De Don Andres Vazquez Cursante en la Universidad de Salamanca
Costo Noventa Rs. año de 1680
[illegible]

31 de Mayo de 1888
Comprado á Dn Juan Serrano Oteiza
Carlos Lamo Jiménez

CORPVS IVRIS CIVILIS,

Notis Illuſtratum.

SGCB2021

CORP

IVRIS

Res.
177

SGCB2021

SGCB2021

SGCB2021

SGCB2021

Res. 177

De Don Andres Vazquez Cursante en la Universidad de Salamanca
Costo Noventa Rs. año de 1680
mismo [illegible] y [illegible] Rs. en dho. [illegible]

31 de Mayo de 1888 –
Comprado á Dn Juan Serrano Oteiza.
Cárlos Lamo Jiménez

CORPVS IVRIS CIVILIS,

Notis Illuſtratum.

Patronus utrum dare non potest … pro filio

Pater naturalis non potest ex eodem … de sent. tut. dat. princ. l. ll. 32

Pater posthumus Pupill. dat.

SGCB2021

R. 37.028

CORPVS
IVRIS CIVILIS,
IN IV. PARTES DISTINCTVM.

Eruditiſſimis DIONYSII GOTHOFREDI I. C. Clariſſimi notis illuſtratum.

In hac poſtrema LVGDVNENSI *Editione Pandectæ puriſſimæ ſunt: Textus cum optimis Codicibus collatus, & infinitis propè mendis purgatus: Legúmque allegationes in notis adductæ incuriâ Typographorum anteà corruptæ, nunc ſuis locis fideliter repoſitæ, diligenti ſtudio & cura* N. ANTONII, *Iurium Profeſſoris.*

Quæ in hoc opere contineantur quarta pagina indicabit.

LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, & LAVRENTII ARNAVD.
M. DC. LXII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

SGCB2021

LECTORI IVRIS STVDIOSO

DIONYSIVS GOTHOFREDVS I.C.

S. P. D.

CVM multi apud me conquererentur inter tot iuris ciuilis editiones nondum vllam reperiri, quæ
vno volumine Romanum ius omne complexa, ea eſſet forma atque magnitudine, vt, ſi vſus po-
ſtularet, in ſcholis, foro, conſultorum atriis, quouis denique loco facilè geſtari poſſet. Putaui
illicò fore, id ſi optatò eueniret, rei literariæ, iuriſque ſtudioſis adiumentum non minimum alla-
tum iri. Sed cùm nudam ipſarum legum editionem pleriſque parum profuturam intelligerem,
conſilium tandem cœpi breuis interpretationis ſubijciendæ. Quod vt facerem fide meliore, à con-
ſtituenda cuiuſque legis vera ac certa lectione initium duxi, in eúmque finem varias editiones,
ac varia fragmenta; necnon Græcos contuli authores variâſque veterum & neotericorum retuli lectiones. Quo genere
aientia, negantia, tranſpoſita, ſubſtituta, malè interpuncta infinita continentur. Ab his voces, ſicubi difficiliores
occurrerunt, ex ſelectis authoribus interpretatus ſum, ne veteribus alioquin gloſſis aſſueti, turpiter aberrarent. Reſta-
bat ipſa legum oratio, quæ ſicubi perplexa authoris vitio fuit, ſi non ex veteribus, à me, quantum fieri potuit, in
breuem epitomen contracta eſt: ne vel orationis longitudo, vel ipſarum dictionum perturbatus ordo, legentis deſide-
rium retardaret. Vtque iuuarem etiam magis, ſimiles ac diſſentientes inter ſe leges commiſi; tum vt ex apertis Iuriſ-
conſultorum reſponſis obſcuriora intelligantur? tum etiam maximè ad aduerſarium in ipſa vel auditorij vel fori diſce-
ptatione refellendum. Vt hæc eſſent, poterat rudis adhuc iuris ſtudioſus decipi, iis non iudicatis, quæ ab Imperatore
nominatim eſſent abrogata. Itaque eius vtilitati conſulturum exiſtimaui me, ſi nec illa pars interpretationis longè
vtiliſſima omiſſa videretur. Nec his vnis conquieui, ſed & multarum gentium, præſertim noſtræ, vſu deſuetas leges,
vel communi prudentum opinione reiectas, aut admodum circumciſas indicaui. Hæc paucis omnia, quantum voluminis
breuitate licuit, niſi quòd interdum plenius difficiliores leges explicantur

Hæc itaque fuit mea cogitatio (Lector iuris ſtudioſe) cùm meas ad Ius Ciuile Notas animo conciperem, non ea tan-
tùm quæ Numen cœleſte priuato ſiue ſtudio ſiue labore nobis clementer contulerat, publicos in oculos emittere, ſed & ex
aliis, præſertim recentioribus, ſelectiora quæque carpere; laudato vbiuis authore, ne quem laude meritiſſima defrau-
darem: vt qui nunc, quíque futuri poſt nos eſſent, huius æui Prudentum varias ad ius Romanorum Obſeruationes & Ope-
ras, huc illuc magnâ ſtudiorum moleſtiâ vel iacturâ diſperſas, in lineam quaſi coniectas, non alieno vel abſurdo: ſed
ſuo potius ordine vel loco decorè venuſtéque conſpicerent

Videbam námque Priſcos inter Iuris interpretes Accurſium ſatis feliciter id temporibus ſuis conatum fuiſſe, magnis
optimiſque Iuris à Præceptoribus, vt quæ viuâ voce ſeu libris dedicerat, in vnum congeſta, perpetuos Iuris Ciuilis in com-
mentarios referret.

Hæc itaque cùm ab Accurſio magno ſucceſſu præſtita fuiſſe deprehenderem, pro veteribus illis quos laudare conſue-
uit hoc eſt, (Irnerio, Martino, Hugolino, Bulgaro, Rofredo, Alrico, Azone: & ſi qui præterea id ſunt alij) non
modò ſequentes, Bartolos, Baldos, & his ſimiles Iuris interpretes: ſed & Neotericos (Budæos videlicet, Alciatos, Zaſios,
Auguſtinos, Duarenos, Barones, Briſſonios, Cuiacios, Cananos, ſexcentos & alios ex omni penè literatura ſcriptores) nun-
cupandos hoc opere mihi cenſui.

Horum námque literaria monumenta vel ſcripta non modò numero, vel ſermonis elegantia: ſed, quod rei caput eſt,
Iuris etiam cognitione, meo iudicio multis locis vel articulis, veteribus illis maiora longéque præſtantiora ſunt haben-
da. Dubio procul equidem eſt, recentiores hoſce Iuris interpretes felicioribus ſine controuerſia Muſis ac diſciplinis imbu-
tos ſuo Marte nonnihil adinuenire vel excogitare Ius ad noſtrum potuiſſe, quod Aborigenes iſti, vel (ſic vt loquamur)
Fauni perueſtigare, rudi tunc orbe, minimè potuêre.

Fateamur, hoc neceſſe eſt, niſi velimus omnium iniuſti, vel ingratifici eſſe, diuina nimirùm largitate, ſeculis noſtris
ſecretiora penè diſciplinarum omnium arcana, non modò nobis retecta fuiſſe, ſed & innumera propéque infinita, non ita
pridem ingenioſè reperta, cognita, perſpecta, quæ niſi veterum commentariis Lector adiunxerit aut cumulauerit, in arida
penitus ac ieiuna minúſque perfecta Iuris interpretatione, miſerum admodum in modum errauerit, & de triuio, vulgariſ-
que Lector fuerit.

At enim rerum vt omnium primordia ſolent naturâ ſua exilia, abiecta, humiliáque eſſe: Iuris ſic editio noſtra (ſi quis
vel eius materiam vel figuram ſpectare voluerit) principio demiſſior exiliórque extitit. Et nihilominus tamen cum illa
qualis qualis tum per ætatem noſtram, nullis publicos labores noſtros inſuper adiuuantibus eſſe potuit) non à paucis pro-
bari videretur, captatâ protinus inde lucri præſentis à quibuſdam occaſione, nobis primùm ignorantibus, mox & inuitis,
minorem in formam prior illa editio conuerſa fuit ac mutata.

Hac ſiue contumelia, ſiue iniuria tactus, Notas quaſdam poſt priorem illam, cuius nunc memini. Editionem à me collectas diligentius repetere: de ſecunda Ciuilis Iuris Editione, qua formâ paulò maiore luculentioréque eſſet magis quàm antea cogitare mecum, ſuadentibus amicis, inſtitui.

Quid in illa Editione additum, diminutum, mutatúmve fuerit, multis nunc recenſere vel retexere minus eſt n… Tuæ fidei, Lector, ſi fortaſſis opus vtrumque vel habere, vel legere dignatus es iudicium liberum committo.

Vtinam bellis à ciuilibus & hoſtili (ne quid dicam grauius) librorum meorum direptione (qui Notarum partem… rum potiorem meliorémque continebant) libero vel immuni mihi tum temporis eſſe licuiſſet, neque belli tempeſtas L… mihi præripuiſſet meum, nec me familia ſedes in alias, velut turbine quodam, torſiſſet, non modò plenior auctiórque… nimirum ſcribenti) ſed & purgatior: & (vt audenter profitear) paulò quoque melior & cultior illa noſtris ex m… Editio abiiſſet.

Non ingratam fuiſſe tamen illam Iuris ſtudioſis, fato quodam propitio comperi: temporis videlicet admodum m… ſpatio, diſtractis omnibus eius exemplariis, diúque iam publicé paſſim per officinas & tabernas omnes, deſideratis.

Res ea me non tantùm, Notas ad illas meas ſecundas retractandas permouit, ſed & ad Commentarios iuris … vberiores adgrediendos incitauit: ad quos mente dudum, meo tamen modo, conceptos materiam iam omnem, XVIII… licet ab annis, magnis mihi ſumptibus ac laboribus paraui: quinimò quos & bona iam ex parte adfeci: Vita, … oculi, Mœcenas Dei munere, nobis tantum ſuppetant. Annis enim 26. quodque excurrit, publicæ rei litterariæ ſcrib… priuatis opibus ſatis ſupérque ſeruiuiſſe mihi iam videor. His aliquid ſimile locupletes iſti, ſi ſuo quique in gene… in aula vel in militia, vel in foro, vel in ipſis iudiciorum feciſſent tribunalibus, tam longo, támque diuturno ſu… ſumptu vel etiam labore ſe defeſſos fractóſque, non vno, ſed grandi iteratóque clamore quererentur. Nec his tamen leuioribus, animum demittimus, vel etiam demittemus in poſterum. Quin, hæc potiùs, pro eo, quo ſemper te coluimus… ratique ſumus adfectu, libenter in nos ipſi recipiemus: & quod ſperamus clementer nobis aduuente Deo, tuo bono, l… etiam perficiemus, nec triſtes exequemur. Satis magnus virtutis profeſſori fructus eſt, bene rectéque feciſſe, ſuiſque… riſque conſuluiſſe non infeliciter. His intereà Notis tertiis quartiſque, ſi non in multis nunc auctæ fuerint, purgati… tamen & emendatioribus fruere ſimul & Vale. 1. Septembris anno 1606.

SVMMA PRIVILEGII REGIS CHRISTIANISSIMI.

LVDOVICVS XIV. Dei gratiâ Galliarũ, & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus, ſing… Priuilegio ſanxit, ne quis per vniuerſos Regnorum ſuorum fines intra decem a… à die finitæ impreſſionis computandos, imprimat, ſeu Typis excudendum cure… venalem habeat librum, cui titulus eſt *Corpus Ciuile* DIONYSII GOTHOFRE… *Notis illuſtratum, in quatuor partes diſtinctum*; præter PHILIPPVM BORDE… bliopolam Lugdunenſem aut illos, quibus ipſemet conceſſerit: Prohibuit inſuper eadem au… ritate Regia omibus ſuis ſubditis eundem librum extra Regni ſui limites imprimendum cu… vel quempiam vbicumque fuerit, ad id agendum impellere ac inſtigare ſine conſenſu dicti P… LIPPI BORDE; Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis contra delinq… tes expreſſis, vti latiùs patet in Litteris datis Pariſiis, die 13. Iunij 1650.

Hæc Editio deſiit excudi 12. Iunij 1652.

CONIECTA IN HOC IVRIS CORPVS.

TOMO I.

INDEX generalis omnium Titulorum Iuris.
INSTITVTIONVM iuris libri IV.
EPITOME Inſtitutionum.
DIGESTORVM ſeu PANDECTARVM libri L.

TOMO II.

CODICIS Libri XII.

TOMO III.

METHODICA Nouellarum Iuſtiniani diſpoſitio… tome ad ordinem edicti perpetui adcommodata.
NOVELLÆ Iuſtiniani.
NOVELLÆ Leonis & earum Epitome.
CANONES Apoſtolorum & eorum Index.

TOMO IV.

FEVDORVM Conſuetudines.
EPITOME Feudorum.

INDEX OMNIVM TITVLORVM IN HOC VNIVERSO IVRIS CORPORE COMPREHENSORVM

collectus per P. C. Brederodum.

NOTÆ LIBRORVM.

Inſtitutiones.
Digeſta ſeu Pandectæ.
Codex.
Nouellæ.
Edicta Iuſtiniani Imperatoris.
Nouellæ Iuſtini.

C T. Conſtitutiones Tiberij.
C.I.I. Conſtitutiones Iuſtiniani, Iuſtini, &c.
L.N. Leonis Nouellæ.
C.I. Conſtitutiones Imperiales.
F. Feudorum Conſuetudines.
Ex. Extrauagantes.

A BIGEIS D.47.t.14.C.9.t.37
Abolitionibus C.9.t.42
Abrogatio legis quæ hominem liberum ſe vendere permittit L.39
Legis quæ ſenatui prætores, decurionibus verò præfectos con-
ere concedebat L.47. Legum quarundam de curiis & decurionibus lata-
ſationibus & inſcriptionibus D.42. t.2. C.9.2 (rum L.46
iirenda. vide Ad.
nibus: I.4.t.6. Empti & venditi D.19.t.1. C.5. t.49. Rerum amotarum
24 t.3. & Obligationibus D.24.t.7
re à tutore ſeu curatore dando C.5.t.61
nptione legatorum & tranſlatione eorum I.2.t.21. Libertatis D.40.t.6
xhibendum D.10.t.4.C.3.t.42. Legem Aquiliam D.9.t.2. L.Corneliã de
ſis D.48.t.10.C.9 t.22. ſicariis D.48.t 8.C.9.16. L.Falcidiam D 35.t.2.
6.t.50. L.Flauiam de plagiariis D.48.t.95. L.Iuliã de adulteriis & ſtupro
48.t.5.C.9.t.9 ambitu D.48 t.14.C.9.t.26 annona D.48.t.12. maieſta-
D.48.t.4.C.9.t.8 peculatus & de ſacrilegiis & reſiduis D.48.t.13. re-
undarum D.48.t.11.C.9.t.27. de vi priuata D 48.t.7.C.9.t.12. publica
48.t.6 C.9.t.12. L.Pompeiam de parricidiis D.48.t.9. L. Rhodiam de
tu D.14.t.2. L.Vicelliam C.9.t.21.
iendis legatis 34.4 Adiutoribus quæſtoris N.35
niſtrantibus officia in ſacris appellationibus N.3.t.7.conſt.20
niſtratione: & periculo tutorum: D.26.t.7. Rerum ad ciuitatẽ pertinen-
n D.50.t.8. publicarum C.11.t.30. Tutorum vel curatorum, & de pecu-
pupillari fœneranda vel deponenda C.5. F.37
niſtratoribus N.93 Ad municipalem & de incolis D.50.t.1
tionibus I.1.t.11.D.1.t.7.C.8.t.48. & emancipationibus D.1.t.7.
irenda, vel amittenda hæreditate D.29.t.2. vel omittenda poſſeſſione
41.t.2. vel retinenda poſſeſſione C.7.t.32
irendo rerum dominio D.41.t.1
iſitione per adrogationem I.3.t.11
natuſconſultum: Macedonianum D.14.t.6.C.4.t.28. Orficianũ C.6.t.57
anianum D.29.t.5. Tertyllianum D.38.t.7. Trebellianũ D.[illegible].t.1.C.6.
9. Turpillianum D.48.t.16. C.9.t.45. Velleianum D.16.t.1.C.4.t.19
tione tollenda C.7.t.17
ſoribus & domeſticis cancellariis iudicum C.1.t.51
nandis libertis D.38 t.4. Adſignatione libertorum I.3.t.9
eriis manifeſto deprehenſis L.32
catis diuerſorum iudicum C.2.t.8. Iudiciorum C.2.t.7. Fiſci C.2.t.9
ciis priuatis C.8.t.110 Ædilitiis actionibus C.4.t.58
io edicto, & redhibitoria D.21.t.1
ilitate dotis, & propter nuptias donationis, & augmento dotis, &c. N.7
natoria actione D.19.t.3 Ætate ineuntium officia C.I.Alex.com.I.
tibus in rebus C.12.t.20
ſcendis & alendis liberis, vel parentibus D.25.t.3
olis: cenſitis, & colonis C.11.t.47. & Mancipiis dominicis: vel fiſcalibus
p. vel priuatæ C.11.t.67 Albo ſcribendo D.50. t.3.
luſu & aleatoribus D.11.t.5 C.3.t.43
lis liberis ac parentibus C.5.t.25. Alexandriæ primatibus C.11.t.28
atione & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & aliis diuerſis con-
ctibus, &c. N 122. Feudi F.1.c.13.4.c.73. paterni E 2.c.39. Iudicij mu-
di cauſa facta D.4.t.7.C.2.t.55
entis: & cibariis legatis D.34.t.1. Pupillo præſtandis C.5.t.50
engio communis cenſus perſitorum C.I.Caſ.Porphyr.2.
iis F.2.c.54
ionibus, & paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum tranſlatis C.7.t.41
pud iudicem, vel curiã, &c. Feud.2.c.46. Cognatus vel filius, &c. Feud.1.
5. Ille qui iuterfecit fiat, &c. Feud.2. c.37. Maritus ſuccedat vxori, &c.
d.1.c.15. Mutus vel alias imperfecti F.c.36
li exceptione Italici contractus tollenda, & de diuerſis temporibus &
eptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum C.7.t.40
nis, ciuilibus C.11.t.24, & capitatione adminiſtrantium, & eorum aſſeſ-
um, aliorúmve publicas ſolicitudines gerentium, vel eorum qui aliquas
nſecuti ſunt dignitates C.1.t.52. & tributis, C.10.t.16
er alium cauſæ appellationis reddi poſſunt D.49.t.9. Præſcriptione feu-
n adquiratur F.4.c.87. Remouendi erunt teſtes qui, &c. F.2.c.19. Seruus
ſuo facto manumiſſus teneatur C.4.t.4
his publicis, & de deſcriptionibus curialibus & de diſtributionibus ci-
atis C.1.t.7 (uilibus C.10.t.22
ritoribus: Comitis Orientis C.12. t.57. Magiſtrorum militum & priui-
iis eorum C.12.t.55. Præfecti annonæ C.12.t.59. Præfectorum Præto.
, & eorum Priuilegiis C.12. t.53. Præfecti vrbis C.12. t.54. Præſidum
to. Proconſulis & legati C.12.t.56
Appellationibus: Ad quemnam remittãtur, ſi res ob quam appellatio inſtitui-
tur, non ſupra auri libras decem valeat Nou. 23. Et intra quæ tempora
debeat appel. Nou.23. Et conſultationibus C.7 t.62. Recipiendis D.49.t.5.
& relationibus D.49.t.1. Siciliæ Nouel.75. Vt ſi mora apud appellationis
iudicem, &c. N.93
Apud Eum, à quo appelletur, aliam cauſam agere compellendum D.49.t.12
Quem vel quos erit F.1. c.18. Quod oporteat cauſam dicere monachos &
Aquæductu C.11.t.42 (aſcetrias N.79
Aqua: Pluuia arcenda: vel aqua & aquæ pluuiæ D.39.t.3. Quotidiana & æſtiua
D.43.t.19
A quibus: Appellare non licet D.49.t.2. Obſignari teſtamento oporteat L.44
A quo appellet quis D.49.t.3 Arbitrium tutelæ C.5.t.51
Arboribus cædendis D.43.t.26 Arborum furtim cæſarum D.47.t.7
Argenti pretio quod theſauris infertur C.10. t.76
Argentariorum contractibus Nou.136.E.9
Armeniis N.21 Armeniorum ſucceſſione E.3
Armis N.85
Adſcriptitiis Colonis C.I.I.2 Athletis C.10.t.53.
Attiliano tutore: & eo qui ex I. Iulia, & Tit. dabatur I.1.t.20.
Auro, coronato C.10.t.74. & argento legato D.34.t.2
Auri publici perſecutoribus C.10.t.72
Authoritate: Tutorum vel curatorum I.1.t.21. Et conſenſu tutorum & cura-
torum D.26.t.8. Præſtanda C.5.t.59 Auulſa terræ cruſta L.95
BEneficio fratris, & qualiter frater in beneficium fratris ſuccedat F.1.c.20
Bonis: Authoritate iudicis poſſidendis D.42.t.5. Poſſidentis ſeu venundã-
dis, & de ſeparationibus bonorum C.7.t.72. Damnatorum D.48.t.20. Eorũ
qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuerunt D.28.t.21. Eorũ qui mortẽ
ſibi conſciuerunt C.9.t.50. Libertorũ D.38.t.2. & iure patronatus C.6.t.4.
Maternis, & materni generis C.6.t.60. Proſcriptorum ſeu damnatorũ C.9.
t.49. Quæ liberis in poteſtate conſtitutis, ex matrimonio vel aliàs adqui-
runtur, & eorum adminiſtratione C.6.t.61. Vacantibus & incorporatione
C.19.t.10
Bonorum poſſeſſione: Contra tabulas D.37.t.5. Liberti, quæ patronis liber-
tíſque eorum datur C.6. t.13. Quam prætor liberis pollicetur C.6. t.12.
Furioſo, infanti, &c. competente D.37.t.3. ſecundùm Tabulas D.37.t.11.
C.11.t.11. ex Teſtamento mil: D.37.t.15
CAdaueribus punitorum D.48.t.24 Caducis tollendis C.6.t.[illegible]
Cæcos ſecreto teſtamentum facere poſſe L.69.
Calumniatoribus D.3.t.6.C 9 t.46
Canone frumẽtario vrbis Romæ C.11.t.22. & largitionũ titulorũ C.10.t.10
Canonico & conſuetudinibus quæ dantur pro ordinatione C.I. Iſaaci Com.
Capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa C.12. t.22
Capitaneo qui curiam, &c. F.2 t.5
Capitatione ciuium cenſibus eximenda C.11.t.48
Capitis deminutione, ſeu capite punitis I.10.t.16.D.4.t.5.
Capitulis Corradi F.2.t.40 Captiuis & poſtliminio reuerſis D.49.t.15
Carboniano edicto D.37.t.10 C.6.t.17
Caſtrenſianis & miniſterianis C.12.t.26
Caſtrenſi peculio D 49.t.17. omnium palatinorũ C.12.t.31. militum & præ-
fectianorum C.12 t.37 Caſus quibus fœmina in, &c F.4.t.104
Celebribus quibuſdam in eccleſia viris feſti dies conſtituuntur L.88
Cenſib. D.50.t.15. & cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectorib. C.11.t.5
Certi condictione D.12.t.1 Ceſſione bonorum D.42.t.3
Cartophylace C.I.1. Alexij Com.
Citatione abſentium C.I.12. Manuel. Com. Claſſicis C.11.t.12
Clericali feudum amitti F.4 t.109 Clerico qui inueſtituram facit F 2.t.35
Cloacis D.43.t.22 Codicillis I.2.t.25. C.6.t.36
Cohortalibus principalibus Cornicularìis, ac primipilaribus C.12.t.58
Collatione: Æris C.10.t.29. Bonorum D.37.t.6. Donatorum vel reuelatorũ
aut tranſlatorũ ſeu adæratorum C.10 t.28 Dotis D.37.t.7. Feudorum fiſ-
calium vel rei priuatæ vel dominicæ vel ciuitatis vel templi C.11. t.37.
Feudorum patrimonialium vel emphyteuticariorum C.11.t.64
Collationibus C 6.t.20 Collatoribus & aliis capitulis N.128
Collegiis illicitis D.47.t.22
Collegiatis, & chartopratis, & nummuiariis C.11. t.17
Colluſione detegenda D.40.t.16.C.7.t.20
Colonis Illyricanis C.11.t.52. Paleſtinis t.50. Thracenſibus t.53
Comitibus: Conſiſtorianis C.12.t.10. & Archiatris ſacri palatij t.13. & Tri-
bunis ſcholarum t.11. Qui prouincias regunt t.14. Rei militaris t.12
Commeatu C.12.t.43 Commerciis & mercatoribus C.4.t.63
Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptione, authoritatem vel in-
dicatæ non habere C.7.t.57 Commodati vel contra D.13.t.6

Commodato C.4.t.33
Communia : de Legatis & Fideicōmiſsis,& de remiſſione tollenda C.6.t.43. de Manumiſſionibus C.7.t.15. Prædiorum tam vrbanorum quàm ruſticorū D.8.t.9. de Succeſſionibus C.6.t.59.Vſucapionibus C.7.t.30. Vtriuſque iudicij tam familiæ erciſcundæ quàm communi diuidundo C.3.t.38.
Cōmuni diuidundo D.10.t.3.C.3.t.37. Cōmuni ſeruo manumiſſo C.7.t.7.
Communium alienatione C.4.t.52.
Compenſationibus D.16.t.2.C.4.t.31.
Concubinis D.25.t.7.C.3.t.26. Concuſſionibus D.47.t.13.
Condictione,Cauſa data cauſa non ſecuta D.12.t.4. Ex lege,& ſine cauſa vel iniuſta cauſa C.4.t.9. Furtiua D.13.t.1.C.4.t.8.Indebiti D.12.t.6.C.4.t.5. Ob cauſam datorū C.4.t.6. Ob turpē cauſam D.12.t.5.C.4.t.7. Ob turpem vel Iniuſtam cauſam D.12.t.7. Sine cauſa D.12.t.7. Triticaria D.13.t.3.
Conditionem feudum tacitè ſequi F.4.t.89.
Conditione feudi non impleta F.4.t.75.
Conditionibus & Demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum quæ in teſtamentis ſcribuntur D.35.t.1. inſertis tam in legatis, quàm fideicōmiſſis & libertatibus C.6.t.46. inſtitutionum D.28.t.7.
Conditis in publicis horreis C.10.t.26.
Conductorib. & procuratoribus, ſiue exactoribus prædiorū fiſcaliū & domus Auguſtæ C.11.t.71. Confeſſis D.42.t.2.C.7.t.59.
Confirmando tutore C.5.t.29.vel curatore D.26.t.5.
Coniungendis cum emancipato liberis eius D.3.t.9.
Connubio perſarum cum Romanis C.1.3.Theoph.
Conſanguineis, & vterinis fratribus N.84.
Conſortibus eiuſdem litis C.3.t.40 Cōſtituta pecunia D.13.t.5.C.4.t.18
Conſtitutio:Conrad.de beneficiis Feud.1.t.1. Feudalis domini Lot.F.1.t.19. Friderici de feudis non,&c.F.5.t.7. de incendiariis Feud.5.t.10. de iure fiſci Feud.5.t.8.de iure προτιμήσεως F.5.t.15.14. de pace cōponēda Feud.5 t.11.de pace Conſtantiæ Feud.5.t.12.de pace tenenda F.5.t.9. Henr. de cauſis amitt.F.5.t.1.vt ingratitudo,&c.F.5.t.4.de vaſallo, &c.F.5.t.3.Iuſtini Imperatoris de filiis liberarum in Africam directa C.I.3. Lotharij de inueſtitura non,&c.F.5.t.6.de feudis non,&c.D.5.t.5. Ad bonū quæſtorē exercitus ordinat appellationes à quinque prouinciis Caria & Cypro, &c. N.50.Quæ dignitatibus & epiſcopatu filium liberat patria poteſtate N.81
Conſtitutionibus principum D.1.t.4
Conſtitutionem quæ ex adſcriptitio & libera natos liberos vult, non iis qui (ante te, &c.N.54
Conſuetudine recti Feudi F.2.t.33
Conſulibus N.105.& non ſpargendis ab iis pecuniis, & de præfectis & magiſtratibus militum & patriciis C.12.t.3
Contentione inter Dominum & fidelem, de inueſtitura feudi, Feud.t.10. Dominum & vaſallum de inueſtitura feudi Feu.1.t.23. Me. & F.1.t.12
Contractibus iudicum, vel eorum qui ſunt circa eos. & inhibendis donationibus in eos faciendis,& ne adminiſtrationis tempore,proprias ædes ædificent ſine ſanctione pragmatica C.1.Dominum,de portione feudi fratris mei defuncti t.53
Contrahenda & committenda ſtipulatione C.8.t.38. Emptione & venditione D.18.t.1.C.4.t.30
Contraria & vtili actione tutelæ D.27.t.4
Contrario iudicio tutelæ C.5.t.58
Controuerſia feudi:Apud pares terminanda F.2.t.16. Inter dominum & emptorem feudi t.41.epiſcopum & vaſallum t.20. maſculum & fœminam de beneficio t.41.vaſallum & alium de beneficio t.43
Conueniendis fiſci debitoribus C.10.t.2
Conuentione inter dominū & fidelem de inueſtitura feudi Feud.1.t.10
Crimine : Expilatæ hæreditatis D.47.t.19.C.9.t.32.Peculatus C.9.t.28. Sacrilegij t.29. Stellionatus D.46.t.20 C.9.t.34
Cupreſſis ex luco Daphinis Perſeidos per Ægyptum non excidendis vel vendendis C.11.t.77.
Curatore : Bonis dando D.42.t.7.Furioſi & prodigi C.5.t.70
Curatoribus F.1.t.23.Furioſo,vel aliis perſonis, extra minores dādis, D.27 t.10
Curialibus vrbis Romæ C.11.t.12 Curioſis & ſtationariis C.12.t.23
Curſu publico,& Angariis & parangariis C.12.t.51
Cuſtodia Reorum C.9.t.4.& Exhibitione reorum D.48.t.5
Culpam vnius ex coheredibus F.4.t.78
DAmno infecto, & de ſuggrundis & protectis D.39.t.2
Debita impenſa in exequiis defunctorum N.59
Debitorem venditionem pignoris impedire non poſſe C.8.t.29
Debitoribus ciuitatum C.11.t.32 Decanis C.12.t.27
Deciſiones Siſinij de nuptiis duorum fratrum cum duabus conſobrinis C.1 t.4.Manuelis Com.
Decretis;Ab ordine faciendis D.50.t.9.Decurionum ſuper immunitate quibuſdā concedenda D.10.t.46
Decurialibus vrbis Romæ C.11.t.13
Decurionibus & filiis eorum D.50 t.2 Nouell.38. Et qui decuriones habeantur, & de quibus modis à Fortuna curiæ liberentur C.10 t.31
Dedititia libertate tollenda C.7.t.5 Defenſoribus ciuitatū C.1 t.56 N 15
Delatoribus C 10 t.11 Depoſiti vel contra D.16.t.3.C.4.t.34
Depoſitione Anthimi, & Seueri & Petri, &c.N.42
Depoſito & denuntiationibus inquilinorum, de ſuſpendenda adminiſtratione panum N.88
Deſcriptione quatuor præſidū Armeniæ N 31
Deſertoribus & occultatoribus eorum C.12.t.46
Dignitatibus C.12 t.1 Dilationibus C.3.t.11
Diſcuſſoribus C 10.t 30
Diſtractione pignorum C.8.t.18.vel hypothecarum D.20.t.5
Diuerſis Officiis & apparitoribus iudicum,& approbatoriis eorum C.12 t 60. Prædiis vrbanis & ruſticis templorum & ciuitatum, & omni reditu ciuili C.11.t 69. Regulis iuris antiqui D.50.t 17. Reſcriptis & pragmaticis ſanctionibus C.1.t.6. Et temporalibus præſcriptionibus, & de accuſationibus poſſeſſionum D.4.t.3
Diuidenda tutela, & pro qua parte quiſque tutor conueniatur C.5.t.52
Diuinis domibus C.t.1
Diuiſione. Et qualitate rerum D.1.t.8 Stipulationum F.3.t.9
Diuortio facto,apud quem liberi morari vel educari debeant C.5.t.
Diuortiis & repudiis D.24.t.2 Doctoribus C.I.6.Alexij Com.
Doli mali & metus exceptione D.44.t.4 Dolo malo D.4.t.3.
Domeſticis & protectoribus C.12.t.17
Donationib.Inſt.2.t.7.D.39.t.5.C.8.t.54. Ante nuptias vel propter & ſpōſalitiis C.5.t.3.Cauſſa mortis C.8.t.57.Et captionib.D.39. virum & vxorem,& à parentibus in liberos factis, & de ratihabitio t.16.A Curialib.factis ſiue ab inteſtato, vel teſtamento eorum ſucc N.101.Quæ ſub modo, vel ex certo tempore conficiuntur C.8.t.55
Dotis Collatione D.37.t.7.Promiſſione & nuda pollicitatione C.5.t.
Dote cauta numerata C.5.t.15.Prælegata vel relegata D.43.t.4
Duabus ſiliquis præſtandis prouinciarum admiſtratioribus C.I.3.I. Ikonomachi.
Duobus fratribus à capitaneo inueſtitis F.2.t.18. Reis ſtipulandi & tendi I.3.t.17.D.45.t.2 C.1.t.40
EA quæ raptori ſuo nubit N.150
Eccleſiam fidelitatem non facere F.4.t.101
Eccleſiaſticarum rerum immobilium alienatione,& ſolutione N.46
Eccleſiaſticorum alea ludentium pœna L.87
Eccleſiaſticis titulis & priuilegiis aliiſque captiuis N.131
Eccleſiis conſtitutis in Africa N.37 Edendo D.2.t.13. C.2.t.1
Edictum : de his qui luxuriantur contra naturam N.141. Pientiſſimi noſtri Iuſtiniani de formula artificum N.122. Pientiſſimi domi Iuſtiniani E.6.Scriptum in omni terra piiſſ.Archiepiſcopis E.1
Edicto D.Hadriani tollendo, & quemadmodum ſcriptus hæres in poſ (mittatur C
Effractoribus & expilatoribus D.47.t.18
Electis ad Orientales eccleſias C.I.7. Alexij Com.
Emancipatione & dotis reſtitutione,L.25
Emancipationibus liberorum C.8.t.49
Emēdatione Cod.Iuſtiniani,& ſecunda eius editione C.1.t.3. Propin
Emptione & Venditione,I.3.t.24 (C.6.t.15.Seruorum C
Eo:Cui libertatis cauſa bona addicuntur I.3.t.12.Per quem factum e minus quis in iudicio ſiſtat D.2.t.10. Qui ad primam denuntiation dicio ſe non ſiſtat L.108 Qui finē fecit adgnato de feudo paterno F Qui pro tutore vel curatore negotia geſſit D.27.t.5.C.5.t.45. Qui hæredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram recepit F.2.t. vitam monaſticam deſerit, qui præſidū cohortibus adſcribi ſolet L. certo loco dari oportet D.13.t.4.Quod metus cauſa geſtum erit D.
Epiſcopum, vel abbatem, vel abbatiſſam, vel dominum plebis feudum poſſe F.1.t.6
Epiſcopali audientia,& de diuerſis capitulis quæ ad ius,curámque & n tiam pertinent pontificalem C.1.t.7
Epiſcopis & clericis, & orphanotrophis, & xenodochis, & prochotro aſceteriis,& monachis,& de priuilegiis eorum,& de caſtrenſi pecul redimendis captiuis & de nuptiis clericorum vetitis, ſeu permiſſis
Epiſcopatibus detentis à laicis C.I.3.incerti Imper.
Equeſtri dignitate C.I.2.t.32
Erigendis epiſcopatibus in metropoles C.I.8.Alexij Comn.
Erogatione militaris annonæ C.12.t.38 (lit
Errore Aduocatorum,vel libellos ſeu preces concipientium C.2.t.10
Etiam:ob chirographariam pecuniam pignus teneri C.8.t.27.per proc rem cauſam in integrum reſtitutionibus agi poſſe C.2.t.49
Euictionibus C.8.t.17. & duplæ ſtipulationibus D.21.t.2
Eum qui appellauerit in prouincia defendi D.49.t.1
Eunuchi C.4.t.42 Exactoribus tributorum C.10.t.19
Exceptione rei iudicatæ D.44.t.2 Venditæ & traditæ D.21.t.3
Exceptionibus I.4.t.13.& præſcriptionis,C.8.t.36.& præiudiciis D.4
Executoribus & exactoribus C.12.t.61
Excoctione & tranſlatione militaris annonæ C.12.t.39
Excuſationibus Artificum C.10.t.64. Munerum t.47. Tutorum vel cu I.1.t.25.Tutorum & curatorum,& temporibus earum C.5. t.62.T & temporibus earum D.26.t.1.Veteranorum C.6.t.65
Ex delicto vaſalli,feudum ad dominum redire F.4.t.98
Executione rei iudicatæ C.7.t.53
Executionibus:Et de iis qui conueniuntur, & reconueniuntur N.96. ctoribus, C.12.t 61.Teſtamentorum C.I.Manuel Comn.
Exemplum : Sacræ formæ de appellationib.N.126.Sacræ pragmaticæ de vſuris N.160
Exercitoria actione D.14.t.1 Exheredatione liberorum I.2.t.13
Exhibendis & introducendis,& vt iis qui conueniuntur poſt xx.diem uentur iudicibus,& de iis qui iuratoriam cautionem exponunt,& an conteſtationem & abſentes fiunt,& de hypothecis quę appellantur & quæ perſonæ & quando hoc ius habent & de indotatis vxoribus,vt quartam partem in ſubſtantia viri, & ipſe vir in ſubſtantia vxoris inops eſt,cui relinquitur N.53. Tranſmittendis reis C.9 t.3
Expenſis ludorum publicorum C.11.t.14 Expilatę hęreditatis D.4
Expulſione monachorum C.I.2.Theoph.
Ex quibus cauſis infamia irrogatur C.3 t 12 Maiores xxv. annis in in reſtituantur D.4.t 6
Extraordinarij : Cognitionibus, & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicetur t 13 Criminibus D.47.t 11
FAbricenſibus C.11 t 9
Factum fratris,fratri in feudo paterno non nocere F.4.93
Falſa:Cauſa adiecta legato vel fideicommiſſo C.6 t.44. Moneta C.9 t.2
Falſariorum pœna L 77 Familię herciſcundę D.10.t 2. C.3.t.36
Famoſis libellis C.9.t.36
Feriis C.3.t.1.2.C 12 Manuel Comnen 1.& Dilationibus,& diuerſis te bus earum, & ex quibus cauſis ferię non impediuntur D 2 t 12
Feudi cognitione F 2 t 1
Feudo : Dato in vicem legis commiſſorię,&c F t.27 Fœminę,F 2 t 30 dię & Gaſtaldię F 1.t 2 I.4 t 94. Ligio F.4 t.99. Marchię, vel ducat comitatus F.1 t 14 Non habente propriam feudi naturam F 2.t. culpa non amittendo, F 1 t 21
Feudi:Datis minimis valuaſoribus quibus quid iuris ſit F 1.t.16

Habita

ſitationum F. 4. t. 105. Impropriis quæ auferuntur dantis arbitrio F.4.
.81.Scutiferorum F.4.t.74
C.I.1.Heracliis & iure haſtæ,fiſcalis, & Addict.C.10.t.3
icommiſſaria hæreditatis petitione D.5.t.6
icommiſſariis, Hæreditatibus, & ad ſenatuſconſultum Trebellianum I.1.
23. Libertatibus D.40.t.5.C.7.t.4 fideicommiſsis C.6.t.42
s inſtrumentorum & amiſsione eorum D.22.t.4.& apochis & antapochis
aciendis, & de iis quæ ſiue ſcriptura fieri poſſunt,C.4.t.21. & Iure haſtæ
fiſcalis,& de Addictionibus C.10.t.3
eiuſſoribus I.3.t.21.Et mandatoribus D.46.t.1. C.8.t.41. Et ſolutionibus
D.4.Et nominatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum D.27.t.7.Mi-
norum C.2.t.24.Tutorum vel curatorum C.5.t.57 fidelitate F.4.t.76
luciaria tutela I.1.t.19. filiòfamilias minore C.2.t.23
ios tantùm ſecundi matrimonij matri in feudum ſuccedere F.4.t.103
iis: Ante dotalia inſtrumenta natis N.19. Familias, & quemadmodum pro
iis pater teneatur.C.10.t.60.Natis ex matrimonio,ad morganaticã cõtra-
cto F.2.1.29.Officialium militarium qui in bello moriuntur C.I.2.t.48
nium regundorum D.10.t.1.C.2.t.39 fiſcalibus vſuris C.10.t.8
luminib.& ne quid in flumine ripáve eius fiat D.43.t.11 fonte D.43.t.21
orma:fidelitatis F.2.t.6.pragmatica de argentariorum contractib.E.7.præ-
fectorũ prima περὶ ἐπιβολῶν de Adiectionib.N.166. Secũda de hominib.qui
eiſdem domino ſubiecta prædia poſsident N.168.de poſſeſsione, &c.N.167
ormulis & impetrationib.actionum ſublatis C.2.t.58
oro Clericorum,& de iudice per reſcriptum prohibito causã ad ſe tranſmiſ-
ſam diſceptare C.I.10.Alexij Com. Competenti Epiſcoporũ & Clericorũ,
& monachorum C.I.3.Heraclij Iudæorum C.I.14. Manuelis Comneni.
Fratrẽ:Fratri in feudo nouo nõ ſuccedere F.4. t.90.In feudo filij non ſucce-
(dere t.48
Fratribus de nouo beneficio inueſtitis F.2.t.12
Fructibus:Feudi F.4.t.86.& Litium expenſis C.7.t.51
Frumento:Alexandrino C.11.t.27.Vrbis Conſtantinopolitanæ t.23 (t.63
Fugitiuis D 11.t.4.colonis patrimonialib. ſaltuenſib.& emphyteuticis C.11.
Feudo:Dotali D.23.t.5.C.5.t.13.Inſtructo vel inſtrumento legato D.33.t.7
Fundis:Limitrophis,& terris,& paludib. & paſcuis limitaneis & caſtellorum.
C.11.t.59.Patrimonialibus,& ſaltuenſib.& emphyteuticis, & eorũ condu-
ctorib.C.11.t.61.Rei priuatæ,& ſaltib.diuinæ domus C.11.t.65. & ſaltib.
rei Dominicæ C.11.t.66 Furibus balnearis D.47.t.17
Furtis D.47.t.2.& ſeruo corrupto C.6.t.2. Furti aduerſus nautas,caupones,
(ſtabularios D.47.t.5
GEnerali abolitione C.9.t.43
Generalis de proſpectu in mare,&c.N.165
Gladiatoribus C.11.t.45. Glande legenda D.43.t.27
Gradibus:Adfinitatis D.38.t.11.Cognationum I.3.t.6
Graſſatoribus L.70 Grege dominico C.11.t.75
HÆc conſtitutio : innouat conſtitutionem, quæ præſcriptionem centum
annorum locis veneralib.dederat N.11.Interpretatur priorem conſtitu-
nem de his qui ingrediuntur monaſterium N.76
Hebræis & Montanis C.I.2.Leon. Ikonomachi.
Hæredib.N.164.C.T.2.ab inteſtato venientib. & de agnatorib. iure ſublato
N.118.& Falcidia N.1.Inſtituendis I.2.t.14.D.28.t.9. & quæ perſonæ in-
ſtitui non poſſunt C.6.t.24.Tutorum vel curatorum C.5.t.54
Hæreditariis actionibus C.4.t.16
Hæreditate vel actione vendita D.18.t.4.C.4.t.18
Hæreditatib.Decurionum C.6.t.61.Quæ ab inteſtato deferuntur I.3.t.1
Hæredum qualitate & differentia I.2.t.19
Hæreticis & Manichæis & Samaritis C.I.t.8. Helleſponto E.12
Hic finitur lex,deinde conſuetudines regni incipiunt F.2.t.28
His:quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis C.11.t.73. Quæ in
teſtamẽto delẽtur D.28.t.4.Quæ pœnæ nomine in teſtamẽto vel codicillis
ſcribuntur vel relinquũtur D.34.t.6.C.6.t.41. Quæ pro non ſcriptis habẽ-
tur D. 34. t. 8. quæ ſub modo legata, vel fideicommiſſa relinquuntur
C.6.t.45.quæ vi metúſve cauſa geſta ſunt C.2.t.20.quæ vt indignis auferũ-
tur D.34.t.9.Qui accuſare non poteſt C.9.t.12.qui ad eccleſiã confugiunt
vel ibi exclamãt,& ne quis ab eccleſia extrahatur. C.I.t.12.qui ad ſtatuas
confugiunt C.1.t.25.qui à non domino manumiſsi ſunt C.7.t.20.qui ante
apertas tabulas hæreditatẽ tranſmittunt C.6.t.52.Qui à principe vacatio-
nẽ acceperunt C10.t.44.qui deiecerunt vel effuderunt D.9.t.3.qui eunu-
chos faciunt. N.142. qui ex officio qui adminiſtrarũt conueniuntur C.11.
t.38.qui ex publicis rationib.mutuam pecuniam acceperunt C.10.t.6. qui
feudũ dare poſſunt F.1.t.1.qui in eccleſiis manumittuntur C.1.t.13.qui in
exiliũ dati vel ordine moti ſunt C.10.t.59.qui ingrediũtur ad appellatio-
nẽ & quando per ſcripturam manus propriæ fiat collatio literarũ,& de iu-
reiurando dilationis,& vt coniungatur iureiurãdo calumniæ N.49. Qui in
Oſroena illicitas cõtrahũt nuptias N.54.N.13. qui in priorũ creditorũ lo-
cũ ſuccedunt C.8.t.19.qui latrones,vel aliis criminib. reos occultauerint
C.9.t.39.qui mutuũ dant agricolis N.33.qui nõ in impletis ſtipendiis, ſa-
cramẽto ſoluit ſunt C.19.t.54.qui numero liberorũ vel paupertate excuſa
tionẽ meruerunt C.10.t.51.qui parentes vel liberos occiderunt C.9.t.17.
qui potentiorũ nomine titulos prædiis adfigunt,vel eorum nomina in litẽ
prætendũt C 2.t.15. qui propter metũ iudicis non appellauerũt C.6.t.67.
qui ſe deferunt C.10.t.13. qui ſibi adſcribunt in teſtamento C.9.t.23. qui
ſponte publica munera ſubeunt C.10.t.43.qui ſunt ſui vel alieni iuris I.1.
t.8.D.1.t.6.qui veniam ætatis impetrauerunt C.2.t.45. quibus vt indignis
hæreditates auferuntur, & ad ſenatuſconſultum Silanianum C.6.t.35
Homicidis voluntariis C.I.8.Manuelis Comneni.
Honoratorũ vehiculis C.11.t.19 Hortulanis Conſtantinop.ciuitatis N.64
IIs:qui ad hoſtes tranſeũt,& ſua ſponte reuertũtur L.67.qui maritis prædiis
ad conſtituendas remoras piſcatorias ſocietatẽ ineunt. L.103.qui mona-
ſterium imperfectũ relinquũt L.14.qui in locis arabilib.aut vineis ædifica-
(turi ſunt L.71
Imaginibus C.I.1.Theoph.
Immenſis donationibus in filios factis N.92
Immobilibus:Magnæ eccleſiæ C.I.10. Manuelis Com.omniũ quæ vbique ſunt
eccleſiarum ad poſſeſsionẽ immobiliũ C.I.11.Manuuelis Comn. Immuni-
tate nemini cõcedẽda C.10.125 Impẽſis in rebus dotalib.factis D.25.t.2.
Imperatorem feudum amittere,vel alium pro ſe fidelem dare F.4.t.100
Imponenda lucratiua deſcriptione C.10.t.35
Impuberum & aliis ſubſtitutionib.C.6.t.26 Incantatorum pœna L.65
Incendio, ruina,naufragio,ratè naue expugnata D.47.t.69 Incertis perſonis
Inceſtis & inutilib,nuptiis C.5.t.5.Nefariis nuptiis N.12 (C.6.t.48
Incolis & vbi quis domicilium habere videtur,& de his qui ſtudiorum cauſa
alia in ciuitate degunt C.10.t.39
Indicta viduitate.& lege Iulia Miſcella tollenda C.6.t.40
Indictionibus C.10.t.17. In diem addictione C.18.t.2
Indotatis mulierib. quantũ maritis mortuis ex ipſorũ bonis lucrentur L.106
Indulgentia:Illicitè contractarum nuptiarum N.139. Reliquorum publicorũ
N.148.Tributariorum reliquorum N.I.1 Infamibus C.10.t.57
Infantibus:Expoſitis N.153.Liberis & ſeruis,& de iis qui ſanguinolentos nu-
triendos acceperunt C.8.t.58
Infirmandis pœnis cœlibatus,& orbitatis,& de decimariis ſublatis C.8.t.58
Ingenuis,I.1.t.4.manumiſsis C.7.t.17 Ingratis liberis C.8.t.50
In integrum reſtitutione,D.4.t.1. minorum xxv.annis C.2.t.22.poſtulata ne
quid noui fiat C.2.t.50 Iniuriis,I.4.t.4.C.9.t.35.Et famoſis libellis D.47.
Iniuſto,rupto & irrito facto teſtamento D.28.t.3 (t.10
In ius vocando D.2.t.4.C.2.t.2 In ius vocati vt eant aut ſatiſdent D.2.t.5
In litem,dando tutore vel curatore C.5.t.44.iurando D.12.t.3.C.3.t.53
In medio litis non fieri ſacras formas,aut ſacras iuſsiones, ſed ſecundum an-
tiquas leges generales lites decidi N.113 Inofficioſo teſtamento I.2.t.18
Inofficioſis:Donationibus C.3.t.28.Dotibus t.30 (D.5.t.2.C.3.t.28
In quib.caſib. tutorẽ vel curatorẽ habenti tutor vel curator dari poteſt C.5.
t.36.cauſis ceſſat longi tẽporis præſcriptio C.7.t.34. coloni cenſiti domi-
nos accuſare poſſunt C.11.t.49. feudũ amittatur F.2 t.23.In integrũ reſti-
tutio neceſſaria non eſt C.2.t.4. militantes fori præſcriptione vti nõ poſ-
ſunt C.3.t.25.pignus tacitè contacitè contrahitur C.8.t.15.pignus vel hy-
potheca tacitè contrahatur C.20.t.2. In rem verſo D.15.t.3
Inſpiciendo ventre, cuſtodiendóque partu D.25.t.4
Inſtitoria,Actione D.14.t.3.Exercitoria actione C.4.t.25
Inſtitutionib.& ſubſtitutionib.& reſtitutionib. ſub conditione facti C.6.t.25
Inſtructo vel inſtrumento legato D.33.t.7
Inſtrumẽtorũ cautela,& fide, & primũ de depoſito & mutuo,& aliis documẽ-
tis priuatè quidem ſcriptis,habentib.tamen teſtes,de inſtrumentis publicè
confectis & de collationib.manus propriæ,ſcripturæ;& de expoſitis inſtru-
mentis ab illiteratis aut paucas literas ſcientib.& de non ſcriptis contra-
ctib.& de contractib.vſque ad vnam libram auri,& contractib. qui in agris
firmis,& in documentis & contractib.futuris locum habeat N.73
Interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem ſeu curatorem filióſque
tutorum C.5.t 6
Interdictis I.4.t.15.C.8.t.2.Collegiis hæreticorum N.132.Et relegatis & de-
portatis D.48.t.22.Seu extraordinariis actionib. pro eis cõpetũt D.40.t.1
Interpretatio conſtitutionis, quomodo quæ duplum excedunt vſuræ, non
præbeantur N.138
Interrogationibus in iure faciendis,& de interrogatoriis actionibus ſublatis
D.I.T. Inuento theſauro,cuius eſſe debeat L.51
Inueſtitura:Alieni beneficij F.4.t.96. De re aliena facta F.2.t.8.facta marito,
vel vtrique coniugi F.4.t.85. In Maritum facta. F.2. t.15. Veteris & noui
beneficij.F.4.t.91 Quæ Titius accepit à Sempronio F.2.t.13.
Inutilibus ſtipulationib.I.3.t.20.C.8.t.39 Itenarchis C.10.t.75
Itinere actúq;priuato D.43.t.18 Iudæis C.I.2. Heracli & cœlicolis C.1.t.12
Iudicatum ſolui D.46.t.7
Iudicibus:C.I.1.Leonis & Alex.Et foris quibuſdam, & de pauperib.lites habẽ-
tibus.C.I.1.Baſilij,& vt nullatenus,cum iureiurando eligatur aliquis iudex
quod permaneat ei:& vt appellationes accipiãt modis omnibus iudices:&
vt in media lite factæ formæ quomodo oporteat decidi, ſi cognitionẽ non
non attendant iudices N.82. Iudiciofinium regundorum D.10.t.1
Iudiciis C.3.t.1.& vbi quiſque agere,vel conuenire debeat D.5.t.1
Iure:Aureorum annulorũ D.40.t.10. & de natalib.reſtituendis C.6.t.8.Codi-
cillorum D.29.t.7. Deliberandi D.28. t.8. & de adeunda, vel adquirenda
hæreditate C.6.t.50.Dominij impetrandi C.8.t.34.Dotium D.23.t.3.C.5.
t.12.Emphyteutico C.4.t.66. Fiſci D.49. t.14. C.10.t.1. Immunitatis D.
50.t.6.Iurando à moriente præſtito,propter menſurã ſuæ ſubſtantiæ N.48.
Iurando propter calumniam dando C.2.t.59
Iureiurando ſiue voluntario,ſiue neceſſario,ſiue iudiciali.D.12.t.2
Iure liberorum C.8.t.59.Naturali,gentiũ, & ciuili I.1.t.2.Patronatus D.37.
t.14.Perſonarum I.t.3.Reipublicæ C.21.t.29
Iuriſdictione omnium iudicum D.2.t.1.& de foro competente C.3 t.13
Iuris & facti ignorantia D.22.t.6.C.1.t.18
Iuſiurandum præſtatur ab his qui adminiſtationes accipiunt Aut.2.t.3
Iuſtinianeo Codice confirmando C.1.t.2
Iuſtitia & Iure I.1.t.1.D.1.t.1
Iuſto errore excuſari vaſallum,&c.F.4.t.92
LAicis qui inteſtati moriuntur abſque liberis C.I.2. Conſtantini Porphy-
rogennetæ.
Latina libertate tollenda,& per certos modos in ciuitatem Romanam tranſ-
(fuſa C.7.t.6
Legationibus D.50.t.3.C.10.t.63
Legatis:I.2.t.20.C.6.t.37.Et fideicommiſsis primo D.30.t.1. ſecundo D.31.
t.1.Tertio D.32.t.1.præſtandis,contra tabulis bonorum poſſeſsione peti-
(ta D.37.t.5
Legis quæ de conſulatu agit,abrogatio L.94
Lege Aquilia I.4.t.3.C.3.t.35.Commiſſoria D.18.t.3. Conrad.F.2.t.34. Fal-
cidia I.2.t.22.Fuſia Caninia tollenda I.1.t.7.C.7.t.3
Legibus:& conſtitutionibus principum,& edictis,C.1.t.14. Senatuſconſultis,
longa conſuetudine D.1.t.3
Legitima:Adgnatorum ſucceſsione I.3.t.2. & tutela I.1. t.15. Parentum tu-
tela I.1.t.18 Patronorum tutela I.1.t.17.Tutela C.5.t.50
Legitimis : Hæredibus C.6.t.57.Tutoribus D.26.t.4. Lenonibus N.14
Lex de Alexandrinis & Ægyptiacis prouinciis E.13
Libellis dimiſſoriis qui Apoſtoli dicuntur D.49.t.6
Liberali cauſa D.40.t.12.C.7.t.16 Liberatione legata D.34.t.3
Liberis : Adgnoſcendis & alendis à parentib.vel à patronis,libertis D.25.t.3
Et poſthumis hæredibus inſtituendis,vel exhæredibus,vel præteritis D.28
t.2.Exhibendis,ſeu deducendis D.43. t.29. & de homine libero exhibendo
C.8.t.8.Præteritis vel exhæredatis C.6.t.28.

Libe

Libero homine exhibendo D.43.t.28 Libertinis I.1.t.5.C.10.t.56
Libertis:& eorum liberis C.6.t.7. Municipū & aliarum vniuerſitatū D.38 (t.3
Literarum obligationibus I.3.t.22
Litigioſis D.44.t.6.C.8.t.38.& decima parte litis,ab actore cautela prĕſtāda (N.112
Litis conteſtatione C.3.t.9
Littorum & itinerum cuſtodia C.12.t.45
Locatione:Et conductione I.3.t.29. Prædiorum ciuilium, vel fiſcalium,ſiue templorum,ſiue rei vel priuatæ vel dominicæ C.11.t.70
Locati conducti D.19.t.2 Locato conducto 65.
Loco publico fruendo D.43.t.9 Locis & itineribus publicis D.43.t.7
Longi temporis præſcriptione quæ pro libertate, non aduerſus libertatem opponitur C.7.t.22
Lucris aduocatorum,& concuſsione officiorum,ſeu apparitorum C.12.t.62
Luitione pignoris C.8.t.51
Magiſtratu Phœniciæ Libanicæ E.4
Magiſtratibus:Conueniendis C.3.t.75. Vel eorum hæredibus D.27.t.8 Municipalibus C.1.tit.56.Non vendendis C.1.Zoæ.
Magiſtris ſacrorum ſcriniorum C.12.t.9 Maiuma C.11.t.45
Maleficis & mathematicis & cæteris ſimilibus C.9.t.18
Mancipiis colonis patrimoniarium & ſaltuenſium,& emphyteuticorum fundorum C.11.t.62
Mandati vel contrà D.7.t.1.C.4.t.35 Mandato I.3.t.27.
Mandatis principum C.1.t.18.N.17
Manumiſsionibus D.40.t.1. quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentib. imponuntur manumiſsis teſtamento D.40.t.4.vindicta t.2. (t.3
Mendicantibus validis C.12.t.25
Menſoribus C.12.t.28 Menſura ordinandorum clericorum N.16
Metallariis,metallis,& procuratoribus metallorum C.11.t.6.
Metatis & epidemeticis C.11.t.41.
Metropolitanis reuocantibus ad ſe pertinere epiſcopatus, iure metropolis aut Archiepiſcopatus honoratas C.I.1.Iſaaci Angeli.
Metropoli Beryto C.11.t.21 Migrando D.43.t.32
Militari Teſtamento I.2.t.11 D.29.t.1.Veſte C.12.t.40
Milite vaſallo qui contumax eſt F.2.t.22
Militia inopum,de charitatico,& fumario,& naucleris,& inuentione theſauri,& aliis quibuſdam C.I.1.Nicephori. Minoribus xxv.annis D.4.t.4
Modo multarum quæ à iudicibus infliguntur C.1.t.54
Moderatore: Arabiæ N.102.Helleſponti N.28 Monachis N.5
Monopoliis,& conuentu negotiatorum illicito, vel artificum ergo laborum, nec non balneatorum prohibitis & pactionibus illicitis C.4.t.59
Mortis cauſa Donationibus,& capionibus D.39.t.6.Curialium N.87
Mortuo inferendo,& ſepulchro ædificando D.11.t.8
Muliere quæ viuo marito alios de matrimonio compellat L.80
Mulieribus:Quæ ſe propriis ſeruis iunxerunt C.9.t.11. In quo loco munera ſexui congruentia vel honores adgnoſcant C.10.t.62
Muneribus:& honoribus D.52.t.4. Non continuandis inter patrem & filium & de interuallis C.10.t.40.Patrimoniorum C.10.t.41
Municipibus & originariis C.10.t.38
Murilegulis,& gynæciariis,& procuratorib. gynæcij, & de monetariis, & de baſtagiariis C.11.t.7 Mutatione nominis C.9.t.25
Natalibus reſtituendis D.40.t.11
Natura Feudi F.1.t.7.Succeſsionis Feudi F.2.t.50
Naturalibus liberis & matrib. eorum,ex quib. cauſis iuſti efficiantur C.5.t.27
Naufragiis C.11.t.5 Nauibus non excuſandis C.11.t.3
Nauiculariis ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri collatione C.11.t.1
Nautæ, caupones ſtabularij,vt recepta reſtituant D.4.t.9
Nautico fœnore D.22.t.2.C.4.t 51
Nauticis vſuris N.110 Nautis Tiberinis C.11.t.26
Ne Amplius ſenatuſconſulta fiant L.78. Ante legitimum matrimonij tempus futuris coniugibus benedicatur L.4
Neceſſariis ſeruis hæredibus inſtituendis vel ſubſtituendis C.6.t.27
Ne:Captiuorum vxoribus aliis nubere liceat L.33. Clericus denuo profanus fiat L.7.Chriſtianum mancipium hereticus vel paganus vel Iudæus habeat, poſsideat,vel circuncidat C.1.t.13.Decurio aut cohortalis producatur in ius,ſiſtatúrve iudicio citra iuſsionem principis, quæ inſinuetur Præfectis N.351.De nouo conſtruatur monaſteriū,aut venerabilis alia domus C.1.5 Nicephori Phocæ.De ſtatu defunctorum poſt quinquenniū quæratur D.30 t.15.C.7.t.21.Eccleſiæ prædiis locupletētur, & ne ſine ſententia principis epiſcopus erectur C.1.4. Nicephori Phocæ. Ex auro & pretioſis lapillis quidquam conficeri in vniuerſum nefas ſit L.3.Ex ſanguine cibus conficiatur L.58. Fideiuſſores vel mandatores dotium dentur C.5.t.20. filius pro patre,vel pater pro filio emancipato:vel libertus pro patrono, vel ſeruus pro domino conueniatur C.4.t.13. filij naturales cum adoptiuis matrimonium contrahant L.24. fiſcus rem quam vendidit euincat C.10.t.5. fiſcus vel reſpublica procurationem alicui patrocinij cauſa in lite præſtet C.2.t.18 Negotiatores ne militent C.12.t.35
Negotiis geſtis C.2.t.19.ſeu negotiorum geſtorum D.3.t.5
Ne intra ſeptimum ætatis annum ſponſalia ineantur, neque ante decimum quintum maribus,aut decimum tertium fœminis,matrimonium conſecretur L.109.Iudæi,Samaritani,& hæretici per cauſā religionis, & cultus ſui, curiali fortuna liberentur N.45.Liceat in vna eadémque cauſa tertiò prouocare,vel poſt duas ſententias iudicum,quas definitio præfectorum roborauit,eas retractare C.7.t.70. Liceat potentioribus patrociniū litigantib. præſtare, vel actiones in ſe transferre C.2.t.14. Matrimonia citra ſacram benedictionem confirmentur L.89
Nemini licere ſignum Saluatoris Chriſti,humi vel in ſilice, vel in marmore aut ſculpere,aut pingere C.I.t.8
Ne:Monaſteriorū prædia deſcribātur C.I.1. Alexij Comn.Mortuis epiſcoporū bona diripiantur ab exactoribus C.I.t.7.Manuelis Comn.Mulieres contractibus teſtimonium præbeant L.48.Operæ à collatorib exigantur C.10.t.24.Præſides in fiſcalibus cauſis fidem publicā dent E.2.Pro dote mulieri bona quondam mariti addicantur, id eſt in ſolidum dentur C.6.t.22.
Neque virum quod ex dote,neque mulierē ex ſponſalitia largitate lucri proprium habere,ſed ſeruare dominiū filiis ſuis;vel ſi ad ſecundas nuptias veniant,vſu ſolo in lucro conſiſtente, & vt repudio trāſigentes nuptias crantes,aut dotem, aut ante nuptias donationem, & ipſis ſimiliter dominium ſeruent filiis: vſum habente perſona cogenda filios alere: ſi verò gratia ſoluantur nuptiæ & videantur occaſione damni detineri quædam hac arte perimenda quæ detinentur, & filiis ſeruentur N.98
Ne:Præſides in prouinciis ſuis domeſtica ſpōſalia cōtrahāt L.23. Quib. quā monaſticæ vitæ inſtitutū ſubierint,facultates ſuppetunt,in vniuerſ de illis teſtari prohibeantur:ſed ſi quo tempore monaſteriū adierint, quippiam contulerint in illorū poteſtate ſit, vt quemadmodū velint quæ ſibi poſt modum pararunt,in plenum aſſem etiā teſtamentū cond verò nihil ab initio intulerint, tum vt de beſſe ſtatuēdi facultatē habe monaſterium autem alteram partem ſiue trientē accipiat L.45.Quid in mine publico ripáve eius fiat quò aliter aqua fluat atq; priore æſtate fl D.43.t.12.Quid in loco publico vel itinere fiat D.43.t.8.Quid in loco cro fiat D.43.t.6. Quid oneri publico imponatur C.11.t.4. Quis cogi bonis cedere N.135.Quis eū qui in ius vocat⁹ eſt,vi eximat D.2.t.7.Qui in ipſa cauſa iudicet,vel ius ſibi dicat C.3.t.5.Quis liber inuitus actū gerere cogatur C.11.t.36.Quis mutuū dans agricolæ,terrā eius teneat N.32.Quis quod agricolæ mutuā pecuniam dedit,illius terrā detineat Nou.34.Rei dominicæ,vel templorum vindicatio,loci temporis excep ne ſūmoueatur C.7.t.38.Rei militaris comitib. vel tribunis,lauacra ſtētur C.8.t.48.Ruſticani ad vllum obſequiū vocētur C.11.t.54.Sacræ mæ quæ de cauſis procedunt publicis,aliter robur accipiāt,quā glorioſ mis prætoriorū prĕfectis inſinuatĕ ſint,&c.N.152.ſanctū baptiſma reit tur C.1.t.9.Serui ad dicendū teſtimoniū admittantur L.9.ſine iuſſu prin pis,certis iudiciis liceat cōfiſcare C.9.t.48. Tutor vel curator vectigal ducat C.5.t.4.Vis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt D.43.t.4.vxor marito,vel maritus pro vxore,vel mater pro filio conueniatur C.4.t.1
Nihil nouari appellatione interpoſita N.49.t.7
Nili aggeribus non rumpendis C.9.t.38
Non alienandis vel permutandis reb.eccleſiaſticis immobilib.aut in ſpeci hypothecam dandis creditoribus,ſed ſufficere generales hypothecas N.
Non amittere feudum eum qui,&c.F.4.t.97
Non cogi vaſallum pro vno feudo duas fidelitates facere F.4.t.4.102
Non eligendo ſecundo nubentes mulieres,& de alienatione & lucro ante ptialis donationis,& de ſucceſsionibus earum filiis ſuis &c.N.2
Non licere habitatorib.metrocomiæ,loca ſua ad extraneum transferre C. (t.
Non numerata pecunia C.4.t.3
Notis:Feudorum F.2.t.58.Numerorum C.1.2. Baſilij.
Noua Conſtitutio Friderici Imp.de ſtatutis & conſuetudinib.contra Eccleſ libertatem editis tollendis C.6.t.2. Noua forma fidelitatis F.2.t.7
Nouationibus & delegationibus D.46.t.2.C.8.t.42.
Nouella ſecunda Conſtitutio,de voluntariis homicidiis,ſuſcipiens quidē co præter vim prioris per commiſerationem,damnans autem perpetuo exili & bonorum ſpoliatione C.11.Conſtantini Porphyrogennetæ.
Noui operis nunciatione D.39.t.11.C.8.t.11.maritimi aſpectus C.63.
Nouo Codice faciendo C.1.t.1 Noxalib. actionib.I.4.t.8.D.9.t.4.C.3.t.
Nudo iure Quiritum tollendo C.7.t.25
Nulli licere in frænis & equeſtrib. ſellis & in baltheis margaritas & ſmarag dos,& hyacintos aptare,& de artificib.palatinis C.11.t.11. (N.32.t.)
Nullū credentem agricolæ,tenere illius terram,& quartam debeat vſurā da
Numerariis actuariis,& charculariis,& adiutorib. ſiue ſcriniariis,& except ribus ſedis Eccleſiæ cæterorúmque iudicum tam militarium quàm ciui lium C.12.t.50
Nundinis D.50.t.11.& mercatoribus C.4.t.60
Nuptiis I.t.10.C.5.t.4.Nouel.22. Amitæ & fratris filiæ, cum filio fratris patruo C.I.2. Alexij Comn. Cum duabus ſobrinis C.I.5. Manuelis Com Septimi gradus,C.I.2.Iſaaci Aug. (Co
Oblatione votorum C.12.t.49.Et aliis eccleſiaſticis iurib. C.I.9 Alex
Obligationib.I.3.t.14.Et actionib.D.44.t.7. C.4.t.10.Ex conſenſu t. Quæ ex delicto naſcuntur I.4.t.1. Quæ quaſi ex contractu naſcuntur I. t.28.Quæ quaſi ex delicto naſcuntur I.4.t.5
Obſequiis: A liberis & libertis præſtandis D.37.t.14. Patrono præſtand (C.6.t.
Officinarum magnæ Eccleſiæ vſu L.12
Officinis ſiue tabernis Conſtantinopolitanæ vrbis & N.43.
Officio:Adſeſſorum D.I.t.22. Ciuiliū iudicū C.1.t.46. Comitis Orientis C. t.40.Comitis rerū priuatarum C.1.t.36.Comitis ſacrarum largitionū C. t.35.Comitis ſacri palatij C.1.t.37.Comitis ſacri patrimonij C.I.t.39.cō ſulis D.1.t.10.Diuerſorū iudicum C.1.t.49.Eius cui mādata eſt iuriſdicti D.1.t.21.Eius qui vicē alicuius iudicis,vel prĕſidis obtinet C.1.t.31.Iud cis I.4.t.17.Iuridici Alexandriæ D.1.t.20. C.1.t.58. Magiſtri militū C. t.32.Magiſtri officiorū C.1.t.31.Militariū iudic C.1.t.47. Præfecti Augu ſtalis D.I.17.C.1.t.41.Prĕfecti prætorio D.1.t.11.P.P.Africæ & de omni eius diœceſis ſtatu C.1.t.30.P.P.Orientis & Illyrici C.1.t.29.Præfecti vi giliū D.1.t.15.C.1.t.45.Præfecti vrbi D.1.12. D.1.28. Præſidis D.1.t.1 Prætorū D.1.t.14.C.1.t.43.Proconſulis & legati D.1.t.16.D.1.t.38.Pro curatoris Cæſaris,& Rationalis D.1.t.19. Quæſtoris D.1.t.13. C.1.t.3 Rectoris Prouinciæ D.1.t.44.Vicarij C.1.t.42
Omni agro deſerto,& quando ſteriles fertilibus imponuntur C.11.t.58 (t.
Operib.publicis D.50.t.10.C.8.t.12.Operis noui nunciatione D.39.t.1.C.
Operis Libertorum D.38.t.1.C.6.t.3. Seruorū D.7.t.7.Optione legata D.3 (t.5.N.
Ordinatione epiſcoporum & clericorum N.127
Ordine:Cognitionū C.7.t.19.Iudiciorum C.5.t.8.Senatorū,& cōſultationib.
Origine iuris,& omnium magiſtratuū, & de ſucceſsione iuris prudentiū D. (t.
Oris maritimis L.56
Pace Conſtantiæ E.3.Tenenda,& eius violatorib. F.2.t.27. Tenenda inter ſubditos,& iuramento firmanda,& vindicanda, & de pœna iudicib.appoſita,qui eam vindicare & iuſtitiam facere neglexerint F.2.t.53
Pacto paterno ex æquo hæredem futurum filium L.19
Pactis D.2.t.14. D.2.t.3. Conuentis tam ſuper dote, quam ſuper donatio propter nuptias,& paraphernis C.5.t.14.Dotalibus D.23.t.4.Inter emptorem & venditorem cōpoſitis C.4.t.54.Pignorū & commiſſoria lege,in pignoribus reſcindēda C.8.t.35 Paganis,& ſacrificiis,& templis eorū C.1.t.11
Palatij

Palatiis,& domibus dominicis C.11.t.76 Palatinis ſacrarum largitionum, (& rerum priuatarũ C.12.t.24
Partu pignoris,& omni cauſa C.8.t.25
Paſcuis publicis,& priuatis C.11.t.60 Patria poteſtate I.1.t.9.C.8.t.47
Patribus qui filios ſuos diſtraxerint C.4.t.43
Patrimoniis templorũ vrbis Romę,& de capitatione infantiũ C.I.2 Leon.Ik.
Peculio D.15.t.1.Eius qui libertatem meruit C.7.t.23.Legato D.33.t.3
Pedaneis iudicibus C.3.t.3 Penu legata D.33.t.9
Perfectiſſimatus dignitate C.12.t.33
Periculo:Eorum qui pro magiſtratibus interuenerunt C.11.t.34.Et cõmodo rei venditæ D.18.t.6.C.4.t.48.Nominatorum C.11.t.33.Succeſſorum parentis C.10.t.61.Tutorum & curatorum C.5.t.38
Perpetuis:Emphyteuſibus I.13.Et temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes,& in heredes tranſeunt I.4.t.12
Per : Quas perſonas nobis adquiritur I.2.t.9.C.4.t.27. Quas perſonas nobis adquiritur obligatio I.3.t.29.Quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur (F.2.t.3
Petitione hæreditatis D.13.t.3. C.3.t.31
Petitionibus bonorum ſublatis Conſtitutio Gregoriana C.10.t.12
Pignoratitia actione, vel contra D.13.t.7.C.4.t.24
Pignori dato feudo,quid iuris ſit: F.1.t.11
Pignoribus & hypothecis D.20.t.1.C.8.t.14 Piſtoribus C.11.t.15
Prius : Petitionibus C.3.t.10. Valere quod agitur quam quod ſimulatè concipitur C.4.t.22
Pœna:Eius qui rem aliquã publicam vendiderit L.62.Eius qui aliquẽ dedita opera excæcauit L.92. Eorũ qui naufragiũ ſuppreſſerint L.64. Epiſcoporũ, Sacerdotum,& clericorum qui ſe aduocationibus,ſponſionibus,redẽpturis, aliíſve ſimilibus dedunt L.86.Eunuchorũ,ſi vxores ducant L.98.Falſariorum L.77.Falſum teſtimoniũ dicentium ſacerdotũ L.75. Illorũ qui res vetitas ad hoſtes transferunt L.63. Incantatorum L.65.Iudicis qui malè iudicauit,vel eius qui iudicem vel aduerſarium corrũpere curauit D.7.t.49. Sacerdotis, diaconi , aut hypodiaconi ſi poſt adſumptum ordinem in matrimonium iungatur L.79.Temerè litigantium L.4.t.16
Pœnis D.48.t.19.C.9.t.47 Pœnis fiſcalibus creditores præferri C.10.t.7
Pollicitationibus D.50.t.12 Polygamis C.I.2.Conſt.Porphyrogennetæ.
Ponderatoribus,& auri illatione C.10.t.71
Pontici tractus vicario F. 8 Popularibus actionibus D.47.t.23
Portionibus quæ liberis damnatorum concedantur D.48.t.20
Poſſeſſione eccleſiarum & venerabiliũ domorũ C. I.1. Baſilij Porphyrogenn.
Poſſeſſoria hæreditatis petitione C.5.t.5 Poſtliminio reuerſis,& redemptis (ab hoſtibus C.8.t.511
Poſtulando D.3.t.1 C.2.t.6
Poſthumis hæredibus inſtituendis vel exhæredandis, vel præteritis C.6.t.29
Potioribus ad munera nominandis C.10.t.65
Præbendo ſalario C.10.t.36 Prædiorum adquiſitione C.I.1.Romani Sen.
Prædiis : Decurionum ſine decreto non alienandis C.10 t.34. Et aliis rebus minorũ,ſine decreto non alienandis,ſiue obligandis C.5.t.71. Et omnibus rebus nauiculariorũ C.11.t.2.Martinus ad remoras piſcatorias conſtituẽdas ſeorſim non ſufficientibus,& vt inuitus etiam ad ſocietatem adigatur L.102.Potentiorum C.I.3.Baſilij Porphyr. Tamiacis & de iis qui ex colonis dominicis,aliíſque liberæ conditionis procreantur C.11.t.68
Præfecto pœnam adultero non irrogante C.I. 1. Leonis Armenij. (12.t.4
Præfectis Pretorio,ſiue vrbi,& magiſtris militũ in dignitatib.exæquãdis C.
Prælatione C.I.Rom.Sen.C.I.3 Niceph.Phoc. in Antichreſi C.I.1.Michaël.
Præpoſitis:Agentium in rebus C.12.t.21.Laborum C.12.t.18.Sacri cubiculi, & de omnibus cubiculariis,& priuilegiis eorum C.12.t.5
Præſcriptione:Longi temporis,1.vel xx.annor,C.7.t.33 xxx.vel xj. annor. C.7.t.39.Quadraginta annor.C.I.4. Baſ.Porphyr.
Præſcriptis verbis,& in factum actionibus D.19.t.5 (Thraciæ N.85
Prætoræ : Lycaoniæ N.25.Paphlagoniæ N.29. Piſidiæ N.24. Siciliæ N.104.
Prætoribus;Populi N.13.Et honore præturæ : & collatione,& gleba,& folli, & ſeptem ſolidorum functione ſublata C.12.t.2
Prætorio:Pignore,& vt etiam in actionib.debitorũ miſſio prætorij pignoris procedat C.8.t.22.Et velamine capitis,& de publicis curatorib. C.I.1.Mi-
Prætoriis ſtipulationib.D.46.t.5 Præuaricatorib.D.47.t.15 (chaëlis.
Pragmatica ſanctio Iuſtiniani Imperatoris,complectens varia capita C.I.1
Precario D.43.t.25.Et Saluiano interdicto C.8.t.9
Precibus Imperat.offerendis,& de quib.reb.ſupplicare liceat,& vbi C.1.t.19
Primatu & appellatione,& cõmemoratione Papæ Romę C.1.Michël.Palęol.
Primicerio & ſecundicceario & notariis C.12.t.7 Primipilo C.12 t.63
Principibus agentium in rebus C.12.t.22 Priuatis carceribus inhibendis (C.9.t.5.Delictis D.47.t.1
Priuilegio:Dotis C.7.t.74.Fiſci C.7.t.73
Priuilegiis Archiepiſc.primæ Iuſtinianæ &c.N.11.Corporatorũ vrbis Romæ C.11.t.14.Creditorũ D.42.t.6.Domus auguſtæ vel rei priuatæ,vel quarum collationũ excuſationẽ habent C.11.t.74. Dotis, hæreticis mulierib. non præſtandis N.119.Eorũ qui in ſacro palatio militant C.12.t.29. Scholarũ C.12.t.30 Veteranorũ D.49. t.18. Vrbis Conſtantinopolitanæ C.11.t.20
Priùs poſſeſſionẽ reſtituendam eſſe quàm de principali cauſa agatur F.4.t.82
Probatione inueſtiturę F.4.t.88 Probationibus C.4.t.19.Et preſumptionibus D.22.t.3
Proconſule:Cappadociæ N.30.Paleſtinæ N.163
Procuratoribus C.2.t.13. Et defenſoribus D.3.t.3
Pro:Derelicto D.41.t.8.Donato t.7.Dote t.10.Emptore t.5
Profeſſorib & medicis C.10. t.52. Qui in vrbe Conſtantinopolitana docentes,ex lege Comitatiuam habere meruerunt C.12. t.15
Pro hærede vel poſſeſſore D.41.t.6
Prohibita:Feudi alienatione,per Fridericum F.2.t.55. Lotarium t.52. Sequeſtratione pecuniæ C.4.t.4
Pro legato C.41.t.9
Pro,Socio D.17.t.2.C.4.t.37.Soluto D.4.t.41 Suo D.41.t.11.C.4.t.11
Prouinciarum præſidibus N.161.C.T.3 Proxeneticis D.50.t.14
Proximis ſacrorũ ſcriniorũ,cæteriſq;qui in ſacris ſcriniis militant C.12 t.9
Publicæ lætitię,vel conſulũ nunciatores, conſtitutionũ & aliarũ ſacrarũ vel iudicialiũ literarũ ex deſcriptione,vel ab inuitis,ne quid accipiant immo- (dicum C.12.t.64
Publicanis,vectigalibus & commiſſis D.39 t.4
Publicana in rem actione D.6.t.2 Publicis iudiciis I.4.t.18.D.48.t.1
Puerperis L.27 Pupillari ſubſtitutione I.2.t.16

Qvadriẽnij preſcriptione C.7.t.37 Quadrimeſtribus breuibus C.1.t.42
Quæ:fuit prima cauſa beneficij amittendi F.t.24.In fraudẽ creditorum
facta ſunt,vt reſtituãtur D.42.t.9.Res exportari nõ debẽt C.4.t.41. Res vẽdi non poſſunt,& qui vẽdere vel mercari vetãtur C.4.t.40.Res pignori obligari poſſint vel nõ,& qualiter pignus cõtrahatur vel nõ C.8.t.17.Res pignori vel hypothecæ datę obligari non poſſint D.20.t.3.Res venire non poſſunt,& qui vendere vel emere vetantur C.4.t.40.Sẽtentię ſine appellatione reſcindãtur D.46.t.8.Sine regalię F.2.t.56.Sit longa conſuetudo C.8.t.53
Quęſtionibus D.48.t.18.C.9.t.41 Quęſtore N.80
Quęſtoribus & magiſtris officiorum , & comitibus ſacrarum largitionum, & rei priuatę C.12.t.6.Et præfectis inſularum N.41
Qualiter Dominus proprietate feudi priuetur,F.2.t.47.Iurare debeat vaſallus domino fidelitatem F.2.t.5. Olim poterat feudum alienari F.2. t.9
Quando actio de peculio annalis eſt D.15.t.2.appellandũ ſit,& intra quę tẽpora D.49.t.4.Ciuilis actio pręiudicet,& an vtraq;ab eodẽ exerceri poſſit C.9.t.31.Decreto opus non eſt,C.5.t.72.Dies legati vel fideicõmiſſi cedat D.26.t.2.C.6.t.52.Dies vſusfructus legati cedat D.7.t.3. Et quibus quarta pars ex bonis decurionũ debetur,&de modo diſtributionis eorũ,C.10.t.34 ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel cõueniri poſsũt D.26.t.9. C.5.t.39.Fiſcus vel priuatus,debitoris ſui debitores cõuenire poſſit,vel debeat C.4.t.15.Imperator inter pupillos,& viduas vel miſerabiles perſonas cognoſcat,& ne exhibeãtur C.3.t.14.Libellus principi datus litis cõteſtationẽ faciat C.1.t.23.Liceat ab emptione diſcedere C.4.t.45. Liceat vnicuiq;ſine iudice vẽdicare,ob publica deuotionẽ C.3.t.27.Mulier officio tutelę fũgi poteſt,C.5.t.35.Nõ petentiũ partes petentib.adcreſcã: C.6.t.10. Prouocare nõ eſt neceſſe C.7.t.64.Tutores vel curat.eſſe deſinũt C.5.t.60
Quantum in piſcatibus , remotę piſcatòrię inter ſe diſtare debeant L.57
Qua pœna caſtratores adfici debeant L.60
Quarum rerum actio non datur & de exceptione iuriſiurandi D.44.t.5
Quemadmodum : Ciuilia munera inducuntur C.10. t.42. Feudum ad filium pertineat F.1.t.24.Seruitutes amittantur D.8.t.5.Teſtamenta aperiantur, deſcribantur,& inſpiciantur D.29.t.3. C.6.t.12
Qui accuſare non poſſunt D.9.t.1. Admitti ad bonorum poſſeſſionẽ poſſunt, & intra quod tempus C.6.t.9. Ætate ſe excuſant C.5.t.58. Ætate vel profeſſione ſe excuſant C.10.t.49. Bonis cedere poſſunt C.7.t.71
Quibus ad conditionẽ prędiorũ fiſcaliũ accedere non licet C.11.t.72. Ad libertatẽ proclamare non licet D.40.t.13. & de rebus eorũ qui ad libertatẽ non prohibẽtur C.7.t.18.Alienare licet vel nõ I.2.t.8.Ex cauſis in poſſeſſionẽ eatur D.42.t.4.Ex cauſis maiores in integrũ reſtituãtur C.2.t.54.Ex cauſis manumittere non licet I.1.t.6.Ex cauſis ſerui pro prẽmio libertatẽ accipiunt D.40.t.13.C.7.t.13.Modis feudum amittatur F.1.t.5.17.Modis feudũ cõſtitui poteſt F.1.t.26.Modis ius patrię poteſtatis ſoluitur I.1 t.12. Modis naturales efficiuntur ſui,& de eorum ex teſtamẽto,ſiue ab inteſtato ſucceſſione N.89.Modis,naturales filij efficiũtur legitimi & ſui, ſupra illos modos qui ſuperiorib.conſtitutionib. continentur N.74.Modis pignus vel hypotheca ſoluitur D.20.t.6. Modis re cõtrahitur obligatio I.3.t.15.Modis teſtamenta infirmẽtur I.2.t.17. Modis tollitur obligatio I.3.t.30.Modis tutela finitur I.1.t.22. Modis,vſusfructus vel vſus amittatur D.7.t.4
De quibus muneribus vel pręſtationib. nemini liceat ſe excuſare C.10.t.48. Rebus ad eundem iudicem eatur D.11.t.2
Quibus muneribus excuſantur hi qui poſt impletam militiã,vel aduocationẽ per prouincias , ſuis cõmodis vacantes cõmorantur & de priuilegiis eorũ, & de conductorib.fiſcaliũ fiſci C.10.t.15. Non competit bonorũ poſſeſſio D.38.t.14.Non eſt permiſſum facere teſtamentum I.2.t.12. Non obijcitur longi temporis præſcriptio C.7.t.35. Res iudicata non nocet C.7.t.36
Qui dare tutores vel curatores,& qui dari poſſunt, vel non C.5.t.34
Quid iuris ſi poſt alienationem feudi vaſallus recuperet F.2.t.44 Præcedere debeat an inueſtitura,an fidelitas? F.2.t.4. Sit inueſtitura F.2.t.2
Qui,Et aduerſus quos in integrũ reſtitui nõ poſſunt C.2.t.4.Et à quib.manumiſſi liberi non fiãt,& ad L. Æliã Sentiam D.40.t.9.Feudum dare poſſunt, qui nõ,& qualiter adquiratur & retineatur F.1.t.1.Legitimã perſonã ſtãdi in iudiciis habeãt vel nõ D.3.t.6.Manumittere nõ poſſunt,& ne in fraudẽ creditorũ manumittãtur C.7.t.11.Militare poſſunt vel nõ poſſũt,& de ſeruis ad militię dignitatẽ adſpirãtib.& vt nemo duplici militia vel dignitate ſimul vtatur C.12.t.34.Morbo ſe excuſãt C.5.t.67.C.10.t.50.Nõ poſſunt ad libertatẽ peruenire C.7.t.12.Num.liberorũ ſe excuſant C.5.t.66.C.10. t.66.C.10.t.66 Num.tutelarũ ſe excuſant C.5.t.69.Petant tutores vel curat. & vbi petãtur D.26.t.5.C.5.t.31.Potiores in pignore, vel hypotheca habeãtur,& de iis qui in priorũ creditorum locũ ſuccedunt D.20.t.4.C.8. t.18. Pro ſua iuriſdictione iudices dare, daríve poſſunt C.3.t.4. Satiſdare cogantur,vel iurato promittant, vel promiſſioni ſuæ cõmittantur D.2.t.8
Quis:dicatur Dux,Marchio,Comes,vel capitaneus,vel valuaſor F.2 t.10.Et à quo appellatur D.49.t.3
Quis ordo in bonorũ poſſeſſ. ſeruetur D.38.t.16
Qui:Sine manumiſſione ad libertatẽ perueniãt D.48.t.8. Sint rebelles F.t.12
Qui ſucceſſores feudũ dare teneãtur F.1.t.3.Succeſſor.teneãtur F.1.t.ſ.teſtamẽta facere poſſunt vel nõ poſſunt C.6.t.22.Teſtamento tutores dari poſſunt I.1.t.14. Teſtes neceſſarij ſint ad nouã inueſtiturã prębendã F.2.t.32
Quod ante ineundum ſacerdotium matrimoniũ contrahi debeat L.3.Cuiuſq; vniuerſitatis nomine vel contra eum agatur D.3.t.4 Cùm eo qui in aliena poteſtate negotium geſtum eſſe dicetur I.4.t.7.ff.4.t.5.vel de perſculo ſiue quod iuſſu aut de in rem verſo C.4. t.26. Falſo tutore authore geſtum eſſe dicetur D.27 t.6.Iuſſu D.15.t.4.Quiſque iuris in alium ſtatuit,vt ipſe eodem iure vtatur D.2.t.2.vi aut clam D.43.t.23
Quo Modo,& quando iudex ſententiã proferre debeat præſentib.partibus,vel vna parte abſente C.7. t.43. Modo in læſæ maieſtatis crimine procedatur F. 1.Modo oporteat epiſcop. & cæteros clericos ad ordinationes produci, & de expẽſis eccleſ.N.6.Modo oporteat milites tranſitũ in ciuitatib.facere & de introitu N.13.Modo oporteat monachos viuere N.133.Quiſq;ordine conueniatur C.11 t.35. (Legatorum C.43.t.3. C.8.t.3
Quorum Appellationes non recipiuntur C.7.t.65. Bonorũ C.43.t.2.C.8.t.1.
Quo tempore miles inueſtituram petere debeat F.1.t.22.Tempore & à Quibus rerum ſuarum adminiſtratio adultis concedi debeat L.28
Quot teſtes ſint neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem F.2.t.57

RAptis mulieribus quæ raptoribus nubunt N.143
Raptoribus virginis eorũmque qui raptui adfuerunt pœna L.35
Raptu : Equi C.1.t.4.Theophili.Virginum ſeu viduarum, nec non ſanctimonialium C.9.t.13

Ratiocinijs

Ratiociniis operum publicorum,& de partibus ciuitatum C.8.t.13
Rebellibus & ſeditioſis anathemate feriendis C.1.1. Conſtant.Porphyrog.
Rebus alienis non alienandis,& de prohibita rerũ alienatione vel hypotheca C.4.t.51.corporalib.& incorporalib. I.2.t.2. creditis & iureiurando C.4. t.2.& ſi certũ petatur,& de certi condictione D.12.t.1. Dubiis D.34.t.5. Eo.ti.qui ſub tutela cura ſunt,ſine decreto non alienandis, vel ſupponen-(dis D.7.t.9
Receptatoribus D.47.t.16
Receptis arbitris C.2.t.36.& qui arbitriũ recipiũt,vt ſententiã dicãt D.4.t.8
Reditu magnæ Eccleſiæ,& de allelengyo C.I. Romani Argyri.
Refendariis ſacri palatij N.10 Regula Catoniana D.34.t.7
Regula Iuris D.50.t.17. Res poſtulatis C.10.t.58
Re iudicata C.7.t.52. Et de effectu ſententiarum & de interlocutionib.iudicum D.41.t.1
Res Vendicatione D.6.t.11.C.3.t.32.Vxoriæ actione in exſtipulatu actionẽ transfuſa,& de natura dotibus præſtita C.5.t.13
Reis promittendi N.99 Relationibus C.7.t.61
Releuationibus tributorum publicorum N.163.C.t.5
Religioſis:Et ſumptibus funerum,& de aleæ, & de aleatoribus C.3.t.43.Et vt funus ducere liceat D.11.t.7
Reliquis & interceſſionibus ſanctorum C.I.1. Conſtantini Cabol.
Reliquis publicis non erigendis, & de diſcuſſione diuerſarũ actionum N.147
Rem:Alienam gerentibus non interdici rerum ſuarum adminiſtrationẽ C.4. t.53.Pupilli vel adoleſcentis ſaluam fore D.46.t.6.Ratam haberi,& de ratihabitione D.46.t.8
Re militari D.49.t.16,C.12.t.36 Remiſſione pignoris C.8.t.26
Remiſſionibus D.43.t.24 Replicationibus I.4.t.14
Repudianda Bonorũ poſſeſſione C.6.t.19.Et abſtinenda hæreditate C.6.t.31
Repudiis,& iudicio de moribus ſublato C.5.t.7
Reputationibus quæ fiunt in iudicio in integrum reſtitutionis C.2.t.48
Requirendis reis C.9.t.40.vel abſentibus damnandis D.48.t.17
Rerum:Amotarũ C.5.t.21.Diuiſione,& adquirẽdo ipſarum dominio I.2.t.1. Et qualitate D.1.t.8.Permutatione D.19.t.4.& pręſcriptis verb. C.4.t.64
Reſcindenda venditione C.4.t.44.C.I.2.Romani Senſoris, & quando liceat ab emptione diſcedere D.18.t.5
Res inter alios acta,vel iudicata,aliis non nocet C.7 t.60
Reſtitutione:Fideicommiſſi,& nomine familię quod vſque ad quartũ gradum locum habet,& quod familiæ nomine nurus etiam continetur N.159.Militum,& eorum qui reipubl.cauſa abſunt C.2. t.51
Reſtitutionibus N.108.& ea quæ parit xj. menſe poſt mortem viri N.39
Reuelatione fiſcalium C.I.2. Nicephori Botoniatæ.
Reuocandis: donationib. C.8.t.56.Iis quæ in fraudem creditorum alienata (ſunt C.7.t.75
Ripa munienda D.43.t.14.
Ritu nuptiarum D.23.t.2 Riuis D.43.t.21.
SAcra forma trãſmiſſa Dominico glorioſ.præfecto de diuerſis capit.N.163
Sacroſanctis eccleſiis, & de rebus & de priuilegiis earum C.1.t 3
Sacrum pragmaticum Tyberij Auguſti,de confirmatione conſtitutionum Iu-(ſtini C.I.4
Salgamo hoſpitibus non præſtando C.12.t.41
Saluiano interdicto D.43.t.32 Samaritanis N.I.5
Samaritis N.129.t.144 (chis N.123
Sanctiſſimis epiſcopis; & Deo amabilib.& reuerendiſſimis clericis,& mona-
Satiſdando C.2.t.57 Satiſdatione tutorum & curatorum I.1.t.24
Satiſdationibus I.4.t.11 (periculo diſcedere N.51
Scenicas non ſolùm ſi fideiuſſores præſtent,ſed etiam ſi iuſiurãdum dent,ſine
Secundis nuptiis C.5.t.9 Seditioſis & iis qui plebem audent contra rem-(pub.colligere C.9.t.30
Senatoribus D.7.t 9
Senatuſconſulto Claudiano C.7. t.24. Macedoniano D.14. t.6. Orphitiano I.3.t.4.Sylan.& Claudiano,& quorũ teſtamenta non aperiantur D.29.t.5. (Tertilliano I.3.t.3
Senatuſconſultis C.I.t.19
Sententia quæ ſine certa quantitate profertur C.7.t.46
Sententiã paſſis & reſtitutis D.48.t.23.C.9.t.51 Reſcindi nõ poſſe C.7.t.50
Sentẽtiis aduerſus fiſcũ latis retractãdis C.10.t.9 Et interlocutionib.omniũ iudicũ C.7.t.45.Ex periculo recitandis C.7.t.44.iudicum C I.6.Manuelis Conneni.Præfect.Prætorio C.7.t.42.Quæ pro eo quod intereſt,proferun-(tur C.7.t.47
Separationibus D.42.t.7
Sepulchro violato D.47.t.12. C.9.19.L.96 Seruili cognatione I.3.t.7
Seruis:Coniugib.ſi alter illorum libertate donetur L.101.Exportandis,vel ſi mancipiũ ita venierit,vt manumittatur vel cõtra D.18.t.7.Fugitiuis D.11. t.4.Et libertis mancipiiſq;ciuitatũ artificibus,& ad diuerſa opera deputatis,& ad rem priuatam vel domeſticam pertinentib.C.6.t.1. Qui liberis in matrimonium coniunguntur L.100. Reipubl.manumittendis C.7.t.9
Seruitute legata D.33.t.3 (norum prædiorum D.8.t.2
Seruitutibus D.8.t 1.Et aqua C.3.t.34.Ruſticorum prędiorum I.2.t.3.Vrba-
Seruo corrupto D.11.t.3.Pignori dato C.7.t.8. Qui ignorante domino clericus factus eſt L.9. Qui inſcio domino monachiſmum ſuſcepit L.10. Qui ignorante domino epiſcopus factus eſt L.11
Seruos poſt delatã ſucceſſionẽ manumiſſos,in feudũ non ſuccedere F.4.t.106
Si aduerſus creditorem C.7.t.36.pręſcriptio opponitur C.2.t.38. Delictum ſuum,reſtitutio poſtuletur C.2.t.36.donationem C.2.t.30.Dotem reſtitutio poſtuletur C.2.t.34.Fiſcum reſtitutio poſtuletur C.2.t.37.Libertatem C.2.t.31.Rem iudicatam reſtitutio poſtuletur C.2.t.27. Solutionem à tutore vel ſe factam C.2. t.33. Tranſactionem vel diuiſionem in integrum minor reſtitui velit C.2. t.32. Venditionem C.2.t.28. pianorum C.2.t.2. Vſucapionem reſtitutio poſtuletur C.2
Si: Ager vectigalis vel emphytheut.petatur D.6.t.3. Aliena res pignori data ſit C.8.t.16.An non cõpetente iudice iudicatũ eſſe dicatur C.7.t.48.Antiquior creditor pignus vendiderit C.8.t.20.certũ petatur C.4.t.2.cõmunis res pignori data ſit C.8.t.21.cõtra ius vel vtilitatẽ publicã,vel per mendaciũ fuerit aliquid poſtulatũ vel impetratũ C.1.t.25. contra matris voluntatẽ tutor datus ſit C.5.t.47.cui plus quam per leg.Falcid. licuerit legatũ eſſe dicetur D.35.t.3.curialis relicta ciuitate ius habitare maluerit C.10. t.37. De feudo defuncti cõtentio ſit inter dominũ & adgnatos vaſalli F.2. t.26. De feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit,& dominus eum defendere voluerit F.3.t.25. De inueſtitura controuerſia fuerit, F.2.t.4. De inueſtitura inter dominũ & vaſallũ oriatur F.1. t.26. De momẽtanea poſſeſſione fuerit appellatũ C.7.t.69.Dos conſtante matrim.ſoluta fueri[t]
t.9.Ex falſis inſtrumentis,vel teſtimoniis iudicatũ erit C.7.t.58.Ex n[o]
cauſa agatur,quemadmodũ caueatur D.2.t.9. Ex pluribus tutoribus,v[el]
ratorib.omnes,vel vnus agere,pro minore vel conueniri poſſint C.5.t.
Familia furtum feciſſe dicatur D.47.t.6.Illa cauſa indicati pignus ca[p]
ſit C.8.t.25. In communi eademque cauſa in integrum reſtitutio poſ[tule]
tur C.2.t.29. In fraudem patroni à libertis alienatio facta ſit C.6.t.5
Synodica ſubnotatione,patriarchę Lucæ,de nuptiis ſeptimi gradus cogn[atio]-
Si is qui teſtamento liber,&c.D.47.t.4 (nis C.1.t.3.Manuel.
Silentiariis & decurionibus eorum C.12.t.6
Si: Libertatis imperialis ſocius ſine herede deceſſerit C.10.t.14.Libert[us in]genuus eſſe dicatur D.47. t.14. Magiſtratus aliquis res fiſcales furat[us] deprehenſus ſit L.105.Maior factus alienationem factam ſine decreto habuerit C.58.t.74.Maior factus ratum habuerit C.2.t.46. Mancipium fuerit alienatum,vt manumittatur,vel contra C.4.t.57.Mancipium i[ta ve]nierit,ne proſtituatur C.4.t.56.Mater indemnitatem promiſerit C.[5.]
Menſor falſum modum dixerit D.11.t.6.Minor ab hæreditate ſe abſt[inuerit] C.2.t.39. Minor ſe maiorem dixerit, vel maior probatus fuerit C.[2.]
Mulier ventris nomine poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur D.25.
Sine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe C.4.t.47
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis I.2.t.24
Si:Nuptię ex reſcripto petantur D.5.t.8. Omiſſa ſit cauſa teſtamẽti C.6.
Pars hereditatis petatur D.5.t.4.Pendente appellatione, mors interue[ne]rit D.49.t.13.C.7.t.66.Per vim,vt alio modo abſentis poſſeſſio turba[ta ſit] C.8.t.8.Pignoris conuentionẽ numeratio pecuniæ ſecuta nõ ſit C.8.
Pignus pignori datum ſit C.8.t.24.Plures ſunt domini vel vaſalli F.4.
Plures vna ſententia condemnati ſunt C.7.t.55. Poſt creationem qui[s de]ceſſerit C.10.t.66.Propter inimicitias creatio facta ſit C.10.t.66.Pro publicas penſitationes venditio fuerit celebrata C.4.t.46.Quacunq; pr[æſi]tus poteſtate,vel ad eum pertinẽtes ad ſuppoſitarum iuriſdictioni ſua[e] ſpirare tentauerint nuptias C.5. t.7. Quadrupes pauperiem feciſſe dic[atur] I.4.t.9.D.9.t.1. Quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit D.29.
C.6 t.34.Quis alteri vel ſibi ſub alterius nomine,vel aliena pecunia em[erit] C.4.t.50.quis à parente manumiſſus fuerit D.37.t.12. quis cautioni i[u]dicio ſiſtendi cauſa factæ non obtemperauerit D.2. t.3. quis eam cuiu[s tu]tor fuerit corruperit C.9.t.10. qui ignorans rem minoris eſſe ſine dec[reto] cõparauerit C.5.t.37.quis Imperatori maledixerit C.9 t.7. quis in iu[s vo]catus non ierit, ſiue per eum cauerit per quem ex edicto non debuit [D.2.] t.5.quis ius dicenti non obtemperauerit D.2. t.3. quis omiſſa cauſa t[eſta]menti ab inteſtato vel alio modo poſſideat hereditatẽ D.29.t.4.quis t[eſta]mento liber eſſe iuſſus fuerit & poſt mortem domini ante auiram he[redi]tatem ſubripuiſſe aut corrupiſſe quid dolo malo dicatur D.47.t.4
Rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes ſponſalitias dederint arrhas [C.5.] t.2.Reus vel accuſator mortuus fuerit C.9.t.6.Sæpius in integrum reſ[titu]tio poſtuletur C.2. t.44. Secundò nupſerit mulier cui maritus vſumfr[uctum] reliquit C.5.t.10. Seruitus vendicetur [D.]8.t.5. Seruus aut libertus ad [de]curionatum adſpirauerit C.20.t.32.Seruus exportandus veniat,Seruus [ex]tero ſe emi mandauerit C.4. t 44. Tabulæ teſtamenti extabunt D.37.
Tabulæ nullæ extabunt D.38.t.6.Tutor contra matris voluntatẽ da[tus] C.5.t.47.Tutor vel curator falſis allegationib. excuſatus ſit C.5.t.63.[Tu]tor vel curator interueniri C.2.t.25.Tutor vel curat.nõ geſſerit C.5.
Tutor vel curator reip.cauſa abfuerit C.5.t.64. Tutor vel curator vel [ma]giſtratus creatus appellauerit D.49.t.10.Vaſallus de feudo ab aliquo in[ter]pellatus fuerit,& dominus eũ defendere noluerit F.2. t.25. Vaſallus fe[udo] priuetur,cui deferatur F.2.t.31.Vendito pignore agatur C.8.t.30. Ve[ntris] nomine muliere in poſſeſſionẽ miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad a[lium] tranſlata eſſe dicatur D.25.t.6.Vnus ex fratrib.dederit ſuã partẽ fratri [F.] t.84.Vnus ex plurib.appellauerit C.7.t.68.Vnus ex plurib.heredib.cr[edi]toris vel debitoris partẽ ſui debiti ſoluerit vel acceperit C.8.t 32.Vſuſ[fru]ctus petatur,vel ad alium pertinere negetur D.7.t.6.Vt omiſſam hęre[dita]tem,vel bonorum poſſeſſionem vel quid aliud adquirat C.2. t.40
Societate I.3.t.26. (ſalium C.I.3.Alexij Comn[eni]
Solutione matrimonij ob furorem coniugis C.I.1.Niceph.Botoniatæ.Sp[on]-
Solutionib.& liberationib.D.46.t.3.C.8.t.43.debitorem ciuitatis C.11.
Soluto matrimonio,quemadmodum dos petatur D.25.t.3.C.5.t.18
Spectaculis,& ſcenicis,& leonibus C.11.t.40 (xeneticis C.
Sponſalibus D.23.t.1.C.1.t.3. Alexij Comneni.Et arrhis ſponſalitiis,& p
Sportulis & ſumptibus in diuerſis iudiciis faciendis, & de executorib.lit[ium] (C.3
Statu hominum D.1.t.5
Statuis & imaginibus C.1 t.27 Statu liberis D.40.t.7
Stipulatione ſeruorum I.3.t.18.D.45.t.3 Stratoribus C.10. t.25
Studiis liberalibus vrbis Romæ & Conſtantinopolitanæ C.11.t.18
Suariis & ſuſceptoribus vini & cæteris corporatis C.11. t.6
Subnotatio inclyti Imperatoris Iſaaci Angeli de tendendis vxoribus Po[nti]ficum C.I.3. d.Imp.
Succeſſione:cognatorum I.3.t.3.Feudi F.1.t.8.fratrum:vel gradib.ſucced[en]tium in feudo F.2.t.11.Libertorum I.3.t.8
Succeſſionibus ſublatis quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex ſenat[uſconſulto] (Claudiano I.3.t.
Succeſſoribus eorum qui in Africa degunt N.36.
Succeſſorio edicto D.28.t.10.C.6.t.16 Suffragio C.4.t.3
Suis & legitimis Hęredibus D.38.t.17. Liberis & ex filia nepotibus ab in[te]ſtato venientibus C.6.t.54 (C.1.
Summa trinitate,& fide catholica, vt nemo publicè de ea contendere aud[eat]
Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere C.11.t.37
Sumptuum recuperatione C.10.t.67. Supellectile legata D.33. t.10
Super exactionibus C.10.t.20 Superficiebus D.43. t.17
Superindicto C.10.t.18 Suſceptoribus prępoſitis & arcariis C.10. t.70
Suſpectis tutoribus & curatoribus I.1.t.26.D.26.t.10.C.5.t.43
TAbellionibus,& vt protocolla dimittant in chartis N.44
Tabulariis,ſcribis,logographis & cenſualib.C.16.t.69 (te N.
Tabulis exhibendis D.45.t.5.C.8.t.7. Tempore nõ ſolutæ pecunię ſuper
Temporibus:Et reparationibus appellationum ſeu conſultationum C.7.t.
In integrum reſtitutionis, tam minorum & aliarum perſonarum quæ [re]ſtitui poſſunt,quàm etiam heredum eorum C.2.t.53

ermino moto ff.47.t.25.
eſtamentaria:Manumiſſione C.7.t.9.Tutela D.26.t.2.D.3.28
eſtamento militari D.28.t.1.Militis C.6.t.21.Reſignato L.82
eſtamentis: Et quemadmodum teſtamenta ordinentur C.6.t.23. Et qui teſtamenta facere poſſunt:& quemadmodum teſtamenta fiant D 28.t.1.Imperfectis à parentibus in filios factis & de diuiſione rerum à filiis coram parente & de eius facultatibus facta & ſubſcripta N.107.Ordinandis L.2.t.10
eſtibus D.22.t.5.C.4.t.20.N.90
cartereo quod eſt numiſmatis genus C.1.t.2.Nicephori Phocæ
heſauris C 10.t.13
Tigno iniuncto D.47.t.3.
onſura, Capillorum C.14.Theoph.Mulierum,degere volentium in monaſterio poſt trimeſtre facta C.1.13.Manuelis Com.
ractoriis & ſtatiuis C.12.t.52
ranſactionibus D.2.t.15.C 2.t 4
Tributoria actione D.14.t.4
ributorum exactores,ſi pluſquam debeant,exegerint;qua pœna afficiendi ſint L.61
riente & ſemiſſe,& ſucceſſionibus filiorum, & nepotum naturalium,& collationibus vel diſtributionibus,&c.N.18
ritico,vino,& oleo legato D.33.t.6
utelis,I.1.t.23.D.26.t.2.& rationibus diſtrahendis,& vtili curationis cauſa actione D.27.t.3
utore:Et curatore non ſatis dedit.C.5.t.42. Qui pupillam ſuam viciat L.54.
utoribus vel curatoribus: Datis ab his qui ius dandi habent, & qui in quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt D.26.t.5. Illuſtriſſimarum & clariſſimarum perſonarum C.5.t.33
yronibus C.12.t.44
VAcatione, Et excuſatione munerum D.50.t.5.Muneris publici C.10.t 45
Variis & extraordinariis cognitionibus, & ſi iudex litem ſuam feciſſe dicatur 50.t.13
aſallo: Decrepitæ ætatis,& qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur F. 2. t.14. Milite qui arma bellica depoſuit F.2.t.21.Qui contra conſtitutionem Lotharij regis beneficium alienauit F.2.t.38
aſallum feudum poſſe in alium arctori lege transferre F.4 t 108
aſis ſacris & rebus Eccleſiaſticis C.1.3.Nicephori
bi:Cauſa fiſcali,vel diuinæ domus, hominúmque eius agatur C.3 t.26.Cauſa ſtatus agi debeat C.3.t.22. Conueniatur qui certo loco dare promiſit C.3.t.18.de criminibus agi oporter C.3.t.15.de hæreditate agitur,vel vbi hæredes ſcripti,in poſſeſſionem mitti poſtulare debeant C.3.t.20.de poſſeſſione agi oporter C.3.t.16.de ratiociniis tam publicis quam priuatis agi oportet C 3.t.21. Et apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda C.2.t.47 Fideicommiſſum peti oportet C.3.t.17.In rem actio exerceri debeat C.3.t.19.Petantur tutores,& curatores C 5.t.32. Pupilli educari debeant C 5.t.49.Pupillus educari vel morari debeat,& de alimentis ei præſtandis D.27.t.2.Quis de curiali vel cohortali, aliáve conditione conueniatur C.3.t.23.Senatores vel clar.ciuiliter vel criminaliter côueniãtur C 3.t.24.
ectigalia inſtitui non poſſe C 4.t.62
ectigalibus & commiſſis C. 4.t.61
enatione ferarum C.11.t.44
endendis rebus ciuitatis C.11.t.31
enditione rerum fiſcalium cum priuatis communium C.10.t.4.
entre:in poſſeſſionem mittendo,& curatore eius D 37.t.8.Inſpiciendo cuſtodiendóque partu D.25.t.5 (D 45.t.1
erborum: Et rerum ſignificatione.N.50.L.16.C 6.t.38. Obligationibus 1.3.t.16.
eſtibus: C. 1. 1. Ioannis Duc. Oloberis & auratis & intinctione ſacri muricis C (11.t.8
eteranis C.12.t.47
eteranorum & militum ſucceſſione D 38.t.13
eteri iure enucleando, & authoritate iuris prudentium qui in Digeſtis referuntur C.1.t.20
eteris numiſmatis poteſtate C.11.t.10
ia publica,& itinere publico reficiendo D.45.t 10
i bonorum raptorum 1.4.t.2.Et vi armata D.47.t. 43 tit. 16
indicta libertate,& apud conſilium manumiſſione C.7.t.1
de: Cognati D.38.t.8. Legitimi D.38.t.7.C.6.t.19.Liberi D.38.t.6.C.6.t.14.vi C.8.t.4.Vir & vxor D.38.t.11.C.16.t.18
ſucapione:Pro donato C.7.t.27.Pro dote C.7.t.28. Pro emptore, vel tranſactione t.26.Pro herede t.29. Transformanda,& ſublata differentia rerum mancipi & nec mancipi t.31 (41.t.3
ſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus 1. 2. t. 6. Seu vſurpationibus D.
ſu:Et habitatione 1.2.t.5.D.7.t.8 Et vſufructu,& reditu, & habitatione, & Operis per legatum vel fideicommiſſum relictis D 33.t 2
ſufructu I.2.t.4Adcreſcendo D.7.t.2. Earum rerum quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur D.7.t.5.Et habitatione & miniſterio ſeruorum C.3.t.33. Et quemadmodum quis vtatur fruetur D 7.t.1
u Mediolanenſium, ſecundum quoſdam F.1.t.18
ura C.1.2 Nicephori
uris C.4 t.32 Et fructibus,& cauſis,& omnibus acceſſionibus,& mora t.22.t.1. Et fructibus legatorum & fideicommiſſorum C.6.t.47.Nauticis N.106.Pupillarib.C.5.t.56.Rei iudicatæ C 7.t.34.Supra duplum computandis N.138
ſufructuatius quemadmodum caueat D.7.t.8
t: Ab illuſtribus,& qui ſuper eam dignitatem ſunt,omnimodo ſuper pecuniariis cauſis &c.N.71.Actiones ab hæredibus,& contra hæredes incipiant C 4.t.11.Actor ante litis conteſtationem porrecto libello iudici fidem ſuam probet L.107.Ad trientes vſuras pecunia licitè mutuetur L 83. Ancillarum partus apud alium editus, ipſius dominum ſequatur L. 29. Armorum vſus inſcio principe interdictus ſit C. 11.t.46. Captiui filius hæres ſit L 36. Captiui teſtamenti factionem habeant L 40. Cauſæ poſt pubertatem adſit tutor C.5.t.48. Clerici apud proprios Epiſcopos primùm cōueniantur,& poſt hoc apud ciuiles iudices N.85. Clerici qui recedunt,aliis pro eis ſubrogatis, præbeant emolumenta recedentes autem,&c.N.57.Concubinam habere non liceat L.91.Conſenſu matrimonium ſolui poſſit N.140.N.1.2.Conſtitutio. ſacratiſſ.Imperatoris de ſucceſſionibus nuptialium lucrorum,quæ apediæ,&c.N.68. Cuique tam intra ciuitates quam extra,mortuos ſepelire liceat L. 53.Cùm de appellatione cognoſcitur, ſecundùm illas leges debeat iudicari quæ tempore latæ ſententiæ obtinebant:non, &c.N.111.de cætero commutationes Eccleſiaſticarum rerum,non fictæ fiant,&c.N.55.de cætero nullam licentiam habeat Dux aut Brocolita Lydiæ,&c.N.145. decenniis puer in monachorum numerum adſumatur L.6. defuncti ſeu funera eorum non iniurientur à creditoribus, & vt conſiliarij, &c. N.60.dei amantiſſimi Epiſcopi cum prouinciarum indigenis,&c.N.1.4 N.149.de. liberandi ius etiam ad impuberes tranſmittatur N.158. determinatus ſit numerus clericorum,&c.N.11. Differentes iudices audire interrogationes interpellationum cogantur,&c.N.86.dignitatum ordo conſeruetur C.12.t.8.diuinæ iuſſiones ſubſcriptionem habeant,glorioſiſſ.quæſtoris N 114.Dominicis diebus omnes ab operibus vacent. L.54. domini teſtamento manumiſſus, &c. L.37. donationes quæ in literas relatæ non ſunt, ad 500. vſque aureos valeat L.50 dotis promiſſio, ex paternis aut maternis bonis facta præſtetur, L. 21. Ea quæ vocantur inſinuatiua ſuper clericis in maiore quidem Eccleſia dentur, &c. N 56. Eccleſia Romana centum annorum gaudeat præſcriptione N.40. Eccleſia ſancta reſurrectionis alienare poſſit ædificia,&c.N 40.Eccleſiarum & monaſteriorum quæ ſunt ad vrbem immobilia,intacta ſint a manu fiſci C.1 9.Manuelis Com.Eunuchi adoptari poſſunt L. 26. Exactione inſtante dotis primæ, & ſecundæ viro ad ſecunda vota migranti præponatur vxor prima, vel ex priore matrimonio filij N.91.Ex legibus, ſenatuſconſultis bonorum poſſeſſio defertur D.38.t.15 Fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum,aſcendentibus etiam extantibus,& vt mulieres non inſinuata ante nuptiali donatione,non lædantur,&c.N.127.Hi qui obligatas ſe habere perhibent res minorum,aut obligati ſunt eis, &c.N.71. Immobilia antenuptialis donationis,neque hypothecæ dentur,neque omnino alienentur, &c. N.61.Imperatoris ſerui de rebus ſuis,quomodo velint,ſtatuere poſſint L. 38 in ciuitatibus quinque,in itineribus verò & agris tres teſtes ad teſtamentorum fidem ſufficiant L.41.an conteſtatione litis & magiſtratuum initio iureiuretur L. 97 In qumine publico nauigare liceat ff 43.t.13 In poſſeſſione legatorum,ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat ff 36.t.4 In poſſeſſionem legatorum ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa mittantur,& qnando ſatiſdari debeat C. 6 t.53.In priuatis domibus ſacra miniſteria non fiant N.58. In ſponſalibus conſtituta pœna exigatur L 18.Intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur C 9.t.44
Vti poſſidetis ff 43.t.16.C.8 t.6
Vt Iudæi ſecundùm Chriſtianiſſimi ritus viuant L. 55. Iudices non expectant ſacras iuſſiones, ſed quæ videntur eis decernant N. 125. Iudices ſine quoquo ſuffragio fiant N.7.Legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur ff 56.t.3. Liberti de cætero aureo non indigeant annulo, vt priſtinis reſtituantur natalibus, &c.N 78. Liceat matri & auiæ, & aliis parentibus, poſt legitimam partem liberis derelictam quomodo voluerint,&c.N.117. Licet Hebræis ſecundum formam hic traditam ſacras ſcripturas Latinè vel Græcè, &c. N. 46. Lite pendente vel poſt prouocationem,aut definitiuam ſentẽtiam nulli liceat Imperatori ſupplicare C.1.t.24. Litigantes iurent in exordio litis, &c. N. 1.24. Matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ ſint.N.155 Monachus de acquiſitis teſtari poſſit L 5. Monachi & clerici tutores eſſe poſſint ſed,&c L.68 Mulier quæ matrimonium non iterat, vnius liberorum portionem proprietatis iure capiat, ſimiliter & pater 1.22. Mulier ſoluto matrimonio dotem ſuam, propterque nuptias donationem & reliquam omnem mariti ſubſtantiam in commentarium conſcribat,&c.N 110. Negotiari, ædificare muneráque accipere,vrbis magiſtratibus liceat L.84 Ne maritus quemadmodum vxor,illa præmoriente præter donationem,propter nuptias quidquam capiat L 20. Nemini liceat in emptione ſpecierũ ſe excuſare,& de munere Sitocomię C.2.t.27. Nemini liceat ſine iudicis authoritate,ſigna rebus imponere alienis C. 2 t.17 Nemo ad ſuum patrimonium ſuſcipiat ruſticos vel vicos eorum C. 11.t 53.Nemo cum mulieribus in Eccleſiarum cœnaculis habitet L.73 Nemo inuitus agere,vel accuſare cogatur C 3.t 7. Nemo priuatus titulos prædiis ſuis vel alienis imponat vel vela regia ſuſpendat C.2 t.16
Vt neque miles,neque fœderatus obſeruetur domui priuatæ,aut poſſeſſioni alicuius, N.136
Vt:Non fiant pignoratores pro aliis perſonis, & vt ſicut principum donationes non egent,&c.N.52.Non liberentur curiali fortuna Iudæi,nec Samaritani,aut hæretici occaſione eorum religionis,&c N.45. Non luxurientur homines contra naturam, neque iurent per capillos Dei,&c.N 77 Non modò vniuerſalis Eccleſiæ ſacerdotes, verum etiam qui ad quamcunque ſacram ædem pertinent, &c.L.4 Nulli iudicum liceat habere loci ſeruatorem,niſi certis ex cauſis diuina conceſſerit iuſſio N.134. Nullus ex vicaneis pro alienis vicinorum debitis teneatur C. 11.t. 56. Nullus fabricet oratorij domos,præter voluntatem Epiſcopi,vt deputet, &c.N 67. Nullus mutuans agricolæ teneat eius terram N.32.Omnes iudices tam ciuiles quam militares poſt adminiſtrationem depoſitam per 50. dies in ciuitatibus vel certis locis permaneant C.1 t. 50. Obediant iudicibus prouinciarum & in criminalibus & in pecuniariis cauſis,&c.N 69. Ordinariæ præfecturæ vrbanæ & prætorianæ duæ, & præfecturæ quæ in ſingulos,&c.N.70.Pacta etiam non conſtituta pœna valeant L.72.Pariter omnibus adoptare liceat L. 27. Particulares vſurarum ſolutiones in duplum computentur N. 121. Patres qui nuptias non iterant, vnius liberorum portionem capiant L 85. Per ſcribendi ignatos etiam teſtamenta confirmentur L.43.Ponderatores & monetarij apud Ægyptios,&c.E.11.Præponatur nomen Imperatoris documentis & vt Latinis literis apertius tempora inſcribantur N 47.Prodigus quæ ex rebus ipſius ſint facere poſſit L. 39. Purpuræ ſegmenta & particulæ in publicis mercimoniis ſint L. 80. Quæ circa viminacium ſunt Eccleſiæ ſub proprio Archiepiſcopo ſint,&c.N.2. ante titulum 6. Quæ deſunt aduocatis partium iudex ſuppleat C. 2. t. 11. Quæ mulier mariti odio abortiat, repudiari ab alio poſſit L. 31. Quemadmodum in aliis ſtructuris lege cautum eſt, ita etiam ſubdialium ambulacrorum ſtructuræ, quæ ſolaria appellantur decem pedibus à vicinorum ædificiis diſtent L 113.Qui alioqui principe ſacerdotio dignus eſt, ſi legitimi illi liberi ſint,non impediatur illud conſequi L 2.Qui cætera ſecundum ſacros diuinóſque canones Epiſcopali dignitate dignus eſſe probatur ſi liberi,&c. L.3. Qui iuſiurandum defert, prior de calumnia iuret L. 99. Qui obligatas ſe habere perhibent res minorum, aut obligati ſunt, eis ad eorum gubernationem penitus non accedant, &c., N.72. Qui reiicere venerandum monaſticæ vitæ habitum in animum induxerit, ac pro, &c.L.8. Qui ſacerdotes creandi ſunt ſecundùm Eccleſiæ ritus, ea lege creentur, &c.L.3. Qui tertium matrimonium contrahunt, ſacri canonis pœna obnoxij ſunt L.60. Qui viginti annorũ eſt hypodiaconus creari poſſit L.75.16. Ratio vaſalli priuſquam domini diſcutiatur F.4.t.79. Reſtitutiones fideicommiſſi vſque ad vnum gradum conſiſtant N.139. Salutarem baptiſmum in quocunque ſacro oratorio peragi liceat L.15.Sententiam iudices in literas referant, &c. L 45. Si maritus per matrimonij tempus in furorem incidat, intra quinquennium matrimonium ſolui nequeat L.112. Sine prohibitione matres debitrices tutelam gerant minorum, &c.N.94. Si vxor mente capiatur, idque neque dolo mariti, neque ipſo conſcio aliorum maleficio faciat, &c.L 111. Sponſalitia largitas ſpecialis ſit contractus, & de diuerſis capitulis N.119.Sufficiens numerus teſtium teſtamentum ratum faciat. tametſi, &c.L.42.Tam veterum principum, quam recentiorum numiſmata modo iuſti ponderis probæque materiæ ſint, valeant L. 525. Verrulæ vel domus vel vinea ſanctiſſ.Eccleſia Myſię,in redemptionem captiuorum, (&c.N.6.
Vaſalli, ſumptibus domini ſeruitia præſtent F.4.t.107
Vtrobi N.43.t.13
Vulgari:Et pupillari ſubſtitutione D.27.t.6 ſubſtitutione 1.2.t.13
Vxoribus militum,& etiam qui reipub.cauſa abſunt C.2.t.52.

TITVLI DIGESTORVM SEV PANDECTARVM iuris enucleati ex iure veteri collecti, auctoritate Domini noſtri ſacratiſsimi Iuſtiniani Auguſti.

Feliciter incipit Liber Primus.

De Iure.

DE Iuſtitia & iure 1. de origine iuris & omnium magiſtratuum & ſucceſſione prudentium 2. de legibus ſenatuſue conſultis, & longa conſuetudine 3. de conſtitutionibus principum 4.

De Perſonis.

De ſtatu hominum 5. De his qui ſui vel alieni iuris ſunt. 6. de adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis quibus poteſtas ſoluitur 7.

De rebus.

De diuiſione rerum & qualitate 8.

De Actionibus ac primum de ipſorum iudicantium officio, authoritate atque imperio.

De Senatoribus 9. de officio conſulis 10. de officio præfecti prætorio 11. de officio præfecti vrbis 12. de officio Quæſtoris 13. de officio Prætorum 14. de officio Præfecti vigilum 15. De officio Proconſulis & Legati 16. De officio Præfecti Auguſtalis 17. de officio Præſidis 18. de officio Procuratoris Cæſaris vel rationalis 19. de officio iuridici 20. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio 21. de officio adſeſſorum 22.

Lib. 2. De iuriſdictione 1. Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur 2. Si quis ius dicenti non obtemperauerit 3.

De in ius vocatione.

De in ius Vocando 4. Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit 5. In ius vocati vt eant, aut ſatis vel cautum dent 6. Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat 7. Qui ſatiſdare cogantur, vel iurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur 8. Si ex noxali cauſa agatur quemadmodum caueatur 9. de eo per quem pactum erit, quominus quis in iudicio ſiſtat 10. Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperabit 11. De feriis & dilationibus, & diuerſis temporibus 12.

De Actionum editione, & quemadmodum pacto vel tranſactione citatur aut elidatur.

De edendo 13. de pactis 14. de tranſactionibus 15.

Lib. 3. *Qui pro reo aut actore agere aut excipere in iudicio ſoleant.*

De poſtulando 1. de his qui notantur infamia 2. de procuratoribus & defenſoribus 3. Quod cuiuſcunque vniuerſitatis nomine vel contra eam agatur 4. de negotiis geſtis 5. de calumniatoribus 6.

Lib. 4. *Quibus ex cauſis amiſſæ actiones, reſtitui à iudice poſſint.*

¶ De in integrum reſtitutionibus 1. Quod metus cauſa geſtum erit 2. de dolo malo 3. de minoribus vigintiquinque annis 4. de capite minutis 5 Ex quibus cauſis maiores vigintiquinque annis in integrum reſtituantur 6. de alienatione iudicij mutandi cauſa facta 7.

De Foro competente, & quemadmodum apud arbitros aut iudices agatur.

De receptis, qui arbitrium receperunt, vt ſententiam dicant 8. Nautæ, caupones, ſtabularij vt recepta reſtituant 9.

Lib. 5. Ex ordine. De iudiciis liber primus. ¶ De iudiciis vbi quiſque agere vel conueniri debeat 1.

De actionibus in rem ſeu vindicationibus rerum vniuerſalium, ſingularium ſiue corporales ſiue incorporales ſint. perſonarum ſiue prædiorum.

Lib. 6. ex ordine. De iudiciis liber ſecundus. De inofficioſo teſtamento 2. de hæreditatis petitione 3. Si pars hereditatis petatur 4. de poſſeſſoria hæreditatis petitione 5. De fideicommiſſoria hæreditatis petitione 6.

¶ De rei vindicatione 1. de publiciana in rem actione 2. Si ager vectigalis, id eſt, emphyteuticarius petatur 3.

Lib. 7. ex ordine de iudiciis lib. 3. ¶ De vſufructu, & quemadmodum quis vtatur & fruatur 1. de vſufructu adcreſcendo 2. Quando dies legati vſufructus cedat 3. Quibus modis vſusfructus vel vſus amittatur 4. de vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur vel minuuntur 5. Si vſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur 6. de operis ſeruorum 7. de vſu & habitatione 8. vſufructuarius quemadmodum caueat 9.

Lib. 8. ex ordine de iudiciis lib. 4. ¶ De ſeruitutibus 1. de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum 2. de ſeruitutibus prædiorum ruſticorum 3. Communia prædiorum tam vrbanorum quàm ruſticorum 4. Si ſeruitus vindicetur vel ad alium pertinere negetur 5. Quemadmodum ſeruitutes amittantur 6.

Lib. ex ordine 9. de iudiciis lib. 5. *De pauperie, damno effuſis deiectis & noxa.*

¶ Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 1. Ad legem Aquiliam 2. de iis qui effuderunt vel deiecerunt 3. de noxalibus actionibus 4.

Lib. ex ordine 10. de iudiciis lib. 6. *De Miſtis in rem & perſonam actionibus.*

Lib. ex ordine 11. de iudiciis 7. ¶ Finium regundorum 1. Familiæ herciſcundæ 2. Communi diuidundo 3.

Præparatoria in iudiciorum.

Ad exhibendum 4. ¶ de interrogationibus in iure faciendis, & de interrogatoriis actionibus 1. de quibus rebus ad eundem iudicem eatur 2.

Miſcella.

De ſeruo corrupto 3. De fugitiuis 4. De aleatoribus 5. Si menſor falſum modum dixerit 6. De religioſis & ſumptibus funerum, & vt funus ducere liceat 7. De mortuo inferendo, & ſepulchro inædificando 8.

De condictionibus.

Lib. ex rebus De rebus creditis, ſi certum petetur 1. De iureiurando ſiue voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali 2. De in litem iurando 3. De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta 4. De condictione ob turpem vel iniuſtam cauſam 5. De condictione indebiti 6. De condictione ſine cauſa 7.

Lib. ex rebus De condictione furtiua 1. De condictione ex lege 2. De condictione triticaria 3 De eo quod certo loco dari oportet 4 De pecunia conſtituta 5. Commodati vel contra 6 De pignoratitia actione vel contra 7.

Si quid cum inſtitore nauis, menſæ, tabernæ aut negotiationis alicuius, cum ſeruo, filio, aut vxore alterius geſtum erit, an & quæ actio competat.

Lib. 14 De exercitoria actione 1. De lege Rhodia de iactu 2. De inſtitoria actione 3. De tributoria actione 4. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur 5. De Senatuſconſulto Macedoniano 6.

Lib. ex reb. 4. De peculio 1. Quando de peculio actio annalis eſt 2. De in rem verſo 3. Quod iuſſu 4.

Lib. 16. Ad Senatuſconſultum Velleianum 1. De compenſationibus 2. Depoſiti vel contra 3.

Lib. 17

Obligationes ex conſenſu.

Lib. 18 ¶ Mandati vel contra 1. Pro ſocio 2.

De contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compoſitis, & quæ res venire non poſſunt 1. De in diem addictione 2. De lege commiſſoria 3. De hæreditate vel actione vendita 4. De reſcindenda venditione & quando licet ab emptione diſcedere 5. De periculo & commodo rei venditæ 6. De ſeruis exportandis, vel ſi ita mancipium veneat, vt manumittatur vel contra 7.

Lib. 19 De actionibus empti & venditi 1 Locati conducti 2. De æſtimatoria actione 3. De rerum permutatione 4. De præſcriptis verbis, & in factum actionibus 5.

Pignora.

Lib. 20 primus De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum 1. In quibus cauſis tacitè contrahitur pignus vel hypotheca 2 Quæ res pignari, vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt 3. Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt 4. De diſtractione pignorum vel hypothecarum 5. Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur, vel non 6.

Emptionum, conſequentia.

Lib. 21 ſecundus De ædilitio edicto, & redhibitione, & quanti minoris 1. De euictionibus, & duplæ ſtipulatione 2. De exceptione rei venditæ & traditæ 3.

Vſuræ.

Lib. 22 tertius De vſuris & omnibus acceſſionibus, & mora 1. De nautico fœnore 2. De probationibus & præſumptionibus 3.

Probationes.

Lib. 23 lib 4. De fide inſtrumentorum 1. De teſtibus 2. De iuris &, facti ignorantia 3.

Nuptiæ.

Lib. 24 liber 5. De ſponſalibus 1. de ritu nuptiarum 2. de iure dotium 3. de pactis dotalibus 4. de fundo dotali 5.

Lib 25 lib. 6. De donationibus inter virum & vxorem 1. de diuortiis & repudiis 2. Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur 3.

De impenſis in res dotales factis 1. de rerum amotarum actione 2. de agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis 3. de inſpiciendo ventre, cuſtodiendóque partu 4. Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur 5. Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem calumniæ cauſa fuiſſe dicatur 6. de concubinis 7.

Tutelæ.

Lib. 26. lib. 7. De tutelis 1. de teſtamentaria tutela 2. de confirmando tutore vel curatore 3. de legitimis tutoribus 4. de tutoribus & curatoribus datis * ab iis qui ius dandi habent, * & qui * & * in * quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt 5. Qui petant tutores vel curatores, & vbi petantur 6. de adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum qui geſſerunt, vel non: & de agentibus vel conueniendis vno vel pluribus 7. de auctoritate & conſenſu tutorum & curatorum 8. Quando ex facto tutoris vel curatoris * minores * agere vel conueniri poſſunt 9. de ſuſpectis tutoribus & curatoribus 10.

Lib. 27. ſingularis De excuſationibus 1. Vbi pupillus educari vel morari debet, & de alimentis ei præſtandis 2. de tutelæ, & rationibus diſtrahendis, & vtili curationis cauſa actione 3. de contraria tutelæ, & vtili actione 4. de eo, qui pro tutore prove curatore negotia geſſit 5. Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicatur 6. de fideiuſſoribus & nominatoribus, & heredibus

tutorum

tutorum vel curatorum 7. De magiſtratibus conueniendis,& he-
redibus eorum 8. De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt,
ſine decreto non alienandis vel ſupponendis 9. De curatoribus
furioſo & aliis extra minores dandis 10.

Teſtamenta vel quaſi.

Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamen
ta fiant 1. De liberis & poſthumis heredibus inſtituendis vel ex-
heredandis, vel præteritis 2. De iniuſto, rupto, irrito facto teſta-
mento 3. De his quæ in teſtamento delentur, inducuntur vel
inſcribuntur 4. De heredibus inſtituendis 5. De vulgari & pu-
pillari ſubſtitutione 6. De conditionibus inſtitutionum 7. De
iure deliberandi 8.

De teſtamento militis 1. De adquirenda vel amittenda he
reditate 2. Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur;
& deſcribantur 3. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato,
vel alio modo poſſident hereditatem 4. De Senatuſconſulto
Silaniano & Claudiano, quorum teſtamenta aperiantur 5. Si
quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit 6. De iure codicil
lorum 7.

Legata.

De legatis & fideicommiſſis 1.
De legatis & fideicommiſſis 2.
De legatis & fideicommiſſis 3.

De annuis legatis & fideicommiſſis 1. De vſu, & vſufructu,
" & reditu" & habitatione, & operis per legatum vel fideicom
miſſum datis 2. De ſeruitute legata 3. De dote prælegata 4. De
optione vel electione legata 5. De tritico, vino, vel oleo legato
6. De inſtructo vel inſtrumento legato 9. De peculio legato 8.
De penu legata 9. De ſuppellectile legata 10.

De alimentis & cibariis legtis 1. De auro, argento, mundo,
ornamentis, *vnguentis, veſte, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis
2. De liberatione legata 3.

Legatorum ademptio, tranſlatio deminutio, cautio. poſſeßio.

De adimendis vel transferendis legatis 1. De rebus dubiis 2.
De his quæ pœna cauſa relinquuntur 3. De regula Catoniana 4.
De his quæ pro non ſcripto habentur 5. De his quæ vt indignis
auferuntur 6.

De conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eo-
rum quæ in teſtamento ſcribuntur 1. Ad legem Falcidiam 2. Si
cui plus quàm per legem Falcidiã liceret, legatũ eſſe dicetur 3.

Ad ſenatuſconſultum Trebellianum & Pegaſianum 1. Quando
dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat 2. Vt legatorum ſeu
fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur 3. Vt in poſſeſ
ſionem legatorum vel fideicommiſſorum cauſa eſſe liceat 4.

*Bonorum poſſeßiones ex teſtamento quibus competant, & quemad
modum deſcendentibus, aſcendentibus, ex teſtamanto
militis & patronis competant.*

De bonorum poſſeſsionibus 1. Si tabulæ teſtamenti extabunt
2. De bonorum poſſeſsione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco
competenti 3. De bonorum poſſeſsione contra tabulas 4 De le
gatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſsione petita 5.
De collatione bonorum 6. De collatione dotis 7. De coniun
gendis cum emancipato liberis eius 8. De Ventre in poſſeſsio
nem mittendo, & curatore eius 9. De Carboniano edicto 10. De
bonorum poſſeſsione ſecundùm tabulas 11.

¶ Si à parente quis manumiſſus ſit 12. ¶ De bonorum poſſeſ
ſione ex teſtamento militis 13. De iure patronatus 14. De ob
ſequiis parentibus & Patronis præſtandis 15.

De operis libertorum 1. De bonis liberti 2. De libertis mu
nicipium & aliarum vniuerſitatum 3. De adſignandis libertis 4.
Si quid in fraudem patroni factum ſit 5.

Honorum poſſeßiones ab inteſtato.

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, vnde liberi 6. Vnde
legitimi 7. Vnde cognati 8. De ſucceſſorio edicto 9. De gradi
bus & adfinibus & nominibus eorum 10. Vnde vir & vxor 11.
De veteranorum & militum ſucceſsione 12. Quibus non com
petit bonorum poſſeſsio 13. Vt ex legibus ſenatúſve conſultis
bonorum poſſeſsio detur 14. Qui ordo in bonorum poſſeſsioni
bus detur 15.

Hereditates ab inteſtato.

De ſuis & legitimis hæredibus 16. Ad ſenatuſconſultum Ter
tyllianum & Orphitianum 17.

Damna & ſi opus nouum, ſi aqua pluuia, ſi publicanus alicui noceat.

De operis noui nuntiatione 1. De damno infecto, & proie
ctionibus ſuggrundis 2. De aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ 3. De
publicans, & vectigalibus, & commiſsis 4.

Donationes.

De donationibus 5. De mortis cauſa donationibus.

Præiudiciales cauſæ.

De manumiſsionibus 1. De manumiſſis vindicta 2. De manu
miſsionibus quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus impo
nuntur 3. De manumiſſis teſtamento 4. De fideicommiſſariis li-
bertatibus 5. De ademptione libertatis 6. De ſtatuliberis 7. Qui
ſine manumiſſione ad libertatem perueniunt 8. Qui & à qui
bus manumiſſi non fiunt, & ad legem Æliam Sentiam 9. De iure
aureorum anulorum 10. De natalibus reſtituendis 11. De libera-
li cauſa 12. Quib. ad libertatem proclamare non liceat 13. Si in
genuus eſſe dicatur 14. Ne*de*ſtatu defunctorũ poſt quinquen-
nium quæratur 15. De colluſione detegenda 16.

Dominium & poſſeßio.

De adquirendo rerum dominio 1. De adquirenda vel amitten-
da poſſeſsione 2. De vſurpationibus ſeu vſucapionibus 3. Pro
emptore 4. Pro hærede & pro poſſeſſore 5. Pro donato 6. Pro
derelicto 7. Pro legato 8. Pro dote 9. Pro ſuo 10.

Communia de acceſſionibus poſſeſſionum 12. Labes facta
eſt in Digeſtis hic deſideratur enim hic Titulus, vt hic index
indicat. Eſt & facta maximè in fine titulorum aut librorum, vt
vt in titulo de bonis damnatorum: in titulo de interdictis &
relegatis, *v. Cuiac. 3. qu. Papin. in l. vlt. ff. de condict. inſt.* Lib.42.

Sententiæ.

De re iudicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutio-
nibus 1. De confeſſis 2. De ceſſione bonorum 3. Quibus ex cauſis
in poſſeſſionem eatur 4. De rebus auctoritate iudicis poſt reſi-
dendis ſeu vendundis 5. De ſeparationibus 6. De curato rebonis
dando 7. Quæ in fraudem creditorũ facta ſunt, vt reſtituantur 8.

*Interdicta vniuerſalium & ſingu'arum rerum: ſiue ſacri, ſiue
publici ſiue priuati iuris ſint.*

De interdictis 1. ¶ Quorum bonorum 2. Quod legatorum 3. Lib.43.
Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit 4. De tabulis ex-
hibendis 5. Ne quid in loco ſacro (vel itinere) fiat 6. ¶ De locis
& itineribus publicis 7. Ne quid in loco publico vel itinere fiat
8. De loco publico fruendo 9. (* de via publica, & ſi quid in ea
factum eſſe dicatur*) 10. de via publica, & itinere publico re-
ficiendo 11. de fluminibus " ne quid in flimine publico ripàve
eius fiat quo peius nauigetur 12. Ne quid in flumine publico
fiat, quo aliter aqua fluat, atque vt priore æſtate fluxit 13. Vt in
flumine publico nauigare liceat 14. de ripa munienda 15. de vi,
& vi armata 16. Vti poſſidetis 17. de ſuperficiis 18. de itinere
actúque priuato 19. de aqua cotidiana & æſtiua 20. de riuis 21.
de fonte 22. de cloacis 23. Quod vi aut clam 24. de remiſſioni-
nibus 25. de precario 26. de arboribus cædendis 27. de glande
legenda 28. de homine libero exhibendo 29. de liberis exhiben-
dis, item ducendis 30. Vtrubi 31. de migrando 32. de Saluiano
interdicto 33.

Exceptiones.

De exceptionibus, præſcriptionibus, & præiudiciis 1. de ex- Lib.44.
ceptione rei iudicatæ 2. De diuerſis † temporalibus præſcri-
ptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum 3. de dolo malo, &
metus exceptione 4. Quarum rerum actio non datur 5. de liti-
gioſis 6.

Obligationes & actiones.

De obligationibus & actionibus 7.

Stipulationes.

De verborum obligationibus 1. De duobus reis conſtituen- Lib.45.
dis 2. de ſtipulatione ſeruorum 3.

De fideiuſſoribus & mandatoribus 1. De nouationibus * & de Lib.46.
legationibus* 2 de ſolutionibus & liberationibus 3. de accepti-
latione 4. De ſtipulationibus prætoriis 5. Rem pupilli vel
adoleſcentis ſaluam fore 6. Iudicatum ſolui 7. Ratam rem habe-
ri & de ratihabitione 8.

Priuata delicta.

De priuatis delictis 1. ¶ De furtis 2. de tigno iuncto; Si is qui Lib.47.
teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit, poſt mortem domini ante
aditam hæreditatem ſubripuiſſe aut corrupiſſe aliquid dicetur
4. Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios 5. Si familia fur-
tum feciſſe dicetur 6. Arborum furtim cæſarum 7. Vbi bono-
rum raptorum 8 de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expu-
gnata 9. De iniuriis & famoſis libellis 10. De extraordinariis
criminibus 11, de ſepulchro violato 12. De concuſſione 13. De
abigeis 14 de præuaricatione 15. De receptatoribus 16. De furi-
bus balneariis 17. De effractoribus & expilatoribus 18. Expilatæ
hæreditatis 19. De ſtellionatus 20. (*de*) termino moto 21. De
collegiis illicitis & corporibus 22 De popularibus actionib 23.

Iudicia publica.

De iudiciis publicis 1. De accuſationibus* & inſcriptionibus*
2. De cuſtodia & exhibitione reorum 3. Ad legem Iuliam de Lib.48.
adulteris coercendis 4. Ad legem Iuliam maieſtatis 5. Ad legem
Iuliam de vi publica 6. Ad legem Iuliam de vi priuata 7. Ad
legem Corneliam de ſicariis & veneficiis 8. Ad legem Pompe-
iam de parricidiis 9. De lege Cornelia de falſis 10. Ad legem
Iuliam repetundarum 11. De lege Iulia de annona 12. Ad le-
gem Iuliam peculatus, & de ſacrilegiis & reſiduis 13. Ad legem
Iuliam ambitus 14. De lege Fauia de plagiariis 15. Ad ſenatuſ-
conſultum Turpilianum, & de abolitionibus criminum 16. de
requirendis & abſentibus damnandis 17. De quæſtionibus 18. De
pœnis 19. De bonis damnatorũ 20. (*de bonis eorũ,*) qui ante
ſententiam mortem ſibi conſciuerunt, vel accuſatorem corru-
perunt 21. De interdictis & de relegatis, & deportatis 22. De
ſententiam paſſis, & reſtitutis 23. de cadaueribus punitorum 24.

Appellationes.

De appellationibus & relationibus 1. (*A*) quibus appella-
ri non licet 2 (*Quis & à quo appelletur*) 3. Quando appellan- Lib.49.
dũ ſit, & intra quæ tẽpora 4. de appellationibus recipiendis vel
non 5. De libellis dimiſſoriis qui apoſtoli dicuntur 6. Nihil non
ita appellatione interpoſita 7. (*Quæ ſine ſentẽtiæ ſine appella-
tione interpoſita 7. (*Quæ ſentẽtiæ ſine appellatione reſcindã-
tur*) 8. At per alium cauſæ appellationum reddi poſſunt 9. (*Si
tutor vel curator vel magiſtratus creatus appellauerit*) 10.
Eum appellauerie, in prouincia defendi 11. Apud eum,
à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum 12. Si pen-
dente appellatione mors interuenerit.

Fiſcus.

De iure fiſci 14.

Militia.

De captiuis & poſtliminio reuerſis, & redemptis ab hoſtib.
15. De re militari 16. De caſtrenſi peculio 17. De veteranis 18.

Municipia.

Ad municipalem, & de incolis 1. De decurionibus & filiis Lib.50.
eorum 2. De albo ſcribendo 3 De muneribus & honoribus 4. De
vacatione & excuſatione munerum 5. de iure immunitatis 6. de
legationibus 7. de adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinen-
tium 8. De decretis ab ordine faciendis 9. De operis publicis
10. De nundinis 11. De pollicitationibus 12.

Miſcellæ.

De variis & extraordinariis cognitionibus, & ſi iudex litem
ſuam feciſſe dicetur 13. De proxeneticis 14. De cenſibus 15. de
verborũ ſignificatione 16. De diuerſis regulis iuris antiqui 17.

De

ΕΞ ΟΣΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΥΠ' ΑΥΤ[ΩΝ]

ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΣΥΓΚΕΙΤΑΙ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΤΩΝ

Διγεστων ητι του Πανδεκτου ευσεβεστατου βασιλεως Ιουστινιανου συνταγμα.

Id eſt,

EX QVOT ANTIQVIS AVCTORIBVS ET LIBRIS AB HIS FA[CTIS]

compoſitum eſt præſens Digeſtorum ſeu Pandectarum piiſſimi Imperatoris opus.

Ιουλιανου

DIGESTON βιβλια ενενηκοντα
Ad Minicium βιβλια εξ
Ad Vrſeium βιβλια τεσσαρα
De Ambiguitatibus βιβλιον εν

Papinianu

Quæſtionon βιβλια τριακοντα επτα
Reſponſon βιβλια δεκαεννεα
Definition βιβλια δυο
De adulteriis βιβλια δυο
De adulteriis βιβλιον εν

Quintu Mucio Scævolu

Ορων βιβλιον εν

Αλφηνου

Digeſton βιβλια τεσσαρακοντα

Sabiuu

Iuriſciuilion βιβλια τρια

Προκουλου

Επιστολων βιβλια οκτω

Λαβεωνος

Πιθανων βιβλια οκτω
Poſteriorum βιβλια δεκα

Νερατιου

Regularion βιβλια δεκαπεντε
Μεμβρανων βιβλια επτα
Reſponſon βιβλια τρια

Iauolenu

Ex Caſsio βιβλια δεκαπεντε
Epiſtolon βιβλια δεκατεσσαρα
Ad Plautium βιβλια πεντε

Celſu

Digeſton βιβλια τριακοντα εννεα

Πομπονιου

Ad Quintū Muciū lectionū βιβλια τριακοντα εννεα
Ad Sabinum βιβλια τριακοντα πεντε
Επιστολων εικοσι
Variarum lectionum βιβλια δεκαπεντε
Ad Plautium βιβλια επτα
Fideicommiſſon βιβλια πεντε
Senatuſconſultum βιβλια πεντε
Regularion βιβλιον εν
Εγχειριδιου βιβλια δυο

Βαλεντος

Fideicommiſſon βιβλια επτα

Μαικιανου

Fideicommiſſon βιβλια δεκα εξ
Biblicon βιβλια δεκατεσσαρα

Μαυεικιανου

Ad leges βιβλια εξ
Τερεντιου Κλημεντος
Ad leges βιβλια εικοσι

Αφρικανου

Quæſtionon βιβλια εννεα

Μαρκελλου

Digeſton βιβλια τριακοντα
Ad leges βιβλια εξ
Reſponſon βιβλιον εν

Κερβιδιου Σκαιβολου

Digeſton βιβλια τεσσαρακοντα
Quæſtionon βιβλια εικοσι
Reſponſon βιβλια εξ
Regularion βιβλια τεσσαρα
De quæſtione familiæ βιβλιον εν
Quæſtionum publicè tractatarum βιβλιον εν

Φλορεντινου

Inſtitutor βιβλια δεκα δυο

Γαιου

Ad edictum prouinciale βιβλια λβ
Ad leges βιβλια δεκαπεντε
Ad edictum vrbicum τα μονα ευρεθεντα βιβλια δεκα
Aureon βιβλια επτα
Δωδεκα δελτων βιβλια εξ
Inſtituton βιβλια τεσσαρα
De verborum obligationibus βιβλια γ
De manumiſsionibus βιβλια τρια
Fideicommiſſon βιβλια δυο
De caſibus βιβλιον εν
Regularibus βιβλιον εν
Dotalicion βιβλιον εν
Υποθηκαριας βιβλιον εν

Βενουλειου

Stipulationon βιβλια δεκαεννεα

Actionon βιβλια δεκα
De officio proconſulis βιβλια τεσσαρα
De pœnis paganorum βιβλιον εν
Publicon βιβλια τρια

Τερτυλλιανου

Quæſtionon βιβλια οκτω
De caſtrenſi peculio βιβλιον εν

Ιουστου

Conſtitutionon βιβλια εικοσι

Ουλπιανου

Ad Edictum βιβλια ογδοηκοντα τρια
Ad Sabinum βιβλια πεντηκοντα εν
Ad leges βιβλια εικοσι
Diſputationon βιβλια δεκα
Protribunalion βιβλια δεκα
De officio proconſulis βιβλια
Πανδεκτου βιβλια δεκα
Regularion βιβλια επτα
Fideicommiſſon βιβλια εξ
Opinionon βιβλια εξ
De adulteriis βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια τεσσαρα
De officio conſulis βιβλια τρια
Inſtituton βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De cenſibus βιβλια εξ
Reſponſon βιβλια δυο

Του αυτου βιβλια

De ſponſalibus
De officio præfecti vrbi
De officio præfecti vigilum
De officio curatoris publicæ
De officio prætoris tutelaris
De officio quæſtoris

Παυλου

Ad edictum βιβλια ογδοηκοντα
Quæſtionon βιβλια εικοσι εξ
Reſponſon βιβλια εικοσιτρια
Breuion βιβλια εικοσι τρια
Ad Plautum βιβλια δεκαοκτω
Ad Sabinum βιβλια δεκα εξ
Ad leges βιβλια δεκα
Regularion βιβλια επτα
Regularion βιβλιον εν
Sententian ητοι facton βιβλια εξ
Sententian βιβλια πεντε
Ad Vitellium βιβλια τεσσαρα
Ad Neratium βιβλια τεσσαρα
Fideicommiſſon βιβλια τρια
Decreton βιβλια τρια
De adulteriis βιβλια τρια
Manualium βιβλια τρια
Inſtituton βιβλια δυο
De officio proconſulis βιβλια δυο
Ad legem Æliam Sentiam βιβλια γ
Ad legem Iuliam βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De cenſibus βιβλια δυο

Του αυτου μονοβιβλια

De pœnis paganorum
De pœnis militum
De pœnis omnium legum
De vſuris
De gradibus & adfinibus
De iure codicillorum
De excuſationibus tutelarum
Ad regulam Catonianam
Ad ſenatuſconſultum Orficianum
Ad ſenatuſconſultum Tertillianum
Ad ſenatuſconſultum Silanianum
Ad Senatuſconſultum Velleianum
Ad ſenatuſconſultum Libonianum ſeu Claudianum
De officio præfecti vigilum
De officio præfecti vrbi
De officio prætoris tutelaris
De extraordinariis criminibus
Υποθηκαριας
Ad municipalem
De publicis iudiciis
De inofficioſo teſtamento
De ſeptemuiralibus iudiciis
De iure ſingulari

De ſecundis tabulis
Ad orationem *D*iui Seueri
Ad orationem *D*iui Marci
Ad legem Velleiam
Ad legem Cinciam
Ad legem Falcidiam
De tacito fideicommiſſo
De portionibus quæ liberis damnatorum c[onceduntur]
De iuris & facti ignorantia
De adulteriis
De inſtructo & inſtrumento
De appellationibus
De iure libellorum
De teſtamentis
De iure patronatus
De iure patronatus quod ex lege Iulia & P[apia]
De actionibus
De concurrentibus actionibus
De interceſsionibus fœminarum
De donationibus inter virum & vxorem
De legibus
De legitimis hæreditatibus
De libertatibus dandis
De ſenatuſconſultis

Triphoninu

Diſputationum βιβλια εικοσι

Καλλιστρατου

De cognitionibus βιβλια εξ
Edicton monitorium βιβλια εξ
De iure fiſci βιβλια τεσσαρα
Inſtituton βιβλια τρια
Quæſtionon βιβλια δυο

Μενανδρου

Militarion βιβλια τεσσαρα

Μαρκιανου

Inſtituton βιβλια δεκα εξ
Regularion βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο

Του αυτου μονοβιβλια

De delatoribus μονοβιβλον
Υποθηκαριας μονοβιβλον
Ad ſenatuſconſultum Turpillianum μονοβιβλ[ον]

Γαλλου Ακυλα

Reſponſa

Μοδεστινου

Reſponſon βιβλια δεκαεννεα
Πανδεκτου βιβλια δεκα δυο
Regularion βιβλια δεκα
*D*ifferention βιβλια εννεα
Excuſationum βιβλια εξ
De pœnis βιβλια τεσσαρα

Του αυτου μονοβιβλα

De præſcriptionibus
De inofficioſo teſtamento
De manumiſsionibus
De legatis & fideicommiſsis
De teſtamentis
De eurematicis
De enucleatis caſibus
De differentia dotis *De* ritu nuptiarum

Ταρρουντηνου Πατερνου

Militarion βιβλια τεσσαρα

Μακρου

Militarion βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο
De officio præſidis βιβλια δυο
Εικοστου βιβλια δυο
De appellationibus βιβλια δυο

Αρκαδιου

De teſtibus βιβλιον εν
De officio præfecti prætorio βιβλιον εν
De muneribus ciuilibus βιβλιον εν

Ρουφινου

Regularion βιβλια δεκαδυο

Αιλιου ητοι Φουριου Ανθιανου

Μερος η εδικτου βιβλια πεντε

Μαξιμου

Ad legem Falcidiam

Ερμογενιανου

Επιτομων βιβλια εξ

Χαρισιου

INDEX OMNIVM LEGVM QVÆ HIS PANDECTARVM, SEV DIGESTORVM LIBRIS CONTINENTVR, ORDINE alphabetico digeſtus.

Aduerte Lector legum initia primùm iuxta editionem vulgarem, deinde ſecundùm Florentinam obſeruato huius ſcribendi genere, in hunc indicem eò coniecta, ut nihil deſideres, & vt citiùs, quod quaris comperias.

AB accuſatione deſtitit li.48.ti 16.l.6.
Ab adgnato vel alio li.27. ti.10.l.12
Ab ea parte li. 22.ti 3.l.5
Ab emptione li.14.de pactis l.58
Abeſſe Reipub. cauſa li.4. ti.6.l.32
Ab exheredati.l.30.tit.1.l.126
Ab executore ſententiæ li.9.t.42.l.4
Ab hærede li.42. ti 6.l.2
Ab his oneribus li.50.ti.5.l.10
Ab hoſtibus autem li.4.ti.6.l.15
bigeatus crimen li.47.ti.14.l.2
Ab Imperatore noſtro li.47.ti.15.l.6
Ab inteſtato li.29.ti.7.li.16
bolitio li 48.ti.16.l.8
b omni militia l 49. ti.16.l.11
b omnibus heredibus li 30.ti.1.l. 104
bſens reus li.3.ti.3.l.71
bſentia eius qui li.50.ti.17.l.140
bſenti li.30.ti.55.l.5
bſentem accipere debemus eum li.50. ti.16.l.199
bſentem in criminibus li.48.ti.19.l.5
bunculo nuptura li.42. ti.7.l.5
cceptilatio eſt li.46.ti.4.l.1
cceptilatio ſub conditione li.46. ti.4.l.4
ccipientis & edentis iudicium li.26. ti.8.l.15
cceptis à Mæuio centum li. 35.ti.2.l.93
cceſſio l.44.ti.3. l.16
cciolam Claudi: vide Cùm tibi viſum fuerit li.40 tit.5.l.17
ccuſator li.47.ti.15.l.5
ccuſatore defuncto li.48.ti.1. l.13
ccuſatorum li 48.ti.6.l.1
ccuſaturus li. 48.t.5.l.35
cta apud ſe habita l.42.ti.1.l.45
ctio de æſtimato l.16.ti.3.l.1
ctio in perſonam l 44. ti.7.l.28
ctio negotiorum geſtorum li.2.t.5.l.47
ctio ſtellionatus l.47.ti.20.l.1
ctionis verbo l.44.t.7.l.37
ctionis verbo li.50.ti.16.l.34
ctioni redhibitoriæ li.20.t.1.l.54
ctiones depoſiti li.16.ti.3.l 23
ctione diſtrahitur li.17.ti.2. l.65
ctiones aduerſus li.44.ti.7. l.7
ctiones de ſeruitutibus li.8.ti.5.l.1
ctionum genera li 44.t.7. l.25
ctor à tutore datus l.46.ti.8. l.1
ctoris procurator li.3.ti.3.l.30
ctorum verba li.47.ti.1.l.46
ctus legitimi li.50.ti.17.l.77
ctus ſui rationem li.26. ti.7.l.19
d beſtias li.48.ti.19.l.31
d certam partem l.8.t.1.l.6
d cognitionem li.42.t.4.l.13
d curatoris l 39.ti.2. l.46
decurionatu li.50.ti.5.l.5
d diem li 45.ti.1.l.77
deo morte l.17.ti.2.l 59
deo quid li.41 ti.1.l.7
deo quidem li.2.ti 1.l.8
d ea, quæ non habent l.50. ti.17.l.157
d eos qui li.13.ti.6.l.19
d eum quem li.20.ti.5.l.35
d excuſationem li.50.ti.5. l.14
d exhibendum li.10.ti.4.l.19
Diuo Pio reſcriptum eſt li.23.ti.2.l.58
Diuo Pio reſcriptum eſt li.42.ti.1.l.15
duobus manumiſſis li.38.ti.1.l.4
dictionis gratia li.39. ti.5.l.5
d fidem rei li.22.t.15.l.11
d fiſcum li.25.ti.2.l.16
gnato proprior fœmina l.26. ti.4.l.10
Adigere iureiurando li.37.ti.14.l.6
Adiri etiam ad li.1.ti.12.l.2
Aditio hæreditatis li. 29. ti.2. l.45
Ad Imperatorem li.49.tit.1.l.26
Ad inſtruendum li.26.ti.7.l.34
Ad legatum li.3.ti 3.l.62
Ad principem emiſſa li.49.ti.1.l.22
Adquirent li.2.t.14.l.19
Adquiruntur nobis li.41.ti.1.l.10
Ad rempublicam li.50.ti.4. l.8
Adſignare & purè li 38.t.4.l.7.
Adſignare libertum li.50.ti.16.l.105
Ad ſucceſſionem li.48.ti. 23.l.1
Adſumptio originis li.50.ti.1.l.6
Ad tempus ordine li.50. ti.2.l.5
Ad temptari pudicitia in li.47.li.10 l.10
Ad teſtium numerum li.28.ti.1.l.22
Ad veterani li.35.t.2.l.40
Adminiſtrantes rem li.27.ti.1.l.41
Admonendi li.12.ti.2.l.31
Adoptio enim l.1.ti.7.l.16
Adoptio non iure li 1. ti.7.l.38
Adoptiones li.1.ti.7.l.43
Adoptare quis apud li.1.ti.19.l.1
Adoptare quis poteſt li.1.ti.7.l.37.
Adopt uus filius li.23. ti.2.l.14
Adoptiuum patrem li.2.ti.4.l.8
Adoptiuum quoque patrem. Hæc lex eſt in §. 8. li.5. ti.3.l.23
Ad peremptorium li.5.ti.1.l.68
Ad perſonas li.12.ti.2.l.15
Ad quid natura li.3.ti.1.l.19
Ad rem mobilem li.3.ti.3.l 56
Adrogato patre familias li.1.ti.7.l.40
Ad res donatas li.21.ti.1.l.62
Aduerſus exceptionem li.44.ti.1.l.15
Aduerſus extraneos li.41.ti.2.l.53
Aduerſus menſorem li.11.ti.6.l.5
Aduerſus ſententiam arbitri l.4. ti.8.l.29
Aduerſus teſtamentum lib.5.ti.2.l.30
Adulter diem li.48 ti.5.l.19
Æde ſacra terræ li.18.ti.1.l.73
Ælium autem li.15. ti.1. l.23
Ædibus communibus li.39.ti.1.l.18
Ædificatum li.39.ti.2. l.45
Ædificia quæ ſeruitutem li.8.ti.2.l.12
Ædificia Romæ li.50.ti.16.l.39
Æ diles aiunt l.21.ti.1.l.38
Ædiles etiam ibidem l.25
Ædificia vrbana li.18.ti.4.l.1
Ælianus debitor li.40.ti.1.l.10
Æmilius Dexter li.26.ti.7.l.53
Æmilianus Larianus li.4.ti.4.l 38
Æquiſſimum ordinem li.37.ti.11.l.2
Æquiſſimum viſum eſt li.38.ti.17.l.5
Æquiſſimum putauit prætor li.2.ti.10.l.1
Æſtimatæ res li.24.ti.3.l.51
Æſtimationem honoris li.50.ti.4.l.16
Æſtimatis rebus li.24.ti.3.l.50
Agaſo cum tabernam li.9.ti.1.l.5
Agere etiam videtur li.44.ti.1.l.1
Ager eſt locus li.50.ti.16.l.27
Agraria lege li.47.ti.21.l.3
Agri ciuitatum l.9 ti.3.l.1
Agri vſufructu li.7.ti.1.l.18
à filio herede li.30. ti.1.l.25
à filio herede li.34.ti.1.l.15
è filia petit li.39.ti.1. l.62
à fratris poſthumo li.30. ti.1.l.127
Aithales ſeruus li.48 ti 10.l 24
ΑΙ ΜΕΤΑΓΕΝΕΣΤΕΡΑΙ li.2.ti.4.l.4
Ait D. Traianus l.49.ti.14.l.16
Ait lex, quanti is li.9. ti.2.l.2
Ait prætor li.4 ti.4.l.7
Ait prætor, nautæ li.4.ti.9.l.1
Ait prætor li.12.t.2.l.3
Ait prætor quod li.4.ti.2.l.1
Ait prætor li.12.ti.2.l.7
Ait prætor li.4.ti.6.l.13
Ait prætor quod li.13.ti.6.l.1
Ait prætor, ſi quis li.6.ti.2.l.1
Ait prætor cuius li.12.ti.1.l.5
Ait prætor in eum li.14.ti.5.l.5
Ait prætor qui li.11.ti.3.l.1
Ait prætor li.1.28.ti.8.l.7
Ait prætor qui li.43.ti.30.l.1
Ait prætor quem l.43.ti.29.l.1
Ait prætor quæ li.43.ti.27.l.1
Ait prætor glandem li.43.ti.28.l.2
Ait prætor li.43.ti.26.l.2
Ait prætor li.43.ti.6.l.1
Ait prætor li 42.ti.5.l.25
Ait prætor li.42.ti.8.l.1
Ait prætor li.42. ti.8.l.10
Ait prætor li.43.ti.2.l.1
Ait prætor li.43.ti.4.l.1
Ait prætor lib.43.ti.12.l.1
Ait prætor li.43.ti 13.l.1
Ait prætor lib.43.ti.17.l.2
Ait prætor ſi l.3.ti.5.l.3
Ait prætor li.43.ti.18.l.1
Ait prætor li.43.ti.20.l.1
Ait prætor li.43.ti 15.l.1
Ait qui aliter libro 43.ti.24.l.5
Alia cauſa eſt lib.24.ti.3.l.14
Aliam cauſam eſſe lib.46.ti.2.l.29
Aliàs autem procuratorem lib.12.ti.2.l.18
Aliàs ſi ex ſtipulatu li.12.ti.3.l 6
A liberto lib.38.tit.2.l.35
Aliena res pignori data li.13.tit.7.l.20
Alienam aream li.41.ti.4.l.13
Alienatio cum ſit li.18.ti.1.l.67
Alienationis verbum libro 50.ti.16.l.28
Alienationes enim lib.10.ti.2.l.13
Alienatum li.50.ti.16.l.67
Alieno ſeruo libro 40.ti.5.l.31
Alienus fundus lib.35.ti 2.l.61
Alimenta & veſtiaria lib.34.ti.1.l.16
Alimenta liberto lib.25. ti 3.l.5
Alimentorum cauſa lib.38.ti.4.l.11
Alio herede lib.34.ti.1.l.9
Alij propter ſuſpicionem libro 48. ti.2.l.19
Alio loco lib 13.ti.4.l.1
Alioqui quid dicemus lib.18.ti.1.l.11
Aliquando accidit libro 35.ti.1.l.107
Aliquando etiam lib.14.ti.4.l.11
Aliquando licet lib.16.ti.1.l 13
Aliquando mandare lib.1 ti.16.l.5
Aliter atque lib.18.ti.1.l.10
Aliter atque ſi ſeruus li.33.ti.8.l.13
Alterius curatoris libro 27.ti.3.l.20
Alteri ex heredibus lib.34.ti.4.l.25
Aliud eſt capere libro 50. ti.16.l.71
Aliud eſt iure ſtipul. lib.46.ti.3 l.106
Aliud fraus eſt libro 50.ti.16.l.131
Aliud eſt promittere libro 50.ti.16.l 174
Aliud eſt ſi pater lib 23. ti.4. l.19
Aliud eſt vendere libro 50.ti.17.l.160
Alius duntaxat lib.14.ti 4.l.2
Alterius circonuentio lib 50.ti.17.l.49
Alterius prouinciæ libro 48.ti.2.l.22
Altius ædes ſuos lib 8. ti.5.l.15
Alumnæ ſuæ lib 34 ti.4.l.30
Alumnos magis libro 40.ti.2.l.14

Ambitioſa decreta lib. 50. ti. 9. l. 4
Amiciſſimos lib. 27. ti. 1. l. 36
Amiſſi ruina lib. 16. tit. 1. l. 52
Amiſſæ nauis li. 14. ti. 2. l. 5
Amiſſione ciuitatis li. 4 ti. 5. l. 5
Amplius non peti lib. 46. tit. 8. l. 15
Amplius puto l. 40. t. 12. l. 3
A muneribus l. 50. t. 5. l. 7
Ancilla fugitiua l. 47. t. 2. l. 60
Ancillarum etiam partus li. 5. t. 3. l. 27
Animi potius, quam corporis l. 21. t. 1. l. 65
An in magiſtratus lib. 27. t. 8. l. 9
An inutilis acceptilatio l. 46. t. 4. l. 8
An ciuitates l. 3. t. 4. l. 8
An apud ſe manumittere l. 40. t. 2. l. 5
An pars pro derelicto l. 41. t. 7. l. 3
Anniculus amittitur l. 50. t. 16. l. 132
Anniculus non ſtatim l. 50. t. 16. l. 134
Anni ſpacium l. 48. t. 17. l. 2
Annonam adtemptare l. 47. t. 11. l. 6
Annua his verbis l. 33. t. 1. l. 20
Annuam pecuniam l. 33. t. 1 l. 6
Annus autem in perſonam libro 3. t. 6. l. 6
Annus exinde libro 48. t. 17. l. 4
Ante litem conteſtatam l. 3. t. 3. l. 16
Ante omnia l. 22. t. 3. l. 23
Ante tabulas l. 29. t. 7. l. 5
Antequam damnum detur l. 39. t. 2. l. 6
Ante quinquennium lib. 40. t. 15. l. 3
Ante reſtitutam lib 46. t. 3. l. 104
Ante vitium auctoris lib 44. t. 3. l. 5
Ante ſententiam lib. 49. t. 5. l. 2
Anteus ait l. 39. t. 3. l. 14
An vnus ex ſociis l. 8. t. 5. l. 11
An vſusfructus l. 7. t. 1. l. 56
Antiochenſium l. 42. t. 5. l. 37
Antiqui libero ventri l. 5. t. 4. l. 3
Antiſtius, Vide infra Attius fundum l. 41. t. 1. l. 38
Antiſtius Labeo lib 20. t. 2. l. 62
Antoninus Auguſtus Pius l. 40. t. 5. l. 42
A patre vel domino l. 12. t. 1 l. 4
Aphricanus libro Vide, Dum ſeruus legatus paulò poſt princ. l. 30. ti. 1. l. 39
Apparet ergo l. 43. t. 19. l. 5
Αφ᾽ ἑτοιμ ἐπηρείας lib. 27. t. 1. l. 2
Απελεύτερεν ib. l. 14
Appellandi vſus l. 49. t. 1. l. 1
Appellanti nihil obeſſe l. 49. t. 1. l. 13
Appellari à legatis l. 49. t. 3. l. 2
Appellatione parentis l. 50. t. 16. l. 51
Appellatione interpoſita l. 49. t. 7. l. 1
Appellatione rei libro 50. tit. 16. l. 72
Appellatione defuncto lib 49 tit. 13. l. 1
A principe l. 3. t. l. 1. li. 10. ti. 11. l. 1
Apud Ariſtonem libro 26. ti. 7. l. 61
Apud Aufidium libro 33. ti. 5. l. 20
Apud Celſum quæritur l. 44. t. 4. l. 9
Apud eum libro 10. ti. 1. l. 14
Apud filiumfamilias l. t. 14. l. 1
Apud filiumfamilias lib 40. ti. 1. l. 18
Apud hoſtes ſuſceptus li. 49. ti. 15. l. 9
Apud Iulianum ita libro 40. ti. 5. l. 20
Apud Iulianum quæritur libro 41. ti. 4. l. 3
Apud Iulianum relatum eſt lib 36. t. 1. l. 11
Apud Iulianum ſcriptum eſt libro 49. ti. 14. l. 35
Apud Labeonem libro 50. t. 6 l. 246
Apud Labeonem quæritur libro 19. t. 5. l. 20
Apud Pamphilum. Vide, Apud Phuphidium lib. 34 ti. 2 l. 5
Apud præfectum lib. 40. ti. 2. l. 21
Apud prætorem, ib. l. 1
Apud proconſulem, ib. l. 17
Apud Trebatium li. 39. ti 3. l. 3
Apud vetuſtiores libro 1. ti. 5 l. 1
A qua ætate lib. 28. tit. 1. l. 5
Aqua ſi in partem lib. 8. t. 6 l. 9
Aquam quæ oriebatur lib. 8. tit. 6. l. 16
Aquiliana ſtipulatio lib. 2. tit. 15. l. 4
Aquilius Regulus libro 39. tit. 5. l. 27
A quo ſeruus petebatur lib 9 tit. 1. l. 58
A quo fundus petitur ſumma eſt l. ædificatum habet li. 39. tit. 2. l. 45
Arbiter ad ferendum lib. 4. ti. 8. l. 48
Arbiter calendis l 4. ti. 8. l. 40
Arbiter diuidendæ li. 20. ti. 5. l. 11
Arbiter ex compromiſſo libro 4. ti. 8. l. 50
Arbiter ita ſumptus libro 4. ti. 8 l. 33
Arbiter intra certum lib. 4. tit. 8. l. 42
Arbiter iudicij §. primus eſt l. 16. libro 4. ti. 8
Arbitri diuidundæ hæreditatis libro 10. ti. 5. l. 14
Arbitro ad fideiuſſorem li. 2. t. 8. l. 9
Arbitrio quoque lib. 10. ti. 2. l. 57
Arbitrum familiæ lib. 10. ti. 2. l. 43
Arbitraria actio li. 13. tit. 4. l. 2
Arbitrio iudicis lib. 4. tit. 3. l. 18
Arbor, quæ in confinio lib. 10. t. 3 l. 19
Arbores vi tempeſtatis li. 7. ti. 1. l. 59
Arboribus euulſis ib. l. 12
Arboribus quoque lib. 18. tit. 1. l. 58
Areſcuſa li. 1. ti. 5. l. 15
Argentarius li. 2. ti. 13. l. 10
Argentarium li. 6. tit. 2. l. 45
Argento legato lib. 32. tit. l. 3
Argentum commodatum li. 13. ti. 6. l. 20
Argumento ſunt li 4. ti. 2 l. 25
Ariſto ait li. ti. 8 l. 10
Ariſto ait li. 39 ti l. 18
Ariſto ait, quoniam lib. 19. ti. 1. l. 2
Ariſto exiſtimat lib. 29 ti 2. l. 28
Ariſto in decretis li. 29. ti. 2. l. 99
Ariſto negauit lib. 29. ti. 7. l. 9
Ariſto Neratio Appiano lib. 40. ti. 4. l. 46
Ariſto Neratio lib. 40. ti. 4 l. 46
Ariſto Neratio Priſco lib. 20. ti. 3. l. 3
Ariſto reſpondit lib 13 ti. 2. l. 40
Ariſto ſcribit li 18. ti 8. l. 5
Armatos non vtique li. 48. ti. 6. l. 9
Armorum appellatio li. 50. ti. 16. l. 41
Arrianus ait li. ti. 7. l. 47
Arrianus Seuerus præfectus li. 49. ti. 14. l. 42
A ſententia li. 49. ti. 1 l. 5
Aſſe toto li. 28 ti. l. 77
A te hominem. Vide infrà, Te hominem l. 49. tit. 2. l. 32
A teſtatore rogatus li. 35. ti 1. l. 108
At cum hæres li. 15. ti. 1 l. 35
Athales ſeruus. Vide Aithales ſeruus li. 48. ti. 10. l. 24
Athletas autem lib. 3. ti. 2. l. 4
Athletæ habent. Vide, Οἱ παλαισρωΐῶται li. 27. tit 1. l. 8
A Titio herede libro 47. ti. 2. l. 64
A Titio ita ſtipulatus ſum libro 45. ti. 1. l. 108
Attius fundum libro 41. ti. 1. l. 38
At qui natura li. 3. ti. 5. l. 20
At ſi ancilla lib 33. ti 8 l. 3
At ſi extrinſecus lib. 26. tit. 9. l. 4
At ſi quis impediat. Vide, Et ſi quis impediat libro 11. tit. 6. l. 7
Adtemptari pudicitia. Vide ſuprà, Adtemptari apud l. 47. ti. 10. l. 10
Atteius ait li. 39. ti. 3. l. 14
Attilicinus Proculo li 23 ti. 3. l. 17
Attilius Regulus lib. 39 ti. 5. l. 27
Attius fundum libro 41. ti. 1. l. 38
Attius fundi Corneliani hæres libro 28. tit. 5. l. 11
At vbi inſtitutus lib. 37. tit. 6. l. 11
At vbi vi deiectus li. 5. ti. 3. l. 24
A tutela remotus li. 27. ti. 4. l. 4
A tutore pupilli libro 9. ti 1. l. 67
A tutoribus & curatoribus lib. 46. ti. 7. l. 33
Aufertur ei libro 49. ti. 14 l. 46
Aufidius. Vide, Fuſius lib. 42. ti. 5. l. 29
Aufertur hereditas ex aſſe libro 34. ti. 9. l. 2
Alia nepotibus li. 26. ti 3. li. 11
Auia, quæ nepotem libro 35. ti. 1. l. 77
Auibus legatis lib. 32. ti 1. l. 66
A vobis quoque li. 33. tit 1 l. 5
Aurelius Symphorus li. 34. ti. 3. l. 28
Aurelio Sempronio lib. 34. t. 3. l. 20
Aut ætate lib. 39. ti 6. l. 5
Aut alium qui vexaturus lib. 4. ti. 7. l. 2
Aut certè li. 38. ti. 1. l. 19
Aut adfinitate aliqua li. 3. ti. 3 l. 22
Aut damnum li. 48. ti. 19. l. 8
Aut dare aliquem li. 26. ti. 6. l. 3
Aut facta puniuntur libro 48. ti. 19. l. 16
Aut in id dabitur lib. 4. ti. 2. l. 15
Aut in qua vſusfructus lib. 47 ti. 2. l. 69
Aut longa peregrinatio lib. 3. ti 3. l. 23
Aut mutua pecunia libro 13. ti. 4. l. 6
Aut per inſidioſa lib. 39. ti. 6. l. 4
Aut priuatim lib 48 tit. 16. l. 10
Aut qui aliter lib. 43. ti. 24. l. 5
Aut religionis beneficium li. 3. ti. 3. l. 18
Aut ſi ante denunciatum lib. 6 ti. 1. l. 30
Aut ſi conſularis libro 3. ti. 3. l. 52
Aut ſi valetudinem lib. 3. ti. 3. l. 9
Aut vbi quiſque libro 42. ti. 5. l. 3
Αὐ σόκρατω lib. 49. ti 1 l. 25
Auunculo nuptura. Vide ſuprà Abunculo nuptura li. 12. ti. 7. l. 5
Auunculo ſuo libro 39. ti. 6. l. 28
Auus neptis nomine li. 2. ti. 14. l. 33
Auus neptis nomine libro 23. ti. 3. l. 79
Auus pactus eſt lib. 23. ti. 4. l. 10
Auxilium integrum libro 4. ti. 4. l. 37
Αξίωσις ευδαίμενος lib. 14. ti 2. l. 9
BÆbius Marcellus lib 23. ti. 4. l. 30
Balliſta filiusfamilias libro 36. ti. 1. l. 28
Barbarius Philippus lib 1. ti. 14. l. 3
Bello amiſſi li. 27 ti. 1. l. 18
Bene eſt. Vide infrà E te eſt li. 12 ti. 1. l. 1
Bene ex te eſt. Vide infrà. E te eſt.
Beneficio legis Falcidiæ li. 35. ti. 2. l. 59
Beneficium Imperatoris li. 1. ti. 4. l. 3
Benignius leges interpretandæ li. 1. ti. 3. l. 18
Benignius autem li. ti. 12. l. 6
Bina mancipia lib. 20. ti. 3. l. vlt.
Binas ædes. Vide infrà, Gaurus Marcello libro 8. ti. 2. l. 10
Binas qui ædes lib. 8. ti. 2. l. 36
Bona autem hic li. 37 ti. 1. l. 3
Bona ciuitatis li. 50. ti. 16. l. 15
Bona eorum qui in li. 49. ti. 15. l. 22
Bona fides quæ in contractibus li. 16. ti. 5. l. 1
Bona fides lib. 50. ti. 17. l. 136
Bona fides non patitur li. 19. ti. 1. l. 50
Bona fides non patitur li. 50. ti. 17. l. 57
Bona fide perſonam li. 16. ti. 1. l. 27
Bona fide ſerui poſſeſſor li. 9. ti. 4. l. 11
Bona fiſco li. 49. ti. 14. l. 39
Bona militis li. 38. ti. 11. l. 2
Bonæ fidei emptor li. 50. ti. 16. l. 109
Bonæ fidei emptor li 41. ti 1. l. 48
Bono publico li. 41. ti. 3. l. 1
Bonis cedi li. 42. ti. 3. l. 9
Bonis venditis lib. 42. ti. l. 38
Bonitatis æſtimationem li. 21. ti. 2. l. 15
Bonorum li. 50 tit. 16 l. 19
Bonorum appellatio li. 50. ti. 16. l. 208
Bonorum fiſco vindicatorum li. 49. tit. 14. l. 8
Bonorum poſſeſſio admiſſa li. 37 ti. 1 l. 1
Bonorum poſſ. poteſt peti l. 38. ti. 6. l. 3
Bonorum poſſeſſione li. 37. ti. 5. l. 22
Bonorum poſſeſſionem li. 46. ti. 8 l. 24
Bonorum ventris li. 27. ti. 10. l. 8
Bouem qui cornu petit li. 21. ti. 1. l. 43
Boues alienos li. 9. ti. 2. l. 53
Boues li. 50. ti. 15. l. 89
Breuiter li. 1. ti. 11. l. 1
CAius Seius. Vide Gaius Seius, & ſic de cæ
Cædere eſt li. 24. ti. 7. l. 5
Cæcus iudicandi li. 5 ti. 1. l. 6
Cæſar cum inſulæ lib 39. ti. 4. l. 15
Cætero. Vide, cætera.
ΚΑΙΟΙΜΗ li. 26. ti. 5. l. 22
Calculi erroris li 50 ti 8. l. 8
Camelia pia li. 37 ti. 14. l. 24
Campanus ſcribit li. 38. ti. 1 l. 47
Cancellauerat quis teſtamentum li. 28 ti. 4. l.
Capienda occaſio. Vide, Rapienda occaſio l. 50. l. 168
Capitalium pœnarum li 48. ti. 29. l. 28
Capite quinto l. Iuliæ li. 48. ti. 5. l. 25
Capite trigeſimoquinto li. 23. ti. 2. l. 19
Capitis diminutionis li. 4. ti. 5. l. 11
Capitis diminutione pereunt li. 38. ti. 16. l. 11.
Capitis diminutione perimuntur li. 38. ti. 8. l.
Capitis minutio li. 4. ti. 5. l. 1
Capitis poſtulati lib. 46. ti. 1. l. 53
Capitis rei lib 48. ti. 2. l. 21
Capitis reus li. 48. ti. 2 l. 21
Capitulum pœnarum li. 48. ti. 29. l. 28
Captatorias li. 28. ti. 5. l. 70
Captatoriæ ſcripturæ li. 30. ti. 1 l. 64
Caput ex reſcripto li. 48. ti 22. l. 1
Carbonianum edictum li. 37. ti. 10. l. 3
Carbonum appellatione li. 50. ti. 6 l. 167
Carceri prœpoſitum li. 48. ti. 3. l. 8
Carmelia Pia. Vide ſuprà Camelia Pia.
Caro & corium mortui li. 7. ti. 4. l. 30
Caſſius actionem li. 42. ti. 8. l. 11
Caſſius ait lib. 46. ti. 3. l. 17
Caſſius etiam l. 34. ti. 3. l. 28
Caſſius Longinus lib. 1. ti. 9. l. 2
Caſtrenſe peculium li. 49. ti. 17 l. 11
Catoniana regula j. li. 34. ti. 7. l. 1
Catoniana regula ij ib. l. 3
Caueri vt ad certam li. 8. ti. 4. l. 4
Cauſa cognita impubes li 28. ti. 6 l. 40
Cauſam minor viginti annis libro 40. ti. 1. l.
Cedere diem lib. 59. ti. 16. l. 213
Celſus ait, ſi arbiter lib. 4. ti. 8. l. 23
Celſus filius putabat lib. 18. ti. 5. l. 1
Celſus ſcribit li. 10. t. 4. l. 5
Celſus ſcribit quoties l. 11 ti. 7. l. 22
Celſus libro duodecimo digeſtorum li. 40. tit.
Celſus libro xxiij lib. 41. tit. 3. l. 27
Cenſeri li. 50 t. 16. l. 11
Cenſus & monumenta l. 22. ti. 3. l. 10
Centum Capuæ libro 13. ti. 4. l. 8
Ceuturio ſecundo lib. 29. t. 1. l. 27
Centurio filiis l. 28. t. 6. l. 15
Centeſimis Kalendis lib. 45. t. 1. l. 46
Cerdonem ſeruum libro 38. ti. 1 l. 42
Certè non dubitatur lib. 47. t. 7. l. 4
Certè ſi interim l. 3. t. 26. l. 6
Certo generi lib. 8. t. 3 l. 13.
Certo pretio lib. 38. ti. 18. l. 13
Certum confeſſus l. 42. t. 2. l. 6
Certum eſt. Vide infrà, Verum eſt li. 28. t. 3. l. 8
Certum eſt cuius l. 12. t. 1. l. 6
Certi condictio li. 12. ti. 1. l. 9
Certarum rerum li. 26 ti. 2 l. 2
Certis ex cauſis li. 48. ti 2. l. 2
Ceſſat ignominia li. 44. ti. 7. l. 36
Cetera igitur li. 30 ti. 1. l. 41
Cetera quoque. Vide, Et cætera li. 50 ti. 16. l. 44
Ceteræ itaque res li. 10. ti. 2. l. 4
Ceteræ tamen. Vide infrà, Fœminæ tutores l. 1 l. 17
Ceterum cum fructibus li 6. ti. 2. l. 31
Cæterùm poſtea li. 46. ti. 3. l. 3
Cæterùm ſine eo li. 7. ti. 8. l. 4
Cæterùm quoque li. 7. ti. 8. l. 9

Cæterorum & reliquorum appellatione libro 50. ti. 16. l. 160.
Charidemo titulus eſt legis 5. libro 50.ti.12
Chartæ appellatio lib.37. ti.11. l.3
Chartis legatis l.32.t.1.l.76
Chirographis debitorum li.26.ti.7.l.57
Cicero in oratione li.48.ti.19.l.39
Circa eum, qui libro 21.ti.3.l.14
Circa eos, qui ita heredes li.28.ti.5.l.2
Circa inofficioſi libro 5.ti.2.l.24
Circa legem Falcidiam libro 35.ti.2.l.66
Circa pupillum libro 26.ti.7.l.11
Circa tempora li.38 ti.15.l.3
Circuncidere Iudæis libro 48.ti.8.l.11
Ciuitas mutui li.12.ti.1.l.27
Ciuibus ciuitatis libro 34.ti.5.l.2
Ciuitatibus legari poteſt libro 30.ti.1.l.122
Ciuilis conſtitutio li.47 ti.1.l.1
Claui poſſidere li.41.ti.2.l.6
Claudius Felix li.20.ti.4.l.16
Claudius Seleucus li.34.ti.5.l.15
Clauibus traditis li.18.ti.1.l.74
Clemens patronus libro 28.tit.5.l.81
Clodius Clodianus libro 29.ti.2.l.97
Codicillis fideicommiſſa li.34.ti.2.l.34
Codicillis teſtamento li.33.ti.1.l.18
Cœpiſſe quis intelligitur li.50.ti.16.l.140
Cœptam vſucapionem li.41.ti.3.l.40
Cogi poterit libro 36.ti.1.l.16
Cogitationis pœna l.48.ti.19.l.18
Cognatis accuſatio li.38.ti.8.l.6
Cognitio de liberali li.40.ti.12.l.8
Cognitio de ſuſpectis libro 1.ti.21.l.4
Cognitionum numerus lib.50.ti 13.l.5
Cognoſcere inſtrumenta lib.50.ti.16.l.56
Coheredi ſubſtitutus li.28.ti.6.l.41
Coiri ſocietatem libro 17.ti.2.l.7
Collegatum appellatione libro 50.ti.16.l.173
Collegia ſi qua fuerint li.47.ti.22.l.3
Colluſionem detegere. Vide paulo inf. Colluſionem detegere li.40.ti.16.l.2
Colonia Philippenſis li.50.ti.15.l.6
Colonus cum li.43.t.16.l.12
Colonus cum lege locationis li.19.ti.2.l.61
Commemorationem li.22.ti.3.l.31
Commendare li.50.ti.16.l.186.
Commiſſa vectigalium libro 39.tit.4.l.14
Commodare poſſumus li 13 ti 6.l.15
Commodis præmiorum li.42 ti.1.l.40
Commodiſſimè is qui libro 28.ti.2.l.10.
Communis libertus li.2.t.4.l.23
Communi liberto libro 38.t.2.l.24
Communis ſeruus j. libro 10.ti.3.l.24
Communis ſeruus ij. libro 10.t.3 l.26
Communis ſeruus li.41.tit.1.l.45
Communis ſeruus lib.41.ti.2.l.42
Communi diuidundo j. li.10.t.3 l.7
Communi diuidundo ij. ibi.l.30
Compenſatie li.16.ti.2.l.2
Competit libertas. Vide Nulla competit l.40.tit.9. l.19
Competit hoc interdictum li.43.ti.24.l.16
Complura ſenatuſconſulta li.26.t.1.l.17
Comprehenſum erat lege l.18.t.1.l.60
Compromiſſum lib.4.t.8.l.1
Computationi in alimentis libro 35.ti 2.l.68
Concedi ſolet lib.43.t.9.l.2
Concubinam ex ea li.25.t.7.l.5
Concubinam ex ſola ibid.l.4
Concuſſionis iudicium libro 48. ti.13.l.2
Condemnatus libro 48.ti.20.l.11
Conditioni ex cauſa lib.13.t.1.l.2
Conditioni in præteritum lib.45.t.1.l.100
Conditiones j. libro 28.t.7.l.9
Conditiones ij. li.28.t.7.l.14
Conditiones extrinſecus libro 35.t.1.l.99
Conditionum quædam libro 35.t.2.l.2
Conditionum, quæ libro 35.t.1.l.91
Conditionibus pupillus libro 35.t.1.l.5
Conditionales creditores li.50.t.16.l.54
Confeſſus li.42.t.2.l.1
Confeſſionibus falſis libro 11.t.1.l.13
Conficiuntur codicillis libro 29.t.7.l.8
Congruit bono li.1.t.18.l.13
Coniunctim heredes libro 32.t.1.l.80
Coniunctionem enim li.50.t.16.l.29
Concluſionem detegere li.40.t.16.l.2
Conſenſiſſe autem videntur libro 5.t.1.l.2
Concenſu fiunt obligationes l.44.t.7.l.2.
Conſilij non fraudulenti l.50.t.17.l.47
Conſilio & opera l.27.t.10.l.7
Conſiliari eo tempore l.1.t.22.l.5
Conſtante matrimonio libro 48.t.5.l.26
Conſtat eum, qui l.41.t.5.l.4
Conſtitit inter ſeruum l.48.t.12.l.1
Conſtitui poteſt lib.3.t.4.l.vlt.
Conſtitutione Diui Pij l.38.t.5.l.vlt.
Conſtitutione Imp. noſtri l.48 t.18.l.3
Conſtitutiones quæ l.49.t.1.l.6
Conſtitutionibus principalibus l.4.t.10.l.37
Conſtitutionibus principum l.50.t.1.l.24
Conſtitutionibus quibus l.44.t.7.l.35
Conſulari fœminæ l.1. t.9. l.1
Continet igitur l.4.t.2.l.3
Continetur autem l.33.t.7.l.14
Continuus actus l.45.t.1.l.137
Contra etiam l.14.t.6.l.6.
Contra iuris ciuilis l.2.t.14.l.28
Contra legem facit l.1.t.3.l.29
Contra nutum libro 25.t 2. l.6
Contra pupillum li.42.t.1.l.54
Contra quoque l.11.t.7.l.30
Contractus imaginarij l.44.t.7.l.54
Contractus quidam l.50.t.17.l.23
Contraxiſſe l.44.t. 7. l. 21
Contrahitur hypotheca l.20.t.1.l.4
Contrariam tutelæ actionem l.27.t.4.l.1.
Controuerſia l.2. t.15. l.14
Contumacia eorum l.42.t.1.l.53
Conuenit mihi tecum l.18 t.1.l.65
Conuenire. Vide, Illud conuenire l.23 t.4.l.5
Conuentio generalis l.20.t.1.l.1
Conuentio priuata l.40.t.12.l.37
Conuentionum autem l.2.t.14.l.5
Conuento herede l.27.t.3.l.23
Coram Titio l.50.t.16.l.209
Cornelius & Mæuius l.28.t.5 l.69
Corpora an maduerſorum l.48.t.28.l.24.
Corpora eorum ibid l.1
Corrumpitur animus ſerui l.11.t.3.l.15
Cotem ferro ſubigendo l.39.t.4.l.11
Credendum eſt l.26.t.6.l.4
Creditor, acceptis pignoribus l.20.t.4.l.3
Creditor autem is eſt l.50.t.16.l.55
Creditor cum fideiuſſoribus l.49.t.1.l.28
Creditor cum pignus l.13.t.7.l.15
Creditor debitori l.34.t.3.l.31
Creditor fundum ſibi obligatum l.19.t.1.l.52
Creditor iudicio l.14.t.7.l.42
Creditor mandatorem l.17.t.1.l.60
Creditor oblatam l.46 t.3.l.102
Creditor prædia l.20.t.1.l.23
Creditor qui iure ſuo l.20.t.5.l.13
Creditor qui non l.12.t.1.l.28
Creditor qui ob ibid. l.25
Creditor qui permittit l.50.t.17. l.158
Creditor, qui prædia l.20.t.5.l.1
Creditor, qui præſcriptum l.44.t.3.l.12
Creditor qui prior l.20 t.4.l.12.
Creditor, qui ſciens filiumfam. l.20.t 3.l.5
Creditoris arbitrio l.20.t.5.l.8
Creditoris cuius l.47.t.1.l.15
Creditoris actio l.47.t.1.l.87
Creditori, cui pignoris l.39 t.1.l.9
Creditori ita poteſt l.32.t.1.l.24
Creditori qui l.42.t.3.l.1
Creditorem cui res l.51.t.1.l.85
Creditorem filiusfamilias l.14.t.6.l.18
Creditore qui mutua l.12.t.2.l.42
Creditore in poſſeſſionem l.42.t.5.14
Creditores accipiendos l.50.t.16.l.10
Creditores ſi aduerſus l.48.t.7.l.7
Creditorum appellatione l.50.t.16.l.11
Creditoribus, qui l.42.t.6.l.4
Crimen vel pœna l.48.t.19.l.26
Cui bonis l.46. t.2. l.3
Cuicunque igitur negotio l.14.t.3.l.5
Cui conſequens eſt l.15.t.1.l.8
Cui dens abeſt l.21.t.1.l.11
Cui eorum à parente l.3.t.1.l.3
Cui fuerit ſub hac l.35.t.1.l.15
Cui fundus legatus eſt l.35.t.1.l.56
Cui iuriſdictio data eſt l.2.t.1.l.2
Cui ius eſt donandi. Vide, Cuius eſt donandi l.50. t.17.l.163
Cuilibet enim intelligenti l.59.t.1.l.11
Cuilibet publicum l.43.t 7.l.1
Cui muneris publici l.50.t.4.l.12
Cui neceſſitas l.40.t 1.l.38
Cui opus nouum l.39.t.1.l.22
Cui per fundum aquæ debetur l.43.t.20.l.vlt.
Cui pacto venditoris l.18 t.7.l.5
Cui præcipua cura l.50.t.16.l.57
Cui quæ Romæ eſſent l.32.t.1.l.84
Cui rectè ſoluitur l.46.t.2.l.10
Cui res ſub conditione l.19.t.1.l.29
Cui ſeruus ipſius l.29.t.4.l.25
Cui vinum heres l.33 t.6.l.6
Cui vſui relictus l.7.t.8.l.2
Cui vſusfructus legatus eſſet l.33.t.1.l.30
Cui vſusfructus legatus eſt l.7.t 1.l.67
Cui ædificium l.8.t.2.l.24
Cuius bonis l.27. t. 10. l.9
Cuiuſcumque fundi vſufructuarius l.7.t.1.l.60
Cuius affectus omnibus prodeſt l.50.t.17.l.148
Cuius eſt donandi l.50.t.17.l.163
Cuius interfuit l.46.t.2 l.10
Cuius per errorem l.50.t.17.l.53
Cuiuſque dolo malo l.48.t.4.l.4
Culpa caret, qui ſcit l.50.t.17.l.50
Culpa eſt, immiſcere ſe lib 50.t.17.l.36
Cum æs pignori datur l.47.t.2.l.20
Cum ab eo l.18.t.1.l.41
Cum ab initio l.29.t.3.l.4
Cum ab vno herede l.11.t.1.l.15
Cum adoptio ſit l.1.t.7.l.7
Cum ad præſens tempus l.12.t.1.l.31
Cum a'icui ciuitati l.3.t.5.l.6
Cum alij penum l.33.t.6.l.2
Cum alimenta l.34.t.1.l.22
Cum aliter l.29.t.5.l.1
Cum alius ab alio l.7.t.2.l.vlt.
Cum alter alteri l.16.t.2.l.11
Cum amplius ſolutum eſt l.50.t.17 l.84
Cum à pluribus heredibus l.33.t.3.l.7
Cum apud hoſtes. Vide, Dum apud hoſtes lib.28. t.2. l.32
Cum apparebit emptorem l.19.t.2.l.47
Cum apud Sempronium l.26 t.7.l.20
Cum Aquiliana l.2.t.15.l.5
Cum arbor, aut aliud l.4.t.2.l.3
Cum à te vi l.43.t.16.l.7
Cum à te pecuniam peterem l.4.t.3.l.25
Cum aurum vel argentum l.34.t 2.l.19
Cum autem arbor. Vide, Cum arbor
Cum autem fundi poſſeſſor l.6.t.1.l.52
Cum autem pars bonorum l.31.t.1.l.9
Cum autem redhibitio l.21.t.1.l.23
Cum auus filium l.35 t.1.l.102
Cum biſſextum Kalendis l.50.t.16.l.98
Cum bona veneunt l.42.t.5.l.16
Cum centum quæ quis purè reliquit l.34.t.4.l.9
Cum certus numerus l.33.t.6.l.5
Cum certum auri l.34.t.2.l.9
Cum certum pondus olei l.33.t.6.l.4
Cum codicillis l.26.t.2.l.34
Cum colono l.20.t.6.l.14
Cum conſtet l.43.t.20.l.5
Cum controuerſia l.17.t.1.l.62
Cum conuenit, vt is l.20.t.1.l.20
Cum creditorem l.7.t.2.l.55
Cum curatore decem l.46.t.8.l.16
(* Cum *) curatore & pro tutore l.26.t.7.l.86
Cum debitor gratuita pecunia vtatur libro 20. t.2. l.8
Cum debitore decem l.46.t.2.l.17
Cum debitore, qui alienam rem l.13.t.7.l.32
Cum de conſuetudine l.1.t.3.l.34
Cum decem mihi & Titio l.46.t.13.l.71
Cum de ætate l.22.t.3.l.13
Cum de hoc l.44.t 2.l.27
Cum de indebito l.22.t.3.l.25
Cum de in rem verſo l.21.t.1.l.6
Cum de lanionis l.33 t 6.l.18
Cum de lege Falcidia l.22.t.3.l.17
Cum de donatione. Vide, Cum de modo donationis libro 39 t.5.l.11
Cum de modo donationis l.39.t.5.l.11
Cum depreſſa nauis l.14.t.2.l.7
Cum de ſerui operis l.7.t.7.l.6
Cum domini horreorum l.19.t.2.l.56
Cum dos filiæ nomine datur l.23.t 4.l.7
Cum dominus occiditur l.29.t.5.l.19
Cum dominus ſeruum l.33.t.8.l.19
Cum dos prælegatur l.33.t.4.l.1
Cum dotis cauſa l.23 t.3 l.55
Cum dotem mulieris nomine l.23.t.3.l.72
Cum dotem maritus l.35 t.2.l.57
Cum duo eandem pecuniam j. l.45.t.2.l.2
Cum duo eandem ij. l.45.t.2.l.19
Cum duo rei l.46.t.1.l.40
Cum duo pro reo l.12.t.6.l.25
Cum duo ſerui l.18.t.1.l.17
Cum duæ ſpecies poſtliminij j. l.49.t.15. l.14
Cum duobus vicinis l.17.t.1.l.52
Cum ea conditione pignus l.21.t.2.l.68
Cum ei qui partem capiebar l.31 t.2.l.42
Cum eo autem, qui. Hæc ex eſt initium §.3.l.9.t.13. l.48
Cum eo tempore l.19.t.2.l.16
Cum eo qui tollendo l.8.t.2.l.9
Cum eiuſdem generis l.21.t.1.l.34
Cum emancipatus l.37.t.4 l.13
Cum emancipati l.37.t.6.l.2
Cum emptor ædium. Vide, inf. Emptor ædium l.39. t.6.l.38
Cum emptor venditori l.18.t.5.l.5
Cum emptor venditori l.35.t.2.l.48
Cum enim hereditas l.29.t.4.l.16
Cum enim pecunia l.46.t.2 l.7
Cum enim ſtipulatur l.45.t.3.l.13
Cum erat pecunia l.3.t.1.l.24
Cum eſſent mihi & tibi l.8.t.3.l.33
Cum & fortè idem l.19.t.1.l.44
Cum & ſortis nomine l.13.t.7.l.35
Cum & tunicas l.34.t.2.l.24
Cum ex cauſa donationis l.42.t.1.30
Cum ex cauſa duplæ l.15.t.1.l.39
Cum ex cauſa iudicati l.49.t.1.l.11
Cum ex falſis codicillis l.10.t.4.l.37
Cum ex filio quis duos l.28.t.6 l.39
Cum ex oratione D. Marci l.27.t.1.l.44
Cum ex pluribus cauſis l.42.t.3.l.103
Cum ex pluribus cauſis l.46.t.3.l.97
Cum ex pluribus tutoribus l.11.t.2.l.2
Cum ex vno de icto l.44.t.7 l.32
Cum falſi reus l.48.t.10.l.12

Cum falſum teſtamentum lib.29.tit.2.l.46
Cum fidei heredis lib.40.tit.5.l.9
Cum fideicommiſſum peteretur lib.42.tit.2.l.7
Cum fideiubeat aliquis lib.46.tit.1.l.35
Cum filiusfamilias miles l.29.t.1.l.28
Cum filiusfamilias Stichum l.45.t.1.l.49
Cum filiusfamilias viaticum l.12.t.1.l.17
Cum filius rogatus l.35.t.1.l.113
Cum filius diuiſis l.31.t.1.l.76
Cum filiofam. l.38.t.15.l.5
Cum filiofamilias ita legatur l.32.t.1.l.50
Cum filiofam. vel ſeruo l.30.t.1.l.11
Cum filio impuberi l.28.t.6.l.3
Cum fiſco caduca bona l.29.t.5.l.9
Cum fructuarius l.7.t.1.l.64
Cum fundus l.21.t.2.l.[illegible]8
Cum fundus fundo ſeruit. l.8.t.4.l.12
Cum fundo locetur l.19.t.2.l.3
Cum fundus nominatim l.31.t.1.l.10
Cum fundus ſine inſtrumento l.33.t.7.l.21
Cum fundus vel homo l.12.t.1.l.31
Cum fundo l.8.t.3.l.36
Cum fundum, qui l.43.t.16.l.18
Cum furioſus iudex addicitur l.5.t.1.l.39
Cum furti agitur l.12.t.3.l.9
Cum gregis vſusfructus l.7.t.4.l.31
Cum heres deductis l.36.t.1.l.51
Cum heres inſtituta l.36.t.1.l.35
Cum heres reipublicæ l.40.t.7.l.4
Cum heres rogatur l.34.t.3.l.24
Cum heres in ius l.44.t.3.l.11
Cum heres inſtitutus erat l.29.t.2.l.52
Cum heredis l.5.t.4.l.10
Cum heredes inſtituti l.41.t.2.l.23
Cum hereditas patris l.26.t.7.l.58
Cum hereditas ex Trebelliano l.36.t.1.l.49
Cum hereditas ex fideicommiſſi l.36.t.1.l.36
Cum heredibus l.40.t.9.l.5
Cum hereditas petita l.5.t.3.l.56
Cum hereditatem l.18.t.4.l.7
Cum hereditate patris l.29.t.2.l.55
Cum hic ſtatus eſſet l.24.t.1.l.32
Cum hi, quibus alimenta l.2.t.15.l.8
Cum idem eandem hereditatem l.5.t.3.l.57
Cum igitur hominum cauſa l.1.t.5.l.2
Cum illud, aut illud legitur l.36.t.2.l.25
Cum in ea conditione l.21.t.2.l.68
Cum in ea cauſa l.2.t.[illegible].l.59
Cum in eo eſſet pupillus l.2.t.14.l.44
Cum in annos l.33.t.1.l.1
Cum in annos l.36.t.2.l.10
Cum in annos ſingulos l.33.t.1.l.11
Cum in annos ſingulos l.36.t.2.l.23
Cum incertus homo l.30.t.1.l.13
Cum in corpus l.41.t.[illegible].l.36
Cum indebitum impuberis l.12.t.6.l.57
Cum in diem l.18.t.2.l.18
Cum in diuerſis locis ſepultum eſt l.11.t.7.l.44
Cum in fundo mariti l.23.t.3.l.77
Cum in lege venditionis l.18.t.1.l.33
Cum in plures annos l.19.t.2.l.60
Cum in re agenda. Vide Dum in re agenda li. 36. tit. 3.l.2
Cum in rem agitur l.6.t.1.l.64
Cum in ſecundo teſtamento l.28.t.3.l.16
Cum in ſubſtitutione legata l.32.t.1.l.77
Cum interdum etiam l.14.t.3.l.4
Cum in teſtamento l.34.t.2.l.28
Cum teſtamento ita ſcribitur l.28.t.5.l.37
Cum in teſtamento ſcriptum eſſet l.50.t.16.l.202
Cum in teſtamento ſcriptum eſt l.40.t.5.l.48
Cum in teſtamento l.34.t.5.l.24
Cum in venditione l.18.t.1.l.36
Cum in venditione l.21.t.2.l.3
Cum in vetus creditum l.42.t.8.l.22
Cum in vna cauſa l.49.t.1.l.17
Cum is, qui Pamphilum l.12.t.6.l.32
Cum is, qui & rerum l.46.t.1.l.36
Cum is, qui legatum l.5.t.3.l.44
Cum is, qui ſub conditione l.40.t.9.l.8
Cum ita datur libertas l.35.t.1.l.94
Cum legatorum vel fideicomm l.42.t.4.l.12
Cum legatorum nomine l.36.t.3.l.8
Cum ita legatur Titio l.23.t.5.l.9
Cum ita legatum eſſet l.33.t.2.l.41
Cum ita legatum eſt l.36.t.2.l.16
Cum ita legatum ſit l.35.t.1.l.63
Cum ita teſtamur l.34.t.3.l.19
Cum iudicio bonæ fidei l.22.t.1.l.1
Cum iuſſu meo l.46.t.3.l.64
Cum legato ſeruo l.36.t.2.l.17
Cum legati. Vide ſup. Cum legatorum, vel fideicomm.
Cum lex in præteritum l.1.t.3.l.22
Cum lex venditionibus l.46.t.1.l.46
Cum lege quis inteſtabilis l.28.t.1.l.26
Cum lege Iulia cautum ſit l.4.t.8.l.41
Cum legitimæ nuptiæ l.1.t.5.l.19
Cum liberi hominis l.9.t.3.l.7
Cum libertas lege adimatur l.40.t.6.l.1
Cum lite mortua l.46.t.7.l.2
Cum loca capta ſunt l.11.t.7.l.36
Cum mancipium morboſum li.[illegible].t.1.l.5
Cum mandato alieno li.17.ti.4.l.21
Cum mandatu patris l.4.t.4.l.23
Cum manu ſata l.[illegible]8.t.1.l.80
Cum maritus li.23.t.4.l.29
Cum mater limitem filium l.5.t.2.l.28
Cum mihi redhibeas lib.21.t.1.l.46
Cum miles, qui vſucapiebat l.4.t.6.l.30
Cum miles poſtulabat l.4.t.7.l.11
Cum militi caſtrenſium l.16.t.2.l.16
Cum minor vigintiquinque annis l.46.t.8.l.3
Cum minor quam xxv. annis l.4.t.4.l.28
Cum mortem maritus l.49.t.14.l.27
Cum mulier deferente l.37.t.10.l.10
Cum mulier de dotis l.24.t.3.l.55
Cum mulier viri lenocinio l.24.t.3.l.47
Cum multi heredes l.[illegible].t.4.l.9
Cum Eſt lex, Cui neceſſitas l.40.t.12.l.39
Cum nepos adoptatur l.1.t.7.l.6
Cum non facile l.35.t.3.l.6
Cum non iuſto l.40.t.16.l.3
Cum non prægnans eſſet l.3.t.2.l.16
Cum optio duorum l.33.t.5.l.17
Cum oſtendimus heredem l.27.t.7.l.4
Cum pacto partitionis l.40.t.12.l.40
Cum par delictum l.50.t.17.l.154
Cum pater & mater ſponſi l.48.t.9.l.4
Cum pater impuberi l.35.t.2.l.60
Cum pater filios l.31.t.1.l.77
Cum pater pluribus l.33.t.7.l.2
Cum pater teſtamento l.3.t.5.l.29
Cum pater dotem l.23.t.3.l.29
Cum pater dotem pollicitus l.23.t.4.l.40
Cum patrifam. l.22.t.1.l.27
Cum patronus ex debita l.31.t.1.l.28
Cum patronus operas l.38.t.1.l.21
Cum pecunia erat l.7.t.5.l.12
Cum pecuniam l.3.t.5.l.43
Cum per fundum l.43.t.20.l.8
Cum plures fundi l.21.t.2.l.72
Cum plures creditores l.42.t.5.l.15
Cum plures tutelam l.26.t.7.l.12
Cum pœna ex compromiſſo l.4.t.8.l.38
Cum poſſeſſor vnus l.50.t.15.l.5
Cum poſſit l.47.t.10.l.31
Cum poſthumus l.28.t.2.l.22
Cum poſt diuortium l.23.t.3.l.69
Cum poſt mortem l.15.t.2.l.3
Cum poſt mortem pupilli l.26.t.7.l.43
Cum poſterior l.20.t.5.l.6
Cum poſtulaſſem l.39.t.2.l.44
Cum prægnans mulier l.41.t.[illegible].l.66
Cum prætor dicat l.50.t.16.l.81
Cum prætor in heredem l.50.t.17.l.127
Cum prætor vnum l.3.t.1.l.12
Cum precario j. l.43.t.26.l.12
Cum precario ij. l.43.t.26.l.17
Cum precario iij. ibid. l.21
Cum principalis cauſa l.50.t.17.l.178
Cum prior creditor l.20.t.5.l.3
Cum probatio l.22.t.3.l.7
Cum procurator in rem agebat l.46.t.1.l.43
Cum procurator opus l.39.t.1.l.13
Cum prolatis conſtitutionibus l.42.t.1.l.32
Cum propter hoc l.37.t.5.l.4
Cum proponebatur l.31.t.1.l.64
Cum pubere filio l.34.t.5.l.22
Cum pupillus à tutore l.46.t.6.l.9
Cum pupillus aut tutor l.35.t.1.l.78
Cum pupillus tutelæ l.27.t.3.l.21
Cum pupillo rem ſaluam l.46.t.6.l.1
Cum putarem l.10.t.2.l.36
Cum quædam puella l.2.t.1.l.19
Cum quæratur l.23.t.7.l.23
Cum quærebatur l.45.t.7.l.13
Cum quærebatur l.50.t.16.l.240
Cum quærebatur l.42.t.1.l.62
Cum quæritur l.26.t.7.l.16
Cum quæritur l.44.t.2.l.12
Cum quæritur l.50.t.7.l.5
Cum quæritur l.34.t.5.l.26
Cum quæreretur l.32.t.1.l.60
Cum quæreretur. Vide, Cum quæritur l.26.t.7.l.16
Cum quaſi abſente l.40.t.5.l.30
Cum quidam l.31.t.1.l.24
Qum quidam capitis reus l.49.t.14.l.26
Cum quidam cauiſſet l.22.t.1.l.17
Cum quidam decurionibus l.33.t.1.l.23
Cum quidam duos fundos l.33.t.7.l.4
Cum quidam filiam l.28.t.2.l.19
Cum quidam legationis l.29.t.2.l.30
Cum quidam libertum l.34.t.2.l.4
Cum quidam propinquus l.37.t.1.l.14
Cum quidam propter violentiam l.49.t.1.l.7
Cum quidam ſua manu l.48.t.10.l.17
Cum quidam ſcripſiſſet heredes l.34.t.9.l.2
Cum quidam tutores l.26.t.5.l.2
Cum quidam vxori l.33.t.10.l.8
Cum quidam vxori ſuæ dotem l.31.t.1.l.21
Cum quis decedens l.32.t.1.l.37
Cum quis de rato l.46.t.8.l.1
Cum quis in diem libro 44.ti.7.l.22
Cum qui in iudicio lib.2.ti.[illegible].l.3
Cum qui mortis cauſa libro 1[illegible].ti.4.l.12
Cum quis perſuaſerit l.4.t.3.l.31
Cum quis poſſit alienare l.50.t.17.l.165
Cum quis ſibi l.45.t.1.l.55
Cum quis ſibi aut Titio l.46.t.3.l.38
Cum quis vxori ſuæ l.33.t.4.l.2
Cum quid mutuum dederimus l.12.t.1.l.3
Cum quid vt fiat l.45.t.1.l.71
Cum quo de peculio l.35.t.2.l.56
Cum ratio naturalis l.48.t.20.l.7
Cum res damni infecti l.39.t.2.l.1
Cum res inter alios iudicata l.44.t.2.l.1
Cum res legata eſt l.30.t.1.l.47
Cum rem ſaluam fore l.46.t.6.l.11
Cum reus promittendi l.46.t.1.l.14
Cum ſane impoſſibile l.9.t.3.l.2
Cum ſæpius datur ſeruo l.40.t.4.l.1
Cum ſcriptum eſſet l.33.t.4.l.6
Cum ſecundis tabulis. Vide, Cum tabulis ſecu
Cum Vlpianus l.48.t.22.l.16
Cum ſecundus creditor l.20.t.5.l.5
Cum ſemel petitus l.25.t.1.l.5
Cum ſenatus l.34.t.5.l.20
Cum ſeruus communis l.9.t.4.l.41
Cum ſeruus extero l.17.t.1.l.54
Cum ſeruus in quo vſumfruct. l.45.t.3.l.[illegible]
Cum ſeruus ita liber l.35.t.1.l.82
Cum ſeruus legatus l.30.t.1.l.39
Cum ſeruus legatus à teſtatore l.34.t.4.l.15
Cum ſeruus pecuniam l.[illegible]5.t.[illegible].l.104
Cum ſeruus purè liber l.28.t.7.l.18
Cum ſeruus purè l.40.t.4.l.14
Cum ſeruus ſtipuletur l.45.t.3.l.1
Cum ſeruus tuus l.12.t.4.l.15
Cum ſeruus tenet aliquid l.10.t.4.l.16
Cum ſeruo dominus rem l.18.t.1.l.63
Cum ſeruo nulla actio eſt l.[illegible]0.t.17.l.107
Cum ſex menſes vtiles l.21.t.1.l.55
Cum ſingulis ab heredibus l.7.t.2.l.11
Cum ſi exhibuiſſent l.39.t.4.l.3
Cur ſine beneficio l.37.t.10.l.11
Cum ſine præfinitione l.36.t.2.l.19
Cum ſocietas ad emendum l.17.t.2.l.69
Cum ſocij diuidunt l.10.t.3.l.16
Cum ſolus heres eſſem l.41.t.3.l.29
Cum ſolus ſeruus heres l.29.t.2.l.68
Cum ſoluto matrimonio l.25.t.2.l.30
Cum ſoluendæ pecuniæ l.20.t.5.l.4
Cum ſponſus ſponſæ l.6.t.2.l.12
Cum ſtipulamur l.50.t.16.l.97
Cum ſtipulamur l.45.t.1.l.125
Cum ſtipulati ſumus l.45.t.1.l.90
Cum ſtipulatus ſim l.45.t.1.l.113
Cum Stichus & Pamphilus l.46.t.3.l.29
Cum ſub hac conditione l.35.t.1.l.67
Cum ſuæ ancillæ l.32.t.1.l.71
Cum tabernam l.20.t.1.l.34
Cum tabulæ teſtamenti l.37.t.11.l.7
Cum tabulis ſecundis l.34.t.9.l.16
Cum tacitum fideicommiſſum l.49.t.14.l.49
Cum tacitum fideicommiſſum l.22.t.3.l.2
Cum tale legatum eſſet l.35.t.1.l.72
Cum tamen à curatore l.14.t.6.l.8
Cum tempus in teſtamento l.50.t.17.l.17
Cum tibi viſum fuerit l.40.t.5.l.17
Cum Titio in annos l.35.t.2.l.55
Cum Titia teſtamentum l.48.t.2.l.18
Cum tunicam. Vide ſup. Cum & tunicas l.34.t.2.l.[illegible]
Cum tutor negotiis l.27.t.3.l.18
Cum venderem fundum l.19.t.2.l.21
Cum venderes fundum l.18.t.1.l.59
Cum venderet Pamphilam l.18.t.7.l.vlt.l.10
Cum venditor fundi l.18.t.3.l.2
Cum venter Vide Dum venter l.36.t.1.l.7
Cum venter mittitur in poſſeſſionem l.37.t.9.l.[illegible]
Cum verò is, qui rogatus l.40.t.5.l.26
Cum vir aut vxor l.44.t.4.l.10
Cum vir prædium l.41.t.3.l.42
Cum vir vxori l.23.t.3.l.53
Cem vir vxori l.35.t.1.l.25
Cum vitioſe l.20.t.1.l.25
Cum vnus ex heredibus l.34.t.1.l.10
Cum vnus ex creditoribus l.42.t.5.l.21
Cum vulgari l.3[illegible].t.4.l.4
Cum vſufructus l.32.t.2.l.13
Cum vſumfructum l.7.t.4.l.24
Cum vſufructuario l.7.t.1.l.66
Cum vxor virum ſuum l.23.t.3.l.81
Cum vxori ſuæ l.32.t.1.l.58
Cura extruendi l.50.t.4.l.4
Curator operum creatus l.50.t.10.l.1
Curator ventris l.37.t.9.l.5
Curator ex ſenatuſconſulto l.17.t.10.l.5
Curator furioſi l.27.t.10.l.17
Curator furioſi l.[illegible]5.t.1.l.24
Curator furioſi ſeruum l.40.t.9.l.22
Curator pro minore l.26.t.7.l.32. Curator pupillo
Curatorem etiam l.26.t.8.l.19
Curatorem impuberi l.26.t.5.l.25

Curatorem ignorante. Hæc lex habetur in tit. 6. lib. 26. §. Diuus Seuerus l.4
Curatores Cæſaris li.1.ti.19.l.3
Curatores communis officij libro 50.ti.8.l.3
Curent magiſtratus li.22.ti.5.l.22
Cuſtodiam autem vendito li.18.ti.6.l.3
Cuſtodias auditurum libro 48.ti.1.l.12
DAbimúſque ex his cauſis libro.42.ti.5.l.19
Damnas eſto hæres lib.33.ti.2.l.15
Damnatione bona li.48 ti.20.l.1
Damnum infectum j. lib.39. ti.2.l.3
Damnum infectum ij. li.39 ti.2.l.1
Damni infecti j. li.39 ti.2.l.18
Damni infecti ij.lib.39. ti.2.l.30
Damni infecti iij. libro 39.ti.2.l.43
Damno commiſſo ab vno li.20.ti.2.l.17
Damus aut ob cauſam lib 12.ti.6.l 52
Datio poſſeſſionis.Vide,Ratio poſſeſſionis l.19.t.1.l.3
Dato iudice à magiſtratibus lib.49.ti.3.l.3
Datiuus,vel teſtatoris tutor li.26.ti.6.l.7
Datur ex hac lege li.48.ti.11.l.2
De aqua per rotam tollenda li.8. t.4.l.2
De abigeis puniendis libro 47. t.14.l.1
De acceſſionibus paſſium li.44.t.3.l.14
De ætate eius li.4.ti.4.l.43
De ætate quoque libro 11.ti.1.l.11.
De ætate quoque lib.36.ti.1.l.8.
Debet autem recipere li.21.ti.2.l.27
Debet exercitor l.1.ti.9.l.7.
Debuit enim coërceri lib.3.ti.2.l.17
Debitor à creditore lib.31. ti.7.l.40.
Debitor intelligatur lib.50. ti.16.l.108
Debitor decem legauit li.31.tit.1.l.82.
Debitor in fraudem li.42. ti.8.l.21
Debitor meus li.3.ti.5.l.13
Debitor mulieris l.23.tit.3.l.36
Debitor pactus eſt li.20.t.1.l.32
Debitor pecuniam publicam li.16. ti.2.l.19
Debitor fideiuſſori libro 42. tit.6.l.3
Debitor ſub pignore li.36. ti.1.l.59.
Debitor vſurarius li.22.ti.1 l.7
Debitoris abſentis libro 20.ti.5.l.1
Debitor creditor libro 46. ti.1.l.50
Debitorem non eſſe cogendum lib.46.ti.3.l.99
Debitorem,qui ex ſenatuſconſulto libro 42.ti.8.l.20
Debitores ſoluendo li.46 ti.3.l.28
Debitoribus non tantum li.42.ti.1.l.31
Debitrix mulier l.16.ti.1.l.24
De bonis eorum libro 40 ti.12.l.32
De bonis matris li.37. ti.10.l 6
Decem legata ſunt libro 40 ti.5.l.6
Decem ſtipulatus à Titio libro 45. ti.1.l.116
Deceſſit quem ego libro 37.ti.10. l.8.
De communi ſeruo lib.10.ti.3.l.27
Decreta à pretoribus li.42.ti.1.l.48
Decreto decurionum libro 26.ti.6.l.3.
Decreto prætoris actor li 26.ti.7.l.24
Decreto prætoris lib.26 ti.10 l.10
De curatore conſtituendo li.42. ti.7.l.2
Decurio qui lib.50. t.2.l 4
De decurione libro 50 tit.2.l.14
Decuriones, pretio viliori li.50.ti.8.l.5.
Decuriones quos ſedibus li.50.ti.2.l.1
Decurionibus lib.50.ti.2.l.8
De cuſtodia reorum li.48.ti.3.l.1
De die ponenda in ſtipulatione libro 2.ti.8.l.8
De die reddendæ dotis lib.23.ti.4.l.14
Dedi tibi pecuniam li.12.ti.4.l.3.
Dedi tibi pecuniam li.12.ti.4.l.vlt.
De diuiſione anni libro 24.ti.3.l.5
Dediſſe li.50.ti.16.l.76
Deducta parte quarta libro 36.ti.1.l.58
De eadem re agere li.24. ti.2.l.5
De eo autem qui adiit li.5.ti.1.l.26
De eo delatore libro 49. ti.14.l.23.
De eo exhibendo libro 10.ti.4.l.12
De eo qui ei in cuius li. 48.ti.10.l.10
De eo quod tumultus lib.16. tit.3.l.18
De eo quod vxoris libro 24.ti.1.l.63
De euictione prædiorum lib.36. ti.1.l.69
Defenſor tutoris libro 27.ti.3.l.22
Defendente tutore pupillus li.26.ti.8.l.21
Deferre non poſſunt l.49 ti 14. l.18
Definitio peculij li 15.ti.1.l.6
Definitione peculij li.15.ti.2.l.3
Defuncta fructuaria li.7. ti.1.l.58
Defuncta quoque ſocru li. 48.tit.5. l.44
Defuncto eo qui reus fuit li.48 ti.1.l 6
De fructibus quoque lib.24.ti.1.l.17
De grege ouium li.33.ti.7.l.9
De hæreditate li.49. ti.17.l.19
De his controuerſiis li.2.ti.15.l.5
De his,qui bona libro 40.ti.12.l.43.
De his qui carcere li.47. ti.18.l.1
De his rebus & rationibus libro 4. ti.8.l.46
De illo Pomponius dubita li.17.ti.2.l.23
De illo videndum li.9. ti.4.l.24.
Deinde ait prætor libro 43 ti.30.l.3
De inceſtu.Vide infrà in inceſto li.48.ti. 18.l.4
De interdicto de aqua æſtiua libro 43.ti.20.l.6.
De iniuria lib 47.ti.10. l.vltim.
De iure ciuium.Vide, in orbe Rom.l.1.ti.5.l.19
De iure omnium incolarum li.50.ti.1.l.37
De iure perſonarum li.1.ti.6.l.1
De lata hereditas libro 50.ti.16.l.151
Delator non eſt libro 49.ti.14.l.44
Delegare eſt li.46. ti.2.l.11.
Delegare ſcriptura libro 49. ti.2.l.17
De lege commiſſoria li.18.ti.3.l 6.
De libertate fideicommiſſoria li.40.ti.5.l.44
De libertatibus quoque li.29. ti.4.l 12
De militibus ita ſeruatur li.48. ti.3.l.9
De militis teſtamento li.29. ti.1.l.2
De minore 14.annis li.48. ti.18.l.10
De modo agrorum li.10.ti.1.l.7
Demonſtratio falſa li.35.ti. 1.l.17.
Denique Cinna ſcribit libro 23.ti.2.l.6
Denique concubinam li.20.ti.1.l.8
Denique quicunque li.8. ti.6.l.22
Denique D.Seuerus li. 4.ti.4.l.3
Denique & de liberantibus li.28.ti.3.l.4
Denique non eſſe præſtandas li.49. ti.14.l 19
Denique Pegaſus reſpondebit libro 33.ti.8.l.9
Denique ſi arbores li.43.ti.24.l.13
Denique ſi emptor libro 4.ti.6.l.19
Denunciaſſe qualiter libro 48. ti.5.l.17
De omnibus cauſis. Vide,Ex omnib.cauſis l.1.t.18.l.10
De operibus li.50.ti. 10.l.6
De peculij li.14. ti.4.l.10
Deperditum intelligitur li.5. ti.3 l.21
De periurio eius li.21.ti.3. l.11
De periurio li.47.ti.20.l.4
De pollicitationibus li.50. ti.12.l.8
De portionibus titulus eſt libro 7.ti.8.lib.48
Deportatus li.48.ti.22.l.15
Depoſitum eſt li.16. ti.3.l.1
Depoſiti nomine lib.15. ti.1.l.5
Depoſui apud filiumfam. libro 15.ti. 1.l.38
Deprecatio li.14.ti.2.l.9
De pretio vero li.6.tit.2.l.8
De proxenetis l.50.ti.4.l.2
De pupillo quæſitum libro 39.ti.1.l.5
De qua re etiam li.5.ti.2.l.18
De qua re cognoueris li.5.ti.1.l.74
De quibus cauſis li.1.ti.3.l.32
De rebus amotis libro 25.ti.2.l.14
De rebus controuerſiiſque lib.4. ti.8.l.48
De re filiorum li.2.ti.15.l.10
De riuis reficiendis li.43. ti.21.l.vlt.
Derogatur legi lib.50.ti.16.l.102
De ſepulchro violato lib.47.ti.12.l.9
De ſeruitutibus li.8.ti.5.l.2
De ſeruo qui accuſatur li.5.ti.6.l.9
Deſertorem auditum li.49. ti.16.l.3
De ſtatu defunctorum li.40.ti.15.l.1
De ſtatu ſuo dubitantes li.28.ti.1.l.15
Deſtitiſſe autem is videtur li.4.ti.4.l.21
Deſtitiſſe is videtur li.5. ti.1.l.10
Deſtitiſſe cum accipiemus lib.48.ti.16.l.13
De tabulis proferendis li.43. ti.5.l.5.
De tapetis quæri poteſt libro 33. ti.10.l.5
De tuo etiam facto li.17.ti.1.l.9
Deteſtatio eſt denuntiatio li.50.ti.16.l.40
Detrahere legatis li.34. ti.4.l.32
De vi priuata lib.48.ti.7.l.1
De vnoquoque negotio li.42.ti.1.l.47
De vſu aquæ libro 50.ti.13.l.2
Diariis,vel ciuariis li.34. ti.1.l.21
Dicitur ex aſſe libro 49.ti.14.l.14
Dicere autem ſententiam,Vide,qualem autem ſententiam lib.4.ti.8.l.19
Dies cautioni li.39.ti.2.l.4
Dies incertus li.35.ti.1.l.75.
Diem functo.Vide,Sed addes in fi.li.19.ti.2.l.19
Diem functo legato Cæſaris li.1. ti.22.l.4
Diem proferre li. 4. ti.8.l.27
Diem ſponſaliorum li.16.ti.3.l.25
Diligenter igitur li.17.ti.1.l.5
Dimiſſoriæ literæ dicuntur li.50. ti.16.l.106
Dirimitur matrimonium diuortio li.24. ti.2.l.1
Diſpenſatori, qui ignorante li.46. ti.3.l.51
Diſpenſatorem meum li.46.ti.3.l.62
Diuerſum eſt, ſi poſtea li.43. ti.3.l.2
Diuiſionis placitum li.2.ti.14.l.45
Diuortium autem lib.24. ti.2.l.2
Diuortium non eſt li.24. ti.2.l.3
Diuortio facto li.5.ti.8.l.35. eſt & §.in li.7. ti.3.l.34 li.3.ti.5.l.35
Diuturna conſuetudo li.1.ti.3.l.33
Diuus Antoninus Marcio libro 4. ti.1.l.7
Diuus Antoninus Pius li. 50.ti.13.l.4
Diuus Claudius edicto præce.li.48.ti.10.l.15
Diuus Claudius libertum li.37.ti.14.l.5
Diuus Commodus lib.40. ti.10.l.3
Diuus Commodus reſcripſit li.49. ti.14.l.31.
Diuus Hadrianus libro 7.ti.8.l.22
Diuus Hadrianus eum lib.24.ti.2.l.8
Diuus Hadrianus aditus li.42 tit.1.l.33.
Diuus Hadrianus eos qui libro 48.tit.19.l.15
Diuus Hadrianus Aquilio li.48.ti.20.l.6
Diuus Hadrianus in hæc verba li.47. tit.21.l.2
Diuus Hadrianus Iulio li.48. ti. 3.l.6
Diuus Hadrianus reſcripſit li.49. ti.17.l.13
Diuus Hadrianus Saluio lib.48.ti.16. l.14
Diuus Hadrianus lib. 48. ti.9.l.5
Diuus Hadrianus lib.48. ti 8.l.14
Diuus Marcus libro 40.ti.3.l.1
Diuus Marcus Commodus li.29.ti.5.l.2
Diuus Marcus & Commodus li.1.ti.18.l.14
Diuus Pius aucupibus ita li.8. ti.3.l.16
Diuus Pius ad epiſtolam li.48.ti.3. l.3
Diuus Pius ab eo li.35.ti.3.l.7
Diuus Pius Cæcilio lib.33.ti.5.l.1
Diuus Pius reſcripſit li.11. ti.4.l.3
Diuus Pius reſcripſit li.48.ti.18.l.9
Diuus Pius & diui fratres li.40.ti.4.l.26
Diuus Pius Claudio li.48.ti. 10.l.31
Diuus Pius reſcripſit li.5.ti.3.l.5
Diuus Pius reſcripſit li.50. ti.71.l.28
Diuus Seuerus Dionyſio li.47. ti.10.l.40.
Diuus Seuerus Cuſpio §.j.eſt legis ἐὰν οἱ li.26.ti.6.l.1.
Diuus Seuerus reſcripſit lib.23.ti.3.l.40.
Diuus Seuerus & Antoninus Auguſti li.26.ti.7. l.31.
Diuus Seuerus & Antoninus li.47.ti.12.l.4
Diuus Seuerus & Antoninus.Vide,Diui Seuerus & Antoninus li.49.ti.15.l.25
Diuus Seuerus reſcripſit li.50. ti.1.l.18
Diuus Traianus filium li.37. ti.12.l.5
Diuus Traianus Statilio li. 29. ti.1.l.24.
Diuus Traianus Minicio l.2. ti.12.l.9
Diuus Veſpaſianus decreuit li.37.ti.14. l.7
Diui Seueri & Antonini li.48.ti.17.l.1
Diui Marcus & Verus li.26.ti.5.l.24
Diui fratres edicto li.11.ti.7. l.39
Diui fratres Haruntio li.48. ti.19.l.27
Diui fratres in hæc verba libro 37.ti.14.l.17
Diui fratres Proculo li.40.ti.12.l.27
Diui fratres reſcripſerunt li.48.ti.2.l.19
Diui Seuerus & Antoninus li.49.ti.15.l.25
Diui Seuerus & Antoninus li.34.ti.4.l.13
Diui Seuerus & Antoninus li.35.ti.2.l.89
Diui Seuerus & Antoninus li.34.ti.9.l.1
Diui Seuerus & Antoninus li.47.ti.19.l.5
Diui Seueri & Antonini Magni li.48. ti.17.l.1
Diui Seuerus & Antoninus li.48.ti.13.l.5
Diui Seuerus & Antoninus li.29.ti.6.l.6
Diximus tres. Vide ἔφαμε libro 17.ti.1.l.4
Dolus eſt lib.17.tit.1.l.44
Dolia fict.lib.33.tit.7.l.26
Dolia in horreis defoſſa libro 18.tit.4.l.76
Dolus tutorum li.26. ti.9.l.3
Doli clauſula li. 45. ti.1. l.119
Doli exceptio quæ li. 46. ti.2.l.19
Doli verbum libro 11. ti.3.l.5
Dolo carere non videtur lib.36.tit.2. l.41
Dolo facit mulier li.25.ti.5.l.2
Dolo facit qui petit lib.44.ti.4.l.8
Dolóve malo eius li.4. ti.3.l.27
Dolóve mala facere lib.25. tit.2. l.4
Dolo malo adiecto lib.11. ti.3. l.3
Dolóve malo eorum li.42.ti.16.l.2
Domicilium re lib.50. tit.1.l.20
Dominus fructuario li.7.ti.1.l.57
Dominus horreorum li.19.ti.2.l.55
Domitus qui obtinuit li.40.ti.12.l.36
Dominus ſeruo ſtipulando li.45.ti.1.l.40
Dominus ſeruum li.33.ti.8.l.22
Domimus ſeruum diſpenſatorem li.11.ti.3.l.16
Dominus Sticho ſeruo ſuo libro 33. ti.8.l.23
Dominus teſtamento li.12.ti.6.l.53
Domini neque per ſe li.18.ti. 1. l.42
Domino à familia occiſo li.29.ti.5. l.16
Dominum, qui iuſſit li.15. ti.4. l.3
Domitianus reſcripſit li.48.ti.16.l.16
Domitius Labeo Celſo ſuo lib.28.ti.1.l.27
Domum ſuam li.50.ti.7.l.61
Domum emi li.18.ti.1.l.57
Domo pignori data li.13.ti.7. l.21
Domus hereditarias exuſtas li.30.ti.1.l.58
Donari videtur li.39. ti.5.l.29
Donari videtur li.50. ti.17.l.82
Donationis cauſa facta li.41.ti.6.l.6
Donationes complures ſunt li.39.ti.5.l.1
Donationes in concubinam l.39.ti.5. l.51
Dotale prædium accipere li.23.ti.5.l.13
Dotale prædium, cuius li.23.tit.5 l.15
Dotalem fundum li.24. ti.3. l.61
Dotolem ſeruum li.23. ti.3. l.61
Dotis appellatio li. 23. tit.3.l.2
Dotis cauſa.Vide,dotium cauſa
Dotis cauſa perpetua eſt li.23. tit.3.l.1
Dotis fructum li.23. ti.3.l.7
Dotis promiſſio li.23.ti.3.l.68
Dotem à patre li.23. ti.3.l.35
Dotem filiofamilias libro 49.ti.17.l.16
Dotem voluntatis filiæ libro 24.ti.3.l.37
Dotem (* quem*) dedit libro 37. ti.6.l.6
Dotem quæ in libro 23.ti.3.l.30
Dote relegata libro 33.tit.4.l.5
Dote propter illicitum matrimonium li.23. ti.2.l.62
Dotium cauſa li.24.ti.3 l.1
Dubitari non debet li. 46. ti.2.l.34
Duæ filiæ inteſtato lib.41.ti.9.l.3
Dum apud hoſtes libro 28. ti.7.l.31
Dum deliberant heredes libro 27.ti.10.l.3
Dum in re agenda hoc fiat li.46.ti.3.l.2

Dummodo certus li.3.ti.3.l.2
Dum venter li.36.ti.4.l.7
Duo ex tribus lib.42.ti.1.l.39
Duo filiifamilias li.40.ti.1.l.7
Duo fratres fuerant li.29.ti.2.l.78
Duo hæred.vi.Si duo heredes inſtituti li.29.t.4.l.18
Duo inſolidum li.43.ti.26.l.19
Duo iudices dati li.42.ti.1.l.28
Duo rei promittendi l.45.ti.2.l.4
Duo ſecundum Tyberium li.19.ti.5.l.23
Duo ſocietatem coierunt li.17.ti.2.l.71
Duo ſocij quendam ſeruum li.28.ti.5.l.8
Duo ſunt Titij li.26.ti.2.l.30
Duo tutores li 27.ti.8.l.5
Duorum libertus li.38.ti 1.l.49
Duorum prædiorum li.8.ti.4.l.3
Duobus coniunctim li.30.ti.vnico.l.85
Duobus diuerſis temporibus li.44.ti.2.l.19
Duobus negantibus li.30.ti.16.l.237
Duobus petentibus libro 40.ti 12.l.30
Duobus pupillis tutor datur libro 26.ti.2.l.25
Duobus reis. Vide, in duobus reis li.12.ti.2.l.28
Duos mater filios li.35.ti.1.l.70
Duos reos promittendi libro 45.ti.2.l.16
Duos ſeparatim libro 3 ti.2.l.14
EA eſt natura cauillationis libro 50.ti.17.l.65
Ea igitur quæ diligens libro 13.ti.7.l.14
Ea lege fundum locaui li.19.ti.2.l.51
Ea, quæ à marito ſuo li.24.ti.1.l.57
Ea, quæ ciuiliter li 14.ti.1.l.53
Ea, quæ commendandi cauſa li.18.ti.1 l.43
Ea, quæ dati li.50.ti.17.l.135
Ea, quæ deſponſata eſt li.50.ti.1.l.32
Ea, quæ diſtracta ſunt libro 43.ti.26.l.10
Ea, quæ falſa exiſtimatione lib.3.ti.2 l 18
Ea, quæ in partes lib.50.tit.17.l.192
Ea, quæ magis imperij ſunt lib.50. ti.1 l 26
Ea, quæ rarò accidunt li.50.ti 17.l.64
Ea res quæ legati li.41. ti.8.l.5
Ea ſola deportationis li.50.ti.17 l.97
Ea, tamen adiectio libro 32.ti.1.l.46
Ea verò, quæ in nominibus lib.17.tit.2.l.3
EAN ΔΥΟ li.27.ti 1 l.6
EAN OI lib.26 ti.6.l.2
Eam popularem actionem li.47.ti.23.l.1
Eas cauſas, quæ lib.35 .ti.1.l.80
Eas obligationes lib.34.ti. 5.l.8
Eadem de eo dicenda li.45.ti.3.l 23
Eadem dicemus li.45.ti.1.l.4
Eadem & de filiofamilias li.15.ti.7.l.19
Eadem in omnibus rebus li 32. ti.1. l.72
Eadem lege tenentur li 48.ti.11.l 6
Eadem oratione li.2.ti.12 l.2
Eadem ratio eſt libro 33.ti.7.l 11
Eandem rem apud duos li.45.ti.2.l.9
Eatenus tamen dabitur lib.14. ti.3.l.10
Edictum de interrogationibus lib.11.ti.1.l.2
Edictum de cuſtodiendo li.25.ti.4.l.2
Edictum diui Auguſti li.48.ti.18.l.8
Edictum quod ab anteceſſore li.5.ti.1.l.55
Edicto cauetur li 2.ti 6.l.1
Edicto diui Traiani li.29.ti.14.l.13
Edicto Prætoris libro 37.ti.1.l.13
Eæ demum impoſitæ li.38.ti.1.l.38
Egiſti de peculio li.46. ti.3.l.84
Egi ius illi non eſſe li.8.ti.5.l.12
Egi tecum li.44. ti.7.l.26
Ego puto etiam li.1.ti.2.l.4
Ego cùm in villa li 40.ti.7.l.8
Ego ſi ſenatuſconſultum li.38.ti.5.l.77
Εἰδέναι δεῖ li.26.ti.5.l. 21
Εἰδέναι χρὴ libro 50.ti.1.l.35
Εἰδέναι χρὴ li.27.ti.1.l.13
Ei à quo fundum li.41 ti.3.l.21
Ei apud quem depoſitum li.16.ti.3.l.5
Ei cuius appellatione li.49.ti.5.l.5
Ei fundo lib.8. ti.1.l.19
Ei cui fundum li.34.ti.3.l.16
Ei cui mortis cauſa lib.39.ti.6.l.10
Ei qui amiſit li.37.ti 1.l.5
Ei qui de ſtatu ſuo litigat li.26.ti.5.l.17
Ei qui furti actionem habet lib.47.ti.2.l.9
Ei qui hac lege lib.40.ti.8.l.4
Ei incumbit probatio li.22.ti.3.l.2
Ei qui hoc interdicto lib.43.ti.8.l.6
Ei qui ita hereditatem li.28.ti.7.l.13
Ei qui mandatu meo li.46.ti.3.l.108
Ei qui mortem vxoris li 34 ti.8.l.10
Ei qui non amplius li.39.ti.6.l.20
Ei qui partes hereditarias li.5.ti 3.l.54
Ei qui pignori lib.8.ti.1.l.16
Ei qui pro tutore li.27.ti.5.l 5
Ei qui ſe non miſcuit li.29.ti.2.l 12
Ei qui ſoluendo non eſt li.28.ti.5.l.88
Ei quoque (*cui*) legatorum li.39.ti.3 l.13
Ei quoque ſuccurritur libro 33.ti.8.l.11
Ei quoque qui li.33.ti.8.l.11
Eis qui ſe paſſi ſint venire li.40.ti.13.l.3
Eo iure vtimur li.20.ti.1.l.4
Eo nomine quo inſtitor li.14.ti.3.l.2
Eo tempore li.15.ti.1.l.50
Eorum qui bona fide abſunt lib.39.ti.2.l.13
Eorum qui majeſtatis libro 48.ti.4.l.9
Eorum qui relegati li.48.ti.19.l.24
Eorum qui parricidij lib.48.ti.9.l.9
Eos, apud quos adfinis li.47.ti.16.l.2
Eos qui ab hoſtibus capiuntur li.49.ti.15.l.4
Eos, qui diuerſa inter ſe lib.48.ti.10.l.27
Eos qui vtenſilia li.50.ti 2.l.12
Eos, qui in patria ſua li.23.ti.2.l.65
Eorum, qui ius luminis li.8.ti.2.l.40
Eos qui Romæ li.50.ti 5.l.9
Eos terminos li.10.ti.1.l.12
Eius artificij li.38.ti.1.l.16
Eius bona qui ſe li.28.ti.1.l.vlt.
Eius eſt non nolle li.50. ti.1.l.34
Eius militis li.29.ti.1.l.34
Eius qui apud hoſtes li.28.ti.1.l.8
Eius qui delatorem corrupit li.49.ti.14.l.29
Eius qui ideo li.49.ti.5.l.4
Eius qui in prouincia li.12.ti.1.l.41
Eius qui iuſtum li.50.ti.1.l.9.ti.4.l.26
Eius qui manumiſit li.50.ti.1.l.27
Eius rei quæ li.6.ti.1.l.46
Eius ſeruum, qui li.28.ti.5.l.64
Eius ſerui æſtimatio li.35 ti.2.l.37
Eiuſdem legis Corneliæ li.48.ti.8.l.3
Electio vero alterum liberabit li 9.ti.4.l.26
Eleganter apud me quæſitum li.13.ti.7.l.24
Eleganter Pomponius quærit li.12.ti.7.l.24
Emancipati filium li.1.ti.7.l.36
Emancipatus à parente li.37.ti.12.l.1
Emancipatus præteritus li.38.ti.6.l.2
Emancipato quis filio li.37.ti.8.l.4
Emancipatum à patre li.1.ti.9.l.7
Emptio & venditio li.18.ti.5.l.3
Emptor cum de legante li.46.ti.2 l.27
Emptor ædium li.39.ti.2.l.38
Emptor fundi partem li.41.ti.4.l.4
Emptor, niſi ſimulata venditio eſt li.39.ti.3.l.12
Emptor prædium lib 6.ti.1.l.65
Emptor prædij li.2.ti.14 l.47
Emptor duplam li.21.ti.2.l.37
Emptori nominis lib.18.ti.4.l.6
Emptori poſt euectionem li.21.ti.2. l.67
Emptori noxali. Vide, Ex empto actione l.19. ti.1.l.11 in §. Venditorem verſ. Item lib.2. Reſponſ.
Emptorem probare li.22.ti.3.l.3
Epiſtola qua quis coheredem lib.2.ti.14.l.52
Epiſtolam ad heredem lib.36.ti.1.l.75
Equum tibi commodaui li.9.ti.2.l.57
Equis per fideicommiſſum li.22.ti.1.l.8
Equis per fideicommiſſum lib.22.ti 1.l.39
Ἐφαίων li.27.ti.1.l.4
Ἑρέννιος Μοδεστῖνος li.27.ti.1.l.1
E re eſt li.12.ti.1.l.3
Ergo cautio etiam li.7.t.5.l.4
Ergo ſecundum eum li 8.ti.3.l.5
Ergo hic & in ſolidum li.14.ti.6.l.5
Ergo omne ius lib.1.ti.3.l.41
Ergo quandiu incertum ſit li 40 ti.5.l.4
Ergo ſciendum eſt li.4 ti.6.l.22
Ergo ſi inſula nata li.41.ti.1.l.30
Ergo ſi ſenatuſconſultū. v. ſup. Ego ſi ſenatuſconſultum
Erit ergo poteſtas legis li.23.ti 5.l.10
Error facti ne maribus quidem li.22.ti.6.l.8
Eſt & decretum li.49.ti.14.l.25
Eſt differentia obligatorum li.20.ti.2.l.9
Eſt enim vſusfructus li.7.ti.1.l.2
Eſt & hæc ſeruitus lib.8.ti 2.l.3
Eſt & hæc ſpecies condictionis li.12.ti.7.l.1
Eſt receptum li.2.ti.1.l.14
Eſt ſpecies poſſeſſionis li.41.ti.10.l.2
& acti etiam culpam l.17.ti.2.l.36
& aliæ pleræque. Vide, Sunt & aliæ pleræq; li.6.ti.2. (l.3
& alterutro. Vide, Vt alterutro li.13.ti.6.l.6
& an eadem cauſa li.44.ti.2.l.14
& ancillarum nomine li.15.ti.1.l.27
& ante omnia li.25.ti.1.l.vlt.
& Ariſtoni & Celſo patri lib.17.ti.1.l.39
& Attilicinus ait lib.8.ti.3.l.35
& cætera quibus lib.50.ti.16.l.44
& commodati & depoſiti li.46.ti.1.l.2
& clientes libro 7.ti.8.l.3
& deſinit ſeruus in dote eſſe li.24.ti.4.l.63
& è contrario li.29.ti.2.l.16
& ego ex conducto, lib.19.ti.2.l.10
& ei contra nominati lib.50.ti.1. l.12. aliàs & ei qui contra nominauit
& eleganter Pomponius li.4.ti.3.l.7
Etenim quodcunque li.4.ti.4.l.4
& eo modo relictum li.30.ti.1.l.118
& ex diuerſo li.6.ti.1.l.35
& exhæredatum li.42.ti.1.l.49
& expleta quidem conditione li.48.ti.6.l.22
& ex vno &c. vide, Et vno li.46.ti.4.l.18
& eum qui puerum li.48.ti.6 l.6
& fideicommiſſum li.32.ti.1.l.87
& hoc Tiberius Cæſar lib.28.ti.5.l.41
& generaliter dicendum li.21.ti.1.l.24
& generaliter idem erit, li.3.ti.6.l.3
& generaliter li.21.ti.1.l 41
& generaliter hoc in donationibus libro 39.ti.3.l.4
& generaliter ſi alicui ſerui lib.9.ti.4.l.28
& habet ſummam æquitatem li.43.ti.26.l.18
& hæc diſtinctio conuenit li.19.ti.2.l.35
& heredis patris lib.2.ti.14.l.21
Etiam aureos nummos lib.50.ti.16.l.159
Etiam cæcus lib.1.ti.7.l.9
Etiam circa ſtipulationem li.45.ti.3.l.27
Etiam conditionis implendæ cauſa li.40.ti.2.l.11
Etiam contutoris factum li.26.ti.7.l.14
Etiam de præſenti lib 39.ti.3.l.15
Etiam ea mulier li.50.ti.16.l.141
Etiam ea quæ futura ſunt li.32.ti.1.l.17
Etiam ei, qui prius li.4 ti.4.l.45
Etiam ex nudo pacto li.22.ti.1.l.30
Etiam fideiuſſorem lib.27. ti.7.l.3
Etiam filios mulieris li 24.ti 3.l.18
Etiam heredibus eius lib.47.ti.6.l.4
Etiam hoc modo lib.30.ti.1.l.115
Etiam fœminæ li.40.ti.10.l.4
Etiam furtiuus ſeruus li.41.ti.1.l.39
Etiam infantem li.1.ti 7.l.42
Etiam in fundo vendito li.21.ti.1.l.49
Etiam inuitis nobis lib.41.ti.1.l.32
Etiam matris profeſſio li.22.ti.3.l.16
Etiam militibus li.37.ti.15.l.1
Etiam non municeps li.26.ti.1.l.10
Etiam partis bonorum li.7.ti.1.l.43
Etiam per interpoſitam li.49.ti.5.l.4
Etiam quod natura li.26.ti.2.l.6
Etiam ſi alij iuſſu lib.23.ti.3.l.19
Etiam ſi concubinam lib.23.ti 2.l.56
Etiam ſi condemnatus li.36.ti.4.l.9
Etiam ſi dirempto matrimonio li.23.ti.5.l.12
Etiam ſi ius annulorum lib.38.ti.2.l.3
Etiam ſi interrogatus li.26.ti.8.l.3
Etiam ſi partis bonorum li.30.ti.1.l.111
Etiam ſi patre lib.4.ti.4.l.29
Etiam ſi quanti lib.15.ti.3.l.2
Etiam ſi redhibitus fuerit lib 48.ti.18.l.11
Etiam ſi inuitis parentibus li.34.ti.1.l.10
Etiam ſi querela lib.5 ti.2.l.11
Etiam ſi in rem ſucceſſerint li.12.ti.2.l.8
Etiam ſi putauit, §. eſt. l. Nec vllam cauſam. vlt. rarius libro ſexto, l 5.ti.3.13
Etiam ſi ſuperficies li.20.ti.4.l.15
Etiam ſi tutor li.26.ti.8.l. 6
Et ideo bona gratia li.24.ti.1.l.62
& ideo etſi donauerit ſeruus lib.15.ti.7.l.3
& ideo ſi nihil li.27.ti 6.l.8
& ideo ſi poſt diuortium l.25.ti.2.l.5
& ideo hæſitatur l.45.ti.1.l.150
& ideo ſi omnino l.45.ti.1.l.44
& ideo de his l.1.t.3.l.11
& ideo eleganter Marcellus l.13.t.1.l.12
& ideo maius l.1.t.16.l.8
& ideo neque exceptiones l.39.t.1.l.6
& ideo non poteſt l.3.t.3.l.vlt.
& ideo procurator l.3.t.3.l.7
& ideo prætextu minoris l.19.t.2.l.22
& ideo rationes eorum l.1.t.3.l.21
& ideo ſi inter meas l.8.t.5.l.5
& ideo ſi pater. Vide, Ideóque ſi pater l.15.t.2.l.4
& ideo ſi prægnante vxore l.37.t.5.l.2
& ideo etſi ſocius l.17.t.2.l.26
& ideo ſi viuo teſtatore l.34.t.4.l.8
& ideo vtilis inſtitoria l.14.t.3.l.12
& in contrario l.22.t.1.l.37
& in priuatis l.48.t.16.l.3
& in libertos l.29.t.5.l.7
& inofficioſo l.29.t.5.l.18
& in totum id videtur l.25.ti.1.l.4
& in perpetuum l.3.t.3.l.4
& ita de facto l.4.t.9.l.3
& ita de hereditate l.17.t.2.l.11
& legati proconſulum l.8.t.16.l.15
& liberi hominis l.18.t.1.l.4
& libertos. Vide, Et in libertos l.29. t.5.l.7
& licèt libera perſona ſit l.13.t.5.l.15
& licet poſtea libro 23.t.3.l.22
& loco l.47.t.9.l.2
& magis quod l.46.t.3.l.4
& mulieri, quæ luxurioſè viuit l.27.t.10.l.15
& ne de his, Vide ἐν μέδε, l.26.t.1.l.1
& neque per ſe l.21.t.1.l.22
& nihil intereſſe Pomponius l.15.t.3.l.8
& nihil intereſt l.23.t.2.l.54
& non tantùm hereditaria l.6.t.3.l.19
& non tantùm l.27.t.1.l.11
& omnes omnino l.48.t.20.l.4
& per iuſiurandum l.46.t.4.l.13
& poſt edictum peremptorium l.5.t.1.l.73
& poſt litem conteſtatam l.10.t.2.l.12
& poſt rem iudicatam l.2.t.15.l.7
& primo quidem l.16.t.1.l.2
& Proculo placebat l.31.t.1.l.20
& puto officio iudicis contineri l.10.t.2.l.10
& quanquam ius aquæ l.18.t.1.l.49
& quantum intereſt l.21.t.1.l 5
& quæ nondum ſunt l.20.t.1.l.15
& qui originem ab vrbe l.50.t.4.l.3
& quia hoc defunctorum li.11.t.1.l.6
& quia nec principaliter li.2.t.1.l.6
& quia plerumque lib.17.t.2.l.10

Et quidquid fuerit lib.17.ti.2.l.31
Et quidem inſolidum li.9.t.3.l.3
Et quidem ſine exceptione lib.18.t.4.l.5
Et quidem totum legatum libro 30.ti.1.l.18
Et qui data opera lib.4.ti.6.l.5
Et qui duas arcas habet libro 8.ti.2.l.54
Et qui in foro li.3.ti.3.l.6
Et qui negotiis ſuis li.3.ti.1.l.5
Et qui vxores non habent li.1.ti.7.l.30
Et quod ſoluerit li.18.ti.1.l.23
Et ſeruorum lib.1.ti.5.l.5
Et ſi ad ſpecies lib.45 ti.6.l.8
Et ſi amicis li.48 ti.5.l.9
Et ſi certus. Vide inf. Et ſi percuſſor li.29.t.5 l.6
Et ſi condemnatus l.9.t.4.l.35
Et ſi conditionalis l.26.t.8.l.8
Et ſi conſenſum lib.18.ti.1.l.15
Et ſi conſularis l.3.t.3.l.52
Et ſi contra tabulas l.28.t.6.l.35
Et ſi datus fuerit li.26.t.2.l.13
Et ſi debitor conſilium l.36.t.6.l.17
Et ſi diſpares lib.18.t.2.l.12
Et ſi duorum vſusfructus l.45.t.3.l.24
Et ſi æquo pretio emere l.30.t.1.l.66
Et ſi ex modica lib.38.t.2 l.6
Et ſi extrinſecus. Vide, At ſi extrinſecus l.26.t.9.l.4
Et ſi forte qui medius eſt l.8.t.5.l.6
Et ſi fideiuſſor acceptus ſit l.42.t.1.l.24
Et ſi filium pater l.50.t.4.l.15
Et ſi is, qui lege pignoris l.20.t.5 l.10
Et ſi maximè libro 33.ti.3.l.5
Et ſi nihil facilè mutandum l.50.t.17.l.183
Et ſi nolit libro 41.ti.2.l.7
Et ſi non omnes l.10.t.3.l.8
Et ſi non ſunt. Vide, ΚΑΙΟΙΜΗ l.26.t.5.l.22
Et ſi non totam l.29.t.4 l.13
Et ſi pauciores fuerint l.5.t.4.l.4
Et ſi pignus vir vxor. l.42.t.8.l.18
Et ſi pepercerit l.28.t 2.l.3
Et ſi percuſſor l.20.t.5.l.6
Et ſi pluribus datis l.26.t.8.l.4
Et ſi prætor ſit is l.1.t.21.l.3
Et ſi pubes factus l.1.t.7.l.33
Et ſi qua alia incommoditas l.4 t.8.l.16
Et ſi quid emptoris intereſt l.18.t.4.l.9
Et ſi quid in eam dotem l.24.t.3.l.23
Et ſi quis non impediat l.11.t.7.l.14
Et ſi poſt tres aut quinque l.2.t 11.l 8
Et ſi ſine odio eſt in §.4.legis, Ait prætor lib. 4.tit.4 verſ.Pomponius quoque.leg.7
Et ſi ſatiſdationem non dabit li.39.t.1.l.7
Et ſiue quid amiſerit l.4.t.6.l.27
Et ſi ſubſtitutum l.29 t.2.l 65
Et ſi tradideris alicui l.7.t.2.l.5
Et ſi transferam. Vide, licèt transferam l 34.t.4.l.20
Et ſi vno pretio plures tres l.10.t.1.l.33
Et vno & pluribus l.46.t.4.l.8
Et ſtipulationum prætoriarum l.45.t.2.l.14
Et ſi vſusfructus l.7.t.9.l.7
Et ſuum heredem. Eſt in §.18.l.7.li.2.ti.14
Et tertium l.5.ti.1.l.75
Euenit vt nonnunquam l.39.t.2.l.6
Euictus autem à creditore l.21.t.2.l.55
Euicta hereditate l.5.t.3.l.55
Euicta re, ex empto l.21.t.2.l.16
Euicta re vendita l.21.t.2.l.10
Euictis agris l.22.t.1.l 18
Euidenter enim l.44 t.2.l.16
Eum actum l.3.t.5.l.17
Eum bonis patris l.29.t.2.l.87
Eum debere columnam l.8.t.1.l.33
Eum cui mille nummi l.40.t.5.l.8
Eum patronum l.37.ti.14.l.10
Eum pro quo quis l.2.t.4.l.17
Eum qui à debitore ſuo l.20.t.4.l.17
Eum qui appellauit l.49.t.11.l.1
Eum qui bona vacantia lib.49.t.14.l.41
Eum qui codicillorum l.29.t.7.l.4
Eumque cum ædil.l.18.t.6.l.13
Eum quem temere l.5.t.1.l.79
Eum qui certarum l.45.t 1.l.138
Eum qui circa columnas l.42.t.5.l.36
Eum qui ciuitatem amitteret l.48.t.22.l.3
Eum qui à furioſo, eſt in l.paulò poſt prin. lib. 6. tit. 2 vbi de furioſo
Eum qui in poſſeſsionem l.42.t.5.l.35
Eum qui ædes mercatus eſt l.41.t.3.l.24
Eum qui debitoris fiſci l.49.t.14.l.33
Eum qui donationis cauſa l.39.t.6.l.22
Eum qui duobus l.29.t.2.l.51
Eum qui emit l.47.t.2.l.14
Eum qui emit. Eſt in §.1. l.4.li.18.tit.2. verſi. Idem Iulianus
Eum qui Epheſi promiſit l.13.t.5.l.5
Eum qui ex ſua voluntate l.4.t.4.l.46
Eum qui fugitiuum alienum l.48.t.15.l.5
Eum qui Kalendis Ianuariis l.45.t.1.l.41
Eum qui ita venit l.40.t.8.l.3
Eum qui inofficioſi teſtamenti l.5.t.2.l.21
Eum qui inſulam l.5.t.1.l.43
Eum qui ita ſtipulatur l.45.t.1.l.56
Eum qui iudicare debet lib.2.ti.1.l.15
Eum qui iurauit li.12.t.2.l.30
Eum qui nocentem libro 47.ti.10.l.18
Eum qui nouiſſimus. Vide, Si eius qui nouiſſimus l.36 (ti.1.l.34
Eum qui poſt apertum l.35.t.1.l.104.
Eum qui rem commodatam libro 13.ti.6.l.10
Eum qui rogatus. Vide Iauolenus eum qui rogatus li. 13.ti.1.l.15
Eum qui ſe patremfamilias l.14.t.5.l.6
Eum qui ſe libertinum l.1.t.5.l.vlt.
Eum qui tacitum fideicomm.l.34.t.9.l.18
Eum qui venierit l.40.t.1.l.18
Eum qui voluntatem l.22.t.3.l.22
Eum qui vt adiret hereditatem l.39.t.6.l.21
Eum qui vectigal Pop.Rom. l.50.t.16.l.16
Eundem plures legationes l.50.t.7.l.16
Ex adoptiuo natus l.1.t.7.l.27
Ex annuo vel menſtruo l.24.t.1.l.15
Ex argento ſubrepto l.13.t.1.l.13
Ex aſſe hæres inſtitutus l.36.t.1.l.28
Ex aſſe patronum l.35.t.2.l.52
Ex caſtrenſi peculio l.49.t.17.l.18
Ex cauſa deſertionis l.49.t.16.l.15
Ex cauſa fideicommiſsi l.40.t.5.l.11. Vide, ex Furtina (cauſa
Excepta capitis minutione l.7.t.4.l.14
Exceptio iuſti dominij l.6.t.2.l.16
Exceptio dicta eſt l.44.t.1.l.2
Exceptio eſt conditio l.44.t.1.l.22
Exceptio rei iudicatæ l.44.t.2.l 28
Exceptio rei venditæ l.21.t.3.l.3
Exeptione, quæ tibi l.46.t 1.l.67
Exceptiones j. l.44.t.1.l.3
Exceptiones ij. l.44.t.1.l.7
Exceptiones iij. l.44.t.1.l.20
Excipiuntur autem arma l.48.t.6.l.2
Excipiuntur ſenatuſconſulto l.29.t 5.l.14
Ex clauſula iudicata l.46 t.7.l.17
Ex conducto actio l.19.t.2.l.15
Ex compromiſſo placet l.4.t.8.l.2
Ex conſenſu litigantium l.49.t.1.l.13
Ex conſenſu tamen l.11.t.7.l.7
Ex contractu. Vide Lucius Titius l.19.t.1.l.47. verſi. Paulus reſpondit
Ex contractibus venientes actiones, l.44.t.7.l.49
Ex contrario l.17.t.2.l.22
Excuſare ſe tutor l.27.t.1.l.25
Excuſatus videtur patronus l.29.t.4.l.5
Excuſantur à tutela. Vide, Αφίεται l.27.t.1 l.2
Ex damni infecti ſtipulatione l.39.t.2.l.40
Ex depoſiti & commodati l.44.t.7.l.12
Ex diuerſo ſi ſocer l.24 t.3.l.17
Ex duobus filiis. Vide, Si ex duobus filiis l.37.t.1.l.14
Ex duobus fratribus l.3.t.5.l.27
Ex duobus impuberibus l.28.t.6.l.34
Ex duobus reis j. l.45.t.2.l.7
Ex duobus reis ij.l.45.t.2.l.16
Ex duobus reis iij. l.45 t.2.l.18
Ex ea cauſa l.15.t.1.l.2
Ex ea cauſa prohibitus l.3.t.1 l.9
Ex ea parte cautionis l 45.t.1.l.121
Ex ea ſcriptura l.28.t.1 l.29
Ex ea ſtipulatione i.12.t.5.l.7
Ex eis apparet l.27.t.1.l.34
Ex eo quid interrogatus l.27.t.6.l.12
Ex eo quod prohibet lex l.22.t.5.l.18
Ex eo tempore l.29.t.1.l.42
Ex eo vino l 33.t.6.l.13
Exempla inſtrumentorum l.2.t.13.l.11
Exempto actioneis, l.19.t.1.l.11
Ex epiſtola l 50.t.12.l.5
Ex facto etiam agitatum l.27.t.5.l.19
ex facto proponebatur l.28.t.5.l.35
ex facto quæritur l.15.t.1.l.52
ex facto tractum eſt l.36.t.1.l.17
ex facto quærebatur l.3.t.5.l.30
ex facto quæritur l.28.t.6.l.43
ex filio præterito l.32.t.1.l.2
ex furtiua cauſa l.13.t 1.l.5
ex hac lege l.9.t.1.l.3
ex hac ſcriptura l.39.t.5.l.16
ex hereditate l.10.t.2.l.54
ex his apparet. Vide, ex eis apparet l.27.t.1.l.34
ex his omnibus cauſis l.12.t.6.l.54
ex his colligi poteſt l.42.t.8.l.8
ex his, quæ fortè l.1.t.3.l.4
exheredatum quoque l.3.t.2.l.25
exhibere, eſt facere l.10.t.4.l.2
ex hoc edicto aduerſus eum l 2.t.10.l.3
ex hoc edicto tenetur l.4.t.7.l.8
ex hoc iure gentium l.1.t.1.l.5
exigere dotem l.5.t.1.l.65
exilium triplex eſt l.48.t.22.l.5
ex imperfecto teſtamento l.32.t.1.l.23
exiſtimo poſſe me l.18.t.1.l.61
exiſtimo poſſe id quod l.45.t.1.l.98
ex illa parte edicti l.50.t.16.l.227
ex inofficioſo. Vide, & inofficioſo l.29.t.5 l.18
exitus controuerſiæ l.45.t.2.l.35
ex iudicatum ſolui l.46.t.7.l.16
ex iudiciorum l.48.t.2.l.20
ex lege Iulia ſeruatur libro 48.ti.5.l.2
ex libero homine l.48.t.18.l.15
ex maleficio naſcuntur libro 44.ti.7.l.4
ex mandato apud eum lib.17.ti.1.l.20
ex meo aquæductu libro 8.ti.3.l.24
ex militari delicto lib.28.t 1.l.11
ex mille iugeribus l.21.t.2.l.64
ex nota Marcelli l.49.t.17.l.10
ex omnibus cauſis l.1.t.18.l.10
ex operis noui nuntiatione l.39.t.1.l.11
ex ordine occurrit actio l.5.t.6.l.1
ex parte heres inſtitutus l.10.t.2.l.34
ex parte heres inſtitutus l.46.t.3.l.25
ex parte heres inſtitutus l.19.t.2.l.58
ex parte heres inſtitutus l.34.t.4.l.22
ex perſona rei l.49.t.1.l.32
ex pœnalibus cauſis l.30.t.7.l.58
explicito tractatu l.36.t.8.l.1
ex pluribus cauſis l.46.t.3.l.89
ex pluribus tutoribus l.26.t.7.l.42
ex pollicitatione l.50.t.12.l.9
exportandus ſi venierit l.18.t.7.l.8
expreſſa nocent l.50.t.17.l.195
ex pupillari teſtamento l.28.t.6.l.44
ex promiſsione dotis l.44.t.7.l.19
expugnatur nauis l.47 t.9.l.6
ex qua perſona l.50.t.17.l.149
ex quacunque cauſa l.2.t.5.l.2
ex quibuſdam cauſis l.49.t.14.l.2
ex quibus cauſis l.12 t.6.l.51
ex quibus cauſis l.43.t.1.l.4
ex re fructuarij l.7.t.1.l.31
ex ſemiſſe Titius l.29.t.2.l.75
ex ſenatuſconſulto eius legis l.48.t.8.l.13
ex ſenatuſconſulto Voluſiano l.48.t.7.l.6
ex ſententia S C Liboniani l.26.t.2.l.29
ex ſalua cædua l.7.t.1.l.10
ex ſextante heres inſtitutus l.44.t.2.l.30
extat enim decretum l.4.t.2.l.13
extra territorium l.2.t.1.l.vlt.
extraneo poſthumo l.37.t.9.l.6
extrario quoque l.48.t.18.l.17
ex tribus patronis l.38.ti.2.l.21
ex vnciis ſex l.28 t.5.l.87
ex vſu teſtatoris l.33.t.6.l.10
FAbriles operæ lib 18.ti.1.l.6
Facere oportere libro 50. ti 16.l.189
Facere poſſe maritus lib.24.ti.3.l.28
Facere teſtamentum lib.29.t.1.l.10
Facienda æſtimatione l.47.t.7.l.8
Faciendi verbo l.50.t.16 l.175
Facta in fideicommiſſarium l.39.t.1.l.65
Facta redhibitione l.21 t.1.l.60
Facturus legum l.1.t.2.l.1
Factum à iudice l.50.t.17.l.170
Factum cuique ſuum l.50.t.71.l.155
Fœnerator l.22.t 2.l.6
Falcidia interuenire non poteſt l.35.t.2.l.44
Falcidiæ legis rationem l.35.t.2.l.24
Falcidiæ ſtipulatio l.35.t.2.l.70
Falſa demonſtratio l.35 t.1.l.33
Falſus creditor l.47.t.2.l.43
Falſus tutor l.27.t 6.l.11
Falſi nominis vel cognominis l.48.t.30.l.15
Falſi pœna coercentur l.48.t.10.l.20
Familia communis l.47.t.6.l.5
Familiæ appellatione l.50.t.26.l.196
Familiaria ſepulchra dicuntur l.11.t.7.l.5
Famoſi qui ius l.48.t.4.l.7
Fatuo, fatua l.3.t.1.l.2
Fauorabiliores ſunt rei l.50.t.17.l.25
Feminæ ab omnibus officiis l.50.t.17.l.2
feminæ nuptæ l.1.t.9.l.8
feminas pro parentibus l.3.t 3.l.41
feminæ remotæ l.2.t.13.l.12
feminæ tutores l.26 t.1.l.18
Ferè in omnibus l.30.t.17.l.108
fere quibuſcunque eo t.l.153
ferri propriè dicimus l.50.t.6.l.135
fideicommiſſa quocunque l.32.t.1.l.11
fideicommiſſaria libertas ib.l.40.t.5.l.23
fideicommiſſum in ſtipulatione l.12.t.6.l.62
fideiuſſor antequàm reus l.46.t.1.l.57
fideiuſſor in iudicio l.2.t.8.l.2
fideicommiſſum à filiis l.35.t.1.l.76
fideicommiſſum, quod ex teſtamento l.29.t.19.l.16
fideicommiſſum, quod à legatario l.30.t.1.l.88
fideicommiſſa libertas l.49.t 5.l.46
fideicommiſſa libertas ibid.l.43
fideiubere pro alio l.46.t.1.l.30
fideiuſſor conuentus l.20.t.5.l.2
fideiuſſor euictionis l.44.t.4.l.15
fideiuſſor imperitia lapſus l.3.t.5.l.32
fideiuſſor impetrauit l.20.t.1.l.26
fideiuſſor pro venditore l.46.t.2.l.45
fideiuſſor quamuis l.17.t.1.l.51
fideiuſſor, qui obligari poteſt l.46.t.1.l.16
fideiuſſor qui pignora l.20.t.1.l.2
fideiuſſor qui minori li.46.t.1.l.64
fideiuſſori eius l.39.t.5.l.25

Fideiuſſoris autem li.2.ti.14.l.23
Fideiuſſorem ſine adiectione li.17.ti.1.l.52
Fideiuſſores & in patrem li.46.ti.1.l.9
Fideiuſſores magiſtratuum lib.46.ti.1.l.98
Fideiuſſoribus ſuccurri ſolet lib.49.ti.1.l.71
Filius à patre emancipatus.li.23.ti.2.l.vlt.25
Filius à patre li.28.ti.2.l.8.
Filius autem tutor li.27.ti.12
Filius decurio lib.50.tit.7.l.7
Filius dum deliberat li.28.ti.8.l.8
Filius dum in ciuitate eſt lib.45 ti.1.l.11
Filius emancipatus li.23.ti.2 l.25
Filius emancipatus li.37.ti.6.l.9
Filius emancipatus li.37.ti.7.l.5
Filius emancipatus libro 48.ti.10.li.14
Filiusfam.donare non poteſt lib.39.ti.5.lib.7.
Filiusfam.defendit libro 2.tit.8.l.14
Filiusfam.ducit vxorem lib.39.ti.2.l.92
filiusfamilias ſeruus li.28.ti.1.l.16
filiusfam. equeſtri li.29.ti.1.l.43
filiusfam.exemptiouem libro 44.tit.1.l.24
filiusfamilias ex omnibus li.44.ti.7.l.39
filiusfam.miles li.23.ti.2.l.35.
filiusfam.miles.Vide.filiusfam.ſimiliter
filiusfam.miles li.94.ti.17.l.14.
filiusfam.neque retinere li.50.ti.17.l.93
filiusfam.miles vel veteranus li.30.ti.1.l.114
filiusfam.non ſolum libro 1.ti.7.l.1
filiusfam.peculiarem libro 46.ti.3.l.22
filiusfam.peculiarem libro 44.ti.1.l.14
filiusfam.qui militauerat li.35.ti.2.l.18
filiusfam.in publicis libro 1.ti.6.l.9
filiusfam. iudex libro 5.ti.1.l.15
filiusfam.militis li.49.ti.17.l.1
filiusfam.militis libro.5.ti.3.lib.34
filiusfam.ſeruum lib.37.ti.14.l.13
filiusfam.ſi militet libro 28.ti.2.l.26
filiusf.volẽte patre.Vide,ſi filiusf.volẽte li.50.ti.8.l.7
filiusfam.ſuo nomine lib.44.ti.7.l.9
filiusfamilias togam emit li.15.ti.3.l.19
filiusfam.vt proximus libro 38.ti.6.l.8
filius legatum ſibi libro 4.ti.3.l.32
filius patris actionem libro 46.ti.2.l.23
filius patri agnatus li.38.ti.16.l.12
filius patroni exhæredatus li.38.ti.2.l.3
filius non impeditur li.5.ti.2.l.22
filius qui adminiſtrabat li.46.tit.3.l.90
filius qui fuit in poteſt.lib.28.ti.5.l.15
filius qui ſe paterna li.29.ti.2.l.41
filius qui patri li.38.ti.2.l.42
filij appellatione li.50.ti.16.l.84
filij mater li.58.ti.17.l.6
filij etiam hoc modo libro 28.ti.2.l.17
filij hæreditate li.37.ti.14.l.9
filio & filia ſcriptis hæredibus li.35.l.94
filij libertorum li.50.ti.1.l.22
filio familias legatum li.35.ti.1.l.42
filiofamilias vel ſeruo li.34.ti.6.l.1
filiofamilias quoad lib.33.ti.1.l.25
filiofam.vni e . heredibus lib.15.ti. .l.54
filiusfamilias li.3.ti.3.l.8
filio ex parte heredi lib.33.ti.4.l.31
filio patroni li.23.ti.2.l.48
filio pater lib.39.ti.1.l.87
filio propter patrem lib.50.ti.7.l.5
filio præterito lib.28.ti.3.l.17
filio quem pater lib.28.ti 2.l.23
filio qui de inofficioſo li.5.ti 6.l.16
filium emancipatum li.37.ti.9.l.4
filium emancipatum libro 29.ti.2.l.60
filium & vxorem li.33.ti.5.l.21
filium eum definimus li.1 ti.6.l.6
filiumfamilias ex parte lib.36.ti.2.l.27
filiusfamilias li.14.ti.6.l.17.
filium habeo lib.14.ti.6.l.14
filium ob hoc quod patri li.40.ti.12.l.51
filium quem in poteſtate lib.37.ti.4.l.10.
filium quis impuberem li.37.ti.5.l.5
filiam ſenatoris li.1.ti.9.l.9
filiofamilias diſſentiente li.23.ti.1.l.13.
filiumfamilias publico li.48.ti.5.l.36
filiofam.Vel ſeruo li.7.ti.8.l.17
filios heredes inſtituit li.33.ti.7.l.39
filia in adoptionem data li.37.ti.7.l.2
filiæ meæ emancipatæ li.24.ti.3.l.59
filiæ meæ libro 33.ti.1.l.22
filiæ ſuæ ita quis legauit li.35.ti.2.l.18
filiamfamilias duxit libro 15.ti.3.l.21
filiæ inteſtato patri li.46.ti.3.l 8
filiam fratribus li.36.ti.1.l.56.8
filiam in poteſtate li.34.ti.2.l.16
finium regundorum actio li.20.ti.1.l.1
Firmio Heliodoro li.36.ti.2 l.26
fiſcus cùm in priuati ius li.49.ti.14.l.6
fiſcus in quæſtione falſi li.49.ti.14.l.38
fiſtulam iunctam li.8.ti.2.l.19.ti.1.l.43
fiſtulas emptori acceſſuras lib.8.ti.7.1.l.78
fiſtulas quibus aquam libro 3.ti.5.l.13
flumina publica libro 43.ti.12.l.3
flumine interueniente li.8.ti.3.l.38
fluminum publicorum libro 39.ti.2.l.42
Foramen in imo pariete libro 8.ti.2.l.28
Forma cenſuali cauetur libro 50.ti.15.l.4
Fortè quod pictorem libro 6.ti.1.l.28
Frater à fratre libro 12.ti.6.l.38
Frater autem eius li.28.ti.9.l.2
Fratres Imperatores libro 48.ti.19.l.33
Fratres vectigalis crimen libro 39.ti.4.l.8
Fraus enim legi fit libro 1.ti.3.l.30
Fraudis interpretario libro 50.ti.17.l.79
Fructus eos eſſe conſtat li.24.ti.3.l.7
Fructus hominis libro 5.ti.7.l.4
Fructus non modo percepti lib.6.ti.1.l.33
Fructus pendentes libro 6.ti.1.l.44
Fructus percipiendo li.22.ti.1.l.45
Fructus rei eſt li.50.ti.17.l.72
Fructus rei eſt libro 22.ti.1.l.vlt.
Fructuario hereditas lib.41.ti.1.l.47
Fructuario §.5.eſt l.5.li.7 ti.6
Fructuarius lib.8.ti.6 l.21
Frugem pro reditu lib.50.ti 16.l.77
Fundius refert lib.42 ti.5 l.29
Fugitiuus eſt li.50.ti.16 l.225
Fugitiuus meus lib.46.ti.3.l.19
Fugitiuus ſeruus vna & eadem lex cum ſuperiore
Fugitiui ſimplices li.11.ti 1.l.2
Fuit quæſtionis li 29.ti.2.l.24
Fuit quæſtionis li.37.ti.7 vlt.
Fulcinius exiſtimat libro 42.ti.4.l.7
Fulcinius dicebat libro 43.ti.16.l.8
Fulcinius lib.39.ti.6.l.43
Fulcinius refert. Vide ſup.Enſidius li.42.ti.5.l.29
Fullo actione locati li.47.ti.2.l.90
Fullo & ſarcinator li.47.ti 2 l.82
Fundus detracto vſufructu li.7.ti 6.l.4
Fundus dotali ſeruo lib.23.ti.5.l.3
Fundus ille eſt mihi li.17.ti.1.l.64
Fundus mihi communis eſt li.10.ti.2 l.30
Fundus mihi tecum communis li.8.ti 3.l.32
Fundus qui dotis nomine li.10.ti.2.l.51
Fundus.quem paterfamilias li.33.ti.1.l.9
Fundus qui locatus li.3 .ti 2 l.24
Fundus qui Lucij li.18.ti.5.l.9
Fundi appellatione li.50.ti.16. l.21.
Fundi Æbutiani reditus li.33 ti.2.l.38
Fundi inſtrumento legato libro 33.ti.7.l.25
Fundi nihil eſt li 30.t.1.l.17
Fundi partem dimidiam li.18.ti.1.l.78
Fundi quem tu proprium li.44.ti 1.l.78
Fundi Trebatiani.Vide,fundi Aebutiani red.
Fundi venditor li.41.ti.2.l 33
Fundi vſufructu legato li 7.ti.4.l.8
Fundi vſu legato li.7 ti.8.l.15
Fundo in diem addicto li.18.ti.2.l.19
Fundo legato li.33.ti.10.l.vlt.
Fundo legato adimi li.34.ti.4.l.2
Fundo legato mihi li.33.ti.2.l.4
Fundo legato vt optimus lib.33 ti.7.l.22
Fundum communem habentibus li.33.ti.3.l.2
Fundum Cornelianum li.46.ti.2.l.28
Fundum cuius vſusfructus li.21.ti.2.l.46
Fundum dotalem li 23.ti.5 l.17
Fundum filæ nomine li.23.ti.3.l.85
Fundum inſtructum li 33.ti.7.l.3
Fundum Mæuianum li.34.ti.5.l 1
Fundum meum obligaui li.21 ti.2.l.20
Fundum Titianum li.44.ti.1 l.16
Fundum mihi cum venderes lib.19.ti.1.l.7
Funeris impenſam libro 11 tit.7.l.15
Funeris ſumptus accipitur li.11.ti 7.l.37
Furor quin ſponſalibus libro 23.ti.1.l.8
Furioſus adquirere libro 29 ti.2.l.63
Furioſus & pupillus lib.44.ti.7.l.46
Furioſus ſi tutor libro 27.ti 1 l.11
Furioſi vel eius lib 50.ti 17 l.40
Furioſæ matris curatio libro 27.tit.10.l.4
Furioſo ſententia libro 42.ti.1.l 9
Furioſo Titius ſubſtitutus eſt libro 37.ti.3.l.1
Fur eſt manifeſtus li.47.ti 2.l.3
Furem nocturnum li.48.ti.8 l.9
Fures nocturni lib.47 ti.17.l.1
Furtim cæſæ arbores libro 47.ti.7.l.7.
Furtum à ſeruo li.47.ti 2.l 1
Furtum non committit li 47.ti.2.l 62
Furtum non committitur li.41.ti.3.l.36
Furti accipe li.3.ti 2.l.6
Furtiuam ancillam lib.47.ti.2.l.74
Furtorum genera duo lib.47.ti 2 l.2
GAius Seius auus maternus lib.24.ti.3.l.45
Gaius Seius decedens lib.37.ti.14.l.12
Gaius Seius lib.31.ti.1.l.86
Gaius Seius cum lib.29.tit.5.l.22
Gaius Seius ob pecuniam lib.13.tit.7.l.39
Gaius Seius Pamphilam li.40.ti.1.l.23
Gaius Seius prædia li.33.ti.1.l.12
Gaius teſtamento lib.27.ti.1.l.16
Gaij Caſſij non eſt recepta li.40.ti.5.l.35
Gaio Seio trecentos aureos lib.34.ti.1.l.13
Gallus ſic poſſe inſtitui li.28.ti.2.l.29
Gaurus Marcello li.8 ti.2.l.10
Gemma incluſa auro li.10.ti.4.l 6
Generalis enim adoptio lib.1.tit.7.l.1
Generali capite propoſito li.39.ti.2.l.30
Generali mandato li.23.ti.7.l.34
Generaliter cum de fraude li.50.ti.17.l.8
Generaliter dicemus li.40.ti.5.l.24
Generaliter id erit lib.50.tit.2.l.3
Generaliter ſigitur li.28.ti.7.l.3
Generaliter in omnibus li.46.ti.5.l.3
Generaliter nouimus turpes li.45.ti.1.l.26
Generaliter Fignori lib.40.ti.9.l.29
Generaliter quotieſcunque li.26.ti.7.l.10
Generaliter quiſque li.41.ti.2.l.9
Generaliter in præiudiciis lib.44.ti.1.l.12.
Generaliter obſeruari conuenit li.22.ti.1.l.5
Generaliter li 1.ti.18.l.9
Generaliter li.2.ti.4.l.13
Generaliter Iulianus ait.46.ti.1.l.5
Generi appellatione lib.50.ti.16.l.136.
Generi ſeruis à ſocero lib.48.ti.1.l.vlt.
Genero inquit mortuo li.3 ti.2.l.8
Geometræ à tutelis li.27.ti.1.l.22
Gerere atque adminiſtrare li 26 ti 6.l.7
Gerit pro herede li.29 ti.2.l.88
Gradus cognationis li.38.ti.10.l.1
Granaria li.19.ti.1.l.18
Græcè fideiuſſori li.46.ti.1 l.8
Grauius Antoninus li.46.ti.1.l.71
Grege autem legato li 31.ti.1.l.6
Grege legato li 30.ti 1.l.21
Grege pignori obligato li 20.ti.1.l 13
HAbebat quis ſeruum li.14.ti 3.l.13
Habere duobus modis dicitur li.50.ti.16.l
Habere licere rem libro 21.ti.2.l.57
Habitatio quoque li 37.ti.9.l.4
Habitationis legatum li.33.ti.2.l 11
Habitationum oneribus li.18 ti.6.l.17
Habitator in aliena li 6.ti 1.l.59
Habitatores lib.19 ti.2.l.27
Hac in factum actione li.42.ti.8.l.14
Hac lege tenetur li.48.ti.7 l.2
Hac lege tenetur li.48.ti.13.l.10
Hac ſtipulatione venit li.46.ti.2.l.28
Hac parte proconſul lib.38 ti.18.l.2
Hanc legem venditionis lib.18.ti.1 l.22
Hactenus igitur lib.13.ti 5.l.11
Hactenus tamen. Hoc lex eſt paulò poſt princ.
lib.7.ti.1 verſ.Celſus li.18
Harum actionum li.8.ti 5.l.7
Hæc actio li.10.ti.2.l.1
Hæc actio li.10.ti.4.l.1
Hæc actio hæredi li.3.ti.6.l.4
Hæc actio neque li.6.ti.13 l.vlt.
Hæc actio li.24.ti.3.l.65
Hæc actio li.10.ti.1.l.2
Hæc actio non ſolùm domino li.9.ti.1.l.2
Hæc actio perpetua li 11.ti.3.l.13
Hæc actio vtilis competit li.9.ti.1.l.4
Hæc actio vtilis eſt li.19.ti.3 l.2
Hæc adiecto li.50.ti 16.l.192
Hæc autem iura li.8.t.2.l.6
Hæc autem locum habent li.42.ti.4.l.5
Hæc autem ſatiſdatio lib.10.ti.3.l.4
Hæc autem ſatiſdatio li.1.ti.7.l.20
Hęc bonorum poſſeſſio lib.37.ti.10.l.15
Hęc bonorum poſſeſſio li.38.l.1
Hęc condictio li.12.ti 6.l.66
Hæc conditio j li 35 ti.1.l.10
Hæc conditio ij.ibid l.29
Hæc clauſula li.26 ti.10.l.1
Hæc enim omnia in tans periculum lib.39 tit 6.l
Hæc enunciatio lib.10.ti.16.l.232
Hæc ita,ſi ſcientibus li 23.ti.1 l.5
Hæc lex lata eſt libro 48.ti.5.l.1
Hæc lex in vrbe li.48.ti.14.l.1
Hæc oratio.Vide,Oratio,quæ prohibet libro 40.
l.4
Hæc ratio & oratione lib.24.ti.1.l.3
Hæc ſcriptura li.36.ti 1.l.26
Hæc ſi res preſens ſit li.6.ti.1.l.47
Hæc ſtipulatio lib.36 ti.3.l.34
Hæc ſtipulatio li.50.ti 16.l.200
Hęc ſtipulatio li.49 ti.7.l.15
Hæc venditio ſerui libro 18.ti.1.l.7
Hæc verba cui libro 50.ti.16.l.69
Hæc verba edicti libro 38.ti.7.l.1
Hæc verba ille,aut ille li.50.ti.16.l 224
Hæc verba in ſtipulatione li.50.ti.1.l 75
Hæc verba legis li.49.ti.5.l.12
Hæc verba quanti libro 50.ti.16.l.193
Hæc verba teſtatoris li 30.ti.1.l.3
Hæ actiones libro 16.ti.1.l.10
Hæ demum impoſitæ libro 38.ti.1.l.38
Hæ enim cauſæ libro 16.ti.10.l.4
Hæ operæ libro 38.ti 1.l.23
Hæ res teſtatoris legatæ libro 31.ti.1.l.15
Harum actionum libro 8.ti. .l.7
Heres abſens libro 5.ti.1.l.19
Heres à debitore hereditario libro 46.t.1.l.18
Herede inſtituto libro 40.ti 5.l.19
Heres cùm debuerat libro 36.ti.1.l.21
Heres & hereditas libro 41.ti.3.l.22
Heres eius,qui.Vide Heredes eius,qui
Heres eius,qui bona libro 41.ti.3.l.43
Heres furioſi libro 5.ti.3.l.51

Heres in fundo li.33.tit.2.l.12.
Heres inſtitutus lib.29 ti.2.l.32.
Heres in omne ius li.29.ti.2.l.37
Heres liberti li. 37 ti.15.l.8.
Heres meus damnas eſto l.32.t.1.l.100.
Heres præcepto fundo lib.36.ti.1.l.72.
Heres meus li 35.ti .l.79.
Heres per ſeruum li.29.ti.2.l.43.
Heres quandoque li.29.ti.2.l.54
Heres qui tacitam fidem li.34.ti.9.l.11.
Heres qui veneni cauſam li.29.ti.5.l.20
Heres ſeruum non nominatum li.21.ti.2.l.58.
Heres ſeruum proprium li.40.ti.9.l.28.
Heres ſocij quamuis ſocius.li.17.ti.2.l.40.
Heres ſtatu liberum.li.35.ti.1.l.66.
Heres teſtatoris. Vide paulo ſupra Heres teſtatoris
Heres viri defuncti li.3.ti.5.l.33.
Heredis aditio li.36.ti.2.l.7
Heredis appellatione li.50.ti.16.l.170
Heredis appellatio li.50.ti.16.l.65
Heredi autem dabitur li.42.ti.5.l.11.
Heredi cuius nomen lib.37.ti.1.l.1.
Heredi cum poſthumo li.29.ti.2.l.31
Heredi qui falſos codicillos li.34.ti.9.l.15
Heredem damnotum à fideiuſſore li.34.ti.3.l.2
Heredem eiuſdem li.30.ti.17.l.59
Heredem fideiuſſoris li.17.ti.1.l.14
Heredem meum li.31.ti.1.l.18
Heredem qui ſciens li.34.ti 9.l 17
Heredem tutoribus lib.27.ti.4 l.5
Heredes aut inſtituti li.28.ti.6.l.1
Heredes eius qui apud li.10.ti.2.l.25
Heredes eius,qui lib.27.ti.7.l.8.
Heredes mei li.36.ti,1.l.57
Heredes palam.li 28.ti.1.l.21
Heredes ſine partibus li.28.ti.5.l.63
Heredibus inſtitutis li.36.ti.1.l.77.
Heredibus tamen harum li.4.ti.3.l.13.
Hereditas ad nos pertinet lib.5.ti.3.l.1
Hereditas ad Statium lib.28.ti.5.l.65
Hereditas enim li.41.ti.1.l.34.
Hereditas etiam li.5.ti.3.l.50
Hereditas ex die li.28.ti.5.l.34.
Hereditas in multis li.41.ti.1.l.61.
Hereditas nihil aliud eſt li.50.ti.17.l.62
Hereditatis appellatio li.50.ti.16 l.19
Hereditatis appellatione li.50.ti.16.l.138
Hereditatis venditę pretium.li.18.ti.4.l.22.
Hereditatem Cornelij lib 18.ti.4.l.24
Hereditatem pater li.39.ti.5.l.28.
Hereditate ab agnato. Vide, de hereditate ab agnato l.49.ti.17.l.19
Hereditatum computationi, Vide, Computationi in alimentis li.35 ti.2.l.68
Hereditarium ęs alienum lib.41.ti.5.l.7
Hereditariæ rei furtum li.47.ti.2 l.68
Hereditariarum actionem lib ti.7 l 40
Hereditarij ſerui li.48.ti.18.l.2
Herennius ait. vide Seruius ait li.50.ti.16.l.122
Herennius Modeſtinus lib.21.ti.2.l.63
Herennius Modeſtinus j.l.22.ti.1.l.42
Herennius Modeſtinus ij.li.22.ti.1.l.43
Herennius Modeſtinus reſpondit li.1.ti.5.l.22
Herennius Modeſtinus li.50.ti.2.l.10
Hi demum ſub conditione li.37.ti.11.l.6
Hi enim non erunt ſeparandi li.21.ti.1.l.40
Hi qui acceſsionis loco li.46.ti.1.l.34
Hi qui ædes alienas li.48.ti.6.l.11.
Hi qui certa conditione. Vide, Si qui certa condic. li. 50.ti.10.l.2
Hi qui fiſci cauſas agunt li.3.ti.1.l.10
Hi qui muneris publici.li.50.ti.5.l.6
Hi qui in prouincia li.4.ti.6.l.37
Hi quibus vel relictum li.37.ti.5.l.23
Hi quoque qui thlibias li.48.ti.7.l.5
Hi quorum parens li.48.ti.16.l.4
Hi tamen omnes li.48.ti.2.l.11.
Hic titulus ęquitatem li.37.ti.5.l.1
Hic titulus manifeſtat lib.37.ti.6.l.1
Hinc quęritur li.15.ti.1.l.19
His conſequenter Iulianus li.10.ti.2.l.18
His enim caſibus lib.47.ti.2.l.70
His oneribus. Vide, Ab his oneribus li.50.ti.5.l.10.
His quibus Vide, Hi quibus vel relictum
His, qui in ea cauſa ſunt li.26.ti.5.l.12
His qui naues marinas li.50.ti.5.l.3
His, qui pignori li.39.ti.2 l.12
His, qui ſe paſſi ſunt. Vide, Eis qui ſe paſſi libro 40. tit.13.l.3
His ſolis pecunia condicitur li.12.ti.6.l.49
His verbis li.45.ti.2.l.8
His verbis legauit li.31.tit.1.l.102
His verbis ſatisdationis lib.1.tit.7.l.19
His verbis,Titius l.28.ti.5.l.48
Hoc amplius & ad li.47.ti.2.l.29.
Hoc amplius Iulianus li.39.ti.2.l.9
Hoc apertius eſt li.9.ti.2.l.24.
Hoc articulo,quiſque li.28.ti.5.l.29
Hoc autem quod li 26.ti.7.l.6
Hoc autem ſic intelligendum eſt li.17.ti.4.l.22.
Hoc colore inofficioſo li.5.ti.2.l.2
Hoc edictum li.9.ti.5.l.6.
Hoc edictum li.4.ti.6.l.2
Hoc edictum neceſsarium li.3.ti.5.l.1
Hoc edictum prætor propoſuit li.2.ti.7.l.1
Hoc edictum prætor proponit li.38.ti.1.l.2
Hoc edictum ſummam habet li.2.ti.2.l.1
Hoc edictum li.38.ti.2.l.1.
Hoc edicto dolus lib.2.ti.2.l.2
Hoc edicto efficitur li.39.ti.4.l 5
Hoc edicto rectiſsime li.25.ti 5 l.1
Hoc edicto prætor li.13.ti.5.l.1
Hoc edicto prætor li.4.ti.3.l.1
Hoc edicto promittitur li.39.ti.1.l.1
Hoc enim illis præſtatur li.49.ti.11.l.2.
Hoc eſt patris eius li 38.ti 10.l.2.
Hoc genus legati li.37.ti.1 l.106
Hoc interdictum inquilino lib.43.ti.32.l.2
Hoc interdictum vulgo lib.43.ti.3.l.1
Hoc ita verum eſt li 18.ti.6.l.2
Hoc iure vtimur li.21.tit.2.l.27
Hoc vtimur li.46.ti 3.l.86
Hoc iure vtimur li.50.ti.17.l.152
Hoc iure vtimur li. 45.ti.1.l.10
Hoc iure vtimur li.43.ti.29.l.3
Hoc iure vtimur li.39.ti.5.l.19
Hoc legatum,Vxoris li 39.ti.5.l 19
Hoc modo legato dato li.35.ti.1.l.64
Hoc quod dictum eſt li.8.ti.2.l.25
Hoc ſenatus conſultum li.7.ti.5.l.5
Hoc ſermone li.40 ti.14.l.3
Hodie enim incipit li.4.ti.3.l.4
Hodie licet ei li.48.ti.19 l.13
Hodie,qui edicta lib.48.ti.10.l.32
Homo liber hęreditatem li.41.ti.5.l.21
Homo liber,qui ſe vendidit li.1.ti.5.l.21
Hominis appellatione lib.50.ti.16.l 152
Hominis operę legatę li.33.ti 2.l.2
Hominis quoque liberi li.13.ti.2.l.3
Hominem certum lib.17.ti.1.l.37
Hominem quem ex ſtipulatione li 41.ti.1.l.37
Hominem legato li 33.ti.6.l.18
Honor municipalis lib.50.ti.4.l.14
Honori parentum lib.37.ti 1 .l.2.
Honorem ſuſtinenti lib. 59.ti.4.l.10.
Honores & munera li.40.ti.2.l.7
Honeſte ſacramento ſalutis li.49.ti 18.l.2
Hos accuſare non licet lib.48.ti.2.l.12
Hoſtes hi ſunt li.50.ti.16.l.118.
Hoſtes ſunt quibus bellum li.49.ti.15.l.24.
Huic ſtipulationi li.7.ti.9.l.5
Huic enim ſolui li.12.ti.3.l.21
Huic ſcripturæ lib 9.ti.1.l.15
Huius actionis exemplo li.27.ti.6.l.9
Huius edicti æquitas li.2.ti.14.l.1
Huius edicti cauſam lib.4.ti.6.l.1
Huius ædicti æquitas li.27.ti.6.l.1
Huius enim pecunia li.20.ti.4.l.6
Huius quoque edicti li.14.ti.4.l.1
Huiuſmodi legatum lib.30.ti.1.l.84
Huiuſmodi legatum li.36.ti.2.l.13
Huiuſmodi ſtipulatio li.45.ti 1.l.64
Huiuſmodi ſtipulationes li.45.ti.1.l.20
Hunc titulum prætor propoſuit li.3.ti.1.l.1

IAuolenus. Vide, Iauolonus eum qui
Iam dubitari non poteſt li.28.ti.5.l.86
Iam hoc iure vtimur li.28.ti.16.l.4
Iam tamen fideiuſſore li.46.ti.7.l.5
Iauolenus eum, qui li.33.ti.1.l.15
Ictus hoſtium infamiam li.3.ti.2.l.22
Id, autem, quod conditionis implendæ libro 35 ti.2.l.76
Id apud ſe quis habere videtur li.50.ti.16.l.143
Id eſt,& pœnæ nomine li.47.ti.6.l.2
Id eſt partem dimidiam li.28.ti.5.l.39
Id eſt,quo puteum li.19.ti.1.l 14
Id eſt,res mouentes li.33.ti.40.l.2
Id eſt,quæ ipſi ſeruo li.35.ti.1.l.88
Id eſt, ſine virilis. Vide, Idem eſt ſiue virilis lib. 40. ti.12.l.15
Id eſt, vbi Vide, Vbi domicilium habet libro 42. tit.5. l.2
Id eſt,vſque duos aureos li 4.ti.3.l.10
Id eſt,vt citeriore die reddatur li.23.ti.3.l.15
Idem Diuus Hadrianus li.12.ti.6.l.4
Idem erit,ſi eadem li.ti.5.l.16
Idem erit dicendum li.38.ti.4.l.3
Idem erit & ſi alienus li.14.ti.3.l.14
Idem erit & ſi Capuæ li.45.ti.1.l.60
Idem erit probandum li.42.ti 9.l.2
Idem eſt in colono lib.17.ti.2.l.46
Idem & in communi diuidundo li.10.ti.2.l.21
Idem eſt in locatione li.19.ti.1.l.20
Idem & in reditu li.7.ti.9.l 6
Idem eſt qui in alieno ſolo li.6.ti.1.l.74
Idem eſt,& ſi ad tempus li.6.ti.3.l.3
Idem eſt & ſi arrogauerit li.19.ti.1.l.8
Idem eſt & ſi ego li.12.ti.2.l.12
Idem eſt & ſi ei qui li.13.ti.5.l.6
Idem eſt & ſi ex duobus li.13.ti.5.l.10
Idem eſt & ſi crimen lib.38.ti.2 l.15
Idem eſt & ſi in diem li.34.ti.3.l.14
Idem eſt ſi ita dixerit lib.28.ti.2.l.15
Idem eſt & ſi mandaui lib.13.ti.1.l.13
Idem eſt & ſi nouus dominus lib.9.ti.4.l.15
Idem & ſi poſt alluuionem li.6.ti.1.l.34
Idem eſt & ſi poſt mortem lib.28.ti.6.l.19
Idem eſt & ſi ſolutis li.12.ti.6.l.3
Idem eſt etiam ſi legitima li.29.ti.2.l.14
Idem eſt & ſi dos li.34.ti.5.l 17
Idem ſi ob ſtuprum li.12.ti.5.l.4
Idem ſiue virilis ſexus lib.40.ti.12.l.15
Idem & ſi pater familias li.29.ti.1.l.23
Idem eſt ſi de teſtamento li.29.ti.1.l.13
Idem fiet ſi inteſtatum lib.26.ti.2.l.27
Idem in duobus reis li.2.ti.14.l.25
Idem Iulianus ait li.5.ti.3.l.35
Idem iuris eſt li.9.ti.2.l.8
Idem iuris eſt & in ſtipulatione li.45.ti.1.l.3
Idem iuris eſt non ſolum lib.26.ti.2.l.12
Idem Neratius putat li.7.ti.2.l.3
Idem Ofilius ait li.21.ti.1.l.10
Idem Pomponius ſcribit. Hæc lex eſt §.1.l.13.ff. ti.8
Idem Pomponius ſcribit li.6.tit.1.l.5
Idem priuilegium competere li.42.ti.3.l.22
Idem Vlpianus ſcribit li.27.ti.1.l.12
Idemque erit dicendum li.29.ti.1.l.9
Idemque erit dicendum li.17.ti.2.l.16
Idemque erit & in his li.29.ti.5.l.11.
Idemque eſſe & in duobus li.8.ti.2.l.37
Idemque eſt & pater li.37.ti.4.l.2
Idque & in legato li.28.ti.5.l.27
Idque & Iulianum agitaſſe li.19.ti.1.l.45
Idque ſi acceptum, Vide l.23. libro 7.ti.1. Paulo prin.
Idemque & in fundo li.17.ti.1.l.10
Idemque iuris eſt. In his Pandectis igitur. Id eſt li.13.ti.7.l.5
Idemque eſt, & ſi tutoris li.24.ti.1.l.4
Idemque eſt,ſi ex numinis.lib.20.ti.4.l.6
Idem ſeruandum erit li.31.ti.1.l.721
Ideo compenſatio neceſſaria lib.16.ti.2.l.3
Ideo condemnatus li.26.ti.2.l.17.
Ideo in arbitrium Iudicis li.14.ti.4.l.3
Ideo Labeo ſcribit lib.25.ti.1.l.13
Ideo,antiquiores leges li.1.ti.3.l.27
Ideoque amiſſa pars vſufructus li.3.ti.2.l.2
Ideoque etiam dos li.11.ti.7.l 19
Ideoque hora ſexta li.41.ti.3.l.7
Ideoque nec debere eum li.25.ti.2.l.10
Ideoque poteſt fieri lib.23.ti.2.l.7
Ideoque ſi ita ſcriptum ſit li.40.ti.4.l.34
Ideoque ſi quis pupillus li.4.ti.3.l.5
Ideoque qui poſthumum li.28.ti.2.l.5
Ideoque ſi ex prima parte li.37.ti.10.l.4
Ideoque ſi pater li.15.ti.2.l.43
Idonei non videntur li.22.ti 5.l.6
Id quod apud hoſtes li.30.ti.1.l.9
Id quod noſtrum eſt li.50.ti,17.l 11
Id quod pœnæ nomine li.46.ti.3.l.74
Id quod poſt emptionem li.18.ti.6.l.7
Idem quod pro derelicto li.41.ti.7.l.4
Id quod pupillorum li.16.ti.2.l.23.
Id quod ſub conditione li.13.ti.5.l.19
Id quod ſeruo li.33.ti.8.l.9
Id tempus venditoris li.41.ti.3.l.14
Id veſtimentum li.15.ti.1.l.25
Igitur ſciendum eſt li.40 ti.12.l.12
Igitur ſi quidem in hereditate li.28.ti.8.l.6
Ignorantia vel facti, vel lib.22.ti.6.l.1
Ignorantis domini conditio l.49
Ignorante quoque ſorore li.3.ti.5.l.48
Ij,qui certa conditione. Vide, Si quis certa conditione li.50.ti.6.l.2
Illa inſtitutio li.28.ti.5.l.32
Illa decreta li.50.ti.9.l.2
Illa ſtipulatio li.46.ti.1.l.67.
Illa verba j.li.50.ti.16.l.68
Illa verba ij.li.50.ti 16.l.763
Illa autem inſtitutiones li.28.ti 5.l.71
Ille à qua ſub conditione li.36.ti.1.l.13
Ille autem & de peculio lib.12.ti.2.l.22
Ille aut ille li.32.ti.1.l.25
Ille ſeruus liber li.40.tit.5.l.9
Illi cum illo li.33.ti.2.l.40
Illis libertis li.35.ti 2.l.84
Illicitas exactiones li.1.ti.17.l.6
Illicite poſt ſenatuſconſultum li.27.ti.9.l.10
Illis libertis li.35.tit.1.l.84
Illud aut illud li.33.ti.5.l.19
Illud aut illud debuit li.13.ti.5.l.25
Illud certum eſt li.40.ti.12.l.13
Illud conſtat li.42.ti.8.l.13.
Illud conuenire non poteſt li.23.ti.4.l.8
Illud dubitari poteſt lib.29.ti.2.l.77
Illud dubitationis eſt lib.23.ti.3.l.46
Illud eleganter li.2.ti.2.l.4
Illud enim ſine dubio li.29.ti.7.l.18
Illud generaliter li.39.ti.6.l 37
Illud in cauſis probandis li.4 .ti. .l.16
Illud meminerimus li.49.ti.8.l.14

Illud non ineleganter li.16.ti.3.l.8
Illud notandum eſt li.37.ti.4.l.4
Illud notandum Pomponius ait l.3.ti.4.l.5
Illud nullam habet dubitationem l.4.t.4.l.25
Illud obſeruandum eſt li.1.t.17.l.15
Illud quærendum eſt l.17.t.2.l.83
Illud quæritur lib.21.t.2.l.4
Illud quæſitum eſt l.9.ti.3.l.32
Illud quoque cauere debet l.14.t.4.l.7
Illud quoque quod in l.5.t.3.l.40
Illud relatum li.47.ti.10.l.3
Illud ſciendum eſt j.l.49.t.1.l.8
Illud ſciendum eſt ij.l.49.t.1.l.9
Illud ſciendum eſt l.5.t.4.l.3
Illud ſciendum eſt l.18.t.6.l.17
Illud ſciendum eſt l.21.t.1.l.29
Illud ſemper conſtitit l.26.t.5.l.5
Illud ſine dubio. Vide ſup. Illud enim ſine dubio
Illud verum eſt l.4.t.2.l.10
Illud videamus l.49.t.4.l.vlt.
Illud vſitatiſſimum eſt l.27.t.1.l.19
Imaginaria venditio l.50.t.17.l.16
Immo eum qui finxit l.40.t.12.l.16
Immo & ſocer l.7.t.8.l.5
Immo & ſi quoſdam ſeruos l.33.t.5.l.7
Immo magis l.43.t.30.l.2
Immo magnæ auctoritatis l.1.t.3.l.36
Immo nunc locus eſt ſenatuſconſulto l.16.t.1.l.12
Immunitates generaliter l.50.t.6.l.5
Impenſa enim funeris l.11.t.7.l.18
Impenſa funeris lib.11.ti.7.l.45
Impenſæ neceſſariæ l.65.t.1.l.14
Impenſæ neceſſariæ l.50.t.16.l.97
Impenſarum quædam l.23.ti.1.l.1
Imperator Alexander. Vide, Αὐτοκράτωρ libro 49 ti.1.l.25
Imperator Antoninus lib.40.t.5.l.12
Imperator Antoninus Aurelio l.48.t.19.l.vlt.
Imperator Antoninus Auidio l.2.t.14.l.60
Imperator Antoninus conſtituit l.40.t.12.l.34
Imperator Antoninus l.23.t.1.l.70
Imperator Hadrianus, cum Vius l.36.2.1.l.50
Imperator Hadrianus Publicio l.1.t.5.l.18
Imperator noſter reſcripſit l.4.t.14.l.43
Imperator noſter lib.40 t.8.l.7
Imp. Seuerus & Antoninus l.46.t.14.& 34
Imp. Seuerus, reſcripſit l.38.t.2.l.16
Imperator Seuerus reſcripſit l.3.t.2.l.24
Imperator Titus Antoninus l.3.t.1.l.8
Imperator Titus Antoninus l.1.t.5.l.8
Imperatoris Seueri oratione l.7.t.9.l.1
Imperatorem litis cauſa l.28.t.5.l.91
Imp. Antoninus & Verus lib.18.t.1.l.71
Imper. Antoninus & Verus l.29.t.3.l.29
Imperatores lib.42.t.5.l.30
Imperatores lib.5.t.8.l.9
Imperatores lib.42.ti.1.l.35
Imperatores lib.2.t.14.l.37
Imperatores lib.2.t.15.l.3
Imperatores lib.46.t.1.l.21
Imperatores lib.50.t.12.l.13
Imperatores eodem lib.ti.2.l.15
Imperatores lib.50.t.1.l.38
Imperatores lib.8.t.3.l.17
Imperatores lib.42.t.7.l.4
Imperatores lib.39.t 4.l.7
Imperatores lib.8.t.2.l.14
Imp. Seuerus & Antoninus l.49.t.14.l.34
Imperatores l.1.t.15.l.4
Imp. Seuerus & Antoninus l.27.t.3.l.17
Imperatores lib.48.t.21.l.2
Imperatores. Vide Imperatores Miſſenio lį.40.t.4 l.52
Imperatores lib.48.t.16.l.18
Imperatorij lib.48.t.12.l.3
Imperator Titus Antoninus Hæc lex eſt in l.46. libro 4.ti.4
Imperium aut merum lib.2.t.1.l.3
Imperitia culpæ adnumer.l.50.t.17.l.132
Imponi operæ l.38.t.1.l.33
Impoſſibilis conditio l.4.t.1.l.7
Impoſſibilium nulla obl.l.50.t.17.l.185
Impuberum in hoc edictum l.48.t.10.l.22
Impuberum furtum facere l.47.t.2.l.23
Impuberi ad hæreditatem l.26.ti.5.l.9
Impuberi filio l.26.t.7.l.40
Impuberes ſine tutore l.22.t.6.l.10
Impuberes tutores auctore l.26.t.8.l.13
Impuberibus quidem l.26.t.10.l.7
Impuberibus libertis l.29.t.6.t.11
In acceſſione temporis l.44.t.3.l.8
In actione furti l.47.t.2.l.19
In actionibus, quæ ex contractu l.3.t.2.l.7
In Ægypto l.47.t.12.l.10
In actionibus in rem l.12.t.5.l.5
In adoptionibus eorum duntaxat l.1.t.9.l.5
In adrogatorem l.15.t.1.l.42
In aduerſa corporis valetudine l.28.t.1.l.17
In ædibus alienis l.39.t.5.l.9
In æſtimationibus hæreditatis l.5.t.3.l.48

In agris limitatis li.41.ti.1.l.16
In alvo decurionum lib.50.ti.3.l.2
In ambigua voce legis lib.1.ti.3.l.19
In ambiguo ſermone lib.34.ti.5.l.3
In ambiguis orationibus lib.50.ti.17.l.96
In ambiguis pro dotibus lib.50.ti.17.l.85
In ambiguis pro dotibus lib.23.ti.3.l.70
ΙΝ ΑΝΗΔΕ lib.26.ti.3.l.1
In annos ſingulos lib.33.t.1.l.2
In arbitrium alterius l.31.t.1 l.1
In argento potorio libro 34.tit.2.l.28
In arrogatorem l.15.t.1.l.42
Inauditum filium l.48.t.8.l.2
In bello poſtliminium eſt l.49.t.5.l.2
In bonæ fidei contractibus l.13.t.1.l.36
In bonæ fidei iudiciis l.13.t.4.l.7
In bonis ſuperſtitum l.25.t.3 l.vlt.
In bonorum poſſeſſionibus l.37 t.1.l.10
In capitalibus criminibus l.48 t.21.l.1
In cauſæ cognitione j.l.4.t.4.l.14
In cauſæ ij.l 4.t.4 l.16
In cauſæ cognitione etiam l.3.t.2.l.27
In cauſæ cognitione l.49.t.2.l.14
Inceſtæ nuptiæ l.23.t.2.l.52
Inciuile eſt lib.1.t.3.l.24
In circulatores lib.47.t.11.l.11
Incola & his magiſtratibus l 50.t.1.l.29
Incola iam muneribus publicis l 50.t.1.l.34
In cognitione l.29.t.5 l.13
In comites quoque iudicum l.48.t.11.l.5
In commodato hæc pactio l.13.t.6.l.17
In communi diuidundo l.10.t 3.l.3
In compenſationem etiam l.16.t.2.l.8
In compromiſſis l.4.t.8.l.45
In concedendo iure aquę l.39.t.3.l.8
In concubinatu l.25.t.7.l.3
In condemnatione perſonarum l.50.t.17.l.173
In condictione ex cauſa l.13.t.1.l.9
In conditionibus l.35.t.1.l.19
In confirmando tutore l.26.t.3.l.7
In conſilium curatoris l.1.t.21.l.6
In contrahenda venditione l.50.t.17.l.172
In contra tabulas l.37.t.4.l 1
In conuentionalibus l.45.t.1.l.52
In conuentionibus l.50.t.16.l.219
In creditore, qui pignus l.21.t.2.l.38
In crimine adulterij l.48.t.5.l.41
In criminibus eruendis l.48.t.18.l.1
In dando tutore l.26.t.5.l.18
In dardanarios l 48.t.19.l 37
Indebitam pecuniam l.12.t.6.l.47
Indebiti ſoluti condictio l.12.t.6.l.15
In delictis ſeruorum l.9.t.4.l.4
Inde Neratius ſcribit l.9.t.2.l.23
Inde tabernacula l.50.t.16.l.184
In depoſiti actione l.16.t.3.l.9
In depoſiti vel commodati l.42.t.1.l.12
Indicaſſe eſt l.50.t.16.l.197
Indicaſſe reum. Vide ibidem
In diem acceptilatio l.46.t.4.l.5
In diem addictio ita fit l.18.t.2.l.1
In diem addicto l.39.t.3.l.9
In diem debitor l.12.t.6.l.10
In diem obligatio l.46.t.2.l.5
Indignum eſſe l.34.t.9.l.3
Indigno herede pronunciato l.34.t.9.l.8
In duobus reis promittendi l.4.t.2.l.3
In duobus reis ſtipulandi l.12.t.2.l.28
In duplicibus teſtamentis l.31.t.2 l.79
In eadem cauſa ſunt l.48.t.6.l.3
In eadem cauſa ſunt l.4.t 6.l.10
In eiuſmodi ſtipulationibus l.46.t.5.l.vlt.
In emptionibus l.2.t.14.l.43
In eo iure, quod l.23.t.2 l.45
In eo eóque fundo alieno l.6.t.1.l.38
In eóque fundo. Vide, inque eo fundo li.7.titul.8 l.11
In eo qui teſtatur l.28.t.1.l.2
In eo quod plus ſit l.50.t.17.l.110
In eo, quod ſeruo caſtrenſi l.41.t.1.l.33
In eo, quod vel is qui peti l.50.t.17.l.33
In eos extra ordinem l.26.t.1.l.9
In eos qui cum recepti eſſent l.48.t.3.l.13
In eos, qui naues l.47.t 53.l.1
In eum, cuius dolo l.48 t.2.l.14
In eum, cuius inſtinctu l.47.t.11.l.5
In eum, ad quem dotis l.11.t.7.l.16
In eum diem l.12.t.1.l.40
In eum qui aduerſus ea l.2.t.4.l.24
In eum, qui mutuis accipi l.14.t.3.l.19
In eum, qui vt calumniæ cauſa l.3.t.6.l.1
In exceptionibus l.12.t.3.l.19
In executione. Vide in execut.l.45.t.1.l.85
In factum actiones l.44 t.7 l.13
In facto conſiſtentes conditiones l.35.t.1.l.60
In Falcidia æſtimatio pretij l.33.t.2.l.42
In Falcidia placuit l.35.t.2.l.9.
Infamen non ex omni l 48.t.1.l.7
Infans vel furioſus l 48.t.8.l.12
In Fauiana & Caluiſiana l.38.t.5.l.2
Inferioris gradus cognatus l.38.t.9.l.12

In fideicommiſ. hæreditatis li.33.ti.1.l 18
In fideicommiſ. libertatibus li.40.ti.5.l 9
In fideicommiſſi perſecutione li.22.ti.1.l.3
In finalibus quæſtionibus li.10.ti.1.l.11
In fiſci cauſis li.49.ti.14.l.4
Inficiando depoſitum li.47.ti.2.l.67
In fraudem ciuitatum li.40 ti.9.l.11
In fraudem creditorum lib.40.tit 9.l.10
In fraudem criditorum li.40.ti.9.l.25
In fraudem creditorum lib.40.ti 9.l.27
In fraudem facere videri lib.42.ti 8.l.4
In fraudem fiſci l.49.t.14.l.45
In fraudem iuris l.34.t.9.l.10
In fraudem planè creditor l.29.t.1.l.15
In fructu id eſſe intelligitur l.33.t.9.l.42
In furti actione non quod intereſt l.47.t.2.l.50
In furtiua re l.13.t.1.l.1
In fundo alieno l.38.t.1.l.38
In generali repetitione l.50.t.16.l.80
Ingenuum accipere debemus l.1.t.5.l.29
Ingratus libertus eſt l.37.t.24.l.19
In hac actione l.13.t.3.l 3
In hac actione l.10.t.4.l.3
In hac ſtipulatione l.39.t.2.l.28
In hæredem autem l.3.t.6.l.5
In hæredem eatenus l.4.t.3 l.26
In his quæ contra rationem l.1.t.3 l.15
In his quę officium l.50.t.17.l.175
In iis quæ extra teſtamentum libro 35. titul. l.16
In his rebus l.24.t 9.l.66
In his vero l.46.t.3.l.5
In hoc iudicium l.10.t.3.l.14
In hoc iudicium l.11.t.3.l.10
In hoc iudicio l.10.t.2.l.27
In iudicio l.10.t.2.l.47
In iudicium l.10.t.3.l.13
In hominis vſufructu l.7.t.7.l.3
In honorariis actionibus l.44.t.7.l.35
In honoribus delatis l 50.t.5.l.8
In huiuſmodi autem l.18.t.1.l.12
In iis officiis. Vide, In his, quæ officium
In illa ſtipulatione l.45.t.1.l.50
In illa ſtipulatione l.45.t.1.l.8
In inceſto, vt Pap.l.48.t.18 l.4
In inſulam deportati l.48.t.23.l.3
In inſulam patre deportato l.24.t.3.l.40
Iniquiſſimum videtur l.22.t.6.l.5
In inſtrumento fundi l.33.t.7.l 8
In integrum verò reſtitutione l.4 t.4.l.22
In interdicto vnde vi l 43.t.16.l.16
In interdicto vnde vi ibid. l.43.t.4.l 16
In interdictis exinde ratio l.43.t.1.l.3
In iudicati actione l.42.t.1.l 61
In iudicium l.10.t.3.l.13
In iudicio familiæ erciſcundæ l 10 t.2.l.43
In iure ciuili receptum eſt l.50.t.17.l.161
Iniuria ex eo dicta eſt l.37.t.10.l.1
Iniuriarum actio j.l.46.t.10.l.13
Iniuriarum actio ij.l.47.t.10.l.28
Iniuriarum æſtimatio l.47.t.10.l.21
In ius vocare l.21.t 4.l.1
In ius vocari ibid. l.2
In ius Diophantus l.4.t 4.l.vlt.
In laqueum lib 41.t.1.l.55
In lege Aquilia j.l.9 t.2 l.40
In lege Aquilia ij. ibid. l.44
In lege cenſoria l.50.t.16.l.203
In lege Cornelia dolus l.48 t.8.l.7
In lege Falcidia j l.35.t 2.l.45
In lege Falcidia ij.l.35.ti.2.l.62
In legem Falcidiam l.25.t.2.l.8
In lege fundi vendendi l 18.t.1.l.77
In lege locationibus ſcriptum erat l.19.t.2.l.29
In legibus l.22.t.5.l.5
In liberæ mulieris conſuetudine l.23.t.2.l.24
In libertatibus li.40.ti.4.l.5
In liberto antiquior contractus li.46.ti.3.l.77
In littore iure gentium ædificare licet li.43.ti.8.l.4
In loco publico li.43.t.8.l.1
In Lyſitania Pacenſes l.50.t.15.l.8
In magiſtratus qui l.27.t.8.l.7.
In metallum l.48.t.19 l.36
In metallum damnata mulier l.48.t.23.l.4
In metallum damnati l.48.t.19.l.22
In metallum damnatis l.49.t.14.l.12
In modicis autem l.18.t.12 l.24
In mortis cauſa donationibus l.39.t.6.l.28
In multis iuris noſtri articulis l.1.t.5.l.2
In muris itemque portis l.43.t.6.l.11
In nauem Saupheij l.19.t.2.l.31
In nautica pecunia l.22.t.2.l.3
In negotiis contrahendis l.50 t.17.l.5
In noxalibus actionibus l 9.t.4.l.30
In numerationibus l.46.t.3.l.44
In obſcura voluntate l.50.t.17.l.179
In obſcuris inſpici ſolet l.50.t.17.l.114
In his quæ officium l.50.t.17.l.175
Inofficioſum teſtamentum l.5.t.2.l.3
In omnem rem curator l.26.t.6.l.15
In omni ferè ſermone l.1.t.7.l.12

In omni
In omni
In omni
In omni
In omn
In omn
In omn
In omn
In omn
In omn
In omn
17. l
In omn
In omn
In omn
In omn
In omn
In omn
In omn
In omn
In ope
In orb
In ord
In par
In par
In par
In pat
In pec
In pec
In per
In per
In per
In per
In per
In per
In plu
In pot
In pr.
In pra
In pri
In pri
In pro
In pro
In pu
In pup
In pu
In qu
In qu
In qu
In qu
In qu
In qu
In qu
In qu
In qu
In qu
In qu
In ra
In ra
In re
In re
In re
In re
In re
In rel
In re
In re
In rel
In re
In re
In Sal
In ſer
In fe
In fe
In fe
In ſe
In fin
In ſp
In ſp
In ſp
In ſp
In ſti
In ſti
In ſti
In ſti
In ſti
Inſti
Inſti
Inſtr

In omni parte error li.22. ti.6. l.2
In omnibus bonæ fidei iudiciis li.5.ti.1.l.41.
In omnibus cauſis lib.47.ti.15.l.7
In omnibus cauſis li.50.ti 17.l.39
In omnibus cauſis li.25.ti.3.l.2
In omnibus enim li.37.ti.1.l.2
In omnibus fiſci quæſtionibus li.44.ti.3.l.13
In omnibus negotiis li.44.ti.7.l.57
In omnibus noxalibus li.9.ti.4.l.3
In omnibus obligationibus lib.50.ti.17.l.14
In omnibus officiis. Vide. In his, quæ officium li.50.ti. 17. l.175
In omnibus partibus iuris li.49.ti.15.l.18
In omnibus prætoriis ſtipulationib.j.li.46.ti.5.l.5
In omnibus prætoriis ſtipulationib.ij.ibid. l.6
In omnibus quæ ad eandem li.41.ti.1.l.24
In omnibus, quæ fecit tutor lib.27.ti.3.l.1
In omnibus quidem lib.50.ti.17.l.90
In omnibus rebus li.44.ti.7.l.55
In omnibus ſeruitutibus lib.8.ti.1.l.18
In omnibus ſpeciebus liberationum li.46.ti.3.l.43
In omnibus temporalib. li.44.ti.7.l.6
In operis duobus li.19.ti.2.l.26
In orbe Romano li.1.ti.5.l.17
In ordinem li.27.ti.8.l.1
In pari cauſa poſſeſſor li.50.ti.17.l.128
In parietis communis li.39.ti.2.l.35
In partem dotis li.14.ti.3. l.vlt.
In patrem, cuius in poteſtate li.11.ti.7.l.21
In pecudum fructu li 22.ti.1.l.28
In pecuniariis cauſis li.2.ti.12. l.vlt.
In peremptorio autem proponitur li.5.ti.2.l.71
In perpetuum quotiens id lib.46.ti.3.l.61
In perſona autem li.2.ti.14.l.30
In perſonam ſeruilem li.50.ti.17.l.22
In perſonalibus actionibus li.42.ti.3.l 2
In plurium heredum li.29.ti.2.l.70
In poſſeſsionem mitti ſolet li.42.ti.4.l.6
In poteſtate manente filia li.23.ti.1.l.10
In prædiis ruſticis li.20.ti.2.l.7
In prætoriis ſtipulationibus li.46.ti.5.l.9
In priuatis negotiis li.5.ti.1.l.77
In priuatis operibus li.50.ti.12 l.12
In propoſita autem quæſtione li.17.ti.2.l.78
In prouinciali etiam prædio.li.39.ti.1.l.3
In publicum deduci. Hæc lex eſt §.5.l.1.li.11.ti.5
In pupillo cui ſine li.46.ti.3.l.47
In pupillo, cui ſoluta eſt li.44.ti.1.l.4
In pupillari ſubſtitutione lib.28 ti.6.l.14
In quam neceſſe eſt confugere li.19.ti.5.l.17
In quantitate patrimonij li.35.ti.2.l.73
In quæſtionibus lib.48.ti.4.l.8
Inque eo fundo li.7.tit.8.l.11
In quartam hæreditas li.35.ti.2.l.91
In quem etiam vtiles actiones li.40.tit.5.l.3
In quibuſcunque negotiis li.44.ti.7.l 48
In quibuſdam contractibus li.22.ti.2.l 7
In quibus rebus li.11.ti.5.l.3
Inquilino non datur li.39.ti.2.l.33
In quæ inerit etiam hoc li.19.ti 2.l.18
In quorum finibus li.20.ti 1.l.24
In ratione legis Falcidiæ j.li.35.ti.2.l.11
In ratione legis Falcidiæ ij.li 35.ti.2.l.30
In rem actio competit li.6.ti.1.l.23
In rem actionem pati li.6.ti.1.l.80
In rem ſuam procurator datus li.16.ti.2.l.18
In re communi li 8. ti.2.l.26
In re furtiua condictio li.1.ti.2.l 8
In re hypothecæ li.22. ti.4.l.4
In rebus commodatis li.13.ti.6.l.18
In rebus etiam mobilibus li. 43.ti.26.l.4
In rebus dotalibus lib.23.ti.3 l.17
In rebus nobis conſtituendis li.1.ti.4.l.2
In reficiendo communi pariete li.39.ti.2.l.41
In repetundis legatis li.2.ti.1.l.63
In repudianda hereditate li.29. ti.2. l.23
In rutis cæſis ea ſunt lib.50.ti.16.l.241
In Saluiano interdicto lib.43.ti.33.l.2
In ſenatuſconſultum Turpillianum li.48.ti.16.l.14
In ſententiis ſufficiet li 42.ti.1.l.59
In ſeruo li.40.ti.12.l.17
In ſeruorum perſona li.48. ti.19.l.10
In ſeruitutem li.38.ti.2.l.16
In ſeruitute mea li.1.ti.7.l vlt.
In ſingulis hæredibus li.35.ti.2.l 77
In ſingulos annos li.33.ti.1.l.8
In ſpeciali actione li.6 ti.1.l 73
In ſponſalibus contrahendis li.23.ti.1.l.14
In ſponſalibus conſtituendis li.23.ti.1.l.18
In ſponſalibus nihil intereſt lib.25.ti.1.l.7
In ſtipulatione damni infecti li.39.tit.2.l.23
In ſtipulatione de reddendo li.7.ti.5.l.8
In ſtipulatione de ratio li.16.ti 8.l.2
In ſtipulatione iudicatum ſolue li.46. ti.7.l.1
In ſtipulatione, qua procurator li.46.ti.18.l.19
In ſtipulationibus li.45.ti.1.l.54
Inſtitor appellatus eſt li.14.ti.3.l.3
Inſtitor eſt qui tabernæ li.14.ti.1.l.18
Inſtitutio talis lib.28.ti.7.l.10
Inſtratum omne veſtimentum li.50.ti.16.l.45
Inſtructam autem tabernam lib.50.ti.16.l.185
Inſtrumentum piſtrini lib.33.ti.9.l.6
Inſtrumenti ſignificatione. Vide ſuperſcriptionem l.4. li.33.ti.10
Inſtrumenta fundi. Vide l. in inſtrumento fundi l.33. ti.7.l.8
Inſtrumentorum nomine li.22.ti.4.l.1
Inſtrumentorum receptorum li.48.ti.10.l.16
In inſtrumentis li.12 ti.3.l.10
In ſubſtitutione filio ita facta li.28.ti.6.l.31
In ſuis heredibus li.38.ti.16. l.14
In ſuis heredibus lib.28.ti.2.l.11
Inſula eſt enata li.41.ti.1.l.56
Inſulam hoc modo lib.19.ti.5.l.6
Inſulæ Italiæ li.5. ti.11.l.9
Inſulam intra biennium li 45.ti.1.l.124
Inſulam tibi vendidi li.20.ti.4.l 13
Inſulam vno pretio lib.19.ti.2.l.58
In ſumma admonendi ſumus lib.10.ti.3.l.11
In ſumma puto dicendum li.43.ti.17.l.vlt.
In ſumma ſciendum eſt li.49 tit.14 l.17
In ſumma ſufficiet. Vide, In ſententiis. ſufficiet li.42 ti.1.l.59
In ſumma tria ſunt li.39.ti.3.l 2
In ſumma vt generaliter li.12.ti.6.l.65
In ſuſpenſo eſt ius matris li.38.ti.17 l.8
In tabulis ſecundis li.40.ti.7.l 36
In tacitis fideicommiſſis lib.30.ti.1.l.103
In tantum ergo tenetur li.40.ti.12.l.18
In tantum & vt ſolui li.1.ti.8.l.6
Intelligendus eſt li.50 ti 16.l.153
In tempus capiendæ hereditatis li.28.ti.5 l.62
In tempore conſtituto iudicatis lib.44.t.3.l.2
Inter accuſatorem & reum li.48.ti 1.l.10
Inter actum & iter li 8.ti.3 l.12
Inter agnatos & cognatos li.38.ti.7.l.5
Inter artifices longa differentia eſt li.46.ti.3.l.31
Inter bonorum li.22.ti.6.l.49
Inter cauſas omittendi li.17.ti.1.l.26
Inter Caſtellianum lib.4.ti.8.l.44
Inter cætera li.28.ti.2.l.30
Inter cæteros li.40.ti 10.l.1
Interdicit legatum li.35.ti.1.l 59
Inter coheredes li.10.ti.1.l 44
Inter conuenientes li 50.ti.1 l.28
Inter creditorem & debitorem li.46. ti.1.l.63
Inter debitorem & creditorem li.2.ti.14 l.13
Inter diuortium & repudium li.50.ti.16.l.191
Inter donum & munus ibid. 194
Inter effractores li.47.ti.18.l.2
Inter eos fideiuſſores lib 46.ti.1.l.51
Inter eos, quibus li.42.ti.1.l.19
Inter eos, qui ex generali li.4.ti.6.l.33
Inter eos, qui ſecundum li.41.ti.1.l.29
Inter eos, qui in matrimonio li.24.ti.1.l.27
Inter fructuarium & dominum li.39.ti.2.l.20
Inter hæc verba li.50.ti.16.l.179
Inter illam conditionem li.50.ti 16.l.217
Inter liberos lib.50.ti.12. l.vlt.
Inter liberas tantum perſonas li.48.ti.5.l.6
Inter litigantes li.5.ti.1.l.62
Inter minores vigintiquinque annis li.4.ti.1.l.8
Inter officium aduocationis li.6.ti.1.l.54
Inter omnes conſtat li.47.ti.2. l.46
Inter omnes conuenit li.2.ti.8.l.12
Inter mortis cauſa donationem li.39.ti.6.l.38
Inter pares numero iudices li 42.ti.1.l 38
Inter patrem & filium li.18.ti.1.l.2
Inter pœnas eſt li.48.ti.22.l.6
Inter publicas habemus li.50.ti.16.l.17
Inter pupillos li.26.ti.8.l.20
Inter quos paries communis eſt li 39.ti.2.l.39
Inter ſeruientes li.8.ti 2.l.15.
Inter ſocerum & generum li.23.ti.4.l.26
Inter ſtipulantem & promittentem li.45.ti 1.l.83
Inter ſtuprum & adulterium li.50.ti.16.l.101
Inter tutores li.26.ti 7 l.36
Interuenit illa quæſtio lib.37. ti.5.l.14
Inter virum & vxorem j. li.24.ti.1 l.43
Inter virum & vxorem ij. ibid.l 46
Inter veſtem virilem li.34.ti 2.l.33
Interdum accidit li.47.ti.2.l.49
Interdum eius li.41.ti 2.l.21
Interdum & propter li.15.ti.3.l.14
Interdum ex conuentione li.46 ti.8.l 10
Interdum ex iuſtis cauſis li.5.ti.1.l.36
Interdum euenit li.48.ti.1.l.4
Interdum fur li.47.ti.2.l.56
Interdum hæc adiecto lib.28.ti.5.l.13
Interdum lex Iulia li.23.ti.5.l.1
Interdum licet dolo malo li.36.ti.4 l.15
Interdum nec vendendus li.39.ti.4. l.16
Interdum pars vſusfructus li.7.ti.2. l.10
Interdum pecuniariter li.48.ti.22.l.11
Interdum perſona li.2.ti.6 l.29
Interdum poſterior li.20 ti.1.l.5
Interdum proprietarius li.7.ti.4 l.15
Interdum proprietatem li 50.ti.16 l.78
Interdum pura ſtipulatio lib.45.ti.1.l.73
Interdum tamen lib 27.ti 6.l.5
Interdum tamen li.4.ti.4.l.19
Interdum j. li.38 ti.1.l 34
Interdum ij. li.38 ti.1.l.vlt.
Interdum li.40.ti.11.l.2
Interdictum de precariis li.43.ti.27.l.14
Interdictum quod vi j. li.43.ti.24.l.17
Interdictum quod vi ij. ibid. l.19
Interdicto quorum bonorum li.43. ti. 2.l.2
Interdicta noxalia ei li.43.ti 1.l vlt.
Interdictorum quædam publica ſunt li.43.ti.1.l.2
Intereſſe puto li.41.ti.2.l.39
Intereſt enim Reipublicæ li.42. ti.5.l.18
Intereſt enim noſtra li.40.ti.11.l.5
Interpretatione legum li.48.ti.19.l.42
In teſtamento li.40.ti.5.l 38
In teſtamento ita erat ſcriptum li.35.ti.1.l.31
In teſtamento quidam ſcripſerat li.35.ti.1.l.27
In teſtamento plenius li.50.ti.17.l.12
Inteſtatus eſt li.50.ti.16. l.64
Inteſtati hi gradus li.38.ti.15.l.1
Inteſtati propriè appellantur li.38.ti.16.l.5
Inteſtato parente li.26.ti.4.l.6
Inteſtato liberto li.38.ti.16.l.3
Inteſtato reliquit li.38.tit.8.l.10
Inteſtatæ ſororis li.41.ti.4.l.14
In teſtatoris ſeruo li.35.ti.2.l.34
In teſtimonium li.22.ti.5.l.20
In teſtimoniis autem li.22.ti.5.l.2
In teſtimoniorum vſus li.22.tit.5.l.1
In totum li.50.ti.17 l.76
In toto & pars continetur li.50.ti.17.l.113
In toto iure genere li.50.ti.17.l.80
Intra quinque annos li.40. ti.10 l.2
In tradendis vnis ædibus li.8 ti.4.l.7
In traditionibus li.20.ti.14.l.48
Intra dies conſtitutos li.42.ti.1.l.7
Intra illum diem li.2.ti.14.l.41
Intra quatuor annos li.44.ti 3.l.10
Intra triduum appellare li.49.ti.5.l.3
Intra vtile tempus reſtitutionis li.4.ti.4.l.4
In tribus iuſtis iudiciis li.5.ti.1.l.13
In vendendo fundo li.18.ti.1.l.66
In venditione li.19.ti.1.l.41
In venditionem bonorum li.42.ti.5.l.8
In venditionibus li.18.ti.1.l.9
Inuicem enim li.28.ti.5.l.13
Inuitus nemo li.50.ti.17.l.156
Inuitus is, cui fideicommiſſo li 40 ti.5.l.34
Inuito beneficium non datur li.50.ti.17.l.69
Inuitam libertam li.23.tit.2.l.28
Inuiti filij naturales li.1.ti 6.l.11
Inuiti teſtimonium dicere li.22.ti 5.l.8
Inuiti teſtimonium non dicunt ibid.l.19
Inuitum autem li.8.ti.2.l.5
In voluptariis li. 21. ti.1.l.11
In vrbe Rom. Vide, In orbe Romano li.1.ti.5.l.17
In vſu iuris li.50.ti.16.l.158
In vſucapione ita ſeruatur li 44.ti 3.l.15
In vſucapionibus li.41.ti.3.l.6
In vulgari ſubſtitutione li.50.ti.16.l.162
Ipſi quoque reo li 6.ti.1.l.29
Ipſi tamen heredi li.29.ti 3 l.3
Is, à quo fundus petitus erat li.6.ti.1.l.57
Is, à quo ſine liberis li 25.ti.4.l.4
Is autem, cum quo actum fuit li.46.ti.7 l.4
Is autem, nec ad legitimam li.37.ti.14.l.11
Is autem, qui de ſtatu ſuo litigat li.4.ti.6.l.12
Is, cuius familia li.8 ti.5.l.18
Is, cuius fundo via li. 39.ti.3.l 25
Is, cuius in ſeruo proprietas erat li.31.ti.1.l.26
Is, cuius intereſt li.47.ti.2.l.85
Is, cuius nomine li.2.ti.3.l.64
Is, cuius ope li.48.ti.5 l.14
Is, cui annua alimenta li 34.ti.1.l.11
Is, cui bonis interdictum eſt li.45.ti.1.l.6
Is, cui ex ſtipulatu li.17.ti.2.l.13
Is, cui fideicommiſſa libertas li.48.ti.18.l.19
Is, cui fideicommiſſum ſoluitur li.35.ti.2.l.31
Is, cui hereditas tota li.12.ti.6.l.34
Is, cui ita. Vide. Is, cui ita legatum eſt li.36.ti 2.l.18
Is, cui lege bonis interdictum eſt li.28.ti.1.l.18
Is, cui legatorum lib.36.ti.4.l.5
Is, cui opus nouum li.39.ti.1.l.23
Is, cui ſub conditione li.35.ti 1.l.18.
Is, cui ſub conditione li.44.ti 7.l.42
Is, cui via, vel actus debebatur li.8.ti.6.l.11
Is, cum quo aquæ pluuiæ li.39.ti.3.l 7
Is, cum quo de peculio li.15.ti.1.l.55
Is, damnum dat li.50.ti.17. l.169
Is, poteſt repudiare li.29.ti.2.l.18
Is, qui à debitore li.42.ti.8.l.9
Is qui actionem habet li.50.ti.17.l.13
Is, qui alienum hominem li.46.ti.3.l.60
Is, qui alienum ſeruum promiſit lib.45.ti.1.l.51
Is, qui amicitia ductus li 3.ti.5.l.44
Is, qui aliqua ratione li.38.ti.5.l.7
Is, qui bonis ceſsit li.42.ti.3.l.24
Is, qui bonis ceſsit ibid. l.3
Is. qui certo loco li.13.ti.4.l.9
Is, qui commodatum accepit li.13.ti 6.l.13
Is, qui complures libertos li.32.ti.1.l.94
Is, qui contra tabulas li.28.ti.6.l.22

Is, qui debitorem vi eximit lib.2.ti.7.l.6
Is, qui decipit aliquem lib.4.ti.3 l.40
Is, qui deſtinauit rem petere lib.6.ti.1.l.24
Is, qui dicit ſe iuraſſe li.44.ti.1.l.5
Is, qui dolo fecit li.6.ti.1.l.69
Is, qui duo prædia. Vide, Qui duo prædia lib.8. titulo 3.l.29
Is, qui ex cauſa. Vide, Si quis ex cauſa li.40.ti.5.l.15
Is, qui ex ſtipulatu li.44.ti.7.l.45
Is, qui fidei commiſſum debet li 32.ti.1.l.26
Is, qui fugitiuum celauit li.11.ti.4.l.1
Is, qui fundum li.33.ti 2.l.31
Is, qui heres inſtitutus eſt li.29 ti.2.l.13
Is, qui in aliena poteſtate eſt li.9.ti.4.l.32
Is, qui in domum. Vide, Qui in domum lib.47. titulo 10.l.23
Is, qui poteſtate eſt li.37.ti 5 l.15
Is, qui in puteum lib 45.ti 24.l.11
Is, qui in reatu decedit li.48.tit.4.l.vlt.
Is, qui intulit mortuum li.11.ti.7.l.7
Is, qui iudicio publico li 48 ti 2.l 4
Is, qui ius annulorum impetrauit li.40.ti.10.l.5
Is, qui legatione fungitur li.40.ti.7.l.15
Is, qui natus eſt ex mancipijs lib.50 ti.16 l.210
Is, qui onerandæ libertatis li.38 ti.1.l.32
Is, qui opem li 47.ti.2 l.34
Is, qui pluſquam lib.12.ti.6 l.31
Is, qui prædam li.48 ti.13 l.13
Is, qui promiſit tibi li.20.ti.1.l.33
Is, qui putat lib.29.ti.2 l 15
Is, qui reipub. cauſa affuturus erat li.4.ti.6.l.39
Is, qui reipublicæ cauſa abeſt li.4.ti.6.l.44
Is, qui rem conduxerit li.12 ti.2.l.6
Is, qui rem permutaram li.42.ti.4.l. 15
Is, qui reus factus eſt. Vide, Si quis reus factus li. 48. ti.1.l.5
Is, qui ſe obtulit rei defenſioni li.6.ti.1.l.25
Is, qui ſeruum caſtrandum li.48.ti.8 l.6
Is, qui ſola triginta reliquerat li.30.ti. 1.l.80
Is, qui ſuis nummis emitur li.40.ti 1.l 4
Is, qui vnum filium habebat li.29.ti.7.l.19
Is, qui vſumfructum li 9.ti.4.l 18
Is, qui vſumfructum li 7 ti.4.l.20
Is, quoque qui ex cauſa li.2.ti.4.l.9
Iſti quidem li 4 ti.2.l 8
Ita autem diſpoſitioni libro 27.ti 7.l.5
Ita conſtante matrimonio lib.23.ti.3.l.26
Ita demum autem committetur lib.4.ti.6.l.31
Ita fidei heredis li.49.ti 14.l.40
Ita liber eſſe iuſſus lib 40.ti.7.l 8
Ita que cum ſeparatim lib.17 tit.2.l.64
Itaque ſi accepto li.4 tit 3.l.26
Itaque ſicut ſuperius li 21.tit.1.l.32
Itaque ſi hoc ſpecialiter li.3 ti.3 l.48
Itaque ſi ſeruum tuum li 9.ti.2 l.4
Itaque tunc poteſtatem libro 12.ti.1.l.39
Itaque fullo li 47.ti.2.l.12
Itaque hoc caſu libro 40 ti.5.l.27
Itaque pauciores li.28.ti.8.l.2
Itaque tunc libro 12.ti.1.l.39
Ita ſtipulatus ſum li.45.ti 1.l.115
Ita tamen ſi vectigal ſoluant li.6 ti.3.l.2
Ita tamen, vt his li.36.ti.1.l.27
Ita vt omnes libro 17.ti.1 l.36
Ita vt & ſi fur li 13 ti.6.l.16
Ita vulneratus eſt ſeruus lib.9.ti.2.l.51
Item ait prætor lib.4.ti 6.l.21
Item apud Labeonem li.47 ti.10.l.15
Item à ſubſtituto li.375.ti.5.l.13
Item cum teſtamento li.15.ti 1.l.14
Item clodus morboſus eſt li.21.ti.1.l.13
Item ei ſuccurritur li. 4.ti.6.l.14.
Item eorum li.3 ti.4.l.6
Item & ad litem li.3.ti.3.l 3
Item ex diuerſo li.10.ti.2.l.19
Item exigit prætor libro 4.ti 3.l.16
Item hi, qui reipublicæ cauſa libro 4.ti.6 l.4
Item illa verba prætor li 23.ti 5.l.18
Item in poteſtate noſtra ſunt li.1.ti.6.l.3
Item Labeo ſcribit lib. 10 ti. 2.l.22
Item lapilli libro 1.ti 8.l.3
Item legato continetur libro 32.ti.1.l.49
Item liberatur pignus lib.20.ti.6.l.6
Item magiſtri ſocietatem li.2.ti 14.l.14
Item Mala ſcribit lib 9.ti.2.l.11.
Item miles lib 42.ti.1 l.18
Item parte fundi lib.44.ti.2.l.8
Item pictoris inſtrumento legato li.33.ti.7.l.17
Item prædia libro 10 ti.2.l.10
Idem prætor edicto ſuo li.38.ti.16.l.8
Item pro patrona li 2.ti.6.l.2
Item qui eſt animalibus li.41.ti.1 l.6
Item quamuis li 10 ti.3.l.10
Item quæritur li.10.ti.2 l.13
Item quia conuentiones li 2.ti.14.l.4
Item quibus propter infirmitatem lib.3.ti.1.l.4
Item quod dictum eſt lib.18.ti 2 l.6
Item quod Sabinus ait li.28.ti 5.l.17
Item ſi alter ex dominis li.45.ti.3.l.8
Item ſic poſſunt li.8.ti.3.l.3
Item ſi cum exceptione li.4.ti.2.l.14
Item ſi cum putaui li.3.ti.5.l.5
Item ſi filiusfamilias fideiuſſerit lib.14.ti.6.l.7
Item ſi fundi li.7.ti.1.l.9
Item ſi non venierit li.23.ti.4.l.13
Item ſi ob id quod li.44.ti.1.l.3
Item ſi obſtetrix medicamentum dederit lib. 9. titulo 1.l.9
Item ſi pretio lib.19.ti.2.l.23
Item ſi res fuerint vſucaptæ li.1.ti.7.l.4
Item ſi ſeruus duorum li.45.ti.3.l.9
Item ſi ſerui redhibendi li.21.ti.1.l.30
Item ſi ſeruum li.6.ti.2.l.6
Item ſi ſuſpectus li.3.ti.3.l.19
Item ſi verberatum li.6.ti.1.l.15
Item ſi vnus ex litigatoribus li.4.ti.8.l.17
Item veniunt in hereditatem li.5.ti.3.l.20
Item veſtis li.49 ti.15.l.3
Item ſi victus fuero lib.44.ti.2.l.10
Item videndum ſi poſſeſſor li.5.ti.3.l.18
Iter nihil prohibere li.8.ti.4.l.14
Iter ſepulchro debitum li 8.ti.16.l.4
Itinere ad prædium li.8.ti.3.l.28
Itinere faciendo li.50.ti.19.l.3
Η ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ li.50.ti.16.l.104
Iubere caueri li.2.ti.1.l.4
Iudex datus in eodem officio l.5.ti.1.l.46
Iudex poſteaquam li.42.ti.1.l.55
Iudex ſi malè abſoluit lib.12.ti.6.l.28
Iudici ab appellatoribus lib.47.ti.10.l.42
Iudicem in prædiis diuidundis li.16.ti.3.l.21
Iudicium communi diuidundo li.10.ti.1.l.10
Iudicium finium regundorum li.10.ti.1.l.9
Iudicatæ quidem rei li.44.ti.2.l.29
Iudicatum ſolui li.46.tit.7.l.6
Iudicatum ſolui ibid.l.9
Iudicatum ſoluitur li.5.ti.1.l.58
Iulianus ait lib.2.ti.8.l.11
Iulianus ait lib.5.ti.1.l.17
Iulianus ait lib.17.ti.1.l.47
Iulianus ait li.38.ti.2.l.37
Iulianus ait li.40.ti.1.l.40
Iulianus ait lib.35.ti.1.l.45
Iulianus ait lib.31.ti.1.l.60
Iulianus ait lib.44.ti.4.l.7
Iulianus ait li.42.ti.2.l.3
Iulianus autem lib.5.ti.1.l.16
Iulianus debitor. Vide, Ælianus debitor lib. 40. titulo 1.l.10
Iulianus & Marcellus putant lib.16.ti.3.l.19
Iulianus Diophanus, Vide, Inius Diophanus li. 4. tit. 4.l.50
Iulianus de eo loquitur li.40.ti.9.l.6
Iulianus ex perſona li.13.ti.1.l.19
Iulianus libro 3. Digeſtorum li.44.ti.2.l.3
Iulianus libro 4. li.4.ti. 6.l.17
Iulianus libro 6. Digeſtorum lib.6.tit.1.l.17
Iulianus libro 8. Digeſtorum li.6.ti.1.l.37
Iulianus libro quintodecimo lib.19.ti.1.l.13
Iulianus libro ſextodecimo lib.23.ti.4.l.5
Iulianus libro ſeptimodecimo lib.39.t.6 l.2
Iulianus libro octauo decimo lib 24.ti.2.l.4
Iulianus libro viceſimoſexto lib.49.ti.2.l.42
Iulianus nec à filiofamilias libro 30.ti.1.l.10
Iulianus noſter li.35.ti.1.l.86
Iulianus putat patronum li 38.ti.2.l.43
Iulianus quoque li.28.ti.5.l.15
Iulianus ſcribit lib.29.ti.4 l.26
Iulianus ſcribit lib 27.ti.10 l.10
Iulianus ſcribit li.23.ti.3.l.20
Iulianus ſcribit li.11.ti.7.l.24
Iulianus ſcribit li.15.ti.6.l.14
Iulianus ſcribit lib.5.ti.3.l.30
Iulianus ſcribit li.10.ti.4.l.9
Iulianus verum debitorem li.12.ti.6.l.60
Iulianus Phœbus lib.36.ti.1.l.81
Iulius Paulus Numphidio li.45.ti.1.l.81
Iura conſtitui oportet lib.1.ti.3.l.3
Iura libertorum li.7.ti.14.l.4
Iura non in ſingulas perſonas li.1. ti.3.l.8
Iura prædiorum lib 8.ti.3.l.2
Iura ſanguinis lib.50.ti.17.l.8
Iure cinili receptum eſt li.35.ti.1 l.24
Iure gentium lib.23.ti.2.l.68
Iure militari li.29.ti.1.l.4
Iure naturæ æquum eſt li.50.ti.17.l.206
Iure noſtro li.26.ti.2.l.26
Iure ſocietatis lib.17.ti.2.l.82
Iure ſuccurſum eſt li.25.ti.3.l.6
Iuridico qui Alexandriæ agit lib.1.ti.20 l.2
Iuri operam daturum li.1.ti.1.l.1.
Iuriſconſultus li.38.ti.20.l.10
Iuriſgentium conuentiones li.2.ti.14.l.7
Iuris ignorantia lib.22.ti.6.l.7
Iuris ignorantiam lib.22.ti 6.l.4
Iuris Italici ſunt li.50.ti.15.l.7
Iuriſiurandi li.12.tit.2 l.32
Iuriſperitos li.27 ti 1.l.30
Iuris ratio efficit li.40.ti.1.l.25
Ius agnationis li.2.ti.14.l.34
Ius alimentorum li.27.ti.2 l.3
Ius autem ciuile eſt lib.1.ti.1.l.7
Ius ciuile eſt quod li.1.ti.1.l.6
Ius cloacæ mittendæ li.8.ti.1.l.5
Ius dandi tutores li.28.ti.3.l.3
Ius dicentis officium lib.2.ti.1.l.1
Iuſiurandum à debitore li.12.ti.2.l.40
Iuſiurandum etiam ibid.l.27
Iuſiurandum& ad pecunias lib.12.ti.2.l.34
Iuſiurandum ibid.l.17
Iuſiurandum lib.12.ti.2.l.3
Iuſiurandum li.44.ti.5.l.1
Ius noſtrum non patitur li.50.ti.17.l.7
Ius pluribus modis dicitur li.1.ti.1.l.11
Ius publicum li.2.ti.14.l.38
Ius ſingulare eſt lib.1.ti.3.l.16
Iuſſit imperator lib.16.ti.2.l.24
Iuſta cauſa manumiſſionis lib.40.ti.2.l.9
Iuſta enim an iniuſta li.43.ti.17.l.2
Iuſta interpretatione li.50.ti.16.l.201
Iuſtè poſſidet lib.41.ti.2.l.11
Iuſtitia eſt conſtans lib.1.ti.1.l.10
Iuſtiſſime ædiles retulerunt lib.21.ti.1.l.44
Iuſto errore ductus Tieius li.41.ti.3.l.44
LAbeo ait lib.2.ti.14 l.2
Labeo ait lib.33.tit.10.l.7
Labeo ait li.22.ti.2.l.2
Labeo ait li.4.ti.8.l.3
Labeo ait eod.ti.8.l.25
Labeo ait li 38.ti.3.l.19
Labeo ait li.8.ti.3.l.10
Labeo ait li.38.ti.1.l.36
Labeo ait li.8.ti.6.l.17
Labeo etiam abſenti li.12.ti.2.l.41
Labeo & Sabinus exiſtimant lib.50.ti.16.l.14
Labeo iudicat eum li. 50. ti. 1.l.5.
Labeo libro poſteriorum li.18.ti.1.l 45
Labeo libro poſteriorum lib.40.ti.7.l.21
Labeo libro poſteriorum li.18.ti.2.l.50
Labeo libro Primo li.50.ti.16.l.19
Labeo, Neratius li.41.ti.3.l.8
Labeo non poſſe ait li.23.ti.21.l.2
Labeo putat li.47.ti.6.l.6
Labeo putauit li.47.ti.4.l.3
Labeo ſcribit li.38.ti.10.l.6
Labeo ſcribit li.22.ti.1.l.1
Labeo ſcribit li.18.ti.1.l.50
Labeo ſcribit li.22.ti.2.l.64
Labeo ſcripſit li.18.ti.1.l.21
Labeo ſcripſit li.45.ti.2.l.31
Lacus ſtagna li.31.ti.1.l.12
Lana legata li.32.ti.1.l.88
Latæ culpæ finis eſt li.50.ti.16.l.215
Latinus Largus li.31.ti.1.l.83
Latinus Largus li.21.ti.1.l.56
Latinus Largus li.40.ti.8.l.9
Latrones tibi ſeruum li.49.ti.15.l.27
Lecta eſt in auditorio li.12.ti.1.l.40
Lectos emptos ædiles li.18.ti.6.l.12
Legata inutiliter data li.34.ti.4.l.14
Legata inutiliter data li.30.ti.1.l.19
Legata ſupellectilli li.33.ti.10.l.9
Legata ſub condition li.35.ti.1.l.41
Legatam municipio pecuniam li.50.ti.8.l.4
Legatarius, qui rogatus eſt li.27.tit.1.l.27
Legatarius pro parte li.30.ti.1.l.38
Legatis proconſulis li.1.ti.26.l.13
Legatis alimentis li.34.ti.1.l.6
Legatis quæ relinquuntur li.33.ti.1.l.1
Legatis quoque li.4.ti.6.l.8
Legatis ſeruis exceptis li.32.ti.2.l.65
Legatis vxori li.31.ti.1.l.35
Legato generaliter relicta li.30.ti.1.l.37
Legato qui publicum li.50.ti.5.l.12
Legato ſub conditione li.35.ti.1.l.65
Legato tempus prodeſt li.50.ti.7.l.5
Legatorum nomine l.41.ti.7.l.17
Legatorum nomine ſatiſdari li.36.ti.3.l.1
Legatorum petitio li.31.ti.1.l.33
Legatum ciuitati relictum li.33.ti.2.l.16
Legatum eſt donatio li.31.ti.2.l.36
Legatum eſt deliberatio hereditatis li.30.ti.1.l.116
Legatum in annos ſingulos l.4.ti.5.l.10
Legatum ita erat li.30.ti.1.l.105
Legatum ita dominium li.81.ti.1.l.80
Legatum ita eſt li.33.ti.1.l.17
Legatum nulli alij li.34.ti.4.l.21
Legatum ſeruo delatum li.30.ti.7.l.7
Legatum ſub conditione li.34.ti.1.l.95
Legatum ſub conditione li.34.ti.4.l.24
Legatus antequam li 59.ti.7.l.10
Legatus Cæſaris li.1.ti.18.l.20
Legatus contra rempublicam li.50.ti.7.l.2
Legatus creatus li.50.tit.7.l.12
Legatus mandata li.1.ti.16.l.12
Legatus muncipalis li.54.ti.7.l.1
Legaui Titio li.34.ti.3.l.25
Lege agraria li.47.ti.21.l.3
Lege Aquilia li.9.ti.2.l.2
Lege autem municipalia li.50.ti.9.l.3
Lege Cornelia cauetur li.29.ti.5.l.25
Lege Cornelia cauetur li.48.ti.10.l.6.
Lege Cornelia teſtamentaria li.4.tit.10.l.30

Lege Cornelia de ſicariis inf. lib.48.t.8.l.1
Lege Cornelia ij. ibid.l.4
Lege duodecim tabularum l.26.t.2.l.2
Lege duodecim tabularum lib. 27.ti.20.l.1
Lege Falcidia interueniente lib.35.ti.2.l.7
Lege Fauia tenetur li.48.ti.15.l.4
Lege Fauia prohibetur l.48.t.1.l.12
Lege fundo vendito dicta l.18.t.3.l.5
Lege Iulia de annona l.48.t 12 l.2
Lege Iulia de vi publica j.l.48.t.6.l.1
Lege Iulia ij. ibid l.7
Lege Iulia iij. ibid. l.8
Lege Iulia iudiciorum l. 22,t.5.l.4
Lege Iulia Petronia. Vide, Lege Iunia Petronia
Lege Iulia peculatus l.48.t.13.l.1
Lege de reſiduis l.48.t.13.l.2
Lege Iulia peculatus eod. t.l.4
Lege Iulia repetundarum j.l.48.t.11.l.1
Lege Iulia ibid l. 3
Lege Iulia ita cauetur l.23.t.2.l.44
Lege Iunia Petronia l.40.t.1.l.24
Lege obuenire l.50.t.16.l.120
Lege Papia cauetur l.23.t.2.l.23
Lege Pompeia parricidiis l.48.t.9.l.1
Lege Rhodia cauetur l.14 t.2.l.1
Legis Aquiliæ l.9.t 2 l.54
Legis Falcidiæ l.35.t.2.l.58
Legis Fauiæ l.48.t 15.l.3. Alias legis Flauiæ
Legis Iuliæ l.48 t.7.l 4
Legis virtus l.1.t.3.l.7
Legitima conuentio l.2.t 14.l.6
Legitimæ tutelæ l.26.t.4.l. 1
Legitimam hereditatem l.5.t.3.l.8
Legitimam tutelam l.6.t. 1.l.2
Legitimis capite diminutis l.38.t.8.l.5
Legitimos tutores l.26 t. 4.l.5
Leuia crimina audire l.48.t.2.l.6
Leuiſſima libertatis conditio l.35.t.1.l.35
Lex Aquilia l.9.t.2.l.1
Lex Cornelia de iniuriis l.47.t 10.l.5
Lex Cornelia l.28 t 6.l.8
Lex de vectigali fundo l.20.t.1.l.31
Lex duodecim tabularum l.48.t.4.l.3
Lex duodecim tabularum l 47.t.3.l.1
Lex eſt commune præceptum l.1. t.3.l.1
Lex Falcidia lata eſt l.35.t.2.l.1
Lex Falcidia ibid. l.47
Lex Iulia de repetundis l.48.t.11.l.7
Lex Iulia quæ de dotali l.23.t 5.l.4
Lex naturæ hæc eſt l.1 t.5.l.24
Libellorum inſcriptionis l.48.t.2.l.3
Liber homo l.2?.t 5.l.58
Liber homo ſuo nomine l.9.t.2.l.13
Liber homo ſi iuſſu l 9.t 2.l.37
Liber homo in ſtipulatu l.45.t.1.l.103
Liber homo, qui bona fide l.41.t.1.l.19
Liber homo, qui bona fide l.45.t.1.l.118
Liber homo l.45.t.3.l.20
Liberis etiam hominibus l.40.t.12.l.7
Liberis exhæredatis l.44.t 4.l.12
Liberis omnibus legauit l.35.t.1.l.108
Liberali cauſa. Nunc incipit, Si in obſcuro l. 4. t.12 l.41
Liberalitatis in remp. l.22.t.1.l.16
Liberationem l.34.t.3.l.3
Liberationis verbum l.50.t.16.l.47
Libera peculij l.15.t.1.l.18
Liberi adſidere poſſunt l.1 t.21.l.2
Liberi hominis emptionem l.18. t 1.l.70
Liberi patroni l.38.t.4.l.8
Liberis l.48.t.20.l.8
Liberorum appellatione l.50 t. 16.l.220
Liberorum autem & parentum l.3.t.2.l.11
Liberos, qui adrogatum l.4.t.5.l.3
Liberos ſenatorum l 1.t.9.l.10
Liberum arbitrium eſt l.1 t.7.l.28
Liberum eſt ei qui l.11.t.7.l.9
Libertas ad tempus dari non poteſt lib. 40. titul. 4 l.33
Libertas eſt naturalis l 1.t.5.l. 4
Libertas inæſtimabilis res eſt l.50 t.17.l.106
Libertas omnibus rebus fauorabilior l. 50. titul. 17 l. 122
Libertas quæ l.40.t 4.l 16
Libertas teſtamento l.40.t.4.l.38
Libertate ſub conditione l.40.t.4.l.35
Libertate ſeruo l. 0.t.7. l.26
Libertates directæ l.40.t.4. l.43
Libertates etiam l.40.t.5.l.16
Liberta ingrata non eſt l.37.t.15.l.vlt.
Liberta maior l.38.t.1.l.35
Liberta quæ voluntate l.24.t.3.l.35
Liberta ſi in concubitu l.38.t.1.l.46
Libertus a patrono l.2 t.4.l.14
Libertus aduerſus patronum l.2.t.4.l.15
Libertus eum fraudandi l.38.t.5.l.12
Libertus negotiatoris l.38.t.1.l.45
Libertus non aliis l.26.t.5.l.14
Libertus propter patronum l.50.t.1.l.17
Libertus qui in priore l.34.t.4.l.29
Libertus, qui operarum l.38.t.1.l.41
Libertus, qui poſt ibid.l.15
Libertus qui ſoluendo li.38.ti.2.l.36
Libertus quoque ſi fraudulenter li 26.t.2.l.10
Libertus ſenatoris l.27.t.1.l.43
Libertus ſub conditione li.8.ti.2.l.20
Liberti appellatione l.50.t.16.l.172
Liberti aſſidere poſſunt l.1.t.22.l.2
Liberti omnes l.37.t.14.l.2
Liberto & filio l.37.t.15.l.9
Liberto octoginta habenti l.38.t.2. l. 26. de bonis libert.
Liberto, per obreptionem l.38.t.2.l.49
Liberto ſine liberis mortuo ibi.t.2.l.17
Liberto ſuo ita legauit l.33.t.2.l.21
Liberto vel amico l.3 t.5.l.31
Libertum, Vide ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ lib. 27. titul. 1 l.14
Libertum curatoris l.23.t.2.l.37
Libertum eundem tutorem l.23.t.2.l.64
Libertis libertabuſque. Hæc l.eſt §.1.l.16.l.34.t.1
Libertis omnibus legauit l.35.t.1.l.108
Libertis quos teſtamento l.34.t.1.l.18
Libertinus ſi ius annulorum l.40.t.10.l.6
Libertinus libert nam l.23.t.2.l.8
Libertinus, qui patronum l.38.t.2.l.5
Libertini ſunt l.1.t.5.l.6
Libro memorialium l.50.t.16.l.144
Librorum appellatione l.32.t.1.l.52
Licet autem prætor l.4.t.8.l.15
Licet autem venditori l.18.t.2.l.7
Licet capitalis l.50.t.16.l.103
Licet deponere l.16.t.3.l.17
Licet dubitatum antea fuit l.40.t.12.l.44
Licet extra ædes ſint l.18.t.1.l.48
Licet famoſæ non ſint l.37.t.15.l.7
Licet fugæ tempore l.40.t.12.l.11
Licet fur paratus l.23.t.1.l.20
Licet gratis nauigaueris l.4.t.9 l.9
Licet Imperator noſter l.30.t.1.l.74
Licer in popularibus actionibus l.3.t.3.l.42
Licet in prædiis l.20.t.2.l.6
Licet inter geſta l.50.t 16.l.58
Licet malæ fidei poſſeſſor l.8.t.6.l.24
Licet manente in matrimonio l.23.t.4.l.18
Licet minimam l.5.t 3.l.10
Licet mulier l.37.t.10.l.2
Licet multo minus l.7.t 1.l.14
Licet neque ſeruum l.41.t.2.l.45
Licet placeat l.33.t.4.l.15
Licet pro herede l.29.t.4.l.2
Licet ſoleat dos l.23.t.3.l.43
Licet tamen prætor l.15.t.1.l.3
Licet teſtatori repetere l.33.t.2.l.23
Licet transferam l.14.t.4.l.20
Licet vnum procuratorem l.5.t.1.l.56
Licet vt non petatur l.36.t.3.l.12
Licere vnicuique l.46.t.9.l.12
Licitatio vectigalium. Vide, Locatio vectigalium
Licinius Lucuſta l.31.t.1.l. 8
Licinius Rufinus l.40.t.13.l.4
Ligni appellatio l.32.t 1.l.55
Liminarchæ & ſtationarij l.11.t.4.l.4
Lineam margaritorum l.35.t.2.l.26
Lines & labra l.19.t.1.l.15
Lis nulla vobis eſſe poteſt l.5.t.1.l.4
Litis æſtimatio l.41.t.4.l.3
Litis conteſtatæ l.22.t.1.l.55
Litis conteſtatæ tempore l.3.t.5.l.37
Litis nomen l.50 t.16.l.36
Lite conteſtata vſuræ currunt l.22.t.1.l.35
Litigatores ierint l.4.t 8.l.11
Litigioſam rem non facit l.44.t.6.l.1
Literæ quibus hæreditas l 29.t.7.l.17
Litus eſt l.50.t.16.l.96
Litus publicum eſt l.50 t.16.l.112
Litora quæ fundo l.18.t.1.l.51
Litora quę populus Rom.l.43.t.8.l.3
Locare ſeruitutem nemo poteſt l.19.t.2.l.44
Locatio & conductio j.l.19.t.2.l.1
Locatio & conductio ij.ibid.l.2
Locatio precariiue rogatio l.19.t.2.l.4
Locatio vectigalium l.39.t.4.l.9
Locus certus ex fundo l.41.t.2 l.26
Locus eſt non fundus l.50.t.16.l.60
Loci corpus l.8.t.5.l.4
Locum autem religioſum l.7 t.2.l.17
Locum habet hoc interdictum l.43.t.5.l 3
Locum in quo ſeruus l.11.t.5.l.2
Longa poſſeſsione lib.11.ti.8.l 4. legitur & Longa poſſeſſio.
Longæ poſſeſsionis l.44.t 3.l.13
Longe magis dandum eſt l.27.t.4.l.2
ΛΟΥΚΙΟΣ ΤΙΤΙΟΣ T l.Ω l.8 t.3.l.37
Lucius & Titia fratres l.10.t.2.l.38
Lucius Titius accepta l.19.t.1.l.47
Lucius Titius l.16.t 3.l.27
Lucius Titius l.3 t.2.l. 21
Lucius Titius l. 16.t.3.l.24
Lucius Titius l. 14.t.1.l.7
Lucius Titius l.20 t.6.l.18
Lucius Titius l.17.t.1.l.38
Lucius Titius lib.28.ti.5.l.53
Lucius Titius li.18.ti 5.l.85
Lucius Titius li.14.ti.3.l.20
Lucius Titius l.28.t.6.l.45
Lucius Titius l.5.t.3.l.47
Lucius Titius l.13.t.5.l.35
Lucius Titius l.20.t.4.l.18
Lucius Titius l.33.t.7.l.28
Lucius Titius l.24.t.3.l.38
Lucius Titius l.34.t.5.l.12
Lucius Titius l.35.t.1.l.83
Lucius Titius l.34.t.3.l.12
Lucius Titius l.30.t.1.l.123
Lucius Titius l.31.t.1.l.22
Lucius Titius l.36.t.1.l.78
Lucius Titius l.26.t.7 l.21
Lucius Titius l.26.t.7.l.46
Lucius Titius l.32.t.1.l.93
Lucius Titius l.21.t.2.l.11
Lucius Titius l.40.t.5.l.14
Lucius Titius l.29.t.1.l.40
Lucius Titius l.40.t.4.l.53
Lucius Titius l.28.t.3.l.20
Lucius Titius. Vide ΛΟΥΚΙΟΣ ΤΙΤΙΟΣ
Lucius Titius §.1.eſt l.6.l.34.t.2
Lucius Titius l.40.t.5 l.40
Lucius Titius l.40.t.5.l.56
Lucius Titius l.48.t.16.l.17
Lucius Titius l.49.t.14.l.9
Lucius Titius l.49.t.1.l.28
Lucius Titius l.49.t.1.l.24
Lucius Titius l.50.t.1.l.21
Lucius Titius l.46.t.1.l.24
Lucius Titius l.39.t.5.l.32
Lucio Titio fundum l.31.t.1.l.23
Lucio Titio l.44.t.7.l.29
Lucio Titio l.43.t.20 l.14
Lumen l.8.t.2 l.16
Luminum eo 11 l.4
MAeuius cui fundus li.35.t.1.l.55
Mæuius fundum mihi l.3.t.1.l.66
Mæuius qui nos heredes fecit l.10.t.2.l.52
Mæuio fundi partem l.31.t.1.l.41
Mæuia decedens l.40.t.4.l.44
Mæuia marito ſuo l.24.t.3.l.49
Mæuia nepotem l.33.t.1.l.13
Magis puto l.27.t.9.l.5
Magiſtratus à curatoribus l.27.t.8.l.8
Magiſtratus municipales l.50.t.1.l.25
Magiſtratus Reipublicæ l.50.t.8.l.6
Magiſtratum apud quem l.1.t.7.l.4
Magiſtratibus municipalibus l.2.t.1.l.12
Magna negligentia eſt l.50.t.16.l.226
Maieſtatis crimine l.48 t.4.l.10
Maiore parte anni l.50 t.16.l.156
Maiorem eſſe l.2 t.14.l.8
Maiores xx annis l.40 t.13.l.1
Maiores lxx annis l.50.t.6.l.3
Malum nauis l.50.t.16.l.242
Mancipia mater l.40.t.8 l.8
Mancipiorum electio l 33. t. 5.l.6
Mandatam ſibi iuriſdictionem l.1.t.21.l.5
Mandaſti filio meo l.3.t.5.l.46
Mandata iuriſdictione l.1.t.21 l.2
Mandatum diſtrahendorum l.17.t.1.l.59
Mandatum inter nos l.17.t.1.l.2
Mandatum generali l.3.t.3.l.60
Mandatis cauetur l.48.t.17 l.5
Mandatis cauetur l.22.t.5.l.25
Mandatis principalibus l.47.t.22.l.1
Mandatis principalibus, quæ l.48.t.19.l.35
Manifeſtæ turpitudinis l 12.t.2.l 38
Manumiſſio per lictores l.40.t.2.l.23
Manumiſsiones quoque l.1.t.1 l.4
Manumiſſus l. 8.t.22.l 13
Manumittere deportatum l.48 t 22.l.2
Marcellus ait. Vide Marcellus definit
Marcellus apud Iulianum l.50 t.26.l.9
Marcellus autem l.36.t.1.l.3
Marcellus definit l.50.t.17.l.66
Marcellus l.4. Digeſtorum l.6.t.1.l.3
Marcellus libro ſeptimo l.24.t 1.l.45
Marcellus libro octauo l.25.t.2.l.11
Marcellus notat. Vide, Interdum & propter hoc lib 15 titulo 3 .lege 14. Vide præterea l.60. libro 50. titul. 17
Marcellus notat l.39.t.6.l 15
Marcellus ſcribit l.21.t.3.l.1
Marcellus ſcribit l.46.t.1.l.25
Marcius domum faciendam l.19.t.2 .l.59
Maritus dotem l.24.t.3.l.52
Maritus facere poſſe l.24.t.3.l.54
Maritus quidam heres l.48.t.18.l.20
Maritus vxori ſuæ l.22.t.l.48
Maritus vxori ſuæ l.33.t.5.l.24
Maritus res l.35.t.2.l.93
Mariti lenocinium l.48.t.5.l.29
Marito quoque adulterium l.48 t.5 l.24
Maritum in id quod l.24.t.3.l.12
Maritum ſuum & filium l.35 t.2.l.15
Maritus fundum. Vide Attius fundum l.41. t.1.l.35

SGCB2021

Maſurius ſcribit Vide, Libro memorabilium li. 50. ti. 16. l. 143
Mater autem ſfamilias li. 48. ti. 5. l. 10
Mater cum filiæ aurum libro 83. ti. 3. l. 34
Mater decedens libro 5. tit. 2. l. 19
Mater filij ſubrepti li. 47. ti. 2. l. 38
Mater filio ſuo coheredes libro 35. ti. 1. l. 93.
Mater ſecundis tabulis libro 29 ti 4. l. 27
Matris ſollicitudo libro 26. ti. 6. l. 1
Matris inteſtatæ lib. 38 ti. 17. l. 4
Matrem & auunculum libro 36. ti. 1. l. 80
Matrimonij cauſa manumitti l. 40. t. 9. l. 21
Matrimonij cauſa l. 23. t. 2. l. 51
Maximeque etiam l. 26. t. 7. l. 29
Maximum remedium l. 12. t. 2. l. 1
Mea res ſub conditione l. 31. t. 1. l. 98
Medicus libertus l. 38 t. 1. l 26
Medicus cui. Vide, Si medicus cui curandos li. 50. ti. 13. l. 3
Medicus ſuo conturbernali l. 34. t. 2. l. 40
Medicorum intra numerum l. 50. t. 9. l. 1
Mela ait li. 34. t 1. l. 14
Melior conditio noſtra l. 50. t. 1. l. 133
Meminiſſe oportebit l. 1. t. t. 16 l 10
Meminiſſe oportebit l. 47. t. 2. l. 91
Menſores hereditarios l. 27. t. 1. l. 26
Meorum & tuorum appellatione l. 50. t. 16. l. 91
Mercedes plane l. 5. t. 3 l. 29
Mercis appellatio l. 50. t. 16. l. 66
Mercis appellatione eod. t l. 207
Merito autem adiectum eſt l. 17. t. 2 l. 51
Merito ex iuſſu domini l 15. t. 14. l 1
Merito Iulianus reſpondit l. 43. t. 16 l. 19
Metrodotum cum l. 48. t. 19. l. 40
Metus autem cauſa l. 4. t. 6. l. 3
Metum accipiendum l. 4. t. 2. l. 5
Metum autem non vani hominis l. 4. t. 2. l. 6
Metum præſentem libro 4. t. 2. l. 9
Miles ad ſororem epiſtolam l. 31. t. t. 1. l. 75
Miles commeatu accepto l. 4. t 6. l. 34
Miles filiusfamilias l 29. t. 1. l. 22
Miles filiusfamilias l. 49. t. 17. l. 5
Miles ita heredem l. 29 t. 1 l. 1
Miles præcipua habere debet l. 49. t. 17. l. 4.
Miles qui cum adultero l 48. t. 5. l. 11
Miles qui in furto Valneario l. 47. t. 17. l. 3
Miles qui in commeatu agit l. 39. t. 16. l. 1
Miles qui ſub armata l 42. t. 1. l. 6
Miles ſi dum paganus l. 35. t. 2 l. 96
Miles ſi teſtamentum l. 29. t. 1. l. 35
Militis codicillis l. 29. t. 1 l. 36
Militi, qui capite l. 48 t. 12. l. 1
Milites agrum l. 49. t. 16. l. 13.
Miles enim l. 29. t. 1 l. 12
Milites etiam l 29. t. 1. l. 5
Milites omnes l. 4. t. 6. l. 45
Milites plane l. 1. t. 6. l. 7
Milites prohibentur prædia comparare libro 49. tit. 16. l. 9
Milites ſi omiſerint l. 48. t. 3. l. 12.
Militum delicta l. 49. t. 16. l. 2
Militibus liberam lib. 29 t. 1. l. 1
Mille paſſus l. 50. t. 16. l. 154
Minicius interrogatus l 6 t. 1. l. 61
Minimè maiores l. 11. t. 7. l. 35
Minimè ſunt mutanda libro 1. t. 3. l 23
Minor annis vigintiquinque l. 4. t. 4. l. 40
Minor autem magiſtratus ibid. 18
Minor etiam ibid. l. 8
Minor ſe in id l. 4. t. 4. l. 48
Minor xxv. annis l 4. t. 4 l. 36
Minor 25. annis l. 3. t. 3. l. 51
Minor 25. annis l. 4. t. 4. l. 32
Minor vigintiquinque annis ij. ibid. l 36
Minor vigintiquinque l. 21 t. 21. t. 2. l. 39
Minor vigintiquinque annis l. 27. t. 6. l. 4
Minorem annis xij. l. 23. t. 2 l. 4
Minori xxv. annis ſuccurritur l. 27 t. 6. l 4
Minoribus xxv. annis l. 4. t 4. l. 6
Minus autem audiens poteſt l 26. t. 4 l. 11
Minus eſt actionem habere, quam rem l. 50. t. 17. l. 204
Minus ſolutum intelligitur l. 50. t. 16. l. 32
Miſſo legatario l. 41 t. 4. l. 13
Modeſtinus reſpondit l. 46. t. 3 l. 76
Modeſtinus reſpondit l. 50 t 16. l. 105
Modeſtinus reſpondit l. 34. t. 4. l 19
Modeſtinus reſpondit l 39 t 6. l. 23
Modeſtinus reſpondit l. 44. t. 1. l. 10
Modeſtinus reſpondit l. 38 t 8. l 8
Monumentum generaliter l. 11. t 7. l. 42
Mora fieri intelligitur l. 22. t. 1. l. 32
Mora fideiuſſori l. 45 t. 2. l 88
More maiorum l. 1. t. 1. l. 5
More noſtræ ciuitatis l. 29. t. 2. l. 8
More Romano dies l. 2. t. 12 l. 8
Moribus apud nos receptum eſt l. 24 t. 1. l. 1
Moribus introductum eſt l. 48 t. 6. l. 2
Moribus ſonticus eſt l. 50. t 16. l. 113
Moris eſt, aduocationibus l. 4. t. 13. l. 9.
Mortis cauſa capimus l. 39. t. 6. l. 15
Moris cauſa capitur eo, t. 1. l. 31
Mortis cauſa filij lib. 39. t. 6. l. 11
Mortis cauſa donare licet l. 39. t. 6. l. 3
Mortis cauſa donatio ibid. l. 1
Mortis cauſa donatio ibid. l. 16
Mortis cauſa donatio ibid. l. 34
Mortis cauſa ſeruum l. 17. t. 1. l. 15
Mortis ſuæ cauſa l. 2. t. 1. l. 53
Mortuo boue, qui l. 31. t 1. l. 49
Mortuo patre l. 36. t. 2. l. 1
Mortuo herede l. 40. t. 7. l. 15
Mortuo iudice l. 5. t. 1. l. 60
Mortuo reo promittendi l. 46. t. 1. l. 22
Moſchis quædam l. 49. t. 14. l. 47
Mouentium item mobilia l. 50. t. 16. l. 93
Mutianæ cautionis l. 35 t. 1. l. 7
Mulier an maſculus l. 36. t. 1. l. 41
Mulier bona l. 23. t. 3. l. 72
Mulier fundos l. 18. t. 3. l. 8
Mulier habebit l. 25. t. 2. l. 7
Mulier in dotem dedit l. 20. t. 4. l. 19
Mulier opus ſalinarum l. 49. t 15. l. 6
Mulier liberis l. 26. t. 3. l. 2
Mulier quæ dotem l. 45. t. 1. l. 70
Mulier, quæ duobus l. 36. t. 1. l. 22
Mulier, quæ falſi l. 48. t. 16. l. 4
Mulier quæ viro ſuo l. 28. t. 7. l. 20
Mulier ſi in rem l. 9. t. 2. l. 56
Mulieris appellatione l. 50. t. 16. l. 13
Mulieri & pupillo l. 47. t. 23. l. 6.
Mulieri & Titio l. 35. t 1. l. 74
Mulierem abſenti l. 23. t. 2. l. 5
Mulierem propter l. 48. t. 2. l. 13
Mulierem, quæ ſtupro l. 34. t. 9. l. 14
Mulierem intereſt l. 45. t. 1. l. 34
Multum intereſt conditio l. 35. t. 1. l. 21
Multum intereſt ſub l. 18. t. 4. l. 19
Multa teſtamento l. 35. t. 1. l. 6
Multi non notæ cauſa l. 28. t. 2. l. 18
Multo magis proderit l. 12. t. 2 l. 24
Munerum ciuilium l. 50. t. 4. l. 18
Munerum ibid. l. 1
Municeps eſſe deſinit l. 50. t. 1. t. l. 23
Municipem aut natiuitas l. 50. t. 1. l. 1
Municipes intelliguntur l. 50 t 1. l. 14
Municipes intelligendi ſunt l. 50. t. 16. l. 228
Municipio. Vide Municipiis
Municipij lege ita cautum eſt l. 50. t. 9. l. 6
Municipiis l 36. t. 4. l. 10
Municipibus plenum ius l. 38. t. 3. l. 1
Municipibus ſi iuraſſent l. 35 t. 1. l. 97
Munus tribus modis dicitur l 50. t. 16. l. 18
Munus propriè eſt l. 50. t. 16. l. 214
Mutari debet l 3. t. 3. l. 24
Mutius interrogatus. Vide ſupra, Municius interrogatus
Mutius libro quartodecimo l. 17. t. 2. l. 30
Mutianæ cautionis. Vide, Mutianæ cautionis
Mutus & ſurdus l. 3. t. 3. l. 43
Mutus, ſurdus, cæcus l. 23. t. 3. l. 73
Mutus, ſurdus, cæcus l. 37. t. 3. l. 2
Muto itemque mutæ l. 25. t. 1. l. 6
Mutum morboſum eſſe l. 21. t. 1. l. 9
Mutum nec non ſurdum l. 29. t. 2. l. 5
Mutum damus l. 12. t. 1. l. 1
Nam abſurdum videtur l. 38. t. 2. l. 7
Nam ad ea potius l. 1. t. 3. l. 5
Nam ad licitationem l. 10. t. 2. l. 6
Nam aliter obſeruantibus l. 33. t. 6. l. 12
Nam ciuium Romanorum l. 1. t. 6. l. 4
Nam cum ad heredem l. 36. t. 2. l. 3
Nam cum deficiant vulgaria l. 19. t. 5. l. 2
Nam cum filiofamilias l. 47. t. 1. l. 16
Nam cum libertas l. 38. t. 2. l. 8
Nam cum tractu l. 27. t. 2. l. 2
Nam cum vterque l. 2. t. 7. l. 2
Nam vterque l. 45. t. 3. l. 12
Nam ei vt indigno l. 39. t. 5. l. 30
Nam & certa officia l. 4. t. 5. l. 6
Nam & cum eo. l. 10. t. 4. l. 4
Nam & Demoſthenes orator l. 1. t. 3. l. 2.
Nam & fœminæ l. 1. t 7. l. 21
Nam & fructuarius l. 7. t. 9. l. 2
Nam & his qui non l 5. t. 2. l. 5
Nam & Imperator Antoninus l. 24. t. 1. l 41
Nam & ipſum ius honorarium l. 1. t. 1. l. 8
Nam & mali ſerui l. 11. t. 3. l. 7
Nam & maritus l. 12 t. 6. l. 9
Nam & nocere conſtat l. 2. t. 14. l. 12
Nam & plerique pueros l. 14. t. 3. l. 8
Nam & præcipitata l. 47. t 2. l. 51
Nam & Seruius l. 4. t. 5. l. 21
Nam & ſi actor ſcit. l. 6. t. 1. l. 26
Nam & ſi fur nummos l. 12. t 1. l. 13
Nam & ſi præcipitata. Vide, Nam & præcipitata
Nam & ſi obligatus ſo uero l. 1. t 7. l. 10
Nam & ſi parentibus l. 3. t 1. l 15
Nam & ſi ramos l 43 t. 21. l. 9
Nam & ſi ſeruus l. 43 t. 24. l 14
Nam & ſi ſub conditione l. 28. t. 3. l. 8
Nam fructuarius l. 7. t. 9. l. 2
Nam hoc modo l. 18. t. 4. l. 11
Nam hoc natura æquum eſt l. 12. t. 6. l. 14
Nam Imperator noſter l. 1. t. 3. l. 38
Nam in bona caſtrenſia l. 29. t. 1. l 30
Nam in honorem matrimonij l. 25. t. 2. l. 2
Nam inter ſe agere l. 15. t. 1. l. 20
Nam is nullam l. 4. t. 3. l. 6
Nam ita D. Marcus l. 1. t. 7. l. 39
Nam legem commiſſoriam l. 18. t. 3. l. 3
Nam Iulius l. 9. t. 2. l. 10
Nam magiſtratus l. 4. t. 8. l. 4
Nam emancipatus l. 30. t. 1. l 89
Nam ne id quidem l. 32. t. 1. l. 48
Nam origo huius rei l 43 t. 24. l. 8
Nam poſteaquam l. 12. t. 2. l. 9
Nam quæ acceſsionum l. 33. t 8. l. 2
Nam quem ſine liberis l. 30. t. 16. l. 149
Nam quod ad ius publicum attinet lib. 36. l. 14
Nam quod liquidæ materiæ l. 33. t. 9. l. 4
Nam reipub. intereſt l. 39. t. 1. l. 4
Nam ſalutem Reipu. tueri l. 1. t. 15. l. 3
Nam ſatis eſt fundi l. 8. t 6. l. 6
Nam ſecundum conſtitutionem l. 37. t. 5. l. 7
Nam ſi actor ſc. l. 6. t. 1. l. 26
Nam ſi cum moriar lib. 12. t. 6. l. 17
Nam ſicut repudiante l. 9. t. 2. l. 36
Nam ſi hoc verum eſſet l 15. t. 3. l. 6
Nam ſi miles iure. vide. Si miles iure l. 28
Nam ſi non fuit l. 39. t. 2. l. 37
Nam ſoci, mei ſocius l. 17. t. 2. l. 20
Nam ſufficit periurii l. 4. t. 3. l. 22
Nam tertium l. 28. t. 5. l. 16
Nam vt ait Pædius l. 1. t. 3. l. 13
Nam poſt mortem patris l. 39. t. 7. l. 6
Notorum appellatio. Vide H ΤΩΝ ΤΕΚ... 50. t. 16 l. 104
Natura cauillationis lib. t. 16. l. 177
Natura enim rerum l. 19. t. 5. l 4
Naturalis meus filius l. 19. t. 5. l. 5
Naturali filio l. 26. t. 3. l. 7
Naturalem autem l. 41. t. 1. l. 5
Naturales obligationes l. 44. t. 7. l. 10
Naturaliter etiam ſeruus l. 12. t. 6. l 13
Naturaliter interrumpitur poſſ. l. 41. t. 3. l. 5
Naturaliter videtur l. 41. t. 2. l. 12
Nauis aduerſa tempeſtate l. 14. t. 2. l. 6
Nauis onuſtæ leuandæ cauſa l. 14 t. 2. l. 4
Naue aut domo empta l. 21. t. 2. l. 36
Nauibus longis l. 49. t. 15. l. 2
Nauicularij & mercatores l. 50. t. 4. l. 5
Nauta & caupo l. 4. t. 9. l 5
Ne corpora aut oſſa l. 11. t. 7. l. 38
Ne cum filiofamilias l. 47 t. 2. l. 16
Ne ex dolo ſuo lacrentur l. 4. t. 3. l. 12
Ne in aliena poteſtate l. 43. t. 24. l. 2
Ne in plures l. 14. t. 1. l. 2
Ne in poteſtate ſi l. 4. t. 8. l. 26
Ne libertate ſua l. 42. t 1. l. 50
Ne piſcatores nocte l. 47. t. 9. l. 10
Ne præſidis. Vide, Nec præſidis
Ne procuratores Cæſaris l. 19. t. 14. l. 30
Ne quid ex naufragij l. 47. t. l. 7
Ne quis meſsium l. 2. t. 12. l. 1
Ne quis receptam l. 48. t. 3. l. 10
Ne quorundam l. 40. t. 16. l. 1
Ne ſatiſdatio l. 46. t. 8. l. 21
Nec adiecit Sabinus l. 17. t. 2. l. 9
Nec adoptare poteſt l. 1. t. 16. l. 3
Nec aduerſus cohæredes l. 16. t. 3. l. 10
Nec ære alieno deducto l. 11. t. 7. l. 26
Nec amplius concedendum l. 35. t. 2. l. 2
Nec audiendus eſt patronus l. 38. t. 1. l. 17
Nec ciuitatis auctor l. 3. t. 3. l. 74
Nec ei permittitur l. 1. t. 7. l. 17
Nec emptio, nec venditio l. 8. t. 1 l. 8
Nec enim amplius l. 12. t. 7. l. 23
Nec enim quod creſcit l 13. t. 5 l. 20
Nec enim ordo ſcripturæ l. 46. t. 3. l. 6
Nec eſſet eis ſtudium l 24. t. 1. l. 2
Nec ex prætorio l. 50. t. 17. l 27
Nec filio patroni l. 40. t. 11. l. 4
Nec fideicommiſſa l. 32 t. 1. l. 36
Nec id iniquum eſt l. 29. t. 4. l. 15
Nec ille deſinit tutor eſſe l. 26. t. 6. l. 16
Nec in ea lege l. 48. t. 5. l. 22
Nec in furioſum commodati actio l. 13. t. 6. l. 1
Nec intereſt liberos l. 48. t. 7. l. 3
Nec intereſt mihi l. 5. t. 6. l. 3
Nec intereſt pecuniam l. 16. t. 1. l 5
Nec intereſt l. 35. t. 2. l. 51
Nec ipſa dotem fratribus l. 37. t. 7. l. 7
Nec is qui non l. 29. t. 2. l. 17
Nec liceat domino l. 39. t. 3. l. 2
Nec magiſtratus licet l. 47 t. 10. l. 32
Nec mandante præſide l. 26. t. 5 l. 8
Nec manifeſtum furtum l. 47. t. 2. l. 8
Nec militi minori l. 46. t. 1. l. 3
Nec mi item l 26. t. 2. l. 2
Nec minus etiam l. 17. t. 2. l. 24
Nec non & ſi quis de cauſa l. 4. t. 6. l. 28

ec non ignorantii & inuito li.26. tit.5.l.6
ec non illud ſciendum li.28.ti.8.l.3
ec nouum li.12. ti.6.l.5
ec per liberos ſuos li. .ti. .l.2
ec preſidis quidem nomen li.50.ti.10.l.4
ec pr termittendum li.17.ti 2. l.57
ec pretiis manumiſſorum li. 1.ti.7.l.25
ec quaſi Publicianam li.6. ti. .l.70
ec quicquam facere li. 4.ti. .l.3
ec quicquam in prouincia li. .ti. 16 l.9
ec quicquam intereſt li.17.t.2.l.56
ec refert l.16.t. l 11
ec ſemel diem ibid.l. 12
ec ſeruus quicquam debere poteſt li.15. ti.1.l.41
ec ſerui corrupti agetur l.37.t.15.l.6
ec ſi fortè velit pater l.36.t.3.l.2
ec ſolum ignorantia l.22. t.6.l.5
ec ſolum ſi fraude heredis l.34.t.5.l.3
ec timorem infamiæ li.4.ti. .l.7
ec vllam aliam cauſam l.5.t.3.l.13
ec vſus. nec li.33.ti.2.l.1
ec vtilem actionem li.4 ti.5.l 20
ecare videtur l.25.t.3 l.4
eceſſariis heredibus libro 29.t.2.l 57
eceſſarios heredes li.29 ti 5.l.5
eceſſario faciendum li.18. t.6. l.8
eceſſarium itaque nobis li.1.t.2.l.2
eceſſe autem habebit li.18.t.2.l.8
egat lex Regia ti.11 ti.8.l.2
egotiorum geſtor li.49.ti.1.l.24
egotiorum geſtorum condemnatus libro 48. tit. 2. l.64
emo alieno nomine l.50.t.17.l.123
emo damnum facit li.50.ti 17.l.151
emo de domo li.50.ti.17.l.103
emo dubitat l.28.ti.5 l.58
emo dubitat li.50.ti 17. l.95
emo enim commodando li.13. ti 6.l.9
emo enim perſequendo li.50.ti.17.l.87
emo enim propriis li.8.ti.2.l.39
emo eſt qui neſciat libro 45.ti.2.l.5
emo ex his qui negant li.50.ti. 17.l.43
emo ex ſociis li.17.ti.2. l.68
emo ideo obligatur l.50.ti.17. l.171
emo igitur ad litus libro 1.ti.8.l.4
emo paciſcendo li. 2.ti.14.l.61
emo plus commodi libro 50.ti.7.l.120
emo plus iuris libro 50. ti.17. l.54
emo poteſt li.17.ti.2. l.35
emo poteſt li.41 ti 7.l.6
emo poteſt li.41.ti.8.l.7
emo poteſt gladii poteſtatem li.50.ti.71.l.70
emo poteſt in teſtamento libro 30 ti.1.l 55
emo poteſt mutare conſilium li.50.ti.17.l.75
emo prædo eſt l.50.ti.17.l.126
emo prohibetur libro 34.ti.1.l.8
emo qui condemnare poteſt li.50.ti.17.l.37
emo rem ſuam vtiliter libro 45.ti 1.l.82
emo rem ſuam futuram li.45.ti.1. l.87
emo ſeruum li.41. t.1. l.22
emo videtur fraudare li.50.ti.17.l.45
emo videtur excluſus li 4. ti .l.5
eminem eiuſdem rei legatæ li.31.ti.1.l.4
eminem pro herede li.29.ti.2.l.27
emini licet in via publica li.43.ti.7.l.2
epos ex filio li 40.ti 1.l.22
epos Proculo li.30.ti.16.l.125
epos qui in poteſtate manſit li.37.ti.5.l.18
epoti legauerat li 33.ti.7.l.6
epotes ex filio li.1.ti 6.l.5
equaquam credendum eſt li.27. ti.1.l.24
eque abſens li. .ti.7.l.24
eque cauſæ cognitio li.4.ti.3.l.30
eque enim iam potuit. Hæc l. habetur in l.13. l.29. tit.1
eque enim quod creſcit. Vide, Nec enim quod creſcit.
eque eorum fructuum li.22.ti.1.l.15
eque femina li.3.ti.3. l.54
eque impuberes puellas li.2.ti.4.l.22
eque infantes li.40.ti.5.l.36
eque interdicto li.50 ti.17. l.198
eque leges, neque li .ti 3.l.10
eque muri, neque portæ li 43.ti 6.l.3
eque pignus, neque depoſitum li.50.ti.17.l.45
eque ſeruus li. 11.ti. 3.l.11
eque ſocietas lib.3.ti.4.l.1
eque ſtipendium lib.25.ti.1.l.13
eque vnde vi li.43 ti 16.l.13
eque vſusfructus li.7 ti. 1.l 19
eratius ait. Vide, Neratius vſuariæ rei.
eratius ait poſtea li.11.ti 3 l.1
eratius caſum refert li 12.ti 6.l.63
eratius conſultus li.50.ti.17.l.191
eratius libro 6 membranarum. Hæc lex §.3. l.13. li.5.ti.3
eratius Priſcus lib.50.ti.16.l.85.
eratius quærit li.11.ti.7.l.20
eratius ſcribit li.4. ti.4.l.7
eratius vſuariæ li.7.ti.8. l.23
eſennius Apollinaris li.27.ti.1.l.32
Neſennius Apollinaris libro 35. ti.2.l.22
Neſennius Apollinaris libro 42.ti.1.l.41
Neſennius Apollinaris libro 2.ti.5.l.34
Nihil aliud eſt actio lib.44.ti.7.l.51
Nihil autem intereſt libro 10.ti.3.l.2
Nihil autem intereſt lib 38.ti.1.l.11
Nihil conſenſui tam contrarium li.50.ti 17.l.116
Nihil dolo creditor facit ibid. l.129
Nihil enim multum l.43.ti.29 l.2
Nihil eſt aliud hereditas libro 50.ti.16.l.24
Nihil eſt impedimento li. 0.ti.1.l.31
Nihil in hac parte li.37.ti.8.l.2
Nihil intereſt adulteram li.48 ti.5.l.32
Nihil intereſt lib.5.ti.2.l.12
Nihil intereſt, ipſo iure lib.50.ti.17.l.112
Nihil intereſt lib.38.ti.2.l.50
Nihil intereſt lib.33.ti.2.l.43
Nihil intereſt lib.50.ti.17.l.112
Nihil intereſt li.25.ti.2.l.15
Nihil intereſt lib.14.ti.6.l.15
Nihil intereſt li.22.ti.2.l.4
Nihil intereſt lib.48.ti.8.l.15
Nihil intereſt lib.49.ti.15.l.26
Nihil intereſt li.34.ti.4.l.16
Nihil peti poteſt lib.50.ti 17. l.186
Nihil prohibet priorem l.34. ti.4.l.17
Nihil proponi li.26.ti.10.l.12
Nihil proponi lib.30.ti 1.l.120
Nihilque intereſt li.33.ti.8 l.20
Nihil refert vtrúmne lib.12. ti.7.l.4
Nihil tamen naturale lib. 50 ti.17.l 35
Niſi aliud teſtatorem lib.34. ti.1.l.7
Niſi alius ante diem lib.7. ti 4.l.11
Niſi conſentiat acceptilatio lib.46.ti.4.l.14
Niſi de ſubſtantia li.18.ti 4. l.15
Niſi dominus li.3.ti. 3.l.26
Niſi ex magna cauſa li.4.ti.4.l.10
Niſi ex heredis li.5.ti.3.l.33
Niſi finita tutela li.27. ti.3.l.4
Niſi hoc actum eſt li.2.ti.14.l.22
Niſi igitur pater l.48. ti.5.l.3
Niſi malit. Vide, Niſi ſi malit
Niſi probetur li.48. ti.20. l.9
Niſi qua deterior li. 7.ti.1. l.16. Aliàs, Niſi perquàm deterior.
Niſi priores li.42.ti 8.l.16
Niſi quatenus ad eum peruenit li.42.ti.5.l.10
Niſi ſi dolo ipſius li.35.ti.3.l.3
Niſi ſi manſuefacta li.41. ti.1.l.4
Niſi malit l.6.ti.1 l.11
Niſi ſublato ædificio li.7. ti.4.l.7
Niſi ſi venalem li.6.ti.1.l.29
Niſi voluntate li.41.ti.1. l.25
Nolle adire hereditatem lib.29.ti.2 l.4
Nomen debitoris li.32.ti.1.l.34
Nomen præſidis. Vide, Præſidis nomen li.1.ti.18.l.1
Nomen filiarum li.50.ti. 6.l.164
Nomina eorum, qui ſub li.18.ti.4. l.17
Nominis appellatione l.50.ti.6.l.4
Nominis & rei appellatio ibi.l 6
Nominatim alias lib.35.ti 1. l.34
Nominatim codicillis li.40.ti 4.l.24
Nominatim exhæredatus lib.28.ti.2.l.2
Nominatim legatum li.32.ti.1 l.90
Nominatim videntur li.40.tit 4.l.24
Nomiſmatum aureorum lib.7. ti.1.l.28
Non ab iudice lib.5.ti.1.l.64
Non ad ea lib.35.ti.1. l.89
Non alia autem notatur li.3.ti.2.l.19
Non alias in eos lib.5. ti.1. l.24
Non alienat li.50.ti.17. l.119
Non alienum eſt li.11.ti 1.l.10
Non aliter autem mulier li.7.ti.8 l.7
Non aliter enim voluntati lib.1.ti.7.l.18
Non aliter à ſignificatione li.32.ti.2.l.69
Non ambigitur li.1.ti.3.l 9
Non amplius lib.30.ti.1.l.26
Non autem intereſt li.4.ti.8.l.28
Non cogendum li.3.ti 3.l.45
Non cogitur filiusfam.li.2.ti.2.l.21
Non contrahit crimen libro 48.ti.4.l.5
Non debet actori licere li.50.ti.17.l.41
Non debet alteri per alterum li.50. ti.17. l.74
Non debet cui plus licet ibid.l.21
Non debet dari lib.4. ti 3.l.11
Non debere cogi li.50.ti.1.l.8
Non defendere videtur li.50.ti.17.l.52
Non diſtinguemus li.4.ti.8.l.32
Non dubito quin fundo libro 8. ti.1.l.12
Non dubito quin fœderati libro 49.ti 15.l.7
Non dubitamus li.35.ti.1. l.20
Non eſt dubium libro 48.ti.3.l.11
Non dubium eſt libro 32.ti.1. l.14
Non dubium li.37 ti.13.l.1
Non enim æquum eſt li.25.ti.2.l.9
Non enim alias lib.13.ti.3.l.37
Non enim hæc actio li.16. ti.4.l.6
Non enim negligentibus libro 16.ti.6.l.16
Non enim ſolutio eſt.li.36.ti.1.l.38
Non erit iuratum li.12.ti.2.l.5
Non erit ratum. Vide, Non erit iuratum
Non eſſe libertatis quæſtionem libro 40.ti.15. l.2
Non eſt ambigendum libro 37.ti.2.l.12
Non eſt cogendum li.3.ti.3. l.45
Non eſt cogendus li.36.ti.1.l.53
Non eſt dubium li.35.ti.2.l.30
Non eſt dubium li.48.ti 3. l.11
Non eſt enim conſentiendum libro 50. ti.2.l.4
Non eſt facile tironi libro 18.ti.3.l.13
Non eſt ferendus lib.2.ti.15.l.12
Non eſt matrimonium libro 23.ti.2.l.66
Non eſt mirum lib.13.ti 7.l 26
Non eſt neceſſe lib.22.ti 3.l.11
Non eſt nouum lib.19.ti.1.l.10.
Non eſt nouum libro 1. ti 3.l.26
Non eſt nouum li.41.ti.1.l.46
Non eſt omnino neceſſe lib.40.ti.2.l.7
Non eſt permiſſum mulieri libro 48.ti.2.l.1
Non eſt pupillus libro 50.ti. 16.l. 61
Non eſt ſine liberis libro 50.ti 16.l.148
Non eſt ſingulis concedendum libro 50. ti.17. l.176
Non eſt veriſimile lib.4.ti.2.l.23
Non etiam lib.48.ti.22.l.10
Non exigendum à pupillo libro 26.ti.1.l.2
Non exigimus li.7.ti.11. l.2
Non exiſtimo li.26.ti.7.l.54
Non ex omnibus cauſis li.4.ti.8.l.39
Non facilè autem libro 38.ti. 10. l.4
Non fatetur qui erat libro 42.ti.2.l.2
Non figura literarum libro 44.t.7.l.38
Non ſit ſenatuſconſ. libro 27.ti.9.l.12
Non fraudantur creditores li.50. ti.17.l.134
Non habet li.4.ti 3.l.3
Non idcirco li.5.ti 1.l.14
Non ideo minus li 6.ti.1.l.66
Non ideo nouare li.46.ti 2.l.25
Non impoſſibile puto libro 2.ti.14.l.50
Non in dimidiam quantitatem pretij li.21.ti.2.l.14
Non intelligitur libro 49.ti.14 l.3
Non licet ex officio li.18. ti.1.l.46
Non magis etiam. Vide, Non magis, quàm
Non magis, quàm libro 9.ti.1. l.16
Non magis, quàm ſi quis li.25.ti.2.l.12
Non magis, quàm ſi quis libro 41.ti.8.l.3
Non minus ſeruos quam liberos lib.28.ti. 5.l.32
Non multùm intereſt libro 26 ti.8.l.14
Nonnulli propter paupertatem lib. 8.ti.2.l.10
Nonnunquam autem impubes li.1.t.7.l.32
Nonnunquam autem libro 36.ti 1.l.24
Nonnunquam contingit li.35.ti.1.l.52
Nonnunquam contra tabulas libro 37. ti.5.l.14
Nonnunquam euenit li.9.ti.5.l 1
Nonnunquam ius libro 1.ti.1.l.12
Nonnunquam li.5.ti 1.l.72
Nonnunquam prætor libro 37.ti 6.l.8
Nonnunquam ſolent li.5.ti.1.l 82
Non ob eam rem libro 17.tit.7.l.25
Non omne ab hæredis perſona li.40.ti.7.l.38
Non omne quod licet libro 50.ti.17.l.144
Non omne quod bibitur li.33.ti.9. l.5
Non omnes deſertores li.49.ti. 16. l.5
Non omnis numeratio li.12.ti.1.l.19
Non omnia iudicia libro 48.tit.1.l.1
Non omnia quæ minores libro .tit 4. l.44
Non omnimodo confeſſus lib 42.tit 2. l.3
Non omnium quæ à libro .tit.5. l.20
Non oportet prius li.31.ti.1.l.52
Non penes quem res peculiaris ſit li.15.ti.1.l.34
Non poſſumus conſequi li.5.ti.4.l.7
Non poſſunt omnes li. .ti.3.l 12
Non poſſunt vlla bona libro 49.ti.14.l.11
Non poteſt dolo carere li 50.ti.16 l.119
Non poteſt filius li. .ti.7.l. 1
Non poteſt improbus videri li.50.ti.17.l.99
Non poteſt videri deſiiſſe eod ti. l.208
Non poteſt videri minus li 50.ti.16. l.117
Non poteſt videri in iudicium veniſſe li.5.ti.1.l.13
Non poterit præſes li.47. ti.2 l.63
Non prodeſt ei qui li. 17.ti 8 l.5
Non puto delinquere li.10.ti 14.l.10
Non putabam li.3 .ti. .l. 8
Non putauit prætor li 37.ti. .l.8
Non quaſi ipſo iure li 36.ti.6.l.8
Non quemadmodum lib 25.ti.5.l.8
Non quemadmodum lib 5.ti .l.35
Non quidquid iudicis li. .ti.1.l 40
Non quocunque modo lib 10.ti 1.l.82
Non ſolet locatio li.19.ti.2 l 39
Non ſolet deterior conditio li.50.ti.17.l.86
Non ſolent audiri li 49.ti. .l.2
Non ſolent quæ abundant lib 5 ti 17.l.94
Non ſimiliter tenentur li.27.ti.8.l.4
Non ſolùm aduerſus bona li 9 ti 4.l.13
Non ſolùm ad æs alienum li.5.ti 3 l.53
Non ſolùm autem cum marito lib.7. tit.8. l.6
Non ſolùm autem li.9.tit.4. l.28
Non ſolùm autem in actionibus li 3.ti.3.l.38
Non ſolùm autem in lib. 4.ti.3. l.3
Non ſolùm autem is iniuriarum. Vide, Non ſolùm ſe iniuriarum.
Non ſolùm autem rem li.6. ti.1 l.13
Non ſolùm autem quod debetur li.34. ti.3.l.7

Non ſo lum ad dominij. Hæc lex eſt §.2. l.4. libro 4. tit.17
Non ſolum bonæ fidei libro 41.ti.3.l.32
Non ſolùm debitorem. Vide, Non ſolùm noſtrum debitorem.
Non ſolùm id peculium eſt libro 15.ti.1.l.49
Non ſolùm in actionibus lib.46.ti.8.l.20
Non ſolùm finium regundorum lib.10.ti.2.l.56
Non ſolùm is iniuriarum libro 47.ti.1.l.11
Non ſolùm minoris libro 4. ti.1.l.6
Non ſolùm noſtrum debitorem lib 34.ti.3.l.8
Non ſolùm proximo vicino lib 39 ti.1.l.8
Non ſolùm ſi æſtimatus libro 23.ti.3.l.52
Non ſolùm ſtipulationes libro 44.ti.7.l.31
Non ſolùm tutelæ priuilegium libro 27.ti.3.l.23
Non ſolùm vſumfructum lib.7 ti.4.l.1
Non ſolùm viuo tutore libro 23 ti.2.l.67
Non ſolùs autem emptor libro 40. ti.12.l.22
Non ſtatim plagiarium eſſe lib.48.ti.15.l.6
Non ſtatim quod dominus lib.15. ti.1.l.8
Non ſunt liberi lib.1. ti.5.l.14
Non tantum ad dotem lib.26. ti.5.l.7
Non tamen ei conſequens eſt li 25.ti.2.l.24
Non tamen eovſque procedendum li.3. ti.3.l.38
Non tamen vt ſtatim lib.36. ti.3.l.9
Non tantùm autem ipſi lib.37. ti.4.l.3
Non tantùm delator punitur lib 49. tit.14. l.24
Non tantùm dotis nomine lib.42. ti.1.l.20
Non tantùm is, qui ad lib.19. ti.1.l.6
Non tantùm in traditionibus lib 50.ti.16.l.169
Non tantùm magnitudo li 27.ti.1.l.17
Non tantùm ne incipiat. Vide, Et non tantùm ne li.27. ti.1.l.11
Non tantùm teneræ ætatis lib.50.ti.2.l.11
Non tantùm verbis lib.46.ti.8.l.5
Non verè dicitur lib.4.tit.6.l.42
Non videbitur lib.40. ti.7.l.35
Non videntur data li.50.ti.27.l.167
Non videntur rem amittere ibidem l.84
Non videtur cepiſſe lib.50.ti.17.l.13
Non videtur defendere lib.3.ti.3.l.53
Non videtur domini li 40.ti.12.l.28
Non videtur fruſtrandæ actionis cauſa li.5.ti.l.3
Non videtur in iudicem l 5.ti.1.l.33
Non videtur patronus lib 38 tit.5.l.11
Non videtur perfecta lib.39.ti.6.l.32
Non videtur poſſeſſionem lib 41. ti 2.l.12
Non videtur quiſquam id capere lib.50. tit.17. l.91
Non videtur rem amittere lib. 50. ti.17. l.83
Non vſque adeo li.37. ti.12.l.2
Non vt à patre filius lib.49.ti.15.l.8
Non vt ex pluribus lib 50.ti.17.l.159
Non vt quis in carcerem lib.48. ti.20.l.2
Non vtique. Hæc lex eſt §.2.lib.13.ti.4
Non vtique de exemplo lib.50. tit.8.l.2
Non vtique exiſtimatur li.44. ti.1.l.9
Non vtique ibi. lib.50.ti 1.l.4
Non vtitur vſufructuarius l.7.t.1.l.38
Non vult heres eſſe libro 50 ti.17.l.6
Nos videamus libro 19.ti 2.l.8
Notatur quæ per calumniam libro 3.ti.2.l.15
Notionem accipere poſſumus libro 50.ti.16.l.99
Nouare poſſumus libro 46 ti.2.l.20
Nouatio eſt libro 46.ti.2 l.1
Nouatio non poteſt libro 46.ti.2. l.24
Nouatione legitimè facta ibi.l.18
Nouiſſima clauſula lib.46.ti.2.l.18
Nouiſſimè prætor libro 27.ti.6.l.7
Nouiſſimè ſciendum eſt libro 14.ti.3. l.15
Noxalis autem lib.9.ti.4.l.7
Noxales actiones app ellantur lib.9.t.4. l.1
Nuda & imaginaria venditio libro 18. ti.1.l.55
Nuda ratio non facit libro 39.ti.5.l.26
Nullus idoneus teſtis libro 22.ti.5.l.10
Nullus videtur dolo facere lib.50. ti.17.l.35
Nulla competit libertas lib.40 ti.9.l.19
Nulla differentia eſt libro 26. ti.8.l.2
Nulla fœmina libro 38.ti.16.l.13
Nulla intelligitur mora lib.50.ti.17. l.88.
Nulla iuris ratio lib.1. ti.3. l.25
Nulla ſocietatis in æternum coïtio eſt libro 17. tit.2. l.69
Nulli permittetur libro 3.ti.4.l.3
Nulli procuratorum libro 2. ti.15.l.13
Nullo modo ſerui libro 48. ti.10.l.7
Nullum crimen patitur li.50.ti.17.l.109
Nullum diuortium li.24.ti.2.l.9
Nullum ius libertatis li.37.t.15.l.10
Nummis depoſitis li.12.ti.3.l.3
Nummis indiſtinctè legatis li 32.ti.1. l.75
Numiſmatum aureorum. Vide, Nomiſmatum aureorum.
Nunc videndum li.12.ti.6.l.1
Nunc videndum li.7.ti 8.l 4
Nundinis impetratis à principe li.50.ti.11.l.1
Nunquam actiones li.44 ti.7 l 60
Nunquam actiones li.50 ti.17.l.130
Nunquam ex eo, quod li.33.ti 10. l.13
Nunquam in vſucapionibus li. 41.ti.3.l.31
Nunquam nuda traditio li.41. ti.1 l 31
Nunquam plura delicta li.47.ti.1.l.2
Nunquam ſuperficies lib.41. ti.3.l.26
Nuper conſtitutum eſt lib.32.ti.1.l.85
Nuper ex indulgentia lib.24. tit.1.l.42
Nuper non impeditur lib.24.tit.3.l.30
Nuptæ prius lib.1.ti.9. l.12
Nuptam mihi lib.48. ti.5.l.5
Nuptiæ conſiſtere non poſſunt li.23.ti.2.l.2
Nuptiæ conſiſtere non poſſunt lib.23.ti.2.l.55
Nuptiæ inter eaſdem ibi l.18
Nuptiæ ſunt lib.23.ti.2.l.1
Nuptias non concubitus lib.50.ti.17.l.30
Nuptura filiofamilias lib. 23.ti.3.l.57
Nurus appellatio etiam lib.50.ti.16.l.50
Nutu etiam relinquitur lib.32. ti.1.l.21
OB dolum malum lib.26.ti.9.l.1
Ob fœnus pupillaris pecuniæ lib.26. ti.7.l.49
Ob carmen famoſum lib.22.ti.5.l.21
Ob caſum, quem ciuitas lib.50.ti.12.l.7
Ob eam cauſam lib.19. tit.5.l.9
Ob hæc verba ſententiæ li.3.ti.2.l.20
Ob id quòd antequam lib.9.ti.2.l.43
Obligamur aut re, aut li.44.ti.7.l.52
Obligari ex omni contractu li.26.ti.8.l.9
Obligari poteſt paterfam. li 44.ti.7.l.43
Obligatio mandati li.17. ti.1.l.1
Obligatione generali li.20.ti.1.l.6
Obligationes aut ex contractu li.44. tit.7.l.1
Obligationes quæ lib.44.ti.7.l.27
Obligationum ferè quatuor cauſæ ibid.l.44
Obligationum ſubſtantia lib.44.ti.7.l.3
Ob negotium copiarum lib.16.ti.2. l.20
Ob pecuniam ciuitati lib.47. ti.3.l.81
Ob quæ vitia lib.21.tit.1. l.4
Ob res amotas l.25.t.2.l.24
Ob res quoque donatas li.23.ti.4.l.20
Ob triginta nummos li.46.ti.3.l.73
Obſeruandum eſt lib.5.ti.1.l.47
Obſeruandum eſt ius lib.1.tit.18.l.19
Obſeruandum eſt vt li.25.ti.2 l.49
Obſeruare autem lib.1.ti.16.l.4
Obſeruare prætorem li.27.ti.10.l.6
Obſides teſtari non poſſunt lib.28.ti.1.l.11
Obtinuit impoſſibiles. Vide, Optinuit impoſſibiles.
Octaui gradus lib.38.ti.8.l.8
Officium autem iudicis li 6.ti.1.l 9
Officium conſulis eſt lib.1.tit.10.l.1
Officium regentis exercitium l.49. ti.16.l.1
Officio autem iudicis lib.10.ti.2.l.26
Officio iudicis, qui li.27.ti.2.l.2
Officio autem iudicis lib.18.ti.1.l.17
Offidius quidam. Vide, Oſidius quidam
Offilius rectè dicebat lib.45.ti.3.l.6
ΟΙ ΑΣΤΥΝΟΜΙΚΟΙ lib.43. tit.10.l.1
ΟΙ ΕΠΙΤΡΟΠΟΤΕΝΟΜΕΝΟΙ lib.19.ti.2.l.49
ΟΙ ΓΑΔΑΙΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ lib.27.tit 1.l.8
Olympico habitationem lib.8 tit.2. l.41
Omnis definitio in iure ciuili l 50.ti.17.l.202
Omnis excuſatio lib.50. tit.5.l.1
Omnis hereditas lib.50.ti.17.l.138.
Omnis qui defenditur lib.3 tit.3.l.77
Omne æs alienum lib 17. tit.2.l.27
Omne delictum eſt militis lib.49.ti.16.l.6
Omne ius quo vtimur lib.1.ti.5.l.1
Omne officium lib.1.tit.21.l 1
Omne quod datur lib.12.ti.5.l.1
Omnem obligationem lib.5.tit.1 l 10
Omnem reipublicæ. Vide in procemio
Omni obligationi li.26. ti.1.l.1
Omnes actiones li.58.ti 17.l.139
Omnes autem caſus lib.7.ti.9.l.3
Omnes debitores li 42.ti.8.l.17
Omnes debitores l.44.ti.7.l 17
Omnes exceptiones li.44.ti.1.l.19
Omnes in integrum libro 4.ti.1.l.3
Omnes pœnales actiones libro 44.ti.7.l.26
Omnes populares actiones libro 47.ti.l 23.l.8
Omnes populi libro 1.ti.1.l.9
Omnes proconſules libro 1.ti.16.l.2
Omnes qui de hæreditate li.36.ti.1.l.71
Omnes res alienum lib.17.ti.11. l.27
Omnes res tranſire in libro 46.ti.2.l.2
Omnia deferre iura libro 30.ti.17.l.193
Omnia enim prouincialia li.1. ti.18.l.11
Omnia omnino crimina libro 1.ti.12.l.1
Omnia proconſul agit li.14.ti.5.l.1
Omnia quæ ex teſtamento lib.50. ti.17.l.201
Omnia quæcunque cauſa libro 50.ti.17.l.71
Omnia quæ inſeri li.12.ti.1 l.7
Omnia quæ iure contrahuntur li.50.ti.17.l.100
Omnia quæ teſtamentis lib.31.ti.1.l.32
Omnium autem actionum libro 3 ti.3.l.37
Omnium bonorum vſumfructum libro 7.ti.1.l.29
Omnium prædiorum iure lib.7. ti.1.l.3
Omnibus ciuitatibus lib.36.ti.3 l.26
Omnibus debitoribus libro 34.ti.3.l.2
Omnibus magiſtratibus lib.2. ti.3.l.1
Omnibus modis lib.4.ti 7.l.1
Omnibus mortis cauſa libro 39 ti.6 l.9
Omnibus quicunque deſiderant libro 29.tit.3.l.1
Omnino & in ædificandis, libro 25.ti.2.l.12
ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΔΕ lib.17.ti.1.l.10
Onera eius qui libro 1.ti.7.l.45
Opera in ictu libro 7.ti.7.l.1
Opus nouum priuato lib 50.ti 10.l.3
Opus quod auerſione lib.19.ti 2.l.36
Operæ enim loco libro.38.ti.1.l.21
Operæ in rerum natura libro 38.ti.1.l.9
Operæ ſerui legatæ libro 7.ti.7.l.2
Opesæ ſunt diurnum officium lib.38.ti.1.l.1
Operæ teſtamento relictæ, libro 33.ti.2.l.7
Operarum editionem libro 38.ti.1.l.50
Operarum ſtipulatus libro 38. ti.1.l.3
Operis non impoſitis libro 38.ti 1.l.31
Operis noui nuntiatio libro 39.ti.1.l.10
Operis ſerui legatis libro 7. ti.7.l.5
Operis obligatus militiæ li.38.ti.1.l.45
Optinuit impoſſibiles li 35 ti.1.l.3
Optione legata libro 33.ti.6.l.16
Oratio Imperatorum libro 23. ti.1.l.16
Oratio quæ prohibet libro 40.ti.14.l.4
Oratione D.Marci cauetur li.23.ti.2 l.16
Oratione quidem D.Marci lib.2 ti.12.l.7
Ordo exercendorum li.48. ti.1.l.8
Ordine decurionum libro 50.ti.1.l.15
Ordinarium fuit poſt libro 5.ti.5. l.1
Ordinarium prætor arbitratus eſt libro 15.ti.1.l.
Ordinata liberali cauſa libro 40.ti.12.l 24
Origo emendi vendendique libro 18.ti 1.l.1
Origo quæſtoribus creandis li.1.ti.23.l.1
Ornamentorum appellatione li.34.ti.2. l.37
Oſſa quæ ab alio illata ſunt l.11.ti.7.l.8
Oſidius quidam lib 32. ti.1.l.97
Ouentum Labeo defuit li.50.ti.16. l.38
Oſtes pro numero libro 47.ti.14.l.38
PAciſci contra edictum lib.2.ti.14.l.31
Paciſci poſt nuptias li.23.ti.4.l.1
Paconius ait lib.37.tit.12.l.3
Pactum eius libro 28.ti.5.l.92
Pactum eſt duorum conſenſus lib.50.ti.12.l.3
Pactum inter hæredem lib.2.ti.14.l.46
Pacto conuento Aquilinio li.2.ti.15 l.15
Pacta conuenta lib.23.ti.4.l.3
Pacta conuenta libro 18 ti.1.l.92
Prædius libro nono li.4.ti.8.l.7
Pædius poſſe etiam dici li.47. ti.9.l.4
Palam eſt autem li.44.ti.4.l.2
Palam eſt coram pluribus li.50.ti.16.l.33
Palam quæſtum facere libro 23.ti.3.l.43
Pali & perticæ li.50.ti.16.l.168
Pali & perticæ li.23.ti.1.l.56
Pamphilo liberto l.32.ti.1.l.9
Pannonius Auitus lib.29 ti.2.l.86
Pantonius. Vide Patonius ait
Papinianus lib.2.ti.4.l.20
Papinianus libro quinto li.34.ti.9.l.4
Papinianus. Vide rubricam l. In omnibus ſerui li.18. t.1.l.8
Papinianus libro quinto lib.5 ti.2.l.8
Papinianus libro ſexto lib.6.ti.2.l.14
Papinianus libro tertio. Aliàs tertio decimo li. 1.l 28
Papinianus tractat li.36. ti.1.l.43
Paratum iudicium accipere li.22.ti.1.l.48
Parem eſſe conditionem li.50.ti.17.l.150
Parens patronus li.37.ti.15 l.5
Parentes & liberi li.3.ti.2. l.23
Parentes naturales li.2.ti.4 l.6
Paries eſt, ſiue murus li.50.ti.16.l.157
Parietem qui naturali li.8.ti.2. l.8
Parricidij poſtulatus li.48. ti.9.l.8
Pars literarum D.Hadriani l.5. ti.2.l.48
Pars ſtipulationis li.46.ti.4. l.9
Partis tertiæ vſumfructum li.19.ti 5.l.10
Partum non eſſe rei furtiuæ li.50. ti.16.l.26
Partum poſt litem conteſt.lib.22.tit.1.l.10
Partum quoque editum li.10.ti.2.l.11
Parui refert ad li.15 ti.1.l.17
Pater cum filiæ ſuæ li.23.ti.4 l.23
Pater cuius filio facta libro 47. ti.10. l.41
Pater dotem à ſe datam li.56.ti.8.l.25
Pater dotem à nuru li.33 ti.4.l.7
Pater & filius li.22.ti.5.l.17
Pater ex prouincia li 40.ti.2.l.22
Paterfamilias impuberi filio lib.42.ti.5.l.28
Paterfamilias liber li.50.ti.16.l.182
Paterfamilias primis tabulis li.28.ti.6.l.46
Paterfamilias teſtamento li.28.ti.5.l.44
Pater filiam quæ li.35.ti.2.l.14
Pater filiæ domum lib.33. ti.3.l.6
Pater filiæ nomine li.21.ti.2.l.71
Pater filiæ nomine nummos li.23.ti.3.l.81
Pater filio impuberi li.28.ti.6.l.54
Pater filio permiſit li.14.ti.5.l.7
Pater filio ſuo pupillo li.3.ti.3.l.69
Pater filium emancipauit li.5.ti.2.l.14
Pater filium emancipatum li.37.ti.7.l.6
Pater filium ex quo li.35.ti.2.l.54
Pater filium hæredem l.32.ti.1.l 38
Pater herede inſtituto li 24. ti.2.l.4
Pater herede inſtituto impuberi li.49. ti.15.l.
Pater inſtrumento li 38.ti.6.l.16

er inter filios libro 34.ti.4.l.25
ter meus referebat li.31.ti.1.l.29
ter militem filio lib.49.ti.17.l.15
ter nubenti filiæ lib.37.ti.7.l.8
ter pro filia dotem li.44.ti.4.l.17
ter pro filia lib.15.t.3.l.20
ter qui caſtrenſe peculium l.49.t.17.l.17
ter qui dat in adoptionem l.49.t.17.l.12
ter quoque in legatis l.35.t.2.l.28
ter quoties filio l.29.t.2.l.93
ter Seuerianam l.35.t.1.l.101
ter ſine periculo l.48.t.5.l.30
tris adoptiui parentes l.2.t.4.l.7
tris & filij teſtamentum l.28.t.6.l.20
tris pro filio l.4.t.4.l.27
tri datur ius occidendi l.48.t.5.l.20
ter qui filium l.37.t.12.l.4
trem adoptiuum l.38.t.17.l.3
trem, qui non expectata l.42.t.8.l.19
atre furioſo liberi l.1.t.6.l.8
atre vel marito l.48.t.18.l.6
atrimonij mei reditum l.33.t.2.l.22
atronus ex debita l.36.t.1.l.60
atronus liberto l.32.t.1.l.35
atronus manifeſtè docere l.22.t.3.l.6
atronus patrona l.42.t.1.l.17
atronus qui operas l.38.t.1.l.25
atronus quoque tutor l.26.t.1.l.8
atroni appellatione l.50.t.16.l.50
atroni filia l.38.t.2.l.39
atrono conſentiente l.40.t.11.l.5
atrono inuito l.34.t.2.l.10
atrono libertus fundum l.38.t.2.l.31
atronum poſt quinquennium l.40.t.14.l.5
atronorum querelas l.37.t.14.l.1
atronæ quidem liberi l.38.t.2.l.18
aula Callinico l.32.t.1.l.27
aulus notat. Vide initium l. Exceptio iuſti domini l.6.t.2.l.16
aulus notat l.49.t.5.l.8
aulus reſpondit l.34.t.5.l.4
aulus reſpondit l.37.t.6.l.11
aulus reſpondit j.l.38.t.2.l.46
aulus reſpondit ij.ibid.l.47
aulus reſpondit l.40.t.5.l.39
aulus reſpondit j.l.36.t.1.l.48
aulus reſpondit ij.l.36.t.1.l.61
aulus reſpondit l.27.t.9.l.14
aulus reſpondit l.27.t.9.l.14
aulus reſpondit l.1.t.5.l.11
aulus reſpondit l.3.t.3.l.69
aulus reſpondit l.20.t.5.l.29
aulus reſpondit l.20.t.6.l.12
aulus reſpondit. Vide, Reſpondit Paulus lib.22. tit. 1.l.14
Paulus reſpondit lib.37.t.1.l.15
Paulus reſpondit l.46.t.3.l.101
Paulus reſpondit. Vide l. Debitorem non l.46.t.3.l.99
Paulus reſpondit l.40.t.12.l.38
Paulus reſpondit j.l.42.t.1.l.42
Paulus reſpondit ij.ibid.l.43
Paulus reſpondit l.44.t.4.l.14
Paulus reſpondit l.44.t.2.l.31
Paulus reſpondit l.46.t.2.l.30
Paulus reſpondit l.46.t.1.l.59
Paulus reſpondit. Vide, Non tantùm verbis libro 46. tit 8.l.5
Paulus reſpondit j.l.19.t.8.l.2
Paulus reſpondit ij. ib.l.3
Paulus reſpondit. Vide l. Inſtrumentorum ſubreptorum l.48.t.10.l.16
Paulus reſpondit j.l.50.t.7.l.8
Paulus reſpondit ib.l.9
Paulus reſpondit l.50.t.16.l.221
Paulus ſi filiusfamilias l.33.t.4.l.13
Paulus ſi quis ſtatuam l.44.t.1.l.23
Paupertas ſanè dat excuſationem l.27.t.1.l.7
Pecoris paſcendi ſeruitutes l.8.t.3.l.4
Peculatus crimen l.48.t.13.l.7
Peculatus nequaquam committitur ib.l.12
Peculatus pœna aquæ l.48.t.13.l.3
Peculium autem. Hæc l eſt §.1.l.9.l.15.t.1
Peculium legatum augeri l.31.t.1.l.65
Peculium eſt non id. Vide, Peculij eſt non id
Peculium & ex eo conſiſtit l.15.t.2.l.39
Peculium naſcitur l.5.t.1.l.40
Peculij eſt non id l.15.t.1.l.4
Peculio legato l.33.t.8.l.5
Pecuniæ appellatione. Vide, Nominis appellatione li.50.t.16.l.4
Pecuniæ fœnebris l.22.t.1.l.9
Pecuniæ nomine l.50.t.16.l.222
Pecuniæ ſortem lib.34.t.1.l.8
Pecuniæ verbum l.50.t.16.l.178
Pecuniam certo loco l.16.t.2.l.15
Pecuniam quæ in opera l.50.t.10.l.7
Pecuniam quam filius emancipatus l.10.t.2.l.53
Pecuniam quam mihi l.12.t.1.l.36
Pecuniam quam mihi debes l.46.t.3.l.79
Pediculis argenteis l.34.t.2.l.32
Penes te amplius eſt l.50.t.16.l.63
Penu certa l.33.t.9.l.2
Per egrè profecturus l.41.t.2.l.44
Per adoptionem dignitas non lib.1.ti.7.l.35
Per adoptionem quæſita lib.23.ti.2.l.17
Per curatorem l.29.t.2.l.90
Per eum quem iuſto l.41.t.3.l.50
Per hereditarium ſeruum lib.41.t.1.l.18
Per familiæ erciſcundæ l.10.t.2.l.2
Per fideicommiſſum l.35.t.1.l.90
Per fundum qui plurium eſt l.8.t.3.l.11
Per hoc iudicium l.10.t.3.l.4
Per interdictum etiam l.43.t.4.l.4
Per interuallum l.5.t.1.l.69
Per minorem cauſam l.5.t.1.l.54
Per omnia exæquata l.30.t.1.l.1
Per procuratorem l.3.t.3.l.72
Per procuratorem. Vide paulò antè, Per curatorem
Per procuratorem l.37.t.15.l.4
Per procuratorem l.46.t.4.l.3
Per quam hereditatis petitionem l.5.t.5.l.2
Per quem locum l.8.t.5.l.14
Per quos adquiri l.2.t.14.l.59
Per ſeruum adquiſitæ res l.5.t.3.l.32
Per ſeruum donatum l.41.t.1.l.57
Per ſeruum qui pignori datus eſt ib.l.37
Per ſeruum vſuarium l.7.t.8.l.14
Perceptione l.9.t.3.l.4
Periculum nominum l.12.t.1.l.35
Periculum pignorum l.20.t.1.l.30
Periculi pretium eſt l.22.t.2.l.5
Perinde ac latronum incurſu l.19.t.2.l.34
Permiſceri cauſas poſſeſſionis l.41.t.2.l.52
Permiſiſti mihi l.19.t.5.l.16
Permittendum erit l.5.t.4.l.8
Perpetuo Sabinus probauit l.12.t.5.l.6
Perſpiciendum eſt iudicanti l.48.t.19.l.11
Pertinet hoc edictum l.4.t.5.l.2
Perueniſſe ad te rectè dicitur l.50.t.16.l.171
Peſſimum genus eſt receptatorum l.47.t.16.l.1
Petenti mutuam pecuniam l.13.t.7.l.27
Petitor vel poſſeſſor l.34.t.3.l.30
Peto Luci Titi l.31.t.1.l.69
Pictoris inſtrumento. Vide, Item pictoris inſtrumento l.33.t.7.l.17
Pignus à curatore furioſi l.27.t.19.l.11
Pignus contrahitur l.13.t.7.l.1
Pignoris perſecutio l.20.t.1.l.17
Pignori obligatum l.28.t.5.l.30
Pignori obligatum ſeruum l.40.t.9.l.28
Pignori rem acceptam l.41.t.3.l.13
Placet Catonis regulam l.34.t.7.l.4
Placet etiam filiofam. l.50.t.1.l.3
Placet omnem maſculum l.28.t.2.l.4
Placet quotiens adquiritur l.29.t.2.l.79
Placet vel certæ partis l.7.t.4.l.25
Placuit eum, qui l.40.t.1.l.1
Placuit ſiue ſuprà l.22.t.1.l.29
Planè ad officium l.10.t.2.l.3
Planè cum deſerit l.38.t.1.l.14
Planè eius actionis nomine l.46.t.1.l.12
Planè & deteriorem. Vide, Sanè & deteriorem lib.23. tit.3.l.14
Planè in cæteris l.5.t.3.l.38
Planè quamdiu is l.4.t.4.l.14
Planè ſi ambo ſocij l.17.t.2.l.24
Planè ſi duos reos l.12.t.6.l.21
Planè ſi filium impuberem l.30.t.1.l.94
Planè ſi hi qui l.17.t.2.l.37
Planè ſi in exilium l.27.t.1.l.29
Planè ſi is ſi l.27.t.6.l.3
Planè ſi noua l.36.t.4.l.3
Planè ſi poſſit rem l.16.t.3.l.3
Planè ſi quid fit l.35.t.2.l.35
Planè vbi transferre voluit l.39.t.1.l.34
Planè vltra centiſſium l.27.t.1.l.41
Planè vt duæ partes l.3.t.4.l.4
Plautius ait l.3.t.3.l.61
Plautius heres. Vide, Plautius rogatus eſt heres
Plautius mulier ita l.34.t.3.l.8
Plautius rogatus eſt l.35.t.1.l.43
Plautius: ſeruo l.35.t.2.l.49
Plebs eſt l.50.t.16.l.238
Plebiſcito continentur l.1.t.18.l.18
Plenum autem vſum l.7.t.8.l.12
Plerique opinantur l.13.t.2.l.33
Plerique putauerunt l.2.t.4.l.18
Plerique putauerunt l.41.t.5.l.3
Plerumque fit l.50.t.17.l.204
Plerunque intereſt l.23.t.3.l.10
Plerunque propter morboſa l.21.t.1.l.35
Plautiana Celſo ſuo ſalutem l.29.t.7.l.18
Plus cautionis in re eſt l.50.t.17.l.25
Plus eſt in reſtitutione l.50.t.16.l.22
Plures earundem ædium l.39.t.2.l.27
Plures teſtamento manumiſerat l.34.t.5.l.29
Plura delictæ in vna re l.44.t.7.l.53
Pluribus procuratoribus l.3.t.2.l.32
Pluribus rebus propoſitis l.45.t.1.l.140
Pluribus ſtipulationibus factis l.46.t.4.l.6
Pluribus tabulis l.28.t.4.l.4
Pluribus vno die incendiis exortis libro 1. tit.15.l.2
Plurimum intereſt l.22.t.6.l.3
Pœna parricidij l.48.t.9.l.9
Pœna pecuniaria l.48.t.15.l.vlt.
Pœna legis Corneliæ libro 48.ti.1.l.1
Pœnæ non ſolent repeti l.12.t.6.l.48
Pœnam à conditione l.34.t.6.l.2
Pœnam pro vſuris l.22.t.1.l.44
Pœnales actiones l.35.t.2.l.32
Pœnalia iudicia l.50.t.17.l.164
Pomponius ait l.25.t.4.l.6
Pomponius ait l.4.t.8.l.13
Pomponius l.xxvj. l.3.t.5.l.15
Pomponius l xxxvj.l.6.t.1.l.8
Pomponius l.xi. variarum l.20.t.2.l.2
Pomponius ij.xiii.l.20.t.2.l.5
Pomponius l.xxxviii.l.42.t.2.l.36
Pomponius quærit l.7.t.4.l.29
Pomponius rectè ait l.21.t.1.l.6
Pomponius refert l.41.t.2.l.13
Pomponius ſcribit l.3.t.3.l.40
Pomponius ſcribit l.3.t.5.l.9
Pomponius ſcribit l.10.t.2.l.8
Pomponius tractat l.41.t.1.l.44
Pomponius Philadelphus l.29.t.2.l.35
Popularis actio l.47.t.23.l.4
Popularem actionem. vide, Eam popularem actionem libro 47.t.23.l.1
Poſt actiones l.6.t.1.l.1
Populares actiones l.47.t.23.l.7
Portionéſque l.34. tit. 9. l.21. Legitur & portiones quoque
Portus appellatus eſt l.50.t.16.l.59
Poſſeſſio appellata eſt l.41.t.2.l.1
Poſſeſſio quoque l.41.t.2.l.49
Poſſeſſio teſtatoris l.41.t.3.l.20
Poſſeſſionem l.41.t.2.l.29
Poſſideri autem poſſunt l.45.t.2.l.3
Poſſeſſor qui litis l.41.t.4.l.1
Poſt actionem propoſuit l.50.t.4.l.1
Poſt actiones l.6.t.1.l.1
Poſt appellationem interpoſitam l.49.t.6.l.1
Poſt conſanguineos l.38.t.16.l.2
Poſt contractum l.39.t.5.l.15
Poſt diem commiſſoria l.18.t.3.l.7
Poſt diuortium muli l.33.t.3.l.64
Poſt dotem datam l.25.t.3.l.40
Poſt emancipationem l.32.t.1.l.40
Poſt emancipationem l.34.t.3.l.6
Poſt finitam tutelam l.26.t.10.l.11
Poſt legatum acceptum l.34.t.9.l.5
Poſtliminium eſt ius l.49.t.15.l.19
Poſtliminij ius competit l.49.t.15.l.5
Poſtliminio carent l.49.t.15.l.17
Poſt litem autem conteſtatam l.3.t.3.l.17
Poſt mortem filiæ ſuæ l.1.t.7.l.25
Poſt mortem furioſi l.26.t.9.l.5
Poſt nuptias l.3.t.23.l.28
Poſt quod omnium rerum l.7.t.5.l.8
Poſt rem iudicatam l.2.t.15.l.11
Poſt rem iudicatam l.42.t.1.l.56
Poſt ſenatuſconſultum l.5.t.3.l.28
Poſt ſuſceptam tutelam l.27.t.1.l.40
Poſt venditionem & traditionem l.29.t.3.l.16
Poſteaquam à creditore l.40.t.5.l.52
Poſteaquam placuit l.16.t.2.l.21
Poſteaquam prætor locutus eſt l.38.t.6.l.1
Poſteaquam heres ab hoſtibus l.36.t.3.l.5
Poſtquam legatum à te accepi l.5.t.3.43
Poſtquam omnium. Vide paulò antè, Poſt quod omnium rerum.
Poſtquam pignus vero l.2.t.14.l.3
Poſtulare tutorem l.27.t.7.l.2
Poſtulante Sticho l.36.t.1.l.44
Poſtumus inofficioſum l.5.t.2.l.6
Poſtumus natus l.37.t.9.l.10
Poſtumus præteritus l.28.t.3.l.12
Poſtumi per virilem ſexum l.28.t.3.l.3
Poſtumo tutor datus l.27.t.3.l.24
Poſtumum l.28.t.2.l.27
Poſtumorum loco ſunt l.28.t.3.l.13
Poſtuma ſub conditione l.28.t.2.l.24
Potes agere depoſiti l.16.t.3.l.34
Poteſt autem heres l.30.t.1.l.27
Poteſt accipi fideiuſſor l.46.t.1.l.4
Poteſt etiam in teſtamento l.8.t.4.l.16
Poteſt & ab vna l.17.t.1.l.41
Poteſt heres in vendenda l.53.t.2.l.71
Poteſt pluribus modis, l.41.t.3.l.36
Poteſt præſes l.48.t.22.l.9
Poteſt pupillus l.26.t.8.l.18
Poteſt quis in teſtamento l.28.t.6.l.36
Poteſt quis ita heredem l.28.t.5.l.56
Poteſt reliquorum appellatio l.50.t.16.l.95
Poteſtatis verbo plura ſignificantur l.50.t.16.l.215
Potior eſt in pignore l.20.t.4.l.11
Pratum eſt l.50.t.16.l.31
Præceptoris enim l.9.t.2.l.6
Præcipiunt ædiles l.21.t.1.l.37
Prædia cum ſeruis donauit l.41.t.2.l.48
Prædia mihi vendidiſti l.19.t.1.l.28
Prædia maritima l.33.t.7.l.27
Prædiorum vrbanorum penſiones l.22.t.1.l.36
Prædiis à fiſco diſtractis l.39.t.14.l.36
Prædiis per præceptionem l.32.t.1.l.71
Prædonis loco intelligendus l.5.t.3.l.46

¶ ¶

Præfectus Ægypti li.1.ti.17.l.1
Præfectus cohortis libro 23.ti.2.l.63
Præfectus vrbis l.1.t.12.l.3
Præfecti etiam prætorio l.4.t.4.l.17
Prægnantis mulieris l.48.t.19.l.3
Præſcriptio longæ poſſeſſ.l.41.t.3.l.45
Præſens habetur l.3.t.3.l.5
Præſes cum cognoſcat l.1.t.18.l.21
Præſes apud ſe,l.1.t.18.l.2
Præſes prouinciæ j. l.1.t.18.l.3
Præſes prouinciæ ij. ibid.l.4
Præſes prouinciæ iij.ib.l.5
Præſes prouinciæ iv. ib.l.7
Præſes prouinciæ minorem l.4.t.4.l.42
Præſes prouinciæ l.42 t.1.l.27
Præſes prouinciæ l.50.t.13.l.1
Præſidis nomen l.1.t.18.l.1
Præſidis prouinciæ officiales l.12.t.1.l.34
Præſides prouinciarum l.2.t.12.l.4
Præterea in cauſa mandati l.17.t.1.l.3
Præterea patrono l.29.t.4.l.19
Præterea reſtituere debet l.6.t.1.l.20
Præteritæ enim vtilitatis l.11.t.3.l.6
Prætor ait l.2.t.13.l.4
Prætor ait l 9.t.3.l.1
Prætor ait l.11.t.5.l.1
Prætor ait l.11.t.8.l.1
Prætor ait l.15.t.2.l.1
Prætor ait l 38.t.14.l.1
Prætor ait l.39.t.1.l.10
Prætor ait l.39.t.2.l.7
Prætor ait l.39.t.4.l.1
Prætor ait l.42.t.4.l.2
Prætor ait l.42.t.5.l.9
Prætor ait l.43.t.14.l.1
Prætor ait l.43.t.9.l.1
Prætor ait l.43.t.11.l.1
Prætor ait l.43.t.13.l.1
Prætor ait eo. li. ti.24.l.1
Prætor ait eo. li. ti.16,l.1
Prætor ait l.47.t.9.l.1
Prætor ait l 43.t.15.l.1
Prætor ait l.43.t.19.l.1
Prætor ait eo. l.t.23.l.1
Prætor ait l.43.t.32.l.1
Prætor ait eo. l.t.22.l.1
Prætor ait eo. l.t.21.l.1
Prætor ait l.4.t.5.l.1
Prætor ait j. l.47.t.8.l.2
Prætor ait ij. ib. l.4
Prætor ait l.47.t.12.l 2
Prætor bonorum poſſeſſorem l.50.t.17.l.117
Prætor cauſa cognita l.6.t.1.l.75
Prætor decernere debet l.9.t.4.l.15
Prætor edixit l.47.t.10.l.7
Prætor eos l.50.t.5.l.13
Prætor ipſe l.6.t.5.l.4
Prætor neque tutorem l.1.t.14.l.4
Prætor non ſub conditione l.37.t.6.l.3
Prætor ſicut vniuerſam l.2.t.1.l.17
Prætor voluntates defunctorum l.29.t.4.l.1
Prætoris offic um eſt l.39.t.2.l.5
Prætoris verba l 3 t.2.l.1
Prætoris ſatiſdationes l.46.t.5.l.7
Prætoriæ ſtipulationes j. l.46. t.5 l.2
Prætoriæ ſtipulationes ij. eo. t.l.4
Prætoriarum ſtipulationum l.46.t.5.l.1
Præuaricator eſt l.47.t.15.l.1
Præuaricationis iudicium l.47.t.15.l.3
Præuaricatores l.50.t.16.l.212
Precarium eſt l 43.t.26.l.1
Precario poſſeſsio ib.l.9
Pretia rerum l.35.t.2.l.63
Pridie Calendas Ianuarias l.2.t.12.l.5
Primus omnium D.Nerua l.40.t.13.l.4
Primi creditoris l.20.t.6.l.15
Primo gradu l.42.t.8.l.23
Princeps bona concedendo l.50.t.16.l.21
Princeps legibus ſolutus eſt l.11.t.3.l.31
Principalibus conſtitutionibus l.12.t.1.l.33
Prior emptor l.18.t.2.l.20
Prior tamen. Hæc lex habetur in l.3.l.50.t.8
Priuignus etiam is eſt l.38.t.10.l.7
Priuilegia non ex tempore l.42.t.5.l.32
Priuilegia quædam l.50.t.17.l.196
Prius de ſe familia l.29.t.5.l.17
Probrum & opprobrium l.50.t.16.l.42
Probrum intelligitur l.23.t.2.l.41
Proconſul por am l.1.t.16.l.16
Proconſul vbique ib.l.1
Proconſules l.1.t.16.l.14
Proculus ait l.39.t.2.l.26
Proculus & Pegaſus l.3.t.5.l.18
Proculus nepoti ſuo l.23.t.3.l.67
Proculus putat l.7.t.1.l.19
Procula l.22.t.3.l.26
Procurator agit l.44.t.4.l.11
Procurator, à quo l.34.t.3.l.23
Procurator ad exhibendum l.46.t.8.l.8
Procurator, cui l.3.t.3.l.58
Procurator cum peteret l.46.t.8.l.23
Procurator eſt,l.3.t.32

Procurator, qui non libro 17.tit.1.l.55
Procurator, qui pro l.3.t.3.l 67
Procurator quinquaginta l.46.t.8.l.4
Procurator Seij l.44.t 7.l.61
Procurator tutorum l.3.t.3.l.63
Procuratoris autem ſcientiam l.14.t.4.l.5
Procuratore Cæſaris l.1 1.t.1.l.22
Procuratore in rem l.3.t.5.l.53
Proditores transfugæ l.46.t.16.l.7
Produci teſtis is poteſt l.22.t.5.l 23
Profectitia dos eſt l.23.t.3.l.5
Pro herede gerere l.29.t.2.l.20
Pro herede poſsidet l.5.1.3.l.11
Prohibere autem l.43.t.24.l.3
Proinde & ſi ope l.13.t.1.l.6
Proinde & ſi quatuor l.45.t.3.l.7
Proinde mutui datio l.12.t.1.l.8
Proinde Pomponius ait l.21.t.1.l.33
Proinde ſi occ ſus l.9.t.2.l.25
Proinde ſi ſeruum occidiſti l.9.t.2.l.22
Promiſſor hominis l.13.t.5.l.23
Promiſſor Stichi l.13.t.5.l.21
Promittendo dotem l.25.t.3.l.14
Pronunciatio ſermonis l.50.t.16.l.195
Pronuntiatum l.50.t.16.l.46
Pro parte domini l.8.t.8.l.11
Propemodum tantum. Hæc lex nunc incipit, Tantum quiſque pecuniæ l.39.t.16.l.88
Proponebatur ex his iudicibus l.5.t.1.l.76
Proponebantur duo tutores l.27.t.8.l.2
Proponebatur filiusfamilias l.49.t.17.l 9
Propriè autem in ſequeſtre l.16.t.3.l.6
Propriè bona dici non poſſunt l.50.t.16.l.83
Proprium ſolum vendo l.8.t.4.l.5
Propter incendium l.50.t.12.l.4
Propter litem l.27.t.1.l.21
Propter magiſtratum l.27.t.1.l.23
Propter ſpem l.30.t.2.l.23
Propter veneni quæſtionem l.29.t.5.l.21
Pro derelicto l.41.t.7.l.2
Pro donato l.41.t.6.l.1
Pro emptore poſsidet l.41.t.4.l.2
Pro herede l.41.t.5.l.1
Pro legato poteſt vſucapi l.41.t.8.l.4
Pro legato vſucapit ib. l.9
Pro regione l.41.t.1.l.8
Pro ſocio arbiter l.17.t.2.l.38
Pro ſoluto vſucapit l.41.t.3.l.46
Pro ſuo l.41.t.10.l.1
Protutelæ actionem l.27.t.5 l.1
Pro voluptariis l.25.t.1.l.9
Proſpexit legiſlator l.40.t.9 l.12
Prouinciales eos l.50.t.16.l.190
Prout quiſque contractus. Legitur hodie, Prout quidque contractum eſt l 46.t.3.l.8
Proxenetica iure licito petuntur l.50.t.14.l.1
Proximus eſt l.50.t.16.l.92
Proximi appellatione l.50.t..l.155
Proximum ſacrilegio crimen eſt l.48.t.4.l.1
Proximè conſtitutum dicitur l.23.t 2.l.50
Proximè in cognitione l.28.t.4.l.3
Puberes ſine curatoribus l.45.t.1.l.101
Publia Mæuia l.16 t.3.l.26
Publiciana actio l.6.t.2.l.17
Publica accuſatio l.48 t.1.l.3
Publica iudicia peculatus l.48.t.13.l.14
Publicorum iudiciorum l.48.t.1 l.2
Publius Mæuius l.35.t.1.l.36
Pueri appellatio l.50.t.16.l.204
Pupillares tabulas l.29.t.3.l.8
Pupillus contra tutores l.27.t.7.l.6
Pupillus eſt l.50.t.16.l.239
Pupillus mutuam pecuniam l 44.t.7.l.59
Pupillus nec velle, nec nolle, l.40.t.17.l.189
Pupillus obligari l.26.t.8.l.5
Pupillus patri heres l.42.t.7.l.24
Pupillus quantum l.41.t.1.l.11
Pupillus qui infans non eſt l.40.t.2.l.24
Pupillus ſi fari poſsit l.29.t.2.l.9
Pupillus ſi non defenditur l.42.t.5.l.39
Pupillus ſine tutoris auctoritate l.20.t.3.l.1
Pupilli debitor l.46.t.3.l.96
Pupilli ſcientia computanda non eſt l.27.t.6.l.6
Pupillo capienti pignus l.13.t.7.l.38
Pupillo, qui l.36.t.5.l.27
Pupillo ſolui l.46.t.3.l.15
Pupillum etiam l.29.t.2.l.49
Pupillum per acceptilationem l.46.t.4.l.2
Pupillum, qui proximus pubertati ſit l.50. t.7.l.111
Purè mihi debes l.44.t.4.l.5
Puta enim quòd qui l.9.t.2 l.26
Puto autem omnes l.3.t.2.l.6

Qua actione l.9.t.2.l.7
Qua ætate. Vide, A qua ætate teſtamentum l. 28 tit.1.l.2
Qua quiſque actione l.2.t.13.l.1
Qua ratione autem l.41.t.1.l.9
Qua vulgo iter fiet l.21.t.1.l.42
Quamcunque enim quæſtionem l.48.t.17.l.3
Quacunque ratione l.3.t.3.l.50
Qualem autem ſententiam l.4.t.8.l.19

Quam Tuberonis ſententiam l.15.ti.1.l.7
Quamdiu inſtitutus l.29.t.2.l.69
Quamdiu poſsit valere l.50.t.17.l.89
Quamdiu patrono l.38.t.2.l.25
Quamdiu poteſt l.29.t.2.l.39
Quamdiu prior heres l.29 t.2.l.3
Quam autem colonus l.43.t.24.l.12
Quamquam autem l.39.t.3.l.4
Quamquam ita l.37.t.7.l.1
Quamquam de reficienda l.43.t.23.l.2
Quamquam igitur fideiuſſor l.16.t.1.l.7
Quamquam in arbitrio matris l.23.t.2.l.62
Quamquam regula ſit l.26.t.8.l.1
Quamquam vſusfructus l.7.t.3.l.1
Quam rem ipſe quidem l.41.t.3.l.38
Quamuis ad eum hereditas l.5.t.1.l.51
Quamuis aduerſus fiſcum l.41.t.3.l.18
Quamuis alienum. Vide S. Pomponius quam t.2.l.39
Quamuis alienus vſusfructus l.39.t.2.l.10
Quamuis ancillam l.43.t.26.l.10
Quamuis anteceſſor l.27.t.9.l.9
Quamuis arbiter l.4.t.8.l.37
Quamuis conuenerit l.13.t 7.l.6
Quamuis enim ſæpe l.47.t.2 l.6
Quamuis heres l.27.t.7.l.1
Quamuis in bonis mariti l.23.t.3.l.75
Quamuis in eam rem l 15.t.3.l.18
Quamuis iure poſtliminij l.27.t.3.l.8
Quamuis melius repoſiturus ſit l.7.t.1.l.8
Quamuis minima res l.36.t.4.l.13
Quamuis mulier l.24.t.3.l.20
Quamuis non adiiciat l.2.t.4.l.11
Quamuis non propriè l.19.t.4.l.14
Quamuis pignoris datio l.16.t.1.l.8
Quamuis poſſeſſa non ſint l.42.t 5.l.13
Quamuis pupillus l.41.t.2.l.32
Quamuis quædam l.34.t.2.l.26
Quamuis quod in littore l.41.t.1.l.50
Quamuis rationes reddere l.35.t.1.l.32
Quamuis res furtiua l.47.t.2.l.84
Quamuis ſaltus l.41.t.2.l.46
Quamuis ſenatus l.36.t.1.l.40
Quamuis ſtipulanti vxori l.16.t.3.l.43
Quantæ audaciæ l.39.t.4.l.12
Quantitas patrimonij l 35.t.2.l.72
Quantitas eadem, idem ius l.34.t.2.l.13
Quantum ad iuris pertinet. Hæc lex nunc incipit eſt l.50.t.16.l.157
Quantum autem ad l.4.t.2.l.20
Quanto magis. Vide, Multo magis pertinet li. l.24
Quare & ſi ſocio l.15.t.1.l.28
Quare hi quoque legitimam l.40.t.3.l.2
Quare ipſe. Vide, Quàm rem ipſe quidem
Quarundam rerum l.41.t.1.l.1
Quarundam rerum l.41.t.2.l.51
Quatenus cuius interſit l.50.t.17.l.24
Quæ acta l.1.t.19.l.1
Quæ ab initio inutilis fuit l.50.t.17.l.210
Quæ actio l.5.t.6.l.2
Quæ bis in menſe. Vide paulo infrà, Quę Vis in ſe
Quæ conditio l.35.t.1.l.39
Quæcunque actiones ſerui l.44.t.7.l.56
Quæcunque gerimus l.44.t.7.l.11
Quęcunque per exceptionem l.16.1.2.l.14
Quæcunque res l.41.t.1.l.58
Quęcunque ſpecialiter l.1.t.21.l.1
Quæcunque ſunt l.6.t.2.l.13
Quædam delicta pagano l.48.t.19.l.14
Quædam mulier ab iudice l.10.t.2.l.41
Quædam mulier fundum l.6.t.1.l.77
Quædam naturali iure l.1.t.8.l.2
Quædam non referuntur l.29. t 7.l.7
Quędam quæ non poſſunt l.41.t.1.l.62
quædam ſunt in quibus l.34.t.5.l.15
quædam ſunt perſonæ l.2.t.13.l.9
quę de legato dicta ſunt l.30.t.1.l.40
quę de tota re l.6.t.1.l.76
quę dotis nomine l.24.t.3.l.33
quę dubitationis tollendę cauſa l.50.t.17.l.
quæ extrinſecus l.45.t.1 l.65
quæ fideicommiſſam l.31.t.1.l.79
quæ filium legitimum l.36 t.3.l.18
quæ fundum in dote habebat l.23.t.3.l.50
quæ iam nuptę l.24.t.1 l.48
quę in concubinatu eſt l.25.t.7.l.1
quæ in teſtamento legi poſſunt l.28.t.4.l.1
quæ in teſtamento ſcripta ſunt l.34.t.8.l.2
quæ legata mortuis l.50.t.17.l.18
quæ legatorum l.39.t.4.l.14
quæ liberti l.39.t.5.l.8
quæ neptis ſuæ nomine l.29.t.21.l.98
quæ omnia non ſolum l.3.t.3 l.25
quæ pater filio l.10.t.2.l.50
quæ pater inter filios l.10. t.2.l.32
quæ propter neceſsitatem l.50.t 17.l.182
quæ quiſque aliena l.41.t.1.l 64
quæ religioſis adhærent l.6.t.1.l.43
quæ ſub conditione l.28.t.7.l.8
quæ tamen ſub ipſo l.24.t.1.l.12

Quæ Vis in menſe li.23. ti.1.l.15
Quæ vtiliter li.1.t.5.l.45
Quæro an curatoribus l.46.t.3.l.100
Quæro an fideiuſſor l.19.t.2.l.54
Quæro an is,qui l.37.t.5.l.3
Quæro an libertus l.37.t.14.l.18
Quæro an non eiuſdem l.26.t.2.l.32
Quæro an ſi ſeruus l.21.t.1.l.58
Quæro de eo qui l.38.t.2.l.48
Quæro,quantæ pecuniæ l.23.t.3.l.60
Quæro, ſi quis ita l.19.t.1.l.39
Quæro ſi vſusfructus fundi l.33.t.2.l.28
Quæris,an ingenuitatis l.40.t.11.l.3
Quæris,ſi pacta l.23.t.4.l.28
Quæri ſolet an l.49.t.9.l.1
Quæret aliquis ſi l.50.t.16.l.15
Quærebatur an hi l.48.t.16.l.11
Quærebatur,cùm is l.35.t.2.l.82
Querebatur,ſi miles l.29.t.1.l.19
Quærebatur ſi poſt primum l.20.t.4.l.20
Quæritur an filio exheredato l.38.t.2.l.38
Quæritur an impubes l.37.t.10.l.14
Quæritur de ea muliere l.21.t.1 l.14
Quæritur hermaphroditum l.1.t.15.l.10
Quæſitum eſt,an ea l.48.t.5 l.40
Quæſitum eſt,an ad heredem l.47.t.12.l.10
Quæſitum eſt,an hi l.26.t.1.l.12
Quæſitum eſt,an is qui l.40.t 9.l.15
Quæſitum eſt,an is qui l.26.t.12.l.4
Quæſitum eſt,an is qui l.15.t.1.l.30
Quæſitum eſt,an ſi iuſſus l.35.t.1.l.57
Quæſitum eſt,an tutor l.2.t.4.l.16
Quæſitum eſt apud Labeonem. Hæc lex eſt initium §.7. l.1.l.15.t.2
Quæſitum eſt apud Iulianum l.18.t.1.l.9
Quæſitum eſt l.18.t.7.l.8
Quæſitum eſt in arbitros l.49.t.2.l.2
Quæſitum eſt l.20.t.5.l.9
Quæſitum eſt l.29.t.1.l.14
Quæſitum eſt l.29.t.2.l.40
Quæſitum eſt l.42.t.5.l.17
Quæſitum eſt l.48.t.15.l.5
Quæſitum eſt l.43.t.26.l.8
Quæſitum eſt,ſi tibi filius l.1.t.7.l.34
Quæſitum eſt l.40 t.1.l.40
Quæſitum eſt l.42.t.1.l.60
Quæſitum eſt,ſi cum in l.7.t.1.l.37
Quæſitum eſt,ſi libertatem l.40.t.9.l.31
Queſitum eſt,filiusfamilias l.3.t.7.l.91
Quæſitum eſt l.3.t.7.l.22
Quæſitum eſt,Stichum l.3 t.1.l.78
Quæſitum eſt. Nunc incipit Sabinus l.28.t.5.l.13
Quæſitum ſcio an in l.22.t.5.l.13
Quæſtio eſt,fundus à l.50.t.16.l.115
Quæſtionis habendæ cauſa l.10.t.4.l.20
Quæſtionis habendæ cauſa l.48.t.18.l.21
Quæſtionis modum l.48 t.18.l.7
Quæſtus enim intelligitur l.17.t.2.l.8
Quemadmodum inuito l.25.t.1 l.46
Quemadmodum nulla l.41.t 2.l.8
Quemadmodum præparaſſe l.5.t.2.l.7
Quemadmodum ſi alij l.9.t.4.l.38
Quemadmodum ſi laqueos l.19.t.2.l.29
Quemadmodum Vrbanus l.33.t.10.l.12
Quem filius meus l.1.t.7.l.26
Quem heredi meo l.34.t.5 l.25
Quem pœnitet bonis ceſsiſſe l.42.t.3.l.5
Quia aceruus l.43.t.24.l.10
Quia aceruus ſolo non cohæret l.43.t.24.l.10
Quia actionum l 19.t.5.l.11
Quia aliæ operæ erunt l.38.t.1.l.12
Quia arbiter l.4.t.8.l.20
Quia autem l.23.t.3.l.23
Quia dicitur quoties l.21.t.2.l.32
Quia difficile l.18.t.1 l.5
Quia etiam ſi cum eo l.4.t.7.l.3
Quia & ſi omnes l.37.t.5.l.19
Quia & ſolui ei poteſt l.2.t.14.l.10
Quia hoc caſu l.15.t.1.l.12
Quia in eum caſum l.9 t.2.l.16
Quia in hoc tempus excurrit l.24.t.1.l.10
Quia licet ſpecialiter l.17.t.2.l 2
Quia magis in confinio l.10.t.1.l.5
Quia manet reus obligatus l.11.t.3.l.12
Quia naturalis obligatio manet l.14.t.6.l.10
Quia non deberet l.12.t.2.l.10
Quia non de dolo eſt l.14.t.4.l.8
Quia nullum pignus l.6 t.1.l.40
Quia parentis locum l 24.t.3.l.16
Quia perinde eſt l.36.t.1.l.42
Quia perſonæ l.26.t.2.l.14
Quia pertinet l.4.t.7.l.7
Quia plerunque l 11.t.1.l.3
Quia poterat fieri l 36.t.1.l.4
Quia qui pretio fruitur l.7.t.1.l.39
Quia quod ex conceſſa l.24.t.1.l.66
Quia quod vulgò dicitur l.14.t.6.l.4
Quia ratio ſuadet l.28.t.7.l.22
Quia redhibito nomine l.4.t.7.l.9
Quia retro adcreuiſſe l.9.t.2.l.35
Quia ſatiſdatio l 26.t 10.l.6
Quia ſemper certa l.2.t.4.l 5
Quia tacita ſubſtitutio li.28.t.5.l.25
Quia tale beneficium eſt l.24.t.3.l.14
Quia tantumdem l.3.t.5.l.7
Quia tractatus l.44.t.3.l.1
Quibus diebus l.35.t.1.l.40
Quibus caſibus l 17.t 2.l.34
Quibus præcipua. Vide, Cui præcipua l.50.t.16.l.57
Quibus rebus Vide, In quibus rebus l.11.t.5.l.3
Quibuſdam aliquam l.50.t.6.l.6
Qui abſentem emptorem l.3.t.3.l.75
Qui abſenti ſeruo l.41.t.2.l.38
Qui accuſare poſſunt l.48.t.2.l.8
Qui actionem habet ad rem l.50.t.6.l.15
Qui actu legato l.34.t.4.l.1
Qui ad certum tempus l.10.t.2.l.14
Qui à debitore. Hęc l. nunc incipit, Is qui à debitore l.42.t.8.l.9
Qui admittitur ſocius l.17.t.2 l.190
Qui ad tempus relegatus eſt l.50.t.2.l.2
Qui agrum vendidit l.47.t.7 l.12
Qui agnitis inſtrumentis l.44.t.1.l.12
Qui ædes l.47.t.9.l.9
Qui ædificium habet l.8.t.2.l.22
Qui æquitate defenſionis l.44.t.4.l.12
Qui aliena negotia. Hæc lex eſt §.3.l.31.lib.3.t.5
Qui à latronibus capti ſunt l.28.t.1.l.13
Qui alienam rem l.39.t 6.l.33
Qui alienam rem vendidit l.21.t.2.l.54
Qui alienum fundum l.19.t.5.l.14
Qui ante Kalendas proximas l.45.t 1.l.13
Qui à patre tutor l.26.t.3 l.3
Qui à pupillo ſubſtitutum l 21.t.2.l.7
Qui à quolibet rem emit l 18.t.1.l.27
Qui appellat prior, agit l.5.t.1.l.29
Qui à ſeruo hereditario l.44.t.7.l.16
Qui autem conſtituit l.13.t.5.l.14
Qui autem cum poſsit. Vide, Quod autem cum poſsit li.42.t.8.l.6
Qui autem in ripa fluminis l.41.t.1.l.15
Qui autem nouo l.2.t.11.l.12
Qui autem operas ſuas l.3.t.2 l.31
Qui auctore iudice l.50.t.17.l.137
Qui his idem promittit l.45.t.1.l.18
Qui bona fide à domino emit l.39.t.2.l.13
Qui bona fide l.4.t.2 l.19
Qui bona fide l.41.t.2.l.23
Qui bonis ſuis ceſsit l 42.t.3.l.6
Qui balneum l.20.t.4.l.9
Qui cædem admiſerunt l.48.t.8.l.16
Qui cedit bonis l.42.t 3.l.8
Qui certam pecuniam l.13.t.3.l.1
Qui chirographum legat l.32.t.1.l.59
Qui clauum habet l.21.t.1.l.12
Qui cœtu, conuerſ. l.48.t.6.l 5
Qui coheredes habet l.10.t.3.l.17
Qui commeatus ſpatium exceſsit l.49.t.16.l.14
Qui concubinam habebat l 32.t.1.l.29
Qui condemnare. Vide paulo inf. Qui damnare poteſt
Qui complures heredes l.28.t.6 l.32
Qui contra legem Æliam l.37.t.14.l.15
Qui contra ſenatuſconſultum l.46.t.1.l.11
Qui cum alio contrahit l.50.t.17.l.19
Qui cum herede eius egit l.44.t.2.l.2
Qui cum maior natu l.38.t.2.l 14
Qui cum pro herede l.41.t.4.l.6
Quicunque à fiſco conuenitur l.22.t.4.l.2
Quicunque nummos aureos l.48.t.10.l.8
Qui cum tutoribus ſuis l.2.t.16.l.9
Qui cum patrefam. l.42.t 1.l.10
Qui cum vno teſticulo natus eſt l.49.t.16.l.4
Qui damnare poteſt l.42.t.1.l 3
Quidam ad creditorem l.13.t.5.l.26
Quidam conſulebant l.43.t 1.l.57
Quidam cum filium alienum l.46.t.1.l.132
Quidam cum filium familias l.28 t.5.l.46
Quidam debitor epiſtolam l.4 t.3.l.38
Quidam decedens. Hæc lex habetur in l.5.l.26.t.7.§.5
Quidam & de peculio l.12.t.2.l.22
Quidam exiſtimauerunt l.12.t.1.l.21
Quidam ex parte dimidia l 21.t.2.l.12
Quidam fundum colendum l.15.t.3.l.16
Quidam fundum dotis cauſa l.23.t.4.l.22
Quidam heredem damnauerat l 33.t.6.l.7
Quidam heredem ſuam l.40.t.4.l.19
Quidam Hyberus nomine l.8.t.2.l.13
Quidam in iure interrogatus. Hæc lex eſt initium §.1. l.29.l.39.t.5
Quidam in ſuo teſtamento l.28.t.7.l.27
Quidam in teſtamento l.40.t.5.l.10
Quidam in teſtamento l.31.t.2.l.30
Quidam in teſtamento l.33.t.8.l.14
Quidam ita in teſtamento l.36.t.1.l.25
Quidam prædia reipublicæ l.33.t 2.l.17
Quidam putant. Vide, Quidam & de peculio
Quidam quaſi l.22.t.3.l.15
Quidam referunt l.29.t.7.l.14
Quidam relegatus l.34.t.5.l.5
Quidam tabularum l.47.t.2.l.32
Quidam teſtamento l.30.t.1.l.96
Quidam teſtamento l.28.t.5.l.30
Quidam Titium & Mæuium l.29.t.4.l.7
Quidam voluit l.16.t.1.l.9
Quid aliud ſunt iura prædiorum lib.50.t.16.l.86
Quid autem ſi ſe non l.27.t.1.l.35
Quid de creditore dicemus l.39.t.2.l.11
Quid enim prohibet l.5.t 1.l.27
Quid enim ſi impetrauerit l.4.t.3.l.14
Quidenim ſi Nerua conſtituiſſet l.17.t.2.l.80
Quid ergo ſi alter l.50.t.1.l.13
Quid ergo ſi non faciat l.7.t.1.l.70
Quid ergo ſi ex centum l.924.t.1.l.16
Quid ergo ſi pretium l 16.t.3.l.2
Quid ergo eſt cum l.34.t.3.l.4
Quid ergo ſi ita l.30.t.1.l.90
Quid ergo ſi maiorem l 30.t 2.l.53
Quid ergo ſi plus l.27.t.4.l.3
Quid ſi nepotes ſint l.26 t.2.l.6
Quid ſit falſum, quæritur l.48.t.10.l.25
Quid ſit nominatim l.28.t 2.l.1
Quid tamen ſi de pluribus l.4.t.2.l.11
Quid tamen dicemus l.18.t.1.l.14
Quid tamen ſi fundus l.7.t.4.l.20
Quid tamen ſi de pluribus l.4.t.8.l 21
Quidquid aſtringendæ l.45.t.1.l.98
Quidquid calore. Vide. Quidquid in calore
Quidquid contraxit ſeruus l 45.t.3.l.40
Quicquid in calore iracundiæ l.50.t.17.l.48
Quicquid infecto argento. Vide, quicquid in facto argento l.41 t.1.l.27
Quicquid venditor l 8.t 4.l.10
Quicquid venditor l 19.t.1.l.27
Qui debitorem ſuum l.46.t.1.l.18
Qui decem debet l.46.t.1.l.72
Qui de inofficioſo l.5.t.2.l.20
Qui de libertate ſua l.40.t.12.l.29
Qui de reddenda dote. Vide, Quod de reddenda dote libr.23.t.4.l.25
Qui deſtiterit agere l.48 t.16.l.2
Qui de vſufructu l.7.t 6.l.6
Qui dolo malo l.46.t.6 l.10
Qui dolo deſierit poſsidere l.50.t.17.l.131
Qui domum alienam l.9.t.2.l.50
Qui domum habebat l.19.t.3.l.57
Qui domum ſuam l.48.t.5.l.8
Qui dotem à matre vxoris l.33.t.4.l 16
Qui dotem pecunia numerata l.33.t.4.l.12
Qui dotem pro muliere l.20.t.4.l.1
Qui dotem ſtipulanti l.24.t 3.l.46
Qui dum captat hereditatem l.29.t.6.l.1
Qui duo prædia l.8.t.3.l.29
Qui duo prædia habebat ibid.l.30
Qui duobus heredibus dare iuſſus eſt libro 35. titulo 8 l.23
Qui duobus in ſolidum l.48.t.10.l.21
Qui duos filios habebat l.37.t.8.l.3
Qui duos heredes l.40.t.4.l.18
Qui duos homines l.2.t.6.l.4
Qui duos impuberes filios l.28.t.6.l.42
Qui duos impuberes filios l.34.t.5.l.9
Qui duos annulos habebat l.32 t.1.l.62
Qui duos procuratores l.3.t.3.l.47
Qui duos reos l.31.t.1.l.13
Qui duos ſeruos l.30.t.1.l.20
Qui ea mente l.47.t.2.l.65
Qui erat heres l.10.t.2.l.49
Qui exceptionem perpetuam l.12.t.6.l.40
Qui ex cauſa fideicommiſsi l.38.t.2.l.29
Qui excubias palatij l.49.t.16.l.10
Qui ex donatione ſe obligauit l.39 t.5.l.10
Qui ex duabus partibus l.29.t.2.l.53
Qui ex fratribus meis l.28 t.7.l.24
Qui ex liberis meis l 37.t.11.l.11
Qui ex libertate l.40.t.12.l.26
Qui ex parte dimid.l.11.t.1.l.18
Qui ex pluribus fundis l.45.t.1.l.106
Qui ex pluribus noxis l.9.t.4.l.20
Qui ex vico ortus eſt l.50 t.1.l.30
Qui falſam monetam percuſſerit l.48.t.10.l.19
Qui falſo vel l.22.t.5.l.16
Qui familiæ erciſcundæ agit l.19.t.2.l.37
Qui fide alterius l.17.t.1.l.53
Qui fidem licitæ tranſactionis l.2.t.25.l.16
Qui fideiuſſor extitit l.19.t.2.l.53
Qui filijfamilias nomina vendidit l.18.t.4.l.14
Qui filio impuberi l.28.t.5.l.38
Qui filium emancipauerat l.37.t.5.l.25
Qui filium & filiam habebat l.36.t.1.l.74
Qui filium & nepotem l 32.t.1.l.64
Qui filium impuberem l.40.t.4 l.22
Qui filium libertinum l.28.t.8.l.11
Qui filiabus legauit l.30.t.1.l.17
Qui foueas vrſorum l.9.t.2 l.28
Qui fructus prædiorum l.35.t.2.l.25
Qui fundum alienum l.8.t.6.l.12
Qui fundum colendum l.19.t.1.l.23
Qui fundum poſsidebat. Vide, Qui fundum pro emptore lib.41.t.4.l.7
Qui fundum tradiderat l.21 t.2.l.45
Qui fundum vendebat l 18.t.1.l.40
Qui fundum vendidit l.50.t.16 l.205
Qui fundum vendidit l.18.t.1.l.75
Qui furere cœpit l.1.t 5.l.39

Qui furtum admittit li.13.ti.1.l.56
Qui generaliter li. 20. ti.4.l.2
Qui habebat filium li.28.ti.6.l.47
Qui habebat Flaccum Fullonem li.34.ti.5.l.28
Qui habebat tutorem li.26.ti.1. l.3
Qui habebat in prouincia li.32.ti.1.l.101
Qui habebat ſeruum lib.40.ti.4.l.54
Qui heres erat, Vide. Qui erat heres.
Qui heres inſtitutus lib.29. ti.2.l.29
Qui heredis nomine li.12.ti 6.l.46
Qui heredi dare iuſſus li.35.ti.1.l.44
Qui hereditatem adire li.29.ti.2.l.19
Qui hoc anno li.45.tit.1. l.42
Qui hominem aut decem li.46.tit.4.l.17
Qui hominem lib.46 ti.3. l.34
Qui hominem legat li.34.ti.4. l.11
Qui id quod ex cauſa li.39.ti.5.l.33
Qui ignorans falſum li.48. ti.10. l.3
Qui illicitum. Vide, Quiſquis illicitum libro 47.ti. 22.l.2
Qui in aliena eſt poteſtate li.29. ti.2.l.6
Qui in alterius locum libro 50 tit.17.l.42
Qui in adoptionem datur lib.1.ti.7.l.23
Qui in carcerem li.4.ti.2.l.22
Qui in collegio piſtorum ſunt li.27.ti.2. l.16
Qui in continentibus vrbis libro 50.ti.16. l.147
Qui indignus eſt li.1.ti.9.l.4.
Qui in domini teſtamento. Vide, Qui in teſtamento domini li.18.ti.1. l.14
Qui in domum alienam li.47. ti.10. l.23
Qui in fraudem creditorum. Vide, in fraudem cred. li.40.ti.9.l.27
Qui in futurum li. 2. ti.14.l.57
Qui iniuriæ cauſa libro 47.ti 2.l.53
Qui iniuriarum actionem lib.47.ti.10.l.43
Qui iniuriarum libro 13.ti.5.l.29
Qui in ius dominum li.50.ti.17.l.177
Qui in nauem extruendam libro 42. ti 5.l.26
Qui in poteſtate parentis eſt li.28.ti.1.l.6
Qui in prouincia libro 23.ti.2.l.57
Qui in ſeruitute eſt libro 50.ti.17.l.118
Qui in ſeruitutem libro 38. ti.2.l.9
Qui inſulam fieri ſtipulatur li.45.ti.1.l.95
Qui inſulam xxx. conduxerat li.19.ti.2.l.30
Qui interrogatus lib.11.t.1.l.5
Qui interrogatus li.5.t.3.l.12
Qui in teſtamento domini li.28. ti.1.l.14
Qui in vterò eſt l.1.ti.5.l 7
Qui in vtero ſunt li.1.ti.5.l.20
Qui inuicem lib 12.ti.6.l 30
Qui ita inſtitutus eſſet li.36.ti.1. l.66
Qui ita legat vxori ſuæ li.33. ti.1.l.3
Qui iter & actum habet li.8.ti.6.l.2
Qui iumenta li.47.ti 2.l.40
Qui iuraſſe dicitur li.12.ti.2.l.26
Qui iurato promiſit lib 2.ti.8.l.6
Qui iure familiaritatis li.41.ti.2.l 41
Qui iure militari teſtatur libro 29.ti.1.l.7
Qui iuſſu patris libro 3. ti.2.l.12
Qui iuſſit vetuitve lib.42. ti 1.l.14
Qui iuriſdictioni præeſt li.12.ti.1.l.10
Qui lancem maximam li.34.ti.2.l.31
Qui legatorum ſeruandorum cauſa lib. 41. ti.5. l.2
Qui leuandæ nauis gratia lib.14.ti.2.l.8
Qui libero legatione lib.50. ti.71.l.14
Qui libertate li.50.ti.10.l.2
Qui liberatus eſt li.1. ti.7.l. 12
Qui liberis impuberibus li.28.ti.6.l.8
Qui liberos. Hæc lex incipit, Capite trigeſimoquinto libro 23.ti.2.l.19
Qui libertatis cauſam excipit li.21.ti.2.l.69
Qui libertinus li.38.ti.1.l.37
Qui loco certo libro 12.ti.6.l.27
Qui luminibus viciniorum lib.18.ti.2.l.11
Qui mandat ſolui li.46.ti.3.l.56
Qui mandatum ſuſcepit li.17.ti.1.l.43
Qui manus amiſit li 28 ti.1.l.10
Qui mercedem accipit li.19.ti.2.l.40
Qui metu criminis li 49.ti.16.l.16
Qui mihi donatum volebat li.39.ti.5.l.13
Qui mittuntur vt milites li.4.ti.6.l.35
Qui mortis cauſa donauit li.39.ti.6.l.30
Qui mortui naſcuntur li 50.ti.16.l.129
Qui munus publicè li.48.ti.11.l.9
Qui mutuam pecuniam libro 17.ti.1.l.56
Qui negotia Lucij Titij libro 17.ti.1.l.34
Qui negotiationem li.26. ti.7. l.58
Qui neque iuriſdictioni lib.5. ti.1.l.81
Qui neque tutores ſunt li.27. ti.9.l.8
Qui neque ſequatur li.30. ti.16.l.48. Incipit nunc, Solutum non intelligimus.
Qui nomine prætoris li.48.ti.10.l.25
Qui nominibus à curatoribus lib.26.ti.7.l.44
Qui non cogitur li.5.ti.1.l.22
Qui non facit, quod li.50.ti.17.l.121
Qui non militabat li.28.ti.5.l 78
Qui non tam idoneum li.13.ti.6.l.11
Qui nummis li.15.ti.3.l.2
Quin etiam nefas exiſtimatur li.23.ti.2. l.55
Quin etiam de re patris lib.4.ti.8.l.6
Qui etiam ſi quis obligatione li.3.ti.6.l.2
Quingenta teſtamento li.22. ti.3.l.12. legitur etiam
Quinquaginta
Quinquaginta dierum li.27.ti.1.l.38
Quinque legibus li.48.ti.20 l.3
Quinquennium non vtile li.48. ti.5.l.31
Qui noua vectigalia exercent li.48.ti.6.l.12
Quintus Cæcilius lib.16.ti.3. l.18
Quintus Mucius ait li.24.ti.1.l.51
Q.Mucius ait lib.33.ti.1. l.7
Q.Mucius li.ij li.34.ti.2.l.27
Q.Mucius Scæuola ait li. 17.t.1.l.48
Q.Mucius ſcribit li.8.ti.3. l.15
Q.Mucius ſcribit li.19. ti 1.l.40
Q.Mucius ſcribit libro 9.ti.2.l.39
Q.Mucius libro 34.ti.2.l.10
Qui ob hoc tantùm libro 50.ti.6.l.1
Qui ob necem detectam libro 40.ti.8.l.5
Qui ob pactionem libertatis libro 41. ti.4. l.9
Qui ob rem non defenſam li.12. ti.6.l.33
Qui occidit adulterum libro 9.ti.2.l.30
Qui officij cauſa libro 18.ti.1. l.62
Qui omiſſa cauſa j. libro 29.ti.4. l.29.
Qui omiſſa cauſa ij. libro 29.ti.4.l.30
Qui onerandæ. Vide, is qui onerandæ li.38.ti.1.l.32
Qui operas ſuas locauit li.19. ti.2.l.38
Qui patitur ab alio li.17.ti. 1.l.18
Qui patri heres extitit li.29 ti.2.l 59
Qui peculium ſerui li.33.ti.8.l.17
Qui peculij adminiſtrationem li.15.ti.1.l.46
Qui pecuniam creditam li.12. ti.1.l.30
Qui pecuniam dare iuſſus li.40.ti 7. l.22
Qui penum legat li.33. ti 9.l.3
Qui pendentem vindemiam emit l.19.ti.1. l.25
Qui per certum lib.8 ti.4. l.15. Nunc legitur, Qui per certi locum.
Qui per colluſionem libro 19.tit.2.l.49
Qui perforauerit muros li.48. ti.13.l.11
Qui per ſalutem ſuam iurat libro 12.ti.2.l.33
Qui per ſucceſſionem libro 50.ti.17.l.194
Qui petitorio lib.6.ti.1.l.36
Qui pignori plures res libro 20.ti.1. l.19
Qui pignoris cauſa lib.41.ti 2 l.36
Qui pœnæ ſerui efficiuntur libro 40.tit.2. l.8
Qui plures habebat libertos libro 33.ti.2.l.18
Qui plures tutores habuit libro 26.ti.7.l.41
Qui plures heredes inſtituit li.28.ti.6 l.23
Qui plures liberos habet li.28.ti.6.l.38
Qui populari actione lib 47.ti.23.l.5
Qui poſſeſſionem vi ereptam li.43.ti.17.l.17
Qui poſthumos heredes li.29. ti.5.l.4
Qui poteſt facere li.50.ti.17. l.174
Qui poteſt inuitus lib.50.ti 17.l.26
Qui potuerint li.40.ti.4.l 27
Qui precario li.43.ti.26. l.17
Qui pretio accepro li.39.ti 6 l 8
Qui prior appellat. Vide, Qui appellat prior, agit li.5 ti.1.l.29
Qui procuratorem li.3.ti. 3.l.57
Qui pro donato li.41. ti 6 l.5
Qui promiſit li.12.ti 6.l.48
Qui proprio nomine li 3.t.3.l.46
Qui propter funus li.11 .t 7 l.1
Qui pro tutore negotia gerit li.27.ti.5.l.4
Qui pro tribunali libro 42.ti. 2. l.2
Qui pupillam ſuam libro 48.t.10. l.7
Qui putat ſe decem dare li.29.t.2.l.74
Qui quadringenta habebat li.35.t.1.l 88
Qui quadringenta reliquit li 36.t.1.l.2
Qui qualitercunque. Vide, οἱ ὁπωσοῦν §.3.l.2.t 6.l.26
Qui quartam partem libro 30.t.1.l.15
Qui quatuor pocula lib.32.t.1.l.30
Qui quod per Falcidiam lib.35.t.2. l.46
Qui retiario crediderat li.13.t.7. l.30
Qui reipub. cauſa abfuit lib.4.t.6.l.46
Qui res ſuas obligauit libro 46.t.3.l.98
Qui rei poſtulati li.48.t.21. l.3
Qui rem alienam defendit li.50.t 17.l.166
Qui rem rapuit li.47. t.8.l.1
Qui rem ſuam li.16. t.3.l.15
Qui re ſibi commodata lib.47.t.2.l.76
Qui repudiantis animo lib 5.t.2.l.17
Qui reſtituere iuſſus li.6.ti.1. l.68
Qui Romæ lib.45. t.1.l.122
Qui ſaccum habentem li.47.t.2.l.77
Qui ſaltum æſtiuum lib.32.tit.1.l.67
Qui ſatiſdare promiſit lib.46. t.1.l.3
Qui ſaxum mihi eximere li.39. t.5.l.6
Qui ſciens liberum emit li.40.ti.12.l.33
Qui ſcit fundum lib.22. t.1.l.25
Qui ſe dicit lib.5.t.1.l.67
Qui ſella aut lectica li.8. t.3.l.7
Qui ſe liti obtulit lib.5.t.3 l.5
Qui ſemiſſes vſuras promiſit li.22.t.1.l.13
Qui ſe pupillum li.29.t.2 l.96
Qui ſeruandarum mercium li.19.t.5.l.14
Qui ſeruum alienum lib.11.t.1.l.20
Qui ſeruum alienum li.44. t.7.l.34
Qui ſeruum meum li.3.ti.5.l.41
Qui ſeruum mihi li.45.t.1.l.96
Qui ſeruum ſuum li.29.t.2.l.47
Qui ſeruo perſuaſit li.47.t.2 l.36
Qui ſe venire paſſus lib.40. t.14.l.2
Qui ſibi aut Titio li.36. t.3.l.33
Qui ſic ſoluit li.46.ti.3.l.55
Qui ſic ſtipulatur lib.45 ti.1.l.47
Qui ſine accuſatoribus li.48. ti.18.l.21
Qui ſine cauſa obligantur l.12.ti.7.l.5
Qui ſine dolo malo li.50. ti.17.l.63
Qui ſine vſuris lib.3.ti.5.l 38
Qui ſolidum fideicommiſſum li.3..ti 1.l.7
Qui ſoluendo lib.28 ti 5.l.42
Qui ſoluendo ij. ibid.l.60
Quiſque illicitum collegium li.47.ti.22.l.
Quiſquis mihi li.50.ti.16.l.116
Quiſquis mihi heres li.30.ti.1.l.95
Qui naturas li.48.t.4.l.7
Qui ſtatus controuerſiam li.49. ti.16. l.1
Qui ſtatu liberi cauſam li.40.ti.7.l.2
Qui Stichum li.12.ti 2.l.5
Qui ſtipulatur li.45.t.2.l.1
Qui ſub conditione li.35.ti.1.l.111
Qui ſuperſtitis bona li.29.t.2. l.94
Qui ſuſpectum tutorem li.39. ti.1.l.20
Qui tabernas argentarias li.13 t.1.l.32
Qui tabulam æream li.48.ti.13.l.8
Qui tabulas teſtamenti li.9.t.2.l.43
Qui tabulas vel cautiones lib.49. ti.2.l.27
Qui tacet li.50.t.17. l.142
Qui tertiana aut quartana li.21. ti.1.l.53
Qui teſtamentum amouerit li.48.ti. 10.l.1
Qui teſtamentum faciebat li.22.t.3.l.27
Qui teſtamentum li.7.ti.6.l.3
Qui teſtamento. Vide, Qui in teſtamento
Qui teſtamento l.28.t.1.l.20
Qui teſtamento li.27. ti.1. l.57
Qui teſtamento li.31. t.1.l.37
Qui teſtator heredis li.28.ti.5.l.1
Qui tibi mandauerat li 34.ti.2.l.2
Qui Titij teſtamentum libro 34.ti.9.l.7
Qui totam hereditatem li.36.ti 1. l.45
Qui totam hæreditatem li 29. ti.2.l.1
Qui tranſigit li.2.ti.15.l.1
Qui tutelam li.26. ti. 2.l.28
Qui tutor li.26.ti.7. l.18
Qui vas argenteum lib.47.tit.2 l.48
Quive de prouincia li.48 ti.4.l.2
Qui venenum dicit li.50. ti.6.l.236
Qui veniri ſubſtitutus eſt li.25.t 4.l.3
Qui veſtem omnem lib.33.ti.10.l.10
Qui vetante prætore li.50.tit.17.l.102
Qui viam habet li.39.t.1.l.14
Qui vias publicas muniunt libro 9.t.2.l.31
Qui vinum Surrentinum libro 33.t 6.l.16
Qui vltimo ſupplicio damnatur libro 48.t
Qui vniuerſas ædes libro 41.t.2. l.30
Qui volebat filiam libro 28.t.5. l.61
Qui vſumfructum libro 45. t.1. l.38
Qui vſumfructum areæ libro 7.t.1.l.36
Qui vſumfructum traditum libro 7. t.6.l.3
Qui vti optimæ libro 59.t.16.l.90
Qui vxori repudium li.48.t.5.l.16
Qui vxori ſuæ legauerit li.34.ti.2.l.18
Qui vxorem prægnantem libro 28. t.3.l.15
Quo caſu ad prætorem li.4.t.8.l.12
Quo caſu opus li.10.t.1.l.3
Quo defuncto li 26.t.4.l.4
Quo deſtinauerit li.47. ti.2.l.4
Quo enim tutiore loco lib.46.t.8.l.12
Quo gradu li 28.ti.6.l.13
Quo loco ſcribatur libro 28.t.5.l.20
Quo lucidius intelligi li.44. t.4. l.1
Quominus ex publico lib.43.t.12.l.2
Quo naufragium fit lib 47. t.9.l.1
Quo quidem caſu lib.6 ti.1.l.4
Quo tutela redit li.50 ti.17.l.73
Quod ab alio li.13.ti.1.l.15
Quod ab initio. Vide. Quod initio
Quod ad certam ſpeciem li.50.ti.8.l 1
Quod ad heredem lib. 27. ti 8. l.6
Quod ad honores pertinet libro 50.ti.1.l.2
Quod adipiſcendæ. Vide, quod apiſcendæ
Quod ad ſeruitutes lib.11.ti.2.l.75
Quod ad ſtatum damnatorum libro 48.ti.19.
Quod ait lex, Diuortij li.24.t.2.l.11
Quod ait lex, in filia li 48.ti.3. l.23
Quod ait prætor li.3.ti.2.l.2
Quod ait prætor li.9.ti.4.l.31
Quod adipiſcendæ dignitatis lib.24. ti.1.l.4
Quod à quoquo lib.50 ti.17 l 46
Quod attinet ad ius ciuile li.30.ti.17.l.32
Quod autem ædificio lib.8.tit.2.l.7
Quod autem cùm poſſit li. 42. ti.2 l 6
Quod autem dicitur lib.35.ti 2.l.74
Quod autem diximus libro 40.ti.12 l.10
Quod autem ex furto libro 17.ti.2. l.53
Quod autem in heredem li.4 ti.2.l.19
Quod autem in ſtipulatione. Vide. Quia autem l.23.ti.3.l.23
Quod autem Sabinus li.18.ti.2 l.11
Quod conclaue libro 39.ti.2.l.47
Quod contra legem li.48.ti.11.l.8
Quod conditionis implendæ cauſa libro 35 l.36
Quod contra rationem iuris li.50.ti.17.l.14
Quod conſtitutum eſt libro 29.ti.1.l.21

Quodcunque dolo malo lib.3.ti.3.l.4
Quod debetur ſeruo l.15.t.1.l.51
Quod debitori acceptum l.39.t.6.l.24
Quod de bonis l.35.t.2.l.15
Quod de pariter mortuis l.34.t.5.l.16
Quod dicimus l.26.t.8.l.7
Quod dicimus l.50.t.16.l.231
Quod dicimus in eo l.46.t.3.l.105
Quod dicitur l.26.t.1.l.4
Quod dicitur l.20.t.1.l.39
Quod dicitur l.25.t.1.l.15
Quod dicitur l.28.t.2.l.11
Quod dicitur l.25.t.1.l.5
Quod dicitur l.45.t.1.l.86
Quod dicitur l.49.t.3.l.1
Quod dicitur l.45.t.1.l.130
Quod dicitur l.47.t.2.l.18
Quod dictum eſt l.1.t.14.l.31
Quod diximus l.4.t.2.l.16
Quod diximus l.40.t.14.l.10
Quod Diuo Marco l.40.t.4.l.50
Quod enim ex maleficio l.17.t.2.l.54
Quod enim nullius eſt l.41.t.1.l.3
Quod enim ſolutum l.46.t.1.l.7
Quod eſt,& ſi quid l.43.t.16.l.3
Quod & Atteius Capito l.23.t.2.l.29
Quod & lex Fauia l.43.t.29.l.3
Quod euincitur l.50.t.17.l.19
Quod ex his cauſis l.48.t.5.l.28
Quod fideicommiſſum l.30.t.1.l.93
Quod filiofamilias l.17.t.1.l.61
Quod fortè dicit l.19.t.2.l.8
Quod fructuarius l.41.t.1.l.49
Quod his verbis l.32.t.1.l.83
Quod in conuiuio l.11.t.5.l.4
Quod in debitum l.12.t.6.l.7
Quod in diem debetur l.16.t.2.l.7
Quod in diem l.4.t.4.l.42
Quod in diem. Vide, Quod certa die l.46.t.2.l.70
Quod in littore l.41.t.1.l.14
Quod infans l.6.t.1.l.60
Quod in fructus redigendos l.22.t.1.l.46
Quod in herede l.14.t.4.l.9
Quod initio l.50.t.17.l.29
Quod in rerum natura l.30.t.1.l.24
Quod in ſtipulatione l.22.t.1.l.31
Quod ipſis, qui contraxerunt l.50.t.17.l.143
Quod ita ſanatum eſt l.21.t.1.l.16
Quod iuſsit l.42.t.1.l.14
Quod iuſſu alterius l.50.t.17.l.180
Quod Labeo ait l.16.t.2.l.13
Quod Labeo ſcribit l.37.t.10.l.9
Quod legatur l.5.t.1.l.38
Quod maior pars curiæ l.50.t.1.l.19
Quod meo nomine l.41.t.2.l.18
Quod mihi Sempronius l.34.t.3.l.22
Quod ne curatoris l.1.t.7.l.8
Quod Nerua diceret l.6.t.3.l.32
Quod niſi fiat l.38.t.1.l.20
Quod nomine mariti l.12.t.6.l.8
Quod non ratione introductum l.1.t.3.l.39
Quod noſtrum non eſt l.7.t.1.l.63
Quod nullius eſſe poteſt l.50.t.17.l.182
Quod per manus traditum eſt l.29.t.7.l.10
Quod placuit fiſco l.48.t.14.l.37
Quod principis, aut ſenatus l.39.t.3.l.23
Quod principi placuit l.1.t.4.l.1
Quod principi relictum eſt l.31.t.1.l.56
Quod priuilegium l.16.t.3.l.8
Quod procurator ex re domini l.3.t.3.l.68
Quod pupillus l.12.t.6.l.41
Quod purè datum eſt l.36.t.2.l.6
Quod quidem l.4.t.6.l.25
Quod quis aliquo anno l.44.t.7.l.50
Quod quis cum ſeruus eſt l.50.t.17.l.146
Quod quis ex culpa ſua l.50.t.17.l.203
Quod quis nauis fabricandæ l.42.t.5.l.34
Quod quis ſciens l.12.t.6.l.50
Quod quis ſibi adſcripſerit l.34.t.8.l.5
Quod reipublicæ l.47.t.10.l.33
Quod ſæpe arræ l.18.t.1.l.35
Quod ſemel ordo decreuit l.50.t.9.l.5
Quod ſenatuſconſultum l.47.t.10.l.6
Quod Seruius in li. de Dotibus l.32.t.4.l.68
Quod ſeruus l.49.t.15.l.1
Quod ſeruus depoſuit l.16.t.3.l.11
Quod ſeruus ex peculio l.46.t.3.l.35
Quod ſeruus in hoc l.15.t.3.l.11
Quod ſeruus meus l.15.t.1.l.56
Quod ſeruus ſtipulatus eſt l.45.t.3.l.36
Quod ſeruus tuus l.41.t.2.l.24
Quod ſi ab initio l.12.t.1.l.10
Quod ſi alij legetur l.34.t.4.l.7
Quod ſi alterutro l.35.t.2.l.78
Quod ſi artificem fecerit l.6.t.2.l.32
Quod ſi cum ſcires l.4.t.3.l.8
Quod ſi deferente me l.4.t.3.l.21
Quod ſi de ſpeciali mandatu l.4.t.4.l.26
Quod ſi dolo poſſeſſoris l.6.t.1.l.22
Quod ſi domus habitatione l.19.t.2.l.28. Nunc legitur, Quod ſi domi habit.
Quod ſi donauero l.7.t.1.l.40
Quod ſi dubitet lib.29.tit.2.l.33
Quod ſi ea bona l.1.t.19.l.2
Quod ſi ea conditione l.12.t.6.l.18
Quod ſi eo tempore l.17.t.2.l.66
Quod ſi Epheſi petetur l.13.t.4.l.4
Quod ſi ex ſtipulatu l.17.t.2.l.42
Quod ſi filij nomine l.1.t.5.l.2
Quod ſi filius ante moritur l.46.t.3.l.14
Quod ſi fundus l.23.t.5.l.11
Quod ſi heres l.25.t.1.l.10
Quod ſi heres l.7.t.1.l.47
Quod ſi in diem ſit l.5.t.3.l.16
Quod ſi intra l.40.t.9.l.13
Quod ſi in venditione l.18.t.4.l.10
Quod ſi iterum l.34.t.4.l.4
Quod ſi iuraui l.12.t.2.l.29
Quod ſi locus monumenti l.11.t.7.l.11
Quod ſi Mæuius l.28.t.5.l.80
Quod ſi malit actor l.6.t.1.l.14
Quod ſi maritus plus conſtituit l.13.t.5.l.3
Quod ſi minor ſua ſponte l.4.t.4.l.24
Quod ſi nepotes l.26.t.1.l.6
Quod ſi neque traditi eſſent l.18.t.6.l.14
Quod ſi nolit venditor l.21.t.1.l.31
Quod ſi non diuortium l.23.t.3.l.31
Quod ſi non ſoluere l.13.t.7.l.10
Quod ſi nulla dos eſſet l.11.t.7.l.28
Quod ſi nulla hereditas l.18.t.4.l.8
Quod ſi nulla retentione l.30.t.1.l.60
Quod ſi nuptura debitori l.23.t.3.l.45
Quod ſi oues natæ ſunt l.5.t.3.l.26
Quod ſi pater meus l.38.t.2.l.11
Quod ſi per eam l.23.t.3.l.15
Quod ſi plures l.26.t.2.l.18
Quod ſi poſſeſſor l.5.t.3.l.17
Quod ſi poſſeſſor l.6.t.1.l.71
Quod ſi quis Stichum l.30.t.1.l.77
Quod ſi ſeruus domino l.15.t.3.l.3
Quod ſi ſeruum quis exemit l.2.t.7.l.4
Quod ſi ſit hereditas l.18.t.4.l.13
Quod ſi ſumptum l.5.t.3.l.37
Quod ſi tutor l.27.t.8.l.3
Quod ſi vir l.24.t.3.l.62
Quod ſi vir vxori l.24.t.1.l.14
Quod ſi viro l.47.t.10.l.2
Quod ſi vno pretio l.18.t.2.l.13
Quod ſi vltra. Vide, Quod ſi intra
Quod ſtatuliber l.19.t.6.l.41
Quod ſtipulatus ita ſum l.46.t.3.l.10
Quod ſupra quadrantem l.35.t.2.l.10
Quod tamen l.27.t.9.l.4
Quod te mihi dare oporteat l.12.t.1.l.5
Quod traditum eſt l.35.t.1.l.87
Quod tumultus. Vide, De eo quod tumultus lib. 16 t.3.l.18
Quod vendidi l.18.t.1.l.19
Quod venditor l.4.t.3.l.37
Quod vero l.1.t.3.l.14
Quod vir ei quæ l.24.t.2.l.65
Quod vi poſſeſſum l.47.t.8.l.6
Quod vulgo dicitur l.37.t.4.l.19
Quod vulgo dicitur l.40.t.4.l.45
Quod vulgo traditum eſt l.41.t.4.l.12
Quod vxor viro l.41.t.2.l.16
Quoniam furtum l.3.t.1.l.18
Quoniam intelligitur l.3.t.2.l.5
Quoniam pecunia vſus l.7.t.5.l.10
Quoniam poſt interitum l.18.t.2.l.3
Quoniam pro locuplete l.2.t.6.l.3
Quoniam ſeruitus l.40.t.2.l.2
Quos nos hoſtes appellamus l.50.t.16.l.234
Quos prohibet prætor l.3.t.1.l.7
Quotiens j.l.8.t.1.l.2
Quotiens ij.l.8.t.1.l.15
Quotiens cuidam l.35.t.2.l.67
Quotiens certa ſpecies l.38.t.1.l.24
Quotiens de delicto quæritur l.48.t.19.l.1
Quotiens deficit actio l.19.t.5.l.21
Quotiens de hoc contenditur l.40.t.14.l.6
Quotiens de ſeruitute agitur l.21.t.1.l.61
Quotiens dominus l.9.t.4.l.21
Quotiens dubia interpretatio l.50.t.17.l.20
Quotiens duobus l.7.t.1.l.34
Quotiens duplici iure l.50.t.17.l.91
Quotiens enim l.9.t.4.l.34
Quotiens filiusfamilias l.50.t.1.l.2
Quotiens fundus l.18.t.2.l.2
Quotiens heredis bona l.42.t.6.l.6
Quotiens id quod. Nunc incipit, in perpetuum quotiens l.46.t.3.l.61
Quotiens idem ſermo l.50.t.17.l.67
Quotiens in actionibus l.34.t.5.l.11
Quotiens in diem l.45.t.1.l.58
Quotiens in ſtipulationibus l.45.t.1.l.8
Quotiens in taberna l.15.t.1.l.47
Quotiens is cui l.37.t.1.l.16
Quotiens lex obligationis libro 44. tomo 7 l.41
Quotiens libertus l.34.t.5.l.12
Quotiens iuſſu alicuius l.17.t.2.l.84
Quotiens nihil ſine l.50.t.17.l.200
Quotiens nominatim l.31.t.1.l.2
Quotiens operæ lib.22.ti.3.l.8
Quotiens pater dat dotem l.24.t.3.l.29
Quotiens paterfamilias l.36.t.1.l.24
Quotiens patre furente l.23.t.4.l.8
Quotiens propter rem l.12.t.2.l.14
Quotiens pupillus l.29.t.2.l.43
Quotiens quæreretur l.22.t.3.l.1
Quotiens quis alium l.45.t.1.l.81
Quotiens quis debitor l.46.t.3.l.1
Quotiens quos purè l.46.t.2.l.14
Quotiens res æſtimata l.23.t.3.l.16
Quotiens ſeruus iudicio l.2.t.11.l.13
Quotiens ſeruus venit l.18.t.1.l.29
Quotiens ſerui electio l.33.t.5.l.2
Quotiens ſub conditione l.35.t.1.l.22
Quotiens tantum præſtat l.47.t.6.l.3
Quotiens tutor l.26.t.7.l.7
Quotiens vnus l.46.t.3.l.37
Quotiens volens alium l.28.t.5.l.9
Quotiens vſusfructus legatus eſt l.7.t.2.l.1
Quotiens vtriuſque cauſa l.50.t.17.l.87

Ratis vi fluminis l.47.t.9.l.8
Ratio poſſeſsionis l.19.t.1.l.3
Ratum autem habere l.46.t.3.l.13
Reo criminis poſtulato l.46.t.3.l.41
Reas adulterij factas l.23.t.2.l.26
Reos promittendi l.45.t.2.l.11
Receptum eſt vt l.8.t.4.l.18
Recuſare autem non l.36.t.1.l.6
Recuſati hereditas l.29.t.2.l.95
Rectè dicimus l.50.t.16.l.25
Rectè defendi hoc eſt l.5.t.1.l.63
Rectè Labeo ait l.4.t.6.l.13
Rectiſsimè prætor l.40.t.12.l.14
Redemptores l.6.t.1.l.39
Redempti à ſorore partibus l.29.t.7.l.18
Redhibere eſt l.21.t.1.l.21
Redhibitoria actio l.21.t.1.l.45
Redintegrato matrimonio l.25.t.2.l.23
Refectionis gratia l.8.t.4.l.11
Regula Catoniana l.34.t.7.l.5
Regula eſt l.50.t.17.l.1
Regula eſt iuris l.22.t.6.l.9
Regulariter definiendum eſt l.5.t.3.l.9
Relegati in inſulam l.48.t.22.l.4
Relegati ſine l.48.t.19.l.4
Relegatorum duo genera l.48.t.22.l.7
Relegatus l.48.t.21.l.14
Relegatus ſtatuis l.48.t.22.l.17
Relegatus integrum l.48.t.22.l.18
Relegatus non l.48.t.22.l.19
Reliqua quoque l.34.t.3.l.17
Remittit iuſiurandum l.12.t.2.l.6
Reperitur caſus l.35.t.2.l.84
Repeti poteſt l.7.t.4.l.5
Repetitio nulla eſt l.12.t.6.l.44
Repetita quidem eo die l.22.t.4.l.2
Repetundarum damnatus l.22.t.5.l.15
Res bona fide vendita l.18.t.1.54
Res ex mandata meo l.41.t.1.l.59
Res hereditarias l.47.t.19.l.4
Res hypothecariæ l.20.t.1.l.5
Res in dotem datæ l.23.t.3.l.42
Res iudicata dicitur l.42.t.1.l.1
Res iudicata l.50.t.17.l.207
Res pignoris nomine data l.41.t.2.l.37
Res in dotem datæ pecunia l.23.t.3.l.42
Res quæ in controuerſia ſunt l.49.t.14.l.22
Rei appellatio latior eſt l.50.t.16.l.5
Rei appellatione l.50.t.16.l.23
Rei capitalis damnatum l.48.t.11.l.2
Rei commodatæ l.13.t.6.l.8
Rei communis nomine l.17.t.2.l.45
Rei iudicatæ exceptio l.44.t.2.l.4
Rei iudicatæ tempus l.24.t.3.l.15
Rei maioris pecuniæ l.44.t.1.l.21
Reipublicæ cauſa l.4.t.6.l.36
Reipublicæ intereſt l.23.t.3.l.2
Rei quam venalem l.4.t.3.l.33
Rem alienam diſtrahere l.18.t.1.l.28
Rei ſepulchrorum violatorum l.47.t.12.l.54
Rem alienam pignori dediſti l.13.t.7.l.41
Rem de qua controuerſia eſt l.44.t.6.l.3
Rem hereditariam l.21.t.2.l.65
Rem in bonis noſtris l.41.t.1.l.52
Rem in iudicio deductam l.12.t.3.l.1
Rem inſpiciendam quis dedit l.47.t.2.l.78
Rem legatam l.34.t.4.l.18
Rem mihi commodaſti l.13.t.6.l.21
Rem pignori l.10.t.2.l.28
Rem quæ nobis l.41.t.2.l.15
Re coniuncti l.32.t.1.l.89
Rerum amotarum j.l.25.t.2.l.1
Rerum quidem amotarum ij. ib.l.25
Rerum amotarum iij. ib.26
Rerum amotarum iv. ib.27
Rerum amotarum v. ib.l.29
Rerum mixtura facta l.41.t.3.l.30
Reſcriptum autem D.Marci l.2.t.14.l.10
Reſcriptum eſt ab Imperatore l.20.t.5.l.12
Reſcriptum eſt à principe l.34.t.9.l.6

Reſcripto diuorum fratrum li.50.ti.4.l.6
Reſcripta principum l.29.t.1.l.44
Reſcriptis quibuſdam l.44.t.3.l.9
Reſpiciendum enim l.12.t.1.l.38
Reſpiciendum eſt. Vide, Perſpiciendum eſt libro 48 t.19.l.11
Reſtituere is videtur l.50.t.16.l 75
Reſtituta hereditas l.36.t.16.l.37
Retro creditur l.49.t.15.l.16
Reus delatus l.50.t.4.l.7
Riparum vſus l.1.t.8.l.5
Rogo ne Stichus l.40.t.5.l.21
Rogo quandoque l.36.t.2.l.29
Rogaſti me l.12.t.1.l.11
Rogaſti me l.10.t.5.l.19
Rogatus es l.34.t.1.l.23
Rogatus vt fideiuberet l.17.t.1.l.33
Roma communis patria l.50.t.1.l.33
Romanus Appulus l.26.t.5.l.28
Ruſticorum prædiorum l.8.t.3.l.2
Rutilia Polla l.28.t.1.l.69

Sabinus ait. Vide. Non cogendum l.3.t.3.l.43
Sabinus ait. Vide, Sabinus in re cõmuni l.10.t.3.l.29
Sabinus putat l.4.t.3.l.29
Sabinus reſpondit l.18 t.1.l.20
Sabinus ſcribit l.18.t.2.l.9
Sacra loca ea ſunt l.1.t.8.l.9
Saccularij l.47.t.11.l.7
Sacrilegi pœnam l.48.t.13.l.6
Sacrilegi capite l.48.t.13.l.9
Sæpe ad alium l.27.t.10.l.13
Sæpe legatum l.32.t.1.l.16
Sæpiſsimè reſcriptum l.29.t.7.l.1
Salarium procuratori l.17.t.1.l.7
Saluius Ariſto l.37.t.5.l.6
Sanctum l.1.t.8.l.8
Sanctio legum l.48.t.19.l.41
Sane Diui Seuerus l.13.t.7.l.17
Sanè videndum l.23.t.3.l.38
Sanè & ſic acceptilatio l.46.t.4.l.7
Sanè ſi maris l.47.t.10.l.14
Sanè ſi valetudinis l.17.t.1.l.25
Sanè & deteriorem l.23.t.3.l.11
Satis conſtat l.37.t.14.l.22
Satiſdatio eodem modo l.2.t.8.l.1
Satiſdationis appellatione l.50.t.16.l.62
Satisfactio pro ſolutione eſt l.46.t.3.l.52
Satiſque pœnæ ſubire l.2.t.4.l.19
Scapham non videri l.21 t.2.l.44
Sæpe audiuit Cæſarem l.1.t.18.l.8
Sæpe conſtitutum eſt l.42.t.1.l.63
Sæpe etiam ad hoc l.13.t.6 l.4
Sæpe ita comparatum eſt l.50.t.16.l.53
Sæpe iuſtæ ac l.23.t.1 l.17
Sæpe qui non prohibet l.50.t.27.l.60
Scæuola reſpondit l.36.t.1.l.76
Scæuola reſpondit l.39.t.3.l.26
Scæuola reſpondit l.50.t.16.l.243
Scæuola. Vide, Teſtamento ita cauit l.40.t.5.l.18
Sciendum eſt l.2.t.8.l.15
Sciendum eſt, heredem l.50.t.16.l.70
Sciendum eſt l.4.t.6.l.18
Sciendum eſt l.5 t 2.l.1
Sciendum eſt, ad officium l.23.t.2.l.20
Sciendum eſt, ad venditionem l.21.t.1.l.63
Sciendum eſt in actione l.10.t.1.l.13
Sciendum eſt libertinum l.23.t.2.l.32
Sciendum eſt, nomine l.22.t.1.l.21
Sciendum eſt l.30.t.1.l.2
Sciendum eſt l.48.t.1.l.9
Sciendum eſt, ſeparationem l.42.t.6.l.1
Sciendum eſt l.50.t.7.l.4
Sciendum eſt l.42.t.1.l 25
Sciendum eſt l.44.t.7.l.58
Sciendum eſt l.50.t.15.l.1
Sciendum eſt l.45.t.1.l.30
Sciendum eſt l.39.t.1.l.19
Sciendum eſt, nihil intereſſe l.21.t.2.l.52
Sciendum eſt l.47.t.7.l.2
Sciendum eſt, neceſſario l.40.t.4.l.32
Sciendum eſt, quod hodie l.47.t.5.l.2
Sciendum eſt l.48.t.15.l.2
Sciendum eſt l.49.t.5.l.6
Sciendum tamen eſt l.21.t.1.l.19
Scientiam hic pro l.9 t.2.l.45
Scilicet ſi ante exhibitionem l.53.t.5.l.53
Scilicet pro ea parte l.9.t.2.l.20
Seio illud l.4.t.1.l.4
Seio quæſitum l.49.t.1.l.3
Seio quoſdam l.40.t.4.l.61
Scire debemus l.45.t.1.l.29
Scire etiam oportet. Vide, εἰσ' ἔιαν χρὴ l.27.t.1.l.13
Scire leges l.1.t.3.l.37
Scire oportet εἰσ ἔιον δεῖ l.26.t.5.l.21
Scire oportet. Vide εἰσ ἔιον χρὴ l.50.t.1.l.35
Scribit Celſus l.36.t.2.l.33
Scribit Quintus Mucius l.34.t.2.l.34
Scriptus heres l.11.t.7.l.41
Scriptus heres l.37.t.10.l.22
Scripto herede l.38.t.6.l.7
Scripti electione l.33.t.2.l.4

Secundum Iulianum lib.17.ti.2.l.61
Secundum naturam l.59.t.17.l.10
Sed actio ei datur l.2.t.11.l.3
Sed actione l.17.t.2.l.50
Sed addes hoc l.19.t.2.l.19
Sed ad exhibendum l.18 t.1.l.30
Sed alio iure vtimur l.2.t.9.l.2
Sed an hic detrahi debeat l.14.t.5.l.3
Sed an vltro l.3.t.5.l.10
Sed an viæ, itineris l.20.t.1.l.12
Sed Celſus filius ait l.18.t.1.l.6
Sed commodius eſt l.11.t.3.l.4
Sed cum ab herede l.36.t.1.l.12
Sed cum ambo l.5.t.1.l.14
Sed cum ea l.29.t.7.l.15
Sed cum fructuarius l.7.t.1.l.63
Sed de damno l.19.t.2.l.41
Sed de interpretatione l.1.t.3.l.37
Sed cum patrono l.37.t.1.l.6
Sed de pecunia l.7.t.5.l.2
Sed Diui fratres l.1.t.8.l.7
Sed dicendum eſt l.15.t.3.l.4
Sed duobus legatis l.31.t.1.l.5
Sed ea quæ. Vide, Sed quæ patris
Sed eſt quæſitum l.28 t.2.l.64
Sed eſt quæſtionis l.47.t.10.l.9
Sed etiam à Binea l.2.t.2.l.20
Sed etiam ad ea quæ l.30.t.1.l.31
Sed etiam ex his cauſis l.3.t.3.l.12
Sed etiam ipſum l.1.t.14.l.2
Sed etiam nepos l.1.t.7.l.14
Sed ad eos pertinet l.4.t.6.l.24
Sed & aliis dabit l.27.t.10.l.2
Sed & cum aliquis l.3.t.5.l.16
Sed & domino l.25.t.2.l.18
Sed & ea quæ l.1.t.3.l.35
Sed & ei qui vi l.13.t.3.l.2
Sed & eo nomine l.9.t.4.l.10
Sed & eo quoque l.7.t.4.l.9
Sed & eius rei l.10.t.2.l.24
Sed & ex dolo l.4.t.3 l.15
Sed & filiusfam. compellitur l.4.t.8.l.5
Sed & hæ perſonæ l.3.t.3.l.35
Sed & heres eius l.11.t.3.l.8
Sed & hi quis l.39.t.4.l.13
Sed & id quoque l.3.t.3.l.59
Sed & in illo quæritur l.34.t.5.l.18
Sed & in ipſum l.14.t.3.l.6
Sed & interdictum l.7.t.4.l.6
Sed & interpellatur l.4.t.8.l.49
Sed & ipſe ſeruus l.9.t.4.l.6
Sed & ipſi nautæ l.4.t.9.l.4
Sed & ipſis qui l.36.t.3.l.3
Sed & is qui miſcuit l.42.t.4.l.4
Sed & loci vnius l.10.t.1.l.4
Sed & nepos Vide, Sed etiam nepos
Sed & milites. Vide, Oἱ παλαιογρατιῶνκι lib. 27. tit.1.l.2
Sed & partus ancillarum l.4.t.2.l.12
Sed & poſteriores l.1.t.3.l.28
Sed & qui l.36.t.1.l.5
Sed & quoad ad eas res l.20.t.1.l.9
Sed & reprob. Vide, Εαν δύο ἔχοντι libro 26.t.1.l.6 §.6
Sed & ſi adhuc l.24.t.4.l.9
Sed & ſi adiiciatur l.17.t.2.l.13
Sed & ſi ad tempus l.36.t.1.l.20
Sed & ſi alia l.13.t.5.l.17
Sed & ſi alio loco l.36.t.1.l.9
Sed & ſi ante diem l.36.t.1.l.10
Sed & ſi citeriore die l.13.t.5.l.4
Sed & ſi conducere l.39.t.2.l.29
Sed & ſi conſtante matrimonio l.24.t.1.l.25
Sed & ſi cum l.33.t.8.l.4
Sed & ſi deceſſerint l.37.t.4.l.5
Sed & ſi decem l.13.t.5.l.12
Sed & ſi de ſua conditione l.29.t.2.l.34
Sed & ſi diuortij l.25.t.2.l.19
Sed & ſi duo. Vide, Sed ſi duo l.15.t.1.l.15
Sed & ſi is qui l.2.t.4.l.21
Sed & ſi eam rem l.43.t.26.l.7
Sed & ſi eum ediderit l.37.t.9.l.2
Sed & ſi exceptio l.21.t.8.l.18
Sed & ſi falſum l.12.t.4.l.2
Sed & ſi fideiuſſor l.2.t.14.l.24
Sed & ſi filiofamilias l.13.t.5.l.7
Sed & ſi hereditas l.10.t.4.l.11
Sed & ſi ideo l.24.t.3.l.21
Sed & ſi imaginem l 47.t.2.l.31
Sed & ſi in ſeruum. Vide, Sed ſi in ſeruum
Sed & ſi ipſe heres l.9.t.2.l.14
Sed & ſi ipſe heres l.15.t.1.l.31
Sed & ſi is qui domi l.2.t.4.l.21
Sed & ſi is qui pignori l.2.t.2.l.18
Sed & ſi lege l.5.t.3.l.25
Sed & ſi me putem l.12.t.6.l.22
Sed & ſi mortis cauſa l.37.t.5.l.3
Sed & ſi non data l.40.t.5.l.55
Sed & ſi non numerata l.46.t.4.l.10
Sed & ſi non ſit heres l.16.t.3.l.4
Sed & ſi partem fundi l.8.t.5.l.3
Sed & ſi pater l.48.t.20.l.10

Sed & ſi per prætorem l.4.ti.6.l.26
Sed & ſi plures l.2.t.8.l.13
Sed & ſi plus ſit l.47.t.5.l.9
Sed & ſi poſſeſſor l.12.t.2.l.11
Sed & ſi poſt mortem l.21.t.2.l.23
Sed & ſi poſtea l.9.t.4.l.23
Sed & ſi pro dote l.37.t.5.l.10
Sed & ſi proprietatis l.9.t.2.l.20
Sed & ſi quemcunque l.9.t.2.l.5
Sed & ſi quid inædificauerit l.7.t.1.l.15
Sed & ſi quid donetur l.7.t.1.l.22
Sed & ſi quid l.18.t.1.l.31
Sed & ſi quid ſtipulatus l.7.t.1.l.25
Sed & ſi quilibet l.19.t.2.l.22
Sed & ſi quis l.29.t.2.l.2
Sed & ſi quis l.2.t.11.l.4
Sed & ſi quis meam rem l.14.t.3.l.7
Sed & ſi quis viginti l.13.t.5.l.13
Sed & ſi rem ſuam l.42.t.8.l.51
Sed & ſi res adiudicata l.6 t.2.l.7
Sed & ſi reipublicæ cauſa l.22.t.1.l.23
Sed & ſi reſtituatur l.5.t.1.l.28
Sed & ſi ſeruus l.12.t.2.l.25
Sed & ſi ſerui l.46.t.1.l.20
Sed & ſi ſic l.32.t.1.l.6
Sed & ſi ſic l.34.t.7.l.2
Sed & ſi ſuſcepit l.5.t.1.l.52
Sed & ſi vſucapio l.10.t.2.l.14
Sed & ſi vtriuſque. Vide, Si vtriuſque
Sed ſocius l.47.t.2.l.17
Sed eximendi verbum l.2.t.7.l.4
Sed hæc neque paſſim l 3.t.3.l.13
Sed hæc nimium l.77.t.1.l.33
Sed hic videtur l.27.t.9.l.2
Sed hoc imperari non debet l.28.t.8.l.4
Sed hoc ita l.39.t.3.l.20
Sed hoc ita accipiendum l.42.t.2.l.22
Sed hoc iure vtimur l.41.t.2.l.2
Sed hoc nomine l.21.t.2.l.26
Sed honore nequidem l.48.t.22.l.8
Sed ita idoneum l.39.t.2 l.36
Sed in emptore l.15.t.1.l.13
Sed interdum opus l.30.t.3.l.15
Sed interim res l.24.t.1.l.11
Sed ipſi ſeruo l.7.t.8.l 13
Sed Iulianus adiicit. Hæc lex habetur in l. poſt princ.
Sed licitis qui l.2.t.18.l.12
Sed mihi videtur l.13.t.6.l.3
Sed nec æs alienum l.17.t.2.l.12
Sed nec filius l.28.t.3.l.10
Sed nec illud prohibitum l.46.t.3.l.40
Sed nec ipſi l.36.t.1.l.39
Sed nec legatarius l.13.t.1.l.11
Sed nec libertas l.23.t.5.l.6
Sed neque locabunt l.7.t.8.l.8
Sed nihilominus l 17.t 2.l.48
Sed niſi hoc libro 23.t.3.l.8
Sed non dantur pupillo l.27.t.3.l.10
Sed non eſſe æquum l.47.t.10.l.16
Sed Proculus rectè l.17.t.1.l.4
Sed poſtquam ſocius l.10.t.3.l.9
Sed quę loca fundi l.8.t.3.l.22
Sed quæ patris l.23.t.1.l.12
Sed quod ex Pamphila l.31.t.1.l.73
Sed quod inde l.31.t.1.l.71
Sed reuocata pecunia l.49.t.14.l.20
Sed ſciendum l.36.t.1.l.7
Sed ſciendum eſt l.48.t.9.l.3
Sed ſi accepto vſu rogæ l.49.t.14.l.32
Sed ſi alia lege lib.48.t.20.l.5
Sed ſi alienare l.40.t.5.l.32
Sed ſi ante viam l.44.t.1.l.17
Sed ſi apud acta l.49.t.1.l.2
Sed ſi certos nummos l.30.t.1.l.51
Sed ſi communis l.18.t.1.l.18
Sed ſi communem ſeruum l.9.t.2.l.19
Sed ſi compromiſſum l.4.t 8.l.13
Sed ſi conditioni l.28.t.5.l.6
Sed ſicuti de bonis l.37.t.10.l.16
Sed ſicuti ſtipulando l.7.t.1.l.23
Sed ſi damnum l 15.t.1.l.9
Sed ſi de arboribus cæſis l.47.t.7.l.11
Sed ſi de fructu. Hæc lex habetur in §.1.l.
Sed ſi duo ſint l.15.t.1.l.15
Sed ſi ego l.16.t.1.l.4
Sed ſi emancipatur l.50.t.1.l 16
Sed ſi eum defendat l.16.t.1.l.3
Sed ſi ex cauſa l.17.t.2.l.47
Sed ſi ex eadem cauſa l.47.t.2.l.2
Sed ſi ex parte l.14.t.5.l.4
Sed ſi ex ſtipulatu l.45.t.1.l.24
Sed ſi ex vtriuſque l.21.t.2.l.28
Sed ſi fideiuſſo l.2.t.14.l.24
Sed ſi fortè alius l.27.l.2.t 6
Sed ſi grandes arbores l.7.t.1.l.12
Sed ſi hac lege l.2.t.4.l.10
Sed ſi hoc ſpecialiter l.35.t.1.l.62
Sed ſi ideo legatum l.35.t.2.l.75
Sed ſi in ſeruum compromittatur l.4.t.8.l.9
Si intercedat l.8.t 2.l.1
Sed ſi interdum lib.47.t.17.l.2

d ſi ipſe heres lib.15.t.1.l.31
d ſi ipſe heres l.9.t.2.l.14
d ſi is cui adſignaſſem l.38.t.4.l.8
d ſi is, qui controuerſiam l.37.t.10.l.5
d ſi ita compromiſſum l.4.t.8.l.8
d ſi maior pars l.29.t.3.l.6
d ſi manente l.43.t.26.l.5
d ſi maritus l.40.t.9.l.14
d ſi minori l.38.t.5.l.8
d ſi mors ſit inſecuta l.24.t.1.l.13
d ſi non alias l.30.t.1.l.88
d ſi nondum pater l.11.t.7.l.17
d ſi non ſeruus l.35.t.2.l.36
d ſi par numerus l.6.t.1.l.2
d ſi pecunia l.27.t.9.l.3
d ſi plures ſint l.28.t.6.l.10
d ſi ponas filium l.5.t.1.l.23
d ſi ponas filium l.49.t.17.l.20
d ſi poſtea l.4.t.8.l.24
d ſi priore iudicio l.7.t.1.l.47
d ſi pro alieno ſeruo l.16.t.1.l.9
d ſi proponas l.47.t.3.l.2
d ſi proponatur l.18.t.2.l.10
d ſi pupillus l.14.t.3.l.11
d ſi quid l.7.t.1.l.15
d ſi quis ex ſignatoribus l.29.t.3.l.7
ed ſi quis ſeruum l.15.t.1.l.33
ed ſi res aliena l.30.t.1.l.40
ed ſi res non deferatur l.10.t.3.l.5
ed ſi riuus priuatus l.10.t.1.l.6
ed ſi ſeruus l.14.t.4.l.3
ed ſi ſeruo meo l.18.t.1.l.13
ed ſi ſibi l.45.t.3.l.11
ed ſi ſtatuliberum l.2.t.9.l.6
ed ſi ſurripuit l.47.t.2.l.28
ed ſub conditione l.37.t.4.l.18
ed ſi vir armata l.43.t.16.l.14
ed ſi vir lana ſua l.24.t.1.l.31
ed ſi tantum l.2.t.14.l.13
ed tunc patrono conceditur l.40.t.12.l.4
ed vbi reſtitutio datur l.4.t.4.l.15
ed Venditor l.39.t.3.l.13
ed videamus l.3.t.5.l.4
ed vſusfructus legatus l.35.t.2.l.81
ed vtrum ex delicto l.5.t.3.l.14
eius à Lucio l.18.t.5.l.10
eius & Agerius l.35.t.2.l.27
eius Saturninus l.56.t.1.l.46
Seia ab hærede l.34.t.2.l.6
Seia cum bonis l.39.t.6.l.42
Seia cum nuberet l.33.t.4.l.11
Seia fundos l.21.t.2.l.73
Seia mancipia emit l.16.t.1.l.28
Seia mutuam pecuniam l.22.t.1.l.12
Seia Sempronio l.24.t.1.l.66
Seiæ dulciſſimæ l.34.t.2.l.36
Seiæ egreſſæ annos xij.l.26.t.5.l.26
Seiæ ex parte heredi l.33.t.7.l.20
Seio amico fideliſſimo l.33.t.1.l.10
ſemel mora facta l.24.t.3.l.26
ſemper aduerſus poſſeſſorem l.43.t.24.l.15
ſemper generalibus. Vide, ſemper ſpecialia
ſemper in ciuitate noſtra l.50.t.6.l.5
ſemper in coniunctionibus l.23.t.2.l.42
ſemper in coniunctionibus l.50.t.17.l.197
ſemper in dubiis l.5.t.17.l.56
ſemper in fraudem l.40.t.19.l.23
ſemper in obſcuris l.50.t.17.l.9
ſemper in ſtipulationibus l.60.t.17.l.34
ſemper ſpecialia l.50.t.17.l.147
Sempronius Attalus l.33.t.2.l.26
Sempronius Proculus l.31.t.1.l.47
Sempronius Thetidi l.41.t.7.l.8
Sempronia libellos compoſuit l.47.t.2.l.72
Sempronio ea, quæ l.33.t.2.l.33
Senatuſconſulto Piſoniano cauetur l.29.t.5.l.8
Senatuſconſultum quod factum eſt l.25.t.3.l.1
Senatuſconſulto cauetur l.1.t.18.l.16
Senatuſconſulto l.38.t.4.l.1
Senatuſconſulto l.23.t.2.l.59
Senatuſconſulto cauetur l.47.t.10.l.38
Senatuſconſulto, quod l.20.t.2.l.1
ſenatus cenſuit l.2.t.13.l.3
ſenatus cenſuit l.18.t.1.l.52
ſenatus cenſuit l.7.t.5.l.1
ſenatus cenſuit l.39.t.6.l.35
ſenatus cenſuit l.48.t.2.l.14
ſenatus cenſuit l.49.t.14.l.15
ſenatus enim ea quæ ſunt ædium l.3.t.1.l.43
ſenatus pœnam remiſit l.48.t.10.l.5
Senatoris filia l.23.t.2.l.47
Senatoris filius l.1.t.9.l.6
Senatoris filium l.1.t.9.l.5
Senatorem remotum l.1.t.9.l.5
Senatores licet in vrbe l.1.t.9.l.11
ſententiam l.40.t.16.l.5
ſepticia ceriamen l.50.t.12.l.10
ſeptimo menſe l.1.t.5.l.12
ſepulchri deteriorem partem l.47.t.12.l.7
ſepulchri violati j.l.47.t.12.l.2
ſepulchri ij. ibid.l.6
ſepulchri iij. ibid.l.8
ſepulchra hoſtium religioſa lib.47.t.12.l.4
ſequens quæſtio l.31.t.1.l.68
ſequeſter dicitur l.50.t.16.l.110
ſequitur de vſucapione l.41.t.3.l.4
Seruius autem ſcribit l.43.t.21.l.3
ſeruius etiam eum l.43.t.24.l.4
ſeruius exiſtimabat l.40.t.4.l.35
ſeruius rectè dicebat l.38.t.10.l.8
ſeruius reſpondit l.32.t.1.l.57
ſeruius ait l.22.t.3.l.8
ſeruius ab hoſtibus captus l.30.t.1.l.98
ſeruus alienus l.28.t.5.l.3
ſeruus alienus l.43.t.3.l.30
ſeruus alienus ita l.28.t.7.l.21
ſeruus bonorum l.37.t.1.l.7
ſeruus ciuitatis l.40.t.2.l.3
ſeruus communis l.29.t.2.l.67
ſeruus communis l.40.t.2.l.6
ſeruus communis j.l.45.t.3.l.2
ſeruus communis ij.ibid.l.5
ſeruus communis iij ib l.27
ſeruus cuius nomine l.3.t.2.l.14
ſeruus cuius mihi vſus l.7.t.8.l.20
ſeruus cuiuſdam l.12.t.6.l.36
ſeruus decem dare iuſſus l.46.t.3.l.68
ſeruus dom no ancillam l.41.t.4.l.10
ſeruus dotalis heres l.24.t.3.l.58
ſeruus duorum heres l.29.t.2.l.64
ſeruus ea lege venit l.18.t.7.l.7
ſeruus effectus l.44.t.7.l.30
ſeruus etiam l.48.t.1.l.11
ſeruus furioſi l.40.t.1.l.13
ſeruus hac lege venditus l.40.t.1.l.8
ſeruus hereditarius l.28.t.5.l.52
ſeruus hereditarius j.l.45.t.3.l.16
ſeruus hereditarius ij.ibi.l.35
ſeruus in cauſa capitali l.1.t.5.l.15
ſeruus in opus l.46.t.19.l.34
ſeruus in rem domini l.15.t.3.l.17
ſeruus inſcio domino l.46.t.1.l.19
ſeruus legatus eſt l.34.t.4.l.27
ſeruus legatus eſt l.34.t.4.l.27
ſeruus licei alienus l.28.t.1.l.28
ſeruus meus l.45.t.3.l.14
ſeruus nec iuſſu domini l.46.t.4.l.12
ſeruus nec peculiarem l.46.t.2.l.16
ſeruus non in omnibus l.44.t.7.l.20
ſeruus patrioni l.38.t.1.l.10
ſeruus pecuniam l.40.t.1.l.6
ſeruus pignori datus l.40.t.1.l.3
ſeruus poſt decem annos l.33.t.1.l.16
ſeruus quem de me l.19.t.1.l.30
ſeruus qui bona fide l.31.t.1.l.43
ſeruus qui id fundo l.32.t.1.l.82
ſeruus qui teſtamento l.40.t.7.l.14
ſeruus quod detulit l.12.t.2.l.20
ſeruus reipublicæ cauſa l.50.t.17.l.211
ſeruus ſi heredi decem l.40.t.7.l.34
ſeruus tuus l.4.t.3.l.20
ſeruus tuus pecuniam l.16.t.3.l.33
ſeruus vetante domino l.45.t.1.l.62
ſeruus vni ex heredibus l.30.t.1.l.67
ſeruus vxori l.18.t.5.l.76
ſerui electione l.30.t.1.l.5
ſerui appellare non poſſunt l.49.t.1.l.15
ſerui & filij noſtri l.47.t.2.l.17
ſerui ex delictis l.44.t.7.l.14
ſerui nomine l.41.t.3.l.16
ſerui qui apud hoſtes ſunt l.36.t.2.l.43
ſerui quos filiusfamilias l.40.t.1.l.17
ſerui corrupti nomine l.11.t.3.l.17
ſerui emptor l.18.t.1.l.16
ſerui quorum noxa l.9.t.4.l.43
ſerui reſponſo l.22.t.5.l.7
ſerui venditor l.21.t.2.l.5
ſeruis legatis l.32.t.1.l.81
ſeruis vrbanis legatis l.32.t.1.l.99
ſeruo alieno l.30.t.3.l.113
ſeruo autem manumiſſo l.47.t.10.l.30
ſeruo competere l.40.t.9.l.2
ſeruo generaliter legato l.33.t.5.l.12
ſeruo inuito l.36.t.1.l.65
ſeruo legato l.30.t.1.l.69
ſeruo legato cum peculio l.33.t.8.l.1
ſeruo libertatem ita dedit l.35.t.1.l.47
ſeruo manumiſſo l.33.t.8.l.9
ſeruo manumiſſo l.12.t.6.l.58
ſeruo meo herede l.38.t.13.l.1
ſeruum, quem pro derelicto l.40.t.8.l.2
ſeruo ſine libertate l.33.t.5.l.15
ſeruum à filiofamilias l.37.t.14.l.8
ſeruum communem habemus l.28.t.6.l.48
ſeruum dotalem l.40.t.1.l.21
ſeruum filij ſui l.30.t.1.l.44
ſeruum fructuarium l.45.t.3.l.22
ſeruum furioſum l.40.t.1.l.26
ſeruum meum heredem l.28.t.5.l.50
ſeruum meum l.12.t.6.l.37
ſeruum pignori datum l.40.t.9.l.4
ſeruum pupilli l.46.t.6.l.6
ſeruum quem quis l.20.t.1.l.27
ſeruum qui ſub conditione l.46.t.1.l.11
ſeruum quis per vim l.47.t.13.l.3
ſeruum quoque & filiumfam.l.3.t.3.l.35
ſeruum teſtamento l.40.t.4.l.36
ſeruum Titij emi l.17.t.1.l.49
ſeruos ad cuſtodiam templi l.24.t.1.l.17
ſeruos ad templi cuſtodiam l.40.t.32.l.35
ſeruos autem ſuos Vide, Suos autē ſeruos l.30.t.2.l.73
ſeruos inter coheredes l.10.t.2.l.34
ſeruos legauit, & cauit ita l.40.t.4.l.20
ſeruos quoque l.48.t.2.l.5
ſeruitus aquæ ducendæ l.8.t.3.l.9
ſeruitus & per ſocium l.8.t.6.l.5
ſeruitutem l.50.t.17.l.209
ſeruitute vſus l.8.t.6.l.25
ſeruitutes aut perſonarum ſunt l.8.t.1.l.1
ſeruitutes ipſo quidem iure l.8.t.1.l.4
ſeruitutes quæ in ſuperficie l.8.t.2.l.20
ſeruitutes prædiorum l.8.t.1.l.3
ſeruitutes prædiorum confunduntur l.6.t.6.l.1
ſeruitutes prædiorum l.18.t.1.l.14
ſeruitutes ruſticorum l.8.t.3.l.1
ſeu ob aliam l.17.t.1.l.25
ſeu ob inanes rei actiones l.17.t.1.l.24
Seuerus Auguſtus dixit l.50.t.2.l.9
Sextam filiam l.32.t.1.l.32
ſexto gradu ſunt l.38.t.10.l.3
ſextumdecimum ætatis annum l.50.t.5.l.2
ſi à bonæ fidei poſſeſſore l.6.t.1.l.21
ſi ab arbitro probati ſunt l.21.t.8.l.10
ſi ab emptore l.21.t.2.l.49
ſi ab eo, cui legatus eſſet l.33.t.2.l.9
ſi ab eo, qui innocens fuit l.3.t.6.l.8
ſi ab eo, qui Publiciana l.20.t.1.l.18
ſi ab eo emas l.41.t.3.l.12
ſi ab herede ex teſtamento l.7.t.6.l.2
ſi ab hoſtibus, capta filia.l.24.t.3.l.16
ſi ab inſtituto l.20.t.4.l.11
ſi abſens ſit tutor l.27.t.2.l.6
ſi abſente fructuario l.7.t.1.l.48
ſi abſenti l.50.t.7.l.11
ſi ab vno ex heredibus l.36.t.3.l.17
ſi acceppilatio l.46.t.3.l.75
ſi acceptio fuerit lata l.46.t.4.l.2
ſi accepto latum l.46.t.4.l.19
ſi à colono l.45.t.1.l.89
ſi à colono ſtipulatus l.46.t.1.l.58
ſi actor deferat l.12.t.2.l.30
ſi actor malit dominum l.3.t.3.l.29
ſi actoris ſeruus l.2.t.10.l.2
ſi actum ſit l.17.t.2.l.43
ſi à debitore prælato l.48.t.10.l.29
ſi ad defendendum l.46.t.7.l.10
ſi à domino vel à patre l.5.t.3.l.36
ſi ad dominum ignorantem l.47.t.2.l.86
ſi adoptauero eum, qui l.43.t.26.l.16
ſi adulterium l.48.t.5.l.38
ſi ad exhibendum l.10.t.4.l.8
ſi adhuc cum l.27.t.4.l.16
ſi ad mendo, legatum l.34.t.4.l.19. Incipit Modeſtinus reſpondit, Si, &c.
ſi ad libertatem proclamauerit l.9.t.4.l.42
ſi ad patrem manumiſſorem l.38.t.16.l.10
ſi ad pupillum l.26.t.8.l.11
ſi adrogator deceſſerit l.1.t.7.l.22
ſi adrogati ſunt l.26.t.1.l.14
ſi ædes communes ſint l.10.t.3.l.12
ſi ædes meæ ſeruiant l.8.t.2.l.52
ſi ædes meæ à tuis ædibus l.8.t.2.l.38
ſi ædibus meis l.39.t.2.l.32
ſi æſtimata l.4.t.9.l.2
ſi à furioſo l.44.t.7.l.24
ſi à furioſo l.12.t.1.l.12
ſi ager ab hoſtibus l.7.t.4.l.16
ſi ager cuius vſusfructus l.5.t.4.l.23
ſi ager ex emptionis cauſa l.6.t.1.l.50
ſi alienus ſeruus l.31.t.1.l.62
ſi alienus ſeruus l.9.t.4.l.37
ſi alienus ſeruus l.45.t.3.l.19
ſi aliena res l.41.t.3.l.10
ſi alienam rem l.21.t.2.l.76
ſi alienam rem l.39.t.6.l.13
ſi alienam rem ſciens l.24.t.3.l.11
ſi alienum hominem l.30.t.1.l.35. Legitur hic, ſi heres alienum
ſi alienum ſeruum l.28.t.5.l.49
ſi alieni nummi l.46.t.3.l.78
ſi alimenta l.45.t.1.l.1
ſi aliquis mortis cauſa l.39.t.6.l.7
ſi aliquam rem poſsideam l.41.t.2.l.28
ſi alius fecerit l.43.t.4.l.7
ſi alius pro muliere l.40.t.3.l.2
ſi alij fundum l.33.t.2.l.19
ſi alij veſtimenta l.34.t.2.l.1
ſi alij vſus l.7.t.1.l.42
ſi alterius l.28.t.5.l.10
ſi ambo ſocij l.16.t.2.l.10
ſi à me fueris adrogatus l.5.t.1.l.11
ſi à me tibi l.35.t.2.l.29
ſi à milite ſcriptus heres l.29.t.1.l.29
ſi ancilla fuit l.15.t.3.l.50
ſi ancilla l.30.t.1.l.62
ſi ancillæ alienæ l.35.t.11.l.59

Si ancillam furtiuam li. 41.ti.10.l.4
Si ancillas omnes l.30.t.1.l.63
Si ante acceptum iudicium l.46.t.7.l.7
Si ante aditam hereditatem l.11.t.1.l.15
Si ante nuptias l.24.t.3.l.6
Si antequam pateſieret l.29.t.5.l.24
Si antequam ſeruus l.24.t.1.l.8
Si à pluribus heredibus l.30.t.1.l.107
Si à primo herede l.28.t.2.l.8
Si apes feræ l.47.t.2.l.26
Si apud filiumfamilias l.16.t.3.l.21
Si apud minorem l.4.t.4.l.12
Si apud te pecuniam l.19.t.5.l.18
Si aquæ ductus debeatur l.18.t.1.l.47
Si à reo ſub conditionem l.46.t.1.l.70
Si arbiter l.22.t.3.l.28
Si arbor l.43.t.26.l.2
Si arborem ponat l.8.t.1.l.17
Si areæ legatę l.31.t.2.l.39
Si vſusfructus l.7.t.1.l.73
Si arrogator. Vide, Si adrogator
Si à ſeruo meo l.35.t.2.l.20
Si à ſeruo meo pecuniam l.12.t.5.l.5
Si à ſubſtituto pupilli l.30.t.1.l.45
Si à te emero l.8.t.5.l.16
Si à te herede l.36.t.3.l.10
Si à te hereditatem petam l.44.t.2.l.9
Si à Titio fundum emeris l.6.t.1.l.72
Si à Titio fundum l.21.t.3.l.2
Si à Titio ſtipulatus l.46.t.1.l.43
Si Auguſta legauerit l.31.t.1.l.57
Si autem certum ſit l.36.t.4.l.2
Si autem dominicam. Vide, Sin autem dominicam li.2. ti 14.l.29
Si autem domino prædij l.39.t.1.l.2
Si autem is fuit l.3.t.5.l.8
Si autem intra quinquennium l.5.t.2.l.9
Si autem plures ſunt l.39.t.3.l.10
Si autem tardius l.13.t.7.l.7
Si bene collatæ ſunt l.22.t.1.l.33
Si binæ tabulæ l.28.t.3.l.11
Si binarum ædium dominus l.8.t.2.l.35
Si bona fide poſſeſſor l.9.t.4.l.12
Si bona patroni venierunt l.38.t.1.l.40
Si bonæ fidei poſſeſſor l.5.t.3.l.49
Si boues alienos. Vide, Boues alienos l.9.t.2.l.53
Si Calendis. vide, Si Kalendis
Si calumnietur. Vide, Si caluitur l.50.t.16.l.233
Si captiuus l.49.t.15.l.20
Si caſtrenſe peculium l.49.t.17.l.7
Si centum homines l.45.t.1.l.117
Si certarum rerum heredes l.29.t.1.l.17
Si certos nummos l.45.t.1.l.37
Sit eueniet l.48.t.5.l.21
Si chirographum cancellatum l.22.t.3.l.24
Si chorus aut familia legetur l.32.t.1.l.78
Si cognatis legatum ſit l.34.t.5.l.19
Si coheredi tuo l.38.t.15.l.4
Si coita ſit ſocietas l.17.t.2.l.75
Si collectaneus l.40.t.2.l.13
Si colonus ancillam l.43.t.33.l.1
Si colonus inſciente domino l.39.t.3.l.5
Si colonus non l.41.t.2.l.31
Si colonus ſit qui l.47.t.7.l.9
Si colonus tuus l.43.t.16.l.20
Si commiſſa eſt l.46.t.8.l.13
Si commodauero tibi equum l.13.t.6.l.23
Si communis familia l.9.t.4.l.9
Si communis ſeruus j. l.45.t.3.l.17
Si communis ſeruus ij. ibid l.29
Si communes ædes l.3.t.5.l.40
Si communem fundum l.8.t.6.l.10
Si communi fundo meo l.8.t.3.l.27
Si compromiſſum ita factum eſt l.4.t.8.l.47
Si concubina res amouerit l.25.t.2.l.17
Si condicatur ſeruus l.13.t.1.l.3
Si confeſſus fuerit l.48.t.3.l.5
Si conſenſit l.20.t.6.l.7
Si conſentiente patre l.40.t.1.l.16
Si conſtante matrimonio l.23.t.5.l.24
Si conſtet l.46.t.1.l.12
Si conſul vel præſes l.1.t.7.l.3
Si conuenit de diſtrahendo l.13.t.7.l.4
Si conuenit l.18.t.5.l.6
Si contendat fideiuſſor l.46.t.1.l.28
Si conuenerit l.1.t.14.l.56
Si conuenerit inter ſocios l.17.t.2.l.14
Si conuenerit inter te & l.10.t.3.l.23
Si conuenerit vt alius l.2.t.1.l.18
Si conuenerit vt nomen l.13.t.7.l.18
Si conuenerit l.42.t.1.l.26
Si conuenerit j. l.23.t.4.l.2
Si conuenerit ij. ibid.l.3
Si creditor debitori l.34.t.[illegible].l.15
Si creditor filij tui l.15.t.1.l.36
Si creditor filij tui l.35.t.2.l.83
Si creditor fundum l.46.t.3.l.26
Si creditor meus l.47.t.10.l.19
Si creditor pignus l.20.t.5.l.7
Si creditor pœnam l.40.t.2.l.15
Si creditor, qui rem l.13.t.7.l.28
Si creditor Seruiana lib.20.ti 6.l.2
Si creditor ſine auctoritate l.48.t.17.l.8
Si creditori meo l.30.t.1.l.28
Si creditores l.42.t.5.l.31
Si creditores hereditarij l.42.t.6.l.5
Si cretæ fodiendæ cauſa l.47.t.2.l.57
Si cui annum l.33.t.1.l.14
Si cui aqua pluuia l.39.t.3.l.1
Si cui balnei vſusfructus l.7.t.4.l.12
Si cui controuerſia fiet l.37.t.10.l.1
Si cui crimen obiiciatur l.48.t.2.l.7
Si cui de libertate ſua l.40.t.12.l.25
Si cui ædes legatæ ſint l.32.t.1.l.31
Si cui ex empto l.50.t.16.l.12
Si cui fundus l.31.t.1.l.54
Si cui fundum l.33.t.7.l.5
Si cui in prouincia l.4.t.6.l.38
Si cui inſulæ vſusfructus l.7.t.1.l.53
Si cui lana legetur l.32.t.1.l.70
Si cui legata ſint centum l.40.t.5.l.7
Si cui lingua abſciſſa ſit l.21.t.1.l.8
Si cui legatum fuerit l.35.t.1.l.62
Si cui legetur l.30.t.1.l.49
Si cui libertas data ſit l.35.t.1.l.50
Si cui mortis cauſa. Vide, Et cui mortis cauſa lib. 39. ti.6.l.10
Si cui locauerim l.19.t.7.l.48
Si cui plus quam licuerit l.35.t.3.l.1
Si cui res legata fuerit l.31.t.1.l.58
Si ſimplicius l.8.t.1.l.9
Si cui ſerui omnes l.30.t.1.l.53
Si cui vinum l.33.t.8.l.3
Si cuius appellatio. Vide, Ei cuius appellatio l.49.t.5. l.5
Si cuius rei vſusfructus l.7.t.1.l.13
Si cuius rei vſusfructus l.7.t.9.l.1
Si culpa, non fraude l.6.t.1.l.63
Si cum adhuc. Vide, Si adhuc cum
Si cum argentum l.44.t.2.l.21
Si cum aurum l.46.t.3.l.50
Si cum Cornelius l.46.t.3.l.82
Si cum dies finiretur. Hæc lex eſt in §.5.l.21.t.8.l.4
Si cum dos ſolueretur l.25.t.2.l.8
Si cum dotem daret l.24.t.3.l.22
Si cum duas haberem l.8.t.4.l.8
Si cum duorum vſusfructus l.65.t.3.l.32
Si cum emptor hereditatis l.2.t.14.l.16
Si cum exceptione. Vide, Item ſi exceptione li. 4. ti. 2 l.3
Si cum fideicommiſſa l.40.t.9.l.16
Si cum fideiuſſoribus l.27.t.7.l.5
Si cum filiusfamilias l.39.t.5.l.2
Si cum filiofamilias l.6.t.2.l.9
Si cum fundummeum l.2.t.14.l.36
Si cum fundum tibi dareo l.50.t.16.l.126
Si cum fundum venderes l.18.t.1.l.68
Si cum heres morietur l.36.t.2.l.4
Si cum ipſe inſtitueret l.27.t.1.l.39
Si cum meus l.8.t.5.l.14
Si cum mihi permiſiſſes l.4.t.3.l.34
Si cum militi. Vide, Cum militi l.16.t.2.l.16
Si cum mulier l.24.t.1.l.50
Si cum nulla ſententia l.42.t.1.l.58
Si cum optio ſexus l.33.t.5.l.14
Si cum pater Vide, Si pater l.24.t.3.l.4
Si cum præfinitione l.36.t.2.l.20
Si cum procuratore l.42.t.1.l.23
Si cum quis l.47.t.2.l.41
Si cum ſeruitus l.8.t.6.l.15
Si cum ſeruo meo l.47.t.10.l.4
Si cum te ex cauſa legati l.2.t.14.l.51
Si cum teſtamento. Vide, Si argentum
Si cum venderet l.13.t.7.l.13
Si cum venditor l.22.t.2.l.66
Si cum villico l.14.t.3.l.16
Si cum vno ex dominis l.2.t.9.l.4
Si cum vno herede l.44.t.2.l.22
Si cum vſufructuario l.7.t.9.l.3
Sic pro rata l.11.t.7.l.27
Si curator Cæſaris l.49.t.14.l.5
Sicut adimi legatum l.34.t.4.l.5
Sicut aliud eſt vendere l.19.t.4.l.1
Sicut autem refectio l.8.t.5.l.8
Sicut autem cum marito l.42.t.1.l.21
Sicut codicilli pars l.29.t.3.l.11
Sicut emptio l.19.t.2.l.20
Sicut æquum eſt l.19.t.1.l.37
Sicut enim non nocet ei. Vide, Sicut non nocet ei
Sicut & caupo viatorum l.4.t.9.l.2
Sicut impendia. Vide, Sicut impendia
Sicut in annos ſingulos l.7.t.4.l.3
Sicut impendia cibariorum l.7.t.1.l.45
Sicut is, qui nullo l.43.t.8.l.7
Sicut municipium nomine l.3.t.4.l.7
Sicut non nocet l.45.t.19.l.6
Sicut patronus l.38.t.1.l.48
Sicut re corporali l.20.t.6.l.8
Sicut reus principalis l.46.t.1.l.68
Sicut teſtamento facto l.36.t.14.l.20
Sicut liberorum eorum l.37.t.8.l.5
Sicut pœna l.30.t.17.l.58
Sicuti tribus diebus li.4.ti.8.l.18
Si damnatus heres l.34.t.3.l.10
Si damni infecti l.15.t.1.l.22
Si dari ſtipuler l.43.t.1.l.25
Si debeas decem l.16.t.2.l.22
Si debitor à furioſo l.44.t.3.l.16
Si debitor antequam l.20.t.4.l.4
Si debitor creditore l.35.t.2.l.12
Si is debitor cuius l.20.t.6.l.4
Si debitor de pluribus l.29.t.3.l.27
Si debitor foro ceſſerit l.42.t.7.l.5
Si debitor fideiuſſorem l.34.t.3.l.12
Si debitor fructuarius l.2.t.4.l.55
Si debitor hereditarius l.5.t.3.l.42
Si debitor in fraudem l.42.t.8.l.7
Si debitor offeret l.46.t.3.l.30
Si debitor pignus ſurripuit l.47.t.2.l.79
Si debitor rem l.13.t.7.l.2
Si debitor rem pigneratam l.43.t.26.l.11
Si debitor rem pigneratam l.18.t.1.l.39
Si debitor res ſuas l.20.t.1.l.10
Si debitor rogatus l.40.t.5.l.43
Si debitor j. l.23.t.3.l.80
Si debitor ibid l.83
Si debitor ſit ſerui l.46.t.3.l.63
Si debitor tuus l.46.t.3.l.91
Si debitoris bona l.42.t.3.l.7
Si debitori l.46.t.3.l.47
Si debitori creditor. Vide, Debitori credit[illegible] t.1.l.50
Si debitori meo l.5.t.1.l.21
Si decem cum petiero l.45.t.1.l.48
Si decem dare iuſſum l.40.t.7.l.10
Si decem heredi dediſſet l.40.t.7.l.17
Si decem ſtipulatus l.46.t.3.l.21
Si decem tibi l.19.t.2.l.52
Si deceſſerit l.2.t.8.l.4
Si decipiendi animo l.6.t.1.l.3
Si de communi ſeruitute l.8.t.5.l.19
Si de eo fundo l.41.t.1.l.40
Si defenſor in iudicio. Hæc lex habetur §.[illegible] libro 11
Si deferente creditore l.20.t.6.l.13
Si defunctus ſit l.3.t.3.l.15
Si de fundo l.43.t.16.l.10
Si de dote promiſſa agitur l.23.t.3.l.84
Si de interpretatione l.1.t.3.l.37
Si deportatus reſtit. l.48.t.23.l.2
Si deportati l.32.t.2.l.7
Si de poſſeſsione l.25.t.6.l.1
Si de re ſua l.4.t.8.l.51
Si de tabulis teſtamenti l.22.t.4.l.6
Si de via itinere l.43.t.20.l.7
Si de vi & poſſeſsione quæratur l.5.t.1.l.38
Si dies adpoſita legato l.36.t.2.l.21
Si dictum fuerit vendendo l.21.t.2.l.56
Si dignum decem l.35.t.1.l.19
Si diſceptetur l.27.t.2.l.5
Si diuortio facto l.45.t.1.l.21
Si diurnarum aut nocturnarum l.43.t.26.l.2
Si diu incertum ſit l.42.t.4.l.8
Si diutino tempore l.48.t.19.l.25
Si dolo acciderit l.4.t.3.l.24
Si dolo malo l.47.t.4.l.1
Si dolo tutoris l.29.t.4.l.24
Si dominium rei ſubreptæ l.47.t.2.l.47
Si dominus in ſeruos l.1.t.6.l.2
Si dominus nudæ l.7.t.1.l.72
Si dominus ſeruum l.9.t.2.l.9
Si dominus ſeruum l.19.t.5.l.8
Si domino Stichus l.30.t.1.l.99
Si dominus vel pater l.15.t.4.l.5
Si domino ſeruo ſuo l.16.t.1.l.25
Si domus alicui l.30.t.1.l.71
Si domus tua l.8.t.2.l.21
Si domus vſus legatus ſit l.7.t.8.l.18
Si domum tibi locauero l.19.t.2.l.45
Si donatas res exſtant l.24.t.1.l.36
Si donaturus mulieri l.12.t.4.l.9
Si dos ſocero data eſt l.35.t.2.l.85
Si dotali inſtrumento l.24.t.3.l.48
Si dubitet creditor l.46.t.1.l.10
Si duos habenti. Vide, Εὰν δύο ἔχοντι l.27.t.[illegible]
Si duo domini l.41.t.1.l.17
Si duo eiuſdem nominis l.36.t.3.l.16
Si duo heredes l.16.t.3.l.22
Si duo heredes inſtituti l.29.t.4.l.18
Si duo liberum hominem l.40.t.13.l.15
Si duo patroni eſſent l.12.t.2.l.13
Si duo pluréſve tutores l.26.t.7.l.51
Si duobus proponatur l.37.t.5.l.16
Si duo quaſi duo l.13.t.5.l.16
Si duo rei promittendi l.45.t.2.l.10
Si duo rei ſtipulandi l.2.t.11.l.5
Si duo rei ſtipulandi l.45.t.1.l.128
Si duo rei ſunt l.4.t.8.l.34
Si duo rei ſint l.46.t.3.l.93
Si duo rei ſiat l.29.t.2.l.38
Si duo l.43.t.17.l.3
Si duo fundorum l.19.t.1.l.42
Si duorum pluriumve l.38.t.2.l.28

uobus à milite lib.29.tit.1.l.37
uobus eandem rem l.44.t.2.l.6
uobus filiis l.37.t.4.l.12
uobus filiis emancipatis l.37.t.4.l.14
uobus heredibus. Hæc lex eſt §.3.l.1.t.2.l.7. in.
cip. Idem Iulianus
uobus heredibus l.40.t.7.l.32
uobus mandauero l.11.t.6.l.3
uobus res coniunctim l.30.t.1.l.16
duobus ſeparatim l.7.t.4.l.2
uobus ſeruis meis l.31.t.1.l.4
uobus quis ſeruos l.18.t.1.l.44
duos ſeruos l.21.t.2.l.47
dupla non promitteretur l.21.t.1.l.2
ea res l.19.t.1.l.31
eadem in prouincia l.1.t.21.l.5
eadem res l.19.t.4.l.20
ego decem ſtipulatus l.12.t.1.l.42
ego hac mente l.3.t.5.l.23
ego emi l.6.t.2.l.11
ego & ſeruus meus l.29.t.2.l.26
ego & Titius l.28.t.3.l.64
ego pecuniam l.12.t.1.l.18
ego Seiæ l.23.t.3.l.9
ego tibi acceptum l.46.t.4.l.23
ego tibi maudauero l.43.t.24.l.6
i eius cuius prædium l.8.t.4.l.9
i eius fundi l.6.t.1.l.68
i eius pupilli l.36.t.1.l.34
i eius, qui l.36.t.1.l.64
i ei cui damnatus l.17.t.1.l.11
i ei, cui fundum. Vide Ei cui fundum l.34.t.3.l.16
i ei, cui vendidi l.21.t.2.l.41
i ei nuptura mulier l.23.t.3.l.25
i ei, qui poſt l.29.t.7.l.2
i emancipatus filius l.37.t.4.l.16
i emancipatus filius l.37.t.4.l.6
Si emancipato filio l.37.t.5.l.17
Si emptam rem l.41.t.3.l.47
Si emptio contracta ſit l.18.t.5.l.4
Si emptori, qui l.21.t.2.l.30
Si eo loco l.8.t.5.l.9
Si eo tempore, qui tibi l.9.t.2.l.38
Si eo tempore l.34.t.8.l.4
Si Eros Seio l.33.t.5.l.11
Si epiſtolam tibi miſero l.41.t.1.l.65
Si eum hominem l.46.t.1.l.33
Si eum iudicio ſiſti l.2.t.11.l.10
Si eum, qui in mea l.14.t.1.l.5
Si eum qui mihi l.24.t.1.l.26
Si eum qui ſe patremfam. l.43.t.30.l.4
Si eum ſeruum l.12.t.1.l.23
Si eum ſeruum l.40.t.5.l.28
Si eum vxori donet l.24.t.1.l.9
Si eundem libertum l.38.t.2.l.51
Si & iure iudicatum l.20.t.4.l.10
Si me & Titium. Vide, Si & me & Titium lib.12.ti.1.
l.32
Si per emptorem l.19.t.1.l.51
Si & rem & pretium l.5.t.3.l.23
Si ex aſſe heres l.10.t.2.l.40
Si ex aſſe heres l.29.t.1.l.10
Si ex cauſa l.4.t.4.l.9
Si ex cauſa fideicommiſſi l.36.t.3.l.4
Si excepto fundo l.18.t.4.l.25
Si ex duobus dominis l.9.t.4.l.17
Si ex duobus fideiuſſoribus l.46.t.7.l.14
Si ex duobus fratribus l.38.t.7.l.4
Si ex duobus l.45.t.2.l.12
Si ex duobus patronis l.38.t.4.l.12
Si ex duobus ſeruis. Hæc lex habetur in l.4.t.2.l.18
l.4.verſic. Idem Iulianus eodem libro
Si ex duobus tutoribus l.27.t.3.l.15
Si ex duobus vel pluribus l.15.t.1.l.32
Si exheredatus l.50.t.2.l.32
Si exheredatus filius l.29.t.5.l.10
Si exiſtimans l.41.t.3.l.48
Si ex lapidicinis l.23.t.3.l.32
Si ex legati cauſa l.45.t.1.l.23
Si ex legato. Vide, Si legato
Si ex lege repudium l.48.t.5.l.43
Si ex patronis l.38.t.2.l.10
Si expilatæ hereditatis l.47.t.19.l.2
Si ex plagis l.9.t.2.l.52
Si ex pluribus ad quos l.5.t.4.l.2
Si ex pluribus cauſis. Vide, Ex pluribus cauſis libr. 46.
t.3.l.89
Si ex pluribus heredibus l.18.t.4.l.18
Si ex pluribus legitimis l.34.t.16.l.9
Si ex pluribus obligatis l.46.t.4.l.16
Si ex pluribus rebus l.35.t.2.l.16
Si expreſſim l.49.t.1.l.19
Si ex re domini l.45.t.3.l.28
Si ex ſua parte l.29.t.2.l.36
Si ex ſtipulatione l.41.t.2.l.9
Si ex teſtamento l.44.t.2.l.20
Si ex toto fundo l.30.t.1.l.8
Si extraneus pro muliere l.12.t.4.l.6
Si extraneus rem viri l.24.t.1.l.44
Si extraneus ſit l.22.t.3.l.33
Si extraneo ſcripto l.7.t.1.l.46
Si falſo tutore actum ſit lib.27.t.6.l.10
Si familia alicuius l.2.t.1.l.9
Si familia communis l.47.t.6.l.5
Si familiæ erciſcundæ j. l.10.t.3.l.48
Si familiæ erciſcundæ ij. ibi.l.55
Si feriatis diebus l.2.t.12.l.6
Si feriatis diebus l.4.t.8.l.36
Si fideicommiſſum ab l.5.t.1.l.50
Si fideicommiſſorum l.36.t.4.l.11
Si fidei meæ committatur l.32.t.1.l.28
Si fideiuſſor. Eſt in §.4. Iulianus l.30.t.1.l.49
Si fideiuſſor conuentus l.17.t.1.l.29
Si fideiuſſor l.2.t.8.l.7
Si fideiuſſor promiſſum l.4.t.3.l.9
Si fideiuſſor l.12.t.6.l.59
Si fideiuſſor pro te l.16.t.3.l.3
Si fideiuſſor. Vide, Fideiuſſor quamuis lib.27.ti.1.
l.51
Si fideiuſſor l.42.t.1.l.31
Si fideiuſſor l.46.t.1.l.62
Si fideiuſſor vel l.46.t.1.l.31
Si fidoiuſſores in id l.46.t.1.l.42
Si fideiuſſores pro l.16.t.1.l.6
Si fideiuſſores, qui l.27.t.8.l.7
Si fideiuſſori l.46.t.1.l.72
Si filius cum pro patre l.11.t.1.l.19
Si filius contulerit fratri l.12.t.4.l.13
Si filius defuncti l.40.t.5.l.33
Si filius eius l.22.t.2.l.11
Si filius emancipatus l.37.t.5.l.20
Si filius emancipatus l.4.t.4.l.30
Si filiusfam. abſente patre l.14.t.6.l.16
Si filiusfamilias crediderit. Hæc lex eſt in l.3. tit.6.
l.14
Si filiusfamilias negotia l.3.t.5.l.14
Si filiusfamilias inquilinus l.39.t.2.l.21
Si filiusfamilias. Vide, Filius legatum l.4.t.3.l.32
Si filiusfamilias l.49.t.17.l.2
Si filius familias. Vide, filiusfamilias iudex lib.5.t.1.
l.13
Si filiusfamilias miles l.38.t.17.l.vlt.
Si filiusfamilias miles l.11.t.7.l.21
Si filiusfamilias miles l.38.t.2.l.22
Si filiusfamilias miles j. l.29.t.1.l.38
Si filiusfamilias miles ij. ibid.l.39
Si filiusfamilias l.12.t.1.l.14
Si filiusfamilias l.47.t.2.l.38
Si filiusfamilias. Vide, Filiusfamilias in id libr. 14.
t.6.l.17
Si filiusfamilias l.12.t.3.l.15
Si filiusfamilias l.28.t.1.l.19
Si filiusfamilias ſub conditione l.41.t.1.l.78
Si filiusfamilias ſubſtituatur l.28.t.5.l.75
Si filiusfamilias tutelam j. l.27.t.3.l.6
Si filiusfamilias tutelam ij. ibid.l.11
Si filiusfamilias tutor l.26.t.1.l.7
Si filiusfamilias viuo patre l.14.t.5.l.5
Si filiusfamilias volente patre l.50.t.8.l.7
Si filiusfamilias vxorem. Vide, Paulus; ſi filiusfam.
l.33.t.4.l.13
Si filius heres l.28.t.2.l.16
Si filius in poteſtate l.37.t.6.l.10
Si filius meus l.29.t.4.l.21
Si filius meus l.43.t.1.l.40
Si filius patris l.37.t.14.l.23
Si filius qui abſtinuit l.11.t.1.l.12
Si filius qui in poteſtate l.28.t.2.l.7
Si filius, qui in poteſtate l.46.t.6.l.5
Si filius, qui. Vide, Filius qui patri l.38.t.2.l.47
Si filius, qui manſit l.29.t.4.l.23
Si filius qui l.28.t.6.l.12
Si filius ſua ſponte l.43.t.30.l.5
Si filius ſub conditione l.28.t.7.l.18
Si filius vel ſeruus l.15.t.1.l.57
Si filij nomine l.47.t.10.l.36
Si filio emancipato l.28.t.2.l.32
Si filiofamilias dos data eſt l.24.t.3.l.53
Si filiofamilias dos data ſit l.24.t.3.l.25
Si filiofamilias delatum l.44.t.5.l.2
Si filiofam. furtum factum eſſet l.47.t.2.l.58
Si filiofamilias legatum l.42.t.4.l.11
Si filiofamilias res mortis l.39.t.6.l.18
Si filio impuberi l.26.t.3.l.6
Si filium naturalem l.38.t.10.l.15
Si filium nominatim l.28.t.2.l.21
Si filia emancipata l.24.t.2.l.5
Si filia fuerit heres l.37.t.7.l.1
Si filia furioſi l.46.t.3.l.65
Si filia nupta l.10.t.2.l.20
Si filiafamilias nuptura l.23.t.3.l.24
Si filiæfamilias ita legatum ſit l.32.t.1.l.51
Si filiæ pater l.32.t.1.l.43
Si finita dies ſit l.39.t.2.l.15
Si fiſcus alicui l.49.t.14.l.7
Si fiſtulæ l.8.t.2.l.19
Si flagitij faciendi l.45.t.1.l.123
Si forte præſes prouinciæ l.1.t.18.l.17
Si fortè vxor l.49.t.17.l.8
Si fortuito l.47.t.9.l.11
Si fratres. Hæc lex eſt in l.52. §. Papinianus quoque
t.2.l.27
Si fraudator li.43.ti.3.l.25
Si fructuarius l.7.t.4.l.13
Si fructuarium l.40.t.4.l.6
Si frumentum. Vide, Idem Pomponius ſcribit lib.6
ti.2.l.5
Si fuerit diſtractus ſeruus l.18.t.7.l.1
Si fuerit legatum l.34.t.5.l.10
Si fuerit municipio l.32.t.1.l.5
Si fullo veſtimenta l.12.t.7.l.2
Si fundus alicui legatus l.35.t.1.l.15
Si fundus commiſſoria l.18.t.3.l.1
Si fundus hypothecæ datus l.20.t.1.l.16
Si fundus in dotem datus ſit l.24.t.3.l.8
Si fundus inſtructus l.36.t.1.l.18
Si fundus legatus ſit l.32.t.1.l.44
Si fundus legatus ſit l.35.t.2.l.65
Si fundus lege commiſſoria l.18.t.3.l.4
Si fundus mihi l.17.t.2.l.39
Si fundus mihi legetur l.35.t.2.l.23
Si fundus quem l.19.t.2.l.33
Si fundus ſit ſterilis l.27.t.9.l.13
Si fundi mei vſumfructum l.12.t.6.l.12
Si fundi poſſeſſor l.6.t.1.l.53
Si fundo fructuario l.7.t.6.l.1
Si fundo tradito l.21.t.2.l.53
Si fundo vendito l.19.t.1.l.34
Si fundum à teſtatore l.35.t.1.l.105
Si fundum j. l.30.t.2.l.81
Si fundum ij. ibid. l.92
Si fundum certo die l.45.t.1.l.114
Si fundum Mæuio l.33.t.3.l.3
Si fundum patri l.15.t.3.l.12
Si fundum quem Titius l.23.t.5.l.16
Si fundum, qui ex l.17.t.1.l.35
Si furioſo puberi l.27.t.10.l.16
Si fur decerpſerit. Hæc lex eſt §.5.l.12.ti.1. libro 7.
incipit Iulianus li.xxxv.
Si fur rem furtiuam l.41.t.3.l.32
Si furtim arbores cæſæ ſint l.47.t.7.l.1
Si furtum domino l.21.t.1.l.52
Si gemma ex annulo legetur l.34.t.2.l.17
Si gemma arbor eſſet l.47.t.7.l.90
Si gener ſocerum l.34.t.9.l.25
Signatorius anulus l.50.t.10.l.74
Si gratuitam l.19.t.5.l.17
Si gratuitam. Hęc lex incipit, Pomponius li. xiij. in
li.10.t.2.l.5
Si grege legato l.30.t.1.l.22
Si habitatio l.36.t.2.l.9
Si habitatio legetur l.7.t.8.l.10
Si heres ab eo qui l.36.t.1.l.67
Si heres alienum l.30.t.1.l.35
Si heres arbitratu l.12.t.4.l.11
Si heres à teſtatore l.13.t.4.l.5
Si heres centum l.30.t.1.l.125
Si heres, cuius fidei l.35.t.2.l.90
Si heres damnatus ſit l.33.t.6.l.8
Si heres deliberante l.40.t.1.l.2
Si heres dolo malo l.9.t.4.l.16
Si heres generaliter l.30.t.1.l.110
Si heres inſtitutus l.35.t.2.l.3
Si heres inſtitutus l.36.t.1.l.70
Si heres iuſſus ſit l.30.t.1.l.73
Si heres partem bonorum l.35.t.3.l.2
Si heres pecuniam l.36.t.1.l.73
Si heres pecuniam l.40.t.7.l.41
Si heres qui vendidit l.40.t.5.l.25
Si heres rem legatam l.31.t.1.l.69
Si heres ſeruum l.40.t.2.l.3
Si heres ſeruum legatum l.40.t.2.l.2
Si heres teſtamento l.19.t.1.l.5
Si heres vnus l.10.t.2.l.7
Si heres ſeruus l.30.t.1.l.48
Si heredi l.28.t.7.l.5
Si heredi eius l.36.t.1.l.47
Si heredes nominatim l.30.t.1.l.124
Si hereditariæ tabulę l.47.t.2.l.30
Si hereditas eius l.40.t.7.l.28
Si hereditas nondum adita l.26.t.2.l.10
Si hereditas venierit l.18.t.4.l.2
Si hereditatem aliter aditurus l.17.t.1.l.30
Si hereditatem l.18.t.4.l.20
Si hereditatem petam l.5.t.3.l.4
Si hi qui in poteſtate l.15.t.3.l.1
Si his legatum eſt l.35.t.1.l.4
Si hoc facto l.17.t.2.l.48
Si homo cuius vſusfructus l.41.t.3.l.35
Si homo ex ſtipulatu l.42.t.1.l.8
Si homo mortuus l.45.t.1.l.69
Si homo ſit l.6.t.1.l.45
Si hominem à me petieris l.6.t.1.l.79
Si homiuem apud ſe l.16.t.3.l.7
Si hominem emiſti l.41.t.3.l.19
Si hominem emptum l.21.t.1.l.47
Si hominem in quo l.6.t.3.l.69
Si hominem tibi dedero l.17.t.1.l.30
Si horreum fuit conductum l.20.t.2.l.3
Si iactum retis emero l.29.t.1.l.12
Si iam facta ſint l.35.t.1.l.12
Si idem cum eodem l.2.t.1.l.11
Si idem ſeruus l.31.t.2.l.14

Si

ſi ideo contra emptorem lib.21.t.2.l.55
ſi id, inquit, actor l.27.t.6.l.2
ſi id quod à liberto l.38.t.5.l.10
ſi id quod à te emi. Vide, Si quod à te emi l.21.t.2.l.61
ſi id quod horum putabam l.45.t.1.l.2
ſi id quod contendit. Vide, Si quid contendis lib.10.t.2.l.45
ſi id quod donatum ſit l.24.t.1.l.28
ſi id quod ego & l.45.t.2.l.15
ſi id quod mihi l.34.t.8.l.21
ſi id quod noſtrum l.49.t.15.l.30
ſi id quod poſsidemus l.41.t.2.l.25
ſi id quod præ derelicto l.41.t.7.l..
ſi id quod purè emi. l.18.t.5.l.7
ſi id quod quis l.17.t.2.l.58
ſi igitur ex hoc l.17.t.2.l.55
ſi ignorans l.19.t.2.l.50
ſi iſtud aut illud l.31.t.1.l.27
ſi imaginem legatam l.34.t.2.l.12
ſi immaturam. Vide, Si immaturã ſiluam l.43.t.23.l.18
ſi impubes negetur l.37.t.10.l.7
ſi impuberi libertas l.26.t.5.l.13
ſi in adoptionem datus l.37.t.4.l.11
ſi in agrum vicini l.43.t.11.l.3
ſi inæqualibus partibus l.28.t.5.l.12
ſi in aliena area. Vide, Iulianus libro viij. li.6.ti.1.l.37
ſi in annos decem l.35.t.1.l.49
ſi in aliquam celebrem. Vide, Si in aliam l.1.t.16.l.7
ſi in area, cuius l.7.t.1.l.71
ſi in area tua l.12.t.6.l.3
ſi in arenam, aut harenam l.11.t.4.l.5
ſi in Aſia depoſitum l.16.t.3.l.12
ſi incertus l.32.t.1.l.1
ſi in diem l.35.t.1.l.46
ſi indebitum l.46.t.8.l.16
ſi in duabus actionibus l.50.t.17.l.104
ſi in duobus exemplariis l.29.t.5.l.10
ſi in emptionem l.4.t.4.l.35
ſi in emptione l.18.t.1.l.34
ſi in emptione modus l.19.t.1.l.2
ſi in eo monumento l.11.t.8.l.5
ſi infantis vſus l.7.t.1.l.55
ſi inferiorum dominus l.47.t.10.l.44
ſi inimicitiæ capitales l.34.t.9.l.9
ſi in iudicio actum ſit l.44.t.2.l.23
ſi in iudicis nomine l.5.t.1.l.80
ſi iniuriæ faciendæ gratia l.47.t.10.l.20
ſi in libertinum l.38.t.2.l.28
ſi in lege locationis l.19.t.2.l.24
ſi immaturam ſiluam l.43.t.23.l.18
ſi in eo aqua erumpat l.39.t.3.l.21
ſi in metallum damnato l.24.t.8.l.3
ſi in nomine ſerui l.45.t.1.l.32
ſi in obſcuro ſit l.40.t.12.l.41
ſi in partem agri. Vide, Aqua, ſi in partem aquagij l.8.t.6.l.9
ſi in pignore contrahendo l.46.t.1.l.54
ſi in publico opus factum eſt l.39.t.3.l.18
ſi in publico percurſus l.48.t.8.l.17
ſi in qualitate fundi l.19.t.1.l.23
ſi in rem actum ſit, j.l.6.t.1.l.42
ſi in rem actum ſit ij.ib.l.51
ſi in rem aliquis agat l.6.t.1.l.6
ſi in rem alterius l.15.t.3.l.13
ſi in re communi l.9.t.4.l.19
ſi in ripa percuſſus l.4.t.8.l.17
ſi in ſingulos annos l.33.t.1.l.4
ſi in ſtipulatum l.39.t.5.l.17
ſi inſtitorem ſeruum l.12.t.2.l.29
ſi inſtituta l.15.t.2.l.27
ſi inſula quam tibi l.20.t.1.l.35
ſi inſulam fieri l.45.t.1.l.84
ſi intercedat ſolum publicum l.8.t.2.l.1
ſi inter colonum l.20.t.2.l.21
ſi inter extraneos l.24.t.1.l.24
ſi inter me & te l.44.t.2.l.15
ſi inter plures l.11.t.2.l.1
ſi interueniente l.48.t.16.l.12
ſi inter virum & j.l.13.t.4.l.24
ſi inter virum & ij ibid.l.31
ſi inter virum & vxorem l.34.t.5.l.8
ſi in teſtamento l.29.t.4.l.22
ſi in teſtamento l.28.t.6.l.5
ſi in teſtamento l.30.t.1.l.106
ſi in teſtamento ita ſcriptum ſit l.35.t.2.l.64
ſi intra annos decem. Vide, Si in annos decem
ſi intra illum. Vide, Intra illum diem l.2.t.14.l.41
ſi intra quinquennium l.40.t.7.l.23
ſi in tres. Hæc lex eſt §.5.l.17.t.8.l.4. incip. Celſus l.xj. ſcribit. Si in tres
ſi in venditione conditionali l.18.t.6.l.10
ſi in venditione dictum l.21.t.2.l.60
ſi in venditione. Hæc lex eſt §.3.l.6.t.4.l.8
ſi inuitis heredibus. Vide, Etiam inuitis lib.45.t.1.l.110
ſi inutiles ſint res. Vide, Si nullæ ſint res
ſi ipſa res quæ l.4.t.2.l.18
ſi irruptione fluminis l.10.t.1.l.2
ſi is ad quem l.29.t.2.l.18
ſi is apud quem l.16.t.3.l.16
ſi is à quo ſatis petitur l.36.t.4.l.3
ſi is cui commodata res erat l.47.t.2.l.71
ſi is cui legatum l.31.t.1.l.19
ſi is cui dare iuſſus eſt l.40.t.7.l.27
ſi is cui decem Titius l.46.t.2.l.26
ſi is cui dum l.14.t.6.l.20
ſi is cui ignoranti l.46.t.8.l.7
ſi is cui mortis cauſa l.39.t.6.l.39
ſi is cui nummos l.46.t.3.l.94
ſi is, cui tradita eſt li.41.t.8.l.6
ſi is cuius ſeruus legatus eſt l.40.t.5.l.49
ſi is, cui via, vel. Vide, Is cui via l.8.t.6.l.11
ſi is cuius nomine l.11.t.1.l.14
ſi is cuius rem vſucepit l.4.t.6.l.31
ſi is cum quo fundum l.10.t.3.l.20
ſi is, cum quo l.12.t.6.l.11
ſi is, cum quo lege l.42.t.1.l.4
ſi is, de cuius calumnia l.47.t.15.l.4
ſi is qui admittitur l.5.t.2.l.3
ſi is, qui alienam rem l.41.t.6.l.2
ſi is, qui animo l.41.t.2.l.27
ſi is qui binas ædes l.7.t.1.l.30
ſi is, qui bona l.20.t.1.l.11
ſi is, qui bonis paternis l.29.t.2.l.91
ſi is, cui commodatum. Vide, Is qui commodatum li.13.t.6.l.13
ſi is, qui duas ædes l.33.t.3.l.4
ſi is, qui ducenta l.34.t.5.l.13
ſi is, qui duos reos l.34.t.3.l.29
ſi is, qui ex bonis l.28.t.6.l.6
ſi is, qui fideiuſſorem dedit l.2.t.11.l.6
ſi is, qui filium l.37.t.4.l.21
ſi is, qui filium haberet l.1.t.7.l.11
ſi is, qui heres l.28.t.6.l.11
ſi is, qui heres non erat l.44.t.2.l.25
ſi is, qui hereditatem l.12.t.6.l.45
ſi is, qui immiſcuit ſe l.29.t.2.l.56
ſi is, qui in aliqua l.41.t.1.l.63
ſi is, cui ius annulorum l.48.t.5.l.42
ſi is, qui lapides l.19.t.1.l.9
ſi is, qui mihi. Vide, Si qui mihi obligauerat lib.49.t.14.l.28
ſi is, qui negotia l.17.t.1.l.50
ſi is, qui nepotem l.1.t.7.l.44
ſi is, qui obtulit ſe l.6.t.1.l.7
ſi is, qui perpetua l.12.t.6.l.24
ſi is, qui pignori rem l.47.t.2.l.73
ſi is, qui pro emptore l.41.t.3.l.15
ſi is, qui pro poſſeſſore l.43.t.26.l.22
ſi is, qui pro tutore l.27.t.5.l.2
ſi is, qui rem commodaſſet l.48.t.2.l.59
ſi is, qui quadraginta l.35.t.2.l.80
ſi is, qui rem pignori dedit l.47.t.2.l.66
ſi is, qui Romæ l.5.t.1.l.34
ſi is, qui ſatis à me l.22.t.2.l.40
ſi is, qui ſimulabat l.47.t.2.l.75
ſi is, qui ſoluendo j.l.28.t.5.l.55
ſi is, qui ſoluendo ij. ibid.l.57
ſi is qui Stichum l.44.t.9.l.18
ſi is, qui Stichum promiſit l.46.t.4.l.15
ſi is, qui Stichum l.3.t.3.l.66
ſi is, qui Stichum l.23.t.3.l.56
ſi is, qui teſtamentum l.28.t.1.l.25
ſi is, qui tres tutelas l.27.t.1.l.31
ſi is ſeruus qui l.24.t.1.l.20
ſi ita à te ſtipulatus l.50.t.16.l.150
ſi ita conueniat l.23.t.4.l.9
ſi ita diſtrahatur l.18.t.1.l.25
ſi ita eſſet liberis l.36.t.2.l.15
ſi ita expreſſum ſit l.35.t.1.l.68
ſi ita facta ſit l.28.t.3.l.14
ſi ita fideiuſſorem accepero l.46.t.1.l.42
ſi ita fuerit fideicomm. l.32.t.1.l.9
ſi ita fuerit libertas l.40.t.4.l.41
ſi ita fuerit ſeruis l.40.t.4.l.13
ſi ita fuerit legatum. Vide, Si fuerit legatum lib.34.ti.5.l.10
ſi ita fuero ſtipulatus l.46.t.2.l.6
ſi ita heres inſtitutus l.28.t.7.l.7
ſi ita eſſet legatum l.34.t.2.l.7
ſi ita legatum eſſet l.7.t.8.l.16
ſi ita legatum l.10.t.2.l.42
ſi ita legatum eſſet l.35.t.1.l.68
ſi ita legatum eſt l.32.t.1.l.86
ſi ita legatum ſit l.35.t.1.l.103
ſi ita legatum ſit l.30.t.1.l.65
ſi ita legatum ſit l.35.t.1.l.12
ſi ita legetur l.31.t.1.l.3
ſi ita liber eſſe iuſſus l.40.t.7.l.130
ſi itaque mandatum l.12.t.2.l.19
ſi ita quis heres l.28.t.5.l.74
ſi ita quis heredes l.28.t.5.l.66
ſi ita quis promiſerit l.45.t.1.l.135
ſi ita quis ſtipulanti l.21.t.2.l.31
ſi ita quis ſtipuletur l.45.t.1.l.63
ſi ita quis ſubſtituerit l.28.t.6.l.21
ſi ita quis teſtamento l.31.t.1.l.51
ſi ita re ictum fuerit l.31.t.1.l.43
ſi ita ſcripſero l.3.t.1.l.38
ſi ita ſcripſiſſet. Vide, Si ſcripſiſſet l.51.t.1.l.40
ſi ita ſcriptum fuerit j. li.28.t.5.l.47
ſi ita ſcriptum fuerit ij. ibi.l.67
ſi ita ſcriptum fuerit l.28.t.7.l.19
ſi ita ſcriptum fuerit l.40.t.4.l.16
ſi ita ſcriptum ſit l.40.t.7.l.37
ſi ita ſcriptum ſit l.28.t.2.l.13
ſi ita ſit adſcriptum l.30.t.1.l.14
ſi ita ſcriptum l.31.t.1.l.45
ſi ita ſit ſcriptum l.40.t.4.l.8
ſi ita ſtipulatio l.38.t.1.l.39
ſi ita ſtipulatio l.45.t.1.l.29
ſi ita ſtipulatus à Seio l.40.t.1.l.55
ſi ita ſtipulatus eſſem l.45.t.1.l.14
ſi ita ſtipulatus fuero j.l.45.t.1.l.12
ſi ita ſtipulatus fuero ij. ib.l.97
ſi ita ſtipulatus fuero iij. ib.l.109
ſi ita ſtipulatus fuero iv. l.45.t.1.l.120
ſi ita ſtipulatus fuero v. ib.l.126
ſi ita ſtipulatus ſim l.46.t.3.l.59
ſi ita ſtipuler l.45.t.1.l.92
ſi ita teſtamento l.33.t.7.l.15
ſi iter legatum l.8.t.12.l.10
ſi iudex cui l.5.t.1.l.32
ſi iudex circumuento l.4.t.4.l.41
ſi iudex litem l.50.t.13.l.6
ſi iudex nutriri l.1.t.6.l.10
ſi iure teſtamento l.32.t.1.l.18
ſi iuſſu debitoris l.47.t.2.l.4
ſi iuſſu eius l.15.t.4.l.4
ſi iuſſu fructuarij l.45.t.3.l.31
ſi Kalendis fieri l.42.t.1.l.11
ſi laborante naue l.14.t.2.l.2
ſi lanæ alicui l.7.t.5.l.21
ſi legationis tempore l.5.t.1.l.25
ſi legatarius l.4.t.3.l.23
ſi legatarius à quo l.32.t.1.l.8
ſi legatarij aduerſus l.36.t.3.l.11
ſi legatario fundi l.40.t.5.l.22
ſi legatus fuerit ſeruus l.33.t.8.l.24
ſi legatus l.36.t.1.l.30
ſi legatum petatur l.2.t.3.l.2
ſi legatum purè datum l.34.t.4.l.10
ſi legatum ſit relictum l.33.t.1.l.3
ſi legatum vel l.50.t.10.l.5
ſi legatum vſumfructum l.7.t.4.l.4
ſi legatis conditionalis l.20.t.2.l.28
ſi legati ſerui nomine l.30.t.1.l.56
ſi legato l.23.t.3.l.65
ſi legato ſeruo l.40.t.4.l.11
ſi legatorum l.36.t.4.l.8
ſi liber homo l.3.t.5.l.36
ſi liber homo l.10.t.4.l.13
ſi liber homo l.45.t.3.l.35
ſi liber pro fugitiuo l.47.t.10.l.22
ſi liberum hominem l.48.t.15.l.1
ſi liberis ſublatis l.13.t.4.l.27
ſi libertus alterius l.40.t.14.l.1
ſi libertus artem l.38.t.1.l.27
ſi libertus cum l.38.t.5.l.6
ſi libertus cum duos l.38.t.5.l.34
ſi libertus in ius l.2.t.4.l.12
ſi libertus ita iurauerit l.38.t.1.l.30
ſi libertus meus l.38.t.2.l.32
ſi libertus minorem l.37.t.14.l.17
ſi libertus moram l.18.t.1.l.44
ſi libertus patrono l.38.t.2.l.41
ſi libertus patrono l.47.t.2.l.89
ſi libertus præterito l.38.t.2.l.23
ſi libertus ſub. Vide, Libertus ſub l.38.t.2.l.
ſi libertinus l.40.t.16.l.4
ſi liberum hominem l.48.t.15.l.2
ſi librarius l.50.t.17.l.92
ſilua cædua eſt l.50.t.16.l.30
ſi locatum tibi ſeruum l.19.t.2.l.42
ſi locuples egenti l.40.t.14.l.57
ſi locus in iubendo l.5.t.1.l.59
ſi locus per quem l.8.t.6.l.14
ſi locus ſub conditione l.11.t.7.l.34
ſi longius ſpatium l.5.t.1.l.18
ſi Mæuia mater l.28.t.5.l.45
ſi magiſtratus l.42.t.5.l.27
ſi mancipium ita emeris l.21.t.2.l.34
ſi mancipia in dotem l.23.t.3.l.18
ſi mancipia quæ l.33.t.7.l.19
ſi mandaſſem tibi l.17.t.1.l.15
ſi mandatu meo l.46.t.1.l.13
ſi mandatu meo l.17.t.1.l.45
ſi mandatu Titij l.17.t.1.l.59
ſi mandauero tibi j.l.17.t.1.l.17
ſi mandauero tibi ij. ibi l.22
ſi mandauero tibi iij. ibid.l.42
ſi margaritas l.17.t.2.l.44
ſi maritus fuerit l.23.t.5.l.2
ſi maritus fundum l.23.t.1.l.7
ſi maritus in id l.24.t.3.l.43
ſi maritus minus facere l.24.t.3.l.36
ſi maritus præuenerit l.48.t.5.l.4
ſi maritus ſit in magiſtratu l.48.t.5.l.15
ſi maritus ſub conditione l.10.t.2.l.46
ſi marito debitori l.23.t.5.l.9
ſi marito publico l.24.t.5.l.32

ater filij impuberis li.44.ti.1.l.12
ater ita teſtetur l.28.t.6.l.33
ater poſtquam l.40.t.5.l.54
iea cauſa. Vide, Si mei cauſa l.13.t.6.l.12
nedicus l.50.t.13.l.3
ie in vacuam l.41.t.2.l.34
ie ibi adrogandum l.49.t.15.l.13
ieo & vicini nomine l.10.t.3.l.22
nenſor non falſum l.11.t.6.l.5
nerces promiſſa l.19.t.2.l.25
iercedem inſulæ l.15.t.1.l.55
netus cauſa l.29.t.2.l.85
nerx aliqua l.13.t.13.l.4
iihi alienum ſeruum l.36.t.3.l.92
nihi aut Titio l.46.t.1.l.23
nihi bibliothecam, Incipit, Labeo ſcribit, ſi mihi l.18.t.1.l.50
nihi conceſſeris l.8.t.3.l.21
nihi eodem tempore l.8.t.3.l.20
nihi & tibi l.7.t.1.l.48
nihi & Titio l.45.t.1.l.110
nihi & Titio. Vide, Si Titio & mihi l.31.t.9.l.55
mihi & tibi l.30.t.1.l.12
mihi Mæuia l.32.t.1.l.92
mihi purè l.31.t.1.l.59
mihi Sempronius l.50.t.1.l.100
mihi Stichus l.30.t.1.l.97
miles priuilegium l.50.t.1.l.10
miles iure ciuili l.28.t.3.l.7
miles qui deſtinauerat l.29.t.1.l.3
miles teſtamento l.35.t.2.l.92
miles Titio l.29.t.1.l.31
miles vnum ex fundo l.29.t.1.l.6
militi filiofamilias l.49.t.17.l.6
minor annis l.29.t.2.l.61
minor annis l.48.t.5.l.56
minor xx. annis l.45.t.1.l.66
minor j. l.40.t.2.l.2
minor ij. ibid.l.11
minor iij. ibid.l.19
i minor xxv. annis l.42.t.5.l.5
i minor xxv. annis l.18.t.7.l.4
i minor xxv. annis j.l.4.t.4.l.33
i minor xxv. annis ij. ibid. l.4
i minor quàm viginti l.30.t.1.l.102
i minoris l.26.t.7.l.25
i minores. Hæc lex Græca eſt, incip. Ἐὰν οἱ ἀφήλικες li.26.t.6.l.2
i modò idipſum l.22.t.1.l.22
i modò nulla culpa ſunt l.30.t.1.l.59
i mora facta fuit l.24.t.3.l.9
i mortis j.l.39.t.6.l.14
i mortis ij. ibid.l.29
i mortis iij. ibid l.40
i mortis tempore l.40.t.9.l.18
imulatæ nuptiæ l.23.t.2.l.30
imul pluses tutores l.29.t.5.l.23
Si mulier acceptam. Hæc lex eſt §.7.l.5.t.1.l.14. incip. Marcellus l. vij.
Si mulier j. l.16.t.1.l.11
Si mulier ij. ibid. l.14
Si mulier iii. ibid.l.16
Si mulier iv. l.16.t.1.l.23
Si mulier v. ibid.l.16
Si mulier vj. ibid. l.32
Si mulier contra patronum l.4.t.2.l.21
Si mulier cum de viri l.25.t.2.l.21
Si mulier cum filio l.34.t.5.l.23
Si mulier debitori ſuo l.23.t.3.l.77
Si mulier diuerterit l.24.t.3.l.19
Si mulier dolo fecerit l.24.t.1.l.37
Si mulier dotem l.32.t.1.l.3
Si mulier dotis cauſa l.23.t.4.l.21
Si mulier ei, cui l.12.t.4.l.10
Si mulier ex pecunia l.24.t.1.l.29
Si mulier filio viri l.49.t.17.l.3
Si mulier ita dotem l.23.t.3.l.59
Si mulier poſt diuortium l.23.t.3.l.13
Si mulier poſtquam l.4.t.4.l.31
Si mulier ventris nomine l.29.t.3.l.9
Si mulier cum liberis l.7.t.2.l.8
Si mulieri dederim l.16.t.1.l.22
Si mulieri ſoluero l.16.t.1.l.15
Si mulieri vſus domus l.7.t.4.l.22
Si mulierem l.48.t.8.l.8
Si multi publicani l.39.t.4.l.6
Si municipes, l.3.t.4.l.2
Si mutus, aut ſurdus l.28.t.1.l.7
Si nauem l.33.t.7.l.29
Si nauis à malæ fidei l.6.t.1.l.62
Sin autem apud hoſtes l.3.t.5.l.20
Sin autem cum à Titio l.6.t.1.l.27
Sin autem dominicam pecuniam l.2.t.14.l.29
Sin autem neque modo l.30.t.1.l.29
Sin autem quis nal.21.t.1.l.7
Si necem domini l.38.t.2.l.4
Si neceſſarias impenſas l.13.t.7.l.8
Si neget, qui maritus l.25.t.3.l.7
Si negotium impuberis l.42.t.5.l.23
Si negotia abſentis l.2.t.5.l.11
Si negotia mea l.17.t.2.l.41
Singulis controuerſiis lib.44.ti.2.l.6
Singularia quædam l.12.t.1.l.15
Singulos teſtes l.28.t.1.l.30
Si nemo hereditatem l.26.t.2.l.9
Si nemo ſubſit l.50.t.17.l.181
Si nemo tutorum prouocet l.26.t.2.l.19
Si nepos exheredatus l.37.t.8.l.5
Si nepos vxorem l.23.t.2.l.9
Si nepotem ex filio l.23.t.2.l.3
Si nepotes l.57.t.6.l.7
Sine poſſeſſione l.41.t.3.l.25
Sine præfinito tempore l.48.t.19.l.23
Si nomen diſtractum l.18.t.4.l.4
Si nominatim. Vide, Nominatim alicui libro 35. ti.1.l.34
Si non debitorem l.46.t.2.l.13
Si non defendantur l.48.t.19.l.19
Si non dominus l.20.t.4.l.14
Si non expedierit l.42.t.5.l.6
Si non fuerit remiſſum l.12.t.2.l.37
Si non fuerint partes l.17.t.2.l.29
Si non in controuerſia l.35.t.3.l.9
Si non lex Ælia Sententia l.28.t.5.l.83
Si non mortis cauſa l.5.t.2.l.25
Si non ſecundum legitimam l.24.t.1.l.35
Si non ſolus l.29.t.4.l.10
Si non ſortem l.12.t.6.l.26
Si non traditam poſſeſsionem l.41.t.8.l.8
Si non voluntate l.40.t.9.l.32
Si noxali iudicio l.15.t.1.l.11
Si nullæ ſunt res l.36.t.4.l.10
Si nuptura Titio l.23.t.5.l.14
Si obligatio l.13.t.2.l.1
Si ob rem non inhoneſtam l.12.t.4.l.1
Si ob turpem cauſam l.12.t.5.l.8
Si oleum tuum. Hæc lex eſt §.2. l.9. t.3. l.4. incip. Labeo l.xxxvij.
Si opera creditoris l.44.t.4.l.6
Si operas fabriles l.19.t.5.l.25
Si operas ſuas l.7.t.1.l.26
Si operarum iudicio l.38.t.1.l.29
Si optio hominis l.40.t.9.l.3
Si optio ſerui data mihi fuerit l.33.t.5.l.13
Si optione l.10.t.4.l.10
Si opus nouum l.39.t.1.l.16
Si opus quod quis l.43.t.24.l.21
Si pactus ſim l.2.t.14.l.54
Si pactum factum ſit l.22.t.1.l.9
Si pariter aduerſus l.40.t.12.l.9
Si pœnituit eum l.24.t.2.l.7
Si palam heres nuncupatur l.29.t.7.l.20
Si Pamphilo l.33.t.5.l.10
Si pars iudicantium l.5.t.2.l.10
Si partem fundi mei l.8.t.3.l.25
Si partem fundi l.8.t.6.l.19
Si pater ab hoſtibus l.28.t.3.l.9
Si pater apud hoſtes moriatur l.38.t.16.l.15
Si pater captus ſit l.28.t.6.l.29
Si pater dotem dederit l.23.t.4.l.12
Si pater duos filios l.40.t.5.l.47
Si pater emancipati l.39.t.5.l.34
Si pater exhæredatæ filiæ l.26.t.2.l.31
Si pater exhæredato filio l.32.t.1.l.103
Si pater exhæredato filio l.38.t.2.l.40
Si paterfamilias l.28.t.5.l.40
Si paterfamilias adoptatus l.1.t.7.l.15
Si paterfamilias l.10.t.2.l.33
Si pater filiæ donauerit l.41.t.6.l.4
Si pater filiæ nomine l.23.t.3.l.44
Si pater filio l.28.t.6.l.9
Si pater filiofamilias l.42.t.8.l.12
Si pater filio militi l.40.t.10.l.11
Si pater filio permiſerit l.48.t.2.l.4
Si pater filium l.1.t.8.l.41
Si pater filium l.28.t.6.l.26
Si pater filium l.38.t.6.l.6
Si pater ignorans l.24.t.3.l.41
Si pater impuberes filios l.28.t.6.l.25
Si pater meus l.64.t.3.l.36
Si pater mulieris l.23.t.3.l.76
Si pater naturalis l.1.t.7.l.29
Si pater pro filio l.37.t.7.l.4
Si pater ſe dederit l.37.t.4.l.17
Si pater ſine conſenſu l.14.t.3.l.4
Si patre cogente l.23.t.2.l.22
Si pater redempto l.49.t.15.l.15
Si patronus l.12.t.2.l.16
Si patronus à liberto l.38.t.2.l.2
Si patronus aluerit l.38.t.2.l.33
Si patronus ex debita parte l.39.t.5.l.20
Si patronus ex minore l.38.t.2.l.19
Si patronus ex ſexta l.38.t.2.l.45
Si patronus heres l.38.t.5.l.3
Si patronus libertam l.25.t.7.l.2
Si patronus teſtamento l.38.t.2.l.12
Si patronus vel quiuis l.26.t.3.l.4
Si patrona l.23.t.2.l.13
Si patroni filius l.36.t.1.l.55
Si patronum ex debita l.38.t.2.l.44
Si paulò antequam l.47.t.4.l.2
Si pauonem meum manſuetum l.47.t.2.l.37
Si peculium legetur l.33.t.8.l.6
Si peculium prælegatum li.40.t.4.l.10
Si peculium ſeruo l.33.t.8.l.10
Si peculium ſeruo legatum l.40.t.7.l.20
Si pecunia apud aliquem. Vide, Si pecunia fuit depoſita l.30.t.1.l.77
Si pecunia legata l.31.t.1.l.12
Si pecuniæ numeratæ l.36.t.4.l.6
Si pecuniam l.29.t.4.l.3
Si pecuniam militis l.12.t.1.l.26
Si pecuniam ideo l.12.t.4.l.5
Si pecuniam l.13.t.7.l.33
Si pendentes fructus l.7.t.1.l.27
Si penum l.36.t.2.l.24
Si per alium, qui l.2.t.7.l.5
Si per emptorem l.18.t.6.l.5
Si per epiſtolam l.29.t.2.l.50
Si peregrè agant l.26.t.5.l.29
Si per errorem l.2.t.1.l.15
Si per errorem l.41.t.3.l.17
Si per fundum tuum l.43.t.19.l.7
Si per imprudentiam l.21.t.2.l.51
Si per publicum locum l.43.t.8.l.6
Si perluſorio iudicio l.49.t.1.l.14
Si petitor plures l.5.t.1.l.31
Si petitor poſt ſatiſdationem l.46.t.7.l.8
Si pignus mihi traditum l.13.t.7.l.37
Si pignus ſpecialiter l.20.t.4.l.8
Si pignus vir vxori. Vide, Et Si pignus l.41.t.1.l.18
Si pignori res data l.10.t.2.l.29
Si pignore creditor vtatur l.47.t.2.l.54
Si pignore ſubrepto l.13.t.7.l.22
Si pignora veneant l.21.t.2.l.59
Si plagij. Vide, Si flagitij faciendi l.45.t.1.l.17
Si plura mancipia l.21.t.1.l.36
Si plura prædia l.11.t.7.l.46
Si plures curatores l.26.t.7.l.3
Si plures dolo fecerint l.4.t.3.l.17
Si plures eandem arborem l.47.t.7.l.6
Si plures eiuſdem l.42.t.7.l.3
Si plures gradus l.32.t.1.l.98
Si plures gradus ſint l.28.t.8.l.10
Si plures gradus ſint l.37.t.1.l.9
Si plures heredes l.16.t.3.l.14
Si plures heredes ſint l.43.t.16.l.9
Si plures fideiuſſores l.46.t.6.l.12
Si plures inſtitutiones l.28.t.7.l.17
Si plures ſimul agant l.47.t.23.l.2
Si plures ſunt agnati l.26.t.4.l.9
Si plures ſint domini l.11.t.7.l.41
Si plures ſint fideiuſſores l.46.t.1.l.27
Si plures ſint inſtituti l.28.t.6.l.24
Si plures ſint qui l.2.t.14.l.9
Si plures ſerui l.47.t.10.l.34
Si plures tutelam l.26.t.7.l.38
Si plures tutores ſint l.26.t.2.l.24
Si plurium ſeruus j.l.9.t.4.l.5
Si plurium ſeruus ij. ibi l.39
Si pluribus eadem res l.30.t.1.l.33
Si pluribus heredibus l.31.t.1.l.44
Si plus vel minus l.21.t.2.l.74
Si pœna alicui irrogatus l.48.t.19.l.20
Si pœnæ cauſa l.12.t.6.l.19
Si pœnam ſtipulatus l.45.t.1.l.68
Si pœnituit eum l.24.t.2.l.7
Si pollicitus quis fuerit l.50.t.12.l.1
Si ponas filium l.5.t.2.l.23
Si portio hereditatis l.37.t.5.l.21
Si poſſeſſor ex hereditate l.5.t.3.l.52
Si poſſeſſor fundi l.6.t.1.l.53
Si poſſeſſor hereditatis. Hæc lex eſt §.14. l.20. t.3.l.5 incip. Papinianus autem l.111
Si poſſeſſor hæreditatis l.11.t.7.l.32
Si poſſideam l.41.t.8.l.2
Si poſt acceptum iudicium l.6.t.1.l.18
Si poſt conſtitutam l.13.t.5.l.22
Si poſt datum procuratorem l.3.t.3.l.15
Si poſt diem legati l.36.t.2.l.5
Si poſt diuortium l.24.t.3.l.27
Si poſteaquam l.38.t.6.l.9
Si poſteaquam l.46.t.6.l.10
Si poſteaquam tecum l.15.t.1.l.43
Si poſt emancipationem l.37.t.8.l.7
Si poſthumus. Vide, Si poſtumus libro 28.t.2.l.14
Si poſt inſpectum prædium l.18.t.6.l.9
Si poſt miſſionem l.35.t.2.l.17
Si poſt mortem patris l.302.t.1.l.68
Si poſt mortem teſtatoris l.37.t.4.l.10
Si poſtliminio rediſti l.49.t.15.l.29
Si poſt litem l.44.t.1.l.13
Si poſt moram factam l.13.t.4.l.10
Si poſt pubertatem l.27.t.3.l.14
Si poſtulante me l.38.t.1.l.67
Si poſtulauerit accuſator l.48.t.5.l.27
Si præcedente mandato l.17.t.1.l.58
Si prædia & mancipia l.24.t.1.l.58
Si prædia minoris l.27.t.9.l.11
Si prædia in dotem l.18.t.2.l.15
Si pregnans ancilla l.21.t.2.l.42
Si prægnans ancilla l.40.t.5.l.13
Si prægnantem l.37.t.6.l.12

ſi præſes

ſi præſes vel iudex lib.48.ti.19.l.31
ſi præteritus filius l.37.t.4.l.15
ſi prætor iuſſerit l.1.t.5.l 75
ſi præcario l.8.t.4.l.17
ſi primo hærede. Vide, Si à primo l.36.t.2.l.8
ſi prior creditor. Hæc lex eſt §. 5. l.12.ti.4.li.20. incip. Papinianus li.xj. reſpondit, ſi
ſi prior maritus l. 24.t.3.l.32
ſi priuatus coactus l.40.t.9.l.27
ſi prius nocturnæ aquæ l.39.t.3 l.17
ſi priuſquam ædificatum l.39.t.1.l.15
ſi prius quam locatori l.19.t.2.l.37
ſi pro aliqua l.16.t.1.l.21
ſi probatum eſt l.27.t.3.l.19
ſi procurator abſentis l.49.t.9.l.2
ſi procurator agit. Vide, Procurator agit l.44.t.4.l.11
ſi procurator Cæſaris. Vide, Si curator Cæſaris lib.49 ti.14.l.5
ſi procurator ita ſtipulatus l.2.t.11.l.14
ſi procurator meus l.3.t.3.l.28
ſi procurator meus l.41.t.1.l.35
ſi procurator opus l.39.t.1.l.17
ſi procurator ratam l.46.t.8.l.18
ſi procurator rei l.44.t.4.l.9
ſi procurator tuus l.12.t.6.l.6
ſi procurator falſo l.12.t.4.l.313
ſi procurator l.45.t.1.l.79
ſi procuratorem abſentem l.3.t.3.l.65
ſi procuratorem dedero l.17.t.1.l.8
ſi procuratorio nomine l.49.t.4.l.2
ſi pro fure l.13.t.1.l.7
ſi pro luſorio. Vide, Si periuſorio iudic. l.49. t.1.l.14
ſi pro patre l.15.t.3.l.10
ſi propius ædes tuas l.11.t.8.l.3
ſi pro me quis ſoluerit l.46.t.3.l.40
ſi proponas filium. Vide, Si ponas filium
ſi proprietas fundi l.7.t.2.l.9
ſi proprietati nudæ lib.23.t.3.l.4
ſi proprietarius l.39.t.2.l.22
ſi propter ea, quæ l.35.t.2.l.54
ſi propter res amota l.25.t.2.l.22
ſi pro re pupilli l 21.t.2.l.22
ſi pro te præſente l.17.t.1.l.4
ſi pro vno reo l.16.t.1.l.20
ſi proxeneta l.50.t.14.l.2
ſi publicanus l.39.t.4.l.4
ſi puellæ tutores l.23.t.1.l.6
ſi pupillus abſens l.46.t.6.l.2
ſi pupillus autem alterum l.26.t.7.l.45
ſi pupillus, cuius l.14.t.4.l.4
ſi pupillus cui l.35.t.2.l.21
ſi pupillus ex contractu l.42.t.5.l.33
ſi pupillus heres l.27.t.3.l.7
ſi pupillus parenti l.36.t.1.l.74
ſi pupillus paterna. Hæc lex incipit, Iulianus lib.xxvj. l.29.t.2.l.42
ſi pupillus præſens ſit l.42.t.4.l.10
ſi pupillus ſe l.29.t.2.l.89
ſi pupillus ſine tutoris l.4.t.8.l.35
ſi pupillus ſine l.43.t.1.l.127
ſi pupillus ſine l.46.t.2.l.9
ſi pupillus ſub conditione l.28.t.7.l.26
ſi pupilli debitor l.46.t.3.l.65
ſi pupili l.3.t.5.l 6
ſi pupillo tutor l.37.t.1.l.11
ſi pupillum l.27.t.1.l.20
ſi pupillorum l.27.t.9.l.7
ſi purè data ſit l.40.t.5.l.37
ſi purè proprietas l.33.t.2.l.4
ſi purè ſit l.36.t.2.l.2
ſi purè tibi legauero l.32.t.1.l.94
ſi putator l.9.t.2.l.31
ſi qua aqua l.8.t.5.l.21
ſi quadrupes l.9.t.1.l.1
ſi quæramus l.28.t.1.l.4
ſi quæ ſunt cautiones l.10.t.2.l.5
ſi qua mihi vxor l.23.t.2.l.12
ſi qua militi l.4.t.6.l.40
ſi qua pœna l.1.t.6.l.7
ſi qua pœna eſt l.50.t.16.l.244
ſi quam rem à te emi l.18.t.5.l.2
ſi quando alterius l.34.t.2.l.29
ſi quando duobus l.38.t.1.l.8
ſi quando incerta l.36.t.3.l.6
ſi quando inter ædes l.8.t.5.l.17
ſi quando is, qui l.40.t.12.l.1
ſi quando quis vxori l.30.t.1.l.109
ſi quaſi hæres l.18 t.4 l.16
ſi quaſi recepturus l.13.t.7.l.31
ſi quem ſeruum l.40.t.7.l.41
ſi qui ad munera l.49 t.10.l.1
ſi qui certa de condictione l.50.t.6.l.2
ſi qui heres inſtitutus l.28.t.3.l.18
ſi qui inuicem l.39.t.6.l.26
ſi qui iuſſus eſt l.4.t.8.l.52
ſi ita ſint inſtituti l.28.t.7.l.4
ſi qui mihi obligatus eſt l.49.t.4.l.28
ſi qui purè l.36.t.1.l.31
ſi quidem ex his l.40.t.5 l.1
ſi quid à fideiuſſore l.16.t.2.l.5
ſi quid bello captum eſt l.49.t.15.l.28
ſi quid contendis lib.10.ti.2.l.45
ſi quid dolo malo l.38.t.5.l.1
ſi quid earum rerum l.32.t.1.l.48
ſi quid erit l.1.t 16.l.11
ſi quid eſt, quod l.26.t.8.l.22
ſi quid fur fregerit l.47.t.2.l.22
ſi quid eſt ſubreptum l.41.t.3.l.49
ſi quid ex famoſa cauſa l.46.t.3.l.7
ſi quid igitur ex eo l.8.t.2.l.29
ſi quid poſſeſſor l.5.t.3.l.31
ſi quid relictum ſit l.30.t.1.l.117
ſi quid venditor l.21.t.1.l.18
ſi quidem in inſulam l.49.t.4.l.1
ſi quidem is qui. Vide, Si quando is, qui
ſi quilibet hæres l.34.t.9.l.23
ſi quis ab alio acceperit l.3.t.6.l.7
ſi quis ab alio decem l.42.t.1.l.13
ſi quis ab alio nummos l.40.t.1.l.19
ſi quis abſentis l.3.t.5.l.2
ſi quis abſentis l.44.t.7.l.5
ſi quis me abſente l.46.t.2.l.22
ſi quis accepto tulerit l.12.t.4.l.4
ſi quis actionem l.47.t.1.l.3
ſi quis ad demoliendum l.39.t.2.l.48
ſi quis ad exhibendum l.44.t.2.l.18
ſi quis adfirmauit l.4.t.3.l.9
ſi quis adulterium l.48 t.5.l.33
ſi quis ædes l.8.t.2.l.30
ſi quis à filio l.30.t.1.l.32
ſi quis alia aqua vſus l.8.t.6.l.18
ſi quis aliam rem l 46.t.3.l.46
ſi quis à liberis ali deſideret l.25.t.3.l.5
ſi quis alicui mandauerit l.29.t.2.l.48
ſi quis alicui ſcripſerit l.17.t.1.l.27.
ſi quis alienam l.47.t.19.l.1
ſi quis alius l.4.t.2.l 11
ſi quis aliquem l.48.t.7.l.5
ſi quis aliquid j. l.48.t.9.l.30
ſi quis aliquid ij. ib.l.38
ſi quis à me oleum l.19 t.1.l.32
ſi qui à multis l.9.t.4.l.14
ſi quis ante conduxit l.41.t.2.l.10
ſi quis à pluribus l.50.t.1.l.7
ſi quis apud aliquem l.46.t.7 l.3
ſi quis arbitratu l.45.t.1.l.43
ſi quis Attio & heredibus l.7.t.2.l.7
ſi quis à ſocio l.17.t.2.l.41
ſi quis binas ædes. Vide, Si quis vnas ædes l.7.t.2 l.32
ſi quis bonorum partem l.30.t.1.l.23
ſi quis certum ſtipulatus l.12.t.1.l.24
ſi quis conduxerit l.19.t.2.l.46
ſi quis crediderit l.2.t.14.l.49
ſi quis creditori ſuo l.33.t.8.l.7
ſi quis creditorem l.42.t.4.l.13
ſi quis cum aliter l.45.t.1.l.36
ſi quis cum debitore l.12.t.2.l.39
ſi quis cum exiſtimauerit l.10.t.3.l.29
ſi quis cum falſo l.48.t.10.l.4
ſi quis cum filiofam. contraxerit l.15.t.1.l.44
ſi quis cum fundum venderet l.19.t.1.l.26
ſi quis cum haberet l.38.t.16.l.5
ſi quis cum haberet l.42.t.8.l.15
ſi quis cum procuratorio l.3.t.3.l.31
ſi quis cum ſciret l.47.t.2.l.91
ſi quis cum ſciret l.41.t.4.l.8
ſi quis cum ſic ſoluerit l.12.t.6.l.2
ſi quis cum teſtamentum. Vide, Si is qui teſtamentum l.28.t.1.l.15
ſi quis cum teſtamentum l.29.t.7.l.3
ſi quis cum totum l.44.t.2.l.7
ſi quis cum veritus eſſet l.36.t.4.l.1
ſi quis decedens. Hæc lex eſt §.1.l.2.t.3.l.34. incip. Iulianus etiam
ſi quis delegauerit l.46.t.2.l.12
ſi quis de libertate l.47.t.10.l.12
ſi quis de pluribus l.34.t.5.l.27
ſi qui dicat ſe l.40.t.1.l.5
ſi quis diuturno vſu l.48.t.5.l.10
ſi quis dolo l.48.t.8.l.10
ſi quis dolo fecerit l.42.t.1.l.51
ſi quis dolo malo l.29.t.6.l.2
ſi quis domum l.19.t.2.l 9
ſi quis donationis cauſa l.18.t.1.l.38
ſi quis donationis vſufructuario l.7.t.1.l.24
ſi quis duas ædes habeat l.8.t.4.l.6
ſi quis duos homines promiſit l.46.t.3.l.67
ſi quis duobus l.13.t.5.l.30
ſi quis duobus l.31.t.1.l.15
ſi quis egerit l.47.t.2.l.88
ſi quis enim eo animo l.11.t.7.l.40
ſi quis eum de quo l.2.t.9.l.1
ſi quis eum quem l.28.t.6.l.16
ſi quis eum quem l.35.t.1.l.37
ſi quis eundem l.40.t.7 l.42
ſi quis ex alia cauſa l.49.t.12.l.1
ſi quis ex aliena l.5.t.1.l.5
ſi ex argentariis l.2.t.13.l.6
ſi ex bonis l.47.t.2.l.83
ſi quis ex cauſa fideicomm. l.40.t.5.l.35
ſi quis ex domo. Hæc lex eſt §.vlt.53.t.2.l.47. incip. Idem lib.38
ſi quis ex fundo lib.8.ti.6.l.13
ſi quis ex his l.38.t.6.l.5
ſi quis ex his quibus l.37.t.8.l.5
ſi quis ex naufragio l.47.t.9.l.5
ſi quis extraneus l.29.t.2.l.21
ſi quis falſis conditionibus l.48.t.10.l.15
ſi quis fecerit teſtamentum l.29.t.3.l.11
ſi quis filiabus ſuis l.26.t.2.l.5
ſi quis filio exheredato l.28.t.3.l.6
ſi quis filiumfam. l.29.t.2.l.7
ſi quis filium habeat l.37.t.6.l.5
ſi quis filium habens l.37.t.8.l.6
ſi quis fortè l.48.t.19.l.6
ſi quis fumo facto l 9.t.2.l.49
ſi quis fuerit heres l.1.t.7.l.33
ſi quis fundum l.18.t.1.l 37
ſi quis fundum. Hæc lex eſt in l.9.§.2. incl.
ſi quis fundum emerit l.19.t.1.l.35
ſi quis fundum emerit l.41.t.2.l.43
ſi quis habens creditores l.40.t.9.l.24
ſi quis hac lege emerit l.6.t.1.l.41
ſi quis hac lege emptus ſit l.38 t 1.l.13
ſi quis hac lege ſeruum l.40.t.1.l.30
ſi quis hac lege veniit l.18.t.7.l.3
ſi quis hac lege. Hæc lex incip. Et qui hac ſit l.40.t.8.l.4
ſi quis hereditatem l.34.t.8.l.1
ſi quis heres j. l.29.t.2 l.35
ſi quis heres ij. ibid.l.72
ſi quis heredes ita inſtituit l 28.t.5.l.
ſi quis hominem l.10.t.4.l.17
ſi quis id quod l.2.t.1.l.7
ſi quis inficiatus ſit l.16.t.3.l.13
ſi quis in fundi vocabulo l.30.t.1.l.4
ſi quis in graui valetudine l.29.t.5.l.3
ſi quis ingenuam l.40.t.15.l.21
ſi quis iniuriam atrocem l.47.t.10.l.35
ſi quis iniquum l.2.t.2.l.3
ſi quis inſulam l.48.t.24.l.2
ſi quis in ius vocatus l.2.t.5.l.1
ſi quis in iure interrogatus l.11.t.1.l.7
ſi quis in legatione l.5.t.1.l.8
ſi quis in pignore l.13 t.7.l.26
ſi quis in principio l.32.t.1.l 22
ſi quis inquilinos l.30.t.1.l.112
ſi quis in rem l.3.t.3 l.34
ſi quis in ſenatorio ordine l.23.t.2.l.27
ſi quis in ſeruitute l.47.t.2.l.7
ſi quis integris facultatibus l.40.t.9.l.7
ſi quis intentione ambigua l.5.t.1 l.66
ſi quis inter tres. Hæc lex eſt §.1.l.15.t.1. Vlpian. libro ſingulari.
ſi quis interrogatus l.11.t.1.l.8
ſi quis in teſtamento l.34.t.3 l.15
ſi quis in teſtamento. Vide inf. ſi quis in te.
ſi quis inteſtatus l.40.t.5.l.2
ſi quis inteſtatus l.38.t.17.l.7
ſi quis inſtituatur l.28.t.5.l.23
ſi quis ipſos cultores l.50.t.11.l.21
ſi quis ita dederit l.26.t.2.l.16
ſi quis ita inſtitutus ſit l.28.t.5.l.28
ſi quis ita inſtitutus ſit l.28.t.7 l 6
ſi quis ita legauerit l.34.t.4.l.3
ſi quis ita legauerit l.34.t.2.l.30
ſi quis ita legauerit l.35.t.1.l.8
ſi quis ita legauerit l.7.t.1.l.20
ſi quis ita libertatem l.40.t.7.l.13
ſi quis ita j. l.40.t.4.l.2
ſi quis ita ij. ibid.l.4
ſi quis ita iij. ibid.l.8
ſi quis ita iv. ibid.l 9
ſi quis ita v. ibid l.42
ſi quis ita ſcripſerit l.28.t.5.l.33
ſi quis ita ſcripſerit l.28.t.5.l.36
ſi quis ita ſcripſerit l.34.t.5.l.14
ſi quis ita ſtipulatus fuerit l.45.t.1.l.129
ſi quis iudicij l.4.t.7.l.12
ſi quis juraſſet l.12.t.6.l.43
ſi quis iuſſus eſt l.4.t 8.l.52
ſi quis legata l.35.t.1.l.54
ſi quis legatum hoſtium l.50.t.7.l.13
ſi quis legatum ſibi l.48.t.10.l.6
ſi quis legauerit aurum l.34.t.2.l.11
ſi quis legauerit j. l.30.t.1.l.72
ſi quis legarit ij. ibid. l.121
ſi quis liberum hominem l.22.t.3.l.20
ſi quis liberum hominem l.43.t.29.l.4
ſi quis libertatem l.40.t.4.l.12
ſi quis libertatem l.5.t.3.l.7
ſi quis libertum l.38.t.2.l.30
ſi quis libertis alimenta l.34.t.1.l.2
ſi quis locuples l.40.t.4.l.57
ſi quis magiſtratus l.50.t.4.l.9
ſi quis mancipiis l.14.t.3.l.17
ſi quis mandatu Titij l.3.t.5.l.28
ſi quis mihi bona fide l.29.t.2.l.25
ſi quis mihi mandauerit l.17.t.3.l.16
ſi quis mihi merces l.41.t.7.l.7
ſi quis miſſus fuerit l.43.t.4.l.3
ſi quis miſſum l.37.t.1.l.17
ſi quis nec cauſam l.12.t.2.l.4

ſi quis negotia aliena j. li 3 ti 5.l.23
ſi quis negotia aliena ij. ibid.l.25
ſi quis nepotem li 1 ti 7.l.10
ſi quis ne quæſtio li.48 ti.18.l.12
ſi quis non quaſi heres lib.29. ti.2. l.73
ſi quis ob honorem li. 50. ti.12. l.11
ſi quis obligatum ſeruum li.40.ti.8.l.6.
ſi quis obligatione liberatus li.50.ti.17.l.115
ſi quis obrepſerit li.48. ti.10. l.29
ſi quis offerenti ſe li.46. ti.3. l.58
ſi quis officium li.23.ti.2.l.28
ſi quis omiſſa cauſa li.10.ti.4.l.17
ſi quis operas lib.46. ti 1.l.5
ſi quis patris ſui li.48.ti.10.l 26
ſi quis paterfamilias li.14.ti.6. l.3
ſi quis pecuniam li.29.ti.4. l.4
ſi quis perferendum li.47. ti 2.l.35
ſi quis per fundum li.21.ti.2.l 10
ſi quis poſt accuſationem li.28.ti.1.l.9
ſi quis poſteaquam li.40.ti. 5.l.29
ſi quis poſteaquam li.5.ti.1.l.7
ſi quis poſtquam li.16.ti.1.l.37
ſi quis poſthumos li.28.ti.2.l 9.
ſi quis prægnantem lib.50.ti.17.l.187
ſi quis prægnante li.49.ti.15.l.23
ſi quis priore facto. lib.36.ti.1.l.29
ſi quis pro eo qui li.46.ti.1.l.56
ſi quis pro eo ſpoponderit li.17.ti.1.l.46
ſi quis proprium li 47.ti.10.l.14.
ſi quis pro vxore ſua li.24.ti.1.l.21
ſi quis putans ſibi li.10.ti.3.l.63
ſi quis quaſi ſuſpectam li.20.ti.5.l.24
ſi quiſquam in flumine lib.44. ti.3.l.7
ſi quis quendam li.2.ti.1.l.12
ſi quis quos li 31 ti.1.l 31
ſi quis rationes li.34 ti.3.l.9
ſi quis rem aliquam li 50.ti.1.l.2
ſi quis rem à non domino li.44.ti.2.l.24
ſi quis rem de qua li.4.ti.8.l.30
ſi quis repetere li.48.ti.16.l.7
ſi quis reum criminis li.48.ti.3.l.4
ſi quis reum habeat li 34.ti.3 l.5
ſi quis rogatus li.40.ti.5.l.53
ſi quis Sempronium li 28.ti.5.l 68
ſi quis ſeparatim.Vide,Si quis ſepar.li.49.ti.1.l.10
ſi quis ſepulchrum lib.11.ti.7.l.12
ſi quis ſeruus.Vid.Si ſeruus capitali li.48.ti.3. l.2
ſi quis ſeruo li.40.ti.4. l.56
ſi quis ſeruo lib.46 ti.3.l.18
ſi quis ſeruo ſuo li.31.ti 1.l.84
ſi quis ſeruum communem li.11.ti.3.l.9
ſi quis ſeruum heredis li. 31. ti. 1. l. 8
ſi quis ſeruum iudicio libro 1. ti. 11. l.7
ſi quis ſeruum liberum li.35.ti.1.l.53
ſi quis ſeruum meum lib.47.ti.10.l.26
ſi quis ſeruum pigneratum li.9.ti.4.l.36
ſi quis ſeruum quem li.19.ti.1.l.23
ſi quis ſeruum teſtamento li.15.ti.1.l.29
ſi quis ſit Titius li. 45 ti.1.l.57
ſi quis ſic dixerit lib.50.ti.16.l.133
ſi quis ſic ſoluerit lib.12.ti.6.l.2
ſi quis ſic ſtipuletur li.24.ti.3. l.56
ſi quis ſocietatem contraxerit li.17. ti.2. l.74
ſi quis ſolidum li.28.ti.5.l.72
ſi quis ſolutioni li.22.ti.1. l.24
ſi quis ſtipulatus fuerit lib.46.ti.3. l.37
ſi quis ſtipulatus ſit li.4. tit. 6. l.43
ſi quis ſtipulatus ſit li.45 ti.1.l.112
ſi quis ſub conditione li.26.ti.2 l.11
ſi quis ſub conditione li.29.ti.4. l.8
ſi quis ſub conditione li.28.ti.7.l.7
ſi quis ſub hoc pacto li.18.ti.1.l.56
ſi quis ſui alienive li.50. ti.12. l.41
ſi quis ſuos ſeruos li.32.ti.l.74
ſi quis ſuus heres li.28.ti.18.l 8
ſi quis tabulas li.4.ti.3.l.35
ſi quis teſtamentum deleuerit li.9.ti.2. l.41
ſi quis teſtamento li.40.ti.1.l.79
ſi quis teſtamento facto li.31.ti.1.l.81
ſi quis teſtamento hoc li.28.ti.7.l.11
ſi quis teſtameuto li.40 ti.7.l.12
ſi quis Titio decem lib.31.ti.1.l.17
ſi quis Titio legauerit li.4. ti.6.l.41
ſi quis tutor datus li.37.ti.14.l.3
ſi quis tutor non ſit li.26.ti.1.l.15
ſi quis tutor quidem lib.23.ti.2.l 60
ſi quis tutorem dederit lib.26.ti.1.l.22
ſi qui viduam,vel li.48.ti.18 l.5
ſi quis vi de poſſeſſione li.41.ti.2.l.17
ſi quis vinum legauerit li.33.ti.6.l.9
ſi quis vina vendiderit li.18.ti.6.l.4
ſi quis violauerit li.1.ti.8.l.11
ſi quis vnas ædes li.7.ti.1.l.32
ſi quis vni ex reis li.16.ti.8.l.14
ſi quis vſumfructum lib.33.ti.2.l.29
ſi quis vxori li.24.ti.1.l.59
ſi quis vxori li.47.ti.2.l.52
ſi quo tempore lib 5.ti.3.l.41
ſi quod alij mutuum li.14.ti.6.l.13
ſi quo dato emi li.21.ti.2.l.62
ſi quod dominus ſeruo li.12.ti.6.l.64
ſi quod ex Pamphila naſcetur li.31.ti.1.l.73
ſi quod mihi mortis cauſa li.24.ti.1.l 56
ſi reditus etiam ex melle li.33. ti.7. l.10
ſi remunerandi gratia lib.17.ti.1.l.6
ſi repudiauerint ſui li.38.ti.7. l.2
ſi reliquero filium li 26.ti.4.l.8
ſi res aliena li.36. ti.1.l.42
ſi res aliqua. Vide,Si merx aliqua li.13. ti.3. l.4
ſi res dilationem li.49. ti.5.l.7
ſi res diſtracta fuerit li 20.ti.6.l.3
ſi res domino non neceſſarias li.15.ti.3 l.5
ſi res æſtimata li.23.ti.3.l.12
ſi res geſta li.22. ti.4.l.5
ſi res in diem addicta. Hæc lex eſt in l.4. ti.2. lib.18 verſic. Idem Iulianus lib.
ſi res ita diſtracta ſit lib.18.ti.1.l.3
ſi res mihi & tibi li.32.ti.1.l.20
ſi res mobilis lib.6.ti.1.l.10
ſi res obligata per li.30.ti.1. l.57
ſi res pro derelicto habita li.41.ti.7.l.1
ſi res pupillaris li.26.ti.7.l.50
ſi res pupillaris, vel li. 4.ti.4. l.49
ſi res, quam à Titio emi, li.21.ti.2.l.59
ſi res, quas filiæ emancipatæ li.23.ti.3.l.51
ſi res vendita libro 19.ti.1.l.1
ſi rem æſtimatam li 23.ti 3.l.14
ſi rem alienam, j. li.13 ti.7.l.9
ſi rem alienam ij. ibid.l.29
ſi rem aliquam li.46 ti.2. l 31
ſi rem hereditariam li.47.ti 19.l.6
ſi rem legatam petat li.44.ti.1.l.6
ſi rem meam li 46. ti.3.l.20
ſi rem meam à te petiero li.44.ti.2.l.41
ſi rem meam ſub conditione li.45.ti 1.l.31
ſi rem mobilem li.41.ti. 2.l.47
ſi reus, quæ apud te eſſet li.21.ti.2.l.62
ſi rem, quam maritus li.25.ti.2.l.20
ſi rem, quam mihi li.21.ti.2. l.29
ſi rem quam ſeruus li.21.ti.2.l.vlt.
ſi rem, quam tibi li.41.l.5
ſi rem ſubreptam mihi li.41.ti.3 l.41
ſi rem tibi inſpiciendam.Hæc lex eſt §.2.li.17.ti. 1.l.18. incipit,Papinianus li.8
ſi rem tradi ſtipulamur li.45.ti 1 l.28
ſi rerum amotarum li.42.ti.1.l.52
ſi rerum tibi poſſeſſionem li 43.ti.16.l.5
ſi retentus fuerit li.37.ti.4.l.7
ſi reus & fideiuſſor li.12.ti.6.l.20
ſi reus paratus li.3.ti 3.l 73
ſi reus poſt iudicatum li.46.ti.7.l.12
ſi reus poſtquam li 1 ti.12. l.vlt.
ſi reus promittendi li.45.ti.2.l.13
ſi reus ſtipulandi Hæc lex habetur in l.5.ad fin. Verſic. Idem ſi reus ſtipiti 1.l.46
ſi riuum quem faciendum li 19.ti.2.l.62
ſi rogatus ſit minor li.40 t.2.l.20
ſi ſacculum vel argentum li.16.ti.3.l.29
ſi ſciens emam li.18.t.1.l.25
ſi ſciente creditore li.48.ti.9 l.7
ſi ſcripſiſſet qui legabat li.31.ti.1.l.45
ſi ſcriptis heredibus li.34. ti.9. l.19
ſi ſecundum probabilem li.29.ti.1.l.32
ſi Seiæ pro dote li.33.ti.4.l.10
ſi ſemel in ea cauſa li.15.ti.1.l.26
ſi ſenatori indulgentiæ li.23.t.2.l.31
ſi ſe non obtulit li.42.ti.1.l.4
ſi ſeparatim mihi li.35.ti.1.l.30
ſi ſepulchrum quis diruat li.47.t.12.l.2
ſi ſequens gradus li.29.ti.5.l.15
ſi ſeruus ab hoſtibus captus li.11. t.2.l.16
ſi ſeruus alienus li.46.ti.1.l.65
ſi ſeruus ante aditam li.9.ti.10.l.48
ſi ſeruus aut filiusfam.li.45 ti.1.l.141
ſi ſeruus à teſtatore li.29.ti.5.l.12
ſi ſeruus capitali crimine li.48.ti.3.l.2
ſi ſeruus communis li.28.ti.6.l.18
ſi ſeruus communis li.26.ti.6.l.12
ſi ſeruus communis li.18.ti.5.l.7
ſi ſeruus communis li.29.ti.2.l.66
ſi ſeruus communis li.47.ti.2.l.61
ſi ſeruus communis lib.39.ti.2 l.42
ſi ſeruus communis j. li.45.t.3.l.4
ſi ſeruus communis ij. ibid.l.18
ſi ſeruus communis iij. ibid.l.21
ſi ſeruus communis li.9.ti.4.l.8
ſi ſeruus cõmunis Vide,Seruus communis li.4. ti.2.l.38
ſi ſeruus cum emerit li.44.ti.6.l.2
ſi ſeruus decem.Vide,Seruus decem li.46.t.3 .l 68
ſi ſeruus depoſitus li.9.ti.4.l.22
ſi ſeruus eius lib.29.ti.2.l.82
ſi ſeruus fuerit heres li.28.ti.8.l.2
ſi ſeruus furtiuus li.13.ti.1.l.14
ſi ſeruus hereditarius li.44.ti.3.l.4
ſi ſeruus hereditarius li.45. ti.3.l.25
ſi ſeruus in quo vſusfructu li.7.t.4.l.27
ſi ſeruus in quo li.19.ti.1.l.24
ſi ſeruus inſciente domino li.41.ti.3 l.34
ſi ſeruus iudicio ſe ſiſti li.2.ti.11.l.9
ſi ſeruus iurauerit li.12.ti.2.l.23
ſi ſeruus legatus li.30.ti.1.l.108
ſi ſeruus legatus.Vide,Seruus legatus li.34.ti.4.l.43
ſi ſeruus legatus li.9.t.4.l.50
ſi ſeruus legatus li.40.ti 5.l.50
ſi ſeruus liber li.40.ti.7.l.19
ſi ſeruus liber eſſe iuſſus li.33.ti.8.l.25
ſi ſeruus liber ſis li.38.ti.4.l.6
ſi ſeruus mancipium emit li.21.ti.1.l.59
ſi ſeruus meus li.15.ti.1. l.17
ſi ſeruus meus li 13.t.6.l.14
ſi ſeruus meus li.6.ti.2.l.15
ſi ſeruus meus li.41.ti.1.l.21
ſi ſeruus meus li.45.ti.3.l.38
ſi ſeruus nauem li.47.ti.2.l.42
ſi ſeruus non ſit li.11.ti.1.l.17
ſi ſeruus non voluntate li.14.ti.1.l.6
ſi ſeruus peculiari nomine li.46.ti.3.l.32
ſi ſeruus pignori datus li.13.t.7.l.31
ſi ſeruus pignori obligatus li.10. tit.2.l.31
ſi ſeruus plurium li.30.ti.1.l.50
ſi ſeruus quem emeras li.40.ti.12.l.42
ſi ſeruus quem tibi li.13.ti.6.l.22
ſi ſeruus quem vendideras li.19 ti.1.l.54
ſi ſeruus qui emeretur li.19.ti.1.l.55
ſi ſeruus qui in rem li 46.ti.7.l.11
ſi ſeruus rapuerit li.47.ti.8.l.3
ſi ſeruus reipublicæ li.45.ti.3.l.3
ſi ſeruus ſcieute domino li.9.t.4.l.2
ſi ſeruus ſeruave li.9.ti 2.l.3
ſi ſeruus ſeruum li.9 ti.2.l.27
ſi ſeruus ſocietatem coierit li.17.ti.2.l.18
ſi ſeruus ſub conditione j. li.37.ti.11.l.5
ſi ſeruus ſub conditione ij.ibid l.10
ſi ſeruus ſub conditione li.42.ti.5.l.4
ſi ſeruus teſtamento li.45.ti.1.l.34
ſi ſeruus tibi legatus li.35.ti.2.l.33
ſi ſeruus Titij li.30 ti.1.l.70
ſi ſeruus tuus li.43 ti.26.l.13
ſi ſeruus vetitus eſt li.30.ti.1.l.119
ſi ſeruus venditus eſt li.40.ti.8.l.1
ſi ſeruus venditus l.21.ti.2.l.21
ſi ſeruus vel filiusfam li.13.ti.1.l.4
ſi ſeruus vel filiusfam lib.41 ti.2.l.14
ſi ſerua ſeruo li 23.ti.3.l.39
ſi ſerui mei rogatu li.3.ti.5 l.42
ſi ſerui,qui apud li.40.ti.4.l.30
ſi ſerui, qui nobis communis li.7.ti.9.l.10
ſi ſerui vſusfructus li.7.ti.1.l.21
ſi ſeruo alieno li.40 ti.9.l.20
ſi ſeruo cum libertate li.34.ti.4.l.26
ſi ſeruo fideicommiſſ li 26.tit.5.l.84
ſi ſeruo fructuarius. Hæc lex eſt §.5. l.ti.1. l. 7. incip. Idem Iulianus eod li.
ſi ſeruo furioſi li.41.ti 3. l.28
ſi ſeruo hereditario li.7 ti.4. l.18
ſi ſeruo in dotem li.33.ti.3. l.47
ſi ſeruo manumiſſo li.32.tit.8. l.18
ſi ſeruo meo Stichus li.30.ti.1.l.101
ſi ſeruo mortis cauſa li.39 ti.6.l.48
ſi ſeruo ſub conditione li.49.ti.7.l.31
ſi ſeruum,cuius nomine li.22.ti.2.l.25
ſi ſeruum cuius nomine li.47.t.10.l.29
ſi ſeruum emero li.21.t.2.l.33
ſi ſeruum dominus li.48.t.2.l.17
ſi ſeruum heredem lib.29.t.4.l.28
ſi ſeruum in eadem cauſa li.2.ti.9.l.5
ſi ſeruum meum occidiſti li.9. t 2.l.23
ſi ſeruum mihi ignoranti li.19.t.1.l.4
ſi ſeruum quis alienum li.29.ti 2.l.71
ſi ſeruum ſtipulatus fuero li.45.t.1.l.91
ſi ſeruum ſub conditione li.33.ti.2.l.20
ſi ſeruos pigneratos li.13.t.7.l.25
ſi ſeruitus impoſita li.8.t.2.l.32
ſi ſe ſubiiciant li.5.ti 1.l.1
ſi ſic conſtituta ſit aqua li.8.t.6.l.7
ſi ſic legatum li 30.t.1 l.75
ſi ſic locutus erit li.32.t.1.l.13
ſi ſic ſtipulatus j. li.45.t.1.l.93
ſi ſic ſtipulatus ij. ibid.l.133
ſi ſimulato præſidis iuſſu li.47. ti.13.l.1
ſi ſine dolo malo li.16. ti.2 l.20
ſi ſine herede tutor.Vide, Sine herede tutor li.26.t.7. l. 32
ſi ſine interrogatione li.11.ti.1. l.9
ſi ſine iudice li.46 ti.8.l.22
ſi ſine venia edicti li.2.ti.4. l.25
ſi ſint tabulæ li.43.ti.5.l.4
ſi ſocer à genero li.24.ti.3 l.44
ſi ſocer nurui dotem. Hæc lex eſt in l.§.3. inci. Celſus li.20.ti.4.l.33
ſi ſocius communis rei li.47.ti.2.l 45
ſi ſocius heres li.18.ti.5.l.89
ſi ſocius pro filia li.17.ti 2.l 81
ſi ſocius propriam pecuniam li.12.ti.1.l.16
ſi ſocius ſerui communis li.10.ti.3. l.15
ſi ſocius teſtamento li.40.ti.4.l.48
ſi ſocij ſumus li.17.ti.2. l.28
ſi ſocietatem j.li.17.ti.2.l.6
ſi ſocietatem ij. ibid. 73
ſi ſolum vſucapi non poterit li.41.ti.3.l.39
ſi ſolus heres li.29 ti.2.l.80
ſi ſoluturus pecuniam li.46 ti.3.l.30

ſi ſponſus ſponſæ donaturus li.24.tit.1.l.1
ſi ſponſa dotem dederit l.23.t.3.l.74
ſi ſponſalibus nondum factis l.23.t.3.l.58
ſi ſpurius l.38.t.8.l.4
ſi ſtatua patris tui l.47.t.10.l.27
ſi ſtatuam legauero l.34.t.2.l.14
ſi ſtatulibera l.40.t.7.l.6
ſi ſterilis ancilla ſit l.19.t.1.l.21
ſi Stichus certo die l.45.t.1.l.33
ſi Stichus communis meus l.10.t.3.l.25
ſi Sticho manumiſſo l.33.t.8.l.21
ſi Sticho peculium l.15.t.1.l.53
ſi Sticho ſeruo tuo l.7.t.1.l.74
ſi Stichum aut Pamphilum l.45.t.1.l.16
ſi Stichum aut Pamphilum l.46 t.1.l.38
ſi Stichum dari ſtipulatus l.46.t.2.l.8
ſi ſtillicidij immittendi ius l.8.t.6.l.8
ſi ſtipulatus eſſe à me l.46.t.1.l.15
ſi ſtipulatus fuerim l.45.t.1.l.26
ſi ſtipulatus ſis rem l.22.t.1.l.4
ſi ſtipulatus ſum. Vide, ſtipulatus ſum l.46.t.3.l.9
ſi ſtipulatus ſum Damam l.45.t.1.l.105
ſi ſtipulatus j. l.46.t.3 l.11
ſi ſtipulatus ij. ibid. l. 81
ſi ſtipulata fuerit l.24.t.1.l.33
ſi ſtipulor vt id fiat l.45.t.1.l.35
ſi ſtuprum ſerua paſſa ſit l.47.t.10.l.25
ſi ſub conditione. Vide, Si quis ſub conditione li.42. ti.7.l.1
ſi ſub conditione heres l.37.t.11 l.5
ſi ſub conditione l.7.t.4.l.16
ſi ſub conditione legatorum l.46.t.4.l.21
ſi ſub hac conditione l.5.t.2.l.26
ſi ſub impoſsibili conditione l.46.t.1 l.29
ſi ſubſtitutus ventri. Hæc lex eſt §.6.l.1.t.6.l.25.incip. Idem Iulianus l. xviij.
ſi ſub vna ſignificatione l.45.t.1.l.136
ſi ſuperatus ſit l.20.t.1.l.3
ſi ſupra tuum parietem l.41.t.1.l.28
ſi ſuſpecta colluſio l.5.t.2.l.29
ſi actio l.4. t. 3. l.4
ſi tacitum teſtamentum l.35.t.1.l.13
ſi tam anguſti loci l.8.t.1 l.13
ſi tamen dominus cog. poſsit l.3.t.3.l.11
ſi tamen is ſeruus fuit l.4.t.4.l.5
ſi tamen plures l.34.t.1.l.4
ſi tamen quibuſdam l.21.t.1.l.25
ſi tamen ſciente. Vide, Si tantum ſciente patre lib. 14. ti.6.l.12
ſi tamen ſine culpa l.21.t.1.l.48
ſi tamen tutor detur l.26.t.2.l.15
ſi tertius vicinus l.36.t.3.l.6
ſi te ſolum l.28.t.5.l.27
ſi teſtamento comprehenſum l. 28.t.7.l.2
ſi teſtamento damnatus heres l.8.t.2.l.31
ſi teſtamento liberatum l.46.t.1.l.49
ſi teſtamentum falſum l.5.t.3.l.6
ſi teſtamentum patris l.34.t.9.l.24
ſi teſtamentum, quod l.28.t.1.l.23
ſi te Titio obtuleris l.4.t.3.l.39
ſi tibi alienam inſulam l.19.t.2.l.7
ſi tibi areæ dominium Hæc lex eſt in §.1.l.13.tit. 3. lib.19. incipit. Iulianus l. xj.
ſi tibi certam rem l.34.t.4.l.28
ſi tibi cum municipibus l.3.t.4.l.9
ſi tibi decem dederim l.39.t.5.l.25
ſi tibi decem dem l.2.t.14.l.17
ſi tibi decem dedero l.19.t.5.l.7
ſi tibi decem milia l.7.t.5.l 6
ſi tibi domum locauero. Vide, Si domum tibi lib. 19. t.2.l.45
ſi tibi electio ſerui l.33.t.5.l.8
ſi tibi & ei l.32.t.1.l.10
ſi tibi filius in adoptionem. Hæc lex incipit, Quæſitum eſt, ſi tibi l.1.t.7.l.34
ſi tibi fundi vſusfructus l.7.t.4.l.17
ſi tibi habitationem l.19.t.2.l.5
ſi tibi homo l.30.t.1.l.86
ſi tibi legatum eſt l.32.t.2.l.19
ſi tibi liberum prædium l.19.t.1.l.8
ſi tibi pecuniam donaſſem l.12.t.1.l.20
ſi tibi potenda l.19.t.5.l.22
ſi tibi proprietas fundi l.7.t.2.l.4
ſi tibi purè legauero Vide, Si purè tibi le. l.32.t.1.l.54
ſi tibi rem vendendam l.19.t.5.l.13
ſi tibi ſcyphos dedi l.19.t.5.l.26
ſi vini, olei l.7.t.5.l.6
ſi tibi vſusfructus l.7.t.9.l.8
ſi Titius coheredi ſuo l.28.t.6 l.27
ſi Titius cum quo l.17.t.2.l.62
ſi Titius donare l.49.t.2.l. 33
ſi Titius & Seius l.45.t.1.l.9
ſi Titius & Seia l.46 t.1.l.48
ſi Titius ex parte heres l.32.t.1.l.96
ſi Titius heres erit l.28.t.7.l.16
ſi Titius mihi Stichum. Hæc lex eſt §.1.l.50.t.1.l.32
ſi Titius ſtatuas. incip. Titius, ſi ſtatuas l.35.t.1.l.14
ſi Titio aut Seio l.31.t.1.l.16
ſi Titio cum l.36.t.1.l.22
ſi Titio & ei l.31.t.1.l.7
ſi Titio & Meuio l.31.t.1.l.61
ſi Titius & mihi li.31.ti.1.l.55
ſi Titio fructus lib.7.ti.1.l.33
ſi Titio fundus l.33.t.2.l.10
ſi Titio pecunia legata. Hæc lex eſt §.1.l.92.ti.1.l.30. incip. Iulianus ſi Titio
ſi Titio, qui rem meam l.20.t.1 l.22
ſi totam hereditatem. Vide, Si totam, an partem lib.29. ti.2. l. 83
ſi tribunus in cohortibus l.27.t.1.l.9
ſi traiectitiæ pecuniæ l.12.t.2.l.9
ſi triennio dena l.40.t.7.l.18
ſi tu ex parte heres l.29.t.2.l.76
ſi tuo ſeruo credidero l.46.t.3.l.83
ſi tutelæ agat is, cuius l.26.t.7.l.8
ſi tutelæ, aut negotiorum l.27.t.3.l.3
ſi tutor aliquo vinculo l.26.t.10.l.9
ſi tutor condemnauit l.26.t.7.l.2
ſi tutor conſtitutus l.26.t.7.l.15
ſi tutor iudicio ſiſti l.2.t.11.l.15
ſi tutor poſt pubertatem l.27.t.3.l.13
ſi tutor pro pupillo l.27.t.4.l.6
ſi tutor pupillo l.36.t.8.l.17
ſi tutor pupillam l.30.t.1.l.128
ſi tutor reipublicæ cauſa l.27.t.3.l.9
ſi tutor rem ſibi depoſitam l.27.t.3.l.5
ſi tutor rem. Vide, Tutor rem adulti l.12.t.3.l.8
ſi tutor vel curator l.26.t.9.l.2
ſi tutoris habendi cauſa l.40.t.2.l.25
ſi tutoris heres l.26.t.7.l.60
ſi tutoris iuſſu l.15.t.4.l.2
ſi vaſorum ipſorum l.7.t.9.l.12
ſi vehenda mancipia l.14.t.2.l.10
ſiue à certis perſonis l.45.t.2.l.17
ſiue ad fundum l.8.t.6.l.23
ſiue autem emptori l.6.t.2.l.9
ſiue autem omiſerint l.37.t.5.l.12
ſiue contra pronunciauerit l.25.t.3.l.3
ſiue cum inſtrumento l.33.t.7.l.1
ſiue de eo paciſcantur l.2.t.14 l.18
ſiue de itineris latitudine l.11.t.6.l.6
ſiue generalis curator l.23.t.3.l.61
ſiue hereditaria negotia l.3.t.5.l.22
ſiue igitur in publico l.47.t.2.l.5
ſiue ingenua j. l.38.t.17.l.1
ſiue ingenua ij. ibid.l.2
ſiue libertus. Vide paulo inf. Siue patronus
ſiue manifeſtus fur l.13.t.11.l.10
ſiue mihi, ſiue tibi l.45.t.3.l.15
ſiue noſtrum quod petamus l.12.t.3.l.2
ſiue patronus, ſiue l.37.t.14.l.21
ſiue peculiari nomine l.6.t.2.l.10
ſiue per ſtatus l.4.t.1.l.2
ſiue proconſul l.26.t.5.l.1
ſiue ſciuit, ſiue ignorauit. Vide, Siue ſcit, ſiue libro 30. ti.1.l.42
ſiue ſuo nomine l.5.t.3.l.2
ſiue tota res euincatur l.21.t.2.l.1
ſiue tutor condemnauit Vide, Si tutor condem.
ſiue vxor marito l.24.t.1.l 34
ſi vendidero l.47.t.2.l.8
ſi vendita inſula l.18.t.6.l.11
ſi venditor ab emptore cauerit l.18.t.7.l.6
ſi venditor de his l.21.t.1.l.28
ſi venditor fundi l.11.t.7.l.10
ſi venditor hereditatis l.18.t.4.l.5
ſi venditor hominis l.18.t.1.l.38
ſi venditor ſimulauerit l.18.t.2 l.14
ſi ventris nomine l.37.t.9.l.8
ſi ventri curator datus ſit l.42.t.5.l.24
ſi verò adhuc in ſuſpenſo eſt l.15.t.1.l.10
ſi verò ante venditionis tempus l.21.t.1.l.20
ſi verò compoſita l.29.t.1.l.18
ſi verò cuſtodiendus. Hæc lex habetur leg.21.t.1.l.6
ſi verò malæ fidei l.6.t.1.l.12
ſi verò mihi, aut Titio l.13.t.5.l.8
ſi verò negotium gerens l.24.t.3.l.64
ſi verò non habuit l.38.t.2.l.8
ſi verò non remunerandi cauſa l.17.t.1.l.12
ſi verò pater l.15.t.3.l.9
ſi verò plures l.9.t.3.l.5
ſi verò pro condemnato l.2.t.8.l.5
ſi veſtimenta interpola. Hæc lex incipit, Labeo libro poſterorum l.18.t.1.l.45
ſi veſtimenta vtenda l.12.t.5.l.9
ſi via, iter, actus l.8.t.3.l.26
ſi victum vel ſtratum l.42.t.1.l.34
ſi vi me deieceris l.43.t.6 l.15
ſi vi me deiecerit quis ibid.l.4
ſi vinum venditum l.18.t.6.l.1
ſi vini olei, frumenti l.7.t.5.l.7
ſi vina emerim l.18.t.6.l.6
ſi vina, quæ in doliis erunt l.18.t.6.l.15
ſi vir nummos ab vxore l.10.t.4.l.14
ſi vir vxoris aut l.24.t.1.l.17
ſi vir vxori l.41.t.6.l.3
ſi vir vxori l.35.t.1.l.61
ſi vir vxori donationis cauſa l.24.t.1.l.52
ſi vir vxori heres l.35.t.2.l.6
ſi vir vxori ſuæ l.19.t.5.l.12
ſi vtrem meam l.45.t.34.l.22
ſi vnus ex argentariis li.2.ti.14.l.27
ſi vnus ex fideiuſſoribus li.46.ti.7.l.21
ſi vnus ex ſociis l.17.ti.2.l.67
ſi vnus ex ſociis ſtipuletur l.8.t.3.l.19
ſi vni ex heredibus. Hæc lex eſt §.5. l.20. incip. Papinianus ait, Si vult
ſi vno anno. Hæc lex eſt §.3. l. 15. ti.2. Papinianus li.4
ſi vrbana prædia l.12.t.6.l.55
ſi vſufructuarius. Vide, Si fructuarius l.7.t.4
ſi vſusfructus alternis annis l.7.t.4.l.28
ſi vſusfructus ciuitati legetur l.7.t.4.l.21
ſi vſusfructus debitorem l.46.t.4.l.4
ſi vſusfructus fundi l.39.t.3.l.2
ſi vſusfructus fundi l.23.t.3.l.66
ſi vſusfructus legatus eſt l.7.t.1.l.35
ſi vſusfructus mihi legatus ſit l.7.t.9.l.9
ſi vſusfructus j. l.13.t.2.l.6
ſi vſusfructus ij. ibid.l.8
ſi vſusfructus. Vide, Sed vſusfructus l.35.t.
ſi vſusfructus l.36.t.2.l.14
ſi vſufructuarij. Vide ſup. Si iuſſu fructuarij
ſi vſumfructum l.40.t.12.l.23
ſi certo loco, vel tempore l.13.t.6.l.5
ſi vt habiliter l.34.t.2.l.20
ſi proponitur l.46.t.1.l.61
ſi vulnerato ſeruo l.9.t.2.l.46
ſi vulneraneris l.19.t.2.l.43
ſi vxor à legato l.5.t.1.l.42
ſi vxor filio donauerit l.24.t.1.l.19
ſi vxor nummis l.24.t.1.l.67
ſi vxor non fuerit l.48.t.5.l.13
ſi vxor rem viri l.25.t.2.l.28
ſi vxori mundus muliebris l.34.t.2.l.39
Soceri, ſocrus appellatione l.50.t.16.l.146
Societas coiri poteſt l.17.t.2.l.1
Societatem coire l.17.t.2.l.4
Societatem mecum coiſti l.17.t.2.l.76
Societates contrahuntur l.17.t.2.l.5
Socius ſocio etiam l.17.t.2.l.72
Socium qui in eo l.17.t.2.l.60
Sodales ſunt, qui l.47.t.22.l.4
Solet à principe impetrari l.3.t.2.l.10
Solet etiam meſsis l.2.t.22.l.3
Solet etiam curator l. 16.t.1.l.19
Solet prætor l.2.t.1.l.16
Solet prætor l. 27.t.2.l.1
Solemus dicere l.35.t.1.l.9
Solent cum quidam l.11.t.5.l.11
Solent iudices l.33.t.1.l.3
Solent præſides prouinciarum l.48.t.3.l.7
Solent, qui nouerunt l.19 t.5.l.15
Solidum non ſoluitur l.46.t.3.l.85
Sollicitatores l.47.t.11.l.1
Soluere pro ignorante l.46.t.1.l.53
Soluendo eſſe nemo l.50.t.16.l.114
Soluendo quiſque l.3.t.5.l.39
Soluitur hypotheca l.20.t.6.l.5
Solutionis verbo l.10.t.16.l 176
Solutionis verbum l.46.t.3.l.54
Solutione chirographo l.10.t.4.l.18
Solutione vel iudicium l.46. t.3. l. 23. leg. ſolutionem
Solutam pecuniam l 46.t.3.l.49
Soluto matrimonio l.24.t.3.l.2
Solutum non intelligimus l.50.t.16.l.48
Solutum non videtur l.13.t.7.l.11
Solum partem eſſe ædium l.6.t.1.l.49
Sororis pronepotem l.23.t.3.l.39
Sorori quam coheredem l 6.t.4.l.6
ΣΠΑΔΟΝΤΑ l.27.t.1.l.15
Spadonum generalis appellatio l.50.t.16.l.
Spatiumque ad l.2 t.13.l.5
Species adquirendi eſt l 46.t.4.l.11
Species auri l.34 t.2.l.15
Speciosas perſonas l.50.t.16.l.100
Sponſalia autem dicta ſunt l 23.t.1.l.2
Sponſalia ſicut nuptiæ l.23 t.1.l.11
Sponſalia ſunt l 23.t.1.l 1
Sponſio appellatur l.50.t.16.l.7
Sponte prouinciæ l.50.t.4.l.17
Spurij decuriones ſiunt l.50.t.2.l.6
Statius Florus l.49.t.14.l.48
Statuæ adfixæ baſibus l.50.t.16 l.245
Statuæ & imaginis l.7 t.1.l.40
Statuas in ciuitate poſitas l.41.t.1.l.41
Statuliber heredis l.35.t.2 l.38
Statuliber in delicto repertus l.48.t.18.l.14
Statuliber j. l.40.t.7.l.1
Statuliber ij. ibidem l.5
Statuliberi l.40 t.7.l.29
Statuliberum ab l.31.t.1.l.11
Statuliberum l 40.t.7.l.9
Statuliberorum iura l.40.t.7.l.33
Statuliberos j. l.40.t.7.l.3
Statuliberos ij. ibidem l.25
Statulibera quidquid l.40 t.7.l.16
Stellionatus accuſatio l.47.t.20.l.3
Stellionatus iudicium l.47 t.20.l.2
Stellionatus vel l.47.t.11.l 3
Stemmata cognationum l.38.t.10.l.9

Index legum Digeſtorum.

s habet in peculio li.33.ti.8.l.16
is immo Pamphilus l.40.t.4.l.21
is liber eſto l.32.t.1.l.12
is nutricis meæ l.34.t.1.l.20
is ſeruus meus l.40 t.4.l.39
is ſi codicillis ibid.l.28
as ſi heredi l.40.t.7.l.24
us teſtamento l.12.t.6 l.67
o libertas data eſt l.40.t.7 l.40
o teſtamento manumiſſo l.33 t.2.l.36
um aut Pamphilum l 9.t.1.l.55
um aut Pamphilum l.46 t.3.l.95
um de Attitio l.40.t.7.l.39
um, qui meus erit l.30.t.1.l.6
um Sempronio do l.40 t.5.l.15
ilatio de dote l.23.t.3.l.63
ilatio de operis l.39.t.1.l.21
ilatio hoc modo concepta l.45.t.1.l.62
ilatio iſta l.46 t.1.l.38
ilatio non valet ibidem l.17
ilatio non poteſt confici ibid.l.1
ilationem, quæ l.23.t.3.l.21
ilationes j.l.45.t.1.l.53
ulationes ij. ibid.l.72
ulationum j. l.45.t.1.l.2
ulationum ij. ibid.l.5
ulationum iij ibid.l.74
ulatus es opus libræ 46.t.1.l.44
ulatus ſum à reo l.46.t.1.l.6
ulatus ſum mihi l.46.t.3.l.9
rum committit l.48.t.5.l.34
rũ intelligitur. Vide, Probrũ intell. l.23.t.2.l.41
l.48.t.22.l.12
rei emptio l.18.t 1.l.16
conditione l.46.t.3.l.16
conditione l.28.t.2.l.20
conditione l.28.t.5.l.73
conditione l.28.t.7.l.25
conditione l.38.t.4.l.10
conditione Vide, Sed ſub condit. l 37.t.4.l.18
conditione l.7.t 1.l.54
conditione l.12.t.6.l.16
hac conditione l.44.t.7.l.8
impoſsibili l.28.t.7.l.1
prætextu religionis l.47.t.11.l.2
diuerſis conditionibus l.35.t.1.l.51
ſignatum dicitur l.50.t.16.l.39
ſtitui liberis is l.28 t 6.l.18
ſtitutio quæ l.41.t.1.l.42
ceſſorium edictum l.38.t.9.l.1
ceſſori eius l.3.t 5.l.12
curritur etiam ei, qui l.4.t.6.l.9
icit ad cauſam l.12.t.6.l.56
icit nudus conſenſus l.23.t.1.l.4
pitius Marcello l.24.t.1.l.49
ma cum ratione l.15.t....l.21
ma itaque l.1 t.5.l.3
ama rerum diuiſio l.1.t.8.l.1
nptus autem ab ea facti l.37.t.9.l.3
nptus autem in reficiendo l.30.t 1.l.61
nptus quidem prorogare l.2.t 14.l.53
nptum in prædium l.6.t.1 l.48
it autem adgnati l.26.t 4.l.7
it & aliæ pleræque l.6 t.2.l.3
it munera l.50.t 5.l.11
it perſonæ l.11.t.7.l.43
it præterea crimina l.47.t.11.l.8
it quædam, quæ l.47.t.11.l.9
it qui in id quod l.42.t.1.l.16
quis in alieno l.43.t.4.l.2
victu veſtitúque l.38.t.1.l.18
s autem ſeruos l.32.t.1.l.73
ellex eſt l.33.t.10.l.1
ellectilis l.33.t.10.l.6
ellectili legata ibid.l.2
erficiatio. Eſt in fine leg.73.t.1.l.6
erficiarias ædes l.43 t.18.l.2
plicij damnatione: Incipit Damnatione bona publicantur l.48.t.20.l.1
ra iter alienum l.39.t.3.l.11
di vel muri l.40.t.2.l.10
ſpectus fieri is l.26.t 10.l.5
ſpectum tutorem ibid.l.8
us quoque heres l.28.t.5.l.4
TAbernæ appellatio l.50 t.16.l.183
Tabernæ cauponiæ l.33.t.7.l.13
bernam cum cœnaculo l.33 t.7 l.7
bulas teſtamenti l.37.t.11.l.1
bularum teſtamenti l 29.t.3.l.2
lis ſcriptura l.30.t.1.l.30
le pactum l.2.t 14.l.40
lem inſtitutionem l.28.t.5.l.51
li facta ſtipulatione l.23 t.3 l.48
les conditiones l.35.t.1.l.112
m ex contractibus l.5.t.1.l.57
m is qui teſtamentum l.39.t 6.l.25
men & non oppoſita l.14.t.6.l.12
ntum quiſque l.50.t.16.l.88
hominem & Seium l.46.t.2.l.32
mpus quod datur l.42.t.1.l.29
mpus vacationis l 50.t.5.l.4
mporibus Diuorum fratrum l.25.t.44.l.1
Tenetur ex empto li.19.t.1.l.6
Tenetur Fauiana l.38.t.5.l.5
Ter enixa videtur l.50.t.16.l.137
Terminorum auulſorum l.47.t.21.l.1
Teſtamentum aut non l.28.t.3.l.1
Teſtamentum eſt l.28.t.1.l.1
Teſtamenti factio ibid.l.3
Teſtamento centurio l.40.t.4.l.51
Teſtamento datos tutores l.26.t.2.l.3
Teſtamento datos tutores l.26.t.2.l.17
Teſtamento domini l.28.t.5.l.90
Teſtamento filium l.31.t.1.l.89
Teſtamento ita cauit l.40.t.4.l.60
Teſtamento ita cautum l.34.t.1.l.19
Teſtamento liber l.40.t.4.l.25
Teſtamento manumiſſus l.40.t.4.l.23
Teſtamento militis l.40 t.4.l.49
Teſtamento poteſt quis l.38.t.4.l.13
Teſtamento tutores hi l.26.t.2.l.21
Teſtamenta eorum, qui l.29.t.1.l.26
Teſtatorem adiiciendo l.32 t.1 l.68
Teſtator filium. Vide paulo ſuprà Teſtamento filium
Teſtatrix l.8.t.5.l.20
Teſtes eos quos l.22.t.5.l.24
Teſtimoniorum vſus ibid.l.1
Teſtis idoneus pater filio l.22.t.5.l.9
Teſtium fides l.22.t.5.l.3
Textoribus omnibus l.32.t.1.l.61
Thais ancilla mea l.40.t.5.l.41
Theſaurus meus l.10.t.4.l.15
Theopompus teſtamento l.33.t.4.l.14
Tigni appellatione l.10 t.4.l.7
Tigni appellatione l.50.t.16.l.62
Titius cum abſentem l.3.t 3.l.76
Titius cum crediſſet l.13.t.7.l.34
Titius cum decederet l.19.t.1.l.43
Titius cum mutuam pecuniam l.20.t.3.l.4
Titius cum mutuos acciperet l.18.t.1.l.81
Titius & Seius l.28.t.5.l.24
Titius exheredato filio l.38.t.16.l.6
Titius filiis meis l.27.t.1.l 45
Titius fundi. Vide Attitius fundi l.28.t.5.l.11
Titius heres Sempronij l.19.t.1.l.48
Titius heres inſtituit l.31.t.1.l.42
Titius horreum frumentarium l.41.t.1.l.60
Titius Mæuio l.7.t.1.l.50
Titius puerum emit l.37.t.15.l.3
Titius prius quàm tribus l.29.t.1.l.25
Titius qui mihi ſub l.49.t.14.l.21
Titius rogatus eſt l.63.t.1.l.54
Titius Seij procurator l.18.t.5.l.8
Titius Seiæ l.20.t.4.l.21
Titius Seio epiſtolam l.13.t.5.l.24
Titius Sempronio l.19 t.5 l.24
Titius Sempronio l 20 t.6.l.9
Titius ſeruum vendidit l.18.t.7.l.9
Titius, ſi ſtatua lib 35.t.3.l.14
Titius Stichi partem l.30 t.1.l.83
Titius tamen indebiti l.13.t.5.l.9
Titius teſtamento l.28.t.2.l.25
Titi fili è medio præcipito l.33.t.8.l.25
Titio centum aureos l.31.t 1.l.74
Titio centum ita vt l.35.t.1.l.71
Titio cum eſſet Romæ l.50.t.1.l.36
Titio cum morietur l.7.t.1.l.51
Titio cum propter dotem l.46.t.3.l.48
Titio & Seio Stichum legauit l.9.t.2.l.34
Titio fundus l.35.t.1.l.73
Titio vſusfructus l.33.t.2.l.21
Titio vſusfructus l.35.t.1.l.96
Titium & Mæuium l.26.t.7.l.47
Titia cum eſſet minor l.23.t.3.l.62
Titia cum teſtamento l.31.t.1.l.34
Titia cum teſtamentum. Vide, Cùm Titia teſtamentum l.48.t.2.l.18
Titia diuortium l.24.t.3.l.34
Titia filiam heredem inſtituit l.5.t.2.l.13
Titia herede Seia ſcripta l.33.t.1.l.19
Titia heredis inſtituti l.35.t.1.l.85
Titia poſt mortem mariti l.37.t.10.l.13
Titia quæ ab alio l.45.t.1.l.134
Titia Seio teſſeram l.31.t.1.l.87
Titia ſeruis quibuſdam l.40.t.4.l.59
Titia teſtamento l.34.t.2.l.38
Titia teſtamento ſuo l.35.t.2.l.86
Titia amicæ meæ l.34 t.2.l.35
Titiæ ſi non nupſerit l.35.t.1.l.100
Titiæ textores meos l.30.t.1.l.36
Titianus primus l.14.t.5.l.8
ΤΟΙΣ ΤΕ ΑΠΕΛΕΘΕΡΟΙΣ l.34.t.1.l.4
Titulus eſt vſucapionis l.41.t.9.l.1
ΤΟ ΓΑΡ ΑΠΑΕ ΗΔΙΣ l.1.t.3.l.6
ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ. Vide, Η ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ lib. 50. tit.16.l.104
Totiens heres l.11.t.1.l.1
Totiens in heredem damus l.50.t.17.l.44
Totiens locum habet l.19.t 2 l.81
Totiens videtur l.29 t.2.l.81
Totum autem ius l.1.t.4.l.41
Tractabatur, an l.29.t.1.l.14
Tractandum eſt l.49.t.2.l.1
Traditio nihil amplius lib.4 t.1.l.2
Traditionem. Hæc lex eſt §.9.l.7.t.2.l.6. incipit, Iulianus libro vij. Digeſtorum
Traiectitia pecunia eſt l.22.t.2.l.1
Traiectitiæ pecuniæ eſt l.44.t.7.l.23
Tranſactum accipere l.2.t.15.l.2
Tranſacta finitave l.50.t.10.l.229
Transfugam l.41.t.1.l.51
Translatio legati fit l.34.t.4.l.6
Trebatius ait l.39.t.2.l.25
Trebatius ait ſic l.28.t.5.l.21
Tres ferè cauſæ ſunt l.42.t.4.l.1
Tres fratres l.2.t.14.l.35
Tres tutores l.26.t.7.l.55
Tria onera tutelarum l.27.t.1.l.5
Tria prædia continua l.8 t.3.l.31
Tribunus militum l.29.t.1.l.20
Tribus heredibus inſtitutis l.7.t.5.l.8
Triplici modo l.50.t.16 l.142
Triticum dare oportet l.45.t.1.l.94
Tugurij appellatione l.50.t.16.l.180
Tunc autem prius l.28.t.3.l 2
Tunc autem vniuerſi l.42.t.1.l.37
Tunc inutile legatum l.33.t.8.l.12
Turpia legata l.30.t.1.l.54
Tutela eſt l.26.t.1.l.1
Tutela legitima l.26.t.4.l.3
Tutela plerunque l.26.t.1.l.16
Tutelæ tamen l.19.t.2.l.17
Tutelas etiam l.4.t.5.l 7
Tutor ad vtilitatem l.26.t.7.l.22
Tutor adminiſtrationem l.47.t.2.l.35
Tutor condemnatus l.22.t.1.l.41
Tutor datus l 26.t.2.l.8
Tutor datus l.46.t.1.l.69
Tutor decedens l 34.t.3.l.26
Tutor factam pupillam l.23.t.1.l.15
Tutor incertus dari non poteſt l.26.t.2.l.27
Tutor impoſito decreto l.26.t.9.l.6
Tutor ita recte l.26.t 2.l.23
Tutor lege non refragante l.13.t.7.l.16
Tutor petitur ante l.27.t.1.l.28
Tutor pro pupillo l.26.t.7.l.28
Tutor pupilli deceſſerat l.16 t.1.l.19
Tutor pupilli, omnibus l.14.t.2.l.35
Tutor, qui & coheres l.26.t.9.l.8
Tutor, qui repertorium l.26.t.7.l.7
Tutor, qui tutelam gerit l.26.t.7.l.27
Tutor, qui per valetudinem l.26.t.8.l.10
Tutor quoque l.26.t.10.l.3
Tutor rem adulti l.12.t.3.l.8
Tutor rerum & l.26.t.7.l.56
Tutor ſecundum dignitatem l.26.t.7.l.13
Tutor ſi in negotio l.49.t.1.l.27
Tutor ſi petitus fuerit l.26.t.5.l.10
Tutor ſiue curator l.26.t.7.l.35
Tutor vel curator l.23.t 2.l.36
Tutor vel curator l.29 t.7.l.20
Tutor vel curator retentus l.49 t.10.l.2
Tutor vrgentibus creditoribus l.4.t.4.l.74
Tutoris heres l.20 t.2.l.10
Tutoris præcipuum eſt officium l.26.t.7.l.30
Tutoris quoque, vt l.2.t.14.l.15
Tutori, qui infantem l.26.t.9.l.7
Tutorem, qui pupilli l.34.t.9 l.22
Tutori, qui tutelam gerit l.26.t.7.l.37
Tutore ſuſpecto l.46.t.8.l.6
Tutore à patruo l.26.t.3.l.5
Tutores non ab herede l. 26.t.2.l.7
Tutores pupilli l.12.t.6.l.61
Tutores quibus adminiſtratio l.26.t.8.l.6
Tutores, qui poſt finem l.26.t.7.l.39
Tutoribus ita datis l.26.t.2.l.33
VAcatio libro 50.t.4.l.13
Vaccæ emptor l.21.t.2 l.43
Valerius Patronius l.49.t.14.l.50
Valerianus reſpondit. Incipit hæc lex, Si præſes l i b.4 t.5.l.10
Vani timoris l.50.t.17.l.184
Variæ cauſæ ſunt l.59.t.14.l.1
Varicoſus ſanus non eſt l.21.t.1.l.50
Vaſa ænea l.33.t.10.l.11
Vbi abſunt hi, l. 26.t.5.l.19
Vbi acceptum eſt l.5.t.1.l.30
Vbi autem conditionalis l.18.t.2.l.4
Vbi autem & dantis l.12.t.5.l.3
Vbi autem non apparet l.45.t.1.l.75
Vbicunque ab inteſtato l.37.t.9.l.7
Vbicunque cauſæ cognitio l.50.t.17.l.103
Vbicunque iudicem l.11.t.1.l.21
Vbicunque reus l.46.t.1.l.60
Vbi domicilium habet l.42.t.5.l.2
Vbi eſt verborum ambiguitas l.34.t.5.l.21
Vbi exigitur argentarius l.2.t.13.l.8
Vbi fideiuſſor l.46.t.3.l.24
Vbi ita donatur l.39.t.6.l.27
Vbi lex duorum l.50.t.17.l.101
Vbi lex inhibet l.41.t.3 l.24
Vbi non voce l.50.t.17.l.124
Vbi numerus teſtium l.22.t.5.l.12
Vbi pugnantia inter ſe l.50.t.17.l.188
Vbi purè fideicomm.l.36.t.1.l.19
Vbi quis pro alio conſtituit l.13.t.5.l.28

Veſtigali

Vectigall.39.t.4.l.10
Vel à debitoribus li.11.t.7.l.15
Vel ab eo res li.4.ti.3.l.2
Vel aliquam rem li.5.ti.3.l.15
Vel alium arbitrum li.4.t.8.l 10
Vel antequam cum eo l.48.t.5.l.8
Vel cuius alterius rei lib.11.t.6.l.7
Vel cum fiſco li.26.t.3.l 9
Vel de in rem verſo l.2.t.14.l.20
Vel donationes. Vide, Vel mortis cauſa donationes li. 6.ti.2.l.2
Vel ea quæ. Vide, Vel quæ ex his l.41.t.1.l.2
Vel ei præbuit exceptionem l.42.t.8.l.3
Vel ex cauſa noxæ l.6.t.2.l.5
Vel exilio li.3.t.3.l.21
Vel ex parte l.34.t.5.l.6
Vel fatuo l.42.t.5.l.21
Vel filiorum tuorum l.12.t.2.l.4
Vel fratres l.21.t.1.l.39
Vel hereditas ſuperueniens l.3.t.3.l.10
Vel in operis l.3.t.3.l.36
Vel in partes, vel l.26.t.7.l.4
Vel in valetudinem l.25.t.1.l.2
Vel inutilem l.7.t.1.l.69
Vel iudicio l.3.t.3.l.20
Velleiano ſenatuſconſulto l.16.t.1.l.1
Velle non creditur l.50.t.17.l.4
Vel luxurioſum l.11.t.3.l.2
Vel mortis cauſa l.6.t.2.l.2
Vel negare ſe ſignaſſe l.29.t.3.l.5
Vel obligatus eſt l.40.t.12.l.20
Vel ob rem proſpere geſtam l.48.t.16.l.9
Vel omnia ſua l.36.t.1.l.15
Vel paciſcitur l.46.t.8.l.11
Vel per literas l.11.t.6.l.2
Vel poſt annum l.4.t.7.l.6
Vel proterui l.21.t.1.l.3
Vel quæ ex his l.41.t.1.l.2
Vel quæ in vſum l.20.t.1.l.7
Vel qui cadauer proſequuntur l.2.t.4.l.3
Vel quod magis, vel minus l.48.t.11.l.4
Vel quod ea re frui l.17.t.2.l.15
Vel quod paterfamilias l.11.t.7.l.6
Vel ſenectutem l.24.t.1.l.61
Vel ſi longinquo l.3.t.3.l.44
Vel ſimilem l.4.t.7.l.5
Vel ſi ſanguinem l.40.t.2.l.12
Vel ſingulis liberis l.28.t.7.l.37
Vel ſi ſeruo hereditario l.10.t.2.l.15
Vel ſi vites propagauerit l.25.t.1.l.3
Vel ſi viuo eo conceptus eſt l.38.t.16.l.7
Vel ſoluendi cauſa l.6.t.2.l.4
Vel ſurdo, muto l.42.t.5.l.20
Vel totum, vel pars eius l.43.t.5.l.2
Vel viuo eo concep. Vide, Vel ſi viuo eo concep.
Vel viuus noluerit l.38.t.4.l.4
Vel vniuerſorum bonorum l.13.t.7.l.12
Veluti cum lege locationis l.17.t.2.l.77
Veluti erga Deum religio l.1.t.1.l.2
Veluti fuſtium admonitio l.48.t.19.
Veluti quod ſpreuerunt l.37.t.1.l.4
Veluti ſi eam perſonam l.5.t.3.l.3
Veluti ſi figlinas haberet l.8.t.3.l.6
Veluti ſi in dotem l.11.t.7.l.23
Veluti ſi me precario l.43.t.26.l.3
Veluti ſi nouelletum l.25.t.1.l.6
Veluti ſi peregrè l.2.t.13.l.7
Veluti ſi quis homicidium l.45.t.1.l.27
Venationem, fructus l.22.t.1.l.26
Venditor ab emptore l.43.t.1.l.49
Venditor actionis l.18.t.4.l.23
Venditor domus l.19.t.1.l.36
Venditor ex hereditate l.18.t.4.l.21
Venditor fundi Geroniani l.8.t.4.l.13
Venditor hereditatis l.2.t.15.l.17
Venditor hereditatis l.18.t.4.l.2
Venditor hominis l.21.t.2.l.8
Venditori ſi emptor l.18.t.6.l.19
Venditores emptori caueant l.45.t.1.l.102
Venire bona ibi oportet l.42.t.5.l.2
Veniſſe ad herodem l.50.t.16.l.165
Veniunt in hoc iudicium l.10.t.2.l.9
Ventre præterito l.29.t.2.l.84
Ventri tutor à l.20.t.5.l.20
Verbum, Amplius l.50.t.16.l.82
Verbum, Erit ibidem l.123
Verbum exactæ pecuniæ ibid.l.187
Verbum facere ibid.l.218
Verbum hoc, ſi quis l.50.t.16.l.1
Verbum illud Pertinere ibid.l.181
Verbum, Oportere ibid.l.37
Verbum oportebit ibid.l.8
Verbum, reddendi ibid.l.94
Verbo. Victus, continentur l.50.t.16.l.43
Verba contraxerunt l.50.t.16.l.20
Verba hæc, Publius l.28.t.7.l.12
Verba ſenatuſconſ. Macedoniani l.14.t.6.l.1
Verba teſtamenti lib.34.t.1.l.5
Verborum obligatio l.46.t.3.l.107
Verbis ciuilibus l.28.t.6.l.5
Verbis legati l.35.t.2.l.5
Verbis legis XII. Tab.li.50.ti.16.l.120
Verius eſſe exiſtimo li.22.ti.3.l.23
Verum eſt eum, qui l.50.t.16.l.216
Verum eſt eum, qui l.40.t.1.l.58
Verum eſt, neque pacta l.50.t.17.l.31
Verum eſt omnem poſtumum l.37.t.11.l.3
Verum eſt quod l.16.t.2.l.4
Verum eſt quod Sabino l.17.t.2.l.63
Verum eſt ſi ipſe pupillus l.34.t.2.l.9
Verum eſt ſi meretricem l.47.t.1.l.38
Verum vel de dolo l.4.t.4.l.11
Vero procuratori l.46.t.3.l.12
Veſtis, an veſtimenta l.34.t.2.l.23
Veſtis appellatione l.50.t.16.l.127
Veſtem ſordidam rei l.47.t.10.l.39
Veſtimentum, id eſt l.34.t.2.l.22
Vetus accipietur, quod l.33.t.6.l.11
Vetus fuit quæſtio l.7.t.1.l.68
Veteres in emptione l.19.t.1.l.19
Veteres nominatim adiiciebant l.43.t.19.l.4
Veteribus placet l.2.t.14.l.39
Veteranus l.49.t.18.l.5
Veteranis & liberis ibid.l.3
Via conſtitui, vel l.8.t.3.l.23
Via, iter, actus l.8.t.1.l.5
Viæ, itineris, actus l.8.t.1.l.17
Viæ latitudo l.8.t.3.l.8
Viæ ſternendæ immunitatem l.49.t.18.l.4
Viæ vicinales, quæ l.43.t.7.l.3
Viam publicam l.43.t.11.l.2
Vicarius alieni muneris l.50.t.7.l.13
Vicena millia paſſuum l.2.t.11.l.1
Vicinus loci ſuperioris l.39.t.3.l.24
Videamus, an & l.19.t.2.l.11
Videamus, an in omnibus l.22.t.1.l.19
Videamus, an ſtipulatio l.35.t.3.l.5
Videamus de quibus rebus l.43.t.1.l.1
Videamus ergo ſi heres l.4.t.2.l.17
Videamus generali l.12.t.12.l.38
Videamus in tutelari cauſa l.12.t.3.l.4
Videamus ſi ei, cum quo l.34.t.3.l.27
Videamus tamen l.21.t.1.l.26
Videndum tamen eſt l.30.t.1.l.95
Videlicet ne qui officium l.4.t.6.l.29
Videlicet ſi hoc actum ſit l.2.t.14.l.26
Villæ inſtrumento l.33.t.7.l.16
Vindicatio non vt gregis l.6.t.1.l.56
Vindicantem venditorem l.21.t.2.l.17
Vim facit. Vide, Vi facit tam is l.43.t.24.l.20
Vim facit, qui non ſinit l.43.t.16.l.11
Vim paſſam mulierem l.48.t.5.l.39
Vinum cum vaſis legauit l.33.t.6.l.15
Vinum quod mutuum datum erat l.12.t.1.l.22
Vino legato j. l.33.t.6.l.1
Vino legato ij. ibid. l.14
Vinaria vaſa propriè l.50.t.16.l.206
Vinculorum appellatione l.50.t.16.l.224
Vir ab eo qui l.23.t.3.l.49
Vir bonus arbitratur l.46.t.7.l.18
Vir cum vxori. Vide, Vir vxori pecuniam
Vir in fundo dotali j. l.23.t.5.l.8
Vir in fundo dotali ij. ibid. l. vlt.
Vir mulieri l.24.t.1.l.64
Vir vſuras promiſſæ dotis l.24.t.1.l.54
Vir vxori donationis cauſa l.16.t.1.l.17
Vir vxori pecuniam l.24.t.1.l.39
Vir vxori, quæ dotem l.33.t.4.l.8
Viro atque vxore l.24.t.3.l.39
Virum, qui non per vim l.29.t.6.l.3
Virum vxori mente captę l.27.t.10.l.14
Virilis appellatione l.50.t.16.l.145
Virilis portio l.37.t.5.l.8
Vis autem eſt l.4.t.2.l.2
Vitem arboris appellatione l.47.t.7.l.3
Vitricus & priuignus l.24.t.1.l.60
Viuus libertus l.38.t.5.l.9
Viuo filio ſi nepos l.38.t.2.l.27
Viua quoque filia l.15.t.2.l.5
Vix certis ex cauſis l.5.t.1.l.53
Vltimum ſupplicium l.48.t.16.l.21
Vna eſt via l.8.t.15.l.18
Vnus ex dominis l.8.t.1.l.2
Vnus ex creditoribus l.42.t.4.l.9
Vnus ex ſociis l.8.t.3.l.33
Vnuſquiſque creditorem l.16.t.2.l.2
Vnuſquiſque poteſt l.43.t.26.l.18
Vnius facinoris l.48.t.18.l.18
Vni ex heredibus l.15.t.1.l.58
Vnum ex familia l.31.t.1.l.67
Vnum teſtamentum l.28.t.1.l.24
Vnde etiam. Vide, Inde etiam illud l.43.t.19.l.3
Vnde & ſponſi ſponſæque l.23.t.1.l.3
Vnde quæritur l.13.t.6.l.7
Vnde ſi Neruæ arbitrium l.17.t.2.l.79
Volgo concepti dicuntur l.1.t.5.l.23
Volgo præſumitur l.12.t.3.l.7
Volgo receptum eſt l.22.t.1.l.2
Volgaris eſt quæſtio l.47.t.2.l.21
Voluit prætor adſtringere l.11.t.1.l.4
Voluntate creditoris l.10.t.6.l.10
Voluptuariæ autem impenſæ l.26.t.1.l.7
Vranius. Vide, Vranius Antoninus l.46.t.1.l.71
Vrbana familia li.50.ti.16.l.166
Vrbana prædia omnia ibid.l.198
Vrbanorum prædiorum iura l.8.t.2.l.8
Vrbis appellatio li.50.t.16.l.2
Vſque ad quantitatem l.14.t.6.l.2
Vſucapio eſt adiectio l.41.t.3.l.3
Vſucapio rerum l.41.t.10.l.5
Vſucapionem recipiunt l.41.t.3.l.2
Vſufructuarius nouum j. l.7.t.1.l.61
Vſufructuarius nouum l.ibid.l.44
Vſufructu bonorum legato l.33.t.2.l.69
Vſufructu in dotem dato l.24.t.3.l.57
Vſufructu legato l.7.t.1.l.7
Vſufructu relicto ibid.l.52
Vſufructuarium venari ibid.l.62
Vſufructu cum moriar l.33.t.2.l.5
Vſura pecuniæ l.50.t.16.l.121
Vſuræ vicem fructuum obtinent l.22.t.1.l.
Vſuras illicitas ibid.l.20
Vſu retinetur ſeruitus l.8.t.6.l.20
Vſurpatio eſt l.41.t.3.l.2
Vſus aquæ perſonalis eſt l.7.t.8.l.21
Vſusfructus eſt alienatio l.40.t.7.l.7
Vſusfructus eſt ius l.7.t.1.l.1
Vſusfructus & ab initio l.7.t.1.l.5
Vſusfructus in multis caſibus ibid.l.4
Vſusfructus pluribus modis ibid.l.6
Vſusfructus ſine perſona l.45.t.3.l.26
Vſus pars legari non poteſt l.7.t.8.l.19
Vt Alphenus ait l.50.t.16.l.87
Vt autem longiore die l.23.t.4.l.16
Vt bonorum poſſeſsio l.37.t.11.l.9
Vt bonorum poſſeſsio l.38.t.11.l.1
Vt ex fratribus l.28.t.7.l.23
Vt fideiuſſor l.46.t.1.l.39
Vt fundus hereditarius l.10.t.3.l.18
Vt gradatim honores deferantur l.50.t.4.l.
Vt heredibus ſubſtitui poteſt l.31.t.1.l.
Vt in conductionibus l.17.t.2.l.33
Vt iuriſiurandi obligatio l.38.t.1.l.7
Vt mihi donares l.39.t.5.l.21
Vt pomum decerpere l.8.t.1.l.8
Vt puta dedi tibi l.12.t.5.l.2
Vt quandoque l.4.t.5.l.9
Vt res emptoris fiant l.18.t.1.l.53
Vt ſcriptus heres l.37.t.1.l.12
Vt ſi cui ex empto l.50.t.16.l.12
Vt ſit pro ſocio l.17.t.2.l.31
Vt Stichum l.34.t.4.l.12
Vt ſunt iudicio terminata l.50.t.16.l.230
Vt ſunt magiſtratus l.4.t.6.l.5
Vt tamen merx l.14.t.4.l.2
Vt tantum veniat l.11.t.3.l.14
Vt vim atque iniuriam propulſemus lib. l.3
Vtri frui ius ſibi eſſe l.7.t.6.l.5
Vtile tempus eſt l.38.t.15.l.2
Vtilem tamen viro competere l.24.t.1.l.
Vtiles autem neceſſariæque l.5.t.3.l.39
Vtilium nomine l.25.t.1.l.8
Vltiſsimum id edictum l.47.t.6.l.1
Vtilitas huius tituli l.4.t.1.l.1
Vtilitatem huius edicti l.14.t.1.l.1
Vtilitatem pupillorum l.26.t.3.l.10
Vtimur eo iure l.47.t.12.l.5
Vtique autem etiam l.6.t.1.l.16
Vtique niſi l.4.t.8.l.22
Vtive id ſtaret l.48.t.6.l.4
Vtrum autem omne l.5.t.3.l.23
Vtrum autem pater adoptiuus l.37.t.1.
Vtrum ei tantum l.38.t.4.l.9
Vtrum ita poſtumus l.34.t.5.l.7
Vtrum negotium vxoris l.24.t.1.l.47
Vtrum portio eius, qui l.38.t.4.l.5
Vtrum præſente debitore l.13.t.5.l.27
Vtrum qui occiderunt l.48.t.9.l.6
Vtrum turpem l.45.t.1.l.107
Vulgo obſeruatur l.26.t.7.l.23
Vulgaris eſt. Vide. Volgaris eſt quæſtio. Volgo concepti, Volgo præſumitur & ſimil.
Vulneris magnitudo l.47.t.10.l.8
Vxor expilatæ hereditatis l.47.t.17.l.5
Vxor marito ſuo l.24.t.1.l.55
Vxor viro fundum l.23.t.4.l. vlt.
Vxori fructu bonorum legato l.33.t.2.l.
Vxori ita legauit l.33.t.4.l.17
Vxori legauit l.34.t.2.l.3
Vxori legatum l.48.t.10.l.18
Vxori maritus l.33.t.2.l.27
Vxori meæ vſum fructum l.33.t.2.l.37
Vxori meæ fundum l.33.t.4.l.9
Vxori quis legauit l.34.t.2.l.13
Vxori ſuæ in annos l.33.t.9.l.1
Vxori ſuæ inter cætera l.32.t.1.l.33
Vxori ſuæ quis l.24.t.1.l.22
Vxori vſumfructum villæ l.33.t.2.l.35
Vxori ex parte l.36.t.2.l.21
Vxorem & filium communem l.32.t.1.l.
Vxorem prægnantem l.40.t.4.l.29
Vxorem quondam priuigni l.23.t.2.l.15
Vxorem eorum qui l.24.t.2.l.6
Vxores viri lugere non compelluntur, l.3.

GES OMNES TOTIVS CODICIS PER LITERAS,

ordine, vt quas Græcas, aut non ante excuſas ſuis locis inſeruimus, earum ſedem & nomenclaturam non à Græcis (ne quos interdum obturbaret) ſed Latina tralatione, aptato illi numero, aditóque aſteriſco commonſtremus.

Abacti animalis accuſatio l.9.tit.37.l.1
Ab adminiſtratione tutelæ libro 6. tit 37.l.8
Ab Anaſtaſio lib.4 tit.35.l.23
Abdicatio quæ Græco more lib. 8. t.47 l.6
i plagio libro 9.ti.20.l.11
qui bona libro 7. ti.8.l.3
iudicato lib.7. tit.43.l.3
qui neque libro 6.ti.42. l 9
cutione appellari lib 7 t.65.l.5
qui libro 11. ti 1. l.3
noribus lib.10.t.40.l.2
ret à ſeculo noſtro libro.2.t.18. l.3
ſtibus captus lib.7.t.35.l.6
ſtibus capti lib.8.t.51.l.12
ſtibus captis libro 8.ti.5.l 18
ſtibus redempti libro 8.t.51. l.2
iſtribus perſonis lib.10.t.47.l.16
eſtis nuptiis libro 5. tit.5.l.9
iciis libro 12.ti.24.l 6
io præſentibus partibus lib.9. ti.42.l.2
ionem adulterij l.9.t.9.l.16
tem capitali crimine libro 9.ti.2.l.6
vt nos lib.11.t. 74.l.4
endum prorſus lib.7.t 65.l.4
o herede libro 2.ti.19. l.19
o ex tutoribus lib.5 t.40. l.1
gato milite libro 5.t.4. l.21
tam mutuo ſortem l.4.t.32.l.19
quidem perſonalis lib.8.t.32.l.2
em ei qui lib.2.tit. 13.l.5
e adminiſtratæ curæ libro 3.t.4.l.4
ationis ordinem lib.9.t.2.l.17
ationis inſtitutæ libro 2.t.20.l.10
ationem à qua lib.9.t.1.l.6
eredibus li.6 t.49 l.17
mulata libro 4.t.22.l.2.
quod aſſeuerat l.4.ti.19 l.23
rei forum libro 3. t.19.l.3
s lib.10.ti.19.l.4.
delato lib.4.t.1.l.8
ij libro 12. ti.38.l.5
ios lib.12.ti.50.l.7
omnes libro 3.tit.12.l.8
atos pupilli libro 5.ti.30.l.2
unculos li.5.ti.30.l.1
rbaricum li.4.ti.41.l.1
norum poſſeſſionem lib. 2.tit.4.l.2
lationem auri lib.10.t.74.l.1
mmentarienſem lib.9.t.4.l.4
nparandas merces lib.4.t.35.l.16
os ſupplicio lib.7.t.62.l.29
m qui ex Trebelliano lib.6.ti.49.l.2
s qui lib.5.t.38.l.2
actionem dotis lib.5.t.11.l.6
aibendum li.3.ti.42.l.5
tatis iure l.6.tit.58.l.7
um pertinentes lib.3.t.26.l.5
udem lib.2.ti.18.l.4
eriorum curialium lib.10.ti.22.l.1
tructiones itinerum lib.1.ti.2.l.7
idiam lib.2.ti.20.l.6
præſidem prouinciæ lib.8.tit.8.l.2
præſidem l.3.t.8.l.1
eſtati ſucceſſionem li.6.ti.57.l.5
s competens li.7.t.21. l.1
em datus tutor lib.3.t.44.l.4
ne j.lib.5.tit.31.l.1
ne ij. ibid.l.7
utandum liberæ ſtatum li.7.ti.14.l.13
eſcentiæ tempus lib.2.ti.41.l.2
ficium arbitri li.3.t.37.l.3
tio nom tabulis lib.8.ti.48.l.4
tatum lib.4.ti.88.l.9
alatinorum curam libro 1.ti 34.l.1
ortus & aquæductus libro 8.ti.12.l. 7
robationem ingenuitatis li.7.ti.16.l 18
robationem rei propriæ lib.4.ti.65.l.23
Ad probationem ſeruitutis libro 4. ti.19.l.22
Ad protegendam cauſam libro 5.ti.44.l.3
Ad cognoſcendos ſingulos li. 7.ti.14.l.10
Ad reparationem libro 11.ti.42.l.7
Ad reſcindendam venditionem libro 4. titulo 44. lege 4
Ad ſeueratio debitum lib.4.ti.30.l.10
Ad ſimilitudinem ſanctionis li. 12.ti.24.l.11
Ad ſimilitudinem lib.1.tit.3.l.21
Ad ſimilitudinem lib.2.tit.7. l.16
Ad ſolutionem libro 7.ti.52.l.5
Ad ſubeunda libro 10.ti.31. l.46
Ad ſplendidioris lib.12.ti.62.l.7
Ad tempus exulare libro 10.ti.59. l.2
Ad tempus libro 2.tit.12.l.6
Aduerſus cohæredes lib.3.ti 36.l.3
Aduerſus creditorem li.4.t.32.l.5
Aduerſus curatorem adoleſcentis li.5.t.37.l.2
Aduerſus debitorem lib.4.ti.10.l.10
Aduerſus eum li 6.t.2.l.4
Aduerſus eum cui agrum lib.4.t.49.l.1
Aduerſus eum cuius l.4 t.35.l.1
Aduerſus eos à quibus li.4.t.65.l.2
Aduerſus eos qui negotia l.2.t.19.l.8
Aduerſus eos lib.3.tit.32.l.4
Aduerſus eos lib.6.tit.47.l.2
Aduerſus fratrem tuum li.8.t.36.l.3
Aduerſus heredes lib.5 t.54.l.3
Aduerſus heredes lib.5.ti.53. l.1
Aduerſus nominatorem tutoris libro 5.t.75.l.4
Aduerſus petitiones aduerſarij li.4. t.3.l.5
Aduerſus ſententiam li.2.t.27.l.3
Aduerſus vxorem li.9.t.32.l 4
Adulter poſt quinquennium li.9.t.9.l.5
Adulteram ſi poſtea li.9.t.9. l.13
Adulterij accuſatione propoſita libro 9.t.9. l.35
Aduocati, qui dirimunt lib.2.t.7.l.14
Aduocatos ampliſſimæ tuæ ſedis li.2.ti.8.l.2
Aduocationis cauſa lib.4 t.6.l.11
Æs alienum li.4.tit.39.l.1
Æde quam te li.4.ti.65.l.3
Ædificia quæ Vulgo li.8.t.12.l.14
Æs quidem alienum lib.10.t.16.l.2
Æris alieni li.8.ti.54.l.15
Æris pretia lib.10.t.29.l.1
Æternam fiximus legem libro 11. ti.7.l.8
Affinitatis iure. Vide, Adfinitatis
Age cum Geminiane libro 2.t.4.l.3
Agentes in rebus j. libro 12.ti.23.l.2
Agentes in rebus ij. ibid.l 4
Agentes in rebus lib.12.t.21.l.1
Agentes in rebus libro 12.t.22.l.1
Agentium in rebus. Hæc lex eſt in l.10. verſ. ſcrinij memoriæ ti.60.li.12
Agrum pluribus relictum l.6.t.52.l.2
Agros limitaneos l.11.t.59.l.3
A iudice iudex lib.3.t.1.l.5
Alearum vſus antiqua res eſt libro 3.ti.43.l.15
A legatis gentium lib.4.t.61.l.8
Alexandrinis li.10.t.33.l.56
Alia cauſa eſt lib.6.t.35.l.8
A libertina matre libro 7.t.14. l.9
Alienam ſuſcipere defenſionem lib.2.ti.13.l.18
Alienam ſectæ meæ li.9.ti.8.l.2
Alienum ſeruum lib.6.t.2.l.6
Alij deſponſatæ lib.5.ti.1.l.1
Alimenta quidem libro 2.tit.19.l.18
Alio iure eſt tutor libro 5.ti.53.l.4
Alius quidem libro 3.ti.34.l.8
Alumnos tuos lib.8.ti.17.l.1
A marito in vxorem libro 5.t.16.l.18
Ambiguitatem antiqui libro 3.ti.33.l.12
Ambiguitates quæ lib.6.ti.23 l.24
Ambiguitates legis libro 6.tit.40.l.2
Amita tutores lib.5.tit.31.l.5
Amitæ cui libro 6. t.58.l.5
Ampliorem prouidentiam lib.7.t.62.l.37
Ampliſſimi ordinis lib.5.t.62.l.4
A muneribus, lib.10.tit.31.l.13
Ancilla quæ li.4.tit.55.l.3
Ancillæ ſubtractæ libro 6.t.2.l.12
Ancillæ dominus lib.6.t.58.l.9
Ancillam ſiue ſeruum lib.7.t.4.l.15
An in totum l.8.t.10.l.3
Animaduertimus l.2.t.15.l.1
Animalia pub.libro 12.t.51.l.18
Annonas omnes lib.12.t.38.l.15
Annonas publicas libro 11.t.24.l.1
An reſpub.lib.11.t.29.l.2
Ante diuiſionem lib 5.t.12.l.16
Ante oblationem lib.4.t.8.l.2
Ante omnia lib.12.t.26.l.4
Ante ſententiæ tempus l.7.t.65.l.7
Antequam ſcriptus heres lib.6.t.58.l.8
A nullo iudice lib.3.t.12.l.4
An tibi partis fundi lib 5.t 44.l.2
Antiquæ iuriſdictionis reria lib.4.tit.29.l.25
Antiquæ ſubtilitatis lib.7.t.25.l.1
Antiquitas dubitabat lib.3 t.33.l.14
Antiquitus ſtatutum eſt l.12.t.3.l.1
Antiſtitem qui lib.1.t.6.l.1
A palatinis l.21.t.9.l.1
Apparitores per lib.1.t.29.l.2
Apparitioni tuæ l.12.t.56.l.2
Apparitores quicunque lib.10.tit.19.l.5
Apparitores vrbanæ præfecturæ lib.12.tit.59.l.1
A parte verbis præcariis lib.6.t.20.l.10
Appellatione interpoſita lib.7.t.62.l.3
Apertiſſimi iuris eſt l.3.t.1.l.16
A pleriſque prudentium lib.9.t.31.l.1
A poſſidentibus l.3.t.32.l.21
Apoſtatarum ſacrilegum nomen l.1.t.7.l.4
A procedente iudice lib.3.t.11.l.4
A procedente iudice li.3 t.11.l.4
A proconſulibus l.7.t.62.l.19
A procuratore dolum l.4.t.35.l.13
Apud antiquos quærebatur lib.6.t.2.l.21
Apud concilium noſtrum l.7.t.1.l.4
Apud eos, quos l 11.t.32.l.2
Apud eos, qui rem l.4.t.21.l.13
Apud eum poſſeſſo libro 11.t.57.l.7
Apud hoſtes l.6.t.54.l.8
Aquam, quæ in alieno loco oritur libro 3.t.34.l.4
Aquarum poſſeſſores libro 11.t.42.l.1
Arbitri nulla ſententia eſt libro 7.t.44.l.1
Arbitrorum ex compromiſſo lib.2.t.56.l.3
Archiatri ſcientes l.10.t.52.l.9
Archiatros intra lib.12.t.13.l.1
Archiatros noſtri Palatij libro 12.t.41.l.1
Archigerontes l.1.t.4.l.5
Arrianus ſi mota l.7.t.16.l.27
Arriani & Macedoniani lib.1 t.5.l.5
Arrhis ſponſaliorum l.5.t.1.l.3
Arrogationes eorum l.8.t.48.l.6
Artem geometriæ diſcere lib.9.ti.18.l.2
Artifices artium lib.10 t.64.l.1
Aſſeueratio debitum. Vide, Adſeueratio debitum.
Aſſiduis aditionibus lib.8.t.18.l.12
Athletis lib.10.t.53.l.1
Atrocem ſine dubio lib.9.t.35.l.4
Auctore laudato li 8.ti.45.l.7
Auctoritatem vobis li.8.ti.4.l.3
Auia tua lib.5.ti.12.l.6
Aui paterni li.7.t.16.l.28
Aureorum vſus annulorum lib.6.t.8.l.2
Aurum, quod l.10.t.71.l.1
Aurum ſiue argentum l.10.ti.70.l.15
Auri perſecutores li.10.t.72.l.1
Auri ſtatuta lib.11.t.23.l.2
Auratas ac ſericas lib.11.ti.8.l.1
Auunculo priori lib 6.t.58.l.6
BAphii & gynæcij lib.11.t.7.l.2
Baſilicam inauratam li.8.t.12.l.2
Bene à Zenone li.7.t.37.l.3
Binos, qui priores lib.2.ti.7.l.10
Blandius tibi eſt lib.8.t.41.l.12
Boethos logiſtas li.10.ti.69.l.4
Bona mariti tui li.7.ti.73.l.1

Bona quæcunque tibi lib.3. tit.56.l.8
Bona quondam mariti lib.5. tit.16.l.1
Bonam fidem in contractibus l.4.t.10.l.4
Bonorum quidem poſſeſſionem l.6.t.11.l.2
Bonorum poſſeſſio l.6.t.49.l.1
CAlumnia eo tempore coërceri ſolet lib.9.t.46.l.1
Calumniæ pœna l.9. t.46.l.4
Captatorias inſtitutiones l.9.t.21.l.11
Captum ab hoſtibus l.8.t.51. l.9
Carbonianum edictum l.6.t.17.l.9
Caſſa & irrita l.1.t.5.l.13
Caſtitati temporum l.9.t.9.l.9
Caſus corporis l.10.t.50.l.4
Cautio ratihabitionis l.2.t.13.l.1
Caſus eius, qui l.9.t.51.l.11
Caſus maioris l.6.t.24.l.8
Cauſa iureiurando l.4.t.1.l.1
Cauſam in integrum l.2.t.49. l.1
Cauſaria miſſus lib.12.t.36.l.8
Cauſas in quibus l.10.t.9.l.1
Cautiones ſeruorum l.11.t.39.l.1
Cauſas vel lites l.2.t.4. l.16
Celebrandis inter l.5.t.4.l.19
Cenſemus, ſi quis. Vide Cenſemus, vt ſi quis l.8 t.37.l.4
Cenſualis quidem profeſſio li.8.t.54.l.7
Centum viginti quinque l.11.t.24.l.2
Certa eſt forma l.6.t.53.l.6
Certa forma l.10. t.1. l.4
Certa ratione l.7.t.64.l.5
Certæ quidem ſunt l.12.t.19.l.15
Certis dignitatibus. Hæc lex eſt in l.2. t.47. l.10
Certum eſt l.3.t.32. l.22
Certum eſt eos l.5.t.64. l.2
Certum eſt non ſolum l.5.t.55.l.1
Certum eſt liberorum l.3. t. 36.l.13
Certum quidem eſt libro 6.t.15.l.5
Certum eſt eius, qui l.8.t.15.l.2
Certum ius eſt l.7.t.1.l.1
Certi & indubitati iuris eſt l.4.t.39.l.9
Certi iuris eſt l.6.t.21. l.8
Certi iuris eſt l.4.t.65. l.5
Certi iuris eſt l.3.t.1. l.7
Ceſſante omni ambitione l.4.t.63. l.9
Ceſſante quoque cauſa l.7.t.43. l.2
* Certiſſimè l.1.t.4.l.36
Chriſtianis qui verè ſunt l.1.t.11.l.6
Chriſtianos proximorum locorum l.1.t.4.l.11
Circa locationes l.4.t.65.l.14
Cirſenſium. Vide, Cyrenenſium l.10.t.31.l.10
Ciues & incolæ l.7.t.62. l.11
Ciues quidem origo l.11.t.39.l.7
Ciuilia munera l.10.t.41.l.1
Ciuile eſt, quod l.6.t.6.l.5
Ciuili diſceptationi l.6.t.34.l.1
* Chartularij l.1.t.2. l.25
Ciuitas Rhodiorum l.1.t.46.l.6
Clariſſimi l.12.t.1. l.15
Clarum poſteritati facientes l.5.t.59.l.4
Claſſem Seleucenam l.11.t.12.l.1
Clari & aperti iuris eſt l.5. t.41. l.19
Codicillos ſeu ſcripturam l.6.t.32. l.4
Codicillis l.12 t.33.l.1
Cœlicolarum nomen l.1.t.9.l.12
Cœnas eorum nomine l.12.t.38. l.3
Clementiæ noſtræ placuit l.11.t.45. l.1
Cogi poſſeſſorem l.3.t.31.l.11
Cognouimus à nonnullis l.11.t.62.l.3
Cognouimus multos eſſe l.1.t.3.l.19
Coheredibus diuiſionem l.3.t.36.l.17
Coheredibus relicta legata l.6.t.49. l.17
Collegium ſi nullo l.6. t.24.l.8
Coloni cenſibus l.11.t.49.l.2
Coloni l.5.t.62.l.8
Colonos j. l.11.t.47.l.15
Colonos ij. ib.19
Colonos inquilinoſque l.11.t.52.l.1
Colonos noſtros l.11.t.67.l.2
Commercio redemptæ l.8.t.51. l.16
Commiſſoriæ venditionis l.47.t.54.l.4
Commiſſum ante adulterium l.9.t.9.l.27
Commune negotium l.3.t.40.l.2
Communium rerum l.5.t.27.l.9
Comparandi ſerici l.4.t.40.l.2
Comparantem ab eo, qui l.9.t.20.l.10
Comparationi l.10.t.48.l.1
Comparationes literarum l.4.t.21.l.20
Compenſationes l.4.t.31.l.14
Compenſationis æquitatem l.5.t.21.l.1
Comperit noſtra ſerenitas l.7.t.39.l.6
Comperimus diuinitus l.12.t.19.l.13
Comperimus naucleros l.11.t.9.l.2
Comperimus prouinciales l.12.t.51.l.19
Competens iudex l.51.t.25.l.2
Competens iudex l.5. t.4.l.1
Condictio libertinitatis l.10.t.56.l.1
Conditionis incertum l.2. t.3.l.1
Conditioni, ſub qua l.6.t.25.l.2
Conductores alienarum rerum l.41.t.65. l.34
Conductore, homineſve l.11.t.7.l.1
Confeſſos in iure l.7.t.59.l.1
Congruentius quidem videtur l.8.t.47.l.4
Congruit æquitati l.11.t.70.l.4
Conſanguinitatis iure l.6.t.57.l.3
Conſecratas nobis ædes l.11.t.76.l.1
Conſenſu licita matrimonia l.5.t.17.l.8
Conſentaneum iuri fuit l.7.t.43.l.8
Conſiliarios iudicum l.1.t.51.l.3
Conſobrinorum tuorum l.6.t.15.l.1
Conſtante matrimonio l.8.t.54. l.21
* Conſtantinopolitana l.1.t.2.l.24
Conſtat virum l.8.t.2.l.3
* Conſtitutio l.1.t.2. l.18
* Conſtitutio proxenetam l.5.t.1.l.6
* Conſtitutio iubet l.9.t.47.l.26
* Conſtitutio iubet vt in l.12.t.38.l.18
* Conſtitutio iubet ſi l.12.t.38.l.19
Conſtitutionis nouæ capitulum l.6.t.60.l.2
Conſtitutionem quam l.5.t.37.l.27
Conſtitutione diuæ memoriæ l.5.t.30.l.3
Conſtitutiones principum l.1.t.21.l.12
Conſtitutionibus ſacris l.4.t.31.l.20
Conſiſtit in quacunque cauſa l.7.t.49 l.1
Conſuetudinis vſuſque longeui l.8.t.53.l.2
Conſulta diualia l.6 t.23.l.23
Contractus locationis l.4.t.65. l.24
Contractus venditionum l.4.t.21.l.6
Contra eos qui res minores l.2.t.36.l.1
Contra eos, qui Remp. l.11.t.3.l.2
Contra impuberes l.2.t.19.l.2
Contra maiores l.3.t.28.l.16
Contra negantem l.3.t.35.l.4
Contra noſtra præcepta l.12.t.61.l.5
Contra patronum tuum l.6.t.6.l.1
Contra publicam vtilitatem l.12.t.36.l.14
Contra voluntatem matris l.7.t.21.l.7
Conuenticula illicita l.1.t.3.l.15
Cornicularij l.12.t.53.l.3
Corporatos ciuitatis l.11.t.28.l.1
Corruptionem vſusfructus multiplicem l.3.t.33. l.16
Creditor, qui fundos l.4.t.24. l.11
Creditor, qui prædium ib.l.2
Creditor inſtrumentis ſuis l.4.t.32. l.7
Creditor debito ſoluto l.5.t.16.l.20
Creditor ad petitionem l.8.t.18. l.20
Creditor ſi à debitore l.6.t.37.l.16
Creditor j. l.8.t.28. l.2
Creditor ij. ib. l.4
Creditor prohiberi non poteſt l.8.t.40.l.2
Creditoris falſo l.4. t.5. l.8
Creditori qui pro l.8.t.41.l.2
Creditori tuo l.2.t.3.l.5
Creditorem debitoribus l.5.t.34. l.8
Creditores hereditarios l.4.t.16.l.7
Creditores, qui non l.8.t.14 l.3
Creditoribus tuis l.4.t.14.l.2
Creditricem patrui tui ibi.8.t.20.l.7
Cretionem ſcrupuloſam l.6.t.30.l.17
Crimen adulterij l.9.t.9.l.11
Crimen lenocinij l.9.t.9. l.2
Crimen non diſſimile l.9.t.12.l.9
Criminis accuſationem inſtituere l.9.t.1.l.15
Criminales cauſas l.9.t.44.l.3
Cruenta ſpectacula l.11.t.43. l.1
Cubicularios l.12.t.5.l.3
Cuidam qui iuſtum l.5.t.26.l.12
Cuiuſcunque adnotationis l.11.t.63. l.3
Culpa ſimilis eſt l.9.t.18. l.8
Cum abſenti reo l.9.t.40.l.1
Cum acutiſſimi ingenij vir l.6.t.42.l.30
Cum adeas etiam l.4.t.29.l.19
Cum ad feliciſſimam l.10.t.48.l.2
Cum adoptiuum l.10.t.31.l.4
Cum ad munus l.11.t.37.l.1
Cum ad quamlibet l.10.t.26.l.2
Cum aduocatio prætoriana l.2.t.7.l.8
Cum adfirmes l.7.t.16. l.8
Cum adſeueres l.7.t.39.l.1
Cum allegas l.2.t.18.l.2
Cum allegas vxorem l.4.t.32. l.15
Cum alienam rem l.6.t.37. l.10
Cum aliquid colonus l.3.t.26.l.8
Cum aliquis ſcripſit l.6.t.30. l.2
Cum aliis quidem hominibus l.5.t.70.l.6
Cum allegas l.12.t.37. l.4
Cum allegas l.12.t.36.l.5
Cum alter ex fideiuſſoribus l.8.t.41.l.11
Cum à matre l.3.t.32.l.14
Cum à matribus l.5.t.31.l.8
Cum à nobis libro 3.t.11.l.5
Cum ancilla contrahenti l.4.t.26.l.12
Cum ancillam l.4.t.6.l.6
Cum ancillis l.5.t.5.l.3
Cum ante per l.11.t.4.l.10
Cum antea ſancitum fuerat l.2.t.56.l.9
Cum anterioribus legibus l.7.t.63.l.5
Cum antiquis legibus l.3.t.28.l.37
Cum antiquioribus, legibus l.6. t.30. l.19. Legitur & in aliis Codic. cum in antiquioribus.
Cum antiquitas l.8.t.23.l.28
Cum antiquitas l.3.t.3.l.13
Cum appellaſſe lib.10.tit.60.l.2
Cum appellatio l.7.t.62. l.23
Cum apertiſſimè l.5.t.9.l.19
Cum à præfecto Ægypti l.1.t.6.l.1
Cum Arthemidoram l.6.t.53. l.4
Cum apud veteres l.7.t.72.l.10
Cum apud veteres l.2.t.42.l.2
Cum apud compromiſſarios l.4.t.2.l.11
Cum apud omnes iuriſperitos l.7.t.7.l.2
Cum articulari morbo l.10.t.50.l.2
Cum à ſocero tuo l.5. t.12.l.7
Cum aſſeueres. Vide ſupra. Cum adſeueres.
Cum auum maternum l.6.t.25.l.1
Cum certum tit l.6.t.50.l.19
Cum circa probandum l.2.t.43.l.4
Cum circa fidem l.3.t.12. l.15
Cum ciuili diſceptationi l.3.t.8. l.3
Cum clericis l.1.t.3. l.25
Cum cognatum tuum l.7.t.14.l.4
Cum cognatos tuos l.8.t.51. l.3
Cum cognitionaliter incipit, Primum le. l.3. Vide tamen titulum legis huius.
Cum conductorem l.4.t.65.l.9
Cum conſtet l.8.t.17.l.2
Cum conſtitutio diui Marci l.7.t.2.l.15
Cum contra bonam fidem l.8.t.30.l.4
Cum conuenit vt l.4.t.48.l.2
Cum creditor pignus vendit l.8.t.37.l.1
Cum debitoris tui l.31.t.1.l.7
Cum debitum paternum l.6. t.30.l.2
Cum de bonis tuis l.8. t.54. l.11
Cum decurionatus l.10.t.31 l.3
Cum dedititij liberti l.7.t.6.l.1
Cum de inofficioſo l.3.t.28.l.1
Cum de mortis cauſa l.8.t.57.l.4
Cum de nouo iure l.1.t.14.l.11
Cum de nuptiis l.5.t.4.l.1
Cum de poſſeſſione l.7.t.69.l.1
Cum dicas te l.4.t.33. l.2
Cum diuus Aurelianus l.11. t.58.l.1
Cum diuus Claudius l.7.t.12.l.1
Cum dominam l.8.t.14.l.13
Cum donationis l.2.t.4.l.34
Cum donationibus l.3.t.29.l.6
Cum dotem l.5.t.2. l.10
Cum dubitabatur l.4.t.66.l.3
Cum dubitabatur vtrum l.8.t.10. l.12
Cum duobus l.3.t.28. l.13
Cum ea quæ l.2.t.4. l.21
Cum emancipatis l.5.t.71.l.3
Cum eorum qui l.7.t.45.l.5
Cum eo tempore l.9.t.43.l.2
Cum & Filiifamilias l.7.t.71.l.7
Cum & ipſe confeſſus es l.7.t.19 l.1
Cum & ipſe l.2.t.37. l.1
Cum & iudices l.2.t.59. l.2
Cum & minores l.2.t.27. l.4
Cum & poſtliminij ius l.8.t.51. l.6
Cum & ſoluta indubita l.4.t.5.l.3
Cum etiam à pupillo l.4.t.1.l.5
Cum eum quem l.8.t.48.l.3
Cum eum qui l.4.t.23.l.2
Cum ex cauſa fideiuſſionis l.4. t.35.l.2
Cum ex cauſa fideicommiſſi l.3. t.28.l.4
Cum ex cauſa mandati l.8.t.26.l.9
Cum ex ſola l.1.t.63.l.4
Cum facultates tuas l.10. t.51.l.4
Cum falſa demonſtratione l.1. t.18. l.5
Cum fidem cautionis l.4. t.30.l.4
Cum filium tuum l.3.t.8. l.17
Cum filiusfamilias l.4. t.26 l.1
Cum filios tuos l.10.t.40.l.2
Cum fratrem tuum l.6.t.35. l.9
Cum furioſus l.4.t.70.l.7
Cum heredes l.6.t.22.l.7
Cum heredes l.6.t.26.l.1
Cum hereditas l.4.t.34.l.9
Cum hereditatis petitioni l.3.t.31.l.12
Cum hi qui legatis l.6.t.43. l.1
Cum ignorantia iuris l.1.t.18. l.2
Cum in adoptiuis filiis l.8.t.48.l.10
Cum in cauſa iudicati l.8.t.23.l.2
* Cum in ciuitate l.10.t.27.l.3
Cum indulgentia noſtra l.9.t.51. l.10
Cum in integrum l.2.t.32.l.1
Cum in libris Vlpiani l.6.t.24.l.14
Cum in longi temporis l.7.t.33.l.12
Cum in noſtris temporibus l.7.t.24.l.1
Cum in rem actionem l.2.t.55 l.1
Cum in ſocietatis contractibus l.4.t.37.l.1
Cum inſpeximus in l.8.t.49.l.6
Cum in te l.5.t.3.l.6
Cum interdicto venditionis l.5.t.51.l.6
Cum inter emptorem l.4.t.48.l.4
Cum inter inſtitutum l.6.t.33.l.1
Cum inter veteres l.7.t.4.l.14
Cum introiiſſent. Incipit, Imperator Gl. cum l.12.t.47.l.1
Cum inſtrumentis l.4. t.21. l.20
Cum ipſe tutor l.4.t.38.l.5
Cum iudex in difinitiua l.7.t.45.l.11

dicem lib.7.t.46.l.1
re creditoris l.8.t.46.l.1
rc habenti tutorem l 5.t.31.l.9
ge Leonina l.1.t 3.l.50
bertatem l.7.t.4.l.3
agiſtratus l.7.t.64.l.4
andati negotij l.4.t 35.l.12
maritum tuum l.8.t.43.l.11
ota in officioſi l.2.t.4.l.6
ulta priuilegia l.6.t.60 l.7
ultæ nobis interpellationes l.5 t.3.l.20
auarchorum cœtus l.11.t.1.l.6
ec patronos l.9.t.35.l.6
eceſsitatem l.6.t.42.l.18
emo cauſam l.7.t.32.l.5
eque originales l.10.t. 39.l.4
on frumentum l.4.t.32.l.16
ondum finitam l.8.t.30.l.4
on ex eo die l.7.t.64.l.6
on redemptum l.8.t.51.l.5
on ſolum l.6.t.60.l.8
on voluntatis tuæ l.7.t.43.l.10
oſtri animi vigilantia l.7.t.31.l.1
otiſsimi iuris ſit l.7.t.39.l.7
ulla ratio ſit l.11.t.60.l.1
b prouectæ ætatis ſenium l.10.t.54.l.2
mnia bona l.3.t.30.l.1
portet l 6.t.60.l.6
b augmentum l.5.t.36.l.5
apinianus l.7.t.45.l.14
atrem pro filia l.5.t.12.l.19
atrem tuum l.7.t.73 l.6
atrem tuum in metallum l.9.t.51.l.2
atrem familias l.6.t.46.l.2
er alias prouincias l.11.t.58.l.1
er procuratorem l.4.t.35.l.9
er eos, qui l.4.t.50.l.7
er liberam perſonam l.4.t.27.l.2
er abſentiam tuam l.7.t.35.l.2
ignoris titulo l.8.t.25.l.2
oſteaquàm l.2.t.3.l.9
oſt omnes l.6.t.28.l.1
oſt moram l.7.t 33.l.1
oſt ſententiam l.7.t.62.l.26
recum tuarum l.7.t.16.l.9
recibus tuis expreſſerit l.4.t.64.l.4
recibus tuis ſignifices l.4.t.19.l.18
reſentibus partibus l.7.t.43.l.11
præſidem prouinciæ l.11.t.41.l.1
rocuratores metallorum l.11.t.6.l.4
rofitearis l.8.t.56.l.4
ro hærede l.7.t.29.l.1
ro parte l.8.t.19.l.2
ro eo quod l.7.t.47.l.1
roponas ab ea l.2.t.4.l.17
roponas Alexandrum l.6.t.24.l.3
roponas curatorem l.5.t.74.l.1
roponas ei quam l.5.t.6.l.3
roponas eum l.7.t.72.l.2
roponas fideicommiſſariam l.7.t.4.l.8
roponas filios l.2.t.3.l.16
roponas hereditatem l.7.t.4.l.1
roponas inter te l.2.t.21.l.4
roponas inter vos l.2.t.3.l.2
roponas patribus l.4.t.1.l.6
roponas radicibus l.8.t.1.l.1
roponas ſeruum l.4.t.58.l.2
roponas te nauticum l.4.t.3.l.3
roponas te prædiorum l.4.t.37.l.2
roponatis l.6.t 36.l.3
ropria pecunia l.4.t.50.l.5
ropriorem l.6.t.15.l.2
ro pecunia quam l.8.t.3.l.24
ropitia diuinitate l.1.t.29.l.5
uædam mulier l.5.t.37.l.26
uærebatur l.8.t.4.l.11
uæritur l.3 t.28.l.6
ueſtio talis l.6.t.37.l.23
uis à muliere libera l.5.t.27. l.10
ui ius ignorans l.1.t 1.l.10
uis legatum l.4.t.1.l.13
uidam datus l.5.t.12.l.31
uidam duobus l.9.t.26.l.10
uidam inſtrumentum l.4 t.21.l.21
uidam per leges l.7.t.51.l.6
uidam ſic l.6.t.38.l.4
uidam prægnantem l.6.t.25.l.9
uidam rei ſtipulandi l.8.t.40.l.5
uidam ſeruum ſuum l.7.t.4.l.17
uidam ſuum filium l.6.t.37.l.24
uidam ſuum pupillum l.6.t.27.l.4
uidam teſtamento l.7.t.46.l.6
ationibus laris l.9.t.1.l.16
recta l.1.t.1.l.5
es filio ſuo l.8.t.54.l.22
es non inſtrumentis gerantur lib. 4. titul. 19. l.12
es quæ l.8.t.16.l.5
es tibi donatas l.4.t.38.l.4
em pecuniariam l.2.t.13.l.2
empub'icam l.8.t.18.l.3
epudiante l.5.t.70.l.4

cum reſponſo viri l.6.t.37.l.12
cum reis manifeſta l.9.t.47.l.18
* cum ſaluatorem l.1.t.1.l.6
cum ſalutatus eſſet l.9.t.51.l.1
cum ſatis inhumanum eſt l.11.t.47.l.2
cum ſæpe contingat l.12.t.38.l.17
cum ſcimus eſſe dubi atum l.2.t.47.l.3
cum ſcimus noſtra iura l.11.t.46.l.22
cum ſententiam præſidis l.7.t.45.l.6
cum ſecundum voluntatem l.6.t.42.l.3
cum ſerui conſtituti l.6.t.42.l. 2
cum ſeruum matris tuæ l.7.t.20.l.1
cum ſeruum quiſpiam repetit l.6.t.1.l.6
cum Syllanium SC. l.6.t.35.l.11
cum ſit nobis cura l.1.t 8.l.1
cum ſit adiecta l.5 t.95.l 6
cum ſit iniuſtum l.9.t.19.l.6
cum ſit probatum l.7.t.26.l.6
cum ſolito more l.7.t.71.l.8
cum ſolutum eſt l.7.t.45.l.16
cum ſpecialis iudex l.3.t.1.l. 18
cum ſpeciem venditam l.4.t.48.l.5
cum ſtatus l.7.t.19.l.5
cum ſtipulationes l.4.t.11.l.1
cum ſucceſſores l.8.t.45.l.23
cum ſuper vernis mancipiis l.3.t.32.l.10
cum ſuppoſiti partus l.9.t.22.l.10
cum ſupra virentes l.12.t.36.l.12
cum talis quæſtio l.3.t.34.l.14
cum te Biblium origine l.10.t.38.l.1
cum te à debitore mercatum l.8.t.26.l.4
cum te curatorem l.10.t.42.l.1
cum te domus & horti l.2.t.20.l 8
cum te & collegam l.11.t.35.l.4
cum te fiſci cauſam agitaſſe l.2.t.9.l.1
cum te fundum tuum l.4.t.54.l.6
cum te ideo ex l.4.t.12.l.4
cum te in Gallia l.4.t.2.l.9
cum te medicum l.10.t.52.l.1
cum te non ex l.5.t.4.l.10
cum te omnibus l.10.t.42.l.3
cum te minorem l.4.t.19.l.9
cum te non ſolum cauiſſe l.2.t.20.l.2
cum te pecuniam accepiſſe l.8.t.14.l.4
cum pietatis religionem l.3.t.28.l.18
cum te poſſeſsiones l.4.t.12 l.3
cum te proponas l.2.t.1.l.2
cum te propter l.4.t.7.l.2
cum te ſponſæ filij l.5.t.3.l.9
cum te tranſegiſſe l.2.t.4.l.5
cum teſtamentum l.1 t.18.l.8
cum teſtamentum falſum l.9.t.41.l.10
cum teſtamento l.7 t.2.l.4
cum teſtator l.7.t.2.l 8
cum teſtatorem l.6.t.46.l.1
cum tibi in ea ætate l.5.t.34.l.1
cum tibi liberum l.8.t.45.l.22
cum tibi pro dote l.8.t.8.l.110
cum tutores filiorum l.2.t.19.l.1
cum tutelæ adminiſtatæ l.5.t.5.l.1
cum vendente procuratore l.3 t.26.l.4
cum venditorem carnis l.4.t.4.l.10
cum venerandæ leges l.6.t.6.l.1
cum veterum ſententia l.5.t.1.l.15
cum vir nubit l.9.t.9.l.31
cum virum prudentiſsimum l.6.t.42.l.16
cum vltra hoc quod l.4.t.30.l.9
cum vos proprio l.10.t.63.l.2
cum vos firmetis l.10.t.49.l.1
cum vxori vſusfructus l.6.t.52.l.4
cuncti hæretici l.5.t.1.l.3
cuncti qui priuatorum l.11.t.6 l.3
cunctis molitionibus l.5.t.39.l.6
cunctis quos in publicum l.11.t.25.l.1
cunctos iudices l.12.t.41 l.3
cunctos populos l.1.t.1.l.1
cura peruigili l.12.t.34.l.3
curabit præſes l.4.t.49.l.5
curator adoleſcenti ordinatus l.5.t.34.l.12
curator adulti l.8.t.16.l.3
curator adultis nominatus l.5.t.62.l.20
curator reipublicæ l.1.t.54.l.3
curatoris etiam ſucceſſores l.2.t.19.l.17
curatorem adulto ſuo l.6.t.6.l.5
curatorem habenti l.5.t.34.l.10
curatorem tibi l.2.t.19.l.6
curatores impleta legitima l.5.t.70.l.1
curatores quidem l.5.t.43.l.2
curæ perpetuæ tui. vide, curæ tui perpetui l.5.t.31.l.4
curialis neque procurator l.4.t.65.l.30
curiales omnes l.10.t.37.l.1
curiales omnium ciuitatum l.10.t.31.l.21
curiales omnium Cyrenenſium magiſtratus l.10.t.31. l.20
curiales qui honorariam l.10.t.31.l.47
curiales qui ſe ibid l.39
curiales vltra terminos l.10.t.31.l.25
curiales vendere l.10.t.33.l.3
curialibus conſortiis l 10.t.31.l.66
curialibus & l.12.t.63.l.4
curioſi & ſtationarij l.12 t.13.l.1
curſum ambulantem l.12.t.51.l.22

Cyrenenſium magiſtratus l.10.t.30.l.20
DAmnum per iniuriam datum libro 3.ti.35.l.1
Damnum quod l.4.t.65.l.12
Damnato portentoſæ ſuperſtitionis l.1.t.5.l.6
Damus licentiam litigantibus l.9.t.22.l.23
Datum legatum l.6.t.37.l.17
Data certæ pecuniæ l.4.t.10.l.1
data opera patri l.9.t.1.l.11
de alimentis præteritis l.2.t.4.l.8
de ancilla matre natam l.7.t.16.l.29
deberi etiam alienæ l.7.t.4.l.6
debitor qui pignoribus l.8.t.14.l.1
debitoris denunciatio l.8.t.29.l.2
debitori tuo l.2 t.3.l.7
debitorem neque l.8.t.14.l.15
debitores qui bonis ceſſerint l.2.t.12.l.16
debitores tuos l.4.t.21.l.1
debitores præſentes l.8.t.14 l.10
debitores quidem hereditarij l.8.t.36.l.1
debitorum pactionibus l.2.t.3.l.25
debitoribus pupillæ l.5.t.37.l.18
debitum cuius meminiſti l.8.t.26.l.5
de bonis matris l.9.t.40.l.6
decem poſt primicerium l.12.t.41.l.11
decernimus ne quid l.11.t.42.l.10
decernimus vt antiquitatis l.1.t.2.l.15
decernimus vt poſthac l.1.t.3.l.26
decernimus vt quicunque l.1.t.4.l 13
deciſione noſtra l.6.t.27.l.6
de conſtitutione l.2.t.8.l.9
contractu venditionis l.4.t.44.l.3
de creationibus curatorum l.1.t.4.l.27
decreto ampliſsimi ordinis l.2 t.12.l.15
de crimine adulteri paciſci l.9.t.9.l.10
de crimine quod l.9 t.1.l.12
de cubiculis noſtris l.12.t.19.l.2
decurio l.10.t.31.l.41
decurionem in opus publicum l.9.t.47.l.8
decuriones ad magiſtratum l.1.t.56.l.1
decuriones noſtri palatij l.12.t.16.l.1
decuriones quidem l.20.t.12.l.5
decuriones ſiue ob l.9.t.4.l.16
decurionum filij l.9.t.47. l.12
decurionibus l.12.t.16.l.3
*dedit nobis l.2.t.17.l.3
deditia conditio l.7.t.5.l.1
de dolo actio l.23.t.21.l.2
de dolo emancipati filiis l.6.t.57.l.12
de eo qui pretio l.7.t.49.l.2
defenſiones ſiue exceptiones l.8 t.36.l.11
defenſionis facultas l.10.t.1.l.7
defenſores j. l.1.t.55.l.2
defenſores ij. ibid. l.5
defenſores iij. ibi. l.7
defenſores iv. ibid l.8
de fideicommiſſo l.2.t.4.l.11
de fide teſtamenti l 9.t.22.l.16
definimus vt l.11.t.47.l.13
defencto quidem liberto l.6.t.5.l.2
defunctis ſuis l.6.t.57.l.6
defunctis reis l.9.t.6.l.5
defunctorum l.12.t.36 l.4
de hereditate, quam l.3.t.31.l.5
de his, quæ extra dotem l.5.t.16.l.17
de his, quæ in dotem data l.5.t.12.l.11
de his, quæ in fraudem l.5.t.37.l.12
de his quæ ſeruus l.9.t.33.l.4
*de his, quæ ſingulis l.1.t.4.l.26
de his, quæ ſubtraxiſſe l.6.t.2.l.11
de his, quos tenet l.9.t.4.l.5
de iis clericis l.1.t.3.l.3
de iis quæ per iniuriam l.3.t.35.l.6
de inofficioſo teſtamento l.3.t.28.l.9
de inſtrumentis l.3.t 38.l.5
de lata conditione l.4.t.1 l.9
de latronum familia l.7.t.18.l.2
delegatio debiti l.8.t.42.l.1
denunciamus vobis omnibus l.1.t.12.l 5
de eo auctore l.1.t.17.l.1
de eo nobis auxilium præbente l.1 t.3.l.56
de operis noui nuntiatione l.8.t 11.l.1
de ordinario iudice l.1.t.26.l.4
de pecoribus tuis l.3.t.35.l.5
de perſonalibus l.10.t.51.l.5
deportati nec earum l.9.t.49.l.2
deportatorum in inſulam l.9 t.47.l.8
de quæſtione tali l.2.t.3.l.30
de rebus in ſponſam l.5.t.3.l.13
de rebus quas l.5 t.21.l.3
deſcriptionis onere l.10.t.32.l.1
de reſtituendis rebus l.4.t.23.l.5
deſiderium tuum l.4.t.34.l.7
de ſocietate l.4.t.37.l.6
de ſubmerſis nauibus l.11.t.5.l.5
de ſucceſsione ſua l.5.t.37.l.17
de tormentis hæreditariorum l.9.t.41.l.18
de tutela auunculi l.2.t.22.l.7
deuotiſsimos milites l.12.t.41.l.7
deuotum poſſeſſorem l.12.t.41.l.5
de vſuris l.4.t.32.l.27
dictam legem donationi l.4.t.6.l.8
dictantibus teſtamenta l.6.t. … l.22

Dies feſtos maieſtatis altiſſimæ l.3.ti.32.l.11
Dies ſabbatho lib.1.t.9.l.12
* Differente lib.1.t.4.l.32
Diffamari ſtatum ingenuorum li.7.ti.12.l.5
Digna vox li.1.ti.14.l.4
Diligenter li.11.t.12.l.9
Directas libertates li.7.ti.2.l.14
Directis verbis libro 4.t.2.l.10
Diſcretis ſurdo li.6.t.22.l.10
Diſpar cauſa eſt li.7.t.18.l.1
Diſpoſitionem l.10.t.28.l.1
Diſputare de principali iudicio li.9.t.29.l.2
Diſſentientis patris li.5.t.17.l.5
Diſſolutæ quantitatis li.4.t.9.l.2
Diſtractis à debitore pignoribus l.8.t.14.l.14
Diſtrahente marito rem l.4.t.5.l.2
Diu minime l.10.tit.7.l.7
Diuæ memoriæ Zenonis li.20.t.31.l.65
Diuerſarum homines prouinciarum l.8.t.5.l.2
Diuerſis temporibus li.8.t.18.l.8
Diui Conſtantini lib.5.t.27.l.5
Diui Hadriani epiſtolam lib.4.t.17.l.5
Diui patris noſtri lib.11.ti.70.l.1
Diuinè admodum conſtituit l.2.t.14.l.1
Diuinam diſpoſitionem l.11.t.42.l.11
Diuinam noſtram ſanctionem l.1.t.5.l.13
Diuiſionem prædiorum li.3.t.38.l.1
Diuo Marco auctore l.7.t.11.l.3
Diuo Marco placuit lib.9.ti.41.l.11
Diuortij cauſa li.5.t.21.l.2
Diurnos centum & decem li.11.t.27.l.2
Dectitij viri clariſſ. libro 10.t.31.l.63
Diutina poſſeſſio li.7.t.33.l.4
Diuturnum ſilentium l.7.t.36.l.1
Doce ancillam l.3.t.32.l.9
Dolus emptoris l.4.t.44.l.10
Dolo vel metu adhibito li.8.t.39.l.5
Dolum auctoris lib.4.t.48.l.3
Dolum ex iudiciis lib.2.t.21.l.6
Domeſticus iudicis l.1.t.51.l.4
Domeſtici ac protectores lib.12.t.17.l.1
Dominicis colonis lib.3.ti.26.l.7
Dominij iure li.8.ti.34.l.1
Dominus horreorum lib.4.t.65.l.1
Dominus litis l.7.t.62.l.9
Dominum per ſeruum l.4.t.26.l.12
Dominum pro atroci iniuria l.9.t.35.l.8
Domini prædiorum l.11.t.47.l.5
Dominos ita confringi l.4.t.26.l.15
Domini ſeruorum l.9.t.46.l.6
Domum, quam lib.3.t.32.l.5
Dominicos colonos li.11.t.67.l.5
Domum etiam l.11.t.2.l.1
Donatio mancipiorum lib.5.t.16.l.4
Donatio, ſiue directa l.8.ti.54.l.25
Donationes circa filium lib.8.t.6.l.9
Donationes, quas j. li.5.t.16.l.25
Donationes, quas ij. ibid. l.26
Donantem ancillam li.7.t.27.l.2
Donatarum rerum l.7.t.32.l.3
Dos à patreprofecta l.5.t.18.l.14
Dotis actione lib.5.t.18.l.9
Dotis quidem petitio lib.6.t.20.l.5
Dotis tuæ potiorem cauſam l.3.t.12.l.9
Dotem numeratio li.5.t.15.l.1
Dubium non eſt li.1.t.20.l.2
Dubium non eſt l.5.t.17.l.3
Dubium non eſt l.5.t.18.l.1
Ducenarij & centenarij lib.10.t.19.l.1
Duces militum libro 1.t.46.l.4
Dudum proximis conſortibus l.4.t.38.l.14
Duos tabularios li.5.ti.70.l.13
Duplex ratio libro 10.t.3.l.2
Duumuirum l.10.t.31.l.53

EA conditione li.4.ti.44.l.14.
Ea demum ab l.6.t.20.l.6
Ea lege in vos collata l.4.t.6.l.3
Ea lege rebus donatis l.4.t.64.l.8
Ea quæ aduocati li.2.ti.10.l.1
Ea quæ à patre geruntur l.2.t.53.l.7
Ea quæ pater teſtamento ſub li.2.ti.12.l.13
Ea quæ de temporibus l.2.t.53.l.5
Ea quæ à te li.3.ti.22.l.1
Ea quæ in omnibus ſunt li.3.ti.36.l.6
Ea quæ tibi vt li.5.t.3.l.5
Ea quæ per alluuionem lib.7.ti.42.l.3
Ea quæ ſtatuuntur li.7.t.43.l.43
Ea quæ cauſa cognita l.7.ti.57.l.3
Ea quidem, quæ per officium l.9.t.2.l.7
Ea quidem, quæ vi maiore l.4.ti.23.l.1
Eam legem, quam li.10.ti.47.l.14
Eam quam frater tuus l.6.ti.42.l.14
Eam, quæ aliunde libro 10.ti.62.l.1
Eam, quæ in poſſeſſione li.7.t.16.l.22
Eam, quæ ita venit l.4.ti.6.li.3
Edicimus, ne qua lib.1.ti.7.l.7
Edicto quidem Diui Marci li.2.ti.37.l.3
Edicto Diui Hadriani lib.6.t.33.l.3
Edita actio ſpem li.2.ti.1.l.3
Educatio pupillorum li.5.ti.49.l.1

Ei, quæ diutiſſimè libro 2.t.52.l.2
Ei, qui ſeruo alieno libro 4.ti.26.l.7
Eius quantitatis lib.8.t.43.l.7
Eius, qui per contumaciam li.7.ti.65.l.1
Eius qui requirendus l.7.t.66.l.2
Eius, quod ad cauſam li.6.t.32.l.33
Eius quod ex cauſa li.5.ti.56.l.2
Eius quod in poteſtate l.8.ti.47.l.2
Eius quod non ei lib.4.t.11.l.9
Eius rei nomine li.4.t.16.l.1
Eius ſummæ, quam li.10.ti.8.l.1
* Electione li.1.ti.4.l.17
Eligere debes li.5.ti.57.l.1
Emancipatione facta li.4.ti.21.l.12
Emancipata li.6.ti.9.l.4
Emancipatus repudiata li.6.t.19.l.1
Emancipatos libro 6.ti.20.l.1
Emphyteuticarij poſſeſſores li.11.ti.64.l.1
Emphyteuticarios grauant li.11.ti.62.l.1
Emptionem & venditionem li.4.ti.38.l.2
Emptionem rebus fieri non lib.4.ti.64.l.7
Emptione pignoris li.4.ti.22.l.3
Emptionem mancipiorum lib.8.ti.54.l.5
Empti actio l.8.ti.45.l.12
Empti fides lib.4.ti.38.l.9
Emptor bona fide libro 7.ti.33.l.9
Emptor fundi li.8.t.45.l.8
Emptor hereditatis li.4.tit.39.l.5
Emptor hereditatis l.8.ti.45.l.1
Emptor ſeruorum li.4.ti.49.l.14
Emptori etiam li.8.ti.45.l.28.
Emptorem quidem fundi libro 4.ti.63.l.9
Eo caſu apparitor l.7.ti.62.l.33
Eo quod à multis li.4.ti.2.l.10
Eo tempore quo li.2.ti.22.l.2
Eorum demum bona li.9.ti.50.l.1
Eorum eſt ſcientia li.9.ti.18.l.4
Eorum qui à principibus l.4.ti.32.l.26
Eorum qui apud conſilium li.7.ti.1.l.1
Eorum patrimonia li.1.ti.1.l.10
Eorum qui in reatu li.9.t.50.l.2
Eos indulſerunt veteres li.10.t.32.l.22
Eos qui acceperunt li.8.ti.18.l.9
Eos qui agitandi munus li.11.ti.40.l.2
Eos qui à principali actione li.4.t.32.l.26
Eos qui aquæ copiam li.11.ti.42.l.3
Eos qui à ſeruo li.6.ti.2.l.14
Eos qui auctione prima li.2.ti.69.l.4
Eos qui catholicarum li.1.t.7.l.6
Eos qui comitiua li.12.ti.12.l.2
Eos qui condemnati li.7.ti.54.l.2
Eos qui cum honore li.10.ti.47.l.11
Eos qui curiali fortuna li.10.ti.43.l.4
Eos qui cuiuſcunque ſexus li.10.ti.51.l.6
Eos qui de appellatione lib.7.t.62.l.6
Eos qui in officiis noſtris li.12.t.55.l.5
Eos qui inter fabricenſes li.11.ti.9.l.6
Eos qui ne teſtamentum li.6.t.34.l.2
Eos qui officia adminiſtrant lib.4.ti.2.l.4
Eos qui ordinario li.1.ti.54.l.5
Eos qui ordine lib.12.t.22.l.5
Eos qui ſecum l.9.t.39.l.1
Eos qui terminos effoderunt libro 9.ti.2.l.1
Eos qui tranquillitatis noſtræ libro 12.t.10.l.1
Eos qui vel in hac libro 12.t.35.l.1
Eos qui veniam ætatis j. li.2.ti.45.l.1
Eos qui veniam ætatis ij. ibid. l.3
Eos qui vltra ſtatutor. l.1.t.29.l.3
Eos quos lib.7.t.53.l.9
Eos teſtes l.4.t.20.l.4
Epiſcopale iudicium ratum ſit li.1.t.4.l.9
Equites Romanos li.12.ti.32.l.1
Equos qui publico li.12.t.51.l.1
Errat qui tibi perſuaſit li.12.ti.37.l.3
Error facti li.1.ti.18.l.7
Error facti libro 6.t.49.l.9
Errorem calculi libro 2.ti.5.l.1
Errore ſcribentis lib.6.t.23.l.7
Errores eorum l.2.t.10.l.2
Eſt in arbitrio veſtro l.4.t.10.l.14
Eſt iuriſdictionis tenor li.7.t.72.l.2
Eſt verum libro 10.t.39.l.3
Et ab antiquis legibus lib.6.t.23.l.31
Et balneum li.8.t.19.l.1
Et in epiſtola l.6.t.42.l.22
Et in legatis li.6.t.49.l.4
Et in maioribus li.7.t.62.l.20
Et in multis libro 7.t.62.l.25
Et in priuatorum cauſis lib.7.t.48.l.4
Et in prouinciali prælio l.3.t.34.l.3
Et militibus noſtris l.6.t.21.l.13
Et nomen & materiam libro 6.t.50.l.1
Et publicarum neceſſitatum l.7.t.65.l.8
Et quæ à Diuo Antonino li.2.ti.1.l.8
Et qui non prouocauerunt li.7.ti.58.l.2
Et qui noticiæ cauſa l.5.t.38.l.1
Et ſenatus cenſuit l.4.t.31.l.1
Et ſi à patre tuo l.5.t.28.l.2
Et ſi à muliere l.5.t.25.l.4
Et ſi ad te negotium pertinuit l.9.t.22.l.19

Et ſi contra mandata libro 5.tit.4.l.16
Et ſi crimine adulterij l.9.t.9.l.12
Et ſi de tua pecunia l.5.t.16.l.9
Et ſi dotis exactio l.5.t.12.l.3
Et ſi duobus ſimul l.11.t.35.l.1
Et ſi excepta tormentis l.9.t.18.l.7
Et ſi frater tuus l.8.t.14.l.16
Et ſi inſtrumenta emptionis l.10.t.34.l.3
Et ſi inutiliter l.6.t.42.l.2
Et ſi is quem l.5.t.71.l.9
Et ſi legibus conſentaneum l.1.t.12.l.5
Et ſi libidine l.9.t.9.l.25
Et ſi Marcellus l.9.t.6.l.1
Et ſi minor viginti annis l.2.t.31.l.2
Et ſine interpoſitione l.5.t.72.l.4
Et ſine ſcriptura l.6.t.48.l.5
Et ſi non adſcripta l.7.t.4.l.9
Et ſi non cognitio l.1.t.25.l.4
Et ſi perfectis donationibus l.4.t.56.l.1
Et ſi præſes decreuerit l.5.t.71.l.5
Et ſi ſciſſes te l.5.t.37.l.8
Et ſi ſeuerior l.3.t.12.l.3
Et ſi tutores tui l.5.t.39.l.2
Et virtutum præmia l.1.t.24.l.4
Etiam à pupillorum tutoribus l.6.t.41.l.1
Etiam aduerſus venditiones l.2.t.29.l.1
Etiam conſtante matrimonio l.4.t.29.l.1
Etiam ex aliis cauſis l.9.t.8.l.1
Etiam furti actione l.6.t.2.l.8
Etiam hi, qui l.10.t.47.l.1
Etiam id, quod pignori l.8.t.24.l.1
Etiam iis quæ l.2.t.25.l.3
Etiam in opus perpetuum l.9.t.47.l.1
Etiam iure ciuili l.4.t.20.l.2
Etiam minores ætate l.10.t.14.l.7
Etiam liberis damnatorum l.6.t.6.l.5
Etiam mulieres l.5.t.45.l.1
Etiam nomen debitoris l.7.t.53.l.5
Etiam pactione data l.6.t.6.l.3
Etiam per alienum ſeruum l.3.t.32.l.1
Etiam poſt mortem l.7.t.66.l.1
Etiam ſi contrariam ſententiam l.4.t.1
Etiam ſi de iure obligationis l.8.t.41
Etiam ſi fideicommiſſum l.4.t.31.l.5
Etiam ſi is l.3.t.38.l.2
Etiam ſi non dotem l.5.t.12.l.8
Etiam ſi non mandante l.4.t.26.l.3
Etiam ſi tacitum l.6.t.49.l.3
Etiam ſi veritas debiti l.6.t.44.l.2
Etiam ſi vxoris tuæ l.5.t.16.l.6
Etiam teſtamento patris l.5.t.43.l.4
Etiam tutoribus vel l.2.t.25.l.5
Etiam vectigale, vel l.5.t.71.l.13
Euectiones l.12.t.51.l.3
Euectionum copiam ibid. l.6
Euidenter l.10.t.47.l.15
Euicta re, quæ l.5.t.12.l.1
Eum à quo mutuam l.8.t.43.l.16
Eum ad quem vſusfructus pertinet l.3
Eum, cui mutuam l.4.t.10.l.13
Eum, quem vt l.5.t.43.l.7
Eum qui aliena negotia l.3.t.21.l.1
Eum qui à pupillo l.5.t.59.l.3
Eum qui à pupillo l.7.t.26.l.9
Eum qui aſſeuerat homicidium l.9.t.16
Eum bonis l.5.t.5.l.4
Eum, qui collegio l.11.t.65.l.6
Eum, qui celauit l.9.t.22.l.14
Eum, qui cum teſtamento l.6.t.39.l.1
Eum qui mancipium l.9.t.20.l.9
Eum quicunque ſeruum. Vide, Eum q tit.7.l.5
Eum qui duas ſimul vxores habuit l.9
Eum, qui inofficioſi querelam l.3.t.18
Eum qui mutuam l.4.t.2.l.13
Eum qui probabilem l.1.t.3.l.19
Eum qui ob reſtituenda l.4.t.7.l.7
Eum qui res agit l.2.t.13.l.3
Eum qui ſeruos l.7.t.10.l.1
Eum qui triginta annos l.10.t.31.l.59
Eum tutorem l.5.t.42.l.2
Eunuchis liceat l.6.t.22.l.5
Exactores tributorum l.3.t.62.l.10
Exactores vel l.10.t.70.l.8
Ex arrhali pacto l.4.t.49.l.3
Ex agentibus l.12.t.22.l.4
Ex aula noſtra l.12.t.29.l.3
Ex cauſa donationis l.3.t.36.l.25
Ex cauſa quidem iudicati l.4.t.31.l.2
Ex cauſa tranſactionis l.7.t.26.l.8
Ex Manichæo l.1.t.5.l.6
Excellentia l.12.t.38.l.9
Exceptionem dilatoriam l.4.t.19.l.19
Exceptione doli l.8.t.45.l.11
Excepta poſſeſſionis cauſa l.4.t.27.l.1
Excepto patrimonio l.11.t.74.l.5
Excepto tempore l.4.t.65.l.18
Exceptis iis vectigalibus l.4.t.61.l.18
Exceptis, qui l.10.t.46.l.1
Exceptores omnes l.12.t.5.l.5
Ex contractu libro 7.t.72.l.3

Index legum totius Codicis.

tractu pecuniæ l.8.t.42.l.8
tractibus ſeruorum l.4.t.25.l.1
uentione l.4.t.47.l.1
uentione quidem l.2.t.3.l.11
tionis quidem tuæ l.5.t.62.l.3
tionem nauicularis l.5.t.62.l.24
Antonini Pij l.4.t.65.l.4
bus captiuis l.8.t.51.l.1
orem cum ſolum l.7.t.53.l.8
ores à quocunque iudice l.8.t.17.l.7
lo ſenatorij ordinis l.10.t.31.l.36
lo cæterorum debitorum l.2.t.33.l.1
lo perniciosum eſt l.4.t.19.l.7
inſtrumento l.8.t.39.l.4
quo l.12.t.20.l.4
icommiſſo l.6.t.42.l.28
itionis neceſſitate tenetur l.3.t.42.l.7
prædiis l.8.t.45.l.5
verbis l.6.t.21.l.5
verbis l.6.t.45.l.2
verbis, quæ l.5.t.16.l.14
adi à filio tuo l.2.t.13.l.12
tempore l.7.t.62.l.13
perfecto l.6.t.23.l.3
genuo l.11.t.67.l.4
itio falſi commiſſi l.9.t.22.l.18
gato l.6.t.37.l.18
era conceptus l.6.t.54.l.6
oris Sabinianis l.7.t.32.l.12
oris Sabinianis l.3.t.33.l.17
orte ancillæ l.3.t.35.l.3
orte cuiuſcunque perſonæ l.5.t.14.l.9
minis emptione l.4.t.39.l.8
nibus domibus l.10.t.1.l.31
troni vel domini l.4.t.13.l.5
ecunia dotali l.5.t.12.l.12
litam antea quæſtionem l.7.t.17.l.2
rſona fratrum l.2.t.53.l.4
rſona collegæ l.4.t.9.l.3
tes literarum l.10.t.31.l.6
atæ j. l.9.t.32.l.1
atæ ij. ib. l.2
atæ iij. ib. l.6
acito permutationis l.4.t.64.l.3
ſis atque relectis l.3.t.40.l.1
ædiis pignori obligatis l.4.t.22.l.11
æſtatione vectigalium l.4.t.61.l.7
mere debueras l.8.t.40.l.3
ſos vos de fundo l.4.t.49.l.17
quo l.8.t.10.l.12
pudiatione fideicommiſſi l.6.t.42.l.26
entia arbitri l.2.t.56.l.1
pulatione l.7.t.45.l.7
pulatione l.8.t.39.l.1
ſtamento defuncti l.7.t.2.l.2
ſtamento militis l.6.t.21.l.5
ſtamento quod l.6.t.42.l.29
ſtamento vel l.6.t.14.l.2
neum etiam j. l.6.t.24.l.9
neum etiam ij. ib. l.11
ibus vnciis l.3.t.28.l.26
ria l.10.t.11.l.4
rbo commendo l.7.t.4.l.12
rbis, quæ l.8.t.16.l.14

ricenſes lib.10.tit.31.l.32
bricenſium domibus l.12.t.41.l.4
m ſponte ſe præcipitantis l.9.t.2.l.12
diæ rationem l.6.t.49.l.2
citer accuſantibus l.9.t.42.l.3
citer incuſantibus l.9.t.46.l.9
s procurator l.6.t.2.l.19
quidem crimen l.9.t.22.l.5
adſeueratur l.1.t.23.l.2
tibi perſuaſum eſt l.4.t.52.l.3
ſuaſione credis l.5.t.62.l.1
m quidem teſtationem l.7.t.58.l.3
liæ erciſcundæ l.3.t.38.l.9
iſſima quam l.7.t.10.l.2
commiſſaria quidem libertate l.7.t.4.l.10
commiſſum l.4.t.5.l.7
commiſſum l.3.t.17.l.1
commiſſum l.6.t.42.l.27
i deuotaque præceptione l.1.t.12.l.2
n rumpens ſocietatis l.2.t.12.l.22
uſſores magiſtratuum l.11.t.34.l.1
uſſor ſeu mandator l.8.t.41.l.10
uſſoris quidem heres l.8.t.41.l.24
sfam. l.2.t.23.l.1
sfam. alienationem l.12.t.37.l.2
sfam. qui l.8.t.41.l.8
ſfam. delata hereditate l.6.t.30.l.4
s paciſcendo l.2.t.3.l.23
patris teſtamentum l.3.t.36.l.16
delatam bonorum l.6.t.19.l.2
m ab hoſtibus captum l.10.t.51.l.2
m habere l.6.t.54.l.3
s quem l.3.t.36.l.24
s matrem l.3.t.28.l.25
s apud originem patris l.10.t.38.l.3
s debitoris et ſuccedentes l.7.t.75.l.4

Filios & filias cæteroſque l.8.t.50.l.1
Filios in poteſtate patris l.10.t.31.l.5
Filios primipilariorum l.12.t.48.l.2
Filia in orbitate patris l.3.t.28.l.20
Filia legatorum l.6.t.37.l.11
Filia tua non ſolum l.2.t.47.l.5
Filiæ cuius nomine pater l.3.t.36.l.18
Filiæ dotem l.6.t.20.l.4
Filiæ diuortium l.5.t.17.l.4
Filiæ licet maneat l.6.t.20.l.12
Filiæ pecuniam adimere l.5.t.18.l.7
Filiæ cum fratribus l.6.t.20.l.16
Filiam præteritam à matre l.3.t.28.l.15
Filiam teſtamento patris l.6.t.20.l.7
Fiſci aduocatus l.2.t.9.l.3
Fiſcum etiam noſtrum l.10.t.8.l.3
Fiſco quidem l.10.t.2.l.2
Forma eſt l.10.t.4.l.1
Fœdiſſimam earum nequitiam l.9.t.9.l.20
Fœdiſſimæ mulieris l.8.t.51.l.7
Fœmina quæ ſuſceptis l.5.t.9.l.3
Fœminis alienas l.4.t.29.l.18
Fœnoris reipub. l.11.t.38.l.1
Fortunam culminis l.2.t.7.l.4
Fortiſſimi ac l.12.t.38.l.6
Fortiſſimis militibus l.12.t.40.l.3
Frater emancipatus l.5.t.30.l.4
Frater tuus miles l.6.t.11.l.1
Frater tuus non ideo l.5.t.62.l.9
Frater tuus ſi ſolam l.3.t.37.l.1
Frater veſter rectius fecerit l.9.t.16.l.1
Frater veſter ſicut l.8.t.21.l.1
Fratris tui filiis l.2.t.4.l.10
Fratris vel ſororis filij l.3.t.28.l.21
Fratris vxorem ducendi l.5.t.5.l.5
Fratres vel ſorores vterini l.3.t.28.l.27
Fructus prædiorum l.5.t.14.l.2
Fructus poſt perfectum l.4.t.49.l.13
Frumenta quæ l.10.t.70.l.6
Frumenti vel hordei mutuò dati l.4.t.32.l.12
Fruſtra adhuc ſeruum eſſe l.9.t.51.l.8
Fruſtra diſputas l.4.t.12.l.1
Fruſtra exiſtimas l.5.t.11.l.1
Fruſtra opinaris l.4.t.30.l.6
Fruſtra ſenatuſconſulti exceptione l.4.t.29.l.2
Fruſtra times l.5.t.37.l.1
Fruſtra tutores l.5.t.37.l.5
Fruſtra veremini l.4.t.19.l.8
Fruſtra veteris l.2.t.36.l.7
Fucandæ atque diſtrahendæ purpuræ l.4.t.40.l.1
Fundo ſicut inſtructus l.6.t.38.l.2
Fundum pignori obligatum l.8.t.28.l.1
Fundum vectigalem l.11.t.30.l.1
Fundi patrimoniales l.11.t.61.l.4
Fundi reipubl. l.11.t.70.l.2
Fundi patrimoniales l.11.t.61.l.4
Furioſum in ſuis iudicis l.6.t.22.l.9
Furti actione minimè teneri l.6.t.2.l.15
Fuſtibus cæſum l.2.t.12.l.16

Generalis indulgentia noſtra l.9.t.51.l.7
Generali definitione l.5.t.20.l.2
Generali lege proſpectum eſt l.5.t.33.l.2
Generali lege decernimus l.3.t.5.l.1
Generali lege ſancimus l.1.t.2.l.13
Generali lege ſancimus l.10.t.31.l.54
Generali lege ſancimus l.10.t.69.l.3
Generaliter cenſemus l.5.t.9.l.5
Generaliter de omnibus iuramentis l.4.t.2.l.12
Generaliter ſancimus l.1.t.3.l.40
Generaliter ſancimus, omnes l.8.t.56.l.10
Generaliter ſancimus quemadmodum l.8.t.41.l.28
Generaliter ſancimus, vt ſi quis l.6.t.15.l.6
Generaliter ſancimus vt ſi quid l.4.t.30.l.13
Generaliter ſancimus vt ſi quis l.4.t.29.l.25
Geſta, quæ ſunt tranſlata l.7.t.52.l.6
Gracchus quem Numerius l.9.t.9.l.4
* Græcus l.1.t.10.l.2
Grammaticos l.10.t.52.l.1
Grammaticos ib. l.11
Grammaticos l.12.t.15.l.1
Graue eſt l.11.t.56.l.1
Grauiſſimæ pœnæ l.12.t.51.l.10
Grauiſſimum l.1.t.5.l.1

Habeat vnuſquiſque licentiam l.1.t.2.l.1
Habitatio morte finitur l.3.t.33.l.11
Habitantis precario l.8.t.9.l.2
Habitatio ſemel bonæ fidei contractu libro 4.tit. 8. l.5
Hac conſultiſſima lege ſancimus l.6.t.22.l.8
Hac conſultiſſima lege ſancimus l.6.t.23.l.23
Hac definitione ſancimus l.11.t.58.l.12
Hac edictali lege l.5.t.9.l.6
Hac in perpetuum valitura l.11.t.69.l.6
Hac lege decernimus l.5.t.14.l.8
Hac lege decernimus l.12.t.30.l.2
Hac lege ſancimus l.11.t.42.l.8
Hac lege ſancimus l.12.t.41.l.10
Hac lege ſancimus ſi l.12.t.19.l.14
Hac lege ſancimus, vt l.5.t.26.l.11
Hac noſtræ manſuetudinis l.12.t.5.l.12
Hac parte ſtatutos l.12.t.19.l.10
Hac perpetua lege l.3.t.23.l.2
Hac prouidentiſſima lege l.10.t.48.l.2
Hac ſaluberrima ſanctione l.12.t.21.l.2
Hac ſanctione decernimus l.12.t.60.l.10
Hac valitura in omne æuum l.1.t.9.l.19
* Hæc conſtitutio l.12.t.l.34.l.8
Hæc ſententia, ſi omnem l.7.t.46.l.3
Hæc ſententia, quæ l.7.l.46.l.4
Hæres inſtituta matris teſtamento l.6.t.26.l.3
Hæres qui poſt aditam l.7.t.75.l.1
Hæredi ſcripto l.8.t.3.l.1
Hæredem fideiuſſoris rerum l.8.t.45.l.31
Hæredem mariti l.4.t.16.l.3
Hæredes eorum, qui l.5.t.54.l.4
Hæredes quoque mulieris l.4.t.29.l.20
Hæredes quos necem teſtatoris l.6.t.35.l.1
Hæredes ſcripti l.11.t.58.l.4
Hæredes tutoris ob negligentiam l.5.t.54.l.1
Hæredum etiam l.6.t.42.l.25
Hæreditas extraneis l.5.t.14.l.5
Hereditas in teſtamento data l.6.t.35.l.4
Hæreditas materteræ petita l.3.t.31.l.3
Hæreditatis, vel legati l.6.t.24.l.12
Hæreditatis petitionem l.3.t.31.l.7
Hæreditatem eius, quem l.8.t.2.l.1
Hæreditatem quidem defuncti l.6.t.26.l.2
Hæreditatem quidem neque dari l.6.t.36.l.2
Hæreditatem quidem petentibus l.7.t.34.l.4
*Hæretici l.1.t.5.l.9
* Hæretici patres l.1.t.5.l.13
Hæretici ſynacteria l.1.t.5.l.14
* Hæretici communicantes l.1.t.5.l.20
Hi penes quos l.11.t.47.l.4
His propter inimicitias l.10.t.66.l.1
His, qui à te, collegaque l.11.t.33.l.1
Hi qui ad munera l.7.t.62.l.7
Hi qui ex filiabus l.11.t.7.l.12
Hi qui officialibus l.12.t.48.l.1
Hi, qui à fiſco l.10.t.2.l.4
Hi, qui impoſita munera l.4.t.44.l.17
Hi, qui in aliena poteſtate ſunt l.8.t.48.l.1
Hi, qui ſanctam fidem l.1.t.7.l.3
His, qui conficiendi naues l.9.t.47.l.25
Hi, qui fundos l.11.t.2.l.3
Hi, qui in ſchola l.12.t.26.l.3
Hi, quibus patrimoniales l.11.t.61.l.6
His, qui tempore competenti l.7.t.67.l.2
Hi, quos inundatio Nili l.7.t.41.l.2
Hi quos commoditas l.11.t.65.l.2
Hi quibus per fideicommiſſum l.7.t.4.l.1
His noſtræ ſerenitatis edictis l.10.t.25.l.1
His ſolis matribus l.8.t.56.l.7
His quidem, quibus l.12.t.34.l.5
His tantummodo l.12.t.51.l.16
His ſcholaribus, quibus l.11.t.38.l.14
Hoc fructuum nomine l.7.t.51.l.2
Hoc proſpectum eſt l.12.t.41.l.6
Hoc quod placet l.9.t.41.l.13
Honor veteranis l.9.t.47.l.5
Honorati, qui l.1.t.45.l.1
Humanum eſſe probamus l.1.t.14.l.8
Humanitatis ac religionis ratio l.5.t.62.l.20
Humanitatis intuitu l.5.t.27.l.8
Humanitatis intuitu l.6.t.26.l.9
Humilem vel abiectam fœminam l.5.t.5.l.7
Humilioribus officiis l.10.t.70.l.14
Hydrauiæ l.10.t.47.l.4
Hypothecis vel pignoribus l.8.t.28.l.3

Iam dudum à nobis ſtatutum eſt l.3.t.22.l.5
Iam dudum placuit l.1.t.13.l.1
Iam pridem quidem mancipium l.7.t.30.l.2
Iam quidem l.1.t.15.l.2
Iam tibi ſcripſi l.8.t.44.l.1
Id ab vnaquaque prouincia l.10.t.16.l.11
Id quod pauperibus l.1.t.3.l.24
Ignominiæ cauſa ſacramento liberati lib. 10.t.54 l.1
Ignorantia creditoris l.9.t.34.l.4
Ignorare non debet l.2.t.51.l.4
Ignori iuris non eſt l.7.t.75.l.4
Iiſdem priuilegiis l.2.t.7.l.7
Illam iniuriam quæ l.8.t.59.l.2
Illam meritò dubitationem l.6.t.20.l.19
Illam ſubtilem obſeruationem l.8.t.54.l.35
Illatæ diſpenſatori pecuniæ l.4.t.27.l.4
Illic vbi res hereditarias l.3.t.20.l.1
Illud conuenit præcaueri l.10.t.47.l.9
Illud æquitatis l.3.t.38.l.12
Illud inſpiciendum eſt l.2.t.22.l.1
Illud quod ex veteribus l.1.t.2.l.16
Illud quod de legatis l.6.t.37.l.26
Illud requirendum eſt l.5.t.72.l.2
Illud ſine ratione l.6.t.20.l.20
Illuſtres viros præfectos l.1.t.54.l.4
Illuſtribus præfectis vrbi l.1.t.33.l.1
Immunitates ſpecialiter datæ l.11.t.47.l.9
Imperator Conſtantinus l.12.t.47.l.1
Imperialis beneuolentiæ proprium l.5.t.4.l.25

Impetrata reſcripta non placet admitti l.7. titulo 50. l.3
Improba poſſeſſio l.7.t.32.l.7
Improbum fœnus exercentibus l.2.t.12.l.20
Improbum quidem & criminoſum l.9.t.34.l.1
Impuberem quem l.8.t.48.l.2
Impunitas delicti l.9.t.47.l.7
In actione etiam depoſiti l.4.t.1.l.10
In adoptionem j. l.8.t.48.l.7
In adoptionem ij. ib.l.8
In adulterij quæſtione l.9.t.9.l.33
In æſtimatione frumenti l.11.t.27.l.1
In albo decurionum l.10.t.31.l.9
In annalibus legatis l.6.t.37.l.22
In arenam non damnato l.3.t.28.l.11
In bonæ fidei contractibus l.2.t.3.l.13
In bonæ fidei contractibus l.4.t.1.l.3
In bonæ fidei iudicio l.4.t.32.l.13
In bonis mortui l.7.t.72.l.1
In cauſa quæ ſpectat l.1.t.50.l.1
In cauſa iudicati l.8.t.23.l.3
In cauſarum delegationibus l.3.t.4.l.1
In cauſis criminalibus l.9.t.2.l.16
In cauſis iam dudum l.5.t.17.l.10
Incendium ære alieno l.4.t.2.l.11
Incerti iuris non eſt l.3.t.36.l.19
Incerti iuris non eſt l.8.t.1.l.3
Inciuile atque inuſitatum eſt l.3.t.31.l.12
Inciuile eſt quod poſtulas l.7.t.72.l.4
Inciuilem rem deſideratis l.6.t.2.l.2
In ciuilibus cauſis l.1.t.38.l.1
In communes ſeruos l.7.t.7.l.1
In communione l.3.t.37.l.5
In conſilio quidem cognoſcentis l.2.t.42.l.1
In coniunctione filiarum l.5.t.4.l.20
In conſiliariis obſeruari cenſemus l.1.t.51.l.10
In contractibus l.2.t.54.l.3
In contractibus l.4.t.30.l.14
In contractibus rei veritas l.4.t.22.l.1
In copulandis nuptiis l.5.t.4.l.8
In corrigendis minoribus l.9.t.15.l.1
Incredibile eſt l.9.t.47.l.6
In criminali negotio l.3.t.13.l.5
In criminibus quidem ætatis l.2.t.35.l.1
Indebitum ſolutum ſciens l.4.t.5.l.9
Indebito legato l.2.t.33.l.2
Indebitas vſuras l.4.t.32.l.18
Indecoram obſeruationem l.5.t.60.l.3
In defenſoribus l.1.t.55.l.4
Indicia certa quæ iure l.3.t.32.l.19
Indictiones non perſonis l.10.t.16.l.2
In donationibus quæ l.8.t.54.l.31
In donationibus inter virum & l.6.t.49.l.12
In dotibus quas l.5.t.15.l.3
In dubium non venit l.5.t.42.l.4
Indubitati iuris eſt l.4.t.30.l.16
Inductum, id eſt cancellatum l.8.t.43.l.22
Inductis Firmino & l.10.t.47.l.2
Indulgentia l.9.t.43.l.3
In ea quæ reipub. l.4.t.31.l.3
In eccleſiis, quæ l.1.t.3.l.11
In emancipationibus liberorum l.8.t.49.l.2
In emphyteuticariis contractibus l.4.t.66.l.2
In eum, qui ex naufragio l.6.t.2.l.18
In excoctione buccelati l.12.t.39.l.2
In executionibus criminum l.9.t.45.l.6
In exercendis litibus l.4.t.21.l.15
In extraneos l.8.t.54.l.29
Infames perſonæ l.10.t.57.l.1
Infamia, quæ tibi abominanda eſt libro 10. titulo 31. l.8
Infamiæ detrimentum l.2.t.12.l.1
In familiæ erciſc. iudicio l.3.t.36.l.20
Infantis nomine l.6.t.6.l.3
* In feſtiuitatibus l.1.t.9.l.2
In filiis decurionum l.10.t.31.l.35
In fiſcalibus debitis l.10.t.19.l.6
In fraudem annonariæ rei l.10.t.16.l.7
In fraudem creditorum l.7.t.2.l.3
In fuga ſeruum conſtitutum l.9.t.20.l.6
Ingenuæ mulieres l.11.t.7.l.3
Ingenuum quis ſe contendendo l.7.t.14.l.13
Ingenuam natam l.7.t.14.l.2
Ingenui naſcuntur l.7.t.14.l.8
In hac ſacratiſſima vrbe l.8.t.54.l.30
In hæredes magiſtratus l.5.t.75.l.2
In his quibus læſus es l.2.t.53.l.1
In his officiis l.12.t.60.l.6
In his, quæ nauicularij vendunt l.11.t.2.l.2
In illis, quæ metrocomiæ l.11.t.55.l.1
In imponenda ratione l.6.t.40.l.6
Initio venditionis ſi pactus es l.4.t.54.l.5
In ipſius mariti tui l.3.t.36.l.5
In inſulam deportatio l.9.t.31.l.6
In integrum reſtitutione l.2.t.28.l.2
Iniquum & longè à l.9.t.1.l.7
In iudicio de liberali cauſa l.2.t.31.l.4
In iudicio iam locati l.4.t.65.l.28
Iniuriarum actio l.9.t.35.l.2
Iniuriarum cauſa l.9.t.35.l.7
Iniuriarum ex perſona l.2.t.12.l.10
In legatis & fideicommiſſis l.6.t.47.l.4
In legatis quidem l.6.t.45.l.1
In legatis vel fideicom. l.6.t.37.l.21
In litibus in quibus l.3.t.22.l.6
In locum tutoris defuncti l.5.t.31.l.3
In magiſtratus municipales l.5.t.75.l.5
In metallum damnatus l.9.t.49.l.4
In minorum perſona l.2.t.41.l.3
In nomine domini noſtri l.1.t.27.l.2
In noſtræ ſerenitatis imaginibus l.1.t.24.l.3
In nullis locis aut ciuitatibus l.9.t.3.l.2
In offerendis prouocationibus l.7.t.62.l.37
In officiales præfectorum l.1.t.40.l.4
In officio comitis Orientis l.11.t.57.l.1
In officio ſpectabilitatis tuæ l.12.t.26.l.1
In omni ceſſione bonorum l.71.t.17.l.6
In omnibus cauſis l.2.t.59.l.1
In omnibus prouinciis l.12.t.51.l.7
In pecuniariis controuerſiis l.2.t.13.l.26
In pecuniariis cauſis l.9.t.40.l.3
In poſſeſſionem ſundi l.9.t.12.l.5
In poſſeſſionem rei l.7.t.72.l.8
In poteſtate eius eſt l.8.t.43.l.1
In poſtulandis ſuſpectis tutoribus l.5.t.43.l.9
In proconſulari prouincia l.12.t.56.l.2
In prouinciis ſingulis l.12.t.50.l.4
In quacunque cauſa l.9.t.4.l.1
In qualibet, vel l.12.t.41.l.2
In quæſtione teſtamenti l.9.t.51.l.15
In quibus caſibus l.5.t.9.l.7
Inquiſitio veritatis tolli non potuit libro 8. tit. 43 l.18
In rebus, quæ l.3.t.6.l.2
In rebus dotalibus, ſiue mobilibus l.5.t.12.l.30
In redhibitione operarum l.6.t.3.l.13
In rem actio l.3.t.1.l.1
In re mandata l.4.t.35.l.21
In rem pupilli l.2.t.27.l.5
In reſtituenda hæreditate l.3.t.31.l.4
In ſacris noſtris ſcriniis l.12.t.19.l.9
In ſacris ſcriniis j. l.12.t.19.l.2
In ſacris ſcriniis ij. ib.l.12
In ſcriniis palatij militantes l.12.t.19.l.3
Inſignis authoritas tua l.11.t.60.l.3
In ſeruili conditione l.5.t.34.l.8
In ſeruorum l.7.t.34.l.2
In ſolitum eſt, & graue l.9.t.41.l.2
In ſolutum nomine dato l.4.t.15.l.5
Inſtar rei iudicatæ l.10.t.1.l.2
Inſtitoria tibi aduerſus l.4.t.25.l.3
Inſtrumenta ad ius tuum l.3.t.42.l.6
Inſtrumenta domeſtica l.4.t.19.l.5
Inſtrumenta prædiorum l.6.t.42.l.14
Inſtrumentorum exempla l.1.t.19.l.8
Inſtrumentis etiam non l.4.t.21.l.9
In ſucceſſione curialium l.10.t.31.l.48
In ſucceſſione filij l.6.t.55.l.2
In ſucceſſione inteſtatæ l.6.t.57.l.9
In ſucceſſione quæ l.6.t.57.l.1
In ſumma debiti l.8.t.14.l.6
In ſynagogam Iudaicæ legis l.1.t.9.l.3
Intelligere debes l.8.t.31.l.2
Intelligis filio, qui l.12.t.37.l.5
Inter alias prærogatiuas l.12.t.24.l.13
Inter alios factam tranſactionem l.7.t.60.l.2
Inter alios res geſtas l.7.t.60.l.1
Inter antiquam prudentiam l.3.t.33.l.15
Inter chartulas confiſcati l.10.t.2.l.5
Inter claras ſapientiæ dotes l.1.t.1.l.8
Inter æquitatem iuſve l.1.t.14.l.1
Intereſt, vſumfructum l.3.t.33.l.6
Intereſt multum l.8.t.43.l.21
Inter filios, & filias l.3.t.36.l.11
Interlocutio præſidis l.2.t.12.l.19
Interlocutio præſidis l.7.t.57.l.4
Inter omnes duntaxat l.3.t.36.l.26
Inter omnes minores l.5.t.71.l.17
Interpoſitas metus cauſas l.2.t.4.l.13
Inter priuatos & fiſcum l.3.t.11.l.6
Interrogatam & profeſſam l.7.t.16.l.24
Interrogati ſeruos l.9.t.41.l.15
Interualla temporum l.10.t.40.l.3
Inter virum & vxorem l.8.t.58.l.2
In teſtamento militis l.6.t.21.l.12
In teſtamento quidem l.6.t.49.l.7
In teſtamento quidem eius l.6.t.21.l.6
In teſtamentis l.6.t.23.l.26
Inteſtata mortua quondam l.8.t.57.l.2
Inteſtato quidem defuncto l.6.t.54.l.4
Inteſtatorum curialium bona l.6.t.61.l.4
Intra vrbem Romam l.8.t.12.l.4
Inuaſor locorum l.8.t.4.l.5
In vendentis vel ementis l.4.t.38.l.13
Inuicem debiti compenſatione l.4.t.31.l.12
Inuitus agere, vel accuſare l.3.t.7.l.1
Inuitus procurationem ſuſcipere l.2.t.13.l.17
Inuito vel ignorante l.3.t.43.l.2
Inuito vel ignorante creditore l.8.t.43.l.22
Inuitum comparare l.40.t.38.l.11
Inuitos conductores l.4.t.65.l.11
In vna eademque cauſa l.2.t.44.l.3
In vniuerſis litibus placet l.5.t.34.l.41
Inuſitatam rem deſideras l.5.t.6.l.19
Ipſe diſpice, quemadmodum l.1.t.1.l.11
Ipſe ſignificas l.9.t.22.l.7
Ipſe rerum experimentis l.6.t.53.l.2
Irenarchæ, qui ad l.10.t.75.l.1
Irritam facere donationem l.7.t.27.l.3
Irritum quidem propter l.6.t.49.l.8
Is, apud quem res agitur l.2.t.1.l.2
Is, citius tacitè fidei l.10.t.13.l.1
Is demum in ſenatuſconſultum l.9.t.45.l.
Is penes quem l.4.t.34.l.6
Is, qui aggreſſorem, vel l.9.t.16.l.2
Is, qui bona ſecundum l.7.t.54.l.1
Is, qui liber conſtitutus l.8.t.51.l.15
Is, qui rationem tutelę l.5.t.53.l.2
Is, qui tempore competenti l.7.t.67.l.2
Is, qui ſoluendo non eſt l.6.t.27.l.1
Is quidem, qui in l.7.t.12.l.2
Ita demum ſuper lite l.2.t.13.l.19
Ita nobis cordi pudor eſt l.9.t.9.l.28
Iubemus aduocationem fori tui l.2.t.7.l.
Iubemus apud Alexandrinæ l.1.t.57.l.1
Iubemus adſcriptitiorum creationes l.1.t.
Iubemus atque hortamur l.9.t.27.l.4
Iubemus clariſſimorum l.12.t.16.l.5
Iubemus cura ac ſolertia l.1.t.55.l.9
Iubemus duobus virtis l.12.t.5.l.5
Iubemus cum ad l.1.t.31.l.5
Iubemus eos tantummodo l.1.t.4.l.17
Iubemus eos, quibus l.5.t.27.l.6
Iubemus in omnibus litigiis l.2.t.4.l.43
Iubemus licere parentibus l.8.t.49.l.5
Iubemus licere mulieribus l.4.t.29.l.21
Iubemus, ne quis l.4.t.59.l.1
Iubemus nullam nauem l.1.t.2.l.11
Iubemus nemini l.9.t.5.l.2
Iubemus nullam nauem l.11.t.3.l.2
Iubemus, nulli poſthac l.1.t.2.l.14
Iubemus neminem curialem l.11.t.58.l.
Iubemus nemini licere l.12.t.51.l.23
Iubemus omnes l.4.t.19.l.24
Iubemus omnes epiſtolas l.7.t.16.l.4
Iubemus omnes, qui in l.11.t.61.l.14
Iubemus omnes qui l.12.t.5.l.4
Iubemus omnino teſtatorem l.6.t.23.l.19
Iubemus per j. l.12.t.38.l.10
Iubemus per ij. ib. l.16
Iubemus pro tempore l.2.t.8.l.2
Iubemus prouinciarum quidem l.8.t.13.l.
Iubemus quotiens pater l.6.t.48.l.6
Iubemus ſaluo honore l.12.t.1.l.18
Iubemus, ſi qua ſuggeſtio l.7.t.62.l.34
Iubemus viros deuotos l.12.t.24.l.14
Iubemus, vt primum l.12.t.19.l.4
Iubemus, vt pro l.10.t.76.l.1
Iubemus vt quicunque mulierem l.5.t.17.
Iubemus, vt ſi quis l.10.t.14.l.1
* Iudæus qui l.1.t.9.l.17
Iudæus ſeruum Chriſtianum l.1.t.10.l.1
Iudæi j. l.1.t.9.l.8
Iudæi ij. ib.l.15
Iudæi qui reatu aliquo l.1.t.12.l.1
Iudæorum primates l.1.t.9.l.16
Iudæis & cæſicolis l.1.t.9.l.2
Iudæos quoſdam l.1.t.9.l.10
Iudex ad certam rem datus l.7.t.28.l.1
Iudex qui diſceptationi l.7.t.57.l.5
Iudices abſentium l.8.t.5.l.1
Iudices dominicis diebus l.1.t.4.l.10
Iudices oportet imprimis l.3.t.1.l.9
Iudices qui in l.11.t.1.l.6
Iudices qui ſe furtis l.1.t.13.l.12
Iudices qui tempore adminiſtrationis lib. 28.l.1
Iudices quos l.10.t.16.l.10
Iudices ſiue in hac inclyta vrbe l.4.t.21.l.
Iudices tam Latina l.7.t.45.l.12
Iudicibus faciendæ l.12.t.51.l.9
Iudicium vxoris poſtremum l.6.t.34.l.3
Iudicio cœpto vſurarum l.3.t.1.l.1
Iudicibus non ſolum l.7.t.62.l.24
Iudicati executio l.7.t.58.l.4
Iuliana cuius tibi l.5.t.39.l.1
Iuris manifeſtiſſimi eſt l.7.t.56.l.4
Iure mariti adulterij l.9.t.9.l.6
Iure noſtro eſt poteſtas l.8.t.41.l.5
Iure prouiſum eſt l.11.t.9.l.5
Iuris formulę aucupatione l.2.t.58.l.1
Iuris ignorantiam l.6.t.9.l.6
Iuſiurandi religio l.4.t.20.l.8
Iuſiurandi contempta religio l.4.t.1.l.2
Iuris ordinem conuerti poſtulas l.3.t.13.l.
Iuris poſtliminij l.8.t.51.l.14
Ius caſtrenſis peculij l.12.t.37.l.6
Ius emphyteutici prædij l.11.t.61.l.15
Ius emphiteuticarium l.4.t.66.l.1
Ius familiarium ſepulchrorum l.3.t.43.l.8
Ius ſepulchri tam familiares l.3.t.43.l.13
Ius ſenatorum l.12.t.1.l.8
Iuſſio qua ſibi l.1.t.9.l.4

SGCB2021

m eſt deſiderium eius lib.2. tit.1 l.6
s etiam & l.10.t.1.l.6
ſimos & vigilantiſſimos l.1. t.41.l.3
inueteratas l.10. t.70.l.2
edicti noſtri continentiam libro 7. titulo 16.
ge 40
a ſanctionem quam l.1.t.3. l.1

ta iampridem lege ſtatuimus libro 8. titulo 54.
lege 27
ſententia l.7.t.62.l.22
m ſententiam dicitis lib.7.tit.64.l.1
labile vitæque hominum l.2.t.8. l.4
tum à defuncto tibi libro 3.tit.43. l.3
tum alij ſub conditione l.6.t.40.l.1
tum ſiue fideicommiſſum l.6.t.46.l.4
ati non ſolum libro 1.tit.35. l.1
atorum, ſeu fideicommiſſorum libro 6. titulo 47.
ege 1
, quæ tutores l.5.t.37. l.21
Viſcellia l.9.t.21.l.1
em Anaſtaſij l.5.t.27. l.7
em Iuliam Miſcellam l.6.t.40.l.3
em, quam dixiſti l.5.t.14. l.1
em quam dixiſti, cum l.2.t.3.l.10
em quam rebus tuis l.8.t.54.l.9
em quidem conductionis l.4.t.65.l.16
e duodecim tabularum l.6.t.57. l.14
e Leonis libro 5. t.14. l.10
e pragmatica libro 12. tit. 17. l.4
e repetita cenſemus l.12.t.38.l.13
e venditionis l.4. t.55.l.1
es decuriales l.11. t.13. l.2
es & conſtitutiones l.1.t.14.l.7
es ſacratiſſimas l.1.tit.14.l.9
es vt generales l.1.t.14. l.3
es quoque ipſas l.8.t.53.l.3
gis Iuliæ de bonis l.7.t.71.l.4
ones & patres & dominos l.11. t.40. l.6
era concubinatus ratione l.7.t.16.l.34
era matrimonia l.8.t.39.l.2
er captus ab hoſtibus l.8.t.52. l.17
era quidem Theodora l.7.t.45.l.8
erum eſt filiæ tuæ lib.5.t.17. l.2
erum fuit lib.8.t.41.l.16
ellus præfecto prætorio l.1.t.26. l.1
er necne fuerit teſtator l.3.t.31.l.8
beram reſiſtendi l.3.t.27.l.1
beri fideiuſſores lib.8.t.43.l.2
beri concubinas parentum l.5. t.4.l.4
beri de inofficioſo querelam l.3.t.28. l.28
berum ſciens conditionem eius l.9. t.20.l.15
beros à parentibus l.4.t.43.l.1
beros priuatis pactis l.7.t.16.l.10
beros qui per l.6.t.20.l.18
beros velut ſeruo lib.7. t.16. l.39
bera eademque vxor tua l.5. t.5.l.1
berta quæ voluntate patroni l.1. t.6.l.2
bertæ tuæ l.6.t.3. l.8
bertas debitore fiſci l.7.t 8.l.2
bertas teſtamento defuncti data l.7.t.2.l.3
bertati à maioribus l.8.t.47.l.10
bertatem ſeruorum l.9 t 9.l.36
bertates quas l.11.t.62. l.2
bertinæ conditionis homines l.6.t.7. l.4
bertinæ conditionis l.7.t.20. l.2
bertina matre procreatam l.7.t.14.l.9
ertinum, qui patronam l.5.t.4.l.3
bertum tuum & tutorem l.5.t.43. l.1
iberi contra tabulas l.6.t.12.l.1
iberti libertæque defunctorum l.6.t.3. l.10
iberti non modò aduerſus l.6.t.7.l.3
ibertinum, qui filio ſuo l 5. t.6.l.4
ibertorum aduerſus heredes l.5.t.53.l.5
ibertorum filios l.12.t.17.l.9
ibertos à tutela, vel cura l. 5.t.62. l.5
ibertos exemplo ingenuorum l.8.t.47.l.8
ibertos ſiue libertas l.6.t.6.l.6
iceat omnibus iudicibus l.1.t.51.l.12
iceat accepta pecunia l.7.t.16.l.33
icet adieris patris hereditatem l.6.t.49.l.14
icet aduerſus heredes l.5.t.53.l.5
icet ante tempus l.4.t.9.l.1
icet antiquis legibus l.6.t.21.l.18
icet certis annuis quantitatibus l.4. t.62.l.8
icet dos iure l.5.t.12.l.27
icet dotale mancipium l.7.t.8.l.1
icet epiſtolæ l.8.t.38.l.1
icet ex cauſa fideicommiſſi l.6.t.13.l.1
icet ex tabulis, quas l.9. t.22.l.3
Licet iiſdem pignoribus l.8.t.18.l.7
Licet incontinent l.6.t.30.l.8
Licet in delictis ætate l.2 t.35.l.2
Licet indiuiſa bona l 10.t.31.l.7
Licet in principio quæſtionis l.2. t.13.l.24
Licet inter priuatos l.2.t.3.l.19
Licet iudice accepto l.3.t.1.l.2
Licet liberi matribus l.5.t.55.l.1
Licet neque noſtra l.5.t.24.l.1
Licet orationis ſub l.5.t.62.l.17
Licet pacto diuiſionis l.3.t.36.l.23
Licet poſtquam ſupplicaſti lib.1.tit.21.l.1
Licet poſſeſſio nudo animo l.7.t.32.l 4
Licet quidam Ægyptiorum l.5.t.5.l.8
Licet repudij libellus l.5.t.17.l.6
Licet certo principes l.4.t.65. l.54
Licet ſeruilis conditio l.1.t.19.l.1
Licet ſeruitutis tempore l.4.t.14.l.4
Licet tutorem habenti l.5.t.36.l.4
Licet tutorum conuentione l.5.t.52
Licet vnde vi interdictum l.8 t.36.l.5
Liquet igitur. Hæc lex eſt §. in l.3. lib.1. tit.1. incipit, Liquet igitur Imperator.
Litem te redemiſſe l.2.t 13.l.15
Lite ordinata l.7.t.16.l.14
Lite pendente lib.8.t.37.l.2
Lites ſuper ſeruili conditione l.7.t.17.l.1
Litibus imponentes celeritatem libro 11. titulo 47 lege 19
Litigantibus in ampliſſimo l.7.t.42.l.1
Litigator victus l.7.t.51.l.2
Litigatoribus copia eſt l.7. t.62.l.14
Locum quidem religioſum l.3. t.43.l.9
Loca omnia fundi l.11.t.70. l.3
Locorum domini l.11. t.58.l.11
Longe diuerſam cauſam l.7.t.23.l.1
Longi temporis præſcriptio l.7.t.33.l.2
Longi temporis poſſeſſione l.7.t.33.l.7
Lotas in poſterum l.11.t.7.l.10
Luminibus captus l.5.t.67.l.1
Luminibus captum curatorem l.5.t.34.l.3

MAcedoniani ſenatuſconſulti l.4. t.28.l.5
Magiſteriæ poteſtati lib.3.tit.13 l.6
Magiſtros & profeſſores l.10.t.52. l.7
Magiſtratus l.1.t.56. l.2
Magiſtratus eius ciuitatis l.3.t.32.l.1
Magnam legum veterum l.8.t.38.l.11
Maior annis xxv. lib.8.t.14. l.23
Maior dignitas l.12.t.1.l.3
Maiorem ſeueritatem exigit l.9. t.22. l.4
Maioribus etiam l.3.t.38. l.3
Maioribus honoribus functos l.10.t.42. l.2
Mala fide morato l.7. t.22.l.1
Mala fide poſſidens l.4.t.9. l.1
Malè agitur cum dominis l.7. t.39.l.2
Mancipia diuerſis artibus prædita libro 6. titulo 1. lege 5
Mancipia patris l.4.t.51.l.4
Mancipia, quorum meminiſti l.4.t.50.l.3
Mancipia tua, ſi l.7.t.26.l.1
Mandatum re integra l.4.t.35. l.15
Mandati actio perſonalis eſt l.8.t.41.l.14
* Manichæi l.1.t.5. l.22
* Manichæi liberos l.1.t.5. l.15
Manichæos, ſeu Manichæas l.1.t.5.l.4
Manifeſti & indebiti iuris eſt libro 8. titulo 32. lege 1
Manifeſti iuris eſt l.8.t.43.l.17
Manifeſti iuris eſt l.10.t.49.l.3
Manifeſtiſſimi quidem iuris eſt l.6.t.2.l.22
Manumiſſionis cauſa traditus l.6.t.3.l. 2
Maritus citra mandatum l.2.t.13.l.21
Maritus etſi rebus l.5.t.34.l.2
Maritus & vxor ab inteſtato libro 6. titulo 18. lege 1
Maritus manumiſſionis cauſa l.3.t.16.l.22
Mariti, qui fundum communem l.5.t.23.l.2
Mater inter eas perſonas eſt l.9.t.46. l.2
Mater pupillæ l.5.t.6.l.2
Mater, quæ defuncto filio l.6.t.55. l.5
Mater teſtamento l.5.t.28.l.4
Mater tua ab eo, quem l.6.t.3.l.5
Mater tua, vel maritus l.3.t.52.l.3
Matris pietas inſtruere poteſt lib.5.t.51.l.6
Matriculam agentium l.12.t.29.l.3
Matri inteſtato defunctæ l.6.t.56.l.3
Matrem tuam l.4.t.19.l.17
Matre vel legitimis filiis l.5 t.27.l.2
Matres naturalibus etiam filiis l.5.t.31.l.11
Matres, quæ amiſſis viris l.5.t.35.l.2
Matres, quæ puberes amiſerunt l.6.t.55.l.3
Matrimonium quidem l.5.t.17. l.1
Mathematicos l.1. t.4. l.11
Maximum vitium l.6.t.28.l.4
Maximarum culmina dignitatum libro 10. titulo 47 lege 12
Medicos & maximè profeſſores l.10.t.52.l.6
Mediterraneæ ciuitates l.10. t.16.l.8
Mechanicos, geometras l.10.t.64.l.2
Meminimus antea diuinam l.6.t.57.l.15
Meminimus nuper l.10.t.34. l.2
Meminimus pragmaticam ſanction. lib.11. titulo 68 lege 2
Meminerint cuncti l.8.t.4.l.6
Meminiſſe oportebit l.9.t 8. l.6
Mœniana, quæ Græco l.8 t.10.l.11
Mercalem te habuiſſe vxorem l.6.t.7.l.5
Mercatores tam imperio noſtro l.4.t.63.l.4
Metallarij, ſiue l.11.t.6.l.7
Metanicos Vide, Mechanicos
Metalli ſupplicium l.9.t.47.l.11
Metum non iactationibus l.2.t.20.l.9
Militaris moderatio l.12.t.40.l.4
Militares viros l.12. t.36.l.16
Militaribus viris l.10.t.13.l.42
Miles ſi Caſtrenſium l.6.t.21.l.2
Militis voluntatem l.3. t.43.l.5
Militem nec pro patre l.2.t.13.l.7
Milites de locis, in quibus l.1.t.29.l.4
Milites ignominia miſſi l.12.t 36.l.3
Milites ac expeditione degentes libro 6. titulo 11. lege 15
Milites neque tormentis l.9.t.41. l.8
Milites noſtros l.4.t.65. l.31
Milites, qui à rep. armantur l.12.t.36.l.15
* Milites qui præſunt l. 1.t.4.l.18
Militiæ armatæ muneribus l.5.t. 34. l.4
Mimæ & quæ ludibrio corporis l.1.t.4. l.5
Minimè fas eſt, vt l.7.t.62.l.12
Minor annis lege definitis l.7 t.4. l.5
Minorum pecuniam te accepiſſe libro 4. titulo 30 lege 2
Minor xxv. annis heredibus l.6.t.35.l.6
Minores xxv. annis non l.2.t.40.l.1
Minorum poſſeſſionis venditio l.5.t.71.l.6
Minoribus annis xxv. l.2.t.25.l.2
Minoribus ætate fœminis l.5.t.3.l.13
Minoribus in j. l.2.t.22.l.5
Minoribus in ij. l.2.t.22. l.8
Minoribus xxv. annis l.6.t.35.l.6
Minoribus xxv. annis l. 2.t.41.l.1
Minus eſt tutelæ iudicio l.2.t.27.l.1
Minus inſtructus eſt l.7.t.32. l.2
Miſſi opinatores l.10.t.19. l.7
Moderatores prouinciarum l.1.t.40.l.11
Modios æneos l. 10.t.70.l.9
Momentaneæ poſſeſſionis actio l.3.t.6.l.3
Momentariæ poſſeſſionis interdictum libro 8. titulo 4 lege 8
* Monaſteria l.1.t.3.l.39
Monente officij ſollicitudine l.10.t.11.l.2
Monetarios in ſua l.11.t.7. l.1
Monumenta quidem legari l.6.t.37.l.14
Monumentorum inſcriptiones l.3.t.43. l.6
Moræ litis cauſam l.3.t.32. l.26
Mortis caſus ancillæ diſtractæ l.4.t.48.l.6
Mortuorum reliquias l.3.t.43.l.12
Moueor, quod te à ſeruis lib.4.t.55. l.4
Multa damnum famæ l.1.tit.54.l.1
Multarum ſeuera compendia l.1.t.54.l.5
* Multi modi l 6.t.50.l.4
Multis deuotiſſimæ ſcholæ l.12.t.22. l.8
Mulier in minore ætate l.5.t.12.l.28
Mulier iuris ſui conſtituta l.5 t.1.l.5
Mulier licet ſpecialiter l.8 t.28. l.11
Mulier, quæ l.11.t.47.l.16
Mulierem, contra SC. lib.4.tit.29. l.13
Mulierem, quam ita l.4. t.56.l.2
Mulierem quidem l.8.t.48.l.5
Mulieres honore l.12.t.2.l.13
Mulieres honore l. 10.t.39.l.9
Mulieribus quidem l.4.t.29. l.5
Multum intereſt l.4.t.52. l.2
Multum intereſt, ſi ea l.5.t.3.l.1
Multum intereſt, vtrum l.6.t.4.l.1
Multum intereſt l.4 t.50.l.6
Multi magicis artibus vſi l.9 t.18.l.6
Multis rationibus l.7.t.16. l.17
Muneris publici l.10.t.45. l.1
Munera, quæ l.10.t.41.l.2
Muneribus ciuilibus l.10.t.67. l.1
Murileguli, qui l.11.t.7.l.11
Mutuæ pecuniæ l.4.t.2. l.14

NAtales antiquos l.6. t.8. l.1
Naturalibus liberis prouidentes libro 5. tit. 29 lege 4
Nati ex inquilinarum l.10. t.32. l.28
Nautici apud l.11.t.22.l.1
Ne ad diuerſa tracti l.12.t.16.l.4
Ne cauſas, quæ in poſterum l.7.t.62. l.15
Ne caſu admiſſa l.10. t 30.l.2
Ne diutius ad l.12.t.5. l.6
Ne diutius dubitetur l.11.t.47.l.21
Ne cui liceat l.4.t.65.l.32
Ne cui liceat l.12.t.43. l.1
Ne diu apparitorum l.9. t.47. l.21
* Ne exactorum l.10.t.19.l.9
Ne frumentum, quod l.4.t.40.l.4
* Ne liceat l.10.t.11.l.8
Ne ſplendiſſimæ vrbes l.8.t.12. l.10
Nec ambigi oportet l.8.t.54.l.6
Nec apud peregrinos l.5 t 24.l.7
Nec auus neptem ſuam l. 8. t.49.l.4
Nec bona fide poſſeſſionem adeptis libro 7. titulo 53 lege 10
Nec cæterorum liberti l.2. t.6.l.2
Nec codicillos quidem l.6.36.l.5
Nec creditoris creditori l.8.t.41.l.6
Nec creditores, nec qui his l.4.t.24.l.9
Nec damnoſa fiſco l.1.t.19. l.3
Nec de ortu ac patrimonio l.3.t. 11.l.7

Nec emancipati lib. 6. tit.20. l.15
Nec emere, nec l.6.t.30.l.16
Nec exemplum editionis l.9.t.22.l.20
Nec ex vera venditione l.7.t.32.l.9
Nec fideicommiſſariam libertatem libro 7. titulo 11 lege 6
Nec filius, nec quiſquam l.4.t.1.l.7
Nec filium quidem l.5.t.4.l.12
Nec filium negare l.8.t.47.l.9
Nec fratris ſui l.8.t.57.l.3
Nec honore, nec legibus l.1.t.3.l.7
Nec ignorans, nec inuitus l.8.t.54.l.10
Nec imperiale reſponſum l.8.t.5.l.2
Nec infames l.10.t.31. l.12
Nec in ſimili negotio l.7.t.56.l.4
Nec intentio creditorem l.2.t.4.l.23
Nec inter eas quidem perſonas libro 5. titulo 16. lege 4
Nec ipſi, qui l.10.t.39.l.2
Nec magiſtratuum l.5.t.34. l.12
Nec mulierum per maritum l.7.t.1.l.3
Nec maritus l.1.t.18.l.8
Nec nos præteriit l.8.t.51.l.4
Nec omiſſa profeſſio l.7.t.16.l.15
Nec patrouis pro operis l.6.t.3.l.7
Nec petentem dominium l.7.t.33.l.5
Nec protoſtaſiæ l.10.t.41.l.8
Nec ſenatorum quidem liberti libro 5. titulo 62 lege 13
Nec ſeruis quidem alienis l.9.t.35. l.1
Nec ſi maior xxv. annis l.2.t.26.l.1
Nec ſi maior annis l.8.t.16. l.4
Nec ſi mors teſtatoris l.9. t.41.l.5
Nec ſi volens ſcripſiſſes l.7.t.16.l.6
Nec venditio rei l.10. t.35. l.2
Nec vim ſtipulationis l.7.t.37.l.1
Nefandiſſimum ſcelus fratris l.5.t.8. l.2
Neganda eſt accuſantis l.9.t.1.l.19
Negantes debitores l.4.t.10.l.9
Negotium gerentes alienum l.2.t.19. l.22
Negotiis geſtis l.2.t.19.l.23
Negotiantes veſtiarios l.10. t.47.l.7
Negotiandi cauſa l.8.t.10. l.2
Negotiatores l.1.t.4.l.1
Negotiatores, ſi qui l.4.t.63. l.1
Ne in arbitris, cum l.2.t.16.l.4
Ne lucrum quidem antea l.5.t.70.l.5
Nemo agentium in rebus l.1.t.31.l.2
Nemo alien genis barbaris l.4. t.41. l.2
Nemo ambigit l.7.t.32. l.10
Nemo Apoſtolorum, vel l.1.t.2. l.2
Nemo arbitretur in poſterum l.7.t.63. l.3
Nemo aruſpicem conſulat l.9. t.18.l.5
Nemo carcerem l.10 t.19.l.2
Nemo clericus, vel militaris l.1. t.1.l.3
Nemo de domeſticis l.1. t.51.l.6
Nemo deinceps l.1.t.4.l.3
Nemo dempto canone l.11.t.65.l.7
Nemo ducem ingreſſus prouinciam lib. 12. tit.51. leg. 20
Nemo ea quæ ſæpius l.1.t.11. l.8
Nemo excepta Menandri l.2.t.8.l.8
Nemo ex clariſſimis l.12.t.2.l.1
Nemo ex his, qui l.1.t.49. l.13
Nemo ex lege, quam nuper l.6.t.22.l.11
Nemo exterus religionis l.1.t.9.l.7
Nemo ex viris clariſſimis l.1.t.49.l.1
Nemo fiat l.10.t.3. l.40
Nemo humanum corpus l.3.t.43. l.14
Nemo in poſterum l.10.t.15.l.1
Nemo Iudæorum l.1.t.9. l.6
Nemo iudex aliquem l.10.t.31.l.14
Nemo iudex aliquem officialem libro 1. titulo 46. lege 1
Nemo iudex vel arbiter l.7.t.45.l.13
Nemo iudicum ex l.11.t.40.l.5
Nemo iudicum in id l.8.t.12.l.12
Nemo martyres diſtrahat l.1.t.2.l.3
Nemo miles ex his l.12.t.36.l.13
* Nemo militet l.1.t.4. l.20
Nemo mulionem l.12.t.51. l.17
Nemo neque frater l.5. t.30.l.5
Nemo ob id, quod l.2. t.12.l.7
Nemo poſſeſſorem ad l.10.t.16.l.7
Nemo poſt depoſitum cingulum libro 3. titulo 21 lege 2
Nemo poſt hæc à nobis l.8.t.59.l.1
Nemo poſt litem conteſtatam l.3.t.13.l.4
Nemo præfectus vrbis l.12.t.1. l.15
Nemo prohibetur rem l.4.t.65.l.6
Nemo res ad te pertinentes l.4.t.51.l.6
Nemo vel in foro l.1.t.4.l.15
Nemo venerandi adorandique animo libro 1. tit.11 lege 7
Nemini ad ſublimen l.12.t.3.l.3
Nemini liceat contrahere l.5.t.4.l.17
Nemini licentia conceditur l.5.t.26.l.1
Nemini licere, deinceps l.12.t.50.l.9
Nemini licere ſancimus l.2.t.7.l.11
Nemini licere volumus l.1.t.41.l.19
Neminem ab angariis l.1.t.2.l.11
Neminem ex his, qui libro 10.t.31. l.64
Neminem in iudicio exhibendum libro 9. titulo 3. lege 3
Neminem in nullo numero l.12.t.36. l.17
* Neminem oportet l.9.t.4.l.6
Neminem patimur l.11.t.22.l 3
Neminem, qui ſub ditione l.5.t.5.l.2
Neminem ſequitur infamia l.2.t.12.l.9
Neminem ſuſceptionis munere libro 10. titulo 70. lege 4
Nec paſſim liceat mulieribus l.1.t.18.l.13
Ne per diuerſas l.12.t.61.l.1
Neptem defuncti l.3.t.28.l.7
Nepotes ex diuerſis filiis l.6.t.54.l.2
Nepotes loco parentum ſuccedentes l.10. titulo 51. lege 3
Nepotibus aui materni l.6.t.15.l.3
Nepotibus fratris tui l.5.t.31.l.10
Neque actiones l.5.t.59. l.2
Neque ab initio l.5.t.4.l.14
Neque ad exhibendum actio l.3. t.42.l 3
Neque aquam neque l 4.t.2.l.1
Neque à præſide l.5 t.34. l.5
Neque à tutela, neque à cura l.5.t.62.l.7
* Neque comes l.1.t.33. l.2
Neque commiſſum, quod l.4. t.61.l.2
Neque contra iuris auctoritatem lib.4. titulo 13. lege 2
Neque Dorotheum l.10.t.32. l.61
Neque ex eius fili, perſona l.4. t.13.l.1
Neque famoſis & notatis l.12. t.1.l.2
Neque filia amiſſa l.5. t.66. l.2
Neque fructuarium l.5. t.33.l.8.
Neque furti, neque vi l.2.t.12. l.2
Neque libertis nouercæ l 6.t.6.l.7
Neque mater pro filia libro 5. t.12.l.13
Neque mutui, Neque commodati libro 7. titulo 35. lege 5
Neque natales tui l.4.t.19. l.10
Neque pactio, neque tranſactio libro 2. t.4.l.1
Neque patronæ tuæ obſequiis l.6.t.6. l.8
Neque per epiſtolam l.5.t.29.l.12
* Neque per ſacras l.1.t.2.l.20
Neque per ſe heredes l.6.t.24. l.10
Neque profeſſio, neque l.6.t.23.l.5
Neque reipub. cauſa l.2. t.51.l.5
Neque ſacrarum, vel l.10. t.23.l.2
Neque ſcriptura, quia l 4.t.33.l.6
* Neque ſeruum l.1.t.4.l.14
Neque ſeruo l.10.t.11.l.7
Neque ſine nuptiis l.5.t.4.l.13
Neque ſuam, neque l.7.t.50.l.1
Neque tempore ætatis l.10.t.41.l.5
Neque tutoris, neque l.5.t.59. l.1
Ne quidam putarent l.6.t.21. l.17
Ne quis Chriſtianam mulierem l.1.t.9.l.5
Ne quis comitum l.12.t.42.l.1
* Ne quis deinceps l.11.t.40.l.7
Ne quis ex corpore togatorum l.2.t.7.l.3
Ne quis ex ruſticana plebe l.11.t.54.l.1
Ne quis ex vltimis negotiatoribus libro 12. titulo 1. lege 6
Ne quis iudicum in prouincia l.1 t.40. l.8
Ne quis officiarium l 10.t.31.l.38
* Ne quid præſes l.12.t.41. l.12
Ne quis mortalium l.1.t.11.l.2
Ne quis pro coërcitione delicti l.9.t.47.l.19
§. Ne quis quo ſit l.11.t.1. l.2
* Ne quis vel l 11.t.7.l.16
* Ne quis vicanis l.11.t.53 l.2
Ne quis ſine ſacrilegij crimine l.9. t.29.l.3
Ne quis vel à regia ſuſpendere l.2.t.16.l.2
Nexum non facit præſidiorum l.8. t.16.l 8
Nihil arbitramur intereſſe l.2.t.13.l.20
Nihil ciuitati Romanæ l.7.t.1. l.2
Nihil intereſt, vtrum l.8.t.43. l.4
Nihil omnino vllis l.32.t.24 l 4
Nihil pro herede poſſe l.7.t.29.l 2
Nihil prohibet altero l.4.t.50.l.9
Nihil ſibi deflectens à l.9. t.41.l.17
Nihil ſuperindictorum l.10. t.18.l.1
Nimia credulitate circumuenta es libro 4. titulo 10 lege 12
Nimis graue eſt, qui l 4.t.20.l.6
Nimis propere iudex l.7.t.33.l.1
Niſi eam pecuniam, quam l.5 t.37.l.4
Nobiliores natalibus l.4. t.63.l.3
Nolumus conuelli l.6.t.23.l.20
Nomen quoque debitoris l.8.t.17.l.4
Nominis venditio l.4.t.39.l.3
Nomina paternorum debitorum libro 5. titulo 51 lege 2
Nominibus in dotem datis l.4.t.10.l.2
Nominationes libellis, vel l.7.t.62 l.27
Nominationum forma l.10.t.31.l.46
Nominatori pignoris l.8.t.14.l.11
Non ab re eſt libro 8. t.4.l.10
Non abſtulit tibi libro 8. t.42. l.4
Non aduerſus te l.4. t.2.l.15
Non alios à muneribus l.10. t.55.l.1
Non aliter quilibet l.12. t.24. l.9
Non animaduertimus l.3.t.16.l.2
Non codicillum, ſed l.6.t.23. l.14
Non conuenit dubitari lib. 3. tit.29.l.9
Non damnatos quidem duntaxat libro 2. ti[t] lege 18
Non defenſæ mortis lib.3.t.26.l.1
Non dubium eſt, in l.1. t.14. l.5
Non dubium, nec incertum eſt libro 6. lege 11
Non dubitatur, & ſi l.8. t.45.l.6
Non dubitandum eſt l.2. t.11.l.1
Non eo minus ſententia l.2.t.13.l.14
Non epiſtolis neceſſitudo l.4.t.19.l.13
Non eſt ambiguum l.3.t.36.l.9
Non eſt ambigui iuris l.5.t.57.l.2
Non eſt dubium l.6. t 30. l.15
Non eſt dubium, denegari libro 6.t.37.l.5
Non eſt ignotum l.5.t.17.l.6
Non eſt ignotum, quod ea l.6.t.7.l.1
Non eſt incerti iuris libro 2.t.57.l.1
Non eſt incognitum l.7.t.35.l.3
Non eſt nouum l.2. t.1. l.5
Non eſt probabilis cauſa l.4.t.44.l.6
Non eſt vobis neceſſaria l.5. t.71.l.2
Non exceptionibus l.8.t.36.l.10
Non ex eo quòd duplum l.8.t.45. l.30
Non hoc an tenuerit l 6. t.16.l.4
Non idcirco minus l.1.t.18.l.9
Non idcirco minus is l.1.t.22.l.1
Non idcirco minus l.6. t.36.l.4
Non idcirco minus l.7.t.16.l.38
Non idcirco minus l.6.t.23. l.11
Non idcirco minus l.7.t.16. l.35
Non idcirco minus in l.4.t.21. l.12
Non idcirco minus l.4. t.38.l.12
Non idcirco minus Venditio l.4.t.44.l.12
Non ideo minus l 9.t.2.l.5
Non ideo minus in l.7.t.16.l.5
Non ideo diuiſio inter te l.3.t.36.l.12
Non ignorat competens l.9.t.3.l.9
Non ignoret is, cuius l.7.t.51. l.4
Non ignorabit iudex l.3.t.42.l.4
Non intereſt, à quouis l.2.t.20.l.5
Non inuidemus, ſed l.13. t.40.l.1
Non iniuſta ratione l 10. t.2.l 1
Non iuſtam te gerere l.6. t.48.l.4
Non licere l.3.t.43.l.2
Non minorem auctoritatem l.2.t.4. l.10
Non minus adſeſſoribus l.1.t.51. l.11
Non modus prædiorum l.3.t.34. l.12
Non moriturum l.8. t.38.l.8
Non mutant ſerui ſtatum l.7.t.16.l.11
Non nudo conſenſu l.8.t.49.l.3
Non nudis adſeuerationibus l.4. t.19. l.14
Non omnimodo ſuccedunt l.7.t.19.l.1
Non omnium tuorum filij l.5.t.42.l.4
Non omni titulo res l.5.t.34.l.16
Non oportet vt indignus l.6.t.33.l.5
Non patimur hipocomos l.12. t.1. l.53
Non plures, quam l.1.t.2. l.4
Non poſſunt obeſſe tibi l.2.t.21. l.3
Non prius ad eos l.4.t 15. l.4
Non prius debitorem l.11.t.32.l.2
Non prius quenquam l.9.t.46.l.7
Non prohibentur milites lib.9. t.1.l.8
Non pro numero ſuperſtitum l.6.t.56.l.2
Non quidem fuit competens l.3.t.13.l.1
Non quidem temerè l.4.t.62.l.1
Non rectè procuratores l.8.t.41.l.3
Non ſemper compelleris l.7.t.43.l.1
Non ſeruum quem l.3.t.31. l.20
Non ſine ratione l 6.t.60.l.5
Non ſolet noua vectigalia l.4.t.62.l.3
Non ſolùm Barbaris l.4.t 63.l.2
Non ſolùm per venditionem l.5.t.71.l.4
Non ſolùm verba legis l.9.t.9.l.3
Non tantum decurionum filius libro 12. tit lege 2
Non tibi obeſt, ſi l.10.t.39.l.1
Non tantum duorum menſium l.6.t.37.l.19
Non valet procuratoris ſententia libro 9. tit lege 4
Non videtur abhorrere à l.10.t.4.l.4
Non videtur circumſcriptus l.2.t.22.l.9
Non videtur nobis l.7 t.45. l.1
Non vnde originem l.4.t.2. l.7
Non vtiliter nominatus l.5.t.45. l.2
Non reddentes. Hæc lex eſt §.l.3.t.1.l.1. incipi dentes honorem.
Noſtræ pietatis famulationibus l.12.t.27.l.2
Noſtram prouiſionem l.6.t 23. l.30
Noſtris & parentum l.9.t.46.l.8
Notum eſt à fiſco l.7.t.37.l.1
Nouatione legitimè perfecta libro 8. titulo lege 4
Nouationum nocentia l.8.t.42.l.8
Nouerint iudices l.8.t.44.l.2
Nouum quod poſtulas non eſt libro 7. titulo lege 2
Nulla pollicitatione l.8.t.38.l.5
Nulla dubitatio eſt l.2.t.13.l.23
Nulla lege prohibitum eſt l.5.t.12.l.4
Nulla macula, vel libro 10 t.11.l.3
Nulla, niſi emenſis libro 1.t.3.l.9

res prohibet l 4.t.26.l.5
tibi aduerſus l.8.t 43.l.5
n exiſtimationis infamiam l.2.t.12.l.34
n poſſeſſionem l.12.t.61 l.4
n vim oportet l.11.t.1.l.1
arufpex l 9 t.18.l.3
apparitor l.12.t.60.l.3
de ſchola agentium l.12.t.20.l.1
eorum, qui l.12.t.47.l.4
euectione vtatur l.12.t.51.l.11
ex his, quos l.2.t.60.l.2
s fabricenſium libro 11.t.9.l.7
s hereticis miniſteriorum l.1.t.1.l.2
s in carcerem prius l.9.t.3.l.2
s iudicum ad prouinciam l.1.t.51.l.8
s iudicum id, quod l.10.t.73.l.1
s iudicum quenquam l.12.t.58.l.2
s omnino qui l.9.t.8.l.4
s omnino originalis l.11.t.67.l.1
s omnino principatum l.9.t.26.l.1
s palatinorum, qui l.11.t.72.l.4
s penitus l.12.t.51.l.21
s penitus ex eo, quod l.10.t 73 l.2
s prouinciæ moderator l.1.t.41.l.9
s qualibet prærogatiua l.10 t.31.l.28
s qui nexu generis l.10.t.31.l.60
s ſolius materni l.10.t.31.l.44
s tanquam Iudæus l.1.t.9.l.13
s theſaurenſis, vel l.12.t.24.l.2
s tyro vagus aut l.12.t.44 l.1
s vacationem l.10.t.44.l.1
defenſorum licere l.1.t.53.l.10
hæreticorum danda licentia l.1.t.6 l.3
iam in poſterum licere l.11.t.61.l.13
i iudicum liceat l.9.t.48.l.1
i iudicum, qui l.1.t.40.l.14
i licere dicernimus l.1.t.3.l.28
i militarium l.12.t.38.l.7
i ne diuinæ domus l.11.t.23.l.1
i officialium à l.7.t.65.l.3
i omnino ex tabularis l.10.t.69.l.1
i patriæ ſuæ adminiſtratio l.1.t.41.l.1
i poſthac horreaticas l.10.t.65.l.3
i poſthac ſiue l.12.t.20.l.2
i prorſus liceat l 11.t.11.l.1
i prorſus nobis inſciis l.11.t.46.l.1
i prorſus non lib.2.t.58.l.2
i qui ſtatuendi l.7.t.45.l.10
i ſalarium tribuatur l.10.t.36.l.1
i ſcriuario liceat l.12.t.50.l.10
i ſit liberum l.11.t.14.l.1
o iuſto l.3.t.32.l.24
um ex officio rationalis l.3.t.26.l.10
um ex primipilaribus l.12, t.58.l.13
um palatinis tibi l.1.t.40.l.10
um penitus, cum l.4.t.20.l.12
nerarios ampliſſimæ tuæ l.12.t.50.l.3
nerarios virorum illuſtrium l.12.t.55.l.4
nerus liberorum l.40.t.51.l.3
quam omninò l.1.t.46.l.1
quam ſationibus, vel l.11.t.47.l.1
er legem conſcripſimus l.5.t.27.l.11
ritoribus hoc nomine l.6.t.58.l.10
B cauſam proprij l.4.t.10.l.3
Ob commiſſa adulteria l.9.t.9.l.21
debitum viri l.9.t.12.l.1
æs alienum ſeruire l.4.t.10 l.12
æs alienum tantum l.5.t.7.l.5
igata pignoris iure l.8.t 20.l.2
igatis pignori mancipiis l.8.t.28.l.13
maritorum culpam l.4.t.12.l.2
metallicum canonem l.11.t.6 l.2
negotium alienum l.2.t.9.l.18
noxios criminum l.3.t.43.l.11
reſtituenda ea, quæ l.4.t.7.l.6
eruare curabis, ne l.7.t 65.l.2
eruare oportebit magiſtratus l.10.t.31.l.2
gnatione totius debitæ l.8.t.43.l.9
iſtere commodis publicis l.10.t.16.l.9
entu expilatæ hereditatis l.9.t.32.l.5
entu nominis primipili l.12.t.63.l.8
tutorem non idoneum l.5.t.46.l.3
idendorum leonum l.11.t 44.l.1
oſas contrahentium calliditates l.3.t.10.l.2
cium Helleſponti l.1.t.36.l.1
cio, nec minus obſequio lib.2.t.19.l.5
cio, quod tuis meritis l.12.t.56.l.1
cio tuæ magnitudinis l.12.t.50.l.11
cia & conditiones l.1.t.30.l.3
icia rectorum prouinciarum l.12.t.58.l.4
iciales rationales l.1.t.3.l.4
o quidem, vel l.4.t.32.l.23
iſſis quoque pignoribus l.8.t.41.l.17
uis à clericis l.1.t.3.l.2
nis ſeruitus aquarum l.11.t.42.l.6
ne ſemen l.10.t.12.l.2
ne verbum ſignificans l.6.t.43.l.2
ne territorium cenſeatur l.11.t.57.l.4
Omnem adhibentes l.1.t.3.l.41
nem ambiguitatis confuſionem l.6.t.59.l.4

Omnem canonem veſtium l.12.t.40.l.1
Omnem honorem ſaluum l.7.t.64.l.10
Omnem inquietudinum l.1.t.45.l.1
Omnem ſummam auri l.10.t.23.l.1
Omnem matri, ſiue inteſtato l.6.t.55.l.6
* Omnem ſemper l.1.t.3.l.42
Omnes adoleſcentes, qui l 2.t.45.l.2
Omnes cognitores & l.9.t.27.l.3
Omnes cuiuſcunque l.1.t.22.l.6
Omnes dies iubemus eſſe l.3.t.12.l.7
Omnes honorari l.11.t.19.l.1
Omnes iudices cuiuſcunque dignitatis l.11.t.77.l.2
Omnes iudices inuigilare l.10.t.11.l.5
Omnes iudices prouinciarumque l.20.t.31.l.35
Omnes iudices vrbanæque l 3.t.12.l.3
* Omnes magiſtratus l.3.t.1.l.12
Omnes minoris laterculi l.1.t.30.l.2
Omnes nocendi quibuslibet l.7.t.39.l.3
Omnes omnino ad oblationem l.10.t.16.l.4
Omnes omnino curiales, vul l.12.t.34.l.4
Omnes omnino curiales l.10.t.31.l.50
Omnes omnino domeſticos l.3.t.25.l.1
Omnes omnino fugitimos l.11.t.47.l.6
Omnes omnino, quibus l.6.t.22.l 10
Omnes Palatinos quos l.12.t.31.l.1
Omnes penſitare debebunt l.10.t.16.l.3
Omnes priuilegia dignitatum l.12.t.8.l.2
Omnes profugi l.11.t.47.l.8
Omnes pro iis agris l 4.t.47.l.3
Omnes prouinciarum apparitores l.1.t.40.l.12
Omnes, prouinciarum rectores l.8.t.12.l.11
Omnes, qui curiali l.10.t.31.l.43
Omnes qui in palatio l.12.t.29.l.4
Omnes qui meditata l.12.t.41.l.9
Omnes qui patrimoniales fundos l.11.t.64.l.3
Omnes qui quaſcunque res l.7.t.37.l.2
Omnes, qui quolibet loco l.10.t.31.l.49
Omnes, qui vbique ſunt l.1.t.3.l.31
Omnes, quibus vel cura l 8.t.12.l.7
Omnes, quos damnationis l.9.t.47.l.23
Omnes ſtationarij l.12 t.58.l.1
Omnes ſtipulationes l.8.t.38.l.10
Omnes tutores, ſeu l.5.t.51.l.5
Omnes vetitæ legibus l.1.t.5.l.2
Omni nouatione ceſſante l.1 t.2.l.6
Omnia citatoria l.12.t.22.l.2
Omnia corporatorum genera l.1.t.28.l.4
Omnia loca, quæ ſacris l.1.t.11.l.5
Omnia prædia, tam ea, quæ l.11.t.73.l.3
Omnia priuilegia, quæ l.1.t.3.l.35
Omnia quæ in horteis habentur l.10.t.26.l.1
Omnia tributa per l.1.t.37.l.1
Omnium pretiorum actores l.11.t.58.l.13
Omnium rerum ac perſonarum l.4.t.61.l.6
Omnium teſtamentorum l.6.t.23.l.19
Omnibus tam viris ſpectabilibus l.1.t.52.l.1
Omnibus fabricis l.11.t.9.l.1
Omnibus in re propria l.4.t.20.l.9
Omnibus iudicibus l.3.t.2.l.2
Omnibus militibus noſtris l.4.t.61.l.3
Omnibus per ciuitates ei l.9.t.12.l.10
Omnimodo teſtatorum voluntatibus libro 38. tit.28 lege 30
* omnis l.10.t.1.l.11
Oneri publico l.11.t.4.l.1
Operarum præbitionem l.10.t.24.l.1
Opinatores, quibus l.12.t.39.l.1
Opinatoribus id eſt l.12.t.38.l.11
Opinione falſa mortis l.7.t.29.l.3
Opprimendorum deſertorum l.3.t.27.l.2
Optimam quæſtionem l.8.t.38.l.14
Optimum duximus l.2.t 21.l.8
Oratione diui Pij l.10.t.52.l.4
Orationis D. Seueri beneficium l.5.t.70.l.2
Ordo rei geſtæ & l.7.t.53.l.3
Ordinis ambitioſa decreta l.10.t.46.l.2
Ordinem conſulatus l.12.t.3.l.2
Ordinarij iuris eſt l.3.t.32.l.13
Ordinariorum iudicum l.12.t.58.l.7
Ordinariorum iudicum officiis l.11.t.73.l.1
Origine propria l.10.t.38.l.4
Originarios colonos l.11.t.47.l.11
Orphanotrophos huius l.1.t.3.l.30

PActum curatoris l.1.t.3.l.22
Pactum dotale quo l.5.t.14.l.4
Pactum dotali inſtrumento l.6.t.20.l.3
Pactum quod bona fide l.2.t.3.l.17
Pactum quod tali inſtrumento ibid.l.15
Pactum vulgare l.4.t.24.l.3
Pacto ſucceſſorum debitoris l.2.t.3.l.26
Pacta nouiſſ. l.2.t.3.l.12
Pacta, quæ contra leges l.2.t.3.l.6
Palatini pro capitibus l.12.t.24.l.1
Palatinis hæc cura debet eſſe l.1.t.32.l.1
Palatinos, qui à viro l.11.t.73.l.2
Palatinos, qui ſacrarum l.12.t.24.l.10
Pamphyliæ etiam ciuitates l.11.t.69.l.2
Parabolam. vide Parabonas, qui l.1.t.3.l.18
Parentes & liberi l.4.t.20.l.5
Parentes, natales l.7.t16.l.22

Parentum neceſſitatibus lib.5.tit.25.l.2
Parentibus arbitrium diuidendæ l.3.t.28.l.2
Pathippum eum videri l.12.t.51.l.4
Particulari delegationum l.10.t.17.l.2
Partus pignoratæ ancillæ l.8.t.25.l.1
Partum ancillæ matris l.3.t.32.l.7
* Pateant l.1.t.12.l.3
Pater pro filia dotem l.5.t.14.l.7
Pater trium incolumium l.10.t.63.l.1
Pater tuus aduerſus eum l.9.t.20.l.1
Pater tuus, ſi ex reſidua l.6.t.24.l.2
Pater tuus, ſi maior eſt l.5.t.68.l.1
Pater veſter tutor l.5.t.54.l.2
Patris nomine l.4.t.13.l.4
Patrem emancipato filio l.10.t.60.l.1
Patrem qui filiam expoſuit l.5.t.4.l.16
Patrimoniales fundi l.11.t.61.l.2
Patrimoniales fundos l.11.64.l.2
Patrimoniorum numera l.10.t.41.l.9
Patronus liberti l.6.t.13.l.2
Patroni tui filij l.5.t.31.l.2
Patruo ac materteræ l.6.t.57.l.7
Peculiari præceptionis l.12.t.19.l.5
Pecunia, quam creditor l.7.t.73.l.5
Pecuniæ indebitæ per l.4.t.5.l.1
Pecuniæ ſolutæ profeſſio l.8.t.43.l.14
Pecuniam à te datam libro 4.t.6.l.10
Pecuniam quam te ob dotem l.4.t.6.l.1
Pecuniam, quam tibi à matre lib.4.t.16.l.1
Pendente appellatione l.6.t.11.l.1
Penes illum vectigalia l.4.t.61.l.4
Per agrum quidem alienum l.3.t.34.l.11
Per annos ſingulos l.11.t.6.l.5
Per Aquilianam ſtipulationem l.8.t.44.l.3
Per Bithyniam l.10.t.25.l.2
Per colonum præiudicium l.11.t.47.l.17
Per diuerſas interpellationes l.4.t.35.l.21
Peremptorias exceptiones l.7.t.50.l.2
Peræquatores ac diſcuſſores l.11.t.57.l.6
Perfecta donatio l.8.t.35.l.4
Perfectam emptionem l.4.t.45.l.2
Pergit audacia ad buſta l.9.t.19.l.5
Per hanc iubemus ſanctionem l 6.t.51.l.1
Per hanc diuinam pragmaticam l.12.t.50.l.12
Per hanc diuinam ſanctionem l.7.t.63.l.4
Per hanc legem decernimus l.2.t.8.l.7
Per id tempus, quo l.2.t.23.l.3
Per Illyricum l.12.t.58.l.9
Periniquum & temerarium eſſe l.3.t.13 l.7
Per liberam perſonam l.7.t.32.l.1
Per mutationem, vtpote l.4.t.64.l.1
Per omnes prouincias l.11.t.64.l.5
Per omnes prouincias l.12.t.25.l.1
Per omnes regiones l.1.t.55.l.6
Perpenſa deliberatione l.11.t.6.l.1
Per procuratorem l.7.t.32.l.8
Per prouincias l 8.t.10.l.10
Per retentionem pignoris l.4.t.32.l.4
Perſecutionem eorum, quæ vi l.2.t.20.l.1
Perſecutione pignoris omiſſa l.8.t.14.l.24
Per ſingulas prouincias l.10.t.30.l.3
Per tutorem pupillo actio l.5.t.39.l.5
Per vniuerſam diœceſim l.11.t.51.l.1
Petens ex ſtipulatione l.2.t.3.l.27
Petendæ in integrum reſtitutionis l.2.t.53.l.6
Petitionem virorum diſertiſſ.l.2.t.7.l.13
Petitione virorum diſertiſſ.l.2.t.8.l.5
Pietatis fungeris munere l.5.t.43.l.6
Pignus in bonis debitoris l.4.t 24.l.8
Pignus intercidit, ſi l.8.t.27.l.1
Pignoris cauſa res l 4.t.24.l.10
Pignoris vel hypothecæ l.8.t.14.l.18
Pignorum gratia aliquid l.8.t.17.l.8
Pignoribus datis à reo l.2.t.54.l.25
Pignoribus quidem interuenientibus l.4.t.32.l.12
Placet nobis præſides l.3.t.3.l.2
Placet noſtræ clementiæ l.1.t.3.l.17
Placet nullum omnino l.10.t.47.l.8
Placet rationabilis conſilij l.1.t.2.l.5
Placet vt iudicibus l.3.t.3.l.3
Placuit eos, qui naſcuntur l.7.t.16.l.42
Placuit in omnibus rebus l.3.t.1.l.8
Placuit iuſtè omnibus libro 12.t.24.l.8
Placuit omnibus l.1.t.11.l.1
Placuit quoties pedanei l.3.t.3.l.4
Placuit vt emphyteuticorum l.11.t.64.l.4
Plagij criminis accuſatio j.l.9.t.20.l 13
Plagij criminis accuſatio ij. ib l.14
Plagiarij qui viuentium l.9.t.20.l.16
Plebs vrbana libro 11.t.48.l.1
Plures apochis, vel reditnum l.4.t.21.l.18
Plurimi immunitates operum l.8.t.12.l.10
Plus eſt hominem extinguere veneno, quàm occidere gladio l.9.t.18.l.1
Podagræ quidem valetudo l.10.t.50.l.3
Poëtæ nulla immunitatis prærogatiua iuuantur l.10 tit.52.l.3
Polla quidem liberam habuit l.9.t.35.l.2
Pollicitatione à fratre l.5.t.3.l.3
Porcinarij vrbis æternæ l.11.t.16.l.1
Portionem propriam l.8.t.54.l.12

SGCB2021

Portionem quidem tuam l.4.t.52.l.4
Poſſeſſionem quam in vos l.8.t.56.l.3
Poſſeſſiones quas ad te l.4.t.19. l.2
Poſſeſſiones tuæ ruſticæ l.5.t.73.l.3
Poſſeſſionum diuiſiones l.3.t.38.l.11
Poſſeſſores, vel emphyteuticarij l.11.t.61.l.12
Poſt aditam hereditatem l.6.t.26. l.5
Poſt certi temporis miniſterium l.7.t.1.l.36
Poſt deciſionem furti l.6.t.2.l.13
Poſt D. Marci conſtitutionem l.9.t.8.l.7
Poſt duos fiſci patronos l.2. t.7.l.15
Poſthumo nato, qui l.6. t.12.l.2
Poſthumo præterito l.6.t.20.l.11
Poſt litis conteſtationem l.4.t.17.l.1
Poſt mortem ſuam l.6.t.42. l.12
Poſt perfectam venditionem l.4.t.48.l.1
Poſt perfectam venditionem l.4.t.49.l.16
Poſt ſententiam, quæ l.7.t.45.l.9
Poſt ſolutionem à ſe factam l.4.t.35.l.18
Poſtquam eo decurſum eſt l.4.t.39. l.7
Poſtquam liti de prædio motæ l.2.t.3.l.4
Poſtquam in integrum ætatis l.2.t.24. l.1
Poſt venditionem hereditatis l.2.t.3.l.2
Poſtulata in integrum reſtitutione l.2.t.50 l.1
Potes, auctoribus nobis l.2.t.9.l.1
Poteſt de falſo cauſam l.1.t.49. l.1
Potioris gradus iudicibus l.1.t.40 l.5
Potuit pupillus pro herede l.6. t.30. l.5
Potuit quidem & debuit l.5.t.36. l.2
Prata prouincialium noſtrorum l.11. t.60.l.5
Præbemus licentiam vt l.9. t.22.l.24
Præcepit noſtra ſerenitas l.10.t.23.l.3
Præcipimus ex appellationibus l.7.t.62.l.32
Præcipimus ne quando curiales l.1. t.46. l.2
Præcipimus, vt ſi forte l.10.t.23.l.4
Præcipimus vt ſenatoris l.12. t.1.l.14
Præcipua eſt poſitæ pietatis l.12.t.7.l.1
Præclaram nobilemque l.12. t.7.l.2
Prædium ruſticum l.5.t.72. l.3
Prædia domus noſtræ l.11.t.70.l.5
Prædia obligata per legatum l.6.t.42.l.6
Prædia ruſtica quæ l.5.t.71.l.8
Prædiorum, quæ ſine decreto l.5.t.71.l.10
Prædiis inſtructis legatis l.6.t.38.l.1
Præfectura vrbis l.1.t.28.l.3
Præfecturæ corniculariοs l.12.t.53.l.1
Præfectus prætorio Auguſt. l.1.t.37.l.2
Præfectus vrbi, amicus noſter l.4.t.56.l.1
* Præfectum vrbi l.12.t.4.l.1
præfectiarios ad perniciem l.12.t.53.l.2
præpoſitos ac tribunos l.12.t.11.l.1
præſcriptio temporis l.8.t.12.l.5
præſcriptionem peremptoriam l.8.t.36.l.8
præſcriptionem XI annorum l.7.t.39.l.4
præſcriptione bona fide l.7. t.45.l.7
præſcriptione mendaciorum oppoſita l.1.t.22.l.2
præſcriptiones fori l.8.t.36.l.13
præſenti lege decernimus l.1.t.12. l.5
præſes prouinciæ, ad quem l.7.t.62.l.5
præſes prouinciæ aditus l.8.t.30.l.1
præſes prouinciæ diſcretio l.9. t.20. l.7
præſes prouinciæ ea, quæ l.4.t.65. l.17
præſes prouinciæ exiſtimabit l.2.t.4.l.12
præſes prouinciæ in eum, qui l.8.t.1.l.2
Præſes prouinciæ, ne l.8.t.51.l.8
Præſes prouinciæ non ignorat l.7.t.45.l.3
Præſes prouinciæ probatis iis l.8.t.53.l.1
Præſes prouinciæ ſciens l.4 t.8.l.1
Præſes prouinciæ ſi eum l.10. t.32.l.2
Præſes prouinciæ ſi perſpexerit l.9. t.42.l.1
Præſes prouinciæ tutores l.5.t.43.l.3
Præſes prouinciæ vir clariſſ. l.8 t.14.l.5
Præſes prouinciæ vſu aquæ l.3. t.34.l.6
* Præſens l.1.t.3.l.56
Præſides non per l.1.t.51. l.2
Præſides prouinciarum l.1. t.41.l.2
Præſides & rationalibus l.12. t.51.l.2
Præſtat firmam defenſionem l.7.t.22.l.2
Præter eos, qui de l.2.t.54.l.1
Præter ſolennes & l.12.t.62.l.2
Prætextu debiti l.4.t.23.l.4
Prætoriæ iudicum l.8 t.12. l.3
Prætori defertur hæc l.1. t.39. l.1
Præibus quidem tuis l.3.t.29.l.5
Precibus tuis manifeſtius l.6.t.26.l.8
Presbyteros, diaconos l.1.t.3.l.6
Presbyteri circa iniuriam ibid. l.8
Pretij cauſa l.4.t.44.l.9
Pretij rerum diſtractarum l.4.t.35. l.19
Pridem placuit domeſtica l.9. t.41.l.6
Primicerius adiutor l.1.t.28.l.5
Primicerius menſorum l.12.t.28.l.1
Primicerius quidem domeſticorum l.12.t.17.l.2
Primicerium fabricæ l.11.t.9.l.2
Principaliter cauſam eius l.7.t.16.l.19
Principaliter de ſtatu a l.7.t.16.l.13
Principes agentium in rebus l.12.t.22.l.6
Prior quidem creditor l.8.t.18.l.5
Priſco iam nunc ordine l.12.t.24.l.3
Priuatæ rei noſtræ l.10.t.47.l.10
Priuatæ vel lintcariæ veſtis l.11.t.4.l.14
Priuatorum conſenſus lib.3.t.1.l.3
Priuatas poſſeſſiones l.11.t.74. l.1
* Priuatos l.1.t.4.l.23
* Priuilegia l.1.t.2.l.17
Priuilegio, militiæ paternæ l.10.t.31.l.27
Priuilegio ſpeciali ciuitatis l.10. t.39.l.6
Priuilegia, quæ contemplatione l.1.t.5.l.1
Priuilegia, quæ generali l.1.t.2.l.12
Priuilegiis dudum ſcholæ veſtræ l.1.t.31. l.1
Prius eſt, vt criminibus l.9.t.1. l.1
Prius eſt de poſſeſſione l.7.t.62.l.1
Pro ædibus, quas l.11.t.69.l.1
Pro auro & argento l.4.t.32. l.25
Probari apparitores l.12.t.55.l.3
Probatorias memorabilium l.12.t.60.l.9
Pro biennio annuum ſolum l.12.t.19.l.6
Proconſularis apicis l.12.t.22. l.3
Procurator citra domini l.8. t.16.l.1
Procurator meus qui l.3.t.26.l.3
Procurator meus qui vice l.9.t.47.l.2
Procurator priuatæ rationis l.2.t.1. l.7
Procuratori noſtro l.3.t.3.l.1
Procuratorum non tantum pro iis l.4.t.35.l.11
Procuratorem vel actorem l.2.t.13. l.16
Procuratores abſentium l.10. t.47. l.5
Procuratores meos l.1.t.54.l.2
Procuratores noſtros l.3.t.22.l.2
Procuratores reipublicæ l.10.t.31.l.30
Procuratoribus inſtitutis l.2.t.13.l.22
Pro debito l.7.t.72.l.6
Pro dubietate eorum l.4.t.5.l.11
Programma ſi quod à l.7.t.57. l.6
Profeſſio & deſiderium l.10. t.41. l.6
pro hereditariis pactibus l.4.t.16.l.2
Prohibitum eſt l.10. t.1.l.5
Pro his quæ ſemel l.11.t.5.l.4
Pro imminutione l.11.t.10.l.2
Prolatam à præſide ſententiam l.7.t.45.l.4
Pro locis ac proximitate l.10.t.16. l.6
Promiſſæ tibi pecuniæ l.4. t.14.l.3
Promiſſis tranſactionis cauſa l.12.t.4.l.37
Pro officio adminiſtrationis l.5. t.37.l.20
Pro oneribus matrimonij l.5. t.12. l.30
Properandum nobis viſum eſt l.3.t.1.l.11
Pro portione tua l.8.t.36. l.2
Propoſitis edictis l.11.t.75.l.1
Proprias tuas res l.6.t.37.l.13
Proprietatis dominium l.4.t.19.l.4
Propter æs alienum l.4.t.15.l.1
Propter honorem municipalem l.7. t.71.l.5
Propter inſidias quas l.9.t.1.l.14
Propter inſtrumenta l.4.t.34.l.5
Propter late diffuſum l.5.t.36. l.3
Propter multas iuſtaſque cauſas l.11. t.21.l.1
Propter mutuam vno l.8.t.40. l.4
Propter violatam virginem l.9. t.9.l.7
Pro tyronibus l.11.t.74.l.3
Prouidendum eſt eorum l.10.t.31.l.23
Prouidendum eſt ne j. l.12.t.47 l.2
Prouidendum eſt ne ij. l.2.t.6.l.7
Prouincialium commodis l.12 t.38. l.8
Prouinciæ Thraciarum l.12.t.49. l.2
Prouinciarum præſides l.3. t.12. l.9
Proximos memoriæ l.12.t.19. l.9
Proximos ſacrorum ſcriniorum ib.l.8
Puberem agnoſcentem l.6.t.30.l.12
Publici curſus exhibitio l.12.t.51. l.14
Publicati ſemel l.6.t.23. l.2
Publicas fiſcales cauſas l.3. t.12. l.5
Publico iudicio l.9. t.9.l.1
Puniri iubemus l.1.t.22.l.3
Pupillus agere l.5.t.6. l.4
Pupillus ſi ei alimenta l.5.t.50.l.1
Pupillorum repudiatio l.6.t.31. l.5
Pupillorum ſeu minorum l.5.t.37.l.31
Purpuræ nundinas l.11.t.8.l.3

QVadraginta diebus l.3.t.12.l.6
Quandiu non eſt integra l.8.t.28. l.6
Quandiu per facti quæſtionem l.6.q.9.l.1
Quando quis quolibet l.9. t.49. l.10
Quando vocis communibus l.12.t.49. l.1
Quanquam interpretantur l.9. t.23. l.1
Quanquam in tutela detentus l.5.t.62.l.15
Quanquam militum teſtamenta l.6.t.21.l.3
Quanquam omnium bonorum l.6.t.22.l.1
Quanquam pater tuus l.6.t.49.l.10
Quanquam pecuniæ l.7. t.46.l.1
Quantum ad extraordinarias l.10.t.41.l.19
Quas gratias aut l.1.t.27.l.1
Quanuis adulterij crimen l.9. t.9. l.30
Quanuis ancilla l.7.t.66.l.5
Quanuis Baſſa l.4.t.32. l.8
Quanuis codicillis quibus l.7.t.4.l.2
Quanuis conſtet ſpecialiter l.8.t.14.l.2
Quanuis cum cauſam tuam l.1. t.18. l.1
Quanuis cum ſtatulibero l.4.t.14.l.1
Quanuis defunctus ſit l.7.t.11.l.3
Quanuis de inofficioſo l.3.t.28.l.2
Quanuis ea pecunia l.8.t.14.l.17
Quanuis etiam expilatæ l.6.t.2. l.17
Quanuis eum ordinem lib.9.tit.45.l.3
Quanuis eum, qui pactus eſt l.2.t.4.l.39
Quanuis ex cauſa dotis l.7.t.73.l.2
Quanuis fluminis natura l.7.t.41.l.1
Quanuis fructus pignoris l.6. t.15.l.3
Quanuis heres inſtitutus l.6.t.37. l.2
Quanuis incrementum l.11.t.31.l.2
Quanuis indubitati iuris ſit l.9.t.9. l.19
Quanuis in lucro l.1.t.18. l.11
Quanuis inſtrumento emptionis l.4.t.50.
Quanuis mulier pro alio l.4 t.29.l.9
Quanuis pater tuus l.5.t.14.l.3
Quanuis pecuniam tuam l.4.t.2.l.2
Quanuis perſonali actione l.8.t.14.l.8
Quanuis placuerit l.6.t.26.l.
Quanuis prouiſum fuerit l.10.t.31.l.51
Quanuis quis ſe filium l.6.t.33.l.2
Quanuis ſenatuſconſultum l.1.t.16.l.1
Quanuis ſimpliciter te l.6.t.42.l.15
Quanuis verbis his l.6. t.37. l.1
Quanuis vſuræ fœnebris l.4.t.32.l.3
Quatuor, qui ex l.12.t.27.l.1
Quæ adulterium commiſit l.9.t.9.l.29
Quæcunque pro reliquis l.10. t.3.l.5
Quæcunque res ad l.6.t.60.l.4
* Quæ de alea l.1.t.4. l.25
* Quæ de Samaritis l.1.t.5.l.18
Quædam pupillorum l.5.t.46.l.2
Quædam ſunt negotia l.3.t.3.l.5
Quemadmodum originarios l.11.t.47.l.7
Quem dicis tibi tutorem l.5.t.28.l.1
Quæ ex relationibus vel l.1.t.14.l.2
Quæ fortuitis caſibus l.4.t.24.l.5
Quæ in teſtamento l.9.t.23.l.4
Quæ nuper ad teſtamenta l.3.t.28. l.31
Quæ operibus publicis l.8.t.12. l.2
Quæ prædium in fidos l.8.t.16.l.6
Querela falſi l.9.t.22. l.12
Quæ ſpecialiter l.8.t.28.l.9
Quæſtionem de ſeruis l.9.t.41.l.1
Quæſtiones eorum criminum l.3.t.15.l.1
Quæſtionem ex facto l.6.t.42.l.32
Qui abſente libro 2. t.13.l.4
Qui accuſare volunt l.2.t.1.l.4
Qui à creditore l.8.t.28.l.18
Qui ad tutelam vel curam l.5.t.66.l.1
Qui ad ſtatuas vel l.1.t.25.l.1
Qui agros domino ceſſante l.11.t.58.l.8
Qui aliena pecunia l.4.t.50.l.8
Quia nonnunquam l.4. t.40.l.3
Quia plurimæ domus l.8.t.12.l.18
Qui aliquem ex famulis libro 11.t.7.l.5
Qui aut patre conchylegulo l.11.t.7.l.1
Qui bonis ceſſerint l.7.t.71. l.1
Quibus poſthac ordine ſuo l.10.t.59.l.1
Qui calumniatores l.9.t.46. l.5
Qui cauſaria miſſione l.5.t.65.l.1
Qui certo loco ſeſe ſoluturum l.3.t.18.l.1
Quid conditioni non obnoxius l.10.t.43.
Qui contemplatione meritorum l.12.t.12.
Qui contra legum præcepta l.5.t.5.l.4
Qui crimen publicum l.9.t.1. l.3
Quicquid animi largitate lib.2 t.7.l.8
Quidquid auus, auia l.6 t.59.l.2
Quicquid contra vectigales l.4.t.61.l.11
Quicquid noſtrorum vnquam l.12. t.64.l.
Quicquid tutoris dolo l.5. t.51. l.7
Quicquid vltra debitum l.10.t.20.l.1
Quicunque adminiſtrationem l.1.t.51.l.1
Quicunque ad emphyteuſum l.11.t.61. l.7
Quicunque apparitores l.12.t.60.l.5
Quicunque caſtellorum loca l.11.t.59.l.2
Quicunque chartas, vel l.12.t.58.l.10
Quicunque decurionum l.10.t.69.l.2
Quicunque de prouincialibus l.10.t.22.l.
Quicunque de ſcriniis l.12.t.43.l.2
Quicunque deſerta prædia l.11. t.58.l.3
Quicunque deſertum fundum ib. l.7
Quicunque ex corpore cohortalium l.12.
Quicunque ex corporalibus l.11.t.16.l.2
Quicunque ex Iudæis l.1. t.9.l.9
Quicunque ex eo die l.9. t.40. l.2
Quicunque ex mancipiis l.11. t.15.l.1
Quicunque ex palatio l.12.t.61.l.2
Quicunque fugitiuum ſeruum l.6.t.1.l.4
Quicunque illuſtris l.12. t.54.l.2
Quicunque in hac ſacra vrbe l.1.t.5.l.8
Quicunque locus in l.8.t.12.l.6
Quicunque maleficiorum l.9.t.18.l.9
Quicunque militum l.12.t.36.l.30
Quicunque non illuſtri l.5.t.24. l.1
Quicunque paruuli l.11.t.63.l.2
Quicunque per Oſdroſenam l.12.t.58.l.5
Quicunque poſſeſſionem l.11. t.65.l.3
Quicunque poſſeſſionis l.11. t.61.l.3
Quicunque prætorianæ l.8.t.33.l.25
Quicunque rem litigioſam l.8.t.37. l.3
Quicunque res ex l.6. t.9.l.8
Quicunque reſidentibus l. . t.2.l.14
Quidam ancillæ ſuæ, l.6. t.56.l.6
Quidam cum teſtamentum concedere l.6.

am cum teſtamentum faciebat lib.6.t.29.l.4
am elogio condito l.6.t.30.l.20
am filium ſuum à l.6.t.42.l.31
am ignauiæ ſectatores l.10.t.31.l.26
am poſt impletum ordinem l.12.t.24.l.5
eſtamento condito l.6.t.48.l.8
am vetuſti iuris ordine l. .t.8.l.1
le crimine publico l.9.t.2.l.9
leportantur, ſi l.6.t.24.l.1
depoſitum non reſtituit l.4.t.34.l.10
lerelicta curia l.10.t.31.l.17
liuinæ legis ſanctitatem l.9.t.29.l.1
ea lege prædium vendidit l.4.t.54.l.3
ex conducto poſſidet l.7.t.30.l.1
ex quæſturæ honore l.2.t.6.l.1
exercendorum mercatuum l.4.t.60.l.1
explicandi negotij ſpem l.9.t.2.l.10
exportandus à domino l.4.t.55.l.5
falſas tabulas dixerit l.9.t.22.l.6
fideicommiſſariam l.6.t.42.l.8
filios veſtros, vel l.8.t.17.l.6
fiſcales ſpecies l.11.t.1.l.5
fundos patrimoniales l.11.t.58.l.9
grauatos ſe eſſe à l.11.t.57.l.5
habet l.1.t.12.l.7
libet principalium l.11.t.31.l.40
immunitatem munerum l.10.t.41.l.2
Imperatore l.1.t.12.l.8
in contractibus l.10.t.1.l.8
ii in monaſteriis l.1.t.3.l.29
in officio magiſtrorum l.12.t.55.l.2
in poteſtate patrum l.2.t.2.l.3
legati, ſiue fideicommiſſi l.6.t.53.l.5
liberos l.9.t.36.l.9
licitem prouocationem l.1.t.21.l.3
manumittuntur l.6.t.3.l.12
ui malitiam l.10.t.55.l.1
i nauem Tiberinam l.11.t.26.l.1
i neceſſariò patriæ l.2.t.7.l.1
i nondum certus de l.4.t.39.l.4
i non probaſſe crimen l.9.t.46.l.5
inque ſummates l.10.t.31.l.57
inque pedum præſcriptione l.3.t.39.l.5
inquaginta dies, qui l.5.t.62.l.6
i nummis acceptis, ab l.6.t.3.l.3
i numerarij appellati l.12.t.50.l.2
i ordinariam geſſerit l.1.t.40.l.7
i pactus eſt niſi l.8.t.35.l.1
i per potentiam l.11.t.58.l.10
i pignus ſecundo loco acceperit l.8.t.18.l.1
i poſt XXV. annum ætatis l.2.t.46.l.1
uicunque habent l.9.t.49.l.11
Qui poſt ſanctum l.1.t.11.l.10
i poſt teſtamentum factum l.6.t.37.l.3
i potentatus l.6.t.43.l.1
i prædium obligatum l.8.t.28.l.13
i pro parte hæres l.8.t.31.l.1
ii publici muneris l.10.t.43.l.2
ii pupillæ negotia l.2.t.19.l.4
ii rem emit & l.8.t.45.l.3
ii rem propriam conduxit l.4.t.65.l.20
ii reſtituitur in integrum l.2.t.48.l.1
ii ſecutus domini voluntatem l.4.t.25.l.6
ii ſe non immiſcuerunt l.5.t.55.l.2
ui ſe patris l.6.t.14.l.3
ui ſententiam laturus eſt l.9.t.47.l.16
ii ſepulchra violant l.9.t.19.l.4
ui ſine auctoritate l.8.t.12.l.19
Qui ſua monaſteria l.1.t.3.l.39
uiſque accuſator l.9.t.44.l.1
uiſquis alieni iuris l.12.t.44.l.2
uiſquis cohortalibus l.12.t.58.l.14
uiſquis colonum patrimonialem l.11.t.63.l.2
uiſquis cenſibus l.1.t.3.l.16
uiſquis colono l.11.t.49.l.1
uiſquis conductor l.11.t.58.l.6
uiſquis crimen intendit l.9.t.46.l.10
uiſquis cum militibus l.9.t.8.l.5
uiſquis emenſis l.1.t.3.l.27
uiſquis equos, quos l.11.t.40.l.3
uiſquis ex deſertis l.11.t.47.l.3
uiſquis fuerit exhibitus l.3.t.2.l.1
uiſquis in crimine maieſtatis l.10.t.12.l.1
uiſquis iudici fœnebrem l.4.t.2.l.16
uiſquis magiſterium l.12.t.4.l.2
uiſquis maior ætate l.4.t.4.l.15
uiſquis ne voluntas defuncti l.7.t.65.l.6
uiſquis rem aliquam l.8.t.54.l.18
uiſquis rem aliquam l.8.t.54.l.18
uiſquis vitem ſucciderit l.12.t.57.l.2
uiſquis vult eſſe cauſidicus l.2.t.6.l.6
ui ſtipendia merent l.2.t.13.l.9
uis tam inueniri l.10.t.31.l.52
Qui textrini noſtri l.11.t.7.l.6
Qui tibi hereditatem vendidit l.4.t.39.l.6
Qui tutores, vel l.5.t.64.l.1
Qui vel exiguam l.12.t.60.l.4
Qui veluti præſentem l.9.t.22.l.3
Qui vtilia reipublicæ l.81.t.58.l.5
Qui minus fructuum l.4.t.24.l.11
Quo minus creditor l.8.t.29.l.23
Quod ad præſens remedium l.11.t.7.l.4
Quod adhibitus ad teſtamentum l.9.t.23.l.5
Quod certatum eſt l.6.t.29.l.3
Quod Cornelia Saluia l.1.t.9.l.1
Quod debitori tuo l.8.t.43.l.15
Quod de ſuo maritus l.5.t.15.l.2
Quod dicis matrem filiis l.5.t.34.l.6
Quod eſt conſtitutum poſt l.7.t.21.l.5
Quod euitandi tyrocinij cauſa l.4.t.7.l.3
Quod ex liberta muliere naſcitur l.6.t.3.l.11
Quod ex operis ancillæ l.8.t.24.l.1
Quod fauore quorundam l.1.t.14.l.6
Quod in bellum contuliſti l.10.t.3.l.1
Quod in vxorem tuam ægram l.2.t.19.l.13
Quod magno conflictu l.7.t.57.l.7
Quod placuit veteranos l.5.t.65.l.2
Quod plerunque poſtulatur l.5.t.50.l.2
Quod promulgatis ſanctionibus l.1.t.28.l.2
Quod quis ſibi debitum l.2.t.13.l.8
Quod res cum veterinis l.5.t.62.l.21
Quod ſcitis prioribus continetur l.6.t.60.l.3
Quod ſponſæ ea lege donatur l.5.t.3.l.4
Quod tempore militiæ l.2.t.51.l.3
Quos retrahi in ſeruitutem l.2.t.31.l.3
Quotiens ab Alexandrina l.10.t.65.l.6
Quotiens ab omnibus qui l.6.t.42.l.11
Quotiens accipientis l.4.t.7.l.4
Quotiens alicui l.11.t.67.l.6
Quotiens compulſor l.12.t.62.l.3
Quotiens ex priuata l.12.t.1.l.17
Quotiens duobus l.12.t.35.l.2
Quotiens aliquis, vel aliqua l.6.t.54.l.12
Quotiens à tutorib. ſingulis l.7.t.55.l.2
Quotiens certi quidem l.6.t.24.l.13
Quotiens de domino l.9.t.41.l.12
Quotiens de qualitate l.10.t.71.l.2
Quotiens de emancipati filij l.6.t.56.l.4
Quotiens in diſceptatione conſtiterit l.10.t.30.l.1
Quotiens donatio ita conficitur l.8.t.55.l.3
Quotiens duob. inſolidum l.3.t.32.l.13
Quotiens eſt lex, Ex quolibet l.4.t.4.l.1
Quotiens inter omnes heredes l.3.t.36.l.10
Quotiens obruta, vel l.11.t.5.l.3
Quotiens plurib. liberis l.6.t.10.l.1
Quotiens principali loco l.6.t.42.l.13
Quotiens quis & l.10.t.19.l.3
Quotiens reſcripto noſtro l.1.t.19.l.2
Quotiens ſuper cauſa l.12.t.30.l.3
Quotiens vrgente neceſſitate l.10.t.27.l.1
Quotienſcunque certa ſumma l.11.t.70.l.5
Quotienſcunque l.10.t.31.l.37
Quoniam aduerſus emptorem l.5.t.73.l.4
Quoniam Alexandrum l.9.t.9.l.26
Quoniam auus tuus l.8.t.45.l.2
Quoniam aſſeueras patrem tuum l.4.t.64.l.5
Quoniam Augerio l.10.t.2.l.3
Quoniam circumuentam dicis ſororem l.2.t.34.l.1
Quoniam ciuili conteſtatione l.3.t.8.l.4
Quoniam conſulis, an l.3.t.12.l.1
Quoniam deſideria morientium l.5.t.27.l.4
Quoniam diuerſi iudices l.12.t.1.l.7
Quoniam ea, quæ in tranſactione l.2.t.47.l.2
Quoniam indignum eſt l.6.t.23.l.15
* Quoniam in pleriſque l.1.t.2.l.26
Quoniam in prioribus conſtitutionibus l.3.t.28.l.32
Quoniam inter alias captiones l.8.t.35.l.3
Quoniam iudices ordinarij l.7.t.62.l.21
Quoniam liberum fundum l.4.t.31.l.10
Quoniam liberi reſtes l.4.t.20.l.10
Quoniam multa facinora l.9.t.12.l.6
Quoniam multi iudices l.1.t.8.l.11
Quoniam nihil actor amplius l.6.t.53.l.1
Quoniam nonnulli fiſci debitores l.7.t.62.l.18
Quoniam nonnulli l.9.t.24.l.1
Quoniam nouella conſtitutio l.3.t.20.l.29
Quoniam plerunque euenit l.3.t.12.l.1
Quoniam præteritæ leges l.5.t.9.l.9
Quoniam religioſa ſolicitudo l.7.t.13.l.1
Quoniam ſeruos à plagiariis l.9.t.20.l.10
Quoniam ſororem tuam l.6.t.30.l.7
Quoniam venerabilis recordationis l.1.t.3.l.23
Quoniam veredorum l.12.t.51.l.12
Quoniam vnum carceris conclaue l.9.t.4.l.3
Quoſdam operta humo l.11.t.6.l.6

RAtio iuris poſtulat l.4.t.39.l.2
Rationes curæ adminiſtratæ l.5.t.37.l.14
Rationes defuncti, quæ l.4.t.19.l.6
Rationales priuatę rei l.2.t.9.l.3
Raptores virginum honeſtarum l.9.t.13.l.1
Raptores virginum, vel viduarum l.1.t.3.l.42
Ratas manere ſemper l.4.t.44.l.7
Rebus certa lege traditis l.4.t.64.l.6
Rebus, quas alius detinet l.2.t.17.l.2
Rebus quidem iudicatis ſtandum eſt l.7.t.52.l.1
Receptitia actione ceſſante l.4.t.19.l.2
Recte poſſident l.8.t.4.l.1
Rectores prouinciarum l.9.t.47.l.24
Reddatur vnuſquiſque l.10.t.52.l.8
Refert largiter dotem l.6.t.44.l.5
Regię maieſtatis eſt l.2.t.16.l.1
Regionem terram fundi l.3.t.39.l.3
Relationes vicariorum l.1.t.38.l.2
* Remittit l.11.t.1.l.1
Renitente te pater tuus l.6.t.30.l.11
Repetita conſuetudo l.12.t.38.l.1
Repetita promulgatione l.1.t.3.l.37
Repetitio peculij rerum l.7.t.21.l.8
Reprehendenda tu magis es l.6.t.25.l.5
Requirendi fugitiuos l.6.t.1.l.2
Res alienas poſſidens l.3.t.32.l.28
Res in iudicium deducta l.3.t.9.l.1
Res inter alios iudicata l.7.t.66.l.2
Res iudicatæ ſi ſuo pretextu l.7.t.52.l.2
Res mobiles in dotem datæ l.7.t.28.l.1
Res ob cauſam iudicati datas l.8.t.23.l.1
Res obligat l.8.t.14.l.21
Res obligatas ſibi l.9.t.33.l.3
Res pignoris hypothecæve l.8.t.26.l.10
Res quæ ex matris ſucceſſione l.6.t.59.l.2
Res quas vſufructu l.3.t.12.l.17
Res religione deſtinatas l.9.t.19.l.1
Res vxoris, quæ l.5.t.16.l.24
Rei annonarię emolumenta l.4.t.47.l.2
Rei credito obligatæ l.8.t.28.l.17
Rei iudicatæ cauſa cognita l.7.t.57.l.2
Rem in præſenti non minimam l.5.t.13.l.1
Rem maioris pretij l.4.t.44.l.2
Rem non nouam l.3.t.1.l.12
Rempublicam vt l.11.t.29.l.3
Rem priuatam noſtram l.11.t.74.l.2
Rem, quam à patre veſtro l.2.t.29.l.2
Rem, quam pater in dotem l.5.t.12.l.22
Rem quidem illicitam l.7.t.16.l.1
Rem ſuam perſequentibus l.10.t.7.l.1
Re quidem integra l.4.t.45.l.1
Re tua apud alium manente l.3.t.32.l.18
Reſpublica minorum iure l.2.t.54.l.4
Reipublicæ legibus l.2.t.18.l.1
Reum criminis conſtitutum l.2.t.13.l.6
Reos criminis poſtulatos l.10.t.58.l.1
Reos adulterij duos l.9.t.9.l.8
Reos capitalium criminum l.9.t.2.l.3
Res eorum, qui l.10.t.21.l.1
Res principales l.8.t.41.l.23
Reſtaurationi mœnium publicorum l.11.t.69.l.2
Retractare fiſcum, quod l.10.t.5.l.2
Reſcripta contra ius elicita l.1.t.19.l.7
Reſtituendæ l.2.t.8.l.6
Romanę gentis homines l.4.t.42.l.2
Rupto quidem teſtamento l.6.t.36.l.1
Rura & poſſeſſiones, quas l.11.t.58.l.14

SAcramenta puberum l.2.t.28.l.1
* Sacram l.1.t.4.l.33
* Sacram fecimus l.5.t.4.l.29
Sacri affatus quoſcunque l.1.t.23.l.6
Sacri cubiculi præpoſiti l.12.t.5.l.1
Sacrilegij inſtar eſt l.1.t.23.l.5
* Sacris l.1.t.3.l.44
* Sacris noſtris l.1.t.3.l.46
Sacroſancta Theſſalonicenſis l.1.t.2.l.8
Sacroſanctæ orthodoxæ fidei l.1.t.3.l.32
Salarium incerta pollicitatione l.4.t.35.l.15
Saluberrima ſanctione l.12.t.45.l.1
* Samaritanorum l.1.t.5.l.17
* Sancimus vt l.1.t.1.l.3
Sancimus j. l.5.t.37.l.25
Sancimus ij. ib. l.28
Sancimus j. l.1.t.2.l.17
Sancimus ij. ib. l.18
Sancimus j. l.5.t.4.l.24
Sancimus ij. ib. l.27
Sancimus j. l.2.t.7.l.6
Sancimus ij. ib. l.12
Sancimus cautiones nomine l.6.t.38.l.3
Sancimus de inuectis à l.8.t.15.l.7
Sancimus eiuſmodi viros l.9.t.27.l.6
Sancimus fauore imperfectæ ætatis l.2.t.41.l.6
Sancimus his ſolis militibus l.7.t.35.l.8
Sancimus his ſolis, qui l.2.t.51.l.8
Sancimus ibi eſſe pœnam l.9.t.47.l.22
Sancimus in l.1.t.4.l.30
Sancimus licentiam eſſe l.6.t.48.l.6
Sancimus, mulieres ſuæ l.2.t.56.l.6
Sancimus neminem l.1.t.3.l.47
* Sancimus neminem l.1.t.3.l.53
Sancimus nemini l.8.t.5.l.3
Sancimus omnem donationem l.8.t.54.l.34
Sancimus omnes iudices l.3.t.1.l.13
Sancimus quemadmodum de iis l.6.t.58.l.11
Sancimus, ſi proprietati l.7.t.15.l.1
Sancimus ſi quis legitimo l.6.t.23.l.27
* Sancimus ſi quis moriens l.1.t.3.l.45
Sancimus, ſi quis pro alio l.8.t.41.l.26
Sancimus, ſiue lex l.4.t.31.l.7
Sancimus veterum dubitatione l.4.t.37.l.8
Sancimus viros excelſos l.12.t.3.l.5
Sancimus viris excellentiſſ. l.12.t.3.l.4
Sancimus, vt authentica ipſa l.1.t.23.l.3
* Sancimus vt nemo l.1.t.4.l.29
Sancimus, vt ſi quando abfuerit l.1.t.4.l.31
Sancimus, vt ſi quis l.7.t.54.l.3

* ſanctiſſimarum

* Sanctiſſimarum lib. 1.ti. 3.l.43
Sanum mente. licet ęgrum corpore l.2.t.4.l.27
Satis aperte diuorum l.9.t.22.l.2
Satis notum eſt l.8.t.13.l.4
Satis ſit debitorem l.10.t.21.l.2
Scholarium noſtrorum deuotio l.4.t.34.l.3
Sciant cuncti accuſatores l.4.t.19.l.25
Sciant iudices ſuper admiſſis l.9.t.27.l.2
Sciant iudices, nihil l.10.t.73.l.3
Sciant omnes, accipiendi l.10.t.6.l.2
Sciant principes & cornicularij l.1.t.48.l.3
Sciant, qui ad ſucceſſionem l.6.t.57.l.10
Sciens liberum venundando l.3.t.15.l.2
Sciens ſeruum alienum l.7.t.27.l.7
Scientis conditionem l.7.t.14.l.6
Scimus antea conſtitutionem l.3.t.28.l.36
Scimus iam duas eſſe l.6.t.30.l.22
Scire debet grauitas tua l.10.t.10.l.1
Scire debes omiſſa Falcidia l.6.t.49.l.1
Scire debes priuilegium l.7.t.74.l.1
Scire debetis fideicommiſſi l.6.t.53.l.7
Scire debuiſti fratre l.6.t.58.l.1
Scire debuiſti, quæ ſub l.8.t.38.l.6
Scriniis omnibus largitionum l.12.t.24.l.7
Scriniarios, vel apparitores l.6.t.21.l.16
Scriniarios, vel numerarios l.12.t.50.l.8
Scriptura teſtamenti l.3.t.38.l.10
Scripturæ diuerſæ l.4.t.21.l.14
Scripturas, quæ ſæpe l.8.t.18.l.11
Scrupuloſam veterum inquiſitionem l.8.t.38.l.11
Secundus creditor offerendo l.8.t.14.l.22
Secundum D. Leonis conſtitutionem l.8.t.54.l.32
Secundum placiti fidem l.8.t.28.l.20
Secundum rationem iuris l.5.t.18.l.2
Secundum reſponſum Domitij l.8.t.38.l.4
Securitates ſemel publicatas l.10.t.70.l.11
Securitatibus, quę l.10.t.22.l.4
Semel cauſaria miſſis l.12.t.36.l.6
Semel ſecuritatem l.10.t.22.l.2
Senatores in pecuniariis cauſis l.3.t.24.l.2
Senatores in ſacratiſſima l.10.t.39.l.8
Senatores ſeu præfectos l.5.t.27.l.1
Senatorum ſubſtantias l.12.t.1.l.4
Senatuſconſultum auctore D. Hadriano l.3.t.31.l.1
Senatuſconſultum locum habet l.4.t.29.l.4
Senatuſconſulti auctoritatem l.5.t.6.l.1
Senatuſconſulto permiſſum non eſt l.9.t.1.l.5
Senatuſconſulto & edicto D. Claudij l.9.t.23.l.3
Senectus ad donationem l.8.t.54.l.16
Senium quidem ætatis l.6.t.22.l.3
Sententia bonorum omnium l.8.t.41.l.20
Sententiis finita negotia l.2.t.10.l.3
Sæpenumero præceptum eſt l.7.t.38.l.1
Sæpe quidem ſuos obnoxios l.7.t.39.l.9
Sæpe reſcriptum eſt l.2.t.17.l.1
Septem diebus per l.12.t.38.l.12
Seruus creditoris l.2.t.3.l.3
Seruus in iudicio l.3.t.1.l.6
Seruus ſub pœna vinculorum l.9.t.47.l.10
Seruus ſucceſſores habere non poteſt l.6.t.58.l.4
Seruus tuus pecuniam l.4.t.25.l.1
Serui ob violatum contubernium l.9.t.9.l.23
Serui qui monetarios l.7.t.13.l.2
Seruo ex ſententia damnato l.9.t.47.l.13
Seruo qui fuerat pignori obligatus l.8.t.14.l.25
Seruo tuo defunctus l.7.t.2.l.9
Seruum communem l.3.t.36.l.22
Seruum domini delatorem l.10.t.11.l.6
Seruum emptor non traditum l.3.t.32.l.27
Seruum fugitiuum ſui furtum l.6.t.1.l.1
Serui atque coloni l.10.t.67.l.3
Seruorum capitis crimine damnatorum l.9.t.49.l.1
Seruorum libertates l.7.t.3.l.1
Serui ſi dominorum fuerint l.1.t.3.l.36
Seruis teſtamento dominorum l.6.t.37.l.4
Seruos meos nec per l.7.t.11.l.2
Seruos non ſolum pro dominis l.9.t.41.l.14
Seruos pro domino l.4.t.20.l.7
Seruos qui feciſſe violentiam l.9.t.12.l.8
Seruos qui proprij indubitatè iuris l.9.t.45.l.7
Seruos quos nullo iure l.8.t.30.l.2
Seruos vel tributarios l.11.t.47.l.12
Seueram indagationem l.12.t.1.l.10
Seueriter præſes prouinciæ l.5.t.62.l.14
Si à creditore nomen comparaſti l.14.t.10.l.7
Si à creditrice iure pignoris l.8.t.46.l.2
Si à patre emancipatus l.4.t.5.l.5
Si à patre emancipata l.6.t.30.l.1
Si à matre veſtra ſuperſtite l.5.t.12.l.13
Si à fratre tuo militante l.6.t.21.l.14
Si à non dominis l.7.t.10.l.7
Si à ſponſo rebus ſponſæ donatis l.5.t.3.l.16
Si à te comparauit is l.4.t.54.l.7
Si abducta mancipia l.6.t.2.l.10
Si ab Æliano l.9.t.20.l.2
Si ab eo cuius ſeruus l.7.t.16.l.7
Si ab eo qui ex ſacro l.6.t.57.l.11
Si ab eo qui negotia l.2.t.19.l.7
Si ab hoſtibus cum patre l.2.t.54.l.5
Si abſentis pecuniam l.4.t.2.l.4
Si abſentibus neceſſariis l.5.t.61.l.1
Si actionem legati l.2.t.3.l.24
Si accuſatoribus abſentibus l.9.t.2.l.4
Si actor à curatore l.7.t.62.l.10
Si actor ſeruo tam l.8.t.43.l.19
Si actu ſolemni præcedentem l.7.t.75.l.6
Si ademptis bonis l.9.t.51.l.5
Si ad excludendam l.4.t.1.l.4
Si ad inſtar interdicti l.8.t.8.l.3
Si ad magiſtratum nominati l.10.t.31.l.18
Si ad reſoluendam donationem l.5.t.71.l.7
Si ad ſcribatum nominatus l.7.t.62.l.4
Si aduerſus tuus l.4.t.29.l.10
Si aduerſarius tuus l.4.t.21.l.3
Si aduerſus priuatos l.2.t.37.l.2
Si adulta cuius curam geris l.4.t.17.l.6
*Si alicuius l.20.t.3.l.7
Si alienam à reo l.8.t.41.l.19
Si aliquando homines emergant l.8.t.12.l.14
Si aliquid à ſuſceptore l.10.t.70.l.12
Si aliquid per epiſtolam l.8.t.54.l.13
Si alterius circumueniendi cauſa l.2.t.43.l.2
Si ancillam nummis tuis l.5.t.16.l.2
Si ancillam ex emptione l.4.t.38.l.7
Si ancillam tibi ex cauſa l.4.t.49.l.11
Si ante conceptus eſt puer l.9.t.47.l.4
Si ante diem l.10.t.68.l.1
Si ante matrimonium l.5.t.3.l.7
Si apparitor deſugerit l.12.t.58.l.6
Si appellatione oblatam l.7.t.62.l.31
Si apud vtrunque prætorem l.7.t.62.l.17
Si apud priorem dominum l.4.t.58.l.3
Si apud prouinciæ præſidem l.8.t.56.l.2
Si aquam per poſſeſſionem l.3.t.34.l.2
Si arbiter datus à l.7.t.45.l.2
Si auus tuus qui patrem l.6.t.28.l.2
Si auus tuus relictis l.6.t.14.l.1
Si aui tui hereditatem adiiſti l.9.t.32.l.3
Si auia tua patrem tuum l.6.t.30.l.6
Si auia veſtra ſibi l.8.t.39.l.6
Si auia veſtra proprias l.8.t.54.l.19
Si auiæ eorum frater l.6.t.16.l.2
Si auiam tuam vti ancillam l.7.t.14.l.3
Si aut nullum teſtamentum l.6.t.57.l.4
Si Barſatorem latronem l.8.t.41.l.13
Si bona debitoris tui l.7.t.72.l.5
Si bonam cauſam l.5.t.37.l.11
Si bonorum poſſeſſio l.6.t.9.l.2
Si cautiones quibus l.9.t.1.l.2
Si cauſa cognita l.2.t.4.l.32
Si cauſam iudicati l.7.t.53.l.2
Si certis annis l.2.t.3.l.28
Si ceſſante ſolutione l.8.t.28.l.7
Si circumſcripta matre veſtra l.5.t.18.l.6
Si citra vllam tranſactionem l.4.t.5.l.2
Si clericus ante definitiuam l.1.t.4.l.2
Si codicillos maior xxv. an. feciſſet l.7.t.2.l.1
Si cognati tui ſeruos l.2.t.19.l.21
Si cogitatione futuræ ſucceſſionis l.3.t.36.l.21
Si cohortalis apparitor l.12.t.58.l.12
Si coloni, quos bona fide l.11.t.47.l.14
Si compenſandi debiti gratia l.6.t.24.l.6
Si competenti iudici l.6.t.52.l.3
Si competenti iudici l.5.t.25.l.3
Si conductionis impleſtis fidem l.4.t.65.l.26
Si confidis ſponſam filij tui l.9.t.12.l.3
Si conſentiente matre l.5.t.3.l.14
Si conſtat pecuniam l.4.t.31.l.4
Si conſtante matrimonio l.5.t.17.l.9
Si conſtante matrimonio l.5.t.3.l.19
Si conſtante matrimonio à marito l.5.t.19.l.1
Si conſtante matrimonio maritus l.5.t.18.l.11
Si conſtante matrimonio tibi l.5.t.16.l.19
Si conſtiterit eum qui l.3.t.39.l.4
Si conſtiterit proprietatem l.4.t.21.l.8
Si contra compromiſſum l.2.t.56.l.2
Si contra ampliſſ. ordinis decretum l.5.t.73.l.2
Si contra defuncti voluntatem l.7.t.27.l.2
Si contra licitum litis l.4.t.35.l.20
Si contra maiorem xxv. an. l.7.t.62.l.8
Si contra matris vltimam voluntatem l.5.t.47.l.1
Si contra pupillos l.3.t.14.l.1
Si contra te iure pronuntiatum eſt l.7.t.67.l.1
Si controuerſia tibi l.8.t.45.l.9
Si conuenit vt in matrimonio l.5.t.14.l.6
Si creditor conditioni l.8.t.41.l.7
Si creditor colludens l.9.t.22.l.15
Si creditor non veſtram perſonam l.2.t.25.l.4
Si creditor pignus l.8.t.34.l.2
Si creditor poſſeſſionem l.8.t.24.l.2
Si creditor ſine vitio l.4.t.24.l.4
Si creditoris voluntas l.6.t.42.l.17
Si creditore pignus l.8.t.30.l.5
Si creditores veſtros l.2.t.3.l.18
Si creditoribus ſatisfactum l.7.t.8.l.5
Si creditrici, quæ l.4.t.32.l.6
Si crimen ad tuam l.9.t.1.l.10
Si crimen aliquod l.7.t.19.l.3
Si criminis accuſationem l.9.t.12.l.4
Si criminis alicuius reus l.3.t.42.l.2
Si cui non numeratæ pecuniæ l.4.t.30.l.15
Si cui loci proprietas l.8.t.20.l.9
Si cuiuſcunque modi actiones l.2.t.14.l.
Si cuiuslibet tributarius l.11.t.13.l.2
Si cuidam crimini obnoxius l.9.t.2.l.2
Si cum ante nuptias l.5.t.3.l.7
Si cum aui tui teſtamento l.2.t.39.l.3
Si cum ea, quæ tibi l.5.t.11.l.3
Si cum eſſes pupillaris l.3.t.6.l.1
Si cum exiguam pecuniam l.4.t.6.l.4
Si cum fratre tuo l.7.t.60.l.3
Si cum Hermes vectigal l.4.t.65.l.7
Si cum ingenuus eſſes l.11.t.36.l.2
Si cum inter te & auiam l.7.t.64.l.3
Si cum ipſe l.4.t.29.l.3
Si cum militaribus laboribus l.2.t.51.l.6
Si cum minor annis xxv. eſſes l.2.t.43.l.1
Si cum pater tuus l.2.t.27.l.2
Si cum pater veſter l.4.t.29.l.17
Si cum patruus tuus l.4.t.64.l.1
Si cum patruo veſtro l.3.t.38.l.6
Si cum pecuniam pro marito l.7.t.73.l.5
Si cum pecuniam tuam l.8.t.38.l.3
Si cum quæſtio tibi ſuper l.8.t.45.l.17
Si cum ſeruus liberam l.8.t.43.l.3
Si cum te pater l.10.t.31.l.1
Si cum tibi pretium l.3.t.1.l.4
Si cum vel in vtero haberetur l.6.t.2.l.11
Si curator poſt decretum l.5.t.51.l.3
Si curatoris quondam tui l.6.t.30.l.9
Si curatorem habens l.1.t.22.l.3
Si curatores habes l.5.t.37.l.9
Si curatores dati l.5.t.62.l.2
Si curatores tutoribus adiuncti l.5.t.60.l.
Sicut initio libera poteſtas l.4.t.10.l.5
Sicut bonis moribus conuenit l.2.t.2.l.1
Sicut certi iuris eſt l.6.t.21.l.9
Sicut ceſſat petitio l.5.t.16.l.11
Sicuti conuictis, confeſſiſque l.9.t.41.l.4
Sicut datam libertatem l.7.t.16.l.26
Sicut eligendi fideiuſſores l.8.t.41.l.21
Sicut & honores & munera l.10.t.40.l.2
Sicut falſi teſtamenti l.9.t.22.l.17
Sicut fieri per l.12.t.38.l.4
Sicut in initio nominis l.5.t.9.l.35
Sicut iniquum eſt l.4.t.21.l.5
Sicut in rem ſpecialem l.7.t.39.l.3
Sicut inſtrumenta prætermiſſa l.6.t.16.l.
Sicut liberis captiuis l.8.t.51.l.10
Sicut maior xxv. ann. l.6.t.31.l.4
Sicut periculum vini l.4.t.40.l.12
Sicut ſacrificia templorum l.1.t.11.l.3
Sicut ſemel præſtitam l.7.t.16.l.20
Sicut vlm maiorem l.8.t.14.l.19
Sicut vſumfructum, qui l.3.t.34.l.13
Si decurionum conſortio l.10.t.34.l.1
Si debitor, cuius l.7.t.73.l.4
Si debitor ex adminiſtratione l.77.t.11.l.
Si debitor pœnam ſententiæ l.9.t.51.l.3
Si debitor rem tibi l.8.t.28.l.12
Si debitori hæres l.7.t.36.l.2
Si debitum non inficiantur l.4.t.15.l.3
Si de certa re l.2.t.4.l.31
Si decretum ordinis l.7.t.9.l.2
Si decreto prætoris l.8.t.18.l.2
Si defunctus cuiuſcunque ſexus l.6.t.54.l.
Si defunctus tutelam l.5.t.51.l.10
Si de fundo a locatore expulſa es l.4.t.65.
Si de hæreditate & l.7.t.19.l.2
Si delegatio non eſt interpoſita l.8.t.42.l.3
Si deportationis ſententiæ l.9.t.51.l.12
Si deportatus ſuos, & l.9.t.49.l.8
Si depoſita pecunia l.4.t.34.l.4
Si depoſiti experiaris l.4.t.34.l.3
Si de poſſeſſione ſeruitutis l.4.t.19.l.20
Si de poſſeſſione vi deiectus es l.4.t.4.l.4
Si de proprietate datus iudex l.7.t.48.l.3
Si de proprio ſuo patrimonio l.10.t.61.l.1
Si deſerti prædia l.4.t.46.l.2
Si deſertorem militiæ l.7.t.13.l.4
Si deſertores inuenti l.12.t.46.l.2
Si diuerſa pars contra l.2.t.4.l.14
Si diuina domus l.10.t.19.l.8
Si diuiſa conductio fuit l.4.t.65.l.13
Si diuiſio adminiſtrationis l.5.t.53.l.2
Si diuiſionem conuentione factam l.3.t.36.l.
Si diuiſum adminiſtrationis periculum l.5.t.
Si doceas, vt affirmas l.8.t.55.l.1
Si docueris apud præſidem l.9.t.22.l.9
Si dolo aduerſarij l.4.t.44.l.5
Si dominum ancillæ l.3.t.42.l.1
Si domina proprietatis l.3.t.33.l.10
Si dominum eius poſſeſſionis l.8.t.14.l.9
Si donatio per epiſtolam l.8.t.14.l.5
Si donationis, vel tranſactionis l.2.t.20.l.7
Si donationis cauſa l.4.t.38.l.3
Si donationis cauſa l.8.t.54.l.18
Si donationis gratia l.8.t.44.l.2
Si donationem ritè feciſti l.8.t.56.l.5
Si donatione contineatur l.8.t.57.l.1
Si donationes tibi poſt mortem l.6.t.20.l.23
Si donationum ante nuptias l.5.t.4.l.22
Si dotare filiam volens l.4.t.29.l.12
Si dotem, vt proponis l.6.t.44.l.4

otem marito li.5.ti.12.l.24
lum in tuo matrimonio li.9.t.9.l.14
uo pluréſve l.8.t 40.l.1
uo vel plures l.4.t.27.l.3
uobus vel tribus l.6.t.43.l.3
a cæcitate pater l.10.t.30.l.1
a conditione l.6.t.46.l.3
a, cuius filium l.6.t.49.l.13
ea lege Chreſtes l.4.t.57.l.2
a lege poſſeſſionem l.4.t.32.l.17
a lege prædium vendidiſti l.4.t.54.l.1
a pactione vxor tua l.4.t.32.l.14
a, quæ donaueras l.8 t.54 l.23
ea, quæ crimen intendit l.9.t.1.l.7
ea quæſtio infertur l.6.t.35.l.3
ea quæ ſtupro tibi cognita eſt l.9.t.9.l.22
ea, quæ tibi vendidit l.2.t.24.l.2
eius, à quo nunc l.9.t.9.l.24
eius quæ vos heredes l.6.t.57.l.2
ei, qui capere poteſt l.10.t.11.l.1
emancipata à patre l.1.t.18.l.3
emancipati vtrique l.6.t.20 l.9
emancipatis vobis l.4.t.50.l.2
eo tempore quo l.8 t.26.l.6
æſtimata prædia l.5.t.23.l.1
ex alio contractu l.4.t.26 l.9
ex cautione tua l.4.t.30.l.3
ex cautione tua l.4.t 7.l.1
ex contractu l.4.t.26.l.3
ex edicto ſororis l.8.t 2.l.2
ex falſis inſtrumentis l.2.t.4.l.42
ex libertate natum l.7.t.16.l.12
ex maiore debiti quantitate l.8.t.36.l.7
ex multis cauſis l.7.t.40.l.3
ex ea pecunia, quam l.3.t.32.l.6
ex perſona minorum l.2.t.32.l.2
ex poſſeſſione ſeruitutis l.3.t.22.l.4
ex pretio debitæ quantitatis l.4.t.2.l.6
ex quocunque contractu l.3.t.42.l.9
ex ſenatuſconſulto l.6.t.48 l.1
extat corpus nummorum l.3.t.41.l.1
ex venditione l.4.t.3 .l.7
ex voluntate patris tui l.5.t.16.l.7
i falſum inſtrumentum l 4.t.22.l.5
i falſos codicillos l.9.t.22.l.8
i familiæ erciſcundæ iudicio l.3.t.36.l.14
i fœmina ſuam l.9.t.45.l.5
i fænebris pecunia l.4.t.29.l.13
i fideicommiſſum ab l.6.t.52.l.6
i fideiuſſor à creditore l.2.t.21.l.1
Si fideiuſſor procuratoris l.2.t.13.l.7
i fideiuſſor pro reo l.4.t.35.l.6
i fideiuſſor nullam l.8.t.41.l 27
i filiusfamilias delatam ſibi l.3.t.31.l.10
ſi filiusfamilias fuiſti l.3 t.36.l.4
i filiusfamilias inuito patre l.4.t.12.l.3
i filiusfamilias j. l.4.t.28.l.1
i filiusfamilias ij. ibid l.3
ſi filiusfamilias iij. ibid.l.7
ſi filius pro patre ſuo l.2.t.19.l.12
ſi filius tuus in poteſtate l.4.t.28.l.6
ſi filius tuus immoderatæ libidinis l.3.t.29.l.4
ſi filius tuus cum eſſet l.9.t.49.l.3
ſi filius tuus res l.8.t.54.l.14
ſi filius tuus in poteſtate l.8.t.47.l.3
ſi fili; tui emancipati l.5.t.16.l.16
ſi filiæ tuæ quam l.8.t.38.l.2
ſi filium tuum liberum l.7.t.16.l 37
ſi filium tuum in poteſtate l.8.t.47.l.1
ſi filiis debitoris tui l.5.t.31.l.4
ſi filiæ tuę ſponſus l.5.t.3.l.10
ſi filiam tuam, eo quod l.3.t.28.l.19
ſi fines agri venditor l.8.t.45.l.10
ſi fortè mulier l.9.t.17.l.9
ſi Fortidianum fundum l.6.t.37.l.7
ſi frater patruelis tuus l.6.t.22.l.4
ſi frater tuus cum l.2 t.23.l.2
ſi frater tuus l.6.t.42.l.5
ſi fratris tui filius l.6.t.30.l.3
ſi fratri tuo legitima l.6.t.54.l.1
ſi fratrem tuum l.9 t.20.l.5
ſi fratres tui minores l.2.t.12.l.21
ſi fratres veſtri l.3.t.38.l.7
ſi fraude & dolo l.7.t.33.l.6
ſi fructus eorum prædiorum l.5.t.16.l.8
ſi fugitiui ſerui l.6.t.1.l.3
ſi functiones l.8.t.54.l.4
ſi fundum veſtrum l.3.t.32.l.17
ſi fundum tuum pater l.4.t.51.l.5
ſi fundum parentes tui l.4.t.54.l.2
ſi fundum pignori l.8.t.18.l.4
ſi fundum ſciens alienum l.8.t.43.l.27
ſi fundi nomine l.8.t.35.l.2
ſi furioſi parentis liberi l.5.t.4.l.23
ſi furti condemnata es l.2.t.12.l.8
ſi Gaudentius in matrem l.4.t.38.l.6
ſi generaliter bona ſint obligata l.8.t.18.l.6
ſi genero dotem dando l.5.t.12.l.26
ſi grauius vllum facinus l.12.t.1.l.16
ſi heredes iure facto l.7.t.2.l.12
ſi heredem Quintiani l.3.t.58.l.10

ſi hæreditas eius à quo lib.7.t.2.l.6
ſi hi contra quos ſupplicas l.4.t.65.l.22
ſi hypothecas fiſco diſtrahente l 8.t.26.l.8
ſi hi qui à vobis l.4.t.65.l.14
ſi hi qui cum patre l.10.t.60.l.3
ſi hi quos ſeruos tuos l.7.t.16.l.2
ſi his de quorum ſucceſſione l.6.t.57.l.8
ſi homines certi l.6.t.47.l 3
ſi iam puberes vtrinſque l.2.t.25.l.1
ſi idcirco apud arbitrum l.2.t.54.l.2
ſi idem codicilli l.6.t.36.l.7
ſi ideo vltio necis l.6.t.35.l.7
ſi ignorans ſtatum Erotis l.5.t.18.l.3
ſi ignorante vel inuito l.8.t.16.l.3
ſi ille qui ex filia l.10.t.31.l.62
ſi imperialis maieſtas l.1.t.14.l.11
ſi in area communi l.3.t.32.l.16
ſi in cauſa iudicati l.4.t.15.l.2
ſi incurſu latronum l.4.t.34.l.1
ſi indebitam pecuniam l 8.t.41.l.15
ſi in ædibus vicini l.3.t.34.l.9
ſi infanti l.6.t.30.l.18
ſi inferiorem partem ædificij l.3.t.32.l.2
ſi in fraudem eorum l.7.t.11.l.5
ſi in fraudem eorum quæ l.6.t.37.l.9
ſi in fraudem patroni l.6.t.5.l.1
ſi in fraudem legatorum l.6.t.39.l.1
ſi ingenuum te l 7.t.14.l.1
ſi In hoc quod iure tibi debetur l.8.t.28.l.14
ſi in locum eius tutoris l.5.t.36.l.1
ſi in nomine vel præ nomine l.6.t.23.l 4
ſi in patria vxoris tuæ l.10.t.39 l.5
ſi in perſonam patris tui l.6.t.42.l.21
ſi in poſſeſſione libertatis l.3 t.22.l.3
ſi in poteſtate patris l.8.t.7.l.1
ſi in poteſtate tua l.12.t.37.l.3
ſi in rem communem l.4.t.2.l.12
ſi in rem minoris l.5.t 39.l.3
ſi in rem ſuam accepta l.8.t.16.l.7
ſi in ſolutum nomen l.4.t.10.l.6
ſi in te ius fiſci l.7.t.73.l.17
ſi in te ius ac fratrem l.2.t.30.l.2
ſi inter minores l.2.t.46.l.1
ſi inter patrem tuum l.8.t.43.l.7
ſi inter virum & vxorem l.5.t.12.l.21
ſi inter vos maiores l.3 t.38.l.8
ſi interrogatione præcedente l.4.t.32.l.1
ſi inteſtatæ mulieri l.6.t.56.l.1
ſi intra annos quibus l.2.t.53.l.3
ſi intra ætatem exi. l.2.t.22.l.6
ſi intra legibus definitum tempus l.4.t.30.l.8
ſi intra legitimam ætatem l.2.t.53.l.2
ſi inuita detinetur vxor l.5.t.4.l.11
ſi inuito vel ignorante l.8.t.52.l.1
ſi in vna eademque cauſa l 7.t.68.l.2
ſi ipſe vocatus ad l.10.t 63.l.1
ſi is contra quem preces fundis l.8.t.10.l.5
ſi is contra quem ſupplicas l.7.t.33.l.8
ſi is cui colendum fundum l.7.t.34.l.1
ſi is cui te pecuniam l.6.t.2.l.7
ſi is qui ademptis bonis l.7.t.66.l.1
ſi is qui hæredem fecit l.7.t.21.l.2
ſi is qui depoſitam à te l.4.t.34.l.8
ſi is qui minorem l.2.t.43.l.2
ſi is qui pretium pro te acceperat l 4.t.57.l.4
ſi is qui puellam l.5.t.1.l.2
ſi is qui te ab hoſtibus l.8.t.51.l.11
ſi is qui te cum vxore l.6.t.22.l.2
ſi is qui te heredem fecit l.7.t.21.l.2
ſi is quem homicidij l.9.t.6.l.2
ſi is quem ſeruum tuum l.7.t.21.l.4
ſi ita duumuiri l.11.t.35.l.3
ſi ita vt lege municipali l.7.t.9.l.1
ſi iudici probatum fuerit l.7.t.68.l.1
ſi iure manumiſſus es l.4.t.61.l.1
ſi iure non ſubſiſtit l.7.t.2.l.11
ſi iuſta Saturnino l.4.t.57.l.3
ſi legata relicta l.6.t.37.l.6
ſi legatarius cclauerit l.6.t.37.l.25
ſi lex municipij l.8.t.49.l.1
ſi legis Aquiliæ actione l.3.t.35.l.2
ſi legibus prohibitæ l.1.t.4.l.16
ſi lenones patres ibid.l.13
ſi liber colonus l.11.t.68.l.1
ſi liber conſtitutus, vt l.4.t.6.l.9
ſi liber homo alienæ l.7.t.16.l.3
ſi liberum captum te l.8.t.51.l.11
ſi liberis ex priore matrimonio l.5.t.3.l.28
ſi libertam quis vxorem habeat l.5.t.4.l.28
ſi libertatem tibi l.9.t.23.l.6
ſi libertus, vel l.10.t.32.l.1
ſi liberti accuſatores l.9.t.1.l.21
ſi liberti conuenientibus patronis l.6.t.4.l.2
ſi liberti, eiuſdemque curatoris l.5.t.37.l.10
ſi liberam peculij adminiſtrationem l.4.t.26.l.10
ſi libellum de communi cauſa l.1.t.23.l.1
ſi liqueat matrem tuam l.3.t.29.l.8
ſi lis pecuniaria apud l.9.t.22.l.11
ſi Lyſas adempta parte bonorum l.8.t.41.l.1
ſi literas eius ſecutus l.4.t.35.l.7
ſi literarum Auxenonis l.8.t.43.l.23

ſi longis apertiſque fruſtrationibus l.7.t.53.l.7
ſi magiſtratus l.5.t.75.l.1
ſi magnum & capitale crimen l.9.t.1.l.13
ſi maior annis xxv l.4.t.44.l.13
ſi maior annis xxv l.2.t.4.l.36
ſi maior annis xxv l.2.t.28.l.1
ſi maior quinquagenaria l.6.t.57.l.12
ſi maior quinque & xx. annis l.3.t.37.l.4
ſi maior quinque & xx annis l 2.t.21.l.7
ſi maior tranſegiſti l.2.t.4 l.22
ſi maiores xxv. annis l.2.t.4 l.25
ſi mancipium tuum l.3.t.32.l.23
ſi mala fide ſeruum tuum l.7.t.30.l.3
ſi mandator pro filio tuo l.4.t.26.l.8
ſi mandatum ſolius mariti l.2.t.19 l.14
ſi manifeſtè doceri poſſit l.3.t.34.l.7
ſi manumiſſus ingratus l.6.t.7.l.2
ſi manumiſſori tuo l.6.t.6.l.4
ſi maritus quondam tuus l.6.t.20.l.14
ſi maritus quondam vxoris tuæ l.5.t.16.l.12
ſi maritus ſororis tuæ l.4.t.35.l.5
ſi maritus tuus facto l.3.t.28.l.22
ſi maritus tuus creditores l.5.t.16.l.12
ſi maritus tuus mutuam. l.8.t.28.l.19
ſi maritus tuus licet l.8.t.47.l 7
ſi maritus tuus facto teſtamento l.3.t.28.l.20
ſi mater cum filiorum l.4.t.29.l.6
ſi mater legitima l.8.t.15.l.6
ſi mater filius duobus l.3.t.28.l.3
ſi mater tua maior annis l.4.t.32.l.24
ſi mater tua patrimonium l.3.t.29.l.7
ſi mater tua velut ex l.4.t.38.l.10
ſi mater tua propter furorem l.6.t.19.l.1
ſi mater tua quaſi ingenua l.7.t.21.l.6
ſi mater veſtra filiæ ſuæ l.5.t.3 l.12
ſi mater vos ſub conditione l.6.t.25.l.3
ſi matrem eius cuius l.7.t.29 l.3
ſi matrem tuam l.9.t.47.l.9
ſi mater ſuperſtite l.6.t.54.l.11
* Si miles l.9.t 6.l.1
ſi miles in prouincia l.9.t.3.l.1
ſi militem ad negotium tuum l 4.t.6.l.5
ſi militaris iudex l.7 t.48.l.2
ſi militiæ nomen dare l.11.t.34.l.1
ſi miniſterium tuum l.7.t.16.l.16
ſi minor annis xx. ad libertatem l.7.t.11.l.4
ſi minor annis xxv. emptori l.2.t.28.l.1
ſi minor à venditore l.4.t.19.l.9
ſi minor xxv. annis l.5.t.71.l.15
ſi minorem te quinque & viginti annis libr. 20. ti 9 l. 4
ſi minor pretio l.10.t.1.l.3
ſi minores, vel ex patris nomine l.5.t.7.l.18
ſi monumento corpus l.8.t.17.l.3
* Si moriatur l.2.t.13.l.8
ſi mortis cauſa l.6.t.49.l.5
ſi mulier alienum ſuſcepit l.4.t.29.l.16
ſi mulier dotem a viro l.5.t.12.l.25
ſi mulier marito ſuo l.5.t.14.l.1
ſi mulier perfectæ ætatis l.24.t.29.l.22
ſi mulier repudij oblatione l.9.t.9.l.25
ſi mutuam pecuniam accipere l.4.t.35.l.5
ſingularum vrbium curiales l.8.t.10.l.8
ſinguli quinque iudices l.1.t.48.l.2
ſinguli vniuerſique iudices l.23.t.2.l.14
ſi necdum perpetuæ l.3.t.43.l.10
ſi negotium ſororis tuæ gerens l.2.t.19.l.16
ſine metu legis Iuliæ l.9.t.9.l.17
ſine periculo tuo l.10.t 60.l.4
ſi neque mandaſti fratri l.7.t.56.l.1
ſi nominis perſecutionem l.8.t.54.l.2
ſi non conuicij conſilio l.9.t.35.l.5
ſi non deſignata certa quantitate l.6.t.44.l.5
ſi non donationis cauſa l.4.t.38.l.8
ſi nondum rem tempore l.6.t.2.l.3
ſi nondum vobis ætas l.5.t.42.l.1
ſi non eſt nuntiator l.9.t.35.l.3
ſi non eſt numeratum l.4.t.9.l.4
ſi non ex propria culpa l.5.t.58.l.2
ſi non inducta & illata l.8.t.15.l.5
ſi non iniuria iudicantis l.8.t.45.l.15
ſi non omnem paternam l.3.t.36.l.1
ſi non proprietatem donaueras l.7.t.10.l.4
ſi non ſimpliciter, ſed l.4.t.58.l.1
ſi non ſinguli inſolidum l.4.t.2.l.5
ſi non ſinguli inſolidum, ſed l.7.t.55.l.1
ſi non ſpeciali priuilegio l.6.t.23.l.9
ſi non ſubſcriſiſti l.5.t.37.l.15
ſi non ſuſpectum contutorem l.5.t.43.l.8
ſi non tranſactionis cauſa l.1.t.18.l.6
ſi non verum contractum l.5.t.16.l.15
ſi nulla iuſta ex cauſa l.7.t.32.l.6
ſi nulla culpa ſeu ſegnitia l.4.t.24.l.7
ſi nulla vſucapionis prærogatiua libro 4. titulo 52. l. 1
ſi nuptiis pater tuus conſenſit l.5.t.4.l.2
ſi ob cauſam iudicati l.8.t.45.l.13
ſi obligata prædia venum dediſti ib.19
ſi obligatum hominem l.8.t.43.l.13
ſi olei certa non oratione l.4.t.65.l.21
ſi operis publici l.9.t.47.l.14
ſi operas certi ſerui l.48.t.24

ſi pactum

ſi pactum interceſſit li.8.t.36.l.6
ſi pacto, quo pœnam l.2.t.3.l.14
ſi parentes veſtri l.8.t.45.l.20
ſi partem poſſeſſionis malæ fidei l.7.t.26.l.5
ſi partus ſubiecti crimen l.9.t.22.l.1
ſi paſcenda pecora l.2.t.3.l.8
ſi paterna hæreditate l.6.t.31.l.1
ſi paterna hereditate l.7.t.75.l.3
ſi paterna hæreditate l.6.t.31.l.2
ſi paternam obligationem l.4.t.29.l.8
ſi paterno affectu l.2.t.19.l.15
ſi Patroclus, poſteaquam l.4.t.57.l.1
ſi patronum cauſæ l.2.t.7.l.1
ſi patruus tuus l.3.t.38.l.4
ſi pater dotem pro filia l.5.t.11.l.7
ſi pater filium quem l.6 t.25.l.4
ſi pater inteſtatus deceſſerit l.6.t.20.l.2
ſi pater marito tuo ſtipulanti l.5.t.11.l.5
ſi pater omne patrimonium l.3.t.29.l.2
ſi pater pactum de filiæ nuptiis l.5.t.1.l.4
ſi pater puellæ. cuius l.3.t.28.l.12
ſi pater ſecundum noſtram conſuetudinem lib. 5. ti. 35.l.3
ſi pater ſeruum veſtrum l.7.t.10.l.6
ſi pater tuus ad decurionatum l.7.t.66.l.4
ſi pater tuus bonis ceſſit l.7.t.71.l.3
ſi pater tuus cui te ſucceſſiſſe l.8.t.42.l.5
ſi pater tuus, cum decurio l.7.t.64.l.8
ſi pater tuus eum quaſi filium l.16.t.24.l.4
ſi pater tuus in te donationem l.9.t.34.l.2
ſi pater tuus mentis compos l.5.t.70.l.3
ſi pater tuus per vim l.4.t.44.l.1
ſi pater tuus poſt l.3.t.28.l.5
ſi pater tuus pro Cornelio l.8.t.41.l.6
ſi pater tuus proprius ſobrino l.6.t.58.l.2
ſi pater tuus, quem l.5.t.58.l.3
ſi pater tuus l. 1.t.35.l.3
ſi pater tuus velut ingenuus l.8.t.21.l.7
ſi pater tuus venundedit l.4.t.49.l.8
ſi pater voſter in inſulam deportatus l.9.t.51.l.9
ſi pater vſumfructum l.3.t.33.l.5
ſi patris tui pupillam l.5.t.6.l.6
ſi patri ſuo vſufructus legatus l.3.t.3.l.33
ſi patri tuo heres l.8.t.54.l.24
ſi patrem tuum officio l.5.t.25.l.4
ſi pecunia patris l.4.t.50.l.1
ſi pecunia tua l.6.t.2.l.1
ſi pecuniam pupillarem l.5.t 56.l.3
ſi pecuniam quam l.7.t.2.l.1
ſi pecuniam tibi non eſſe l.4.t.30.l.1
ſi pecuniam tibi non eſſe l.8.t.33.l.1
ſi pecuniam tuam à debitore l.2.t 19.l.9
ſi peræquatore miſſo l.11.t.57.l.3
ſi per fideicommiſſum l.6.t.48.l.3
ſi per ignorantiam facti l.4.t.5.l.6
ſi per impreſſionem l.2.t.20.l.11
ſi permittente patre l.4.t 28.l.4
ſi permutationis gratia l.8.t.47.l.29
ſi per te non ſtat l.4.t.32.l.9
ſi per vim, vel metum mortis l.2.t.20.l.4
ſi plures perſonæ l.6.t.46.l.6
ſi potiores creditores l.8.t.19.l.3
ſi Pontionilla ad eam ætatem l.6.t.52.l.3
ſi poſſeſſio inconceſſa l.7.t.35.l.4
ſi Poſ donium l.2.t.12.l.4
ſi poſt decretum prætoris l.2.t.31.l.1
ſi poſt depoſitam adminiſtrationem l.1.t.51.l.9
ſi poſt diuiſionem factam l.1.t.21.l.4
ſi poſt finitum l.5.t.52.l.1
ſi poſt moram controuerſiam l.3.t.31.l.3
ſi poſt perfectam venditionem l.8.t.45.l.24
ſi poſtquam ſeruandi legati l.6.t.53.l.3
ſi poſt ſententiam proconſulis l.2.t.44.l.1
ſi poſt teſtamentum factum l.6.t.29.l.1
ſi potiores creditores l.8.t.19.l.3
ſi pretium actoribus l.2.t.13.l.19
ſi prædium vxor tua l.5.t.12.l.23
ſi prædium quis l.4.t.58.l.4
ſi prædium tibi pro ſoluto l.8.t.45.l.4
ſi prædium ruſticum l.5.t.71 l.16
ſi prædiorum dotes l.6.t.49 l.35
ſi præſens quidem ſit l.1.t.4.l.18
ſi præſes prouinciæ l.8 t.54.l.8
ſi præſes quaſi deſertam l.7.t.43.l.6
ſi præſidi prouinciæ l.4.t.51.l.1
ſi præſidi prouinciæ l.5.t.3.l.2
ſi prætorium pignus l.8.t.22.l.1
ſi prior reſpublica contraxit l.8.t.29.l.4
ſi prius quam diſtraheretur l.8.t.28.l.8
ſi prius, quàm fiſci l.10.t.1.l.1
ſi pro alieno debito l.4.t.18.l.1
ſi probare potes l.5.t.72.l.1
ſi probatum fuerit præſidi l.3.t.37.l.2
ſi probaueris Demetrium petiiſſe l.6.t.42.l.1
ſi probaueris preſidi l.8.t.16.l.2
ſi probaueris te fundum mercatum l.8.t.26.l.2
ſi probus in minore ætate l.2.t.37.l.1
ſi pro contutore iudicato l.5.t.58.l.1
ſi proculiana l.6.t.30.l.3
ſi procurator ad vnam ſpeciem l.2.t.13.l.10
ſi pro dote promiſſa l.5.t.11.l.2
ſi pro ea contra quam ſupplicas l.4.t.35.l.10
ſi pro eo, qui in crimen l.9.t.43.l.2
ſi pro fundo, quem petebas l.2.t.4.l.33
ſi pro mutua pecunia l.4.t.2.l.8
ſi propriis habitis contractibus l.5.t.16.l.22
ſi propter fructus l.4.t 3.l.8
ſi propter officium legationis l.2.t.54.l.1
* Si prouincia l.10.t.16.l.13
ſi prouincialium noſtrorum querela l.4.t.62.l.4
ſi puellam ea lege vendidiſti l.4.t.57.l.6
ſi puerum non pro derelicto l.7.t.34.l.5
ſi pupillorum pater l.5.t.28.l.5
ſi putas non iure tutores l.3.t.31.l.6
ſi qua beneficia perſonalia l.1.t.23.l.4
ſi qua cum ſeruo occultè l.9.t.11.l.1
ſi qua ex fœminis l.5.t.9.l.2
ſi qua fideicommiſſorum petitio l.3.t.36.l.7
ſi qua illuſtris mulier l.6.t.56.l.5
ſi qua in publicis porticibus l.11.t.40.l.4
ſi qua inter Chriſtianos l.1.t.9.l.14
ſi qua loca ad ſacrum l.11.t.66.l.2
ſi qua mulier nequaquam l.6.t.55.l.4
ſi qua mulier nequaquam l.5.t.9.l.1
ſi qua per calumniam poſtulatio l.1.t.3.l.22
ſi qua vnquam loca l.7.t.38.l.3
ſi quam tibi pecuniam l.6.t.3.l.3
ſi quando adnationes l.10.t.10.l.2
ſi quando aut alicuius l.10.t.10.l.3
ſi quando conceſſa nobis l.8.t.12.l.8
ſi quando duciano l.7.t 62.l.38
ſi quando iniuriarum actio l.9.t.35.l.11
ſi quando aut alicuius l.10.t.10.l.3
ſi quando inuitos teſtes l.4.t.20.l.15
ſi quando naufragio l.11.t.5.l.1
ſi quando negotium ſtatus l.7.t.19.l.7
ſi quando noſtræ ſtatuæ l.1.t.24.l.2
ſi quando præfectus pretorio l.12.t.60.l.1
ſi quando quis reſcriptum l.3.t.11.l.2
ſi quando ratio, aut neceſsitas l.7.t.61.l.3
ſi quando ſine decreto l.5.t.74.l.3
ſi quando talis conceſsio l.3.t.28.l.35
ſi quando vis in iudicio fuerit l.8.t.4.l.9
ſi quando vſus exegerit l.8.t.12.l.15
ſi quantitatem quam licet l.7.t.71.l.2
ſi quas actiones l.3.t.34.l.1
ſi quas petitiones l.4.t.44.l.1
ſi quaſi accepturi l.4 t.30.l.6
ſi quæ hereditatis l.11.t.31.l.3
ſi quæ res ante nuptias l.2.t.30.l.1
ſi quæſtio tibi l.3.t.8 l.2
ſi quenquam vel in hac l.1.t.3.l.30
* Si quid l.1 t.11.l 9
ſi quidem ante donationem l.5.t.16.l.13
ſi quidem auiam tuam l.9.t.35.l.10
ſi quidem ex cauſa tranſactionis l.2.t.4.l.24
ſi quidem intentionem actori l.8.t.36.l.9
ſi quidem donationis cauſa l.4.t.10.l.8
ſi quidem ſine decreto l.5.t.7.l.11
ſi quidem viuit apud hoſtes l.5.t.18.l.5
*Si quis donauerit l.1.t.2.l.15
ſi quis ab emphyteuticario l.11.t.58.l.2
ſi quis ab exactoribus l.10.t.6.l.1
ſi quis à ducenariis l.12.t.62.l.1
ſi quis auctoritate l.11.t 58.l.16
ſi quis barbaris l.12.t.36.l.9
ſi quis deſerta prædia l.11.t.58.l.13
ſi quis ad declinandam legem Falcidiam lib.1.tit.3. l.38
ſi quis ad ſe fundum, vel l.9.t.12.l.7
ſi quis aduerſus conductorem l.3.t.26.l.6
ſi quis aduerſus præfectorum l.1.t.19.5
ſi quis aduocatus l.8.t.36.l.12
ſi quis agere ex teſtamento l.6.t.36.l.8
ſi quis alicui maieſtatis crimen l.9.t.8.l.3
ſi quis aliquid dari l.2.t.45.l.4
ſi quis alterius nomine l.3.t.19.l.2
ſi quis alumnam ſuam l.5.t.4.l.26
ſi quis argentum donauerit l.8.t.54.l.35
ſi quis aſſerat cum mandatis l.1.t.15.l.1
ſi quis cohortali conditione grauatur lib.6. tit.61 l.3
ſi quis cohortalibus l.1.t.40.l.13
ſi quis conductionis l.4.t.65.l.25
ſi quis conſortium fabricenſium l.11.t.9.l.4
ſi quis contra euidentiſsimam l.9.t.30.l.1
ſi quis cum capitali pœna l.9.t.6.l.5
ſi quis curialis clericus l.1.t.3.l.13
ſi quis curialibus muneribus l.10.t.34.l.3
ſi quis Daphnes luci in Syria l.11.t.77.l.1
ſi quis decurialem l.11.t.13.l.1
ſi quis de cætero l.11.t.42.l.2
ſi quis decurio j. l.10.t.31.l.24
ſi quis decurio ij. ib. l.16
ſi quis decurio iij. ibid.l.6
ſi quis decurio teſtamentum l.9.t.22.l.23
ſi quis decurionum l.10.t.33.l.1
ſi quis domeſticorum l.12.t.17.l.3
ſi quis defunctum l 1.t.7.l.1
ſi quis duobus heredibus inſtitutis libro 6. titul.26 l.11
ſi quis de tenuioribus l.1.t.55.l.1
ſi quis de togatis fori lib.2.ti.7.l.9
ſi quis ex familiaribus l.9.t.1.l.20
ſi quis fabricenſis ſine liberis l.6.t.61
ſi quis famoſum libellum l 9.t.36.l
ſi quis ex corpore l.11.t.7.l.13
ſi quis ex ruſticana l.11.t.54.l.1
ſi quis filium proprium l.6.t.28.l.3
ſi quis filium ſuum exhæredatum l.3.t.
ſi quis fortè deſertorem l.12.t.46.l.1
ſi quis fundos l.11.t.61.l.1
ſi quis fundum, vel mancipium l.4.t.46
ſi quis emptionis, vel donationis l.7.t
ſi quis geſtum à ſe l 4.t 22.l.4
ſi quis hæredem ſcripſerit l.6.t.25.l.7
ſi quis homicidij crimen l.9.t.2.l.11
ſi quis Imperatorem l.6.t.22.l.6
ſi quis in Archiatri l.10.t.52.l.10
ſi quis inceſti vetitique coniugij l.5.t.
ſi quis in conſcribendo inſtrumento l.
ſi quis in conſcribendo inſtrumento l.
ſi quis in cuiuſcunque l.8.t 17.l.9
ſi quis indebitum ſibi l. 12.t.8.l.1
ſi quis in ea culpa l.9.t.4.l.2
ſi quis in emancipatum l.8.t.54.l.16
ſi quis in hoc genus ſacrilegij l.1.t.3.
ſi quis in libertatem proclamauerit l.7
ſi quis in metallum l.9.t.47.l.17
ſi quis in poteſtate publica l.5.t.2.l.1
ſi quis in quacunque lite l.7.t.70.l.1
ſi quis in ſuo teſtamento l.3.t.28.l.33
ſi quis in tantum furoris l.8.t.4.l.7
ſi quis in teſtamento ſuo l.7.t.4.l.16
ſi quis intra prouinciam l.9.t.40.l.7
ſi quis ita paciſcatur l.54 t.54.l.9
ſi quis iudicum accepiſſe l.1.t.24.l.1
ſi quis iudicum vir illuſtris lib 1.t.34
ſi quis iudicum duxerit l.7.t.61.l.1
ſi quis iuſiurandum intulerit l.4.t.1.l.
ſi quis lege venerabili l.1.t.7.l.1
ſi quis libellos appellatorios l.7.t.62.l.
ſi quis maior annis xxv. l.2.t.4.l.41
ſi quis nauiculam l.11.t.7.l.9
ſi quis modeſtiæ neſcius l.9.t.7.l.1
ſi quis naturalem duntaxat l.5.t.27.l.
ſi quis nauicularius l 6.t.6.l.1
ſi quis necandi infantis piaculum l.9.
ſi quis nolente l.2.t.19.l.24
ſi quis non dicam rapere l.1.t.3.l.5
ſi quis nummos falſa effuſione l.9.t.24.
ſi quis ordinaria vel qualibet l.5.t.7.l.
ſi quis ouium vel l.11.t.66.l.1
ſi quis parentis aut filij l.9.t.17.l.1
ſi quis patronorum l.6.t.4.l.3
ſi quis per abſentiam nominatus l.7.t.6
ſi quis percuſſorem ad ſe venientem l.9
ſi quis per diuinam l.11.t.42.l.5
ſi quis per publicum l.12 t.51.l.5
ſi quis poſt hanc noſtri l.11.t.53.l.1
ſi quis poſt hanc legem l.8.t.10.l.6
ſi quis poſthac filum l.9.t.49.l.9
ſi quis poſthac per Ægyptum l.9 t.38.l.1
ſi quis poſt hanc ſanctionem l.4.t.42.l.1
ſi quis prædium vendere l.11.t.47.l.2
ſi quis presbyter l 1.t.3.l.20
ſi quis prioris matrimonij l.5.t.9.l.8
ſi quis procurationem l.10.t.31.l.34
ſi quis pro publicis functionibus l.1.t.45
ſi quis propter nimiam l.4.t.43.l.2
ſi quis pro redemptione captiui l.8.t.54.l
ſi quis proſcribente ac l.10.t.3.l.6
ſi quis prouocatione interpoſita l.7.t.62.l
ſi quis quadringentorum l.6.t.49.l.18
ſi quis quodlibet interdictum l.8.t.1.l.4
ſi quis te baptizare l.1.t.8.l.2
ſi quis ſciens alienum agrum l.3.t.1.l.11
ſi quis ſe iniuriam ab l.9.t.2.l.8
ſi qui ſepulchrum l.9.t.19.l.3
ſi quis ſeruus in demoliendis ibid.l.2.
ſi quis ſeruum ſuum l.12.t.34.l.7
ſi quis ſeruo alieno l.6.t.2.l.20
ſi quis ſeruo ſuo libertatem l.7.t.15.l.2
ſi quis ſeruum fiſcalem l 6.t.1.l.7
ſi quis ſeruum certi nominis l.4.t.5.l 10
ſi quis ſeruum fugitiuum l.9.t.20.l.12
ſi quis ſeruos crediderit l.9 t.2.l.13
ſi quis ſine commeatu l.11.t.43.l.3
ſi quis ſine perſona mancipum l.4.t.61.l.11
ſi quis ſine vxore conſtitutus l.7.t.15.l.3
ſi quis ſpoponderit inſulam l.8.t.38.l.15
ſi quis ſuper cadendo l.9.t.14.l.3
ſi quis ſuper ſui iuris locis l.3.t.39.l.3
ſi quis ſuus recuſauerit l 6.t.31.l.6
ſi quis te reum legis Cornel.l.9.t.16.l.6
ſi quis teſtibus vſus fuerit l.4.t.20.l.13
ſi quis tibi ſeruum vendidit l.8.t.45.l.26
ſi quis tutoris vel curatoris l.5.t.6.l.8
ſi quis vel curiæ, vel l.3.t [illegible]
ſi quis vel pecunias, vel l[illegible] t.34.l.1
ſi quis vel pro vna l [illegible] l.15
ſi quis, vel ſi qu[illegible]
ſi qui aduoca[illegible] l.5

ſcriptitiæ conditionis libro 11. tit.47.l.13
ulcerij l.9.t.9. l.34
ſideria ſua l.4.t.3. l.1
rum, qui l.11.t.54.l.2
conſenſu l.1.t.4. l.8
titulo donationis l.11.t.69.l.5
clytas nominatim l.4.t.63. l.6
idices præfecto l.8.t.12.l.9
trones, ſeu aliis criminibus l.9. t.39. l.2
thodoxæ religionis l.1.t.5.l.9
blicorum ſeruorum l.6.t.1. l.8
ſthac l.1.t.26.l.5
duerſus remp. l.11.t.29.l.1
procuratore meo l.2.t.47.l.1
le bonis eorum l.2.t.51.l.2
rumenti, vel hordei l.11.t.22.l.2
mater filiæ ſuæ l.8.t.55.l.5
negotiorum actitatum l.1.t.52.l.1
pars aduerſa l.3.t.34.l.5
extraordinarium l.10.t.63. l.5
iudice, vel l.10.t.36.l.3
forte neceſsitas l.8.t.52.l.19
debitorum mole libro 4. tit.44.l.1
ſpontaneos libro 10.t.31. l.59
dam vxor tua libro 9. ti.9. l.15
ta debita quantitate l.8. t.31.l.3
endi quod donabas l.4.t.6.l.7
ium debiti lib.8.t.28.l.5
obiles, quarum l.9.t.33.l.2
ias commodauit l.3.t.42.l.8
uas raptas l.7.t.9.l.6
upillares li.5.t.38.l.3
n tuarum proprietatem l.8.t.55.l.2
us vir clariſ. l.6. t.21.l.4
s credior à marito l.4.t.29.l.7
tum hæredem l.4.t.19.l.12
pti hæredes l.3.t.31.l.9
dum legem ciuitatis l.11.t.29 l.4
dum mandatum l.4.t.35.l.14
tor vel alius l.12. t.1. l.11
chrum l.3.t.43. l.4
us cuiuſquam l.1.t.12. l.3
us extero l.4.t.36.l.1
us fuiſti, ac tibi l.7.t.4.l.11
us ignorante domino l.3.t.41. l.4
us in demoliendis l.9.t.19.l.2
us tuus l.4.t.26.l.6
i veſtri neſcientibus vobis l.3. t.41. l.2
um alienum l.2.t. 10. l.10
um veſtrum nutriendum l.6.t.2.l.18
os diſtraxiſti l.4.t.19.l.7
decreto præſidis l.5.t.74. l.2
vlla conditione l.11.t.31.l.1
voluntate tua l.4.t.29.l.5
ro filiæ tuæ dotem l.5.t.18.l.10
us l.5.t.12.l.18
etatis iure l.4.t.37.l.4
mnibus ſtipendiis l.4.t.37.l.4
mnibus ſtipendiis l.4.t.21.l.7
ere tibi pecuniam l.8.t.42.l.7
ri ſuæ, frater tuus l.6.t.30.l.14
r tua in l.6.t.20.l.8
ris tuæ filiis l.5.t.34.l.9
rem tuam l.9.t.1.l.18
as controuerſiam l.7.t.19. l.4
us tibi ſuper homine l.8.t.45.l.18
ulatio de reſtituenda l.5.t.12.l.2
pignore l.10.t.8.l.2
ſpecie honorarij l.2.t.6.l.3
eſſoris tui l.11.t.33.l.2
eſsione patris abſenti l.7.t.75.l.2
iuris conſtituti l.5.t.61.l.1
t, qui emere l.8.t.29.l.1
er poſſeſsione, quæ l.2.t.4.l.9
erſtite patre l.2.t.21.l.5
ulas teſtamenti l.7.t.58.l.1
bonis paternis maior l.6.t.30.l.10
donatam ante matrim l.7.t.4.l.13
& filios tuos ingenuos l.7.t.14. l.7
xpilaſſe hereditatem l.2.t.12.l.12
n vacuam poſſeſsionem l.4.t.16.l.23
manumiſſum, & l.8.t.26.l.1
pore manumiſsionis l.6.t.3.l.1
pora quæ in l.10.t.3.l.4
non remittente pignus l.8.t.9.l.1
arens in cuius fuiſti poteſtate l.6.t.54. l.5
amentum ſcriptum inueniatur l.6.t.25.l.8
tamentum iure factum ſit l.6.t.23.l.19
tamento iure facto l.6.t.26.l.7
tator codicillis l.9.t.23.l.2
i ac filio tuo ſtatus l.6.t.17.l.1
i controuerſia l.4.t.20.l.1
bi liberam l.8.t.45.l.25
i notarium pignoris l.8.t.14. l.26
i pater auunculum l.5.t.28.l.6
i per furtum nec l.3.t.41.l.5
i pupillorum pater l.4.t.35.l.8
i, quæ pro colonis l.4.t.65.l.27
bi res proprias l.[illegible] t.3.l.11
bi ſeruitutis [illegible] l.7.t.16.l.1
bi ſeruitutem aquæ ducendæ l.3.t.34.l.10
bi teſtamento directa l.7.t.[illegible] l.23
tas facultates tuas l.3.t.9.l.5

Si tradita ſunt ex donatione lib.7. tit.10.l.5
Si traditio rei venditæ l.4.t.45.l.4
Si tranſactionis cauſa l.4.t.30. l.11
Si tres tutelas, vel curas l.5.t.69. l.1
Si tu & collega tuus l.5. t.75. l.3
Si tuis nummis emptus es l.6.t.3.l.7
Si tutor ancillam tuam l.6.t.27.l.3
Si tutor nominatus l.5.t.62.l.22
Si tutor pupillam l.9. t.10.l.1
Si tutor petitus l.5.t.38.l.5
Si tutor tuus de pecunia l.7.t.8.l.6
Si tutor tuus, qui l.2.t.41. l.4
Si tutor vel curator l.5.t.6.l.7
Si tutoris vel curatoris culpa libro 5.t.37.l.23
Si tutores pupillis l.4.t.31.l.11
Si tutores teſtamento l.5.t 28. l.3
Si vacantia, vel alio modo l.10.t.10.l.5
Si Valerianus centurio l.2 t.51.l.1
Siue apud acta rectoris l.2 .t.4.l.28
Si cum nupſiſſes l.7.t.8. l.7
Siue emancipatis filiis l.8.t.54.l.17
Siue ex iure, ſiue ex conſuetudine l.5.t.20. l.1
Siue ex prætoriano officio l. 12.t.61. l.3
Siue ex teſtamento, ſiue ex l.5.t.44. l.5
Siue fuerit dominus l.7.t.27.l.1
Siue initio, quæ fuerat l.6 t.36. l.6
Siue in libertatem euictus eſt l.8.t.45.l.12
Siue negotiorum geſtorum l.9.t.33. l.5
Siue pars, ſiue integra l.3.t.11.l.3
Siue poſſeſſio venditoris fuit l.8.t.45.l.14
Siue poſſidetis prædia l.4 t.19. l.16
Siue pro fratre cohærede l.2. t.19. l.3
Siue ſerui ſunt ij, quorum l.4. t.14. l.6
ſiue ſeruum plagiis paras l.3.t.41.l.3
Si velut in id debitum l.4.t.31.l.13
Si vendidiſſet, qui ante l.8.t.20. l.1
Si venerabilis l.1. t.3.l.13
Si veritas, vel ſolennitas l.6.t.42.l.23
Si veſtram poſſeſſionem l.7. t.14. l.11
Si vicinis vel aliis ſcientibus l.5.t.4.l.9
Si vi fluminis l.3.t.43. l.1
Si vineæ, quas mater tua l.7. t.33.l.4
Si vindicari in aliquos l.9.t.47. l.20
Si viua matre emancipati l.6.t.59. l.3
Si virgis aut loris l.9.t.14. l.1
Si vi vel metu fundum l.2.t.20.l.3
Si vltra hoc, quod accepit l.8.t.41.l.22
Si vltra ſeptuageſimum l.10.t.31. l.10
Si vniuerſæ facultates l.6. t.37.l.15
Si vnquam liberis patronus l.8.t.56.l.8
Si vnus ex litigatoribus l.7.t.66.l.6
Si vnus de ſeptem teſtibus l.6. t.23. l.12
Si vnus ex his, qui l.5.t.16.l.28
Si voluntate domini l.7.t.4.l.4
Si voluntate dotantis l.5.t.11.l.4
Si voluntate tuum fundum l.4.t.44.l.8
Si vos paternæ hæreditati l.2.t.39.l.1
Si vſuras præſtari l.4.t.32.l.21
Si vſusfructus omnium bonorum l.3. t.33.l.1
Si vſumfructum l.5. t.10.l.1
Si (vt allegas) antequam l.4.t.14.l.5
Si (vt allegas) latrocinantem l.9.t.16. l.4
Si (vt allegas) minor l.2.t.38.l.2
Si (vt allegas) pater tuus l.6.t.39. l.11
Si (vt allegas) tutor l.5.t.62.l.16
Si (vt allegatis) mater l.3.t.29.l.1
Si veteris inſtrumento l.4.t.21.l.2
Si vt manus iniectionem l.4.t.55.l.2
Si (vt nunc aſſeueras) l 8.t.33.l.2
Si (vt proponis) j. l.5.t.4. l.5
Si (vt proponis) ij. ib.l.7
Si (vt proponis) j. l.7 t.43 l.4
Si (vt proponis) ij. ib.l.5
Si (vt proponis) decreto l.11.t.36. l.2
Si (vt proponis) ea l.10.t.38.l.2
Si (vt proponis) & annum l.12. t.1.l.2
Si (vt proponis) l.4.t.6.l.2
Si (vt proponis) l.3.t.32. l.8
Si (vt proponis) l.5.t.16.l.5
Si (vt proponis) l.5.t.63.l.3
Si (vt proponis) l.5.t.29.l.3
Si (vt proponis) l.7.t.8.l.4
Si (vt proponis) l.9.t.6.l.3
Si (vt proponis) lib 9.tit.40. l.5
Si (vt proponis) l.7 t.53. l.6
Si (vt proponis) l.7.t.64.l.3
Si (vt proponis) l.8.t.8.l.1
Si (vt proponis) libro 8.tit.10.l.4
Si (vt proponis) l.8.t.41.l.18
Si vxor pro marito l.4 t.29. l.15
Si vxorem tuam l.6.t.46.l.5
Si vxor tua l.8.t.14.l.12
Si vxor tua pro triente l.7. t.72.l.7
Si vxor tua libro 8. tit.30. l.3
Societatem vno pecuniam libro 4. tit.37.l.1
Sola temporis longinquitate l.7. t.22.l.3
Solam teſtationem prolatam l.4.t.20.l.3
Solemnibus penſionibus l.3. t.32. l.25
Solidos veterum principum l.11.t.10. l.1
Solita cohortalibus Syriæ libro 12.tit.58.l.3
Solida prouidentia Vtimur l.8.t.26 l.12
Solo obſequij non præſtiti l.7.t.16 l.30

Solutionem aſſeuerati lib.8.tit.43. l.25
Sordidorum munerum excuſatio l.10.t.47. l.15
Sororem fratris l.6.t.36. l.10
Speciebus primipilaribus l.12.t.58.l.8
Spem eorum præmiorum l.8.t.71.l.5
Spem futuræ actionis l.8 t.54. l.5
Stigmata, hoc eſt nota publica l.11.t.9. l.3
Statuas ſepulchro ſuper imponere l.3.t.43. l.7
Statuliberis datam libertatem l.7.t.2. l.13
Statui ingenuæ ex eo ſolo l.7.t.14.l.14
Statum tuum natali l.4.t 21.l.6
Statutis generalibus iuſsimus l.7.t.44.l.5
Stellionatus accuſatio l.9.t.34. l.3
Stipendia & donatiua l 12.t.36.l.1
Stipendia retineri l.7.t.53.l.4
Studentibus nobis li.1.t.28.l.1
Studiorum labor meretur libro 1.t.51.l.1
Sub prætextu ætatis l.4.t.16.l.4
Sub prætextu inſtrumenti lib.2.t.4.l.9
Sub prætextu ſpecierum l.2.t.4.l.20
Sub ſpecie nouorum inſtrumentorum l.7.t.50.l.1
Subſcriptio filij domini l.7.t.16. l.32
* Subilitatem l.3. t.1. l.11
Subtracto furto l.6.t.2. l.9
Succeſſionum varietas l.3.t.39.l.2
Succeſſores eius qui l.8.t.43. l.10
Succeſſores legata vel l.6.t.49. l.16
Suggerente magnificentia veſtra l.1.t.50.l.2
Suggeſtioni illyricianæ aduocationis l.6.t.31.l.5
Suggeſtionem vir illuſtris l.2. t.8.l.1
Summa ſententia comprehenſa l.5.t.54. l.3
Sumptus in pupillum tuum l.5.t.37.l.3
Super annali exceptione l.7.t.40.l.1
Super chirographariis inſtrumentis l.4.t.2.l.17
Super creandis ſuſceptoribus l.10.t.1.l.9
Super delictis prouincialium l.7.t.61.l.2
Super empti agri quæſtione l.8.t.45.l.16
Super longi temporis præſcriptione l.7. t.33.l.12
Super hypothecis quas lib.8.t.14.l.27
Super naufragiorum quæ l.11.t.5.l.6
Super patrimonialium l.11.t.62 l.4
Super rebus venundandis l.4. t.38.l.15
Super ſeruis qui l.12.t.34.l.6
Super ſtatu ingenuitatis l.9. t.41.l.9
Superuacuam differentiam l.2.t.53.l.7
Superuacuam obſeruationem veterum lib.6.tit.41. l.1
Superuacuam veterum differentiam l.4. t.34. l.10
Supplicare cauſa pendente licet l.1. t.21. l.2
Suſceptores j. l.10.t.70.l.1
Suſceptores ij. ibid. l.3
Suſceptores iij. ibid. l.10
Suſceptos tutores ex dolo l.5.t.43.l.9
Suus hæres exceptione pacti l.6.t.31.l.3
Suum hæredem l.6.t.30.l.13
Suo potius periculo l.5.t.46.l.1

TAm collatores & prouinciales l.12.t.36. l.18
Tanta circa nos l.1.t.17.l.2
Talis de antiquo iure dubietas l.6. t.35.l.12
Tam dementis quàm furioſi l.1.t.4.l.21
Tam diu ſocietas durat l.4.t.37.l.5
Tam mandatori quàm l.4.t.30.l.12
Temperent vniuerſi l.11.t.8.l.4
Temporales actiones l.1.t.20.l.2
Temporalibus actionibus excluſis l.2. t.52.l.6
Tempus expeditionis l.7.t.35.l.1
Temporis, quod inſequitur l.5.t.38.l.6
Tempore contractus l.4. t.54.l.8
Tempora fatalium dierum l.7.t.63.l.2
Terminato tranſactóque negotio l.7.t.51.l.3
Teſtamentum militis l.3.t.28. l.24
Teſtamentum non ideo infirmari l.6.t.23. l.10
Teſtamenti tabulas l 6.t.32.l.2
Teſtamenti factione per l.3.t.28. l.13
Teſtamento iure facto l.6.t.26. l.6
Teſtamento matris l.5.t.29.l.1
Teſtamento tutor datus l.5.t.62. l.11
Teſtamenta omnia l.6.t.23.l.18
Teſtandi cauſa de pecunia l.6.t.23.l.13
Teſtes ſerui an liberi l 6.t.23.l.1
Teſtium facilitatem l.4.t.20.l.14
Tiberianus ad libro 11.t.59.l.1
Titius ſi cum teſtamentum l.6.t.3.l.9
Titulis non præcedentibus l.7.t.9.l.3
Titulos, qui Lyciarchiæ l.1.t.36.l.1
Totius minoris laterculi l.1.t.30. l.1
Tractatores cum ſtatiuis l.12.t.52.l.1
Traditionibus & vſucapionibus l.2.t.3. l.10
Traiectitiæ quidem pecuniæ l.4.t.33.l.4
Traiectitiam pecuniam l.4.t.33.l.1
Tranſactio nullo dato, vel l.2.t.4. l.38
Tranſactionis placitum ab eo l.2.t.4. l.7
Tranſactionem, quæ l.2. t.4.l.35
Tranſactione finita l.2. t.4.l.30
Tranſactione matris l.2.t.4.l.26
Tranſigere vel paciſci l.2.t.4.l.18
Tranſmarina legatione l.10.t.63.l.3
Tres denuntiationes l.7. t.43.l.9
Tres tantummodo prætores l.1.t.39.l.2
Tres tantummodo prætores l.1.t.4.l.4
Tribuni, vel milites l.12.t.36.l.11
Tunc conuenit lib.9.t.2. l.15

Turres noui muri, qui lib. 3. ti. 12. l. 18
Tutelæ actio tam lib. 5. ti. 52. l. 12
Tutelæ actione contra tutorem lib. 5. ti. 18. l. 7
Tutelæ ſolicitudo lib. 10. tit. 47 l. 3
Tutelam adminiſtrare l. 5. t. 35. l. 1
Tutelam pupillorum tuorum li. 5. ti. 137. l. 7
Tutor filiorum tuorum lib. 9. tit. 51. l. 4
Tutor licet abſens li. 5 tit. 35. l. 19
Tutor poſt puberem lib. 5. ti. 51. l. 11.
Tutor, qui ſatiſdationem li. 5. tit. 42. l. 5
Tutoris officium li. 5. ti 60. l. 2
Tutoris tui lege Iulia lib. 9. ti. 12. l. 2
Tutori vel curatori ſimilis li. 2. ti. 19. l. 20
Tutorem quondam li 5. tit 51. l. 9
Tutorem vel curatorem pecuniæ li. 5. tit. 56. l. 1
Tutores debita pupillaria li. 5. ti. 37. l. 13
Tutores etiam Græcis verbis li 5. ti. 28. l. 8
Tutores nominatos li. 5. ti 62. l. 18
Tutores, qui necdum li. 5. ti. 48. l. 1
Tutores quos poſtea li. 5. ti. 63 l. 2
Tutores tutelæ li. 5. ti. 51. l. 8
Tutores vel curatores li. 5. ti. 37. l. 14
Tutoribus, vel curatoribus li. 5. ti. 38. l. 4
Tyrones in ſcholis li. 12. ti. 44. l. 3

VAcantes li. 10. ti. 16. l. 1
Vacantia mortuorum bona li. 10. ti. 10. l. 4
Vacuatis reſcriptis, quæ li. 10. ti. 31. l. 19.
Vbi adhuc matrimonio li. 5. ti. 12. l. 29
Vbi auiarum ſucceſſio li. 6. ti. 54. l. 10
Vbi aut vis facta dicitur li 3. ti. 16. l. 1
Vbi falſi examen inciderit li. 9. ti. 22. l. 22
Vbi pactum, vel tranſactio li. 2. ti. 4. l. 40
* Vbicunque li. 1 ti. 5. l. 11
Vectigalia noua li. 4. ti. 62 l 2
Vectigalia quæcumque li. 4. ti. 61. l. 10
Velamento abſentiæ patroni li. 2. ti. 6. l. 4
Vel era adulterino colore fucata li. 11. ti. 8. l. 3
Velles necne filio tuo li. 8. ti. 56 l. 6
Velut caſtrenſe peculium li. 1 ti. 51. l. 7
Venales ſententias, quæ li. 7. ti. 64. l. 7
Venatoribus immunitas li. 10. ti. 47. l. 7
Venditio quidem prædij quod li. 5. ti. 71. l. 1
Venditioni ancillæ li. 7. ti. 26. l. 4
Venditionem ob tributorum li. 4. ti. 46. l. 1.
Venditiones, donationes li. 2. ti. 20. l. 12
Venditiones & ſi in alio loco li. 4. ti. 38. l. 1
Venditi actio, ſi li. 4. ti. 49. l. 6
Venditi actionem li. 4. tit. 49. l. 2
Venditor factum emptoris li. 4. ti. 44. l. 11
Venditrici ſuccedenti li. 4. ti. 51. l. 3
Venia edicti non petita li. 2. ti. 2. l. 2
Verbum precibus inſertum li. 2. ti. 12. l. 17
Verbum volo licet deſit li. 6. ti. 42. l. 10
Verba ſuperflua, quæ li. 8. ti. 54. l. 37
Verba teſtamenti quibus li. 6. ti. 23. l. 6
Verba teſtamenti quæ inſeruiſti lib. 6. ti. 44. l. 1
Verbis teſtamenti, quæ li 3. tit. 33. l. 2
Veſtium auri & argenti li. 4. ti. 44. l. 18
Veterani, qui ex negligentia li. 12. ti. 47. l. 3
Veteranis ita demum li. 10. ti. 54. l. 3
Veteranis qui in legione li. 7. ti. 64. l. 9
Veteris iuris altercationes li. 8. tit. 38. l. 13
Veteris iuris dubitationem li. 8. ti. 22. l. 2
Veteris iuris dubitationem li. 5. ti. 51. l. 13.
Veterem dubitationem amputantes li. 5. ti. 59. l. 5
Veteres circuitus li. 8. tit. 48. l. 11
Veterum ambiguitatem li. 4. ti. 29 l. 24
Vetutiſſimam obſeruationem li. 8. ti. 34. l. 3
Viam veritatis ignoras li. 4. ti. 65. l. 10
Vi bonorum raptorum lib. 9. ti. 33. l. 11
Vitia poſſeſſionem li. 7. ti. 32. l. 11
Vice donatricis li. 8. ti. 54. l. 20
Viceſimo non amplius lapide li. 12. ti. 38. l. 2
* Victum in li. 3. ti. 43. l. 1
Viduæ intra quintum & 20. annum li. 5. ti. 4. l. 18
Viginti ſtipendia ſi li. 12. ti. 36. l. 2
Viros deuotos palatinos li. 12. ti. 24. l. 12
Viros ſpectabiles comites li. 12. ti 10. l. 2
Viros ſpectabiles duces li. 12. ti. 60. l. 8
Viris ſpectabilibus li. 12. ti 9. l. 1
Viris ſpectabilibus li. 12. ti. 30. l. 1
Vi pulſos reſtituendos li. 8. ti. 4. l. 2
Viri illuſtres comites, & li. 1 ti. 29. l. 1
Viros clariſſimos li. 5. ti. 62. l. 25
Vis eius, qui ſe dominum li. 4. ti. 19. l. 15
Vitrico priuigni ſucceſſionum li. 6. ti. 58. l. 3
Vltra modum ſumptum li. 10. ti. 42. l. 4
Vltra modum tritici diſtracti li. 4. ti. 49. l. 15
* Vnaquæque li. 1. ti. 3. l 35
Vniquique quæ in ſacris li. 12. ti. 19. l. 7
Vniuerſi cognoſcant has li. 11. ti. 65. l. 1
Vniuerſi cognoſcant nihil li. 11. ti. 61. l. 9
Vniuerſi fiduciam gerant li. 23. t. 26. l. 9
Vniuerſi fundi li. 11. t. 65. l. 4
Vniuerſi omnino ex li. 10. ti. 63. l. 4
Vniuerſi prouinciales li. 4. ti. 61. l. 5
Vniuerſa bona eorum li. 8. ti. 15. l. 1
Vniuerſa reſcripta li. 1. ti. 19. l. 4
Vniuerſa reſcripta ſiue in li. 1. ti. 23. l. 7
Vniuerſas terras quæ li. 7. ti. 38. l. 2
Vniuerſos auctoritas tua li. 11. t. 10. l. 3
Vniuerſos decuriones li. 10. ti. 31. l. 15
Vniuerſos qui vſurpantes li. 11. ti. 18. l. 1
Vniuerſis ſimul hanc obſeruantiam li. 1. tit. 19. l. 6
Vniuerſis tam legionibus quàm li. 6. tit. 61. l. 2
Vnus ex multis li. 8. ti. 28. l. 16
Vnus indiuiduum li. 7. t. 34. l. 3
Vnuſquiſque decurio li. 12. t. 16. l. 2
Vnuſquiſque procurator li. 9. t. 27. l. 5
Vnuſquiſque ſobolem ſuam nutriat li. 8.
Voluntariæ tutelæ lib. 5. tit. 62. l. 12
Voluntas patris prohibentis li. 6. t. 42. l.
Voluntatis defuncti quæſtio li. 6. t. 42. l.
Vorax & fraudulentum lib. 12. t. 50. l. 1
Vrbs Conſtantinopolitana li. 11. t. 2. l. 1
Vſucapio non præcedente li. 7. t. 29. l. 4
Vſucapio pignoris li. 8. t. 14. l. 7
Vſufructu conſtituto l. 3. ti. 33. l. 4
Vſufructu matri tuæ li. 3. t. 13. l. 9
Vſuræ in depoſiti actione li. 4. t. 34. l. 2
Vſuræ per tempora ſolutæ l. 4. t. 32. l. 10
Vſuras emptor cui l. 4. t. 32. l. 2
Vſuras quæ quotannis li. 8. t. 43. l. 8
Vſurpationem totius licentiæ li. 4. t. 61
* Vult conſtitutio l. 5. t. 17. l. 12
Vſus aquæ li. 11. t. 65. l. 5
Vſum aquæ veterem li. 11. t. 42. l. 4
Vt agendi itineri l. 12. t. 51. l. 8
Vt creditor qui pecuniam perit l. 4. t.
Vt dubitum tibi l. 4. t 16. l. 5
* Vt non liceat l. 1. t. 3. l. 54
Vtere viri prudentiſſ. Papiniani reſpon
Vtili ratione perſpectum eſt li. 1. t 55. l.
Vtilitas publica li 12. t. 63. l. 3
Vt in die dominico l. 3. t. 12. l. 2
Vt inter abſentes li. 8. ti. 39. l. 3
Vt inter diuinum publicumque ius l.
Vt inteſtato defuncti filius li. 6 t. 54. l.
Vti poſſidetis fundum l. 8. t. 6. l. 1
Vt legis Flauiæ pœna l. 9. t. 20. l. 3
Vt liberis tam maſculini quam l. 6. t. 20.
Vt nemini de cætero l 6. t. 20. l. 21
Vt nullo modo vſuræ l. 4. t. 32. l. 28
Vt perfectus omnibus l. 7. t. 40. l. 2
Vt profanos ritus l. 1. t. 11. l. 4
Vt reſponſum congruum l 2. t. 4. l. 15
Vt teſtamentum quod dicis l. 6. t. 32. l. 1
Vtrum nepos tuus ex filia l. 5. t 49. l. 2
Vt verborum inanium li. 6. t 9. l. 9
Vt vnius pœna metus poſſit eſſe mu ti. 27. l 1
Vt vxori pro dote adiiciantur l. 1. t. 21.
Vxor patrui tui l. 6. t. 37. l. 20
Vxor quæ in militiam l. 5. t. 17. l. 7
Vxor tua ſi mortuo patre l. 3. t. 36. l. 1
Vxor tua ſi li. 9. t. 1. l. 4
Vxoris abortu l. 6. t. 29. l. 2
Vxorem libertam ſuam l. 5. t. 4. l. 15
Vxorem pro marito l. 10. t. 31. l. 11

ZEnodorus li. 4. ti. 28. l. 2
Zenonis diuæ memoriæ li. 3. ti. 20. l.

FINIS.

HISTORIA IVRIS A IVSTINIANO COMPOSITI.

De nouo Codice faciendo ad Senatum vrbis Conſtantinopolitanæ anno 528.
De Iuſtiniano Codice confirmando ad Mennam an 529.
De Conceptione Digeſtorum ad Tribonianum anno 530.
De Confirmatione Inſtitutionum ad cupidam legum iuuentutem, anno 533.
De Confirmatione Digeſtorum duplex conſtitutio ad ſenatum & omnes populos anno 533.
De ratione & methodo iuris docendi ad Anteceſſores anno 533.
De emendatione Codicis Iuſtinianei & ſecunda eius editione ad Senatum vrbis Conſtantinopolitanæ anno 534.

DE NOVO a CODICE b FACIENDO ad ſenatum vrbis Conſtantinopolitanæ.

Imperator IVSTINIANVS *Auguſtus ad Senatum vrbis Conſtantinopolitanæ.*

HÆC quæ neceſſariò corrigenda eſſe multis retrò principibus viſa ſunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducera auſus eſt: in præſenti rebus donare communibus auxilio Dei omnipotentis cenſuimus, & prolixitatem litium amputare: multitudine quidem conſtitutionum quæ tribus codicibus, Gregoriano, Hermogeniano c, atque Theodoſiano d, continebantur, illarum etiam quæ poſt eoſdem codices à Theodoſio diuinæ recordationis, aliiſque poſt eum retrò principio, & à noſtra etiam clementia poſitæ ſunt reſecanda: vno Codice ſub felici noſtri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, quàm e nouellas poſt eos poſitas conſtitutiones oportet.

1 ¶ Ideóque ad hoc maximum, & ad ipſius reipublicæ ſuſtentationem reſpiciens opus efficiendum, elegimus tanto faſtigio laborum, tantæque ſollicitudini ſufficientes, *Ioannem* virum excellentiſſimum exquæſtore noſtri palatij, conſularem atque patricium: *Leontium* virum ſublimiſſimum magiſtrum militum, expræfecto prætorio, conſularem atque patricium, *Phocam* virum eminentiſſimum, magiſtrum militum, conſularem atque patricium: *Baſilidem* virum excellentiſſimum exquæſtore noſtri palatij, conſularem atque patricium: *Thomam* virum glorioſiſſimum quæſtorem ſacri noſtri palatij, & exconſule: *Tribonianum* virum magnificum, magiſteria dignitate inter agentes decoratum: *Conſtantinum* virum illuſtrem, comitem ſacrarum largitionum inter agentes, & magiſtrum ſcrinij libellorum, ſacrarúmque cognitionum: *Theophilum* virum clariſſimum, comitem ſacri noſtri conſiſtorij & iuris in hac alma vrbe doctorem: *Dioſcorum* & *Præſentinum*, diſertiſſimos togatos fori ampliſſimi prætoriani.

2 ¶ Quibus ſpecialiter permiſimus (reſecatis tam ſuperuacuis, quantùm ad legum ſoliditatem pertinet, præfationibus, quàm ſimilibus, & contrariis, præterquam ſi iuris alia diuiſione adiuuentur: illis etiam quæ in deſuetudinem abierunt) certas & breui ſermone conſcriptas ex iiſdem tribus codicibus & nouellis conſtitutionibus leges componere, & congruis tituiis ſubdere: adiicientes quidem & detrahentes, imò & f mutantes verba earum vbi hoc rei commoditas exigeret: colligentes verò in vnam ſanctionem quæ variis conſtitutionibus diſperſa ſunt, & ſenſum earum clariorum efficientes; ita tamen vt ordo temporum earum conſtitutionum non ſolùm ex adiectis diebus conſulibùſque, ſed etiam ex ipſa compoſitione earum clareſcat. primis quidem in primo loco, poſteriorib. verò in ſecundo ponendis, & ſi quæ earum ſine g die & conſule in trib. veteribus codicibus, vel in quibus nouellæ conſtitutiones receptæ ſunt, inueniantur: ita his ponendis, nulláque dubietate ſuper generali earum robore ex hoc oriunda: ſicut & illas vim generalis conſtitutionis obtinere palàm eſt, quæ ad certas perſonas reſcriptæ, vel per pragmaticam h ſanctionem ab initio datæ, eidem nouo Codici propter vtilitatem ſanctionis inſertæ fuerunt.

3 ¶ Hæc igitur ad veſtram notitiam ferre properauimus, vt ſciatis quanta nos diuturna, ſuper rerum communi vtilitate cura ſollicitet, ſtudentes certas & indubitatas, & in vnum codicem collectas eſſe de cætero conſtitutiones: vt ex ea tantummodo ſub felici noſtro numine nuncupando Codice, recitatio conſtitutionum in omnibus ad citiores litium deciſiones fiat iudiciis. Dat. Idib. Febr. CP. DN. Iuſtiniano PP. A.II.COS. anno Chriſti 528.

DE IVSTINIANO i. CODICE confirmando ad Mennam. I.

Imp. IVSTINIANVS *Pius, felix inclytus, victor ac triumphator, ſemper Auguſtus, Mennæ præfecto prætorio, X. præfecto huius almæ vrbis CP. ac Patricio.*

SVMMA reipublicæ tuitio de ſtirpe duarum rerum, armorum a ſcilicet, atque legum veniens, vimque ſuam exinde muniens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus: omnibúſque gentibus dominari tam præteritis effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet. iſtorum etenim alterius auxilio ſemper eguit: & tam militaris res legibus in tuto collocata eſt, quàm ipſæ leges armorum præſidio ſeruatæ ſunt. Meritò igitur ad primam communium rerum ſuſtentationem, noſtram ſententiam & mentem laboréſque noſtros referentes, militaria b quidem agmina multiplicibus & omnem prouidentiam continentibus modis correximus: & tam veteribus ad meliorem ſtatum breui tempore ductis, quàm nouis non ſolùm exquiſitis, ſed etiam recta diſpoſitione noſtri numinis ſine nouis expenſis publicis conſtitutis, primò ſeruando poſita, deinde noua ponendo firmiſſima ſubiectis effecimus.

1 ¶ Sed cùm ſit neceſſarium multitudinem conſtitutionum tam in c tribus veteribus Codicibus relatarum, quàm poſt earum confectionem poſterioribus temporibus adiectarum, ad breuitatem reducendo, caliginem earum rectis iudicum definitionibus inſidiantem, penitus extirpare: ad hoc commune præſtandum beneficium Deo præſulæ prono animo nos dedidimus: & electis viris glorioſiſſimis, tam doctrina legum, quàm experientia rerum, ſtudiôque reipublicæ indefeſſo, & laudabili propoſito pollentibus, ſub certis finibus magnum laborem commiſimus: per quem, tam trium veterum Gregoriani, Hermogeniam atque Theodoſiani codicum conſtitutiones, quàm plurimas alias poſt eoſdem codices à Theodoſio diuinæ memoriæ, cæteriſque poſt eum retrò principibus, à noſtra etiam clementia poſitas, in vnum codicem felici noſtro vocabulo nuncupandum colligi præcepimus. Tollendis quidem tam præfationibus nullum ſuffragium ſanctionibus conferentibus d, quàm contrariis conſtitutionibus quæ poſteriore promulgatione vacuatæ ſunt: ſimilibus etiam præter eas quæ eadem pene ſanciendo, diuiſionem iuris aliquam facere noſcuntur: ex qua diuidendo vetera nouum aliquid naſci videtur: multis inſuper ad rectam huius Codicis compoſitionem pertinentibus iiſdem prudentiſſimis viris à noſtro numine mandatis: & noſtro ſtudio pro republica inſtituto, ſuum præſidium Deus omnipotens annuit.

2 ¶ Ad iſtum n. laborem, & tanti operis conſummationem electi vir excellentiſſimus exquæſtore noſtri palatij, conſularis atque patricius, *Ioannes*: & vir ſublimiſſimus expræfecto prætorio conſularis atque patricius *Leontius*: vir quoque eminentiſſimus magiſter militum conſularis atque patricius *Phocas*: etiam vir excellentiſſimus ex præfecto prætorio per Orientem: & patricius, & nunc præfectus prætorio per Illyricum, *Baſilides*: & vir glorioſiſſimus quæſtor ſacri noſtrij palatij, & exconſule *Thomas*: imò & vir magnificus magiſteria e dignitate intra agentes decoratus, *Tribonianus*: & vir illuſtris comes ſacrarum largitionum inter agentes, & magiſter f ſcrinij & libellorum & ſacrarum cognitionum, *Conſtantinus*: & vir illuſtris ex magiſtro, & iuris doctor in hac alma vrbe *Theophilus*: viri etiam diſertiſſimi togati ampliſſimi fori tuæ ſublimitatis *Dioſcorus* atque *Præſentinus* g: omnia quæ eis mandauimus, cum ſedula & peruigili induſtria, moderatáque digeſtione, cum Dei auxilio ad proſperum tulerunt terminum, & eundem nouum Iuſtinianum Codicem nobis obtulerunt ita compoſitum, vt & rebus profuturus eſſet communibus, & noſtro conueniſſet imperio.

3 ¶ Hunc igitur in æternum valiturum iudicio tui culminis intimare perſpeximus, vt ſciant omnes tam litigatores quàm diſertiſſimi aduocati, nullatenus eis licere de cætero conſtitutiones veterib. tribus codicibus quorum mentio iam facta eſt, vel ex iis quæ nouellæ conſtitutiones ad præſens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, ſed ſolum eidem noſtro Codici inſertis conſtitutionibus neceſſe eſſe vti h, falſi crimini ſubdendis his qui contra hoc facere auſi fuerint: cùm ſufficiat earundem conſtitutionum noſtri Codicis recitatio, adiectis etiam veterum iuris interpretatorum laboribus ad omnes

a §. 1. *Inſt. prœm.*
b De conſtitutionibus ad rem militatem pertinentibus. *Vide tit.* 2. *C. Tit.* 34. *ad* 50. & 49. *ſſorum.* 16. 17. 18.
c *de quib. conſt. I. in pr. ſup cod.*
d Pugnat tamen *lex* 74. *ff ad Trebel.* Antonini Pij cum *l.* 48. *ff. de cond. & demonſtr.* Antonini Caracallæ & cum lege 3. *C. quando dies legat l.* 49. *in pr. ff. de leg.* 1. quæ ſunt Alexandri.
e Magiſter inter agentes quis fuerit obſerua.
f Qui & ἀντιγραφεὺς & princeps ſcriniorum dicitur à Lampridio ſpectabilis, honore comitis ornatus, adſeſſor quodammodo. Principis, differens à referendario. Vtriuſque munus in Gallia, magiſtri requeſtarum complectuntur. *Cuiac. l.* 1. *C. de magiſtris.*
g Decemuiri ita quodammodo à Iuſtiniano ſunt electi ad compoſitionem veteris Codicis Iuſtinianei.
h Falſi reus eſt qui abrogatis legibus vtitur. *Conſtit. ad ſenatum* 1. *§. hunc igitur & l.* 25. *l. vlt. ff. de falſis: l.* 4. *C. de falſis adde l.* 1. *ff de concuſſione.*

†

a v. l.4.C.de diuerſis reſcript.
b l.vlt.§.vlt.C.de diuerſis reſcri.
c v. ad hunc locum Cuiacium 5. obſ.37.
d Indictiones vnde dictæ & quid ſignificent, explicant Beda c.48.de natura rerum Cuiac.initio Tit.C.de Indictionibus. & Matt Beroald.4. Chronic. 4.
e Digeſta ſic dicuntur, vt Græcis ςρώμματα: vel vt ipſe Iuſtinianus ait, διαιρέσεις καὶ διατυπώσεις Digeſta etiam dicuntur quæ œconomiam habent. Cur digeſta in hunc modum ff. veteres pinxerint, fruſtrà quæritur ab Alciato 3. diſpunct 16. notariorum enim inuentum eſt, quod plerunque nullam habet rationem Cuia.12.obſ. vlt.
f l.1. C. de veteri iure.
g i.expetendum.
h adde l.1. l.2.ff. de legib. Nou.164. in pr.& Leonis 36.
i l.10.in fin.ff. de iuſt. & iur. olim, legum interpretandarum ſcientia ad collegium Pontificum pertinebat.l.2.§.in fin. ff. de orig. iur. ad eos enim de omnibus diuinis & humanis etiam referebatur.Cic.3. de Orat.
k l.2. §.47. verſ. & vt obiter. ff.de orig. iur.

dirimendas lites nulláque dubitatione emergenda vel eo quod ſine *a* die & conſule quædam compoſitæ ſunt, vel quòd ad certas perſonas reſcriptæ ſunt: cùm omnes generalium conſtitutionum vim obtinere proculdubio eſt. ſed & ſi quæ earum conſtitutionum detractis vel additis vel permutatis certis verbis (quod & ipſum præfatis excellentiſſimis viris, ſpecialiter permiſimus) compoſitæ ſunt: nullis concedimus ex libris veterum iuris interpretatorum aliter eas habentes recitare, ſed ſolam iuris interpretationem ſententiam commendare: vt tunc teneat cùm minimè aduerſetur eiuſdem noſtri Codicis conſtitutionibus.

4 ¶ Si quæ verò pragmaticæ *b* ſanctiones quæ minimè in eodem noſtro Codice recedtæ ſunt, ciuitatibus fortè, vel corporibus vel ſcholis, vel ſcriniis, vel officiis, vel alicui perſonæ impartitæ ſunt: eas, ſiquidem aliquod priuilegium ſpeciali beneficio indulgent, omnimodo rotas manere: ſi verò pro certis capitulis factæ ſunt, tunc tenere cùm nulli noſtri Codicis aduerſantur conſtitutioni, præcipimus. Sed & ſi qua re geſta *c* in tui culminis iudicio, vt in aliis ciuilibus vel militaribus, & vel apud principia numerorum, pro publicis expenſis, vel quibuſcunque titulis ad publicum pertinentibus poſita ſunt: ea etiam prout communis rei commoditas exigit, firma eſſe cenſemus.

5 ¶ Illuſtris igitur & magnifica auctoritas tua pro innato ſibi circa rempublicam noſtráſque diſpoſitiones explendas ſtudio ad omnium populorum notitiam eundem Codicem edictis ex more propoſitis peruenire faciat: ipſo etiam textu Codicis in ſingulas prouincias noſtro ſubiectas imperio, cum noſtra diuina ſubnotatione mittendo, vt eo modo ad omnium notitiam eiuſdem noſtri Codicis conſtitutiones valeant peruenire, & vt extantibus feſtis dieb. i. ex die ſextodecimo Kalendarum Maij præſentis ſeptimæ *d* indictionis, conſulatu Decij viri clariſſimi recitationes conſtitutionum ex eodem noſtro Cod. fiant. Dat. VII. Id. April. CP. Decio V.C.Coſ.529

DE CONCEPTIONE DIGESTORUM *e* ad Tribonianum.

IMPERATOR CÆSAR, FLAVIVS, Iuſtinianus, Pius, Felix, Inclytus ac triumphator, ſemper Auguſtus, Triboniano Quæſtori ſuo, Salutem.

DEO ſ auctore noſtrum gubernantem Imperium quod nobis à cæleſti maieſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & ſtatum reipublicæ ſuſtentamus: & ita noſtros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium: vt neque armis confidamus, neque noſtris militibus, neque bellorum ducibus, vel noſtro ingenio: ſed omnem ſpem ad ſolam referamus ſummæ prouidentiam Trinitatis, vnde & mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt.

1 ¶ Cùm itaque * nihil tam ſtudioſum *g* in omnibus rebus inuenitur, quàm *h* legum auctoritas quæ & diuinas & *i* humanas res benè diſponit, & orbem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem qui ab vrbe Roma condita & Romuleis deſcendit temporibus, ita eſſe confuſum, vt in infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: primum nobis fuit ſtudium à ſacratiſſimis retro principibus initium ſumere, & eorum conſtitutiones emendare, & viæ dilucidæ radere: quatenus in vnum codicem congregatæ, & omni ſuperuacua ſimilitudine, & iniquiſſima diſcordia abſolutæ, vniuerſis hominibus promptum ſuæ ſinceritatis præbeant præſidium.

2 ¶ Hócque opere conſummato, in vno volumine noſtro nomine præfulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus releuati ad ſummam & pleniſſimam iuris emendationem peruenire properamus, & omnem Romanam ſanctionem & colligere, & emendare, & tot auctorem diſperſa volumina vno Codice indita oſtendere, quod nemo neque ſperare, neque optare auſus eſt: res quidem nobis difficillima, imò magis impoſſibilis videbatur. ſed manibus ad cælum erectis, æterno auxilio inuocato, eam quoque curam noſtris repoſuimus animis, Deo freti, qui & res penitus deſperatas donare, & conſumare ſuæ virtutis magnitudine poteſt.

3 ¶ Et ad tuæ ſinceritatis optimum reſpeximus miniſterium, tibique primo & hoc opus commiſimus, ingenij tui documentis, ex noſtri Codicis ordinatione acceptis: & iuſſimus, quos probaueris tam ex facundiſſimis anteceſſoribus, quàm ex viris diſertiſſimis togatis fori ampliſſimæ ſedis, ad ſociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in noſtrum palatium introductis nobiſque tuo teſtimonio placitis, totam rem faciendam permiſimus, ita tamen, vt tui vigilantiſſimi animi gubernatione res omnis celebretur.

4 ¶ Iubemus igitur nobis antiquorum prudentium *k*, quibus auctoritatem in conſcribendarum interpretandarumque legum ſacratiſſimi principes præbuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes & legere, & elimare: vt ex his omnis materia colligatur, nulla, ſecundùm quod poſſibile eſt, neque ſimilitudine, neque diſcordia derelicta: ſed ex his hoc colligi quod vnum pro omnibus ſufficiat. Quia autem & alij libros ad ius pertinentes ſcripſerunt: quorum ſcripturæ: nullis auctoribus receptæ, nec vſitatæ ſunt: neque nos eorum volumina noſtram inquietare dignamur ſanctionem.

5 ¶ Cúmque hæc materia ſumma noſtri numinis libertate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, quaſi proprium & ſanctiſſimum templum iuſtitiæ conſecrare: & in libros quinquaginta, & certos titulos totum ius digerere, tam ſecundùm noſtri conſtitutionem Codicis, quàm edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius eſſe patuerit: vt nihil extra memoratam conſummationem poſſit eſſe derelictum: ſed his quinquaginta libris totum ius antiquum per milleſimum & *a* quadringenteſimum pene annum confuſum, à nobis purgatum quodam muro vallatum nihil extra ſe habeat. omnibus auctoribus iuris æqua *b* dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua ſeruanda: quia non omnes in omnia, ſed certi per certa vel meliores, vel deteriores inueniuntur.

6 ¶ Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt, iudicatore, cùm poſſit, forſitan & deterioris ſententia & multas & maiores in aliqua parte ſuperare. Et ideo ea quæ antea in notis Æmilij Papiniani: ex Vlpiano & Paulo, nec non Marciano adſcripta ſunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem ſplendidiſſimi Papiniani non ſtatim reſpuere: ſed ſi quid ex his ad repletionem ſummi ingenij Papiniani laborum, vel interpretationem neceſſarium eſſe perſpexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini, vt omnes qui relati fuerint in hunc Codicem prudentiſſimi viri habeant auctoritatem, tanquam ſi eorum ſtudia ex principalibus conſtitutionibus profecta, & noſtro diuino fuerant ore profuſa: omnia enim meritò noſtra facimus, quia ex nobis omnis ei impertietur auctoritas. nam qui non ſubtiliter factum emendat, laudabilior eſt eo qui primus inuenit.

7 ¶ Sed & hoc ſtudioſum vobis eſſe volumus: vt ſi quid in veteribus non benè poſitum libris inueniatis, vel aliquod ſuperfluum, vel minùs perfectum, ſuperuacua longitudine ſe mota, & quod imperfectum eſt, repleatis, & omne opus moderatum, & quàm pulcherrimum oſtendatis. Hoc etiam nihilo minùs obſeruando: vt, ſi aliquid in veteribus legibus vel conſtitutionibus quas antiqui in ſuis libris impoſuerunt, non rectè ſcriptum inueniatis: & hoc *c* reformetis, & ordini moderato tradatis, vt hoc videatur eſſe verum, & optimum, & quaſi ab initio ſcriptum, quod à vobis electum, & ibi poſitum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quaſi vitioſam ſcripturam arguere audeat. cùm. n. lege antiqua quæ Regia *d* nuncupatur, omne ius omniſque poteſtas populi Romani *e* in imperatoriam tranſlata ſunt poteſtatem: nos verò ſanctionem omnem non diuidimus in alias & alias conditorum partes, ſed totam noſtram eſſe volumus: quid poſſit antiquitas noſtris legibus abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, cùm repoſita ſunt, obtinere: vt etſi *f* aliter fuerant apud veteres conſcripta, in contrarium autem in poſitione inueniantur, nullum crimen ſcripturæ imputetur, ſed noſtræ electioni hoc adſcribatur.

8 ¶ Nulla *g* itaque in omnibus prædicti Codicis membris antinomia (ſic enim à vetuſtate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem ſibi vindicet locum, ſed ſit vna concordia, vna conſequentia, aduerſario nemine conſtituto.

9 ¶ Sed & ſimilitudinem, ſecundùm quod dictum eſt, ab huiuſmodi conſummatione volumus exulare: & ea quæ ſacratiſſimis conſtitutionibus quas in codicem noſtrum redegimus, cauta ſunt, iterum poni ex veteri iure non concedimus, cùm Diualium conſtitutionum ſanctio ſufficit ad eorum auctoritatem: niſi fortè vel propter diuiſionem, vel propter repletionem, vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit, & hoc tamen perraró, ne ex continuatione huiuſmodi lapſus oriatur aliquid in tali prato ſpinoſum.

10 ¶ Sed & ſi quæ leges in veteribus libris poſitæ, iam in deſuetudinem abierunt, nullo modo vobis eaſdem ponere permittimus. cùm hæc tantummodò obtinere volumus quæ vel iudiciorum frequentiſſimus ordo exercuit *h*, vel longa conſuetudo huius almæ vrbis comprobauit, ſecundùm Saluij Iuliani ſcripturam quæ indicat * debere omnes ciuitates conſuetudinem Romæ ſequi, quæ caput eſt orbis terrarum, non ipſam alias ciuitates. Romam autem intelligendum eſt non ſolùm veterem ſed etiam regiam *i* noſtram quæ Deo propitio cum melioribus condita eſt *k* auguriis.

11 ¶ Ideo iubemus, duobus iſtis codicibus omnia gubernari: vno conſtitutionum altero: iuris enucleati, & in futurum codicem compoſiti: vel ſi quid aliud à nobis fuerit promulgatum inſtitutionum vicem obtinens, vt *l* rudis animus ſtudioſi ſimplicibus enutritus, faciliùs ad altioris prudentiæ redigatur ſcientiam.

12 ¶ Noſtram autem conſummationem, quæ à vobis Deo adnuente componetur, Digeſtorum vel Pandectarum nomen habere ſancimus, nullis iuriſperitis in poſterum audentibus commentarios illi applicare, & verboſitate ſua ſupradicti codicis compendium confundere, quemadmodum in antiquioribus factum eſt, cùm per contrarias interpretantium ſententias totum ius pene conturbatum

batum eſt, ſed ſufficiat per indices a tantummodò & titulorum ſubtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.

13 ¶ Ne autem per ſcripturam aliqua fiat in poſterum dubitatio: iubemus non per ſimplorum b captiones & compendioſa ænigmata quæ multas per ſe & per ſuum vitium c antinomias d induxerunt, eiuſdem codicis textum conſcribi, etiam ſi numerus librorum ſignificatur, aut aliud quicquam. nec enim per ſpecialia ſigla numerorum manifeſtari, ſed per litterarum conſequentiam explanari concedimus.

14 ¶ Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia vnà cum aliis facundiſſimis viris ſtudeat, & tam ſubtili, quàm celerrimo fini tradere: vt codex conſummatus, & in quinquaginta libros digeſtus offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiæ argumentum, noſtrique imperij, veſtrique miniſterij gloriam. Data 18. Kalendis Ianuariis, Lampadio & Oreſte viris clariſſimis conſulibus. 530.

FELICITER.

DE e CONFIRMATIONE INSTITVtionum ad cupidam legum iuuentutem.

IN NOMINE DOMINI ET DEI noſtri Ieſus-Chriſti.

Imperator Cæſar Flau. IVSTINIANVS, *Alamanicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator, ſemper Aug. cupidæ legum iuuentuti.* [SD.]

IMperatoriam maieſtatem non ſolùm f armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, vt vtrumque tempus, & bellorum, & pacis, rectè poſſit gubernari: & princeps Romanus ſolùm in hoſtilibus prœliis victor exiſtat, etiam per legitimos g tramites calumniantium iniquitates expellat & fiat tam iuris h religioſiſſimus quàm victis hoſtibus triumphator " magnificus. "

1 ¶ Quorum vtramque viam cum ſummis vigiliis, ſummáque prouidentia, annuente Deo perfecimus. Et bellicos quidem ſudores noſtros Barbaricæ gentes ſub iuga noſtra redactæ cognoſcunt, & tam Africa, quàm aliæ innumeratæ prouinciæ, poſt i tanta temporum ſpatia, noſtris victoriis à cæleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtroque additæ imperio, proteſtantur. Omnes verò populi legibus iam à nobis promulgatis, quàm cõpoſitis reguntur.

2 ¶ Et cùm ſacratiſſimas k conſtitutionis antea confuſas, in luculentam ereximus conſonantiam: tunc noſtram extendimus curam ad immenſa veteris prudentiæ volumina, & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cæleſti fauore iam adimpleuimus.

3 ¶ Cúmque hoc, Deo propitio peractum eſt: Triboniano viro magnifico, magiſtro, & exquæſtore ſacri palatij noſtri, ‖& exconſule‖necnon Theophilo, & Dorotheo m, viris illuſtribus, anteceſſoribus, n, (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras iuſſiones fidem, iam ex multis rerum argumentis accepimus) conuocatis, mandauimus ſpecialiter: vt ipſi noſtra auctoritate, noſtriſque ſuaſionibus, Inſtitutiones componerent, vt liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis o fabulis diſcere, ſed ab imperiali ſplendore appetere: & tam aures, quam animi veſtri, nihil inutile, nihil que perperam poſitum: ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis accipiant, & quod priore tempore vix poſt quadriennium ‖prioribus ‖contingebat, ‖ vt tunc conſtitutiones Imperatorias legerent.‖ hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantáque reperti felicitate, vt & initium vobis & finis legum eruditionis à voce principali procedat.

4 ¶ Igitur poſt libros quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum, (in p quibus omne ius antiquum collectum eſt quod per eundẽ virum excelſum, Tribonianum, necnon cæteros viros illuſtres, & facundiſſimos confecimus) in quatuor libros eaſdem In[ſtituti]ones partiri iuſſimus: vt ſint totius legitimæ ſcientiæ prima q [eleme]nta. 5 ¶ In quib. breuiter expoſitum eſt, & quod antea obtine[bat], & quod poſtea deſuetudine inumbratum imperiali remedio illu[ſtra]tum eſt. 6 ¶ Quas ex omnib. antiquorum Inſtitutionibus, & præ[cipue] ex Commentariis Caij r noſtri, tam Inſtitutionum, quàm rerum [quoti]dianarum aliiſque multis commentariis compoſitas, cùm tres viri [pruden]tes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognouimus, & [pleni]ſſimum noſtrarum conſtitutionum robur eis accommodauimus. [7] ¶ Summa itaque ope, & alacri ſtudio has leges noſtras accipite, [& vo]ſmetipſos ſic eruditos oſtendite: vt ſpes vos pulcherrima foueat, [toto] legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram rempublicam in [par]tibus eius vobis credendis gubernari. D. CP. XI. Kal. Decemb. [D. Iu]ſtiniano, PP. A. III. Conſſ. 533.

[D]E CONFIRMATIONE † DIGESTORVM ad ſenatum & omnes populos.

IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI Ieſus-Chriſti, Imperator Cæſar, Flauius, Iuſtinianus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator, ſemper Auguſtus, ad Senatum & omnes populos.

TAnta a circa nos diuinæ humanitatis eſt prouidentia, vt ſemper æternis liberalitatibus nos ſuſtentare dignetur. Poſt bella enim Parthica æterna pace ſopita, poſtque Vandalicam gentem ereptam, & Cartaginem, immò magis omnem Lybiam Romano imperio iterum ſociatam: & leges antiquas iam ſenio prægrauatas, per noſtram vigilantiam præbuit in nouam pulchritudinem & moderatum peruenire compendium. quod nemo ante noſtrum imperium vnquam ſperauit, neque humano ingenio poſſibile eſſe penitus exiſtimauit. erat enim mirabile, Romanam ſanctionem ab vrbe condita vſque ad noſtri imperij tempora, quæ penè in mille & quadringentos b annos concurrunt, inteſtinis prælis vacillantem, hocque & in Imperiales conſtitutiones extendentem in vnam reducere conſonantiam: vt nihil neque contrarium, neque idem, neque ſimile in ea inueniatur, & ne geminæ leges pro rebus ſingulis poſitæ vſquam appareant. namque hoc cæleſtis quidem prouidentiæ peculiare fuit: humanæ verò imbecillitati nullo modo poſſibile. Nos itaque more ſolito ad immortalitatis reſpeximus præſidium & ſummo numine inuocato, Deum auctorem & totius operis præſulem fieri optauimus: & omne ſtudium Triboniano viro excelſo, magiſtro officiorum, & exquæſtore † ſacri noſtri palatij, & exconſule credidimus, eique omne miniſterium huiuſcemodi ordinationis impoſuimus, vt ipſe vnà cùm aliis [viris] illuſtribus & prudentiſſimis viris noſtrum deſiderium adimpleret. noſtra quoque maieſtas ſemper inueſtigando & perſcrutando ea quæ ab his componebantur, quicquid dubium & incertum inueniebatur, hoc nomine cæleſti erecta emendabat & in competentem formam redigebat c.

1 ¶ Omnia igitur confecta ſunt. Domino & Deo noſtro Ieſu Chriſto poſſibilitatem tam nobis, quàm noſtris in hoc ſatellitibus præſtante.

¶ Et principales quidem conſtitutiones duodecim libris digeſtas, iam ante in Codicem d noſtro nomine præſulgentem contulimus.

¶ Poſtea verò proximum opus adgredientes, ipſa vetuſtatis e ſtudioſiſſima opera iam penè confuſa & diſſoluta, eidem viro excelſo permiſimus tam colligere quàm certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelſo ſaggeſtum eſt duo penè millia librorum eſſe conſcripta, & plus quam trecentiens decem f millia verſuum à veteribus effuſa, quæ neceſſe eſſet omnia legere & perſcrutari, & ex his ſi quid optimum fuiſſet eligere. Quod cæleſti fulgore & ſummæ Trinitatis fauore confectum eſt ſecundùm noſtra maniata, quæ ab initio ad memoratum virum excelſum fecimus: & in quinquaginta libros omne quod vtiliſſimum erat, collectum eſt: & omnes ambiguitates deciſæ, nullo ſeditioſo relicto g, nomenque libris impoſuimus Digeſtorum ſeu Pandectarum, qui omnes diſputationes & deciſiones in ſe habent legitimas, & quod vndique fuit collectum hoc in ſinus receperunt, in centum quinquaginta pene millia h verſuum totum opus conſumantes, & in ſeptem i partes eos digeſſimus non perperam, neque ſine ratione: ſed in numerorum k naturam & artem reſpicientes, & conſentaneam eis diuiſionem partium conficientes.

2 ¶ Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα l nuncupatur, in quatuor libros ſepoſita eſt.

3 ¶ Secundus autem articulus m, ſeptem libros habet qui de iudiciis appellantur.

4 ¶ In tertia verò congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus n, octo libris eis deputatis.

5 ¶ Quartus autem locus qui & totius compoſitionis quaſi quoddam inuenitur vmbilicum o, octo libros ſuſcepit: in quibus omnia quæ ad hypothecam p pertinent, repoſita ſunt, vt non pignoraticia actione in libris de rebus poſita multum diſtarent. Alio q libro eodem inſerto volumine, qui ædilitium edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ ſtipulationem, quæ de euictionibus propoſita eſt, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum conſentanea ſunt: & prædictæ actiones, quaſi pediſſequæ illarum ab initio proceſſerunt, in vetuſtioris quidem edicti ordinatione in loca deuia & multò diſtantia diuagantes: per noſtram autem prouidentiam his congregatæ: cùm oporteat ea quæ de eodem penè loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque r liber poſt duos † primos nobis excogitatus eſt de vſuris, & traiectitiis pecuniis, & de inſtrumentis, & teſtibus, & probationibus, necnon præſumptionibus & memorati tres ſingulares libri iuxta compoſitionem de rebus poſiti ſunt. Poſt hos ſi qua de ſponſalibus vel nuptiis, vel

a *l. 2. C. de vet. iur.*
b lege mille & trecentos. Nam Iuſtinianus ſolus imperare cœpit anno vrbis 1280. Niſi i a legeris, erit error calculi pluſquam centum annorum. Sed fortaſſis Iuſtinianus ſecutus eſt Græcas Chronologias. Sic Harmenopolus in Chronico annum Conſtantini facit 411. Chriſti: cùm tamen Latinis ſit 311. vel 313. *v. Conſt. ad Tribo, § 5.*
† Exquæſtor. Græcis ἀπὸ χειαιςόρων quæſtura functus: quæſtorius. Eadem forma dicitur Exãtiſtes. *Co. Theod. quorum appellat. recip.* Exrer. *v. Amm. Marcell.* exarchiatros. *C. de prof. ſſori-bus.* Exquæſtore nomen eſt indeclinabile, S. Auguſtino libro de Grammatica.
c ad ſimilitudinem legum XII. Tabul. vt putat Harmenopoulus *lib. I. in pr.*
d Codex Iuſtinianus vel Iuſtinianeus.
e Pandectæ.
f τριακοσίων μυριάδων trecies centena millia, *v. § 1. ſ. conſt. ad Senatum, v. Anton. Auguſt.* 2. Emendationum 6. qui tamen adhunc Græciſmum ferendum eſſe.
g Contrario, vitioſo: nulla antinomia relicta.
h Verſuum vocabulo leges, & paraphos hic intelligi non poſſe colligas, ſed potius lineas, *v. Contium 1. lect. 8. Duar. 2. diſp. 6.*
i Septenarius numerus, de quo v. 3. *Gell.* 10. Philonem de opificio Dei. Nazianzenus in oratione de paſchate ait. Numerum eſſe mundo congenitum & coëlementarem. adde Alciatum *parer.* 11.
k Numeris naturam & artem tribuit Iuſtinianus, *vt hic.*
l primordia.
m à 5. ad finem 11.
n qui 12. incipientes, 19. finiunt.
o vmbilicus Latinis dicitur. Sed Tribonianiſmus eſt, Græcis enim dicitur ὀμφαλὸς καὶ ὀμφάλιον.
p de qua lib. 2.
q nempe, 21.
r liber ſc. 22. qui ἀντιπαπινιάνος Græcis dicitur.
† duo dixit non duas, vt Virgilius illo loco: ſi duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros.

a nempe 23. 24. 25. b 26. 27.
c continens lib. 28 & 29.
d nempe 30. 31. 32. 33. 34.
† & fideicommiſſis, ita Græci legunt, quod quamuis Antonius Auguſtinus non probet, ad ſingularia tamen fideicōmiſſa referri poteſt.
e 35. f & 36. quáquam vigeſimus quintus initium ducat, non à Tractatu legis Falc. ſed à tit. de cond. & demonſt.
† i. ſtipulationes ex ſenatuſconſulto Pegaſiano deſcendentes.
f contra quàm in Codice qui hodie extat.
† *lege*, victorem *aut* victores: alij legunt in bellicis victoriis: alij, in bellicis victoriæ periculis.
g 37. 38.
† ϰ̀ τον ἐν τύτοις τι κακυργύντων, *ſic Græci* vel τον ἐν τύτοις κακυργιέν i. hominum fraudulentis machinationib. aduerſus ædificia, *v. l. 13. C. de operib. publicis.* Olim dicebant cinnum & cinnulum. Græci forte id verbi corruperunt & eius loco *inſidias* hic poſuerunt.
h 39.
i 40.
k 41.
l 42.
m lib. 43. & 44. à Tit. 1. ad finem 6.
n Imo non liber, ſed Tit. 7. li. 44.
o 45. 46.
† de ſtipulationibus infinita librorum multitudo.
p 47. 48.
q 49.
r *v. Cuia. 9. obſ. 37.*
ſ 50.
t de ſeptem decim viris, electis ad compoſitionē Digeſtorum. Quidam tamen ſedecim tantum numerant.
u Conſtantinopoli.
x eundem anteceſſorem vocauit, *§. conſt. ad anteceſſores, circa pr.* vt & Theophilū legum doctorem §. 1. *§. conſt. ad Sena.*

dotibus legibus dicta ſint, repoſuimus. tribus a librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos b libros conſcripſimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis repoſuimus, omnia vndique tam vtiliſſima quàm pulcherrima iuris continentem.

6 ¶ Quintus autem exoritur nobis Digeſtorum articulus in quem de teſtamentis & c codicillis tam priuatorum quàm militum, omne quicquid antiquis dictum inueniat quis depoſitum, qui de teſtamentis appellatur. De legatis autem & fideicommiſſis quinque d, librorum numerus adgregatus eſt. Cúmque nihil tam peculiare fuerat, quàm [vt] legatis †quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommiſſis autem Senatuſconſulti Trebelliani, ſingulis libris e vtrique eorum applicatis tota pars quinta in nouem libros coadunata eſt. Solum autem SC. Trebellianum ponendum eſſe exiſtimauimus: captioſas etenim & ipſis veteribus odioſas Pegaſiani SC. ad ſe tam ſuperuacuas quàm ſcrupuloſas † diuerſitates reſpuentes, totum ius ſuper his poſitum Trebelliano SC. adiudicauimus. Sed in f his nihil de caducis à nobis memoratum eſt: ne cauſa quæ in rebus non proſperè geſtis, & triſtis temporibus Romanis increbuit calamitatibus bello coaleſcens ciuili, noſtris maneat temporibus quæ fauor cœleſtis & pacis vigore firmauit, & ſuper omnes gentes in bellicis victori † periculis ſuperpoſuit: luctuoſum monumentum læta ſecula inumbrare concedatur.

7 ¶ Sexta deinde pars Digeſtorum exoritur, in quibus omnes bonorum poſſeſſiones poſitę ſunt, quę ad ingenuos, quæ ad libertinos reſpiciunt: vt & ius omne quod de gradibus & adfinitatibus deſcendit, legitimæ que hereditates, & omnis ab inteſtato ſucceſſio, & Tertullianum & Orphitianum SC. ex quibus mater & filij inuicem ſibi hæredes exiſtunt, in geminos g libros contulimus, bonorum poſſeſſionum multitudinem in compendioſum & manifeſtiſſimum ordinem concludentes. Poſt hæc ea quæ de oneris noui nuntiationibus damnique infecti, & pro ædificiis dirutis, & eorum inſidiis †, & quæ de àqua pluuia arcenda veteribus auctoribus placita ſunt: necnon de publicanis, & donationibus tam inter viuos quam mortis cauſa conficiendis cauta legibus inuenimus, in librum ſingularem h deduximus. De manumiſſionibus autem & de liberali cauſa alius i liber reſpondit: quemadmodum & de adquiſitione tam dominij quàm poſſeſſionis, & titulis qui eam inducunt, multæ & variæ lectiones vni k ſunt inſertæ volumini, alio l libro deputato his qui iudicati, vel in iure confeſſi ſunt, & de bonorum detenſionibus & venditionibus, & vt ne quid in fraudem creditorum fiat. Poſtque hæc omnia interdicta glomerata m ſunt: & deinceps exceptiones & de temporum prolixitatibus: & de obligationibus & actionibus liber n iterum ſingularis extenditur: vt præfata ſexta pars totius Digeſtorum voluminis octo libris definiatur.

8 ¶ Septimus autem & nouiſſimus articulus Digeſtorum ſex libris formatus eſt, quos de ſtipulationibus ſeu verborum obligationibus & fideiuſſoribus & mandatoribus, nec non nouationibus & ſolutionibus, acceptilationibus & de prætoriis ſtipulationibus, omne quod ius inuenitur o gemino volumine inſcriptum eſt; quod in libris antiquis nec † numerari poſſibile fuit. Et poſt hoc duo p terribiles libri poſiti ſunt pro delictis priuatis, & extraordinariis necnon publicis criminibus qui omnem continent ſeueritatem pœnarúmque atrocitatem. Quibus permixta ſunt & ea quæ de audacibus hominibus cauta ſunt, qui ſe celare conantur, & contumaces exiſtunt: & de pœnis, quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur: necnon de eorum ſubſtantiis. Liber autem q ſingularis pro appellationibus nobis excogitatus eſt contra ſententias, tam ciuiles quam criminales cauſas finientes: Cætera autem omnia quæ ad municipales r, vel de decurionibus & muneribus, vel publicis operibus, vel nūdinis, & pollicitationibus, & diuerſis cognitionibus, & cenſibus, vel ſignificatione verborum veteribus inuenta ſunt, quæque regulariter definita in ſeſe recipit ſ quinquageſimus totius conſummationis perfectus.

9 ¶ Quæ omnia confecta ſunt per t virum excelſum, nec non prudentiſſimum magiſtrum, ex quæſtore & ex conſule *Tribonianum* qui ſimiliter eloquentiæ & legitimæ ſcientiæ artibus decoratus, & in ipſis rerum experimentis emicuit, nihilque maius nec carius noſtris vnquam iuſſionibus duxit: necnon per alios viros magnificos & ſtudioſiſſimos perfecta ſunt, id eſt, *Conſtantinum* virum illuſtrem, Comitem ſacrarum largitionum, & magiſtrum ſcrinij libellorum, ſacrarúmque cognitionum, qui ſemper nobis ex bona opinione & gloria ſeſe commendauit: nec non *Theophilum* virum illuſtrem, magiſtrum iuriſque peritum in hac ſplendidiſſima ciuitate u laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & *Dorotheum*, virum illuſtrem & facundiſſimum quæſtorium, quem in Berutienſium ſplendidiſſima ciuitate leges diſcipulis x tradentem propter eius optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus, participémque huius operis fecimus. ſed *Anatolium* virum illuſtrem, magiſtrum, qui & ipſe apud Berutienſes iuris interpres conſtitutus ad hoc opus allectus eſt, vir ab antiqua ſtirpe legitima procedens, cum & pater eius Leontius & auus Eudoxius qui poſt Patricium inclytæ recordationis quæſtorium & anteceſſorem, & Leontium virum gloriſſimum præfectorem †, conſulatem, atque Patricium filium eius, optimam ſui memoriam in legibus reliquerunt, necnon *Gratinum* virum illuſtrem, & comitem ſacrarum largitionum, & optimum anteceſſorem huius almæ vrbis conſtitutum, qui omnes ad prædictum opus electi ſunt vnà cum *Stephano, Menna, Proſdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platono, Iacobo, Conſtantino, Iohanne*, viris prudentiſſimis, qui patroni quidem ſunt cauſarum apud maximam ſedem præfecturæ quæ Orientalibus prætoriis præſidet. Omne autem ſuę virtutis teſtimonium vndique accipientes, & à nobis ad tanti operis conſummationem electi ſunt: & cùm omnes in vnum conuenerunt gubernatione Triboniani viri excelſi, vt tantum opus nobis auctoribus poſſint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus conſummatum eſt.

† Prſi

10 ¶ Tanta autem à nobis antiquitati habita eſt reuerentia, vt a nomina prudentium taciturnitati b tradere nullo patiamur modo: ſed vnuſquiſque eorum qui auctor legis fuit, noſtris Digeſtis inſcriptus eſt: hoc tantummodo à nobis effecto, vt ſi quid in legibus eorum vel ſuperuacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum viſum eſt: vel adiectionem, vel deminutionem neceſſariam accipiat, & rectiſſimis tradatur regulis, & in multis ſimilibus vel contrariis, quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus poſitum eſt, vnáque omnibus auctoritate indulta vt quidquid ibi ſcriptum eſt, hoc noſtrum appareat, & ex noſtra voluntate compoſitum: nemine audente comparare ea quæ antiquitas habebat, & quæ noſtra auctoritas introduxit: quia multa & maxima ſunt, quæ propter vtilitatem rerum transformata ſunt, adeò vt etſi principalis conſtitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus: ſed & hoc corrigendum eſſe putauimus, & in melius reſtaurandum: nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & neceſſarium fuerat, hoc noſtris emendationibus ſeruauimus, & propter hac cauſam & ſi quid inter eos dubitabatur, hoc iam in tutiſſimam peruenit quietem, nullo titubante relicto.

11 ¶ Sed cùm proſpeximus quod ad portandam tantæ ſapientiæ molem non ſunt idonei homines rudes, & qui in primis c legum veſtibulis ſtantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam d mediocrem emendationem præparandam eſſe cenſuimus, vt ſub ea colorati, & quaſi primitiis omnium imbuti poſſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis accipere. Et ideò Triboniano viro excello, qui ad totius operis gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo viris illuſtribus & facundiſſimis anteceſſoribus accerſitis, mandauimus, quatenus libris, quos veteres compoſuerant, qui prima legū argumenta continebāt, & *Inſtitutiones* vocabantur, ſeparatim collectis, quidquid ex his vtile & aptiſſimum & vndique ſit elimatum, & rebus quæ in præſenti æuo in vſu vertuntur, conſentaneum inuenitur, hoc & capere ſtudeant, & quatuor libris reponere, *& totius e eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere, quibus iuuenes ſuffulti poſſint grauiora & perfectiora legum ſcita ſuſtenare.* Admonuimus autem eos, vt memores etiam noſtrarum fiant Conſtitutionum, quas pro emendatione iuris promulgauimus, & in confectione Inſtitutionum etiam eadem emendatione ponere non merentur: vt ſit manifeſtum, & quid antea vacillabat, & quid poſtea in ſtabilitatem redactum eſt. Quod opus ab his perfectum, vt nobis oblatum & relectum eſt, & prono ſuſcepimus animo, & noſtris ſenſibus non indignum eſſe iudicauimus, & prædictos libros Conſtitutionum vicem habere iuſſimus: quod & in oratione noſtra quam eiſdem libris præpoſuimus, apertius declaratur.

12 ¶ Omni f igitur Romani iuris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus (id eſt, Inſtitutionum, & Digeſtorum ſeu Pandectarum necnon Conſtitutionum) perfecta, & g in tribus annis conſummata, quæ vt primùm ſeparari h cœpit, neque in totum decennium compleri ſperabatur: omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum ſuſtentationem piis obtulimus animis, vberéſque gratias maximæ Deitati reddidimus, quæ nobis præſtitit, & bella feliciter agere, & honeſta pace perpotiri, & non tantùm noſtro, ſed etiam omni æuo tam inſtanti quàm poſteriori leges optimas ponere.

13 ¶ Omnibus itaque hominibus eandem Sanctionem manifacere, neceſſarium eſſe perſpeximus: vt ſit eis cognitum ta confuſione & infinitate abſoluti, in quam moderationem timam veritatem peruenerunt, legéſque in poſterum habe directas, quam compendioſas, omnibúſque in promptu poſitas poſſidendi libros earum facilitatem idoneas, vt non mole rum expenſa poſſint homines ſuperuacuæ legum multitudinis ci volumina i, ſed viliſſima pecunia facilis eorum comparat teat tam ditioribus quàm tenuioribus, minimo pretio magna ſ tia reparanda.

14 ¶ Si quid autem in tanta legum compoſitione quæ ab im

librorum

librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan rarò inueniatur, nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primùm quidem imbecillitati humanæ, quę naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia * omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, diuinitatis magis quàm mortalitatis eſt: quod & à maiorib. dictum eſt: deinde ſciat, quod ſimilitudo in quibuſdam & his breuiſſimis adſumpta non inutilis eſt: & nec citra noſtrum propoſitum hoc ſubſequutum. aut enim ita lex neceſſaria erat, vt diuerſis titulis propter rerum cognationem applicari eam oporteat, aut cum fuerat aliis diuerſis permixta, impoſſibile erat eam per partes detrahi, ne totum confundatur, & in partibus in quibus perfectiſſime viſiones *a* expoſitæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc diuidere ac ſeparare penitus erat inciuile: ne tam ſenſus quam aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo ſi quid principalibus conſtitutionibus cautum eſt, hoc in Digeſtorum volumine poni nullo conceſſimus modo: quaſi Conſtitutionum recitatione ſufficiente niſi & hoc rarò ex hiſdem cauſis quibus ſimilitudo adſumpta eſt.

15 ¶ Contrarium *b* autem aliquid in hoc Codice poſitum nullum *c* ſibi locum vindicabit, nec inuenietur, ſi quis ſubtili animo diuerſitatis rationes excutiet ſed eſt aliquid nouum inuentum *d*, vel occultè poſitum, quod diſſonantiæ querelam diſſoluit, & aliam naturam inducit diſcordiæ fines effugientem.

16 ¶ Sed & ſi quid forſitan prætermiſſum *e* eſt, quod in tantis millibus quaſi in profundo poſitum latitabat, & cùm idoneum fuerat poni obſcuritate inuolutum neceſſariò derelictum eſt: quis hoc adprehendere recto animo poſſit? primò quidem propter ingenij mortalis exiguitatem: deinde propter ipſius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum nullam ſui ad eruendum præbuit copiam: dein quòd multò vtilius eſt pauca idonea effugere, quàm multis inutilibus homines prægrauare.

17 ¶ Mirabile autem aliquid ex his libris emerſit, *quòd multitudo antiqua præſente breuitate paucior inuenitur.* homines etenim qui antea lites agebant, licèt multæ leges fuerant poſitæ, tamen ex paucis lites perferebant †, vel propter inopiam librorum quos comparare eis impoſſibile erat, vel propter ipſam inſcientiam & *f* voluntate iudicum magis quàm legitima auctoritate lites dirimebantur. In præſenti autem conſummatione noſtrorum Digeſtorum è tantis leges collectæ ſunt voluminibus quorum & nomina antiquiores homines non dicimus neſciebant, ſed nec vnquam audiebant, quæ omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſſima congregata: vt egena quidem antiqua multitudo inueniatur, opulentiſſima autem breuitas noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapientiæ librorum copiam maximè Tribonianus vir excellentiſſimus præbuit, in quibus multi fuerant, & ipſis eruditiſſimis hominibus *g* incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc ſemotum in optimam noſtram compoſitionem peruenit. Sed huius operis conditores non ſolùm eo volumina perlegerunt, ex quibus leges poſitæ ſunt ſed etiam alia multa quæ, nihil vel vtile vel nouum eis inuenientes, quod exceptum noſtris Digeſtis applicarent, optimo animo reſpuerunt.

18 ¶ Sed quia * *diuina quidem res perfectiſſima ſunt, humani verò iuris conditio ſemper in infinitum* h *decurrit, & nihil eſt in ea quod ſtare perpetuò poſſit: multas enim formas* i *edere natura nouas deproperat*, non deſperamus quædam poſtea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata *k*. ſi quid igitur tale contigerit, auguſtum imploretur remedium: quia ideo Imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, vt poſſit omnia quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere. & hoc non primùm à nobis dictum eſt, ſed ab antiqua deſcendit proſapia: cùm & ipſe Iulianus legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, in ſuis libris hoc retulit: vt ſi quid imperfectum inueniatur, ab Imperiali ſanctione hoc repleatur, & non ipſe ſolus, ſed & Diuus Hadrianus in compoſitione edicti, & ſenatuſconſulto quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſſimè definit, *vt ſi quid in edicto poſitum non inuenitur* l, *hoc ad eius regulas eiuſque coniecturas & imitationes poſſit noua inſtruere auctoritas.*

19 ¶ Hæc igitur omnia ſcientes patres conſcripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem ampliſſimas agite ſummæ Diuinitati quæ veſtris temporibus, tam ſaluberrimum opus ſeruauit: quo enim antiquitas digna diuino non eſt viſa iudicio, hoc veſtris temporibus indultum eſt.

¶ Haſce itaque leges & adorare *m* & obſeruare omnibus antiquioribus quieſcentibus. nemóque veſtrum audeat vel comparare eas prioribus, vel ſi quid diſſonans in vtroque eſt requirere: quia omne quòd hic poſitum eſt, hoc vnicum & ſolum obſeruari cenſemus. Nec in iudicio, nec in alio certamine, vbi leges neceſſariæ ſunt, ex aliis libris, niſi ab iiſdem Inſtitutionibus noſtriſque Digeſtis, & Conſtitutionibus à nobis compoſitis vel promulgatis aliquid vel recitare vel oſtendere conetur: niſi temerator velit falſitatis *a* crimini ſubiectus, vnà cum iudice qui eorum audientiam patiatur, pœnis grauiſſimis laborare.

20 ¶ Ne autem incognitum vobis fiat, ex *b* quibus veterum libris hæc conſummatio *c* ordinata eſt, iuſſimus & hoc id primordiis *d* Digeſtorum noſtrorum inſcribi *e*: vt manifeſtiſſimum ſit ex quibus legiſlatoribus quibuſque libris eorum, & quot milibus hoc iuſtitiæ Romanæ templum *f* ædificatum eſt. Legiſlatores *g* autem vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere erat, & quos & anteriores piiſſimi principes admittere non ſunt indignati, omnibus vno dignitatis apice impertito: nec ſibi cuidam aliquam *h* prærogatiuam vindicante. cùm enim conſtitutionum vicem & has leges obtinere cenſuimus. quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius aut minus in quibuſdam eſſe intelligatur: cùm vna dignitas, vna poteſtas omnibus eſt indulta?

21 ¶ Hoc autem, quod & ab initio nobis viſum eſt cùm hoc opus fieri Deo adiuuante mandabamus, tempeſtiuum nobis videtur & in præſenti ſancire, vt nemo neque eorum qui in præſenti iuris peritiam habent, neque (qui) poſtea fierent, audeat commentarios *i* hiſdem legibus adnectere: niſi tantùm ſi velit eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eáque conſequentia ſub qua & voce Romana poſitæ ſunt: hoc quod Græci *k* κατὰ πόδα dicunt. & ſi qui forſitan per titulorum *l* ſubtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ *paratitla* nuncupantur componere, aliàs autem legum interpretationes, immò magis peruerſiones, eos iactare non concedimus: ne verboſitas eorum aliquid legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus. quod & in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum eſt, qui opus moderatè confectum huc atque illuc in diuerſas ſententias producentes, [contrahentes] in infinitum detraxerunt vt penè omnis Romana ſanctio eſſet confuſa. Quos ſi paſſi non ſumus, quemadmodum poſteritatis admittatur vana diſcordia? Si quis autem tale facere auſi fuerint. ipſi quidem falſitatis rei conſtituantur, volumina autem eorum omnimodo *m* corrumpentur.

¶ Si quid verò, vt ſuprà dictum eſt, ambiguum fuerit viſum: hoc ad Imperiale culmen per iudices referatur, & ex auctoritate Auguſta manifeſtetur, cui *n* ſoli *o* conceſſum eſt leges & condere & interpretari.

22 ¶ Eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus & aduerſus eos qui in poſterum leges noſtras per ſiglorum *p* obſcuritates auſi fuerint conſcribere. omnia enim id eſt, & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros, per conſequentias literarum volumus, non per *q* ſigla manifeſtari: ita vt qui talem librum ſibi parauerit, in quo ſigla poſita ſunt in qualemcunque locum libri vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacunque ſua *r* parte ſiglorum habet malitias. Ipſe autem librarius qui eas inſcribere auſus fuerit, non ſolùm criminali *ſ* pœna ſecundùm quod dictum eſt, plectetur: ſed etiam libri æſtimationem in duplum domino reddat, ſi & ipſe dominus ignorans talem librum vel comparauerit, vel confici curauerit quod & antea à nobis diſpoſitum eſt & in Latina conſtitutione & in Græca *t* quam ad legum profeſſores dimiſimus.

23 ¶ Leges autem noſtras quæ *u* in his codicibus, id eſt, Inſtitutionum ſeu Elementorum, & Digeſtorum vel Pandectarum poſuimus, ſuum obtinere robur ex *x* tertio noſtro feliciſſimo ſancimus conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Ianuarias, in omne æuum valituras, & vnà cum noſtris conſtitutionibus pollentes, & ſuum vigorem in iudiciis oſtendentes in omnibus cauſis, ſiue *y* quæ poſtea emerſerint, ſiue quæ in iudiciis adhuc pendent, nec eas iudicialis vel amicalis forma compeſcuit: * quæ enim iam vel iudiciali ſententia finita ſunt, vel amicali pacto *z* ſopita, hæc *a* reſuſcitari nullo volumus modo.

¶ Bene autem properauimus in tertium noſtrum conſulatum & has leges edere: quia maximi Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti auxiliũ feliciſſimum eum noſtræ reipublicæ donauit: cùm in hunc & bella Parthica *b* abolita ſunt *c*, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcreuit. Pòſt Europam enim & Aſia & tota Libya noſtro imperio adiuncta eſt, & tanto operi legum caput impoſitum eſt: omnia cœleſtia dona noſtro tertio conſulatu indulta.

24 ¶ Omnes itaque iudices noſtri pro ſua iuriſdictione eaſdem leges ſuſcipiant *d*, & tam in ſuis iudiciis quàm in hac regia vrbe habeant, & proponant, & præcipuè vir excelſus huius almæ vrbis præfectus, cu-

---

orum quę per anam imbeatem Tribo- † Puſi & eius col- um in hoc e ſunt relicta.

Theoriæ §.13. *e conſtit. prox.* 13 §.15. *ff. de hæred.* Contiùs en legit *diuiſis*.

le Antinomiis. .§.9. *ī. conſt. ad* *bonianum*. Cuiacius tra- leges permul- in concordiam igi poſſe: ſi æ ad ius conſtiionum beni- *tium* um, aliæ ad le- ; veteres & ius ierum referan- *.7. obſ* 19. eaque ſoluendi lege, em 8. *obſ.* 8. vti- r: His eſt affine iod extat in *l.* *.ff. de ſcrib. l. vl-* *n ff. de conſtit.* *inc. &* §. 19. *ī.* *magnum Sena-* *m.* allegabant, pro- rebant. de Prætermiſ- adde *l.* 1. §. 3. §. *ff. de orig. iur.* huc facere po- ſt quod Ammia- as *lib.* 30. de ad- catis loquens, ribit. Hi, inquit, t altius iura cal- re videantur, rebatium loquũ- ır & Cæſelium, & lfeuũ & Aurum- aurum, Sicano- ũmque iamdiu le- es ignotas, cum uandri matre ab inc ſeculis obru- as multis.

al. in infinitum t ſit ſenſus: res humanæ perpetuô ſtare non poſſunt. de his formis vide Nouellam 2. 19. *vel* 50. 60. 66. 74. 84. 93. 101. 111. 127. *l.* 1. *C. de* *mendat. Cod.*

al. innouata.

Nouis negotiis emergentibus Auguſtum implorandum eſt remedium, adde *l.* 12. *ff. de legibus, l.* 7. §. 1. *in fin ff. de iuriſd v. l.* 11. *de præſcript. verb.* interim nota non alibi extare hanc Hadriani definitionem.

m Adorandæ leges. Ad laudem ſcientiæ Iuris facit *lex* 1. §. 5. *ff. de extra. cogn.*

a Falſitatis reus eſt qui ius abrogatum in cauſis decidendis allegat, §. 19. *ī. conſtit. ad magnum Senatum.*

b Quibus ex libris Pandect. exceptæ ſunt.

c hoc ſyntagma.

d Primordia hic appellat præfationes.

e Indicem librorum ex quibus ſumptæ ſunt Pandectæ promittit, quem vult in primordiis Digeſtorum inſcriptum eſſe, ſcilicet poſt ſequentem Metaphraſin.

f Templum Iuſtitiæ Romanæ Pandectæ.

g νομοθέτας καὶ ἐξηγητάς.

h adde *Conſtit. ad Tribon.* ſ. § 3.

i Commentarij verboſi legibus non adplicandi ſcriptores, falſi: libri, corrumpendi, §. 21. *ī. conſtit. prox.*

k κατὰ πόδας interpretationes ſunt quæ ſeruant eadem veſtigia, quæ iiſdem veſtigiis inſiſtunt & pedetentim ſubſequuntur leges, *v. Alciat.* 11. *Parerg.* 6. vulgus appellat *Tourner d'vne langue en vne autre: vne Tranſlation.*

l Paratition. Tituli ſubtilitas. Hinc interim ſerua Paratitla & τὰ κατὰ πόδας, hæc inquam duo interpretandi tantùm genera. Promiſcuè inde videmus Græcos in libris βασιλικῶν his duobus tantum interpretandi generibus vſos fuiſſe.

m adde *l.* 4. §. 2. *ff. fam. erciſc.*

n *v. quæ notaui ad l.* 1. *C. de legib.*

o atqui Senatus ius facere poteſt, *l.* 9. *ff de legib.*

p Siglis leges non ſcribendas: ſcriptores falſi tenentur. ſigla porro ſiue ſingulæ ſunt ſingulares literæ.

q *v. Conſtit. ad Anteceſſores.* ſ. §. *illud autem.*

r *al.* ſui.

ſ Falſi duplique, pœna tenentur, qui libros legum ſiglis ſcribunt, §. 22. *ī. Conſtit. ad Senatum. argum. l. vlt. ff. de falſis.* An ex eo colliges ratione partis totum fore falſum vt Accurſius cenſuit? Minimè. t non extat Græca u quas: & ita quidem in Archetypo ſcriptum fuerat. Sed hic librarij error fuit.

x Digeſtorum & Inſtitutionum ius ex quo tempore & quibus in cauſis valere debeat. Cur autem ex eo tempore valere debeat vide in verſ. bene autem *ī. eodem.*

y adde *l.* 7. *C. de legibus.* z Tranſactio pactum amicabile.

a *l.* 16. *Cod. de tranſact.*

b Parthica bella, perſica.

c Pace cum Parthis facta, *Græl.* d ſuſcipiant.

† B ij

r æ autem erit tribus *a* excelſis *b* præfectis prætoriis, tam Orientalibus quàm Illyricis, nec non Lybicis per ſuas auctoritates omnibus qui *c* ſuę iuriſdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtare *d*. Data ſeptimodecimo Kalendis *e* Ianuariis, Iuſtiniano domino noſtro ter *f* conſule 533. FELICITER.

DE *e* CONFIRMATIONE DIGESTORVM ad magnum Senatum.

IN g NOMINE DOMINI ET DEI noſtri Ieſus-Chriſti.

Imperator Cæſar Flau. IVSTINIANVS, *Alamanicus, Cotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator, ſemper colendus Auguſtus, ad magnum Senatum & populum, & omnes orbis noſtri ciuitates.*

DEDIT nobis Deus poſt pacem cum *h* Perſis initam, poſt Vandalica tropheą & totam Libyę adquiſitionem, póſtque notiſſimam Carthaginem noſtro iterum Imperio *i* ſociatam, vt veterum legum renouationis opus ad optatum finem perduceremus, quod nemo principum ante noſtrum Imperium aut in mentem induci poſſe, aut humano ingenio poſſibile eſſe exiſtimauit. Erat enim mirabile, omnem Romanam ſanctionem à condita vetere Roma vſque ad noſtri Imperij tempora quę *k* penè in mille & trecentos annos concurrunt, non ſolùm ſecum in variis ſuis partibus, ſed in imperialibus quoque præſertim ſanctionibus inter omnem naturę conſonantiam pariter ac diſcordiam: non tamen id ſolum quod ſecum pugnabat, tollere: ſed etiam quod idem aut ſimile reperiebatur, expellere, variámque ipſius pulchritudinis ideam tribuere, ita vt pro ſingulis rebus ſingulę leges conſtitutę viderentur. Quod proculdubio ſuperioris numinis & fluentis inde benignitatis fuit, non humanæ cogitationis, aut incœpti, aut poteſtatis. Nos itaque, more ſolito manibus ad Deum erectis, eóque, vt nos complecti dignaretur, inuocato, & rem aggreſſi ſumus, & omnia tandem cõfecimus, Triboniano glorioſiſſimo magiſtro, & exquęſtore ſacri noſtri palatij, & exconſule ad omne miniſterium vſi, nec non aliis quibuſdam illuſtribus, & prudentibus viris, inquirentes ſemper ea quæ ab eis componebantur: & id quod erat dubium perſcrutantes, omnib. quoq; ſecundùm datã nobis à Domino Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto ſcientiã & intellectus vigorem imponentes cõpetentem formam.

1 ¶ Et piiſſimas igitur conſtitutiones iam ante in duodecim libris comprehenſas, Codicem noſtrę pietatis cognomine fulgentem compoſuimus. nunc verò omnium veterum iuris conditorum ſententiis ex multitudine quę ad duo millia pene librorum, & trecentas *l* myriadas verſuum pertingebat, immoderatum & perſpicuum collegimus compendium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc ſumus cœleſti fauore, colligentes omne id quod erat vtile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo ſeditioſo relicto. Quos libros Digeſta ſeu Pandecta appellauimus ex *m* eo, quod legum habeant diuiſiones *n* & deciſiones; itémque ex eo, quod omne in vnum congregatum receperint, hanc eis appellationem imponentes: nec vltra quindecim myriadum verſuum numerum eis dantes: & in ſeptem eos diſponentes tractatus idque non perperam, neque ſine ratione, ſed ad numerorum naturam & harmoniam reſpicientes.

2 ¶ Ea igitur quę apud omnes πρῶτα, i. primordia *o*, nuncupantur, in *p* quatuor libros ſepoſuimus.

3 ¶ Deinceps *q* ea quę de iudiciis tractant, in alios ſeptem *r* libros.

4 ¶ Item ea quę de *ſ* rebus, non in plus quàm *t* octo libros.

5 ¶ Sequentem verò operis partem: quę quarta *u* & media μέρον ἐςὶ τῦ παντὸς eſt totius operis, in aliis *x* octo libris depoſuimus. in quibus eſt quidem *y* hypothecaria. non longè admodum à pignoratitia actione diſtans. eſt & Ædilitium *z* edictum, & de euictionibus ſtipulatio: quę duo acceſſoria & conſequentia conſtituta venditionum *a*, longè tamen admodum in veteri iuris ordinatione ab his deuagantia, congregauimus propiùs propter mutuam inter ſe cognationem, ne, quę de eodem penè loquuntur, longè à ſe diſtarent. Poſt hęc introduximus poſt duos illos libros ea quę ſunt ſcripta de vſuris tam terreſtribus quàm traiectitiis ſeu maritimis, & de probationibus, atque pręſumptionibus in vnum librum. *b* his autem tribus monobilis, ſingularibus libris poſt tractatum de rebus ſibi inuicem proximis depoſitis, & rurſum ea quę de ſponſalibus, & nuptiis, & de dote legibus, dicta ſunt congregantes, his etiam *c* tria habere in hac ordinatione volumina conceſſimus. De tutoribus autem minoris ętatis *d* geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium concedimus, memoratam octo librorum ordinationem, & mediam (vt dictum eſt) hanc partem totius operis confecimus, pulcherrima & vtiliſſima iura in his deſcribentes.

6 ¶ De teſtamentis *e* autem & legatis, & fideicommiſſis omnia congregauimus in nouem librorum numerum: quorum principatum obtinent ea quæ ſunt de teſtamentis, & codicillis, cùm omnium, tum etiam militum, qui ea, vt volunt, faciunt *a* duobus libris ordinata. & de teſtamentis inſcripta. quinque *b* autem ſequentibus continentur ea quę de legatis & fideicommiſſis & omni eorum ambiguitate diſputata ſunt. & quoniam Falcidię narratio continens & conſentanea erat legatorum & fideicommiſſorum proprio tractatui: propterea & ipſam continuò legatorum ſuppoſuimus tractationi, libro *c* integro rei applicato, cum breui quadam adiectione. & rurſum quia ad Falcidię imitationem [introductum] erat Trebellianum Senatuſconſultum in fideicommiſſis: & huic vltimum *d* huius ordinationis tribuimus locum totum ius ſuper his poſitum, Trebelliano Senatuſconſulto attribuentes, & ſuperuacuam eſſe Pegaſiani ſenatuſconſulti poſitionem inuenientes, & abſurdas horum Senatuſconſultorum inter ſe differentias, & communiones: quas ſanè & veteres peroſi, captioſas & damnoſas appellarunt. ſimpliciore quadam narratione omne hoc ſchema congregantes, & ad vnius Senatuſconſulti Trebelliani ordinationem applicantes, & hanc quintam partem totius ordinationis nouem his perfecimus libris. In quibus nouem libris nihil de quondam *e* caducis dictum à nobis eſt: quia propter vſum quendam non proſperum cùm increbuiſſent in republica, & luctuoſum monumentum bellorum ciuilium eſſent: non oportebat in his manere temporibus, in quibus & Deus dedit pacem nobis agere domi & foris, &, cùm oportuit bellum gerere, facile cum ipſius fauore hoſtes ſuperare & capere.

7 ¶ Sequitur deinde & exoritur nobis ſexta *f* pars totius compoſitionis, octo concluſa libris. Pulchrè autem incipit ab his quę poſſeſſiones nominantur, quas nos ſimiliter, vt cętera diligenter conſiderantes tam eas quę ad ingenuos, quàm quę ad libertinos pertinent ex multa anteriorum temporum confuſione & obſcuritate in purum deduximus compendium, geminorum *g* illis librorum numerum ſufficere arbitrantes. Adplicauimus autem ipſis & omnes ab inteſtato appellatas ſucceſſiones & ipſos generum ordines, eorum gradibus etiam libro inſcriptis, & circa omnium finem Tertullianum & Orficianum compoſuimus ſenatuſconſultum, ex quibus matres & liberi inuicem ſucceſſores fiunt. Procedit autem poſt hæc alius liber *h* qui de ædificiorum operibus, & de ea quæ ob ruinoſa & diruta ædificia [datur, ſatiſdatione. & his qui in his aliquid inſidiarum aut fraudis admiſerint, & de his qui ex aquarum impetu vicinos læſerint, & de publicorum vectigalium coactoribus, atque inſuper de donationibus tam indefinitis [ſeu ſimplicibus] quàm in cogitationem mortis relatis leges ac iura ordinant. Rurſum autem quicquid de quacunque manumiſſione extat, vel de his, quæ ſuper ipſa agitantur, cauſis, & hoc vni *i* traditum eſt libro. Amplius autem & ea quæ de poſſeſſione, & per ipſam adquiſitione, & de cauſis eam introducentibus ſunt, in *k* vnum ſepoſuimus tractatum ſeu librum. Et quidquid etiam de iudiciariis extat ſententiis, & his qui in his aliqu... ipſos confeſſi ſunt, & de bonorum ceſſione, & creditorum d... & venditione, & de bonorum ſeparatione & curatione, & ... tiantur creditores fraudis, & id in *l* vnum ſimiliter collatum... Sed & interdictorum modum non pluribus quàm *m* vni libro. Inde *n* autem & ad pręſcriptiones ſeu exceptiones, & ... nata tempora venimus. Et obligationum quidem & actio... ſuimus modos, & coëgimus omnem hanc partem, cui præ... ſiones (vt dictum eſt) octo librorum numero deſcriptam, ... partem totius voluminis ſeponentes.

8 ¶ Totius autem extrema pars quæ & ſeptima *o* eſt toti... tionis, ſex librorum numero demandata eſt, incipiens quide... pulationibus procedens verò ad ea quæ ſcripta ſunt de fideiu... debitorum numeratione, ſolutione & liberatione ipſorum, & ... ductis ex Prætorum iuriſdictione ſtipulationibus: quæ omn... à nobis cõtracta ſunt libris: cum apud veteres nec dici poſſet... libri ea de re, [Procedit & deinceps *q* ad delictorum narratio... omnia recenſet quæ ad minora delicta pertinent, quæ vocant... & item quæ ad ea quæ necdum ordinaria appellant, ſed ipſis ... nariorum appellationem imponunt, deſcendit etiam & ad pu... mina quæ atrociſſima ſunt, & magnam ſibi aduocant pœnam. ... tem & hic ſunt libri qui illa quidem, quæ ad delicta & crimi... nent, complectuntur, quibus permixta ſunt & ea quę de reis ... qui ſe celare: tamen conantur, ſcripta ſunt, & de eorum bonis ... quæ infligitur condemnatis, pœna vel indulgentia. Initium au... alterius rurſum *ſ* libri ſit narratio de appellationibus, quæ ... eſt profectò ad reſcindendas. tam pecuniarias [ſeu ciuiles] ... quàm criminales. Quęcunque autem de ciuibus [ſeu municipi... decurionibus, & muneribus, & publicis operibus, & nundinis, & ... pollicitationibus, & variis cognitionibus [ſeu interrogationibus ... blica deſcriptione, veteribus inuenta ſunt, & quæcunque de ... extant ſignificatione, & de his quæ pro regulis apud veteres di... hęc omnia in ſeſe recipit vltimus liber. Huius igitur compoſitio... ius initium eſt à ſtipulationibus, hic liber eſt ſextus quidem, ſi ... prium principium comparetur: ſed eſt quinquageſimus, ſi conſe... totam conſummationis perfectionem [ſeu harmoniam] 9 ¶ ... nia compoſita ſunt & elaborata peroptimè, & vt noſtra iuſſione ... fuit, per *t Tribonianum* u illuſtriſſimum: necnon prudentiſſimum ... ſtrum, & exquæſtore noſtrorũ palatiorũ, & exconſule, virum & ... rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus ſcribendis ...

ctatum,

---

a Tres excelſi Præfecti Prætorio Orientis ſc. Illyrici, Africæ.

b glorioſiſſimis, *Græci.*

c Præfecti hi fuerunt, Romæ, Conſtantinopolis, Italiæ Galliæ.

d ad omnem noſtrorum ſubditorũ inexcuſabilem noticiam, *Græci hoc addunt.*

e Calendas Ianuarias, *ita legitur in Græca.*

f tertium conſule. ita ſcribendum eſt, v. 10. *Gell.* 1.

g Hæc conſtitutio Latina facta eſt ab Antonio Contio.

h vide Procop. de bello Perſico. adde §. *pen.* l. *eo.*

i Calendis Decembr. menſis ſuperioris. *Procopius de bello Vandalico: Cedrenus, Paul. Aquilegienſis.*

k hic numerus annorum emendat §. 3. §. *conſtit. ad Tribon.*

l Tricieſcentena, §. *& antea.* §. *conſtit. ad Anteceſſores.* Trecenties decem millia verſuum, §. 1. *verb. ſed cum omnia* §. *conſtit. ad Senatus.*

m Pandectarum ἔτυμον.

n διαιρέσεις καὶ διατυπώσεις.

o prima pars Pandectarum.

p 4.

q Pars ſecunda de iudiciis.

r à 5. ad finem. 11.

ſ Pars tertia de rebus.

t à 12. ad finem. 19.

u Pars quarta quæ & hypothecaria.

x à 20. ad finem. 27.

y lib. 20.

z lib. 21.

a propoſuerat tamen hunc ordinem ſequi *l. 2. in fin. ff. de ſtatu hominum.*

b lib. 22.

c 23. 24. 25.

d 28. 27.

e Pars quinta de teſtamentis.

ctarum, & qui nihil vnquam noſtrarum iuſſionum contempſit: necnon per alios [viros,] qui ſub ipſo nobis hoc opus elaborarunt, id eſt, *Conſtantinum* a magnificentiſſimum comitem ſacrarum largitionum, & antigrapharium [ſeu magiſtrum] ſacri ſcrinij, & ſacrorum libellorum & cognitionum Imperialium, qui nobis bonam de ſe opinionem in omnibus præbuit: necnon *Theophilum* b magnificentiſſimum magiſtrum, & leges [ſeu iura] in regia hac vrbe laudabiliter c & cum ſummis vigiliis, & vt magiſteria ſedulitate dignum eſt, docentem: & *Dorotheum* d magnificentiſſimum quæſtorem & Doctorem in legum ciuitate deſignatum: dicimus autem verendam & ſplendidam Berytienſium metropolin, quam de ipſo optima opinio & gloria, & ad nos deduxit ipſum, & vt huius operis participem faceremus, hortata eſt: ſed & *Anatolium* e magnificentiſſimum magiſtrum, qui & ipſe apud Berytienſes ea quæ ex legibus [proficiſcuntur,] pulchrè docet, vir ex tertia ſtirpe laudabili iuris apud Phœnices interpretum deſcendens (refert enim [genus] ad Leontium, & Eudoxium homines in legib. optimæ memorię poſt Patricium inclytæ recordationis, quæſtorium & anticenſorem, & Leontium glorioſiſſimum, exprefecto, & exconſule, atque patricium eius filios ſummæ admirationis viros) & *Cratinum* f magnificentiſſimum atque prudentiſſimum comitem ſacrarum largitionum: (& optimus quoque eſt is legum enarrator in regia hac vrbe) & prætor hos etiam *Stephanum, Mennam, Proſdocium, Eutolmium, Timotheum, Leonidem, Leontium, Platonem, Iacobum, Conſtantinum, Ioannem*, viros prudentiſſimos, qui vniuerſi Rhetores g quidem glorioſiſſimorum præfectorum ſacrorum noſtrorum Prætorium, gloriam autem ſeu laudem apud omnes prudentiæ iuſtè habent, & à nobis meritò iudicati ſunt digni, vt eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digeſtoram elaborata ſunt conſcriptionem per iam dictos glorioſiſſimos viros.

10 ¶ Tanta autem nobis reuerentia antiquitatis fuit, vt neque mutari nomina veterum Iuriſconſultorum ſuſtinuerimus: ſed vniuſcuiuſque illorum appellationem legib. inſcripſimus, mutantes quidem, ſi quid iam habere viſum eſt non rectè, partes verò illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligentes, & vnam h atque parem i omnib. præbentes poteſtatis vim, ſeu robur: ita, vt quicquid ſcriptum eſt in eo libro, id noſtra ſit ſententia: nemine audente comparare ea quæ nunc facta ſunt his quæ prius erant: quia multa & numeratu non facilia tranſpoſuimus in melius, etiam ſi quid imperiali aliqua antiquorum Imperatorum conſtitutione in aliam dictum fuerat formam. nam nomina quidem veteribus ſeruauimus, legum autem veritatem noſtram fecimus, itaque ſi quid erat in illis ſeditioſum, (multa autem talia erant ibi repoſita) hoc deciſum eſt, & definitum, & in perſpicuum finem deducta eſt quæque lex.

11 ¶ Sed cùm oportebat & aliquam k mediocrem l Iſagogem facere in eorum gratiam, qui recenter leges attingunt, nec maiorem doctrinam portare poſſunt: neque hoc extra noſtram prouidentiam reliquimus, ſcilic. Triboniano glorioſiſſimo, & qui ad totius operis legitimi gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo magnificentiſſimis & prudentiſſimis anticenſoribus accerſitis mandauimus: vt ſeligerent ex his quæ apud veteres erant Iſagogarum modo compoſita, ea quę eſſent aptiſſima, & in ipſis rerum argumentis obtinentia, vtque colligerent, & nobis offerrent, & vt mentionem etiam facerent noſtrarum Conſtitutionum, quas pro emendatione veteris iuris promulgauimus, & ita componerent libros quatuor futuros prima elementa totius Iſagoges, quas vocari Inſtituta viſum eſt, quam ſanè legitimi operis partem compoſitam nobis obtulerunt. & nos eam totam conſideratam à nobis, & perpenſam rectéque habere viſam noſtris ſenſibus non indignam eſſe iudicauimus, & m pro noſtris haberi Conſtitutionibus & noſtrarum Conſtitutionum robur habere iuſſimus: quod & ex his quæ in procemiis eiuſdem voluminis diſſeruimus, omnibus manifeſtum fecimus.

12 ¶ Sic itaque omni Romani iuris diſpoſitione ordinata, & in tribus integris & voluminibus, & annis tanto opere perfecto: (quod nobis ab initio omnem ſpem excedere: circa finem autem, cùm iam penetrabilem eſſe rem docuimus, ne in decem quidem annis totum abſolui poſſe videbatur:) tanta ergo trium n annorum celeritate conſummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit & pacem regere, bella feliciter dirigere, & leges ponere præterito, præſenti, & futuro tempori iuſtum eſſe putauimus, omnibus hominibus facere manifeſtum noſtrum in his rebus ſtudium ſimul & prouidentiam: quomodo nempe priore ſoluti perturbatione, & confuſione, & nullum finem habente iuris poſitione, vſuri ſint poſthac legibus rectis compendioſis, & omnibus ad manum promptis & litium compendium adferentibus, & paratis, atque expoſitis omnibus [volentibus] ad o facilem adquiſitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, vt illorum inutilium librorum congerant multitudinem: ſed viliſſima pecunia tam ditioribus quàm ex tenuiore profectis patrimonio, copiam ſui comparandi præbentibus.

13 ¶ Si quid autem ex multitudine ea quæ nunc congeſta eſt, & ex tantis myriadibus collecta, videbitur eſſe ſimile [& geminatum a,] (hoc autem putamus rarum eſſe) attamen humanæ naturę [imbecillitatem] conſiderantibus, non extra iuſtam apologiam ne hoc quidem videbitur eſſe. in nullo enim aberrare, [ſeu in omnibus irreprehenſibilem ſeu inemendabilem eſſe, [diuinæ vtique ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ ſeu roboris,] quemadmodum & à maioribus dictum eſt, deinde eſt, vbi & ſimilium adſumpſimus poſitionem, vel rebus ſubiectis id exigentibus, vt oporteret idem pluribus applicari titulis: vel quia cùm extraneo loco eſſet commixtum id quod ſimile ſuperiori videbatur, impoſſibile fuit eam ſimilitudinem detrahi: vel etiam quia ſæpe cuſtodienda fuit integra totius theoriæ b [ſeu viſionis] continentia, nec [ſeparanda aut] diuellenda mens & intellectus [legentium] per eorum quæ iam ſcripta fuerant ademptionem. quin & hoc ſicubi adſumptum eſt propter rei neceſſitatem: tamen id breue eſt, nec vllum ferè ſui ſenſum præbens.

14 ¶ Hoc etiam ipſum & in Conſtitutionibus iam inter imperiales Conſtitutiones relatis, & iure quod ex his reſultat, obſeruauimus, nam quæ in illis iam cauta erant, ea nec in hoc volumine poni conceſſimus, niſi ob aliquam interdum circumſtantiam ſimilitudinis aliqua cauſa relicta eſt.

15 ¶ Contrariam c autem aliis legibus legem ex his quæ in hoc volumine poſitæ ſunt, non facilè quis repererit, ſi modo ad omnes contrarietatis fines animum intendere feſtinet ſed d ineſt aliquid diuerſum: quod adſumptum alterius generis fortè hanc & illam legis poſitionem apparere faciet.

16 ¶ Sed & ſi quid fortè prætermiſſum e eſt eorum quæ poni debebant (fortè enim & aliquid tale contigit) propter humanæ imbecillitatem naturæ, multò ſanè melius eſt noſtris ſubditis multis inutilibus liberari [legibus,] dum priuantur fortè paucis quibuſdam quæ videbantur idonea, myriadibus propè infinitis defoſſa & depoſita, & nemini fortè mortalium animaduerſa.

17 ¶ Hanc enim ob cauſam tot libris f (quos antea ſcribi oportebat) deſtituti iudices, facilius ex pauciſſimis iuris auctoribus & libris ad finem litium perueniebant, iudicia decidebant, vel propter inopiam librorum, vel quia non ſufficiebant multis laboribus ad inuenienda multa vtilia neceſſariis, & viribus erant impares. In præſenti autem conſummatione maximus legum obtinentium congeſtus eſt numerus ex libris raris, & qui vix inueniri potuerint, & quorum nec nomina, nec eruditiſſimi quidem in legibus complures homines nouerant. Quorum ſanè copiam [ſeu materiam] nobis vberrimam dictus glorioſiſſimus Tribonianus præbuit, multorum librorum, & qui vix numerari poſſunt ſuppeditata multitudine, quibus omnibus perfectè lectis, congeſta ſunt hæc volumina, ſed ex horum multis & variis hi qui à nobis ad hoc congregati erant, cùm nihil inueniſſent idoneum aut nouum ab his quæ iam congregata erant, illationem ex his in hos opere faciendam optimo animo reſpuerunt.

18 ¶ Si verò poſtea aliquid noui g controuertetur quod non apparebit legibus his inſcriptum: (* multa h enim nouare nouit natura) ſed Imperium Deus propter hoc impoſuit hominibus vt emergentia & legis egentia lege definiat, & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus ac regulis. neque hoc noſtrum nunc dicimus: ſed iam omnium iuris conditorum qui olim claruerunt, prudentiſſimus Iulianus hoc ipſum videtur dixiſſe, qui & ab Imperiali auctoritate implorat fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus & quęſtionibus. ſed & diuus Adrianus piæ memoriæ, quando ea quæ à prætoribus quotannis edicta fuerant, breui complexus eſt libello, adſumpto ad id optimo Iuliano in oratione quam in commune habuit in ſeniore Roma, hoc ipſum quoque ait: vt, ſi quid præter id quod iam ordinatum eſt, emerſerit: conueniens eſt eos, qui in magiſtratu ſunt, illud conari decidere, & remedium imponere ſecundùm eorum quæ iam ordinata ſunt, conſequentiam [imitationem.]

19 ¶ Hæc igitur omnes (dicimus autem vos, magni Senatus, & omnes noſtræ reipubl. homines) cognoſcentes, gratiam quidem confitemini Deo, qui noſtris temporibus tantum bonum ſeruauit: vtimini verò noſtris legibus, nulli i earum quæ veteribus libris inſcriptæ ſunt attendentes: neque ad ea quæ nunc poſita ſunt, illas comparentes: quia etſi videantur quædam inuicem non conſonare, tamen prius k illud & vetuſtius nobis, vt imperfectum diſplicuit, nunc autem hoc viſum eſt debere obtinere. Nam prohibemus illis in poſterum vti, hæc autem ſola obſeruari in republica, & obtinere concedimus & ſancimus. ita vt qui conatus fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus ſolis, & Conſtitutionum [libro] à nobis compoſitis, vel factis, vti quibuſdam legibus, vel eas in iudiciis legere, vel ſi quis iudicauerit ex his apud ſe recitari eas paſſus: falſi l reus erit & publicorum criminum iudicatus, & pœnæ addictus quod etſi non diceremus, vel ex hoc ipſo manifeſtum eſſet.

20 ¶ Sed & hoc optimum fore iudicauimus, præponere Digeſtorum volumini & veteres iuris conditores, & illorum volumina m, & vnde collectio facta ſit legum nunc à nobis congeſtarum, quod & fieri iuſſimus, & factum eſt: & ſimul ea quę de his reb. conſcripta ſunt, ſuppoſi-

a de ſimilibus.
b viſiones. §. 14. ſ. conſtit. prox.
c de Antinomiis.
d *v. §. 15. Conſtit. ad Senatum.* Sed Goueanus legem 8. *in prin. ff. de iuriſdict.* c in lege 22. *in pr. ff. ad l. Aquil.* non poteſt aliter conciliare, quàm ſi dicat in *d. l. 8.* vel aliter vel malè ſcriptum fuiſſe.
e de prætermiſſis.
f de libris veterum Iuriſconſultorum.
g de nonis ac futuris quęſtionibus & conſtitutionibus.
h Nouel. 7. c. 2.
i de abrogatis veterum Imperatorum legibus.
k *v. §. 15. ſ. Conſtit. ad Senatum.*
l *arg. l. vlt. ff. de falſis.*
m Quænam volumina à veteribus Iuriſperitis compoſita.

…nſtantinus. …eophilus. …tecesſoris …rotheus. …natolius. …atinus. …ἴτωρες hic …duocati nam … Præfectum …yrici aduo… 50. fuiſſe …at. l. 17. C. de … diuerſ. iud. apud Præfectum Orientis l. 50. l. 1. eod. vt Præſidem Sy… o. l. 3. C. de …diuerſ. iudic. Præfectum … 80. l. 7. C. eo.

v. §. cùmque …nſt. ad Treb. …e authoritate …iſprudentum. …De Inſtitutio… …us compoſitis. …Inſtitutionum …s Inſtitutiones …ρεία εἰσαγω… *…vt hic.* prima …menta legiti… ſcientiæ, *l. de …fimat. Inſt. §. 4.* …ma fundamen… atque elemen… *ſ. conſtit. ad …atum, §. 11.* paulò aliter …eophilus § *pen.* Serenitas eius. …γνω δεῖν αὐ… …ς διατάξει… …ῦ ἰσχυρῶς … …de Triennio … i Iuſtiniani. *§. 13. ſ. Conſtit. Senatum & om… populos.*

a vt §.11.ſ.eod.
b Quales legum commentarios eſſe oporteat §.21.ſ. cconſt. prox.
d χατὰ πόδα vicetur idem ſignificare ho loco quod πχειφαξι χῶς.
d quod vitium videtur Caius ſummo ſtudio fugere velle, *l.1. ff. de orig. iur.*
e Imò & Senatui *l.9 ff. de legibus.* & ſubditis atque indicib. *l.2. l 13. l. 37. 38. ff. de legib.* & Epiſcopis, *l.6. C. de Sacroſ. eccleſ.* & populo *l 9. circa pr. ff. de iuſtitia & iure.*
f Libros legum notis non eſſe deſcribendos.
g *v. §.6. conſt. ad Antecesſores.*
h falſi §. 22. ſ. *conſt. ad Senatum.*
i *v. l. 7. C. de legib.*
k *Procopius de bello Perſico.*
l *Procopius de bello Vandalico.*
m Apud omnes terræ populos nominatiſſimum Cæſaris nomen eſt, &nos preter alias Imperatoriæ maieſtatis notas eo gloriamur. *Nou. 30.*
n Gallis tamen & Francis non imperabat Iuſtinianus, *arg. l. 2. §.2. C. de offic. præf. Afr. Agath.*
o qui ſint, *v. §. 1. ſ. eod.*

huic diuinæ noſtræ Conſtitutioni præcepimus, vt omnib fiat manifeſtum & quid prioris inexperientiæ ſimul & incertitudinis eſſet, & quid à nobis ſit adinuentum. Legiſlatores autem ſeu legum interpretes illos congeſſimus qui apud omnes probati & recepti erant, & priorib. imperatoribus placuerant,& qui ab his nominari meruerunt. Si. n. aliquis nondum veteribus Legiſlatoribus cognitus eſt: nos & huic interdiximus huius voluminis communicationem. Omnib. ſanè his poſitis vnum ordinem & dignitatem parem dedimus: nulli cuipiam maiore, quam cæteris data prærogatiua. Si enim his quæ ab illis ſcripta ſunt omnibus imperialium Conſtitutionum *a* dedimus robur; quid eſt, quod in his amplius, quodque minus haberi debeat?

21 ¶ Illud autem quod ſtatim, cum hanc compoſitionem legum congregari mandaremus, iuſſimus: iterum & nunc ſancimus illud confirmando: omnibus ſimiliter interdicimus, ne quis audeat hominum qui ſunt nunc, aut in poſterum erunt commentarios *b* ſcribere harum legum: præterquam ſi velit quis in Græcam linguam hæc transferre, quem etiam volumus ſola ſecundùm pedem ſeu cata *c* poda nuncupata vti legum interpretatione: & ſi quid ſecundùm nominatorum paratitiorum (vt conueniens eſt) adſcribere voluerint vſum: aliud autem nihil omnino ne tantillum quidem circa ea facere, ne rurſum dare ſeditionis, & dubitationis, aut infinitæ multitudinis, legib. occaſionem. id *d* quod antea in antiqui edicti factum eſt ordinatione: ita vt illud breuiſſimum conſtitutum ex differentium commentariorum differentia ſeu diuerſitate in infinitam extenderetur multitudinem. Si quid. n. fortè ambiguum fuerit viſum vel litium certatoribus, vel his qui rebus præſunt, hoc Imperator interpretabitur rectè. nam hæc facultas illi ſoli *e* à legibus permiſſa eſt. Itaque quiſquis auſus fuerit ad hanc noſtram legum compoſitionem commentarium aliquod adiicere, aliter atque noſtræ huius iuſſionis forma præſcribit: is ſciat, quod & ipſi falſi reo legib. futuro, & quod compoſuerit, eripietur, & modis omnib. corrumpetur.

22 ¶ Eadem pœna impoſita & aduerſus eos qui notis *f* [ſeu ſignis] quibuſdam in ſcriptura vtentur (quæ ſigna ſingulas *g* vocant) & qui per ea conturbare ſcripturam tentauerint, nec per totam conſequentiam literarum numeros, & nomina veterum prudentum & totam legum compoſitionem ſcripſerint. Sciant etiam librorum ita ſcriptorum comparatores ſe inutilis fore libri dominos neque. n. damus licentiam talibus libris in iudiciis vti, & aliquid agere: etiamſi contingat librum in ea ipſa parte quæ recitatur, nullum habere tale ſignum [aut notam] ſed in alia quacunque ſui parte, quamuis ſemel tantùm id admiſſum ſit. Itaque ipſe quidem eum librum pro non ſcripto prorſus habebit. Is autem qui eum ſcripſerit, & ignoranti emptori dederit: duplum ſoluet eius æſtimationis ei qui ita in quantitate damnum paſſus fuerit, nihilominus infligenda criminali *h* pœna. Hoc etenim & in aliis conſtitutionibus ea de re poſitis ſcripſimus, tam his quæ Latina proceſſerunt voce, quàm ea quæ Græcorum lingua, quam quidem ad legum profeſſores reſcripſimus.

23 ¶ Hæc igitur volumina (Inſtitutorum, & Digeſtorum dicimus) ex fine tertij noſtri feliciſſimi conſulatus ſuum robur obtinere ſancimus, i. ex ante 3. Kal. Ian. præſentis duodecimæ indictionis, in omne æuum valitura, & vnà cum imperialib. conſtitutionib. vigorem & locum habitura tam in his quę poſtea *i* emerſerint, quam his quæ in iudiciis adhuc pendent, nec dum amicalib. tradita ſunt tranſaction.* quodcunque enim hactenus vel iudicatum, vel tranſactum eſt, retractari non ſuſtinemus. Quem quidem conſulatum tertium nobis nominatiſſimum dedit Deus: quando & ſub ipſo pax *k* cum Perſis confirmata eſt, & hoc tantùm legum volumen repoſitum eſt. quod à nemine maiorum vnquam excogitatum fuit? atque ad hęc tertia pars mundi (dicimus autem totam *l* Libyam) noſtris adiuncta eſt ſceptris: omnia hęc à ſummo Deo & ſeruatore noſtro ΙΕΣΥ ΚΡΙΣΤΩ dona tertio noſtro conſulatu indulta.

24 ¶ Omnes itaque laudatiſſimi noſtrę reip. magiſtratus diuinam hanc noſtram ſuſcipientes conſtitutionem, vt vtantur prędictis noſtris legibus, vnuſquiſque in ſuo procurabit iudicio. Pręponet autem eam in maxima & regia hac vrbe & eius glorioſiſſimus Pręfectus. Curæ autem erit excellentiſſ. & laudatiſſ. noſtro magiſtro, & glorioſiſſ. atque beatiſſimis pręfectis ſacrorum noſtrorum Prętoriorum tam his quę ad ſolem orientem, quàm his quę in Illyride, necnon his etiam quæ in Libya ſunt, per ſua edicta his qui ſub ipſis, ordinati ſunt, iſta facere manifeſta, ad omnium noſtrorum ſubditorum inexcuſabilem notitiam. Data 17. Kal. Ian. Domino noſtro Iuſtiniano perpetuo Auguſto III. Conſule 533.

DIGESTORVM PROOEMIVM IN NOMINE Domini noſtri Ieſu Chriſti.

DE RATIONE ET METHODO IVRIS docendi ad Anteceſſores.

Imperator Cæſar m, Flauius, Iuſtinianus, Alamanicus, Gothicus, Francicus n, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, fœlix, inclytus, victor ac triumphator ſemper Auguſtus Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Iſidoro, Anatolio Thalleleo & Gratino viris Illuſtribus anteceſſoribus o, item & Salaminie viro diſertiſſimo anteceſſori, Salutem.

OMNEM reip. noſtræ ſanctionem iam eſſe purgatam & compoſitam tam in quatuor libris Inſtitutionum ſeu elementorum, quàm in quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum, necnon in *a* duodecim Imperialium conſtitutionum, quis amplius quàm vos cognoſcit? Et omnia quidem quæ oportuerat & ab initio mandare, & poſt omnium conſummationem, factum libenter admittentes, definire, iam per noſtras orationes tam Græca lingua quàm Romanorum, quas æternas fieri optamus, explicita ſunt. ſed cum vos & omnes poſtea profeſſores legitimæ ſcientiæ conſtitutos etiam hoc oportuerat ſcire, quid & in quib. tempor. tradi neceſſarium ſtudioſis credimus, vt ex hoc optimi atque eruditiſſimi efficiantur: ideò præſentem diuinam orationem ad vos præcipuè faciendam exiſtimamus, quatenus tam prudentia veſtra quàm cæteri anteceſſores *b* qui eandem artem in omne æuum exercere maluerint, noſtris regulis obſeruatis, inclytam viam eruditionis legitimæ poſſint ambulare. Itaque dubio procul quidem eſt neceſſe Inſtitutiones in omnibus ſtudiis primum ſibi vindicare locum, vtpote prima veſtigia eius ſcientiæ mediocriter tradentes, ex libris autem quinquaginta noſtrorum Digeſtorum ſex *c* & triginta tantummodo ſufficere tam ad veſtram expoſitionem, quàm ad iuuentutis eruditionem iudicamus, ſed ordinem eorum, & tramites per quos ambulandum eſt, manifeſtare, tempeſtiuum nobis eſſe videtur, & vos in memoriam quidem eorum quæ antea tradebatis, redigere: oſtendere autem Nouellæ noſtræ compoſitionis tam vtilitatem quàm tempora, vt nihil huiuſmodi artis relinquatur incognitum.

1 ¶ Et antea *d* quidem, quemadmodum & veſtra ſcit prudentia, ex tanta legum multitudine quæ in librorum quidem duo millia, verſuum autem tricies *e* centena extendebatur: nihil aliud niſi ſex tantummodo libros & ipſos confuſos, & iura vtilia in ſe perrarò habentes, à voce magiſtra ſtudioſi accipiebant, cęteris iam deſuetis, iam omnib. inuiis. In his autem ſex libris Gaij noſtri *f* Inſtitutiones, & libri ſingulares quatuor, primis de illa vetere re vxoria, ſecudus de tutelis, & tertius necnon quartus de teſtamentis, & legatis connumerabantur: quos nec totos per ſequētias *g* accipiebant, ſed multas partes eorum quaſi ſuperuacuas pręteribant. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non ſecundum edicti *h* perpetui ordinationem, ſed paſſim, & quaſi per *i* ſaturam collectum, vtile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilib. deputata. In 2. autem anno præpoſtera *k* ordinatione habita, prima pars legum eis tradebatur, quibuſdam certis titulis ab ea exceptis: cum erat enorme poſt inſtitutiones aliquod legere, quàm quod in legib. & primum poſitum eſt, & iſtam nuncupationem meruerit. Poſt eorum verò lectionem, neque illam continuam, ſed particularem, & ex magna parte inutilem conſtitutam, tituli alij eius tradebantur tam ex illa parte legum quę de iudiciis nuncupatur, & ipſis non continuam ſed ratam vtilium recitationem præbent. quaſi cętero toto volumine inutili conſtituto, quam ex illa quæ de reb appellatur, ſeptem libris ſemotis, & in his multis partib. legentib. inuiis, vtpote non idoneis, neque aptiſſimis ad eruditionem conſtitutis. In tertio autem anno quod ex vtroque volumine, i. de reb. vel de iudiciis, in ſecundo anno non erat traditum, accipiebant ſecundùm viciſſitudinem vtriuſque voluminis: & ad ſublimiſſimum Papinianum, eiuſque reſponſa iter eis aperiebatur. Et ex prędicta reſponſorum conſummatione, quæ decimo & nono libro cōcludebatur, opus ei tradebatur: ſed pauca ex multis, ea breuiſſima ex ampliſſimis, vt adhuc ſitientes ab eis recederent. His igitur ſolis à profeſſorib. traditis, Pauliana reſponſa per ſemetipſos recitabant: neque hæc in ſolidum, ſed per imperfectum, & iam quodammodo malè conſuetum inconſequentiæ curſum. Et hinc erat in quartum annum omnis antiquæ prudentię finis *l*: vt (ſi quis ea quę recitabant, enumerare malit. computatione habita inueniat ex tam immenſa legum multitudine vix verſuum ſexaginta millia eos vacuæ notionis perlegere: omnibus aliis deuiis & incognitis conſtitutis: & tunc tantummodo ex aliqua minima parte recitandis, quotiens vel iudiciorum vſus hoc fieri coëgerit, vel ipſi magiſtri legum aliquid ex his perlegebatis, vt ſit vobis aliquid amplius diſcipulorum peritia fuerant antiquæ eruditionis monumenta, ſecundùm quod ... ſtimonio confirmatur. 2 ¶ Nos verò tantam penuriam ... uenientes, & hoc miſerrimum iudicantes, legitimos theſau... tibus aperimus, quibus per veſtram prudentiam quodammodo ... gatis, ditiſſimi legum oratores efficiantur diſcipuli. Et ... quidem anno noſtras hauriant Inſtitutiones, ex omni ... terum Inſtitutionum corpore elimatas, & ab omnibus tu... tibus in vnum liquidum ſtagnum cominatas tam per Tri... virum magnificum magiſtrum & exquæſtore ſacri palatij ... exconſule, quam duos è vobis, id eſt, Theophilum & D... facundiſſimos anteceſſores. In reliquam verò anni partem ... dùm optimam conſequentiam primam legum partem eis ... cimus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, qua nihil ... terius: quia quod primum *o* eſt, aliud ante ſe habere non ... hæc eis exordium & finem eruditionis primi anni eſſe dec...

Cuius

Cuius auditores non volumus vetere tam friuolo
quàm ridiculo cognomine Dupondios *a* appellari, ſed
Iuſtinianos nouos nuncupari, & in hoc omne futu-
rum æuum obtinere cenſemus: vt hi qui rudes adhuc
legitimæ ſcientiæ adſpirent, & ſcita prioris anni ac-
cipere maluerint, noſtrum nomen mereant: quia illi-
co tradendum eis eſt primum volumen quod nobis
emanauit auctoribus: antea enim dignum antiqua
confuſione legum cognomen habebant. cum autem
leges iam clarè & dilucidè animis eorum tradendæ
erant, neceſſe erat eos cognomine mutato fulgere.

3 ¶ In ſecundo *b* autem anno per quem ex edicto
eis nomen antea poſitum, & à nobis probatur, vel de
iudiciis *c* libros ſeptem, vel de rebus octo *d* accipere
eos ſancimus, ſecundum quod temporis viciſſitudo in-
dulſerit, quam intactam obſeruari præcipimus, ſed
eoſdem libros de iudiciis vel de rebus totos, & per
ſuam conſequentiam accipiant. nullo penitus ex his
derelicto: quia omnia noua pulchritudine ſunt deco-
rata, nullo inutili, nullo deſueto in his penitus inue-
niendo. Alterutri autem eorundem volumini, id eſt,
de iudiciis vel de rebus adiungi in ſecundi anni au-
dientiam volumus quatuor libros ſingulares quos ex
omni compoſitione quatuordecim librorum excer-
pſimus. ex collectione quidem tripartiti voluminis
quod pro dotibus cōpoſuimus *e*, vno libro excerpto:
ex *f* duobus autem de tutelis & curationibus, vno: vt
ex gemino volumine de *g* teſtamentis, vno: & ex 7. li-
bris de legatis & fideicommiſſis, & quæ circa ea ſunt,
ſimili modo *h* vno tantum libro. his igitur quatuor
libros qui in primordiis ſingularum memoratarum
compoſitionum poſiti ſunt tantummodo à vobis eis
tradi ſancimus, cæteris decem oportuno tempore
conſeruandis: quia neque poſſibile eſt, neque anni ſe-
cundi tempus ſufficit ad iſtorum quatuordecim li-
brorum magiſtra voce eis tradendorum recitatio-
nem.

4 ¶ Tertij *i* inſuper anni doctrina talem ordinem
ſortiatur, vt ſiue libros de iudiciis, ſiue de rebus ſe-
cundum vices legere eis ſors tulerit: concurrat eis tri-
partita legum ſingularum diſpoſitio: & in primis liber
k ſingularis ad hypothecariam formulam, quem opor-
tuno loco in quo de hypothecis loquimur, poſuimus:
vt cum æmula ſit pignoraticiis actionibus quę in li-
bris de rebus poſitæ ſunt, non abhorreat eorum vici-
nitatem: cum circa eaſdem res ambabus penè idem
ſtudium eſt. Et poſt eundem librum ſingularem alius
l liber ſimiliter eis apperiatur, quem ad edictum ædi-
lium, & de redhibitoria actiones, & de euictionibus,
necnon duplæ ſtipulatione compoſuimus, cum etiam
quæ pro emptionibus & venditionibus legibus cauta
ſunt, in libris de rebus præfulgent: hæ autem omnes
quas diximus definitiones in vltima parte prioris
edicti fuerant poſitæ: neceſſario eas in anteriorem *m*
locum tranſtulimus, ne à venditionibus, quarum quaſi
miniſtræ ſunt, vicinitate vlterius deuagentur. Et hos
tres libros cum acutiſſimi Papiniani lectione tra-
dendos poſuimus, quorum volumina in tertio anno
ſtudioſi recitabant, non ex omni eorum corpore, ſed
ſparſim pauca ex multis & in hac parte accipientes.
Vobis autem pulcherrimus Papinianus non ſolum ex
reſponſis quæ in decem & nouem libros compoſita
fuerant, ſed etiam ex libris ſeptem & triginta quæ-
ſtionum, & gemino volumine definitionum, necnon
de adulteriis, & penè omni eius expoſitione in omni
noſtrorum Digeſtorum ordinatione præfulgens pro-
priis partibus præclarus ſui recitationem præbebit.
Ne autem tertij anni auditores quos Papinianiſtas *n*
vocant, nomen & feſtiuitatem eius amittere videan-
tur: ipſe iterum in tertium annum per belliſſimam
machinationem introductus eſt. librum enim hypo-
thecariæ ex primordiis plenum eiuſdem maximi Pa-
piniani fecimus lectione, vt & nomen ex eo habeant,
& Papinianiſtæ vocentur, & eius reminiſcentes & læ-
tificentur & faſtum diem quem cum primum leges
eius accipiebant, celebrare ſolebant, peragant: & ma-
neat viri ſublimiſſimi præfectorij Papiniani & per
hoc in æternum memoria, hocque termino tertij an-
ni doctrina concludatur.

5 ¶ Sed quia ſolitum eſt anni quarti *o* ſtudioſos
Græco & conſueto quodam vocabulo *p* λύτας appel-
lari: habeant quidem ſi maluerint hoc cognomen: pro
reſponſis autem prudentiſſimi Pauli, quę antea ex li-
bris viginti tribus vix in decem & octo recitabant, per
iam expoſitam confuſionem eos legentes: decem li-
bros ſingulares qui ex quatuordecim quos antea enu-
merauimus, ſuperſunt *q*, ſtudeant lectitare multo ma-
ioris & amplioris prudentiæ ex is theſaurum conſe-
cuturi, quàm quem ex Paulianis habeant reſponſis. Et
ita omnis ordo librorum ſingularium à nobis com-
poſitus & in decem & ſeptem libros partitus eorum
animis imponetur: quem in duab. Digeſtorum partib.
poſuimus, id eſt, quarta & quinta, ſecundum ſeptem
partium diſtributionem. & quod iam primis verbis
orationis noſtrę poſuimus, verum inueniatur. vt ex
triginta ſex librorum recitatione fiant iuuenes perfe-
cti, & ad omne opus legitimū inſtructi, & noſtro tem-
pore non indigni, duabus aliis partibus, i. ſexta & ſep-
tima noſtrorum Digeſtorum, quæ in quatuordecim
libros compoſitæ ſunt, eiuſdem poſitis, vt poſſint po-
ſtea eos & legere, & in iudiciis oſtendere. Quibus ſi
benè ſeſe imbuerint, & in quinti *a* anni quo *b* προλύται
nuncupantur, metas conſtitutionum codicem tam le-
gere quàm ſubtiliter intelligere ſtudeant: nihil ei, le-
gitimæ ſcientiæ deerit, ſed omnem ab initio vſque ad
finem ſuis animis complectantur, & quod penè in alia
nulla euenit arte, tcum etſi viliſſimæ ſint, omnes ta-
men infinitæ ſunt, hæc ſola ſcientia habeat finem mi-
rabilem, in præſenti tempore à nobis ſortita.

6 ¶ Diſcipuli igitur, omnibus eis legitimis ar-
canis referatis, nihil habeant abſconditum: ſed om-
nibus perlectis quæ nobis per Triboniani viri excelſi
miniſterium, cæterorumque compoſita ſunt, ex ora-
tores maximi, & iuſtitiæ ſatellites inueniantur, &
iudiciorum optimi tam athletæ quàm gubernatores
in omni loco æuóque felices.

7 ¶ Hæc autem tria volumina à nobis compoſita
tradi eis tam in *c* regiis *d* vrbibus, quam in Berytien-
ſium pulcherrima ciuitate, quàm & *e* legum nutricem
bene quis appellet, tantummodo volumus, quod iam
& à retro principibus conſtitutum eſt, & non *f* in aliis
locis quæ à maioribus tale non meluerint priuile-
gium. quia audiuimus etiam in Alexandrina ſplendi-
diſſima ciuitate, & in Cæſarienſium & in aliis quoſ-
dam imperitos homines deuagari, & doctrinam diſci-
pulis adulterinam tradere, quos ſub hac intermina-
tione ab hoc conamine repellimus, vt ſi auſi fuerint
in poſterum in hoc perpretare, & extra vrbes regias,
& Berytienſium metropolim hoc facere, denarum li-
brarum auri pœna plectentur, & reiiciantur ab ea ci-
uitate in qua non leges docent, ſed in leges com-
mittunt.

8 ¶ Illud autem quod iam tum ab initio hoc opus
mandantes in noſtra oratione, & poſt completum in
alia noſtri numinis conſtitutione ſcripſimus, & nunc
vtiliter ponimus: vt nemo audeat eorum, qui libros
conſcribunt, ſigla in his ponere, & per compendium
ipſi legum interpretationi vel compoſitioni maxi-
mum adferre diſcrimen: ſcituris omnibus librariis
qui hoc in poſterum commiſerint, quòd poſt crimi
nalem pœnam æſtimationem libri in duplum domino
eius, ſi neſcienti dederint, inferre compellentur: cum
& ipſe qui talem librum comparauerit, nihilo eum
habebit, nemine iudice ex tali libro fieri recitatio-
nem concedente, ſed pro non [pro] ſcripto eum
haberi diſponente.

9 ¶ Illud verò ſatis neceſſarium conſtitutum
cum ſumma interminatione edicimus, vt nemo au-
deat neque in hac ſplendiſſima ciuitate, neque in Be-
rytienſium *g* pulcherrimo oppido ex his qui legitima
peragunt ſtudia, indignos & peſſimos, immo magis
ſeruiles, & quorum effectus iniuria eſt, ludos *g* exerce-
re, & alia crimina vel in ipſos profeſſores, vel in ſo-
cios ſuos & maximè in eos qui rudes ad recitationem
legum perueniunt, perpetrare. * quis enim *h* ludos
appellet eos ex quibus crimina oriuntur? hoc & enim
fieri nullo patimur modo: ſed optimo ordini in
noſtris temporalibus & hanc partem tradimus, &
toto poſtero tranſmittimus ſæculo: cum * oportet
prius animo, & poſtea lingua fieri eruditos.

10 ¶ Et hæc omnia in hac quidem florentiſſima
ciuitate vir excelſus præfectus huius almæ vrbis tam
obſeruare quàm *i* vindicare, prout delicti tam iuue-
nam, quàm ſcriptorum qualitas exegerit, curæ habe-
bit. In Berytienſium autem ciuitate tam vir clariſſi-
mus præſes Phœnicæ maritimæ, quam beatiſſimus
eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, & legum profeſſores.

11 ¶ Incipite igitur legum doctrinam eis Dei
gubernatione tradere & viam aperire quam nos inue-
nimus: quatenus fiant optimi iuſtitiæ & reipublicæ
miniſtri, & vos maximum decus in omne ſeculum ſe-
quatur, quia veſtris temporibus talis legum inuenta
eſt permutatio, qualem & apud Homerum patrem
k omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter ſe fa-
ciunt, diſſimilia permutantes.

χρύσεια *l* χαλκείων, ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων *h. e.*

Aurea æreis, centena nouenarijs.

Quæ omnia obtinnere ſancimus in omne æuum ab omnibus tam præ-
feſſoribus quàm legum auditoribus & librariis & ipſis iudicibus ob-
ſeruanda. Data XVII. Kal. Ianuarias Conſtantinopoli, Domino noſtro
Iuſtiniano perpetuo Auguſto ter *m* conſule 533.

a Quintus annus

b i. λύτεις doctores. Heſychius προλυτὰς interpretatur παραλελυμένους q. d. à præfinita lege ſtudiorum ſolutos.

c Academias iuris obſerua.

d Roma & Conſtantinopoli.

e ἡ τοῖς τε ἄστεσι μήτηρ ὑποχάθηται παιδεύμασι. Eunapius in Iuliano. *Cuiac.*

f Academiæ tamen ius tempore præſcribi, notant interpretes.

g Alexandriæ ſtudium etiam medicinæ florebat. hinc Ammianus 22. Pro omni experimento ſufficit modico ad commendandum artis authoritatem, ſi Alexandriæ ſe dixerit eruditum.

h ſimpla dicuntur. *Conſt. ad Tribonianum, §. §. pen. §. eandem, l. conſt. ad ſenatum, §. eadem, l. conſtit. ad magnum ſenatum.* de ſiglis, *v. Cuiac. 12. obſeru. vlt. v. quæ ſcripſi ad Nouell. 47. c. 2.*

De ludis inhoneſtis ſtudioſorum abrogatis.

k Ludus noxius in culpa eſt, *v. l. 10. ff. ad l. Aquil.* Ludos autem intelligit quos exerceri mos erat in anteceſſores & condiſcipulos, præſertim nouitios, *v. Cuiac. 6. obſ. 13.*

l *v. quæ ſcripſi ad Auth. habita. C. ne filius pro patre.*

m Laus Homeri *v. l. 236. D. de verb. ſign.*

n *Iliad. 6.*

o dicendum eſt tertium Conſule. non tertio vel ter Conſule 10. *Gellius. 1.*

p Ea eſt editio qua hodie vtimur.

DE EMENDATIONE CODICIS DOMINI IVSTI-
niani & ſecunda *n* eius editione ad ſenatum vrbis Conſtantinopolitanæ.

Imperator Cæſar, Flauius, IVSTINIANVS, *Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, VVandalicus, Africanus, pius, felix. inclytus, victor ac triumphator ſemper Auguſtus, Senatui vrbis Conſtantinopolitanæ S.*

Cordi nobis eſt, Patres conſcripti, ſemper noſtri animi cu-
ras rebus communibus auidiſſimè impendere, vt nihil à no-
bis inceptum, imperfectum relinquatur. Igitur in primor-
dio noſtri imperij ſacratiſſimas conſtitutiones quæ in
diuerſa volumina fuerant diſperſæ, & quam plurima ſimi-
litudine necnon diuerſitate vacillabant, in vnum corpus colligere om-
nique vitio purgare propoſuimus: & hoc iam per viros excelſos, & fa-
cundiſſimos perfectum eſt, & à nobis poſtea conſummatum, quod gemine

conſtitutiones noſtræ quæ antè poſitæ ſunt oſtendunt.

1 ¶ Poſtea vero cum vetus ius conſiderandum recipimus, tam quinquaginta *a* deciſiones fecimus, quam alias ad commodum propoſiti operis pertinentes plurimas conſtitutiones promulgauimus: quibus maximus antiquarum legum articulus emendatus & coarctatus eſt, omnéque ius antiquum ſuperuacua prolixitate liberum atque enucleatum in noſtris Inſtitutionibus & Digeſtis reddidimus.

2 ¶ Sed cum nouellæ *b* noſtræ tam deciſiones *c* quàm conſtitutiones quàm conſtitutiones quæ poſt noſtri Codicis confectionem latæ ſunt extra corpus eiuſdem Codicis diuagabantur, & noſtram prouidentiam noſtrumque conſilium exigere videbantur: quippe cùm earum quædam ex emerſis poſtea factis aliquam meliore conſilio permutationem vel emendationem deſiderabant, neceſſarium nobis viſum eſt per *d* Tribonianum virum excelſum magiſtrum exquæſtore & exconſule legitimum operis noſtri miniſtrum, necnon virum magnificum quæſtorem & Berutienſium legum doctorem Dorotheum, Mennam inſuper & Conſtantinum & Ioannem viros eloquentiſſimos togatos fori ampliſſimæ ſedis eaſdem conſtitutiones noſtras decerpere, & ita in ſingulas diſcretas capitula ad perfectarum conſtitutionum ſoliditatem competentibus ſupponere titulis, & prioribus conſtitutionibus eas adgregare.

3 ¶ Supradictis itaque magnificis & prudentiſſimis viris permiſimus hæc omnia facere: & ſi qua emendatione opus foret, hanc facerent non titubante animo, ſed noſtra auctoritate freti, conſtitutiones verò ſuperfluas, vel ex poſterioribus ſanctionibus noſtris iam vacuatas: vel ſi quæ ſimiles, vel contrariæ inuenirentur, circunducere, & à proprij Codicis congregatione ſeparare & tam imperfectas replere, quàm nocte obſcuritatis obductas, noua elimationis luce detegere: vt vndique non ſolum Inſtitutionum & Digeſtorum via dilucida & aperta pateat, ſed etiam conſtitutionum noſtri Codicis plenum iubar omnibus clareat: nulla penitus nec ſimili, nec diuerſa, nec inuſitata [conſtitutione:] cum nemini venit in dubium quod reperita prælectio probauit: hoc ſatis validum, ſatiſque eſſe formoſum. In antiquis etenim libris non ſolum primas editiones, ſed etiam ſecundas (quas repetitas *e* prælectiones veteres nominabant) ſubſecutas eſſe inuenimus: quod ex libris Vlpiani viri prudentiſſimi ad Sabinum ſcriptis promptum erat quærentibus reperire.

4 ¶ His igitur omnibus ex noſtra confectis ſententia, commemoratus Iuſtinianeus Codex à prædictis glorioſiſſimis & facundiſſimis viris purgatus & candidus factus, omnibus ex noſtra iuſſione & circumductis, & additis, & repletis, nec non transformatis, nobis oblatus eſt: & iuſſimus [in] ſecundo eum ex integro conſcribi, non ex priore compoſitione, ſed ex repetita prælectione: & eum noſtri numinis auctoritate nitentem, in omnibus iudiciis frequentari ex die 4. Kalend. Ian. quarti noſtri feliciſſimi conſulatus & Paulini viri clariſſimi: nulla alia extra corpus eiuſdem Codicis conſtitutione legenda: niſi poſtea varia rerum natura aliquid nouum creauerit, quod noſtra ſanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium eſt, quòd ſi quid in poſterum melius inueniatur: & ad conſtitutionem neceſſario ſit religendum, hoc à nobis & conſtituatur, & in aliam congregationem referatur, quæ Nouellarum nomine conſtitutionum ſignificetur.

5 ¶ Repetita itaque iuſſione nemini in poſterum concedimus vel ex deciſionibus noſtris, vel ex aliis conſtitutionibus quas antea fecimus, vel ex prima Iuſtinianei Codicis editione aliquid recitare: ſed quod in præſenti purgato & renouato Codice noſtro ſcriptum inuenitur, hoc tantummodo in omnibus reb. & iudiciis obtineat, & recitetur, cuius ſcripturam ad ſimilitudinem noſtrarum Inſtitutionum & Digeſtorum *f* ſine vlla ſignorum dubietate conſcribi iuſſimus: vt omne quod à nobis compoſitum eſt, hoc & in ſcriptura, & in ipſa ſanctione purum atque dilucidum clareat, licet ex hac cauſa in ampliorem numerum ſumma huius Codicis redacta eſt.

6 ¶ Vt igitur ſanctiſſimi & florentiſſimi patres noſtri labores vobis manifeſti fiant, & per omne tempus obtineant, hanc præſentem legem ad frequentiſſimum ordinem veſtrum duximus deſtinandam. Dat. 16. Kal. Decemb. Conſtantinopoli, Domino Iuſtiniano PP. A. IIII. & Theodoto Paulino Viris Clariſſ. Coſſ. 534.

a quæ ex conſulatu Lampadij & Oreſtis & ſequentibus dignoſcūtur.
b *v. quæ ſcripſi ad Nouellarum initium.*
c Conſtitutionibus pleriſque ius Vetus quod erat certum, emendauit: Deciſionibus verò nonnullis certum fecit quod erat controuerſum. *Cuia. hic.*
d Quinque viri hic præficiuntur emendationi Codicis Iuſtinianei. Decem nouo Codici faciendo: ſeptemdecim Pandectis: tres vero Inſtitutionibus componendis præfuerunt.
e Prælectiones erant lectiones quibus præceptores viua voce vel ſcripto diſcipulis vias diſcendi præmonſtrabant. *Cu.* Idem hinc colligit 4. *ad African.* Veteres Iuriſconſultos variaſſe & quidem Papinianum, *l.6. § 3. ff. de ſer. expor. l. vlt. §. 3. C. de furt.* Iulianum *l.19. in fi. ff. ad Velleian* & Scæuolam *l.25. §. vlt. ff. de adq. rer. dom.*
f & Teſtamentorum, *l.6. §. vl. ff. de bon. poſſ. Nou. 107. c.2.* non militarium tamen, *l.41. D. milit. teſt.* de notis & ſiglis, *v. Cuiac. 3. obſ. 3. & 12. obſer. vlt.*
g *l.2. in prin. ʒ. eo.*
h i quo progreſſu ius in præſentem formam, quæ videlicet hodie extat, ad Romanos peruenit. *Oldend.*
i *d. l.2. §.13.*
k *d. l.2. §.35.*
l Veritas, verborum adminicula non deſiderat, *l.1. C. ſi vt ſe abſtineat.*
m Imò perfectum dicitur quod vſui eſſe poſſit, *l.139. in fi. ʒ. de verb. ſign.* & inceptum tantum *v. l.15. in pr. ʒ. de diuer. præſ.*
n perfectum eſt quod omnibus ſuis partibus conſtat: *v. l.5. in fi. ʒ. de verb. ſign.*
o principium pars rei potiſſima.

DE ORIGINE *g* IVRIS *h* ET OMNIVM MAGIſtratuum *i* & ſucceſſione prudentium *k*.

TIT. II.

Gaius lib. 1. ad legem 12. tabularum.

FActurus legum vetuſtarum interpretationem, neceſſario prius ab vrbis initiis repetendum exiſtimaui: non quia velim verboſos *l* commentarios facere, ſed * quòd *in omnibus rebus animaduerto id perfectum m eſſe quod ex omnibus ſuis partibus n conſtaret. Et certè cuiuſque rei potiſſima pars principium o eſt.* Deinde ſi in foro cauſas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur eſſe, nulla præfatione facta iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit, omiſſis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, vt ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? namque, niſi fallor, iſtæ præfationes *a* & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt: & cum ibi venerimus, euidentiorem præſtant intellectum.

2. *Pomponius* libro ſingulari Enchiridij.

CAP. I.

De origine & progreſſu iuris Romani.

Manus Regia. 1. leges Regiæ. 2. Ius incertum. 3. Leges 12. tab. 4. Diſputatio fori ſeu prudentium interpretatio. 5. Legis actiones. 6. Ius Flauianum. 7. Plebiſcita. 8. Senatuſconſulta. 9. Edicta prætorum. 10. Principum conſtitutiones 11. & 12.

NEceſſarium itaque nobis videtur ipſius iuris originem, atque proceſſum demonſtrare.

1 ¶ Et quidem initio ciuitatis noſtræ populus ſine iure certo primum agere inſtituit: *omniaque manu* b *à regibus gubernabantur.*

2 ¶ Poſtea, aucta ad aliquem modum ciuitate, ipſum Romulum traditur populum in 30. *c* partes diuiſiſſe, quas partes Curias appellauit, Propterea quòd tunc reipubl. *d* curam per ſententias partium earum expediebat. Et ita leges quaſdam & ipſe Curiatas *e* ad populum *f* tulit. tulerunt & ſequentes reges. quæ omnes conſcriptæ exſtant in lib. Sexti Papirij qui fuit illis temporibus quibus Superbus Demarati Corinthij filius *g* ex principalibus viris. Is liber, vt diximus, appellatur *ius ciuile Papirianum*, non quia Papirius de ſuo quicquam ibi adiecit: ſed quòd leges ſine ordine latas in vnum compoſuit.

3 ¶ Exactis deinde regibus lege *h* Tribunicia omnes leges hæ exoleuerunt: iterumque cœpit pop. Romanus incerto magis iure & conſuetudine ali *i*, quàm per latam legem: idque prope xx. ann. paſſus eſt.

4 ¶ Poſtea ne diutius hoc fieret: placuit publica auctoritate decem conſtitui viros per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus & ciuitas fundaretur legibus, quas in tabulas *k* eboreas *l* perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt, vt poſſint leges apertius percipi; datumque eſt eis ius eo anno in ciuitate ſummum: vti leges & corrigerent ſi opus eſſet, & interpretarentur: neque prouocatio ab eis, ſicut à reliquis magiſtratibus fieret. Qui ipſi animaduerterunt aliquid deeſſe iſtis primis legibus ideoque ſequenti anno alias duas ad eaſdem tabulas adiecerunt: & ita ex accidentia *m* appellatæ ſunt leges 12. tab. quarum ferendarum auctorem fuiſſe Hermogerum quendam Epheſium, exulantem in Italia, quidam *n* detulerunt.

5 ¶ His legibus latis cœpit, vt *o* naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret prudentium *p* auctoritate neceſſariam eſſe diſputationem *q* fori Hæc diſputatio, & hoc ius quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantur, " dati. propriis nominibus cæteris partibus. " ſed communi nomine appellatur *ius ciuile.*

6 ¶ Deinde ex legibus, eodem tempore ferè, actiones compoſitæ ſunt: quibus inter ſe homines diſceptarent: quas actiones ne populus, prout vellet, inſtitueret, certas ſolemneſque eſſe voluerunt, & appellatur hæc pars iuris *legis actiones*, " i. *legitimæ actiones.* " Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata ſunt: leges *r* 12. tabul. ex his fluere cœpit ius ciuile: ex iiſdem legis actiones compoſitæ ſunt. Omnium tamen *ſ* harum & interpretandi ſcientia, & actiones *t*, apud collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebatur, quis quoquo anno præeſſet priuatis *u*: & fere populus annis propè centum hac conſuetudine vſus eſt.

7 ¶ Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones: Gnæus *x* Flauius ſcriba eius, libertini filius ſubreptum librum populo tradidit, & adeo gratum fuit id munus populo, vt tribunus plebis fieret, & ſenator, & ædilis curulis. hic liber qui actiones continet, appellatur *ius ciuile Flauianum*: ſicut ille ius ciuile Papirianum. nam nec Gn. Flauius de ſuo quicquam adiecit libro. Augeſcente ciuitate, quia deerant quædam genera agendi, non poſt multum temporis ſpatium Sextus Ælius alias actiones compoſuit: & librum populo dedit qui appellatur ius Ælianum.

8 ¶ Deinde cum eſſet in ciuitate lex 12. tabul. & ius ciuile eſſent & legis actiones: euenit, vt plebs in diſcordiam cum patribus perueniret, & ſecederet, ſibique iura conſtitueret. quæ iura plebiſcita vocantur. mox cum reuocata eſt plebs: quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis, pro legibus placuit & ea obſeruari, lege *y* Hortenſia; & ita factum eſt, vt inter plebiſcita, & legem ſpecies conſtituendi intereſſent: poteſtas " autem " eadem eſſet.

a Præf... quædam ...
b manu ... *Hal* non ... ſed quæ ... bicri eſſet, ... I.
c poſtea ... run:, quad... xi ad leges Tab.
d & eliget... magiſtratu... *gu. l. vn. ... off. quæſtor.*
e Leges C... quid, *v. H... obſ. 33.*
f i. non ſi... ter promi... ſed rogau... cerent. *Sal...*
g i. nepo... *carn.*
h vide G... *variar. 21.*
i aliqua ...
k vt olim ... *Plato in M...* Athenienſ... quos hui... Tabulæ ... ἄξονες voc... tur. *Plut...* *adde Nou. 9. ... in fin.*
l æreas. ... *Lucius 3. ... l. 8. ff. ad l. ... cul. & 34.* ... ebore mult... rebus vſi ... Quintilian. ... in Triumpho ... ſaris Ebore... pida fuiſſe ... lata ait.
m i acciden...
n *Cic. Tuſ.* ... 34. *Strabo 14* ...
o hinc co... cum natura ... gnare ſtatuta ... interpretatio... legum probi...
p non Gra... ticorum tant...
q ſic reſtitui... ue nus *i. v...* cœpit (*v. n. e...*) de deret p au... ritatem) nec... ria eſſe diſpu... fori.
r leges XII. ... Ius ciuile, ... actiones
ſ Sic reſtituit ... ia. 18. *obſer.* ... XII tab. & i... pretandi ſcien...
t quæ poſtea ... latæ ad Præto... *l. 15. §. 28.* ... *dam. infecto*
u negotiis ... differentiam ... criminalium ... *ʒ. eod.* alij leg... priuatus. *Hal...* notione Ponti... cum, *v. l. vlt* ... *mortuo infa...* hinc etiam co... ge antiquum ... legationis ve... gium.
x *2. Valer. 1. & 6. Gell. 9. & 33. Plin. I. Cic. pro Muren...*
y ab Hortenſi... dictatore lata ...

9 ¶ Deinde quia difficilè plebs conueniri cœpit, populus || certè|| multò difficiliùs in tanta turba hominum: neceſſitas ipſa curam reip. ad ſenatum deduxit. Ita cœpit ſenatus ſe interponere: & quidquid conſtituiſſet, obſeruabatur. ídque ius appellabatur ſenatuſconſultum.

10 ¶ Eodem tempore magiſtratus iura reddebant: &,vt ſcirent ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eſſet, ſéque præmuniret: edicta proponebant: quæ edicta prætorum, *ius honorarium* conſtituerunt. Honorariũ dicitur, quòd ab honore prętoris venerat.

11 ¶ Nouiſſimè, ſicut ad *a* pauciores iuris conſtituendi via tranſiſſe, ipſis rebus dictantibus, videbatur: per *b* partes euenit, vt neceſſe eſſet reipublicæ per vnum conſuli. nam ſenatus non perinde omnes prouincias probè gerere poterant. Igitur conſtituto principe datum eſt ei ius: vt quod conſtituiſſet, ratum eſſet.

12 ¶ Ita in ciuitate noſtra, aut iure, id eſt, lege conſtituitur: aut eſt proprium ius ciuile quòd *c* ſine ſcripto in ſola *d* prudentium interpretatione conſiſtit: aut ſunt Legis actiones quę formam agendi continent: aut Plebiſcitum quod ſine auctoritate patrum eſt conſtitutum, aut eſt magiſtratuum Edictum, vnde Ius Honorarium *e* naſcitur: aut ſenatuſconſ. quod ſolùm ſenatu conſtituente inducitur ſine lege: aut eſt Principalis conſtitutio, id eſt, vt quod ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur.

Cap. II.

De magiſtratibus Romanorum.

Reges 14. *Tribuni celerum* 15. *Conſules duo* 16. *Cenſores* 17. *Dictator.* 18. *Magiſter equitum* 19. *Tribuni plebis* 20 *Ædiles plebeij duo.* 21. *Quæſtores ærarij* 22. *Quæſtores parricidij.* 23. *Decemuiri.* 24. *Tribuni militum* 25. *Ædiles Curules duo.* 26 *Prætor vrbanus.* 27. *Prætor Peregrinus* 28. *Decemuiri litibus iudicandis.* 29. *Quatuor viri. Triumuiri monetales, Triumuiri capitales.* 30. *Quinqueuiri.* 31. *Prætor Sardiniæ, Siciliæ, Hiſpaniæ, Galliæ Narbonenſis & alij: Aediles Cereales.* 32. *Præfectus vrbi, Præfectus annona, Præfectus vigilum* 33. 34.

13 ¶ Poſt originem iuris, & proceſſum cognitum, conſequens eſt, vt de magiſtratuum nominibus, & origine cognoſcamus: quia vt expoſuimus,* per eos qui iuri dicundo præſunt, effectus rei accipitur. quantum *f* eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi *g* ſint qui iura regere *h* poſſint? Poſt hoc deinde de auctorum *i* ſucceſſione dicemus, quòd * conſtare non poteſt ius, niſi ſit aliquis *k* iuriſperitus per quem poſſit cotidie in melius produci.

14 ¶ Quod ad magiſtratus attinet, initio ciuitatis huius conſtat reges omnem poteſtatem habuiſſe.

15 ¶ Iiſdem temporibus & tribunum celerum fuiſſe conſtat. is *l* autem erat qui equitibus præerat, & veluti ſecundùm locum à regibus obtinebat, quo in numero fuit Iunius Brutus qui auctor fuit regis eiiciendi.

16 ¶ Exactis deinde regibus conſules conſtituti ſunt duo: penes quos ſummum ius vti eſſet. lege rogatum eſt. dicti ſunt ab eo quòd plurimum reipubl. conſulerent. qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege lata factum eſt, vt ab eis prouocatio eſſet, néve poſſent id caput *l* ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi: ſolùm relictum eſt illis, vt coërcere poſſent, & in vincula publica duci *m* iuberene.

17 ¶ Poſt deinde cùm cenſus iam maiori tempore agendus eſſet, & conſules non ſufficerent huic quoque officio. cenſores conſtituti ſunt.

18 ¶ Populo deinde aucto, cum crebra orirentur bella. & quædam acriora à finitimis inferrentur interdum re exigente, placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtituit: itaque dictatores *n* proditi ſunt à quib. nec prouocandi ius fuit: & quib. etiam capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas vltra *o* ſextum mẽſem retinere.

19 ¶ Et his dictatoribus magiſtri equitum iniungebantur ſic, quo modo regibus tribuni celerum. quod officium ferè *p* tale erat, quale hodie præfectorum prætorio. magiſtratus: tamen habebantur ||legitimi.||

20 ¶ Iiſdem temporibus cum plebs à patrib. ſeceſſiſſet, anno ferè 17. poſt reges exactos, tribunos *r* ſibi in monte Sacro creauit qui eſſent plebeij magiſtratus: dicti tribuni, quòd olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur.

21 ¶ Itemque vt eſſent qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ||ſuam|| plebs deferebat: duos ex plebe conſtituerunt: qui etiam ædiles appellati ſunt.

22 ¶ Deinde cùm ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet: vt eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt quæſtores *ſ* ||qui pecuniæ præeſſent:|| dicti ab eo (quòd) inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erant.

23 ¶ Et quia, vt diximus *t*. de capite ciuis Romani iniuſſu populi non erat lege permiſſum conſulibus ius dicere: propterea quæſtores conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent. hi appellabantur quæſtores parricidij: quorum etiam meminit lex duodecim tabularum.

24 ¶ Et cùm placuiſſet leges quoque ferri: latum eſt ad populum, vti omnes magiſtratus ſe abdicarent quod decemuiri *u* conſtituti vno anno, cùm magiſtratum prorogarent ſibi, & cùm iniurioſè tractarent neque vellent deinceps ſufficere magiſtratibus, vt ipſi & factio ſua perpetuò rempubl. occupatam retineret: nimia, atque aſpera dominatione eo rem perduxerant, vt exercitus à repub. ſecederet. Initium fuiſſe ſeceſſionis dicitur Verginius *a* quidam qui cum animaduertiſſet, Appium Claudium (contra ius *b* quod ipſe ex vetere iure in XII. tabul. tranſtulerat) vindicias filiæ ſuæ *c* à ſe abdixiſſe *d*: & ſecundùm eum qui in ſeruitutem ab eo ſuppoſitus petierat, dixiſſe: captúmque amore virginis, omnes fas ac nefas miſcuiſſe: indignatus, quòd vetuſtiſſima iuris obſeruantia in perſona filiæ ſuæ defeciſſet (vtporè cùm Brutus qui primus Romæ conſul fuit, vindicias ſecundùm libertatem dixiſſet in perſona Vindicis *e* Vitelliorum ſerui qui proditionis coniurationem iudicio ſuo detexerat) & caſtitatem filiæ vitæ quoque eius præferendam putaret: arrepto cultro de taberna lanionis, filiam interfecit: in hoc ſc. vt morte virginis contumeliam ſtupri arceret, ac protinus recens à cæde, madentéque adhuc filiæ cruore ad commilitones confugit: qui vniuerſi de Algido *f*, vbi tunc belli gerendi cauſa legiones erant, relictis ducibus priſtinis ſigna in Auentinum tranſtulerunt, omniſque plebs vrbana mox eodem ſe contulit: populíque conſenſu partim in carcere necati *g*. Ita rurſus reſpub. ſuum ſtatum recepit.

25 ¶ Deinde cùm *h* poſt aliquot annos, quàm XII. tabul. latæ ſunt: & plebs contenderet cùm patribus & vellet ex ſuo quoque corpore conſules creare, & patres recuſarent: factum eſt, vt tribuni militum crearentur partim ex plebe partim ex partibus, conſulari poteſtate: hique conſtituti ſunt vario numero: interdum enim viginti *i* fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

26 ¶ Deinde cùm placuiſſet creari etiam ex plebe conſules: cœperunt ex vtroque corpore conſtitui. Tunc, vt aliquo pluris patres haberent: placuit duos ex numero patrum conſtitui, ita facti ſunt ædiles *k* curules.

27 ¶ Cumque conſules auocarentur bellis finitimis, neque eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet: factum eſt, vt prætor quoque crearetur qui vrbanus appellatus eſt, qui in vrbe ius redderet.

28 ¶ Poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret: creatus & alius prætor qui peregrinus *i* appellatus eſt ab eo, quòd plerunque inter peregrinos ius dicebat.

29 ¶ Deinde cum eſſet neceſſarius magiſtratus qui haſtæ præeſſet: decemuiri *m* in *n* litibus iudicandis ſunt conſtituti.

30 ¶ Eodem tempore & quatuor viri qui curam viarum gererent: & triumuiri monetales, æris, argenti, auri flatores & triumuiri capitales qui carceris cuſtodiam haberent: vt cùm animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret.

31 ¶ Et quia magiſtratibus veſpertinis temporibus *o*, in publicum eſſe inconueniens erat, quinqueuiri conſtituti ſunt. cis Tiberim, & vltis Tiberim, qui poſſint pro magiſtratibus fungi.

32 ¶ Capta deinde Sardinia, mox Sicilia *p*, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia: totidem prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus pręeſsẽt. Deinde Cornelius Sylla quęſtiones publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis *q*, & prætores quatuor adiecit. Deinde Gaius Iulius Cęſar duos prætores, & duos ædiles qui frumento præ eſſent, & à Cerere Cereales cõſtituit. Ita duodecim prætores, ſex ædiles ſunt creati D. deinde Auguſtus ſedecim prætores conſtituit. Poſt deinde D. Claudius *r* duos prætores adiecit qui de fideicõmiſſo ius dicerenr: ex quibus vnum D. Titius detraxit & adiecit D. Nerua, qui inter fiſcum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo pretores in ciuitate ius dicunt.

33 ¶ Et hæc omnia, quotiens in repub. ſunt magiſtratus obſeruatur: quotiens autẽ proficiſcuntur: vnus relinquitur qui ius dicat. is vocatur pręfectus vrbi, qui pręfectus olim conſtituebatur, poſtea ferè Latinarum feriarum *ſ* cauſa introductus eſt: & quotannis obſeruatur. nam præfectus *t* annonæ, & *u* vigilum non ſunt, magiſtratus, ſed extra ordinem, vtilitatis cauſa conſtituti ſunt: & tamen hi quos Ciſtiberes *x* diximus *y* poſtea ædiles ſenatuſconſulto creabantur.

34 ¶ Ergo ex his omnibus, decem tribuni plebis, conſules duo, decem & octo prætores, ſex ædiles, in ciuitate iura reddebant.

Cap. III.

De Profeſſoribus & Iuriſconſultis.

35 ¶ Iuris ciuilis ſcientiam plurimi & maximi viri profeſſi ſunt: ſed qui eorum maximæ dignationis apud pop. Rom. fuerunt, eorum in præſentia mentio habenda eſt: vt appareat, à quibus & qualibus hęc iura orta, & tradita ſunt.

¶ Et quidem ex omnibus qui ſcientiam nacti ſunt, ante Tiberium *z* Coruncanum publicè profeſſum neminem traditur. cæteri autem ad hunc vel in latenti ius ciuile retinere cogitabant ſolúmque conſultatoribus ||vacare|| potiùs, quam diſcere volentibus ſe præſtabant.

36 ¶ Fuit autem in primis peritus Pub. Papirius qui leges regias in vnum contulit. Ab hoc Appius Claudius, vnus ex decemuiris, cuius maximum conſilium in 12. tab. ſcribendis fuit,

¶ Poſt

Gell. 15. 16. *Pl.* 10. alij à P. Philone, latam ſcribunt, *Liu.* 8. *v. Gouean.* 1. *variar.* 22.

a *Nou.* 205. *Am.* 14.

b per ſuccedaneas mutationes vel per factiones *Zaſ. hic. Gouean.* 1. *variar.* 24.

c vt pote in ſola diſputatione poſitum, arg. §. 5. ff. eo.

d Imò & in ius vel poteſtate ferendæ formulæ ac legis, arg. *l.* 39. ff. *de lib.*

e *l.* 1. §. 1. §. 2. ff. *ne vis fiat.*

f *l.* 2. *ff. de iuſt. & iure: Nouell.* 161. *in prin.*

g *No.* 26. *c.* 1. *No.* 133. *c.* 4. *No* 161.

h id eſt, accommodare ad vſum ſocietatis humanæ, *Old.*

i auctores, Iuriſconſulti.

k hic aduocationis officium dicitur vitæ hominũ neceſſarium, *l.* 4. *C. de aduoc. diuerſ. iud.* rectè additur Iuriſperitus. Iuris enim cognitio in adſeſſore, *l.* 1. ff. *de adſeſ.* & aduocato requiritur, *l.* 11. *in pr. C. de aduoc. iud.* An in iudices? *v. Hotom.* 26. *Illuſtr.*

l §. 23. ff. *eod.*

m de Conſulibus, *v. l. vn.* ff. *de Coſ.*

n *Liu.* 21. *Eutr.* 2. *Halicar.* 5.

o *l. vn. in pr.* ff. *de off. Præf. Præt.*

p rectè hoc additum fuit: plenior enim fuit præf. prætor. poteſtas *Molin.* 1. *feud.* 20. *num.* 20.

q *Liu.* 2. *Halic.* 6.

r *Liu.* 2. *Halic.* 16. *Auguſt.* 2. *de ciuit.* 28 *Ouid.* 3. *Faſt.*

ſ v *l. vn.* ff. *de offic. quæſt.*

t §. 16. ff. eo.

u *Liu.* 3. *Halic.* 10. 11. & 6. *Val.* 1.

---

a *Liu. Halic. d. loco.*

b quo cauebatur, vt qui de ſuo ſtatu litigaret, in poſſeſſione libertatis eſſet, *Cuiac.* 18 *obſ.* 23.

c adde *l.* 1. §. 2. ff. *de rei vind.*

d abiudicaſſe.

e *Theoph.* ὑπ̀ τῆς *Inſt. de libert.*

f monte ſcil. & poſt. In Auentinũ mõtem intellige niore Græco, *Ant. Auguſt.* 2. *Emend.* 1. alij Algidum vrbem fuiſſe putant ex *Halic.* & *Strab.* 5.

g Decemuiri ſcil. alij ita legunt. Ita populi conſenſu partim decemuiris in carcere necatis, partim in exilium, actis, rurſus reſp. ſtatum ſuum recepit.

h adde *l.* 1. §. 2. ff. *de rei vind.*

i ſeni. *Ful.* cuius opinio defendi poteſt ex eo quod Liuius ferè ſemper ſex creatos fuiſſe refert *lib.* 4. 5. 6.

k *de quibus l.* 1. *in prin.* ff. *de ad.* & *Liu.* 6.

l 30. liber Prætoris peregrini à Labeone compoſitus citatur in *l.* 9. §. 4. ff. *de dolo.*

m centumuiri. *Hal.* quod à Goueano non probatur 1. *lect.* 25.

n olim dicebatur ſtlitibus iudicandis, *vt ex Sex. Pomp. & Valer. Probo notat Cuiac.* 3. *obſer.* 32.

o Sententiam noctu latam non valere hinc nõnulli colligunt, argum. *Nou.* 82. *c.* 3.

p *Nou.* 24.

q de veneficiis, Pitheus 1 *not. Moſaic.* hoc addendum meritò putauit. vt quod ſequitur vere dici poſſit, Syllam quatuor Prætores adiecisse.

r §. 1. *Inſtit. de fideicomm.*

ſ in quibus panis, carnis distributio fiebat, *Halic.* 4. *Varro*: *Liu.* 32. *Seru.* 1. *Eneid.* eo magiſtratu M. Anton. Imper. functus, Capitolinus.

t vide veſtigium ſententiæ huius præfecti, *l vlt.* ff. *quod cum eo: Auguſt.* 3. *de ciuit.* 17. *Liu.* 2. *Halic.* 7. 9. *Valer* 3.

u *v. Nou.* 13. *c.* 1.

x Cis Tiberes qui cis Tiberim.

y §. 31. ff. *eod.*

z Oratorem *Cic in Brut.* & Pontificem 3 *de Orat.* adde §. *poſthos.* ff *eod.*

¶ Poſt hunc Appius Claud. eiuſdem generis maximam ſententiam habuit hic Centemmanus *a* appellatus eſt, Appiam viam ſtrauit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in vrbe non recipiendo ſententiam tulit. hunc etiam actiones ſcripſiſſe traditum eſt, primùm de vſurpationibus qui liber non extat. Idem *b* Appius Claud. qui videtur ad hoc proceſſiſſe, Reiteram inuenit: vt pro Valeſij *c* Valerij eſſent, & pro Fuſiis Furij.

37 ¶ Fuit poſt eos maximæ ſcientiæ Sempronius quem *d* pop. Rom. σοφὸν, id eſt, *ſapientem* appellauit: nec quiſquam ante hunc, aut poſt hunc hoc nomine cognominatus eſt: Gaius Scipio Naſica, qui optimus *e* à ſenatu appellatus eſt, cui etiam publicè domus in ſacra via data eſt, quo faciliùs conſuli poſſet.

¶ Deinde Q. Mucius qui *f* ad Carthaginienſes miſſus legatus, cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ; vna pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato, *vtram vellet, referret Romam*: vtramque ſuſtulit, & ait *Carthaginienſes petere debere, vtram mallent accipere.*

38 ¶ Poſt hos fuit Tiberius Coruncanus, vt *g* dixi, qui primus profiteri cœpit, cuius tamen ſcriptum nullum extat, ſed reſponſa complura, & memorabilia eius fuerunt.

¶ Deinde Sextus Ælius, & frater eius Publius Ælius & Publius Attilius, maximam ſcientiam in profitendo habuerunt, vt duo Ælij etiam conſules fuerint. Atilius autem primus à populo ſapiens *h* appellatus eſt. Sextum Ælium *i* etiam Ennius laudauit. & extat illius liber qui inſcribitur *Tripertita*, qui liber veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur: quoniam lege 12. tab. præpoſita, iungitur interpretatio: dein ſubtexitur legis actio. Eiuſdem eſſe, tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negant eiuſdem eſſe.

¶ Hos ſectatus ad aliquid eſt Cato.

¶ Deinde Marcus Cato *k* princeps Porciæ familiæ: cuius & libri extant: ſed plurimi filij eius, ex quibus cæteri oriuntur.

39 ¶ Poſt hos fuerunt Publius Mucius, & Brutus, & Manilius: qui fundauerunt ius ciuile. ex his Publius Mucius etiam x. libellos reliquit: Brutus ſeptem: Manilius tres, & extant volumina ſcripta, Manilij monumenta. Illi duo conſulares fuerunt: Brutus prætorius. Publius *l* autem Mutius etiam Pont. Max.

40 ¶ Ab his profecti ſunt Publius Rutilius *m* Rufus qui Romæ conſul, & Aſiæ proconſul fuit: Paulus Virginius & Quintus Tubero ille *n* Stoicus, Panſæ auditor qui & ipſe conſul. Etiam Sextus Pompeius Cnæi Pompeij patruus fuit eodem tempore: & Cœlius Antipater qui hiſtorias conſcripſit: ſed plus eloquentiæ quam ſcientiæ iuris, operam dedit etiam Lucius Craſſus, frater Publij Mucij qui Mucianus dictus eſt. hunc Cic. ait iuriſconſultorum diſertiſſimum.

41 ¶ Poſt hos Q. Mucius Publij filius Pontifex *o* maximus ius ciuile primus conſtituit, generatim in libros decem & octo redigendo.

42 ¶ Mucii auditores fuerunt complures: ſed præcipuæ auctoritatis Aquilius Gallus, Balbus *p*, Lucius Sextus Papirius, Gaius Iuuentius. ex quibus Gallum maximæ auctoritatis apud populum fuiſſe Seruius dicit: omnes tamen hi à Seruio Sulpitio nominantur: alioquin per ſe eorum ſcripta non talia exſtant, vt ea omnes adpetant. denique nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum. ſed Seruius libros ſuos compleuit: pro cuius ſcriptura, ipſorum quoque memoria habetur.

43 ¶ Seruius *q* cum in cauſis orandis primum locum, aut pro certo poſt Marcum Tullium obtineret, traditur ad conſulendum Quintum Mucium de re amici ſui perueniſſe: cúmque eum ſibi reſpondiſſe de iure Seruius parum intellexiſſet, iterum Quintum interrogaſſe, & à Quinto Mucio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe. & ita obiurgatum eſſe à Q. Mucio: námque eum dixiſſe, *turpe eſſe patricio & nobili, & cauſas oranti, ius r in quo verſaretur ignorare.* eo velut contumelia Seruius tractatus, operam dedit iuri ciuili: & plurimum eos de quibus locuti ſumus audiit: inſtitutus à Baldo Lucilio, inſtructus autem maximè à Gallo *ſ* Aquilio qui fuit Cercinæ. Itaque libri complures eius extant Cercinæ confecti. Hic cum in legatione periſſet, ſtatuam ei pop. Rom. pro Roſtris poſuit: & hodiéque extat pro Roſtris Auguſti huius volumina complura extant: reliquit autem prope centum & octoginta libros.

44 ¶ Ab hoc plurimi profecerunt, ferè tamen hi libros conſcripſerunt: Alfenus Varus, Gaius, Aulus Ofilius, Titius Cæſius, Aufidius Tucca, Aufidius Namuſa, Flauius Priſcus, Gaius Ateius Pacuuius, Labeo *t* Antiſtius Labeonis Antiſtij pater, Cinna, Publicius *u* Gellius. Ex his decem, lib. octo conſcripſerunt: quorum omnes qui fuerunt, libri digeſti ſunt ab Aufidio Namuſa in cxl. libros. Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius, ex quibus Varus & conſul fuit: Ofilius in equeſtri ordine perſeuerauit. is fuit Cæſaris familiariſſimus. & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. nam de legibus Vicenſimæ *a* primus conſcribit, de iuriſdictione: idem edictum prætoris primus diligenter compoſuit. nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum per quam breuiſſimos ad edictum ſubſcriptos reliquit.

45 ¶ Fuit eodem tempore & Trebatius qui idem Cornelij Maximi auditor fuit, Aulus Caſcelius, Q. Mucius Voluſij auditor: denique in illius honorem teſtamento Publium Mucium nepotem eius reliquit heredem. fuit autem quæſtorius: nec vltra proficere voluit, cum illi etiam Auguſtus conſulatum offerret. ex his Trebatius *b* peritior Caſcelio, Caſcelius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur, Ofilius vtroque doctior. Caſcelij ſcripta non extant, niſi vnus liber *Benedictorum*; Trebatij complures: ſed minus frequentatur.

46 ¶ Poſt hoc quoque Tubero *c* fuit, qui Ofilio operam dedit: fuit autem patricius, & tranſiit à cauſis agendis ad ius ciuile, maximè poſtquam Quintum Ligarium accuſauit, nec obtinuit apud Caium Cæſarem. Is eſt Q. Ligarius, qui cùm Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permiſit, nec aquam haurire, quo nomine eum accuſauit, & *d* Cicero defendit. exſtat eius oratio ſatis pulcherrima quæ inſcribitur, pro Quinto Ligario. Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt iuris publici, & priuati: & complures & vtriuſque operis libros reliquit. ſermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere: & ideò parum libri eius grati habentur.

47 ¶ Poſt hunc maximæ auctoritatis fuerunt *Ateius Capito*, qui Ofilium ſecutus eſt: & *Antiſtius Labeo* qui omnes hos audiuit, inſtitutus eſt autem à Trebatio. Ex his Ateius *e* conſul fuit: Labeo *f* noluit, cùm offerretur ei ab Auguſto conſulatus, quo ſuffectus fieret, honorem ſuſcipere: ſed plurimum ſtudiis operam dedit: & totum annum ita diuiſerat, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Itaque reliquit xl. volumina: ex quibus plurima inter manus verſantur.

¶ Hi duo primum veluti diuerſas ſectas fecerunt. nam Ateius *g* Capito in his quæ ei tradita fuerant, perſeuerabat: Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit, & ita Ateio Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſſit, Labeoni Nerua adhuc eas diſſenſiones auxerunt. Hic etiam Nerua Cæſari familiariſſimus *h* fuit.

¶ Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publicè primus ſcripſit. poſteáque * hoc cœpit beneficium darí à Tiberio Cæſare, hoc tamen illi conceſſum erat. Et, vt obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publicè reſpondendi ius non à principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, *i* neque reſponſa vtique ſignata dabant: ſed plerumque iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur qui illos conſulebant. Primus Diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit *k*, vt ex auctoritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit, & ideo optimus princeps * Hadrianus, cum ab eo viri prætorij peterent, vt ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis, *hoc non peti, ſed præſtari ſolere* l: & ideo *ſi quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe, populo ad reſpondendum ſe præpararet.* Ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, vt populo reſponderet, qui in equeſtri ordine iam grandis natu: & ferè ann. 50. receptus eſt. huic nec amplæ facultates fuerunt: ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt.

¶ Huic ſucceſſit Gaius Caſſius *m* Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij. & ideo proauum Seruium Sulpitium appellat. hic conſul fuit cum Quartino temporibus Tiberij. ſed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit eouſque donec eum Cæſar *n* ciuitate pelleret. expulſus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Veſpaſiano, diem ſuum obiit.

¶ Neruæ ſucceſſit Proculus *o*: fuit eodem tempore & Nerua filius. Fuit & alius Longinus ex equeſtri quidem ordine: qui poſtea ad præturam vſque peruenit. ſed Proculi auctoritas maior fuit, nam etiam *p* plurimum potuit.

¶ Appellatique ſunt partim Caſſiani, partim Proculeiani, quæ origo à Capitone & Labeone cœperat.

¶ Caſſio Cœlius Sabinus *q* ſucceſſit, qui plurimum temporibus Veſpaſiani potuit. Proculo Pegaſus *r* qui temporibus Veſpaſiani præfectus vrbi fuit. Cœlio Sabino Priſcus, Iauolenus, Pegaſo Celſus *ſ*, patri Celſo Celſus filius, & Priſcus Neratius: qui vtrique conſules fuerunt: Celſus quidem & iterum: Iauoleno *t* Priſco Aburnus *u* Valens, & Tuſcianus, item Saluius Iulianus *x*.

F I N I S.

a hic Cœcus appellatus eſt, *Halo. Zaſ. hic.*
b inde Ap. Claud hic Centimanus appellatus eſt, *Zaſ. hic.*
c ſic antiqui dicebant maloſibus, melioſibus, laſibus, feſiis. Feſtus in R. pro S. ad hunc penè modum Pariſienſes noſtri loquuntur hodie.
d cum Atilio, *de quo in* §. 38. J. eo.
e *Cic. 5. de finib. Liu. 29. & 8. Valer. 16. qua de re dixi plenius ad leges xij. tab.*
f 10. *Gell. 27 Polyb 3. Liu. Appia. 1. de bell Hiſp.*
g §. 35. ſ. eod.
h vt Sempron. σοφὸς §. 27. ſ. eod. adde *Cicer. in Lælio, & Caton. & 2. offic.*
i de Sexto Ælio *v Cic. 1. de orat. 1. Tuſcul 1. Varr. 6. de ling. 22. Pli. 22.*
k *Cic. 1. de orat. Liu. Plutarchus in Cat.*
l extat eius reſponſum *in l. vlt. in fi. J. de legat.*
m ambitus accuſatus, noluit ſuam cauſam ornatius dici, *Cic. 1. ad Bru. 3. de natura 2. de finib. 4. Tuſcul. 2. Offic. Valer. 2.*
n *v. Cic. pro Murana.*
o *Cic. 2. de legib.* & augur, & ædilis *Cic. in Lælio.* iuſſu Marij in Tiberim proiectus, *Appia. 1. bell. ciuil. Luc. 1.*
p frater eſt Balbi, qui in libris de Natura diſputat.
q Orator, *Cicer. in Brut.* Quæſtor & Prætor, *Cic. pro Murana.* Inter rex, *Aſcõ.* Conſ. Athenis reuerſus in legatione apud M. Antonium periit, *Cic. 2. Phic. & 2. Gell. 10. & 6. c. 8.*
r *l. 2. J. de iur. & fact. 12. Quintil. 3.*
ſ qui doli *Cic. 3. de nat. Off. & pro Cecinna.* liberationis §. 2. *quibus mod. toll.* & nepotis poſthumi inſtituendi formulas inuenit, *l. 20. J. de libaris & poſth.*
t ob Syllanam actionem à Marianis interfectus *App. 4.*
u Publicola *Gel. Not. 6. in Brut.* Cenſor fuit 5. *Valer. 9.*

ADMONITIO AD LECTOREM.

INDICEM exactum & locupletem, ad hos ampliſſimos Iuris Ciuilis libros æquiſſimè hic deſideras, Lector: Quis enim in hoc vago Iuris Oceano citra Cynoſuram, tutò ſtationem reperiat? Ne itaque ſuo loco INDICEM requirens fruſtreris opinione, monitum te voluimus, Lector, THESAVRVM DICTIONVM ET SENTENTIARVM Petri Brederodi I. C. Indicis locupletiſſimi, & exactiſſimi vice eſſe: qui vt ad alias quoque corporis Iuris Ciuilis editiones accommodatus eſt, ſic maximè ad hanc noſtram editionem Dionyſij Gothofredi I.C. Notis illuſtratam: eo tu Indicis & Repertorij loco vtere fruere, Lector, & vale.

INDEX PARAGRAPHORVM QVATVOR LIBRORVM INSTITVTIONVM,
in quo prior numerus ipſum paragraphum, alter Titulum, poſtremus verò Librum ſignificat.

AB hoſtibus §.2.tit.20.libro 1
Ac ne is quidem hac lege §.3.t.3.l.4
Acceſſit nouus caſus in pr t.12.l.3
Accidit aliquando in pr.t.8.l.2
Actiones autẽ de peculio §.10.t.6 l.4
Actionum autẽ quædam §.28.t.6.l.4
Ad certum tempus §.3.t.14.l.1
legitimam ſucceſſionem §.8.t.2.l.3
lemptio legatorum in pr.t.21.l.2
leo autem aliquam §.3.t.25.l.3
lpiſcendæ poſſeſſionis §.3.t.15 l.4
lfinitatis quoque § 6.t.10 l.1
lgnationis quoque §.8.t.6.l.3
lmonendi autem §.7.t.12.l.1
lmonendi tamen ſumus §.13.t.1.l.3
loptio autem §.1.t.11.l.1
loptiui liberi quandiu §.4 t.13.l.2
dquiritur verbis non ſolum in pr.t.9.l.2
dibus denique legatis §.19.t.20.l.2
que ſi agat quis §.2.t.8.l.4
que ſi debitor §.4.t.13.l.4
lia deinde lex aſpertimum §.6.t.7.l.18
lia ſanè cauſa eſt earum §.48.t.1.l.2
lia ſanè cauſa eſt §.24.t.1.l.2
liæ autem donationes §.2.t.7.l.2
liena autem tantum §.3.t.27.l.3
liis quoque modis § 6.t.9.l.2
lio autem modo §.4.t.17.l.2
liquando autem §.13.t.10.l.1
liquando autem etiam §.10.t.1.l.4
liquando etiam furtiua §.8.t.6.l.2
lteri ſtipulari §.18.t.20.l.3
An ſeruo heredis §.32.t.20.l.2
Animalium nomine in pr.t.9.l.4
Ante Auguſti tempora in pr.t.25.l.2
Ante hæredis inſtitutionem §.34.t.20.l.2
Appellamus autem in rem §.15.t.6.l.4
Appellantur autem exceptiones §.8.t.13.l.4
Apium quoque fera natura §.14.t.1.l.2
Apud Catonem §.12.t.11.l.1
At hi qui emancipati §.10.t.1.l.3
At nec plurimi quidem §.15.t.3.l.4
At ſi ita ſtipuleris §.3.t.16.l.3
At ſi quis rem §.1.t.20.l.3
Atrox iniuria æſtimatur §.9.t.4.l.4
Auctoritas autem tutoris in pr t.21 l.1
CApite tertio de omni §.13.t 3.lib.4
Caput ſecundum legis Aquiliæ §.12.t.3.l.4
Cæcus autem non poteſt §.4.t.12.l.2
Cæteri qui teſtatoris §.3.t.19.l.2
Cæterum dubium non eſt §.5.t.7.l.4
Cæterum inter maſculos §.3.t.2.l.3
Cæterum placuit §.46.t.3.l.4
Cęterum ſciendum eſt §.1.t.9.l.4
Certæ autem §.4.t.14.l.1
Codicillis autem hæreditas §.2.t.25.l.2
Communem ſeruum pro dominica §.3. titulo 29. libro 3
Communes ſunt, veluti rem §.3.t.19.l.3
Cum autem §.1.t.4.l.1
Cum autem impubes §.3.t.11.l.1
Cum autem in compluribus §.4.t.13.l.1
Cum autem is §.1.t.12.l.1
Cum autem finitus fuerit §.4.t.4.l.2
Compenſationes quoque §.39.t.6.l.4
Conceptum furtum §.4.t.1.l.4
Conditiones quæ ad præſens §.6.t.19.l.3
Conductor autem omnia §.5.t.25.l.3
Conſenſu fiunt obligat in pr.t.23.l.3
Conſequens eſt §.3.t.26.l.1
Conſtat autem in §.5.t.1.l.2
Conſtituitur autem vſusfructus §.2.t.4.l.2
Contra autem creditor §.4.t.8.l.2
Conuentionales ſunt quæ §.3.t.19.l.3
Corporales hæ ſunt §.1.t.2.l.2
Creditor quoque qui pignus §.4.t.15.l.6
Cum autem ratio legis § 4.t.22 l.2
Cum autem quæritur §.7.t.1.l.3
Cum eo quoque qui §.40.t.6.l.4
Cum ergo certus §.7.t.6.l.1
Cum filius filiave, & ex §.6.t.1.l.3
Cum in ſuo ſolo §.29.t.1.l.2
Cumque hos §.3.proœ.
Cum quis ſub aliqua cond.§.24.t.20.l.3
Curare autem ſi quis §.32.t.6.l.4
DAmni iniuriæ actio in pr.tit.3.lib.3
Dantur autem §.1.t.23.l.1
Dari autem tutor: in pr. t.14. l.1
Datum eſt autem §.1.t.26. l.1
Datur autem hæc adſignandi §.2.t.9.l.3
Datus autem tutor §.17.t.25.l.1
De conſtituta autem pecunia §.9.t.6.l.4
De iis autem ſeruis §.4.t.9.l.2
De illa ſanè conuentione §.2.t.26.l.3
Denique & ſi in adrogationem §.5.t.11.l.2
Deſinunt etiam tutores eſſe §.6.t.22.l.1
Dominus noxali iudicio §.3.t.8.l.4
De ordine & vetere exitu §.8.t.15.l.4
Diutina poſſeſſio quæ §.11.t.6.l.2
Diuorum autem §.4.t.10.l.1
EA quoque res §.7.t.20.lib.2
Eadem hęc obſeruantur §.12.t.1.l.3
Eadem interueniunt, & ſi §.5.t.17.l.4
Eadem lege Ælia, §.4.t.6.l.1
Eadem oratione expreſſit §.8.t.17.l.2
Eadem ratione prætor §.2.t.1.l.4
Ecce enim iuiurandum §.1.t.16.l.4
Ecce enim cum paterfamilias §.1.t.21.l.3
Edicto diui Marci §.13.t.6.l.2
Eius qui apud hoſtes eſt §.5 t.12.l.2
Emancipati autem liberi §.9.t.1.l.3
Emancipatos liberos §.3.t.13.l.2
Emptio & venditio in pr.t.24.l.3
Emptio tam ſub conditione §.4.t.24.l.3
Eodem numero ſunt §.3.t.2.l.2
Eo etiam qui per fœminini ſexus §.2.t.5.l.3
Erat & ex SC. Claudiano §.2.t.13.l.3
Erat olim & alius modus §.4.t 7.l.2
Erant antè prædictam in pr.t.13.l.3
Ergo non omnes §.1.t.10.l.1
Ergo ſiquidem non plus §.6.t.23.l.2
Eſt autem capitis deminutio in pr.t.16.l.1
Error autem falſæ cauſæ §.11.t.6.l.2
Eſt autem litus §.3.t.1 l.1
Eſt autem tutela §.1.t.13.l.1
Eſt & alia tutela t.19.l.1
Eſt & aliud genus adquiſitionis in princip. tit.7.l.2
Eſt & aliud genus inter viuos §.3.t.7.l.2
Eſt & alterius generis in prin.t.11.l.3
Eſt autem prodita ſtipulatio §.2.t.30.l.3
Eſt & inter publica iudicia §.10.t.38.l.4
Et cum §.2. proœ.
Et cum quæſitum §.2.t.22.l.2
Et cum ſuper hac §.1.t.22.l.2
Et libertas §.1.t.3.l.1
Et licèt poſt mortem §.8.t.1.l.3
Et Neronis quidem temporibus §.4.t.23.l.2
Et non ineleganter §.10.t.2.l.1
Et plures in vnius locum §.1.t.15.l.2
Et quæ ſupra diximus §.1.t.15.l.3
Et qui poteſtatem §.3.t.25.l.1
Et quia prima fideicommiſſorum §.22.t.23.l.2
Et quidem naturali §.1.t.1.l.2
Ex quidem neque §.10.t 12. 8
Et quidem ſi nihil §.1.t 26.l 3
Et ſi ſtipulandi in pr.t.17.l.3
Et ſi ex diſparibus §.2.t.15.l.2
Et ſi in rem actum ſit §.2.t. 7.l.4
Et ſi intra hoc tempus §.9.t.10.l.5
Et ita diui Marci reſcripto §.7.t.22.l.3
Et ſi plures vnicæ §.8.t.14.l.2
Et ſi rurſus ea prima §.2.t.14.l.4
Et tam ſi ium § 6.t.11.l.1
Et vnum hominem & plures §.4.t.14.l.2
Eum quoque cui aliquid §.11.t.23.l.2
Extraneo verò vel filio §.9.t.18.l.2
Extraneis autem hæredibus §.5.t.19.l.2
Expoſitis generibus obligationum in pr.t.29.l.3
Exemplo patronum t.18.l.1
Exceptiones autem §.4.t.14.l.4
Ex contrario, ſi debitore creditor §.14.t.20.l.2
Excuſantur autem in pr.t.2.l.1
Ex diuerſo, hærede inſtituto §.33.t.20.l.2
Ex duobus reis promittendi §.2.t.17.l.3
Ex diuerſo, ſi quis §.50.t.1.l.2
Ex eadem lege in pr.t.17.l.1
Ex eo autem ſolo §.7.t.17.l.2
Ex his itaque apparet §.5.t.9.l.2
Ex huiuſmodi obligationibus §.1.t.17.l.3
Et maleficiis ſeruorum in pr.t.8.l.4
Et maleficiis verò §.18.t.6.l.4
Ex quibuſdam iudiciis §.1.t.16.l.4
Ex quibuſdam tamen §.7.t.28.l.3
FEræ igitur beſtiæ §.12.t.1.l.2
Fideiuſſor & præcedere §.3.t.21.l.3
Fideiuſſor non tantum §.2.t.21.l.3
Fideiuſſores ita obligari §.4.t.21.l.3
Filiusfamilias ſi §.4.t.12.l.1
Finitur autem vſusfructus §.3.t.4.l.2
Flumina autem §.2.t.1.l.2
Fœmina quoque §.10.t.11.lib.1
Fratris verò, vel §.3.t.10.l.1
Fuerat antea & rei vxoriæ actio §.29.t.6.l.4
Furioſus nullum negotium §.8.t.20.l.3
Furioſus vel minor §.2.t.15.l.1
Furioſi quoque §.3.t.23.l.1
Furtiuæ quoque res §.2.t.6.l.2
Furtum autem vel §.2.t.1.l.4
Furtum autem fit §.6.t.1 l.4
Furtum eſt contractatio §.1.t.1.l.4
Furti autem actio §.13.t.1.l.4
Furti actio ſiue duplici §.19.t.1.l.4
Furtorum autem duo ſunt §.3.t.1.l.4
GAllinarum autem §.16.t.1.l.2
Generaliter iniuria dicitur in pr.t.4.l.4
Græcè etiam fideiuſſor §.7.t.21.l.3
HActenus oſtendiſſe ſufficiat §.7.t.6.l.3
Hactenus tantiſper §.6.t.9.l.2
Hæc actio diſſimulatione §.12.t.4.l.4
Hæc conſtitutio §.25.t.1.l.3
Hæc de ſeruitutibus §.6.t.5.l.2
Hęres & purè §.9.t.14.l.2
Hæres quoque legatorum §.5.t.28.l.3
Heredes autem vt neceſſarij in pr.t.19.l.2
Heredes inſtituere permiſſum in pr.t.14.l.2
Hereditas plerunque diuiditur §.5.t.14.l.2
Hi qui in parentum §.11.t.1.l.4
His autem verbis legis §.9 t.3.l.4
His igitur §.2.t.1.l.1
Hoc amplius ex obligationes §.4.t.30.l.3
Hoc autem caſu §.3.t.17.l.2
Hoc etiam addendum §.4.t.2.l.3
Hoc loco admonendi ſumus § in pr.t.12.l.2
Hoc loco & illum neceſſario §.5.t.5.l.3
Hoc loco neceſſarium in pr.t.6.l.8

Hoc

Hoc quoque à nobis diſpoſitum §.2.t.9 libro
Hoc reſcripto ſubnexum eſt §.2.t.12.l.3.l.3
Huic proxima eſt illa §.30.t.20.l.2
Huius ſtudij §.4 t.1.l.1
IDem in milite §.14.t.25.l.1
Idem iuris eſt, ſi quis §.1.t.13.l.4
Idem iuris eſt, ſi quis §.2.t.20.l.3
Idemque iuris eſt, §.2.t.6.l.1
Idem iuris eſt de eo §.4.t.28.l.3
Ideo autem hæ ſeruitutes §.3.t.3.l.2
Ideoque ſi noxali iudicio §.1.t.17.l.4
Igitur §.4.proœ.
Igitur cum quis negotia §.1.t.28.l.3
Igitur in pupillari ſubſtit. §.2.t.16.l.2
Igitur liberi veſtri §.1.t.9.l.2
Igitur quartam quis debet habere §.6. titulo 18. libro 2
Ij quos nunquam teſtator vidit §.12.t.14.l.2
Iidem reſcripſerunt §.19.t.25.l.1
Iidem illis modis in pr.t.5.l.2
Illud autem ſcire oportet §.9.t.12.l.1
Illud certum §.10.t.10.l.1
Illud expeditum eſt, ſi in §.3.t.26.l.3
Illud certum eſt in pr.t.7.l.3
Illud in ſumma admonendi §.8 t.7.l.4
Illud non ex verbis legis §.10.t.3.l.4
Illud palam eſt ſicut §.14.t.3.l.4
Illud proprie ſeruatur §.7.t.7.l.4
Illud proprium §.11.t.11.l.1
Illud quæſitum eſt §.13.t.1.l.2
Illud quoque mandatum §.7.t.27.l.3
Imperatoriam in pr. proœ.
Impendia quoque culpæ §.7.t.3.l.4
Impetu quoque mularum §.8.t.3.l.4
Impoſſibilis conditio §.10.t.14.l.2
Impuberes autem §.6.t.20.l.1
Impuberes non poſſunt §.4.t.26.l.1
In bonæ fidei iudiciis §.30.t.6.l.4
In duplum agimus §.23.t.6.l.4
In extraneis heredibus §.4.t.19.l.2
In fraudem autem §.3 t.9.l.1
In hac re olim talia verba §.1.t.16.l.3
In omnibus autem obligationibus §.1.t.21.l.2
In pecudum fructus §.37.t.1.l.2
In perſonam quoque actiones §.8.t.6.l.4
In plurimis §.8.t.11.l.1
In poteſtate itaque §.1.t.8.l.1
In poteſtate noſtra in pr.t.9.l.1
In primis hoc reſcriptum §.3.t.12.l.3
In primis igitur §.t.23.l.2
In quibus §.5.proœ.
In ſumma ſciendum eſt de §.10.t.4.l.4
In ſumma ſciendum eſt §.13.t.17.l.3
In ſumma ſciendum §.18.t.1.l.4
In ſumma quod ab bona libertorum in pr.t.9.l.3
In ſeruorum §.5.t.3.l.1
In ſimplum agitur §.22.t.6.l.4
In ſtipulationibus fideiuſſorum §.8.t.21.l.3
In teſtibus autem §.9.t.10.l.2
Incertis verò perſonis §.25.t.20.l.2
Incorporales autem ſunt §.2.t.1.l.2
Ingenuus eſt is in pr.t.4.l.1
Inimicitiæ §.11.t.25.l.1
Inter amitam §.5.t.10.l.1
Inter eas quoque §.2.t.10.l.1
Inter ruſticorum §.2.t.3.l.4
Interdum autem §.3 t.23.l.1
Iniuria autem committitur §.1.t.4.l.4
Iniuria autem occidere §.2.t.3.l.4
Inſula quæ in mari §.22.t.1.l.2
Interdum autem licet §.t.14.l.3
Interdum etiam ſine §.34 t.1.l.2
Interdum etiam liberorum §.9.t.1.l.4
Interdum euenit in pr.t.14.l.4
Interdum quoque furti §.11.t.1.l.4
Inteſtatorum autem hereditates §.1.t.1.l.3
Inteſtatus decedit in t.3 l.3
Introduxit & aliam actionem §.3.t.7.l.4
Is qui exequitur mandatum §.8.t.27.l.3
Is quoque, qui non debitum §.1.t.15.l.3
Is vero ad quem §.36.t.1.l.2
Ita autem ſtipulatio §.14.t.20.l.3
Ita tamen competit hæc actio §.3.t.2.l.4
Itaque ſi quis dum iaculis §.4.t.3.l.4
Item actio de eo quod §.27.t.6.l.4
Item dimus §.3.t.25.l.1
Item ea quæ ex animalibus §.19.t.1.l.2
Item ea quæ ex hoſtibus §.17.t.1.l.2
Item exercitor nauis §.3.t.5.l.4
Item extraneus hæres teſtamento §.7.t.19.l.2
Item finitur tutela §.1.t.22.l.1
Item inutilis eſt ſtipulatio §.6.t.19.l.3
Item inuiti §.2.t.23.l.1
Item is ad quem §.3.t.5.l.2
Item is cui res aliqua §.2.t.15.l.3
Item is cui quis §.6.t.28.l.3
Item is ex cuius commodo §.3.t.5.l.4
Item is cui §.2.t.5.l.2
Item is qui §.1.t.25.l.1
Item pupilli §.18.t.1.l.3
Item lex Cornel. de falſis §.7.t.18.l.2
Item lex Cornelia de ſicariis §.5.t.18.l.4
Item lex Iulia de adulteriis §.4.t.18.l.4
Item lex Iulia peculatus §.9.t.18.l.4
Item lex Iulia de vi publica §.8.t.18.l.4
Item maior §.13.t.25.l.1
Item nemo rem ſuam §.21.t.21.l.3
Item per acceptilationem §.1.t.30.l.3
Item per liberos homines §.1.t.29.l.3
Item poſt mortem §.15.t.20.l.3
Item pretium in numerata §.2.t.24.l.3
Item prodigus, cui bonorum §.2.t.12.l.2
Item propter litem §.4.t.25.l.1
Item propter aduerſam §.7.t.23.l.1
Item quæritur ſi cum aurifice §.4.t.25.l.3
Item qui Reipub. §.2.t.25.l.1
Item Romæ §.15.t.25.l.1
Item ſi adhuc integro §.10.t.27.l.3
Item ſi alicuius rei §.6.t.26.l.3
Item ſi de dote in iudicio §.37.t.6.l.4
Item ſi in iudicio §.5.t.3.l.4
Item ſi inter aliquos §.3.t.28.l.3
Item ſi is ad quem §.5.t.6.l.2
Item ſi propter §.9.t.25.l.1
Item ſi putator ex arbore §.5.t.3.l.4
Item ſi quis ex ſociis §.8.t.26.l.3
Item ſi quis in fraudem §.6.t.6.l.4
Item ſi quis ita ſtipulatus erat §.13.t.20.l.3
Item ſi quis merces §.15.t.1.l.2
Item ſi quis poſtulante §.11.t.6.l.4
Item ſi fullo polienda §.15.t.1.l.4
Item Seruiana & quaſi §.7.t.6.l.4
Item ſurdus & mutus §.3.t.12.l.2
Item tria onera §.5.t.25.l.1
Item verborum obligatio §.11.t.20.l.3
Item vetuſtas ex maſculis §.15.t.1.l.3
Item vobis adquiritur §.3.t.9.l.2
Iudiciales ſunt duntaxat §.1.t.19.l.3
Iure ciuili conſtitutum fuerat in pr.t.6.l.2
Iuris præcepta §.3.t.1.l.1
Iuriſprudentia §.1.t.1.l.1
Ius autem ciuile §.1.t.2.l.1
Ius autem §.2.t.9.l.1
Ius bonorum poſſeſſionis in pr.t.10.l.3
Ius naturale in pr.t.2.l.1
Iuſte autem §.5.t.6.l.1
Iuſtas autem nuptias in pr.t.10.l.1
Iuſticia eſt in pr t.l.1
LEgari autem illis ſolum §.24.t.20.l.2
Legatariis autem §.11.t.10.l.2
Legatum itaque eſt §.1.t.20.l.2
Lege Fuſia in pr.t.7.l.1
Lex XII. tabularum ita ſtricto iure in pr.t.3.l.3
Lex eſt, quod §.4.t.2.l.1
Liberi quoque, qui in §.3.t.5.l.3
Liberis autem ſuis teſtamentum §.5.t.16.l.2
Liberis ſuis impuberibus in pr.t.16.l.2
Libertas quoque ſeruo per §.2.t.24.l.2
Libertus quoque §.11.t.25.l.1
Libertini in pr.t.5 l.1
Libertinorum §.3.t.5.l.1
Liberum autem eſt ei §.11.t.3.l.4
Licet autem §.1.t.6.l.1
Licet autem §.3.t.11.l.1
Licet autem vulgo quæſitus §.7.t.3.l.3
Literæ quoque, licet aureæ §.33.t.2.l.1
Littorum quoque §.5.t.1.l.2
Loca etiam inſeri ſtipulationi §.5.t.16.l.3
Loca ſacra vel religioſa §.5.t.24.l.5
Locatio & conductio in pr.t.25.l.3
Longe magis legata §.31.t.20.l.2
MAndatis tantum §.1.t.27.l.3
Mandatum & in diem §.12.t.27.l.3
Mandatum non ſuſcipere §.21.t.27.l.3
Mandatum contrahitur in pr.t.27.l.3
Manet autem ſocietas §.4 t.26.l.3
Mariti tamen §.8.t.10.l.1
Maſculi quidem in pr.t.23.l.1
Maſculi igitur vſque §.8.t.19.l.2
Mater vel auus maternus §.7.t.13.l.2
Maxima capitis diminut. §.1.t.16.l.1
Minor capit. diminutio §.2.t.16.l.1
Minorem natu §.4.t.12.l.1
Minima capitis diminut. §.3.t.16.l.1
Minus autem iuris eſt §.1.t.5.l.2
Minus ergo iuris habent §.11.t.11.l.3
Mortis cauſa donatio eſt §.1.t.7.l.2
Mortuo conductore §.6.t.25.l.3
Multis autem §.1.t.5.l.1
Mutum neque ſtipulari §.7.t.20.l.3
NAnque ſi cui ex iuſta cauſa §.4.t.6.l.4
Nec tamen in pr.t.24.l.1
Nec intereſt §.3.t.9.l.3
Nec tanquam libertum §.1.t.1.l.3
Neceſſarius hæres eſt §.1.t.19.l.2
Neque autem §.4.t.24.l.7
Neque tamen hereditatem §.1.t.22.l.1
Nihil autem intereſt vtrum §.8.t.23.l.2
Nihil autem §.[illegible].l.2
Nihil autem intereſt §.4.t.1.l.2
Non autem liberis tantum §.1.t.18.l.2
Non autem omnes actiones §.1.t.12.l.4
Nunc eſſe autem §.10.t.25.l.1
Non ſolum autem hæredes §.4.t.16.l.2
Non ſolum autem is §.11.t.4.l.4
Non ſolum autem teſtatoris §.4.t.26.l.1
Non ſolum res in ſtipulatum §.7.t.16.l.3
Non tamen, in pr.t.6.l.1
Non tamen omnibus in pr t.12.l.2
Non tamen per omnia §.6.t.17.l.2
Non tamen vt omnino in pr.t.13.l.2
Non tantum autem teſtamento facto §.1.t.[illegible]
Non autem per conſtitutionem §.5.t.20.l.[illegible]
Nouiſſimè ſciendum eſt §.3.t.4.l.3
Nouiſſimè ſciendum §.10.t.6.l.2
Nouiſſimè §.12.t.26.l.1
Noxa autem eſt §.1.t.8.l.4
Nullius autem ſunt §.7.t.1.l.2
Nunc admonendi ſumus §.2.t.8.l.2
Nunc admonendi ſumus in pr.t.10.l.7
Nunc admonendi ſumus magnam in pr.t.16.[illegible]
Nunc autem nos eandem §.2.t.11.l.3
Nunc de libertinorum bonis in pr.t.8.l.3
Nunc tranſeamus ad fideicommiſſa in pr.t.[illegible]
Nunc tranſeamus ad oblig in pr.t.13.l.3
Nuptiæ autem §.1.t.9.l.1
OLim ſcriptura fiebat in pr.t.22.l.3
Omne autem ius §.12.t.2.l.1
Omnes autem actiones §.21.t.6.l.4
Omnis res quæ dominio noſtro in pr.t.20.[illegible]
Omnis ſtipulatio aut purè §.2.t.16.l.3
Omnium autem actionum §.3.t.16.l.4
Omnium autem obligationum §.1.t.14.l.3
Omnis autem noxalis actio §.5.t.8.l.4
Optionis legatum §.23.t.20 l.2
Oſtendimus, qui & poſſint §.2.t.26.l.1
PAter, nec non is §.8.t.10.l.2
Patitur autem quis iniuriam §.2.t.4.l.4
Patronum quoque §.15.t.1.l.2
Per adoptionem quoque §.2 t.2 l.3
Per contrarium autem in pr.t.4.l.3
Per contrarium autem hæc §.5.t.1.l.3
Per enm quoque ſeruum §.2.t.29.l.3
Per traditionem §.40.t.1 l.2
Permiſſum eſt itaque §.3.t.13.l.1
Perpetuæ & peremptoriæ §.9.t.23.l.4
Placeat autem §.7.t.1.l.3
Placuit tamen eos §.7.t.1.l.42
Plane de teſtamentis §.1.t.11.l.4
Pœna autem iniuriarum §.7.t.4.l.4
Pœna manifeſti furti §.5.t.1.l.4
Pœnæ quoque nomine §.30.t.20.l.2
Pœnæ ſeruus §.3 t.12.l.1
Pœnales quoque actiones §.12.t.6.l.4
Poſſidere autem videtur §.5.t.15.l.4
Poſſunt autem omnes teſtes §.5.t.10.l.2
Poſt genera contractuum in pr.t.28.l.3
Poſt mortem quoque hæredis §.35.t.20.l.2
Poſt mortem ſuam dari §.12.t.20.l.3
Poſt ſuos hæredes in pr.t.6.l.3
Poſtea autem SC. Tertulliano §.2.t.3.l.3
Poſtea verò lege Papia §.2.t.8.l.3
Poſteriore quoque teſtamento §.2.t.17.l.2
Poſt hæc videamus in pr.t.20.l.2
Poſthumi quoque liberi §.1.t.13.l.2
Poſthumo quoque alieno §.26.t.20.l.2
Poſthumorum autem loco ſunt §.2.t.13.l.2
Poſthumus autem alienus §.28.t.20.l.2
Poteſt autem non ſolum §.1.t.24.l.2
Poteſt autem quis in pr t.15.l.2
Poteſt tam quis in pr t.24.l.2
Prædiorum vrbanorum §.1.t.3.l.2
Præferuntur autem matri §.3.t.3.l.3
Præiudicia es actiones §.3.t.6.l.4
Præterea debitor ſi pactus §.3.t.13.l.4
Præterea etiam ex perſona §.11.t.13.l.4
Præterea emancipatione §.6.t.12.l.1
Præterea & is apud quem §.3.t.15.l.3
Præterea inteſtatus quoque §.10.t.23.l.2
Præterea introducta eſt §.4.t.7.l.4
Præterea inutilis §.5.t.20.l.3
Præterea nouatione tollitur §.3.t.20.l.3
Præterea quaſdam actiones §.31.t.6.l.4
Præterea qui ad certum §.5.t.22.l.2
Præterea ſi medicus §.6.t.3.l.4
Præterea ſicut vulgo §.2.t.25.l.3
Præterea teſtamentum facere §.1.t.12.l.2
Prætoriæ ſunt, quæ §.2.t.19.l.2
Prætorem quoque §.7.t.2.l.1
Primo gradu eſt ſupra pater §.1.t.6.l.3
Procurator neque certis verbis §.1.t.10.l.4
Propterea quod per alluuionem §.20.t.1.l.2
Proximus autem, ſi quidem §.6.t.2.l.3
Publica autem dicta §.1.t.18.l.4
Publica autem iudicia hæc §.3.t.18.l.4
Publica iudicia neque in pr.t.18.l.4
Publicatione quoque diſtrahi §.7.t.26.l.3
Publicorum iudiciorum §.2.t.18.l.4
Pupilli pupillæque in pr.t.21.l.1
Pupillus omne negotium §.9.t.20.l.3
QVædã cauſa poſtea §.1.t.28.l.3
Quantitatione autem plantæ §.32.t.1.l.2
Quantitatione [illegible] §.1.t.36.l.1
Quantitatione, ſi cui §.33.t.9.l.2
Quantitatione verius eſſe §.47.t.1.l.2
Qui parte naturalis §.1.t.5.l.3

Quadrupli autem agitur §.25. tit.26. lib.4
Quæ de fullone §.16.tit.1.lib.4
Quæ diximus de ſeruo §.7.tit.1.lib.4
Quæ omnia apertius §.6.tit.11.lib.4
Quædam actiones §.20.ti.6.lib.4
Quædam præterea res in pr. tit.7. lib.2
Quam formam non ſolum §.7.tit.11. lib.2
Quantitas autem patrimonij §.3. tit.22. lib.2
Quarum omnium exceptionum §.3.t.14.li.4
Quarum quædam ex legibus §.7.tit.13.lib.4
Quarto gradu ſuprà ab auus §.4.tit.6.lib.3
Quas ex omnibus §.6. proœ.
Qui autem vult §.16.tit.25.lib.1
Qui igitur ex te §.3.tit.9.lib.1
Qui hoc anno §.25.tit.20.lib.3
Qui res alienas rapit in pr.ti.2.lib.4
Qui tutelam §.18.tit 25. lib.1
Quia plerumque parentes in pr. tit.18. lib.2
Quia tamen ſuperius in pr.tit.7.lib.4
Quibus autem dignitas §.5.tit.16.lib.1
Quibus autem teſtamento in pr.tit.15.lib.1
Quibus conſtitutionibus §.3.tit.24. lib.1
Quinimò & mutus §.2. tit.11 lib.2
Quinto gradu ſuprà atauus §.5.tit.6.lib.3
Quod autem ad eas res §.7.tit.6 lib.2
Quod autem dictum eſt §.3.tit 6.lib.2
Quod autem iſtis iudiciis §.7.tit.27.lib.4
Quod autem lex §.2.tit.15.lib.1
Quod autem non præciſè §.1.tit.3.lib.4
Quòd ſi frumentum §.28.tit.1.lib.2
Quòd ſi naturali alueo §.23. tit.1.lib.2
Quòd ſi vis fluminis §.21.tit.1.lib.2
Quòd ſi tutor §.6.tit 23.lib.1
Quòd ſi vſufructus §.5. tit.4.lib.4
Quòd turpi ex cauſa §.23.tit 20.lib.3
Quorum vtramque §.1.proœ.
Quos autem ſolus vocat §.2.tit.10.lib.3
Quotiens plures res §.17. tit.20.lib.3
Quum autem ad agnatos §.7.tit.16.lib.1
Quum autem emptio §.3.tit.24.lib.3
Quum ergo pupillorum §.7.tit.20.lib.1
Quum ex aliena materia §.25.t.1.lib.2
Quum ſit expoſitum in pr.tit.1.lib.4

RE contrahitur obligatio in pr.tit.13. lib.3
Rectè quoque mandatum §.9.tit.27. lib.3
Recuperandæ poſſeſſionis cauſa §.7.tit.15.lib.4
Rei perſequendæ cauſa §.17.tit.6. lib.4
Relegati autem §.2.tit.12. lib.1
Religioſum locum §.9.tit.1.lib.2
Repetitis itaque omnibus §.1.tit.7. lib.3
Res fiſci noſtri §.9.tit.6.lib.2
Reſponſa prudentium §.8.tit.23.l.1
Reſtituta autem hereditate §.3. tit.23. lib.2
Retinendæ poſſeſſionis cauſa §.4.tit.5.lib.4
Riparum quoque vſus §.4 tit.1.lib.2
Rumpitur autem teſtamentum §.1.t.17.lib.2
Rurſus ex diuerſo §.5.tit.6 lib.4
Rurſus interdum euenit §.1.tit.14.lib.11
Ruſticorum prædiorum in pr.ti.3. lib.3

SAcræ res ſunt §.8.tit.3.lib.2
Sanctæ quoque res §.10.tit.1. lib.2
Sanè in hac actione §.2.tit.2.lib.4
Satiſdationum modus in pr.tit 11.lib.4
Sciendum autem §.2.tit.24.lib.1
Sciendum autem eſt huiuſmodi §.2.tit.4.lib.3
Sciendum eſt in pr. tit.26. lib.1
Sciendum itaque eſt omnia §.1.tit.23.lib.2
Sciendum tamen eſt, quod §.6.tit.23.li.2
Sciendum tamen eſt, quod §.6.tit.11.lib.2
Secundo gradu ſupra auus §.2.tit.6.lib.3
Sed agnationis §.3. tit.15.lib.1
Sed aliquando etiamſi §.3.tit.6.lib.2
Sed bene anteriores §.6. tit.10. lib.3
Sed cum aliquis §.7.tit.11.lib.2
Sed cum antea conſtitutiones §.5.t.5.li.3
Sed cum ex hoc ſenatuſconſulto §.1. ti.4. lib.3
Sed cum factum in ſtipulatione §.2. tit.18. lib.3
Sed cum magis §.9.t.6.lib.3
Sed cum multas diuiſiones §.7.t.12. lib.3
Sed cum paulatim §.3.t.10. lib.2
Sed ea omnia antiqui §.14.t.1.lib.3
Sed eas quidem §.4.ti.10. lib.3
Sed & capitis diminutione §.4.tit.22.li.1
Sed & certum eſſe pretium §.1.t.24.li.3
Sed & illud §.9.tit.11.lib.1
Sed & lex Cornelia §.8.ti.4.li.4
Sed & mente captis §.4.ti.23. li.1
Sed & propter §.6.t.25.li.1
Sed & ſeruus §.1.ti.4.li.1
Sed & ſi creditat aliquis §.8.ti.1.li.4
Sed & ſi emancipato §.5.ti.13.li.1
Sed & ſi in teſtamento §.1.ti.20.li.1
Sed & ſi pater filium §.8.ti.17.li.1
Sed & ſi pecorum §.4.ti.5.li.2
Sed & ſi quis ante militiam §.4.ti.11.li.2
Sed & ſi quis cum parente ſuo §.38. ti.6.li.4
Sed & ſi quis priore teſtamento §.3.ti.17.li.2
Sed & ſi quis ſtipuletur §.19.ti.18.li.3
Sed & ſi rem obligatam §.5.tit.20. lib.2
Sed & ſi vſque §.2.ti.22.li.1
Sed & vnum teſtamentum §.13.ti.10.li.2
Sed ex diuerſo §.3.ti.11.li.3
Sed ex his legibus §.3.ti.10.lib.1
Sed furti quidem nec manifeſti §.16.ti.6.li.4
Sed hactenus hoc illis §.3.ti.11 li.2
Sed hæ iuris anguſtiæ §.1.ti 3.li.3
Sed hac de iis libertinis §.4.ti.8. lib.3
Sed ita accipienda §.3.ti.18.lib.2
Sed hæc quidem §.14.ti.10.li.2
Sed hæc quidem vetuſtas §.5.ti.13.li.2
Sed his omnibus §.4.ti.10.li.2
Sed hoc iure vtimur §.4.ti.20.li.1
Sed hoc tempore §.2 ti.8.li.3
Sed hodie §.9.ti 11.li.1
Sed hodie hæc aliter §.2.ti.11. li.4
Sed is apud quem res §.17. ti.1. li.4
Sed iſtæ quidem actiones §.3.t.6. li.4
Sed ius quidem §.2. t.2.li.1
Sed naturalia §.1.t.2. li.1
Sed nec huiuſmodi ſpecies §.27.ti.20.li.2
Sed neque hæres ſcriptus §.10.ti.10.li.2
Sed nos,cum adhuc dubitatio §.16. t.1. li.3
Sed nos conſtitutiones §.4.t.3.l.3
Sed nos vſque ad eam conſtitutionem §.3.ti.20.li.2
Sed noſtra beneuolentia §.6.ti.19.li.2
Sed noſtra conſtitutio §.3.t.8. l.3
Sed olim quidem erant §.3.ti.10.li.2
Sed prædicta quidem §.2.ti.10. li.2
Sed quia hæredes ſcripti § 5.ti 23.li.2
Sed quia ſtipulationes §.7.t.23.li.2
Sed quemadmodum §.6.ti.3.l.3
Sed quod diximus §.10.t.20.lib.3
Sed ſi cui habitatio legata §.5. t.5.l.2
Sed ſi è contrario populi §.5.t.18.li.2
Sed ſi ex teſtamento §.1.ti.24. li.1
Sed ſi gregis vſumfructum §.38.ti.1.li.2
Sed ſi in expeditione §.6.ti.13.li.2
Sed ſi libro homini §.6.ti.4.li.4
Sed ſi quis §.7.ti.11.li.1
Sed ſi quis præſens §.10.t.26.li.1
Sed ſi rem legatarij §.10.ti.20.li.2
Sed ſi ſuſpecti §.8.ti.26.li.1
Sed ſi vxori maritus §.15.ti.20.li.2
Sed tamen id aliquando §.4.ti.6.l.2
Sed veteres §.7.ti.8.li.4
Sed vt nihil §.1.ti 10.li.2
Semel autem cauſa §.6.ti.6. li.1
Senatuſconſultum eſt §.5.ti.2. li.1
Sequens diuiſio in quatuor ſpecies V.2. tit.14.li.3
Sequens diuiſio interdictorum §.2. t.15.li.4
Sequens illa diuiſio eſt §.16.ti.6.li.6
Sequitur de iure in pr. ti.8. li.1
Sequitur,vt de exceptionibus in pr. ti.13.li.4
Sequitur, vt deſpiciamus in pr.ti.15. li.4
Serui autem aut naſcuntur §.4.ti.3. li.1
Serui autem ex eo §.3.ti.3.li.1
Si verò à dominis §.2.tit.5.li.1
Seruis autem ipſis quidem §.3. ti.4.li.4
Seruitus autem §.2 ti.3.li.1
Seruus autem à domino ſuo §.1.ti.11. li.2
Seruus autem manumiſſus §.4.ti.16.li.1
Seruus autem plurium, cum § 5. ti 14.l.2
Seruus communis ſtipulando §.3.ti.18.li.3
Seruus etiam alienus §.2.ti.14. li.2
Seruus ex perſona domini in pr.ti.18.li.3
Sexto gradu ſupra tritauus §.6.ti.6.li.3
Si ab hoſtibus §.3.ti.12.li.1
Si ad exhibendum actum fuerit §.3.ti.17.li.4
Si aduerſus ea §.12.tit.10.li.1
Si communi ſeruo iniuria §.4.ti.4. li.4
Si cui fundus alienus legatus §.9.ti.20.li.2
Si cui nullus in pr.ti.20.li.1
Si de alia re ſtipulator §.22.ti.20.l.3
Si duorum materiæ §.27.ti.1.li.2
Si eadem res duobus legata §.8.t.20.li.2
Si ex pluribus legitimis §.4.ti.4.li.3
Si quis aliud pro alio §.35.ti.6.li.4
Si quis alium daturum §.3.ti 20.li.3
Si famil. erciſcundæ §.4.ti.17.li.4
Si finium regundorum §.6.ti.7.li.4
Si filiusfam. ſeorſum §.2.ti.5.li.4
Si generaliter ſeruus §.22.ti.20. li.2
Si grex legatus fuerit §.18. tit.20.li.20
Si igitur iuſſu domum §.1.ti.7.li.2
Si impoſſibilis conditio §.11.ti.20.li.3
Si inter tutorem §.3.ti.21.li.1
Si is qui in integrum §.5.ti.12.li.3
Si iudex litem ſuam fecerit in pr.ti.5.li.4
Si nemo ſuus hæres in pr.ti.2.li.3
Si minus interiore §.34.ti.6.li.4
Si peculium legatum fuerit §.20.ti.20.li.2
Si plures conditiones in inſt. §.11.ti.14.li.2
Si plures inſtituantur hæredes §.6.ti.14.li.2
Si plures inſtituti §.4.ti.21.li.3
Si plures ſint gradus §.5.ti.2.li.3
Si quis ante fideiuſſor §.6.ti.21.li.3
Si quidem in nomine, cognomine §.29.ti.20.li.2
Si quis à non domino §.33. tit.1.lib.2
Si quis agens in intentione §.33.ti.6. li.4
Si quis alij, quàm ei §.4.ti.20.li.2
Si quis ancillas cum ſuis natis §.17.ti.20.li.2
Si quis autem falſis §.20.t.25. l.1
Si quis autem ſuſpectus §.7. ti.26.li.1
Si quis debitori ſuo §.13.ti 20. l.2
Si quis filiabus §.5. ti. 14. lib.1
Si quis in aliena tabula §.34.ti.1.l.2
Si quis rem ſuam §.11.ti.20. li.2
Si quis tutor §.9.ti.26.lib.1
Si quis velit vicino §.4.ti.3. li.2
Si quis vna aliqua re §.9.ti.23.l.2
Si rem ſuam legauerit §.12.ti.20.li.2
Si res aliena legata fuerit §.6. ti.22.l.2
Si res legata ſine facto §.16. ti.20 libro 2
Si ſcriptum in inſtrumento §.16.ti.20.li.3
Si ſeruum alienum quis §.4 ti.15.li.2
Si ſeruus domino §.6 ti.6.li.4
Si tamen alienam purpuram §.26. ti.1. lib.2
Si Titius alienam plantam §.31.ti.2.lib.1
Si tutor nomine pupilli §.4.ti.18.li.2
Si verò aliquis §.4.ti.11.li.4
Si verò in perſonam §.1.ti.11.li.4
Si verò reus §.5.ti.11.li.4
Si vxor §.9.ti.10.li.1
Sic itaque diſcretis actionibus §.14.ti.6. li.4
Simili modo §.3.ti.2.li.1
Singulorum autem hominum §.11. ti.1. li.2
Similiter eos §.8.ti.23.l.1
Sin autem quis ita formidoloſus §.3.ti.16. li.2
Sin autem per procuratorem §.3. ti.11.li.4
Sine ſcripto §.9 tit.2. li.1
Sine autem Domino ſibi §.1.ti.18. l.3
Societatem coire ſolemus in pr.ti.26.li.3
Socius ſocio vtrùm eo nomine §.9. ti.26. l.3
Socrum quoque §.7.tit.10.li.1
Soluitur adhuc ſocietas §.5.ti.26.li.3
Stipulationum aliæ ſunt iudiciales in pr.ti.19. li.3
Sua & aliena veluti §.4.t.27. li.3
Sub conditione ſtipulatio §.4. ti.16.lib.3
Subſtituitur autem impuberi §.7. tit.16. li.2
Sui autem & neceſſarij §.2. tit.19.li.2
Sui autem hæredes exiſtimantur §.2.ti.1. li.3
Si autem hæredes fiunt §.3 tit.1.li.3
Summa autem diuiſio §.1 ti.15.li.4
Summa autem ratione §.2.ti.8.li.4
Summa itaque §.7. proœ.
Summa itaque diuiſio in pr. ti.3.l.1
Sunt autem agnati §.1.ti.15.li.1
Sunt autem adgnati §.1.t.2.li.1
Sunt autem conſtitutæ §.4.t.8. lib.4
Sunt autem bonorum poſſeſſiones §.3.tit.10.li.3
Sunt & aliæ §.11.ti.10.li.1
Sunt præterea publica iudicia §.11.ti.18. li.4
Sunt præterea quædam actiones §.36.ti.6.li.4
Supereſt vt de actionibus in pr.ti.6.li.4
Supereſt vt admoneamus §.2.ti.12.li.4
Supereſt vt de lege Falcid. in pr.ti.22. li.2
Supereſt de officio iudicis in pr.ti.17.li.4
Superiore libro id pr.ti 1. li.2
Supra dicta diligens obſeruatio in pr.ti.11. li.2
Suſpectus autem eſt §.6. tit.26. lib.1
Suſpectus autem remotus §.6.ti.26.li.1

TVm autem corporales §.21.ti.20.li.2
Tum autem naturales liberi §.2.ti.28.li.2
Temporales atque dilatoria §.12.tit.13. li.4
Tertia diuiſio interdictorum §.7. ti.15. li.4
Tertio gradu ſupra proauus §.3. tit.6. li.3
Teſtamentum ex eo appellatur in pr.ti.10. li.2
Teſtamentum iure factum in pr. ti.7. li.2
Teſtes autem adhiberi poſſunt §.6 ti 12. li.2
Theſauros, quos quis §.39.ti.1.li.2
Tollitur autem omnis obligatio in pr. ti.30. li.3
Transeamus in pr.ti.13.li.1
Transferri quoque legatum §.1.ti.21. li.2
Tripli verò agimus §.24. ti.6. li.4
Tua & aliena veluti §.5. tit.27. li.3
Tua gratia & mandantis §.2.ti.27. li.3
Tua tantum gratia §.6. ti.27. li.3
Tunc enim conſtitutioni §.4.tit 12.li.3
Tutor autem ſtatim §.2.tit.21. li.1
Tutores & curatores §.2.ti.10.li.4
Tutores quoque qui tutelas §.2.ti.28.li.5

VEl ſingulis libertis §.6.ti.16.lib.2
Venditæ verò res §.41.ti.1.li.2
Verba autem fideicommiſſorum §.3.ti.24. li.2
Verbi gratia ſi metu coactus §.1.ti.13.li.4
Verbis obligatio in pr.ti.16.li.3
Verſa vice §.20.ti.20. li.3
Vt autem bonorum §.10.ti.26. li.4
Videamus nunc in pr.ti.2.li.1
Videamus ſi pars aliqua §.7.ti.14.li.2
Vnde conſtat creditorem §.14.ti.1.li.4
Vniuerſitatis ſunt §.6. ti.1. li.2
Vſusfructus à proprietate §.1.ti.4.li.2
Vſusfructus eſt ius in pr. ti.4.li.2
Vulgo quæſitos §.4.ti.5. li.3

FINIS

CLAVDIO FAVCHETO REI MONETAL APVD PARISIENSES PRÆSIDI, AVVNCVLO; & Ludouico Sanctonio diſertiſſimo Aduocato, amitino, Dionyſius Gothofredus IC. S.D.

SIVE merita in patriam ac meipſum æqualia (viri præſtantiſſimi) ſiue animorum, rumque inter vos conuictionem, ſiue mutuam vobiſcum cognationem conſidero: hoc maioris exemplum, æquo iure, vobis offerre non abs re mihi viſum eſt: cuius etiam piendi coram, ac literis, nec abſimili quoque exemplo, fuiſtis hortatores. Idque veſtrûm Tacitus Gallicus, & Gallici Annales perpetuò teſtabuntur, non ad triuialia puerorum pla, aut ea quæ Rhetores diſcipulis in ſchola ſolent proponere, ſed ad eorum vſum, qui iam in ip bus gerendis occupati ſunt, accommodati. Alter ampliſſimæ totius Europæ vrbis, & Auguſtiſſimi tus Pariſienſium ſuffragio, è multis vnus electus eſt ad vrbis conſuetudines repetita prælectione mandas. Quod opus paucis ab hinc annis ita perfectum, vt non minùs ab eo inter ſuos, quàm inte manos Decemuir, meritus ſit. His permotus exemplis in publicum prodire auſus ſum. Parine ſ aut euentu, dicere non auſim. Periculum tamen ſubire animus eſt, nec me (ſat ſcio) pœnituer quam, amicis hominibus, dum meos in vniuerſum Iuris corpus commentarios abſoluo, prædica hoc opus, maioris operis, meique in Rempublicam, poſteroſque animi ſignum obtuliſſe. Datu Muſæo XI. Kalendas Martij, Anno 1583.

INSTITVTIONVM TITVLI ET EORVM INDEX.

Prooemium de confirmatione Inſtitutionum.

LIBER I.

Ius.

DE iuſtitia & iure 1. De iure naturali, gentium, & ciuili 2.

Perſonæ.

De iure perſonarum 3. ¶ De ingenuis. 4 ¶ De libertinis 5. Qui & quibus ex cauſis manumittere non poſſunt 6. De lege Fuſia Caninia tollenda 7. De iis qui ſui vel alieni iuris ſunt 8. ¶ De patria poteſtate 9. De nuptiis 10. De adoptionibus. 11. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. 12. ¶ De Tutelis 13. ¶ Qui teſtamento tutores dari poſſunt. 14. De legitima adgnatorum tutela 15. De capitis deminatione 16. De legitima patronorum tutela 17. De legitima parentum tutela 18. De fiduciaria tutela 19. De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. 20. De auctoritate tutorum 21. Quibus modis tutela finitur 22. De curatoribus 23. De ſatiſdatione tutorum vel curatorum 24. De excuſationibus tutorum vel curatorum 25. De ſuſpectis tutoribus vel curatoribus 26.

Liber II. Res.

DE rerum diuiſione [*& adquirendis cauſis.*] 1. De rebus corporalibus & incorporalibus 2. De ſeruitutibus prædiorum ruſticorum & verbanorum 3. de vſufructu 4. De vſu & habitatione 5. ¶ De vſucapionibus, & longi temporis poſſeſſionibus 6. ¶ De donationibus 7. Quibus alienare licet vel non 8. Per quas perſonas cuique adquiritur 9. De teſtamentis ordinandis 10. De militari teſtamento 11. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum 12. De exheredatione liberorum 13. De heredibus inſtituendis 14. De vulgari ſubſtitutione 15. De pupillari ſubſtitutione 16. Quibus modis teſtamenta infirmentur 17. De inofficioſo teſtamento 18. De heredum qualitate & differentia 19. De legatis 20. De ademptione legatorum, & tranſlatione 21. De lege Falcidia 22. De fideicommiſſariis hereditatibus 23. De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis 24. De codicillis 25.

Liber III.

DE hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur 1. De legitima torum ſucceſſione 2. De ſenatuſconſulto Tertulliano 3. natuſconſulto Orſitiano 4. De ſucceſſione cognatorum 5. De bus cognationis 6. De ſeruili cognatione 7. De ſucceſſione rum. 8. De aſſignatione libertorum 9. De bonorum poſſeſ 10. De adquiſitione per adrogationem 11. ¶ De eo cui causa bona addicuntur 12. De ſucceſſionibus ſublatis quæ per bonorum venditiones, & ex ſenatuſconſulto Claudiano obligationibus 14

Obligationes.

¶ Quibus modis re contrahitur obligatio 15. ¶ De verboru gationibus 16. De duobus reis ſtipulandi & promittendi 17. pulatione ſeruorum 18. De diuiſione ſtipulationum 19. De bus ſtipulationibus 20. De fideiuſſoribus 21. ¶ De literarum gationibus 22. ¶ De conſenſu obligationum 23. De empt venditione 24. De locatione & conductione 25. De ſociet De mandato 27. ¶ De obligationibus quæ quaſi ex contractu tur 28. ¶ Per quas perſonas nobis obligatio adquiritur 29. modis tollitur obligatio 30.

Liber IV.

DE oblgationibus quæ ex delicto naſcuntur 1. De vi bonorum rum 2. De lege Aquilia 3. De iniuriis 4. De obligationibus quaſi ex delicto naſcuntur 5.

Actiones, Exceptiones, Replicationes, Interdicta, Officium iudici Publica iudicia.

De Actionibus 6. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, neg geſtum eſſe dicetur 7. De noxalibus actionibus 8. Si quadrupes periem feciſſe dicatur 9. De iis per quos agere poſſumus 10. D tiſdationis 11. De perpetuis & temporalibus actionibus & qu hæredes tranſeunt 12. ¶ De exceptionibus 13. ¶ De replicatio 14. ¶ De interdictis 15. De pœna temerè litigantium 16. ¶ De cio iudicis 17. ¶ De publiciis 18.

INS

INSTITVTIONVM,

SEV

ELEMENTORVM DIVI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS.

PROOEMIVM a.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.‖

Imperator, Cæſar, Flauius, IVSTINIANVS, *Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, VVandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, ſemper Auguſtus, cupidæ legum iuuentuti* [*S. D.*]

¶ *De vſu armorum & legum.* 1. ¶ *De bellis & legibus Iuſtiniani.* 2. *De compoſitione Codicis & Pandectarum.* 3. *De tempore, authoribus, fine & vtilitate compoſitionis Inſtitutionum.* 4. *Diuiſio Inſtitutionum.* 5. *Quid in Inſtitutionibus continetur.* 6. *Ex quibus libris compoſitæ ſunt Inſtitutiones, earúmque recognitio & confirmatio.* 7. ¶ *Adhortatio ad ſtudium Iuris.*

IMPERATORIAM maieſtatem non ſolum armis *b* decoratam *c*, ſed *d* etiam legibus oportet eſſe armatam *e*, vt vtrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè poſſit gubernari: & princeps Romanus non ſolùm in hoſtilibus prælijs victor exiſtat: ſed etiam per legitimos tramites *f* calumniantium *g* iniquitates expellat *h*: & fiat tam iuris religioſiſſimus *i*, quàm victis hoſtibus triumphator ‖ magnificus.

1 ¶ Quorum vtramque viam cum ſummis vigiliis, ſummáque prouidentia, annuente Deo perfecimus.

¶ Et bellicos quidem ſudores noſtros, Barbaricæ gentes ſubiuga noſtra redactæ cognoſcunt, & tam Africa quàm aliæ innumeræ prouinciæ, poſt *k* tanta temporum ſpatia, noſtris victoriis à cæleſti numine præſtitis, iterum ditioni Romanæ, noſtróque additæ imperio proteſtantur.

¶ Omnes verò populi legibus tam à nobis promulgatis, quàm compoſitis, reguntur.

2 ¶ Et cùm ſacratiſſimas *l* conſtitutiones, antea confuſas, in luculentam ereximus conſonantiam: tunc noſtram extendimus curam ad immenſa *m* veteris prudentiæ volumina, & opus deſperatum, quaſi per medium profundum euntes, cæleſti fauore iam adimpleuimus.

3 ¶ Cúmque hoc, Deo propitio, peractum eſt, Triboniano viro magnifico, magiſtro & exquæſtore ſacri palatij noſtri, ‖ & exconſule, ‖ necnon Theophilo & Dorotheo, viris illuſtribus, anteceſſoribus *a* (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras iuſſiones fidem iam ex multis rerum argumentis accepimus) conuocatis, mandauimus ſpecialiter vt ipſi noſtra auctoritate, noſtríſque ſuaſionibus *Inſtitutiones* componerent, vt liceat vobis prima legum *b* cunabula *c* non ab *d* antiquis fabulis diſcere, ſed ab imperiali ſplendore appetere: & tam aures, quàm animi veſtri, nihil inutile, nihilque perperam poſitum, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis, accipiant; & quod priore tempore *e* vix poſt quadriennium ‖ prioribus ‖ contingebat, ‖ vt tunc *Conſtitutiones* imperatorias legerent: ‖ hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantáque reperti † felicitate, vt & initium vobis & finis legum eruditionis à voce principali procedat.

4 ¶ Igitur poſt libros quinquaginta Digeſtorum ſeu Pandectarum, (in quibus omne ius antiquum collectum *f* eſt, quod per eundem virum excelſum, Tribonianum, necnon cæteros viros illuſtres, & facundiſſimos confecimus) in quatuor libros eaſdem Inſtitutiones partiri iuſſimus: vt ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa.

5 ¶ In quibus breuiter expoſitum eſt: & quod antea obtinebat: & quod *g* poſtea deſuetudine inumbratum, imperiali remedio illuminatum eſt.

6 ¶ Quas ex omnibus antiquorum Inſtitutionibus & præcipuè ex Commentariis Caij noſtri, tam Inſtitutionum, quàm rerum quotidianarum, aliiſque multis commentariis compoſitas, cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognoſſimus, & pleniſſimum noſtrarum conſtitutionum robur eis accommodauimus.

7 ¶ Summa *h* itaque ope & alacri ſtudio, has leges noſtras accipite, & voſmetipſos ſic eruditos oſtendite, vt ſpes vos pulcherrima foueat, toto legitimo opere perfecto, poſſe etiam noſtram rempublicam in partibus eius vobis credendis, gubernari. D. C. P. XI. Kal. Dec. D. IVSTINIANO P. P. III. Conſſ. 533.

ic. Procon. Italia poſt 60. l priorem Codicem, qui hodie git. m 2000. librorum 300000. verſuum. v. *Conſtant ad*

e v. Conſtit. *ad anteceſſ.* † *al.* repleti. f πανδέκται enim dicuntur, ἐκ τοῦ τὸ πᾶν εἰς ἑναθροισθὸν ὑποδέξαι. quòd omne ius in vnum velut corpus collectum contineant. g huc referri poteſt titulis de lege Fuſia Caninia tollenda, ȷ. *& tit. de ſucceſſ. ſublatis* ȷ. *eo.* h Ita Craſſus *lib.* 1. *de oratore.* Pergite vt facitis adoleſcentes, atque in id ſtudium in quo eſtis, incumbite: vt & vobis honori, & amicis vtilitati, & Reipublicæ emolumento eſſe poſſitis.

a Anteceſſores Græcis προηγῆται & προηγούμενοι. Quæ vox Tertulliano, doctoris ac magiſtri loco eſt: hic præceſſorem ſignificat. Huc referri poſſunt variæ Iuriſprudentum appellationes interdum enim Iuriſprudentes, conditores iuris, legumlatores, Iuriſconſulti, νομοδεῖκται & Iuris ſtudioſi dicuntur.

b Cunabula iuris appellat, Inſtitutiones, haud nouę. Sextum enim Ælium legimus librum Tripartitę iuris compoſuiſſe, quo veluti cunabula iuris continebantur, *l. ſc.* 38, *ff. de origine iuris.* Theophilus cunabula iuris vertit. τὰ πρῶτα τῶν νόμων προοίμια. Imperator *in l. vn. C. de nudo iure Quiritum.* cunabula iuris appellat & primam legum audientiam. c alibi totius legitimæ ſcientiæ prima elementa, *§.* .. ȷ. *eod.* alibi leges, *§. vlt.* ȷ. *eod.* alibi inſtitutiones, §. 4. ȷ *eo.* Theophilus ἰνστιτοῦτα ἤτοι εἰσαγωγὰς τῶν νόμων vocat. d *v. l. vn. C. de nudo iure Quiritum.* & quæ ſcripſi ad Thoph. hoc loco.

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA ET IVRE. TIT I.

Definitio Iuſtitiæ. 1. *Iuriſprudentia.* 2. *Iuris methodus.* 3. *principia & præcepta.* 4. *obiecta.*

IVSTITIA eſt *a* conſtans & perpetua *b* voluntas ius ſuum cuique *c* tribuendi *d*.

1 ¶ Iuriſprudentia eſt diuinarum atque *e* humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia.

¶ 25 His igitur generaliter cognitis, & incipientib. nobis exponere iura populi Romani: ita videntur, poſſe tradi commodiſſimè, ſi primò leui ac ſimplici *a* via *b*, pòſt deinde diligentiſſima atque exactiſſima interpretatione, ſingula tradantur: alioqui, ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore, ſæpè etiam cum diffidentia (quæ plerumque iuuenes auertit) ſeriùs ad id perducemus, ad quod leuiore via ductus, ſine magno labore, & ſine vlla diffidentia, maturiùs perduci potuiſſet.

...ſcierunt. d duplici Iuſtitia id perficitur, vel commutatiua, ...a. Prior in contractibus altera in pœnis & præmiis & honori- ... o Ius enim aliud diuinum, aliud humanum, vtrumque Pon- ...commiſſum, *l. 2. §. deinde ff. de ori.* ..

nihil aliud quam μέθοδος de qua plenius aliquando dicemus.

a Simplex via non eſt indiligens aut incurioſa: ſed quæ ad hæc iuris elementa adcommodata eſt & diſcreta planè ab operoſiore illa, qua non tyrones, ſed milites ipſi iuris exercentur: Huic enim ἁπλῷ τρόπῳ Iuſtinianus opponit ἀκελεύστω καὶ λεπτοτάτην ἐξήγησιν. b τρόπον dixit Theophilus: qui

††

3 ¶ Iuris præcepta ſunt hæc : honeſtè viuere, alterum *a* non lædere, ſuum *b* cuique tribuere.

4 ¶ Huius ſtudij *c* duæ ſunt *d* poſitiones, publicum *e* & priuatum. Publicum *f* ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem. Dicendum eſt igitur de iure priuato: quod *g* tripartitum eſt, collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

DE IVRE NATVRALI, GENTIVM & ciuili.

¶ De iure naturali. 1. ¶ Diſtinctio iuris gentium & ciuilis, à definitione & Etymologia. 2. Ab appellatione & effectibus. 3. Diuiſio iuris in ſcriptum & non ſcriptum. §. ſubdiuiſio iuris ſcripti. 4. De lege & plebiſcito. 5. De ſenatusconſulto. 6. De conſtitutione. 7. De iure honorario. 8. De reſponſis prudentium. 9. De iure non ſcripto. 10. Ratio dictæ diuiſionis in ius ſcriptum, & non ſcriptum. 11. alia iuris diuiſio in immutabile & mutabile. 12. De obiectis iuris.

IVS naturale eſt, quod *h* natura omnia animalia docuit. nam ius iſtud non humani generis proprium eſt : ſed omnium *i* animalium, ‖ quæ *k* in cœlo, ‖ quæ in terra, ‖ quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus : hinc liberorum procreatio, hinc *l* educatio. videmus etenim cætera quoque animalia iſtius iuris peritia *m* cenſeri.

1 ¶ Ius autem ciuile à iure gentium diſtinguitur: quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur. nam quod quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit : id ipſius proprium ciuitatis eſt, vocatúrque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. quod verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit : id apud omnes peræquè cuſtoditur, vocatúrque ius gentium, quaſi *n* quo iure omnes gentes vtantur. Et populus itaque Romanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtitur. Quæ ſingula qualia ſint, ſuis locis proponemus.

2 ¶ Sed ius quidem ciuile ex vnaquaque ciuitate appellatur, veluti Athenienſium. nam ſi quis velit Solonis, vel Draconis leges, appellare ius ciuile Athenienſium, non errauerit. ſic enim & ius, quo Romanus populus vtitur, ius ciuile Romanorum appellamus : vel ius Quiritum, quo Quirites vtuntur. Romani enim à ‖ Romulo, ‖ Quirites à Quirino appellantur. Sed quotiens non addimus nomen, cuius ſit ciuitatis: noſtrum ius ſignificamus *o*: ſicuti cùm Poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius *p* Homerus, apud nos, Vergilius.

¶ Ius autem gentium omni humano generi commune eſt. nam vſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ ‖ iura ‖ quædam ſibi conſtituerunt. Bella etenim orta ſunt, & captiuitates ſequutæ, & ſeruitutes, quæ ſunt naturali iuri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc iure gentium omnes *q* penè contractus introducti ſunt, vt emptio ‖ & ‖ venditio, locatio ‖ & ‖ conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum & alij innumerabiles.

3 ¶ Conſtat autem ius noſtrum quo vtimur aut ſcripto, aut ſine ſcripto ; vt apud Græcos *r* τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, id eſt, *legum aliæ [ſunt] ſcriptæ, aliæ non ſcriptæ.* Scriptum autem ius eſt lex, plebiſcitum, Senatuſconſultum, principum placita, magiſtratuum edicta, reſponſa prudentum.

4 ¶ Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu interrogante (veluti Conſule) conſtituebat.

¶ Plebiſcitum *ſ* eſt, quod plebs plebeio magiſtratu interrogante (veluti tribuno) conſtituebat. Plebs autem à populo eò differt *t* quo ſpecies *u* à genere : nam appellatione populi, vniuerſi ciues ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. Plebis *x* autem appellatione ſine patriciis & ſenatoribus cæteris ciues ſignificantur : ſed & plebiſcita lege Hortenſia *y* lata, non minus valere, quàm leges cœperunt.

5 ¶ Senatuſconſultum eſt, quod ſenatus iubet, atque conſtituit. Nam cùm auctus eſſet populus Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum eum conuocari, legis ſanciendæ cauſa : æquum viſum eſt, ſenatum vice populi conſuli.

6 ¶ Sed & quod principi placuit, legis habet vigorem, quum lege *z* Regia, quæ de eius imperio lata eſt, populus *a* ei, & *b* in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedat. Quodcunque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit : vel cognoſcens decreuit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat. hæc ſunt, quæ Conſtitutiones appellantur. Planè ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplum *a* trahuntur : ‖ quoniam non hoc princeps vult. ‖ nam quod alicui ob meritum indulſit, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit : perſonam non *b* tranſgreditur. Aliæ autem quum generales ſint, omnes proculdubio tenent.

7 ¶ Prætorum quoque edicta non modicam obtinent iuris auctoritatem. Hoc etiam ius honorarium *c* ſolemus appellare, quod qui honores gerunt, id eſt, magiſtratus, authoritatem huic iuri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibuſdam cauſis, quod & ipſum iuris honorarij portio eſt.

8 ¶ Reſponſa *d* prudentium ſunt *ſententiæ* e & *opiniones* eorum, quibus permiſſum erat de iure reſpondere. nam antiquitus conſtitutum erat, vt eſſent, qui iura publicè interpretarentur, quibus à Cæſare ius reſpondendi datum eſt, qui Iuriſconſulti appellabantur, quorum omnium ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, vt iudici recedere à reſponſo eorum non liceret, vt eſt conſtitutum.

9 ¶ Sine ſcripto ius venit, quod vſus approbauit: nam diuturni mores conſenſu vtentium comprobati, legem *f* imitantur.

10 ¶ Et non ineleganter in duas ſpecies ius ciuile diſtributum eſſe videtur. nam origo eius ab inſtitutis duarum ciuitatum, Athenarum ſcilicet, & Lacedæmoniorum fluxiſſe videtur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, vt Lacedæmonij quidem magis *g* ea quæ pro legibus obſeruabant memoriæ mandarent : Athenienſes verò ea, quæ in legibus ſcripta comprehendiſſent, cuſtodirent.

11 ¶ Sed * naturalia *h* quidem iura, quæ apud omnes gentes peræquè obſeruantur, diuina quadam prouidentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent. ea verò quæ ipſa ſibi quæque ciuitas conſtituit, ſæpè *i* mutari ſolent *k*: vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata.

12 ¶ Omne autem ius quo vtimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. & priùs de perſonis videamus. nam parum eſt ius noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.

DE IVRE *l* PERSONARVM.

TIT. III.

Perſonarum diuiſio prior. 1. Definitio libertatis. 2. & ſeruitutis. 3. etymologia ſerui & mancipij. 4. Quibus modis ſerui conſtituuntur. 5. Subdiuiſio.

SVMMA itaque diuiſio de iure perſonarum hæc eſt : quod omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſerui *m*.

8 ¶ Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi *n*, ſi quid vi *o* aut iure prohibetur.

2 ¶ Seruitus autem eſt conſtitutio *p* iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur.

3 ¶ Serui autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare *q* nec occidere *r* ſolent, qui etiam mancipia dicti ſunt. ‖ eo ‖ quòd ab hoſtibus manucapiuntur.

4 ¶ Serui autem aut naſcuntur, aut fiunt, naſcuntur ex ancillis noſtris. fiunt aut iure gentium, id eſt, ex captiuitate : aut iure *ſ* ciuili, cùm liber homo maior 20. annis ad *t* pretium participandum † ſeſe venundari paſſus eſt.

5 ¶ In ſeruorum conditione nulla eſt differentia : in liberis autem multa : aut enim ſunt ingenui, aut libertini.

---

a vide *l. 1. §. meritò. ff. ne quid in loco.*
b *v. l. 31. §. 3. ff. depoſiti.*
c tertium tamen obiectum nempè, ius ſacrum addit Auſonius *Eidyl.* 15.
d θέσεις, *Theoph.* obiecta ἀντίκειμενα, *Contius.* & malè.
e τὸ ἑνὶ καὶ πόλει ἀγαθὸν, *Ariſt.* 1. *Ethic.* 2. *in fin.*
f τὸ πόλει ἢ ἔθνει ἀγαθὸν, *Ariſt. illo loco,* τὸ κοινῇ συμφέρον 3. *Politic.* 8.
g τριμερὸς *Theophil.* tripartitè collectum.
h τὸ κατὰ πάντων ζώων ἐπεκτεινόμενον, *Theoph.*
i ſaltem inclinatione, idque citra ius & iniuriam, *l. 1. ff. ſi quadrupes.*
k id eſt, aëre, vnde ἐναέρια dicuntur Theophil. Lucretius cœli, quod dicitur aër, 13. *Iſidor.* 4. Cicer. 3. *de natura,* apud Nonium *cap.* 4. vti craſſo cœlo atque concreto.
l vide *Tit. de alendis liberis à parentibus.*
m ἐν τοῖς πρώτοις τῶν νόμων ἀναγεγραμμένα. *Theoph.*
n exempla, pœnæ in delictis, fides in contractibus, honor erga ſuperiores, *Theoph.*
o ſic vrbs abſolutè, pro Roma, *ff. de offic. præfecti vrbi.*
p Ita Cicero in Topicis, *l. 16. §. 6. ff. de pœnis.*
q id eſt, exceptis legitimis, *l. 6. ff. de pactis.*
r *Plat.* 8. *de Republ.*
ſ Vide Feſtum *in ſcita plebis.*
t ſic creditum à mutuo differt, vt ſpecies à genere, *l. 2. §. 3. ſi mutuum.*
u meliùs dixiſſet, quo pars à toto : plebs enim pars populi eſt : non ſpecies.
x vide *l. 238. ff. de verb. ſignif.*
y poſt Horaciam, 2. *Gell.* 25. & 6. *Plin.* 10.
z vide *l. 1. §. 7. C. de veteri.*
a de Principe ſic loquitur Theophilus, οὐ μόνον τῆς ἡμετέρας περιουσίας ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν σωμάτων ἐπὶ κύριος, non ſolum noſtrorum bonorum, ſed & noſtrorum corporũ dominus eſt.
b *v. §. 2. verſic. ſed ſi recuſabat. J. ad Trebell.*

Athenienſium: vt vectigalia, frumentaria Alexandriæ ſolo [...] nitate Attica, ſolo ſterili, *Theophil.* k Ius ciuile mutabi[...] Q. Rhemmius Fannius libro de Ponderibus & menſuris. Cu[...] certo Naturæ, ſed lege valent. adde quæ narrat L. Valerius ap[...] Ariſtot. 2. *Politic.* 6. Plautus *in Trinummo.* l id eſt, ſtatu[...] 1. *ff.* 5. m Sunt & ſtatu liberi, *ff. de ſtatu liberis* ſunt & a[...] genera hodie in vſu, de quibus dixi plenius meis in Pandectis [...] libus. *l. 1. tit. de ſtat. hominum.* n 5. *Feudorum* 14. o Pote[...] dem ſi libertatis actum ſpectes, non ſi ius. *l. 22. ff. de adquir. poſſ.* p *l. 64. ff. de cond. indebiti Nou. 74. c. 1. Nou. 89. c. 1.* q *l. 239. §. 1.* r Imò ſæpè occidere ſolebant, vel ipſos hoſtium duces & Impe[...] *Verrina ſeu de ſupplicijs.* Qui triumphant, inquit, diutius viuos [...] ſeruant, vt ſic per triumphum ductis, pulcherrimum ſpectaculum [...] victoriæ P. Romanus percipere poſſet : tamen cum de foro in Ca[...] rum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, ideóque d[...] bus imperij & victis vitæ finem facit. *Hæc Cicero.* Quid, quod ius [...] in ſeruos dominis competit de quo, vt ſatis comperto plura nunc [...] ſ Senatuſconſulto Claudiano, *l. 3. ff. quibus ad liber.* t vide *l. 6. §. irritum ff. de iniuſt.* idque ſolo momento, argum. [...] *hoc tit. edit.* † id abrogatum conſtitutione Leonis 59.

DE INGENVIS.
TIT. IV.

Definitio ingenui. 1. De ſeruitute & manumiſſione facti.

INGENVVS eſt is, qui ſtatim *a* vt natus eſt, liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex libertinis duobus, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & ſi quis ex matre naſcitur libera, patre verò ſeruo, ingenuus nihilominus naſcitur. quemadmodum qui ex matre libera *b* & incerto patre natus eſt, quoniam vulgò conceptus eſt. Sufficit autem liberam fuiſſe matrem eo tempore quo naſcitur, licèt ancilla conceperit. Et è contrario ſi libera *c* conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit eum qui naſcitur, liberum naſci, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre eſt. Ex his illud quæſitum eſt, ſi ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſteà facta pepererit, liberum, an ſeruum pariat? Et Martianus probat liberum naſci. ſufficit enim ei, qui in vtero eſt, liberam matrem vel medio tempore habuiſſe, "vt liber naſcatur," quod & verum eſt.

1 ¶ Cùm *d* autem ingenuus aliquis natus ſit, non officit ei in ſeruitute fuiſſe & poſteà manumiſſum eſſe, ſæpiſſime enim conſtitutum eſt, natalibus *e* non officere manumiſſionem.

DE LIBERTINIS.
TIT. V.

Definitio & origo libertinorum, & manumiſſionis. 1. Quibus modis. 2. vbi & quando manumitti poteſt. 3. De libertinorum differentia ſublata.

LIBERTINI ſunt, qui ex *f* iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, manumiſſio autem eſt de manu *g* datio. nam quamdiu aliquis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt, & manumiſſus liberatur poteſtate. Quæ res à iure gentium originem ſumpſit: vtpote cùm iure naturali *h* omnes liberi naſcerentur, nec eſſet nota manumiſſio, cùm ſeruitus eſſet incognita. Sed poſtquàm iure gentium ſeruitus inuaſit: ſequutũ eſt beneficium manumiſſionis, & cum vno communi nomine omnes *homines* appellarentur, iure gentium tria ‖ hominum ‖ genera eſſe cœperunt: liberi, & his contrarium ſerui, & tertium genus libertini, qui deſierant eſſe ſerui.

1 ¶ Multis autem modis manumiſſio procedit, aut enim ex ſacris conſtitutionibus in ſacroſanctis *i* eccleſiis, aut vindicta *k*, aut inter amicos, aut per epiſtolam *l*, aut per teſtamentum *m*, aut per aliam quamlibet *n* vltimam voluntatem. Sed & *o* aliis *p* multis modis libertas ſeruo competere poteſt, qui tam ex veteribus, quàm ex noſtris conſtitutionibus introducti ſunt.

2 ¶ Serui ‖ verò ‖ à dominis *q* ſemper manumitti ſolent: adeò vt vel in *r* tranſitu manumittantur, veluti cùm prætor, aut præſes, aut proconſul *ſ* in balneum, vel in theatrum eant.

3 ¶ Libertinorum autem ſtatus tripartitus *t* anteà fuerat. Nam qui manumittebantur, modò maiorem & iuſtam libertatem conſequebantur, & fiebant *ciues* *u* *Romani*. modò minorem, *& Latini* x ex lege Iulia *y* Norbana fiebant. modò inferiorem, & fiebant ex lege Ælia *z* Sentia *dedititij* a. Sed quoniam dedititiorum quidem *b* peſſima *c* conditio iam ex multis temporibus in deſuetudinem abierat, Latinorum verò nomen non frequentabatur: ideóque noſtra pietas omnia augere, & in meliorem ſtatum reducere deſiderans, duabus *d* conſtitutionibus hoc emendauit, & in priſtinum ſtatum reduxit: quia & à primis vrbis Romæ cunabulis vna atque ſimplex libertas competebat: id eſt, eadem, quam habebat manumiſſor, niſi quod ſcil. libertinus ſit, qui manumittitur: licèt manumiſſor ingenuus ſit. Et dedititios *e* quidem per conſtitutionem *f* noſtram expulimus, quam promulgauimus inter noſtras deciſiones: per quas ſuggerente nobis Triboniano viro excelſo quæſtore ‖ noſtro, ‖ antiqui iuris altercationes placauimus. Latinos autem Iunianos, & omnem quæ circa eos fuerat *a* obſeruantia *b* alia conſtitutione *c* per eiuſdem quæſtoris ſuggeſtionem correximus. quæ inter imperiales radiat ſanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini *d* manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito (ſicut iam antea obſeruabatur) ciuitate Romana decorauimus: multis modis additis, per quos poſſit libertas ſeruis cum ciuitate Romana, quæ ſola eſt in præſenti, præſtari.

QVIBVS *e* EX CAVSIS MANVmittere non licet.
TIT. VI.

¶ Prius caput legis Æliæ Sentiæ. Regula de manumittente in fraudem creditorum. 1. ¶ Exceptio de ſeruo inſtituto cum libertate. 2. vel ſine libertate. 3. Quid ſit in fraudem creditorum manumittere. 4. ¶ Alterum caput legis Æliæ Sentiæ de minore 20. annis. 5. Quæ ſint iuſtæ cauſæ manumittendi. 6. De cauſa ſemel probata. 7. Abrogatio.

NON tamen cuicunque volenti manumittere licet. nam is qui in *f* fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia *g* lex Ælia Sentia impedit libertatem.

1 ¶ Licet *h* autem domino, qui ſoluendo non eſt, ‖ in teſtamento ‖ ſeruum ſuum cum libertate heredem *i* inſtituere, vt liber fiat, heréſque ei *k* ſolus & neceſſarius: ſi modò ei nemo alius ex eo teſtamento heres extiterit: aut quia nemo heres ſcriptus ſit; aut quia is, qui ſcriptus eſt, qualibet ex cauſa heres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia prouiſum eſt. & rectè. Valde enim proſpiciendum erat, vt egentes homines, quibus *l* alius heres extiturus non eſſet, vel ſeruum ſuum neceſſarium heredem haberent, qui ſatisfacturus eſſet creditoribus: aut hoc eo non faciente creditores res hereditarias ſerui *m* nomine vendant, ne iniuria *n* defunctus afficiatur.

2 ¶ Idémque iuris eſt, & ſi ſine libertate ſeruus heres inſtitutus eſt. Quod noſtra conſtitutio non ſolùm in domino, qui ſoluendo non eſt, ſed generaliter conſtituit, noua humanitatis ratione: vel ex ipſa ſcriptura inſtitutionis etiam libertas ei competere videatur, quum non ſit veriſimile *o*, eum, quem heredem ſibi elegit, ſi prætermiſerit libertatis dationem, ſeruum remanere voluiſſe, & neminem ſibi heredem fore.

3 ¶ In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore quo manumittit, ſoluendo non eſt: vel qui datis libertatibus, deſiturus eſt ſoluendo eſſe. Præualuiſſe tamen videtur (niſi *p* animum quoque fraudandi manumiſſor habuerit) non impediri libertatem, quamuis bona ‖ eius ‖ creditoribus non ſufficiant: ſæpe *q* enim de facultatibus ſuis amplius, quàm in his eſt, ſperant homines: Itaque * tunc intelligimus impediri libertatem, cùm vtroque modo fraudantur creditores, id eſt, & conſilio manumittentis, & ipſa re, eo quod eius bona non ſunt ſuffectura creditoribus.

4 ¶ Eadem *r* lege Ælia Sentia domino † minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam ſi vindicta apud conſilium, iuſta *ſ* cauſa manumiſſionis adprobata, fuerint manumiſſi.

5 ¶ Iuſtæ *t* autem manumiſſionis cauſæ hæ ſunt: veluti ſi quis patrem aut matrem, filium, filiámve, aut fratres ſororéſve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, alumnámve, aut collectaneum manumittat: aut ſeruum procuratoris habendi gratia: aut ancillam *u* matrimonij ‖ habendi ‖ cauſa: dum tamen intra ſex menſes in vxorem ducatur: niſi iuſta cauſa impediat. & ‖ ſeruus, ‖ qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & ſeptem annis manumittatur *x*.

6 ¶ Semel *y* autem cauſa adprobata ſiue vera *z* ſit, ſiue falſa, non retractetur *a*.

7 ¶ Cùm ergo certus *b* modus manumittendi minoribus 20 annis dominis per legem Æliam Sentiam conſtitutus eſſet; eueniebat, vt qui 14. annos expleuerat, licet teſtamentum facere, & in eo ſibi heredem inſtituere, legatáque relinquere poſſet: tamen ſi adhuc minor eſſet 20. annis, libertatem ſeruo dare non poſſet. Quod non erat ferendum: nam * cui totorum ſuorum bonorum in teſtamento diſpoſitio data erat: quare non ſimiliter ei, quemadmodum alias res, ita de ſeruis ſuis in vltima voluntate diſponere *c*, quemadmodum *d* voluerit, permittimus, vt & libertatem eis poſſit præſtare? Sed cùm *e* libertas inæſtimabilis res ſit, & propter hoc ante

---

conuiuij adhibitione manumittebantur. *Caius Illo loco* §. 3. Hi neque [te]ntum facere, neque ex teſtamento ſuccedere poterant: ſecunda tamen [...]iſſione ciues fieri poterant, *Caius* §. 3.

[...]78. *Vlp.* 1. §. 10. z non Auguſti, vt velle videtur Suetonius, *Briſſon.* 1.

[dedi]titij fiebant, qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi, & publicè pro[...]bus cæſi aut in quorum facie vel corpore quæcunque iudicia igne vel [...] erant impreſſa, vt deleri non poſſent, 1. *Caius* 1. §. 4 qui pœnæ cauſa [...] domino, quibus veſtigia ſcripta, qui propter noxam fortè, nocentéſ[...]enti: quive traditi erant, vt ferro aut cum beſtiis depugnarent, vel [...]diam coniecti fuiſſent, *Vlp.* 1. §. 21. adde *l.* 43. *ff. de fideicomm. liber.* [...]ſint 12. §. 4. 5. 6. 7. 8.

[c]onditione dedititiorum vide *l. vn. C. de dedititiis.* c Hi neque teſtamen[tum fac]ere, neque ex teſtamento capere, neque ciues fieri poterant. *Caius* §.

[...] *l. vn. C. de dedit. l. vn. C. de Lat. liber.* e Dedititios exemplo peregrino[rum ...]igalium, qui rebelles victi à Romanis turpiter ſe dediderant nominatos [T]heophilus *docuit.* f *l. vn. C. de dedit. libertate tollenda*, vbi plura dixi

---

de dedititiis. ad de *l.* 7. §. 7. *ff. de dolo*:

a de quo *v. l. vn. §. ſancimus. C. de Latina libertate.*

b De Iunianorum ſtatu & quemadmodum liberi viuebant, ſerui moriebantur: & illis ſuccedebant patronorum liberi, & de lege Iunia. Senatuſc. Largiano, & edicto D. Traiani circa Iunianos, v. Theoph. j. *tit. de ſucceſſione libertinorum.*

c *l. vn. Cod. de Latina libertate tollenda.*

d ὑπεξειὶ δεσποτείας *Theoph.* alias obſtat 5. 4. j. *tit. prox.*

e 40. *ff.* 19. & 7 C. 12.

f *l.* 10. *l.* 16. §. 2. *ff. qui & à quib.*

g Non tam authoritas diſputando, quàm rationum momenta quærenda, *Cicero de natura.* Argumentandi porrò hoc genus ductum eſt ex lege.

h *Vlp.* 1. §. 14.

i *l.* 6. *C. de neceſſ. & ſeru.*

k ex l. Ælia, quæ μέχει ἑνὸς τῶν οἰκείαν παρασχ[...] ρατ[...] νομοθεσί[...] *Theoph. l.* 42. *ff. de her. inſt.*

l Iniuriæ, vt j. *eodem.* inopiæque ſpecies eſt; hæredem non habere, *l.* 26. *ff. de fideiuſſ.*

m cui, licet ignominioſo, iucunda eſt libertas. *Theoph.*

n eius cineribus, & oſſibus inurenda. *Theoph.* olim iuris, argument. *l.* 28. *ff. de reb. author.* hodie facti *l.* 11. *ff. ex quibus cauſis in fin.*

o Veriſimilitudo in argumentis attenditur.

p 1. *Gaius* 1. §. 6. *Vlp.* 1. §. 15.

q *v. l.* 23. *ff. qui & à quib.*

r Imò quilibet præſumitur rerum ſuarum iuſtum ſcire pretium, *l.* 15. *C. de reſcind.*

*

ſ *Vlp.* 1. §. 13.

† *v. Nou.* 119. *c.* 2. *l.* 9. §. 2. *ff. de auth. tutor.*

t *v. l.* 1. *C. de man. vind.*

u *v. l.* 11. & *ſeqq. ff. de manu vind.* 1. *Gaius* 1. §. 8.

x *v. l.* 21. *ff. qui & à quib.*

y *l.* 9. *ff. de man. vind.*

z i. iuſta, idonea, ſufficiens. a Imò retractatur: *l.* 26. §. 8. *ff. de fideic. liber.* v. quæ ibidem diximus b *Vlp.* 1. §. 24. 1. *Caius* 2. *tit. de numero ſeruorum teſtam. manum.* c Immò quibuſdam tantum *l.* 5. *C. de fideicomm. liber.* d *l.* 106. *l.* 176. *ff. de reg. iur.*

e Imo libertas eſt æſtimabilis. poteſt enim liber homo vendi. *l.* 79. *de contr. empt.* & æſtimari, *l. vlt. ff. de his qui effuderunt.*

xx. ætatis annum antiquitas libertatem ſeruo dare prohibebat: ideò nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in teſtamento dare ſeruo ſuo concedimus †, niſi decimum ſeptimum annum impleuerit, & decimum octauum attigerit. Quum enim antiquitas huiuſmodi ętati, & pro aliis poſtulare *a* conceſſerit: cur non etiam ſui iudicij ſtabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam ſeruis ſuis poſſint peruenire.

DE LEGE *b* FVSIA CANINIA tollenda.

TIT. VII.

LEGE Fuſia Caninia certus *c* modus conſtitutus erat in ſeruis teſtamento manumittendis, quam quaſi libertates impedientem, & quodammodo inuidam, tollendam eſſe cenſuimus: cum ſatis fuerat inhumanum, viuos quidem licentiam habere totā ſuam familiam libertate donare, niſi alia cauſa impediat libertatem, morientibus autem huiuſmodi licentiam adimere.

DE *d* HIS, QVI SVI VEL alieni iuris ſunt.

TIT. VIII.

Perſonarum diuiſio poſterior. De iure gentium & ciuium Romanorum in ſeruos.

SEQVITVR de iure perſonarum alia diuiſio. Nam quædam perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri *e* ſubiectæ. Rurſus earum quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, alię ſunt in poteſtate parētum, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt. nam ſi cognouerimus, quę iſtæ perſonę ſunt: ſimul *f* intelligemus quæ ſui iuris ſunt, ac prius inſpiciamus de his, quę in poteſtate dominorum ſunt.

1 ¶ In poteſtate itaque dominorum ſunt ſerui, quę quidem poteſtas *g*, iuris gentium eſt. nam apud *h* omnes peræquè gentes animaduertere poſſumus, dominis in ſeruos *i* vitę, necíſq; poteſtatem fuiſſe: & quodcunque per ſeruum adquiritur, id *k* domino adquiri.

2 ¶ Sed *l* hoc tempore nullis hominibus qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine *m* cauſa legibus cognita in ſeruos ſuos ‖ ſupra modum ‖ ſæuire. Nam ex conſtitutione diui Antonini, *qui ſine cauſa ſeruum ſuum occiderit non minus puniri iubetur, quàm ſi alienum ſeruum occiderit.* Sed & maior aſperitas dominorum eiuſdem principis conſtitutione coërcetur: nam ‖ Antoninus ‖ conſultus à quibuſdam pręſidibus prouinciarum de his ſeruis, qui ad ædem ſacram, vel ad ſtatuam principum cōfugiunt, pręcepit, *vt ſi n intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur ſeruos ſuos bonis o conditionibus vendere, vt pretium dominis daretur*, & rectè: expedit *p* enim reipublicę, ne ſua re quis malè vtatur. Cuius reſcripti ad Ælium Martianum emiſſi verba ſunt hęc: Dominorum quidem poteſtatem in ſeruos ſuos illibatam eſſe oportet nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi: ſed dominorum *q* intereſt, ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuſtè deprecantur. Ideóque *r* cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt, & ſi vel durius habitos, quàm ęquum eſt, vel infami *ſ* iniuria adfectos eſſe cognoueris: venire iube, ita vt in poteſtatem domini non reuertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni fraudem fecerit, ſciat hoc me admiſſum ſeuerius executurum.

DE PATRIA POTESTATE.

TIT. IX.

Summa tituli. 1. Definitio nuptiarum.

IN poteſtate noſtra ſunt liberi *t* noſtri, quos ex *u* iuſtis nuptiis procreauimus.

1 ¶ Nuptiæ autem ſiue matrimonium, eſt viri & mulieris *x* coniunctio, indiuiduam *y* vitę conſuetudinem continens.

2 ¶ Ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium *z* eſt *a* ciuium Romanorum. nulli *b* enim alij ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.

3 ¶ Qui igitur ex te & vxore tua naſcitur, in tua poteſtate eſt. Item qui ex filio tuo & vxore eius naſcitur, id eſt nepos tuus & neptis, ęquè in tua ſunt poteſtate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cęteri. Qui autem ex filia tua naſcuntur, in poteſtate tua non ſunt, ſed in patris eorum.

† hodie poteſt, qua ætate teſtari ei permittitur. *Nou.* 119. *c.* 2.
a *l.* 1. §. 2. *ff. de poſt.*
b 7. C. 3. Furia *Vlp.* 1. *c.* φούριος καvίνιος: 5. *Theoph.* Fuſiia. *Concio.*
c de quo v. *Vlp.* 1. *Inſt.* & *Cai.* 1. *Inſt.* 2. 4. *Paul. ſent.* 14. §. *vlt.* & *l. ſi Iudæi. C. Theoph. de Iud.*
d *Vlp.* 4.
e huiuſmodi ſubiectio, ὑπεξουσιότης, *Tho.*
f vide *l.* 7. *C. de religioſis.*
g quæ ἄκρα ἐξουσία, *Th.*
h *Gen.* 16. *Exod.* 21.
i *l.* 10. *ff. eo.*
k Cur ita? v. *l.* 1. §. 6. *in fi. ff. de adquir. poſſ.*
l *l.* 1. §. 2. *ff. de ſic.*
m vide *l.* 96. *ff. de verb. obl.*
n vide *l.* 11. §. *ſerno ff. de ſicar.*
o ne ſi ſeruo quaſcunque conditiones domino liceat imponere, ſeruus nunquam diſtrahatur, *Th.*
p vide Guido. Papæ *quæſt.* 91.
q quippe vel aufugere, vel ſeipſos interficere poſſunt. *Th.* Et ſæpius læſa patientia ſit furor.
r nec enim ſeruis temerè credendum: nam ſeruus natura, domini hoſtis eſt. *Theoph.* Totidem hoſtes, quot ſerui, *Sen. c.* 6. *epiſt.* 47. *Ariſt.* 2 *Poll.* 9. Feſt. quot ſerui, tot hoſtes.
ſ vide *l.* 12. *C. de Epiſc. aud.*
t Quibus βασιλικῶς ἢ πολιτικῶς non δεσποτικῶς imperamus
u ſecus in iniuſtis §. *pen. l. tit. prox.*
x *v. l.* 1 *ff. de rit.*
y ſecus in concubina, adde 27. *qu* 2. *c. beata & ſeqq.*
z inde à Romuli temporibus, *Hali.* 2. quo ἀπόλιδες & peregrini priuantur, §. *cum autem* *l. tit.* 2.
a Proprium hoc, ſecundo modo proprium eſt. Conuenit enim ſoli ſpeciei: non tamen omnibus.
b Imò Iudæi *Geneſ.* 48. 24. & 42. 37. *Iob.* 1. *Num.* 11. 12. 15. & omnes ex iure diuino eam poteſtatem habere videntur, *l.* 10. §. 1 *C. de adopt.* dixi plura alibi de patria poteſtate, & an communis, ſit, an propria Romanarum, *c.* 23 *ff.* 3. 5. *C. num.* 32.

DE NVPTIIS *c.*

TIT. X.

¶ Qui poſſunt nuptias contrahere. 1. ¶ Quæ vxores duci poſſunt vel non. §. de parentib. & lib. §. De tranſuerſalibus. De fratre & ſorore. 3. De fratris vel ſororis filia vel nepte. 4. De conſobrinis, 5. De amita, matertera, amita magna, amatertera magna. 6. §. de affinibus. De priuigna vel nuru. 7. De ſocru vel nouerca. 8. De comprinignis. 9. De quaſi priuigna, quaſi nuru, quaſi nouerca. 10. §. De ſeruili cognatione. 11. §. De reliquis prohibitionib. 12. De pœnis iniuſtarum nuptiarum. 13. De legitimatione.

IVSTAS autem nuptias inter ſe *a* ciues Romani contrahunt, qui ſecundùm præcepta legum coëunt, maſculi quidem pubéres, fœminæ autem *b* viri potentes, ſiue patresfamiliarum ſint, ſiue filiifamiliarum: dum tamen ſi filijfamiliarum *c* ſint, conſenſum *d* habeant parentum quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, & *e* ciuilis & *f* naturalis ratio ſuadet: in tantùm, vt iuſſus parentis præcedere debeat. Vnde quæſitum eſt, an furioſi filia nubere, aut furioſi filius vxorem ducere poſſit. cúmque ſuper filio variabatur, noſtra prçceſſit *g* deciſio, quâ permiſſum eſt ad exemplum filiæ furioſi filium quoque "furioſi" poſſe & ſine patris interuentu matrimonium ſibi copulare, ſecundùm datum ex noſtra conſtitutione modum.

1 ¶ Ergo non omnes nobis vxores ducere licet. nam à quarundam nuptiis abſtinēdum eſt. *Inter eas enim perſonas, quæ parentum liberorúmve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt: veluti inter patrem & filiam, vel auum & neptem, vel matrem & filium, vel auiam & nepotem, & vſque in *h* infinitum. Et ſi tales perſonæ interſe coierint, nefarias atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hæc adeò vera ſunt, vt quamuis per *i* adoptionem parentum liberorumve loco ſibi eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio iungi: in tantum, vt etiam diſſoluta adoptione, idem iuris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia vel neptis eſſe cœperit, non *k* poteris vxorem ducere, quamuis eam *l* emancipaueris.

2 ¶ Inter eas quoque perſonas, quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt quædam ſimilis obſeruatio, ſed non tanta. Sanè enim inter fratrem *m* ſororémque nuptiæ prohibitę ſunt, ſiue ab eodem patre eadémque matre nati fuerint, ſiue ex altero eorum. Sed ſi qua *n* per adoptionem, ſoror tibi eſſe cœperit: quamdiu *o* quidem conſtat adoptio, ſanè inter te & eam nuptiæ conſiſtere non poſſunt: cùm verò per emancipationem adoptio ſit diſſóluta, poteris eam vxorem ducere. Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimento nuptiis. Et ideò conſtat, ſi quis *p* generum adoptare velit, debere eum antea filiam ſuam emancipare: & ſi quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium ſuum emancipare.

3 ¶ Fratris vero vel *q* ſororis filiam vxorem ducere non licet, ſed nec neptem fratris vel ſororis quis ducere poteſt, quamuis quarto gradu ſint: cuius enim filiam vxorem ducere non licet, neque eius neptem permittitur. Eius verò mulieris, quam pater tuus adoptauit *r*, filiam non videri impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ciuili iure tibi coniungitur.

4 ¶ Duorum autem fratrum vel ſororum *ſ* liberi, vel fratris & ſororis coniungi *t* poſſunt *u*.

5 ¶ Item amitam *x*, licèt adoptiuam, ducere vxorem non licet: item nec materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum eſt magnam quoque amitam, & materteram magnam prohiberi vxorem ducere.

6 ¶ Adfinitatis quoque veneratione à quarundam nuptiis abſtinere neceſſe eſt: vt ecce priuignam *y* aut nurum *z* vxorem ducere non licet: quia vtræque filiæ loco ſunt. Quod ita ſcil. accipi debet, ſi fuit nurus aut priuigna tua. Nam ſi adhuc nurus tua eſt, i. ſi adhuc nupta eſt filio tuo, alia ratione vxorem eam ducere non poteris: quia * eadem *a* duobus nupta eſſe non poteſt. Item ſi adhuc priuigna tua eſt. i. ſi mater eius tibi nupta eſt, ideò eam vxorem ducere non poteris: quia duas vxores eodem tempore habere non licet.

7 ¶ Socrum quoque & nouercam *b* prohibitum eſt quia matris *c* loco ſunt. Quod & ipſum diſſoluta demum cedit: alioquin ſi adhuc nouerca eſt, i. ſi adhuc patri tuo muni iure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, i. adhuc filia eius tibi nuptpediuntur tibi nuptiæ, quia * duas vxores habere non p

8 ¶ Mariti tamen filius ex alia vxore *d*, & vxoris filia vel contra, matrimonium rectè contrahunt: licèt habeamrémve ex matrimonio poſtea contracto natos.

9 ¶ Si vxor *e* tua poſt diuortium ex alio filiam procreeſt quidem priuigna tua: ſed Iulianus ab huiuſmodi nuptibere ait. Nam conſtat nec ſponſam filij *f* nurum eſſe, nec nouercam eſſe: rectius tamen & iure facturos eos, qui nuptiis abſtinuerint *g*.

10 ¶ Illud certum eſt, ſeruiles *h* quoque cognatimento nuptiis eſſe: ſi fortè pater & filia aut frater & ſfuerint.

11 ¶ Sunt & aliæ perſonæ quæ propter diuerſas rationetrahere prohibentur, quas in libris *i* Digeſtorum ſeu vetere iure collectarum, enumerari permiſimus.

12 ¶ Si

12 ¶ Si *a* aduerſus ea quæ diximus, aliqui coierint: nec *b* vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec † matrimonium, nec *c* dos intelligitur. Itaque ij, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad patriam poteſtatem pertinet) quales ſunt ij, quos mater vulgò concepit. Nam nec hi patrem habere intelliguntur, cum & his pater incertus ſit. vnde ſolent ſpurij appellari *d* παρὰ τὴν σποράν, id eſt, *à ſatione*, & ἀπάτορες, quaſi ſine patre filij. Sequitur ergo, vt diſſoluto tali coitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus ſit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ ſacris conſtitutionibus continentur.

13 ¶ Aliquando autem euenit vt liberi, qui ſtatim vt nati ſunt, in poteſtate parentum non ſunt, poſtea redigantur in poteſtatem patris: qualis eſt is, qui dum naturalis fuerat, poſtea *e* curiæ datus, poteſtati patris ſubiicitur: nec non is, qui à muliere libera procreatur, cuius matrimonium minimè legibus interdictum fuerat, ſed ad quam pater conſuetudinem habuerat, poſtea ex noſtra conſtitutione dotalibus *f* inſtrumentis compoſitis *g*, in poteſtate patris efficitur. Quod & aliis liberis qui ex eodem matrimonio poſtea fuerint procreati, ſimiliter noſtra conſtitutio præbuit.

DE *h* ADOPTIONIBVS.

TIT. XI.

Scopus & nexus. 1. Diuiſio adoptionis. 2. Qui poſſunt adoptare filiumfam. vel non. 3. De impuberibus. 4. De ætate adoptantis & adoptati. 5. De adoptione in locum nepotis, vel neptis, vel deinceps. 6. De adoptione filij alieni in locum nepotis, vel nepote in locum filij. 7. De adoptione in locum nepotis, & de nepote in adoptionem dando. 8. Qui dari poſſunt in adoptionem. 9. De his qui generare non poſſunt. 10. De fœminis. 11. De liberis adrogatis. 12. De ſeruo adoptato vel filio nominato à domino.

NON ſolùm autem naturales liberi, ſecundum ea quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt, verum etiam *i* ij, quos adoptamus.

1 ¶ Adoptio autem duobus *k* modis fit, aut principali reſcripto, aut imperio magiſtratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis poteſt eos eáſve, qui quæve ſui iuris ſunt. quæ ſpecies adoptionis dicitur *l* adrogatio. Imperio magiſtratus adoptamus eos eáſve, qui quæve in poteſtate parentum ſunt: ſiue primum gradum liberorum obtineant: qualis eſt filius, filia: ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis.

2 ¶ Sed hodie ex noſtra *m* conſtitutione, cum filiusfam. à patre naturali extraneæ perſonæ in adoptionem datur: iura patris naturalis minimè diſſoluuntur. nec quicquam ad patrem adoptiuum tranſit, nec in poteſtate eius eſt, licèt ab inteſtato iura ſucceſſionis ei à nobis tributa ſint. Si verò pater naturalis non extraneo, ſed auo filij ſui materno, vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo vel proauo ſimili modo paterno vel materno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc caſu, quia concurrunt in vnam perſonam & naturalia & adoptionis iura, manet ſtabile ius patris adoptiui, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo conſtitutum: vt & in familia, & in poteſtate huiuſmodi patris adoptiui ſit.

3 ¶ Cùm autem Impubes *n* per principale reſcriptum adrogatur, cauſa cognita adrogatio fieri permittitur, & exquiritur cauſa adrogationis an honeſta ſit expediátque pupillo. Et cum quibuſdam conditionib. adrogatio fit, id eſt, vt caueat adrogator *o* perſonæ publicæ, ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, reſtiturum ſe bona illis, qui ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem eius venturi eſſent. Item non aliter emancipare eum poteſt adrogator, niſi cauſa cognita dignus emancipatione fuerit, & tunc ſua bona ei reddat. Sed & ſi decedens pater eum exheredauerit, vel viuus ſine iuſta cauſa emancipauerit, iubetur *p* quartam partem ei bonorum ſuorum relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptiuum tranſtulit, & quorum commodum ei poſtea acquiſiuit.

4 ¶ Minorem natu, maiorem *q* non poſſe adoptare placet. adoptio enim naturam imitatur: & pro *r* monſtro eſt, vt maior ſit filius, quàm pater. Debet itaque is qui ſibi filium per adoptionem vel adrogationem facit, plena *ſ* pubertate, i. decem & octo annis præcedere.

5 ¶ Licèt *t* autem & in locum nepotis vel neptis: pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamuis *u* filium quis non habeat.

6 ¶ Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare poteſt, quàm nepotem in locum filij.

7 ¶ Sed ſi quis nepotis loco adoptet, vel quaſi ex filio quem habet iam adoptatum: vel quaſi ex illo, quem naturalem in ſua poteſtate habet: eo *x* caſu & filius conſentire debet, ne ei inuito ſuus heres agnoſcatur. ſed ex contrario, ſi auus ex filio nepotem det in adoptionẽ, non eſt neceſſe filium conſentire. 8 ¶ In plurimis autem cauſis adſimilatur *y* is qui adoptatus vel adrogatus eſt, ei qui ex legitimo matrimonio natus eſt. Et ideo ſi quis per Imperatorem, vel apud prætorem vel præſidem prouinciæ non extraneum adoptauerit *a*, poteſt eundem in adoptionem alij dare.

9 ¶ Sed *b* & illud vtriuſque adoptionis commune eſt quod & ij, qui generare non poſſunt (quales ſunt ſpadones *c*) adoptare poſſunt. ‖ caſtrati *d* autem non poſſunt. ‖

10 ¶ Fœminæ *e* quoque adoptare non poſſunt, quia nec naturales liberos in ſua poteſtate habent, ſed ex indulgentia † principis ad ſolatium liberorum amiſſorum adoptare poſſunt.

11 ¶ Illud proprium eſt adoptionis illius, quæ per ſacrum oraculum fit, quod is qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolum ipſe poteſtati adrogatoris ſubiicitur, ſed etiam liberi eius in eiuſdem fiunt poteſtate tanquam nepotes. ſic *f* etenim diuus Auguſtus non antè Tiberium adoptauit, quam is Germanicum adoptaſſet: vt protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Auguſti nepos eſſe.

12 ¶ Apud *g* Catonem bene ſcriptum refert antiquitas, ſeruos, ſi à domino adoptati ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari. Vnde & nos eruditi, in noſtra *h* conſtitutione etiam eum ſeruum, quem dominus actis interuenientibus filium ſuum nominauerat *i*, liberum eſſe conſtituimus: licèt hoc ad ius filij accipiendum non ſufficiat.

QVIBVS MODIS *l* IVS PATRIÆ poteſtatis ſoluitur *m*.

TIT. XII.

Scopus & nexus. de morte. 1. De deportatione. 2. De relegatione. 3. De ſeruitute pœnæ. 4. De dignitate. 5. De captiuitate, & poſtliminio 6. De emancipatione. 8. De adoptione. 9. De nepote nato poſt filium emancipatum vel in adoptionem datum. 10. An parentes cogantur liberos ſuos de poteſtate dimittere.

VIdeamus nunc, quibus modis ij qui alieno iuri ſunt ſubiecti, eo iure liberentur. Et quidem quemadmodum liberentur ſerui à poteſtate dominorum, ex his *n* intelligere poſſumus, quæ de ſeruis manumittendis ſuperius expoſuimus. Hi verò qui in poteſtate parentis ſunt, mortuo eo *o* ſui iuris fiunt. Sed hoc diſtinctionem recipit, nam mortuo patre ſanè omni modo filij filiæve ſui iuris efficiuntur. Mortuo *p* verò auo non omnino nepotes nepteſque ſui iuris fiunt: ſed ita, ſi poſt mortem aui in poteſtatem patris *q* ſui recaſuri non ſunt. Itaque ſi moriente auo, pater eorum viuit, & in poteſtate patris ſui eſt, tunc poſt obitum aui in poteſtate patris ſui fiunt. Si verò is, quo tempore auus moriatur, aut iam mortuus eſt, aut, ‖ per *r* emancipationem ‖ exiit de poteſtate patris: tunc ij, qui in poteſtatem eius cadere non poſſunt, ſui iuris fiant.

1 ¶ Cùm autem is, qui ob aliquod maleficium in inſulam deportatur *ſ*, ciuitatem amittit: ſequitur, vt *t* qui eo modo ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde *u* quaſi eo mortuo, deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari ratione & ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit *x* eſſe in poteſtate parentis, ſed ſi ex indulgentia principis *y* reſtituti fuerint: per omnia priſtinum ſtatum recipiunt.

2 ¶ Relegati *z* autem patres in inſulam in poteſtate liberos retinent, Et ex contrario liberi relegati in poteſtate parentum *a* remanent.

3 ¶ Pœnæ ſeruus effectus, filios in poteſtate habere *b* deſinit. Serui autem pœnæ † efficiuntur, qui in *c* metallum damnantur, & qui beſtiis *d* ſubiiciuntur.

4 ¶ Filiusfamilias *e* ſi militauerit, vel ſi ſenator, vel conſul factus fuerit, remanet in poteſtate patris; militia enim vel conſularis dignitas de patris poteſtate filium *f* non liberat. Sed ex conſtitutione noſtra ſumma *g* patriciatus dignitas illico, imperialibus codicillis præſtitis, filium à patria poteſtate liberat, quis enim patiatur patrem quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare, imperatoriam autem celſitudinem non valere eum, quem ſibi patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate?

5 ¶ Si *h* ab hoſtibus captus fuerit parens, quamuis ſeruus hoſtium fiat, tamen *i* pendet ius liberorum propter ius poſtliminii: quia hi, qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint, omnia priſtina iura recipiunt. idcirco reuerſus etiam liberos habebit in poteſtate: quia poſtliminium fingit *k* eum, qui captus eſt in ciuitate ſemper fuiſſe. ¶ Si verò ibi deceſſerit: exinde, ex quo captus eſt pater, filius ſui iuris fuiſſe videtur

h 10. *Vlp.* 4. i vt ita captiuitas non tam ſoluat quàm ſuſpendat poteſtatem, *l. penult. de ſuis & leg.* ius illud ſuſpenſiuum, Primum caput legis Corneliæ eſt. k Ius illud fictitium alterum eſt caput legis Corneliæ.

a ... e *l. 6. in pr.* b ... *inceſt.* ... 2. *ff. de ritu* ... *rum.* ...letur abro... ſententia quæ & Paulum ex... *ſent.* 19. §. 2. ...citur, eos e ...in poteſtate ... ſunt, ſine ...tate eius f ...monium iu... contrahe... contractum g ... non diſſol... h Contempla... enim pu... vtilitatis ... eſt nuptia... k ... priuatorum ...modis præ... adde 30. ...5. *c. ne illud.* ... *ſi quis.* l ... 1. *ff. vnde vir* ... *vxor.* ... 23. *ff. de ſtatu* ... m ...ide *Nou.* 89. n ... 2. ... de *Nouell.* 12. o ...4. *Nouell.* 74. ... 89. *cap.* 8. ad... & eum qui le... p ...matur prin... q ...s reſcripto. r ...*ell* 89. *c.* 9. ...mò & ſine do... ...bus inſtrumen... ...conſiſtunt hæ ...tiæ. vide quæ ...aui ad l. 4. §. ... *de aduoc. di*... *iud.* ... *ff.* 7. 8. *C.* 4. ...adde *l.* 13. & *l.* ... *C. de probat.* ...adde tertium ...teſtamento, 7. ...*er.* 9. *Dion.* 55. ...Cuius ſolenni... ...es notaui *l. pe*... *t. in fi. C eo.* ... *l.* 10. *C. eo.* ... D. Pij *Vlp. tit.* ... §. 2. *tit. eo.* olim ...i Veſticeps, id ...is cui prima ...tis ſeu lanugo ...at, non poterat ... *Gell.* 19. vide ...rnerium 1. ſe... ...19. ...*τασβελαειω*, ...*heoph.* ... quæ D. Pij ap... ...llatur. *Vlp.* 1. *ff.* *collat.* ... *l.* 15. *l.* 16. *l.* 40. ... *eo.* ... Filius pa re ...aior ætate, fingi ...non poteſt. Plena pubertas, ...ctodecim annis ...atur. ... *l.* 43. *ff. eo.* ... *l.* 37. *ff. eo.* ... *l.* 6. *l.* 11. *ff. eod.* ... ſimilitudo ...adoptati filij & ...legitimis nuptiis ...ſcepti.

a *l.* 8. *C. eod.* b *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* c vide hic Theoh. de ſpadonib. d qui nec pro con ugibus, nec parentes vlla ſpe eſſe poſſunt. *l.* 39. *ff. de iure dot. l.* 6. *ff. de lib. & poſth.* Idcircò abrogatur Leonis Nou. 26. e *l.* 5. *C. eo.* † *Nou. Leonis* 27. ſine indulgentia. f *Suet. in Tiber. Tacit.* 2. g de quo *l.* 4. §. *Cato. ff. de verb. oblig.* h *l. vnica.* § *ſimilique. C. de Lat. libere.* i Nominare ſeruum filium, & eum adoptare, paria v. quæ ſcripſi ad Nou. 89. *c* 11. *in fi.* k *Paul.* 2. *ſent.* 25. *tit.* Quemadmodum filij ſui iuris efficiuntur. l Certis modis patria poteſtas hic diſſolui dicitur: ſanè Nuptiis non diſſoluitur. *l.* 2. §. *ad Tert. l.* 7. *C. de nuptijs: l.* 5. *de condit. inſertis l.* 12. *C. de collat.* vt nec militia *l.* 7. *C. de patria poteſt. l.* 3. *C. de caſtrenſi pecul.* m *v. Nou.* 81. 8. *c.* 49. n Contrariorum eadem eſt ratio. o *l.* 15. *ff. quando dies legati: l.* 23. *l.* 9. *ff. de ver. obſign. Vlp.* 10. §. 2. p *l.* 5. *ff. de his qui ſunt ſui.* q *v. l.* 56. §. 2. *ff. de iure dotium.* r *l.* 41. *ff. de adopt.* ſ *l.* 1. *C. de hær. inſt.* t Quæ de toto eadem & de parte intelligenda ſunt, *l.* 76. *ff. de rei vind.* u *l* 63. *in fi. ff. pro ſocio.* x *l.* 17. *ff. de pœnis.* y *toto tit. ff. & C. de ſent. paſſ.* z hodie banniti dicuntur *Contius*: olim aqua & igni interdicti 10. *Vlp.* 3. a *l.* 4. *l.* 7. *ff. de interdictis & releg.* b *l.* 29. *ff. de pœnit.* † hodie nemo ſeruus pœnæ *v. Nou.* 22. *c.* 8. c his hodie comparari poſſunt qui ad remos & opus publicum damnantur. d *l.* 3. §. *vlt. ff. de ſicar.* e Idem in ſeruo *Nou.* 81. f *l.* 3. *de adopt.* g non gradu (Conſulatus enim maior eſt) ſed duratione, quia perpetua. *Cont. v. l. vlt. C. de coſſ.*

¶ Ipſe quoque filius, nepóſve, ſi ab hoſtibus captus fuerit, ſimiliter dicimus propter ius poſtliminij ius quoque poteſtatis parentis in ſuſpenſo eſſe.

¶ Dictum *a* eſt autem poſtliminium à limine, & poſt. Vnde eum, qui ab hoſtibus ‖ captus eſt, & ‖ in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Nam limina ſicut in domo finem quendam faciunt: ſic *b* & imperij finem eſſe limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum eſt, quaſi finis quidam & terminus, ab eo poſtliminium dictum eſt, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiſerat.

¶ Sed & qui captus victis hoſtibus recuperatur, poſtliminio rediiſſe exiſtimatur.

6 ¶ Præterea emancipatione *c* quoque deſinunt liberi in poteſtate parentum eſſe. ſed emancipatio antea quidem vel per antiquam *d* legis *e* obſeruationem procedebat, quæ per imaginarias *f* venditiones, & intercedentes manumiſſiones celebrabatur, vel ex imperiali *g* reſcripto. Noſtra autem prouidentia etiam hoc in melius per conſtitutionem *h* reformauit: vt fictione priſtina exploſa, recta via ad competentes iudices vel magiſtratus parentes intrent: & filios ſuos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à ſua manu dimittant. Et tunc ex edicto prætoris in bonis huiuſmodi filij, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, qui quæve à parente manumiſſus vel manumiſſa fuerit, eadem iura præſtantur parenti quæ tribuuntur patrono in bonis liberti *i*. Et præterea ſi impubes ſit filius, vel filia, vel cæteri: ipſe parens ex manumiſſione *k* tutelam eius nanciſcitur.

7 ¶ Admonendi *l* autem ſumus, liberum arbitrium eſſe ei, qui filium & ex eo nepotem vel neptem in poteſtate habebit, filium quidem de poteſtate dimittere, nepotem verò vel neptem retinere: & è conuerſo filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere, vel omnes ſui iuris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepte dicta eſſe intelligantur.

8 ¶ Sed & ſi pater filium, quem in poteſtate habet, auo vel proauo naturali ſecundùm noſtras conſtitutiones ſuper his habitas, in adoptionem dederit: id eſt, ſi hoc ipſum actis *m* interuenientibus apud competentem iudicem manifeſtauerit, præſente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo ‖ præſente ‖ qui adoptat: ſoluitur quidem ius poteſtatis patris naturalis: tranſit *n* autem in huiuſmodi parentem adoptiuum, in cuius perſona, & adoptionem eſſe pleniſſimam antea diximus.

9 ¶ Illud autem ſcire oportet, quod ſi nurus tua ex filio tuo conceperit: & filium poſtea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua: nihilominus quod ex ea naſcitur, in poteſtate tua naſcitur. Quòd ſi poſt emancipationem vel adoptionem conceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel aui adoptiui poteſtati ſubiicitur.

10 ¶ Et quidem neque naturales liberi *o*, neque adoptiui vllo penè *p* modo poſſunt cogere parentes, de poteſtate ſua eos dimittere.

DE TVTELIS.
TIT. XIII.

¶ *De perſonis ſui iuris.* 1. *Definitio tutelæ.* 2. *Definitio & Etymologia tutoris.* 3. ¶ *Quibus teſtamento tutor datur. De liberis in poteſtate.* 4. *De poſthumis.* 5. *De emancipatis.*

TRANSEAMVS nunc ad aliam diuiſionem perſonarum Nam ex his perſonis: quæ in poteſtate non ſunt, quædam vel in tutela ſunt vel in curatione, quædam neutro iure tenentur. Videamus ergo de his quæ in tutela vel in curatione ſunt. Ita enim intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro iure tenentur. Ac priùs diſpiciamus de his quæ in tutela ſunt.

1 ¶ Eſt autem tutela (vt Seruius definiuit) vis ac *q* poteſtas in capite *r* libero ad tuendum *ſ* eum qui propter ætatem ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa.

2 ¶ Tutores autem ſunt qui eam vim ac poteſtatem habent, exque ipſa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tuitores quaſi tutores atque defenſores. ſicut æditui *t* dicuntur, qui ædes tuentur.

3 ¶ Permiſſum *u* eſt itaque parentibus, liberis impuberibus quos in *x* poteſtate habent, teſtamento tutores *y* dare. Et hoc in filios filiáſque procedit omnimodò, nepotibus verò neptibúſque ita demum parentes poſſunt teſtamento tutores dare, ſi poſt mortem eorum in poteſtatem patris ſui non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis tuæ tempore in poteſtate tua ſit: nepotes ‖ ex ‖ eo non poterunt ex teſtamento tuo tutores habere, quamuis in poteſtate tua fuerint: ſcilicet quia mortuo te, in poteſtatem patris ſui recaſuri ſunt.

4 ¶ Cùm autem in compluribus aliis cauſis poſthumi *z* pro iam natis habeantur, & in hac cauſa placuit non minus poſthumis *a*, quam iam natis teſtamento tutores dari poſſe: ſi modo in ea cauſa ſint, vt ſi viuis parentibus naſcerentur, ſui ‖ heredes ‖ & in poteſtate eorum fierent.

5 ¶ Sed & ſi emancipato filio tutor à patre *b* datus fuerit teſtamento: confirmandus eſt ex ſententia præſidis omnimodo, id eſt, ſine *c* inquiſitione.

QVI TESTAMENTO TVTORES dari poſſunt.

a Etymon poſtliminij: vide Ciceronem *in Topicis in loco ex notatis.*
b vide Feſtum in *limites.*
c *l.5.C.de dolo* 10. *Vlp.*1.
d de qua vide *Vlp.d.§.1.*
e quæ extabat in quarta 12. Tabul. *Hal.*2. *Vlp.tit.*10. adde *tit. de teſtam.* ȷ. *Vlp.*3.§.3.
f *v. l. vlt. C. de adopt.*
g Anaſtaſij, *l.* 5. *C. de mancip. lib.*
h *l. vlt. C. de emancip.* vt Iuſtinianea emancipatio à legitima & Anaſtaſij differat.
i *l.1.ff.ſi à par. manum.*
k ȷ. *de leg. pat. tut.*
l *l.28.ff.de adopt.*
m *l.vlt.C.de adop.*
n *l pen.in pr. ver. ſi verò, C.de adopt.*
o *v. l.4. C. de emancip.*
p *v.l.6. C.de ſpectac. lib.* 11. adde *l.16 in fi.ff. de curatore furioſi, &c.*
q δικαιον τι, id eſt, ius quoddam, *Theop.*
r id eſt, homine, *Vlp.*11.& 5.*Gel.*19.
ſ *v.l.41.ff.rem.pupil.*
t *l.77.§.26.ff de legat.*2.
u *l.1 .ff.de teſtam. tut.*
x *l.73. §.1.ȷ. de ver. iur.*
y an & ſubſtituere, *v. l. pen. ff. de teſt.tut. l.120 ff.de verb.ſignif.*
a *l.1. §. 1. ff. de teſtam. tut.*
b ſecus ſi à matre, *l. 2. ff. de confir. tut.*
c *l.6 ff. de confir. tut.* Formam inquiſitionis vide *d. tit l.7.in fin.*

TIT. XIV.

¶ *Qui tutores dari non poſſunt. De patre vel filiofamil.* 1. *De ſeruo.* 2. *De furioſo vel minore vigintiquinque annis.* 3. *Quibus modis.* 4. *Et qui dantur tutores.* 5. ¶ *De filiorum, filiarum, liberorum, nepotum, appellatione.*

DARI *a* autem tutor poteſt teſtamento non ſolùm paterfamiliàs, ſed etiam filiusfamiliàs.

1 ¶ Sed & ſeruus proprius teſtamento *b* cum libertate rectè tutor dari poteſt. Sed ſciendum eſt, eum & ſine libertate tutorem datum, tacitè *c* libertatem directam † accepiſſe videri, & per hoc rectè tutorem eſſe. Planè ſi per *d* errorem, quaſi liber, tutor datus ſit, aliud dicendum eſt. Seruus autem alienus purè inutiliter *e* teſtamento datur tutor: ſed *f* ita, *cùm liber erit*, vtiliter datur, proprius autem ſeruus inutiliter *g* eo modo tutor datur.

2 ¶ Furioſus vel minor uigintiquinque annis tutor teſtamento datus, tutor tunc erit, cùm *h* compos mētis, aut maior *i* vigintiquinque annis fuerit factus.

3 ¶ Ad certum tempus *k*, vel ex certo tempore, vel ſub conditione, vel ante heredis inſtitutionem *l* poſſe *m* dari tutorem, non dubitatur.

4 ¶ Certæ autem *n* rei vel cauſæ tutor dari non poteſt: quia perſonæ, non cauſæ, vel rei ‖ tutor ‖ datur.

5 ¶ Si quis *filiabus ſuis* vel *filijs* tutores dederit, etiam *o* poſthumæ vel poſthumo ‖ dediſſe videtur quia filij vel filiæ appellatione *p* & poſthumus & poſthuma còntinentur. Quòd ſi nepotes ſint, in appellatione filiorum & ipſis tutores dati ſint? Dicendum eſt, vt & ipſis quoque dati videantur: ſi modò liberos dixerit. Cæterùm ſi filios: non *q* continebuntur, aliter enim filij, aliter nepotes appellantur. planè ſi *poſteris r* dederit, tam filij poſthumi, quàm cæteri liberi continebuntur *ſ*.

DE LEGITIMA ADGNATORVM tutela.
TIT. XV.

¶ *Summa.* 1. *Qui ſunt agnati.* 2. *Quis dicatur inteſtatus.* 3. *Quibus modis adgnatio, & cognatio finitur.*

QVIBVS autem teſtamento tutor datus non eſt: his ex lege duodecim tabularum adgnati ſunt tutores, qui *t* vocantur legitimi †.

1 ¶ Sunt *u* autem adgnati ‖ cognati ‖ per virilis ſexus cognationem coniuncti, quaſi *x* à patre cognati: veluti frater ‖ ex ‖ eodem patre natus, fratris filius nepóſve ex eo: item patruus, & patrui filius nepôſve ex eo. At qui per fœminini ſexus perſonas cognatione iunguntur, adgnati non ſunt: ſed aliàs naturali iure cognati. Itaque amitæ tuæ filius non eſt tibi adgnatus, ſed cognatus: & inuicem tu illi eodem iure coniungeris: quia qui ‖ ex ea ‖ naſcuntur, patris *y*, non matris familiam ſequuntur.

2 ¶ Quòd autem ‖ *lex duodecim tabularum* ‖ *ab inteſtato vocat ad tutelam adgnatos*, non *z* hanc habet ſignificationem, ſi omnino non fecerit teſtamentum is qui poterat tutores dare. ſed *a* ſi quantum ad tutelam pertinet, inteſtatus deceſſerit. quod tunc quoque accidere intelligitur, cùm is qui datus eſt tutor, viuo teſtatore deceſſerit *b*.

3 ¶ Sed agnationis quidem ius omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur, nam adgnatio iuris ‖ ciuilis ‖ nomen eſt: cognationis verò ius non omnibus modis commutatur: ‖ quia * ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere poteſt, naturalia verò non *c* vtique.

DE *d* CAPITIS DEMINVTIONE.
TIT. XVI.

¶ *Definitio & diuiſio.* 1. *De maxima.* 2. *De media* 3 *De minima.* 4. *De manumiſſione.* 5. *De mutatione dignitatis.* 6. *Interpretatio* 5. *vlt. ſup. tit. prox.* 7. *Ad quos adgnatos tutela pertineat.*

EST autem capitis deminutio, ſtatus, mutatio. Eáque tribus modis accidit *e*. Nam aut maxima eſt capitis deminutio, aut minor, (quam quidam mediam vocant) aut minima. 1 ¶ Maxima capitis deminutio eſt, cùm aliquis ſimul & ciuitatē & libertatem amittit, quod accidit in his, qui ſerui † pœnæ efficiuntur atrocitate ſententiæ: vel libertis vt ingratis erga *f* patronos condemnatis: ‖ vel his, ‖ qui ſe ad pretium participandum † venundari paſſi ſunt. 2 ¶ Minor, ſiue media capitis deminutio eſt, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur *g*. quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit: vel ei qui in inſulam deportatus eſt. 3 ¶ Minima capitis deminutio eſt, cum ciuitas retinetur & libertas, ſed ſtatus hominis commutatur. quod accidit in his qui cum ſui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri ſubiecti eſſe, vel contra: ‖ veluti ſi filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, eſt capite deminutus. ‖ 4. ¶ Seruus manumiſſus capite non minuitur: quia nullum caput *h* habuit.

5 ¶ Quibus

5 ¶ Quibus autem dignitas magis, quàm ſtatus mutatur, capite non minuuntur. & ideo à ſenatu motos capite non minui *a* conſtat.

6 ¶ Quòd autem dictum eſt, manere cognationis ius etiam poſt capitis deminutionem, hoc ita eſt, ſi minima capitis deminutio interueniat. manet enim cognatio. nam ſi maxima capitis deminutio interueniat, ius quoque cognationis perit, vtputà ſeruitute alicuius cognati: & *b* ne quidem ſi manumiſſus fuerit, recipit cognationem: Sed & ſi in inſulam quis deportatus ſit, cognatio ſoluitur.

7 ¶ Quum autem ad agnatos tutela pertineat: non ſimul ad omnes pertinet, ſed ad eos tantùm qui *c* proximiores gradu ſunt: vel ſi plures eiuſdem gradus ſunt, ad *d* omnes "pertinet:" veluti ſi plures fratres ſunt qui vnum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

DE LEGITIMA PATRONORVM tutela.

TIT. XVII.

Ex eadem lege duodecim tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberóſque eorum pertinet, quæ & ipſa legitima tutela vocatur: non quia nominatim "in" ea lege de hac tutela caueatur: ſed quia perinde accepta eſt per interpretationem *e*, ac ſi verbis legis introducta eſſet. Eo enim ipſo, quod hereditates libertorum libertarúmque, ſi inteſtati deceſſiſſent, iuſſerat lex ad patronos liberóſve eorum pertinere, crediderunt veteres voluiſſe legem etiam tutelas ad eos pertinere: cùm & adgnatos, quos ad hereditatem "lex vocat, eoſdem & tutores eſſe iuſſerit: quia plerúnque vbi *f* ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutelæ onus eſſe debet. Ideò autem diximus plerúnque: quia ſi à fœmina impubes manumittatur, ipſa ad hereditatem vocatur, quum alius ſit *g* tutor.

DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA.

TIT. XVIII.

Exemplo *h* patronorum recepta eſt & alia tutela quæ & ipſa legitima vocatur. nam ſi quis filium aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit: legimus eorum tutor erit.

DE FIDVCIARIA *i* TVTELA.

TIT. XIX.

Est & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. nam *k* ſi pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiſerit: legitimam nanciſcitur eorum tutelam. Quo *l* defuncto, ſi liberi "eius" virilis ſexus exiſtant: fiduciarij *m* tutores vel fratris vel ſororis efficiuntur. Atqui *n* patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi ſunt tutores: quoniam filius quidem defuncti ſi non eſſet à viuo patre emancipatus, poſt obitum eius ſui iuris efficeretur: nec in fratrum poteſtatem recideret, ideóque nec in tutelam. Libertus autem ſi ſeruus manſiſſet, vtique eodem iure apud liberos domini poſt mortem eius futurus eſſet.

¶ Ita tamen hi ad tutelam vocantur, ſi perfectæ ſint ætatis *o*, quod noſtra conſtitutio in omnibus tutelis, & curatoribus obſeruari generaliter præcepit.

DE ATILIANO TVTORE, ET EO QVI EX lege Iulia & Titia dabatur.

TIT. XX.

¶ Ius antiquum ſi nullus ſit tutor. 1. Si ſpes ſit futuri tutoris teſtamentarij. 2. Si tutor ab hoſtibus captus ſit. 3. Quando & cur deſierint ex dictis legibus tutores dari. 4. Ius nouum. 5. Ius nouiſſimum. 6. Ratio tutelæ. 9. De tutela ratione reddenda.

Si *p* cui nullus omnino tutor fuerat: ei dabatur in vrbe quidem, à prætore vrbano, & maiore *q* parte tribunorum plebis tutor ex lege *r* Atilia: in prouinciis verò, à præſidibus prouinciarum ex lege Iulia & Titia.

1 ¶ Sed & ſi in teſtamento tutor ſub conditione, aut ex die certo datus fuerat: quamdiu *ſ* conditio aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor dari poterat. Item ſi purè datus fuerat, quamdiu ex teſtamento nemo heres exiſtebat, tamdiu ex iiſdem legibus tutor petendus erat: qui deſinebat eſſe tutor, ſi conditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

2 ¶ Ab *t* hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui deſinebat eſſe tutor, ſi is qui captus erat, in ciuitatem reuerſus fuerat. nam reuerſus recipiebat tutelam iure *u* poſtliminij.

3 ¶ Sed ex his legibus tutores pupillis deſierunt dari, poſteáquam primò *a* conſules pupillis vtriuſque ſexus tutores ex inquiſitione dare cœperunt, deinde prætores ex conſtitutionibus. Nam ſupradictis legibus neque de cautione à tutoris exigenda, rem ſaluam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem, quidquam cauebatur.

4 ¶ Sed hoc iure vtimur, vt *b* Romæ quidem præfectus vrbi, vel prætor ſecundùm *c* ſuam Iuriſdictionem: in prouinciis autem præſides *d* ex inquiſitione tutores crearent, vel magiſtratus iuſſu præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates.

5 ¶ Nos autem per conſtitutionem *e* noſtram huiuſmodi difficultates hominum reſecantes, nec exſpectata iuſſione præſidum, diſpoſuimus, ſi facultates pupilli vel adulti vſque ad quingentos ſolidos valeant, defenſores *f* ciuitatum vnà cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt, magiſtratus, vel iuridicum Alexandrinæ *g* ciuitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela *h* ſecundùm eiuſdem conſtitutionis normam præſtanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.

6 ¶ Impuberes autem in tutela eſſe naturali *i* iuri conuentus eſt, vt is qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur.

7 ¶ Quum ergo pupillorum pupillarúmque tutores negotia gerant, poſt pubertatem tutelæ iudicio *k* rationem reddunt.

DE AVCTORITATE *l* TVTORVM.

TIT. XXI.

In quibus cauſis ſit neceſſaria. 2. Quomodo interponi debeat. 3. Qui caſu interponi non poteſt.

Avctoritas autem tutoris in quibuſdam cauſis neceſſaria pupillis eſt, in quibuſdam non eſt neceſſaria, vt ecce, ſi quid dari ſibi ſtipulentur *m*: non eſt neceſſaria tutoris auctoritas, quod ſi aliis promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris auctoritas, quod ſi aliis promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris auctoritas. Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris auctoritate: deteriorem verò non aliter, quàm "cum" tutoris auctoritate *n*. vnde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus *o*, locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis: ſi tutoris auctoritas non interueniat: ipſi quidem qui cum his contrahunt, obligantur, at inuicem pupilli non obligantur.

1 ¶ Neque tamen *p* hereditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem *q* petere, neque hereditatem ex fideicommiſſo *r* ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris auctoritate (quamuis "illis" lucroſa ſit) ne *ſ* vllum damnum habeant.

2 ¶ Tutor autem ſtatim ipſo negotio *t* præſens debet auctor fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimauerit: poſt tempus verò, vel per epiſtolam interpoſita auctoritas nihil agit *u*.

3 ¶ Si inter tutorem pupillúmque iudicium agendum ſit: quia *x* ipſe tutor in *x* rem ſuam auctor eſſe non poteſt, non prætorius tutor (vt olim) conſtituitur, ſed curator *y* in locum eius datur: quo "curatore" *z* interueniente, iudicium peragitur, & eo peracto, curator eſſe deſinit.

QVIBVS *a* MODIS TVTELA FINITVR.

TIT. XXII.

De pubertate. 1. De capitis deminutione. 2. De euentu conditionis. 3. De morte 4. De capitis deminutione. 5. De tempore. 6. De remotione & excuſatione.

Pvpilli pupillæque, cùm puberes eſſe cœperint, ‖ à ‖ tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non ſolùm ex annis, ſed etiam *a* ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant. Noſtra autem maieſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum ‖ exiſtimans, ‖ bene putauit: quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere. Et ideò ‖ noſtra ‖ *b* ſancta conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis poſt decimumquartum annum completum illico initum accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene poſitam, ‖ in ‖ ſuo ordine relinquentes, vt poſt duodecim annos completos viri potentes eſſe credantur.

1 ¶ Item finitur tutela, ſi *c* adrogati ſint adhuc impuberes vel *d* deportati: item ſi in ſeruitutem pupillus redigatur, vel ‖ ſi ‖ ab hoſtibus captus fuerit.

2 ¶ Sed & ſi vſque ad certam conditionem *e* datus ‖ ſit ‖ tutor teſtamento, æquè euenit, vt deſinat eſſe tutor exiſtente conditione.

3 ¶ Simili modo finitur tutela morte *f* vel pupillorum vel tutorum.

4 ¶ Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel ciuitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione *g* tutoris, veluti ſi ſe in adoptionem dederit legitima tantùm tutela perit, cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio licèt mi-

---

Marginal notes (left):

3. ff. de ſenat.

l. 7. ff. vnde cogti.

Nou. 118. c. 5.

l. 9. ff de legit. t.

l. 6. in fin. ff. de verb. ſign.

v. l. 65. in fin. ff. pro ſocio.

v. l. vlt ff. de tutelis, Nou. 118. c. 5.

v. l. 1. §. 1. & 2. quis à parente, 5. C. de dolo.

Fiduciaria tutela quæ τεθαρρημένη dicitur Theophilo hic.

Legitimus eſt tutor liberis emancipatis pater: quoniam manumiſſor liberi capitis, exemplo eius qui ex vera ſeruitute manumiſit, hoc eſt, patroni manumiſſoris, ad tutelam emancipati vocatur. Theoph.

Frater fratri à patre emancipati impuberis, patre mortuo non legitimus, ſed fiduciarius eſt tutor.

m l. 49. ff. de leg. tut.

n Obiectio: Patronorum liberi, libertorum impuberum patroni legitimi ſunt tutores: Igitur fratres à patre emancipatorum impuberum, fratrum legitimi tutores dicendi, non fiduciarij.

o Nou. 118. c. 5.

p v. l. 27. ff. de teſt. rupt. v. Vlp. tit. 11. §. 18.

q i. lex. Cuiac.

r à L. Atilio, Trib. pleb ann. vrb. 443

ſ l. 11. ff. de teſt. tut.

t l. 15. ff. de tut.

u l. 8. ff. de tut. & cur.

Marginal notes (right):

a fac. l. 1. §. 11. ff. de confirmando tutore.

b l. pen. §. Romæ ff. de excuſ. tut. Nouell. 118. c. 5.

c adde l. vlt. ff. de iuriſd

d l. 2. 3. de tutorib. datis ab his.

e l. 30. C. de epiſc. aud.

f donationes, l. 19. ff. de tutorib. datis.

g l. 2. ff. de officio iuridic.

h l. 2. ff. de magiſtratibus conueniendis.

i l. 1. ff. de minor.

k l. 1 ff. 3 ff. de tut. & ration.

l l. 26. ff. 8. & 5. C. 59.

m v. l. 1. C. eo.

n l. 28. in princ. ff. de pactis.

o l. 5. §. 1. ff. eo.

p v l. 9. §. 3. D. eo.

q l. 11. D. eo.

r l. 9. §. 4. D. eo.

ſ Quæri poteſt quemadmodum quis damnum habere poſſit, lucroſam hæreditatem adeundo? Fruſtra Accurſius hoc loco laborat: legendum eſt ex Theophilo, *nec vllum damnum habeat*, & ita Caius *in oblig. ff. eo.* vnde hic locus deſumptus eſt.

t l. 9. §. pen. ff. eod.

u v. quæ notaui ad l. 9. § pen. D. eo.

x v. l. 1. D. eo.

y v. l. 1. C. de in litem dando.

z 5. C. 60.

a v. l. 32. D. de minor. l. 3. C. ſi minor ſe maiorem.

b l. vlt. C. eo.

c l. 5. in fin. C. de author. præſtan.

d l. 78. ff. de reg. iur.

e v. l. 14. §. 1. in fi. D. de tut.

f v. l. 14. D. de leg. tut. v. Sebaſtianum Medicum tractatu. mors omnia ſoluit.

g v. l. 7. in princ. D. de capit. min.

nima ſit, omnes tutelas tollit.

5 ¶ Præterea qui ad certum tempus teſtamento dantur tutores *a* finito eo deponunt tutelam.

6 ¶ Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel remouentur à tutela ob id quòd *b* ſuſpecti viſi ſunt: vel qui ex iuſta cauſa ſeſe excuſant, & onus adminiſtrandæ tutelę deponunt, ſecundùm ea quæ inferius proponemus.

a l.14.§.1.ff. de tutel.
b l.14.§.4.ff. de tutelis.
c adde l.27.ff.10. 5.C.70.
d l.3.§.minorem, ff de minor.
e v.Nou.l.con.18.
f de quibus l.3.ff. de tut. & curat.
g v.l.1.in fi.l.2.§.1.ff.de confir.tut.
h v.l.1.in fin.ff.de confirm.tut.l.6.C de negotiis: l.7.C. de teſt.tut.
i Immò inuiti, arg.l.7.§.2. de minor.l.1.§.4.ff. qui petant tutores,l.3.§.2.ff.de tut.

DE *c* CVRATORIBVS.

TIT. XXIII.

De adultis. 3. De furioſis, prodigis. 4. Mente captis, ſurdis, perpetuo morbo laborantibus. 5. De pupillis.

MAſculi quidem puberes, & fœminæ viri potentes, vſque ad vigeſimum quintum annum *d* completum curatores accipiunt: quia *e* licèt puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, vt ſua negotia tueri non poſſint.

1 ¶ Dantur autem curatores ab *f* eiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores. Sed curator teſtamento non *g* datur. datus tamen confirmatur *h* decreto prætoris vel præſidis.

2 ¶ Item inuiti *i*, adoleſcentes, curatores non accipiunt præterquam in litem *k*. curator enim & ad certam cauſam dari poteſt.

3 ¶ Furioſi quoque & prodigi, licèt *l* maiores viginti quinque annis ſint: tamen in curatione ſunt adgnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed ſolent Romæ præfectus vrbi vel prætores, & in prouinciis prǽſides ex inquiſitione *m* eis curatores dare.

4 ¶ Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis: & qui perpetuo morbo laborant (quia *n* rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt.

5 ¶ Interdum autem & pupilli curatores accipiunt: vtputà, ſi legitimus tutor *o* non ſit ‖ idoneus: ‖ quoniam habenti *p* tutorem, tutor dari non poteſt. Item ſi teſtamento datus tutor, vel à prætore, aut præſide, idoneus non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret: ſolet ei curator adiungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed *q* ad tempus à tutela excuſantur, ſolent curatores dari.

6 ¶ Quod ſi tutor aduerſa valetudine, vel alia neceſſitate impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & pupillus vel abſit, vel infans ſit, quē velit actionem *r* periculo ipſius tutoris, prætor, vel qui prouinciæ pręerit, decreto conſtituet *ſ*.

k & ſolutionem, l.7.§.2.ff.de minor.
l l.16.ff. de curatore furioſi, &c.
m vide 27.ff. 10. & C.70.
n l.2.§ eod.
o l.13.ff.de tut.
*
p v.l.27.ff. de teſtam.tut.
q vt §.3.l.de excuſ. l.10.§. qui primipilum ff.de excuſ.
r vide l.24.ff.de adm.tut.
ſ datur etiam matri: l.8 ff.de curat. furioſi. ventri & bonis, tit.C.de curatore bonis dando.
t 5.C.42.
u l.1.ff.qui ſatisdare.l.7.ff rem pupilli.
x vide l.17.ff.de teſt.tut.
y vide l.5.ff. de curat.fur.
z v.l.17.in pr.ff. de teſt.
a l.38.§.20.ff. de verb.obl.
b velut reo l 10. in fin.ff. de iure dotium.
c vide l.14.§.1.ff. de ſolutionib.
d vide l.3.§.1 ff. de adm.tut.
e l.14.§.1.ff. de ſolut.l.3.§.5.ff.iudicatum ſolui.
f vel.17.in fin.ff. de teſt.tut.adde l.1. §.3 ff.de ventre inſpic. l.3.§.50.ff. iudicatum ſolui.
g vide l.1.ff. de magiſtr.con.
h l.1.§.11.ff.de magiſtr. conuen.
i vide l.2.C. de magiſtr. conuen.

DE *t* SATISDATIONE TVTORVM vel curatorum.

TIT. XXIV.

Qui ſatisdare coguntur. 1. Quatenus ſatisdatio in iis qui ſatisdare non coguntur, locum habeat. 2. Qui tenentur ex adminiſtratione tutelæ, vel curationis. 3. Si tutor vel curator cauere nolit. 4. Qui dicta actione non tenentur.

NE tamen pupillorum pupillarúmve & eorum qui quæue in curatione ſunt, negotia à curatoribus, tutoribúſque conſumantur vel deminuantur: curet prætor, vt & tutores, & curatores eo nomine *u* ſatiſdent. Sed hoc non eſt perpetuum. nam tutores teſtamento dati *x* ſatiſdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt. item ex inquiſitione tutores vel curatores dati, ſatiſdatione non *y* onerantur: quia idonei electi ſunt.

1 ¶ Sed ſi ex teſtamento vel inquiſitione duo pluréſve dati fuerint: poteſt *z* vnus offerre ſatiſdationem de indemnitate pupilli vel adoleſcentis, & contutori ſuo vel concuratori præferri, vt ſolus adminiſtret: vel *a* vt contutor ‖ aut concurator ‖ ſatis offerens prępo-natur ei, vt & ipſe ſolus adminiſtret. Itaque per ſe non poteſt petere ſatiſdationem à contutore ſuo vel concuratore: ſed offerre debet vt electionem det concuratori *b* vel contutori ſuo vtrum velit ſatis accipere, an ſatiſdare. Quòd ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum fuerit à teſtatore quis *c* gerat *d*, ille gerere debet. Quòd ſi non fuerit adſcriptum: quem *e* maior pars elegerit, ipſe gerere debet, vt edicto prætoris cauetur. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, vel eos qui gerere debent: prętor partes ſuas *f* interponere debet. Item & in pluribus ex inquiſitione datis comprobandum eſt: i. vt maior pars eligere poſſit, per quem adminiſtratio fiat.

2 ¶ Sciendum autem eſt, non ſolùm tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæteriſque perſonis ex adminiſtratione rerum teneri: ſed etiam *g* in eos, qui ſatiſdationem accipiunt, ſubſidiariam actionem eſſe: quæ vltimum eis præſidium poſſit adferre. Subſidiaria autem actio contra eos datur, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus ſatiſdari non curauerunt *h* aut non idonee paſſi ſunt caueri. Quæ quidem tam ex prudentium reſponſis, quàm ex conſtitutionibus imperialibus etiam *i* in heredes eorum extenditur.

3 ¶ Quibus conſtitutionibus & illud exprimitur, vt niſi caueant: tutores & curatores *a* pignoribus captis coërceantur.

4 ¶ Neque *b* præfectus vrbi, neque prætor, neque præſes prouinciæ, neque quiſquam alius, cui tutores dandi ius eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodò, qui ſatiſdationem exigere ſolent.

DE EXCVSATIONIBVS TVTORum *c* vel curatorum.

TIT. XXV.

De polypædia. 1. De adminiſtratione rei fiſcalis. 2. De abſentia reip. cauſa. 3. De poteſtate. 4. De lite. 5. De tribus oneribus tutelæ vel curæ. 6. De paupertate. 7. De aduerſa valetudine. 8. De literarum imperitia. 9. De datione propter inimicitias: & de tutore qui teſtatori conſenſit. 10. De ignorantia teſtatoris. 11. De inimicitiis. 12. De ſtatus controuerſiam paſſo. 13. De ætate. 14. De militia. 15. De grammaticis, rhetoribus & medicis. 16. De tempore & modo proponendi excuſationes. 17. De excuſatione pro parte patrimonij. 18. De excuſationibus propriis curatorum. De tutelæ geſtione. 19. De nuptiis. 20. De falſis allegationibus.

EXcuſantur autem tutores & curatores variis ex cauſis: plerunque tamen *d* propter liberos, ſiue in poteſtate ſint, ſiue emancipati. Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in prouinciis quinque: à tutela vel cura poteſt excuſari, exemplo cęterorum munerum. Nam & tutelã & curam placuit publicum *e* munus eſſe. Sed adoptiui liberi non proſunt. In adoptionem autem dati, naturali patri proſunt. Item nepotes ex filio proſunt vt in locum patris ſui ſuccedant: ex filia non proſunt. Filij autem ſuperſtites tantùm ad tutelæ vel curæ muneris excuſationem proſunt: defuncti autem non proſunt. Sed ſi *f* in bello amiſſi ſunt: quęſitum eſt, an proſint? Et conſtat eos *g* ſolos prodeſſe, qui in acie amittuntur. * *hi enim qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere* h *intelliguntur.*

1 ¶ Item diuus Marcus in Semeſtribus *i* reſcripſit, eum *k* qui res fiſci adminiſtrat, à tutela vel cura, quamdiu adminiſtrat, excuſari poſſe.

2 ¶ Item qui *l* reipublicæ cauſa abſunt, à tutela vel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tutores vel curatores ‖ dati ‖ deinde reipublicę cauſa abeſſe cœperint, à tutela vel cura excuſantur, quatenus reipublicę cauſa abſunt, & interea curator *m* loco eorum datur: qui ſi reuerſi fuerint, recipiunt onus tutelæ. nam nec anni *n* habent *o* vacationem, vt Papinianus lib. 5. Reſponſorum ſcripſit. nam hoc ſpatium habent ad nouas tutelas vocati.

3 ¶ Et qui *p* poteſtatem aliquam habent, ſe excuſare poſſunt, vt diuus Marcus reſcripſit: ſed ſuſceptam tutelam deſerere non poſſunt.

4 ¶ Item propter *q* litem quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excuſari non poteſt: niſi fortè de omnibus bonis, vel hereditate controuerſia ſit.

5 ¶ Item *r* tria onera tutelæ non adfectatæ *ſ*, vel curæ, pręſtant vacationem, quamdiu adminiſtrantur: vt tamen plurium pupillorum tutela vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro vna computetur.

6 ¶ Sed *t* & propter paupertatem excuſationem tribui, tam diui fratres, quàm per ſe diuus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri iniuncto poſſit docere.

7 ¶ Item propter *u* aduerſam valetudinem, propter quam ne ſuis quidem negotiis intereſſe poteſt, excuſatio locum habet.

8 ¶ Similiter eos qui literas *x* neſciunt, eſſe excuſandos, diuus Pius reſcripſit: quamuis & imperiti literarum poſſint ad adminiſtrationem negotiorum ſufficere.

9 ¶ Item ſi propter *y* inimicitias aliquem teſtamento tutorem pater dederit: hoc ipſum pręſtat ei excuſationem: ſicut per contrarium non excuſantur, qui ſe tutelam adminiſtraturos patri pupillorum *z* promiſerant.

10 ¶ Non eſſe autem admittendam excuſationem eius, qui hoc ſolo vtitur, quod *a* ignotus patri pupillorum ſit, diui fratres reſcripſerunt.

11 ¶ Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, ſi capitales *b* fuerunt, nec reconciliatio interuenit, à tutela vel cura ſolent excuſare.

12 ¶ Item, is qui ſtatus controuerſiam *c* à pupillorum patre paſſus eſt, excuſatur à tutela.

13 ¶ Item maior *d* ſeptuaginta annis à tutela & cura ſe poteſt excuſare: minores autem viginti-

ſt.ff. ad l. Aquil. t l.7.ff eo. u vide 5.C.67. x pingere ſe; autem? vide l.8.ff. de adminiſt. tut. y vide 10.C 66. z adde
a Ignotus ita poteſt hæres inſtitui, l.11.C. de hæred. inſtit. ignotus poteſt teſtis? vide Nouell.90. cap.1.
b l.6.§.17.ff eodem.
c adde d.l.6.§. penult.
d vide 5. Cod.68.

quinque

quinque annis olim quidem excuſabantur: noſtra *a* autem conſtitutione prohibentur ad tutelam vel curam adſpirare: adeo, vt nec excuſatione opus ſit. Qua conſtitutione cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: cùm * ſit inciuile, eos *b* qui alieno auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcuntur, & ab aliis reguntur, aliorum tutelam vel curam ſubire.

14 ¶ Idem & *c* in milite obſeruandum eſt, vt nec volens ad tutelæ onus admittatur.

15 ¶ Item Romæ *d* grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt: à tutela & cura habent vacationem.

16 ¶ Qui autem vult ſe excuſare, ſi plures habeat excuſationes, & de quibuſdam non probauerit: aliis *e* vti intra tempora "conſtituta" non prohibetur. Qui autem excuſare ſe volunt, non *f* appellant: ſed intra quinquaginta *g* dies continuos *h* ex quo cognouerint ſe eſſe tutores vel curatores datos, ſe excuſare debent, cuiuſcunque generis ſint, id eſt, qualitercunque dati fuerint tutores: ſi *i* intra centeſimum *k* lapidem ſunt ab eo loco, vbi tutores dati ſunt. Si verò vltra centeſimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum, qui tamen (vt Scæuola dicebat) ſic debent computari, ne minus ſint quàm quinquaginta dies.

17 ¶ Datus autem tutor, ad *l* vniuerſum patrimonium datus eſſe creditur.

18 ¶ Qui tutelam alicuius geſſit *m* inuitus curator eiuſdem fieri non compellitur: in tantum, vt licèt paterfamiliàs, qui teſtamento tutorem dedit, adiecerit ſe eundem curatorem dare: tamen inuitum eum curam ſuſcipere non cogendum, Diui Seuerus *n* & Antoninus reſcripſerunt.

19 ¶ Iidem reſcripſerunt maritum *o* vxori ſuæ curatorem datum, excuſare ſe poſſe, licèt ſe immiſceat.

20 ¶ Si quis autem falſis *p* allegationib. excuſationem tutelæ meruerit: non eſt liberatus onere tutelæ.

l. fi. C. de leg. tut.
Nou. 118. c. 5.
*
l. 4. C. qui dare
l. 8. 9. 10.
l. 6. §. 1. ff. eo.
l. 21. §. 1 ff. eod.
v. l. 8. ff. de ex-
Imò apellans,
l. 60. §. ff. de ri-
v. l. 4. ff. hoc tit.
l. 13. §. 1. ff. eo.
l. 13. §. 9. ff. eo.
l. 13. ff. eo.
dixi ad l. 21. §.
ff. de excuſ. tut.
l. 21. §. 2. ff. eo.
l. 20. C. eo.
hoc reſcriptum
die non extat.
v. l. 1. in fi. ff. eo.
C. eo. l. 14. ff. de
rat. furioſ. l. 2. C.
i dare tutores: ad-
17. Gell. 6.
v. 5. C. 63.
26 ff cod. & 5.
45.
l. 1 §. 2. ff. eo. Cic.
offic.
d. l. 1. §. 3.
d. l. 1. §. 4.
d. l. 1. §. 5.

DE SVSPECTIS *q* TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS, TIT. XXVI.

Vnde ſuſpecti crimen deſcendat. 1. Qui de hoc crimine cognoſcunt. 2. Qui ſuſpecti fieri poſſunt. 3. Qui poſſunt ſuſpectos poſtulare. 5. Quis dicatur ſuſpectus. 6. De effectu remotionis. 7. De effectu accuſationis. 8. De morte accuſati. 9. Si tutor copiam ſui non faciat. 10. Si neget alimenta decerni poſſe. Si tutelam redemerit. 11. De liberto fraudulenter adminiſtrante. 12. Si ſuſpectus ſatis offerat. 13. Quis dicatur ſuſpectus.

SCIENDVM eſt, ſuſpecti crimen ex *r*. lege duodecim tabularum deſcendere.

1 ¶ Datum *ſ* eſt autem ius remouendi tutores ſuſpectos Romæ prætori, & in prouinciis præſidibus earum, & legato *t* proconſulis.

2 Oſtendimus *u* qui poſſint de ſuſpecto cognoſcere: nunc videamus, qui ſuſpecti fieri poſſint. Et poſſunt quidem omnes tutores fieri ſuſpecti, ſiue ſint *a* teſtamentarij, ſiue non ſint, ſed alterius generis tutores. Quare & ſi legitimus fuerit tutor accuſari poterit. Quid ſi patronus? Adhuc idem erit dicendum: dummodo meminerimus *b*, famæ patroni parcendum eſſe, licèt vt ſuſpectus remotus fuerit.

3 ¶ Conſequens *c* eſt, vt videamus qui poſſint ſuſpectos poſtulare. Et ſciendum eſt, quaſi *d* publicam eſſe hanc accuſationem, hoc eſt, omnibus patere. Quinimò & mulieres ‖ admittuntur ex reſcripto Diuorum Seueri & Antonini: ‖ ſed eæ ſolæ, quæ pietatis neceſſitudine *e* ductæ ad hoc procedunt: vtputà mater, nutrix quoque, & auia poteſt, & ſoror. ſed & ſi qua alia mulier fuerit, quàm prætor propenſa pietate intellexerit, ſexus verecundiam non egredientem, ſed pietate productam, non ſuſtinere iniuriam pupillorum: admittet eam ad accuſationem.

4 ¶ Impuberes *f* non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare, puberes autem curatores ſuos ex conſilio neceſſariorum ſuſpectos poſſunt arguere: & ita Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

5 ¶ Suſpectus autem eſt, qui *g* non ex fide tutelam gerit, licèt *h* ſoluendo ſit, vt Iulianus quoque ſcripſit. Sed & antè *i* quàm ſuſcipiat tutelam gerere tutor, poſſe eum quaſi ſuſpectum remoueri, idem Iulianus ſcripſit, & ſecundum eum conſtitutum eſt.

6 ¶ Suſpectus autem remotus, ſi quidem *k* ob dolum, famoſus eſt: ſi ob culpam, non æquè.

7 ¶ Si quis autem ſuſpectus poſtulatur: quoad cognitio finiatur *l* interdicitur ei adminiſtratio, vt Papiniano viſum eſt.

8 ¶ Sed ſi ſuſpecti cognitio ſuſcepta fuerit poſteáquam tutor vel curator *m* deceſſerit, extinguitur ſuſpecti cognitio.

9 ¶ Si quis tutor copiam ſui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur: cauetur epiſtola Diuorum Seueri & Antonini, vt in *n* poſſeſſionem bonorum eius pupillus mittatur: & quæ mora deteriora futura ſunt, dato curatore diſtrahi iubentur. Ergo vt ſuſpectus remoueri poterit, qui *o* non præſtat alimenta.

10 ¶ Sed ſi quis præſens negat propter inopiam alimenta poſſe decerni: ſi hoc per mendacium dicat: remittendum eum eſſe ad præfectum vbi puniendum placuit: ſicut ille remittitur, quia data *p* pecunia miniſterium tutelæ adquiſierit, vel redemerit.

11 ¶ Libertus *q* quoque ſi fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni geſſiſſe probetur, ad præfectum vrbis remittitur puniendus.

12 ¶ Nouiſſimè autem ſciendum eſt, eos qui fraudulenter, tutelam adminiſtrant, etiamſi ſatis offerant, remouendos eſſe à tutela, quia *r* ſatiſdatio tutoris propoſitum maleuolum non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari facultatem præſtat.

13 ¶ Suſpectum etiam eum putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit. Enimuerò tutor vel curator, quamuis pauper eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt quaſi *ſ* ſuſpectus.

a v. l. 4. C. eod.
b l. 11. ff. de dolo.
c l. 1. §. 6. ff. eo.
d l. 1. §. 6. D. eod. l. 6 C. eo. l. 1. §. ſuſpecti. D. ad Turpill.
e adde l. 5. §. 2. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem: l. 1. §. 7. D. de ſuſpectis.
f l. 6. in fin. C. cod. l. 7. D. eo.
*
g l. 3. §. 5. D. eod
h arg. l. 5. in princ ff. eo. licet etiam ſatiſdedit, l. 5. l. 6. ff. eo.
i l. 3. §. 5. verſic. quod ſi quid admiſit, D. eo.
k v. l. vlt. C. eo.
l v. l. 7. C. eo. l. 14. §. in fi. D de ſolut.
m vel eſſe deſierit, l. pen. D. eo.
n l. 7. §. 2. D. eo.
o l. 1. § tut. D. eo.
p l. 3. §. 15. D. eo. l. 1. § ſolent. D. de offic. præf vrb.
q l. 2. D. eo.
r v. l 5. 6. D. eo.
ſ adde l. 17. §. 4. D. de adopt.

INSTITVTIONVM SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,

LIBER SECVNDVS.

DE *a* RERVM DIVISIONE, ‖ ET *b* adquirendo ipſarum *l* Dominio. ‖ TIT. I.

Continuatio duplex rerum diuiſio. 1. De aëre, aqua profluente, mari, littore & ædificiis in littore poſitis. 2. De fluminibus & portubus. 3. Definitio littoris. 4. De vſu & proprietate riparum. 5. De vſu & proprietate littorum. 6. De rebus vniuerſitatis. 7. De rebus nullius. 8. De rebus ſacris. 9. De religioſis. 10. De rebus ſanctis. 11. De rebus ſingularum. 12. De occupatione ferarum. 13. De vulneratione. 14. De apibus. 15. De pauonibus & columbis, &c. animalibus manſuefactis. 16. De gallinis & anſeribus. 17. ¶ De captis ab hoſtibus. 18. De inuentis in litore. 19. ¶ De fœtu animalium. 20. De his quæ ad flumen vel mare pertinent. 2. De alluuione 21. De vi fluminis. 22. De inſulis. 23. De alueo. 24. De inundatione. 25. ¶ De ſpecificatione. 26. ¶ De acceſſione. 27. ¶ De confuſione. 28. ¶ De commixtione. 29. De his quæ ſolo cedunt. De ædificatione in ſuo ſolo ex aliena materia. 30. Vel in alieno ſolo, ex ſua materia. 31. De plantatione: 32. De ſatione. 33. ¶ De his quæ quaſi ſolo cedunt. De ſcriptura. 34. De pictura. 35. ¶ De fructuum perceptione 39. ¶ De theſauris. 40. ¶ De traditione. 44. ¶ De quaſi traditione. De traditione procedente ex alia cauſa. 45. De traditione clauium. 46. De miſſilibus. 47. De habitis pro derelicto. 48. De iactis in mare leuanda nauis cauſa. De his quæ de rheda currente cadunt.

SVPERIORE libro de iure perſonarum expoſuimus: modo videamus de rebus, quæ vel in noſtro patrimonio vel extra patrimonium *d* noſtrum habentur. Quædam *e* enim naturali iure communia ſunt omnium, quædam publica, quædam vniuerſitatis, quædam nullius, pleráque ſingulorum, quæ ex variis cauſis cuique adquiruntur, ſicut ex ſubiectis apparebit.

1 ¶ Et quidem naturali iure communia ſunt omnium hæc: aër *a*, aqua profluens, & mare *b*, & per hoc littora maris. Nemo *c* igitur ad littus maris accedere prohibetur: dum tamen à villis & monumentis & ædifici s *d* abſtineat. quia non ſunt iuris gentium ſicut eſt mare.

2 ¶ Flumina autem omnia & portus publica *e* ſunt. ideóque ius piſcandi *f* omnibus commune eſt in portu fluminibúſque.

3 ¶ Eſt autem littus *g* maris quatenus hybernus *h* fluctus maximus excurrit.

4 ¶ Riparum quoque vſus *i* publicus eſt iure gentium, ſicut ipſius fluminis: itaque *k* naues ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicut per ipſum flumen nauigare: ſed proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis hærent. qua de cauſa arbores quoque in iiſdem natæ, eorundem ſunt.

5 ¶ Littorum quoque vſus publicus eſt: & *l* iuris gentium, ſicut & ipſius maris. & ob id cuilibet liberum eſt caſam *m* ibi ponere, in quam ſe recipiat: ſicut retia ſiccare & ex *n* mari deducere. proprietas autem eorum poteſt intelligi nullius eſſe: ſed eiuſdem iuris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari terra vel arena.

6 ¶ Vniuerſitatis ſunt: non ſingulorum, quæ in ciuitatibus

1. D. 8. 41. ff. 1.
vide Vlp. tit. de dominiis & adquiſitionibus rerum, 19. vbi varias ſpecies adquirendi dominij refert ex antiquo & veteri Romanorũ iure, adde Caium 2. tit. de reb. 1.
δεσποτείαν καὶ κτῆσιν, vertit Theoph.
l. 2. ff. eod.

a τὸ ὕδωρ τὸ ἀέναον. Theoph.
b l. 13. in fin. ff. de iniur.
c l. 4. ff. eo.
d Imò ædificare poteſt, l. 1. §. antepen. ff. de noui ope. l. 14. l. 50. ff. de adquir. ver. dom.
e l. 4. l. 5. ff. eo. §. 3. ff. de fluminib.
f v. l. 1. §. ſi quis ff. ne quid in loc. pub.
g l. 96. l. 102. ff de verb. ſign.
h 2. Harmenop 2.
i v. l. 30. §. 1. ff. de adqu. rer.
k v. l. vnic. §. 1. ff. vt in flumine.
l l. 4. ff. ne quid in loco publico.
m l. 5. l. 6. ff. eo. l. 14 ff. de adqu. rer. dom. Quid cauſa-
v l. pen. ff. de vſu fruct.
n l. 5. ff. eod.

ciuitatibus ſunt theatra, ſtadia, & ſi qua alia ſunt *a* communia ciuitatum.

7 ¶ Nullius *b* autem ſunt res ſacræ & religioſæ & ſanctæ. * quod enim diuini iuris eſt, id *c* nullius in bonis eſt.

8 ¶ Sacræ *d* res ſunt, quę ritè per pontifices Deo conſecratæ ſunt; veluti ædes ſacræ, & donaria, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiam per noſtram conſtitutionem alienari & obligari prohibuimus: excepta *e* cauſa redemptionis captiuorum. Si quis autem auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Locus autem in quo ędes ſacræ ſunt ædificatæ, etiam diruto *f* ædificio ſacer adhuc *g* manet, vt & Papinian ſcripſit.

9 ¶ Religioſum *h* locum vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum *i* ſuum. "In communem autem locum purum inuito *k* ſocio inferre non licet." in commune verò ſepulcrum etiam inuitis cæteris *l* licet inferre." item ſi alienus vſusfructus eſt, proprietarium placet, niſi conſentiente vſufructuario, locum religioſum non facere. In alienum locum conſentiente domino licet inferre: & licèt poſtea ratum *m* non habuerit, quàm illatus eſt mortuus, tamen locus religioſus *n* ſit.

10 ¶ Sanctæ quoque res veluti muri & *o* portę ciuitatis, "quodammodo diuini iuris ſunt: & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo *p* autem muros ſanctos dicimus, quia pœna capitis conſtituta eſt in eos *q* qui aliquid in muros deliquerint. Ideo *r* & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus aduerſus eos *ſ*, qui contra leges fecerint, ſanctiones vocamus.

11 ¶ Singulorum autem hominum multis *t* modis *u* res fiunt. quarundam enim rerum dominium nanciſcimur iure naturali, quod (ſicut diximus) appellatur ius gentium: quarundam "verò" iure ciuili *x*: Commodius eſt itaque à vetuſtiore iure incipere, palam eſt autem vetuſtius eſſe ius naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit. ciuilia autem iura tunc eſſe cœperunt, cum & ciuitates condi, & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt.

12 ¶ Feræ igitur beſtiæ, & volucres, & piſces, & "omnia" animalia, quæ mari, cœlo *y* & terra naſcuntur, ſimulátque ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. quod enim *z* antè nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur: nec intereſt, feras beſtias & volucres, vtrum in ſuo fundo quis capiat, an *a* in alieno. Planè qui alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, poteſt *b* à domino, ſi is præuiderit, prohiberi, ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis, eoúſque tuum eſſe intelligitur, donec *c* tua cuſtodia coërcetur. Cùm verò tuam euaſerit cuſtodiam, & in libertatem naturalem ſeſe receperit, tuum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, vt difficilis ſit eius *d* perſequutio.

13 ¶ Illud quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita vulnerata ſit, vt capi poſſit, ſtatim tua eſſe intelligatur? "Et" quibuſdam placuit, ſtatim eſſe tuam: & eoúſque tuam videri, donec eam perſequaris. quod ſi deſieris perſequi, deſinere eſſe tuam, & rurſus fieri occupantis. Alij verò putauerunt, non aliter tuam eſſe, quàm ſi eam ceperis. Sed poſteriorem ſententiam nos confirmamus, quòd multa accidere ſoleant, vt eum non *e* capias.

14 ¶ Apium quoque fera natura eſt. Itaque "apes," quæ in arbore tua conſederint, antequam à te alueo *f* includantur, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quám volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. ideóque ſi alius eas incluſerit: is earum dominus erit. Fauos quoque, ſi quos effecerint, eximere quilibet poteſt. Planè integrare, ſi *g* præuiderit ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur. Examen quoque quod ex alueo tuo euolauerit, eoúſque intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſequutio eius eſt, alioquin occupantis fit.

15 ¶ Pauonum *h* quoque & columbarum fera *i* natura eſt: nec ad rem pertinet, quod ex conſuetudine euolare & reuolare ſolent. nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam.

a vide *l.* 122. *in princ. D. de leg.* 1.
b ἀδέσποτα, *Theo.* fiunt autem huiuſmodi vel deſtinatione vel natura, vel euentu, vel tẽpore, vel facto, *Mynſing.*
c *v. l.* 83. §. *ſacram. D. de ver. oblig. l.* 182 *ff. de reg. iur.*
d *l.* 21. *C. de ſacr. eccl.*
f *l.* 73. *ff. de cont. empt.*
g niſi ſit hoſtium *l.* 36. *ℑ. de releg.*
h Imo ſacrum facit: & quidem ex *l.* 12. Tab. vnde mortuos *ſacros* appellat Plutarc in Numa. Plin. lib. 2. Inde etiam factũ, vt in ſepulchris theſauri conderentur. *Plaut. Pſeudol. Apul. Metamorph* 4. Ex ſepulchris initium templa ſūpſiſſe refert *Euſeb. Lact. Clemens Alex. lib.* 9. *Protreptici.* Plura de ſepulturis vide in titulo de religioſis, vbi dixi.
i id eſt, non alienum, *l.* 1. §. 2. *ℑ. de relig.*
k *l* 2. *C. de relig.*
l quoniam ſepulchro ad hoc vtimur, *l.* 2. §. 2. *l* 6. *in princ. ℑ. de relig.*
m hanc negatiuam non adgnoſcit Theophilus.
n Cur ita? *collige ex l.* 12. *in fin. ff. de ſolut.*
o Imo portæ non ſunt ſanctę. *v. Plut. in Romanis quæſt. & in Romulo.* Quin in *l. ſanctum. l ſacra. l. vlt. ff de re. diuiſ.* portarum non fit mentio, tametſi in *l.* 2. *ff. ne quid in loco ſacro.* Pandectæ Florentinæ portas faciũt ſanctas. vbi tamen vulgata editio ſacras facit.
p aliam rationem v. hic apud Th.
q *v. l.* 2. *ℑ. ne quid in loco ſacro.*
r adde Feſtum in ſanctum.
ſ *l.* 41. *ℑ. de pœn.*
t octodecim, *V veſemb.*
u id eſt, multis ex cauſis & titulis ſeu formis iuſtificandi dominij. *Myn*ſ.
x ἀχελβεῖ καὶ πολιτικῷ λόγῳ τοῦ πέςι τῶν ῥωμαίων. *Theoph*
y id eſt, aëre.
z *l.* 3. *ff. de adq. rer.*

a hinc venationis, aucupij & piſcationis ius ad ius gentium referri colligitur. b *v. l.* 16 *ff. de ſeruit. ruſtic.*
c *v. l.* 3. *in fin D. de adq. rer.*
d *l.* 5. *in princ. l.* 44. *D. de adqu. rer.*
e atque ita conatus ab actu perfecto diſtinguitur, & aliud, perſecutio, quam ipſa occupatio erit.
f σύμβλοις, id eſt, receptaculo & vaſe apum. Græci κυψέλλαν *vocant. Theoph.*
g *v. l.* 13. *in fin. D. de iniuriis.* h *v. l.* 37 *ff. de fur.*
i Imô pauonum fera non eſt natura. Nam Varro 3. *de re ruſtica* 5. rem tanquam miram refert, pauonum greges, agreſtes eſſe in Samo & Phanaſia inſula Q. Curtius refert fuiſſe iuxta flumen Hydratem nemus agreſtium pauonum. vnde colligas, Pauones natura feros non eſſe, quòd quidam agreſtes dicuntur. Nam & ita argumentatur Iuſtinianus §. 16. *ℑ. eod.* Gallinas eſſe manſuetas ex quo ſunt aliæ feræ: & Sigebertus Gemblacenſis anno 1086 ſcribit domeſticas aues Pauones & anſeres è domibus euolantes, feros euaſiſſe.

¶ Ceruos quoque quidam ita manſuetos habent, vt in ſyluam ire, & redire ſoleant. quorum & ipſorum feram eſſe naturam, nemo negat.

¶ In iis autem animalibus quæ ex conſuetudine abire & redire *a* ſolent, talis regula comprobata eſt: vt eoúſque tua eſſe intelligantur, donec animum *b* reuertendi habeant. nam ſi reuertendi animum habere deſierint, etiam tua eſſe deſinunt, & fiunt occupantium. Reuertendi autem animum videntur deſinere habere tum cùm reuertendi conſuetudinem *c* deſeruerint.

16 ¶ Gallinarum *d* autem & anſerum non eſt fera natura. idque ex eo poſſumus intelligere, quod aliæ ſunt gallinæ, quas feras vocamus: item alij ſunt anſeres, quos feros appellamus. Ideóque ſi anſeres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati turbatæve euolauerint: licèt conſpectum tuum effugerint, quocunque tamen loco ſint, tui tuæve eſſe intelliguntur. & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum *e* committere *f* intelligitur.

17 ¶ Item ea, quæ ex hoſtibus capimus iure gentium ſtatim noſtra fiunt: adeo quidem vt & liberi hominibus in ſeruitutem noſtram *g* deducantur, qui tamen, ſi euaſerint noſtram poteſtatem & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt.

18 ¶ Item lapilli, & gemmæ, &c. quæ in littore maris inueniuntur, iure naturali ſtatim inuentoris fiunt.

19 ¶ Item ea, quæ ex animalibus dominio tuo ſubiectis nata ſunt, eodem iure tibi adquiruntur.

20 ¶ Præterea quod per *h* alluuionem agro tuo flumen adiecit, iure gentium tibi adquiritur. * Eſt autem alluuio incrementum latens. Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento adiicitur.

21 ¶ Quòd ſi vis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prędio attulerit: palam eſt eam tuam permanere. Planè ſi longiore tempore fundo vicini tui hæſerit, arboréſque quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tempore videntur vicini fundo adquiſitæ *i* eſſe.

22 ¶ Inſula, quæ in mari nata eſt, (quod rarò *k* accidit) occupantis fit, nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata, (quod frequenter accidit) ſiquidem mediam partem fluminis tenet, communis *l* eſt eorum, qui ab vtraque parte fluminis propè ripam prædia poſſident, pro modo * ſcilicet latitudinis cuiuſque fundi, quæ propè ripam ſit. Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantum, qui ab ea parte propè ripam prædia poſſident. Quod ſi aliqua parte diuiſum ſit flumen, deinde infra vnitum, agrum alicuius in formam inſulæ redegerit, eiuſdem permanet is ager, cuius & fuerat.

23 ¶ Quòd ſi naturali alueo in vniuerſum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt qui propè ripam eius prædia poſſident, pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque agri, quæ propè ripam ſit. nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius & ipſum flumen eſt, id eſt *m*, publicus. Quòd ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui propè ripam eius prædia poſſident.

24 ¶ Alia ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit, neque enim *n* inundatio fundi ſpeciem commutat. & ob id, ſi receſſerit aqua, palam eſt eum fundum eius manere, cuius & fuit.

25 ¶ Quum ex aliena materia ſpecies aliqua facta ſit ab aliquo, quæri ſolet, quis eorum naturali ratione dominus ſit: vtrùm is qui fecerit, an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? vt ecce, ſi quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut ſpicis, vinum, aut oleum, aut frumentum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit, vel ex alieno vino & melle mulſum *o* miſcuerit: vel ex medicamentis alienis emplaſtrum aut collirium compoſuerit: vel ex aliena lana veſtimenta fecerit: vel ex alienis tabulis *p* nauem, vel armarium, vel ſubſellia fabricauerit. Et poſt multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem * placuit media *q* ſententia exiſtimantium, ſi ea ſpecies ad priorem & rudem materiam reduci poſſit, eum videri dominum eſſe, qui materiæ dominus fuerit: ſi non poſſit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit *r*: vt ecce, vas conflatum poteſt ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci. vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, vel ſpicas reuerti non poteſt, at ne mulſum quidem ad vinum & mel reſolui poteſt. Quòd ſi partim ex ſua materia partim ex aliena ſpeciem aliquam fecerit quis, veluti ex ſuo vino & alieno melle mulſum miſcuerit, aut ex ſuis & alienis medicamentis emplaſtrum aut collyrium, aut ex ſua lana & aliena veſtimentum fecerit, dubitandum non eſt, hoc caſu eum eſſe dominum qui fecerit: cùm non ſolum operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdem materiæ præſtiterit.

26 ¶ Si "tamen" alienam purpuram veſtimento ſuo quis intexuerit, licèt pretioſior ſit purpura, ta-

men

a *l.* 8. §. 1. *D. fam. erciſc.*
b λογισμὸν, *Th.*
c vt ita ex conſuetudine intermiſſionis non redeundi, iudex id arbitretur.
d Rerum viliſſimarum, apud veteres quæſtiones quoq; in iure admiſſæ, putà de oue, piſce, gallina: glãde, & quinque pedibus & ſimilibus, *l.* 5. *C. finium regundorum* adde *Nou.* 69. §. 1. vbi gallinæ fit mentio. Ex rebus tamen minimis non eſt captanda litigandi occaſio. *Nouell.* 73. *c.* 8. *in fin.*
e vtcunque res minimi momenti ſit, *l.* 1. §. *illud. ff. de coniung. cum emancip. l.* 22. §. 1. *in fin. ff. de dam. in fin. ff. de damn. in fin.*
f atqui de dolo actio ob rem modicam non datur, *l.* 9. 10. 11. *D. de dolo.*
g hoc inter Chriſtianos fieri negat Alciatus, *l.* 118. *D. de verb. ſignif.*
h *v. l.* 1. *C. de alluuion ib.*
i adde *l.* 9. §. 1. & 2. *D. de damno.*
k *v. l.* 64. *D. de reg. iur.*
l Imò eſt publica, *l. pen. in fi. D. de adq. rer.*
m Cur ita? *collige ex l.* 50. §. 3. *D. de adquir. rer. l.* 30. §. 3. *D. de adquir. poſſ.*
n *l.* 23. *l.* 24. *D. quib. mod. vſuſfruct. amit.*
o οἰνόμελι. de que *l.* 9. *D. de triti.*
p *l.* 61. *D. de rei vindic.*
*
q v. Edict. Iuſt 7. *c.* 2. §. 1. Quibuſdã *media* ſentẽtia hic videtur, quæ grauioribus & melioribus rationib. nititur. Sic inter diuerſas ſententias media ſententia dicitur, *Liu.* 26. 31. 36. *Diod.* 13. Huc referendum quod apud Liuium eſt *lib.* 26. Media ſimilia veri eſſe.
r ſuo nomine ſc. *l.* 7. §. *cum quis D. de adq. rer* & bona fide: alioquin noſtrum erit, quod ex re noſtra conſtat, *l.* 49. §. 1. *D. de rei vindic.*

men acceſſionis *a* vice cedit veſtimento, & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum qui ſubripuit, habet furti actionem, & condictionem: ſiue ipſe ſit, qui veſtimentum fecit, ſiue alius. Nam extinctæ *b* res licèt vindicari non poſſint, condici *c* tamen furibus, & quibuſque aliis poſſeſſoribus poſſunt.

27 ¶ Si duorum materiæ ex *d* voluntate dominorum confuſæ ſint; totum id corpus, non ex confuſione ſit, vtriuſque commune eſt: veluti ſi qui vina ſua confuderint aut maſſas argenti vel auri conflauerint: Sed & ſi diuerſæ materiæ ſint, & ob id propria ſpecies facta ſit: fortè ex vino & melle mulſum, aut ex auro & argento electrum *e*, idem iuris eſt *f*. nam & hoc caſu communem *g* eſſe ſpeciem non dubitatur.

¶ Quod ſi fortuitu & non voluntate dominorum confuſæ fuerint, vel eiuſdem generis materiæ, vel diuerſæ, idem † iuris eſſe placuit.

28 ¶ Quod ſi frumentum Titij frumento tuo miſtum fuerit: ſi quidem ex voluntate veſtra, commune eſt, quia ſingula corpora, id eſt, ſingula grana, quæ cuiuſque propria fuerunt, ex conſenſu veſtro communicata ſunt.

¶ Quod ſi caſu id miſtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate, non videtur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant. Sed nec magis iſtis caſibus commune ſit frumentum, quam grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora *h* Titij tuis pecoribus miſta fuerint. Sed ſi ab alterutro veſtrum totum id frumentum retineatur: in rem *i* quidem actio pro modo frumenti cuiuſque competit: arbitrio autem iudicis *k* continetur, vt ipſe æſtimet, quale cuiuſque frumentum fuerit.

29 ¶ Cum in ſuo ſolo aliquis ex aliena materia ædificauerit, ipſe intelligitur dominus ædificij, quia * omne *l* quod ſolo inædificatur, ſolo cedit.

¶ Nec tamen ideo is qui materiæ dominus fuerat, deſinit dominus eius eſſe: ſed tantiſper neque vindicare eam poteſt *m*, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem *n* duodecim tabularum, qua cauetur, *ne quis tignum alienum, ædibus ſuis iunctum eximere cogatur, ſed duplum pro eo præſtet per actionem, quæ vocatur de tigno iuncto.*

¶ Appellatione *o* autem tigni, omnis materia ſignificatur, ex qua ædificia fiunt.

¶ Quod ideo prouiſum eſt, ne ædificia reſcindi neceſſe ſit.

¶ Quod ſi aliqua ex cauſa dirutum *p* ſit ædificium, poterit materiæ dominus, ſi non fuerit duplum iam conſequutus, tunc eam vindicare, & ad exhibendum de ea re agere.

30 ¶ Ex diuerſo, ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificauerit, illius ſit domus, cuius & ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem eius amittit *q*: quia voluntate eius intelligitur eſſe alienata, vtique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare, & ideo licèt diruta ſit domus, materiam tamen vindicare non *r* poteſt.

¶ Certè illud conſtat, ſi in poſſeſſione conſtituto ædificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſoluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum: poſſe eum per *ſ* exceptionem doli mali repelli: vtique ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit, qui ædificauit. Nam ſcienti alienum ſolum eſſe, poteſt obiici culpa quod ædificauerit temerè in eo ſolo, quod intelligebat alienum eſſe *t*.

31 ¶ Si Titius alienam plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit. Et ex diuerſo ſi Titius ſuam plantam in Mæuij ſolo poſuerit, Mæuij planta erit: ſi modò vtroque caſu radices egerit, ante enim quam radices egerit, eius permanet, cuius fuerat. Adeò autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas eius commutatur: vt ſi vicini arbor ita terram Titij preſſerit, vt in eius fundum radices egerit, Titij effici arborem dicamus: ratio enim *u* non permittit, vt alterius arbor eſſe intelligatur, quam cuius in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor poſita, ſi etiam in vicini fundum radices egerit *x*, communis ſit.

32 ¶ Qua ratione autem plantæ, quæ terræ coaleſcunt ſolo cedunt, eadem ratione frumenta quoque quæ ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur. Cæterùm ſicut is, qui in alieno ſolo ædificauit: ſi ab eo dominus petat ædificium, defendi poteſt per exceptionem doli mali ſecundùm ea quæ diximus: ita eiuſdem *y* exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is qui alienum fundum ſua impenſa ‖ bona fide ‖ conſeuit.

33 ¶ Literæ quoque, licèt aureæ ſint, perinde chartis membraniſve *z* cedunt, ac ſolo cedere ſolent ea, quæ inædificantur, aut inſeruntur. ideóque ſi in chartis membraniſve tuis carmen, vel hiſtoriam, vel orationem Titius ſcripſerit: huius corporis non Titius, ſed tu dominus eſſe videris. Sed ſi à Titio petas *a* tuos libros tuáſve *b* membranas: nec impenſas ſcripturæ ſoluere paratus ſis, poterit ſe Titius defendere per exceptionem doli mali, vtique ſi earum chartarum membranarúmve poſſeſſionem bona fide nactus eſt.

a v l.19. §. perueniamus. D. de auro.
b mutatione formæ, v. l.13. §.1. D. de verb. ſign.
c l. vlt. D. de cond. triticaria: l.1. §.34. D. de vi & vi arma. v. l.22. §. fin. præd. D. de cond. cauſ.
d v. l.5. in pr. D. de rei vind.
e Electrum aurum eſt, in quo quinta eſt argenti portio, 33. Plin. 4. vel tres auri, vna argenti, 16. Iſid. 23.
f Hotomanus 51. obſ. 21. legit hunc locum negatiuè quo nihil ab huius loci ſententia alienius eſt. id & ſuperiora ſequentiaque ſatis indicant cum primis, vox, communem eſſe: & ‖. ſed & ſi.
† non idem iuris Hotom. 4. obſ. 21.
g non pro dimidia parte, proportione arithmetica: ſed prorata eius, quod quiſque contulit, proportione geometrica, Vveſemb.
h v. l.30. in fi. D. de vſucap.
i l.23. in pr. D. rei vind.
k v l.2. ‖. de offic. iud.
l Immobile, l.7. §. cùm in ſuo. D. de adquir. rerum. ſecus in mobili: l.60. d. tit.
m l.23. §. pen. D. de rei vind.
n l.1. D. de tigno.
o v l.7. in fin. D. ad exhib.
p l.2 C. de rei vin.
q l.7. §. pen. D. de adq. rer. dom v. quæ notaui ad l 38. D. de pet. her.
r maximè ſi donandi animo ædificauerat: l.9. §.2. C. de rei vind.
ſ v. l 14. de D. excep. doli.
t omnes tamen expenſas non amittit: vide l.37. D. de rei vind. In inſtitutionib. regulæ iuris proponuntur, quæ omnes ſunt ex ſummo iure: vt & rudimenta in Digeſtis verò iuris incrementa & ad æquitatem res exactæ diligentius. Hic ergo ſuadet aliud æquitas, Cuiac 8. ad Africanum, & initio decimi obſeruationum.
u quæ ius ſoli dicitur, l.25. D. de vſuris.
x & eo alatur, l.6. in fi. D. arb. furt.
y v. l.48. ff. de rei vind.
z v. l.23. §. ſed & id. D. de rei vin.
a rei vindicatione, aut ad exhibendum, l.3. §. pe. D. ad exhib.
b v. l.53. D. de l.3.

34 ¶ Si quis in aliena tabula *a* pinxerit, quidam *b* putant tabulam picturæ cedere: aliis *c* videtur picturam, qualiſcunque ſit, tabulæ cedere: ſed nobis videtur melius † eſſe, tabulam picturæ cedere *d*. Ridiculum eſt enim picturam Appellis *e* vel Parrhaſij *f* in acceſſionem *g* uiliſſimæ tabulæ cedere. Vnde ſi à domino tabulæ imaginem poſſidente, is qui pinxit, eam petat, nec ſoluat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali ſubmoueri. At ſi is qui pinxit, ‖ eam ‖ poſſideat, conſequens eſt, vt vtilis actio domino tabulæ aduerſus eum detur. quo caſu ſi non ſoluat impenſam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli, vtique ſi bona *h* fide poſſeſſor fuerit ille, qui picturam impoſuit. Illud enim palam eſt, quod ſiue is qui pinxit, ſubripuit tabulas, ſiue alius: competit domino tabularum furti actio.

35 ¶ Si quis à non domino, quem dominum eſſe crediderit *i*, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliáve qualibet iuſta cauſa æquè bona fide acceperit: naturali ratione placuit fructus quos percepit, eius eſſe pro cultura & cura *k*. Et ideò ſi poſtea dominus ſuperuenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo conſumptis agere non poteſt. Ei verò qui alienum fundum ſciens *l* poſſederit, non idem conceſſum eſt: itáque cum fundo etiam fructus licèt conſumpti ſint, cogitur reſtituere.

36 ¶ Is verò ad quem vſusfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur quam *m* ſi ipſe eos perceperit. Et ideo licèt maturis fructibus, nondum tamen perceptis deceſſerit, ad heredes eius non pertinent, ſed domino proprietatis adquiruntur. Eadem ferè *n* & de colono dicuntur.

37 ¶ In pecudum *o* fructu etiam fœtus eſt, ſicuti lac, pilus, & lana. itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli *p* & ſuculi ſtatim naturali iure dominij fructuarij ſunt. Partus verò ancillæ in fructu non *q* eſt. itaque ad dominum proprietatis pertinet. abſurdum enim videbatur *r*, hominem in fructu eſſe: cùm omnes fructus rerum natura gratia hominis comparauit.

38 ¶ Sed ſi gregis vſumfructum quis habeat in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius ſubmittere debet (vt & Iuliano viſum eſt) & in vinearum demortuarum *ſ* vel arborum locum alias *t* debet ſubſtituere. rectè enim colere, & quaſi bonus paterfamilias vti debet.

39 ¶ Theſauros, quos quis in loco ſuo inuenerit, diuus Hadrianus naturalem æquitatem *u* ſequutus, ei conceſſit qui ‖ eos ‖ inuenerit. Idémque ſtatuit, ſi quis in ſacro *x*, aut religioſo loco fortuito caſu inuenerit *y*. At ſi quis in alieno loco, non data ad hoc opera, ſed fortuito inuenerit, dimidium domino ſoli conceſſit, & dimidium inuentori. Et conuenienter, ſi quis in Cæſaris loco inuenerit, dimidium inuentoris & dimidium eſſe Cæſaris ſtatuit. Cui conueniens eſt ‖ vt ‖ ſi quis in fiſcali loco, vel publico, vel ‖ ciuitatis ‖ inuenerit, dimidium ipſius eſſe debeat, & dimidium fiſci, vel ciuitatis.

40 ¶ Per traditionem *z* quoque iure naturali res nobis adquiruntur: nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quam voluntate *a* domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. & ideo cuiuſcunque generalis ſit corporalis res tradi poteſt, & à domino tradita alienatur. Itaque ſtipendiaria quoque & tributoria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem ſtipendiaria & tributoria prædia quæ in prouinciis ſunt, inter quæ nec non & Italica prædia, ex noſtra conſtitutione *b* nulla eſt differentia. ſed ſi quidem ex cauſa donationis aut dotis, aut qualibet alia ex cauſa tradantur ſine dubito transferuntur.

41 ¶ Venditæ verò res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quam *c* ſi is, venditori pretium ſoluerit, vel *d* alio modo ei ſatisfecerit, veluti expromiſſore aut pignore *e* dato. quod quanquam cauetur ex lege 12. tabularum. tamen rectè dicitur & iure gentium, id eſt iure naturali id effici. ſed ſi is qui vendidit fidem emptoris ſequutus fuerit, dicendum eſt, ſtatim rem emptoris fieri.

42 ¶ Nihil autem intereſt, vtrùm ipſe dominus tradat alicui rem ſuam, an voluntate eius alius, ‖ cui eius rei poſſeſſio permiſſa ſit.

43 ¶ Qua ratione, ſi cui *f* libera vniuerſorum negotiorum adminiſtratio permiſſa fuerit à domino, iſque ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit: facit eam accipientis.

44 ¶ Interdum etiam ſine traditione *g* nuda voluntas domini ſufficit ad rem transferendam: veluti ſi rem, quam tibi aliquis cõmodauerit, aut locauerit, aut apud te depoſuerit: poſtea aut vendiderit *h* tibi

a Quid ſi in marmore? ſi ſolæ litteræ, cedunt marmori: ſi forma hominis inſculpta, marmor cedit formæ.
b Caius. l.9. §.2. D. de adq. rer.
c Paulo in d. l.23. §.3. D. de rei vin. & Caio iuniori 2. Inſt. 1.
d & ita abrogantur dd. ll.
† An quia tabula reduci ad priſtinam formam poteſt, charta nequaquam, vt Raynerius putat? An quia tota charta non occupatur ſicut tabula: vt Iac. Rauen. & Bart. An quia olim ſcriptura vilior charta, vt Accurſius? An quia in ſcriptura pretium non ſpectatur quod difficulter à charta ſegregari poteſt, vt Albericus? An quia qualitas paulo pretioſior non cedit ſubſtantiæ, vt Io. Plat. An potiùs quod qualitas multo pretioſior ſuperat ſubſtantiam, vt cenſet Angelus?
e Hic non Iudæus vt cenſet Io. Faber. ſed Græcus ex Coo inſula, vnde Cous Ouid. 4. de Ponto.
f Hic Epheſius fuit, de quo vide Plin. 35. c.16.
g Plerumque enim pluris eſt cultus atque forma manu addita, quam ipſa natura. vide quæ ſcripſi ad l.13. §.1. de ver. ſig.
h l.38. D. de pet. hered.
i Bonæ fidei duas cauſas obſerua. Errorem & iuſtum titulum, Vveſ.
k cui cedant fructus, vide l.22. C. de rei vind. Quid? fructus cedunt nec hic ad modum tantùm & finem culturæ: v. quæ notaui ad l.48. ff. de adquir. rer. dom.
l ab initio; non ex poſt facto, l.25. in fi. D. de vſuris.
m vide l.8. D. de annuis: l.61. §.8. in fi. D. de furt.
n num per omnia & cur? v. l.10. C. locati. Theophilus hic putat τὸ ferè παρέλκειν falsò. Nec enim eadem omnino ratio coloni & vſufructuarij.
o l.28. D. de vſur.

p l.14. §.15. D. de furt. q v. l.27. D. de pet. hered. l.48. §.6. D. de furt.
r l.6. D. de vſufr. ſ non vento euerſarum, l.95. D de vſufr.
t l.7. in f. l.18. de vſufr. u quæ & Dei beneficium, l. vnic. C. de theſauris.
x v. l.3. §. pen. D. de iure fiſci.
y ac ſi quis, Forner. 2. ſelect. 26. z vide l.20. C. de pact.
a vide l.5. b l. vn C. de vſuc. transformanda.
c l.5. §.8. D. de tribut. d l.19. l.53. D. de cont. empt.
e vide l.7. D de ſtip. præt. f l.8. l.59. D. de procur.
g atqui non pactis, ſed traditionibus dominium transferri dicitur, l.20. C. de pactis. h vide l.61. in pr. D. de euictionib.

21 I

aut donauerit, aut dotis nomine dederit. ‖ Quamuis enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipſo quod patitur tuam eſſe, ſtatim tibi adquiritur proprietas, perinde ac ſi eo nomine tibi tradita fuiſſet.

45 ¶ Item ſi quis merces in horreo depoſitas vendiderit, ſimulátque *a* claues horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

46 ¶ Hoc amplius, interdum & in incertam perſonam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: vt ecce, prætores & conſules, cùm miſſilia *b* iactant in *c* vulgus, ignorant *d*, quod eorum quiſque ſit excepturus: & tamen quia volunt quod quiſque acceperit eius eſſe: ſtatim eum dominum efficiunt.

47 ¶ Qua ratione verius eſſe videtur, ſi rem pro derelicto à domino habitam occupauerit quis, ſtatim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abiecerit, vt id ‖ in numero ‖ rerum ſuarum eſſe nolit: ideóque ſtatim dominus eius eſſe deſinit.

48 ¶ Alia ſanè cauſa eſt earum rerum, quæ in tempeſtate *e* leuandæ nauis cauſa eiiciuntur. hæ enim dominorum permanent: quia palam eſt eas non *f* eo animo eiici, quod quis eas habere nolit, ſed quo *g* magis cum ipſa naui maris periculum effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Nec longè videntur diſcedere ab his quæ de rheda *h* currente non intelligentibus dominis *i* cadunt.

DE REBVS CORPORALIBVS, & incorporalibus.

TIT. II.

Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales.

1 ¶ Corporales hæ ſunt quæ tangi poſſunt: veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles.

2 ¶ Incorporales autem ſunt, quæ tangi *k* non poſſunt, qualia ſunt ea, quæ in iure *l* conſiſtunt: ſicut hereditas *m*, vſusfructus, vſus ‖ & ‖ obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam & fructus qui ex fundo percipiuntur corporales ſunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale eſt, veluti fundus, homo, pecunia: nam ipſum ius vtendi fruendi, & ipſum ius obligationis incorporale eſt.

3 ¶ Eodem numero ſunt iura prædiorum vrbanorum, & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes vocantur.

DE SERVITVTIBVS prædiorum.

TIT. III.

De ſeruitutibus ruſticis. 1. De ſeruitutibus vrbanis. 2. De reliquis ſeruitutibus ruſticis. 3. Qui ſeruitutem debere vel acquirere poſſunt. 4. Quibus modis ſeruitus conſtituitur.

Ruſticorum *n* prædiorum iura ſunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter eſt ius eundi, ambulandi *o* hominis *p*, non etiam iumentum agendi ‖ vel vehiculum ‖. Actus *q* eſt ius agendi vel iumentum, vel vehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet, qui actum habet, & iter habet, ‖ eóque vti poteſt ‖ etiam ſine iumento. Via eſt ius eundi & agendi & ambulandi: nam & iter & actum via in ſe continet. Aquæductus eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum.

1 ¶ Prædiorum vrbanorum ſeruitutes ſunt hæ, quæ ædificiis inhærent *r*, ideo vrbanorum prædiorum dictæ, quoniam *ſ* ædificia omnia vrbana prædia appellamus, etſi in villa ædificata ſint. Item vrbanorum prædiorum ſeruitutes ſunt, vt vicinus onera vicini ſuſtineat. vt in parietem eius liceat vicino tignum immittere: vt ſtillicidium vel flumen recipiat, quis in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam *t*: ne altiùs quis tollat ædes ſuas *u*, ne luminibus vicini officiat.

2 ¶ Inter ruſticorum prædiorum ſeruitutes quidam computari rectè putant aquæ hauſtum, pecoris ad aquam adpulſum, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

3 ¶ Ideo autem hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam *x* ſine prædiis conſtitui non poſſunt. nemo enim poteſt ſeruitutem adquirere vrbani vel ruſtici prædij, niſi qui habet prædium.

4 ¶ Si quis velit vicino aliquod ius conſtituere, pactionibus atque ſtipulationibus *y* id efficere debet. Poteſt *z* etiam teſtamento quis heredem ſuum damnare ne altius tollat ædes ſuas: ne luminibus ædium vicini officiat: vel vt patiatur eum tignum in parietem ſuum immittere, ſtillicidiúmve aduerſus eum habere; vel vt patiatur eum per fundum ire, agere, aquámve ex eo ducere.

DE VSVFRVCTV.

TIT. IV.

Definitio. 1. Quibus modis. 2. Et quibus ex rebus conſtituitur. 3. Quibus modis finitur. 4. Si finitus ſit.

a l.1.§.pen ff. de adq. poſſ. ff.
b v. Nou. 105. c. 2. §. 1.
c l.1.l.2.C. de Conſulib.
d v. l. 8. ff. de contrah. empt.
e l.5. ff. pro derelicto.
f Imò eo ánimo, l. 43. §. 11. ff. de fur.
g l.2. in fi. l. 8. ff. ad l. Rhodiam. l. 9. §. alia ff. hoc tit. l. 21. §. 1. ff. de adqu. poſſ.
h l.3. ff. de incend.
i & iacent. l. 43. §. qui alienum, ff. de furt.
k An tradi poſſunt? v. quę notaui ad l. 43 ff. de adq. rer. dom.
l huius diſtinctionis beneficio vna res & eadem corpore, vni iuris vero interuentu alteri vtilis eſſe poteſt, de quo v. Oldend. Claſſ. 3. actione 6. in pr.
m l.119. l. 178. §. 1. ff. de verb. ſig. Vlp. 19. §. 15.
n quomodo ab vrbano ruſticum differat: v l.16. C. de prædiis & aliis.
o & equitandi, l. 12. §. 1. ff. de ſeruitutibus ruſticor. præd.
p l.1. l. 7. l. 8. ff. de ſer. ruſt.
q v. l. 157. in fi. ff. de verb. ſign.
r l. 1. ff. com. præd.
ſ l. 198. ff. de verb. ſign.
t vel non recipiat & ne quis altius, &c. Robert. 2. recept. lect. 23.
u alias ſine ſeruitute vtrumque licet, l. 8. C. eo.
x l. 1. ff. com. præd.
y & conſuetudine ſeu loci ſtatuto, l. 1. §. vlt. ff. de aqua pluuia: & vſucapione, l. 10. ff. ſi ſeru. vin. quod olim non erat, l 4. in fi. ff. de vſucap.
z l. 16. ff. commun. præd.

Vſusfructus eſt ius *a* alienis rebus vtendi fruendi ſalua rerum ſubſtantia. Eſt autem ius in *b* corpore, quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt.

1 ¶ Vſusfructus à proprietate ſeparationem recipit: ídque pluribus modis accidit: vt ecce ſi quis vſumfructum alicui legauerit. nam heres nudam habet proprietatem, legatarius verò vſumfructum. Et contra ſi fundum legauerit deducto *c* vſufructu: legatarius nudam habet proprietatem: heres verò *d* vſumfructum. item alij vſumfructum, alij deducto eo fundum legare poteſt. Sine *e* teſtamento ‖ verò ‖ ſi quis velit vſumfructum alij conſtituere, pactionibus & ſtipulationibus id efficere debet. Ne * tamen in vniuerſum inutiles eſſent proprietates ſemper abſcedente vſufructu: placuit certis modis extingui vſumfructum, & ad proprietatem reuerti.

2 ¶ Conſtituitur autem vſusfructus non tantum in fundo & ædibus, verumetiam in ſeruis, & iumentis, & cæteris *g* rebus: ‖ exceptis iis, quæ ipſo vſu conſumuntur. ‖ Nam hæ res neque naturali ratione, neque ciuili recipiunt vſumfructum. quo ‖ in ‖ numero ſunt, vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, quibus proxima eſt pecunia numerata. namque ipſo vſu aſſidua permutatione *h* quodommodo extinguitur. Sed vtilitatis cauſa ſenatus *i* cenſuit poſſe etiam earum rerum vſumfructum conſtitui: vt tamen eo nomine heredi vtiliter cauetur *k*. Itaque ſi pecuniæ vſusfructus legatus ſit: ita datur legatario, vt eius fiat, & legatarius ſatiſdet heredi de *l* tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur, aut capite minuetur. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, vt eius fiant: ſed æſtimati his ſatiſdatur *m*, vt ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituatur, quanti hæ fuerint ‖ æſtimatæ ‖. Ergo ſenatus non fecit quidem earum rerum vſumfructum. (nec enim poterat) ſed per cautionem *n* quaſi vſumfructum conſtituit.

3 ¶ Finitur *p* autem vſusfructus morte *q* vſufructuarij, & duabus *r* capitis deminutionibus, maxima & media, & non *ſ* vtendo per modum & tempus. quæ omnia noſtra *t* ſtatuit conſtitutio. Item finitur vſusfructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur: (nam cedendo extraneo nihil *u* agitur) vel ex contrario, ſi vſusfructuarius proprietatem rei adquiſierit: quæ res *x* conſolidatio appellatur.

¶ Eo amplius conſtat, ſi *y* ædes incendio conſumptæ fuerint, vel etiam terræ motu, vel vitio ſuo corruerint, extingui vſumfructum, & ne areæ *z* quidem vſumfructum deberi.

4 ¶ Cùm *a* autem finitus fuerit totus vſusfructus, reuertitur ſcilicet ad propietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere poteſtatem.

DE VSV ET *b* HABITATIONE.

TIT. V.

Communia de vſufructu & vſu. 1. Quid interſit inter vſumfructum & vſum fundi. 2. vel ædium. 3. vel ſerui vel iumenti. 4. vel pecorum. 5. De habitatione. 6. Tranſitio.

Iiſdem *c* illis modis, quibus vſusfructus conſtituitur, etiam nudus vſus conſtitui ſolet: iiſdemque illis modis finitur, quibus & vſusfructus deſinit.

1 ¶ Minus autem iuris eſt in vſu quam in vſufructu. nam is qui fundi nudum habet vſum, nihil vlterius habere intelligitur, quam vt oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramētis & lignis ad vſum quotidianū vtatur *d*, in eoque fundo hactenus ei morari licet, vt neque domino fundi moleſtus ſit *e*, neque iis, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento: nec alii ius, quod habet, aut vendere, aut gratis *f* concedere poteſt, ‖ quum *g* is qui vſumfructum habet, poſſit hæc omnia facere. ‖

2 ¶ Item is qui ædium vſum habet, hactenus ius habere intelligitur, vt ipſe tantùm inhabitet, nec hoc ius ad alium transferre poteſt, & vix receptum eſſe videtur, vt hoſpitem ei recipere liceat. & cum vxore, liberíſque ſuis, item libertis, nec non perſonis aliis liberis, quibus non minus, quàm ſeruis vtitur, habitandi ius habeat. Et conuenienter ſi ad mulierem vſus ædium pertineat, cum marito ei habitare *h* licet.

3 ¶ Item is, ad quē ſerui vſus pertinet, ipſe tantùm

a l.5. in pr. & ſi vſufr. pet.
b id eſt, corpori inhærens & rei, l. 5. §. 2. ff. quib. mod. vſufr.
c l. 14. C. de vſufr.
d qui formalis ab interpretibus dicitur, ſui enim ipſius forma eſt, non alterius acceſſio.
e l. 3. ff. de vſufr. & quemadmodum quis vtatur fruatur.
f d. l. 3. §. 2.
g mobilibus, l. 9. ff. de verb. ſig. l. 28. l. 41. ff. de vſufr.
h Permutatio cum pecunia ſignata eſſe poteſt, vt hic, l. vlt. C. de cond. cauſa data: l. 8. § ſi id ff. de tranſ. l. 28. ff. de iure dotium: l. 21 ff. de pact. dotal. 31. Plin. 8. ſic olim emptio ſine nummo fuit.
i l. 24. ff. de vſufr. legato.
k v. l. 7 ff. de vſuf. earum.
l eiuſdem qualitatis, d. l. 7.
m datis fideiuſſoribus, l. 1. ff. qui ſatiſdare.
n ad quam implicatis in rebus recurritur, l. 57. D. ſoluto.
o v. l. 2. in fi ff. de vſufr. rer.
p Vſusfruct. quinque modis amittitur, capitis minutione, rei mutatione, non vtendo, in iure ceſſione, dominij comparatione, Paul. 3. ſenſ. 6. §. 28. in fi. finitur & apud eundē authorem §. 33. tēpore, quoties ad certum tempus datus eſt, puta ad tempus biennij, aut triennij.
q l. 3. in fi. ff. quibus mod. vſufruct. Paul. ibidem. & §. 33.
r deportatione, pœna metalli, adrogatione, adoptione, ſent. 6. §. 29. Paul. 3.
ſ l. 16 C. de vſufr. l. 13. C. de ſeruitutib. Non vtendo autem vſusfructus amittebatur iure antiquo, ſi poſſeſſione fundi biennio fructuarius non vtebatur: rei mobilis, anno. Paul. ib. §. 30.
t l. 16. C. eo. l. vlt. C. de ſeru.
u l. 66. ff. de iure dotium. Imò aliquid agitur. poteſt enim fructus cedi, l. 63. ff. de vſufr. l. 11. §. 2 ff. de pign.
x σωρευσις, v. l. 3. ff. de vſu accreſ.
y l. 5. §. 2. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. Rei mutatione amittitur vſusfructus, rei incendio aut ruina; etiamſi poſtea reſtituatur, Paul. 3. ſent. 6. §. 31.
z quæ eſt locus ſine ædificio, l. 211. ff. de verb. ſig.
a Vſusfructus amiſſus ad proprietatem recurrit, Paul. 3. ſent. 6. §. 28.
b 7. ff. 8. 3. C. 33.
c l. 1 ff. eo.
d ſed & horto, aqua, foliis, oleo, frumento, frugibus, ad victum ſibi, ſuiſque. id eſt coniuniis & hoſpitibus etiam in oppido, l. 12. §. 4. ff. eo.
e l. 11. ff. eod.
f v. l. 2 ff. eod.
g v. l. 6 ff. de vſufruct.
h quia viri & vxoris vna domus eſt, l. 1. § ſi vir. ff. ad Syl. v. l. 4. l. 67. ff. h. cti.

opera atque miniſterio eius vti poteſt: ad alium verò nullo modo ius ſuum transferre ei conceſſum eſt. Idem ſc. iuris eſt & in iumento.

4 ¶ Sed & ſi pecorum, vel ouium vſus legatus ſit, neque agnis, neque lana vtetur vſuarius: quia ea in fructu ſunt. Planè ad ſtercorandum agrum ſuum pecoribus vti poteſt.

5 ¶ Sed ſi cui habitatio legata, ſiue aliquo modo conſtituta ſit, neque vſus videtur, neque vſusfructus. ſed quaſi *a* proprium aliquod ius: quanquam habitationem habentibus, propter rerum vtilitatem, ſecundum Marcelli ſententiam noſtra *b* deciſione promulgata permiſimus non ſolum in ea degere, ſed etiam aliis *c* locare.

6 ¶ Hæc de ſeruitutibus & vſufructu, & vſu, & habitatione dixiſſe ſufficiat. De hæreditatibus autem & obligationibus, ſuis locis proponemus. Expoſuimus ſummatim quibus modis iure gentium res adquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo & ciuili adquiruntur.

a Imo idem ius *l. 32. ff. de vſuf.*
b *l. 13. Cod. eo. v. Hot. 3. obſer. 23.*
c In eo differt igitur ab vſu *l. 8. in D. hoc. tit.*
d 41. *ff.* 31. *&* 5. *Paulus 2. ſent. 2.*
e vſucapere & diuturno vſu adquirere differunt, dixi ad *l. 10. ff. ſi ſeru. vindicetur.* à præſcriptione vti differat, dixi ad *C. de vſuc. transformanda.* Differt etiam à conſuetudine. Conſuetudo conſenſu populi, præſcriptio ſine conſenſu aduerſarij perficitur. Ex conſuetudine, ius publico oritur; ex præſcriptione, priuatis perſonis. In conſuetudine contra ius. non requiritur titulus, in præſcriptione requiritur. Mala fide poteſt induci conſuetudo, at non præſcriptio. In præſcriptione probanda eſt ſcientia & patientia aduerſarij, in conſuetudine id non requiritur. Conſuetudo extendenda vt fauorabilis, præſcriptio reſtringenda velut odioſa: Conſuetudo ad mores & vſum, præſcriptio rerum eſt & ad res pertinet. Præſcriptio comparata eſt ad tollendum dominium, conſuetudo ad id de nouo inducendum? *v. Bald. tractat. de præſcript. 1. quaſt. vlt.*

DE VSVCAPIONIBVS *d* ET *e* LONGI temporis præſcriptionibus.

TIT. VI.

¶ Summa. 1. ¶ Quæ vſucapi poſſunt, vel non. de his quæ ſunt extra commercium, & de ſeruo fugitiuo. 2. De rebus furtiuis & vi poſſeſſis. 3. De vitio purgato. 4. De officiali. De bonis vacantibus. 5. Regula generalis. 6. De errore falſæ cauſæ.

7 ¶ De acceſſione poſſeſſionis.

9 ¶ De his qui à fiſco, aut ab Imperatoris Auguſtave domo aliquid acceperunt.

IVre ciuili conſtitutum fuerat, vt qui bona fide ab eo, qui dominus non erat cum crederet eum dominum eſſe, rem emerit, vel ex donatione, aliáve quauis iuſta cauſa acceperit, is eam rem, ſi mobilis erat, anno vbique vno, ſi immobilis, biennio tantum in Italico ſolo vſucaperet, ne *f* rerum dominia in incerto eſſent. Et cùm hoc placitum erat, putantibus antiquioribus dominis ſufficere ad inquirendas res ſuas præfata tempora: nobis melior ſententia reſedit: ne domini maturius ſuis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur: & ideo conſtitutionem *g* ſuper hoc promulgauimus, quá cautum eſt, vt res quidem mobiles per triennium, immobiles verò per longi temporis poſſeſſionem, (1. inter *h* præſentes decennio, inter abſentes viginti annis) vſucapiantur: & his modis non ſolùm in Italia, ſed etiam in omni terra, quæ noſtro imperio gubernatur, dominia rerum iuſta cauſa poſſeſſionis præcedente adquirantur.

1 ¶ Sed aliquando etiamſi maximè quis bona fide rem poſſederit: non tamen illi vſucapio vllo tempore procedit: veluti ſi quis liberum *i* hominem, vel rem ſacram *k*, vel religioſam, vel ſeruum *l* fugitiuum poſſideat.

2 ¶ Furtiuæ quoque res & quæ vi *m* poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tempore bona *n* fide poſſeſſæ fuerint, vſucapi poſſunt: nam furtiuarum rerum lex duodecim tabularum, & lex *o* Atilia *p* inhibent vſucapionem: vi poſſeſſarum, lex Iulia & Plautia *q*.

3 ¶ Quòd autem dictum eſt, furtiuarum & vi poſſeſſarum rerum vſucapionem per leges prohibitam eſſe, non eò pertinet, vt ne ipſe fur, quíve per vim poſſidet, vſucapere poſſit. (nam his alia ratione vſucapio non competit, quia ſc. mala fide poſſident) ſed ne vllus alius, quamuis ab *r* eis bona fide emerit, vel ex alia cauſa acceperit, vſucapiendi ius habeat *ſ*. Vnde in rebus mobilibus non facilè procedit vt bonæ fidei poſſeſſoribus vſucapio competat. Nam ‖ qui ‖ ſciens ‖ alienam *t* rem vendiderit, vel ex alia cauſa tradiderit, furtum eius committit.

4 ¶ Sed tamen id aliquando aliter ſe habet. nam ſi hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipienti vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, quin is qui acceperit. vſucapere poſſit dubium non eſt: quippe cùm ea res in furti vitium non ceciderit: quin vtique heres *u*, qui bona fide tanquam ſuam alienauerit, furtum non committæt.

5 ¶ Item ſi is, ad quem ancillæ vſusfructus pertinet, partum ſuum eſſe credens vendiderit, aut donauerit, furtum non committit: furtum enim ſine affectu iurandi *x* non *y* committitur.

6 ¶ Aliis quoque modis accidere poteſt, vt quis ſine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, vt à poſſeſſore vſucapiatur.

7 ¶ Quod autem ad eas res, quæ ſolo continentur, expedit, ita procedit, vt ſi quis loci vacantis *a* poſſeſſionem propter abſentiam aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit. ſine vi nanciſcatur: quamuis ipſe mala fide poſſideat (quia *b* intelligit ſe alienum fundum occupaſſe) tamen *c* ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſſione res adquiri: quia neque furtiuum, neque vi poſſeſſum acceperit. Abolita eſt. n. quorundam *d* veterum ſententia, exiſtimantium etiam fundi locíve furtum fieri. & eorum vtilitati, qui res ſoli poſſident, principalibus conſtitutionibus *e* proſpicitur, ne cui longa & indubitata poſſeſſio debeat auferri.

8 ¶ Aliquando etiam furtiua, vel vi poſſeſſa res vſucapi poteſt veluti ſi *f* in domini poteſtatem reuerſa fuerit. tunc enim vitio rei purgato, procedit eius vſucapio.

9 ¶ Res fiſci noſtri vſucapi non poteſt *g*. Sed Papinianus ſcripſit *h*, bonis vacantibus fiſco nondum nunciatis bonæ fidei emptorem traditam ſibi rem ex his bonis vſucapere poſſe. & ita diuus Pius, & diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

10 ¶ Nouiſſimè ſciendum eſt, rem talem eſſe debere, vt in ſe non habeat vitium *i*, vt à bonæ fidei emptore vſucapi poſſit, vel qui ex alia iuſta cauſa poſſidet.

11 ¶ Error autem falſæ cauſæ vſucapionem *k* non parit: veluti ſi quis cùm non emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſſideat: vel cùm ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat.

12 ¶ Diutina poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat defuncto & heredi *l* & bonorum poſſeſſori, continuatur, licèt ipſe ſciat prædium *m* alienum eſſe. quòd ſi ille initium iuſtum non habuit: hæredi & bonorum poſſeſſori, licèt *n* ignoranti poſſeſſio non prodeſt. Quod noſtra conſtitutio *o* ſimiliter & in vſucapionibus obſeruari conſtituit, vt tempora continuentur.

13 ¶ Inter *p* venditorem quoque & emptorem coniungi tempora diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

14 ¶ Edicto diui Marci cauetur, eum qui à fiſco rem alienam emit, ſi poſt venditionem quinquennium præterierit, poſſe dominum *q* rei exceptione repellere. Conſtitutio autem diuæ memoriæ Zenonis *r* bene proſpexit iis, qui à fiſco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid: vt ipſi quidem ſecuri *ſ* ſtatim fiant, & victores exiſtant, ſiue experiantur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſſimũ ærarium vſq; ad quadriennium liceat iis intẽdere, qui pro domino vel hypotheca earũ rerum quę alienatæ ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones. Noſtra *t* autem diuina conſtitutio, quam nuper promulgauimus etiam de iis, qui à noſtra, vel venerabilis Auguſtæ domo aliquid acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur.

f *l. 1. D. eo.*
g *l. 13. C. ſeru.*
h Longi temporis præſcriptio inter præſentes continuo decennij ſpatio, inter abſentes vicennij ſpatio comprehenditur. *Paul. 5. ſentent. 2. §. 3.* atque ita in omni ferè iure longum tempus accipitur. *Paul. 5. ſentent. 5. §. 7. adde l. 13. C. de ſeruitutib.*
i *v. l. 9. D. eo. l. vlt. de long. temp. præſ. qua.*
k *l. 75. §. ſacram. ff. de ver. obl.*
l *v. l. 1. C. de ſeru. fug.*
m *l. vltim. De vi bonorum raptorum.*
n *l. 24. ff. eo.*
o *l. 33. in pr. & §. ſi dominus D. eo.*
p Atinia *l. 33. D. de vſurp. & 17. Gell. 7.*
q *l. 33. §. 2. D. de vſurpat.* r ſecus ſi à bonæ fidei poſſeſſore *d. §. ſi dominus.*
ſ niſi poſt 30. vel 40 annos. *arg l. 3. & 4. C. de præſc. 30. Mynſing.*
t *v. l. 6. C. de furt.*
u *l. 36. D. eod.* x *v. l. 37. D. eod.*
y Immò committitur, *l. 77. de fur.*

a *l. 57. D. eo.*
b *v. l. vlt. C. vnde vi.*
c *l. 38. ff. eo.*
d Sabini: *apud Gell. 11. c. 18. v. l. 38. ff. eo.*
e *d. l. vlt. in fi.*
f *l. 4. § 6. D. eo.*
g *v. l. 2. C. com. de vſufr.*
h & Modeſtinus *l. 18. ff. eo.*
i *v. l. 11. C. de adquir. poſſ.*
k *v. l. 1. in pr. D. pro donatio.*
l *v. l. 14. § 1. D. de diuerſis.* appertinet enim immobilia *v. l. 4. D. de diu. & temp. præſc.*
n *l. 4. §. heres D. eo.*
o *l. vn. C. de vſuc. transf.*
p *l. 2. §. 20. ff. pro empt.*
q non certo caſu *l. vlt C. ſi aduerſ. fiſcum.*
r *l. 2. C. de quadr. præſcr.*
ſ 19. *Ecl. 3. c. 74. l. 2. C. de commu. rer. alienat.*
t *l. 3. d. l. C. adde l. 5. C. de reſt. m.*
u 39. *D.* 5. 6. 5. *C.* 29. 5. *C.* 38. *C.* 54. 55. 56. 57.
x Ciuili reſpectu ſuæ formæ. *Myn.*
y Mortis cauſa donat qui cum ad bellum proficiſcitur, & cum nauigaturus eſt: donat ea conditione, vt ſi reuerſus fuerit ſibi reſtituatur: ſi perierit, penes eum remaneat, cui donaui. *Paul. 3. ſent. 7. §. 1. Idem 2. ſent. 23. §. 1.* mortis cauſa donatio eſt, quæ impendẽte metu mortis fit, vt valetudinis, peregrinationis, vel belli.
z hoc verbo mors intelligitur, *l. 26. in pr. ff. depoſiti: l. 30. §. vlt. ff. de adm.*

DE *u* DONATIONIBVS.

TIT. VII.

De donatione. 1. Mortis cauſa. 2. Vel ſimplici inter viuos. 3. Vel propter nuptias. 4. De iure accreſcendi.

EST & aliud genus adquiſitionis *x*, donatio. Donationum autem duo ſunt genera: mortis cauſa, & non mortis cauſa.

1 ¶ Mortis *y* cauſa donatio eſt, quæ propter mortis fit ſuſpicionem: cùm quis ita donat, *vt ſi quid humanitus b ei contigiſſet, haberet is qui accepit: ſin autem ſuperuixiſſet, is qui donauit, reciperet, vel a ſi eum donationis pœnituiſſet, aut prior deceſſerit is cui donatum ſit.*

¶ Hæ mortis cauſa donationes ad *b* exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia: nam cùm prudentibus ambiguum fuerat, vtrum donationis an legati inſtar eam obtinere oporteret, & vtriuſque cauſę quędam habebat inſignia, & alij ad aliud genus eam retrahebant: à nobis conſtitutum eſt *c* vt per omnia ferè legatis connumeretur, & ſic procedat, quemadmodum noſtra conſtitutio eam formauit.

¶ Et in ſumma mortis cauſa donatio eſt, cùm *d.* magis ſe quis velit habere quàm eum, cui donat: magiſque eum, cui donat, quam heredem ſuum. ſic & apud Homerum *e* Thelemachus donat Piræo.

Πείραι᾽ οὐ γάρ τ᾽ ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα.
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ᾽ ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε·
Εἰ δέ κ᾽ ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω:
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

id eſt:

Piræe, incertus quoniam rerum exitus harum eſt,
Si tacita incautum ſtolidi me forte necare.
Morte proci poterunt, & opes vexare paternas
Hæc ego te malo, quàm illorum quempiam habere
Sin ego eos iuſta meritos afficero clade.
Tunc mihi tu læto reddas illa omnia lætus.

a Donatio mortis cauſa ceſſat e valetudine & ſecuta ſanitate, pœnitentiáque reuocatur. Morte enim tantummodo conualeſcit. *Paul. 3. ſent. 7. §. 2.*
b *l. 15. in fin. ff. de mortis cauſa donat.*
c *v. l. vlt. in fi. C. de mortis cauſa.*
d *l. 1. C. de mortis cauſa.*
e *D. 17. in pr.*

2 ¶ Aliæ autem donationes ſunt, quæ ſine vlla mortis cogitatione fiunt, quas *inter viuos* appellamus *a* quæ non omnino *b* comparantur legatis, quæ ſi fuerint perfectæ, temerè *c* reuocari non poſſunt. Perficiuntur autem, cùm donator ſuam voluntatem ſcriptis aut ſine ſcriptis manifeſtauerit. Et ad exemplum venditionis noſtra conſtitutio *d* eas etiam in ſe habere neceſſitatem traditionis voluit: vt *e* etiam ſi non tradantur, habeant pleniſſimum & perfectum robur, & traditionis neceſſitas incumbat donatori. Et cum retro principum diſpoſitiones inſinuari eas actis interuenientibus volebant, ſi maiores fuerant ducentorum ſolidorum, conſtitutio *f* noſtra eam quantitatem vſque † ad quingentos ſolidos ampliauit *g*, quam ſtare etiam ſine inſinuatione ſtatuit: ſed & quaſdam *h* donationes inuenit, quæ penitus inſinuationem fieri minimè deſiderant, ſed in ſe pleniſſimam habent firmitatem.

¶ Alia inſuper multa ad vberiorem exitum donationum inuenimus: quæ omnia ex noſtris *i* conſtitutionibus quas ſuper his expoſuimus, colligenda ſunt. Sciendum eſt tamen, quod etſi pleniſſimæ ſint donationes ſi tamen ingrati *k* exiſtant homines, in quos beneficium collatum eſt: donatoribus per noſtram conſtitutionem licentiam preſtitimus certis ex cauſis *l* eas reuocare: ne illi, qui ſuas res in alios contulerint ab his quandam patiantur iniuriam vel iacturam, ſecundum enumeratos in conſtitutione noſtra modos.

3 ¶ Eſt & aliud genus inter viuos donationis quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, poſtea autem à iunioribus diuis principibus *m* introductum eſt, quod *ante nuptias* vocabatur, & tacitam in ſe conditionem habebat, vt tunc ratum eſſet, cùm matrimonium eſſet inſequutum. Ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, & nunquam poſt nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem diuus Iuſtinus *n* pater noſter, cum augeri dotes & poſt nuptias fuerat permiſſum: ſi quid tale eueniret, & ante nuptias augeri donationem, & *o* conſtante matrimonio, ſua conſtitutione permiſit; ſed tamen nomen inconueniens remanebat, cùm ante nuptias quidem vocabatur, poſt nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos pleniſſimo fini tradere ſanctiones cupientes, & conſequentia nomina rebus eſſe ſtudentes, conſtituimus *p* vt tales donationes non augeantur tantum, ſed etiam conſtante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, ſed *propter q nuptias* vocentur, & dotibus in hoc exæquentur, vt quemadmodum dotes conſtante matrimonio non ſolum augentur, ſed etiam fiunt: ita & iſtæ donationes, quæ propter nuptias introductæ ſunt, non ſolum antecedant matrimonium, ſed eo etiam contracto augeantur, & conſtituantur.

4 ¶ Erat olim & alius modus ciuilis adquiſitionis per ius adcreſcendi *r*, quod eſt tale: Si communem ſeruum habens aliquis cum Titio, ſolus libertatem ei impoſuerit vel vindicta, vel teſtamento, eo caſu pars eius amittebatur † & ſocio *ſ* adcreſcebat. Sed cum peſſimum fuerat exemplo, & libertate ſeruum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, ſæuioribus autem dominis lucrum accedere, hoc quaſi inuidia plenum, pio remedio per noſtram *t* conſtitutionem mederi neceſſarium duximus. Et inuenimus viam per quam & manumiſſor & ſocius eius, & qui libertatem accepit, noſtro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente (cuius fauore antiquos legum latores multa etiam contra *u* communes regulas ſtatuiſſe manifeſtum eſt) & eo, qui eam libertatem impoſuit, ſuæ liberalitatis ſtabilitate gaudente: & ſocio indemni conſeruato, pretiumque *x* ſerui ſecundum *y* partem dominij, quod nos definiuimus, accipiente.

a directas *l.25.C. eod.*
b omnino non comparantur. *Cont.* neque natura & propriis, neque forma & effectu. *V.Veſemb.*
c Nam ex iuſtis cauſis poſſunt, *l.9. C. de mortis cauſa.*
d *l.35.in pr.C.eod.*
e *Nou.162.c.1.*
f *l.34.l.36.in fin. C.eod.*
† *v. Nou. Leonis.* 162.
g cum id piis tantum in cauſis eſſet: *l.34. §.alias. C.eod.*
h de quibus *v.d. l.36.§.1.Nou.52. c.2.l.34.C.eod.*
i *l.33.34.35.36. C. eodem.*
k Ingratitudinis cauſa reuocatur donatio.
l quinque ſc. *l.vl. C. de reuoc. don.*
m Aurel. Diocl. Max. *Ferreto.* Conſtantinus & ſequẽtes, *Contio.*
n *l.19.C.de donat. ante.*
o Hæc particula Cuiacio abundat.
p *l.20. C.de don. ante: Nou. 97. c.1. c.2.& Nou.119.*
q rectius, propter dotem vocaſſet, quomodo & à Græcis ἀντιφέρνη dicitur.
r *Vlp.tit.1. Pau. 4.ſen.12.§.1.*
† & ita abrogatur ſententia quæ extat apud Vlpianum *tit.1.§.18.& Paul.4.ſent.12.§.1.*
ſ *Paul. 3. ſent. 6. §.4.*
t *l.1 C.de communi ſeruo.*
u *l. 14. §. ſi quis ſeru ff. de fid lib.*
x quod 20. ſolidorum fuiſſe videtur, *l.vltim. C. de con. ſer. man.*
y adde *l.16.D. de Syllan.*
z & ſponſus *l.2.D. de fundo dotali.*
a de qua *l.vn.§. pen.C.de rei vxor.*
*
b inæſtimatas ſecus eſt in æſtimatis, v. *l.vlt. in pr. D.de pact. dot. l.vn. §.pen. ver. licet. C. de rei vxor.* & mobilibus, *v.Nou.62. in fin.*
c *l.2. C. de fundo dot.*
d aliud eſſe traditur, ſi iurauerint *c.28.extr. de iur. c. 2. de iureiurand.in 6.* alium etiam ſi ſecundum conſenſum præſtiterint, *v.Nou.c.62.*

QVIBVS ALIENARE LICET, vel non.

TIT. VIII.

Summa tituli, de marito. 1. De creditore. 2. De pupillo.

ACCIDIT aliquando, vt qui dominus ſit, alienare non poſſit: & contra, qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale prædium maritus *z* inuita muliere per legem Iuliam *a* prohibetur alienare: quamuis ipſius ſit, dotis cauſa ei datum, quod nos legem Iuliam corrigentes, in meliorem ſtatum deduximus. Cùm enim lex in ſolis tantummodo rebus locum habebat quæ Italicæ fuerant, & alienationes inhibebat quæ inuita muliere fiebant, hypothecas autem earum rerum etiam volente ea: vtrique remedium impoſuimus vt * etiam in eas res *b* quæ in prouinciali ſolo poſitæ ſunt, interdicta ſit alienatio *c* vel obligatio; vt neutrum eorum neque conſentientibus *d* mulieribus procedat, ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum conuertatur.

1 ¶ Contra autem creditor pignus ex pactione, quamuis *d* eius ea res non ſit, alienare *b* poteſt. Sed hoc forſitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, quis ab initio contractus pactus eſt, vt *c* liceret creditori pignus vendere, ſi pecunia non ſoluatur. Sed ne creditores ius ſuum perſequi impedirentur, neque debitores temerè ſuarum rerum dominium amittere viderentur: noſtra *d* conſtitutione conſultum & certus modus impoſitus eſt, per quem pignorum diſtractio poſſit procedere: cuius tenore vtrique parti, creditorum & debitorum ſatis abundè prouiſum eſt.

2 ¶ Nunc admonendi ſumus, neque pupillum, neque pupillam vllam rem ſine tutoris auctoritate alienare poſſe *e*. Ideóque ſi mutuam *f* pecuniam ſine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahit obligationem: quia pecuniam non facit *g* accipientis: ideoque vindicari nummi poſſint, ſicubi extant. Sed ſi nummi, quos mutuo minor dederit, ab eo qui accepit, bona fide conſumpti ſunt, condici *h* poſſunt: ſi mala fide, ad exhibendum de his agi poteſt. At ex contrario, omnes res pupillo, & pupillæ ſine tutoris auctoritate rectè dari *i* poſſunt *k*. Ideoque ſi debitor pupillo ſoluat *l*, neceſſaria eſt debitoris auctoritas, alioqui non liberabitur. Sed hoc etiam euidentiſſima ratione ſtatutum eſt in conſtitutione, quam ad Cæſarienſes aduocatos *m* ex ſuggeſtione Triboniani viri eminentiſſimi, quæſtoris ſacri palatij noſtri, promulgauimus quà diſpoſitum eſt, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem ſoluere, vt priùs iudicialis ſententia ſine omni damno celebrata, hoc permittat *n*. quo ſubſequuto ſi & iudex pronuntiauerit, & debitor ſoluerit, ſequatur huiuſmodi ſolutionem pleniſſima ſecuritas. Sin autem aliter, quàm diſpoſuimus, ſolutio facta fuerit: pecuniam autem ſaluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior *o* ſit, & adhuc eandem pecuniæ ſummam petat: per exceptionem *p* doli mali poterit ſubmoueri. Quòd ſi malè conſumpſerunt, aut furto ‖ aut vi ‖ amiſerit: nihil proderit debitori doli mali exceptio, ſed nihilominus condemnabitur: quia temerè ſine tutoris auctoritate & non ſecundum noſtram diſpoſitionem ſoluerit. Sed ex diuerſo pupilli vel pupillæ ſoluere ſine tutoris auctoritate non poſſunt: quia id, quod ſoluunt, non fit *q* accipientis: cum ſc. nullius rei alienatio eis ſine tutoris auctoritate conceſſa ſit.

a *v.l.9. C. de pignor. act. l.ſi conuenerit c. in fi. ff. de pign.act.*
b *v.l.46.ff.de adq. rer.*
c hæc conuentio in pignoribus vſitata *l. 4. C. de pignorat.*
d *v.l.vlt.C.de iure dominij: l.5. §.1. l. 9.§.1 ff. de author. tutor.*
e nec iurare, *l. 17.§.1.de iur.*
f *adde l. 9. in pr. D.de auth.tut.*
g *l.14.in fin. D. de rebus creditis.*
i Immo non poſſunt, *l.15.ff.de ſol.*
k non tamen obligatur atque ita rectè hic adiicitur particula, *Ideoque.*
l *l.15. ff. de ſolutionibus.*
m & Ioannem PP. *l. 23. C.de admin. tut.*
n interdum ſine decreto poteſt, *l.27 C.de admin.tut.*
o *l.4. §.4. D. de doli exceptionibus.*
p *l.15. de ſolut.*
q *l.15.in fin. D. de ſolut.*
r 4. *C.27.*
ſ dominium aut poſſeſſio ſc. *§.5.in fi.infra tutor.* nam de obligatione adquirenda agitur *J. per quas perſ. nobis obl.*
t *l.10.ff. de adquir. rer & 2.Caius.1.§. 9.in pr.*
u *v. l.1. C. de rei vindic.*
x *adde 2. Cius 1. §.9.in pr.*
y nam poſtea Conſtantinus excepit bona materna *l.1. C. de bonis mater.* Arcadius bona materni generis *l. 2. d. tit.* Theodoſius, ex matrimonio obuenientia *l.1.* Leo ex ſponſalib. *l. 5. in fi.* Iuſtinianus, omnia aduentitia, *l.6. C.de bonis. quæ libert.*
z *d.l.9.*

PER QVAS *r* PERSONAS CVIQVE adquiritur *ſ*.

TIT. IX.

Summa. 1. De liberis in poteſtate. 2. De emancipatione liberorum. 3. De ſeruis noſtris. 4. De fructuariis & bona fide poſſeſſis. 5. De reliquis perſonis. 6. Tranſitio.

ADQVIRITVR *t* vobis non ſolùm per voſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habetis: item per ſeruos, in quibus vſumfructum habetis: item per homines liberos, & per ſeruos alienos, quos bona *u* fide poſſidetis, de quibus ſingulis diligentius diſpiciamus.

1 ¶ Igitur liberi *x* veſtri vtriuſque ſexus, quos in poteſtate habetis, olim *y* quidem quicquid ad eos peruenerat (exceptis videlicet caſtrenſibus peculiis) hoc parentibus ſuis adquirebant ſine vlla diſtinctione: & hoc ita parentum fiebat, vt etiam eſſet eis licentia, quod per vnum vel vnam eorum adquiſitum eſſet, alij filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocumque modo voluerant, adplicare. Quod nobis inhumanum viſum eſt: & generali conſtitutione *z* emiſſa, & liberis pepercimus, & patribus honorem debitum reſeruauimus. Sancitum etenim à nobis eſt vt ſi quid ex *a* re patris ei obueniat, hoc ſecundùm antiquam obſeruationem totum parenti adquiratur. Quæ enim inuidia eſt quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reuerti? Quod *b* autem ex alia cauſa ſibi filiusfamilias adquiſiuit, huius vſumfructum patri quidem adquirat, dominium autem apud eum remaneat; ne quod ei ſuis laboribus vel proſpera fortuna acceſſerit, hoc in alium perueniens, luctuoſum ei procedat.

2 ¶ Hoc quoque à nobis diſpoſitum eſt & in ea ſpecie, vbi parens emancipando liberos ſuos ex rebus, quæ *c* adquiſitionem effugiebant, ſibi tertiam partem retinere (ſi voluerat) licentiam ex anterioribus *d* conſtitutionibus habebat, quaſi *e* pro *f* pretio quodammodo emancipationis: & inhumanum quiddam accidat, vt filius rerum ſuarum, ex hac emancipatione dominio pro parte ‖ tertia ‖ defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatio-

a peculium id profectitium.
b peculium id eduentitium.
c vt bona materna & lucra nuptialia.
d in lege Conſtantiniana, *l.6. §.3.C. de bon. quæ liberis.*
e nec enim æſtimari poteſt emancipatio: vnde hic quaſi pretium non autem ſimpliciter pretium dicitur, *l.6.§.3. C. de bonis quæ liber.*

Vel præmio, &

res intercesſit a. vtrinque b per acceptilationem, tametſi ab alterutra c parte duntaxat intercesſit, liberantur obligatione.

DE d STIPVLATIONIBVS e prætoriis f.

TIT. V.

Diuiſio in iudiciales, cautionales, communes. 5. De ſatiſdatione vel repromisſione. 9. Si dicatur per calumniam deſiderari ſtipulationem. 10. De adiectione, detractione, immutatione.

1. *Vlpianus* lib. 70. ad Edictum.

PRætoriarum ſtipulationum tres g videntur eſſe ſpecies h, iudiciales, cautionales, communes.

1 ¶ Iudiciales i eas dicimus quæ propter iudicium interponuntur, vt ratum fiat, vt iudicatum ſolui, & ex operis noui nuntiatione.

2 ¶ Cautionales ſunt autem quæ inſtar actionis habent, & vt ſit noua actio intercedunt: vt de k legatis ſtipulationes: & de tutela l, & ratam rem haberi, & damni infecti. 3 ¶ Communes ſunt ſtipulationes quæ fiunt iudicio ſiſtendi cauſa. 4 ¶ Et ſciendum eſt, omnes ſtipulationes natura m ſui cautionales eſſe. hoc n enim agitur in ſtipulationibus, vt quis cautior ſit, & ſecurior interpoſita ſtipulatione.

5 ¶ Stipulationum iſtarum prætoriarum, quædam ſunt quæ ſatiſdationem o exigunt, quædam nudam p repromisſionem. ſed perpaucæ ſunt quæ nudam repromisſionem habent: quibus enumeratis q, apparebit cæteras non eſſe repromisſiones, ſed ſatiſdationes.

6 ¶ Stipulatio itaque ex operis noui nuntiatione, aliàs ſatiſdationem, aliàs repromisſionem habet. Ex qua agitur operis noui nũtiatione ſatiſdare oporteat, quemadmodum ſatiſdetur?, namque de eo opere quod in priuato r factum erit, ſatiſdatio eſt. de eo quod in publico ſ, repromitti t oportet. ſed hi quidem qui ſuo u nomine cauent, repromittunt: qui alieno x, ſatiſdant.

7 ¶ Item ex cauſa damni infecti interdum y repromittitur, interdum ſatiſdatur. nam ſi quid in z flumine publico fiat, ſatiſdatur: de ædibus autem repromittitur.

8 ¶ Sipulatio duplæ a, repromisſio b eſt, niſi ſi conuenerit c, vt ſatiſdetur d.

9 ¶ Quòd ſi ſit aliqua controuerſia, vt puta ſi dicatur per calumniam e deſiderari vt ſtipulatio interponatur, ipſe prætor debet f ſuper ea re ſummatim cognoſcere, & cautum iubere, aut denegare. 10 ¶ Sed & ſi quid vel addi g, vel detrahi, vel immutari in ſtipulatione oporteat h, prætoriæ erit iuriſdictionis.

De rei reſtitutione: & de incerta quantitate vtrum hæ ſtipulationes ſint diuiduæ aut indiuiduæ.

2. *Paulus* lib. 73. ad Edictum.

PRætoriæ ſtipulationes aut rei i reſtitutionem continent, aut k incertam l quantitatem.

1 ¶ Sicut ſtipulatio ex operis noui nuntiatione, qua cauetur, vt opus reſtituatur m: ideoque ſiue actor, ſiue reus deceſſerit pluribus hæredibus relictis, vnico vincente, vel victo, totum n opus reſtitui debebit. quamdiu enim aliquid ſupereſt, tamdiu non poteſt videri opus reſtitutum.

2 ¶ Incertam quantitatem continet ſtipulatio *iudicatum ſolui* o, *& rem ratam dominum habiturum, & damni infecti & hiu ſimiles*, in quibus reſpondetur ſcindi p eas

a I. & res eſt integra.
b Argumentum à relatis, *l. 41. ʃ. de reg. iur. l. 5. ſup. de reſcin.* Imo non vtrinque ſit liberatio, ſi ab alterutrius parte tantum acceptilatio intercesſit, *l. 56. ſup. de pact.*
c nota argumentum, Contractus eſt ab alterutra parte acceptolatus, ergo ab vtraque. Correlatiua ſe mutuo ponunt, & vno perempto vtrumque perimitur. In correlatiuis deſtructo vno correlatiuorum, deſtruitur & aliud. ſic, prohibita vendi, prohibentur emi, *v. l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11. tit. vlt.*
d 43. *Ecl. 4. Paul. 5. ſent 9 3. Inſt 19.*
e De Prætoriarum ſtipulationum natura, vide Guibertum *c. 19. quæſtionum*: Antonium Fabr. 3. *coniect. 4.*
f quæ edicto Prætoris interponi iubentur, quæ à mero Prætoris officio interponuntur, *l 5. ſup. de verb. oblig.* quo nomine intellige etiam æditiũas, *§. 2 Inſt. de diuiſ ſtip.* quæ legem accipiunt de mente prætoris, iis nihil licet addere, immutare, detrahere, *l. 55. ſuprà de verb. oblig.* quædam præcipua ab aliis ſtipulationib. habent. *l. 3. l. 5. l. 9. ʃ. eo.* adde *hic Cuiac.* Huius generis ſtipulationes ſunt vſusfructus legati, noui operis, rem pupilli ſaluam fore iudicatum ſolui, ratam rem haberi.
g Imo quatuor, *l. 5. ʃ. de verb. obl.*
h Species recte dixit. Puritas enim, dies, conditio, formæ ſunt ſtipulationum, non ſpecies. i Iudiciales aliter definiuntur in *l. 5. ſup. de ver. obl. & §. 2. inſt. de diuiſ. ſtip.*
k *parag. 2. inſt. de diuiſ. ſtip.* l i. rem pupilli ſaluam fore.
m Omnium ſtipulationum quas ipſi cogitare poſſumus, finis & effectus hic eſt, vt ad cautionem illis vtamur, l. ʃ. *ratam rem hab.*
n Cautiones cur inuentæ.
o Satiſdatur adhibito fideiuſſore. p Nudè repromittit, qui ſimpliciter ſine fideiuſſore, cauet. Nuda repromisſio eſt, in qua fideiuſſor non eſt adhibitus.
q Exceptio firmat regulam. Exceptionibus enumeratis, regula in cæteris vera apparet. r *l. 8. parag. 2 ſup. de oper noui: l 30 parag. 1. ſup. de damno.*
ſ *d. l. 8. parag. 3.* t Imò ſatiſdari, *l. 15. parag. 2. ſup de damno.*
u *l. 9. §. 4 §. 5. ſup. de damno, l. 5 in fi. ſup quib. ex cauſ. in poſſ. ſſ.*
x *d. §. 4. & d. l. 5.* y *l. 30. § 1. ſup. de damno.* z *l. 7. ſup. de damno.*
a Emptor à venditore nonnunquam duplum æſtimationis rei emptæ ſtipulari ſolet, l. 31. § 20 *ſup. de ædil. l. 2. ſup. de euict. l. 4. in fi. ſup. de verb. oblig.*
b i. cautio ſine fideiuſſore. c tunc enim pactum mutat rei naturam, l. 72. *ſup. de contrah. empt.* d Satiſdationis vocabulo fideiuſſor continetur: quanquam interdum qui repromittit, ſatiſdare videatur, l. 61. ʃ. *de verb. ſign.*
e *l. 3 parag. 1. ſup. vt in poſſ. ſſ. leg.* f Cur ita? *v. l. 52. ſup. de verb. oblig.*
g *l. 14. ſup. de re iud.* h atqui nihil in prætoriis ſtipulationibus immutandum, *d, l. 52.* i Indiuiduæ ſunt hæ ſtipulationes prætoriæ.
k i. aut factum indiuiduum aut intereſſe. l diuiduæ vt ſint hæ ſtipulationes prætoriæ, v §. 2. ʃ. *eo.* m i. deſtruatur. n etiam ad fundamentum vſque, nam deſtructio operis eſt factum indiuiduum. Et ſic factum indiuiduum quemlibet hæredem in ſolidum obligat, l 2 *ſup. de verb. obl.* o Imo, iudicatum ſolui expeditam habet quantitatem, l. 9. ʃ. *iud. ſolui* ſic eſt, ſed poſt ſententiam non ante, l. 3. *in fi. C. de inut ſtip.*
p Stipulatio quæ qualitatem continet, diuiditur inter hæredes promiſſoris, *d. l. 2. parag. 1, l. 35. parag. 1 ſup. de hæred. inſt.*

in perſonas hæredum: quamuis a poſſit dici ex perſona hæredum promiſſoris non poſſe deſcendentem à defuncto ſtipulationem, diuerſam conditionem cuiuſque facere. at in contrarium ſumma ratione fit, vt vno ex hæredibus ſtipulatoris vincente in partem b eius committatur ſtipulatio: hoc. n. facere verba ſtipulationis, *Quanti* c *ea res eſt.* Sed ſi vnus ex hæredibus promiſſoris totam rem poſſideat d, in ſolidum e eum damnandum Iulianus ſcribit. In quantum autem ipſe ea ſtipulatione, vel fideiuſſores, an f omnino teneantur, dubitari poteſt. & videndum ait ne non g committatur: Sed ſi lite conteſtata poſſeſſor deceſſerit, vnum ex hæredibus non maiore ex parte damnandum, licèt totum fundum poſſideat, quàm ex qua hæres eſt.

De procuratoribus.

3. *Vlpianus* lib. 79. ad Edictum.

GEneraliter in omnibus prætoriis ſtipulationibus h & procuratoribus i ſatiſdatur.

An ſæpius caueatur.

4. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

PRætoriæ ſtipulationes ſæpius interponuntur, cùm ſine culpa ſtipulatoris cautum eſſe deſiit k.

De procuratore & inſtitore.

5. *Paulus* lib. 48. ad Edictum.

IN omnibus prætoriis l ſtipulationibus hoc ſeruandum eſt, vt ſi procurator meus m ſtipuletur n, mihi o cauſa cognita p ex ea ſtipulatione actio competat q.

¶ Idem eſt, & cùm inſtitor r in ea cauſa eſſe cœpit, vt interpoſita perſona eius dominus mercis rem amiſſurus ſ ſit veluti, bonis eius venditis, ſuccurrere enim domino prætor debet.

De pœna.

6. *Idem* lib. 14. ad Plautium.

IN omnibus prætoriis ſtipulationibus, in quib. primò fieri aliquid, deinde ſi factum non ſit, pœnam t inferimus, pœnæ nomine ſtipulatio committitur u.

Quomodo cauendum.

7. *Vlpianus* lib. 14. ad Edictum.

PRætoriæ ſatiſdationes perſonas deſiderant pro ſe interuenientium x, & neque pignoribus quis, neque pecuniæ vel auri, vel argenti depoſitione in vicem ſatiſdationis fungitur y.

De inſtitutione conditionali & ſubſtitutione. 1. De legato duobus ſub contrariis conditionibus.

8. *Papinianus* lib. 5 Quæſtionum.

PAulus notat: Qui ſub conditionem z inſtitutus eſt, adgnita bonorum poſſeſſione cogitur a ſubſtituto b in diem cauere c longiorem d. prætor enim beneficium ſuum e nemini vult eſſe captioſum, & f poteſt videri calumnioſè ſatis petere, quem alius antecedit.

hæredem, ſed vt poſſeſſorem & agere & conueniri, *l. de eod. 12. §. hæres ſup.* ... *l. vlt. in parag. pen. ſup. de noxal. l. 1. parag. vlt. ſup. ſi quadrupes.* Quemadmodum ſtipulatio ab vno interpoſita, ad alium non poſſidentem tranſit, *l. ſi legati* ... *de pign. l. 30. §. ſicut autem, ſup. de verb. obl. l. 3. §. ſi hæres ſup. vſuf.* quemadm. ... fideiuſſores dari teneantur, ſic & hoc caſu quo hæres non vt hæres, ſed vt poſſeſſor conuenitur, *Langebek. c. 8. Annotationum ita hunc locum interpretatur.*
h *l. 1. parag. 14 ſup. vt leg.* i al. & procuratoris *l. 53. ſup. de procurat.*
k *l. 8. parag. l. 3. l. 10. in fi. ſup. qui ſatiſ. v. l. 4. ſup. vt in poſſ. l. 21. parag. 15 ſup.* ... *noui. l. 8. ſup. de damno.* l aliud eſt in ſtipulationib. extraiudicialib. in qui... alteri non ſtipulatur. m ſiue ſim præſens, ſiue abſens. n in ſua perſona ...
o Per procuratorem, ex ſtipulatione prætoria domino adquiritur. p ... ſi in remota prouincia ſit. q etiam ſine ceſſione *Bal.* r *v. l. 31. ſup. de* ...
ſ *l. 2 ſup de inſtit. l. 13. § 25. ʃ. de act. empt.* t loco eius quod intereſt ... prætoriis eſſe ſolet, l. 2 *in pr. & §. 1. ſup. eo.* u atque ita prætoria ſtipulatio ... ſtipulatione non vitiatur. x i. quædam deſiderant fideiuſſorem, l. 1. §. 5 ſup ...
y Pignorib. fungi, Duarenus ait idem eſſe quod dare pignori. 1. *diſp.* 14. ... ſenſum exiſtimo, Non eſt moris vt debitor cogatur pignora dare vel auri ... nere in vicem ſatiſdationis: cum aliàs auri depoſitione, vel pignoris tra... leuandus ſit à fideiuſſore dando, *l. 1. §. 9. ſup. de collat. l. 2. §. 3. ſup. quod leg.* ... *inſt. de rerum diuiſ.* cùm etiam creditori eo caſu plus ſit cautionis, vberi... ſunt in rem quam in perſonam cautiones. z conditione *vulg. Hal.*
a *l. 12. ʃ. qui ſatiſd. Paul. 5 ſent. 9. §. 1. & ibid. Cuiac. v. eundem Cuiac. 9. obſ.* ... ſi magna ſit hæreditas, maior ſc. centum ſeſtertiis? b vulgari modo ſc. ... *Paul. 9. §. 1.* c Hæres ſub conditione ſcriptus, cauere ſubſtituto debet, ... promittere, & ſtipulationem iuſſu Prætoris interponere: nec. n. ſatiſdare ... eſt: cùm hæredi graue ſit futurum non ita facilè fideiuſſores inuenienti ... in longinquum tempus, ne pugnet hæc lex alioquin cum *l 12. ſup. qui ſatiſd.* ... igitur velle videtur Iuriſconſultus, beneficium illud prætoris, quo, ante ... exiſtentem bonorum poſſeſſionem agnoſcendi dat poteſtatem, in damnum ... non ita accipiendum eſſe, vt prætor eum ſatiſdatione onerari velit: præſ... & ſubſtitutus, quaſi calumnioſè ſatiſdationem petere videatur quem aliu... dit, an propterea nuda repromisſione contentus eſſe debeat: Atquin ... Iuriſconſultus dicit, poſſe videri calumnioſè ſatis petere. Nam ſatis petere ... vt ſatis exigere & ſatiſdare: quod plerunque datis fideiuſſoribus expedieba... autem ſatiſdationis exactio contumelioſa & oneroſa habebatur, propter ... rum quærendorum facultatem. Langebeck. c. 10. *Annotationum.*
d i. vtiliter, *Paul. ibi.* ſatiſdato. *Cuiac. 9. obſ 5.* in decem & 20 annos l. 10. ... ſpecie *l. 1. ſup. de ripa. l. finita §. 1. ſup. de damno.* Nam & tot annis pende... conditio. e i. beneficium interim datæ poſſeſſionis.
f Nec poteſt. Petr. Faber apud *Cuiac. 5 ſent. Paul. 9. parag. 1*, ſed tamen ... quæ ſequitur tacitam habet negationem.

a Cum

1 ¶ Cùm ſub contrariis *a* conditionibus Titio & Mæuio legatum ſit, vtrique cauetur: quia vterque ex voluntate defuncti ſperat legatum.

De ambiguitate.

9. *Venuleius* ‖lib. I. Stipulationum.‖

IN prætoriis *b* ſtipulationibus ſi ambiguus *c* ſermo acciderit, prætoris *d* erit interpretatio. eius enim mens æſtimanda eſt.

De priore & poſteriore iuſſu.

10 *Vlpianus* ‖ lib. I. Reſponſorum Valeriano reſpondit.‖

SI præſes qui antè in triennium caueri iuſſerat, poſtea in longum *e* tempus caueri præcepit: quia à prima ſtipulatione prorſus diſcedi voluerat, exceptionem primæ ſtipulationi obligatis peperiſſe videtur.

De eo quod intereſt.

11. *Venuleius* "lib. 8. Actionum."

IN eiuſmodi ſtipulationibus, quæ *f* quanti *g* res eſt promiſſionem habent, commodius *h* eſt certam ſummam comprehendere: quoniam plerumque difficilis *i* probatio eſt, quanti cuiuſque interſit, & ad exiguam *k* ſummam deducitur.

REM *l* PVPILLI, VEL ADOLESCENTIS ſaluam fore.

TIT. VI.

Quando agi poteſt.

1. *Paulus* "lib. 24. ad Edictum."

CVm pupillo *rem ſaluam fore* ſatiſdatum ſit *m*, agi ex ea tunc poteſt cùm & tutelæ poteſt *n*.

De pupillo abſente, vel infante.

2. *Vlpianus* ‖lib. 79. ad Edictum.‖

SI pupillus abſens *o* ſit, vel fari non poſſit, ſeruus *p* eius ſtipulabitur. ſi ſeruum non habeat, emendus ei ſeruus eſt. ſed ſi non ſit vnde ematur, aut non ſit expedita emptio, profectò dicemus ſeruum publicum *q* apud prætorem ſtipulari debere.

3. *Idem* "lib. 35. ad Edictum."

AVt dare *r* aliquem prætor debet, cui caueatur.

1. *Quomodo cauendum.* 2. *De tutore, protutore & fideiuſſoribus eorum.* 3. *De eo qui non geßit.* 4. *Quando committitur ſtipulatio.* 5. *De tutore capto ab hoſtibus.* 6 *De cauſis ex quibus tutelæ agi non poteſt.* 7. *De curatore qui non geßit.* 8. *De curatorib.*

4. *Idem* "lib. 79. ad Edictum."

NOn *ſ* quaſi ipſo iure pupillo adquirat. neque enim adquirit, ſed vtilis actio ex ſtipulatu pupillo detur *t*. 1 ¶ Cauetur autem pupillo *u* hac ſtipulatione per ſatiſdationem *x*. 2 ¶ Illud ſciendum eſt, hac ſtipulatione teneri tam eum qui tutor eſt, quam eum qui pro tutore negotia geſſit vel gerat *y*, & fideiuſſores *z* eorum. 3 ¶ Sed enim qui non *a* geſſit omnino non tenebitur, nam *b* nec actio tutelæ eum qui non geſſit, tenet, ſed vtili actione conueniendus eſt, quia ſuo periculo ceſſauit. & tamen ex ſtipulatu actione neque ipſe, neque fideiuſſores eius tenebuntur. Compellendus *c* igitur erit ad adminiſtrationem propterea, vt ſtipulatione quoque iſta poſſit teneri. 4 ¶ Hanc ſtipulationẽ placet finita *d* demum tutela committi, & fideiuſſoribus diem exinde incipere cedere. In curatore aliud eſt.

¶ Sed & in eo qui pro tutore negotia geſſit, aliud dicendum eſt. ¶ Itaque iſtæ ſtipulationes, ſi quidem quis tutor fuit, finita demum tutela committentur. ſi verò pro tutore negotia geſſit, conueniens eſt dicere ſtatim *e* atque quæque res ſalua non eſſe cœpiſſet, committi ſtipulationem. 5 ¶ Si tutor ab hoſtibus captus ſit, an committatur ſtipulatio videamus. mouet, quia finita tutela eſt, licet *f* recuperari ſperetur. & puto poſſe agi. 6 ¶ Generaliter ſciendum eſt: Ex quibus cauſis diximus tutelæ agi non poſſe, ex iiſdem cauſis ne ex ſtipulatu rem ſaluam fore agi poſſe dicendum eſt.

7 ¶ Si quis curator datus non geſſerit curam, conſequens erit dicere ſtipulationem non committi. ſed eadem hic erunt dicenda quæ in tutore diximus, illo *g* ſecus, quo hæc ſtipulatio ſtatim atque quid ſaluum eſſe deſinit, committitur, & fideiuſſoribus dies cedit, ſed in ſe reuoluitur *h*.

a l.3. *ſup. vt leg.* b aliud in cõuentionalib. *l.*38.§.8. *ſup. de verb. obl.* c Ambigua teſtimonia rectè impugnari Oldendorpius hinc colligit, *v. eundem cap.5. de except. & 66. de except. n.* 29. d *l.*52. *ꝟ. de verb. obl.* adde *l.*69 *ſup. de leg.*3. e *l.*8. *ſup. eo.* f quæ ſunt incertæ, in quibus agitur in quod intereſt. g *l.*5. *C. de contr. ſtip. l.*8. *in fin. ꝟ. ratam rem.* h §.7. *Inſt. de ver. obl.* Modus pœnæ ob quam quis cauere debet, ſpecialiter in cautione exprimendus eſt: vt ſciatur de quo ſit ſtipulatum. i *v. l.*2 § 2 *ſup. à de verb. oblig.* k *l.*13. *ſuprà de re iud.* interdum ad maximam, l.8. *in fi. ꝟ. ratam rem.* l Stipulatio rem pupilli ſaluam fore, communis eſt, *l.*5. *verſ. communes, ꝟ. de verb obl.* §. *vlt. inſt. de diuiſ. ſtipul.* & cautionalis dicitur, l.1. §.2. *ſuprà de ſtip. præt.* Interponitur à tutore legitimo, & dato ſine inquiſitione. Teſtamentarius & datus cum inquiſitione eam interponit, niſi ſolus adminiſtrationem capiat. m à tutore vel curatore: idque ante adminiſtrationem. n i. finita tutela, *l.*4. §.4. *ꝟ. eo.* o Abſens pupillus per ſeruum præſentem ſtipulari poteſt, *v. l.*1. *ſuprà de verb. obl.* p *l.*1. §.15 *ſup. de magiſt. conuenien.* q *d.* §.15. *l.*18. *ꝟ. de adop. l.*11. *in fi. ſup. de vſuris: l.*4. *C. de ambit.* Seruus publicus porrò dicebatur is quẽ ciuitas publicis tabulis præficiebat, & ſeruus ciuitatis ideo dicebatur, l. *vlt. ſup. de eo quod cuiuſque vniuerſ.* mandatum poſtea fuit ne ſerui ſed liberi tabulis publicis præficerentur, *l. vlt. C. de ſeru reip. l.*3. *C. de tabular.* vbi plenius dicam de tabulariis. Hinc colligunt, Notarium alteri ſtipulari poſſe. r Publicæ perſonæ loco reputatur quælibet perſona à iudice ad hunc actum data, *Bal.* ſ Vtilis actio non ipſo iure adquiritur. t An ſine ceſſione? vtique l.1 *in fi. ꝟ. de magiſt. conuen.* u *l.*8. §.4 *ſup. de fideiuſſ.* x nota obiectum huius ſtipulationis. y *al.* gerit. z id eſt, cauetur pupillo fideiuſſore dato, nota formam huius ſtipulationis. a *l.*3. *de diui. l.*2. *C. ſi tutor non poſſ. l.*8. *C. de adm. tut.* b Tutelæ actione directa non tenetur tutor qui non geſſit, ſed vtili tantum. c *l.*3. §.2. *ꝟ. de adm. l.*2. *C. de her. tut.* d *l.*1. *ꝟ. eo. l.*16. *in fi. ꝟ. de tutela & rationib.* e Et ſic negotiorum geſtorum hic agi poteſt, etiam antequam adminiſtratio gerentis ſit finita. f Quod recuperari ſperatur, interim tamen eſt amiſſum. g Id eſt, illo excepto, illud ſecus, *Vulg. Hal.* h i. ſemper committitur: non enim vniuerſalem, ſed cuiuſque ſingularem reddit rationem, *Bal.*

8 ¶ Pertinet autem hæc ſtipulatio ad omnes *a* curatores ſiue puberibus, ſiue impuberibus ‖datos‖ propter ætatis infirmitatem *b*, ſiue prodigis, vel furioſis, vel quibuſdam aliis *c* (vt fieri adſolet) dati ſint.

De filio furioſi.

5. *Paulus* "lib. 76. ad Edictum."

SI filius, qui in poteſtate furioſi erit, rem ſaluam fore ſtipuletur, adquirit patri obligationes.

De pupillo & eius ſeruo.

6. *Gaius* "lib. 27. ad Edictum Prouinciale."

SEruum *d* pupilli ſtipulari ita neceſſe eſt, ſi pupillus abeſt, aut fari ‖non‖ poteſt *e*. nam ſi præſens ſit, & fari poteſt, etiam ſi eius ætatis erit, vt non intelligat quid agat: tamen propter vtilitatem receptum eſt rectè eum ſtipulari, agere.

Si collega ſatis petat, vel offerat.

7. *Modeſtinus* ‖lib. 6. Regularum.‖

DAtiuus vel teſtamentarius *f* tutor ſiue curator non petet ſatis à collega ſuo: ſed offerre ei poterit, vtrum ſatis accipere velit, an dare.

De curatore ad ſpecies.

8. *Vlpianus* "lib. 2. ad Edictum."

ETſi ad ſpecies *g* curator datus ſit, rem *h* ſaluam fore ſtipulatio interponetur.

Quæ continentur hac ſtipulatione.

9. *Pomponius* ‖lib. 15. ad Sabinum.‖

CVm pupillus à tutore ſtipulatur *rem ſaluam fore*, non ſolùm quæ in patrimonio habet, ſed etiam quæ in nominibus *i* ſunt, ea ſtipulatione videntur contineri. quod *k* enim in tutelæ iudicium venit, hoc & ea ſtipulatione continetur.

De fructibus & vſuris.

10. *Africanus* "lib. 3. *l* Quæſtionum."

SI poſtea, quam pupillus ad pubertatem peruenerit, tutor *m* in reſtituenda tutela aliquandiu moram fecerit, certum eſt & fructuum nomine, & vſurarũ medij temporis, tam fideiuſſores *n* eius quam ipſum teneri.

De eo quod ex tutela dari fieri oportet.

11. *Neratius* ‖lib. 4 Membranarum.‖

CVm rem ſaluam fore pupillo cauetur, committitur ſtipulatio, ſi quod ex tutela dari fieri oportet, non præſtetur. nam etſi ſalua ei res ſit, ob id non *o* eſt: quia quod ex tutela dari, fieri oportet, non ſoluitur.

De fideiuſſoribus & beneficio diuiſionis.

12. *Papinianus* ‖lib. 12. Quæſtionum.‖

SI plures fideiuſſores à tutore pupillo dati ſunt, non eſſe eum *p* diſtringendum *q*, ſed in vnum dandam actionem: ita vt ei qui conueniretur, actiones præſtarentur. nec quiſquam putauerit ab iure diſceſſum, poſtquam pro *r* ea parte placuit tutores condemnari, quam adminiſtrauerunt. & ita *ſ* demum, in ſolidum, ſi res à cæteris non ſeruetur, & idonea *t* culpa detegatur, quod ſuſpectum *u* facere ſuperſederit. Nam æquitas arbitri atque officium viri boni videtur eam formam iuris deſideraſſe. cæterùm fideiuſſores ciuiliter in ſolidũ obligati, cæteris quidem agentibus, vt diuidatur *x* actio impetrare poſſunt: pupillo vero agente, qui non ipſe contraxit *y*, ſed in tutorem incidit, & ignorat omnia, beneficium *z* diuidendæ actionis iniuriam habere viſum eſt, ne ex vna tutelæ cauſa plures ac variæ quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituerentur.

IVDICATVM *a* SOLVI.

TIT. VII.

De re iudicata.

1. *Paulus* "lib. 24. ad Edictum."

IN ſtipulatione iudicatum ſoli, poſt rem iudicatam ſtatim dies cedit, ſed exactio in tempus reo *b* principali indultum *c* differtur.

De lite mortua.

2. *Idem* "lib. 71. ad Edictum."

a *l.*19. *ſup. de reb. auth.* b *l.*22. §.7. *ſuprà ſolut.* c de quibus *v. l.*19. *& ſeq. ſuprà de reb. auth. iud.* d *l.*1. §.15 *ſup. de magiſt. conuen.* e qui tamen ſeã primum annum exceſſit, *v. l.*70. *ꝟ. de verb. obl.* f l.7. *ꝟ. de teſtam. tut.* g certas, putà ad vnam litẽm, vnum actum, ad dotem conſtituendam, l. 61. *ꝟ. de iure dot.* h An ad inuentarium faciendum tenentur, *v. l.*27. *C. de epiſc. aud.* i Cur ita? quia rei & bonorum appellatione nomina comprehenduntur, *l.* 44. *in fin. ꝟ. de verb ſign.* k Stipulatione rem pupilli ſaluã fore id omne continetur, quod in tutelæ iudicium venit. l *vide Cuiac.* 3. *ad Afr. fol.*27. m i. reus principalis. n quia in omnem cauſam tutelæ interuenerunt: atque ita mora rei augetur propter morã rei principalis. quod an ſit ſpeciale, v. Cuiac. *hic. &* Corraſ. 2. *Miſcell.* 12. *n.*11. o Res pupillo ſalua non intelligitur, quando res eã non præſtatur. p pupillum. q diſtinguendum, *vulg. Hal.* & malè. ſenſus eſt, Pupillum non eſſe diſtringendum, id eſt non cogendum vt in ſingulos agat. ac ſi diceret, iniquum eſt in plures aduerſarios diſtringi eum qui cum vno contraxit, *l.*2. *ꝟ. de exercitoria: l.* 27. §.8. *ꝟ. de pecu.* r *l.*1. §.11. *ſup. de tutelæ & rationib.* ſ adde *l.*55. *ſup. de adminiſt.* t idonei culpa, *v. Cuiac.* 8. *obſ.* 30. *l.*3. *C. de vſuris pupillarib.* u Culpa eſt tutoris ſi contutorem ſuſpectum facere ſuperſederit. x l.51. *ſupr. de fideiuſſ.* y Pupillus cum tutore non contrahit, ſed in eum incidit, & ſic tantum quaſi contrahit, *l.*5 *parag.* 1. *ſup. de oblig.* z Fideiuſſores, *rem pupilli ſaluam fore*, beneficium diuiſionis non habent. a περὶ ἱκανοδοσίας δίδοσθαι ἐπὶ ἐπιχληρώσει τῶν κελευθέντων ἢ κελπομένων 2 *Ecl.* 10. Formulam huius ſtipulationis, *v. apud Cuiac.* 10. *obſ.* 29. *in fi.* Tres clauſulas habet hæc ſtipulatio, rem iudicatam ſolui, reum defendi, dolum abeſſe. Praxim vide *apud* Oldenp. 1 *claſſ.* 7. putarem quoque ad hanc cautionem hodie tantum adſtringi eos qui alieno nomine conueniuntur, §.2. *Inſt. de ſatiſd.* ſine mandato. Cæterum in Gallia locum non habet cautio de iudicato ſoluendo, Baro. *ad* §.2. *inſt. de ſatiſd. v.* Rebuffum *in proœmio conſtit gl.*5. *n.*37. & Paponem 10. *Arreſt.* 4. *n.*15. Hic tamen ſibi contrarius videtur, *n.*1. vbi notat, in Gallia cautionem iudicatum ſolui in ciuilibus interponi poſſe: at non in criminalibus. b Cur reo? quia reus præſtat cautionem iudicatum ſolui, *l.*3. §.8. *ꝟ. eod.* c Quatuor menſium, *v. l.*3. *ꝟ. de re iudic.* τετράμηνον, *Ecl. ibid. c.* 2.

Cùm

CVm lite mortua *a* nulla res ſit, ideo conſtat fideiuſſores ex ſtipulatu iudicatum ſolui non teneri.

De mutatione iudicii. 1. De procuratore, tutore, curatore. 8. Si reus poſtquam promiſit demens factus ſit. 9. Si poteſt exiſtere qui defendat. 10. de fideiuſſoribus conuentis.

3. *Vlpianus* ‖lib. 77. ad Edictum.‖

SI quis apud *b* aliquem iudicem iturus, ſtipulatus eſt iudicatum ſolui, & agit apud *c* alterum, non committitur ſtipulatio: quia non huius iudicis ſententiæ fideiuſſores ſe ſubdiderunt.

1 ¶ Stipulationem iudicatum ſolui, & procurator, & tutor, & curator ſtipulari *d* poſſunt.

2 ¶ Procuratorem eum accipere debemus, cui mandatum eſt, ſiue huius rei tantum *e* mandatum ſuſceperit, ſiue "etiam" vniuerſorum bonorum. ¶ Sed & ſi ratum *f* fuerit habitum, procurator videtur.

3 ¶ Sed "&" ſi fortè ex liberis, vel parentibus aliquis interueniat, vel vir vxoris nomine, à quibus mandatum non exigitur, an committatur ſtipulatio, quæritur. magiſque erit, ne committi debeat: niſi fuerit ei mandatũ, vel ratum habitum. quod *g* enim eis agere permittitur edicto prætoris, non facit eos procuratores. Itaque ſi talis perſona interueniat, ex integro erit cauendum.

4 ¶ Sed "&" quod de tutore diximus, ita accipiendum eſt, "vt" ſi is fuerit qui tutelam adminiſtrabat, cùm tutor non eſſet, tutoris appellatione eum non contineri.

5 ¶ Sed etſi quidem tutor ſit, non tamen quaſi tutor negotia adminiſtret, vel dum ignorat, vel alia ex cauſa, dicendum erit non committi ſtipulationem. nam edicto prætoris illi tutori agendi facultas datur, cui à parente *h*, maioréve *i* parte tutorum, eorúmve, cuius *K* ea iuriſdictio fuit, tutela permiſſa erit.

6 ¶ Sed & curatorem *l* accipiemus furioſi, furioſæ: item pupilli, pupillæ. cæterorum quoque " curatores, " putà adoleſcentis: vel ſi alterius cuius curator ſit, committi puto ſtipulationem.

7 ¶ Si tutor eſſe proponatur regionis *m* alicuius vel prouinciæ, vel rerum Italicarum, conſequens erit, dicere ſtipulationem ita demum cõmitti, ſi ex ea cauſa egerint, quæ ad adminiſtrationem eorum pertinebat.

8 ¶ Si reus *n*, poſtquam iudicatum ſolui promiſit, demens *o* factus, an ſtipulatio committatur ob rem non defenſam, quæritur. magíſque eſt vt committatur, ſi nemo eum defendat.

9 ¶ Ob rem *p* non defenſam ſtipulatio non committitur, quamdiu poteſt exiſtere qui defendat.

10 ¶ Si plures fuerint fideiuſſores *q*, poſteaquam cum vno lis conteſtata eſt ex clauſula *ob rem non defenſam*, ipſe reus *r* poteſt ſuſcipere defenſionem.

4. *Iulianus* "lib. 55. Digeſtorum."

IS autem cum quo actum fuit, abſolui debet.

De fideiuſſore damnato. 1. Si vnus ex pluribus defendat. 2. An ſæpius committatur ſtipulatio. 3. Qualis defenſio exigatur, & quarum perſonarum. 4. Si ex fideiuſſoribus defenſor exiſtat. 5. An fideiuſſores ob defenſionem omiſſam teneantur. 6. Vel ob adſumptam agant mandati. 7. An plures vnum procuratorem dare debeant. 8. Vbi defendendum.

5. *Vlpianus* ‖lib. 77. ad Edictum.‖

IAm tamen fideiuſſore qui iudicium acceperat, damnato, fruſtra defenſionem reus ſuſcipit. cæterùm *ſ* etſi ſolutum fuerit, poſteaquam iudicatum eſt, repetitionem *t* conſtituerimus eius quod ſolutum eſt.

1 ¶ Vnus ex fideiuſſoribus vel heredibus pluribus, alio ceſſante, ſuſcipere defenſionem poteſt.

2 ¶ In hac ſtipulatione *u*, quia plures cauſæ ſunt vna quantitate concluſæ *x*, ſi committeretur ſtatim ſtipulatio ex vno caſu, ampliùs ex alio committi non poteſt.

3 ¶ Nunc videamus qualis defenſio exigatur, ne committatur ſtipulatio, & quarum perſonarum.

¶ Et ſi quidem ex perſonis enumeratis in defenſionem quis ſuccedat, palam eſt rectè *y* rem defendi, nec committi ſtipulationem. ſi verò extrinſecus perſona defenſoris interueniat, æquè ſtipulatio non committetur, ſi modò ille paratus ſit rem boni viri arbitratu *z* defendere, hoc eſt ſatiſdare. ſic enim videtur defendere, ſi *a* ſatiſdet. cæterùm ſi ſimpliciter paratus ſit interuenire, nec admittatur, committetur iſta ſtipulatio ob rem non defenſam. quod ſi quis eum vel cum ſatiſdatione vel ſiue ſatiſdatione admiſerit, conſequens erit dicere ſtipulationis iſtius nullam partem committi: quia ſibi imputari *b* debet: quia talem defenſorem admiſit.

4 ¶ Si ex fideiuſſoribus, qui *iudicatum ſolui* cauerant, exiſtat defenſor, placuit ob rem iudicatam ſtipulationem non committi, cæteráque eadem eſſe atque ſi extraneus defenſor exiſtat.

5 ¶ In hac *c* ſtipulatione hoc tractatur, an hi qui fideiuſſerint, ſi defenſionem omiſerint, mandati iudicio teneantur? Et eſt verius non teneri. hi enim in quantitatem *a* interuenerunt, & hoc *b* illis fuit mandatum, non in defenſionem.

6 ¶ Quid tamen & ſi hoc ſibi adſumpſerint, vt defendant? an mandati poſſint agere? Et ſi quidem *c* victi ſunt, vtique quod ob rem iudicatam præſtiterunt, conſequentur: ſumptus tamen litis minimè petent *d*. ſi autem obtinuerunt, poterunt ſumptus litis conſequi, quaſi iuxta mandatum, etſi non mandatum fecerint.

7 ¶ Si tamen plures fideiuſſores defendere fuerint parati, videamus, vtrum vnum defenſorem debent dare: an verò ſufficiat, vt vnuſquiſque eorum pro parte ſua defendat, vel defenſorem ſubſtituat? Et magis eſt, vt niſi vnum dent procuratorem, deſiderante ſcilicet hoc actore, committatur ſtipulatio ob rem non defenſam. Nam & plures heredes ‖ rei ‖ neceſſe *e* habebunt vnum dare procuratorem ne *f* defenſio per plures ſciſſa *g*, incommodo aliquo adficiat actorem.

¶ Aliud eſt in heredibus actoris, quibus neceſſitas non imponitur, vt per vnum litigent.

8 ¶ Illud ſciendum eſt, ibi rem eſſe defendendam, vt rectè defendatur, vbi *h* debet agi.

De tribus clauſulis.

6. *Idem* lib. 78. ad Edictum.

IVdicatũ ſolui ſtipulatio tres *i* clauſulas in vnũ collatas habet, de re iudicata, de re defẽdẽda, de dolo malo.

De mutatione contingente ex parte defenſoris.

7. *Gaius* "lib. 27. ad Edictum Prouinciale."

SI ante acceptum iudicium prohibitus fuerit procurator à domino *K*, & actor ignorans prohibitum eum eſſe egerit, an *l* ſtipulatio *m* committatur? & nihil aliud dici poteſt, quam committi. Quod ſi quis ſciens prohibitum eſſe egerit, Iulianus ‖non‖ putat ſtipulationem committi. nam vt committatur, non ſufficere ait cum ea perſona acceptum eſſe iudicium, quæ ſtipulationi comprehenſa eſt, ſed oportere etiam cauſam perſonæ eandem eſſe, quæ ſtipulationis interponendæ tempore fuit. Et ideo ſi is, qui procurator datus eſt, heres extiterit domino, atque ita acceperit iudicium, ſiue etiam prohibitus acceperit, non committitur ſtipulatio. Nam & alias reſponſum eſſe, ſi quis abſentem defendens ſatiſdederit *n*, deinde vel procurator ab eo datus, vel poſtquam heres *o* ei extitit, iudicium acceperit, fideiuſſores non *p* teneri.

Si petitor poſſeſſori ſucceſſerit.

8. *Paulus* ‖lib. 74. ad Edictum.

SI petitor poſt ſatiſdationem ante iudicium acceptũ heres poſſeſſori *q* extiterit, extinguitur ſtipulatio *r*.

In quantum committitur ſtipulatio.

9. *Vlpianus* "lib. 14. ad Edictum."

IVdicatum ſolui ſtipulatio expeditam *ſ* habet quantitatem: in tantum enim committitur, in quantum iudex pronunciauerit.

Quis ſatiſdet.

10. *Modeſtinus* "lib. 4. Pandectarum."

SI ad defendendum procurator datus fuerit, ſatiſdare iubetur iudicatum ſolui ſtipulatione, quæ non ab ipſo procuratore, ſed à domino † litis interponitur.

¶ Quod ſi procurator aliquem defendat, ipſe *t* cogitur ſatiſdare iudicatum ſolui ſtipulatione.

De interitu rei petitæ.

11. *Paulus* "lib. 74. ad Edictum."

SI ſeruus qui *u* in rem actione petebatur, lite conteſtata deceſſerit, deinde poſſeſſor litem deſeruerit; quidam fideiuſſores eius pro *x* lite datos non teneri putant: quia mortuo homine nulla iam res ſit: quod falſum *y* eſt, quoniam expedit, de euictione actionis conſeruandæ cauſa, item fructuum nomine rem iudicari.

De magiſtratu.

12. *Pomponius* "lib. 26. ad Sabinum."

SI reus poſt iudicatum ſolui ab *z* eo *a* datum in magiſtratu *b* ſit, nec inuitus *c* in ius vocari poſſit? tamen niſi res boni viri *d* arbitratu defendatur, fideiuſſores tenentur.

An ſtipulatio ſæpius committatur, & quando committitur.

1. De mutatione actionis.

13. *Vlpianus* "lib. 7. Diſputationum."

CVm quærebatur, ſi interpoſita iudicatum ſolui ſtipulatione *e*, cùm quis rem non defenderet, poſtea ex heremodicio *f* ſententiam eſſet paſſus, an ob rem iudicatam clauſula committatur. Dicebam

a φθαρείσης τῆς δίκης 7. Ecl. 14. ex lib. 9 tit 3. c. 1. Id eſt, lite finita: l. 13. in fi. pr. l. 15. in fi. ĵ eod.
b v l. 20. ĵ. eo. Romanum conſ. 210.
c l. 94. in fi. ſuprà de iud.
d Atticiſmum nota, ſtipulationem ſtipulari, v. l. 20. ſup. de vſurp.
e Procurator eſt, vel ſpecialis vel vniuerſorum bonorum.
f Mandato & ratihabitione procurator conſtituitur, l. 12. in fi ſ̃ de ſolut. l. 35. ſ̃. de procurator. l. 12. C. de procuratorib.
g Procurator non eſt continuò, cui edicto prætoris agere alieno nomine permittitur.
h l. 3. §. 1. ſup. de admin. tut.
i §. 1. Inſtit. de ſatiſd. l. 19. §. 1. ſ̃. de teſt. tut. l. 14. §. 1. ſ̃. de ſolut.
k quorum ea, id eſt, prætoris & præſidis, §. 1 in fi. inſt. de ſubſtit. l. 17. in fi. l. 18. ſuprà de teſtam tut. l. 5 C. de auth. præſt.
l v. ſup. de curat. furioſi.
m l. 100. ſuprà de ſolutionib.
n v. quæ ſcripſi ad l. 1. ſup. eo.
o abſens factus ſit, Vulg.
p l. 13. ĵ. eo.
q Iudicatum ſolui.
r principalis.
ſ i. alioquin.
t l 14. ĵ. eo.
u Iudicatum ſolui ſcil.
x Quæ iudicatum ſolui ſcil. reum defendi dolũ abeſſe, l. 6. 13. 19. ĵ. eo.
y Rectè defendi, eſt pro viri boni arbitrio, vide quæ ſcripſi ad l. 73. in fi. ĵ. de verb ſign. & ad l. 11. ſ̃. de duob. reis.
z Rectè defendit, qui boni viri arbitratu vtitur, l. 12. 17. 18. ĵ. eo. l. 33. in fi. ſ̃. de fideiuſſ.
a Rem boni viri arbitratu defẽdit, qui ſatiſdat, l. 63. ſ̃. de iud.
b imputare debet, Vulg. Hal. adde l. 3. in fin. ſuprà de fideiuſſ.
c Iudicatum ſolui.

t l. 46. §. 2. ſ̃. de procurat. u l. 21. ſ̃. de euictionib. x Id eſt, executionis iudicati ſolui, v. l. 33. ſ̃. de fideiuſſ. v. Cuiac. 2. obſ. 29. y l. 16. ſ̃. de rei vind. l. 8.
z hæc verba, ab eo datum, non legit, Hal.
a eo ſatiſdatione data in magiſtratu, Vulg.
b maiore ſcil. c l. 2. ſ̃. de in ius.
d l. 8 ĵ. eo. e à reo ſcil.
f Eremodicio, Vulg. Hal. de quo l. 7. in fi. ſ̃. de minor. l. 13. §. 3. §. 4. C. de iud. Eremodicium eſt contumacia rei vel actoris, v. Cuiac. ad l. 7. in fi. ſ̃. de minorib.

vnam

vnam *a* clauſulam in ſtipulatione, *iudicatum ſolui,* & *ob rem non defenſam,* & *ob rem iudicatam,* in ſe habere. cum *b* igitur iudicatum ſolui ſtipulatio vna claudatur *c* clauſula, ſiue res iudicetur, ſiue res non defendatur, merito quæritur, ſi altera *d* cauſa committatur, an ex altera rurſum committi poſſit. ecce enim, ſi quis ſtipuletur, *Si nauis ex Aſia venerit, aut ſi Titius Conſul fuerit,* conſtat, ſiue nauis prior venerit, ſiue Titius Conſul ante factus ſit, committi ſtipulationem. ſed vbi commiſſa eſt ex priore cauſa, ex altera licet exiſtat conditio, amplius non committitur altera. *e* cauſa enim, non vtraque inhæret ſtipulationi. Proinde videndum ſtipulatio *ob rem f non defenſam,* vtrum commiſſa eſt, re non defenſa, an non prius creditur commiſſa niſi, *g* ex ſtipulatione lis fuerit conteſtata? quod magis eſt. & ideo nec fideiuſſoribus videtur ſtatim dies cedere, vbi res cœperat non defendi, proinde ſi fortè lis finita *h* fuerit: ad quam defenſio erat neceſſaria, vel *i* ſolutione, vel tranſactione, vel acceptilatione, vel quo alio modo, conſequenter placuit euaneſcere ob rem non defenſam, clauſulam.

1 ¶ Si fuero à fideiuſſore procuratoris ſtipulatus iudicatum ſolui, quaſi in rem acturus, & poſtea in perſonam egero: vel alia actione acturus, aliam autem dictauero ‖ actionem, ‖ non committitur ſtipulatio. quia de alia *k* actum videtur, de alia ſtipulatio interpoſita.

De duobus fideiuſſoribus. 1. De cautione fideiuſſori non præſtanda.

14. *Iulianus* ‖ lib. 55. Digeſtorum. ‖

SI ex duobus fideiuſſoribus qui iudicatum ſolui ſponderant, alter ob rem non defenſam partem ſuam ſoluerit, nihilominus res defendi poterit, nec tamen is qui ſoluerit repetet *l.* ſtipulatio enim pro parte eius perempta eſt, perinde ac ſi acceptum ei factum fuiſſet.

1 ¶ Quoties ex ſtipulatione iudicatum ſolui ob rem non *m* defenſam agitur cum fideiuſſoribus, non eſt iniquum caueri dominum priore iudicio abſolui: quia omiſſa cautione fideiuſſores mandati iudicio non conſequentur, aut certè cogantur dominum priore iudicio defendere.

De reſolutione clauſulæ ob rem non defenſam.

15. *Africanus* ‖ lib. 6. Quæſtionum. ‖

HÆc ſtipulatio, *Quandiu res non defendatur,* ſimul *o* atque defendi cœperit, aut defendi *p* debere deſierit, reſoluitur.

De fideiuſſore qui paratus eſt ſoluere.

16. *Neratius* " lib. 3. Membranarum."

EX iudicatum ſolui ſtipulatione ob rem non defenſam, cùm vno ex fideiuſſoribus agere volo, " is " quod pro parte eius ſit, ſoluere mihi paratus *q* eſt? Non debet mihi in eum dari iudicium. neque enim æquum eſt aut iudicio *r* deſtringi, aut ad inficiationem *ſ* compelli eum, qui ſine iudice dare paratus eſt, quo non amplius aduerſarius eius per iudicem ab eo conſecuturus eſt.

De clauſula rei iudicatæ ob dolum commiſſa.

17. *Venuleius* " lib. 6. Stipulationum."

EX clauſula *t* re iudicata, dolo malo, ob rem non defenſam in ſolidum committitur ſtipulatio. non enim videbitur defenſa res boni viri arbitratu, quæ non *u* in ſolidum defenſa ſit.

De re de qua prætor iudicium accipere non cogit.

18. *Idem* " lib. 7. Diſputationum."

VIr *x* bonus non arbitratur indefenſam *y* eſſe rem, de qua prætor iudicium accipere non cogat.

De doli clauſula.

19. *Idem* " lib. 9. Inſtitutionum.

NOuiſſima clauſula iudicatum ſolui ſtipulationis, *Dolum malum abeſſe abfuturúmque eſſe,* & in futurum *z* tempus permanens factum demonſtrat. itaque etſi fortè deceſſerit is qui dolo fecerit, tenebitur heres eius. verbum enim *abfuturúmque eſſe,* pleniſſimum eſt, & ad omne tempus refertur: vt ſi aliquo tempore non abfuerit dolus, quoniam verum ſit non abfuiſſe, committatur hæc clauſula.

1 ¶ Si autem adiectum ſit, *Si huius rei dolus malus non aberit quanti ea res eſt dari ſpondes?* Et ob extranei dolum promiſſor pœna tenebitur *a.*

2 ¶ Doli *b* autem mali clauſula, ſicut reliquæ ſtipulationes in quibus *c* tempus nominatim adiectum non eſt, ad principium ſtipulationis refertur.

De appellatione.

20. *Scæuola* " lib. 20. Digeſtorum."

CVm apud *d* Sempronium iudicem datum reus defenderetur, ſtipulatione cautum eſt, *vt quod Sempronius e iudex iudicaſſet, præſtaretur.* à cuius ſententia petitor appellauit & cùm apud competentem appellationi iudicem res ageretur, defenſore condemnato. quæſitum eſt, an ſtipulatio commiſſa eſſet? Reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur non eſſe iure commiſſam. *Claudius*: Ideo *a* ſtipulatione adiicitur, *Quive in eius locum ſubſtitutus erit.*

An ſtipulatio ſæpius committatur rei iudicatæ clauſulam præualere.

21. *Idem* " lib. ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.

SI vnus *b* ex fideiuſſoribus ob rem non defenſam conuentus ſit, deinde poſtea res defendatur, alter fideiuſſorum ob rem iudicatam conueniri poteſt. Et ſi reus promittendi duobus heredibus relictis deceſſerit, alter rem non defendat, alter defendat, is qui non defendat ob rem non defenſam conueniri poteſt: ille qui defendat, ob rem iudicatam: quoniam in vnius *c* eiuſdémque perſona non poſſe committi has duas clauſulas creditur. & nos dicimus ſemper præualere rei iudicatæ clauſulam, eámque ſolam committi.

a ſunt enim plures *l.* 1. *eod.*
b i. quoties.
c claudatur, *vulg.*
d *l.* 5. §. 3. ſ. *eod. l. vlt.* ſ. *eod.*
e vna ex duabus.
f *l.* 3. §. 9. ſ. *eod.*
g *v. l.* 5. *C. de contr. & committ. ſtipul.*
h *l.* 2. ſ. *eod.*
i Finitur lis ſolutione, tranſactione, acceptilatione.
k de alia re. *vulg.* de alio, *Hal.* adde *l.* 64. *in fin.* ſ. *de iud.*
l A creditore aduerſus quem ſuccubuit: & ita, victoria confideiuſſoris confideiuſſori (qui iam ſoluit) nõ prodeſt, adde *l.* 5. ſ. *eod. l. vlt.* ſ. *eod. l.* 35. ſ. *de cond. indeb.*
m *l.* 3. §. 9. ſ. *eod.*
n *v. Cuiac.* 6. *ad Afr. fol.* 92.
o Moræ purgatio ſoluit cautionem ob rem non defenſam.
p *l.* 2. ſ. *eo.* eſt enim punienda fruſtratio, *l. vlt.* ſ. *de proc.*
q Paratus ſoluere litem conteſtari nõ cogitur, *l.* 63. *ſup de proc. l.* 21. ſ. *de iud.*
r cœpto ſc.
ſ Bart. legit *inſtitutionem,* eáque voce noui iudicij inſtitutionem intelligit.
t *v l.* 6. ſ. *eod.*
u Defendi non dicitur quod in ſolidum non defenditur, *l.* 3. *in fin.* ſ. *ver. anos. l.* 23. *ſupra de damno l.* 139. *ſupra de verb. oblig.*
x adde *l. vlt.* ſ. *de procurat. Cuiac.* 6. *ad Afric.*
y Indefenſus non dicitur qui accipere iudicium non cogitur. Ratio? vt quis dicatur indefenſus, fingendus eſt prius legitimè in ius vocatus. Ideoque qui illegitimè in ius vocatus eſt (vt eſt qui fori præſcriptione habet) poſt oppoſitam fori præſcriptionẽ ſe defendere non tenetur. æquitas. n. exceptionis eum defendit. *Bald.*
z Stipulatio iudicatũ ſolui ex clauſula doli, committitur ex dolo interueniente in qualibet parte litis, *l.* 38 §. 13. ſ. *de verb. obl.*
a Indefinitam. n. clauſulam ad vnum tantum actum reſtringere non oportet *Bald.*
b i. eius clauſulæ in qua tantum ſtipulantur dolum abeſſe, non abfuturum.
c *l.* 24. ſ. *de reg iur.*
d vide Romanum *conſ.* 10.
e Si ab eo appellatum eſt, & reus condemnatus eſt, qui fideiuſſit iudicatum ſolui, num tenebitur? Minimè, nam fideiuſſor accipitur ſententiæ certi iudicis intuitu: & ſic iudice mutato per appellationem interpoſitam, non tenetur, niſi in promiſſione, mentio ſit factæ iudicis ſubſtituendi. *Bald.*

RATAM *d* REM HABERI, ET DE ratihabitione *e.*

TIT. VII.

Si alius quàm ſtipulator conueniatur.

1. *Papinianus* " lib. 28. Quæſtionum."

CVm quis de rato ſtipularetur, quamuis non idem, ſed alius *f* à domino conueniretur, qui conueniri non poſſet ſi ratum habuiſſet, committi ſtipulationem placuit: veluti ſi ‖ cùm ‖ fideiuſſor, aut alter ex reis promittendi qui ſocius *g* eſt, conuenitur.

De compendio, & de eo quod intereſt.

2. *Modeſtinus* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

IN *h* ſtipulatione de *i* rato habendo non *k* eſt cogitandum rei *l* promittendi, vel ſtipulandi compendium *m*, ſed *n* quid interfuerit eius qui ſtipulatus eſt ratum haberi quod geſtum eſt.

De minore 25. annis. 1. De appellatione ſi dominus pecuniam exegerit.

3. *Idem* ‖ lib. 12. Reſponſorum."

CVm minor 25. annis creditor pecuniam reciperare vellet, interpoſitus *o* procurator debitori de rato habendo cauit *p*, reſtitutione in integrum data *q*, neque indebiti condictionem, neque ſtipulationem committi conſtabat. idémque eueniret, ſi falſi procuratoris actum minor annis ratum habuerit: & ideo ita cauendum *r* erit præcedente mandato, *Si ſ ille in integrum reſtitutus fuerit, heréſue eius, aut is ad quem ea res qua de agitur, pertinebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari.* mandato verò non interueniente, vulgar. verbis de rato habendo. hæc quoque prudentius inter conſentientes *t* adſtruentur: alioquin ſi non conueniat, nec creditor minor conſentiat, actionem dari oportebit.

1 ¶ Falſus procurator de rato habendo cauit. atque ita dominus à ſententia iudicis, procuratore victo, prouocauit *u*: ſtipulationis defeciſſe conditionem apparuit, cùm ad auxilium *x* commune *y* ſuperatus confugiſſet: quòd ſi dominus qui ratum non habuit, pecuniam exegerit, ſtipulatio de rato committetur in eam pecuniam quam dominus accepit, quamuis nihil procurator acceperit.

Si dominus non habens ratum plus petat quàm procurator petierit.

4. *Scæuola* lib. 13. Quæſtionum.

PRocurator 50. *z* petit *a*, ſi dominus centum *b* petat, tenebuntur fideiuſſores, qui de ratihabitione cauerunt, in quinquaginta *c*, & quanti interfuit differri *d* quinquaginta actionem.

Quibus modis ratum habetur.

5. *Idem* " lib. 5. Reſponſorum reſpondit.

NOn tantùm verbis ratum haberi poſſe, ſed *e* etiam

a in ſtipulatione *vulg.*
b *l.* 14. ſ. *eod.*
c *l.* 13. ſ. *eod.*
d 9 *Ecl.* 11. 3. *Inſt.* 19. *in fin.*
e Actoris reique procuratores mandato deſtitui cauent dominos rem ratam habituros. Baro *ad tit. de ſatiſd.* notat, apud Gallos intra certũ tempus procuratores eo caſu iuberi domini mandatum exhibere: eo non exhibito, dominum litis ex illa die defuiſſe decerni. Procuratores vero mãdatũ generale habentes ad lites, ſi viua voce vel epiſtola, ſpecialis actio mandata eis eſſe dicetur, iurare cogi dominum intra præſtitutum diem rem ratam habiturum: eo non ſecuto, procuratorib. mulctam ob litem retardatam indici.
f *vt l.* 14. ſ. *eod.*
g adde *l.* 7. ſ. *de fideiuſſ.*
h Nouam huius legis interpretationem aduerſus Doctores, v. apud Langebeckium *cap.* 6. *Annotationum.*
i ſi mihi, dominũ ratum habiturum cauiſti.
k Imo eſt, *l.* 13. ſ. *eod.* Extrinſecum compendium non eſt conſiderandum, ſed intrinſecum tantum.
l i. ipſius rei principalis.
m τὸ κέρδος 10. *Ecl.* 11. *c.* 2. extrarium lucrum.
n atque ita extrarium compendium & lucrum ſeparatur ab eo quod intereſt, *vt in l.* 47. §. *pen. l.* 58. ſ. *de adm. tutel. Theoph. in* §. *plures. inſt. de act.*
o adde *l.* 11. *C. de procurat.*
p Si procurator minoris cauit minorem ratum habiturum, non tenetur minore in integrũ reſtituto.
q quia minor pecuniam acceptam ſua facilitate amiſerat.
r nota cautionem debitori vtilem.
ſ Præter communem ratihabitionũ clauſulam, procuratores minorum, cauent minorem in integrum reſtitutum non iri: tunc enim intereſſe petitur.
t Clauſulæ quæ contractibus inſeruntur vltra vulgarem conſuetudinem, non poſſunt niſi conſenſu partium adiici. *Bald.*
u Quoties dominus à ſententia lata contra falſum procuratorem prouocat, geſta ab eo procuratore confirmare videtur.
x Auxilium appellationis eſt commune auxilium, quod nemini denegari debet. *Bald.*
y tam in ciuilibus quam in criminalibus cauſis, *l.* 14. *C. de appellat.*
z i. minorem ſummam.
a petit *vulg.* b i. maiorem ſummam.
c i. non vltra quàm fideiuſſerint.
d i. quanti interfuit magis non ſoluiſſe quam ſoluiſſe: & ſic intereſſe conſideratur in lucro *Bald.* adde *l.* 3. ſ. *eod.*
e Ratum habemus non tantùm verbis, ſed etiam tacitè, i. ſine verbis. Voluntas interponitur actu quolibet, ſine verbis. *vt hic.* hæc inter ſe paria, v. Dambouderium *tractatu parium in verbis, conſentire facto.*

actu

actu *a*. denique ſi eam litem quam procurator inchoaſſet, dominus comprobans perſequeretur, non eſſe commiſſam ſtipulationem.

De ſuſpecto tutore.

6. *Hermogenianus* "lib. 1. Iuris Epitomarum.

TVtore ſuſpecto *b* poſtulato, defenſor *c*, ſi velit reſpondere, cautionem ratam rem dominum habiturum cauere compellendus eſt.

De herede eius cui petita eſt bonorum poſſeßio.

7. *Paulus*‖lib. 3. Sententiarum.‖

SI is cui ignoranti *d* petita eſt bonorum poſſeſſio, deceſſerit, heres eius intra tempora petitionis ratam eam habere non poteſt.

Si abſolutus quia non poßidebat, poſt acquiſitam poſſeßionem conueniatur. 1. Si dominus non habens ratum egit, & litem amiſit. 2. De cauſa ſtatus.

8. *Venuleius*"lib. 15. Stipulationum."

PRocurator ad exhibendum egit, & aduerſarius abſolutus eſt, quia non poſſidebat. ‖at e‖cùm poſſeſſionem eiuſdem rei nanctus eſſet, agit cum eo dominus ad exhibendum. Sabinus ait, fideiuſſores non teneri, quoniam hæc alia res ſit. nam etſi dominus egiſſet, mox abſoluto aduerſario, quia non poſſideret ex integro ageret, non obſtaturam rei iudicatæ exceptionem.

1 ¶ Si procurator à debitore pecuniam exegerit, & ſatiſdederit, dominum ratam rem habere, mox dominus de eadem pecunia egit, & litem amiſerit, committi ſtipulationem *f*: & ſi procurator eandem pecuniam domino ſine iudice ſoluerit, condicturum. ſed cùm debitor ex ſtipulatu agere cœperit, poteſt dici dominum, ſi defenſionem procuratoris ſuſcipiat, non inutiliter doli mali exceptione *g* aduerſus debitorem vti: quia *h* naturale debitum manet.

2 ¶ Si quis à procuratore ſtatus *i* controuerſiam patiatur, ſatis accipere debet à procuratore, ne impunè ſæpius pro ſuo ſtatu conueniretur, & ſi dominus venientéſque ab eo perſonæ, ratum non habuerunt, quòd procurator eum in ſeruitutem petierit, vel aduerſus procuratorem ex ſeruitute in libertatem petitus fuerit, quanti ea res eſt, ei præſtetur, ſc. cùm de libertate eius conſtituerit *k*: id *l* eſt, quanti interfuerit eius, de ſtatu ſuo rurſus non periclitari, & propter *m* impendia quæ in litem fecerit. Sed *n* Labeo certam *o* ſummam comprehendendam exiſtimabat, quia æſtimatio *p* libertatis ad infinitum *q* extenderetur. ex quo autem dominus ratum non habuerit, committi videtur ſtipulatio. ſed non ante ex ea agi poterit, quàm de libertate iudicatum fuerit: quia ſi ſeruus ſit iudicatus *r* inutilis fit ſtipulatio. cùm & ſi qua ſit actio, eam domino acquiſiſſe intelligitur.

De actore dato à tutore. De actore ciuitatis. De magiſtro vniuerſitatis. De curatore bonorum.

9. *Vlpianus*‖lib. 9. ad Edictum.‖

ACtor *ſ* à tutore datus omnimodo cauet, actor ciuitatis nec ipſe cauet *t*, nec magiſter *u* vniuerſitatis *x*, nec curator bonis *y* conſenſu creditorum datus.

Quibus caſibus hæc cautio eſt conuentionalis.

10. *Idem*‖lib. 80. ad Edictum.‖

INterdum ex conuentione *z* ſtipulatio ratam rem interponi ſolet. vtputà ſi quid procurator aut vendat, aut locet *a*, aut ſi ei ſoluatur.

11. *Hermogenianus*. "lib. 6. Iuris Epitomarum."

VEl paciſcitur, vel quodlibet aliud nòmine abſentis gerit.

1. *Quid ſit ratum habere.* 2. *Quomodo ratum haberi debet.* 3. *Quibus ex cauſis ſtipulatio committitur.*

12. *Vlpianus*‖lib. 80. ad Edictum.‖

QVo enim tutiore *b* loco ſit qui contrahit, de rato ſolet ſtipulari.

1 Rem haberi ratam, hoc eſt, comprobare *c* agnoſceréque quod actum eſt à falſo procuratore.

2 ¶ Iulianus ait intereſſe quando dominus ratam habere deberet ſolutionem in procuratorem factam: an tunc demum, cùm primùm certior factus eſſet, hoc autem ἐν πλάτει d, i. *cum laxamento & amplitudine*, accipiendum, & cum quodam ſpatio temporis, nec minimo, nec maximo, ‖&‖quod magis intellectu *e* percipi, quam elocutione *f* exprimi poſſit.

¶ Quid ergo, ſi quod primo ratum non habuit, poſtea habebit ratum? Nihilo magis *g* proficere ad impediendam actionem ſuam. & ob id quod primo *h* non habuit ratum, actionem ſaluam habere ait. ideoque ſi quod procuratori fuerat ſolutum, exegerit, agi perinde ex ea ſtipulatione poterit, ac ſi ratum habere ſe poſtea non dixiſſet. Sed ego puto exceptionem doli mali locum habituram.

3 ¶ Siue quis petat, ſiue compenſatione vtatur, committitur ſtatim ratam rem dòminum habiturum ſtipulatio. nam qualiter *a* quis eundem actum retractet *b*, qui à procuratore actus eſt, committi ſtipulationem oportet.

De eo quod intereſt. 1. De legato.

13. *Paulus*‖lib. 76. ad Edictum.‖

SI commiſſa eſt ſtipulatio *ratam rem dominum habiturum*, in tantum competit, in quantum mea interfuit. i. *c* quantum *d* mihi abeſt, quantumque lucrari *e* potui.

1 ¶ Si ſine iudice procuratori legatum ſoluatur, cauere debere Pomponius ait.

Si petatur à ſocio eiuſdem obligationis.

14. *Idem*‖lib. 8. ad Plautium.‖

SI quis *f* vni ex reis promiſerit *rem ratam dominum habiturum, aut amplius g eam non peti*, dicendum eſt ſtipulationem committi, ſi ab eo petatur qui eiuſdem obligationis ſocius eſt.

Interpretatio verbi, amplius non peti.

15. *Idem*"lib. 14. ad Plautium."

A*mplius non peti* *h* verbum Labeo ita accipiebat, ſi iudicio *i* petitum eſſet. Si autem in ius eum vocauerit, & ſatis iudicio ſiſtendi cauſa acceperit, iudicium tamen cœptum non fuerit, ego puto non committi ſtipulationem; *Amplius non peti*. hic enim non petit, ſed petere vult. Si verò ſoluta eſſet pecunia, licèt ſine iudicio, committitur ſtipulatio. nam & ſi quis aduerſus petentem, compenſatione *k*, deductionéve vſus ſit, rectè dictum eſt petiiſſe eum videri, & ſtipulationem *l* committi Amplius non peti. nam & heres qui damnatus non peteret, ſi horum quicquam *m* feciſſet, ex teſtamento tenetur.

De indebito ſoluto. 1. Si dominus vendiderit & emptor petat.

16. *Pomponius*‖lib. 3. ex Plautio.‖

SI indebitum *n* procuratori ſolutum ſit, agi ſtatim ex hac ſtipulatione aduerſus procuratorem poteſt. vt ratum habeat dominus: vt poſſit dignoſci, vtrumne domino condici debeat id quod indebitum ſolutum ſit, ſi is ratum habeat: an verò procuratori condicendum ſit, ſi dominus ratum non habeat.

1 ¶ Si procurator fundum petiiſſet, & cauiſſet (vti aſſolet) *ratam rem dominum habiturum*, deinde dominus poſtea eundem fundum vendidiſſet, eúmque emptor *o* peteret: ſtipulationem ratam rem haberi committi Iulianus ſcribit.

De ratihabitione ex parte. 1. De obligatione alternata.

17. *Marcellus*"lib. 21. Digeſtorum."

CVm debitore decem creditoris nomine Titius egit, partem petitionis ratam habuit dominus. dicendum eſt obligationis partem *p* conſumptam, quemadmodum ſi decem ſtipulatus eſſet aut exegiſſet, creditórque non totum, ſed partem geſtæ rei comprobaſſet. Idcirco ſi ex ſtipulatu *Decem aut Stichum, vtrum ego voluero*; abſente me Titius domino quinque petiiſſet, inſecuta ratihabitione, rectè actum videri.

De ratihabitione ex parte. Si ſæpius agatur. De eo quod intereſt. De damno infecto.

18. *Pomponius*‖lib. 26. ad Sabinum.‖

SI procurator *ratam rem dominum heredémve eius habiturum* cauerit, & vnus ex heredibus domini ratum habeat, alter non habeat, ſine dubio committetur ſtipulatio pro *q* ea parte pro qua ratum non habebitur: quia in id committitur, quod ſtipulatoris interſit. Nam etſi ipſe dominus pro parte ratum habuerit, pro parte non habuerit, non *r* vltra quàm in partem committetur ſtipulatio: quia in id committitur, quod interſit agentis. & ideò ſæpius ex ea ſtipulatione agi poteſt, prout interſit agentis *quod ſ litigat, quod conſumit, quod aduocat t, quod damnatus ſoluit.* Sicut *u* in ſtipulatione damni infecti accidere poteſt, vt is qui ſtipulatus ſit, ſubinde agat. cauet enim, *ſi quid ibi ruet, ſcindetur, fodietur, ædificabitur.*

¶ Finge ergo ſubinde damnum dari? Non erit dubium quin agere poſſit. nam ſi toto damno computato, tunc agendum eſt, propemodum non ante aget, quàm dies ſtipulationis præterierit, intra quem ſi damnum datum ſit, ſtipulationi cautum erit, quod verum non *x* eſt.

De eo quod intereſt.

Fingamus dominum, in ipſa lite actus liti conuenientes expediſſe. hinc *Bald.* Qui quẽ actum in cauſa facit, geſta procuratoris rata habere intelligitur. Actum procuratoris comprobat qui ei agẽti ſe adiungit.

b ſuſpecti. adde *l. 39. in fin. ẞ. de procurat.*

c Qui agit vel defendit alieno nomine, ſiue mandatum præcedat, ſiue non præcedat, vide *l. 3. ẞ. eod.*

d *v. l. 3. §. 7. ẞ. de bon. poſſ.*

e Quoties agitur ex noua cauſa, prioris cauſæ fideiuſſores non tenentur.

f ſummo iure, non ex æquitate. *j. eod.*

g ob ratihabitionem interpoſitam ſcil.

h Dolo facit qui pœnam ex aduerſarij petitione poſtulat, ad quam ei iure naturali tenebatur.

i *l. 39. §. 5. ſup. de procur.*

k conſtiterit.

l Quanti res, & quanti interfuerit, interdum idem eſt.

m *al.* præter

n Certa ſumma conuenta, & id quod intereſt differunt.

o *§. vltim. inſt. de verb. oblig.*

p id quod intereſt quodque (propter cauſæ magnitudinem certas limites non habet) limitandum eſt per adiectionem pœnæ, vel quantitatis certæ.

q i. incertum.

r Inter dominum & ſeruum non eſt vtilis obligatio.

ſ *l. 11. C. de procur.* at non ipſe curator vel tutor. *l. 23. ẞ. de admin. tut.*

t de rato ſc. *l. 6. §. 3. ẞ. quod cuiuſque.*

u μάγιςρος. *Theophil. titul. de ſucceſſ. bon. ſubl.* hinc Ciceronis locus in Pleſtorium Fonteij accuſatorem, cuius matrem dixit, dum vixiſſet, ludum (meretricium ſc.) poſtquam autem mortua eſſet, magiſtros habuiſſe, i. bona eius vendita. Quint. 6. c. 3. & Cic. 11. *ad Attic.* 10. Publius Terentius meus neceſſarius operam in portu & ſcriptura pro magiſtro dedit, dixi 1. *epiſtolarum ad Atticum.*

x hanc vocem Cuiacius diſpungit *j. tit. de admin. rer.*

y *v. ẞ. de curatore bonis dando.*

z *l. 5. verſic. conuentionales, ẞ. de verb. oblig.*

a & ſtipuletur, *l. 20. j. eod.*

b *l. 1. §. 4. ẞ. de ſtipul. prætor.*

c verbis, aut epiſtola & actu *l. 5. j. eod.*

d *v. l. 13. ẞ. de ſolut.*

e vide quæ notaui ad *l. 13. ẞ. de ſolut.*

f i. regula.

g ſi ſtrictum ius ſpectamus, non æquitatem. *j. eod.*

h Ratihabitio contradictionem antecedentem retrotrahit non mero iure, ſed ex æquo & bono.

a qualiter quali-ter, *Hal.* qualiter-cunque *vulg.*

b *l. 36. in fin. ẞ. de procurat.*

c id quod intereſt, ſeu intereſſe (de quo vocabulo dixi ad *l. 82. ẞ. de leg. 2.*) eſt vtilitas nobis vel erepta vel præ-repta: damnum ac-ceptum, lucrum a-uerſum impediti-que. Eripitur quod iam habuimus; præ-ripitur quod po-tuimus habere. ... eo quod inter-... igitur, habetur ... tio damni nobi ... lati, & lucri ab... lucri inquam, ... *in fin. ẞ. de ...* *certi. loc. l. 33. ...* *ẞ. locati. l. vnic...* *ſent quæ pro ...* §. 3. ẞ. rer. amo... crum eſt com... dium quod ... potuit, neque ... acquiſitum. Sed ... plus ſatis, ... dicam de damni ... lucro in dicta ... vnica. Interim ... men notandum ... vtrumque de... vel iureiurando ... ctoris, vel ... iudicis, *l. 11. §. ...* *quod vi aut clam*

d Damni & lu... ceſſantis qu... habeatur ratio ... Gallum 2. obſ. ...

e intrinſecè ... re ipſa: aliu... quod extra ... tereſt, non ... conſiderari, ... *eod.*

f i. vnus pro ...

g *v. l. 15. j. ...*

h *v. l. 16. § ...* *bonis libertorum.* De hac formula ... *l. 14. ẞ. eod. l. ...* *eod. v.* Ciceron... pro Roſcio Comœ-do: & in Bruto ... 13. *Familiarium ...* *l. 2. §. vt legatorum* ... *l. 27. §. 14. ẞ. ad l. Aquil.*

i v. quæ notaui ad *l. vlt. ẞ. de ſepar.*

k Compenſatione & deductione qui vtitur, egiſſe, non tantum excepiſſe videtur.

l *ſub.* hanc am-plius non peti.

m id eſt ſi vel com-penſatione vel de-ductione vſus eſſet.

n *l. 22. j. eod.*

o cauſam hic ha-bet à venditore ... hinc colligit Ca-ſtrenſis, factum ... qui cauſam à ... habet, factum ... cenſeri.

p Rati ſtipulatio ... diuiſionem recipit ... *vt hic.* Imò non re-cipit, *l. 4. §. 1. in f. ẞ. de verb. obl.* adde *l. 27. ẞ. de procur.*

q Imò non pro parte, ſed in integrum, *l. 8. ſup. ſi quis cautionib.*

r Imò vltra, cum in totum committatur, *l. 4. §. 1. in fin. ſup. de verborum obligation.*

ſ In id quod intereſt venit quæuis impenſa ſeu conſumptio litis cauſa.

t de honorariis aduocatorum, *v. l. 1. §. 22. j. de extr. cognitionib.* Eſt verò hic aduocare, aduocatis & teſtibus euocatis ſumptus miniſtrare, niſi malis legere, quod auocatur, *ſub.* à negotiis.

u *l. 28. ſup. de damno.*

x Non eſt expectandum tempus quo ſtipulatio inutilis reddatur vt quis agat

19. *Paulus*

19. *Paulus* ‖ lib. 13. ad Sabinum. ‖

IN ſtipulatione qua procurator cauet *ratam rem dominum habiturum*, id continetur quod *a* interſit ſtipulatoris. ¶ Idémque iuris eſt in clauſulis omnibus de dolo *b* malo.

Quibus ex cauſis cauetur de rato.

20. *Vlpianus* ‖ libro I. Diſputationum. ‖

NOn ſolum in actionibus quas procurator intendit, verùm in ſtipulationibus *c* quoque quas interponi deſiderat, ſi vice *d* repræſentat *e* actionum, cauere eum de rato oportet. Quare ſi duplæ ſtipulationem procurator interponat, de rato cauere debet. Sed & ſi damni infecti ſtipulatio à procuratore interponatur, de rato debet procurator cauere.

Si certum ſit mandatum.

21. *Idem* ‖ lib. I. Opinionum. ‖

NE *f* ſatiſdatio *ratam rem dominum habiturum* exigatur in his quæ nomine eius ageret *g*, qui eum *h* ſe feciſſe procuratorem libello principi dato profeſſus eſt, prodeſt *i*. Quod ſi *iudicatum ſolui* ſatis ab eo procuratore poſtuletur, neceſſe eſt vt iuri manifeſto pareatur.

Si procurator ſine iudice indebitum. 1. Vel debitum. 2. Aut per iudicem indebitum. 3. Vel debitum exegerit. 4. Si dominus aliquid conſequatur iniuriâ iudicis. 5. Vel rem amiſerit. 6. De legatis. 7. De ſucceſſoribus & de doli clauſula. 8. De hereditate. Quibus caſibus hæc ſtipulatio committitur. 9. De actione iniuriarum.

22. *Iulianus* ‖ lib. 56. Digeſtorum. ‖

SI ſine iudice non *k* debitam pecuniam exegerit procurator, & dominus ratam ſolutionem non habuerit, ſed eandem pecuniam petere inſtituerit, fideiuſſores *l* tenentur, & condictio qua procurator teneretur, ſi ſtipulatio interpoſita non fuiſſet, perimitur, quotiens enim procuratori pecunia ſoluitur, & dominus eam ſolutionem ratam non *m* habet, exiſtimo id agi, vt condictio perimatur, & ſola actio ei qui indebitum ſoluit, aduerſus procuratorem ex ſtipulatu competat.

¶ Hoc amplius, præſtant fideiuſſores impenſas quæ in iudicium *n* factæ fuiſſent.

¶ Quod ſi dominus ratam habuiſſet, fideiuſſores quidem liberantur, ſed ab ipſo domino eadem pecunia per condictionem peti poteſt.

1 ¶ Quod ſi procurator debitam domino pecuniam ſine iudice exegiſſet, idem iuris eſt, hoc ſecus quod ſi dominus ratam rem habuiſſet, nulla eius pecuniæ repetitio futura eſt.

2 ¶ Quod ſi procurator per iudicem non debitam pecuniam exegiſſet, dici *o* poteſt, ſiue ratam dominus habuiſſet, ſiue non habuiſſet, fideiuſſores non teneri: vel quia *p* nulla res eſſet quam dominus ratam habere poſsit, vel quia *q* nihil ſtipulatoris intereſt ratum haberi. adficietur ergo iniuria is qui procuratori ſoluit. magis tamen eſt, vt ſi dominus ratum non habuerit, fideiuſſores teneantur.

3 ¶ Quod ſi debitam pecuniam procurator per iudicem, cui nihil mandatum fuerit, petierit, magis eſt, vt in ſolidum fideiuſſores teneantur, ſi dominus ratum non habuerit.

4 ¶ Cum autem procurator rectè petit, dominus perperam, non debet procurator præſtare, ne iniuriâ *r* iudicis dominus aliquid conſequatur. nunquam enim propter iniuriam *ſ* iudicis fideiuſſores obligantur. Verius tamen eſt, hoc caſu fideiuſſores, non niſi *t* in impenſas litis teneri.

5 ¶ *Marcellus*: Si dominus ratam rem non habuerit, ſed lite mora rem amiſerit, nihil præter impendia in ſtipulatione ratam rem deducitur.

6 ¶ ‖ *Iulianus* ‖: Si procuratori eius qui mortuus erat, ſine iudice ſoluta fuerint legata, ſtipulatio committetur, niſi *u* heres ratum habuerit: vtique ſi debita fuerint. tunc enim non dubiè intereſt ſtipulatoris ratam ſolutionem ab herede haberi, ne bis *x* eadem præſtet.

7 ¶ Si in ſtipulationem ratam rem haberi hactenus comprehenſum fuerit, *Lucium Titium ratum habiturum*? cùm id apertè *y* ageretur, vt heredis, cæterorúmque perſonæ, ad quos ea res pertineret, omitterentur, difficilè *z* eſt exiſtimare doli clauſulam committi.

¶ Sanè cùm *a* per imprudentiam hæ perſonæ omittantur, actio ex doli *a* clauſula competit.

8 ¶ Si procurator iudicium de hereditate *b* ediderit, deinde dominus fundum *c* ex ea hereditate petierit, ſtipulatio ratam rem haberi committetur *d*: quia ſi verus procurator fuiſſet, exceptio rei iudicatæ dominum ſummoueret.

¶ Plerumque autem ſtipulatio *ratam rem haberi*, his caſibus committetur, quibus ſi verus procurator egiſſet, domino aut ipſo iure aut propter exceptionem actio inutilis eſſet.

9 ¶ Qui *e* patris *f* nomine, iniuriarum agit ob eam rem quod filius eius verberatus pulſatúſve ſit, in ſtipulatione cogendus eſt filij quoque perſonam comprehendere, præſertim cùm fieri poſsit vt pater antè decedat quam ſciret procuratorem ſuum egiſſe, & ita iniuriarum actio redeat *g* ad filium.

10 ¶ Sed etſi nepoti iniuria facta fuerit, & procurator aui propter hanc cauſam iniuriam aget, non ſolùm filij, ſed etiam nepotis perſona cõprehendẽda erit in ſtipulatione. quid enim prohibet, & patrem, & filium, antequam ſcirent procuratorem egiſſe, decedere? quo caſu iniquum eſt fideiuſſores non teneri, nepote iniuriarum agente.

Quos ratum habituros cauetur.

23. *Idem* ‖ lib. 5. ex Minicio. ‖

PRocurator cùm peteret pecuniam, ſatiſdedit *amplius non* h *peti*. poſt iudicium acceptum extitit qui & ipſe procuratorio nomine eandem pecuniam peteret. quæſitum eſt, cum is qui poſtea peteret, procurator non eſſet, & propter hoc exceptionibus *i* procuratoriis excludi poſſet, num fideiuſſores priores procuratoris tenerentur? ‖ Iulianus ‖ reſpondit, Verius eſt non obligari fideiuſſores. nam *k* in ſtipulatione cauetur, *non petiturum eum cuius de ea re actio* l, *petitio* m *perſecutio* n *ſit, & ratum habituros omnes ad quos ea res pertinebis* o. hic autem, qui *p* procurator non eſt, nec actionem *q*, nec petitionem *r* habere intelligendus eſt.

De bonorum poſſeſsione.

24. *Africanus* ‖ lib. 5. *ſ* Quæſtionum. ‖

BOnorum poſſeſsionem *t* ab alio adgnitam *u*, *ratam haberi* oportere eo *x* tempore quo adhuc in ea cauſa ſit, vt peti poſsit. Itaque poſt centeſimum *y* diem rata haberi non poteſt.

1 ¶ An autem & ſi mortuus fuiſſet qui petiiſſet, vel furere *z* cœperit, ratum haberi poſsit, videamus. nam ſi in vniuerſum perinde haberi debet, ac ſi tunc, cùm ratum habeat, per eum bonorum poſſeſsionem petat, fruſtrà his caſibus ratum habetur? Sed illud conſequens futurum, etiam ſi pœniteat illum petiſſe, ratum haberi non poſſe. quod vtique ſit abſurdum. rectius itaque dicitur, neutram eorum cauſam impedire ratihabitionem.

De dote. 1. Si dominus ratum habeat, poſtquam tempore debitor liberatus eſt.

25. *Idem* ‖ lib. 6. *a* Quæſtionum. ‖

PAter dotem à ſe datam abſente filia petit, & ratam rem habituram eam cauit. ea, prius quam ratum haberet, mortua *b* eſt. Negauit committi ſtipulationem: quia *c* & ſi verum ſit ratam eam non habuiſſe, nihil tamen mariti interſit dotem reſtitui, cùm patri, etiam mortua filia, ſalua eſſe dos debeat.

1 ¶ Procurator, cùm ab eo æs alienum exegerat, qui tempore liberaretur, ratam rem dominum habiturum cauit. deinde poſt tempus, liberato *d* iam debitore, dominus ratam rem habet: Poſſe debitorem agere cum procuratore exiſtimauit, cum iam debitor liberatus ſit. argumentum rei, quod ſi nulla ſtipulatio interpoſita ſit, condictio locum aduerſus procuratorem habitura ſit, in locum autem condictionis interponi ſtipulationem.

a *l.18.§.1.in fin. ſup. de dolo.*
b *l.18 in pr. & §. 4. ſup. de dolo.*
c *v. l.40.§.1. ſup. de procur.*
d vicem repræſentant actionum, *Hal.* v. Cuiacium ad *l.5. ſup. de verb. obl.*
e *al.* repræſentant.
f adde *l. illicitas exactiones 6. ſup. de officio præſidis, quæ eſt eiuſdem libri.*
g agente, *Hal.*
h adde *l.65. ſup. de procurat.*
i *fortè legendum*, proditum eſt.
k *l.16. ſuprà eo.*
l procuratoris qui cauit, ratam rem haberi.
m aliud eſt ſi habeat, *l.66. ſup. de fideiuſſorib.*
n motum ſcil. per dominum reprobantem factũ falſi procuratoris.
o id eſt, tentari poteſt, quod tamen Iulianus hic non probat.
p Quod non eſt, ratum haberi non poteſt: Imò, etiam ab initio nullum negotium ratum haberi poteſt, *l.6. §.9. j. de negotiis.*
q Omnis actio ceſſat quando agentis nihil intereſt agere.
r *l.5. l.21. ſuprà de evict. l.67. inf. de fideiuſſorib.*
ſ Fideiuſſor iniuria iudicis non obligatur.
t Acceſſoria interdum quis præſtat, qui ad principale non tenetur, *Bal.*
u Factum nomine defuncti ratum haberi poteſt per heredem.
x Bis idem præſtari non oportet, *v. l.57. j. de regul.*
y i. tantum, hæc particula *tantùm* reſtrictiua heredem excludit.
z non tamen impoſsibile.
a Doli clauſula facit vt heredis perſona in ſtipulatione omiſſa, contineri ea intelligatur, *vt hic.* Ex eadem agitur vt error qui in ſtipulatione commiſſus eſt, emendetur, *l.121. ſup. de verb. oblig.*

a Deceptus circa interpretationẽ ſeu intellectum vocabuli, habet contra aduerſarium actionem ex clauſula doli, *l.19. ſup. eo.*
b Vniuerſali ſcil.
c id eſt, particulare quiddam hereditatis.
d Cur ita? quia clauſula rati interpoſita eſt in iudicio vniuerſali, & committitur per iudicium particulariter motum. vniuerſale includit ſua particularia, ſicut genus includit ſuas ſpecies, *Bal.*
e id eſt extraneus, non pater, *l.34. §. 4. ſup. de procur.*
f *l.5. §.6. inf. de iniuriis.*
g Inſpicitur autem quod euenire poteſt.
h v quæ notaui ad *l.4. §.2. ſup. de verbo obl. & l.15. ſup. eo.*
i *l.9. ſup. de probat. §. vlt. Inſt. de except.*
k Promittens ratum firmúmque habiturum, obligatur, ſiue iure, ſiue facto committat in id quod ipſe promiſerit. ſi verò ratum tantum habiturum promiſit, non obligatur, ſi facto tantum ratum non habeat, *Bart. in l. id quod pauperibus 24. Cod. de episc.*
l perſonalis, *l.178. §.2. inf. de verb. ſignif.*
m in rem, *d. §.2.*
n Perſecutio eſt verbi gratia extraordinaria petitio vt fideicommiſſorum, & ſi quæ ſunt aliæ, quæ non habent iuris ordinarij executionem, *d. §.2. l.34. j. de ver. ſign.* vel mixta actio in rem aut perſonam, *l.28. ſ. de obl.* Ita hæc tria coniunguntur, actio, petitio, perſecutio, *l.49. inf. de ver. ſign.* & diuiduntur, *d. §.2. & l.28 ſup. de verb. obl.*
o *ſub.* iure: Nam hic agitur de facto.
p inter perſonas, quarum intereſt, non continetur falſus procurator. adde *l.13. in fin. ſup. de operis noui.*
q perſonalem.
r actionem in rem.
ſ *v. Cuiac. 4. ad Afric. fol. 62.*
t adde *l 6. ſup. de adq. hereditate.*
u de differentia aditionis hereditatis ab agnitione, *v. Cuiac. ibi.*
x adde *l.3. in fi. j. de adult.*
y *l.5. ſup. quis ordo.*
z *l.16. ſup. de bon. poſſ.*
a *v. Cuiac. 6. ad Afr. fol. 9.*
b Succedens ei qui promiſit ratam rem habere, rati promiſsionem conſumit. Succedendo ratum quis habere videtur.
c *v. l.12. §.2. j. eo.*
d Qui præſcripſit, dicitur liberatus, *l.37. ſup. de fideiuſſ.*

LIBER QVADRAGESIMVS-SEPTIMVS

DE a PRIVATIS b DELICTIS c.

De ſucceſſoribus. 1. De noxa.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 41. ad Sabinum. ‖

CIuilis d conſtitutio e eſt, pœnalibus f actionibus g heredes non h teneri, nec cæteros i quidem ſucceſſores k. Idcirco nec furti conueniri poſſunt. Sed quamuis furti actione non teneantur, attamen ad exhibendum actione l teneri eos oportet, ſi poſsideant, aut dolo fecerint m quominus poſsideant n. Sed enim & vindicatione tenebuntur, re o exhibita. Item condictio aduerſus eos competit.

1 ¶ Heredem p autem furti agere poſſe æquè conſtat, exſecutio q enim quorumdam delictorum heredibus data eſt r. Ita & legis Aquiliæ ſ actionem heres habet. Sed iniuriarum t actio heredi non competit.

2 ¶ Non tantùm in furti, verùm in cæteris quoque actionibus, quæ ex delictis oriuntur, ſiue ciuiles ſunt, ſiue honorariæ, id placet, vt noxa u caput ſequatur.

De concurrentibus actionibus.

2. *Idem* ‖ lib. 43. ad Sabinum. ‖

NVmquam a plura delicta concurrentia faciunt, vt vllius impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit b pœnam.

1 ¶ Qui igitur hominem ſubripuit c, & occidit: quia ſubripuit, furti: quia occidit, Aquilia tenetur: neque altera harum actionum alteram conſumit.

2 ¶ Idem dicendum, ſi rapuit, & occidit: nam & vi bonorum raptorum, & Aquilia tenebitur.

3 ¶ Quæſitum eſt, ſi condictus fuerit ex cauſa furtiua, an nihilominus lege Aquilia agi poſsit? & ſcripſit Pomponius agi poſſe: quia alterius æſtimationis eſt legis Aquiliæ actio, alterius condictio ex cauſa furtiua. namque Aquilia eam æſtimationem complectitur, quanti eo anno plurimi fuit. condictio autem ex cauſa furtiua non egreditur retrorſum d iudicij e accipiendi tempus. Sed ſi ſeruus ſit, qui hæc admiſit, quacumque actione noxæ fuerit deditus, perempta eſt altera actio.

4 ‖ ¶ Item ſi quis ſubreptum flagello ceciderit, duabus f actionibus tenetur, furti & iniuriarum: & ſi fortè hunc eundem occiderit, tribus g actionibus tenebitur. ‖

5 ¶ Item ſi quis ancillam alienam ſubripuit, & flagitauerit h, vtraque i actione tenebitur: nam & ſerui corrupti agi poterit & furti.

6 ¶ Item ſi quis ſeruum vulnerauit k quem ſubripuerat, æquè duæ actiones locum habebunt, Aquiliæ & furti.

De ſubſcriptione in crimen.

3. *Idem* ‖ lib. 2. de officio ſo proconſulis. ‖

SI quis actionem, quæ ex maleficiis oritur, velit exequi, ſi quidem pecuniariter l agere velit, ad ius ordinarium m remittendus erit, nec n cogendus erit ‖ in ‖ crimen ſubſcribere. enim verò, ſi extra o ordinem eius rei pœnam exerceri velit, tunc ſubſcribere eum ‖ in ‖ crimen oportebit.

DE FVRTIS p

TIT. II.

Etymologia. 2. De ſola cogitatione. 2. De abnegatione depoſiti. 3. Definitio.

1. *Paulus* ‖ lib. 39. ad Edictum. ‖

FVrtum à furuo q, id eſt nigro, dictum Labeo ait. quòd clam & obſcuro fiat, & plerumque nocte: vel r à fraude, vt Sabinus ait: vel ſ à ferendo, & t auferendo: vel u à Græco ſermone qui φῶρας appellant fures. imò & Græci x ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, *à ferendo*, φῶρας dixerunt. 1 ‖ ¶ Inde ‖ ſola cogitatio y furti faciendi non z facit furem a.

2 ¶ Sic is qui depoſitum b abnegat, non ſtatim etiam furti tenetur, ſed ita ſi intercipiendi c cauſa occultauerit.

⁊ duo terribiles libri nunc ſequuntur: ſic enim Iuſtinianus eos appellat.

a Hic titulus tractat de priuatis delictis, quorum regulas etiam generales continet. Priuatis opponuntur publica. Eſt & alia delictorum diuiſio. Sunt enim quædam merè Eccleſiaſtica, alia ſecularia, alia mixta. Item alia nominata, alia innominata: Ad hæc alia leuia, alia atrociſsima, de quibus v. Clarum §. 1. *qu.* 1. Porro aut nobis, aut alteri nocemus. Nobis, quoties noſipſos interficimus, & generaliter quoties delinquimus. Alteri dupliciter, mente (hinc concupiſcentia, & inuidia *v. l. 18. ȷ. de pœnis.*) aut noſtro corpore vel alieno nocemus. Noſtro vel vniuerſim, vel ſpeciatim, veluti lingua, vel manu, &c. Alieno, per ſeruos & familiam, inſtitores, *tit. 6. ȷ. eo.* Per miniſtros nauis, cauponæ, ſtabuli, *tit. 3. inf. eod.* balnei, *tit. 17.* per ædes, *v. ſup. de operis noui, de damno, & aqua pluuia.* Per turbam, *tit. 8* Corpus & collegium, *tit. 22. cui adiunge titulum de vi publica & priuata lib. 48. tit. 6. 7.* Per quadrupedes, *ſup. ſi quadrupes.* Item alteri nocemus, ἀμέσως, vel μέσως. Ἀμέσως, quum eius animum corrumpimus, corpus lædimus (hinc homicidia, veneficia, incantationes, maleficia, *lib. 48. tit. 8.* parricidia, *lib. 48. tit. 9.* adulteria, ſtupra, raptus, *lib. 48. tit. 5.* priuati carceres, *9. C. 5.* Iniuria facto conſtans, *ſup. de noxalib. tit. 15. ȷ. eo.* Μέσως quum alterius famam lædimus (hinc iniuriæ verbales, famoſi libelli, *tit. 10. ȷ. eo.* calumnia, præuaricatio, *tit. 15. ȷ. eod.* falſa accuſatio, falſa teſtimonia, *lib. 48. tit. 19.*) liberos (hinc plagia, *lib. 48. tit. 15.*) ſeruos (hinc tituli de ſeruo corrupto, de fugitiuis, de receptatoribus) animalia (hinc abigeatus, *tit. 14. ȷ. eod.*) res inanimatas: idque generaliter, vel ſpecialiter. Generaliter (hinc concuſsiones, *tit. 13.* receptatores, *tit. 16.* effractores, expilatores, *tit. 18. inf. eo.* ſtellionatus, *tit. 20.* falſi crimen, *lib. 48. tit. 10.*) Specialiter puta terminos, *tit. 21. ȷ. eo.* ſepulchra, *tit. 12.* arbores, *tit. 7.* ædificia, parietes, *tit. 3. inf. eo.* res hereditarias, *tit. 4. & 19.* res naufragij, *tit. 9.* balnei, *tit. 17.* huc refer crimen repetundarum, *lib. 48. tit. 11.* annonæ, *tit. 12.* peculatus, ſacrilegij, de reſiduis, ambitus, *tit. 13.*

b Quorum accuſatio vel perſecutio permittitur ei cuius propriè priuatim ac ſpecialiter intereſt. Duaren. 1. *diſput. 36* id eſt, ei qui læſus eſt, & ita tenent communiter omnes, Gomeſius 1. c. 1. *delictorum num. 9* vel quorum obligatio & actio ad priuatam vtilitatem refertur. Iure canonico omnia delicta ſunt publica, *Gloſſa in c. infames 16. qu. 1.* Hodie ſuperiora omnia multis locis immutata ſunt. nam in regno Neapolitano nemo admittitur ad accuſandum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur: & ita omnia crimina videntur ibi priuatæ: contrario in regno Franciæ nemo poteſt criminaliter accuſare, etiamſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. Melius eſt itaque in rebus tam dubiis adhærere ſtatuto vel conſuetudini loci, & ex ea declarare quæ dicantur priuata, vel publica delicta, Clarus 5. *ſent.* §. 1. *q.* 1.

c Delictis, *Vulg. Hal.* Delicta propriè, ſunt priuata: crimina, publica, *l. 17. §. 18. ſup. de ædilitio, l. 131. in fi. ȷ. de verb. ſign.* d Quid iure Canonico? pœnalis actio datur in ſolidum aduerſus heredes, *c. 1. de raptorib.* Bart. *hic num. 6. in fin.* Decius ad *l. 111. ȷ. de reg. num. 7.* id tamen Panormitanus negat. *c. vltim. de ſepulturis.* Molinæus ad *l. 111.* cenſet actionem pœnalem ex delicto in heredem non transferri, ſed rei perſecutoriam tantùm. e id eſt regula iuris antiqui: id enim hoc vocabulum interdum ſignificat, *vt in l. 91. §. 3. ſup. de verb. oblig.*

f Morte finitur pœnalis actio, *§. 1. Inſt. de perpetuis & tempor. act. l. 2. in fin. ȷ. vi bonorum rapt.* vide Sebaſtianum Medicem tract. de morte, *parte 2. concl. 3.*

g *l. 1. § 23. ſup. de tut. & rationib. l. 31. ȷ. de obl. l. 111. ȷ. de reg. iur. §. 1. inſt. de perpetuis & temporalib. §. 9 in fi. Inſt. de l. Aquilia.* h Quid? heres non cogetur vſuras à defuncto perceptas reſtituere? cogetur vtique quia vſuræ illegitimæ non ex delicto repetuntur, ſed condictione indebiti, *l. 26. ſup. de cond. indeb.*

i Quia per mortem delictum & pœna extinguuntur, *l. 6. ȷ. de publ. iudic.*

k *l. 7 ſup. de condict. furtiua.* l ſi res extet, *l. 5. ſup. de calum. l. 29. ſuprà de dolo:* nec enim heredem ex defuncti delicto lucrari oportet. Quid? eo caſu num furti tenebitur? non tenebitur, ſed actione in factum, *l. 1. in fi. ſup. de vi & vi.*

m Dolo qui fecit, quo minus poſsideret, habetur pro poſſeſſore. Paria ſunt poſsidere, aut dolo efficere quo minus poſsideas, dolus repræſentat poſſeſsionē, *l. 311. ȷ. de reg.* n adde & tertiam exceptionem, niſi quoque cum defuncto lis ſit conteſtata, *l. vnic. C. ex delictis.* adde & quartam, niſi defunctus fuerit confeſſus in iudicio: hic enim habetur pro iudicato, *l. 1. ſup. de confeſsis* v. Bart. *hic num. 7.*

o Cur ita? ad exhibendum eſt præparatoria vindicationis, *l. 1. ſup. ad exhibend. l. 3. §. 1. ſup. de liberis exhibendis, l. 7 ſup. de cond. furtiua.* p *l. 47. ȷ. de furtis.*

q perſecutio, *l. 11. ȷ. de accuſat. §. 1. inſt de publicis iudiciis.*

r etſi defunctus litem conteſtatus non ſit.

ſ *l. 23. § 8. l. 36. §. 1. ſuprà ad l. Aquil.* t *v. l. 13. ȷ. de iniuriis.*

u ἁμάρτημα τῇ κεφαλῇ ἀκολουθεῖ, 18. *Ecl. ex lib. 60. tit. 5. c. 1.* τὰ πταίσματα τῇ κεφαλῇ ἀποδοθῆ: 49. *Ecl. ex lib. 23. tit. 5. c. 4. in fin. & lib. 82. tit. 5. cap. 4.* ... 1. *Harm.* 18. c. περὶ τιμήματος δούλων Theoph. ſic exprimit in §. *ſunt autem. inſt. de noxalib.* κανὼν ἐστὶν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων δεδομένος ὁ λέγων, noxa caput ſequitur. Rectè ait κανών: nam & Harmenopulus dicto loco hanc ſententiam vocat κανόνα, adde *l. 18. §. 48. ȷ. de furtis, v. l. 17. §. 7. ȷ. de iniuriis, l. 31. ſup. de pign.* ... *l. 8. §. 38. ſup. depoſiti. §. 5. inſt. de noxal. Paul. 1. ſent.* ... *§. 9.*

a vide ad hanc regulam Hotoman. 27. *Illuſtrium qu.* b ſingulis delictis ſingulæ pœnæ imponuntur, ſic vt altera alteram non conſumat, *l. 27. ſup. ad l. Aquil. l.* ... 2. *ſup. de ſeruo corrupto, l. 1. §. 22.* ... §. 1. *ſup. de tutel. & rationib. l. 60. ſup. de obl. l. 21. in fi. principij, inf. de furtis* ... 8. §. 2. *inf. arborum furtim cæſarum,* ... 25. *l. 41. ȷ. de iniuriis, & l. 6. inf.* ... *adult.* Imo altera alteram conſumit, *l. 6. in fi. ſup. nautæ caupones, l. 34.* ... *ſup. de oblig.* c *l. 27. ſup. ad l. Aquil.* d Senſus eſt, in actione legis Aquiliæ retrorſum æſtimatur quanti ... eo in anno plurimi fuit. In condictione furtiua quanti vnquam plurimi fuerit, vel furti ... cit, *l. 8. §. 1. l. 13.* ... *ſi ſup. de cond. furtiua, l. pen. ſup. re. amot.* vel litis conteſtatæ, vel rei iudicatæ, vel mortis tempore, Cuiac. ... *ad Afric. fol.* ... *in fin.* e litis conteſtatæ. f *l. 15. §. 46 l.* ... §. 2. *ȷ. de iniuriis.* g Cur? quia & in caſu Aquilia tenetur. h Flagellauerit *vulg.* & malè. ... lius Ecloga ... φθείρας τοὺς ... πυς αὐτῆς, 15. *Ecl. ex lib. 60. tit.* 21. c. 2. §. 4. An flagitare eſt corrumpere, ſtuprare? ſic putat Fornerius. Flagitium enim eſt ſtuprum, *l. 1. in fi. inf. de extr. crim. Paul. 5. ſent. 4. §.* 145. Iſidorus 26. in *verbo, flagitium.* v. Fornerium 2. *ſelect.* Flagitare eſt pudicitiam attentare. i *l. 11. in fi. ſup. de ſeruo corrupto.* k *l. 27. ſuprà ad l. Aquiliam.* l pecuniariè, *Hal.* id eſt, ciuiliter, *v.* 1. *Harm.* 2. m id eſt, præfectum vrbi, *l. 2. ȷ. de furibus balneariis.* n *l. vlt. ȷ. de furtis.* o criminaliter, non pecuniariter, *Baſilica.* p *6. C. 2. 4. inſt. 1. 2. Paul. ſent. 31.* περὶ κλοπῆς, 15. *Ecl. 2. & 6. tit. 5.* περὶ κλεπτῶν, &c. adde *primum Har. 3.* περὶ κλοπῆς, *& c 7. collationis legum Moſaïcarum, & 5. Extra. 18.* Porrò alius eſt fur à latrone: & furtum ſimplex à vi, & turba. De pœna furti dicam ad *lib. 2. feudorum tit. de pace tenenda, verſ. ſi quis quinque ſolidos.* q *§. 2. inſt. de oblig. ex delicto.* Varro *apud Gellium 1. c. 18.* Iſidorus 5. *c. 26. in verbo furtum.* Feſtus à furuo deriuat furuus, furiæ, fumus, fuligo, fuluus. furti non meminit.

r Secunda etymologia furti.

ſ Tertia etymologia.

t à ferendo, id eſt, auferendo, *Hal.*

u Quarta etymologia.

x Græci à ferendo φῶρας dixerunt, vel à Græco ſermone quo φῶρας appellant fures. Imò & Græci dixere παρὰ τὸ φέρειν, Alciat. 1. *diſpunct.* 10.

y id eſt, quia furtum ab auferendo dicitur. Sola cogitatione nemo furtum committit, quum eâ ſolâ res alteri non auferamus.

z Imò facit furem, 11. Gell. *vlt. in fin.*

a *v. l. 21. l. 22. ȷ. eod.* b Quid? *l. 3. §. 18. ſuprà de adquir. poſſeſſ.* num ſola cogitatio punitur? vide *l. 18. inf. de pign.*

c *l. 67. ȷ. eod.* Contrectatio ſimplex furem non facit, ſed fraus contrectationi mixta. adde *l. 22. ȷ. eo.* Ideóque non continuo fur eſt præſumendus, qui rem furtiuam contrectat, præſertim ſi laudatæ vitæ ſit, *v. tamen l. 2. C. eod.* An ad torturam id ſufficiens eſt? Clarus ait ex communi opinione doctorum, 5. *ſent.* §. 6. præſertim in perſonis abiectis & famæ ſuſpectæ, *v. d. l. 2.*

3 ¶ Furtum eſt *a* contrectatio *b* "rei" *c* fraudulo-ſa *d*, lucri *e* faciendi gratia, vel ipſius rei *f*, vel etiam vſus *g* eius, poſſeſſioniſve *h*, quod lege naturali *i* prohibitum eſt admittere.

De furto manifeſto, vel non manifeſto

2. *Gaius* "lib. 13. ad Edictum."

FVrtorum genera duo *k* ſunt, manifeſtum *l*, & nec manifeſtum *m*.

3. *Vlpianus* "lib. 41. ad Sabinum."

FVr eſt manifeſtus, quem ἐπ' αὐτοφόρῳ appellant, hoc eſt eum qui deprehenditur *p* cum furto.

1 ¶ Et parui refert, à quo deprehendatur *q*, vtrum ab eo, cuius *r* res fuit, an ab alio. 2 ¶ Sed vtrum ita demum fur ſit manifeſtus, ſi in faciendo deprehendatur, an vero & ſi alicubi *ſ* fuerit deprehenſus? Et magis eſt (vt & Iulianus ſcripſit) & ſi non ibi deprehendatur vbi furtum fecit, attamen eſſe furem manifeſtum, ſi *t* cum re furtiua fuerit adprehenſus, priùs *u* quàm eo loci rem pertulerit quo deſtinauerat.

4. *Paulus* "lib. 9. ad Sabinum.

QVò deſtinauerit quis auferre, ſic accipiendum eſt: quò deſtinauerit eo *x* die manere cum eo furto.

5. *Vlpianus* "lib. 41. ad Sabinum."

SIue igitur in publico, ſiue in priuato deprehendatur, antequam ad locum deſtinatum rem perferret, in ea cauſa eſt, vt fur manifeſtus ſit, ſi cum re furtiua deprehendatur. & ita Caſſius ſcripſit.

1 ¶ Sed ſi pertulit quò deſtinauit, tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur.

6. *Paulus* "lib. 9. ad Sabinum."

QVamuis *y* enim ſæpè *z* furtum contrectando fiat tamen initio *a*, id eſt, faciendi furti tempore, conſtituere viſum eſt, manifeſtus, necne fur eſſet.

7. *Vlpianus* "lib. 41. ad Sabinum."

SI quis in ſeruitute furtum fecerit, & manumiſſus *b* deprehēdatur, an fur manifeſtus ſit, videamus. & ait Pomponius libro nonodecimo ex Sabino, non poſſe eum manifeſti conueniri: quia origo *c* furti in ſeruitute facti non fuit manifeſti. 1 ¶ Ibidem Pomponius eleganter ſcripſit, deprehenſione *a* fieri manifeſtum furem. cæterùm ſi cùm tibi furtum facerem de domo tua, abſcondidiſti te, ne te occidam, etiam ſi vidiſti *b* furtum fieri. attamen non eſt manifeſtum. 2 ¶ Sed Celſus deprehenſioni hoc etiā adijcit, ſi cùm vidiſſes eum ſubripientem, & ad comprehendendum eum accurriſſes *c*, abiecto *d* furto effugit, furem manifeſtum eſſe.

3 ¶ Paruique referre putat, dominus an vicinus, an quidlibet tranſiens adprehendat.

8. *Gaius* "lib. 13. ad Edictum Prouinciale."

NEc manifeſtum furtū quid ſit, apparet *e*. nam *f* quod manifeſtum non eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtū eſt.

De aſſidua contrectatione. 1. De rei vindicatione, & condictione furtiua.

9. *Pomponius* "lib. 6. ad Sabinum."

EI qui furti actionem habet, aſſidua *g* contrectatione furis non magis furti actio naſci poteſt: ne in id quidem in quod creuiſſet *h* poſtea res ſubrepta. 1 ¶ Sed ſi eam à iure vindicaſſem, condictio mihi manebit *i*, ſed poteſt dici, officio iudicis qui de proprietate cognoſcit, contineri, vt non aliter iubeat reſtitui, quàm ſi condictionem petitor remitteret. quòd ſi ex cōdictione antè damnatus reus, litis æſtimationē ſuſtulerit, vt aut omnimodo abſoluat reum, aut (quod magis placet) ſi paratus eſſet petitor æſtimationē reſtituere, nec reſtitueretur ei homo, quanti *k* in litem iuraſſet, dānaretur ei poſſeſſor.

¶ *Quibus datur actione de eo cuius intereſt.*

10. *Vlpianus* "lib. 29. ad Sabinum."

CVius interfuit *l* non ſubripi, is actionē furti habet.

11. *Paulus* "lib. 9. ad Sabinum."

‖TVm‖ is cuius intereſt furti habet actionem, ſi honeſta *m* cauſa intereſt.

De fullone. 1. De bonæ vel malæ fidei poſſeſſore. 2. De pignore.

12 *Vlpianus* "lib. 29. ad Sabinum."

ITaque fullo *n* qui curanda, polienda veſtimenta accepit, ſemper agit *o*. præſtare enim cuſtodiam *p* debet. ſi autem ſoluendo *q* non eſt, ad dominum actio redit, nam qui non habet quod perdat, eius periculo nihil eſt.

1 ¶ Sed furti actio malæ *r* fidei poſſeſſori non *ſ* datur? quamuis *t* intereſt eius, rem non ſubripi, quippe cùm res periculo eius ſit, ſed nemo de improbitate *u* ſua conſequitur actionem. & ideo ſoli bonæ *x* fidei poſſeſſori, non etiam malæ fidei, furtī actio datur.

2 ¶ Sed &" ſi res pignori *y* data ſit, creditori quoque damus furti actionem, quamuis in bonis *z* eius res non ſit. Quinimò non ſolùm aduerſus extraneum "dabimus", verùm" &" cōtra *a* ipſum quoque dominum, furti actionem. & ita Iulianus ſcripſit. Nec non & ipſi domino dari placet. & ſic fit, vt non *b* teneatur furti, & agat. Ideo autem datur vtrique, quia vtriuſque intereſt. Sed vtrum ſemper creditoris intereſt, an ita demum, ſi debitor ſoluendo non eſt? & putat Pomponius ſemper *c* eius intereſſe pignus habere. quod & Papinianus libro duodecimo Quæſtionum probat, & verius eſt vbique videri creditoris intereſſe. & ita "&" Iulianus ſæpiſſimè ſcripſit.

De re debita ex ſtipulatu.

13. *Paulus* "lib. 5. ad Sabinum."

IS cui ex ſtipulatu *d* res debetur, furti actionem non habet, ſi ea ſubrepta ſit, cùm per debitorem ſtetiſſet quo minùs eam daret.

De emptore & venditore. 2. De colono. 3. De depoſitario. 5. De pignore. 8. De re commodata vel perferenda data. 11. De precario. 12. De conductore. 13. De filiofamilias ſurrepto. 14. De re commodata, vel pignorata, vel locata. 15. De acceſſione rei commodatæ. 16. Differentia inter furti actionem, & condictionem furtiuam. 17. De epiſtola. De caupone. De magiſtro nauis.

14. *Vlpianus* "lib. 29. ad Sabinum"

EVm qui emit, ſi non *e* tradita eſt ei res, furti actionem non habere, ſed adhuc venditoris *f* eſſe hanc actionem Celſus ſcripſit. Mandare *g* eum planè oportebit emptori furti actionem & condictionem, & vindicationem. & ſi quid ex his actionibus fuerit conſecutus, id præſtare eum emptori oportebit. quæ ſen-

a Definitio furti, v. §.1. *Inſt. de oblig. ex delicto.* b non ſimplex inſpectatio, *l.67.ʒ.eo.* Quid autem contrectare, v. *Theoph.* §.3. *Inſt. de vſucap.* c alienæ ſcilic. *Theophilus.* an & ſuæ rei quis furtū facere poteſt? fur non eſt, qui permiſſu iudicis rem ſuam in alterius domo perquirit, quive furis de manibus eam eripit. hoc amplius addit Clarus ex communi opinione, eum furtum non committere qui debitori contumaci & moroſo rem debitæ non abſimilem vel eiuſdē valoris ſurripit, 5. *ſent.* 6. quod vltimum non placet. Quid ſi quis eripit alteri quod ſibi debitū putat? Furtum non committit; §.1. *Inſt. vi bon. rapt.* punitur tamen alia de cauſa, quod propria authoritate, neglecto iudicij ordine, aduerſarium coegit. vide quæ notaui ad l. 14. §.1. ʒ *eo.* An modicæ rei furtum ſit? vtique: ſed tamen pœna mitigari poteſt, v. *Clar.* 5. *ſent.* 6. An & immobilium? Sabinus id cenſuit 11. *Gell.* 18. cuius opinio à Iuriſconſultis exploſa eſt, l.25. ʒ. *eod.* l.38. *in fin.* s̄. *de vſup.* l.1. *C. vi bon. rapt.* Si tamen de verbis litigare noluſmus, negare non poſſumus quin quis poſſit, non modò per vim, ſed & clam ædes alienas vel fundum poſſidere. quod reipſa eſt rem alienam contrectare, & ſic furtum eſt. An & hominis ſit furtum? v. *parag.* 9. *Inſt. de oblig. ex delicto.* d v. 11. *Gell. vlt. in fin.* Fur eſt qui dolo malo rem alienam contrectat, *Paul.* 2. *ſent parag.* 1. Furtum ſine dolo malo non ſit, l.50. *parag* 2. ʒ. *eo.* e Fraus contrectantis in eo detegitur, quod lucrum altero inuito ex re aliena facere cupit. Quid? à fraude eſtne excuſandus qui neceſſitatis ſuæ ſubleuandæ cauſa quid furatur: quemadmodum dicimus eum carceris effractorem non teneri, qui incendij vel aquæ vitandæ cauſa carcerem effregit? Arg. l.49. §.2. ſ. ad l. *Aquil.* & illicita, neceſſitate fieri licita, *c.4. de reg. in* 6. Communis opinio eſt eum excuſari: ſed tamen ad meliorem fortunam redactum, res ablatas cogi reſtituere, *Clar.* 5. *ſent.* 6. f proprietatis, veluti ſi ſeruum abſtulit, v. *l.54. parag* 1. ʒ. *eod.* g id quando accidat, v. *l.40.* ʒ *eo.* h *l.1. circa fi.* s̄. *de diſtract. pign.* *l.1. parag.* 1. ʒ *ſi is qui teſtam. liber.* Hinc Cuiacius furtum ſic definit, furtum eſt interuerſio poſſeſſionis rei mobilis. i Furtum natura turpe eſt, l.42. ʒ. *de verb. ſign.* adde l.14 *ſup. de cond. furt.* Imò non eſt, omnia enim communia ſunt iure naturæ, l.5. s̄ *de iuſtitia. Quint.* At iure quidem gentium turpe eſt, quum apud Ægyptios & Lacedæmonios impunita furta fuerint: & Theophil *parag.* 3. *Inſt. de iure naturali* refert furem, generali iure pœna mulctandum. Sic ſentio: iure naturali etiam primo furtum committi nefas eſſe: cum illi iure detentio tantundem præſtiterit, quantum iure gentium occupatio: vt eam ob cauſam plus iuris ſit poſſeſſori in retinendo, quàm alteri in eripiendo, deinde adulterium apud quaſque gentes natura turpe eſt, l.42. s̄. *de verb obl.* Tertio, natura quidem turpe eſſe non deſinere dicendum eſt, licèt à vitioſis hominibus id non probetur. Item nihil impedire furtum natura prohiberi, & tamē pecuniariter puniri. Hoc tacite natura indicat, furtum puniendum eſſe: hoc autem gentes ſtatuere poſſe, vt fur vel pecunia, vel in corpus puniatur, adde *Ariſt.* 12. *Problem. vlt. Anton. Aug.* 4. *Emend.* k *parag.* 3. *Inſt. de obl ex delicto* 15. *Eclog. ex l.60. tit* 12. *cap.* 2. Imò quatuor genera ſunt furtorum, *Paul.* 2 *ſent* 41. *parag* 2. *Caius* 2. *Inſt. vlt.* ſolue, Conceptum & oblatum furtum actionum potius ſunt ſpecies furto cohærentes, quàm furtorum genera, d. *parag* 3. v. *Anton. Aug.* 5. *Emend.* 4. l *l.3.4.5.6.7.* ʒ. *eod.* m vide l.8. ʒ. *eod.* n Ita legit Theoph. *Inſt. eod.* *Ariſtophanes in Pluto: Plutarch. in* ... αὐτοφώρον, *Budæus* Græci αὐτοφόρους, fures non ſolùm manifeſtos vocabant, ſed omnes qui in aliquo, puta tyrannidis, vt apud Thucydidem *lib.* 7. crimine deprehenſi eſſent: non ἀπὸ τῶν φωρῶν, vt plerique cenſent, ſed à verbo φωρῶ, quod eſt deprehendo *Phauorinus: Budæus*, ἐπ' αὐτοφόρῳ, ſiue ἐπ' αὐτόφλῳ. 18. *Rhodigin.* 6. Alciatus tamen, 2. *Prætermiſſ.* vt & Harm. 6. *tit.* περὶ κλεπτῶν, legit κλεπτῶν φανερὸν ... adde quæ ſcripſi ad l.23. ʒ. *de adult.* ... §.3. *Inſt. de obl. quæ ex delict.* hoc quid ſignificet, v. quæ notaui ad l.23. ʒ. *de adult.* ... vel videtur. q *l.7. in fi.* ʒ. *eo.* *l.24. parag. vlt.* s̄. *de vſur.* r id eſt, à domino rei. ſ alibi, *Haloand.* t ſi intra terminos eius loci (vnde quid ſuſtulit) deprehenſus eſt, *Paul.* 2 *ſent* §.2. u Finem furti manifeſto faciendi interpretamur, quum quis eo die rem pertulit quo deſtinauerat, vide *Cuiac. apud Paul.* 2. *ſent.* 31. *parag.* 2. x poſt diem furti commiſſi deprehenſus, non eſt fur manifeſtus: eſt igitur non manifeſtus. y & ſic ſæpè deprehendatur rem furtiuam contrectans ac tenens. z Imo ſemper, l.1. *parag.* 1. & *vlt.* ʒ. *eod.* & ita hic legendum monet Petrus Pithæus in notis ad 7. Collationis legum Moſaïcarum. a Manifeſtus fur eſt qui quo momento vel articulo furtum facit, deprehēditur, poſt ad initium ſi deprehenditur rem furtiuam contrectans, fur manifeſtus non cenſetur. vt manifeſtus ergo fur quis dicatur, initium, hoc eſt, tempus furti admiſſi ſpectandum eſt, b *Paul.* 2. *ſent.* 31. *parag.* 8, c Origo in furto attenditur, *l.6.* s̄. *eod.*

a 15. *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 12. *c.* 2. b adde l. *pen.* ʒ. *eodem.* c occurriſſet, *Hal.* d καὶ τὸ κλοπιμαῖον ῥίψας ἔφυγον 15. *Ecl.* 2. §.1. s̄. *eod.* *l.10. ſup. de condict. furt.* e Definitio à remotione contrarij. aliter definitur à Paulo. nec manifeſtus eſt fur, qui intus rapiendo quidem comprehēſus non eſt, ſed eum feciſſe negari non poteſt, *Paulus apud Rufinum* 7. *Collationis legum Moſaïcarum*: Fur manifeſtus hic non eſt: ſed eum tamē furtum feciſſe negari non poteſt, *Paul.* 2. *ſent.* 31. *c.* 2. f Manifeſtus fur qui non eſt, fur nec manifeſtus dicendus eſt. g Aſſidua rei furtiuæ contrectatio non multiplicat actiones furti, *vt hic.* an idem ſi iterata, ſeu diuerſis temporibus facta? non idem, l.46. §. *fin.* ʒ. *eod.* h Adcreuiſſet. Quod adcreſcit rei furtiuæ, cenſetur cum ipſa re furtū vnicum: ideóque diuerſæ actiones eo nomine non dātur, vna ſcilicet ad rem ipſam: altera ad acceſſiones. adde l.14. § 15. ʒ *eo.* i adde l.54. §.3. ʒ. *eod.* k Contra furem iuratur in litem, quoties non apparet de quantitate rerum ſubreptarū, & hanc opinionem eſſe communem refert Clarus 5. *ſent.* 9. Boſſius, *c. de rapinis, n.* 36. l l.14. §.14. & 17. *in fi.* *l.76.* §.1 *l.85. in fin.* ʒ *eod.* *l.12. C. eod.* §.13. *Inſtit de obligat. ex delicto:* *Paul.* 2. *ſentent.* 31. *parag.* 4. m l.12. §.1. *l.76.* §.1. *l.85.* ʒ. *eod.* Talis non eſt malæ fidei poſſeſſor. n l.48. § 4. *l.82.* ʒ *eo.* §.15. *Inſtit de obl. ex delicto*, *l.60.* §.2. s̄. *locati.* o Furti ſcilicet, ſi veſtimenta ei fuerint ſubrepta. p v. l.5. s̄. *nautæ.* q d *parag.* 15. r *l.11.* s̄. *eod.* ſ Imo datur. For enim interdum furti agere poteſt, v. *Cuiac.* 16. *obſ.* 30. t *l.76. parag.* 1. ʒ. *eo.* u Malæ fidei poſſeſſor ob id ipſum agere non poteſt quòd fur ſit, atque ideo eius interſit rem non perire, non poteſt inquam furti agere quin ſuam improbitatem patefaciat: idem qua fronte poſſet actionem defendere? l.38. *in fin. ſup de adminiſt. tut.* x l.47. ʒ *eo.* y *parag.* 14. *Inſt. de obl. quæ ex delicto*, *l.26. C. de pign* *Paul.* 2. *ſent.* 31. *parag.* 16. z Pignus non eſt in bonis creditoris. a l.65. ʒ *eod.* b Hanc negationem diſpungit Zoanetus, c.12. *Reſtit.* Cuiac. 4. *Inſtit.* 1. *in verb furti actione & 2 ſent Paul.* 31. *parag.* 6. *in fi.* & 11. *obſ.* 11. *idque authoritate Baſilicon*, & 16. *obſ.* 30. Ant. Auguſt 1. *Emend.* 3. reprehenſi à Roberto 2. *recept.* 9. c Præſtat enim pignori incumbere, *Theoph. parag.* 14. *Inſt. eod.* d l.66. *in fin.* *l.85. in fin.* ʒ. *eod.* e l.80. *infrà eodem.* f Cur? quia adhuc rei dominus eſt. g l.31. *ſup. de act. empt.*

tentia vera eſt. & ita‖&‖Iulianus. Et ſanè periculum *a* ei rei ad emptorem pertinet: dummodò cuſtodiam *b* venditor ante traditionem præſtet. 1 ¶ Adeò autem emptor ante traditionem furti non habet actionem, vt ſit quæſitum, an ipſe ſubripiendo rem emptor furti teneatur? Et Iulianus libro vigeſimotertio Digeſtorum ſcribit: Si emptor rem, cuius cuſtodiam venditorem præſtare oportebat, ſoluto pretio ſubripuerit, furti actione non tenetur. planè ſi, antequam *c* pecuniam ſolueret, rem ſubtraxerit, furti actione teneri, perinde ac ſi *d* pignus ſubtraxiſſet. 2 ¶ Præterea habent furti actionem coloni *e*, quamuis domini non ſint, quia intereſt *f* eorum. 3 ¶ Is autem apud quem res depoſita *g* eſt, videamus an habeat furti actionem? Et cùm dolum *h* duntaxat præſtet, meritò placet non habere eum furti actionem, quid enim eius intereſt, ſi dolo *i* careat? quod ſi dolo fecit, iam quidem periculum *k* ipſius eſt, ſed non *l* debet ex dolo ſuo furti quærere actionem.

4 ¶ Iulianus quoque libro vigeſimoſecundo Digeſtorum ſcribit: Quia in omnium furum perſona conſtitutum eſt ne *m* eius rei nomine furti agere poſſint, cuius ipſi fures ſunt non habebit furti actionem is apud quem res depoſita eſt: quamuis periculo eius eſſe res cœperit, qui *n* eam contrectauit. 5 ¶ Papinianus tractat, ſi duos ſeruos ob decem aureos pignori acceperim, & alter ſubripiatur, cùm alter quoque qui ſit retentus, non minoris decem valeret, vtrum vſque ad quinque tantùm habeam furti actionem, quia in alio habeo ſaluos quinque: an verò, quia mori poteſt *o*, dici debeat in decem fore actionem, etiamſi magni pretij ſit is qui retinetur? Et ita putat *p*, non enim reſpicere debemus pignus *q* quod ſurreptum non eſt, ſed id quod ſubtractum eſt. 6 ¶ Idem ſcribit, ſi cùm mihi decem deberentur, ſeruus pignori datus ſubtractus ſit, ſi actione furti conſecutus fuero decem, non *r* competere mihi furti actionem, ſi iterum ſubripiatur, quia deſiit mea intereſſe, cùm ſemel *ſ* ſim conſecutus. hoc ita, ſi ſine culpa mea ſubripiatur. nam ſi culpa mea, quia intereſt, eò quod teneor pignoratitia actione agere potero. quòd ſi culpa abeſt, ſine dubio domino competere actio videtur, quæ creditori non competit. quam ſententiam Pomponius quoque libro decimo ad Sabinum probat.

7 ¶ Idem dicunt, & ſi duo ſerui *t* ſubrepti ſint ſimul, competere vtriuſque nomine furti actionem creditoris ſed non in totum, ſed pro qua parte, in ſingulos diuiſo eo quod ei debetur, eius intereſt. ſeparatim autem duobus ſubreptis, ſi vnius nomine ſolidum *u* conſecutus ſit, alterius nihil conſequetur. 8 ¶ Item Pomponius libro decimo ex Sabino ſcripſit, ſi is cui commodaui *x*, dolo fecerit circa rem commodatam, agere eum furti non *y* poſſe. 9 ¶ Idem *z* Pomponius probat & in eo qui rem mandato alicuius accepit perferendam *a*.

10 ¶ An pater, cuius filio commodata res eſt, furti actionem habeat, quæritur? Et Iulianus ait, patrem hoc nomine agere non *b* poſſe, quia *c* cuſtodiam præſtare non debeat. Sicut (inquit) is cui pro eo cui commodata res eſt, fideiuſſit *d*, non habet furti actionem. Neque enim (inquit) ‖is‖, cuiuſcunque *e* intererit rem non perire, habet furti actionem, ſed qui ob eam rem tenetur, quod ea res culpa eius perierit. quam ſententiam Celſus quoque libro duodecimo Digeſtorum probat.

11 ¶ Is qui precario ſeruo *f* rogauerat, ſubrepto eo poteſt quæri an habeat furti actionem? Et cùm non eſt contra eum ciuilis *g* actio, quia ſimile *h* donato precarium eſt. ideóque & interdictum *i* neceſſarium viſum eſt, non habebit furti actionem. Planè poſt interdictum redditum, puto eum etiam culpam præſtare, & ideo & furti agere poſſe. 12 ¶ Quòd ſi conduxerit *k* quis, habebit furti actionē, ſi modò culpa eius ſubrepta ſit res.

13 ¶ Si filiusfamiliàs *l* ſubreptus ſit, patrem *m* habere furti actionem palam eſt. 14 ¶ Si res commodata eſt, & is cui commodata eſt deceſſerit, quamuis hereditati *n* furtum fieri non poſſit, & ideo nec heres eius, cui commodata eſt, poſſit agere: tamen commodator poterit furti agere. ¶ Idémque & in re pignorata, vel in re locata. licèt enim hereditati furti actio non adquiratur, tamen alij, cuius *o* intereſt, adquiritur.

15 ¶ Non ſolùm autem in re commodata competit

a l.62. *in fin.* ſ. *de contr. empt.* l.5. l. *vlt.* C. *de periculo.*
b *l.36. ſup. de act. empt.*
c Poſt ſolutam pecuniam emptor venditori rem ſubtrahens, furti non tenetur: ante ſolutam tenetur: adde l.5. *ſup. de acquir. poſſ.* l.2. C. *de acqu. & retinenda poſſeſſ.* adde quæ notaui ad l.1. *in fin.* ſ. *eod.* l.15. §.1. ſ. *eod.*
d Res vendita ante pretium acceptum, véditori pignoris eſt loco l.13. §.8. ſ. *de act. empt.* Qui pignus creditori ſubtrahit, furtum committit, l.12. *in fin.* ſ. *eod.* ideóque venditor eo caſu rem emptori ſubtrahens furti tenebitur.
e l.82. §.1. j. *eod.*
f v. l.10. ſ. *eo.*
g *parag.14. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.*
h *l.23. j. de reg. iur.*
i in re depoſita, depoſitarius habet intereſſe, ſi in ea dolum commiſit.
k Poſt dolum in re depoſita cómiſſum, depoſitarij periculum eſt, non tamen ex ea cauſa furti actionem adquirit ſi res depoſita ei ſit ſubrepta.
l l.11. ſ *eod.*
m Rei furtiuæ actio furti non competit: excipe, l.48. §.4. j. *eod.*
n quia, *Vulg. Hal.*
o odio furis inſpicimus quod euenire poteſt.
p in decem ſcil. agi poſſe §.7. *in fi.* ſ. *eod.* adde l.25. j. *eod.*
q i. in quam ſummam pignus quod ſubreptum non eſt, datum ſit.
r Imò competit, ſi iterum ſubripitur, l.46. *in fi.* j. *eod.*
ſ Noſtra non intereſt, poſtquam rem noſtram conſecuti ſumus.
t obligati, ſcilic.
u poteſt enim in ſolidum agere.
x Commodatarius qui dolum admiſit furti non agit.
y Imo poteſt, l.48. § 8. j *eod.*
z id eſt, eum furti agere non poſſe. Imò poſſe videtur, §.17. *in fin.* j. *eod.* l.78. j. *eod.*

a l.7. *C. eod.* b Imò poteſt: Intereſt enim ei actionem dari, qui de peculio conuenitur, *Paul. 2. ſent.* 31. §.17.
c Cuſtodiam commodati qui non præſtat furti non agit.
d fideiuſſor furti non agit, l.85. *in fin.* j. *eod.*
e Non cuiuſcunque intereſt rem non perire, furti agit is & ita reſtringe *l.10.* ſ. *eo.*
f ſeruum. *Vulg. Hal.* g l.14. *ſup. de precario.*
h l.1. § ſ. *de precario.* i de precario ſcilicet. k l.58. j. *eod.*
l Græci ita legunt: ſi filiofamilias ſit ſubreptum.
m l.1. §.2. *ſup. de rei vind.* aliud in matre, l.38. j. *eod.*
n l.68. j. *eod.* o l.10. *ſup. eod.*

cui commodata eſt, furti actio, ſed etiam in ea quæ ex ea adgnata *a* eſt: quia & huius cuſtodia ad eum pertinet. Nam & ſi ſeruum tibi commodauero, & veſtis eius nomine furti ages, quamuis veſtem qua veſtitus eſt tibi non commodauerim. Item ſi iumenta tibi commodauero, quorum ſequela erat eculeus *b*, puto competere furti actionem etiam eius *c* nomine, quamuis ipſe *d* non *e* ſit commodatus. 16 ¶ Qualis ergo furti actio detur ei cui res commodata eſt, quæſitum eſt. Et puto omnibus quorum *f* periculo rei alienæ ſunt, veluti commodati *g*, item locati *h*, pignoríſve accepti *i* ſi hæ ſubreptæ ſint, omnibus furti actiones competere. condictio *k* autem ei demum competit, qui dominium habet.

17 ¶ Si epiſtola quam ego tibi miſi, intercepta ſit, quis furti actionem habeat? Et primùm quærendum eſt cuius ſit epiſtola: vtrùm eius qui miſit, an eius ad quem miſſa eſt? Et ſi quidem dedi ſeruo eius, ſtatim ipſi quæſita eſt cui miſit: ſi verò procuratori, æquè, quia per liberam perſonam poſſeſſio quæri poteſt *l*, ipſius facta eſt: maximè ſi eius interfuit eam habere. quod ſi ita miſi epiſtolam, vt mihi remittatur, dominium meum manet: quia eius nolui amittere vel transferre dominium.

¶ Quis ergo furti aget? is cuius interfuit eam non ſubripi: id eſt, ad cuius vtilitatem pertinebant ea quæ ſcripta ſunt. ¶ Et ideo quæri poteſt, an etiam is cui data eſt perferenda, furti agere poſſit? Et ſi cuſtodia eius ad eum pertineat poteſt *m*: ſed & ſi interfuit eius epiſtolam reddere, furti habebit actionem. finge eam epiſt. fuiſſe, quæ continebat vt ei quid redderetur, fieretve, poteſt habere furti actionem, vel ſi cuſtodiam eius rei receperit, vel *n* mercedem perferendæ accepit. & erit in hunc caſum ſimilis cauſa eius, & cauponis, aut magiſtri nauis. nam his *o* damus furti actionem, ſi ſint ſoluendo: quoniam periculum rerum ad eos pertinet.

De pignore. 1. Si dominus rem fructuario. 2. Vel commodatario ſurripiat.

15. *Paulus* ‖lib. 5. ad Sabinum.‖

CReditoris cuius pignus ſubreptum eſt, non credito *p* tenus intereſt, ſed omnimodò in *q* ſolidum furti agere poteſt, ſed & pignoratitia actione id quod debitum excedit *r*, debitori præſtabit. 1 ¶ Dominus qui rem ſubripuit, in qua vſusfructus *ſ* alienus eſt, furti vſufructuario tenetur. 2 ¶ Sed eum qui *t* tibi commodauerit, ſi eam rem ſubripiat, non teneri furti placuiſſe Pomponius ſcripſit. quoniam nihil tua intereſſet: vtpote cùm nec commodati tenearis. ergo ſi ob *u* aliquas impenſas, quas in rem commodatam feciſti, retentionem *x* eius habueris, etiam cum ipſo domino, ſi eam ſubripiat, habebis furti actionem: quia eo caſu quaſi pignoris loco ea res fuit.

De his qui ſunt alieni iuris.

16. *Idem* ‖lib. 7. ad Sabinum.‖

NE cùm *y* filiofamilias pater furti agere poſſit, non *z* iuris conſtitutio, ſed natura *a* rei impedimento eſt: quod non magis cum his quos in poteſtate habemus quàm nobiſcum ipſi agere poſſumus.

17. *Vlpianus* "lib. 39. ad Sabinum."

SErui & filij noſtri furtum quidem nobis faciunt, ipſi autem furti non *b* tenentur. neque *c* enim qui poteſt in furem ſtatuere *d*, neceſſe habet aduerſus furem litigare. idcirco, nec actio ei à veteribus prodita eſt.

1 ¶ Vnde eſt quæſitum, ſi fuerit alienatus, vel manumiſſus, an furti actione teneatur? Et placet non *e* teneri. neque *f* enim actio quæ non fuit ab initio nata oriri poteſt aduerſus hunc furem.

¶ Planè ſi manumiſſus *g* contrectabit, dicendum erit, teneri eum furti iudicio: quia hodie *h* furtum fecit.

2 ¶ Cum autem ſeruus, quem emi, traditúſque mihi eſt, à me redhibeatur *i*, non eſt in ea cauſa, vt perinde habeatur, atque ſi meus nunquam fuiſſet: ſed "&" fuit, & deſiit idcirco dicit Sabinus eum, ſi furtum fecit,

vxor. ſ. *ſoluto.* y *l.17. l.52. §.4.* j. *eo. l.7.* ſ. *de oblig.* l.1. *C. de noxa. quæ ex delicto*, §.6. *Inſt. de noxal.* z ad le 18 *ſup. de adopt.* l.1. §.1. Imò iuris conſtitutio, non natura: nam inter patrem & filium poteſt eſſe de caſtrenſi peculio actio, l.4. *ſuprà de iudic.* vt & inter emancipatum, ſi venia ſit petita, l.3. *C. de in ius vocand.* quod minimè eſſet impedimento quia ius naturæ mutari non poteſt § *pen. Inſt. de*
a an patria poteſtas, vt vult Accurſ. cui adſtipulatur *lex* 8. ſ. *de in*... teſt id eſſe: ſed tamen *Naturæ* vocabulo poteſt etiam intelligi, (affectus qui natura parentibus eſt inditus, l.4. *C. de patria poteſtate.*
b v. l.16. ſ. *eod.* c non quod facere poſſumus, continuò neceſſe eſt ſtatuere poſſumus, non tamen cogimur in furem litigare.
d ſtatuere hic idem eſt quod animaduertere. e l.1. §.1. ſ. *ſi is qui*... ſi quidem noxa caput ſequitur, *Paul. 2. ſent* 31. *parag.* 9.
f *l.6 C an ſeruus pro ſuo.*
g Actio quæ furti tempore naſci domino aduerſus ſeruum propter... non incipit naſci, ſi poſtea per eum manumiſſus fuerit.
h id eſt, ſeruus ſtatim à tempore manumiſſionis furtum domino fa... has particula vide quæ notaui ad l.7. §.2. ſ. *de iniur.* i l.67. §.3. ...
in

in ea eſſe cauſa, vt furti eius nomine is qui redhibuit, agere non poſſit. ſed & ſi non poſſit, attamen ratio haberi debet eius *a* quod fecit, cum redhiberi cœperit. ídque actione redhibitoria continetur.

3 ¶ Illud quæſitum eſt, ſi cum in fuga eſſet ſeruus, furtum domino feciſſet, an æquè poſſet habere actionem aduerſus eum qui in poteſtatem domini non regreſſum, bona fide poſſidere cæperit. Mouet quæſtionem, quòd quamuis poſſidere ſeruum eo *b* tempore quo in fuga eſt, videor, attamen furti actione non, *c* teneor: quaſi non *d* ſit in mea poteſtate. quod enim videor poſſidere, ad vſucapionem tantùm mihi proficere Iulianus ſcribit? Dicit igitur Pomponius libro ſeptimo decimo ex Sabino, competere furti actionem huic domino, cuius ſeruus in fuga fuit.

18. *Paulus*" lib. 9. ad Sabinum."

QVod dicitur *noxam caput ſequi*, tunc verum eſt, vt quæ initio aduerſus aliquem nata eſt, caput nocentis ſequatur. ideóque ſi ſeruus tuus furtum mihi fecerit, & dominus eius effectus eum vendidero *f*, non poſſe me agere cum debitore *g*, Caſſiani putant.

De forma libelli. 5. *De pignore.*

19. *Vlpianus*" lib. 40. ad Sabinum."

IN actione furti ſufficit rem demonſtrari *h*, vt poſſit intelligi. 1 ¶ De pondere autem vaſorum, non *i* eſt neceſſe loqui. Sufficiet igitur ita dici, lancem, vel diſcum, vel pateram. Sed adſcribenda etiam materia eſt, vtrum argentea,, an aurea, an alia quæ ſit.

2 ¶ Quòd ſi quis argentum infectum *K* petat, & maſſam argenteam dicere, & pondus debebit ponere.

3 ¶ Signati argenti numerum *l* debebit complecti, veluti aureos tot, pluréſve furto ei abeſſe. 4 ¶ De veſte *m* quæritur, an color *n* eius dicendus ſit? Et verum eſt colorem eius dici oportere, vt quemadmodum in vaſis dicitur patera aurea, ita & in veſte color dicatur. Planè ſi quis iuret *o pro certo ſe colorem dicere non poſſe*, remitti ei huius rei neceſſitas debet.

5 ¶ Qui rem pignori dat, eámque ſubripit *p*, furti actione tenetur. 6 ¶ Furtum autem rei pignoratæ dominus non tantùm tunc facere videtur, cùm poſſidenti, ſine tenenti creditori aufert: verùm & ſi eo tempore abſtulerit quo non poſſidebat, vt putà ſi rem pignoratam vendidit *q*. nam & hic furtum eum facere conſtat. & ita & Iulianus ſcripſit.

1. *Quibus caſibus dominus furti tenetur.*

20. *Paulus*" lib. 9. ad Sabinum."

CVm æs pignori datur, etiam *r* ſi aurum eſſe dicitur, turpiter ſit, furtum non ſit: ſed ſi datum eſt aurum, deinde, cum dixiſſet ſe ponderare, aut obſignare velle, æs ſubiecit, furtum fecit. rem enim pignori datam interuenerit. 1 ¶ Si bona fide rem meam emeris, eámque ego ſubripuerò, vel etiam tuus *ſ* vſusfructus ſit, & eam contractauero, tenebor tibi furti actione, & ſi dominus rei ſum. ſed his caſibus vſucapio quaſi furtiuæ rei non impedietur: quoniam & ſi alius ſubripiat & in meam poteſtatem reuerſa res fuerit, vſucapietur.

De furto partis, quibus caſibus eſt fur manifeſtus, & nec manifeſtus. 2. *De errore in re ſurrepta.* 5. *De furto partis.* 7. *De eo qui conclaue intrauit.* 8. *De furto partis vel totius.* 9. *De re à pluribus ſurrepta. quam ſinguli tollere non potuerint.* 10. *Differentia inter actionem furti, & condictionem furtiuam.*

21 *Vlpianus*" lib. 40. ad Sabinum."

VVlgaris eſt quæſtio, an is qui ex aceruo frumenti modium ſuſtulit, totius rei *u* furtum faciat, an verò eius tantùm quod abſtulit? Ofilius totius acerui furem eſſe putat *x*: nam & qui aurem *y* alicuius tetigit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigiſſe. proinde & qui dolium aperuit, & inde paruum *z* vini abſtulit: non tantùm eius quod abſtulit, verùm totius videtur fur eſſe. Sed verùm eſt *a* in *b* tantum eos furti actione teneri, quantũ abſtulerunt. ¶ Nam & ſi quis armarium, quod tollere non poterat aperuerit, & omnes res quæ in eo erant contrectauerit, atque ita diſceſſerit, deinde reuerſùs, vnam ex his abſtulerit, & antequam ſe reiperet quò deſtinauerat, deprehenſus fuerit: eiuſdem rei & manifeſtus, & nec manifeſtus fur erit. Sed & qui ſegetem luce *c* ſecat *d* & contrectat, eius quo ſecat, manifeſtus *a* & nec *b* manifeſtus fur eſt. 1 ¶ Si is qui viginti nummorum ſaccum depoſuiſſet, alium ſaccum, in quo ſcit triginta eſſe, errante eo qui dabat acceperit, putauit autem illic ſua viginti eſſe, teneri furti decem *e* nomine placet. 2 ¶ Si quis æs ſubripuit, dum aurum ſe ſubripere putat, vel contra: ex libro octauo Pomponij ad Sabinum, ‖aut‖ minus eſſe, cum plus eſſet: eius quod ſubripuit, furtum committit *d*. idem Vlpianus.

3 ¶ Sed & ſi quis ſubripuerit furto duos ſacculos, vnum decem, alterum viginti, quorum alterum ſuum putauit, alterum ſcit alienum: profecto dicemus tantum vnius, quem *e* putauit alienum, furtum eum facere quemadmodum ſi duo pocula abſtulerit, quorum alterum ſuum putauit, alterum ſcit alienum. nam & hic vnius fit furtum. 4 ¶ Sed ſi anſam, *f* in poculo ſuam putauit, vel verè fuit, totius *g* poculi eum furtum facere Pomponius ſcripſit. 5 ¶ Sed ſi de naui onerata furto quis ſextarium frumenti tulerit, vtrum totius oneris, an verò ſextarij tantùm furtum fecerit? facilius hoc quæritur in horreo pleno. Et durum eſt dicere totius furtum fieri. Et quid, ſi ciſterna *h* vini ſit? quid dices? aut aquæ *i* ciſterna? quid deinde, ſi naue vinaria *K*, vt ſunt multæ, in quas vinum effunditur? quid dicemus de eo qui vinum hauſit? an totius oneris fur ſit? Et magis eſt, vt & hic non totius *l* dicamus. 6 ¶ Certè ſi proponas, in apotheca *m* amphoras eſſe vini, eáſq; ſubtractas, ſingularum furtum fit, non totius apothecę. quemadmodum ſi ex pluribus rebus mouentibus in horreo *n* recluſis, vnam tulerit. 7 ¶ Qui furti faciendi cauſa conclaue *o* intrauit nondum fur eſt, quamuis furandi cauſa intrauit. Quid ergo? qua actione tenebitur? vtique iniuriarum *p*, aut de vi accuſabitur ſi per vim introibit *q*.

8 ¶ Item ſi maioris ponderis quid aperuit, aut refregit, quod tollere non poſſit, non eſt omnium rerum cum eo furti actio, ſed earum tantùm quas tulit: quia totum tollere non poteſt. proinde ſi inuolucrũ *r*, quod tollere non potuit, ſoluit, vt contrectet, deinde contrectauit quaſdam res: quamuis ſingulas res quæ in eo fuerunt, tollere potuerit, ſi tamen totum inuolucrum tollere non potuerit, ſingularum rerum quas tulerit, fur eſt. cæterarum non eſt. quòd ſi totum vas tollere potuit, dicimus eum totius eſſe furem, licèt ſoluerit, vt ſingulas, vel quaſdam tolleret. & ita ‖&‖ Sabinus ait.

9 ¶ Si duo, pluréſve vnum tignum furati ſunt, quod *ſ* ſinguli tollere non potuerint: dicendum eſt omnes eos furti inſolidum *t* teneri: quamuis id contrectare, nec tollere ſolus poſſet, & ita vtimur. neque enim poteſt dicere, pro parte furtum feciſſe ſingulos, ſed totius rei vniuerſos. ſic fiet, ſingulos furti teneri.

10 ¶ Quamuis autem earum quoque rerum, quas quis non abſtulit, furti teneatur: attamen condici ei non poteſt: idcirco, quia condici ea res quæ ablata eſt, poteſt, & ita ‖&‖ Pomponius ſcribit.

De re fracta aut rupta. 1. *De arca fracta vt uniones tollantur.* 2. *De eo qui lancem raſit.*

22. *Paulus*‖ lib. 9. ad Sabinum‖

SI quid fur fregerit, aut ruperit *x*, quod non etiam furandi cauſa contrectauerit, eius nomine cum eo furti agere non poteſt *x*. 1 ¶ Si eo conſilio arca *y* refracta ſit, vt vniones (putà) tollerentur, hique furti faciendi cauſa contrectati ſint, eorum tantummodo furtum factum videri. ‖ quod ‖ eſt verum. nam cæteræ res quæ ſeponuntur, vt ad vniones perueniatur, non furti faciendi cauſa contractantur.

2 ¶ Qui lancem raſit, totius *z* fur eſt, & furti tene-

Prætoris arbitratu verberari, noxámve duplionéve decerni: adde & cũ ſẽ Plinium 17.c.1. & & de ſegetibus ſectis, l.27.§.23.ſ. ad leg. Aquil. Paulum 2.ſent 31.§.21.

a Quia deprehenſus priuſquam rem deferret.

b Quia prius clam contrectauit & receſſit.

c Eſt enim furtũ, quum quis indebitos nummos ſciẽs accipit, *l.18.ſ. de cond. furtiua.* hic autẽ creditor, vel ſaltem decem indebita accepit.

d Non quia ſolum cogitationem auri ſubripiendi habet, ſed quia ſaltem æs ſuſtulit.

e Qui rem aliquam vt ſuam capit, furtum non committit. §.1. *Inſtit. vi bon. raptu.*

f Ferruminatione vel plombatura iunctam poculo.

g Quia *anſa* ferruminata cedit poculo, *v. l. 26. §.1.ſ. de adq rerum dom.* Ideóque quãdiu à poculo non eſt ſeparata, qui eam lucri cauſa contrectat, furtum committit.

h Ciſterna vini, quæ lacus vini, *in l.27. §.vlt.ſ. ad l. Aquil.* ciſternam in terra defoſſam, tectorio inducere & incruſtare intus foriſque ſolebant, quod ex Suida & Xenophonte docet Cuiacius 10.*obſ.9.*

i *de qua v. l.1.§.4. ſ. de fonte.*

k Nauis vinaria de qua hæc verba Varronis accipiẽda ſunt: nauibus vindemiam condimus ex inſula Choa & Chio 2. *de re ruſt. in pr.* Lazarus Baſsius refert ſe Venetiis vidiſſe naues aquarias, quibus aqua portabatur, vt venderetur ciſternas non habentibus.

l Furem eſſe ſe. *in pr. ſ. eod.*

…noluiſti, in totum quaſi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluiſſe de… qui imprudentia defenditur. Si fateris ſcienter ianuam incendiſſe, ſi vnum ti… m: puto, tota domus intelligeretur ex parte. Nec enim quiſquam omnia incen… ſed vnam aliquam rem, ex qua ſurgat in omnia ſe ſparſurus ignis. Atqui pars do… s eſt arbor, quæ in domo eſt. u i. acerui. x Et malè ſ. *eod.*

… l. ſi autem, *v. quæ nos. ad l.3.§.1.ſ. de adq. poſſ.* z Parum, *vulg. Hal.* a Imò non … detur verum, *l.21. in fin. ſ. eo.* b §.9. ſ. *eo.* Imò totius, *l.3. in fin. ſ. de incendio.*

… Segetem ante lucem, *vulg. Hal.* alij legunt noctu: à qua lectione non abhorrent … proximè dicentur. d De ſegetibus cæſis ſic Plin. 18.c.3. Frugem aratro quæ… am furtim noctu paruiſſe, ac ſecuiſſe puberi 12. Tab. legibus capitale erat, ſuſpen… mque Cereri necari iubebant, grauius quàm homicidij conuictum: impuberem

m Apotheca, repoſitorium, *Aug. lib. de opere monachorum* 15. *Iſid. in fin.* vini, *vt hic & l.12. parag.29. & 34.ſ. de inſtructo legato.* dicitur & mercium quarumcunque: hinc apothecarij qui mercium viliſsimarum apothecas ſecum deferentes, certis in locis aliquandiu conſiſtunt emptorem operientes, *lib.12. in fin. C. de cohortalibus, lib.12.*

n Horreis veteres ſolebant varias merces includere, *l.3. parag. 2. ſ. de officio præfecti vigilum, l.74.ſ. de contrah. empt. 55.ſ. locati.* quin & vina & vaſa, vnde horreum vinarium dicitur, *l.7.ſ. de inſtructo.* hinc merces horreaticæ, & horrearius qui horrei cuſtodiam habet. Horreum propriè eſt, in quo eſt frumentum: ideo olim farreum à farre dicebatur. *Feſtus:* vel ab horrendo. *Varro quarto de lingua:* vel (vt ibi potius eſt legendum) ab hordeo. Adde quæ de horreo ſcripſi *ad l.7.ſ. de inſtruct.*

p Conclauia, συνοίκια, loca dicuntur, quæ vna claue clauduntur. *Feſtus.* gemina conclauia *apud Varronem lib. 7. de lingu. & Apuleius 2. de Aſino.* conclaue quodam obſeratis liminibus vmbroſum demonſtrauit. p *l.23.ſ. de iniuriis.*

q Introiuit, *Haloand.* intrauerit, *vulgata.* r Inuolucrum quo veſtes inuoluuntur, *Varro 4. de ling.* & alia quæuis hinc *Cicero 21. Nat.* Clypei cauſa inuolucrum, vagina gladij dicitur & volucrum εἴλυμα, quod & volumen Gloſsis Græcis & Latinis *la ſerpiliere, toilette.* ſ *l.51. in fin. ſ. ad legem Aquiliam.* t *l.7. in fin. ſ. de iuriſdict. lib.6. ſ. arborum furtim.*

u R... *Vulgat. Haloand. l.28.§.8.ſ. de eodem.* x Quia furtum non fit ſolo animo ſine contrectatione, *l.1. parag.1. l.21. parag.7. ſ. eo. l.52. parag.19. ſ. eod. l.3. parag.18. ſup. de acquir. poſſeſſ. l.53. in fin. ſ. de verb. ſignificat. §.11. ver. ope. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.*

y Arcam inde dictam putat Varro quod arceantur fures ea clauſa 4. *de lingua.*

z Si ſtrictum ius intuebere, non id quod æquum bonumque eſt, *l.21.ſ. eod.*

ne additum erat, quod ſui iuris effectus eſſet, hoc per rerum deminutionem decreſcere. Ideóque ſtatuimus *a*, vt parens pro tertia parte dominij, quam retinere poterat, dimidiam non dominij rerum, ſed vſusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore ſumma fruetur, pro tertia dimidia potiturus,

3 ¶ Item *b* vobis adquiritur *c*, quod ſerui veſtri traditione nanciſcuntur: ſiue quid ſtipulentur, ſiue ex donatione *d*, vel ex legato, vel ex qualibet alia cauſa adquirant. Hoc enim vobis ignorantibus & inuitis *e* obuenit. Ipſe enim ſeruus, qui in poteſtate alterius eſt nihil ſuum *f* poteſt. Sed ſi heres inſtitutus ſit, non alias niſi *g* veſtro iuſſu hereditatem adire poteſt. Et ſi vobis iubentibus adierit, vobis hereditas adquiritur, perinde ac ſi vos ipſi heredes inſtituti eſſetis. Et conuenienter ſcilicet vobis legatum per eos adquiritur.

¶ Non *h* ſolum autem proprietas per eos quos in poteſtate habetis, vobis adquiritur: ſed etiam poſſeſſio. Cuiuſcunque enim rei poſſeſſionem adepti fuerint, id vos poſſidere videmini. Vnde etiam per eos, vſucapio, vel longi temporis poſſeſſio vobis accidit.

4 ¶ De *i* iis autem ſeruis in quibus tantummodo vſumfructum habetis, ita placuit, vt quicquid ex re veſtra, vel ex operis ſuis adquirant *k*, id vobis adiiciatur. quod verò extra eas cauſas conſequuti ſunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque ſi is ſeruus heres inſtitutus ſit, legatúmve quid ei, aut donatum fuerit: non vſufructuario, ſed *l* domino proprietatis adquiritur.

¶ Idem *m* placet & de eo qui à vobis bona fide poſſidetur: ſiue is liber ſit, ſiue alienus ſeruus. Quod enim placuit de vſufructuario, idem placet & de bonæ fidei poſſeſſore. Itaque quod extra iſtas duas cauſas adquiritur, id vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt, vel ad dominum, ſi ſeruus eſt.

¶ Sed *n* bonæ fidei poſſeſſor cùm vſuceperit ſeruum (quia eo modo dominus fit) ex omnibus cauſis per eum ſibi adquirere poteſt. Fructuarius verò vſucapere *o* non poteſt: primùm, quia non poſſidet, ſed habet ius vtendi fruendi: deinde, quia ſcit ſeruum alienum eſſe. Non ſolùm *p* autem proprietas per eos ſeruos, in quibus vſumfructum habetis, vel quos bona fide poſſidetis, aut per liberam perſonam, quæ bona fide vobis ſeruit, vobis adquiritur: ſed etiam *q* poſſeſſio. Loquimur autem in vtriuſque perſona ſecundum diſtinctionem, quam proximè expoſuimus: id eſt ſi quam poſſeſſionem ex re veſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint.

5 ¶ Ex his itaque apparet, per *r* liberos homines, quos neque veſtro iuri ſubiectos habetis, neque bona fide poſſidetis: item per alienos ſeruos, in quibus neque vſumfructum habetis, neque *ſ* poſſeſſionem iuſtam: nulla ex cauſa vobis adquiri poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur, per extraneam perſonam *t* nihil adquiri poſſe: excepto eo, quod per liberam perſonam (veluti *u* per procuratorem) placet non ſolùm ſcientibus, ſed & *x* ignorantibus vobis adquiri poſſeſſionem, ſecundum diui Seueri *y* conſtitutionem: & per *z* hanc poſſeſſionem etiam dominium, ſi dominus fuerit, qui tradidit: vel vſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem, ſi dominus non ſit.

6 ¶ Hactenus tantiſper admonuiſſe ſufficiat, quemadmodum ſingulæ res vobis adquiruntur. nam legatorum ius, quo & ipſo ſingulæ res vobis adquiruntur: item fideicommiſſorum, vbi ſingulæ res vobis relinquuntur, oportunius inferiore loco *a* referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis per vniuerſitatem res vobis adquirantur. Si cui ergo heredes facti ſitis, ſiue cuius bonorum poſſeſſionem petieritis, vel ſi quem adrogaueritis, vel ſi cuius bona libertatum conſeruandarum cauſa vobis addicta fuerint, eius res omnes ad vos tranſeunt: Ac priùs de hereditatibus deſpiciamus, quarum duplex conditio eſt. nam vel ex teſtamento, vel ab inteſtato ad vos pertinent. Et prius eſt vt de his diſpiciamus, quæ ex teſtamento vobis obueniunt, qua in re neceſſarium eſt, initium de ordinandis Teſtamentis exponere.

1. C. de bon. mat.

a d. §. 3.
b l. 10. §. 1. ff. de adq. rer. dom.
c iure ciuili. Nam hoc titulo agitur de cauſis adquirendis iure ciuili, §. 6. ff. de vſu.
d l. 68. §. 2 ff. de leg. 1. & l. 32. ff. de adq. rer.
e & vetantibus, l. 62. ff. de verb. oblig.
f l. 79. ff. de adqu. hered. ne quidem peculium, cum illud pendeat ex nutu domini.
g adde l. 6. ff. de adq. hered.
h l. 10. §. 3. ff. de adq. rer. dom.
i l. 9. §. 3. l. 19. ff. de adq. rer. dom. & 2. Caius 1. §. vlt. verſ. Hi verò ſerui.
k l. 21. ff. de vſufr.
l l. 29. ff. de adq. poſſeſſ.
m l. 10. §. 4. l. 19. ff. de adq. rer. dom.
n l. 9. in fin. ff. de adq. rer. dom.
o l. 10. in fi. ff. de adq. rer. l. 8. C. de vſufr.
p d. l. 6. §. 2.
q l. 1. C. eo. l. 11. §. 2. ff. de adq. rer. dom.
r Paul. 5. ſent. 2. §. 2.
ſ Imò poteſt, l. 14. in fi. ff. de furt.
t v. l. 11. §. pen. ff. de pig. act.
u Paulus d. §. 2. Per procuratorem nobis adquiri poſſeſſionem, vtilitatis cauſa receptum eſt.
x l. 47. ff. de vſuc.
y l. 1. C. de adqu. poſſ.
z Dominium ſeu vſucapiendi conditio per poſſeſſionem adquiritur: l. 1. l. per procuratorem 8. C. de adq. poſſ. l. 1. C. per quas perſonas.
a ĵ. tit. 20. 21. 22. 23. 24.
b v. Valerium.
c & eorum ſolennitate 27. ff. 1. 6. C. 23.
d & ſic alluſione quadam 6. Gell. 12. quam Grammatici παρωνομασίαν: Rhetores παρίσον appellant, in quo ſola nominum conformitas ſpectatur, quæ non ad vobis originem, ſed ad ſoni ſimilitudinem refertur, Quintiliano teſte lib. 9. cap. 3. Hic autem melior eſt alluſio, quò propiùs veritatem rei notat. Nam in teſtamentis mens potiſſimum ſpectatur, & dominatur. Proinde Valla fruſtrà ridet Iuriſconſultum, quaſi mens nihilò plus operetur in teſtamento, quam in calceamento, veſtimento, & ſimilibus. Porrò teſtamenti defini io eſt, in l. 1. ff. eod.
e de qua v. Theophilum hic ad quem dixi.
f Imo tria, ĵ. eo verſ. recepit. Vlp. 20. §. 2. Fuit & quartum genus prætorium: ſed & quintum, ciuili iure.

DE *b* TESTAMENTIS ordinandis *c*.

TIT. X.

TESTAMENTVM ex eo appellatur, quod teſtatio mentis fit *d*.

¶ Sed vt nihil antiquitatis *e* penitus ignoretur ſciendum eſt, olim quidem duo *f* genera Teſtamentorum in vſu fuiſſe: quorum altero in pace & otio vtebantur, quod *calatis a comitiis* appellabant: altero, cum in prelium exituri eſſent, quod *procinctum* dicebatur *b*. Acceſſit deinde tertium genus Teſtamentorum, quod dicebatur *per c æs, & libram*: ſcilicet quod per emancipationem *d*, id eſt *e*, imaginariam *f* quandam venditionem agebatur, quinque teſtibus, & libripende *g*, ciuibus Romanis puberibus præſentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera teſtamentorum ex veteribus temporibus in deſuetudinem abierunt. quod verò per æs & libram fiebat, licèt diutius permanſerit, attamen partim *h* & hoc in vſu eſſe deſiit.

2 ¶ Sed prædicta quidem nomina teſtamentorum ad ius ciuile referebantur, poſtea verò ex edicto prætoris forma alia faciendorum teſtamentorum introducta eſt. Iure enim honorario nulla emancipatio deſiderabatur: ſed ſeptem teſtium *i* ſigna ſufficiebant, cum iure ciuili ſigna teſtium non eſſent neceſſaria.

3 ¶ Sed cum paulatim tam ex vſu hominum, quàm ex conſtitutionum emendationibus cœpit in vnam conſonantiam ius ciuile & prætorium iungi: * conſtitutum eſt *h*, vt vno eodémque tempore (quod ius ciuile quodammodo exigebat) ſeptem teſtibus adhibitis, & ſubſcriptione teſtium (quod ex conſtitutionibus inuentum eſt, & ex edicto prætoris) ſignacula teſtamentis imponerentur: ita, ut hoc ius tripartitum eſſe videatur: & teſtes *l* quidem & eorum præſentia vno *m* contextu teſtamenti celebrandi *n* gratia, à iure ciuili deſcendant: ſubſcriptiones † autem teſtatoris & teſtium, ex ſacrarum conſtitutionum obſeruatione adhibeantur: ſignacula autem & teſtium numerus ex edicto prætoris.

4 ¶ Sed his omnibus à noſtra conſtitutione *o* propter teſtamentorum ſinceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum eſt: vt per manus teſtatoris vel teſtium † nomen heredis exprimatur, & omnia ſecundum illius conſtitutionis tenorem procedant.

5 ¶ Poſſunt & omnes teſtes & vno anulo *p* ſignare teſtamentum. quid enim ſi ſeptem anuli vna ſculptura fuerint, ſecundùm quod Papiniano viſum eſt? Sed & alieno *q* quoque anulo licet ſignare ‖ teſtamentum *r* ‖.

6 ¶ Teſtes autem adhiberi poſſunt ij, cum quibus teſtamenti factio *ſ* eſt. Sed neque mulier *t*, neque impubes, neque ſeruus, *u* neque furioſus, neque mutus, neque ſurdus: neque is, cui bonis interdictum eſt, neque ij, quos leges iubent improbos inteſtabileſque eſſe: poſſunt in numerum teſtium adhiberi *x*.

7 ¶ Sed cum aliquis ex teſtibus teſtamenti quidem faciendi tempore liber exiſtimabatur: poſtea autem ſeruus apparuit: tam Diuus Hadrianus Catoni *y*: quam poſtea Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ſubuenire ſe ex ſua liberalitate teſtamento: vt ſic habeatur ‖ firmum ‖ ac ſi, vt oportebat, factum eſſet: cùm *z* eo tempore *a* quo teſtamentum ſignaretur, omnium conſenſu hic teſtis liberi loco fuerit: neque quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moueret.

8 ¶ Pater, nec non is qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, vtique teſtes in vno teſtamento fieri poſſunt. quia nihil nocet ex vna domo plures teſtes alieno *b* negotio adhiberi.

9 ¶ In teſtibus autem eſſe is qui in poteſtate teſtatoris eſt.

¶ Sed filiusfamilias de caſtrenſi peculio poſt miſſionem faciat teſtamentum, nec pater eius rectè adhibetur teſtis, nec is, qui in poteſtate eiuſdem patris eſt, reprobatum eſt enim in ea re *c* domeſticum teſtimonium.

10 ¶ Sed ſi neque heres ſcriptus *d*, neque is, qui in poteſtate eius eſt, neque pater eius qui eum habet in poteſtate, neque frátres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi poſſunt, quia hoc totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia creditur hodie *e* inter teſtatorem & heredem agi. Licèt autem totum ius tale conturbatum fuerat, & veteres quidem familiæ emptorem & eos qui per poteſtatem ei coniuncti fuerant, à teſtamentariis teſtimoniis repellebant. heredi ‖ autem, ‖ & iis qui per poteſtatem ei coniuncti fuerant, concedebant teſtimonia in teſtamētis preſtare: licèt ij, qui id permitte-

a id eſt, in concione populi per cornicinem conuocati 15. Gell. 7.
b & in procinctu, Gell. de loco Vlpia. tit. 20. dixi ad Th. hic, & l. 43 ff. de militari teſtam. & ad Feſtum ad procinctam claſſem.
c quod & raudus dicebatur, quo emptor libram feriebat, de quo ſcripſi ad leges XII. tab. lib. 2. tit. 13. §. 3.
d vel mancipationem: quæ ſpecies erat alienationis, dixi ad l. 77. ff. de reg. Vlp. 19. §. 3. & l. vlt. C. de adopt.
e v. l. vlt. C. de adopt. l. 36. 38. ff. de contr. empt. §. 6. §. quib. mod. ius patriæ poteſtatis: Vlp. 19. §. 3.
f de qua ſcripſi ad l. 6. C. de emancip. & Vlp. 19. §. 3.
g Libripens erat is qui ſtateram tenebat. Idem anteſtatus dicebatur 1. Gaius 6. §. 4. Porrò libræ adhibendæ ſolennitas ex eo profecta, quod veteres infectum argentum ſolebant appendere, non numerare. Nam populus Romanus argento ſignato non vſus eſt antè Pyrrhum regem deuictum, vt Plin. 3. Inde libralis (vnde libella) & dupondius appellatur aſſis. Inde quoque & expenſæ, dependere in rationibus libripendia & libripendes. Eadem pendendi conſuetudine vtebantur in rerum mancipi venditionibus: Cuius rei veſtigia ad ſua vſque tempora manſiſſe in æde Saturni refert Varro 4. de lingua ſub. fin. in qua trutina propter penſationem poſita extabat.
h manent enim teſtes ficta emptione ſublata, Vigl.
i de quibus l. 52. C. eod.
k Formam ſcripti Teſtamenti obſerua.
l l. 14. ff de reb. dub. iſque ſeptem, vt hic: pauciores in Nou. 41. Leonis: & cap. 10. & 11.
† v. No. Leon. 42.

extr. eo. m l. 21. in fi. ff. eo. n ad hoc rogati, d. l. 21. §. pen. o l. 20. in pr. C. eo. † hodie cuiuſlibet, Nou. 119. c. 9. p non alio ſigno, Vlp. in l. 12. §. ſignum ff. eo. à quo diſſentit Accurſ. Bart. Fab. & alij.
q Alienus eſt etiam, qui ab ipſo teſtatore teſtis datur, l. vlt. §. 2. ff. eod.
r modò ſubſcriptione alienum conſtet, Spec. §. videndum. ti. de prob.
ſ actiuè, vel paſſiuè, Th. t l. 20. §. 6. ff. eo. u & peregrinus arcentur enim à ſolennibus, aliud ergo erit in Teſtamento non ſolenni militari ad pias cauſas, inter liberos, Nou. 10. donatione cauſa mortis, & Codicillis, Vigl.
x l. 27. ff. eo. dixi ad leges XII tab. tit. de teſt. y l. 1. C. eo. z l. 22. §. 1. ff. eod.
a l. 22. §. 2. ff. eo. eo exemplo dic poteſt, morte teſtis tabulas teſtamenti non decidere, v. l. 4. ff quemad. teſtamenta aper. b ſecus in ſuo, l. 10 ff. de teſtib.
c & aliis, l. 2. C de teſtib. d l. 20. ff. eo. e & olim, l. 20. in pr ff. eo Vlp. 20. §. 3. ſed innuit hodie abolitum teſtamentum per æs, & libram in quo, quia negotium peragebatur inter teſtatorem & emptorem, hæres teſtis eſſe poterat Vlp. tit. 20. 9.

bant

tur ad id quod domini intereſt.

De impubere.

23. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

IMpuberem *a* furtum facere poſſe, ſi *b* iam doli capax ſit, Iulianus lib. 22. digeſt. ſcripſit. Item poſſe cum impubere damni *c* iniuria agi, quia id furtum ab impubere fit. ſed modum eſſe adhibendum ſit. nam in infantes id non cadere. nos putamus, cum impubere culpæ capace, Aquilia *d* agi poſſe. ¶ Item verum eſt, quod Labeo ait, nec ope *e* impuberis furto facto teneri eum.

24. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

NEc minus etiam condici ei poſſe Iulianus ſcripſit.

De fundo & his quæ de fundo tolluntur.

25. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

VErum eſt quod plerique *f* probant, fundi furti agi non poſſe. 1 ¶ Vnde quæritur, ſi quis de fundo vi deiectus ſit, an condici ei poſſit qui deiecit? Labeo negat. Sed Celſus putat poſſe condici *g* poſſeſsionem: quemadmodum poteſt, re mobili ſubrepta. 2 ¶ Eorum quæ de fundo tolluntur, vt putà arborum*r* vel lapidum, vel arenæ, vel fructuum *h*, quos quis fraudandi *i* animo decerpſit, furti agi poſſe nulla dubitatio eſt.

De apibus. 1. De colono.

26. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

SI apes *k* feræ in arbore fundi tui apes fecerint, ſi quis eas, vel fauum *l* abſtulerit, eum non teneri tibi furti: quia non fuerint tuæ, eáſque conſtat captarum terra, mari, cœlo, numero eſſe. 1 ¶ Item conſtat colonum *m* qui *n* nummis colat, cum eo qui fructus *o* ſtantes ſubripuerit, acturum furti: quia vt primùm decerptus eſſet, eius eſſe cœpiſſet.

De tabulis.

27. *Vlpianus* lib 41. ad Sabinum.

QVi tabulas *p* vel cautiones amouet, furti tenetur non tantùm pretij ipſarum tabularum, verum eius quod *q* interfuit. quod ad æſtimationem refertur eius ſummæ quæ in his tabulis continetur: ſcilicet ſi tanti interfuit, vtputà ſi chirographa aureorum decem tabulæ fuerint, dicimus hoc duplicari. Quòd ſi iam erant inanes *r*, quia ſolutum proponebatur, nunquid ipſarum tantùm tabularum pretij videatur eſſe æſtimatio facienda? quid enim interfuit huius? Sed poteſt dici, quia nonnunquam debitores tabulas, ſibi reſtitui petant, quia nonnunquam calumniantur debitores, quaſi *ſ* indebito ſoluto ab his intereſſe creditoris tabulas habere, ne fortè controuerſiam ſuper ea re patiatur.

¶ Et generaliter dicendum eſt, in id quod intereſt duplari. 1 ¶ Inde poteſt quæri, ſi quis cum alias probationes *t*, menſéque *u* ſcripturam haberet chirographi furtum paſſus ſit, an æſtimari duplo chirographi quantitas debeat: & nunquid non, quaſi nihil interſit, quantum enim intereſt, cùm poſſit debitum aliunde probare? quemadmodum ſi in binis tabulis inſtrumentum ſcriptum ſit. nam nihil videtur deperdere, ſi futurum eſt, vt alio chirographo ſaluo ſecurior ſit creditor. 2 ¶ Apocha *x* quoque ſi fuerit ſubrepta, æquè dicendum eſt furti actionem in id quod intereſt locum habere: ſed nihil "mihi" videtur intereſſe, ſi ſint & aliæ probationes ſolutæ pecuniæ. 3 ¶ Sed ſi quis non amouit huiuſmodi inſtrumenta, ſed interleuit *y*, non tantum furti actio locum habet, verum etiam legis Aquiliæ. nam *rupiſſe* videtur, qui corrupit.

28. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

SEd ſi ſubripuit prius quàm deleat, tanto *z* tenetur, quanti domini interfuit non ſubripi. delendo enim nihil ad pœnam adiicit.

29. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

HOc amplius & ad exhibendum agi poteſt, & interdicto quorum *a* bonorum agi poterit.

30. *Idem* lib. 9. ad Sabinum.

SI hæreditariæ tabulæ deletæ ſint.

31. *Idem* lib. 41. ad Sabinum.

SEd & ſi imaginem "quis" vel librum deleuerit, & hic tenetur damno *b* iniuriæ, quaſi corruperit.

a Dixi ad legem XII. Tabul. §. 18. *Inſt. de oblig. quæ ex delicto.*
b Ætatis habetur ratio in delictis. *l. 4. §. 26. ſupr. doli exceptione, l. 28. §. 3. in fi. ꝟ. de pœn. l. 111. de regulis iuris, l. 7. C. de pœnis. §. 18. inſt. de obl. quæ ex delicto.*
c Dixi in oratione *pro Roſcio Comœdo.*
d *l. 5. §. 2. in fin. ꝟ. ad l. Aquil.*
e *l. 90. in fin. ꝟ. eo.*
f Immobilis rei nomine furti agi non poteſt: *vt hic: & l. 38. ꝟ. de vſurp. l. 1. C. vi bon. rapt.* Fundi tamen furtum fieri poſſe putauit Sabin. *l. 38. in fi. ꝟ. de vſurpat.* 11. *Gellius* 11 §. 7. *inſt. de vſucap.*
g *l. 2. ꝟ. de condictione triticaria.*
h *l. 26. in fin. l. 68. §. 8. ꝟ. eodem, l. 27. §. 25. ꝟ. ad legem Aquil. l. 7. § 5. ꝟ. quod vi aut clam.*
i Furandi *Vulg. Hal.*
k *l. 5. §. 3. ꝟ. de adq. rer.*
l *d. §. 3.*
m *l. 82. §. 1. ꝟ. eo.*
n Colonorum alij nummis colunt, vt *hic*: vel ad pecuniam numeratam, *vt l. 25. §. 6. ꝟ. locati.* alij partibus quòd videlicet in pecunia mercedẽ locatoribus non præſtent, ſed partem fructuum. Vnde partiarij coloni *d. §. 6.* partiaria pecora inde dicuntur. *l. 8. C. de pactis.*
o *l. 25. in fin. ꝟ. eo.*
p *l. 32. ꝟ. eod. l. 15. C. eod.*
q *l. 28. l. 32. in fin. princ. l. 10. in fin. ꝟ. edendo. l. 41. ſup. ad leg. Aquil. Paul. 2. ſent. 31. §. 22. 15. Ecl. ex lib. 6. titulo 12. c. 26.*
r Inanes tabulæ dicuntur, quoties ſolutũ eſt debitũ, *l. 18. ꝟ. ad exhib.*
ſ *al.* quaſi de indebito.
t Probabatur pecunia data, numeratáq; inter cætera per mẽſæ ſcripturam, *vt hic*: de quo genere probationis & aliis vide 13. *Gell. 2. & Inſt. de literarum obl.*

u Menſæ *Vulg. Hal.* quam ſcripturam Baſilica ita vertunt, ἢ τῶ τραπεζίτȣ δι' ἐκδόσεων ἐγγραφῶν. Menſæ cuius hic fit mentio, ea ratio eſt. Argentarij menſas cum ære in foro poſitas habebant. apud eos pecuniæ deponebantur, vendebantur per argentarios Romani etiam emebant, credebant, atque etiam fœnori occupabant, omnia denique per eos exercebant: déque his omnibus argentarij conficiebant rationes: eorum ſcriptura naſcebatur obligatio. *vide Cuiac. ad leg. 27. ꝟ. pactis, & ad Nov. 136.*
x *Eclog ibid. v. l. vlt. parag. 2. ꝟ. de condict. indeb.*
y *l. 28. 29. l. 30. l. 31. l. 32. ꝟ. eod. l. 41. ꝟ. ad leg. Aquil. l. 10 in fin. ꝟ. de edend.*
z Tanti tenetur, *Vulg.*
a Interdictum quorum bonorum, interdum de ſingulis rebus redditur, *vt hic, vide quæ notaui ad l. 1. parag. 1. ꝟ. quorum bonor. v. Oldend. Claſſ. 2. act. 1. n. 6.*
b Id eſt, lege Aquilia.

1 ¶ Si quis tabulas inſtrumentorum reipublicæ municipij alicuius aut ſubripuerit, aut interleuerit, Labeo ait furti eum teneri. ¶ Idémque ſcribit & de cæteris rebus publicis *a*, déque ſocietatibus *b*.

32. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

QVidam tabularum, duntaxat æſtimationem faciendam in furti actione exiſtimant: quia *c* ſi iudici, apud quem furti agatur, poſſit probari quantum debitum fuerit, etiam apud eum iudicem eadem probare, apud quem pecuniam petat: ſi verò in furti iudicio probare non poteſt, ne illud quidem poſſe oſtendi, quanti eius interſit *d*. ſed poteſt poſt furtum factum ſi tabulas nanctus eſſet actor, vt ex eo probet, quanti *e* ſua interfuerit, ſi tabulas nanctus non eſſet. 1 ¶ De lege Aquilia maior quæſtio eſt, quemadmodum poſſit probari *f* quanti eius interſit. nam ſi poteſt aliàs probare, non patitur damnum. quid ergo, ſi fortè pecuniam ſub *g* conditione credidit, & interim teſtimonia, quorum probationem habeat qui poſſint mori pendente conditione? aut puta me petiiſſe creditum, & quia teſtes & ſignatores qui rem communiſſent *h*, præſentes non haberem, victum rem amiſiſſe: nunc verò, cùm furti agam, eorum memoria, & præſentia ad fidem creditæ pecuniæ vti poſſum.

De tutore vel curatore.

33. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

TVtor adminiſtrationem quidem rerum pupillarium habet, intercipiendi autem poteſtas ei non datur, & ideo ſi quid furandi animo amouerit *i*, furtum facit nec vſucapi res poteſt. ſed & furti actione tenetur quamuis & tutelæ agi cum eo poſſit.

¶ Quod in tutore ſcriptum eſt, idem erit & in curatore adoleſcentis *k*, cæteriſque *l* curatoribus.

De furto manifeſto, vel non manifeſto.

34. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

IS qui opem *m* furtum facienti fert, nunquam manifeſtus eſt. itaque accidit, vt is quidem qui opem tulit, furti nec manifeſti: is autem qui deprehenſus *n* eſt, ob eandem rem manifeſti teneatur.

35. *Pomponius* lib. 19. ad Sabinum.

SI perferendum *o* acceperit, & ſcierit furtiuum eſſe, conſtat, ſi deprehendatur, ipſum duntaxat furem manifeſtum eſſe: ſi neſcierit, neutrum *p*. hunc, quia fur non ſit. furem quia deprehenſus non ſit.

1 ¶ Si vnus ſeruus tuus hauſiſſet: & abſtuliſſet, alter hauriendo deprehenſus eſſet, prioris nomine nec manifeſti, alterius manifeſti teneberis.

De eo qui ſeruo perſuaſit vt fugeret. 1. De eo qui filio vel ſeruo, vel vxori opem tulit. 2. De eo qui ſeruo perſuaſit vt fugeret.

36. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

QVi ſeruo perſuaſit *q*, vt fugeret, fur non eſt. nec *r* enim qui alicui malum conſilium dedit, furtum facit, non magis quàm ſi ei perſuaſit, vt ſe præcipitet, aut manus ſibi inferret. hæc enim furti non admittunt actionem. Sed ſi alius ei fugam perſuaſerit, vt ab alio ſubripiatur, furti tenebitur is qui perſuaſit: quaſi ope *ſ*, conſilio eius furtum factum ſit. ¶ Plus Pomponius ſcripſit, eum qui perſuaſit, quamuis interim furti non teneretur, tunc *t* tamen incipere teneri, cùm quis fugitiui fur eſſe cœperit, quaſi videatur ope, conſilio eius furtum factum. 1 ¶ Item placuit eum qui *u* filio, vel ſeruo, vel vxori *x* opem fert furtum facientibus *y*, furti teneri: quamuis ipſi furti actione non conueniantur. 2 ¶ Idem Pomponius ait, ſi cum *z* rebus aufugerit fugitiuus, poſſe furti actione ſolicitatorem conueniri rerum nomine: quia opem, conſilium contrectatori tulit. quod & Sabinus ſignificat. 3 ¶ Si duo ſerui inuicem ſibi perſuaſerunt, & ambo ſimul aufugerunt, alter alterius fur non eſt. ¶ Quid ergo ſi inuicem ſe celauerunt *a*? fieri enim poteſt, vt inuicem fures ſint. & poteſt dici alterum alterius furem eſſe. quemadmodum ſi alij ſingulos ſubripuiſſent, tenerentur, quaſi alter alterius nomine opem tuliſſet. quemadmodum rerum quoque nomine teneri eos furti Sabinus ſcripſit.

De eo qui pauonem manſuetum perſecutus eſt.

37. *Pomponius* lib. 19. ad Sabinum.

SI pauonem meum manſuetum *b*, cùm de domo mea effugiſſet, perſecutus ſis, quoad is *c* perit, agere tecum furti ita potero, ſi aliquis eum habere cœperit.

De filiofamilias ſurrepto.

SI filiusfamilias ſurreptus ſit patrem d *habere furti actionem palam eſt.* *De matre filij ſubrepti. 1. De liberis perſonis.*

38. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

MAter *e* filij ſubrepti, furti actionem non habet *f*. 1 ¶ Liberarum perſonarum nomine licèt furti

c Id eſt, ita vt pereat. d *l. 14 parag. 13. ꝟ. eod. parag. 9. inſt. de oblig. ex quaſi delicto.*
e Aliud in patre, *l. 14. parag. 13. ꝟ. eod parag 9. Inſt. de oblig quæ ex delicto.*
f Imò habere videtur, *l. 35 parag. 1. ꝟ. de fideicommiſſ. libert.*

actio

actio ſit, condictio tamen nuſquam eſt.

De meretrice.

39. *Vlpianus* "lib. 41. ad Sabinum."

VErum eſt, ſi meretricem *a* alienam *b* ancillam rapuit quis, vel celauit, furtum non eſſe *c*. nec.n. factum quæritur, ſed cauſa *d* faciendi, cauſa autem faciendi, libido fuit, non furtum. ¶ Et ideo etiam eum qui fores *e* meretricis effregit libidinis cauſa, & fures non ab eo inducti, ſed aliàs ingreſſi meretricis res egeſſerunt *f*, furti non teneri. ¶ An tamen vel Fabia teneatur, qui ſuppreſſit ſcortum libidinis cauſa? Et non puto teneri. & ita etiam ex facto cùm incidiſſet, dixi. hic enim turpiùs facit, quàm qui ſubripit: ſed ſecum facti ignominiam compenſat. certè fur non eſt.

De commodato. De eo qui inuito domino vtitur.

40. *Paulus* "lib. 9. ad Sabinum."

QVi iumenta ſibi commodata lõgius *g* duxerit, alienáve *h* re inuito dominio vſus *i* ſit, furtum facit.

De captiuitate & poſtliminio. 1. De arrogatione. 2. Quamdiu durat furti actio, & in quem competit. 3. De captiuitate & poſtliminio.

41. *Vlpianus* "lib. 41. ad Sabinum."

SI cùm quis in *k* hoſtium poteſtate eſſet, furtum ei factum ſit, & poſtliminio *l* redierit: poterit quis dicere eum furti habere actionem. 1 ¶ Adrogatorem *m* poſſe furti agere, ſc. eius furti nomine, quod factum eſt ei *n* quem adrogauit, antequam ‖eum‖ adrogaret, certum eſt, cæterùm ſi poſtea, nulla erit dubitatio.

2 ¶ Quamdiu viuit is qui furtum fecit, non perit furti actio. aut *o* enim ſui iuris eſt is qui furtum fecit, & cum ipſo actio eſt: aut alieni *p* iuris eſſe cœpit, & actio furti *q* cum *r* eo eſt, cuius poteſtati ſubiectus eſt. & hoc eſt quod dicitur, Noxa caput ſequitur.

3 ¶ Si quis poſt noxam admiſſam, hoſtium ſeruus fuerit factus, videndum eſt an extinguatur actio? Et Pomponius ſcripſit, extingui actionem: & ſi fuerit reuerſus poſtliminio *ſ*, vel quo alio iure, renaſci eam actionem debere. & ita vtimur.

De eo quod in naui periit. 1. De manumiſſione.

42. *Paulus* "lib. 9. ad Sabinum."

SI ſeruus nauem exerceat non *t* voluntate domini, de eo quod ibi perit, vulgaris *u* formula in dominum danda eſt, vt quod alter admiſit, dumtaxat de peculio: quod ipſe exercitor, adijciatur, vt noxæ dederet. ¶ Igitur ſi manumiſſus ſit, perſecutio quidem in peculio manebit aduerſus dominum intra annum, noxalis *x* ipſum ſequetur.

1 ¶ Interdum & manumiſſus, & qui eum manumiſit, ob furtum tenetur ſi deo manumiſit, ne furti cum eo agi poſſit. ſed ſi cum domino actum fuerit, ipſo iure manumiſſum liberari Sabinus reſpondit, quaſi deciſum ſit.

De falſo creditore. 1. De falſo procuratore. 2. De delegatione. 3. De mendacio. 4. De eo qui alienum quid iacens ſuſtulit. 9. εὑρετρα petit. 10. De re quam dominus iecit. 11. De iactu ex naue. 12. Si furtum paſſus nanciſcatur dominium partis, vel vſumfructum in ſeruo qui furtum fecit.

43. *Vlpianus* "lib. 41. ad Sabinum."

FAlſus creditor, (hoc *y* eſt is qui ſe ſimulat *z* creditorem ſi quid acceperit, furtum facit, nec nummi eius fient. 1 ¶ Falſus procurator *a* furtum quidem facere videtur. Sed Neratius videndum eſſe ait, an hæc ſententia cum diſtinctione vera ſit. Vt ſi hac mente ei, dederit nummos debitor, vt eos creditori perferret, procurator autem eos intercipiat, vera ſit. nam & manent *b* nummi debitoris, cum procurator eos non eius nomine accepit, cuius eos debitor fieri vult: & inuito domino eos contrectando, ſine dubio furtum facit. Quod ſi ita det debitor, vt nummi procuratoris fiant, nullo modo eum furtum facere ait, voluntate domini eos accipiendo. 2 ¶ Si is qui indebitum accipiebat *c*, delegauerit ſoluendum *d*, non erit furti actio, ſi cùm eo abſente ſolutum ſit. cæterùm ſi præſente, alia cauſa eſt, & furtum fecit *e*. 3 ¶ Si quis nihil in perſona ſua mentitus eſt, ſed verbis fraudem adhibuit, fallax eſt magis quàm furtum facit. vtputà ſi dixit ſe locupletem *f*, ſi in mercem ſe collocaturum quod accepit, ſi fideiuſſores idoneos daturum, vel pecuniam confeſtim ſe ſoluturum. nam ‖ex‖ his omnibus magis decepit, quàm furtum fecit: & ideo furti non tenetur: ſed quia dolo fecit, niſi ſit alia *g* aduerſus eum actio, de dolo dabitur.

4 ¶ Qui alienum *a* quid iacens *b*, lucri faciendi cauſa ſuſtulit furti obſtringitur *c*, ſiue ſcit cuius ſit, ſiue ignorauit. nihil enim ad furtum minuendum facit, quòd cuius ſit, ignoret.

5 ¶ Quòd ſi dominus id dereliquit, furtum non fit eius etiam *d* ſi ego furandi animum habuero. nec enim furtum fit, niſi *e* ſit cui fiat. in propoſito autem nulli fit: quippe cùm placeat Sabini & Caſsij ſententia exiſtimantium ſtatim *f* noſtram eſſe deſinere rem quam dereliquimus. 6 ¶ Sed ſi non fuit derelictum, putauit *g* tamen derelictum, furti non tenetur. 7 ¶ Sed ſi neque fuit, neque putauit, iacens tamen tulit, non *h* vt lucretur, ſed redditurus *i* ei cuius fuit, non tenetur furti.

8 ¶ Proinde videamus ſi neſcit cuius eſſet, ſic tamen tulit, quaſi redditurus ei qui deſideraſſet, vel qui oſtendiſſet rem ſuam, an furti obligetur? Et non puto obligari eum. Solent plerique etiam hoc facere, vt libellum proponant *k* continentem inueniſſe & redditurum ei qui deſiderauerit. hi ergo oſtendunt *l* non furãdi animo ſe feciſſe. 9 ¶ Quid ergo, ſi εὑρετρα *m* (id eſt, *inuentionis præmia*) quæ dicunt petat? nec hic videtur furtum facere, etſi non probè petat aliquid. 1 ¶ Si quis ſpontè rem iecit, vel iactauit, ‖non‖ quaſi pro derelicto habiturus, túque hãc rem tuleris, an furti tenearis. Celſus lib. duodecimo Digeſtorũ quęrit: & ait, ſi quidem putaſti, pro derelicto habitam, non teneris. quòd ſi non putaſti: hic dubitari poſſe ait, tamen magis defendit non teneri. quia (inquit) res non interuertitur ei qui eam ſponte reiecit. 11 ¶ Si iactum *n* ex naue factum, alius tulerit, an furti teneatur? quæſtio in eo eſt. an pro derelicto habitum ſit. Et ſi quidem derelinquentis animo iactauit, (quod plerunque *o* credendum eſt, cùm ſciat periturum) qui inuenit, ſuum facit, nec furti tenetur *p*. Si vero non hoc animo, ſed hoc, vt ſi ſaluum fuerit, haberet: ei qui inuenit auferendum eſt, & ſi ſcit hoc, qui inuenit & animo furãdi tenet, furti tenetur. *q* Enimuero ſi hoc animo, vt ſaluum faceret domino, furti non tenetur. quod ſi putans ſimpliciter iactatum, furti ſimiliter non tenetur. 12 ¶ Etiam ſi partis dimidiæ nanciſcar dominium in ſeruo, qui mihi antea furtum fecerat, magis eſt, vt extinguatur actio etiam parte redempta: quia etſi ab initio quis partem in ſeruo habebat, furti agere non poterat. ¶ Planè ſi vſusfructus meus in eo ſeruo eſſe cœperit, dicendum eſt furti actionem non extingui, qua fructuarius dominus non *r* eſt.

De falſo procuratore. 1. Si rem meam quaſi tuam tibi tradidero. 2. De ſeruo hæreditario.

44. *Pomponius* ‖lib. 19. ad Sabinum.‖

SI iuſſu debitoris ab alio falſus *ſ* procurator creditoris accepit, debitori iſte tenetur furti, & nummi debitoris erunt. 1 ¶ Si rem meam quaſi *t* tuam tibi tradidero ſcienti meam eſſe, magis eſt furtum te facere, ſi lucrandi animo id feceris.

2 ¶ Si ſeruus hæreditarius nondum *u* adita hæreditate furtum hæredi fecerit, qui teſtamento domini manumiſſus eſt, furti actio aduerſus eum competit, quia nullo tempore hæres dominus eius factus eſt *x*.

De re communi.

45 *Vlpianus* ‖lib. 41. ad Sabinum.‖

SI ſocius *y* communis rei furtum fecerit, (poteſt *z* enim communis rei furtum facere) indubitatè dicendum eſt, furti actionem competere.

De rei interitu. De manumiſſione. Si res in hoſtium poteſtatem peruenerit. Si habeatur pro derelicto. 1. De ſeruo fructuario, vel vſuario vel pignorato, vel communi ſurrepto 7. De affectu contrectantis. 8. Et de voluntate domini. 9. De ſecundo furto.

46 *Idem* ‖lib. 42. ad Sabinum.‖

INter omnes *a* conſtat, etiam ſi extincta *b* ſit res furtiua, attamen furti remanere actionem aduerſus furem. Proinde mortuo quoque homine, quem quis furto abſtulit, viget *c* furti actio. ¶ Sed nec manumiſſio furti actionem extinguit. nec *d* enim diſſimilis eſt morti manumiſſio, quòd ad ſubtrahendum domino ſeruum apparet. ¶ Itaque qualiter domino ſit ſeruus ſubtractus, attamen ſupereſſe aduerſus furem furti

b l. 1. *parag* 20. *ſup. de acquir. poſſ.* Imò, non manent debitoris, cùm ... l. 13. *in fin.* ꝟ. *de don.* c ... ſciens ſcilicet, ... qui ſoluere erat paratus.

... manu recipit quod alteri ſolutum eſt: & paria ſunt, ſolui mandatori, ... eius nomine eo præſente, adde l. 79 *ſup. de verb. oblig.*

... qui inopem pro locuplete ſubijcit furti tenetur l 52. *parag.* 20. ꝟ. *eo.*

... id eſſe poteſt, quum alia ſemper ſit actio generalis certi? l. 9. ꝟ. *de reb.* ... hic agitur de aliqua ſpeciali, non generali.

a Alienam rem proiectam.

b v. *parag.* 9. ꝟ. *eo.* 11. Gellius *vlt. in fin.* vbi malè legitur, tacens, pro iacens, adde caſum legis 5. ꝟ. *de incendio*: adde *parag. vlt. Inſt de rer. diuiſ.*

c Imo non obſtringitur: quum rei quæ à nemine poſſidetur, contrectatio furtum non inducat, l. 1. §. 15. ꝟ. *ſi is qui teſtam. libert.*

d i. etiamſi vt fur tulero.

e *d. parag.* 15.

f l. 1 *ſup. pro derelicto.*

g Ignorantia contrectantis excuſat à furto.

h vide *Nouell. Leonis* 40.

i propoſitum, rem alienam contrectantis eius actum diſtinguit.

k vel etiam viua voce admoneant dominum, l. 15. ꝟ. *de præſcriptis.* ſic Mercurius, 6. *de aſino*, præmium inueſtigationis Pſyches publico præconio edicit. Si quis inquit, à fuga retrahere vel occultam demõſtrare poterit fugitiuam regis filiam, conueniat Mercurium prædicatorem, accepturus indicij nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuauia.

l Proteſtatio declarat animum innocentem.

m Id eſt, præmiũ vel mercedem ob indicium furis, l 5. *in fin.* ꝟ. *de condict. furtiua*, l. 15. *ſup. de præſcript. Paul.* 2. *ſent.* 31. § 10. adde Contium 1. *diſput.* vbi tractat de variis mercedularum generibus: Indicinæ præmia vocat Apuleius 7 *d. Aſino* dixi plenius edicto de Alexandrinis c. 7.

n l. 8. *ſup. de l. Rhodia*, 53 *Ecl.* 3. *cap.* 19. *adde caſum l.* 3. ꝟ *de incendio.*

o Imò nunquam credẽdum eſt. pręſertim in dubio §. 4. *Inſtit. de rerum diuiſ. l.* 2. *in fi. l.* 8. ꝟ. *de l. Rhodia: l.* 9. *in fin.* ꝟ. *de acquir. rer. dom.* Solue: interdum poteſt id accidere. Huiuſmodi enim actio non eſt prorſus voluntaria, aut inuoluntaria, ſed mixta. vide Ariſtotelem 3. *Ethic.* p qui rem huiuſmodi abſtulit. q Imò non tenetur, quum rem contrectet quæ à nemine poſſidetur, cuius furtum fieri non ſolet, l. 1. §. 15. ꝟ. *ſi is qui teſtam.*

r Imò eſt, l. 8. ꝟ. *de reb. authoritate iudic. poßid.* dixi ad l. 4. ꝟ. *de vſusfruct.*

ſ *l.* 18. *in fi.* ꝟ *de ſolutionib.* t l. 52. §. 8. ꝟ. *eo.*

u id eſt, aditam hereditatem l. 64. ꝟ. *eo.* x quod euenit, etſi alij fuit legatus, *Vulg.*

y *l.* 45. *l.* 46 l. 51. ꝟ. *pro ſocio.*

z id accidit quoties re communi vtitur in alium vſum, adde l. 12. *l.* 18. ꝟ. *com. diuid.* vt ſæpius tamen qui re communi vtitur, re ſua ac propria vti intelligitur, *d. l.* 51.

a Sabinianos & Proculianos. *Hotom.* 28 *Illuſ. fol.* 187. b *l.* 90. ꝟ. *eo. l.* 9. *C. eo.*

c Vigere furti actio dicitur quæ non eſt extincta.

d l. 1. § 5. ꝟ. *quando actio de peculio: l.* 6. ꝟ. *qui & à quibus manumiſſi*, *l.* 92 *ſup. de ſolut.* Imò diſſimilis eſt manumiſſio à morte, l. 47. ꝟ. *de aedilitio.*

actionem: eóque iure vtimur. competit enim actio, non *a* ideo quia nunc abeſt, ſed quia vnquam beneficio furis abfuerit. ¶ Hoc idem in condictione quoque placet. nam condici furi poteſt, etiam *b* ſi res ſit aliqua ratione extincta. ¶ Hoc idem dicendum, ſi res in poteſtatem hoſtium peruenerit. nam conſtat poſſe de ea furti agi.

¶ Sed & ſi pro derelicto ſit poſtea à domino habita, furti nihilominùs agi poterit. 1 ¶ Si ſeruus fructuarius ſubrectus eſt, vterque *c*, & qui fruebatur, & dominus actionem furti habet. Diuidetur igitur actio inter dominum & fructuarium: fructuarius aget de fructibus, vel quanti interfuit eius, furtum factum non eſſe, ‖eius‖ dupli, proprietarius verò aget, quod interfuit eius, proprietatem non eſſe ſubtractam. 2 ¶ quod dicimus *Dupli* d, ſic accipere debemus, etiam quadrupli ‖ competere actionem, ‖ ſi manifeſtum furtum ſit. 3 ¶ Hæc actio, etſi ſit qui in eo ſeruo habeat vſum tantùm poterit ei competere. 4 ¶ Et ſi quis propoſuerit hunc ſeruum etiam pignoratum eſſe, eueniet, vt etiam is qui pignori accepit habeat furti actionem. Hoc ampliùs, etiam debitor, ſi modò plus valeat, quàm pro pignore debetur, habet furti actionem. 5 ¶ Vſque adeò autem diuerſæ ſunt actiones, quæ eis competunt, vt ſi quis eorum pro fure *e* damnum *f* deciderit, dici oporteat ſolummodò actionem ſibi competentem amiſiſſe eum, cæteris verò ſupereſſe. ¶ Nam & ſi proponas communem ſeruum ſubreptum, & alium ex dominis pro fure damnum deciſiſſe, is qui non decidit, habebit furti actionem. 6 ¶ Proprietarius quoque agere aduerſus fructuarium poteſt iudicio furti, ſi quid celandæ proprietatis vel ſupprimendæ cauſa fecit. 7 ¶ Rectè dictum eſt, qui *g* putauit ſe domini voluntate *h* rem attingere, non eſſe furem. Quid *i* enim dolo facit, qui putat dominum conſenſurum fuiſſe, ſiue falſo id, ſiue verè putet? is ergo ſolus fur eſt, qui adtrectauit *K* quod inuito domino ſe facere ſciuit. 8 ¶ Per contrarium quæritur: ſi ego me, inuito domino, facere putarem, cùm dominus vellet, an furti actio ſit? & ait Pomponius furtum me facere *l*. verumtamen eſt, vt cùm ego velim eum vti, licet ignoret, ne furti ſit obligatus.

9 ¶ Si furtiua res ad dominum rediit, & iterum *m* contrectata eſt, competit alia furti actio.

Cui competit furti actio.

47. *Paulus* "lib. 9. ad Sabinum."

SI dominium rei ſubreptæ quacunque ratione mutatum *n* ſit, domino *o* furti actio *p* competit: veluti heredi *q*, & bonorum poſſeſſori, & patri adoptiuo *r* & legatario *ſ*.

Si dominus rem furti ſurripuerit, quid venit in actionem furti. 1. De eo qui furem nouit vel celat. 2. De ſeruo recepto domino volente 3. Vel inuito. 4. Si is qui poliendum conduxit alij commodauerit. 5. De partu ancillæ & fœtu pecudum. 6. Si dominus pretium rei ſurreptæ, furti extorſerit.

48. *Vlpianus* "lib. 42. ad Sabinum."

QVi vas argenteum perdiderat, eo ‖que‖ nomine furti egerit, de pondere vaſis controuerſia cum eſſet, & actor maius fuiſſe diceret, fur vas protulit *t*. id is cuius erat, abſtulit *u* ei qui ſubripuerat, dupli nihilominus condemnatus eſt: rectiſſimè iudicatum eſt. nam in actionem pœnalem non venit ipſa res quæ ſubrepta eſt, ſiue manifeſti furti, ſiue nec manifeſti agatur.

1 ¶ Qui furem nouit, ſiue indicet eum, ſiue non indicet, fur non eſt: cum multum interſit *x* furem quis celet, an non indicet: qui nouit, furti non tenetur: qui celat, hoc ipſo tenetur. 2 ¶ Qui ex voluntate domini ſeruum recepit, quin neque fur, neque plagiarius ſit, plus quàm manifeſtum eſt. quis enim *y* voluntatem *z* domini habens, fur dici poteſt. 3 ¶ Quòd ſi dominus vetuit, & ille ſuſcepit, ſi quidem *a*, non celandi animo, non eſt fur: ſi celauit, tunc fur eſſe incipit. Qui igitur ſuſcepit, nec celauit, etſi inuito domino, fur non eſt. ¶ Vetare *b* autem dominum accipimus etiam eum qui ignorat: hoc eſt, eum, qui non conſenſit *c*.

¶ Si ego tibi *d* poliendum veſtimentum locauero, tu verò inſcio "aut inuito" me, commodaueris Titio, & Titio furtum factum ſit, & tibi *e* competit *f* furti actio: quia *g* cuſtodia rei ad te pertinet: & mihi aduerſus te, quia non debueras rem commodare, & id faciendo, furtum admiſeris. ita erit caſus *a*, quo fur furti agere poſſit. 5 ¶ Ancilla *b* ſi ſubripiatur prægnans, vel apud furem concepit *c*, partus furtiuus eſt, ſiue apud furem edatur, ſiue apud bonæ fidei poſſeſſorem *d*. ſed in hoc poſteriore caſu furti actio ceſſat, ſed ſi concepit apud bonæ fidei poſſorem, ibíque pepererit, eueniet vt partus furtiuus non ſit, verùm etiā vſucapi poſſit. ¶ Idem *e* & pecudibus ſeruandum eſt, & in fœtu *f* eorum *g* quod in partu. 6 ¶ Ex furtiuis equis nati, ſtatim ad bonæ fidei emptorem pertinebunt. meritò, quia in fructu numerantur. at *h* partus ancillæ non *i* numerantur in fructu. 7 ¶ Cùm furtiuam vendidiſſet eique, nummos pretij dominus rei per vim extorſit, furtum ‖eum‖ nummorum feciſſe, rectè reſponſum eſt. idem etiam vi bonorum raptorum actione tenebitur. quod enim ex re furtiua redigitur *K*, furtiuum non *l* eſſe nemini dubium eſt. nummus ergo hic qui redactus eſt ex pretio rei furtiuæ, non *m* eſt furtiuus.

De creditore furtum paſſi. 1. De re dotali.

49. *Gaius* ‖lib. 10. ad Edictum Prouinciale.‖

INterdum accidit vt non habeat furti actionem is cuius intereſt rem ſaluam eſſe. Vt ecce creditor *n* ob rem debitoris ſubreptam furti agere, non poteſt, etſi aliunde creditum ſeruare non poſſit. loquimur autem ſcilicet de ea re quæ pignoris iure obligata non ſit.

1 ¶ Item rei dotalis nomine, quæ *o* periculo mulieris eſt, non mulier furti actionem habet, ſed *p* maritus.

Quid duplatur vel quadruplatur. De rei æſtimatione & interitu. 3. De opere conſilio. 4. De eo qui panno rubro pecus fugauit.

50. *Vlpianus* ‖lib. 37. ad Edictum.‖

IN furti actione non quod intereſt, quadruplabitur vel duplabitur, ſed rei verum *q* pretium *r*. Sed & ſi res in rebus humanis eſſe deſierit *ſ*, cum iudicatur, nihilominus condemnatio facienda eſt. Idémque etſi nunc deterior ſit, æſtimatione relata in id *t* tempus quo furtum factum eſt. Quòd ſi pretioſior facta ſit, eius duplum, quanti tunc cum pretioſior facta ſit fuerit, æſtimabitur: quia & tunc furtum eius factum eſſe verius eſt.

a id eſt, non ob id quod nunc non habeat ſeruum.
b *v. l. vlt. ſup. de cond. furtiua.*
c adde l. 12. §. 5. ſ. *de vſufr.*
d Furti non manifeſti, duplum; manifeſti, quadruplum pœna erat: manifeſti actio præter pœnā quadrupli, ipſam quoque rei furtiuæ perſecutionē continebat, *Paul. 2. ſent. 31. §. 12.* oblati furti pœna erat tripli, & præterea rei ipſius repetitio. *Paul. ibi. §. 13.* Lege Moſis, qui furatus boues vel oues, eos, eaſve vēdiderat vel occiderat, quinq; boues pro vno reſtituebat, & quatuor oues pro vna. Si rē ſubreptam adhuc habuiſſet, duplum reddere cogebatur: *Exod. 22.* quæ pœna poſteà fuiſſe adaucta videtur ad ſeptulum vſque, *Prouerb. 6.* furti damnatus non ſoluendo, diſtrahebatur. *Exod. 22.*
e pro furto facit l. 7. §. 14 *in fi. l. 17. §. 1. ſ. de pactis.*
f hæc loquendi formula extat in l. 9. § 2 *in fin. ſ. de minorib. l. 7. ſup. de cond. furtiua.* adde *l. 61. §. 1 j. eod.*
g §. 7. *Inſt. de obl. quæ ex delicto.*
h l. 20 non inuito *l. 76. j. eod.*
i nihil ſanè: animum enim affectumque furandi non habet, l 48. *parag. 2. j. eod.*
k Non ſimplex contrectatio rei alienæ furem facit, ſed ea quæ fit inuito domino.
l Imò non facio, §. 8 *Inſtit. de oblig. quæ ex delicto.*
m *l. 47. l. 56. j. eo.* aliud eſt in aſſidua cōtrectatione, l. 9. *ſup. eod.*
n Actio furti datur ſucceſſori vniuerſali, v. quæ ſcripſi ad l. 10. *Cod. de furtis: d. l. 56. l. 66. j. eod.*
o Aliud eſt in actione ſerui corrupti, l. 8. ſ. *de ſeru. corrupto.*
p quæ priori domino competebat.
q *l. 1. §. 1. ſup. de priuatis delict. v. 7. Epiſt. famil.*
r *l. 41. §. 1 ſ. ſ. l. 8. ſ. de ſeru corrupt.* ex noua cōtrectatione Cur ita? v. quæ ſcripſi ad *l. 10. C. de furtis: l. 66. j. eo.* t i, exhibuit u per ſententiā ſc. *l. 54. §. 3. j. eo.* nō per vim, *l. 13. ſ. de eo quod metus cauſ. l. 7. j. ad Iul. de vi priuat.* x hæc inter ſe differunt, furem noſſe, nō indicare, celare, non cōtinuò furē celat qui eum non indicat: furē celare vetitum eſt, *l. 1. ſ. de fugit.* non indicare, liberū, v. quæ notaui ad *l. 4. §. vlt. ſ. de cōd. furt.* y nullus *l. 47. §. 7. ſ. eo.* z furtum non fit volenti, *vt hic, nec iniuria, l. 1. §. 5. in fi. ſ. de iniur.* a Qui furtū non celandi animo recipit, nunciationē celari prohibentis impune contemnit: non fit enim illa nūciatione fur. adde *l. 5. ſ. de ſeru. corrupto.* b Vetare ſatis intelligitur qui nō conſētit. c expreſsè. d Fulloni ſc. vt alibi dicetur plenius, *v. l. 52. §. 9. j. eo.* e conductori. f cur potius eo ductori cōpetit, quam cōmodatario? g Is ad quē rei cuſtodia pertinet, furti agere poteſt, *l. 12. ſ. eo.* eam autē debet

...uum quidem eſſe, furti tamen non teneri bonæ fidei poſſeſſorem, *vt hi*... tus peri poterit, non poterit vſucapi, quia vitio non caret vſucapien... partu apud verum dominum ſemel concepto & ita ei adquiſito. Con... editum apud bonæ fidei poſſeſſorem, furtiuum nullo modo eſſe, *vt hi*... nomine bonæ fidei poſſeſſorem Publiciana vti poſſe aduerſus extran... ſ. *de Public.* quinimò partum ipſum aduerſus ipſum dominum poſſe vi... *l. 10 ſ. de vſurp.* vt hinc meritò colligas partum eo caſu non ſtatim... poſſeſſoris, §. 6. j. *eo.* ſed poſt vſucapionem tantùm, l. 10. *in f. ſ. de vſurp.*... eſt in fœtu animalium? Fœtus (idem eſt in lana apud eum detonſa, l... *vſurp.*) ad bonæ fidei emptorem pertinent, l. 48. §. 2. *in fi. ſ. de vſurp.* ide... j. *eo.* quod non eſt in partu *d. §. 6.* & meritò, quum fœtus non partus i... igitur vtrobique idem ſeruandum eſt: Atque ita ſi quid hic mihi poſt... eſt emendare; proximum paragraphum ita inchoandum & finiendum... Non idem in pecudibus ſeruandum & in fœtu earum quod in partu, et... nati, &c. vt hæc verba, ex furtiuis, regulæ ſuperioris probatio ſint. f... l. 4. § 19. ſ. *de vſurp.* g Earum. h Differentiam partus & fœtus fe... tus animalium, non partus ancillæ eſt in fructu. i Partus ancillæ i... eſt. l. 27. ſ. *de hær. pet.* l. 68. ſ. *de vſufr.* l. 22. *in fi.* ſ. *de vſuris:* l. 66 §. 3. ſ... *de rer. diui. Scholiaſt. 16. Ecl. 2. c. 68.* k Furtiuum non eſt quod ex re furt... Atqui res ipſa furtiua erat, erit igitur furtiuum: quod eius loco ſubroga... rei pretium l. 28. ſ. *de nouat.* l. 42. §. 1. ſ. *de vſufr.* l. 82. ſ. *de verb. obl.* Pri... riter (excipe l. 22. *in fi.* ſ *de hær. pet.* & quæ notaui ad l. 5. § 17. ſ. *de*... rei non fungitur, ideoque pecunia ex rei mobilis venditione redacta... bilis, non erit viri, non vxoris, non patrimonialis. Nec ſemper verum e... pecuniam in locum rei ſubrogatæ ſuccedere, ſicuti res empta non ſu... ditionem pecuniæ, ex qua res ipſa comparata eſt. Ideoque res non ... trimonialis, l. 6. *C. de rei vend.* dotalis l. 12. *C. de iur. dot.* excipe tamen ... in l. 54. ſ. *de iure dot.*) pignorata, l 7. *in fi.* ſ. *qui potiores,* communis, l... *ſocio:* quin etiam, in particularibus pretium non ſuccedit loco rei, l. 19... *eo.* l. 21. *ſup. de hæreditate vel actione vendita.* v. tamen apud Socinum ... ius regulæ *regula 302.* Atqui pecuniæ domini, ſuccurri rei vindicatio... Sic ſanè, quod tamen eius fieri poſſit. Ideóque non malè quidam ſuade... aut vendentem in ipſo actu denuntiare poſſe ac proteſtari, ea ſe mente... vt res empta loco ſit pretij numerati: pretium verò loco rei vendit... *ſup. pro ſocio,* l. 1. *C. ſi quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel alter*... *rit,* atque ita fore vt patrimonia viri & vxoris & ſimilium perſonarum ... tur. l Imò eſt, quia pretium rei, ex re, eſſe dicitur, *v. l. 68. ſup. de prot.* ... enim eſt caſu furti agitur, l. 32. *parag. 3. ſup. de noxal.* n Alius quàm pi... j. *eo.* o Et ſic eius intereſt. p l. 1. *C. de iure dot.* q i. Tanti res (veri... valet quanti emptorem inuenire poteſt l. 52. §. 29. j. *eo.* verum pretium ... ſolidum, non eius dimidia, veri pretij fit mentio in l. 7. §. 1. ſ. *com. diuid.*... *don. inter. vir.* veræ æſtimationis, in l. 15. *in fi. j. de iud.* l. *vlt. in fi. C. de*... pretij, in l. 10. *in fi.* ſ. *com. diuid.* l. 12. ſ. *de relig.* l. 16. *in fi.* ſ. *de pign.* l. ... *de iure dot* l. 1. §. 12. §. 15. *ſup. de ſi quid in fraud. patroni,* l. 3. §. 5. j. *de*... *fi. C. de reſcind.* Iuſtæ æſtimationis, in l. 12. §. 1: *in fi.* ſ. *de iur. dot.* Hinc con... præſtare oporteat, qui quod iuſto pretio deeſt, ſupplere tenetur. *l. 2. in*... vt interim dicā mihi videri diſſentire *d.* l, 2. à fine legis 8. eo titulo ... ſa emptorē cogi ſupplere id quod deeſt iuſto pretio, & eum ſecurum ... iuſti pretij venditori numerauerit. aliud eſt enim iuſtum pretium, aliud ... dia: ſicut totū, & pars eius, r alioquin diuerſum probantibus ſtatui ... tas non poterit l. 80. §. 1. j. *eo.* ſ etiamſi res furtiua extincta fuerit, furti ... manet actio l. 46. *ſup. eo.* t Senſus, eſt Qualis ab initio cōtrectata res ... quā deterior, reddenda eſt: ſi poſt furtum cōmiſſum res pretioſior facta ... nomine fur tenebitur. verum eſt enim & tunc eam contrectaſſe, vt ... quanti vnquā apud furem plurimi res fuit, tanti is tenetur l. 67. §. 2. ... furtiuæ æſtimatio poſſit creſcere l. *pen. in fi ſup. rer. amot.* decreſcere nō ...

1 ¶ Ope

1 ¶ Ope *a*, conſilio furtum factum *b* Celſus ait, non ſolùm ſi idcirco fuerit factum, vt ſocij furarentur: ſed etſi non vt ſocij furarentur, inimicitiarum *c* tamen cauſa fecerit. 2 ¶ Rectè Pedius ait, ſicut nemo furtum facit ſine *d* dolo malo, ita nec conſilium vel opem ferre ſine *e* dolo malo poſſe. 3 ¶ Conſilium autem dare videtur, qui perſuadet & impellit, atque inſtruit conſilio ad furtum faciendum. Opem fert, qui miniſterium atque adiutorium ad ſubripiendas res præbet. 4 ¶ Cum eo qui pannum rubrum *f* oſtendit, fugauitque pecus, vt in fures incideret, ſiquidem dolo *g* malo fecit, furti actio eſt. ſed etſi non furti faciendi cauſa hoc fecit, non debet impunitus eſſe luſus *h* tam pernicioſus. idcirco Labeo ſcribit, *i* factum dandam actionem.

De viro & vxore. 4. De patre & filio. 7. De pignore. 8. De colono. 9. Si filius vel ſeruus veſtimenta polienda ſuſceperit. 10. De bonæ fidei emptore. 11. De eo qui ſuppetenti ſiliginem dedit. 12. De fugitiuo. De carcere vel cuſtodia dimiſſo. 13. De re excuſſa. 14. De ſpecificatione. 15. De mendacio & fictione. 16. De ſolutione 17. De venditione. 18. De pignore. 19. Quomodo furtum fit. De ope, conſilio. 20. De aſino vel equo in equas admiſſo. 21. Si quis egenum quaſi locupletem ſubijciat, vt ei pecunia credatur. 22. De ponderibus commodatis. 23 De eo qui ſeruo perſuaſit. 25. De forma libelli. 26. De re peculiari. 27. De iureiurando. 28. De ſeruo ſurrepto hærede inſtituto. 29. De ſtatulibero vel re ſub conditione legata. 30. De eo qui ex domo in qua nemo erat, rapuit.

51. *Gaius* "lib. 13. ad Edictum prouinciale."

NAm & *k* præcipitata *l* ſint pecora, vtilis actio damni iniuriæ, quaſi *m* ex lege Aquilia dabitur.

52. *Vlpianus* "lib. 37. ad Edictum."

SI quis vxori res mariti ſubtrahenti opem conſiliúmve accommodauerit, furti tenebitur *n*.

1 ¶ Sed etſi furtum cum ea fecit, tenebitur furti, cùm ipſa non *o* teneatur. 2 ¶ Ipſa quoque, ſi opem furi tulit, furti non tenebitur, ſed rerum amotarum *p*.

3 ¶ Serui verò ſui nomine furti eam *q* teneri, nequaquam ambigendum eſt. 4 ¶ Idem dicendum eſt & in filiofamilias milite. nam ipſe patri furti non tenebitur *r*. ſerui autem ſui nomine caſtrenſis tenebitur, ſi patri ſeruus furtum fecerit. 5 ¶ Sed ſi filius meus qui habet caſtrenſe peculium, furtum mihi fecerit, an poſſim actionem vtili aduerſus eum agere, videndum eſt: cùm habeat, vnde ſatisfaciat, & poteſt defendi agendum.

6 ¶ An autem pater filio teneatur, ſi rem eius caſtrenſis peculij ſubtraxerit, videamus. Et putem teneri, non tantùm igitur furtum faciet filio, ſed etiam furti tenebitur *ſ*. 7 ¶ Eum creditorem qui poſt ſolutam pecuniam pignus non reddat *t* teneri furti Mela ait, ſi celandi animo retineat *u*. quod verum eſſe arbitror.

8 ¶ Si ſulpuariæ *x* ſunt in agro, & inde aliquis terram egeſſiſſet, abſtuliſſétque, dominus furti aget. deinde colonus *y* "conducti" actione " conſequetur, vt id ipſum ſibi præſtaretur. 9 ¶ Si ſeruus tuus vel filius polienda *z* veſtimenta ſuſceperit, an furti actionem habeas, quæritur? Et ſi quidem peculium *a* ſerui ſoluendo ſit, potes habere furti actionem: ſi non fuerit ſoluendo, dicendum eſt non competere furti actionem.

10 ¶ Sed & ſi rem furtiuam imprudens *b* quis emerit *c*, & ei ſubrepta ſit, habebit furti actionem.

11 ¶ Apud Labeonem relatum eſt, ſi ſiliginario *a* quis dixerit, *vt quiſquis nomine eius ſiliginem petiſſet, ei dares*, & quidam ex tranſeuntibus *b*, cùm audiſſet, petiit eius nomine, & accepit: furti actionem aduerſus eum qui ſuppetet *c*, ſiliginario competere, non mihi. non enim mihi negotium ſed ſibi ſiliginarius geſſit. 12 ¶ Si fugitiuum meum quis quaſi ſuum *d* duumviro, vel ab aliis qui poteſtatem habent *e* de carcere vel cuſtodia dimitteret *f*, an is furti teneatur? Et placet, ſi fideiuſſores dedit, in eos domino actionem dandam, vt hi actiones *g* ſuas mihi mandent. ¶ Quòd ſi non acceperint fideiuſſorem, ſed tanquam ſuum accipienti ei tradiderint, dominum furti actionem aduerſus plagiarium *h* habiturū.

13 ¶ Si quis de manu alicuius nummos aureos, vel argenteos, vel aliam rem excuſſerit *i*, ita furti tenetur, ſi ideo fecit, vt alius tolleret, iſque ſuſtulerit.

14 ¶ Si quis maſſam meam argenteam ſubripuerit, & pocula *k* fecerit, poſſum vel poculorum, vel maſſæ furti agere, vel condictione. ¶ Idem eſt & in vuis, & in muſto, & in vinaceis *l*. nam & vuarum, & muſti, & vinaceorum nomine furti agere poteſt. ſed & condici.

15 ¶ Seruus qui ſe liberum adfirmauit, vt ſibi pecunia crederetur, furtum non facit. namque hic nihil amplius quàm idoneum ſe debitorem adfirmat.

¶ Idem eſt & in eo qui ſe patremfamilias *m* finxit, cùm eſſet filiusfamilias, vt ſibi promptius pecunia crederetur. 16 ¶ Iulianus lib. vincesimo ſecūdo Digeſtorum ſcripſit, ſi pecuniam quis à me acceperit, vt creditori meo ſoluat: deinde cùm tantam pecuniam eidem creditori deberet, ſuo *n* nomine ſoluerit, furtum eum facere. 17 ¶ Si Titius alienam rem vendidit, & ab emptore *o* accepit nummos, non videtur nummorum furtum feciſſe. 18 ¶ Si ex duobus ſociis omnium bonorum vnus rem pignori acceperit *p*, eáque ſubrepta ſit, Mela ſcripſit eum ſolum furti habere actionem, qui pignori accepit: ſocium non habere. 19 ¶ Neque verbo *q*, neque ſcriptura *r* quis furtum facit. hoc enim iure vtimur, vt furtum ſine *ſ* contrectatione non fiat. quare & opem ferre vel conſilium dare tunc nocet, cùm *t* ſecuta contrectatio eſt. 20 ¶ Si quis aſinum meum coëgiſſet, & in equas ſuas τῆς γονῆς dumtaxat χάριν *u* (id eſt *geniture ſuſcipiendique fœtus gratia*) admiſiſſet *x*, furti non tenetur, niſi furandi quoque animum habuit. quod & Herennio Modeſtino ſtudioſo meo *y* de Dalmatia conſulenti reſcripſi, circa equos, quibus eiuſdem rei gratia ſubieciſſe quis equas ſuas proponebatur, furti ita demum teneri, ſi furandi animo id fecerit: ſi minùs, in factum *z* agendum *a*. 21 ¶ Cùm Titio honeſto viro pecuniam credere vellem, ſubieciſti *b* mihi alium Titium egenum, quaſi ille eſſet locuples, & nummos acceptos cum eo diuiſiſti. furti tenearis *c*, quaſi ope tua cōſilióque furtum factum ſit. ſed & Titius furti tenebitur.

22 ¶ Maiora quis pondera *d* tibi commodauit, cùm emeres ad pondus. furti eum venditori teneri Mela ſcribit, te quoque, ſi ſciſti. non ex voluntate venditoris accipis, cùm erret in pondere. 23 ¶ Si quis ſeruo meo perſuaſerit, *vt nomen ſuum ex inſtrumento* (*puto*) *emptionis* *e* *tolleret*: & Mela ſcripſit, & ego puto, furti agendum.

a Eādē extat formula, in l. 53. §. ... de verb. ſign. l.27. §.1. ſ. ad l. Aquil. l.6. ſ. de ... furtiua: Hinc ... notę antiquorum O.C. apud Petrum Diaconum. Haloander legit ... aut conſilio, cui adde l. 52. j. eod. Vulgata ope & cōſilio. adde Cicer. 3. Natura deorum ... fin. vt & §. 11. Inſtit. de obl. quæ ex delicto. ope conſilioque, l. vlt. C. de ... naralib.

b Effectu ſc. Nam qui cōſilium furti dedit, nō tenetur, niſi conſilium effectū habuit, l.26. ſ. eod. l.41. in fin. ſ. ad leg. Aquil.

c Suadens alicui furtum, nō tam depeculandi, quam vexandi inimici cauſa, furti tenetur.

d v. l.1. ſ. eod.

e Fures, furti ſuaſores, atque auxiliatores ſine dolo eſſe non poſſunt, l.52. j. eo. his, corporis: illis, ſolius animi miniſteriū adeſt.

f Rubro panno fugatur pecus, §.11. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto: huc pertinet: quod Seneca ſcribit 3. ira 30. Taurum color rubicundus excitat: ad vmbram, aſpis exſurgit, vrſos leoneſq; mappa proritat. omnia quæ natura fera ac rabida ſunt conſternātur ad minima, idem inquietis & ſolidis animis euenit, Theophyl. in Epiſt. ἐρυθρῷ ῥάκει τὰ βοΐδια διετάραξε. Plutarch. de Alexandri fortuna, φυλάττοντα ταύροις ὀφθῆναι φοινικίδας ἔχοντες ἐλέφασι δὲ λευκοὺς χιτῶνας, ἐρεθίζεται γὰρ ἀπὸ τῶν χρωμάτων τὰ ζῶα τούτων διαφερόντως. Cuiac. ad tit. de oblig. quæ ex delict. quibus adde illud Cicer. de diuinatione. Tu quid habes quare putemus ...tor in tauro opimo ſubitò in ipſa immolatione interiiſſe? an quod aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde priuatus eſt? g Puta vt furti pretium cum latronib. partiatur. h Luſus pernicioſus impunitus eſſe non debet, l.10. ſ. ad leg. Aquil. adde quæ tractat de ludis prohibitis Iulius Clarus 5. ſentent. parag. ludus 12. & Petrus Gregorius 39 ſyntagm. 3. vbi de ludo c. 3. vbi de alea c.4. vbi de ludis permiſſis, c.5. vbi de ſpectaculis (cui adde Iuſti Lipſij opus de gladiatoribus) c.11. vbi de laruis c.6. vbi de otio c.7. & 8. vbi de popinis & ebrietate c.10. vbi de venatione, Cuiac. 6. obſ. 15. conſtitutionem ad anteceſſores, l.9. i Vt ſit rerum ſimplex repetitio. k Nam etſi, *Vulg.* nam ſi *Hal.* l §.16. Inſt. de l. Aquil. m i. vtilis Aquilia competet. n l.36. §.1. ſ. eo. o Vxorem marito furtum facere quæ leges negant v. l.21. parag.1. in fin. ſ. rerum amot. ad effectum furti referendæ ſunt, aliàs vxor marito veritate furtum facit: leuius tamen coërcetur, l.29 ſ. rerum amot. tenetur ὑφαιρέσεως non κλοπῆς. Id enim officiorum & honeſtatis gratia exigit. Demus leges ſurdas aures furtis præbere, nam vxor marito furtum faciens punietur, etiam marito non conquerente? lex negare videtur. hic & parag. 2. j. eo. ſed melius eſt iudicis arbitrio id relinqui, vt pro qualitate furti & morib. mulieris agat, vel mitius vel ſeuerius. p l.19. l.20. ſ. rerum amot. l.2. C. rerum amot. q Mulierem. r Directò, adde l.16. ſ. eod. ſed tamen vtiliter, §.5. j. eod. ſ Imò non tenebitur, nec enim famoſæ actiones à liberis in parentes inſtitui poſſunt, l.5. l.6 l.7. ſ. de obſeq. ſed furti actio eſt famoſa l.1. l.6. ſ. de his qui notantur Paul. 2. ſent. 31 §.34. t adde l.54. j. eo. u Aliàs non tenetur. x Sulpuariæ: ita in archetypo Florentino legitur vt & ſulphur, l.13. §.5. ſ. de vſufr. & in l.8. §.10. j. de pœnis: ſulphurariæ, & in l.55. parag 8. ſ. de l.3. & l.167. j. de verb. ſignif. ſulpurata. Vulgata & Haloandri editio hic habent ſulphuraria, i. phuris fodinæ, l.13. §.5. ſ. de vſufr. & ita apud Varronem 4. de lingua. ſulphur legitur, non ſulphur. y l.82. §.1. j. eo. z v. l.48. §.4. ſ. eod.

a 2. Paul. ſentent. 13. & §.17.

b l.74. j. eod. c v. 5. C. eod.

a Siliginarius venditor ſiliginis. l. 30. ſ. de negot. qui & ſiliginarius, j. eod.

b adde l.43. §. eod. l.3. § pen. ſ. de donat. inter vir. & vxor.

c Qui ſuppetit. *Vulg.* qui ſic petet, *Hal.*

d l. 44. §.1. ſuprà eod.

e Carceris poteſtatem quinā habuere? an triumuiri capitales? l.2. §.30. ſup. de origine iuris. an limenarchæ? de quibus lex 4. de fugitiuis an commentarienſes, l. 4. ff. de cuſt. reor.

f Dimittere acceperit, *Vulg.* dimittendi acceperit, *Hal.*

g Serui corrupti, de plagiariis, de fideiuſſione.

h Plagiariū, *vul. Hale*

i §.11. verſ. interdum. Inſtit. de obl. quæ ex delict. l.27. §.21. ſ. ad l. Aquil. l.38. §.2. ſ. de noxal. 2. Gaius. 9. §. vlt.

k l.13. ſup. de cond. furtiua.

l l.14. in fin. ſ. de cond. furtiua.

m adde l. 3. ſ. de ſenatuſconſ. Maced.

n l.17. ſ. de ſolut.

o adde l. 48. in fi. ſup eo.

p l.16. C. de pign. vel emerit, l.74. ſ. pro ſocio.

q l.67. ſ. eod.

r Veluti ſi quis ſcribat ſe furari. ita hunc locum interpretantur Græci, adde parag.23. §.24. j. eod.

ſ v. l.6 ſup. eo.

t l.53. in fin. j. de verb. ſign. adde l.6. ſup. de cond. furtiua. u Aſinum in equas τῆς γονῆς dumtaxat χάριν cogere, ſi in ſpem, gentis, vt Virgilius 3. Georgicon verſ.73. loquitur, Talis ſubmiſſio furti quoddam genus eſt, vt Homerus declarat Iliad. 5. verſ. 262 263. τῆς γενεῆς ἔκλεψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης λάθρῃ Λαομέδοντος ὑποσχὼν θηλείας ἵππους. ac dicitur eleganter ea ſubmiſſio ab Euſtathio κλοπή τις οἰκονομική: id eſt, furtum quoddam attenti & diligentis patriſfamilias, & cupientis rem ſuam augere minima reprehenſione: nam qui ex equabus naſcuntur, dominum equarum ſequuntur, l.5. parag.2. ſup. de rei vind. vt magis videatur ille ſubtraxiſſe ſibi ex alienis equis prolem quam equos alienos ſubripuiſſe. v. Cuiac. 3. obſ 6. x Varro ſexageſimo apud Nonium, cap.2. num.9. An ſi equam emiſſes quadrupedem, vt meo aſino Reatino admitteres (niſi malis legere, vt ei meum aſinum Reatinum admitteres) quantum propoſuiſſem, dares (ita legendum non dediſſes) equimenti, ita rurſum legendum eſt, non æquimenti. Nam Nonius illo loco equimentum interpretatur mercedem pro eo quod dicitur admiſſum; hic autem quis aſinum ſuum in equam ſuam dicatur admiſiſſe τῆς γονῆς χάριν, vt hinc conſtet ſuperiorem ſententiam Varronis Nonium illo capite retuliſſe in litteram A, quaſi equimentum, legendum eſſet: cùm potius referre debuerit in litteram E, vt equimentum ſit, merces equi vel aſini in equam admiſſi. y Hinc quidam colligunt Herennium Modeſtianum Vlpiani fuiſſe diſcipulum, ſed tamen in vulgata legitur Modeſtino proconſuli de Dalmatia. z Nota actioni furti ſuccedere actionem in factum, vt in l.50. in fi. ſup. eod. l.66. parag.4 j. eod. l.48 ſup. de legat. 1. parag.11. verſic. & hoc veteres Inſt. de obl. quæ ex delicto.

a Cui bono quémve in finem? ad equimentum, hoc eſt mercedem quam ſolent dominis dare pro equi admiſſione vt Nonio paulò ante oſtendi.

b l.66 4. j. eod. c Furti teneris, *vulg Hal.* Imò doli, l.43. §.3. in fin ſup. cod.

d Ponderibus iniquis vel ſtateris qui ſciens vtitur, vel emendo, vt hic, Vel vendendo, l.18 parag.3. in fin. ſup. de dolo, furti tenetur & falſi, l.6. infrà de extraord. crimin. l. vltim. C. de ſuſcept. & l.1. l.2. C. de ponderatorib. lib.10. huc refer Leuitici c.19. verſ.35. & ſequent. Deut.25. verſ.13. & ſequentes, Nouell.128. cap.15. poſſunt tamen contrahentes ſcienter conſentire in pondera maiora vel minora, l.71. ſuprà de contrah. empt.

e Vel locati, arg. leg.14. §.7. in fin. ſup. de ſeruo corrupto.

24 ¶ Sed ſi ſeruo perſuaſum ſit, *vt tabulas meas deſcriberet*, *a* puto, ſi quidem ſeruo perſuaſum ſit, ſerui corrupti agendum: ſi ipſe fecit, de dolo actionem dandam.

25 ¶ Si linea *b* margaritarum ſubrepta ſit, dicendus eſt *c* numerus. ¶ Sed & ſi de vino furti agatur, neceſſe eſt dici quot amphorę ſubreptæ ſint. ¶ Si vaſa *d* ſubrepta ſint, numerus *e* erit dicẽdus. 26 Si ſeruus meus, qui habebat peculij adminiſtrationẽ liberã, pactus ſit cum eo non donationis cauſa qui rem eius peculiarem ſubripuerat, rectè *f* tranſactum videtur. quamuis enim domino quæratur furti actio, attamẽ in peculio ſerui eſt. ¶ Sed & ſi tota pœna furti dupli ſeruo ſoluta ſit, non dubiè fur liberabitur. ¶ Cui conſequens eſt, vt ſi fortè à fure acceperit ſeruus, quod ei rei ſatis eſſe videatur, ſimiliter rectè tranſactum videatur. 27 ¶ Si quis iurauerit ſe furtum non feciſſe, deinde rem furtiuam *g* contrectet, furti quidem actio perimitur, rei tamen perſecutio domino ſeruatur. *h* 28 ¶ Si ſeruus ſubreptus hæres *i* inſtitutus fuerit, furti iudicio actor conſequetur etiam pretium hæreditatis, ſi modò ſeruus antequam iuſſu domini adeat, mortuus fuerit. condicendo quoque mortuum, idem conſequetur. 29. ¶ Si ſtatuliber ſubreptus ſit, vel res ſub conditione legata, deinde antequam adeatur, extiterit conditio, furti iam agi non poteſt, quia deſiit intereſſe hæredis. Pendente autem conditione, tanti æſtimandus eſt quanti *K* emptorem poteſt inuenire.

30 ¶ Idem libro trigeſimo octauo.

SI quis ex domo in qua nemo erat, rapuerit, actione de bonis raptis in quadruplum conuenietur, furti non *l* manifeſti, videlicet ſi nemo eum deprehenderit tollentem.

De ianua effracta. De propoſito & voluntate delinquentis. 1. De commodato. 3. De negotiis geſtis. De tutore. 4. De donnatione.

53. *Paulus* "lib. 39. ad Edictum."

QVi iniuriæ cauſa ianuam effregit *m*, quamuis inde per alios res motæ ſint, non *n* tenetur furti. nam *o* maleficia *o* voluntas *p* & propoſitum delinquentis *q* diſtinguit. 1 ¶ Si ſeruus commodatoris rem ſubripuerit *r*, & ſoluendo ſit is cui ſubreptum eſt *ſ*, Sabinus ait poſſe & commodati agi cum eo, & contra dominum furti ſerui nomine. Sed ſi pecuniam quam dominus exegit, reddat, euaneſcere furti actionem. Idem & ſi remittat commodati actionem. 2 ¶ Quod ſi ſeruus tuus *t* rem tibi commodatam ſubripuerit, furti tecum actio non eſt, quia tuo periculo res ſit, ſed tantùm commodati. 3 ¶ Qui alienis negotiis gerendis ſe obtulit *u*, actionem furti non habet, licèt culpa eius res perierit. ſed actione negotiorum geſtorum ita damnandus eſt, ſi dominus actione ei cedat. ¶ Eadem ſunt in eo qui pro tutore negotia gerit: vel in eo tutore, qui diligentiam præſtare debet: veluti qui *x* ex pluribus tutoribus teſtamento datis, oblata ſatiſdatione ſolus adminiſtrationem ſuſcepit. 4 ¶ Si ex donatione alterius rem meam teneas, & eam ſubripiam, ita demum furti te agere mecum poſſe Iulianus ait, ſi interſit tua retinere poſſeſſionem, veluti *y* ſi hominem donatum *z* noxali iudicio defendiſti, vel ægrum curaueris *a*, vt aduerſus vindicantem iuſtã retentionẽ *b* habiturus ſis.

De pignore. 1. De eo qui ex alieno largitur, vel vſum rei alienæ in ſuum lucrum conuertit 2. De fure occidendo. De teli appellatione. 3. Differentia inter actionem & condictionem vindicationémque. 4. De eo qui inſtrumenta furi commodauit. 5. De tranſactione.

54. *Gaius* "lib. 13. ad Edictum Prouinciale."

SI pignore creditore vtatur, furti tenetur *d*.

1 ¶ Eum qui quid vtendum accepit, ſi ipſe alij commodauerit, furti obligare reſponſum eſt.

¶ Ex quo ſatis apparet furtũ fieri, etſi quis vſum alienæ rei *e* in ſuum lucrum conuertat. nec mouere quem debet, quaſi nihil lucri ſui gratia faciat. * Species enim lucri eſt, ex alieno *f* largiri, & *g* beneficij debitorem ſibi adquirere. Vnde *a* & is furti tenetur, qui ideo rem amouet, vt eam alij donet. 2 ¶ Furem interdiu *b* deprehenſum non aliter occidere lex duodecim tabularum permiſit, quàm ſi telo ſe defendat. ¶ Teli *c* autem appellatione & ferrum, & fuſtis, & lapis, & denique omne quod nocendi cauſa habetur, ſignificatur. 3 ¶ Cur furti actio ad pœnæ *d* perſecutionem pertineat, condictio verò & vindicatio ad rei reciperationem *e* apparet, recepta re, nihilo *f* minus ſaluam eſſe furti *g* actionem: vindicationem verò & *h* condictionem tolli, ſicut ex diuerſo poſt ſolutam dupli aut quadrupli pœnam ſalua eſt vindicatio & condictio. 4 ¶ Qui ferramenta ſciens commodauerit ad effringendum *i* oſtium *K*, vel armarium *l*: vel ſcalam *m* ſciẽs commodauerit ad aſcendendum, licèt nullum eius conſilium principaliter, ad furtum faciendum interuenerit, tamen furti actione tenetur. 5 ¶ Si tutor qui negotia gerit, aut curator tranſegerit *n* cum fure, euaneſcit *o* furti actio.

De pignore.

55. *Vlpianus* "lib. 3. Diſputationum."

CVm creditor rem ſibi pignoratam aufert, non *p* videtur contrectare *q*, ſed *r* pignori ſuo *ſ* incumbere.

De fure ſæpius conueniendo 1. De fure ad magiſtratum deducto. 2. De re peculiari. 4. De tutore vel curatore.

56. *Iulianus* "lib. 22. Digeſtorum."

INterdum fuit, etiam manente pœnæ obligatione, in quibuſdam caſibus rurſus obligatur, vt cum eo ſæpiùs eiuſdem rei nomine furti agi poſſit. Primus caſus occurrit, ſi poſſeſſionis cauſa mutata eſſet: veluti ſi res in domini poteſtatem rediiſſet *u*, eandémque idem ſubriperet, vel eidem domino, vel ei cui is commodaſſet, aut vendidiſſet. Sed & ſi perſona domini mutata *x* eſſet, alterã pœna obligatur. 1 ¶ Qui furẽ deducit ad prę́fectũ vigilibus *y*, vel ad præſidem *z*, exiſtimandus eſt elegiſſe viam, qua rem perſequeretur. & ſi negotium ibi terminatum, & damnato fure recepta eſt pecunia ſublata ſimplum, videtur furti quæſtio ſublata. maximè ſi non ſolùm rem furtiuam fur reſtituere iuſſus fuerit, ſed ampliùs *a* aliquid in eum iudex conſtituerit.

¶ Sed etſi nihil amplius, quàm furtiuam rem reſtituere iuſſus fuerit, "nec ampliùs aliquid in eum iudex conſtituerit", ipſo quod in periculum maioris pœnæ *b* deductus eſt fur, "intelligendum eſt" quæſtionem furti ſublatam *c* eſſe. 2 ¶ Si res peculiaris ſubrepta in poteſtatem ſerui redierit *d*, ſeruitur furti vitium, & incipit hoc caſu in peculio eſſe, & à domino poſſideri.

3 ¶ Cùm autem ſeruus rem ſuam peculiarem furandi conſilio amouet, quandiu eam retinet, conditio eius non mutatur. nihil enim domino abeſt. ſed ſi alij tradiderit *e*: furtum faciet. 4 ¶ Qui tutelam gerit, tranſigere cum fure poteſt *f*. & ſi in poteſtatem ſuam redegerit rem furtiuam, deſinit furtiua eſſe: quia tutor *g* domini *h* loco habetur. ¶ Sed & circa curatorem furioſi eadem dicenda ſunt: quia adeò perſonam domini ſuſtinet, vt etiam tradendo *i* rem furioſi alienare exiſtimetur. ¶ Condicere autem rem furtiuam tutor & *k* curator furioſi eorum nomine poſſunt.

a Id genus corruptelæ maximum eſt, quum eo dominus condemnatur. *l. 9. §. 1. l. 15. ſup. de ſeruo corrupto.*

b Linea margaritorum, de qua *v. l. 27. §. 3. ſ. ad l. Aquil. l. vlt. in fin. ſup. de auro: l. 26. ſ. ad l. Falc.* Linea à lino fortè dicta 19. *Iſid.* 18. quo etiam margarita coniungebãt. *Tertull. de cultu fœm.* vno lino decies ſeſtercium inſeritur, & Beatus Hieronymus in vita Pauli Heremitæ, vno filo villarum inſunt pretia, *Briſſon.* Hinc monolina, & trilina.

c *adde l. 10. inf. eod. l. 6. ſup. de rei vind.*

d Qualiacunque.

e *adde l. 19. §. 3. eod.*

f *l. 28. in fin ſup. de pactis l. 7. ſup. de donat.*

g Non contrectet. *Vulg.*

h Imò non ſeruatur, *l. 13. parag. 2. ſup. de iureiur.*

i *l. 23. ſup. ad leg. Aquil. l. 11. ſup. ad exhib. l. 3. ſup. de cond. furtiua.*

k *l. 50. ſup. eod.* quanti vendi potuit.

l Imò manifeſti *l. 20 §. 3. ĵ. eod.*

m De effractoribus dicam *ĵ. tit. de effractorib.*

n Imò tenetur: nam qui inimicitiarum aut iniurię non furti principaliter faciendi cauſa furtum alteri perſuadet, furti tenetur, *l. 50. §. 1. ſup. eod.*

o Ariſtoteles 5. Ethic. 8. ἡ ἀδικία καὶ ἡ δικαιοπραγία ὥρισται τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ. *v. l. 1. l. 2. ſ. de legib. vbi dixi.*

p Voluntas & propoſitum maleficiũ delinquentis diſtinguit.

q Id eſt, volentis furtum committere, *l 25 in fin. ſ. eo. l. 50. §. 1. ſ. eo. l 41. in fin. ſup. ad leg. Aquil. l. 37. ſup. de vſucapionibus: §. 7. in fin. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.* adde & latitare *l. 7. parag. 5. ſup. quibus ex cauſis,* in conuiciantem iniuriam referre, *l. 5. C. de iniuriis,* interficere, *l. 1. C. de ſicariis,* tabulas ſupprimere, *l. 3. §. 6. ſ. de tabulis exhibendis* adde & volentis conditionem apponere, *l. 19. ſup. de condit. & demonſtr.* vel vti aqua quotidiana, vel æſtiua, *l. pen. ſ. de aqua quotidiana.* hinc Seneca 6 *de beneficiis* 8 Beneficium ab iniuria diſtinguit, non euentus, ſed animus. r Mihi ſcilicèt, quam tu mihi commodaſti.

ſ Id eſt, commodatarius. t *l. 21 ſup. commodati.* aliud erit ſi tu ipſe, *l. 27. ĵ. eod.*

u Vltrò ac volens, *l. 85 ĵ. eo.* x *De quo l. 4. C. de tutore & curatore qui non ſatiſdedit.*

y Eius intereſt ſeruum retinere, qui noxali iudicio ſeruum defendit.

z Damnatum vulg. a Et ſumptus feciſti.

b Retinere propter impenſas rem alienam poſſumus aduerſus dominum vindicantem. c *parag. 6. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto.*

d Imò non tenetur, quia locare poteſt, *l. 11. §. 1. l. 23. ſ. de pignor.*

e Puta pecuniæ, *facit l. 78. ſup. de ſolution.*

f Alienum largiens, lucrum facit, hinc illud Senecæ, Adhuc de alieno liberalis ſum, 2 *Epiſt.* 16.

g Et ex eo beneficio, &c.

parcere non poſſimus, 6 *Harm.* 5. de fure nocturno in eam rem, *v. Cuiac.* ... c *l. 5. l. 11. §. 1. ĵ. de vi publ. l. 233. §. 2. ĵ. de verbor. ſignific. Paul.* 5 *ſent.* 2. ... *verſ. telum. Inſtit. de publicis iudiciis* 15. *Eclog.* 2. *ex lib. 10. tit.* 2. *c. 7. & lib.* ... *c. 234. & lib. 53. tit 9. ex. lib. 60. tit 8. c. 10. 6. Harmenop.* 5. d *l. 7. parag.* ... *dict. furtiua.* e Condictionibus & vindicationibus res noſtras recuperam...

f l. 12 *C. eod.* g Et pœnæ. Rei recuperatio à fure eum non liberat à pœ... ua, l. 48. *ĵ. eod.* l. 67. *parag.* 1. *ĵ. eo* l. 3. *C. eo.* excipe legem 56. *parag.* 1. *ſ. eo.*

h *adde v.* 10 *ſup de condict. furtiua.*

i *v. tit. de effractoribus. ĵ. eo.* K l. 39 l. 53 *ſup. eo.*

l l. 3. §. 2 *ſup. de offic. præf. vigil.* m *parag.* 11. *inſt. de oblig. quæ ex delicto* ... *ſ. de diuiſione rerum* n l. 56. *parag. pen. ĵ. eo.* o Imò non euaneſcit furti ... enim permittitur tutori tranſigere, l. 46. *in fin. ſup. de admin. tut. adde* l. 7. ... *pro. emptore.* p Imò videtur contrectare, & rem illicitam facere, l. 3. *C.* ... *rap.* q Inuito domino. r Potius ſcil. ſ Et ſic ſibi prodeſſe velle, iuſque ... ſeruare, non alteri nocere. t Imò, tali incubatione ius pignoris videtur ... l. 13 *ſup. de eo quod metus cauſ.* l. 7. *C. vnde vi.* u l 46. *in fi. ſup. eo.* x l. 47 ...

y Præfectus vigilum de furibus cognoſcebat, l. 3. *parag.* 1. *ſup. de off. præf. vig.* ... que interdum puniebat capitaliter, *l. 15. ſ. de cond. cauſa data*: an priuatæ ... pecuniæ fures: ait Fornerius 1. *ſelect.* 15. negat Cuiacius 15. *obſ.* 37.

z *v. l. 13. ſ. de officio præſidis.* a i. maiorem pœnam, *adde* l. 15 *ſup. de cond.* ... *ta,* Cur maiorem? fortè quia fur erat nocturnus, qui grauius puniri ſolet ... 14. *obſ.* 15. *in fi.* b Puta mortis, l. *vlt. ĵ. eo. & d.* l. 15. Furtum capitale ... qualitate rei & perſonæ. c Tranſactam. d l. 4. §. 7. *ſ. de vſurpat.*

e *Facit lex* 10. *C. quod cum eo.*

f Tutor tranſigere cum fure poteſt. l. 54. *in fin. ſup. eo.* l. 96. §. 1. *ſ. de ſolution.* ... & nouare, l. 22. *ſ. de adminiſtr. tut.* Imò non poteſt, l. 46. *in fi. ſ. de admin.* ... 22. *C. de pactis.* g Et curator, vt mox ſequitur.

h l. 27 *ſup. de admin. tut.* l. 7. § 3 *ſ. pro emptore.* vice dominorum l. 11. §. ... *aut clam. adde* l. 7 *ſ. de in litem iurando*: l 2. *de quæſtionib.* & è contrario, qu... pupillus ſub tutoribus eſt, οὐδὲν διαφέρει δούλου, *Gal. 4. verſ. 1.* nihil ideſt, diffe... ſeruo.

i Vtiliter: aliàs nihil agit, l. 12. *ſ. de curatore furioſo.*

K. l. 85. *ĵ. eo.* l 53. *parag.* 3. *ſup. eod.*

5 ¶ Si duo

¶ Si deo ſerui tui veſtem & argentum *a* ſubripuerint, & alterius nomine tecum de veſte actum fuerit, alterius de argeto agetur, nulla exceptio dari debebit ob eam rem, quòd iam de veſte actum fuerit.

De eo qui ſpecum fecit, & cretam abſtulit.

57. *Alfenus.* b‖lib. 4. Digeſtorum à Paulo epitomarum.‖

SI cretæ fodiundæ cauſa ſpecum *c* quis feciſſet, & cretam abſtuliſſet, fur eſt, non quia fodiſſet, ſed quia abſtuliſſet.

De filiofamilias.

58. *Iulianus* ‖d lib. 4. ad Vrſeium Ferocem.‖

SI filiofamilias furtum factum eſſet, rectè is paterfamilias factus, eo nomine aget *g*.

¶ Sed & ſi res ei locata ſubrepta fuit, paterfamilias factus, itidem agere poterit.

De commodato.

59. *Idem*‖lib. 3. ex Minicio.‖

SI is qui rem commodaſſet *f*, eam‖ rem‖clam abſtuliſſet, furti cum eo agi non poteſt: quia *g* ſuum recepiſſet, & ille *h* commodati liberatus eſſet. hoc tamen ita accipiendum eſt, ſi nullas retinendo *i* cauſas is cui commodata res erat, habuit. nam ſi *k* impenſas neceſſarias in rem commodatam fecerat, interfuit *l* eius, potius per retentionem eas ſeruare, quàm vltro commodati agere. ideóque furti actionem habebit.

De ancilla fugitiua & partu eius.

60. *Africanus* ‖lib. 7. Quæſtionum.‖

ANcilla fugitiua quemadmodum ſui *m* furtum facere intelligitur, ita partum *n* quoque contrectando, furtum facit.

De ſeruo communi. 1 De ſeruo pignorato vel vendito. 5. Vel empto mandatu alieno vel depoſito. 6. Vel commodato. 7. Hypothecaria. 8. De fructibus fundi locati. 9. De ſtatulibero.

61. *Idem* ‖lib. 8. *o* Quæſtionum.‖

SI ſeruus communis vni ex dominis furtum fecerit, communi diuidundo *p* agi debere placet, & arbitrio iudicis contineri, vt aut damnum præſtet, aut parte cedat. ¶ Cui conſequens videtur eſſe, vt etiam ſi alienauerit ſuam partem, ſimiliter & cum emptore agi poſſit, vt quodammodo *q* noxalis actio caput *r* ſequatur. ¶ Quod tamen non eo vſque producendum ait, vt etiam ſi liber ſit factus, cum ipſo agi poſſe dicamus, ſicuti non ageretur, etiam ſi proprius fuiſſet.

¶ Ex his igitur apparere, ‖&‖ mortuo ſeruo nihil eſſe quod actor eo nomine conſequi poſſit, niſi fortè quid ex re furtiua ad ſocium peruenerit. 1 ¶ His etiam illud conſequens eſſe ait, vt & ſi is ſeruus quem mihi pignori dederis, furtum mihi fecerit, agendo contraria pignoratia conſequar, vt ſimiliter aut damnum decidas *ſ*, aut pro noxæ deditione hominem relinquas.

2 ¶ Idem *t* dicendum de eo quem conueniſſet, in cauſa redhibitionis eſſe: vti quemadmodum acceſsiones *u* & fructus emptor reſtituere cogitur *x*, ita & è contrario venditor quoque vel damnum decidere vel pro noxæ deditione hominem relinquere cogatur, niſi *y* quod in his amplius ſit.

3 ¶ Quod ſi ſciens quis ignoranti furem pignori dederit, omnimodo damnum præſtare cogendus eſt, id enim bonæ fidei conuenire.

4 ¶ Sed in actione empti præcipuè ſpectandum eſſe qualem ſeruum venditor repromiſerit.

5 ¶ Quod verò ad mandati actionem attinet, dubitare ſe ait, num æquè dicendum ſit omnimodo damnum præſtari debere. Et quidem hoc ampliùs quàm in ſuperioribus cauſis ſeruandum, vt etiam ſi ignorauerit is qui certum hominem emi mandauerit, furem eſſe: nihilominus tamen damnum decidere cogetur. iuſtiſsimè enim procuratorem *z* allegare, non fuiſſe id damnum paſſurum, ſi id mandatum non ſuſcepiſſet. Idque euidentius *a* in cauſa depoſiti *b* apparere. nam licèt alioquin æquum videatur, non oportere cuiquam plus damni per ſeruum euenire, quàm *c* quanti ipſe ſeruus ſit, multo *d* tamen æquius eſſe, *nemini officium ſuum*, *e* quod eius cum quo contraxerit, non etiam ſui commodi cauſa ſuſceperit, *damnoſum eſſe*. Et ſicut in ſuperioribus contractibus, venditione, locatione, pignore dolum eius qui ſciens reticuerit *a* puniendum eſſe dictum ſit. ita in his culpam eorum, quorum cauſa contrahatur, ipſis potius damnoſum eſſe debere. Nam certè mandantis culpam *b* eſſe, qui talem ſeruum emi ſibi mandauerit: & ſimiliter eius qui deponat, quòd nõ fuerit diligentior circa monendum, qualem ſeruum deponeret. 6 ¶ Circa commodatum autem meritò aliud exiſtimandum, videlicet quòd tunc eius ſolius *c* commodum, qui vtendum rogauerit, verſetur. itaque eum qui commodauerit ſicut in locatione ſi *d* dolo quid fecerit *e* non vltra pretium ſerui quid amiſſurum, quin etiam paulò remiſſiùs circa interpretationem *f* doli mali debere nos verſari: quoniam (vt dictum ſit) nulla vtilitas commodantis interueniat. 7 ¶ Hæc ita puto vera eſſe, ſi nulla culpa ipſius qui mandatum vel depoſitum ſuſceperit, intercedat. cæterum ſi ipſe vltro ei cuſtodiam argenti fortè, vel nummorum commiſerit, cum alioquin nihil vnquam dominus tale quid feciſſet, aliter exiſtimandum eſt *g*. 8 ¶ Locaui tibi fundum, & (vt adſolet *h*) conuenit, *vt fructus ob mercedem mihi pignori eſſent*, ſi eos clam deportaueris *i*, furti tecum agere *K* poſſe aiebat *l*: ſed & ſi tu alij fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportauerit, conſequens erit vt in furtiuam cauſam eos incidere dicamus: etenim *m fructus, quandiu ſolo* n *cohærcant fundi* o *eſſe*. & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videatur, ſuos fructus facere. quod certè in propoſito non æquè dicitur. qua enim ratione coloni fieri poſſint, cum emptor *p* eos ſuo nomine cogat?

9 ¶ Statuliberum *q* qui *ſi decem dederit*, liber eſſe iuſſus erat, heres noxali iudicio defenderat, pendente iudicio ſeruus datis decem heredi, ad libertatem peruenit. quæritur an non aliter abſolutio fieri debeat, quàm ſi decem, quæ accepiſſet hæres, actori dediſſet? Referre exiſtimauit, vnde ea pecunia data eſſet: vt ſi quidem aliunde, quàm ex peculio, hæc ſaltem præſtet: quoniam quidem ſi nondum ad libertatem ſeruus perueniſſet, noxæ deditus ei cui deditus eſſet, daturus fuerit. ſi verò peculio: quia nummos hæredis dederit, quos vtique is paſſurus eum non fuerit ei dare, contra ſtatuendum.

De eo qui fugitiuo iter monſtrat.

62. *Marcianus*‖lib. 4. Regularum.

FVrtum non *r* committit, qui fugitiuo iter monſtrauit *ſ*.

De infamia.

63. *Mater*‖lib. 2. Publicorum iudiciorum.‖

NOn *t* poterit *u* præſes prouinciæ efficere, vt furti damnatum non ſequatur infamia *x*.

De ſeruo legato.

64. *Neratius*‖lib. 1. Membranarum.‖

A Titio hærede homo Seio legatus, ante *y* aditam hæreditatem Titio furtum fecit: ſi adita hæreditate Seius legatum ad ſe pertinere voluerit, furti eius ſerui nomine ager cum eo Titius: quia neque tunc *z*, cũ faceret furtum, eius fuit: & vt maximè quis exiſtimet, ſi ſeruus eſſe cœperit eius cui furtum fecerat, tolli furti actionem, vt nec ſi alienatus ſit, agi poſſit eo nomine: ne poſt aditam quidem hæreditatẽ Titij factus eſt: quia ea *a* quæ legantur *b*, recta *c* via ab eo qui legauit, ad eum cui legata ſunt, tranſeunt *d*.

De pœnitentia.

65. *Vlpianus*‖lib. 1. ad Edictum Ædilium Curulium.‖

QVi ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, tametſi mutato *e* conſilio, id domino

a Reſtinuerit, *Hal.*
b Mandati cõtraria actione venire culpam leuiſſimã hinc colligit Bartolus, quòd dominus in id teneatur quod diligẽtiores quique tenentur præſtare.
c In commodato ſolius accipientis commodum verſatur.
d Si dolo id fecerit, *Hal.* ſi non dolo quid fecerit, *Vulg.*
e τόπον εἰδὼς αὐτὸν κλέπτην εἶναι χρήσῃ αὐτόν. Interpretatio κατὰ πόδας relata à Cuiacio 8. *ad African.* fol. 161 adde *l.* 22. *in fin. ſup. commodati.*
f Interpres doli mali, eſt iudex ſicut & bonæ fidei *l.* 58. *circa medium* ꝟ. *de pactis.*
g Nam ita ſeruo opportunitatẽ furti faciendi præbuit.
h *l. vlt. C. de remiſſion. pignor.* viſus obtinuit vt idẽ ſeruetur etiam nõ adiecta eiuſmodi clauſula, nam quæ ſunt moris & conſuetudinis, in bonæ fidei iudiciis venunt, *l.* 31. §. 20. ꝟ. *de ædilit.* vnde collegit Cuiacius *ibidem*, poſſe hodie defendi in omnibus teſtamentis tacitè intelligi clauſulam codicillarem, quòd ſoleat ſcribi frequẽtiſſimè, & omnium teſtatorum ea ſit mens quæ Lucio Titio *in l. pen.* §. *vlt. ſup. de legatis* 2. vt iudicia defũctorum valeãt quoquo modo.
i. Id eſt, loco moueris, & in alium tranſtuleris, adde *l.* 25. *in fin. ſuprà eod.*
K me.
l Iulianus.
m Hæc verba quę ſequuntur eo pertinent, vt intelligatur eos fructus non perueniſſe in poteſtatem coloni. n ſuo loco. *Archethyp. Florent.* τῷ ἰδίῳ τόπῳ *Baſil. vide Cuiac. ibidi* o Fructus pendentes veniunt in rei vindicatione *l.* 44 *ſup. de rei vindic.* emptione *l. vlt.* §. *pen. ſup. quæ in f aud. cred.* legatis *l.* 27. *ſup. de vſufru.* augent hæreditatem in Falcidiæ ratione *l.* 9. *ſupra ad legem Falcid.* p Colonus (vt & vſufructuarius) fructus ſuos non facit, niſi ipſe perceperit. q id eſt, eum cui relicta eſt directa libertas in diem vel conditionem, *vide hic Cuiac.* r *adde leg.* 36 *ſup. eod.* atqui is ſeruum iuuare videtur ad male faciendum *l.* 2. *parag.* 3. ꝟ. *de ſeruo corrupto*, & ſui ipſius, furi viam ad furtum faciendum aperit. ſ Iter mouſtrans fugitiuo, non eo ſolo furtum committit. t Quoties vna pœna ipſo iure per legem imponitur, altera per iudicem poſſunt variæ illæ pœnæ in eundem cadere ex diuerſis legibus.
u Imo poterit efficere ne ſit infamis, puta ſi durius eum quàm oportuit condemnauit, *l.* 8. *C. ex quibus cauſis infam.* x Furti quocunque genere damnatus, eſt infamis, *Paulus* 2 *ſent.* 31. *parag.* 14. *l.* 6 *ſup. de his qui notantur infamia.*
y *l.* 44. *ſup. eod. l.* 60. *ſup. de legatis* 1. z *l.* 1. *parag.* 13 *ſup. de Sillaniano.*
a Legata recta via tranſeunt a legante ad legatarium.
b Non tamen conditionalia, quæ pendente conditione ſunt hæredis. Alias exceptiones apud Socinum *reg.* 221. c *l.* 9. *parag.* 5 *ſup. de peculio. l.* 80. *ſup. de legat.* 2. ab adita hæreditate ſcilicet *l.* 86. *parag* 2. *ſup. de legatis* 1.
d *vide l. vlt.* §. 8. *C. de curatore furioſ.*
e Pœnitentia nemo nocens eſſe deſinit, *vt hic l.* 54. §. 3 *ſup. eod.* ſic raptor pœnam non euitat, etiam ſi rem raptam ante iudicium reſtituat *l. vlt.* ꝟ. *vi bonorum rapt.* 6. *Harmen.* 7. ſed quid ſi ſtatim eum pœniteat? videtur abſoluendus, *vide Tiraquell. de pœnis cauſa* 60.

C. eod. l. 9. §. 2 *in fin C. de minorib. l.* 7. ꝟ. *de condictione furtiua.* t Quod in ſeruo pignorato dictum eſt. u *l.* 31. §. 1. *ſup. de ædilitio.* x Redhibitoria actione.
y Id eſt, niſi in his caſibus amplius ſit, & præterea compelli poſſit debitor omnimodo damnum decidere amplius eſt ſi ſciuerit talem, ſeruum eſſe. §. 3. *inf. eod.* aut repromiſerit furem non eſſe, §. 4 *inf. eod. vide Cuiacium* 8. *ad Afric. fol.* 160.
z vel mandatarium, *l.* 26. §. 7. *ſup. mandati.*
a hac formula loquendi vtitur idem Africanus, *l.* 38. §. 2. ꝟ. *de periculo*: *l.* 50. §. 1. ꝟ. *de iure dotium.* adde & *l.* 31. §. 1. *ſup. de vſufructu.*
b *l.* 31. *in fin ſup. de pignorat.*
c *l.* 7. § 1. *ſup. de damno.* d Æquo alliud æquius eſt.
e Officium nemini oportet eſſe damnoſum, *l.* … *Quem teſtant. aper*: *l.* 240. *inf. de reg. iur. l.* 27. §. 7 *ſupra ad Trebell.*

Poſtea

poſtea reddidit, fur eſt. nemo enim tali peccato pœnitentia *a* ſua nocens eſſe deſiit. *b*

De venditione pignoris. 1. De legato. 2. De mulione in ius vocato. 3. Si diſpenſator manumiſſus, vel tutor poſt pubertatem exegit. 4. De eo qui Titium commendauit, quaſi idoneum cui crederetur: deinde alium adduxit quaſi Titium. 5. De ſtipulatione per te non fieri.

66. *Paulus* lib. 7. ad Plautium.

SI is qui rem pignori *c* dedit, vendiderit eam, quamuis dominus *d* ſit, furtum facit, ſiue eam tradiderat creditori, ſiue ſpeciali *e* pactione tantum *f* obligauerat. idque & Iulianus putat. 1 ¶ Si is cui res ſubrepta ſit, dum apud furem ſit, legauerat eam mihi, an ſi *g* poſtea fur eam contrectet, furti actionem habeam? & ſecundum Octaueni ſententiam mihi ſoli competit furti actio, cum heres ſuo nomine non habeat: quia quacunque ratione dominium mutatum *h* ſit, domino competere furti actionem conſtat. 2 ¶ Eum qui mulionem dolo malo in ius vocaſſet, ſi interea mulæ periſſent, furti teneri veteres reſponderunt *i*. 3 ¶ Iulianus reſpondit eum qui pecuniis exigendis præpoſitus eſt, ſi manumiſſus *k* exigat, furti teneri. Quod ei conſequens eſt dicere & in tutore cui poſt pubertatem ſolutum eſt. 4 ¶ Si tu Titium mihi commendaueris, *quaſi idoneum cui crederem*, & ego in Titium inquiſii, deinde *l* tu alium adducas quaſi Titium, furtum facies: quia Titium eſſe hunc credo: ſcilicet ſi & ille qui adducitur ſcit. quod ſi neſciat non facies furtum: nec hic qui adduxit opem tuliſſe poteſt videri, cum furtum factum non ſit: ſed dabitur actio in factum *m*, in eum qui adduxit. 5 ¶ Si ſtipulatus *n* de te ſim, *per te non fieri, quominus homo Eros intra Kalendas illas mihi detur*: quamuis mea intereſſet eum nõ ſubripi, cum ſubreptus eo ex ſtipulatu non teneris: ſi tamen per te factũ non ſit quominus mihi daretur, non tamẽ furti actionem me habere.

De depoſito. 1. Quid æſtimatur in actione furti. 2. De infante qui apud furem adoleuit. 3. Si ſeruus qui inemptus factus eſt. 4. vel furtiuus furtum fecerit. 5. De Locatione finita. De rei conſumptione.

67. *Celſus* lib. 12. Digeſtorum.

INficiando depoſitum, nemo facit furtum. nec enim furtum eſt ipſa inficiatio *o*, licet propè *p* furtũ eſt. Sed ſi poſſeſſionem eius apiſcatur *q* interuertendi *r* cauſa, facit furtum. Nec refert in digito habeat annulum, an *ſ* dactyliothecam *t*, quem cum depoſito teneret, habere, pro ſuo deſtinauerit. 1 ¶ Si tibi ſubreptum eſt, quod niſi die certâ dediſſes, pœnam *u* promiſiſti, ideoque ſufferre eam neceſſe fuit, furti actione hoc *x* quoque coæſtimabitur. 2 ¶ Infans apud furem adoleuit. tam adoleſcentis furtum fecit ille quam infantis, & vnũ tamen furtum eſt ideoque dupli tenetur, *quanti y vnquam apud eum plurimi fuit*. Nam quod ſemel duntaxat furti agi cum eo poteſt, quid refert propoſitæ quæſtioni? quippe ſi ſubreptus furi foret, ac rurſus à fure altero eum recuperaſſet, etiam ſi duo furta feciſſet, non amplius quàm ſemel cum eo furti agi poſſe. Nec dubitauerim, quin adoleſcentis potius, quàm infantis æſtimationem fieri oporteret. Et quid tam ridiculum eſt, quàm meliorem furis conditionem eſſe propter continuationem *z* furti exiſtimare? 3 ¶ Cum ſeruus inemptus *a* factus ſit, non poſſe emptorem, furti agere cum venditore ob id quod is ſeruus poſt emptionem, antequam redderetur, ſubripuiſſet. 4 ¶ Quod furi ipſi *b* furtum fecerit furtiuus ſeruus, eo nomine actionem cum domino furem habiturum placet, ne facinora talium ſeruorum non ſolum ipſis impunitatem *c*, ſed dominis *d* quoque eorum quæſtui erunt. plurumque enim eius generis ſeruorum furtis peculia eorumdẽ augentur. 5 ¶ Si colonus poſt luſtrum *e* conductionis anno amplius fructus inuito *f* domino perceperit, videndum ne meſſis & vindemiæ furti cum eo agi poſſit? Et mihi dubium non videtur, quin fur, etſi conſumpſerit *a* rem ſubreptam, repeti ab eo poſſit.

De re hereditaria.

68. *Marcellus* lib. 8. Digeſtorum.

HEreditariæ *b* rei furtum *c* fieri Iulianus negabat: niſi fortè pignori dederat defunctus, aut commodauerat. *d*

69. *Scæuola* lib. 4. Quæſtionum.

AVt in qua vſusfructus *e* alienus eſt.

70. *Marcellus* lib. 8. Digeſtorum.

HIs enim caſibus putabat hæreditariarũ rerum fieri furtum & vſucapionem impediri: idcircoque hæredi quoque actionem furti competere poſſe.

De commodato. 1. De eo quod pro hærede poſſidere. De eo quod intereſt.

71. *Iauolenus* lib. 15. ex Caſſio.

SI is cui commodata res erat, furtum ipſius admiſit, agi cum eo & furti & commodati *f* poteſt: & ſi furti actum eſt commodati actio extinguitur *g*. ſi commodati, actioni furti exeptio *h* obiicitur. 1 ¶ Eius rei quæ pro hærede poſſidetur, furti actio ad poſſeſſorem non pertinet, quamuis vſucapere quis poſſit: quia furti agere poteſt is cui intereſt *i* rem non ſubripi: intereſſe autem eius videtur qui *k* damnum paſſurus eſt, non eius *l* qui lucrum facturus eſſet.

De libellis pro tribunali recitatis.

72. *Modeſtinus* lib. 7. Reſponſorum.

SEmpronia libellos *m* compoſuit, quaſi datura *n* centurioni, vt ad officium *o* tranſmitterentur: ſed non dedit. Lucius pro tribunali eos recitauit, quaſi officio traditos. quæro: non ſunt inuenti in officio, neque centurioni traditi, quo crimine ſubiiciatur, qui auſus eſt libellos de domo ſubtractos, pro tribunali legere, qui non ſunt dati? Modeſtinus reſpondit, ſi clam ſubtraxit, furtum commiſſum *p*.

De pignore.

73. *Iauolenus* lib. 15. ex Caſſio.

SI is qui pignori rem accepit, cum de vendendo pignore nihil conueniſſet *q*, vendit: antequam dies venditionis veniret *r*, pecunia non ſoluta id fecit, furti ſe obligat.

De re bona fide poſſeſſa.

74. *Idem* lib. 4. Epiſtolarum.

FVrtiuam ancillam, bona fide duorum aureorum *ſ* emptam cum poſſiderem, ſubripuit mihi Attius, cum quo & ego *t*, & dominus furti agimus, quæro quanta æſtimatio pro vtroque fieri debet? Reſpondit: Emptori duplo, quanti eius intereſt, æſtimari debet, domino autem duplo, quanti ea mulier fuerit: nec nos mouere debet, quod duobus *u* pœna furti præſtabitur. quippe cum eiuſdem rei nomine præſtetur, emptori eius poſſeſſionis, domino ipſius proprietatis cauſa pręſtanda eſt. *Si ſimulatus procurator efficit vt ſibi promitteretur.*

75. *Pomponius* lib. 21. ad Quintum Mucium.

SI is qui ſimulabat ſe procuratorem eſſe, effeciſſet vt vel ſibi, vel cui me delegauit, promitterem *x*, furti cum eo agere non poſſum: quoniam nullum *y* corpus interueniſſet quod furandi animo contrectaretur.

De commodato & depoſito. 1. De fure furtum paſſo.

76. *Idem* lib. 38. ad Quintum Mucium.

QVi re ſibi commodata, vel apud ſe depoſita vſus eſt aliter *z*, atque accepit, ſi exiſtimauit *a* ſe non inuito domino id facere, non tenetur, ſe nec depoſiti vllo modo tenebitur. Commodati an teneatur, in culpa æſtimatio erit, id eſt, an *b* non debuerit exiſtimare id dominum permiſſurum. 1 ¶ Si quis alteri furtum fecerit, & id quod ſubripuit, alius ab eo cum poſteriore fure dominus eius rei furti agere poteſt, fur prior non poteſt, ideo quod domini interfuit, non prioris furis: vt id quod ſubreptum eſt, ſaluum eſſet. hæc Quintus Mucius refert, & vera ſunt. nam licèt *c* interſit furis rem ſaluam eſſe, quia condictione tenetur, tamen cum eo is, cuius intereſt, furti habet actionem, ſi honeſta *d* ex cauſa intereſt. nec vtimur Seruij ſententia, qui putabat, ſi rei ſubreptæ dominus nemo exſtare, nec exſtaturus *e* eſſet, furem habere furti actionem. non magis enim tunc eius eſſe *f* intelligitur, qui lucrum *g* facturus ſit. dominus igitur habebit cum vtroque furti actionem: ita vt ſi cum altero furti actionem inchoat, aduerſus alterum nihilominus duret: ſed & condictionem: quia ex diuerſis factis tenentur.

De ſacco pecuniam habente.

77. *Idem* lib. 13. ex variis lectionibus.

QVi ſaccum *h* habentem pecuniam ſubripit, furti etiam *ſ*acti nomine tenetur, quamuis non ſit ei animus ſacci ſubripiendi.

a Pœnitentia, vel etiam furti ſpontanea reſtitutione nemo fur eſſe deſinit *d. l. 54. l. 1. §. 25. ſup. depoſiti, l. 17. §. 1. in fi. ῀. de ædilit. l. 5. ῀. vi bonorum rapt. l. 3. C. de apoſtatis.*
b Imo, deſinit, ſi pœnituit *l. 11. ῀. de in ius vocando l. 18. ῀. de iniuriſd. l. 14. §. 1. ſup. de eo quod metus cauſa. l. 4. §. 10. ῀. de vſurpat.* & deſinere poteſt, *l. 1. §. 1. in fi. ſup. de fugitiuis, l. 1. C. de crimine ſtellionat. vide cap. 5. de regulis iur. 6.* ſic ſentio. In caſibus à lege & iudice expreſſis pœnitentiam admitti: alias non admitti. Porro pœnitere videtur qui voluntatem nudam habuit, actu verò abſtinuit. Eo caſu ignoſcitur nudæ cogitationi, *l. 18. ῀. de pœnis l. 19. ῀. de falſis* cui non videtur in crimine maieſtatis ignoſci *l. 5. Cod. de leg. Iul. maieſt.*
c Speciali ſcilicet, non generali, *l. 3. C. de ſeruo pignori dato.*
d *l. 14. §. 2. l. 19. in fin. l. 61. §. 8. ῀. eod. §. 10. Inſt. de oblig. ex delicto.*
e Pignori ſpecialiter obligatum ſeruum manumittere non poſſum, *l. 6. l. 9. ῀. in quibus cauſis pignus tacitè l. 44. ῀. de legat. 1. l. 2. l. 3. C. de ſeruo pignori dato manumiſſo.*
f Minus eſt enim obligare quàm tradere.
g Ex noua contrectatione datur actio furti, ſingulari ſucceſſori: & ita intellige *l. 47. ſup. eod. l. 8. ῀. de ſeruo corrupto: dixi ad l. 10. C. de furtis.*
h *l. 47. ſup. eod.*
i Quia ope eius furtum factum eſt *l. 50. §. 1. ſup. eo.*
k Sciens ſcilicet, non ignorans, *l. 41. ῀. de reb. cred. l. 18. l. 35. ῀. de ſolutionibus.*
l 52. §. 21. ῀. eo.
m *v. l. 52. §. 20. in fin. ῀. eod.* n *l. 13. ῀. eod. l. 85. in fin. ῀. eod.* o Seu cogitatio, *l. 52. §. 19. ῀. eod.* prope furtum eſt, depoſitum inficiari *l. 1. §. 2. ῀. eod.*
p Cur prope furtum eſt? quia qui inficiatur depoſitum, propriè contrahit, vide quæ ſcripſi ad *l. 1. in fin. ῀. eod.*
q Is qui depoſitum inficiatur. r Vt depoſitum ſuum faciat.
ſ An datus hypothecæ ſit, quem cum *vulg.* t Dactyliotheca annulorum capſula Anularius *Gloſſis*, vel potius Anularium. δακτύλιος Græcis annulus. Dactyliothecam primus Romæ habuit Scaurus 37. *Plin.* 1. Hinc collige furtum annulorum fieri ſola Dactyliotheca (in qua anuli continentur) contrectata: adde *l. 77. ῀. eod.*
u Re ſub pœna debita contrectata, fur obligatur ad ipſum quoque onus pœnæ.
x Id eſt, pœnam.
y *l. 50. ῀. eod. l. 13. in fin. ῀. de condict. furtiua.* z adde *l. 9. ῀. eod.* a *l. 17. §. 2. ῀. eod.*
b Furi alius interdum furtum facit. c Impunitatem præſtent. *vulg.*
d Seruorum facinora dominis quæſtui eſſe non debent. e Luſtrum eſt, quinquennium: ſic dictum quod quinto quoque anno vectigalia per cenſores locata luebatur, adde *l. 4. ῀. de rebus credit. l. 30. ῀. de legat. 3.* f *l. 13. §. 1. ῀. locati.*

f intereſſe, *vulg.* g *l. 71. ῀. eod.*
h *l. 21. §. 1. l. 67. ῀. eod.*

De

De re inſpicienda data.

78. *Papinianus* "lib. 8. Quæſtionum."

REm inſpiciendam *a* quis dedit, ſi periculum ſpectet eum qui accepit, ipſe furti agere poteſt.

De pignore.

79. *Idem* "lib. 9 Quæſtionum."

SI debitor pignus ſubripuit, quod *b* actione furti ſoluit, nullo modo recipit.

De ſeruo vendito. 1. Quid venit in actionem furti. 2. De optione legata. 3. De rapina. 5. De falſo procuratore & falſo herede.

80. *Idem* "lib. 12. Quæſtionum."

SI vendidero, neque tradidero ſeruum, & is ſine culpa mea ſubripiatur, magis eſt, vt mihi furti competat actio, & mea videtur intereſſe *c*, quia dominiũ apud me fuit, vel quoniam ad præſtandas *d* actiones teneor. 1 ¶ Cum autem iure dominij defertur furti actio, quamuis non alias, niſi noſtra interſit, competat, tamen ad æſtimationem *e* corporis, ſi nihil amplius interſit, vtilitas mea referenda eſt. ¶ Idque & in ſtatuliberis, & in legato ſub conditione relicto probatur. ¶ Alioquin diuerſum probantibus ſtatui facilè quantitas non poteſt. Quia itaque tunc ſola vtilitas æſtimationem facit, cum ceſſante dominio furti actio naſcitur, in iſtis cauſis ad æſtimationem corporis furti actio referri non poteſt. 2 ¶ Si ad exhibendum egiſſem *f*, optaturus ſeruum mihi legatum, & vnus ex familia ſeruus ſubreptus, heres furti habebit actionem: eius *g* intereſt. nihil enim refert, cùm præſtari cuſtodia debeat.

3 ¶ Cùm raptor *h* omnimodo furtum facit, manifeſtus fur exiſtimandus eſt *i*.

4 ¶ Is autem cuius dolo fuerit raptum, furti quidem non tenebitur: ſed vi bonorum raptorum.

5 ¶ Si Titius, cuius *k* nomine pecuniam perperam falſus *l* procurator accepit, ratum habeat, ipſe quidem Titius negotiorum geſtorum aget, [&] ei verò qui pecuniam indebitam dedit, aduerſus Titium erit indebiti *m* condictio, aduerſus falſum procuratorem furtiua durabit. electo Titio, non iniquè per doli exceptionem, vti præſtetur ei furtiua condictio, deſiderabitur: Quod ſi pecunia fuit debita, ratum habente Titio, furti actio euaneſcit: quia debitor liberatur.

6 ¶ Falſus *n* autem procurator ita demum furtum pecuniæ faciet, ſi *o* nomine quoque veri procuratoris, quem creditor habuit, adſumpto debitorem alienum circumuenerit. ¶ Quod æquè probatur & in eo qui ſibi deberi pecuniam, vt heredi Sempronij creditoris, adſeuerauit, cùm eſſet alius.

7 ¶ Qui rem Titij agebat, eius nomine falſo procuratori creditoris ſoluit, & Titius ratum habuit. non naſcitur ei furti actio, quæ ſtatim cum pecunia ſoluta eſt, ei qui dedit nata eſt, cum Titij nummorum dominiũ non fuerit, neque poſſeſſio, ſed condictionem indebiti quidem Titius habebit: furtiuam † autem, qui pecuniam dedit. quæ, ſi negotiorum geſtorum actione Titius conueniri cœperit, arbitrio iudicis ei præſtabitur.

De pecunia ciuitati ſubtracta.

81. *Idem* "lib. 1. Reſponſorum."

OB pecuniam ciuitati *p* ſubtractam, actione furti, non *q* crimine peculatus tenetur *r*.

De fullone & ſarcinatore. 1. De fructibus fundi locati. 2. De ancilla libidinis cauſa ſubrepta 3. De tabulis & cautionibus.

82. *Paulus* "lib. 2. Sententiarum."

FVllo *ſ* & ſarcinator, qui polienda vel ſarcienda veſtimenta accepit, ſi fortè his vtatur, ex contrectatione eorum furtum feciſſe videtur: quia non in eam cauſam ab eo videntur accepta.

1 ¶ Frugibus ex fundo ſubreptis tam colonus *t* quam dominus furti agere poſſit: quia vtriuſque intereſt, rem perſequi. 2 ¶ Qui ancillam non *u* meretricem libidinis cauſa ſubripuit, furti actione tenebitur: & ſi ſuppreſſit, pœna legis Fauiæ *x* coërcetur.

3 ¶ Qui tabulas *y* cautionéſve ſubripuit, in adſcriptam ſummam furti actione tenebitur. nec refert cancellatæ nécne ſint *z*: quia ex his debitum magis ſolutum eſſe comprobari poteſt.

De eo qui pro herede apprehendit. 1. De eo qui vnà cum ſeruo ſuo furatus eſt.

83. *Neratius* "lib. 1. Reſponſorum."

SI quis ex bonis eius quem putabat mortuum, qui viuus *a* erat, pro herede res adprehenderit, eum furtum non facere.

1 ¶ Ei cum quo ſuo nomine furti actum eſt, ſi ſerui nomine de alia *b* re aduerſus eum agatur, non dandam exceptionem furti vnà facti.

De vſucapione.

84 *Paulus* "libro 2. ad Neratium."

QVamuis res furtiua, niſi ad dominum redierit, vſucapi non poſſit, tamen ſi eo nomine lis æſtimata *c* fuerit, vel furi dominus eam vendiderit *d*, non interpellari iam vſucapionis ius dicendum eſt.

a l. 10. §. 1. ſuprà commodati: l. 17. ſ. de praſcr.
b l. 22. in fi. princ. ſ. de pignorat. l. 74. ſup. de ſolut.
c Id quod intereſt pecuniariter, etiã ſpectatur & venit in delictis.
d l. 14. ſ. eo. l. 35. §. 4. in fi. ſ. de cont. empt. §. 3. Inſtit. de contrah. empt.
e l. 50. ſ. eo.
f l. 3. §. 6. ſ ad exhib. l. 6. ſ. de opt.
g eius quod intereſt.
h v. l. 1. j. vi bon. raptor.
i & ita ſemper in quadruplum tenetur, l. 52. ſup. eo.
k l. 23. ſ. de negot.
l l. 14. ſ. de cond. cauſ. dat.
m l. 6. §. 9. ſupr. de negotiis.
n v. l. 18. in fi. ſ. de ſolut. l. 19. C. eo.
o l. 43. ſup eo.
† Condictio hæc furtiua, datur ex cauſa dominij trãſlati: indebiti verò ex cauſa poſſeſſionis tranſlatæ: & ſic ex diuerſis cauſis dantur.
p Ciuitati qui pecuniam ſubtrahit, furti, non peculatus, tenetur.
q nec non, Alciatus 1. diſpũct. 3. reprehẽſus à Roberto 2. recept. 2. vide quæ not. ad l. 4. in fi. j. peculatus.
r Imò tenetur peculatus, l. 4. in fin. j ad l. Iul. peculat.
ſ v. l. 2. ſ. de cond. ſine cauſa.
t l. 14. §. 2. l. 26. in fi. l. 52. §. 8. ſ. eo.
u l. 39. ſ. eo. v. 60. Ecl. iii. περὶ πορνευόντων, cap. 76. ex hoc loco emenda parag. 11. apud Paul. 2. ſent. 31,
x de plagiariis, l. 6. j. de plagiariis.
y l. 27. ſ. eo. Paul. 2. ſent. 21. §. 22.
z Cancellatione ſcripturæ probatur debiti ſolutio.
a adde l. 1. ſup. pro herede.
b l. 35. in fi. l. 56. in fi. ſup. eo.
c l. 4. parag 13. ſ. de vſurp.
d l. 32. ſ. de vſurp. l. 6. §. 3. in fin. j. de precario.

Cui furti datur actio.

85. *Idem* "libro 2. Manualium."

IS cuius intereſt *a* non ſubripi, furti actionem habet, ſi & rem tenuit domini voluntate, id eſt, veluti is cui *b* res locata eſt. ¶ Is autem qui ſua voluntate, vel etiam pro tutore negotia gerit, itẽ tutor *c* vel curator ob rem "ſua culpa" ſubreptam non habet furti actionem. ¶ Item is cui ex ſtipulato *d*, vel ex teſtamento ſeruus debetur; quamuis interſit eius, non habet furti actionem. Sed nec is qui fideiuſſit *e* pro colono.

De vſucapione.

86. *Tryphoninus* "lib. 9. Diſputationum."

SI ad *f* dominum ignorantem peruenerit res furtiua, vel vi poſſeſſa, non videtur in poteſtatem domini reuerſa *g*. ideo nec ſi poſt talem domini poſſeſſionem bona fide ementi venierit, vſucapio ſequitur.

De pignore.

87. *Paulus* lib. 1. Decretorum.

CReditori *h* actio furti in ſummam pignoris, non debiti competit. ſed vbi debitor ipſe ſubtraxiſſet pignus, contrà probatur, vt in ſummam pecuniæ debitæ, & vſurarum eius furti conueniretur.

De concurſu huius actionis, & vi bonorum raptorum.

88. *Idem* "libro ſingulari de concurrentibus actionibus."

SI quis *i* egerit vi bonorum raptorum, etiam furti agere non poteſt. Quod ſi furti elegerit in duplum agere, poteſt & vi bonorum raptorum agere ſic, vt non excederet quadruplum.

De liberto cliente, mercenario.

89. *Idem* "lib. ſingulari de pœnis paganorum."

SI libertus *k* patrono, vel cliens *l*, vel mercenarius *m* ei qui eum conduxit, furtum fecerit, furti actio non naſcitur.

De fullone. 1. De ope. De conſilio.

90. *Iauolenus* "lib. 9. ex poſterioribus Labeonis."

FVllo *n* actione locati de domino liberatus eſt. negat eum furti rectè acturum Labeo. Item ſi furti egiſſet, priùs quam ex locato cum eo ageretur, & antequam de furto iudicaretur, locati actione liberatus eſſet: & fur ab eo abſolui debet. quòd ſi nihil eorum ante accidiſſet, furem ei condemnari oportere. Hæc idcirco quoniam furti eatenus habet actionem, quatenus eius intereſt.

1 ¶ Nemo opem aut conſilium alij præſtare poteſt, qui *o* ipſe furti faciendi conſilium capere non poteſt.

De eo qui ſcit ſibi ſurripi.

91. *Labeo* "lib. 2. Pithanon à Paulo Epitomatorum."

SI quis, cum ſciret, quid ſibi ſubripi, non *p* prohibuit *q*, non poteſt furti agere. *Paulus*: Imò contrà. Nam ſi quis ſcit ſibi rapi, & quia non poteſt prohibere, quieuit *r*, furti agere poteſt. At ſi potuit *ſ* prohibere nec *t* prohibuit, nihilominus furti ager.

¶ Et hoc modo patronus quoque liberto, & is cuius magna *u* verecundia, ei quem in præſentia pudor ad reſiſtendum impedit, furtum facere ſolet.

De iudicio criminali & ciuili.

92. *Vlpianus* "lib. 38. ad Edictum"

MEminiſſe oportebit, nunc furti plerumque criminaliter *x* agi, & eum qui agit, in crimen ſubſcribere *y*, non quaſi publicum ſit iudicium, ſed quia viſum eſt temeritatem agentium etiam *z* extraordinaria animaduerſione coërcendam. Non ideo tamen minus, ſi qui velit poterit ciuiliter *a* agere.

DE *b* TIGNO IVNCTO *c*.

TIT. III.

De rei vindicatione. De actione in duplum. 1. De tigni appellatione. 2. De actione ad exhibendum.

Vlpianus "lib. 37. ad Edictum."

LEX duodecim tabularum *neque ſoluere permittit tignum furtiuum ædibus vel vineis* d *iunctum, neque vindicare*, quod prouidenter lex effecit, ne vel ædificia ſub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. ſed in eum qui conuictus eſt iunxiſſe, in duplum dat actionem.

d huc refert legem 23. *parag. 6. ſup. de rei vind. l. 6 ſuprà ad exhib. l. 63 ſuprà de don. inter vir. l. 7. parag 10. ſuprà de adq. rer. l. 7 parag. 2 in fin ſup. de exceptione rei iud. l. 98. ſ. de ſolut. parag. 29. Inſt. de rerum diuiſ.* Lex 12 Tab. talis fuit, teſte Feſto *in voce Tign.* Tignum iunctum ædibus vineæve, & concaputne ſoluito: vbi alij legunt vineæ capulo? alij vineæ concapet, alij vineæ cum capite, alij vineæve concaptum. Turnebus legit vineæque copula: vel vineæve ne ſoluito. Ioſeph. Scaliger legit vineæve concapes, ex antiqua ſcriptura concapet. Tignum concapes vineæ dicitur (nam tignum, non tantum dicitur in ædificiis ſed & in vineis) quando habet caput ſuum cum capite vineæ commiſſum Caput vineæ eſt radix ipſa. Concapes dicitur vt primicapes, præcapes, deincapes, ancapes, formicapes, terticapes, quarticapes, quinticapes, *v. Ioſeph. Scaliger. apud Feſtum in dict. dictione Tignum*, quæ lectio etiam Cuiacio probatur. His adde Hotomanum in *Commentario 12, tabul. in* leg. Tignum iunctum.

a l. 10. l. 11. ſ. eo.
b l. 67. in fin. ſup. eod.
c l. 53. §. 3. l. 56. parag. 4. ſ. eo.
d ex ſtipulatu, l. 13. l. 66. in fi. ſ. eo.
e adde l. 1. par. 10. l. 53. parag. 3. ſ. eo.
f l. 4. parag. 12. ſ. de vſurpat.
g quia abeſt ei pretium, l. 14. j. de verb. ſign.
h adde l. 15. ſ. eo. l. 13. ſup. de diſtract. pign.
i v. l. 71. ſup. eo.
k adde l 17. ſuprà eo. l. 21. in fi. C. eod.
l Clientes qui? dixi in libris feudorum. Hi, & ſæpius libertini & mercenarij, l. 3 ſup. de vſu & habitat. l. 5. ſup. de his qui deiecerunt, l. 7. j. de captiuis: l. 3. C. de nouat. de furtis domeſticis dicam ad l. 11. parag. 1. j. de pœnis.
m mercenarius, Vulg. Hal.
n l. 48. §. 4. j eo.
o l. 23. in fi. l. 53. ſup. eo.
p putà, propter nimiam verecundiam.
q fortè quia non potuit prohibere, l. 7. parag. 1. ſ. eo. l. 1. parag. 10. ſ. quod vi aut clam.
r Taciturnitas, tacere, ſilentium ad alterius delinquẽtis excuſationem pro conſenſu non habetur. v. tamen Socin. reg. 392.
ſ ſub. de facto.
t Abijcere vel repudiare actionem non continuò videtur, quicquid nimia verecundia nõ prohibuit, l. 1. §. quæ onerandæ ſup. quarum rerũ actio.
u Verecundia magna non prohibentis excuſat.
x de quo v. l. 54. parag. 1. ſ. eod. Criminaliter agere quid ſit, v. quæ not. ad l. 1. j. de public. iudiciis.
y l. 3 ſup. de priuatis delictis.
z l. 3. j. ad Turpilianum.
a l. vlt ſup. de priuatis delictis.
b de Tignò iuncto, v. Cuiacium 13. obſ. 19.
c v. l. 1. j. eo. vide Ægid. Boſſ. c. 60. Praxeos. Oldend. Claſſ. 7. act. 6.

1 ¶ Tigni

1 ¶ Tigni autem appellatione continetur omnis materia ex qua ædificium conſtet, vineæque neceſſaria. Vnde quidam aiunt regulam *b* quoque & lapidem, & *c* teſtam *d* cæteráque, ſi qua ædificiis ſunt vtilia: tigna enim à tegendo dicta ſunt. hoc amplius & calcem, & arenam tignorum appellatione contineri.

¶ Sed & in vineis *e* tigni appellatione omnia vineis neceſſaria continentur, vt puta perticæ *f*, pedamenta.

2 ¶ Sed & ad exhibendum danda eſt actio. nec enim parci oportet ei qui ſciens alienam rem ædificio incluſit *g*, vinxítque *h*. non enim ſic eum conuenimus, quaſi poſſidentem, ſed ita, quaſi dolo malo fecerit *i* quo minus poſſideat.

De rei vindicatione.

2. *Idem* "lib.42. ad Sabinum."

SEd ſi proponas, tigni furtiui nomine ædibus iuncti actum, deliberari poterit, an extrinſecus *k* ſit rei vindicatio? Et eſſe non dubito †.

SI *l* IS QVI TESTAMENTO LIBER eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hereditatem ſubripuiſſe‖aut corrupiſſe‖quid dicetur.

TIT. IV.

Summa. 1. *Ratio huius edicti.* 2. *Quibus caſibus locum habet hæc actio.* 3. *De libertate relicta ſub conditione.* 4. *De libertate ſtatim competente.* 5. *De ſeruo legato.* 6. *De dominio ſerui mutato vel amiſſo.* 7 *De libertate competente poſt modicum interuallum aditæ hereditatis.* 8. *Si vnus adiit.* 9. *De pupillo herede.* 10. *De rebus quæ in bonis, vel ex bonis teſtatoris fuerunt.* 11. *De fructibus, partu, fœtu.* 12. *De tabulis pupillaribus.* 13. *De omnibus quæ intereſt heredis non eſſe auerſa.* 14. *De furto & omni damno.* 15. *Quarum rerum furtum fit* 16. *Si poteſt alias heres ad ſuum peruenire.* 17. *De rei vindicatione.* 18. *De ſucceſſoribus.* 19 *De pluribus delinquentibus.*

Vlpianus "lib.38. ad Edictum.

SI dolo malo eius qui liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini, ante *m* aditam hereditatem, in bonis quæ eius fuerunt qui eum liberum eſſe iuſſerit, factum eſſe dicetur, quo minùs ex his bonis ad heredem aliquid perueniret, in eum intra annum vtilem dupli iudicium datur. 1 ¶ Hæc autem actio (vt Labeo ſcripſit) naturalem *n* potius in ſe, quam ciuilem habet æquitatem, ſi quidem ciuilis deficit actio: ſed natura æquum eſt, non eſſe impunitum eum qui hac ſpe audacior factus eſt: quia *o* neque *p* vt ſeruum ſe coërceri *q* poſſe intelligit, ſpe *r* imminentis libertatis: neque vt liberum damnari, quia hereditati furtum fecit, hoc eſt dominæ *ſ*. dominus autem domináve non *t* poſſunt habere furti actionem cum ſeruo ſuo, quamuis poſtea ad libertatem peruenerit, vel alienatus ſit, niſi ‖ſi‖ poſtea quoque contrectauerit. ¶ E re itaque eſſe prætor putauit, calliditatem & proteruitatem horum qui hereditates depopulantur, dupli actione coërcere.

2 ¶ Non alias tenebitur iſte libertus, quam ſi dolo quid diſſipaſſe proponatur. Culpa autem negligentiáque ſerui poſt libertatem excuſata eſt. ſed culpa dolo *u* proximo dolum repræſentat. Proinde ſi quid damni dedit ſine dolo, ceſſabit iſta actio, quamuis alias Aquilia tenetur ob hoc, quod damnum qualiter qualiter *x* dederit.

¶ Habet itaque certum finem iſta actio, vt ‖&‖ dolo fecerit iſte, & poſt mortem domini, & ante aditam hereditatem. Cæterùm ſi ſine dolo, aut dolo quidem, verùm viuo domino, non tenebitur hac actione.

¶ Quinimo etſi poſt mortem *y*, poſt aditam tamen hereditatem, ceſſabit actio *z*. nam vbi adita hereditas eſt, iam quaſi liber conueniri poteſt.

3 ¶ Quid tamen ſi ſub conditione accepit libertatem? ecce nondum *a* liber erit, ſed vt *b* ſeruus poteſt coërceri. idcirco dicendum eſt ceſſare hanc actionem.

4 ¶ Sed vbi libertas competit, continuò *c* dicendum eſt, poſſe & debere hanc actionem dari aduerſus eum qui peruenit ad libertatem.

5 ¶ Si ſeruus purè legatus, ante aditam hereditatem quid admiſerit in hereditate, dicendum eſt, quia dominium in eo mutatur *a*, huic actioni locum eſſe.

6 ¶ Et generaliter dicimus, quo caſu in ſeruo dominium vel mutatur vel amittitur *b*, vel libertas competit poſt interuallum modicum *c* aditæ hereditatis, eo caſu hanc actionem indulgendam. 7 ¶ Sed ſi fideicommiſſaria libertas ſeruo data ſit, quidquid in hereditate maleficij admiſit, numquid non prius cogatur heres manumittere, quam ſi ſatisfecerit? Eſt autem ſæpiſſimè & à D. Marco & ab Imperatore noſtro cum patre reſcriptum non impediri fideicommiſſariam libertatem quæ purè data eſt. Diuus ſanè Marcus reſcripſit, arbitrium ex continenti dandum, apud quem ratio ponatur, ſed hoc reſcriptum ad rationem *d* ponendam *e* pertinet actus quem ſeruus adminiſtrauit. arbitror igitur & hic poſſe hanc actionem competere.

8 ¶ Ante aditam hereditatem, ſic accipere debemus, antequam vel ab vno *f* adeatur hereditas. nam vbi vel vnus adit, competit libertas. 9 ¶ Si pupillus heres inſtitutus ſit, & à ſubſtituto eius libertas data, medióque tempore quædam admittantur, ſi quidem viuo pupillo quid fuerit factum, locum non eſſe huic actioni: ſin verò poſt mortem, antequam quis pupillo ſuccideret, actionem iſtam locum habere. 10 ¶ Hæc actio locum habet non tantùm in rebus quæ in bonis fuerunt teſtatoris, ſed & ſi heredis interfuit dolum malum admiſſum non eſſe, quo minus ad ſe perueniret.

¶ Et ideò Scæuola plenius tractat etſi eam rem ſubripuiſſet ſeruus, quam defunctus pignori acceperat, hanc actionem honorariam locum habere. pleniùs enim cauſam *g* bonorum hic accipimus pro vtilitate. Nam ſi *h* in locum deficientis furti actionis propter ſeruitutem, hanc actionem ſubſtituit prætor, veriſimile eſt in omnibus cauſis eum, in quibus furti agi potuit, ſubſtituiſſe. ¶ "Et" in ſumma probatur, hanc actionem "&" in rebus *i* pignoratis, & in rebus alienis bona fide poſſeſſis locum habere. ¶ Item & de re commodata teſtatori. 11 ¶ Idem ſi fructus poſt mortem teſtatoris perceptos hic ſeruus qui libertatem proſpicit, contrectauerit, locus erit huic actioni.

¶ Sed & ſi partus, vel fœtus poſt mortem adgnatos, tantumdem erit dicendum. 12 ¶ Præterea ſi impubes poſt mortem patris quæſierit rei dominium, eáque antequam impuberis hereditas *k* adeatur, ſubripiatur, locum habere iſtam actionem dicendum eſt.

13 ¶ Sed & in omnibus quæ interfuit heredis non eſſe auerſa, locum habet hæc actio. 14 ¶ Non tantùm autem ad ſola furta, iſta actio pertinet, ſed etiam ad omnia damna, quæcunque hereditati ſeruus dedit.

15 ¶ Scæuola ait, poſſeſſionis furtum fieri *l*. denique ſi *m* nullus *n* ſit poſſeſſor, furtum negat fieri *o*. Idcirco autem hereditati *p* furtum non fieri, quia poſſeſſionem hereditas non habet, quæ facti *q* eſt & animi *r*. ſed nec heredis eſt poſſeſſio, antequam poſſideat: quia hereditas in eum id tantum transfundit, quod eſt hereditatis non autem fuit poſſeſſio *ſ* hereditatis.

16 ¶ Illud verum eſt, ſi poteſt alias *t* heres ad ſuum peruenire, non eſſe honorariam "hanc" actionem tribuendam, cùm in id quod interſit condemnatio fiat.

17 ¶ Præter hanc actionem *u*, eſſe & vindicationem rei conſtat, cum hæc actio ad ſimilitudinem furti competat. 18 ¶ Item heredi *x* cæteriſque ſucceſſoribus competere iſtam actionem dicendum eſt.

19 ¶ Si plures ſerui libertates acceperunt, & dolo malo quid admiſerint, ſinguli *y* conuenientur in ſolidum, hoc eſt in duplum. ¶ Et cum ex delicto conueniantur, exemplo *z* furti, nullus eorum liberetur, etſi vnus conuentus præſtiterit.

De ignorantia heredis.

2. *Gaius* "lib.13. ad Edictum Prouinciale."

SI paulò antè quam ſtatuta *a* libertas obtigerit, amouerit aliquid ſeruus, aut corruperit, ignorantia domini non introducit hanc actionem ideóque licet maximè ignorauerit heres, à ſtatulibero, aut quilibet alius dominus, à ſeruo ſuo amotum aliquid, corruptúmve eſſe, non impetrat poſt libertatem eius vllam

a Tignũ materia omnis ædificij, l.7. §.1. *ſupr. ad exhib.* l.7.§.10. *verſ. appell ſup. de adq. rer. dom.* l.52. ʒ *de verb. ſignif.* πᾶσα ὕλη πρὸς οἰκοδομὴν ποιοῦσα, 2.*cap.*26. πᾶν ξύλον ἐργάσιμον, *Theoph. parag.*29. *Inſtit. de rer. diuiſ.*

b Tigni appellatione continetur etiam quorundam opinione, tegula, lapis, teſta: quinimo & in vineis perticæ & pedamenta.

c & cæmenta, cæteráque, *ex Vulg. Hal.*

d Teſta βήσαλον, later, non peſſulum, vt Theophili interpres vertit, interpretatur. Græci *in l.*19.*in fi. ſup. de ſeru. urban.* vertunt illa verba ex figulino opere ἀπὸ βησάλου & in gloſſis laterculum βήσαλον καὶ ςεαπία, & apud Chariſium Beſalia, v. *Cuiac.* 9.*obſ.*26.

e *vide Feſtum in dictione Tignum.*

f *vide l.*168.ʒ.*de verb. ſign.*

g *l.7.ſup. ad exhibend.* ſic includere ædificio dixit Cicero 1.*ad Attic.*8.

h iunxitve, *Hal.* iniunxitve, *Vulg.*

i tignum alienum iungendo ædibus.

k an extincta, *VVeſembec. in §. cum in ſuo, in verbis duplum iam conſecutus, Inſt. de rerum diuiſ.*

† Quem in finem extrinſecus? non vt eximatur tignum, ſed vt iuretur in litem, *l.*98.*in fin. ſup. de ſolut.*

l Actio rerum corruptarum ex hoc edicto dicitur à Græcis *in l. Titia. §. penult ſuprà de manumiſſ. teſt. l.*1. *Cod. de noxalib. act. Cuiac. c.*20. *de præſcript.*

m *l.*4. *ſuprà ad l. Aquil. l.*27. §.1.ʒ. *de pecul.*

n *vide l.*16 *ſup. de furtis.*

o *l. pen. l. vlt. ſup. ſi ex noxal.*

p *vide l.*29. *ſup. de ſtatuliber.*

q id eſt, puniri, *l.*6. *in fin. l.*7. *l.*28. ʒ. *de pœnit.*

a l.66. *ſuprà de furtis.*

b vt cùm directò manumittitur.

c modicum tempus in iure vari[...] accipitur, puta [...] tribus aut quinque [...] *l.*8 ʒ. *ſi quis cautio*[...]*nibus.* decem, *l.*[...] §.1.ʒ. *de pec.* [...] *tut.* triginta [...]bus, *l.*1.§.2 [...] *de itinere act*[...] tribus, *lege* [...] *in fine, C. de* [...] *noui nun.* [...] menſibus, [...] *iudicium, l.*10 [...] *de ſolution*[...] quinque [...] §.13 *ſup. de* [...]*tionib.* pro[...]nique tem[...] quod iudex [...]tratus fuerit [...] §.12 *ſup* [...] *cauſ. maior*[...] §.2.ʒ. *de* [...]

d Arbiter [...]tionem pon[...] & diſpunge[...] dabatur, id [...]minandam [...] v. l.53.ʒ. [...] *l.*50.ʒ. *de* [...] *& demonſt.* [...] *fi. ſup de man*[...] *l.*37.ʒ. *de fu*[...] *libert* qui [...]nus dicitur [...] § 2.ʒ. *de fidei*[...] *libert.*

e ponere [...] actus apud [...] eſt rationem [...] reddere.

f *l.*3.§.5 *ſup*[...] *bon. libert.* [...] *fi. l.*23. *in fin* [...] *manumiſſ.* [...]

g Cauſa bonorum eſt vtilitas [...] *fin.* ʒ. *de verb*[...] adde *l.*5 *parag*[...] *vt in poſſeſſ.* [...] *Inſtit. vi bon*[...] *rapt.*

h Hæc actio lo[...] habet in omnibus caſibus quibus [...]ti agi poteſt, [...] in eius locum [...] cogitata ſit.

i *d. parag. vlt.*

k à ſubitu[...] adeatur, *Vulg.*

l *l.*1. *in fin.* [...] §.4 *ſup. de furtis.*

m *l. vlt.* ʒ. [...] *lata.*

n

p Eccleſia ſemper poſſidet vel [...] eſt vt non poſ[...]deat. Hinc Bartol[...] *in l.*7. §. *in* [...]*nib.* ʒ. *quos* [...] refert Archie[...]copum quem[...] Moſenſem dice[...] ſolitum, Eccleſi[...] à parietibus [...] ſed & ab ipſo Chri[...]ſto poſſideri.

r *d. l. vlt l.*26. *in fin. princ. ſup de fideicomm. libert.* ſ *l.*31. *in fi. ſup. de hered. Inſt.*

t *l.*13. *parag* 5. *ſup quod vi: l.*17 *l.*61. *ſup. de furtis, l.*1. *C. de nox.* u *l.*1.§.1. *in fin. ſup ſi menſor: l.*29 *ſup. mandati: l* 226. ʒ. *de verb ſign.*

x Qualiter qualiter *in d.*46. *ſup. de furtis: l.*11 §.15. *ſup. de ſeparat.* & apud Haloand. *in l.*12. *in fi. ſup. ratam rem* Vulgata habet qualitercumque.

y mortem domini, *Vulg. Hal.* z hæc actio, *Vulg.*

a Sub conditione liber, ante euentum conditionis liber non eſt, l.23. *in fin ſup. de manumiſſ. teſtam.*

b Imo vt liber, l.14 ʒ. *de quæſtio. l.*9. *in fin.* ʒ. *de pœnu.* ſolue: Contrariæ leges veræ ſunt in ſtatulibero, non in eo cui libertas ſub conditione relicta eſt.

c Id eſt, ſtatim ab aditione, *l. vltim.* ʒ. *eod.* παραχρῆμα τῆς ἀδιτίωνος, *v. Cuiac.* 6. *obſeru.* 1.

o Imò fit, *l.*43. *parag.*2. *ſup. de furt.* p *l.*68. *ſup. de furt.* q Poſſeſſio eſt facti & animi, quia factum naturale animum poſſeſſoris deſiderat.

r Hereditas neque verè, neque fictè poſſideri poteſt, ſed impropriè. Accurſius in *l* 40. § *ſi fortè in verbis, hæc ita: ſup. de adquir. poſſeſſ. v. Zaſ.* 1. *Reſponſorum* 27.

ſ Hereditas non poſſidet: igitur in hereditate non eſt poſſeſſio, at id tantum quod hereditatis eſt, heres percipit. igitur in heredem non transfertur poſſeſſio.

t *l.*16 *ſuprà de minorib.*

u furtiuam ſcil. x *parag.*1. *Inſtit. de perpetuis & temp.*

y *l.*1 *C. de condict. furtiua.* z *l* 21. §.9 *ſup. de furtis.*

a Id eſt, in diem vel conditionem dilata, *l.*15.16 *ſup. de noxal. l.*81 *parag* 9 *ſup de leg.*1. *l.*9 *ſup. de optione leg. l.*1, *l.*6.ʒ. *de ſtatulib. l.*25 *parag.*1 *ſup. de liberali: l.*27.§. [...] ʒ. *de adult.*

actionem

actionem, quamuis in Pluribus aliis cauſis iuſta *a* ignorantia excuſationem mereatur.

De manumiſſione conditionali.

3. *Vlpianus*‖lib. 13. ad Edictum.‖

LAbeo putauit, ſub conditione manumiſſum res amouentem, ſi cito *b* conditio extitit: hac actione conueniendum.

FVRTI *c* ADVERSVS NAVTAS, caupones *d*, ſtabularios.

TIT. V.

Summa. 1. nauigandi cauſa qui accipiuntur. 2. quid venit in hanc actionem. 3. De concurſu actionis honorariæ & ciuilis. 4. Si caupo, vel nauta receperit ſaluum fore. 5. Si exercitor ſeruo ſuo, vel alieno, vel libero homine vtatur. 6. Quorũ factum præſtatur.

Vlpianus‖lib. 38. ad Edictum.‖

IN eos qui naues *e*, cauponas *f*, ſtabula *g* exercebunt, ſi quod à quoquo eorum, quóſve ibi habebunt, furtum factum eſſe dicetur, iudicium datur, ſiue furtum ope, conſilio exercitoris factum ſit, ſiue eorum cuius qui in ea naui nauigandi cauſſa eſſet.

1 ¶ Nauigandi autem caua accipere debemus eos qui adhibentur, vt nauis nauiget, hoc eſt, nautas.

2 ¶ Et eſt in duplum *h* actio.

3 ¶ Cum enim in caupona *i*, vel in naui res perit, ex edicto prætoris obligatur exercitor nauis, vel caupo: ita vt in poteſtate *k* ſit eius cui res ſubrepta ſit, vtrum mallet cum exercitore honorario iure, an cum fure iure ciuili experiri. 4 ¶ Quòd ſi *receperit* l *ſaluum fore* caupo, vel nauta, furti actionem non *m* dominus rei ſubreptæ, ſed ipſe habet, qui recipiendo periculum cuſtodiæ ſubiit. 5 ¶ Serui verò ſui *n* nomine exercitor, noxæ dedendo, ſe liberat. cur ergo non exercitor condemnetur qui ſeruum tam malum in naue admiſit? & cur liberi quidem hominis nomine tenetur in ſolidum, ſerui verò non tenetur? niſi fortè idcirco, quòd liberum quidem hominem adhibens ſtatuere debuit de eo, qualis eſſet: in ſeruo vero ſuo ignoſcendum ſit ei, quaſi in domeſtico malo, ſi noxæ dedere paratus ſit. ſi autem alienum adhibuit ſeruum, quaſi in libero tenebitur. 6 ¶ Caupo præſtat factum eorum qui in ea caupona eius cauponæ exercendæ cauſa ibi ſunt. Item eorum qui habitandi cauſa ibi ſunt viatorum autem factum non *o* præſtat, namque viatorem ſibi eligere caupo vel ſtabularius non videtur. nec *p* repellere poteſt iter agentes: inhabitatores vero perpetuos ipſe quodammodo elegit *q* qui non reiecit, quorum factum oportet eum præſtare. In naui quoque vectorum factum non præſtatur.

SI FAMILIA *r* FVRTVM feciſſe dicetur.

TIT. VI.

Ratio & ſumma edicti. 1. De ſcientia vel ignorantia domini. 2. De damno. 3. Si vnius ſerui nomine actum ſit.

Vlpianus‖lib. 38. ad Edictum.‖

VTILISSIMVM id edictum prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum: videlicet ne cum plures furtum admittunt, euertant domini patrimonium, ſi omnes dedere, aut pro ſingulis, æſtimationem litis offerre cogatur.

¶ Datur igitur arbitrium hoc edicto, *vt ſi quidem velit dicere noxios ſeruos, poßit omnes dedere qui participauerunt furtum: enimvero ſi maluerit æſtimationem offerre, tantum offerat quantum* ſ *ſi vnus* t *liber furtum feciſſet, & retineat familiam ſuam.*

1 ¶ Hæc autem facultas domino tribuitur totiens, quotiens, ignorante eo furtum factum eſt.

¶ Cæterum ſi ſciente, facultas ei, non erit data: nam & ſuo nomine & ſingulorum nomine conueniri poteſt

a Iuſta ignorantia non tempore meretur excuſationẽ vbi bit.

b Id eſt, continuo, *l. 1. parag. 4. ſ. eod.*

c Id eſt, de furto aduerſus caupones & ſtabularios, vel de furto facto in ſtabulo, vel caupona 15. *Syn* 2.

d Hic adde 53. *Ecloq. 1.* περὶ ναυτῶν ὀνοχῶν καὶ πανδοχεῶν ἀγογῶν &c. adde ſ. *nautæ, caupones, ſtabularij*: Ægidium Boſſium *t. 57. praxeως*, Oldendorp. *Claſſ.* 7. *act.* 7.

e περὶ κλοπῆς ἐν πανδοχείῳ ἢ καπηλείῳ γενομένης 15. *Ecl.* 2.

f 53. *Eclog. 1. c. 31.*

g Meritoria ſcilicet *Paul. 2. ſent. 31. parag. 5.*

h *l. 7. parag. 1. ſ. nautæ.*

i *§. vlt. ff. eod. l. 6. parag. 1. ſ. nautæ* 15. *Ecl. 2. ex li. 60. tit. 4. c. 1.*

k Hoc valde notandum eſt ei cui in hoſpitio publico furtum factum eſt: datur enim ei actio aduerſus cauponæ dominũ pro re ſurrepta. Quid ſi caupo arcam vel ciſtam ſibi traditã vel res plures in ciſta fuiſſe negauerit? vtique is qui eo nomine aget, traditionem, & quantitatẽ mercium traditarum probare tenebitur. Quid ſi caupo ciſtam reſignatã vel apertam reddat? num torquẽdi domeſtici, vt vult Bartolus? an potius viatoris, ſeu hoſpitio recepti iuramento ſtabitur? Poſtremum à doctoribus, communiter receptum eſſe teſtatur Clarus 5. *ſentent.* § 6.

l *l. 4. ſup. nautæ l. 14. in fin. ſ. de furtis.*

m Id eſt, non dominus tantum vt ſit ſubauditio, quã taxatiuam appellant interpretes, vt in *l. vlt. §. 1. ſ. de adilitio edicto.* ſic Cicero 2. *de officiis.* Hæc oratio ſuſcepta non de filio, ſed de toto genere: id eſt, non de filio tantum. Eſt alia ſubauditionis ſpecies, quam iidem interpres Augmentationem appellant, *l. 4. ſ. de in integrum reſtit. l. 3. ff. parag. 16. ff. de minoribus.*

n *l. 7. parag. 4. verſ. ſeruorum, ſ. nautæ.* o *Ecl. ibid.* Imò & *l. 6. § 3. nautæ. præſtat, l. 2. ſ. nautæ.* p Hinc colligit Bartol. *in l. 1. parag. 1. ſ. nautæ*, Neminem cogi ad viatores hoſpitio recipiendos, niſi hoſpitij publici munus ſit profeſſus.

q Adde *l. 16. ſ.* de *SC Maced.*

r Vide Ægydium Boſſium *cap. 65. praxeως Synopſis 1.* περὶ κλοπῆς παρὰ φαμιλίας γενομένης.

ſ Id eſt, duplum & æſtimationem rei *l. 2. ff. eod. 5. Eclog. 2. ex lib 60. tit. 5. cap. 23.*

t *§. vlt. ff. eod. l. 9. ſ. de iuriſdict. l. 32. ſ. ad legem Aquiliam l. 31. ſ. de noxal. l. 3. in fin. ſ. de publican.* Notandum eſt autem hæc vera eſſe, ſi ciuiliter agatur, non ſi criminaliter, vt ex communi opinione refert Clarus 5. *ſent.* 6. *in fin.* ne delicta remaneant impunita, Boiſius *cap.* 58. *num.* 2.

noxali iudicio: nec vna æſtimatione, quam homo liber ſufferret, defungi poterit. ¶ Is autem accipitur *a* ſcire *b* qui ſcit & potuit prohibere, ſcientiam enim ſpectare debemus, quæ habet voluntatem. cæterùm ſi ſcit, prohibuit tamen, dicendum eſt vſurum edicti beneficio.

2 ¶ Si plures ſerui damnum culpa dederint, æquiſſimum eſt eandem facultatem domino dari.

3 ¶ Cum plures ſerui eiuſdem rei furtum faciunt, & vnius nomine cum domino lis conteſtata ſit, tamdiu aliorum nomine actio ſuſtineri debebit, quandiu priore iudicio poteſt actor conſequi, quantum *c* conſequeretur, ſi liber id furtum feciſſet.

2 *Iulianus*‖lib. 23. Digeſtorum.‖

ID eſt, ‖& ‖ pœnæ nomine duplum *d*, & condictionis ſimplum.

De ſeruo vendito vel manumiſſo. 1. vel legato vel donato. 2. De poſſeſſore, & de eo qui dolo deſiit poßidere.

3. *Vlpianus*"lib. 38. ad Edictum."

QVotiens tantum præſtat dominus, quantum præſtaretur, ſi vnus liber feciſſet, ceſſat cæterorum nomine actio, non tantum aduerſus ipſum, verum etiam aduerſus emptorem duntaxat, ſi fortè quis eorum qui ſimul fecerant, venerint *e*. ¶ Idêmque & ſi fuerit manumiſſus. ¶ Quòd ſi prius fuerit ablatum à manumiſſo, tunc dabitur aduerſus dominum familiæ nomine nec enim poteſt dici, quod à manumiſſo præſtitum eſt, quaſi à familia eſſe præſtitum. ¶ Planè ſi emptor præſtiterit, puto denegãdam in venditorem actionem. quodammodo enim hoc à venditore præſtitum eſt, ad quem nonnunquam regreſſus eſt ex hac cauſa: maximè ſi furti noxaque *f* ſolutum eſſe promiſit. 1 ¶ Sed an, ſi legati ſerui nomine, vel eius qui donatus eſt, actum ſit cum legatario, vel eo cui donatus eſt, agi poſſit etiam cum domino cæterorum, quæritur. quod admittendum puto.

2 ¶ Huius edicti leuamentum *g* non tantum ei qui ſeruos poſſidens condemnatus, præſtitit tantùm, quantum ſi vnus liber feciſſet, datur: verum ei quoque qui idcirco condemnatus eſt, quia dolo fecerat, quominus poſſideret.

De hæredibus furtum paßis.

4. *Iulianus*"lib. 22. Digeſtorum."

ETiam hæredibus *h* eius cui plures eiuſdem familiæ furtum fecerint, eadem actio competere debet, quæ teſtatori competebat, id eſt, vt omnes non amplius conſequãtur, quàm conſequerẽtur, ſi id furtum liber feciſſet.

De ſeruis communibus.

5. *Marcellus*‖lib. 8. Digeſtorum.‖

FAmilia communis ſciente altero furtum fecit, omnium nomine cum eo qui ſcit, furti agi poterit: cum altero, ad eum modum qui edicto comprehenſus eſt, quod ille præſtiterit *i* non totius familiæ nomine, ab hoc ſocio partem conſequetur. ¶ Et ſi ſeruus communis alterius *k* iuſſu damnum dederit, etiam quod præſtiterit alter, ſi modò cum eo quoque ex lege Aquilia, vel ex duodecim tabulis agi poteſt, repetet à ſocio: ſicut cùm communi rei nocitum eſt. Si ergo duntaxat duos habuerim ſeruos communes: cum eo, quo non ignorante factum eſt, agetur vtriuſque ſerui nomine: ſed non amplius conſequetur à ſocio, quàm ſi vnius nomine præſtitiſſet, quod ſi cum eo, quo ignorante factum eſt, agere volet, duplum tantum conſequetur. ¶ Et videamus an iam in ſocium, alterius ſerui nomine, non ſit dandum iudicium, quemadmodum ſi omnium nomine ſocius decidiſſet, niſi fortè hoc caſu ſeuerius à prætore conſtituendum eſt, nec ſeruorum conſcio *l* parcendum eſt.

De hæredibus furtum paßis.

6. *Scæuola*‖lib. 4. Quæſtionum.‖

LAbeo putat, ſi cohæres meus, quod furtum familia cuius feciſſet, duplum abſtuliſſet, me non impediri, quominus dupli agam, eoque modo fraudem edicto fieri: eſſêque iniquum *m*, plus hæredes noſtros ferre, quàm ferremus ipſi. Idem ſi defunctus minus duplo abſtulit, adhuc ſingulos hæredes rectè experiri‖Scæuola reſpondit, ‖ verius puto partes eius hæredes perſecuturos, ſed & cum eo quod defunctus abſtulit, vterque hæres non plus duplo ferat.

ARBORVM *n* FVRTIM *o* cæſarum *p*.

TIT. VII.

De lege Aquilia & duodecim tabularum.

Paulus‖lib. 9. ad Sabinum.‖

SI furtim arbores cæſæ ſint, & ex lege Aquilia *q*, & ex duodecim tabularum dãdam actionẽ *r* Labeo ait. Sed Trebatius ita vtrãq; dandã, vt iudex

a Id eſt, intelligitur.

b *l. 3. l. 4. ſ. de noxalib.*

c v. quæ notaui in fine principij huius legis, & 6. *Eclog.* 15. *c.* 2.

d *Eclog. ibid.*

e Venerit *Vulg. Hal.*

f *l. 17. ſ. de ædilitio.*

g Leuamentũ edicti beneficiũ edicti. Hoc verbum Cuiacius reſtituit, *l. 52. §. 2. in fin. ſ. pro ſocio.* vbi antea legebatur velamẽtum, ab aliis hoſtimentum, à nonnullis æquamentum, vt refert Hotom. *de vſuris* 7.

h *§. 1. Inſt. de perpetuis & temporalibus.*

i Præſtiterit non totius f. n. a. h. ſ. conſequatur. *Cuiacius 7. obſ. 1. in fin.*

k *l. 17. ſ. de noxalibus.*

l Conſilio. *Vulg. Hal.*

m Eſt iniquum vt plures hæredes ferãt quàm nos ipſi: quippe hæredes eiuſdem, atq; nos, iuris & poteſtatis cenſentur, *l. 37. ſ. de acquir. hær. l. 69. ff. de reg. iur.*

n περὶ δένδρων καὶ δενδροτομιῶν 68. *Eclog.* 16. adde 5. *Paul. ſent.* 20. (vbi malè legitur de incendiariis, pro de arboribus cæſis) & 6. *Harm.* 7. *Georgicon* περὶ δένδρων, Olden. *Claſſ.* 7.

o Furtim cædere eſt noctu cædere *Paul. 5. ſent. 20. §. vn.* Hotom. *in Cõment. ad xij. Tab.* differentiam ait eſſe inter furtim & furti cauſa cædere: in illo damnum iniuria: in hoc furtum eſſe.

p Cædere quid ſit, vide *l. 5. ff. eo.*

q *l. 5. §. 1. ff. eod. l. 13. ſ. quod vi.* adde *leg. 27. §. 7. ſ. ad legem Aquil. l. 28. § 6. ſ. de iureiur.*

r 25. aſſium ſcilicet, 17. *Plinius* 1. & 18. c. 1. ex XII. Tabulis hodie in duplum, *l. 7. in fin. ff. eod.* datur etiam interdictum quod vi aut clam: eſt & pœna extraordinaria de qua vide Paul. 5. *ſent.* 24.

bant, hoc iure minimè abuti eos debere ſuadebant: tamen nos eandem obſeruationem corrigentes, & quod ab illis ſuaſum eſt, in legis neceſſitatem transferentes, ad imitationem priſtini familiæ emptoris, meritò * nec heredi, (qui imaginem vetuſtiſſimi familiæ emptoris obtinet) neque aliis perſonis, quæ ei (vt dictum eſt) coniunctæ ſunt, licentiam concedimus, ſibi quodam modo teſtimonia præſtare, ideóque nec eiuſmodi veteres conſtitutiones noſtro Codici inſeri permiſimus.

11 ¶ Legatariis autem & fideicommiſſariis, quia non iuris a ſucceſſores ſunt, & aliis perſonis eis coniunctis teſtimonium non denegamus b, immo in quadam noſtra conſtitutione c & hoc ſpecialiter eis conceſſimus d. Et multò magis iis, qui in eorum poteſtate ſunt, vel qui eos habent in poteſtate, huiuſmodi licentiam damus.

12 ¶ Nihil autem intereſt, teſtamentum in tabulis e, an in chartis, membranísve, vel in alia materia fiat.

13 ¶ Sed f & vnum teſtamentum pluribus codicibus g conficere quis poteſt, ſecundùm obtinentem tamen obſeruationem omnibus factis. quod interdum etiam neceſſarium eſt. veluti ſi quis nauigaturus & ſecum ferre, & ‖ domi ‖ relinquere iudiciorum ſuorum conteſtationem velit, vel propter alias innumerabiles cauſas, quæ humanis neceſſitatibus imminent.

14 ¶ Sed hæc quidem de teſtamentis, quæ ſcriptis conficiuntur, ‖ ſufficiunt ‖. ſi quis autem ſine h ſcriptis voluerit ordinare iure ciuili teſtamentum ſeptem teſtibus adhibitis, & ſua voluntate coram eis nuncupata, ſciat hoc perfectiſſimum teſtamentum iure ciuili, firmúmque conſtitutum.

DE i MILITARI TESTAMENTO.

TIT. XI.

SVPRA dicta diligens obſeruatio in ordinandis teſtamentis militibus propter nimiam imperitiam k eorum, conſtitutionibus ‖ principalibus l ‖ remiſſa eſt. Nam quamuis ij neque legitimum numerum teſtium adhibuerint, neque aliam teſtamentorum ſolennitatem obſeruauerint; rectè m nihilominus teſtantur, videlicet cùm in expeditionibus occupati ſunt: quod meritò noſtra n conſtitutio introduxit. Quoquo o enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiue ſcripta, ſiue ſine ſcriptura: valet teſtamentum ex voluntate eius. Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum neceſſitatem in aliis locis vel ſuis ædibus p degunt; minimè ad vendicandum tale priuilegium adiuuantur: ſed teſtari quidem, etſi filijfamiliarum ſint, propter malitiam conceduntur: iure tamen communi eadem obſeruatione & in eorum teſtamentis, adhibenda, quam in teſtamentis paganorum proximè expoſuimus.

1 ¶ Planè de teſtamentis militum diuus Traianus Catilio q Seuero ita reſcripſit. Id priuilegium, quod militantibus datum eſt, vt quoquo modo facta ab his teſtamenta, rata ſint: ſic intelligi debet, vt vtique prius conſtare debeat, teſtamentum factum eſſe, quod & ſine ſcriptura & à non militantibus fieri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc r hominibus vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita loquutus eſt, vt declararet, quem vellet ſibi heredem eſſe, & cui libertatem tribueret: poteſt videri ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus, & voluntas eius rata habenda eſt. Cæterùm ſi (vt plerumque ſermonibus fieri ſolet) dixit alicui, *ego te heredem facio*, aut, *bona mea tibi relinquo*: non oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec ſ vllorum magis intereſt, quam ipſorum, quibus id priuilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti. Alioqui non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent, qui adfirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona cui viſum ſit; & per hoc vera iudicia ſubuerterentur.

2 ¶ Quinimò & mutus & ſurdus t miles teſtamentum facere poteſt u.

3 ¶ Sed hactenus hoc illis à principalibus conſtitutionibus conceditur, quatenus militant, & in caſtris degunt. Poſt miſſionem verò veterani, vel extra caſtra ‖ alij ‖, ſi faciant adhuc militantes teſtamentum, communi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent. Et quod in caſtris fecerint teſtamentum, non communi iure, ſed quomodo voluerint: poſt miſſionem intra annum tantùm valebit. Quid ergo ſi intra annum quis deceſſerit, conditio autem heredi adſcripta, poſt annum extiterit, an quaſi militis teſtamentum valeat? Et placet, valere quaſi militis.

4 ¶ Sed & ſi quis ante x militiam non iure fecit teſtamentum, & miles factus & in expeditione degens reſignauit illud & quædam adiecit, ſiue detraxit, vel aliàs manifeſta eſt militis voluntas hoc valere volentis: dicendum eſt valere hoc teſtamentum, quaſi ex noua militis voluntate.

a vniuerſi, ſed particularis tantum. Non ſunt etiam principaliter ſucceſſores ſed ex conſequentia & per alium tantum, id eſt per heredem. Mercede quoque nonnulla legatarij ſuerunt pronocandi, ne alioquin paſſim tabulæ teſtibus deſtituerentur, *Vlp. ex l.14. ff. de rebus dub.*
b etiam in nuncupatiuo, *Vulg.*
c quæ fuit in priori Cod.
d confirmata, *l.10. in pr. ff. eo. l.22. C. eo* forte ob interpretum calumnias idem ſæpius inculcari oportuit, *Vigl.*
e *v. l.3. in fi. C. eo.* an & notis? *v. Nouell. 107. c.1.*
f *l.27. ff. eo.*
g *l.47. ff. de legat.2.*
h per nuncupationem: de quo *v. l.21. §. per nuncupationem, C. de teſt.*
i *29 ff.1. & 6.C. 21.*
k *Tacit. in Agricola.*
l Iulij, Titi Domitiani, Neruæ, Traiani, l.1. ff. eo.
m ritè, *Cui.*
n *l. pen. C. eod.*
o *v. l.1. in pr. ff. eodem.*
p ſedibus vel ſedetis, *v. l.18. C. de Epiſc. aud.*
q *l.24. ff. eo*
r Duobus ſaltem *l.12. ff. de teſtib.* An hoc neceſſarium eſt? negat contra communem Viglius niſi conſtet militem conuocatis hominibus teſtari voluiſſe, *vt hic.* alioquin ſufficere ſi teſtetur vel vno teſte præſente, *Th. hic pr.*
ſ *l.24. in fin ff. eod.*
t ſimul, non autem natura, vt Accurſ. putat, (ob id enim dimittebantur, *l.4 ff eo.* vt ſacramenti præſtandi, imperij, claſſici audiendi atque petendæ factionis teſtamenti à principe incapax) ſed ex accidenti, & quidem ſcribendi ignarus.
u Nutu vel ſignis miles teſtari ex hac conſtitutione poteſt reliqui non milites hoc beneficium ſpecialiter à principe tenentur petere, *l.7 ff. qui teſta.*
x *l.9 in fin. l.28. §.1. ff. eo.*

5 ¶ Denique & ſi in a adrogationem datus fuerit miles, vel filius familias emancipatus eſt, teſtamentum eius quaſi ex noua militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.

6 ¶ Sciendum tamen eſt, quod cum ad exemplum caſtrenſis peculij, tam anteriores b leges, quam principales conſtitutiones c quibuſdam d quaſi caſtrenſia dederant peculia, & horum quibuſdam permiſſum fuerat, etiam in poteſtate degentibus teſtari; noſtra ‖ id ‖ conſtitutio e latius extendens, permiſerit omnibus in huiuſmodi peculiis teſtari quidem, ſed iure communi. Cuius conſtitutionis tenore perſpecto licentia eſt, nihil eorum, quæ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

QVIBVS f NON EST PERMISSVM facere Teſtamentum.

TIT. XII.

NON tamen omnibus licet facere teſtamentum. Statim enim ij, qui g alieno iuri ſubiecti ſunt, teſtamenti faciendi ius non habent adeo quidem, vt quamuis parentes eis permiſerint, nihilo magis iure teſtari poſſint h: exceptis iis, quos antea enumerauimus: & præcipuè militibus, qui in poteſtate parentum ſunt, quibus de eo quod in caſtris adquiſierunt, permiſſum eſt ex conſtitutionibus i principum teſtamentum facere. Quod quidem ius ab initio tantum militantibus datum eſt, tam ex auctoritate diui Auguſti, quam Neruę, nec non optimi Imperatoris Traiani: poſtea verò ſubſcriptione diui Hadriani etiam dimiſſis à militia, id eſt veteranis conceſſum eſt. Itaque ſi quidem fecerint de caſtrenſi peculio teſtamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerunt: ſi verò inteſtati deceſſerint nullis liberis vel fratribus ſuperſtitibus, ad parentes eorum iure communi k pertinebit. Ex hoc intelligere poſſumus, * quod in caſtris adquiſierit miles qui in poteſtate patris eſt, neque ipſum patrem adimere poſſe, neque patris creditores id vendere l, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune m eſſe: ſed ſcilicet proprium eius eſſe, qui id in caſtris adquiſierit, quanquam iure ciuili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac ſeruorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis quæ ex ſacris conſtitutionibus, & præcipuè noſtris propter diuerſas cauſas non adquiruntur. Præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium vel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filiusfamilias teſtamentum fecerit, inutile eſt, licèt ſuæ poteſtatis factus deceſſerit.

1 ¶ Præterea n teſtamentum facere non poſſunt * impuberes p: quia nullum eorum animi iudicium eſt.

¶ Item furioſi q: quia mente carent. Nec ad rem pertinet, ſi impubes, poſtea pubes: aut furioſus, poſtea compos mentis factus fuerit, & deceſſerit. Furioſi autem ſi per id tempus fecerint teſtamentum, quo furor eorum intermiſſus r eſt, iure teſtati eſſe videntur ſ: certè eo, quod ante furorem fecerint, teſtamento valente: Nam neque teſtamentum rectè factum, neque vllum aliud negotium rectè geſtum, poſtea furor interueniens perimit.

2 ¶ Item prodigus t cui bonorum ſuorum adminiſtratio interdicta u eſt, teſtamentum facere non poteſt: ſed id, quod ante fecerit, quàm interdictio bonorum ſuorum ei fiat, ratum eſt.

3 ¶ Item x ſurdus y & mutus non ſemper teſtamentum facere poſſunt. Vtique autem de eo ſurdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tardè exaudit; nam & mutus intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tardè loquitur. ſæpe enim etiam literati & eruditi homines variis caſibus & audiendi & loquendi facultate inamittunt. Vnde noſtra z conſtitutio etiam his ſubuenit, vt certis caſibus & modis ſecundum normam eius poſſint teſtari, aliáque facere, quæ eis permiſſa ſunt. Sed ſi quis poſt teſtamentum factum, aduerſa valetudine, aut quolibet alio caſu mutus aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus manet eius teſtamentum.

4 ¶ Cæcus autem non a poteſt b facere teſtamentum niſi per obſeruationem quam lex c diui Iuſtini patris noſtri introduxit.

5 ¶ Eius, qui apud hoſtes eſt d, teſtamentum, quod ibi fecit, non † valet, quamuis redierit. ſed quod dum in ciuitate fuerat, fecit: ſiue redierit, valet iure poſtliminij: ſiue illic deceſſerit, valet ex lege Cornelia.

DE EXHEREDATIONE e liberorum.

a *v. l.22. ff. eod.*
b *v. l.1. §.6. ff. ad Treb.*
c *v. l.37. C. de adſiſſ.*
d *de quib. v. l. vlt. C. de inoff.*
e *v. l. vlt. C. de inoffic.*
f *28. §.1. & 6. C.22.*
g *l.6. l.16 ff. eo. l.3 C. eo.*
h Cur magis donare poſſunt? *l.2. 5 ff. de mortis cauſa.* An quod teſtamentum magis ſolenne, ac publici iuris eſt, & ideo ex alieno arbitrio pendere non debet? An quod filiifamilias nullam hereditatem nullámve familiam habent, quam transferant? aut potiùs quod hereditatem pacto transferre ſit inciuile, donare patris iuſſu non æquè?
i Filiusfamilias iure ciuili nulla de re teſtari poteſt, ſed conſtitutionibus.
k olim quaſi peculium *l.2. ff. de caſtrenſi.* hodie iure ſucceſſionis. *Nou. 118. c.2.*
*
l *C. ne filius pro patre.*
m *v. l.1. §. nec caſtrenſe, ff. de collat. bon.*
n Teſtamentum facere impuberes ſeu pupilli non poſſunt, *vt hic & l.5. ff. eod.* quod olim remiſſum pupillis tribunis militum, *l. vlt. C. de teſt. milit.* & pupillis cœlibatum profitentib. *teſte Sozomen & Niceph.*
o *v. l.5. ff. eo.*
p Impuberes autem hic eſſe deſinunt maſculi poſt completum 14. fœminæ poſt 12. annum completum, *l.5. ff. eo. vbi dixi.*
q *v. l.16. ff. eo. 2. Caius 2. §.4. Paul. 3. ſent. 3. §.5.*
r v. quæ ſcripſi ad *l.1 §.10. ff. ſi quadrupes.*
ſ In teſtamento Tuditani inſani, Centum viri, magis quid ſcriptum eſſet, quam quis ſcripſiſſet, ſpectarunt, *7. Valer. 8.*
t *v. l.15. ff. eo.*
u Interdictionis formam, *v. apud Paul. in 1. ſent. 4. §.6.*
x Hoc Ius quodammodò mutatum eſt conſtitutionis *Leonis 39.*
y *l.6. §.1. l.7 ff. eo.*
z *l.10. C. eo.*
a vt olim 3. Paul. 4. §.4. v. quæ not. ad *Nou. Leon. 69.* b Poteſt autem: quia accire poteſt adhibitos teſtes, & audire ſibi teſtimonium perhibentes, *Paul. illo loco.* c *l.8. C. eo.* d obſidis, vel captiui non legati, *l.8. l.11. l.13. §.1 ff. eo. Paul. 3. ſent. 4. §.8.* † Valet & *Nou. Leon. 9.* d *28 ff. 2. & 6. C. 28. 29. & eius cauſis Nouell. 15. c. 32. Caius 3.*

TIT.

in poſteriore deducat id quod ex prima conſecutus ſit, & reliquo condemnet eum.

De pœna latronum.

2 *Gaius*‖lib. 1. ad legem duodecim tabularum.‖

SCiendum eſt autem eos qui arbores *a*, & maximè vites *b* ceciderint, "etiam *c*" tãquam *d* latrones puniri.

De his quæ arboris appellatione continentur.

3. *Vlpianus*‖lib. 42 ad Sabinum.

VItem *e* arboris appellatione contineri plerique veterum exiſtimauerunt. 1 ¶ Hederæ quoque *f*, & harundines, arbores non malè dicentur.

2 ¶ Idem de ſaliſtero *g* dicendum eſt.

3 ¶ Sed ſi quis ſaligneas virgas inſtituendi ſalicti cauſa defixerit, hæque, antequam radices coegerint *h*, ſuccidantur, aut euellantur: rectè Pomponius ſcripſit, non poſſe agi de arboribus ſuccisis: cum nulla *i* arbor propriè dicatur, quæ radicem non conceperit.

4 ¶ Quòd ſi quis ex ſeminario *K*, "id eſt," ſtirpibus *l* arborem tranſtulerit, eam, quamuis nondum comprehenderit *m* terram, arborem tamen videri Pomponius libro nonodecimo ad Sabinum probat.

5 ¶ Ideo ea quoque arbor eſſe videtur, cuius radices deſinent viuere: quamuis adhuc terra contineatur. quam ſententiam Labeo quoque probat.

6 ¶ Labeo etiam eam arborem rectè dici putat, quæ *n* ſubuerſa à radicibus, etiam nunc reponi poteſt: aut "quæ" ita tranſlata eſt, vt poni poſſit. 7 ¶ Stirpes *o* oleæ arbores eſſe magis eſt: ſiue iam egerunt radices, ſiue nondum. 8 ¶ Omnium igitur harum arborum, quas enumeramus, nomine agi poterit *p*.

4. *Gaius*‖libro ad legem 12. tabularum.‖

CErtè non dubitatur, ſi adhuc adeo tenerum ſit, vt herbæ *q* loco ſit, nõ debere arboris numero haberi.

Quid ſit cædere, cingere, ſubſecare. 1. De cauſa huius actionis. 2. De vſufructuario. 3. De fundo vectigali.

5. *Paulus*‖lib. 9. ad Sabinum.‖

CÆdere *r* eſt, non ſolum ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi cauſa. ¶ Cingere *ſ* eſt deglabrare *t*: ſubſecare *u* eſt ſubſecuiſſe. non enim poterat cæcidiſſe intelligi, qui ſerra ſecuiſſet. 1 ¶ Eius actionis eadem cauſa eſt, quæ eſt legis Aquiliæ *x*. 2 ¶ Is cuius vſusfructus eſt in fundo, hanc actionem non habet *y*.

3 ¶ Qui autem fundum vectigalem "*z* habet, hanc actionem habet, ſicut aquæ pluuiæ arcendæ actionem, & finium *a* regundorum.

De pluribus delinquentibus. 1 De arbore communi. 2. Si arbor in vicini fundum radices porrexerit.

6. *Pomponius*‖lib. 20. ad Sabinum.‖

SI plures eandem arborem furtim cæciderint, cum ſingulis *b* in ſolidum agetur,

1 ¶ At ſi eadem arbor plurium fuerit, vniuerſis dumtaxat vna, & ſemel pœna præſtabitur.

2 ¶ Si arbor in vicini fundum radices porrexit, recidere eas vicino non licebit: agere autem licebit. non eſſe eius *c*, ſicuti tignum aut protectum immiſſum habere. ¶ Si radicibus *e* vicini arbor aletur, tamen eius eſt, in cuius fundo origo *d* eius fuerit.

Qui ſit furtim cædere. 1. De furto, 2. De arbore radicitus euulſa, vel extirpata. 3. De parte cæſa. 4. De eo qui per ſe vel per alium fecit. 5. De ſeruo cædente. 6. Qualis ſit hæc actio. De eius tempore. De ſucceſſoribus. 7. Quid venit in hanc actionem.

7. *Vlpianus*‖lib. 38. ad Edictum.‖

FVrtim cæſæ arbores videntur, quæ ignorante *a* domino, celandique eius cauſa cæduntur.

1 ¶ Nec eſſe hanc furti actionem ſcribit Pedius: cum & ſine furto *b* fieri poſſit vt quis arbores furtim cædat.

2 ¶ Si quis radicitus arborem euellerit *c*, vel extirpauerit, hac actione non tenetur. neque enim vel cædit, vel ſuccidit, vel ſubſecuit: Aquilia tamen tenetur, quaſi ruperit *d*. 3 ¶ Etiam ſi non tota arbor cæſa ſit, rectè tamen agetur, quaſi cæſa. 4 ¶ Siue autem quis ſuis *e* manibus, ſiue dum imperat ſeruo arbores cingi *f*, ſubſecari, cædi, hac actione tenetur. Idem & ſi libero imperet. 5 ¶ Quòd ſi ſeruo ſuo non præceperit dominus, ſed ipſe ſua voluntate id admiſerit, Sabinus ait competere noxale *g*, vt in cæteris maleficiis. quæ ſententia vera eſt. 6 ¶ Hæc actio etiam ſi pœnalis ſit, perpetua *h* eſt. ſed aduerſus heredem non datur heredi, cæteríſque ſucceſſoribus dabitur.

7 ¶ Condemnatio autem eius duplum *i* continet.

1. Quid ſi furtim cædere. 2. De concurrentibus actionibus. 3. De rei & domini ſcientia.

8. *Paulus* ‖lib. 39. ad Edictum.‖

FAcienda æſtimatione, quanti *k* domini interſit non lædi, ipſarumque arborum pretium deduci oportet, & eius quod ſupereſt, fieri æſtimationem *l*.

1 ¶ Furtim arborem cædit, qui clam *m* cædit.

2 ¶ Igitur ſi ceciderit, & lucri faciendi cauſa contrectauerit, etiam furti tenebitur lignorum cauſa, & condictione, & ad exhibendum. 3 ¶ Qui per vim ſciente *n* domino cædit, non incidit in hanc actionem.

De colono cædente.

9. *Gaius* "lib. 13. ad Edictum prouinciale."

SI colonus *o* ſit qui cæciderit arbores, etiam *p* ex locato cum eo agi poteſt, plane vna actione contentus *q* eſſe debet actor.

Quot ſunt arbores.

10. *Iulianus* lib. 3. ex Minicio.

SI gemina *r* arbor eſſet, & ſupra terram iunctura *ſ* eius emineret, vna arbor videtur eſſe, ſed ſi id, qua iungeretur: non exſtaret, totidem arbores ſunt, quot ſpecies earum ſupra terram eſſent.

De concurrentibus actionibus.

11. *Paulus* "lib. 22. ad Edictum."

SEd ſi *t* de arboribus cæſis‖ex‖lege Aquilia actum ſit, interdicto Quod vi aut clam, redditio abſoluetur, ſi ſatis prima condemnatione grauauerit reum, manente nihilominus actione ex lege duodecim tabularũ.

De agro vendito.

12. *Iauolenus* "lib. 15. ex Caſſio."

QVi agrum vendidit *u*, nihilominus furtim arborum cæſarum agere poteſt *x*.

VI *y* BONORVM RAPTORVM *z*, "& de turba *a*."

TIT. VIII.

De concurrentibus actionibus.

Paulus "lib. 22. ad Edictum."

QVI rem rapuit, & furti *b* nec manifeſti tenetur in duplum, & vi bonorum raptorum in quadruplum: ſed ſi *c* ante actum ſit vi bonorum raptorum, deneganda eſt furti. ſi antè furti actum eſt, non eſt illa deneganda, vt tamen id quod *d* amplius in ea eſt conſequatur.

¶ *Prius Edictum de bonis Vi raptis. 1. De vi & de lege Iulia. 2. De dolo. 4. De hominibus coactis. 6. De vno homine coacto. 7. Si vnus damnum dederit. 8. De vi & de dolo. 9. De damno clandeſtino. De vi. De eo quod ſolus admiſit. De dolo. 10. De concurrentibus actionibus. 11. De vna re rapta. 12. De eo quod cogens, vel coactus admiſit. 13. De quadruplatione intra annum. 14. De familia. 17. De nomine huius actionis. 18. De dolo. De eo*

a frugiferas, *Paulus ibidem.* An & ſi infrugiferas? ſic videtur. v. *Paul. 2. ſent. 3. §. 21. Ibi,* qualibet arbores nam & arborum nomine comprehenditur ſalix & hedera, l. 3. §. 8. j. *eod.*
b 5 *Feudorum* 10: *in fin.* maximè nouellas. Seruius ad illum verſum Vergilij, *Ecloga* 3. Atque mala vites incidere falce nouellas. adde *Ecl.* 3.
c non tantum velut fures.
d *Ecl. ibid. cap.* 27. *Harm.* 7. Ideoque cum latroni vita adimatur, *No.* 134. conſtat capitale eſſe, vites cædere. huc poteſt referri quod ſcribit Harmenop. 6. *tit.* 7. ei qui abſque iuris authoritate litis cauſa, vitem aut aliam quamuis arborem inciderit, manum amputari: & quod *Paul.* 5. *ſent.* 20. refert de damnatione ad opus publicum, & relegatione.
e *Eclog. ibid. l.* 1. §. 3. ſ. *de arbor. cæden.* hinc 14. *Plin.* 1. ſcribit vites iure apud priſcos magnitudine inter arbores numerari ſolitas.
f *Eclog. ibid.*
g de ſalicto *Vulg. Hal. v. Ecl. ibidem. Harm ibid.*
h *al.* egerint, *al.* coierint.
i Arbor non eſt quod nondum radices egit, non eſt etiam arbor cuius radices exaruerũt, quamuis adhuc ſtet *Ecl. ibi. Harm ibid.*
k Seminarium eſt locus in quo nouellæ plantæ adoleſcunt, v. l 9. §. 6. ſ. *de vſufr. l.* 3. ſ. *de impenſis.* Qui vineam vel arbuſtum conſtituere vult, ſeminaria prius facere debet. v. Columellam *lib. de arboribus c.* 1 & 5. *de re ruſtic c.* 9. l l. 7. §. 2. j. *eod.*
m Comprehendere terram arbor dicitur quæ terræ coaleſcit.
n Arbor radicitus euulſa ſi plantari poteſt, arbor eſt, *Harm. ibid. Ecl. ibid.*
o Oleæ ſtirpem incidens (etiam ſi ea radices non egit) arborum furtim cæſarum actione tenetur, *vt hic* Quod ſpeciale eſt in olea. Cur ita? fortè ob eximium fructum, & miram ſerendi diligentiam & ſcrobis ſubigendi, quem vel anno, antequam taleã deponant, id eſt, ſine radice truncum, præparant vt ſole & pruina fiat putris, quæ tota impenſa perit mox, trunco cæſo. De taleis oleaginis ſerendis v. Cat. *libris de re ruſtica.* p qua actione? arborum furtim cæſarum. q *Ecl. ibid.*
r nota hæc verba, cædere, cingere, ſecare. de quibus *v. Ecl. c.* 4. cædere non eſt ſecare. ſed crebris ictibus vel ſecuri vel aſcia ſuccidere, ſed & ferire & vulnerare in eorũ vel parte. ſ id eſt, diſcingere, Cuiac. 9. *obſ.* 12. Hotom. *in comm. ad reges* 12. *Tabul.* legit ſtringere. *cingendi* verbo vtitur iuriſconſultus, *in l.* 29. *ſupr. locat.* cingere eſt in orbem decorticare, quòd arbores necat 17. *Plin.* 14.
t Deglabrare, ſuperſecare, ſuccidere, eſt ſecuri ſecare. *Hotoman. ad illam legem* 12. *Tab.* vt qui alienas arbores, &c. Subſecare, eſt ſerra ſecuiſſe, *Vulg.* Deglabrare denique arborem, eſt glabram facere u id eſt, ſecare. Ictibus cædimus, ſerris ſecamus, aliud eſt ſecare, aliud cædere *v. Cuiac.* 9. *obſ.* 12. x l. 1. *ſup. eod.*
y Imo habet, l. 13. ſ. *quod vi aut clam.* z *l.* 23 §. 1. ſ. *de aqua & aquæ,*
a l. 4. *parag* 9. *ſup. finium regundorum.*
b *Ecl. ibid. c.* 5. *Harm.* 6. *tit.* 7 *in fi.* adde l. 51. *in fin.* ſ. *ad l. Aquil.*
c Ita in Pandectis Florentinis pro *ei eius*: idque priſco more, quo coaleſcentibus in vnum exterioribus dictionum antecedentium & ſequentium primis ſyllabis, vnũ plerumque verbum duorum vice fungebatur: ſic cuius pro cui ius *in l.* 163. j. *de reg. iur.* alterius pro alteri ius, *vt in* l. 9. *ſup. de liberat. legat.*
d Quamuis radices arboris ex alio agro alentur, *Græci, v. Ecl. ibid. &* Briſſonium *in pareg. c.* 6. *l. vlt ſup. quod vi, l.* 7 *in fi. ſup. de acq. l.* 21. §. 9. *ſup. de furtis.* §. 31. *Inſt. de rer. diuiſ.* e Originem ſuam arbor ſequitur, *v. Hotom.* 9. *obſ.* 10.

p l. 28. §. 6. ſ. *de iureiur. l.* 25. §. 5. ſ. *locati.* q l. 17. *in fi.* ſ. *com. l.* 34.
r *Ecl. ib. c.* 9. ſ iunctura arboris eſt id qua iungitur. t l. 9. *inf.*
u facit l. 5. *in fi. ſup. de ſeruo corrupto: l.* 1. § 24. *de aqua quotidiana*
aut clam. l. 56. ſ. *de obl. l.* 29. j. *de iniur.* x Imo non poteſt, l. 6. §. 4.
y Cuiac. *hic* putat hunc titulum integriorem fore, ſi ex l. 195 §. 3.
ſign. ita conceptus fuerit de hominibus coactis, vi bonorum raptorum
Cæterum huic titulo ſunt affines tituli quod metus cauſa: de vi &
vi aut clam ſ. & vi publica & priuata, j. *eod.* Eſt & præterea notan
referri edicta, vnum in l. 2. alterum in l. 4. j. *eo.* z 4 *Inſt.* 8 9. *C.* 15.
παγὰς ἐξ ἐφόδου ποιούντων, 60. *Ecl.* 17. v. praxim huius actionis apud
tit. 9. adde 5. *Extra.* 17. Boſſium *tit.* 12. *de rapinis.* raptor à fure diſtat
ille vi: his interdum non manifeſtus, ille ſemper l. 80. §. 3. ſ. *de furt.*
trarium videtur quod extat 60. *Ecl.* 17. *c.* 1. Raptor fur eſt improbus
quod met. cauſa, ſunt & aliæ differentiæ, de quibus *v.* j. *eo.* a l. 4. §.
per turbam fiunt *Paul.* 5. *ſent.* 3. *l.* 11. j *de vi publica.* b Aduerſus ra
teſt vel in duplum, perinde ac aduerſus non manifeſtum furem vel
60. *Ecl.* 17. *c.* 1. c l. 88. *ſup. de furt.* d l. 15. *ſup. quod met. cauſa.*

qui

SGCB2021

qui rem ſuam vel ſibi obligatam rapuit. 19. *De impubere.* 20. *publicano.* 21. *De pecore abducto, & incluſo.* 22. *De his quæ ſunt in bonis, vel ex bonis.* 23. *Collatio huius & furti actionis. De depoſito & eo cuius intereſt.* 25. *De rebus emtis à fugitiuo.* 26. *De concurrentibus actionibus.* 27. *De ſucceſſoribus.*

2. *Vlpianus*‖lib. 56. ad Edictum.‖

PRætor ait: *Si cui dolo malo* a, *hominibus coactis damni quid factum eſſe dicetur ſiue cuius bona* b *rapta eſſe dicentur* c, *in eum qui id feciſſe dicetur* d *iudicium dabo. Item ſi ſeruus* e *feciſſe dicetur, in dominum iudicium noxale* f *dabo.*

1 ¶ Hoc edicto contra ea quæ vi committuntur, conſuluit prętor. nam ſi quis ſe vim paſſum docere poſſit, publico iudicio de vi g poteſt experiri: neque h debere publico iudicio priuata actione præiudicari quidam putant. Sed vtilius viſum eſt, quamuis præiudicium legi Iuliæ de vi priuata fiat, nihilominus i tamen non eſſe denegandam actionem eligentibus priuatam perſecutionem. 2 ¶ Dolo autem malo facere poteſt, quod edictum ait, non tantùm is qui rapit, ſed k & qui præcedente conſilio, ad hoc ipſum homines colligit l armatos, vt damnum det, bonáve rapiat.

3 ¶ Siue igitur ipſe quis cogat homines, ſiue ab alio m coactis vtitur ad rapiendum, dolo malo facere videtur. 4 ¶ Homines coactos accipere debemus ad hoc coactos, vt damnum daretur. 5 ¶ Neque additur, quales homines, qualeſcunque, ſiue liberos, ſiue ſeruos.

6 ¶ Sed & ſi vnus n homo coactus ſit, adhuc o dicemus homines coactos. 7 ¶ Item ſi proponas ſolum p damnum dediſſe, non puto deficere verba. hæc q enim quod ait *hominibus coactis*, vt ſiue ſolus vim fecerit, ſiue etiam hominibus coactis, "ſic accipere debemus, etiam hominibus coactis," vel armatis, vel inermibus, hoc edicto teneatur. 8 ¶ Doli mali mentio hic r & vim in ſe habet. nam qui vim facit, dolo malo facit. non ſ tamen qui dolo malo facit, vtique & vi facit. ita dolus habet in ſe & vim, & ſine vi ſi quid callidè admiſſum eſt, æquè continebitur. 9 ¶ *Damni* prætor inquit. Omnia ergo damna continet, & clandeſtina? Sed non puto clandeſtina, ſed ea quæ violentiæ permixta ſunt. etiam quis rectè definiet, ſi quid ſolus admiſerit quis non vi, non contineri hoc edicto: & ſi quid hominibus coactis, etiam ſi ſine vi, dummodò dolo ſit admiſſum, ad hoc edictum ſpectare. 10 ¶ Cæterùm neque furti actio, neque legis Aquiliæ, contributæ ſunt in hoc edicto: licet interdum communes ſint cum hoc edicto. nam Iulianus ſcribit eum qui vi rapit, furem eſſe improbiorem t. & ſi quid damni coactis hominibus dederit, vtique etiam Aquilia poterit teneri.

11 ¶ *Vel cuius bona rapta eſſe dicuntur.* quod ait prætor *bona rapta*, ſic accipiemus, etiamſi vna u res ex bonis rapta ſit. 12 ¶ Si quis non homines ipſe coëgerit, ſed inter coactos ipſe fuerit, & quid aut rapuerit, aut damni dederit, hac actione tenetur. ¶ Sed vtrum hoc ſolum contineat edictum, quod dolo malo hominibus à reo coactis damnum datum ſit, vel raptum: an verò quod dolo malo rei x raptum, vel damnum datum ſit, licet ab alio homines ſint coacti, "quæritur." Et melius eſſe dicitur, etiam hoc contineri, vt omnia hæc contineantur, & quod ex coactis ab alio y damnum datum ſit z. vt & is qui coëgit, & ſi a qui coactus eſt, contineri b videatur. 13 ¶ In hac actione intra annum vtilem verum c pretium rei quadruplatur, non etiam quod intereſt. 14 ¶ Hæc actio etiam familiæ nomine competit, non impoſita neceſſitate oſtendendi qui ſunt ex familia homines qui rapuerunt, vel etiam damnum dederunt. Familiæ autem appellatio ſeruos d continet: hoc eſt, eos qui in miniſterio ſunt, etiam ſi liberi eſſe proponantur, vel alieni bona fide nobis ſeruientes.

15 ¶ Hac actione non puto poſſe actorem ſingulorum ſeruorum nomine agere aduerſus dominum eorũ: quia ſufficit dominum ſemel quadruplum offerre.

16 ¶ Ex hac actione noxæ deditio non totius familiæ, ſed eorum tantum, vel eius qui dolo feciſſe comperietur fieri debet. 17 ¶ Hæc actio vulgò tibi a *Bonorum raptorum*, dicitur. 18 ¶ Hac actione is demum tenetur, qui dolum b malum adhibuit. Si quis igitur ſuam c rem rapuit, vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, ſed aliter multabitur. ¶ Sed & ſi quis fugitiuum ſuum, quem bona fide aliquis poſſidebat, rapuit: æquè hac actione non tenebitur, qua d rem ſuam aufert.

¶ Quid ergo ſi ſibi obligatam e? Debebit teneri.

19 ¶ Vi bonorum raptorum actio in impuberem, qui doli mali capax non f eſt, non dabitur, niſi ſeruus ipſius, vel familia eius admiſiſſe proponantur: & ſerui, & familiæ nomine, noxali g vi bonorum raptorum actione tenetur. 20 ¶ Si publicanus h pecus meum abduxerit, dum putat contra legem vectigalis aliquid à me factum, quamuis errauerit i, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non poſſe, Labeo ait: ſanè k dolo caret. ſi tamen ideo incluſit ne paſcatur, & vt fame l periret, etiam vtili lege Aquilia. 21 ¶ Si per vim abductum pecus incluſerit m quis, vtique vi bonorum raptorum conueniri poterit. 22 ¶ In hac n actione o non vtique ſpectamus rem in bonis p actoris eſſe, ſiue in bonis ſit, ſiue non ſit: "ſi" tamen q ex bonis ſit, locum hæc actio habebit. ¶ Quare ſiue commodata res ſit, ſiue locata, ſiue etiam pignorata proponatur, ſiue depoſita apud me, "ſic" vt interſit mea eam non auferri, ſiue bona fide à me poſſideatur, ſiue vſumfructum in ea habeam, vel quod aliud r ius, *vt interſit mea non rapi*, dicendum eſt competere mihi hanc actionem, vt non dominium accipiamus, ſed illud ſolum ex bonis meis, hoc eſt, ex ſubſtantia mea, res ablata eſſe proponatur.

23 ¶ Et generaliter ſ dicendum eſt, ex quibus cauſis furti mihi actio competit in re clam facta, ex iiſdem cauſis habere me hanc actionem. ¶ Dicet aliquis: atquin ob rem depoſitam furti actionem non habemus? Sed ideo addidi *ſi interſit noſtra non eſſe raptam*. nam & furti actionem habeo t. 24 ¶ Si in re depoſita culpam quoque repromiſi, vel u pretium depoſitionis non quaſi mercedem x accepi, vtilius dicẽdum eſt, etſi ceſſet actio furti ob rem depoſitam, eſſe tamen vi bonorum raptorum actionem: quia non y minima differentia eſt inter eum qui clam facit, & eum qui rapit: cùm ille celet ſuũ delictum, hic publicet. & crimen etiam publicum admittat. ¶ Si quis igitur intereſſe ſua vel modicè z docebit a, debet habere vi bonorum raptorum actionem.

25 ¶ Si fugitiuus meus quaſdam res, inſtruendi ſui cauſa emerit b, eæque raptæ ſint, quia in bonis meis hæ ſunt "res", poſſum de his vi bonorum raptorum actione agere. 26 ¶ Rerum raptarum nomine, etiam furti c, vel damni iniuriæ, vel condictione agi d poteſt, vel certè ſingulæ res vindicari poſſunt.

27 ¶ Hæc actio heredi, cæteriſque ſucceſſoribus dabitur. ¶ Aduerſus heredes autem, vel e cæteros ſucceſſores non dabitur: quia f pœnalis actio in eos non datur. ¶ An tamen in id quod locupletiores g facti ſunt, dari debeat, videamus? Et ego puto ideo prætorem non h eſſe pollicitum in heredes in id quod ad eos peruenit, quia putauit ſufficere condictionẽ i.

De ſeruo qui rapuit manumiſſo.

3. *Paulus*‖libro 54. ad Edictum.‖

SI ſeruus rapuerit, & cum libero agatur, etiam ſi cum domino experiundi poteſtas fuit, non rectè cum manumiſſo poſt annum k agetur, quia cum quocunque experiundi poteſtas fuerit, excluditur actor. & ſi cum domino intra annum actum ſit, deinde cum manumiſſo agatur, rei iudicatæ exceptionem nocere Labeo ait.

Alterum edictum de turba. 1. *Argumentum edicti.* 2. *turba vox vnde dicatur.* 3. *quomodo accipiatur, & quid differat à rixa.* 4. *De eo qui damnum dedit, vel dolo fecit vt damnum daretur.* 5. *De eo qui in turba auctor fuit damni dandi.* 6. *collatio huius edicti & ſuperioris.* 11. *Qualis ſit hac actio, & quid in eam veniat.* 12. *quid docere actor debet.* 13. *De ſeruo pulſato vel verberato.* 15. *Si ſeruus aut familia deliquerit.* 16 *De ſucceſſoribus.*

4. *Vlpianus*"lib. 56. ad Edictum."

PRætor ait, *Cuius dolo malo in turba* l *damnum* m *quod factum eſſe dicetur, in eum in anno quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit in duplum: poſt annum in ſimplum iudicium dabo.* 1 ¶ Hoc edictum de eo damno proponitur quod quis in turba dedit.

a vulgò vi bonorum, *Vulg. Hal.*
b *in pr.* ſ. *eo.* §. 1. *Inſt. eo.*
c *Eclog.* 51. adde *l.* 21. §. 4. ſ. *de furtis*
d quia rem ſuam, *Vulg. Hal.*
e *l.* 3. *C. eo.*
f Impubes admodum qui non proximus pubertati, dolive mali non capax) vi bonorum raptorum non tenetur, *vt hic*: ſed nec furti, l. 23. ſ. *de furtis.* falſi, l. 22. ſ. *de falſis.* falſæ monetæ, l. 1. *in fi. C. de falſa moneta.* doli, *l.* 13. *l.* 14. ſ. *de dolo*, *l.* 3. *in fi.* ſ. *de tributor.* *l.* 3. *parag.* 1. ſ. *de ſepulchro* rei perditæ, l. 60. ſ. *de rei vin.* ſepulcri violati, *d. l.* 3. vis illatæ, *l.* 1. § 6. ſ. *ne vis fiat.*
g noxali iudicio & vi, *Hal.*
h adde l. 1. §. 2. ſ. *de publicanis.*
i i. neſciuerit.
k ſi dolo caret, *Hal.* dolo caret qui ignorat, *l.* 8. *C. de furt.* modò ignorantia non ſit affectata.
l l. 9. §. 2 *l.* 29. §. 7. *ſup. ad l. Aquil.* *l.* 4. ſ. *de agnoſc. liber.* *l.* 5. *Cod. ad leg. Aquil.* §. 16. *Inſt. de l. Aquil.*
m *v. l.* 39 *in fi.* ſ. *ad l. Aquil.*
n §. 2. *Inſt. eo.*
o actione,
p In bonis eſſe quid ſit, v. l. 49. ſ. *de verb. ſign.*
q aliud eſt, in bonis eſſe, aliud ex bonis.
r puta, vſus vel ſuperficiei.
ſ §. *vlt. verſ. vlt. Inſt. eo.*
t Habeo, ſi in re d. c. q. r. u. p. d. n. q. mercedem accepi. Vtilius, &c. Ita Cuiacius hunc locum interpungit. *Inſt. eo. in verbis per vim.*
u v. quæ ſcripſi 2. *Feudorum* 23.
x aliàs eſſet locatio, l. 1. §. 9. ſ. *depoſ.*
y Clam facientis & raptoris differẽtia. vide doctores ad l. *Nemo* 4. *C. de ſumm. trinit.*
z *Inſt. eo. in princ.* *Nou.* 63. *c.* 1.
a facit *lex* 29. ſ. *de hered pet.*
b facit *lex* 15. ſ. *de publiciana.*
c adde *Paul.* 5. *ſent.* 3. §. 1.
d furtiua, l. 10. §. 1. ſ. *de condictione furtiua.* vel triticaria, *l.* 1. *in fi.* ſ. *de condict. triticaria.*

...mi, nihilo magis pecuniam creditam rectè petit, *& in l.* 87. §. 7. ſ. *ad l. Falcid.* ...lo magis ſubſtitutus obligabitur, ſumitur particula, nihilo magis pro nihilominus in l. 1. *C. de pign.* pro nondum, vt ſit ſenſus: debitorem cedentem creditori pignoribus nihilo magis liberari, id eſt, nondum liberari. de his dictionibus, v. Cuiac. *Qui fundum* 7. ſ. *pro empt.* Gilb. Reg 2. *Enantiophanon* 20. Robert. 2. *recept.* 28. 29. An hoc innuitur ſolum conatum in raptore puniri? l coëgit, *Vulg.* collegit, m *l.* 4. *parag* 6. ſ. *eo.* n Vnus homo, multi homines coacti cenſentur, etiamſi ...tantum homo coactus ſit. o l. 1 §. 17. *ſup. de vi & vi.* 60. *Ecl.* 17. *c.* 1. Imò non ...mus, quum vnitas non ſit multitudo: & vnus non facit numerum, l. 40 *in fi.* ſ. *de ... ſign.* hinc colligit Bartolus ſtatuto puniente producentem falſos teſtes eum ...m puniri qui vnicum produxerit. p id eſt, ſine turba, l. 4. § 6. ſ. *eo.* ... hoc etiam, *Vulg. Hal.* r eſt igitur ſpeciale, alias vis eſſe poteſt ſine dolo, l. 3. *in p. ne quis eum qui in ius.* ſ qui vi facit, plerumque dolum adhibet: qui dolo, vi ſemper vtitur. t Raptor eſt fur improbior, *Inſt. eo. in pr.* *l.* 14. §. 12. ſ. *quod met.* ... facit *l.* 3. §. 2. ſ. *de negot.* Dubitandi cauſa naſcitur ex voce *Bonorum*, quæ hoc edicto continetur: Ita bona rapta dicentur, etiam ſi vna res tantum rapta ſit, adde *Inſt. in princ.* x Eius tantum ſcil. y ab aliquo, *Hal.* ... ſit, in id & is qui coëgit, &c. *Hal.* a & is qui, *Hal.* b teneri, *Hal.* ſenſus eſt, ſi vno coactorum damnum datum eſt, non tantum coactus, ſed & is qui coëgit, teneatur, adde *Nou. Leon.* 70. c *l.* 50. ſ. *de furtis.* d *l.* 25. §. 2 ſ. *de ædil.* *l.* 1. §. 16. §. 18. *de vi & vi.* & liberos, *l.* 49. *in fi.* ſ. *de verb. ſign.*

e l. 1. ſ. *de priu. delict.* f §. 1. *Inſt. de perpet.* g l. 5. ſ. *de calum.* *l.* 1. *in fi. de vi & vi.* h Imò pollicitus eſt, l. 1. ſ *de priuat. delict.* i l. 1. ſ. *de priuat. delict.* k à die rapinæ computandum, *Accurſ.* l hic agitur de altera huius tituli parte: nempe *de turba.* m Cur damni meminit? hoc edictum à ſuperiore quod extat, l. 2. ſ. *eo*, in eo differt. Hoc enim edictum eſt de damno dato & amiſſo: illud verò, de rapto.

2 ¶ Tur

2 Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus, ídque verbum ex Græco tractum, ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν *a*, id eſt, à *tumultuando*. 3 ¶ Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiſerint, vtique non accipiemus in turba id factum: quia duo *b* turba non propriè dicentur. Enimuerò ſi plures fuerunt, decē, aut quindecim homines, turba dicetur. ¶ Quid ergo ſi tres, aut quatuor? turba vtique non erit *c*. Et rectiſſimè Labeo inter turbam & rixam multum intereſſe ait: nam turbam *d*, multitudinis *e* hominum eſſe turbationem & cœtum *f*, rixam *g*, etiam duorum. 4 ¶ Hoc autem edicto tenetur non ſolus qui damnum in turba dedit, ſed & is qui dolo malo fecerit, vt in turba damni quid daretur: ſiue ille venerit, ſiue non fuerit præſens. dolus enim malus etiam abſentis *h* eſſe poteſt.

5 ¶ Hoc edicto dicendum eſt etiam eum teneri, qui venit, & in turba fuit auctor damni dandi: ſi tamen & ipſe inter turbam fuit, cùm damnum daretur, & dolo malo fuit: nam & huius dolo malo in turba damni quid factum eſſe negari non poteſt. 6 ¶ Si quis aduentu ſuo turbam concitauit, vel contraxit, vel clamore, vel facto aliquo, vel dum criminatur aliquem, vel dum *miſericordiam* i *prouocat*, ſi dolo malo eius damnum datum ſit, etiam ſi non habuit conſilium turbæ cogendæ, tenetur. Verùm eſt enim eſt dolo malo eius in turba damni quid datum. neque enim exigit prætor: vt ab ipſo ſit turba conuocata: ſed hoc, vt dolo alicuius in turba damnum datum ſit. ¶ Eritque hæc *K* differentia inter hoc edictum & ſuperius: quod ibi de eo damno prætor loquitur, quod dolo malo hominibus coactis datum eſt, vel raptum etiam non coactis hominibus. At hic de eo damno quod dolo malo in turba datum eſt, etiãſi non ipſe turbam coëgit, ſed ad clamorem eius, vel dicta, "vel" miſericordiam *l* turba contracta eſt: vel ſi alius contraxit, vel ipſe ex turba fuit. 7 ¶ Idcirco illud *m* quidem edictum propter atrocitatem *n* facti, quadrupli pœnam comminatur: at hoc *o* dupli *p*.

8 ¶ Sed & hoc & illud intra annum tribuit experiundi facultatem, poſt annum in ſimplum competit.

9 ¶ Loquitur autem hoc edictum de damno dato, & de amiſſo: de rapto non: ſed ſuperiori edicto, vi bonorum raptorum agi poterit. 10 ¶ Amiſſa autem dicuntur *q* ea quæ corrupta alicui relinquuntur, ſciſſa fortè vel fracta. 11 ¶ Hæc autem actio in *r* factum eſt, & datur in duplum, *quanti ſ ea res erit*. quod ad pretium verum *t* rei refertur. & præſentis temporis fit æſtimatio. & ſemper in duplum intra annum eſt.

12 ¶ Doceréque actor in turba, damnum eſſe datum debet. cæterùm ſi alibi *u* datum ſit, quam in turba, ceſſabit hæc actio. 13 ¶ Si cum ſeruum meum Titius pulſaret, turba fuerit collecta *x*, íſque ſeruus in ea turba aliquid perdiderit: cum eo, qui pulſabat, agere poſſum: quippe cum in turba dolo malo damnum datum ſit. ſic tamen, ſi vt damnum daret, ideo cœperat cædere. cæterùm ſi alia cauſa verberandi fuit, ceſſat actio.

14 ¶ Sed & ſi quis ipſe turbam conuocaſſet, vt turba coram ſeruum verberaret iniuriæ faciendæ cauſa, non damni dandi conſilio locum habet edictum. verum eſt enim eum qui per iniuriam verberat, dolo facere: eum qui *y* cauſam præbuit damni dandi, damnum dediſſe. 15 ¶ In ſeruum autem *z*, & in familiam prætor dat actionem. 16 ¶ Quæ de heredibus cæteríſque ſucceſſoribus in vi bonorum raptorum actione diximus *a*, & hic erunt repetita.

De reſtitutione rei.

5 *Gaius* "libro 21. ad Edictum Prouinciale."

NOn *b* prodeſt ei qui vi rapuit, ad euitandam pœnam: ſi ante iudicium reſtituat *c* rem quam rapuit.

De vſucapione.

6. *Venuleius* "lib. 17. Stipulationum."

QVod vi poſſeſſum raptúmve *d* fit, antequam in poteſtate domini heredíſve eius peruenit, vſucapi lex *e* vetat.

a τύρβη, *Hal.*
b v. quæ notaui ad l. 40. *in fi.* ǰ. *de verb. ſign.*
c cur ita, cum tres faciant collegium? l. 85. ǰ. *de verb. ſign.*
d Turba à rixa tãtum differt, quantum plurium hominum concertatio, à paucorum concertatione.
e Imò vnius, arg. *legis ſecundæ*, §. 6. s. *eod.*
f v. l. 5. ǰ. *de vi publica.*
g adde Feſtum *in Rictus*, *l.* 52. §. 1. s. *ad l. Aquil. l. vlt.* ǰ. *ad l. Corneliam, de ſicariis.* Gloſſis Rixa, μάχη Rixatur, μάχεται.
h vide l. 15. §. 3. *de iniuriis.*
i adde *finem huius paragraphi.*
k adde aliam in § 7. ǰ. *eod.* & aliam ex *parag.* 9. ǰ.
l *vt ſup. eod.*
m vi bonorum raptorum, ſcilicet, de quo *lex* 2. s. *eo.*
n *Inſt. eo. in pr.*
o de turba ſcil.
p *Paul.* 5. *ſent* 3. *parag.* 1.
q l. 9. ǰ. *de verb. ſign.*
r in factum narratiua eſt, *Græci.*
ſ *l.* 7. §. 2. s. *quod falſo tutore, l.* 38. §. 2. s. *de verb. oblig. v. l.* 179. *l.* 193. ǰ. *de verb. ſign.*
t l. 2. §. 13. s. *eod. l.* 50. *ſup. de furtis, l.* 38. *parag.* 2. *ſup. de verb. oblig.*
u Probari factum inſigne non videtur, niſi omnes omnimodo eius circunſtantiæ & qualitates probatæ ſint. vide Mynſingerum 4. *obſ.* 80.
x per occaſionem ſcil. *v. l.* 30. *parag.* 3. s. *ad l. Aquil.*
y Cauſam damni qui dat, damnum dediſſe videtur, *vt hic.* ſic qui cauſam mortis dedit, videtur occidiſſe, l. 7. §. 6. *l.* 9. *l.* 49. s. *ad l. Aquil.* Quæ ſententiæ in his ſolis intelligendæ ſunt, qui cauſam damni dederunt dolo malo & animo certo damni dandi: vel ita: Hæc ſententia locum habet, quoties cauſa damni per ſe ad damnum inferendum ſufficit: veluti ſi ponas vulnus fuiſſe mortale, v. Hyppolitum de Marſiliis *conſilio* 7. *n.* 1. z In ſeruum etiam, *Hal.* in ſeruum item *Cuiac. apud Paul.* 5 *ſent.* 6. §. 3. a l. 2. *in fi.* s. *eo.* b *v. l.* 65. *in fi. ſup. de furt.* 60 *Ecl.* 7. *c* 6 *Harm.* 7. *cap.* περὶ τῶν ἐξ ἐμπρησμοῦ ἁρπαγῶν 7. c multo minùs ſi pœniteat poſt delictum: nec enim ad euitandam pœnam ſola pœnitentia ſufficit. Cur? plus eſt rem reſtituere quàm pœnitere, & ita tenent doctores omnes communiter: de quo v. Clarum *parag. vlt. quæſt.* 16. *&* *quæſt.* 60. *n.* 13. d l. 48 *in fi. pr. ſup. de acquir. rer. dom. l.* 4. *parag.* 12. *l.* 24. *in fi. ſup. de vſurp. parag.* 2. *Inſt. de vſucap.* e id eſt, Iulia & Plautia, *parag.* 8. *Inſtit. de vſucap. l.* 4. *parag.* 6 *ſup. de vſurp. l.* 7. *in fi. ſup. ad exhib.* f id eſt, de iis quæ ex incendio ruina, naufragio, rate, naue expugnata raptaſſe dicentur, l. 3. *in fin. prin. ſup. de furtis, l.* 18. *& Authent. nauigia C. de furtis, l.* 44. *ſup. de acquir. rer. l.* 21. *parag.* 1. *ſuprà de adquir. poſſeſſ. Ecl.* 6. *c.* 35. g 60. *Ecl.* 6. *&* 18, περὶ τῶν ἐξ ἐμπρησμοῦ ἁρπαγῶν καὶ τῶν ἐν ναυαγίῳ 6. *Harm* 7. *&* 6. *tit.* 1. *cap.* περὶ ἐμπρησμοῦ, hoc etiam refert *tit.* 21. *coll. legum Moſaic.* 5. *Extra* 18, vbi agitur de incendiariis, Qui extat apud Paul. 5 *ſent.* 20. de incendiariis,

DE ſ INCENDIO *g*, RVINA, naufragio *a*, rate, naue expugnata.

TIT. IX.

Edictum. 1. vtilitas & ratio huius edicti. 2. De incendio. 3. De ruina. 4. De ſuſpicione incendij vel ruinæ. 5. De naufragiis.

Vlpianus "lib. 56. ad Edictum."

PRætor ait: *In eum* b *qui ex incendio* c, *ruina* d, *naufragio, rate* e, *naue* f *expugnata* g *quid* h *rapuiſſe* i, *receepiſſe dolo malo* k, *damnive quid in his rebus dediſſe dicetur in quadruplum* l *in anno, quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit; poſt* m *annum, in ſimplum iudicium dabo. Item in ſeruum, & in familiam iudicium dabo.*

1 ¶ Huius edicti vtilitas euidens, & iuſtiſſima ſeueritas eſt: ſi quidem publicè intereſt, nihil rapi ex huiuſmodi caſibus, & quanquam ſint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen rectè prætor fecit, qui forenſes *n* quoque actiones criminibus iſtis præpoſuit. 2 ¶ *Ex incendio* o quemadmodum accipimus? vtrum ex ipſo igne. an verò ex eo loco, vbi incendium fit? & meliùs ſic accipietur, propter incendium, hoc eſt, propter tumultum incendij, vel trepidationem incendij, rapi. quemadmodum ſolemus *p* dicere in *q* bello amiſſum, quod propter cauſam belli amittitur.

¶ Proinde ſi ex adiacentibus prædiis, vbi incendium fiebat, raptum quid ſit, dicendum ſit, edicto locum eſſe: quia verum eſt ex incendio rapi. 3 ¶ Item ruinæ appellatio refertur ad id tempus quo ruina fit: non tantùm ſi ex his quæ ruerunt, tulerit quis, ſed etiam ſi ex adiacentibus. 4 ¶ Si ſuſpicio fuit incendij, vel ruinæ incendium, vel ruina non fuit, videamus an hoc edictū locum habeat. & magis eſt ne *r* habeat *ſ*. quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum eſt. 5 ¶ Item ait prætor, *ſi quid ex naufragio*. hic illud quæritur. vtrùm ſi quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit: an verò & ſi alio tempore, hoc eſt, poſt naufragiúmque. nam res ex naufragio etiam hæ dicuntur, quæ in littore poſt naufragium iacent? Et magis eſt, vt "de" eo tempore.

2. *Gaius* "lib. 21. ad Edictum Prouinciale."

ET loco *t*.

De rate, naui expugnata. 3. De eo qui rapuit vel recepit. 4. De eo qui amouit, vel damnum dedit vel recepit. 5. Quid interſit inter rapi & amoueri. 6. De naue eiecta. 7 Si dolus abſit. 8. De naufragio.

3. *Vlpianus* "lib. 56. ad Edictum."

QVo naufragium fit, vel factum eſt, ſi quis rapuerit, incidiſſe in hoc edictum videatur. Qui autem rem in littore iacentem, poſtea *u* quam naufragium factum eſt, abſtulit, in ea conditione eſt, vt magis fur ſit, quam hoc edicto teneatur. quemadmodum is, qui quod de vehiculo *x* excidit: tulit. nec rapere videtur, qui in littore iacentem *y* tollit.

1 ¶ Deinde ait prætor *Rate, naui expugnata*. expugnare videtur, qui in ipſo quaſi prælio & pugna aduerſus nauem, & ratem, aliquid rapit, ſiue expugnet, ſiue prædonibus expugnantibus rapiat.

2 ¶ Labeo ſcribit: æquum fuiſſe vt, ſiue de domo, ſiue in villa expugnatis aliquid rapiatur, huic edicto locus ſit. nec *z* enim minus in *a* mari, quàm in villa per latrunculos inquietamur, vel infeſtari poſſumus.

3 ¶ Non tantùm autem qui rapuit, verum is quoque qui recepit, ex cauſis ſupraſcriptis tenetur: quia receptores *b* non minùs delinquunt, quam adgreſſores. Sed enim additum eſt, *Dolo malo*: quia "non" omnis qui recipit, ſtatim etiam delinquit, ſed qui dolo malo recipit. quid enim ſi ignarus recipit? aut quid, ſi adhoc recipit, vt cuſtodiret *d*, ſaluáque faceret ei qui amiſerat? vtique non debet teneri.

4 ¶ Non ſolum autem qui rapuit, ſed & qui abſtulit, vel amouit, vel damnum dedit, vel recepit *e*, hac actione tenetur.

5 ¶ Aliud autem eſſe rapi, aliud amoueri palam eſt. ſi quidem amoueri *f* aliquid etiam ſine vi poſſit, rapi autem ſine vi non poteſt.

6 ¶ Qui eiecta naue quid rapuit hoc edicto tenetur. Eiecta, hoc eſt, quod Græci aiunt ἐξεβράσθη *g*.

7 ¶ Quod ait prætor de damno dato, ita demum locum habet, ſi dolo malo damnum datum ſit. nam ſi dolus malus abſit, ceſſat edictum. ¶ Quemadmodum ergo procedit quod Labeo ſcribit, ſi defendendi mei

minus locum eſſe, quam ſi in mari expugnati eſſemus. a l. 35. *parag.* 4. *mortis cauſa donat.* b *l.* 4. ǰ. *eod. v. tit.* 1. *de receptat.*
c vide omnino l. 5. *ſup. de ſeruo corrupto.*
d *l.* 43. *parag.* 7. s. *de furtis.* Emens à fure, proteſtari debet ſe ea mente emere vt eam reſtituat vero domino, *v. l.* 1. *C. de furtis.*
e *parag.* 3. *ſuprà eodem.*
f Amouere & rapere differunt.
g ἐκλυζομένης, Hugo à Porta ἐξοκειλασμένης. *Hal.* ἐκβολή Alciatus ad l. ... *C. de nanibus libro* 11.

causa

cauſa vicini *a* ædificium orto incendio *b* diſſipauerim: & meo nomine, & familiæ, iudicium in me dandum? cùm enim defendendarũ mearum ædium cauſa fecerim, vtique dolo careo: puto igitur non eſſe verum quod Labeo ſcribit. ¶ An tamen lege Aquilia agi cum hoc poſſit? & non puto agendum. nec enim iniuria *c* hoc fecit, qui ſe tueri voluit, cùm aliàs non poſſet. & ita Celſus ſcribit. 8 ¶ Senatuſconſultum Claudianis temporibus factum eſt: *Vt ſi quis ex naufragio clauos* d, *vel vnum ex his abſtulerit, omnium* e *rerum nomine teneatur.* Item alio ſenatuſconſulto cauetur, *eos quorum fraude aut conſilio naufragi ſuppreſſi* f *per vim fuiſſent, ne naui vel iis periclitantibus opitulentur, legis Corneliæ, quæ* g *de ſicariis lata eſt, pœnis adficiendos. Eos autem qui quid ex miſerrima* h *naufragorum fortuna rapuiſſent, lucratiue fuiſſent dolo malo, in quantum edicta Prætoris actio daretur, tantum & fiſco dare debere.*

De ſucceſſoribus.

4. *Paulus* "lib. 54 ad Edictum."

PEdius poſſe etiam dici ex naufragio rapere, qui, dum naufragium fiat, in illa *i* trepidatione rapiat.

1 ¶ Diuus Antoninus de his qui prædam ex naufragio diripuiſſent, ita reſcripſit: Quod de naufragiis nauis & ratis ſcripſiſti mihi, eo pertinet, vt explores qua pœna afficiendos eos putem, qui diripuiſſe aliqua ex illo probantur. & facilè (vt opinior) conſtitui poteſt. Nam plurimum intereſt, peritura collegerint, an quæ ſeruari poſſint, flagitioſè inuaſerint. ideóque ſi grauior præda *k* vi adpetita videbitur, liberos quidem fuſtib. *l* cæſos in triennium *m* relegabis: aut ſi ſordidiores *n* erunt, in opus publicum eiuſdem temporis dabis: ſeruos flagellis cæſos, in metallum damnabis. ſi non magnæ pecuniæ res fuerint: liberos fuſtibus, ſeruos flagellis cæſos dimittere poteris. Et omnino, vt in cæteris, ita huiuſmodi cauſis, ex perſonarum *o* conditione, & rerum qualitate, & diligenter ſunt æſtimandæ, ne quid aut duriùs, aut remiſſiùs conſtituatur, quàm cauſa poſtulabit.

2 ¶ Hæ actiones heredibus dantur: in hæredes eatenus dandæ ſunt, quatenus *p* ad eos peruenit.

De re ſeruata.

5. *Gaius* "lib. 21. ad Edictum Prouinciale."

SI quis ex naufragio, vel ex incendio, ruináve ſeruatam rem, & alio loco *q* poſitam ſubtraxerit, aut rapuerit, furti ſcilicet, aut aliàs vi bonorum raptorum iudicio tenetur: maximè ſi non intelligebat, ex naufragio, vel incendio, ruináve eam eſſe. ¶ Iacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus expulſa ſit, ſi quis abſtulerit, plerique idem putant. quod ita verum eſt, ſi aliquod tempus poſt naufragium interceſſerit. alioquin ſi in *r* ipſo naufragij tempore id acciderit, nihil intereſt, vtrum ex ipſo mari quiſque rapiat, an ex naufragiis, an ex littore. De eo quoque quod ex rate, naue expugnata raptum ſit, eadem interpretationem adhibere debemus.

De naui expugnata.

6. *Calliſtratus* "lib. 1. Edicti monitorij."

EXpugnatur nauis, cùm ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur, aut pertunditur, aut funes eius præciduntur, aut vela conſcinduntur, aut anchoræ inuolantur de mare *ſ*.

De naufragio.

7. *Idem* "lib. 2. Quæſtionum."

NE quid ex naufragiis deripiatur, vel quis extraneus interueniat colligendis eis, multirariam proſpectum eſt. Nam & Diuus Hadrianus edicto præcepit, vt hi qui iuxta litora maris poſſident, ſcirent, ſi quando nauis vel inficta *t*, vel fracta, inter fines agri cuiuſque‖fuerit, ne‖naufragia deripiant, in ipſos iudicia præſides *u* his qui res ſuas direptas queruntur, reddituros, vt quicquid probauerint ademptum ſibi naufragio, id à poſſeſſoribus recipiant. De his autem quos deripuiſſe probatum ſit, præſidem, vt de latronibus *x*, grauem ſententiã dicere.

¶ Vt facilior ſit probatio huiuſmodi admiſſi, permiſit his, & quidquid paſſos ſe huiuſmodi queruntur, adire præfectos *y*, & ad eum teſtari, reóſque petere, vt pro modo culpæ vel vincti, vel ſub fideiuſſoribus ad præſidem remittantur. A domino quoque poſſeſſionis, in qua id amiſſum dicatur, ſatis accipi, ne cognitioni deſit, præcipitur. ¶ Sed nec interuenire naufragiis colligendis aut militem, aut priuatum, aut libertum ſeruúmve Principis, placere ſibi ait ſenatus.

De rate vi fluminis in agrum alterius delata.

8. *Neratius* "lib. 2. Reſp."

RAtis vi fluminis in agrum meum delatæ, non aliter poteſtatem tibi faciendam, quàm *a* ſi de præterito quoque damno mihi cauiſſes.

De incendio.

9. *Gaius* "lib. 4. ad legem duodecim tabularum."

QVi *b* ædes aceruúmve frumenti iuxta domum poſitum combuſſerit, vinctus *c*, verberatus, igni *d* necari iubetur, ſi modò ſciens prudénſque id commiſerit. ſi verò caſu *e*, id eſt, negligentia, aut noxiam *f* ſarcire iubetur, aut ſi *g* minus idoneus ſit, leuiùs caſtigatur *h*.

¶ Appellatione autem ædium omnes ſpecies *i* ædificij continentur.

Ne piſcatores nocte, lumine oſtenſo, fallant nauigantes.

10. *Vlpianus* "lib. 1. opinionum."

NE piſcatores nocte, lumine *k* oſtenſo, fallant nauigantes, quaſi in portum aliquem delaturi, eóque modo in periculum naues, & qui in eis ſunt, deducant, ſibique execrandam *l* prædam parent, præſidis prouinciæ religioſa conſtantia efficiat.

De incendio.

11. *Marcianus* "lib. 14. Inſtitutionum."

SI fortuito *m* incendium factum ſit, venia indiget, niſi tam lata *n* culpa fuit, vt luxuriæ *o* aut dolo ſit proxima *p*.

De naufragio. 1. De incendio.

12. *Vlpianus* "lib. 8. de Officio proconſulis."

LIcere vnicuique *q* naufragium ſuum impunè colligere conſtat. idque Imperator Antonius *r* cum Diuo patre ſuo reſcripſit. 1 ¶ Qui data opera *ſ* in ciuitate *t* incendium fecerint, ſi humiliore loco ſint, beſtiis *u* obiici *x* ſolent: ſi in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certè in inſulam deportantur.

DE INIVRIIS *y* ET FAMOSIS *z* LIBELLIS. *a*
TIT. X.

Etymologia & ſignificationes verbi Iniuria. Etymologia contumeliæ. 1. De re & verbis. 2. De corpore, dignitate, infamia. 3. per quas perſonas iniuriam patimur.

Vlpianus "lib. 56. ad Edictum."

INIVRIA ex eo dicta eſt, quòd *b* non iure fiat. omne n. quod non iure fit *c*, iniuria fieri dicitur. hoc generaliter. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia *d*. Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum *e* ſignificatur, vt in lege *f* Aquilia dicere ſolemus: interdum iniquitatem *g*, iniuriã dicemus. nam cùm *h* ‖quis‖ iniquè, vel iniuſtè ſententiam dixit, iniuriam ex eo dictam, quod iure & iuſtitia caret, quaſi non iniuriam: contumeliam autem à contẽnendo.

1 ¶ Iniuriam autem fieri Labeo ait aut re, aut verbis *i*: Re, quotiens manus inferuntur: Verbis autẽ, quotiens nõ manus inferuntur, conuicium *k* fit. 2 ¶ Omnémque iniuriam aut in corpus inferri, aut ad dignitatem *l*, aut ad infamiam pertinere. In corpus fit *m*, cùm quis

...parag 28. in fin. J. de iniuriis, l.9. parag. 11. l.11. leg 16. J. de pœnis, l.5. p Hæredes tenentur quatenus ad eos peruenit. q adde l.1. in fi. ...l.1. in fi. ſ de mari, *Haloand.* t Inficta nauis, nihil aliud quàm in... ...mmaticus, Fictum, rationis: fixum, voluntatis. Eadem ratione Varro ...Diomedes & Scaurus, Ficta, Afficta, Deficta. ...fragiis. x *de quo v. l. 2. ſ. arbor. furtim.* ...ue naufragiis,

a l.5. *parag.* 4. ſ. *ad exhib. l.9. ſupr. de damno. adde quæ notaui ad l.39. in fi. ſup. ad leg. Aqui.* b *vide Angelum tract. de maleficiis, parag. Incendiario.* c victus, vel ictus. d Pœna incendiarij malitioſi vel affectati hæc eſt, vt viuus comburatur, l.28. *parag.* 12. J. *de pœn.* capite puniatur, *d. parag.* 12. *l.* 10. J. *de ſicar.* & ſummo ſupplicio, *Paul.* 5. *ſent.* 3. *parag. vlt.* & pro qualitate ſuæ perſonæ damnetur in opus publicum: in metallum, in opus publicum relegetur, aqua & igni interdicatur, beſtiis ſubiiciatur, l.12. *in fin* J *eod. v. collationem legum Moſaicarum, tit.* 12. e *v. l.* 11. *eod.* f id eſt, damnum duplum, *Paul.* 5. *ſent.* 3. *paragr. vlt.* æſtimationem rei combuſtæ *Exo.* 22. Et hæc quidem lex & pœna incendij eſt ciuilis, l.28 *parag.* 12. J. *de pœnis.* quæ & forenſis dici poteſt: *Paul. tit.* 12. *collationis legũ Moſaicarum.* Eſt enim forum propriè cauſarum ciuilium, l.1. *parag* 1. ſ. *eod. Paul.* 5. *ſent.* 18. *parag.* 2. *vbi v. Cuiac.* quin & actio incenſarum ædiũ appellatur, l.7. *parag.* 13. *ſup. de pact.* *l.* 22. *parag.* 9. *l.* 30. *parag. penu.* ſ *ſup. ad leg. Aquil.* g luit in corpore qui non poteſt in ære, l.1. J. *de pœn.* h l.3 *parag* 1. ſ. *de offic. præfect. vig.* i *l.41. parag.* 8. ſ. *de leg.* 1. k Lumine oſtenſo nauigantes qui fallerent, arbitrio iudicis puniendi, adde l.1. *C. de nauicular.* Porrò turres, quæ nocturnis ignibus curſum nauigantibus oſtendere ſolent, *Pharos* appellant Huiuſmodi turrim Ptolemæus talentis 800. exſtruxit. Ægeſippus exiſtimat, Pharum dici quaſi φανερὸν: hinc Statius: Lumina noctiuagæ tollit pharus æmula Lunæ. l *v. l. illicitas* 6. ſ *de officio præſidis, quæ eſt eiuſdem libri.* m ſeu caſu l.8 ſ. *eo* per incuriam, *Paul. ibid.* non dolo, l.11. *de periculo,* l.9. *parag.* 5. ſ. *de reb. authoritate iudic.* Incendium caſu admiſſum vti puniatur v. apud Angelum, *d. parag. incend.* n Lata culpa, incauta, *Vlpian. tit.* 12. *legum Moſaic.* Incendium lata culpa admiſſum quemadmodum puniatur, v. apud Angelum *ille parag. Incend.* o quæ & laſciuia. *Vlp. ib.* Haloander legit luſoria. p tunc fuſtigari poteſt, l.3. *parag* 1 ſ. *de officio præf. vigilum.* q Naufragium à dominis colligi ne quidem fiſcus prohibere poſſit, l.1. *C. de naufr.* licet poëta ſcribat, res fiſci eſt vbicunque natat. r *d. l.* 1. ſ conſultò, *Paul.* 5. *ſent* 4. *parag vlt.* adde *Vlp. tit.* 12. *collationis legum Moſaic.* t *Paul. ibid. Vlpian. ibid. Paul. d. tit.* 12. u Imò igni necatur, l.9 ſ *eod.* x *Vlpian. ibid.*

y 9. *C.* 35 4. *Inſt.* 4. *Paul.* 5 *ſent.* 4. 5 *Extr.* 36. & 5. *ſexto* 8. περὶ ὕβρεως 60. *Eclog.* 22. *tit.* 2. *col. leg. Moſaic.* de actione iniuriarum, adde Clarum 5 *ſent.* 10. Buſſium *tit.* 45. Oldendorp. *Claſſ.* 7. *actione* 30. z 9. *C.* 36. 9. *C. Theod.* 34. 6. *Harm.* 9.

a Libellum famoſum Harm. *ibi* vocat φλυαρίαν, adde *de conuitiis ex Paul.* 5. *ſent.* 4. *parag.* 1. b Iniuria & beneficium contraria, *Senec.* 5. *de benef.* 7.

c *Inſt. eod. in princ.* τὸ παράνομον *Ecl. ibid.* πᾶν ὃ μὴ κατὰ νόμον γίνεται *Theoph. Inſt. eo.* d παραφρόνησις, *Ecl. ibid.* Græci ὕβριν vocant *Theoph. Inſt. de iniuriis.*

e malè in Inſtitutionibus legitur ἔγκλημα. *C. eod.* bene apud Theoph. ἀδίκημα & *Eclog. ibid.* ζημίαν. f l.5. *parag.* 1. ſ. *ad l. Aquil.* g ἀδικίαν *Eclog. c.* 1. *Theoph. Paul. tit.* 12. *coll. leg. Moſaic.* in Inſtitutionibus vocabulum ἀνομίας:

h *Ecl. ibid. Inſt. eo.* i debuit addere & literis, & libellis, & facto. hinc illa formula agendi apud Paulum, *tit.* 2. *collat. leg. Moſaic.* quod Auli Agerij pugno mala percuſſa eſt. Sic *apud Fabium* 6. *c.* 8. colaphum tibi ducam & formulam ſcribam, quòd caput durum habeas. k Conuitij appellatione comprehenditur etiam maledictum. *Paul.* 5 *ſent* 4. §. 18. 19. Pſalterium & canticum iniurioſum, §. 15. & 16. carmẽ, hiſtoria, §. 1. *Inſt. eo.* liber, l.5 *parag* 9. J. *eo.* ſed & variæ conuiciorum ſpecies comprehenduntur, de quibus *v. Clar.* 5 *ſent.* 10. inter quas & has refert, tu es bonus homo, i. cornutus, tu es meretrix, tu mentiris, &c. l debuerat ita diuidere, aut in corpus, aut extra *Paul* 5. *ſent.* 4. *parag.* 1. m Dignitas, ad ciuilem: fama ad ſtatum naturalem & mores refertur: aliud eſt dignitatem alterius appetere, aliud famam lædere,

puiſatur *a*. Ad dignitatem, cùm comes *b* matronæ *c* abducitur. Ad infamiam, cùm pudicitia *d* adtemptatur.

3 ¶ Item aut per ſemetipſum alicui fit iniuria, aut per alias perſonas: per ſemet *e*, cùm directò *f* ipſi ‖ cui ‖ patrifamilias, vel matrifamilias fit iniuria. per alias, cùm per conſequentias *g* fit, cùm fit liberis *h* meis, vel ſeruis *i* meis, vel vxori *K*, nuruíve. ſpectat enim ad nos iniuria, quæ ‖ in ‖ his fit quæ vel poteſtati noſtræ, vel affectui *l* ſubiecti ſint. 4 ¶ Et ſi fortè cadaueri *m* defuncti fit iniuria, cui hæredes bonorum, vt poſſeſſores exſtitimus, iniuriarum noſtro nomine habemus actionem. ſpectat enim ad exiſtimationem noſtram, ſi qua ei fiat iniuria. ¶ Idémque & ſi fama eius cui hæredes exſtitimus, laceſſatur. 5 ¶ Vſque adeò autem iniuria quæ fit liberis noſtris, noſtrum pudorem pertingit, vt etiam ſi volentem *n* filium quis vendiderit, patri ſuo quidem nomine competit iniuriarum actio: filij verò nomine non competit, quia nulla eſt iniuria quæ in *o* volentem fiat.

6 ¶ Quotiens autem funeri *p* teſtatoris, vel cadaueri *q* fit iniuria, ſi quidem poſt aditam hæreditatem fiat, dicendum eſt hæredi quodammodò factam. * ſemper enim heredis intereſt defuncti exiſtimationem purgare. quotiens autem ante aditam hæreditatem, magis hæreditati: & ſic hæredi per hæreditatem adquiri. ¶ Denique Iulianus ſcribit, ſi corpus teſtatoris ante aditam hæreditatem detentum eſt, adquiri hereditati actiones, dubium non eſſe. ¶ Idemque putat, & ſi ante aditam hereditatem ſeruo hæreditario iniuria facta fuerit. nam per hæreditatem actio hæredi adquiretur. 7 ¶ Labeo ſcribit, ſi quis ſeruum hæreditarium teſtamento manumiſſum *r*, ante aditam hæreditatem verberauerit, iniuriarum heredem agere poſſe: at ſi poſt aditam hæreditatem verberatus ſit, ſiue ſcit ſe liberum, ſiue ignorat, ipſum agere poſſe. 8 ¶ Siue autem ſciat *ſ* quis filium meum eſſe, vel vxorem meam. ſiue ignorauerit, habere me meo nomine actionem Neratius ſcripſit.

9 ¶ Idem ait ‖ Neratius, ‖ ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, neque vllius actionem per alium conſumi. vtputà vxori meæ filiæfamilias *t* iniuria facta eſt, & mihi *u*, & patri *x* eius, & ipſi *y* iniuriarum actio incipiet competere.

2. *Paulus* ‖ lib. 50. ac Edictum. ‖

QVòd ſi viro iniuria facta ſit, vxor non agit: quia defendi vxores à viris, non viros ab vxore æquũ eſt.

Qui iniuriam facere poſſunt. 1. De furioſo, & impubere. 2. De affectu & ſcientia patientis vel facientis. 3 De ioco. 4. De errore.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 56. ad Edictum."

ILlud relatum peræquè eſt *z*, eos qui iniuriam pati poſſunt, & facere poſſe.

1 ¶ Sanè ſunt quidam qui facere non poſſunt, vtputà furioſus *a*, & impubes *b* qui *c* doli capax non eſt, namque hi *d* pati iniuriam ſolent, non facere. cùm enim iniuria ex affectu *e* facientis conſiſtat, conſequens *f* erit dicere, hos, ſiue pulſent, ſiue conuicium dicant, iniuriam feciſſe non videri.

2 ¶ Itaque pati *g* quis iniuriam, etiamſi non ſentiat, poteſt: facere nemo, niſi qui ſcit ſe iniuriam facere, etiam ſi *h* neſciat cui faciat.

3 ¶ Quare ſi quis per *iocum* i percutiat, aut dum certat, iniuriarum non *k* tenetur.

4 ¶ Si quis hominem liberum ceciderit *a*, dum putat ſeruum ſuum *b*, in ea cauſa eſt, ne iniuriarum teneatur.

Si quis ſeruum percutere volens alium inuitus percuſſerit.

4. *Paulus* "lib. 50. ad Edictum."

SI cum ſeruo meo pugnum ducere vellem, in proximo ſtantẽ inuitus percuſſerim, iniuriarũ *c* nõ teneor *d*.

Quibus ex cauſis datur actio ex lege Cornelia, & qui ea lege prohibentur iudicare. 1. Differentia pulſationis, & verberationis. 3. De domo, domicilio, & habitatione. 6. De filiofamilias iniuriam paſſo. 8. De iureiurando. 9. De famoſis libellis.

5. *Vlpianus* "lib. 56. ad Edictum."

LEx Cornelia de iniuriis competit ei qui iniuriarum agere volet ob eam rem, *quòd ſe pulſatum, verberatúmve, domúmve ſuam vi introitum eſſe dicat*: Qua lege cauetur, *vt non iudicet e "qui" ei qui agit gener, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinúſve eſt, propiúſve eorum quenquam ea* f *cognatione affinitatéve attinget: quíve "eorum" eius, parentíſve cuius eorum patronus erit.* Lex itaque Cornelia ex tribus *g* cauſis dedit actionem, quòd quis pulſatus, verberatúſve, domúſve *h* eius vi introita ſit. ¶ Apparet igitur omnem iniuriam, quæ manu fiat, lege Cornelia contineri.

1 ¶ Inter pulſationem & verberationem hoc intereſt *i*, vt Ofilius ſcribit: verberare eſt cum dolore cædere: pulſare, ſine dolore. 2 ¶ Domum *K* accipere debemus, non *l* proprietatem domus, ſed domicilium *m*. Quare ſiue in propria domo quis habitauerit, ſiue in conducto *n* vel gratis *o*, ſiue hoſpitio receptus, hæc lex locum habebit. 3 ¶ Quid ſi quis in villa habitet, vel in hortis *p*? Idem erit probandum. 4 ¶ Et ſi dominus fundum locauerit, inque eum impetus factus ſit, colonus aget, non dominus. 5 ¶ Si tamen in fundum alienum qui domino colebatur, introitum ſit, Labeo negat *q* eſſe actionem domino fundi ex lege Cornelia: quia non *r* poſſit vbique domicilium habere, hoc eſt, per omnes villas ſuas. Ego puto ad omnem habitationem, in qua paterfamilias habitat, pertinere hanc legem *r* licèt ibi quis domicilium non habeat. ponamus enim ſtudiorum *ſ* cauſa Romæ agere? Romæ vtique domicilium non *t* habet. & tamen dicendum eſt, ſi vi domus eius introita fuerit, Corneliam locum habere. Tantùm igitur ad meritoria vel ſtabula non *u* pertinebit. ¶ Cæterum ad hos pertinebit qui inhabitant non momenti cauſa, licèt ibi domicilium non habeant. 6 ¶ Illud quæritur, an pater, filiofamilias iniuriam paſſo, ex lege Cornelia iniuriarum agere poſſit? Et placuit non poſſe. déque ea re inter omnes conſtat. ſed patri *x* quidem prætoria iniuriarum actio competit, filio verò legis Corneliæ.

a *Eclog. ibid.* dum cædimur. *Paul. 2. collat. leg. Moſaic.* verberibus, illatione ſtupri. *Paul. 5. ſent 4. §. 1. & §. 5.*
b l. 15. §. 16. j. eo. Plautus *Caſina*: ſequimini me comites, Comes, ἀκόλουθος, quo nomine etiam comprehenditur παιδαγωγος *Eclog. ibi c 29.* Pedagogus, l. 35. ſ. *de fideicomm. liber.* à quo pædagogia, l. 12 §. 32. ſ. *de inſtr.* & pædagogiani. *Ammia. 26.* Galli *Pages*, ἀκόλουθος verò apud Eccleſiaſticos cum ſignificat, vel qui Epiſcopum comitatur. v. Duarenum 1. *de ſacris* 14. vel qui in funere funalia deferebat, aſcetriis, (quæ olim præficæ) interea pſallentibus: decanis (qui olim copiatæ lecticarij & veſpillones) feretrũ ferentibus, *v. Cuiac. c. 18. de temporib.* de acolythis et à dicam ad l. 6. *C. de epiſcopis.*
c *Ecl. ibid. 21. c. 1.* vel prætextatæ, *Paulus 2. collat. legum Moſaic.*
d §. 1. *Inſtit. eod. Paul. 5. ſent. 4. §. 14.*
e ſemetipſum.
f cui infra opponit per conſequentias.
g adde l. 27. §. 3. *in fi. ſ. de rei vind.*
h l. 18. *in fi. l. 41. j. eo. §. 2. Inſtit. eod. Ecl. 16. c. 1. Paul. 5. ſent. 4. parag. 3.*
i *Eclog. eod. Inſtit. eod. §. 2. l. 2. C. eod. Paulus d. §. 3.*
k *Eclog. ibid. §. 2. in fi. Inſtit. eod.*
l *de quo v l. 1. §. 1. & vlt. §. 2. l. 3. ſ. de liberali cauſa.*
m Cadauer defuncti ſi iniuriâ afficitur, hæredi fit iniuria, §. 6 j. *eod. Ecl. ibi.* adde l. 8. ſ. *de relig. v. Nou. eo l. 27. j. eo. Eclog. ibi. c. 1. in fi.*
n l. 3. *parag 5 ſ. de homine libero*: l. 1. l. 11. ſ. *ſi quid in fraudem patroni*: *v. Bellouiſanum 1. c. 3. n 37. & ſeq* Hinc colligunt, neminem ſe torquendum offerre poſſe priuato vel iudici: *de quo v. Marſilium in praxi criminali §. expedita n. 55. 56. 57.* maximè quod nemo dominus membrorum ſuorum ſit: & in his, quæ meri ſunt imperij nemo poſſit iuriſdictionem prorogare, l. *priuatorum C. de iniur.* & torquere poſſe ſit meri imperij, l. *defenſores C. de defenſ ciuit.*
o adde l. 3 ſ. *de in ius vocando, l. 4. § 2. ſup. ſi quis cautionib. Nou 60.*
p *v. §. 4. ſ. eo.* vel monumento, l. 27. j. *eo.* vel oſſibus l. 8. adde l. 14. §. 10. ſ. *de relig.*
q l. 30. j. *eo.* r l. 18. *in fi. j. eo. Ecl. ibid c. 1.*
ſ adde l. 30. *in fi. j. eod. l. 2. C. eo Ecl. 1 ibid. c 3.*
t §. 2. *verſ. contra, Inſt. eod Eclog. ibid.* u marito.
x ſi patris in poteſtate fuit. y vxori ſeu mulieri.
z Regulæ loco ſcilicet, quæ tamen exceptiones habet, *Ecl. ibid.*
a *Ecl. ibid. Paul. 5. ſent. 4. parag 2.* b ἀνήβες, *Ecl. ibid.*
c *vide quæ notaui ad l. 2. parag. 19. ſ. vi bonorum*, adde *Paulum ibid.*
d Hinc collige, requiri ad actionem iniuriæ vtiliter proponendam, vt qui eam intuliſſe dicitur impubes non ſit, *v. Bellouiſanum 1. c. 3. n. 14.*
e *v. l. 5. C. eod. Paul. 5. ſent. 14 parag. 1. in fi. l. 14 ſ. de oblig. v. quæ notaui ad l. 53. ſ. de furt.* ideóque non tenetur qui per iocum percuſſit, *parag. 3. j. eo.* Quid? iniuria ab ebrio facta poteſtne vindicari? *v. quæ notaui ad legem vnic. C. ſi quis imperatori maledixerit.* An ab ignorante vel irato? v. l. 3. *C. eod.*
f Locus à conſequentibus, l. 27. *parag. 3. ſ. de rei vind.*
g Pati iniuriam poſſumus, etiamſi eam facere non poſſimus, & neſciamus nobis fieri. h l. 16. *parag 3. j. eod.*
i l. 15. §. 23. j. *eod. l. 3. in fin. ſ. de obl.* adde l. 5. *C. eod.* Iocus detegitur ex perſonarum qualitate veluti ſi quid dictum ſit à parente, magiſtro, domino, amico, ſocio, *facit l. 19. parag. 2. j. de pœn. v. Bellouiſanum 1. c. 3. n. 8.*
k Quia ſcit ſe iniuriam non facere, & animum iniuriæ faciendæ non habere.

tentiam palam protulit. ſi in lite qua de agitur teſtis fuit, ſi com-
rio, ſi ab eius ſententia appellatum, ſi de eius, aut ſimili aut ſuorum
hæc, inquam, omnia efficere poſſunt, vt iudicem recuſemus. Aliæ
quæ ad ipſam tantum iudicis perſonam referuntur, vt ſi ſit minor,
excommunicatus, ſeruus, incapax delegationis ei factæ, aut ab incap
ſi præter officium temerè ſe ingerit, ſi ab officio ſuſpenſus, ſi deleg
& vis expirauit, ſi litis cognitio ab eo ad alium tranſlata aut reuoc
delegationem habet, mortuus eſt, ſi ipſe mandatum delegationis no
tium genus exceptionis ratione loci, veluti inhoneſti vel non tuti
tum ratione cauſæ & incompetentiæ: veluti ſi lis & cauſa ſit Eccl
ſi mixta, id eſt, cuius cognitio præuentione iudicis Eccleſiaſtici vel
ſi lis ad Laicum iudicem merè pertineat, puta ad ipſos nobiles iur
bentes, prætores, ſeu præſides prouinciarum: Galli *Lieutenans, Pre*
neſchaux, militarium criminum quæſitores, Galli, *Preuoſts des Mareſ*
giorum conſeruatores, libellorum ad Baſilicam recuperatores, Galli
Palais, Parlamenta (quorum iudices cognoſcunt apud Gallos de dom
regaliæ, de vſufructu beneficij Eccleſiaſtici vacantis ad regem delat
rium Franciæ, & appellationibus inferiorum iudicum.) ad principem
gratiæ, abolitiones, remiſſiones, indulgentiæ, reſtitutiones) de quibu
Notarior. f Vel frater, adde l. 11. j. *de accuſat. l. 35. in princ. ſ. de pro*
g *parag. 8. Inſt. eod.* h Domus quid ſit, *v. parag. 2. j. eo.*
i Quantum ad hanc actionem iniuriarum attinet, ſcilicet. Ideóque
impetu ſaxo percutit, verberaſſe tamen dicetur, *Alciat. 4. de verb.*
Vallæ (*6. Elegantiarum 47.*) concedemus verberare idem eſſe, quod
fuſte, virga, baculo, loris, flagello, ferula, arundine, & ſimilibus cædere
graui ictu cædere, nec tam inſtrumento longo, quàm breui ac roto
& calcibus.
k Iuriſconſultus hic interpretatur verbà ſuperiora, *domúſve eius vi*
l Id eſt, non tantùm proprietatem, &c. m Id eſt, habitationem, §.
Inſtit. eod. l. 1. §. 2. ſ. de aleatoribus, l. 1. §. 2 ſ. de agnoſcendis liberis: l. 4. §.
l. 8. in fi. l. 22. parag. 2. j. de adult. adde l. 203. j. *de verb. ſignif.*
n In conducta, *Vulg. Haloand.*
o Gratis etſi alienam domum habitamus, ſi tamen in ea domo iniu
erit, iniuriarum agere æquè poſſumus, ac ſi in domo propria vel con
pitio iniuria facta eſt, *vt hic.* Gratis etſi nobis habitatio data ſit, ha
eſt. Sic calumniator eſſe non deſinit qui gratuitò calumniatus eſt, l.
p In *hortis* veteres habitare ſolitos dixi ad l. 66. *paragr. 1 ſup. de don*
& vxorem.
q & malè, *verſic. Ego puto.*
r Imò poteſt quis in pluribus locis habere domicilium, l. 6. *parag.*
ſ adde l. 36 j. *ad municipalem: v. Renard. in l. 23. j. de reg. iur.*
t Niſi poſt decennium tranſactum, l. 2. *C. de incolis.*
u Cur? quia ab his intra vnam horam recedimus.
x. l. 39. *parag. 4. ſ. de procurat. l. 22. parag. 9. & vlt. ratam rem.*

7 ¶ In

7 ¶ In lege Cornelia filiusfamilias agere poteſt ex omni cauſa *a*, nec cauere debet ratam rem patrem habiturum. nam nec aliàs agentem filium iniuriarum ad cautionem de rato *b* compellendũ Iulianus ſcribit.

8 ¶ Hac lege permittitur actori iuſiurandum *e* deferre, vt reus iuret *iniuriam ſe non feciſſe*, ſed Sabinus in adſeſſorio *d*, etiam prætores exemplum legis *e* ſecuturos *f* ita: & ita res ſe habet.

9 ¶ Si quis librum *g* ad infamiam alicuius pertinẽtem ſcripſerit *h*, compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid *i* eorum fieret, etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine, vti de ea re agere liceret: & ſi condemnatus ſit qui id fecit, inteſtabilis *k* ex lege eſſe iubetur. 10 ¶ Eadem pœna ex Senatuſconſulto tenetur. ‖etiam is‖qui ἐπιγράμματα *l*, id eſt, *inſcriptiones* aliúdve *m* quod ſine *n* ſcriptura in notam aliquorum produxerit. item qui emendũ vendendúmve curauerit.

11 ¶ Et ei qui indicaſſet *o*, ſiue liber, ſiue ſeruus ſit pro modo ſubſtãtiæ accuſatæ perſonæ æſtimatione *p* iudicis *q*, pretium *r* conſtituitur, ſeruo forſitan & libertate præſtanda quid enim ſi publica vtilitas ex hoc emergit.

6. *Paulus* ‖lib. 55. ad Edictum.

QVod ſenatuſconſultum neceſſariũ eſt, cùm nomen adiectum non eſt eius in quem factum eſt, tunc *ſ* ei, quia difficilis probatio eſt, voluit ſenatus publica quæſtione rem vindicari *t*. ¶ Cæterùm ſi nomen adiectum ſit, & iure communi iniuriarum agi poterit. Nec enim prohibendus eſt priuato agere iudicio, quòd *u* publico iudicio præiudicatur: quia *x* ad priuatam *y* cauſam pertinet. Planè ſi actum ſit publico iudicio, denegandum eſt priuatum. ſimiliter ex diuerſo.

De forma libelli. 1. De præiudicio. 2. Si libertus de patrono. 3. vel liberi de parente querantur. 4. De forma libelli. 5. De pluribus iniuriis. 7. De iniuria atroci.

7. *Vlpianus* ‖lib. 57. ad Edictum.‖

PRætor edixit: *Qui agit iniuriarum, certum* z *dicat quid iniuria factum ſit*. *a* quia qui famoſam *b* actionem intendit, non *c* debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis, ſed deſignare, & certum ſpecialiter dicere, quam ſe iniuriam paſſum contendit. 1 ¶ Si dicatur homo iniuria occiſus, nunquid non debeat permittere prætor priuato iudicio legi Corneliæ præiudicari? idémque, & ſi ita quis agere velit, *quod d tu venenum dediſti hominis occidendi cauſa*? Rectius igitur fecerit, ſi huiuſmodi actionem non dederit. ¶ Atquin ſolemus dicere, ex quibus cauſis publica ſunt iudicia, ex his cauſis non eſſe nos prohibendos, quo minus & priuato agamus. Eſt hoc verum: ſed vbi non *e* principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam executionem.

¶ Quid ergo de lege Aquilia dicimus? nam & ea *a* actio principaliter hoc continet: hominem occiſum non principaliter. nam ibi principaliter de damno agitur, quod domino datum eſt: at *b* in actione iniuriarum de ipſa cæde, vel veneno, vt vindicetur: non vt damnum ſarciatur. ¶ Quid ergo, ſi quis idcirco velit iniuriarum agere, *quod* c *gladio caput eius percuſſum eſt*? Labeo ait, non eſſe prohibendum. neque enim vtique hoc (inquit) intenditur, quod publicam habet animaduerſionem: quod verum non eſt. cui enim dubium eſt, etiam hunc duci poſſe Cornelia conueniri. 2 ¶ Præterea illo ſpectat, dici certum de iniuria, quam paſſus quis ſit: vt ex qualitate iniuriæ ſciamus, an in *d* patronum liberto reddendum ſit iniuriarum iudicium. Etenim meminiſſe oportebit, liberto aduerſus *e* patronum non quidem ſemper, verùm interdum iniuriarum dari iudiciũ, ſi *f* atrox ſit iniuria, quam paſſus ſit, ‖ſi ſua‖(putà) ſi ſeruilis *g*. cæterùm leuem *h* coërcitionem vtique patrono aduerſus libertum dabimus, nec patietur eum prætor quærentem quaſi, iniuriam paſſus ſit, niſi atrocitas eum mouerit. nec enim ferre prætor debet, *heri* i *ſeruum* k *hodie* l *libertum* conquerentem, quod dominus ei conuiciũ dixerit, vel quod leuiter pulſauerit, vel emẽdauerit. Sed *m* ſi flagris, ſi verberibus, "ſi" vulnerauit non mediocria *n*, æquiſſimum erit, prætorem ei ſubuenire. 3 ¶ Sed & ſi quis ex liberis, qui non ſunt in poteſtate, cum parente velit experiri, non *o* temerè iniuriarum actio danda eſt, niſi atrocitas *p* ſuaſerit. certè his qui ſunt in poteſtate, "prorſus" nec competit, etiam † ſi atrox fuerit.

4 ¶ Quod autem prætor ait *q*. *Quid iniuria factum ſit certum dicat* quemadmodum accipiendum ſit? certum eum dicere, Labeo ait, qui *r* dicat nomen iniuriæ, neque ſub alternatione *ſ*, putà illud aut illud, ſed illam iniuriam ſe paſſum. 5 ¶ Si mihi plures iniurias feceris, puta turba & cœtu facto domum alicuius introeas, & hoc facto efficiatur, vt ſimul & conuicium patiar *t*, & verberer: an poſſim ſeparatim tecum experiri de ſingulis iniuriis, quæritur. & Marcellus ſecundum Neratij ſententiam hoc probat, cogendum *u* iniurias, quas ſimul paſſus eſt, coniungere. 6 ¶ Poſſe hodie de omni iniuria, ſed & de atroci ciuiliter *x* agi Imperator noſter reſcripſit. 7 ¶ Atrocem *y* iniuriam quaſi contumelioſiorem, & maiorem accipimus. 8 ¶ Atrocem *z* autem iniuriam aut perſona, aut tempore *a*, aut re *b* ipſa *c* fieri *d* Labeo ait. Perſona *e* atrocior iniuria fit, vt cùm magiſtratui, cùm parenti *f*, patrono fiat. Tempore *g*, ſi ludis *h* & in conſpectu. nam prætoris *i* in conſpectu, an in ſolitudine iniuria facta ſit, multum intereſſe ait: quia atrocior eſt, quæ in conſpectu fiat.

¶ Re *k* atrocem iniuriam haberi Labeo ait "vt" putà ſi vulnus illatum, vel os *l* alicui percuſſum.

quædam è contrario principaliter ciuilem perſecutionem habent, ſecundariò publicã. In illis, ſi ad vindictam egeris, præiudicium fiet criminali: in his nõ fiet, *l. 23. §. 9. ſ. ad leg. Aquil. l. 2. §. 1. ſ. vi bon. rapt. l. 15. ſ. de accuſ. l. vn. quando ciuilis actio criminali.*

a Senſus eſt: Si quis culpa occidiſſe dicetur, Aquilia conueniri poterit, in qua principaliter agitur de damno: non principaliter verò de homine occiſo. b Si quis iniurioſè occiſus ſit, actione iniuriarũ vtendum erit, in qua non agitur principaliter de damno ſarciendo, ſed de ipſa cæde vindicanda. c Gladio per iniuriam ab aliquo percuſſus, lege Cornelia aduerſariũ principaliter poteſt conuenire. Vlpianus *hic*: cuius ſententia aduerſus Labeonem obtinuit. d *l. 6. C. eod.* e *l. 6. C. eo. l. 10. §. 12. ſ. de in ius voc and.* f *d. l. 6. d. §. 12*, ſecus ſi non atrox licet enim patronis mediocriter caſtigare libertos 60. *Ecl. 21. c. 29.* g Seruilis iniuria id eſt, atrox iniuria. dixi ad *l. 2. ſ. de iure fiſci.* h *d. c. 9.* i Species prouerbij eſt. Sic Eirene apud Eutropium *lib. 23. in fi.* Nicephorum inuadentem imperium alloquitur, qui heri quaſi ſeruus periturus fuerat, hodie ſolers & ſeditioſus tyrannus ac impudens habetur. & Donatus in illud Terentij Hecyra *act. 3. Scena 5.* heri Philumenam ad ſe accerſi iuſſit, breue tempus ſignificari obſeruauit, vt & Lucæ 13. σήμερον καὶ αὔριον, id eſt breue temporis interuallum, Theophylactus, v. Fornerium 2. *ſelect.* 17. Ariſtophanes, ὁ νῦν μὲν οὐδείς, αὔριον δ' ὑπερμέγας. Cedrenus, χθὲς δοῦλον ἐπέργον, σήμερον δὲ τύραννον. Ariſtides, οἱ χθὲς σκυτοτόμοι σήμερον ὁπλῖται. Nazianzenus *in Apologetico de fuga*: χθὲς ἱερόσυλοι καὶ σήμερον ἱερεῖς: χθὲς τῶν ἁγίων ἔξω καὶ μυσταγωγοὶ σήμερον *vide Nou. 6. & 137. cap. 2.* Ciceronem *3. Verrina.* Iam pridem improbus repentè Cornelius. k Heri ſeruus, heſternus ſeruus dicitur à Perſio. l Sic hodie in *l. 17. §. 1. ſ. de furtis, l. 6. §. 1. ſ. de his qui notantur.* nunc primùm & pridiè, *l. 10. in fi. ſ. de fideicommiſſ. libert.* ſumitur pro nuper admodum. vide Fornerium *ibid.* interdum hodie, ſignificat idem quod poſt hanc legem ſiue ſenatuſconſultum, *l. 1. §. 5. ſ. ſi cui plusquam per legem, l. 68. ſ. ad Trebellianum, v. Cuiac. 8. obſeru. 5.* m Atroces ſunt iſtæ iniuriæ. n Non mediocriter. Mediocritas in ſeruis emendandis ſeruanda, *C. de emendat. ſeruorum.* o *l. 8. in fin. ſ. de accuſat. vide l. vnic. C. de emendat. propinquorum.* p *l. 2. ſ. de obſequiis.* † Hodie competere puto ob atrocem iniuriam, *l. 2. C. de ſpectacul.* q *in pr. §. eod.* r Certum delictum dicit, qui iniuriam ſuo nomine non ſub alternatione demonſtrat: *Paul. tit. 2. collat. legum Moſaic.* certum eſt quod nomine demonſtratur: aliàs certum an incertum dicatur, cognitio ipſius prætoris eſt. *ibid.* ſ Alternatio incerta eſt: ita in maleficiis libellus incertus non admittitur. *Paulus 2. collat. legum. Moſaicarum.* t Cui ſimul fit conuicium & verbera infliguntur, is plures iniurias pati intelligitur. u Senſus eſt, Agens plurium iniuriarum nomine, eas ita complecti debet, vt omnes accepiſſe cogatur probare *Paul. d. tit. 2.* x *l. 37. in fi. ſ. eo.* y *v. Nouel. 117. c. 14.* z *§. 9. Inſt. eod. Paul. 5. ſent. 4. §. 10.* a Putà interdiu, *d. §. 10.* quum eſſes in ſacerdotio, & dignitatis habitum & ornamenta præferres, *l. 4. C. eod. l. 13. §. 4. ſ. de re militari.* b Adde, aut qualitate aut loco *l. 8. ſ. eod.* c i. facto, *§. 9. Inſt. eod. Vlp. tit. 2. coll. legum Moſaic.* d i. æſtimari arbitrio prætoris, *Vlp. d. tit. 2.* u Vt magiſtratus, parens, patronus, *vt hic.* Senator, eques, decurio, vel alius ſpectatæ authoritatis vir. *Paul. 5. ſent. 4. §. 10.* adde quæ notaui ad *l. 42. ſ. eod.* f Parenti filio fit iniuria, ſi filius patri maledicat, vel eum verberet. vtroque caſu morte mori debet. *Exod. 21. §. cæterùm 86. diſt.* g Quod & locus dicitur, *§. 9. Inſt. eo.* h Theatro. *l. 9. Inſt. eo.* in publico. *Paul. 5. ſent. 4. §. 10.* παρόντων, *60. Eclog. 21. c. 11. Quint. l. 6. Inſt. 1.* Atrocitas creſcit ſi iniuria illata ſit in theatro, in templo, in concione. i Num in populi Romani conſpectu, an in ſolitudine? Cuiac. ad *6. Paul. ſent. 4. & 9. obſ. 16. v. Fornerium 1. ſelect. 21.* Hinc colligit Bellouiſanus 1. c. 4. præſentia perſonarum iniuriam minorem, vel maiorem reddi. k i. facto, *§. 9. Inſt. eod.* l ἡ ὄψις, id eſt, facies, *Eclog. 71. c. 12.* mala *l. 11. ſ. eod.*

…hibiti, *l. 14. §. 3. C. de ſacroſ. Eccleſiis. Nou. 7. c. 9.* Hinc legimus apud Ammianum 28. …lianum primæ lanuginis adoleſcentem Lampadij filium ex præfecto conuictum, …dicem noxiarum artium deſcripſiſſe, & primi iudicis ſententia in exilium miſſum, …n ad Cæſarem prouocaſſet, de fumo, vt aiunt, in flammam traditum capite ple…n fuiſſe. i His modis libello iniuria infertur, veluti ſi quis librum famoſum …nponat, edat, vel literarum conſequentia, vel notis deſcribat, ſuóve aut alterius …nine, vel ſi aliquem incitet ad ea omnia præſtanda. Item ſi quis emat aut etiam …dat, vel proponat, *vt hic, & l. 15. §. 6. ſ. eo. Paul 5. ſent. 4. §. 6.* puta inuentum. Iube… …r enim famoſum libellum de via repertum diſcerpere, *l. vn. C. de famoſis libellis.* …m ſi quis inuentum, in publicum proiiciat, vt à quouis legatur: vel ſi reperti vim …ſententiam alteri exponat, *6. Harm. 9.* k Inteſtabilis, *v. l. 11. ſ. de teſtib. l. 18. in …l. 26. in fi. ſ. qui teſtamenta. §. 6. Inſt. de teſtam.* l ἐπίδειξιν. *Hal.* m *adde l. 9. ſ. de …raord. crimin.* n Quid ſi diſpuncta voce, *aliquorum*, dicamus hoc innui: Eum te…d iniuriarum non modo qui ex literarum conſequentia libellum famoſum con…ipſit, ſed & eum qui notis. in vulgata tamen & Haloandri legitur ſine ſcriptura, …legendum, ſimile ſcripturæ. o Quid ſit indicare, *v. l. 197. ſ. de verb. ſign.* …Iure præmium pecuniarum, & quin & libertatis interdum, ex officio conſtituere …teſt, ei qui reum criminis indicauerit. adde quæ de præmiis conſtitutis dixi ad …*ſ. de iure fiſci.* q Interdum præmium à lege conſtituitur, *vt toto titulo Codicis, …ib. ex cauſ. ſerui pro præmio libertatem* vel à principe, *l. vn. C. de famoſis libellis.* …Præmium, *vulg. Hal. l. vn. in fin. C. de famoſis libellis.* ſ Quando crimen in incer…m perſonam commiſſum eſt, licet iudici prouocare iudices, & delatores: quin eo ca… cuilibet de populo accuſatio eſt permiſſa. *Bart. hic.* t Atqui conuicium incertæ …rſonæ factum non vindicatur, *l. 15. §. 9. ſ. eod.* u Publico. x Ob delictum priua…m ad cauſam pertinens ſi quis ciuiliter prius expertus fuerit, criminaliter poſtea …periri poterit, *l. 34. ſ. de oblig.* y Iniuria eſt delictum priuatum. *l. vlt. C. de eo.* An & …blicum? & ſi publicum, quæ pœna conſtituta? *v. l. 47. in fi. ſ. eo.* z Certum quid …*v. §. 34. ſ. eo.* a Quod addit *Paul. 2. coll. legum Moſaic.* & taxationem ponat non …inorem quàm quanti vadimonium fuerit, pertinet ad cautionem iudicio ſiſti.

Eſt enim iniuriarum actio famoſa. Iniuriæ damnatus, etiam ciuiliter, eſt infa…*is: l. 1. ſ. de his qui notantur. l. 2. ſ. de obſequiis. Paul. 5. ſent. 4. §. 9. §. 17. §. 18. §. 19.* …trùm infamia in actione iniuriarum euitari poſſit, *v. Gayllũ 2. obſ. 202. 203.* c Nota …egulam. d Hæc particula ſolennis fuit in actionibus, *vt hic & ſ.* quod gladio ca…put eius percuſſum eſt, quòd imprudenter elegeris, *l. 22. in fin. ſ. de neg.* quod paupe…iem fecit, *l. vlt. ſi quadr.* quod defunctus mentitus eſt, *l. 26. § 5. ſ. de noxal.* quod cum …eius magiſtro geſtum erit, *l. 1. §. 19. ſ. de exercitoria.* quod operas ſerui mei cõduxeris, …*l. 5. ſ. de exercitoria.* quòd in rem tuam verſum ſit. *l. 17. §. 1. ſ. de in rem verſo.* quod …iuſſerit tutor, *l. 2. ſ. quod iuſſu* quod aduerſus dictum promiſſúmve ſit, *l. 47. ſ. de ædil.* quod mihi vim feceris, *l. 133. ſ. de verb. oblig.* Eadem formula viſitata in exceptionibus & ſtipulationibus erat qua de re vide Pithœum *2. notar. Moſaicar.* e Senſus eſt, Quædam delicta principaliter habent publicam executionem, ac pœnam, *§. 1. Inſtit. de publ. iudic. l. 1. ſ. de priuatis delictis.* ſecundario verò ciuilem ac priuatam:

a adde l.27 §.17. ſ. ad leg. Aquil. §. 9. Inſt. de iniur.
b d.§.9 & d.c 11. arbæ iniurioſam vellicationem hic adde, de qua vide 2. Feud. 27. verſ. ſi quis a'iquē cœperit.
c Veſtimentis iniuria facta, cenſetur facta perſonæ, Per veſtimenta fit iniuria ſi ſcindantur, vt hic, & l. 1. §.6.ſ. de iis qui effudrunt 60. Ecl. 21.c. 11. Si ſacerdoti dignitatis habitum & ornamenta præferenti iniuria fiat, l.4. C. eod adde l. 15 §. 39. j. eod. ſi veſte ſordida rei nomine in publico quis vtatur, l.39. j. eod. ſi quis mimus vel hiſtrio in ſcena veſtitu monialis, l.4. Cod. de Epiſcop. aud. vel monachi vtatur, Nouell. 123. c. 44. aut ea veſte quæ ſoli principi eiuſve domui dicata eſt, l. 4. C. de veſtib. oluberis. ſi quis veſtem alicuius fimo corrupto perfudit, v. l. 1. ſ. de extr. crim.
d v. l. 1. §. 2 ſup. eodem.
e l. 1. §. 1. ſup. eod. Conuicium eſt inſigne, quoties quis ſeruum eum qui ſit liber, l.9. C. eo. debitorem eum qui non ſit debitor, appellat, l.15. §. 3. j. eod. ſi quis aliquem argam (i. cucullum) appellauerit, v. lib. 3. legum Longobardicarū tit. de conui. & in Salic. Si quis aliquē

8. Paulus "lib. 55. ad Edictum."

VVlneris *a* magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam locus vulneris, veluti oculo *b* percuſſo.

De pudicitia attentata.

9. Vlpianus "lib. 57. ad Edictum."

SEd eſt quæſtionis, quod dicimus re iniuriam atrocem fieri, vtrùm ſi corpori inferatur, atrox ſit, an & ſi non corpori, vt putà veſtimentis *c* ſciſſis, comite *d* abducto, vel conuicio *e* dicto? Et ait Pomponius, etiam ſine pulſatione poſſe dici atrocem iniuriarum, perſona *f* atrocitatem faciente. 1 ¶ Sed & ſi in theatro *g*, vel in foro cædit & vulnerat, quanquam *h* non atrociter, atrocem iniuriam facit.

2 ¶ Parui autem refert, vtrum patrifamilias, an filiofamilias iniuria facta ſit. nā & hæc atrox æſtimabitur. 3 ¶ Si atrocem iniuriam ſeruus fecerit. ſi quidem dominus præſens ſit, poteſt agi de eo: quòd ſi abfuerit, præſidi offerendus, eſt qui eum flagris *i* rumpat. *K*. 4 ¶ Si quis tam fœminam, quàm maſculum, ſiue ingenuos, ſiue libertinos, impudicos *l* facere adtemptauit, iniuriarum tenebitur. ¶ Sed & ſi ſerui pudicitia adtemptata ſit, iniuriarum locum habet.

10. Paulus "lib. 55. ad Edictum."

ADtemptari pudicitia dicitur, cùm id agitur *m*, vt ex pudico impudicus fiat.

De eo qui percuſſit vel dolo fecit, vel curauit vt quis percuteretur. 1. De bonno & æquo. De diſſimulatione. De pacto, tranſactione, iureiurando. 2. per quos agi poteſt. 3. Si quis per alium iniuriam fecerit. 7. Si de patrono libertus quæratur. 8. vel filius, vel vxor liberti. 9. De ſtatus controuerſia.

11. Vlpianus "lib. 57. ad Edictum."

NOn ſolum is iniuriarū tenetur, qui fecit iniuriam, hoc eſt, qui percuſſit: verùm ille quoque continetur, qui *n* dolo fecit, vel qui curauit, vt cui mala *o* pugno *p* percuteretur. 1 ¶ Iniuriarum actio ex bono *q* & æquo eſt. ¶ Et diſſimulatione *r* aboletur. ſi quis. n. iniuriam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim *ſ* paſſus ad animum ſuum non reuocauerit *t*, poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere. Secundùm hæc ergo æquitas actionis *u* omnem metum eius abolere videtur, vbicunque contra *x* æquum quis venit. ¶ Proinde & ſi pactum *y* de iniuria interceſſit & ſi tranſactum *z* & in iuſiurandum *a* exactum erit, actio iniuriarum non tenebit. 2 ¶ Agere *b* quis iniuriarum & per ſe, & per alium poteſt *c*, vtputà procuratorem *d*, tutorem, cæteróſque qui pro aliis ſolent interuenire. 3 ¶ Si *e* mandatu *f* meo facta ſit alicui iniuria, plerique aiunt, tam me, qui mandaui, quàm eum qui ſuſcepit, iniuriarum teneri. 4 ¶ Proculus rectè ait, ſi in hoc te conduxerim *g*, vt iniuriam facias, cum vtroque noſtrum iniuriarum agi poſſe, quia mea opera facta ſit iniuria. 5 ¶ Idémque ait, & ſi *h* filio meo mandauero, vt tibi iniuriam faciat.

6 ¶ Atilicinus autem ait, & ſi perſuaſerim *i* alicui aliàs nolenti, vt mihi ad iniuriam faciendam obediret *a*, poſſe *b* iniuriarum mecum agi. 7 ¶ Quanquam aduerſus *c* patronum liberto iniuriarum actio non detur, verùm marito libertæ nomine cum patrono actio competit. maritus enim, vxore *d* ſua iniuriam paſſa, ſuo *e* nomine iniuriam agere videtur. quod & Marcellus admittit. Ego autem apud eum notaui, non de omni iniuria hoc eſſe dicendum, me putare. leuis *f* enim coërcitio etiam *g* innuptam, vel conuicij non *h* impudici dictio cur patrono denegetur? Si autem cum liberto nupta eſſet, diceremus omnino iniuriarum marito aduerſus patronum ceſſare actionem "&" ita multi ſentiunt. ¶ Ex quib. apparet libertos noſtros non tantùm eas iniurias aduerſus nos iniuriarum actione exequi non poſſe, quæcunque fiunt ipſis: ſed ne eas quidem, quæ eis fiunt, quos eorum intereſt iniuriam non pati.

8 ¶ Planè ſi fortè filius liberti vel vxor velint iniuriarum experiri: quia patri maritóve non datur, denegandum non erit, quia ſuo nomine experiuntur.

9 ¶ Ei qui ſeruus dicitur, ſeque *i* adſerit in libertatem, iniuriarum actionem aduerſus dicentem ſe dominum competere, nulla dubitatio eſt: & hoc verum eſt, ſiue ex libertate in ſeruitutem petatur, ſiue ex ſeruitute in libertatem proclamet. nam hoc iure indiſtinctè vtimur.

12. Gaius "lib. 22 ad Edictum prouinciale.

SI quis de *k* libertate aliquem in ſeruitutem petat, quē ſciat liberū eſſe, neque id propter euictionē, vt eam ſibi conſeruet, faciat, iniuriarū actione tenetur.

De ſucceſſione. 1. De iuris executione. 2. De prætoris præcepto. 3 De interpellatione ad tribunal. 4. De prohibente quominus quid in honorem alicuius fiat. 5. De muneribus & honoribus iniunctis. De ſententia. 6. De his quæ iure poteſtatis à magiſtratu fiunt. 7. De prohibito aliquid facere.

13. Vlpianus "lib. 57 ad Edictum."

INiuriarum actio neque *l* hæredi, neque *m* in hæredem datur. ¶ Idem eſt & ſi in ſeruum meum iniuria facta ſit. nam nec hic hæredi meo iniuriarum actio datur. Semel autem lite *n* conteſtata, hanc actionem etiam ad *o* ſucceſſores pertinere. 1 ¶ Is qui iure *p* publico vtitur, non videtur iniuriæ faciendæ cauſa hoc facere. iuris enim executio *q* non habet iniuriam.

2 ¶ Si quis quod decreto prætoris non obtemperauit, ductus ſit, non eſt in ea cauſa, vt agat iniuriarum, propter prætoris præceptum. *r*. 3 ¶ Si quis per iniuriam ad *ſ* tribunal alicuius me interpellauerit vexandi mei cauſa, potero iniuriarum experiri. 4 ¶ Si quis de honorib. decernendis alicuius paſſus non ſit decerni, vtputà imaginem *t* alicui, vel quid aliud tale, an iniuriarum teneatur? & ait Labeo, non teneri, quamuis hoc contumeliæ cauſa faciat. etenim multum *u* intereſt, (inquit) contumeliæ cauſa quid fiat, an verò fieri quid in honorem alicuius quis non patiatur.

5 ¶ Idem Labeo ſcribit, ſi cùm alium contingeret legatio *x* alij hoc onus duumvir *y* indixerit, non poſſe agi iniuriarum ob laborem iniunctum: aliud enim eſſe, laborem iniungere *z*, aliud iniuriam facere. idem ergo erit probandum & in cæteris muneribus atque honoribus, quæ per iniuriam iniunguntur. Ergo ſi quis per iniuriam ſententiam dixerit, idem erit probandum.

6 ¶ Quæ iure poteſtatis *a* à magiſtratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent *b*.

7 ¶ Si quis me prohibeat in mari *c* piſcari, vel euerriculum, quod Græcè σαγλω'ν dicitur, ducere, an iniuriarum iudicio poſſim eum conuenire? Sunt qui putent iniuriarum me poſſe agere. & ita Pomponius, & pleri-

appellauerit falſatorem, meretricem, tit. 3. de conuit. §. 2. concacatum, vulpeculā, §. 3. ibid leporem, §. 4 ibid. delatorē, §. ibi. ſicuti proiectorem, § 5 ibid Idem ſentiendum ſi quis alteri dicat, tu mentiris, vlt. 28. j eo. his adde Bellouiſanum 1. c. 3. n. 31. Clar. 5. ſent. §. 10 in pr. Non prætereundum eſt quod Boſſius refert, illa verba, verum non dicis, apud Italos non idem ſignificare, quod tu mentiris, c. 45. n 7. Si ita eſt, non verum quis dicere poterit, & tamen non mentiri. f & è contrario patiente, l. 17 §. 3. j eod. g l. 6. in fi. ſ. eod. h Atrocem iniuriam interdum non facit vulnus, ſed locus. i flagellis, l. 17 §. 2. j. eod Paul. 5 ſent. 4 ſ 20. K Verberet, l 17 §. 3. j. eo. l Paul. ibid. § 14. hoc vt fiat, v. l. 10 l. 15. §. 22. j eod. m ſermone vel blanditiis, l. 15. l. 20. §. 21. §. 22. j. eod. n l. 15. §. 8. l. 17 §. 1. j. eod. o l. 7. in fi ſ. eod. v. Paul. 2. coll. legum Moſaicarum hunc adde orationem Demoſthenis aduerſus Midiam.
p l. 4. ſ. eod. q Sic actio ſepulchri violati in æquum & bonum concepta dicitur, l. 10. j de ſepulchr. aliàs iniuria eſt ex delicto, l 4. ſ de oblig. Inſt. de oblig. ex delicto. r §. vlt Inſt. eod. Iniuria diſſimulatione tollitur. Quid ſi Titius accepta iniuria à Sempronio cum in ius vocauerit, & ab eo libello, eave in ius vocatione, ei conuiuatus fuerit: an quaſi diſſimulatione extincta videbitur iniuriæ actio, vt ne inſtitutam ante iniuriæ actionem poſtea exequi Titius poſſit? ſi non caſu fortuito (vt epulis nuptialib. plerumque fieri adſolet) conuiuatus fuerit, ſed conſulto conſilio, dicendū eſt remiſſam quaſi diſſimulatione intelligi: ſin caſu, non cenſeri remiſſā, niſi ſequentib: verbis vel pactis. Vide Capellam Tholozanā deciſ. 233. vbi Aufrerius notat iniuriā remitti ſalutatione, epulis, oſculo. ſ i. intra annū, annuo. n. tēpore, l. 12. §. 6. in fi. j. eo. & ſpatio, iniuriarū actio præſcribitur, l. 5. C. eo. quæ anno præſcribātur, v. apud Cuiac. 20. de præſcr. t non reuocat ad animū iniuriā, qui eius nomine actionē nullā proponit: is, tacitā ſilentio annuo remittit actionē iniuria ū, qui facto ipſo remiſit: putà ſi cū aduerſario ſciens conuiuatus fuerit, ſalutarit, v Bellou. 1. c. 3. n. 86. aut cū eodē priſtina familiaritate vſus fuerit. u omiſſæ ſc. x cōtra æquū venit, qui remiſſā iniuriā conatur reſuſcitare. adde l. 26 ſ. de Syll. y etiam nudū, l. 17. §. 6. ſ. e. l. 27. §. 1. ſ. de pact. z facit lex 18. C. de tranſ. a l 3. §. 1. l. 30. §. 3. l. 34. ſ. de iur. b Ciuiliter, ſcil. An & criminaliter iniuriarū agere per procuratorē poſſum? Minimè, niſi actor ſit illuſtris Græc. c §. 10 Inſt. eo l. 42. §. 1. ſ. de procur. Imò per aliū non poteſt, Pau 5 ſent 4 §. 12. ſolue: Ciuili actione iniuriarū poteſt: criminali nō poteſt v. Cuiac. d. §. 12. d l. 17 § 10. j eo. e ex hoc & §. 4 5. 6 collige, mandatorē, conductorē, ſuaſorē iniuriæ faciēdæ teneri. f l. 1. § 13. ſ. de vi & vi. Mandātes & cōſentientes pari pœna ſunt puniendi mandans ex delicto tenetur, l 7 in fi. ſ. de iuriſd. de quo v. Bartol. hic: Bellou 3 pact 17. Clar. 5 ſent parag. vlt. qu. 89. g Auxiliū præſtat delinquēti. de pœna auxiliatoris, v. Clar. 5 ſent. parag. vlt. q. 9. h l. 7. §. 4. ſ. arborum furtim. i De pœna eius qui conſilium dat delinquenti, v. hic Bar. & Clar. 5 ſent. §. v. t. q.

de priuatis delictis. m l. 1. C. ex delictis defunct. l. vlt. in fi. C. de reuoc. don. c. 18. n l. vlt in fi. C. de reuoc. don. o etiam aduerſus, vulg. p Finge iudicem tare contumacem vel pignus capere, vel includere litigatorem: vel pot tum vocare in ius aduerſarium ſuum. adde §. 6. j. eo. q Qui id facit, quod mittitur, iniuriam facere non cenſetur, §. 6. j. eo. l. 116. §. 1. j. de reg. iur. toris præceptum exequitur, condemnato non facit iniuriam, niſi modū illud, Prætoris & maioris præceptū excuſat, l. 4. ſ. de aqua & aqua pluu. reg. in 6. ſ Si quis non debitorem traxerit ad iudicium, ſufficienter de tur, vt ex eo facto agi poſsit, l. 15. §. 29. l. 19. j. eo. l. 5. in fin. ſ. qui ſatiſd. l 5 C. de iuriſdict. t Honorem alteri decerni qui non patitur non vt hic. Id etiam Cato dedecori non duxit, interrogatus enim quamobrem multos nobiles ſtatuam non haberet, Malo, inquit, bonos ambigere, quam non meruerim, quàm, quod grauius eſt, cur impetrauerim. Ammian. 14. u Facit l. 71. §. 1. ſ. de cond. & demonſt. l. 6. quæ in fraudem. x Locatio Locati verbo Accurſius intelligit onus locandi ſtrationes, publicas. Si nihil rentina editione immutamus, legationis verbo intelligere poſſumus lega cenſus recipiendos, cuius meminit l. 1. § 2, l. 18. §. 12 j. de muner. y Duum ſi conſul erat municipij ſui. z Aliud eſt laborem iniungere aliud iniuriam a Poteſtatis iure, quæ fiunt animo corrigendi, non iure fieri præſumuntur §. 38. j. eo. adde paragr. 1. ſ. eo. b Niſi in eis magiſtratus excedat officium, inf. eod. c Piſcari in mari cuique licet: ideóque in eo piſcari à nemine prohiberi poſſumus l. 2 parag. 9 ſup. ne quid in loco publico: l. 11. C. de ſeruitut. men reſtringe, vt j. eo. in fin. & l. 14. j. eod. & Nouell. Leon. 56 & l. 7. ſ. temporalibus,

a In publico, vulgo, In publico balneo, d. parag 9.
b l.24 ʒ eo. l.8.§. 5.ʒ. ſi ſeruitus vindicetur, l.25 ſup. de act. empt. l.11.ʒ. de vi & vi, l.3.§.2. uti poßidetis: l.8. C. de Iudæis.
c vide l.1. ſup. de loco publico fruẽdo.
d De prætorio & prothyro, vide quæ dicam ad Nouell. Leon. 56.
e parag.1. Inſt. de rer. diuiſ. l.13. ſup. comm. præd.
f l.16.ʒ. de ſeruit. ruſtic. l.3.§.1. l.5. para 3.ʒ. de acq. rer. paragr. 14. Inſtit. de rer. diuiſ.
g conſuetudine, ſcil. de vſurpandi voce dixi ad l. Feudorum 14. adde 35. Synopſis 6.c 3.
h quod defenditur à Leone Nouell. 56.
i vtique iure Romano: quod tamen negat Cuiacius 4. obſer. 2.
k v. Nouell. Leon. 56. l.13.ʒ. communia prædiorum.
l Veneti eo iure dicunt ſe longa conſuetudine iuriſdictionem in ſuo mari adquiſiuiſſe.
m l.8.§.5. in fin. ſup. ſi ſeruit. vindicetur, l.1. parag.6.ʒ. uti poßidetis.
n piſcandi, d.§.5. vt & in agris, inſeſendi, fodiendi, arandi, ædificandi, & ſimilium, l.11. ʒ. de vi & vi.
o Imo, & ad publicas, ſup. de loco & itineribus publicis: ſupr. de via publica: ſup. ne quid in loco vel itinere publico: ſup. de loco publico fruendo: ſup. vt in flumine publ. nauigare liceat.
p puta poculo amatorio, l.38.§.5. ʒ. de pœnis, adde l.6. C. de Mathematicis: Nou. Leon 65.

que, eſſe huic ſimilem eum, qui in publicum *a* lauare, vel in cauea publica ſedere, vel in quo alio loco agere, ſedere, conuerſari non patiatur, aut ſi quis *b* re mea vti me non permittat. nam & hic iniuriarum conueniri poteſt. Cõductori autem veteres interdictum dederunt. ſi fortè publicè *c* hoc conduxit. nam vis ei prohibenda eſt, quo minùs conductione ſua fruatur. Si quem tamen ante ædes meas, vel ante prætorium *d* meum piſcari prohibeam, quid dicendum eſt? me iniuriarum iudicio teneri an non? Et quidem mare commune *e* omnium eſt, & littora, ſicuti aër: & eſt ſæpiſſimè reſcriptum, non poſſe quem piſcari prohiberi. ſed nec aucupari, niſi quòd ingredi quis agrum alienum prohiberi *f* poteſt. Vſurpatum *g* tamen & hoc eſt, tametſi nullo iure *h*, vt quis prohiberi poſſit ante ædes meas, vel prætorium meum piſcari. quare ſi quis prohibeatur, adhuc iniuriarum agi poteſt. ¶ In lacu tamen qui mei dominij eſt, vtique piſcari aliquem prohibere poſſum *i*.

14. *Paulus* lib. 13. ad Plautium.

SAnè ſi maris proprium *k* ius ad *l* aliquẽ pertineat, vti poſſidetis *m* interdictum ei competit, ſi prohibeatur ius *n* ſuum exercere. quoniam ad priuatam iam cauſam pertinet, non ad publicam hæc res. vtpote cùm de iure fruendo agatur, quod ex priuata cauſa contingat, non ex publica. ad priuatas enim cauſas accommodata interdicta ſunt, non ad publicas *o*.

De mente alienata. 1. De eo qui territus eſt quaſi vapulaturus. 2. Edictum de conuicio. 4. & eius interpretatio. 15. De eo qui fœminam appellauit vel aſſectatus eſt, vel comitem ei abduxit, & de turpibus verbis. 24. De ſponſo. 25. Edictum ne quid infamandi cauſa fiat. 26 Et eius interpretatio. 29. De libello dato principi vel alij. 30. De euentu ſententiæ vendito 31. De bonis occupatis. 32. De pignore proſcripto. 33. De non debitore quaſi debitore appellato. 34. Edictũ, de ſeruo iniuriã paſſo. 35. & eius interpretatio.

15. *Vlpianus* lib. 77. ad Edictum.

ITem apud Labeonem quæritur, ſi quis mentem alicuius medicamento *p*, alióve quo alienauerit, an iniuriarum actio locum haberet, & ait iniuriarum aduerſus eum agi poſſe. 1 ¶ Si quis pulſatus quidem non eſt, verùm manus aduerſus eum leuatæ, & ſæpè *q* territus quaſi vapulaturus, non tamen percuſſit, vtili iniuriarũ actione tenetur. 2 ¶ Ait prætor, *Qui aduerſus r bonos mores conuicium cui feciſſe, cuiúſve opera ſ factum eſſe dicetur, quo aduerſus bonos mores conuicium fieret, in eum iudicium dabo.*

3 ¶ Conuicium *t* iniuriam eſſe Labeo ait. 4 ¶ Conuicium autem dicitur vel à concitatione, vel à conuentu, hoc eſt, à *u* collatione vocum. cùm enim in vnum complures voces conferuntur, conuicium appellatur, quaſi conuocium *x*. 5 ¶ Sed quod adijcitur à prætore, *Aduerſus bonos mores*, oſtendit non omnem in vnum collatam vociferationem prætorem notare, ſed eam quæ bonis moribus improbatur, quæque ad infamiam, vel inuidiam *y* alicuius ſpectaret. 6 ¶ Idem ait, *Aduerſus bonos mores*, ſic accipiendum, non eius qui fecit, ſed generaliter accipiendum aduerſus bonos mores huius *z* ciuitatis. 7 ¶ Conuicium non tantùm præſenti, verum abſenti *a* quoque fieri poſſe Labeo ſcribit. Proinde ſi quis ad domum tuam venerit te abſente, conuicium factum eſſe dicitur. ¶ Idem etſi ad ſtationem *b*, vel tabernam *c* ventum ſit, probari oportere. 8 ¶ Feciſſe conuicium non tantùm is videtur, qui vociferatus eſt, verùm is quoque qui concitauit ad vociferationem alios, vel qui ſummiſit vt vociferentur.

Hinc Iuuenalis *Sat.6.* Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti &c. *quæ ib. vide.* q 60. *Ecl.21.c.25.* r Conuicia facere contra bonos mores non licet Seneca 10. *Declam.* 1. aduerſus bonos mores iniuria infertur, quoties factum non lege, ſed arbitrio iudicis æſtimatur & vindicatur, *Paul.5.ſent.4.parag.6.7.8.& 13.* ſ *Paul.5 ſent.4.parag.9.* t de linguæ vitio, v. *epiſt. Iacobi c.3. & Eraſmi libellum de lingua.* Conuitiator mendax, detractor, exoſus bonis, *Pſalm.* 100. abominatio hominum, *Prou* 24. Deo odibilis. 2. *Corinth.* 12. Idem fuit turpiſſimus apud Perſas, Herodot. 1. Conuicium Græci ὀχλαγώγιον & συναγωγὴν, v. *Cuiac.6.obſ 6.*
u 60. *Eclog.7.ex tit.1.cap.5.v. in hunc locum Robert.2.ſent.7.*
x *Idem Feſtus tradit.* y adde l.38.ʒ. eo. z Mores ciuitatis cuiuſque boni præſumuntur: aduerſus bonos mores peccat, qui aduerſus bonos mores ciuitatis in qua viuit, commiſit. a l.5.ʒ. *ne quis eum: l.4.parag.4 ʒ. de furt.* b Statio eſt locus in quem quis muneris ſui cauſa ſe ſiſtit, l.7. *parag.13 ʒ. quib. ex cauſ. poſſ.* Gellius 13.c.13. Romæ fuiſſe ſtationes ius dicentium & reſpondentium: Eſt igitur ſtatio locus in quem quis frequenter conuenire ſolet audiendi vel confabulandi, vel reſidendi cauſa, adde & orandi: quo ſenſu Tertull. *in libro de oratione*, & Ammianus, *lib.28. in fin.* Stationis nomine intelligunt loca in quibus Chriſtiani ſtantes die dominico dominum orabant, nec enim tunc temporis Deum de geniculis adorabant. Eadem ratione ſtationarij dicuntur *in l.6. C. de dignit.* qui mercium viliſſimarum apothecas ſecum deferentes certis in locis aliquandiu conſiſtunt emptorem operientes. Eodem modo ſtationes tabellionum. *Nou* 44.c.2. & ſtationes fiſci, *l.1. C. de compenſat. l.1. C. ne fiſc.* portus etiam ſtatio dicitur, l.9.ʒ. *de verb. ſignif. v. Cuiac.2. obſ.v.1.* c taberna hic ſtationi (de qua dixi ad l.7. *parag.12. parag.13. ʒ. quib. ex cauſis in poſſeſſ*) adiungitur. Erant autem in foro complures 5 *Vitruuius 1. Liu.26.6. Quint 4.* veteres & nouæ ſub veteribus erant argentarij, *Plau. in Curcu.35.P. in 4.* Nouarum fit mentio apud Varronem 5. *de lingua c. Liuium 2.25.35. Plin.40.* Hinc argentariorum tabernæ in foro,

9 ¶ *Cui* non ſine cauſa adiectum eſt: nam ſi incertæ *a* perſonæ conuicium fiat, nulla executio eſt. 10 ¶ Si curauerit *b* quis conuicium alicui fieri, non tamen factum ſit, non tenebitur. 11 ¶ Ex his apparet, non omne maledictum conuicium eſſe, ſed id ſolum quod cum vociferatione dictum eſt. 12 ¶ Siue vnus, ſiue plures dixerint, quod in cœtu dictum eſt, conuicium eſt. quod autem non in cœtu, nec vociferatione dicitur, conuicium non propriè dicitur, ſed infamandi cauſa dictum.

13 ¶ Si quis Aſtrologus *c*, vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, conſultus aliquem furem dixiſſet, qui non erat, iniuriarum cum eo agi non poteſt, ſed conſtitutiones eos tenent. 14 ¶ Iniuriarum, quæ ex conuicio naſcitur, in *d* hæredes non eſt reddenda, ſed nec hæredi. 15 ¶ Si quis virgines appellaſſet *e*, ſi *f* tamen ancillari *g* veſte veſtitas, minùs *h* peccare videtur: multò minùs ſi meretricia *i* veſte fœminæ non matrum familiarum *k* veſtitæ fuiſſent. Si igitur non matronali *l* habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauit, vel ei comitem *m* abduxit, iniuriarum tenetur.

16 ¶ Comitem *n* accipere debemus eam qui comitetur & ſequatur: & (vt ait Labeo) ſiue liberum, ſiue ſeruum: ſiue maſculum, ſiue fœminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiuſque cauſa, vt ſequeretur deſtinatus, in publico priuatóque abductus fuerit. Inter comites vtique & pædagogi *o* erunt.

17 ¶ Abduxiſſe videtur, (vt Labeo ait) non qui abducere comitem cœpit *p*, ſed qui perfecit *q* vt comes cum eo non eſſet. 18 ¶ Abduxiſſe autem non tantum is videtur qui per vim abduxit, verùm is quoque qui perſuaſit *r* comiti vt eam deſereret. 19 ¶ Tenetur hoc edicto, non tantùm qui comitem abduxit, verumetiam ſi quis eorum quem appellauiſſet, adſectatúſve *ſ* eſt.

20 ¶ Appellare *t* eſt blanda oratione alterius pudicitiam adtemptare. hoc enim non eſt conuicium facere, ſed aduerſus bonos mores adtemptare. 21 ¶ Qui turpibus verbis vtitur, non temptat pudicitiam, ſed iniuriarum tenetur. 22 ¶ aliud eſt appellare, aliud adſectari *u*, appellat enim qui ſermone pudicitiam adtemptat: adſectatur *x* qui tacitus frequẽter ſequitur, aſſiduo *y* enim frequentia quaſi præbet nonnullam infamiam.

23 ¶ Meminiſſe autem oportebit, non omnem qui adſectatus eſt, nec omnem qui appellauit, hoc edicto conueniri poſſe. neque enim ſi quis colludendi *z*, ſi quis officij *a* honeſtè faciendi gratia id facit, ſtatim in edictum incidit: ſed qui contra bonos mores hoc facit.

24 ¶ Sponſum *b* quoque ad iniuriarum actionem admittendum puto. etenim ſpectat ad contumeliam eius iniuria quæcunque ſponſæ eius fiat.

l.32.ʒ. de cõi. emp. Hinc foro cedere dicebantur ijdem argentarij, l.7 § 1. ʒ. depoſiti: l. vlt. ʒ. de curatore bonis dando. In foro quoque variæ negotiationes fuerũt, l.23. ʒ. de inſtructo.
a v.l.6. ʒ. eod.
b v.l.11. ʒ. eo.
c Hinc Iuuenalis *Satyr.16.* quidquid Dixerit aſtrologus, credent à fonte relatum Ammonis. *& poſt*, Diuitibus reſponſa dabit Phryx, Augur, & inde Conductum dabit, aſtrorum mundique peritus. *& Satyr.3.* motus Aſtrorum ignoro, funus promittere patris. Nec volo, nec poſſum. Aſtrologis videntur adfines fuiſſe Aretologi, homines mẽdaces, de quibus videndus eſt Sueton. *in Aug. c 74.* & Iuuen. *Sat.15. in princ.* Galli, *Diſeurs de bonne aduenture.*
d l. 13. *in princ.* ʒ. *eod.*
e Appellare hic ſignificat pudicitiam ſermone attentare, §.20.ʒ. eo. 60. *Ecl.21.c.29.*
f Quid ſi quis maſculum muliebrem veſtem gerentem? v. Senec. *Controu.6.*
g Qualis quiſque extrinſecus videtur, talis iudicari poteſt, l.50.ʒ. *locati.* hinc colligunt matronam ancillari veſte vel meretricia indutam, ſibi imputare debere, ſi, vt ancilla vel meretrix impudicè attentetur, l.21.ʒ. *quod metus cauſ.*
h Quintilianus 7.c.3 Iuſti erroris excuſatione crimen poteſt deprecari, qui in lupanari cum aliena vxore fuerit deprehenſus.
i Tertull *in lib de cultu* refert, Romanis legibus impudicas mulieres à matronis ornamentis diſtinctas, Idem *cap.6.* Apologetici, conqueritur inter matronas atque proſtibula nullum eſſe diſcrimen in habitu. adde *eundem in lib de Pallio*, *l.4 Cod. de epiſc. aud.* Meretricia veſtis apud Spartanos, *Clemens 4 pædagog.* & apud Athenienſes florida erat, *Suidas in verbo* ἑταίρας, apud Thuſcos varia: *Suidas in Zeleuco.* Mulieres impudicæ apud Romanos flauo crine, veſte variegata, eaque ſubductiore à cæteris mulieribus diſcriminabantur. *Hieronym. aduerſus Heluidium.* Thamar quoque à Iuda pro meretrice ex habitu diiudicata eſt, *Gen.38.c.14.* ex habitu, inquam, ſeu theriſtio aut pallio ac ornatu, quod apud ſeptuaginta, indicant illa verba καὶ ἐκαλλωπίσατο non ex velata facie. Nam velamentum pudoris ſignum erat. *Gen. 24. v. 65.* quod etiam ſignificat Tertull. dicto loco: Thamar, inquit, quia ſe expinxerat & ornauerat idcirco Iudæ ſuſpicioni viſa eſt quæſtui ſedere. Inde notant interpretes ſtatutorum originem ſumptam quibus diſponitur vt huiuſmodi mulieres certo quodam genere veſtis ab aliis diſtinguantur. Vt ad Romanos reuertar: Matronæ à meretricibus diſcernebantur ſtola & palla. Nonius c.14. Vlpianus in l.23.§.2. *verſ. muliebria ʒ. de auro* 6. *Valer.2.1. Vitruu.1. Feſtus: Martialis* 1. ſtola, inquam, id eſt, oblonga & ad talos demiſſa veſte, *Horat.1. ſerm.2. & ibi Acron.* Nam virilis toga prioribus oris, intra genua paululum, poſterioribus ad medios vſque poplites perueniebat: 11. *Quint. vlt.* vbi monet oratori cauendum ne veſte longiore vtatur, (quoniam ſit mulieris longa veſte vti) vitiis etiam crines ſuos honeſtæ mulieres coërcebant, contra quam meretrices, *Seruius 7. Æneid Ouidius 1. de arte, duobus locis & 3. de Ponto: 1 Tibur.6* Iſid. 9. c.25. meretriciæ veſtis ſignum fuiſſe ait, pallium lineum, quo & matronæ in adulterio deprehenſæ induebantur. Nam adulterij damnata, ſtola depoſita, togam induebat. vnde toga pro ornamento meretricis, togata pro meretrice, *teſte Acrone apud Horatium, ſerm.2. Iuuenal. Satyr.2. Mart.1. & 10. Epigram.* & matronis togatæ opponuntur. Matronis permittebatur ſellis & lecticis vehi, at non meretricibus. Suet. *in Domit. Dyon.58. Seneca de remed. fortun. Apul. de Aſino.* Hinc frequens vſus lecticariorum Romæ, l.99 *parag.4.ʒ. de l.3.* adde *Briſſonium 1. ſelect.4.*
k non matrumfamilias, *Vulg.* l Matronam à matrefam. nihil diſtare hinc collige, *v. Cuiac.3.obſ.18.* m *v. parag.16.ʒ. eod.* n de quo *v.l.1. parag.2.ʒ. eo.* o *d.§.2.*
p Cœptum delictum interdum non habetur pro perfecto.
q Conatus punitur, cum iniuria effectum habet, *facit l.5 in fin. ʒ. quod quiſque iuris l.5. parag.2. ne quis eum qui in ius.* r l.11. *parag.6. ʒ. eo.* ſ *v. parag 22 ʒ. eo.*
t 60. *Eclog.21.c.23.* u Adſectari & appellare differunt. Appellatio fit nudis verbis Adſectatio fit etiam ipſo corpore, & ſequendo tantùm. adde *parag.19. ʒ. eod. Feſtus in Adſectata.* x *parag.1 Inſt. eod.* y aſſidua, *Vulg.*
z De loco vide quæ notaui ad l.3. *parag.3. ʒ. de oblig.*
a adde l.16. *parag.2. ʒ. de pœnis.* b v. quæ notaui ad l.1. ʒ. *de ſponſal.*

25 ¶ Ait prætor: *Ne quid infamandi a cauſa fiat. Si quis aduerſus ea fecerit, prout quæque res erit animaduertam.*

26 ¶ Hoc edictum‖ſuperuacuum eſſe Labeo ait, quippe cum ex generali iniuriarum agere poſſumus. ſed videtur & ipſi Labeoni, & ita ſe habet, prætorem eandem cauſam ſecutum, voluiſſe etiam ſpecialiter *b* de ea re loqui. ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta. 27 ¶ Generaliter vetuit Prætor quid ad infamiam alicuius fieri. Proinde quodcunque quis fecerit vel dixerit, vt alium infamet, erit actio iniuriarum. ¶ Hæc autem ferè ſunt quæ ad infamiam alicuius fiunt, vtputà *c* ad inuidiam alicuius veſte *d* lugubri vtitur, aut ſqualida, aut ſi barbam *e* demittat, vel capillos ſubmittat *f* aut ſi carmen conſcribat *g*, vel proponat, vel cantet *h* aliquod quod pudorē alicuius lædat. 28 ¶ Quod ait prætor: *Si quis aduerſus ea fecerit, prout quæque i res erit animaduertam*: ſic intelligendum eſt, vt plenior eſſet prætoris animaduerſio, i. & quodcunq; eum mouerit, vel in perſona *k* eius qui agit iniuriarum actione, vel eius aduerſus *l* quem agitur, vel etiam in re ipſa, in qualitate iniuriæ *m*, audiat eum qui agit. 29 ¶ Si quis libello *n* dato vel principi vel alicui, famam alienam inſectatus fuerit. iniuriarum erit agendum, Papinianus ait. 30 Idem ait eum qui euentum ſententiæ, velut daturus *o* pecuniam, vendidit, fuſtibus à præſide ob hoc caſtigatum, iniuriarum damnatum videri vtique autem apparet hunc iniuriam ei feciſſe, cuius ſententiam vendıtauit. 31 ¶ Si quis bona alicuius, vel in rem vnam *p* per iniuriam occupauerit, iniuriarum actione tenetur. 32 ¶ Item ſi quis pignus proſcripſerit *q*, venditurus, tanquam à me acceperit, infamandi mei cauſa, Seruius ait iniuriarum agi poſſe.

33 ¶ Si quis non debitorem quaſi *r* debitorem appellauerit, iniuriæ faciendæ cauſa, iniuriarum tenetur.

34 ¶ Prætor ait, *Qui ſeruum ſ alienum aduerſus bonos t mores u verberauiſſe x, déve eo iniuſſu domini, quæſtionem habuiſſe dicetur in eum iudicium dabo. Item ſi quid aliud factum eſſe dicetur, cauſa cognita iudicium dabo.*

35 ¶ Si quis ſic fecit iniuriam ſeruo, vt *y* domino faceret, video dominum iniuriarum agere poſſe *z* ſuo nomine. ſi verò non ad ſuggillationem domini id fecit, ipſi ſeruo facta iniuria, inulta à prætore relinqui non debuit: maximè ſi verberibus, vel quæſtioni *a* fieret. hác enim & ſeruum *b* ſentire palàm eſt. 36 ¶ Si communem quis ſeruum verberauerit, vtique hac actione non tenebitur, cùm iure *c* domini id fecerit. 37 ¶ Nec ſi fructuarius id fecerit, dominus cum eo aget: vel ſi proprietarius fecerit, fructuarius eum conueniet.

38 ¶ Adijcitur, *aduerſus bonos mores*: vt non omnis omnino qui verberauit, ſed qui aduerſus bonos mores verberauit, teneatur. cæterùm ſi quis corrigendi *d* animo, aut ſi‖quis‖emendandi *e*, non tenetur. 39 ¶ Vnde quærit Labeo, ſi magiſtratus municipalis *f* ſeruum meum loris *g* ruperit, an poſſim cum eo experiri, quaſi aduerſus bonos mores verberauerit? Et ait iudicem debere inquirere, quid facientē ſeruū meū verberauerit. nā ſi *h* honorē, ornamentaq; *i* petulāter adtemptantē cæciderit abſoluendū eū. 40 ¶ *Verberaſſe* dicitur abuſiuè, & qui pugnis cæciderit, 41 *Quæſtionē* intelligere debemus tormenta, & corporis dolorē ad *k* eruendā veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel leuis territio nō pertinet ad hoc edictū.

a §. dixit de conuicio: nunc de his quæ infamandi cauſa dicūtur: quæ duo inter ſe diſtinguuntur, §. 12. ſ. eo.
b *l. 1. §. 2. ſ. de publican.*
c putà ſi quis ad inuidiam, *Vulg.*
d l. 39. j. *eo.* Hinc illud Senecæ 10. *Decium* 1. Sordidatus es, non queror, ſed ſi ſordes tuæ inuidiam mihi cōcitant, queror.
e Barba demiſſa ad aliquē inuidiæ cauſa venire. 7. *Senec.* Cur non ſequeris? barba demiſſa ſordidatus venio: non deſinam inquirere patris percuſſorem. *Senec.* 10. *Declam.* 1. & Sueton. *in Aug.* Adeò conſternatus fuit vt barba capillóque ſubmiſſo, caput interdū foribus illideret vociferans, Quintili Vare legiones redde: & Ouid. Aſpice demiſſos lugentis more capillos. v. 3. *Gell.* 4. *Ciceron.* 2. *Verrina: Liuium* 2. *Cuiac.* 6 *obſ* 5. hinc lex 39. j. *eod.* veſtē ſordidam rei nomine in publico habere capillúmque ſubmittere nulli licet, niſi, &c. Hinc etiam colligunt, geſtu iniuriam fieri.
f l. 39. j. *eo.* l. ſi nō tondeat. Barba maiore vti & capillo Romanis, ſummo dedecori fuit. Græci ad hanc legem.
g adde *Paul.* 5. *ſent.* 4. § 5. de Carcuario & Coribantum ſaltatione vi duæ nuptiis, ad cōtumeliam ſecundarum nuptiarum, *v. Petr. Gregor.* 38. *Syntagm. c.* 4.
h *l.* 5 §. 10. ſ. *eo.*

i Quæque res, *Vulg Hal.* k l. 4 *in fi.* ſ. *de incend.* l putà infamem, cui non fit iniuria, l. 2. *C. vt intra certum.* m non audiat, *Vulg. Hal.* iniuria eſt, ſine cauſa citari. Libelli famoſi oblatione fit iniuria, adde l. 13. §. 3. ſ. *eo.* *l.* 19. j. *eo.* n v. quæ ſcripſi ad *Tit. C. Quando libellus principi datus.* o Laturus, *Vulg Hal.* & malè, benè daturus ſit. *Floren.* Græci ὡσανεὶ μέλλων παρέχειν τῷ ἄρχοντι χρήματα, adde l 10. *C. de accuſ.* & ita non quocunque modo quis venditans litigatori ſententiam iudicis, iniuriam iudici feciſſe videtur, ſed ſi tanquam daturus iudici pecuniam hoc faciat. Eam ob cauſam Imp. Alex. fumo necari iuſſit venditorem ſententiarum. fumo pereat, inquit, qui vendidit, *v. Cuiac.* 20 *obſ* 9 *Duar.* 1. *diſp.* 25. p adde l 2. §. 2. ſ. *vi bon. rap.* q Proſcribit pignus qui in publico ſcriptum proponit, l. 11. §. 3. §. 4. ſ. *de inſtit.* *l.* 47. *de pecu.* *l. vlt. C. de fide & iure haſtæ.* Tibul. 2. *Elog.* 4. Illius eſt nobis lege colēdus amor. Quinetiam ſedes iubeat ſi vendere auitas, Ite ſub imperium ſub titulúmque lares, & Ouid. Sub titulum noſtros miſit auara lares, id eſt, venales ædes inſcripſit, vt loquitur Plaut. in Trinummo. Mos enim fuit veteribus libello proponere ædes proſcribendas, *Cic.* 3 *offic.* ædes proſcripſis, vendidit. *& poſt*: ſi tu cum ædes proſcribas tabulā tanquā plagam ponis? adde l. 13. §. 6. ſ. *de act. emp.* adde *Cic. orat. pro Quintio, &* 12. *ad Attic. Plin.* 7. *Epiſt. ad. Fabat.* Pendente etiam ex ædibus tabula proſcribebatur futura locatio. *Terent. Heaut. Cic. ad Attic.* adde *Briſſon.* 3. *ſelect.* 8. adde quæ ſcripſi l. 22. § 4. ſ. *quod vi.* r *l.* 20. j. *eod.* ſ huc pertinet lex quædam Athenienſium relata a Demoſthene in oratione aduerſus Midiam. Ibi ἐάν τις ὑβρίζῃ τινά. t l. 5. *in fi. ſup. ad l. Aqu.* u Mores boni qui dicantur, *v. l.* 15. §. 5. *ſup. eo. &* §. 38. j. *eo.* x §. 38. j. *eo.* y §. 40. j. *eo.* z atqui nulla ſeruo fit iniuria, §. 3 *Inſt. eo.* a quæſtionibus adfecerit, *Hal.* adfligerit, *Vulg.* b eodem modo vindicari etiam hodie poſſe iniuriam factam famulo, vel procuratori etſi liberæ ſint perſonæ, Schneidewinus refert ad §. *quod ſi vſusfr. Inſt. de iniur.* c *l.* 51. *in fin.* ſ. *pro ſocio.* d Præſumi nunquam cauſam delicti hinc colligit Alc. 3 *præſum.* 2 *&* 24. e *l.* 5. ſ. *ad l. Aqu.* f Caſtigationem permiſsā fuiſſe magiſtratibus municipalibus hinc conſtat, adde l. 17. §. 1. j. *eo.* *l.* 12. ſ. *de iuriſd.* *l.* 17. *ad l. Aq. No.* 15. *c.* 6. g Lorarij inde dicti, *v. l.* 9. §. 3. ſ. *eo.* v. quæ ſcripſi ad l. 12. j. *de iure fiſci* h *l.* 13. §. 6. ſ. *eo.* i *l.* 9. ſ *eo. l.* 4. *C. eo.* k & eruenda crimina, & eruendos ſocios, ac participes fraudis & ſceleris, l. 23. §. 4. ſ. *ad l. Aq.* *l.* 1. j. *de quæſt.*

¶ Quæſtionis verbo etiam ea, quam malam † manſionem dicunt, continebitur. Cùm igitur per vim, & tormenta habita quæſtio eſt, tunc quæſtio intelligitur.

42 ¶ Sed & ſi iuſſu domini quis quæſtionem habeat, modū *a* tamen exceſſerit, teneri eū debere Labeo ait.

43 ¶ Prætor ait: *Si quid aliud factum eſſe dicetur, cauſa cognita iudicium dabo.* proinde ſi quidē verberatus ſit ſeruus, vel tormentis, de eo quæſtio habita ‖eſt,‖ ſine cauſæ cognitione iudicium in eum competit. ſi verò aliam iniuriam paſſus ſit, non aliter competit, quam‖ſi‖cauſa cognita. 44 ¶ Itaque prætor non ex omni cauſa iniuriarum iudicium ſerui nomine promittet. nam ſi leuiter *b* percuſſus ſit, vel maledictum ei leuiter, non dabit actionem. at ſi infamatus ſit vel facto aliquo, vel carmine ſcripto, puto cauſæ cognitionem prætoris porrigendā & ad ſerui qualitatem. etenim multùm intereſt, qualis ſeruus ſit, bonæ frugi, ordinarius *c*, diſpenſator *d*, an verò vulgaris, vel mediaſtinus *e*, an qualiſqualis *f*, & quid ſi compeditus *g*, vel male notus, vel notæ extremæ? habebit igitur prætor rationem tam iniuriæ, quæ admiſſa dicitur, quàm perſonæ ſerui, in quem admiſſa dicitur. & ſic aut permittet, aut denegabit actionem.

45 ¶ Interdum iniuria ſeruo facta ad dominum redundat, interdum non. nam ſi pro *h* libero ſe gerentem, aut cùm‖eum‖ alterius potiùs quam meum, exiſtimat *i* quis, non cæſurus eum, ſi meum ſciſſet, non poſſe eum, quaſi‖mihi‖iniuriam fecerit, ſic conueniri, Mela ſcribit.

46 ¶ Si quis ſeruo verberato iniuriarum egerit, deinde poſtea damni iniuriæ agat, Labeo ſcribit, eandem *k* rem non eſſe: quia altera actio ad damnum pertineret culpa datum, altera *l* ad contumeliam. 47 ¶ Si vſumfructum in ſeruo habeam, tu proprietatem. iſque verberatus ſit, vel quæſtio de eo habita, iniuriarum actio magis *m* proprietario quàm mihi competit.

¶ Idemque probatur, & ſi ſeruum meum, quem bona fide poſſidebam cæcideris. domino enim magis competit iniuriarum actio. 48 ¶ Item ſi *n* liberum hominem, qui mihi bona fide ſeruiebat, quis cæciderit, diſtinguendum eſt, vt ſi in contumeliam"mearum"pulſatus ſit, competat mihi iniuriarum actio. ¶ Idem ergo & ſi ſeruo *o* alieno bona fide mihi ſeruienti: vt totiens admittamus iniuriarum actionem, quotiens in meam contumeliam iniuria ei facta ſit. nam ipſius quidem ſerui nomine, domino dabimus iniuriarum actionem.

¶ Si autem me tangat, & pulſet, iniuriarum mihi quoque eſt. ¶ Ergo & in fructuario idē diſtingui poteſt.

49 ¶ Si ſeruum complurium cæcidero, competere iniuriarum actionem omnib. pluſquam manifeſtum eſt.

16. *Paulus*"lib. 45. ad Edictum."

SEd non eſſe æquum, pro *p* maiore parte, quàm pro qua dominus eſt, damnationem fieri, Pedius ait. & ideo officio iudicis portiones æſtimandæ erunt.

3. *De ſeruo iniuriam faciente.* 10. *Edictum de filiofamiliâs.*

11. *Et eius interpretatio,*

17. *Vlpianus*"lib. 57. ad Edictum."

SEd ſi vnius permiſſu id fecero, ſi quidem ſolius eius eſſe putaui, nulli competit iniuriarum actio. planè ſi ſciui plurium, ei quidem qui permiſerit, non competit *q* iniuriarum actio: cæteris competit. 1 ¶ Si iuſſu tutoris, aut procuratoris, vel curatoris quæſtio habita ſit. conſequens erit dicere ceſſare iniuriarum actionem.

2 ¶ Seruus meus opera, vel querela tua, flagellis *r* cæſus eſt à magiſtratu *ſ* noſtro. Mela putat dandam mihi iniuriarum aduerſus te. in quantum ob eam rem æquum iudici videbitur. & ſi ſeruus deceſſerit, dominum eius agere poſſe Labeo ait: quia de damno *t* quod per iniuriam factum eſt, agatur & ita Trebatio placuit.

3 ¶ Quædam iniuriæ à liberis hominibus factæ leuis *u* nonnullius momenti videntur: enimuerò à ſeruis graues ſunt. creſcit *x* enim contumelia ex perſona eius, qui contumeliam fecit. 4 ¶ Cùm ſeruus iniuriam facit, maleficiū eum admittere palàm eſt. Meritò igitur ſicuti ex cæteris delictis, ita & ex hoc *y* iniuriarū noxalis actio datur. Sed in arbitrio domini eſt, an velit eum verberādū exhibere, vt ita ſatisfiat ei qui iniuriā paſſus eſt. neq; erit neceſſe domino vtique eum verberandum præſtare *z*, ſed dabitur *a* ei facultas præſtare ei ſeruum verberandum. aut ſi de eo verberibus ſatis non fiat, noxæ dedendum, vel litis æſtimationem ſufferendam.

5 ¶ Ait prætor, *arbitratu iudicis*: vtique quaſi *b* viri boni vt ille modum *c* verberum imponat. 6 ¶ Si ante iudicem dominus verberandum ſeruum exhibuerit, vt ſatis verberibus ei fieret, & erit factum arbitratu alicuius poſtea *d* actor agere iniuriarum perſeuerat,

† Mali manſio quæſtionis ... vide quæ ... manſione ... ad l. 7 ſup. ... Græci ita ... καὶ τὸ ἐμβαλεῖν ... πόδας ... *Ecl.* 21. c. 32.
a Modus ... ſtione ſerui ...
b §. 3. Inſt. ... *in fin. ſup.* ... adde l. 4. ... *integrum.* ... *ſup de do* ... *ſup. de ædil.* ...
c Ordinarius eſt qui aliquod ... & officium ... millia ... ordinarius ... opponitur ... *parag.* 1. *ſup.* ... *l.* 17. 18. ... *peculio.* ... appellan... πρῶτοι ... τὸν δὲ ... οἰκέτην ...
d Diſpenſator ... διοικητὴς ... omnium ... rundam ... bonorum ... *v. Theoph.* ... *ſtit eod.*
e Mediaſtinus, qui ... miniſterio ... uit: ... tur ... *vlt. ſup.* ... *ſeruor.* ... dicebantur ... mi balnei ... ædium, ... diis ædi... nia offic... erant. ... vocat ... *loco.*
f i. ſiue ... rius, ſiue ... *l.* 5. §. *vlt.* ... *pecun. conſt.*
g Compeditus ... ὁ δεσμώ... *phil. d.* §. ... que ita ... ſerui ... ſpectabantur ...
h *l.* 45. §. ... *l. Aqu.*
i *v. l.* 18. §. ...
k adde l. ... *l.* 14. ſ. *de* ... *rei. ind.* l. 25 ... *priuatis delict.*
l i. iniuriarum ... *l.* 2. §. 4 *ſup.* ...
m §. 5. Inſt. ...
n §. 6. Inſt. ...
o *d. parag.* ...
p §. 4. Inſt. ...
q quia con... iuria volenti ... *parag.* 5. *ſup.* ...
r *v. l.* 9. §. ...
ſ adde l. ... *ſup. eo.* an ... re? negat ... *in l. quod* ... 24. §. *Sca...* verbo ſi ſeru... *de minorib.*
t *l.* 1. §. ... *priuatis delict.*
u leues & ... momenti, ...

Hal. 60. *Ecl.* 21. c. 32. *in fi.* x Iniuria creſcit ex perſona inferentis. y §. 7. ... *ſecundum. Inſt. eod.* z §. 4. *Inſt. de noxal.* a nota tria remedia dominis com... facultatem præſtandi ſerui, verberandi, noxæ dedendi, & æſtimationis litis, *l.* ... 60. *Ecl.* 21. c. 32. *in fin.* b *l.* 137. *parag.* 2. *ſup. de verb. obl.* c 60. *Eclog.* 21. ... d Reprobare ſeu retractare nemo iuſtè poſſit, quod ſemel ipſe probauerit,

non eſt audiendus : qui *a* enim accepit ſatisfactionem *b*, iniuriam ſuam remiſit. Nam & ſi nuda *c* voluntate iniuriam remiſit, indubitate dicendum eſt, extingui iniuriarum actionem, non minùs quàm ſi tempore *d* abolita fuerit iniuria. 7 ¶ Si iuſſu domini ſeruus iniuriam fecerit, vtique dominus conueniri poterit etiam ſuo nomine. Sed ſi proponantur ſeruus manumiſſus, placet Labeoni dandam in eum actionem: quia & noxa *e* caput ſequitur: nec *f* in omnia ſeruus domino parere debet, cæterum, & ſi occiderit iuſſu domini, Cornelia cum eximemus. 8 ¶ Planè ſi defendi *g* domini gratia aliquid fecerit, rationem ei conſtare apparet:ínque eam rem aduerſus agentem exceptio obiicienda erit. 9 ¶ Si ſeruus, in quo vſusfructus meus eſt, iniuriam mihi fecerit, aduerſus dominum *h* noxali iudicio experiri potero, neque *i* debeo deterioris conditionis ob hoc eſſe, quod vſumfructum in eo habeo, quàm ſi non haberem. Aliter atque ſi ſeruus communis *K* eſſet. tunc enim non daremus ſocio actionem ea propter, quia & ipſe iniuriarum actione tenetur.

10 ¶ Ait prætor : *Si ei qui in alterius poteſtate erit* l, *iniuria* f *cta eſſe dicetur, & neque is, cuius in poteſtate eſt, præſens* m *erit : neque procurator* n *quiſquam exiſtat, qui eo nomine agat, cauſa* o *cognita, ipſi qui iniuriam accepiſſe* p *dicetur, iudicium dabo.*

11 ¶ Filiofamiliàs iniuriam paſſo, ſi præſens ſit pater, agere tamen non poſſit propter *q* furorem, vel quem alium caſum dementiæ, puto competere *r* iniuriarum actionem. nam & hic pater eius, abſentis *ſ* loco eſt *t*. 12 ¶ Planè ſi preſens agere nolit, quia differt, vel quia remittit atque donat *u* iniuriam, magis eſt vt filio actio non detur. nam & cùm abeſt, idcirco datur *x* filio actio, quia veriſimile eſt patrem, ſi præſens fuiſſet, acturum fuiſſe. 13 ¶ Interdum tamen putamus, etſi pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam. vt putà ſi patris perſona vilis abiectáque ſit, filij honeſta, neque enim debet pater viliſſimus *y* filij ſui contumeliam ad ſuam vtilitatem *z* metiri. ponamus eſſe eum patrem cui iure meritóque curator à prætore conſtitueretur. 14 ¶ Sed ſi pater, lite conteſtata, cœperit abeſſe, vel etiam negligere executionem pater vilis, dicendum eſt cauſa cognita tranſlationem *a* filio competere *b*. ¶ Idem & ſi emancipatus filius eſſe proponatur. 15 ¶ Procuratorem patris prætulit prætor ipſis perſonis, quæ iniuriam paſſæ ſunt. Si tamen procurator aut negligat *c*, aut colludat, aut non ſufficiat aduerſus perſonas quæ iniuriam fecerunt, ipſi potius qui paſſus eſt iniuriam, actio iniuriarum competit.

16 ¶ Procuratorem autem accipere debemus, non vtique eum cui ſpecialiter mãdata eſt procuratio actionis iniuriarum, verum ſufficit *d* eum eſſe cui omnium rerum adminiſtratio mandata eſt. 17 ¶ Quod autem ait prætor, cauſa cognita" ipſi qui iniuriam accepiſſe dicetur iudicium permitti:" ita accipiendum eſt, vt in cognitione cauſæ hoc verſetur, quam longè pater abſit, & quando ſuperuenturus : & nunquid is qui iniuriarũ vult actionem mouere, [ſegnitior *e*,] vel inutilis admodum *e*, qui non ſufficiat ad rei cuius adminiſtrationem, ac per hoc nec ad actionem. 18 ¶ Quod deinde ait *g* *Qui iniuriam accepit*, interdum ita accipiendum eſt, vt patri eius competat *h* actio. vt putà nepoti *i* facta iniuria eſt, pater præſens eſt, auus abeſt. ſcribit Iulianus, patri potius dandam iniuriarum actionem, quàm ipſi nepoti : ad cuius, inquit, officium pertinet, etiã viuente auo, filium ſuum in omnib. tueri. 19 ¶ Idem Iulianus ſcribit, filium non tantùm ipſum agere debere, verùm *k* procuratorem dare † poſſe : alioquin *l* (inquit) niſi ei permiſerimus procuratorem dare, futurum eſt, vt ſi valetudine impediatur, neque ſit, qui iniuriarum actionem exequatur, impediatur actio. 20 ¶ Idem ait, & ſi nepoti *m* facta ſit iniuria, & nemo *n* ſit qui aui nomine agat, permittendum eſſe patri experiri : & is procuratorem dabit. omnibus enim qui ſuo nomine actionem habent, procuratoris dandi eſſe poteſtatem. intelligi autem filium, inquit, familias ſuo nomine agere : cùm patre ceſſante prætor ei agere permittat. 21 ¶ Si filiusfamilias iniuriarum egerit, patri actio non competit.

22 ¶ Idem ait filiofam. iniuriarum nomine actionem dari, quotiens *o* nemo eſt qui patris nomine experiatur, & hoc caſu quaſi patremfam. conſtitui. quare ſiue emancipatus ſit, ſiue ex parte hæres ſcriptus fuerit, vel etiam exheredatus, ſiue paterna hæreditate abſtinuerit, executionẽ litis ei dandam. eſſe enim perabſurdum, quem prætor manẽre patria poteſtate ad actionẽ admittẽdũ probauerit, ei patrifam. vltionẽ iniuriarum ſuarum eripi, & transferri ad patrẽ, qui eum, quantũ in ipſo eſt, omiſerit: aut (quod eſt indignius) ad hæredes patris, ad quos non pertinere iniuriã filiofamiliás factam proculdubio eſt.

a Vel eum quo his conuentione vel tranſactione deciſeſt.
b Satisfactione tollitur iniuriæ actio.
c d.§.1.
d l.annuo. v. l.5. C.eod.
e v.l.1. in fi.§. de priuatis delictis.
f v. l. 11. §.7. §. quod vi. 60. Ecl. 21. c 33.
g d.§.3.
h l.proprietarium. Domini appellatione proprietariũ propriè intelligi hinc collige.
i l.8.§.de noxa.
k l.15.§.36.§.eo.
|| Vt filiofam.§.11. ⁊ eo.
m 1.§.12.⁊.eod.
n §.15.⁊.eod.
o §.17.⁊.eod.
p §.18.⁊.eod.
q l.22.§.10.§.ſolu-to.
r l.6.§. de oblig.
ſ Furioſus habetur pro abſente, l.2 §. 3.§.de iure codicill.
t Imò non eſt, l.2. §.1.ſup.de procur.
u Pater filio factã iniuriam remittere poteſt, l.5.in fi. ⁊.de vi publica.
x l.9.§.de oblig & l.30.in fi. l.31.⁊.e.
y Patrem ſi vilis perſona ſit ; non poſſe filio ſubſtituere pupillariter, cum ei bonorum filij adminiſtratio ſuperſtiti & morituro auferatur, hinc colligit Bart. num 34.
z Hanc lectionem probat Faber 1. Semeſtr.10 Hal. legit vtilitatem.
a Trãſlatio iudicij quid, v.l.8 §.7.§. quib.mod.pign.
b Ita vt ex eiſdem inſtrumentis procedatur. Bart. hic num 5.
c l.22.§.5 §. ſoluto. Vitia hæc procuratoris ſunt, negligentia, colluſio, inſufficientia.
d Procurator vetus intelligitur, cui ſpecialiter vel omnium in genere negotiorum adminiſtratio data eſt, l.12.§.de ſolut.
e Segnior, vulg. Hal.
f Admodum ſit, vulg.Hal.
g §.10.in fi.§.eo.
h Competat, vulg. Hal.
i §.10 ⁊.eo.
k Verũ etiam. Hal.
† l.11.§ 2.§.eo.
l Procuratoris officium neceſſariũ eſſe hinc colligitur, adde l.1. §. de procur.
m parag.18.§.eo.
n parag 10.§.eo.
o parag.11.§.eo.

De nocente infamate. 1. Si ſeruus ſeruo iniuriam fecerit. 2. De nupta iniuriam paſſa. 3. De errore.

18. *Paulus*" lib.55.ad Edictum."

EVm qui nocentem *a* infamauit, non *b* eſſe bonum æquum ob eam rem condemnari. peccata enim nocentium nota eſſe *c*, & oportere, & expedire.

1 ¶ Si ſeruus ſeruo fecerit iniuriam, perinde agendum, quaſi domino feciſſet. 2 ¶ Si nupta filiafamiliæ *d* iniuriam acceperit, & vir *e* & pater iniuriarum agant. Pomponius rectè putat tanti patri condemnandum eſſe reum, quanti condemnetur, ſi ea vidua eſſet: viro tanti, quanti condemnaretur, ſi ea in nullius poteſtate eſſet, quod ſua cuiuſque iniuria propriam æſtimationem haberet: & ideo ſi nupta in nullius poteſtate ſit, non ideo minus eam iniuriarum agere poſſe, quod & vir ||in|| ſuo nomine agat. 3 ¶ Si iniuria mihi fiat ab eo cui ſim ignotus *f*, aut ſi quis putet me Lucium Titium eſſe, quũ *g* ſim Gaius Seius, præualet quod principale eſt, iniuriã eum mihi facere velle. nam certus ego ſum, licèt ille putet me alium eſſe, quàm ſum: & ideo iniuriarũ *h* habeo.

4 ¶ ||At|| cùm aliquis filiumfamilias patremfamilias putat, non poteſt videri iniuriam patri facere, nõ magis quam viro, ſi mulierem viduam eſſe credat. quia neque in perſonam eorum confertur iniuria, nec transferri per perſonæ putationem † ex perſona filiorum ad eos poteſt, cum affectus iniuriam facientis in hunc, tanquã in patremfam. conſiſtat. 5 ¶ Quòd ſi ſciſſet filiumfam. eſſe, tamen ſi neſciſſet cuius filius eſſet: dicerem, inquit, patrem ſuo nomine iniuriarum agere poſſe. nec minus virum, ſi ille nuptam eſſe ſciret. nam qui hæc non ignorat, cuicumque patri, cuicumque marito, per *i* filium, per vxorem *k* vult facere iniuriam.

De fideiuſſoribus eius qui paratus eſt ſoluere interpellatis.

19. *Gaius*" lib.22.ad Edictum prouinciale."

SI creditor meus, cui paratus ſum ſoluere, in iniuriã meam fideiuſſores meos interpellauerit *l*, iniuriarũ tenetur.

De domo debitoris ſignata.

20. *Modeſtinus*" lib.12.Reſponſorum.

SI iniuriæ faciendæ gratia Seia domum abſentis debitoris *m* ſignaſſet *n*, ſine *o* authoritate eius qui concedendi ius poteſtatémve habuit, iniuriarum actionem intendi poſſe reſpondit.

Ad quod tempus æſtimatio refertur.

21. *Iauolenus*" lib.9.Epiſtolarum."

INiuriarum *p* æſtimatio *q* non ad id tempus quo iudicatur, ſed ad id quo facta eſt, referri debet.

De libero apprehenſo pro fugitiuo.

22. *Vlpianus*" lib.1.ad Edictum prætoris.

SI liber pro fugitiuo adprehenſus erit, iniuriarum cum eo agit.

De introitu in domum alienam.

23. *Paulus*" lib.4.ad Edictum.

QVi in domum alienam *r* inuito domino introiret, quamuis in ius vocati, actionem iniuriarum in eum competere Ofilius ait.

De prohibito ſeruum diſtrahere.

24. *Vlpianus*" lib.15.ad Edictum Prætoris."

SI quis proprium *ſ* ſeruum diſtrahere prohibetur à quolibet, iniuriarum experiri poteſt.

De ancilla.

25. *Idem*" lib.18.ad Edictum."

SI ſtuprum ſerua paſſa ſit, iniuriarum *t* actio dabitur: aut ſi celauit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit, etiam furti. vel ſi virginem immaturam *u* ſtuprauerit, etiam legis Aquiliæ *x* actionem competere ||quidam|| putant.

a Infamare poſſum nocentem etiã non conuiciantem, ſi modò diffamatio mea vera ſit; idque ex communi opinione probat Clarus 5. ſent 10 Gayll. 2. obſ. 99. & multo magis conuiciantẽ diffamare poſſum. Hoc enim permitti putant interpretes, ſi modo id fiat incontinenti, & modus adhibeatur, volunt enim permitti iniuriã verbalẽ verbis repellere, l.25.§.de proc. l.45. paragr.4. §.ad l.Aquil. v.Gayll 2. obſ. 100. Eſt enim famæ vt & vitæ habenda ratio: leg. Iulianus 25. ſup. ſi qui omiſſa cauſa teſtamenti. l. in ſeruorum 10. in fi ⁊. de pœnis & honor famáq; hominis iiſdem legib. nituntur, l.iſti 8.§. quod metus l.iuſta 9 ſup. de manumiſſ. vind. quid enim ſaluis infamia nummis, vt Iuuenalis ſcribit, Satyr. Ob iniuriam retaliandam, duellum hinc permitti notant. Gayll. ibid. ſed ad verbalem iniuriæ illationem reuertamur. Poſſis enim quærere quemadmodum & quatenus reponere verbis iniuriã liceat? Boſſius Titulo 45. practices n.7. verba tu mentiris eo caſu, loco negationis accipi ait : non cõuitij, de quo v. Coraſ. 6. Miſcel. 24. aliàs negat conuicium alio cõuicio repellẽdum. idque innui videri l.5. C. eo. & Gloſſ. in verbo vtilitas Cod. de poſtul. Bellouiſ. 1. c.3. n 17. Si ita eſt, compenſatione nõ tollitur iniuriarum actio, niſi quis prior cœperit non conſtabit, v. Bell. 1. c.3. nu.18. 20. 21.

Quid? licetne iniuriam pugno vel tali actu repellere? Dixeris eo caſu culpatam eſſe tutelam: modũ enim fortè excedit. id tamen diſplicere videtur Salomonio l. vt vim §. de iuſt. & iure: præſertim ſi iniuria illata ſit à vili homine & ignobili. Monetur, quod honoris quam rerum & vitæ iactura ſit maior: In cuiuſmodi tamen reb. conſtat licitum eſſe percutere, l.1. C. vnde vi. ſed ea res arbitrio iudicis definienda eſt, v. Gayll. eo loco. b Cur ita? Nulla eſt contumelia quam patitur dignus Cic.3 *Philippica*.
c *l.vn. in medio, C. de famoſis libellis*, & eſt ignoſcendum ei qui non ſponte accuſat. *l.14. parag. vl. §. de bon. lib.* d filiafamilias, *Vulg. Hal.* e *l.1. in fi. ſup. eo.* f Id quum accidit, actio iniuriarũ naſcitur, nec prodeſt exceptio ignorantiæ, l.3 *parag.2. in fi l.15. parag.45 ſup. eo.* g *v Zaſ.2. Intell.17.* h Iniuriarum actionem, *Vulg. Hal.* † trãsferri putatio, *Vulg. Hal.* i *l.1 parag.3 ſup. eo. adde Paul.5. ſent.4 parag.3* k *d. parag.3. ſup. eo. l.2. C. eo. parag.2. Inſt. eo.* l *facit l.13. parag.3. l.15. parag.29 ſup eo. l.5 in fi. ſup qui ſatiſd.* m *adde l.13. parag.33. ſup. eo. parag.1. Inſt. eo.* n *v. quæ not. in l. pen ſup. in quib. cauſ. pign.* o ſecus fuerit, ſi ædes debitoris ſignauerit iudicis authoritate. p Hic nõ agitur de æſtimatione iniuriarum ex legib.12. tab. cuius meminit Gell.20. *noct.*1. ſed de arbitraria, cuius meminit etiam l.37. *in fi. ⁊. eo.* q Æſtimatio iniuriæ à quo fit? vtique ab actore. Is enim in libello iniuriã æſtimare debet, & poſtea iurare ſi opus ſit: nec enim id neceſſe eſt *Clar.5. ſent. parag iniur* 10. æſtimationem deinde iudex auget vel minuit, l.37. *in fi. ⁊. eo. parag.1. Inſt. eo.* Et ſic, pœna iniuriæ eſt arbitraria, *d parag.1.* Quid? eo ipſo quod arbitraria eſt, poteſtne iudex pœnam mortis ſtatuere? quidam aiunt, quidam negant. poſteriorem ſententiam, vt communiorem accipit Clar.5. *ſent. parag. vlt. q.83.* niſi qualitas delicti aliud ſuadeat. r *v. l.18 ſup. de in ius voc.* ſ *l.13 parag. vlt. ſup. eo.* t non adulterij l.6. ⁊. *de adult.* u Immatura virgo, nondũ viri potens, l.38. *parag 3. ⁊. de pœn.* πρὸ τῆς ἥβης ἤγουν πρὸ τοῦ τελειωθῆναι τὸν χρόνον. *Harm.3.* περὶ βίας πορθείας, *in fi.* x *l.27. parag 4. ſup. ad l. Aquil.*

TIT. XIII.

NOn tamen vt omnino valeat teſtamentum, ſufficit hæc obſeruatio, quam ſupra expoſuimus: ſed qui filium in poteſtate habet, curare debet, vt eum heredem inſtituat a vel exheredem eum nominatim faciat b: alioqui ſi eum ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur c: adeo quidem, vt ſi viuo patre, filius mortuus ſit, nemo heres ex eo teſtamento exiſtere poſſit: quia ſcilicet ab d initio non conſtiterit teſtamentum.

¶ Sed non ita de filiabus & aliis per virilem ſexum deſcendentibus liberis vtriuſque ſexus, antiquitati fuerat obſeruatum: ſed ſi non fuerant ſcripti heredes, ſcriptæve, vel exheredati, exhæredatæve: teſtamentum quidem non infirmabatur, ius tamen adcreſcendi eis ad certam portionem præſtabatur. Sed nec nominatim eas perſonas exheredare parentibus neceſſe erat, ſed licebat inter cæteros hoc facere.

¶ Nominatim autem quis exhæredari videtur, ſiue ita exheredetur, *Titius filius meus exheres eſto*: ſiue ita, *filius meus exheres eſto*, non adiecto proprio nomine, ſcilicet, ſi alius filius non exiſtet e.

¶ 1 Poſthumi quoque liberi, vel heredes inſtitui debent, vel † exheredari f. Et in eo par omnium conditio eſt, quod & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, ſiue fœminini ſexus, ſiue maſculini, præterito, valet quidem teſtamentum, ſed poſtea agnatione g poſthumi ſiue poſthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideoque ſi mulier, ex qua poſthumus aut poſthuma ſperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento eſt ſcriptis heredibus ad hereditatem adeundam. Sed fœminini quidem ſexus perſonæ vel nominatim vel inter h cæteros exheredari ſolebant: dum tamen, ſi inter cæteros exheredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ eſſe per obliuionem. Maſculos verò poſthumos, id eſt, filios & deinceps, placuit non aliter rectè exheredari, niſi nominatim exhæredarentur. hoc ſcilicet modo, *quicumque mihi filius genitus fuerit, exheres eſto.*

2 ¶ Poſthumorum i autem loco ſunt & hi, qui in ſui heredis locum ſuccedendo, quaſi agnaſcendo fiunt parentibus ſui heredes: vt ecce, ſi quis filium, & ex eo nepotem neptémve in poteſtate habeat, quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui heredis habet, quamuis nepos quoque & neptis ex eo in eadem poteſtate ſint. Sed ſi filius eius viuo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de poteſtate eius, incipit nepos neptiſve in eius locum ſuccedere, & eo modo iura ſuorum heredum quaſi adgnatione nanciſcitur. Ne ergo eo modo rumpatur eius teſtamentum ſicut ipſum filium vel heredem inſtituere, vel nominatim exheredare debet teſtator, ne non iure faciat teſtamentum: ita & nepotem neptémve ex filio neceſſe eſt ei vel heredem inſtituere, vel exheredare: ne fortè eo viuo, ſi filio mortuo ſuccedendo in locum eius, nepos neptíſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum. Idque lege Iulia Velleia k prouiſum eſt, in qua ſimilis exheredationis modus ad ſimilitudinem poſthumorum demonſtratur.

3 ¶ Emancipatos liberos iure ciuili neque heredes inſtituere, neque exheredare neceſſe eſt: quia non ſunt ſui heredes. Sed Prætor omnes, tam fœminini ſexus, quàm maſculini, ſi heredes non inſtituantur, exhæredari iubet: virilis ſexus nominatim, fœminini l verò inter cæteros: quia ſi neque heredes inſtituti fuerint, neque ita (vt diximus) exheredati, permittit eis prætor contra tab. teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

4 Adoptiui liberi, quamdiu ſunt in poteſtate patris adoptiui, eiuſdem iuris habentur, cuius ſunt iuſtis nuptiis quæſiti, itaque heredes inſtituendi, vel exheredandi ſunt ſecundum ea, quæ de naturalibus expoſuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo neque iure ciuili, neque " eo " iure, quod ad edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerſo (quod ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem ſunt in adoptiua familia, extraneorum numero habeantur: vt eos neque heredes inſtituere, neque exheredare neceſſe ſit: cùm verò emancipati fuerint ab adoptiuo patre, tunc incipiant in ea cauſa eſſe, in qua futuri eſſent, ſi à naturali patre emancipati fuiſſent.

5 ¶ Sed hæc quidem vetuſtas introducebat.* Noſtra m verò conſtitutio inter maſculos & fœminas in hoc iure nihil intereſſe exiſtimans, quia vtraque perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio fungitur, & lege antiqua duodecim tabul. " omnes " ſimiliter ad ſucceſſionem ab inteſtato vocabantur, quod & Prætores poſtea ſequuti eſſe videntur: ideo ſimplex ac ſimile ius, & in filiis, & in filiabus, & in cæteris deſcendentibus per virilem ſexum perſonis, non ſolùm iam natis, ſed etiam poſthumis introduxit: vt omnes ſiue ſui, ſiue emancipati ſint, vel heredes inſtituantur, vel nominatim exheredentur: & eundem habeant effectum circa teſtamenta parentum ſuorum infirmanda, & hæreditatem auferendam, quem filij ſui vel emancipati habent, ſiue iam nati ſint, ſiue adhuc in vtero conſtituti, poſtea nati ſint. Circa adoptiuos autem " filios " certam induximus diuiſionem, quæ in noſtra conſtitutione a quam ſuper adoptiuis tulimus, continetur.

6 ¶ Sed ſi in expeditione occupatus miles teſtamentum faciat, & liberos ſuos iam natos, vel poſthumos nominatim non exheredauerit, ſed " ſilentio " præterierit, non ignorans, an habeat liberos: ſilentium eius pro exheredatione nominatim facta valere, conſtitutionibus b principum cautum eſt.

7 ¶ Mater, vel auus maternus, neceſſe non habent liberos ſuos aut heredes inſtituere, aut exheredare c, ſed poſſunt eos ſilentio omittere d. nam ſilentium matris, aut aui materni, & cæterorum per matrem aſcendentium tantum facit, quantum exheredatio patris. Neque enim màtri filium filiámve, neque auo materno nepotem neptémve ex filia, ſi eum eámve heredem non inſtituat, exheredare neceſſe eſt: ſiue de iure ciuili quæramus, ſiue de edicto prætoris, quo " prætor " præteritis liberis contra tabulas bonorum poſſeſſionem promittit: ſed aliud eis adminiculum ſeruatur, quos paulò pòſt vobis manifeſtum fiet.

quamuis ex minima parte.
Cont.
b ea exheredatio differt ab abdicatione. *l.6. C. de pat.poteſt.*
c atqui ſuus præteritus petens bonorum poſſeſſionem contra tabulas illud reſcindit: non reſcindit: vel ideo, quòd qui non petit, tacitè parentis teſtamentum probat & de parente moleſtius ſentit quàm ſi eius teſtamentum nullum affirmaret. *Bart. Vigl.*
d *v.l.29.& 201. ff. de regul.iur.*
e *l.2, ff. de liberis & poſthumis.* vel aliter vt *l.24.ff.de manu.teſta.*
† Hodie liberi non poſſunt exheredari ſine cauſa, quæ in poſthumo nulla eſſe poteſt. *arg.Nou.115. c.2.*
f alioqui teſtamentum nullum eſt ipſo iure, non ex æquo & bono, *l.17.ff. de iniuſto. v. quæ ſcripſi ad l. vlt. Cod. de bon. poſſeſſ. c.m. tab.*
g *l.3.§.6.ff.de iniuſto. Cic. pro Cæcina.*
h non nominatim, ποιῶς *Theoph.* Veluti ſi quibuſdam inſtitutis ita ſubiungat teſtator, *cæteri exheredes ſunto. l.25.in pr. ff. de lib. & poſthum.*
i *l. 13.ff. de iniuſto.*
k Hic §. ita accipiendus eſt lege 12. tab. poſthumi alieni heredes inſtitui non poterant. præteritis ergo ſimiles rumpebant ipſo iure teſtamentum aui, quod ne fieret, dedit prætor poſthumis bonorum poſſeſſionem, ventris & ſecundùm tabulas. Ne eo nomine Prætor ſemper eſſet adeũdus: Gallus Aquilius vel lege vel interpretatione induxit, nepotem poſt mortem aui ex filio præmortuo naſciturum inſtituendum: poſtea Iulius Velleius vt idem eſſet, ſi viuo auo naſceretur, conſtituit, eamque legem Scæuola poſtea interpretatus eſt. *l.29. ff. de lib.& poſth.*
l In nepotibus exheredandis alia ſunt iura ciuilia, alia prætoria. *v. l. vlt. C. de liberis præterit.* *
m *l.4. C. de lib. præt.*

a *l.pen.de adopt.*
b *l. 9. cum ſeq. C. de teſt. milit.*
c vt nec liberi parentes, *l.17. C. de inoff.*
d vt ita *l.4. C. de lib. præt.* ad paternæ tantum teſtamenta pertineat.
e *28.ff 5. & 6. C.24.*
f i. qui & qualiter heredes fieri poſſint.
g *l.3.31.ff eo.*
h *l.pen. C. de neceſſar.*
i ἔνοχον ὄντα τῇ μοιχείᾳ ſed alibi *accuſatum. l. 48. §.2.ff.eo.*
k i. cognitionem finitam. *l. 12. §. pen. ff. qui & à quibus.*
l an aliud, ſi abſolutus ſit? hoc putat Viglius *ar. l.77.§.4 ff. de le.*
m pœna capitalis in vtrumque conſtituta eſt hodie. *l.vn.C.de mulier. quæ ſe.*
n ne oneroſæ hereditati inuitum dominum obliget. *Vigl.*
o *l.62.in fi.ff. de adq.hær.*
p *v. l.31. in fi.ff. eo.*
q id enim vtilius eſt: quid enim ſi non poſſit futurus heres inſtitui? *Vigl.*
r *l.4 ff.eo.*
ſ *l.79. ff.de adqu. hær.*
t modò non vagetur volũtas ſub incerta dinumeratione, *v. l.1.§ ſi autem, ff. ad Treb. & præſertim §. incertis, J. de legatis.*
u *v.l 13.§ 1. & l.50. in fi ff.eo.*
x hæc, ſeſcunx, alij vncia.
y *v.l.2. §.2. ff.de bon. poſſ. ſecund. tab.l.13.§.1.ff.eo.*
*
z paganus, *l.7.ff. de reg.iur.l.7 ff.de teſta. milit.*
a Imò alius quàm miles, *l. 15.ff. de inofficioſo.*
b *l.9.§.12.ff.eo.*
c *v.l.9. §. her.ff. eo.* & grauatos, *l. 124.ff. de leg.1.*
d *l.17.in pr.ff.eo.*
e æqualiter.
f videtur enim teſtator ad dupondium deſcendiſſe.

DE HEREDIBVS e INSTITVENDIS f.

TIT. XIV.

HEredes inſtituere permiſſum eſt tam liberos homines, quàm ſeruos g. & tam proprios, quàm alienos. Proprios autem olim quidem ſecundùm plurium ſententias non aliter, quàm cum libertate, rectè inſtituere licebat. hodie verò etiam ſine libertate, ex noſtra h conſtitutione heredes eos inſtituere permiſſum eſt. Quod non per innouationem induximus, ſed quoniam æquius erat, & Atilicino placuiſſe Paulus ſuis libris, quos tam ad Maſurium Sabinum, quàm ad Plautium ſcripſit, refert. Proprius autem ſeruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem teſtator habet, alio vſumfructum habente.

¶ Eſt tamen caſus, in quo nec cum libertate vtiliter ſeruus à domina heres inſtituitur, vt conſtitutione diuorum Seueri, & Antonini cauetur, cuius verba hæc ſunt: *Seruum adulterio maculatum* i *non iure teſtamento manumiſſum ante ſententiam* k *ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiuſdem criminis poſtulata, rationis eſt* l. *Quare ſequitur, vt in eundem à domina collata heredis inſtitutio nullius momenti habeatur* m.

¶ Alienus ſeruus etiam is intelligitur, in quo vſumfructum teſtator habet.

1 ¶ Seruus autem à domino ſuo heres inſtitutus, ſi quidem in eadem cauſa manſerit, fit ex teſtamento liber, heréſque ei neceſſarius. Si verò à viuo teſtatore & manumiſſus fuerit, ſuo arbitrio adire hereditatem poteſt: quia non fit heres neceſſarius, cum vtrumque ex domini teſtamento non conſequatur. Quòd ſi alienatus fuerit, iuſſu noui domini adire hereditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit heres. nam ipſe alienatus, neque liber, neque heres eſſe poteſt, etiam ſi cum libertate heres inſtitutus fuerit. deſtitiſſe.n. à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienauit. Alienus quoque ſeruus heres inſtitutus, ſi in eadem cauſa durauerit, iuſſu n eius domini adire hereditatem debet. Si verò alienatus fuerit ab eo, aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius, antequam adeat, debet o iuſſu noui domini adire. At ſi manumiſſus eſt viuo teſtatore, vel mortuo antequam adeat, ſuo arbitrio adire poteſt hereditatem.

2 ¶ Seruus etiam alienus poſt domini mortem rectè heres inſtituitur: quia & cum hereditariis ſeruis eſt teſtamenti factio. Nondum p enim adita hereditas perſonæ vicem ſuſtinet, non heredis futuri, ſed defuncti q: cùm etiam eius, qui in r vtero eſt, ſeruus rectè heres inſtituatur.

3 ¶ Seruus " autem ſ " plurium, cum quibus teſtamenti factio eſt, ab extraneo inſtitutus heres, vnicuique dominorum, cuius iuſſu adierit, proportione dominij adquirit hereditatem.

4 ¶ Et vnum hominem, & plures vſque in t infinitum, quos quis heredes velit, facere licet.

5 ¶ Hereditas u plerumque diuiditur in duodecim vncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vnica vſque ad aſſem vt putà hæc x, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Non autem vtique ‖ ſemper ‖ duodecim vncias eſſe oportet. nam tot vnciæ aſſem efficiunt, quot teſtator y voluerit: & ſi vnum tantùm quis ex ſemiſſe (verbi gratia) heredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe erit. * Neque enim idem z ex parte teſtatus, & ex parte inteſtatus decedere poteſt: niſi ſit a miles, cuius ſola voluntas in teſtando ſpectatur. Et è contrario poteſt quis in quantaſcunque voluerit plurimas vncias ſuam hereditatem diuidere.

6 ¶ Si plures inſtituantur heredes, ita demum in hoc caſu partium diſtributio neceſſaria eſt, ſi nolit teſtator eos ex æquis partibus heredes eſſe *. ſatis enim conſtat nullis partibus nominatis, ex æquis b partibus eos heredes eſſe c. Partibus autem in quorundam perſonis expreſſis, ſi quis alius ſine parte nominatus erit: ſi quidem aliqua pars aſſiderit, ex d ea parte heres fit Et ſi plures ſine parte ſcripti ſunt, omnes in eandem partem concurrunt e. Si verò totus as completus ſit, ij, qui nominatim expreſſas partes habent, in dimidiam partem vocantur: & ille vel illi omnes in alteram dimidiam f. Nec in-

†††

De ſeruo & filio.

26. *Paulus* "lib. 19. ad Edictum."

SI quis ſeruum meum vel filium ludibrio habeat, licèt conſentientem *a*, tamen ego iniuriam videor accipere. veluti ſi in popinam duxerit illum, ſi aleā *b* luſerit. Sed hoc vtcunque tunc locum habere poteſt, quotiens ille qui ſuadet, animum *c* iniuriæ faciendæ habet. Atquin poteſt malum conſilium dare, & qui dominum ignoret, & ideo incipit ſerui *d* corrupti actio neceſſaria eſſe.

De ſtatua defuncti cæſa.

27. *Idem* "lib. 27. ad Edictum."

SI ſtatua patris in monumento *e* poſita, ſaxis cæſa eſt, ſepulchri violati agi non poſſe, iniuriarum poſſe Labeo ſcribit.

An hæc actio ſit in bonis noſtris.

28. *Vlpianus* "lib. 34. ad Sabinum."

INiuriarum actio in bonis noſtris non computatur, antequam *f* litem conteſtemur.

De ſeruo manumiſſo vel alienato.

29. *Paulus* "lib. 10. ad Sabinum."

SI ſeruum, cuius nomine iniuriarum actio tibi competit, manumiſeris, aut alienaueris *g*, ſupereſt tibi iniuriarum actio.

1. *De filio iniuriam paſſo.*

30. *Vlpianus* "lib. 42. ad Sabinum."

SEruo autem manumiſſo *h* non competere actionem ob iniuriā quam in ſeruitute paſſus eſt, quis dubitet?

1 ¶ Si filio iniuria facta ſit, cùm vtrique *i*, tam filio, quàm patri, adquiſita actio ſit, non eadem vtique facienda æſtimatio eſt *K*.

31. *Paulus* "lib. 10. ad Sabinum."

CVm poſſit, propter filij dignitatem *l* maior ipſi, quàm patri, iniuria facta eſſe.

De magiſtratu.

32. *Vlpianus* "lib. 42. ad Sabinum."

NEc magiſtratibus *m* licet aliquid iniurioſè facere, ſi quid igitur per iniuriam fecerit magiſtratus, vel quaſi priuatus, vel fiducia magiſtratus, iniuriarum poteſt conueniri. ſed vtrum poſito magiſtratu, an verò & quamdiu eſt in magiſtratu? Sed verius eſt, ſi is magiſtratus *n* eſt, qui ſine *o* fraude in ius vocari non poteſt, expectandum eſſe quoad magiſtratu abeat: quod & ſi ex minoribus magiſtratibus *p* erit, id eſt *q*, qui ſiue imperio aut poteſtate ſunt magiſtratus, & in ipſo magiſtratu poſſe eos conueniri.

33. *Paulus* "lib. 10. ad Sabinum."

QVod reipubl. *r* venerandæ cauſa ſecundùm bonos *ſ* mores fit, etiamſi ad contumeliam alicuius pertinet, quia tamen non ea mente magiſtratus facit, vt iniuriam faciat, ſed ad vindictam maieſtatis publicæ reſpiciat, actione iniuriarum non tenetur.

De pluribus ſeruis iniuriam facientibus.

34. *Gaius* "lib. 13. ad Edictum Prouinciale."

SI plures ſerui ſimul aliquem cæciderint, aut conuicium alicui fecerint, ſingulorum *t* proprium eſt maleficium. & tanto maior iniuria, quanto à pluribus admiſſa eſt. imò etiam tot iniuriæ ſunt, quot & perſonæ iniuriam facientium.

De infamia & egeſtate eius qui iniuriam fecit.

35. *Vlpianus* "lib. 3. de Omnibus tribunalibus."

SI quis iniuriam atrocem *u* fecerit, qui *x* contemnere iniuriarum iudicium poſſit ob infamiam ſuam & egeſtatem *y*, prætor acriter exequi hanc rem debet, & eos qui iniuriam fecerunt coërcere.

Si filiusfamilias iniuriam fecerit.

36. *Iulianus* "lib. 45. Digeſtorum."

SI filij nomine cum patre iniuriarum agere velim, & is procuratorem det, non *z* intelligitur filius defendi, niſi iudicatum ſolui ſatiſdetur, & ideo actio aduerſus filium tanquam à patre non defendatur, danda erit.

De poſitis in monumenta. 1. De actione ciuili ex lege Cornelia.

37. *Marcianus* "lib. 14 Inſtitutionum."

COnſtitutionibus principalibus cauetur, ea quæ infamandi alterius cauſa in *a* monumenta *b* publica poſita ſunt tolli de medio.

1 ¶ Etiam ex lege Cornelia iniuriarum actio ciuiliter *c* moueri poteſt, condemnatione, æſtimatione *d* iudicis facienda.

De imagine Imperatoris.

38. *Scæuola* "lib. 4. Regularum."

SEnatuſconſulto cauetur, ne quis imaginem *e* Imperatoris in inuidiam alterius portaret. & qui contra fecerit in vincula publica mittetur.

Si quis veſtem ſordidam rei nomine in publico habeat, vel capillum ſummittat.

39. *Venuleius* "lib. 2. Publicorum iudiciorum."

a Volenti & conſentienti ſeruo facta iniuria ad dominum eius tamē pertinet, l. 1. §. 5. *ſup. eod.*
b ſi alea, *Hal. v. tit. de aleatoribus.* Alea corrupti ſerui ſpecies.
c Animus iniuriam diſtinguit.
d Corrupti ſerui actione tenetur, qui ſeruo alieno malum dat conſilium.
e l. 1. §. 4. ꝟ. *eod. adde l. 37.* ⅂. *eo. l. 2.* ⅂. *de ſepulchro.*
f ergo ad heredem non trāſit niſi lite conteſtata, v. l. 13. ꝟ. *eo.* vt & querela inofficioſi, *v. Cuiac 17. obſer. 17.* vbi probat querelam inofficioſi teſtamenti imitari actionem iniuriarum.
f *facit l. 11. §. 8.* ꝟ. *quod vi aut clàm l. vlt.* ꝟ. *vi bonor.*
h l. 1. §. 7. ꝟ. *eo.*
i l. 1. *in fi. ſup. eo. l. 2. C. eod.*
K Cur ita? collige ex l. 31. ⅂. *eo. l. 17. parag. 13.* ꝟ. *eod.*
l *d. parag. 13.*
m & ſic reſtringo l. 13. §. 6. ꝟ. *eod.* Iudicem excedentem fines officij, iniuriarum teneri hinc collige, l. 13. ⅂. *de pœn. l. 19. §. 7.* ꝟ. *ad l. Aquil.*
n i. non ex minorib. magiſtratib.
o *facit l. 1.* ꝟ. *de in ius voc.*
p putà municipalibus, *v. l. 29 §. 7.* ꝟ. *ad legem Aquil.*
q Magiſtratus minores qui ſint obſerua.
r l. 13. *parag. 6. l. 15. parag. 38.* ꝟ. *eod. l. vnic. C. de famoſis libellis.*
ſ i. ob publicam ſiue communem diſciplinam.
t l. 9. ꝟ. *de iuriſd.*
u *de qua v. l. 7. in fi.* ⅂. *eo.*
x ſenſus eſt, Qui contemnit actionem iniuriarum ob infamiam ſuam, & ideò atrocioré facit, acrius coërcetur, *60. Eclog. 21. cap. 15.*
y Egenus facilè pœnam cōtemnit.
z l. 14. ꝟ. *qui ſatiſd. l. 5. in fin.* ꝟ *ex quibus cauſis in poſſeſſ.*
a i. in publicis commentariis vel cenſibus.
b adde l. 27. ꝟ. *eo.*
c l. 7. §. 9. & 21. ꝟ. *eo. §. 10. Inſt. eod.*
d *v. l. 21.* ꝟ. *eod. l. 28. §. 7.* ⅂. *de pœn. v. Briſſon. 4. ſelect. 12.*
e *adde l. 5. de extraord. crim.*

VEſtem *a* ſordidam *b* rei nomine in publico habere, capillúmve *c* ſummittere nulli licet *d*, niſi ita coniunctus eſt adfinitate, vt inuictus in reum teſtimonium dicere cogi non poſſit.

De decurionibus.

40. *Macer.* "lib. 2. Publicorum iudiciorum."

DIuus Seuerus Dionyſio Diogeni ita ſcripſit: Atrocis iniuriæ damnatus, in ordine decurionum eſſe non poteſt *e*. nec prodeſſe tibi debet error præſidiū, aut eius qui de te aliquid pronunciauit, aut eorum qui contra formam iuris manſiſſe te in ordine decurionum putauerunt.

De filio iniuriam paſſo.

41. *Neratius* "lib. 5. Membranarum."

PAter cuius filio facta eſt iniuria, non eſt impediendus quominus duobus *f* iudiciis & ſuam iniuriam perſequatur, & filij.

De appellatoribus.

42. *Paulus* "lib. 5. Sententiarum."

IVdici *g* ab *h* appellatoribus conuitium *i* fieri non oportet. alioquin infamia notantur.

De calumnia.

43. *Gaius* "lib. 3. Regularum."

QVi iniuriarum actionem per calumniam inſtituit, extra ordinem damnatur: id eſt, exilium, aut relegationem, aut ordinis *k* amotionem patiatur.

De ſuperioribus & inferioribus ædibus.

44. *Iauolenus* "lib. 9. ex poſterioribus Labeonis."

SI inferiorum dominus ædium, ſuperioris vicini fumigandi cauſa fumum *l* faceret, aut ſi ſuperior vicinus in inferiores ædes quid aut proiecerit, aut infuderit, negat Labeo iniuriarum agi poſſe. quod falſum puto: ſi tamen iniuriæ faciendæ cauſa immittitur.

De pœna extraordinaria.

45. *Hermogenianus* "lib. 5. Epitomarum."

DE iniuria nunc *m* extra ordinem *n* ex cauſa & perſona *o* ſtatui ſolet. Et ſerui quidem flagellis *p* cæſi, dominis reſtituuntur. liberi verò, humilioris *q* quidem loci, fuſtibus *r* ſubiiciuntur. cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione certæ rei coërcentur.

DE *ſ* EXTRAORDINARIIS *t* criminibus.

TIT. XI.

De ſolicitatorib. alienarum nuptiarum, interpellatorib. matrimoniorum. 1. De diuerſis iniurijs. 2. De his quæ impudicitiæ gratia fiunt.

Paulus "lib. 5. *u* Sententiarum."

SOLLICITATORES *x* alienarum nuptiarum, itémque matrimoniorum interpellatores *y*, etſi effectu *z* ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem pernicioſæ libidinis, extra *a* ordinem puniuntur.

1 ¶ Fit iniuria contra bonos mores, veluti ſi *b* quis fimo *c* corrupto aliquē perfuderit, cœno, luto oblinuerit *d*, aquas *e* ſpurcauerit, fiſtulas lacus, quídve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit, in quos grauiter animaduerti ſolet.

2 ¶ Qui *f* puero *g* ſtuprum, abducto ab eo vel corrupto comite *h* perſuaſerit, aut mulierem puellámve interpellauerit, quídve *i* impudicitiæ gratia fecerit, donum *k* præbuerit, pretiúmve, quo is perſuadeat, dederit, perfecto *l* flagitio, punitur

vt eleganter Valentin. ait. *v. Cuiac. hoc. tit.* p *l. 17. § 4.* ꝟ. *eo. Paul. 5. ſent. 4.*
q Humilioris, *Vulg. Hal.* r Fuſtibus cæduntur liberi, *l. 28. §. 2.* ⅂. *de pœn.* ... *ſcripſi ad l. 12.* ⅂ *de iure fiſci.* ſ Hic titulus eſt generalis: Complectitur ea cri...mina, quæ nunquam ordinaria fuerunt, & quæ mixta, *Cuiac. hic.* t Extra... crimina differunt à popularibus & priuatis, *v. Cuiac. 8. obſ 33.* in his res ... tra ſolennem ordinem iuris, & citra morem priſcum legum, nec obſeruat... pœna legitima, *Cuia. hic.* u Quinto, *Paul. 5 ſent. 4. §. 5.* x *d. §. 5.* y Interpell... qui nuptias alienæ vxoris appetit: *ſollicitator* qui pudicitiam alienæ vxoris ... ſubſeſſor autem eſt adulter. z Etiam conatus & voluntas coërcentur, *l. 1. C.* ...
a Attentans mitius punitur quàm qui perfecit. hic enim non certa lege ... punitur, ſed extra ordinem iudicantis arbitrio. de quo v. Tiraquell. *tract.* ... *cauſ. 39.* b *v. Paul. 5 ſent. 4. §. 13.* c *l. 27. §. 18.* ꝟ. *ad l. Aquil.* d Oblid... e De inquinatoribus aquarum, *v. l. 11.* ꝟ. *quod vi. l. 22. C. de re milit.* ſegeta... *parag. 25. vim, parag. 25* ꝟ *ad l. Aqu.* f *Pau. 5 ſent. 4. parag. 14.* g Puta pra... *§ 1. Inſt. de iniur.* h v. quæ de comite *ſcripſi ad l. 1. parag. 2.* ꝟ *de iniur.* i Q... poteſt, vtrum præripiens oſculum virgini inuitæ puniendus ſit vltimo ... Durum id videtur. Quid ſi nuptæ? Boſſius *tit. 63. n. 3.* refert, Triuultium vic... tem Regis Galliarum ſecuri percuti iuſſiſſe quendam, quod oſculum Soli... uulciæ nuptæ præripuiſſet. adde quæ ſcripſi ad *l. 16. C. de don. ante nupt.*
k Domum: *vulg. Paul. 5 ſent 4. §. 14. l. 37 in fi* ꝟ. *de minor. l. 8.* ⅂. *de adult.* l P... atque, vt ita loquamur, conſummata delicta grauius coërcentur, quàm in... ſeu attentata, *vt hic: l. ſi quis aliquid 38. §. 1.* ⅂. *de pœnis: l. ſi fugitiui 3. C. de* ... Quod ita verum putant, vt etiam iudex mitiorem pœnam poſſit delictis imp... indicere, quæ vt perfecta lex puniri iubet. *Salicetus in l. ſi qui cum telo 3. C.* ... *Corn. de ſicar. arg. l. aut facta 16. §. euentus 8.* ꝟ. *de pœnis, l. & ſi ſeuerior 3. C.* ... *cauſis infam.* Idque etiam in foro conſcientiæ ſeruari notat: nimirum ... pœnam pro voto non reddito imponi, quàm pro facto, vt Gloſſa notat in c... *derit 32. quæſt. 5.* Alexander de Ales in ſumma parte 2. q. 133. *mem. 6. 1.* Thom... Bonauentura 2. *ſentent. diſtinct. 41.* Antoninus Florent. parte ſumma, Tit. ...

a *l. 9. l. 15.*... ꝟ. *eo. l. vlt.*...
b ſqualidam ... *§. 27.* ꝟ. *eod.* ... dam quidem ... enim color ... vulgi) ſed ... tam: non ... pullatam ... erat color ... bris tantum ... *Senec. ep.* ... 115.
c De ... miſſione ... 27 *ſup.* ...
d Ha... infamiam ... pertinent ...
e Is enim ... infamis, ... *ſup. eod.*
f l. 1. §. ... *Inſt. eod.* ... *pactu.*
g à cu... ſententia... ſur.
h Paul... §. 17. ... *appel.*
i Quod ... *v. l. 15.* ... *eod.*
K Corr...
l v. l. 1... *Seru. vind.*
m Pœ... 60. Syn... 21. c. 60. ... ginti ... 20. Gell... ginti qu... ſtertion... *Collat.* ... *ſaic.* ... membr... talio, ... Pœna ... erat: ... rupit, ... pacit, ... Ira eſt ... apud Gel... *cap. 1.* & ... *voce Ta*... Talionis ... bi plenius ...
n *Paul.* ... §. 16.
o Recte ... ditum ... iniuriarum ... rerum ... detur: ... perſequ...

puhitur *a* capite: imperfecto, in inſulam deportatur. corrupti comites ſummo *b* ſupplicio adficiuntur.

De cœtibus illicitis.

2. *Vlpianus* "lib.4. Opinionum."

SVb prætextu religionis *c*, vel ſub ſpecie ſoluendi voti, cœtus illicitos nec à veteranis temptare oportet.

De ſtellionatu. De expilata hæreditate.

3. *Idem* "lib. 3. de Adulteriis."

STellionatus *d* vel expilatæ *e* hæreditatis iudicia accuſationem quidem habent, ſed non ſunt publica.

De partu abacto.

4. *Marcianus.* "lib.1. Regularum."

DIuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt eam quæ data *f* opera abegit, à præſide in temporale exilium *g* dandam. indignum enim videri poteſt, impunè eam maritum liberis fraudaſſe.

De eo cuius inſtinctu ſeruus ad ſtatuam confugit.

5. *Vlpianus* "lib. 5. de officio proconſulis."

IN eum cuius inſtinctu ad *h* infamandum dominum ſeruus ad *i* ſtatuam confugiſſe compertus erit, præter corrupti ſerui actionem, quæ ex edicto perpetuo competit, ſeuere animaduertitur.

De Dardanariis. 1. De ſtateris adulterinis. 2. De falſis menſuris.

6. *Idem* "lib.8. de officio proconſulis."

ANnonam ad temptare *k* & vexare *l* vel maximè Dardanarij *m* ſolent. quorum auaritiæ *n* obuiam itum eſt tam mandatis, quàm conſtitutionibus. Mandatis denique ita cauetur: Præterea debebis cuſtodire, ne Dardanarij *o* vllius mercis ſint, ne aut ab his qui coëmptas merces ſupprimunt *p*, aut à locupletioribus, qui fructus ſuos æquis pretiis vendere nollent, dum minus vberes prouentus expectant, ne annona oneretur. Pœna autem in hos variè ſtatuitur: nam plerumque, ſi negotiantes ſunt, negotiatione eis tantum interdicitur *q*, interdum & relegari ſolent, humiliores ad opus publicum dari.

1 ¶ Onerant annonam etiam ſtateræ *r* adulterinæ, de quibus qui D. Traianus edictū propoſuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos ſtatuit, perinde ac ſi lege teſtamentaria, quòd teſtamentum falſum ſcripſiſſet, ſignaſſet, recitaſſet, damnatus eſſet.

2 ¶ Sed & Habrianus, eum qui falſas *ſ* menſuras *t* habuit, in inſulam relegauit.

De ſaccularijs & directarijs.

7. *Idem* "lib.9. de Officio proconſulis."

SAccularij *u* qui vetitas *x* in ſacculo artes exercentes, partem ſubducunt *y* partem ſubtrahunt *z*: item qui directarij *a* appellantur, hoc eſt, hi qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi ſunt: idcircoque aut ad tempus in opus dantur publicum, aut fuſtibus caſtigantur, & dimittuntur, aut ad tempus relegantur.

De inſtrumentis proditis.

8. *Idem* eodem libro.

SVnt præterea crimina quæ ad executionem præſidis pertinent, vtputà ſi quis inſtrumenta ſua prodita eſſe dicat. nam huius rei executio præfecto *b* vrbis à Diuis fratribus data.

De ſcopeliſmo.

"9. *Idem* eodem libro."

SVnt quædam quæ more prouinciarum *c* coërcitionem ſolent admittere, vt putà in prouincia Arabia σκοπελισμὸν, *id eſt, lapidum poſitionem*, crimē appellāt: cuius rei admiſſum tale eſt: plerique inimicorum ſolent prædium inimici σκοπελίζειν, id eſt, lapides ponere, indicio futuros, quod ſi quis eum agrum coluiſſet, malo letho periturus eſſet inſidiis eorum qui ſcopulos poſſuiſſent. quæ res tantum *a* timorem habet, vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum qui ſcopeliſmon fecerunt. hanc rem præſides exequi ſolent grauiter vſque ad pœnam capitis, quia & ipſa res mortem comminatur.

Si aggeribus Nili nocitum ſit.

"10. *Idem* eodem libro."

IN Ægypto qui comata *b* rumpit, vel diſſoluit, "(hi ſunt aggeres, qui quidem ſolēt aquam Niloticam continere) æquè plectitur extra ordinem, & pro conditione ſua & pro admiſſi menſura. quidam opere publico aut metallo plectuntur. & metallo quidam ſecundum ſuam dignitatem, ſi quis arborem lycaminonem *c* exciderit. nam & hæc res vindicatur extra ordinem non leui pœna: idcirco quod hæ arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nihili diſpenſantur, ‖& coërcentur,‖ & diminutione æquè coërcentur, chomata etiam, & diacopi qui in aggeribus fiunt, plecti efficiunt eos qui admiſerint.

De circulatoribus qui ſerpentes circumferunt.

11. *Paulus* "lib.1. Sententiarum."

IN circulatores *d* qui ſerpentes circunferunt & proponunt, ſi cui ob eorum metum damnum datum eſt, pro modo admiſſi actio dabitur.

DE *e* SEPVLCHRO *f* VIOLATO.

TIT. XII.

De infamia.

Vlpianus "lib.2. ad Edictum prætoris."

SEpulchri violati actio infamiam *g* irrogat.

De ædificio diruto, de ſtatua, de oſſuaria.

2. *Vlpianus* "lib. 18. ad Edictum prætoris."

2. *Idem* "libro 18. ad Edictum Prætoris.

SI ſepulchrum quis diruit *h*, ceſſat *i* Aquilia, quod vi tamen *k*, aut clam agendum erit. Et ita de ſtatua *l* de monumento duulſa *m* Celſus ſcribit. ¶ Idem quærit, ſi neque adplumbata fuit, neque adfixa, an pars monumenti effecta ſit. an verò maneat in bonis noſtris? Et celſus ſcribit ſic eſſe monumenti, vt oſſuariam *n*: & ideoquod vi aut clam interdicto locum fore.

Edictum de ſepulchro violato, aut inhabitato, vel inædificato. 1. De dolo. 2. De ſepulchri appellatione. 3. De voluntate teſtatoris. 4. De tranſlatione cadaueris. 5. Ne ſepeliatur in ciuitate. 6. De habitatione vel ædificatione. 7. De ſpoliatoribus cadauerum. 8. Quid veniat in condemnationem. 9. Si ad plures ius ſepulchri pertineat. 10. De pœnitentia eius cui noluit agere. 11. De ſeruo. 12. Hanc actionem eſſe popularem.

3. *Vlpianus* "lib 15. ad Edictum prætoris."

PRætor ait. *Cuius* o *dolo malo ſepulchrum* p *violatum* q *eſſe dicatur, in eum in factum iudicium dabo, vt ei ad* r *quē pertineat, quanti ob eam rem æquum* ſ *videbitur, condemnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, ſiue agere nolet, quicunque agere volet, ei centum aureorum actionem dabo: ſi plures volent, cuius iuſtiſſima cauſa eſſe videbitur, ei agendi poteſtatem faciam. Si quis in ſepulchro dolo malo habitauerit, ædificiumve aliud quamque* t *ſepulchri cauſa factum ſit, habuerit in eum, ſi quis eo nemine agere volet, ducentorum aureorum iudicium dabo.*

1 ¶ Prima verba oſtendunt eum demum ex hoc plecti, qui dolo malo violauit. ſi igitur dolus abſit, ceſſabit *u* eiuſdem perſonæ. Igitur doli non capaces (vt *x* ‖ admodum‖ impuberes *y*, item omnes *z* qui non animo violandi accedunt) excuſati ſunt.

2 ¶ Sepulchri *a* autem appellatione omnem ſepulturæ locum contineri exiſtimandum eſt.

3 ¶ Si quis in hæreditarium ſepulchrum inferat, quamuis hæres, tamen poteſt ſepulchri violati teneri, ſi fortè *b* contra *c* voluntatem teſtatoris intulit. licet enim cauere teſtatori, ne quis eò inferatur, vt reſcripto imperatoris Antonini cauetur. ſeruari enim voluntatem eius oportere. ergo & ſi cauit, vt vnus tantum hæredum inferret, ſeruabitur, vt ſolus inferat.

4 ¶ Non perpetuæ *d* ſepulturæ tradita corpora

---

a Stupri perfecti pœna capitalis, vt hic. Imo non eſt capitalis: Nam humilior fuſtigatur & in exilium mittitur: honeſtus, partis bonorū publicatione, & relegatione ad certum tempus punitur, §.4. *Inſtit. de pub. iudic.* An hic de pœna extraordinaria agitur: ibi de pœna ex lege Iulia? v. Alciat. 5. *Paradox* 20. *l* *trāſigere* 18. *C. de tranſ. Menoc.* 5. *de arbitr.* 188.

b *l.*1. vltimo, *l.*25. ʒ. *de pœnis.*

c *v.l.*1. §.1. ʒ. *de colleg.*

d *v.* ʒ. *tit. ſtellionatus.*

e *v.* ʒ. *tit. expilatæ hæred.*

f Opera partū abegit: *vulg. Hal.*

g De pœna abacti partus, *v.l.*8. ʒ. *de ſicar.*

h *v.l.*1. *in fin. ſup. de ſeruo corrupto.*

i *l.* 28. §.7. ʒ. *de pœn. l. vn. C. de his qui ad ſtatuas: adde l.*2. *ſup. de his qui ſunt ſui.*

k Adtemptāt, quoties τηροῦσι τὸν καιρὸν δυσχολίας. Nazianzen. *in oratione ad patrem.* τοὺς καιροὺς καταπραγματεύοντες τῆς ἐνδείας καὶ γεωργοῦντες τὰς συμφορὰς *Idem Nazianz. in funebri oratione Baſilij magni. v. Cuiac.* 10. *obſ.* 19 6. *Harm.* 15. *in fin.* adde 1. *legum Francicarum.*

l Hinc Martialis 9. *Epigram.* 60. Hic vbi Roma ſuas aurea vexat opes, Incendere, *Manil.* 4. Grādia & annonæ ſpeculantem incendia, & candefacere, *Varro* apud Nonium, c. 1. *num.* 237. vaſtare, *Lampridius*: flagellare, *Martial.* premere, *Idem.* Vaſtat, flagellat, vexat annonam, qui ſupprimit. qui non vendit iuſto pretio. Salomon ὁ συνέχων σῖτον δημοκατάρατος. *Cuiac. ibi.* m Gloſsis μεταβολοι Dardanarius Coctator, Ariblator: dixi ad Feſtum *in Ariblator.* Iiſdem Gloſsis Dardanarius παντοπώλης, παντομετάβολος, σιτοκάπηλος, παλαιοκάπηλος. Græci quoque Dardanarios interpretantur τοὺς τῇ εὐθηνίᾳ ἐπιβουλεύοντας, *Syn.* 19. *tit.* 18. *ex lib.* 60. *tit.* 22. *c.* 6. n Adde 1. *legum Franciarum* 123. o *l.*37. ʒ. *de pœn.* Seplaſiarij Pantometaboli. Pantopolarum meminit Nouella Valentiniani, de Pantopolis, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 19. de Dardanariis *v Turneb.* 9. *aduerſ.* 17. p *l.*3. *in fi.* ʒ. *de crim. ſtellion.* q Poteſt etiam eis imperari vt vendant iuſto pretio *v. l* 8. *ad munici.* r Et falſa pondera *l.*32 *in fi.* ʒ. *de falſis.* v. quæ notaui ad *l.*52. §.22 *ſup. de furtis.* ſ πλαστὰ μέτρα. *Syn. ibi.* μέτρα κόλοβα 6. *Harm.*5. t *l. pen* ʒ *de falſis*: *l.*37. ʒ. *de pœnis*: *v.*2. *Pragmaticon Iuſtiniani* 11. u *l.*1. *parag. vlt. de effractoribus.* qui & ſaccularij, vt ſacellus βαλλάντιον Gloſsis. *Marcellus de Medicamentis*, in ſacello lineo ad frontem ſuſpendēs, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 27. x Inter vetitas artes magica numeratur ſacculari; igitur ſunt, qui magicis artibus pecuniam ſubducunt, aut certè partem ſubtrahunt, ἀπὸ σάκκων κλέπτοντες 15. *fol.* 166. ſimiles ſectoribus zonariis, ſiue manticulariis. Syneſius *in Epiſtolis* meminit cuiuſdam, quem & βαλλαντιοτόμον vocat, qui miro artificio ſacculum, in quo erant ærei nummi, pro aureis ſupponebat: de quo *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 27. y Carminibus, vel qua alia ratione illicita. z Manu ſc. a *l.*1. *parag. vlt.* ʒ. *de effractoribus*: directarij, *Vulg. Hal* & apud *Paul.* 5 *ſent.* 4. *parag.* 8. vterque dicitur, ſicut & dirigere. Derectarius ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τοῦ κλέψαι εἰστρεχόμενος οἰκίας. *Gloſſa v Cuia* 10. *obſ.* 27. Græci etiam vertunt directarios εἰσπηδῶντας, & directarium, [illegible] *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 34. a *l.*24. ʒ. *de falſis.* b *l.*16. *parag.* 4. ʒ. *de pœnis.*

a Minæ agro faciunt iuſtum metum *l.*3. *ſup. quod metus cauſa*, *l.*3. ʒ. *ex quib. cauſis maior. l.*13. *C. de tranſ.*

b Commata, *Hot. in voce Commata.* Chomata προσχώματα, *Arriano*; moles *Curtio.*

c Sycaminon, *Hal.* ſicomorum, *Vulg.*

d Circulatoris verbo vtitur Cicero, & Seneca *lib. de beneficiis* Gloßis ἀγύρτης καὶ ὀχλαγωγός.

e 9. *C.* 19. *Nou. Valentiniani de ſepulchris*: *Nou. Leonis* 96. περὶ τάφων, 60. *Ecl. fol.* 516. περὶ κλεπτῶν ἀγελαστῶν τυμβωρύχων. 6. *Harm* 5. adde 7. *C. Th.* 17. *Pau.* 1. *ſent.* 21. & 3. *Decret.* 8. & 3. *Extr.* 12. & 3. *Clem.* 3.

f De ſepulchris adde quæ ſcripſi ad §. 9. *Inſt. de rerum diuiſ.* & Feraldum 2. *Expoſitionum* 23.

g Infantes ſunt qui ſepulchrum violant:

h *l.*4. ʒ. *de aqua & aqua.*

i Cur? quia de corpore in corpus damnum datū non eſt. *v.l.*51. ʒ. *ad l. Aquil.* §. *vlt. Inſt. de l. Aquil.*

k *l.*11. §.3. ʒ. *quod vi aut clam.*

l Adde *l.*27. ʒ. *de iniuriis.*

m Auulſa *Vulg. Hal.*

n Oſſaria, *Hal.* oſſuarium σορὸς 59. *Syn.* 1. c. 4. ſic Caſtellano in Prouincia veteri inſcriptione, Iulia Fuſcinia oſſuariū viua ſibi fecit, *Cuiac.* 10. *obſ.* 37. *in fi.* adde *l.*1. *in fi.* ʒ. *de cadaueribus punitorū.*

o §.1. *Inſt. eo.*

p Sepulchri nomine quid intelligamus. *v.* §.3. ʒ. *eo.*

q Violat qui cadauera transfert ſine permiſſu, §.4. qui ea ſpoliat §.7. quā in ſepulchris habitat §.6. Nō violat qui reficit. *l.*7. *eo. l.*4. *C. eo.*

r §.3. §.9. & *ſeq. eo. l.*5. *l.*6. *l.*10. ʒ. *eod.*

ſ §.8. ʒ. *eo.*

t Quamque quòd Iuſtus Lipſius, 5. *Epiſt.* 18. id eſt, quam quòd, *vulg.* u Ceſſabit pœna, *vulg.* ceſſabit eiuſdem edicti pœna perſonæ igitur &c. *Cuiac in Recitationibus. ad* 8. *Papiniani.* Ceſſabit in eiuſdem perſonæ pœna. Perſonæ igitur, *vulg. Hal. Cuiac.* 6. *obſ* 22.

x Admodum impuberes, non ſunt doli capaces, *v. Cuiac. ibi.* & *l.*11. §.6. ʒ. *quod vi.*

y *Alias*, quemadmodum impuberes, & *ita vulgata* & malæ. *v. Cuiac.* 6. *obſ.* 22.

z Perfectæ etiam ætatis.

a *l.*2. *parag.* 5. ʒ. *de religioſis.* b Alias eo ceſſante poteſt, *l.*6. ʒ. *de relig.*

c Teſtator cauere poteſt, *ne quis in ſepulchrum inferatur*, quod ex duobus antiquis inſcriptionibus probat Briſſonius 2. *ſelect.* 16.

d Quid ſi perpetuæ ſepulturæ ſunt tradita? poterunt vtique transferri, certis tamen caſibus: puta ob incurſum fluminis vel metum, idque noctu, & ſolennib. redditis ſacrificiis, *Paul.* 1 *ſent.* 21. §.1. *l.*1. *C. de religioſis*, *l.*5. *C. Th. de ſepulchris violatis.*

poſſe

poſſe transferri, edicto Diui Seueri continetur, quo mandatur, ne corpora detinerentur *a*, aut vexarentur *b*, prohiberentur per territoria oppidorum transferri. Diuus autem Marcus reſcripſit, nullam pœnam meruiſſe eos, qui corpus in itinere defuncti per vicos aut oppidum tranſuexerunt, quamuis talia fieri ſine permiſſu eorum *c* quibus permittendi ius eſt, non debeant. 5 ¶ Diuus Hadrianus reſcripto pœnam ſtatuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate *d* ſepeliunt, quam fiſco inferri iuſſit, & in magiſtratus eadem qui paſſi ſunt, & locum publicari iuſſit, & corpus transferri. Quid tamen ſi lex municipalis permittat in ciuitate ſepeliri? poſt reſcripta principalia an ab hoc diſceſſum ſit, videbimus: quia generalia ſunt reſcripta, & oportet imperialia *e* ſtatuta ſuam vim obtinere, & in omni loco valere. 6 ¶ Si quis in ſepulchro habitaſſet *f*, ædificiúmque habuiſſet, ei qui velit, agendi poteſtas ſit. 7 ¶ Aduerſus eos qui *g* cadauera ſpoliant, præſides *h* ſeuerius *i* interuenire, maximè ſi manu armata adgrediantur: vt ſi armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, vt Diuus Seuerus reſcripſit: ſi ſine armis, vſque ad pœnam metalli procedunt. 8 ¶ Qui de ſepulchri violata actione iudicant, æſtimabunt, quatenus interſit, ſcilicet ex iniuria quæ facta eſt, item *k* ex lucro eius qui violauit, vel ex damno quod contigit, vel ex temeritate eius qui fecit, nunquam tamen minoris debent condemnare, quàm ſolent extraneo agente. 9 ¶ Si ad plures ius ſepulchri pertineat, vtrum omnibus damus actionem, an ei qui occupauit? Labeo omnibus *l* damdam dicit, rectè, quia in id quod vniuſcuiuſque intereſt, agitur.

10 ¶ Si is cuius intereſt, ſepulchri, violati agere nollet, poteſt pœnitentia acta, antequam *m* lis ab eo conteſtetur, dicere velle ſe agere: & audietur.

11 ¶ Si ſeruus *n* in ſepulchro habitat, vel ædificauit, noxalis actio ceſſat, & in eum prætor hanc actionem pollicetur. Si tamen non habitet, ſed domunculam ibi habeat ſeruus, noxale iudicium erit dandum, ſi modò habere poſſe videtur.

12 ¶ Hæc actio popularis eſt.

De ſepulchris hoſtium.

4 *Paulus* "lib. 27. ad Edictum prætoris."

SEpulchra hoſtium *o* religioſa nobis non ſunt, ideoque lapides inde ſublatos, in quemlibet vſum conuertere poſſumus, non ſepulchri violati actio competit.

De fundi venditione.

5. *Pomponius* "lib. 9. ex Plautio"

VTimur eo iure, vt dominis fundorum, in quibus ſepulchra fecerint, etiam *p* poſt *q* venditos fundos adeundorum ſepulchrorum ſit ius, legibus namque *r* prædiorum vendundorum cauetur vt *ſ* ad ſepulchra quæ in fundis ſunt, iter *t* eius *u*, aditus, ambitus *x* funeris faciendi *y* ſit.

Cui datur actione ſæpius agatur.

6. *Iulianus* "lib. 10. Digeſtorum."

SEpulchri violati actio in primis datur ei ad *z* quem res pertinet. Quo ceſſante *a*, ſi alius egerit, quamuis Reipublicæ cauſa abfuerit dominus, non debebit ex *b* integro aduerſus eum, qui litis æſtimationem ſuſtulerit, dari, Nec poteſt videri deterior fieri conditio eius qui reipublicæ cauſa abfuit: cum hæc actio non ad rem familiarem eiuſdem, magis *a* ad vltionem *b* pertineat.

De ſepulchro non deteriorando ſed reædificando.

7. *Marcianus* "lib. 3. Inſtitutionum."

SEpulchri deteriorem conditionem fieri prohibitum eſt, ſed corruptum & lapſum monumentum corporibus non contactis *c* licet reficere.

De lege Iulia de vi.

8 *Macer* " lib. 1. Publicorum iudiciorum."

SEpulchri violati crimen poteſt dici ad legem Iuliam de *d* vi publica pertinere ex illa parte, qua de eo cauetur qui fecerit quid, quo *e* minus aliquis funeretur, ſepeliatúrve: quia & qui ſepulchrum violat, facit quo quis minus ſepultus ſit.

De actione pecuniaria.

9. *Idem* "lib. 2. Publicorum iudiciorum."

DE ſepulchro violato actio quoque *f* quoque pecuniaria *g* datur.

De hærede neceſſario. De bono & æquo.

10. *Papinianus* "lib. 8. Queſtionum.

QVæſitum eſt, an ad hæredem *h* neceſſarium, cum ſe bonis non miſcuiſſet, actio ſepulchri violati pertineret? Dixi rectè eum ea actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta eſt. Nec tamen, ſi egerit, hæreditarios creditores timebit, cum etſi per hæreditatem obtigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capiatur voluntate: neque id capiatur, quod in rei perſecutione, ſed in ſola *i* vindicta ſit conſtitutum.

De pœna ſepulchri violati.

11 *Paulus* "lib 5. Sententiarum.

REi ſepulchrorum violatorum, ſi corpora ipſa extraxerint, vel oſſa eruerint, humilioris quidem fortunæ ſummo ſupplicio adſiciuntur *k*, honeſtiores in inſulam deportantur: aliàs autem relegantur, aut in metallum damnantur.

DE CONCVSSIONE *l*.

TIT. XIII.

De oblato reſtituendo, & delicto coërcendo.

Vlpianus "lib. 5. Opinionum."

SI ſimulato præſidis iuſſu concuſſio interuenit, ablatum eiuſmodi terrore reſtitui præſes prouinciæ iubet, delictum coercet. *m*.

An ſit iudicium publicum.

2. *Macer* "lib. 1. Publicorum iudiciorum."

COncuſſionis iudicium publicum non eſt, ſed ſi ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus ſit, poteſt iudicium publicum eſſe ex ſenatuſconſultis, quibus pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accuſationem innocentium coierint, quíve ob accuſandum vel non accuſandum, denunciandum *n* vel non denuntiandum teſtimonium, pecuniam acceperit.

DE ABIGEIS *o*.

TIT. XIV.

De pœna abigeatus. 1. Qui dicuntur abigei, 2. De minoribus vel maioribus animalib. 3. De pœna. 4. Si quis pecora, de quorum proprietate faciebat controuerſiam, abegerit.

Vlpianus "lib. 8. de Officio Proconſulis.

DE abigeis puniẽdis ita Diuus *p* Hadrianus conſilio *q* Beticæ *r* reſcripſit, abigei, cum duriſſimè puniuntur, ad gladium *ſ* damnari ſolent. puniũtur autem duriſſimè non vbique, ſed vbi frequentius eſt id genus maleficij: alioquin "&" in opus & non nunquam temporarium *t* dantur. 1 ¶ Abigei autem propriè *u* hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, &, quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem *x* exercent, equos de gregibus, vel boues de armentis abducentes. Cæterum ſi quis bouem aberrantem, equos in ſolitudine relictos abduxerit, non eſt abigeus, ſed fur potius.

2 ¶ Sed & qui porcam, vel capram, vel veruicem *y* abduxit, non tam grauiter, quàm qui maiora animalia abigunt, plecti debet. 3 ¶ Quamquam autem Hadrianus metalli pœnam, item operis, vel etiam gladij præſtituerit, attamen qui honeſtiore loco nati ſunt, non debent ad hanc pœnam pertinere, ſed aut relegandi erunt aut mouendi ordini *z*. Sane qui cum gladio *a* abigunt, non iniquè beſtiis *b* obiiciuntur. 4 ¶ Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controuerſiam, abegit, vt Saturninus quidem ſcribit, ad examinationem ciuilem *c* remittendus eſt, ſed hoc ita demum probandum eſt, ſi non color *d* abigeatus quæſitus eſt, ſed verè putauit ſua iuſtis rationibus ductus.

An

a l. 38. §. de religioſis.
b l. 8. l. vlt. ʒ. eod. adde l. 4. in fi. C. hoc tit. Nou 60.
c Id eſt, pontificum, principis, l. 8 ſup de religioſis.
d Hinc illa lex duodecim tabularum apud Ciceronem 2. de legib. Hominem mortuũ in vrbe ne ſepelito, adde Paul. 1. ſent. 21. parag. 2. id poſtea abrogatum Nouella Leonis 53.
e Imperialia.
f Habitare in ſepulchro alicuius non licet, in pr. ʒ. eod.
g Spoliatores cadauerum puniendi, l. 5. C. eo. vt ſunt Viſpelliones, de quib. v. l 31. ʒ. de euict. Hic locus oſtẽdit veteres in more habuiſſe po ſitũ cadauera veſtita ſepelire: quod vt ſuperſtitioſum reprehẽdit lex 14. §. 5. ʒ. de religioſis, l. vlt. ʒ. de auro. Lactantius 2. de origine erroris 4. Ideóque facilè accedo Rebuffi ſententiæ, negantis executorem teſtamentorum repetere factas expenſas in coëmendis mortuo veſtibus, vt illis obuolutus ſepeliretur: idẽ tamen ea ſuperſtitione presbyteros & Epiſcopos ſolos excipit, quos negat ſine veſtimentis ſepeliendos eſſe, quòd, inquit ille, veſtes ſacerdotales virtutes eorum demonſtrent. Rebuff. in præfatione Tractatus de ſententiis prouiſion. num 48. 49. Illud interea notandum eſt, pro dignitate defuncti funus fieri, & vnguenta, & odorem ad cadauer ſepeliendum, ſi ita fuerat mos regionis, emi, l. 37. ſup. de religioſis l. 7. §. 3. ſup. de in rem verſo.
h Præſidium eſt. Lipſius 5. Epiſt. quæſt. 18. 1. præſidis eſt.
i Manus ſpoliantibus præcidi refert Harm 6. tit 5. adde l. 4. l. 5 C. Th. eo.
k l. vnica, C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt.
l l. 4 C. de accuſ.
m Quid ita? dixi ad l. 45 §. 1 ſup. de procur.
n l. 2. C. eod.
o l 36. ſup. de religioſ.
p Saluum conductum ſeu ſecuritatem adeundi ſeu veniendi habens, idem abeundi & reuertendi ſecuritatem habere intelligitur, Bart. in l. 1. ʒ. ad l. Iul. Maieſt. Quid? quoties adire & abire licet, illo caſu, ſi λόγος ἀσυλίας ſeu ſecuritas ad certas vices petita ſimpliciter & indefinitè cõceſſa, talis conceſsio exiſtimanda eſt, qualis periclo fuerit, id eſt ſpecialis, arg. § præterea, Inſt. de inutilib. ſtip. ſi indefinitè petita, finitè conceſſa, ſic conceſſa ſpectanda, l. continuus 37. §. cum ita 2. ſup. de verb. oblig. ſi indefinitè petita ac conceſſa, ſemel tantùm conceſſa dicetur, l. boues 89. §. hoc ſermone 1. ʒ. de verb. ſign. niſi fortè quid aliud ſuadeat: puta vel cauſa publica, vel quid aliud ſimile.
q l. 10. ſup. de religioſis.
r Legibus prædiorum vendendorum ſolitum erat caueri, vt ad ſepulchra, quæ in fundis erant, iter eis, aditus funeris faciendi cauſa vt hic. Quo Cicero reſpexit Orat. pro Roſcio Amerino Mors florentiſſimi, ait, homini Sexti Rocij crudeliſſima, filij autem egeſtas indigniſſima, cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius, ne iter quidem ad ſepulchrum patrium reliquit.
ſ Iter ad ſepulchrum ſtipulabantur l. 10. ʒ. de relig. l. 72. ʒ. de contrah. empt. Cicero pro Roſcio Amerino.
t adde l. 40. §. 1. ʒ. de contrah empt.
u Iter eis vulg iter ei. Hal. alij legunt iter aditus. Cuiacius vero 13. obſer. 36. legit iter & eius aditus. Idem 8. quæſt. papin. Iter, aditus.
x De de ambitu monumentorum, v. Cuiac. 13. obſeru. 36.
y faciendo. Cuiac. in Recitationibus lib. 8. Papiniani.
z l. 3. in pr. ſup. eod.
a agere dici.
b De eodem delicto ſæpius quæri non debet,

An ſit publicum iudicium de pœna.

2. *Macer* "lib. 1. publicorum Iudiciorum."

ABigeatus crimen publici *a* iudicij *b* non eſt : quia furtum magis eſt: ſed quia plerumque abigei & ferro *c* vtuntur, ſi deprehendantur, ideo grauiter & puniri eorum admiſſum ſolet.

Differentia furis, & abigei. 1. De loco vnde abactum eſt. De his qui abegerunt. 3. De receptoribus abigeorum.

3. *Calliſtratus* "lib. 6. de Cognitionibus."

OVes pro *d* numero abactorum *e* aut furem aut abigeum faciunt. quidam decem oues gregem eſſe putauerunt. porcos etiam quinque, vel quatuor abactos: equum, bouem vel vnum abigeatus crimen facere.

1 ¶ Eum quoque plenius *f* coërcendum, qui à ſtabulo abegit, domitum pecus, non à ſylua, nec grege.

2 ¶ Qui ſæpius *g* abegerunt, licet ſemper vnum vel alterum pecus ſurripuerint, tamen abigei ſunt.

3 ¶ Receptores *h* abigeorum qua pœna plecti debeant, epiſtola D. Traiani *i* ita cauetur, vt extra terram Italiam decem *k* annis relegentur.

DE PRÆVARICATIONE *l*.
TIT. XV.

Definitio & etymologia præuaricatoris.

Vlpianus ‖lib. 6. ad Edictum prætoris.‖

PRæuaricator eſt *m* quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat prodita cauſa ſua. Quod nomen Labeo à varia *n* certatione tractum ait. Nam qui præuaricatur, ex vtraque parte conſtitit, quinimo ex altera.

1 ¶ Is autem præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accuſauerit. cæterum aduocatus *o* non propriè præuaricator dicitur. Quid ergo de eo fiet, ſiue priuato iudicio, ſiue publico præuaricatus ſit, hoc eſt, "prodiderit cauſam?" hic extra *p* ordinem ſolet puniri.

De pœna extraordinaria.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 9. de officio proconſulis.‖

SCiendum quòd hodie iis (qui) præuaricati ſunt, pœna iniungitur extraordinaria *q*.

An ſit publicum iudicium.

3 *Macer* "lib. 1. Publicorum iudiciorum."

PRæuaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus inductum eſt. 1 ¶ Nam ſi reus accuſatori publico iudicio ideo præſcribat, quod dicat ſe eodem crimine ab alio accuſatum, & abſolutum. cauetur lege *r* Iulia publicorum, vt non prius accuſetur quam *ſ* de prioris accuſatoris præuaricatione conſtiterit, & pronuntiatum fuerit. huius ergo præuaricationis pronunciatio publici iudicij intelligitur.

2 ¶ Quòd ſi aduocato *t* præuaricationis crimen intendatur, publicum iudicium non eſt. nec intereſt, publico, an priuato iudicio præuaricatus dicatur.

3 ¶ Si ideò quis accuſetur, quòd dicatur crimen iudicij publici deſtituiſſe, iudicium publicum non eſt. "quia" *u* neque lege aliqua de hac re cautum eſt, neque per ſenatuſconſultum, quo pœna quinque auri librarum in deſiſtentem ſtatuitur, publica accuſatio inducta eſt.

De infamia.

4. *Idem* ‖lib. 2. publicorum iudiciorum.‖

SI is de cuius calumnia agi prohibetur, præuaricator in cauſa iudicij publici pronunciatus ſit, infamis *x* erit.

De iure accuſandi.

5. *Venuleius Saturninus* "libro 2. publicorum Iudiciorum."

ACcuſator in præuaricatione conuictus, poſtea ex lege non accuſat *y*.

De pœna.

6. *Paulus* "lib. ſingulari de iudiciis priuatis."

AB imperatore noſtro & patre eius reſcriptum eſt, vt in criminibus, quæ extra ordinem obijciuntur, præuaricatores eadem *z* pœna adficiantur, qua tenerentur, ſi ipſi in legem commiſiſſent, qua reus per præuaricationem abſolutus eſt.

De eo qui delatorem corrupit.

7. *Vlpianus* "lib 4. de Cenſibus."

IN omnibus cauſis, præterquam in ſanguine *a*, qui delatorem corrupit *b*, ex ſenatuſconſulto pro victo *c* habetur.

DE RECEPTORIBVS *d*.
TIT. XVI.

De crimine & de pœna.

a Id eſt, pœnale non eſt, dixi ex eodem libro Macri in l. 2. *ſup. de conuſſione*.

b huc facit *l. vn. C. eod.*

c vel gladio, vt l. 1. §. 3 *in fi. ff. eo.*

d 60. *Ecl.* 25. c. 3. adde *Paul.* 5. *ſent.* 18. §. 1. & l. 16. §. 7. ff. *de pœnis.*

e forſè *legendum* abactarum.

f leuiùs. Alij leuius, *Cuiacius hic.* φρούτερον Græci apud Cuia 6 *obſ* 8. id eſt, mitiùs: σφοδρότερον 60. *Ecl* 15. c 3. l. acriùs: quæ lectiones planè contrariæ ſunt. Ratio qua vtitur Cuiacius, ſummopere placet : ſunt enim leuiùs puniendi, quibus non ita patet furandi copia. cõtrariò duriùs puniendi, quibus maior patet. Iuſtinus de Scy his loquens. Nullum ſcelus apud eos furto grauius eſt, quippe ſine tecto, munimentiſq; pecora & armẽta habentibus, *v. Cuiac. hoc tit.* huc adde *Clar.* 5. *ſent.* §. *vlt.* q. 60. *verſ.* 13.

g huc facit *Harm.* 60. c. 5.

h *l.* 1. ff. *de recept.*

i Traiani, *Vulg. Hal.*

k *Ecl.* 16. c. 1.

l de præuaricatoribus, *Vulg.* περὶ ὑποδοχῆς ἀντιδίκων &c. *Ecl.* 26.

m l. 4. §. 4 ff. *de his qui not. l.* 1. §. 1. §. 6 *ad Tu. p. l.* 212. ff. *de verb ſign. vide Cuiac.* 9. *obſ.* 40.

n à varicatione, Hotom. *in voce præuaricator.*

o adde l. 3. §. 2. ff. *eodem.*

p i. grauiter.

q l. 6. ff. *eo.*

r de hac lege dixi ad l. 4. ff. *de teſtib.*

ſ Hoc in ſecunda fiebat accuſatione. In priore verò reus antè peragebatur, poſtea de præuaricatione quærebatur, *Plin.* 3. *Epiſt. ad Minutium*, quia optimè ex ipſa accuſatione, fides accuſatoris æſtimatur, *v. Briſſon.* 4. *ſelect.* 7.

t l. 1 *in fi ſup. eod. l. vlt ſup. de poſtul.*

u Delictum omne priuatum eſſe hinc colligitur, niſi lex exprimat quod ſit publicum.

x l. 1. ff. *de his qui notantur.*

y v. l. 2. ff. *de Turpill.* z de talione dicam ad Nou. Leon. 69. a *v. l.* 1. ff. *de bonis damnator l.* 8. *C. de tranſ.* b *l.* 29. ff. *de iure fiſci.* c pro conuicto, *v. Cuiac.* 6 *obſ.* 11. *paulo poſt princ.* d de receptoribus, *Hal.* & ita vocantur à Paulo receptores, *Paul.* 5. *ſent.* 3. §. 4. & *l.* 13. ff. *de off. præf.* περὶ ὑποδεκτῶν, καὶ τῶν ὑποδεχομένων λῃστάς 60. *Ecl.* 27. & *apud Harm.* 6. *tit.* 13 περὶ τῶν ἀλλοτρίους ὑποδεχομένων δούλους, & 9. *C. Theod.* 39. & *C.* 9. *tit.* 29. *de his qui latrones.*

Marcianus "lib. 2. publicorum iudiciorum."

PEſſimum genus eſt receptatorum, ſine quibus nemo latere diu poteſt *a*. Et præcipitur, vt perinde *b* puniantur, atque latrones. In pari *c* cauſa habendi ſunt: quia *d* cum adprehendere latrones poſſent, pecunia *e* accepta, vel ſubreptorum parte, demiſerunt *f*.

De his qui affines & cognatos recipiunt.

2. *Paulus* "lib. ſingulari de pœnis paganorum."

EOs apud quos adfinis *g* vel cognatus *h* latro conſeruatus eſt *i*, neque abſoluendus *K*, neque ſeuerè admodum puniendus. non enim par eſt eorum delictũ, & eorum qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt.

DE FVRIBVS BALNEARIIS *l*.
TIT. XVII.

De furibus nocturnis, vel balneariis, & effractoribus.

Vlpianus "lib. 8. de officio proconſulis."

FVres nocturni *m* extra ordinem audiendi ſunt, & cauſa cognita puniendi : dummodò ſciamus, in pœna eorum operis publici temporarij modum non egrediendum. Idem & in balneariis furibus. Sed ſi telo ſe fures defendunt, vel effractores, vel cæteri his ſimiles, nec cuiquam *n* percuſſerunt : metalli pœna, vel honeſtiores relegationis afficiendi erunt.

De furibus interdiariis.

2. *Marcianus* "lib. 2. iudiciorum publicorum."

SEd ſi interdiu *o* furtum fecerunt, ad ius ordinarium *p* remittendi ſunt.

De milite.

3. *Paulus* ‖lib. ſingulari de pœnis militum.‖

MIles qui in furto balneario adprehenſus eſt, ignominia mitti *q* debet.

DE EFFRACTORIBVS *r* ET expilatoribus *ſ*.
TIT. XVIII.

De effractoribus. 1. De expilatoribus. 2. De ſacculariis, directariis, effractoribus.

Vlpianus "lib. 8. de officio Proconſulis.

DE his *t* qui carcere *u* effracto *x* euaſerunt, ſumendum ſupplicium *y*, Diui fratres Æmilio Tironi reſcripſerunt. Saturninus etiam probat ‖ in ‖ eos qui de carcere

a l. 13. *in pr. ff. de off. præſ.* Hinc illud Pauli ibidem. Sublatis ſuſceptorib. cupido graſſantiũ conquieſcit.

b Pœnam Receptatoris, furis, & latronum obſerua.

c i. par ſupplicium ſuſtinent. An hoc in omni receptatore obtinet? Hac lege de receptatoribus furum & latronum tantùm agi putat Hippolytus Marſilius *conſ.* 53. *n.* 26. *v. l.* 1. *C. de his qui latrones occultant.* at non de receptatoribus rerum furtiuarum, negans cõſtituta in receptatore furum & latronũ, ad receptatorem rerum furtiuarum rectè extendi. adde quæ ſcripſi ad l. 14. *C. de furtis.*

d qui cum, *Vulg. Hal.*

e l. 1. *C. eo Ecl.* 60. *tit.* 27. c. 1. *Paul.* 5. *ſent.* 3. §. 4. *l.* 1. *Cod. Theodoſiano de his qui latrones.* Hinc Plato 12. ἐὰν τις κλέμμα δέξηται, τὴν αὐτὴν ὑπεχέτω δίκην τῷ κλέψαντι. Et Phocylides, ἀμφότεροι κλῶπες· καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας. Et Fabius Quint. *declam.* 225. Proximos eos eſſe exiſtimo transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur : hoc enim natura idem eſt facere ſeu probare. f dimiſerunt, *Vulg Hal.*

g Adfinitatis ratione pœna minuitur, *vt hic.* in receptore adfinis vel cognati : ſic pœna minuitur, ſi pater filium, vel è contra, accuſet, vel offerat puniendum : de quo v. Tiraquellum, *tract. de pœnis cauſa* 18. 19 & 20.

h Cognationis cauſa, minuitur pœna.

i Perſonæ ſcil. non delicti approbandi cauſa: tunc enim æqualiter puniuntur. In crimine hæreſeos id ſingulare eſt, vt qui affinem receperit, vitæ tantùm ei conſeruandæ cauſa, non conſentiens in eius hæreſim, anathemate percellatur, *c. ſicut, de hær.*

k Licet affinitatis vel conſanguinitatis affectio releuet receptorem: non tamen à tota pœna releuat. Punitur *μέσως πως*: id eſt medio quodammodo 60. *Ecl.* c. 1.

l Balnearij fures lauantium prædones à Tertulliano *in Apologetico* vocantur: fures ſunt balnearum. Idem in *lib. de Fuga.* Fures vel raptores balnearum, *Paul.* 5 *ſen.* 3. §. 5. *vbi v. Cuiac.* Aduerſus fures balnearios vſus erat capſariorum, l. 3. *in fin. de off. præfecti vigil.* De furibus balneariis, v. *Ariſt. in problemat. parte* 18. Alciat. 2 *pareg.* 6. & Petrum Victorium 7. *variar.* 17.

m Qui & dormitatores Comico, qui & atrociores fures, l. *vlt.* ff. *tit. prox.* Ideóque αὐστηρῶς κολάζονται, 15. *Ecl.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 12. c. 51.

n nec quemquam, *Vulg. Hal.*

o *v. l.* 54. §. 2. ff. *de furt.*

p Ordinarium ad ius remitti quid eſt? An vt ciuiliter agatur? *l. vlt.* ff. *de priuatis delict.* an ad magiſtratus, vt per eos fur ad præſidem tranſmittatur? *Paul.* 7. *collat. legum Moſaïcarum.* q Militaris pœna eſt ignominia mitti, *vt hic.* Huc adde quod refert Gel. 10. *Noctium Atticarum* c. 8. fuiſſe & hanc quoque antiquam militarem animaduerſionem; ignominiæ cauſa militi venam ſolui & ſanguinem dimitti. Idque primum ſeruatum ad puniendos ſtupidos milites fuiſſe, poſtea conſuetudine ad pleraque alia delicta protractum. Hinc caro tradit, *apud Frontinum lib.* 1. *Stratagematon* In furto comprehenſis apud commilitones dextras eſſe præciſas, aut ſi leuius animaduertere voluiſſent in principiis (id eſt, ad principia) ſanguinem miſſum : & Modeſtinus eum qui aliena arma ſurripit, gradu militiæ pellendũ ſcribit, l. 3. §. 14. ff. *de re militari*, & Polybius 6. τὸν κλέψαντά τι τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ξυλοκοπεῖσθαι: fuſtibus percuti: qua de re *v. plenius Petrum Fabrum primo ſemeſtrium decimoſeptimo*: & hæc de furto in militibus punito.

r carcerum, ſeu domorum, περὶ τοιχωρύχων 60. *Ecl.* 28. De effractoribus ianuæ, ſeu oſtij, *v. l* 53. ff. *de furtis*, §. 11. *Inſt. de oblig ex delicto*, forium meretricis, l. 39. ff. *de furt.* arcæ, armarij: l. 3. §. 2. ff. *de off præf. vigil. l.* 21 §. 8. *l.* 22. *paragr.* 1. *ſup. de furt.* de his qui commodant ferramenta ad effringendum, v. l. 54. *parag.* 4. ff. *de furt.*

ſ ædium, domorum aut villarum alienarum vt differant à fure, dicam ad l. 1. ff. *eo.*

t Id eſt, de omnibus: nam & milites comprehenduntur, l. 38. *parag. pen.* ff. *de pœnis*, & innocentes, l. 13. ff. *de cuſtodia.*

u vt de eo à quo cuſtodiebantur, *d. parag. pen in fin.*

x Quid ſi fores non effregerint, ſed aperuerint? quid ſi foribus apertis fugerint? *dic vt* ff. *eod.* Quid ſi conſilium effugiendi habuerint, nec ter in effectum deducta fuerit? Boſſius *tit. de carcer.* 4. *n.* 5. negat puniendos capitaliter: ſed tantùm haberi pro conuictis, ſi iuſtis de cauſis in carcerem erant detruſi.

y capitis ſcil. ff. *eo.* & *l.* 38. *parag. pen.* ff. *de pœnis*, *l.* 13. *parag. pen.* ff. *de re militari*,

erupe

eruperunt, ſiue effractis foribus, ſiue conſpiratione cum cæteris qui in eadem cuſtodia erant, capite puniendos, quod ſi per negligentiam cuſtodum *a* euaſerunt, leuius puniendos.

1 ¶ Expilatores *b*, qui ſunt atrociores *c* fures, (hoc *d* enim eſt expilatores) in opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari ſolent. honeſtiores autem ordine ad tempus moueri, vel fines patriæ iuberi excedere, quibus *e* nulla ſpecialis pœna reſcriptis principalibus impoſita eſt. idcirco *f* cauſa cognita liberum erit arbitrium ſtatuendi ei qui cognoſcit.

2 ¶ Simili modo & ſacculari *g* & derectarij *h* erunt puniendi, item effractores.

¶ Sed enim Diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatóque *i* pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit prouincia Africa, vnde erat, & vrbe, & Italia.

¶ Oportebit autem æquè & in effractores, & in cæteros ſupraſcriptos cauſa cognita ſtatui, prout amiſſum ſuggerit, dummodò ne quis in plebeio operis publici pœnam; vel in honeſtiore relegationis excedat.

De eff actoribus.

2. *Idem* "lib. ſingulari de officio præfecti vigilum."

INter effractores variè animaduertitur. atrociores *k* enim ſunt nocturni effractores: & ideo hi fuſtibus cæſi in metallum dari ſolent. diurni verò effractores poſt fuſtium caſtigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi ſunt.

EXPILATÆ *l* HEREDITATIS *m*.
TIT. XIX.

De coërcitione extra ordinem.

Marcianus ‖lib. 3. Inſtitutionum.‖

SI quis alienam hereditatem expilauerit, extra ordinem ſolet coërceri per accuſationem expilatæ hereditatis, ſicut‖&‖oratione Diui Marci cauetur.

De cognitione præſidis. 1. Quo caſu ſit locus huic iudicio, de concurrentibus actionibus.

2. *Vlpianus* "lib. 9. de officio proconſulis."

SI expilatæ hereditatis crimen *n* intendatur, præſes *o* prouinciæ cognitionem ſuam accommodare debet. cùm *p* enim furti agi non poteſt, ſolum ſupereſt auxilium præſidis.

1 ¶ Apparet autem expilatæ hereditatis crimen eo caſu intendi poſſe, quo caſu furti agi non poteſt: ſcilicet ante aditam hereditatem, vel poſt aditam, antequā res ab herede poſſeſſæ ſunt. nam in hunc caſum furti actionem non competere palam eſt: quamuis ad exhibendum *q* agi poſſe, ſi qui vindicaturus *r* exhiberi deſideret, palam ſit.

3. *Marcianus* "lib. 2. publicorum Iudiciorum."

DIuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, electionem eſſe, vtrùm quis velit crimen expilatæ hereditatis extra ordinem apud præfectum vrbis vel apud præſides *ſ* agere, an hereditatem à poſſeſſoribus iure ordinario vindicare.

De pluribus heredibus.

4. *Paulus* "lib. 3. Reſponſorum."

RES hereditarias omnium heredum fuiſſe communes *t*, & ideo *u*, eum qui expilatæ hereditatis crimen objicit, & obtinuit, etiam cohæredi profuiſſe videri.

De vxore.

5. *Hermogenianus* "lib. 2. Iuris Epitomarum."

VXor *x* expilatæ hereditatis crimine idcirco non accuſatur, quia *y* nec furti cum ea agitur.

De furto, de ignorantia ſurripientis.

6. *Paulus* "lib. 1. ad Neratium."

SI rem hereditariam, ignorans in ea cauſa eſſe, ſubripuiſti, furtum te facere reſpondit. *Paulus*: Rei hereditariæ furtum (non) fit, ſicut *z* nec eius quæ ſine domina *a* eſt. & nihil mutat exiſtimatio ſubripientis.

a Cuſtos carceris, commentarienſis, *de quo v. l. 4. C. de cuſtodia.*
b 15. *Syn.* 2. *ex lib.* 28 *c.* 1. Expilatores ſunt qui (vt ita loquamur) ne pilum quidem homini relinquunt, qui ædes alienas & villas expilant. *Paul.* 5. *ſent.* 3. §. 3. οἱ τοὺς ἀνθρώπους ἐκδύοντες: 15. *Ecl.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 18. *c.* 1. differunt à furibus, *l.* 16. §. 6 ⅉ. *de pœnis*, in qua Græci, ἄλλο γάρ ἐστι τὸ βιαίως ἀποδῦσαι, καὶ ἄλλο τὸ λαθραίως κλέψαι ἐσθῆτα, *v. Cuiac.* 15. *obſ.* 31.
c Improbiores, l. 22. *C. ex quib. cauſis infam.* τραχύτεροι, *Ecl. ib.*
d hoc eſt, λωποδύται, *Hal. l.* 16. §. 6. ⅉ. *de pœnis*, συλλαγωγοί, *vel* συλητοί, *Budæus.*
e quibus quia nulla, *Hal.* Pœna legibus ſpecialis vbi non eſt definita, licet iudici eam irrogare quā voluerit 15 *Ecl.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 28. *c.* 1. *in fi.*
f Pœnam arbitrariam imponit iudex, vbi nulla ſpecialis pœna lege impoſita eſt, *vt hic & l.* 3. *C. de ſeruis fugitiuis*: *l.* 14 *C. qui accuſare*: v. Schenkium 1. *Viridarij* 93.
g Saccularì, qui, dixi ad l. 7. ⅉ. *de extraordinariis.*
h Derectarij qui, *v. d. l.* 7.
i Huiuſmodi parietum effractores Θυρεπανοῖκται dicuntur, *v. Cuia.* 10. *obſ.* 17.
k Cur ita? *v. Cuia.* 6. *obſ.* 8. adde l. 1. ⅉ. *de furibus balnea riis.*
l De crimine expilatæ hereditatis *Vulg. &* 9. *C.* 32. adde l. 3. §. 5 *in fi. ſup. de ſuſpect. tut. l.* 21. ⅉ. *de adq. her. l.* 12 ⅉ. *de extraord. crim. l.* 12. *C. ex quibus cauſis infam. l.* 3. *in fin. C. fam. herciſc. l.* 17. *C. de furtis.* compilatæ, *l.* 23. *suprà de fideicommiſſ. libert.* ſpoliatæ, *l.* 40. *ſupr. de ſtatulib.* Dicimus etiam amouere ex hereditate, *l.* 59. *parag.* 1. ⅉ. *de man. teſtam.* crimen expilatæ hereditatis Græcis dicitur, τὸ περὶ ἀποσυλήσεως κληρονομιαίων πραγμάτων ἔγκλημα 15. *Ecl.* 2 *ex lib.* 60. *tit.* 2 *c.* 8.
m nondum aditæ vel poſſeſſæ, l. 2. § 1. ⅉ. *eo.* n *l. vlt. C. eo.* o *l.* 3 ⅉ. *eod.*
p *v. l.* 68. *ſup. de furtis.* q l. 4. *in fi. C. eod.*
r l. 17. *in fi. C. de furtis.* ſ l. 2 *ſup. eod.*
t Res hereditariæ omnium heredum ſunt communes.
u Vnius ſociorum, communem rem habentium victoria, alteri ſocio prodeſt.
x l. 4. *C. eo. l.* 33 *ſup. de negotiis*: *l.* 17. *C. de furtis.*
y l. 1. l. 2. *ſup. rer. amotarum.*
z l. 68. *ſup. de furtis*: *l.* 1 *parag.* 15. *ſup ſi is qui teſtam.*
a domino, *Vulg. Hal.*

---

a STELLIONATUS *b*.
TIT. XX.

Quale ſit hoc iudicium.

Papinianus ‖lib. 1. Reſponſorum.‖

ACtio ſtellionatus neque † publicis *c* iudiciis, neque priuatis actionibus continetur.

De infamia. De coërcitione extra ordinem.

2. *Vlpianus* "lib. 8. ad Sabinum."

STellionatus iudicium famoſum quidem non *d* eſt, ſed coërcitionem *e* extraordinariam habet.

De cognitione præſidis. 1. Quibus caſibus hoc crimen locum habet. 2. De pœna. 3. De eo qui merces ſuppreßit.

3. *Idem* "lib. 8. de officio proconſulis."

STellionatus accuſatio ad præſidis cognitionem ſpectat. 1 ¶ Stellionatum autem objici poſſe his qui dolo quid fecerunt, ſciendum eſt: ſcilicet ſi aliud crimen non ſit, quod objiciatur. quod enim in priuatis iudiciis eſt de dolo actio, hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio *f*.

¶ Vbicunque igitur titulus criminis deficit, illic ſtellionatus objiciemus. Maximè autem in his locum habet: Si quis fortè rem alij obligatam, diſſimulata *g* obligatione, per calliditatem alij diſtraxerit, vel permutauerit, vel in ſolutum dederit. nam hæ omnes ſpecies ſtellionatum continent. ¶ Sed & ſi quis merces ſuppoſuerit, vel obligatas auerterit: vel "ſi" corruperit, æquè ſtellionatus reus erit.

¶ Item ſi quis impoſturam fecerit, vel colluſionem in necem alterius, ſtellionatus poterit poſtulari.

¶ Et (vt generaliter dixerim) deficiente titulo criminis hoc crimen locum habet. nec eſt opus ſpecies enumerare.

2 ¶ Pœna autem ſtellionatus nulla legitima eſt *h*, cùm nec legitimum *i* crimen ſit. ſolent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodò non debeat opus metalli hæc pœna in plebeis egredi. in his autem qui ſunt in aliquo honore poſiti ad tempus relegatio vel ab ordine motio remittenda eſt.

3 ¶ Qui merces ſuppreſſit *k*, ſpecialiter hoc crimine poſtulari poteſt.

De periurio.

4. *Modeſtinus* "lib. 3. de pœnis."

DE periurio ſi ſua pignora eſſe quis in inſtrumento iurauit, crimen ſtellionatus *l* fit: & ideo ad tempus exulat.

DE *m* TERMINO *n* MOTO *o*.
TIT. XXI.

De pœna.

Modeſtinus "lib. 8. Regularum."

TErminorum auulſorum non multa pecuniaria eſt *p*, ſed pro *q* conditione admittentium, coërcitione tranſigendum.

2. *Calliſtratus* "lib 3. de Cognitionibus."

DIuus Hadrianus in hæc verba reſcripſit *r*: Quin peſſimum *ſ* factum ſit eorum qui terminos finium

[g Qui diſſi]mulat (aliud eſt ſi non diſſimulat, l. 15 *parag. vlt.* ⅉ. *de pign.* aliud eſt etiam ... ſit ſatisfacere, 60 *Ecl.* 30. *c.* 4.) rem alteri obligatam ſtellionatus tenetur, ... *l.* 16 *parag* 1. *l.* 36 *in fi* ⅉ *de pignoratitia*, *l.* 9. *parag.* 1. ⅉ. *de ſtatulib.* Idem eſt ſi ... diſſimulauit & vendidit, l. 3. *C. eod.* Quid ſi poſteriori emptori rem ſuam eſſe ... mauit? tenebitur falſi, l. 21. ⅉ. *de falſis.* Idem dicendum ſi ſecundo creditori ... ſuam eſſe adfirmauit. Nihil enim intereſt duobus quis eandem rem diuerſis ... ctibus vendat, aut pignoret: *Cuiac.* 13. *obſ.* 21. Imò intereſt. Nam hoc poſteriore ... crimen ſtellionatus contrahitur, l. *vlt.* ⅉ. *eod.* idque etiam diſertè probat Hot... 5. *obſ.* 4. *v. d. l. vlt* ⅉ. *eo.* h Ideóque ſecundum qualitatem delicti variatur.
i Legitimum crimen ordinarium, Suetonius *in Auguſt.* non legitimum ... narium modum, *Cuiac.* 10. *obſ.* 26. k l. 6. ⅉ. *de extraord. crim.*
l Imò falſi, vt oſtendi in l. 3. *parag.* 1. *in verbo diſſimulata*, ⅉ. *eo.* ſolue: Periurio ... pœna legibus prodita eſt, ergo nec falſi tenebitur qui peierauit. Et ... æquum eſt eum qui peierauit rem ſuam eſſe, tam teneri, quam qui rem ſuam ... diſſimulauit, rectè eſt adiectum eo caſu debitorem ſtellionatus teneri, v. Cuiac. ... *obſ.* 21. & ita pœna ſtellionatui, non periurio imponitur, *v. Cuiac.* 20 *ob.* 19.
m De terminia mota *tit.* 13. *Coll. leg. Moſaic.* περὶ ὅρων ἀποκινηθέντων ... ſεως αὐτῶν 5. *Ecl.* 9 *fol* 4. 5. 6. *Harm.* 57. *c.* περὶ τῶν ὅρων μετατιθέντων, v. Bod...
n De terminia mota *d. tit.* 13 *Collat.* Græci τέρμα appellant terminos ... res dixerunt *Feſtus in voce Termino*, quod de Termino hic dicitur, ab bo... botones etiam pertinet (qui vicem terminorum præſtant) & ad arbores ter... 5. *Paul. ſent.* 21. §. 2. 58. *Ecl.* 9. *c.* 1. o deiecto *Paul.* 1. *ſent.* 16. §. *vn. l.* 4. §. 4 ... *regund* euerſo, conuulſo, *Paul.* 5 *ſent.* 22. §. 2. effoſſo, *Paul. ibi & l.* 2. *C. de accuſ.* ... *Paul. ib. l.* 4. *parag.* 4. ⅉ. *finium regund.* prolato, l. 2. ⅉ. *eo.* de pœna termini deie... ti, alibi dicam. p Imò eſt pecuniaria, l. 3. ⅉ. *eo.* q l. 2. *l. vlt.* ⅉ. *eo.* ſeu extra ord... *Paul.* 1. *ſent.* 16. §. *vn.* r Terentio Gentiano ſc. idque 17. kal. Sept. ſc. ... ſ Ideóque & ipſe Deus grauiter vetuit ne quis terminum tranſmoueret, ... Termini exarator, lege Numæ, & ipſe eiúſq; bones ſacri, i. deteſtabiles erant ... *in voce Termino.* Hoc quidem benè, ſed illud malè, quod Romani Terminum ... Deos retulerunt, eiúſque fidei ac tutelæ agros, commiſerunt, *Feſtus ibi.* ... *ibi. Termine ſiue lapis, &c.* eíque ſacrificia fecerunt: primo quidem incruenta ... vt quem exiſtimarent ἐπίσκοπον καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης. *Plut. in Rom.* ... poſtea cæſa agna, *Horatius libro epodon. ib. Et agna feſtis cæſa Terminalib. ſed* ...

causa

cauſa poſitos propulerunt *a*, dubitari non poteſt. de pœna *b* tamen modus ex *c* conditione perſonæ, & mente facientis magis ſtatui poteſt. nam ſi ſplendidiores *d* perſonæ ſunt, quæ conuincuntur, non dubiè *e* occupandorum alienorum finium cauſa "id" admiſerunt: & *f* poſſunt in tempus, vt cuiuſque patiatur *g* ætas, relegarij: i.ſi iuuenior *h*, in longius: ſi ſenior *i*, reciſius *k* ſi verò alij negotium geſſerunt, & miniſterio *l* functi ſunt, caſtigari, & ad opus biennio dari: quòd ſi per ignorantiam *m*, aut fortuito lapides *n* furati ſunt *o*, ſufficiet eos verberibus decidere *p*.

De pœna pecuniaria ex l. Caij Cæſaris. 1. Si ſeruus admiſerit. De facie locorum conuerſa.

3. *Idem*" lib. 5. de Cognitionibus."

Lege *q* Agraria, quam Gaius Cæſar tulit aduerſus eos qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum *r*. finéſve mouerint dolo malo, pecuniaria pœna conſtituta eſt *ſ*, nam in terminos ſingulos, quos eiecerint, locóve mouerint, 50. *t* aureos in publico *u* dari iubet: & eius actionem *x*, petitionem ei qui volet eſſe iubet.

1 ¶ Alia quoque lege Agraria, quam Diuus Nerua tulit, cauetur, vt ſi ſeruus *y* ſeruáve, inſciente domino, dolo malo fecerit, ei capitale *z* eſſe: niſi dominus dominave multam ſufferre maluerit. 2 ¶ Hi quoque qui finalium quæſtionum obſcurandarum *a* cauſa faciem locorum conuertunt, vt ex arbore arbuſtum, aut ex ſylua nouale *b*, aut aliquid eiuſmodi faciunt, pœna plectendi ſunt "pro" perſona, & conditione & factorũ violentia.

DE COLLEGIIS *c* ET CORporibus *d*.

TIT. XXII.

De collegiis, ſodalitiis. De militibus. De religione. 2. Ne quis in pluribus collegiis ſit.

Marcianus" lib. 3. Inſtitutionum."

MANDATIS *a* principalibus *b* pręcipitur præſidibus prouinciarum, ne patiantur eſſe "collegia" ſodalitia *c*, néve milites collegia in caſtris habeant, ſed permittitur tenuioribus *d* ſtipem *e* menſtruam conferre, dum tamen ſemel in menſe coëant, ne ſub pretextu huiuſmodi illicitum collegium coëant. quod non tantum in vrbe, ſed & in Italia, & in prouinciis locum habere Diuus quoque Seuerus reſcripſit.

1 ¶ Sed religionis *f* cauſa coïre non prohibentur, dum *g* tamen per hoc non fiat contra *h* ſenatuſconſultum quo illicita collegia arcentur.

2 ¶ Non licet autem amplius quàm vnum collegium licitum habere, vt eſt conſtitutum & à Diuis fratribus, & ſi quis in duobus fuerit, reſcriptum eſt eligere eum oportere, in quo magis eſſe velit, accepturum *i* ex eo collegio, à quo recedit, id quod ei competit ex ratione, quæ communis fuit.

De pœna.

2. *Vlpianus*‖ lib. 6. de officio proconſulis.‖

QVíſquis illicitum collegium vſurpauerit, ea pœna tenetur qua tenentur qui hominibus armatis loca publica *k*, vel templa occupaſſe iudicati ſunt *l*.

De diſſolutione collegij & diuiſione pecuniarum communium. 1. De collegijs ſpecialiter non conceſſis. 2. De ſeruis.

3. *Marcianus*‖ lib. 2. Iudiciorum publicorum.‖

COllegia ſi qua fuerint illicita mandatis *m*, & conſtitutionibus *n*, & ſenatuſconſultis *o* diſſoluuntur. Sed permittitur eis, cũ diſſoluũtur, pecunias *p* communes, ſi quas habent, diuidere, pecuniámq; inter ſe partiri.

1 ¶ In ſumma autem niſi ex ſenatuſconſulti auctoritate, vel Cæſaris, collegium, vel quodcunque tale corpus coierit, contra *q* ſenatuſconſultum, & mandata, & conſtitutiones collegium celebrat.

2 ¶ Seruos quoque licet in collegio tenuiorum *r* recipi volentibus dominis, vt curatores horum corporum ſciant, ne inuito aut ignorante domino in collegium tenuiorum reciperent, & in futurum pœna teneantur in ſingulos homines aureorum centum.

4. *Gaius*‖ lib. 4. ad legem duodecim tabularum.‖

SOdales *ſ* ſunt qui eiuſmodi collegij ſunt, quam Græci ἑταιρείαν vocant. His autem poteſtatem facit lex, pactionem *t*, quam velint, ſibi ferre, dum *u* ne quid ex publica lege corrumpant.

¶ Sed hæc lex, videtur ex lege Solonis tranſlata eſſe. nam illuc *x* ita eſt: Ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν *y* ὀργίων, *z* ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν *a* οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν ὅ *b* τι ἂν τούτων, διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ *c* δημόσια γράμματα *a* *i*. *Si autem plebs vel fratres, vel ſacrorum ſacramentales, vel nautæ, vel confrumentales, vel qui in eodem ſepulchro ſepeliuntur, vel ſodales qui & mutuum ſimul habitantes ſunt: enimvero ad negotiationem aut quid aliud, quidquid hi diſponent ad inuicem, firmum ſit, niſi hoc publicæ leges prohibuerint.*

DE POPVLARIBVS *e*. actionibus *f*.

---

at pulmone galliræ *Prudentius.* Varro Διὸς ἱεροῦ meminit *Plato* 8. *de legibus Halicarnaſſ.* 2. ἱεροῦ Pollux 9. & ςήλης ἐρείας columnæ terminalis. Huc etiam referri poteſt, quod in Terminis defigendis hoſtiæ immaculatæ ſanguinem inſtillabant. *Verrius Flaccus.* ſupra locum in quo colebatur, foramen patebat in tecto, quòd nefas putarent terminum intra tectum conſiſtere *Feſtus ibid. Pithæus* 13. *Notarum.* Ab eorum Deo Terminalia, menſe Februario, ad 8. Kalendas Martias celebrantur 5. Liuius 3. *Plutarchus.* Tametſi Terminalia quidam vocari dicũt, quòd in fine anni celebrentur. *Varro* 5. *de lingua.* Cæterùm terminorum ponendorum authores Ioſephus 1. ἀρχαιολογ v. Cainum facit authorem Herodotus *in Euterpe.* vt & Alexander Aphrodiſeus *in* 3. *Metaphyſ. Diodorus lib.* 1. Ægyptios. Contra apud Scythas nullos fuiſſe terminos adnotant, cum non colerent, *Iuſtinus* 1. *v. Ferrandum.* 1. *Explicat.* 44. a Protulerunt. *Hal.* abſtulerunt. *Vlp.* 13. *Collat. legum Moſaic.* Harmenopulus id ita exprimit ὁ μετασπάσας ὅρια, &c. Ecloga vero hic ἢ τῶν ἀποκινηθέντων ὅρων τιμωρία, &c. b *de qua v. l.* 13. ꝟ. *eo.* c *l.* 1. ſ. *eod.*

d ὁ γὰρ εὔπορος ἀποκινῶν δῆλός ἐστι θέλων ἐπιλαβέσθαι, τῶν ἀλλοτρίων ὅρων, i. Nam ſi diues eſt, palam eſt eum velle occupare fines alienos 58. *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 31. *c.* 1. e Non dubiè ſi id occupandorum, *Hal.* f Hæc particula deeſt in vulgata, & apud Haloandrum. g Compatitur, *Vlp* 13. *Collat.* 13. *legum Moſaicar.*

h Iuuenior ἀρχαικῶς: iunior *Vulg. Hal.*

i *Senex mitius punitur, v. l.* 5. ꝟ. *de iure immunit.* non tamen excuſatur omnimodo à pœna: eo magis quòd non ita pridem tyrocinium in delinquendo feciſſe exiſtimatur, v. *Clarum* 5. *ſent.* §. *vlt.* 60. *n.* 2. niſi Princeps delinquentis ſenectute moueatur, & anteactæ eius vitæ puritate, *v. Paponem* 2. *notar.* 7.

k i. breuius. l *Eclog. d. c.* 16. *Har* 6. *c.* 7.

m Inuoluntaria quædam puniri hinc colligunt, *v. Cuiac.* 9 *obſ.* 10. *& l.* 11. ſ. *de incendio.* n Finales ſc. ὁρίους. *Ecl. ibid. in fin* ὁρικούς *Harm.* 16.

o Vſus cauſa ſc. *Vlp.* 13. *Coll. legum Moſaic. in fin.*

p Coerceri *Vlpian. ibid.* μαστιγοῦνται μόνον. *Ecl. ibi.*

q Huius meminit Florus 103. & Suetonius in Auguſto c. 20 De ſepulchris Nouellam Valentiniani adde quæ in fine Codicis Theodoſiani.

r Gradus, de quo hic, non eſt ſimplex, Geometricus, ſimplex gradus pedes habet duos & ſemiſſem: vel (vt ex Iuliano Aſconita ſcribit Hermenop. *lib.* 2.) tres. Geometricus verò pes ſiue paſſus ſiue ὄργυια, pedes habet quinque: vel, vt aliis placet, ſex, atque ideo Aggenus ait, lege Manilia, quinque vel ſex pedum latitudinem præſcribit: intra eam latitudinem, non eſſe vſucapionẽ (quæ diuturna dicitur adquiſitio.) *l. quinque pedũ. C finium regundorum.* niſi triginta annorum, *l. vlt C finium regundorum.* Atque ita fines vnius gradus latitudinem petemus ex lege XII. Tabul. & lege Manilia.

ſ Imo non eſt, *l.* 1. ſ. *eod.*

t Hæc pœna à Cæſare conſtituta, pecuniaria eſt, *vt hic: &* 52. *Ecl.* 9. *ex lib.* 60 *tit.* 35. c. 2. Nerua capitalis: §. 1. ꝟ. *eo.* à D. Adriano relegationis, vel operis publici, vel verberum: *l.* 2 *ſup. eo.* Pœna à Numa Pompilio conſtituta, fuit eiuſmodi qui terminum exarauſit ipſius & boueis eius ſacrei ſunto. vox *ſacrei.* videtur ſignificare Cherem Hebræorum: ſeu ἀνάθεμα, *vt ſit* Sacer, homo deteſtabilis, execrandus, diris deuotus.

u In publicum *Vulg. Hal* τῷ δημοσίῳ. *Eclog. ibid.* τῷ μέρει τοῦ δημοσίου. *Har. ibi.*

x Senus eſt: Qui vult, de eo agit. *Ecl. ibi.*

y *Ecl. dict. cap.* 2.

z Capitale, *Vulg. Hal.* κεφαλικῶς κολάζονται. *Ecl. ibi.* κεφαλικῶς τιμωρεῖται. *Har. ibid.* in metallum damnatur. *Paul.* 5. *ſent.* 22. §. 2. Cæterum capitale eſt, quod capitis pœna luitur. *Feſtus in voc. Capital. vt l.* 6. §. 6. ꝟ. *de re militari.* ne alioqui putes cum Accurſio, capite puniri.

a Obſtruendarum. *Hal.*

b Nouale quid ſit, v. *l.* 30. § 2. ꝟ. *de verb ſign.*

c *l. vltim. ſupra de excuſat. tutor. l.* 85. *infr. de verborum ſignificatione.* & quæ Græci ἑταιρείας: συστήματα 9. *Eclog.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 51. *cap.* 1. θιάσους: Ioſephus 14. antiquitatum, Philo in Flaccum in principio ἑταιρείας καὶ συνόδους αἳ ἀεὶ ἐπὶ προφάσει θυσιῶν εἱστιῶντο τοῖς πράγμασιν ἐμπαροινοῦσαι Latini, etiam ſodalitia appellant: Galli, *Confrairies,* quas Franciſcus I. Rex Galliæ edicto publico ſubſtulit, *de quo v. Rebuffum* 1. *tomo in tractatu de magiſtris artificiorum, & monopoliis prohibitis.* de Collegio Mercatorum inſtituto vide Liuium 2. adde *Cuiacium* 7. *obſeru.* 30.

d *l.* 19. *C. de pœnis:* quæ Græci σωματεῖα *Ecl ibidem* Cæterum hic agitur de corporibus illicitis, *Vulgat.* & licitis: puta monetariorum mancipum, ſuariorum, & reliquorum, 58 *Eclog.* 2. *ex lib.* 60 *tit.* 61. *cap.* 1. *adde l.* 11. *Cod.* 17. 14. *C. Theod.* 7. vbi in *l.* 2. agitur de collegiatis, vitutiariis, nemeſiacis, ſigniferis, & Cantabrariis, *& tit.* 8. de Centonariis, & Dendraphoris: de piſtorum collegio, vide *l. vlt. ſupra de excuſat. tut. l.* 9. *C. de pœnis.*

a Extat de collegiis lex antiquiſſima quædam à Tarquinio lata *apud Halicarnaſſ. lib* 4. & alia Iulij, *Suet. in Iulio, c.* 42. & Auguſti. *Suet. Auguſt. c.* 2. & Tiberij, *c.* 32.

b Et legibus & Senatuſcõſultis *l.* 3. ꝟ. *eo. l.* 1. ſ. *quod cuiuſque vniuerſitatis.*

c ἑταιρικὰ *Dion.* 538. *Baſ. v. Cuia.* 7. *obſ.* 30.

d *l.* 3. §. 2. *eo.*

e Stipem menſtruã conferre poſſe inter cæteras collegiorum quorundam conditiones fuit. Sic Ioſephus 14. ἀρχαιολογίας Caius Cæſar edicto prohibẽs collegia exerceri in vrbe, ſolos Iudæos excepit: καὶ οὐκ ἐκώλυσεν, οὔτε χρήματα συνεισφέρειν, οὔτε σύνδειπνα ποιεῖν. *v. Cuia.* 7 *obſ.* 30. Huiuſmodi comeſſationes cauſæ fuerunt diſſoluendorũ collegiorum. *Plin.* 10. *Epiſt.* Dion. *in Claudio,* Marcellinus 28. Lãpridius *in Alexandro Seuero* & Philo, *ad Flaccum,* de Alexandrinorum collegiis loquens in iis, inquit, οὐδὲν ὑγιὲς ἀλλὰ ἄκρατος καὶ μέθη καὶ παροινία. Ea cauſa motus Frãciſcus 1. huiuſmodi collegia publico edicto ſubſtulit anno 1539

f Religionis cauſa coire, id eſt, collegium habere iuſtum licet *vt hic: & l.* 2. *ſupra de extr. crimin.* Huiuſmodi collegia fuerunt Gentilium, & exterorum: Gentilium, hinc Dendrophori, Centonarij 9. *C. Th* 8. *l* 20. *de ſacrificiis Paganorum.* Frediani, Chiliarchæ: d. l. 20. Hecatontarchæ, *ſynodus* 6. *in Trullo c.* 61. Exterorum, vt Iudæorum, *de quibus v. l.* 30. *infra de decurion.*

g Collegiorum lege tenentur collegiati, ſolius populi Romani Maieſtate, *vt hic & l.* 4. *in pr.* ꝟ. *eod.* quod notatu digniſſimum eſt. Id autem extendi poteſt ad homines ligios, vide Cuiacium ad Titulum de dolo malo.

h Hinc illæ inſcriptiones apud Cuiacium 7. *obſ.* 30. Collegio Dendrophorum quibus ex Senatuſconſulto coire licet, menſoribus, machinariis, quibus ex Senatuſconſulto coire licet: & Tertullianus in libro de ieiunio aduerſus Pſychicos, excuſans conuentus Chriſtianos, niſi fortè, inquit, in Senatuſconſulta, & principum mandata, coitionibus oppoſita, delinquimus.

i *l.* 3. *eod.* k *l.* 1. §. 1. ſ. *ad l. Iul. maieſt. l.* 4. *C. de his qui ad Eccleſias.*

l Tenentur itaque maieſtatis, *d.* §. 1. m *l.* 1. ſ *eod.*

n *l.* 1 *ſupra quod cuiuſque.* o *d. l.* 1. §. 1. *ſupra eo. d. l.* 1. ſ. *quod cuiuſque* Huius rei tria ſenatuſconſulta memorantur. vnum quod L. Cælio & Q. Mario Coſſ. factum? *teſte Aſconio in Piſoniano.* Alterum quod Lentulo & Metello Coſſ. factum, *teſte Cicer.* 2. *Epiſt. ad Quintum fratrem.* Tertium Neronianis temporibus, *teſte Tacito* 14.

p Collegia pecunias communes habuere, *vt hic,* arcam communem & ſyndicum *v. l.* 1. §. 1. ſ *quod cuiuſque vniuerſis.* q *l.* 1. *in fi.* ſ. *eo. v. l.* 1 § 1. ſ. *eo.*

r *l.* 1. ſ *eod.* ſ Sodales dicti qui vna ſedent, vel qui dapib. vna veſcuntur, vel qui inter ſe ſuadent inuicem quod vtile ſit. Feſtus *in voce ſodales.* & quod coeant crebro, congenæ dicuntur. t Permiſſum eſt eis res habere communes, arcam communem, actorem, ſyndicum *l.* 1. ſ *quod cuiuſque.*

u v. quæ ſcripſi ad *l.* 1. §. 1 ſ *eo,* x Illuc. y ἢ ἱερεῖς ὀργίων, &c.

z ὀργίων μύσται, ἢ σύσσιτοι, & *Cuiac.* 7. *obſ.* 30. ex Baſilicis ita reſtituit.

a λείαν. *Hal.* λείαν ἀρχόμενοι, &c. *Cuiac. ibid.* b ὅτι ἂν τούτων διάθωνται. &c. *Cuiac. ibi* c ἀπαγορεύσῃ *Cuiac ibi.* d πράγματα. *Cuiac ibi.*

e Popularis actio, *l.* 4. *l.* 43. §. 2. *ſup. de proc. l.* 7 §. 2. *ſup. de dol. l.* 3. §. 7. *l.* 56. *in fin. ſup. de fideiuſſorib.* f Eſt hoc notandum publicarum actionum alias eſſe ciuiles, alias criminales. Ciuiles ſeu pecuniariæ ſunt populares vt albi corrupti, ſepulchri violati, deiecti vel effuſi, apertarum tabularum ante familiæ quæſtionem, criminales vero aliæ: eæ non excludunt actionem de dolo, vt notat Cuiacius *in l. &*

TIT.

TIT. XXIII.

Definitio.

Paulus libro 8. ad Edictum.

EAM populorum actionem dicimus, quæ ſuum *a* ius populi *b* tuetur *c*.

Si plures agant.

2. *Idem* lib. I. ad Edictum.

SI plures ſimul agant populari actione, prætor *f* ſeligere idoniorem *g*.

Si ſæpius agatur. I. *De eo cuius intereſt aliis preferendo.*

3. *Vlpianus* lib. I. ad Edictum.

SEd ſi ex eadem cauſa ſæpius agatur, cùm idem *g* factum ſit, exceptio vulgaris rei *h* iudicatæ opponitur. I ¶ In popularibus actionibus, is cuius *i* intereſt, præfertur.

Quibus datur actio.

4. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

POpularis actio integræ *k* perſonæ *l* permittitur, hoc eſt, cui per edictum poſtulare *m* licet.

De procuratore.

5. *Idem* lib. 8. ad Edictum.

QVi populari actione conuenietur, ad defendendum procuratorem dare poteſt. Is autem qui eam mouet, procuratorem dare non *a* poteſt.

De milite & pupillo.

6. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

MVlieri & pupillo *b* populares actiones non dantur, niſi *c* cùm ad eos res pertineat.

De SC. Trebellian. I. *non intelligi locupletiorem eum qui habet eas actiones.*

7. *Paulus* libro quadrageſimo primo ad Edictum.

POpulares actiones non tranſeunt ad eum cui reſtituta eſt hæreditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto.

I ¶ Item qui habet has actiones, non intelligitur eſſe locupletior *d*

De ſucceſſoribus, de tempore harum actionum.

8. *Vlpianus* lib. I. ad Edictum.

OMnes *e* populares actiones neque in hæredes dantur, neque *f* ſupra annum extenduntur.

eleganter *ſup. de dolo, l.* 32. §. 7. *in fi.* ꝟ. *de arbitr. l.* 5. §. 5. ꝟ. *de his qui effuderunt: l.* 25. *inf.* ꝟ. *de Silaniano l.* 35. ꝟ. *ad l. Falc. l.* 56. *in fi.* ꝟ. *de fideiuſſ. l.* 3. §. *vlt.* ꝟ. *de ſepulchro: l.* 30. §. 3. ꝟ. *de iureiur.* δημοτικὴ ἀγωγὴ, 52. *Ecl.* I. *ex lib.* 60. *tit.* 32. *c.* 3. Zonaras *tom.* 2. populare iudiciũ, *l.* 7. *ſup. de iuriſd.* quod quid ſit, *v. l.* I. ꝟ. *eo.* de popularium actionum appellatione ita ſcribit Zonaras, *Tom.* 2. καὶ τὴν δῆμον πόπουλος ὀνόμασεν, ὅθεν, καὶ παρὰ τοῖς βίβλοις τοῖς νομικοῖς ποπουλάρια κέκληται ἡ δημοτικὴ ἀγωγή. a τὸ τοῦ δημοσίου δίκαιον. b populo. *Vulg. Hal.* Populares actiones publicæ dicuntur, quòd omnibus pateant. c adde in quas quis quaſi vnus ex populo agit, *l.* 43. §. 2. ꝟ. *de procur.* quæ cuiuis ex populo competit, *l. vnica*, § 9. ꝟ. *ne quid in flumine publico:* in qua quiuis ex populo ius prohibendi habet, *l.* 2. §. 2. ꝟ. *ne quid in loco publico*, adde *l.* I. *de locis & itineribus publicis.* forenſis, non criminalis, & in eo differt à publicis iudiciis: eſt & etiam ex iis cauſis quæ publicam tutelam merentur &, in ea fideiuſſor non datur: *l.* 56. *in fi.* ꝟ. *de fideiuſſ.* & arbiter ſententiã dicere non compellitur, *l.* 3. *l.* 7. ꝟ. *de arbitris.* d Prætor eligit idoneiorem ex multis agere volentib. populari actione. e arbitrio ſuo, cauſa cognita. f idoneiorum, *Vulg. Hal.* id genus iudicij Latinis dicitur *diuinatio.* Cæterum idoneior eſt is cuius intereſt, *l.* 3. *in fi.* ꝟ. *eod.* is cuius magis intereſt, *l. vlt. in fi.* ꝟ. *de colluſione.* is ad quem res maximè pertinet. *l.* 3. §. 12 ꝟ. *de homine libero exhibendo.* Eius autem maximè intereſt, qui adfinitatis & conſanguinitatis cauſa ſe agere dicit: *l.* 5. §. 5. ꝟ. *de his qui effuderunt:* Id quoties ſit, ætatem & mores agentium iudicem comparare inter ſe oportet: *d. l. vlt. in fi.* ꝟ. *de colluſione.* g Cur iudicatum ſit: & ita Iacobus Lectius vir Clariſſimus collega legendum eſſe conijcit. h ꝟ. *de excep. rei iud.* i *v. l.* 2. ꝟ. *eod.* K Integra perſona dicitur, cui edictum poſtulare licet. l i. non infami. m Aduocati officio fungi quis non poteſt, niſi integra ſit perſona, i. non famoſa vel infamis.

ei nocitum ſit, Albi corrupti, ſepulchri violati, *l.* 3. *in fin. ſup. de ſepul.* ... rum tabularum ante quæſtionem familiæ. malè excipit Accurſius ... quid in loco publico, quod eſt perpetuum. Nam non eſt omnino ... quidem non omnibus, ſed ei tantum competit, cuius intereſt. Pop... eſt ad aliquid. nempe quod ad vtilitatem publicam pertinet, *l.* 2. § ... *& §. pen. ſup. Ne quid in loco publ. leg.* I. §. *vlt. ſup. de via public.* Male... cipit interdictum de libero homine exhibendo, quod eſt perpetuum... populare negari poteſt. Paret quidem omnibus, ſed non ideo popula... mina ſtellionatus, expilatæ hæreditatis, præuaricationis, ſuſpecti ... bus patent, non tamen ſunt publica prorſus: pertinent quidem ad ... blicam, quoniam tuentur libertatem ciuium. At non ideo tamen ... eſt, niſi quid ex eo in publicum redeat: vt eſt in edicto de aperti... quæſtionem familiæ, actione albi corrupti, ſepulchri violati, de ... fuſis, & apud Frontinum 2. de Aquæductibus in ſenatuſconſulto ... ratione poſſis negare colluſionis iudicium populare eſſe, cum nihil ... blicum redeat, v. Cuiacium *c.* 20. *de diuerſis temporibus*
f Imo ſupra annum extenduntur, quia ad publicam vtilitatem per... *ſup. eod.* Huiuſmodi actiones non ſunt temporariæ, *l.* 2. §. 44. *ſup.* ... *loco publico.*

LIBER QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

DE *a* PVBLICIS *b* IVDICIIS *c*.

Quæ ſint iudicia publica.

Marcer libro I. de publicis iudiciis.

NON *d* omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, & publica ſunt, ſed ea tantùm quæ ex legibus iudiciorũ publicorũ veniũt, vt *a* Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis. Cornelia de ſicariis, & veneficiis, Pompeia parricidii, Iulia peculatu, Cornelia de teſtamentis *c*, Iulia de vi priuata, Iulia de vi publica, Iulia ambitus, Iulia repetundarum, Iulia de annona.

Diuiſio in capitalia & non capitalia.

2. *Paulus* libro quinto decimo ad Edictum. Prætoris.

PVblicorum iudiciorum, quædam capitalia ſunt, quædam non *c* capitalia. ¶ Capitalia † ſunt, ex quibus pœna, mors aut exilium eſt, hoc *d* eſt aquæ *e* & ignis interdictio *f*. per has enim pœnas eximitur caput *h* de ciuitate. nam cætera, non ex exilia, ſed relegationes propriè dicuntur: tunc enim ciuitas retinetur. ¶ Non *h* capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio, pœna eſt.

De morte reorum.

3. *Vlpianus* lib. 35. ad Sabinum.

PVblica *i* accuſatio, reo vel rea antè *K* defunctis permittitur *l*.

De præiuditia.

4. *Paulus* libro 37. ad Edictum.

INterdum euenit, vt præiudicium *m* iudicio publico fiat *n*, ſicut in actione legis Aquiliæ, & furti, & vi

a 4. *Inſt. vlt.* addit Ecloga, καὶ ποῖα μέν εἰσι κεφαλικὰ, καὶ ποῖα δὲ οὐ κεφαλικὰ, καὶ ποῖα ἀτιμοποιά. 7. *Eclog* 6. quæ capitalia, non capitalia, famoſa.
b Publica iudicia priuatis opponuntur ciuili iure: nam iure canonico nulla ſunt priuata, ſed omnia publica *Clarus* 5. *ſent.* §. I. Publica quæ dicantur, *v. l.* I. ꝟ. *eo.* c Publica iudicia ſunt hæc, crimen maieſtatis, adulterij, ſtupri, homicidij (quo vocabulo intellige veneficia, ſui ipſius præcipitationem, parricidium) falſum, (hinc falſa moneta) vis publica, priuata, raptus, peculatus, plagium, ambitus (cui ſimonia Eccleſiaſticorum reſpondet) repetundarum, annonæ, de reſiduis, & ſimilia.
d Publicum iudicium non ideo dicitur quod criminale ſit, ſed quòd ex legibus publicorum iudiciorum deſcendat. Publica etiam delicta dicuntur, quòd cuiuis ex populo eorum executio, id eſt, perſecutio data ſit: §. I. *Inſt. eodem.* quæ in omnium feruntur iniuriam: *l.* 4. *C. de hæreticis*: non priuati alicuius, ſed publici. *l.* 9. §. 5. *ſup. de publicanis.* Hinc leges de criminibus latæ, publicæ dicuntur: *l. vltim. ſupra de collegiis*: *l.* I. *infra de ſicariis*: *l.* I. *C. vbi ſenatores.* Publica etiam dici exiſtimat Duarenus, quòd antiquis temporibus eorum cognitio & animaduerſio ad populum pertineret: vide *Duarem.* I. *diſput.* 37. Et hæc de prima diuiſione criminum. Alia ſunt pecuniaria, alia capitalia: Capitalia ſunt, non in quibus de crimine agitur, (poteſt enim agi de crimine ciuiliter) non in quibus pœna eſt corporalis, (interdum enim crimina pecuniariter puniuntur) ſed ea capitalia ſunt in quibus vel pœna corporalis imponitur ad publicam vindictam, vel pecunia applicatur fiſco, vide *Clarum* 5. *ſent.* §. *vlt. quæſt.* I. & hæc diuiſio ad forum declinandum & euitandam torturam, & modum in proceſſu ſeruandum vtilis eſt. Exiſtunt & aliæ criminum diuiſiones. Sunt enim alia nominata, vt adulterium: alia innominata, vt verberare, percutere, ingredi domum alienam, & ſimilia: *Clarus* 5. *ſent.* § I. Sunt & alia alijs atrociora: *v. Clarum ibi.* Petrus Gregorius 3. *ſyntagm.* 30. alia facit peccata, alia delicta, alia maleficia, vel quaſi, quin alia re, verbis, literis, vel conſenſu contrahuntur Præterea quædam voluntaria ſunt, quædam inuoluntaria: alia clancularia, alia manifeſta, & violenta. Idem adiicit, alia eſſe actualia, originalia, mortalia, venialia: quæ pœnitentiam admittunt, vel non admittunt: poſtremo, quædam priuilegiata, quædam priuilegio deſtituta, quædam communia, quædam regia & non regia.

tantùm aliqua eſt, Harmen. 2 *tit.* 2. *c.* 20. & 21. Ciuile crimen eſt ... ζημίαν χρημάτων mutam pecuniariam irrogat. Criminale verò quod ... ἔχει τιμωρίαν, grauiorem pœnam complectitur l. 60. *Syn.* I. *ex Tit.* ...
k *v. l.* 6. ꝟ. *eodem.*
l permittitur, *vulg.* ἀνουρεῖται 60. *Ecl.* I. 33. *c.* 3.
m Præiudicium iudicio publico fieri interdum poteſt.
n puta ſi de re familiari agatur.

bonorum

SCCB2021

bonorum raptorum, & interdicto vnde vi, & de tabulis teſtamenti exhibendis. nam in his *a* de re familiari agitur.

An accuſatus poßit accuſare.

5. *Vlpianus* "lib. 8. Diſputationum."

SI *b* quis reus factus eſt, purgare *c* ſe debet, nec *d* ante poteſt accuſare quam fuerit excuſatus. conſtitutionibus enim obſeruatur, vt non relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur.

1 ¶ Illud incertum eſt, vtrùm ita demum accuſare poteſt, ſi *e* fuerit liberatus, an & ſi pœnam ſubierit *f*. eſt enim conſtitutum ab Imperatore noſtro & Diuo patre eius, poſt damnationem accuſationem quem inchoare non poſſe. ſed hoc puto ad eos demum pertinere, qui *g* vel ciuitatem, vel libertatem amiſerunt.

2 ¶ Inchoatas planè *h* delationes ante damnationem implere *i* eis & poſt damnationem permiſſum eſt.

De morte rei.

6. *Marcianus* "lib. 14. Inſtitutionum."

DEfuncto *k* eo qui reus *l* fuit criminis, & pœna extincta *m*, in quacunque *n* cauſa criminis extincti debet is cognoſcere, cuius de pecuniaria re *o* cognitio eſt.

De infamia.

7. *Macer* "lib. 2. Iudiciorum publicorum."

INfamem non *p* ex omni crimine ſententia facit, ſed ex eo quod iudicij publici cauſam habuit. itaque ex eo crimine. quod iudicij publici non fuit, damnatum infamia non ſequetur, niſi id crimen ex ea actione fuit, quæ etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importat: veluti furti *q*, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

De ordine & pœna.

8. *Paulus* "lib. ſingulari de iudiciis publicis."

ORdo *r* exercendorum publicorum capitalium in vſu eſſe deſiit *a* durante tamen pœna legum, cùm extra *b* ordinem crimina probantur.

De ſeruo in capitali cauſa non defenſo.

9. *Marcianus* "lib. 1. de iudiciis publicis."

SCiendum eſt ſi in capitali cauſa ſuum ſeruum reum crimine factum quis non *c* defenderit, non eum pro derelicto haberi: & ideò, ſi abſolutus fuerit, non *d* liberum fieri, ſed manere domini.

De abſente.

10. *Papinianus* "lib. 2. Definitionum."

INter accuſatorem & reum cognitione ſuſcepta *e*, excuſatio *f* pro abſente *g* iuſtis *h* rationibus admittitur. nec *i* per triduum per *k* ſingulos dies tercitatus † reus damnetur, vel de accuſatoris abſentis, præſente reo, calumnia pronuncietur.

De ſeruo defendendo.

11. *Marcianus* "lib. 10. de iudiciis publicis."

SEruus etiam per *l* procuratorem domini æquè ac per *m* dominum defendi poteſt *n*.

De perſonis adhibendis ab audituro cuſtodias. De diebus feriatis. De innoxiis dimittendis, & nocentibus differendis.

12. *Modeſtinus* "lib. 3. de Pœnis."

CVſtodias *o* auditurum tam clariſſimos *p* viros, quam patronos *q* cauſarum, ſi omnes in ciuitate prouinciæ, quam regit, agunt, adhiberi debere, & feriatis *r* diebus cuſtodias audire poſſe reſcriptum eſt, ita vt innoxios dimittat, & nocentes qui duriorem *ſ* animaduerſionem indigent, differat.

De morte accuſatoris. 1. De procuratore, de abſente.

13. *Papinianus* "lib. 15. Reſponſorum."

ACcuſatore *t* defuncto, res ab alio iudicante præſide prouinciæ, peragi poteſt. 1 ¶ Ad *u* crimen iudicij publici perſequendum fruſtrà *x* procurator interuenit *y*, multóque magis *z* ad defendendum. ſed excuſationes *a* abſentium ex ſenatuſconſulto iudicibus allegantur *b*: & ſi iuſtam rationē habeant, ſententia differtur.

---

a l. In Aquilia, furto, rapina, vnde vi, & interdicto de tabulis agitur de re familiari, adde l. *vnic. C. quando ciuilis actio crimi nal.*

b is qui rē *Vulg. Hal.* Accuſatus crimen referre non poteſt antequam liberatus ſit. Qui vero ex cōdemnatione ciuitatē vel libertatem amiſit, accuſationem inchoare non poteſt, Inchoatam tamen ante condemnationem implet, *Syn. eo. c. 4.*

c l. 1. *l. 19. C qui accuſare nō poſſunt.* purgare, i. comparere perſonaliter, & reſpondere ad interrogata, iurare de veritate dicenda. An antequā interrogetur, petere poteſt exemplum inquiſitionum ſibi edi? non poteſt. idque cōmuni vſu ita obſeruatur. Num poteſt petere dilationem reſpondendi ſeu tempus deliberandi? minimè, eáque communis opinio eſt, *de qua v. Clarum 2. ſent. parag. vlt. q. 45.*

d l. 19. *C. qui accuſare, Syn. 1. ex tit. 35. c. 4. Harm. 1. parag. 23.* Imò poteſt quis crimen grauius accuſatori ſuo obijcere, l. 1. *C. qui accuſare, Syn. d. c. 4* 1. *Harm. 2. c. 11.*

e Accuſator crimen referre non poteſt priuſquam libertatus ſit vel abſolutus

f *al.* ſubiit. g Amiſſa ciuitate vel libertate, nemo accuſare poteſt, l. 7. ff. *eo.* l. 4. ff. *de accuſat.* l. 18 *parag. 2. parag. 3. ff. de iure fiſci,* excipe, *parag. 2. ff. eo.*

h Nota exceptionem paragraphi ſuperioris. i l. 18. *parag. 4. de iure fiſci.*

k Crimen & pœna *morte* extinguuntur: ideóque reo defuncto, iudex vlterius progredi non debet, l. 3. ſ. *eo. l. 111. in fi. ff. de reg. iur.* nec in heredes rei tranſit accuſatio, l. 2. *C. ſi reus vel accuſator mortuus: l. vltim. ff. ad l. Iulian. maieſt.* niſi defunctus reus ſit quinque criminum, *de quibus v. l. 1. C. ſi reus vel accuſ.* & maieſtatis: id enim crimen à ſucceſſoribus purgandum eſt, alioquin defuncti hereditas fiſco vindicabitur, *d. l. vlt. l. 6. l. 7. C. ad l. Iul. maieſt. l. 5. C. ſi reus vel accuſat.* Sed Clarus 5 *ſentent. §. vlt. q. 51.* refert iure Canonico & communi interpretum opinione, quemlibet heredem defuncti teneri, etiam ſi lis non fuerit conteſtata cum defuncto, non tamen vltra vires hereditarias. l Necdum tamen condemnatus, aut ſi condemnatus ſit, quia ſententia prouocauit, l. 3. l. 5. *C. ſi reus.* m Extincta in quacunque, *Vulg. Hal.* vt duæ ſint hic ſententiæ. n Crimine extincto, etiam pecuniariter agi poteſt. Crimen autem extinguitur morte rei, ſ. *eo.* Quis eo caſu conueniri poteſt? vtique heres, aut eo non exiſtente ipſa hereditas. o Pecuniariter heres conuenitur in id quod ad eum peruenit, l. 5. ſ. *de calum. l. 12. ff. de falſis: l. 3. C. ſi reus vel accuſat.* p Non omne crimē damnatum infamat, ſed publicum, *vt hic.* Imò & non publicum infamat, l. 1. *ibid. qui pro ſocio mandato, depoſito: &c. ſ. de his qui not.* q l. 4. *in fi. ſ. de his qui notantur.*

r *ſub.* antiquus, Ordo antiquus exercendorum publicorum capitalium is fuit: primum ad quæſitorem, (cui iudicij exercitio obtigiſſet) rei nomen deferebat is qui accuſaturus erat, idque recipi poſtulabat, & qua lege reum faceret, profitebatur. deinde ſubſcribebat in crimen: libello ſubſcribebat ſe profeſſum eſſe, l. 3. *paragr. 1. ff. de accuſ.* quæ res eum ſimilitudine ſupplicij obſtringebat. ſubſcribebant eum accuſatore alij. Aſcon. *in fi. Milonianæ, Cornelianæ,* Cicero *de diuinatione:* Paterculus 2. *Cælius 8. epiſt. Cicero,* Tacitus *lib. 1.* Suet. *lib. de claris orat.* Accuſationis formula hæc, ſimiliſve. Aio te N. occidiſſe, ſpoliaſſe, *Aſcon. 2. Ver.* Tacente & ſilente reo, lis æſtimabatur vt victi: negante, dies inquirendi criminis à magiſtratu petebatur. Et hoc modo reus legibus interrogari dicebatur, *Cicero pro domo.* Nam interrogatio ad accuſatorem non ad iudicem refertur, *Salluſt. coniuratione Catil. Tacitus 14. & 16.* Ab ea interrogatione reus in reatu eſſe dicebatur. (Quo loco notandum hoc eſt, plerumque incidiſſe de accuſatore conſtituendo contentionem. pluribus certatim ad accuſationem cuilibet è populo patentem vel præmij ſpe, vel laudis ſtudio, vel priuatis inimicitiis concurrentibus, quod ſuper ea re iudicium reddebatur, *Diuinatio* dicebatur, *teſte authore ad Herennium lib. 1. Quintiliano & Gallio.*) Rei nomine recepto, die plerumque decimo vtrumque accuſatorem & reum adeſſe Prætor iubebat: ſpatio accuſatori dato ad probationes conquirendas. Aſcon. *Corneliana:* Cic. *Verrina accuſ. Tacit. 13. vbi de Sylano.* Plin. 3 *Epiſt. ad Minutianum, & 6 ad Vrſinum.* Interdum ipſi reo inquiſitio permittebatur, *Tacit. 12. vbi de Suillio.* Quod ad iudices attinet, eos Prætor ex decuriis ſumebat, eorúmque nomina in vrnam mittebat. Numerum neceſſarium ex his ſortiebatur, quo ex numero accuſatori integrum erat reijcere quos ſuſpectos putabat. In reiectorum locum alios Prætor ſubſortiebatur quoad legitimus numerus (qui legibus quibuſdam ampliſſimus definiebatur) conficeretur. His perfectis iureiurando conſcripti iudices adigebantur, iurabántque omnes in leges præter ipſum Prætorem, *Halicarn. 7.* Iuratorum nomina libellis conſignabantur, & vbique habebantur: ſed & in arca reponebantur, ne ſelectorum vice, aliis corruptis ſuppoſitis fraus aliqua fieri poſſet, *Aſcon. 2. Verr.* Die cognitionis à prætore citabatur accuſatur & reus, *Aſcon. 3. Verr. Feſtus, Apul. 3. de Aſino: 6 Valer. 1.* ſi accuſator citatus neque reſpondebat, neque excuſabitur, reus è reis eximi dicebatur, *Cicer. 4. Ver. Aſcō. in Corneliano.* ſi vterque præſens erat, oratoribus dicendi poteſtas fiebat, citabantur teſtes palámque ac publicè interrogabantur, eorum quoque dicta in promptu referebantur. Cauſa vtrimque perorata, prætor dixiſſe oratores pronunciabat, *Quint. 5. Aſco 3. Verrina.* Tum in conſilium iudices mittebantur, & ad ſententiam dicendam dimittebantur. Tabellas autem accipiebant iudices abſolutionis, condemnationis, & ampliationis literis inſcriptas, ac ſignatas earúmque aliquam cum in conſilium miſſi fuerant, in vrnam conijcere neceſſe habebant, antequam eis lege Glaucia comperendinandi data eſt poteſtas, quo ex ſolenni ordine nonnihil Pompeia lex immutauit. Ea enim, *teſte Aſconio in Miloniana,* Teſtes priuſquam cauſa ageretur, per triduum audiri, dictáque eorum à Iudicibus obſignari iuſſit: quarta dein die omnes in poſterum adeſſe iuberi, ac coram accuſatore & reo, pilas (in quibus nomina iudicum inſcripta eſſent) æquari, poſtera rurſus die ſortitionem iudicum 81. fieri. Qui numerus cum ſorte obtigiſſet, vt ipſi protinus ſeſſum irent, accuſatoríque duæ ad dicēdum horæ, eo tres darentur, illóque ipſo die reus iudicaretur. Ita tamē vt priuſquam ſententiæ ferrentur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſatori, totidem reo reijcere liceret. Huius legis Pompeiæ, velut nouæ, vt & horarum ad dicendum oratoribus conceſſarum meminit Cicero 4 *de finib. & in Bruto.* Tacitus *lib. de claris oratorib. Plin. 2. Epiſtol.* ſed hæc antiqua omnium iudiciorum ſolennitas, ſub Imperatoribus ex vſu receſſit, *v. Briſſonium 2. ſelect. 1.*

a *Inſt. C. in pr.* b Hodie omnia crimina extra ordinem puniuntur, l. 3. §. 1. ff. *ad leg. Iul. peculatus, l. 7. ff. repet. l. 3. ff. ad Turp. l. vlt. ff. de plag. l. 1. in fin. l. 12. ff. de pœnis.* cum in eis ſcrupuloſæ ſolennitates, & formulæ veteres iudiciorum non ſeruentur. Manſit pœna legum aliquandiu, ſed poſtea in incerto, & arbitrio iudicantium eſſe cœpit. Itaque hodie à pœna appellari poſſe verè dixeris. aguntur enim omnia extra ordinem & ex cauſa: idcirco moribus nulla nunc actio furti eſt in duplum, v. *Cuiac. 8. obſ. 33.* adde *Clar. 3. ſent. §. vlt. q. 8.* c v. l. 13. ſ. *de ſtatu, l. 9. §. 1* ſ. *qui & à quib.*

d *d. l. 13.* e i. lite conteſtata, μετὰ προκατάρξιν, *Baſ. v Cuiac. 20. obſ. 11.*

f In iudicio criminali excuſatorem abſentiæ leges admittunt, l. 13. *in fi. ff. eo. Paul. 5. ſent. 5. §. 8. & 5 ſent. 16. & 11.* adde l. 33. §. 2. ſ. *de proc. l. 19. §. 2.* ſ. *de prob.*

g Reo ſcil. ne vt contumax damnetur reus: accuſator, calumniæ.

h facit, l. 1. ſ. *de requir. reis.* i *al.* ne.

k dixi ad l. 12. *Tab. Tit. 7. c. 5.* Per triduum, id eſt per ſingulos dies citare, an illud ſignificat per tres dies continuos, vt quidam volunt? an verò vt reus ter in nouem diebus citetur, vt penè omnes interpretes volunt? adeò vt temporis iſtius ſpatium Imbertus trinundinum vocet, & malè, cum trinundinum conſtet 27. diebus? An verò id ſignificat, quod vulgò dicitur, citare per tres breues dies, *vt vult. Cuiac. 20. obſ. 11.*

† Citatio rei per triduum fiebat, ſic tamen vt per ſingulos dies ter adhuc citaretur, l. 7. ſ. *de in integr.* voce præconis aut buccina, quæ vocis ſimilitudo eſt, *Cuiac. ibid. & 7. obſ. 15. v. Duar. 1 diſp. 70. Nou. 134 c. 5.* Reus quo die adeſſe iubebatur citatus, *Cicero 4. Verrina & in Diuinat.* l adde l. 19. ff. *de pœnis.*

m *v. l. 2. C. de accuſat.* n Imò non poteſt, *v. Paul. 5. ſent. 16. parag. 11.*

o Cuſtodiæ, ſunt nocentes, vel ſaltē accuſati, in cuſtodiam coniecti: l. 6. ſ. *de off. proc.*

p Clariſſimi, id eſt ſenatores. dixi ad l. 5. ſ. *de curatore furioſi.*

q Hodie ex vſu & ſtilo communi, cum reus examinatur, patroni cauſarum non ſunt præſentes, *v. Clarum 5. ſent. parag. vlt. q. 45.*

r l. 9. *in fin.* ſ. *de feriis.* Suetonius de Claudio loquens c. 14. ius, inquit, & conſul & extra honorem, laborioſiſſimè dixit, etiam ſuis ſuorúmque diebus ſolennibus, nonnunquam feſtis quoque antiquitus & religioſis. An feſtis diebus rectè ſupplicium de reo ſumatur, alibi dicemus.

ſ puriore animaduerſione, *Vulg. Hal.* t v. l. 3. ff. *de accuſat.*

u Procurator pro alio in cauſa capitali tam ad agendum quam ad defendendum non admittitur. vide tamen Socinum *reg. 322.* & repetitionem Ioannis Antonij Rubei, ad hunc §.

x *v. l. 10.* ſ. *eod.* & ſic; Procurator, abſentis nomine, non eſt audiendus in criminalibus cauſis in quibus pœna corporalis, non pecuniaria, non relegatio, non priuatio ab ordine aut officio imponenda eſt: & ita tenent omnes communiter, v. Clarum 5. *ſent. parag. vlt. q. 32.* Quid ſi agatur de vulnere illato, & dubitetur vulneratus inde moriturus ſit néc ne? Procuratorem ſub conditione admitti refert Alexander, pro admiſſo non habendum, ſi vulneratus poſtea moriatur. Clarus ait cauſam criminalem ad tempus relinquendam, & de vulnere tantum agendum, niſi vulnus deliberato animo illatum, capitaliter ſtatuto puniendum ſit: alias morte ſecuta, nouum & criminalem proceſſum inchoari, 5 *ſent. §. vlt. q. 32.*

y Imò rectè interuenit, l. 3. *C. de accuſ.*

z multóque minus.

a Abſentem, reum criminis, procurator defendere non poteſt: poteſt tamen eius nomine cauſas abſentiæ proponere. non eſt procurator: ſed excuſator: non litem occupat, ſed abſentiam rei excuſat. Poteſt opponere exceptionem loci non tuti, declinatorias, dilatorias, incompetentiam iudicis, & accuſatoris: non eas quibus pœna euitatur, *Clarus ex communi opinione 5. ſent. §. vlt. q. 32.*

b i. excuſationes admittuntur, etiam ſine mandato & fideiuſſione de iudicato ſoluendo, *Clarus ex communi opinione 5. ſent. §. vlt. q. 33.*

De

De infamia.

14. *Idem* "lib. 16. Reſponſorum."

GEneri ſeruis à ſocero veneficij accuſatis, præſes prouinciæ *patrem* a *calumniam intuliſſe* pronunciauerat: inter infames b patrem defunctæ non habendum reſpondit: quoniam, etſi publicum iudicium inter liberos de morte filiæ conſtituiſſet, citra periculum pater vindicaretur.

DE ACCVSATIONIBVS c, ET inſcriptionibus d.

TIT. II.

De muliere.

Pomponius "lib. 1. ad Sabinum."

NON e eſt permiſſum mulieri publico f iudicio quemquam reum facere, niſi g ſcilicet parentium h liberorúmque, & patroni & patronæ, & eorum filij, filiæ, nepotis, neptis mortem i exequatur.

De pupillis.

2. *Papinianus* "lib. 1. de Adulteriis."

CErtis ex cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio, veluti ſi mortem exequantur, eorum earúmque in quos ex lege k teſtimonium publicum l inuitæ non dicunt. Idem & in lege Cornelia teſtamentaria ſenatus ſtatuit. Sed & de teſtamento paterni liberti vel materni mulieribus publico iudicio dicere permiſſum eſt. 1 ¶ Pupillis m ex conſilio n tutorum, patris mortem o, item pupillæ aui ſui mortem exequi conceſſum eſt: lege autem teſtamentaria. nam de patris quidem teſtamento pupillis agere Diuus Veſpaſianus permiſit: ſed quaſi non exhibeantur tabulæ, per interdictum poſſunt experiri.

De forma libelli. 1. De libello non legitimè ordinato. 2. De ſubſcriptione.

3. *Paulus* "lib. 3. de Adulteriis."

LIbellorum inſcriptionis p conceptio talis eſt: Conſul & dies q *apud* r *illum prætorem vel proconſulem Lucius Titius profeſſus eſt ſe Maniam lege Iulia de adulteriis ream deferre: quod dicat eam cum Gaio Seio in ciuitate* ſ *illa, domo* t *illius, menſe illo* u, *conſulibus illis adulterium commiſiſſe.* Vtique enim & locus deſignandus eſt, in

a forte legendum eſt *patrem*. ſic enim Græci hanc legem reddunt: ſi quem pater accuſauerit de cæde filij ſui, & pronunciatum fuerit eum egiſſe calumnioſè, non ſit infamis 60. *Synopſ. ex tit.* 33. *cap.* 14. vel patris nomine ſocer hic intelligitur, vt qui patris vicem ſuſtineat.

b l. 2. *C. de calumniatoribus, vide* 6. *Harm.* 6. *circa fin.*

c 6. *C.* 2. *&* 9. *Cod. Theod* 1. *&* 2. *q.* 8. *&* 5. *Extrauag.* 1. criminalibus ſcil. & qui poſſunt accuſare criminaliter 60 *Ecl.* 1 9. *C.* 1. An hodie reus aliquis poſſit condemnari ſine accuſatore, dicam ad l. 6. §. 2. j. *de muner.*

d *l. vlt. ſup. de priuatis delictis: l. vlt.* ſ. *de furtis*, adde *& de inquiſitionib.* 5. *extr. & in* 6. *cap.* 1. Inſcriptio & ſubſcriptio eſt accuſatoris libellus quo profitetur ſe reum deferre. Accuſatio eſt id quod eo libello continetur. Ordo accuſationis ita breuiter explicari poteſt. In cauſis criminalibus duobus modis proceditur, vel ex officio, vel ad inſtantiam partis, id eſt reus ad pœnam poſtulatur, vel priuati, vel iudicis facto. Priuati quoties læſus reum accuſat, & aduerſus eum ſe inſcribit: Iudicis verò, quoties ipſe iudex reum in flagranti crimine reperit, *Clarus* 5. *ſent.* §. *vlt. q.* 8. vel quoties reus ab ipſo læſo, ſeu ab ipſa parte offenſa, *Clarus ibid. q.* 10. vel à quouis alio (hinc denunciatio *Clarus ibid. q.* 7.) vel communi fama (cuius incerta eſt origo *q.* 6.) vel communi multorum teſtium depoſitione apud iudicem diffamatur, *q.* 9. Hæc omnia iudici viam aperiunt ad inquiſitionem faciendam. Facta inquiſitione, fiſci procurator accuſat: eſt enim publicus accuſator: iſque modus accuſandi hodie obtinuit. fiſcus concludit ad pœnam publicam, pars offenſa priuatum intereſſe proſequitur, *v. Paponem* 2. *nota* 7.

e Regulam generalem ad perſonas quæ accuſare non poſſunt pertinentem, *v. in l.* 8. j. *eo* cui adde quemlibet repelli ab accuſando, ratione dignitatis, ſtatus mutati, ætatis, ſexus, vtilitatis, ſuſpectæ fidei, reuerentiæ & amoris nimij. Hanc autem regulam Sabini obſerua & Pomponij ad eam additamentum in verbo *niſi*.

f crimen capitale intendere. g id eſt, niſi ex certis cauſis, l. 2. l. 8. l. 13. j. *eo. l.* 5. *l.* 12. *C. qui accuſare: l.* 6 *ſup. de popularib. action.* h Suorum appellatione, veniunt parentes, liberi, patronus, patrona, eiúſve liberi, *vt hic.* propinqui, l. 11. j. *eod.* ij in quos ex lege publicorum iudiciorum inuiti teſtimonium dicere non cogimur, l. 2. j. *eod.* adde & quaſi parentes & quaſi liberos, ſocerum ſcilicet, ſocrum, & nouercam, nurum, vitricum, priuignum: adde & vxorem, & maritum. Poteſt enim vxor accuſare homicidam ſiue interfectorem mariti, quod ex communi opinione tradit Clarus 5. *ſent.* § *vlt. q.* 14. *ver. præterea dixi.* v. Petrum Greg. 32 *ſyntag.* 13.

i ædem. k De lege publicorum iudiciorum dixi ad l. 4. ſ. *de teſtib.*

l *al.* publicorum iudiciorum. hoc ſenſu: Mulieres in certas perſonas ex lege publicorum iudiciorum, teſtimonium non dicunt. m Infante maioribus, alias ſolus tutor accuſat: ſuo an pupilli nomine, v. l. 2. *C. qui accuſare*, v. Clarum 5. *ſent.* §. *vlt. q.* 14 & Petrum Gregor. 31. *ſyntag.* 14. n l. 5 *ſup. de operis noui.* An minoribus viginti quinque annis? ſic putat Cuiac. 17. *obſ.* 30. Negat Hugolinus, Iacobus de Rauenna, Petrus, Cynus, Iacobus Butrigarius, Speculator, Bartolus: quia minores 20. annis cum publicis iudiciis teſtimonium non ferunt, l. 20. *ſup. de teſtib.* o adde & quoties commodum eorum verſatur, *d. l.* 15. *l.* 6. ſ. *de popul. act.* p Scripturam in accuſationibus exigi & accuſationem in ſcriptis fieri debere, num hæc lex innuit? Bartolus ait, vt notaui ad l. 1. *C. de mandat. princ.* Clarus ex communi vſu & ſtilo ſufficere ait, ſi verbalis querela per notarium ſcribatur, *v. Clar.* 5. *ſent.* §. *vlt. q.* 12. *& ver. quæro quæ ſit forma.*

q de conſule & die, dic *vt* j. *eo.* r Nomen iudicis inſeritur libello accuſationis, vt ſciatur competens nécne ſit iudex, *vt tit. Codicis:* vbi de criminibus agi oporteat, *v. Pet. Greg.* 32. *ſynt* 8. ſ Locus delicti commiſſi in capitalibus cauſis (adde & in criminibus, in quibus agitur ciuiliter, *v. communem opinionem apud Clar.* 5 *ſent.* §. *vlt q.* 12. *verſ. dixi exprimendum*) exprimi debet, alias incerta redditur accuſatio, & ipſo iure nulla, etiamſi pars huiuſmodi nullitatem non oppoſuerit, *v. Clar. ibid.*

t Domus delicti commiſſi exprimenda ex libello criminali? Omnes ita exiſtimant, adeò vt non ſufficiat locum, vel plateam, quamuis notoriam, exprimere, *Clar. ibid. verſ. Eſt autem.* Ferrarienſis *tit. de forma inquiſitionis* 52. *in verbis, qui cohæret* 19. An locum immediatum, putà cubiculum exprimi oportet? *v. Ferrarienſem ibid. in verbis in domo* 18.

u Menſis & conſul, id eſt menſis & annus delicti in criminali inquiſitione & inſcriptione debet inſeri, l. 16. *C. de accuſat.* quemadmodum & in teſtamento, l. 2. §. 6. ſ. *quemadmodum teſtamenta:* neutrum tamen parti aduerſæ edi debet, *d.* §. 6. *l.* 1. §. 2. ſ. *de edendo. Nou.* 47. *c.* 1. de hora & die dic *vt.* j. *eo.*

quo adulterium commiſſum eſt, & perſona, cum a qua admiſſum dicitur, menſis. hoc enim lege Iulia publicorum b cauetur, & generaliter præcipitur omnibus qui reum aliquem deferunt. ¶ Neque autem diem c, neque horam d inuitus comprehendet. 1. ¶ Quod ſi libelli inſcriptionum legitimè e ordinati non fuerint, rei nomen aboletur f, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. 2 ¶ Item ſubſcribere g debebit is qui dat libellos, ſe profeſſum eſſe, vel alius pro h eo, ſi literas neſciat i. 3 ¶ Sed & ſi aliud crimen obiiciat, veluti quod domum ſuam præbuit, vt ſtuprum materfamilias pateretur, quod adulterum deprehenſum dimiſerit, quod pretium pro comperto ſtupro acceperit: & ſi quid ſimile, idipſum k libellis comprehendendum erit. 4 ¶ Si accuſator deceſſerit l, aliáve quæ cauſa ei m impedierit, quo minùs accuſare poſſit, & ſi quid ſimile, nomen rei aboletur, poſtulante reo n: idque & lege Iulia de vi & ſenatuſconſulto cautum eſt, ita vt liceat alij o ex integro repetere reum, ſed intra quod tempus, videbimus, & vtique triginta dies vtiles p obſeruādi ſunt.

Quibus accuſare non licet.

4. *Vlpianus* "lib. 2. de Adulteriis."

ISqui iudicio publico damnatus eſt q, ius accuſandi non habet, niſi liberorum, vel patronorum ſuorum mortem eo iudicio, vel rem ſuam exequatur.

¶ Sed & calumnia r notatis ſ ius accuſandi ademptum eſt. ¶ Item his qui cum beſtiis t depugnandi cauſa in arenam u intromiſſi ſunt, quíve artem ludicram x vel latrocinium y fecerint, quíve præuaricationis z calumniæve a cauſa quid feciſſe iudicio publico pronunciatus erit, quíve ob accuſandum, negotiúmve cui faceſſendum b, pecuniam accepiſſe iudicatus erit.

De ſeruo adultero.

5. *Idem* "lib. 3. c de Adulteriis."

SEruos d quoque adulteriis poſſe accuſari nulla dubitatio eſt. ¶ Sed qui prohibentur adulterij liberos homines accuſare, idem ſeruos quoque prohibebuntur. ¶ Sed ex reſcripto Diui Marci etiam aduerſus proprium ſeruum accuſationem inſtituere dominus poteſt e poſt hoc igitur reſcriptum accuſandi neceſſitas incumbet domino ſeruum ſuum. Cæterùm iuſtè mulier nupta præſcriptione vtetur.

De leuibus criminibus.

6. *Idem* "lib. 2. de officio Proconſulis"

LEuia f crimina audire & diſcutere de plano g proconſulem oportet: & vel liberare eos quibus obiiciuntur, vel fuſtibus h caſtigare, vel flagellis ſeruos

formam iuris & ſtatutorum, Clarus *d.* §. *vlt. q.* 12. *in fi.* Ferrarienſ. *tit. de In*[...] *in verbis, ſuper quibus omnibus* 21. f Libellus quoties non ritè conc[...] ſoluitur accuſatus ab inſtātia iudicis, etiam libelli defectum non opp[...] ſi inquiſitio caret ſua forma, reus non tenetur, *Boßius tit. de inquiſitione*[...] *ſent.* §. *vlt. q.* 12. *ver. dixi exprimendum.* g Subſcribere quid ſit, & q[...] neatur, *dicam* j *ad l.* 7. j. *eo.* h *Nouell.* 73. *c.* 8.

i Literas neſcit, qui neſcit eas pingere vel ſcribere. k i. aliud ill[...] complecti libello oportet, l. 9. *C. eod.* An vno, ſeu eodem, an diuerſo? [...] etiamſi poſterius delictum ex priori originem non habeat. *Bart hic.* Cl[...] *vlt. q.* 13. *verſ. item quæro.* niſi aduerſus plures agatur, *Clar. ibid. verſ. ſed*[...]

l v. quæ dixi ad *tit. C. reus, vel accuſator mortuus fuerit.* m eum, *V*[...]

n vel accuſatore. Hæc eſt ἀμνηστία & priuata abolitio, quæ omnem [...]tatem remittendi aufert, non alij. Publica abolitio parti læſæ ius agen[...] intra trigeſimum diem, *v. Paul.* 5 *ſent.* 27. §. 1. *& l.* 1. *C. de abolitionib.*

o l. 11 *in fi.* j. *eo.* non eidem, *l.* 4. *in fi.* j *ad Turp.* p de quibus *v. Cuiac*[...]

q non tamen ciuitatem vel libertatem amiſit, l. 5. §. 1. ſ. *de pub. iud.*

r l. 9. j. *eo.* ſ Infamis de facto accuſare poteſt iure ciuili, non Cla[...]*rum* 5. *ſent.* §. *vlt. q.* 14. *verſ. ſciendum eſt caſus.* infamis verò de iure non [...] *eo. l.* 15. *C. qui accuſare:* niſi annonæ accuſet, l. 13. j. *eo.* vel maieſtatis, l. 7 [...] *maieſt.* An ſuorum iniuriam perſequi poteſt? non ſtricto iure, ſed ex æq[...]

t Beſtiarios intellige, non eos qui ad beſtias damnati erant, quos [...]cat Apoſtolus 1. *Corinth.* 4. *verſ* 9. Horum alij auctorati, alij vero ſuas [...] pugnandas beſtias locabant, *Vlp* 9. *collationis legum Moſaic.* Poſterioru[...] l. 3. §. 5. *ſup. de teſt* Hi operas locabant ſpectaculo meridiano, & ob aud[...] *dicam ad l.* 18. §. *maſtigophori* 17. j. *de muneribus* παράβολον *à Socrate* [...] *cleſiaſtica.* audaces *à Claudiano:* confectores *à Suetonio in Auguſto &* [...] *tractat de Polycarpi nece, v. Scal. in quartum Manilij.*

u Arena, locus eſt vbi certamina præbebantur, qui ſpargi arenâ ſoleba[...] ille celebris apud Nemauſenſes *Les arenes:* & illæ formulæ, in arenam [...] ſ. *de fugitiuis:* in arenam depugnandi cauſa ab beſtias intromitti, l. 1. §. [...] Hinc curſus, arenarius, l. 38. ſ. *de operis libert.* arenarius teſtis, l. 21. §. [...] Eſt autem hæc arena Græcis κυνήγιον *Theoph. parag* 2 *Inſt. de inut ſtip.*

x l. 1. *l.* 2. *in fi.* ſ. *eo. l.* 3. *ſup. de his qui notant.* y *l.* 1. *l.* 4. § 2. ſ. *de hi*[...]

z *d. l.* 1. *l.* 4. *ſuprà de præuaricatorib.*

a ſ *eo & d. l.* 1. Semel periurum, ſemper cenſeri periurum, hinc coll[...] 2. *præſumpt.* 10. adde *c.* 8. *de regulis in ſexto.* b *v. l.* 6. j. *ad l. Iul. repetund*[...]

c *lib.* 1. *Cuiac.* 6. *obſ.* 17. *in fi.* d l. 12. §. 3. j. *eo. l.* 26. *C. de adult* adde Gu[...] *in fi.* e apud quem iudicem? præfectos vrbi, Romæ: Præſides in prouin[...] *parag* 8. ſ. *de offic. præfecti vrbis, l.* 24. *in fi.* ſ. *de pign. l.* 9. ſ. *de manum.*

f Leuia crimina de plano poſſunt audiri & diſcuti.

g De plano quid eſt? an ſine libello? an ſine inſcriptione? an ſine [...]cedendi modo? an ſine ſcripto? *v. Nouell.* 17. §. 3.

h Fuſtibus, liberi: flagellis ſerui verberabantur, *leg. vltim.* j *de pœnis*[...] *fiſci.*

verberare

verberare.

De ſubſcriptione. 1. De cautione accuſatoris. 2. An abſolutus poßit accuſari. 3. De eo qui calumniatus eſt: & de eius filio. 4. De foro competenti.

7. *Idem* lib. 7. de officio Proconſulis.

SI cui crimen obijciatur, præcedere debet *a* in crimen ſubſcriptio *b*. quæ res ad id inuenta eſt, ne facilè quis proſiliat ad accuſationem *c*, cùm ſciat inultam *d* ſibi accuſationem non futuram.

1 ¶ Cauent *e* itaque ſinguli *f* *quòd crimen obijciant, & præterea perſeueraturos* g *ſe in crimine vſque ad ſententiam.*

2 ¶ Iiſdem *h* criminibus, quibus quis liberatus *i* eſt, *k* non debet *l* præſes pati eundem accuſari. & ita Diuus Pius Saluio Valenti reſcripſit. Sed hoc vtrùm ab eodẽ, an nec ab alio *m* accuſari poſsit, videndum eſt? Et putem, quoniam res inter *n* alios iudicatæ alij non præiudicant, ſi is qui nunc accuſator extitit, ſuum dolorem perſequatur, doceátque ignoraſſe ſe accuſationem ab alio inſtitutam, magna ex cauſa admitti eum ad accuſationem debere. 3 ¶ Si tamen alio crimine poſtuletur ab eodem qui in alio crimine eum calumniatus eſt, puto non facilè admittendum eum qui *o* ſemel calumniatus ſit: quamuis filium accuſatoris admitti oportere, aliam *p* accuſationem inſtituentem aduerſus eum quẽ pater accuſauerat, Diuus Pius Iulio Candido reſcripſit.

4 ¶ Idem Imperator reſcripſit, ſeruos ibi puniendos, vbi *q* deliquiſſe arguantur: dominúmque eorum, ſi velit eos defendere, non poſſe reuocare in prouinciam ſuam, ſed ibi oportere defendere, vbi deliquerint.

5 ¶ Cùm ſacrilegium admiſſum eſſet in aliqua prouincia, deinde in alia minus crimen, Diuus Pius Pontio *r* Proculo reſcripſit, poſtquàm *ſ* cognouerit de crimine in ſua prouincia admiſſo, vt reum in eam prouinciam remitteret, vbi ſacrilegium admiſit.

Qui accuſare poſſunt vel non.

8. *Macer* lib 2 de publicis iudiciis.

QVi accuſare poſſunt intelligemus *t*, ſi *u* ſcierimus qui *x* non poſſunt. ¶ Itaque prohibentur *y* accuſare alij propter ſexum *z* vel ætatem *a*, vt mulier, vt pupillus. ¶ Alij propter ſacramentum *b*, vt qui ſtipendiũ merent *c*. ¶ Alij propter magiſtratum *d*, poteſtatémve, in qua agentes ſine fraude in ius euocari non poſſunt.

¶ Alij *e* propter delictum proprium vt infames *f*.

¶ Alij propter turpem *g* quæſtum, vt qui duo *h* iudicia aduerſus duos reos ſubſcripta habent, nummóſve ob accuſandum, vel *i* non accuſandum acceperint.

¶ Alij propter conditionem ſuam, vt *k* libertini *l* contra patronos *m*.

9. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

ALij propter ſuſpicionem *n* calumniæ, vt illi qui falſum teſtimonium ſubornati dixerunt.

10. *Hermogenianus* lib. 6. Iuris Epitomarum.

NOnnulli propter paupertatem *o*, vt ſunt, qui minùs quàm quinquaginta *p* aureos habent.

2. *An delatum ab alio deferre alius poßit.*

11. *Macer* lib. 2. de publicis iudiciis.

HI tamen omnes, ſi ſuam *a* iniuriam exequantur *b*, mortemve propinquorum *c* defendant, ab accuſatione non excluduntur.

1 ¶ Liberi, libertíque non ſunt prohibendi, ſuarũ *d* rerum defendendarum gratia, de facto *e* parentium, patronorúmve *f* queri: veluti ſi dicant, *vi ſe à poſſeßione ab his expulſos*, ſcilicet *non* g *vt crimen vis eis intendant ſed vt poſſeßionem recipiant.* Nam & filius non quidem prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat, *ſuppoſitum ab ea partum, quò magis cohæredem haberet*, ſed ream eam lege *h* Cornelia facere, permiſſum ei non eſt.

2 ¶ Ab alio delatum alius deferre non poteſt: ſed eum qui abolitione publica *i* vel priuata interueniente, aut deſiſtente accuſatore, de reis *k* exemptus eſt, alius deferre non *l* prohibetur.

1. Qui non poſſunt accuſari. 2. Si quis de duobus reis queratur. 3. De ſeruo accuſato.

12. *Venuleius Saturninus* lib. 2. de iudiciis publicis.

HOs accuſare non licet *m*, legatum imperatoris, id eſt, præſidem prouinciæ, ex ſententia *n* Lentuli *o* dicta Sulla & Trione conſulibus. ¶ Item legatum prouincialem, eius duntaxat criminis, quod antè *p* commiſerit, quam in legationem venerit. ¶ Item magiſtratũ populi Romani, eúmve qui reipublicæ cauſa abfuerit *q*, dum non retractandæ *r* legis cauſa abeſt. 1 ¶ Hoc beneficio etiam in reos recepti vti poſſunt, ſi abolitione *ſ* interueniente repeti ſe non debere contendant, ſecundùm epiſtolam Diui Hadriani ad Glabrionem conſulẽ ſcriptam. 2 ¶ Lege *t* Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne eodem tempore de duobus *u* reis quis quereretur, niſi ſuarum iniuriarùm cauſa *x*.

3 ¶ Si ſeruus *y* reus poſtulabitur *z*, eadem *a* obſeruanda ſunt quæ ſi liber eſſet, ex ſenatuſconſulto Cotta & Meſſala conſulibus. 4 ¶ Omnibus autem legibus *b* ſerui rei fiunt, excepta lege Iulia de vi priuata *c*: quia ea lege damnati, partis tertiæ bonorum publicatione puniuntur: quæ pœna in ſeruum non cadit.

¶ Idémque dicendum eſt in cæteris legibus quibus pecuniaria pœna irrogatur, vel etiam capitis *d*, quæ ſeruorum pœnis non conuenit: ſicuti relegatio *e*.

¶ Item nec lex Pompeia parricidij, quoniã caput primum eos adprehendit, qui parentes, cognatoſve, aut patronos occiderint: quæ in ſeruos, quantum ad verba attinet, non cadunt. ſed cùm *natura* f *eſt communis*, ſimiliter & in eos animaduertetur. ¶ Item Cornelia iniuriarũ ſeruum non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuit. ſed durior ei pœna extraordinem imminebit.

Ad legem Iuliam de annona.

13. *Marcianus* lib. 1. de Publicis iudiciis.

MVlierem propter *g* publicam vtilitatem ad annonam *h* pertinentem audiri à præfecto annonæ deferentem Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

¶ Famoſi quoque accuſantes ſine vlla dubitatione admittuntur *i*. ¶ Milites *k* quoque qui cauſas alienas deferre non poſſunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accuſationem admittendi ſunt.

¶ Serui quoque deferentes audiuntur *l*.

De concurrentibus actionibus.

14. *Paulus* lib. 2. de officio Proconſulis.

SEnatus cenſuit, ne quis ob ídem crimen pluribus *m* legibus n reus fieret.

De turba.

15. *Vlpianus* lib. 56. ad Edictum.

IN eum cuius dolo malo hominibus coactis damni quid datum eſſe dicatur, non *o* debet cogi actor, omiſſa actione ciuili, crimen intendere.

Si plures velint accuſare

16. *Idem* lib. 2. de officio Conſulis.

SI *p* plures exiſtant qui reum in publicis iudiciis accuſare volunt, iudex eligere debet *q* eum qui ac-

l. aliud illatores. g *l.7.C.qui accuſare poſſunt.* h *Paul: 1. ſent 6.§.1.* i purè ſc. quia [...]miſit crimen, ſecus ſi liberatus ſit tantũ quod crimen probatum non fuerit, [...]cium criminaliter, ſiue ciuiliter motum fuerat, ſiue etiam proceſſum ex vera [...]atione, vel inquiſitione. quia inquiſitio loco accuſationis habetur, reluctante [...]ure Canonico, quod vſus ſuperauit: *Clarus 5 ſent §.vlt. q 54. verſ. ſed hæc qui-* [...]ſeq. Non idem eſt, ſi in foro pœnitentiali reus abſolutus ſit. Poteſt enim & in [...]iciali poſtea accuſari & è contrà. Non idem quoque ſi accuſatore præuari[...] abſolutus eſt. Non idem eſt etiam ſi ſecundus accuſator primam accuſationẽ [...]it, *v. Clarum ibid.* k An idem ſi ſemel punitus? vtique, *v. Clar. d.q.57.* ſi [...]um? *v.l.18.C.de tranſ* ſi gratiam à magiſtratu obtinuit? *v.l.2.C.de in ius voc.* *d.q.57.* l Quia qui iterum accuſat manifeſtus eſt calumniator, Arg. *l.1.C.* [...]*lumniatorib.* Hinc illud, de eodem delicto ſæpius non eſt quærendum. [...] filio, *Paul.1.ſent.6.ʒ.2.v.tit.C.res inter alios actæ.* n De ea re dixi ſuperiùs. [...]el malus ſemper malus præſumitur, *l.5.§.6.ʒ.de re militari: c.8. de reg in 6. v.* [...]39. p Non eandem, *Paul. ibid. d.§.2.* q *v.l.2.C.vbi de crimin. v.l.28.§.15.* [...] r Pontio proconſuli, *Vulg.* ſ Iudex primum proceſſum expedire priùs [...]quàm maioris criminis cauſa reum ad alterum iudicem remittat, *Bart.* [...]argumento vel vnde? à partium remotione. Priuatio præſupponit habitum, [...]*mus, Inſt. de his qui ſunt ſui*, cõtrariorum vno cognito cognoſcitur & aliud. [...]ibus accuſare permiſſum eſt, qui non ſunt prohibiti. x *v. 1. ad Herenn.* [...]inge hanc regulam, ex *l.11.ʒ.eod.* z Niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſe[...] *l.1.ʒ.eo.l.12.C.qui accuſare: v. Pet. Greg. 32. ſyntag 13.60. Ecl.1. ex tit.34.c.1.* [...]*g. lib.14. Cuiac.17.obſ 30.* b Militare, *v.l.2.ʒ de veteranis.* c i. vt milites. [...]men hodie locum non habet, v. quæ notaui ad l.8. *C.qui accuſare.* d Cur ita [...]tum? *v Greg.32. ſyntag.15.* e i qui ex delicto aliquo ſunt infames, *v.6.Ecl.* [...]*34.c.9.* f *v.l.4.ʒ.eo.* g Cur hi turpi quæſtu duci dicuntur? quia accu[...]s & delatoribus olim præmia conſtituta, quorum dulcedine ad accuſandum [...]bantur, de quo ſcripſi ad *l.2.ʒ.de iure fiſci.* h *l.12.§.2.ʒ.eo l.16 C.qui accuſ.* [...]*in fin. ʒ eod. l.6.ʒ repetundarum.* k Vt filij circa parentes, libertini contra [...]s, *vulg. Hal*, adde *l.5. C.de falſis.* Imò liberi aduerſus parentes criminis accu[...]m inſtituere poſſunt, arg. *l.7.ʒ.de iniur.* l *l.vlt. C. cui accuſare.* m excipe, [...]*9.ʒ.de adulteriis.* n *l.1.ʒ.eo.60. Ecl.1. ex tit.34.c.9.* o *l.3.ʒ. de teſtib* Pau[...] hodie non repellit ab accuſatione pauperem honeſtæ fidei & vitæ: *v. Clar 5.* [...]*vlt. q.14 verſ. ſta hic etiam quæro.* p *1. Harm.6.* Pauperes habentur, qui minùs [...]quinquaginta aureos habent, i. qui rem minorem, quam quinquaginta ſeſter[...] millia: Cuiac. 17. *obſ.30. in fin.* adde Nouellam Conſtantini porphyrogenetæ [...]ϊκαδίτοος πτηνίμιατος σρατιωτῶν, 4. v. Cuiac. *Nou.15 in fin.* Porro de priuile-

gijs paupertatis v. Cornelium Benincaſium *in tract. de priuil. paupertatis.*
a *l.4.ʒ.eod.*
b i. perſequantur: Id enim verbum *exequi* ſignificat, *l.1.§.1.ʒ. de priuatis delictis. §.1. Inſt. de publ. iudiciis.*
c Putà fratrum, adde *l.5.ʒ. de iniuriis.*
d Atqui non poſſunt reſtitui aduerſus parentes: *l.vlt. C. qui & aduerſus quos.*
e i. aduerſus factum. An & pro parentibus accuſare poſsũt? Clarus ait, etiam ſpiritualibus & illegitimis: ſed & pro matre, *Clar. 5. ſent. §. vlt. q.14. in fin.*
f Vaſalli querelam aduerſus factum domini admitti hinc poteſt colligi. An & eum criminis accuſare poteſt vaſallus? Interpretes aiunt, ſi modo ciuiliter coget, *Clar. d. qu.14. verſ. ſed quæro.*
g *l.5 C. de falſis.*
h De ſuppoſita partu.
i Alia eſt abolitio publica, alia priuata: hæc ab accuſatore, illa vel à principe, vel à ſenatu indulgetur v. Cuiac. *apud Paul. 5. ſent. 7.§.1.*
k Sic Cicero *Verrina de ſignis* abſentẽ de reis eximit
l *l.3. in fi. ʒ. eod.*
m Imo aduerſus huiuſmodi perſonas poſtulare licet, *l.32. in fi. ʒ. de adulteriis*, accuſari etiam poſſunt, maximè ſi de furto earum agatur, Clarus *5. ſent. §. vlt. q.6. verſ. præterea.*
n Sententia hic non eſt iudicis, ſed ſenatoris in ſenatu dicta, de qua vide Cuiac *6. obſ.30.*
o De quo v. Cuiac. *d. loco.*
p Legatus ex delicto in legatione commiſſo accuſari & puniri poteſt.
q *l.15. §.1. ʒ. de adulteriis.*
r Detrectandi leges. *vulg. Hal.* ſ Abolitio criminis facit ne reus pro eodem delicto ab alio accuſatur. *v.l.1.C.de abolitionib.* t De qua ſcripſi, *in l.4.ʒ.de teſtib* u Imo id licet l.16. C. *qui accuſare*, quæ res mouit Cuiac. vt hic legat; *ne de tribus reis, 6. obſ.12.* quod non abhorret à l.6 *in fin. ʒ. de adult.* x Tunc enim non ducitur auiditate quæſtus: ſed dolore tantùm, & indignatione. y *l.6.ʒ.eo.* z Accuſabitur. a Imò non eadem, ſed longè alia, *l.16.§.3.ʒ. de pœnis.* b Criminibus. c De vi pecuniariter, *ita Græci.* d Id eſt, ſtatus, *l.23.§.2.ʒ. de ædilitio.* e Imò ſerui relegari poſſunt, *l 2 ʒ qui & à quibus manumiſſ. l.2.C. de ſepulchro violato.* f Id eſt, ius naturæ, *v.l.44.§.3.ʒ. de ritu, l.32.ʒ. de regul.* g Nota reſtrictionem legis 1.ʒ. *eod.* h *l.3. in fi. ʒ. de annona:* v. P. Gregorium 32 *ſyntagm.13.*
i In ſuperiori caſu ſcilicet, & ita reſtringe, *l.4. & 8 ʒ eod.* k *l 3. C. qui accuſare:* & ita coërce, *l.8. verſ alij propter ſacramentum ʒ. eod.* l Dominos ſcilicet annonam adtentantes, *l.53.ʒ. de iudiciis. l.1.ʒ. de annona.* m *l.41. in fin. ʒ. de pœn.*
n Id eſt, æſtimationibus & pœnis. o Ciuilis actio ante criminalem poteſt intendi, *l.7.§.1.ʒ. de iniuriis, l. vnic. C. quando ciuilis actio.*
p Vide Ciceronem de Diuinatione in Verrem. q Olim ita obſeruabatur, propter legem talionis, quæ huiuſmodi accuſationes impediebat. Conſtat enim vnius mortem plurium morti ex æquo non reſpondere. Hodie plures ſimul accuſare poſſunt

tereſt *a*, primus an medius, an nouiſſimus, ſine parte heres ſcriptus ſit, ea enim pars data intelligitur *b*, quæ vacat.

7 ¶ Videamus, ſi pars aliqua vacet nec tamen quiſquam ſine parte ſit heres inſtitutus, quid iuris ſit? veluti ſi tres ex quartis partibus heredes ſcripti ſunt. Et conſtat vacantem partem ſingulis tacitè pro hereditaria parte accedere *c*, & perinde haberi, ac ſi ex tertiis partibus heredes ſcripti eſſent: & ex diuerſo, ſi plures heredes ſcripti in portionibus ſint: tacitè *d* ſingulis decreſcere *e*: vt ſi (verbi gratia) quatuor ex tertiis partib. heredes ſcripti ſint, perinde habeantur, ac ſi vnuſquiſque ex quarta parte heres ſcriptus fuiſſet.

8 ¶ Et ſi plures vnciæ, quàm duodecim diſtributæ ſint, is, qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio deeſt, habebit. Idémque erit *f* ſi dupondius expletus ſit, quæ omnes partes ad Aſſem poſtea reuocantur, quamuis ſint plurium vnciarum.

9 ¶ Heres & purè, & ſub *g* conditione inſtitui poteſt: ex certo tempore, aut ad certum tempus non poteſt *h*: veluti, *poſt quinquennium quàm moriar*, vel *ex Calendis illis*, vel *vſque ad Calendas illas heres eſto*. Denique diem adiectum haberi pro ſuperuacuo *i* placet: & perinde eſſe, ac ſi purè heres inſtitutus eſſet.

10 ¶ Impoſſibilis *k* conditio in inſtitutionibus & legatis, nec non in fideicommiſſis & libertatibus pro non ſcripta habetur *l*.

11 ¶ Si plures conditiones in inſtitutionibus adſcriptæ ſunt, ſi quidem coniunctim, vt putà *ſi illud & illud factum fuerit*: omnibus parendum eſt. ſi ſeparatim, veluti *ſi illud aut illud factum erit*: cuilibet *m*, ‖ conditioni ‖ obtemperare ſatis eſt.

12 ¶ Ii, quos nunquam *n* teſtator vidit, heredes inſtitui poſſunt, veluti ſi fratris filios peregrinantes *o*, ignorans qui eſſent, heredes inſtituerit. ignorantia enim teſtantis inutilem inſtitutionem non facit.

DE VVLGARI *p* SVBSTITVTIONE.

TIT. XV.

POteſt *q* autem quis in teſtamento ſuo plures gradus *r* heredem facere: vtputà, *Si ille heres non erit, ille heres eſto*: & deinceps, in quantum velit teſtator, ſubſtituere poteſt: vt nouiſſimo loco in ſubſidium, vel ſeruum neceſſarium heredem inſtituere ‖ poſſit. ‖

1 ¶ Et plures in vnius locum poſſunt ſubſtitui, vel vnus in plurium, vel ſinguli in ſingulorum, vel inuicem ipſi, qui heredes inſtituti ſunt.

2 ¶ Et ſi *ſ* ex diſparibus partibus heredes ſcriptos inuicem ſubſtituerit, & nullam mentionem in ſubſtitutione partium habuerit: eas videtur *t* in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſit. & ita diuus Pius reſcripſit.

3 ¶ Sed *u* ſi inſtituto heredi, coherede ſubſtituto dato, alius ei ſubſtitutus fuerit, diui Seuerus & Antoninus ſine diſtinctione reſcripſerunt, ad vtramque partem ſubſtitutum admitti.

4 ¶ Si *x* ſeruum alienum quis patrem familias arbitratus, heredem ſcripſerit: & ſi heres non eſſet, Mæuium *y* ei ſubſtituerit: iſque ſeruus iuſſu domini adierit hereditatem, ‖ Mæuius ‖ ſubſtitutus, in partem admittitur. illa enim verba: *ſi heres non erit*, in eo quidem quem alieno iuri ſubiectum eſſe teſtator ſcit, ſic accipiuntur: ſi neque ipſe heres erit, neque alium heredem effecerit: in eo verò, quem patrem familias eſſe arbitratur, illud ſignificant; ſi hereditatem ſibi vel ei, cuius iuri poſtea ſubiectus eſſe cœperit, non adquiſierit *z*. Idque Tiberius *a* Cæſar in perſona Parthenij *b* ſerui ſui conſtituit.

DE PVPILLARI *c* SVBSTITVTIONE.

TIT. XVI.

Liberis ſuis impuberibus *d*, quos in poteſtate quis habet *e*, non ſolum ita, vt ſupra diximus, ſubſtituere poteſt; id eſt, vt ſi heredes ei non exſtiterint, alius ſit ei heres: ſed eo amplius, vt ſi heredes ei exſtiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, ſit eis aliquis heres: veluti ſi quis dicat hoc *f* modo, *Titius filius meus heres mihi eſto. Et ſi filius meus heres mihi non erit* g: *ſiue heres erit, & priùs moriatur quàm in ſuam* h *tutelam venerit tunc Seius heres eſto.* quo caſu ſiquidem non extiterit heres filius, tunc ſubſtitutus patri ſit heres. ſi verò exſtiterit heres filius, & ante pubertatem deceſſerit, ipſi filio ſit heres ſubſtitutus. nam moribus *i* inſtitutum eſt, *vt quum eius ætatis filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſunt parentes eis faciant.*

1 ¶ Qua ratione excitati etiam conſtitutio-

a v.l.20 ff.eod.
b l.78.§.2.ff.eod.
c l.13.§.2.ff.eod.
d d.l.13.§.3.
e l.13.§.4.ff.eod.
f v.l.17.in fi.ff.eo.
g tot. tit. de cond. inſt.
h ſed vitio temporis ſublato, manet inſtitutio l. 34.ff.eo.
i vt vtile per inutile non vitietur.
k 3.Pau. ſent. 4. §.19.
l i. non vitiat ſed vitiatur, quia non præſumitur teſtator inteſtatus decedere voluiſſe. aliud in ſtipulatione & contractibus, v.l. 31. de oblig. & §.21. J. de inut.ſtip.
m i. alterutri. v.l. 13. ff.de reb. dub.
n l.11.C.eo.
o Sic vertit Theoph. οἷον εἴχε τις ἀδελφὸν ἐπὶ ξένης διάγοντα, ἐπαιδοποίησεν οὗτος I. aliud in peregrinis, l.1.C.eo.
p 28.ff.6.C.25.26. Vulgaris ſubſtitutio dicitur ὅτι ἐπὶ παντὸς ἁρμόζει τοῦτο καὶ ἐξωτικοῦ τούτου δὲ καὶ παιδός. Theoph.J. tit. prox. vel quòd à quocunque, de quocunque, in quemcunque caſum concipi poſſit, nihil ſpeciale habent. Bart.
q l.35. ff. eo.
r l.36.in pr.ff.eo.
ſ l.24.ff.eo.
t Præſumptionis hoc genus obſerua.
u l.27 ff.eo.
x l. 40. ff. de hered. inſt.
y Mæuium coheredem, Cantiuncula hic.
z l.40. ff. de hær. inſtit.
a ad Tit. Veſpaſ. Ale.3.diſpunct.2. adde Sueton. Dionem, Martialem
b Iulius meminit Martialis variis locis.
c quæ ſit liberis à patre, cuiuſque vis confertur in id tempus, quo pupilli futuri ſunt, id eſt, poſt mortem patris.
d i. ſi intra pubertatem deceſſerint: l.7.C.eo.
e his verbis excluduntur emancipati ſpurij, & naturales (niſi ſub conditione legitimationis) & matres. Vigl.
f adde aliam formulam ex 2. Caij 4.§.3.
g hanc formam ſubſtituendi βουλγαροπουπιλλαρίαν vocat Theophilus.
h i. ſi moriatur durante tutela, l.9.§.1.ff de adm. tut. atque ita impubes.
i l.2.ff.eo. non vul-

nem *a* poſuimus in noſtro Codice, quâ proſpectum eſt, vt ſi qui mente captos *b* habeat filios, vel nepotes vel pronepotes cuiuſcunque ſexus vel gradus: liceat eis, & ſi puberes ſint, *ad exemplum* c *pupillaris ſubſtitutionis* certas perſonas ſubſtituere. ſin autem reſpuerint, eandem ſubſtitutionem infirmari, & hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis, quæ poſtquam pupillus adoleuerit, infirmatur.

2 ¶ Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecundum præfatum modum ordinata, duo *d* quodammodò ſunt teſtamenta: alterum patris, alterum filij, tanquam ſi ipſe filius ſibi heredem inſtituiſſet, aut certè vnum teſtamentum eſt duarum cauſarum, i. duarum hæreditatum.

3 ¶ Sin *e* autem quis ita formidoloſus ſit vt timeat, ne filius ſuus pupillus adhuc ex eo, quòd palam ſubſtitutum acceperit, poſt obitum eius periculo inſidiarum ſubiaceat: vulgarem quidem ſubſtitutionem palàm facere, & in primis teſtamenti partib. ‖ ordinare ‖ debet: illam autem ſubſtitutionem, per quam, *ſi heres exſtiterit pupillus, & intra pubertatem deceſſerit, ſubſtitutus vocatur*: ſeparatim in inferioribus partibus *f* ſcribere, eamque partem proprio lino *g*, propriaque cerâ conſignare: & in priore parte teſtamenti cauere, *ne inferiores tabulæ viuo filio & adhuc impubere aperiantur* h. Illud palam eſt, non ideo minus valere ſubſtitutionem impuberis filij, quòd in eiſdem tabulis ſcripta ſit, quibus ſibi quiſque heredem inſtituiſſet: quamuis pupillo hoc periculoſum ſit.

4 ¶ Non ſolum autem heredibus inſtitutis impuberibus liberis ita ſubſtituere parentes poſſunt, *vt ſi heredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, ſit eis heres is, quem ipſi voluerint*: ſed etiam exheredatis *i*. Itaque eo caſu ſi quid ‖ exheredato pupillo ex hæreditatibus, legatíſve, aut donationibus propinquorum atque amicorum adquiſitum fuerit, id *k* omne ad ſubſtitutum pertinebit.

¶ Quæcunque diximus de ſubſtitutione impuberum liberorum, vel hæredum inſtitutorum, vel exheredatorum, eadem etiam de poſthumis *l* intelligimus.

5 ¶ Liberis autem ſuis teſtamentum nemo facere poteſt niſi & *m* ſibi faciat. nam pupillare teſtamentum, pars *n* & ſequela eſt paterni teſtamenti: adeò, vt ſi patris teſtamentum non valeat: nec filij quidem valebit.

6 ¶ Vel *o* ſingulis liberis, vel ei, qui eorum nouiſſimus impubes morietur, ſubſtitui poteſt: ſingulis quidem, ſi neminem eorum, inteſtatum decedere voluerit, nouiſſimo ſi ius legitimarum hereditatum integrum inter eos cuſtodiri velit.

7 ¶ Subſtituitur autem impuberi aut nominatim, veluti *Titius*: aut generaliter, vt *p quiſquis mihi heres erit*. Quibus verbis vocantur ex ſubſtitutione, impubere mortuo filio, illi, qui & ſcripti ſunt hæredes, & exſtiterunt, & pro qua parte heredes facti ſunt.

8 ¶ Maſculo igitur uſque ad quatuordecim *q* annos ſubſtitui poteſt: fœminæ vſque ad duodecim annos: & ſi hoc tẽpus exceſſerint, ſubſtitutio euaneſcit.

9 ¶ Extraneo *r* verò, vel filio puberi heredi inſtituto, ita *ſ* ſubſtituere nemo † poteſt, vt ſi heres exſtiterit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit heres: ſed hoc ſolum permiſſum eſt, vt eum per fideicommiſſum teſtator obliget, alij hereditatem eius, vel totam, vel pro parte reſtituere, quod ius quale ſit, ſuo loco trademus.

QVIBVS *t* MODIS TESTAMENTA infirmentur.

TIT. XVII.

Teſtamentum iure *u* factum vſque eò valet, donec rumpatur irritúmve fiat.

1 ¶ Rumpitur autem teſtamentum, cùm in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti ius vitiatur. Si quis. n. poſt factum teſtamentum *x* adoptauerit ſibi filium per Imperatorem eum qui eſt ſui iuris: aut per Prætorem ſecundum noſtram conſtitutionem, eum qui in poteſtate parentis fuerit, teſtamentum eius rumpitur, quaſi adgnatione ſui heredis.

2 ¶ Poſteriore quoque teſtamento quod *y* iure perfectum eſt, ſuperius *z* rumpitur *a*: nec intereſt, exſtiterit aliquis heres ex eo, an non. hoc enim ſolùm ſpectatur, an aliquo caſu exiſtere potuerit. Ideóque ſi quis aut noluerit heres eſſe aut viuo teſtatore, aut poſt mortem eius antequam hereditatem adiret, deceſſerit, aut conditione, ſub qua heres inſtitutus eſt, defectus ſit: in his caſibus paterfamilias inteſtatus moritur. Nam & prius teſtamentum non valet, ruptum a poſteriore: & poſterius æquè nullas habet vires: cùm ex eo nemo heres exſtiterit.

3 ¶ Sed & ſi *b* quis priore teſtamento iure perfecto, poſterius æquè iure fecerit: etiam ſi ex certis *c* rebus in eo heredem inſtituerit, ſuperius tamẽ teſtamẽtũ ſublatũ eſſe, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt cuius conſtitutionis verba ‖ & hic ‖ inſeri iuſſimus; quum aliud quoque præterea in ea cõſtitutione expreſſum ſit. Imperatores Seuerus & Antoninus Coccejo Campano. Teſtamentũ ſecundo loco factum, licet in eo certarum

gatis eſt ex l.11. tabul. l.162.ff.de verb.ſignif.
a l.9.C.eo
b ἥγων παραφρονοῦντας. Theophil.
c Exemplaris hæc ſubſtitutio eſt, de qua hic & duob. locis in iure, l.ex facto 43.ff.de vulgari, l.9.C. de impub.
d Principale & pupillare ſcilicet dixi ad l. penult. D. teſt. quemad. & tamen vnum l.20. ff.eod. v.l.20.§.4. ff.eod.
e 2. Caius 4. §.3.
f i. ima cera. Sueton. in Iulio c.15. in extrema pagina 2. Caius 2.§.3.
g v.Pau.4.ſent. 25.§.5.
h ſed cum impubes obierit. Talis eſt cautio in vlt. l.ff. ad Trebell.
i 1.§.2.ff.eo. Vlp. 23.§.8. Theop.hic.
k Imò id ſolum quod à teſtatore profectum eſt, l. 31.§.pen.ff.de milit.teſt.
l l.2.ff.eo.
m l.2.§.prius ff.eo. non tamen conuerſa ſcriptura nocebit: ſi modò ſubſtitutioni coniunctim hæreat inſtitutio: quippe inter coniuncta ἀμέσως penè nihil præcedere vel ſequi videtur. Vigl.
n l.38.in fi.ff.eo.
o l.37.ff.eo.
p l.3.l.5.§.1.l.10. in pr. l.24.§.1.ff. eod.
q v.l.7.ff.eod.
r Extraneus non erit, ſi eum adoptet, l.2.ff eo.
ſ i. poſt pubertatem.
† niſi miles. l.15. ff.eod.
t 28.D.3.
u i. ritè. l.6.in pr. ff.de falſis.
x l.8.ff.eo.
y non aliàs, §. pen.J.eod.
z Cur ita? v.l.1. §.1. ff. ſecund.tab.
a ipſo iure: vt ſuperflua ſit Notariorum cautio qui prioris teſtamenti reuocationem ſecundo ingerunt. Vigl.
b l.29.ff. ad Trebell.
c In quibus teſtatorem tantum derogaſſe priori teſtamento, quis arbitrari poſſet. Vigl.

cuſet, cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis *a* accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſa *b*.

De ſeruo accuſato.

17. *Modeſtinus* "lib. 6. Differentiarum."

SI ſeruum dominus in crimine capitali defendat, ſiſtendum *c* ſatiſdato promittere iubetur.

Si accuſare prohibitus non appellauit.

18. *Item* "lib. 17. Reſponſorum."

CVm Titia teſtamentum Gaij fratris ſui falſum arguere minaretur, & ſolemnia *d* accuſationis non impleuit intra *e* tempus à præde præfinitum, præſes ‖prouinciæ" iterum pronunciauit *non poſſe illam ampliùs de falſo teſtamento dicere*, aduerſus quas ſententias Titia non prouocauit, ſed dixit ſe poſt finitum tempus de irrito teſtamento dicere. quæro, an Titia, quæ non appellauit aduerſus ſententiam præſidis, poſſit ad falſi accuſationem poſtea reuerti. Reſpondit, nihil apertè proponi, propter quod aduerſus ſententiæ authoritatem de falſo agens audienda ſit.

De heredibus. 1. Ne compellatur accuſator plures reos facere.

39. *Calliſtratus* "lib. 5. de cognitionibus."

DIui fratres reſcripſerunt, non *f* debere cogi heredes accuſatorum exequi crimina. 1 ¶ Item non oportere compelli accuſatorem plures reos facere, Diuus Hadrianus reſcripſit *g*.

De heredibus. de iure alienandi vel manumittendi.

20. *Modeſtinus* "lib. 2. de Pœnis."

EX iudiciorum publicorum admiſſis non *h* alias tranſeunt, aduerſus heredes pœnæ bonorum ademptionis, quàm ſi lis conteſtata *i*, & condemnatio fuerit ſecuta *k*: excepto *l* repetundarum *m* & maieſtatis *n* iudicio, quæ etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum eſt, adhuc exerceri placuit, vt bona eorum fiſco vindicentur. adeò vt Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerint, ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit, nihil *o* ex bonis ſuis alienare, aut manumittere eum poſſe. ¶ Ex cæteris *p* veró delictis pœna incipere ab *q* herede ita demum poteſt, ſi viuo reo accuſatio mota eſt *r*, licèt non fuit condemnatio ſecuta.

De crimine ſuſpenſo.

21. *Papinianus* "lib. 15. Reſponſorum."

CApitis reus, ſuſpenſo *ſ* crimine, cauſam fiſco deferre non *t* prohibetur.

De foro competenti.

22. *Idem* "lib. 16. Reſponſorum."

ALterius prouinciæ reus apud *u* eos accuſatur & damnatur *x*, apud *y* quos crimen contractum oſtenditur. quod etiam in militibus *z* eſſe obſeruandum, optimi principes noſtri generaliter reſcripſerunt.

DE CVSTODIA *a* ET EXHIBITIONE reorum *b*.

TIT. III.

De æſtimatione proconſulis.

1. *Vlpianus* "lib. 2. de officio Proconſulis."

DE cuſtodia reorum Proconſul æſtimare ſolet, vtrum *a* in carcerem recipienda ſit perſona, an militi *b* tradenda, vel fideiuſſorib. *c* committenda, vel etiam ſibi. hoc autem vel pro criminis, quod obiicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia *d* perſonæ, vel pro dignitate eius qui accuſatur, facere ſolet.

De ſeruo. 2. Ne quis ex pluribus cauſis accuſetur, vel in ius vocetur.

2. *Papinianus* "lib. 1. de Adulteriis."

SI ſeruus capitali crimine poſtuletur, lege *e* publicorum cauetur, vt *f* ſiſtendum vel ab extero ſatiſdato promittatur, quòd ſi non defendatur, in vincula *g* publica cõiici iubetur, vt ex vinculis cauſã dicat.

1 ¶ Solet itaque tractari, an poſtea domino permittendum ſit, oblata ſatiſdatione ſeruum ſuum vinculis liberare. dubitationem auget Edictum Domitiani, quo cautum eſt, *abolitiones ex ſenatuſconſulto factas, ad huiuſmodi ſeruos non* h *pertinere*. Nam & lex ipſa prohibet eum abſolui, priùs quàm de eo iudicetur. Sed hæc interpretatio perdura, pernimiùm ſeuera eſt in eo cuius dominus abſens fuit, vel quod per *i* inopiam illo momento temporis ſatiſdationem implere non potuit. Neque *k* enim pro indefenſo derelictus rectè dici poteſt, qui dominum præſentem non habuit, vel habuit paratum defendere, pauperem *l* tamen. quod vtique faciliùs admitti poterit, ſi non poſt longum temporis ſpatium hoc deſideretur. 2 ¶ Qui exhibendi poſtulati ſunt, propter aliam cauſam alterius criminis quod antè admiſſum eſt, rei non recipiuntur ex ſenatuſconſulto. ¶ Quod in priuatis quoque cauſis, & hominibus *m* ſub fideiuſſore factis obſeruatur: niſi ex hoc temporalis actio in periculum cadat.

De eo qui paratus eſt dare fideiuſſores.

3. *Vlpianus* "lib. 7. de officio Proconſulis."

DIuus Pius ad Epiſtolam Antiochenſium Græcè reſcripſit, non eſſe in vincula coniiciendum eum qui fideiuſſores *n* dare paratus eſt *o*, niſi ſi tam graue *p* ſcelus admiſiſſe eum conſtet, vt neque fideiuſſoribus, neque militibus committi debeat, verùm hanc ipſam carceris pœnam *q* ante ſupplicium ſuſtinere.

De pœna fideiuſſoris.

4. *Idem* "lib. 9. de officio Proconſulis."

SI quis reum criminis, pro quo ſatiſdedit, non exhibuerit *r*, pœnâ pecuniaria plectitur *ſ*. puto tamen, ſi dolo *t* non exhibeat, etiam extra † ordinem eſſe damnandum, ſed ſi neque in cautione, neque in decreto præſidis certa quantitas comprehenſa eſt, ac ne conſuetudo oſtenditur, quæ certam formam habet, præſes de modo pecuniæ, quæ *u* inferri oporteat, ſtatuet.

De reo confeſſo.

5. *Venuleius* "*Saturninus* lib. 2. de Iudiciis publicis."

ſi tamen eorum interſit, vel communis officij vel iniuriæ communis ratione: tunc tamen coguntur vno & eodem libello accuſare, v. *Clar. 5. ſent. §. vlt. qu. 13.* Idque magis in Gallia ſeruatur, in qua accuſator priuatum tantum dānum ſeu intereſſe perſequitur, regiis & fiſci procuratorib. publicā vindictam interim proſequentibus v. *Imber. in Enchirid. in verb. Accuſer.* vide *l. 18. ff. de teſtam. tut. l. 41. ff. de damno, 3. in fin. ff. de popul. act.*

a Quid ſi pari gradu vel dignitate ſint? Omnes admittũtur, *l. 3. § 9. ff. de ſepulchr.*

b *l. 12. § 3 ff. eo. l. 2. C. eod. l. 2. ff. de cuſtodia. l. 1. ff. tit. prox.*

c iudicio ſcil. & quoties id res exiget, *l. 2. C. eod.*

d de quibus vide *l. 3. ff. eod.*

e adde *l. 7. C. qui accuſare: l. vlt. C. vt intra certum tempus.*

f Imò cogendi videntur, *l. 11. in fin. C. de accuſat. l. 40. ff. pro ſocio.* præſertim ſi de homicidio & cæde agitur, *Bart. hic & in l. 15. ff. eod. Bald. in dict. l. 11.* quod tamen communi vſu & forenſi non obſeruari refert Clarus *5. ſent. §. vlt. qu. 5. verſ. item quæro.*

g Cur ita? vide *l. 5. C. vt nemo inuitus.*

h Pœnæ bonorum ademptionis in publicis iudiciorum in quibus neque lis conteſtata, ne ſententia ſecuta eſt, non tranſeunt ad hæredes, *l. 1. ſup. de priuat. delict.* niſi ad vires vſque hæreditarias ſiue inuentarium confecerint, ſiue non confecerint Clarus *5 ſent. §. vlt quæſt. 51* vide quæ notaui ad *tit. C. ex delictis defunctorum.* vide Sebaſtianum Mediceum tractatu de morte, *part. 2. concl. 2.*

i Litis conteſtationis hic effectus notandus eſt, alios effectus vide apud Hotomanu 3 *obſ. 28.*

k Vtcumque reus ex delicto fuerit condemnatus, ſi tamen is mortuus fuerit intra tempora appellationi præſtitura, hæredes eius appellare poſſunt. *v. l. 6. C. ſi reus vel accuſator.* hæredibus bona defuncti non auferuntur, etſi non appellauerint, *Accurſ. & Dynus*, imo auferuntur: debent enim appellare, *Iacob. de Rauenna, Cynus, Bart.*

l Exceptionem regulæ ſuperioris obſerua. adde *l. vlt. ff. ad leg. Iuliam peculat. l. 2. C. de apoſtatis.*

m *l. 2. ff. repetundarum.*

n Gloſſa & Doctores excipiunt crimen peculatus, de reſiduis, hæreſeos, ἀποςασίας deſertæ militiæ, & alia. o Repetundarum & maieſtatis rei à momento criminis admiſſi nihil alienare nec manumittere poſſunt. vide *l. 5. § 4. C. ad legem Iuliam maieſt.* adde *l. 15 ſup. de donationib.*

p *ſub.* priuatis & ciuilibus.

q Lite cum defuncto in ciuili crimine conteſtata, pœnæ ab hærede incipere poſſunt. r Id eſt, lis conteſtata eſt. *vide ſupr. eod.* ſ i. non habita ratione criminis.

t Imò prohibetur, *argum. l. 6. C. de procurat.*

u Reus vbi puniendus ſit, vtrum in loco delicti, conteſtati iudicij, domicilij, vide Grandinum *tract. de maleficiis, rubri. vbi punitur delinquens.*

x Qua pœna? an ſui territorij, vel delicti? vide quæ notaui ad *tit. C. vbi de criminibus.* y Forum quis ſortitur ratione criminis. Vbi quis deliquit, ibi puniri poteſt, *l. 11. ff. de cuſtodia: l. 1. C. vbi de criminib. Nou. 134. c. 5.*

z *l. 9. ff. de cuſtodia: l. penult. C. de iuriſd. l. 2. C. ad exhib.*

a *6. C. 4. & 9. C. Theod. 3 & 60. Synopſ. 35. c. 12.* Carcerum varia ſunt genera, de quibus tractat P. Gregor. 31. *ſyntag. 33.* b & de tranſmittendis reis *9. C 3. & 9. C. Th. 2.* ſenſus tituli eſt: Quando mitti reos in cuſtodiam oporteat, vel militibus tradi, vel fideiuſſoribus, vel ſibimet committi, *60. Eclog. 12.*

k Pro indefenſo derelictus non habetur qui dominum præſentem habet præſentem, ſed tamen pauperem, vt defendere alium non poſſit.

l Pauperi domino ſeruum iudicio non defendenti ſuccurritur.

m Nominibus, *vulg* & ita legendum putat Briſſon. *in Parerg. ff.* & malè gunt, ὅπερ καὶ ἐν τοῖς χρηματιστικοῖς αἰτίαις, καὶ τῶν ὑπὸ ἐγγύας γινομένων παραφυλάττεται, homines ſub fideiuſſore facti dicuntur, Græco more iudicio ſiſti promiſerint, vt reus ſub cuſtodia officij factus. vide *l. 1.* *Cuiac. 8. obſeru. 30.* n Idoneos, *l. 3. ſupr. qui ſatiſd. l. 16. C. de dignitat.* ſeſſores, vide *l. 11. ſup. qui ſatiſdare.* non ſuppoſitos alienæ iuriſdictioni *§. vlt. q 46. verſ. pone Papienſis*: alias iudex qui non idoneos admiſit, nam ſoluendam quam fideiuſſor promiſit. Quid dicendum ſi reus per inopertatem nullos fideiuſſores dare poteſt? relaxandum ſub iuratoria interpretes, niſi leuiter accuſatus ſit, vel parum grauatus: & fideiuſſor appareat, non ſimplici rei iuramento, ſed inquiſitione facultatũ eius *ibid.* Quid ſi vice verſa reus ſit vir illuſtris, & valdè locuples? Iuri ciuili iure committitur *l. 16. C. de dign.* non conſuetudine vide *Clarum autem.*

o Qui ſi appellatur? non obſtante appellatione deducitur, & ita ſtylo obſeruari refert Clarus *5. ſent. §. vlt q. 46.*

p Vbicunque pro crimine imponitur pœna corporalis, reus non eſt bus relaxandus: vbi verò non imponitur corporalis, non eſt carcerandus, ſi fideiuſſorem offert: & ita ſeruari refert, *Clar. d. quæſt. 46. verſ.*

q *l. 2. C. eod.* Imò carcer non eſt inuentus ad pœnam, ſed ad cuſtodiam *de pœn.* r Quid ſi reus ſit mortuus? fideiuſſor non tenetur, vide *fideiuſſ.* Hinc colligere poſſis, fideiuſſorem rei in id ſe obſtringere dicis petitionem, & vt vſus loquitur, toties quoties, &c. (ſublato *C. de fideiuſſ.* quæ reo ſpatium ſex menſium concedebat, *Clarus ibid.* deatur velle vt prius renuncietur beneficio dictæ legis) reum exhibiciter, vt ſit ſecurus cum primum accuſator, id quod ſua intereſt vſus obtinuit fideiuſſorem etiam teneri reum exhibere in cauſa que ſub certa quadam & definita pœna pecuniaria. an coporali? ptum, Clarus *dict. quæſt. 46.* Poteſt iudex præter fideiuſſores cautionem exigere de accuſatore non offendendo, Clarus *ibid. q. 14*

ſ Cui hæc pœna applicatur? Fiſco: & ita conſuetudine obſeruatur.

t Fideiuſſor dolo reum non exhibens, extra ordinem punitur.

† Vide Guid. Pap *deciſ. 278. l. 13 ff. ad l. Aquil.*

u Quam inferri oporteat, *vulg.* quæ inferri debuit, *Haloand.*

SI *a* confeſſus *b* fuerit reus, donec *c* de eo pronuntietur, in vincula publica conijciendus eſt.

De elogiis.

6. *Martianus* "lib. 2. de publicis iudiciis."

DIuus Hadrianus Iulio Secundo ita reſcripſit: Et aliàs reſcriptum eſt, non eſſe vtique epiſtolis eorum *d* credendum, qui quaſi damnatos ad præſidem remiſerint. Idem de Irenarchis *e* præceptum eſt: quia non omnes ex fide bona elogia *f* ſcribere compertum eſt.

¶ Sed & caput mandatorum exſtat, quo Diuus Pius cùm prouinciæ Aſiæ præerat, ſub edicto propoſuit, vt Irenarchæ *g* cùm adprehẽderint *h* latrones, interrogẽt eos de *i* ſociis & receptatoribus, & interrogationes *k* literis incluſas atque obſignatas ad cognitionem magiſtratus mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt *l*, etſi per litteras miſſi fuerint, vel etiam per Irenarchas perducti. Sic & Diuus Pius & alij principes reſcripſerunt, vt etiam de his qui requirendi annotati *m* ſunt, non quaſi pro damnatis, ſed quaſi re integra quæratur, ſi quis erit qui eum arguat *n*. Et ideò cùm quis ἀνάκρισιν *o*, i. *quæſtionem, ſeu inquiſitionẽ* faceret, iuberi oportet venire *p* Irenarchen, & quod ſcripſerit exequi *q* & ſi diligenter ac fideliter hoc fecerit, conlaudandum eum. ſi parum prudenter *r*, non *ſ* exquiſitis argumentis, ſimpliciter denotare, *Irenarchen minus retuliſſe*. ſed ſi quid malignè *t* interrogaſſe, aut non dicta retuliſſe pro dictis eum compererit, vt vindicet *u* in exemplum, ne quid & aliud poſtea tale facere moliatur.

De reo in prouinciam in qua deliquit remittendo.

7. *Macer* "lib. 2. de officio præſidis."

SOlent *x* præſides prouinciarum, in quibus delictum eſt, ſcribere *y* ad collegas *z* ſuos, vbi factores *a* agere dicũtur, & deſiderare vt cum proſecutoribus *b* ad ſe remittantur. & id quoq; quibuſdam reſcriptis declaratur.

De præpoſito carceri.

8. *Paulus* "lib. ſingulari de pœnis militum."

CArceri *c* præpoſitus *d* ſi pretio corruptus *e*, ſine vinculis agere cuſtodiam *f*, vel ferrum venenúmve in carcerem inferri paſſus eſt *g*, officio iudicis puniendus eſt *h*: ſi neſcit, ob negligentiam *i* remouendus eſt officio.

De militibus.

9. *Venuleius* *Saturninus* libro 1. de officio Proconſulis.

DE militibus *a* ita ſeruatur, vt ad eum remittantur, ſi quid deliquerint, ſub *b* quo militabunt. is autem qui exercitium accipit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos *c* habet.

De cuſtodiis ſine cauſa non dimittendis, & ſolutis vinciendis.

10 *Idem* lib. 2. de officio Proconſulis.

NE quis *d* receptam cuſtodiam ſine cauſa demittat, *e* mandatis ita cauetur *f*. Si quos ex his qui in ciuitatibus ſunt, celeriter & ſine cauſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris *g*, vinciri iubebis, & his qui ſoluerint, multam dices. nam cum ſcierint ſibi quoque moleſtiæ futurum magiſtratus, ſi facilè ſoluerint vinctos, non indifferenter de cætero facient.

De homine alterius prouinciæ, & de elogio.

11. *Celſus* "lib. 37. Digeſtorum."

NOn eſt dubium quin cuiuſcumque *h* eſt prouinciæ homo qui ex cuſtodia producitur, cognoſcere debeat is, qui ei prouinciæ præeſt, in *i* qua *k* prouincia agitur. 1 ¶ Illud à quibuſdam obſeruari ſolet, vt cum cognouit, & conſtituit *l*, remittat *m* illum cum elogio ad eum qui prouinciæ præeſt, vnde is homo eſt; quod ex cauſa faciendum eſt.

De cuſtodiis amiſſis.

12. *Calliſtratus* "lib. 5. de Cognitionibus."

MIlites *n* ſi amiſerint cuſtodias, ipſi in periculum deducuntur. Nam Diuus Hadrianus Statilio Secundo legato reſcripſit, quotiens cuſtodia militibus euaſerit, exquiri oportere, vtrum nimia negligentia militum euaſerit, an caſu: & vtrũ vnus ex pluribus, an vnà plures. & ita demum afficiendos ſupplicio milites, quibus cuſtodiæ euaſerint, ſi *o* culpa eorum nimia deprehẽdatur; alioquin pro modo culpæ in eos ſtatuendum.

¶ Saluio quoque Legato Aquitaniæ idem princeps ſcripſit, in eum qui cuſtodiam dimiſit, aut ita ſciens habuit, vt poſſit cuſtodia euadere; animaduertendum. ſi tamen per vinum *p*, aut deſidiam cuſtodis id euenerit, caſtigandum eum, & in deteriorem *q* militiam dare *r*, ſi veró fortuitò amiſerit, nihil *ſ* in eum ſtatuendum.

1 ¶ Si Paganos *t* euaſerit cuſtodia *u*, idem puto exquirendum, quod circa militum perſonas explorandum retuli.

De his qui conſpirauerunt, vt ruptis vinculis, & effracto carcere euaderent, & de his qui eos detexerunt.

13. *Idem* "lib. 6. de Cognitionibus."

IN eos, qui cùm recepti eſſent in carcerem, conſpirauerint, vt ruptis *x* vinculis & effracto carcere euadant, amplius *y* quàm cauſa, ex qua recepti ſunt, repoſcit, conſtituendum eſt. quamuis innocentes inueniãtur ex eo crimine, propter quod impacti ſunt in carcerem, tamen puniendi ſunt. Eos verò *z* qui conſpirationem eorum detexerint *z*, releuandos.

De tyrone 1. De numero eorum qui cuſtodiuntur. De cuſtodia amiſſa. 3. Vel mortua. De cuſtodia amiſſa. 7. De fugitiuo.

14. *Herennius* a *Modeſtinus* "lib. 4. de Pœnis."

…it, puta innoxiæ & inculpatæ tutelæ? quid ſi perire volens confeſſus …t confeſſionem audiendus, *adde caſum l. 6. ℑ. eo.* non idem eſt ſi reus ſe …quid dicat, dum non agetur de ipſa principali cauſa, & quum eſſet mi… …ente curatore: *Clarus ibid.* d Denuntiatoribus non eſt ita credendum, …denuntiatione reus condemnetur: quamuis ex eorum denuntiatione ad …procedi poſſit, vt facta inquiſitione reus vel condemnetur, vel abſol… …iam colligunt, neminem ex ſola confeſſione facta coram primo iudice …oſſe à iudice ad quem appellatum eſt: ſed eo caſu nouam rei confeſ… e Irenarchas hodie referunt ac repræſentant præpoſiti Mareſcal… …allos, de quibus ℑ. *eod.* f Galli. *Informations, interrogations & procés,* …*l. 14 in pr. ſ. de liberis & poſthumis.* g *l. 18. §. 17. ℑ. de munerib.* Irenarchæ olim …abantur periculo decurionum, ex diſpoſitione præſidum, *v. l. 1. C. de Irenarchis.* Irenarchæ munus apud Romanos fuit reos adprehendere, interrogare, cum elogio magiſtratus mittere. Præpoſitis Mareſcallorum apud Gallos plura licent: Poſſunt …im ex edicto Franciſci Regis primi, emanſores, apolidas & cœcos, id eſt, carentes …micilio & lare, laſciulentes graſſatores, mulierum ſtupratores, pœna capitali ab…e prouocatione afficere, qua de re latius dicam *ad Nouell.* 80. i *l. 10. C. de feriis.* Formam tranſmittendi elogij obſerua. l vide quæ notaui ad principium huius …gis. m Adnotat requirendum iudicem, qui decernit vt reus requiratur, l 4. §. 5. …ℑ. *de re militari.* n Hic locus admonet ita legendum eſſe videri apud Tertul…num ad Scapulam, ex adnotatione, vel elogiis, nemo ſine accuſatore condemnan…s eſt. *adde l. 1. ℑ. de requirendis reis.* o Ἀνάκρισις quid ſit *v. Nouell. 142. c. 2. Act.* …*verſ. 26. 27.* malè Alciatus repoſuerat, διαγραφὴν *2. prætermiſſ.* p Nota mino… iudices à maioribus perſonaliter ſiſti poſſe, cogique actus ſui, & iudicij rationem …dere. q Id eſt, probare: huc pertinet quod Papo refert. 4. *Arreſt. 5. n. 5.* Iudices ad …ificandam ſententiam capitalem à ſe latam etiam poſt executionem admitti. …Non malignè. *vt ℑ. eod.* ſ Prudenter facit, qui exquiſitis argumentis, rem …amque aggreditur. t Aliud ſi parum prudenter, *vt ſ. eod.* …Qua pœna, vtique arbitraria *Papo d. loco n. 5. 6. 7.* x *Nouell. 17. c. 14.* …Iudices delicti commiſſi collegas (in quorum iuriſdictione ſeu territorio aucto…s maleficiorum degunt) rogare ſolent, vt eos ad ſe remittant, *v. Nouell. 134. c. 5. &* …*§. 1. ſ. de re iudicata.* z Id eſt, ad præſides aliarum prouinciarum. …Id eſt, criminum auctores. b Proſecutores eorum, *adde l. 7. in fi. C. de defenſorib.* …*ciuium.* ſic dicuntur auri proſecutores, *l. 1. C. de auri proſecutoribus:* equorum, *l. 1. C.* …*ſtatoriis,* publicarum functionum, *l. 9. C. de curſu publico,* frumentorum, *Caſſiod. 4.* …ſecutorum etiam meminit lex 12. *C. Theodoſ. de ſuſceptoribus.* …6. *Harmenopulus* 14. qui & clauicularius à Græcis ad hanc legem. …Carceri præpoſitus qui & commentarienſis, *v. l. C. eod.* Idem dicendum eſt in cu… …e arcis. *Boſſius tit. de carcere 4. num* 10. idem in milite, rei ſiue accuſati cuſtode, …*ℑ. eod.* idem in magiſtratu l. 10. ℑ. *eod.* …Et conuictus ſcilicet. f Quid ſi cuſtodiam effugit: ea fuga cuſtodis dolo, an ne…gentiæ imputatur? interdum dolo, interdum negligentiæ. g Quibus cuſtoditus …tem ſibi conſciuerit: Eo caſu quid dicendum? Commentarienſis culpa id accidiſ… …præſumptio eſt, qua præſumptione niſi ſe liberet, puniendus eſt, l. 14. §. 3. ℑ. *eod.* …*de Boſſium ibid. num. 7.* …Pœna capitali, ſi crimen erat capitale, l. 24. §. 8. ſ. *eod.* ſin minus, eadem qua cu…ſtoditus fuiſſet punitus, l. 4. *C. eod. Boſſius ibid. n. 10. adde Act. 16. num. 6. Clarum* 5. …*§. vlt. q. 68. verſ. cuſtos carcerum.* …Non nimiam ſcilicet, non propriam. ſed ſubſtituti: tunc enim corporaliter non …nitur. *Clarus ibid.* negligens non fuit, ſi ſciens paſſus eſt ferrum aut venenum …illa enim pati, doli præſumpti manifeſta ſpecies eſt.

…verisimile eſt id genus calceamenti commune omnium qui in caſtris verſarentur. vnde à Dione ςρατιωτικὸν ὑπόδημα appellatur, niſi fortè dicamus quandam in eo fuiſſe differentiam gregariorum & clauiariorum militum: clauis enim non modò æreis, ſed argenteis & aureis caligæ figebantur: quod in exercitu Antiochi fuit, etiã apud gregarios, 9 *Valer.* 1. *Iuſtin.* 38. Hinc caligares claui, 22. *Plin.* 22. & 34. *cap.* 14. *Soſipater* 1. *Inſt. Grammat.* 16. *Iſid.* 26. eóque pertinere Iuuenalis 3. *verſ.* 248. Iſte verſus creditur, & in digito clauus mihi militis hæret. Ab vrbe aurẽ in caſtra tranſiiſſe auratorum clauorum luxuriam credibile eſt. Nam & vrbana calceamenta eiuſmodi clauis ſuffigi ſolita. 33. *Plin.* 3. *Feſtus* 19. *Iſid. vlt.* Eundem luxum in Græcia ex eo vlguiſſe apparet, quod Agnonem Teium Alexandri Magni præfectũ aureis clauis crepidas ſuffigere ſolitum Plinius ſcribat 33, c. 33. d Magiſtratus municipalis ſcil. ℑ. *eo.* e Dimittat. *Vul. Hal.* f Nota principem hic alioqui proconſulem, vt colligitur ex hoc verbo & epigraphe huius legis, *cui adde l. 6. ſ. de off. proconſ.* g Forum ſortimur ratione delicti. h i. vel vbi admiſſum delictum, vel vnde eſt reus.

i Ratione delicti, etiam in extraneos homines ius dici poteſt, *v. l. 7. §. pen. & vlt. ſ. de accuſ. adde l. 3. ſ. de off. præſid.* k i. conſtitit, *v. l. 39. ſ. de excuſ. tut.* l *v. quæ ſcripſi ad l. 9. ſ. eo.* m i. interdũ damnati, ad iudicẽ domicilij ſui cum elogio remittuntur condẽnandi. n *v. l. 8. ſ. eo. adde l. 14. ℑ. eo.* d Culpa nimia interdũ punitur capitaliter. p Ebrietas an excuſet, *v. quæ ſcripſi ad l. vnic. C. ſi quis Imperatori maledixerit.* q Militiæ mutatio fiebat, quoties is qui equo meruerat, expeditũ numero iubebatur eſſe: & qui pedes fuerit, in funditorum auxilia tranſcribebatur. 2. *Valer.* 2. *Ammian. Marcel.* 29. equites quartæ ſagittariorũ cohortis, qui ad rebellionem defecerãt, vt ſe contentũ de ſupplicio leuiori monſtraret omnes contruſit ad infimum militiæ gradum. Qui in pace vel acie deſeruit, eques gradu pellendus eſt, pedes militiam mutat, *l. 5. ℑ. de re milit.* & id quidem eſt militari gradu deijci, *l. 3. §. 5.* pelli, *§. 9. ℑ. de re milit.* in deteriorem militiam dari, *vt hic & l. 4. §. 11. l. 13. in fi. ℑ. de re milit. v. Pet. Fab.* 1. *Semeſt.* 12. de degradatione, *v. Nou.* 73. *c.* 21. *§.* 1. De degradatis Epiſcopi *. Nou.* 42. r Dari *Hal.* ſ Caſus fortuitus non punitur, *l. 6. C. de act. pign.*

t Si paganus euaſerit cuſtodiam, *Hal.* ſi pagani euaſerit cuſtodiam. *Valg.* & rectè. u i. is quo cuſtodiebatur. x 60. *Syn. Baſil.* 35. *c.* 14. 6 *Harm.* 14. y i. pœna etiam capitalis conſtituta eſt, *l. 1. ſ. de effractor. l. 38. §. 11. ℑ. de pœnis: l. 13. §. 5. ℑ. de re milit.* z Sceleris conſcio, ſcelus detegenti, ignoſcitur: quod etiam in crimine maieſtatis, *l. 5. in fi. C. ad l. Iul. maieſtatis.* & ambitus locum habet, *l. 3. §. 2. de ambitu.* atqui pœnitenti & reſtituenti non ignoſcitur *v. l. vlt. ſ. vi bonor. rapt.* dic in caſib. à lege exceptis detegenti ignoſci. & ita hanc legem intellige. a Terentius Clemens, *Hal.*

a Remittendi milites rei ad Tribunos ſuos, *vt hic.* & vt ſtudioſi ad Rectorem Academiæ. Authentica *habita, C. ne filius pro patre.*
b *l. 4. §. 5. 6. ℑ. de re milit. l. vlt. ſ. tit. prox. ad Centur. Iuuenal.* 16. *verſ.* 16. & 17.
c Caligati milites, viliores. *l. 2. ſ. de his qui notantur. l. 6. §. 5. ℑ. de re militari. l. 21. C. de nuptiis. Nouell.* 74. *cap.* 3. *in fin.* Hinc caligata militia. *l. 10. ſ. de excuſat. tutor. Suetonius Auguſto c. 25. in fi.* murales coronas quàm parciſsimè, & ſine ambitione etiam caligatis tribuit. Idem *Vitellio.* Tota via caligatorum militum obulos exoſculans. A caliga autem caligati dicti, infimi ordinis militum calceamento vnde cognomen Caligulæ datum. *Tacit.* 1. *Dion.* 57. Auſonius quòd in caſtris genitus & educatus ad conciliianda vulgi ſtudia eo tegmine pedum vteretur. Sic Vẽtidium Baſſium iuuentam inopem in caliga militari toleraſſe 7. *Plin.* 43. & ſic à caliga Marium ad Conſulatum perductum, *Senec.* 5. *de benef.* 16. Nec tamẽ gregarios ſolum, ſed & ipſos centuriones, ducéſque caligatos fuiſſe indicio eſt, ex 7. *Ioſephi de bello Iudaico* 3. ac proinde

NOn eſt facilè tyroni a cuſtodia b credenda. nam ea prodita c, is culpæ reus eſt, qui eam ei cõmiſit. 1 ¶ Nec vni, ſed duobus cuſtodia committenda eſt. 2 ¶ Qui ſi negligentia amiſerint, pro modo culpæ vel caſtigantur, vel militiam mutant d. Quod ſi leuis perſona cuſtodiæ fuit, caſtigati reſtituuntur. Nam ſi miſeratione e cuſtodiam quis miſerit, militiam mutat. fraudulenter autem ſi fuerit verſatus in dimittenda cuſtodia, vel capite f punitur, vel in extremum g gradum militiæ, datur. Interdum venia datur. nam cùm cuſtodia cum altero cuſtode ſimul fugiſſet, alteri h venia data eſt. 3 ¶ Sed ſi ſe cuſtodia interfecerit, Vel præcipitauerit, militi culpæ adſcribitur, i. caſtigabitur. 4 ¶ Quod ſi ipſe cuſtos cuſtodiam i interfecerit, homicidij k reus eſt. 5 ¶ Ergo ſi caſus cuſtodia defuncta l dicatur, teſtationibus id probandum eſt, & ſic venia dabitur. 6 ¶ Solet præterea, amiſſa culpa cuſtodia, ſi tamen interſit eam adprehendi, tempus, cauſa cognita, militi dari ad eam requirendam, applicito ei alio milite. 7 ¶ Quod ſi fugitiuum m domino reddendum prodiderit n, ſi facultates habeat domino pretium reddere iuberi Saturninus probat.

AD o LEGEM IVLIAM p maieſtatis q.

TIT. IV.

Hoc crimen eſſe ſacrilegio proximum. 1. Definitio huius criminis. Quibus ex cauſis hac lege quis tenetur.

1. *Vlpianus* "lib. 7 de Officio Proconſulis."

PRoximum r ſacrilegio ſ crimen eſt, quod maieſtatis dicitur. 1. ¶ Maieſtatis autem crimen illud eſt, quod aduerſus populum Romanum, vel aduerſus t ſecuritatem u eius committitur. quo tenetur is, cuius opera dolo malo conſilium initum erit, quo obſides x iniuſſu principis interciderent y: quo armati homines cum telis lapidibúſve in vrbe ſint, conueniántve aduerſus rempub. locàve occupentur, vel templa z, quòve cœtus a conuentúſve fiat, hominèſve ad ſeditionem b conuocentur. cuiuſve opera, conſilio dolo malo conſilium initum erit, quo quis magiſtratus c populi Romani, quíve imperium poteſtatemve habet, occidatur: quòve quis contra d rempub. arma ferat: quíve hoſtibus populi Romani nuntium e, literaſve f miſerit, ſignumve g dederit, feceritve dolo malo quo hoſtes populi Romani conſilio h iuuentur i aduerſus rempubl. quíve milites ſollicitauerit k, concitaueritve, quò ſeditio l, tumultuſve m aduerſus rempublicam fiat.

2. *Idem.* "lib. 8. Diſputationum."

QVive de prouincia cum n ei ſucceſſum eſſet, non diſceſſit: aut qui exercitum deſeruit o, vel p priuatus ad hoſtes perfugit q: quíve ſciens falſum conſcripſit, vel recitauerit in tabulis r publicis: nam & hoc capite primo ſ lege maieſtatis enumeratur.

3. *Marcianus* "lib. 14. Inſtitutionum.

LEx duodecim tabularum iubet eum qui hoſtem cõcitauerit a, quíve ciuem hoſti tradiderit b, capite c puniri. ¶ Lex autem Iulia maieſtatis præcipit eum: qui maieſtatem publicam læſerit, teneri: qualis eſt ille, qui in bellis d ceſſerit, aut e arcem tenuerit, aut caſtra conceſſerit. ¶ Eadem lege tenetur, & qui iniuſſu principis bellum geſſerit, dilectùmve f habuerit, exercitum comparauerit. quíve, cùm ei in prouincia ſucceſſum eſſet, exercitum ſucceſſoris non g tradidit: quíve imperium h exercitum vepopuli Romani deſeruerit, quíve priuatus pro i poteſtate migiſtratùve quid ſciens dolo malo geſſerit, quíve quid eorũ, quæ ſupra ſcripta ſunt, facere curauerit.

4 *Scæuola* "lib.4. Regularum."

CViuſque dolo malo iureiurando k quis adactus eſt, quo aduerſus rempublicam faciat, cuiuſve dolo malo exercitus populi Romani in l inſidias deductus, hoſtibùſque proditus erit: factùmve dolo malo cuius dicitur, quominus hoſtes in poteſtate m populi Romani veniant, cuiuſve opera n dolo malo hoſtes populi Romani commeatu o, armis, telis, quis, pecunia, aliàve qua re p adiuti erunt. vtve ex amicis hoſtes populi Romani fiant, cuiùſve dolo malo factum erit, quo rex exteræ nationis populo Romano minus obtemperet. cuiùſve opera dolo malo factum erit, quo magis obſides q, pecunia, iumenta hoſtibus populi Romani dentur aduerſus rempublicam. ¶ Item qui confeſſum r in iudicio reum, & propter ſ hoc in vincula coniectum emiſerit. 1 ¶ Hoc crimine liberatus eſt à ſenatu, qui ſtatuas Imperatoris reprobatas t conflauerit.

5. *Marcianus* "lib. 5. Regularum."

NOn contrahit crimen maieſtatis, qui ſtatuas u Cæſaris vetuſtate corruptas reficit x. 1 ¶ Nec qui lapide iactato incertò fortuitò y ſtatuam attigerit, crimen maieſtatis commiſit. & ita Seuerus & Antoninus Iulio Caſſiano reſcripſerunt. 2 ¶ Iidem Pontio reſcripſerunt, non videri contra maieſtatem fieri ob imagines Cæſaris nondum conſecratas z.

6. *Venuleius" Saturninus* lib. 2. de Iudiciis publicis."

QVi ſtatuas aut imagines Imperatoris iam conſecratas a conflauerint, aliudve quid ſimile admiſerint b, lege Iulia maieſtatis tenentur c.

Qui accuſare poſſunt. 3. De officio iudicis.

4. De militibus.

7. *Modeſtinus* "lib. 12. Pandectarum."

FAmoſi qui ius accuſandi non habent d ſine vlla dubitatione admittuntur ad hanc accuſationem.

1 ¶ Sed & milites, qui cauſas alias e defendere f non poſſunt. nam qui pro pace excubant, magis "magíſque" ad hanc accuſationem admittendi ſunt.

2 ¶ Serui quoque deferentes audiuntur g, & quidem

---

a 3. nondum in numeros relato, *l. 42. ſ. de teſt. milit.* b *l. 12. ſ. ſ. 3. ſ. de muneri b.* b vel ſeu accuſati. c perdita, *Halo.* prodita, vt ſi pecuniam acceperit, *v. Paul. 3. ſent. 31. §. 1.* d militi. *l. 11. in ſi. pr. ſ. eod.* e Miſericordia qui intempeſtiuè vtitur, interdũ punitur, *l. 7. §. 7. ſ. de dolo, l. 5. ſ. de ſeruo corrupto: adde l. 7. §. 7. ſ. ad legem Aquiliam l. 7. ſ. depoſiti. l. vl. in ſi. ſ. de leg. Aquil.* f *Paul. ibid.* g *v. d. l. 12.* h *v. d. l. 12.* i eum quem cuſtodit. k velut homicida punitur. l *v. Boſſium tit. de carcere num. 7.* m *v. l. 1. §. 2. ſ. de fugit.* n perdiderit. o *9. C. 8. adde tit. C. ſi quis Imperatori maledixerit, & 9. Cod. Theod. 25. 6. Paul. 5 ſent 29. §. 3. Inſtit. de publ. iudic. adde & 60. Ecl. 36.* p ad crimen maieſtatis referenda eſt lex xij. Tabul. *de quo v. l. 3. ſ. eod.* referendæ ſunt quoq; aliæ tribunitiæ, Apuleia ſc. *Cic. 2. de Oratore duobus locis,* Varia & Papia, *Cic. 17. ad Attic. 16.* quin & illæ conſulares, Cornelia ſc. à Lucio Sylla lata: *Ammian. 19.* & Iulia a Iulio Cæſare primùm cõſule lata, cuius hic fit mentio. eandem legem perſecuti ſunt reliqui Imperatores, *de quibus v. Paul. Manutium in lib. de legib. Romanorũ Tacitum 1. Annalium.* q Maieſtas eſt amplitudo & magnitudo rei cuiuſcunque. Hinc maieſtas dicitur à Liuio: orationis à Cicerone 2. *ad Herennium,* populi *ab eodem in partitionib.* Iudicum ſenatus, *Plin. 8. Epiſt. 6.* Conſulis, *Cic in Piſonem,* Prætoris ſeu Imperij, *l. pen. ſ. de iuſtitia, l. 9. ſ. de iuriſd.* Imperatorum, imperatoria. *Inſt in procemio,* publica *l. 3. ſ. eo.* Dei, *l. 32. §. 1. ſ. ad l. Iul. de ambitu.* ſimpliciter verò vſurpata hæc dictio principum maieſtatem ſignificat, *vt hic & apud Ammian. 19.* Hinc maieſtatis crimen actio, iudicium, quod Græci ἔγκλημα τῆς καθοσιώσεως dicunt. Nihil enim non ſibi arrogarunt Imperatores, qui non contenti maieſtatis appellatione, æternitatis ſibi adrogauerunt, *l. 3. C. Th. de Fabricenſib.* ſuum etiam comitatum Sacrarium appellarum, *l. vlt. §. 12. ſ. de munerib.* r Lex maieſtatis ſimilis eſt legi de ſacrilegio, *60. Synopſ. 36. c. 1.* ſ i. ei crimini, quo diuina maieſtas pulſatur. t Maieſtatis crimẽ is incurrit, qui aliquid molitur, κατὰ βασιλέως, ἢ πόλεως, *Theoph. §. 3 inſt. de publicis iudiciis,* vel vt ait, *Eclog* κατὰ τῆς βασιλείας πολιτείας, ϛρατοῦ, ἀρχόντων aduerſus Imperatorem vel rempublicam vel exercitum vel eius duces, *5. ſent. 26. §. 1.* cæterùm ἀρχόντων vocabulo quid intelligatur, *dicam ſ. ad l. 1.* u Tranquillitatem: σωτηρίαν vocat Harmenopulus. x Dati Romanis, *adde l. 4. in ſi pr. ſ. eo.* y i. euaderent. z *l. 2. ſ. de collegijs.* a *l. 5. ſ. ad l. Iul. de vi publ.* de cœtibus nocturnis, *v. Portium Latronem, & Liuium 29.* b *l. 1. l. 2. C. de ſeditioſis, v. Tacitũ 2. Annalium.* c Illuſtres viri qui conſilio & conſiſtorio Imperatoris interſunt. item ſenatores, *l. 5. C. eo.* Harmenopulus addit ϛρατιώτας *6. tit. 6.* Hos omnes *Ecl.* ἀρχόντων vocabulo complectitur. Si ita eſt conſtat crimen maieſtatis committi etiam aduerſus eos principes, eáſve reſpublicas quæ ſuperiorem recognoſcunt. Qua de re *v. quæ dicam ad l. 5. C. eo.* d *l. 4. ſ. eo. Paul. 5. ſent. 29. §. 1. Senec. 5. controu. 10.* Non ager mecum Reipublicæ læſæ, ſi Athenienſem ſenatorem occidero, ſed cædis. e Nuntium literáſve hoſti mitere vel ſignum dare aduerſus Rempublicam, maieſtatis crimen eſt. f *60. Eclog. 36.* g Signum hoſti dediſſe aduerſus Rempubl læſæ maieſtatis crimen eſt. h *l. 38. §. 1. ſ. de pœnis: l. 6. §. 4. ſ. de re militari.* Conſilium hoſti aduerſus Rempublicã dare, maieſtatis crimen eſt. i Iuuentur. k Aliud ſollicitare & concitare. l *Paul. 5 ſent. 22. §. 1.* m Seditionis & tumultus differentia. n *l. 3. in ſi. ſ. eo. v. l. vn. §. 1. C. 1. omnes iudices,* cum ei ſucceſſor miſſus eſt. o Deſertor exercitus, dux ſc. maieſtatis crimine tenetur. p Maieſtatis tenetur etiã priuatus priuatus qui ad hoſtẽ perfugit: Nam de eo minus dubitatur in duce & præfecto. q *l. 3. ſ. eo. 60. Ecl. 36. ex tit. 51. c. 34. l. 5. §. 1. ſ. de c. min.* r Puto idẽ fuiſſe cõſtitutum in eos qui tabulariũ incenderunt, *Cicero pro Rabirio perduellionis reo.* An de pe-

Xenoph 7. rerum Græcarũ. Cic. 1. de inuentione. Probus in vita Epaminondæ. h Imperatorem. *Paul. d. loco.* i qui illicitis inſignib. vtitur, *l. 27. in ſi. ſ. 5 ſent. 25. §. 11.* qui nũmos ſua imagine percutit, quo nomine capite plexus Perennis Prætorianorum Commodi præfectus, *Herodia. 1.* K *l. 5. C. eo.* Græci exprimunt *60. Baſil. 36. c. 4. Nicephor. Gregor. 9.* συνωμοσίαν κατὰ τῆς ... πυρκοσκευάσαι γενέσθαι. & Canon. 18. *Chalcedon.* τὸ τῆς συνωμοσίας ἔγκλημα *v. Cuiac. 16. obſ. 10.* l *Paul. 5. ſent. 29. §. 1.* m Poteſtatem: n ... *adde l. 1. ſ. eo.* o *adde l. 1 & 2. C. quæ res exportari.* Hoſtem his quatuor ... licet, commeatu, armis, telis, equis *adde* conſiliis, *l. 3. ſ. eo.* nauibus, ... p putà, nauibus, *60. Ecl. 36. ex lib. 51. c. 52. adde Nou. Leon. 63.* q ... *obſides, ſ. eo.* r *puto legendum* confeſſum in hoc iudicio reum & propter hoc ... la cõiectũ emiſerit, vt maieſtatis teneatur, qui cõfeſſũ in hoc iudicio ... propter hoc in vincula coniectum emiſerit: non qui ſimpliciter in vincula ... Cur? dixi ad ad *l. 5. ſ. de cuſt.* t i. ſine permiſſu Imperatoris facta, *v. l. pen. ...* *ſtat. v. quæ not. ad l. 7. in ſi. ſ. eo.* u *v. l. in ſi. ſ. de ſepulchro.* x *facit. l. 7. ſ. ...* y *facit lex 4. ſ. de iniur.* z *Tacit. 1. Annal.* Falanio obiiciebat accuſator ... ditis hortis, ſtatuam Auguſti ſimul mãcipaſſet: quod vbi Tiberio innotuit ... ſulibus contra religionẽ non fieri, quod eius effigies, vt & alia numinum ... venditionib. domuũ & hortorum accederẽt, *facit. l. 24. ſ. de contrah. empt.* a ... re ſtatuas Principũ ſuorum, veteres ſolebant. b in eas ſc. c Caſſiodorus Theodoricum regem ſic ſcribentẽ facit: Monetæ debet integritas quæri, vbi ... noſter imprimitur. Quod nam erit tutum, ſi in noſtra peccetur effigie? ſi ... ad formam noſtræ ſerenitatis adducitur: Claritas regia nihil admittit ... Eodem modo qui monetam vultu principis ſignatã conflaſſet, l. Cornelia ... *v. Cuiac. 19. obſ. 25.* d *l. 4. l. 8. ſ. de accuſ.* e Alias cauſas defẽdere quid? ... *Cuiac. 5. obſ. 35.* ex contrario alienũ pro alio ſumitur, *dixi ad l. 3. ſ. de ...* ferre. P. *Faber apud Cuiac. c. 28. de præſer.* Græci χινεῖν. g *l. vlt. C. eo. l. 53. ...* *C. qui accuſare* Cur ita? in maieſtatis crimine etiã ſeruis honeſta proditio eſt ... facinus tẽdit in dominos, *l. 2. in ſi. C. Th. Ne præter crimẽ maieſtatis ſeruus ... patronũ libertus, &c.* vel in dominũ dominorũ. cui ſimile eſt illud Hieron. ... delis qui crudeles iugulat, *c. Nõ eſt crudelis,* qui malos percutit miniſter eſt ... *malos.* Iudex nõ eſt auctor ſceleris homines vinciendo: *c. Iudex,* homicidas ... effuſio eſt ſanguinis, ſed legum miniſterium, *c. homicidas. 23. q. 5. & Caſſiod.* ... amore pudicitiæ porrigere ferrũ maritis, nõ eſt leges calcare, ſed cõdere ... *epiſc.* Puto quoq; hoc caſu cuiq. poteſtatẽ fieri rei reprehendẽdi, *Tertullian.* In reos maieſtatis, inquit, omnis homo miles eſt, an & occidẽdi, vt ... probare ſufficiat, Boſſius ait. *tit. de crim. Maieſt. c. 119.* Clarus negat, niſi ... cipis accedat, *5 ſent. §. læſæ maieſt. 11. v. hinc infertur,* quod meo iudicio ... num eſt. hoc interim concedo, ſeditioſi appellationi deferendum non eſt ... Iudex reum prius punire debet, deinde ſcribere, *l. 6. §. 9. ſ. de iniuſto.*

a 1

dominos

dominos ſuos, & liberti patronos *a*.

3 ¶ Hoc tamen crimen à iudicibus non in occaſionem *b* ob principalis maieſtatis venerationem habendum eſt, ſed in veritate. nam & perſonam ſpectandam eſſe, an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitauerit, & an ſanæ *c* mentis fuerit, *nec lubricum* d *linguæ ad pœnam facilè trahendum eſt*. quamquam enim temerarij digni pœna ſint, tamen vt inſanis illis parcendum eſt, ſi non tale ſit delictum, quod vel ex ſcriptura legis deſcendit. vel ad exemplum legis vindicandum eſt.

4 ¶ Crimen maieſtatis facto, vel *e* violatis *f* ſtatuis, vel imaginibus, maximè exacerbatur in milites *g*.

De muliere.

8. *Papinianus* ‖lib. 13. Reſponſorum.‖

IN quæſtionibus *h* læſæ *i* maieſtatis etiam mulieres audiuntur. coniurationem denique Sergij Catilinæ [Iulia] *k* mulier detexit, & Marcum Tullium conſulem iudicium *l* eius inſtruxit.

De bonis libertorum damnatorum.

9. *Hermogenianus* "lib.5.Iuris Epitomarum."

EOrum qui maieſtatis crimine damnati ſunt, libertorum *m* bona liberis damnatorum conſeruari, Diuus Seuerus decreuit: & tunc demum fiſco vindicari, ſi nemo damnati liberorum exiſtat.

De prouincia vel ciuitate hoſtibus prodita.

10. *Idem* "lib.6.Iuris Epitomarum."

MAieſtatis crimine accuſari poteſt, cuius ope *n*, conſilio, dolo malo, prouincia vel ciuitas hoſtibus prodita eſt.

De morte rei, de bonis damnati. De perduellione.

11. *Vlpianus* "lib.8. Diſputationum."

IS qui in reatu *o* decedit, integri ſtatus decedit extinguitur *p* enim crimen mortalitate: niſi fortè quis maieſtatis reus fuit. nam hoc crimine, niſi à *q* ſucceſſoribus purgetur, hæreditas fiſco vindicatur *r*.

¶ Planè non *ſ* quiſquis legis Iuliæ maieſtatis reus eſt, in eadem conditione eſt: ſed qui *t* perduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus Rempublicam vel principem *u* animatus. cæterùm ſi quis ex alia cauſa legis Iuliæ maieſtatis reus ſit, morte crimine liberatur.

AD LEGEM IVLIAM *x* DE ADVLTERIIS *y* COËRCENDIS *z*.

TIT. V.

De legiſlatore.

1. *Vlpianus* "lib. 1. de Adulteriis."

HÆC lex lata eſt à Diuo Auguſto *a* *De muliere quæ ante denuntiationem nupſit. 1. De marito qui accuſauit & deſtitit. 2. De lenocinio mariti 3. De eo qui patitur vxorem ſuam delinquere. 4. De lenocinio mariti. 5. Qui præferatur accuſatione.*

2. *Idem* "lib.8. Diſputationum."

EX lege Iulia *b* ſeruatur vt cui neceſſe eſt ab adultero incipere, quia mulier ante *c* denunciationẽ nupſit, non aliàs ad mulierem poſſit peruenire, niſi reum peregerit: peregiſſe autem non aliàs quis videtur, niſi & condemnauerit.

1 ¶ Marito iure *d* mariti accuſanti illa præſcriptio obiicitur, *Si legem prodiiſſe dicatur ob hoc, quod adgreſſus accuſationem adulterij deſtitit* e.

2 ¶ Lenocinij *f* quidem crimen *g*. lege Iulia de adulteris præſcriptum eſt, cùm ſit in eum maritum pœna *h* ſtatuta qui de adulterio vxoris ſuæ quid ceperit: item in eum, qui in adulterio deprehenſam retinuerit *i*.

3 ¶ Cæterùm qui patitur vxorem ſuam delinquere, matrimoniumque ſuum contemnit, quique contaminationi non indignatur, pœna adulterùm non infligitur.

4 ¶ Qui hoc dicit, lenocinio mariti *k* ſe feciſſe, releuare quidem vult crimen ſuum: ſed *l* non eſt huiuſmodi compenſatio admiſſa *m*. ideò ſi maritum velit reus adulterij lenocinij reum facere, ſemel delatus *n* non audietur. 5 ¶ Si publico iudicio maritus vxorem reã faciat, an lenocinij allegatio repellat maritum ab accuſatione? & putem non repellere, lenocinium igitur mariti ipſum onerat, non mulierem excuſat *o*. 6 ¶ Vnde quæri poteſt, an is qui de adulterio cognoſcit, ſtatuere in maritum ob lenocinium poſſit? Et puto poſſe *p*. Nam Claudius Gorgus *q* vir clariſſimus vxorem accuſans, cum detectus eſt *r*, vxorem in adulterio deprehenſam retinuiſſe, & ſine *ſ* accuſatore lenocinij damnatus eſt à Diuo Seuero. 7 ¶ Extraneus autem nequaquam lenocinium obiiciens, poſteaquàm reus factus eſt, ſe releuabit *t*, nec maritum pœnæ ſubiiciet. 8 ¶ Si ſimul *u* ad accuſationem veniant maritus & pater mulieris, quem præferri oporteat, quæritur? Et magis eſt, vt * maritus præferatur. nam & propenſiore ira & maiore dolore executurum eum accuſationem credendum eſt: in tantùm, vt etſi pater præuenerit, & libellos inſcriptionum depoſuerit, marito non negligente, nec retardante, ſed accuſationem parante, & probationibus inſtituente, atque muniente, vt facilius iudicantibus de adulterio probetur, idem erit dicendum. 9 ¶ Sed & quotiens alij, qui poſt *y* maritum & patrem accuſare poſſunt, ad accuſandum proſiliunt, lege expreſſum eſt, vt is cuius de ea re notio eſt, de iuſto *z* accuſatore conſtituat.

3. *Idem* "lib. 2. de Adulteriis."

NIſi igitur pater maritum infamem *a* aut arguat, aut doceat, colludeſe *b* magis cum vxore, quàm ex animo accuſare, poſtponetur marito.

De tempore intra quod accuſari debet. 2. De marito præuento ab extraneo.

4. *Idem* "lib.8. Diſputationum."

SI maritus præuenerit, accuſaréque inſtituerit, tempora *c* non cedunt patri, quia accuſationem inſtituere non poteſt: ſic tamen, vt quod *d* ad vnus occupet, vtrique tempora cedant: vbi verò maritus occupauit, reſidua tẽpora ei qui occupare non poteſt, non cedant.

¶ Quod & in eo dici poteſt, qui ab adultero vel adultera cœpit, nam aduerſus eum, aduerſus quem non cœpit, deſinunt ei tempora cedere. Hæc in maritis & patribus dicta ſunt, 1 ¶ Extraneis autem qui accuſare poſſunt, accuſandi facultas poſt maritum & patrem conceditur. nam poſt ſexaginta dies, quatuor menſes *e* extraneis dantur" &" ipſi vtiles.

---

a Et liberi parentes, Nou.15.c.3.§. Harmenop.6. & vxores maritos, Hom.ibid.
b nõ in occaſione, vulg. Haloand. in eſt, non obtentu adulationis alicuius, v. Paul.5.ſent. 29.§.2. ſic cuidam Falanium deferẽti quod inter cultores Auguſti quẽdã infamem adſciuiſſet, Tiberius reſpõdit, non ideo decretum patri ſuo cælũ, vt in perniciem ciuiũ is honor verteretur, & proinde huius loci ei ſententia hæc fuerit, iudices, nõ quodcũque factum alicuius aduerſus Principem ipſum, factum eſſe temere interpretari debẽt, nec ea ex re occaſionem captare debent diligentiæ, quaſi in factis aduerſus principem vindicandis diligentes & curioſi fuerint, non enim in iſtiuſmodi occaſione vel diligẽtia ſtudere debẽt placere Principi vel Reipublicæ. facit l.35.ſ.de vſuris, nõ omne dictum factumve aduerſus principis commodum, maieſtatis eſt crimen.

c v.l.2.C.qui bon.cedere. d l.vn.C.ſi quis Imperatori maledixerit. e Adde ex Paulo, ſed & verbis impiis maximè exacerbatur, Paul.5.ſent.29. quæ verba Tribonianus malè hic immutauit in ſtatuas violatas, cùm factum ſatis comprehendatur violatis ſtatuis. f Statuas Principis non violat qui reprobatas conſtat. l.4. in fi.ſ.eod. qui corruptas reficit, aut eas lapillo fortuitò impetit: qui nondũ cõſecratas vẽdit, l.5.l.6.ſ.eod. qui ædificij cauſa deponit, vt mox reponat. l.19.C.de operib.public. violat, qui deiicit, quia fune iniecto per plateas raptat, Sozom. lib.7.c.23. (quod Antiochenis Theodoſius ægrè remiſit, Sozom.ibid.) qui earum capita detruncat, qui eas ad inuidiam alterius portat, l.38.§.10.l.8.§.7.ſ. de pœn. Illud vero planè belluinum, quod Maro Paulum quendam prætorium virum detulit, eo nomine quod annulum, in quo erat imago Tiberij, matellæ & obſcœnis admouiſſet: Senec.3.de benef.26.& quod Ateius Capito Iuriſconſultus cenſuit inter reos recipiendum Lucium Enniũ Equitem, quod effigiem Principis ad promiſcuos vſus vertiſſet. Tacit.3. Sueton. in Tiberio c.58. ſub Tiberio quidam maieſtatis damnatus quod ſtatuæ Auguſti caput dempſiſſet, vt alterius imponeret. Quidam etiam damnatus fuit ab Antonino Caracalla, quòd vrinam eo loco feciſſet in quo ſtatuæ & imagines Principis erant. Spartianus. & ſub Domitiano mulier interfecta quod ante ſtatuã Principis exuiſſet, Xiphilinus in Domitiano. Interpretes ſuperiora transferunt ad ſtatuas aliorum deiectas: quo nomine Alcibiades exulare coactus eſt, Diod.13. & Thucid.6. De Iconoplaſtis, & Iconoplaſtis dicam aliàs. Hoc etiam addendum, Imperatorum imagines in militaribus ſignis poni ſolitas, & inibi cultas, vt præſentia numina, ſed & iiſdem Imperatoribus aras in caſtris poſitas, Tacit.14.2. Vege.5.6. g Vt qui ſtipẽdiis Imperatoris viuant. h Non in aliis, l.8.ſ.de accuſ. i Fortè legendum, lege maieſtatis. Nam & ita locutos Latinos conſtat lege maieſtatis inquiri, non læſæ maieſtatis, dixi ad lib.2.Cic.de Inuentione. k Fuluia Hal. v. Salluſt. l Legendum videtur, iudicium eius. Nam Iuliæ indicio non iudicio deiectus eſt Catilina. m Liberto maieſtatis damnato liberi damnati fiſcum excludunt: fiſcus patronum. Hodie id immutatum, fiſco omnia occupante, l.5.C.eo. adde l.1.in fin.C.de bonis li. n Adde Paul.5.ſent.26.§.vlt. quin affectus & voluntas hic puniuntur, l.5.C.eo. o Reatus vocabulum à Meſſala inuentum eſt. Quintil.8.Inſt.3. reatus, apud Iuriſconſultos, reorum eſt ſtatus, ſiue rectè ſiue malè accuſati ſint, l.25.ſ.de pœnis, l.3.§.2.ſ.de bonis damna. l.39.ſ.de iniur. apud Theologos eſt obligatio ex peccato, vel delicto, quo ſenſu Tertullianus 1. aduerſus Marcionem ſcripſit, reatum animæ & 2. aduerſus eundem, reatum patrum in filios redundare. p l.6.ſ.de publ.iud. & tit.C.ſi reus vel accuſator. q Crimen maieſtatis poſt mortem etiam purgandum eſt, v.l.7.l.8.C.eod. r δημεύεται 60.Eclog.36.c.12. ſ Nota aliud eſſe maieſtatis crimen, aliud perduellionis. Perduellis qui hoſtili animo aduerſus principem vel Rempublicam animatus. t Hac fortè ratione motus Sigiſmundus Poloniæ Rex, Cracouiæ anno 1359 definit in eo tantum crimen maieſtatis conſiſtere, v. Renatum Choppinum in ſumma Polonici domanij c.de regalibus. v. Petr.Greg.35.ſyntagm.1 num.2. u Idque directo, non aduerſus alios Principes inferiores, & ciuitates, niſi per corpus ciuitatis aut Principis Princeps ipſe, ſeu Imperator, ſeu rex ipſe petatur. x §.4 Inſt.de public.iudic. v.4 Paul ſent.26.6. collationis legum 9.9.C.Theod.7.6.Harm.2.& 5 Ext.26. Adulter quis, v.l.34. in fin.ſ.eod. y Et ſtupro, vulg. Hal. & ita conceptus eſt titulus Codicis 9. C 9.5. Collat. legum Moſaicarum, adde de ſtupratoribus Nouell.141. in qua ſtuprum vocatur ἀνδρογενία. z Pœnæ adulteri vel adulteræ quæ ſunt, vxor agere poteſt ad thori ſeparationem, ad reſtitutionem dotis & donationem propter nuptias, c.1.vt lite non conteſtata. Rolandà Valle 1, conſ.30.n.5.& 6.poſt Abbatem in cap.plerumque de quæſtionibus, Marius verò ad ſeparationem thori & ad lucrum dotis, l.cũ mulier 47.ſ. ſoluto matrimonio, c.plerunque de donat.inter virum & vxorem (adeo vt non cogatur vxorẽ alere. c.plerunque de dote poſt diuortium reſtit. dotis inquam, ſiue promiſſa ſit ſiue ſoluta, l.mulier 20.v. ibi Bald.ſ.de cond. iuſt. dum tamen mulier ipſa nullos ex eo matrimonio vel antecedẽte liberos habeat. Bald. in l.hac edictali.6. C.de ſecund. nupt. Cur alienare quæ pacto quis non poteſt, id nec delinquẽdo poteſt, l.12. ſ. de fideic. liber. Bald. l.vnic. C. de condict. ob cauſam. Cremenſis ſingulari 86. Boër. deciſ. 338.

a Suet in Auguſto. qui Iulius etiã dictus eſt, adoptatus enim erat à Iulio, Dion.48. lex Iulia dicitur. Tacit. 1. Annal. anno vrbis 770. Idẽ lib.4 anno vrbis 778. Martiali 8. de pœnis adulteri & adulteræ dicam ad l.5.ſ.de quæſt. & Nou.134. c.10.
b De adulteriis ſcilicet.
c l.7 §.vlt.ſ. eod.
d Id eſt, ſine accuſatione.
e l.16.C.eo.l.1.ſ. ad Turp.
f Contra maritũ accuſantem criminaliter, obiicitur exceptio lenocinij, l.29.§.3.ſ.e.
g Criminis, vulg. Hal. de quo No.14.
h d.§.3.
i Lenocinij duæ ſunt ſpecies: manifeſta, quoties maritus palã quæſtum facit ex adulterio vxoris: tacita, quoties adulterum retinet.
k Non rectè adulterij reus viro obiicit, ſe illo perductore adulterium commiſiſſe 60.Ecl. 1.cap.4.6. Harmenop.2.

l Sed eſt eiuſmodi, Haloand.
m l.5.ſ.de publ.iud. Imò eſt admiſſa, & admittẽda eſt, l.13 §.5.ſ.eo l.28.C.e.l.47.in fi.ſ.de ſol.die vt ſ.eo. n id eſt, inter reos receptus, l.15.§.7.ſ.eo. aliàs ante poteſt: vt in legibus cõtrariis ſuperius allatis. o Quid eius maritus num excuſaturne id quidem, cum in eum, vt lenonem, iudex poſſit etiam ſine accuſatore ſtatuere 60.Ecl.37.c.4.& 3.6 Harm.tit.2. p dict.cap.4.& dict.tit.2. q al. Gordus, Græci. r Eſſet, Vulg. Hal. ſ Nam duobus modis proceditur in criminalibus, vel ad inſtantiã patris, vel officio iudicis, v.Clar.5.ſent.§.vlt.q.3. t Imò ſe releuat, l.29.ſ.eo. u Ex pluribus accuſationibus præferenda eſt idoneior in cauſa adulterij, potior eſt cauſa mariti, quàm patris, l.4.C.de adult.l.30.C.eod. x l.30.C.eod. y de quib. vid. l.30. z idoneo, l.16 ſ.de accuſat. a Primus accuſator ſecundo accuſatori, alias potiori, exceptionem infamiæ obiiciendo, ei præfertur. b Colludit autem qui nõ ex animo accuſat. c Id eſt, ſexaginta dies vtiles marito dantur ad accuſandum vxorem adulteram. v.leg.6.C.eod. d Quod ad, id eſt, quando duo poſſunt admitti ad aliquid, vtrique cedunt tempora, donec vnus præoccupet. Bart. e A die diuortij ſcilicet, Accurſ. Oldendorp. in tractat. de vſucap. tit. de adulterio, num.5.

a eadem eſt reſtrictio in l. 2. §. 8. ſ. eod.

b Vxor accuſari poteſt de adulterio in priore matrimonio commiſſo: imo non poteſt, l. 12. C. eod.

c l. 5. §. 8. ff. eod.

d l. 25. l. 29. C. eod. l. 25. ſ. de iniuriis. Seruis ob violatũ contubernium adulterij accuſare non permittitur, l. 24. C. eod.

e Paul. 1 ſent. 13. §. 6.

f l. 25. ſ. de iniur.

g Quod ad omnes ancillarum corruptelas pertinet l. 9 §. 1. ſ. de ſeruo corrupto. nec erit etiã deneganda extra ordinaria, l. vlt. ſ. de off. præſid. Sed quæ erit eo caſu pœna? Paul. 1. ſent. 21. §. 1. ait corruptorem teneri ad aliam ancillã reformandam, id eſt, iuberi aliã incorruptam dare, Harmenop. verò 36. aureos preſtare cogi ait, aut fuſtigari 6. Harmenop. 3. c. περὶ δούλης.

h l. 34. in fi. ff. eo.

i συμμιγῶς, vulgat. Græcè [illegible]. Valla 1. Elegant. 45. καταχρηστικώτερως. Alc. 4. de verb. ſignific. quod verbũ & reperitur in l. 58. ff. de verb. ſignific. vbi dixi quid eſſet καταχρηστῶς.

k Atque ita Laurentius Valla fruſtrà reprehendit Iuriſconſultum, quaſi adulterium ſtuprũ eſſe neget, hoc enim non negat Iuriſconſultus, ſed negat propriè dici.

l l. 1. ſ. de priuatis delic. l. 34. in fin. ff. eod. Adulter eſt qui cum nupta rẽ habet, ipſa quoque eſt adultera: Quid maritus cũ virgine, aut vidua rem habens, éſtne adulter? vide l. 1. C. eod.

m Etymon adulterij repræſentat Iuriſconſultus his verbis. Adulterium dicitur, cùm ex altero quàm marito partus concipitur. Alij ita: adulterium eſt ad alterius thorum acceſſus.

2 ¶ Si antè extraneus inſtituerit accuſationem, an ſuperueniente marito permittatur accuſatio, quæritur. & magis arbitror hoc quoque caſu maritum audiendum ſi a non negligentia præuentus eſt. Et ideo, & ſi accuſatione inſtituta, abſoluta ſit mulier extraneo accuſante, tamen marito debet permitti reſtaurare accuſationem, ſi idoneas cauſas allegare poſſit, quibus impeditus non inſtituit accuſationem.

De vidua vel ſecundò nupta.

5. *Iulianus* lib. 86. Digeſtorum.

NVptam mihi adulterij ream poſtulari poſſe in priore b matrimonio commiſſi, dubium non eſt: cũ apertè lege Iulia de adulteriis coercendis caueatur, ſi quidẽ vidua ſit, de cuius adulterio agetur, vt accuſator liberũ arbitrium c habeat, adulterum an adulteram priùs accuſare malit: ſi verò nupta ſit, vt priùs adulterum peragat, tunc mulierem.

De ſtatu perſonarum. 1. De ſtupri & adulterij appellatione, & differentia. 2. De filiofamilias. 3. De marito qui duos reos ex alio crimine habet.

6. *Papinianus* lib. 1. de Adulteriis.

INter liberas tantùm perſonas adulterium ſtuprúmve paſſas lex Iulia locum habet: quod autem ad ſeruas d pertinet, & legis Aquiliæ e actio facilè tenebit, & iniuriarum f quoque competit: nec erit deneganda prætoria quoque actio de ſeruo corrupto g: nec propter plures h actiones parcendũ erit in huiuſmodi crimine reo.

1 ¶ Lex ſtuprum & adulterium promiſcuè & καταχρηστικώτερον i. id eſt *abuſiuè*, appellat, ſed propriè k adulterium in nupta l committitur, propter partum ex m altero conceptum compoſito nomine. ſtuprum verò in virginem n, viduámve o committitur: quod Græci φθορὰν p, ideſt, *corruptionem*, appellant. 2 ¶ Filiusfamiliàs q maritus ab eo qui ſui iuris eſt, in ea lege non ſeparatur. Diuus quoque Hadrianus Roſiano Gemino reſcripſit, & inuito r patre filiũ hac lege reũ facere poſſe.

3 ¶ Maritus, etſi duos ſ reos ex alio crimine habeat, poterit iure viri tertium accuſare, quoniam ea cauſa non cedit in numerum cæterarum.

De tutore vel curatore qui pupillam vel adultam duxit vxorem. 1. Si duo ſimul inceſti accuſentur.

7. *Martianus* lib. 10 Inſtitutionum.

QVi pupillam ſuam duxit vxorem contra t ſenatusconſultum, nec matrimonium eſt hoc, & poteſt adulterij accuſari, qui tutor & curator fuit, & infra u vigeſimum ſextum annum duxit vxorem non à patre deſponſá, vel deſtinatã x, vel teſtamento denominatã y.

1 ¶ In libro ſecundo de adulteriis Papiniani *Marcianus* notat.

INceſti z commune crimen aduerſus duos ſimul intentari poteſt.

De domu præbita, de quæſtu ex adulterio vxoris.

8. *Papinianus* lib. 2. de Adulteriis.

QVi domum a ſuam, vt ſtuprum adulteriúmve cum aliena matrefamilias b, vel cum maſculo fieret, ſciẽs præbuerit, vel quæſtũ ex adulterio vxoris ſuæ fecerit, cuiuſcunq; ſit cõditionis, quaſi adulterio punitur.

1 ¶ Appellatione c domus habitationem quoque ſignificari palam eſt.

9. *Vlpianus* lib. 4. de Adulteriis.

ET ſi amici d quis domum præbuiſſet, tenetur.

1 ¶ Sed & ſi quis in agro e balneóve f ſtuprum fieri præbuiſſet comprehendi debet.

2 ¶ Sed & ſi in domum aliquam ſoliti fuerint conuenire ad tractandum a de adulterio, etſi eò loci nihil fuerit admiſſum, verumtamen videtur is domum ſuam, vt ſtuprum adulteriúmve cõmitteretur, præbuiſſe: quia ſine colloquio illo adulterium non committeretur.

De matrisfamilias appellatione. 1. De muliere, quæ domũ præbuit, vel pro comperto ſtupro aliquid accepit. 2. De ea quæ vitandæ pœnæ adulterij gratia lenocinium fecit, aut operas ſuas in ſcenam locauit.

10. *Papinianus* lib 2 de Adulteriis.

MAter autem familias b ſignificatur non tantùm nupta, ſed etiam vidua.

1 ¶ Mulieres quoque c hoc capite legis d, quòd domum e præbuerunt, vel pro comperto ſtupro aliquid acceperunt, tenentur.

2 ¶ Mulier quæ uitandæ pœnæ f adulterij gratia lenocinium g fecerit, aut operas ſuas in ſcenam locauit, adulterij accuſari, damnariq; ex ſenatusconſulto poteſt.

De milite qui cum adultero vxoris ſuæ pactus eſt. 1. Vel ſororis filiam in contubernio habuit. 2. An rea abſens defendi poßit. 3. De ſocero qui, vt dotem lucraretur, accuſatione deſtitit. 4. Intra quod tempus accuſari poßit, & de morte adulteræ 7. De ſponſa quæ alij nupſit. 8. De morte mariti. 9. An propter reæ impuberem filiam accuſatio differatur. 10. Si quis manente matrimonio velit accuſare. 11. Si mulier adultero nupſiſſe dicatur. 12. Si mulier cum abſentem virum audiſſet vita functum eſſe, alij ſe iunxerit. 13. Si quis ream adulterij vxorem duxerit, eámque damnatam repudiauerit.

11. *Idem* lib. ſingulari de Adulteriis.

MIles qui cum adultero vxoris ſuæ pactus eſt ſolui h ſacramento i, deportarique debet.

1 ¶ Militem qui ſororis k filiam in contubernio l habuit, licèt non in matrimonium, adulterij pœna teneri rectiùs dicetur. 2 ¶ Ea quæ inter reas adulterij recepta eſſet, abſens defendi nõ poteſt m. 3 ¶ Socer, cum nurũ n *adulterij accuſatã ũ ſe* libellis præſidi datis, teſtatus o fuiſſet, maluit accuſatione deſiſtere, & lucrum ex dote magis petere: quæritur, an huiuſmodi commentum eius admitti exiſtimes? Reſpondit, Turpiſsimo exemplo is qui nurum ſuam accuſare inſtituiſſet, poſtea deſiſtere p maluit, contentus lucrum ex dote retinere, tanquam culpa mulieris dirempto matrimonio quare non iniquè repelletur, qui commodum q dotis vindictæ r domus ſuæ præponere ſ non erubuit. 4 ¶ Adulterij reum intra quinque annos continuos t à die criminis admiſſi, defuncta u quoq; muliere, poſtulari poſſe palã eſt.

5 ¶ Quidam accuſare volebat adulterij mulierem, & & poſtulabat, *ne ſibi computarentur dies quos* x *in cuſtodiam feciſſet* y. me hoc admittente extitit, qui mihi contradiceret. cuius opinionem an tu probes, rogo maturiùs mihi ſcribas? Reſpondit: Opinionem tuam & verba legis & ſententia adiuuant, cui placuit, vtiles z dies accuſatori computandos eſſe, id eſt, quibus potuit accuſationis ſolemnia implere. quare ſine dubio dies, quibus qui in cuſtodia fuit, extra computationem vtiliũ dierum exiſtimanti tibi conſtitutos, cõtradici non debuit.

6 ¶ Sexaginta a dies qui marito accuſante b vtiles computantur c, feriatis d quoque diebus, ſi e modò facultatem præſidis adeundi accuſator habuit, numerari certum eſt, quoniam de plano f quoque libellus dari poteſt. quod priuilegium ſi amiſit, non prohibetur intra alios quatuor g menſes querelam ſuam apud iudicẽ deferre.

7 ¶ Quærebatur, an iure h mariti poſſit accuſare

n Pœna ſtupri lege Moſaica qui virginem aut viduam ſtuprauit eam ducere vel dotare cogitur. v. Exod. 22. quam pœnam hodie paſſim obſeruari refert Papo 2. arreſt. 9. numer. 9. Clar. 5. ſentent. § ſtupr. 19. verſic. ſed quæro. nunquam vero morte punitur, licet nondum viripotentem ſtuprauit, v. l. 38. §. 3. ff. de pœnis, alias pœnas vide apud Gregor. 36 ſyntagm 9. num. 6. 7. 8 de virginum raptu, v. 6. Harmenop. 3. l. 1. C. de raptu. o l. 31. ff. de verb. ſignificata. ſtuprum quoque in puerum committitur. l. 34. in fin. ff. eod. Plau. 5 ſent. 4. §. 14. quod poſtremum *Sodomia* vulgò dicitur. De Tribadibus, vide l. 20. C. eod. flagitioſiores ſunt bruteſcentes, vide Harmenop. 4. cap. περὶ [illegible].

p διαφθορὰν, vulgat. [illegible] Valla 1. Elegant. 45.

q filiusfamilias, l. 37 ff. eod adde l. 5. §. 5. ſ. de his quæ & indign.

r dict. § 5. ſ duos, vulg. Hal. vide l. 12. §. 2. ſ. de accuſat.

t vide l. 59. ſ. de ritu: l. 4. C. de excuſ. tut.

u & intra, vulg. Hal. l. 66. ſ. de ritu. hodie tempus prorogatum eſt, ad l. 29. §. 7. C. de inoff. x v. l. 36. l. 66. ſ. de ritu.

y v. d. l. 36. d. l. 66. & l. 39. §. 6. ff. eod. an & adulterij? v. l. 8. C. eod.

z l. 39 § 7 ff. eodem.

a l. 10. §. 10. ff. eod. l. 1. in fin. ſ. de extr. crim. 60. Eclog. c. 10.

b de qua vide l. 10. ff. eodem.

c l. 1. §. 2 ſ. de aleatoribus: l. 5 § 2 ſ. de iniur. d amicis, vulgat.

e Amici iuuandi cauſa de via non eſt declinandum 1. Gell. 3. aliàs amici vitia ſi feras, facis tua. Eſt ſanè amicis opitulandum, ſed, vt ait ille. μέχρι θεῶν. ibid. An amicitia excuſet delictum, vide quæ de ea re dixi ad Nou. 74. c. 4.

f alieno vt ſtuprum fieret, Hal. agro ſuo alienóve, vulg.

minari ſe accuſaturum, & re ipſa accuſare, hinc colligunt, quum ab altero deſiſtit puniatur. p Socer nuru adulterij accuſata, ab accuſatione deſiſtere non poteſt: apud Gallos tamen poteſt, apud quos priuatus publicam vindictam non ſequitur: ſed priuatum tantum damnũ? quod ei remittere vel côuentione licet, vide Papon. 2. Notar. 7. Idem 22. Arreſt. 9. n. 12. refert maritum ſententiam pœnam adulterij indicendam vxori, impedire poſſe: veluti ſi vxori reconciliatam non poſſe, Idem num. 16. quæ valdè ſunt notanda.

q Socer dotem nurus adulteræ lucrari poteſt, ſi ſe inſcribit: ſi deſiſtit, non. Idem eſt in viro, Nou. 117. cap. 8.

r Domus filij, domus patris, qui filio illatam iniuriam vlciſcitur, domus dictam perſequitur. ſ Honori pecuniarium commodum non eſt præferendum. ſ. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. 5. C. de poſtul.

t l. 23. ff. eod. l. 1. §. 10. ad Turp. u l. ult. ff. eod.

x quibus in cuſtodia fuiſſet. vulg. Hal. Dies quibus quis impeditus eſt, non putantur ei qui per procuratorem agere non potuit, vt hic. alias ſecus, l. [illegible] nor. Bart. hic. y Facere in cuſtodia aliquos dies, & ibidem morari ac retineri le dicendi genus in l. 14. ſ. de ſtatuliberis. ſ. eod.

z Dies conſtituti ad accuſandum de adulterio, ſunt vtiles, v. l. 2. C. eod. de diebus, v. l. 1. ſ. de diuerſ. a l. 6. C. eo.

b accuſanti. vulg. Hal. accuſanti inquam, marito, poſt diuortium. 6. Harmen.

c Imò computantur, l. 2. in fin. ſ. ſi quis in ius vocatus. d Libellus accuſationis adulterij dari poteſt die feriato. An & in ciuili cauſa id admittitur? hoc [illegible] culator & Bartolus. num & reo die feriato exceptiones dare licet? Idem ait.

e Id eſt, ſi præſidis ſit copia, feriati hic computantur.

f De plano, iudice non ſedente pro tribunali. g non vt maritus, ſed vt quiuis extraneus. h Iure mariti adulterij accuſat, qui cæteris præferri poteſt. An & nõ eſt neceſſaria inſcriptio? Olim verũ fuit, l. 20. C. eo. hodie ſecus, vide Nou.

vir

vir eam fœminam, quæ cùm ei deſponſa fuiſſet, alij in matrimonium à patre fuiſſet tradita? Reſpondit: Nouam rem inſtituere huiuſmodi accuſatorem exiſtimo, qui adulterij crimen obiicere deſiderat propter *a* hoc tantùm, quod priori ſibi deſponſa puella à patre in matrimonium alij fuerit tradita. 8 ¶ Defuncto *b* marito adulterij *c* rea mulier postulatur. 9 ¶ Quæ propter impuberem filium vult dilationem *d* ab accuſatore impetrare, an debeat audiri? Reſpondi, non videtur mihi confugere ea mulier ad iuſtam defenſionem, quæ ætatem filij prætendit ad eludendam legitimam accuſationem. nam non *e* vtique crimen adulterij, quod mulieri obiicitur, infanti præiudicat, cùm poſſit & illa adultera eſſe, & impubes defunctum patrē habuiſſe. 10 ¶ Volenti mihi reā adulterij poſtulare eam quæ poſt commiſſum adulterium in eodem matrimonio perſeuerauerit, contradictum eſt. quæro, an iuſtè reſponſum ſit? Reſpondi, ignorare non debuiſti, durante eo matrimonio in quo adulterium dicitur eſſe commiſſum, non † poſſe mulierem ream adulterij fieri, ſed nec adulterum interim accuſari poſſe. 11 ¶ Licèt ei mulier, qui in ſuſpicione *f* adulterij incidit, nupſiſſe dicatur, nō ante accuſari poterit, quàm adulter fuerit cōuictus. alioquin ad hoc vel maximè viri confugient, volētes bene concordatum *g* ſequens *h* matrimoniū dirimere, vt dicant cum adultero *i* mulierem nuptias contraxiſſe. 12 ¶ Mulier cùm abſentem virum audiſſet *k* vita functum eſſe, alij ſe iunxit. mox maritus reuerſus eſt. quæro quid aduerſus eam mulierem ſtatuendum ſit? Reſpondit, tam *l* iuris quàm facti quæſtionem moueri. Nam ſi longo *m* tempore tranſacto, ſine vllius ſtupri probatione, falſis *n* rumorib. inducta quaſi ſoluta priore vinculo, legitimis nuptiis ſecundis iuncta eſt: quod veriſimile eſt deceptam eam fuiſſe, nihil vindicta dignum videri poteſt. quod ſi ficta *o* mariti mors argumentum faciendis nuptiis probabitur præſtitiſſe, cùm hoc facto pudicitia laboretur, vindicare debet pro admiſſi criminis qualitate.

13 ¶ Ream adulterij vxorem duxi *p*, eam damnatam mox repudiaui. quæro, an cauſam diſſidij præſtitiſſe videor? Reſpondit: Cùm per legem Iuliam huiuſmodi vxorem retinere prohibearis *q*, non *r* videri cauſam te diſſidij præſtitiſſe, palam eſt. quare ita ius tractabitur, quaſi culpa mulieris facto diuortio.

Interpretatio legis Ne quis, poſthac.

12. *Vlpianus* lib. 1. de Adulteriis.

HÆc verba legis, *Ne quis poſthac ſtuprum, adulterium facito ſciens dolo malo*, & ad eum qui ſuaſit *ſ*, & ad eum qui ſtuprum vel adulterium intulit, pertinent.

De concubina. 1. De vxore iuſta, vel iniuſta. 2. De vxore vulgari & de vidua. 3. De ſponſa. 4. De ea quæ vxor eſſe non poteſt. 5. De vita mariti. 6. De admiſſo antequam eſſet vxor. 7. De admiſſo apud hoſtes. 8. De minore duodecim annis nupta. 9. Si repudiata reducatur. 10. De admiſſo antequam eſſet vxor.

13. *Idem* libro 2. de Adulteriis.

SI vxor non fuerit in adulterio, concubina *t* tamen fuit, iure quidem mariti accuſare eam non poterit, quæ vxor *u* non fuit: iure tamen extranei accuſationem inſtituere non prohibebitur: ſi modò ea ſit, quæ in concubinatu ſe dando, matronæ *x* nomen non amiſit: vt putà quæ *y* patroni concubina fuit.

1 ¶ Planè ſiue iuſta vxor fuit, ſiue iniuſta *a*, accuſationem inſtituere vir poterit. nam & Sextus Cæcilius ait, Hæc lex ad omnia *b* matrimonia pertinet. & illud Homericum *c* adfert *d*: nec enim ſoli (inquit) Atridæ vxores ſuas amant:

οὐ μόνοι φιλέουσ᾽ ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι.

id eſt:

Non ſoli amant vxores diuerſiuocorum hominum
Atridæ.

2 ¶ Sed & in ea *f* vxore poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris *g* fuerit *h*: quamuis, ſi vidua eſſet, impunè *i* in ea ſtuprum committeretur. 3 ¶ Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, etiam in ſponſa *k* hoc idem vindicandum *l*: quia neque matrimonium qualecūque *m*, nec ſpem *n* matrimonij violare permittitur.

4 ¶ Sed etſi ea ſit mulier, cum qua inceſtum commiſſum eſt, vel ea quæ quamuis vxoris animo haberetur, vxor tamen eſſe non poteſt: dicendum eſt iure *o* mariti accuſare eam non poſſe, iure extranei poſſe *p*.

5 ¶ Iudex adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque bonos mores colēdi auctor fuerit. periniquum *q*. n. *r* videtur eſſe, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibeat. quæ res poteſt & virū damnare, non rem ob compenſationem *ſ* mutui criminis inter vtroſque communicare. 6 ¶ Si quis vxorem ſuam velit accuſare, dicátque eam adulterium cōmiſiſſe, antequàm *t* ſibi nuberet: iure viri accuſationem inſtituere non poterit: quia non, cùm ei nupta eſt, adulterium commiſit.

¶ Quod & in concubina dici poteſt, quam vxorem quis poſtea habuit: vel in filiafamilias, cuius coniunctioni pater poſtea conſenſit *u*.

7 ¶ Si quis planè vxorem ſuam, cùm apud hoſtes eſſet, adulterium commiſiſſe arguat, benignius dicetur, poſſe eum accuſare iure viri, ſed ita demum adulterium maritus vindicabit, ſi vim *x* hoſtium paſſa non eſſet. cæterùm quæ *y* vim patitur, non eſt in ea cauſa, vt adulterij vel ſtupri damnetur. 8 ¶ Si minor duodecim annis in domum deducta, adulterium commiſerit, mox apud eum ætatem exceſſerit, cœperítque *z* eſſe vxor: non poterit iure viri accuſari ex eo adulterio, quod ante ætatem nupta cōmiſit, ſed vel quaſi *a* ſponſa poterit accuſari ex reſcripto Diui Seueri, quod ſuprà relatū eſt.

9 ¶ Sed & ſi qua repudiata *b*, mox reducta ſit, non quaſi eodem matrimonio durāte, ſed quaſi alio interpoſito: videndum eſt, an ex delicto, quod in priore matrimonio admiſit, accuſari poſſit, & puto non poſſe, aboleuit enim prioris matrimonij delicta, reducendo *c* eam.

10 ¶ Idem dicendum eſt, ſi ſtupri velit accuſare eam, quam poſtea duxit vxorem ſerò *d* enim accuſat mores, quos vxorem ducendo probauit.

De eo qui fecit vt adulteri redimantur. 1. Si vir adulterum ſubiecerit. 2. Qui & quando accuſare poſſunt. 3. De calumnia.

14 *Scæuola* lib. 4. Regularum.

IS cuius ope, conſilio *e*, dolo malo factum eſt, vt vir fœmináve in adulterio deprehenſa, pecunia, aliáve qua pactione *f* ſe redimerent, eadem pœna damnatur, quæ cōſtituta eſt in eos qui lenocinij crimine dānātur.

1 ¶ Si vir infamandæ vxoris ſuæ cauſa adulterum *g* ſubiecerit, vt ipſe deprehenderit *h* & vir *i* & mulier *k* adulterij crimine tenentur ex ſenatuſconſulto de ea re facto. 2 ¶ Marito primùm *l*, vel patri eam filiam, quam in poteſtate habet *m*, intra dies ſexaginta *n* diuortij *o* accuſare permittitur. nec vlli alii in id tempus agendi poteſtas datur. vltra eos dies neutrius voluntas expectatur.

[...]ius ſibi ſpon[...] [...]alteri à patre [...] matrimonio [...]tram, adulterij [...]ſare non po[...] [...] Ergo ſi non ſit [...]ri tradita, po[...]t. v. Cuia. 6. ob[...]. 16. l. 7. C. eod. [...] vlt. ff. eo.

b [...] Commiſſi ſcilicet [...] conſtante matrimonio cum de[...]ncto. Quid? vi[...]a poſt mariti [...]tem impudicè [...]ens potéſtne à [...]gnatis defuncti [...] poſtulari, ita [...] dotem amittat? [...]rdegalēſe ſenatuſconſultū ex A[...]andri ſententia [...]uerſus opinio[...]m Caſtrenſis re[...]t Paponius 22. [...]reſt 9. num. 16. [...]uo mulieri dos [...]ruata eſt, v. l. 13. [...]. 2. ff. eod. Idem te[...]et Clarus 5. ſent. [...] ſtuprum 9. verſ. [...]e quid.

[...] l. 41. ff. eod.

[...] Licet maritus probet vxorem adulteram: tamen filius conceptus in matrimonio, cenſetur natus ex eo. Hinc Belloutſanus *lib. 1. cap 9. num. 3. & cap. 41.* & Alciat. 3. *præſcript.* 37. refert in dubio præſumi mulierem adulteram habentē liberos, ex matrimonio, non ex adulterio eos habuiſſe, *argu. l. quia ſēper 5. ff. de in ius vocando: l. in libera 24. ſup. de ritu.* etiam ſi ipſa adultera vltrò fateatur ſe liberos de quib. agitur, ex adultero ſuſtuliſſe (vide tamen *l. 29. §. 1 ff. de probat.*) Ideoque liberi adulterini, aut ſpurij non cenſentur, doſque ad eos deferetur. *Nouell. 117. cap. 8.* Quid ſi iuſto tempore maritus abfuit, vt ex eo mulier liberos ſuſcipere non potuerit? aliud dicendum eſt, *l. 6. ff. de his qui ſunt ſui: vide legem 1. § 14. ſup. de agnoſcend. liber.* Quid ſi concubina domeſtica & manifeſtaria dixerit ſe ex concubino filium ſuſtuliſſe? ei fides habebitur, etiam ſi concubinus probauerit eam conſuetudinem aliorum habuiſſe, *vide Papenem 22. Arreſtorum 9 nu. 13.* † id verum fuit antiquo iure, *l. 26. ff. eod. l. 12. C. eod.* Nouo, non item, *Authent. ſed nouo iure. C. eo.* f in ſuſpicionem, *Vulg. Hal.* Quid? eo ne caſu permiſſæ ſunt nuptiæ? ſunt permiſſæ, *l. 40. ff. eod.* ſi tamen non ſimplex ſuſpicio ſit, & re vera adulterium ſit commiſſum, vterque accuſari poterit: prior tamen adulter, dein adultera. *vt hic. vide dict. leg. 40.* g *vide legem 1. ff de liber. exhibend.* Athalaricum Gothorum regem legimus, eos, quorum conſilio & ſuaſione matrimonia diſtrahebantur, puniiſſe, *Caſſiodorus, num. 18.* h ſecundum. i *vide Nouel. 134.* k Fama publica conſtans nec affectata, excuſat à dolo. l Tam facti, quàm iuris. *Pet. Fabr.* de hoc enim quàm de illo frequentius interrogantur Iuriſconſulti. *vide Pet Fabr 1. ſemeſt. 23.* m *Nouel. 117. cap. 11.* n Falſa & publica, non tamen affectata & conficta fama excuſat à dolo. o Id eſt, ſi ſciuit non eſſe mortuum. *l. 43. in fin. ff. eod.* p Imprudens aliàs, qui ſciens ducit, leno habetur, *l. 18. C. eod.* q Ream adulterij in matrimonio quis retinere prohibetur. Apud Gallos id non obſeruatur, *vide Papon. 22. Arreſtor. nu. 12.* r Non videtur in culpa, qui eam dimittit, quam retinere per legem non poteſt. Quæ iuſtè retineri in matrimonio non poteſt mulier punitur, non is à quo dimiſſa. ſ Delinquit, qui ſuadet delictum, *l. 1. §. 12. ff. de vi* Qua pœna ſit puniendus is qui conſilium flagitij faciendi dedit, *vide Clarum 5 ſent. 5. §. vlt. quæſt. 88.* t Concubinam ſuam potéſtne aliquis adulterij accuſare? poteſt: ſi modò ea mulier nomen matronæ concubinatu non amiſerit, quod cùm erit: concubinus eam non iure mariti, ſed extranei accuſare poterit. ſed dicamus hanc legem non eſſe in vſu, cùm nemini concubinam habere liceat, *vide Nou Leon. 9.* u Concubina vxor non eſt. x *vide Cuiac. 3. obſeru. 18.* y Liberta patroni concubinatu, matronæ nomen non mittit, *l. 16. ff. de ſponſalibus, l. 41. ff. de ritu, l. 1. l. 3. ff. de concubinis*, alterius igitur amittit.

a Quæ non accepta eſt aqua & igni *Cuiac. 6. obſ. 16.* b I. iuſta & iniuſta. c *9. Iliad. verſic. 340. 341.* d exempli cauſa ſc. nec enim ſequitur: nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor. Ergo & hæc lex ad iuſta & iniuſta matrimonia pertinet. Hoc ſequitur potius, hanc legem vſitatam non tantùm apud Græcos, ſed etiam apud Romanos. e ἢ μοῦνοι. f Imo, in ea crimen adulterij ceſſat *l. 23 l. 29. in fi. C. eod.* ſolue: in meretrice innupta locum habent leges cōtrariç. Hic paragraphus eſt intelligendus de nupta quæ quondam vulgaris fuit. g Quæ corpore quæſtum fecit. h quondam ſcil. *facit l. 7. ff. de gradib.* i Viduam ſtuprū facientē, a cognatis mariti defuncti accuſari non poſſe, hinc colligas. *v. quæ not. ad. l. 11. §. 8. §. eod.* k *§. 8. ff. eod.* l *v. Cuiac. 6. obſ. 16.* reo huius criminis nares amputari refert Harmenopulus: & præterea triēte bonorum eum mulctari. *6. Harmen. 3. in fin.* Non idem, ſi violatam virginē adultā quis in matrimonio poſtea acceperit. *l. 7. C. eo.* m Iuſtum vel iniuſtum, *§. 1. ff. eod.* n Sponſalia ſunt ſpes matrimonij, *l. 6. ff. de ſponſalib.* o Inceſtum mulierem ducēdo qui commiſit, eā adulterij accuſare poteſt, vt extraneus: iure mariti non poteſt. p Quid? num hinc colliges, iure veteri inceſtū morte nō fuiſſe punitum? quomodo hic inceſtuoſus extranei iure accuſabit? quomodo inceſtuoſus accuſabit, ſi inceſtum veteres capitali ſupplicio affecerunt? & id tamen negat Cicero 3. *de legib.* Inceſtum pontifices, inquit, ſupremo ſupplicio ſanciunto. Puto inceſtum, de quo hic agitur, per errorem fuiſſe commiſſum, idque refero ad *l. 57 ff. de ritu.* Poteſt etiam locus Ciceronis ad inceſtum Veſtalium referri. q *l. 2. ff de publ. iud.* r Hæc verba ſunt ex reſcripto Antonini auctore Auguſtino ad Pollentiam: quod tamen omittitur à Triboniano: ad hanc autem ſententiā facit illud Lactantij, Exemplo continentiæ docenda vxor eſt, vt ſe caſtè gerat, Iniquum eſt. n. vt id exigas, quod præſtare ipſe non poſſis. & Nazienzenus, πῶς σὺ σωφροσύνην μὲν ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντιφέρεις δέ. ſ *l. 2. § 4. ff. eo.* t *l. 7. C. eo* u *al.* conceſſit. x *l. 20. l. 39. C. eod.* y Vis illata excuſat ab adulterio & ſtupro. v. Auguſtinum in libris de Ciuitate, vbi de Lucretia. z *l. 9. ff. de ſponſalibus.* a *§. 3. ff eo. l. 8. C. eod.* b Repudiata duci poteſt. c Remittitur vxor quæ repudiatur, & in domum parentum ſuorum remittitur: remiſſa ſeu repudiata reducitur, nouo quaſi matrimonio contracto. Terentius voſmet videre remiſſam opus ſit vobis, an reducta domum. remitti etiam & reduci dicitur adulter, *l. 25. §. 3. ff. eod.* ſed alio ſenſu, *6 Harmen. 2. vid. Cuiac. 6. obſer. 15.* d *l. 9. ff. de neg. l. 47. ff ſolut. matr.* e *l. 12. ff. eod. l. 32. in fin. ff. eod. l. 50. §. 1. ff. de furt.* f Suaſor illicitæ, adulterij cauſa, pactionis, vt leno punitur. Ad huiuſmodi pactionem refer illud Horatij *Satyr. 2. verſ. 43. 44.* Dedit hic pro corpore nummos, Hunc perminxerunt calones. adde *l. 29. §. 1. ff. eo.* g adulteriū, *Hal.* h deprehēderet. *vulg. Hal.* i vt leno. k vt adultera. l *l. 2. §. 8. ff. eo. l. 39. C. eo.* m Quid ſi filia emācipata ſit? Idem ius fuit. *Pau. 4. collat. leg. Moſaic.* n *v. l. 10. §. 6. ff. eod. l. 6. C. eod.* o *l. 29. § 5. l. 30. in fin. ff. eod. 6 Harm. 4.*

3 ¶ Iure mariti qui accuſant, calumniæ *a* periculum non euitant *b*.

Si maritus ſit in magiſtratu. De abſente reipubl. cauſa. 5. De patre & marito negantibus ſe accuſaturos. 6. De minore 25. annis. 7. Quando præſcriptio poteſt obijci accuſatori. 8. Vter prior accuſari debeat, adulter, an adultera: & an ſimul accuſari poſſint, & de effectu prioris iudicij.

15. *Vlpianus* lib. 2. de Adulteriis.

SI maritus ſit in magiſtratu, poteſt præueniri à patre. at quin non oportet. & putat Pomponius debere dici, quoad maritus magiſtratum gerit, patris quoque accuſationem impediendam *c*: ne præripiatur marito ius, quod cum eo æquale habet. igitur non cedent ſexaginta dies patri, cùm accuſare non poteſt. 1 ¶ Legis Iuliæ de adulteriis capite ſeptimo ita cauetur, *Ne quis inter reos referat eum qui tum ſine detrectatione reipublicæ cauſa aberit* d: neque *e* enim æquum viſum eſt abſentẽ reipublicæ cauſa inter reos referri, dum reipublicæ operatur.

2 ¶ Neceſſario adiicitur *ſine detrectatione*. cæterùm ſi quis euitandi criminis id egit, vt reipublicæ cauſa abeſſet, nihil illi commentum *f* hoc proficiat.

3 ¶ Quòd ſi quis præſens ſit, vice *g* tamen abſentis habetur: vt putà qui in vigilibus *h*, vel vrbanis *i* caſtris militat, dicendum eſt deferri hunc poſſe: neque enim laborare habet, vt ſe repræſentet.

4 ¶ Et generaliter dicendum eſt, eorum demum abſentiam excuſatam eſſe, qui in alia prouincia reipublicæ cauſa, abſunt, quàm in ea in qua deferuntur. Proinde ſi quis in prouincia, in qua agit, adulterium commiſerit, accuſari poterit, niſi ſit ea perſona, quæ ad præſidis cognitionem non pertinet. 5 ¶ Si negauerint ſe pater & maritus accuſaturos intra *k* diem ſexageſimum, an ſtatim incipiant tempora extraneo cedere? Et primus Pomponius putat admitti ad accuſationem extraneum *l* poſſe ſtatim atque iſti negauerint. cui ad ſentiendum puto. fortius enim dicetur, eum qui ſe negauerit *m* acturum, poſtea *n* non audiendum.

6 ¶ Lex Iulia de adulteriis ſpecialiter quoſdam adulterij accuſare prohibet, vt minorem *o* annis 25. nec enim viſus eſt idoneus accuſator, qui nondum robuſtæ *p* ætatis eſt, quod ita verum eſt, ſi non matrimonij ſui iniuriam exequatur. cæterùm ſi ſuum matrimoniũ vindicare velit, quamuis iure extranei ad accuſationem veniat, tamen audietur. nec enim vlla præſcriptio obiicitur ſuam *q* iniuriam vindicanti. Sanè ſi iuuenali *r* facilitate ductus, vel etiam feruore ætatis accẽſus, ad accuſationem proſilit, accuſanti ei non *ſ* facilè calumnię pœna irrogabitur. ¶ Minorem *t* 25. annis etiam eum accipimus, vt qui vigeſimum quintum annũ ætatis agit.

7 ¶ Præſcriptiones *u* quæ obiici ſolent accuſantib. adulterij, antè ſolent tractari, quã *x* quis inter reos recipiatur. Cæterùm poſteaquàm ſemel receptus eſt, non poteſt præſcriptionem obiicere.

8 ¶ Si in viduitate mulier perſeuerat, in accuſatoris eſt arbitrio *y*, à quo velit incipere, vtrum ab adultero, an ab adultera. 9 ¶ Si quis & adulterum & adulteram ſimul detulit, nibil *z* agit: poterítque quaſi neutrum detulerit, rurſus à quo velit, initium facere: quia nihil agit prima delatione.

16. *Idem* lib. 1. de adulteriis.

QVi vxori repudium miſerit, poteſt ei denuntiare *a* ne Seio nuberet *b*: & ſi denuntiauerit, & ab ea incipere poteſt.

17. *Idem* libro ſecundo ad legem Iuliam de Adulteriis.

DEnuntiaſſe qualiter accipiamus? vtrum ad iudicem an verò ſimpliciter? ego, etſi nõ denuntiauit ad iudicem, ſufficere credo, ſi *c* adulterij ſe acturum denuntiauerit. ¶ 1 Quid ergo, ſi non quidem denuntiauit, verùm libellos *d* accuſatorios dedit, antequam nuberet? eáque cùm id cognouiſſet, nupſit *e*, vel ignorans? Puto non *f* videri ei denuntiatum: idcirco non poſſe accuſatorem ab ea incipere.

2 ¶ Quid ergo ſi tantùm denuntiauit ne nuberet, ſed non addidit, quare? num rectè nupſiſſe videatur? ſed melius eſt illud ſequi, vt eius denuntiatio videatur electionem accuſatori reſeruare, qui crimen denuntiauit. omnino igitur ſi fecit adulterij criminis commemorationem *g* in denunciatione, etſi iudicem non monſtrauit, magis putamus mulierem, quaſi denuntiationem præceſſerit, poſſe accuſari.

3 ¶ Quid tamen, ſi ſpecialiter, cum quo adulterium fecerit, denuntiatione complexus eſt, mox velit eam ex alterius *a* perſona accuſare? magis eſt, vt non debeat audiri neque enim crimen quod denuntiauit, obiicit.

4 ¶ Sed etſi per procuratorem denunciauerit, puto poſſe eum accuſationem, ſi velit, inſtituere: ſufficeréque *b* procuratoris denuntiationem. 5 ¶ Ergo etſi per actores *c* denunciauerit, i. per ſeruum dominus denunciauerit, rata erit denuntiatio.

6 ¶ Quæritur, an alius adulteram, alius adulterum poſtulare poſsit, vt quamuis ab eodem ambo ſimul poſtulari non poſsint, à diuerſis tamen ſinguli poſsint? Sed non ab re eſt hoc probare, diuerſos accuſatores admitti poſſe, dum ſi ante *d* denuntiationem nupſerit, prior mulier accuſari non poſsit. Expectabit igitur mulier ſententiam de adultero latam. Si abſolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec vltra accuſari poteſt. Si condemnatus *e* fuerit, mulier non eſt condemnata, ſed aget cauſam ſuam fortaſſis: & obtinere vel gratia *g*, vel iuſtitia, vel legis auxilio poſsit. Quid enim, ſi adulter inimicitiis oppreſſus eſt, vel falſis argumentis, teſtibúſque ſubornatis apud præſidem grauatus: qui aut noluit, aut non potuit prouocare? mulier verò iudicem religioſum ſortita, pudicitiam ſuam defendat?

7 ¶ Sed ſi *h* antequam condemnetur.

18. *Macer* lib. 1. de publicis iudiciis.

VEl antequam cum eo agi cœperit.

19. *Vlpianus* lib. 2. ad legem Iuliam de Adulteriis.

ADulter diem ſuum obierit? conſtitutum eſt, etiam mortuo *i* adultero, ſine pręſcriptione mulierẽ poſſe accuſari. 1 ¶ Sed etſi non mors, ſed pœna alia reum ſubtraxerit, adhuc dicimus poſſe ad mulierem veniri.

2 ¶ Si eo tempore quo eligebatur reus, adultera nupta *k* non fuit, quo autem abſoluatur, nupta inuenitur, dicendum eſt hanc abſoluto quoque adultero poſſe accuſari: quia eo tempore quo adulter eligebatur, nupta non fuit 3 ¶ Nupta non poteſt accuſari, non tantum ab eo qui adulterum accuſauit, nec obtinuit, ſed nec ab alio quidẽ, ſi adulter abſolutus eſt. ¶ Proinde ſi per colluſionem cum adultero conſtituerit *l*, fueritque abſolutus, dedit mulieri nuptę aduerſus omnes ſecuritatem.

¶ Planè ſi nupta eſſe deſierit, accuſari poterit, neque enim aliam lex tuetur, quàm eam quæ nupta eſt, quandiu nupta erit.

De iure occidendi.

20. *Papinianus* lib. 1. de Adulteriis.

PAtri *m* datur ius occidendi adulterum cum filia, quam in poteſtate habet. Itaque nemo alius ex patribus idem iure faciet. Sed nec filiusfamilias pater.

21. *Vlpianus* libro 1. de Adulteriis.

SIc eueniet vt nec pater, nec auus *n* poſsint occidere: nec immeritò in ſua enim poteſtate non videtur habere, qui non eſt ſuæ poteſtatis *o*.

22. *Papinianus* lib. 1. de adulteriis.

NEc in ea lege *p* naturalis ab adoptiuo *q* pater ſeparatur. 1 ¶ In accuſationem *r* viduæ filiæ non habet pater ius præcipuum.

2 ¶ Ius occidendi patri *ſ* conceditur *t* domi ſuæ, licèt ibi filia non habitat, vel in domo generi.

¶ Sed domus & pro *u* domicilio accipienda eſt, vt in lege Cornelia de iniuriis *x*

3 ¶ Sed qui occidere poteſt adulterum, multò *y* magis contumelia *z* poterit iure adficere.

4 ¶ Ideo autem patri, non marito mulierem, & omnem adulterum permiſſum eſt occidere, quòd *plerumque a pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit*, cæterùm mariti calor & impetus facilè decernentis *b* fuit refrænandus.

23. *Vlpianus* lib. 1. de Adulteriis.

QVod ait in lex, *In c filia adulterum deprehenderit*, non *d* otioſum *e* videtur. voluit enim ita demum hanc *f* poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitudine *g* filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat. & Pomponius ſcripſit, in ipſis rebus veneris deprehenſum occidi. & hoc eſt quod Solon & Draco dicunt, ἐν ἔργῳ.

1 ¶ Sufficit patri, ſi eo tempore habeat in poteſtate,

---

a i. non pœnam talionis, ſed quinque librarum auri, ex Turpiliano, l. 3. in fin. ff. de præuaricat. v. Cuiac. c. 13. de præſcript. nu. 1. in fin.

b Imò mulctatur, maximè intra ſexaginta dies l. 37. §. 1. ff. de minor. Paul. 2 collat. leg. v. ibid. Pithœum.

c Impediendam, vulg. Hal.

d l. 12. ff. de accuſ.

e Imò æquum, v. l. 34. in fi. j. eod.

f Commenta non proſunt.

g l. 5. l. 34. ff. ex quibus cauſis maior.

h l. 8. §. 4. ff. de excuſ.

i d. l. 8. §. 9.

k adde l. 19. § 5. j. eod.

l Homicidam, cum interfecti cognatis tranſigentem, per curiam accuſari poſſe, l. 5. in fi. j. de vi publ. hinc Bellouiſanus colligit 1. practices 3. num. 73.

m Adulteriũ gratis remitti poteſt, l. 29. §. 2. j. eod.

n l. 14. §. 9. ff. de ædilit. leg. 2. j. ad Turpill.

o 6. Harm. 2. §. 7. v. Cuiac. 17. obſeru. 30.

p Ætas robuſta quæ maior annis 25. vt hic.

q Suam iniuriam cuique vindicare licet.

r Iuuenili. vulg. Hal.

ſ Iuuenibus non facilè remittitur pœna calumniæ.

t l. 1. ff. de min.

u i. exceptiones vt ff. de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus.

x l. 2. §. 4. in fin. ff. eod.

y l. 5. ff. eod.

z l. 32. §. 1. l. 29. §. 6. ff. eod. l. 8. C. eo. ſed Poponius 22. Arreſt. 9. n. 2. in fi. refert aliter iudicatum fuiſſe in Senatu Pariſienſi, & maritum accuſantem ſimul adulterum, & adulteram, auditum admiſſumque fuiſſe.

a l. 12. in fi. C. eod.

b Nubat vulg.

c Repudiatæ vxori: vtiliter denuntiatur ne nubat, ſi videlicet ei denuntietur fore, vt quãprimùm adulterij accuſetur.

d Libelli accuſatorij datio non habet vim denuntiationis. *Bartolus.* e Nupſitve ignorans. *Vulg.* nupſitne ignorans. *Halo.* & rectè.

f Denuntiandum eſt mulieri ne nubat, licèt certo ſciat ſe adulterij accuſandam eſſe. Imò ſcienti non eſt denuntiandum, l. 20. §. 10. ff. de hæred. pet. l. 5. in fine ff. de [illegible] 1. l. 1. ff. de act. nupt.

g In perfecta proteſtatione & denuntiatione (excipe noui operis nuntiationem, l. 1. ff. de operis noui.) cauſa denuntiationis in genere exprimenda eſt, an & nomen iudicis apud quem litigandum eſt, exprimi oportet? Vtique in perfecta denuntiatione, ff. eodem.

men. 2. 60. Ecl. 37. c. 33. ſ 6. *Harm.* 2. §. 10. t Homicida non continuò eſt qui [illegible] interficit. u *Ecl. ibid. Harm ibid.* x l. 5. §. 2. ff. de iniuriis.

y Argumentum à maiori ad minus.

z ἐνυβρίζειν. *Eclog. ibid. Harm. ibid.*

a Patris pietas, conſilium pro liberis capere in dubio præſumitur, de qua præſumptione v. *Alc.* 1. *præſumpt.* 2. b Sæuientis *Vulg.*

c *fortè legendum.* Qui in filia. *& reb.* Porrò in filia adulterum deprehendere [illegible] ipſa turpitudine, vt mox ſubiicit.

d Solent enim plerumque ſcriptores vti τῷ παρέλκω ἢ περιεργίᾳ.

e Otioſum eſt quod nihil operatur, vt hic: ſic alibi, otioſa pecunia quæ nullũ fœnus parit. l. 28. ff. depoſiti. l. 13. in fi. ff. de vſuris. f occidendi. ſc. g in ipſa turpitudine filiam deprehendere, l. 29. j. eod. in ipſis rebus Veneris, ἐν ἔργῳ. j. eod.

quo

quo occidit, non quo in matrimonio collocauit ſinge enim poſtea redactam in poteſtatem.

2 ¶ Quare non vbicunque deprehenderit pater, permittitur ei occidere, ſed domi ſuæ *a*, generíve ſui tantum *b*: illa ratio redditur, quòd maiorem iniuriam putauit legiſlator, quod in domum patris aut mariti auſa fuerit filia adultum *c* inducere.

3 ¶ Sed ſi pater alibi habitet, habeat autem & aliam domum, in qua *d* non habitet, deprehenſam illo filiam, vbi non habitat, occidere non poterit.

4 ¶ Quod ait lex *in e continenti filiam occidat*, ſic erit accipiendum, ne occiſo hodie adultero reſeruet, & poſt dies *f* filiam occidat, vel contra: debet enim propè vno *g* ictu & vno impetu vtrumque occidere, æquali ira aduerſus vtrumque ſumpta. quod ſi non affectauit, ſed dum adulterum occidit, profugit filia *h*, & interpoſitis *i* horis *k* adprehenſa eſt *l* à patre qui perſequebatur in continenti videbitur occidiſſe.

24. *Macer.*" lib. 1. Publicorum."

MArito quoque adulterũ vxoris ſuæ occidere permittitur *m*: ſed non *n* quemlibet *o*, vt patri. nam hac lege cauetur, vt liceat viro deprehenſum domi ſuæ *p*, non *q* etiam ſoceri, in adulterio vxoris occidere eum qui leno fuerit, quíve artem ludicram antè fecerit *r*, in ſcenam ſaltandi *ſ* cantandive cauſa prodierit, iudicióve publico damnatus, neque in integrum reſtitutus erit, quíve libertus eius mariti, vxoríſve patris, matris, filij, filiæ, vtrius eorum fuerit Nec intereſt, proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit, quíve ſeruus erit.

1 ¶ Et præcipitur, vt is maritus qui horum quem occiderit, vxorem ſine mora dimittat *t*.

2 ¶ Cæterum ſui iuris an filiusfamilias *u* ſit maritus, nihil intereſſe à pleriſque dictum eſt.

3 Illud in vtroque ex ſententia legis *x* quæritur, an patri magiſtratum occidere liceat. Item ſi filia ignominioſa ſit, aut vxor contra leges nupta, an id ius nihilominus pater maritúſve habeat. Et quid, ſi pater maritus leno, vel aliqua ignominia notatus eſt? Et rectius dicecetur eos *y* ius occidendi habere, qui iure patris maritíve accuſare poſſunt.

De iure retinendi adulterum:

25. *Vlpianus*" lib. 2. ad legem Iuliam de Adulteriis."

CApite quinto legis Iuliæ ita cauetur, *vt viro adulterum z in vxore ſua deprehenſum, quem a aut nolit, aut non liceat occidere, retinere horas diurnas, nocturnáſque continuas non pluſquam viginti b, teſtandæ eius rei causa ſine fraude ſua iure liceat.*

1 ¶ Ego arbitror etiam in patre, id ſeruandum, quod in marito expreſſum eſt.

2 ¶ Sed etſi non in domo ſua deprehenderit maritus, poterit retinere *c*.

3 ¶ Sed ſemel *d* remiſſus adulter, reduci non poteſt.

4 ¶ Quid ergo ſi euaſerit? an reductus cuſtodiri viginti horis poſsit? Et putem hic magis dicendum, reductum retineri poſſe teſtandæ rei gratia.

5 ¶ Quod adiicitur, *Teſtandæ" eius" rei gratia*, ad hoc pertinet, vt teſtes *e* inducat teſtimonio futuros accuſatori, deprehenſum reum in adulterio.

De matrimonio conſtante. De accuſatione à marito derelicta.

26. *Idem* "lib. 3. Diſputationum."

COnſtante *a* matrimonio ab eo qui extra maritũ ad accuſationem admittitur accuſari mulier adulterij non poteſt. probatum enim à marito vxorem, & quieſcens *b* matrimonium non debet alius turbare atque inquietare, niſi prius *c* lenocinij maritum accuſauerit.

1 ¶ Derelictam vero à marito accuſationem etiam ab alio excitari vtile eſt.

De quæſtionibus.

27. *Idem*" lib. 3. de Adulteriis"

SI poſtulauerit *d* accuſator, vt quæſtio habeatur *e* de ſeruo adulterij accuſato, ſiue voluit ipſe intereſſe, ſiue noluit, iubent iudices eum ſeruum æſtimari: & vbi æſtimauerint tantam pecuniam, & alterum tantum eum qui nomen eius ſerui detulerit ei, ad quem ea res pertinet, dare iubebunt. 1 ¶ ¶ Sed deſpiciamus, cui iſta pœna præſtanda ſit: quia lex eum nominauit, ad quem ea res pertinebit. Igitur bonæ fidei emptorem, quamuis ab eo emerit, qui dominus non eſt, rectè dicemus eum eſſe, ad quem ea res pertinet. 2 ¶ Eum quoque qui pignori *f* accepit, magis admittimus in eadem cauſa eſſe: ſcilicet quia intererat eius, quæſtionem non haberi. 3 ¶ Sed & ſi vſusfructus in ſeruo alienus ſit, inter dominum & fructuarium diuidi debet æſtimatio.

4 ¶ Et ſi communis plurium ſeruus erit, vtique inter eos quoque erit æſtimatio diuidenda. 5 ¶ Si liber homo, dum ſeruus exiſtimatur tortus ſit, quia & ipſe conditionem ſuam ignorat, magis admittit Cæcilius, actionem vtilem ipſi dandam aduerſus eum qui per calumniam appetit, ne impunita ſit calumnia eius ob hoc, quòd liberum hominem quaſi ſeruum deduxit in quæſtionem. 6 ¶ Haberi quæſtionem lex *g* iubet de ſeruis ancillíſve eius, de quo vel de qua quæreretur, parentíſve vtriuſque eorum, ſi ea mancipia ad vſum ei à parẽtibus data ſint. Diuus autem Hadrianus Cornelio Latiniano reſcripſit, & de exteris ſeruis quæſtionẽ haberi.

7 ¶ Quæſtioni intereſſe *h* iubentur reus reáve, & patroni *i* eorum, & qui crimen detulerit, interrogandique facultas datur *k* patronis. 8 ¶ De eoque ſeruo, in quo vſumfructum reus habuit, magis eſt vt quæſtio haberi poſsit. licet enim ſeruus non fuerit, in ſeruitute tamen fuiſſe videtur: nec tam proprietatis cauſa ad quæſtionem, quam miniſterij pertinet. 9 ¶ Ergo & ſi in bona fide ſeruiat reo ſeruus alienus, admittit quis interrogari eum per quæſtionem poſſe. 10 ¶ Sed & ſi ſeruus ſit, fideicommiſſa *l* libertas debetur, vel ſtatuta *m* ſperatur, torqueri eum poſſe magis eſt.

11 Iubet lex eos homines, de quibus quæſtio ita habita eſt, publicos *n* eſſe: proinde in communi *o* partem publicamus: in proprio cui vſusfructus alienus eſt, nudam proprietatem in quo tantum vſumfructum habuit reus, magis eſt, vt perceptio vſusfructus ad publicum incipiat pertinere, alienum ſeruum vtique non publicabimus. Ratio autẽ publicandorum ſeruorum ea eſt, vt ſine vllo metu verum dicant, & ne, dum timeant ſe in reorum poteſtatem regreſſuros, obdurent in quæſtione. 12 ¶ Non tamen prius publicantur, quàm quæſtio de illis habita fuerit. 13 ¶ Sed etſi negauerint *p*, nihilominus publicantur. ratio enim adhuc eadem eſt, ne dum hi ſperant ſe in poteſtatem dominorum reuerſuros: ſi negauerint, ſpe meriti collocandi in mendacio perſeuerent. 14 ¶ Sed & ſerui accuſatoris, ſi de his quæſtio habita ſit, publicentur: eius enim ſerui ne mentiantur, merito à domino eius recedunt. Extranei vero non habent, cui gratificentur.

15 ¶ Si reus vel rea abſoluti fuerint, æſtimari per iudices lex damnum voluit, ſiue mortui fuerint, quantæ pecuniæ ante quæſtionem fuerint: ſiue viuent, quantæ pecuniæ in his damnum datum fuerit, factúmve eſſet.

16 ¶ Notandum eſt, quod capite quidem nono cauetur, ſi ſeruus adulterij accuſetur, & accuſator quæſtionem in eo haberi velit, duplum *q* pretium domino præſtari "lex iubet:" at hic ſimplum.

28. *Marcianus* "lib. 1. de iudiciis publicis."

QVod ex his cauſis debetur, per condictionem, quæ ex lege *r* deſcendit, peritur.

De lenocinio mariti. 1. Si quis hac lege damnatam vxorem duxerit. 2. De eo qui pretium" pro comperto ſtupro accepit, vel gratis remiſit. 3. De lenocinio mariti. 5. Intra quod tempus poteſt accuſari.

20. *Vlpianus*" lib. 4 de Adulteriis."

MAriti lenocinium *ſ* lex coërcuit, qui deprehenſam vxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimiſit. debuit enim vxori quoque iraſci, quæ matrimonium eius violauit, tunc autem puniendus eſt maritus cum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis *t*, idcirco enim lex ita locuta eſt *Adulterum in domo deprehenſum dimiſerit*, quod voluerit in ipſa turpitudine *u* deprehendentem maritum coërcere.

1 ¶ Quod ait lex, adulterij damnatam *x* ſi quis duxerit

ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ *Harmenop. 2. & 6.* τῆς μοιχείας *6. Eclog. 23. c. 13.* ἐν συμπλοκῇ. *ibi. §. 13.* ἐπ' αὐτοφώρῳ *60. Ecl. 37. c. 28. 6. Harm. 2. §. 14.* qua formula vtitur D. Ioannes, *c 8. verſ. 4* quib. adde l. 3. ſ. *de furtis.* in ipſo facinore, *l. 96. ſ. de verb. oblig* ἀρθρα ἐν ἄρθροις habentẽ, vt loquitur Lucian. i. obſcœna in obſcœnis, vel ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων. *v. Budæũ hic.* Corpore corpus incubat, *Plau. Amphit. act. 4. ſcena 2.* Quid? ſolus cum ſola in lectulo deprehenſus, præſumitúrne adulter? probari præſumptiuè putat Rolãdus à Valle *1. conſ. 50. n. 2.*

a In qua habitat ſcil. nam in ſua domo, in qua non habitat, non poteſt, *§. 5. ĵ. eo. Ecl. ibid.*

b Alibi autem nõ poteſt, *Harm. ibid. Paul. 2. collat. leg. Moſaic.*

c Adulterum, *vulg. Hal.*

d *Eclog. ibid.*

e *Paul. collat. leg. Moſaic. 4.* adde *l. 3. §. 9. ſ. de vi & vi.*

f τῇ δὲ μεθ' ἡμέρας, *Eclog. ibid.* & poſt diem, *vulg. Hal.* Pater ambos ſimul debet occidere, nõ vnum quidem nunc, alterum vero poſt diẽ, *Har. ibid.*

g ἀμᾶ, *Eclog. ibid. Harmen.* vno veru.

h Patre ſcil. non diſſimulante, *Ecl. ibid.*

i Continuatione animi videtur pater eo caſu filiam iuris authoritate interfeciſſe, *Paul. 4. collat. leg. Moſaicarũ.* k Aliquot ſcil *Ecl. ibid.* l Cũ effectu, grauib. vulnerib. inflictis, *l. 32. ĵ. eo.* alias pater legis Corneliæ tenetur, *Papinianus 4. collat. leg. Moſaic.* Seneca *21. controu.* leuiter vulnerata es, quàm diligenter ſeruata es, oſtende vulnus, percuſſor ille quam timuit ne occideret, credam factum amatoris manu, maritum occidit, adulteram ſtrinxit, *v. Cuiac. 6. obſ. 15.* m *Paul. 2. ſent 16. §. 1. v. 10. Gell. 23.* Pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis, non eſt leges calcare, ſed condere. *Caſsiod. 1. var.* Idem Rotharis Longobardorum rex probat in *l. 2. de adulterio*, & Rogerius Siciliæ rex *tit. de pœnis vxoriũ in adulterio deprehenſæ v. Cuiac. in 2. Pauli recept. ſent. tit. 26. §. 1.* n Quid ſi occiderit? lenius puniendus erit *l. 38. §. 8. ĵ. eo.* o Nec vbilibet, *v. ĵ. eo. Paul. 4. coll. leg. Moſaic.* ἐν μόνῳ τῷ ἰδίῳ οἴκῳ. *Ecl. ibid.* nota priorem diſtinctionem mariti & patris in interficienda adultera, hoc tamen videtur auctum per Nouell. *Leon. 32.* q ἀλλ' οὐ πάντα, id eſt, non quemlibet *Harm Ecl. ibid.* nota ſecundam differentiam mariti à patre, quòd ad interficiendam adulteram attinet. r Fecerit vt in ſcenam, *Vulg. Hal.* ſ *Ecl. ibid. Harm ibid.* adde *Paul. 4. coll. leg. Moſaic.* t *Paul. ibid. & Papinian. ibid. Ecl. ibid.* u Imò marito filiofam. id non licet, *l. 2. ſ. eod.* x Quæſtiones plerumque ex ſola ſententia legis oriuntur: quoties nimirum verba deficiunt aut repugnant ſententiæ, *v. l. 2. l. 4. in fin. ſ. de cuſtodia reorum, l. 33 §. 1. in fin. ĵ. eo.* y Adulteram filiam vel vxorem occidendi pater ius maritúſve habet, qui iure patris maritíve accuſare poteſt. z Adulterum vxoris ſuæ deprehenſum, *vulg. Hal.* a *6. Harm. 2. §. 11.* b *Har. ibid. 60. Ecl. 37. c. 24. Cuiac. c. 2. in fi. de præſcr.* adde *l. 10. §. 16. ſ. quæ in fraud.* c Teſtes inducere, futuros accuſatori teſtimonio in deprehenſum in adulterio reum, *ĵ. eo. Ecl. ibid. Har.* alias nemini licet priuatum carcerem habere, *v. l. vn. C. de priuatis carcer.* d *Ecl. & Har. ibid.* e *Ecl. & Har. ibid.* Teſtes hic quid deponent? An ſe vidiſſe Titium captum quem dicebant, alij captum in adulterio? ſi hoc dixeris, hoc ſingulari caſu teſtimonium de auditu alieno admiſeris contra *l. Teſtium 18. C. de teſtib.* An dicent ſe Titium captum audiuiſſe confitentem ſe in adulterio deprehenſum? ſi hoc dixeris ex confeſsione extra iudiciali aliquẽ torqueri hic admiſeris; de quo *v. l. 58. in fi. ſ. de ædilit.* An dicent ſe vicinũ vidiſſe in ſecreto loco cum mulierem deprehẽdiſti eam exoſculantem, *v. c. præterea, de teſtib. c. literis, &*

---

c. tertio loco, ĵ. de præſumpt.

a v. quæ notaui ad *l. 11. §. 10. ſ. eo. 6. Harm. 2. §. 5.*

b *l. 11. §. 12. ſ. eo.*

c Atqui adulter etiã conſtante matrimonio ab extraneo accuſari poteſt, etiam ſi lenocinij primus maritus non poſtuletur, *l. 39. C. eo.* Eſt igitur differentia inter adulterum & adulteram, de qua *v. Cuiac. 10. obſ. 15.*

d Hoc enim poſtulari poteſt, *l. vlt. ſ. de calumniatorib. l. 17. ĵ. de quæſt. Papinian. 4. collat. legum. & Paul. ibi in fin.*

e *l. 13. ĵ. de quæſt.*

f *l. 1. §. 2. ſ. de Silaniano.*

g adde *l. 32. C. eo. l. 8. §. 6. C. de repudiis.*

h Hoc quemadmodum accipi oporteat, ex his collige quæ notaui ad *Nouell. 90. c. vlt.* adde Oldendorp. 5. *de teſtibus, n. 3.*

i *ſcripſi in oratione pro Cluentio.*

k Imo non datur, *a. g. l. 9. §. 2. ſ. de interrogat.*

l *l. 19. ĵ. de quæſt.*

m *l. 8. in fin. ĵ. de quæſt.*

n Id eſt, fiſci.

o Seruo.

p Teſtibus credi, qui vnũ ante quæſtionem, aliud poſt eam dixerint hinc colligunt.

q *l. vlt. ſ. de calũni.*

r *v. l. vnic. ſ. de condict. ex lege.*

ſ Deprehenſam in adulterio vxorem qui non ſtatim dimittit, reus lenocinij poſtulari poteſt, *Paul. 2 ſent. 30 §. 2. & 4. l. 2. C. eo.* hoc minatum eſſe putat Bartolus per *Nou. 115. c. 5.* vbi tamen nulla huius rei mentio fit. itaque & hodie hanc legem in vſu eſſe exiſtimo, nec enim hic agitur de adultera vxore, ſed de vxore deprehenſa in ipſa turpitudine à marito.

t Incredulitatis *vulg.*

u Hoc quid ſit, v. *l. 23. ſ. eod.*

x *v. l. 2. C. eod.*

duxerit vxorem, ea lege teneri: an & ad ſtuprum referatur, videamus: quod magis eſt. Certè ſi ob aliam cauſam ea lege ſit condemnata, impunè vxor ducetur.

2 ¶ Plectitur & qui pretium *a* pro comperto ſtupro acceperit. Nec intereſt, vtrum maritus ſit qui acceperit, an alius quilibet: quicunque enim ob conſcientiam ſtupri accepit aliquid, pœna erit plectendus.

¶ Cæterum ſi gratis *b* quis remiſit, ad legem non pertinet. 3 ¶ Qui quæſtum ex adulterio vxoris ſuæ fecerit, plectitur. nec enim mediocriter delinquit, qui lenociniũ *c* in vxore exercuit. 4 ¶ Quæſtũ autem ex adulterio vxoris facere videtur, qui quid accepit, vt adulteretur vxor ſiue enim ſæpius, ſiue ſemel accepit, facere non eſt eximendus, quæſtum rnim de adulterio vxoris propriè ille exiſtimãdus eſt, qui aliquid accepit, vt vxorẽ pateretur, adulterari meretricio quodã genere. Quòd ſi patiatur, vxorem delinquere non ob quæſtum, ſed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem poſitus videtur *d*.

5 ¶ Sex menſium *e* hæc ſit ſeparatio, vt in nupta quidem ex die diuortij ſex menſes computentur, in vidua vero ex die commiſsi criminis, quod ſignificari videtur reſcripto ad Tertyllum & Maximũ conſules. Præterea ſi ex die *f* diuortij ſexaginta *g* dies ſint, ex die vero commiſsi criminis *h* quinquennium præteriit, debuit dici, nec mulierem poſſe accuſari *i*, vt quòd dantur ſex menſes vtiles, ſic ſit accipiẽdum: ne crimen quinquennio continuo ſopitum excitetur. 6 ¶ Hoc quinquennium obſeruari legiſlator voluit, ſi reo vel reę ſtuprum, adulterium, vel lenociniũ obiiciatur, quid ergo, ſi aliud crimen ſit, quod obiiciatur, quod ex lege Iulia deſcẽdit, vt ſunt qui domum *k* ſuam ſtupri cauſa præbuerunt, & alij ſimiles? & melius eſt dicere, omnibus admiſsis ex lege Iulia venientibus quinquennium eſſe præſtitutum.

7 ¶ Quinquennium *l* autem ex eo die accipiendum eſt, "ex" quo quid admiſſum eſt, & ad eum diem quo quis poſtulatus poſtulátve eſt, & non ad eum diem, quo iudicium de adulteriis exercetur. 8 ¶ Hoc amplius ſenatuſconſulto adiectum eſt, vt ſi plures eundem poſtulauerint, eius qui perſeuerauerit reum reámve facere, poſtulationis dies prima exigatur ſcil. vt qui accuſat, ſuos libellos accuſatorios expectet, non alienos. 9 ¶ Eum autem qui per vim *m* ſtuprum intulit vel mari vel fœminæ, ſine *n* præfinitione huius temporis accuſari poſſe, dubium non eſt: cum eum publicam vim committere, nulla dubitatio eſt.

De calumnia. 1. Intra quod tempus poteſt accuſari.

30. *Paulus* "lib. 1. de Adulteriis."

PAter ſine periculo calumniæ non *o* poteſt agere.

1 ¶ Sexaginta dies à *p* diuortio numerantur in diebus autem ſexaginta & ipſe ſexageſimus eſt.

31. *Idem* "lib. 2. de Adulteriis."

QVinquennium non vtile, ſed continuo *q* numerandum eſt. ¶ Quid ergo fiet ſi prior mulier rea facta ſit, & ideo adulter eodem tempore reus fieri nõ potuit, & diu tracta lite quinquennium tranſierit? quid ſi is qui intra quinquennium quem poſtulauerat, non peregerit? aut præuaricatus eſt, & alius eundem repetere velit, & quinquẽnium tranſactum ſit? æquum eſt computationi quinquennij eximi id tempus, quod per poſtulationem præcedentem conſumptum ſit.

De iure occidendi. 1. Si plures ſimul accuſentur.

32. *Macer* ‖lib. 1. de publicis iudiciis.‖

NIhil intereſt, adulteram filiam prius pater occiderit, an non, dum vtrumque *r* occidat. nam ſi alterum occidit, lege *ſ* Cornelia reus erit. quòd ſi altero occiſo, alter vulneratus fuerit, verbis quidem legis on liberatur, ſed Diuus Marcus & Commodus reſcripſerũt impunitatem ei concedi: quia licet interempto adultero mulier ſuperuixerit poſt tam grauia *t* vulnera, quæ ei pater infixerat, magis fato, quàm voluntate eius ſeruata eſt: quia lex parem in eos, qui deprehenſi ſunt, indignationem exigit, & ſeueritatem requirit.

1 ¶ Cum alterum ex adulteris elegerit *u* maritus, alterum non antè accuſare poteſt, quàm prius iudicium finietur: quia duos *x* ſimul ab eodem accuſari non licet, non tamen prohibetur accuſator ſimul cum adultero vel adultera eum quoque accuſare, qui domum *y* ſuam præbuit, vel conſilio fuit, vt crimen redimeretur.

Si ſeruus adulterium cum domina commiſiſſe dicatur. 1. De eo qui retinuit vel reduxit. 2. Si vxor ex adulterio viri pretium acceperit.

33. *Marcianus* ‖ lib. 1. de publicis iudiciis.‖

SI quis adulterium à ſeruo ſuo commiſſum dicat in eam, quam vxorem habuit, D. Pius reſcripſit, accuſare potius mulierem eum debere, quàm † in præiudicium eius ſeruum "ſuum" torquere.

1 ¶ Si quis adulterum non dimiſerit, ſed retinuerit, forſan filiam in nouerca *z*, vel etiam libertum vel ſeruum in vxorem; ex ſententia legis tenetur, quãuis verbis non continetur. Quæ autem retinetur, punitur. Sed ſi dimiſſam *a* reduxerit, verbis non tenetur: ſed tamen dicendum eſt, vt teneatur, ne fraus fiat. 2 ¶ Si vxor ex adulterio viri pretium *b* acceperit, lege Iulia quaſi adultera tenetur.

a al. 19. §. 10. ȷ̃. e. 6. Ecl. 37. c. 28. l. 8. ȷ̃ quod met⁹ cauſa.
b Gratis qui remittit adulterium, lenocinij non tenetur. l. 2. §. 2. l. 15. §. 5. eo. Ecl. 16.
c d. l. 2. l. 8. l. 11. ȷ̃. eo. l. 33. eo.
d Verberatus tamen relegatur. Ecl. 16. in fin.
e Quorum duo, ſure mariti, quatuor iure extranei admittuntur, l. 4. ȷ̃. eod.
f l. 30. §. 1. ȷ eo.
g v. l. 11. §. 6. l. 15. §. 5. ȷ̃. eo.
h 6. Harm. 2. §. 3.
i de quo vide §. 6. infra eo. adde l. 5. C. eod. 6. Har. 2.
k l. 8. ȷ̃. eo.
l §. 5. §. 6 ſupra eo. l. 5. C. eo. 6. Ecl. 37. c. 30.
m l. 3. in fin. ȷ. ad l. Iul. de vi pub.
n l. 5. in fin. ȷ̃. de vi pub.
o v. l. 14. in fi. ȷ̃. eo.
p l. 29. §. 5. ſupra eo. 6. Harm. 2.
q l. 11. §. 4. l. 29. §. 7. ȷ̃. eod. vide Cuiac. 24. de præſcr. num. 4.
r al. 13. in fin. ȷ̃. eo.
ſ Vt homicida accuſatur.
t Vide Cuia. 6. obſ. 15. in fin.
u vide l. 5. l. 15. in fi. ȷ̃. eo.
x Accuſare duos ſimul nemo poteſt, vide l. 8. C. eo.
y vide l. 14. l. 29. §. 6. ȷ̃. eo.
† Teſtes ante litem conteſtatam nec interrogandi nec torquendi in alicuius præiudicium.
z In nouercam. Vulgat. Haloand. ſenſus eſt, ſi pater dimiſerit filium, deprehenſum cum ſua nouerca, vel dominus ſeruum vel patronus libertum cum ſua domina adulterantem.

Definitio ſtupri. 1. Differentia adulterij & ſtupri.

34. *Modeſtinus* "lib. 1. Regularum."

STuprum *c* committit qui liberam mulierem conſuetudinis *d* cauſa non *e* matrimonij continet *f*, excepta videlicet concubina.

1 ¶ Adulterium in nupta admitttitur: ſtuprum *g* in vidua, vel virgine *h*, vel puero "committitur."

De errore circa inſcriptionem.

35. *Idem* "lib. 8. Regularum.

ACcuſaturus adulterij, ſi quid circa inſcriptionem errauerit, ſi tempora *i* largiantur, emendare non prohibetur, ne cauſa aboleatur.

De minore

36. *Papinianus* ‖lib. 3. Quæſtionum."

SI minor annis adulterium commiſerit, lege Iulia tenetur, quoniã tale crimẽ poſt pubertatẽ *k* incipit.

De filiofamilias.

37. *Idem* "lib. 5 Quæſtionum.‖

FIliumfam. publico iudicio adulterium in vxorem ſine *l* volunte patris arguere poſſe, conſtitutum eſt: vindictam enim proprij doloris conſequitur *m*.

De inceſtu. 1. De marito vxorem occidente. 9. De patrono. 10. De eo qui in honore miniſterióve publico eſt.

38. *Idem* "lib. 36. Quæſtionum."

SI adulterium cum inceſto committatur, vtputa cum priuigna *m*, nuru, nouerca: mulier ſimiliter quoque punietur *o*. id enim remoto etiam adulterio eueniret.

1 ¶ Stuprum in ſororis filiam *p* ſi commitatur, an adulterij pœna ſufficiat mari, conſiderandum eſt; occurrit quod hic duplex *q* admiſſum eſt: quia multum intereſt, errore matrimonium illicitè contrahatur, an contumacia iuris *r* & ſanguinis *ſ* cõtumelia cõcurrunt.

2 ¶ Quare mulier tunc demum eam pœnam *t*, quam mares ſubſtinebit, cum inceſtum iure gentium *u* prohibitum admiſerit. nam ſi ſola iuris noſtri *x* obſeruatio interueniet, mulier ab inceſti crimine erit excuſata.

3 ¶ Nonnunquam tamen & in maribus inceſti crimina, quanpuam natura grauiora *y* ſunt humanius quã adulterij tractari ſolent, ſi *z* modo inceſtum per *a* matrimonium illicitum contractum ſit.

4 ¶ Fratres denique Imperatores Claudiæ *b* crimen inceſti propter ætatem *c* remiſerunt: ſed diſtrahi *d* coniunctionem illicitam iuſſerunt: cum alias adulterij crimen, quod pubertate *o* delinquitur, non excuſetur ætate *f*. nam & mulieres in iure *g* errantes, inceſti crimine non teneri ſupra dictum eſt: cum in adulterio *h* commiſſo nullam habere poſſint excuſationem.

5 ¶ Idem Imperatores reſcripſerunt, poſt diuortium, quod cum nouerca *i*, bona fide priuignus fecerit, non eſſe crimen admittendun. "inceſti".

6 ¶ Idem Pollioni in hæc verba reſcripſerunt: inceſtæ nuptiæ confirmari non *k* ſolent: & ideo abſtinenti tali matrimonio pœnam præteriti *l* delicti, ſi *m* nondum reus poſtulatus eſt remittimus.

7 ¶ Inceſtum autem, quod per illicitam matrimonij coniunctionem admittitur, excuſari ſolet ſexu *n*, vel ætate *o*, vel etiam puniendi *p* correctione quæ bona

ſ Inceſtuoſus contumeliam ſanguini infert. t quam deportationis ſc. l. 5. ȷ. de p... u Inceſtus vel iure gentium, vel ciuili cõmittitur. Iure gentiũ, quoties aſcendens deſcendẽti coniungitur. Iure ciuili, quoties perſonæ ex latere inter ſe coeunt. H... iunctionẽ, ius ciuile inceſtuoſam modò ait, modò negat, v. Cuia. ad Nou. 12. & l. ... 37. ȷ̃. de minor. in verbo atrociorib. x mulier (vt & minor, & miles, l. 11. §. 1. ſup... ius ciuile ignorare poteſt: gentium non poteſt y Inceſti crimen natura grauius quam adulterij. z Cur? tunc enim videntur errare, & inceſtum admittere. a l. ſi modo palam, non clam matrimonium contraxerunt. b Claudio. Cuia. ad ... xilium 37. de minorib. Claudiæ enim remittitur propter ſexum, Claudio propter ... tẽ. c Inceſti crimen propter ætatẽ remitti poteſt, l. 4. c. de inceſtis d l. 4. C. de ... e l. 36. ȷ̃. eo & l. 37. in fi ſup. de minor. l. 14. in fi. ſup. de Silaniano. f Aetas ... cuſat à delicto, v. § 7. ȷ. eo. g Mulieri, in iis quæ ſunt iuris ciuilis, errare per... tur, vt hic & l. 57. ſup. de ritu. in his verò delictis, quæ ſunt iuris communis ignoran... tia iuris non excuſat, v. Clarum 5 ſent. §. vlt. q. 60. verſ. quæro. h v. l. 42. infra ... ſit. i Huiuſmodi inceſtum eſt iuris gentium. vlt. ſup. de cond. ſin. cauſa Pœnitentia voluntaria inceſtum, etiam iure gentium commiſſum, elui poſſe hinc colligunt. k Interdum tamen iuſta de cauſa confirmantur. Nou. 12. c 3. Nou. 154. c. 1. alias nunquam futuri delicti poteſtas datur. m §. 7. in fi. ȷ. eo.
n Imo ſexus non excuſat, l. 10. §. 1. ſup. eo. vtique ſexus prodeſt ad eleuandam ... nam, v. Tiraq. de pœnis, cauſ. 9. l. 6. ȷ ad Iul. peculat. l. 5. §. 3. C. ad. legem. Iul. maieſt.
o Aetas in infante excuſat delictum, l. 12. infra de ſicariis. ſed & in impubere ſi delictum commiſſum ſit in omittendo, non faciendo. quin ſi in faciendo commiſſum delictum nunquam punietur: niſi qui deliquit, proximus pubertati fuerit, & ... capax reperietur. punietur vero citra mortem, aut membri mutilationem. ... beri in delictis non parcitur, neque ſeni, niſi ſenectus valde ſit decrepita, l. ... infra de reg. iur. & infantiæ ſimilis: ſenes tamen mitiùs puniri poſſunt, ... ita obſeruari refert Clarus 5. ſent. §. vlt. qu. 60. p v. l. 8. C. de his quib. ...

fide

fide interuenit: vtique ſi error allegetur: & facilius, ſi *a* nemo reum poſtulauit.

8 ¶ Imperator Marcus Antoninus & Commodus filius reſcripſerunt: Si maritus vxorem in adulterio deprehenſam, impetu *b* tractus doloris *c* interfecerit, non vtique legis Corneliæ de ſicariis *d* pœnam excipiet. Nam & D. Pius in hæc verba reſcripſit Apollonio: Ei qui vxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidiſſe ſe non negat, vltimum ſupplicium remitti poteſt *e*: cùm ſit difficillimum, iuſtum *f* dolorem temperare. & quia plus fecerit, quàm quia vindicare ſe non debuerit puniendus ſit ſufficiet igitur, ſi *g* humilis loci ſit, in opus perpetuum eum tradi, ſi qui honeſtior, in inſulam relegari. 9 ¶ liberto *h* patroni famam laceſſere non facile cõceditur. ¶ Sed ſi iure mariti velit adulterij accuſare, permittendum eſt: quomodo, ſi atrocem iniuriã paſſus eſſet. Certè ſi patronũ, qui ſit ex eo numero, qui deprehenſus ab alio interfici poteſt, in adulterio vxoris deprehenderit, deliberandũ eſt an impunè poſſit occidere: quod durum nobis eſſe videtur. nam cuius famæ *i*, multo magis vitæ parcendum eſt.

10 Si quis in honore miniſterióve publico ſit, reus quidem poſtulatur, ſed differtur *k* eius accuſatio, & cautione iudicio ſiſtendi cauſa promittitur in finem honoris. & hoc ita Tiberius Cæſar reſcripſit.

De vim paſſa. 1. De muliere nupta. 2. Vel in matrimonio defuncta. 3. An nupta priuſquam adulter damnetur, accuſari poſſit. 4. De muliere ob ſocietatem latronum exulare iuſſa. 5. De præſcriptione quinquennij. 6. Si plures ſimul accuſentur.

39. *Idem*‖lib. 15. Reſponſorum.‖

VIm *l* paſſam mulierem, ſententia præſidis prouinciæ continebatur, in legem Iuliam de adulteriis non commiſiſſe reſpondi, licet *m* iniuriam ſuam, protegendæ pudicitiæ cauſa confeſtim marito renuntiari prohibuit. 1 ¶ Nupta quoque muliere, tametſi lenocinij *n* vir prior non poſtuletur, adulterij crimen contra adulterum ab extrario poterit inferri.

2 ¶ In matrimonio quoque defuncta vxore, vir iure adulterum inter reos recipi poſtulat.

3 Nupta, priùs quàm adulter damnetur, adulterij nõ poſtulatur, ſi nuptias denuntiatio *o* vel ad domum *p* mulieris miſſa non præceſſit.

4 ¶ Mulierem ob latronum ſocietatem *q* exulare iuſſam, citra *r* pœnæ metum in matrimonio retineri poſſe reſpondi, quia non fuerat adulterij damnata.

5 ¶ Præſcriptione *ſ* quinque annorum crimen inceſti coniunctum *t* adulterio non excluditur.

6 ¶ Duos *u* quidem adulterij, marem & fœminam, propter commune crimen, ſimul non *x* iure, nec à viro poſtulari conuenit. Cùm tamen duobus denuntiatum fuiſſet ab eo qui poſtea deſiſtere volebat, abolitionem eſſe neceſſariam in vtriuſque perſonam reſpondi.

7 Inceſti *y* commune crimen aduerſus duos *z* ſimul intentari poteſt.

8 ¶ De ſeruis quæſtionem *a* in dominos inceſti poſtulatos ita demum habendam reſpondi, ſi per adulterium inceſtum eſſe contractum dicatur.

An mulier poßit ei nubere, quem maritus ſuſpectum habuit.

1. De eo qui vxorem reduxit.

40. *Paulus*‖lib. 19. Reſponſorum.‖

QVæſitum eſt, antea quam maritus adulterij crimine ſe accuſaturũ minatus eſt, nec *b* quicquam egit vel iure mariti, vel iure publico, nubere poſſit ei quem in ea reum adulterij deſtinauit? Paulus reſpondit, nihil *c* impedire, quo minus ei quem ſuſpectum maritus habuit, ea de qua quæritur, nubere poſſit.

¶ Item quæritur, an idem maritus deſtitiſſe videatur, vel lenocinium commiſiſſe, qui eandem reduxit vxorem? Paulus reſpondit, eum qui poſt crimen adulterij intentatum eandem vxorem reduxit, deſtitiſſe videri: & ideo ex eadem lege poſtea accuſandi ei ius non ſupereſſe.

De dilatione.

41. *Idem*‖lib. 1. Sententiarum.‖

IN crimine adulterij nulla danda dilatio *d* eſt, niſi vt *e* perſonæ exhibeantur, aut iudex ex qualitate negotij motus, hoc cauſa *f* cognita permiſerit.

De iure aureorum annulorum.

42. *Triphoninus*‖lib. 2. Diſputationum.‖

SI is qui ius *a* annulorum impetrauit, adulterium commiſit in patroni vxorem, aut in patronam ſuam aut in eius eíve cuius, libertus partris, aut matris, filij filiæve fuit, an vt libertus puniri debeat? & ſi deprehenſus ſit in adulterio, an impunè occidatur? Et magis probo ſubiiciendum pœna *b* libertinorum: quoniam lege Iulia de adulteriis *c* coërcendis ad tuenda matrimonia pro libertinis eos haberi placuit, & deteriorem cauſam per iſtud beneficium patronum haberi non oportet.

Si quis non ex lege repudiatam vxorem duxerit.

43. *Gaius*‖lib. 3 ad legem duodecim tabularum.‖

SI ex lege *d* repudium miſſum non ſit, & idcirco mulier adhuc *e* nupta eſſe videatur: tamen ſi quis *f* eam vxorem duxerit, adulter non erit: ídque Saluius Iulianus reſpondit: quia adulterium (inquit) ſine *g* dolo malo non committitur: quanquam dicendum, ne is qui ſciret eam ex lege repudiatam non eſſe, dolo malo committat.

De morte eius quæ inceſtum vel adulterium commiſit.

44 *Papinianus*‖lib. 4. Reſponſorum.‖

DEfuncta quoque ſocru *h*, gener inceſti poſtulabitur, vt adulter poſt mortem mulieris.

AD *i* LEGEM IVLIAM DE VI publica *K*.

TIT. VI.

Qui tenentur hac lege.

1. *Marcianus*‖lib. 14. Inſtitutionum.‖

LEGE Iulia de vi publica tenetur, qui arma, tela domi ſuæ, agróve in villa præter *l* vſum venationis, vel itineris *m*, Vel nauigationis coëgerit.

2. *Scæuola*‖lib. 4. Regularum.‖

EXcipiuntur autem *n* arma quæ quis promercij *o* cauſa, habuerit hæreditatêve ei obuenerint.

3. *Marcianus*‖lib. 14. Inſtitutionum.‖

IN eadem cauſa ſunt, qui turbæ *p* ſeditioniſve faciendæ conſilium inierint *q*, ſeruóſve, aut liberos homines in *r* armis habuerint.

1 ¶ Eadem lege tenetur, qui pubes *ſ* cum telo *t* publico fuerit.

2 ¶ In eadem cauſa ſunt, qui peſſimo exemplo conuocatu *u*, ſeditione villas *x* expugnauerint, & cum telis & armis bona *y* rapuerint.

3 ¶ Item tenetur, qui ex *z* incendio rapuerit aliquid præter materiam *a*.

4 ¶ Præterea punitur huius legis pœna, qui puerũ *b*, vel fœminam, vel quemquam per vim ſtuprauerit.

5 ¶ Sed & qui‖in‖ incendio cum gladio, aut telo rapiendi cauſa fuit, vel prohibendi dominum res ſuas ſeruare, eadem pœna tenetur.

6 ¶ Eadem lege tenetur, qui hominibus armatis poſſeſſorem domo *c* agróve *d* ſuo, aut naui ſua deiecerit, expugnauerit ‖concurſu *e*.‖

4. *Vlpianus*‖lib. 59 ad Edictum.‖

VTíve id ſtaret *f*: homines commodauerit *g*.

5. *Martianus*‖lib. 14. Inſtitutionum.‖

QVi cœtu *h* concurſu *i*, turba, ſeditione, incendium *K* fecerit: quique hominem dolo malo incluſerit: *l* obſederit: quíve fecerit quò minus ſepeliatur *m*, quò magis funus diripiatur *n*, diſtrahatur, quíve per vim ſibi aliquem obligauerit. nam eam obligationem lex reſcindit *o*.

1 ¶ Si de vi & poſſeſſione, vel dominio quæratur, antè *p* cognoſcendum de vi, quàm de proprietate rei, Diuus Pius *q* τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν, id eſt, ‖Vniuerſitati Theſſalorum‖ Græcè‖reſcripſit, ſed & decreuit, vt priùs de vi quæratur, quam de iure dominij, ſiue poſſeſsionis.

2 ¶ Qui vacantem *r* mulierem rapuit, vel nuptam *ſ* vltimo ſupplicio punitur, & ſi pater iniuriam ſuam precibus exoratus remiſerit *t*, tamen extraneus *u*, ſine *x* quinquennij præſcriptione rerum poſtulare

a *l.6.in fi.ff.eo.* b Iuſto, *l.4.C.eo.* c *6.Harm.2.* d *§.3.d.l.1.* e *l.4.in fi.C.eo.* f *36.Ecl.ex lib.60.tit.39.c.2.* g *l.8.in fi.ff.de accuſat.* h Dolor iuſtus in delictis num excuſat? hoc lex innuit, & lex 3.§.2.ff.de *Silan.l.Gracchus 4.C.de adult.* ſed tamen Clarus refert ex communi opinione iuſtum dolorem nõ excuſare à pœna, ſed ad pœnam tantũ moderandam prodeſſe l.1.*in fi.j.de ſicar.* i Argumentum à minori ad maius: plus eſt igitur vitam alterius lædere, quàm famam: Minus eſt fama quàm vita. k *v.l.15.ff.eo.l.12.ff.de accuſ.l.48.ff.de iudic.* l Vim quæ patitur inuita, adulterij rea non eſt. vis excuſat ab adulterio: vnde notant mulierem vi compreſſam à tyranno alióve potentiore, liberos ex ea coniúctione ſuſceptos poſſe vtiliter heredes inſtituere: Quinimò liberos ita ſuſceptos matri ſuccedere tam ex teſtamẽto quàm ab inteſtato, quoniam quia ipſam mulierem ſpectamus, innoxius eſt partus, vt notat Martinus de Cazariis, *tractat. de Principe n.20.* adde *l.13.§.7.ff.eo.l.20 ff.eo.* Tiraquel *tractat. de pœnis, cauſa 36.* m Ratio dubitandi. n *l.26.ff.eod.* de differentia inter adulterum, & adulteram, *v.Cuiac.20.obſ.15.* o *l.17.§.vlt.ff.eod.* p Denuntiatio ad domum fieri debet clamore, vel buccina, Gracchus apud Plutarchum: ἦ ἔτος πάτριον ἦν ἡμῖν εἴ τις ἔχοι δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούῃ, τούτου πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι. & in l.12.tabularum hæc verba legũtur: cui teſtimonium defuerit, tertiis diebus ob portum, id eſt, ad domum obuagulatum ito, *v.Cuiac.8.obſ.15.* q Latronum ob ſocietatem quis exilio mulctatur. r Puto tamen liberum eſſe viro vxorem repudiare, ob latronum ſocietatem, *argum. Nou.22.c.15.Nou.11.c.3.§.4.* ſ *60.Ecl.tit.* περὶ τῶν ἀθεμίτως, *&c.c.39 6 Harm.2.* t *6.Harm.2.§.8.* u *l.1.§10.verſic atquin.j. ad Turp.* x Id non ſeruatur in Gallia, *v l.11.§10.l.15.in fi ff.eo.* y *l.7.in fi ff.eo.* z In eo differt inceſtum ab adulterio. De differentia inceſti & adulterij, *v.Cuiac.20.obſ.17.* a *l.5.in fin.j.de quæſt.* b *al.* ſi nec quidquam. c Mulier nubere poteſt ei cum quo adulterij tantùm inſimulata eſt, nõ conuicta *l.11.§.11.ff.eo.v.Nou Leon.30.* d *l.11.§.9.ff.eo.Paul.2.ſent.26§3.* e Dilatio in crimine adulterij datur duabus ex cauſis. f Dilatio ex cauſa concedi à iudice poteſt.

a De iure annulorum aureorum *v.ff. de iure aureorum annulorum.* b Pœnæ. *Hal.* c Idem in caſu legis 11. *ff. de Silaniano*: aliud eſt in caſu leg.44.*ff. de excuſat. tut.* d Ex legis formula, v.l.2.l.9.*ff. de diuortiis, l.vnic.ff. vnde vir.* vel dic ex lege Iulia vt olim ex legib.XII. tab. v. Briſſ. *lib. ſing.de adult.* e Illegitimum repudium non diſſoluit nuptias: paria ſunt non diſſoluere, aut illegitimè. f Repudiatam non iuſtè, ſciens qui ducit, dolum committit, l.11.§.2.*ff.eod.* g Adulterium ſine dolo eſſe non poteſt. h Cum qua gener inceſtum commiſit. dic idem in nouerca, & priuigno. *Ecl.ibid.c.41.* adde l.11.§.4.§.8 *ff.eo.* i *9.C.12.9.C.The.10.Paul.5.ſen.20.§.2. Inſt. de pub. iud. 1. Harm. 11.* adde 10.*Eclog.* περὶ βίας: præſertim ex *lib. 60. tit. 18. Paponem 22. Areſt.5. Boſſ.c.2.* k Quæ contra ius faſque infertur publicis perſonis, i. quæ imperium & poteſtatem habẽt, ea propriè vis eſt publica, *Cuiac.hic.* ad alias tamẽ perſonas pertinet qui vim cum armis inferunt. l Venandi, itineris faciendi, nauigandi, aut promercij cauſa arma domi, in agro, aut in villa ſua, quis habere poteſt. *huc* adde l.1. *C.vt armor. vſus 37. Ecl. 9. ex lib.69.tit.18.c.1.* m Et ſalutis l.11. *in fin.j.eod.* n Excipiuntur etiam, *Hal.* o Commercij, *vulgat.* promercij cauſa habere, eſt in hoc habere, vt poſſis vendere l.10.*ff. de impenſis l.41.§.5.ſup. ad leg.1.l.4.ff.de pœnis: l.3.§.4.j.de ſicariis.* p Seditio differt à turba, *vt & l.5.j.eo.* q l.10.*C eo.6.Har.7.c.1* περὶ νεωτερισμῶν *60.Ecl.17.ex tit 18.c.2.* r In armis homines, armati. ſ ἔφηβος *Ecl.ibid.Harm.ibid.* t *Paul.5.ſent.26.§.3.* u Conuocata ſeditione, *vulg.Hal.* adde *l.2.j.tit.proximo, lib.10 §.1.j.eo.* x *Paul.ibid.lib.11.j.eod.* y *Harm.ibid.* z *v.l.1.ff de incendio.* a *60.Ecl.18.c.3.* b *l.29.in fin.ff.de adult.* c *Paul.5.ſent.26.§3.* d *l.5.j.tit.proximo: 10 Ecl.2.ex lib.60.tit.18.c.10.* e *l.4.j.de vi priuata.* f Id fieret, *vulg.* g *Paul.ibid.* accommodauerit, *vulg.* locauerit, conduxerit, *Paul.ibid.* h *Seneca 3.controu.6. in fin.l.4.j. de vi priuata.l.4.§.3.ff.vi bonorum rap.2.l.1.ff.ad leg Iuliam maieſtatis.* i Concurſus, *vulg.Hal.Paul.ibid.* k *Paul.ibid.* l *l.6 j.eo.l.3 C.eo.Paul.ibid. Idem 1.ſent.7.§.8.§.9.& vlt.v.Senec.5.de benef.8.* m *Paul.ibid.* n Id eſt, funus eripuerit, turbauerit, *Paul.ibid.* o Vi extorta obligatio non conſiſtit, ſed reſcinditur, *l.9.§.3.ff.quod metus cauſa.* p *l.7.C.eo.l.37.ff.de iudiciis, lib.1.§.4.ff.vti poßidetis.* q Id eſt, communi, *vt apud Cic.* commune Miliadum & Siciliæ, 1.*& 2 Verrina l.37.ff.de iudiciis,* ſic κοινὸν τῶν Θρᾳκῶν, *l.9.j.de appell. l.6.§.2.ff.de excuſ.tutor.* r Vacans mulier, i. vidua, vel deſponſata, 6 *Harm.6.* ſ *l.vnic.verſ.quod multo, C. de raptor.* t *l.17.§.12.ff.de iniur.* u Tutor vel curator. x *l.29.in fi ff. de adulteriis.*

poterit

rum rerum hæres ſcriptus ſit, perinde iure valere *n*, ac ſi rerum mentio facta non eſſet: ſed & teneri hæredem ſcriptum vt contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege *b* Falcidia, hæreditatem reſtituat his, qui in priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta fideicommiſſi verba: quibus vt valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt: dubitari non oportet. Et ruptum quidem teſtamentum hoc modo efficitur.

4 ¶ Alio autem modo teſtamenta iure facta infirmantur: veluti cùm is, qui fecit teſtamentum, capite *c* deminutus ſit, quod quibus modis accidat, primo libro retulimus.

5 ¶ Hoc autem caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant, & ea, quæ ſtatim ab initio non iure fiunt, irrita ſint: ſed & ea, quæ iure facta ſunt, & poſtea per capitis deminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſanè commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui, ideo quædam non iure facta dicuntur, quædam iure facta rumpi, vel irrita fieri.

6 ¶ Non tamen per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio iure facta, per capitis deminutionem irrita facta ſunt, nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt: poteſt ſcriptus hæres *d* ſecundùm tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere, ſi modò defunctus, & ciuis Romanus, & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit. Nam ſi ideo irritum factum ſit teſtamentum, quia ciuitatem, vel etiam libertatem teſtator amiſit, aut quia in adoptionem ſe dedit, & mortis tempore in adoptiui patris poteſtate ſit: non poteſt ſcriptus hæres ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſionem petere *e*.

7 ¶ Ex eo autem ſolo non *f* poteſt infirmari teſtamentum, quod poſtea teſtator id noluerit valere: vſque adeò, vt & ſi quis poſt factum prius teſtamentum poſterius facere cœperit: & aut mortalitate præuentus: aut quia eum eius rei pœnituit, id non perfecerit, diui Pertinacis oratione *g* cautum ſit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant, niſi ſequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint: nam imperfectum *h* teſtamentum ſine dubio nullum eſt.

8 ¶ Eadem oratione expreſſit non admiſſurum ſe hæreditatem eius, qui litis *i* cauſa principem reliquerit hæredem: neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipſe ob eam cauſam hæres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nuda voce hæredis nomen admiſſurum: neque ex vlla ſcriptura, cui iuris auctoritas deſit, aliquid adepturum. Secundùm hoc diui Seuerus & Antoninus ſæpiſſimè reſcripſerunt. Licèt enim (inquiunt) legibus ſoluti ſimus, attamen *k* legibus viuimus.

DE *l* INOFFICIOSO TESTAMENTO.

TIT. XVIII.

QVIA plerunque parentes ſine cauſa *m* liberos ſuos exhæredant, vel omittunt inductum eſt, vt de inofficioſo teſtamento agere poſſint liberi, qui queruntur, aut iniquè ſe exhæredatos, aut iniquè præteritos, hoc *n* colore, quaſi non ſanæ mentis fuerint, cùm teſtamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quaſi vere furioſus ſit, ſed rectè quidem fecerit teſtamentum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi verè furioſus ſit *o*, nullum teſtamentum eſt.

1 ¶ Non autem liberis tantum permiſſum eſt teſtamentum parentum inofficioſum accuſare: verum etiam liberorum parentibus. *p* Soror autem & frater *q* turpibus perſonis ſcriptis hæredib. ex ſacris conſtitutionib. prælati ſunt. Non ergo contra omnes hęredes agere poſſunt. Vltra *r* fratres igitur & ſorores cognati nullo modo aut agere poſſunt, aut agentes vincere.

2 ¶ Tam autem naturales *ſ* liberi, quàm ſecundùm noſtrę conſtitutionis *t* diuiſionem adoptati, ita demum de inofficioſo teſtamento agere poſſunt, ſi *u* nullo alio iure ad defuncti bona venire poſſint. Nam qui ad hæreditatem totam vel partem eius alio iure veniunt, inofficioſo agere non poſſunt. Poſthumi quoque qui nullo alio iure venire poſſunt, de inofficioſo agere † poſſunt.

3 ¶ Sed hęc ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus à teſtatoribus teſtamento relictum eſt: quod noſtra *x* conſtitutio ad verecundiam naturę introduxit. Sin verò quamtacumque pars hęreditatis vel res eis fuerit relicta: de inofficioſo querela quieſcente, id quod eis deeſt, vſque ad quartam legitimę partis *y* repleatur: *z* licèt non fuerit adiectum, boni viri *a* arbitratu debere eam compleri *b*.

4 ¶ Si tutor nomine pupilli, cuius tutelam gerebat ex teſtamento patris ſui legatum acceperit, cùm nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo: nihilominus poterit nomine ſuo de inofficioſo patris teſtamento agere *c*. 5 ¶ Sed ſi è contrario, pupilli nomine cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt ipſe ‖tutor,‖ quod ſibi in teſtamento eodem legatum relictum eſt, non *d* admittit.

6 Igitur quartam *e* quis debet habere, vt de inofficioſo agere non poſſit: ſiue iure hęreditario, ſiue † iure legati, vel fideicõmiſſi, vel ſi mortis cauſa ei quarta donata fuerit vel inter viuos: in iis tantum modò caſibus, quorum mentionem facit noſtra conſtitutio: vel aliis modis, qui ‖in noſtris‖ conſtitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum eſt: vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo teſtamento permittitur, vna quarta eis dari poſſit, vt ea pro rata eis diſtribuatur *a*.

a l.1.§.4.l.10.ff.de hær.inſt.
b Lex Falcidia ad fideicommiſſa ex Pegaſiano: ad donationes cauſa mortis, ex conſt. D. Seueri, ad Codicillos, & inteſtati cauſam ex conſtit. Antonini producitur. *Cuiac.*
c *l.6. §. irritum. ff. eod.*
d *l.12.ff.eod.*
e quæ negatur ei, qui ius teſtandi non habet l.1.§.5. *ff ſecund. tab.*
f Imo poſſe videtur, l 29.*ff.de teſt.*
g Huius orationis meminit Capitolinus in Pertinace.
h Imperfectus actus nihil operatur. Imperfecta iure pro nullis habentur.
i *l.vlt.ff. qui teſt.l. 91 ff.de hær inſt.*
k *l.3. C. de teſt.*
l 5.*ff.*2.3.*C.*28.
m i.ex iniuſta, cui non aſſentiendum: *l.4.ff.eo.*
n *l. 2. eod.* quia nulla impugnandi eius teſtamenti cauſa commodior: ceſſat enim iniuriarum actio poſt mortem.
o *l.16.in fin.ff.qui teſt. fac.*
p *l.1.l.15.ff.eo.*
q vtrinque coniunctus, non vterinus, *l.27.C.eo.*
r *l. 21. C.eo.*
ſ legitimi tamen v.quæ not.ad *Non. 89. c.vlt.*
t *l.pen.C.de adopt.*
u eſt enim ſubſidiaria *l.4.§.ſcimus C.de lib.præt.*
† Poſthumi præteriti agnatione rumpunt teſtamẽtum, exhæredari non poſſunt, cum nulla ſit in eis ingratitudinis ſuſpicio, v.§.1.*ſ.de exhæred.*
x *l.30.C.eo.*
y ſingulis, ſua portio in quadrante vel triente, vel ſemiſſe legitimæ partis relinquenda eſt.
z Condictione ex *d.l.30.& l.36.* quæ vulgo actio ad ſupplementum legitimè vocatur.
a quod olim adſcici, vel intelligi, neceſſarium erat *l.30.in pr.C.eo.*
b nec enim prohiberi aut grauari poteſt, *l.35.36.C. eodem.*
c *v.l.22.ff.de his quib. vt indign. v. l.30 ff eo.*
d *l.22. ff. de his quibus vt indign.*
e quæ hodie vt aucta ſit, v.No.18. c.1.12.c.48.39.c.1.
† Hodie iure inſtitutionis quarta relinquenda eſt. *Nou. 115. c. 3. in pr. & c.5.*
a addendum, hanc condictionem ad ſupplemẽtum non quinquennio (inſtar querelæ) ſed 30. annis præſcribi. *l.oſ. 34. C. eod. Decius conſ. 303. Vigl. Mynſ. contra Bart.* addendum etiam quoad inſtitutionem hæredis (filio iniuſtè præterito vel exhæredato) irritum eſſe teſtamentum, legata vero & cætera firma manere. *Auth. ex cauſa. C. deliber. prat. Nou. 115.c.3.§.ſi autem §.ſi verò.*

DE HÆREDVM QVALITATE, & differentia.

TIT. XIX.

¶ Diuiſio hæredum. 1. ¶ De hæredibus neceſſariis. 2. ¶ De ſuis hæredibus. 3. ¶ De extraneis. Qui ſunt hæredes extranei. 4. De teſtamenti factione. 5. De iure deliberandi, & beneficio Inuentarij. 6. De acquirenda vel omittenda hæreditate.

HÆREDES autem aut neceſſarij dicuntur, aut ſui & neceſſarij, aut extranei.

1 ¶ Neceſſarius hæres eſt ſeruus hæres inſtitutus. Ideóque ſic appellatur, quia ſiue velit *b*, ſiue nolit, omnino poſt mortem teſtatoris protinus liber & neceſſarius hæres fit. Vnde qui facultates ſuas ſuſpectas habeant, ſolent ſeruum ſuum primo aut ſecundo, aut etiam vlteriore gradu hęredem inſtituere, vt ſi creditoribus ſatis non fiat, potius eius hęredis bona, quam ipſius teſtatoris à creditoribus poſſideantur, vel diſtrahantur, vel inter eos diuidantur. Pro hoc tamen incommodo, illud ei commodum prębtatur, vt ea quæ poſt mortem patroni ſui ſibi adquiſierit, ipſi reſeruentur. Et quamuis bona defuncti non ſufficiant creditoribus: ‖iterum‖ tamen ex ea cauſa res eius, quas ſibi adquiſierit, non veneunt.

2 ¶ Sui *c* autem & neceſſarij hęredes ſunt, veluti filius, filia, nepos, neptiſve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate *d* morientis modò fuerint. Sed vt nepos, neptiſve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum eámve in poteſtate Aui mortis tẽpore fuiſſe: ſed opus eſt, vt pater eius viuo patre ſuo deſierit ſuus hęres eſſe aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus à patris poteſtate: tunc. n. nepos neptiſve in locum patris ſui ſuccedit. Sed ſui quidem hæredes Ideo appellantur, quia domeſtici hęredes ſunt, & viuo quoque patre quodammodò *e* domini exiſtimantur. Vnde etiam ſi quis inteſtatus moriatur, prima *f* cauſa eſt in ſucceſſione liberorum *g*. Neceſſarij verò ideò dicuntur, quia omnino, ſiue *h* velint, ſiue nolint, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ‖ex lege 12. tab.‖ hæredes fiunt: ſed his prætor *i* permittit *k* volentibus abſtinere hæreditate, vt potius parentis, quàm ipſorum bona ſimiliter à creditoribus poſſideantur.

3 ¶ Cæteri, qui teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt, extranei *l* hæredes appellantur. Itaque liberi quoque noſtri qui in poteſtate noſtra non ſunt, hæredes à nobis inſtituti, extranei hæredes nobis videntur. Qua de cauſa, & qui hæredes à matre inſtituuntur, eodem numero ſunt: quia fœminæ in poteſtate liberos non habent *m*. Seruus quoque hæres à domino inſtitutus, & poſt teſtamentum factum ab eo manumiſſus, eodem numero habetur.

4 ¶ In extraneis hæredibus illud obſeruatur *n*, vt ſit cum eis teſtamenti factio: ſiue hæredes ipſi inſtituantur, ſiue hi qui in poteſtate eorum ſunt: & id duobus *o* temporibus inſpicitur: teſtamenti quidem ‖facti‖ tempore, vt conſtiterit inſtitutio: mortis verò teſtatoris, vt effectum habeat: hoc amplius, & cùm adit hæreditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio ſiue purè, ſiue ſub conditione hæres inſtitutus ſit: nam ius hæredis eo *p* maximè tempore inſpiciendum eſt, quo adquirit hæreditatem. Medio autem tempore inter factum teſtamentum & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio iuris non *q* nocet hæredi: quia (vt diximus) tria tempora inſpici debent. Teſtamenti autem factionem non ſolum is habere videtur, qui teſtamentum facere poteſt: ſed etiam qui ex alieno teſtamento vel ipſe capere poteſt, vel alij adquirere, licèt non poſſit facere teſtamentum *r*. Et ideò furioſus & mutus *ſ*, & poſthumus, & infans, & filiusfa. & ſeruus alienus teſtamenti factionem habere dicuntur. Licèt. in. teſtamentum facere non poſſunt. attamen ex teſtamẽto vel ſibi vel alij adquirere poſſunt. 5 ¶ Extraneis *u* autẽ hæredibus deliberandi poteſtas eſt *x* de adeũda hęreditate, vel non adeũda. Sed ſiue is, cui abſtinẽdi poteſtas eſt, immiſcuerit, *y* ſe bonis hæreditatis, ſiue extran, cui adeunda hæreditate deliberare licet, adierit.

b *l.12.ff.qui teſt.* quod in aliis non eſt, *l.26. C. de iure delib. l.85. ff. de adquir. hæred.*
c *l.1.§.ſuos, ff.de ſuis.*
d *l.12. in fin. ff. qui teſtam.*
e *l.11.ff.de liber. & poſth. v.l.6. §.5.ff.de adq.hær.* Hereditas (vt rectè ſcribit. Caſſiodorus in *Pſ.2.15.77* ab hero dicta, i. à domino quod eam iure legitimo dominus poſſideat. Nec quis interea miretur quod quæ in *hæres* ſyllaba producitur in hero corripiatur. videndus eſt enim Gellius 12. c.3. *adde Cuiac. 5. obſ.10. in fin.*
f v.l.1. §.1.& 5. *ff.ſi tabulæ teſt.nullæ extabunt*, vbi dixi.
g §.1. *j.de hæred. quæ ab inteſt. l. 1. in pr. ff. ſi tabulæ teſt.* h *v. l.12. ff. qui teſt.* i Ius abſtinendi legibus 12. tab. introductum non fuiſſe hinc colligitur, quia iure. 12. Tab. liberi erant neceſſarij *ſ.eod.* ſed iure prætorio, *vt hic.* quod & confirmatum eſt iure ciuili Digeſtorum *l. 12. ff. de vulgari.* & nouiſſimò C. & Nou. *l. vl. C. de iur. de lib.* & ita communiter tenetur: licèt alij in *l. vn. 6. quando non petentium partes.* putent ius abſtinendi iuris eſſe ciuilis præciſè, *v. Pyrrinum diſp 10. ſub fin. comment. in conſuet. Aurelian.*
k *l 57. in pr. ff. de adq her.*

l *l.12. ff.qui teſt.* m & per conſequens nec ſuos *l.4. §.2. ff. contra tab.* n *l.49. §.1. ff de hær. inſt.* o *l.49. §.1. ff. de hær. inſt.* p *l.62. in pr. ff. de hær. ind. l. 52. ff. de leg. 2.* q *l.6. §. ſolemus, ff. de hær. inſt.* r vt ſit duplex teſtamenti factio vna eius faciendi, altera ex eo capiendi *l.16. §. qui teſt.* ſ *l.1. §.2. ff de hær inſt.* t *l.4. ff. de l b.* u & ſuis, *Cantiuncula.* x Deliberandi poteſtas data à Prætore olim pro arbitrio *l.1. ff. de iur. delib.* hodie intra certũ tempus, *l. vl. §. ſed quia C. de iur. delib.* y immiſcere hæreditati ſui & neceſſarij dicũtur, quẽadmodũ extranei adire *l.3. § ſeio l. 7. §. non ſolum ff. de min. l. 14. §. pler. ff. de relig. l. 1. §. qui ſũt ff ſi quis amiſ. l. 57 ff. de adq. hæred. l. 5. in fin. ff. quod cum eo. l. 6. §. ſed & ff. ad Treb. l. pen. ff. de ſep. l. c. l. 8.*

a l.5.§.eod.
b Paul.5.ſent.26. §.1.
c l.10.§.eod.
d Paul.ibid,ea res Valeriis legib.anteter ſancita fuerat, adde l.25.§.de appellationib.adde Actorum Apoſtolicorum cap.25.12, 22.25.
e Ad populum vel Imperatorem.
f Collare eſt vinculi genus, quod reis iniicitur ignominiæ aut pœnæ cauſa; pœna eſt ſerullis, aut vt ita dicam, canina.qua de cauſa aut genus vinculi Canis appellatur à Plauto in Caſsina, Lucilius 28.ſatyr. cum manicis, capulum; collaréque vt fugitiuo deportem. apud Sueuos & Francos pœnæ genus fuit canis animalis geſtatio. Guntherus lib. 5. Panthaleon part. 2. proſopographiæ in Fridric.Barbaroſſa: quin & lapis ſcandali, Zaſius in l.imperium, n.25.§.de iuriſdict. qua de re v.Cuiac.12.obſ.21. de pœna mitræ v. Clarum 5. ſent. §. vlt.q.70. verſ.mitra. His adde Spartianum in Adriano, vbi agit de Caramidiatis.
g l.vlt.§.de legationibus.
h Oratores qui & legati Varroni lib. 6. de lingua. non magiſtri, vt malè putat Accurſius.
i Magiſtratus ſcil. v Cuiac apud Paul. 5.ſent.§.3.
k Etiam eos,qui habuerunt quod nocere poteſt, Vul. Hal.
l adde l.7.l.8 §. ad Trebellianum. De exceptione loci non tuti v. Olden.c.17.de exceptionibus.
m Aliterquam ei, Vulg.Hal.
n Paul.5.ſen.26. §.3.

poterit, cùm raptus crimen legis Iuliæ de adulteriis poteſtatem excedat.

6. *Vlpianus*||lib.7.de officio Proconſulis.||

ET eum qui puerum ingenuum rapuit, puniendum Diuus Pius reſcripſit in hæc verba: Exemplum libelli dati mihi à Domitio Siluano, nomine Domitij Siluani patrui, ſubiici iuſsi, motus querela eius, qua ſignificauit filium ſuum ingenuum iuuenem admodum raptum, atque concluſum *a*, ||mox||verberibus ac tormentis vſque ad ſummum periculum adflictum. Gemine cariſsime, velim audias eum, & ſi compereris hæc ita admiſſa, rem ſeuerè exequaris.

7. *Idem*" lib.8. de officio Proconſulis."

LEge Iulia de vi publica tenetur, qui cum imperium, *b* poteſtatémve *c* haberet, ciuem Romanũ aduerſus *d* prouocationem *e* necauerit, verberauerit, iuſſerítve quid fieri, aut quid in collum *f* iniecerit, vt torqueatur. ¶ Item quod ad legatos *g*, oratores *h* comitéſve attinebit, ſi quis eorum(quem)pulſaſſe, & ſiue iniuriam feciſſe arguetur.

8. *Marcianus*||lib.5.Publicorum.||

LEge Iulia de vi publica cauetur, ne quis *i* reum vinciat, impediátve, quo minùs Romæ intra certum tempus adſit.

9. *Paulus*" libro 7. ad Edictum."

ARmatos non vtique eos intelligere debemus, qui tela habuerunt: ſed etiam *k* quid aliud, quod nocere poteſt.

De pœna.

10. *Vlpianus*||lib.68. ad Edictum.||

QVi dolo malo fecerit, quominus iudicia tutò *l* exerceantur, aut iudices, vt oportet iudicent, vel is qui poteſtatem imperiúmve habebit *m*, quam ei ius erit, decernat, imperet, faciat; qui ludos, pecuniámve ab aliquo inuito polliceri publicè, priuatímve per iniuriam exegerit. item qui cum *n* telo dolo malo in concione fuerit, ||aut||vbi iudicium publicè exercebitur, exceptus eſt, qui propter venationem *o* habeat homines, qui cum beſtiis pugnent, miniſtróſque ad ea habere conceditur. 1 ¶ Hac lege tenetur, & qui conuocatis *p* hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, & pulſetur *q* neque homo occiſus ſit. 2 ¶ Damnato de vi publica, aqua *r* & igni interdicitur *ſ*.

De teli appellatione. 2. De eo qui telum gerit.

11. *Paulus*||lib.5.Sententiarum.||

HI *t* qui ædes alienas aut villas expilauerint, effregerint, expugnauerint *u*, ſi quidem in turba *x* cum telo fecerint, capite *y* puniuntur.

1 ¶ Telorum autem appellatione *z* omnia ex quibus ſinguli *a* homines nocere poſſunt, accipiuntur.

2 ¶ Qui telum tutandæ ſalutis *b* ſuæ cauſa gerunt non videntur hominis occidendi cauſa portare.

De Vectigalibus.

12. *Idem*" lib.ſingulari ad ſenatuſconſultum Turpillianum."

QVi noua *c* vectigalia exercent *d*, lege Iulia de vi publica *e* tenentu.

AD *f* LEGEM IVLIAM DE VI PRIVATA *g*. TIT. VII.

De pœna. 1. De naufragio.

1. *Marcianus*||libro 14. Inſtitutionum.||

DE vi priuata damnati pars tertia *h* bonorum ex lege Iulia publicatur: & cautum eſt, ne *i* ſenator ſit, ne decurio, aut vllum honorem capiat, néve in *k* eum ordinem ſedeat, néve iudex ſit, & videlicet omni honore quaſi infamis *l*, ex ſenatuſconſulto carebit.

o l.1.§.eo. p l.4. C.eo.l.4.§.de vi priuata. q Pulſetur, & ſineque, Vulg.Hal.
r De qua dixi ad l.1.§.2 §.de leg.3. ſ Cicero 1.Philipp.leges Cæſaris iubent ei,qui de vi damnatus ſit, aqua & igni interdici.Igitur hodie deportabitur, cùm in locum interdictionis deportatio ſucceſſerit, l 8 §.de publ.iudiciis. Video tamen Clarum 5. ſent.§.vlt. q.67. in ea eſſe opinione, deportationis pœnam hodie non eſſe in vſu, eius loco vel damnationem ad triremes tẽporarias, aut perpetuas, vel exilium infligi:mortem nunquam, niſi ſtatutum expreſsis verbis pœnam deportationis Romanæ, capitalem omnino ac propriè fecerit. t Paul.5 ſent.3 §.3. & 5.ſent 26.§ 4.
u Cum armis ſcil. x Vel tumultu. y Paul.d.§.3.10 Ecl.2.ex lib.60.tit.10.c.10. in fi. z l.9.§.eo.v.l.6.§.§.de furtis:l.33.§.2.§.de ver.ſig §.5. Inſt.de pub.iud.Paul.5. ſent.3.§.3.in fi. a Ex quibus ſaluti hominis nocere poſſunt.ita legitur apud Paul.5. ſent.3.§ 3 in fin. Telum eſt, quo ſaluti hominum nocere poſſumus. b 37.Ecl.9.ex lib.60.tit.18.c.10. c l.vn §.3 §.de leg.Iulia ambitus. d Exigunt: vel aliquid ſuperexigunt. e Et lege Iulia de ambitu, d.§.3.& conſtitutionibus, l.vn.C.noua vectigalia De vectigalibus vmbræ & aëri impoſitis, v.Cuiac.10.obſ 7. f 9.C.12.& 9. Theo.10.Paul.5.ſent.26 §.8.inſt.de pub iud. g Quæ fit ſine armis. h l.vlt.§.eo.& d. §.8.Paul.ibi & d.§.3 in fi.l.2.C.eo.10 Ecl.2.ex lib.60.tit.16.c.1. i Facit l.1.§.de his qui notantur k Néve in quatuordecim ordinibus ſedeat, Cuiac. vt in lege Roſcia Theatrali de decoctoribus, Cuiac.9.obſ.6.in pr. de lege Roſcia & 14. gradibus ſpectandi gratia relictis equeſtri ordini:v. Ciceronem Philippica 2. Aſcon. Corneliano, Flor.Epitom 99.Dionem 26.& 7.Plin.20.Iuuenalem Satyr.14. Tacitum lib.15.
l Quaſi infamis carebit. Eadem pœna adficiuntur, qui ex ſenatuſconſulto ad pœnam

1 ¶ Eadem pœna adficiuntur, qui ad pœnam legis Iuliæ de vi priuata rediguntur, & ſi quis ex naufragio *a* dolo malo quid rapuerit.

2 ¶ Sed & ex conſtitutionibus principum extra *b* ordinem qui de naufragiis *c* aliquid diripuerint, puniuntur, nam & Diuus Pius reſcripſit, nullam vim nautis fieri debere, & ſi quis fecerit, vt ſeueriſsime puniatur.

De hominibus conuocatis vt cui iniuria fiat.

2. *Scæuola*" libro 4. Regularum."

HAc lege tenetur, qui conuocatis *d* hominibus vim fecerit, quo quis verberaretur, pulſaretur. neque homo occiſus erit.

2. De rebus per iniuriam ablatis.

3. *Macer*" libro 1. publicorum."

NEc intereſt liberos, an ſeruos: & ſuos, an alienos quis ad vim faciendam conuocauerit.

1 ¶ Nec minus hi, qui *e* conuocati ſunt, eadem lege tenentur. 2 ¶ Sed ſi nulli conuocati, nulliſque pulſati ſint, per iniuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum ſit: hac lege teneri eum, qui id fecerit.

De cœtu & concurſu facto quo minus quis in ius producatur. 1. De quæſtione habita in ſeruo.

4. *Paulus*||libro 55. ad Edictum.||

LEgis Iuliæ de vi priuata crimen committitur, cùm cœtum *f* aliquis, & concurſum feciſſe dicitur, quo *g* minùs quis in *h* ius produceretur.

1 ¶ Et ſi quis quæſtionem de alterius ſeruo habuiſſet, & ideo moderatiùs edicto prætoris de iniuriis vtendum eſſe, Labeo ait.

De deiecto ex agro ſuo.

5. *Vlpianus*" lib.69. ad Edictum."

SI quis aliquem deiecit ex agro *i* ſuo hominibus congregatis ſine armis, vis priuatæ poſtulari poſsit.

De improbè coëuntibus in alienam litem.

6. *Modeſtinus*||lib.8. Regularum.||

EX ſenatuſconſulto Voluſiano, qui improbè coëunt in alienam litem *k*, vt quidquid ex condemnatione in rem ipſius redactum fuerit, inter eos communicaretur, lege Iulia de vi priuata tenentur.

De bonis à creditore occupatis.

7. *Calliſtratus*" lib.5. de Cognitionibus."

CReditores, ſi aduerſus debitores ſuos agant, per iudicem id quod deberi ſibi putant, repoſcere debent, Alioquin ſi in rem debitoris ſui intrauerint, id nullo concedente Diuus Marcus decreuit, ius crediti eos non *l* habere. Verba *m* decreti hæc *n* ſunt: *Optimum eſt, vt ſi quas putes te habere petitiones, actionibus experiaris, interim ille in poſſeßione debet morari: tu petitor es.* & cum Marcianus diceret, *vim nullam feci:* Cæſar dixit, *Tu vim putas eſſe ſolum ſi homines vulnerentur? vis eſt & tunc, quotiens quis id quod deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit, non puto autem nec verecundiæ nec dignitati tuæ conuenire, quicquam non iure facere. Quiſquis igitur probatus mihi fuerit rem vllam debitoris, non ab ipſo ſibi traditam ſine vllo iudice temerè poßidere, cúmque ſibi ius in eam rem dixiſſe ius crediti non habebit.*

8. *Modeſtinus*" lib.2. de pœnis."

SI creditor ſine auctoritate iudicis res debitoris occupet, hac lege tenetur, & tertia *o* parte bonorum multatur, & infamis *p* fit.

AD LEGEM CORNELIAM *q* DE ſicariis *r*, & veneficiis *ſ*. TIT. VIII.

De homine occiſo, de incendio. De eo qui cum telo ambulat. De falſo iudicio. 1. De veneno. De falſo teſtimonio. De pecunia accepta, vt quis reus fiat. 2. De homine occiſo.

1. *Marcianus*" lib.14. Inſtitutionum."

LEge Cornelia de ſicariis & veneficiis *t* tenetur, † qui hominem occiderit: cuiúſve dolo malo incendium factum erit: quíve hominis occidendi, furtíve faciendi cauſa cum telo *u* ambulauerit, quíve cũ magiſtratus eſſet publicóve *x* iudicio præeſſet operá

legis Iuliæ ... iac.1.obſ.33. ... l.8 in fi.§.eo.
a l.4.§.... incendio.
b l.10.§.1.... prox.
c Naufragij cauſa deploranda commiſeratione digna: & ... qui ex naufragio quid diripiunt ... hac lege, ſed ... traordinem ... nius puniẽ... v.C. de naufragiis & Authen. ... gia.C.de furtis. de incendio.
d l.3.§.1.... proxim.
e l.2 §.... bon.rapt.... §.an Turpil... C.de accuſ.
f l.5.§.de ... blica.
g Qui condu... hominibus ... quominus ... producatur ... dicium, tenetur ... vi priuata, ... 69.c.64.... demnatum ... dit, maleficia ... l.4.in fin.§.... maieſt. v. in ... lacum Papon... Arreſtorum ... des recouſſe ... priſonniers.
h Ne quis iudicio ſiſteretur.
i l.3.in fi.... prox. Paul.5 ... 26.§.3.
k adde l.1.§. §.de falſis.
l adde l.... l.5.l.7.C.... l.13.§.quod ... cauſ. Paul.5 ... §.5.& lib.5 ... 26 §.4.6.Hom. 10.Ecl.2.ex lib. tit.18.c.11.... habere videtur, cum ei adeo ... rius condemn... l.48.§.de furt. Dic, in rem ... domino id certum eſſe, l.3.C.de pign. in chirographum & hypothecam falſum, vt ... Cuiac.apud Paul. ſent 26.§.vlt. in Actorum ... formulam, ... pen.in fi.§.de ... quæ in infamiam delentur.
n Eadem pœna continentur in l. 12.l.13.§.quod met.cauſa.
o v.leg.1.in fi. §.eod.

p Ecl.16. Nou.60. cap.1. q de qua vid.leg.2.§ 32.ſup. de origine iuris.
r Vlp.1.Collat.leg.Moſaic.Paul 5 ſent.23 9.C.Theod.10 9.C.16.§.5. Inſt.de publ. ... περὶ φονέων, 6. Harm.6. περὶ φονέων, &c.36.Ecl.2. De homicidio 5.Decret ... Sexto 4.5.Clem.4.adde 17.q. decret. Paponem 22. Arreſt.5 & 2.Not.7 Clar.5.ſent. ... homicidium & aſſaßinium; Boſſ tit de homicidio 29. Pet. Greg ſyntag.15 & ſeq.
ſ vt in l.vlt.C.Theo.ad leg Corn. de falſo. de veneficiis, Vulg.Hal. Paul.5.ſent.23 περὶ φαρμακῶν καὶ τῶν διδόντων ἢ πωλούντων φαρμακῶν, 60. Ecl.9. adde 6.Har. 10.l.1.§.1.in pr.l.3 in pr.& l.8.§.eo.P Gregorium 36 ſyn.18. Clar.5.ſent.§.homicidium, verſ.punitur etiam.Boſſ.c.29. lex decimatertia, §.eo. pertinet ad maleficia ... quib.v.C, de Mathematicis.
t Veneficiis. Vulg. Hal.
† Pœna homicidij quæ: v.l.3. §.5 §.eod.
u Affectus hic punitur ſine effectu, l.7 C.eo.§.5. Inſt.eo.
x Publico iudicio quis præerat? iudex quæſtionis, à magiſtratu diſtinctus, ... dediſſet

a Falſus teſtis in cauſa vel lite homicidij, punitur tanquam homicida ſi dolo malo teſtimonium tulerit, vide *Conſet. ſingulari*, *Teſtis falſus.*
b Iudex necare videtur, quoties innocentem condẽnat, quoties teſtes ſubornat ad innocentem opprimendum.
c *l.10 inf. eod. al.* indicium.
d Iudicium falsũ profiteri quid ſit, vide *l.24. inf. de falſis.*
e Venenum hominis necandi cauſa qui confecit, lege de ſicariis tenetur: nõ qui ſimpliciter confecit citra voluntatem hominis necandi, *vt hic.* Plus tamen eſt occidere veneno quã gladio, *l. 1. C. de maleſic*, adde Cic. *orat. pro Cluentio*, vbi de lege in veneficos tractat.
f Teſtis cuius opera effectum eſt, vt innocens damnaretur, punitur vt ſicarius.
g Iudex quæſtioni indignum, hoc eſt innocentem ſubiiciens punitur lege de ſicariis, *vt hic*, adde *l.6. C. eod.*
h id eſt, in capitalem cauſam.
i Iudex qui in caput fortunaſque hominis pecuniam accepit, lege Cornelia de ſicariis tenetur.

dediſſet, quo quis *a* falſum *b* iudicium *c* profiteretur *d*, vt quis innocens conueniretur, condemnaretur.
1 ¶ Præterea tenetur, qui hominis necandi *e* cauſa venenum confecerit, dederit: quíve falſum *f* teſtimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur: quíve magiſtratus iudéxve quæſtionis *g* ſub *h* capitalem *i* cauſam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. 2 ¶ Et qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia, cuius conditionis *k* hominem interemit. 3 ¶ Diuus Hadrianus reſcripſit eum qui hominem occidit ſi *l* non occidendi animo hoc admiſit, abſolui poſſe: & qui hominem non occidit, ſed *m* vulnerauit, vt occidat, pro homicida damnandum, & ex re conſtituendum hoc. nam ſi gladium ſtrinxerit *n*, & in eo percuſſerit, indubitatè occidendi animo id eum admiſiſſe: ſed ſi claui *o* percuſſit, aut cuccuma *p* in rixa *q*, quamuis ferro percuſſerit, "tamen" non occidendi animo, leniendam *r* pœnam eius, qui in rixa cauſa *ſ* magis quàm voluntate homicidiũ admiſit. 4 ¶ Item D. Hadrianus reſcripſit, eum, qui ſtuprum ſibi *t*, vel ſuis per vim inferentem occidit, dimittendum. 5 ¶ Sed & in eum, qui vxorẽ deprehenſam in *u* adulterio occidit, Diuus Pius leuiorem pœnam irrogandam eſſe ſcripſit. & humiliore loco poſitum in exilium perpetuum dari iuſſit: in aliqua dignitate poſitum ad tempus relegari.

2. *Vlpianus* "lib. 1. de Adulteriis."

INauditum *x* filium pater occidere non *y* poteſt. ſed accuſare eum *z* apud præfectum, præſidémve prouinciæ debet.

De veneno. 3. De pigmentariis. 4. De eo cuius familia arma ſumpſit. De ſeditione, de naufragio. De falſo iudicio. De caſtratione. 5. De pœna. 7. De transfugis.

3. *Marcianus* "lib. 14. Inſtitutionum."

EIuſdem *a* legis Corneliæ de ſicariis & veneficiis capite quinto, qui venenum necandi *b* hominis cauſa fecerit *c*, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur.
1 ¶ Eiuſdem legis pœna adficitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi cauſa habuerit. 2 ¶ Adiectio autem iſta, *veneni mali*, oſtendit eſſe quædam, & non *d* mala venena.
¶ Ergo nomen *e* medium eſt, & tam id, quod ad ſanandum *f*, quam id, quod ad occidendum paratum eſt continet. Sed & id quod *amatorium* g appellatur. ſed hoc ſolum notatur in ea lege. quod hominis necandi cauſa habet. ¶ Sed ex ſenatuſconſulto relegari iuſſa eſt ea, quæ non quidem malo animo, ſed malo exemplo medicamentum *h* ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ acceperat deceſſerit.
1 ¶ Alio ſenatuſconſulto effectum eſt, vt pigmentarii *a*, ſi cui temere cicutam *b*, ſalamandram *c*, aconitum *d*, pituocampas *e*, "aut" bubroſtim *f*, mandragoram *g*, & *h* id quod luſtramenti *i* cauſa dederint cantharidas *K*, pœna teneantur huius legis. 4 ¶ Item is cuius familia, ſciente eo apiſcendæ *l*, reciperandæ poſſeſſionis *m* cauſa, arma ſumpſerit: item qui auctor ſeditionis *n* fuerit, & qui naufragium ſuppreſſerit *o*, & qui falſa iudicia *p* confeſſus fuerit confitendáve curauerit, quo quis innocens circumueniretur, "&" qui hominem *q* libidinis *r*, vel promercii *ſ* cauſa caſtrauerit, ſenatuſconſulto pœna *u* legis Corneliæ punitur.
5 ¶ legis Corneliæ de ſicariis & veneficiis pœna, inſulæ deportatio eſt, & omnium bonorum ademptio. ſed ſolent † hodie *x* capite puniri. niſi honeſtiore *y* loco poſiti fuerint *z* vt pœnam legis ſuſtineant, humiliores *a* enim ſolent vel beſtiis ſubiici *b*: altiores verò deportantur in inſulam. 6 ¶ Transfugas *c* licet, vbicumque inuenti fuerint, quaſi hoſtes *d* interficere *e*.

De magiſtratu. 1. De eo qui per laſciuiam cauſam mortis præbuit. 2. De caſtratione.

4. *Vlpianus* "lib. 7. de officio Proconſulis.

LEge Cornelia de ſicariis tenetur, qui *f* cum in ma-

a Pigmentarios μυρεψὸς *Ecl. ibid.* 1. pharmacopola, medicamentorum venditor. Pigmentum etiam fucum ſignificat *Aug. 73. Epiſt.* fucare faciẽ pigmentis, quo rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia eſt.
b Cicutam pigmẽtarius non temerè cuiuis dare debet de cicuta vide Æginetam 5. *de re medica c. 41.* propter vim frigidam venenũ eſt. Porro cicuta publica fuit pœna Athenienſium, cum illam

k Puta ſeruus ſit an liber, *l. 23. §. 9 ſ. ad leg. Aquil.* l *l. 14. ȷ. eod. Paul. 5 ſent. 23. §. 4.* m Vulnerans vt occidat pro homicida damnatur. *Paul. ibid. Harm. ibid.* n Strinxerit, *Hal.* Gladium qui ſtringit & eo percurit, præſumitur occidendi animũ habuiſſe. o id eſt radio aut ferrea vide *Cuiac. 15. obſ. 27.* p Cucuma. *Haloand. Vlp. 1. Coll. 15. Moſaic.* Cucuma genus vaſis, *Ambroſius ſerm. 90.* Dij ærei ex quibus cucumæ melius fiunt ad vſus hominum, *Cuiac. 10. obſ. 25.* & Petronius *in ſatyrico*, incincta quadrato pallio cucumam ingentẽ foco appoſuit. Idem, frangitur ceruix cucumæ ignémq́; valeſcentem reſtringuit. Porro cucuma aliud eſt à cucura, vel cuccuma, de quib. *l. vn. C. nulli licere in frenis.* Gloſ. ſis cuccurnia θερμοφόρον. q *v. vlt ȷ. eod.* r Pœna minuitur in eo qui *in rixa* caſu magis quàm voluntate homicidium admiſit. ſ Caſu: *ita legendum eſt*, vt opponat caſum voluntati. t *60. Ecl. 39 c. 2.* u *v. l. 38. §. 8 ſ. de adult. 8. Harm. 6.* x Indem natum interfici etiam XII. Tab. decreta vetuerunt, *Saluianus 8. de prouidentia.* Nec quemquam ſceleſtum indemnatum impunè voluiſtis occidi. *Auguſtinus 1. de ciuitate 19.* Id etiam vetabant Lycurgi leges teſte Valerio *lib. 5. c. 9. v. Cuiac. 4. obſ. 23.* Inauditum hic intellige, cuius auditæ prius defenſiones non ſunt, vt Tacitus 4. *Annal. anno vrbis 776.* inaudito filio exitium offerre, vide *Cuiac. 6. obſeru. 17. Senec. 10. controu. vlt.* Cur me ſeuoles ante actionem, cum nec proditores inauditi pereant? Cicero 1. *de legibus. vbi probat non omnia iuſta quæ ſcita à populo.* Nihilo magis credo quàm illa, quam interrex noſter tulit, vt dictator quem vellet ciuium, in dicta cauſa impunè poſſet occidere. y *l. vnic. C. de emendat. propinq. l. 3. C. de patr. poteſt.*
z Vide *Cuiac. 6. obſ. 17.*
a V. Guibertum *c. 16. qu.* b vel alienandæ mentis cauſa, *Nou. 115. cap. 4. §. 5. Nou. Leon 111.* ad conceptionem, *§. 2. in fin. ȷ. eod.* amatorium, *d. §. 2.* abortionis, *l. 38. §. 5. ȷ. de pœnis.* libidinis: *l. 4. C. de maleſic.* c Venenum necandi alterius cauſa facere, vendere, habere, capitale eſt, *l. 1. §. 1. ſ. eod. l. 1 in fin. l. 7. ȷ. de parricidiis, l. 28. §. 9. ȷ. de pœnis.* d *l. 35 §. 2. ſ. de contr. empt. l. 23. 6 ȷ. de verb. ſign.* e Media nomina. v. quæ ſcripſi de vocabulis mediis, ad *l. 1. § 3. ſ. de ſeruo corrupto.*
f *Paul. 5 ſent. 23. §. vlt. 60 Eclog. 39. c. 4.* g *l. 38. § 5. ȷ. de pœnis: Paul. 5 ſent. 23. §. 8.* πότιμα πρὸς φίλτρον. *Ecl. d. c. 4. v. 6 Harm. 10. c.* περὶ γοήτων: de variis philtrorum generibus, *v. VVier. 3. c. 36.* h De medicamentis conceptum adiuuantibus v. Oribaſium 4. *de locor. affect. curat. 112.* Nicolaum Myrepſum *ſect. 7. cap. 3 4.* Actuarium 5. *methodo medendi in verbo, Antidotum.* adde Iuuenalem *Satyr. 2.* ibi, & illis Turgida non prodeſt condita pyxide Lyde. Putabant etiam ad conceptum conferre, cædi palma vel ferula à Lupercis. *v. ibi Iuuenal. ver 142. & veterem Scholiaſtem.* Ouidius vocat, fœcundæ verbera dextræ: Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis. Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ, iam ſocer optatum nomen habebit aui, *& poſt*, Iuſſæ ſua terga puellæ, Pellibus exectis dabant: Ouidius *Faſtor. 2.* Hoc autem faciebant mulieres vt partu poſſent retinere maritos. *Iuuenal. ſatyr. 2.* ne ob ſterilitatem earum diuerterent mariti, *l. 60. in fin. ſ. de don. inter. vir.*

rei ſorbere iuberentur, exemplo Socratis. c De Salamandra, *Æginetam 16. c. 32.* d De aconito, *v. eundem c. 45.* ex ſpumis Cerberi natum poëtæ fabulantur. e Pityocampas, *Hal.* πιτυοκάμπην, *60. Ecl. 39. c. 4. in fin* malè in vulgata legebatur, pituocarpas πιτυοκάμπαι. ſunt pinorum erucæ *chenilles de pin. de quo Actuarium 5. de meth. 12. Oribaſium 14. c. 57. Æginetam 5. c 33. 23. Plin. 2.* f Bubreſtim. *Hal.* malè in vulgata bobruſtum *Ecl. d. loco* legit βούβρωστιν. Bubreſtim legi oportere Cuiac. notat 15. *obſ 27.* ἀπὸ τοῦ ἐμπιπρᾶν τὰς βόας, nam bubreſtis ingentem famẽ aut voracitatem ſignificat. Nicander, εἰ δὲ ἑλοι βούβρωστις de Bupreſti, v. Æginet. 5. *de re medica* 31. Porro Bupreſtis eſt animal ex genere cantharidum, ſcarabeo longipedi ſimile, bubus exitiale, quos inter herbas fallit maximè 30. *Plin. 4.* dicitur etiã Heſychio βούδακη. g Mandragora, herbæ ſoporiferæ genus, de qua v. Æginet. 5. *de re medica* 44. *Columell. 10 25. Plin. 13.* Eadem dicitur ἀνθρωπόμορφος Pytagoræ ἀντίμηλον à fructus, malo ſimili. κιρκαία à veneficiis, quib. Circe clauit, ſemihominẽ vocat Columella 10. quod vulgo eius radix homini adſimilis exiſtimetur. meminit & Dioſcorides *lib. 6.* h Mandragorã, cantharidas, aut quid luſtramẽti. *Hal.* adde *Gen. 30. verſ. 14.* i ἐπὶ καθαρσεῖ *Baſ.* Luſtramentum eſt purgamentum & περικάθαρμα. hinc Galenus *lib. de ſimplicibus medicamentis* κανθαρὶς διακαθαίρει νεφρούς, hoc eſt, vlcerat, purgat, & luſtrat renes & veſicã *v. Cuiac. 15. obſ. 27.* k Cantharis eſt vermis terrenus viridis, auri colore ſuperlucens, in ſummitate ramorum fraxini & oliuæ naſcẽs 29. *Plin. 4.* adde *Æginet. 3. de re medica 30. Cicero ad Porcium lib. 9. ep.* Caius accuſante L. Craſſo cantharidas ſumpſiſſe dicitur ſuperioribus adde ex eodem Ægineta *d. lib. 5.* leporem marinum c. 34. ranam rubeam & paluſtrem 35 Cameleontem 37. hypoſcyamum 38. pſyllium 40. ſuccum papaueris 42. carpaſi 45 Ixiam 46. ephemerũ 47. ſmilacem 48. dorycnion. ſeu ſolamum 49. ſardoniam herbam 50. papauer cornutum 51. pharicum 52. toxicum 53. fungos 54. ſanguinẽ taurinũ 55. lac coagulatũ 56. mel 57. gypſum 58. ceruſam 59. calcem, ſandaracam, auripigmẽtum 60. ſpumam argenti 61. plumbum 62. argentum viuum 63. veratrum album, trapſicum, elaterium, angaricum nigrum, rutam ſylueſtrem, melanthiũ & ſimilia 64 quæ omnia hominum vitio natura reperit, vel in ipſis animalibus, vel in ſeminibus, liquoribus, radicib. ramoſis, oleribus, & metallis, & familiaribus denique & domeſticis rebus: de quibus vide Actuarium 5. *de methodo* l Adipiſcendæ, recuperandæ. m Facit *l. 17. ſ. de vi & vi.* n De ſeditioſi pœna. *v. Paul. 3. ſent. 22. §. 1. 6. Harm. 7.* o *l. 3. in fi. ſ. de incendio.* de pœna naufragium ſupprimentis, v. Nouell. Leonis 64. p Iudicia profeſſus fuerit, profitendáque curauit. *Hal.* & rectè; profitetur falſum iudicium, qui falſo defert & accuſat, qui curat profiteri falſum iudicium, qui teſtem ad id ſubornat: *l. 1. ſ. eo.*
q Hominem inuitum libidinis, &c. *Paul. 5 ſent. 23. §. 7.* ſed ex conſtitutione D. Hadriani, idem erit ſi volentem, *l. 4. §. vlt. ȷ. eo.* r Hinc Quintilianus 5. *Inſt. 12. in fin.* Illi romancipiorum negotiatores formam puerorum, vilitate exciſa, lenocinantur. Illi robur ac lacertos, barbamque ante omnia, & alia quæ natura propria maribus dedit parum exiſtimant decora: quæcunque fortia, vt dura molliunt, *& poſt*, ſed mihi naturam intuenti, nemo non vir ſpadone formoſior, *& poſt*, nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, quod, ſi naſceretur, monſtrum erat. Libidinem iuuat effœminati ſexus mẽdacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnũ, vt ſi qua pretioſiora, fecerint fecerunt & bona. Hæc ille rectè autem addidit pretioſiora, vt *in l. 27. §. 28. ſ. ad l. Aquil.* Eunuchis enim (taceo obſcœna gentilium) Principes vtebantur cubiculariis. *l. 4. C. de propoſitis ſacri cubiculi, vbi vide Cuiac.* adde *Ammianũ 14* ideoque inter ſpecies ad vectigal pertinentes, ſpadones numerantur *in l. 16. §. 7. ſ. de publicanis.* ſ Promercij cauſa habere quid ſit, *v. l. 2. ſ. de publican.* t *de quo v. l. 6. ȷ. eo.* † v. Nou. 2. Conſtantini Porphyrogenetæ. u De qua dicam ad Nouellam Leonis 60. x Homicidæ hodie capite puniuntur, id eſt, beſtiis ſubiiciuntur, vel deportantur, *ȷ. eod.* adde *l. 16. ȷ. eo.* ſed etiam Iuſtinianus iubet ſicarios vltore ferro puniri *§. 5. Inſt. de pub. iud.* olim etiam in crucem tollebantur. *Paul 5 ſent. 15. §. 1.* Porro de verbo *Hodie*, vide quæ dixi ad *l. 32. ȷ. de falſis.* y Honeſtiores perſonæ leuius puniũtur, quam humiles, *l. 38. §. 9. ȷ. de pœnis.* z Quàm vt *Vulg. Hal.* a Humiliores. *Vulg. Hal. Pau. d. loco.* b Olim etiam in crucem tollebantur, *Pau. d. loco. Vlp. 1. Collat. legum Moſaic.* Transfugæ ſunt qui relictis Romanorũ partibus ad hoſtes transfugiunt. d Hinc dicuntur iure belli recipi, *l. 31. ſ. de adq. rer.* & Q. Curtius 8. Transfugam iure belli perſequimur. e Transfugæ inuenti etiam capite puniuntur, *l. 7. ȷ. de re militari*, vel viui exuruntur. *l. 8. §. 1. ȷ. de pœn.* aut furcis ſuſpenduntur, *l. 38. §. 1. ȷ. de pœn.* Transfugis dexteras præcidit Fab. Maxim. *teſte Fronti. c. 4.* ϛρατηγικῶν *2. Valer. 2.* Claud. Flacc. *v. Appian. in Annibal.* Cæſar. *v. Hyrc. 8. Comm.* Africanus ſuperior ciues fugitiuos crucib. affixit, ſocios ſecuri percuſſit poſterior vero Africanus beſtiis & elephantis obiecit, *Valer. 2. Flor. lib. 51.* Romæ primum verberati, ſecuri percuſſi & de ſaxo Tarpeio præcipitati, *Lib. 3. Senec. 1. de ira 16. v. Pet. Fabrum 1. ſemeſt. 18.* Fugientib. ad Barbaros pes etiam amputabatur, *l. 3. C. de fugitiuis* eiſdem ius poſtliminij denegatũ eſt, *l. 19. §. 8. ȷ. de captiuis.* pœna hodie alia eſt, *vide Nouellam Leonis 67.*
f Magiſtratus vel officialis in cauſa criminali legibus abutens, aut aliquid in necem hominis faciens, lege Cornelia de ſicariis punitur, adde *l. 7. ſ. de vi public.* in necem hominis facit, qui torquet ſine cauſa vel qui, vt pragmatici loquuntur, *curiatariam* facit: de quo vide Hippolytum Marſilium *hic.*

g ſtatu

giſtratu eſſet, eorum quid fecerit contra hominis necem *a*, quod legibus permiſſum non ſit. 1 ¶ Cum quidam per *b* laſciuiam *c* cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum *d* eſt factum Ignatij Taurini proconſulis Beticæ à Diuo Hadriano, quòd eum in quinquennium relegaſſet *e*. ¶ Idem Diuus Hadrianus reſcripſit: Conſtitutum *f* quidem eſt, ne *g* ſpadones fierent. eos autem qui hoc crimine arguerentur, Corneliæ legis pœna teneri, eorùmque bona merito fiſco meo vindicari debere, ſed & in ſeruos, qui ſpadones fecerint, vltimo ſupplicio animaduertendum eſſe: & qui hoc crimine tenentur, ſi non adfuerint, de abſentibus *h* quoque, tanquàm lege Cornelia teneantur pronuntiandum eſſe. *i* ¶ Planè ſi ipſi, qui hanc iniuriam paſſi ſunt, proclamauerint, audire eos præſes prouinciæ debet, qui virilitatem amiſerunt. Nemo enim liberum, ſeruumve, inuitum, ſinentemve, caſtrare debet: neve quis ſe *k* ſponte caſtrandum præbere ‖ debet. ‖ Ac ſi quis aduerſus edictum meum fecerit, medico *l* quidem, qui exciderit, capitale *m* erit: Item ipſi qui ſe ſponte excidendum præbuit.

De his qui thlibias faciunt.

5. *Paulus* "lib 2. De officio Proconſulis."

HI quoque, qui thlibias *n* faciunt, ex conſtitutione Diui Hadriani ad Ninium Haſtam, in eadem cauſa ſunt, qua hi qui caſtrant.

De caſtratione.

Venuleius Saturninus "lib 1. de officio Proconſulis."

IS qui ſeruum caſtrandum tradiderit, pro parte dimidia honorum multatur ex ſenatuſconſulto *o*, quod Neratio Priſco & Anni *o* Vero conſulibus factum eſt.

De dolo & lata culpa.

7. *Paulus* "lib. ſingulari de publicis iudiciis"

IN lege Cornelia dolus pro *p* facto accipitur. nec *q* in hac lege culpa *r* lata pro dolo accipitur *ſ*. Quare ſi quis alto ſe præcipitauerit *t* & ſuper alium venerit, eumque occiderit *u*: aut putator *x* ex arbore, cum ramum deiiceret, non proclamauerit, & prætereuntem occiderit, ad huius legis coercitionem non pertinet.

De partu abacto.

8. *Vlpianus* "lib. 33. ad Edictum. ‖

SI mulierem viſceribus ſuis *y* vim intuliſſe, quo partum abigeret, conſtiterit, eam in exilium præſes Prouinciæ exiget.

De fure nocturno occiſo.

9. *Idem* "lib. 37. ad Edictum. ‖

FVrem nocturnum *z* ſi quis occiderit, ita *a* demum impune feret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo *a* non potuit.

De inſula exuſta.

10. *Vlpianus* ‖. lib. 18. ad Edictum. ‖

SI quis dolo *b* inſulam meam exuſſerit *c*, capitis *d* pœna plectetur, quaſi incendiarius

De circunciſione. 1. De ſeruo ad beſtias dato.

11. *Modeſtinus* "lib. 6. Regularum."

CIrcuncidere *e* Iudæis *f* filios ſuos tantum *g* reſcripto Diui Pij permittitur. In non eiuſdem religionis *h* qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur.

1 ¶ Seruo ſine iudice ad beſtias *i* datos non ſolum qui vendidit *k*, pœna, verum & qui comparauit, tenebitur.

2 ¶ Poſt legem Petroniam *l* & ſenatuſconſulta ad eam legem pertinentia, dominis poteſtas ablata eſt ad beſtias depugnandas ſuo arbitrio ſeruos tradere. oblato tamen iudici ſeruo, ſi iuſta ſit domini querela, ſic pœnæ *m* tradetur.

De infante & furioſo.

12. *Idem* " lib. 8. Regularum. "

INfans *n*, vel furioſus, ſi hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur: cum alterum innocentia *o* conſilij tuetur, alterum *p* fati infelicitas excuſat.

De malis ſacrificiis.

13. *Idem* "lib. 12. Pandectarum."

EX ſenatuſconſulto eius legis pœna *q* damnari iubetur, qui mala *r* ſacrificia fecerit, habuerit.

De voluntate & exitu.

14. *Calliſtratus* "lib. 6. de Cognitionibus."

DIuus Hadrianus in hæc verba reſcripſit: In maleficiis voluntas *ſ* ſpectatur, non exitus *t*.

De eo qui occidit, vel cauſam præbuit. 1. De mandatore.

15. *Vlpianus* "lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam "

NIhil *u* intereſt, occidat quis, an cauſam *x* mortis præbeat.

1 ¶ Ὁ ὑ ἐντειλάμενος *z* τινὶ φονεῦσαι, ὡς φονεὺς κρίνεται. id eſt, *Mandator cædis pro homicida habetur.*

De pœna.

16. *Modeſtinus*, "lib. 3. de pœnis."

QVi cædem admiſerunt ſponte *a* dolóve malo, in honore aliquo poſiti, deportari ſolent, qui ſecundo gradu ſunt, capite puniuntur. facilius hoc in

decuriones

a ¶ Iudex capitis pœnã inferens alicui contra leges, punitur vt ſicarius, adde *l. 1. ſ. eod.*

b Cauſam mortis per laſciuiam præbens mitius punitur, adde *l. vnic. C. ſi quis Imperatori maledixerit.*

c *vide Nouellam 2. Conſtantini Porphyrogenneta.* Laſciuiæ genus eſt, cū quis ita alium ſago iactat vt poſtea moriatur, *Vlpian. 1. collat. leg. Moſaic.* hinc Suetonius *c. 2. in Othone* ſcribit, Othonem delectatum vt noctu vagaretur ſæpe, & obuiorum inualidum quemque, aut temulētum corriperet, & diſtento ſago in ſublime iactaret. hác laſciuiam Martialis ſignificat *lib. 1. in illo verſu.* Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago. Id Itali vocant *Sbalzar*, Galli *Berner.* nam & Gallorum lingua ſagum *Berne.* Cæterum laſciuia, è iocularium male παιγνίαν Græci appellant, alij τρόφλω & πατάλω, ἀσωπιῶν Ea punitur vt culpa lata in milite, *l. 6. §. 7. ſ. de re militari*, in eo qui fugat armentum alienum, *§. 11. Inſt. de oblig. quæ ex delicto. vide Cuiac. 8. ad Afric. fol. 191.* d Vide hoc reſcriptum integrum apud Vlpian. 2. *Collat. leg. Moſaic.* e Vt eiuſdem ætatis iuuenes emendarentur. adde, & decreuiſſet, impendij cauſa duo millia patri eius perſolui, quod manifeſta fuerat eius paupertas, & res, *Vlp. d. loc.* idque minimè nouum eſt, vt pars bonorum eius, qui cædē fecerit, addicatur occiſi liberis, vel parentib. vel vxori, *de quo vide Cuiac. 14. obſ. 4.* & quæ notaui ad *Nouellam Conſtantini Porphyrogenneta de voluntariis homicidiis.* f A Domitiano ſc. *Suet in Domitiano c. 7. Apuleius. lib 8. Xiphilinus in Domitiano: Martialis lib. 6. Epigr. 9. duobus locis:* Nerua, *Xiphilinus in Nerua Zonar. Tom. 2.* Hadriano, *l. 5. ſ. eod.* Eſt & ſenatuſconſultū ea de re, *l. 6. ſ. eo.* Idem quoq; conſtitutum à Conſtantino, *l. 1. C. de Eunuchis.* h Spadones fieri vetantur de hoc dicam ad Nouellam Leonis 60. Interim nota, ex Stephano, nouè admodum *Spadonis* vocabulū deduci à Spada, vico Perſico, in quo primum (vt ille ait) homines caſtrari cœperunt, *de quo vide Cuiac. 17. obſ. 14.* vtvt ſit, Ammianus *lib. 14.* refert Semiramidem primā omnium mares caſtraſſe De Spadonibus quędam dicam *ad l. 12. ſ. de verb ſign.* de teſticulorum inciſione, vide Celſum *7. c. 19.* h vide quæ ſcripſi ad *l. 3. C. de accuſ.* i *l. 3. §. 4. ſ. eod.* k Quid ſi ſeruus ſe caſtrari paſſus ſit? eripitur in libertatem. vide quæ ſcripſi in variis Harm. *tit. 18. §. 34.* l Medici inter officia olim fuit ſecandi caſtrandique peritia, *vt hic, & l. 7 in fin. l. 8. ſ. ad l. Aquil. Paul. 5. ſent. 22. §. 3. in fi.* vt & venas incidendi, Cicero *in Piſonem:* Lāpridius *in Commodo:* quod & Galenus ſe feciſſe ſcribit, libro de curatione per ſanguinis miſſionem Hinc & forcipes, id eſt, forcices, ſecandi cauſa medicis à Solipatro tribuuntur. Tertullian. *aduerſus Marcionem 2.* Quid enim ſi medicum quidem dicas eſſe, ferramenta eius accuſes quod ſecent, & inurant & amputent, & conſtringant quando ſine inſtrumento artis, medicus eſſe non poteſt. *Seneca 7 epiſt.* Nunquid æger laudat medicum ſecantem? Accedat & Sueton. in Nerone *c. 37.* & quod Plinius *39. c. 1.* ſcribit, Archagathum medicum à ſæuitia ſecandi, vtendique in carificem tranſiſſe. Inſtrumentorum medici fit mentio in *l. 18. §. 10. ſup. de inſtructo.* & apud Paulum *3. ſent. 6. §. 62.* id munus poſtea reiectum eſt apud Chirurgos. Eſt enim chirurgia medicinæ aſſecla. His adde *7. Plin. 3. Senecam 3. de Ira 12. Gell. 5.* m Alia pœna extat in Nouella Leonis 60. *in fin.* n Thlibia παρὰ τὸ θλίβειν. Id eſt, à terendo, vide *l. 128. ſ. de verb ſign.* o adde *l. 3. §. 4. ſ. eod.* p Senſus eſt, in lege Cornelia de ſicariis, dolus, non lata culpa ſpectatur, vide 6. *Harm. 6 in pr.* q Culpa lata in aliis accipitur pro dolo, *l. 223. ſ. de reg. iur.* r Culpa lata in lege Cornelia pro dolo non accipitur, neque punienda morti pœna, ſed alia, *l. 1. §. diuus. ſ. eod.* Interdum dicitur comparari dolo, verum id tantum obtinet, quoties pœna corporalis vel meritis non eſt imponenda. *v. l. 12. ſ. de cuſtod. reor. l. pen. ſ. de incendio.* ſ Culpa igitur lata in lege Cornelia de ſicariis mitius punitur quā dolus. vide Tiraq. *tract. de pœnis cauſa 14.* t Cum vellet fugere ſc. u *hic,* non eſt in dolo, ſed lata culpa: adde *l. 12 C. de accuſ.* x *l. 31. ſ. ad l. Aquil. Paul. 5. ſent. 23. §. 6.* tutator, inquam, qui κλαδευτὴς & ξυλοκόπος *36 Eclog. tit.* περὶ φόνων *ex lib. 60. c. 17. & 29.* y De pœna *abacti* partus, *v. l 39. ſ. de pœnis.*

z 6 *Harm. 5. §. 6.* de furis nocturni & interdiarij differentia, *v. Cuiac. 19. obſ. 12.*

a *l. 54. § 2. ſ. de furtis: l. 45. §. pen. ſ. ad l. Aquil.*

nis hiſtoria qui ſeruum, quod cryſtallinum fregiſſet, murænis, quas in piſcina ... nebat, iuuandum obiectauit qua de re vide *Senecam 3. de ira 40. & 1. de Cl...* 18. *Tertull. lib. de Pallio in fin. 9. Plin. 23. Dionem in Auguſto.* k priuato ... ſi vendidit magiſtratui, puta ædili & ſimilibus, ad ludum gladiatorium: ali... quidem ipſi ædiles, prætores, quæſtores conſules, ſacerdotes, ærarij, & ipſi Im... res populo Romano munus edidiſſent, aut ſanè minùs facile, idque videtur I... innuere *Sat. 8.* quanti ſua funera vendant. Quid refert? vēdunt nullo cogente ... ne. Nec dubitant Celſi Prætoris vendere ludis. l Latam anno vrbis 813, ... *in tractatu legū.* m id eſt, ad beſtias tradi poterit. n *36. Ecl. ex lib. 60. tit.* ... o Infantē innocentia conſilia à pœna excuſat. Hinc illud Arnobij *8. aduerſ...* *in principio.* Viſendi mei. cauſa, inquit, Romam contenderat, relictis, liberis & ... in illis adhuc eſt amabilius) adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata ... tantibus: & Marcian. in *l. pen. in fin. ſ. de fideicom. lib.* In paruulis nulla deprehe... culpa, ſed tamen Quintil. 5. *Inſt. 9.* refert Areopagitas quendā puerum damna... coturnicū oculos eruiſſet, & in eo nihil aliud iudicaſſe, quā id ſignū eſſe pern... ſimæ mentis, multiſque malo futuræ, ſi adoleuiſſet: & apud Pauſaniā *lib. 8.* Capy... ſes lapidibus obruerunt pueros circa templum ludentes, funiculo, quem repe... inecto. Dianæ ſimulachrum trahentes, & Dianam ſtrangulare dictitantes, huc ... poteſt execratio 40. pueris facta ab Elizeo in quos quòd ab eis velut caluus ... retur, duas vrſas emiſit *2. Regum 1. ver. 24.* p Furioſum fati infelicitas à pœna ex... cuſat, ideoque non facere ſed pati iniuriam dicitur, *l. 3. § 1. ſ. de iniuriis, c.* ... *tēm 15. q. 1. v. l. vnic. C. ſi quis imperat. maled.* q Cruci ſuffiguntur, aut beſtiis ... ciuntur, *Paul. 5. ſent. 23. §. 9.* aut gladio puniuntur. 6. *Harm. 10.* περὶ γοήτων.
r Sacrificia mala habere non licet, impia, noctu facta ad incantandum, ... dum, obligandum aliquem, *Paul ibid.* Eſt etiam vetitum διὰ θυσιῶν μαντεύε... *Harm. ibi.* factis ſacrificiis ariolari. Huiuſmodi ſacrificia Græci ἀπηγορευμέν... θυσίας vocant. 1. *Ecl. 1. ex lib. 60 tit. 19. c. 11.* id eſt, vetita ſacrificia: qualia ... ea, in quibus homines immolantur & ex eorum ſanguine libatur, *Paul. 5. ſent.* ... §. 10. (quod olim falsò obiectum fuit Chriſtianis, Thyeſtæarum epularum ... tis, *Athenagoras in Apologetico, Tertull. in apolog. cap. 9. Minutius Felix* ... *Octauio.* verè Tentyræ incolis. *Iuuenal. Satyr. 15.* Carthaginenſibus *Iuſtin.* ... Poſsis quoque horum ſacrificiorum nomine intelligere ea, quæ fiunt ad inueſtigandos theſauros vide *l. vn. C. de Theſauris,* vel in quibus de ſalute principis aut ſumma ... publicæ, ab aliquo priuato requiritur, vide quæ notaui ad *l. 7. C. de maleficiis.* & ... die ſacrificia Iudaica & gentilium, *l. 1. C. de ſacrificiis paganorum.* ſacrificia ... cat lex 7. *C. Theod. de malefic.* ſ Conſilium non factum, vniuſcuiuſque puniend... *Paul. 5. ſent. 23. §. 2. l. 1. §. 3. l. 7. ſ. eod. l. 79. ſ. de reg. iur.* Imo factum, non voluntas ... cogitatio punitur, *l. 18. ſ. de pœnis,* exitus & euentus ſpectatur, *l. 16. ſ. de pœnis.*
t Eius quod ſequutum eſt. u 36. *Ecl. tit.* περὶ φόνων. *ex lib. 60. tit. 12.* Imo ... tum intereſt: nam qui ſuis manibus malum medicamentum ſuppoſuit, occidit; qui ... dit, vt offerretur, cauſam magis dedit, quàm occidit, *l. 7. §. 6. l. 9. ſ. ad legem Aquil.*
x *d. §. 6. l. 51. ſup. ad leg. Aquil.* αἰτίαν. *Ecl. ibi.* Cauſam qui præbet, magis ... quàm qui occaſionem Cur? occaſio imperfecta cauſa eſt, de qua tamen & hoc ... ptum eſt, eum damnum dediſſe videri qui occaſionem præſtitit. *l. 30. §. 3. ſ. ad leg. Aquil. c. de cætero 11. extra de homicidio.* y Hic verſiculus ſuperiorem in Baſilicis ſequitur. *Ecl. ibi* Idem iiſdem verbis extat apud Harm. 6. *tit 6. Paul. 5. ſent. 29 §.*
z Mandatores cædis, vt homicidæ puniuntur, *Paul. ibid.* facit *cap. vlt. de homicidio in 6.* adde & vide *l. 5. C. de accuſat.* vbi dicam de pœna mandatoris.
a De pœna ſpontanei homicidij dicam alibi.

decuriones fieri poteſt: ſic tamen, vt *a* conſulto *b* prius Principe, & iubente, id fiat: niſi *c* fortè tumultus aliter ſedari non poſſit.

De homine in rixa percuſſo.

17. *Paulus* "lib. 5. Sententiarum."

SI in rixa *d* percuſſus homo perierit, ictus vniuſcuiuſque in hoc *e* collectorum *f* contemplari *g* oportet.

DE *h* LEGE POMPEIA *i* DE parricidiis *k*. TIT. IX.

De eo qui occidit, vel venenum emit.

1. *Marcianus* "lib. 14. Inſtitutionum."

LEge Pompeia de parricidiis cauetur, "vt" ſi quis patrem *l*, matrem *m*, auum, auiam, fratrem, ſororem *n*, patruelem *o*, matruelem *p*, patruum, auunculum, amitam, conſobrinum, conſobrinam, vxorem, virum, generum, ſocrum, vitricum, priuignum, priuignam, patronum *q*, patronam occiderit, cuiúſve *r* dolo malo id factum erit, vt pœna *ſ* ea teneatur, quæ eſt legis Corneliæ de ſicariis, ¶ Sed & mater, quæ filium filiàmve occiderit, eius legis pœna adficitur, ¶ Et auus, qui nepotem occiderit. ¶ præterea qui emit *t* venenum, vt patri daret, quamuis non potuerit dare.

De eo qui cognouit, nec indicauit. de medico.

2. *Scæuola* "libro 4. Regularum."

FRater autem eius, qui *u* cognouerat *x* tantùm, nec patri indicauerat, relegatus eſt, & medicus ſupplicio affectus.

De conſobrinis & aliis gradibus, de nouerca & ſponſa.

3. *Marcianus* "libro 14. Inſtitutionum."

SEd ſciendum eſt, lege Pompeia de conſobrino *y* comprehendi. "ſed" non etiam eos pariter complecti, qui pari propriòve gradu ſunt. Sed & *z* nouercæ & ſponſæ perſonæ omiſſæ ſunt, ſententia tamen legis continentur.

De ſoceri & generi appellatione.

4. *Idem* "lib. 1. de publicis iudiciis."

CVm pater & mater ſponſi, ſponſæ ſocerorum *α*, vt liberorum *a* ſponſi, generorum appellatione continentur *b*.

De eo qui in venatione filium occidit.

5. *Idem* "lib. 14. Inſtitutionum."

DIuus Adrianus fertur, cum in venatione filium *c* ſuum quidam necauerat, qui *d* nouercam *e* adulterabat, in inſulam eum deportaſſe: quod latroni *f* magis quam patris iure, eum interfecit. nam patria poteſtas in pietate *g* debet, non atrocitate conſiſtere.

a vt quæ ſcripſi ad *l. 1. C. de bonis damnatorum.* *b* Formam proceſſus criminalis in cauſis honeſtarum perſonarum ſeruandi obſerua. *c* Seditionẽ quoties augeri poſſe reo vita diutius ſeruata iudex animaduertit, reum punire debet, deinde ad Imperatorẽ ſcribere, *l. 6. §. 9. ꝟ. de iniuſto.* alium ſenſum interpretes hinc eliciunt, nẽpè vitandæ ſeditionis cauſa reo ignoſcendum, aut ſaltem, habita ratione multitudinis & compliciũ, mitiùs cum eo eſſe agendum: de quo *v. Clar. 5. ſent. §. vlt. q. 60.* idque magis probari putat, *l. 31. ꝟ. de pœnis.* hoc quidẽ probo quod ad pœnam mitigandam, non quod ad delictum ipſum attinet. nec enim purgator delictum, aliorum quoq; qui peccauerunt ſimilitudine, *vide 10. Gell. 19.* Quin & hoc fieri poteſt vt in quibuſdam tantũ, puta præcipuis auctoribus, delictum puniatur capitaliter, promiſcua multitudine mitiùs punita. quemadmodum fit è côtrario, vt multi ob paucorum delicta puniantur, quod multis ciuitatibus accidiſſe refert Papo 24. *arreſt. 10 art. 1.* *d* Rixa quid, vide *l. 4. § 3. ꝟ. vi bonor. rapto.* *e* 36. *Ecl.* περὶ φόνου. *ex lib. 60. tit. 39. c. 15.* id eſt, ictus ipſos contra vnumquemque contemplari oportet, *Paul. 1. collat. legum Moſaic.* dic apertius iudicem contemplari oportere τὰ ὄργανα δι' ὧν ἐπράχθη ὁ θάνατος, i. inſtrumenta quibus ij qui ſunt rixati, necem intulere: vt qui leuioribus armis vſus ſit, mitiùs inde puniatur: qui maioribus, grauiùs 6. *Harm. 6. §. 9.* Eſt & auctor rixæ ſemper inquirendus, cum ei ſit ignoſcendum qui prouocatus ſe vlciſci voluit, *l. 14. §. 6. in fi. ꝟ. de bon. libert.* qui iuſtum dolorem proſequitur, *l. 3. §. 3. ꝟ. de Sillaniano.* *f* τῶν συνελθόντων, 36. *Syn. ex lib. 60. tit. 30. c. 15.* in hoc collecti hic dicuntur ipſi rixatores: imò ipſi iudices & vt loquitur Harmenopulus οἱ ἀκροαταί. vnde ſuſpicio eſt, Harmenopulum *d. loco* legiſſe *in hoc* collectos, non *in hoc collectorum.* hac ſententia, in hoc collectos iudices côtemplari oportere ictus vniuſcuiuſque, quoties in rixa percuſſus homo periit. *g* vt pro varietate ictuum varia pœna conſtituatur. Nam ex genere telorum quibus quiſque vſus eſt, colligitur animus occidendi, *Paul. d. loco.* *h* Ad legem Pompeiam, *Vulg. Hal.* *i* *v. l. 2. §. 32. ꝟ. de origine iuris.* *k* *Paul. 5. ſent. 24. 9. C. Th. 15.* de his qui parentes vel liberos occiderunt *9. C. 17* & qui quoſuis cognatos occiderint 36. *Ecl. ex lib. 60. tit. 40. Har. 6.* Inde Sextus Pompeius refert, P. Horatium occiſa ſorore parricidij accuſatum. Adde patronum & patronam ex Paulo *5. ſent. 24. §. 10.*
l Id eſt. parentes in infinitum, *§ 6. Inſt. de pub. iud.* etiam adoptiuos.
m Qualemcumque etiam vulgò quæſtum facientem, quin & nouercam & ſocrum.
n Conſanguineos qui Græcis ἀμφιθαλεῖς, *Cuiac. 6. obſ. 27.*
o Fratres patrueles ſunt qui ex eodem patre. Græci ὁμοπατρείους & αὐταδέλφους vocant, *ibid. Cuiac.* *p* Fratres matrueles, qui ex eadem matre, ὁμομήτριοι vterni, *v. ibid. Cuiac. & Inſtit. de gradibus. Hotom. 5. obſ. 31.* Idem *in comment. verborum.* matruelem interpretatur eum qui ex matris meæ fratre natus ſit.
q *Paul. 5. ſent. 24. §. 1.* *r* Licet ipſe non interfecerit. *ſ* Pœna parricidij quæ, *v. l. 9. ꝟ. eo.* ignis tamen pœnam exprimit, *Ecl ibid. & Harm. & Paul. ibid.*
t *Ecl. ibid.* *u* Sciens delictum neque id indicans in atrocioribus delictis tenetur, *vt hic:* & crimine maieſtatis, *Nou. 117. c. 8.* *x* *l. 6. l. 7. ꝟ. eo. §. 6. Inſt. de pub. Iud. Ecl. ibid. c. 5.* *y* Sub conſobrino, etiam eos pariter complecti, qui pari propriorève gradu ſunt, *Hotom. 5. obſ 31.* *z* *v. l. 8. ꝟ. de gradib.* Imò non continentur, *l. 6. ꝟ. de gradib.*
a Liberi deſponſi, & ita lego. *b* Imò non continentur: nec enim ſponſa filij nurus eſt, *§ 9. Inſt. de nupt.* *c* *v. Nouell. Leonis 205.* *d* *v. Nou. 115. c. 3. § 6. & c. 4. § 3.*
e adde *5. Valer. 9.* *f* Filium qui interficit latronis magis, quam patris iure vtitur. adde *l. vn. C. de emendat propinq. l. vlt. C. de patria poteſtate:* mitiùs tamen punitur, quoties eum interficit cum nouerca adulterantem, *vt hic:* è contrario diſsimulata pœna eſt in filia quæ matrem interfecit, ob filios veneno ab ea ſublatos, *8. Valer. 1.* & in ea, quæ maritum, eiúſque filium ob eandem cauſam interfecit, de quo vide iudicium apud Gellium 12. c. 7. quibus adde P. Gregorium 36. *ſyntagm. 24. n. 17. 28.*
g *l. 23. in fin. ſup. de adulteriis.*

De Conſciis.

6. *Vlpianus* "libro 8. de officio Proconſulis."

VTrum qui occiderunt parentes: an etiam conſcij *a* pœna parricidij adficiantur quæri poteſt? Et ait Mæcianus, etiam conſcios *b* eadem pœna adficiendos, non ſolum parricidas. proinde conſcij etiam extranei eadem pœna adficiendi ſunt.

De pecunia ad ſcelus committendum credita.

7. *Vlpianus* "lib. 29. ad Edictum."

SI ſciente *c* creditore, ad ſcelus *d* committendum pecunia ſit ſubminiſtrata (vt putà ſi ad veneni mali comparationem, vel etiam vt latronibus, adgreſſoribúſque daretur, qui patrem interficerent) parricidij pœna tenebitur, qui quæſierit pecuniam, quique eorum ita crediderint *e*, aut à quo ita cauerunt *f*.

De morte rei & ſucceſſoribus eius.

8. *Idem* "lib. 8. Diſputationum."

PArricidij poſtulatus, ſi interim deceſſerit, ſi quidem ſibi mortem conſciuit, ſucceſſorem fiſcum *g* habere debebit. ſi minus eum, quem voluit, ſi modo teſtamentũ fecit, ſi inteſtatus deceſsit, eos heredes habebit, qui lege vocantur.

De pœna. 2. De furioſo.

9. *Modeſtinus* "libro 12. Pandectarum."

POena parricidij *h* more maiorũ *i* hæc inſtituta eſt, vt parricida virgis ſanguineis *k* verberatus, deinde culleo *l* inſuatur cum cane, gallo *m* gallinaceo, "&" vipera *n*, & ſimia *o*, deinde *p* in mare profundum culleus iactetur. hoc ita, ſi mare proximum ſit. alioquin beſtiis *q* obijciatur *r* ſecundum Diui Hadriani côſtitutionem.
1 ¶ Qui alias perſonas occiderint præter matrem, & patrem, & auum & auiam, quos more *ſ* maiorum puniri ſupra diximus, capitis pœna plectuntur, aut vltimo ſupplicio mactantur. 2 ¶ Sanè ſi per furorem *t* aliquis parentem occiderit, impunitus erit, vt Diui fratres reſcripſerunt ſuper eo, qui per furorem matrem necauerat. nam ſufficere, furore ipſo eum puniri. diligẽtiúſq; cuſtodiendum eſſe, aut etiam vinculis coërcendũ.

Quando accuſari poteſt.

a vide Nouellam Leonis 70. *b* *l. 2. ꝟ. eo.* *c* *d. l. 2.* adde *l. 1. ſup. de SC. Macedoniano.* *d* Patricij. *e* *al.* crediderit. *f* *al.* cauerit. *g* *v. d. 3. ꝟ. de bonis eorum.* *h* *ſub.* confeſsi vide *Suet. in Auguſto c. 33. l. 3. C. Theodoſ. quorum appellationes non recipiuntur.* *i* Morem maiorum obſerua, qui inualuit ante legẽ Corneliã & Põpeiam: hodie alia pœna côſtituta eſt, adde quæ dixi ad *l. 1. ꝟ. eo.* adde *l. 3. ꝟ. de pœnis.* *k* Sagmineis Coraſius 1. *Miſcell. 5.* reprehenſus à Turnebo 2. *aduerſ. 23.* mouetur, quod ſagmina herbam ſacram, nũquam côtaminaſſent Romani corpore parricidæ: mouetur etiam paſsim legi apud bonos authores ſanguineis. ſic apud Plinium 16. c. 32. ſanguinei frutices, & 24. c. 10. virga ſanguinea, & 19. c. 10. virgis ſanguineis: & apud Maronem 8 *Æneid.* ſanguineo flagello: & Liuius 1. haſtam ſanguineam: ſanguineas autem virgas, nô à ſanguine, ſed à colore. iis vtebantur quod facilè ſanguinem elicerent 34. *Plin. 10.* de virgis ſanguineis, *v. 24. Plin. 10.* *l* *l. vn. C. eo. l. vn. C. Theod. eo. Paul. 5 ſent. 24. §. 1.* Culeus parricidiale vaſculum è corio, *6. Iſid. 5 orig. 27.* ſaccus in quo rei côcluſi in mare mittuntur: Plautus in *Viduaria apud Plantiadem.* Iube hunc inſui culeo atque in altum deportari, ſi vis annonam bonam. Iuuenalis *Satyr. 13.* Et deducendum corio bouis in mare cum quo clauditur aduerſis innoxia ſimia fatis. Cic. ad Hieron. De variis pœnis parricidarum, *v. Papo. 2. Nota. 7. c. Du crime de parricide. fol. 442.* & P. Gregorium 36. *ſyntag. 14.* *m* Cur id fiebat? vide Ciceronem *pro Roſcio, Amer. & in oratore, & Senecam 5. controu. 4. in fin.* *n* Cur vipera & huiuſmodi beſtiæ? harum quædam parentes necant, quædam cum eis dimicant, *Theoph. §. 6. Inſt. de publ. iud.* Cælius Rhodiginus *6. c. 13.* putat viperam adhiberi quod nimia dulcedine commota coëuntis maris caput rodere credatur. Veriſimilius eſt viperam ideo adhiberi, quod ventrem matris exedit: vt refert Ariſtot. *lib. de hiſtoria animalium cap. 34.* & Plinius *10. c. 62.* & Baſil. *homilia de Inuidia:* Philoſtrat. 1. *de vita Apollonij* 8. Oliuerius Arzeganenſis Valerij Maximi interpres, ideo ſuperiora animalia culeo inſui putat, quod gallus ſerpentem, ſerpens ſimiam, ſimia hominem inſequatur. His ita poſitis, pœnæ magnitudinem in parricidas conſtitutæ cognoſcimus: nam vt Iuſtin. 16. ſcribit: in parricidio nulla ſatis iuſta cauſa ad ſceleris patrocinia prætexi poteſt verè. nam & Proculus notat, Parentes ἀγάλματα τοῦ πάντων πατρὸς Διός, id eſt ſunt ſimulacra Dei qui omnium eſt pater: Inde Valer. lib. 1. pari vindicta parentum & deorum violationem eſſe expiandam refert. & quendam M. Tullium duumuirum, quod librum ſacra continentẽ ſibi commiſſum Petronio Sabino deſcribendum dediſſet culeo inſutum in mare abiectum. Quintil. *in Declamationib.* Parricidium omnium ſcelerum maximum appellat, propterea quod parricida nomina ſacra polluat. Nihil enim homini melius datum eſſe ſcribit Theognis, patre & matre, οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι πατρὸς καὶ μητρὸς ἄμεινον ἔπλετο τοῖς ὅσιαι κέρνε μέμηλε δίκη. Hinc Solon interrogatus, cur nullum parricidio ſupplicium indixiſſet? ſe id neminem facturum putaſſe reſpondit, *Cicero pro Roſcio Amerino: Laërtius in Solone.* Ita Perſæ neminem ſuorum dicebant parricidam, quod ſi quid tale accidiſſe diceretur, exiſtimabant, eum qui id feciſſet ſpurium aut ſuppoſitium fuiſſe. *Herodot. in Clio: Nicolaus libro* ἐθῶν apud Stobæum ſermone περὶ νόμων, in Ægypto patres liberorum interfectores morte non multabantur, ſed per triduum iuxta interfecti filij cadauer morari & ſe ibi dolore adſtigere cogebantur: liberos autem præacutis calamis cæſos articulatim, iubebant viuos ſuper ſpinarum aceruum comburi. *Diod. 2.* Contra Maſſagetæ, Indi, Callatij & Caſpij parẽtes ſenectute côfectos occidebant, Herod. *in Clio & Thalia.* Primus Romæ parricida L. Hoſtius *Plut. in Romulo*, qui primꝰ culeo inſutꝰ P. Malleol. *Florus epit. 68.* *o* Iuuen. *ſatyr. 8.* Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia, nec ſerpens vnus, nec culeus vnus, adde Feſtũ in culeus, vas parricidale. *p* Cur in mare profundũ? vt omnium elementorum vſu viuus carere incipiat & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur, Iuſtinia. & ibi Theoph. *Inſt. de publ. iud.* Cic. pro Roſcio Amerino, ô ſingularẽ ſapientiã, Iudices nonne videntur hunc hominẽ ex rerũ natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repentè cœlũ, ſolẽ, aquã, terrámq; ademerunt? vt qui eũ necaſſet, vnde ipſe natus eſſet. careret. his reb. omnib. ex quib. omnia nata eſſe dicuntur. Noluerũt feris corpus obiicere, ne beſtiis, quę tantum ſcelus attigiſſent immaniorib. vteremur: nô ſic nudos in flumẽ deiicere, ne cũ delati eſſent in mare, ipſũ polluerẽt quo cætera quæ violata ſunt expiari putantur: deniq; nihil tam vtile, neq; tã vulgare eſt, cuius partẽ vllã reliquerint: Etenim quid tam cômune eſt quã ſpiritus viuis? terra mortuis? mare fluctuãtib. littus eiectis? ita viuũt dum poſſunt: vt ducere animã de cœlo non queãt, ita moriuntur, vt eorũ oſſa terra nô tangat: ita iactantur fluctib. vt nunquã abluantur: ita poſtremo eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. Adde parricidam impium, cum impiis iſtis animalibus ſuper plauſtrum iunctum nigris bobus delatum in mare, *v. Gloſſarium vetus, Græcolatinum in fin.* *q* *Paul. d. loco.*
r *al.* ſubiiciatur. *ſ* *v. pr. huius legis.* *t* *l. 13. l. 14. ꝟ. de offic. præſid.*

10. *Paulus.*

10. *Paulus* libro ſingulari de pœnis omnium legum.

EOrum qui parricidij pœna teneri poſſunt, ſemper *a* accuſatio permittitur.

DE *b* LEGE CORNELIA DE FALSIS "& de Senatuſconſulto Liboniano *c*."

TIT. X.

De teſtimoniis & aduocatione. De iudice corrupto. 3. De iudice qui conſtitutiones principum neglexit. 4. De rationibus, tabulis & inſtrumentis. 5. De teſtamento viui aperto. 6. De inſtrumentis aduerſario proditis. 7. De eo qui in teſtamento ſibi aliquid adſcripſit. 9. Quatenus tutela, vel cura, impedimento eſt quominus quis cum fiſco contrahat. 13. De pœna falſi.

1. *Marcianus* lib. 14. Inſtitutionum.

POena *d* legis Corneliæ irrogatur ei qui *e* falſas teſtationes faciendas *f*, teſtimoniáve falſa inſpicienda dolo malo *g* coiecerit *h*.

1 ¶ Item ob inſtruendam *i* aduocationem *K* teſtimoniáve pecuniam acceperit *l*, pactúſve fuerit, ſocietatem coierit *m* ad *n* obligationem innocentium, ex ſenatuſconſulto *o* coërcetur.

2 ¶ Sed & ſi quis ob renunciandum *p*, remittendúmve teſtimonium, dicendum vel non dicendum pecuniam acceperit, pœna *q* legis Corneliæ adficitur *r*, & qui iudicem *ſ* corruperit, corrumpēdúmve curauerit.

3 ¶ Sed & ſi iudex conſtitutiones principum neglexerit *t*, punitur *u*.

4 ¶ Qui in rationibus, tabulis, cereíſve *x*, vel aliqua re ſane *y* conſignatione falſum fecerint *z*, vel rem amouerint, perinde ex his cauſis, atque ſi erant falſarij, puniuntur. ſic & Diuus Seuerus lege Cornelia de falſis damnauit præfectum *a* Ægypti, quod inſtrumentis ſuis, cum præerat prouinciæ, falſum fecit.

5 ¶ Is qui aperuerit *b* viui teſtamentum, legis Corneliæ pœna tenetur.

6 ¶ Is qui depoſita *c* inſtrumenta apud alium, ab eo *d* prodita eſſe aduerſariis ſuis dicit, accuſare eum falſi poteſt. 7 ¶ Ad teſtamenta militum ſenatuſconſultum pertinet, quo lege Cornelia tenentur, qui *e* ſibi legatum fidei commiſſúmve adſcripſerint.

8 ¶ Inter filium & ſeruum *a*, & extraneum, teſtamentum ſcribentes, hoc intereſt, quod in extraneo, ſi ſpecialiter ſubſcriptio *b* facta eſt. *Quod c illi dictaui & recognoui*, pœna ceſſat, & capi poteſt: in filio, vel ſeruo vel generalis *d* ſubſcriptio ſufficit, & ad pœnam euitandam, & ad capiendum,

9 ¶ Ex illa quoque cauſa falſi pœnæ quis ſubiicitur, vt diui quoque Seuerus & Antoninus conſtituerunt, vt tutores & curatores, & qui officio depoſito non reſtituerunt tutelam vel curationem *e*, cum fiſco contrahere non poſſunt. ac ſi quis aduerſus hanc legem profectus *f*, ærario obrepſerit, vt perinde puniatur, ac ſi falſum commiſiſſet.

10 ¶ Sed ad illos hoc non pertinet (vt iidem principes reſcripſerunt) qui antequam *g* tutelam ſuſciperent, hæc geſſerunt. nec enim excuſationes admiſiſſe, ſed fraudes excluſiſſe.

11 ¶ Iidem principes reſcripſerunt, ita demum eum qui rationem tutelæ vel curæ nondum reddidit, cum fiſco contrahere non debere, ſi viuat is, cuius tutela adminiſtrata eſt. nam ſi deceſſerit, licet nondum heredi eius rationem reddiderit, iure eum contrahere.

12 ¶ Sed ſi *h* iure hereditario ſucceſſerunt in fiſcalem contractum tutor vel curator, licet ante rationem redditam, non puto pœnam locum habere, licet adhuc viuat is, cuius tutela vel cura adminiſtrata eſt.

13 ¶ Pœna falſi, vel quaſi falſi deportatio eſt, & omnium *i* bonorum publicatio: & ſi ſeruus eorum quid admiſerit, vltimo ſupplicio affici iubetur.

De teſtamentis & codicillis.

2. *Paulus* libro 3. ad Sabinum.

QVi teſtamentum amouerit *K*, celauerit *l*, eripuerit *m*, deleuerit *n*, interleuerit *o*, ſubiecerit *p*, reſignauerit *q*, quíve teſtamentum falſum ſcripſerit *r*, ſignauerit *ſ*, recitauerit *t* dolo malo, cuiúſve dolo malo id *u* factum erit, legis Corneliæ pœna damnatur.

3. *Vlpianus* "libro 4. Diſputationum."

QVi ignorans *x* falſum eſſe teſtamentum, vel hereditatem adiit, vel legatū accepit, vel quoquo modo agnouit, falſum *y* teſtamentum dicere non prohibetur.

4. *Idem* libro 8. Diſputationum.

SI quis cùm falſo ſibi legatum adſcribi curaſſet, deceſſerit, id heredi *z* quoque extorquendum eſt.

1 ¶ Inde diuus quoque Marcus, cum quidam à patre heres inſtitutus, codicillos intercidiſſet, & deceſsiſſet, fiſco tantum eſſe putauit vindicandum, quantum per codicillos erogari poſſet, id eſt, vſque ad dodrantem.

5. *Iulianus* " libro 86. Digeſtorum."

SEnatus pœnam remiſit ei qui legata à ſe teſtamento data codicillis ſua manuſcriptis ademerat *a*, ſed quia & iuſſu *b* patris id fecerat, & annorum *c* viginti quinque erat, hereditatem quoque ei capere permiſſum eſt.

6. *Africanus* "libro 3. *d* Quæſtionum."

SI quis legatū ſibi *e* adſcripſerit *f*, tenetur pœna legis Corneliæ quāuis inutile legatū ſit. nam & eū teneri conſtat, qui eo teſtamento, quod poſtea ruptū, vel etiam quod initio non iure fieret, legatum ſibi abſcripſe-

a Adde quæ ſcripſi ad *l. 12. C. de falſis. l. 13. in fin. ſ. de Sil. l. 2. & 4. C. de Apoſtat.*

b Ad legem Corneliam de falſis, &c. *vulg. Hal. 9. C.* 22. ad legem Corneliam de falſ. 9. *C. Theod.* 19. ad legem Corneliam teſtamentariam, *Paul. 5. ſent.* 25. de falſo teſtimonio non admittendo, v. Collat. legum Moſaic. 8 & 9. adde *ex C. tit. ad leg. Viſelliam tit. 5.* de his qui ſibi adſcribunt in teſt. 23. de falſa moneta *Tit.* 24. de mutatione nominis 25. §. 7. *Inſt. de publicis iudic. & 60. Ecl. 41. 42. 44. & Nouell. Leon. 76.* adde *Papon. 12. Arreſt 12. & 13. eundem 2. Not. c. du crime de faux. Boſsi. in tit de falſis* 37. de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento 38. de his qui prohibent aliquē teſtari 39. de mutatione nominis 40. partu ſuppoſito 41. falſa moneta 42. *Clar. 5. ſent. §. falſum. P. Gregor. 36. ſyntag. 1. ad fin. quinti capit.*

c Senatuſconſultum Libonianum latum eſt anno vrbis 880. Libone Conſule, ſub Adriano. *Hotom.* Imò anno vrbis 768. Lucio Scribonio Conſule: Inde SC. Claudianum appellatum à Principe relationis authore: Liconianum verò à Conſule ad patres referente. Solebant enim edicta à Principe ad Senatum mitti, vt tanti ordinis decreto approbarentur P. *Faber 1. ſemeſtr. vlt.* quod hodie reges Galliæ in ipſis parlamentis obſeruant. ſed vt ad rem redeam, Cuiacius Claudianum dici ait, quod ex edicto Claudij Neronis temporibus manauit, *v. Cuiac. hic.* d pœna falſi quæ eſt, *v. §. vlt. ĵ. eod.*

e Qui in falſas t. f. t. falſa inuicem dicenda dolo malo coierit, *vulg. Hal.* qui falſam teſtationem, vel teſtamenta edidit, vel ſubiecit legenda 60. *Ecl. 41. c. 1.* quæ ſententia omnino vera eſt vt hic agatur de eo qui fecit, edidit, ſubiecit falſas teſtationes, vel falſa teſtimonia. f Faciendas, teſtamentáve falſa inuicem dicenda, aut conſignanda dolo malo curauerit, *Vlp. 8. col. leg.* rectè additum, dicenda aut conſignanda: nam teſtimonium aut voce, vel per tabulas dicitur. g Si ita eſt, qui dolum non commiſit à falſo excuſabitur; nam falſitas ſine dolo committi non poteſt: tametſi vti falſo citra dolum poſsimus, *l. 20. C. eod. v. Clar. 5. ſent. § falſum 4.*

h Coierit, curauerit. i Obſtruendam, *Vlp. d. tit. 8. collationis.* k Adde *l. 20. ĵ. eod.*

l *l. 2. ſ. de conceſsione, l. 19. C. de teſtib.* adde *Paul. 5. ſent. 26. §. 2.*

m Coierit, aut aliquam delationem interpoſuerit: item ſi quis coëgerit ad obligationem, &c. *Vlp. ibid.* n Ad occiſionem innocentium, *Vlp. ibid.* ad accuſationem innocentium, *Pithœus ibid.* id eſt, qui ſocietatem coierit ad falſum teſtimonium inſtruendum aduerſus innocentes. o Senatuſconſulto, quod Cotta, & Meſſala conſulibus factum eſt, *Vlp. ibid.* p Denuntiandum, *vulg. Hal.* venundandum, vel non remittendum. *Vlp. d. loco*: Ecloga multo apertius id explicat, ἐπὶ τῷ κατηγορῆσαι ἢ μὴ κατηγορῆσαι, id eſt, ſi quis ob accuſandum, vel non accuſandum: vt hæc verba ad criminalia iudicia referantur: hæc verò quæ ſequuntur, *dicendum, non dicendum*, ad ciuilia. Paulus generaliter loquitur, ob falſum teſtimonium perhibendum, & verum non perhibendum 5. *ſent.* 25. §. 2. vt ſit ſenſus: Vtrobique, id eſt, in ciuilibus & criminalibus negotiis falſa teſtimonia puniri.

q De qua vide *Paulum 5 ſent. 25. §. 2. in fin.* r Ex Senatuſconſulto, quod duobus Geminis conſulibus factum eſt, *Vlp. 8. collationis legum Moſaic.*

ſ Vt ſententiam ferat ſcilicet, & non ferat. *Paul. d. loco.* t Pluſquam negligit, qui aduerſus eas aut in publicum pronunciat *Paul. 5. ſent. 23. §. 3.*

u Qua pœna? vide *l. 1. C. ad l. Iuliam Maieſt.* x Vox cereis, vel cereíſve hic otioſa eſt: legendum cenſeo, cæteríſve, *vt in l. 16. §1. §. 2. ĵ. eod.* Quæ ſint illa, Paulus explicat 5 *ſent.* 25. §. 4. acta ſcil. album propoſitum, teſtationes, cautiones, chirographa, epiſtolæ. vel ita legendum: tabulis, cereis, vel alia qua re.

y Siue conſignatione, *vulg. Hal.* quæ lectio optimè conuenit iis quæ proximè ſequūtur, nempe præfectum vel ideo punitum à Seuero, quod in inſtrumentis ſuis falſum feciſſet. z Falſi ſpecies ſunt, delere, mutare, ſubijcere, ſubſcribere, *Paul. 5. ſent. 25.* §. 4. Conſignatione falſum facit, qui addit: is autem remouet, qui delet.

a Nota iudicem puniri falſum in inſtrumentis ſuis committentem.

b Ita legitur apud Paulum 5 *ſent. 25. §. 6. & in l. 38 §. 7. ĵ. de pœnis*: apud Haloandrum legitur peruertit: in vulgata, peruerterit. c *Paul. 5 ſent. 25. §. 8. l. 38. §. 9. ĵ. de pœnis*: id aliquando cuidam ancillæ, quam Demoſthenes defendit, accidit.

d Putà à depoſitario, dic idem in procuratore, & cognitore, qui aduerſario litis inſtrumenta prodidit, *Paul. 5. ſent. 25. §. 7.*

e Vide *l. 6. ĵ. eo. tit. C. de his qui ſibi adſcribunt teſtamento, & Boſsium c. 38, Clarum 5. ſent. §. falſum 4. verſic. abſcribens ſibi.*

notandum eſt, Marcum Antoninum primum iuſsiſſe, vt apud præfectos ærarij in vrbe apud tabularios, in prouinciis, vnuſquiſque ciuium, natos liberos profiteretur intra tricesimum diem nomine impoſito. *Capitolinus in eius vita.* g Antequam quis tutelam gerat, poteſt cum fiſco contrahere: poſt tutelam geſtam non poteſt.

h Succeſsionis ratione quædam conceduntur, & tolerantur, quæ alias non concederentur, *l. 9. in fi. ĵ. de re militari. facit l. 4 ĵ. de decurionib.* è contrario interdum quædam accuratiùs obſeruantur in heredem, quam in defunctum, *l. 4. §. 3. ſ. quod cum eo*, ad priorem ſpeciem referendum eſt quod Papo 22. *Nouell. 12. n. 9.* ſcribit, heredem vtentem falſo inſtrumento in hereditate reperto, pœna falſi excuſari, & à iudice eo caſu inſtrumentum falſum dicendum non eſſe, (ne alioquin inferatur infamia heredi innocenti) ſed nullum. i τέλεια δημευσις, *Ecl. 41, c. 1.* adde §. 7. *Inſt. de publ. iudiciis.* De pœna falſariorum dicam ad Nouellam Leonis 77. hodie apud Gallos omnino capitalis eſt pœna, edicto Franciſci regis lato anno 1539.

k *l. 14. C eod.* ὑκλέψας διαθήκην, 35 *Ecl. 16. ex lib. 60 tit. 41. c. 2.* adde *Paul. 4. ſent.* 7. & 5. *ſent. 25. §. 1.* l *l. 14. C. eo. Ecl. ibid.* ἢ κρύψας, id eſt, ſuppreſſerit, *Paul. 4. ſent.* §. 1. ſupprimit, qui cum habeat poteſtatem proferendi, non profert, *Paul. ib. §. 3. & 4.*

m Rapuerit, *Vulg. Hal.* ἢ ἁρπάσας. Rapere, eſt per vim: amouere, clam.

n *Paul. 4. ſent. 7. §. 1. & 5. ſent. 25. §. 1.* ἢ ἀπαλείψας.

o Interlinit, qui variis locis: delet, qui magna ex parte.

p *Ecl. ibid. Paul. ibid. §. 7. Inſt. de publ. iud. v. l. 12. C. de teſtam. ordinandis.* Cyprianus *epiſtola 1.* hic teſtamentum ſubijcit. q Reſignat qui ſigillum aufert ἢ ἀποσφραγίσας, *Ecl. ibid. Paul. ibid. § 7.* vel qui aperit, id Bartolus extendit ad eum qui litteras alterius aperit: idque communiter teneri refert Clarus 5. *ſent. 4. verſic. aperiens.*

r *Ecl. ibid. Paul. ibid. §. 7.* ſ *Paul. ibid. d. §. 7 Vlp. 8. collationis legum Moſaic.*

t *Paul. ibid. Ecl. ibid.* u Superiora omnia, πάντα *Ecl. ibid. Paul. 4 ſent. §. 2.*

x *l. 3. C. eod.* y *l. 3. ſ. de his quib. vt indign.* z *l. 12. ĵ. eod. Ecl. ibid. c. 26.*

a *l. 21. § 7. ĵ. eod.* b Adde *l. 15. §. 3. ĵ. eod.*

c Eo ſermone non ſignificatur is qui eſt maior vigintiquinque annis, ſed qui nondum ad eam ætatem peruenit, *v. Cuiac. 6. obſ. 3.*

d *v. Cuiac. 3. ad Afric. fol. 31.* e *v. l. 1. ſ. 7. ſ. eod.*

f Ignorante teſtatore ſcilicet.

ſit

rit.Hoc tamen tunc verum eſt,cum perfectum a teſtamentum erit. cæterùm b ſi non ſignatum fuerit, magis eſt,vt Senatuſconſulto locus non c ſit. ſicuti nec interdictum de tabulis teſtamenti exhibẽdis locum habet d. priùs e enim oportet eſſe aliquod teſtamentum vel non iure factum,vt ſenatuſconſulto locus ſit. Nam & falſum teſtamentum id demum rectè dicitur, quod ſi adulterinum non eſſet,verumtamen teſtamentum rectè dicetur: ſimiliter igitur & non iure factum teſtamentum id appellatur,in quo ſi omnia rite f facta eſſent,iure factum diceretur. 1 ¶ Si inſtitutus heres exheredationem nominatim g filij vel aliarum perſonarum adſcribit,ſenatuſconſulto tenetur. 2 ¶ Similiter & is qui libertatem ſua manu ademit h, ſerui teſtatoris, & maximè cui à ſe legata vel fideicommiſſa data erant ſenatuſconſulto tenetur. 3 ¶ Si patronus teſtamento liberti legatum ſibi ſcripſerit i, & venia impetrata abſtinere legato iuſſus eſt, an emolumentum bonorum poſſeſſionis contra tabulas habere poſſit? Et magis placet, non poſſe. nec tamen huic conſequens eſt, vt & ſi vxor dotem,vel creditor id quod in diem ſibi deberetur, ſibi adſcripſerit,& ſimiliter venia impetrata abſtinere ſe legato iubeantur: aut mulieri dotis, aut creditori actio ſua denegari debet,ne eorum vterque meritò debito careat.

An ſeruus cum domino conſiſtat.

7. *Marcianus* lib. 2. Inſtitutorum.

NVllo k modo ſerui cum dominis ſuis conſiſtere l poſſunt, cùm ne quidem omnino iure ciuili m; neq; iure prætorio n, neque extra ordinem computantur o. pręterquam p quod fauorabiliter D.Marcus & Commodus reſcripſerunt. cum ſeruus quereretur, quòd q tabulæ teſtamenti,quibus ei data erat libertas, ſupprimerentur, admittendum ad ſuppreſſi teſtamenti accuſationem.

De nummis.

8. *Vlpianus* lib. 7. de officio proconſulis.

QVicumque r nummos aureos ſ partim t raſerit u, partim tinxerit x, vel finxerit y: ſi quidẽ liberi ſunt, ad beſtias dari, ſi ſerui, ſummo ſupplicio affici debent z.

De auro & nummis. 3. De eo qui falſum ſignauit vel ſignari curauit. De teſtimoniis. 3. De delatore ſubmiſſo.

9. *Idem* lib. 8. de officio proconſulis.

LEge Cornelia cauetur, vt qui in aurum vitij quid a addiderit, qui argenteos nummos adulterinos b flauerit c, falſi crimine teneri.
1 ¶ Eadem pœna afficitur etiam is qui d, cum prohibere tale quid poſſet a, non prohibuit.
2 ¶ Eadem lege exprimitur, ne quis nũmos ſtagneos b, plumbeos c emere d, vendere dolo malo vellet.
3 ¶ Pœna legis Corneliæ irrogatur ei qui quid aliud, quam e in teſtamento ſciens dolo malo falſum ſignauerit, ſignarive curauerit. item ſi ad falſas teſtationes faciendas, teſtimoniáve falſa inuicem dicenda dolo malo coierint. 4 ¶ Qui delatorem ſummiſit in cauſa pecuniaria, eadem pœna tenetur, qua tenentur hi, qui ob inſtruendas f lites pecuniam acceperunt.

De eo quod in teſtamento vel codicillis adſcribitur.

10. *Macer* lib. 1. Publicorum.

DE eo qui ei in g cuius poteſtas eſt, eique qui in eadem poteſtate eſt, adſcripſerit, nihil ſenatuſconſultis cauetur. ſed hoc quoque caſu committitur in legem: quia huius rei emolumentum ad patrem dominumve pertinet, ad quem pertineret, ſi filius ſeruúſve ſibi adſcripſiſſent. 1 ¶ Illud conſtat, ſi extraneo quis adſcripſerit legatum, licèt poſtea viuo teſtatore in poteſtate eum habere cœperit, ſenatuſconſultis locum non eſſe.

11. *Marcianus* lib. 1. de publicis iudiciis.

SI pater filio ſuo militi, quem habet in poteſtate, teſtamento h commilitonis filij aliquid adſcripſerit, quem commilitonem in militia nouit: quia patri non adquiritur, extra pœnam eſt. 1 ¶ Et cum matri filius adſcripſerat, D. fratres reſcripſerunt, cùm iuſſu teſtatoris hoc ſcripſit, impunitum i eum eſſe, matrémque capere poſſe.

De morte rei.

12. *Papinianus* lib. 13. Reſponſorum.

CVm falſi reus ante crimen illatum, aut ſententiam dictam, vita decedit k, ceſſante Cornelia, quod ſcelere quæſitum eſt heredi l non relinquitur.

De falſo nomine. 1. De falſo inſtrumento recitato.

13. *Idem* lib. 15. Reſponſorum.

FAlſi m nominis n vel cognominis o adſeueratio pœna falſi coërcetur. 1 ¶ Ordine decurionum decem annis aduocatum motum, qui falſum inſtrumentum p cognoſcente præſide recitauit, poſt q finem temporis dignitatem reſpondi reciperare r: quoniam in Corneliam, falſo recitato ſ non facto t non incidit u. eadem ratione plebeium ob eandem cauſam exilio temporario x punitum, decurionem poſt reditum rectè creari.

De eo quod in teſtamento vel codicillis adſcribitur.

14. *Paulus* lib. 22 Quæſtionum.

FIlius emancipatus, cùm ſcriberet patris teſtamentũ, iuſſu patris, ſeruo communi Titij & ſui legatum adſcripſit. quæro quis exitus quæſtionis ſit? Reſpondit. Plures quæſtiones coniunxiſti: & quidem quantum ad ſenatuſconſultum, quo prohibemur y, *nobis, vel in his quos in poteſtate habemus, adſcribere legatum*: emancipatus quoque filius eadem pœna tenebitur, licèt iuſſu patris ſcripſerit. excuſatus z enim is videtur, qui in poteſtate eſt, ſicut ſeruus: ſi tamen iuſſum ex ſubſcriptione a teſtatoris appareat. ſic enim inueni ſenatum cenſuiſſe.

a Nam ſi non potuit, tenetur.
b Stanneos, *vulg. Haloand.* vox ſtagneos defendi poteſt. ſic Muriaticã habent in vaſis ſtagneis. & Gloſſę veteres ſtagnea κασσιτέρινα, ſtagneũ, κασσίτερον: dixi da ſtagnea, vaſe ſtagneo *Scribonius Largus* plumbeus. ſtagneus, *Priſcianus Medicus* 2. v. *Cuiac.* 11. *obſ* 1. *Senec.* 3. *de Ira* 35. *Feſtum in Murina & in vaſis ſtanneis.* Gloſſis κασσιτερός, ſtagnum κασσιτερουργός, ſtagnator.
c Plumbei nummi vetiti, vnde poſſumus colligere, non niſi triametalli genera fuiſſe apud Romanos, ex quibus probi numi conſtarentur, aurum, argentum, æs. vnde olim Triumuiri monetales dicti, auri, argenti, æris flatores: ideóque & Plautus in *Moſtellaria*, fabrum quendam accuſat, quod plũbeos cudere ſolitus eſſet. ſic Dionyſium Siculum tyrannum ſuos aliquando Syracuſanos coëgiſſe ſtanneis nummis vti, Spartanã quoque ſicuti & Byzantinum monetã fuiſſe aliquando ferream legimus.
d Atqui nummi mercis vice fungi poſſe non videntur? Sed hic locus ad peregrinos nũmos referendus: & Daricos, putà vel Philippeos. Tetradrachmum Atticum, Siculum, & alios id genus: quos emi ſolitos refert Voluſius Metianus *lib. de Aſſe*. ſic Victoriati nummi (qui ob victoriæ ſignum inibi impreſſum ita dicti priuſquam lege Claudia nummus percuſſus eſſet) ex Illyrico aduecti, mercis loco habiti 33. *Plin.* 3. Cuius nummi meminit Varro 8. *&* 9. *de lingua.* Tertull. *lib. de velandis virginib.* Plin. 20. *c. vlt. &* 33. *c.* 6. ſolidos etiam veterẽ principum veniſſe conſtat, *& l.* 1. *C. de veteris numiſmatis poteſtate.*
e Quàm teſtamentum ſciens, *Vlpian.* 8. *collat. legum Moſaic.* vt intelligamus, falſi cauſam ad alia negotia, quàm ad teſtamenta porrigi *l.* 16. §. 1. *j. eod.* f *v. l.* 1. § 1. *j. eod.* g *l.* 15. *verſ. ſcribere. j. eod.* h Patrem poſſe conficere inſtrumentum pro filio emancipato, hinc colligit Bartolus. v. tamen *l.* 14. *j. eo.* i Filium pro matre inſtrumentum conficere poſſe, hinc colligitur. k *v. l.* 6. *ʒ. de publ. iud.* l *v. l.* 14 *ʒ. eod.* m Nomen falſum ſibi adſumere non licet. huc refert titulum Codicis de mutatione nominis.
n De nomine & cognomine. vide quæ ſcripſi ad *l.* 4. *C. de teſtam.*
o Idem dicendum eſt, ſi quis ſibi falſum genus, vel parentes falſos finxerit, quo quid alienum interciperet, poſſideréтve, *Paul.* 5. *ſent.* 25. §. 10. vide Cuiac. *ibid.* Idem dicendum de eo qui inſignibus altioris ordinis vtitur. militiámque confingit, quo quem terreat, vel concutiat, *Paul. ibid.* §. 11. aliàs ſi fraus ceſſat, & crimen falſi, eiúſq; pœna ceſſat, *l.* 1. *C. de mutatione nominis. Boſſ. c.* 40. *de mutatione nominis.* nam ſeruo ſolus dominus pro arbitrio nomen imponit, & ad voluptatem quidem, vt in oratione pro Roſcio Amerino notauit *Vulcatius*, ſic more apud veteres recepto, quæ ſtuprẽ licentiam apud Ædiles profitebantur, nomina mutabant, Plautus *in Penulo*. Hodie earum mutarent nomina, fecerẽntque indignum genere, quæſtum corpore. vide alia apud Pithæum 8. *Notar Moſaic.* Idem in ſpuriis refert. Papon. 2. *Notar.* 7. *c. Du crime de faux.* De mutatione nominis fuſiſſimè tractauit P. Greg. 39. *ſyntagm* 4. Berberius 1. *parte. Rubrica* 11.
p Idem dicendum eſt ſi falſa conſtitutione vtatur, *l. vlt. j. eod. & l.* 4. *C. eod.* Aduocatum ob falſi inſtrumenti recitationem decem annis ordine moueri poſſe obſerua.
q *l.* 2. *verſ. alia. j. de decurionib. l.* 1. *C. de his qui in exilium.* r Recuperare.
ſ Falsò recitato, non facto, *vulg.* facit, *l.* 8. *C. eod.* t Non facto, incidit, *Hal.*
u Id eſt, qui non eſt damnatus iudicio publico, lege Cornelia quandoquidem ea tenetur qui fecit, non qui recitauit: atque ita ob recitationem falſi ordine motus infamis non cenſetur, v. Cuiac. ad *l.* 1. *C. de his qui in exilium.*
x Cuiacius 20. *obſ.* 38. notat differentiam eſſe inter relegatum ad tempus, & ordine motum ad tempus: nam hic poſt tempus decurionatum recuperat: ille non recuperat ſed tamen rectè creatur. y Regulam ſeu ſenatuſconſultum obſeruas.
z *l.* 13. *ʒ. ad legem Falcidiam, l.* 3. *l.* 5. *C. de his qui ſibi.*
a vide *l.* 1. §. 8. *ʒ. eodem.*

fin. j. eod. v. eundem Cuiac. 9. *obſ.* 18. vbi tractat de reliquiis iuris antiqui ex
tionis liberorum. h *l.* 3. *ʒ. eod. l.* 22. § 7. *j eod.* i Falſum ſcripſiſſe intelli
deóque priuandus eſt hereditate, *l.* 19. *ʒ. de bon. libert.* k Id eſt, raro, *l.* 1. §. 8.
præfecti vrbis: l. 4. *ʒ. de iudiciis. l.* 20. *l.* 21. *C. qui accuſare.* l litigare.
o. §. 7. *ʒ qui teſtam. l.* 32. *j. de reg. iur.* n *d.* §. 7. o Non ita iure naturæ.
l. 12. §. 4. *ʒ. de accuſationib.*
ceptio regulæ ſuperioris. q *l.* 53. *ʒ de iudic.*
c lex Cornelia, eſt nummaria. *Cic.* 3. *in Verrem.* Cornelia teſtamentaria, num-
& aliæ complures. falſæ monetæ reos Codex Theodoſ. vocat paracharactas,
Theod. de falſa moneta, & monetæ adulteros, *l.* 5. *ibid.* ſ Idem ſi argenteos,
ſent. 25. §. 1. quod tamen Hippolytus de Marſiliis nõ admittit, *conſ.* 21. *n.* 15.
gat etiam eandem eſſe rationem in rodentem nummos argenteos quæ in
em aureos: nimirum quòd hæc lex odioſa ſit, ideóque non extendenda.
hac dicendi formula, v. Cuiac. 10. *obſ.* 17. u *Paul.* 5. *ſent.* 25. §. 1. hoc Græcè
περικόπτειν, *Eclog.* 44. *c.* 1. In nummis radi dicitur ſuperficies plana, circun-
ius circunferentia, *& l.* 1. *C. Theod. de falſa moneta* menſuram circuli exterioris
unt, vt ponderis minuatur quantitas. Extat etiam in Codice Theod. tit. *ſi quis*
irculum exteriorem inciderit. Bizantij Alexandrum Logotheram ψαλίδιον, i.
rum circumciſorem appellabant, id eſt, forciculam, quod perquam ſcite noſſet
ſ in orbem attundere, ſeu rodere: *Procop.* 3. *de bello Gothico, v. Cuiac.* 19. *obſ.* 25.
tinxerit, ſic quidam liberi. Hotom. 5. *obſ.* 16. mouetur, quòd argentei tingi poſ-
urei nulla de cauſa tingantur: ſtringere eſſe ex Nouio, ait, circuncidere, video
apud Paul. 5. *ſent.* 25. §. 1. non modò argenteos. ſed & aureos nummos adulte-
uari, conſtari, radi, corrumpi, vitiari, & §. 4. æs quidem inaurari, & argentari,
quod magis eſt, eum puniri, qui cum argentũ, vel aurum poneret, æs ſtannúm-
fecit. Itaque eò adducor, vt credam aureos nummos tingere, hic nihil aliud
quàm ita æs tingere, vt aurum exiſtimetur: nonnullis enim ita imponi ſolet,
ſ, *l.* 36. *ʒ. de pignoratia:* fingere autem aliud eſt, quàm tingere, vt infra docetur,
i facit, falſa fuſione nummum formare dicitur, l. 2. *C. de falſa moneta.*
log ibid. οἱ τὰ NN χαράσσοντες. hinc falſæ monetæ rei, paracharacta, l. 8. C.
l. de falſa moneta. Fingit, vel qui vultu principum monetam ſignat, *Paul.* 5 *ſent.*
1. vel qui ſignatam adultera immutatione in vendendo ſubijcit, l. 1. *C. Theod.*
ſolidi circulum.
uid ſi apud aliquem, domi, vel in vidulo, vel in arca falſa moneta reperta ſit,
uam falſi reus éſtne puniendus? vide Belloulſanum 1. *cap.* 8. *n.* 16. *& ſeqq.* vide
onem 1. *Notar* 7. *cap. Du crime de faux, fol.* 476.
Pura æs, ſtannum, *Paul.* 5. *ſent.* 25. §. 4. adde *l.* 1. *in fin. j. ad legem Iuliam peculatus.*
erosa pecunia: *l.* 102. *ʒ. de ſolut.* Id vitium lacunam vocat Cicero ad Atticum:
quæſo, ne qua lacuna ſit in auro niſi quis dicat ibi lacunam eſſe id quod vulgo
ectum appellamus.
Iniecto ſtanno vel plumbo.
His autem ad finem ſunt ſtatutarij, qui maiorinam pecuniam, ſeparato ab argen-
ære purgant, *l.* 6. *C. Theod. de falſa moneta.*
v. l. 1. *C. de falſa moneta:* non is tantum qui falſa moneta vtitur, punitur: ſed &
i alium falſa moneta vti ſcit, nec defert. vide *l.* 50. *j. de reg. iur. Cic.* 1. *de Officiis.*
i non vetat peccare, cum poſſit, iubet, *Seneca Troade act.* 3. *ſcen.* 2.

a Illicita ſcriptura, ſcriptura non eſt.
b Si quis ſibi & Titio legatum adſcripſit, magis eſt vt totum legatum ad coniunctũ pertineat, *Paulus* 3. *ſent*.6.§.14.
c i. conditione ex lege Iulia, vide *l*.65.ſ *ſoluto*.
d *l*.64.§.7.ſ.*ſoluto*.
e *l.vlt*.ſ.*de his quæ pro non ſcriptis*.
f *l*.1.ſ.*de his quæ pro non ſcriptis*, *l*.4. *C.de his qui ſibi*.
g *l*.10.ſ *eod*.
h *l*.1.§.8.ſ *eod*.
i v.*l.vnic.C.ne tutor*.
k *l*.14.ſ.*eod*.
l v.§.3.ſ.*eod*.
m Quatenus hic idẽ eſt quod, quoniam, vt *l*.3.§.1.ſ.*de in rem verſo*.
n §.2.ſ.*eod.l*.1.§.8.*l*.14.ſ.*eod.l*.22.§.7.ſ.*eo.l*.6.*C.de his qui ſibi adſcribunt*.
o *l*.5.*in fin ſup.eod.v.l*.11.§.7.ſ.*quod vi*.
p Mulieri quæ ſibi aliquid adſcribit, pœna remittitur ob iuris ignorantiam.
q Falſi non punitur qui in alicuius teſtamẽto ſibi aliquid ſub duabus conditionibus adſcripſit. vide *Bart. hic*.
r *l*.2.*eo.Paul*.4.*ſent* 7.§.1.§ 2.& 5.*ſent*.25.§.1.
ſ *l*.9.§.3.ſ.*eod*.
t Notarios putà, amanuenſes, ſcribas, ſecretarios, & huiuſmodi perſonas. de notario hoc ſciendum eſt, eum teneri falſi, ſi numerationẽ factã, ſi quem præſentem fuiſſe contractui falsò ſcripſerit: ſi ſolemnitates more receptas inſerere rogatus neglexerit, ſi contractum in re illicita fecerit de quo vide *l*.14.§.1.§.3.*C.de ſacroſan*. ſi falsò negauerit rogatũ ſe fuiſſe, de quo v. *Clarum* 5.*ſentent*.§.*falſo* 4.*verſ.notarius*, & *ſeqq*. v. reliqua in *l*.22.& *l*.32.ſ.*eo*. Hinc conſtat, falſi inſtrumenti authorem vel confectorẽ teneri pœna falſi, de cuius criminis pœna legitima v.*l*.1.*in fin*.ſ.*eod*.
u de modo ſignãdorum contractuũ publicorum, vide *Paulum* 5.*ſent*.25.§.5.

1 ¶ Sequens quæſtio eſt: "an" quoniam placet id quod *a* illicitè ſcriptum eſt, pro non ſcripto eſſe: quod ſeruo communi ſcribentis, & alterius adſcriptum eſt, vtrum in totum pro non ſcripto ſit, an quantum ad eum tantùm qui adſcripſit, cæterùm ſocio totum *b* debeatur? Et inueni Marcellum apud Iulianum adnotaſſe. nam cùm Iulianus ſcripſiſſet, ſi ſibi & Titio ſcripſiſſet, aut ſeruo communi, cum pro non ſcripto ſit facillimè quæri poſſe, quantum Titio & ſocio adquiratur: ita adiicit iſte Marcellus, Quemadmodum ſocio debebitur, ſi quaſi falſum nomen ſerui ſubducitur? quod & in præſenti quæſtione obſeruandum eſt. 2 ¶ Maritus ſeruum dotalem manumiſit, & in teſtamento eius legatum ſibi adſcripſit. quæſitum eſt, quid mulier ex lege Iulia *c* conſequi poſſit? Reſpondi: Et patronum incidere in pœnam edicti Diui Claudij dicendum eſt, & filium emancipatum, licèt præteriti poſſint petere bonorum poſſeſſionem, ergo ſi nihil habet patronus ex bonis liberti, non tenebitur mulieri. An ideo teneri poteſt, quod adiectum eſt in lege, *Aut dolo d fecit quominùs ad eum perueniat*: ſed nihil perfecit in fraudem mulieris. non enim aduerſus illam hoc excogitauit. An ideo non denegamus huic actiones. quoniam *e* alij reſtituturus eſt? atquin cum his "qui" ſibi iuſſu teſtatoris legatum adſcripſit etiam ſi fidei ſuæ ſimiliter iubente teſtatore commiſiſſet, vt id alij reſtitueret, ſenatus iuſſit eum nihilominus legato abſtinere, idque apud hæredem remanere cum onere fideicommiſſi.

15 *Calliſtratus* "lib. 1. Quæſtionum."

Diuus Claudius edicto præcepit adiiciendum legi Corneliæ, *vt ſi quis, cum alterius teſtamentum vel codicillos ſcriberet, legatum* f *ſibi ſua manu ſcripſerit, proinde teneatur, ac ſi commiſiſſet in legem Corneliam: & ne vel iis venia detur, qui ſe ignoraſſe edicti ſeueritatem prætendant*.

¶ Scribere autem ſibi legatum videri non ſolùm eum qui manu ſua id fecit, ſed etiam qui per ſeruum g ſuum, vel filium, quem in poteſtate habet, dictante teſtatore, legato honoratur. 1 ¶ Planè conſtitutionibus principalibus cauetur, vt ſi teſtator ſpecialiter *h* ſubſcriptione ſua declarauerit, *dictaſſe ſeruo alicuius, vt domino eius legatum, ab hæredibus ſuis daretur*, id valere. nec generalem ſubſcriptionem teſtatoris valere aduerſus ſenatuſconſulti auctoritatem, & ideo legatum pro non ſcripto habendum, & ſeruo, qui etiam ſibi legatum adſcripſit, veniam dari. Ego tutius eſſe puto, veniam *i* petendam ab Imperatore, ſcilicet eo, quod relictum eſt, abſtinentibus. 2 ¶ Item ſenatus cenſuit, vt ſi ſeruus *k*, domini ſui iuſſu, teſtamento codicilliſve libertatem ſibi adſcripſerit, ob eam rem, quod ipſius manu adſcriptum eſt, minùs liber ſit, ſed libertas ei ex fideicõmiſſi cauſa præſtatur, ſi *l* modò poſt eam ſcripturã manu ſua teſtator teſtamento codicilliſve ſubſcripſerit. 3 ¶ Et quatenus *m* de ſola ſpecie fideicommiſſæ libertatis hoc ſenatuſconſulto continebatur, Diuus Pius reſcripſit ſententiam magis ſequendam eſſe huius ſenatuſconſulti, quàm ſcripturam. nam ſeruos: cum dominis ſuis parent, neceſſitate poteſtatis excuſari: ſi tamen accedat domini auctoritas ſubſcribentis *n*, *ſe ea dictaſſe & recognouiſſe*, videri enim ait ipſius domini manu ſcripta, cuius voluntate ea ſcripta ſunt. Quod tamẽ (inquit) ad liberas perſonas in quas nullum ius teſtator habuerit, extendi non debet: quæri tamen debet, an æquè ſubſequendi neceſſitas *o*. & honeſta excuſatio eſt non facientibus, quod non ſit conceſſum. 4 ¶ Matri quoque, cui per ſeruum ſuum, dictante filio, legatũ ſcriptum eſſet, veniam tribuendum legis Corneliæ placuit. 5 ¶ Idem in filiam, quæ dictante matre ſua per ignorantiam *p* iuris, legatum ſibi ſcripſerat, ſenatus cenſuit. 6 ¶ Si quis duobus hæredibus inſtitutis adiecerit, *vt ſi alteruter hæres ſine liberis deceſſiſſet, ei qui ſuperesſet, & liberos haberet, hæreditas redderetur: vel q ſi vterque ſine liberis deceſſiſſet*, hæreditas deinde alia manu ſcriptori teſtamenti reſtitueretur: placet teſtamentario pœnam legis Corneliæ remitti: ſed benignius eſt, vt "etiã" ea quæ ſuprà ſcripta ſunt, ſimili modo cõſequatur.

De inſtrumentis ſubreptis. 1. De eo qui falſum ſignauit. 2. De rationibus, tabulis, literis publicis, & alijs rebus.

16. *Paulus* "lib. 3. Reſponſorum reſpondit."

Inſtrumentorum ſubreptorum crimen non eſſe publici iudicij, niſi *r* teſtamentum alicuius ſubreptum arguatur 1 ¶ Paulus reſpondit. legis Corneliæ pœna omnes teneri, qui etiam extra *ſ* teſtamenta, cætera falſa ſignaſſent.

2 ¶ Sed & cæteros *t*, qui in rationibus, tabulis, literis publicis *u*, aliáve qua re, ſine *x* conſignatione falſum fecerunt, vel vt verum non appareat, quid celauerunt, ſubripuerunt, ſubiecerunt *a*, reſignauerunt, eadem pœna affici ſolere dubium non eſſe.

De eo quod in teſtamento adſcribitur.

17. *Idem* "lib. 3. Fideicommiſſorum."

Cum quidam *b* manu ſeruum ſibi legatum ſcripſiſſet, & eum manumittere rogatus eſſet, Senatus cenſuit, ab omnibus hæredibus eum manumittendum.

18. *Idem* "lib. 3. Sententiarum."

Vxori *c* legatum in alieno teſtamento ſcribere non prohibemur. 1 ¶ Qui *d* ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit, & ſi ſuſpectus eſſe præſumitur, quod vltrò tutelam videbitur affectaſſe, tamen ſi idoneus eſſe approbetur, non ex teſtamento, ſed ex decreto tutor dandus eſt: nec excuſatio eius admittetur, quia conſenſiſſe videtur voluntati teſtatoris.

De falſa moneta. 1. De partus ſuppoſito.

19. *Idem* "lib. 5. Sententiarum."

Qui falſam *e* monetam percuſſerint, ſi id totum formare noluerunt: ſuffragio iuſtæ pœnitentiæ abſoluuntur *f*. 1 ¶ Accuſatio ſuppoſiti *g* partus nulla *h* temporis præſcriptione depellitur: nec intereſt, deceſſerit necne ea quæ partum ſubdidiſſe contenditur.

De aduocatione & teſtibus.

20. *Hermogenianus* "lib 6. Iuris Epitomarum."

Falſi pœna coercentur & qui ad *i* litem inſtruendam aduocatione teſtibus, pecuniam acceperunt *k* obligationem, pactionem fecerunt ſocietatem inierunt: vt aliquid eorum fieret, curauerunt *l*.

De eadem re duobus in ſolidum vendita.
De iudice corrupto.

21. *Paulus* "libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Turpillianum."

Qui duobus in ſolidum eandem rem diuerſis contractibus vendidit, pœna falſi *m* coercetur *n*: & hoc & Diuus Hadrianus conſtituit. ¶ Iis adiungitur, & is qui iudicem corrumpit: ſed remiſſiùs puniri ſolent, vt ad tempus relegentur, nec bona illis auferãtur.

De impubere. 1. De eo quod in teſtamento vel codicillis adſcribitur vel adimitur.

22. *Idem* "libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Libonianum."

Impuberem *o* in hoc *p* edictum incidere dicendum non eſt: quoniam falſi crimine vix poſſit teneri, cum dolus malus in eam *q* ætatem non cadit. 1 ¶ Si ei filio, qui apud hoſtes eſt, adſcripſerit pater legatum, dicendum eſt reuerſo *r* eo incidere in pœnam ſenatuſconſulti: quod ſi ibi deceſſerit, innocens pater exiſtimatur.

2 ¶ Sed & ſi emancipato filio adſcribit, rectè id faciet: item in adoptionem dato.

3 ¶ Item ſi ſeruo, cui moram fecit in fideicommiſſaria libertate præſtanda, adſcripſerit, dicendum eſt extra ſententiam ſenatuſconſulti eum eſſe: quoniam placet omne, quod per huiuſmodi ſeruum adquiſitum eſt, reſtitui oportere manumiſſo.

4 ¶ Et *ſ* ſi ei ſeruo qui bona fide ſeruit, aliquid adſcripſit, quod *t* ad cogitationem animi, nocens eſt: quia ei adſcribit, quem ſuum putat: ſed quoniam neque legatum, neque hereditas bonæ fidei poſſeſſori adquiritur, dicamus eum pœnæ eximendum eſſe.

5 ¶ Si dominus adſcripſerit ſeruo legatum, *Cum liber erit*, dicimus ſenatuſconſulto dominum excuſatum eſſe, qui compendio ſuo nullo modo proſpexerit.

¶ Eadem & de filio poſtea emancipato.

¶ Qui codicillos ante *u* teſtamentum factos, in quibus ei adſcriptum erat, confirmat *x*, in ſenatuſconſultum incidit: quod & Iulianus ſcribit.

7 ¶ Adimendo *y* quoque aliquid, incidere in pœnam debet, quaſi ſibi aliquid dederit: veluti ſi ſeruo legato ſibi eodémque manumiſſo, libertatem ſua manu ademerit. hoc ita, ſi *z* voluntate teſtatoris ademerit. nam ſi ignorante eo, libertas valet. Item ſi rogatus reſtituere legatum ſibi adſcriptum, fideicommiſſum ademerit.

8 ¶ Qui liberti adſignationem ſua manu adſcripſit, non verbis, ſed ſententia ſenatuſconſulti tenebitur.

9 ¶ Item non continetur verbis ſeruus, qui alieno teſtamento

x Vide quæ notaui ad l.1.§ 4.ſ.eo. hic tamen ſuſpicor particulam *ſine* retinendã, reiecta vulgata & Haloandri *ſiue*: vt ſit ſenſus: falſum non modò committi in rationibus, & contractibus publicis ſignatis, ſed & non ſignatis.

ſ Sed & ſi, *vulg. Haloand*. t quo ad, *vulgat*. quanquam ad cogitationem
u vide *l*.5 ſ.*de iure codicill*.
x Id eſt, qui iuſſu teſtatoris ſcribendo repetit in teſtamento legatum ſibi antea in codicillis, in ſenatuſconſultum incidit.
y *leg*.5.*l*.6.§ 2 *ſup. eodem*.
z *leg*.11.§.1.*ſup.eod*.

ſtamento

ſtamento fideicommiſſam *a* libertatem ſibi adſcripſit.
ſed de hoc poteſt hæſitari, quoniam (vt ſupra diximus
b) ſenatus *c* ita demum ei, qui "ſibi" libertatem fideicom-
miſſam in teſtamento domini adſcripſit. pœnam remi-
ſit, ſi dominus ſubſcripſit. ¶ Imo magis dicendum "eſt"
hunc contra ſenatuſconſultum facere, quàm eum qui
legatum ſibi adſcribit, cum libertas omnimodò ipſi cō-
petitura ſit, legatum autem domino adquiri poſſit.
10 ¶ Si teſtamentarius *d* ſeruo ſuo fideicommiſſam
libertatem dederit, videamus, ne *e* extra pœnam ſit,
quoniam nullum ipſius commodum eſt: niſi ideo ad-
ſcripſerit, vt ſeruus magno pretio redimatur ab eo, &
manumittatur. 11 ¶ Sed & ille, qui, cùm Titio fun-
dus legaretur, adiecit ſua manu conditionem pecuniæ
ſibi dandæ, in voluntatem ſenatuſconſulti incidit.
12 ¶ Qui autem voluntate patris ſe *f* exheredat, vel
legatum ſibi adimit, neque verbis ſenatuſconſulti, ne-
que ſententia continetur.

De chirographo, libello, rationibus.

23. *Idem* "lib. ſingulari de pœnis paganorum."

QVid ſit falſum *g* quæritur. & videtur id eſſe, ſi quis
alienum chirographum *h* imitetur *i*, aut libel-
lum *k*. vel rationes *l* intercidat †, vel deſcribat, non
qui aliàs in computatione, vel in ratione mētiuntur *m*.

De teſtamento

24. *Scæuola* "lib. 22. Digeſtorum."

AIthales *n* ſeruus, cui teſtamento Vetiti Callinici *o*,
domini per fideicommiſſum libertas, & portio he-
reditatis relicta erat ab his qui ex vndecim portionib.
heredes erant inſtituti, profeſſus eſt *p* indicium apud
Maximillam filiam teſtatoris ex parte duodecima hæ-
redem ſcriptam, ſe poſſe probare falſum teſtamentum
Vetiti Callinici, & apud magiſtratus interrogatus à
Maximilla, profeſſus eſt *q* probaturum, quemadmo-
dum falſum ſit factum teſtamentum. & cum in crimen
falſi ſubſcripſiſſet *r* Maximilla in ſcriptorē teſtamēti, &
Proculum coheredem: acta cauſa, præfectus vrbi *ſ* fal-
ſum teſtamentum non eſſe pronuntiauit: & Maximillæ
partem duodecimam "à" fiſco cogi iuſſit. quæſitum eſt, an
Aithaleti libertas & fideicommiſſum poſt hæc facta de-
beantur? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponeren-
tur, deberi *t*.

De falſis literis prætoris. De falſo edicto.

25. *Vlpianus* "lib. 7. ad Edictum."

QVi *u* nomine prætoris literas *x* falſas reddidiſſe,
edictúmve *y* falſum propoſuiſſe dicetur, ex cauſa
actione in factum pœnali tenetur, quanquam *z* lege
Cornelia reus ſit.

De eo qui patris teſtamentum aboleuit.

26. *Marcellus* "lib. 30. Digeſtorum."

SI quis patris ſui teſtamentum aboleuerit, & quaſi
inteſtatus deceſſiſſet, pro hærede geſſerit, atque ita
diem ſuum obierit, iuſtiſſimè tota hæreditas paterna
hæredi eius eripietur *a*.

De teſtimoniis 3. De eo qui ſe pro milite gerit. De illicitis inſignibus. De falſo diplomate.

27. *Modeſtinus* "lib. 8. Regularum."

EOs qui diuerſa *b* inter teſtimonia præbuerunt,
æquali *c* falſum fecerint, & præſcripto legis teneri
pronuntiat.
1 ¶ Et eum qui contra *d* ſignum ſuum, falſum præ-
buit teſtimonium, pœna falſi teneri pronuntiatum eſt.
de impudentia *a* eius qui diuerſa duobus teſtimonia
præbuit, cuius ita anceps fides vacillat *b*, quod crimi-
ne falſi teneatur, nec dubitandum eſt. 2 ¶ Qui ſe pro
milite geſſit, vel illicitis *c* inſignibus vſus eſt, vel falſo
diplomate *d* vias *e* commeauit, pro admiſſi qualitate
grauiſſimè puniendus eſt.

De pignore.

28. *Idem* "lib. 4. Reſponſorum."

SI à debitore, prælato *f* die, pignoris obligatio men-
tiatur, falſi crimine *g* locus eſt.

De actis & libello.

29. *Idem* "lib. ſingulari de enucleatis caſibus."

SI quis obrepſerit *h* præſidi prouinciæ tam per acta,
quam per libelli interpellationem, nihil *i* agit. imo
ſi *k* accuſatus fuerit, pœnam temeratoris luit. proinde
enim punitur, atque ſi falſum fecerit. ſunt enim reſcri-
pta de ea re. ſufficit autem vnum argumenti cauſa re-
ferre, cuius verba hæc ſunt: Alexander Auguſtus Iulio
Maryllo. Si libello dato aduerſarius tuus veritatem *l* in
precibus ab eo datis non adiecit. ſubſcriptione vti non
poteſt. imò ſi accuſatus fuerit, & pœnam inferre debet.

De ſigno adulterino. 1. De partu ſuppoſito.

30. *Idem* "lib. 12. Pandectarum."

LEge Cornelia teſtamentaria *m* obligatur, qui ſi-
gnum *n* adulterinum fecerit, ſculpſerit. 1 ¶ De par-
tu ſuppoſito *o* ſoli accuſant parentes, aut hi ad quos res
pertineat, non quilibet ex populo, vt publicam ac-
cuſationem intendat.

De inſtrumentis.

32 *Calliſtratus* ‖lib. 3. de Cognitionibus.‖

DIuus Pius Claudio reſcripſit, pro menſura cuiuſque
delicti conſtituendum in eos qui *p* apud iudices in-
ſtrumentum protulerunt, quæ probari non poſſint, aut
ſi plus meruiſſe videatur, quàm ex forma iuriſdictionis
pati poſſint: vt Imperatori deſcribatur, æſtimaturo
quatenus coërceri debeant. Sed D. Marcus cum fratre
ſuo pro ſua humanitate hanc rem tēperauit, vt ſi (quod
plerunque euenit) per errorem *q* huiuſmodi inſtrumēta
proferātur, ignoſcatur eis qui tale quicquā protulerint.

De edicto corrupto. 1. De ponderibus & menſuris.

32. *Modeſtinus* ‖lib. 1. de Pœnis.‖

HOdie *r* qui edicta *ſ* propoſita dolo malo corrum-
punt, falſi pœna plectuntur.
1 ¶ Si venditor menſuras *t* publicè *u* probatas vini,

a Fideicommiſſa-
rum, *vulg. Hal.*
b Paulus hic lo-
quitur, & tamen
eius nulla omnino
ſuperius reperitur
ſententia huic ſi-
milis: reperitur
quidem in *l. 5. ſ.
eod.* ſed eſt Calli-
ſtrati. Hic mos
Tribonianū occu-
pauit, vt introdu-
cat vnum ex Iuriſ-
conſultis dicentē
ſe ſuperius ſcripſiſ-
ſe, quod tamen ab
alio relatū eſt. eo-
dem modo *l. 34. §.
1.* Pauli referenda
eſt ad legem Pom-
ponij, *ſ. de contrah.
empt. vide Cuiac. ad
l. 22. ſ. de verb.
oblig.*
c Senatuſconſul-
tum *Hal.*
d Id eſt, ſcriptor
teſtamenti, *v. l. 1.
ſ. ſi quis aliquem
teſtari.*
e Ne id.
f *l. 8. §. 6. ſ. de bon.
poſſeſſ. contra tabu-
las.*
g In ſcriptura ſc.
h Chirographum
alienum imitari,
aut falſum ſubii-
cere, crimen eſt,
Paul. 5. ſent. 2. §. 4.
Alienum, putà pri-
uati, multò magis
Principis, quod vl-
timum qui facit
grauius puniri de-
bet, de quo vide
Papon. 22. *Arreſt
11. n. 3.* Clarum 5.
*ſent. 4. verſ. 4. Sunt
etiam alij P. Grego-
rium 76. ſyntagm.
15. num. 7. 8.* dic
idem in ſigillo, ſeu
ſigno *Paul. 5. ſent.
25. §. 1.*
i Hinc illa gene-
lis regula μηδὲν
ἕτερόν ἐστι παραποιήσεις, εἰ μὴ τῶν
ἀληθῶν μίμησις,
Nou. 73. in pr.
k *Paul. 5. ſent. 28.
§4.*
l *l. 10. §. 2. ſ. eod.*
Rationes qui in-
tercidit, vel de-
ſcribit, falsò ſcili-
cet, falſi tenetur. Falsò deſcribit qui ita ſcribit, vt in iis literæ nō appareant, quoties
in eis quid celatum eſt, vel ſubiectum: celat, quid ſubducit. *Tertull. 6. aduerſus Marcio-
nem.* manus hæretici (quas vt falſarias arguit) præcidendas non miror, ſi ſyllabā, ſub-
trahit, quum totas paginas plerumque ſubducat. † vide Pragmaticam Iuſtiniani
c. 21. m Mentitum in ratione, computatione, vel calculo, ideo falſi nō teneri exiſti-
mo, quod ea parte errorem, communem etiam prudentioribus, prætexere poſſit. *C. de
de errore calculi.* Contra mentitū in chirographo, & falſi deſcriptione, & inſcriptione,
ideo falſi teneri exiſtimo, quia huiuſmodi actus nunquā errorem, ſed ſemper fallendi
cupiditatem continet. Aliàs mendacium ſpecies eſt falſi, & vt Tertullianus ait, 2. *ad-
uerſ. Marcionem:* mendacionem non poteſt ædificari ſine demolitione veritatis: ideó-
que meritò punitur, *l. 11. §. 3. ſ. de interrog.* n Aithaletus *Vulgata:* Aithales *Hal.*
o Callimachi, *vulgata.* p Profiteri iudicium, *hic & in l. 1. in fin. prin. ſ. de ſicar. apud
Plin. 3. Epiſt. ad Nepotianum: Salluſtium in Iugurtha. & Senec. 10. Controu. vltim.* nihil
aliud eſt, quàm denunciare crimen iudici, vt & illud apud Suetonium in Domitiano
c. 17. profiteri conſpirationis indicium. *v. Briſſon. 5. de formul.* Iudex coniurationis
ita dicitur, *Sueton. Iulio 17.* q Poſt huiuſmodi profeſſionem, poteſtne deſiſtere? ante
ſententiam poteſt *vide l. 8. C. eo.* r Papo 2. *Notar. 7. c. du crime de faux,* obſeruari id
ait, vt & accuſator & reus falſi teneantur ſe inſcribere. ſ Præfectus vrbi cognoſce-
bat de falſo, *l. 135. in fi. ſ. de verb. oblig. l. 7. ſ. de extraord. criminib.* t Imò non debe-
tur, *l. 5. §. 15. ſ. de his quæ vt indignis.* u Hæc lex diligenter apparitoribus, & in
apparitores regios nuncios, & delegatos iudicum notanda eſt.
x Vel reſcriptione. *l. 4. C. eod.*
y Vel album propoſitum, *Paul. 5 ſent. 25. §. 4. adde l. 32. l. 33. ſ. eod.*
z Et ſic non cantùm tenetur Cornelia, ſed & pœnali in factum actione:
a *adde l. 4. §. 3. ſ familiæ.* b ἐναντία, 21. *Eclog. 1. ex lib. 60. tit. 11. 16. ſ. de teſtib.*
c Præſumitur contra teſtem mutantem dictum ſuum, *v. Alciat, 2. præſumpt. 30.*
d Id eſt, qui ſuæ ſcriptioni aduerſatur, *Eclog. d. loco.*

a de imprudentia. *Hal.*
b ex teſtis varietate fraus in eo
præſumitur. *vide Alciat. 2. præſūpt.
31. v. l. 16. ſ. de te-
ſtibus.*
c puta altioris ordinis, *Pau. 5. ſent.
25. §. 11.*
d *leg. 37. §. 2. ſ. de
verbor. oblig.* diplo-
mate: *Hugo à Por-
ta. Cic. 10. ad Atti-
cum Epiſt. penult.
& 6. Familiarium*
πλαστοῦ συνθήματος *Baſilica &
Euſtathius ie libro
de temporibus.* Du-
plomata dicuntur
tractatoriæ & cō-
binæ, vt multis
probat Cuiacius *ad
l. vnicam Cod. de
tractatoriis,* tracta-
toriæ formulā re-
ferens ex Marcul-
pho. Duplomata
(melius diplomata
ἀπὸ τοῦ διπλόω)
ſunt codicilli, qui-
bus poteſtas datur
curſu publico ali-
quò proficiſcendi.
qua de cauſa Cice-
ro, cùm ſignificaret
Attico diploma
obtinuiſſe, ſcribit
eū habere κέλητας
ἄοκνον, id eſt, vere-
dum impigrū. *vi-
de Simeonem Boſ-
ſiū in Animad. in
X. Epiſt. ad Atti-
cum Epiſtola. 17.*
Diplomata Plau-
tus ſyngraphum vocat, *in Captiuis:* ſequere me, viaticum vt dem à Trapezita tibi
eadem opera, à prætore ſumas ſyngraphum. Tynd. quem ſyngraphum? Heg. quem
hic ferat ſecum ad legionem, hinc ire huic vt liceat domum. Huc refer ex Suetonio,
Auguſtum in diplomatibus initio ſphynge vſum, dein Alexandri imagine. *vide
Cottam in memoralibus, in voce diploma. dixi ad l. 37. §. 2. ſ. de verb. oblig.* e vide
quæ ſcripſi ad *l. 7. §. 2. ſ. ad l. Aquil.* f *l. 3. §. 2. ſ. de edendo. l. 2. §. 6. ſ. quemad. teſtam.*
prolato *vulg. Hal.* proferre diem eſt repetere *l. 3. ſ. de fide inſtrum.* anteuertere, refer-
re *l. 33. ſ. de arbitris,* anticipare diem, vt qui poſterior eſt creditor, prior videatur, hoc
vitium χρόνισμον vel potius προχρόνισμον, Græci appellant, 22. *Ecclog. 1. ex lib. 60.
tit. 48. c. 30. & ibi ex tit. 41. cap. 28. vide Cuiac. 3. obſeru. 7. adde l. 3. ſup de fide inſtrum.*
g crimini. h obrepit principi, vel iudici, qui veritatem in precibus principi obla-
tis nō adiicit, *in fin. ſ. eo.* qui celat conditionem ſuam *l. 10. §. 2. ſ. de in ius voc. l. 49.
ſ. de bonis libert.* qui celat fideiuſſorem, ſatisfactum ſibi fuiſſe à principali, *l. 29. §.
2. ſ. mandat.* qui negotium alterius gerendo, rem petitiam ſuam facit, *l. 8. §. 1. ſ. de
negot.* quo vitio abſtinere debent, qui literas à principe volunt impetrare. Subreptio-
ne verò ſeu per ſubreptionē aliquid impetrare dicitur, qui falſum petitioni inſerit,
l. vlt. in fi. C. ſi nuptiæ ex reſcripto. interdum tamen obrepere idem ſignificat, *vt in l. 3.
§. 3. ſ. de Carboniano, in verbis, ſi cum eſſet pubes quaſi impubes obrepſerit.* Inciuilis autem
petitio eſt, in qua neque vero diſſimulato neque falſo iniecto, aliquid contra ius cō-
mune poſtulatur. quod vt reiici, vel admitti, vel impediri poſſit, vide diligenter Pa-
pon. 3. *Not. 56. Des lettres receuables, fol. 331. & ſeq.* i Auguſtinus in Ioannem: Iuris
eſt forenſis vt qui in precibus mentitus fuerit, non illi proſit quod impetrauit. l adde
*C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam: Nou. 152. c. 1. l. 1. de rebus eorum qui ſub tutela
l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto.* k Hinc videtur ſequi, iudicem ex officio punire eum non
poſſe, qui per obreptionem aliquid impetrarit, quod tamen negat Bartol. *hic. n. 4.*
l Subreptionis definitionem obſerua. m *de qua vide Paul. 5. ſent. tit. 25. ita conce-
ptum ad legem Corneliam teſtamentariam.* n *Paulus ibid. §. 7. Inſtit. de publicis iudiciis.*
v. Feſtum in adulterina ſigna. apud Gallos bona eius qui ſigillum regium imitabatur,
olim Cancellario committebant: quod poſtea immutatum eſt, fiſco ea bona nunc oc-
cupante, *v. Papon. 22. Arreſt. n. 12. v. Petr. Greg. 36 ſyntag. 5.*
o *de quibus v. l. 19. in fin. ſ. eod. & l. 1. C. eod.* p *adde l. 13. in fin. l. 20. ſ. eod.*
q Exemplum, *v. l. 1. §. 12. ſ. eod.* per errorem falſum inſtrumentum proferens, excu-
ſatur. r Olim aliud fuit. Sic aliis locis vox *Hodie*, veteris iuris abrogationem in-
dicat. *l. 13. ſ. de pœnis. l. 131. ſ. de verb. ſign. l. 7. §. 19. ſ. de pactis, l. 3. §. 5. C. ad l. Cornel.
de ſicariis, l. 7. ſ. ad l. Iul. repetund. l. 3. ſ. ad leg. Iul. peculat. l. 15. §. 1. ſ. ad Turpill. l. 1. ad
l Iuliam ambitus.* ſ *Paul. 1. ſent. 1. §. 3. & 5. ſent 25. §. 4.* t Menſaras publicè pro-
batas qui corumpit, falſi tenetur, *l. 6. in fin. ſ. de extraord. crim. adde l. 27. ſ. de pœ-
nis:* vt & qui facit modios iniquos, *Perſius ſatir. 1. l.* vaſa minora, *Iuuenal. ſatir. 10.*
modium minorem, cui contrarius eſt æqualis, *Deut. 25. adde 20. Ecl. 18. ex lib. 60.
tit. 51. c. 33.* u Menſuris quantitatem modúmve dicere vel imponere ſoli principi
licet. Defendi tamen poteſt? Subditis altem (vt vocant) iuriſdictionem habentib. ex
longa præſcriptione in ſuo territorio, ſuarum menſurarum quantitatem diuerſam
à principali, tueri licere: vt autem augeant, vel minuant ſine authoritate prin-
cipis licere nono puto. Hinc legimus modios æneos vel lapideos cum ſextariis per
manſiones ſingulas ciuitatum collocari *l. 9. C. de ſuſceptorib.* Et quidem in Eccleſia
cuius rei multa hodie extant veſtigia in tēplis, Abbatiarū præſertim, *No. 128. c. 10.*
Vſu quoque inualuit modios huiuſm. publica nota ſignari debere, *v. Guid. Pap. q. 20,*

frumenti, vel cuiuſlibet rei, aut emptor corruperit, dolóve malo fraudem fecerit : quanti ea res eſt, eius dupli comdemnatur. decretoque Diui Hadriani præceptũ eſt, in inſulam eos relegari, qui pondera *a*, aut menſuras fallaſſent.

De falſis conſtitutionibus.

33. *Idem* "lib. 3 de pœnis."

SI *b* quis falſis *c* conſtitutionibus *d*, nullo *e* auctore habito vtitur, lege Cornelia, aqua & igni ei interdicitur.

a Ponderum falſator puniendus, dixi ad legẽ 52. §. 22. ſ. *de furtis: adde l. 32. ſ. de act. empt.* b Abrogata ex lege nihil decidi poſſe hinc colligunt : neque eam laudari à quoquam ius eſſe quod Socinus, *reg.* 230 multis modis coercet : Putat enim abrogatã etiam legem rectè laudari, vt antiquitatis notitiã habeamus, §. 1. *Inſtit. de teſta. ordinãdis.* Sed & vt oſtẽdatur cauſa legiſlatoris, Idem eſſe ſi ratio eius duret ; (Quinimò abrogatas leges poſſe per Principẽ allegari) vel niſi lex abrogata in priuilegium Eccleſiæ tranſiit *c. nenit: extr. de iudi. ciis.* aut in Canonum libros relata: aut iuri nouo cõſentanea, hoc eſt, iure nouo reducta. c Quales ſunt abrogatæ, §. 3. ſ. *de confirmatione Digeſtorum.* excipiendus eſt autem caſus Nouellæ 115. *in princip.* Eſt tamen receptum, vt cũ de appellatione cognoſcitur, ſecũdùm illas leges iudicetur, quæ tẽpore prioris ſentẽtiæ obtinebant, nõ ſecundũ eas, quæ poſtea sũt promulgatæ. De Romanorũ legibus hodie quid dicemus, sũt ne paſſim abrogatæ, an in quibuſdã tãtùm caſibu? Poſtremũ verius eſt, idque tacitè magis quàm expreſsè. Eſt & notandum, nonnullas gentes iis tanquam præiudicio aliquo teneri tantum: aliàs, vt legibus, in iis quæ vſu, ſtatuto, lege, adde & communi opinione ac deciſione definita non habent, *v. quæ ſcripſi ad l. 9. ſ. de l. Rhodia.* d Reſcriptis, *Paul. 5 ſent. 25*, reſcriptionibus, *l. 4. C. eod.* edictis, *l. 25. ſ. eod.* e An innuit, cogi præcisè aduocatos viua voce, ſeu ſcripto clientes ſuos defendentes Imperatorum nomina legibus, quas allegant vel laudant adiungere ? quod video in fragmentis veteris conſultationis apud Cuiac. diligentiſsimè obſeruatum ea de re alibi dicam. f Lex Iulia repetundarum à Cæſare, quàm ante Lucius Piſo tulerat. de repetundis. *Cic in Bruto.* g 9. *C.* 27. *&* 9. *C. Theod.* 27. *Paul.* 5. *ſent.* 28. περὶ δωροδοχέντων τ᾽, ϗ δωροδοχ... 10. *Ecl.* 22. *lib.* 6. *tit.* 43. *adde* §. 11. *Inſt. de publ. iud.* Galli *Concuſſion* vocant. à Latinis etiam dicitur lex de repetundis, *Cic 4. de diuinatione in Verrem.* quid ea contineatur, *v. l.* 1. ȷ. *eod.* refert ad hunc tit. Pap. 2. *Notar.* 7. *tit. du crime de concuſſion:* P. Gregor. 35 *ſyntag.* 18. *Cic. Diuinat. in Verrem.* † Pœna repetundarum quæ eſt? *l. 7. in fi.* ȷ. *eo.* h ἐν ἀρχῇ. *Ecl. ibid. c.* 1. eo nomine comprehenditur dux? *l. 2. C. Th eo* comes, *l. vlt. ibid.* adminiſtrator, *l. 3. ibi.* Iudex, *l. 1. l. 4. 6 C Theod. ibid.* & quidem Pedaneus, *Paul. 5 ſent. 28. §. 1.* ἄρχων πολιτικὸς. *Ecl. ibid. c. 6. l. 6. in fin.* ȷ. *eo.* cognitor, *l. 5. C. Th. ibid & l. 6. C. eod.* præſes, *l. 18. ſ. de off. præſidis.* proconſul. prætor, *l. 8* ȷ. *eod.* i *l. 3.* ȷ *eo.* k Vide oratione Demoſthenis περὶ τῆς παρὰ πρεσβείας. l *l. vlt.* ȷ. *eod.* m Vt manipularius, *l. 3 C. Theod. eod* Miniſterij tamen publici nomine, *Cuiac 7. obſ. 9.* intelligit eos, qui ſub titulo miniſterij in prouincias mittuntur, cum iure prætorio aut conſulario, quod de M. Catone Velleius ſcripſit, lege lata à P. Clodio miſſum eum fuiſſe in Ciprum publicandæ pecuniæ regiæ, & conſtituendæ prouinciæ cauſa ſub honorificentiſsimo miniſterij titulo: eámque ſententiam confirmant verba quæ nunc ſequuntur, *vel cum ex cohorte* at non ſcribas, viatores, præcones, alióſve magiſtratuum miniſtros. n *l. 5.* ȷ *eo* o In infinitum, *l. 7 §. 1.* ȷ. *eo.* p *v. Cuiac. 6. obſ. 18.*

q *l. 2. C. eo. l. vlt.* ȷ *peculatus, l. 20. ſ. de accuſat.* r *l. 1. ſ. eo.*

ſ *Paul. ibid. §. vnico.* t *l. 6 in fin.* ȷ *eo.* u Quid, qui dedit? non eadem lege videtur puniendus, ſed falſi, *l. 1.* ȷ. *de falſis* x *l. 1. ſ. eod. l. 1. C. eod.* y *l. 1. §. 1. l. 20. ſ. de falſis: l. 4. in fin. ſ. de accuſat.*

DE LEGE IVLIA *f* repetundarum.

TIT. XI.

De eo qui in officio, munere, miniſteriove publico, vel ex cohorte aliquas pecunias cepit. 1. De perſonis exceptis.

3. *Marcianus* "lib. 14 Inſtitutionum."

LEX Iulia repetundarum pertinet *g* ad eas pecunias, quas quis in magiſtratu *h*, poteſtate *i*. curatione, legatione *k*, vel quo alio officio, munere *l*, miniſterióve *m* publico cepit, vel cum ex cohorte *n* cuius eorum eſt. 1 ¶ Excipit lex, à quibus licet accipere *o*, à ſobrinis, propioréve gradu cognatis ſuis, vxore *p*.

De heredibus rei,

2. *Scæuola* "lib. 4. Regularum."

DAtur ex hac lege & in hæredes *q* actio intra annum duntaxat à morte eius qui arguebatur.

De ſententia, decreto, & officio eorum qui poteſtatem habent,

3. *Macer* "lib. 1. Publicorum."

LEge Iulia repetundarum tenetur, qui cùm aliquam poteſtatem *r* haberet, pecuniam *ſ* ob *t* iudicandum, decernendúmve acceperit.

4. *Venuleius Saturninus* "lib. 3. Publicorum iudiciorum."

VEl quò magis, aut minus quid ex officio ſuo faceret.

De comitibus iudicium.

5. *Macer* "lib. 1. Publicorum."

IN comites *x* quoque iudicum ex hac lege iudicum datur.

De teſtimoniis. 1. De pœna. 2. De militibus. De ſententiis. De accuſationibus. De ſordibus. De donis, muneribus.

(6. *Venuleius Saturninus* "libro 3. Publicorum iudiciorum."

EAdem lege tenentur, qui ob denuntiandum *y*, vel non denuntiandum teſtimonium, pecuniam acceperint. 1 ¶ Hac lege damnatus, teſtimonium *z* publicè dicere, aut iudex eſſe poſtularéve *a* prohibetur.

2 ¶ Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum mittendúmve æs accipiat: neue quis ob *b* ſententiam in ſenatu, conſilióve publico dicendàm, pecuniam accipiat : vel ob accuſandum, vel non accuſandum. vtque vrbani *c* magiſtratus ab omni ſorde *d* ſe abſtineant. néve plus doni, muneris *e* in anno *a* accipiant, quàm quod ſit aureorum centum.

z facit lex 1. ſ. *de his, qui notantur.* a facit lex 1. §. 6 ſ. *de poſtulando.*

b Ob rem iudicandum, *Cic. 2. ad Atticum 1. & 2. de finibus.*

c *Eclog. 16 cap 6.*

d Sordibus abſtinendum, per ſordes aliquid facere, eſt auare facere.

e Doni, muneriſve. *Vulg. Hal.* Rectè *manus* addidit. ξενία γὰρ ϗ δῶρα ἀποτυφλοῖ ... ὀφθαλμοὺς σοφῶν. *Eccleſ. 20. adde Exod. 24.*

De iudicibus & arbitris. De vinculis. De condemnatione & abſolutione, De litis æſtimatione. De iudicio faciendo, vel non faciendo. 1. De perſonis exceptis vel non. 2. De opere publico, de frumento publico. De ſatis tectis tuendis. 3. De pœna.

7. *Macer* "lib. 1. Publicorum iudiciorum,"

LEx Iulia de repetundis præcipit, ne quis ob iudicẽ arbitrumve dandum *b*. mutandum, iubendúmve, vt iudicet : néve ob non dandum, non mutandum, non iubendum, vt iudicet : néve ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vincirive iubendum, exve vinculis dimittendum : néve quis ob hominem condemnandum, abſoluendúmve : néve ob litem æſtimandam, iudiciúmve capitis, pecuniæve faciendũ, vel non faciendum, aliquid acceperit. 1 ¶ Apparet eutem, quòd lex ab exceptis *c* quidem in infinitum *d*, capere permittit *e* : ab his autem, qui hoc capite enumerantur, à nullo neque vllam quantitatem capere permittit. 2 ¶ Illud quoque cauetur, ne in acceptum feratur *f* opus publicum faciendum *g* frumentum publicè dandum præbendum, adprehendendum *h*, ſarta *i* tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita, *k* lege erunt. 3 ¶ Hodie *l* ex lege repetundarum extra *m* ordinem puniuntur. & plerumque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerint. quid enim, ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel licèt non acceperint, calore *n* tamen inducti interfecerint vel innocentem, vel quem punire non debuerant? capite plecti debent, vel certè in inſulam deportari, vt plerique puniti ſunt.

De contractibus & vſucapione.

8. *Paulus* "lib. 54. ad Edictum."

QVod contra legem repetundarum Proconſuli *o*, vel Prætori, donatum eſt *p*, non poterit vſucapi. 1 ¶ Eadem lex venditione *q*, locationes eius rei cauſa pluris *ſ* minoriſve factas, irritas facit, impedique *t* vſucapionem, prius quam in poteſtatem eius, à quo profecta res ſit, heredisve eis veniat.

De eo qui munus publicè mandatum rupit.

9. *Papinianus* "lib. 15. Reſponſorum."

QVi minus *u* publicè mandatum, accepta pecunia, rumperunt *x*, crimine repetundarum poſtulantur.

DE *y* LEGE IVLIA DE annona *z*.

TIT. XII.

De ſeruo & domino.

1. *Marcianus* "lib. 2. Inſtitutionum."

COnſtitit *a* inter ſeruum & dominum iudicium, ſi *b* annonam publicam fraudaſſe *c* dicat dominum.

De eo qui contra annonam fecit ſocietatemve coiit. 1. De nauibus & nautis. 2. De pœna.

2. *Vlpianus* "lib. 9. de officio Proconſulis."

LEge Iulia de annona pœna ſtatuitur aduerſus eum, qui contra *d* annonam fecerit, ſocietatemve *e* coierit, quo annona carior *f* fiat. 1 ¶ Eadem lege continetur, quis nauem *g*, nautámve retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur.

2 ¶ Et pœna viginti aureorum ſtatuitur.

De decurionibus. 1. De mulieribus.

k De lege operi faciundo dixi *l. Verrina.* l Pœna hæc antea non fuit ... *pſi ad l. 32. ſ. de falſis,* m *l. 8. ſ. de publicis iudiciis,* eſt igitur arbitraria ... *Notar. 7. c. du crime de concuſſion fol. 503.* n ἢ κατὰ θερμότητα, Eclog. ... *ad hunc locum Pap. 4. Arreſt n. 1. 2. 5. 7.* o *l. 6. §. 3. ſ. de officio proconſulis* ... *l. 18.* ȷ. *de officio præſidis.* q Ob aliquam ex præcedentibus & ſuperius ... cauſis. r *l. 46. ſ. de contrah. l. 46. §. 2. ſ. de iure fiſci, l. vnic. C. de contract.* ... *ſcripſi ad l. 25. C. de donat.* ſ Aliàs non prohibentur emere & conducere ... t Sic Ecloga ὅτε τὸ δοθὲν, διὰ χρήσεως διαφθείρεται, id eſt, nec donatur, &c. u *l. 1. ſ. eo.* x tuperunt. *Hal.*

y Ad legem Iuliam de Annona, *Vulg. Hal.* Pœna huius criminis quæ ſit ... *fin. ſ. eo.* z 20 *Eclog. 18. v. Papon. 2. Notar. 7 c. d'abus commis ſur la police* ... *adde l. 6 ſ. de extra crim. §. vlt. Inſt. de publ. iudiciis, v. Petrum. Gregor. 39 ſyn*...

a 19 *Synopſi. Baſil. 14. ex lib. 60. tit. 44 c. 1.*

b *l. 4. l. 53. ſ. de iudiciis, l. 12. ſ. de accuſ. Ecl. 16. ex tit. 44. c. 1.*

c Fraudare publicam annonam crimen eſt: fraudare & attentare eſt ven... *de extraord. crim.* corruptam vendere, *l. 1. C. de Canone frumentario vrbis* ... nam, ſeu aliud quid ei miſcere, *l. 27. §. 20. ſ. ad legem Aquil.*

d Hæc ſpecies criminis admodum eſt generalis.

e Societatem coire quò annona fiat carior non licet : inde vetita monop... *d. loco, & C. de monopolis: facit l. 3. in fin. ſ. de furtis.*

f *Eclog. ibid. c. 1.* Id ne fiat: ſed vt iuſto pretio caro, & annona vendatur ... præfecti vrbis pertinet *l. 1. §. 11. ſ. de officio præfecti vrbis:* quin Epiſcopi ... niſtris verbi diuini curæ id eſſe debet, *l. 1. C. de Epiſcop. audien.* ad eam re... Epiſcopi, pani & cæteris rebus venalibus ad quotidianum victum ſerui... *§. 7.* ȷ. *de muneribus.* antiquitus præpoſiti erant : *Commiſſaires des viures* ... *la Police*, appellant, quin & præfecti annos fuere, quorum meminit Tacitus ... pridius *in Alexandro.*

g Annonam is etiam adtentat, qui naues, ac nautas, annonam aduehent...

3. Papirius.

3. *Papirius Iuſtus* lib. 1. de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti in hæc verba reſcripſerunt: Minimè æquum eſt, decuriones ciuibus ſuis frumentum vilius *a*, quàm annona exigit, vendere.

1 ¶ Item ſcripſerunt, ius non *b* eſſe ordini cuiuſque ciuitatis pretium grani, quod inuehitur ſtatuere.

2 ¶ Item in hæc verba reſcripſerunt: Etſi non ſolent hoc genus nuntiationis mulieres *c* exercere, tamen quia demonſtraturam te, quæ ad vtilitatem annonæ pertinent, polliceris, præfectum annonæ docere potes.

AD LEGEM IVLIAM PECVLATVS *d*, & de ſacrilegiis *e*, & de reſiduis *f*.

TIT. XIII.

Qui tenentur lege Iulia peculatus.

1. *Vlpianus* lib. 44. ad Sabinum.

LEGE Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia ſacra *g* religioſa *h* publicáve *i* auferat *K*, nêve intercipiat *l*, néve in rem ſuam vertat *m*, néve faciat, quò quis auferat, intercipiat, "vel" in rem ſuam vertat: niſi cui vtique lege licebit, néve quis in aurum, argentum, æs publicum quid indat *n*, néve immiſceat, néve, quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id peius fiat.

De reſiduis.

2. *Paulus* lib. 11. ad Sabinum.

LEge Iulia de reſiduis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam *o* in vſum aliquem retinuit, neque in eum conſumpſit.

De pœna peculatus.

3. *Vlpianus* lib. 1. de Adulteriis.

PEculatus pœna aquæ *p* & ignis interdictionem, in quam hodie *q* ſucceſſit deportatio *r*, continet. Porrò qui in eum ſtatum deducitur, ſicut omnia priſtina iura, ita & bona amittit.

De peculatu. 2. De ſacrilegio. 3. De reſiduis. 6. De theſauro. 7. De re ciuitatis.

4. *Marcianus* lib. 14. Inſtitutionum.

LEge Iulia peculatus tenetur, qui pecuniam ſacram *ſ*, religioſam *t* abſtulerit, interceperit. 1 ¶ Sed etſi donatum Deo immortali *u* abſtulerit, peculatus pœna tenetur. 2 ¶ Mandatis *x* autem cauetur de ſacrilegiis, vt præſides *y* ſacrilegos, latrones, plagiarios conquirant, & vt "prout" quiſque deliquerit, in eum animaduerant. Et ſic conſtitutionibus cauetur, vt ſacrilegia extra *z* ordinem digna pœna puniantur. 3 ¶ Lege Iulia de reſiduis tenetur is, apud quem ex *a* locatione, emptione, alimentaria, ratione ex pecunia, quam accepit, aliáve qua cauſa, pecunia publica reſedit.

4 ¶ Sed & qui publicam pecuniam in vſu aliquo acceptam retinuerit nec erogauerit, hac lege tenetur.

5 ¶ Qua lege damnatus *b*, amplius *c* tertia parte, quàm debet punitur. 6 ¶ Non fit locus religioſus, vbi theſaurus inuenitur. nam etſi in monumento inuentus fuerit, non *d*, quaſi religioſis tollitur *e*, quod enim ſepelire *f* quis prohibetur, id religioſum facere non poteſt. at pecunia ſepeliri non *g* poteſt, vt mandatis principalibus cauetur. 7 ¶ Sed & ſi de re ciuitatis aliquid ſubripiatur, conſtitutionibus principum Diuorum Traiani & Hadriani cauetur, peculatus *h* crimen commiti *a*, & hoc iure vtimur *b*.

De rebus priuatis in ædem depoſitis.

5. *Idem* "lib. 5. Regularum."

DIui ſeuerus & Antonin. Caſſio Feſto reſcripſerũt *c*, res priuatorum *d*, ſi in ædem ſacram depoſitæ, ſubreptæ fuerint, furti actionem, non ſacrilegij eſſe.

De pœna ſacrilegij. 1. De his qui in moneta publica operantur. 2. De metallis Cæſarianis.

6. *Vlpianus* "lib. 7. de officio Proconſulis."

SAcrilegij pœnam debebit proconſul pro *e* qualitate perſonæ, próque rei *f* conditione, & temporis *g*, & ætatis *h*, & ſexus *i*, vel ſeuerius, vel clementius ſtatuere. Et ſcio, multos, & ad beſtias *K* damnaſſe ſacrilegos: nonnullos etiam viuos exuſſiſſe *l*, alios verò in furca *m* ſuſpendiſſe. Sed moderanda pœna eſt vſque ad beſtiarum damnationem eorum qui manu *n* facta templum effugerunt *o*, & dona *p* Dei noctu tulerunt. cæterùm ſi quis interdiu modicum *q* aliquid de templo tulit, pœna metalli coërcendus eſt. aut ſi honeſtiore loco natus ſit, deportandus *r* in inſulam eſt.

1 ¶ Qui cùm in moneta *ſ* publica operarentur, extrinſecus *t* ſibi ſignant pecuniam forma publica, vel ſignatam furantur, hi non videntur adulterinam monetam exercuiſſe, ſed furtum publicæ monetæ feciſſe, quod ad *u* peculatus crimen accedit.

2 ¶ Si quis ex *x* metallis Cæſarianis aurum argentúmve furatus fuerit, ex edicto Diui Pij, exilio, vel metallo, provt dignitas perſonæ, punitur. Is autem qui furanti ſinum *y* præbuit, perinde habetur, atque ſi manifeſti furti condemnatus eſſet & famoſus efficitur. Qui autem aurum ex metallo habuerit *z* illicitè, & conflauerit, in quadruplum condemnatur.

De quinquennij præſcriptione.

7. *Venuleius* "*Saturninus* lib. 2. iudiciorum Publicorum."

PEculatus crimen ante *a* quinquennium admiſſum obijci non oportet.

De tabulis.

8. *Idem* "ex lib. 3. iudiciorum publicorum."

QVi tabulam æream *b* legis *c*, formámve *d* agro- rum,

---

l.8.J.ad mu-
[…]lem.
[…]ur ita? collige
[…]l.9.s̃. rerum
[…]arum. Immo
[…]um eſt, l.1.
[…]s̃. de officio
[…]cti vrbis.
[…], l.13. ſup. de
[…]at.
[…]e crimine pe-
[…]tus 3. Paul.
[…]17.§.9 Inſt. de
[…]icis iudiciis,
[…] τῶν δημό-
[…] χρήματα ὁ-
[…]ων, ἢ εἰς
[…]ς χρείας τρε-
[…]τωρ, ἢ ὅλως
[…]σαυλῶν, ἢ
[…]ον ἐν αὐτοῖς
[…]σαντων, &c.
[…]g.60.§.45.v.
[…]onem 2. Notar.
[…]ap. Du crime de
[…]ulat. Petrum
[…]gorium 34. ſyn-
[…].19. Peculatus
[…]etur qui publi-
[…]m pecuniam fu-
[…]us eſt. Pœna
[…]culatus quæ l.3.
[…]3.J.eod.
[…] Paul.5.ſent.19.
[…] ſacrilegiis, vulg.
[…]t. Hal.6. Harm.
[…]c. περὶ ἱεροσυ-
[…]ων & 65. Ecl.54.
[…] περὶ ἱεροσυλίας.
[…]de Paponem 42.
Arreſt.10. num.3.
[…]undem 2. Not. 7.
[…]ap. Du crime de
[…]acrilege. Petrum
[…]regorium 33. ſyn-
[…]ag. 14.15.16.17.
[…]8. Pœna ſacrilegij, & quid ſacrilegium, v. l.4. l.5. l.6. l.9. l.10. in fin. J. eod.
f Pœna reſidui: & quid reſiduum, v. in l.2. l.4. §.3. §.4. §.5. J. eod. l.2. l.4. §.5. J. eo. 60. Eclog. 45. c.3. v. Papo. 2. Notar. 7. cap. Des reſte, ou des reſidus: Petrum Gregor. 34. ſyntag. 30.
g l.4 J. eod. §.11. Inſt. de publ iudic.
h l.4. d. §.11.
i l.2. l.4. §.5. J. eo. vel ciuili, d. l.4. in fin. l.9. §.1. J. eo.

k Per vim. l Clam per fraudem. m Rectè id additum eſt. Poteſt enim auferre & intercipere alterius cauſa. n l.9. s̃. de falſis. o l.4. §.4. l.9. § penult. J. eod.
p dixi ad l.1. §.2. de legat. 3. q Antea non ita fuit, dixi ad l.32. s̃. de falſis.
r Quadrupli pœna, *Paul.5. ſent.4.7. §. vnic.* amiſſione bonorum, 60. Eclog. 45. vide ad hunc locum Petrum Gregorium 35 ſytagm. 19. n.4. apud Gallos lege Franciſci I. ſur la reddition des comptes, peculatus crimen confiſcatione corporum, & bonorum punitur, fortè imitatione legis 1. C. Theod. de crimine peculatus, quæ eſt Arcadij, & Theodoſij quos ante, pœna peculatus non excedebat deportationem ad metallum.
ſ l.1. s̃. eo. t l.6. J eo. u Deus immortalis. x Principum ſcilicet ad proconſules & rectores prouinciarum. y l.32. s̃. de officio præſidis. z Sacrilegij pœna extraordinaria eſt pro qualitate delicti: ad beſtias damnantur ſacrilegi, viui exuruntur, furcis ſuſpenduntur, ad metallũ damnantur, deportantur, l.6. J. eo. capite puniuntur: quod quid ſit, v. quæ not. ad l 9 J. eod. De pœnis ſacrilegij, v. Petrum Gregor. 33. ſyntag. 15. c. de pœnis veri ſacrilegij, §.17.18. huc refert Papon. 24. Arreſt. 10. n.3.4.
a Lex de reſiduis propriè pertinet ad collectores vectigalium, quæſtores, receptores, & theſaurarios, curatores Reipublicæ, qui ſæpe hoc crimen vt & peculatus admittunt. b Pœnam damnati de reſiduis nota. Reatum autem contrahit quæſtor, ſi anno integro rationem reddere diſtulit, l.9. in fi. J. eod. c Id eſt, non modo reliqua quæ habet reſtituit, ſed eo amplius tripli pœna punitur, quin & quadrupli, l.6. in fi. J. eo. Interdum dupli, l. vlt. C. de frumento vrbis Conſtantinopolitano, quam pœnam hodie etiam obſeruari apud Gallos refert Papon. 2. Not. 7. cap. des reſtes.
d Theſaurus non ideo religioſa res eſt, quod ex loco religioſo tollitur.
e Ex loco religioſo quid non religioſum tolli poteſt, vt theſaurus.
f Religioſum locum mortuum ibi ſepeliendo facimus, l.6 in fi. s̃. de diuiſ. rerum.
g Theſaurum ſepelire prohibemur. h Imò non peculatus, ſed furti, l 81. ſup. de furtis. Alciatus 2. diſpunct 3. in d. l.81. legit, nec non crimen peculatus. Duarenus 2. diſpunct. 26. Faber 1. ſemeſt. 22. fol. 243. & Fornerius ita rem diſſoluunt 2. Select. 22. furti teneri lege Iulia, peculatus vero ex conſtitutionibus. P. Greg. 32. ſyntag. 19. n.1. peculatus teneri, qui fiſci, vel ciuitatis Romanæ pecuniam ſurripuit, non teneri qui aliis ciuitatibus pecuniã ſubripiat.

a Cauſa dubitandi ex leg. 15. J. de verb. ſignif. ſumitur: is enim peculatus tenetur, qui publicam pecuniã intercepit, l.1. s̃. eod. At ea propriè ſunt publica, quæ populi ſunt Romani, non quæ ciuitatum reliquarum, d. l.15.
b Hæc verba demonſtrant, diuerſum iure veteri obtinuiſſe. Ideóq; ſi ciuitatis bona publica dicuntur, abuſiuè & figuratè id intelligendum eſt, ex priuilegio vel interpretatione: ſola enim publica ſunt, quę populi ſunt Romani, l.15. J. de verb. ſignif. Harmenop. 1.
c Hoc olim etiam quæſitum fuit à Rhetoribus. opus ideo fuit conſtitutione Imperatoria ad id finiendum, erant magnæ in contrariam partẽ rationes, ſi quidẽ fieri videtur iniuria, & priuatis, & Diis, pecuniæ cuſtodibus, vtique ſemper futuris inſidiis, niſi tale crimen grauiter vindicetur. ad hæc, cùm locus ſacer præſtantior ſit pecunia, æquum videbatur pecuniam loci conditionem ſequi, l.15. §.4. J. de pœn. de quo v. Cuiac. 13 obſ. 19. d Quid è contrario dicendum, ſi res ſacræ ex priuata domo ſubripiantur? v. Cuiac. ibid in fi. e v. quæ not ad l.4. §.2. s̃ eo.
f Huc pertinet quod refert Paponius 24. Arreſt. 10. n.3. ſacrilegium ob ſui pondus & quantitatem morte punitum fuiſſe. g Aliud enim ſi noctu, aliud ſi interdiu, v. Paul. 5. ſent. 19. quam tamen diſtinctionem, Eclog. 60. tit 45. c.11. & 6. non admittit. Et Harmenop. 5 in fi. ſacrilegos etiam eo caſu excæcari refert. h Sacrilegij etiam inſignis pœna, habita ratione ætatis minui poteſt: quam in rem vide Arreſt. apud Paponem 24. Arreſt. 10. c.4. i adde l.38. §.7. s̃. de adult. l.2. in fi s̃. de termino. vide plenius Tiraquell. tract. de pun. cauſa 9. vbi notat, in pœnis mitiùs agi propter ſexum.
k Paul. d. loco. l Ignis ſupplicium maximum, de quo v. quæ notaui ad l. vnic. C. de Nili aggeribus. m In furcas, vulg. Hal.
n Templum qui manufacta prædandi, aut depopulandi gratia irrumpunt, beſtiis obijciuntur, Paul. 5. ſent. 19. §. vnic. o effregerunt. p l.4. §.1. s̃. eo.
q Leue aliquid, Paul. d. loco. r l.19. in fi. J. eod.
ſ Moneta publica poteſt hic accipi pro loco in quo moneta publicè cuditur.
s Id eſt, præter eam quam publico nomine faciunt, adde l. vlt. C. de falſa moneta.
u Furtum publicæ monetæ ad peculatus crimen accedit.
x l.38. J. de pœnis.
y Signum, Vulg. Hal. & malè: nam ſignum dare, non præbere dicimus. Accurſius ſinũ videtur legiſſe, cum hic adnotet inter varias lectiones, aliàs ſignum. Sinum præbere furanti eſt partem veſtimenti laxiorem, quæ ſolebat in humerum reijci, pecuniæ ſcilicet, reive alterius ſuſcipiendæ, atque in occulto habendæ gratia, furi accommodare: nam ſinus eſt pars togæ, vide Turneb. 6. aduerſ. 7. Petr. Fab 2. ſemeſt. 21. fol. 239. Theophilum §.11. Inſt. de oblig. ex delicto, 11. Gell. 18.
z Ab alio ſcilicet, & quidem ſciens, id ita interpretatur Petrus Faber 1. ſemeſt. 22. fol. 242. in fine.
a μετὰ πενταετίαν, 60. Ecl. 45. cap. 8. & ſic poſt quinquennium peculatus crimen obijci non poteſt. An hoc hodie verum? non puto: ſed vicennio tantùm præſcribi, l.12. C. de falſis. quin Papo 2. Notar. 7. du crime de peculat. habita ratione huius criminis quo publica vtilitas impugnatur, tricennio tantum præſcribi refert.
b Æneam, vulg. Tabula hæc, dicitur publica, l.4. §.1. J. de cenſib. cenſus l.21. §. vlt. s̃. de annis. leges & formam agrorum continebat, J. eod. ex ea, vt cenſus præſtandus eſſet dignoſcebatur, dict. l.4. d. l.21. Vrbicus, De modo agrorum quæſtiones ferè naſcuntur, in agris diuiſis, & adſignatis, ſed quia in ære, ſiue forma, agrorum modus cuique militi adſignatus comprehenſus eſt, ea forma vicinos obligat inter ſe, quia publica eſt, v. Cuiac. c.16. obſeru. 2. e Leges, vulg. non male. videtur enim intelligere leges, quas priuati in agris ſuis priuatis dicebant. in adſignatis, & colonicis, quò veteranos & colonos eò deduxerant, de quo dixi ad l.1. §.23. s̃. de aqua pluu.
d Formam agrorum quæ fuerit vt melius intelligamus, ſciendum eſt, agrorum adſignatorum, limitatorumque (id eſt, qui limitibus inſtitutis per centurias diuiſi erant, formam modúmque cuiuſque centuriæ ac limitem complectentes, v. l.16. s̃. de adquir. rer. dominio) æreis tabulis ad æternitatem fixis (tollendæ in poſterum omnis controuerſiæ cauſa) inſcribi conſueuiſſe: verbi gratia: Datum adſignatum illi tantum, redditum, commutatum pro ſuo: item, reddita veteri poſſeſſori, data, adſignata, conceſſa, excepta, reddita: de quo vide Siculum Flaccum 1. de condit. agrorum. Valerium Probum in Notis. Hygenum 1. & 2. limitibus agrorum. Aggenum Vrbicum. Id æs in controuerſiis inſpici ſolebat. Cæterùm diuiſorum duntaxat, adſignatorúmque agrorum formæ in tabulas referebantur. In occupatoriis verò agris (quos pulſis veteribus poſſeſſoribus victor populos occupauerat) nullum æs, nulla forma, quæ poſſeſſoribus publicæ fidei teſtimonium redderet, vide Siculum Flaccum ibid. Briſſonium 4. ſelect. 5.

poſtea relinquendæ hereditatis facultatem non *a* habet, niſi minor *b* ſit 25. annis. Nam huius ætatis hominibus, ſicut in cæteris omnibus cauſis, deceptis: ita & ſi temerè damnoſam hæreditatem ſuſceperint, prætor ſuccurrit.

6 ¶ Sciendum eſt tamen diuum Hadrianum etiam maiori 25. annis veniam dediſſe, cùm poſt aditam hereditatem grande æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emerſiſſet. Sed hoc quidem diuus Adrianus cuidam ſpeciali beneficio præſtitit *c*. diuus autem Gordianus poſtea militibus tantummodò hoc conceſſit. Sed noſtra beneuolentia commune omnibus ſubiectis imperio noſtro hoc beneficium præſtitit: & conſtitutionem *d* tam æquiſſimam quàm nobiliſſimam ſcripſit: cuius tenorem ſi obſeruauerint homines, licet eis adire hereditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hæreditatis contingit: vt ex hac cauſa neque deliberationis auxilium ſit eis neceſſarium niſi omiſſa obſeruatione noſtrę conſtitutionis, & deliberandum exiſtimauerint, & ſeſe veteri grauamini aditionis ſupponere maluerint.

7 ¶ Item extraneus heres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hæreditatem vocatus, poteſt aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate ſuſcipiendæ hæreditatis hæres fieri.

¶ Pro hærede autem gerere quis videtur *e*, ſi rebus hæreditariis tanquam hæres vtatur, vel vendendo res hæreditarias, vel prædia colendo locandóve, & quoquo modo voluntatem ſuam declaret vel re, vel verbo de adeunda hæreditate: dummodò ſciat eum cuius in bonis pro herede gerit, teſtatum inteſtatúmve obiiſſe *f*, & ſe ei hæredem eſſe. Pro *g* hærede enim gerere, eſt pro domino gerere: veteres enim hæredes pro dominis appellabant.

¶ Sicut autem nuda voluntate extraneus hæres fit, ita contraria *h* deſtinatione ſtatim ab hæreditate repellitur *i*. Eum *k* qui ſurdus, vel mutus natus, vel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro herede gerere, & adquirere ſibi hereditatem: ſi tamen intelligit quod agit.

l.10. C. de iure delib. l.3. C. ſi minor ſe ab hæred. Ideòque immiſcere & abſtinere ſeparantur, *l.7. §. reſtitutũ. ff de minor. l.6. §. ſi filius, ff. de bonis liber.* Porrò quod ad ius ſe immiſcendi attinet, notandum eſt, ſemper non eſſe perpetuũ, vt Iaſon putat, ſed tamen perpetuum dicit vt annis triginta finiatur. *tit. de perpetuis & temporalibus act. J. & l.vlt. C. de præſcr. 30. annorum*: & ita intelligendam eſſe Gloſſ. in *l. vnic. C. quando non p tentium, v. Pyrrhum ſuperiori loco. Baldum 4. de præſcr. 4. q. 19.*

a *Paul. 3. ſent. 4. §. vltim.*

b cur impuberi, abſtentionis: puberi verò reſtitutionis in integrum beneficium datur, *v.l. vlt. C. de repud. hær.*

c ex generali clauſula, *Si quæ mihi iuſta cauſa, l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior.*

d *v. l. fin. C. de iure delib.* quæ de inuentario conficiendo & eius vtilitate tractat, & quæ ibidẽ notaui.

e *l 20. in pr. ff. de adq. hær v.l.1. C. de repudiand.*

f *v.l.1 ff pro hær.*

g *v. l. 20. ff. de adq. hær.*

h *v. l.6. in pr. ff. ad Treb. l.13. ff. de adq. hæred.*

i *omnino ſi extraneus: ſecus ſi ſuus, l. vlt. C. de repud.*

k *v. l.5 ff. de adq. hæred.*

DE *l* LEGATIS.

TIT. XX.

¶ *Continuatio.* 1. *Definitio.* 2. ¶ *De antiquis generibus legatorum ſublatis.* 3. *Collatio legatorum & fideicommiſſorum.* 4. *De re legata de re teſtatoris, hæredis, aliena, cuius non eſt commercium.* 5. *De re pignorata* 6. *De re aliena poſt teſtamentum à legatario acquiſita.* 7. *De his, quæ non ſunt in rerum natura.* 8. *De eadem re duobus legata.* 9. *Si legatarius proprietatem fundi alieni ſibi legati emerit & vſusfructus ad eum peruenerit.* 10. *De re legatarij.* 11. *Si quis rem ſuam quaſi non ſuam legauerit.* 12. *De alienatione vel oppignoratione rei legatæ.* 13. *De liberatione legata.* 14. *De debito legato creditori.* 15. *De dote vxori legata.* 16. *De interitu & mutatione rei legatæ.* 17. *De interitu quarundam ex pluribus legatis.* 18. *De grege.* 19. *De ædibus.* 20. *De peculio.* 21. *De rebus corporalibus & incorporalibus.* 22. *De legato generali.* 23. *De optione legata.* 24. ¶ *Quibus legari poteſt.* 25. *Ius antiquum de perſonis incertis.* 26. *& de poſthumo alieno.* 27. *Ius nouum de perſonis incertis, & poſthumo alieno.* 28. *De poſthumo alieno herede inſtituto.* 29. *De errore in nomine legatarij.* 30. *De falſa demonſtratione.* 31. *De falſa cauſa.* 32. *De ſeruo heredis.* 33. *De domino heredis.* 34. ¶ *De modo & ratione legandi. De ordine ſcripturæ.* 35. *De legato poſt mortem heredis, vel legatarij* 36. *Si pœnæ nomine relinquatur, adimatur, vel transferatur.*

Poſt hæc videamus de legatis: quæ pars iuris extra propoſitam quidem materiam videtur. (nam loquimur de iis iuris figuris, *m* quibus per vniuerſitatem *n* res nobis adquiruntur) ſed cùm omnino de teſtamentis, & de hæredibus qui in teſtamento inſtituuntur loquuti ſimus, non ſine cauſa ſequenti loco poteſt hęc iuris materia tractari.

1 ¶ Legatum itaque eſt *o* donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda.

2 ¶ Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor: per vindicationem *p*, per damnationem *q*, ſinendi *r* modo, per præceptionem *ſ*: & certa quædam verba cuique generi legatorum adſignata erant, per quæ ſingula genera legatorum ſignificabantur. Sed ex conſtitutionibus diuorum Principum *t* ſolennitas huiuſmodi verborum penitus ſublata eſt. Noſtra autem conſtitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores eſſe cupiẽtes, & non verbis, ſed voluntatibus eorum fauentes, diſpoſuit, vt omnibus legatis vna ſit natura: & quibuſcunque *u* verbis aliquid relictum ſit, liceat legatariis id perſequi non ſolùm per actiones perſonales *x*, ſed

l 30.31.32.33.34. *ff.6. C.37.*

m cauſis, ſpeciebus, formis & modis, *l.31. in pr. ff. de mortis cauſa.*

n vide *l. 37. ff. de adq. hæred.*

o *l.36. ff. de leg.2. adde l.116. in pr. ff. de leg.1. & Vlp. tit. 24. §.1.*

p *Paul. 3. ſent. 6. §.7.* Per vindicationẽ ita legatur, Do, lego, capito, ſumito, ſiue habeto, *Vlp. 24. §.1.* vbi §.7. v quæ res per vindicationem legari poterant ibidem quoque §.12. differendam facit, res ne per vindicationem diſiũctim, an coniunctim legetur.

q *v. Paul. ibi. §.6.* Per damnationem his verbis legatur, Heres meus damnas eſto dare, dato, facito Hæredẽ meum dare iubeo. *Vlp. 24. §.4.* vbi §. 8. & 9. v. res quæ legari poterant per damnationem: ibidem quoque §.13. differentiam facit, res per damnationem legetur pluribus coniunctim, an diſiũctim. r *Pau. ib.* §.11. Sinendi modo ita legatur, Heres meus damnas eſto ſinere Lucium Titium ſumere illam rem ſibique habere *Vlp. 24. §.5.* vbi §.10. refert quę poterãt legari ſinendi modo Per præceptionem ita legabatur, Lucius Titius illã rem præcipito *Vlp. 24. §.6* vbi §.11. recenſet quæ res legari poterãt per præceptionem t Conſtantini, Conſtantis & Conſtantij *l. 21. C. eod.* u *l.2. C. comm. de leg* x *l.1. com. de leg.*

etiam per in rem, & per hypothecariam *a*. Cuius conſtitutionis perpenſum modum ex ipſius tenore perfectiſſimè accipere poſſibile eſt.

3 ¶ Sed non vſque ad eam conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimauimus. Cùm enim antiquitatem inuenimus, legata quidem ſtrictè concludentem, fideicommiſſis autem quæ ex voluntate magis deſcendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare *b*, vt nulla ſit inter ea differentia: ſed quod deeſt legatis, hoc repleatur ex natura fideicommiſſorum: & ſi quid amplius eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura. Sed ne in primis legum cunabilis permiſtim de his exponendo, ſtudioſis adoleſcentibus quandam introducamus difficultatem, operæ pretium eſſe duximus, interim ſeparatim prius de legatis *c*, & poſtea de fideicommiſſis tractare, vt natura vtriuſque iuris cognita, facile poſſint permiſtionem eorum eruditi ſubtilioribus auribus accipere.

4 ¶ Non ſolùm autem *c* teſtatoris vel heredis *d* res, ſed etiam aliena *e* legari poteſt: ita, vt heres cogatur redimere eam, & præſtare: vel ſi eam *f* non poteſt redimere, æſtimationem eius dare. Sed ſi talis ſit res, cuius commercium non eſt, vel adipiſci non poteſt, nec æſtimatio eius debetur: veluti ſi quis campum *g* Martium, vel baſilicas, vel templa, vel quæ publico *h* vſui deſtinata ſunt, legauerit. nam nullius momenti "tale" legatum eſt.

¶ Quod autem diximus, alienam rem poſſe legari, ita intelligendum eſt *e*, ſi defunctus ſciebat alienam rem eſſe, non ſi ignorabat. Forſitan enim ſi ſciuiſſet alienam rem eſſe, non legaſſet, & ita diuus Pius reſcripſit. Et verius *k* eſt, ipſum qui agit, id eſt, legatarium probare oportere, ſciuiſſe alienam rem legare defunctum: non hæredem probare oportere, ignoraſſe alienam: quia ſemper, neceſſitas probandi incumbit illi *l* qui agit.

5 ¶ Sed & ſi rem obligatam creditori aliquis legauerit, neceſſe habet ‖ hæres ‖ eam *m* luere *n*. Et "in" hoc quoque caſu idem placet, quod in re aliena: vt ita demum luere neceſſe habeat hæres, ſi ſciebat defunctus rem obligatam eſſe, & ita diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expreſſerit, non debet hæres eam luere.

6 ¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei viuo teſtatore legatarius dominus factus fuerit: ſi quidem ex cauſa emptionis: ex teſtamento actione pretium conſequi poteſt. Si verò ex cauſa lucratiua *p*, veluti ex donatione, vel ex alia ſimili cauſa, agere non poteſt. nam * traditum eſt, duas lucratiuas cauſas in eundem *q* hominem, & eandem rem concurrere non poſſe. Hac ratione, ſi ex duobus teſtamentis eadem res eidem debeatur: intereſt *r*, vtrum rem, an æſtimationem ex teſtamento conſequutus ſit. nam ſi rem habet, agere non poteſt, quia habet eam ex cauſa lucratiua *ſ*: ſi æſtimationem, agere poteſt.

7 ¶ Ea quoque res, quæ in rerum natura non eſt, ſi *t* modò futura *u* eſt *x*, rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit.

8 ¶ Si eadem res duobus legata ſit, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim: ſi ambo perueniant ad legatum, ſcinditur *y* inter eos legatum: ſi alter deficiat (quia aut ſpreuerit legatum, aut viuo teſtatore deceſſerit, vel alio quoquo modo defecerit *z*) totum ad collegatarium pertinet. Coniunctim autem legatur, veluti ſi quis dicat, *Titio & Seio hominem Stichum do lego* a. diſiunctim ita, *Titio hominem Stichum do lego. Seio hominem Stichum do lego.* Sed & ſi expreſſerit eundem hominem Stichum, æquè diſiunctim legatum intelligitur.

9 ¶ Si cui fundus alienus legatus ſit, & *b* emerit proprietatem deducto vſufructu, & vſusfructus ad eum peruenerit, & poſtea ex teſtamento agat: rectè eum agere, & fundum petere Iulianus ait: quia vſusfructus in petitione, ſeruitutis locum obtinet *c*. Sed officio iudicis continetur, vt deducto vſufructu, iubeat æſtimationem præſtari *d*.

10 ¶ Sed ſi rem legatarij quis ei legauerit, inutile eſt legatum *e*: quia quod proprium eſt, amplius eius fieri non poteſt, & licèt alienauerit eam, non debetur *f* nec ipſa res, nec æſtimatio eius.

11 ¶ Si quis rem ſuam quaſi alienam legauerit, valet legatum, nam plus *g* valet quod in veritate *h* eſt, quàm quod in opinione *i*. Sed & ſi legatarij eſſe putauit, valere conſtat: quia exitum voluntas defuncti habere poteſt.

12 ¶ Si rem ſuam legauerit teſtator, poſteàque eam alienauerit *k*: Celſus putat, ſi non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi. Idémque diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

¶ Iidem reſcripſerunt *l*, eum qui poſt teſtamentum factum prædia, quę legata erant, pignori dedit, ademiſſe legatum non videri: & ideò legatarium cum herede "eius" agere poſſe, vt prædia à creditore luantur.

¶ Si verò quis partem rei legatæ alienauerit, pars quæ non eſt alienata, omnino debetur: pars autem alienata ita debetur, ſi non adimendi animo alienata ſit. 13. ¶ Si quis debitori ſuo liberationem legauerit, legatum vtile eſt, & neque ab ipſo debitore, neque ab herede eius poteſt hæres petere: neque ab alio, qui hæredis loco ſit. Sed & poteſt à debitore conueniri, vt liberet *m* eum. Poteſt

a duæ priores ſimul non poſſunt proponi, *l.1. C. de furt.* ſed altera alteram elidit, *l.76. §. pen. ff. de leg.2.*

b *l.1. de leg.1.*

c *§.11. J. eo. l.67 §. ſi rem, de leg.1.*

d *v l.25. C. com. de fideic.*

e *v. l.10. C. de fideicomm.*

f *v. l.30. §. fin. de leg.3.*

g *l.39. §. fin. de leg.1.*

h *v.l.34. §.1. de contr. empt.*

i *v l.10. C. eo.*

k *l.21. de prob.*

l *l.4 C. de eden.*

m *v.l.6. C. de fideic.*

n *Paul 3. ſent. §.8.*

o i. ex cauſa non lucratiua, *l.108. §.4. de leg.1.*

p *v.l.21. §.1. de leg.3.*

*

q *l.34. §.1. de leg.*

1. *l.17. l.19. in fin. de obl.*

r *v.l.48. in fin. ff. de furtis.*

ſ nec enim poteſt amplius noſtrum fieri quod iam noſtrum eſt, *§.14. J. de act. l.7. l.10. C. de hæred. vend.*

t *v.l.24. de leg. 2.*

u futura rectè legamus.

x certò, *Paulus 3. ſent. 6. §.13.*

y *v.l.85. de leg.1.*

z *l.1. §. pen. de vſuf. adcreſ.*

a *v.l.142. de verb. ſignif.*

b *l.82. §.2. ff. de leg.1.*

c i. qui hic petitur vſusfructus, eſt formalis, non cauſalis, etiam legati tempore & à proprietatis cauſa ſeparatus erat.

d eius, quod legatario abeſt: abeſt autem ſolius proprietatis pretium, *l.82. §.2. de leg.1.*

e *v.l.13. C. eo.*

f Imò debetur, *l.1. in fin de reg. Cat.*

g Imò plus non valet, *v. l.15. ff. de adq. hæred.*

h *v.l.9. §.4. ff. de iur. & fact. igno.*

i Imo aliud *l.15. de adq. hær.*

k idem ſi pignori vel fiduciæ dederit. Ex eo enim voluntatem mutaſſe non præſumitur, *Paul. 3. ſent. 6. §.16. l.3. C. de legatis.*

l *l.3. C. eod.*

m pacto, vel acceptilatione, vel redditione inſtru-

etiam

6 ¶ *Præuaricatorem a* eum eſſe oſtendimus qui colludit *b* cum reo, & tranſlatitiè *c* muneri *d* accuſandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes diſſimularet, falſas verò ‖rei‖ excuſationes admitteret.

7 ¶ Si quis autẽ ab accuſatione citra *e* abolitionẽ deſtiterit, punitur. 8 ¶ Abolitio priuatim à præſidib. poſtulari ac impetrari ſolet. Itẽ pro tribunali *f*, nõ de plano. Nec præſens *g* hanc cognitionẽ alteri demãdare *h* poteſt. 9 ¶ Si plura crimina idem eidem intulit, ſingulorum *i* debet abolitionem petere, alioquin prout quid admiſerit, eius nomine ſenatuſconſulti pœnam patietur. 10 ¶ Accuſationem is intulit, qui præſcriptione ſummoueri poterat, vt quilibet *k* adulterij maſculo poſt quinque *l* annos continuos ex die commiſsi adulterij, vel fœminæ poſt ſex *m* menſes vtiles ex die diuortij. an ſi deſtiterit, hoc ſenatuſconſulto plecti debet, bellè dubitatur. Mouit quòd penè nulla erit accuſatio quam *n* temporis ſpatium, aut perſonę vitium omnimodo remoueret, reóq; ſecuritatẽ timoris ac periculi promitteret. Contrà mouet, quòd qualiſcunque accuſatio illata, cognoſcentis auctoritate, nõ *o* accuſantis voluntate aboleri debet, maioréque odio dignus exiſtimaretur, qui temerè ad tam improbam accuſationem proceſsiſſet. Ergo verius eſt eum quoque, de quo loquimur, in ſenatuſconſultum incidere oportere. Atquin Papinianus reſpondit, mulierem quæ idcirco ad falſi accuſationem non admitteretur, quòd ſuã *p* ſuorúmve iniuriã non perſequeretur, deſiſtentem, ſenatuſconſulto Turpilliano non plecti. Num ergo & in cæteris idem reſponſurus ſit? quid. n. intereſt, propter ſexus *q* infirmitatem, an propter ſtatus turpitudinem, temporiſve finem *r* ad accuſationem aliquam non admittatur? multóque magis excludendi ſunt, quòd mulieris quidem accuſatio vel propter proprium eius dolorem effectum habere potuit: illorum verò accuſatio voce duntaxat tenus interuenit. Atquin idem aliàs ſcribit non poſſe aliquem duos *ſ* eodem tempore adulterij accuſare, marem & fœminã. & tamen ſi vtrique ſimul denunciauerit, in vtriuſque *t* perſona abolitionem eum petere debere, ne in hoc ſenatuſconſulto *u* incidat. Quid porrò refert, propter cauſas ſupraſcriptas accuſatio non valuerit, an propter numerum perſonarum non tenuerit? an hæc interſint, plenam habuerit aliquis accuſandi facultatem ſed propter perſonarum coniunctionem ab accuſatione ſummoueatur: an verò ſtricta ratione quibuſdam accuſandi facultas non cõpetat? Meritò itaque dicẽdum eſt, omnes *x*, excepta muliere & minore *y*, niſi abolitionem petierint, in hoc ſenatuſconſulto incidere. 11 ¶ Suſpecti tutoris accuſatio pro tribunali tantùm examinari poteſt, & nullus *z* alius de huiuſmodi quæſtione, quàm præſes, pronunciare poteſt, & tamen qui ab ea deſtitit, ſenatuſconſulto non *a* tenetur. 12 ¶ Item ſi dicatur aliquis in ſenatuſconſultum incidiſſe Turpillianũ, præſidis eſt ſuper ea re notio, & tamen contra deſertorem ſenatuſconſulti non interuenit coërcitio: qui autem dicit quem in hoc ſenatuſconſulto *b* incidiſſe, accuſator non *c* eſt. 13 ¶ Incidit in hoc ſenatuſconſulto *d* & qui accuſatorem ſummittit, aut inſtigat, aut qui mandat alicui, & inſtruit eum ad accuſationem capitalem, dando probationes, allegando accuſationes, & meritò. nam deficiendo *e* crimini, quod mouet, & eximendo ſe periculo calumniæ, vel deſertionis, meritò calumniantis & deſiſtentis pœna ſubdici debuit, niſi ſubornatus *f* accuſator probauerit crimẽ, quod intẽdere ſuſcepit. ¶ Nec intereſt, per ſe mandauit accuſationem, an per *g* alium.

a §. 1. ff. *eod. vide Feſtum.*
b ὁ ἐμπαίζων τῶ κατηγορουμένω, 60. *Eclog.* 1. *c.* 10. Præuaricatio eſt accuſatoris cum reo colludium.
c Tranſlatiuè, *vulgata.* tranſlatitiè accuſandi munere fungi, *vt hic*: eſt tranſlatiuè lites exequi, *l.* 1. *ſup. de iure patronatus.* illud non tranſlatitiè omittendum, *l.* 55. §. 3. ff. *ad Trebell.*
d Munere, *Vulg. Hal.*
e *v. quæ not. ad epigraphen huius tituli, l.* 1. ff. *de præuaricatorib.*
f Pro tribunali, & de plano opponũtur, *l.* 2. ff. *de re iudic. Feſtus in pro Cenſu.*
g *al. præſes.*
h Demandari non poſſunt, quæ pro tribunali expediri debent, *l.* 9. §. 1. ff. *de off. proconſ.*
i Abolitione in petenda hoc communiter receptum eſt, vt qui eam poſtulat, omnia libello ac precibus inſerat, quæ potuiſſent veriſimiliter animũ principis à gratiæ conceſsione dimouere, quinetiam volũt, interpretes, vt reus inſerat libello, antea nécne aliam abolitionẽ poſtularit, & impetrarit, fore aliter, vt recentis delicti impetrata gratia, antiqui ac prioris pœnam ſuſtineat, *v. Clar* 5. *ſent.* §. *vlt. q.* 59. *verſ. debet.*
k Adulterij poteſt quis maſculum accuſare intra annos quinque cõmiſſi: fœminam poſt ſex menſes vtiles ex die diuortij: poſtea, accuſare eas perſonas non poteſt adulterij: ſi accuſare ea perſtiterit, præſcriptione ſubmoueri poterit. Quid ſi accuſauit poſt id tempus & deſtitit: an hoc ſenatuſconſulto tenebitur? *v.* ff. *eod.*
l *l.* 4. §. 11. ff. *de adulter.*
m Adulteræ crimen ſex menſibus vtilibus extinguitur, *vt hic, & l. commiſſa* 21. *C. de adulter.*
n Accuſatio penè nulla eſt, quam temporis ſpatium, aut perſonæ vitium omnimodò remouet, quæque reo ſecuritatem permittit, *l* 12. ff. *de reg. iuris, l.* 7. §. 8. ff. *de dolo. l.* 7. § 14. ff. *ex quib. cauſis in poſſ. ſ.*
o Accuſatio, cognoſcentis iudicis, non accuſantis voluntate aboleri debet.
p *leg.* 9. *C. de falſis.*
q Alij ſexu, alij infamia, alij ob tempus accuſandi elapſum ab accuſando remouentur.
r Atqui ob eam cauſam non incidunt in Turpillianum, *v. l.* 11. ff. *eo.*
ſ *l.* 39. ff. *de adult.*
t *d.* §. 6.
u Senatuſconſultum. *Vulgat.*
x Deſiſtens ab accuſatione inualida, incidit in Turpillian. excepta muliere & minore. *v. tamen legem* 11 ff. *eo.*
y Minor ſenatuſconſulto Turpill. non plectitur, minori deſertio accuſationis non nocet, *v. Cuiacium ad l.* 37. *de minorib.*
z Imò alius quàm præſes, putà delegatus à præſide, *l.* 4. ff. *de officio eius cui mandata, l.* 1. §. 4. ff. *de ſuſpectis.* Alij poſſunt de ſuſpecto cognoſcere, at non delegare.
a Imò tenetur qui deſiſtit ab accuſatione, *l.* 15. §. 1. ff. *eo.* Item ſuſpecti poſtulatio, quaſi publica eſt actio: hi autem incidunt in Turpillianum, qui deſiſtunt à publica accuſatione.
b Senatuſconſultum, *Vulg.*
c Id eſt, qui ex hoc ſenatuſconſulto accuſationem inſtituit, & deſeruit, ſenatuſconſulti pœnam non incidit, quia hi tantùm tenentur, qui iudicij publici accuſationem deſeruerunt, non qui priuati vel extraordinarij iudicij, vel criminis.
d Senatuſconſultum, *Vulg. Hal.*
e Diffitendo.
f Accuſator ſubornatus deſiſtente principali accuſator, etiam admittitur ad probandum id quod intendere ſuſcepit.
g Mandator, miniſter mandari & mandatarius falſæ accuſationis rei puniendi.

¶ Verum hunc, qui hoc miniſterio vſus eſt ad mandandam accuſationem, non ex verbis, ſed ex ſententia ſenatuſconſulti puniri, Papinianus reſpondit. ¶ Summiſſus *a* enim accuſator ſimiliter eodem ſenatuſconſulto plectitur, id eſt, propter hoc ſolum punitur, quòd miniſterium alieni timoris recepit. 14 ¶ Reus *b* cõdemnatus prouocauit, deinde accuſator deſtitit: an in hoc ſenatuſconſulto *c* incidit? propè eſt, vt incidiſſe videatur. *d* quia prouocationis *e* remedio, condemnationis extinguitur *f* pronuntiatio.

2. *Paulus* ‖libro ſingulari de Pœnis omnium legum.‖

QVid deſtiterit *g* agere, amplius & accuſare prohibetur *h*.

De pœna calumniatoris.

3. *Idem* ‖libro Sententiarum.‖

ET in priuatis *i*, & in extraordinariis criminibus omnes calumnioſi extra *k* ordinem pro qualitate admiſſi plectuntur.

De muliere deſiſtente. 1. *De effectu abolitionis.*

4. *Papinianus* ‖lib. 15. Reſponſorum.‖

MVlier quæ falſi crimen iniuriæ propriæ poſt *l* interpoſitam denuntiationem deſiſtens omiſit, ex ſenatuſconſulto Turpilliano teneri non *m* videtur.

1 ¶ Poſt abolitionem idem crimen ab *n* eodem in eundem inſtaurari non poteſt.

De libello dato Principi.

5. *Paulus* ‖lib. 2. Reſponſorum‖

QVæſitum eſt, an is qui libello principi dato, falſum ſe obiecturum minatus *o* eſt, ſi non obieciſſet, Turpilliano ſenatuſconſulto teneretur? Paulus reſpondit, verbis ſenatuſconſulti Turpilliani eum de quo quæritur, non *p* contineri.

Quid ſi deſiſtere. 3. *De nuntiatoribus.* 4. *De calumnia.*

6. *Idem* ‖lib. 1. Sententiarum.‖

AB accuſatione deſtitit, qui cum aduerſario ſuo de compoſitione eius criminis, quod intendebat, fuerit locutus. 1 ¶ Animo *r* ab accuſatione deſtitit, qui affectum & animum accuſandi depoſuit. 2 ¶ Deſtitiſſe videtur, qui intrà præfinitum *ſ* accuſationis à præſide tempus reum ſuum non peregit. 3 ¶ Nunciatores, qui per notoria *t* indicia *u* produnt, notoriis ſuis adſiſtere *x* iubentur. 4 ¶ Calumniæ cauſa puniuntur qui in fraudem alicuius librum *y*, vel teſtimonium, aliúdve *z* quid conquiſiſſe, vel ſcripſiſſe, vel in iudicium protuliſſe dicuntur.

De crimine poſt abolitionem repetit. 1. *De eo qui deſiſtit.*

7. *Vlpianus* ‖lib. 8. Diſputationum.‖

SI quis repetere velit crimen publica abolitione interueniẽte, eo iure reperit *a*, quo accuſabat. nõ æquè enim poſſunt præſcriptiones ei obiici, quæ ante reorum abolitionem non ſunt obiectæ, & ita Diuus Hadrianus reſcripſit. 1 ¶ Si ſtellionatum quis obiecerit vel expilatæ hæreditatis crimen & deſtitit, pœnam ſenatuſconſulti Turpilliani non ſubibit *b*. nec ſi furti, vel iniuriarum, ſed officio iudicis culpa eius coërcebitur.

De abolitione.

8. *Papinianus* "lib. 2. de Adulteriis."

ABolitio aut publicè *c* fit ob diem inſignem *d*, aut

2. εἰκαςῶν reprehenſus à Roberto 1. *receptæ lectionis* 25. & à Cuiacio [...]
m Imò videtur. *l.* 5. *C. eo. v. Cuiac. d. locn*
n *l.* 3. *in fin.* ff. *de accuſationibus* [...] ſaſſe nondum intelligitur, qui accuſationem tantùm minatus, *l.* 11. §. 3 [...] *l.* 17. *C. de adult.* ſic nondum petiit qui petere voluit, *l.* 5. ff. *ratam rem*, nondum [...] queſtus eſſe dicitur, querelam tantùm præparauit: *l.* 11. *l.* 15. ff. *de in ius* [...]
p Imò contineri videtur, *l.* 1. *l.* 2. *C. quando libellus principi.*
q Cum effectu ſcilicet, tranſigendo *Accurſius.*
r *l.* 13. ff. *eod.*
ſ *l.* 1. §. 10. *verſic. at quin Papinianus, in verbo, quid enim* [...] *eo. l.* 1. *l.* 2. *C. vt intra certum tempus. l.* 13. *C. de iudiciis.*
t Notoria indicia [...] *accuſationibus*, *l.* 31. *C. Theodoſ. de Epiſcopis & clericis*, πιττακώματα 60. [...] *lib.* 60. *tit* 1. *c.* 15. ſunt relationes & epiſtolæ. *l.* 14. *C. de accuſat. l.* 6. ff. *de cuſ*[...] gia apparitorum, ſeu Irenarcharum facta magiſtratibus notariæ etiam di[...] Auguſtino, quo & vocabulo idem vtitur in collationibus operis breuicul[...] colligere poſsis, notariam eſſe breuem & compendiarum ſcriptionem. [...] *cium* 3. *obſeru.* 3. notoriæ etiam dicuntur, hinc Apuleius 7. *de Aſino.* falſam [...] toriam pertulit, & Trebellius Pollio *in Clodio ſub finem*: notoria tua [...] Auguſtinus *Epiſt.* 159. qui non accuſantibus noſtris, ſed illorum notoriis [...] tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præſentari videamus, examini [...] 160. Circuncelliones & quoſdam Donatiſtas præmiſſa notoria ad iudicia [...] perduxit, *v. Cuiac.* 1. *obſeru.* 35. *& Briſſonium.*
u Μηνύματα. *Bud. hic.*
x *dixi ad l.* 7. *l.* 8. *l.* 14. *C. de accuſat. l.* 1. *C. de* [...]
y *vide Paul.* 3 *ſent.* 4. §. 16.
z Vt iniuriæ actione calumnioſum, *vide* [...] *ſent.* §. 11.
a Imò nullo modo reperit, *l.* 12. § 1. ff. *de accuſ.*
b Sunt enim extraordinaria crimina, *l.* 2. *C. eod. l.* 1. *C. de calumniatorib.*
c Abolitio interdum vltrò fit à principe, non ad actoris poſtulationem, [...] ea generalis dicitur, *vt notaui in epigraph.* ff. *eo.* & publicè data. *l.* 14. §. 2. [...] *bon. libert.* ἐγκλημάτων δημοσία ἀπόλυσις, 1. *Harm.* vt differt ab ἀμνησ[...] *C. de generali abolitione.*
d Abolitio fit interdum ob publicam gratulationem, putà ob natal[...] principis. id quod fecit Conſtantinus ob natos ſibi liberos Criſpum & [...] *l.* 1. *C. Theod. de indulgentiis, & lib.* 2. *tit.* 9. *lib.* 38. ob Paſchatis diem, *l.* 3. *C.* [...] *pali audientia.* qui mos etiam conſuetus erat apud Iudæos; ſed tamen peſſim[...]

publicam

publicam *a* gratulationem.

9.*Macer*"lib.2.Publicorum."

VEl ob rem proſperè *b* geſtam.

2.*De tempore rei repetendi.*

10.*Papinianus*"lib.2. de Adulteriis.

AVt priuatim *c* actore poſtulante,. ¶ Tertio genere fit ex lege abolitio, accuſatore *d* mortuo, vel ex iuſta cauſa impedito, quo minus accuſare poſſit.

1 ¶ Abolitione autem publicè facta, non retractabitur in iudicio repetendo de mariti iure. 2 ¶ Triginta *e* dies repetendi rei Diuus Traianus vtiles eſſe interpretatus eſt, ex die ſcilicet, quo feriæ finitæ ſunt. Et ſenatus cenſuit eas dies cedere, quibus quiſque reum ſuum repetere poſſit. Hoc autem repetendi rei tempus non aliter cedit, quàm *f* ſi accuſator quoque potuit adire.

De eo qui præſcriptione temporis excluſus eſt.

11.*Idem*"libro ſingulari de Adulteris."

QVærebatur, an hi, qui ab accuſatione tempore excluſi eſſent, in ſenatuſconſultum Turpillianum inciderent? Reſpondit, non oportere dubitari, calumnia non *g* puniri eos qui præſcriptione temporis excluſi, cauſam adulterij perferre non potuerunt.

De abolitione.

12.*Vlpianus*"lib.2. de Adulteriis."

"SI interueniente publica abolitione ex ſenatuſconſulto (vt fieri adſolet) vel ob lætitiam aliquam, vel honorem *h* domus *i* diuinæ, vel ex aliqua cauſa, ex qua ſenatus cenſuit abolitionem reorum fieri, nec intra dies præſtitutos reum repetierit, dicendum eſt ceſſare Turpillianum ſenatuſconſultum: nec enim videtur deſiſtere, qui exemptum reum non defert eximitur autem reorum abolitione interueniente.

De eo qui deſiſtit.

13.*Paulus*"lib.3. de Adulteris."

DEſtitiſſe eum accipiemus, qui in totum *k* animum *l* agendi depoſuit, non qui diſtulit accuſationem.

1 ¶ Sed qui permiſſu Imperatoris ab accuſatione deſtitit, impunitus eſt *m*.

14.*Vlpianus*"lib.7. de Officio Proconſulis."

DIuus Hadrianus Saluio Caro proconſuli Cretæ reſcripſit, tutorem qui pupilli cauſa inſtituerat accuſationem, defuncto *n* pupillo, cuius cauſa accuſare cœperat, non eſſe cogendum accuſationem implere.

De tempore rei repetendi.

15.*Macer*"lib.2.Publicorum"

IN ſenatuſconſultum Turpillianum incidunt, qui *o* ſubieciſſent accuſatores, aut ſubiecti poſtulaſſent, nec peregiſſent reos, aut aliter *p*, quam abolitione facta, deſtitiſſent: quique chirographum *q* ob accuſandum dediſſent, pactionémve aliquam interpoſuiſſent. Hoc autem verbum "*nec peregiſſent*," ad vniuerſos ſupraſcriptos pertinere dicendum eſt. 1 ¶ An ad eos qui hodie *r* de iudiciis publicis extra *ſ* ordinem cognoſcunt, ſenatuſconſultum pertineat, quæritur, ſed iam hoc iure ex ſacris conſtitutionibus vtimur, vt pertineat: ita ex ſingulis cauſis ſingulæ pœnæ irrogentur.

2 ¶ Eos *t* de quorum calumnia agi non permittitur, ſi deſtiterint, non *u* incidere in pœnam huius ſenatuſconſulti, conſtitutionibus cauetur.

3 ¶ Si propter mortẽ rei *a* accuſator deſtiterit, non poteſt hoc ſenatuſconſulto teneri: quia morte *b* rei iudicium ſoluitur, niſi tale crimen fuit, cuius actio & aduerſus hæredes durat, veluti *c* maieſtatis. Idem in accuſatione *d* repetundarum eſt, quia hæc quoque morte non ſoluitur. 4 ¶ Cæterum ſi poſtea quàm accuſator deſtitit, reus deceſſerit, non ideo magis delictum accuſatoris releuatur. Nam eum qui ſemel *e* deſtitit, ſi poſtea accuſare paratus ſit, non eſſe audiendum Seuerus & Antoninus ſtatuerunt. 5 ¶ Qui poſt inſcriptionem ante litem conteſtatam anno *f* vel *g* biennio agere non potuerint, variis præſidum occupationibus, vel etiam ciuilium officiorum neceſſitatibus *h* diſtricti, in ſenatuſconſultum non incident.

6 ¶ Quanquam prius reum qui detulerat, etſi poſt abolitionem, antequam reus repeteretur, alia abolitio ſuperuenerit, non ex ſuperiore, ſed ex ſecunda *i* abolitione dies triginta computantur.

De ſeruis.

16.*Paulus*"lib.ſingulari de Adulteris."

DOmitianus *K* reſcripſit quod de feriis & de abolendis reis dicitur, nõ pertinere ad *l* ſeruos, qui accuſati in vinculis eſſe iubentur, ne *m* iudicium finiatur.

De abolitione.

17.*Modeſtinus*"lib.17.Reſponſorum."

LVcius Titius Seium reum falſi fecit, & prius quàm perſequitur *n*, indulgentia *o* reorum crimina abolita ſunt: quæro ſi poſtea eum iterato reum non fecerit, an in Turpillianum ſenatuſconſultum inciderit." Herennius" Modeſtinus reſpondit, abolitionem reorum, quæ publicè indulgetur, ad hoc *p* genus criminis non pertinere.

18.*Papirius Iuſtus*" lib.1.de Conſtitutionibus."

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti Iulio Vero reſcripſerunt, cum ſatis diu litem traxiſſe dicetur, inuito *q* aduerſario non poſſe eum abolitionem accipere.

1 ¶ Item reſcripſerunt, niſi euidenter probetur conſentire aduerſarium, abolitionem non dari.

2 ¶ Item reſcripſerunt, cum *r* in crimine capitali abolitionem vt in re pecuniaria petitam eſſe diceretur: reſtaurandam eſſe nihilominus cognitionem: ita vt ſi non probaſſet hoc quod proponeret, non impunè eum laturum.

DE REQVIRENDIS, VEL *ſ* ABſentibus *t* damnandis.

TIT. XVII.

Cur. 1. Et quibus caſibus abſens non punitur, ſed requirendus adnotatur. 2. Quomodo requiritur. 3. De tempore ad ſe purgandum conceſſo. 4. De eo qui intra annum ſatis obtulit, vel mortuus eſt. De bonis rei.

1.*Marcianus*"lib.2.Publicorum."

DIVI Seueri & Antonini Magni *u* reſcriptum eſt, ne quis abſens puniatur, & hoc iure vtimur, ne *x* abſentes damnentur, neque enim inaudita *y* cauſa *z* quenquam damnari æquitatis ratio patitur.

a *l.3.C.ſi reus, vel accuſator.*
b *v.l.6.ſ.de iudiciis.*
c *Harm.2.*
d ἢ περὶ ἀδικίας, τῶν ἐπαρχίας ἀρχόντων 60. *Ecl.1.c.14. l.20.ſ. de accuſ. l.2.ſ.repetund.*
e *l.2.ſ.eod.*
f *v.tit.C. vt intra certum tempus.*
g Hæc verba, *vel biennio.* Triboniani eſſe notat Cuiacius *c. 21. de præſcription.* Hinc interea veſtigiũ eſt, cauſas criminales olim anno finiendas fuiſſe, *v.l.reus 7.ſ. de munerib.* & eundem Cuiac.1. *obſ.8.*
h Neceſſitas excuſat ab accuſãdo.
i Abolitionẽ criminis, (& ſemel & pluries concedi obſerua. notat tamen Paponius 24. *Arreſt.10. actu 8.* graue crimen ſemel abolitum, etiã in leui poſtea ſuperueniente punitum fuiſſe, quin reperio crimina bis commiſſa non remitti, *l.3.in fi.C. de Epiſcopali audient.* facit *l.1.C.ſi ſæpius in integrũ.*
k Accurſius non rectè hanc legem intellexit. vera eſt igitur huius legis ſentẽtia: Quod dicitur publica abolitione interueniente, reum poſſe repeti intra dies triginta nec plures, *l.10.l.12.ſ.eo.* locum obtinet in ſeruo, qui ex vinculis cauſã dicere cogitur, *l.25.§.1.ſ. de ſenatuſc. Silaniano, l.2.ſ.de cuſtod.reor.* quamuis enim is intra triginta dies non repetatur, non poterit tamen præſcriptionis auxilio iuuari: propter ipſa vincula, quæ maiorem vim atque perpetuitatem, quam inſtituta accuſatio, continere videtur. Præſertim cum & lex talem ſeruum prohibeat abſolui, antequam de eo iudicetur, *d.l.2. verſ. dubitationem, v. Langebekium c.16. Annotationum.*
l *l.2.§.1.ſ.de cuſtodia & exhibitione.*
m Donec iudicium, quam lectionem probat Cuiacius *10. obſ.12.*
n Perſequeretur, *Vulg. Hal.*
o *v.l.3.C.de generali abolitione.*
p Id eſt, ad crimen falſi, adde *l.3.C.de Epiſcopali audientia.*
e *l.3.C. de abolitionibus.*
r Huius verſiculi ſententiam Accurſius minus percepit: ſpecies hæc eſſe videtur: Impetrauit accuſator abolitionem ex cauſa, quòd res non capitalis, ſed pecuniaria eſſet, delatus eſt poſtea apud iudicem, quaſi ex falſa cauſa impetrata abolitione: ſcilicet quòd cauſa non pecuniaria ſed capitalis fuerit, dicitur reſtituenda eſſe cognitio abolitionis: ſed ſi delator in probatione deficiat, non impunè eum laturum. *Langebekius d. loco.*
ſ Nec abſentibus. *Hal. τ 9. C.40.* περὶ ἀπόντων καὶ ἀναζητουμένων ὡς ἐπὶ ἐγκλήματι κατηγορουμένων. *8.Ecl.40.* adde *Nou.134.c.14.* Tituli ſeries eſt notanda. Reus accuſatus, vel delatus, requirendus eſt, deprehenſus capitur, elicitur confeſſio voluntaria, ſcripturæ opponuntur, ſed & teſtes, quæſtio adhibetur, fertur ſententia, punitur: ſi abſens eſſe perſeuerat, inter reos adnotatur, Edictis propoſitis iubetur adeſſe (Mandatur interdum ne quiſeum celet, vlla ope iuuet, aut ab eo emat,) vt eo cognito, veniat ac ſe purget, *60. Ecl 49.c.1.* Bona eius obſignantur, per annum expectatur anno finito, non quidem damnatur (aliud eſt in priuatis iudiciis) *l.5.ſ.de pœnis,* ſed ſed bona fiſco vindicantur. *u* Magni cognomen tribuitur hic Antonino, idem cognomen Alexander, Pompeius, Conſtantinus, & Carolus conſecutus eſt.
x Abſoluere nocentem ſatius eſt, quàm innocentem condemnare, *v.l.5.ſ.de pœnis. v.l.10.l.13.ſ.de publicis iudiciis: l.6.C.de accuſationibus, l.15.C.de adulteriis.*
y *v.l.2.ſ.de ſicariis.*
z Inaudita cauſa nemo damnandus eſt, id eſt, defenſione non audita, & accuſatoribus eius abſentibus, nullus damnandus eſt: & ita Feſtus *actor.2. verſ. 26.* οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαι τινὰ ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος: id eſt non eſt Romanis conſuetudo quenquam morti dare priuſquam

d In eo differat ad ἀμνηστία à qua crimen aut accuſatio repeti non poteſt, *v.Cuiac. ad 5 Paul. ſent 17 in prin.* ad hæc, abolitio publica ſuſpendebat potius accuſationes quam remittebat. *e* In Gallia hodie receptum vt literæ veniales, ſeu gratiæ, petantur intra ſex menſes, computandos à breui ſcriptura, per magnum eleemoſynarium coſignata, *v.Paponem.24.Arreſtorum 17.& Arreſt.10.& Petr. Gregor. 36 ſyntagm.21.n.11.*
f *l.2.C. de generali abolitione in fin.*
g Imò puniuntur, *l.1 §.10.ſ e.ſolue,* Hic agitur de accuſatore, quem reus oppoſita præſcriptione excluſit: ibi de accuſatore, qui excludi quidem potui, ſed vel eam reus non oppoſuit, vel oppoſitæ rationem non habuit iudex *v.Cuiac 20.obſ.30.*
h Domus diuina domus imperatorum hic intelligi poteſt, *l.7.C.de ſacroſ. Eccl.*
i Dedicationem templorum gentilibus familiarem & vſitatam, hic credo innui, apud quos vſitatum erat non tantum templa, ſed & bibliotheca, publica opera & ſtatuas dedicare. *Turneb.11.aduerſ.11.in fin.* lego etiam Iudæos altaria *n.7.verſ.11.* muros *Nehemiæ 12. verſ.17.* & templa dedicaſſe, & in templorum dedicatione feſtum egiſſe *3.Eſdræ verſ.7.* aliquot diebus *3. Reg.8.verſ 65.* & deinceps ſingulis annis ſemel per octiduum, in gratiarum actionem *3. Machab 4. verſ 50.* feſtum Græci ἐγκαίνια vocant *Iocani.20.verſ 22.* Huiuſmodi dedicationes magnis ceremoniis aſq; gentilibus ludi etiam adiiciebantur, neque à quouis, ſed præcipuis & ad id munus electis viris, ædes diuinæ dedicabantur.
k *l.6.ſ.de iudiciis.* *l* *l.6.§ 1.ſ.eod.l.6.C.eod.* *m* Imò non eſt, quum ſit infamis, *l.2.C.eod.* *n* adde *l.vlt.ſ.ſi quis cautionibus, l.22 ſ.de his quæ vt indignis.*
o *l.24.ſ.de iure fiſci.* *p* *l.1.§.7.ſ.eo.* *q* Probari delicta & crimina etiam per ſcripturam hinc colligunt: puta mandatum falſum, turpe & flagitioſum, vſurarum & huiuſmodi, veluti adulterij & homicidij, & cuiuſlibet generis delicti, ſi in epiſtola, vel inſtrumento, vel tabulis actus, vel rei nota ſit expreſſa, de quo tamen v. Clar.5. *ſent.§.vlt.q.54.* *r* Aliud fuit antè: de hoc verbo *Hodie* dixi ad *l.32.ſ.de falſis.*
ſ Adde *l.3.ſ.eo.l.8 ſ. de publicis iudiciis.*
t Putà tutores, *l.2.C.qui accuſare.*
u Imò incidunt: maritus enim iure mariti accuſat, ſine metu calumniæ, *l.6.C.de adulteriis,* & tamen in Turpillianum incidit *l.16.C. de adulteriis.*

reus præſentes habeat accuſatores & locũ defenſioni accipiat, ſuper criminatione. & Dominus apud Ioannem 8. *verſ.* 10. ποῦ εἰσὶν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου. vbi ſunt accuſatores illi tui? nemo te condemnat, neque ego te condemno. Tertullian. *libro ad Scapulam.* Pudens negauit ſe ſine accuſatore auditurum hominem, ſecundum mandatum, & Euſeb. *apud Ammianum* 14. pertinacius, vt legum gnarus, accuſatorem flagitabat,]atque ſolennia. Ambroſius 8. *ad Syagrium*, ſi leges publicas interrogemus, accuſatorem exigunt: & Marcus *apud Gallicanum*: non poſſumus reũ facere, quem nullus accuſat, v. *Cuiacium* 5. *obſ.* 33 *in fi.* & Demoſthenes in oratione περὶ στεφάνου, ibi ἀμφοῖν ἀκροάσθαι. Hinc illud Iuliani, & apud Ammianum libro 18. Ac quis innocens eſſe poterit ſi accuſare ſufficiat? Mos hic Romanis fuit, accuſatori ſex horas, reæ nouem, legibus dari. *Plinius* 4. *epiſt.* 9.

1 ¶ Si autem grauius quis puniatur: puta in opus metalli, vel ſimilem pœnam, ſiue capitalem *a*, hoc caſu non *b* eſt irroganda in abſentem pœna, ſed abſens requirendus adnotatus *c* eſt *d*, vt copiam ſui præſtet *e*. 2 ¶ Præſides autem prouinciarum circa requirendos adnotatos hoc debent facere, vt eos, quos adnotauerint, edictis *f* adeſſe iubeant, vt poſſit innoteſcere eis qui adnotati ſunt. Sed & literas *g* ad magiſtratus vbi conſiſtunt mittere, vt per eos poſſit innoteſcere, requirendos eos eſſe adnotatos. 3 ¶ Et ex hoc *h* annus *i* computatur ad ſe purgandos. 3 ¶ Sed & Papinianus libro 16. reſponſorum ſcripſit, requirendum adnotatum, ſi prouinciæ præſidem intra *k* annum adierit, & ſatis obtulerit *l*, non eſſe locum mandatis, vt bona fiſco vindicentur. nam & ſi intra annum ſit, criminis cauſa expirat *m* & perit, & bona eius ad ſucceſſores tranſmittuntur.

2. *Macer* "lib. 1. Publicorum."

ANni *n* ſpatium ad occupanda bona eius qui requirendus adnotatus eſt, pertinet. 1 ¶ Sed ſi per viginti, annos fiſcus bona non occupauerit, poſtea præſcriptione vel ab ipſo reo, vel ab hæredibus eius ſubmouebitur.

3. *Marcianus* "lib. 2. de publicis iudiciis.

QVamcumque enim quæſtionem apud fiſcum, ſi non alia *p* ſit præſcriptio, viginti annorum ſilentio præſcribi, Diui principes voluerunt.

4. *Macer* "lib. 2. de publicis iudiciis."

ANnus exinde *q* computandus eſt, ex quo ea adnotatio ‖quæ‖ vel edicto, vel litteris ad magiſtratus factis publicè innotuit. 1 ¶ Ergo & viginti annorum tempus exinde fiſco numeretur, ex quo adnotatio publice innotuit. 2 ¶ In ſumma ſciendum eſt, nulla temporis præſcriptione, cauſæ *r* defenſione *ſ* ſummoueri eum, qui requirendus adnotatus eſt.

5. *Ne debitores reo profugo ſoluant.*

5. *Modeſtinus* "lib. 12. Pandectarum"

MAndatis cauetur, intra annum requirendorum bona obſignari, *t* vt ſi redierint, & ſe purgauerint, integram rem ſuam habeant. ſi neque reſponderint, neque qui ſe defendant, habuerint: tunc poſt annũ bona in fiſcum coguntur. 1 ¶ Et intra annum medio tempore mouentia, ſi qua ſunt, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant venire *u* debere, pretiúmque eorum in depoſito eſſe, Diui Seuerus & Antoninus ſanxerunt. 2 ¶ Sed & Diuus Traianus inter *x* mouentia fructus *y* quoque haberi reſcripſit. 3 ¶ Curandum eſt autem, ne quid ei qui profugit medio tempore à debitoribus eius ſoluatur, ne per hoc fuga eius inſtruatur *z*.

DE QVÆSTIONIBVS *a*.
TIT. XVIII.

Non eſſe à tormentis incipiendum 2. Qui primum torquendus. 3. De his quos accuſator de domo ſua producit, ſi partus ſubiectus dicatur. 4. De vno ſeruo. 5. De ſeruo rei 6. De ſeruo heredum 7. De ſeruo vniuerſitatis. 8. De eo qui bona fide reo ſeruit. 9. De liberto. 10. De fratre. De his qui teſtimonium dicere non coguntur. 11. De ſeruo mariti. 12. De ſeruo damnati. 13. De manumiſſo ad hoc ne torqueatur. 14. De eo qui poſt cognitionem ſuſceptam reus factus eſt. 15. Si dicatur nullo iure emptus. 16 De ſeruo rei. 19. Si ſeruus in ſe torqueatur, deque domino aliquid fuerit confeſſus, 20 De tributis. 21. Quomodo interrogandum. 21. Si de ſe interrogatus amplius dixerit. 23. An ſit fides habenda quæſtioni. 24. De eo qui vltra fatetur ſi de confeſſi innocentia poſt condemnationem conſtet.

1. *Vlpianus* ‖lib. 1. de officio Proconſulis.‖

IN criminibus emendis *a* quæſtio adhiberi ſolet *b*. Sed quando, vel quatenus id faciendum ſit, videamus *c*. Et non eſſe à tormentis incipiendum *d*, & Diuus Auguſtinus conſtituit, neque *e* adeo fidem quæſtioni adhibendam. 1 ¶ Sed & epiſtola Diui Hadriani ad Sennium Sabinum continetur. verba reſcripti ita ſe habent. Ad tormenta ſeruorũ ita demum veniri oportet, cum *f* ſuſpectus eſt reus: & aliis *g* argumentis ita probationi *h* admouetur, vt ſola confeſſio ſeruo. enim deeſſe videatur. 2 ¶ Idem Diuus Hadrianus Claudio Quartino reſcripſit, quo reſcripto illud expreſſit, à ſuſpectiſſimo *i* incipiendum, & à quo facillimè poſſe verum ſcire *k* iudex crediderit *l*.

3 ¶ Ad quæſtionem non eſſe prouocandos eos quos accuſator de *m* domo ſua produxerit, nec facilè *n* credendum ſubiectam eam, quam ambo parentes dicuntur caram *o* filiam habuiſſe, reſcripto Diuorum fratrum ad Lucium Tiberianum emiſſo declaratur. 4 ¶ Idem Cornelio Proculo reſcripſerunt, non vtique in ſerui vnius *p* quæſtione fidẽ rei conſtituendã, ſed argumentis cauſam examinandam. 5 ¶ Diuus Anton. & Diuus Hadrian. Sennio Sabino reſcripſerũt, cùm ſerui pariter cùm domino aurum & argentũ exportaſſe dicerẽtur, non eſſe de *q* domino interrogandos. ne quidem, ſi vltro *r* aliquid dixerint, obeſſe hoc domino *ſ*. 6 ¶ Diui fratres Leliano Longino reſcripſerunt, de ſeruo hæredum *t* non eſſe habendam quæſtionem in res hæreditarias, quamuis ſuſpectum fuiſſet, quod imaginaria venditione dominium in eo quæſiſſe hæres videretur. 7 ¶ Seruum municipum poſſe in caput *u* ciuium torqueri, ſæpiſſimè reſcriptum eſt: quia non ſit illorum ſeruus, ſed reipublicæ. ¶ Idemque in cæteris ſeruis corporum dicendũ eſt. nec enim plurium ſeruus videtur, ſed *x* corporis.

8 ¶ Si ſeruus bona fide mihi ſeruiat, etiam ſi dominium in eo nõ habui, poteſt dici torqueri eum in caput meum non debere. ¶ Idem eſt & in libero *y* homine qui bona fide ſeruit. 9 ¶ Sed nec libertum torqueri in patroni *z* caput conſtitutum eſt. 10 ¶ Nec fratrem quidẽ in *a* fratris Imperator noſter cum "Diuo" patre ſuo reſcripſit: addita ratione, quòd in eum, in *b* quem quis inuitus teſtimonium *c* dicere non cogitur, in eum nec torqueri debet. 11 ¶ Seruum mariti in caput vxoris poſſe *d* torqueri, Diuus Traianus Seruio Quarto reſcripſit.

a Abſens in capitalibus cauſis nemo damnatur. hodie multas apud gentes id non ſeruatur, v. *Clarum* 5. *ſent.* §. *vl. qu.* 44. *verſ. ſed hodie*, & *verſic. licet.* In Italia, Gallia, Hiſpania, & in Germania quoq; contumax pro confeſſo, & conuicto criminis habetur: idemque condemnari poteſt, quamuis poſt latam ſententiam ab extraneo, eius innocentia purgari poſſit. *Myſing.* 2. *obſ.* 88.

b *μεγάλῳ ἐγκλήματι οὐ καταδικάζεται. Eclog.* 44. *cap.* 1. *Harm.* 4. adde *l.* 5. ℨ. *eod.* hoc ſenſu abſens qui non damnatur magno crimine, (puta quod infert pœnam capitalem: vel opus metalli) requirendus eſt edicto propoſito vt eo cognito veniat & ſe purget.

c Adnotandum eſt *vulg Hal. l.* 1. *C eod. Nou.* 134. *c.* 5. *l.* 6. *C. de accuſ.* 60. *Ecl.* 49. *c.* 1.

d Quos *v.* ℨ. *eo.* e adde καὶ ἑαυτὸν καθαρεῦσαι, id eſt, & ſeipſum purget. *Ecl. ibid.* vt tempus habeat πρὸς τὸ ἑαυτὸν καθαρεῦσαι. *Harm ibid.*

f προγραμμάτος προτιθεμένου. *Ecl. ibid.* διὰ γραμμάτων 1. *Harmen.* 4. νομίμοις κηρύγματι. *Nou.* 134. *c.* 5. denunciationem etiam vocat, *l.* 5. ℨ. *de pœnis.* ὑπόμνησις καὶ προθέματα. *Harm. ibid.*

g *Ecl. ibid.* ἐπιστολὴν δημοσίαν vocat *Nou. ibid.* h Imo non ex hoc, ſed ex die accuſationis, *l. l.* 2. *C. eo.* i *l.* 2. *l.* 4. ℨ. *eod.* k aliàs bona ſua non recipit. *Ecl. ibid. Harm. ibi.* l *l.* 15. *C. eo. Harm. d. loco. Ecl. ib. c.* 5.

m Morte crimen expirat. *Ecl ibi. ex lib.* 9. *tit.* 1. *c.* 145.

n Adnotati rei anni ſpatium habent ad ſe purgandum: intra annum bona eorum obſignantur: poſt annum, fiſco vindicantur, niſi venerint, adde *l.* 4. *l.* 5. ℨ. *eod.*

o Omnis cauſa fiſcalis 20. annis extinguitur, & tali præſcriptione ſubmouetur *Ecl. ibi in ſcholio* & *lib.* 56. *tit.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 49. *c.* 2. *l.* 1. §. *pen.* ℨ. *de iur. fiſci.* excipe *l.* 13. ℨ. *de diuerſis* excipe cauſam commiſsi, & bonorum vacantium, v. *Cuiacium c.* 28. *de præſcript.* p forte minor *C. de quadriennij præſcript.* q A criminis defenſione.

r Imò non exinde, *l.* 2. *C. eo.* ſ Defenſiones rei ſunt perpetuæ, *l.* 18. §. 9. ℨ. *de quæſt.*

t Galli *ſeeller*, id commiſſariis vel apparitoribus interdum attributum. u Mobilia tempore peritura à commiſſariis diſtrahenda, & à tutoribus, *facit l.* 22. *de C. de admin.*

x Hic textus non negat, immobilia iudicis etiam mandato deſcribi, eorum adminiſtrationi, regimini, & gubernationi, ſequeſtrum, vel commiſſarium præponi id vſus etiam obtinuit, *v. Clarum* 5. §. *vlt. q.* 44. *verſ. ſed hodie.*

y Mobilia appellatione fructus continentur: hinc iuncto §. ſuperiore, Molinæus colligit, feudo à domino prehenſo commiſſarios fructus ſaltem tempore perituro inuito domino poſſe vendere. 2. *Conſuetud.* §. 6. *Gloſſ.* 15. *n.* 3.

z Et adiuuetur eius fuga vt per eam accuſationem effugiat. a 9. *C.* 41. 9. *C. Th.* 15. *Paul.* 5. *ſent.* 14 & 19 & 60. *Eclog.* 10. 8. *Valerius Max. tit. d. q.* 4. Quæſtionis verbo intellige tormentum, corporis dolorem, ad eruendam veritatem, malam mu ſunt. *Paul. ibid. v. Clarum* 5. *ſent.* §. *vlt. q.* 64. *ver. debet ante.* f i. tunc ſerui poſſunt, cum argumenta ſunt talia, vt nihil aliud deeſſe videatur, præter quæſtionem. §. 4. *in fin.* ℨ. *eo. l.* 18. §. 2. ℨ. *eo. l.* 8. *C. eo.* adde *Paul.* 5. *ſent.* 14. §. 1.

g Quæ opinionem faciunt.

h A probatione amouetur, *Hal.* Sed hic *admouere reum probationi*, nihil quàm eum argumentis compellere, vt conuictus videatur: Accurſius alioqui cum non eſt adſecutus.

i 7 *Ecl.* 6 *ex lib.* 60. *tit.* 10. *c.* 1. & à timidiore: *l.* 18. ℨ. *eod.*

k Sciri *Vulg. Hal.* l *Eccl. ibid.*

m *Paul.* 3. *ſent.* 15 §. 1. 21. *Eccl.* 1. *c.* 24.

n Suppoſita non præſumitur, quam ambo parentes charam ſibi habent, v. *præſumpt.* 19.

o Charam, *Vulg. Hal.* p *l.* 9. *in fin. C. de teſtib.* Vnius quæſtioni non creditur *in fin.* ℨ. *eod* Idem apud Gallos conſtituit D. Ludouicus. Contrarium ſentit Gl. *in l.* 4. *C. ad l. Iul. maieſt.* Gloſſæ opinionem Bartol. probat. Sentit itaque dictum teſtis ſufficere ad torturam *Bart. hic num.* 1. Idem addit, vnius teſtimonium aut fama adiutum plenam probationem facere.

q §. 16. §19. ℨ. *eod.* r *l* 7 *C. eod. Paul.* 5. *ſent.* 16. §. 4.

ſ Et merito. Eſt enim (vt Theophilus ait) φύσει ὁ δοῦλος τοῦ δεσπότου πολέμιος *Cuiac apud Paul. d. loco.* Idque locum habet, etiam ſi agatur de crimine capitali 5. *ſent.* 16. §. 15. etiam ſi verum dicat, etiam ſi cauſa ſit fiſcalis, vox ei interdicta vt proditori: *l.* 6. *l. vlt. C. de delat.* excipe crimen maieſtatis, & tributorum: §. 20. An id locum habeat in liberis hominibus quorum opera (ſeruorum antiquorum loco) hodie vtimur, dicam ad §. 8. ℨ. *eod.*

t *l.* 2. ℨ. *eo. v. l.* 13. *C. eod.*

u *l.* 6 §. 1. ℨ. *de diuiſ. rerum.* x Corpora ſeu collegia, vnius perſonæ loco habentur

y Liberi homines (quibus hodie ad ſeruitia domeſtica vtimur) in caput heri torqueri non poſſunt: quod tamen vſus non obtinuit.

z *l.* 6. *C. eod.* hinc colligere poſſis, argumento à libertis ad vaſallos ducto, vaſallos in Domini ſui caput torquendos non eſſe.

a Adde *l.* 13. *C. qui accuſare. Paul.* 5. *ſent.* 15. §. 2.

b *l.* 4. ℨ. *de teſtib.* Qui teſtis in aliquem inuitus eſſe non poteſt, nec vi ſeu quæſtione ad teſtimonium in eum dicendum cogi debet.

c Teſtimonium in fratrem inuitus frater non dicit.

d *l.* 1. §. 15. ℨ. *de Silaniano.*

12 ¶ Item

12 ¶ Item Mummio Lolliano reſcripſit, damnati ſeruos, quia *a* deſierunt *b* eſſe ipſius, poſſe in eum torqueri. 13 ¶ Si ſeruus ad hoc *c* erit manumiſſus, ne torqueatur, dummodò in caput domini *d* non torqueatur, poſſe eum torqueri *e*, Diuus Pius reſcripſit. 14 ¶ Sed & eum qui cognitionis ſuſceptæ tempore alienus fuit, licet poſtea rei ſit effectus, torqueri in caput poſſe Diui fratres reſcripſerunt. 15 ¶ Si quis dicatur nullo *f* iure emptus, non priùs torqueri poterit, quam ſi conſtiterit venditionem non valuiſſe, & ita Imperator noſter cum Diuo patre ſuo reſcripſit. 16 ¶ Item Seuerus Spicio Antigono ita reſcripſit: Cùm quæſtio de ſeruis contra dominos neque haberi debeat, neque ſi facta ſit, dicturi ſententiam conſilium inſtruat, multò minus *g* indicia ſeruorum contra dominos admittenda ſunt.

17 ¶ Diuus Seuerus reſcripſit, confeſſiones reorum pro *h* exploratis facinoribus haberi non oportere, ſi *i* nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat.

18 ¶ Cùm quidam deponere *k* pretium ſerui paratus eſſet, vt ſeruus torqueretur contra dominum, Imperator noſter cum Diuo patre ſuo id non admiſerunt.

19 ¶ Si ſerui quaſi ſceleris participes in ſe *l* torqueantur, déque domino aliquid fuerint confeſſi apud iudicem: provt cauſa exegerit, ita pronuntiare eum debere Diuus Traianus *m* reſcripſit: quo reſcripto oſtenditur grauari dominos confeſſione ſeruorum. ſed ab hoc reſcripto receſſum conſtitutiones poſteriores *n* oſtendunt. 20 ¶ In cauſa tributorum *o*, in quibus eſſe teipublicæ neruos *p* nemini dubium eſt, periculi quoque ratio, quod ſeruo fraudis conſcio capitalem pœnam denuntiat, eiuſdem profeſſionem extruat *q*.

21 ¶ Qui quæſtionem habiturus eſt. non *r* debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit: ſed generaliter, quis id fecerit. alterum enim magis ſuggerentis *ſ*, quam requirentis videtur, & ita Diuus Traianus reſcripſit. 22 ¶ Diuus Hadrianus Calpurnio Celeriano in hæc verba reſcripſit: Agricola Pompeij Valentis ſeruus de ſe *t* poteſt interrogari, ſi *u*, dum quæſtio habetur, amplius dixerit, rei fuerit iudicium *x*, non interrogationis *y* culpa.

23 ¶ Quæſtioni fidem non ſemper, nec tamen nunquam habendam, conſtitutionibus declaratur. etenim res eſt fragilis, & periculoſa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique *z* patientia, ſiue duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, vt exprimi eis veritas nullo modo poſſit. alij *a* tanta ſunt impatientia, vt quoduis mentiri, quàm pati tormenta velint: ita fit, vt etiam vario modo fateantur, vt non tantum ſe; verum etiam alios comminentur *b*. 24 ¶ Præterea inimicorum *c* quæſtioni fides haberi non debet: quia facilè mentiuntur. nec tamen ſub prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæſtionis. 25 ¶ Cauſáque *d* cognita, habenda fides: aut non habenda.

26 ¶ Cùm qui latrones tradidit *e*, quibuſdam reſcriptis continetur, non debere fidem haberi eis *f* in eos qui eos tradiderunt. quibuſdã verò, quæ ſunt pleniora *g*, hoc cauetur, vt neq; diſtrictè ‖non‖ habeatur, vt in cæterorum perſona ſolet, ſed cauſa cognita æſtimetur, habenda fides ſit, nécne: plerique enim, dum *h* metuunt, ne fortè adprehenſi eos nominent *i*, prodere eos ſolent, ſcilicet impunitatem ſibi captantes: quia non facilè eis indicantibus proditores ſuos creditur. ¶ Sed neque paſſim *k* impunitas eis per huiuſmodi proditiones concedenda eſt, neque tranſmittenda *l* allegatio dicentium idcirco ſe oneratos, quòd eos ipſi tradidiſſent. neque *m* enim inualidum argumentum haberi debet mendacij ſiue calumniæ in ſe inſtructæ.

27 ¶ Si quis vltrò *n* de maleficio fateatur *o*, non ſemper ei fides habenda eſt. nonnunquam enim aut

a Qui, *Vulg. Hal.*
b Per damnationem ſcil. *l.1. ȷ. de* [pœ]*nis damnat.* Status is in teſte conſideratur, qui fuit tempore dicti teſtimonij: *l.22.§.1. ȷ. qui teſtamenta.*
c *Paul.5 ſent.16.* §.1.
d Patroni ſcil.
e In alterius præiudicium ſc.
f adde §.6. s̄. *eod.*
g Ne hinc colligas, maiorem eſſe vim confeſſionis per quæſtioné exortæ quam voluntariæ. Dic potius, quæſtionem ſerui in dominū nō admitti, multò minùs & indiciū: quia indicia ſi admittuntur, exinde interrogationem & quæſtioné neceſſe erit admitti, hæc duo non admittūtur, nec indicium igitur, *l.9.§.1. ȷ. c.*
h Confeſſio rei aliud eſt, aliud exploratum facinus.
i Cōfeſſio rei ſola non probat, niſi aliunde iudex argumenta credendi habeat, §.1. s̄. *eod.* 60 *Ecl.50.c.4.*
k *d.c.4.* v. tamen *Pau.5 ſent.16.§ 5.*
l poſſunt enim in ſe torqueri, §.22. *ȷ. eod.*
m Traianus.
n Quæ anterioribus præferuntur, *l.3. s̄. de conſtitut. principum.*
o Id eſt, in cauſa fraudati cēſus: l.1. *C. eod.* vel ſi quæſtio eſt de publicis tributis etiam ſerui torquentur, 60, *Ecl.50.c.4.*
p v. quæ ad hunc locum notaui ad Nou. Leon. 52. Alij legunt *ſeruos*, & malè, v Ferrand. 1 *Explicat.* 49.
q *al* inſtruat.
r Reus ſpecialiter de facto tertij nominati à iudice non eſt interrogandus.
ſ Qui quem de Titij facinore interrogat, facinus magis ſuggerit, quam de eo interrogat.

t §.19. s̄. *eo. l.12 l.15. C. eod. Paul 5. ſent.16.§.1. l.7.* s̄. *de probat.* u at ſi dum, *Hal.* & ſi dum, *Vulg.* x Indicium, *Hal.* y *al*, interrogantis. z vt Ægyptij, *Ælianus 7. variæ hiſtoriæ.* aliis patientia facilè mendacium facit. aliis infirmitas neceſſarium. *Quint.5 inſtit.4* Ex quæſtione ſuſpicioſior veritas, *Cicero 2. de inuentione.* dolori, id eſt quæſtioni credi non oportet, quod alius alio ſit reticentior in dolore, quod ingenioſior ad comminiſcendum, *Author. ad Herennium 2.* Dolorem fugientes multi in tormentis ementiti perſæpè ſunt, moríque maluerunt falſum fatendo, quam inficiando dolore, *Cicer in partitionib* Hinc illud Fabij, Mentietur in tormentis qui pati poteſt, mentietur etiam qui pati non poteſt. Exempla v. apud Valerium *lib.8.c.4.* a v. Valerium & Fulgoſium *lib.8 c. de qu.* b Criminentur, *Vul.* c *l.3. l.20. s̄. de teſt. l.3. in fi. s̄. de adimendis.* d Quid enim ſi leuis inimicitia ſit, aut magna, ſed nunc reconciliata? *l.3. l.4. s̄ de his quæ vt indig. §.11. inſt. de excuſ. tut.* e adde *l 4. C. eo.* f *Paul 5. ſent.16.§.10. l.4. C. eod. 60 Ecl.50.c.5.* g Ex plenioribus edictis ſumendæ ſunt cauſarum & litium deciſiones potius, quam ex aliis. h Id eſt, metu iudicij, *Tacit 2.* i Inde nominatores: dixi ad *l.1. ȷ. de bonis eorum qui ante ſententiam: l.17 §.12. ȷ ad municipalem.* k *l.5. in fi. ȷ. de re militari.* l id eſt, negligenda. m Id eſt, præſumitur mentiri & per calumniam accuſare eum, à quo iudice velut latro traditus eſt. n *Eclog ibid.* o Vel torqueri velit. *Quint.7 declam.* Homini qui vult torqueri, non creditur nec verum dicenti.

metu, aut qua alia de cauſa, in ſe confitentur. Et extat epiſtola Diuorum fratrum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum qui in ſe fuerat confeſſus, cuius poſt *a* damnationem de innocentia conſtitiſſet, cuius verba hęc ſunt: Prudẽter & egregia ratione humanitatis, Saxa cariſſime, Primitiuum ſeruum qui homicidium in ſe confingere metu ad dominum reuertendi ſuſpectus eſſet, perſeuerantem falſa demonſtratione damnaſti, quæſitusus de *b* conſciis *c*, quos æquè habere ſe commentitus fuerat, vt ad certiorem ipſius de ſe confeſſionem peruenires. nec fruſtrà fuit tam prudens conſilium tuum, cùm in tormentis conſtiterit, neque illos ei conſcios fuiſſe, & ipſum de ſe temerè commentum. potes itaque decreti gratiam facere, & eum per officium diſtrahi *d* iubere, conditione addita, ne vnquam in poteſtatem domini reuertatur, quem pretio recepto certum habemus libenter tali ſeruo cariturum. Hac epiſtola ſignificatur, quaſi ſeruus damnatus, ‖ſi‖ fuiſſet reſtitutus, ad *e* eum pertinebit cuius fuiſſet antequam damnetur: ſed præſes prouinciæ, eum quem damnauit, reſtituere non *f* poteſt, cùm nec pecuniariam *g* ſententiam ſuam reuocare poſſit. Quid igitur? Principi eum ſcribere oportet, ſi quando ei qui nocens videbatur, poſtea ratio innocentiæ conſtitit.

De ſeruis hæreditariis.

2 *Vlpianus* ‖lib.39. ad Edictum.‖

HEreditarij *h* ſerui, quamdiu incertum eſt ad quem bona pertineant, non poſſunt videri in caput domini torqueri.

De ſeruo communi.

3 *Idem* ‖lib 50. ad Edictum.‖

COnſtitutione Imperatoris noſtri & Diui Seueri placuit, plurium *i* ſeruum in nullius caput torqueri poſſe *k*.

De inceſtu, adulterio, ſtupro.

4. *Idem* ‖lib.3. Diſputationum.‖

IN inceſto (vt Papinianus reſpondit, & eſt reſcriptum) ſeruorum tormenta ceſſante *l*. quia & lex Iulia ceſſat de adulteriis.

5. *Marcianus* "lib.2. Inſtitutionum."

SI quis viduam, vel alij nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit, in inſulam deportandus *m* eſt: quia duplex *n* crimen eſt: ‖&‖ inceſtum, quia cognatam violauit contra fas; & adulterium, vel ſtuprum adiungit. denique hoc caſu ſerui in perſonam domini torquentur *o*.

1. De ſeruis hereditariis.

6. *Papinianus* ‖lib.2. de Adulteriis.‖

PAtre, vel marito de adulterio agente, & poſtulantibus de ſeruis rei vt quæſtio habeatur, ‖ſi verè‖ cauſa perorata, teſtibus prolatis, abſolutio ſecuta fuerit, mancipiorum, quæ mortua ſunt, æſtimatio habetur. ſecuta vero damnatione, quæ ſuperſunt, publicantur.

1 ¶ Cùm de falſo teſtamento quæritur, hereditarij *p* ſerui poſſunt torqueri.

De quæſtionis modo.

7. *Vlpianus* " lib.3. de adulteriis."

QVæſtionis modum *q* magis eſt iudices arbitrari oportere. itaque *r* quæſtionem habere oportet, vt ſeruus ſaluus ſit, vel innocentiæ *ſ*, vel ſupplicio.

An ſit habenda quæſtio. 2. De ſtatulibero.

8. *Paulus* ‖lib.2. de Adulteriis.‖

EDictum Diui Auguſti, quod propoſuit Viuio Auito, & Lucio Aproniano conſulibus, in hunc modum extat: Quæſtiones neque ſemper in omni cauſa *t* & perſona *u* deſiderari debere arbitror. & cùm capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari & inueſtigari poſſunt, quam per ſeruuorum quæſtiones: efficaciſſimas "eas" eſſe ad requirendam veritatem exiſtimo, & habendas cenſeo. 1 ¶ Statuliber *x* in adulterio *y* poſtulari poterit, vt quæſtio ex eo habeatur, quòd ſeruus heredis eſt. ſed ſpem ſuam retinebit.

An ſit habenda quæſtio. 1. De ſeruo rei. 2. De deportato. 3. De ſtatulibero.

9. *Marcianus* "lib.2. de publicis iudiciis."

DIuus Pius reſcripſit, poſſe *z* de ſeruis haberi quæſtionem in pecuniaria *a* cauſa, ſi *b* aliter veritas inueniri non poſſit: quod & aliis reſcriptis cauetur. ſed hoc ita eſt, vt non facilè in re pecuniaria quæſtio habeatur. ſed ſi *c* aliter veritas inueniri non poſſit

a Hinc colligerẽ poſſumus reum in tormentis confitẽtem aduerſus ſuam confeſſionem eſſe audiendum, *l.11. §.8.* s̄. *de interrogat.*
b Reus in quæſtione de conſciis confiteri compellitur: *Paul. 5. ſent.14.§.1. in fi.*
c Conſcius criminis in conſocinm teſtis eſſe non poteſt niſi certis caſibus: de quibus v. Socin. *reg.* 425.
d Dominus cogitur, ob nimiam ſæuitiam, ſeruum diſtrahere, *l.2.§.1. ſup. de his qui ſunt ſui.* adde 60, *Eclog. 50.c.3.*
e *l.10. l.28 §.4. l.34 ȷ. de pœnis l. 13. C. de pœn.*
f Si pręſes prouinciæ à ſe damnatũ reſtituere vult, ad Principem debet referre: adde l.45. s̄. *de re iudic.*
g ex legibus.
h *l.1.§.6.* s̄. *eod. l.6. in fi. l.17.§.1. ȷ. eo. l.13. C. eod.*
i *d. l 13. Paul. 5. ſent.16 §.5.*
k Niſi ſocius ſociũ occidiſſe dicatur, *l.16.§ 2. ȷ. eo.*
l Imò non ceſſant. Cicero pro Milone: De ſeruis nulla quæſtio eſt in dominum, niſi de inceſtu: vt fuit in Claudium, in Partitionibus, idem repetit, adde *l.36. in fi.* s̄. *de adulter.*
m Adulterij pœnam olim ſummi ſupplicij aut mortis non fuiſſe, hinc poteſt colligi: *v. l. 9. l.30. C. de adulteriis: l.18. C. de tranſact.* de adulterij pœna dicam ad *Nou 131. c.10.*
n adde *l.38. l.39. in fi.* s̄ *de adult.*
o *d. l.39.*
p adde *l.2.* s̄ *eo. 7. Ecl.6. ex lib.60. tit.50. c.6.§.3.*
q *l.10.§.3.* s̄. *eod.*
r Torquere ſeruũ ita iudex debet, vt ſeruus ſaluus maneat.
ſ Vel innocentia, *Hal.*
t Puta in pecuniariis cauſis: *v. l.9. ȷ. eo.* v. tamen Paponem 24. *Arreſt. 6 artic.8.*
u Id eſt, non in omnes perſonas quæſtio adhibẽda eſt. Hinc Clarus ex communi opinione negat Doctores torqueri poſſe, & perſonas in dignitate poſitas: An & milites, *v. l.16. C. eo.* An nobiles? *v. l.4. C. ad l. Iul. maieſt.* An decuriones? *v. l.19. C. hoc tit.* An minores? *v. l 10. ȷ. eo.* An ſenes? *collige ex l.3.§ 7* s̄. *de Silan.* An mulieres? *v. l.3.* s̄. *de pœnis.* An clericos & presbyteros? Clarus ait, ſed tamen minùs torquendos: *5 ſent. §. vlt. q 64.* x *l.17.§.10.* s̄. *de adult.* y id eſt, in adulterij crimine rectè torquetur.
z Imò non poteſt: *l.6. C. eod.*
a Pecuniariis quoque in cauſis, ſerui inopia probationum etiamſi alieni ſint, torquentur. b Ergo non in omni cauſa, *l.8.* s̄. *eod. l.18.§.4. ȷ. eo. Paul.5 ſent.15.§.6. & tit.16. cap.4.*
c *l.8.* s̄. *eo. l. vlt. C. eo. Paul. 5. ſent.15.§. vlt. C. de iure deliber.*

[illegible]

niſi per tormenta, licet habere quæſtionem, vt & Diuus Seuerus reſcripſit. Licet itaque & de ſeruis alienis *a* haberi quæſtionem, ſi ita res ſuadeat.

1 ¶ Ex *b* quibus cauſis quæſtio de ſeruis aduerſus dominos haberi non debet, ex his cauſis ne quidem interrogationem valere. & multò minùs indicia ſeruorum contra dominos admittenda ſunt.

2 ¶ De eo *c* qui in inſulam deportatus eſt, quæſtio habenda non eſt, vt Diuus Pius reſcripſit.

3 ¶ Sed nec de ſtatulibero *d* in pecuniariis cauſis quæſtio habenda eſt, niſi deficiente conditione.

De impubere. 2. De crimine maieſtatis. 1. De ſeruis filij vel patris rei. 3. De modo quæſtionis. 4. De libertis vel ſeruis rei. 5. De voce & ſermone. De conſtantia & trepidatione. De exiſtimatione. 6. De cauſa liberali.

10. *Arcadius*‖*qui &*‖*Chariſius* lib. ſingulari de teſtibus.

DE minore *e* quatuordecim annis quæſtio habenda non eſt *f*, vt & D. Pius Cæcilio Iubentiano reſcripſit. 1 ¶ Sed omnes omnino in *g* maieſtatis crimine, quod ad perſonas principum attinet, ſi ad teſtimonium prouocentur, cùm res exigit, torquentur. 2 ¶ Poteſt quæri, an de ſeruis filij caſtrenſis peculij in caput patris queſtio haberi "non" poſſit. nam patris *h* non debere torqueri in filium, conſtitutum eſt. & puto rectè dici, nec *i* filij ſeruos in caput patris eſſe interrogandos.

3 ¶ Tormenta autem adhibenda ſunt, non quanta accuſator poſtulat, ſed vt moderatæ *k* rationis temperamenta deſiderant. 4 ¶ Nec debet initium *l* probationum de *m* domo rei accuſator ſumere, dum aut libertos eius quem accuſat, aut ſeruos in teſtimonium Vocat. 5 ¶ Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox *n* ipſa, & cognitionis ſubtilis diligentia adfert. nam & ex ſermone, & ex eo, qua quis conſtantia *o* qua trepidatione quid diceret, vel cuius exiſtimationis quiſque in ciuitate ſua eſt, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. 6 ¶ In cauſis quoque liberalibus *p* non oportet per eorum tormenta, de quorum ſtatu quæritur, veritatem requiri.

De ſeruo redhibito.

11. *Paulus* "lib. 2. de officio proconſulis."

ETiam ſi redhibitus fuerit ſeruus, in caput emptoris *q* non torquebitur.

De eo qui ſe liberum dicit.

12. *Vlpianus* "lib. 54. ad Edictum."

SI quis, ne quæſtio de eo agatur, liberum *r* ſe dicat, Diuus Hadrianus reſcripſit, non eſſe eum antè torquendum, quam liberale iudicium experiatur.

De æſtimatione ſerui & ſtipulatione.

13. *Modeſtinus* "lib. 5. Regularum."

CErto pretio ſeruum æſtimatum *ſ* in quæſtionem dari interpoſita ſtipulatione receptum eſt.

De ſtatulibero.

14. *Idem* "lib. 8. Regularum."

STatuliber *t* in delicto repertus, ſperandæ libertatis prærogatiua, non *u* vt *x* ſeruus ob ambiguum conditionis, ſed vt *y* liber puniendus eſt.

De libero homine. 1. De impubere. 2. De eo qui vindicanti ſeruum cauit.

15. *Calliſtratus* "lib. 5. de Cognitionibus."

EX libero *z* homine pro teſtimonio non vacillante *a* quæſtionem *b* haberi non oportet 1 ¶ De minore *c* quoque quatuordecim annis in caput alterius queſtionem habendam non eſſe, D. Pius Mæcilio reſcripſit: maximè cum nullis extrinſecus argumentis accuſatio impleatur. nec tamen cõſequens eſſe, vt etiam ſine tormẽtis eiſdem credatur. nam ætas *d* (inquit) quæ aduerſus aſperitatem quæſtionis eos interim tueri videtur, ſuſpectiores quoq; eoſdem facit ad mentiendi facultatẽ *e*.

2 ¶ Eum qui vindicanti ſeruum cauit, domini loco habendum, & ideo in caput eius ſeruos torqueri non poſſe, Diuus Pius in hæc verba reſcripſit: Cauſam tuam aliis probationibus inſtituere debes. nam de ſeruis queſtio haberi non debet, cum poſſeſſor hereditatis qui *f* petitori ſatiſdedit *g*, interim domini loco habeatur.

De repetenda quæſtione. 1. De confeſſo.

16. *Modeſtinus* "lib. 3. de pœnis."

REpeti poſſe *a* quæſtionem Diui fratres reſcripſerũt. 1 ¶ Is qui de ſe confeſſus eſt, in caput aliorum *b* non torquebitur, vt Diuus Pius reſcripſit *c*.

De adulterio. 1. De ſtupro. 2. De partu ſuppoſito. Si petentem hereditatem cæteri filij negent ſuum fratrem eſſe. De ſeruo communi. 3. De ſeruo in metallum damnato.

17. *Papinianus* "lib. 16. Reſponſorum."

EXtrario *d* quoque accuſante, ſeruos in *e* adulterij quæſtione contra dominum interrogari placuit. quod Diuus Marcus, ac poſtea Maximus princeps iudicantes ſecuti ſunt. 1 ¶ Sed & in quæſtione ſtupri ſerui aduerſus dominum non torquentur.

2 ¶ De quæſtione ſuppoſiti partus, vel ſi petat hereditatem, quem cæteri filij non eſſe fratrem ſuum contendunt, quæſtio de ſeruis hereditariis *f* habebitur: quia non contra dominos cæteros filios, ſed pro ſucceſſione domini defuncti quæritur.

¶ Quod congruit ei quod D. Hadrianus reſcripſit. cùm enim in ſocium cædis ſocius poſtularetur, de communi *g* ſeruo habendam quæſtionem reſcripſit, quod pro domino fore videretur. 3 ¶ De ſeruo in *h* metallum damnato quæſtionem contra eum qui *i* dominus fuit, non eſſe habendam, reſpondi. nec ad rem pertinere, ſi miniſtrum ſe facinoris fuiſſe confiteatur.

De pluribus reis. 1. De repetenda quæſtione. 2. Si reus nullis argumentis vrgetur. 3. Si teſte, facto interueniſſe dicantur, vel non. 4. De fide generis. 5. De ſeruo rei. 8. Et vt dominio inquiratur. 9. De cuſtodiis audiendis.

18. *Paulus* "lib. 5. Sententiarum."

VNius *k* facinoris plurimi rei ita audiendi ſunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior eſt *l*, vel teneræ ætatis videtur.

1 ¶ Reus euidentioribus *m* argumentis oppreſſus, repeti in quæſtionem poteſt: maximè ſi in tormenta animum *u* corpúſque durauerit.

2 ¶ In ea cauſa, in qua nullis *o* reus argumentis vrgebatur, tormenta non facilè adhibenda ſunt, ſed *p* inſtandum accuſatori, vt id quod intendat, comprobet atque conuincat. 3 ¶ Teſtes torquendi non ſunt, conuincendi mendacij aut veritatis gratia, niſi *q* cum facto interueniſſe dicuntur.

4 ¶ Iudex cùm de fide *r* generis inſtrui non poteſt, poterit de ſeruis hereditariis habere quæſtionem.

5 ¶ Seruo qui vltrò aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur. neque *ſ* enim oportet ſalutem dominorum ſeruorum arbitrio committi.

6 ¶ Seruus in caput "eius" domini, à *t* quo diſtractus eſt, cuique aliquando ſeruiuit, in memoriam prioris dominij interrogari non poteſt. 7 ¶ Seruus, nec ſi à domino ad tormenta offeratur *u*, interrogandus eſt.

8 ¶ Sanè quotiens quæritur, an ſerui in caput domini interrogandi ſint, prius *x* de eorum dominio oportet inquiri. 9 ¶ Cogniturum de criminibus præſidem oportet ante *y* diem palam *z* facere cuſtodias ſe auditurum: ne hi, qui defendendi ſunt, ſubitis accuſatorum criminibus opprimantur: quamuis defenſionem quocunque *a* tempore, poſtulante reo, negari non oportet: adeò vt propterea & differantur *b* & proferantur cuſtodiæ.

10 ¶ Cuſtodiæ non ſolum pro tribunali. ſed & de plano *c* audiri poſſunt, atque damnari.

De eo cui fideicommiſſa libertas debetur.

19. *Tryphoninus* "lib. 4. Diſputationum."

IS cui fideicommiſſa *d* libertas debetur, non aliter vt ſeruus quæſtioni applicetur, niſi aliorum quæſtionibus oneretur.

De vno teſte.

22. *Paulus* "lib. 3. Decretorum."

MAritus quidam heres vxoris ſuæ petebat à Suro pecuniam, quam apud eum depoſuiſſe defunctam ſe abſente dicebat, & in eam rem vnum teſtem, liberti ſui filium produxerat. apud procuratorem deſiderauerat, & quæſtionem habere de ancilla. Surus negabat ſe accepiſſe, & teſtimonium non oportere

a *Paul. 5. ſent. 16. §. 3.*
b Argumentum à quæſtione ad interrogationem & indicia obſerua. Titius non poteſt torqueri, ergo nec interrogari, nec indicium ferre: non admittitur Titij confeſſio in quæſtione, multò igitur minùs interrogatio aut iudiciũ.
c *l. 17. in fi. j. eo.*
d adde *l. 8. in fin. s. eod.*
e Minor quatuordecim annis quæſtioni non ſubiicitur, *l. 15. §. 1. j. eo.* 60. *Ecl. 50. c. 9.*
f Et merito. Ætas enim veniam meretur, *l. 1. §. 31. §. 33. s. de Silaniano.* Quid? minor 14. annis, potéſtne interrogari? & ſi poteſt, momentúmne adfert, vt delatus queſtioni ſubijciatur? Papo exempla adfirmatiua refert 24. *Arreſt. 9. art. 7.* & ſenatuſconſultum Burdegalenſe, quo iudicis inferioris ſentẽtia cõfirmata fuit, patrẽ (interfectæ vxoris à duobus liberis ætate minoribus delatum) quæſtioni ſubijciẽtis: arg. *l. vlt. C. ad l. Corn. de ſicariis.*
g *l. 16. C. eod. l. 3. l. 4. C. ad l. Iul. maieſt. 1. Har. 6. §. 14.*
h Patris ſerui in filium: filij in patrem non ſunt torquendi, 60. *Ecl. 30. cap. 10.*
i Imò interrogandi ſunt, *l. 1. §. 14. s. de Silaniano.*
k *l. 7. s. eod.*
l Reis crimina edere accuſatores cogẽdi ſunt, *Paul. 5. ſent. 16. §. vlt.* non è contra.
m *l. 7. C. de teſtib.*
n Vox ipſa interrogati plurimum momenti in veritate excutienda adfert, *l. 3. § 3. s. de teſtib.* vnde notant, Iuramentum teſtis non poſſe rectè per procuratorem præſtari. quod tamen non admittit Ludouicus Romanus *ſingulari* 8.
o Quintilian. 5. *Inſt* 4. ſi de habenda quæſtione quæritur, plurimum intereſt quis & quomodo ſit tortus, an credibilia dixerit: an ſemper conſtanter perſeuerauerit in eo quod cœperat: a aliquid dolore mutauit.
p *l. 12. j. eo.*
q facit, *l. 17 l. 18. § 6. j. eo.*
r *l. 10. in fi. s. eod.*
ſ *Paul. 5. ſent. 16 § 3.* adde *l. 27. s. de adult.*
t *l. 9. in fi. j. de pœnis.*
u Imò, vt ſeruus, *l. 29. s. de ſtatuliberis.*
x Serui namque aliter puniuntur, aliter liberi.
y Imò, vt ſeruus, *l. 29. s. de ſtatulib.* Robertus 1. *animaduer. 6.* hanc legem refert ad priuata delicta, *d. l. 29.* ad publica: quo nomine reprehenditur ab Antonio Mercatore 1. *Not. 6.*
z Aliud conſtitutum fuit apud Athenienſes, & Rhodios, *teſte Cicerone in Partitionib.* huc refert declamationem 7. Quint.
a *v. l. 2. l. 16. l. 20. s. de teſtib.*
b *l. 18. § 3. j. eo.*
c *v. l. 10. s. eod.*
d Ætas & à quæſtione excuſat & ad mentiendi facultatem facit.
e Facilitatem.
f *l. 6. in fi. s. de Carboniano.*
g *v. l. 5. s. de hæred. pet.*

ab accuſatore exiguntur non ex rei quæſtione eliciendæ.
q *l. 15. s. eo.*
r *Paul. 5. ſent. 16. § 2. l. 1. s. de prob.*
ſ *Paul. d. loco. § 4.*
t *Paul. d. loco* … *l. 11. s. eod.*
u *l. 7. C. eod.*
x *l. 1. § 15. s. eod.*
y 1. *Har. 4. § 11.*
z Edenda reis ſunt crimina per libellum, *Paul. d. loco* …
a adde *l. 4. in fin. s. de requir. reis.*
b Proferendi & differendi diſcrimen … profert, diem proditam prorogat. Qui differt, rem etiam die non prodita … pus reijcit. denique Differre latius patet, quam proferre. Qui profert, differt … contra: quo ſenſu Tacitus res prolatas, dilatas vocat. Sunt autem res prolatæ … litium ac iudiciorum. Seneca de *breuitate vitæ.* Quando res proferentur … cat, rebus prolatis ceſſare patronos. quod & de Iuriſconſultis ſcribit Cicer. Or… pro Muræna, *v. Cuiac. 7. obſ. 36.* aduerſus Alciatum 6. *parerg. 23.*
c *l. 6. ſuprà de accuſat.*
d *l. 27. § 10. ſup. de adult.*

vnius

vnius *a* hominis admitti : nec ſolere à quæſtionibus incipi *b*, etſi aliena eſſet ancilla. procurator quæſtionem de ancilla habuerat. cum ex appellatione cognouiſſet Imperator *c*, pronunciauit, quæſtione illicite habita, vnius *d* teſtimonio non eſſe credendum : ideóque rectè prouocatum.

Neminem quæſtionis habendæ cauſa damnari.

21. *Idem*"lib. ſingulari de pœnis pagnorum."

Qvæſtionis habendæ *e* cauſa meminem eſſe damnãdum *f*, Diuus Hadrianus reſcripſit.

De recepto in cuſtodiam ſine accuſatore.

22. *Idem*"lib. I. Sententiarum."

Qvi ſine accuſatoribus in cuſtodiam recepti ſunt, quæſtio de his habenda non eſt, niſi "ſi" aliquibus ſuſpicionibus *h* vrgeantur.

a Vnicus teſtis nõ ſufficit ad quęſtionem accuſati habendam, excepto crimine læſæ maieſtatis : *l.1.§.4.ȝ.eod.v.l.9.C.de teſt. v.Pap.24. Arreſt. 9.art.2. adde Boſſ. titu.de oppoſit.contra teſtes, n.70.71.72.*

b *l.1.ȝ eod.*

c Idem D. Ludouicus confirmauit.

d Vnius teſtimonio non creditur, quamuis, ſit illuſtris : *l.9.C. de teſtibus.*

e Iudicẽ quæſtionl immeritum ſubiicientem, pœna quidem teneri, nõ tamẽ talionis hinc adnotant : cum pœnæ cauſa quæſtionem decerni lex prohibeat. dixi ad *l.16.C.eod.*

f Pœnæ genus illud interdicitur, vt quis pœnæ cauſa torqueatur : Quæſtio enim non ad pœnã, ſed ad eruẽdam veritatem inuenta eſt. Tertull. *Apologetico.* Ciuilis non tyrannica dominatio veſtra eſt. apud Tyrannos tormenta etiam pro pœna adhibentur : apud vos ſoli (lego ſolos) quæſtioni temperatur, *&c.* quo etiam ex loco rectè colliges, in cõfitentem ceſſare tormenta, de confeſſo non haberi quæſtionem : *v.Cuiac.14.obſ.34.*

g Suſpicio vrgens facit ad quæſtionem inferendam, *vt hic. adde l.1.§.1.§.2.ȝ.eod. l.8. C.eod.* non facit ad condemnationem. *1.Harm.4.*

DE *h* POENIS *i*.

TIT. XIX.

Quo tempore ſpectatur conditio ſententiam paſſi.

3. De inope.

1. *Vlpianus*"lib. 8. Diſputationum."

QVotiens de delicto quæritur, Placuit non eam pœnam ſubire quem deberet quam conditio eius admittit eo tempore, quo ſententia de eo fertur : ſed eam quam ſuſtineret, ſi eo tempore eſſet ſententiã paſſus, cum *K* deliquiſſet. 1 ¶ Proinde ſi ſeruus crimen commiſerit, deinde libertatem conſecutus dicetur, eam pœnam ſuſtinere debet, quam ſuſtineret, ſi "tunc" ſententiam paſſus fuiſſet, cum deliquiſſet.

2 ¶ Per contrarium quoque ſi in deteriorem conditionem fuerit redactus, eam pœnam ſubire eum oportebit, quam ſuſtineret, ſi in conditione priore duraſſet.

3 ¶ Generaliter placet, in legibus publicorum iudiciorum vel *l* priuatorum criminum qui extra *m* ordinẽ cognoſcunt præfecti, vel præſides, vt eis qui pœnam pecuniariam egentes *n* eludunt, coercitionem extraordinariam inducant *o*.

De pœna capitali. 1. De deportatione. 2. De prouocatione. De eo qui damnandi ius non habet.

2. *Idem*"lib. 48. ad Edictum."

REi capitalis *p* damnatum ſic accipere debemus, ex qua cauſa damnato vel mors, vel etiam ciuitatis amiſſio, vel ſeruitus contingit. 1 ¶ Conſtat, poſtquam deportatio *q* in locum aquæ *r* & ignis interdictionis ſucceſſit, non prius amittere quem ciuitatem, quàm *ſ* Princeps deportatum in inſulam ſtatuerit. præſidem enim deportare non poſſe, nulla dubitatio eſt. Sed præfectus vrbi ius habet deportandi, ſtatimque poſt ſententiam præfecti amiſiſſe ciuitatem videtur.

2 ¶ Eum accipiemus damnatum, qui non prouocabit *t*. cæterum, ſi prouocet, nondum damnatus videtur.

¶ Sed & *u* ſi ab eo qui ius *x* damnandi non habuit, rei capitalis quis damnantus ſit, eadem cauſa erit. Damnatus enim ille eſt, vbi damnatio tenuit *y*.

De prægnante.

2. *Idem*"lib." 14. ad Sabinum."

PRægnantis *z* mulieris conſumendæ *a* damnatæ

h Singulare eſt quod de pœnis ſcripſit Cyprian. 2. *ad Donatum.* Ad hominis corpus vnum, plura ſupplicia eſſe quàm membra. i *6.C.47.9.C.Theod.49.Nou.134.60.Ecl.51.5.Decret.37.5.ſext.9.5.Clem.8.5.Extrauag.8.* adde *extrauagantem Ioannis 22. de pœn.* Pap.24. *Arreſt.10* Clarum *5.ſent.§.vlt.quæſt.67.ad fin 92:* Petr.Greg.*3.ſyntagm. c.1.* k Qui in ſeruitute deliquit, poſtea manumiſſus non punitur vt liber, ſed vt ſeruus, *Ecl. ibid. c.1.* Imò vt liber : *l.pen.ȝ.ſi ex noxali.* vide Cuiac. *10. obſ.22.in fin.v. hic* Bartol. *dixi ad Nou.115.* l Non in aliis cauſis, puta pecuniariis, *v Hotom.24 Illuſtr.2 quæſt.* m vide *l.8.ȝ.de publ.indic.* n Qui non habet in ære, luit in corpore, id eſt pœna pecuniaria ob crimen impoſita in corporalem conuerti ſolet, *l.7. §.3.ȝ.de iuriſdict. l.vlt.in fin.ȝ.de in ius vocand.l.9.ȝ.de incendio:l.6.in fin C. de modo mulctarum:l.4. verſ.quod ſit.C.de ſeruis fugitiuis, l.12.§5 §.vlt in fin.C.de adi.priuat.2. feudorum* 53. *§.1.Ecl.d.loco,c.2.* vide *Placitum Curiæ apud Lucium 2. placitorum 8.art.4.* vide Socinum *reg.8.* o *al.* indicant. p Pœna capitalis eſt quæ mortem naturalem vel ciuilem infert : ciuilis mors eſt, quæ ſeruitutem, (vel vt Gloſſa in *l.1.C.ne Chriſtianũ mancipium* refert) exilium. Hinc communi opinione definitur, ſatisfieri pœnæ capitali, reo in exilium miſſo. *Papon.24.Areſt 12.artic.3* id etiam mitius eſt, *Clarus 5. ſent. §.vlt.q.67.* q Deportatio in locum aquæ, & ignis interdictionis ſucceſſit, *vt hic* : & quidem Auguſti conſtitutione, qua quæ & ignis interdictio verita. *Dion. 39.v.Cuiac.6.obſ.39.* r dixi ad *l.1.§2.ȝ.de l.3.* ſ Principis ſolius eſt deportari iubere *l.6. §.2.ȝ.de interdictis. t.l.6.ȝ.de appellationibus*, prouocauir. *Vug.Hal.* u Paria ſunt damnari à non ſuo iudice, *vt hic.* & à ſuo iudice, damnatum quidem eſſe, ſed ab eo prouocaſſe. Neutro enim modo damnatus putandus eſt.

x *l.244 ȝ. de verb.ſign.*

y Damnatio non tenet, lata ab incompetente iudice, vel à quo eſt apellatum.

z Prægnantis mulieris pœna differtur, *vt hic* etiamſi prægnans ſit vnius diei : vel in ipſa cuſtodias ipſoque carcere prægnans facta ſit, v. Sebaſtianum Mediceum *tract. de morte.*

a *Paul.1.ſent.12.§5.60.Eclog.51.c.3.l.18.ȝ.de ſtatu hominum.* Quintilianus 277. Suppliciũ, inquit, prægnantis lex differri in diem partus iubet. Idem refert Clemens Alexand 2 *ſtromatum.* Idem receptum erat apud Athenienſes & Ægyptios, Ælianus 5 *de varia hiſtoria.* Plutarch. *in 16. de ſexta nominis vindicta.* Diodorus 3

pœna differtur *a*, quoad pariat. Ego quidem, & ne quæſtio *b* de ea habeatur, ſcio obſeruari, quamdiu prægnans eſt.

De relegatione & deportatione.

4. *Marcianus*"lib. 13. Inſtitutionum."

REelegati, ſiue in inſulam deportati, debent locis interdictis abſtinere, & hoc iure vtimur, vt relegatus interdictis locis non *c* excedat, alioquin *d* in tempus quidem relegato perpetuum exilium, in perpetuum relegato inſulæ relegationis, in inſulam relegato deportationis, in inſulam deportato pœna *e* capitis adrogatur *f*. & hæc ita, ſiue quis non exceſſerit in exilium intra tempus, intra quod debuit, ſiue etiam alias exilio non obtemperauerit. nam contumacia *g* eius cumulat pœnam, & nemo poteſt commeatum *h*, remeatumve dare exuli *i*, niſi *K* Imperator, ex aliqua cauſa.

De abſente. ſuſpicionibus. 2. De eo quod conſulto, vel caſu admiſſum eſt.

5. *Vlpianus*"lib. 7. de officio proconſulis."

ABſentem *l* in criminibus damnari non debere Diuus Traianus Iulio Frontoni reſcripſit. ſed nec ſuſpicionibus *m* debere aliquem damnari *n*, Diuus Traianus Aſſidio Seuero reſcripſit, *ſatius* o *enim eſſe, impunitum* p *relinqui facinus nocentis*, *quàm* q *innocentem damnare.*

¶ Aduerſus contumaces vero qui neque denunciationibus, neque edictis pręſidium obtemperaſſent, etiam abſentes *g* pronuntiari oportet ſecundum *ſ* morem priuatorum iudiciorum. Poteſt quis defendere hęc non eſſe contraria. Quid igitur eſt ? melius † ſtatuetur, in abſentes pecuniarias quidem pœnas, vel eas quæ exiſtimationem contingunt, ſi ſæpius admoniti per contumaciam deſint, ſtatui poſſe & vſque ad relegationem procedi. verum ſi quid grauius irrogandum fuiſſet, puta in metallo *t*, vel capitis pœnam non eſſe abſentibus irrogandam. 1 ¶ In accuſatorem autem abſentem nonnunquam grauius *u* ſtatuendum, quàm Turpilliani ſenatuſconſulti pœna irrogatur, dicendum eſt.

2 ¶ Refert & in maioribus delictis, conſulto *x* aliquid admittatur, an caſu. & ſanè in omnibus criminibus diſtinctio hæc *y* pœnam aut iuſtam eligere debet, aut temperamentum admittere.

Si damnatus dicat ſe habere quod Principi referat ſalutis ipſius cauſa. 1. De comitibus proconſulis, vel legati. 2. De variis generibus pœnarum.

6. *Idem*"lib. 9. de officio proconſulis."

SI quis fortè ne *z* ſupplicio adficiatur, dicat *ſe habere quod Principi referat ſalutis ipſius cauſa* : an remittendum ſit ad eum, videndum eſt ? Et ſunt plerique præſidum tam timidi, vt etiam poſt ſententiam de eo dictam, pœnam ſuſtineant, nec quicquam audeant, alij omnino non patiuntur quicquam tale allegantes. nonnulli neque ſemper, neque nonnunquam *a* remittunt ſed inquirunt quid ſit, quod allegare Principi velit, quidque quod" pro ſalute ipſius habeat dicere, poſt quæ aut ſuſtinent *b* pœnam, aut non ſuſtinent. quod videtur habere mediam rationem. cæterum, vt mea fert opinio, prorſus eos non *c* debuiſſe, poſteaquam ſemel damnati ſunt, audiri, quidquid allegent. quis enim dubitat eludendæ pœnæ cauſa ad hæc eos decurrere ? magiſque eſſe puniendos, qui tamdiu conticuerunt quod pro ſalute principis habere ſe dicere iactant ? nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere.

1 ¶ Si quos comitum *d* vel legati ſui reos proconſul inuenerit, vtrum punire eos debeat, an ſucceſſori ſeruare, quæri poteſt. Sed multa exſtant exempla, quæ nõ tantum officialium ſuorum, nec ſub ſe agentium, verum ſuos quoque ſeruos pœnæ adfecerunt : quod quidem faciendum eſt, vt exemplo *e* deterriti minus delinquant.

2 ¶ Nunc genera pœnarum nobis enumeranda ſunt, quibus præſides *f* adficere quemque poſ-

a Quid ſit ? *v.l.5. ȝ.eod.*

b Prægnans antequã pariat, neque punitur, neq; torquetur, *Paul. ibid. Eclog. ibi.*

c De pœnis refugarum vide Cuiacium *6.obſ.36.*

d Pœnarum gradus obſerua temporarium exilium, perpetuũ relegationẽ, deportationẽ pœnã capitis.

e Capitis pœna mors eſt.

f Irrogatur pœna capitalis.

g Contumacia pœnam auget.

h *v. l.31. in fi. e.*

i Banniti nõ ſunt in iure audiendi : *l.vnic. C. de nund.*

k Princeps ſolus dat remeatũ exuli. vide tamen exceptiones apud Romanum *ſingulari* 539. adde *l.5.in fin.ȝ.de re militari.*

l *v.l.1.ȝ.de requirendis reis : Paul.5. ſent.5.§.8.60. Ecl. 49.c.5.*

m ἐξ ὑπονοίας 1. *Harm.4.* ex leui ſuſpicione nemo damnandus eſt, *l. 3.§.1. in fin. ȝ. de minoribus.*

n Damnabitur vero, aut ſua confeſſione, aut ſi teſtibus legitimè conuictus eſt, *l.16.C. eodem.* vel indiciis luce clarioribus, *l.vlt.in fin.C. de probat.*

o Facit *l.47.ȝ. de obl.* Scipio & Antoninus dicebant, malle ſe vnum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes occidere, *Capitolinus in Antonino.*

p Liberationi fauetur, *l.47.ȝ. de oblig.*

q Vide exempla apud Ciceronem pro Roſcio Amerino, & Tiraq. de pœnis. *cauſ.59.*

r *Etiam* vox excluſiua alterius facti.

ſ Statuta ciuilia ad cauſas criminales rectè extendi hinc colligit Baldus *in praxi, titu. de ſtatutis : verſic.* 4. Nota etiam argumentum à pri-

uatis iudiciis ad publica, *vt l.6.C.de accuſat.* † Hodie in vſu id non eſt, cum abſentes etiam criminum rei damnentur. r Metallum. *Hal.* u Extraordinariæ : *l.3 in fin.C.qui accuſare non poſſunt* : pœna quinque librarum auri, vt in *l.fi.ȝ. de præuarica.* ſumptus litis etiam præſtantur, *l.3.C. qui accuſare.*

x *l.11.§.pen.ȝ.eod.*

y vtrum quis delinquat conſulto conſilio vel caſu dixit *l.2.ȝ. de legibus.*

z *l.10. C. eod.* Pœna non defertur damnati, hoc colore, quòd quædam ſe habere dicat Principi referenda, ſalutis ipſius cauſa. a neque vnquam. *Haloan.* neque nunquam, *Vulgat.* b id eſt, differunt. c quoties quis damnatus eſt, ſupplicium non eſt differendum, etiamſi quædam ſe habere dicit, quæ Principi referat, ſalutis ipſius cauſa. Hinc collige, multo minus ſupplicium eſſe differendum, ſi quis ſe rationibus priuato nondum redditis obnoxium dicat. d id eſt, iuriſperitorum adſeſſorum *l.4.ȝ. de officio adſeſſorum v.Cuiac 7.obſ.17.* e Pœnarum hic eſt finis, & ſcopus. Plato apud Senecam *de ira.16.* nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur : & Seneca *21. de ira.31* ad præteritum nunquam, ſed ad futurum pœna refertur : non enim iraſcitur, ſed cauet.

f Iudices qui de crimine cognoſcunt.

ſitis.

a Pœnis,vel vita, vel libertas, vel ciuitas adimitur, vel coërcitio corporis continetur, pecuniaria mulcta, vel infamia, vel dignitatis depoſitio.
b Fuſtis eſt ligneus baculus: nā Inter arma & tela fuſtes numerātur? l.3.§.2.ſ. de vi. l.54.§.2.ſ.de furt. Iſid. cap.27. palos eſſe ait. fuſte etiā quis occidi poterat, l.7.§.1.ſ. ad l.Aquil. l.1.§.17. ſ. de Sillaniano. μαςίγας ξυλίνας, à Tarquinio Su-

ſint. ¶ Et ſunt pœnæ,quæ aut *a* vitam adimant, aut ſeruitutem iniungant, aut ciuitatem auferant, aut exilium,aut coërcitionem corporis contineant.

7. *Calliſtratus* ‖libro ſexto de Cognitionibus.‖

VEluti fuſtium *b* admonitio *c*, flagellorum *d* caſtigatio,vinculorum *e* verberatio.

1. *De vitæ ademptione.* 4. *De condemnatione in metallum, vel in opus metalli.* 8. *vel in miniſterium metallicorum.* 9. *De carcere.* 10. *De calcaria & ſulphuraria.* 11. *De ludo venatorio.* 12. *De ſeruis.*

8. *Vlpianus*‖lib.9.de officio Proconſulis.‖

AVt damnum *f* cum infamia,aut dignitatis aliquam depoſitionem *g*, aut alicuius actus prohibitionē *h*.

1 ¶ Vita adimitur, vt *i* puta ſi damnatur aliquis, vt gladio *k* in eum animaduertatur. Sed animaduerti gladio oportet, non ſecuti *l*, vel telo, vel fuſti, vel laqueo vel quo alio modo. Proinde nec *m* liberam mortis facultatem concedendi ius præſides *n* habent: multo magis *o* vel veneno *p* necandi. Diui tamen fratres *q* reſcripſerunt, permittentes liberam mortis facultatem.

2 ¶ Hoſtes *a* autem, item *b* transfugæ *c* ea pœna adficiuntur, vt viui *d* exurantur †. 3 ¶ Nec ea quidem pœna damnari quem oportet, vt verberibus necetur *e*, vel virgis interimatur,nec tormentis *f*: quamuis pleriq; dum torquētur,deficere ſolent. 4 ¶ Eſt pœna,quæ adimat † libertatē huiuſmodi, vt puta ſi quis in metallū *g*, vel in opus metalli damnetur. metalla autē multa *h* numero ſunt. & quædam quidē prouinciæ habent,quædam non habent, ſed quæ non habent in eas prouincias mittant, quæ metella habent. 5 ¶ Præfecto planè vrbi ſpecialiter *i* competere ius in metallum damnandi, ex epiſtola Diui Seueri ad Fabium Cilonē exprimitur.

6 ¶ Inter eos"autem,"qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnantur, differentia *k* in vinculis tantum *l* eſt, quod qui in metallum damnantur grauioribus vinculis premuntur, qui in opus metalli, leuioribus. quodque refugæ ex opere metalli, in metallum dantur, ex metallo grauius *m* coercentur. 7 ¶ Quiquis autem in opus publicū *n* damnatus refugit *o*, duplicato tempore damnari ſolet. ſed duplicare eum id temporis oportet,quod "ei" cum ſupereſſet,fugit. ſcilicet ne illud duplicetur,quod adprehēſus in carcere fuit. Et ſi in decem annos damnatus ſit, aut perpetuari ei debet pœna, aut in opus metalli tranſmitti. ¶ Planè ſi decennio damnatus fuit, & initio ſtatim fugit videndum eſt, vtrū duplicari ei tempora debeant, an vero perpetuari, vel transferri in opus metalli? Et magis eſt, vt transferatur, aut perpetuetur. generaliter enim dicitur, quotiens decennium exceſſura eſt duplicatio, non eſſe tempore pœnam arctandam. 8 ¶ In miniſterium metallicorum fœminæ *p* in perpetuum, vel ad tempus damnari ſolent. ſimili modo & in ſalinas *q*. Et"ſi" quidem in perpetuum fuerint damnatæ, quaſi ſeruæ pœnæ conſtituuntur. ſi vero ad tempus damnantur,retinent ciuitatem. 9 ¶ Solent Præſides in carcere *r* cōtinendos dānare,aut *ſ* vt in vinculis *t* contineantur,ſed id eos facere non oportet. nā huiuſmodi pœnæ interdictæ ſunt. carcer enim ad continendos homines, non *u* ad puniē-

perbo primū excogitatos refert Suid. Hanc pœnā ξυλοκοπίαν vocat Polyb.6.*hiſt.*Ci
cero fuſtuariū 3.*Philipp.*& Liuius 5.noſtri, *baſtonnades* prope diceret:quod ſuppliciū
Turcis hodie vſitatiſſimū.fuſtigari ξυλοκοπεῖσϑαι *Polyb.6.* ῥαβδοις αἰκίσασϑαι.Plut.
in Graccho, ῥοπαλίζεσϑαι 60 *Ecl.5.c.25.* à fuſte etiā fuſtuarius,qui & male à quibuſ
dam virgator. Veſtitis fuſtes inferebātur,vt nudis flagella interdū ſine ſanguine quis
fuſtigari poterat 2 *feu.17. verſ.ſi quis aliquē:*fuſtib.liberti cædebantur,*l.1.§.10.ſ de*
*off præf.vrb.*vt & liberti tenuiores,*l.10.§ 2.j.eo.l.vlt.ſ. de iniur.* qua de re,hoc eſt,
fuſtib.& flagellis,dixi plenius ad *l.12.j. de iure fiſci.*non honeſtiores, vt decuriones,
fuſtib.& flagellis,dixi plenius ad l.12. j. de iure fiſci. non honeſtiores, vt decuriones,
*l.5.C.ex quib.cau.infam.*flagellatio fuſtigatione multo grauior erat,*l.10.j.eod.* Hinc
vetitū ne quis fuſtiget equos curſui publico deputatos *l.1.C.de curſu pub.*Fuſtigantur
liberti contumelioſi in patronū, *d.l.10.* ſed & ij qui negligenter ignem cuſtodiunt.
*l.3.§.1.ſ.de off.præf.vigilum:*calumniatores *l.16.C.ex quib.cauſ. infam.* periuri,*l.13.*
*ſ.de iniur.*qui agmen excedebant milites, *l.3.§.18.j.de re milit.*fuſtigabatur quoque
miles ex acie fugiens, *Velleius 2.Vol.* & decimus quiſque in decimatione. *Tacitus*
14. adde *de militie. Liuium* 5.huic adfinis, pœna vitis ſc.qua milites adficiebantur
de qua dicam ad *l.13.§.4.j. de re milit.*An fuſtigatio infamet, dicam ad *l.10.in fin.*
eod. c Fuſtis ictus, admonitio hic dicitur: vt eo melius notetur huius pœnæ le-
uitas ad comparationem flagellationis. dixi ad *l.12. j. de iure fiſci.*ſic fuſte & verbis
fit emendatio: *l.9.§.3.ſ de off.proconſ.* d Seu flagellatio flagellum à flagro, pœna
ſeruilis *l.10.j.eo.l.4.§.1.ſ.de incendio.*Flagellare μαςίζειν. *act.25.verſ.25.*rei nudi
corpore flagellabantur. Hinc Iuuenalis 6.Rubet ille flagellis. Grauior erat flagella-
tio fuſtigatione, ideoque horribilis dicitur Horatio,horribili ſectere flagello 1. *Sa-*
*tyr.3.*Hinc quadrageſimum ictum flagellationis excedi Moſes vetuit *Deut.25.in pr.*
Flagellorum autem variæ ſpecies erant:leues,vt frondium,virgarum:nodoſæ,vt acu-
leatæ,& ſcorpiones 5.*Iſid.27.*pueri ferula cædi ſolebant,*l.1.§.3.ſ.de Silaniano: Iu-*
uen.Satyr.1.& 6 Lorum,vnde lorarij,& ſcutica,ex corrigiis coriaceis,Galli *eſcorgées.*
Flagella quoque dicuntur flagra ex teſtibus compacta aurigis familiaria, quæ mota
ſonitum reddunt:inſonuitque flagello *Virg.5. Æneid.*Hinc equos publico curſui de-
putatos non lignis,nec fuſtibus tantummodo flagello agitari decretum, *l.1.de curſu*
publico. Plumbei nodi interdum flagellis addebantur (hinc plumbatarum verbera,
l.2.5.C.de exact.tribut.) Interdum erant hamata, de quibus ita Tertullianus *in ſcor-*
*piaco aduerſus Gnoſticos in pr.*Inde ſcorpij ſeries illa nodorum venenata, intrinſe-
cus venula ſubtilis arcuato impetu inſurgens, hamatile ſpiculum in ſummo, tor-
menti ratione,reſtringens. Porro virgas, lex Porcia ab omni ciuium corpore remo-
uerat,*Cic.pro Rabirio.Liuius 1.Decad.10.Salluſtius in coniur. Catilinaria. Suet.in Nero-*
ne cap.49. Reperio poſtea & flagella etiam remota, *Act.45 verſ.* e Vincula hic
pro habena ſumi puto,*l.1.§.33.ſ.de Sillan.*vel pro loris.Galli *eſtriuieres*:ne alioquin
dicas cum Accurſio vinculorum verberatione hic annui, carceratos fuſtib.verberari.
f Pœna eſt,pecunia & infamia mulctari: pœna eſt,famæ amiſſionem pati, v.Cla-
rum 5.*ſent.§.vlt.q.72.* Petrum Gregorium 31.*ſyntag.29.* g Hinc clarus notat iudi-
ces officiales,Clericos,Prælatos, & Epiſcopos, delicti nomine vel beneficio priuari
poſſe 5 *ſent. §.vlt.q 73.* & vtile ait,degradari, *v.eundem ibi q.74.*de depoſitione,de
gradatione,ſeu exauctoratione, *v.Petr.Gregorium 31.ſyntag.30.* h De Pena ſuſpen
ſionis v.eundem Clarum 5.*ſent.§.vlt.q.75.*Petrum Gregorium 31.*ſyntag.30.n.5.*
i Exempli cauſa hoc ſubiicit Paul.ſumma ſupplicia ſunt, crux crematio, decolla-
tio 5 *ſent.17.§.2.* k Decollatio hæc pœna vocatur à Paulo 5.*ſent.17.§.2.*hinc gla-
dio coërcere Saluian. *lib.7.de vero iudicio & prouidentia,lib.30.in fin.C.de adulteriis.*
S Securis pœna grauior, & ignominioſior, quam pœna gladij, hinc Caracalla in
Papiniani percuſſorem, gladio, inquit,exequi te oportuit meum iuſſum. *Spartianus*
*in Caracalla,& in Geta.Xephilinus in Caracalla.*Hinc colligere poſsis,pœnæ genus ſen-
tentiæ comprehenſum,vel augeri,immutari non poſſe à præſide, *de quo v.l.27.j.eo.*
m Liberum mortis arbitrium ſoli Principes, non Præſides damnatis poſſunt per-
mittere. Quintil.*Declam.1.ante fin.*hoc tantùm ab affectibus veſtris omnium morta-
lium nomine,peto,ne cui nocenti pœnæ præſtetur arbitrium?infinitam,iudices,ſce-
leribus aperietis audaciam,ſi pœnam licet eligere condemnato,nec iam vllam mor-
talium innocentiam trepidatione contineas ſi patitur deprehenſus quiſque, quod
maluit,*& poſt,*nulla pœna eſt,niſi inulto,& cætera quæ ibidem v. n ſed Imp.*j.eo.*
o Multò minus *Hal.*Vetrauius Maurus *ad lib.15. Taciti,*hanc lectionem probat:ſic
apud Tertullianum,multo magis,pro multò minus ſumitur *lib.de Trinit.*Deum mul-
to magis templum non capit,quem mundus non capit. e Veneni nulla pœna eſſe
debet legitur tamen (fortè iniuria potius quàm iure) Ariſtodemum Dianæ Epheſi-
næ pontificem,à proconſule impetraſſe, duobus vt reis venenum daretur, & quidem
datum refert Abdias 5 *hiſtoia apoſtolicæ.* quin & veneno necandi pœna apud Athe
nienſes vſitata fuit, *Diod.18. vbi de Phocione eiuſque ſociis vltimo ſupplicio damnatis:*
Eadem mors (cicutæ ſcil.) Euphrati philoſopho permiſſa eſt ab Adriano *Xiphilinus*
*in Adriano:*adde & Sueton. *in Nerone c.36.* vbi de quibuſdam necatis veneno,& fa-
me,tractat. q Liberum mortis arbitrium Principes damnatis interdum concedunt
vt hic. Ægyptij hoc paſſim concedebant, *Diodor.lib...*Conceſſerunt id etiam Impe-
ratores. ſic Aſiatico Vitellius perſuadet, vt à Claudio petat ἵνα ὅπως αὐ βϑληϑῇ
ἀποϑανῇ.*Dion.98. Xiphilinus in Claudio: Tacitus 11 in pr.*& Domitianus Ocellatis
ſororibus,item Varonillæ Veſtalibus,inceſti accuſatis liberum mortis arbitrium per-
miſit *Suet.in Domitiano c.8.* Idem Domitianus *ibid. c.11.* damnatis liberum mortis
arbitrium indulget.v.*Tacit.16.* vbi refert Neronē per ludibrium dicentem,æquum

etiam legi poſſe monet:hoſtes,id eſt, transfugæ,vt hoſtes pro transfugis
b i. ita legit Cuiac.6.*obſ.27.*Nam & alibi hoſtes pro transfugis *l.11.§.*
notantur infam. c Transfugæ viui exurendi,*v.l.38.§.1.j.eo.* d vide
comburio notaui d *vnic.C.de Nili aggerib.* † *v. Nou.Leon.67.* e Roma
poribus hominis ceruix furcæ inferebatur,reique corpus,ad necem vſque
debatur,*Suet.in Neron.c.49.*Poſtea Valeria lex vetuit quemquam ciuium
prouocantem cædi,ſecuriq; necari,ſi quis aduerſus ea feciſſet,nil vltra
bè factum adiiciés vinculum ſatis eo tempore validum,cùm hodie vix
netur quiſquam. Eam inſecuta lex Porcia grauem pœnā adiecit,*Liuius 10.*
cero *pro Rabirio.*An de ciuibus Romanis contra legem Porciam verberatis
tis plura dicenda ſunt?*& lib.5.in Verrem,* ô lex Porcia.*& poſt:*huccine tan
reciderunt, ciuis Romanus deligatus in foro virgis cædatur? Porciæ legi
Salluſtius *in libello Catilinario.*Idem vetitum fuit lege Moſis,*Deut.25.in p.*
ſtum in pro ſcapulis.l.8.ad l.Iuliū de vi publ.& Actorū Apoſtolorū,c.22.
ſ.de qu. † Hodie ingenuis libertas ſententia adimi non poteſt *Nou.*
g Sunt hæc diuerſa damnari ad metallum, & ad opus metalli,de quo v.
h Metalla multa fuerunt, veluti in Macedonia, Epheſi,in Hiſpania:hinc
vel potius Elaphoneſia) & Proconeſia,*v.fragmentum Gregoriani C.tit.15.*
*Moſaic.*φοινησία,*Theo.Epiph.v.Pitheum d.tit.15.fol.159.*Gypſenſia abiit
metallorum feraciſsima,*v.Cuiac.obſ.27.Nou.20.c.3* Docimena, Troadenſia
C.Th.de indulg.debit. i *v.l.6.§.1.j. de interdictis.* k Metalli pœna dam
uioribus vinculis premitur,ac durius etiam punitur ſi transfugiat, quàm
opus metalli,*vt hic:*adde *§.3.j eo.l.10.§.1.l.29.§.6.l.36. j. eo. l.5.ſ. de*
*pen.ſ.ſtellion.*Papo 3.*Not.10.c.des remiſsions.* hinc differentiam facit inter
ad triremes,& ad opus triremium. Pœna metalli *l.24.§.5.ſ.de fideicom.*
tallum damnatio,*l.46.ſ de manum.teſt.* mediocrium delictorum pœnæ
ſent.17.§.2. l Aliàs exigua eſt differentia,*l.5.in fin.j.de variis,& extr.*
m Summo ſuplicio,*l.28.§.13.j eo.* n minimis delictis inferebatur hæc
5.*ſent.17.§.2.* o adde *Nou.223.c.11.* e Fœmicæ in miniſterium etiam
damnari ſolent,*l.9.C.eo.*metallicos,intellige damnatos ad metallū. q
opus mulieres damnari poſſunt:*l.6.j.de captiuis:*ſalinæ,locus vbi fit ſal,
*iuſque:*ex ſalinis principes vectigalia loco colligebant.*l.59.§.ſ.de hæred.*
*publicis,l.7.in fin de verb.ſign.l.1.ſ.de publicanis:*vnde inter regalia iura
2.*feudorū 56.tit.quæ ſunt regalia.* Illud ſingulare, quod refert Athenæus
φιςῶν 1.à Lyſimacho iam olim in Troade vectigal ſalinarum inſtitutum
id quaſi refugiente,exaruiſſe ſalinas,ac remiſſo vectigali,rurſus prodiſſe
*obſ.31.*Interdum erant priuatorum,*l.5.§.1.ſ.de rebus eorum qui ſub tutela*
3.*ſ.de vſufr.leg.4 §.7.j.de cenſib.* r Perpetuo:Carceres ad perpetuos
dus eſt.Cauſa dubitādi ſumi poteſt ex eo,quod Cicero refert 4.*Catil.*
& ea ſempiterna,certè ad nefaria ſcelera inuenta ſunt.Quin pœnam carceris
tui in vſu fuiſſe ſub Amulio refert Halicarn.apud Venetos,& Caſtellanos,
ricos,(quib.quenquam interficere,i.ad mortem condemnare, non licere,
vſitatum eſſe refert Clarus: quibus tamen permittit,ait,reū tanta cibi
mere vt inde etiam moriatur,Clarus 5 *ſent.§.vlt q.70.* quod, quid aliud
quam necare?*l.4.ſ.de agnoſcendis liberis,*ſed de perpetuis carcerib. dicā
Eman. c.8 ſ Aliud eſt in carcere contineri,aliud in eo vinciri, *l.218.j.*
t Vinculis perpetuis,*Hugo à Portal.31.j. eo.* Caius Varienus ea pœna
Senatu,quod ſiniſtræ manꝰ digitos ſibi ne militare,bello Italico amputaſſet
tis præterea omnib.eius bonis 6.*Val.3.*Huiuſmodi perſonæ murci dicebantur
15 *obſ.30.* u Carcer ad cōtinendos nō ad puniendos homines haberi debet
*exact.trib.*Imo ad puniendos,*l.3.in fi.ſ.de cuſtodia,*hinc carceres à coërcendo
*de lingua,*præſertim ſi in locis ſubterraneis fuerint,qualia fuerūt apud veteres
*de cuſt.reor.*vt Lautumiæ apud Syracuſ. *Cic.in Pratura vrbana,act.vlt.*
rib.plenū apud Perſas,*Suid.*& apud Spartian. *Thucid.1.Pauſ.in Meſſeniacis*
dos

nienſes, Tullianus
locus,& ſcalæ Ge-
moniæ apud Ro-
manos. Liuius etiã
ſcribit libr. 1. car-
cerem ad terrorem
creſcentis audaciæ
in media vrbe æ-
dificatum, & foro
coniunctum. Plato
10. *de legib.* carce-
ris tres ſpecies fa-
cit, cuſtodiæ, cor-
rectionis, & ſup-
plicij, *v. Petr. Gre*
gor. 31. ſyntagm. 33.
a Sed diligẽtioris
cuſtodię cauſa, *l.* 6.
§. 7. *ſ. de iniuſto.*
b ἀρεσκον ποιεῖν,
60. *Ecl.* 11. *c.* 9. &
11. *fol.* 538. Calca-
ria locus in quo
calx coquitur: cal-
carius qui coquit,
Cato de re ruſtica
c. 16. Calcaria for-
nax, 27. *Plin* 9.
c *Ecl. ibid.* de ſul-
phure, *v. l.* 52. §. 8.
ſ. de furtis.
d § 12. *ſ. eo.* Vena-
torius ludus diſtat
à gladiatorio.
e diſtant, *Hal.* hoc
enim tantum di-
ſtant, *Vulg.* quam
ſequitur Cuiacius
13 *obſ* 10.
f Cæteris qui in-
ſtituuntur, &c. Cu-
iacius ad 5. *Paul.*
ſent. 17. §. 2. vt ſit
ſenſus, dãnatos in
ludum venatoriũ,
pœnæ ſeruos eſſe:
eos qui inſtituun

dos *a* haberi debet. 10 ¶ In calcariam *b* quoque, vel
ſulphurariam *c* damnari ſolent. ſed hæ pœnæ metalli
magis ſunt. 11 ¶ Quicunque in ludum venatorium *d*
fuerint damnati, videndum eſt, an ſerui pœnæ effician-
tur. ſolent enim iuniores hac pœna adfici. vtrum ergo
ſerui pœnæ iſti efficiantur, an retineant libertatem, vi-
dendum eſt. & magis eſt, vt hi quoque ſerui efficiantur.
hoc enim diſtat *e* à cæteris *f*, quod inſtituuntur vena-
tores, aut pyrricharij *g* aut (in) aliam quam voluptatem
geſticulandi, vel aliter ſe mouendi gratia. 12 ¶ Seruos
in metallum, vel in opus metalli, item in ludum vena-
torium *h* dari ſolere, nulla dubitatio eſt. & ſi fuerint
dati; ſerui pœnæ efficiuntur. nec ad eum pertinebunt,
cuius fuerint antequam damnarentur. Denique cum
quidam ſeruus in metallum damnatus, beneficio prin-
cipis eſſet iam pœna liberatus, Imperator Antoninus
rectiſſimè reſcripſit, quâ *i* ſemel domini eſſe deſierat,
ſeruus pœnæ factus, non eſſe eum in poteſtatem domini
poſtea reddendum. 13 ¶ Sed ſiue in *k* perpetua vin-
cula fuerit damnatus ſeruus, ſiue in temporalia, eius *l*
remanet, cuius fuit antequam damnaretur.

De aduocationibus & poſtulationibus. 4. *De foro.* 5. *De in-
ſtrumentis, libellis, teſtationibus.* 6. *De loco in quo inſtrumenta
deponuntur.* 7. *De teſtamentis.* 8. *De negotiis publicis.* 9. *De ne-
gociationibus.* 11. *De decurionibus.* 12. *Et eorum parentibus
& liberis.* 16. *De ſtatu liberis.*

9. *Idem* lib. 10. de officio Proconſulis

MOris eſt, aduocationibus *m* quoque præſides inter-
dicere; & nõnunquam in perpetuum interdicunt,
nonnunquam ad tempus, vel annis metiuntur, vel etiã
tempore, quo prouinciam regunt. 1 ¶ Nec non ita
quoque interdici poteſt alicui, *vt certis perſonis adſit n.*
2 ¶ Poteſt & ita interdici cui, *ne apud tribunal præſi*
dis o poſtulet. & *p* tamen apud legatum, vel procuratorẽ
non prohibetur agere. 3 ¶ Si tamen *a ua legatum pro-*
hibitus fuerit poſtulare, credo per conſequentias *q*, ne qui-
dem apud præſidem relictam illi poſtulãdi facultatem.
4 ¶ Nonnunquam non aduocationibus cui interdi-
citur, *ſed foro r.* Plùs *ſ* eſt autem foro, quàm aduocatio-
nibus interdicere. ſi quidem huic omnino forentibus
negotiis accommodare ſe non permittatur *t*. Solet
autem ita vel iuris ſtudioſis *u* interdici, vel aduocatis,
vel *x* tabellionibus, ſiue pragmaticis *y*.

tur vt ſint venatores, & pyrricharij, & geſticulatores, non itẽ. ſed ab ea emendatione
recedit 13. *obſ.* 10 hoc ſenſu, damnatos ad ludum venatorium non minùs ſeruos pœ
næ fieri, quam qui dãnantur ad beſtias, vel gladium: in eo tamen diſtare, quod con
ſeruantur ad populi voluptates, vt diſcant venari in theatro, & pugnare cũ beſtiis,
vel vt artem diſcant mimicam, vel pyrricam. Illi, id eſt damnati ad gladium vel ad
beſtias, intra annum conſumendi ſunt, *Paul. 5. ſent.* 17. § 2. *Vlp.* 10. *collat. leg. Moſaicar.*
hi, id eſt, dãnati ad ludum gladiatorium vel venatorium, poſt quinquẽnium pileari,
& rudem accipere ſolebant. & præfici cæteris gladiatoribus. Cuiac. exiſtimat huius
modi ludos non tolli per leg. 1. *C. de gladiat.* Idem ad hoſce ludos refert leg. 25, §. 3.
ſ. de adq. hered. & l. 1 *ſ. de abigeis.* non ad pœnam damnatorum ad gladiũ aut beſtias.
g Pyrricha eſt ſimulachrum pugnæ equeſtris, quæ Troia dicitur, πρόλις, ὁπλίτας,
Heſychius & ἱππασία. Dioni ad pedeſtrẽ pugnam etiam trahitur. Marius Plotius
Grammaticus in *lib. de Metris.* ex Ariſtotele, huius luſus authorem facit Achillem,
alij Pyrrhum Cydoneum, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare docuit ad pedis
pyrrichij ſonum: quod etiam Nicolaus confirmat apud Stobæum, *v. Cuiac.* 13. *obſ.* 10.
Iulius Cæſar Scaliger ſcribit ſe coram Maximiliano Imperatore pyrricham tepræ
ſentaſſe 1. *poëtices* 18. h de quo dixi §. 11. *ſ. eo.* i quia ſemel, *Vulg. Hal. l.* 11. *C. eo.*
k *v. l.* 1. *in fi. C. qui non poſſunt ad libertatem.* l eiuſdem domini manet. m Aduo-
catione quis interdici poteſt vel in perpetuum vel ad tempus, *l.* 1. §. 13. *ſ. de offic.*
præfect. vrb. l. 6. *in fi. ſ. de poſtulando: l* 6. §. *vlt. ſ. mandat. l.* 1. *C. de poſtul.* n Iuriſcon
ſultorum eſt adeſſe clienti, adſunt enim vel vt aduocati, vel vt aduocatis ſuggerant
rationes Ouid. *in arte*: Munera det diues, ius qui profitebitur adſit: Facundus cauſam
ſæpè clientis agat, *v. Cuiac.* 12. *obſ.* 9. *in fin.* o adde *l.* 7. *ſ. de poſtul.* p Argumentũ
à maiori ad minus non valet, ſi negatiuè concipiatur. q Argumentum à minori
ad maius valet negatiuè conceptum. r Foro interdici pœnæ ſpecies. ſ Fori por
tio eſt aduocatio. Aduocatione interdicta, reliquæ fori tractationes non ſunt inter
dictæ, foro interdicto aduocationes interdicuntur. t permittitur. u l. profeſſori
bus, adſeſſoribus, comitibus iudicum. *obſ.* 2. *l.* 54. *ſ. de off. adſeſſor.* de variis Iuriſcon
ſultorum appellationib. *v. Cuiac.* 7. x Tabelliones hic ſeparantur à iuris ſtudioſis:
vt & aduocatis. Cæterum quod ad tabelliones attinet, ex Nouell. Leonis περὶ πολι
τικῶν σωματείων διατάξεων intelligitur certum fuiſſe tabellionum corpus ſub
primicerio, à quo, de collegij ſententia tabelliones creabantur, non niſi homines
fidei probæ, peritiſſimi loquendi, ſcribendique iuriſperiti qui tenerent libros 60.
Baſil. & haberent ἐπὶ σώματος 40. titulos Enchiridij (horum mentionem facit Har
menopulus in *præfatione.*) Hoc etiam adijcitur creationẽ eorum inſinuandam P. vrbi,
creatoribus iurantibus, ſe nec ambitione, nec gratia vlla: ſed ſola virtutis conſcien-
tia ad noui Tabellionis electionem adductos, atque ita in ſecretario P. vrbi anuli
ſignatorij oblatione, eius promotionem fieri. Duci autem eum ad P. vrbi indutum
Epheſtride, ac deinde promotione facta ad templum, cæteris tabellionibus eadem
indumenta gerentibus, ibique pro Epheſtride, ei à ſacerdote dari album φελώνιον
ſuperdicta prece. Adijciuntur & inepta quædam alia, ad extremum licere συμπο
σιάζειν μετὰ τῶν συμπεσόντων καὶ συνευφραίνεσθαι quæ omnia in Doctoribus crean
dis plerique nunc obſeruant diligenter. Hæc ante quoque nota ſunt à Iuriſconſulto
maximo Cuiac. in *l.* 1. *C. de decur.* y Pragmatici porro homines dicuntur, multo
rerum vſu periti & ſolertes, quaſi aduocatorum poſtici, dicendorũ que ſuggeſtores.
Quintil. 3. & 12. Iuuenal. *Satyr.* 7. Si contigit aureus vnus, Inde cadunt partes in fœ
dera pragmaticorum. Pragmatici, Gallis *Practiciens.* veriſimile eſt Vlpianum prag
maticis hic adiunxiſſe *rabularios* qui & ramularij Gloſsis dicuntur & ἀπὸ τῶν αὐτο
προσώπων quod vicem procuratorum ſuſtineant, *v. Cuiac. in obſ.* 34.

5 ¶ Solet & ita interdici, ne *a* inſtrumenta omnino
forment, néve *b* libellos concipiant, vel teſtationes *c*
conſignent. 6 ¶ Solent & ſic, ne eo loci ſedeant, quo
in publico inſtrumenta deponuntur, archio *d* fortè, vel
grammatophylacio. 7 ¶ Solet & ſic, vt teſtamenta ne
ordinent, vel ſcribant, vel ſignent.
8 ¶ Erit & illa pœna, ne quis negotiis publicis in-
terueniat. hic enim priuatis quidem intereſſe poterit,
publicis prohibebitur, vt ſolent, quibus ſententia præ-
cipitur δημοσίων ἀπέχεσθαι *e*, *id eſt publicis abſtinere.*
9 ¶ Sunt autem & aliæ pœnæ, ſi negociatione *f* quis
abſtinere iubeatur, vel ad conductionem eorum quæ
publicè locantur, accedere, vt ad vectigalia publica.
10 ¶ Interdici autem negotiatione plerumque, vel
negotiationibus ſolet. ¶ Sed damnare, vt quis nego-
tietur, an poſſit, videamus. & ſunt quidem hæ pœnæ, ſi
quis generaliter *g* tractare velit, inciuiles *h*, inuitum
hominem iubere facere, quod *i* facere non poteſt. Sed
ſi quis ſpecialiter tractauerit, poteſt eſſe iuſta cauſa cõ-
pellendi *k* cuius ad negociationem, quod ſi fuerit, ſe-
quenda erit ſententia. 11 ¶ Iſtæ ferè ſunt pœnæ, quæ
iniungi ſolent. Sed enim ſciendum eſt, diſcrimina eſſe
pœnarum, neque *l* omnes eadem pœna adfici poſſe. nam
in primis decuriones *m* in *n* metallum damnari non
poſſunt, nec in opus metalli, nec furcæ ſubijci, vel viui
exuri. & ſi fortè huiuſmodi ſententia fuerint affecti, li-
berandi erunt, ſed hoc non poteſt efficere qui *o* ſenten-
tiam dixit: verùm referre ad principem debet, vt ex au-
ctoritate eius pœna aut permutetur, aut liberaretur *p*.
12 ¶ Parentes quoque, & liberi *q* decurionum in
eadem cauſa ſunt. 13 ¶ Liberos non tantum filios
accipere debemus, verùm omnes *r* liberos.
14 ¶ Sed vtrùm hi ſoli, qui, poſt decurionatum *ſ*
ſuſcepti ſunt, his pœnis non ædificiantur, an verò om-
nes omnino liberi, etiam in plebeia familia ſuſcepti, vi-
dendum eſt, & magis puto, omnibus *t* prodeſſe debere.
15 ¶ Planè ſi parens decurio eſſe deſierit: ſi quidem
iam *u* decurione fuerit editus, proderit ei, ne adficiatur.
enimuerò ſi poſteaquam plebeius factus eſt, tunc ſuſci-
piat filium, quaſi plebeio editus, ita erit plectendus.
16 ¶ Statuliberum quaſi *x* liberum eum iam punien-
dum, Diuus Pius Saluio Marcianus reſcripſit.

De ſeruis. 1. *De damnatis in metallum.* 2. *De infamia.*

10. *Macer* lib. 2. de publicis iudiciis.

IN ſeruorum perſona ita obſeruatur, vt exemplo hu-
miliorum puniantur, & ex quibus cauſis liber fuſtibus
y cæditur, ex his ſeruus flagellis *z* cædi, & domino reddi
iubetur: & ex quibus liber fuſtibus cæſus, in opus publi-
cum damnatur: ex his ſeruus ſub pœna vinculorum ad
eius temporis ſpatium, flagellis cæſus, domino reddi iu-
betur. Si ſub pœna vinculorum domino reddi iuſſus, nõ
recipiatur, venundari: & ſi emptorem non inuenerit, in
opus publicum, & quidem perpetuum, tradi iubetur.
1 ¶ Qui ex cauſa in metallum dati ſunt, & poſt hoc
deliquerunt, in eos tanquam metallicos *a* conſtitui de-
bet: quamuis *b* nondum in eum locum perducti fuerint,
in quo operari habent. nam ſtatim, vt de his ſententia
dicta eſt, conditionem ſuam permutant.
2 ¶ In perſonis tam plebeiorum quam decurio-
num illud conſtitutum eſt, vt qui *c* maiori pœna

a Hæc omnia quæ
ſequuntur ad ta-
belliones referri
poſſe puto. audiui
tamen, qui inſtru-
mentorum forma-
tionem referri di-
ceret ad tabellio-
nes, libellorũ cõ-
ceptionem ad ad-
uocatos, teſtatio-
num conſignatio-
nem ad iuris ſtu-
dioſos, de quibus
§. *prox.* adde quæ
ſcripſi ad *l.* 2. *C. de*
error. aduocat.
b Tabellionis hoc
erat munus: *l.* 2.
C. de error. aduo-
cat.
c Teſtatio eſt
actus teſtandi, *l.* 2.
ſ. de nautico fœno-
re, l. 1. *ſ. de ſponſa-*
lib. l. 3. *ſ. de concu-*
bin. l. 14. §. 5. *ſ. de*
Cuſtodia, Cicer. 7.
Verrina. Ouid. 4.
de Ponto.
d Archiuo, *Vulg.*
& ita ſcribitur
apud Tertullian.
c. 20. *Apologetici*:
ſed rectè archium,
ἀρχεῖον, *l.* 30. *C. de*
epiſcop. audient. eſt
principis domus,
vel locus in quo
inſtrumẽta priua-
ta & publica de-
ponuntur, *vt hic*:
& teſtamẽta, *Paul.*
4. *ſent.* 6. §. 1. Ec-
cleſiæ archium
Cimeliarchiũ ap-
pellatur, *l* 20. *C. de*
agricol. & cenſit.
quod in eo ſint
κειμήλια, id eſt,
ſacra vaſa, vel κει-
μηλιοφυλάκιον a
Nou. 74. *c.* 4. *in fi.*
vtilitas Archij ex
eſt, vt ex eo ſit, vn-
de peti poſſint in-
ſtrumẽta, ſi exem-
plum ſit amiſſum.
Hinc colligit Cu-
iacius in archium
redacta, ad autho-
ritatem valere, li-
cet ſint deſtituta
ſolemnitate, vide
Cuia. apud Paul. 4.
ſent. 6. §. 1. & Cra-
uetam de antiquit temporum. e v. Antonium Auguſtinum 4. *emendat.* 16. orationem
Cæſaris apud Dionem 53.
f §. 10. *ſ. eod. l.* 1. §. 13. *ſ. de off. præf vrb. l.* 24. *ſ. de pign.*
g De interdictis pœnarum generibus ſcripſi ad *l.* 10. *ſ. de interdictis & relegat.*
h Inciuiles pœnæ tyrannicæ vnde & Tertullianus in Apologetico, ciuilem domi-
nationem opponit tyrannicæ.
i Inciuile eſt quemquam cogi facere quod non poſſit facere.
k Poteſt quis compelli à iudice ad negotiationem faciendam, adde l. 3. §. 6. *ſ. de*
iur. fiſc. l. 11. *in fi. ſ de publican.*
l Pœna eadem non omnes adficiendi. Cur ita? quia lex in abſtracto, pœnam exæ-
quat delicto, arithmetica proportione, citra προσωποληψίαν: in concreto, Geome-
trica: nec tantum quid facto debeatur, ſed quid congruat rei aut accuſatori deſpi-
cit. Perſonarum enim ingenia, voluntates, dignitates, ſtatus, conſilia, dicta, & facta
inæqualia ſunt, vt iis citra iniuſtitiam, æqualia tribui non poſſint. Ideóque mirum
videri non debet, ſi alij aliis grauiùs, aut mitiùs puniantur. Pro varietate delicto-
rum pœna varia eſſe debet. m *v. l.* 3. *C. eod.*
n *l.* 12. *C. eod.* o *l.* 45. §. 1. *ſ. de re iud.*
p *al.* liberetur. q *l.* 9. *C. eod. l.* 5. *C. ex quib. cauſ. infam.*
r In milite aliud, *l.* 3. *C. eod.* ſ adde *l.* 11. *C. de quaſt.*
t Filius cenſetur decurionis, & priuilegiis decurionis fruitur, etiam is qui ante
patris decurionatum natus eſt, *l.* 2. §. 2. *ſ. de decur.* Hinc quæri poteſt, vter ex duobus
regis filiis præferatur in regno, iſne qui ante adeptum à patre regnum ſuſceptus
eſt, an qui poſtea natus eſt? de hac quæſtione, *v. Hotom.* 2. *Illuſtr.*
u Siquidem in decurione.
x *v. l.* 29. *ſ. de ſtatulib. & l.* 14. *ſ. tit prox.*
y *l.* 28 §. 2. *ſ. eod. l. vlt. ſ. de iniur.* dixi ad *l.* 12. *ſ. de iure fiſci.*
z Durius puniuntur ſerui quam liberi, *v. l.* 7. *ſ. eod.*
a *l.* 8. §. 6. §. 8. *ſ. eodem.*
b Metallicus fit non deductione in metallum, ſed condemnatione.
c *l.* 1. §. 7. *ſ. de his qui not. l.* 4. *C. ex quib. cauſ. infam.*

adficitur

adficitur, quam legibus ſtatuta eſt, infamis non fiat. ergo & ſi opere temporario quis multatus ſit, vel tantum fuſtibus cæſus: licet in actione famoſa, veluti furti, dicendum erit, infamem non *a* eſſe: quia‖&‖ſolus fuſtium ictus grauior eſt, quam pecuniaria damnatio.

De pœna. 1. De furto domeſtico. 2. De propoſito, impetu, caſu. 3. De pœna capitali.

11. *Marcianus* "lib. 2. de publicis Iudiciis."

PErſpiciendum *b* eſt iudicanti, ne *c* quid aut duriùs, aut remiſſiùs *d* conſtituatur, quam cauſa depoſcit. nec enim aut ſeueritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt. ſed perpenſo iudicio prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. 1 ¶ Furta domeſtica *e*, ſi viliora ſunt, publicè *f* vindicanda non ſunt. nec admittenda eſt huiuſmodi accuſatio, cum ſeruus à domino vel libertus à patrono, in cuius domo moratur, vel mercenarius *g* ab eo, cui operas ſuas locauerat, offeratur quæſtioni. nam domeſtica furta vocãtur, quæ *h* ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarij apud quos degunt, ſubripiunt.

2 ¶ Delinquitur *i* autem aut propoſito *k*, aut impetu, aut caſu. ¶ Propoſito delinquunt latrones, qui factionem habent. ¶ Impetu autem, cum per ebrietatem *l* ad manus, aut ad ferrum venitur. ¶ Caſu verò, cùm in venando telum *m* in feram miſſum, hominem interfecit. 3 ¶ Capitis pœna eſt, beſtiis *n* obijci, vel alias ſimiles pœnas pati,‖vel animaduerti.‖

De ſtatu damnatorum.

12. *Macer*‖lib. 2. de officio Præſidis.‖

QVod ad ſtatum damnatorum pertinet, nihil intereſt, iudicium publicum fuerit, necne. nam ſola ſententia *o*, non genus criminis ſpectatur. itaque hi, in quos animaduerti iubetur, quíve ad beſtias dantur, confeſtim pœnæ *p* ſerui fiunt.

De modo pœnæ.

13 *Vlpianus* "lib. 1. de Appellationibus."

HOdie *q* licet ei qui *r* extra ordinem de crimine cognoſcit, quam *ſ* vult *t* ſententiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorem. ita tamen, vt in vtroque modo rationem non *u* excedat.

De paganis & militibus.

14. *Macer*‖lib. 2. de Re militari.‖

QVædam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant, militi verò grauiorem *x*. nam ſi miles artem ludicram *y* fecerit, vel in ſeruitutem *z* ſe venire paſſus eſt, capite puniendum Menander ſcribit.

De decurionibus.

15. *Venuleius Saturninus*‖lib. 1. de officio Proconſulis.‖

DIuus Hadrianus eos, qui in numero decurionum *a* eſſent, capite puniri prohibuit, niſi ſi qui parentem *b* occidiſſent. verum pœna legis Corneliæ puniendos, mandatis pleniſſimè cautum eſt.

a Imò erit: quia fuſtigatio infamat, ſi infamiæ cauſam cõiunctam habuit, *l. 16. l. 17. Cod. ex quib. cauſ. infam.*
b *l. 16. §. 1.* ꝫ. *eo. l. 4. §. pen.* ꝫ. *de incendio.*
c Poteſt tamen interdum iudex ex cauſa leges & ſtatuta trãſgredi, idque ratione ætatis, vel propter neceſſitatem, vel multorum ſalutẽ, ſi iuſta cauſa fuerit, *l. 3. C. de his qui notantur: l. 13. §. 7.* ꝫ. *de his qui notant. l. 10.* ꝫ. *de off. proconſ. v. Socin. reg. 239. Mynſing. 2. obſ. 54.*
d *v. Nouell. 82. c. 10. in fi. Nouell. Leonis 61. & 106. l. 38. §. 5.* ꝫ. *eo. l. 3.* ꝫ. *de veteranis.* dixi ad *tit. de decurion.*
e *l. 17. l. 89.* ꝫ. *de furtis.*
f *v. l. vlt.* ꝫ. *de furtis.*
g *l. 1. Harm 6. §. 18. l. 1. §. 20.* ꝫ. *de vi & vi armata.*
h *l. pen.* ꝫ. *de teſtib. l. 3. C. de teſtib.*
i *v. Platonem 5. de legib. Ariſtotel. 1. Rhetoric.*
k Propoſiti, impetus, & caſus differentia in delictis.
l *v. l. vn. C. ſi quis Imperatori.*
m *v. l. 9. in fin.* ꝫ. *ad l. Aquil.* vide Herodotum lib. 1. vbi de Adraſto & Aty. Tiraq. *de pœnis cauſa 13.*
n Beſtiis obijci pœna capitalis eſt, *l. 8.* ꝫ. *qui teſtamenta: l. 25. § 3.* ꝫ. *de adq. hered.* eam pœnam ſuſtinent humiliores, ſicarij & venefici, *l. 3. § pen.* ꝫ. *de ſicar.* falſæ monete rei, *l. 8.* ꝫ. *de falſis.* parricidæ, *l. pen.* ꝫ. *ad l. Pompeiam de parricid.* ſacrilegi, *l. 6.* ꝫ. *ad l. Iul. peculatus*: abiget, *Vlp. 12. collat. legum Moſaic.* Chriſtiani quoque paſſim à tyrannis beſtiis obijciebantur, Tertull. *c. 12. Apologetici.* Ad beſtias impellimur, ignibus vrimur, in metalla damnãtur: Cuius rei ſingulare exemplum eſt apud Euſeb. 5. *Eccleſiaſt. hiſtoriæ, c. vlt.* vbi de Attalo & Blandina tractat. Qui beſtiis obijbantur ad ſtipitem alligabantur, *Vopiſcus in Aureli.* Dion. 38. eos vocat τοὺς τοῖς θηρίοις ἐγκαταδίκους δεδομένους, cuius extat elegans exemplum apud Gellium 5. *Noctium* 14. Erant & alij, qui citra damnationem in arenam intromittebantur cum beſtiis depugnandi cauſa, *l. 1. § 1.* ꝫ. *de adilitio, l. 3. § 5.* ꝫ. *de teſtib. l. 4.* ꝫ. *de accuſationib.* Hinc Cyprianus *ad Donatum*, Pugnant ad beſtias non crimine, ſed furore: apud Senecam 2. *de benefic. 19 & 1. Epiſt. 6* Tertull. *in Apologetico* 42. Erant & alij qui operas locabant eo fine, *l. 1. § 6.* ꝫ. *de his qui not. infam. l. 1.* ꝫ. *ad Tertull.* Id genus ſpectaculi deteſtatur Cyprianus *Epiſt. 103. ad plebem.* Taceo inquit, in ludis ſacrificiorum genera monſtroſa, inter quæ nonnunquã & homo fit hoſtia latrocinio ſacerdotis. *Et poſt*, ad pœnam hominis fera rabida nutritur, in deliciis eruditur artifex bellua, quæ clementior fuiſſet, ſi non illam magiſter crudelis ſæuire docuiſſe, Lactant. *6. Inſt. 12.* vnde beſtias emis, hinc captos redime: vnde feras paſcis, hinc pauperes ale: vnde homines ad gladium cõparas, hinc innocentes mortuos ſepeli. Quid prodeſt perditæ nequitiæ beſtiarios facere locupletes, & inſtituere ad flagitia? transfer ad magnum ſacrificium malè peritura, *& in Epitome* c. 5. Quid tam horribile, tam tetrum, quam hominis trucidatio? Inuenta tamen conſuetudo, quatenus homicidium ſine bello ac ſine legibus faciant, *& poſt*, Gladiatorum ſceleribus non minùs cruore perfunditur, qui ſpectat, quam ille, qui facit: nec poteſt eſſe immunis à ſanguine: qui voluit effundi: aut videri non interfeciſſe, qui interfectori & fauet, & præmium poſtulauit.
o adde quæ ſcripſi ad l. 3. *C. de inceſtis.* p *v. l. 17.* ꝫ. *eo.* q Olim quæſitor poteſtatem non habebat augendæ vel minuendæ pœnæ legitimæ: verum hodie veterũ iudiciorum ordine ſublato: pœnæ arbitrio cognitorũ extra ordinem inſligantur, *l. 8.* ꝫ. *de pub. iud.* de verbo *Hodie*, dixi ad l. 32. ꝫ. *de falſis.* r Id eſt, omnibus quæſitoribus & iudicibus, *l 8.* ꝫ. *de pub. iud.* ſ Hinc colligere poſſis, iudicis extra ordinẽ cognoſcentis arbitrio permitti, quam volet pœnam indicere: dum tamen modum non excedat.
t Imò, iudex, quam volet, ſententiam proferre non poteſt cum pœnæ executio non ſit in eius poteſtate, *l. 1. § 4.* ꝫ *ad Turpill.* u *l. 1.* ꝫ. *eod.* hinc illud Senecæ, Tenendus eſt vbique modus: æquè peccat quod excedit, quam quod deficit 2. *de beneſ. 16.*
x Militia interdum auget delictum & pœnam. adde l. 2. ꝫ. *de re milit.* y *v. l. 2.* ꝫ. *de his qui notant.* z *v. l. 6. § 6.* ꝫ. *de iniuſto.* a *l. 3. C. eod.* dixi ad rubricam *tit. de decurionib.* b Parricidij pœna decurio non excuſatur.

De circunſtantiis. 2. De cauſa. 3. De perſona. 4. De loco. 5. De tempore. 6. De qualitate. 7. De quantitate. 8. De euentu. 9. quædam ſcelera in quibuſdem prouinciis grauius plecti. 10. De pœnis ob multos delinquentes exacerbandis.

16. *Claudius Saturninus* "lib. ſingul. de Pœnis paganorum."

AVt *a* facta *b* puniuntur, vt furta *c*, cædéſque *d*. aut dicta *e*, vt conuicia, & infidæ aduocationes: aut ſcripta, vt falſa, & famoſi libelli *f*: aut conſilia *g*, vt coniurationes, & latronum conſcientia: quoſque alios ſuadendo iuuiſſe, ſceleris eſt inſtar *h*. 1 ¶ Sed hæc quatuor *i* genera conſideranda ſunt ſeptem modis, cauſa *k*, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu.

2 ¶ Cauſa *l* vt in verberibus, quæ impunita ſunt à magiſtro allata *m*, vel parente, quoniam emendationis, non *n* iniuriæ gratia videntur adhiberi: puniuntur, cum quis per iram *o* ab extraneo *p* pulſatus eſt.

3 ¶ Perſona dupliciter ſpectatur, eius qui fecit, & eius qui paſſus eſt. aliter enim puniuntur ex iiſdem *q* facinoribus ſerui, quam liberi. & aliter qui quid in dominum, parentémve auſus eſt, quam qui in extraneum *r*, in magiſtrum, vel in priuatum. ¶ In eius *ſ* rei conſideratione ætatis *t* quoque ratio habeatur. ¶ Locus facit, vt idem vel furtum, vel *u* ſacrilegium ſit, & capite luendum, vel minore ſupplicio. 5 ¶ Tempus diſcernit emanſorem à fugitiuo: & effractorem *x*, vel furem diurnum *y* à nocturno. 6 ¶ Qualitate, cum factum vel atrocius, vel leuius eſt. vt furta manifeſta à nec manifeſtis diſcerni ſolent, rixæ à *z* graſſaturis, expilationes à furtis, petulantia à violentia. Qua de re maximus apud Græcos orator Demoſthenes *a* ſic ait, οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὕβριν b, ἀλλ' ἡ ἀτιμία: οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶν δεινὸν, καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειε ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ σχήματι c, τῷ βλέμματι d, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις e, ὅταν ἐπὶ κόῤῥης f ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὑτῶν ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. id eſt, *Non enim plaga repræſentat contumeliam ſed dedecoratio. neque verberari liberis eſt malum, quamuis eſt malum ſi* g *in contumeliam. multa enim vtique facit qui verberat ô viri Athenienſes, quorum qui patitur, quædã neque annuntiare* h *poterit alij* i, *ſchemate, aſpectu, voce, cum verberat vt contumeliam inferens, cum vt inimicus exiſtens, cum verberat fuſtibus. cum in pupilla* k. *hæc mouent hæc extra ſe conſtituunt homines eorum non aſſuetos exiſtentes, vt conuiciarentur.*

7 ¶ Quantitas diſcernit furem ab abigeo. nam qui vnum ſuem ſubripuerit, vt fur coërcebitur: qui gregem *l* vt abigeus.

8 ¶ Euentus *m* ſpectetur *n*, vt à clementiſſimo *o* quoque facta quando *p* lex non minus eum, qui occidendi hominis quod *q* cum telo fuerit, quam eum qui occiderit puniatur, ideo apud Græcos exilio voluntario fortuiti *r* caſus luebantur, vt apud præcipuum

a In delictis ... dicta, ſcript... ſilia cernimu...
b *cap.* ... *de pœnit.* ... hin collige ... dicta, ſcript... conſilia puni...
c ꝫ. *de furt*...
d ꝫ. *de* ...
e ꝫ. *de iniu*...
f *C. de fam*... *bellis.*
g Conſilium ... gnum aut ... obligat *l.* ... ꝫ. *de verb.* ... nitur, *leg.* ... *reg. iur.* ... qui comm... qui conſci... ſceleris, ... der, qui ... rumpere ... *furtis.* Mari... rius ... λάξει ὁ ... δράσαντα ... ἀλλ' ... ϑέντα. ... communi ... ne ſcribit, ... ſuaſorem ... pœna affici... qua princip... is alioqui ... ctum comm... nõ erat, ... mitiùs, *Pa*... *ſent. §. vlt.* ... *Idem 5.* ...
h Suadendo ... uiſſe, inſta... leris.
i In factis, ... ſcriptis, & ... liis, cauſa, ... locus, tempus ... litas, quanti... euentus conſi... da ſunt. *Quin*... nus *6. Inſt.* ... citas creſcit ... his; quid ... ſit, à quo, in ... quo animo, ... loco, quo temp... quo modo.

k Malus aut minus fit (quamuis idem ſit) tempore loco, cauſſ, *Seneca* 11. *Epiſt.* ...
l Dignum eſt odio ſcelus, quod non habet cauſam 7. *Quint.* 2. m Illata, ...
n Magiſtri ac parentes intelliguntur verberare emendationis, non iniuriæ ... *l. 5.* ꝫ. *ad legem Aquil. l. vnic. C. de emend. propinq.* o Per iniuriam, *Hotom. 5.* ... In cauſis hæc maximè ſpectantur, ira, odium, metus, cupiditas, & ſpes. *Quint.* ... *& poſt.* nec tantum voluntatis cauſæ quærendæ ſunt, ſed erroris & ignorantiæ, ... colligimus, iram non excuſare à pœna, *l. 5. C. de iniur.* p Verbera ab extraneo ... legibus vindicanda ſunt. q Pœnæ inæquales ex eodem delicto eſſe poſſun... *§. 11.* ꝫ. *eod.* r Ita reſtituo, in magiſtratum quam qui in priuatum, *Quint.* ... querimur. de re primum ipſa dicẽdum: tum ſi ſenex, ſi puer, ſi magiſtratus, ſi ... ſi bene de republica meritus, percuſſus ſit à vili 6. *Inſt.* 1. ſ id eſt, perſona.
t *v. l. 7. C. eod.* u Sacrilegium à furto ſeparatur ex loco, non ex cauſa quæ ... tur, *v. Cuiac.* 13. *obſer.* 19.
x *v. l. 48.* ꝫ. *de bonis libertorum.* y *v. Cuiac.* 15. *obſ.* 31.
z Graſſatores viarum & viarum obſeſſores. Græci λωποδύτας, vide hic Budæum *Ariſt* 4. *Ethic.* 1. *in fi. l. 1.* ꝫ. *de effractoribus.*
a *in oratione aduerſus Mediam.* b ὀργὴν *Demoſt. ibid.*
c τῷ σχήματι. *Demoſthen. ibid.* Animus & affectus corporis, tam pulſantis quam vapulantis, factum atrocius reddunt.
d βλέμμα cum dicit in qualitate facti ponit etiam Demoſthen. truces & minaces oculos pulſantis, in eum qui pulſatur Quintilian *6. Inſt.* 1. Demoſth. (inquit) ex parte corpori percuſſi, ex vultu ferientis, ex habitu inuidiam Midiæ quærit.
e κόνδυλος Gloſſis Colafus, κόνδυλος πώδος ἢ χειρὸς, Talarum Significat quoque non expanſam manum, ſed in pugnum contractam, quò ſit ictus grauior & nocentior. Heſychius quoque facit aliud quiddam à Colapho.
f Ne legas κόρης, id eſt pupilla, vt interpres vertit, ſup. eo. ἐπὶ κόῤῥης. hoc ſignificat κατὰ τῆς σιαγόνος πατάξαι, Sur la iouë.
g Sed & in contumeliam. h referre
i Alij, cum ſhemate. k cum in mala.
l Imò qui vnum, abigeus eſt, *l. 3.* ꝫ. *de abigeis.*
m Ex euentu non ſpectanda cogitatio eſt, *v. Cicer. 2. Inuent.* n *al.* ſpectatur.
o Dementiſſimo, *vul. Hal.* ſed tamen vox *clementiſſimo* non eſt improbanda: poteſt enim fieri vt clementiſſimus homo alium interficiat, *v. Cuiac. 19. obſ. 10. inf.*
p Hæc ſatis malè cohærent ſuperioribus.
q Inſidiatus ciui, etiamſi non effecerit ſcelus, pœnas tamen legibus ſoluit, *Quint. Declam.* 274 ex contrario, qui nolens interfecit excuſatur. Demoſth. *contra Ariſtocratem* οὐ τὸ συμβαινόμενος ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν.
r *v. Demoſth. ibid. in 4. legis violatione.*

poëtarum.

poëtarum *a* ſcriptum eſt *b*:

Εὖ τ' ἐμὲ τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
Ἤγαγεν ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς.
Ἤματι τῷ ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος
Νήπιος οὐκ ἐθέλων ἀμφ' ἀστραγάλοισι *d* χολωθείς.

Id eſt,

Quando me paruulum exiſtentem Menætius ex Opunto
Duxit ad veſtram "domum" parricidium ob triſte
Die illo, cum filium occidi Amphidamantis,
Imprudens, inuitus, circa talos c iratus.

9 ¶ Euenit, vt eadem ſcelera in quibuſdam *f* prouinciis grauiùs plectantur, vt in Africa meſsium incenſores *g*, in Myſia vitium: vbi metalla ſunt, adulteratores monetæ. 10 ¶ Nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quotiens *h*, nimium multis perſonis graſſantibus, exemplo opus ſit.

De ſeruis pœnæ. περὶ ἀπολίδων.

17. *Marcianus* ‖lib. 1. Inſtitutionum.‖

SVnt † quidam ſerui pœnæ, vt "ſunt" in metallum dati, & in opus metalli, & ſi quid eis teſtamento datum fuerit, pro non ſcriptis *i* eſt *k*, quaſi non *l* Cæſaris ſeruo datum, ſed pœnæ.

1 ¶ Item quidam ἀπόλιδες *m* ſunt, "hoc eſt, ſine ciuitate;" vt ſunt in opus publicum *n* perpetuò dati, & in inſulam deportati *o*. vt ea quidẽ quæ iuris ciuilis ſunt, non habeant; quæ verò iuriſgentium ſunt, habeant.

De cogitatione.

18. *Vlpianus* ‖lib. 3. ad Edictum.‖

COgitationis *p* pœnam *q* nemo patitur *r*.

De ſeruis.

19. *Idem* ‖lib 57. ad Edictum‖

SI non defendantur ſerui *ſ* à dominis, non vtique ſtatim ad ſupplicium deducuntur. ſed permittetur eis defendi vel ab alio *t*. & qui cognoſcit, debebit de innocentia eorum quærere.

De morte rei.

20. *Paulus* ‖lib. 18. ad Plautium.‖

SI pœna alicui irrogatur, receptũ eſt cõmentitio *a* iure, ne ad hæredes *b* transeat, cuius rei illa ratio videtur, quod pœna cõſtituatur in emendationem *c* hominum, quæ mortuo *d* eo, in quẽ conſtitui videtur, deſinit.

De vltimo ſupplicio.

21. *Celſus* ‖lib. 37. Digeſtorum.‖

VLtimum *e* ſupplicium "eſſe" mortem *f* ſolã interpretamur.

De damnatis in metallum.

22. *Modeſtinus* ‖lib. 1. Differentiarum.‖

IN metallũ dãnati, ſi valetudine, aut ætatis infirmitate *g* inutiles operi faciũdo deprehẽdantur, ex Reſcripto D. Pij à præſide dimitti poterunt, qui æſtimabit de his dimittẽdis *h*, ſi modò vel cognatos, vel adfines habẽt *i*, & non *K* minùs decem annis pœnæ ſuæ functi fuerint.

23. *Idem* ‖lib. 8. Regularum.‖

SIne præfinito tempore in metallum dato imperitia dantis, decennij *l* tempora præfinita videntur.

De ſtatuis relegatorum vel deportatorum.

24. *Idem* ‖lib. 11. Pandectarum.‖

EOrum, qui relegati vel deportati ſunt ex cauſa maieſtatis, ſtatuas *m* detrahendas ſcire debemus.

De eo qui diu in reatu fuit. 1. Ne quis de ſaxo præcipitetur

25. *Idem* ‖ lib. 12. Pandectarum.‖

SI *n* diutino *o* tempore aliquis in reatu *p* fuerit, aliquatenus *q* pœna eius ſubleuenda erit: ſic enim conſtitutũ eſt, non eo modo puniendos eos, qui longo tẽpore in reatu agunt, quàm eos qui in recenti *r* ſentẽtiã excipiũt. 1 ¶ Non poteſt quis ſic dãnari, vt de ſaxo *ſ* [...]

---

a Homerus poëtarum præcipuus, *hic & §. 2. Inſt. de iure natural.* de cuius tamen carminibus abolendis cogitauit Caligula, *Sueton. Caligula* 34. & Hadrianus: qui & illud cogitauit Autimachum quendam pro Homero legendum in ſcholiis proponere, *Dion. Hadrian.*

b *Iliados* Ψ, *verſic.* 85. 86. 87. 88.

c v. quæ ſcripſi ad *l. 8. C. de ſicariis.*

d ἀστραγάλοις, tali ſeu taxilli ex oſsiculis carne nudatis fiunt. diuerſi à teſſeris quæ κύβοι. Talus, quatuor: Cubus, ſex lateribus conſtat. Non ſum talorum numero par Teſſera, *Martial.* 14. *Epigr.* 15. Luſus puerorũ fuiſſe videtur. Plutarchus *de fortuna Alexandri.* Dionyſius Tyrannus ſuadet, τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις, τοὺς δὲ ἄνδρας ὅρκοις ἐξαπατᾶν. de Aſtragulis vide plura apud Cœlium Rhodiginum, 20. *antiq.* 27.

e Pœnam exilij voluntarij vetuſtam ob aliquem in luſu interfectum obſerua.

f Vt in Arabia σκοπελισμὸς: *v. l. 7. ſ. de extraord. crim.*

g Inciſores, *Hal.*

h Supplicia augenda ſunt eorum criminũ, ad quæ multi ſunt procliues.

† Hodie nemo pœnæ ſeruus efficitur, *Nou. 22. c. 8.*

i Scripto, *Vulg. Hal. l. 25. §. 3. ſ. de adquir. hæred. l. 1. C. de hæred. Inſt.*

k Niſi pertineat ad alimenta, *l. 11. ſ. de alimentis: l. 3. ſ. de his quæ pro non ſcriptis.*

l Eſt enim non Cæſaris, ſed pœnæ ſeruus, *d. l. 3.*

m *l. 1. §. 2. in fi. ſ. de leg. 3. v quæ ſcripſi ad Theophilum Inſtit. quib. mod. ius patriæ poteſt.*

n Quibus hodie poſsis comparare damnatos ad triremes. Ij enim dicuntur amittere quæ iuris ſunt ciuilis, non gentium: quin ne ſerui quidem fiunt, *d. Nou. 22.*

o *l. 6. ſ. de interdictis.*

p *c. cogitationis, de pœnitentia: diſt. 1. l. 1. ſ. quod quiſque iuris: v. Cuiac. 8. obſ. 22.* & quis æquum cenſeat, quenquam pœnam dare, ob rem quòd arguatur male facere voluiſſe. Cato apud Gellium 7. *Noctium* 3. neminem qui male facere voluit plecti æquũ eſſe, niſi quod factum voluit, etiam fecerit: facta ſola cenſenda eſſe atque in iudiciũ vocenda, voluntates nudas, inanéſque negligendas, neque pœnis fieri obnoxias, *Gell. ibid.*

q Adde quæ ſcripſi de comitibus, & ſociis delictorum ad Nou. 134. c. 10.

r Humanis legibus ſcilicet. Aliàs iure diuino punitur ἐπιθυμία, id eſt, concupiſcentia: *Exod. 22. verſic. 17. Deuteronom. 5. verſic. 21. Matth. 5. verſ. 28. Romanor. 7. verſic 7. ad Tit. 2. verſic. 12. 1. Petri 2. verſic. 11. 2. Petri 1. verſic. 4. in fi. 1. Ioannis 2. verſic. 16.* omnis iniquus motus ad nocendum fratri, in homicidij genere deputatur. *c. homicidium de pœnitentia, diſtinct. 1.* Nihil tam inuiſum Deo quàm mens inceſta & animus impurus *Lactant. in Epitome, c. 6.* hinc illud Luciani ad reum οὐ λήσεις δὲ θεούς. Imo, ſe iudice nemo nocens abſoluitur. Iuuenalis *Satyra* 13. & Seneca 1. *de Ira* 14. Innocentem quiſquis ſe dicit, teſtes reſpicit, non conſcientiam. hinc homines ἀναπολόγητοι dicuntur *Romanor. 1. verſic. 20. in fi.* Quin ipſæ etiam leges humanæ, cogitationes, & conſilia interdum puniunt. *Paterculus*, facta maiores noſtri ad conſilium dirigebant, & Apuleius 4 *floridorum.* Conatus in laude, effectus in caſu eſt. At contrà, in maleficiis etiam cogitata ſcelera, non perfecta, adhuc vindicantur, cruenta mente, pura manu: ſufficit ad pœnam, meditari punienda, *Senec. 5. de beneſic.* 14. Latro eſt, antequam manus inquinetur: quia ad occidendum iam armatus eſt, & habet ſpoliandi atque interficiendi voluntatem. Exercetur & aperitur opere nequitia, non incipit. ſacrilegi dant pœnas, quamuis nemo vſque ad Deos manus porrigat. Sed paulò apertiùs id explicemus: Conatus extremis ſuis ac fini coniunctus ſemper punitur: tunc enim delictum perfectum eſt & abſolutum. Conatus mediis ad extremum finem tendentibus coniunctus, etiam punitur, præſertim ſi grauiorum delictorum numero finis ille continetur, *Clar. 5. ſent. §. vlt. q.* 91. 92. Cuius rei placita permulta refert *Papon. 23. Arreſt.* 10. Hinc punitur mulieris nuptæ, aut monialis raptus, *l. 5. C. de Epiſcopis: c. ſollicitatores de pœnitentia, diſtinct. 1.* aut virginis, *l. vnic. C. de rapt. c. ſi quis de pœnit. ibid.* Puniuntur quoque qui aduerſus patriam conſilia ineunt, *l. 5. C. ad legem Iuliam maieſtatis: cap. quiſquis, de pœnitent. ibid.* qui necandi infantis piaculum ſunt adgreſsi, *l. 8. C. de ſicariis, c. ſi quis necandi, de pœnit. ibid.* abortũ procurans, *l. 30. ſ. eo.* volens ſe interficere, *l. 38. in fi. ſ. eo.* latitans animo fugiendi, *l. 17. §. 4. ſ. de ædilitio.* qui manus leuat, nec tamen verberat, *l. 15. §. 1. ſ. de iniuriis ſi quis iratus, de pœnit. ibid. vide Papon. 3. Notar.* 10. qui ad furtum faciendum rei maioris ſeparauit, *l. 21. ſ. de furtis: c. vulgaria, ibid.* qui malè perſuadent, *l. 16. ſ. eo. c. noli putare, de pœnitent.* 16. adde *Cuiac. 15. obſ. 25. vbi probat etiam cœptum necdum perfectum crimen puniri: & eundem 19. obſ. 10. vbi probat etiam quædam inuoluntaria coërceri.* & miles volens transfugere, *l. 3. §. 11. ſ. de re milit.* Nuda verò, ſimplex, latens in animo, ac nemini detecta cogitatio, vt ab hominibus ignoratur, ab iiſdem ita puniri non poteſt. Detegatur autem verbis, ſcripto, ſignis vel factis. Et hæc de vi animi dicta ſint, qui etiam ſola cogitatione delinquit: vt è contrario, martyrij vim habere dicitur, *c. nunquam, de pœn. ibid.* & in rebus humanis vim poſſeſsionis adipiſcendæ, *l. 1. §. 21. & vlt. ſ. de adqu. poſſ.* Cæterum vide quæ ſcripſi ad Nou. 134. c. 10.

ſ Poſtulati criminis ab aliquo.

t Puta à domini procuratore, *l. 11. ſ. de public. iud.* Iudex poteſt ex officio inquirere defenſiones rei à nullo defenſi, *Bart.*

a Commentitium ius ne dicas mendax vel falſum. Commentitiũ ius eſt ficititium. πλασματῶδες. Commentitia ἐπινοηθέντα τότε πρῶτον ἐνθυμηθέντα, Budæus hic interpretatur, quod non probo. Commentitiũ eſt, eſt, vſitatum etiam apud exteros, antiquum. Suetonius in Claud 21. Spectacula edidit non vſitata, ſed commentitia & ex antiquitate repetita.

b Et meritò: Iuſtitia namque non genus, ſed perſonas iudicat. *Tertull. 2. aduerſus Marcionẽ.*

c Pœnarum fines duo. Vnus vt reus puniatur: alter, vt cæteri exemplo deterreantur. hinc τιμωρία καὶ παράδειγμα, Platoni in Gorgia. Taurus philoſophus apud Gell. plures ſpecies facit, νουθεσίαν, κόλασιν, καὶ παραίνεσιν 6 *Gell.* 14. Inde lex Demoſthenis dicitur ἐπανόρθωμα ἁμαρτημάτων, *in oratione contra Ariſtogitonem: & l. 2. ſ. de legib.* Sunt ſcriptæ ad vindictam iniuriarum omnium leges, *Senec. 3. contr. 8. in fi.* Et de lege ac ſcriptura diuina hoc etiam ſcitũ eſt, vtilem eſſe πρὸς διδασκαλίαν, ἔλεγχον, ἐπανόρθωσιν καὶ παιδείαν, *2. Timot. 3. verſ. 16.*

d Cadauer rei damnari vel in id ſententiam ferri, idve ſupplicio adfici, æquum non eſſe hinc colligas. Huic tamen interpretationi vel ſententiæ Senatuſconſultum Burdegalenſe omnino contrarium refert Paponius 24. *Arreſt. 14 art. 1.* qua de re dicam alibi pleniùs.

e Vltimum ſupplicium, *vt hic:* ſummum ſupplicium, *Paul. 5. ſent. 17. §. 2.* ἐσχάτη τιμωρία, 60. *Ecl. 51. cap. 25.* extrema pœna, *l. 5. C. Th. de officio rectoris prouinciæ, Apuleius lib.* 10. Vltima pœna, *Sueton. in Iulio: Liuius 3. Plinius 2. Epiſt.* ἐσχάτας ποινὰς vocat Nouella 14. vbi vetus interpres vertit nouiſsima ſupplicia, nouiſsima, id eſt, extrema, *v. Cuiac 3. obſ. 36.*

f Naturalem ſcilicet, *arg. l. 28. ſ. eod.*

g Id eſt, ſenes.

h Dimittendis, vel de commutando eorum miniſterio. putà eos dabit, vel ad balneam, vel ad purgationem cloacarum, item ad munitiones viarum, vt ex reſcripto Traiani ad Plinium conſtat, *Plin. 16. Epiſt.* 40. 41.

i Deprecantes ſcilicet, *argum. l. 25. ſ. de procurat.* vel à quibus alantur. Bellouiſanus, 2. *Pract. 11. n. 19.* tradit iudicem parentibus rei poſtulantibus id ac deprecantibus, mutare & mitigare pœnam poſſe ex cauſa, eamque ſententiæ inſerere debere. Id ſe de facto frequenter vidiſſe teſtatur & velut cautelæ loco ponit.

K *v. l. 25. ſ. eod.*

l Imò perpetuum tempus, *l. 10. C. eo.* eo magis quòd capitis diminutio non fiat ad tempus, *v. Cuiac. 6. obſ. 25.*

m Statutæ reorum læſæ maieſtatis euertendæ, *vt hic.* ſed & domus ſolo adæquandæ, ſi principes ſeditionis fuerint, vt penarium ſtrage quoque puniantur: quod Marco Flacco & Lucio Saturnino factum, *6. Valer. 3. Appian. 3. de bello ciuili. Plin. de viris illuſtr.* Et Spurio Metio. *Varro 4. de lingua: Cicero pro domo ſua. Idem in Catone maiore Florus 1. c. 26. Liuius 1. decad. 4.* & Spurio Caſsio. *Halicarnaſ. 8. Valer. 6. cap. 3.* & Q. Gallo Prætori. *Appian. 3. de bello ciuili.* Idem factum etiam in eos. qui ad delectum non reſpondebant, *l. 20. ſ. communi diuid, Halicarnaſ 8.* Fit & hodie in aliis criminibus, *v. Papon 24. Arreſt. 10. art 5. 7.*

n Delicta & crimina antiqua, pura decennalia, non puniri, hinc quidam colligunt. quod Clarus reſtringit ad leuiora tantum crimina 5. *ſent. §. vlt. q. 60. verſ. præterea poteſt.* Quid maiora? num vicennio ſaltem præſcribuntur? *v. l. 12. C. de falſis.*

o Diuturno, vt apud Suetonium in Auguſto, c. 32. Diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus, nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione propoſita, vt ſi quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ ſubiret.

p Reatus & in reatu fuiſſe quid eſt? ne dicas, in crimine, citra accuſationem, cum Accurſio, dic cum Zoanneto, Reatus verbo ſtatum rei intelligi: Rei, inquam, non ſimpliciter poſtulati, ſed etiam condemnati, & in vinculis agentis: aut certè ſtatum ſordidum reorum, cuius meminit lex *vlt. ſ. ad legem maieſt. l. 7. §. 2. de bonis damnat. l. 3. §. 9. ſ. de munerib.* de quo dixi ad *l. 39. ſ. de iniur.* idque etiam probat Alciatus 2. *Parerg* 10. Corraſ. *Miſcell.* 20. Iuſtinus 2. reuocato ad reatum Alcibiade.

q Non igitur omnino.

r Id eſt, ſtatim à delicto commiſſo *v. l. 1. in fi. ſ de Carboniano.*

ſ Saxo præcipitari antiquum ſupplicij genus, quo Iezabel impia mandato Iehu affecta eſt 4. *Reg* 9. & filij Scyri captiui, iuſſu Amaſiæ 2. *Paralip 25. verſ.* 12. quin & Æſopus Phryx accuſatus (falsò tamen) ſacrilegij à Delphenſibus, *Planudes in vita Æſopi, Plutarch. de ſera numinis vindicta* Id aliis quoque ſatis vſitatum, *Ælian. 11. c. 5.* Lycas veneficus ab Hercule, *Ouid. in Ibin.* Aſtyanax Hectoris filius ab Vlyſſe, *Ouid. ib. & 13. Metamorph Senec. in Troade.* Daphidas Iniuriarum reus ab Attalo, 1 *Val. 8.* apud Romanos Manlius vigilem de ſaxo deiecit, quod Gallos in Capitolium aſcendentes non detexiſſet, 1. *Liuius* 5. & puerum quendam Caligula *Suet. in eius vita.* ſic M. Marcellus à Tribunis ſaxo deijcitur, *Liuius* 5. adde de Q. Metello. *Flor. 59. 7. Plin.* 44. Seruos etiam Romani interdum iubebant præcipitari, *l. vn. C. de emendat. ſeruor.* Iure verò, ac legibus 12. Tabular. falſi teſtimonij conuictos de ſaxo Tarpeio vel Capitolino deijciebant. 20. *Gell.* & ciues hoſtes patriæ, *Plutarch. in Camillo Mamertinus in Panegyrico Iuliani Senec. 1. de Ira* 16. inceſtuoſos. *Tacit.* 5. transfugas 3. *Liuius* 3. quin & quoſuis ſontes. *Plutarch. 8. in Romulo: Halicarnaſſ. 8. Dion.* 44. Id ſupplicij genus Capreis imitatus eſt Tiberius, *Sueton. in Tiberio, cap.* 62. quod, vt terrum, poſtea obſoleuit, *Auguſt. 2. aduerſus literas Petiliani 20. & 3. contra Creſconium 49. & tract. 11. in 3. cap. Ioannis: v. Petrum Fabrum 1. Semeſtr.* 18. adde *Varronem 4. de lingua.* Huic ſupplicio adfine eſt ſupplicium, *de robore præcipitari.* cuius meminit Tacit. 4. *Annal.* ibi, robur, & ſaxum minitantium. adde Feſtum in Robur: Plautum in Pœnulo, vos ego detrudam ad molas, inde porro ad puteum, atque robuſtum codi-

Nnn præci

etiam quis vel *a* ad tempus iubere, ne hæres petat.
14 ¶ Ex contrario, ſi debitor creditori ſuo quod
debet, legauerit : inutile eſt legatum, ſi *b* nihil plus
eſt in legato, quàm in debito : quia nihil amplius
per legatum habet. Quòd ſi in diem *c* vel ſub con-
ditione debitum ei purè legauerit : vtile *d* eſt lega-
tum, propter repræſentationem †. Quòd ſi *e* viuo
teſtatore dies venerit vel conditio extiterit, Papi-
nianus ſcripſit, vtile eſſe nihilominus legatum : quia
ſemel conſtitit. quod & verum eſt. Non enim placuit
ſententia exiſtimantium *f*, extinctum eſſe legatum,
quia in eam cauſam peruenerit, à qua incipere non
poteſt.
15 ¶ Sed ſi vxori maritus dotem legauerit, valet
legatum : quia * plenius *g* eſt legatum, quàm de
dote actio. Sed ſi *h* quam non accepit dotem lega-
uerit : Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt *i*, ſi
quidem ſimpliciter legauerit, inutile eſſe legatum : ſi
verò certa pecunia, vel certum corpus, aut *k* inſtru-
menta dotis in legando demonſtrata ſunt, valere
legatum.
16 ¶ Si res legata ſine *l* facto hæredis perierit, *m*
legatario decedit. Et ſi ſeruus alienus legatus ſine fa-
cto hæredis *n* manumiſſus fuerit: non tenetur hæres.
Si verò hæredis ſeruus legatus ſit *o*, & ipſe eum ma-
numiſerit: teneri ipſum Iulianus ſcripſit, nec intereſt,
ſciuerit *p*, an ignorauerit à ſe eum legatum eſſe. Sed
& ſi alij donauerit ſeruum, & is cui donatus eſt, eum
manumiſerit, tenetur hæres: quamuis ignorauerit, à
ſe eum legatum eſſe.
17 ¶ Si quis *ancillas q cum ſuis natis* legauerit,
etiam ſi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato ce-
dunt.
¶ Idem eſt, & ſi *ordinarij ſerui r cum vicariis* legati
fuerint : quia licèt mortui ſint ordinarij, tamen vi-
carij legato cedunt.
¶ Sed ſi *ſeruus* fuerit *cum peculio* legatus, mortuo
ſeruo vel manumiſſo, vel alienato peculij legatum
extinguitur *ſ*.
¶ Idem eſt, ſi *fundus inſtructus*, vel *cum inſtrumento*
legatus fuerit: Nam fundo alienato, & inſtrumenti
legatum extinguitur *t*.
18 ¶ Si grex legatus fuerit, & poſtea *u* ad vnam
ouem peruenerit, quod ſuperfuerit, vindicari poteſt.
Grege autem legato etiam *x* eas oues, quæ poſt teſta-
mentum factum gregi adiiciuntur, legato cedere. Iu-
lianus ait. Eſt autem gregis vnum *y* corpus ex diſtan-
tibus capitibus, ſicut ædium vnum corpus eſt, ex co-
hærentibus lapidibus.
19 ¶ Ædibus denique legatis, columnas & mar-
mora, quæ *z* poſt teſtamentum factum adiecta ſunt,
legato ‖ dicimus ‖ cedere.
20 ¶ Si *peculium* legatum fuerit : ſine dubio quic-
quid peculio accedit, vel decedit viuo teſtatore,
legatarij lucro vel damno eſt *a*. Quod ſi poſt mor-
tem teſtatoris ante aditam hereditatem ‖ aliquid ‖
ſeruus adquiſierit : Iulianus ait *b*, ſi quidem ipſi
manumiſſo peculium legatum fuerit : omne quod
ante aditam hæreditatem adquiſitum eſt, legatario
cedere, quia huiuſmodi legati dies *a* adita hæredita-
te cedit. ſed ſi extraneo peculium legatum fuerit,
non cedere ea legato, niſi ex reb. peculiaribus auctum
fuerit peculium.
¶ Peculium autem, niſi legatum fuerit, manu-
miſſo non debetur *c*, quamuis ſi viuus manumiſerit,
ſufficit, ſi non adimatur. & ita diui Seuerus & Anto-
ninus reſcripſerunt.
¶ Iidem reſcripſerunt, peculio legato, non videri
id relictum *d*, vt petitionem habeat pecuniæ, quam
in rationes dominicas impenderit †.
¶ Iidem reſcripſerunt, peculium videri legatum,
cùm rationibus redditis liber eſſe iuſſus eſt, & ex eo
reliqua inferre.
21 ¶ Tam *e* autem corporales *f* res legari poſſunt,
quàm incorporales. & ideò quod defuncto debetur,
poteſt alicui legari *g*, vt actiones ſuas hæres legata-
rio præſtet, niſi exegerit *h* viuus teſtator pecuniam :
nam hoc caſu legatum extinguitur.
¶ Sed *i* & tale legatum valet, *damnas eſto hæ-
res meus domum illius reficere k* : vel, *illum ære alieno li-
berare*.
22 ¶ Si generaliter ſeruus vel res alia legetur, ele-
ctio legatarij eſt *l*, niſi aliud teſtator dixerit.
23 ¶ Optionis legatum ‖ id eſt, ‖ vbi teſtator ex
ſeruis ſuis, vel aliis rebus optare legatarium iuſſerat,
habebat olim in ſe conditionem. & ideò, niſi ipſe le-
gatarius viuus optaſſet, ad hæredem legatum non
transmittebat *m*. ſed ex conſtitutione *n* noſtra &
hoc in meliorem ſtatum reformatum eſt : & data eſt
o licentia hæredi legatarij optare ‖ ſeruum, ‖ licèt
viuus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore
tractatu habito, & hoc in noſtra conſtitutione addi-
tum eſt: ſiue plures legatarij extiterint, quibus optio
relicta eſt, & diſſentiant in corpore eligendo : ſiue
vnius legatarij plures hæredes ‖ ſint ‖ & inter ſe circa
optandum diſſentiant, alio aliud corpus eligere cu-
piente : ne pereat legatum (quod plerique pruden-
tium contra beneuolentiam introducebant) fortu-
nam *p* eſſe huius optionis iudicem, & forte *q* hoc
eſſe dirimendum, vt ad quam ſors venerit, illius ſen-
tentia in optione præcedat

menti, reus multo magis exceptione tutus erit, *l.3 §.1. 3. de lib. le.*
a *l.8.§.1. ff. de lib. leg.*
b *v. l.28. in fi. l. 29. de leg. I.*
c *v. l.13. 14. de lib. leg.*
d Imò inutile, *l. 82 ff. de leg. 2. l.5. ff. ad l. Falcid. vbi dixi.*
† i. quia debitor vult de præſenti ſolui.
e *l.5. in fi. ff. ad l. Falcid.*
f Pauli, *l.82. de leg. 2. & 140. de verb. obl.* Marcelli. *l.98. de verb. obl.*
*
g *l.1. §.2. de dote præleg.*
h *v. l.21. in fi. ff. de verb. obl.*
i poteſt enim vel minimus nummus dos eſſe, *l.69. §.4. de iure dot.*
k *l.3. C. de falſa cauſa.*
l *v. l.26. §.1. de leg. I.*
m Legato fataliter ſine culpa hæredis interempto, legatarij damnum eſt, *Paul. 3. ſent. 6. §.9.*
n *l.3. de leg. I.*
o *l.1.2. §.1. de l. I.*
p *v. l.91. §.2. de verb. oblig.*
q *v. l.62. de leg. I.*
r *l.4. de pecul. leg.*
ſ *l.1. de pecul. leg.*
t *l.1. l.5. de inſt. ucto.* imò non extinguitur, *l.5. ff de inſtruct.*
u *l.22. de leg. I.*
x *l.21. de leg. I.*
y *v. l.30. de vſuca.*
z *l.41. §. pen. l.44. § ſi area. de leg. I.*
a vt ita augeatur & minuatur, *l.65. in pr. de leg. 2.*
b tempus quo dies legati cedit ſpectari : ſi extraneo, mortis tẽpus, *l. 8. in fi de pecul. leg.*
c *v. l. vn. C. de peculio eius qui liber. meruit.*
d *v. l.6. §. pen. de pecul leg.*
† atque ita videtur abrogari. *l.13. §.1. de pecul. leg.*
e *Paul. 3. ſent. 6. §.11.*
f *v. l.41. in pr. de leg. I.*
g *l.39. § 3. de le. I.*
h *l.75. §.2. de le. I.*
i *Paul. 3. ſent. 6. §.10.*
k *v. l.108. j. de le. I. l.49. in fi. de leg. 2.*
l *v. l.2. §.1. de opt. l.25. §.17. ff. familiæ.*
m hinc apparet à Triboniano detractam negationem, *l.19. de opt.*
n *vide l.2. quando dies.*
o *l. vlt. C. comm. de leg.*
p id eſt ſortem.
q *d. l. vlt. in princ.* Theophilus hic κλῆρῳ ἤτοι λαχμῷ, id eſt ſorte

24 ¶ Legari autem illis ſolùm poteſt, cum quibus
a teſtamenti factio eſt.
25 ¶ Incertis verò perſonis neque legata, neque
fideicommiſſa olim *b* relinqui conceſſum erat. Nam
ne miles quidem incertæ perſonæ poterat relinque-
re, vt diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta autem per-
ſona videbatur, quam incerta opinione animo ſuo te-
ſtator ſubiiciebat: veluti ſi quis ita dicat : *quicunque c
filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei hæres meus
illum fundum dato.* Illud quoque quod iis relinqueba-
tur, *qui poſt teſtamentum ſcriptum primi conſules deſignati
eſſent:* æque incertæ perſonæ legari videbatur: & deni-
que multæ aliæ huiuſmodi ſpecies ſunt *d*. Libertas *e*
quoque incertæ perſonæ non videbatur poſſe dari :
quia placebat nominatim *f* ſeruos liberari. Sub certa
verò demonſtratione *g*, id eſt, ex certis perſonis in-
certæ perſonæ rectè legabatur : veluti ex *cognatis meis
qui nunc ſunt, ſi h quis filiam meam vxorem duxerit, ei
hæres meus illam rem dato.* Incertis autem perſonis le-
gata, vel fideicommiſſa relicta, & per errorem ſo-
luta *i*, repeti non poſſe, ſacris conſtitutionibus cau-
tum erat.
26 ¶ Poſthumo quoque alieno inutiliter *k* ‖ anteà ‖
legabatur. Eſt autem alienus poſthumus, qui natus,
inter ſuos hæres teſtatori futurus non eſt. Ideóque
ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat
poſthumus auo.
27 ¶ Sed nec huiuſmodi ſpecies penitus eſt ſine
iuſta emendatione relicta : quum in noſtro Codice *l*
conſtitutio poſita ſit, per quam & huic parti mede-
mur, non ſolum in hæreditatibus, ſed etiam in le-
gatis & fideicommiſſis: quod euidenter ex ipſius con-
ſtitutionis lectione clareſcit. Tutor autem nec per
noſtram conſtitutionem incertus *m* dari debet : quia
certo iudicio debet quis pro tutela ſuæ poſteritati
cauere.
28 ¶ Poſthumus autem *n* alienus, hæres inſtitui &
ante poterat *o*, & nunc poteſt : niſi in vtero eius ſit,
quæ iure noſtro vxor eſſe non poteſt.
29 ¶ Si quidem *p* in nomine, cognomine, præ-
nomine, ‖ agnomine ‖ legatarij teſtator errauerit :
cùm de perſona conſtat, nihilominus valet legatum.
Idémque in hæredibus ſeruatur. & rectè. Nomina
enim ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt:
qui ſi alio quolibet modo intelligantur, nihil inte-
reſt.
30 ¶ Huic proxima eſt illa iuris regula, * falſa
q demonſtratione legatum non perimi. veluti ſi quis
ita legauerit, *Stichum ſeruum meum vernam do lego.* li-
cèt enim non verna, ſed emptus ſit: ſi tamen de ſer-
uo conſtat, vtile eſt legatum. Et conuenienter, ſi
ita demonſtrauerit, *Stichum ſeruum quem à Seio emi*,
ſitque ab alio emptus : vtile eſt legatum, ſi de ſeruo
conſtat.
31 ¶ Longè magis * legato falſa *r* cauſa ‖ adiecta ‖
non nocet : veluti cùm quis ita dixerit, *Titio, quia
me abſente negotia mea curauit, Stichum do lego*, vel ita,
*Titio quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, Sti-
chum do lego.* Licèt enim neque negotia teſtatoris vn-
quam geſſerit Titius, neque patrocinio eius liberatus
ſit, legatum tamen valet. Sed ſi *ſ* conditionaliter
enuntiata fuerit cauſa, aliud iuris eſt, veluti hoc
modo : *Titio, ſi negotia mea curauerit, fundum meum do
lego.*
32 ¶ An *t* ſeruo hæredis rectè legemus, quæritur?
& conſtat purè inutiliter legari, nec quicquam pro-
ficere, ſi viuo teſtatore de poteſtate hæredis exierit :
quia * quod *u* inutile foret legatum, ſi ſtatim poſt
factum teſtamentum deceſſiſſet teſtator. hoc non de-
bet ideo valere, quia diutiùs teſtator vixerit. Sub *x*
conditione verò rectè legatur ‖ ſeruo, ‖ vt requiramus,
an quo tempore dies legati cedit, in poteſtate hære-
dis non ſit.
33 ¶ Ex diuerſo, hærede Inſtituto ſeruo, quin
domino rectè etiam ſine conditione legetur, non du-
bitatur *y*. Nam etſi ſtatim poſt factum teſtamentum
deceſſerit teſtator : non tamen apud eum, qui hæres
ſit, dies legati cedere intelligitur : cùm hæreditas à
legato ſeparata ſit : & poſſit per eum ſeruum alius
hæres effici, ſi priùs, quàm iuſſu domini adeat, in al-
terius poteſtatem tranſlatus ſit : vel manumiſſus ipſe
heres efficitur: quibus caſibus vtile eſt legatum. Quòd
ſi in eadem cauſa permanſerit, & iuſſu legatarij adie-
rit : euaneſcit legatum.
34 ¶ Ante *z* hæredis inſtitutionem inutiliter
antea legabatur : ſcilicet *a* quia teſtamenta vim ex
inſtitutione hæredis accipiunt, & ob id veluti caput
atque fundamentum intelligitur totius teſtamenti
hæredis inſtitutio. Pari ratione nec libertas ante
hæredis inſtitutionem dari poterat † Sed quia inci-
uile putauimus *b*, ſcripturæ ordinem quidem ſequi,
(quod & ipſi antiquitati vituperandum fuerat viſum)
ſperni autem teſtatoris voluntatem: per noſtram con-
ſtitutionem *c* & hoc vitium emendauimus : *vt liceat
& ante hæredis inſtitutionem, & inter † medias hære-
dum inſtitutiones legatum relinquere, & multò magis liberta-
tem*, cuius vſus fauorabilior eſt. 35 ¶ Poſt mortem
quoque hæredis aut legatarij ſimili modo inutili-
ter legabatur *d* ; veluti ſi quis ita dicat, *cùm hæres*

& micatione. Eſt enim Gloſſis λαχμὸς micatio : vt hunc locum referas ad digitorum micationem.
a *l.101. in fin. de leg. I.*
b *Vlp. tit. 24 §. incertæ : Paul. 3. ſent. 6. §. legatum 13. l.19. §.4. ff. de iure dot.* hodie aliud eſt, *l.1. C. de incertis perſonis.*
c aliud eſt in legato pauperum, *v. l.24. C. de epiſc.*
d Incertus dicitur, quem ignoramus, *l.89. in fin. de verb. ſign.*
e Libertas nominatim teſtamento relinquenda, dixi, *ad Vlp. 1. §. vlt.*
f *l.21. ff. de manumiſſ. teſt.*
g hæc duo verba, *id eſt*, deſunt, apud Theop.
h adde caſum, *l. 5 de rebus dub.*
i Vtique debita naturaliter. *vide l.9. C. ad falc.*
k Imò vtiliter, *l. penult ff. eod.*
l id eſt, Veteri, conſentaneum eſt, ea conſtitutione fuiſſe indictum, vt & incertæ perſonæ & alieno poſthumo legari poſſit.
m *l.20. l.30. de teſt. tut.*
n non alienus. *Alciat. 2. παρ. 9* reprehẽſus à Rob. 1. recepta 3.
o iure Prætorio, non ciuili. *Cuiac.*
*
p *vide l.4. C. de teſtament.*
q *vi. l.33. de cond. & demonſtr.*
*
r *vide l.72. §. falſam. de cond. & demonſt.*
ſ *vid l.17. §. pen. de cond. & demonſt.*
t *l.20. ff. ad l. Fal.*
*
u *l.1. de reg. Caton.*
x *l.86 de cond. & demonſtr.*
y *adde l.25. de legat. I.*
z *Paul. 3. ſent. 6. §.2.*
a *l.1. in fin. de vulgari, l. vlt. de iure codic.*
† *Vlp. 1. §.20.*
b *vide l.6. de ſolutionibus.*
c *l.24. C. de teſtamentis.*
† & ita abrogatus quod apud *Vlp. 1. §.1.*
d i. ne ab hærede heredis legari videatur. *Vlp. 24. §. poſt mortem. Paul. 3 ſent 6. §.6. Poſt mortem.*

††† iij

ẽem. *Idem in captiuis*, ego faciam vt pendeat, Nam in robur te totum dabo, *Valer.6.c.3.* de robore præcipitati ſunt. Lucretius 3 Carcer & horribilis de ſaxo iacta deorſum, Verbera, carniſices, robur, pix lamina, tœdæ.

a An idem dicendum eſt de præcipitatione in mare? Conſtat ſanè parricidas olim in mare vel flumẽ deiectos, *v.l.vlt.ſ.de lege Pomp. de parricid. Cicer. 1. ad Herennium*, eóque ſupplicij genere pædagogi Caij ab Octauio puniti, *Sueton. in Octauio, c.76.* Traianus delatores nauibus ſine velis & remis exponebat. *Plin. in Panegyrico ad Traianum.*

b Vel calumniam, *συκοφαντίαν, 60. Eclog. 31. cap.55.* (ideoque ſtatuta illa probo quibus iniuriarum tenetur, qui liberis ſupplicium paternum obijcit) pro ſcriptionẽ *6. Harmenop. 6.* dignitatis priuationẽ, *l.7. in fi. ſ. de ſenatorib. l.31. in fi. ſ. de ritu, l.2.§.3. ſ. de decur.* infamiam vel pœnam capitalẽ, qua de re Vide diligẽtiſsimè Halicarn. *8. ea parte qua de liberis Caßij tract.*

præcipitetur *a*.

De filio damnati.

28. *Calliſtratus*‖lib. 1. de Cognitionibus.‖

CRimen, vel pœna paterna nullam maculam *b* filio infligere poteſt Namq; vnuſquiſq; ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur, nec alieni criminis *c* ſucceſſor cõſtituitur. idque Diui *d* fratres Hierapolitanis reſcripſerunt.

De ſententia non mutanda, & de reſtitutione. 1. De decurionibus, & principalibus ciuitatum.

27. *Idem*‖lib. 5. de Cognitionibus.‖

DIui fratres Harruntio Siloni reſcripſerunt, non ſolere præſides prouinciarum ea quæ pronuntiauerunt ipſos reſcindere *e*. Vetinæ quoque Italicenſi *f* reſcripſerunt ſuam mutare ſententiam neminem poſſe: idque inſolitum eſſe fieri. ¶ Si tamen de ſe quis mentitus *g* fuerit, vel, cùm *h* non haberet probationum inſtrumenta, quæ poſtea reperierit, pœna afflictus ſit: nonnulla exſtant principalia reſcripta, quibus vel pœna eorum minuta eſt, vel in integrum reſtitutio conceſſa, ſed id duntaxat *i* à principibus fieri poteſt.

1 ¶ De decurionibus & principalibus *k* ciuitatum qui capitale *l* admiſerunt, mandatis cauetur, *vt, ſi quis* ‖id‖ *admiſiſſe videatur, propter quod relegandus extra prouinciã in inſulam ſit, Imperatori ſcribatur adiecta ſententia à præſide.*

2 ¶ Alio quoque capite mandatorum in hæc verba cauetur. *Si quis ex m principalibus n alicuius ciuitatis latrocinium fecerint, aliudve quod facinus, vt capitalem pœnam meruiſſe videantur commiſerint, vinctos eos cuſtodies, & mihi ſcribes, & adijcies quid quiſque commiſerit.*

De pœnis capitalibus. 1. Vel non capitalibus. 2. De fuſtigatione. 3. De ſeditioſis & turbulentis. 4. De ſeruis. 5. De fuſtigatione & condemnatione in metallum. 6 Vel in opus metalli. 7. De his qui ad ſtatuas vel ad imagines principum confugiunt. 8. De admiſſo in neceſſariam vel extraneam perſonam. 9. De venenariis. 10 De graſſatoribus. 11. De concrematione. 12. De incẽdia ijs & fortuito incẽdio. 13. De gradibus pœnarũ. 15. De latronib. 19. De ſeruis & liberis. De famoſis & integra exiſtimationis hominibus.

28. *Idem*‖lib. 6 de Cognitionibus.‖

CApitalium *o* pœnarum ferè iſti gradus *p* ſunt. ¶ Summum *q* ſupplicium eſſe videtur ad furcam *r* damnatio, item viui *ſ* crematio. quod quanquam ſummi ſupplicij appellatione meritò contineretur: tamen, eo quòd poſtea id genus pœnæ adinuentum eſt, poſterius primo viſum eſt. item capitis *t* amputatio.

¶ Deinde proxima morti pœna metalli *u* coërcitio.

‖¶ Pòſt‖deinde in inſulam deportatio *x*.

1 ¶ Cæteræ pœnæ ad exiſtimationem, non ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in inſulam: vel cùm in opus quis publicum *a* datur, vel cum fuſtium *b* ictu ſubijcitur. 2 ¶ Non *c* omnes fuſtibus cædi ſolent, ſed hi duntaxat, qui liberi *d* ſunt, & quidem tenuiores homines, honeſtiores verò fuſtibus non ſubijciuntur, idque principalibus reſcriptis ſpecialiter exprimitur.

3 ¶ Solent quidam, qui vulgo ſe iuuenes *e* appellant, in quibuſdam ciuitatibus turbulentibus *f* ſe accamationibus popularium *g* accommodare. qui ſi ampliùs nihil admiſerint, nec antè ſint à præſide admoniti: fuſtibus cæſi dimittuntur, aut etiam ſpectaculis eis interdicitur. quòd ſi *h* ita correcti, in eiſdem deprehendantur, exilio puniendi ſint. nonnunquam capite plectendi. ſcilicet cùm ſæpiùs ſeditioſè & turbulentè ſe geſſerunt, & aliquotiens adprehenſi, tractati clementius, in eadem temeritate propoſiti perſeuerauerint.

4 ¶ Serui cæſi, ſolent dominis reddi *i*.

5 ¶ Et (vt generaliter dixerim) omnes, qui fuſtibus cædi prohibentur, eandem habere honoris reuerentiam debent, quam decuriones *k* habent. Eſt enim *l* inconſtans dicere, eum, quem principales conſtitutiones fuſtibus ſubijci prohibueruut, in metallum dari poſſe.

6 ¶ Diuus Hadrianus in hæc verba reſcripſit: In opus metalli ad tempus nemo damnari debet: ſed qui ad tempus damnatus eſt, etiam *m* ſi faciet metallicum opus, non *n* in metallum damnatus eſſe intelligi debet. huius enim libertas manet *o*, quandiu *p* etiam hi qui (non) in perpetuum opus damnantur. Proinde & mulieres hoc modo damnatæ, liberos pariunt.

7 ¶ Ad ſtatuas *q* confugere, vel imagines *r* principum in iniuriam alterius prohibitum eſt. cùm enim leges omnibus hominibus æqualiter ſecuritatem tribuant, merito viſum eſt, in iniuriam potiùs alterius, quàm ſui defenſionis gratia, ad ſtatuas vel imagines principum confugere: niſi ſi quis ex vinculis vel cuſtodia, detentus à potentioribus, ad huiuſmodi præſidium confugerit, his enim venia tribuenda eſt. Ne autem ad ſtatuas vel imagines quis confugiat, Senatus cenſuit. Eumque qui imaginem Cæſaris in inuidiam alterius prætuliſſet, in vincula *ſ* publica coërceri, Diuus Pius reſcripſit.

8 ¶ Omnia admiſſa in *t* patronum patronúve filium, patrem *u*, propinquum, maritum, vxorem, cæteraſq; neceſſitudines, grauiùs vindicanda ſunt, quã in extraneos.

9 ¶ Venerarij *x* capite puniendi ſunt: aut, ſi dignitatis reſpectum agi oportuerit, deportandi.

10 ¶ Graſſatores *y*, qui prædæ *z* cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur. & ſi cum ferro adgredi, & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur? vtique ſi ſæpiùs, atque in itineribus *a* hoc admiſerunt. cæteri in metallum dantur, vel in inſulas relegantur.

11 ¶ Igni *b* cremantur plerunque ſerui, qui ſaluti dominorum ſuorum inſidiauerint *c*: nonnunquam liberi plebei, & humiles perſonæ.

adde *l.5.§.1.1.C. ad legem Iuliam maieſtatis, ibid. paterno enim deberent perire ſupplicio: Deut.24.verſ.16. 2. Reg.4.verſ.6. 2. Paralip.25.verſ.4. Ezech.18.verſ.20. Cic. epiſt. ad Brutum* 5. An ſit æquum eos priuari bonis paternis in vniuerſum? alibi dicam: hoc certè conſtat, legitimam eis relinqui, *l.7.ſ. de bonis damnatorum*, quæ tamen in crimine maieſtatis eis non ſeruatur. c Et caſu, *l.7. in fin. ſ. de ſenatorib. l.8. in fi. ſ. de in ius voc. C. ne filius pro patre: l.34. ſ. de ritu.* d Antoninus Philoſophus & Verus. e *l.15. C. eo. l.45. §.1. l.55. ſ. de re iud. l.1. in fi. ſ. de quæſtion. v. Petr. Fab. 1. ſemeſt 4.* f Italica ciuitas Hiſpaniæ, ex qua fuit Traianus. Hadriani maiores inde quoque. Spartianus Hadriano *in princ.* g *d.l.1.* h Atqui id non permittit, *l.19. l.29. C. de tranſact.* Hinc colligit Bartolus, poſt concluſionem in cauſa criminali, & poſt teſtium publicationem admitti probationes inſtrumentales.

i *d.§.1. l.9. § 11 ſ. eod.* Si poſt definitiuam ſententiam de rei innocentia conſtat, poteſt reus abſolui, *Bart.* vide Guidonem Papæ, *deciſ.316.*

k Principales ciuitatum, *hic & §.2. ſ. eod.* qui archigerontes, *l. archigerontes, 5. C. de epiſc aud.* adde quæ ſcripſi ad *l.1. C. de ſent. paßis, v.l.33. l.40. l 42. C. de decur.*

l Capitale quid, *Hal.* m Adde *l.6. § 9 ſ. de iniuſto.*

n Nobiles non eſſe puniendos niſi principe conſulto hinc colligunt, vt notat Alciatus, *c. quod ſedem n.85. de offic. ordin.* Verum hic locus de nobilibus non eſt, ſed de principalibus ciuitatum. adde & de decurione, *l.2. de bonis eorum.* adde quæ ſcripſi ad *l. vlt. §.1. C. vbi ſenatores: l.6. § 7. ſ. de iniuſto.*

o Capitalia ſupplicia hæc ſunt: Furca, viui crematio, capitis amputatio: morti proxima verò, pœna metalli, deportatio, *vt hic.* Non capitalia, neque morti proxima, ſed quæ ad exiſtimationem tantùm pertinent, relegatio opus, fuſtigatio, *§.1. ſ. eod.*

p Et ordines, q *l.4 ſ. ſi quis cautionib.*

r *60. Ecl.51. cap.25.* Summa ſupplicia ſunt, crux, crematio, decollatio, *Paul.5. ſentent. 17. §. 2* ſed quia *Crucis* ſupplicium, Chriſti veneratione mutatum fuit à Conſtantino: *Crucis* loco Tribonianus furcam ſubſtituit, *quod etiam conſtabit collata lege 38. §. 2. eod. cum Paul. 5. ſent 22. §.1.* & hoc tamen perperam, cùm crux & furca ſint res diuerſæ. Cruci criminoſi figuntur, furcæ vero ſuſpenduntur. Erat & aliud furcæ genus quo furca in collum iniecta damnati traducebantur ad ſupplicium, virgis ad necem cædendi. *Aurelius Victor in Nerone: Sueton. in Nerone, c.59.* eratque ligneæ materiæ vinculum ſeu laqueus, cuius figuram vide apud Cuiacium 16. *obſeru* 1. de antiquato crucis ſupplicio vide Auguſtinum *in quæſt. veteris Teſtamenti:* Hermiam *lib.1.* & Nicephorum. Quinam olim crucifigerentur, & qui hodie furcis ſuſpendantur, *v.§ 15. ſ. eod.* Cruces autem poſitas fuiſſe in ſingulis vrbibus edito in loco, indicio eſt *Verrina 1. vbi dixi.*

ſ *vide leg. vnicam, C. de Nili aggeribus.*

t Capitis amputatio genus ſupplicij nobile vulgò exiſtimatur. Græci quoque in ea opinione fuerunt, *Xenophon. 2.* ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς ὅπερ κάλλιστον θάνατον ἐδόκει εἶναι, *Cuiac. ibid.*‖

u *vide leg.8. §.6. ſ. eod.*

x *vide Nouellam 22, cap.28.*

f Turbulentis, *vulg. Haloand.* g *l.1. §.12. ſ. de offic. præfect. vrb.* Populus fuere, quatuor factiones agitatorum Romæ, Veneta, Praſina, Arbuta, Ruſſ... δήμευς. v. Cuiac. 8. *obſ.*29. dixi ad *Nou.*17 *c.2.* h Iteratione augetur delictum ... *ſ. de iure patron.* augetur etiam pœna ex frequenti delicto, de quo *v.l.3. in ... epiſcop aud.* i Interdum cæſi reddebantur dominis ſuis ſerui, ſub pœna ... culorum, *l.38. §.4. ſ. eod.* k *dixi ad tit. C. de decurionib.* l Argumentum ... ad maius. Non poteſt fuſtibus ſubijci, multo minùs in metallum dari.

m Opus metallicum qui facit, non continuò habetur pro damnato ad me...

n Metalli facere opus, & damnari ad metallum ſunt diuerſa: imò non ... *l.5. in fin. ſ. de variis. v. Cuiac. apud Paul. 3. ſent. 17. §. vlt. & 6. obſ. 25.* ... *Robertum 1. animaduerſ. 28. Anton. Mercat. 1. c.28.*

o Manet, quemadmodum etiam his qui in perpetuum opus damnantur ... *Paul. d. loco*: quemadmodum etiam his qui non in perpetuum. *Haloand.* ... *obſeru.25.* quemadmodum etiam his qui in perpetuum. *Idem.25. obſeru.* ... diu etiam ij non in perpetuum. *Robertus 2. receptar.19. & 1. Animaduerſ.* ... *Antonium Mercatorem 1. not.28.* q Quemadmodum etiam his qui non ... *obſ.25.* q *v.l.5. ſ. de extraord crim. l. vnic. C. de his qui ad ſtatuas.*

r Imaginibus principum abuti & ad eas confugere ad alterius iniuriam ... bitum, *vt hic. l.38 ſ. de iniur.* Tacitus, incidebat deterrimo cuique licentia ... probra, & inuidiam in bonos excitandi arrepta imagine Cæſaris: libertique ... ac ſerui patrono vel domino, cùm voces, cum manus intẽtarent, vltrò metue... Igitur C. Cæſtius ſenator diſſeruit, principes quidem inſtar deorum eſſe, ſed ... à diis niſi iuſtas ſupplicum preces audiri, neque quenquã in Capitolium, a... bis templa perfugere, vt eo ſubſidio ad flagitia vtatur. Abolitas leges, & ... verſas, vbi in foro, in limine curiæ ab Annia Rufilla, quam fraudis ſub iudice ... eſt legendum, non iudice) damnauiſſet, probra ſibi & minæ intendantur, neque ... audeat iure (ſic lege, non ius) experiri, ob effigiem Imperatoris oppoſitam. ... effecit vt Rufilla accita, conuictáque publica cuſtodia attineretur. Tacit. 3 ... *bis 974.* Idem *anno vrbis 782. lib 5.* Populus effigies Agrippinæ & Neronis ... circumſiſtit curiam. Plin. 10 *Epiſt 97* Propoſitus eſt libellus ſine authore, mu... nomina continens, qui negarent ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, quum, præeunte ... Deus appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc iuſſeram cum ſimulachris ... minum efferri, thure ac vino ſupplicarent: præterea maledicerent Chriſto, quorum ... nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt re vera Chriſtiani. *his* adde *Cuiac. 12. obſ.*...

ſ Adde *Tacitum d.l.3.* t *v.l 16. §.3. ſ. eod.*

u *l.7. in fin. ſ. de iniuriis.* x Venenarij, *vulg. v.l 3. ſ. de ſicariis.*

y *Nouell. Leon.70.* z Non homicidij. a Locus auget delictum, *Nou.134.*...

b *6. Harm.12 in pr. v. quæ ſcripſi ad l. vn. C. de Nili aggerib.* adde *7. Eclog.6.* ... *tit.51. c.29.* c Inſidiati erunt, *Hal.*

ad §. ſolent Baldaux ad obs... bat. 5. n° 241.

12 ¶ Incen-

12 ¶ Incendiarij *a* capite puniuntur, qui ob inimicitias vel prædæ cauſas incenderint intra oppidum, & plerumque viui exuruntur *b*. Qui verò caſam aut villam, aliquo lenius. ¶ Nam fortuita incendia, ſi, cùm vitari poſſint, per negligentiam eorum, apud quos orta ſunt, damno vicinis fuerunt, ciuiliter *c* exercentur, vt qui iactura affectus eſt, damni diſceptet, vel modicè vindicetur. 13 ¶ In exulib. gradus pœnarum conſtituti edicto Diui Hadriani, vt qui ad tempus relegatus eſt, ſi redeat *d*, in inſulam relegetur. qui relegatus in inſulam, exceſſerit, in inſulam deportetur: qui deportatus euaſerit, capite puniatur. 14 ¶ Ita & in cuſtodiis *e* gradum ſeruandum eſſe, idem princeps reſcripſit, id eſt, vt qui in tempus damnati erant, in perpetuum damnarentur. qui in perpetuum damnati erant, in metallum damnarentur, qui in metallum damnati id admiſerint, ſummo ſupplicio afficerentur. 15 ¶ Famoſos *f* latrones in *g* his locis, vbi graſſati ſunt furca *h* figendos, compluribus placuit, vt & conſpectu deterreantur alij ab iiſdem facinoribus, & ſolatio *i* ſit cognatis & adfinib. interemptorum eodem loco pœna reddita, ‖ in ‖ quo latrones homicidia feciſſent. nonnulli etiam ad beſtias hos damnauerunt. 16 ¶ Maiores noſtri in omni ſupplicio ſeuerius *k* ſeruos, quàm liberos: famoſos *l*, quàm integræ famæ homines, punierunt.

De vltimo ſupplicio.

29. *Gaius* ‖ lib. 1 ad legem Iuliam & Papiam. ‖

QVi vltimo *m* ſupplicio damnantur, ſtatim & ciuitatem & libertatem perdunt. Itaque præoccupat hic caſus mortem, & nonnunquam longum tempus occupat. quod accidit in perſonis eorum, qui ad beſtias damnantur: ſæpe etiam ideo ſeruari ſolent poſt damnationem, vt *n* ex his in alios quæſtio habeatur.

De eo qui aliquid fecit, quò magis ſuperſtitione numinis terreret.

30. *Modeſtinus* ‖ lib. 1. de Pœnis. ‖

SI quis aliquid *o* fecerit, quo leues hominum animi ſuperſtitione *p* numinis terrerentur, Diuus Marcus huiuſmodi homines in inſulam relegari reſcripſit.

De damnatis non dimittendis, transmittendis. 1. Et ex prouincia in prouinciam ſine permiſſu principis non transmittendis.

31. *Idem* ‖ lib. 3. de Pœnis. ‖

AD beſtias damnatos, fauore *q* populi præſes dimittere non *r* debet, ſed *ſ* ſi eius roboris vel artificij *t* ſint, vt dignè populo *u* Romano exhiberi poſſint, principem conſulere debet.

1 ¶ Ex prouincia autem in prouinciam transduci *a* damnatos ſine permiſſu principis non licere, Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

De interlocutionis, vim feciſti.

32. *Vlpianus* ‖ lib. 6. ad Edictum ‖

SI præſes, vel iudex ita interlocutus ſit, *Vim feciſti*: ſi quidem ex interdicto, non *b* erit notatus. nec pœna legis Iuliæ ſequetur: ſi verò ex crimine, aliud *c* eſt. Quid: ſi non diſtinxerit præſes, vtrum Iulia publicorum, an Iulia priuatorum? tunc *d* ex crimine erit æſtimandum. Sed ſi vtriuſque legis crimina obiecta ſunt, mitior *e* lex, id eſt priuatorum, erit ſequenda.

De ſeruis.

33. *Papinianus* ‖ lib. 2. Quæſtionum. ‖

FRatres Imperatores reſcripſerunt, ſeruos in temporaria vincula damnatos, libertatem & hæreditatem ſiue legatum, poſtquam *f* tempus expleuerint, conſequi: quia temporaria *g* coercitio, quæ deſcendit ex ſententia, pœnæ eſt abolitio. Si autem beneficium libertatis in vinculis veniat ratio iuris & verba conſtitutionis libertati refragantur. ¶ Planè ſi teſtamento libertas data ſit, & eo tempore, quo aditur hæreditas, tempus vinculorum ſolutum ſit, rectè manumiſſus intelligetur: non ſecus ac ſi pignori *h* datum ſeruum debitor manumiſiſſet eiúſque poſt libertatũ pignus adita fuiſſet hæreditas.

1. De delatoribus.

3. *Idem* ‖ lib. 16. Reſponſorum. ‖

SEruus in opus publicum perpetuum *i*, ac multò magis temporarium non datur. Cùm igitur per errorem in opus temporarium fuiſſet datus, expleto *k* tempore, domino ſeruum eſſe reddendum, reſpondi.

1 ¶ Eos *l* quoque pœna delatoris ex ſententia ſenatuſconſulti teneri reſpondi, qui per *m* ſuppoſitam perſonam delatori cauſam dederunt.

De vinculis.

35. *Calliſtratus* ‖ lib. 1. Quæſtionum. ‖

MAndatis principalibus, quę præſidib. dantur, cauetur, ne quis perpetuis *n* vinculis damnetur. idque etiam Diuus Hadrianus reſcripſit.

De ſeruis pœnæ.

36. *Hermogenianus* ‖ lib. 1. Epitomarum. ‖

IN metallum, ‖ ſed ‖ & in miniſterium metallicorum damnati, ſerui efficiuntur *o*, ſed pœnæ.

De Dardanariis.

37. *Paulus* ‖ lib. 1. Sententiarum. ‖

IN Dardanarios *p*, propter falſum menſurarum *q* modum, ob vtilitatem *r* popularis annonæ, pro modo admiſſi extra *ſ* ordinem vindicari placuit.

Si quid in metallo Principis, vel ex moneta ſacra ſurreptum ſit. 1. De transfugis & conſiliorum renunciatorib. 2. De ſeditione ac tumultu. 3. De impubere corrupta. 4. De eo qui ſe ſuis nummis redemptum non probauit. 5. De abortionis vel amatorio peculo dato. 6. De teſtamento ſuppreſſo. 7. De viui teſtamento aperto recitato reſignato. 8. De inſtrumentis aduerſario proditis, vel alij redditis. 10. De iudice corrupto. 11. De milite qui ex carcere, dato gladio, erupit, & de eo qui, quem cuſtodiebat, deſeruit. 12. De militis qui ſibi manus intulit.

38. *Idem* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

SI quis aliquid ex metallo *t* principis, vel ex moneta ſacra *u* furatus ſit, pœna metalli, & exilij punitur.

1 ¶ Transfugæ *x* ad hoſtes, vel conſiliorum *y* noſtrorum renunciatores, aut *z* viui exuruntur, aut *a* furca ſuſpenduntur. 2 ¶ Actores *b* ſeditionis *c* & tumultus populo concitato, pro qualitate dignitatis aut, in furcam *d* tolluntur, aut beſtiis obiiciuntur, aut in inſulam deportantur. 3 ¶ Qui nondum *e* viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in † metallum damnantur, honeſtiores in inſulam relegantur, aut in exilium mittuntur.

a v. l. 12. ſ. de incendio. tit. 12. coll. legum Moſaic. 6. Harm. 12.
b v. d. l. vnicam.
c Dupli compendio damnum ſarcitur, *Pau. 5 ſent. 3. §. vlt. 1. in fin. C. de lege Aquil.*
d *l. 4. ſ. eod.*
e Cuſtodiæ hic ſunt qui in cuſtodia pœnis ſuis funguntur. vide Cuiacium 6. obſ. 36.
f Græcis περιβόητοι λῃσταὶ. 60. Eclog. 54. c. 30. §. 2. ἐπίσημοι λῃσταὶ, 6. Harm. 6. in fin.
g Puniendus, ſeu ſupplicio quiſque eo loci adficiẽdus eſt, vbi deliquit *l. 3. in fin. ſ. de re militari. l. 7. §. 4. ſ. de accuſat. Nou. 8. c. 8. in fin. Nou. 69. c. 1. in fin.*
h φουρκίζοντας. *Eclog. d. loco.* de furca dixi *in pr. ſ. eod.*
i Vindicta iuſta ſolatio eſt. Apulei 8. abiicite importunas lachrymas, abiicite luctũ meis virtutib. alienum, vindicaui in mei mariti cruentum peremptorem, punita ſũ funeſtum mearum nuptiarum prædonem. & alibi, vindictæ ſolatium date, vindicta pleriſque bonum vita iucundius ipſa.
k *l. 16. §. 3. ſ. eo.* Imò mitius ſunt puniendi, *l. 8. in fin. C. de Epiſcopis.* l Famoſus hic opponitur integræ famæ homini. m *l. 12. l. 21. ſ. eo.* n Damnati interdum ſeruantur, vt ex his in alios quæſtio habeatur. o Ita lex Francica, 1. *l. Francicarum, c. 16.* vetat, vt ne quis ignota *Angelorum* fingat nomina, nominétve, niſi illorum quos habemus in authoritate: vt ſunt Michael, Gabriel, Raphael. *& ibi c. 74.* Pſeudographæ & dubiæ narrationes, vel omnino quæ contra fidem Catholicam eodem modo vetantur. Huius generis ſunt epiſtolæ quas de cœlo cecidiſſe iactant nonnulli impoſtores, vult eos lex Francica comburi.
p Superſtitionem inducit, qui nouas vel vſu, vel ratione incognitas religiones affert, ex quibus animi hominum moueantur. *Paul. 5. ſent. 21. §. 2.* ſuperſtitioni impietas contraria: Religio medias partes tenet. Hæc ab hominibus Deo debetur, *l. 2. ſ. de iuſtitia* Feſtus *in Religioſis.* Lactantius *in Epitome c. 3* Primum iuſtitiæ officium eſt, Deum cognoſcere, vt parentem, eum metuere, vt dominum, diligere vt patrem, vitata omni ſuperſtitione, *vide l. 14. §. 5. ſ. de religioſis: l. 1. §. 1. ſ. de collegiis.* Eſt enim religio veri cultus: ſuperſtitio falſi, 4. *Lactant. 28.* ſuperſtitio minimis etiam in reb. Deos inferit *Liuius* 27. Eorum vafricie augetur, quib. quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi. *Liuius* 4. Morem patrium negligit ſæpiſſime, aſſumptis extrariis, vt morbis ſuis medeatur, quod ne fieret prudenter à Romanis vetitum fuit. *Liuius ibid.* adde Capitolinum in Marco Antonino, à quo peſtilentiæ tempore Deorum cultus diligentiſſimè reſtitutus fuit. Hæc eſt, quæ Athenienſibus ignotum illum Deum peperit. *Actorum 17. verſic 22. 23.* Papo 1. *Arreſtorum 1. art. 6.* & Lucius 1. *placitorum 3. art. 1.* hanc legem retulerunt ad circunforaneos flamines diuorum reliquias ementientes falsò, Galli, *Porteurs de rogatons*, quo malo gentiles olim grauiter laborarunt, quo & nomine falsò reprehenſi à Menandro apud *Clementẽ Alexandrinum in Protreptico*, nullus, inquit, placet mihi Deus, foris ambulans cum vetula, neque in domos ingrediens in tabula Metragyrtes, & Antiſthenes, non alo matrem Deorum, quam Dij alunt. ad hos videtur alludere Tertullianus *in apologetico c. 13.* circuit cauponas, inquit, religio mendicans, exigens mercedem templi, pro aditu ſacri: non licet Deos noſſe gratis, venales ſunt. Huc refer elegantem libellum Plutarchi *de ſuperſtitione.* q *v. quæ notaui ad l. pen. ſ. de ſicariis.* Hinc colligit Bellouiſanus 2. *practices 11. num 19.* Iudicem ob populi tumultum pœnam rei mitigare poſſe.
r *v. l. 12. C. eod. 5. Gell. 14.* ſ Supplicium differri poteſt, propter robur & artificium damnati. *adde quæ ſcripſi ad l. 13. ſ. de re militari.* Idem dicendum, ſi meriti ſint de Republica. *v. Ælianum 5. c. c. 19.* t Dynus refert ſe ex hoc textu mortis veniam impetraſſe cuidam fabro, ob artis ſuæ peritiam, cui alioquin manus ex ſtatuto erant amputandæ, *v. Clarum 5 ſent. §. vlt. q. 60*
u Ad ludum fortè gladiatorium, vel venatorium. Alciatus 2. *parergon* 28. An vt carnificis officio fungatur? hoc vſu receptum eſſe in Italia, Germania & Gallia refert Papo 3. *Notar. 10. Des remiſſions.* negat tamen temerè id concedendum, ne alioquin plures ſint carnifices quam rei. Idem 24. *Arreſt. 10. art. 14.* refert damnatũ, virgini nuptias eius poſtulanti S. C. Pariſienſi conceſſum fuiſſe, atque ita damnatum, mortis pœnam euaſiſſe. Id in Hiſpania vſitatum addit, quorum conſuetudo fortè deducta ex cap. inter operas charitatis 20. *Extra de ſponſalibus, adde l. 27. C. ad legem Iuliam de adult.* Chaſſaneus *in conſuet. Burgundiæ §. 2. in verbis, s'il n'a grace* onotat, ſe nullum huius rei rationem adferre poſſe, niſi fortè quis cenſeat, matrimonio conceſſo maiorem pœnam indictam videri quam ſi mors eſſet indicta. adde Tiraquellum *tract. de pœnis cauſa* 56.

a *l. 4. in fin. ſ. eod.*
b Cur ita? *v. l. 13. ſ. de vi & vi.*
c Damnatus ex lege Iulia de vi priuata ſit infamis.
d *v. l. 1. §. 4. ſ. ad Turpillianum.*
e Præſumitur pro mitiore pœna & delicto. *v. Alciat. 3. præſumpt. 6.*
f *l. 1. C. qui non poſſunt ad libertatẽ.*
g *vide l. 8. ſ. de poſtulando.* pœna ad tempus impoſita, poſt tempus intelligitur remiſſa.
h *l. 26. ſ. qui & à quibus.*
i *l. 1. C. eod.*
k *l. 14. C. eod.*
l *v. l. 24. ſ. de iure fiſci.*
m *vide l. 24. ſ. de iure fiſci.*
n *vide l. 8. §. 9. ſ. eod. l. 6. C. eo. Cuiac. 14. obſ. 34.*
o *v. Nou. 22. c. 8.*
p Dardanarij qui? *v. l. 6. ſ. de extraord. crim.*
q *v. l. pen. ſup. de falſis.*
r *l. vlt. ſ. de annona.*
ſ *v. l. 8. ſ. de publ. iud.*
t *v. l. 6. in fi. ſ. ad l. Iul. peculatus.*
u Sacra moneta, principis moneta.
x *v. l. 8. §. 2. ſ. eod. l. 3. in fin. ſ. de ſicariis: l. 7. ſ. de re militari.*
y *v. l. 6. §. 4. ſ. de re militari.*
z Hoc referendum eſt ad transfugas: *l. 8. §. 2. ſ. eod.*
a Hoc referendum ad renunciatores conſiliorum, *l. 6. 4. ſ. de re militari.*
b Auctores. *Paul. 5 ſent. 22. §. 1.* authores, *Hal.*
c *v. C. de ſeditioſis.*
d Crucem, *Paul. ibid.* cur hoc ita mutatum à Triboniano, dixi ſ. ad legem 28. Aſſentior Lactantio 4. c. 26. dicenti Chriſtum crucis ſupplicio potiſſimũ affectum, quod crux infame genus eſſet ſupplicij, ſed tamen, ſi propius ſpectemus, hic locus oſtendit Chriſtum non alio nomine à Iudæis crucifixum: quàm quòd eum (falsò tamen, & perfidè) ſeditionis authorem dicerent. hinc illæ accuſationes, hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram; & prohibentem tributa dare Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe, *Lucæ 10. verſ. 2. & verſ. 5.* concitat populum. Porrò, vt de crucis ſupplicio aliquid amplius addamus, hac pœna Ioſue principes idololatras affecit, *Ioſue c. 8. verſ. 29.* vt & Dauid ſeptẽ ex genere Saulis ob interfectos Gabaonitas contra fœdus, 2. *Regum 25. verſ. 6* ea pœna vtebantur Ægyptij *Gen. 40. verſ. 21. & 22. Plut. in Agide & Cleomene in fin.* Perſæ & Medi, *Eſther 5. verſ. 4. c. 7. verſ. vlt. 1. Eſdr. verſ. 11.* Carthaginenſes 4. *Liuius 8.* in Hannonem Afros concitantem *Iuſt. 21.* & dux Macheus in Catalonem filium, *Iuſt. 18.* & ex Romanis Scipio in transfugas 2. *Valer. 2. C.* Soſſius in regem Antigonum eo vſus eſt. *Plutarch. in libro de fortuna Romanorum.* Galba in tutorem, qui pupillum ſuum veneno interfecerat. *Suet in Galba c. 9.* e Nondum viripotentem, Græci ἄνηβον 60. *Ecl. 37. ex tit. 51. c. 38. § 4.* κόρην πρὸ τῆς ἥβης, 6. *Harm. 3. c.* περὶ βίας παρθένου. §. 9. Latini etiam immaturam appellant, *l. 25. ſ. de iniur.*
† Pœna corrumpentis nondum viripotentem iure ciuili non eſt cogitata: *vt hic.* damnari poteſt ad triremes vel ad dotandam puellam *Gramma. deciſ. 2.* quidam tamen capitalem pœnam imponi volunt indiſtinctè vt Ioannes tulit in *§. item lex Iulia Inſt. de pub. iud.* alij arbitrio iudicis hanc pœnam permittunt & capitalem tamen volunt, ſi ſtuprator pudenda virginis fregerit, *v. Clarum in §. ſtuprum in fin.*

4 ¶ Qui ſe ſuis *a* numinis redemptum non probauerit, libertatem petere non poteſt, amplius eidem domino ſub pœna vinculorum redditur. vel, ſi ipſe dominus malit in metallum damnatur. † 5 ¶ Qui abortionis *b*, aut amatorium *c* poculum *d* dant, etſi dolo non faciãt: tamen, quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegantur. quòd ſi *e* eo mulier, aut homo perierit, ſummo ſupplicio adficiuntur. 6 ¶ Teſtamentum, quod nullo iure valet impunè *f* ſupprimitur: nihil eſt enim, quod ex eo aut petatur, aut conſiſtere poſsit. 7 ¶ Qui viui *g* teſtamentum aperuerit, recitauerit, reſignauerit, pœna Corneliæ tenetur. & plerumque humiliores aut in metallũ damnantur, aut honeſtiores in inſulã deportãtur.

8 ¶ Si *h* quis inſtrumentum litis ſuæ à procuratore *i* aduerſario proditum eſſe conuicerit: procurator, ſi humilior ſit, in metallum damnatur: ſi honeſtior, adempta parte bonorum dimidia, in perpetuum relegatur.

9 ¶ Inſtrumenta penes ſe depoſita quicumque *k* alteri altero abſente reddiderit, vel aduerſario prodiderit: provt perſonæ cõditio eſt, aut in metallum damnatur, aut in inſulam deportatur. 10 ¶ Iudices pedanei *l*, ſi pecunia corrupti dicantur, plerumque à præſide, aut curia ſummouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur. 11 ¶ Miles, qui ex carcere *m*, dato gladio, erupit, pœna capitis punitur. Eadem pœna tenetur, & qui cum eo, quem cuſtodiebat, deſeruit.

12 ¶ Miles, qui ſibi *n* manus intulit, nec *o* factum peregit, niſi impatientia doloris, aut morbi, luctúſve alicuius, vel alia cauſa fecerit, capite puniẽdus eſt. aliàs cum ignominia mittendus eſt.

De partu abacto.

39. *Triphoninus* lib. 10. Diſputationum.

CIcero in oratione pro Cluentio Auito *p* ſcripſit, Mileſiam quandam mulierem, cùm eſſet in Aſia, quòd ab hæredibus ſecundis, accepta *q* pecunia partum ſibi medicamentis ipſa abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam *r*. Sed & ſi qua viſceribus ſuis poſt diuortium, quòd pregnans fuit, vim intulerit, ne iam inimico *ſ* marito filium procrearet: vt temporali exilio coërceatur, ab optimis Imperatoribus noſtris reſcriptum eſt.

De hoſte occultato.

40. *Paulus* lib. 3. Decretorum.

MEtrodorum, cùm hoſtem fugientem ſciens ſuſceperit *t*, in inſulam deportari: Philocterem, quod occultari eum, non ignorans diu diſsimulauerit, in inſulam relegari *u* placet *x*.

De his qui legibus non obtemperant.

41. *Papinianus* lib. 2. Definitionum.

SAnctio legum, quæ *y* nouiſsimè certam pœnam irrogat iis qui præceptis legis non obtemperauerint, ad eas ſpecies pertinere non videtur, quibus ipſa lege pœna ſpecialiter addita eſt: nec ambigitur, in cætero omni iure ſpeciem generi *a* derogare. nec ſanè veriſimile eſt, delictum vnum eadem lege variis *b* æſtimationibus *c* coërceri.

De pœnis molliendis.

42. *Hermogenianus* lib. 1. Epitomarum.

INterpretatione legum pœnæ molliendæ *d* ſunt potiùs, quàm aſperandæ.

De eo cui arte ſua vti interdictum eſt. 1 De priuilegijs decurionum.

43. *Paulus* lib. 1. Reſponſorum.

IMperator Antoninus Aurelio Atiliano reſcripſit: Preſes vltra adminiſtrationi ſuæ tempus interdicere alicui arte ſua vti non *e* poteſt.

1 ¶ Idem reſpondit, eum, qui ſuo admiſſo decurionum honorem amiſit, non poſſe in pœnis euitandis decurionis filij honorem vindicare.

DE † BONIS DAMNATORVM *f*.
TIT. XX.

Quibus condemnationibus bona publicantur. 1. De liberis.

1. *Calliſtratus* lib. 1. de iure fiſci & populi.

DAMNATIONE *g* bona *h* publicantur, cùm aut vita adimitur, aut ciuitas, aut ſeruilis conditio irrogatur. 1 ¶ Etiam hi qui ante concepti, & poſt damnationem nati ſunt, portiones *i* ex bonis patrum damnatorum accipiunt. 2 ¶ Liberis autem ita demum portio tribuitur, ſi iuſtis *k* nuptiis nati ſint. 3 ¶ Liberis eius, cui pars dimidia duntaxat bonorum ablata eſt, partes non dantur. ídque & Diui fratres reſcripſerunt.

De ducto in carceres.

2. *Idem* lib. 6. de cognitionibus.

NOn vt quis in carcerem ductus eſt, ſpoliari eum oportet: ſed poſt condemnationem *l*. ídque Diuus Hadrianus reſcripſit.

De dote.

3. *Vlpianus* lib. 33. ad Edictum.

QVinque *m* legibus *n* damnatæ mulieris dos *o* publicatur: maieſtatis, vis publicæ, parricidij, veneficij, de ſicariis.

4. *Papinianus* lib. 2. de Adulteriis.

ET omnis omnino maritus ſaluas actiones *p* contra fiſcum habet.

5. *Vlpianus* lib. ~~33.~~ ad Edictum.

SEd ſi alia lege capitis punita ſit quæ lex dotẽ non publicat: quia prius ſerua pœnæ efficitur: † verum eſt, dotem mariti *q* lucro cedere, quaſi mortua ſit. 1 ¶ Quòd ſi deportata ſit filiafamilias: Marcellus ait (quæ ſententia & vera eſt) non vtique deportatione *r* diſſolui matrimonium. nam cùm libera mulier remaneat, nihil probibet, & virum mariti affectionem, & mulierẽ vxoris animũ retinere. Si igitur eo animo mulier fuerit, vt diſcedere à marito velit, ait Marcellus, tunc patrem de dote acturum, ſed ſi materfamilias ſit, & interim conſtante matrimonio fuerit deportata, dotem penes maritum remanere. poſtea verò diſſoluto matrimonio, poſſe eam agere, quaſi humanitatis intuitu hodie nata actione.

De pannicularis.

6. *Idem* lib. 10. de officio proconſulis.

DIuus Hadrianus Aquilio Braduæ ita reſcripſit: Pannicularia *ſ* cauſa quemadmodum intelligi debeat ex ipſo nomine apparet. non enim bona damnatorum pannicularia ſignificari quis probè dixerit. Nec ſi zonam *t* circa ſe habuerit, protinus aliquis *u* ſibi vindicare debebit, ſed veſtem, qua is fuerit indutus:

a *l.5.*~~ſ~~*.de manumiſſ.*
b Abortionis poculum, *Paul. 5. ſent. 23. §. 2.* ἀμβλωθρίδιον, *60. Eclog. 39. ex tit. 51. cap. 34.* hinc illud Iuuenalis, *Satyr. 6.* Tantum artes huius, tantùm medicamina poſſunt, Quæ ſteriles facit, atque homines in ventre necandos. Si poculo abortionis dato quis inde perierit, quę pœna conſtituenda erit? ſummi ſupplicij: ſi non perierit, aliter puniendus reus fuerit, *vt hic*. Quid ſi mulier viſceribus ſuis vim infert data opera, quò partum abigat? exilio punitur, *l. 4.* ~~ſ~~*. de extraord. crim. l. 8.* ~~ſ~~*. de ſicarijs, 60. Ecl. 22. c. 4.* Repudiari poteſt, *v. Nouell. Leon. 31.* vſus tamen obtinuit, vt mulieri facinus eo caſu ſit capitale: vide tamen diſtinctionem in *l. 39.* ~~ſ~~*. eod.* Boiſium, *tit. de homicidio 29. n. 6.* de infanticidio dicam ad *l. 8. C. de ſicarijs*, de expoſito infãte, *ad No. 153.*
c Quid ſi medicamentum ad conceptionem dedit? *v. l. 3. §. 2.* ~~ſ~~*. de ſicar.*
d *de quo vide Oribaſium 4. de locis affectis, 112. 114.*
e v. quæ ſcripſi ad *l. 8. C. de ſicarijs.*
f *l. 6.* ~~ſ~~*. de falſis.*
g *Paul. 5. ſent. 25. §. 6. l. 1. §. 5.* ~~ſ~~*. de falſis.*
h *Paul. 5. ſent. 15. §. 7. l. 6. in fi. C. de poſtulando.*
i A procuratore vel cognitore, &c. *Paul. ibid.* Cognitores tempore Iuſtiniani ſublatos hinc colligere poſsis, *v. Cuiac. apud Paul. 1 ſent. tit. de cognitionib. 2.* Cognitores non alij propemodum erant, quàm qui nunc procuratores dicuntur, *v. Aſconium ibid.*
k Id aliquando accidit ancillæ, quam Demoſthenes defendit.
l Pedanei, *vulg. de quib. v. C. de pedaneis.*
m Adde *l. 1.* ~~ſ~~*. de effractoribus.*
n *v. l. 6. § 7.* ~~ſ~~*. de re militari.*
o Imperfecta etiam delicta nonnunquam puniuntur. Porrò hanc legem ita accipio: miles qui ſibi manus intulit, neque factum peregit, ſi impatientia doloris, morbi, luctúſve cauſa id fecit, capite non punitur, ſed cũ ignominia mittitur: ſin alia ex cauſa capite punitur.
p Habito, *Hal.* dixi ad Ciceronem, *orat. pro Cornelio Balbo.*
q *60. Eclog. 21. ex tit. 51. cap. 5.*
r Partum iam formatum abegit, & animatum, id eſt, quæ παιδίον ἐξεικονισμένον, *Exod. 21.* vel effecerit, vt reipſa abigeretur, pœna capitali punitur, *vt hic.* Idem conſtitutum in concilio Trullenſi, *cap. aliquando: cap. quod verò: cap. Moſes: cap. ſicut 32. quæſt. 2. Exod. 21.* Id etiam ſtatutum lege Gotthica, *l. 1. de execut. hom. part. lib. 6. C. VViſigoti.* non animatum autem ἀπεικόνιστον, *Pſ. 139.* παιδίον μὴ ἐξεικονισμένον *Exod. 21.* exilio punitur. Ariſtoteles, *7. Polit.* permiſit πρὶν αἴσθησιν ἐγγενέσθαι καὶ ζωήν. *v. Cuiac. 19. obſ. 9.* & ita ſaniores interpretes diſtinguũt, *l. 4.* ~~ſ~~*. de extraord. crim. l. 8.* ~~ſ~~*. de ſicariis*, etſi quidam aliam rationem differentiæ adferunt, puniri nimirum capitaliter mulierem abortum procurantem pecunia accepta, puniri verò exilio ſi poſt adulterium, id eſt, ſi odio mariti odio partum abegerit: nam poſt diuortium inter virum & vxorem inimicitiæ intelliguntur, *l. 78. §. 2. in fi.* ~~ſ~~*. de iure dotium.* Quando animatus cenſeatur, dixi in *l. 3.* ~~ſ~~*. de ſuis.* In eo diuerſæ fuerunt ſententiæ: alij formãdo partui 35. alij 45. alij 50. mouendo, alij 70. alij 76. alij centum, perficiendo, 220. alij 300. dies dederunt: alij diſcretioni 40. tranſmutationi 80. perfectioni 240. Hippocrates, Theſſalus, Herophilus 35. formationi 70. motui perficiendo 210. ſufficere aiunt. *Hippocrat. ibid. de nutr. vide omnino. Solinum cap. 4.* vbi dicit corda & ſpinas primo formari in voluerta carne, & in diem 65. creſcere, ea propter capitale eſſe alterutri nocere, *v. Petr. Gregorium 35. ſyntagm. 15. & 18.* adde *Nouell. Leonis 17. in fi. Tertull. 19. de anima 3. Gell. 10.*
ſ Inimicus vxori maritus poſt diuortium præſumitur: vt & vxor viro: ac proinde vtrinque in hac ſpecie teſtimonium non admittetur, *l. 78. §. 2. de iur. dotium.*
t Adde *leg. 4.* ~~ſ~~*. ad legem Iuliam maieſtatis.*
u Tunc non eſt neceſſe adijci ſalua ciuitate: id enim ex ipſo *relegandi* verbo intelligitur ſatis.
x Sic Proconſul *in vita Cypriani.* Taſcium Cyprianum gladio animaduerti placet, *v. Cuiac. ad l. 8.* ~~ſ~~*. qui teſtamenta.*
y Sanctionis hæc eſt definitio. Porrò ſanctio pars eſt legis. Legis tres ſunt partes. Procemium, capita, ſanctio. qua de re adde *§ ſancta, Inſtit. de rerum diuiſ. l. ſacr. 9. § propriè, 3.* ~~ſ~~*. de diuiſione rerum.*

a *v. l. 99.* ... *de leg. 2. l. 80.* ... *reg. iur.*
b *l. 14.* ~~ſ~~*. de* ... *ſationib.*
c Id eſt, ...
d *l. 20. in fi.* ... *reb. dub. l. 55.* ... ~~ſ~~*. de reg. iur.* ... tract. ... *de pœnis* ... *randis.*
e Imò poteſt ... *§ 13.* ~~ſ~~*. de off.* ... *fect. vrb. l. 1.* ... *poſtul.* ſolue ... ſpeciale eſt ... ſtitutione ... ni, *v. Cuiac.* ... *nouell. 134.*
† Hodie ... lus iure R... abrogatus eſt ... certis ... *Nouell. 17.* ... *Nou. 134.* ...
f Seu proſ... rũ. *9. C. 49.* ... περὶ ... *60.* ... *de iure fiſci,* ... *puli, Paul.* ... 12. adde ... *9. Placi. 9.* ... *lum Codicis* ... *fiſcalibus* ... *præferri.* ... *tit 21.* ... *ſent. §. vlt.* ... *Papon. 24.* ... 23. ... *tions,* ... fiſcationes ... rum nullum ... habere in ... prouincis ... re Roma... tur, niſi ... ſib. exceptis ... crimine læſæ ... ieſtatis, ... falſæ mone... aliis, ſi ... te moti ... etiam ... uerint.
g Supplicij ... natione, ... populi ... ne, *Hal.* ... ſententiam ... ψῆφ... *ibid.*
h *v. l. 3.* ... *terdict. l. 4.* ... *nis præſcrip*... non tamen ... *no. l. 7.* ~~ſ~~*. eod.*
i Confiſcati... bonorum ... ſorum, apud ... manos in ... fuerunt, ... liberis dam... *d. l. 7.* ~~ſ~~*. eod.*

k Naturalium liberorum ratio non habetur, in ſeruanda eis parte ex bonis ...
l Ideóque ante condemnationem reo mortuo in cuſtodia eius bona ad hæredes ... feruntur, *l. 45. §. 1.* ~~ſ~~*. de iure fiſci*, adde *& l. 2. l. 3.* ~~ſ~~*. de bon. eorum.* & ſuorum bonorum adminiſtrationem ibidem habet, *l. 46. §. 6.* ~~ſ~~*. de iur. fiſci.* Quin & in ipſo ſupplicij ... pore quædam ſunt damnatis relinquenda Amm. 28. Cum Flauia duceretur ad ... tem, ne velamen quidem membrorum ſufficiens retinere permiſſa eſt: ideóque ... nifex grande nefas admiſiſſe conuictus, viuus exuſtus eſt.
m Quæ ſequuntur ...
n Criminibus lex enim pro crimine hic accipitur.
o Dos mulieris publicari, & confiſcari poteſt quinque caſibus.
p Quas habet fortè in res dotales.
† Hodie nemo ingenuus, per ſententiã ſeruus pœnæ fieri intelligitur, *Nou. 22.* ...
q *dixi ad leg. 4. C. ſoluto.*
r Deportatione matrimonium non diſſoluitur, *l. 1. C. de repudijs, Nou. 22. c. 13.*
ſ Pannicularia quid ſint, ~~ſ~~. dicetur, *verſ. pannicularia.*
t Zona nummorum loculamentum. Lampridius *in Alexandro*, miles non timeat ... veſtitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona, *Gell. 15. c. 12.* zonam plenam argenti extuli: hinc zonarij ſectores Plauto Horat. 2. *epiſt.* 2. Ibi eo quouis, qui zonam perdidit. Inde zona adimebatur ceſsionem bonorum facientibus. Ita adempti ... næ ſymbolum fuit ceſsionis bonorum.
u Putà, carnifex.

aut nummulos in ventralem *a*, quos victus ſui cauſa in promptu habuerit: aut leues annulos, id *b* eſt, quæ rem non excedũt aureorũ quinque, alioquin ſi quis dãnatus digito habuerit aut ſardonycha *c*, aut aliam gemmam magni pretij, vel ſi quod chirographũ magnæ pecuniæ in ſinu habuerit, nullo iure illud in pannicularia ratione tenebitur. ¶ Pannicularia ſunt ea, quæ in cuſtodiã receptus, ſecum attulit ſpolia, quibus indutus eſt, cùm quis ad ſuppliciũ ducitur, vt & ipſa appellatio oſtendit. ita neq; ſpeculatores *d* vltrò ſibi vindicent, neq; optiones *e* ea deſiderent, quibus ſpoliatur, quo momento quis punitus eſt. Hanc rationẽ non compendio ſuo debent præſides *f* vertere, ſed nec pati, optiones, ſiue cõmentarienſes *g* ea pecunia abuti. ſed debent ad ea ſeruari, quæ iure præſidum ſolent erogari *h*: vtpute chartiaticum *i* quibuſdã officialibus inde *k* ſubſcribere, vel ſi qui fortiter fecerint milites, inde eis donare: barbaros etiã inde munerari veniẽtes ad ſe vel legationis, vel alterius rei cauſa. Plerumq; etiam inde conraſas pecunias præſides ad fiſcum tranſmiſerunt. quod *l* perquàm nimiæ *m* diligentiæ eſt: cùm ſufficiat, ſi quis non in vſus proprios verterit, ſed ad vtilitatem officij *n* patiatur deſeruire.

De liberis. 1. De libertino damnato. 2. De liberis adoptiuis. 3. De pluribus filiis. 4. De acquiſitis per flagitium. 5. De relegatione & deportatione.

7. *Paulus* ‖lib. ſingulari de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.‖

CVm ratio naturalis *o*, quaſi lex quædam tacita *p*, liberis *q* parentium hæreditatem addiceret *r*, velut ad debitam *ſ* ſucceſsionem eos vocando, propter quod & in iure *t* ciuili ſuorum *u* heredum nomen eis indictum *x* eſt, ac ne *y* iudicio quidem parentis, niſi meritis *a* de cauſis *b*, ſummoueri ab ea ſucceſsione poſſunt, æquiſsimum exiſtimatum eſt, eo quoque caſu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum, ne alieno *c* admiſſo grauiorem pœnam luerent quos nulla contingeret culpa, interdum in ſummam egeſtatem deuoluti *d*. quod cum aliqua moderatione definiri placuit: vt qui ad vniuerſitatem venturi erant iure ſucceſsionis, ex ea portiones *e* conceſſas haberent.

1 ¶ Si in libertinum animaduerſum erit: patrono eius id quod in bonis illius habiturus eſſet, ſi is in quẽ animaduerſum eſt, ſua morte deceſsiſſet, eripiendum non erit: reliqua pars bonorum, quæ ad manumiſſorem non pertinebit, fiſco erit vindicanda. 2 ¶ Ex bonis damnatorum portiones adoptiuis *f* liberis, ſi *g* non fraudis cauſa facta eſt adoptio, non minùs quàm naturalibus concedi æquum eſt. ¶ Fraudis autem cauſa adoptio facta videtur etiam ſi non in reatu *h*, ſed deſperatione rerum per conſcientiam metu imminentis accuſationis quis adoptet in hoc, vt ex bonis quæ ſe amiſſurum cogitat portio detrahatur.

3 ¶ Si plures filios damnatus habeat, feruntur exempla, per quæ pluribus liberis omnia bona damnati conceſſa ſunt. ſed & D. Adrianus in hac ſententia reſcripſit: Fauorabilem *i* apud me cauſam liberorum Albini filiorũ numerus *K* facit, cùm ampliari imperium hominum *l* adiectione, potiùs quàm pecuniarũ copia, malim. ideoque illis paterna ſua concedi volo, quæ manifeſtabunt tot poſſeſſores, etiam ſi acceperint vniuerſa.

4 ¶ Præterea ex his quæ per flagitium damnatus adquiſiit, portiones liberorum non augentur: veluti ſi cognatum ſuum interimi curauerit, & eius hæreditatẽ adiit, vel bonorum poſſeſsionem accepit. nam ita Diuus Pius reſcripſit. Cui conſequenter illud idem Princeps conſtituit, cùm filiafamiliàs veneno *m* necaſſe conuinceretur eum, à quo heres inſtituta erat, quamuis iuſſu *n* patris, cuius in poteſtate *o* *eſſet adierit hæreditatem, vindicari eam fiſco.* 5 ¶ *Poſt* *p* *condemnationem adquiſita, ſi is cuius bona publicata ſunt, relegatus ſit, ad hæredes eius pertinent teſtamento ſcriptos. vel ad hæredes ab inteſtato. nam relegatus in inſulam, teſtamenti factionem habet, ſicut reliqua iura. Quod ſi deportatus ſit, quia ciuitatem amiſit, hæredem habere non poteſt, & adquiſita fiſcus accipit.*

De libertino damnato. 3. De relegatione. 4. De dote.

8. MARCIANVS lib. *

LIberis etiam patronorum q *integrum ius patronatus ſeruatur in bonis paterni liberti, cuius bona publicata ſunt. Si filius patroni exiſtat liberto, fiſco locus nõ eſt in partẽ filij patroni.*

1 ¶ *Sed ſi patroni filius, exiſtente filio liberti, excludatur, facilius dicemus, fiſco locum non eſſe: quoniam patroni quidem filium excludunt liberti* r *filij, ipſe autem excludit fiſcum.*

2 ¶ *Sed etſi nolit filius patroni petere bonorum poſſeſsionem, conſtat, fiſcum excludi in partem ei debitam ex bonis paterni liberti.*

3 ¶ *Bona relegati non publicantur. niſi ex ſententia ſpecialiter* ſ. *ſed iura libertorum nec ſpeciali ſententia adimi poſſunt, quia ſolus princeps relegato ea adimere poteſt.*

4 ¶ *Si pater, qui pro filia dotem dedit, damnetur, nihil competit fiſco, etiamſi in matrimonio poſtea filia deceſſerit, quo caſu alias dos profectitia rediret ad patrem. manebit ergo penes virum.*

9. CALLISTRAT. lib. *

NIſi probetur, patrem metu condemnationis in fraudem t *fiſci filiis proſpexiſſe.*

10. MARCIAN. lib. *

SEd etſi pater dotem pro filia promiſerit, & damnatus ſit, viro dotis exactio aduerſus fiſcum ex bonis patris datur.

1 ¶ *Si ſoluto filiæ matrimonio pater damnatus ſit, ſi quidem poſtea, quàm filia ei conſenſit, vt dotem repeteret, fiſcus eam repetet à marito, ſin verò antè, quàm conſentiret, ipſa* u *filia dotis repetitionem habet.*

11. IDEM lib. *

COndemnatus ſi appellauerit & deceſſerit pendente appellatione, bona eius non publicantur. nam & huius ſecundum teſtamentum valet.

¶ *Idem* x *dicendum eſt, & ſi appellatio eius non recipiatur.*

¶ *Reus præterquàm* y *maieſtatis bona ſua adminiſtrare poteſt, & debita ſoluere, & accipere, ſi bona fide ei ſoluantur poſt condemnationem vero reuocãtur, quæ in fraudem fiſci alienauit.*

DE BONIS EORVM z QVI ANTE

---

a Nummuli inuentrales, *vulg.* & malè: alij in laterales: nummulos inuẽtrales, *Alciat.* 1. *parerg.* 40. Ventrale Palæmoni, & Gloſsis, eſt faſcia quæ ventrem operit: aliis Gloſſis ventrale κοιλιοδέσμος, φοῦνδα, i. crumena, quàm Latini dixere fundam & profundũ. Macrob. demiſſa in fundam paupertem. Caper Grammaticus, in profundam nummi & in arcam conduntur, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 26. τῷ κοιλιοδέσμῳ affine κοιλιοῦχον capſula, cuius meminit Theophyl. c. 18.

b Leues *anuli*, qui non excedũt quinque aureos.

c Græcus & accuſatiuus: de Sardonyche *v. vlt. Plin.* 6. fuit in pretio veteribus, *v. Perſium Sat.* 1.

d Spiculatores, *vulg. Hal.* id etiam vocabulum extat *in l. 7. C. de cohortalib.* vt & apud Senec. 3. *de benef.* 25. & in Euangelio Marci 6. *v.* 27. ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα ἐπέταξεν ἐνεχθῆναι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Suet. ſpeculatoria caliga. Tacitus, Plutarchus *in Galba*, teſſerarius ſpeculator: Firmicus 8. c. 26. Speculatores ſunt, qui nudato gladio hominum amputant ceruices: ſpeculator eſt, qui ſpectandi miniſterio fungitur, poſterior ætas, vt Leo τακτικῶν 32. Vegetius 15. 17. ſcultatores, quaſi auſculatores, Cuiac. 6. *obſ.* 33. Gloſsis ſpeculator ὁ ἀποκεφαλίζων δήμιος, qui caput amputat carnifex.

e Optiones nunciorum & ὑπηρετῶν ſpeculatoris miniſterio funguntur: ſpeculatorum miniſtri ſeu adiutores, *v. Cuiac.* 6. *obſ.* 33. Plutarchus in Galba, ἐν δὲ τούτοις ἰτέλιος καὶ βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων δὲ τεσσεράριος, ſcultatores etiam dicuntur, 2. Vegetius 17. quaſi auſcultatores. Leo τακτικῶν 3. *v.* Cuiac. 6. *obſ.* 35. *v.* Feſtum *in Optio.*

f Damnati bona publicantur. Quid veſtis damnati qua is indutus fuit: quid nummi inuentrales, quos fortè victus ſui cauſa in prõptu habuit: aut leues anuli? in pannicularia ratione cenſentur, *vt hic.* hoc eſt, ipſius iudicantis arbitrio diſpenſantur, vt rectè notat *Ludouicus Romanus ſingulari* 544. huiuſmodi ſpolia iudex vertere debet in ea, quæ iure ſuo erogare ſolet. Igitur non fiunt optionis, vel commentarienſis §. 1. ꝟ. *eo.* Quid? quæ illa negotia ſunt, in quæ ea erogant iudices? In chartiaticum officialium: in milites qui quid fortiter fecerint: in barbarorum legatos vel nuntios, denique ad officij ſui vtilitatem. Et tamen ex Seneca diſcimus quædam etiam carnifici ceſsiſſe. Is enim *lib.* 1. *de Tranquill.* 11. loquens de Seiano, ex eo nihil ſuperfuit, quod carnifex traheret.

g *de quib. v. l. 4. C. de cuſtodia reorum.*

h *Fortè legendum*, erogare: *vel ita*: iure à Præſidibus ſolet erogari.

i Carciati, *vulg.* Cariſticon, *Hal.* carciaticum, *Hugo à Porta.* Budæus putat legi poſſe ἐπιβαστικὸν quod mercedes apparitoribus dari ſolitæ, vel ἐπιβαστικὸν, quod iudici dabatur. atqui rectè *chartiaticum* hic legitur. vt apud Zonaram *in Nicephoro Eirenæ ſucceſſore*, quoſdam deſignauit, quibus mandauit vt publica vectigalia exigerent, καὶ ὑπὲρ χαρτιατικοῦ ἐπὶ τῷ νομίσματι δύο κεράτια. Chartiaticum eſt, quod quaſi pro chartis officialibus datur, vt cerarium pro cera, apud Ciceronem: pulueraticum, quod quaſi pro labore, & puluere agrimenſoribus datur, *v. Cuiac.* 4. *obſ* 18.

k *Puto legendum.* ij ſunt ſubſcriptores, *vel ita*, officialibus, vt inde poſsint ſubſcribere, tametſi non admodum Latinè alterutro modo hic locus concipi videatur. vel *inde ſubſcribere* eſt aliquid inde per iudicem ſubſcriptione detrahi, diminui, & officialibus deſtinari.

l Lucri cuiuſvis bonus odor non eſt optimo principi. adde l. 1. ꝟ. *de interdictis & relegatis.*

m Id eſt, nimis ſordidum.

n Id eſt, eorum qui ſunt ex cohorte.

o Adde *l. 36 §. 2. C. de inoff. Nou.* 1. *in princ.* §. 2. Legitimam iure naturali liberis deberi hinc colligunt, quantitatem tamen eius, iure ciuili finiri: Quæ aſcendentibus debetur, non iure naturali: ſed ciuili tantùm, & ordine potiùs turbato mortalitatis debetur, *l. 15. ꝟ. de inoff.* ratione miſerationis contra voluntatem parentum, *l. 26. in fi. ꝟ. ſi quis omiſſa cauſa: l. 7. in fin. ꝟ. vnde liberi.* Ideo luctuoſa portio dicitur, *l. 28. C. de inofficioſo:* luctuoſa hæreditas, *l. vlt. C. de inſt.* triſtis ſucceſsio, §. 2. *Inſt. de SC. Tertulliano:* duræ fortunæ ſolatium, *l. 4. in fi. C. ad SC. Tertull.* Quidquid collateralibus debetur, Iure ciuili debetur, *v. Nouell.* 1. *& Michaëlem Graſſum lib.* 1. *ſent. in* §. *legitima, q.* 2.

p Præſumitur pater ſemper velle hereditatem ſuam liberis relinquere, de qua præſumptione, *v. Alciat.* 1. *præſumpt.* 8.

q Maſculis, & fœminis, iiſque naturalibus, & legitimis non iniuſtis, *l. 1. §. 2. ꝟ eod.* qui ſunt nati ex adulterio, & inceſtuoſo concubitu, *v. Craſſum lib. ſent.* §. *legitima, q.* 3.

r Adde *l. 7. §. 3. C. de curat. furioſi.*

ſ Iure naturæ, εἰ σπέρμα ἐστὲ κατ᾽ ἐπαγγελίαν κληρονόμοι, *Gal.* 3. *verſ. vlt.* εἰ δὲ υἱὸς κληρονόμος, *Gal.* 4. *verſ.* 7. ſi filius, ergo heres.

t Id eſt, lege XII. tabulor.

u Qui viuo quodammodo patre domini, *l. 11. ꝟ. de liberis, & poſth.* §. 2. *Inſt. de heredum qualitate.*

x Inditum, *vulg Haloand. v. d.* §. 2. *al.* indultum.

y Hæreditatem liberis debitam nullo ſtatuto tolli poſſe, hinc nonnulli colligunt: nec enim ſtatuta contra ius naturæ valere, cùm naturalia iura mutari non oporteat, & immutabilia ſint, § *penult. Inſt. de iure naturali.* ſentiunt tamen interpretes diminui hæreditatem poſſe. Hæreditas diminuta, nihil aliud eſt quàm legitima. legitima, vox potius iuris ciuilis eſt, quàm naturæ. An idem in ſucceſsione parentum, & collateralium? Alciatus dicto loco putat parentes & collaterales penitus ſtatuto arceri poſſe à ſucceſsione: cum eorum ſucceſsio iuris non ſit naturæ, ſed ciuilis. video tamen (quod ad collaterales proximos attinet) iure diuino ſucceſsiones deferri, *num.* 27. *in verſ.* 10. in quo illud notandum eſt, à collateralibus aſcendentibus deſcendentes ſemper excludi.

a Certis de cauſis, *vulg.* quam lectionem Cuiacius non probat, *Nouell.* 18. Nam certæ cauſæ non fuerunt ante Nou. 18. & 115. ſed meritis tantùm de cauſis exheredebantur, *v. l. 19. C. de inoffic.*

b *de quibus vide Nouell.* 115. *c.* 3.

c *v. l. 26. ꝟ. de pœnis*: interdum tamen alieni delicti pœnam quis ſuſtinet, quoties boni & mali ita ſunt permixti, vt alij ab aliis ſecerni non poſsint. id autem accidit quibuſdam è populo delinquẽtibus. Huic rei teſtimonio ſunt vrbes ob quorundam tantum ciuiũ delictum punitæ vel deletæ, qua de re v. Paponem 24. *Arreſt.* 2. *tit. chacun porte la peine de ſon malefice.* 12.

d Deuolui, *Vulg. Hal.*

e Id eſt, dimidiã, *l. 10. C. eod.* Hodie aſſem, *No.* 17 *c.* 12.

f Adde *l. 15. ꝟ. de donat.*

g Legitima non præſtatur adoptatis in fraudem pœnæ fiſcalis.

h *v. leg. 25. ꝟ. de pœnis.*

i Pœnæ minuẽdæ ſunt ob liberorum numerum, *v. Tiraquellum tract. de pœnis, cauſa* 26.

k Numero liberorum fauetur, vt eis concedantur bona paterna, *vt hic.*

l *facit lex* 1. *ꝟ. ſolut.*

m *l. 9. ꝟ. de iure fiſci.*

n Quæſita ſcelere filiis familias, quamuis patri adquiſita ſint, fiſco cedunt, *v. ad hunc locum Cuiacium* 6. *obſeru.* 32.

o Hæc quæ ſequuntur ad finem tituli reſtituta ſũt à Cuiac. 6. *obſ.* 23. vt hinc notã Pandectarum imperfectarum habeas.

p *l. 2. C. eod. l. 22. §. 2. in fin. ꝟ. mandati.*

q Adde *l. 7. §. 1. ꝟ. eod. v. Cuiac. ibid.*

r *l. 4. l. 14. ꝟ. de interdictis: l. 8. C. de pœnis.*

ſ Adde *l. 6. ꝟ. ad Tertull.*

t Adde *l. 7. §. 2. ꝟ. eod.*

u *l. 42. ꝟ. ſolut.*

x Cur? poteſt enim queri de non admiſſa appellatione.

y *l. vlt. C. ad leg. Iul. maieſt. l. 15. ſup. de donationib.*

z Carnificis loco habebatur apud veteres, is qui ſeipſum vulneraſſet vt moreretur, *Feſt. in Carnificis*, cui ob id quoque neque parentabant, neque iuſta faciebant, niſi ſuſpenſis oſcillis velut per imitationem mortis. Idem non lugebatur ab vxore, *leg. 11. §. 3. ſup. de his quib. notantur infamia.* Tarquinius huiuſmodi homines iubebat crucifigi, vt Caſsius Hemina refert apud Seruium Danielis, manuſcriptum.

ſententiam"vel"mortem *a* ſibi conſciuerunt, "vel accuſatorem *b* corruperunt.‖

TIT. XXI.

De aduerſario corrupto.

1.*Vlpianus*‖lib. 8. Diſputationum.‖

IN capitalibus *c* criminibus à Principibus decretum eſt, non nocere ei qui aduerſarium corrupit: ſed in his demum quæ pœnam mortis continent. nam ignoſcendum cenſuerunt ei qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluit.

1. De mortuo antequam Imperator reſcripſerit.

2.*Macer*‖lib. 2. Publicorum.‖

IMperator Seuerus & Antoninus Iulio Iuliano. Eos qui *d* à latronibus *e* nominati *f* corruptis accuſatoribus diem ſuum obierint, vt confeſſos *g* de crimine, non relinquere defenſionem heredibus, rationis *h* eſt.

1 ¶ Si is, de *i* cuius pœna Imperatori ſcriptum eſt, veluti quòd decurio *k* fuerit, vel quòd in inſulam deportari debuerit, antequàm reſcriberetur, deceſſerit: poteſt quæri, num ante ſententiam deceſsiſſe videatur. argumento eſt ſenatuſconſultum, quod factum eſt de his qui Romam tranſmiſsi, ante ſententiam deceſsiſſent: cuius verba hæc ſunt: Cùm damnatus nemo videri poſſit in hunc annum, antequàm *l* de eo fortè iudicium Romæ redditum, & pronuntiatum eſſet, neque cuiuſquã mortui bona, antequàm de eo Romæ pronuntiatum ſit, publicata ſunt, eáque bona, heredes poſsidere debent.

De morte ſibi conſcita. 7. De eo qui ſub incerto cauſæ euentu deceſsit. 8. Si heredes parati ſint cauſam eius qui mortem ſibi conſciuit ſuſcipere.

3.*Marcianus*‖lib. ſingulari de Delatoribus.‖

QVi rei poſtulati, vel qui in ſcelere deprehenſi, metu *m* criminis imminentis mortem ſibi conſtituerunt, heredem non habent. Papinianus tamen lib. 16. reſponſorum ita ſcripſit, "vt,"qui rei criminis non poſtulati, manus ſibi intulerint, bona eorum fiſco nõ vindicentur. non enim facti ſceleritatem *n* eſſe obnoxiam, ſed conſcientiæ metũ in reo velut confeſſo teneri, placuit. ergo aut poſtulati eſſe debent, aut in ſcelere deprehenſi, vt ſi ſe interfecerint, bona eorum confiſcentur.

1 ¶ Vt autem D. Pius reſcripſit, ita demũ bona eius, qui in reatu *o* mortem ſibi conſciuit, fiſco vindicanda, ſunt, ſi eius criminis reus fuit, vt *p* ſi dãnaretur morte, aut deportatione adficiendus eſſet.

2 ¶ Idẽ reſcripſit, eum qui modici *q* furti reus fuiſſet licèt vitam ſuſpẽdio finierit, non videri in eadem cauſa eſſe, vt bona heredibus adimenda eſſent: ſicut neque ipſi adimerentur, ſi *r* compertum in eo furtum fuiſſet.

3 ¶ Ergo ita demum dicendum eſt, bona eius qui manus ſibi intulit, fiſco vindicari, ſi eo crimine nexus fuit, vt *ſ* ſi conuinceretur, bonis careat.

4 ¶ Si quis autem tædio *t* "vitæ," vel impatientia *u* doloris alicuius, vel alio modo *x* vitam finierit, ſucceſſorem habere Diuus Antoninus reſcripſit.

5 ¶ Videri autem & patrem, qui ſibi manus intuliſſet, quòd *a* diceretur filium ſuum occidiſſe, magis dolore filij amiſsi mortem ſibi irrogaſſe, & ideò bona eius non eſſe publicanda, D. Hadrianus reſcripſit.

6 ¶ Sic autem hoc diſtinguitur, intereſſe, qua ex cauſa quis ſibi mortem conſciuit, ſicuti cùm quæritur, an is qui ſibi manus intulit, & non *b* perpetrauit, debeat puniri, quaſi de ſe ſententiam detulit *c*. nam omnimodo puniendus eſt, niſi tædio *d* vitæ, vel impatientia alicuius doloris coactus eſt hoc facere. Et meritò, ſi ſine cauſa ſibi manus intulit, puniendus eſt. qui *e* enim ſibi non pepercit, multò minus alij parcet.

7 ¶ Si qui autem ſub incerto cauſæ *f* euentu, in vinculis, vel ſub fideiuſſoribus deceſſerint *g*, horum bona non eſſe confiſcanda, mandatis cauetur.

8 ¶ De illo videamus, ſi quis conſcita morte, nulla iuſta cauſa præcedente, in reatu *h* deceſſerit, an ſi parati fuerint hæredes cauſam ſuſcipere, & innocentem defunctum oſtendere, audiendi ſint, nec priùs bona in fiſcum cogenda ſint, quam ſi de crimine fuerit probatum, an verò omnimodo publicanda ſunt? Sed Diuus Pius Modeſto Taurino reſcripſit, ſi parati ſint heredes defenſiones ſuſcipere, non eſſe bona publicanda, niſi de crimine fuerit probatum.

DE INTERDICTIS *i*, ET RELEGATIS *k*, & deportatis *l*.

TIT. XXII.

De bonis.

1.*Pomponius*‖lib. 4. ad Sabinum.‖

CAPVT ex reſcripto Diui Traiani *m* ad Didium Secundum. Scio relegatorum bona, auaritia *n* ſuperiorum temporum fiſco vindicata, ſed aliud clementiæ meæ conuenit, qui inter cætera *o*, quibus innocentiam rationum meorum temporum *p*, hoc *q* quoque remiſi exemplum.

De manumiſsione.

2.*Marcianus*"lib. 13. Inſtitutionum."

MAnumittere deportatum non *r* poſſe, Diuus Pius reſcripſit.

De amiſsione ciuitatis.

3.*Alphenus*"lib. 1. Epitomarum."

EVm qui ciuitatem amitteret, nihil aliud iuris adimere liberis, niſi quod ab ipſo peruenturum eſſet ad eos, ſi inteſtatus in ciuitate moreretur, hoc eſt, hereditatem eius: & *ſ* libertos *t*, & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poteſt. quæ verò non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Itaq; & fratres fratribus fore legitimos heredes, & adgnatorum tutelas, & hæreditates habituros. non enim hæc patrem, ſed maiores"eius"eis dediſſe.

De relegatione. De ademptione partis bonorum.

4.*Marcianus*"lib. 2 Inſtitutionum."

REligati in inſulam, in poteſtate ſua liberos retinẽt, quia & alia *u* omnia iura ſua retinẽt. tantùm enim inſula eis egredi non licet. & bona quoque ſua omnia retinent, præter ea. ſi qua eis adempta ſunt. Nam eorũ qui in perpetuum exilium dati ſunt, vel relegati, poteſt quis ſententia partem bonorum adimere.

Diuiſio exilij.

5.*Idem*"lib. 1. Regularum."

Exilium *x* triplex *y* eſt, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, Vt omnium locorum‖interdicatur‖præter certum‖locum,‖aut [in] inſulæ *z* vinculum, id eſt, relegatio in inſulam.

De deportatione. 2. De decurionibus.

6.*Vlpianus*"lib. 9. de officio proconſulis."

INter pœnas eſt etiam inſulæ deportatio, quæ pœna adimit *a* ciuitatem Romanam.

1 ¶ Deportandi autem in inſulam ius præſidib. prouinciæ non *b* eſt datum, licèt præfecto vrbi detur hoc enim epiſtola D. Seueri ad Fabium Cilonem præfectum vrbi expreſſum eſt. Præſides itaque prouinciæ quotiens aliquem

a l. 9. C. 60. vide Petrum Gregorium 36. ſyntagm. 2.
b 60 Eclog. 26.
c l. vlt. ff. de præuaricat. l. 16. C. de tranſact.
d Qui in latronibus, vulg latrones, Rogerius apud Accurſium. latrones nominatim corruptis, &c. Hal. Vulgatam defendit Robertus 3. Receptæ 33.
e Furibus, Accurſ.
f Irenarchis fortè, l. 6. ff. de cuſtodia, l. 6. §. 3. ff. ad Turpill. Idque vel in quæſtione, tormẽtis, vel interrogationibus, l. 1. §. 26. ff. de quæſt. l. 17. §. 12. ff. ad municip. Nominatores indices ſunt, Plinius 10. Epiſtola ab indice nominati Chriſtiani, Suet. in Iulio, inter ſocios Catilinæ nominatos ab indice, & in Tiberio ſtrictim nominatos ab indice. Tacit. 12. metu indicij plerunque alius index, alius accuſator, l. 24. ff. de falſis. Cic. in diuinat. ſi tibi indicium poſtulas dari concedo: ſin autem de accuſatione dixeris, concedatur oportet aliis, Cuiac. 6. obſeru. 24.
g v. Cuia. 6. obſ. 24.
h l. 29. ff. de iure fiſci. rationis non eſt. Cuiac. ibid. reprehenſus à Roberto 2. Recepta 37. & 2. Animaduerſ. 22. defenſus ab Antonio Mercatore. 2. Not. 22. adde Cuiac. 15. obſ. 24.
i Nobilem inconſulto principe puniri non poſſe, hinc colligunt, vt ex leg. 27. in fin. ff. de pœnis. Verum vt hic locus de decurione eſt: ita ille de principali ciuitatis. Vtrumuis ſpectes, Imò vt ipſos nobiles, id in Gallia non ſeruari, notat. Tiraquell. tract. de pœnis, cauſ. 31. in fi.
k v. quæ ſcripſi ad l. 1. C. de bon. damnat.
l Videtur enim ante ſententiam deceſsiſſe. m l. 1. §. 23. ff. de Silaniano ob ſceleris conſcientiam, l. 32. §. 7. ff. de don. inter vir. l. 2. C. qui teſtam. n Sceleritas dicitur ἀρχαϊκῶς, vt malitas, l. 5. ff. quod met. cauſ. vt & ab Accio tamulitas, ſolitas, viciſsitas, ſquaiitas, dulcitas, ponderitas, & à Tertull. imbonitas. & à Cælio luculentitas, pulchritas, opulentitas, indulcitas: à Lucretio differitas: à Mario Victorino, exiſtentialitas, eſſentitas, vitalitas, parilitas. o l. 2. C. eod. Ita non cuiuſcumque qui in reatu mortem ſibi conſciuit bona publicantur, ſed eius tantum qui ſi criminis eiuſce reus fieret, damnaretur, vel morte vel deportatione, vt hic. Vnde mox ſequitur eius qui modici furti reus ſeipſum interfecerit, bona non publicari. Nam propter modicum furtum, damnati bona non publicantur. p d. § 3. ff. eod.
q Modicum furtum, quid, arbitrarium eſt,
r id eſt, ſi damatus reipſa fuiſſet furti.
ſ §. 1. ff. eod. l. 1. C. eod. t Tædio vitæ ſibi manus inferens heredibus bona relinquit. l. 11. §. 3. ff. de his qui notantur: l. 6. § 7. ff. de iniuſto. l. 34. ff. de teſt. milit. l. 1. §. 23. ff. de Silanian. l. 45. §. 2. ff. de iure fiſci. l. 6. §. 7. ff. de re milit. l. 2. C. qui teſtam. facere. Id accidit quondam Lucio Domitio Maſsilienſi 7. Plin. hiſt. 53. Huiuſmodi cædium vitæ, Seneca faſtidium vitæ vocauit, Epiſt. 24. 49. & quod peius eſt multis locis voluntariam mortem probat. Thomas Morus paucis, idque ludens, verè dixiſſe videtur in Vtopia, c. 2. Nulli vnquàm ſanæ mentis voluntariam mortem ſuaderi: in furioſis, aut morbo ſontico correptis diſsimulari: in cæteris prohiberi, v. Pet. Greg. 32 ſyntagm. 22. u d. l. 34 §. 23. d. l. 2. C. qui teſtam valetudinis apueriæ morbo, furore, l. 6. §. 7 ff. de re milit. x Puta iactationis cauſa, vt quidam ex philoſophis: velut Empedocles, Horat. lib. de arte poëtica: Claudian. in Panegyr. conſulatus Manlij Theodori. Proteus, qui & Peregrinus, ſub D. Marco ita ſe in ignem, in oculis Græciæ coniecit. Philoſtr. in vita Sophiſtarum in Heroice: Gell. 12 c. 6. Tertull in lib. ad Martyres. Ammian. 29. Idem familiare fuit Indiæ ſapientibus, Cic. 5. Tuſc. Curtius 6. Lucanus 3. de Bello ciuili Catonis meminit. Cic. 2. de diuinat. & 2. Tuſc. Dion. lib. 17. Plutarch. in Alexand. Zarmorus. Dion. 54. Ita manus ſibi intulit Cleanthes, Chryſippus, Zeno, Democr 3 Laẽt. 18. Cato Laẽt. 16. Hirtius de bello Africo, Plutarch in Catone, Dion. 43. Senec Epiſt. 24. & 71. 15. Gell. 18. Euphrates ſub Adriano venenum hauſit, Xiphilinus in Adriano. Diodorus Epicureus gulam ſibi præſcidit, Senec. 19. de vita beata.

...gem ad Ius referri? v. Cuiac 6. obſ. 33. & idem Notar. 2. Papinian. ... & ita reſtringendam eſſe legem, Quiſquis 5. C. ad legem Iuliam maieſtatis. ... §. 4. ff. eod. x Exilium hic videtur referri inter pœnarum genera: ... ſupplicium eſſe Cicero orat. pro Cæcinna. ſed ſolùm perfugium portúmque ...
y Exilio, aut certo loco concludimur, aut quibuſdam, aut omnibus interdi...
z Deportati in continenti & in Inſulis, quæ 400. minus ſtadiis à contin... eſſent, morari prohibiti ab Auguſto, Dion. 56. Cur? ne res nouas molirentur ... etiam certa quantitate, ac parte exuti: vt prohibiti quoque naues, onerarias ... g as parare.
b Deportatio ciuitatem adimit, l. 2. l. 17. ff. de pœnis.
c An præſidi ius deportandi competat, vide Hotoman. 3. obſeru. 12. ... de pœnis.

aliquem in inſulam deportandum putent hoc ipſum adnotare debeant nomen verò eius ſcribendum Principi, vt in inſulam deportetur. ſic deinde Principi ſcribere, miſſa plena opinione, vt Princeps æſtimet, an ſequenda ſit eius ſententia, deportaríque in inſulam debeat. medio autem tempore, dum ſcribitur, iubere eum debet in carcere eſſe.

2 ¶ Decuriones ciuitatum propter capitalia crimina deportandos, vel relegandos. Diui fratres reſcripſerunt. Denique Priſcum in homicidio & incendio nominatim *a* ante quæſtionem confeſſum, in inſulam deportari iuſſerunt.

De relegatione & interdictione.

7. *Idem* ‖lib. 10. de Officio Proconſulis.‖

RElegatorum duo *b* genera ſunt, quidam qui in inſulam relegantur: ſunt qui ſimpliciter, vt prouinciis eis interdicatur, non etiam inſula adſignetur.

1 ¶ In inſulam relegare præſides prouinciæ poſſunt. ſic tamen, vt ſi quidem inſulam ſub ſe habeant, i. ad eius prouinciæ formam pertinentem, quam adminiſtrant, & eam ſpecialiter inſulam adſignare poſſint, ínque eam relegare. ſin verò non habeant, pronuntient quidem in inſulam ſe relegare, ſcribant autem Imperatori, vt ipſe inſulam adſignet. cæterùm non poſſunt damnare in eam inſulam, quam in ea prouincia, cui præſunt, non habeant. Interim, quoad Imperator inſulam adſignet, militi tradendus eſt relegatus. 2 ¶ Hæc eſt differentia inter deportatos & relegatos, quòd in inſulam relegari & ad tempus, & in perpetuum quis poteſt.

3 ¶ Siue ad tempus, ſiue in perpetuum quis fuerit relegatus, & ciuitatem Romanam retinet, & teſtamenti factionem *c* non amittit. 4 ¶ Ad tempus relegatis neque tota bona, neque partem adimi debere reſcriptis quibuſdam manifeſtatur: reprehenſæque *d* ſunt ſententiæ eorum qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum, vel bona: ſic tamen, vt non infirmarentur ſententiæ, quæ ita ſunt prolatæ. 5 ¶ Eſt quoddam genus quaſi *e* in inſulam relegationis in prouincia Ægypto, in *f* Ouaſin *g* relegare. 6 ¶ Sicut autem relegare in inſulam quiſquam, quæ non eſt ſub ſe, non poteſt, ita ne in prouinciam quidem relegandi ius habet, quæ *h* non eſt ſub ſe: fortè Præſes Syriæ, in Macedoniam non relegabit. 7 ¶ Sed extra prouinciam ſuam poteſt relegare. 8 ¶ Item in parte certa prouinciæ moraturum relegare poteſt, vt fortè non excedat ciuitatem aliquam, vel regionem aliquam non egrediatur. 9 ¶ Sed & in eas partes prouinciæ, quæ ſunt deſertiores, ſcio Præſides ſolitos relegare. 10 ¶ Interdicere autem quis ea prouincia poteſt, quam regit, alia *i* non poteſt, & ita Diui fratres reſcripſerunt. Vnde eueniebat, vt‖qui relegatus eſſet ab ea prouincia, in qua domicilium habuit, morari apud originem ſuam poſſet, ſed Imperator noſter cum diuo patre ſuo huic rei prouiderunt. Mæcio enim Probo præſidi prouinciæ Hiſpaniæ reſcripſerunt, etiam *k* ea prouincia, interdici, vnde quis oriundus eſt, ab eo qui regit eam prouinciam vbi quis domicilium habet. Sed & eos, qui cùm incolæ ‖non‖ eſſet, in ea prouincia quid admiſerint, æquum eſt ad reſcripti auctoritatem pertinere. 11 ¶ Dubitatum eſt, an interdicere quis alicui poſſit prouincia, in qua oriundus eſt, cùm ipſe ei prouinciæ præſit quam incolit, dum ſua non interdicit, vt ſolent *l* Italia interdicere, qui patria non interdicunt, vel ‖ an‖ per conſeſequentias videatur etiam prouinciæ *m* interdixiſſe, cui præeſt, quod magis erit probandum. 12 ¶ Per contrarium autem is qui originis prouinciæ præeſt, non eſt nactus ius interdicendi ea prouincia, quam incolit is qui relegatur. 13 ¶ Si quis eam ſententiam admiſerit, vt is qui in alia prouincia commiſit, poſſit relegari ab eo qui ei prouinciæ præeſt, eueniet, vt relegatus iſte tribus prouinciis præter *n* Italiam debeat abſtinere, & in qua deliquit, & quam incolit, & originis, & ſi ex diuerſis prouinciis oriri videatur propter conditionem vel ſuam, vel parentis, patronorum, vel pluribus prouinciis conſequenter interdictum ei dicemus. 14 ¶ Quibuſdam tamen præſidibus, vt multis prouinciis interdicere poſſint, indultum eſt, vt præſidibus Syriarum, "ſed" & Daciarum. 15 ¶ Conſtitutum *o* eum cui *p* patria interdictum eſt, etiam vrbe *q* abſtinere debere. contra autẽ ſi cui vrbe fuerit interdictum, patria ſua interdictum non *r* videtur *ſ*, & ita multa conſtitutionibus canetur. ¶ 16 Si cui planè non patria ſua, ſed aliqua ciuitate interdictum ſit videndum eſt, an etiam patria ſua, itémque vrbe interdictum dicamus, quod magis eſt. 17 ¶ His qui relegantur, dies excedendi à præſidibus dari poteſt, & ſolet etenim mors eſt, ita pronunciari, *illum prouincia illa inſuliſque eis relega: excederéque debebit intra illum diem.* 18 ¶ Relegatum planè libellum *t* dare Principi poſſe *u*, Diui fratres reſcripſerunt. 19 ¶ Solet præterea interdici ſententia quibuſdam, ne intra patriæ territorium, vel muros morentur, ne excedant patriam, vel in vicis quibuſdam morentur.

20 ¶ Solet decurionib. ordine interdici vel ad tempus, vel in perpetuũ.

a Nominatũ, *vulg. Hal. v. l. 2. C. de bonis eorum.*

b Relegatione, vel certo loco concludimur, vel prouincia interdicimur.

c i. etiam teſtamẽtum facere poteſt, *l. 8. §. 5. ff. qui teſt. Paul. 3. ſent. §. 9.* non idem in deportato, *l. 4. §. 4. ff. de leg. 3.*

d *l. 4. ff. eod.* v. Cuiac. ad titulum *C. de modo multarum.*

e Cur quaſi inſulam vocat: Oaſis non eſt Inſula, ſed infeſtus tãtùm culicibus & muſcis locus.

f In nouas, *Hal.* in nouas inſulas relegare. *Vulg.*

g *l. vltim. §. 2. C. de pœn.* quam Græci interpretes infeſtã fuiſſe culicibus, & muſcis grandioribus, notant, *vide Cuiac. 8. obſeru. 27.* ab Oaſi, Oaſena, *l. vn. C. Th. de Nili aggerib.* Oaſis erat in Ægypto, vid. Nicephorum 14. *c. 35. 36. & lib. 9. c. 29.*

h *l. vlt. ff. de iuriſdict.*

i *ſub.* extra Italiã.

k Sententias iudicum, vires extra forum interdum ſortiri, hinc colligas.

l Alij, *l. 15. ff. eo.*

m Prouincia.

n *l. 15. in fin. ff. de manumiſſ. vindict.*

o Ab Imperatore Claudio. v. Suetonium *cap. 23. in Claudio.*

p Patria interdictus, Romæ eſſe nõ poteſt.

q i. Roma. *adde l. 33. ff. ad municipalem.*

r Imò videtur, *l. 1. §. pen. ff. de officio præfect. vrbi.*

ſ Ratio: minorib. interdictus, etiam maiorib interdicitur: non è contra.

t Vide quæ ſcripſi *ad tit. C. quando libellus Principi datus litis conteſtationem faciat.*

u *adde l. 6. ff. de appellat.*

21 ¶ Item poteſt alicui pœna iniungi, ne honores adipiſcatur, nec ea res facit, vt decurio eſſe deſinat: cum fieri poſſit, vt quis decurio quidem ſit, ad honores autem non admittatur. nam & ſenator quis eſſe poteſt, & tamen honores non "re" petere. 22 ¶ Poteſt alicui & vnus honor interdici. ſic tamen vt ſi cui honore vno interdictum ſit, non tantùm eum honorem petere non poſſit, verùm ne eos quoque, qui eo honore maiores ſunt, eſt enim perquam ridiculum, eum qui *a* minorib. pœnæ cauſa prohibitus ſit, ad maiores adſpirare: maioribus tamen prohibitus, minores petere non prohibetur. Sed muneribus ſi quis pœnæ cauſa fuerit prohibitus, nihil valebit ſententia neque enim immunitatem pœna tribuere debet. Ergo & ſi honoribus quis in pœnam fuerit prohibitus, poterit dici, ſi honores iſti habuerunt mixtam muneris grauem impenſam, infamiam illi ad hoc non profuturam.

8. *Marcianus* "lib. 2. publicorum iudiciorum."

SEd honore quidem illum arceri puto, cæterùm impendia debere præſtare.

9. *Vlpianus*" (libro) decimo de Officio Proconſulis."

POteſt Præſes quendam damnare, ne *b* domo ſua procedat.

10. MARC. lib.*

NOn c etiam, ne d *vtatur neceſſariis impenſis.*

De his qui relegatos recipiunt.

11. VLPIAN. lib.*

INterdum pecuniariter e *damnantur, qui relegatos ſuſcipiunt.*

12. MARC. lib.*

ASua ciuitate relegatus ſi f *non excedat, ad tempus à prouincia relegatur* g.

De manumiſſo à relegato.

13. PAVL. lib.*

MAnumiſſus à relegato, non poteſt Romam accedere, quòd nec patrono eius licet.

Definitio relegati. 1 Differentia relegationis. 2. Qui poſſunt relegare. 3. De eo qui ciuitatem amiſit conueniendo.

14. VLPIAN. lib.*

REligatus eſt is, cui prouincia, vel Roma, vel continentibus eius, perpetuò, vel ad tempus interdicitur.

1 ¶ *Magna differentia* h *eſt inter deportationem & relegationem, nam deportatio ciuitatem & bona adimit, relegatio neutrum tollit, niſi ſpecialiter* i *bona publicentur.*

2 ¶ *Relegatur quis à Principe, ſenatu, præfectis* k, *& præſidibus prouinciarum, non à conſulibus.*

3 ¶ *Qui ciuitatem amiſit, & bona detinet, vtilibus actionibus tenetur.*

De ciuitate. De contractibus. 1. De teſtamenti factione.

15. MARC. lib.*

DEportatus ciuitatem amittit, non libertatem, & ſpeciali quidem iure ciuitatis non fruitur, iure tamen gentium vtitur: emit l *enim & vendit, locat, conducit, permutat, fœnus exercet, & cætera ſimilia, & poſtea quæſita pignori dare poteſt, niſi in fraudem* m *fiſci, qui ei mortuo ſucceſſurus eſt, ea obliget. Priora enim bona, quæ publicata ſunt, alienare non poteſt.*

1 ¶ *Deportatus à præſide ſine* n *Principe, & hæres exiſtere, & legata ex teſtamento capere poteſt.*

16. IDEM. lib.*

CVm Vlpianus Damaſcenus rogaſſet Imperatorem, vt ſibi permitteret, matri relinquere ad victum o *neceſſaria, & mater per libertum, vt quædam ſibi liceret filio deportato relinquere, Imperator Antoninus eis reſcripſit in hunc modum: Neque hæreditas, neque legatum, neque fideicommiſſum contra mores, & ius publicum huiuſmodi perſonis relinqui poteſt. nec conditio harum perſonarum mutari debet. Quod verò piè rogaſtis, liceat vobis vltima voluntate eis ad victum, & alios vſus neceſſarios ſufficientia relinquere, eiſque ex hac cauſa relicta capere.*

De ſtatuis & imaginibus.

17. POMPON. lib.*

REligatus ſtatuis & imaginibus honorari non prohibetur p.

18. IDEM.

REligatus integrum ſuum ſtatum retinet, & dominium rerum ſuarum, & patriam poteſtatem, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum relegatus ſit.

1 ¶ *Deportatio autem ad tempus non eſt.*

De Roma & Principe. 1. De capitis diminutione, & de pœna.

19. CALLISTRAT.

REligatus non poteſt Romæ morari, licet q *hoc ſententia comprehenſum non ſit, quia omnium* r *eſt patria.*

¶ *Sed neque* ſ *in ciuitate in qua verſatur Princeps, vel per quam tranſit eis enim duntaxat Principem intueri licet, qui Romam ingredi poſſunt. Eſt enim Princeps pater patriæ.*

1 ¶ *Cùm* t *in liberos homines ea ſententia fertur quæ publi-*

a *l. 4. ff. de ſenatoribus. l. 5. ff. de ſeruis exportandis: adde l. 53. in fin. ff. de fideicom. libert.*

b Ne de domo. *Hal. adde l. 9. ff. de pœ.*

c Hæc quæ ſequũtur reſtituta ſunt à Contio, & Cuiacio ex Baſilicis.

d Fame inediáq; necare, illegitima pœna eſt, qua de cauſa, & quos ablegabant tyrãni in ſpecus aut loca ſola, his ſolebant aliquid cibi apponere: vt apud Sophoclem, Creon iubet defoſſæ Antigonæ φορβῆς τοσῦτον ὡς ἀγεμόνον προπθέναι de qua vide *Cuiac. 14. obſ. 34. adde* Deut. 28. *Regum* 24. *Ezechiel. 67. Ammian. 12. 17. Cic. 1. Tuſcul. v. Petrum Greg. 23. ſyntagm. n. 4.* ſic illegitima pœna eſt. carcere perpetuo contineri, *l. 8. §. ſolent. ff. de pœnis.* aut perpetuis vinculis, *leg. mandatis 35. ff. de pœnis.* aut quæſtioni ſubiici, *l. pen. ff. quæſtion.*

e Lege Iulia, *Paul. ſent. 26. §. 3. verſ. & qui cum vid. 2. Feudorum 23. §. 2. §. 3.*

f Si à ciuitate non abſtinet.

g *l. 4. ff. de pœnis.*

h *v. Cuiac. ad legem 121. in verbo, in inſulam ff. de verb. oblig.*

i *v. l. 8. C. de pœn.*

k *60. Eclog. 51. ex tit. 54. c. 4.*

l Ea omnia ſunt iuriſgentium, *l. 5. ff. de iuſtitia, Vlp. 19. §. 4.*

m *l. 6. §. 2. l. 9. ff. de bonis damnat.*

n χωεὶς βασιλέως, *60. Ecl. 51. ex tit. 54. c. 15.*

o *Eclog. ibid.*

p Niſi ſit reus maieſtatis, *l. 24. ff. de pœnis.*

q *l. 22. §. 4. ff. ſoluto.*

r Quid eius ſtatua vel imago: *v. l. 17. ff. eod.*

ſ Roma communis & omnium eſt patria.

t aliter extat apud Cuiacium hic verſiculo, quẽ vide in lege 21. in verbo *in inſulam ff. de verb. oblig.*

eat eorum bona, qualis eſt in inſulam deportatio, ſtatim à ſententia priorem conditionem mutant & ſua pœnæ traduntur, niſi quid maieſtatis inſit quod pœnam exaſperari flagitet.

a 9.C.51.
b Græci reſtitutionem indulgentiam vocant *hic: 6.Ecloga* 3. huc adde Paponē 3. Notar. 10. c. *des lettres de rappel de ban.*
c Succedit liberto patronus deportatus, poſtea tamen reſtitutus.
d Reſtitui poſſunt in metallum damnati.
e Pœnę ſerui ſunt, qui in metallum damnati.
f Seruitus pœnæ, quæ patrono accidit, non priuat patronū iure ſuo, ſi poſtea reſtitutus ſit. *adde leg.* 29. *ſup. de iure patronatus.*
g Dignitas amiſſa, à principe reſtitui poteſt expreſsè: tacitè tamen nō remittitur, *l.*3. *C.de generali abolitione.*
h *l.*3. *ʃ. eod. l.*4. *ʃ. eod. adde l.*30. *ʃ. de obligat.*
i *l.*4. *C. de bon. proſcript.*
k *vide legem* 5. *l.*18. *ʃ de ſtatu l* 4. *C. de pœn.*

DE a SENTENTIAM PASSIS & reſtitutis. b

TIT. XXIII.

De ſucceſsione liberti.

1. *Vlpianus* ‖lib. 38. ad Edictum.‖

AD ſucceſsionem c liberti patronus deportatus & reſtitutus admittitur.

1 ¶ Sed ſi in metallum d damnatus reſtituatur, nunquid ſeruitus pœnæ e extinguat f ius patronatus etiam poſt reſtitutionem? & magis eſt, vt non extinguat ſeruitus ius patronatus.

De actionibus.

2. *Idem* ‖lib. 5. Opinionum.‖

SI deportatus reſtitutus dignitatem g quidem indulgentia Principis reciperauit, in ſua autem omnia bona non eſt reſtitutus, nec à creditoribus h, nec publico nomine conueniri poteſt. Sed cùm ei facultas oblata eſſet à Principe, bona quoque ſua reciperandi, maluerit ea derelinquere, actionib. exuere ſe, quibus ante ſententiam ſubiectus fuerat, non poterit.

3. *Papinianus* "lib. 16. Reſponſorum."

IN inſulam deportati bona fiſcus pœna i remiſſa retinuit. creditores ex antegeſto non habere cum eo, qui debitor quondam fuit, actiones, conſtitit. Quòd ſi bona cum dignitatis reſtitutione conceſſa recuperauerit, vtiles actiones neceſſariæ non erunt, cùm & directæ competunt.

De liberis & iure cognationis.

4. *Paulus* "lib. 17. Quæſtionum."

IN metallum damnata mulier eum, quem prius conceperat k, edidit: deinde à Principe reſtituta eſt humanius dicetur, etiam cognationis iura huic reſtituta videri.

DE † CADAVERIBVS a PVNITORVM.

TIT. XXIV.

1. *Vlpianus* "lib. 9. de Officio Proconſulis."

CORPORA eorum qui capite damnantur, cognatis b ipſorum neganda non ſunt, & id ſe obſeruaſſe etiam Diuus Auguſtus lib. 10. c de vita ſua ſcribit. Hodie autem eorum, in quos animaduertitur, corpora non d aliter ſepeliuntur, quàm ſi fuerit petitum, & permiſſum, & nonnunquam non permittitur, maximè maieſtatis cauſa damnatorum.

¶ Eorum quoque corpora, qui exurendi damnantur, peti poſſunt, ſcil. vt oſſa e, & cineres collecta ſepulturæ tradi poſsint.

2. *Marcianus* "lib 2. Publicorum,"

SI quis in inſulam deportatu, vel relegatus f fuerit, pœna etiam poſt mortem manet. nec licet eum inde transferre aliubi, & ſepelire inconſulto Principe, vt ſæpiſsimè Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, & multis petentibus hoc ipſum indulſerunt.

3. *Paulus.* "lib. 1. Sententiarum."

COrpora adnimaduerſorum quibuſlibet petentibus g ad ſepulturam danda ſunt.

† Hic titulus ... ſeruatur in Gallia vt notat Rebuff. ... *legib abrogatis* ... *cu.*54. & 55. ... enim in Gallia ... dauer delinquen... poſſe tradi ſe... turæ incon... Principe, ... co. quod tam... curſ. peti ... iudice, qui ſen... tiā, tulit, ... *l.*1. *h. tit.* ... quin Pap. ... *reſt.*8. *Arreſt* ... fert, à Curia ... natu cadau... natorū pe... conceſſa. Se... amplius ... Rebuff. *ibi.* ... uera puniti... dicis, peten... obſeruatum: ἀνάπαυλαν dari poſſe à iudicibus regiis. atque ita Montiſpeſſuli Chaſſanæus putet, id petendum eſſe neceſſariò à Principe. *in conſuet. Burg in rub. confiſcations*, §. 1 *Gl. il confiſque, n.*6 Gomezius de delictis *c.*14. Clarus in practic. *q. vlt.* a περὶ λειψάνων, &c. 6. *Ecl.* 69. *Lucius* 12. *Placitorum* 10. *Pap.* 24. *Arreſt.*
b Rogantibus ſc. *l. vlt. ʃ. eod. l.* 11. *C. de relig.* exemplum extat apud Ioan. 19. *verſ.*
c Auguſtus libros decem de vita ſua cōpoſuit, quod & Cæſares & Imperatores ... ſtraſſe diligēs lector facilè ex hiſtoriis colliget. d Sepultura priuari pœnæ ... eſt. hæc hodie lex eſt eorum qui mortem ſibi conſciuerunt. Cedrenus χαλκεύτερ... φορ ῥίπτεσθαι κατὰ τὸν τῶν βιοθανάτων νόμον. olim aliud fuiſſe videtur. Nam Veſpaſianus pœnæ quorundam coniuratorum addidit, vt inſepulti proiicerentur. *Suet. Veſp. c.*2. *In fi. adde Ioan.* 19. *verſ.* 38. Res ita eſt, ſepulturæ habendā eſſe rationē, ... tumuis impiam opinionem contrariam, Seneca *libro de remediis fortuitorum*, ... ſequuntur coloratis rationib. tegere conetur: facile iactura ſepulchri: cœlo tegitur qui non habet vrnam. Sepulchrum non ſentienti ſuperuacuum, ſentienti onus ... defunctorum cauſa, ſed viuorum, inuentam eſſe ſepulturam. Eſt vtique & ſepulturæ origo peruetuſta, *Cic.* 2. *de legib.* 1. *Tertull. c.* 33. *de anima.* e Oſſuarium inde, ... *ſepulchro.* f Lucius 12. *placitorum* 10. & *Pap* 20. *Arreſt.*8. *arreſt.*4. refer idem ... ſum à Senatu Pariſienſi fuiſſe cognatis aduocati cuiuſdam maieſtatis damnati.
g *vide legem.* 1. *ʃ. eod.*

LIBER QVADRAGESIMVS NONVS.

DE APPELLATIONIBVS a ET b RELATIONIBVS c.

a 7.C.62.11. *Cod. Theod. Nou.* 75.75. 93.115.9. *Ecl.* 1.2. *q.*6.2. *Decret.* 28.2. *Sexto.* 15 2. *Clemēſin.* 12. *Pap.* 19 *arreſt.* 1. & *tit.* 2. *art.* 2. & *Notar.* 10. *c. des appellations: Lucius* 11. *Placit.* 10. *Petr. Gregor. ſyntagm.* 2. De appellationibus in cauſis criminalibus, v. Clarum 5. *ſent.* § *vlt. q* 94.
b Appellat condemnatus ad ſuperiorem. Iudex qui ſentētiam tulit, de ſentētia lata, eiúſque æquitate, refert ad ſuperiorē, cúmque conſulit.
c 7.C.60.11. *Cod. Theod.* 29.
d Imò non videtur neceſſarius. nam ſi ſentētia ex legib. eſt, fruſtra appellatur, ſi cōtra leges, ipſo iure nulla eſt citra appellationem: adeò vt neceſſe non videatur appellare, *l.* 1. *ʃ. quæ ſententia ſine appellatione.*

De vſu & vtilitate appellationis. 1. *De reſcripito.* 2. *De conſultatione iudicis.* 3. *De errore appellationis.* 4. *De forma libelli appellatorij.*

1. *Vlpianus* "lib. 1. de Appellationibus."

APPELLANDI vſus quàm ſit frequens, quámque neceſſarius d, nemo eſt qui neſciat, quippe cùm e iniquitatem f iudicantium, vel imperitiam "re" corrigat, licêt nonnunquam bene latas ſententias in peius reformet. neque enim vtique melius pronuntiat, qui nouiſsimus ſententiam laturus eſt.

1 ¶ Quæſitum eſt, an aduerſus reſcriptum Principis prouocari poſsit, fortè ſi præſes prouinciæ, vel quis alius conſuluerit, & ad conſultationem eius fuerit reſcriptum. eſt enim quæſitum, an appellandi ius ſuperſit? quid g enim, ſi in conſuetudo meritus eſt? de qua re extat reſcriptum Diui Pij ‖πρὸς τὸ κοινὸν h τῶν Θρᾳκῶν‖ id eſt, *ad communitatem Thracum*, quo oſtenditur prouocari oportere. verba reſcripti ita ſe habent, Ἐὰν μὲν ἐπιστείλῃ τις ἡμῖν ἃ δεῖ καὶ ἀντιγράφωμεν ἡμεῖς ὅ τι ἐν, ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν. εἰ γὰρ διδάξαιεν, ἢ ψευδῶς, ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα, οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν εἶναι δόξει προδιεγνωσμένον, τῶν ὡς ἑτέρως ἔχουσιν τοῖς γραφεῖσιν ἀντεπεσταλκότων, id eſt, *Si ſcripſerit quiſquam ad nos, & illi aliquid reſcripſerimus volenti, ad ſententiam noſtram prouocare permiſſum* i *erit: ſi enim docuerint* a *vel falſo vel non ita ſe non habere quæ ſcripta ſunt, nihil à nobis videbitur iudicatum, priuſquam contra ſcriptum fuerit, quemadmodum aliter res ſe habeat, quàm nobis inſinuatum ſit.*

2 ¶ Huic conſequenter videtur reſcriptum, à conſultatione iudicis non eſſe appellandum, ſi quis b fortè interloquutus fuit, Principem ſe conſultaturum, cum poſsit poſt reſcriptum prouocare.

3 ¶ Si quis in appellatione errauerit: vt putà cùm alium appellare deberet, alium appellauerit, videndum, an error ei nihil officit, & ſi c quidem, cùm maiorem iudicem appellare deberet, ita errauit vt minorem appellet, error ei nocebit. verò maiorem d iudicem prouocauit, error ei nihil oberit, & ita multis conſtitutionibus continetur. Denique cùm quidam iudicem ex e reſcripto Principis à conſulibus accepiſſet, & præfectum vrbi appellaſſet, errori eius ſubuentum eſt reſcripto Diuorum fratrum, cuius verba hæc ſunt: Cùm per errorem factum dicas, vti à iudice, quem ex reſcripto noſtro ab ampliſsimis conſulibus acceperas, ad Iunium Ruſticum amicum f noſtrum præfectum vrbi prouocaris, conſules g ampliſsimi h perinde cognoſcant, atque ſi ad ipſos facta eſſet prouocatio. Si quis ergo vel parem i vel maiorem iudicem appellauerit, alium tamen pro alio, in ea cauſa eſt, vt error ei non noceat, ſed ſi minorem, nocebit k.

4 ¶ Libelli l, qui dantur appellatorij, ita ſunt concipiendi, vt habeant ſcriptum m, & à quo dati ſunt. hoc n eſt, qui appellet, & aduerſus quem, & à qua ſententia.

e *Ecl.* 1. *c.* 1. f Appellatio introducta vt ſententia iniquitate vel imperitia lata corrigatur. g Appellare ab ipſo Principe ad eundem Principem licet: hoc eſt à malè informato (vt loquuntur interpretes) ad bene informandum, *vt hic: & l.* 1. *l. vlt. C. de relat. & ibi Bald. Martinus de Cazariis tract. de Principe num.* 42. vel vt Philippo regi Machætas dixit, à Principe dormiente ad ipſum vigilantem, v. Plutarch. *in Apophteg. vbi de Philippo.*
h Sic κοινὸν τῶν Θεσσαλῶν, *l.* 37. *ſupra de iudic. l.* 5. §. 2. *ʃ. de vi publ.* commune Græcorum in Bithynia, *l.* 25. *ʃ. eod.* i A Principis reſcripto obreptitio & eius executione poſſunt appellare.

a i. qui læſi ... reſcripto Principis. *Ecl. ibid.* ...
b Iudex ſc.
c A maiore ad minorem iudicē prouocatio interpoſita, nulla eſt.
d A minore ad maiorem iudicem ... proximum, ſed extremū, interpoſita appellatio, appellanti non nocet.
e Conſules ex reſcripto Principis iudicem dare poſſunt.
f Amici Principis Præfecti vrbi. Hinc illa formula apud reges noſtros vſitata, *A noſtre amé & feal.*
g A ſententia iudicis à Conſulibus dati, non ad præfectum vrbi, ſed ad ipſos Conſules appellatur.
h Ampliſsimi Conſules: Epithetum.
i Imò eo caſu error nocebit, cum par in parem imperium nō habeat. *l.* 4. *ʃ. de arbitr.*
k Ad maiorem, vel parem iudicem, medio omiſſo malè appellatur. Is tamen error non nocet, cùm cauſa ad neutrū peruenit, ſed ad eum qui legitimè appellari debuit. Si ad minorem, non proceditur, & perinde eſt ac ſi prouocatum non fuiſſet. *Bart. hic.*
l Idem obſeruatur in reſtitutionib. *l.* 18. *ʃ. de mino. ib.*
m Scriptam oportere eſſe appellationem: ſeu ſcripturam in appellatione requiri hinc colligunt, de quo tamen v. Socin, reg. 19. n *Eclog ibid. cap.* 2. *de quib.* ...

3. Macer

2. *Macer*" lib. I. de Appellationibus."

SEd ſi apud acta quis *a* appellauerit, ſatis *b* erit, ſi *c* dicat, *Appello.*

3. *Vlpianus*" lib. I. de Appellationibus."

SCio quæſitum, ſi quis non addiderit in *d* libellis contra quem aduerſarium appellet, an præſcriptioni ſubiiciatur, & puto, nihil oportere præſcribi.

1 ¶ Sed illud cecidit in quæſtionem, ſi plures habuerit aduerſarios, & quorundam nomina libellis *e* ſint plexa, quorundam non, an æquè præſcribi ei poſsit ab his quorum nomina comprehenſa non ſunt, quaſi aduerſus ipſos adquieuerit ſententiæ? Et cum vna cauſa ſit, arbitror, non eſſe præſcribendum.

2 ¶ Certè ſi plures hi ſunt aduerſus quos pronuntiatur, & quorundam nomina in libellis *f* ſint comprehenſa, quorundam non, hi ſoli appellaſſe videbuntur, quorum nomina libellis ſunt comprehenſa.

3 ¶ Quid ergo, ſi cauſam appellandi certam dixerit *g*? an liceat ei diſcedere ab hac, & aliam cauſam allegare? an verò quaſi forma quadam obſtrictus ſit? Puto tamen, cũ ſemel prouocauerit, eſſe ei facilitatẽ *h*, in agendo etiam aliã cauſam prouocationis reddere; perſequíque prouocationem ſuam quibuſcunq; modis potuerit.

De executione. 1. De interpretatione ſententiæ. 2. De eo cuius intereſt. De domino & procuratore. 3. De emptore & venditore. 4. De debitore, creditore, & procuratoribus.

4. *Macer*" lib. I. de Appellationibus.

AB executore ſententiæ appellare non *i* licet *k*.

1 ¶ Sed ab eo *l*, qui ſententiam malè interpretari dicitur, appellare licet ſi *m* tamen is interpretandi poteſtatem habuit, velut præſes prouinciæ, aut procurator Cæſaris. ita tamen *n* vt in cauſis appellationis reddendis hoc ſolum quæratur, an iure interpretatum ſit. ídque etiam Diuus Antoninus reſcripſit.

2 ¶ Alio condemnato, is cuius *o* intereſt, appellare poteſt *p*, qualis eſt, qui per procuratorem expertus, victus eſt, nec procurator ſuo nomine appellet.

3 ¶ Item ſi emptor *q* de proprietate victus eſt, eo ceſſante auctor eius appellare poterit. Aut ſi auctor egerit, & victus ſit, non eſt deneganda emptori appellandi facultas: quid enim ſi venditor, qui appellare noluit, idoneus non eſt? Quin etiam ſi auctor appellauerit, deinde in cauſæ defenſione ſuſpectus viſus ſit, perinde defenſio cauſæ emptori committenda eſt, atque ſi ipſe appellaſſet. 4 ¶ Idque ita conſtitutum eſt in perſona creditoris, cum debitor victus appellaſſet, nec ex fide cauſam defenderet. Quæ conſtitutio ita accipienda eſt, ſi interueniente creditore debitor de pignore victus prouocauerit. nam & abſenti *r* creditori nullum præiudicium debitor facit, ídque ſtatutum eſt.

5 ¶ Si procurator, qui iudicio interfuit, victus ſit: an ipſe quoque per procuratorem appellare poſsit, videamus *ſ*: quia conſtat procuratorem alium procuratorem facere non *t* poſſe. Sed meminiſſe oportet, quod procurator lite conteſtata dominus *u* litis efficitur: & ideo per procuratorem appellare poteſt.

De ſententia inter alios dicta. 5. Quando appellandum, & quomodo.

5. *Marcianus*" lib. I. de Appellationibus.

A Sententia inter alios dicta appellari non poteſt, niſi *x* ex iuſta cauſa. Veluti ſi quis in cohæredum præiudicium ſe condemnari patitur, vel ſimilem huic cauſam: quamuis & ſine *a* appellatione tutus eſt cohæres. Item fideiuſſores pro eo, pro quo interuenerunt. Igitur & venditoris fideiuſſor emptore victo appellabit, licèt emptor & venditor adquieſcant.

1 ¶ Si hæres inſtitutus victus fuerit ab eo, qui de inofficioſo teſtamento agebat, legatariis *b* & qui libertatem acceperunt, permittendum eſt appellare, ſi quærantur, per colluſionem *c* pronuntiatum, ſicut Diuus *d* reſcripſit. 2 ¶ Idem reſcripſit, legatarios cauſam appellationis agere poſſe. 3 ¶ Sed & ſi in fraudem ſuam tranſactionem factam ab eo, qui appellaſſet, dicerent, idem dicendum eſt. 4 ¶ Sed & ſine appellatione ſi fuerit tranſactum, ſimiliter reſcriptum eſt. 5 ¶ Si quis ipſo *e* die inter acta, voce *f* appellauit, hoc ei ſufficit. ſin autem hoc *g* non fecerit, ad libellos appellatorios dandos biduum †, vel triduum computandum eſt,

De eo qui ad ſupplicium ducitur.

6 *Vlpianus*" lib 2. de Appellationibus."

NOn tantum ei *h* qui ad ſupplicium ducitur, prouocare, permittitur, verum alij quoque nomine eius: non tantum ſi ille mandauerit, verum quiſquis alius prouocare voluerit. neque diſtinguitur, vtrum neceſſarius eius ſit, necne. credo enim humanitatis *i* ratione omnem prouocantem audiri debere ergo & ſi ipſe adquieſcit ſententiæ, nec quærimus, cuius interſit.

¶ Quid ergo, ſi *k* reſiſtat qui damnatus eſt, aduerſus prouocationem? nec velit admitti eius appellationem, perire *l* feſtinans? adhuc putem, differendum ſuppliciũ.

De eo qui libellos publicè propoſuit.

7. *Marcianus* lib. I. de Appellationibus.

CVm quidam propter violentiã *m* iudicis non ipſi *n* à quo appellauit, dedit libellos, ſed publicè propoſuiſſet, D. Seuerus veniam ei dedit, & permiſit" ei" cauſas appellationis agere.

De conuicio.

8 *Vlpianus* lib. 4. de Appellationibus.

ILlud ſciendum eſt, eum qui prouocauit, non debere conuiciari *o* ei à quo appellat, cæterum oportebit eum plecti, & ita Diui fratres reſcripſerunt.

De libertate.

9. *Macer* lib. 2. de Appellationibus.

ILlud ſciendum eſt, neque pupillum *p*, neque rempublicam *q*, cum pro libertate iudicatur, in integrum reſtitui poſſe, ſed appellationem eſſe neceſſariam. idque ita reſcriptum eſt.

De pluribus ſeparatim condemnatis. 1. De condemnato in plures ſummas. 2. De rationibus aduerſus plures probatis. 3. De pluribus in vnam ſummam condemnatis. 4. De communi cauſa.

10. *Vlpianus* lib. 8. Diſputationum.

SI qui ſeparatim fuerint condemnati, quamuis ex eadem cauſa, pluribus eis appellationibus opus eſt.

1 ¶ Si quis, cum vna actione ageretur, quæ plures ſpecies in ſe habeat, pluribus ſummis ſit condemnatus, quarum ſingulæ nòtionem Principis *r* non faciunt, omnes autem coniunctæ *ſ* faciunt, poterit ad Principem appellare. 2 ¶ Sed cum aduerſus plures probatæ eſſent rationes, quæ eis nocerent ſufficit eis vna *t* appellatio, quia vno titulo comprobatarũ rationum omnes conueniebantur. 3 ¶ Quotiens autem plures in vnam ſummam condemnantur, vtrum vna ſententia eſt: & quaſi plures in vnam ſummam rei ſint promittendi, vt vnuſquiſque eorum in ſolidum teneatur, an vero ſcinditur in perſonas ſententia, quæritur? & Papinianus reſpondit, ſcindi ſententiam in perſonas, atque ideo eos qui condemnati ſint viriles *u* partes debere.

4 ¶ Quod eſt reſcriptum *x*, in communi cauſa quotiens alter appellat, alter non, alterius *y* victoriam, ei proficere *z*, qui non prouocauit. "hoc" ita demum probandum eſt, ſi vna eadémque cauſa fuit defenſionis cæterum ſi diuerſæ, alia cauſa eſt, vt in duobus tutoribus procedit, ſi *a* alter tutelam geſſerat, alter non attigerat, & is qui non geſſerat, prouocauit iniquum eſt enim, qui idcirco agnouerat ſententiam, quoniam geſsiſſe ſe ſcit, propter appellationem eius qui non geſſerat, obtinere.

libellis dimiſſoriis. puto id innui, in libello dimiſſorio iudicis á quo, & ad quem, rei & actoris nomina præſcribi oportere.

a ἐν τοῖς πεπραγμένοις. *Ecl. ib. l. 3.* Verbalis appellatio apud acta fieri debet.

b Appellans à à ſententia definitiua, cauſam appellationis adiicere nõ tenetur. de quo v. Socinum *reg.* 14. aliud in interlocutoria, *l. 4. §. 1. ȷ. eod.*

c Quis ipſo die appelleuerit, *Hal.* ipſo die voce appellauerit, *Vulg.*

d q. d. ſi viua voce quis apud acta appellat, neceſſe nõ habet nomẽ ipſius iudicis ſc. & aduerſarij, exprimere.

e *al.* in libellis ſint complexa, *vulg. Hal.* hoc eſt, comprehenſa, adiecta, enumerata.

f Hæc verba, *in libellis.* Græci non legunt. *Ecl. ibi*: & rectè, vt ſit ſenſus in verbali appellatione non eſt neceſſe nomen aduerſarij exprimere: in ſcripta, neceſſe eſt: ſi quidem illa breue ſpatium temporis habet, & recenti, vt ita dicatur, vulnere interponitur: Ideoque à ſcrupuloſis formulis releuanda.

g Omnium appellantium nomẽ, eorum contra quos appellatur in libello appellatorio eſſe oportet, *vt hic, & §. 2. ȷ. eo.*

h Appellans tenetur ne cauſam appellationis reddere? In ſola interlocutoria teneri putat Bart. *hic*, Ferrarienſis *in forma appellationis à definitiua, in verbo occaſione 2.*

i Executoris ab executione appellari non poteſt, niſi modum excedat: & grauamen reparari non poſsit niſi appellationem, *l. 2. ȷ. de appell. recip. c. nouit de appell.* vel dolo ipſe aduerſarius agit, *l. 3. §. ſi executor. ſ. de neg.* niſi tranſactio interpoſita poſt ſententiam, executori exhibeatur: aut ei probetur nouata ſententia, *l. neque 22. in fin. ſ. de in ius voc. l. 2. ſ. ſi quis caution. l. 4. §. ſi ex conuentione 4. ſ. de re iudic.* niſi executor perperam interpretur ſententiam, *§ 1. ȷ. eod.* niſi ſententia lata fuerit adaduerſum abſentem, neque ei imputari poſsit cur non antea appellauerit, *l. ſi prætor 75. in fin. ſ. de re iudic.* niſi reſtitutio in integrum impetrata ſit, aut litteræ ſupplicationis ciuilis impetratæ, *l. 1. C. de in integr. reſtit. poſtulat.* niſi executor iniurioſè exequatur. *l. ſi quis prouocationis 30. C. de appell. l. lectos 12. ſ. de periculo & commodo*: niſi peritus aliquis artifex ſit condemnatus poteſt enim populus appellare ab executione ſententiæ, *l. ad beſtias 31. ſ. de pœn.* v. Duenaſium *in reg. 41.* & Socin. *reg. 26.*

k *l. 21. C. eo.* niſi executor modum iudicationis excedat, *l. 2. C. quor. appell.* tunc enim licet executori manus obiicere, *l. 5. C. de iure fiſci.* Iure Gallico, executori reus opponere ſe ſolet, & ab eo, ſi negligit oppoſitionem, appellare, vt eo caſu ſimplex oppoſitio vertatur in appellationem, id quod æquius viſum eſt, quàm ex iure Romano, grauatis iniuſtam defenſionem permittere. *Imbertus, Petr. Greg. 50. ſyn. 2. num. 2.*

l A ſententia iudicis, qui præcedentem aliquam ſententiam interpretatur, nulli appellare licet. m Interpretandæ ſententiæ ius habent Præſides & Procuratores Cæſaris. n Appellans ab interlocutoria (aliud ſi à definitiua, *l. 1. ſ. eod.*) cauſas ſpeciales appellationis adiicere ſeu exprimere tenetur, de quo v. Socinum *reg. 16.*

o *60. Ecl. 1. c. 4. l. 5. l. 14. ȷ. eod. l. 1. ȷ de appell. recip. l. 2. §. 1. ȷ quando appellandum.*

p Etiamſi ieſe damnates non appellet.

q Vendito, emptore negligente, prouocare poteſt, *Ecl. ibid.*

r *l. 3. ſ. de pign.* ſ Dic poſſe, quia per litis conteſtationem, litis factus eſt dominus. t Imo poteſt, *l. 8. §. 3. ſ. mand. l. 11. in fin. l. 13. C. de proc.*

u *l. 23. C. de proc.* x *l. 4. §. 1. ſ. eod.*

a *l. 2. C. de fid. inſtrum.*

b *l. 29. ſ. de inoff.*

c *l. 12. C. de teſt. manum.*

d *l. 2. ſ. eo. d. l. 12.*

e *l. 2. ſ. eo.* illico, *l. 41. C. eo* Quando viua voce appellatur, ſtatim & iudice pro tribunali ſedente appellari debet, aliàs nullius eſſet momenti appellatio. Maſurius *in praxi &* Ferrarienſis *d. l. in verbo, in his ſcript.*

f Duplex appellandi modus eſt. Vnus voce, alter ſcriptis perficitur. *ȷ. eod.*

g Qui appellat ex interuallo, ſemper de ſcripto appellare debet *l. 1. in fin ſ. eod.*

† *l. 5. §. 5. ſ. quando appellandũ*: hodie decem dies dati *Nou. 23. c. 1.*

h *l. 2. in fin. ſ. de pœn.*

i Humanitatis ratione receptũ eſt, vt quis pro damnato appellare poſsit.

k Non auditur perire volens. *ȷ. eo.* Inuitus ita redimi poteſt ab hoſte. *Auth. ſi captiui. ibi* ratum habere contractũ. *C. de Epiſc.* adde *l. 2. §. 10. ſ. pro ſocio: l. 69. ȷ. de reg. iur. diſt. 45. c. ea quæ.*

l Nemo auditur perire volens, vt ea ratione inuito beneficium dari poſsit, & pro inuito appellari, adde *l. 1. l. 2. l. 3. ſup. de liberali cauſa*, vnde notat Rebuffus *procœmio conſtitutionum, num. 100.* in regno Galliæ non admitti renũtiationes appellationis in criminalibus: quòd videlicet cemo perire volens audiri debeat.

m Propter metum iudicis, ſufficit vt appellatio proponatur corã vicinis, & honeſtis perſonis. *Bart.*

n Hinc collige, de ſcripto appellantem, iudici ſaltem oſtendere ſcripturam appellationis debere, vt autem eam iudici prælegat, requiri negat Ferrarienſis *c. appellatio, de appell. in 6.*

o *l. 42. ſup. de iniur. Paul. 5 ſent. 4. §. 15. & tit 35. §. vlt. 60. Ecl. 1. c. 8. v. Petr. Greg. 38. ſynt. 3. n. 7. 8. 9.* p *l. 4. C. ſi aduerſ. libert.*

q Reſpub. pupillo comparatur. *l. 3. C. de iure Reip.*

r Notionem prætoris. *Hot. 4. obſ. 18.* ſic *Quint. 3.* Non debes apud prætorem fideicommiſſum petere, ſed apud Conſules: maior enim prætoria iuriſdictione ſumma eſt.

ſ Vt ad prætorem appellari poſsit, ſufficit plures ſummas coniunctas facere, eius notionem, licèt ſingulæ non efficiant: adde *l. 11. ſ de iuriſd.*

t i. vnius, adeo vt reliqui tacentes pro confeſsis non habeantur, neque ſuo ſilentio adquieſcere intelligantur ſententiæ *l. 1. l. 2. C. ſi vnus.*

u Si plures vna ſententia condemnantur, quilibet in virilem tenetur. *Bart. l. 43. ſ. de re iud. l. 1. C. ſi plures vna ſent.* x *v. l. 1. l. 2. C. ſi vnus ex pluribus appellauerit.*

y *l. 3. §. 4. ſ ſi ſeruitus vindicetur,* z Imo non proficit, *l. vn. C. ſi in commun. eademque cauſa.* a Tutorum alter quando tutelam geſsit, alter non geſsit, diuerſa

De

De pecunia ex neceßitate iudicis ſoluta.

11. *Idem* "lib. 3. de omnibus tribunalibus."

CVm ex cauſa iudicati ſoluta eſſet pecunia ex neceſſitate *a* iudicis ab eo, qui appellatione interpoſita meruerit meliorem ſententiam, recipere eum pecuniam, quam ſoluit, opertet.

De creatione duumuiri.

12. *Idem* "lib. 2. Opinionum.

SI conſtet: nullo *b* actu ex lege habito duumuirum creatum, ſed tantum vocibus popularium poſtulatum, eiſque tunc proconſulem, quod facere non debuit, conſenſiſſe, appellatio in re aperta ſuperuacua fuit.

De forma libelli appellatorij. 1. De vna cauſa appellandi.

13. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

APpellanti nihil obeſſe, quòd *c* in libellis, à qua parte ſententiæ appellaret non ſignificauit.

1 ¶ Non ſolere improbari appellationem eorum, qui vel *d* vnam cauſam appellandi probabilem habuerunt.

De colluſione. 1. Si herede non reſpondente ſecundum aduerſarium iudicetur.

14. *Idem* "lib. 14. ad Edictum."

SI *e* perluſorio iudicio actum ſit, aduerſus teſtamentum, an ius faciat iudex, videndum? Et D. Pius *f*, cū inter coniunctas perſonas diceretur per colluſionem in necem legatariorum *g* & libertatium actum, appellare eis permiſit. & hodie hoc iure vtimur, vt poſſint appellare: "ſed" & agere cauſam apud ipſum iudicem, qui de teſtamento cognoſcit, ſi ſuſpicantur non ex fide hæredem cauſam agere. 1 ¶ Quotiens, hærede non *h* reſpondente, ſecundum aduerſarium ſententia datur, reſcriptum eſt, nihil nocere neque legatis, neque libertatibus. & hoc Diuorum fratrum epiſtola continetur ad Domitium in hæc verba: Quod abſente *i* poſſeſſore, nec quoquam nomine eius reſpondente pronuntiatum eſt, non habet rei iudicatæ auctoritatem, niſi aduerſus eum ſolum, qui adeſſe neglexerit. quare his, qui teſtamento libertates, vel legata, vel fideicommiſſa acceperunt, ſaluæ ſunt actiones, ſi quas habuerunt, perinde ac ſi nihil eſſet iudicatum. & ideo aduerſus eum qui vicit permittimus eis agere.

De ſeruis.

15 *Marcellus* "lib. 1. Digeſtorum."

SErui appellare non poſſunt, ſed domini *k* eorum ad opem ſeruo ferendam poſſunt vti auxilio appelationis. & alius domini nomine id facere poteſt. Sin vero neque dominus, neque alius pro domino appellauerit, ipſi ſeruo, qui ſententiam "triſtem" paſſus eſt, auxilium ſibi implorare, non denegamus.

An appellatione pendente aliquid noui fiat:

16. *Modeſtinus* "lib. 6. Differentiarum."

COnſtitutiones, quæ de recipiendis, nec non appellationibus loquuntur, vt nihil *l* noui fiat, locum non babent in eorum perſona, quos *m* damnatos ſtatim puniri publicè intereſt, vt ſunt inſignes latrones, vel ſeditionum concitatores, vel duces factionum.

De duplici ſententia in vna cauſa. 1. De prouocatione tutoris.

17. *Idem* "lib. 8. Regularum."

CVm in vna cauſa ſeparatim duplex *n* ſententia diuiſa datur veluti vna ſortis, alia vſurarum, duplex appellatio neceſſaria eſt, ne alteram adnouiſſe, de altera prouocaſſe intellegatur. 1 ¶ Tutor pupillo datus ſi *o* prouocet *p*, interim *q* pupillo curator dabitur. Sed ſi tutoris auctoritas fuerit neceſſaria, veluti ad adeundam *r* hæreditatem, tutor ei *ſ* neceſſario dabitur: quoniam curatoris auctoritas ad hoc inutilis *t* eſt.

De domino prouocante pro ſeruo.

18. *Idem* "lib. 17. Reſponſorum."

LVcius Titius pro ſeruo ſuo, qui ad beſtias datus eſt, prouocationem interpoſuit. quæro *u*, an huiuſmodi appellationis cauſas per *x* procuratorem reddere poſſit? Modeſtinus reſpondit, poſſe.

De ſententia contra ius.

19. *Idem* "lib. ſingulari de enucleatis caſibus."

causæ ſunt: ideoque duobus illis cōdemnatis, vnus appellans, alteri non proderit.

a Si quis prouocauit, coactus eſt per vim à iudice. aduerſario pecuniam ſoluere, in appellationis cauſa victor ea quæ dedit, recipiet 60. *Eclog.* 1. *c.* 11. adde *Nou.* 119. *c.* 5.

b Sententia prolata contra iudiciorum ordinem, ſententiæ nomen non meretur, *l.* 4. *Cod. de ſent. & interl.* Ideoque ab eo appellare ſuperuacuum eſt.

c *v. ad hanc l. Papon.* 29. *Arreſt.* 1. *art.* 35.

d Adde *l.* 3. *in fi. ſup. eod.*

e *ſic* *Vulg.* proluſorio, i. per colluſionem habito ǀ. *eo.* Seneca 5. *de benef.* luſoriè *l.* 50. *ſup. de leg.* 1. luſoriū edictum. *l.* 75. ſ. *de iud.* luſorium imperium. *l. vlt.* ſ. *ne quid in loco publ. Hal. & Hugo à Porta l.* 50. §. 1. ſ. *de leg.* 1. Proludere eſt etiam futurum certamen meditari, exercendarum virium cauſa, confirmandiq; animi, ſimulachrum certaminis inire Virgilius 3. *Georg.* & ſparſa ad pugnam proludit arena. *Iuuenal. ſatyr.* 5. Iurgia proludunt. Auguſt. 2. *de ciuitate*, Scenicos ipſos domi hæc ſuæ, proludendi cauſa, coram matribus agere puderet, quæ per publicū agunt coram deorū omnium matre. Cicero diuinationem ſuam in Verrem proluſionem vocat: in ea enim agebatur de conſtituendo accuſatore Verris. Proludere ergo eſt aliquid agere, quod ad iuſtum certamē pertineat. Proluſoriū iudicium eſt, cum ſuper actione cognoſcitur, quæ grauioris cauſæ ſit quoddā præludiū. *Plin.* 6. *Epiſt. ad Vrſum.* Tu exiſtima quantum nos in ipſa pugna prælij, & certaminis maneat, cuius quaſi proluſionem hæc contentio excitauit. *vide Alciat.* 8. *parer.* 24.

f *v. l.* 5. §. 1. ſ. *eo.* g Adde *l.* 5. §. 1. ſ *eod. l.* 29. ſ. *de inoff.* h *l.* 50. §. 1. ſ. *de leg.* 1. i *l.* 47. *l.* 63. ſ. *de re iud.* k *l.* 18. ǀ. *eo.* l *v.* ǀ. *tit.* *nihil innouari appellatione interpoſita.* m *l.* 6. §. 9. *ſupr. de iniuſto.* n *Paul.* 5. *ſent.* 33. §. 5. o *l.* 2. ſ. *de tut. & curat. datis.*

p Id enim poteſt, *l.* 4. ſ. *de excuſ. tut.*

q v. quæ ſcripſi ad *l.* 4. *C. in quib. caſibus tutorem habenti.* r *l.* 13. ſ. *de tutoribus daris*: adde *l. vlt. in fin. C. de in litem dando tutore.*

ſ Impuberi ſc v. quæ notaui ad *l.* 1. ſ. *de verb. obl.*

t Cur inutilis eſt? quia aditio hæreditatis (de qua hic agitur) animi & conſilij eſt potius quàm facti, ideoque aditio ſuppleri debet neceſſariò tutoris auctoritate, neque ſufficit curatoris auctoritas. Nam curator exequitur ea quæ ſunt facti: tutor quæ conſilij, animi, iuris. Cuiacius 4. *ad Afric. in l.* 49 ſ. *de adq. hæred.* u Ratio dubitandi ſumi poteſt ex *l. pen. in fi.* ſ. *de publ. iudiciis.* x Adde *l.* 11. ſ. *de pub. iudiciis.*

SI expreſſim ſententia contra iuris rigorem *a* data fuerit: valere non debet: & ideo & ſine *b* appellatione cauſa denuo induci poteſt. Non iure profertur ſententia, ſi *c* ſpecialiter contra leges, vel ſenatuſconſultum, vel conſtitutionem fuerit prolata. Vnde ſi quis ex hac ſententia appellauerit, & præſcriptione ſummotus ſit, minimè *d* confirmatur ex hac præſcriptione ſententia. vnde poteſt cauſa ab initio agitari.

De ſuſpecta tutoris accuſatione. De excuſatione tutoris. 1. De procuratore in rem ſuam 2. De militib.

20. *Idem* "lib. ſingulari de præſcriptionibus."

QVi ſuſpectum *e* tutorem facit, & qui de non recipienda tutela excuſationem agitat, alieno nomine agere intelligendus eſt. 1 ¶ Is vero qui in rem ſuam procurator datus eſt, intra biduum *f* appellare debet. quia ſuam *g* ſuam cauſam agit. 2 ¶ ¶ Militibus appellandi tempora non remittuntur: & victi ſi non prouocauerint, & ſolennia fecerint, poſtea non audiuntur,

De prouocatione ad Principem 2. Si magiſtratus creatus appellauerit. 3. De fructuum ſequeſtratione.

21. *Papirius Iuſtus* "lib. de Conſtitutionibus."

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, appellationes, quæ *h* recto *i* ad Principem factæ ſunt, omiſſis his, ad quos debueruns fieri ex imo ordine: ad *K* Præſides remitti. 2 ¶ Idem reſcripſerunt, ab iudice, quem à præſide prouinciæ quis acceperat, non rectè Imperatorem appellatum eſſe: ideóque reuerti eum ad Præſidem debere. 2 ¶ Si magiſtratus creatus appellauerit, collegam eius interim vtriuſque officium ſuſtinere. ſi vterque appellauerit, alium interim in locum eorum creandum: & eum qui *l* non iuſtè appellauerit, damnum adgniturum, ſi quod reſpublica paſſa ſit. ſi vero iuſta ſit appellatio, & hoc pronuncietur, eos æſtimaturos cui hoc adſcribendum ſit. In locum autem curatoris, qui annonam adminiſtraturus eſt, alium interim ad ſumendum, quoad vſque appellatio pendeat.

3 ¶ Iidem reſcripſerunt, quamuis *m* vſitatum non ſit poſt appellationem fructus agri, de quo diſceptatio ſit, deponi: tamen, cum *n* populitarentur *o* ab aduerſario, æquum ſibi videri, fructus *p* apud ſequeſtres *q* deponi.

De cognitione remiſſa ad Principem.

22. *Papianus* "lib. 2. Reſponſorum."

AD Principem remiſſa cognitio, ab eo circumdici *r* poteſt, qui remiſit.

De iudice dato ex conſenſu litigantium. 1. De iudice dato ab eo qui dandi ius non habuit. 2. Si ſententia aduerſus patrem dicta filius prouocet. 3. De edicto peremptorio.

23. *Idem* "lib. 19 Reſponſorum."

EX conſenſu litigantium circa *ſ* compromiſſum à præſide prouinciæ iudice *t* dato, victus poteſt prouocare, 1 ¶ Cum procurator *u* Cæſaris, qui partibus *x* præſidis non fungebatur, in lite priuatorum ius dandi iudicis non habuiſſet, fruſtra prouocatum ab ea ſententia conſtitit, quæ non tenebat *y*. 2 Filiumfamilias, cum aduerſus patrem eius de bonis, quæ per ipſum poterant adquiri, pronunciatum eſſet reſpondi, non niſi patris nomine potuiſſe prouocare. 3 ¶ Eum qui cognouit edictum peremptorium ſecundum ordinis cauſam dati *z*, placuit, non rectè prouocaſſe: cum *a* in eius poteſtate fuerit, ante diem præſtitutum pro tribunali reſpondentem, aut defenſum, edicti denuntiationem rumpere.

De vſuris. 1. De adoleſcente proſequente appellationem interpoſitam à ſuo curatore.

24. *Scæuola* "lib. 5. Reſponſorum."

NEgotiorum geſtor, vel tutor, vel curator bona fide condemnati appellauerunt, & diu negotium tractum eſt, quæſitum eſt, appellatione eorum iniuſta pronuntiata, an quia tardius iudicatum ſit, vſuræ *b* principalis pecuniæ medij temporis debeantur reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, dandam vtilem actionem.

1 ¶ Curator iuuenis aduerſus tutoris hæredes iudicio expertus, appellationem interpoſuit. cum impleſſet autem vigeſimum quintum annum ætatis iuuenis, & in mlitia ageret, exequi appellationem deſiit. quæro, regreſſus à militia vtrum ipſe appellationem explicare deberet, an vero curatorem in eam rem conueniri oporteret? Reſpondit, ipſum *c* militem litem ad ſe pertinentem

t A iudice partium conſenſu dato poteſt prouocari. u *l.* 1. *C. de pedan*[...]

x Procurator Cæſaris, præſidis partibus non fungens. ius dandi iudicis non [...] fungens, habet iuriſdictionem etiam criminalem: tali munere functus eſt in Syr[...] ce Præſidis Pontius Pilarus, de quo v. Cuiacium 19. *obſ.* 13. Rober. 1. *Animad.* [...] *fin.* Anton. Mercat. *Notat.* 22. adde quæ ſcripſi ad *tit. de off. procur. Cæſaris.*

y Cur ita? *v. l.* 20. ʒ. *de iuriſd.* z datum, *vulgat.* a *l.* 73. ſ. *de iud.*

b Tutor aut curator, aut negotiorum geſtor, ſi appellauit, diuque litem [...] etiam medij temporis vſuras ſoluit 9. *Eclog.* 1. *cap.* 23. *l.* 41. *ſupra de vſuris*, *l.* [...] *ſupra de re indicata.* c Iuuenis, factus maior, appellationem à ſuo curato[...]

pertinentem exſequi debere, ſecundum ea quæ proponerentur.

Ne quis appellare, néve Romam venire appellationis cauſa prohibeatur. 25. *Paulus* lib. 20. Reſponſorum,

IMperator Alexãder communi *a* eorum, qui in Bithynia ſunt, Græcorum *b*. Appellare quidem qualiter quis prohibeatur à iudicantibus, non video, quando licet aliam *c* viam tenentem, idem facere, & celeriùs ad me peruenire. iniuria autem & vi vti aduerſus *d* eos qui appellant, & cuſtodia militari circumſiſtere, &(vt ſimpliciter dicam) obſtruere *e* illis eam ad nos viam interdicimus curatoribus, & ducibus gentium, & obediant huic meæ pronunciationi, ſcientes, quod tantùm mihi curæ eſt eorum qui reguntur, libertas *f*, quantum & illorum beneuolentia &, obedientia.

De cauſa ad Imperatorem remiſſa.

26. *Hermogenianus*‖lib. 2. Iuris Epitomarum.‖

AD imperatorem cauſam remiſſam *g* partibus conſentientibus *h*, præſes, ſi ad eius notionem pertinet, audire *i* poteſt.

De tutore & curatore.

27. *Idem*‖lib. 5. Iuris Epitomarum.‖

TVtor ſi in negotio pupilli prouocauerit, vel curator in adulti, heres eius antequam *k* reddat rationes appellationis cauſam perſequi debet. nam poſt *l* redditas rationes nec ipſe tutor, nec curator appellationis merita probare cogitur.

De ſeruo nomine domini appellante. 1. De condemnato quia non exhibuit. 2. De tutoribus & curatoribus.

28. *Scæuola*"lib. 25. Digeſtorum."

CReditor cum fideiuſſoribus egerat, ſed poſt iudiciũ acceptum ad agendam cauſam ipſe non adfuit. & cùm abſoluti eſſent fideiuſſores, ſeruus *m* eius appellauit. quæſitum eſt, an appellatio, quam ſeruus interpoſuit nomine domini, nullius momenti eſſet. reſpondit, eiuſmodi appellationem non non eſſe obſeruandam.

1 ¶ iuſſus à iudice exhibere ſecundùm præceptum præſidis prouinciæ rationes, quas apud ſe eſſe cauerat, inſtrumẽtorum gratia data dilatione, nec poſtea exhibuit: ideóq; ſecundum conſtitutionem recitatam, quia per contumaciam inſtrumenta non exhibuerat, cùm petitor, quanti *n* ſua intereſſet exhiberi, iuraſſet, facta erat condemnatio. quæſitum eſt, an poſt iuſiurandum appellationem interponere poſsit reſpõdit, nihil proponi, cur *o* denegandum eſſet appellationis auxilium.

2 ¶ Subſtituti tutores in locum legitimi tutoris, experti cum eo tutelæ iudicio, cùm arbiter iniquè condemnauit, quam rei æquitas exigebat, à ſententia eius prouocauerunt. pendente cauſa appellationis, iuuenes adoleuerunt. quæſitum eſt, cùm omnis exſecutio *p* huius ad adultos pertineat, & cauſam ad ſe pertinentẽ idoneè tueri poſſunt, an poſtulatio eorum, contra quos appellatum erat, dicentium illos debuiſſe cauſas appellationis reddere, qui primi ſunt experti, admittenda non ſit. reſpondit, eos *q* quorum tutela geſta eſſet, ſi vellent *r* cauſam exſequi, non prohibendos.

¶ Idem & in curatoribus obſeruandum ‖eſt‖, ſi interim adultus ad legitimam *ſ* ætatem peruenit.

terpoſitam perſequi debet, *l. vlt.* ꝫ. *eodem.*

a Commune quid dixi ad *l.* 1. §. 2. ꝫ. *eodem.*

b Appellandi ad Principem libertas prouincialibus data. Ideóque lege Iulia de vi publica tenebatur, qui ciuemRomanum aduerſus prouocationem vinxiſſet, *l.* 7. ꝫ. *ad l. Iul. de vi publ.* adde *act. Apoſt. c.* 25. *verſ.* 12.

c Ei qui itineris Imdedimẽtum alleganon ſufficit probare impedimentum per vnum iter tantum.

d Adde *Nou.* 82. *c.* 13.

e Viæ à nullo præſtruendæ ſunt.

f Subditorum libertas imperatori curæ eſſe debet.

g v. quæ ſcripſi ad *l.* 22. ꝫ. *eod.*

h Volentibus non fit iniuria.

i *v. l.* 22. ꝫ. *eod.*

k *l.* 24. ꝫ. *eod. l.* 5. §. 6. ꝫ. *de adm. tut. l.* 2. *C. vt cauſæ poſt pubertatem adſit tutor. l.* 1. *C. de hered. tut.*

l *l. vnica in fi.* ꝫ. *ſi pendente appellatione.*

m Seruus pro domino appellare nõ poteſt, adde *l.* 15. ꝫ. *eod.*

n *l.* 68. §. 2. ꝫ. *de rei vind. v. l.* 53. ꝫ. *de re iudicata.*

o Contumax in non exhibendo auditur appellans: error enim in cauſa principali poteſt reuocari in cauſa appellationis.

p Excuſatio, *Hal.*

q *l.* 24. *in fi.* ꝫ. *eo.* §. 9. *l.* 10. *C. eo.*

r Illi ſcil. contra quos appellatum eſt.

ſ Legitima ætas quæ eſſet, dixi ad *l.* 27. ꝫ. *de negotiis geſtis.*

A QVIBVS APPELLARI *t* NON LICET.

TIT. II.

Propoſitio. 1. De principe. 2. De Senatu. 3. De eo qui profeſſus eſt ſe non prouocaturum. 4. De iudice dato.

1. *Vlpianus*"lib. 1. de Appellationibus."

TRactandum eſt, à quibus appellare non liceat.

1 ¶ Et quidem ſtultum eſt illud admonere, à Principe *u* appellare fas nos *x* eſſe, cùm ipſe ſit qui prouocatur. 2 ¶ Sciendum eſt, appellari à ſenatu *y* non poſſe Principem. ídque oratione Diui Hadriani effectum. 3 ¶ Si quis ante ſententiam profeſſus *z* fuerit, *ſe à iudice non prouocaturum*, indubitatè prouocandi auxilium perdidit.

t Appellare, *Vulgat. Hal*

u A ſentẽtia Principis non conceditur appellatio 9. *Ecl.* 1. *c.* 28. niſi forte dicat à dormiẽte ad eundem vigilãtem appellari poſſe, vt Machetas dixit Philippo, *Plutarc. Apophtheg.* aut vt alij loquuntur à Principe malè informato, ad bene inmandum. Patiuntur quoque Principes cauſas iterum in ſuum auditorium induci, *l.* 18. §. 1 ꝫ. *de minorib. Nou.* 113 *c.* 1. quin aduerſus reſcriptum obreptitium appellari poteſt, *l.* 1. ꝫ. 1. ꝫ. *de appell.*

x Non eſſe, *Vulg. Hal.*

y Senatus à ſententia non conceditur appellatio, *Ecl. ibid.* Sed tamen Papo remedia aduerſus arreſta quædam notat, euiſionem propoſitionẽ erroris, & ſupplicationem Galli *requeſte ciuile* vocant. Reuiſio fit ab alio Senatu propoſitio erroris ad eundem ſenatum remittitur, à quo ſententia lata eſt, nullis præterea aliis inſtrumentis de nouo admiſsis. Supplicatio admittit nouas exceptiones & productiones vel dolo, vel ætate, vel errore omiſſas, *v. Papo* 3. *Nota.* 10. *c. des moyens contre arreſts.* De ſupplicatione erroris obtentu, *v.* Lucium 5. *Placitorum* 6. adde Paponem 19. *Arreſt* 8. *cap. de la forme des iugemens & arreſts, & remede contre iceux.*

z In iudicio ſc. ſecus ſi extra *l.* 5. *C. de iuris & facti ignorant* Quid ſi partes ſcriptura interueniente pactæ fuerint à ſententia iudicis, non prouocaturos? appellare non poterunt, *l. vlt.* §. *vlt. C. de tempor. appell.*

4 ¶ Interdum Imperator ita *a* ſolet iudicem dare, *ne liceret ab eo prouocare*, vt ſcio ſæpiſsimè à Diuo Marco iudices datos. ¶ An & alius *b* poſsit ita iudicem dare, videbimus? Et puto non poſſe.

De arbitro ad fideiuſſores probandos dato.

2. *Paulus*"lib. ſingulari de Appellationibus."

QVæſitum eſt, in arbitros *c*, qui ad fideiuſſores probandos dantur, an appellare liceat *d*. quamuis hoc caſu & ſine appellatione quidam putent ab eo qui eum dedit, ſententiam eius corrigi poſſe.

QVIS, A QVO APPELLETVR *e*.

TIT. III.

De iudice dato. 1. De mandata iuriſdictione.

1. *Vlpianus*‖lib. 1. de Appellationibus.‖

QVod dicitur, *eum f appellari, qui dedit, iudicem*, ſic accipiendum eſt, vt & ſucceſſor eius poſsit appellari. Proinde & ſi præfectus vrbi iudicem dederit, vel prætorio, ipſe erit prouocandus qui eum dederit iudicem.

1 ¶ Ab eo qui quis mandauit iuriſdictionem, non ipſe *g* prouocabitur. nam generaliter is *h* erit prouocandus ab eo cui mandata eſt iuriſdictio, qui prouocaretur ab eo qui mandauit iuriſdictionem.

De Proconſule & Legato.

2. *Venuleius*‖*Saturninus* lib. 2. de Officio Proconſulis.‖

APpellari à legatis Proconſul poteſt: & ſi multam dixerit, poteſt de iniquitate eius Proconſul *i* cognoſcere, & quod optimum putauerit, ſtatuere.

De iudice dato.

3. *Modeſtinus*"lib. 8. Regularum."

DAto iudice à magiſtratibus populi Romani cuiuſcumque ordinis, etiam ſi ex auctoritate Principis, licet nominatim iudicem declarantis, dederint, ipſi *k* tamen magiſtratus appellabuntur.

QVANDO *l* APPELLANDVM SIT, & intra *m* quæ tempora.

TIT. IV.

Quando appellandum ſit. De eo quem deportandum præſes Principi ſcripſit. 1. De tutela. 2. De muneribus & honoribus. 5. De tempore, intra quod appellandum eſt. Ex quo die computatur. 11. De cauſa propria vel aliena. 12. De procuratore. 13. De tutore, defenſore, curatore. 14. De ſuſpectum tutorem accuſante. 15. De abſente.

1. *Vlpianus*"lib. 1. de Appellationibus."

SI quidem *n* in inſulam deportandum adnotauerit *o* præſes prouinciæ, & Imperatori ſcripſerit, vt deportetur, videamus quando ſit prouocandum, vtrùm cum Imperator ſcripſerit, an cum ei ſcribitur? Et putem, tunc eſſe appellandum, cum recipi eum præſes iubet, ſententia prolata Imperatori ſcribẽdum, vt deportetur. Cæterum verendum eſt, ne ſerò ſit, vt tunc prouocetur, cùm Imperator inſulam ei adſignauerit: comprobata enim ſententia præſidis, tunc ſolet inſulam adſignare. Rurſus illud verendum eſt, ſi mendaciis *p* apud Principem onerauit eum quem deportandum laborabat *q*, intercludi illi viam prouocandi.

¶ Quid ergo eſt? rectè dicetur humanitate ſuggerente, vt & hoc & illo tempore nõ fruſtrà prouocaretur *r*, quia non aduerſus principem *ſ*, ſed aduerſus iudicis calliditatem prouocauit. ¶ Simili modo & in decurione *t* erit probandum, quem punire ſibi præſes permittere non debet, ſed recipere eum in carcerem, & Principi ſcribere de pœna eius.

1 ¶ Si quis tutor datus fuerit vel *u* teſtamento, vel à quo alio, qui ius dandi habet, non *x* oportet eum prouocare. hoc enim D. Marcus effecit, ſed *y* intra tempora præſtituta excuſationem *z* allegandam habet, & ſi fuerit repulſa, tunc demum appellare debebit. cæterùm ante fruſtra appellatur.

2 ¶ Alia cauſa eſt eorum qui ad aliquod munus *a* vel honorem vocantur, cùm dicant ſe habere excuſationem. nam non aliter allegare poſſunt cauſas immunitatis ſuæ, quam ſi appellationem interpoſuerint.

3 ¶ Solent *b* plerumq; præſides remittere ad ordinem

a Imperator (non alius) poteſt delegare cauſam *appellatione remota*, niſi ſententia iniqua fieret.

b Alius ita, *Vulg. Hal.*

c Arbitris, *Ha.*

d Licet, ꝫ. *eod. v. l.* 9 ꝫ. *de iuriſd.* Imò non licet, *l.* 1. *C. de arbitr.*

e Is qui iudicem dedit ſc. *C. de Epiſ. Nou.* 23. Princeps etiam appellatur à præfecto annonæ, *l. vlt. in fi.* ꝫ. *quod cum eo.* à præfecto vrbi, *l.* 38. ꝫ. *de minor.* & à Præſide, *l.* 39 ꝫ. *de minorib.*

f *l.* 2. *C. de appell.* Hinc appellatio Polluci, & Moſchopulo ἔφεσις ἢ μεταγωγὴ καὶ ἡ μετάθεσις ἀπὸ τῶν δικαστῶν εἰς τοὺς δικαστάς.

g Non ipſe, id eſt, delegatus, Zoanetus 9. *reſtit.* ita legendum monet:

h Qui delegauit ſcil.

i *l.* 9. §. 2. *ſup. de officio proconſulis & legati.*

k *l.* 1. ꝫ. *eo. l.* 1. §. 3. *ſup. de appell.*

l *Paul.* 5. *ſent.* 32. id eſt de temporibus, & reparationibus appellationum, 7 *C. Theo.* 31. 32. 33. *Nou.* 23. dixi ad *l. vlt. Cod. de temporib. & reparat. appell.*

m 7. *C.* 63.

n ſi quem, *vulg.*

o *l.* 7. *ſup. de interdict. & releg.*

p *l.* 1. §. 1. *ſup. de appell.*

q Laborat, *Vulg.*

r Prouocetur, *Vulg.*

ſ Idem in Papa, *Roman. conſ.* 421.

t v. quæ ſcripſi ad *l.* 1. *C. de bon. damn. l.* 6. §. 7. *ſup. de iniuſto.*

u Vel ex teſtamento, vel a quouis alio, *Vulg.*

x In hoc caſu, *l.* 16. ꝫ. *de excuſ. tut.* in aliis poteſt, *l.* 4. *ſup. de excuſ. tut.* & breuiter appellandi neceſſitas remittitur nominatis ad tutelam, curationémve, *vt hic.* vt & veteranis ad alia munera vocatis, *l. veter.* 9. *C. quando prouocare non eſt neceſſe.* Aliis non remittitur, ſi nominati ſint ad munus aliquod vel honorem

y Appellationis & excuſationis proponendæ differentia.

z *l.* 13. ꝫ *de excuſ.* §. 16. *Inſt. de excuſ. l.* 18. *C. de excuſ. tut.*

a *l.* 1. *ſup. de vacat. munerum.*

b Decurionum creatio more legéque municipali fiebat conuocata curia? Plerumq; præſes conſilium dabat curiæ, vt hunc vel illũ nominarent. Id conſiliũ decuriones nonnunquam ſequebãtur. Nominato ita decurione quærebatur, an appellandũ eſſet ab ipſo decreto, an verò à conſilio vel remiſsione, id eſt ſuggeſtione præſidis? Reſpõdetur, appellandum eſſe à decreto non à remiſsione ſeu conſilio præſidis: appellandum, inquam, etiam ad ipſum præſidem qui conſilium dedit, qui remiſit nominandum, *vt hic.* Quid ſi ab ipſo præſide nominatus ſit: à quo tandem nominatus appellabit? aut qui cum denique litigaturus ſit? ſcripſi ad *l.* 59. *C. de decur.*

nem

meus mortuus fuerit, do lego. Item: *pridie a quàm hæres aut legatarius morietur.* Sed ſimili modo & hoc correximus *b*, firmitatem huiuſmodi legatis ad fideicommiſſorum ſimilitudinem præſtantes: ne in hoc caſu deterior cauſa legatorum, quàm fideicommiſſorum inueniatur.

36 ¶ Pœnæ quoque nomine inutiliter ‖ anteà ‖ legabatur *c*, & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur *d* quod coërcendi hæredis causâ relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat: veluti ſi quis ita ſcripſerit: *hæres meus ſi filiam ſuam in matrimonium Titio collocauerit*: vel ex diuerſo, *ſi non collocauerit, dato decem aureos Seio*: aut ſi ita ſcripſerit, *hæres meus ſi ſeruum Stichum alienauerit*: vel ex diuerſo, *ſi non alienauerit, Titio decem aureos dato.* Et in tantum hæc regula obſeruabatur, vt quam *e* plurimis principalibus conſtitutionibus ſignificaretur, nec principem agnoſcere, quod ei pœnæ nomine legatum ſit, nec ex militis quidem teſtamento talia legata valebant, quamuis aliæ militum voluntates in ordinandis teſtamentis valde obſeruabantur: quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari poſſe placebat. eo ampliùs nec hæredem pœnæ nomine adiici poſſe, Sabinus exiſtimabat: veluti ſi quis ita dicat, *Titius hæres eſto: ſi Titius filiam ſuam in matrimonium Seio collocauerit, Seius quoque hæres eſto.* Nihil enim intererat, qua ratione Titius coërceretur, vtrum legati datione, an cohæredis adiectione. Sed huiuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit: & generaliter ea quæ relinquuntur, licèt pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium tranſlata: nihil diſtare à cæteris legatis conſtituimus *f*, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis, quæ impoſſibilia ſunt, vel legibus interdicta, aut aliàs probroſa *g*. Huiuſmodi enim teſtamentorum diſpoſitiones valere, facta meorum temporum non patitur.

DE ADEMPTIONE *h* LEGATORVM *i*

TIT. XXI.

De ademptione. 1. De tranſlatione.

Ademptio legatorum (ſiue *k* eodem teſtamento adimantur, ſiue *l* codicillis) firma eſt: ſed & ſiue contrariis verbis *m* fiat ademptio: veluti ſi quis ita quid legauerit, *do lego* ita adimatur, *non do, non lego*: ſiue non contrariis, ſed †, aliis quibuſcunque verbis.

1 ¶ Transferri *n* quoque legatum ab alio ad alium poteſt: veluti ſi quis ita dixerit: *Hominem Stichum quem Titio legaui, Seio do lego*: ſiue in eodem teſtamento, ſiue in codicillis hoc fecerit. quo caſu ſimul ‖ & ‖ Titio adimi videtur, & Seio dari.

DE LEGE *o* FALCIDIA.

TIT. XXII.

Scopus & nexus. Ratio huius legis. 1. De pluribus. 2. Quo tempore ſpectatur quantitas patrimonij ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur. 3. Quæ detrahuntur ante Falcidiam.

Superest, vt de lege Falcidia *p* diſpiciamus, qua modus nouiſſimè legatis impoſitus eſt. Cùm enim olim lege *q* duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, vt liceret vel totum patrimonium legatis erogare (quippe ‖ cùm ‖ ea lege ita cautum eſſet: *vti quiſque r legaſſet ſuæ rei, ita ius eſto*) viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare, idque ipſorum teſtatorum gratia prouiſum eſt, ob id, quod plerumque inteſtati moriebantur, recuſantibus ſcriptis hæredibus pro nullo, aut minimo lucro hæreditates adire. Et cùm ſuper hoc tam lex Furia *ſ*, quàm lex voconia *t* latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: nouiſſimè *u* lata eſt lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quàm dodrantem totorum bonorum: id eſt, vt ſiue vnus hæres inſtitutus ſit, ſiue plures, apud eum eóſve pars *x* quarta remaneat.

1 ¶ Et cum quæſitum eſſet, duobus hæredibus inſtitutis (veluti Titio & Seio) ſi Titij pars, aut tota exhauſta ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum onerata: à Seio verò aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem eius duntaxat in partem dimidiam minuant: an quia is quartam partem totius hæreditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceat ‖ vt quartam partem ſuæ patris ſaluam habeat ‖ placuit poſſe retinere: etenim *y* in ſingulis hæredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt.

2 ¶ Quantitas autem patrimonij, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis *a* tempore ſpectatur *b*. Itaque (verbi gratia) ſi is qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legauerit, nihil legatariis prodeſt *c*, ſi ante aditam hæreditatem per ſeruos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum acceſſerit hæreditati, vt centum ‖ aureis ‖ legatorum nomine erogatis, hæres quartam partem hæreditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diuerſo, ſi ſeptuaginta quinque legauerit, & ante aditam hæreditatem in tantum decreuerit bona (incendiis fortè *d*, aut naufragiis, aut morte ſeruorum) vt non amplius, quàm ſeptuaginta quinque ‖ aureorum ſubſtantia, ‖ vel etiam minus relinquatur, ſolida legata debentur *e*. Nec ea res damnoſa eſt hæredi, cui liberum eſt non adire hæreditatem. quæ res efficit, vt ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum hærede in portione paciſci.

3 ¶ Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante *f* deducitur *g* æs alienum *h*: item funeris *i* impenſa, & *k* pretia *l* ſeruorum manumiſſorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur *m*, vt ex eo quarta pars apud hæredem remaneat *n*, tres verò partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata ſcilicet portione eius, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque ſi fingamus quadringentos aureos legatos eſſe, & patrimonij quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe: quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quòd ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus: octaua debet detrahi. Quòd ſi *o* quingentos legauerit: initio quinta, deinde quarta detrahi debet *p*. Antè enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis *q* apud hæredem remanere oportet.

DE FIDEICOMMISSARIIS HÆREDITATIBUS, ‖ & ad ſenatuſconſultum *r* Trebellianum. ‖

TIT. XXIII.

¶ Continuatio. 1. ¶ Origo fideicommiſſum. 2. De fideicommiſſo hæredis ſcripti. 3. De effectu reſtitutionis. . De SC. Trebelliano. 5. De SC. Pegaſiano. 6 Quibus caſibus locus eſt SC. Trebelliano, vel Pegaſiano. 7. Pegaſiani in Trebellianum transfuſio. 8. In quibus hæredibus & in quibus fideicommiſſarijs ſupradicta locum habeant. 10. ¶ De fideicommiſſo hæredis ab inteſtato. 11. ¶ De fideicommiſſo relicto à fideicommiſſario. 12. ¶ De probatione fideicommiſſi.

Nvnc transeamus ad fideicommiſſa, ſed priùs eſt, vt de hæreditatibus fideicommiſſariis videamus.

1 ¶ Sciendum itaque eſt, omnia fideicommiſſa primis *ſ* temporibus infirma fuiſſe. quia nemo inuitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus *t* enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere *u*, ſi relinquebant, fidei committebant eorum qui capere ex teſtamento poterant ‖ hæreditatem. ‖ Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo iuris, ſed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Poſtea diuus Auguſtus primus, ſemel iterúmque gratia perſonarum motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, iuſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere. Quod quia iuſtum videbatur, & populare erat, paulatim conuerſum eſt in aſſiduam iuriſdictionem: tantúſque eorum fauor factus eſt, vt paulatim etiam *x* prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis ius diceret, quem fideicommiſſarium appellabant.

2 ¶ In primis igitur ſciendum eſt, opus eſſe, vt aliquis recto iure teſtamento hæres inſtituatur, eiuſque fidei committatur, vt eam hæreditatem alij reſtituit *y*. alioqui * inutile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur *z*. Cùm igitur aliquis ſcripſerit, *Lucius Titius hæres eſto*; poteſt adiicere, *rogo te Luci Titi, vt cùm primum poteris hæreditatem meam adire, eam Caio Seio, reddas, reſtituas.*

¶ Poteſt autem quiſque & de *a* parte reſtituenda hæredem rogare.

¶ Et liberum eſt vel purè *b* vel ſub *c* conditione relinquere fideicommiſſum, vel ex certo die.

3 ¶ Reſtituta autem hæreditate, is quidem qui reſtituit, nihilominus hæres permanet *d*: is verò qui recipit hæreditatem, aliquando hæredis, aliquando legatarij loco habetur.

a Paul. 3. ſent. 6. §.6.
b l.11.C. de contr. ſtipul. l. vnic. C. vt act. ab hæred.
c Vlp. tit. 24. §. pœnæ cauſa 17. ſic enim libertas alterius videbatur minui. arg. l.71. §. 2. de cond. & dem. ſed & legata hæredis odio dari minimè conſentaneum, ſed nec ab eo pendere, Theo.
d Huius legati extat exemplum apud Horat. 2. ſerm. 3.
e quæ non extant.
f vide l. vnic. C. de his quæ pœnæ.
g Quale eſt in virgine, ne nubat, & in vidua, ne vnquam nubat. vide auth. cui relictum. authent. de indicta viduit.
h adde, & tranſlatione legatorum. Agitur enim hoc titulo de vtriſque: hoc eſt, ademptione & tranſlatione. §. 1. j. eod. & ita quoque apud authorem Eclogæ titulus conceptus eſt. 44. tit. 17.
i 34. ff 4.
k Vlp. 24. §. 29.
l l. pen §. 1. ff. eo.
m & nuda voluntate, l. 3. in fi. ff. eo.
† olim eodem modo adimenda erant legata. Vlp. illo loco.
n 5 ff. eo.
o 35. ff. 2. 6. C. 9. Vlp. 24. §. 32. Paul. 3. ſent. 8. & Caius 6.
p Lata à Falcidio Trib. pleb. ſub Auguſto adhuc Trium viro, App. Dion. Euſeb.
q lege XII. Tabularum libertina erat legandi facultas. Poſt, lege Furia cautum fuit, vt ne quis plus 1000. aureis legaret. Dein lege Voconia, vt ne plus legatario relinqueretur, quã hæredi. Poſtremò lege Falcidia conſtitutum, vt ne legatario vltra nouem vncias relinqui poſſet. Theoph. hic.
r vti quiſque paterfamilias, Cornificius. v. l. 120. de verb. ſign.
ſ Vlpian. tit. 1. §. 1. it. 28. §. 7.
t Cicer. Verr. 3.
u Anno vrb. 714. Caluino & Pollione Coſſ.
x vid. l. 73. in fin. eod.
y l. 77. ff. eod.

a l. 36. in pr. l. 73. in prin ff. eo.
b Præterquam in conditionali, & rei alienæ legato, Mynſ.
c niſi teſtator iuſſerit fructus in falcidiã imputari: vel niſi fructus ſati vel maturi erant mortis tẽpore. Schneid.
d res perit domino. l. 9. C. de pign.
e niſi ſpecialia, id eſt, ſpecies legata fuerint.
f In hæreditate defuncti nihil eſſe dicitur, niſi deducto ære alieno & funeris impenſa.
g Creditor præfertur legatario l. 6. C eo. l. 39. §. 1. de verb. ſign.
h Creditores præferuntur omnib. legatariis defũcti.
i l. pen. de relig. doti vxoris præferenda. Bart. l. 1. ff. ſolut.
k l. 33. eod.
l Libertatis datio minuit patrimonium defuncti, vnde à ſimili colligunt, Falcidiam non detrahi ex piis legatis.
m Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur propter periculum plus petendi, officio iudicis omnibus æſtimatis, quarta facienda eſt, quæ apud hæredem remaneat: aut certè exigenda eſt cautio à legatario, vt quod plus dodrante perceperit reſtituatur. Paul. 3. ſent. 8. §. 2.
n & legata ad pias cauſas, Nou. 121. c. 12.
o legata quæ excedunt ſummam bonorum non fiunt nulla, ſed pro rata minuuntur.
p Falcidia tamen non detrahitur ex legato ad pias cauſas, nec ex dote prælegata; & rurſus ex legato vetito alienari à legatario eiuſve ſucceſſoribus: ſi miles teſtatus: ſi teſtator prohibuit detrahi: ſi hæres defuncto ad pollicitus ſi ſciẽs integra legata ſoluit, ſi inuentario non confecto hæreditate adiit.
q Etiam ex fideicommiſſo particulari, leg. 2. legato principis. l. 4. donatione cauſa mortis, l. 7. inter virum & vxorem l. 12. mortis capione, l. penult. C. eod.
r l. 36. ff. 6. C. 48.
ſ i. ante Auguſtum. vide tit. 25.
t per fideicommiſſa legibus illudebant. Hieronymus ad Nepotianum.
u puta incapacibus.
x vide l. 2. §. capi. de orig. iur.
y ſecus ſi tantùm codicillos facere voluit teſtator. §. 10. j. eod.
* z vide l. 14 C. de teſtam.
r vide l. 16. §. 4. eod.
b l. 19. ff. ad Trebell.
c l. 13. ff. ad Trebell.
d Cur ita? vide l. 88. in fi ff de hered. inſtit.

a ſcilic. vt *Vulg. Hal.* verum præſtat legi *nominandum.*
b A decurionatus nominatione appellari poteſt, *l.4. l.7. l.11. C. de appell.* aut potius querela proponitur, *l. ſi nominatus, C.Th.de decur.* ſine obſeruatione fatalium, *l.1.C.de tempor.appell.*
c v. quæ ſcripſi ad *l.1.in fin.ſ. de doli except.*
d Decurionũ nominationibus præſides intereſſe ſolent, *vt hic.* quinimo nominatio decurionis confirmanda erat iudicio pręſidum, *l.59. C.de decur.*
e Hodie id immutatum eſt, *Nou.23. c.1.* adde *Paul.5. ſent.53.§.1.*
f Sententia ſub cõditione dici nõ poteſt. v. tamen *Socin.reg.379.*
g *l.37.ſ.de excuſ. tut.*
h *l.7.§.4.in fi.ſ. de interdict. & re legat.*
i Vtiles ſunt quod ad initium: continui quod ad proceſſum, *Bart.*
k Hora diei ſuprema, Solis occaſus, *l.2.ʒ de verb. ſig.*& in XII. Tab. ſolis occaſus ſuprema tempeſtas eſt, ſuprema diei, *l.7.§.1.ſ. ſol.mat.* adde *Oldend.tract. de ſentent.c. ſi noctu fuerit indicatum, l.2 §.31.ſ.de oriſi.iur.*
l Latitare non videtur qui in publico ſui copiam facit, quique adiri facilè à quouis poteſt, *v.l.7.§.1 & 4.ſ. quib. ex cauſis in poſſ. ſ.*
m *l.20 ſ. de appell.l.6. in fi. C.de appell.*
n Hodie decem dies, *Nou.23.c.1.*
o Appellatio fit libello in propria cauſa: in aliena, intra triduum ex die ſententiæ, *vt hic, & §. biduum, ſ.eo.l.eos, § ſin autem, C.de appell.*
p *l.2.ſ. de pactis.*
q *l.2.ʒ.eod.*
r *l.3.ʒ. de appell. recipien.*
ſ Cõtumacia procuratoris, non appellãtis nocet domino, *Bart.*
t *v.l.1.§.5.ſ.eod. Nou.23. in pr.*
u *l.1.§.14.ſ eod.*
x Procurator ad agendum appellare poteſt; & appellatione perſequi.
y *l.4.§.2.ſ.de app.*
z quia verum eſt, *Hal.*

nem nominatum *a, vt Gaium Seium creent magiſtratum, vel alius quis honor, vel munus in eum conferatur.* vtrùm igitur tunc appellandum eſt, cum ordo decretum interpoſuerit, an verò à remiſsione, quam præſes fecerit, appellatio ſit interponenda? Et *b* magis eſt, vt tunc *c* ſit appellandum, cum ordo decreuerit. magis enim conſilium dediſſe præſes videtur, quis ſit creandus, quam ipſe conſtituiſſe. denique ipſe erit appellandus, non ab eo prouocandum. 4 ¶ Sed & ſi præſes in ordine fuerit, (vt fieri adſolet *d*) cùm ab ordine crearetur quis ipſe erit prouocandus, quaſi ab ordine, non ab ipſo fiat appellatio. 5 ¶ Biduum *e* vel triduum appellationis ex die ſententiæ latæ computandum erit. Quid ergo, ſi ſententia fuerit ſub f conditione dicta? vtrùm ex die ſententiæ tempus computamus ad appellandum, an verò ex die, quo conditio ſententiæ extitit? Sanè quidem non *g* eſt ſub conditione ſententia dicenda. ſed ſi fuerit dicta, quid fiet? & eſt vtile *h*, ſtatim tempora ad appellandum computari debere.

6 ¶ Quod in ſententiis præceptum eſt, vt vel altera die, vel tertia prouocetur, hoc etiam in cæteris obſeruandum, ex quibus ſententia quidem non profertur, appellari tamen oportere, & poſſe, ſuprà relatum eſt.

7 ¶ Dies autem iſtos, quibus appellandum eſt, ad aliquid *i* vtiles eſſe oratio D. Marci voluit, ſi fortè eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. ait enim: Is dies ſeruabitur, quo primo adeundi facultas erit. Quare ſi fortè, poſt ſententiam ſtatim dictam, copiam ſui non fecerit is qui pronunciauit, vt fieri adſolet, dicendum eſt, nihil nocere appellatori. nam vbi primum copiam eius habuerit, poterit prouocare. Ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſimiliter ſubueniendum eſt.

8 ¶ Quid igitur, ſi conditio horæ effecit, vt ſe reciperet? ſi fortè dicta ſit ſententia iam ſuprema *k* hora? vtique non videbitur ſe ſubtraxiſſe.

9 ¶ Adeundi autem facultatem ſemper accipimus. ſi in publico *l* ſui copiam fecit. cæterum ſi non fecit, an imputetur alicui, quod ad domum eius non venerit, quódque in hortos non acceſſerit: & vlterius, quod ad villam ſuburbanam? magíſque eſt, vt non debeat imputari. quare ſi in publico eius adeundi facultas non fuit, melius dicetur. facultatem non fuiſſe adeundi.

10 ¶ Si quis ipſius quidem à quo appellauit, adeundi facultatem non habuit, eius autem quem appellauit, habeat copiam, videndum eſt, an ei præſcribi poſsit, quod eum non adierit: & hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius adeundi fuit copia, præſcriptio locum habeat.

11 ¶ In propria *m* cauſa biduum *n* accipitur. Propriam cauſam ab aliena quemadmodum diſcernimus? & palam eſt, eam eſſe propriam cauſam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet.

12 ¶ Quare *o* procurator, niſi in ſuam *p* rem datus eſt, tertium diem habebit. in ſuam autem rem datus, magis eſt, vt alteram diem obſeruet. at ſi in partem pròprio nomine, in partem "pro" alięno litigat, ambigi poteſt: vtrum biduum, an triduum obſeruetur. & magis eſt, vt ſuo nomine biduũ, alieno triduum *q* obſeruetur.

13 ¶ Tutores, item defenſores rerum publicarum, & curatores adoleſcentium vel furioſi tertium diem habere debent, idcirco quia alieno nomine appellant. Ex hoc apparet, tertio die prouocandum defenſori, ſi modo quaſi defenſor cauſam egit, non ſuo nomine, cùm obtentu alieni nominis ſuam cauſam agens, tertio die appellare poſsit. 14 ¶ Si quis ſuſpectum *r* tutorem faciens, non obtinuerit, appellare eum intra triduum debere Iulianus libro quadrageſimo Digeſtorum ſcripſit, profectò quaſi pupilli defenſorem.

15 ¶ Si aduerſus abſentem fuerit pronunciatum, biduum, vel triduum, ex quo quis ſcit, computandum eſt, non ex quo pronunciandum eſt. quòd autem dicitur, abſentem poſſe prouocare, ex quo ſcit: ſic accipit, ſi *ſ* non in cauſa per procuratorem defenſus eſt. nam ſi ille non prouocauit, difficile eſt, vt hic audiatur.

Si appellationem procuratoris iniuſtam eſſe pronunciatum ſit. 1. Si alius quam qui iudicio expertus eſt, appellet. 2. De liberali cauſa. 3. De cauſa capitali.

2. *Macer* "lib. 1. de Appellationibus."

SI procuratorio nomine egeris, & victus appellaueris, deinde iniuſta appellatio tua fuerit pronunciata, poteſt dubitari, num ſecundo *t* die appellare debeas, quia cum de tua appellatione iniuſta pronunciatum ſit, tua interfuiſſe videtur. ſed rectiùs dicetur, tertia *u* die appellare te poſſe *x*, quia nihilominus alienam cauſam defenderis.

1 ¶ Sed ſi alius quam qui iudicio expertus eſt, appellet, qualis eſt, cuius *y* intereſt, an etiam tertia die appellare poſsit, videamus. ſed dicendum eſt, ſecunda die appellare eum debere, qua *z* verum eſt, eum *a* ſuam cauſam defendere. contrarium *b* ei eſt, ſi dicat, idcirco ſibi licere intra triduum appellare, quia videtur quaſi alieno nomine appellare, quando, ſi velit cauſam ſuam alienam videri, ſemetipſum excludit: quia in aliena cauſa ei qui iudicio expertus non eſt, appellare non liceat. 2 ¶ Si is qui ex libertinitate *c* in ingenuitatem ſe defendebat, victus appellare omiſerit, an pater eius appellare poſsit, maximè ſi dicat eum in poteſtate ſua eſſe, quæritur. ſed ſi poteſt, quod magis probatur, ſecunda die vt propria cauſa appellare debet.

3 ¶ Si pro eo qui *d* capite puniri iuſſus eſt, neceſſaria perſona appellet, an tertia die audiri poſsit, Paulus dubitat. Sed dicendum eſt, hanc quoque perſonam, vt in *e* propria cauſa, ſecunda die appellare debere: quia qui ſua intereſſe dicit, propriam cauſam defendit.

Si cum Imperatori ſcriberetur, exemplum literarum litigatori exhibitum ſit.

3. *Idem*‖libro 2. de Appellationibus.‖

ILlud videamus, ſi cùm Imperatori ſcriberetur, exemplum literarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea contra eum reſcriptum ſit: an appellare à literis pridem *f* ſibi editis poſsit. quia‖qui‖ tunc non appellauit, vera eſſe quæ ſcripta ſunt, conſenſiſſe *g* videtur: nec audiendus eſt, ſi dicat euentum reſcripti ſacri ſuſtinuiſſe.

DE APPELLATIONIBVS RECIPIENDIS *h*, VEL NON.

TIT. V.

De eo cuius intereſt. De procuratore vel negotiorum geſtore.

1. *Vlpianus*‖lib. 29. ad Edictum.‖

NOn ſolent audiri appellantes, niſi *i* hi quorum intereſt, vel quibus mandatum eſt, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum *k* habetur.

1 ¶ Sed & cùm mater filij rem ſententia euerſam animaduerteret, prouocauerit, pietati *l* dans, dicendum eſt, & hanc audiri debere. & ſi litem præparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio defendere non poteſt.

De interlocutione.

2. *Scæuola*‖libro 4. Regula um.‖

ANte *m* ſententiam *n* appellari poteſt *o*, ſi quæſtionem in ciuili *p* negotio habendam iudex interlocutus *q* ſit: vel in criminali, ſi contra leges hoc faciat.

De ſuſpecti tutoris accuſatione.

3. *Paulus*‖libro ſingulari Regularum.‖

INtra triduum appellare licet ei, qui de ſuſpecto *r* tutore egit, victúſque appellat.

De eo qui fruſtratur, quod dicit ſe ſacrum reſcriptum ſpectare.

4. *Macer*‖libro 1. de Appellationibus.‖

EIus, qui ideo cauſam agere fruſtratur *ſ*, quod dicit ſe libellum principi dediſſe, & ſacrum reſcriptum expectare, audiri deſiderium prohibetur. & ſi ob eam cauſam prouocauerit, appellatio eius recipi ſacris conſtitutionibus vetatur.

De appellatione non recepta: & de impedimento poſt receptam appellationem facto.

5. *Vlpianus*‖lib. 4. de Appellationibus.‖

EI *t* cuius appellatio non recipitur ſufficit, ſi poſsit dicere, appellationem ſuam non eſſe receptã. quod quaqua *u* ratione doceat, admittetur eius appellatio.

1 ¶ Non recepta autem appellatione, ſi quidem principem appellari oportuit, principi *x* erit ſupplicandum. ſin verò alius appellabatur, quam princeps: ille erit adeundus. 2 ¶ Sed & ſi quid aliud poſt receptam allationem impedimento factum fuerit: eum adiri oportet, quem appellare quis debet.

3 ¶ Planè ſi appellatione non recepta non *y* ipſum adierit, quem debuit, ſed principale, pro eo habebitur atque ſi is aditus eſt, qui adiri deſunt. ídque reſcriptis Imperatoris noſtri Antonini declaratur.

4 ¶ Planè ſi alium pro alio adiit, non principem: nihil ei hic error proderit, licet non videatur ceſſaſſe.

5 ¶ Intra conſtituta *z* autem appellatoria tempora debet is cuius appellatio non eſt recepta, vel competentem iudicem, vel principem adire.

6. *Macer*‖lib. 2. de Appellationibus.‖

SCiendum eſt, cùm appellatio non recipitur, præcipi ſacris conſtitutionibus, omnia in eodem *a* ſtatu eſſe, nec quicquam nouari *b*, etiam ſi contra fiſcum appellatum ſit. eúmque qui appellationem non recepit, opinionem ſuam confeſtim per relatio-

a Fideiuſſor appellare ſuo nomine in quod ſua intereſt, non autem alterius nomine debet, *Bart.*
b Contrarius ſibi repellitur ab agendo, *Bart.*
c *l.1.ſ de liberali* adde *l.1.§. vlt. tit.prox.*
d *l.6.ſ. de appell.*
e Propriam cauſam defendere videtur, qui ſua intereſſe dicit.
f Lite non conteſtata in cauſa appellationis ad ſententiam definitiuam peruenire poteſt. v. tamen Socinum *reg. 240.*
g Conſentire actis facto per iudicem pars videtur, ſi ei non contradicit, *Bologninus.*
h i. quorum appellationes recipiuntur vel non, *7.C.Theo.36,* adde *Paul.5.ſent.35.*
i *l.2.§.1.ſ quando appellandum.*
k Ratum reus habeat, *Vulg.*
l Pietati operam dando, *Hal.*
m Appellari à ſententia interlocutoria iure ciuili non poteſt, vide *& l. ante ſententiæ tempus 7. C. quorum appellat.* hanc tamen ſententiam quatuordecim exceptiones apud Duenanum *in regula 52.*
n *ſub.* definitiua.
o Imò non poteſt ab interlocutoria appellari, *l.7.C. quorum appellationes.* Poteſt appellari, ſi per appellationẽ iniuria ſententię reſtitui non poteſt: non poteſt, ſi interlocutoria totum negotium non perimit, *Bart.*
p Quæſtio in ciuili negotio non habenda.
q Si per interlocutoriam infertur granamen quod reſtaurari nõ poſſit, ante ſententiam appellari poterit, *v.Socin.reg.26.*
r *l.20.ſ.de appell. l.1.§.14. ſ quando appellandum.*
ſ Moratoria, ſi eſt, fruſtratoria appellationes non ſunt recipiendæ, *Paul.5.ſentent.35. §.2.* adde *l.6.ſ.de appellation.*
t Appellatione interpoſita, ſiue recepta ſit, ſiue non, debet officium iudicis conquieſcere, & attentata per ſuperiorem reuocari, *Bart.* u Quacunque, *Vulg.* x Adde *l.19.C.de appell.* y *l.1.§.3.ſ.de appell.*
z Quænam illa ſunt, *v.l.31.C.de appell.*
a Imò in alio, cùm ſententia executioni mandetur, *Nou.126.c.3.*
b *l.vn.ʒ.nihil.innouari:l.3.C.de appell.l.57.§.vlt.ſ.de admin.tut.*

nem

nem manifeſtare, & cauſam, pro qua non recipit appellationem: eiuſque exemplum litigatori edere debere, mandatis cauetur.

De teſtamento aperiendo. De annona militari. 1. De eo quod ex edicto perpetuo decernitur. 2 De pignore.

7. *Paulus*‖ lib. ſingul. de Appellationibus.‖

SI res dilationem non recipiat; non *a* permittitur appellare, ne *b* vel teſtamentum aperiatur, vt Diuus Hadrianus *c* conſtituit: ne frumentum *d* in vſum militum in annonæ ſubſidia contrahatur: néve ſcriptus hæres in poſſeſſionem inducatur. 1 ¶ Item ſi ex perpetuo edicto aliquid decernatur: id quo minus fiat, non permittitur appellare. 2 ¶ Item quo minus pignus *e* vendere liceat, appellari non poteſt.

DE LIBELLIS *f* DIMISSORIIS *g* "qui apoſtoli *h* dicuntur."

TIT. VI.

Quando, à quo, & ad quem dantur. 1. Forma de eo qui petijt, & non obtinuit.

1. *Marcianus* "lib. 2. de Appellationibus."

POST appellationem interpoſitam literæ dandæ *i* ſunt ab eo à quo appellatum eſt, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt, ſiue principē *k*, ſiue quem aliū, quas literas dimiſſorias, ſiue apoſtolos appellant. 1 ¶ Senſus *l* autem literarum talis eſt, appellaſſe (puta) Lucium Titium à ſententia illius, quæ inter illos dicta eſt. 2 ¶ Sufficit autem, petiiſſe intra *m* tempus dimiſſorias inſtanter & ſæpius, vt "&" ſi non accipiat, id ipſum conteſtetur. nam inſtantiam repetentis dimiſſorias, conſtitutiones deſiderant. Æquum eſt igitur, ſi per eum ſteterit qui debebat dare literas, quo minus det: ne hoc accipienti noceat.

NIHIL *n* INNOVARI *o* APPELLATIONE interpoſita.

TIT. VII.

De appellatione recepta vel non. 2. De relegatione. 3. De deportatione. 4. De iuſſo abſtinere ordine. 5. Si ex pluribus facinoribus appellatus propter quædam appellauerit.

1 *Vlpianus* "lib. 4. de Appellationibus."

APPELLATIONE interpoſita, ſiue ea recepta ſit, ſiue non, medio tempore nihil *p* nouari oportet, ſi quidē fuerit recepta appellatio, quia recepta eſt, ſi verò non eſt recepta, ne præiudicium fiat, quoad deliberetur, vtrū recipienda ſit appellatio, an nō ſit. 1 ¶ Recepta *q* autē appellatione, tamdiu nihil erit innouandū quãdiu de appellatione fuerit pronunciatū. 2 ¶ Si quis ergo fortè relegatus fuit, & appellauerit, non arcebitur, neque in Italia, neque in Prouincia, qua relegatus eſt. 3 ¶ Propter eandem rationem & ſi quis deportatus fuit, ab eo, cui deportandi ius eſt, vel adnotatus, neque vincula patietur, neque vllam aliam iniuriam, quam patitur qui ſententiæ non adquieuerat, integer *r* enim ſtatus eſſe videtur prouocatione interpoſita. 4 ¶ Ergo & ſi abſtinere ordine iuſſus ſit, & prouocauerit: eadem ratione poteſt *ſ* cœtum *t* participare, cum hoc ſit conſtitutum. & ſit iuris, ne quid pendente appellatione nouetur. 5. ¶ Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam appellauit, propter quædam non: vtrum differenda pœna eius ſit, an non, quæritur, & ſi quidem grauiora *u* ſint crimina, ob quæ appellatio interpoſita eſt, leuius autem id, propter quod non appellauit, recipienda eſt omnimodo appellatio, & differenda pœna. ſi vero grauiorem ſententiam meruit ex ea ſpecie, ex qua non eſt appellatum: omnimodo pœna imponenda eſt.

QVÆ SENTENTIÆ SINE *x* APPELlatione reſcindantur.

a Appellari non ſolet à ſtatuto iniquo: licet tamen vt hic, appellare ab eius exequutione, *Bald. in l. quiſquis 6. C. quorum appell. non recipiantur, v. Socinum regula 20.*
b *l. 6. C. eo. Paul. 5. ſent. 35. §. 2.* adde *Paul. 1 ſent. 6. §. 1.*
c Hanc legem refert Cuiacius ad edictū D. Hadriani de viceſima hæreditatum, *Cuiac. apud Paul. 4. ſentent. 3.*
d *l. 2. in fin. ſ. de re iudicata.*
e A venditore pignorū non poteſt appellari fruſtra, id eſt, ſine cauſa, *vide Bart. hic.*
f De litteris dimiſſoriis, *Paul. 5. ſent. 34.*
g Dimiſſorij dantur à iudice à quo appellatur, ei qui appellauit.
h *l. 1. j. eod. l. 32. §. 2. C. de appell. Paul. 5. ſent. 34. §. 1. l. 9. j. de iure fiſci.*
i *l. 105. j. de verb. ſign. l. 6. l. 32. §. 2. C. de appell.*
k *l. 13. ſ quib. ex cauſ. in poſſ.*
l Forma libelli accuſatorij.
m Id eſt, quintum diem, *Paul. 5 ſent. 34. §. 2.* Porro de temporibus appellationum, dixi ad *l. vlt. §. 4. C. de tempor. appellat.*
n Appellatione pendente, nihil nouari oportet, *Edictum Iuſtiniani 8. t. 1. l. 1. in fin. ſ. ad Turp.* niſi iudex ad quē appellatū eſt ipſe innouet (nam is à quo appellatū eſt nouare nō poteſt, *Gl. in l. eos 6. §. 5. C. de appell.*) etiam in preiudiciū tertij, *l. creditor 60 ſ. mādati.* niſi id nouetur, quod nouari primo iudicio potuit, *l. poſtquā 5. §. 1. ſ. vt legatorū nomine caueatur*, niſi appellatio palam perluſoria ſit, *cap. cum appellation. 5. de appell. in 6.* niſi appellatum ſit ab interlocutoria, *c. non ſolum 7. de appell. in 6.* niſi fiat innouatio lege ita permittente, *l. 4. C. de temp. appell.* niſi appellando innouetur, *l. 6. §. 3. l. 12. C. de appell.* niſi partes ipſæ nouationem fieri conſentiant. *Gl. in c. ſignificante 69. de appell. v. Socinum reg. 21.* Adde huic legi viginti tres exceptiones quæ apud Duenaſium *reg. 42.*
o Adde *Paul. 5. ſent. 36 ſ. de appell.*
p Id eſt, neque exactio facienda, neque poſſeſſio auferenda, *l. 3. C. quando prouocare: Nou. 134. c. 3. in fin.*
q Adde. *l. 57. ſ. de adminiſt. tut.*
r Appellatione interpoſita, appellationis ſtatus integer manere debet.
ſ Imo non poteſt, *l. 7. in fin. ſ. de minorib.*
t Id eſt, ordinem.
u Accuſatus de maiori crimine, appellans impedit executionem ſententiæ latæ in minori crimine.
x Nullum quod eſt, mero iure reſcindi non poteſt: ſed facto tantum quatenus ſcil. proceſſit: *l. 1. ſ. de feriis*: Nullum autem declarari petitur vel actione de dolo, vel actione ex ipſo contractu vel officio iudicis, *Gloſſ. ſingularis in l. ſi dolo, C. de dolo*, vel exceptione, *vt l. 1. j. eod. Bald. l. 3. in fin. ſ. de iniuſto.*

TIT. VIII.

Si Iudicetur non eſſe iudicatum. 1. De errore calculi. 2. De ſententia contra ius. 3. De condemnatione abſentis. 4. De conuentione, & reconuentione.

1. *Macer* "lib. 2. de Appellationibus."

ILLVD meminerimus: Si quæratur *a*, iudicatum ſit, necne, & huius quæſtionis iudex non *b* *eſſe iudicatum* pronunciauerit, licèt fuerit iudicatum, reſcinditur, ſi prouocatum non fuerit.

1 ¶ Item ſi calculi *c* error in ſententia eſſe dicatur, appellare neceſſe non eſt, veluti ſi iudex ita pronuntiauerit: *Cum conſtet, Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa ſpetie 25. debere: idcirco Lucium Titium Seio centum condemno d* nam quoniam error computationis eſt, nec appellare neceſſe eſt, & citra prouocationem corrigitur *e*.

¶ Sed & ſi huius quæſtionis iudex ſentētiam centum confirmauerit: ſi quidem ideo, quòd quinquaginta & vigintiquinque fieri centum putauerit, adhuc idem error computationis eſt, nec appellare neceſſe eſt. ſi vero ideo, quoniam & alias ſpecies vigintiquinque fuiſſe dixerit: appellationi locus eſt. 2 ¶ Item cum *f* contra ſacrata cōſtitutiones iudicatur, appellationis neceſſitas remittitur *g*. Contra conſtitutiones autem iudicatur, cum de *h* iure conſtitutionis, non de iure litigatoris pronuntiatur. Nam ſi iudex volenti ſe ex cura muneris vel tutelæ beneficio liberorum vel ætatis *i* aut priuilegij excuſare, dixerit: *neque filios, neque ætatem, aut vllum priuilegium ad numeris vel tutelæ excuſationem prodeſſe*: de iure conſtituto pronuntiaſſe intelligitur. Quod ſi de iure ſuo probantem admiſerit, ſed idcirco contra eum ſententiā dixerit, quòd negauerit, *eum de ætate ſua, aut de numero liberorū probaſſe*, de iure litigatoris pronūtiaſſe intelligitur, quo caſu appellatio neceſſaria *k* eſt. 3 ¶ Itē cum ex edicto peremptorio, quod *l* neque propoſitum eſt, neque in notitiam peruenit, abſentis *m* condemnatio fit, nullius momenti eſſe ſententiam conſtitutiones demonſtrant. 4 ¶ Si apud eundem iudicem inuicem petamus, ſi & mea & tua petitio ſine vſuris *n* fuit, & iudex me priorem tibi condemnauit, quo magis tu prior me condemnatum habeas: non eſt mihi neceſſe pro hac cauſa appellare quando ſecundum ſacras conſtitutiones iudicatum à me petere non poſſis, prius *o* quàm de mea quoque petitione iudicetur, ſed magis eſt vt appellatio interponatur.

De eo qui ſententia. 1. Vel iudicis tempore dati non fuit in rebus humanis.

2. *Paulus* "lib. 3. Reſponſorum."

PAulus reſpondit, eum qui in *p* rebus humanis non fuit ſententiæ dictæ tempore, inefficaciter condemnatum videri. 1 ¶ Idem reſpondit aduerſus eum, qui rebus humanis non eſſet, cum iudex datus eſt, neque iudicis dationem valuiſſe, neque *q* ſententiam aduerſus eum dictam vires habere.

De præcepto impoſſibili.

3. *Idem* "lib. 16 Reſponſorum."

PAulus reſpondit, impoſſibile *r* præceptum iudicis nullius eſſe momenti.

1 ¶ Idem reſpondit, ab ea ſententia, cui pareri rerum natura non potuit, ſine cauſa appellari.

AN PER ALIVM *ſ* CAVSÆ, APpellationum reddi poſſunt.

TIT. IX.

1. *Vlpianus* "lib. 4. Appellationum."

QVÆRI ſolet, an per alium cauſæ *u* appellationis reddi poſſunt, quæ res, in rebus pecuniariis, & in criminibus agitari conſueuit? Et in rebus *x* pecuniariis *y* ſunt reſcripta, poſſe agi, verba reſcripti ita ſe habent. Diui fratres, Longino: *Si tibi, qui appellauit, mandauit; vt eum de appellatione, quā Pollia ad eū fecit, defenderes & res pecuniaria eſt, nihil prohibet, nomine eius te reſpondere: ſin autem non ſit pecuniaria cauſa, ſed capitalis, per procuratorem agi non licet.* ¶ Sed & ſi ea cauſa ſit, ex qua ſequi ſolet pœna vſque *z* ad relegationem, non *a* oportet per alium cauſas agi: ſed ipſum adeſſe auditorio debere, ſciendum eſt.

¶ Planè ſi pecuniaria cauſa eſt, ex qua ignominia *b* ſequitur: poteſt & per procuratorem hoc agi.

¶ Idque erit probandum & in ipſo accuſatore, ſi appellauerit

a Atqui ſuper re iudicata nō eſt iudicandum, *l. 9. C. de de ſententiis.*
b Id eſt, pactis apparet.
c Error calculi ſi in ſententia expreſſus eſt, ſententia ipſo iure nulla eſt, *v. Oldend. c. 26. de ſententia & re iudicata.*
d De formulis ſēntentiarum cōdemnatoriarū dixi ad *l. 1. §. 5. C. ad Turpill.*
e Imo nullo modo corrigitur, *l. 1. C. de errore calculi.*
f *l. 19. ſ. de appell. l. 2. l. 17. C. quando prouocare.*
g *excipe l. 32. ſ. de re iudicata.*
h De iure cōſtitutionis & litigatoris iudicari differunt.
i *l. 2. j. de tutorib. datis.*
k Sententia partium iura reſpiciens, etiamſi ſit contra ius, non eſt nulla, cum ab ea appellandum ſit, fallit in *l. 6 §. 1 ſ. de re iudicata: Zaſ. 2. reſp. 22.*
l Sententia nulla eſt, quæ abſentib. nec citatis partib. lata eſt. *l. 47. ſ. de re iudicata. v. Oldendorp. c. 30. de ſententia, & re iudicata.*
m Ea quæ altera parte abſente decernuntur, vim rerum iudicatarū nō habēt. *Paul. 5. ſent. 5. §. 5.* adde *l. 6. §. 3. ſ. de iudiciis.*
n *v. l. 11. ſ. de appell.*
o Prior qui appellauit, prior agit, *v. l. 29. ſ. de iudiciis.*
p Mortuus condemnari non poteſt, *C. ſi pendente appellatione mors interuenerit: l. 59. in fi. ſ. de re iud. l. 191. j. de reg. iuris.*
q *l. 47. ſ. de re iudicata: l. 7. C. quomodo quando & iud. v. Oldēd. c. 27. de ſententia, & re iudicata.*
r Impoſſibile præceptū iudicis nullius eſt momenti.
ſ Puta per procuratorem.
t De reddendis cauſis appellationum, *Paul. 3. ſent. 35.*
u Merita appellationis, id eſt, cauſa appellationis.
x Res hic pro lite, cauſa & negotio ſumitur.
y Procuratore in re pecuniaria vti poſſumus in appellationum cauſis reddendis, *l. 2. C. de procur. l. 10. C. de appell. l. 3. C. quorum appell.* z Imo vltra: nam per alium cauſæ reddi poſſunt pro damnato ad beſtias, *l. 18. ſ. de appellat.*
a Meritum appellationis cauſæ capitalis, & ipſam rationem ſtatus non niſi per noſmetipſos perſequi poſſumus: nemo enim abſens, aut dari in ſeruitutem poteſt, aut damnari, *Paul. 5 ſent. 35 §. 1.* b *l. 6. §. 1. ſ. de his qui notantur.*

appllauerit, vel ſi aduerſus eum ſit appellatum. Et generaliter, quæ cauſa per alium agi non poteſt, eius nec appellationem per alium agi oportet.

2. *Macer* "lib. 2. de Appellationibus."

SI procurator abſentis appellauerit: deinde rationes reddiderit: nihilominus ipſe reſpondere debet. ¶ Sed an eo ceſſante dominus litis reſpondere poſsit, exemplo adoleſcentis, videamus. Magis tamen obſeruatur, vt audiri debeat in cauſis appellationis reddendis, cuius *a* abſentis procurator appellauit.

SI TVTOR, VEL CVRATOR, magiſtratus creatus appellauerit.
TIT. X.

De muneribus publicis.

1. *Vlpianus* ‖lib. 3. de officio Conſulis.‖

SI qui ad munera publica nominatis *b* appellauerint, nec cauſas probauerint, ſcient, ad periculum ſuum pertinere, ſi quid damni per moram appellationis reipublicæ acciderit. quòd ſi apparuerit, eos neceſſario prouocaſſe: cui *c* adſcribendum ſit id damnum, præſes vel Princeps æſtimabit.

De tutore & curatore.

2. *Hermogenianus* "lib. 5. Iuris Epitomarum.

TVtor vel curator retentus ſi prouocauerit, & ante cauſam actam moriatur: propter periculum medij temporis, ſucceſſores *d* eius cauſas appellationis neceſſe habent reddere.

EVM QVI APPELLAVERIT, in Prouincia defendi.
TIT. XI.

1. *Vlpianus* "lib. 4. de Appellationibus"

EVM qui appellauit, oportere in Prouincia defendi in aliis *e* ſuis, cauſis etiamſi appellationis cauſa peregrinetur, Diui fratres Decimio Philoni reſcripſerunt.

2. *Martianus* ‖lib. 2. de Appellationibus."

HOc enim illis præſtatur, ne neceſſe habeant ſe defendere, qui reipublicæ cauſa abſunt *f*.

APVD EVM, A QVO APPELLATVR, aliam cauſam agere compellendum.
TIT. XII.

1. *Vlpianus* "lib. 4. de Appellationibus."

SI quis ex alia cauſa appellauerit à iudice: an in *g* alia cauſa eundem iudicem habere neceſſe habeat, videamus. Et hodie hoc iure vtimur, & tametſi àppellatio interpoſita ſit, tamen apud eundem iudicem, à quo quis prouocauit, compelletur, alias cauſas, ſi quas habet, agere, nec vtetur hoc prætextu, quaſi ad offenſum iudicem non debeat experiri, cum poſsit denuo prouocare.

SI PENDENTE APPELLATIONE mors *h* interuenerit.
TIT. XIII.

De eo qui ſucceſſorem habuit vel non. 1. *De tutore.*

1 *Macer.* lib. 2. de Appellationibus.

APPELLATORE defuncto *i*, ſi quidem ſine hærede cuiuſcumque generis appellatio fuit, euaneſcit, quòd ſi *k* appellatori hæres *l* extiterit: ſi *m* quidem nullius alterius intereſt cauſas aplationis reddi, cogendus non eſt peragere *n* appellationem, ſi vero fiſci, vel alterius contra quem appellatum eſt, intereſt, hæres cauſas appellationis reddere neceſſe habet. Nullius autem intereſt, veluti cum ſine ademptione bonorum relegatus eſt. Nam ſi ademptis bonis relegatus, vel in inſulam deportatus, vel in metallum datus, prouocatione interpoſita deceſſerit: Imperator noſter Alexander Pletorio militi ita reſcripſit. Quamuis pendente appellatione morte rei crimen extinctũ ſit: data tamẽ etiam de parte bonorum eius ſentẽtia proponitur, aduerſus quam non aliter is, qui emolumentũ ſucceſionis habet, obtinere poteſt, quàm ſi in reddendis cauſis appellationis iniquitatem ſententiæ dixerit.

1 ¶ Tutor quoque in negotio pupilli appellatione interpoſita ſi deceſſerit hæredem *o* eius cauſas appellationis reddere neceſſe eſt, etiam ſi rationes *p* tutelæ hæres reddiderit: quia ſufficit mortis tempore ad cauſas appellationis reddendas obligatum fuiſſe. Sed Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, non cogendum tutorem, poſt rationes redditas, cauſas appellationum reddere.

a l. vlt. ỹ. de appell.
b l. 21. §. 2. ỹ. de appell.
c v. l. vn. in fin. C. de ſumptuum recuperatione.
d l. vnic. ỹ. ſi pendente appellatione mors interuenerit: vn. in fi. C. ſi pendente appellatione.
e l. 26. in fin. ỹ. ex quib. cauſ. maiores: l. 2. ỹ. de iudiciis.
f v. l. 16. ỹ. de legationibus.
g Qui prouocauit à iudice non propterea poteſt eum in aliis cauſis tãquam inimicum recuſare: cum ab eo denuo prouocare poſsit 9. Ecl. 1. c. 51.
h 7. C. 66. 7. C. Theo. 35.
i Morte appellatoris ſine hærede defuncti appellatio euaneſcit.
k Hæres appellatoris non eſt cogẽdus appellationis cauſam perſequi, ſi nullius priuati intereſt cauſas appellationis reddi.
l l. 1. l. 3. C. eo. l. 9. in fi. ỹ. de iure fiſci: l. vlt. C. ſi reus vel accuſator.
m Is cuius non intereſt, ad agendum non admittitur hinc exceptio: Tua non intereſt, agere non potes.
n Appellationem peragit, qui ad finem vſque perducit.
o l. 2. ỹ. ſi tutor vel curator.
p l. vlt. ỹ. ſi tutor vel curatori tit. 10.
q l. 27. ỹ. de appell.
r 10 C. 1. & paſsim toto tit. lib. 10. C. Theo. 1. de iure fiſci, & populi Paul. 5. ſent. 12. περὶ τοῦ δημοσίου καὶ τῶν προσφερομένων καὶ ἀγωγῶν αὐτοῦ. 56. Ecl. 2. Harm. 1. tit. 1. περὶ δημοσίων, de priuilegio fiſci. 7. C. 73.

DE IVRE *q* FISCI *r*.
TIT. XIV.

Quibus ex cauſis fiſco acquiritur. 1. *De bonis quæ non ſunt ſoluendo.* 2. *De bonis vacantibus.* 3. *De bonis requirendorum adnotatorum.* 4. *De cauſis ſtatim motis & tractu vltra viceſimum annum* 5. *Si cauſæ à priore nuntiatore proditæ dicantur.*

Calliſtratus "lib. 1. de Iure fiſci."

VARIÆ cauſæ ſunt, ex quibus nuntiatio ad fiſcum fieri ſolet. Aut enim ſi quis, quod tacitè *a* relictum eſt, profitetur capere non *b* poſſe, vel ab alio præuentus defertur: vel quòd mors ab hæredibus non *c* vindicatur; vel quòd indignus *d* quis hæres nuntiatur: vel quòd Princeps hæres inſtitutus, & teſtamentum ſiue codicilli ſubrepti eſſe nuntiantur: vel quòd dicatur quis theſaurum *e* inueniſſe, vel magni pretij rem minoris ex fiſco comparaſſe, vel præuaricatione *f* fiſcum victum eſſe, vel eum defeſsiſſe, qui in capitali crimine eſſet, vel etiam poſt mortem aliquem reum eſſe, vel domum reſtructam *g* eſſe, vel accuſatione receſſum, vel rem litigioſam *h* venundari, vel pœnam fiſco ex contractu priuato deberi, vel aduerſus leges commiſſum factum eſſe. 1 ¶ An bona, quæ ſoluendo non ſint, ipſo iure ad fiſcum pertineant, quæſitum eſt? Labeo ſcribit, etiam ea quæ ſoluendo non ſint, ipſo iure ad fiſcum pertinere. Sed contra ſententiam eius edictum perpetuum ſcriptum eſt, quòd ita *i* bona veneunt, ſi ex his fiſco adquiri nihil poſsit.

2 ¶ Diuus Pius Cœlio Amaranto ita reſcripſit, vacantium bonorum nuntiationem quadriennio *k* finiri, idque tempus ex die, quo certum eſſe cœpit, neque hæredem, neque bonorum poſſeſſorem exſtare, computari oportere. 3 ¶ Præſcriptio autem viginti *l* annorum, quæ etiam circa requirendorum adnotatorum bona obſeruatur ex conſtitutione Diui Titi ſolet ex eo numerari, ex quo quid ad fiſcum pertinere potuit.

4 ¶ Cauſæ autem, quæ ſtatim motæ ſunt, & tractæ vltra viceſimum annum, differri *m* poſſunt etiam poſt viceſimum annum. 5 ¶ Illæque cauſæ, quæ à priore nuntiatore proditæ dicuntur, etiam poſt annos, quibus præſcribi diximus, fiſco nuntiari poſſunt.

De fama delatorum 1. *De inſtrumentis.* 2. *De contumacia delatoris, & poſſeſſoris.* 3. *Vel delatoris tantum.* 4. *De mandatore.* 5. *De ſeruis & libertis.* 6. *De eo qui ſe detulit.*

2. *Idem* "lib. 2. de iure fiſci."

EX quibuſdam *n* cauſis delationes ſuſcipientium fama non læditur, veluti *o* eorum qui non præmij *p* conſequendi, item eorum, qui vlciſcendi gratia aduerſarium ſuum deferunt, vel quod *q* "nomine" reipublicæ *r* ſuæ quis exequitur cauſas, & hæc ita obſeruari plurifariam principalibus conſtitutionibus præcipitur.

1 ¶ Diuus Hadrianus Flauio Arriano in hæc verba reſcripſit: Quin ei qui inſtrumenta *ſ* ad cauſam fiſci pertinentia, cum poſsit exhibere, non exhibet, nocere debeat, ſi verum aliter non inuenitur, ea ſubtracta eſſe credantur, quæ nocitura cauſæ eius fuerint, dubitatum non eſt, ſed nec alias dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quàm in eam, qua deſiderata ſunt. 2 ¶ Item Diui fratres ad libellum Cornelij Rufi reſcripſerunt, totiens edenda eſſe inſtrumenta quotiens de iure capiendi, vel de iure dominij, vel de aliqua cauſa ſimili. re nominaria *t* quæratur, non *u* de ſi capitali cauſa agatur. 3 ¶ Senatus cenſuit, vt ‖ſi‖ neque delator *x*, neque poſſeſſor tribus edictis *y* euocati adfuerunt, delatoris quidẽ fideiuſſores teneantur, & ei poſtea publicam cauſam deferendi ius adimatur, poſſeſſoris autẽ ius idem eſſet, quod ſi delatus omnino non eſſet. 4 ¶ Quotiens tamen delator adeſſe iuſſus ceſſat, nec hoc fraude poſſeſſoris factum eſſe probabitur. Diuus Hadrianus reſctipſit, ſecundum poſſeſſorem pro-

intereſt præmio quod fiat an vindicta ſui, ſuæve patriæ. p Præmia olim ... toribus & delatoribus conſtituta, *l. 3. §. 13. l. 25. ỹ. de ſenatuſc. Si aniano:* dixi ad ... *caſtr. ſupra de accuſat.* arbitrio iudicum *lege 5. in fin. ſup. de iniu. Tacit. 4. 5. 15.* ... 7. vel à lege *l. 3. §. 13. l. 25. ſupra de ſenat. Silaniano.* pars dimidia *Frontin. 2.* ... *ductibus.* quarta in crimine repetundarum & lege Papia *Tacit. 4. Suet. Nero.* ... vulgare præmium videtur appellari, *in l. 13. §. 5. ỹ eo.* Qua ratione, quaſi turpi ... ſtu quodam abutentes ad calumnias prorumpebant, *l. 8 ſup. de accuſ.* tametſi ... aliis pœnis adfecti à Titio, Domitiano, & Traiano, *Suet. in Titio 8. Xiphilin.* ... *in Titio: Martial. 1. Epigramm. Plin. Panegyrico ad Traianum*, adde *Briſſonium* ... *lect. 17.*

q Adde *l. 33. ỹ. de iniuris.*

r Patria nobiſmetipſis carior eſſe debet *l. 30. in fi. C. de Epiſcopis: l. 9. C. ex quib. ca... fis infam. l. 3. l. 4. C. de delatoribus.*

ſ *v. l. 3. ỹ. de edende:* adde *l. 2. ỹ. de fide inſtrum.*

t In criminalibus cauſis ad fiſcum delatis nemo tenetur edere. Bo'ſius tit. de fi... *& priuilegio eius* 101. *num.* 11. negat tamen Clarus fiſco actori edendum ... pecuniaria, idque ex mente omnium interpretum ait 5. *ſent. §. vlt. q. 27.*

u Imo, tunc maximè, ne delicta ſint impunita.

x Delatores tribus edictis vocabantur.

y *l. 15. §. 2. § 4. l. 42. §. 1. ỹ. eod. l. 1. C. de accuſat. Cic. 1. epiſt 3. & ad Qu. Fratrem.*

adde Papon... *Arreſt* 16. du ... & amendes ... de fiſco, & ... priuilegio v. ... *ſiume.* 101.
a De fiſci ...
hypotheca, ... guſantium ... *pign. par.* 2. ... 4. *n.* 113. fiſc... publica qu... v. *Harm.* 1. ... *Theoph. Ind.* ... vide ſex lib... Antonij Pe... de iuribus ... uilegiis fiſci
b *l. vnic. C.* ... *qui ſe defer...*
c Accurſi... notat, dep... hæreticos, ... tos in met... naros et ... coïtu, eſſe ... ces, illius ... di non habe...
d *l. 1. C.* ... *fiſcal. l. 1. C.* ... *quæ vt ind...* *quo v. l. 3.* ... *quæ vt indig...*
e Hoc ho... miſſum. *l. 7.* ... *C. de delat...* *Baſ. 1. c. 58*
f *l. 10 §. de* ... *& tempo...* *l. vnic. C.* ... tentia ... *ſcum.*
g Deſtr...
h *v. l.* ... *eod.*
i *l. 4. §. 2.* ... *deic. libert.*
k *l. 1. C. de* ... *nij præſcr.* ... *§. ſi quis om...* *ſa.*
l *l. 4. §. 1.* ... *requirendorum*
m Deferri ... συγ... Græci, & ... Faber apud ... c. 28. *de pr...*
n adde *l. 44.* ... *l. 3. C. de de...* *bus.*
o Delator ... qui quid ... fiſco, non ... minm ... tur, ſed vt ... patriæ cauſa ... fendat: & ... non obtinu... famia non ... tur, vt hic ... *C. de delat...* *l. neminem* ... *quibus cau...* *ſa. irrogatur.* ...

nuntiari

nuntiari oportere : ita vt ſententia comprehendatur, etiam delatores *a* edicto id comprehendiſſe.

5 ¶ Diuus Pius Cæcilio Maximo reſcripſit, conſtitutionem patris ſui, qua compelleretur delator edere mandatorem *b*, ac niſi edidiſſet, vt in vincula deduceretur: eò pertinere, non vt delator pœna ſubduceretur, ſi mandatorem haberet: ſed vt mandator quoque perinde, atque ſi ipſe detuliſſet, puniretur.

9 ¶ Imperator noſter Seuerus Auguſtus conſtituit, ne ſerui delatores dominorum audiantur *c*, ſed vt pœna coërceantur. Libertos quoq; cauſę mãdatores contra patronos à præſidibus prouinciarum pœna plectendos.

7 ¶ Complura ſunt reſcripta principalia, quibus cauetur, non obeſſe errorem *d* cuiquam, quod ignotus iuris ſui ipſe ſe detulerit. Sed extat eorundem principum reſcriptum, ex quo videtur poſſe defendi, ita demum non nocere cuiquam ſe detuliſſe, ſi ea perſona ſit, quæ ignorare propter ruſticitatem *e*, vel propter ſexum fœmininum *f* ius ſuum poſsit.

De tacito fideicommiſſo. 5. De venditione. 6. Aut locatione rei fiſcalis. 7. Si poſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit. 8. De debitoribus debitoris. 9. De liberali cauſa. 10. De theſauris.

3. *Idem*‖libro 3. de iure fiſci.‖

NOn intelligitur fraudem legi feciſſe, qui rogatus eſt palam *g* reſtituere. Sed cùm quidam teſtamento ſuo ita ſcripſiſſet, *Vos rogo, vt in eo, quòd à vobis petij, fidem præſtetis, perque* *h* *Deum, vt faciatis, rogo.* & quæreretur, an id palam datum intelligeretur: Iulianus reſpõdit, non quidem apparere, quid ab heredibus ex huiuſmodi verbis petitum eſt: quæri autem ſolere, quãdo intelligatur quis in fraudem legis fidem ſuam accommodare? Et ferè eo iam decurſum, vt fraus legi fieri videatur, quotiens *i* quis neque teſtamento, neque codicillis rogaretur, ſed domeſtica *k* cautione & chirographo obligaret ſe ad præſtandũ ei, qui capere non poteſt. ideóque dici poſſe, ex ſupradictis verbis non eſſe legi fraudem factam.

1 ¶ Si quis palam *l* rogatus, & *m* tacitè eſſet : agitabatur, quid magis præualeret, vtrum id ipſum noceret, quod tacitè rogatus eſſet: an prodeſſet, quòd palam petitum eſſet ‖&‖ Diuus Hadrianus reſcripſit, in eo *n*, quod cuiuſque fidei palam commiſſum eſt, non eſſe exiſtimandum fidem ſuam in fraudem legis accommodaſſe.

2 ¶ Quando autem fraus interpoſita videatur, agendum eſt: id eſt, vtrùm exitus ſpectari deberet, an conſilium. fortè ſi tunc, cùm tacitè fideicommittebatur, non capiebat is, cui reſtitui iubebatur: mortis verò tempore capere poterat; vel cõtrà. & placuit exitũ *o* eſſe ſpectãdum. 3 ¶ Tacita autem fideicommiſſa frequenter ſic deteguntur, ſi proferatur chirographum, quo ſe cauiſſet *p*, cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti peruenerit, reſtituturum. Sed & ex aliis probationibus manifeſtiſsimis idem fit.

4 ¶ Cùm ex cauſa taciti fideicommiſsi bona ad fiſcum pertinent, omnia, quæ in teſtamento vtiliter data ſunt, valent *q*: & ita Diuus Pius reſcripſit.

5 ¶ Diui fratres reſcripſerunt, in venditionibus fiſcalibus fidem & diligentiam à procuratore *r* exigendam, & iuſta *ſ* pretia non ex præterita emptione, ſed ex præſenti *t* æſtimatione conſtitui : ſicut enim diligenti cultura pretia prædiorum ampliantur : ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt.

6 ¶ Cùm quinquennium *u*, ‖in‖ quo quis pro publico conductore ſe obligauit, exceſsit, ſequentis temporis nomine non tenetur. idque principalibus reſcriptis exprimitur. Diuus etiam Hadrianus in hæc verba reſcripſit : Valde inhumanus mox eſt iſte, quo retinentur *x* conductores vectigalium publicorum, & agrorum, ſi tantidem locari non poſsint. nam & faciliùs inuenientur conductores, ſi ſcierint fore, vt ſi peracto luſtro diſcedere voluerint, non teneantur. 7 ¶ Si *y* poſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit: eo *z* iure vtitur quo is vſurus erat, cui ſucceſsit. 8 ¶ Multa principalia ſunt reſcripta *a*, quibus cauetur, non aliter fiſcum debitorum ſuorum debitores cõuenire, niſi *b* principales debitores defecerint, vel ex ratione fiſci nomina facta liquidò probentur, vel ex contractu fiſcali debitores conueniãtur.

9 ¶ Diuus Hadrianus Flauio Proculo reſcripſit, cum in libertatẽ proclamat, qui ex bonis ad fiſcum pertinẽtibus eſſe dicitur, iudicium dari præſentibus *c*, & agentibus etiam his, qui negotiis fiſci ſolent interuenire, & huiuſmodi liberales cauſæ, ſi non *d* interueniente fiſci *e* aduocato deciſæ ſint, in integrum reſtituuntur *f*.

10 ¶ Si in locis fiſcalibus, vel publicis *g* religioſiſue, aut in monumẽtis theſauri reperti fuerint Diui fratres conſtituerunt, vt dimidia pars ex his fiſco vendicaretur. item ſi in Cæſaris poſſeſsione repertus fuerit, dimidiam æquè partem fiſco vindicari. 11 ¶ Deferre autẽ ſe nemo cogitur, quod theſaurum inuenerit, niſi ex eo theſauro pars fiſco debeatur. Qui autẽ, ‖cum‖ in loco fiſci theſaurũ inuenerit, & partem ad fiſcum pertinentẽ ſuppreſſerit, totum cum altero tanto cogitur ſoluere.

a Delatoris edicto, Cuiac.9. obſ.2.
b l.24. j. eo.
c l.6. C. de delatorib. niſi in crimine maieſtatis, Paul. 5. ſent. 13. §. vlt.
d l.13. in fi. j. eod.
e v. l.3. §. 21. ff. de Silaniano.
f Fœmineũ, Hal.
g l.103. ff. de leg. 1.
h Dei nomen in obteſtationibus & precibus vſurpari ſolitum, vt hic : Per Deum vt id facias rogo. frequens eſt teſtatoribus cum iuriſiurandi obteſtatione heredes onerare, legati ac fideicõmiſsi præſtatione per Deum, vt hic, & §. 1. Inſt. de fideic. hered. l. 2. C. comm. de leg. per ſalutem principis, l.77. §.3 ſuprà de leg. 2.
i l.40. j. eod. d. l.103.
k Adde l.5. C. de prob. l.10. ff. de his quæ vt indig.
l Tacitè poſſumus relinquere, quod etiam palam poſſumus. Quod tacitè rogaui, idẽ poſſum palam rogare. vt hic. vnde colligas, Tacita fideicommiſſa eſſe poſſe ſine fraude : ſicut & tacitè pecunia credi poteſt ſine fraude. Et tamẽ tacita cum dicimus, fraudes dicimus. ſic tacitum mutuum apud Gellium 12. & tacita pactio dicitur, l. pen. §. 1. ff. de bon. lib. & apud Plin. 5. epiſt.
m v. l. vlt. ff. de ritu.
n Adde l. 123. ff. de leg. 1.
o Exitus in fraude ſpectandus eſt.
p Cauiſſet is cuius, Hal.
q l.16. j. eo.
r ſub. Cæſaris, de quo dixi ad titulũ de officio Procuratoris Cæſaris.
ſ l.50. ff. de furtis.
t Pretia iuſta non ex præterita emptione, ſed ex præſenti æſtimari oportet, l.61. in fin. ff. ad l. Falc.
u l.7. ff. de locato.
x l.9. §.1. ff. de publicanis. Imò retineri poſſe videntur in ſpecie, l.12. in fi. ff. de publicanis.
y v. Cuia. 19. obſ. 4.
z l.6. ff. eod.
a l.2. l.8. C. quando fiſcus vel priuatus, Nou. 128. c. 2.
b l.2. l.4. C. quando fiſcus vel priuatus.
c v. quæ notaui ad l.47. ff. de re iudic. d d. l.47. e De fiſci aduocato, adde l.7. j. eo, dixi ad tit. C. de aduoc. fiſc. f dixi ad l.33. ff. de re iud. g Publicis, nõ etiam religioſis Zoanetus 27. rebus, ob id reprehenſus à Roberto 1. recept. 5, de theſauro dicam ad Nou. Leon. 51.

De pactis cum delatoribus.

4. *Vlpianus*‖lib. 6. ad Edictum.‖

IN fiſci cauſis pacti cum delatoribus pro confeſsis habentur, ſi modò pretium *a* vel modicum *b* dederunt.

De venditione rei fiſcalis.

5. *Idem*‖lib. 16. ad Edictum.‖

SI curator Cæſaris rem aliquam vendiderit, quamuis duplum *c*, vel triplum pro euictione promiſerit : tamen fiſcus ſimplum præſtabit. 1 ¶ Si ab eo, cui ius diſtrahendi res fiſci datum eſt, fuerit diſtractum quid fiſci, ſtatim *d* fit emptoris, pretio tamen ſoluto.

De fiſco in priuati ius ſuccedente. 1. De Cæſaris vel Auguſtæ rationibus.

6. *Idem*‖libro 61. ad Edictum.‖

FIſcus cum *e* in priuati ius ſuccedit, priuati iure pro anterioribus ſuæ ſucceſsionis temporis vtitur *f*. cæterum poſteaquam ſucceſsit, habebit priuilegium ſuum. Sed vtrum ſtatim atque cœpit ad eum pertinere nomen, an verò poſteaquam conuenit debitorem, an poſtea quam relatum eſt inter nomina debitorum quæritur. & quidem vſuras exinde petit fiſcales, etſi breuiores debeantur, ex quo conuenit certum debitorem *g*, & cõfitentem. At in priuilegio variè reſcriptum eſt. puto tamen exinde priuilegio eſſe locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen eſt.

1 ¶ Quodcunque priuilegij fiſco competit, hoc idem & Cæſaris ratio, & Auguſtæ *h* habere ſolet *i*.

De liberali cauſa.

7. *Idem*‖lib. 54. ad Edictum.‖

SI fiſcus alicui ſtatus controuerſiam faciat, fiſci *k* aduocatus adeſſe debet *l*. quare ſi *m* ſine fiſci aduocato pronunciatum ſit, Diuus Marcus reſcripſit, nihil eſſe actum: & ideo ex integro cognoſci oportere.

De actoribus bonorum non diſtrahendis.

8. *Modeſtinus*‖libro 5. Regularum.‖

BOnorum fiſco vindicatorum actores *n* venundari à procuratoribus non poſſunt. & ſi diſtrahantur, irritam fieri venditionem reſcriptum eſt.

De morte rei.

9. *Idem*‖lib. 17. Reſponſorum.‖

LVcius Titius fecit heredes ſororem ſuam ex dodrãte, vxorem Mæuiam & ſocerum ex reliquis portionibus. eius teſtamentum poſtumo nato ruptum eſt, qui poſtumus breui & ipſe deceſsit: atque ita omnis hereditas ad matrem poſtumi deuoluta eſt. ſoror teſtatoris Mæuiã veneficij in Lucium Titium accuſauit. cùm non obtinuiſſet prouocauit : interea deceſsit rea. nihilominus tamẽ apoſtoli *o* redditi ſunt. quæro, an putes extincta rea cognitionem appellationis inducẽdam propter hereditatem quæſitam? Modeſtinus reſpondit, morte *p* reæ crimine extincto, perſecutionem eorum, quæ ſcelere *q* adquiſita probari poſſunt, fiſco competere poſſe.

De dubiis quæſtionibus.

10. *Idem*‖lib. ſingulari de Præſcriptionibus.‖

NOn *r* puto delinquere eum, qui in dubiis *ſ* quæſtionibus contra *t* fiſcum *u* facilè reſponderit.

De ære alieno.

11. *Iauolenus*‖lib. 9. Epiſtolarum.‖

NOn poſsint vlla bona ad fiſcũ pertinere, niſi *x* quæ creditoribus ſuperfutura ſunt. id enim *y* bonorum cuiuſque eſſe intelligitur, quod æri alieno ſupereſt.

De damnatis in metallum.

12. *Calliſtratus*‖lib. 6. de Cognitionibus.‖

IN metallum damnatis libertas adimitur, cum etiam verberibus *z* ſeruilibus coërcentur. Sanè per

a v. l. 1. in fi. ff. eo. l.29. j. eod.
b Imò id non tenet, l.1. ff. eo.
c l.56. ff. de euict.
d Non priùs, v. Cuiac. 9. obſ. 37 adde l.15. §. 7. ff. de re iud.
e Imò ſemper ius habet pignoris, l. 46 § 3. ff. eod.
f l.60. in fi. ff. de cond. & dem. atquè ideo ius delibe-randi habet, l.19. Cod. de iure delib. Bal. Cy. Ang. Iaſ. Caſtr. Guido b. 208. Quin ſi rex ſuccedit aliqui vaſallo dominum alium habenti, rex tenetur homagium facere illi domino vel alium in feudo cõſtituere 5 Feud. 10. Specul. tit. de feudis. §. 1. verſ. 24. l. hi qui, C. de conueniẽdis fiſci debit. l. 2. C. de prædiis & omnibus reb. nauicul ariorum.
g Debitore confitente, Cuiac. 29. obſ. 2.
h l.31. ff. de legib. l.3. C. de quadriennij præſcriptione.
i Imò non ſolet. l.57. ff. de leg. 2.
k De fiſci aduocato, adde l.3. §. 9. in fi. ff. eod. l. vlt. j. eod. & C. de aduocatis fiſci.
l v. l. 1. C. de repudianda hæred.
m l.47. ſup. de re iudicata.
n v. l. 30. j. eod. l. vlt. ff. de off. præſid. l.16. ff. de publ. adde Cuiac. 9. obſ. 1.
o v. l. 1. ff. de libellis dimiſſoriis.
p v. l. vn. ff. ſi pendente appellatione.
q dixi in Epitome Feud. tit. de act. empt.
r Dubia, contra fiſcum interpretãda. vid. Antonium Negoſantiũ. tract. de pign. membro 4. parte 2. num 117. & ſeq. vbi numero 118. definit in cauſa oneroſa in dubio fiſcum præferri doti : in lucratiua poſtponi, l. 2. C. de priuilegio fiſci.
ſ In dubio contra fiſcum, v. quæ not. ad Nou. 85. & Alciat. 3. præſump. 41. huc pertinet illud Capitolini de Marco Antonino philoſopho, in cauſis compendij, nunquam iudicans fauit, l. vn. §. 15 in fin. C. de caduc. toll. t Imò pro fiſco. v. Edictum Iuſtiniani, 4 c. 2. §. 1. u Agentem præſertim actione pœnali ad pœnam & priuilegiata, v. Dynum ad c. 85. de reg. iur. vide exemplum in l. vn. C. de caduc. toll. x v. l. 17. j. eod.
y Bona dicimus, quæ ære alieno deducto ſuperſunt, v. l. 72 ff. d. iure dot.
z Seruilia verbera, hic & l. 7. §. 2 ff. de iniuriis. ſunt flagra, flagella, lora, quibus rumpi ſeruos in Comœdiis legimus, adde l. 9. §. 3. l. 15. §. 38. l. 17. §. 2. ff. de iniuriis. (Nam liberi fuſtibus caſtigabantur ex eodem crimine quo ſerui flagellis cædebantur, l. vlt. ff. de iniuriis: l. 10. l. 20. §. 2. ſup de pœn.) Seneca in ludo: & libr. de Clementia. l. in ſeruorum 10. ff. de pœnis: l. leuia 6. ff. de accuſ. l. Pedius 4. §. 1. ſup. de incendio. Porro leuior fuſtium quam flagellorum caſtigatio. Nam fuſtigatio in modica caſtigatione ponitur flagellorum in atrociſsima & ſeruili, l. 7. §. 2. ff. de iniuriis. l. 11. §. 2. in fi. ff. de in ius voc. l. 23. in fi. ff. de vſufruct. Ea ratione fuſtium admonitio dicitur quaſi leuis, l. veluti, ff. de pœnis. Proinde quod dicitur in l. ſi quid erit 11. ff. de officio proconſulis. Proconſulis legatum non habere ius atrociter verberandi ad flagellationem referemus, adde Briſſonium 3 ſelect. 9.

huius

huiuſmodi perſonas fiſco nihil adquiri, Diuus Pius reſcripſit. & ideò quod legatum erat ei *a*, qui poſtea in metallum damnatus erat, ad fiſcũ non pertinere reſcripſit. magiſque ait pœnæ eos, quam fiſci ſeruos eſſe.

De iis qui ſe deferunt.

13. *Paulus* ‖lib. 7. ad legem Iuliam & Papiam.‖

EDicto Diui Traiani, quod propoſui, ſignificatur, vt ſi quis, antequam cauſa eius ad ærarium *b* deferatur, profeſſus eſſet eam rem, quam poſsideret, capere ſibi non licere, ex ea partem *c* fiſco inferret, partem ipſe retineret. 1 ¶ Idem poſtea edicto ſignificauit, vt quæcunque profeſſa eſſet vel palam, vel tacitè relictum ſibi, quod capere non poſſet, & probaſſet iam id ad fiſcum pertinere, etiam ſi id non poſsideret, ex eo quod redactum eſſet à præfectis ærario, partem dimidiam *d* ferat.

2 ¶ Nihil autem intereſt, quæ cauſa impediat ius capiendi. 3 ¶ Id autem deferri debet, quod latet, non id quod fiſci eſt.

4 ¶ Ad‖heredes eius, qui ſe detulerat, non videbatur præmium tranſire, ſed Diuus Hadrianus reſcripſit, vt licet ante deceſsiſſet is, qui ſe detulerat, antequám id quod detulerat, fiſco addiceretur, heredi eius præmium daretur. 5 ¶ Eſtat eiuſdem Hadriani epiſtola: vt ſi is, qui ſe deferre poterat, morte præuentus fuerit, heres eius, ſi detulerit, præmium conſequatur. ſi tamen (inquit) liquebit defunctum eius animi *e* fuiſſe, vt ſe vellet deferre. ſi vero idcirco diſsimulauerit, dum rem occultari ſperat, heredem eius vltra vulgare *f* præmium nihil conſecuturum.

6 ¶ Item Diui fratres reſcripſerunt, heredes eorum, quibus tacitum fideicommiſſum relictum eſt, ita demum "ex" beneficio Traiani deferre "ſe" poſſe, ſi is cui datum fuerat, morte præuentus eſſet, & ideo per anguſtias temporis deferre ſe non potuerit.

7 ¶ Cum ante apertum teſtamentum, tacitum fideicommiſſum nuntiatum eſſet ab his, qui fidem tacitam ſuſceperunt, deinde poſt apertas *g* à fideicommiſſario delatum eſſet: Diuus Antoninus recipi profeſsionem eius iuſsit: neque enim dignam eſſe præmio tam præcipitem *h* feſtinationem prioris, & cùm quis ſe nuntiet non capere, potius confiteri de ſuo iure, quam aliud *i* deferre videtur.

8 ¶ Ad eos beneficium Traiani pertinet, qui ex defuncti voluntate relictum ſibi capere non poſſunt. ergo nec illud quod ſeruo meo relictum eſt, deferre potero.

9 ¶ Eos qui quaſi indigni repelluntur, ſummouendos eſſe ab eiuſmodi præmio: id eſt eos, qui de inofficioſo *k* egerunt, vel falſum dixerunt teſtamentum, qui vſque ad finem litis oppugnauerunt teſtamentum.

10 ¶ Ei qui per errorem *l* ſe detulit, cùm capere ſolidum *m* poſſet, non nocere hoc D. Hadrianus, & D. Pius, & fratres reſcripſerunt.

De libertatibus & legatis.

14. *Gaius* "lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam."

DIcitur ex aſſe hereditates ex Silaniano cùm fiſcus vindicaſſet, vt nec libertates, nec legata tueatur. quod apertè nullam habet rationem, cùm ex quibuſlibet aliis cauſis fiſco vindicatis hereditatibus, & libertates *n*, & legata maneant.

De abolitione. 1. De delatore ſubiecto. 2. Si delator citatus, ad edictum non reſponderit. 3. De eo qui ſe detulit. 4. De contumacia delatoris. 5. De rationibus.

15. *Iunius Mauritianus* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatus cenſuit: ſi delator abolitionem petat, quod errаſſe *o* ſe dicat, vt idem iudex cognoſcat, an iuſta cauſa abolitionis ſit: & ſi erraſſe videbitur, det imprudentiæ veniam: ſi autem calumniæ *p*, hoc ipſum iudicet. eáque cauſa accuſatori perinde cedat, ac ſi cauſam egiſſet, & prodidiſſet. 1 ¶ Si quis delatorem ſubiecerit: tãtum in ærarium deferat, quantum præmij nomine delator conſequuturus fuiſſet, ſi viciſſet.

2 ¶ Diuus Hadrianus reſcripſit, eandem pœnam delatorem ferre debere, ſi citatus ad edictum *q* non reſponderit: qua teneretur, ſi cauſam non probaſſet.

3 ¶ Senatus Hadriani temporibus cenſuit, cùm quis ſe ad ærarium detulerit, quod capere non potuerit, vt totum in ærarium colligatur, & ex eo pars *r* dimidia ſibi ſecundum beneficium Diui Traiani reſtituatur.

4 ¶ Quòd ſi tribus *ſ* edictis à præfecto ærario *t* adeſſe delator iuſſus, venire noluerit: ſecundum poſſeſſorem ſit pronuntiandum, ſed ab eo qui ita adeſſe iuſſus, reſpondente poſſeſſore non adfuerit, tantum exigendum, quantum apud ærarium ex ea cauſa, quam detulerit, remaneret, ſi profeſsionem eam impleſſet.

5 ¶ Senatus cenſuit, vt perinde rationes *u* ad ærarium deferat is, à quo tota *x* hæreditas fiſco euicta eſt, vel vniuerſa legata, atque is deferre deberet, à quo pars hereditatis, vel legati euicta ſit.

6 ¶ Si quis arguetur falſas rationes detuliſſe, de eo præfectus ærarij cognoſcat, quantam fraudem inuenerit, vt tantam pecuniam in ærarium iubeat inferri.

De his qui ſe deferunt.

16. *Vlpianus* ‖lib. 18. ad legem Iuliam & Papiam.‖

AIt *a* Diuus Traianus. *Quicunque profeſſus fuerit.* ¶ *Quicunque* accipere debemus tam *b* maſculum, quam fœminam. nam fœminis quoque, quamuis delationibus prohibentur, tamen ex beneficio Traiani deferre ſe *c* permiſſum eſt. Nec non illud æquè non interit, cuius ætatis ſit is, qui ſe defert, vtrùm iuſtæ an pupillaris. nam pupillis etiam permittitur deferre ſe, ex quibus non capiunt.

De creditoribus.

17. *Modeſtinus* "lib. 2. de Pœnis."

IN ſumma ſciendum eſt, omnium fiſcalium pœnarum petitionem creditoribus *d* poſtponi.

Qui deferre poſſunt vel non. 10. Si debitor fiſcalis creditori ſoluerit.

18. *Marcianus* "lib. ſingulari de Delatoribus."

DEferre *e* non poſſunt mulieres *f* propter ſexus infirmitatẽ, & ita ſacris cõſtitutionibus cautum eſt. 1 ¶ Item clariſsimi *g* viri deferre non poſſunt.

2 ¶ Item damnati deferre non poſſunt, vt Diui fratres de eo reſcripſerunt, qui fuſtibus cæſus, in opus publicum erat datus. 3 ¶ Item conſtitutionibus principum prohibentur deferre illi, qui in metallum dati ſunt. hoc ideo, ne deſperati ad delationem facilè poſſint ſine cauſa confugere.

4 ¶ Sed eas cauſas, quas ante damnationem cœperunt deferre, poſſe eos etiam poſt *h* damnationem exequi, reſcriptum eſt. 5 ¶ Veterani quoque ſacris conſtitutionibus delatores eſſe prohibentur, propter honorem vtique & merita militiæ.

6 ¶ Item milites propter honorem ſtipendiorum, quæ merent, deferre prohibentur.

7 ¶ Sed communem cauſam ſibi cum fiſco quiuis deferre poteſt, ‖hoc eſt, vindicare *i*.‖ nec per hoc famoſus eſt, licet in cauſa "ſua" non obtinuerit.

8 ¶ Item eos, qui tutores vel curatores fuerunt, non oportere deferre cauſa pupillorum, vel adoleſcentium ſuorum, Diui Seuerus & Antoninus *k* reſcripſerunt. Quod conſequẽs eſt obſeruari & in eo qui quaſi procurator negotia geſsit, & ita ijdẽ Principes reſcripſerunt.

¶ Iidem decreuerunt, nulla conſtitutione prohibitum eſſe procuratorem *l* interrogari: ſed accuſare *m* eum, cuius negotia geſsit. Et tutorem, qui aut detulit, aut mandauit, ſeuerisſimè puniendum reſcripſerunt.

9 ¶ Sed ne quidem is, qui aliquam vendidit rem, eandem deferre debet vel per ſe, vel per ſubiectam perſonam: ne alioquin pœnam patiatur dignam ſuæ perſonæ, vt & co[…] tutum eſſe refertur.

10 ¶ Papinianus tam libro ſexto, quam vndecimo reſpon[…] ſcribit, ita demum publicam auferri *n* pecuniam ei, qui cùm cre[…] ditor, in ſolutum pecuniam accepit, ſi aut ſciebat, cùm accipiebat [..] blicum quoque eſſe debitorem, aut poſtea cognouit, antequam c[…] meret pecuniam. ſed placet, omnimodo ei pecuniam auferendam [..] etiam ſi ignorauit, cùm conſumeret. & poſtea quidem Principes [..] ctam actionem competere ablata pecunia reſcripſerunt, vt & Marc[…] libro ſeptimo digeſtorum ſcribit.

19. *Papinianus* "libro 10. Reſponſorum."

DEnique non eſſe præſtandas vſuras *o*, cum pecunia reuocatur, co[…] nit: quoniam res, non perſona conuenitur.

20. *Idem* "lib. 11. Reſponſorum."

SEd reuocata pecunia, in fideiuſſorem liberatum vtilis actio [..] bitur.

21. *Paulus* "lib. 3. Quæſtionum."

TItius qui ‖ mihi ‖ ſub pignoribus pecuniam debebat, cum eſſet [..] debitor, ſoluit mihi quæ debebat: poſtea fiſcus iure ſuo vſus, [..] lit mihi pecuniam. quærebatur, an liberata eſſent pignora. Marc[…] rectè exiſtimabat, ſi id quod mihi ſolutum eſt, fiſcus abſtulit, non [..] petere pignorum liberationem. neque differentiam admittendam [..] exiſtimo intereſſe putantium, id ipſum quod ſolutum eſt, an ta[…] dem repetatur.

De venditione rerum fiſcalium. 2. De lite donata. 3. Si delator deſiſt[…]

22. *Marcianus* "lib. ſingulari de Delatoribus."

REs quæ in *p* controuerſia ſunt, non debent à procuratore C[…] ris diſtrahi: ſed differenda eſt eorum venditio, vt Diuus [..] Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Et defuncto maieſtatis reo, [..] to herede purgare innocentiam mortui, diſtractionem bonorum [..] di *q* iuſſerunt. Et generaliter prohibuerunt rem diſtrahi à procura[…] quæ eſſet in controuerſia.

1 ¶ Res autem nexas pignori diſtrahere procuratores poſſunt. Sed [..] ante alij res obligatæ ſunt iure pignoris, non debet procurator [..] torum lædere. Sed ſi quidem ſuperfluum eſt in re, permittitur procura[…] vendere ea lege, vt in primis creditoribus præcedentibus ſatisfiat, [..] quid ſuperfluum eſt, fiſco inferatur: aut ſi acceperit totum fiſcus, [..] ipſe, vel ſimpliciter, ſi vendidit procurator, iubebit pecuniam, qua[…]

beri

---

a *l. 11. ff. de alimẽtis, l. 3. ff. de his quæ pro non ſcriptis.*
b Ærarius vel ærarium, *l. 4. §. 10. ſup. de fideicomm. libert. l. 9. §. 6. ſup. ad l. Iul. peculatus.* quidam hac voce intelligunt præfectum ærario, *l. 42. ⁊. eod.*
c *l. 15. §. 3. ⁊. eod. l. vnic. C. de his qui ſe deferunt.*
d Dimidia rei delatæ, delatori ſui ipſius interdum data, *vt hic.*
e Animus factis externis probatur, *vt hic*: adde *l. 4. ff. de doli mali & metus except.*
f Præmium vulgare delatorum, quarta, *Tacit. 4. Annal.* hinc quadruplatores dicti à præmio quartæ quam conſequebantur, *Aſcon. in Verrem.* Octaua dabatur ſeruis rei criminę maieſtatis, *Ioſeph. 19.* ante erant arbitraria hæc præmia, *Tacit. 6. Anna & 16. & hiſtor. 4.* Porro vulgare præmium hic appellantur quarta bonorum rei, ad differentiã eius quod edicto Traiani dabatur ſe deferentibus: quod dimidiam bonorũ continebat, dixi ad *l. 2. l. 13. ff. eod.* de vulgari præmio delatoris, *v. Cuiac. 9. obſ. 3.*
g Apertas tabulas, *Hal.*
h Adde *l. 42. §. 2. ff. de bon. libert.*
i Quã alium, *Hal.*
k *l. 8. §. 14. ff. de inofficioſo.*
l *l. 2. in fi. ff. eo.*
m *v. Vlp. 22.*
n *l. 3. §. 5. ff. eo. l. 9. ff. de Silaniaco.*
o *l. 10. in fi. ſup. de iudic.*
p *l. 9. C. de calum. v. l. 10. ſup. de diuerſis.*
q *l. 2. §. 3 ſup. eod. l. 42. §. 1. ⁊. eo.* adde *l. 7. ff. de in integr.* *vbi v. Cuiac.*
r *l. 13. ſub. eod.*
ſ *v. l. 2. §. 3. ff. eo.*
t De præfecto ærarij, dixi ad *l. 42. ⁊. eo.* adde *Cuiac in 6. 9. C. de iure fiſci.* Interim hic Comes ſacrarum largitionum, theſaurorum, ſacri ærarij, de quo dixi ad *l. 2. C. vt dignitatum ordo ſeruetur.*
u *l. 45. §. 4. ff. eod.*
x *v. l. quæ de tota 76. ff. de rei vind.*

a In edicto [..] *l. 13. ff. eod.*
b *l. 13. ff. eo. v. l. [..] l. 195. ff. de verb. ſign. l. 3. §. 3. ff. de negotiis.*
c Deferre niſi [..] ipſam mulier[..] poteſt. adde *l. [..] C. de his qui ſe [..] ferunt.*
d Fiſcales [..] creditoribus [..] ponuntur, *l. [..] eo l. vn. C. [..] fiſcalib. v. Pa[..] ſent. 1. §. 10.*
e Adde *l. [..] delatorib.*
f *v. l. 16. [..]*
g Id eſt, ſena[..] dixi ad *l. 5. [..] curatore furi[..]*
h *l. 5. in fi. [..] publ. iud.*
i Indicare, C[..] 18. *obſ. 22.*
k *l. 2. C. qui [..] ſare non poſ[..]*
l *v. Oldend. [..] de teſtib. n. 1[..]*
m Accuſare [..] dicitur qui [..] Eſt inquam [..] accuſator de[..] hoc ideo qu[..] latores inte[..] ra crimina [..] deferebant, [..] bona vacan[..] duca, etc[..] commiſſi, [..] fideicommi[..] ga, manci[..] ſauri inu[..]
n *v. l. 5. C. [..] uilegio fiſci.*
o *l. 5. C. [..] legio fiſci.*
p *l. 1. ff. [..] Ecl. 2. c. 10.*
q *l. 20. C. [..] ſationibus.*

beri creditori priuato fuerit probatum, exſolui ei. & ita Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

2 ¶ Lites donatas *a* ſe non ſuſcipere D. Pius reſcripſit, licèt bona relictorum ſe quis profiteatur vel partẽ bonorum donatam non ſuſcipere. & adiecit, & illum dignum fuiſſe puniri pro tam turpi, tamque inuidioſo cõmento, & niſi durũ eſſe videbatur, ita in vltrò veniẽtem pœnam ſtatuere. 3 ¶ Sicut renuntiare *b* cauſam nemo cogitur *c*: ita liberum arbitrium deſiſtẽdi ei non datur, qui detulit, & ita D. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: & idẽ eſſe, licet alieno mãdato detuliſſet. Planè reſcripſerunt, delatorem audiendum, volentem à lite deſiſtere *d*, ſi ſibi mandatorem *e* ſubtractum queratur.

23. *Calliſtratus*‖lib. 2. de Iure fiſci.‖

DE eo delatore, qui cauſam ſolus agere inſtituerat non habita mentione mandatoris, ſi poſtea deſiſtat, prætendens mandatorem cauſæ deceſsiſſe, puniendum Diui fratres reſcripſerunt.

De probationibus.

24. *Marcianus*‖lib. ſingulari de Delatoribus.‖

NOn tantum delator punitur, ſi *f* non probauerit: ſed & mandator, quem *g* exhibere debet delator.

25. *Vlpianus*‖lib. 19. ad Sabinum.‖

ESt & decretum ab Imperatore Seuero, & conſtitutum, nullo *h* modo exigendum quem probare, vnde habeat, circa delationes fiſcales: ſed delatorem probare debere, quod intendit.

De emancipatione.

26. *Idem*‖lib. 31. ad Sabinum.‖

CVm quidam capitis *i* reus *K* emancipaſſet filium, vt hereditatem adiret, reſcriptum eſt, non *l* videri *m* in fraudem fiſci factum, quod adquiſitum non eſt.

De morte vxoris non defenſæ.

26. *Idem*‖lib. 34, ad Edictum.‖

CVm mortem *n* maritus vxoris necatæ non defendit: Diuus Seuerus reſcripſit, dotem fiſco vindicandam, provt ad maritum pertineat.

De generali hypotheca.

28 *Idem*‖lib. 3. Diſputationum.‖

SI qui mihi obligauerat, *quæ habet, habiturúſq́; eſſet* o, cũ fiſco cõtraxerit, ſciendũ eſt, in re poſtea *p* adquiſita fiſcũ potiorẽ eſſe debere, Papinian. reſpõdiſſe. quod & conſtitutum eſt. prçuenit enim cauſã pignoris fiſcus.

De delatore corrupto. I. *De falſi teſtamenti accuſatione.* 2. *De morte defuncti non defenſa.*

29. *Idem*‖lib. 8. diſputationum.‖

EIus *q* qui delatorẽ *r* corrupit, ea conditio eſt, vt pro victo habeatur. nam in fiſcalibus cauſis id conſtitutum eſt. Sed enim hæc pœna magis eſt, vt aduerſus ipſũ locum habeat, qui delatorem redemit, cæteroquin aduerſus heredem eius tranſire non debet. nec enim exinde perit cauſa, ex quo redempta eſt, vel actio perimitur vel condemnatio facta videtur. verùm oportet conſtare prius *ſ*, "&" de crimine pronunciare. ¶ Planè ſi fortè de retractanda cauſa agatur, quæ ſemel iudicata eſt per delatoris cotruptelam, mortuus corruptor nõ efficiet, quo minùs agi poſsit, atque retractari cauſa, hic enim non pœnæ, ſed cauſæ reſtitutio eſt. I Eum qui falſum teſtamentum dixit, poſſe adire hereditatem conſtat. ſed denegatis ei actionibus, fiſco locus erit. & obligationes, quas adeundo confudit *t*, non reſtituuntur.

2 ¶ Nam & in eo, qui poſt aditam hereditatem defuncti mortem non defendit, Imperator noſter cum patre reſcripſit, obligationes confuſas non reſuſcitari.

De actoribus bonorum.

30. *Marcianus* "lib. 3. Inſtitutionum."

NE procuratores Cæſaris bonorum actores *u* quæ ad fiſcum deuoluta ſunt, alienent, Imperatores Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. & ſi manumiſsi fuerint, reuocantur ad ſeruitutem.

De bonis obſidum vel captiuorum.

21, *Idem* "lib. 4. Inſtitutionum."

DIuus Commodus reſcripſit, obſidum *x* bona, ſicut captiuorum *y*, omnimodo in fiſcum eſſe cogenda.

32 *Idem*"lib. 14. Inſtitutionum."

SEd ſi accepto *z* vſu *a* togæ *b* Romanæ, vt ciues Romani ſemper egerint. Diui fratres procuratoribus hereditatum reſcripſerunt, ſine dubitatione ius eorum ab obſidis conditione ſeparatum eſſe beneficio principali. ideoque idem ius eis ſeruandum quod habent, ſi à legitimis ciuibus Romanis heredes *a* inſtituti fuiſſent.

De eo qui debitoris fiſci hereditatem adierit.

33. *Vlpianus*"lib. 1. Reſponſorum."

EVm qui debitoris fiſci adiit hereditatem, priuilegiis fiſci cœpiſſe eſſe ſubiectum.

De aduerſario, vel iudice corrupto.

34: *Macer*"lib. 2. Publicorum."

IMperatores Seuerus & Antoninus"Aſclepiadi"ita reſcripſerunt: Tu qui defenſione omiſſa *b* redimere ſententiam maluiſti, cùm tibi crimen obijceretur, non immeritò quingentos ſolidos inferre fiſco iuſſus es. omiſſa enim ipſius cauſæ inquiſitione, ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti. obtinendum eſt enim, vt hi quibus negotia fiſcalia mouentur, ad defenſiones cauſæ bona fide veniant, non aduerſarios aut iudices redimere *c* tẽtent.

Si alter hereditatem vindicet, alter ad fiſcum pertinere dicat.

35. *Pomponius*"lib. 11 Epiſtolarum."

APud Iulianum ſcriptum eſt: Si priuatus ad ſe pertinere hereditatem Lucij Titij dicat, altero eandem hereditatem fiſco vindicante: quæritur, vtrùm ius fiſci antè *d* excutiendum ſit, & ſuſtinendæ actiones cæterorum, an nihilominus inhibendæ petitiones creditorum ſingulorum, ne publicæ cauſæ præiudicetur. ídque ſenatuſconſultis expreſſum eſt.

De tributis.

36. *Papinianus*"lib. 3. Reſponſorum."

PRædiis à fiſco diſtractis, præteriti temporis tributum eorundem prædiorum "onus" emptorem *e* ſpectare placuit *f*.

De pœnis.

37. *Idem*"lib. 10. Reſponſorum."

QVod placuit, *fiſco non eſſe pœnam petendam, niſi* g *creditores ſuum reciperauerint:* eò pertinet, vt priuilegium in pœna contra creditores non exerceatur, non vt ius commune priuatorum fiſcus amittat *h*.

De fructibus. I. *De eo qui pecuniam ad ſui temporis adminiſtrationem pertinere contendit.*

38 *Idem*"lib. 13. Reſponſorum."

FIſcus in quæſtione falſi teſtamenti non obtinuit. priuſquàm autem ea quæſtio decideretur, alio nuntiante bona poſtea vacare conſtitit. fructus poſt primam litem abſumi non oportuiſſe reſpondi. neque enim ad ſenatuſconſulti beneficium ſcriptum heredem pertinere controuerſia mota.

I ¶ Delatoris opera non eſſe functum reſpondi, qui fiſci pecuniam, quam alius tenebat, ad ſui temporis adminiſtrationem pertinere, quamuis probare nõ potuiſſet, contendit, quoniam *i* propriam cauſam egerat.

De bonis citra pœnam exilij perpetuam non confiſcandis. I. *De eo qui periculum communis condemnationis diuidi poſtulauit.*

30. *Idem*"lib. 16. Reſponſorum."

BOna fiſco citra pœnam exilij perpetuam adiudicari ſententia non oportet.

I ¶ Eum qui periculum communis *k* condemnationis diuidi poſtulauit, quòd participes iudicati ſolvendo eſſent, reuocatis alienationibus, quas fraudulenter fecerant, non videri cauſam pecuniæ fiſco nuntiaſſe reſpondi.

De tacito fideicommiſſo.

40. *Paulus*"lib 21. Quæſtionum."

ITa fidei heredis commiſit: *Rogo fundum Titio des, de quo te rogaui.* ſi Titius capere non poſsit, non euitabit heres pœnam taciti fideicommiſsi: non enim eſt palam *l* relinquere, quod ex teſtamento ſciri non poteſt, cùm recitatum eſt. quemadmodum nec ille palàm dat, qui ita ſcribit: *Rogo vos heredes, in eo quod à vobis petij, fidem præſtetis.* imò in priore ſpecie maiorem fraudem excogitaſſe videtur, qui non tantùm legem circumuenire voluit, ſed etiam interpretationem legis, quæ circa tacitum fideicommiſſum habetur. quamuis enim fundum nominauerit, non tamen cognoſci poteſt, de quo ſit rogatus heres: cùm diuerſitas *m* rerum obſcurum faciat legatum.

I ¶ Patronus ſi tacitè in fidem ſuam recipiat, vt ex portione ſua præſtet, ceſſare fraudem dicitur: quia de ſuo largitur.

De actione in eum qui bona vacantia comparauit.

41. *Idem*"lib. 21. Reſponſorum."

EVm qui bona vacantia *n* à fiſco comparauit, debere actionem, quæ contra defunctum competebat, excipere.

a *l. vlt. ꝟ. qui teſt.* *l. pen. ꝟ. de her. inſt.* *ꝟ. vlt. ꝟ. quib. mod. teſta.* *l. 1. l. 2. C. ne fiſcus vel reſp. Paul. 5. ſent. 12. §. 7.*

b Nunciare, *Hal.*

c *C. vt nemo inuit.*

d *v. l. 51. in fin. ꝟ. ad Turpill.*

e De mandatore *v. l. 15. §. 1. ꝟ. eo.*

f Delator punitur, ſi non probat.

g Delator mandatorem tenetur exhibere, *l. 2. §. 5. ꝟ. eod. l. 1. §. 13. ꝟ. ad Turp. l. 34. ꝟ. de pœnis.*

h Probationes paratas delator habere debet: neque cogitur is qui delatus eſt, probationes in ſe edere. adde 1. *Harm. 5. §. 2.*

i Nondum tamen damnatus.

k Rei capitis emancipare liberos ſuos poſſunt.

l Imò videtur, *l. 45. ꝟ. eod.*

m Eadem formula eſt, *l. 21. § 4. ꝟ. de arbitr.*

n *l. 20. ꝟ. de his quæ vt indig. l. 1. C. de his quæ vt in dig.*

o Cum fiſco. Fornerius 2. *ſolut.* 24. reprehenſius à Cuiac. 10. *obſ.* 22.

p Tacitam hypothecã priuilegiatã fiſcus hanc habet, vt præferatur creditori anteriori in bonis quæſitis per debitorem poſt obligationem contractam cum fiſco.

q *v. Cui. 15. obſ. 24.*

r *l. 3. ꝟ. eod. l. vlt. ꝟ. de præuaric. l. 2. ꝟ. de bon. eorum,* adde *l. 18. in fi. C. de tranſact.*

ſ vide *l. 38. ꝟ. de incendio.*

t *l. 8. ꝟ. de his quæ vt indignis.*

u *l. 8 ꝟ. eod. l. 46. §. 2. ꝟ. eod.*

x Obſidum bona, hoc eſt, eorum qui nobis dati ſunt ob fides, fiſco cedunt: vt & captiuorum, *vt hic.* Ideóque de his apud nos teſtari non poſſunt, *l. 11. ꝟ. de teſtamentis.* Quod in Gallia ſeruari negat Papon. 3. *Notar.* 6. c. *des lettres de naturalité.* ſi modò in Gallia habeant liberos vel cognatos.

y *l. 36. ꝟ de relig.*

z Togæ Romanæ ius conferri poterat exteris. a v. Cuiac. ad *l. 11. ꝟ. qui teſtam.*

b Toga vti ſolis ciuibus Romanis licuit. Toga Romani hominis certiſsimũ inſigne fuit, *vt hic.* nec ſine crimine aliam Romano homini vel in media Aſia veſtẽ ſumere licebat. Itaque apud Liuium à Q. Fabio in inuidiam eo nomine P. Scipio adducitur, quod in Sicilia palliatus fuiſſet. Idemque cum Rabirio Poſthumo ab aduerſariis obiectum eſſet, accuratam in eo facto purgando, orationem Cicero habuit. Cæterum vſus togæ peregrinis (de quibus dixi in *l. 1. C. de hered. inſt.*) erat interdictus, *Plin. 4. ad Minutium.* Itaque plerunque cõtrouerſia incidebat vtrùm rei cauſam dicere poſſent togati, an verò eos palliatos eſſe oporteret, *Suet Claudio c. 15.* Togæ iure amici populi à Romanis donati: quod & nouæ Carthagini donatum refert Tertull. *lib. de Pallio.* Inde togatæ Galliæ nomen, quam & ad honores adſpiraſſe Tacit. 11. refert: & ſuffragiorum ius in vrbe habuiſſe, Manutius *in Epiſt. ad Atticum* confirmat. Sic & Hiſpaniæ quoſdam populos, iuris Italici factos, togatos ſtolatoſq́; appellatos, Strabo ſcribit *li. 3.* Quo ex more togam regibus amicis etiam mittebant Romani. *Tacit. 16.* Quin & prçtextarum iure peregrini carebant 1. *Macrob. 6.* cum Romani pueri prætextati eſſent. Erant & alia ciuiũ Romanorum priuilegia, de quibus aliàs diximus.

a Ciuitate donat heredes inſtitui poſſunt, *vt hic.* Cur? teſtatorem heredem & teſtes ciues eſſe oportet: adde *Vlp. 20. § 14.* Ex teſtamento ſoli ciues capiebant, *l. 1. ꝟ. ad l. Falcid.* inter ſolos ciues erant nuptiæ, §. 1. *Inſt. de patria poteſtate.* verberibus cędi aut in crucem agi non poterant: aut iniuſſu populi plecti. ſoli ciues militabant in legionibus. Inter ſolos ciues, ſolemnis per nexum abalienatio locum habuit. *Cic. in Topic.* vſucapere, *Cic. 1. off.* honores gerere, ſuffragium ferre, toga vti ſoli ciues poterant. v. Briſſonium 1. *ſelect.* 13.

b *l. 4. l. 29 ꝟ. eod.*

c Iudicem tentãs redimere, licèt effectus nullus ſequatur, punitur, *l. 3. ꝟ. de calumn.*

d Cauſæ fiſcalis tractatio priuatæ antefertur.

e Et legatarius, *l. 39. §. 5. ꝟ. de l. 1. l. 7. ꝟ. de publicanis: l. 5. in fin. ꝟ. de cenſib. l. 1. C. de act. empt.*

f Hoc poſtea remiſſum, *l. 7. C. de cenſib.*

g *l. 1. § 1. l. 11. l. 17 ꝟ. eod. l. 48. in fi. ꝟ. eod.*

h Admittat, *Hal.*

i Delator non videtur, qui propriã cauſam agens alium nominat.

k *v l. 44. ꝟ. eod. v. l. 1. C. ſi plures vna ſententia.*

l *l. 3. ꝟ. eod. l. 50. ꝟ. de his quæ vt indign.*

m Rerum diuerſitas facit legatum obſcurum. Vnde notant, libellum generalem non admitti, vt qui obſcuritatem pariat.

n Vacantium emptor, defũcti actiones excipit, *l. 13. § 9. ꝟ. de her. pet.*

De tacito fideicommiſſo, & de eo qui ſe detulit.

42. *Valens* lib. 5. Fideicommiſſorum.

ARrianus Seuerus præfectus *a* ærarij, cùm eius qui tacitè rogatus fuerat non capienti fideicommiſſum reddere, bona publicata erant: pronuntiauit nihilominus ius deferendi ex conſtitutione *b* Diui Traiani habere eum cui fideicommiſſum erat relictum.

1 ¶ Quia autem nonnulli ingrati aduerſus beneficium *c* Diui Traiani poſt profeſsionem quoque de tacito fidei commiſſo factam, cùm poſſeſſoribus tranſigunt, atque tribus *d* edictis euocati non reſpondent, placuit ſenatui tantum ab eo qui id feciſſet, exigi quantum apud ærarium ex ea cauſa, quam detulerat, remanere oporteret, ſi profeſsionem ſuam impleſſet. & ſi poſſeſſoris quoque fraus apud præfectum conuicta fuiſſet, ab eo quoque quod conuictus inferre debuiſſet exigi.

43. *Vlpianus* lib. 6. Fideicommiſſorum.

IMperator noſter reſcripſit, fiſcum in rem *e* habere actiones ex tacito fideicommiſſo.

De eo qui protegendæ rei ſuæ gratia nuntiat.

44. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

DElator non eſt qui *f* protegendæ *g* cauſæ ſuæ gratia aliquid ad fiſcum nunciat.

De alienatione in fraudem fiſci. 1. *De bonis rei ante ſententiam mortui.* 2. *Eiúſve qui ſibi manus intulit.* 3. *De libertatibus.* 4. *De inſtrumentis, chirographis, & actis.* 9. *De eo qui pro alio ſoluit.* 10. *De dilatione debitoribus fiſci danda.* 11. *De fideiuſſoribus.* 12. *Si plus ſeruatum eſt ex bonis debitoris à fiſco distractis.* 13. *De locatione rei fiſcalis.*

45. *Idem* lib. 5. Sententiarum.

IN fraudem fiſci non ſolùm per donationem, ſed quocunque *h* modo res alienatæ reuocantur. Idemque *i* iuris eſt, & ſi non quæratur: æque "enim" in omnibus fraus punitur. 1 ¶ Bona eorum qui in cuſtodia, vel in vinculis, vel compedibus *k* deceſſerunt, heredibus eorum non auferuntur, ſiue teſtato, ſiue inteſtato deceſſerunt. 2 Eius *l* bona, qui ſibi mortem conſciuit, non ante ad fiſcum coguntur, quàm prius conſtiterit, cuius criminis gratia manus ſibi intulerit.

¶ Eius bona, qui ſibi ob aliquod admiſſum flagitium mortem conſciuit, & manus intulit, fiſco vindicantur. quod ſi id tædio *m* vitæ, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicuius impatientia admiſit, non inquietabuntur, ſed ſuæ ſucceſsioni relinquuntur.

3 ¶ A debitore fiſci in fraudem datas libertates retrahi placuit. Sanè ipſum ita ab alio emere *n* mancipium, vt manumittat, non eſt prohibitum. ergo tunc & libertatem præſtare poſsit. 4 ¶ Ex his bonis, quæ ad fiſcum delata ſunt, inſtrumenta *o* vel chirographa, acta etiam ad ius priuatorum pertinentia, reſtitui poſtulantibus conuenit. 5 ¶ Neque inſtrumenta, neque acta à quoquam aduerſus fiſcum edi *p* oportet.

6 ¶ Ipſe autem fiſcus actorum ſuorum exempla hac conditione edit, vt, (ne) is, cui deſcribendi ſit poteſtas, aduerſus ſe, vel rempublicam his actis vtatur. de quo cauere *q* compellitur, vt ſi vſus is contra interdictum fuerit, cauſa cadat. 7 ¶ Quotiens apud fiſcum agitur, actorũ poteſtas poſtulanda eſt, vt merito iis vti liceat, eaq; manu *r* commentarienſis *ſ* adnotanda ſunt. Quod ſi ea aliter proferantur, is qui ita protulerit, cauſa cadit.

8 ¶ Quotiens iterum apud fiſcum eadem cauſa tractatur, priorum actorum, quorum vſus non fuerat poſtulatus, ex officio recitatio iure poſcetur.

9 ¶ Qui pro alio à fiſco conuentus debitũ exſoluit, non inique poſtulat perſecutionẽ *t* bonorum eius pro quo ſoluit, in quo etiam adiuuari per officium ſolet.

10 ¶ Fiſcalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem *u* negari non placuit. cuius rei æſtimatio ita arbitrio iudicantis conceditur: vt in maioribus ſummis *x* non plus quam "tres menſes: in minoribus verò, non plus quam" duo prorogentur. prolixioris autem temporis ſpatium ab Imperatore poſtulandum eſt. 11 ¶ Si principalis rei bona ad fiſcum deuoluta ſint, fideiuſſores liberantur: niſi *a* fortè minus idonei ſint, & in reliquum non ex ſolutæ quantitatis acceſſerint. 12 ¶ Si plus *b* ſeruatum eſt ex bonis debitoris à fiſco diſtractis, iure ac merito reſtitui poſtulatur. 13 ¶ Conductor ex fundo fiſcali nihil transferre poteſt: nec cupreſsi materiam vendere, vel oliuæ, non ſubſtitutis aliis, cæteráſque arbores pomiferas cædere, & facta eius rei æſtimatione, in quadruplum *c* conuenitur. 14 ¶ Minoribus viginti quinque annis neque fundus neque vectigalia locanda ſunt, ne aduerſus *d* ea beneficio ætatis vtantur.

De eo qui poſt mortem teſtatoris ſuppoſitus declaratus eſt. 1. *De eo qui in fraudem fiſci accepit.* 2. *De his qui in Prouincia adminiſtrant.* 3. *De iure pignoris.* 4. *De compenſatione.* 6. *De eo qui in reatu conſtitutus eſt.* 7. *De actoribus non vendendis.* 8. *De ſeruo Cæſaris hereditatem adeunte.* 9. *Si multi fiſco fraudem fecerint.*

46. *Hermogenianus* lib. 6. Iuris Epitomarum.

AVfertur ei quaſi *e* indigno ſucceſsio, qui cum *f* heres inſtitutus eſſet vt *g* filius, poſt mortem eius qui pater dicebatur, ſuppoſitus declaratus eſt. 1 ¶ Qui aliquid ſciens in fraudem fiſci ſuſcepit, non ſolum rem, in qua fraudis miniſterium ſuſcepit, ſed alterum *h* tantum reſtituere cogitur. 2 ¶ Quod *i* à præſide, ſeu procuratore, vel quolibet alio in ea Prouincia, in qua adminiſtrat, licèt per ſuppoſitã *k* perſonam, comparatum eſt: infirmato contractu vindicatur, & æſtimatio eius fiſco infertur. nam & nauem in eadem Prouincia, in qua quis adminiſtrat, ædificare *l* prohibetur. 3 ¶ Fiſcus ſemper *m* habet ius pignoris. 4 ¶ Qui compenſationem opponit fiſco, intra duos *n* menſes *o* debitum ſibi docere debet. 5 ¶ Vt debitoribus fiſci, quod fiſcus debet, compenſetur *p*, ſæpè conſtitutum eſt, excepta cauſa tributoria, & ſtipendiorum, item pretio *q* rei à fiſco emptæ, & quod ex cauſa annonaria debetur. 6 ¶ In reatu conſtitutus, bona ſua adminiſtrare poteſt *r*, eíque debitor. rectè bona fide ſoluit *ſ*. 7 ¶ Actores *t*, qui aliquod officium gerunt, in bonis, quæ diſtrahunt, procuratores venundare inconſultis principibus prohibentur, & ſi veneant, venditio nullas vires habebit.

8 ¶ Seruus *u* Cæſaris, ſi iuſſu *x* procuratoris adiit hereditatem, Cæſari volenti adquirit.

9 ¶ Si multi fiſco fraudem fecerint, non vt in actione furti, ſinguli ſolidum: ſed omnes *y* ſemel quadrupli pœnam pro virili portione debent. ſanè pro non idoneis, qui ſunt idonei conueniuntur.

Vt prius conueniatur heres quàm poſſeſſor. 1. *De conductore alij locante.*

47. *Paulus* lib. 1. Decretorum.

MOſchis quædam fiſci debitrix ex conductione vectigalis, heredes habuerat: à quibus poſt aditam hereditatem Faria Senilla, & alij prædia emerant. cum conuenirentur *z* propter Moſchidis *a* reliqua, & dicebant *b* heredes Moſchidis idoneos eſſe, & multos alios ex iiſdem bonis emiſſe? æquum putauit Imperator, *prius c heredes conueniri debere*: in reliquum, poſſeſſorem omnem. & ita pronuntiauit.

1 ¶ Æmilius Ptolemæus conduxerat à fiſco poſſeſsionem, eámque paulatim pluribus locauerat maiore quantitate, quàm ipſe ſuſceperat. conueniebatur à procuratoribus Cæſaris *d* in eam quantitatem, quam ipſe perceperit *e*. hoc iniquum, & inutile fiſco videbatur, vt tamen ſuo periculo ipſe eos, quibus locauerat, conueniret. ideóque pronuntiauit, in eam *f* ſolam quantitatem eum conueniri debere, qua ipſe conductor extiterat.

De tacito fideicommiſſo. An fideicommiſſarius præferatur fiſco.

48. *Idem* lib. 2. Decretorum.

STatius Florus teſtamento ſcripto heredis ſui Pompeij tacitæ *g* fidei commiſerat, vt non capienti fundum & certam pecuniæ quantitatem daret, & eo nomine cautionem à Pompeio exigi curauerat, ſe reſtituturum ea, quæ ei per præceptionem dederat. poſtea idem Florus, facto ſecundo teſtamento, & eodem Pompeio & Fauſtino heredibus inſtitutis nullas præceptiones Pompeio dederat. hæc perſona, quæ capere non poterat, ſe detulerat. conſulti Imperatores à procuratoribus, reſcripſerant,

a Præfecti ærarij hic & in *l.15.§.4.* ſ *eod l.8.§.19.* ſ *.de tranſact. l.2. §4.* ſ *. ne quid in loco publico:* (vbi legendũ eſt præfecti ærarij, non eorum) qui & ærarij, in *l.13.* ſ *. eod. l.4. §.20.* ſ *. de fideicom. liber. l.42. ex quib. cauſ. maior.* hoc in vrbe præſtabant quod in Prouincia procuratores Cæſaris. Porrò quod ad ipſum ærarium attinet, Primis temporibus in æde Saturni aſſeruatum conſtat. *Feſtus in Ærarium. Plutarc. Macrob.* quæſtoribus autem mandabatur, *l.2.§.1.* ſ *. de origine iuris.* Sub Auguſto, ſenatus præfectos ærarij eligebat: poſtea ad euitandum crimen ambitus, ipſi præfecti ſorte ducti, *Tacit. 13. Suet. Auguſt. c. 56.* Poſtremò, cura ærarij Pretoribus & Pretoriis demandata. *Sueton. ibid.* Hinc Prætores ærarij apud Frontin. 2. *de aquæduct. Tacit.* 1. Per hos ærarium ad tempora vſque Claudij tractatum commiſſo rurſus ærario Quæſtoribus. *Tacit. 14. Suet. in Claudio* 24. ab eo, Nero ad Præfectos tranſtulit, *Tacit. d. loco.* Veſpaſian. ad Prætores, *Tacit. 20.* vt & Nerua, *l.2. §.32.* ſ *de orig. iur.* Cæterum munus huius Præfecti ſub Imperatoribus, idem fuit quod Quæſtoris in libera Republica 13. *Gell.* 22. Iidem bona vacantia & caduca fiſco colligebant, *l 13. l.15. §.4.* ſ *. eod.* Fiſcales cauſæ apud eos agebantur, *l.2.§.4.* ſ *. ne quid in loco publico, l.12.* ſ *. de his quæ vt indign. l.4* ſ *. de his quæ in teſtamento delentur.* Eorum etiam authoritate & arbitratu de alimentis fiſco ex vltima voluntate debitis tranſigebatur, *l 8 §.10* ſ *. de tranſact.* Apud eundem Præfectum natales profeſsionis fiebant ex conſtitutione D. Marci: *teſte Capitolino.* Fuit & alius Præfectus ærarij militaris ſub Auguſto, *Sueton.* adde *Briſſonium 3. ſelect. 19.*

b *l.13 §.5.* ſ *. eod.* c De quo *v. l.13.* ſ *eod.* d *l.15.§.2.* ſ *. eod.*

e Hinc colligit Accurſius & Bartolus, Heredem propter ſuum delictum, ſtatim perdere dominium. f *l.38. in fi. l.39. in fi.* ſ *. eod.*

g Delator non eſt, qui quaſi poſſeſſor fundi fiſcalis, cùm à Cæſarianis conueniretur, alium poſſeſſorem eſſe adfirmaſſet, quoniam id non tam fiſci quàm ſui ſuæque rei protegendæ cauſa, ſcilicet vt dimitteretur fecit. Vnde ea ex cauſa infamiam non contrahit, etiam ſi eum quem dixit poſſeſſorem, non fuiſſe poſtea liqueat, *l.3. C. de delat.* h *l.11.* ſ *. qui & à quibus manumiſſ.* i Imò aliud, *l.26.* ſ *eod.*

k *l. vlt C. eod. l.2* ſ *. de bon damnat. l.2. C. de bonis eorum qui ante: l.2. C. de bon. eorum.*

l *v. Paul. 5 ſent. 12. §.1.* m *v. l.3. §.4.* ſ *. de bonis eorum qui ante ſententiam.*

n *l.5 C. qui manumittere.* o *l.15. §.5.* ſ *. eod.* p *v. quæ ſcripſi in Authent. ſi quis in aliquo C. de edendo.* q Nota cautionis genus. r Id Galli practici vocant *vidimus.* ſ *v. l.1 §.8. C. de officio P. Prætorio Africæ.* t Adde *l. vlt. C. de priuil. fiſci.*

u *l 33.* ſ *. de vſur.*

x Fiſcalibus debitoribus dilationem petentibus maioribus in ſummis non plus quàm tres menſes; in minoribus non plus quàm duo prorogantur.

a Conductricis fiſci ſcil. b Id eſt, petebant à fiſco vt prius diſcuterentur heredes debitoris fiſci.

c Diſcuſsionis neceſsitas fiſco velut priuatis imminet. In diſcuſsionibus fiſcus eſt melioris conditionis quàm priuatus, adde *tit. C. de conueniendis fiſci debitoribus.*

d Procurator Cæſaris debita fiſcalia exigebat, *l. vlt.* ſ *. de interrogat. in iure,* *tit. de officio procuratoris Cæſaris.*

e Percepiſſet.

f *l.3. C. de fundis rei priuatæ.*

g Tacitè, adde *l.49.* ſ *. eod. l.3.* ſ *. de probat.*

ſi non

ſi non probaretur *a* mutatam voluntatem eſſe, præſtandum fideicommiſſum: atque ita Pompeius condemnatus deſiderabat, onus eſſe id hæreditatis oportere: quia præceptiones non acceperat, nec poſſe videri pro parte in prima voluntate teſtatorem perſeueraſſe: ſed in vniuerſo pronuntiauit, nec teſtamentum prius exſtare, nec ſi dediſſet in primo teſtamento, ex poſteriore peti potuiſſe, niſi petitum eſſet. placuit, quia non probabat ſibi datas præceptiones, ex ſola *b* ſua cautione ſolum fideicommiſſum præſtare debere. 1 ¶ Cornelio Felici mater ſcripta hæres rogata erat reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam, cum hæres ſcripta condemnata eſſet à fiſco, & omnia bona mulieris occuparentur. dicebat Felix, ſe ante *c* pœnam eſſe hoc enim conſtitutum eſt. ſed ſi nondum dies fideicomiſſi veniſſet, quia poſſet prius ipſe mori, vel etiam mater alias res adquirere, repulſus *d* eſt interim à petitione.

De tacito fideicommiſſo, & de eo qui ſe detulit.

49. *Idem*" lib. ſingulari de tacitis fideicommiſſis."

CVm tacitum *e* fideicommiſſum is, cui datum erat, capere ſe nihil poſſe detuliſſet: in quæſtionem venit, dodrantis, an totius aſſis partem dimidiam ex beneficio Diui Traiani recipere debeat. de qua re extat reſcriptum Imperatoris Antonini in hæc verba: Imperator Antoninus Iulio Ruſo. Qui tacitam fidem accõmodauit, vt non capienti reſtitueret hæreditatem, ſi deducta parte quarta reſtituit, nihil retinere, debet. quadrans autem, qui hæredi imponitur ipſius eripiatur, & ad fiſcum transferatur. vnde dodrantis ſemiſſem ſolum capit, qui ſe detulit.

De fructibus.

50. *Idem*" lib. 3. Decretorum."

VAlerius Patroinus *f* Procurator Imperatoris Flauio Stalticio prædia certo pretio addixerat. deinde facta licitatione *g* idem Staltitius recepta ea licitatione obtinuerat, & in vacuam poſſeſſionem inductus erat. de fructibus medio tempore perceptis, quærebatur? Patroinus *h* fiſci eſſe volebat. planè ſi medio tempore inter primam licitationem, & ſequentem adiectionem percepti fuiſſent, ad venditorem pertinere. ſicut ſolet dici, cùm in diem addictio facta eſt, deinde melior conditio allata eſt. nec moueri deberemus, quod idem fuiſſet, cui & primo addicta fuerant prædia, Sed cùm vtraque addictio intra tempus vindemiarum facta fuiſſet, receſſum eſt ab hoc tractatu. itaque placebat fructus emptoris eſſe. Papinianus & Meſſius nouam ſententiam induxerunt, quia ſub colono erant prædia, iniquum eſſe, fructus ei auferri vniuerſos: ſed colonum quidem percipere eos debere: emptorem verò penſionem *i* eius anni accepturum, ne fiſcus colono teneretur, quod ei frui non licuiſſet atque ſi hoc ipſum in emendo conueniſſet. pronuntiauit tamen ſecundum illorum opinionem, quod quidem domino colerentur, vniuerſos fructus habere: ſi verò ſub colono, penſionem accipere *K*. Tryphonino ſuggerente, quid putaret *l* de aridis *m* fructibus, qui ante percepti in prædiis fuiſſent: reſpondit, ſi nondum dies penſionis veniſſet, cum addicta ſunt, eos quoque emptorẽ accepturum.

DE CAPTIVIS *n* ET " DE " poſtliminio *o* & redemptis ab hoſtibus,

TIT. XV.

De eo quod ſeruus captiui acquirit.

1. *Marcellus*" lib. 22. Digeſtorum."

QVOD ſeruus *p* eius, qui ab hoſtibus captus eſt, poſtea ſtipulatus eſt, aut ſi legatum ſit ſeruo eius, poſtea quàm ille ad hoſtes peruenit, hoc habebunt hæredes eius: quia & ſi captiuitatis tempore deceſſiſſet: atquiſitum foret hæredi.

De nauibus. 1. equis. 2. armis. 3. veſtibus.

2. *Idem*" lib. 39. Digeſtorum."

NAuibus *q* longis *r* atque onerariis propter belli vſum poſtliminium eſt, non piſcatoriis *ſ*, aut ſi quas actuarias voluptatis cauſa parauerunt.

1 ¶ Equus *t* item, aut equa freni patiens, recipitur poſtliminio: nam ſine culpa equitis proripere, ſe potuerunt.

2 ¶ Non idem in armis iuris eſt: quippe nec *u* ſine flagitio amittuntur: arma enim poſtliminio reuerti negatur, quod turpiter *a* amittantur.

3. *Pomponius*." lib. 37. ad Quintum Mucium."

ITem veſtis.

De captiuo vel dedito hoſtibus reuerſo.

4. *Modeſtinus*" lib. 3. Regularum."

EOs qui ab hoſtibus capiuntur, vel hoſtibus deduntur, iure poſtliminij reuerti antiquitus placuit.

¶ An qui hoſtibus deditus reuerſus, nec *b* à nobis receptus, ciuis Romanus ſit, inter Brutum & Scæuolam variè tractatum eſt. Et conſequens eſt, vt ciuitatem non *c* adipiſcatur.

De bello & pace. 3. An poſtliminio reuerſus ſit, qui ad ſuos peruenit.

Pomponius" lib 37. ad Quintum Mucium."

POſtliminij ius competit aut in bello *d*, aut in pace *e*.

1 ¶ In bello, cum hi, qui nobis hoſtes ſunt, aliquem ex noſtris ceperunt, & intra præſidia ſua perduxerunt. nam ſi eodem bello is reuerſus fuerit, poſtliminium habet, id eſt perinde *f* omnia reſtituuntur ei iura. ac ſi captus ab hoſtibus non eſſet. antequam in præſidia perducatur hoſtium, manet ciuis. tunc autem reuerſus intelligitur, ſi aut ad amicos *g* noſtros perueniat, aut intra præſidia noſtra eſſe cœpit. 2 ¶ In pace quoque poſtliminium datum eſt. nam ſi cum gente aliqua neque amicitiam *h*, neque hoſpicium *i*, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habemus, hi hoſtes quidem non ſunt. quod autem ex noſtro ad eos peruenit, illorum ſit. & liber homo noſter ab eis captus, ſeruus, & eorum. ¶ Idemque eſt, ſi ab illis ad nos aliquid perueniat, Hoc quoque igitur caſu poſtliminium datum eſt.

3 ¶ Captiuus autem, ſi à nobis manumiſſus fuerit, & peruenerit ad ſuos, ita demum poſtliminio reuerſus intelligitur, ſi malit *K* eos ſequi, quàm in noſtra ciuitate manere. & ideo in Atilio & Regulo, quem Carthaginienſes Romam miſerunt, reſponſum eſt, non eſſe " eum " poſtliminio reuerſum: quia iurauerat *l* Carthaginem reuerſurum, & non habuerat animum Romæ remanendi. Et ideo in quodam interprete Menandro *m*, qui poſteaquam apud nos manumiſſus erat, miſſus eſt ad ſuos non eſt viſa neceſſaria lex, quæ lata eſt de illo, vt maneret ciuis Romanus. Nam ſiue animus ei fuiſſet remanẽdi apud ſuos, deſineret eſſe ciuis: ſiue animus fuiſſe reuertendi, maneret ciuis, & ideo eſſet lex ſuperuacua.

De damnata, deinde à latrunculis capta, & vendita ac redempta.

6. *Idem*" lib. 1. ex variis lectionibus."

MVlier in opus ſalinarum *n* ob maleficium data, & deinde à latrunculis exteræ gentis capta, & iure commercij vendita, ac redempta *o*, in cauſam ſuam recidit. Cocceio autem Firmo centurioni pretium ex *p* fiſco reddendum *q* eſt *r*.

De fœderatis. 1. Qui ſunt populi liberi. 2. De reis ex ciuitatibus fœderatis.

7. *Proculus*" lib. 8. Epiſtolarum."

NOn dubito, quin fœderati *ſ* & liberi nobis externi *t* ſint, non *u* inter nos atque eos poſtliminium eſſe. etenim quid inter nos atque eos poſtliminij opus eſt, cum & illi apud nos & libertatem ſuam, & dominium *x* rerum ſuarum æque, atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant.

1 ¶ Liber autẽ populus eſt is, qui nullius alterius populi poteſtati eſt ſubiectus, ſiue is fœderatus eſt, item ſiue æquo *y* fœdere in amicitiam venit, ſiue fœdere comprehenſum eſt, vt is populus alterius populi maieſtatem comiter *z* conſeruaret *a*. hoc. n. adiicitur, vt

[Notes, left margin of column 1893:]

Fideiuſſore, ſc. ...ll. d. l. 3.
b *adde l. vlt. J. de ſolutionib.*
c *l. 37. J. eod. l. 24. C. de donat. inter virum*
d *l. 21. §. 2. J. de verb. obl.*
e *l. 48. J. eod.*
f Patronus, *vulg.* Patronius, *Hal.*
g *adde l. 6. §. 1. J. de in diem ad. dict.*
h De fiſci aduocato vel patrono dixi *ad l. 3. §. 9. in fin. l. 7. J. eod. & titulo de aduocatis fiſci.*
i Ipſo iure penſiones cedere emptori, vt fructus ſoli, hinc colligunt, *l. 15. §. 10. J. de contrah. empt.* quod de fructibus ad penſionem licitum argumentum ſit l. *vlt. J. ſoluto.* Obſtare tamen videtur lex 13. §. 11. *lex 52. J. de act. empt.* quæ inſinuare videtur, emptori, non aliter penſiones competere, quàm ſi id expreſſè conuentum fuerit. Alij mitiores, putant pro rata temporis penſionem inter venditores & emptorẽ diuidi, *l. 13. §. 14. J. de action. empt.* quod concedi facilè poterit, ſi inter contrahentes conuenit, vt à die contractus habiti penſiones emptori cederent, id euidentius in permutatione fundi cenſuumque cum reditibus annuis ad duodecimum denarium, vt vulgus loquitur conſtitutis, apparet. maiores enim prouentus ex iſtis reditibus quam ex ipſo fundo colliguntur. Ideóque ſi non à die contractus, habiti reditus vltro citróque perciperentur, euidens damnũ eſſet eius, cui reditus cedit. aliàs penſiones, quarũ dies nondũ ceſſit, fructibus ſolo cohærentib. exequari putandum eſt: vt quemadmodũ hi, ſic illæ emptorem ſequantur.
k Accipiet. *Hal.*
l Putarem, *Haloand.*

m Aridi fructus ſunt meſſes, *vt hic Nou. 34. l. 15. C. Th. de ſuſceptorib. l. 1. C. Th. de vſuris, l. oleo 23. & Auth. ad hæc. C. de vſuris.* Porrò de aridis & liquidis fructibus, vide Copum tractatu de fructibus 1. *tit. 4. cap. 12.* n 34. *C. 1.* o 8. *Cod. 51.*
p *leg. 12. §. 1. in fin. l. 22. §. 3. J. eod.* q *adde Ciceronem in Topicis.* Feſtum in verbo poſtliminium: *adde l. 20. §. 1. J. eod.* r Nauium aliæ longæ atque onerariæ, piſcatoriæ, actuariæ, voluptatis cauſa. ſ Nam piſcatoriæ, & voluptuariæ voluptatis cauſa comparatæ bello inutiles ſunt. *v. Cuiac. 21. obſ. 23.*
t *Cicero in Topicis in loco ex notatione.*
u Arma militum non ſine flagitio amittuntur, *adde l. 3. §. 13. J. de re milit.*

[Notes, right margin of column 1894:]

a Arma, quia turpiter amittuntur, poſtliminio non redeunt.
b *adde l. vlt. J. de legationib.*
c Cur ita? *v. dict. l. vlt.* Imò adipiſcitur, vide Ciceronem *oratione pro Cæcinna, in fin.*
d *l. 12. J. eod.*
e *v. §. 2. J. eod.*
f *l. 12. §. 15. l. 16. l. 19. l. 24. J. eod.*
g Confinia fœderatorum attigiſſe, captiuo ſatis eſt, vt poſtliminium conſequatur.
h Gentium differentias obſerua: cum gẽtibus enim habemus amicitiam, vel hoſpicium, vel fœdus, & ſic exterorum alij ſunt nobis amici, hoſpites, fœderati.
i Hoſpitij neceſſitudo olim inter populos quoſdam contrahebatur, quidẽ genus amicitiæ Græci προξενίαν appellant. *v. hic Budæum.*
k Iure poſtliminij non fruitur, qui ei renunciauit.
l *Cic. pro Sextio, & de ſenectute, & 3. de offi:iis.* Captus ſæpe dimittique ſolet cum iuramẽto redeundi: ſi non reuertitur, puniri periurij poteſt. *adde l. 21. J. de negotiis, vide Brunon. tract. de ceſſione bonorum 4. qu. 11.*
m meminit Cicero *oratione pro L. Cornelio Balbo.*
n *v. l. 8. §. 8. J. de pœnis.*
o *l. 12. §. 15. J. eodem.*
p *facit l. 6. in fin. C. de nauicul. l. 11.*
q Emptorem rei alienæ, pretium eius conſequi, hinc colligunt, non obſtante *l. 2. C. de furtis.* dummodo proteſtetur ſe eo animo rem emere, vt eam vero domino aliquando reſtituat. r Imò non eſt, *l. 27. J. eod. l. 23. J. de rei vind. l. 2. C. de furtis.* ſ Fœderati populi qui, vide Ciceronem 1. de *oratore.* Fœderis ineundi formam veterem *v.* apud Suetonium *in Claudio c. 25.*
t externi non ſint. *Hal. Vulg. Bud. hic.*
u Imò inter nos, *Feſtus in voce* poſtliminium. *v. Cuiac. 11, obſ. 23.* x Albinagij ius regibus nullum competere in bonis confœderatorum & ſociorum in ſuo territorio habitantium hinc colligas: quod Gallis ſcitu vtile eſt. propter ius albinagij apud eos receptum. y Fœderatorum alij æquo iure in populi Romani amicitiam veniebant, alij populi Romani maieſtatem comiter obſeruare cogebantur. Liuius 34. Tria ſunt genera fœderum quibus inter ſe paciſcuntur amicitias, ciuitates regeſq. Vnum; cum bello victis dicuntur leges: vbi enim omnia ei qui armis plus poteſt, dedita ſunt, quæ ex iis habere victor, quibus multari eos velit, ipſius ius atque arbitrium eſt. Alterum, cum pares bello, æquo fœdere, in pacem atque amicitiam veniunt: Tunc enim repeti reddique per conuentionem res & ſi quarum turbata poſſeſſio ſit, eas aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriuſque commodo componere ſolent. Tertium genus, cùm qui nunquam hoſtes fuerunt, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe iungendam coeunt, hi neque legem fœderis dicunt, neque accipiunt id enim victoris & victi eſt. z communiter, *Hal.*
a Populus non deſinit eſſe liber, licet ſuperioris alicuius poteſtatem comiter obſeruet. hæc ſententia ſcitu digna liberis Germanorum ciuitatib. ſic olim Aruerni, Sanctones, & Bituriges, erant liberi populi, 4. *Plin.* 19 & Germani teſte Suetonio *in Caligula c. 3.* Libera erant fœderata oppida: ideòque ſine lictoribus à Romanis magiſtratibus viſebantur. eorum legatos vetuit in Orcheſtra ſedere Auguſtus, cùm quoſdam etiam libertini generis mitti deprehendiſſet *Suet. in Auguſto, c. 44.*

intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non vt intelligatur alterum non eſſe liberum: & quemadmodum clientes *a* noſtros intelligimus liberos eſſe, etiam ſi neque auctoritate, neque dignitate, neque (viri boni) nobis *b* (præſunt:) ſic eos, qui maieſtatem noſtram comiter *c* conſeruare *d* debent, liberos eſſe intelligendum eſt. 2 ¶ At fiunt *e* apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus.

De filio & vxore.

8. *Paulus* ‖ lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

NOn *f* vt à patre filius, ita vxor à marito iure poſtliminij recuperari poteſt: ſed tunc, cum & voluerit mulier, & adhuc alij poſt *g* conſtitutum tempus nupta non eſt: quod ſi noluerit, nulla cauſa probabili interueniente pœnis *h* diſcidij tenebitur.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

APud hoſtes ſuſceptus filius ſi *i* poſtliminio redierit, filij iura habet: habere enim eum poſtliminium nulla dubitatio eſt, poſt reſcriptum Imperatoris Antonini, & Diui patris eius ad Ouinium Tertullum præſidem Prouinciæ Myſiæ inferioris.

De pupillari ſubſtitutione.

10. *Papinianus* " lib. 29. Quæſtionum. "

PAter inſtituto impuberi filio ſubſtituerat *k*, & ab hoſtibus captus ibi deceſsit, poſtea defuncto impubere legitimum admitti, quibuſdam videbatur: neque tabulas ſecundas in eius perſona locum habere, qui viuo patre ſui iuris effectus fuiſſet. verùm huic ſententiæ refragatur iuris ratio, quoniam ſi pater qui (non) rediit, iam tunc deceſsiſſe intelligitur, ex quo captus eſt, ſubſtitutio ſuas vires neceſſario tenet.

1 ¶ Si mortuo patre capiatur *l* impubes inſtitutus, vel exhæredatus in promptu eſt dicere, legem Corneliam de tabulis ſecundis nihil locutam eius dumtaxat perſonam demonſtraſſe, qui teſtamenti factionem habuiſſet. Planè captiui etiam impuberis legitimam hæreditatem per legem Corneliam deferri: quoniam *m* verum eſt, ne impuberem ‖ quidem ‖ factionem teſtamenti habuiſſe, & ideo non eſſe alienum, prætorem ſubſequi non minus patris quàm legis voluntatem, & vtiles actiones in hæreditatem ſubſtituto dare.

11. *Idem* " *n* lib. 31. Quæſtionum. "

QVod ſi filius ante moriatur in ciuitate, nihil eſt, quòd de ſecundis tabulis tractari poſsit, ſiue quoniam viuo patre filiusfamilias mori intelligitur: ſiue quoniam non reuerſo eo, exinde ſui iuris videtur fuiſſe ex quo pater hoſtium potitus *o* eſt.

2 ¶ Sed ſi ambo *p* apud hoſtes, & prior pater decedat, ſufficiat, lex Cornelia ſuſtituto, non aliàs, quam ſi apud hoſtes patre defũcto poſtea filius in ciuitate deceſsiſſet.

De bello, pace. 1. De patria vel dominica poteſtate. 2. De his quæ ſunt facti. De vſucapione. 3. De nuptiis à filio captiuo contractis. 4 De vxore captiui. 5. De codicillis in captiuitate factis. 6. De cæteris quæ ſunt iuris. 7. De redemptis ab hoſtibus.

12. *Triphonius* " lib. 4. Diſputationum. "

IN bello poſtliminium eſt, in pace *q* autem his qui bello capti erant, de quibus *r* nihil in pactis erat cõprehenſum, quod ideo placuiſſe Seruius ſcribit, quia ſpem reuertẽdi ciuibus in virtute bellica magis, quam in pace, Romani eſſe voluerunt. verum in pace qui peruenerunt ad alteros, ſi bellum ſubito exarſiſſet, eorum ſerui efficiuntur, apud quos iam hoſtes ſuo facto *ſ* deprehenduntur, quibus ius poſtliminij eſt tam in bello, quàm in pace: niſi fœdere cautum fuerat, ne eſſet his ius poſtliminij. 1 ¶ Si quis capiatur ab hoſtibus, hi, quos in poteſtate habuit, in incerto *t* ſunt, vtrum ſui iuris facti, an adhuc pro filiis familiarum computentur. nam defuncto illo apud hoſtes, ex quo captus eſt, patresfamiliarum: reuerſo, nunquam non in poteſtate eius fuiſſe credentur. ideo & de his, quæ medio tempore adquirunt ſtipulatione, traditione, legato, (nam hæreditate non poſſunt) tractatum eſt vbi non eſt reuerſus, ſi fortè alij, vel in totum, his exhæreditatis teſtamento, vel in partem inſtituti ſunt hæredes: vtrum in hæreditate captiui, quæ lege Cornelia inducitur, an propria *u* ipſorum ſint? quod verius eſt, diuerſúmque in his, quæ per ſeruos *x* adquiruntur merito: quia hi bonorum fuerunt, & eſſe perſeuerant: hi ſui iuris exinde, ſibíque ideo adquiſiſſe intelliguntur.

2 ¶ Facti *a* autem cauſæ infectæ nulla conſtitutione fieri poſſunt. ideo eorum quæ vſucapiebat per ſemetipſum poſsidens *b* qui poſtea nanctus eſt, interrumpitur vſucapio: quia certum eſt, eum poſsidere deſiſſe: eorum verò, quæ per ſubiectas iuri ſuo perſonas poſsidebat, vsúque capiebat, vel ſi qua poſtea peculiari nomine comprehenduntur, Iulianus ſcribit, credi ſuo tempore impleri vſucapionem, remanentibus iiſdem perſonis in poſſeſsionem *c*. Marcellus nihil intereſſe, ipſe poſſediſſet, an ſubiecta ei perſona, ſed Iuliani ſententiam ſequendum. 3 ¶ Medio tempore filius, quem habuit in poteſtate captiuus *d*, vxorem ducere poteſt: quamuis conſentire nuptiis pater eius non poſſet: nam vtique nec diſſentire, ſuſceptus ergo nepos in reuerſi captiui poteſtate, vt redierit, erit, ſuúſque hæres ei quodammodo inuito, cùm nuptiis non conſenſerit. non mirum: quia illius temporis conditio neceſsitáſque faciebat, & publica nuptiarũ vtilitas *e* exigebat. 4 ¶ Sed captiui vxor tametſi maximè velit, & in domo eius ſit, nõ *f* tamẽ in matrimonio eſt. 5 ¶ Codicilli ſi quos in tempore captiuitatis ſcripſerit, non creduntur iure ſubtili confirmati teſtamento, quod in ciuitate fecerat, ſed nec fideicommiſſum ex his peti poteſt: quia non ſunt ab eo facti, qui teſtamenti factionem habuit, ſed quia merum principium eorum in ciuitate conſtituto captiuo factum eſt, id eſt, in teſtamento confirmatio codicillorum, & is poſtea reuerſus eſt, & poſtliminio ius ſuum recepit, humanitatis rationi congruum eſt, eos codicillos ita ſuum effectum habere, quaſi *g* in medio nulla captiuitas interceſsiſſet.

6 ¶ Cætera quæ in iure ſunt poſteaquam poſtliminio redit, pro eo habentur ac ſi nunquam iſte hoſtium potitus *h* fuiſſet. 7 ¶ Si quis ſeruum captum ab hoſtibus redemerit *i*, protinus eſt redimentis, quamuis ſcientis *k* alienum fuiſſe, ſed oblato *l* ei pretio quod dedit, poſtliminio rediiſſe, aut receptus eſſe ſeruus credetur *m*. 8 ¶ Et ſi ignorans captiuum exiſtimans vendentis eſſe redemit: an quaſi vſucepiſſe videatur, ſcilicet ne poſt legitimum tempus offerendi pretij priori domino facultas ſit, videamus. Nam occurrit, quod conſtitutio quæ de redemptis lata eſt, eum redimentis ſeruum facit, & quod meum *n* iam vſucapere me intellegi non poteſt. Rurſum cum conſtitutio non deteriorem cauſam redimentium, ſed ſi quo meliorem effecerit perimi ius bonæ fidei emptoris *o* vetuſtiſsimum, & iniquum, & contra mentem conſtitutionis eſt: ideoque tranſacto tempore, quanto niſi conſtitutio eum proprium feciſſet, vſucapi potuiſſet, nihil ex conſtitutione domini ſupereſſe, rectè dicetur. 9 ¶ Manumittendo *p* autem vtrum deſinit tantum dominus eſſe, & relictus ab eo ſeruus in ius prioris domini redit: an & liberum eum facit, ne præſtatio libertatis dominij fiat tranſlatio? certè apud hoſtes manumiſſus liberatur, & tamen ſi eum nauctus dominus ipſius vetus intra prẹſidia noſtra fuiſſet, quamuis non ſecutum res noſtras, ſed dum eo conſilio veniſſet, vt ad illos reuerteretur, ſeruum retineret iure poſtliminij, quod in liberis aliter erat: non enim poſtliminio reuertebatur niſi qui hoc animo *q* ad ſuos veniſſet, vt eorum res ſequeretur, illoſque relinqueret, à quib. abiiſſet, quia (vt Sabinus ſcribit) de ſua *r* qua ciuitate cuiq; conſtituẽdi facultas libera eſt, non de dominij iure. Verùm hoc non multum onerat præſentem inſpectationem *ſ* quia in hoſtium iure manumiſsio obeſſe ciui noſtro domino ſerui non potuit: at is de quo quæritur lege noſtra, quàm conſtitutio fecit, ciuem Romanum dominum habuit, & an ab eo poſsit libertatem adſequi, tractamus quid enim ſi nunquam ille pretium eius offerat? ſi nec conueniendi eius ſit facultas? liber erit ſeruus, qui nullo merito ſuo poterit à domino libertatem conſequi? quod eſt iniquum, & contra inſtitutum à maioribus libertatis fauorem *t*. Certè & veteri iure, ſi ab hoc, qui ſciens alienum eſſe redemiſſet, alius bona fide emiſſet, vſucapere, ad libertatemq; perducere potuit, & iſto quoq; modo prior dominus, qui ante captiuitatem fuerat, ius ſuum amittebat. "quare" igitur iſte non habet ius manumittendi? 10 ¶ Si ſtatu liber *u* fuerit, antequam ab hoſtibus caperetur, redemptus pendente conditione, ſuam cauſam retinebit. 11 ¶ Quid ergo, ſi ita libertatem acceperat, *ſi decem "millia" dederit*? quæſitum eſt, vnde dare debebit. quoniam & ſi conceſſum eſt ſtatu libero de peculio dare: hoc tamen, quod apud hunc, qui redimit, habet, nu[...] vice illius ſit, quod apud hoſtes quæſiſſet? Vtique, ſi ex re illius, aut[...] ris ſuis quæſitum eſt, ex alia autem cauſa parto *x* peculio poteſt da[...] vt conditioni benignè eum paruiſſe credamus.

22 ¶ Si pignori ſeruus datus fuerat ante captiuitatem, poſt de[...] *y* redemptorem *z* in veterem obligationem reuertitur, & ſi [...] tor obtulerit ei, qui redemit, quando redemptus eſt, habet obl[...] nem, & in propriorem *a* debiti cauſam, & in eam ſumma[...]

a Clientes & vaſalli dominos licet habeant ſuperiores, ſunt tamen liberi. Clientum tamen verbo Prouinciales, vel Italicos populos, qui ſe in clientelam dabant proceribus Romanis, cum Budæo hic intellige.
b Neque viribus nobis pares ſunt, *Haloand.* neq; iure omni pates ſunt, *vulg.*
c Cõmuniter, *Hal.* Comiter obſeruare, eſt obſeruationem non indignã libero populo, ſuperiori exhibere. v. Ciceronem *oratione pro Balbo*, adde Briſſonium 2. *de Formulis.*
d Liuius 8. *de bello Macedonico.* Fuerunt hæ conditiones cum Ætolis: Imperium maieſtatémque populi Romani gens Ætolorum conſeruato ſine dolo, ne quem exercitum, qui aduerſus ſocios amicóſque eorum ducetur per fines ſuos tranſire ſinito, néve illum ope iuuato: eoſdẽ hoſtes habeto quos populus Romanus, armáque in eos ferto,
e Forum ſortiuntur in ciuitate fœderatæ, rei fœderatę delinquentes, *adde l. 3. §. 1. ff. de offic. præſid.*
f *l. 14. §. 1. ff. eo.*
g Hæc verba, *poſt conſtitutum tempus*, Cuiacius *Nouell.* 22. à Triboniano ſubdita eſſe ait.
k Pœnæ diſsidij ſint diuortij næ ſunt, ſi mulier abſque probabili cauſa diſcedit à marito, aut quæ probabilem cauſam diſcedendi marito præbuit, dotem amittit vt & lucra nuptialia, quę maritus ſeruat liberis communibus, ac præterea intra quinquẽnium alij nubere non poteſt, *l. 8. §. 4. C. de repud.*
i *l. 26 ff. eod. l. 6. ff. de ſtatu lib.*
k Subſtitutio pupillaris, verum lege Cornelia confirmetur, vide Cuiacium 15. *obſeruat.* 17.
l *leg. 78. ff. de vulg. & pupill.* m quod verum eſt, *vulg* quod verum non eſt. *Hal.* quamquam verum eſt, *Cuiac. 15. obſ. 17 & ad l. 9. ff. de vſurpat.* n *v. Cuiac. 15. obſ 17.*
o Malè vulgata legit, hoſtium potius eſt: malè etiam Budæus legit, hoſtium poteſtati ſubditus, *v. l. 15. ff. ex quib. cauſ. maior.* dixi ad Feſtum *in Potitus.*
p *l. 29. ff. de vulg.*
q *l. 5. ff. eod.*
r De quibus id inpactis, &c. *Petrus Fab. 1. ſemeſt. 7. Cuiac. 19. obſ. 7.*
ſ Suo pacto, *Haloand. Bud. Hugo à Porta.*
t *l. 22. §. 2. ff eod. §. 5. Inſt. quib. mod. ius patriæ.*
u *v. l. 9. in fin. de caſtrenſi.* x *v. l. 1. ff. eod.*

eum liberauit : quaſi ea obligatione, quadam conſtitutione inducta, vt cū poſterior creditor priori ſatisfacit confirmandi ſui pignoris cauſa : niſi quod in hoc controuerſa res eſt, & poſterior, qui apud nos eſſet prior, quia eum ſeruum, vt apud nos eſſet, efficit, ab eo qui tempore prior fuit, vt infirmiore dimittendus eſt.

13 ¶ Si plurium ſeruus fuerat, & omnium nomine ei qui redimit, reſtitutum pretium erit: in communionem redibit. ſi vnius tantùm, vel quorundam, nec omnium ad eum, eóſve, qui ſoluerunt, pertinebit : ita vt in portione ſua priſtinum ius obtineant *a*, & in parte *b* cæterorum ei, qui redimit, ſuccedant. 14 ¶ Si fideicōmiſſa libertas debita captiuo fuerit, redemptus nondum eam petere poterit, niſi *c* redemptori ſatisfecerit *d*.

15 ¶ Si deportatum ab inſula hoſtes ceperunt, redemptus quibus caſibus redit, in eam *e* cauſam veniet, in qua futurus eſſet, ſi captus non fuiſſet, deportabitur igitur. 16 ¶ Sed ſi in captiuo ſeruo talis præceſſerat cauſa, quæ eius vel ad tempus, vel in perpetuum libertatem impediret: nec redemptione ab hoſtibus mutabitur. veluti ſi in legem *f* Flauiam commiſiſſe eum conſtiterat, vel ita venierat, ne manumitteretur. habebit autem interim ſine pœna ſua, qui redemit. 17 ¶ Ergo de metallo captus, redemptus in pœnam ſuam reuertetur: nec tamen vt transfuga *g* metalli puniendus erit: ſed redemptor à fiſco pretium recipiet *h*, quod etiam conſtitutum eſt ab Imperatore noſtro, & Diuo Seuero.

18 ¶ Si natum ex Pamphila legatum tibi fuerit, túque matrem redemeris *i*, & "ea" apud te pepererit, non videri te, partum ex cauſa lucratiua habere : ſed officio "arbitrióque" iudicis æſtimandum, conſtituto pretio partus, perinde atque ſi quanto matet eſt empta, ſimul & partus veniſſet. Quod ſi iam natū apud hoſtes, (quod eo tempore, quo capiebatur *k*, vtero gerebat) cum matre redimatur ab eodem vno pretio : oblato "tanto", quantum ex pretio, quod pro vtroque vnum *l* datum eſt, æſtimationem contingere partus, & videtur is poſtliminio reuerſus. Multò magis ſi diuerſi emptores vtriuſque extiterint, vel vnius. Sed ſi ſuo quemque pretio redemerit, id offerri pro ſingulis oportebit redemptori, quod hoſti pro quoquo datum eſt, vt ſeparatim quoque poſtliminio reuerti poſſint.

Si nepos ex filio adoptiuo emancipato ab hoſtibus redeat.

13. *Paulus*‖lib. 2. ad Sabinum.‖

SI me tibi adrogandum dediſſem, emancipato me, reuerſum *m* ab hoſtibus filium meum loco nepotis tibi futurum conſtat.

Duæ ſpecies poſtliminij. De filio. 1. Et vxore.

14. *Pomponius* n ‖lib. 3. ad Sabinum.‖

CVm duæ ſpecies poſtliminij ſint, vt aut nos reuertamur, aut aliquid recipiamus, cū filius reuertatur, duplicē *o* in eo cauſam eſſe oportet poſtliminij: & quod pater eum reciperet, & ipſe ius ſuum. 1 ¶ Non *p* vt pater *q* filium, ita vxorem maritus iure poſtliminij recipit, ſed conſenſu redintegratur matrimonium.

An redemptus ab hoſtibus habeat ſuum heredem.

15. *Vlpianus*‖lib. 12. ad Sabinum.‖

SI patre redempto, & ante luitionem defuncto filius poſt *r* mortem eius redemptionis quantitatē offerat, dicendum eſt, ſuum ei poſſe exiſtere. niſi fortè quis ſubtiliùs dicat hunc, dum moritur, quaſi *ſ* iure pignoris finito, nanctum poſtliminium, & ſine obligatione debiti obice, vt poterit ſuum habere. quod non ſine ratione dicetur.

Fictio poſtliminij.

16. *Idem* ‖lib. 13. ad Sabinum.‖

REtro *t* creditur in ciuitate fuiſſe, qui ab hoſtibus aduenit.

De his qui hoſtibus ſe dederunt.

17. *Paulus*‖lib. 2. ad Sabinum.‖

POſtliminio *u* carent qui *x* armis victi hoſtibus ſe dederunt.

Fictio legis Corneliæ.

18. *Vlpianus*‖lib. 35. ad Sabinum.

IN omnibus partibus iuris is, qui reuerſus non eſt ab hoſtibus, quaſi tunc *y* deceſſiſſe videtur, cū captus eſt.

Definitio & ratio poſtliminij. 1. De induciis. 2 De captis à piratis aut latronibus. 3. Quid ſit poſtliminio rediiſſe. 4. De transfugis. 9. De redempto ab hoſtibus. 10. Quibus eſt poſtliminium.

19. *Paulus*‖lib. 15. ad Sabinum.‖

POſtliminium *z* eſt ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituēdæ, inter nos ac liberos *a* populos, regéſque, moribus, legibus, conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam citra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere. Idque naturali *b* æquitate introductū eſt, vt qui iniuriā ab extraneis detinebatur, is vbi in fines ſuos rediiſſet, priſtinū ius ſuum reciperet. 1 ¶ Induciæ ſunt, cùm in breue, & in præſens tempus conuenit, ne inuicem ſe laceſſant, quo tempore non eſt poſtliminium. 2 ¶ A piratis *c* aut latronibus capti, liberi permanent.

3 ¶ Poſtliminio *a* rediiſſe videtur, cùm in fines noſtros intrauerit, ſicuti amittitur, vbi fines noſtros exceſſit. Sed & ſi in ciuitatem ſociam amicámve, aut ad regem ſocium, vel amicum venerit, ſtatim poſtliminio rediiſſe videtur: quia *b* "ibi primùm nomine publico tutus eſſe incipiat. 4 ¶ Transfugæ *c* nullum poſtliminiū eſt. nam qui malo conſilio & proditoris animo patriam reliquit, hoſtium numero habendus eſt. Sed *d* hoc in libero transfuga iuris eſt, ſiue fœmina, ſiue maſculus ſit.

5 ¶ Si verò ſeruus *e* transfugerit ad hoſtes: quoniam & cùm caſu captus eſt, dominus in eo poſtliminium habet rectiſsimè dicitur, etiam ei poſtliminium eſſe : ſcilicet vt dominus in eo priſtinum ius recipiat, ne contrarium ius non tam ipſi iniurioſum ſit, qui ſeruus ſemper permanet, quàm domino damnoſum conſtituatur. 6 ¶ Si ſtatuliber *f* transfuga reuerſus ſit, exiſtente conditione, poſtquam rediit, liber efficitur.

¶ Diuerſum eſt, ſi conditio extitiſſet, dum apud hoſtes eſt in eo enim caſu neque ſibi reuerti poteſt, vt liber ſit: neque heredi in eo ius poſtliminij eſt. quia non poteſt queri *g*, cùm nullum damnum patiatur, libertate iam obtingente, ſi non impediret, quod transfuga factus eſt. 7 ¶ Filius quoque familias *h* transfuga non poteſt poſtliminio reuerti, neque viuo patre : quia pater ſic illum amiſit, quemadmodum patria: & quia *diſciplina* i *caſtrorum antiquior* k *fuit parentibus Romanis, quam caritas* l *liberorum.* 8 ¶ Transfuga *m* autem non is ſolus accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit: ſed & qui per induciarum tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit.

9 ¶ Si is qui emat *n* ab hoſtibus, pluris alij ius pignoris, quod in redempto habet, ceſſerit: non eam quantitatem, ſed priorē redemptus reddere debet, & emptor habet actionem aduerſus eum, qui vendidit ex empto.

10 ¶ Poſtliminium hominibus eſt, cuiucumſque *o* ſexus, conditionísve ſint. Nec intereſt liberi, an ſerui ſint. nec enim ſoli poſtliminio recipiuntur, qui pugnare poſſunt, ſed omnes homines, qui eius naturæ ſunt, vt viui eſſe vel conſilio, vel aliis modis poſſint.

Si captiuus cum poſſet non rediit. 1. De agris publicandis vel non. 2. De redemptione.

20. *Pomponius*‖lib. 36. ad Sabinum.‖

SI captiuus, de quo in pace cautum fuerat, vt rediret, ſua voluntate *p* apud hoſtes manſit: non eſt ei poſtea poſtliminium. 1 ¶ Verum eſt, expulſis hoſtibus ex agris *q* quos ceperint, dominia eorum ad priores *r* dominos redire, nec aut publicari, aut prædæ loco cedere. publicatur *ſ* enim ille ager, qui ex hoſtibus captus ſit.

2 ¶ Redemptio facultatem redeundi *t* præbet, non ius poſtliminij mutat.

De ingenua redempta vel publicè recuperata, & liberis ex ea ſuſceptis. 1. De ciuilibus diſſenſionibus.

21 *Vlpianus* "lib. 5. Opinionum."

SI quis ingenuam *u* ab hoſtibus redemptam eo animo ſecum habuerit, vt ex ea ſuſciperet liberos, & poſtea ex ſe natum ſub titulo naturalis filij cum matre manumiſerit: ignorantia mariti eiuſdémque patris, neque ſtatui eorum, quos manumiſſe viſus eſt, officere debet, & exinde intelligi oportet remiſſum matri pignoris vinculum, ex quo de ea ſuſcipere liberos optauerat. ideóque eam, quæ poſtliminio reuerſa, erat libera & ingenua, ingenuum peperiſſe conſtat. Quod ſi publicè præda virtute *x* militum recuperata, nulli pretium matris pater numerauerit: protinus poſtliminio reuerſa, non cum domino, ſed cum marito fuiſſe declaratur.

a *l. 5. §. 6. ꝟ. eod.*

b Poſtliminio rediiſſe ad nos intelligitur, qui ad eum locum peruenit vbi nomine publico tutus eſſe incipit.

c §. 8. ꝟ. eo. Eclog. *ibid. c. 16. 19 in fi. Cod. cod. l. 14. ꝟ. ex quibus cauſis maiores: l. 51. ꝟ. de acquir. rer.*

d Transfugæ poſtliminij ius non habent, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint.

e *Eclog. ibid.*

f *Eclog. ibid. l. 12. §. 16. §. eod.*

g l. conqueri.

h *v. l. 5. §. 1 ꝟ. de capite minutis.*

i Diſciplina caſtrorum antiquior Romanis, caritate liberorum decus & ſtabilimentum Romani Imperij præcipuum : in eius ſinu ac tutela, ſerenus tranquillúſque beatæ pacis ſtatus adquieſcit, vide exempla varia apud *Valer 2. cap. 2.* non tantùm parentibus : ſed & patriæ naſcimur, *l. 1. § 15. in fi. ꝟ. de ventre in poſſ.*

k *l 3. §. 5. ꝟ. de muneribus.* non tempore, ſed authoritate.

l Charitas, *Hal.*

m *v. l. 51. §. de adquir. rer. dom.*

n Emerat, *vulg. Haloand.*

o *Ecl. ibid. c. 15.*

p *l. 29. in fin. Cod. eodem.*

q adde *l. 2. ꝟ. eod.*

r v. quæ ſcripſi ad *l. 12. §. 7. ꝟ eod.*

ſ Ager qui ab hoſtibus per nos capitur, publicatur, id eſt, publicus fit, ſeu populi Romani. Nam lege belli, agri qui ab hoſtib. capiuntur, capientis fiunt, *vt hic Liuius 3. Cicero 5 Verrina, Flaccus de conditionib. agrorum. Higenus de limitibus.* Huiuſmodi agrorum alios in victorem populum partiebantur : alios per quæſtores, laterculi, limitibúſque actis diuiſos vendebant: alios militibus in præmium adſignabant : alios per Cenſores locabant : aliis certum vectigal imponebant, quod ſtipendiarium dicebatur. Qui agri tributum quotannis populo pendebant, *prædia tributaria ſtipendiariaque* dicebantur: quorum dominium ad populum Romanum, pleniſſimum verò fruendi ius ad prouinciales ipſos pertinuiſſe Bheophilus notat, *§. per traditionem Inſtit. de rerum diuiſ.* Ad inſtar Romanæ vrbis reliquæ ciuitates ac municipio, vectigales ſuos agros habuerunt: quos vel ad tempus, vel in perpetuum municipes locabant, dominio apud ſe manente, ſolum ius fruendi in conductores transferentes, *l. 1. ꝟ. ſi ager vectigal. & : l ſi finita 15. §. ſi de vectigalib. 26. ꝟ. de damno: l. ſi domus 71. §. vlt ꝟ de legat. 1.* Horum prædiorum conditio erat, vt eorum prouinciales neque eſſent, neque eſſe poſſent ex iure Quiritum domini : ſed ea tantùm in bonis haberent. Proprietas enim idcirco ad prouinciales non pertinebat, quod ea prædia victor populus in dominium ſuum redegiſſet : pertinere verò idcirco non poterant, quia nec mancipatione ea abalienari, nec vſucapi, cùm iuris Italici non eſſent, poterant, quibus modis legitimum, & ex iure Quiritum dominium contingebat, *l. vn. C. de vſucap. transfor. Inſt. de vſucap. §. per traditionem Inſt. de rer. diuiſ. vide Briſſon. 4. ſelect 1. Cuiac. 19. obſeru. 17.*

t Reluendi, *Vigelius lib. 50. Digeſt. fol. 376. num. 39. argum. l. 2. C. eod.* hoc ſenſu: Redemiſti me ab hoſtibus? poſſum me quandocunque reluere. An res ea ius poſtliminij mihi admitti? Minimè: Statim. n. atque me redemero ius poſtliminij conſequar.

u *Eclog. ibid. c. 18. l. 2. l. 8. C. eod.*

x *l. 12. C. eod.* id eſt, fortitudine. dixi Nouella 69.

4 ¶ Et Neronis quidem temporibus Trebellio Maximo & Annæo Seneca conſulib. a, ſenatuſconſultum factum eſt b: quo cautum eſt, vt ſi hæreditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes actiones, quæ iure ciuili hęredi, & in hęredem competerent, ei & in eum darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hęreditas c. Poſt quod ſenatuſconſultum prætor vtiles actiones ei, & in eum qui recepit hęreditatem, quaſi hęredi, & in hęredem dare cœpit.

5 ¶ Sed quia hęredes ſcripti, cùm aut totam hęreditatem, aut penè totam plerumque reſtituere rogabantur, adire hęreditatem ob nullum vel minimum lucrum recuſabant, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: poſtea Veſpaſiani, Auguſti temporibus, Pegaſo & Puſione conſulibus d, ſenatus cenſuit: vt ei qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex ſingulis quoque rebus quæ per fideicommiſſum relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt.

¶ Poſt quod ſenatuſconſultum ipſe hęres onera hęreditaria ſuſtinebat: Ille autem qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hęreditatis, legatarij partiarij loco erat. id e eſt, eius legatarij, cui pars bonorum legabatur, quę ſpecies legati, *partitio* f vocabatur: quia cum hęrede legatarius partiebatur hęreditatem. Vnde quę ſolebant ſtipulationes inter g hęredem & partiarium ‖ legatarium interponi h: eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hæreditatem: & hæredem, id i eſt, vt lucrum & damnum hæreditarium pro k rata parte inter eos commune eſſet.

6 ¶ Ergo ſiquidem non plus, quàm dodrantem hęreditatis ſcriptus hęres rogatus ſit reſtituere: tunc ex Trebelliano SC. reſtituebatur hæreditas, & in vtrumque actiones hæreditariæ pro rata parte dabantur: in hæredem quidem iure ciuili: in eum verò, qui recipiebat hęreditatem, ex SC. Trebelliano tanquam in hæredem. At ſi plus, quàm dodrantem, vel etiam totam hæreditatem reſtituere rogatus eſſet: locus erat Pegaſiano SC. & hęres qui ſemel adierat hæreditatem (ſi modò l ſua voluntate adierat) ſiue retinuerat quartam partem, ſiue retinere noluerat: ipſe vniuerſa onera hęreditaria ſuſtinebat. Sed quarta quidem retenta, quaſi partis, & m pro parte ſtipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium & hæredem: ſi verò totam hæreditatem reſtitueret, emptæ & venditæ hæreditatis ſtipulationes interponebantur. Sed ſi recuſabat ſcriptus hęres adire hæreditatem ob id, quòd diceret eam ſibi ſuſpectam eſſe, quaſi damnoſam: cauebatur Pegaſiano SC. vt deſiderante eo cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu prætoris adiret n, & reſtitueret hęreditatem, perindéque ei & in eum qui reciperet hæreditatem, actiones darentur, ac iuris eſt ex Trebelliano SC. quo caſu nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul & huic qui reſtituit, ſecuritas ſtatus, & actiones hęreditarię *ei* & o *in eum* transferuntur, qui recipit hęreditatem, vtroque Senatuſconſ. in hac ſpecie concurrente.

7 ¶ Sed quia ſtipulationes ex SC. Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicuerunt, & quibuſdam caſibus captioſas p eas homo excelſi ingenij Papinianus appellat, & nobis in legibus magis ſimplicitas q, quàm difficultas placet: ideo omnib. nobis ſuggeſtis tam ſimilitudinibus quàm differentiis vtriuſque ſenatuſconſulti: * placuit, exploſo SC. Pegaſiano, quod poſtea ſuperuenit, omnem auctoritatem Trebelliano SC. præſtare, vt ex eo fideicommiſſariæ hæreditates reſtituantur: ſiue habeat hæres ex voluntate teſtatoris quartam r, ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus: vt tunc quando vel nihil, vel minus, quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deeſt, ex noſtra auctoritate retinere, vel repetere ſolutum ſ, quaſi ex Trebelliano SC. pro rata portione actionibus, tam in hęredem, quàm in fideicommiſſarium competentibus t. ſi verò totam hęreditatem ſponte reſtituerit: omnes hæreditariæ actiones fideicommiſſario, & aduerſus eum competant. Sed etiam id, quod præcipuum Pegaſiani ſenatuſconſulti fuerat, vt quando recuſaret hęres ſcriptus ſibi datam hęreditatem adire, neceſſitas u ei imponeretur totam hęreditatem volenti fideicommiſſario reſtituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hoc transpoſuimus ad SC. Trebellianum, vt ex hoc ſolo neceſſitas hęredi imponatur, ſi ipſo nolente adire, fideicommiſſarius x deſideret reſtitui ſibi hæreditatem, nullo nec damno, nec commodo apud hæredem remanente.

8 ¶ Nihil autem intereſt, vtrum aliquis ex aſſe hęres inſtitutus, aut totam a hęreditatem, aut pro parte reſtituere rogatur: an ex parte hęres inſtitutus, aut totam eam partem, aut partem partis reſtituere rogatur. Nam & hoc caſu eadem obſeruari præcipimus, quæ in totius hæreditatis reſtitutione diximus.

9 ¶ Si quis vna b aliqua re deducta, ſiue pręcepta, quę quartam continet (veluti fundo, vel alia re) rogatus ſit reſtituere hęreditatem: ſimili modo ex Trebelliano SC. reſtitutio fiet, perinde ac ſi quarta parte retenta, rogatus eſſet reliquam hęreditatem reſtituere c. ſed illud d intereſt, quod altero caſu, id eſt, cùm deducta, ſiue pręcepta aliqua re, reſtituitur hęreditas, in ſolidum ex eo ſenatuſconſulto actiones transferuntur: & res quæ remanet apud hęredem, ſine vllo onere hęreditario apud eum remanet, quaſi ex legato ei adquiſita: altero verò caſu, id eſt, cum quarta parte retenta rogatus eſt hęres reſtituere hęreditatem, & reſtituit; ſcinduntur e actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommiſſarium, pro quadrante remanent apud hęredem. Quin etiam licèt vna re aliqua deducta, aut pręcepta, reſtituere aliquis hęreditatem rogatus ſit, in qua maxima pars hęreditatis contineatur: ęquè in ſolidum transferuntur actiones, & ſecum deliberare debet is, cui reſtituitur hęreditas, an expediat ſibi reſtitui. Eadem ſcilicet interueniunt, & ſi duabus pluribúſve deductis pręceptíſve rebus, reſtituere hęreditatem rogatus ſit. Sed & ſi certa ſumma deducta pręceptáve, quę quartam vel etiam maximam partem hęreditatis continet, rogatus ſit aliquis hęreditatem reſtituere: idem iuris eſt. Quæ " autem " diximus de eo, qui ex aſſe inſtitutus eſt: eadem transferimus & ad eum, qui ex parte hęres ſcriptus eſt.

10 ¶ Preterea inteſtatus f quoque moriturus, poteſt rogare eum, ad quem bona ſua, vel legitimo iure, vel honorario, pertinere intelligit: vt hęreditatem ſuam totam, partémve eius, aut rem aliquam (veluti fundum, hominem, pecuniam) alicui reſtituat, cùm alioqui legata, niſi ex teſtamento, non valeant.

11 ¶ Eum quoque cui aliquid reſtituitur, poteſt rogare, vt id rurſum alij aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud reſtituat.

12 ¶ Et quia prima fideicommiſſorum cunabula a fide hęredum pendent, & tam nomen, quàm ſubſtantiam acceperunt: ideo diuus Auguſtus ad neceſſitatem iuris ea retraxit. Nuper & nos eundem principem ſuperare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentiſſimus exquęſtor ſacri palatij ſuggeſſit, conſtitutionem g fecimus: per quam diſpoſuimus, ſi teſtator fidei hęredis ſui commiſit, vt vel hęreditatem, vel ſpeciale fideicommiſſum reſtituat, & neque ex ſcriptura, neque ex quinque teſtium numero (qui in fideicommiſſis legitimus eſſe noſcitur) poſſit res manifeſtari, ſed vel pauciores quàm quinque, vel nemo penitus teſtis interuenerit: † tunc ſiue pater hęredis, ſiue alius quicunque ſit, qui fidem hęredis elegerit, & ab eo reſtitui aliquid voluerit: ſi hęres perfidia tentus adimplere fidem recuſat, negando rem ita eſſe ſubſequutam, ſi fideicommiſſarius iuſiurandum ei detulerit h, cùm prius ipſe de calumnia iurauerit: neceſſe eum habere vel iuſiurandum ſubire, quod nihil tale a teſtatore audiuerit, vel recuſantem ad fideicommiſſi vel vniuerſalis, vel ſpecialis ſolutionem coarctari, ne depereat vltima voluntas teſtatoris fidei hęredis commiſſa. Eadem obſeruari cenſuimus, & ſi à legatario vel fideicommiſſario aliquid ſimiliter relictum ſit. Quod ſi is, à quo relictum dicitur, ‖ poſtquam negauerit, ‖ confiteatur quidem aliquid à ſe relictum eſſe, ſed ad legis ſubtilitatem recurrat, omnino ſoluere cogendus eſt.

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMMISSVM relictis.

TIT. XXIV.

Summa. 1. Quæ relinqui poſſunt. 2. De libertate. 3. De verbis fideicommiſſorum.

POTEST tamen quis etiam ſingulas res per fideicommiſſum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, veſtem, " & " pecuniam numeratam: & vel ipſum hęredem rogare, vt alicui reſtituat, vel legatarium, quamuis à legatario legari non poſſit †.

1 ¶ Poteſt autem non k ſolùm proprias res teſtator per fideicommiſſum relinquere, ſed & hęredis, aut legatarij, aut fideicommiſſarij, aut cuiuſlibet alterius. Itaque & legatarius l, & fideicommiſſarius non ſolum de ea re rogari poteſt, vt eam alicui reſtituat, quæ ei relicta ſit: ſed etiam de alia, ſiue ipſius, ſiue aliena ſit. ¶ Hoc ſolùm obſeruandum eſt, ne plus quiſquam rogetur alicui reſtituere m, quàm ipſe ex teſtamento ceperit, nam quod amplius eſt, inutiliter relinquitur. ¶ Cum n autem aliena res per fideicommiſſum relinquitur, neceſſe eſt ei o qui rogatus eſt, aut ipſam redimere & præſtare; aut æſtimationem p eius ſoluere.

a ſuffectis ex Kal. Iuliis anno vrbis 81 .Nec enim Seneca ordinarius conſul, *Auſonius in Panegyric.*
b *l. 1. ff. eo.*
c ne reſtituenti fides ſua damnoſa fieret. *Paul. 4. ſent. 1.*
d quos ſuffectos eſſe conſtat, cum non reperiatur in faſtis.
e Partiarius legatarius dicebatur is, cui pars bonorum legabatur.
f *v. Vlp. 25. §. 15.* de partitionis legato, *v. l. 164. §. de verb. ſign.*
g *Vlp. illo loco.*
h alioquin is qui hæres non eſt mero iure, ad onera hæreditatis non tenebatur.
i Partis & pro parte ſtipulationes hæ dicebantur, quæ de lucro & damno communicando ſolebant interponi inter hæredem & legatarium: *Vlp. illo loco.* quod poſtea extenſum eſt ad hæredes & fideicommiſſarios, *vt hic. Paulus 4. ſent 3. §. 1.* id ita exprimit, inter hæredem, inquit, & fideicommiſſarium, cui ex Pegaſiano hæreditas reſtituitur, partis, & pro parte ſtipulatio interponitur: vt hæredi inſtituto pro quarta actiones, pro cæteris vero portionibus fideicommiſſario competant.
k *Paul. 4. c. 3. §. 1. l. 2. C. eo.*
l i. ſponte, *l. 45. ff. eodem.*
m i. quæ de damno & lucro communicando interponebantur.
n *l. 4. in pr. ff. eo. l. 17. ſi quis omiſſa.*
o *l. 27. §. qui ex Trebell. ad Treb.*
p Creditorib. ſc. ſed hæredi præſertim, qui poſt ſtipulationes interpoſitas inter eum & fideicommiſſarium, à creditoribus & legatariis conueniebatur, *l. 2. l. debitor. C. de pactis: l. 2. C. de hæreditate vendita adde Nou. 1. c. 1. & 39. in prin.*
q *§. 3. I. de legi. adgnat. ſucceſſ.*
r Variæ ſunt quartæ, vt legitima, Falcidiana, Trebellianica, filij arrogati, concubinæ (de qua *Nou. 74. c. 3.*) Vxoris pauperis, in bonis mariti locupletis. *Nou. 117. c. 5.*
ſ Ignorantia facti *l. 68. in fi. ff. eo. l. 9. C. ad leg. Falc.* Qui totam hæreditatem reſtituit, cùm quartam retinere ex Pegaſiano debuiſſet, repetere eam non poteſt. Nec enim indebitum ſoluiſſe videtur, qui plenam fidem defuncto præſtare maluit. *Paul. 4. ſent. 3. §. vlt.*
t poſt hæreditatem reſtitutam, retenta quarta, nondum ære alieno ſoluto.
u *l. 11. §. 3. ff. de leg. 3.*
x capax fideicommiſſi & quidem vniuerſalis, qui cauet hæredi de ſarciendo damno aditæ hæreditatis.

a *Vlp. 25. §. 15.*
b *v. l. 13. l. 14. ff ſi quis omiſſa.*
c *v. l. 30. §. multum intereſt ff. eo.*
d *l. 3. C. de ſent. paſſis: l. pen. C. de hæredibus inſt. l. ſi legatus 30. §. multum 3 ff. ad Treb.*
e interdum tamen in ſolum fideicõmiſſarium datur actio l. 13. §. *idem erit. de petit. hær.*
f etiam ab inteſtato fideicõmiſſa relinqui poſſunt. *l. 1. § hoc autem l. 78. in pr. ff. eo. l. 3. C. eo. Vlp. 25. §. 4. l. 15. ff. de inoff. l. 114. §. 2. de leg. 3. l. 89. §. Lucius de leg. 2. l. 4 C. de codicill. § 1. in pr. I. de codicillis.*
g *l. vlt. C. de fide comm.*
† his verbis, omnibus vltimarum voluntatum iuribus derogare videtur quæ requirunt (quam minimum) quinque teſtes, *l. vlt. in fi. C. de codicill.*
h Iuſiurandum qui defert, prius iurare debet de calumnia, *l. 34. §. § de iureiur.*
i *l. 5. § 1. de leg. 3.*
† iure veteri, hodie ſecus, *v. l. 2. in fi. C. com. de leg.*
k Tam noſtras res quam alienas per fideicommiſſum relinquere poſſumus. *Paul. 4. ſent. 1. §. 7* Alienas, i. ipſius hæredis, legatarij, extranei. *2. Caius 8. §. 5.*
l *l. 50. ff. de leg. 2.*
m *v. l. 1. §. ſi is qui ff. ad Treb.*
n *2. Caius 7. §. 7.* Res noſtræ per fideicommiſſum relictæ, ſtatim alienæ, æſtimatæ aut redẽptæ præſtantur. *Paul. 4. ſent. 1 §. 8.*
o hoc eſt ei vel legatario. *Caius d. §. 7.*
p id eſt, pretium eiuſdem rei quantum ęſtimata fuerit, *d. §. 7.*

1 ¶ In ciuilibus diſſenſionibus, quamuis ſæpe per eas reſpublica lædatur, non tamen in exitium reipublicæ contenditur: qui in alterutras partes diſcedent, vice hoſtium non ſunt eorum, inter quos iura captiuitatiũ, aut poſtliminiorum fuerint. & ideò *a* captos, & venumdatos, poſteáq; manumiſſos placuit ſuperuacuo *b* repetere à Principe ingenuitatem, quam nulla captiuitate amiſerant.

Ad legem Corneliam de bonis eius qui apud hoſtes deceßit. 1. De adquiſitis per ſeruum. 2. Vel filium captiui. 3. De peculio. 4. De teſtamento eius qui apud hoſtes deceßit.

22. *Iulianus* lib. 62. Digeſtorum.

BOna eorum, qui in hoſtium poteſtatem peruenerint, atque ibi deceſſerint, ſiue teſtamenti factionem habuerint, ſiue non habuerint, ad eos pertinent, ad quos pertinerent, ſi in poteſtatem hoſtium non perueniſſent. idémque ius in eadem cauſa omnium rerum iubetur eſſe lege Cornelia *c*, quæ futura eſſet, ſi hi, de quorum hereditatibus & tutelis conſtituebatur, in hoſtium poteſtatem non perueniſſent. 1 ¶ Apparet ergo, eadem omnia pertinere ad heredem eius. quæ ipſe, qui hoſtium potitus *d* eſt, habiturus eſſet, ſi *e* poſtliminio reuertiſſet: porrò quæcunque ſerui *f* captiuorum ſtipulantur, vel accipiunt, adquiri dominis intelligũtur, cum poſtliminio redierint. quare neceſſe eſt, etiam ad eos pertineãt, qui ex lege Cornelia hereditatem adierint. Quòd ſi nemo ex lege Cornelia heres extiterit, bona publica fient. Legata quoque ſeruis eorum præſenti *g* die, vel ſub cõditione ad heredes pertinebunt. Itẽ ſi ſeruus ab externo heres inſtitutus fuerit, iuſſu heredis captiui adire poterit. 2 ¶ Quod "ſi" filius eius, qui in hoſtium poteſtate eſt, accipit aut ſtipulatur: id patre prius, quãm poſtliminio rediret, mortuo *h*, ipſi adquiſitum intelligitur. & ſi viuo patre deceſſerit, ad heredem patris pertinebit. nã ſtatus hominum, quorum patres in hoſtium poteſtate ſunt, in pendenti *i* eſſet: reuerſo quidem patre, exiſtimatur nunquam ſuæ poteſtatis fuiſſe: mortuo, tunc paterfamilias fuiſſe, cum pater eius in hoſtium poteſtatem perueniret. 3 ¶ Quæ peculiari nomine ſerui *k* captiuorum poſſident, in ſuſpenſo ſunt. nam ſi domini poſtliminio redierint, eorum facta intelliguntur. ſi ibi deceſſerint, per legem Corneliam ad heredes eorum pertinebunt. 4 ¶ Si quis cum prægnãtem *l* vxorem haberet, in hoſtium poteſtatem peruenerit, nato deinde filio, & mortuo, ibi deceſſerit: eius teſtamentum nullum eſt, quia & eorum, qui in ciuitate manſerunt, hoc caſu teſtamenta rumpuntur.

De nepote reuerſi poſtliminio.

23. *Idem* lib. 69. Digeſtorum.

SI quis prægnate vxore relicta, in hoſtium poteſtatem peruenerit, mox natus filius eius, vxore ducta, filium vel filiam procreauerit, at tunc poſtliminio auus reuerſus *m* fuerit: omnia iura nepotis nomine perinde capiet, ac ſi filius natus in ciuitate fuiſſet.

Differentia hoſtium, latrunculorum, prædonum.

24. *Vlpianus* lib. 1. Inſtitutionum.

HOſtes *n* ſunt, quibus bellum publicè populus *o* Romanus decreuit, vel ipſi populo, ceteri *p* latrunculi vel prædones appellantur. Et ideo qui à latronibus *q* captus eſt, ſeruus latronum non eſt, nec poſtliminium illi neceſſarium eſt. ¶ Ab hoſtibus "autem" captus (vt putà à Germanis & Parthis) & ſeruus *r* eſt hoſtium, & poſtliminio *ſ* ſtatum priſtinum recuperat.

De natis apud hoſtes.

25. *Marcianus* lib. 14. Inſtitutionum.

DIui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: ſi vxor cum marito ab hoſtibus capta fuerit, & ibidem ex marito *t* enixa ſit, ſi reuerſi fuerint, iuſtos eſſe & parentes & liberos, & filium in poteſtate patris, quemadmodum iure poſtliminij reuerſus ſit. quod ſi *u* cum matre ſola reuertatur: quaſi ſine marito natus, ſpurius habebitur.

Quid ſit poſtliminio rediiſſe.

26. *Florentius* lib. 6. Inſtitutionum.

NIhil intereſt, quomodo captiuus reuerſus eſt: vtrũ dimiſſus, an vi *x* vel fallacia poteſtatem hoſtium euaſerit ita tamen, ſi ea mente *y* venerit, vt non illò reuerteretur. nec enim ſatis eſt corpore domum quem rediiſſe, ſi mente *z* alienus eſt. ¶ Sed & qui victis hoſtibus recuperentur *a*, poſtliminio rediiſſe exiſtimãtur.

De ſeruo ſurrepto deinde capto recuperato, vendito.

27. *Iauolenus* lib. 9. ex poſterioribus Labeonis.

LAtrones tibi ſeruum eripuerant, poſtea is ſeruus ad Germanos *b* peruenerat. inde in bello victis, Germanis, ſeruus venierat. negant *c* poſſe vſucapi eum ab emptore Labeo, Ofilius, Trebatius: quia verum eſſet *d*, eum ſubreptum eſſe *e*: nec quod hoſtium fuiſſet, aut poſtliminio rediſſet, ei rei impedimento eſſe.

a v. l. 4. C. de ingenuis.
b l. 24. ff. eod.
c l. 28 ff. de vulg. l. 1. ff. de ſuis: l. 18. C. de legit. lib. l. 8. C. de l... hered.
d vide l. 15. ff. ex quib. cauſ. maiores.
e l. 6. §. 12. ff. de iniuſt.
f l. 1. ff. eod.
g Purè.
h l. 9 ff. de caſtr.
i l. 12. §. 1. ff eod. l. 11. ſup. de verb. oblig.
k l. 1. ff. eod.
l l. 15. ff. de iniuſta.
m l. 8. l. 14. ff. eo.
n l. 118. ff. de verb. ſignif.
o Vel Princeps aliúſve par Principi vel populo.
p Vt Pirata, Cic. 3. offic. Pirata vt & latro & prædo non eſt ex perduellionum numero.
q l. 19. § 2. l. 21. in fin. ff. eod. l. 13. ff. qui teſt. l. 4. C. de ingenuis.
r At iniquum videtur, vt eum qui ex noſtris captus ab hoſtibus ſit, ſeruum habeamus, cum miſero ſatis eſſe debeat, v. apud hoſtes, non apud ſuos ſeruus habeatur. An id receptũ: quod etiamſi liber apud nos haberetur, ſeruus tamen apud hoſtes ſemper eſſet: & ita ludibrio foret id legis genus? An quòd eadem lege, quos nobis captiuos fecimus, iidem apud ſuos viciſsim ſerui, quaſi pactione ita inita inter hoſtes? An ne ſi liberi apud nos eſſent, dominium rerum ſuarum retinerẽt, & vna cum perſona res captiuorum hoſti res ſuas adquirerent.
ſ l. 15. ff. eod.
t l. 9. C. eod.
u l. 1. C. eod.
x Virtus an dolus quis in hoſte requirat, l. 1. §. 3. ff. de dolo.
y l. 5. § 3. ff. eod.
z Mens plurimum valet & præſtat in adquirendo iure poſtliminij.
a Recuperantur. *Haloander.* adde l. 12. C. eod. §. 5 in fi. & ibi Theophil. Inſtit. quib mod. ius patriæ poteſtatis.
b Id eſt, hoſtes.
b Imò poteſt vſucapi, l. 6. ff. eod.
d Initio inſpecto, l. 24. ff. eod.
e Id eſt, inſpicitur principium captiuitatis in ſeruo.

De captis in bello.

28. *Labeo* lib. 4. Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI *a* quid bello captum eſt, in præda eſt, non poſtliminio redit. *Paulus*: Immo ſi in bello captus pace facta demũ refugit, deinde renouato bello capitur, poſtliminio redit ad eũ, à quo priore bello captus erat, ſi modò *b* non conuenerit in pace, vt captiui redderentur.

De vſucapione.

29. *Idem* lib. 6. Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI poſtliminio rediiſti, nihil, dum in hoſtium poteſtate fuiſti, vſucapere potuiſti. *Paulus*: Immo ſi quid ſeruus tuus peculij nomine, dum *c* in eo ſtatu eſſes, poſſederit: id eo quoq; tempore vſucapere poteris, quoniã eas res etiam inſcientes *d* vſucapere ſolemus, & eo modo etiam hereditas *e* nondum nato poſthumo, aut nondum adita, augeri per ſeruum hereditarium ſolet.

Quid ſit poſtliminio rediiſſe.

30. *Idem* lib. 8. Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI id quod noſtrum hoſtes ceperunt eius generis eſt, vt poſtliminio redire poſſit: ſimul atque ad nos redeundi cauſa profugit ab hoſtibus, & intra fines *f* imperij noſtri eſſe cœpit, poſtliminio rediiſſe exiſtimandum eſt. *Paulus*: Immo cum ſeruus ciuis noſtri ab hoſtibus captus, inde aufugit, & vel in vrbe Roma ita eſt, vt neque in domini ſui poteſtate ſit, neque vlli ſeruiat: nondum poſtliminio rediiſſe exiſtimandum eſt.

DE RE *g* MILITARI.
TIT. XVI.

De abſentia reipublicæ cauſa.

1. *Vlpianus* "lib. 6. ad Edictum."

MILES, qui in commeatu *h* agit, non videtur reipublicæ cauſa abeſſe.

De delicto militari & communi. 1. De eo qui ſe militem dedit cui non licet.

2. *Arrius Menander* "lib. 1. de Re militari."

MIlitum delicta ſiue admiſſa, aut propria ſunt, aut cum cæteris communia. vnde & perſecutio, aut propria, aut communis eſt. ¶ Proprium militare eſt delictum, quod quis vti miles admittit.

1 ¶ Dare *i* ſe militem, cui *k* non licet, graue crimen habetur, & augetur, vt in cæteris delictis, dignitate *l*, gradu, ſpecie militiæ.

De deſertore. 1. De pœnis militum. 2. De emanſore. 3. De deſertore. 4. De eo qui in exploratione emanet hoſtibus inſiſtentibus, aut à foſſato recedit. 5. De ſtatione relicta. 6. De eo qui ab excubatione deſtitit. 7. De eo qui ad diem commeatus non venit. 8. De militiæ tempore in deſertione impleto. 9. De deſertoribus. 10 De eo qui ad hoſtes confugit. 11. aut volens transfugere apprehenſus eſt. 12. aut dum iter facit captus eſt ab hoſtibus. 13. De armis amißis, vel alienatis 14. Vel ſurreptis. 15. De eo qui rem prohibitam fecit, aut mandata non ſeruauit. 16. De eo qui agmen exceßit. 17. aut vallum tranſcendit. 18. aut foſſam tranſiliit. 19. De ſeditione. 21. Conſpiratione, defectione. 22. De præpoſito non protecto vel deſerto.

3. *Modeſtinus* "lib. 4. de Pœnis."

DEſertorem auditum, ad ſuum ducem cum elogio præſes *m* mittet, præter quam ſi quid grauius ille deſertor in ea prouincia, in qua repertus eſt, admiſerit. ibi enim eum plecti pœna debere, vbi facinus admiſſum *n* eſt, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

1 ¶ Pœnæ *o* militum huiuſmodi *p* ſunt, caſtigatio *q*, pecuniaria *r* multa, munerum indictio, militię mutatio, gradus deiectio, ignominioſa miſsio. nam in metallum, aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur.

2 ¶ Emanſor *ſ* eſt, qui diu vagatus, ad caſtra regreditur. 3 ¶ Deſertor eſt, qui per prolixum tempus *t* vagatus, reducitur. 4 ¶ Is qui *u* exploratione emanet *x* hoſtibus inſiſtentibus, aut qui *y* à foſſato recedit, capite puniendus eſt. 5 ¶ Qui ſtationis *z* munus reliquit, plus quàm emanſor eſt, itaque pro modo delicti aut caſtigatur *a*, aut gradu *b* militiæ deiicitur.

litarium extremi gradus caſtigatio, vt hic. & ignominia, v. ff. eod. in Dirutum ære militem. Varronem 4. de lingua, l. vlt. ff. de iur. immunit.
ſ Emanſores, & deſertores ſunt, qui diu ab exercitu vagati ſunt, vt hic ... in eo eſt, quod illi ſponte, hi inuiti redeunt, illi ſæpius, hi nunquam, ... Illi erroribus, hi fugitiuis ſeruis comparantur. Cuiacius tamen differentiam in tempore, 6. obſ. 26. t Putà quinquennij, l. 13. in fi. ff. eo. l. 4. §. 13. §. 14. ...
u Qui in exploratione, &c. *Hal.*
x i. qui explorationem reliquit κατασκοπὴν, le guet, la ſentinelle, Ecl. ...
y A foſſa, *Hal. Hugo à porta*, foſſatum, id eſt, foſſa, vallum, ... Ecl. ibid. 1. in fin. Ciuitatis foſſatum, *Vegetius* 4. c. 16. Suidas ... τον, &c. *Harm.* 6 tit. 5 τοὺς ἐν φοσσάτῳ κλέπτοντας, & in libello variorum ... de limitibus, foſſatum decretum. Capitolinus *in Gordiano* 2 caſtra foſſato ... *Briſſonius, Turneb.* 3. *Aduerſ.* 13. Galli *tranchées.*
z Vigilem vel diurnum, vel nocturnum: hinc milites ſtationarij, l. 1. §. ... *præfecti vrbi.* Stationem Galli vocant *corps de garde ou ſentinelle.*
a v. Suetonium *in Auguſto* c. 24.
q v. quæ notaui ad l. 17. in fi. ff. de cuſtodia.

6 ¶ Si præſidis vel cuiuſuis propoſiti ab excubatio-
ne *a* quis deſiſtat, peccatum deſertionis ſubibit.
7 ¶ Si ad diem commeatus ſi quis non veniat: per-
inde in eum ſtatuendum eſt, ac ſi emanſiſſet vel deſer-
uiſſet, pro numero temporis, facta *c* prius copia *d* do-
cendi, num fortè caſibus quibuſdam detentus ſit, pro-
pter quos venia dignus videatur. 8 ¶ Qui militiæ tem-
pus in deſertione impleuit, emerito *e* priuatur. 8 ¶ Si
plures ſimul primò deſeruerint, deinde intra certum
tempus reuerſi *f* ſint, gradu pulſi in diuerſa loca diſtri-
buendi ſunt, ſed tyronibus *g* parcendum eſt, qui ſi itera-
to *h* hoc admiſerint, pœna competenti adficiuntur.
10 ¶ Is qui ad hoſtem confugit, & rediit, torquebi-
tur, ad beſtiáſque † vel in furcam damnabitur: quamuis
milites nihil eorum patiantur. 11 ¶ Et is qui volens
i transfugere adprehenſus eſt, capite punitur. 12 ¶ Sed
ſi ex improuiſo, dum iter quis facit, capitur ab hoſtibus,
inſpecto *K*, vitæ eius præcedentis actu venia ei dabitur,
& ſi expleto tempore militiæ redeat, vt veteranus reſti-
tuetur, & emerita *l* accipiet. 13 ¶ Miles qui in bello
arma amiſit *m*, vel alienauit, capite punitur, humanè
militiam mutat. 14 ¶ Qui *n* aliena arma ſubripuit *o*
gradu militiæ pellendus eſt. 15 ¶ In bello qui rem à
duce prohibitam fecit, aut mandata *p* non ſeruauit, ca-
pite punitur, etiam ſi res bene geſſerit *q*. 16 ¶ Sed qui
agmen, exceſsit, ex cauſa vel fuſtibus *r* cæditur, vel mu-
tare militiam ſolet. 17 ¶ Nec non & ſi vallum *ſ* quis
tranſcendat *t*, aut *u* murum caſtra ingrediatur, capite
punitur. 18 ¶ Si verò quis foſſam *x* tranſiuit *y*, mi-
litia reiicitur. 19 ¶ Qui ſeditionem *z* atrocem mili-
tum concitauit, capite punitur. 20 ¶ Si intra *a* vocife-
rationem, aut leuem querelam ſeditio mota eſt, tunc
gradu militiæ deiicitur. 21 ¶ Et multi milites in ali-
quod flagitium conſpirent, vel ſi legio deficiat, auocari
militia ſolet *b*. 22 ¶ Qui propoſitum ſuum protegere *c*
noluerunt, vel deſeruerunt, occiſo eo capite puniuntur.

De his qui vnum teſticulum habent. 1. De ad beſtias dato. 2. De deportato. 3. De relegato. 5. De reo capitalis criminis. 6. De ignominiosè miſſo. 7. De adulterio, vel alio iudicio publico damnato. 8. De eo qui ob litem militauit. 9. De deſertore 10. De eo qui militiam detractat, vel appetit. 11. De eo qui filium militiæ ſubtrahit. 12. Vel debilitat vt militiæ inhabilis ſit. 13 De eo qui diu abſuit. 14. Collatio emanſionis & deſertionis. 15. De emãſore.

4. *Arrius Menander* "lib. 1. de Re militari."

QVi cum vno *d* teſticulo *e* natus eſt, quíve amiſit, iu-
re militabit ſecundum Diui Traiani reſcriptum. nã
& duces Sylla & Cotta memorãtur eo habitu fuiſſe na-
turæ. 1 ¶ ad beſtias datus ſi profugit, & militiæ ſe de-
dit, quandoq; inuentus *f*, capite puniendus eſt. Idémque
obſeruandum eſt in eo qui legi ſe paſſus eſt. 2 ¶ In in-
ſulam deportatus, ſi effugiens militiæ ſe dedit, lectus
g vel diſſimulauit, capite puniendus eſt. 3 ¶ Tempo-
rarium exilium voluntario militi inſulæ relegationem
adſinuat, diſſimulatio *h* perpetuum exilum. 4 ¶ Ad tẽ-
pus relegatus, ſi expleto ſpatio fugæ militem *i* ſe dedit,
cauſa damnationis quærẽda eſt, vt ſi contineat infamiã
K perpetuum, idem obſeruetur, ſi tranſactum de futuro
ſit, & in ordinẽ redire poteſt, & honores petere militiæ
non prohibetur. 5 ¶ Reus capitalis criminis, volun-
tarius miles ſecundùm Diui Traiani reſcriptum capite
puniendus eſt. nec remittendus eſt eò. vbi reus poſtu-
latus eſt: ſed vt *l* accedente cauſa militiæ audiendus,
ſi dicta cauſa ſit, vel requirendus adnotatus *m*.
6 ¶ Ignominia miſſus, ad iudicem ſuum remittendus
eſt. nec *n* recipiendus poſtea volens militare, licet
fuerit abſolutus. 7 ¶ Adulterij *o* vel aliquo iudicio
publico damnati, inter milites non ſunt recipiendi.
8 ¶ Non omnis, qui litem habuit, & ideo militaue-
rit, exauctorari iubetur, ſed qui eo animo militiæ ſe
dedit, vt ſub obtentu *p* militiæ pretioſiorem *q* ſe aduer-
ſario faceret. nec tamen facilè (indulgendum eſt extra
ordinem iudicationis, qui negotium ante habuerunt.
ſed ſi in tranſactione *r* recidit, indulgendum eſt. Ex-
auctoratus eo nomine, non vtique infamis erit: neç
prohibendus lite finita militiæ eiuſdem ordinis ſe dare.
alioquin & ſi relinquat litem, vel tranſigat, retinendus
eſt. 9 ¶ Qui poſt deſertionem in aliam *a* militiam
nomen dederunt, legive *b* paſſi ſunt, Imperator noſter
reſcripſit, & hos militariter puniendos. 10 ¶ Gra-
uius autem delictum eſt, detrectare munus militiæ
quàm adpetere: nam & qui ad delictum *c* olim non reſ-
pondebant, vt proditores libertatis in ſeruitutem re-
digebantur *d* ſed mutato ſtatu militiæ receſſum à ca-
pitis pœna eſt: quia plerumque voluntario milti *e* nu-
meri ſupplentur. 11 ¶ Qui filium ſuum ſubtrahit mi-
litiæ belli tempore, exilio & bonorum parte mulctan-
dus eſt. Si in pace *f*, fuſtibus cædi *g* iubetur: & requiſi-
tus inuenis, vel *h* à patre poſtea exhibitus, in deteriorẽ
militiam dandus eſt. qui enim ſe ſolicitari ab alio paſ-
ſus eſt, veniam non meretur. 12 ¶ Eum qui filium de-
bilitauit *i* delectu *K* per bellum indicto, vt inhabilis
militiæ ſit, præceptum Diui Traiani deportauit
13 ¶ Edicta *l* Germanici Cæſaris militem deſertorẽ
m faciebant qui diu abſuiſſet *n*, vt is *o* inter remanſo-
res *p* haberetur. ſed ſiue redeat quis, & offerat ſe, ſiue
deprehenſus offeratur, pœnam deſertionis euitat. nec
intereſt, cui ſe offerat, vel à quo deprehendatur.
14 ¶ Leuius itaque delictum emanſionis *q* habetur,
vt erronis in ſeruis, deſertionis grauius, vt in fugitiuis.
15 ¶ Examinantur autem cauſæ *r* ſemper emanſio-
nis, & cur, & vbi fuerit, & quid egerit, & datur venia va-
letudini, affectioni parentium, & adfinium, & ſi ſeruum
fugientem perſecutus eſt, vel ſi qua huiuſmodi cauſa ſit.
ſed & ignoranti adhuc diſciplinam tironi *ſ* ignoſcitur.

De deſertoribus. 5. An captus habeatur pro transfuga. 6. De militibus remiſſis à barbaris. 7. De captiuo poſt multum temporis reuerſo. 8. De transfuga.

5. *Idem* ‖lib. 2. de re militari.‖

NOn omnes deſertores ſimiliter puniendi ſunt: ſed
habetur & ordinis ſtipendiorum *t* ratio, gradus
militiæ, vel loci, muneris deſerti, & anteactæ *u* vitæ, ſed
& numerus, ſi ſolus, vel cum altero, vel cum pluribus *x*
deſeruit, aliudve quod crimen deſertioni adiunxerit. Itẽ
temporis, quo in deſertione fuerit, & eorum quæ poſtea
geſta fuerint, ſed & ſi fuerit vltrò reuerſus, non cum
neceſsitudine, non erit eiuſdem ſortis. 1 ¶ Qui in pa-
ce *y* deſeruit, eques gradu *z* pellendus eſt, pedes mili-
tiam mutat. In bello idem *a* admiſſum capite punien-
dum eſt. 2 ¶ Qui deſertioni aliud *b* crimen adiungit,
grauius puniendus eſt, & ſi furtum factum ſit, veluti alia
deſertio habebitur, vt ſi plagium factum, vel adgreſſu-
ra *c*, abigeatus, vel quid ſimile acceſſerit.
3 ¶ Deſertor, ſi in vrbe inueniatur, capite puniri ſo-
let, alibi adprehẽſus, ex prima deſertione reſtitui poteſt.
iterum *d* deſerendo, capite puniendus eſt. 4 ¶ Qui in
deſertione fuit, ſi ſe obtulerit *e*, ex indulgentia Impe-
ratoris noſtri in inſulam deportatus eſt. 5 ¶ Qui ca-
ptus, cum poterat redire, non rediit, pro transfuga ha-
betur. Item eum qui in præſidio *f* captus eſt, in eadem
conditione eſſe certũ eſt. Si tamen ex improuiſo *g*, dum
iter facit, aut epiſtolam fert, capiatur quis veniam me-
retur. 6 ¶ A barbaris remiſſos milites ita reſtitui
oportere Hadrianus reſcripſit, ſi probabunt *h* ſe captos
euaſiſſe, non transfugiſſe, ſed hoc licèt liquido con-
ſtare non poſsit, argumentis tamen cognoſcen-
dum eſt, & ſi bonus *i* miles antea æſtimatus
fuit, prope eſt, vt adfirmationi eius credatur ſi
remanſor *K*, aut negligens ſuorum. aut ſegnis *l*,

---

a Executione, *vulg. Hal.* Excubatio hic munus eſt præſidi ſuo & præpoſito adſiſtendi: nec enim tantùm locorum deſertores ſunt, ſed & munerum, *l. 5.]. eo. adde l. 10]. eod.*
b *l. 14.]. eod.*
c *v. l. 19 §. 1. ſ. de probat.*
d *v. l. 5. C. de ingenuis manumiſsis.*
e *§. 12.]. eod.* Id eſt, commodo & præmio veteranis dari ſolito.
f Ij ſunt emanſores, *§. 12. eod.*
g Tyroni parcitur magis quàm militi, *l. 4. in fin]. eod. vide Tiraq. tract. de pœn. cauſa 10.*
h Iteratum delictum nullam excuſationem meretur. *Nou. Leonis 67.*
† Abrogatur per Nouellam Leonis 67.
i Delicti inceptio & volũtas in trãſfugi punitur. *vide l. 18. ſ. de pœnis.*
k *l. 5. in princ. & §. 6.] eod.*
l *§. 8] eod.*
m *57 Ecl. 6. l. 14. §. 1. ſ. eod. l. 2. in fi. ſ. de captiuis.*
n Vide quæ ſcripſi ad Herm. 2. tit. 16. §. 12.
o *Ecl. ibid. cap. 7. adde quæ notaui ad l. vlt. ſ. de furib. baln.*
p Aut mandatum ſibi non facit, *Ecl. ibid.*
q Bene ceſſerit καὶ ἐπιτύχῃ *Budeus.* εἰ ϰ καλῶς πράγμα ἔπραξεν. *Eclog. ibid.* vide exempla apud Tyraquellum de pœnis, *cauſ. 32.*
r Fuſtium caſtigatio communis militum atque paganorum coërcitio: vitis tamen caſtigatio eorum propria fuit. *vide Petrum Fabrum 1. ſemeſtr. 17.*
ſ τὸ χαράκωμα. *Ecl. ibid c. 8. 6. Harmen. 13. cap.* περὶ μονίτας.
t Tranſcẽdat. *Hal.*
u Muro ac non per portas caſtra ingredi capitale.
x τάφον. *Ecl. ibid. Harm. ibid.*
y Tranſiliit.
z *l. vlt. in fin.] eo. Ecl. ibid. c. 9. Harm. ibid. Suet. in Iulio c. 67.* a *Harm. ibid. Ecl. ibid c*
b Id eſt, exauthorari ſolent legiones interdum, vel ſelecti ex legione. *v. in hunc locum cum Petr. Fabro 1. ſemeſtr. 17 fol 161. 162. Budæum hic.* Auocari igitur, militia eſt exauthorari. c *Ecl. ibid c. 6.* d *v. l. ſ. de ædilitio,* & is ſanus eſt, & teſtari poteſt.
e Teſticulo vno natus, militare poteſt, tales autem fuerunt Sylla & Cotta.
f *l. 8. §. 6. ſ. de pœnis.* g Lectúſve diſſimulauit. *Hal.* h Diſſimulanti. *Vulg.*
i Militiæ, *Vulg. Hal. Hugo à Porta.*
k *l. 6 C quib. ex cauſ. infam.*
l Sed vbi accedente, &c. *Vulg. Hal. vlt. ſ. de accuſ. 8. ſ. de cuſtodia. l. 6. C. de iuriſdictione omnium iudicum: l. 1. C. de exhibendis reis.*
m Adnotatur. *Vulg.* n Miles ignominia notatus, militare iure non poteſt.
o *57. Ecl. 1. c. 12. adde quæ notaui ad l. 5. ſ. de quæſt.* p Prætextu.
q Præciſiorem. *Hal.* id eſt, duriorem, intractabiliorem. *Budæus quem hic vide.*
r In tranſactionem. *Vulg. Hal.*

a Sunt enim variç.
b legive ſe paſſi, &c. *Hal.*
c Delectum, *Hal.* edictum. *Vulg. & Hugo à Porta.* recta eſt Florentina, de qua vide quæ notaui ad legẽ 36 ſ. *de ſtatu liberis: adde l. 4. legum Francicarum c 71. l. 3 ſ. ad leg. Iuliam maieſt. & quæ ſcripſi ad l. l. 20. ſ. communi dundo.*
d *v. Duarenum 1. diſp. 4.* Domus eorum & villç diruebantur, *Halicarnaſſeus 8. l 20. ſ. communi diuidundo.* adde & illud de quaſi militia, Auguſtum ſtatuiſſe vt ſenatorum, qui die ſenatus in curiam non veniſsẽt, quintus quiſque ſorte datus mulctæ ſubiiceretur, *Dio. 55.*
e Militiæ, *Hal.*
f *adde l. 5. §. 1.]. eod.*
g Fuſtuarium meretur qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit, *Liuius*
h l. quamuis. *Cuiac 6. obſ. 26.*
i Pœnam militiæ per fraudẽ ſe ſubtrahentis obſerua. Eos qui ſe ſponte reſectis digitis bello inutiles feciſſent, Conſtantinus curiis ciuitatũ addixit, *l. 1 C. Th. de filijs militiam.* alij principes *l 4 Cod. Th. de tyronib.* Sueton. *Auguſt. 24.* Vetuerunt ne quis ſe deformatione manus, ab aliis Reipubl. muneribus eximeret, Quin lex 10. eiuſdem tituli eos oneribus militiæ addicit: clericatu tamen priuãtur. *c. qui partem, diſtinct 15.* Huiuſmodi belli refugas murcos appellaç Innocẽtius *in Epiſtol. ad Felicem Nuceriantũ* & Ammianus 5 *circa fin.* nec Gallorũ quiſquã,
vt in Italia munus Martium pertimeſcens, pollicem ſibi præcidit, quos localiter
murcos appellaat v. Cuiac. 25. *obſ. vlt. adde c. 21. 22. 23. 76. 77. Canonis Apoſtolorum.*
Quòd ad Murcos attinet. Segnium dea Murcia dicitur Arnobio *lib. 4.* adde Auguſtinum 4. *de ciuitate.* 6 Valerium 6. *c. 3. ver. 8.* vbi refert, Caium Vettienum, ne bello
Italico militaret ſibi ſiniſtræ manus digitos abſcidiſſe, eóq; alternis Vinculis punitum. de eo qui manus amiſit. adde *l. 10. ſ de teſt.* Quid qui auriculam ſibi amputauit,
Epiſcopus ne fieret, quod feciſſe Ammonium quendam refert Hieronymus? v. Hieronym. Socrat. tamen *lib 8. Niceph. 11. c. 37.* dextram auriculam ſibi amputaſſe Ammonium illum referunt: Cœlius Rodiginus quoq; id Antonio tribuit, non Ammonio
lib. 10. c. 4. k delectum propter bellum indictum, *Hal.* delectum per bellũ indictum,
vulg. l Hic referuntur edicta Germanici, tanquam optimi ducis exempla, ſub eodẽ Germanico Mæuius caſtrorũ præfectus, pro deſertore habitus, quod agmine deceſſiſſet *teſte Tacit.* m De deſertore & emanſore dixi ad *l. 3. §. 2 3. ſ. eo.* n abfuiſſes.
o *v. l. 13. in fi.]. eo.* p emanſores, *vulg Hal.* q Emãſor quaſi erro: deſertor quaſi fugitiuus, in milite emanſorẽ eſſe, idem eſt quod in ſeruo erronem eſſe. In eodẽ quoq;
milite deſertorem eſſe, idem eſt quod in ſeruo fugitiuum eſſe. r *l 5. ſ. eo.* ſ *l. 3. §. 9. ſ. eo. v. Tiraq. tr. de pœn. cauſa 10.* t Maiora ſtipendia quò quis habet, eò præſumitur
præſtantior. u *l. 3. §. 12. ſ. eo.* x *l. 3. §. 9. ſ. eo.* y *l. 57. Ecl. 1. c. 13.* z *v. quæ not. ad l. 12 ſ de cuſtodia.* a Idem admiſſum ratione tẽporis augetur: *facit l. 16. §. 4. de pœn.*
b Duplicia & coniuncta delicta grauius vindicãtur quam vnum. c Ad greſsio proprìè eſt latronum, *l. 6 C. de pign action. l. 12. C. de locato.* d *l. 3. §. 9 ſ eo.* ſſ *l. 13 in fi.]. eo.* f in profugio, i. dum transfugit ad hoſtes. Græci habent, ἐν τῇ βαρβαρικῇ *h v. quæ not ad l. 19. § 1. ſ de prob.*
i. in hoſtico, *Cuiac. 6. obſ. 26 in fi.* g *l. 3. §. 12 ſ. eo* h *v. quæ not ad l. 19. § 1. ſ de prob.* dixi ad *l. 9 §. 1. C. de teſtib.* i Præſumitur bonus, qui olim talis fuit *v. Alciat. 2 præſ. 8. v. Soc reg. 39. adde c. 8. de reg. in 6. l. 7. §. 3. ſ. de accuſ.* k ſi emanſor. *Hal.* l Ignauus
l. 6. §. 5.]. eod.

a A tabernaculis militario dicitur. b Semel malus ſẽper malus præſumitur in eodem genere mali, *v. Alciat. 2. præſ. 2. 8. & Dynum cap. 8. regulis iuris.* c *l.3.§.8.§.12. in fin.ſ.eod.* d *l.1. §. 26. ſ. de quæſt.* e A iudice non ſtãtũn à principe. *Romanus ſingulari* 539. f *l.5. §. 6. ſ. eod.* Ammianus 24. reſiduas tricunos ſacramento ſoluit, vt deſides & ignauos. g *§.2. J. eod.* h 57 *Ecl. 1. c. 14.* i *in pr. ſ. eod. l. 13. §.5. in fi. J. eod. Ecl. ibi. 1.6. Harmenop.* 14. περὶ μονίτας k *Ecl. ibid.* l Fugã fecit, ſpectantibus militibus: hanc interpũctuationem addit Petrus Faber 1. *ſemeſtr.* 8. ex autorum Florentinarũ grapho Pandectaalias quod in acie ſit, non poteſt non ſpectãtibus omnibus fieri. Senſus eſt igitur. Eum, qui prior in acie fugã fecerit, propter exemplum inſpectantibus militibus, capite puniendum. m Et hoc eſt quod ſcribit Plutarchus in Lucullo & Craſſo ἁπάντων θεομένων ἐφεσῶτον ἢ θεωμένων ἄλλων ςρατιωτῶν. Iulius Frontinus 4. ςρατηγηκάτων. in cõſpectu amati exercitus: *Cæſar* 5. *de bello Gallico.* in conſpectu multitudinis, *&* 3 *de bello ciuili.* in omnium conſpectu. n Pœnæ in eum finem ſtatuuntu: o Iulianus decem milites ex iis, qui fugerant capitali addixit ſupplicio, ſecutus veteres leges. *Ammian. 34.* p *l. 38. §. 2 ſ. de pœnis. 6. Harmenop 8.* q Caligati milites qui eſſent *dixi ad l. 9. in fin ſ. de cuſtod. reor.* r Id eſt, litem *v. l. 9. ſ. de cuſtodis. l. 28. ſ. de pœnis.*

aut extra contubernium *a* agens: non *b* credetur ei. 7 ¶ Si poſt multum temporis redit, qui ab hoſtib. captus eſt, & captum eum non transfugiſſe conſtiterit, vt veteranus erit reſtituendus: & præmia, & emeritum *c* capit. 8 ¶ Qui transfugit, & poſtea multos latrones adprehendit, & tranfugas demonſtrauit *d*, poſſe *e* ei parci Diuus Hadrianus reſcripſit. ei tamen pollicenti ea, nihil permitti oportere.

Quid ſit delictum militare. 1. De eo qui manus intulit præpoſito 2. De contumacia aduerſus ducem vel præſidem. 3. De eo qui in acie prior fugam fecit. 4 De exploratoribus qui ſecreta nunciauerint. 5. De caligato qui languorem ſimulauit. 6. De eo qui commilitonem. 7. Vel ſemetipſum vulnerauit, vel mortem ſibi conſciuit. 8. De præpoſito non protecto. 9. De præfecto deſerto.

6. Idem ‖lib. 3. de re militari.‖

OMne delictum eſt militis quod aliter, quâm diſciplina communis exigit, committitur, veluti ſegnitiæ *f* crimen, vel contumaciæ *g*, vel deſidiæ.

1 ¶ Qui manus *h* intulit præpoſito, capite puniendus eſt: augetur autem petulantiæ crimen dignitate præpoſiti. 2 ¶ Contumacia *i* omnis aduerſus ducem vel præſidem militis, capite punienda eſt. 3 ¶ Qui in acie prior *K* fugam fecit *l*, ſpectantibus *m* militibus, propter *n* exemplum capite *o* puniendus eſt.

4 ¶ Exploratores, qui ſecreta nuntiauerunt *p* hoſtibus, proditores ſunt, & capitis pœnas luunt.

5 ¶ Sed & caligatus *q*, qui metu hoſtium languorem *r* ſimulauit, in pari cauſa eis eſt. 6 ¶ Si quis commilitonem vulnerauit, ſi quidem lapide, militia reiicitur: ſi gladio capitale *ſ* admittit. 7 ¶ Qui ſe vulnerauit, vel aliàs mortem ſibi conſciuit, Imperator Hadrianus reſcripſit, vt modus eius rei ſtatutus ſit: vt ſi impatientia *t* doloris, aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit, non animaduertatur in eum: ſed ignominia mittatur: ſi nihil tale prætendat, capite puniatur. Per vinum *u* aut laſciuiam *x* lapſis capitalis pœna remittenda eſt, & militiæ mutatio irroganda.

8 ¶ Qui præpoſitum ſuum non *y* protexit, cum *z* poſſet, in pari cauſa factori habendus eſt. ſi reſiſtere non potuit, parcendum ei. 9 ¶ Sed in eos, qui præfectum centuriæ à latronibus circumuentum deſeruerunt, animaduerti placuit.

De proditoribus & transfugis.

7. Tarruntenus Paternus ‖lib. 2. de re militari.‖

PRoditores *a*, transfugæ *b* plerumque capite puniuntur: & exauctorati torquentur: nam pro hoſte, non pro milite habentur.

De his qui ſtatus controuerſiam patiuntur. De his qui bona fide ſeruiunt.

8. Vlpianus "lib 8. Diſputationum."

QVi ſtatus controuerſiam *c* patiuntur, licet re vera liberti ſunt, non *d* debent per id tempus nomen militiæ dare, maximè lite ordinata, ſiue ex libertate in ſeruitutem, ſiue contrà petantur. Nec hi quidem, qui ingenui bona fide ſeruiunt. Sed nec qui ab hoſtibus redempti ſunt, prius quàm ſe luant *e*.

An milites poßint prædia acquirere vbi militant.

9. Marcianus ‖lib. 3. Inſtitutionum.‖

MIlites prohibentur prædia comparare *f* in his Prouinciis, in quibus militant *g*: præterquam ſi paterna eorum fiſcus diſtrahat: nam hanc ſpeciem Seuerus & Antoninus remiſerunt. ¶ Sed & ſtipendiis impletis emere permittuntur. ¶ Fiſco autem vindicatur prædium illicitè comparatum, ſi delatus *h* fuerit, ſed & ſi nondum delata cauſa, ſtipendia implera ſint, vel miſſio contigerit, delationi locus non eſt.

1 ¶ Miles, ſi hæredes *i* extiterint, poſſidere ibi prædia non prohibentur.

De deſertore excubiarum. 1. & reſtituto ex cauſa deſertionis.

10. Paulus "lib. ſingulari Regularum."

QVi excubias *k* palatij deſeruerit, capite punitur.

1 ¶ Sed ex cauſa deſertionis reſtitutus in militiam, non aliter medij *l* temporis ſtipendium, & donatiua *a* accipit, niſi hæc liberalitas principalis ei ſpecialiter indulſerit.

De ſeruis.

11. Marcianus "lib. 2. Regularum."

AB omni militia *b* ſerui *c* prohibentur *d*, alioquin capite puniuntur.

De diſciplina danda & obſeruanda. 1. De commeatu. De equo militari extra Prouinciam non ducendo. De operibus. 2. De officio tribunorum vel eorum qui exercitui præſunt.

12. Macer "lib. 1. de re militari."

OFficium regentis exercitium non tantùm in danda, ſed etiam in obſeruanda diſciplina conſtitit.

1 ¶ Paternus quoque ſcripſit, debere eum, qui ſe meminerit armato *f* præeſſe, parciſſimè cõmeatum *g* dare, equum militarem extra *h* Prouinciam duci non permittere. ad opus priuatum, piſcatum, venatum, militem non mittere. nam in diſciplina Auguſti ita cauetur: Etſi ſcio fabrilibus *i* operibus exerceri milites, non eſſe alienum: vereor tamen, ſi quicquam permiſero, quod in vſum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi ſit tolerandus.

2 ¶ Officium *K* tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, ad exercitationem producere, claues *l* portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum *m* probare, menſorum *n* fraudem coërcere, delicta ſecundùm ſuæ auctoritatis modum caſtigare principiis *o* frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios *p* inſpicere.

De acquiſitione agri vel domus. 3. De tribus generibus mißionum. 4. De milite irreuerente. 5. De eo qui ex cuſtodia, vel carcere fugit 6. De deſertoribus.

13. Idem "lib 2. de re militari."

MIlites agrum comparare *q* prohibẽtur *r* in ea Prouincia, in qua bellica opera peragunt: ſcilicet ne ſtudio culturæ militia ſua auocentur. & ideo domum comparare non prohibentur. Sed & agros in alia Prouincia comparare poſſunt. Cæterùm in ea prouincia, in quam propter prælij cauſam venerunt, ne ſub alieno quidem nomine eis agrum comparare licet, alioquin fiſco vindicabitur. 1 ¶ Is autem qui contra diſciplinam agrum comparauerit, ſi nulla de ea re quæſtione mota miſſionem *t* acceperit, inquietari prohibetur.

2 ¶ Illud conſtat, huius præſcriptionis cõmodum ad eos, qui ignominię cauſa miſsi ſunt, non pertinere: quod præmij loco veteranis conceſſum intelligitur. & ideo & ad eũ qui cauſaria *u* miſſus eſt, poteſt dici pertinere? cum huic quoque præmium præſtatur. 3 ¶ Miſſionum generales cauſæ ſunt tres: honeſta, cauſaria, ignominioſa. *Honeſta* x eſt, quæ tempore militiæ impleto *y* datur. *Cauſaria* z, cùm quis vitio animi, vel corporis *a* minus idoneus militiæ renuntiatur. *Ignominioſa* b cauſa eſt, cùm qui propter delictum ſacramento *c* ſoluitur. Et is qui ignominia miſſus eſt, neque Romæ, neque in ſacro *d* comitatu agere poteſt. Et ſi ſine ignominiæ mentione miſſi ſunt, nihilominus *e* ignominia miſſi intelliguntur.

4 ¶ Inreuerens miles non tantum à tribuno vel centurione, ſed etiam à principali *f* coërcendus eſt. nam eum qui centurioni caſtigare ſe volenti reſtiterit, veteres notauerunt. ſi vitem *g* tenuit, militiã mutat. ſi ex in-

ſ Capitale quid eſſet ſcripſi ad *l. vlt. §. 1. ſ. de termino. l. 2. l. 28. ſ. de pœnis.*
t *l. 38. in fin. ſ. de pœnis.* u *v l. vnic. C ſi quis Imperatori: v. Tiraq. tract. de pœnis cauſa 6. de ebrietate. v. Sebaſtianum* Mediceum *tract. de caſibus fortunitis, vbi de ebrietate.*
x *l. 4. § 1. ſ. de ſicariis.* y *l 3. in fin. ſ. eod. 57. Ecl. 1. c. 16.*
z *v. l. 4. ſ. quæ in fraudem.*
a *l. 3. §. 10. ſ. eod. l. 3. in fin. ſ. de ſicariis. l. 38. §. 1. ſ. de pœnis. 6. Harm. 8.*
b *v. Nou Leon. 67.* c *leg. libertate 26. ſ. de ſtatu liberis.*
d Soli ingenui olim milites erant, *l. 11. J. eod. adde l. 29. ſ. de liberali cauſa.*
e Id eſt, liberent, Feſtus *in Redumia & Reluere.* Hinc luitio pignoris.
f *l. 13. ſ. eod. 57. Ecl. 1. §...*
g Militant, *Vulgat.* militiam exercent, *Hal.*
h Si delatum. *Hal.* i Hæreditatis delatæ ratione quædam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur, *l. 1. §. 12 ſ. de falſis.*
k *adde l. 5. §. 6. ſ. eod.* l *l. 5. C. eod.*

poſt, ita exercitati atque eruditi in ædibus, prælium magis neceſſe hab[...] quàm otium. Exercitus ab exercendo hinc dictus, *l. 1. in fin. ſ. de teſtam.* [...] *Senec 2. Epiſt. 8.* k De officio tribuni militum vide Vegetium 2. *c. 12.* [...] Aureliano. l Claues portarum in caſtris Tribunis ſeruabat: de claub[...] *pſi ad l. 77. § 21. ſ. de leg. 2.* m *v. tit. C. de erogatione militaris annonæ.* n [...] rib. dicam ad legem vnicam. *C. de menſorib. lib. 12. tit. 28.* o Quod qui[...] ad *l. 1. C. de veteranis.* Principium Principis tabernaculum, vt Prætoriu[...] *dixi ad Feſtum in* Prætoria porta: ſed præſtat intelligi principalem ca[...] tam: de qua *Feſtus in principali caſtrorum porta.* p *v. l. 6. J. de iure im[...]* q *l. 9. ſ. eod.* r Excipe caſum ex lege 61. *de controu. empt.* ſ Vetita[...] etiam ſi ſuppoſito alterius nomine fiant, non conualeſcunt. t De mili[...] *§. 3. J. eod.* u *l. 1. §. 2. ſ. de his qui notantur.* quæ & iuſta à Quintili[...] clam. & à Liuio dicitur. x Id eſt, quæ emeritis ſtipendiis, legitimo [...] tempore expleto datur, *l. 2. C. de fide inſtrum. l. 5. C. de teſt mi it.* y *§. 2. [...] ſ. de his qui notantur: l. 8. § 5 ſup. de execu tut. l. 4. ſ. de teſt. milit.* z Ca[...] dicti, quibus iuſta cauſa erat ne militarent. a Apuleius 4. *de Aſino.* [...] me iam debilem prorſus, & examinatum mereri cauſariam miſſionem. b [...] *ſ. de his qui notantur, ſ. l. vlt. ſ. de furibus balneariis.* c militari ſcilicet [...] dixi *de ſacramento militari in l. 2. J. de veteranis.* d Id eſt, principis.
e Ignominia miſſi intelliguntur, etſi ſiue ignominiæ mentione miſſi ſun[...] modo vel detracta ſint ei arma ab exercitus duce, aut alio, *l. 2. §. 2. verſ.* [...] *ſ. de his qui notantur:* vel per errorem, aut breuiatis cauſa omiſſa ſint illa [...] lennia: *Ignominiæ cauſa ab exercitu meo te remoueo. vide Hirtium 1. de bel[...]* aliàs ſpecialia in miſſione ignominioſa, huiuſmodi verba adiicienda [...] quem ita cum hac lege conciliat Petrus Faber 17. *ſemeſt.* 7. vt minus nec[...] Antonio Auguſtino 1. *emendat.* 5. hic legere, nihilo magis.
f *A principe vulg.* g Vitis eſt centurionum, & aliorum militum, d[...] cipũmque inſigne quam κλῆμα ἑκατοντάρχου vocat Plutarchus *in G[...]* vitem cenurionalem. Macrobius, *Euſebius lib. 7.* hinc ſub vineam vel [...] eſt aſtantibus centurionibus facere, Feſtus in verbis *ſub vineam*: hinc [...]

duſtria.

duſtria fregit, vel manū centurioni intulit, capite puni- tur. 5 ¶ Eius fugam, qui cum ſub cuſtodia vel in carce- re eſſet, diſceſſerit, in numero deſertorum non com- putandam t, Menander ſcripſit: quia cuſtodiæ refuga, non militiæ deſertor eſt. Eum tamen, qui carcere ef- fracto a fugerit, etiam ſi antè non deſeruerit, capite pu- niendum, Paulus ſcripſit. 6 ¶ Deſertorem qui b à pa- tre c ſuo fuerat oblatus, in deteriorem militiam D. Pius dari iuſſit, ne d videatur (inquit) pater ad ſupplicium e obtuliſſe. Item D. Seuerus & Antoninus eum qui poſt quinquennium deſertionis ſe obtulit, deportari iuſſe- runt. quod exemplum & in cæteris ſequi nos debere, Menander ſcripſit.

De eo qui commeatus ſpatium exceſſit. 1. De armis alienatis.

14. *Paulus* "libro ſingulari de pœnis militum."

QVi commeatus f ſpatium exceſſit, emanſoris vel deſertoris loco habendus eſt, habetur tamen ratio dierum, quibus tardius reuerſus eſt, item temporis na- uigationis, vel itineris. & ſi ſe probet valetudine impe- ditum, vel à latronibus detentum, ſimiliue caſu moram paſſum, dum non tardius à loco profectum ſe probet, quàm vt occurrere poſſet intra cōmeatum, reſtituendus eſt. 1 ¶ Arma alienaſſe g graue crimen eſt, & ea culpa deſertioni exæquatur, vtique ſi tota alienauit, ſed & partem eorum, niſi quod intereſt. nam ſi tibiale, vel vmerale h alienauit, caſtigari verberibus debet. ſi vero loricam ſcutum, galeam, gladium, deſertori ſimilis eſt. Tironi in hoc crimine facilius parcetur. armo- rúmque cuſtodi plerumque ea culpa imputatur, arma militi commiſit non ſuo tempore.

De notato ac reſtituto ex cauſa deſertionis.

15. *Papianus* "lib. 19. Reſponſorum."

EX cauſa deſertionis notatus ac reſtitutus, tempo- ris quod in deſertione fuerit, impēdiis i expūgitur. quòd ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe ap- paruerit, omnia ſtipendia citra tēporis finē redduntur.

De eo qui metu criminis nomen militiæ dedit. 1. De pace turbata.

16. *Iulianus* "lib. 5. Sententiarum."

QVi metu criminis, in quo iam reus fuerat poſtula- tus, nomen militiæ dedit, ſtatim ſacramento k ſol- uendus eſt. 1 ¶ Miles turbator l pacis capite punitur.

DE m CASTRENSI n PECVLIO. TIT. XVII.

An ſit hereditas.

1. *Vlpianus* "lib. 14. ad Edictum."

FILIIFAMILIAS militis ſi peculium apud patrem remanſit, ſine o teſtamento, filio de- functo, pater ipſi heres non p fit, ſed tamen heres iis fiet, quibus filius fuit.

2. *Idem.* "lib. 67. ad Edictum."

SI filiusfamilas miles deceſſerit, ſi quidem inteſtatus, bona q eius non quaſi hæreditas, ſed quaſi r pecu- lium patri ſ deferuntur: ſi autem teſtamento facto, hic pro hereditate t habetur caſtrenſe peculium.

De pecunia militi relicta ad caſtrenſes, vel militares res comparandas.

3. *Idem* "libro octauo ad legem Iuliam & Papiam."

SI mulier filio viri militi, ad caſtrenſes u vel milita- res fortè res comparandas, reliquerit pecuniam, vtique caſtrenſi peculio ea x quæ comparantur, ad- munerari incipiunt.

De his quæ ſecum miles tulit in caſtra. 1. De actionibus. 2. De acquiſitis ante arrogationem.

4. *Tertyllianus* "libro ſingulari de Caſtrenſi peculio."

MIles præcipua a habere debet, quæ tulit ſecum in caſtra concedente b patre. 1 ¶ Actionem, per- cutionemque caſtrenſium rerum ſemper filius etiam in- uito patre habere. 2 ¶ Si paterfamilias militiæ tem- pore, vel poſt miſſionem, adrogandum ſe præbuerit. videndum erit ne huic quoque permiſſa intelligatur earum rerum adminiſtratio, quas antè adrogationem in caſtris adquiſierit, quamuis conſtitutiones princi- pales de his loquantur, qui ab initio cum eſſent filii- familias, militauerint. quod admittendum eſt.

De hereditate.

5. *Vlpianus* lib. 6. ad Sabinum.

MIles filiusfamilias à commilitone c, vel ab eo, quem per militiam cognouit, heres inſtitutus, & d citra iuſsū patris, ſuo arbitrio rectè pro herede geret.

De ſeruis ab vxore donatis vt manumittantur.

6. *Idem* "lib. 32. ad Sabinum."

SI militi filiofamilias vxor e ſeruum manumittendi cauſa donauerit, an ſuum libertum fecerit, videa- mus: quia peculiares & ſeruos, & libertos potuit ha- bere? Et magis eſt, vt hoc caſtrenſi peculio non adnu- meretur, quia vxor ei "non f" propter militiam nota eſſet. Planè ſi mihi proponas, ad caſtra eunti marito vxorem ſeruos donaſſe, vt manumittat, & habiles ad militiam libertos habeat, poteſt dici, ſua voluntate ſine g patris permiſſu manumittentē ad libertatē perducere.

De filiofamilias milite conueniendo.

7. *Idem* "libro 33. ad Edictum."

SI caſtrenſe peculium maritus habeat, in h quantum facere poteſt, condemnabitur, quia etiam non ca- ſtrenſibus creditoribus ex eo peculio magis eſt eum cogi reſpondere i.

De donatione.

8. *Vlpianus* "libro 45. ad Edictum."

SI fortè vxor, vel cognatus, vel quis alius non ex ca- ſtris notus filiofam. donauerit quid † vel k legaue- rit, & expreſſerit nominatim, *vt in caſtrenſi peculio ha- beat*, an poſſit caſtrenſi peculio adgregari? Et non puto. Veritatem enim ſpectamus, an vero † caſtrenſis noti- tia vel affectio fuit, non quod quis finxit.

An ſit hereditas & ad quem pertineat.

6. *Idem* "libro 4. Diſputationum."

PRoponebatur filiusfamilias miles teſtamento facto extraneum heredem ſcripſiſſe "patre" deinde ſuper- ſtite deceſſiſſe, pater deliberante herede inſtituto & ipſe diem functus. deinde heres inſtitutus repudiaſſe hereditatem, quærebatur, ad quem caſtrenſe peculium pertineret? Dicebam, caſtrenſe peculium filiifamilias, ſiquidem teſtatus deceſſit, quaſi l hereditatem deferri heredi ſcripto, ſiue extraneum ſcripſit heredem, ſiue patrem. Sed cum m nihil de peculio decernit filius, non nunc obueniſſe patri, ſed non eſſe ab eo profectum creditur. Denique ſi ſeruo filij caſtrenſi libertatem pa- ter adſcripſerit, moxque filius viuo n patre defunctus ſit, non impeditur libertas, cùm ſi filius patri ſuperui- xerit o, impediatur libertas, Vnde Marcellus putat, neceſſarium quoque heredem ſeruum filij peculiarem patri exiſtere poſſe, ſi filio pater ſuperuixerit. ¶ Idem referebam, & ſi p rem peculiarem filij pater legauerit. nam eodem caſu, quo libertatem competere diximus, legatum quoque vel debebitur, vel impedie- tur. Quibus ita præmiſſis, & in propoſito dicebam, cum heres non adiit hereditatem, retro peculium pa- tris bonis acceſſiſſe. vnde poſſe dici, etiam aucta patris bona per hanc repudiationem. nec eſt nouum, vt q ex poſtfacto aliquis ſucceſſorem habuiſſe videatur. Nam & ſi r filius eius, qui ab hoſtib. captus eſt deceſſerit, patre captiuo viuo: ſi quidem pater regrederetur ſ, quaſi fi- liusfam. peculium haberet. enimuero ſi ibidem pater deceſſerit, quaſi paterfam. legitimum habebit ſucceſſo- rem, & retro habuiſſe ceditur eius ſucceſſor ea quoque quæ medio tempore filius iſte quæſiit, nec heredi pa- tris, ſed ipſi t filio quæſita videbuntur.

De iure patris.

10. *Pomponius* "libro ſingulari Regularum."

EX nota Marcelli conſtat, nec u patribus aliquid ex caſtrenſibus bonis filiorum deberi.

Quid ſit peculium caſtrenſe.

11. *Macer* "lib. 2. de re militari."

CAſtrenſe x peculium eſt, quod y à parentibus, vel cognatis z in militia agenti donatum eſt. vel quod ipſe filiusfam. in militia adquiſiit, quod niſi milita- ret, adquiſiturus non fuiſſet, nam quod erat & ſine militia

a D… Lucan. 6. … bilis vite La- … Martialis ho- … re Latiæ vitis … inſignis: Silius 3. … vnicorū adornare … cus Latiæ vi- … s. Silius 12. eſt … enturionis officio … ngi. Vites Græ- … ῥαβδοῦ vite pu- … ri milites ordi- … arium erat, & ho
b … ſtius quam à … carnifice. Iuuena- … s *Satyr.* 8. Nodoſā … oſt hæc frangebat … ertice vitem. Si … ntus pigra muni. … et caſtra dolabra. … Plin. 14. c. 1. … onturionum in … anu vitis optimo … ræmio tardos or- … lines ad lētas per- … ducit aquilas. Apu- … lus 9. *de aſino* mi- … litem magis in … ſuam perniciē ad- … uertit efferari, iā- … que inuerſa vite … de vaſtiore nodulo … cerebrum diffinde- … re. adde quæ ſcri- … pſi ad *l. 2. C. vt ne- … mini liceat in empt.*
a addë *l. 1. ſup. de … effractorib.*
b *l. 4. §. 11. eod. l. … 14. C. qui accuſa- … re: vide Cæpolam … cautela* 1. Mortis … executionem mul- … tis modis impedi- … hinc colligiunt, … puta, ſi pater filiū … offerat ſupplicio. … *vt hic, & d. l. 4. §. … 1. ſ. eo. l. 14. C. qui … accuſare.* vide Tira- … quel. *tractat. de pœ- … nis. cauſa* 18. *Ælia- … num 1. hiſtor.* 34. ſi … obuiū reus habeat … Cardinalem. Bal- … dus in *l. 19. C. de … appellat.* ſi reus ſit … optimus artifex. *l. … 31. ſuprà de pœnis.* … ſi homicidum caſu … admiſſum. Paul. in … *l. 1. vbi ſenatores … vel clariſſimi*: Bal- … dus in *l. etſi 3. C. ex … quibus cauſis infa- … mia.* ſi qui depre- … henſi in adulterio … ſunt, fatentur inter … ſe matrimonium … cōtraxiſſe (ſi mo- … do inter eos ma- … trimonū eſſe poſ- … ſit) *Gloſſ. in l. pe- … nult. C. de fideiuſſ.* ſi puella damnatum maritum ſibi poſtulet. dixi ad *l. 31. ſup. de pœnis, & l. 27. C. de adulter.* qui caſus magna ex parte interpretum noſtrum ægrotan- tium ſomnia videntur.
c Quid ſi à filio pater offeratur? Idem ius eſt. *Tiraquell. tract. de pœnis cauſa* 19. & 20. p Deſertor belli capite punitur, *l. 5. §. 1. ſ. eod.* Filius deſertor à patre ob- latus capite non punitur, ſed in deteriorem militiam tantum detruditur, ne videa- tur pater filium ad ſupplicium obtuliſſe. Hinc collegit Alciatus, patrem offerentem filium nocentem iudici, non præſumi eum offerre ſummo ſupplicio adficiendum 1. *præſumpt.* 4. & Clarus refert 5. *ſent. §. vlt. quaſt.* 60. *verſ. ſolet.* eo caſu filium non eſſe à iudice capitali ſupplicio puniendum, & ita iudicatum ab Imperatore in filio læ- ſæ maieſtatis reo: ſe tamen vidiſſe nunquam tale ἄσεσμα vſu obſeruari.
e Ad ſupplicium. *Hal.*
f *l. 3. §. 7. ſ. eod. l. 2. C. de commeatu.*
g *l. 3. §. 13. ſ. eod. l. 41. ſ. de verb ſign.* h Humerale. i Stipendiis. *Vulg. Hal.*
i Emerito, *l. 3. §. 9. ſ. eod.* k De ſacramento militari, dixi ad *l. 2. ſ. de veteranis.*
l *l. 3. §. 18. l. 10. in fin. ſ. eod.* m Caſtrenſe peculium, quid, vide in *l. 11. ſ. eod.*
n *l. 12. C. 31. & 37.* περὶ ϛρατιωτικῶν πεκουλίων 17. *Eclog.* 2. περὶ πεκουλίου. *fol.* 478. o Filiusfamilias non habet hæredem ab inteſtato. *Bart. Ecl. ibid. c. 1.*
p al. non fit tantum: ſed heres is fiet, &c. q peculium eius. r *Eclog. ibid. c. 1.*
ſ an matri? *v. l. vlt. ſ. ad Tertul.* t ideo in petitionem hereditatis caſtrenſe pe- culium venit, *l. 20. § 10 ſup. de hered. pet. l. 5. §. 18. ſ. de agnoſc. liberis.*
u Bartolus idem in quaſi caſtrenſibus ſtatuit.
x Caſtrenſia ſunt prædia empta ex peculio caſtrenſi, *v. l. 1. C. eod.*

a *l. 3. C. eod. l. 52. §. 6 ſup. pro ſocio: l. 1. §. 15. ſup. de dol. latione l. 4. C. familiæ. l. 12. C. de collatio nibus verſ. ex hoc intellige, Inſtit. quibus non eſt per- miſſum facere teſtamentum.* ideoque de his teſtari poſ- ſunt. *Paulus 3. ſent.* 4. § 50.
b Caſtrenſia ſunt quæcumque cōce- dente patre in ca- ſtra, ſiue foſſata filius tulit 57. *Ecl.* 2. c. 4.
c *l. 19. ſ. eod.*
d Et iam citra. *Hal.*
e *l. 8. ſ. de bon. li- bert.*
f Deeſt hæc nega- tio Haloandro.
g *l. 8. ſ. de iure pa- tronatus.*
h *l. 6. l. 18. ſ. de re iudicata.*
i Reddere, *Hal.*
† Immobile vel ſimile ad militiam non aptum, *Bart. & Alberic.*
k *l. 5. ſup. eo. l. 11. ſ. eod. l. 4. C. eod.*
† An vera.
l Caſtrenſe pecu- lium teſtati mili- tis, quaſi hæredi- tas defertur hære- di ſcripto, ſiue hæ- redem extraneum reliquit, ſiue pa- trē: Inteſtati verò militis, neque nūc videtur obuenire patri, neque ab eo profectum, *vt hic.* ſed magis retro bonis patris acceſ- ſiſſe, *verſic. quibus ita promiſſis. ſ. eod.* fingitur in bonis patris ſemper fuiſ- ſe: ideoque ſufficit bonæ patris extare, licet ipſe pater deceſſerit.
m *l. 2. ſ. eod.*
n *l. 19. §. 3. ſ. eod.*
o *l. 17. ſ. de de ma- num.*
p *l. 44. ſ. de leg.* 1.
q Ex poſtfacto quis ſucceſſorem habere poteſt.
r *l. 5. ſ. de ſuis & legitimis.*
ſ Regredi, eſt re- uerti.
t *l. 12. §. 1. l. 22. §. 2. ſ. de captiuis.*
u *l. 4. C. eod.* 57. *Ecl.* 2. c. 10.

x *Eclog. ibid. lib. 1. C. eod. adde l. 8. ſ. eodem.* Caſtrenſe peculium eſt quod ſine militia nemo adquireret. Ita ca- ſtrenſe eſt quod in militia agenti do- natum eſt, vel ipſe adquiſiit.
y Mobile ſcilicet.
y Propinquis vel notis, *l. 1. C. eod.*

a Militem filium, etiam in adoptionem alteri dare pater poteſt.
b Caſtrenſe peculium filij pater (eum dando in adoptionem) auferre eidem non poteſt.
c Argumentum ab adoptione facta emancipationem.
d *Ecl ibid.c.11.*
e Imò poteſt, *l.4. in fin. ṡ. de except. doli.*
f *l.16.ṡ.eo.*
g *v.l.8.ṡ. de bonis libert.*
h *l. 39. ṡ. de teſt. milit.*
i *l. 33. ṡ. de adq. ver.*
k *d. l.33.*
l Filiofamilias reuerſo, *Hal.*
m id eſt, ſi ſeruus peculiaris filiifamilias militis.
n *l. 2. ṡ. de Senatuſconſulto Macedoniano.*
o *Inſtit. per quas perſon. cuique: & per quas perſonas nobis.*
p Quid per eam agitur. *vulg. Hal.*
q *v.l.18.§ 1.ṡ.eo.*
r Re militi.
ſ *l.13.ṡ.eod.*
t Aliud ſi militauerit, *l.8. ṡ.eod.*
u v. quæ notaui ad *l.18.ṡ. ad legem Falcidiam.*
x De hoc loquendi genere dixi ad *l. 19.ṡ. de compenſationibus.*
y Non detracta Falcidia, *l 1.§.18. ṡ.ad Trebell.*
z *l. 91. ṡ. ad leg. Falcid.*
a Vide *l. 1. ṡ. ſi quis om.ſſa cauſa.*

militia adquiſiturus, id peculium eius caſtrenſe non eſt.

De iure patris.

12.*Papinianus*‖lib.14.Quæſtionum.‖

PAter qui dat in *a* adoptionem filium militem, peculium eius ei auferre *b* non poteſt, quod ſemel iure militiæ filius tenuit qua *c* ratione nec *d* emancipando filium, peculium ei aufert, quod nec in familia retento poteſt *e* auferre.

De hæreditate.

13.*Idem*‖lib.16.Quæſtionum.‖

DIuus Hadrianus reſcripſit, in eo quem *f* militantem vxor hæredemr inſtituerat, filinm extitiſſe hæredem, & ab eo ſeruos hæreditarios *g* manumiſſos, proprios eius libertos fieri.

De filiofam. milite qui apud hoſtes deceſſit, & de acquiſitione per ſeruum.

14.*Idem*‖lib.27. Quæſtionum.‖

FIliusfam. miles ſi captus apud hoſtes vita fungatur, lex Cornelia ſubueniet *h* ſcriptis hæredibus, quibus ceſſantibus, iure priſtino peculium pater habebit.

1 ¶ Proxima ſpecies videtur, vt ſcriptis hæredibus deliberantibus, quod ſeruus interim ſtipulatus *i* eſt, vel ab alio ſibi traditum accepit, quod quidem ad patris perſonam attinet, ſi fortè peculium apud eum reſederit, nullius momenti videatur: cum‖in‖illo tẽpore non fuerit ſeruus patris, quod autem ad ſcriptos hæredes, in ſuſpenſo fuiſſe traditio, itemque ſtipulatio intelligatur: vt enim hæreditarius fuiſſe credatur, poſt aditam ſit hæreditatem, ſed paterna verecundia nos mouet, quatenus & in illa ſpecie, vbi iure priſtino apud patrem peculiũ remanet, etiam adquiſitio ſtipulationis *k*, vel rei traditæ per ſeruum fiat. 2 ¶ Legatum, quod ei ſeruo relictum eſt, quamuis tunc propter incertum nulli ſit adquiſitũ, omiſſo teſtamento, patri tunc primum per ſeruum adquiretur: cum, ſi fuiſſet exemplo hæreditatis peculio adquiſitum, ius patris hodie non conſideraretur.

Si pater filio donet. 1. *Vel ſpondeat.* 2. *Vel ab eo ſtipuletur.* 3. *De acquiſitione per ſeruum peculiarem.* 4. *Si pater vſumfructum ſerui amittat, cuius vſumfructum filius habet.*

15.*Idem*"lib.35.Quæſtionum."

PAter, milite filio *l* reuerſo, quod donat, caſtrenſis peculij non facit, ſed alterius peculij, perinde ac ſi filius nunquam militaſſet. 2 ¶ Si ſtipulanti filio ſpondeat, ſi quidem ex cauſa peculij caſtrenſis, tenebit ſtipulatio: cæterum ex qualibet alia cauſa non tenebit.

2 ¶ Si pater à filio ſtipulatur, eadem diſtinctio ſeruabitur. 3 ¶ Seruus peculij, quod *m* ad filium ſpectat, ab extero"ſi"ſtipuletur, aut per traditionem accipiat, ſine diſtinctione cauſarum res ad filium pertinebit. non enim vt filius duplex *n* ius ſuſtinet, patris & filiifamilias: ita ſeruus, qui peculij caſtrenſis eſt, quique nullo iure, quamdiu filius viuit, patri ſubiectus eſt, aliquid adquirere *o* ſimpliciter ſtipulando vel accipiendo patri poteſt Quæ ratio ſuadet, vt ſi ab ipſo patre ſeruus, qui ad filium pertinet, ſtipuletur ex quacunque cauſa, vel traditum accipiat, ſic adquiratur filio res, & ſtipulatio, quemadmodum ſi extero promiſiſſet. quoniam perſona ſtipulantis & accipientis ea eſt, vt ſine differentia cauſarum, quod *p* rerum agitur, emolumentum filij ſpectet.

4 ¶ Si ſerui pater vſum fructum amiſerit, cuius proprietatem in caſtrenſi peculio filius habebat, plenam *q* proprietatem habebit filius.

De dote. De hereditate.

16.*Idem*"lib. 19. Reſponſorum"

DOtem filiofamilias *r* vel promiſſam, in peculio caſtrenſi non eſſe reſpondi. Nec ea res contraria videbitur ei, quod Diui Hadriani temporibus filiumfamilias militem vxori *ſ* heredem extitiſſe placuit, & hereditatem in caſtrenſe peculium habuiſſe. nam hereditas aduentitio iure quæritur. Dos autem matrimonio cohærens, oneribus eius, ac liberis communibus, qui ſunt in aui familia confertur. 1 ¶ Hereditatem caſtrenſi peculio non videri quæſitam reſpondi, quam frater patruelis in alia prouincia ſtipendia merens, fratri patrueli, cum quo nunquam *t* militauit, reliquit. ſanguinis etenim ratio, non militiæ cauſa meritum hereditatis accipiendæ præbuerat.

De ære alieno. 1. *Si pater omiſſa cauſa teſtamenti caſtrenſe peculium poſſideat.*

27. *Idem*"lib.2. Definitionum."

PAter, qui caſtrenſe peculium inteſtati *u* filij retinebit, æs alienum intra modum eius, & annum vtilem iure prætorio ſoluere cogitur. Idem, ſi teſtamento ſcriptus heres extiterit, perpetuo ciuiliter vt heres conuenietur.

1 ¶ Pater à filio milite, vel qui militauit, heres inſtitutus teſtamenti cauſam omiſit, & caſtrenſe peculium poſſidet. legitimi heredis exemplo cogetur ad *x* finem *y* peculij perpetuo legata præſtare. quòd ſi filius poſt annum, quàm militare deſierat, iure communi teſtamento facto vita deceſſit, ratione Falcidiæ retinebitur *z* quarta. cæterum ſi teſtamenti cauſam pater omiſit *a*, cum peculium creditoribus ſoluendo non eſſet, nihil dolo videbitur feciſſe, quamuis temporis incurrat compendium.

Si pater ſeruum caſtrenſis peculij heredem inſtituat, vel aliud agat 2. *Communi diuidundo.* 3. *De vſufructu & ſeruitutibus.* 4. *Si pater conueniatur.* 5. *Vel agat.*

18.*Marcianus.*"lib. 1. Fideicommiſſorum."

EX caſtrenſi peculio ſeruus à patre heres inſtitui poteſt, & filium neceſſarium heredem patri facit.

1 ¶ Et in ſumma ea *a* res, hi actus patris, qui ad præſens alienationem alicuius iuris de caſtrenſi peculio præſtant, impediuntur *b*. hi verò, qui non ſtatim quidem, ſed poſtea efficere ſolent, eo tempore animaduertentur, quo habere effectum conſueuerunt, vt ſi ſit filius *c*, cui auferatur, nihil agatur: ſi ante deceſſerit, actus patris non impediatur. 2 ¶ Itaque negabimus patrem, filio ſaluo, communi *d* diuidundo agentem, proprietatem alienaturum, exemplo dotalis prædij. Sed nec ſi ſocius vltro cum eo agat. quicquam igitur. veluti ſi cum eo ageret. cui bonis interdictum eſt.

4 ¶ Seruos ex eo peculio " vſufructu ," item prædia tam vſufructu quàm cæteris ſeruitutibus pater liberare poterit. ſed & ſeruitutes his adquirere. id enim & eum, cui bonis interdictum eſt, verum eſt conſequi poſſe. Neque autem ſeruis ex eo peculio, neque prædiis vſumfructum vel ſeruitutem imponere pater poteſt *e*. 4 ¶ Si quando ex eo peculio filius rem alienam bona fide tenebit, an pater eius in rem, vel ad exhibendum actionem pati debeat, vt cæterorum filiorum nomine, quæritur: ſed verius eſt, cum hoc peculium à patris bonis ſeparetur *f*, defenſionis neceſsitatem patri non imponendam. 5 ¶ Sed nec cogendus eſt pater æs alienum, quod filius peculij nomine, quod in caſtris adquiſiit, feciſſe dicetur, de peculio actionem pati. Et ſi ſponte patiatur, vt quilibet defenſor *g* ſatiſdato filium in ſolidũ, non peculio tenus defendere debeat. ¶ Sed & eius filij nomine non aliter mouere actiones poteſt, quàm ſi ſatis dederit, eum ratam rem habiturum.

De hereditate. 1. *De teſtamento veterani.* 3. *De ſeruo peculiari manumiſſo à patre.*

19. *Triphoninus* "lib.18. Diſputationum."

"DE"hereditate ab agnato commilitone data Scæuola noſter dubitabat, quia potuit & antè notus & amicus dare: potuit & non dare, niſi *h* commilitium *i* caritatem auxiſſet. nobis ita videtur, ſi ante commilitiũ factum ſit teſtamentum, non eſſe peculij caſtrenſis eam hereditatem: ſi poſtea, contra. 1 ¶ Sed ſi ſeruus peculij caſtrenſis à quocumque ſit heres ſcriptus, iuſſu *K* militis adire debebit hereditatem, eaque fiet bonorum caſtrenſis peculij. 2 ¶ Filius familias paganus de peculio caſtrenſi fecit teſtamentum, & dum *l* ignorat, patri ſe ſuum heredem extitiſſe, deceſſit. non poteſt videri pro caſtrenſibus bonis teſtatus, pro paternis inteſtatus deceſſiſſe, quamuis id *m* in milite etiam nunc reſcriptum ſit, quia miles ab initio pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus potuerat mori, quod ius iſte non habuerit, non *n* magis quàm *o* ſine obſeruatione legum facere *p* teſtamentum. neceſſariò ergo caſtrenſis peculij heres ſcriptus *q* vniuerſa bona habebit, perinde ac ſi pauperrimus facto teſtamento deceſſiſſet, ignorans ſe locupletatum per ſeruos alio loco agentes. 3 ¶ Pater peculij caſtrenſis filij ſeruum teſtamento liberum eſſe iuſſit. inteſtato *r* defuncto filiofamilias, mox patre, quæritur, an libertas ſeruo competat. occurrebat enim, non *ſ* poſſe dominium apud duos pro ſolido fuiſſe: denique filium poſſe manumittere talis peculij ſeruum *t*, Hadrianus conſtituit. Et ſi teſtamento tam filij quam patris idem ſeruus accepiſſet libertatem, & vtrique pariter deceſſiſſent, non dubitaretur, ex teſtamento filij liberum eum eſſe. Sed in ſuperiore caſu pro libertate à patre data illa dici poſſunt, numquid quoad vtatur iure conceſſo filius in caſtrenſi peculio, eouſque ius patris ceſſauerit. quòd ſi inteſtatus deceſſerit filius, poſtliminij cuiuſdam ſimilitudine pa[…] antiquo iure habeat peculium, retroque videatur habuiſſe rerum do[…]minia.

4 ¶ Non tamen, (ſi) vt hæres viuo filio vindictam *u* ſeruo impo[…] dicatur eum poſt mortem inteſtati filij ex illa manumiſsione liberum fa[…]ctum eſſe.

5 ¶ Quid autem, ſi teſtamentum fecerit filius, & non ſit eius ad[…] hæreditas? non tam facilè eſt dicere, continuatum patri poſt mort[…] filij rerum peculij dominium: cum medium tempus, quod deliber[…] inſtituendi hæredes, imaginẽ ſucceſsionis *x* præſtiterit. alioquin, etſi a[…]ta ſit ab inſtituto hæreditas filij, dicetur à patre ad eum tranſiiſſe pro[…]prietatem: quod abſurdum eſt, ſi *y* in pendenti *z*, vt in aliis, & in ha[…] ſpecie habeamus dominia, vt ex facto retro fuiſſe, aut non fuiſſe pa[…] credamus. Secundum quod difficile erit expedire, ſi dum deliber[…] hæredes, dies ceſſerit legati ſeruo dati iſtius peculij teſtamento eius, […] quo pater nihil capere potuiſſet, an id ad ipſum pertineat: cum vtique a[…] hæredem filij pertineret. Facilior tamen de libertate ſerui delibera[…]tio eſt in ſpecie in qua inteſtatus filius deceſſiſſe proponitur non eſt e[…]go ratio reſpondendi, competere libertatem eo tempore dat[…]

a Summa ele[…] actus, *vul.g* e[…]re hi actus. *Hal.*
c *l.44. ſup. de […] gat.1.*
c filiu familia[…]
d vide *l. vlt.[…] fundo dotali.*
e Cur ita? vi[…] 15. *in fin. ſup.[…]*
f *l.1. ſup. de […]rationibus.*
g *l.35.ṡ. de […] curatorib.*
h commili[…] caritatem au[…]
i Commili[…] eſt ſocietas […]taris & con[…]nalis amicitia[…]
k *l.5.ſup.[…]*
l Hereditas […]tris non adi[…]terdum tra[…]titur ad quem […]que extranei […]ceſſorem, […] Quid ita? […] iuſque ipſum […]taris id effici[…]
m vt ſcil. […] pro parte te[…] pro alia par[…] teſtatus mo[…] ſit *l.7. inf. de […]lis iuris.*
n In teſtam[…] faciẽdo leges […] obſeruare […] cogitur.
o quàm ſi […] *Hal.*
p faceret.
e *l.13 ſup. de […] milit.*
r *l.8 verſ.[…] que ſup. eo.*
ſ Dominium […] non poteſt p[…]lido eſſe apud […]res. Vna res […] poteſt eſſe p[…] in ſolidum, […] adde *l ſi, vt c[…] §. ſi duobus […] commodati.*
t *l.13. ſup.[…] 8. ſup. de iu[…]tron.*
u Vindictam […]poni ſeruis […] ergo. dixi ad […]*pianum 1.§.[…]*
x ſucceſſori. […]*loand.* ſucceſſ[…] *Vulg.*
y niſi *Vulg.* […]
z In pendenti […]ta eſſe poſſunt, […] de *l. qui ve[…] ſup. de ſolution[…] l. vſusfructu[…] de ſtipulat. ſe[…]rum, l.43. ſup.[…] acquir. rer.*

quo non fuit in dominio patris. Fauorabilem *a* tamen ſententiam contrariam ‖in‖ vtroque caſu non negamus.

20. *Paulus* ‖lib. ſingulari ad Regulam Cantonianam.‖

SEd ſi ponas filium teſtamentum feciſſe, & patrem heredem inſtituiſſe, cum vtique pater, teſtamento ſuo, ſeruo filij libertatem dediſſet, qui ad eum ex teſtamento filij pertinere cœperit: videndum eſt, nunquid ei comparari debeat, qui cum manumitteretur, alienus erat, deinde poſtea *b* adquiſitus eſt. ſed fauorabile eſt, libertatem à patre relictam admittere & ab initio patris eum eſſe videri, ex hoc, quod poſtea contingit, oſtenditur.

a Fauorabilis ſententia in cauſa libertatis fouenda eſt. quænam autem hic fauorabilis ſententia eſt? vt libertas data ſeruo, confirmetur ex dominio poſtea ſuperueniente.
b *l.20.ſ. qui & à quibus.*

DE VETERANIS *c*. TIT. XVIII.

De pœnis.

1. *Arrius Menande.* ‖lib. 3. de Re militari.‖

VEteranorum priuilegium inter cætera etiam *d* in delictis habet prærogatiuam, vt ſeparentur à cæteris in pœnis. nec ad beſtias *e* itaque *f* veteranus datur, nec fuſtibus cæditur.

De muneribus & honoribus.

2. *Vlpianus* ‖lib. 3. Opinionum.‖

HOneſtè ſacramento *g* ſolutis data immunitas *h*, etiam in eis ciuitatibus, apud quas incolæ ſunt, valet. Nec *i* labefactatur, ſi quis eorum voluntate ſua honorem aut munus ſuſceperit.

1 ¶ Vectigalia *c* & patrimoniorum *d* onera ſolemnia omnes ſuſtinere oportet.

De honore, de pœnis.

3. *Marcianus* ‖lib. 2. Regularum.‖

VEteranis & liberis *e* veteranorum idem honor habetur, qui & *f* decurionibus *g*. ¶ Igitur nec in metallum *h* damnabuntur, nec in opus publicum, vel ad *i* beſtias, nec fuſtibus cædentur.

De muneribus & honoribus.

4 *Vlpianus* ″lib. 4. de officio Proconſulis.″

VIæ *k* ſternendæ immunitatē veteranos nō habere, Iulio Soſsiano veterano reſcriptum eſt. Nam nec ab intributionibus *l*, quæ poſſeſsionibus fiunt, veteranos eſſe excuſatos, palam eſt.

1 ¶ Sed & naues *m* eorum angariari *n* poſſe, Ælio Firmo & Antonino Claro veteranis reſcriptum.

5. *Paulus* ″lib. ſingulari de Cognitionibus.″

VEteranos D. Magnus Antoninus, cum patre ſuo reſcripſit à nauium fabrica *o* excuſari. 1 ¶ Sed & ab exactione tributorum habent immunitatem, hoc eſt, ne exactores tributorū conſtituātur. 2 ¶ Sed veterani, qui paſsi ſunt *p* in ordinē legi, muneribus fungi coguntur.

c 12. C. 47. De priuilegiis veteranorum, *Vulg l. 1. de excuſ. veteran.*
d Delictis etiam interdum quædam prærogatiua data eſt: videlicet minus vt puniantur ab his quorum illa admiſſa.
e *l. 3. ſ. eod.*
f Vtique, *Hal.*
g Militiæ qui nomen dabant, non prius in numeris militum habiti, quam iureiurando adacti, coniurati & in numeros relati, *l. 1. § 3. ſ. de his qui notantur infamia, l. 14. ſ. de his quæ vt indignis, l. 1. C. de excuſ. veteran. l. 1. C. de his qui non impletis ſtipendiis ſacramento ſoluti ſunt, l. 8. ſ. de excuſ. l. 11. ſ. ad l. Iul. de adult.* Hinc ſacramento ſolui, *l. 13. § 3. l. vlt. ſ. de re militari.* ſacramenti fides ru pta, *l. 11 ſ. de teſtam. milit.* ſacramenti religio, *l. 8. C. de legat.* ſacramentis inhærere, *l. 4. C. hoc tit.* & breuiter, ſacramentum militare, primum militiæ fuit vinculum, Seneca *lib. 15. epiſt.* quo qui nondum obſtricti, aut eo ſoluti, iure pugnare poſſe cum hoſtibus non videntur. Cato *apud Ciceronem 1. officiorum: &* Plutarch. *in Problem.* Primum autem iureiurando miles haberi cœpit L. Flacco & Varrone Coſſ. Nam antè ſacramento à Tribunis rogabantur. Frontinus 4 *ſtratagemat. 1.* ipſi verò inter ſe coniurabant, ſe fugæ atque formidinis cauſa non abituros, niſi cibi petendi, feriendive hoſtis, aut ciuis ſeruandi cauſa, *Liuius 32. Halicarnaſſ. 10.* Inter cæteras iuriſiurandi formulas & hæc fuit, in exercitu, decémque millia paſſuum propè, furtum non faciam 16. *Gell* 4. Et hæc in legitima militia fiebant In tumultu verò ſinguli milites ſacramento non rogabantur, propter imminentis periculi neceſsitatem, *teſte Seruio apud Virgil.* ſub Chriſtianis Imperatoribus aliæ formulæ fuerunt iuriſiurandi militaris, de quibus vide 1. *Veget. 5. & 9. Iſidor. 1.* adde quæ ſcripſi in *l. 2. Cod de re militari*, h *l. 1. C. eod.*

b Priuilegiū nemo amittit, ob id tantum quod actū vnum geſſerit priuilegio ſuo contrarium. *Bart.*
c Imò à vectigalibus ſunt immunes, *l. 1. C. eod.*
d *l. 7. ſ. de vacat. & excuſat. muner. l. 2. C. de munerib. patrim.*
e adde *l. 11. C. de quæſt. ad hunc locum v. Forner. 2. ſelect. 20.*
f Et ſic in pœnis ſeparantur milites à plebeis, mitiúſque puniuntur quā plebeij.
g *l. 9. §. 11. l. 25. §. 5 ſ. de pœnis: dixi tit. C. de decur.*
h *l. 9 §. 11. ſ. de pœnis.*

i *l. 1. ſ. eo.* k Adde *l. 5. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* l De intributionibus, adde *l. 22. ſ. ad municip. l 6. in fi. ſ de munerib.* dixi ad l. 27. § 3. *ſ. de vſufruct.*
m *v. Cuiac. ad l. vlt. C. de fabricenſibus lib. 11.*
n Angariari, eſt cogi. Gregorius 8. *Epiſt. 44.* Nauem ab omni angaria exuere feſtines: Angariare, id eſt cogere, verbum Perſicum, Suidas: quo etiam vſus eſt Lucas 15. ἀνάγ- τῦτον ἠγγαρεύσαν ἵνα ἀρῃ ϛαυρὸν αὐτοῦ. Hinc ἀγγαρεῖον Suidas ita definit ἀνάγκην ἀκούσιον, καὶ ἐν βίας γενομένην ὑπηρεσίαν. Eſtque tranſitus per viam publicam quæ & curſum habet, veluti ex hoc loco Tyrum vſque: παραγγαρεῖα verò tranſitus per viam tranſuerſam. Erat & πλατὺς δρόμος, qui & διὰ σχημάτων dicebatur clauularius Corbula eſt genus vehiculi quo vtebantur in tranſitu militum, legatorū, armorum. Hinc carrorum angariæ apud Marculphum ἀγγαρὸς Heſychio, regius γραμματοφόρος, Ioſephus 11. ἀρχαιολογίας, quem veredarium vocat Hieronymus *in hiſtoria Eſther, & Epiſt. ad Euſtoch.* Procopius *de bello Vandalico.* A veredis, parauerēdi dicti equi maiores, quos poſteritas palafredos *Paleſroy* vocauit, *Cuiac. ad tit. de curſu publ.* adde 5. *Ecl. 1.* περὶ ἀγγαρείων καὶ παραγγαρειῶν. Vt ſuperiora ad tempora noſtra accommodemus, puto hodie angarias vocari *poſtes ordinaires.* parangarias *trauerſes*, curſum clauularem *cheuaux de munition ou d'artillerie.*
o Et operibus publicis, *l. 1. in fi. C. eod.*
p Sunt ſcilicet, *Hal.*

LIBER QVINQVAGESIMVS.

AD *a* MVNICIPALEM *b* ET DE INCOLIS *c*.

Quibus modis municeps fit. 1. Quis ſit propriè municeps vel abuſiuè.

1. *Vlpianus* lib. 2. ad Edictum.

MVnicipem *d* aut *e* natiuitas *f* facit, aut manumiſsio *g*, aut adoptio *h*. 1 ¶ Et propriè quidem municipes appellantur muneris *i* participes, recepti in ciuitate *k*, vt munera nobiſcum facerent. ſed nunc abuſiuè municipes *l* dicemus, ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues: vt putà Campanos, Puteolanos. 2 ¶ Qui ex duobus igitur Cāpanis parentibus natus eſt, Cāpanus eſt. Sed ſi ex patre Cāpano, matre Puteolana, æquè municeps Cāpanus eſt *m*. niſi fortè priuilegio *n* aliquo materna origo cenſeatur. tunc. n. maternæ originis erit municeps. Vt putà Ilienſibus *o* conceſſum *a* eſt, *vt* b, *qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps.* Etiam Delphis hoc idem tributum & cōſeruatum eſt *c*. Celſus etiam refert Ponticis ex beneficio *d* Pompeij Magni competere, *vt qui Pontica matre natus eſſet, Ponticus eſſet.* quod beneficium ad vulgò *e* quæſitos ſolos pertinere quidam putant. quorum ſententiam Celſus non probat. neque *f* enim debuiſſe caueri, vt vulgò quæſitus matris conditionem ſequeretur: quam *g* enim aliam originem hic habet? ſed ad eos qui ex diuerſarum ciuitatium parentibus orirentur *h*.

An pater pro filio decurione teneatur. 6. De eo qui vltra commeatum abeſt, vel vltra formam commeatus datam.

a De municipibus & originariis 10. *C.* 38. quid ſit municeps, *v. l. 1. ſ. eod.*
b Legem ſcil. Politianus, Budæus Fornerius 1. *ſelect.* 13. reprehenſi à Cuiacio 9. *obſ.* 37. cùm nihil de lege municipali hic agatur, & hic titulus rectè ſit inſcriptus à Iuſtiniano, *in l. 2. C. de veteri iure* ad municipales.
c 10. *C.* 39. 54 *Ecl.* 1. *ex lib. 60. tit* 44 c. 27. περὶ παροίκων. Hi & μέτοικοι, v. Cuiac. ad l. 4. *C. de iure fiſci.* d i. ciuem municipalem. e Municipem hæc faciunt origo, manumiſsio, adlectio, adoptio, *l. 7. C. de incolis.* f origo, *l. 7. C. de diuortiis: l. 228. ſ. de verb. ſig.* Natus patre Campano Campanus eſt: nec emancipatione, vel datione in adoptionem Campanus eſſe deſinit, *§. 2. ſ. eod.* g Manumiſſus à Campano, eſt Campanus, *§. 2. ſ. eo. l. 6. in fin. l. 7. ſ. eod.* h Adoptatus à Campano, eſt Campanus, *§. 2. ſ. eo.* adde & allectum, *d. l. 7. l. 15. in fi. l. 16. l. 17. § 9. ſ. eo.* quod fit quum aliquis in ciuitatem aliquam receptus eſt. i Municeps, Gloſsis πολείτης, adde *Feſtum in municeps, & municipium.* Municipes propriè ſunt ciues Romani ex municipiis, ſuo iure & legibus vtentes: muneris tamen honorarij cum populo Romano participes, nullis aliis neceſsitatibus, neque vllis populi Romani legibus adſtricti, cum nunquam populi Romani fundus factus ſit. Coloniæ municipiis contrariæ. nam ex ciuitate Romana propagatæ ſunt, & iura omnia populi Romani, non ſui arbitrij habent. quæ conditio etſi ſit magis obnoxia & minus libera, potior tamen & præſtabilior exiſtimatur, propter amplitudinem populi Romani, cuius iſtæ coloniæ quaſi effigies paruæ, ſimulachráque eſſe videntur 16. *Gell.* 13. k *al.* in ciuitatem. l Municeps, ciuis cuiuſque ciuitatis, aut vt propriè magis loquamur, cuiuſque municipij.
m Liberi ſequuntur patris municipium, *l. 44. C. de decur. l. 3. C. de municipib. & orig.*
n Priuilegium valet, vt liberi ciuitatem & municipium matris ſuæ ſequantur.
o Vt & Delphenſibus & Ponticis, *ſ eod.* & Antiochenis, *l. 22. ſ. eod.* Ilienſibus conceſſum eſt, vt qui matre Ilienſi eſſet, fieret eorum municeps, quin & iiſdem pleniſſima immunitas tributa, *l 17. §. 1. ſ. de excuſat.* ſed & vt Minerua Ilienſis heres inſtitui poſſet, *Vlp. in fragmentis, de v. Cuiac. 10. obſ. 5.* Id nonnullæ etiam prouinciæ imitatæ ſunt, apud quas etiam venter, id eſt mater nobilitatem liberis præſtat. ſic apud Campanos Galliæ *le ventre annobliſt.* Conſuetudine Trecenſi *artic. 8.* Senonenſi *artic. 149.* Caluimontana 5. & 11. ideo ortum ferunt, quòd deleta bello Campanorum nobilitate, viduæ plebeis ex priuilegio nubere, aut in perpetua viduitate conſeneſcere, quam ignotos, aut extraneos procos ſequi maluerunt, *Conanus 1. c. 11. Fornerius 2. ſelect. 6 Papo 3. Not. 7. cap. d'annobliſſement, fol. 491.* Idem obſeruabatur apud Licios 1. *Herodot. 1.* & Xanthios, *Plutarchus lib. de claris mulieribus.* fit apud Gallos interdum pactis nuptialibus, vt liberi cognomen maternæ familiæ ferant. *Silius*, Cui vano corda tumore Maternum implebat genus. Sic Fabia gens prænomen Numerij à matre tulit, *v. Probum libello de nominib. l. 19. §. 6. ſ. de donat.* a Matris curiam potius quam patris Ilienſes, Delphi & Pontici ſequuntur. Ariſtoteles 3. *Polit.* Qui ex ciue muliere naſcitur in quibuſdam ciuitatibus, ciuis eſt. b Cur conceſſum? propter inclitam nobilitatem ciuitatis & coniunctionem originis Romanæ, *l. 17. §. 2.* c Cur Delphis tributum? propter religionem, *Suet. in Claudio.* d Lege Pompeia, *Plin. 10. Epiſt.*
e *l. 19 ſ. de ſtatu hominum.*
f Lex eſſe non debet de caſu indubitabili: h.e. de rebus dubiis. quarum ius ſit anceps, obſcurum aut dubium leges ferri conſtituive oportet: non de his quæ ſunt apertæ, expedita faciliáque, adde *l. 9. ſ. de Carboniano.*
g Vulgò quæſitus, nullam aliam quam matris conditionem ſequi poteſt, *l. 24 ſ. de ſtatu.* Ergo & nomine, & nobilitate, & armis matris, ſpurius vtetur: quod tamen penè omnes interpretes negant iure ciuili receptum eſſe. Fatentur tamen hodie conſuetudine omnium penè prouinciarum eos admitti ad ſuperiora omnia, *Guido Papa q. 580.* etiamſi cardinalium, epiſcoporum, & ſimilium liberi ſint, quod valde notandum eſt, *Papo 3 Notar. 7. c. d'annobliſſement, fol. 515.* h Onerentur, *Vulg.*

2. *Idem* lib. 1. Diſputationum.

QVotiens filiusfam. voluntate *a* patris decurio creatur, vniuerſis muneribus, quæ decurioni filio iniunguntur, obſtrictus eſt pater, quaſi fideiuſſor pro filio. Conſenſiſſe autem pater decurionatui filij videtur, ſi præſens nominationi non *b* contradixit. Proinde quidquid in republica filius geſſit, pater vt fideiuſſor præſtabit. 1 ¶ Geſtum autem in republ. accipere debemus, pecuniam *c* publicam tractare, ſiue erogandam decernere. 2 ¶ Sed & ſi curatores operum, vel cuius *d* alterius reipublicæ creauit, tenebitur. 3 ¶ Sed & ſi ſucceſſorem ſibi nominauit, patrem obſtringit. 4 ¶ Sed & ſi vectigalia publica locauit, pater erit obſtrictus.

5 ¶ Sed ſi filius tutores dare non curauerit, vel minùs idoneos elegerit, nec ſatis exegerit, vel non idoneum acceperit, ipſe quidem quin ſit obſtrictus, nulla dubitatio eſt. pater verò ita *e* demum obligatur, ſi & fideiuſſores ſolent *f* hoc nomine obligari. ſed non ſolent: hoc enim & relatum & reſcriptum eſt: quia fideiuſſores rempub. ſaluam fore promittunt: reipub. autem nihil *g*, quod ad rem pecuniariam attinet, intereſt, pupillis tutores dari.

6 ¶ Is qui vltra *h* commeatum *i* abeſt, vel vltra formam commeatui datam, ad munera vocari poteſt.

De domicilio filijfamilias.

3. *Idem* lib. 25. ad Sabinum.

PLacet etiam *k* filiosfam. domicilium habere *l* poſſe.

4 *Idem* libro 33. ad Edictum.

NOn vtique ibi, vbi pater habuit, ſed vbicunque *m* ipſe domicilium conſtituit.

De eo qui pluribus locis negotiatur.

5. *Paulus* libro 55. ad Edictum.

LAbeo indicat eum qui pluribus locis ex æquo negotietur, nuſquam domicilium habere. quoſdam autem dicere refert, pluribus locis eum incolam eſſe, aut domicilium *n* habere, quod verius eſt.

De veritate, errore, & mendacio. 1. Filium ſequi ciuitatem ex qua pater originem ducit, non domicilium. 2. De duobus domiciliis. 3. De libertinis & eorum filiis.

6. *Vlpianus* lib. 2. Opinionum.

ADſumptio *o* originis, quæ *p* non eſt, veritatem naturæ non peremit. *errore* enim *veritas originis non amittitur.* nec mendacio dicentis ſe eſſe, vnde non ſit, deponitur. neque † recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, neque mentiendo de ea quam non habet, veritatem mutare poteſt. 1 ¶ Filius ciuitatem, ex qua pater eius naturalem originem ducit, non *q* domicilium ſequitur. 2 ¶ Viris prudentibus placuit, duobus *r* locis poſſe aliquem habere domicilium, ſi vtrubique ita ſe inſtruxit, vt non ideo minùs apud alteros ſe collocaſſe videatur.

3 ¶ Libertini *ſ* originem patronorum *t*, vel domicilium ſequuntur, item qui ex his naſcuntur.

De manumiſſo à pluribus.

7. *Idem* lib. 5. de Officio Proconſulis.

SI quis à pluribus manumiſſus ſit, omnium patronorum originem ſequitur.

De venditione frumenti.

8. *Marcianus* lib. 1. de publicis Iudiciis.

NOn debere cogi *u* decuriones viliùs præſtare frumentum ciuibus ſuis, quam annona exigit, Diui fratres reſcripſerunt. & aliis quoque conſtitutionibus principalibus id cautum eſt.

De eo qui iuſtum patrem non habet.

9. *Neratius* lib. 3. Membranarum.

EIus qui iuſtum patrem non habet, prima origo à matre *x*, eóque die, quo ex ea editus eſt, numerari *y* debet.

De priuilegio in bonis debitoris.

10. *Marcianus* lib. ſingulari de Delatoribus.

SImile priuilegium fiſco nulla ciuitas habet in bonis debitoris, niſi *z* nominatim id à Principe datum ſit.

De magiſtratibus & eorum nominatoribus conueniendis.

11. *Papinianus a* lib. 2. Quæſtionum.

IMperator Titus Antoninus Lentulo Vero reſcripſit, magiſtratuum officium indiuiduum *b*, ac periculum eſſe commune. quod ſic intelligi oportet, vt ita demum collegæ *c* periculum adſcribatur, ſi neque ab ipſo qui geſſit, neque ab his qui pro eo interuenerunt res ſeruari poſſit, & ſoluendo non fuit, honore depoſito: alioquin *a* ſi perſona, vel cautio ſit idonea *b* vel ſoluendo fuit, quo tempore conueniri potuit, vnuſquiſque in id, quod adminiſtrauit, tenebitur.

1 ¶ Quod ſi fortè is qui periculo ſuo nominauit magiſtratũ, ſoluendo ſit, vtrùm in eum prius actio reddi quaſi fideiuſſorem debeat, an verò non alias, quam ſi res à collega ſeruari non potuerit? ſed placuit fideiuſſoris exemplo priorem *c* conueniendum, qui nominauit: quoniam collega quidem negligentiæ ac pœnæ cauſa, qui verò nominauit, fidei ratione conuenitur.

12. *Idem* lib. 1. Reſponſorum.

ET ei *d* contra nominati, collegam actionem vtilem dari non oportet.

13. *Idem* lib. 2. Quæſtionum.

QVid ergo, ſi alter ex magiſtratibus toto anno abfuerit, aut fortè præſens, per contumaciam, ſiue ignauiam, vel ægram valetudinem reipublicæ negotia non geſſerit, & omnia collega ſolus adminiſtrauerit, nec tamen tota res ab eo ſeruari poſſit? talis ordo dabitur, vt in primis *e*, qui reipub. negotia geſſit, & qui pro *f* eo cauerunt, in ſolidum conueniantur, mox peractis omnibus periculum adgnoſcat, qui *g* non idoneum nominauit, poſtremò alter ex magiſtratibus: qui reipub. negotiis ſe non immiſcuit. Nec iuſtè, qui nominauit, vniuerſi periculum recuſauit, cùm ſcire deberet, eum qui nominaretur, indiuiduum officium, & commune periculum ſuſcepturum. nam & cum duo geſſerunt, & ab altero ſeruari, quod debetur non poteſt, qui collegam nominauit, in vniuerſo conuenitur.

Quid intelliguntur municipes ſcire.

14. *Idem* lib. 15. Quæſtionum.

MVnicipes intelliguntur ſcire *h*, quod ſciant hi, quibus ſumma *i* reipublicæ commiſſa eſt.

De honore & ignominia. 1. De eo qui ſucceſſorem ſuo periculo nominauit. 2. De prædiis in fraudem fiſci tranſlatis. 3. De adoptione.

15. *Idem* lib. 1. Reſponſorum.

ORdine decurionum ad tempus motus, & in ordinẽ regreſſus, ad honorem exemplo relegari tanto tempore non admittitur, quanto dignitate caruit. ſed in vtroque placuit examinari, quo crimine damnati ſententiam huiuſmodi meruerunt. durioribus etenim pœnis affectos ignominia velut tranſacto negotio, poſtea liberari. minoribus *k* verò, quam leges permittit, ſubiectos, nihilominus inter infames haberi. cùm facti *l* quidem quæſtio ſit in poteſtate iudicantium, iuris autem auctoritas non ſit.

1 ¶ In *m* eum qui ſucceſſorem ſuo periculo nominauit, ſi finito magiſtratu ſucceſſor idoneus fuit, actionem dari non oportet. 2 ¶ In fraudem ciuilium munerum per tacitam *n* fidem prædia tranſlata, fiſco vindicantur, tantúmque alterum interdictæ rei miniſter de ſuis bonis cogitur ſoluere. 3 ¶ Ius originis in honoribus obeundis, ac muneribus ſuſcipiendis, adoptione *o* non mutatur. ſed nouis quoque muneribus filius per adoptiuum patrem adſtringitur.

26. *Hermogenianus* lib. 1. Iuris Epitomarum.

SEd ſi emancipatur ab adoptiuo patre, non tantùm illius, ſed etiam ciuis eius ciuitatis, cuius per adoptionem fuerat factus, eſſe deſinit.

De libertis. 2. An pater pro filio decurioni conueniri poſſit. 3. De præſcriptione temporis. 4. De honoribus eodem tempore non gerendis in duabus ciuitatibus. 5. De poſſeßione. 6. De commiſſaria manumißione. 9. De adoptione. 10. De promißione per errorem facta. 11. De domicilio patris & filij. 12. De nominatis in quæſtionibus. 13. De poſſeßione domus. 14. De fideiuſſoribus.

17. *Papinianus* lib. 1. Reſponſorum.

LIbertus propter *p* patronum à ciuilibus muneribus non excuſatur nec ad rem pertinet, an operas patrono, vel miniſterium capto luminibus exhibeat.

1 ¶ Liberti verò ſenatorum, qui *q* negotia patronorum gerunt, à tutela decreto patrum excuſantur.

2 ¶ Filium pater decurionem eſſe voluit. antè *r* filium ex perſona ſua reſpubl. debet conuenire, quam patrem ex perſona filij. nec ad rem pertinebit, an filius caſtrenſe peculium tantùm poſſideat, cùm ante militaſſet, vel poſtea.

3 ¶ Præſcriptio temporum, quæ in honoribus repetundis, vel aliis ſuſcipiendis data eſt, apud eoſdem ſeruatur, non apud alios.

4 ¶ Sed eodem tempore non ſunt honores *ſ* in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi. cùm ſimul

igitur

a Pater fideiubere videtur pro filio, quoties conſentit, vt filius fiat decurio, *l. 20. §. 6. ſuprà familiæ: l. 7. ſ. de adminiſtratione.*

b Conſentire videtur, qui præſens non contradicit; *l. 7. in fin. ſ. de decur. l. 1. C. de filiisfam. lib. 10.*

c Gerit negotia publica, qui pecuniam publicã tractat, erogandam decernit, curatorem operũ creata ſucceſſorem nominat, vectigalia locat, *vt hic, & §. 2. 3. 4. ſ. eod.*

d Aliculus, *Vulg.*

e Qui promittit Rempub. ſaluam fore, non tenetur de damno priuatæ perſonę illato, *l. 7. ſ. eod. l. 1. ſ. de magiſtr. conuen. v. l. 3. in fin. ſ. de peculio: l. 7 ſ. de tutelis: l. 1. C. quod cum eo.*

f *l. 68. ſ. de fideiuſſ. l. vn. C. de periculo eorum, qui pro magiſtratib.*

g Principaliter ſc. ſecundario ſecus, *§. vlt. Inſt. de iis, qui ſunt ſui.*

h *l. 14 ſuprà de re militari.*

i Commeatus eſt ex aliqua commemoratione temporali abſceſſus, *teſte Donato in Terentium: v.* quæ ſcripſi ad *l. 36. ſ. eod.*

k *Etiam* particula, alterius caſus adiunctiua.

l Et conſtituere, etiã ſine conſenſu patris, quod animo & facto fieri poteſt, *Bart hic.*

m *l. 31. ſ. eod.*

n Pluribus locis domicilium, aut incolatus haberi poteſt, *l. 6. §. pen. ſ. eod.*

o Origine ſe Tyrium eſſe dicens per errorem, cùm ſit Campanus, veram ſuam originem non amittit.

p adde *l. 18. §. 10. ſ. eod.*

† Domiciliũ naturale natiuitatis propriæ mutari non poteſt, *vt hic:* accidentale ſeu incolatus poteſt: *l. 20. ſ. eo.* non prę ſumitur tamen, *Baro hac l. in fi.* de quo v. plura *apud Menoch. 6. præſumpt. 42.*

q *l. 17. §. 11. ſ. eo.*

r *l. 9. in fi. ſ eod.* adde *l. 5. §. 3. §. 5. ſ. de iniur.*

ſ Manumiſsi & eorum filij originem patronorum ſequuntur. t *l. 22. l. 27. ſ. eod. l. 13. l. vnic. C. ad l. Iul. Miſcell. l. 3 § 8. ſ. de municib. l. 2. C. de municip.*

u *l. 3. ſ. de annona. l. 5. ſ. de admin. rer. l. 1. C. de frumento Alexandr. v. Pap. 2. Not. 7.*

x *l. 1. in fi. ſ. eo. l. 24 ſ. de ſtatu.* y enumerari, *Hal.*

z *l 37. ſ. de rebus authoritate.* a Paulus, *Hal.*

b Indiuiduum eſt magiſtratuum officium & periculum commune.

c *l. vlt. §. 8. ſ. de adminiſtr. rer. l. 1. l. 3. C. quod quiſque.*

igitur vtrobique deferuntur,potior *a* eſt originis cauſa.

5 ¶ Sola *b* ratio poſſeſsionis ciuilibus poſſeſſori muneribus iniungendis,citra *c* priuilegium ſpecialiter ciuitati datum, idonea non eſt.

6 ¶ Poſtliminio *d* regreſsi, patriæ muneribus obtemperare coguntur, quamuis in alienæ ciuitatis finibus conſiſtant. 7 ¶ Exigendi tributi munus inter ſordida *e* munera non habetur, & ideo decurionibus quoque mandatur. 8 ¶ Ex cauſa fideicommiſsi *f* manumiſſus,in muneribus ciuilibus manumiſſoris *g* originem ſequitur,non eius, qui libertatem relinquit.

9 ¶ In adoptiua *h* familia ſuſceptum,exemplo dati, muneribus ciuilibus apud originem aui quoque naturalis,reſpondere D. Pio placuit,quamuis in iſto fraudis nec ſuſpicio quidem interueniret.

10 ¶ Error *i* eius qui ſe municipem aut colonum exiſtimans, munera ciuilia ſuſcepturum promiſit, defenſionem iuris non excludit. 11 ¶ Patris domicilium *k* filium aliorum *l* incolam ciuilibus muneribus alienæ ciuitatis non adſtringit, cum in patris quoque perſona domicilij ratio temporaria ſit.

12 ¶ In quæſtionibus *m* nominatos capitalium criminum,ad nouos honores ante cauſam finitam admitti non oportet: cæterum priſtinam interim dignitatem retinent. 13 ¶ Sola *n* domus poſſeſsio, quæ in aliena ciuitate comparatur,domicilium non facit.

14 ¶ Nominati ſucceſſoris periculum fideiuſſorem nominantis non tenet.

15 ¶ Fideiuſſores,qui *o* ſaluam rempub. fore reſponderunt, & qui magiſtratus ſuo periculo nominant,pœnalibus actionibus non adſtringuntur, in quas inciderunt hi pro quibus interuenerunt. eos enim damnum reipub. præſtare ſatis eſt,quod promitti videtur.

De interuallo temporũ in continuandis oneribus.

18. *Paulus* ||lib. 1. Quæſtionum.||

Diuus Seuerus reſcripſit,interualla *p* temporum in continuandis oneribus,inuitis,non etiam volentibus cõceſſa,dum ne quis continuet *q* honorẽ *r*.

De maiore parte curiæ.

19. *Scæuola* "lib. 1 Quæſtionum."

Qvod maior *ſ* pars curiæ effecit,pro *t* eo habetur, ac ſi omnes egerint *u*.

De domicilij tranſlatione.

20. *Paulus* "lib. 24. Quæſtionum."

Domicilium re *x* & facto *y* transfertur, non nuda conteſtatione, ſicut in his exigitur *z*, qui negant ſe poſſe ad munera vt incolas vocari.

De filiofamil. 1. De his qui ex officio,quod adminiſtrauerunt, conueniuntur. 2. De eo qui poſt mortem patris munus ſuſcepit. 3. De decurione adoptato. 4. De dote. 5. De reo criminis capitalis. 6. De infame. 7. De adiectionibus.

21. *Idem* "lib. 1. Reſponſorum."

Lvcius Titius,cùm eſſet in patris poteſtate, à magiſtratibus inter cæteros frumento comparando inuito *a* patre curator conſtitutus eſt. cui rei Lucius Titius neque conſenſit,neque pecuniam accepit,neque in eam cauit,aut ſe comparationibus cum cęteris miſcuit? & poſt mortem patris in reliqua collegarum interpellari cœpit,quæritur an ex ea cauſa teneri poſsit? Paulus reſpondit, eum qui iniunctum munus à magiſtratibus ſuſcipere ſuperſedit, poſſe conueniri eo nomine propter damnum *b* reipublicæ, quamuis eo tempore, quo creatus eſt,in aliena fuerit poteſtate.

1 ¶ Paulus reſpondit, eos qui pro aliis non ex contractu, ſed ex officio, quod adminiſtrauerint, conueniuntur,in damnum ſortis ſubſtitui ſolere,non *c* etiam in vſuras. 2 ¶ Idem reſpondit, heredes patris munera filij,quæ poſt mortem patris ſuſcepit, iure conueniri non poſſe. ¶ Hoc reſponſum & ad eum *d* pertinet, qui à patre decurio factus poſt *e* mortem patris munera ſuſcepit.

3 ¶ Idem reſpondit, eum qui decurionem adoptauit,onera decurionatus eius ſuſcepiſſe videri, exemplo patris, cuius voluntate filius decurio factus eſt.

4 ¶ Idem reſpondit, conſtante matrimonio dotem in *a* bonis mariti eſſe. ſed ſi ad munera municipalia à certo modo ſubſtantiæ vocentur, dotem non debere computari. 5 ¶ Idem reſpondit, ſi per accuſatorem criminum capitalium non ſtetiſſet, quo minus crimen intra ſtatutum tempus perſequeretur, reum non *b* debuiſſe medio tempore honorem appetere.

9 ¶ Imperatores Seuerus & Antoninus Auguſti Septimio *c* Zenoni. Pro infante *d* filio,quem decurionem eſſe voluiſti, quanquam fidem tuam in poſterum adſtrinxeris, tamen interim onera ſuſtinere non cogeris: cum ad ea quæ *e* mandari poſſunt, voluntatem dediſſe videaris. 7 ¶ Idem reſpondit, ſi ciuitas nullam propriam legem *f* habet de adiectionibus *g* admittendis, non *h* poſſe recedi à locatione vel venditione prædiorum publicorum iam perfecta: tempora enim adiectionibus præſtita ad cauſas fiſci pertinent.

De filiis libertorum. 1. De vidua & de ſecundis nuptiis. 2. De libertis. 3. De relegato. 4. De ſenatoribus & eorum liberis. 7. De his qui fœnus exercent.

22. *Idem* "lib. 1. Sententiarum."

Filij libertorum libertarumque *i* liberti paterni & patroni manumiſſoris domicilium,aut *k* originem ſequuntur. 1 ¶ Vidua *l* mulier amiſsi mariti domicilium retinet,exemplo clariſsimæ *m* perſonæ per maritum factæ *n*. ſed vtrunque aliis *o* interuenientibus nuptiis permutatur. 2 ¶ Municipes ſunt liberti & in eo loco, vbi ipſi domicilium ſua voluntate *p* tulerunt. nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt præiudicium: & vtrobique *q* muneribus adſtringuntur.

3 ¶ Relegatus *r* in eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium domicilium habet.

4 ¶ Senator ordine motus,ad originalem patriam, niſi hoc ſpecialiter impetrauerit, non reſtituitur.

5 ¶ Senatores,& eorum filij,filiæque,quoque *ſ* tempore nati natæve,itemq; nepotes *t*, pronepotes ||& proneptes|| ex filio origini *u* eximuntur,licet municipalem retineant dignitatem. 6 ¶ Senatores, qui liberum commeatum, id *x* eſt, vbi velint,morandi arbitrium impetrauerunt, domicilium in vrbe retinent.

7 ¶ Qui fœnus exercent,omnibus patrimonij intributionibus *y* fungi debẽt,etſi poſſeſsionem non habeãt.

De ſenatore & eius liberto. 1. De milite.

23. *Hermogenianus* "lib. 1. Iuris Epitomarum."

Mvniceps eſſe deſinit *z*, ſenatoriam adeptus dignitatem, quantum *a* ad munera quantum vero ad honorem *b*, retinere *c* creditur originem *d*. denique manumiſsi *e* ab eo eius municipij efficiuntur municipes,vnde originem trahit. 1 ¶ Miles ibi domicilium habere videtur,vbi meret *f*, ſi *g* nihil in patria poſſideat.

De vſuris.

24. *Scæuola* "lib. 2. Digeſtorum."

Conſtitutionibus principum continetur, vt pecuniæ,quæ ex detrimento *h* ſoluitur,vſuræ non præſtentur. & ita Imperatores Antoninus & Verus || Auguſti|| reſcripſerunt his verbis: Humanum eſt reliquorum vſuras neque ab ipſo, qui ex adminiſtratione honoris reliquatus *i* eſt, neque à fideiuſſore eius,& mul-

to minus

a *ſub. quam domicilio*, dixi ad *l.1.C. vbi petantur tutores.*
b *§.13.ℑ.eod.l.4. C.de incolis.*
c Citra priuilegium ſpeciale, ciuilia munera non iniunguntur ſola ratione poſſeſſionis.
d Poſtliminium non tantum commoda reuerſis, ſed & onera reſtituit.
e Nobilem,actum nobilitati ſuæ contrarium non facere vectigalia exigendo, hinc colligunt,
f *l.1.C. de municip.& origin.*
g Patronus is etiam eſt, qui ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, *vt hic.*
h *l.15.in fin.ℑ.eo.*
i *l.5.in princ.ℑ.eodem.*
k *l.3.l.4.l.6.§.1. s̄.eod.*
l Domicilium patris, filij non ſequuntur, ſi alibi domicilium ſibi conſtituerint: licet itaque filio domicilium patris mutare, *vt hic*: vt & liberto patroni, *l.27.ℑ.eod.*
m vide *l.7.ℑ.de muneribus*. dixi ad *l.26.ſup. de bonis eorum.l.1.§.26.s̄.de quæſtionib.* adde *Suetonium in Iulio:c.17.*
n Incolam non facit ſola domus vel agri poſſeſsio ſine laris, id eſt, domicilij collocatione *§.5.s̄.eod. l.4.Cod. de incolis, l.53.C.Theodoſ. de incolis.* cætera v. in *§.5.s̄ eod.*
o *leg.2.§.5.s̄.de magiſtrat. conueniend.l.86.ſup. de fideiuſſoribus.*
p Interualla, vacationum tempora, *l.vlt. C. de munerib. v.leg.6.ℑ.de legationib.*
q *l.14.§.5.s̄. de muneribus*, v. l.6. *C.de aſſeſſoribus.*
r Honore. *Hal.*
ſ Pars maior quod facit, cæteri id feciſſe videntur, *l.3.l.4.l.5.s̄.quod cuiuſque, l.3.ℑ de decretis: l.45.C.de decurionibus: l.106.§.1.ℑ.de reg.iuris: l.2.§.5.in fin.C.de iureiur. propter.* v. tamen Socin.*regul.*143. t Locus ab adiacente qualitate. dixi ad l.3.*s̄.de ſeruitutibus.*
u Et meritò,quia in his quæ fiunt à pluribus, vt ab omnibus maioris partis conſenſus ſufficit: in his autem quæ fiunt à pluribus,vt à ſingulis,non ſufficit maioris partis conſenſus, *l.7.in fin.s̄.de pactis: l.1. C.qui bonis cedere.*
x *v.l 27.§.1.ℑ.eod.* y Puta quando quis cum rebus ſuis ſuccedit, *Bartol.hic.*
z *al.*perſpicitur. a Adde *l.2.s̄.eod.*
b Synopſis Baſilicon. c *l.24.ℑ.eo.*Imo & vſuras, *l.vlt.s̄.de magiſtr.conueniend.*
d *l.15.ℑ.de decurionibus.*
e Decurio patris voluntate filiusfamilias factus,ſi poſt mortem patris decurionatum vel alios honores gerit, heredes patris eo nomine Reipublicæ non tenebuntur, *vt hic.l.3 in fin.& ſi filium 15.ℑ.de munerib.* Imo tenentur, *l.ſi filia 20.§.Neratius 7.s̄.familia erciſcund.* Solue,ibi viuo patre filio delata eſt ἀγωνοθεσία, eamque filium ſuſcepturum pater ſpopondit: vt eo heredes patris merito teneantur,etiam ſi filius non niſi poſt mortem patris eo munere functus ſit, *leg.vnic. Cod.de periculo ſucceſſ. parentis.*

a *v.l.30.Cod. de iure dotium.*
b *v.l.7.ℑ.de muneribus.*
c *l.1.C. de muneribus & honoribus.*
d Infans adſcribi in ordinem poteſt ex cauſa: quòd fortè ab egregia indole, vel ſtirpe, progreſſum annorum expectari non oporteat. Huic ſi conſenſerit pater, non cógetur interim, id eſt, quandiu fuerit infans, pro eo onera ſuſtinere: intelligitur enim pater ad ea quæ ei mandari poſſunt conſenſum adcommodaſſe fidemque ſuam adſtrinxiſſe. infanti nihil alias mandari poteſt, *vt hic: l.1.in fin. C.de muner. & honoribus* & ſi decurio receptus fuerit, partem ſuffragij, & vt loquuntur vocem in ordine conſilióque non habebit.
e *v.l.6. s̄.de pignoribus.*
f *iidem reſcripſerunt. Cuiac.2.obſer.24.*
g Adiectiones fiunt in auctionibus licitandis, à quibus diſtant ἐπιβολαὶ, de quibus vide Cuiacium *Nou.166.6.obſ.10.* ſenſus eſt: Poſt additionem factam, adiectionem & licitationem admitti intra certa tempora, *l.4. C. de fide & iure haſtæ* poſt additionem factam à republ. niſi ex priuilegio, adiectionem non admitti. meliori ita conditione fiſcum eſſe,quàm Rempublicam, *Cuiac. 2. obſ.24.*
h *v.l.1.C.de vendendis rebus ciuitatis*: v. quæ ſcripſi ad l.4.*C.de fide & iur.haſtæ fiſcal.* i vt liberti. *Hal.v.l.6.in fi.ℑ.eo.*
k *al.*vt. l Vidua mariti ſui mortui domicilium retinet, vt & dignitatem ſiue honorem, *v.l.242.§.3.ℑ.de verb.ſign.* de viduis hoc ſingulare eſt, fauorabiliores habitas fuiſſe apud Romanos pupillis. Nam in Cannenſis pugnæ inopia,primo ad pupillorum, deinde ad viduarum pecuniam ventum eſt. *Liuius* 24. ſic viduæ matris conſenſum curator præfert in pupillæ nuptiis *Lucius* 4. m i. ſenatoriæ, dixi in *l.5.s̄.de curat. furioſ.* n Quæ clariſsimam dignitatem retinet. o *l.53.l.37.l.vlt.§.3.ℑ.eod.*adde *l.vn.C.de munerib.& quo in loco.l.65.in fin.s̄. de iudic.l.10.C.de nuptiis: Nou.22.c.36.* p Municipes alij originarij alij voluntarij, *vt hic.*voluntarios facit adiectio vel incolatus, *vt hic.l.6.l.7.C.de incolis.*originarios origo.
q *l.37.§.1.ℑ.eod.* r *l.27.inf.ℑ.eo.*
ſ Eo tempore, *vulgata* quoque tempore nati. *Hal.facit l.5.s̄.de ſenatoribus.* vide ad locum elegantem quæſtionem ab Hotomano tractatam 2. *Illuſtr.* ex duobus regis filiis,quorum alter ante adeptum à patre regnum,alter poſtea natus ſit,vter præferatur. t Nepotes & neptes. *Cuiac.ad l.8.C.de incolis.*
u *l.8.C.de incolis.* x Liber commeatus, eſt arbitrium morandi vbi velis.
y Intributiones,ſunt contributiones. hoc verbo vſus eſt Iuriſconſultus in *l.pen.s̄.de veteran.l.6.ℑ.de muner.l.27.in fi.ℑ. de verb.ſign.* & à Paulo intributionis collatio dicitur. *Paul.2.ſent.7.§. vlt.* Verbo quoque intribuendi vtitur iuriſconſultus in l.9.*in fi.s̄.de tributoria.* Traianus *apud Plin.* poſſumus eorum deſiderio indulgere,modo ne quid ideo intribuant. *Briſſonius.* z Imo non deſinit, *l.11.s̄.de ſenatoribus.*
a *v.l.vlt.C.de excuſ.muner.l.14. C. de dignitatibus.*
b Honores itaque ibi gerere cogi poterit.
c & huc ita refert *d.l.11.* d Municipij ſui. e *l.27.ℑ.eod.*
f Vbi inhæret. *vulgat.*merere,verbum militare eſt, ϛρατιάς ϛρατεύειν *Lucian.*10. ære merent paruo. *Cicer.1.Phili.*milites merentes τεταγμένοι μισθοφοροῦντες, quã non merent, ἀστράτευτοι, ἀστράτευτοι. Inde merita, *l.3.§.22.s̄. de re militari*: & emeritum militiæ, *v.Budæum hic.* g Et ſi. *Hal.*
h Pœna, *l.21.§.1.inf.s̄.eo.l.vn.C.de his qui ex officio quod adminiſtrar.* ἀπὸ ζημίας 23. *Ecl.3.in lib.54.tit.3.c.18.* i Relinquitur. *Vulg.* relinquatur, *Budæus.*

to minus à magiſtratibus, qui cautionem acceperint, exigi. cui conſequens eſt, vt ne in futurum à forma obſeruata diſcedatur.

De magiſtratibus municipalibus.

25.*Vlpianus*"lib. I. ad Edictum prætoris."

MAgiſtratus municipales, cum *a* vnum magiſtratum adminiſtrent, etiam vnius hominis vicem ſuſtinent. & hoc plerumque quidem lege municipali eis datur: verum etſi non ſit datum, dummodo *b* non denegatum, moribus competit.

26.*Paulus*"lib. I. ad Edictum."

EA *c* quæ magis *d* imperij ſunt, quam iuriſdictionis, magiſtratus municipalis facere non poteſt.

¶ Magiſtratibus municipalibus non *e* permittitur in [in]tegrum reſtituere, aut bona *f* rei ſeruandæ cauſa iubere poſſidere, aut dotis *g* ſeruandæ cauſa, vel legatorum ſeruandorum"cauſa *h*."

De libertis. I. De eo qui non in colonia, ſed in municipio agit. 2. De duobus domiciliis & eo qui domicilio caret.

27.*Vlpianus*"lib. 2. ad Edictum."

EIus qui manumſit *i*, municeps eſt manumiſſus, non domicilium"eius"ſed patriam ſecutus. Et ſi patronum habeat duarum ciuitatum municipem, per manumiſſionem, earundem ciuitatum erit municeps.

1 ¶ Si quis negotia ſua non jn colonia *k*, ſed *l* in municipio ſemper agit, in illo vendit, emit, contrahit, eo in foro, balneo, ſpectaculis vtitur: ibi feſtis *m* dies celebrat, omnibus denique municipij commodis, nullis coloniarum *n* fruitur, ibi magis habere domicilium, quàm vbi colendi *o* cauſa diuerſatur. *p.* 2 ¶ Celſus libro primo Digeſtorum tractat, ſi quis inſtructus ſit duobus *q* locis æqualiter, neque hic quam illic, minus frequenter commoretur, vbi domicilium habeat, exiſtimatione animi eſſe accipiendum. ego dubito, vtrobique deſtinato ſit animo, an poſſit quis duobus *r* locis domicilium habere. & verum eſt habere, licèt difficile eſt, quemadmodum difficile eſt, ſine domicilio eſſe quemquam. puto autem & hoc procedere poſſe, ſi quis domicilio relicto nauiget, vel iter faciat, quærens quo ſe conferat, atque vbi conſtituat. nam hunc puto ſine *ſ* domicilio eſſe. 3 ¶ Domicilium autem habere poteſt & relegatus *t* eo loci, vnde arcetur, vt"Marcellus ſcribit.

De magiſtratibus municipalibus.

28.*Paulus*"lib. I. ad Edictum."

INter conuenientes *u* & de re maiori apud magiſtratus municipales agetur.

De incola.

29.*Gaius*"lib. I. ad Edictum Prouinciale."

INcola & his *x*" magiſtratibus parere debet, apud quos incola eſt: & *y* illis, apud quos ciuis eſt, nec tantum municipali iuriſdictioni in vtroque municipio ſubiectus eſt, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet.

De eo qui ex vico natus eſt.

30.*Vlpianus*"lib. 61. ad Edictum."

QVi ex vico ortus eſt, eam patriam intelligitur habere, cui *z* reipub. vicus ille reſpondet.

De domicilio, vbi quis velit, conſtituendo.

31.*Marcellus*"lib. I. Digeſtorum."

NIhil eſt impedimento, quo minus quis, vbi *a* velit, habeat domicilium *b*, quod *c* ei interdictum non ſit.

De ſponſa.

32.*Modeſtinus*"lib. 4. Differentiarum."

EA quæ deſponſa eſt, ante *d* contractas nuptias ſuum non mutat domicilium.

De Roma.

33.*Idem*"libro ſingulari de Manumiſſionibus."

ROma communis *a* noſtra patria eſt.

De incola.

34.*Idem*‖lib. 3. Regularum.‖

INcola iam muneribus publicis *b* deſtinatus *c* niſi perfecto munere, incolatui renuntiare non poteſt.

De eo qui in agro moratur.

35.*Idem*‖lib. I. Excuſationum.‖

SCire oportet, quoniam qui in agro *d* permanet, incola eſſe non *e* exiſtimatur, qui enim illius ciuitatis præcipuis non vtitur, non exiſtimatur eſſe incola.

De eo qui epiſtolam à magiſtratibus cum decreto Imperatori porrigendo miſſam, alij dedit quàm cui debuit. I. De pecunia publica credita.

36.*Idem*"lib. 2. Reſponſorum."

TItio *f*, cum eſſet Romæ ſtudiorum *g* gratia, epiſtola miſſa eſt à magiſtratibus patriæ ſuæ, vt porrigeret Imperatori decretum eiuſdem ciuitatis, quod erat cum ipſa epiſtola miſſum is autem, qui ſuſcepiſſet literas reſtituendas, colluſione facta dedit Lucio"Titio"qui & ipſe Romæ morabatur ſuæ rei gratia, ſublato Titij nomine, cui erat decretum miſſum, vti per ipſum daretur, ſuum nomen ſcripſit, & ſic Imperatori decretum ſecundum mandata reipub. dedit. quæro, qui *h* viaticum *i* petere ab ea *k* potuiſſet, & quid commiſiſſe videtur is, qui non reſtituit literas ei, cui reſtituere mandatum ſuſceperat, & is qui ſublato alieno nomine, inſcriptóque ſuo, quaſi ipſe iuſſus à patria decretum Imperatori porrexit? Herennius Modeſtinus reſpondit, Titium quidem viaticum petere non poſſe, ſed *l* eum qui nomen incidiſſet *m*.

1 ¶ Titius pro pecunia publica, quã ipſe credidit, dignus accepit. pacto facto cũ debitore, *vt non ſoluto debito, ſine vlla repromiſſione diſtrahatur pignus.* ſuccedentes *n* gradus in locũ Titij, nomen & pignus probauerunt vſq; ad Mæuium. ex venditione pignoris propter repromiſſionem à magiſtratu *o* vendentibus pactam, de modo fundi demonſtrato, ſatis debito factum non eſt, quærebatur, quis reipubl. tenetur? Herennius Modeſtinus, Titium, cùm ſucceſſores eius periculum nominis agnouerint, eo nomine obſtrictum non eſſe ‖reſpondit.‖ ſed nec poſt magiſtratus *p*, qui vendidiſſe proponuntur, cùm videlicet pluris vendiderunt propter menſuræ agri demonſtrationem: & hoc quà pluris vendiderunt, reſtituere minore modo deprehenſo iuſſi ſunt. eum igitur, qui nouiſſimus nomen probauit indemnitati reipublicæ ſatiſfacere debere, ſi nomen ad ſucceſſorem idoneum tranſmiſiſſe non doceatur.

Ad quem ſpectet cognitio de iure incolarum. I. De libertis. 2. De non legitimè nupta.

37.*Calliſtratus*"lib. I. de Cognitionibus."

DE iure omnium incolarum, quos *q* quæque ciuitates ſibi vindicant *r*, præſidum prouinciarum cognitio eſt. Cùm *ſ* tamen ſe quis negat incolam eſſe, apud eum præſidem prouinciæ agere debet, ſub cuius cura eſt ea ciuitas, à qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua ipſe ſe dicit oriundum eſſe. ídque Diuus Hadrianus reſcripſit mulieri, quæ aliunde orta, alibi nupta eſt. 1 ¶ Libertos eo loco munus facere debere, vnde *t* patrona erit, & vbi ipſi domicilium habebunt, placet. 2 ¶ Mulieres, quę in matrimonium ſe dederint non *u* legitimum, non ibi muneribus fungendas, vnde mariti earum ſunt, ſciendum eſt, ſed vnde ipſæ ortæ ſunt, ídque Diui fratres reſcripſerunt.

a Vnõ magiſtratu ſi plures fungũtur, vnius locum ſuſtinent. adde *l.* 11. *ȷ. eo. l.* 9. *ȷ. de pact.*
b Permiſſum videtur, quod non reperitur prohibitum, adde *l.* 4. *C. de iure dotium, l.* 7. *C. de religioſis.*
c Municipales magiſtratus ſeu duũuiri imperium nõ habent, *vt hic*: Iuriſdictionem habent vſque ad certam quantitatem (quam tamen defendere pœnali iudicio nequeunt, *l.* 1. *ȷ. ſi quis ius dicenti.*) pignoris capionẽ *l.* 29. §. *magiſtratus* 7. *ȷ. ad l. Aquil.* legis actionem, in ſeruos caſtigationem, *v. l.* 17. *ȷ. qui & à quibus manumiſſ.* tutoris & curatoris dationem, *l.* 3. *ȷ. de tutoribus & curatoribus datis ab his*, quin ordo ipſe magiſtratum municipalem, iure tutorem dat, *l.* 3. *ȷ. qui petant tutores.*
d *l.* 4. *ȷ. de iuriſdictione, l.* 11. *ȷ. de damno.*
e Imo permittitur, *v. l.* 3. *ȷ. de iuriſdict. l.* 4. §. 3. *ȷ. de damno, l.* 4. *in fi. ȷ. de officio eius cui mandata eſt iuriſd.*
f *l.* 1. *ȷ. ex quib. cauſis in poſſeſſ.*
g dixi ad *l.* 2. *Cod. qui potiores.*
h Habuerunt tamen iuriſdictionẽ vſque ad certam quantitatem. *Paul.* 5 *ſent.* (quam pœnali iudicio defendere nequibãt, *l.* 1. *ȷ. ſi quis ius dicenti*) pignoris capionem, *d.* §. *magiſtratus* 7. legis actionem. *Paul.* 2. *ſent.* 16. § 4. in ſeruos caſtigationẽ, *l.* 12. *ȷ. de iuriſdict. l.* 17. *ȷ. qui & à quibus manum.* tutoris & curatoris dationem *l.* 3. *ȷ. de tutor.* Præferebantur ei faſces, & bacilli, v. *Cuiac. ad l.* 53. *C. de decurionibus.*
i *v. l.* 23. *ȷ. eod.* Manumiſſus ibi municeps eſt, vbi manumiſſor municeps fuit, niſi alibi libertus ſeu manumiſſus domicilium conſtituerit, *vt hic.* Eadem ratio in filio. *l.* 17. §. 11. *ȷ. eo.*
k Coloniæ vocabulo ne intelligas cum Accurſio villam, aut agricolationis locum, quo ſenſu interdum accipitur. Colonia, eſt oppidum quod coloniæ iure vtitur. Cicero *pro Fonteio.* Eſt in eadem prouincia Narbo Martius colonia noſtrorum ciuium, ſpecula populi Romani ac propugnaculum iſtis nationibus oppoſitum. Cæſar *de bello Gallico.* fuit tempus quum Germanos Galli ſuperarent virtute, vt vltro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrorumque inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Tranquillus *in Auguſto c.* 46. Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab ſe frequentauit: Colonia vt à municipio differat, *v.* 16. *Gell.* 13. *& Budæum hic.*
l Coloniæ & municipij differentia, de qua dixi initio huius tituli.
m Feſtos dies *Vulg. Hal.* adde *l.* 7. *C. de incolis.*
n Fortè legendum, *coloniæ ſuæ*: nam ſupra numero vnitatis coloniam dixit, non colonias.
o Colendi ruris cauſa. *Hal.*
p Diuerſatur.
q *l.* 5. *in fin. ȷ. eo.*
r Domicilium duobus locis difficulter haberi poteſt.
ſ Sine domicilio quis eſſe poteſt.
t *l.* 22. §. 2. *ȷ. eod.*
u conſentientes, *l.* 74. §. 1. *ȷ. de iudiciis.*
x *l.* 3. *ȷ. de muneribus, l.* 1. *C. de municipibus.*
y Vnius loci poteſt quis eſſe ciuis: alterius incola.
z *v. l.* 9. *de iudiciis, l.* 30 *in fin. C. de Epiſcopis.*
a *l.* 4. *ȷ. eod. l.* 1. *C. de incolis.*
b Domicilium vbi volumus habere poſſumus.
c Domicilia ſunt libera niſi in caſibus exceptis.
d Sponſa, contractis nuptiis domicilium mariti ſequitur, *v. l.* 22. *ȷ. eod.* atque ita quod de [...] ſtatuto con[...] tur, ad ſpon[...] continuò non [...] tinet, *vide* [...] *Gl.* 2. *legum* [...] *bialium.*
a Roma, com[...] nis patria *l.* [...] 11. *ſuprà de* [...] *tut. l. vlt.* [...] *interdictis,* [...] *lega. Nou.* 7[...] *legem* 9. [...] *vocat.* Cicero [...] *tra Rullum.* [...] communis [...] omnium [...] fuit. olim [...] communis [...] Romanorũ [...] licorum et [...] Iulia: ho[...] omnium, q[...] tioni Ro[...] ſubiecti ſ[...] conſtitutio[...] tonini, *l.* [...] *de ſtatu.* [...] gantes Si[...] in ea, to[...] bis ciuitate[...] ſolos barba[...] ſeruos pere[...] dixit. Rut[...] matianus [...] *ma*: Fecit [...] diuerſis g[...] vnam: P[...] iuſtis te [...] te capi. [...] offers vi[...] prij conſo[...] ris: Vrbem [...] quæ pri[...] erat. *vide* [...] *ad l. vnic.* [...] *rionibus* [...] *co, &c.*
b Quæ [...] tur origi[...] incolatus [...]
c *l.* 1. *C. de* [...]
d *l.* 3. *C. de* [...]
e Imò [...] tur, *l.* 239. [...] *de verb. ſig.*
f Facti [...]
g Mos era[...] in prouin[...] micilium [...] Romæ [...] lia, ſtudio[...] alia iuſta [...] morari [...] reſcripto [...] pis imp[...] habitatione[...] inde non [...] ſcederent [...] id ipſum [...] impetraſſent à Principe. *Caſſiodorus* 1. & 4. *variar. vbi de liberis Valerian*[...] *ſcribit, ſtudiorum cauſa Romam deductis.* Erat & illud moris vt habitationem [...] cederet princeps ſine annua certaque penſione. Et hoc ſenſu Suetonius *in* [...] ſcribit, Cæſarẽ annuam habitationẽ Romæ vſq; ad bina millia nummûm: [...] non vltra quingenos ſeſtertios remiſiſſe. Porrò inter iuſtas cauſas Romæ [...] lia domicilij impetrandi ſtudia fuere, *vt hic*: quæ & probabilis cauſa abſenti[...] tur, *l.* 28. *ſupra ex quibus cauſis maiores.* Ita conſtare debebat, quam ob cau[...] uincialis Romam commigraſſet. Hinc interim conſtat, ſtudiorum cauſa hab[...] nem Romæ à Principe impetrari ſolitam, *vt & ex l.* 18 *in fin. ſupra de iudic*[...] habitationem qui impetrauerant non minus Romæ, quàm qui ibidem nati [...] lium habebant, *l.* 5. §. 1. *ſupra de iniur.* Porro huiuſmodi impetrata habitatio[...] meatus vel commeatus forma appellatur *in l.* 2. *in fi. ȷ. eo. v. Reuard. ad l.* [...] *reg. iur.*
h Quis viaticum, *Vulg. Hal.*
i Viaticum, ſumptus itineris [...] 7. *l.* 17. *ȷ. de reg. cred. l.* 53. §. 11. *ȷ. pro ſocio: l.* 1. §. 9. *ȷ. de tut. & rat.* Impendia [...] conficiendum, *l.* 7. *ȷ. ad Treb.* Apuleius 6. *de Aſino.* Ergo & inter mortuos [...] viuit, & moriens viaticum debet quærere? Viaticum dicitur in *l.* 18. *inf.* [...] Apuleius 7, *de Aſino.* viaticulum mihi corraſi. Viaticari Plauto, eſt, viaticum [...] & viatica cœna *in Bacchiadibus* quæ datur abituro.
k Ab eo, *Hal.*
l Nec eum, Zoanetus 11. *reſtit.* reprehenſus à Roberto 1. *Recepta* 20.
m Indidiſſet. *Vulg. Hal.*
n Succedentes magiſtratus *Cuiac.* 7. *obſ.* 2.
o A magiſtratib. vendentib. *Cuiac.* 4. *obſ* 2.
p Cuiacius ibidem legit poſt[...] ſtratus, vnica dictione, quemadmodum dicitur poſtfactum, poſtdelictum.
q Quod *Vulg. Hal.*
r *l.* 2. *C. de decurionibus.*
ſ eum tamen. *Vulg. Hal.*
t *l.* 22. §. *ȷ. eo.*
u Aliud in legitimo, *l.* 22. §. 1. *ȷ. eod.*

De

De iureiurando. 1. De colonis prædiorum fiſci. 2. De exactione pecuniæ legatorum. 3. De nupta. 4. An pater pro filio teneatur. 5. De nomine & rebus ipſis. 6. De cautione à magiſtratibus præſtanda.

38. *Papirius Iuſtus* ‖lib. 2. de Conſtitutionibus.‖

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, gratiã *a* ſe facere iuriſiurandi ei *b* qui iurauerat *ſe ordini* c *non interfuturum*, & poſtea duumuir *d* creatus eſſet.

1 ¶ Item reſcripſerunt, colonos prædiorum fiſci, muneribus fungi ſine damno fiſci oportere *e*. ídque excutere præſidem adhibito procuratore debere.

2 ¶ Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, ad magiſtratus officium pertinere exactionem pecuniæ legatorum. & ſi ceſſauerint, ipſos vel heredes *f* conueniri: aut, ſi ſoluendo non ſint, fideiuſſores eorum qui pro his cauerunt. 3 ¶ Item reſcripſerunt, mulierem, quandiu *g* nupta eſt, incolam eiuſdem ciuitatis videri, cuius maritus eius eſt. & ibi, vnde *h* originem trahit, non cogi muneribus fungi.

4 ¶ Item reſcripſerunt, patris, qui conſultò filium emancipauerat, ne pro magiſtratu eius caueret, perinde bona teneri, atque ſi fideiuſſor pro eo extitiſſet.

5 ¶ Item reſcripſerunt, cùm quæritur, an municeps quis ſit, ex ipſis etiã rebus probationes ſumi oportere: nam ſolam *i* nominis ſimilitudinem ad confirmandam cuiuſque originem ſatis non eſſe. 6 ¶ Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, non minùs eos qui compulſi magiſtratui *k* funguntur, cauere debere *l*, quam qui ſponte officiam adgnouerunt.

a Ex iuſta cauſa ſc. *l. vlt.* ſ. *qui ſatiſdare*: *l. 30.* ſ. 1 *de oper. lib. l. pen. C. de tranſact. l. vlt. C. de non numerata.* Sueton. *in Tiberio* 35. Equiti Romano iuriſiurandi gratiam fecit, vt vxorẽ in ſtupro generi deprehenſam dimitteret, quam ſe nunquã repudiaturũ ante iurauerat. adde *Nou* 51.
b Decurioni.
c Decurionum.
d Duumuir, Princeps ſenatus municipalis.
e Imò non oportet, *l. 5.* §. 12. ĵ. *de iure immunitatis*: *l. 1. l. 5. C. de agricolis & cenſitis.*
f *l. vltim* §. 1. ĵ. *de adminiſtratione rerum.*
g Secus ſi vidua, *l. 11.* §. 1. ſ. *eod.*
h Imò ibi vnde originem trahit: cùm nemo originẽ mutare poſsit, *l. 4. C. de municip. & originariis.*
i Nominis ſola ſimilitudo non cõfert gentis aut familiæ priuilegia & iura.
k Magiſtratu, *Hal.*
l Imò non debet, *l. 49.* ſ *familiæ.*
m 12. *C. Theodoſiano* 1. vnde dicti, vide in lege 239. §. 5 ĵ *de verb. ſig*
n Et qui decuriones habentur, & quib. modis à fortuna curiæ liberẽtur, 10 *C.* 31. περὶ βουλευτῶν, & c *Nouell.* 38 περὶ πολιτικῶν καὶ πολιτευομένων αὐτῶν καὶ λειτουργιῶν, 54. *Eclog.* 1. adde 5 *C Theod.* 2. *vbi tractatur de bonis decurion. &* 10. *C.* 32. 33. 34. adde *Nouell. Leon.* 46.
o Decuriones in originalibus curiis tenentur perſeuerare, *leg.* 50. *l.* 53. *l.* 55. *C. eod.*
p Decuriones ſedibus ciuitatis ſuæ relictis, ſi in alia loca tranſmigrarint, in patrium ſolũ reuocari poſſunt à præſide prouinciæ, vt muneribus fungãtur, adde *tit. Cod. ſi curialis omiſſa ciuitate rus habitare maluerit*: vt hinc poſsit colligi, ſubditos iuſtis de cauſis cogi poſſe, vrbes habitare.
q *l. 5. in fi.* ĵ. *eod.*
r finito tempore.
ſ *d. l. 3. d. l. 5. C. ex quib. cauſis infam. l. 1. Cod. de his qui exilium. l. 13.* ſ. *de falſis.*
t *l. 9.* §. 14 *ſup. de pœnis*: *v. Hotom* 2. *Illuſtr.* 20.
u *v. l. 11. C. de quæſtionibus.*
x *v. l. 26.* ſ. *de pœn.*
y *v. l. 5. in fi.* ſ. *de ſtatu.*

DE DECVRIONIBVS *m*, ET FILIIS EORVM *n*.

TIT. II.

De patria relicta.

1. *Vlpianus* ‖lib. 2. Opinionum‖

DEcuriones, quos ſedibus ciuitatis, ad quam pertinent, relictis *o*, in alia loca tranſmigraſſe probabitur, præſes prouinciæ in *p* patrium ſolũ reuocare, & muneribus congruentibus fungi curet.

De condemnatione & reſtitutione. 2. De liberis decurionum. 8. De maioribus annis quinquagintaquinque.

2. *Idem* ‖lib. 1. Diſputationum.‖

QVi ad tempus *q* relegatus eſt, ſi decurio ſit, deſinet eſſe decurio, reuerſus *r* planè locum ſuum quidem non obtinebit, ſed non ſemper prohibetur decurio fieri. denique in locum ſuum non reſtituetur. nam & ſublegi in locum eius poteſt: & ſi numerus ordinis plenus ſit expectare eum oportet, donec alius vacet.

¶ Alia cauſa eſt eius, qui ad tempus ordine remouetur. hic enim impleto *ſ* tempore decurio eſt. ſed & in huius locum ſublegi poterit. ſed & ſi plenum locum inuenerit, expectet, ‖&‖ donec locus vacet.

1 ¶ Reſtitutus tamen in ordinem, vtrùm eum ordinem teneat, quem primum habuit, an verò quem nunc nanctus eſt, quæri poteſt, ſi fortè de ordine ſententiarũ dicendarum agatur? Arbitror tamen eundem ordinem tenere, quem pridem habuit.

¶ Non idem erit in eo qui relegatus ad tempus eſt. nam hic velut nouus in ordinem venit.

2 ¶ In filiis decurionum quæſtio eſt, vtrùm is ſolus decurionis filius eſſe videatur, qui *t* conceptus & natus eſt ex decurione, an verò & is qui antè natus eſt, quam pater decurio fieret. & quidem quantum pertinet, ne fuſtibus caſtigetur, & ne in metallum detur, non nocet plebeio patre eſſe natum, ſi poſtea honor decurionis patri eorum acceſſerit. In quo *u* quoque Papinianus idem reſpondit, ne patris *x* nota filius macularetur.

3 ¶ Sed ſi pater ipſius ordine motus ſit, ſi quidem ante conceptionem eius moueatur, arbitror eum quaſi plebeij filium in honoribus ſpectari. quod ſi poſt conceptionem pater ipſius dignitatem amiſerit, dicendum erit benignè, vt decurionis filium intuendum.

4 ¶ Proinde hic quoque, qui poſt patris relegationem natus ſit, ſi quidem ante cõceptus eſt, ſimilis ſenatoris filio habebitur: ſi poſtea, nocebit illi relegatio.

5 ¶ Si ad tempus ordine moto patre fuerit natus, medióque *y* tempore conceptus, & editus, an quaſi decurionis filius naſcatur, licet pater eius antè obierit, quam in ordinem venerit? quod benignè erit admittendum.

6 ¶ Præterea ſi conceptus ſit à plebeio, mox ante editionem pater eius decurionatum adeptus, ante editionem amiſerit: non infauorabiliter quis medium tempus illi prodeſſe, veluti iam nato reſpondebit.

7 ¶ Nullum *a* patris delictum innocenti filio pœnæ eſt. ideóque nec ordine decurionum, aut cæteris honoribus propter eiuſmodi cauſam prohibetur.

8 ¶ Maiores annis quinquagintaquinque *b* ad decurionatus honorem inuiti vocati conſtitutionibus prohibentur. ſed ſi *c* ei rei conſenſerint, etſi maiores annis ſeptuaginta ſint, munera quidem ciuilia obire non coguntur, honores autem gerere debent.

De condemnatione. 2. De ſpuriis. 3. De his qui Iudaicam ſuperſtitionem ſequuntur.

3. *Idem* ‖lib. 3. de officio Proconſulis.‖

GEneraliter id erit defendendum: vt qui clementiorem *d* ſentẽtiam paſſus eſt ob hoc, quod ad tempus relegatur, boni conſulere debeat humanitatis *e* ſententiæ, nec decurionatum recipiat. 1 ¶ Sed ſi quis ob falſam *f* cauſam, vel aliam de grauioribus, non ad tempus ſit relegatus, ſed ad tempus ordine motus: in ea eſt cauſa, vt poſsit *g* in ordinem redire. Imperator enim Antoninus edicto propoſito ſtatuit: vt, cuicumque, aut quacumque cauſa, ad tempus ordine, vel aduocationibus *h* vel quo alio officio fuiſſet interdictùm, completo tempore nihilominus fungi honore, vel officio poſsit. & hoc rectè, neque enim exaggeranda fuit ſententia, quæ modum interdictioni fecerat.

2 ¶ Spurios *i* poſſe in ordinem allegi, nulla dubitatio eſt. ſed ſi habeat competitorem legitimè quæſitum, præferri *k* eum oportet. Diui fratres Lolliano Auito Bithyniæ præſidi reſcripſerunt. Ceſſantibus verò his, etiam ſpurij ad decurionatum, & re *l*, & vita honeſta recipientur quod vtique non ſordi erit ordini: cùm ex vtilitate *m* eius ſit, ſemper ordinem plenum habere.

3 ¶ Eis qui Iudaïcam *n* ſuperſtitionem *o* ſequantur, Diui Seuerus *p* & Antoninus honores adipiſci permiſerunt. ſed & neceſsitates *q* eis impoſuerunt, quæ ſuperſtitionem eorum non læderent.

De conductione.

4. *Marcianus* ‖lib. 1. de publicis Iudiciis.‖

DEcurio, qui prohibetur conducere *r* quædam, ſi *ſ* iure ſucceſſerit *t* in conductione, remanet in ea quod & in omnibus ſimilibus ſeruandum eſt.

De condemnatione.

5. *Papinianus* ″lib. 2. Queſtionum.″

AD *u* tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat. in perpetuum moueri placuit, ad *x* tempus autem *y* exulare iuſſos ex crimine leuiore, velut tranſacto negotio, nõ eſſe inter infames habẽdos.

De ſpuriis. 1. De minoribus vigintiquinque annis. 2. De vectigalibus. 3. De SC. Turpilliano. 4. An pater pro filio teneatur. 5. qui præferuntur cæteris decurionibus.

6. *Idem* ″libro 1 Reſponſorum.″

SPurij *z* decuriones fiunt: & ideo fieri poterit ex inceſto quoque natus. non enim impedienda eſt dignitas eius, qui *a* nihil admiſit. 1 ¶ Minores *b* vigintiquinque annorum decuriones facti, ſportulas *c* decurionum accipiunt, ſed interim ſuffragium inter cęteros ferre non poſſunt. 2 ¶ Decurio etiam ſuæ ciuitatis vectigalia *d* exercere *e* prohibetur. 3 ¶ Qui iudicij publici *f* quæſtionem citra veniam abolitionis *g* deſeruerunt, decurionum honore decorari non poſſunt, cùm ex Turpilliano ſenatuſconſulto notentur ignominia, veluti calumniæ cauſa iudicio publico damnati.

4 ¶ Pater, qui filio decurione creato prouocauit etſi præſcriptione temporis excluſus fuerit, ſi quod

a Patris delictum filio innocẽtis nocere non debet, §. 2. *in fin.* ſ. *eod. l. 7. l. 9.* ſ. *de ſenatoribus*, *l. 8. in fi.* ſ. *de in ius vocando*, *l. 26.* ſ. *de pœnis*: *l. 3.* §. 9. ĵ. *de munerib. l. 22. C. de pœnis. & C. ne filius pro patre.*
b Anni quinquaginta excuſant à decurionatu.
c *l. 3. C. eod.*
d *l. 15.* ſ. *ad municipalem.*
e Humanitatem ſententiæ, ſi nec, *Hal.*
f Ob falſi cauſam, *Hal.*
g *l. 2.* ſ. *eod.*
h *l. 9.* ſ. *de pœnis.*
i *v. l. 6.* ĵ. *eod.*
k In pari cauſa honoris adipiſcendi natus ex legitimo matrimonio præfertur ſpurio.
l In decurione promouendo, inquirendum eſt de eius vita & moribus.
m Vtilitas curiæ eſt ordinem plenum habere.
n Collegia Iudæorum ab Imperatoribus interdũ probata, *l. 15.* §. 6. ſ. *de excuſ. tut.* adde *l. 11.* ſ. *de ſicar.* Interdum reprobata, cùm eis legari non poſsit, *l. 1 C. de Iudæis.*
o Superſtitio Iudaïca, ita quoque nuncupatur in lege 21. *C. de hereticis.* Alciatus tamen 3 *diſpunct.* 8. his verbis intelligit Chriſtianam religionem. Mouetur, quod religio Chriſtiana ſuperſtitio à gẽtilibus vocetur. Tacitus: ibi, in præſens repreſſa exitialis ſuperſtitio: *& poſt*, quatuor millia libertini genere ea ſuperſtitione infecta. Quintil. 3. primus Iudaïcæ ſuperſtitionis auctor. Plin 10. *Epiſt. ad Traian.* 93. nihil aliud inuenio quam ſuperſtitionem prauam, & immodicam. Sed Verius eſt Iuriſconſultum loqui de ſuperſtitione Iudæorum: arg. *d. l. 21. C. de heret.* cùm & alibi notum ſit, cuiuſque ſuperſtitionis viros ad decurionatum promoueri poſſe, *l. 49. C. de decurionib.* tametſi nihil vetat, id de Chriſtianis Vlpianum ſcripſiſſe: cum & iiſdem libris *de officio proconſul.* Vlpianus inter cætera de Chriſtianorum pœnis egerit, *Lactant.*
p D. Verus & Antoninus Hal. Alciat. 3. *diſpunct.* 8. ita quoque legit, eo magis, quòd ex Tertulliani Apologetico *c.* 5 colligi poteſt. Verum & Antoninum, ob impetratas Chriſtianorum precibus pluuias, prohibuiſſe Chriſtianos accuſari, & Chriſtianos eandem conditionem cum cæteris habuiſſe. Hoc tamen Antonio Auguſtino diſplicet ad Modeſtinum libro ſingulari.
q Tutelas.
r Conductiones non ſunt liberæ decurionibus: *l. 6.* § 2. ĵ. *eo. l. 30. C. de locato.*
ſ Neceſſaria conductio permiſſa decurioni vbi libera non eſt permiſſa. Neceſſaria eſt, in qua ſuccedimus: libera quam ſponte atque voluntario facimus.
t Succeſsionis cauſa quædam licent, quæ alias eſſent prohibita, *v. l. 19.* ſ. *de libert.* v. quæ notaui ad *l. 1.* § 12 ſ. *de falſis.*
u Adde *l. 8.* ſ. *de poſtulando.*
x *l. 2* ſ. *eo. v l. 15.* ſ. *ad municip.*
y Atqui diſtinguendum non eſt in criminalibus, *l. 8.* ſ. *de poſtul.*
z *l. 3* § 2. ſ *eo.*
a Nullum inceſtuato filio delictum, quatenus ex inceſtu natus eſt: cum non ſuo, ſed alieno malo laboret, *l. 7. C. de naturalib.*
b *l. 11.* ĵ. *eo. l. 28.* ĵ. *de munerib.*
c Sportulæ quid ſint, *v. tit. C. de ſportul.*
d Decurio publicorum vectigalium aut prædiorum conductor eſſe non poteſt, *vt hi*: *l. 97. C. Theo. de decurionib l. 2.* §. 1 ĵ. *de adminiſt. rerum ad ciuit. pertin.* quod Adrianum conſtituiſſe Xiphilinus ſcribit. Eadem ratione procurator eſſe non poteſt, *l.* 34. *C. de decurionib* vt nec res alterius conducere, *l. 30 C. de locato.* Eſt enim conductio procurationis ſpecies, *Nouell. Theodoſ Ne curialis alterius prædia cond.*
e Adde *l. 4.* ſ. *eod. l. 2.* §. 1. ĵ. *de adminiſt. rerum.* adde *Cuiac. ad l. 34. C. eod.*
f *l. 2. in fi. C. ad Senatuſconſ. Tertull.*
g *v. tit. C. de abolitionib. & generali abolitione.*

geſtum

2 ¶ Libertas quoque ſeruo per fideicommiſſum dari poteſt, vt hæres eum rogetur manumittere *a*, vel legatarius, vel fideicommiſſarius, nec *b* intereſt, vtrum de ſuo proprio ſeruo teſtator roget, an de eo, qui ipſius hæredis, aut legatarij, vel etiam extranei ſit. Itaque & alienus ſeruus redimi & manumitti debet. Quod ſi dominus eum non vendat, ſi modo *c* nihil ex iudicio eius, qui reliquit libertatem, recepit: non ſtatim extinguitur fideicommiſſaria libertas, ſed differtur quoad poſſit tempore procedente vbicunque occaſio ſerui redimendi fuerit, præſtari libertas. Qui autem ex fideicommiſſi cauſa manumittitur, non teſtatoris fit libertus, etiam ſi teſtatoris ſeruus ſit, ſed *d* eius qui manumittit. At is qui directò ex teſtamento liber eſſe iubetur, ipſius teſtatoris libertus fit, qui etiam orcinus *e* appellatur, nec alius vllus directò ex teſtamento libertatem habere poteſt, quàm qui *f* vtroque tempore teſtatoris fuerit, & quo faceret teſtamentum, & quo moreretur. Directò autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio ſeruum manumitti rogat, ſed *g* velut ex ſuo teſtamento libertatem ei competere vult.

3 ¶ Verba autem fideicommiſſorum hæc maximè in vſu habentur, *peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo* *h* quæ perinde ſingula firma ſunt, atque ſi omnia in vnum congeſta eſſent.

a v. l. 12. §. 1. de fideic. liber.
b v l. 16. ff. de fidei. lib.
c v. l. 5. §. 4. ff. de his quæ vt indign.
d Manumiſſis ex fideicommiſſo, fit libertus manumittentis. *Vlp.* §. 8.
e i. orci, ſeu defuncti I. *Gell.* 24. χαρωνιακός. *Th. Vlp. illo loco.*
f *l. 35. de man. teſtam.*
g *l. 10. de man. teſtam.*
h *l. 2. C. comm. de leg. Vlp.* 24. §. 2. *adde*, deprecor, iniungo. *Paulus* 4. *ſent.* 1. §. 6. Opto des, credo te daturum, *l. 115. ff. de leg.* 1. Cupio des *d. l. 115 d.* § 6. deſidero vt des. §. 6. *l. 118. ff. de leg.* 1. Exoro vti des. Volo hæreditatem meam Titij eſſe: ſcio hæreditatem meam reſtituturum te Titio *l. & eo modo* 118. *ff. de leg.* 1. An relinquo, negat Paulus illo loco,

DE *i* CODICILLIS.

TIT. XXV.

Origo. 1. efficiens. 2. materia. 3. numerus & ſolemnitas.

ANte Auguſti tempora conſtat codicillorum *k* ius in vſu non fuiſſe. Sed primus Lucius Lentulus (ex cuius perſona etiam fideicommiſſa "eſſe" cœperunt) codicillos introduxit. Nam cùm decederet in Africa, ſcripſit codicillos teſtamento confirmatos, quibus ab Auguſto petiit per fideicommiſſum, vt faceret aliquid. Et cùm diuus Auguſtus voluntatem eius impleſſet: deinceps reliqui eius auctoritatem ſequuti, fideicommiſſa præſtabant: & filia Lentuli legata, quæ iure non debebat, ſoluit. Dicitur autem Auguſtus conuocaſſe ſapientes viros, intérque eos Trebatium quoque, cuius tunc auctoritas maxima erat, & quæſiſſe, an poſſet recipi hoc, nec abſonans à iuris ratione codicillorum vſus eſſet: & Trebatium ſuaſiſſe Auguſto, quòd diceret vtiliſſimum & neceſſarium *a* hoc ciuibus eſſe propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuiſſent: vbi ſi quis teſtamentum facere non poſſet, tamen codicillos poſſet. Poſt quæ tempora, cùm & Labeo codicillos feciſſet: iam nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

1 ¶ Non tantùm autem teſtamento facto poteſt quis codicillos facere, *b*, ſed " & " inteſtatus quis decedens fideicommittere codicillis poteſt. Sed cùm ante teſtamentum factum codicilli facti erant, Papinianus ait, non aliter vires habere, quàm ſi ſpeciali poſtea voluntate confirmentur. Sed diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: ex iis codicillis *c*, qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti: ſi appareat, eum qui teſtamentum fecit, a voluntate quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe *d*.

2 ¶ Codicillis autem hæreditas neque dari, neque adimi poteſt: ne confundatur ius teſtamentorum & codicillorum: & ideò nec exhæredatio ſcribi. Directò *e* autem hæreditas codicillis neque dari, neque adimi poteſt, nam per fideicommiſſum hæreditas codicillis iure relinquitur. Nec conditionem hæredi inſtituto codicillis adiicere, neque ſubſtituere *f* directò " quis " poteſt.

3 ¶ Codicillos autem etiam plures quis facere poteſt, & nullam *g* ſolemnitatem ordinationis deſiderant.

quod tamen non videtur ex l. 7. ff. ad S. C. Treb. Quid, iubeo? videtur directum, l. .. C. com. de leg. ſed verius eſt precarium eſſe, l. 28. .. pen ff. de liber. leg. Quid commendo? non eſt precarium. Paul illo loco. l. 11. §. 2. ff. de leg. 2. l. 12. C. de fideic. lib.
i 29. ff. 7. 6. C. 36.
k Codicilli ex tabulis ceræ illis fiebant breuiores codicibus, vnde ſi. nu geſtare poterant Teſtamenta vero tabulis grandioribus ſcribebantur.
a propter ciuium Romanorum (qui in teſtamentis teſtes requiruntur) penuriam.
b *l. 8. l. 16. ff. eod.* 4. *C. eo.*
c de quo *l. 22.* §. 6. *de falſis.*
d *v. l. 5. ff. eo.*
e *l pen.* §. *vlt. de condit. inſt.*
f *l. 6.* §. 1. *ff. eo.*
h Differunt in eo Codicilli à teſtamentis, tanquam non ſolemne à ſolenni.

INSTITVTIONVM SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,

LIBER TERTIVS.

DE HÆREDITATIBVS *a* QVÆ AB inteſtato deferuntur.

TIT. I.

Definitio inteſtati. 1. Primus ordo ſuccedentium ab inteſtato 2. qui ſunt ſui hæredes. 3. Quomodo ſui hæredes fiant. 4. De filio poſt mortem patris, ab hoſtibus reuerſo. 5. De memoria patris damnata ob crimen perduellionis. 6. De diuiſione hæreditatis inter ſuos hæredes. 7. Quo tempore ſuitas ſpectatur. 8. De nato poſt mortem aui, vel adopiato à filio emancipatio. 9. De liberis emancipatis. 10. Si emancipatus ſe dederit in adoptionem. 11. Collatio filiorum naturalium, & adoptiuorum. 12. De bonorum poſſeſſione contra tabulas. 13. vnde cognati. 14. emendatio iuris antiqui de adoptiuis. 15. & de deſcendentibus ex fœminis.

INteſtatus decedit *b*, qui aut omnino teſtamentum non fecit: aut non iure fecit: aut id quod fecerat, ruptum *c* irritúmve *d* factum eſt: aut ſi ex eo nemo hæres extiterit †.

1 ¶ Inteſtatorum autem hæreditates ex lege duodecim tabularum, primùm ad ſuos hæredes pertinent *e*.

2 ¶ Sui autem hæredes exiſtimantur (vt ſuprà diximus) qui in poteſtate morientis fuerint, veluti filius filiáve, nepos neptíſve ex filio, pronepos proneptíſve ex nepote, ex filio nato prognatus, prognatáve. Nec intereſt, vtrum naturales ſint liberi, an adoptiui. Quibus connumerari neceſſe eſt etiam eos, qui ex legitimis quidem "nuptiis vel" matrimoniis nō ſunt progeniti, curiis *f* tamen ciuitatum dati ſecundum Diualium conſtitutionum, quę ſuper his poſitę ſunt, tenorem, ‖ hæredum ‖ ſuorum iura nanciſcuntur. Nec non eos, quos noſtræ amplexæ ſunt conſtitutiones *g*, per quas iuſſimus, ‖ vt ‖ ſi quis mulierem in ſuo contubernio *h* copulauerit, non ab initio affectione maritali, ea tamen, cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos ſuſtulerit: poſtea vero affectione procedente etiam nuptialia inſtrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit: non ſolùm eos liberos qui poſt dotem editi ſunt, iuſtos & in poteſtate patris eſſe: ſed *i* etiam anteriores, qui & iis qui poſtea nati ſunt, occaſionem legitimi nominis præſtiterunt. Quod obtinere cenſuimus, & ſi non progeniti fuerint poſt dotale inſtrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint ſubtracti. Ita de demum tamen nepos, neptíſve, pronepos proneptíſve, ſuorum hęredum numero ſunt, ſi *a* præcedens perſona deſierit in poteſtate parentis eſſe: ſiue morte id acciderit, ſiue alia ratione, velut emancipatione *b*. Nam ſi per id tempus quò quis moritur, filius in poteſtate eius ſit, nepos ex eo, ſuus hæres eſſe non poteſt *c*. Idque & in cæteris deinceps liberorum perſonis dictum ‖ eſſe ‖ intelligimus. Poſthumi *d* quoque, qui ſi viuo parente nati eſſent, in poteſtate ‖ eius ‖ futuri forent, ſui hęredes ſunt.

3 ¶ Sui autem hæredes fiunt etiam ignorantes & licèt furioſi ſint, hæredes poſſunt exiſtere: quia* quib. *e* ex cauſis ignorantib. nobis acquiritur, ex his cauſis & furioſis acquiriri poteſt. Et ſtatim morte parentis quaſi *f* continuatur dominium, & ideo nec tutoris auctoritate opus eſt pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur ſuis hæredib. hæreditas: nec curatoris aſſenſu acquiritur furioſo, ſed ipſo iure *g*.

4 ¶ Interdum autem, licèt in poteſtate " parentis " mortis tempore ſuus hæres non fuerit, tamen ſuus hæres parenti efficitur: veluti ‖ ſi ‖ ab hoſtibus quis reuerſus fuerit poſt mortem patris ‖ ſui ‖ ius enim poſtliminij hoc facit.

5 ¶ Per contrarium ‖ autem hoc euenit, vt licèt quis in familia defuncti ſit mortis tempore, tamen ſuus hæres non fiat: veluti ſi poſt mortem ſuam pater iudicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit: ſuum enim hæredem habere non poteſt, cùm fiſcus ei ſuccedat *h*. ſed poteſt dici ipſo ‖ quidem ‖ iure ſuum hæredem eſſe, ſed deſinere *i*.

6 ¶ Cùm filius filiáve, & ex altero filio nepos neptíſve exiſtunt, pariter ad hæreditatem "aui" vocantur: nec qui gradu proximior eſt, vlteriorem excludit. Æquum enim eſſe videtur, nepotes neptéſque in patris ſui locum ſuccedere *k*. Pari ratione & ſi nepos neptíſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptíſve: ſimul vocantur. Et quia placuit nepotes neptéſve: item pronepotes proneptéſve in parentis ſui locum ſuccedere: conueniens eſſe viſum eſt, non in capita *l*, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi, vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero filio duo pluréſve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filiis nepotes neptéſve exiſtant, ex altero vnus fortè aut duo,

ex altero

a 238. *ff.* 16. & 6. *C.* 54. *Nov.* 118. & 20. *Caius* 8. *Vl.* 26. *Paul.* 4. *ſent.* 8.
b quatuor modis, *vt his.*
c agnatione poſthumi & altero teſtamento §. 1. 2. 3. *ī. quib. mod. teſt.*
d capitis diminutione, §. 4. 15. *ī. quib. mod. teſt.* querela inofficioſi probata. *Auth. ex cauſa. C. de lib. præ.*
† ſed & qui tutores non dedit l. 6. *ff. de legit. tutor.*
e æqualiter vt ſuccedant in capita, ſi eodem gradu ſunt. §. 3. *in fin. ī. de ſucceſſ. libert. & ī. de adſignat. libert. in pr. adde l. 3. l. 4. C. de naturalibus liberis & tit. de decurionib.*
f vide §. *vlt. ī. de nuptijs.*
g *l. 10. l. 11. C. de natur. liberis.*
h *v. l. 3. C. de inceſtis.*
i Legitimatio interdum ad anteriores liberos retrotrahitur, *l. 57. in fin. de ritu nupt.*

a *v. l. 5. in pr. tabulæ.*
b *v. ī. quib. mod. ius patr.*
c *adde* §. 7. *in fi. eodem.*
d *v. l. 3.* §. *viginti ff. eod.*
e *l* 24. *in pr. de obl. & act.*
f *v. l. 11. de lib. & poſth. l. 8. C. de iur. delib.*
g ſecus in hæreditate extranei l. 28. *C. de iur. delib.* ſecus in poſſeſſione, *l. 3. de adq. poſ.* præſertim feudali *Zaſ. conſ.* 20. *nu.* 10. 13.
h in ſolidum in eo crimine §. *vlt. ad leg. Iul. maieſt. l. 5. C. ad l. Iul. maieſt.* in aliis pro dimidia, iure veteri, *l. vlt. C. de bon. poſ.* iure nouo in nulla, *Nov.* 17. *c.* 12.
i *l. 31. l. 34. ff. de vulg.*
k *v. l. 2. 3 C. eo.*
l §. *vlt. ī. eod. Nov.* 118. *c.* 1. *in fi. adde l. 2.* §. 7. *ff. de ex. cuſ. tut.*

a Imò tenebitur, *l.2.C.de filiofam.*
b Id eſt, dignitatibus per ſuffragia delatis.
c Liberorum parens, cœlibi præfertur ad honores adipiſcendos, *l.9. Cod.eod.* Sic inter Conſules qui liberorum parens erat, primus faſces ſumebat, *2.Gell.15.*
d Id eſt, decurionum.
e Ordinationibus, *Vulg.* ordinatione, *Hal.* ordinatis omnibus, *Hugo à Porta.* Ad munera potiores nominãtur, id eſt, locupletiores & de Republica bene meriti. Non tam vices, quam vires ſpectãtur: non gradus generis ſed ſubſtantia: non proximior ſed locupletior: digniſſimus denique, *l.46.ff.eo. facit Paul. 2.ſent. 28.§.2.*
f Digniſſimus, *l.vn. C. de potiorib. nominandis.*
g *l.2 §.6.ȷ.de vacatione munerum.*
h Diſsimilitudines & differentias plures honoris & muneris retuli in *l.10.ȷ.de munerib.*
i Dixi ad *tit. C. de decur.*
k Duumuiratu, *Vulg. Hal.* ex decurionibus fiebant duumuiri.
l Decuriones non erant plebeij: erãt enim municipij conſiliarij & quaſi ſenatores, *l.33.C. eodem.*
m vide *l.2. ſ. ad municip.*
n Alendus eſt interdum ex publico vel alieno, *l penult. ſ. vt in poſſ. leg.*
o Ex libera muliere natus, decurio fieri poteſt.
p Creati tamen, fungi decurionatu tenentur, *l.5. in fi. ȷ.de iure immunit.*
q Sola ſolarij præſcriptione, *Vulg. Hugo à Porta.* Probari continuò tabellio non ſolet quem conſtat, vt tabellionem inſtrumenta aliquot feciſſe: & vt tabellionem ſtipulatum fuiſſe.

geſtum eſt, non habuit ratum, muneribus ciuilibus pro filio non tenebitur *a*.

5 ¶ Priuilegiis ceſſantibus cæteris, eorum cauſa potior habetur in ſententiis ferendis, qui pluribus eodem tempore ſuffragiis *b* iure decurionis decorati ſunt.

¶ Sed & qui *c* plures liberos habet, in ſuo *d* collegio primus ſententiam rogatur, cæteróſque honoris ordine præcellit.

De honoribus & muneribus. 1. *De ſurdo & muto.* 2. *De honoribus.* 3. *An pater ad decurionatum filij conſentire intelligatur.*

7. *Paulus*‖lib. 1. Sententiarum.‖

HOnores & munera non ordinationi *e*, ſed potioribus *f* quibuſque iniungenda ſunt.

1 ¶ Surdus *g*, & mutus, ſi in totum non audiant, aut non loquantur, ab honoribus ciuilibus, non *h* etiam à muneribus excuſantur. 2 ¶ Is *i* qui non ſit decurio, duumuirato *k*, vel aliis honoribus fungi non poteſt: quia decurionũ honoribus plebeij *l* fungi prohibentur.

3 ¶ Ad decurionatum filij ita demum pater non conſentit, ſi *m* contrariam voluntatem vel apud acta præſidis, vel apud ipſum ordinem, vel quo alio modo conteſtatus ſit.

De his qui facultatibus lapſi ſunt.

8. *Hermogenianus*‖lib. 1. Epitomarum.‖

DEcurionibus facultatibus lapſis alimenta decerni *n* permiſſum eſt, maximè ſi ob munificentiam in patriam patrimonium exhauſerint.

De nato ex patre ſeruo & matre libera. 1. *De nauiculariis.*

9. *Paulus*‖lib. 1. Decretorum.‖

SEuerus Auguſtus dixit. Et ſi probaretur Titius in ſeruitute patris ſui natus: tamen cum ex libera muliere *o* ſit procreatus, non prohibetur decurio fieri in ſua ciuitate. 1 ¶ Non eſſe dubitandum, quin nauicularij *p* non debent decuriones creari.

Quomodo fit decurio.

10. *Modeſtinus*‖lib 1. Reſponſorum.‖

HErennius Modeſtinus reſpondit, ſola albi *q* proſcriptione *r* minimè decurionem factum: qui ſecundum *ſ* legem decurio creatus non ſit.

De ætate.

11. *Calliſtratus*‖lib. 1. Cognitionum.‖

NOn tantum qui teneræ ætatis, ſed etiam qui grandes *t* natu ſunt, decuriones fieri prohibentur. Illi quaſi inhabiles rempublicam tueri, ad tempus excuſantur: hi verò in perpetuum amouentur. non aliàs ſeniores, ne ſeniorum excuſatione iuniores onerentur, ad omnia munera publica ſuſcipienda ſoli relicti. neque enim minores *u* vigintiquinque annis decuriones allegi, niſi ex cauſa poſſunt: neque hi qui annum quinquageſimum & quintum *x* exceſſerunt, nonnunquam etiam longa conſuetudo *y* in ea re obſeruata, reſpicienda erit. quod etiam cuſtodiendum principes noſtri conſulti de allegendis in ordine Nicomedenſium huius ætatis hominibus reſcripſerunt.

De cæſis ab ædilibus.

12. *Idem*‖lib. 6. Cognitionum.‖

EOs qui vtenſilia *z* negotiantur *a*, & vendunt, licet ab ædilibus *b* cæduntur, non oportet, quaſi viles perſonas negligi, denique non *c* ſunt prohibiti huiuſmodi homines decurionatum, vel aliquem honorem in ſua patria petere: nec enim infames *d* ſunt, ſed ne quidem arcentur honoribus, qui ab ædilibus flagellis cæſi ſunt, quamquam iure ſuo ita ædiles officio iſto fungantur. inhoneſtum tamen puto eſſe huiuſmodi perſonas flagellorum ictibus ſubiectas in ordinem recipi: & maximè in eis ciuitatibus quæ copiam virorum honeſtorum habent. nam paucitas *e* eorum qui muneribus publicis fungi debeant, neceſſaria etiam hos ad dignitatem municipalem, ſi facultates habeant, inuitet.

De relegatione. 3. *Si decurio non rectè creatus dicatur.*

13. *Papyrius Iuſtus*‖lib. 2. de conſtitutionibus.‖

IMperatores Antoninus & Verus‖Auguſti‖reſcripſerũt, in tempus *a* relegatos & reuerſos, in ordinem allegi ſine permiſſu principis non poſſe. 1 ¶ Item reſcripſerunt, relegatos non poſſe tempore finito in ordinem decurionum allegi, niſi eius ætatis fuerint, vt nondum decuriones creari poſſent: & dignitas *b* certa *c* ſpem eius honoris, id faceret, vt princeps indulgere *d* poſsit.

2 ¶ Item reſcripſerunt eum qui in relegatiòne natus eſt, non prohiberi honore decurionatus fungi.

3 ¶ Item reſcripſerunt, non admitti contradicere volentem, quod non rectè quis ſit creatus decurio, cùm initio contradicere debuerit.

De quæſtione.

14. *Paulus*‖lib. 1. Quæſtionum.‖

DE decurione damnato non debere quæſtionem *e* haberi, Diuus Pius reſcripſit. vnde etiam ſi deſierit decurio eſſe, deinde damnetur, non *f* eſſe torquendum, in memoriam *g* prioris dignitatis placet.

DE ALVO *h* SCRIBENDO.
TIT. III.

Ordo ſeruandus in albo ſcribendo & ſententiis dicendis.

1. *Vlpianus*‖lib. 3. de officio Proconſulis.‖

DEcuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, vt *i* lege municipali præcipitur, ſed ſi lex ceſſat, tunc dignitates erunt ſpectandæ, vt ſcribantur eo ordine quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt, putà qui duumuiratum geſſerunt, ſi *k* ſic honor præcellat, & inter duumuirales antiquiſſimus *l* quiſque prioris, deinde hi qui ſecundo poſt duumuiratum honore in republica functi ſunt. poſt eos qui tertio, & deinceps: mox hi qui nullo honore functi ſunt, provt quiſque eorum in ordinem venit.

1 ¶ In ſententiis *m* quoque dicendis idem ordo ſpectandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus.

Ordo ſeruandus in albo ſcribendo.

2. *Idem*‖lib. 2. Opinionum.‖

IN albo decurionum in municipio nomina antè ſcribi oportet eorum, qui dignitates Principis iudicio conſecuti ſunt, poſtea eorum qui tantum municipalibus honoribus functi ſunt.

DE MVNERIBVS *n* ET *o* HONORIBVS.
TIT. IV.

Quæ ſunt munera patrimonialia vel perſonalia.

1. *Hermogenianus*‖lib. 1. Iuris Epitomarum.‖

MVnerum ciuilium quædam ſunt patrimonij *p*, alia perſonarum. 1 ¶ Patrimonij ſunt munera rei vehicularis *q*, item nauicularis, decemprimatus *r*, ab iſtis enim periculo ipſorum exactiones ſolennium celebrantur. 2 ¶ Perſonalia, ciuilia ſunt munera, defenſio ciuitatis, id eſt, vt ſyndicus *ſ* fiat, legatio *t* ad cenſus *u* accipiendum *x*, vel patrimonium, [ſcribitus *y*,] καμηλασία *z*, *id eſt,*

r Peſcribere, eſt in acta & regeſta, ſeu regiſtrum referre. Regeſta ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοὶ, *v. hic Budæum.* ſ Promotio facta contra legum præſcripta, nullius eſt momenti, ſed tamen quæ ab illegitimè creato magiſtratu geſta ſunt, vtilitatis cauſa valent, *l.3.ſ. de officio prætoris, v. Hotom.3. Illuſtr.* t *l.6.§.1.ȷ eo.* u *d.§.1.l.8.ȷ.de munerib.* & ex lege Papia quæ Bythinis data eſt, minores triginta annorum, *Plin.* x *l.5.ȷ.de iur. immunit.* y *d.l.5.§.1.* adde *l.2.ȷ. de nundinis.* Conſuetudo cuiuſque ciuitatis in muneribus, & honoribus deferendis ſpectanda eſt.

z Vtenſilia quibus vtimur, ferri & æris vtenſilitas ea eſt, vt & proprias operas, plures & neceſſariores exhibeat rebus humanis, *Tertullianus libro de habitu mulierum.* Vtenſile eſt quod ad vſum: id quo vtimur, *l.12.§.28.ſ.de inſtructo, Columell.11.8. c.4. Liuius 36.v.* Feſtum *in Acrumeruma & Cumeram.*

a Eodem ſenſu 18. Plin.19.c.1. loquens pe medici, nec dubium eſt, inquit, iſtos animas ſtatim negotiari, id eſt lucrum facere in occidendis hominibus.

b *l.13.§.8.ſup.locati.*

c Viles perſonæ non niſi in ſubſidium admittuntur ad honores gerendos; *l.neque 2.l.nequis 6.C.de dignit.* d Adde *l.22.ſ. de his qui notantur.*

e *l.11.§.2.ȷ.de munerib.*

f *l.55.l.57.l.58.C.eod.* g Memoriæ cauſa quædam interdum conceduntur quæ ſcripſi *l.18.§.6.ſ.de quæſtion.* h Albo, *Vulg.Hal.Hugo à Porta.* Album de-
tricula, vel vt quidam loquuntur, *patricula* decurionum. hinc albi proſcripti-
præſcriptio, *l.10.ſ.tit.prox.* ex albi ordine vocari, *l.18.§.11.ȷ. de muner.* & alb-
mi, *l.3.C.de decur.* album deſcribere, *l.9.C.ibid.* vocatur etiam album curiæ,
decurionibus. Eodem modo album ſenatorium dixit Tacitus 4. *Dion.lib.55*
τῶν βουλευόντων & album iudicis, Sueton. *in Claudio 16. & in Domitiano,* & Sen-
de benef.7. album citharœdorum, *Sueton. in Nerone c.20. Briſſonius.*

i *l.20.ſ.de decur.l.11.in fi.ȷ.de munerib.* Gradus ille albi curiæ eſt, vt in eo p-
adſcribantur, quos lex municipalis ſcribi præcipit, ſi nulla ſit lex, tunc qui dig-
honore functi, priore loco habendi ſunt: & inter digniores ipſos, antiquiſſimus p-
rendus: poſtremo hi qui nullo honore functi ſunt; prout quiſque in ordinem
k Cur hoc additur? Paſsim in municipiis Duumuiri non fuere: ſed vel Ædile-
Dictatores, vel Quatuoruiri, *vt alias dixi.*

l Antiquitati vt & ſenectuti honor habendus eſt. vnde notant, Iudice, vel Re-
mortuo, antiquiorem adſeſſorem, vel doctorem, Iudicis & Rectoris partibus
oportere, & abſente Iudice antiquiorem ſenatorem, vel ſenatore abſente, anti-
rem aduocatum abſentem vices ſupplere.

m *l.2.§.1.ſ. de decurionib.*

n 10.C.41.42.43. περὶ λειτουργιῶν 54. *Ecl.2.* o Aliud munus, aliud honor.
ſine dignitate, hoc cum dignitate. Illud eſt etiam vel patrimoniale, (ſi ſum-
requirat) vel perſonale, ſi animi laborem. p *l.18. §.18.21.ȷ eo.*
q *l.18.§.4. & 10.ȷ.eod.* r *l.3.§.10.l.18.§.26.ȷ.eod.* ſ *l.1.§.1.ſ.quod cuiuſ-*
l.18.§.13.ȷ.eo. t *l.18.§.12.ȷ.eod.* adde *l.13.§.5.ſ.de iniur.*
u Cenſus. id eſt, publici reditus, *l.18.§.9.ȷ. eod.* Cuiacius putat eos dici cenſ-
C.de tabulariis, ſcribis, logographis, cenſualibus.
x Accipiendos, *Hal. Vulg.*
y Scribatus, Cuiacius ad titulum Codicis de tabulariis: nam etiam vox ſcrib-
extat in lege 4. *C.de appellationib.*
z Quæ & Camelaria, *l.1.§.11.ȷ.de vacat.muner.* & Camelaſium, Ammianus
nemo Gallis, inquit, quidquam exprimere conaretur Camelaſij nomine, *v.Cuia-*
obſeru.9. Καμηλασία, *Hal.Budæus,* id eſt camelorum productio. Eſt enim κα-
μηλάτης, camelorum agitator & ductor, vt ὀνηλάτης, ἱππηλάτης aſinorum
equorum. Id autem munus inſtitutum impedimentis exercitus agendis fuit. Ca-
laria legit Nebriſſenſis, eadem deriuatione qua dicitur ſagaria, & argentaria,

camelorum

camelorum agitatio,exhibitioque,annonæ *a* ac ſimilium cura,prædiorumque publicorum, frumenti comparandi, aquæductus *b* equorum circenſium *c* ſpectacula,publicæ viæ *d* munitiones, arcæ *e* frumentariæ calefactiones *f* thermarum,annonæ diuiſio *g*, & quæcunque aliæ curæ iſtis ſunt ſimiles. ex his enim, quæ retulimus, cætera "etiam"per leges *h* cuiuſque ciuitatis, ex conſuetudine longa intelligi potuerunt. 3 ¶ Illud tenendum eſt generaliter,perſonale quidem munus eſſe, quod corporibus,labore,cum ſollicitudine animi *i* ac vigilantia ſolemniter *k* extitit.patrimonij *l* verò,in quo ſumptus maximè poſtulatur. 4 ¶ Æquè perſonale munus eſt tutela *m*, cura adulti,furioſíve, item prodigi, muti, etiam ventri *n*, etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum *o*, & ſimilia, ſed & in bonis cuius officio vſucapiones *p* interpellantur,ac,ne debitores liberentur, prouidetur. Item ex Carboniano edicto bonorum poſſeſſione petita ſi ſatis non detur,cuſtodiendis bonis curator *q* datus perſonali fungitur munere. His ſimiles ſunt bonis *r* dati curatores, quæ fuerunt eius qui ab hoſtibus captus eſt,& reuerti ſperatur. Item cuſtodiendis ab eo relictis,cui *ſ* necdum quiſquam ciuili vel honorario iure ſucceſſit, curatores conſtituti.

De patria poteſtate.

2.*Vlpianus* ‖lib.11. ad Sabinum.‖

QVod ad honores *t* pertinet, creditur in poteſtate filium habere etiam is, qui in patris poteſtate eſt.

De origine ac domicilio. 1. De militibus eorum cognatis.2.De condemnato & reſtituto. 3. De fœminis. 4 De filiofamilias. 6. De maiore annis ſeptuaginta, ſi quis quinque liberorum pater ſit. 7. De vitrico & priuigno. 8. De patronis & libertis. 9. De filiis accuſati. 10. De decaprotis. 11. De exactione tributorum. 12. De cura frumenti comparandi. 13. De hoſpitiis præbendis. 15. De honoribus per vices iniungendis 16. De duobus filiis.

3.*Idem* ‖lib.2. Opinionum.‖

ET qui originem ab vrbe Roma habent,ſi alio *u* loco domicilium conſtituerunt, munera eius ſuſtinere debent. 1 ¶ His qui caſtris *x* operam per militiam dant,nullum municipale *y* munus iniungi poteſt.cæteri autem priuati, quamuis militum cognati ſunt, legibus patriæ ſuæ & prouinciæ obedire debent.

2 ¶ Si in metallum *z* datus, in integrum reſtitutus ſit:perinde ac ſi nec damnatus fuiſſet,ad munera vel honores vocatur.nec opponet *a* fortunã & caſus triſtiores ſuos ad hoc ſolum,ne patriȩ idoneus ciuis eſſe videatur.

3 ¶ Corporalia munera fœminis *b* ipſe ſexus denegat,quo minus honores,aut munera iniunguntur.

4 ¶ Filio ſi nullam habet excuſationem, intercedere pater,in cuius poteſtate eſt, ius non habet.

5 ¶ Quòd pater non conſenſit *c* honoribus ſiue muneribus filij,ne illius *d* patrimonium oneri ſubijciatur, præſtat *e* defenſionem: non ciuem patriæ vtilitatibus, quatenus poteſt,aufert. 6 ¶ Quamuis maior *f* annis ſeptuaginta,& quinque *g* liberorum incolumium pater ſit, ideóque à muneribus ciuilibus excuſetur:filij tamen eius ſuo *h* nomine competentia munera agnoſcere debent.ideò enim proprium *i* præmium immunitatis propter filios patribus datum eſt,quòd illi *k* ſubibunt.

7 ¶ Vitricus onera munerum ciuilium nomine priuigni *l* ſui ſuſcipere nulla iuris ratione cogitur.

8 ¶ Liberti muneribus fungi debent apud *m* originem patronorum,ſed ſi ſua patrimonia habent ſuffectura oneribus. res enim patronorum muneribus libertinorum ſubiecta non eſt. 9 ¶ Quòd pater in reatu *n* criminis alicuius eſt,filiis impedimento ad honores eſſe non debet. 10 ¶ Decaprotos *o* etiã minores annis viginti quinque fieri,non militantes tamen, pridem placuit: quia *p* patrimonij magis onus videtur eſſe.

que lectionẽ probat Bernald *apud Apuleium 7. de Aſino*, ei namque camelaria, eſt curatio camelorum, qui pecunia publica alebantur. vnde Camelarij, *l.18.§.11.j.eod.*Camelorũ curatores. Turnebus 21. *aduerſ. 28.in fin.*Camelaſiam, munus eſſe: Camelaſium verò indictum eo nomine tributũ exiſtimat editio Hugonis à Porta legit Sitonia.Alciatus 2. *prætermiſſor.* σιτοκομίας.

a *l.18.§.j.eo.*

b *l.18.§.6.j.eo.*

c Circenſes equi hic curules *in l.3. C.de ſpectaculis,l.7. C. de numerariis C. Th. de equis curulibus.* Apuleius 4. Equum curulem nimia velocitate reſectum.

d *l.14.§.2.l.18. §.7.j.eod.*

e Arcæ frumentariæ,& oleariæ meminit lex 2. *C.Th. de curatoribus calendarij*: hinc arcarij,*C.de ſuſceptoribus, præpoſitis,& arcariis.*

f *l.8.§.5.j.eo.*De thermis dicam ad *l.6.C de aquæductu,lib.11.tit 42.*

g *l.18.§.8.j.eo.*id eſt, optio militũ, *Græci hic. vide quæ notaui ad l.vlt.j de re militari, v.Cuiac.ad l.7. Cod.de exact.tribut.*

h Leges ſibi quæque ciuitas habet vel facit: lex ita municipalis citatur, *l.3 §.5.de ſepulchro.* vide quæ ſcripſi ad *l.12.ſ.de legibus*: confirmatione tamen Principis eguiſſe huiuſmodi leges veriſimile eſt.

i *l.18.§.1.j eod.*

k Vigilãtia principaliter, *vulgat. Hal.Hugo à Porta*, προτοτύπως: *Baſil.*

l Patrimoniale, *vulg.Hal.*

m *l.18.§.18.j.eo.*

n Etiam ventris,*vulg Haloand.* o *l.1.§.19.ſ.de ventre in poſſiſſ.* p Curator interdum datur ad vſucapionem interpellandam, *facit lex 1.in fi l.8.l.19.§.3 ſ.de negotiis.* q *l.5.§.2.ſ.de Carboniano.* r Curator bonis abſentis aut capti ab hoſtibus cuſtodiendis dandus, *l.15 ſ.ex quibus cauſ.maior.l.6. in fi.ſ.de tut.l.3.C.de captiuis: l.6.in fi.ſ.quib.ex cauſ.in poſſ.l.vlt.ſ.de curatore bonis dando.* ſ Curator conſtituendus hæreditati vacanti, *l.8.ſ.quibus ex cauſis in poſſ.l.1.§.13.in fi.ſ. de collatione.*

t An conſequendos? *l.2.ſ.de minor.*an euitandos? *l.2.§.2.j.de vacatione.* an potius id innuitur,filium in poteſtate poſitum, nomine ſui filij ad honores prouecti fideiuſſorem cenſeri? *l.2.ſ.ad municipalem.* u *l 29.§. ad municipalem.*

x *l.10.§.2.j.de vacatione? l.2.C.de re militari.* y ἐν τοῖς ςρατοπέδοις ὀ λειτουργοῦσι *4 Ecl.4.c.2.*id eſt, in caſtris nullum munus ſuſtinent.

z *v l.2.C.de decur* Bannitus reuerſus poteſt admitti ad honores, *Bart.*

a Illuſtre exemplum fuit in Coriolano: *de quo vide Liuium 2.*

b *l 2.j.de reg.iur.* c *l.5.C.de decur.* d filij ſcil. *Budæus*, patris, *Accurſ.*

e Non præſtat, *Bud.* vt ſit ſenſus, Pater qui filium ſuum quantum poteſt patriæ commodis auertit,facere nequit quominus filij patrimonium aduentitium, aut caſtrenſe,honorum adminiſtrationi,munerúmque functioni obſtringatur.

f *v.l.5.j.de iure immunit.* g *v.l.4.j.eod.*

h *l.5 §.4.ſ.de iure immunit.* i Vt patri proſit, non autem eius liberis.

k liberi. l adde *l.15.C.de negotiis.* m *l.5.ſ.ad municip.*

n *l.2.§.7.ſ.de decurion.* o *l.18.§.26.j.eo.* decem primatus munere fungentibus, *l.1.§.1.ſ.eo.* p *dict.l.1.ſ.eod.*

11 ¶ Exactionem *a* tributorum,onus patrimonij eſſe conſtat. 12 ¶ Cura frumenti comparandi munus eſt: & ab eo ætas ſeptuaginta *b* annorum,vel numerus quinque *c* incolumium liberorum excuſat.

13 ¶ Eos milites, quibus ſuperuenientibus hoſpitia *e* præberi in ciuitate oportet, per vices *d* ab omnibus, quos id minus contingit, ſuſcipi oportet. 14 ¶ Munus hoſpitis *f*, in domo recipiendi, non perſonæ, ſed patrimonij onus eſt. 15 Præſes prouinciæ prouideat, munera & honores in ciuitatibus æqualiter per *g* vices ſecundum ætates,& dignitates,vt gradus munerum honorúmque,qui antiquitus ſtatuti ſunt,iniungi, ne ſine diſcrimine & frequenter iiſdem oppreſſis,ſimul viris & viribus reſpublicæ deſtituantur. 16 ¶ Si duo *h* filij in patris poteſtate ſint,eodem tempore munera eorum pater ſuſtinere non *i* compellitur.

17 ¶ Si is qui duos filios relinquebat,nihil de expediendis muneribus alterius filij ex communi patrimonio ſupremis *K* ſuis cauit,propriis *l* ſumptibus is & munera,& honores qui ei iniungẽtur, ſuſcipere debet,quãuis pro altero viuus pater eiuſmodi onera expedierit.

De cura extruendi vel perficiendi operis, & de iure quinque liberorum. 1. De inopia. 3. De militia.

4.*Idem* ‖lib.3.Opinionum.‖

CVra extruendi vel reficiendi operis in ciuitate, munus publicum eſt, à quo quinque *m* liberorum incolumium pater excuſetur. nec, ſi per vim extortum munus fuerit,excuſationem, quam habet ab aliis muneribus,auferet. 1 ¶ Deficientium facultatibus, ad munera,vel honores qui indicuntur, excuſatio non perpetua,ſed temporalis eſt. nam ſi ex voto honeſtis rationibus patrimonium incrementum *n* acceperit, ſuo tempore an idoneus ſit aliquis ad ea, ad quæ creatus fuerit, æſtimabitur. 2 ¶ Inopes *o* onera patrimonij ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent, corpori autem indicta obſequia ſoluunt *p*.

3 ¶ Qui obnoxius muneribus ſuæ ciuitatis fuit,nomen militiæ, defugiendi oneris municipalis gratia. dedit.deteriorem cauſam reipublicæ facere non potuit.

De nauiculariis, & mercatoribus oleariis.

5.*Scæuola* ‖lib.1.Regularum ‖

NAuicularij,& mercatores olearij,qui magnam partem patrimonij ei rei contulerunt, intra *q* quinquennium *r* muneris publici vacationem habent.

De pauperibus & locupletioribus. 1. De debitore reipublicæ. 2.De eo qui accuſatorem non habet, vel cuius accuſator deſtitit. 3.De perſonis & patrimonio. 4. De muneribus patrimonialibus.

6.*Vlpianus* ‖lib.4. de officio Proconſulis.‖

REſcripto Diuorum fratrum ad Rutilium Luppum ita declaratur: Conſtitutio, qua cautum eſt,prout quiſque decurio creatus eſt: vt ita & magiſtratũ adipiſcatur *ſ*, totiens ſeruari debet,quotiens idoneos & ſufficiẽtes omnes contingit. cæterum ſi ita quidam tenues *t* & exhauſti ſunt, vt non modò publicis honoribus pares non ſint, ſed & vix de ſuo victum ſuſtinere poſſint, & minus vtile,& nequaquam honeſtum eſt talibus mandari magiſtratum:præſertim cum ſint qui conuenienter ei *u*, & ſuæ fortunæ,& ſplendori publico poſſint creari. ſciant igitur locupletiores, non debere ſe hoc prætextu legis vti.& de tempore, quo quiſque in curiam allectus *x* ſit,inter eos demum eſſe quærendum,qui pro ſubſtantia ſua capiant honoris dignitatem. 1 ¶ Debitores *y* rerum publicarum ad honores inuitari non poſſe certum eſt, niſi priùs in id quod debetur reipublicæ ſatisfecerint. Sed eos demum debitores rerum publicarum accipere debemus, qui ex adminiſtratione reipublicæ relinquantur *z*. Cæterum ſi non ex adminiſtratione ſint debitores, ſed mutuã pecuniam à republica acceperint: non ſunt in ea cauſa,vt honoribus arceantur. Planè vice ſolutionis ſufficit vt quis aut pignoribus *a*, aut fideiuſſoribus idoneis caueat. & ita Diui fratres Aufideio *b*, Herenniano reſcripſerunt. Sed & ſi expollicitatione debeant,quæ tamen pollicitatio recuſari non poteſt:in ea ſunt conditione, vt honoribus arceantur.

2 ¶ Si quis accuſatorem non *c* habeat, non de-

a *v.l.2.Cod.de compenſat.*

b *v.l 5.j.de iure immunit.*

c *v.l.4 j eod.*

d adde *l vlt.§.pen.& vlt.j.eo.C.de metatis & Epidemeticis. dixi ad l.11.j.de vacat.muner.*

e Per vices munera ſuſtineri debẽt, *vt hic & §.15 j.eo.l.4.§.5.j.de legation.*ſuo quiſque ordine munera ſuſtinere debet: *l.1.C.de munerib.patrimoniorum.*

f *d.§.penult.& vlt.l.1.in fin j de vacatione vbi dixi plenius.*

g *§.13.ſ.eo.l.4.§ 5.j.de legation.*

h *ſub.* maximè. huiuſmodi ſubauditio augmẽtatiua eſt in *l 4.ſ.de in integrum reſt.* aliàs eſt taxatiua, *l.vn.§.4.ſ.furti aduerſus naut.*

i *l.5.C.de decurionibus.*

k id eſt, in teſtamento.

l *v l.15.j.eod.*

m Quinque liberi excuſant à muneribus ciuilibus, *l.3.§.6.ſ.eod.*

n *l.10.§.3.j.de vacatione.*

o *l.6.j eod.l.2.j.de vacatione: l.4.C.quemadmodum ciuilia munera.l.4.C.de his qui numer.liber.§.6.Inſtit.de excuſationib.*

p Imò non ſoluunt, *l.vlt.in fi.C.de his qui numero.*

q Interuallum quinquennij iiſdẽ honoribus & oneribus præſcriptũ, non iiſdem triennij, *vt hic.l.2.C.eo.* Lege Auguſti à magiſtratu vrbano ad Prouincialem fuit quinquenniũ, *Dion.53.* Fuit & lex ne quis eundẽ magiſtratum intra decem annos caperet, *Liu.7.10.Cic.de legib.*

r Imò quamdiu in illo ſunt actu, *l.5.§.3.j.de iure immunitatis.*

ſ adipiſcatur, *vulg.Hal.*

t *l.4.§.2.ſ.eod.*

u rei, *Hal.*

x alligatus, *vulg.* & malè: Allegere eſt in cœtum adiungere, vt ſublegere in locum demortui ſubſtituere. Tranquillus *in Tiber.cap.51.* Inſtanti ſæpiùs vt ciuitate donatum in decurias allegeret, negauit ſe allecturum. Sublecti ὑποκαθεστηκότες, allecti propter inopiam ſenatorum προσγεγραμμένοι Cõſcripti,Tertull.3 *aduerſus Marcionem*, allectio nationum à nouiſſimis diebus exorta eſt: ciues origo facit,manumiſſio,& allectio, *l.5.C.de incolis.* y *l.5.C.de debitoribus ciuitatum.* z reliquantur. a Datis pignoribus aut fideiuſſoribus cautum,vel ſatiſfactum intelligitur, *l.54.ſ.de ſolution.l.176.j.de verb.ſign.*

b Aufidio,*Haloand.* Claudio,*vulg.* c Accuſator vbi non eſt, hic non eſt iudex, *l.6.verſic.ſic,& ſ.de cuſtod.Ioan.5.verſ.11.Act.25.verſ.76.Cic pro Roſcio Amerino.* Ammianus 14.*in princ.*nec vox accuſatoris vlla,licèt ſubditi,in his malorum quærebatur aceruis, vt ſaltem ſpecie tenus crimina præſcriptis legum committerentur, quod aliquoties fecere Principes ſeueri.adde Gallicanum *in diuo Marco*,& Ambroſium *Epiſt.8.ad Syagrium v.Cuiac.1.obſ.34.*Iudex tamen poteſt ex officio ſine accuſatore reos criminum inquirere, *l.3.l.13.ſ.de off præſid.*

a Non debet.
b §.vlt.ff.eo.l.12. in fi.ad municip.
c l.18.§.21.ff.eo.
d v.d. l.12.in fi. l.pen.ſ.de veteran. dixi ad l.27.§.3.ſ. de vſufr.
e In agris.
f Etiamſi municipes non ſint.
g l.17.§.12.l.21. §.5.ſ. ad municip. l.vnic.C.de reis poſtuland.
h Reus intra eum annũ quàm delatus eſt, honores petere non poteſt,
i Cauſæ criminales olim anno finiendæ erant, dixi ad l.15.§.5.ſ. ad Turpillianum, vide Cuiac. 1. obſeru. 8. & 17. obſeru. 23.
k Noue.134.c.3. in fin.
l Ætas 25.annorũ in adminiſtratore Reipublicæ & decurione exigitur: vt hic. vt & in iudice 1.Harm.7.
m l.6.l.11.ſ.de decurion. l.2.ff. de vacatione: l.2.in fi. ff.de iure immunit. l.8.in fi.ff.de regulis iuris: l.8.C.quãdo prouoca. excipe l.3.§.10.ſ eod.
n l.74.§.1.ſ ad Trebell. hac lege vſus eſt Michaël Hoſpitalius Franciæ Cancellarius ann. 1563. Rothomagi, vt probaret Carolum IX. Gallorum regem anno 24. ætatis incipiẽte, maiorem eſſe.
o l.18.§.14.ff.eo. l.13.§.2.ff. tit.proximo. Iudicis munere fungi quis inuitus cogitur.
p Id eſt, captis pignoribus cogẽdus eſt, l.1.ſ. de adminiſt. tut. adde l.3. Cod. ne vxor pro marito.
q Tutores munus iniunctum adminiſtrare cogi poſſunt, v.l.3.Cod.de ſuſpectis.
r Differentiam nota honoris & muneris ,adde l.14.ff.eod.
ſ Munus obitur ſine vllo honoris dignitatiſve gradu: nec honorem gerenti indicitur.

beat *a* honoribus prohiberi: quemadmodum non debet is, cuius accuſator deſtiterit. ita enim Imperator noſter cum Diuo patre ſuo reſcripſit.

3 ¶ Sciendum eſt, quædam eſſe munera aut perſonæ, aut patrimoniorum. itidem quoſdam eſſe honores.

4 ¶ Munera, quæ patrimoniis iniunguntur, vel intributiones *b*, talia ſunt, vt neque ætas ea excuſet, neque numerus liberorum, nec alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalibus muneribus exuere.

5 ¶ Sed enim hæc munera, quæ patrimoniis inducuntur, duplicia *c* ſunt. nam quædam poſſeſſoribus iniunguntur, ſiue municipes ſunt, ſiue non ſunt: quædam non niſi municipibus, vel incolis. Intributiones *d*, quæ *e* agris fiunt, vel ædificiis, poſſeſſoribus *f* indicuntur. Munera verò, quæ patrimoniorum habentur, non aliis, quàm municipibus, vel incolis.

De reo delato. 1. De appellatione,

7. *Marcianus* ‖lib. 2. Publicorum.‖

REus *g* delatus, etiam ante ſententiam honores *h* petere, principalibus conſtitutionibus prohibetur. Nec intereſt, plebeius, an decurio fuerit. Sed poſt annũ *i*, quàm reus delatus eſt, petere non prohibetur, niſi per ipſum ſtetit, quo minùs cauſa intra annum expediretur.

1 ¶ Eum, contra quem propter honores appellatum eſt, ſi pendente appellatione honorẽ vſurpauerit, coërcendum Diuus Seuerus reſcripſit. Ergo etſi is qui honoribus per ſententiam vti prohibitus eſt, appellauerit, abſtinere *k* interim petitione honoris debebit.

De minoribus vigintiquinque annis.

8. *Vlpianus* ‖lib. 11. ad Edictum.‖

AD rempublicam adminiſtrandam *l* ante *m* viceſimum quintum annum, vel ad munera, quæ non patrimonij ſunt, vel honores, admitti minores non oportet. denique nec decuriones creantur, vel creati ſuffragium in curia ferunt. ¶ Annus autem viceſimus quintus cœptus pro pleno habetur. hoc enim in honoribus fauoris cauſa conſtitutum eſt, vt pro *n* plenis inchoatos accipiamus: ſed in his honoribus in quibus reipublicæ quid eis non committitur. cæterùm cum damno publico honorem ei committi non eſt dicendum, etiam cum ipſius pernicie minoris.

De cogendo munus agnoſcere.

9. *Idem* ‖lib. 3. de officio Conſulis.‖

SI quis magiſtratus in municipio creatus, munere iniuncto fungi detrectet: per præſides munus adgnoſcere cogendus *o* eſt remediis, quibus *p* tutores *q* quoque ſolent cogi ad munus, quod iniunctum eſt, agnoſcendũ.

De eo qui honorem vel munus ſuſtinet.

10. *Modeſtinus* ‖lib 5. Differentiarum.‖

HOnorem *r* ſuſtinenti, munus *ſ* imponi non *t* poteſt. munus ſuſtinenti, honor deferri poteſt *u*.

De honoribus gradatim deferendis. 1. De lege municipali, vt certæ conditionis homines in honoribus præferantur. 2. De penuria eorum qui magiſtratum ſuſcipiunt. 3. De medicis. 4. De his qui primas literas docent.

11. *Idem* ‖lib. 11. Pandectarum.‖

VT gradatim *x* honores deferantur, edicto, & vt à minoribus ad maiores perueniatur, epiſtola Diui Pij ad Titianum exprimitur.

1 ¶ Etſi lege municipali caueatur, vt præferrentur in honoribus certæ conditionis *y* homines *z*: attamen ſciendum eſt, hoc eſſe obſeruandum, ſi *a* idonei ſint, & ita reſcripto Diui Marci continetur.

2 ¶ Quotiens penuria *b* eſt eorum, qui magiſtratum ſuſcipiunt, immunitas *c* ad aliquid infringitur: ſicuti Diui fratres reſcripſerunt. 3 ¶ Reprobari poſſe *d* medicum à republica, quamuis ſemel probatus ſit, Diuus Magnus Antoninus cum patre reſcripſit.

4 ¶ Eos qui primis *e* literis pueros inducunt, non habere vacationem, Diuus "Magnus" Antoninus reſcripſit.

De vacatione vel immunitate conceſſa.

12. *Iauolenus* ‖lib. 6. ex Caſſio.‖

CVi muneris publici vacatio datur, non *a* remittitur ei, ne *b* magiſtratus fiat: quia *c* id ad honorem magis quàm ad munera pertinet. cætera omnia quæ ad tempus extra ordinem exiguntur, veluti munitio *d* viarum, ab huiuſmodi perſona exigenda non ſunt.

13. *Idem* "lib 15. ex Caſſio."

VAcatio, itemque immunitas, quæ liberis & poſteris *e* alicuius data eſt, ad eos duntaxat pertinet cui eius *f* familiæ ſunt.

Definitio honoris municipalis. 1. De munere publico vel priuato. 2. De viarum munitionibus & prædiorum collationibus. 3. De perſona, origine natalium, facultatibus & lege conſiderandis. 4. De filiisfamil. as plebeis. 5. De honoribus, gradatim deferendis. De ætate. De honoribus non continuandis. 6. De honoribus iterandis.

14. *Calliſtratus* "lib. 1. de Cognitionibus."

HOnor municipalis eſt adminiſtratio reipublicæ cum *g* dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens. 1 ¶ Munus aut publicum, aut priuatum eſt. Publicum *h* munus dicitur, quod in adminiſtranda republica "cum ſumptu" ſine titulo dignitatis ſubimus. 2 ¶ Viarum munitiones *i*, prædiorum collationes *k*, non perſonæ, ſed locorum munera ſunt.

3 ¶ De honoribus ſiue muneribus gerendis cùm quæritur, in primis conſideranda *l* perſona eſt eius, cui defertur honor, ſiue muneris adminiſtratio: item origo natalium, facultates quoque, an ſufficere iniuncto muneri poſſint: item lex, ſecundùm quam muneribus quiſque fungi debeat. 4 ¶ Plebeij filijfamilias *m* periculo eius *n*, qui nominauerit, tenebuntur. idque Imperator noſter Seuerus Auguſtus in hæc verba reſcripſit. Si in numero *o* plebeiorum filius tuus eſt: quanquàm inuitus honores ex perſona filij ſuſcipere cogi non debeas, tamen reſiſtere, quo minùs patriæ *p* obſequatur periculo eius, qui nominauit, iure patriæ poteſtatis non potes.

5 ¶ Gerendorum honorum non promiſcua facultas eſt, ſed ordo *q* certus huic rei adhibitus eſt. nam neque priùs *r* maiorem magiſtratum quiſquam niſi minorem ſuſceperit, gerere poteſt: neque ab omni ætate, neque continuare quiſque honores poteſt.

6 ¶ Si alij non ſint, qui honores gerant, eoſdem compellendos *ſ* qui geſſerint, complurimis conſtitutionibus cauetur. Diuus etiam Hadrianus de iterandis muneribus reſcripſit in hæc verba: Illud conſentio: vt, ſi alij non erunt idonei, qui hoc munere fungantur, ex his qui iam functi ſunt, creentur.

An hæres patris teneatur pro filio decurione.

15. *Papinianus* t "lib 5. Reſponſorum."

ET ſi filium pater decurionem eſſe voluit, tamen defuncto, honores, qui filio decurioni congruentes poſt mortem patris obtigerunt, ad onus *u* cohæredis filij non pertinent, cùm ei decurioni ſufficientes facultates pater reliquerit.

De offerentibus pecuniam. 2. An filius pro patre cauere cogitur. 3. De defenſione reipublicæ.

16. *Paulus* "lib. 1. Sententiarum."

ÆStimationem honoris, aut muneris in *x* pecunia pro *y* adminiſtratione offerentes audiendi non ſunt. 1 ¶ Qui pro honore pecuniam promiſit, ſi ſoluere eam cœpit, totam *z* præſtare, operis inchoati exemplo, cogendus eſt. 2 ¶ Inuitus filius pro patre rempublicam ſaluam fore cauere *a* non cogitur.

3 ¶ Defenſionem reipublicæ ampliùs quàm ſemel ſuſcipere nemo cogitur, niſi id fieri neceſſitas *b* poſtulet.

De prouinciæ ſacerdotio. 1. An pater filio decurioni ſumptus ſubminiſtrare compellatur.

17. *Hermogenianus* "lib. 1. Epitomarum."

SPonte prouinciæ ſacerdotium *c* iterare nemo prohibetur. 1 ¶ Immunis ab honoribus & muneribus ciuilibus, ſi decurioni creato filio, quem habet in poteſtate, conſentiat *d*, in muneribus & honoribus ſumptus ſubminiſtrare filio compellitur.

Diuiſio munerum. 1. De perſonalibus. 18. De patrimonialibus. 26. De mixtis. 28. De communi horum appellatione. 29. De immunitate conceſſa 30. De magiſtris, grammaticis, oratoribus, medicis, philoſophis.

18. *Arcadius Chariſius* "lib. ſingul. de muneribus ciuilibus."

MVnerum ciuilium triplex *e* diuiſio eſt. nam quædam munera perſonalia ſunt, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta.

t Honorem ſuſtinens poteſt cogi munus aliquod honore non deſtitutum adminiſtrare: quidam etiam hinc colligunt, neminem duplici officio fungi poſſe, *l.10.C.de proxim ſacr ſcrinior.l.1. C.de præpoſitis agent.in rebus: l.5.C.qui militare poſſunt.* u *l.14.§.5.ff.eod.l.2.C.de officio magiſtri: l.1.C.de muneribus patrim.l.vlt.C de primicerio: l.7.C.de proximis ſacr.ſcriniorum: l.1.C. de agentib.in rebus: l.1,C.de Caſtrienſianis: l. vlt C.de tyronib.*
x *l.12.ff.eod.* y vel gentis, *Accurſ.*
z Putà antiquiores, *l.vlt ſ.de fide inſtrum.l.1.ſ. de albo, l.2.§.7 ff de vacatione.*
a Hæc enim conditio tacitè ſemper ineſt. Hinc etiam colligit Bartolus, ſtatuta recipere interpretationem reſtrictiuam. facit ad exceptiones *legis 1.Cod.de ſacroſanct. Eccleſiis.*
b Neceſſitas legibus vim affert.
c Creandi quoties ſunt magiſtratus, & idonei reperiri non poſſunt, qui aliàs eſſent excuſandi à magiſtratu ſuſcipiendo non audiuntur, *l.14.in fi.l.16.in fi.ff.eo.l.3.§.2. l.2.ſ.de decur.l.4 §.5.ff de legationib l.2.in fin.C qui ætate, lib.10. Nouell.6.cap.6.* niſi omnino ſint impuberes, *l.2.in fin.ff. de iure immunit.*
d *l.6.§.5.ſ de excuſat.tut.* Imò non poſſumus reprobare, quod ſemel à nobis probatum eſt, *l.9.ſ.de negotiis.*
e *v.l.2.in fin.ff.de vacatione.*

nicip.vbi dixi. x Munus perſonale non licet adærare, *vt hic.* Quid promiſſum eo nomine pretium, licétne exigere? Accurſius ita cenſet & *C.de excuſ.munerum: l.12.ff.de pollicitat.* y *l.9.C.de excuſ.muner.* & *γυείζεσθαι λειτουργίαν ἢ τιμήν, 54.Ecl.4.c.12* Adærare non licet mun
æ adde *l.11.in fi.ff.de pollicitat.* a *l.3.§.3.ff.de adminiſt.rerum.*
b *v.l.11.§.2 ſ.eod.* c adde *l.8.ff.de vacatione.* d *v.l.5.C.ff.decurion.*
e Imò duplex tantùm, *l.1.in princ.& §.1.ſ.eod.*

1. ¶ Perſonali

1 ¶ Perſonalia *a* ſunt, quæ animi *b* prouiſione & *c* corporalis laboris intentione ſine *d* aliquo gerentis detrimento perpetrantur, veluti *e* tutela, "vel" cura *f*. 2 ¶ kalendarij quoque curatio *g*, & quæſtura in aliqua ciuitate, inter honores non habetur, ſed perſonale munus eſt. 3 ¶ Tyronum *h*, ſiue equorum productio, & ſi qua alia animalia neceſſario producenda, vel res peruehendæ, ſiue perſequendæ ſunt, vel pecuniæ fiſcales, ſiue annona, vel veſtis, perſonæ munus eſt.

4 ¶ Curſus vehicularis *i* ſolicitudo. Item angariarum *k* præbitio, perſonale munus eſt. 5 ¶ Cura *l* quoque emendi frumenti, olei, (nam harum ſpecierum curatores, quos σιτώνας *m*, id eſt, *frumentarios*, & ἐλαιώνας, *n* id eſt, *olearios*, appellant, creari moris eſt) inter perſonalia munera in quibuſdam ciuitatibus numerantur: & calefactio *o* publici balinei, ſi ex reditib. alicuius ciuitatis *p* curatori pecunia ſubminiſtratur. 6 ¶ Sed & cura cuſtodiendi *q* aquæductus perſonalibus muneribus adgregatur. 7 ¶ Hirenarchæ *r* quoque, qui diſciplinæ publicæ & corrigēdis *ſ* morib. præficiuntur. Sed & qui ad faciendas *t* vias *u* eligi ſolent, cùm nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferant. Item Epiſcopi *x*, qui præſunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ ciuitatium populis (ad) quotidianū victū vſui ſunt *y*, perſonalibus munerib. funguntur. 8 ¶ Quia nonā ſuſcipit, vel exigit *z*, vel erogat, & exactores pecuniæ pro capitibus *a*, perſonalis muneris ſollicitudinē ſuſtinent. 9 ¶ Sed & curatores, qui ad colligendos ciuitatium *b* publicos reditus & eligi ſolent, perſonali munere *c* ſubiūgantur.

10 ¶ Hi quoque qui cuſtodes *d* ædium *e*, vel *f* archeotæ *g*, vel logographi *h*, vel tabularij, vel Xenoparochi *k*, vt in quibuſdam ciuitatibus, vel limenarchæ *a*, vel curatores ad extruenda vel reficienda ædificia publica, ſiue palatia, ſiue naualia. vel manſiones *b* deſtinantur, ſi tamen pecuniam publicam in operis fabricam erogent, & qui faciendis vel reficiendis nauibus *c*, vbi vſus exigit, præponuntur, muneribus perſonalib. adſtringuntur. 11 ¶ Camelaſia *d* quoque ſimiliter perſonale *e* munus eſt. nam, ratione habita, & alimentorum, & camelorum, certa pecunia camelariis *f* dari debet, vt ſolo *g* corporis miniſterio obligentur. Hos ex *h* albi ordine vocari, nec vlla excuſatione liberari, niſi ſola *i* læſi & inutilis corporis, & infirmitate, ſpecialiter ſit expreſſum. 12 ¶ Legati *k* quoque, qui ad ſacrarium *l* principis mittuntur, quia viaticum *m*, quod legatiuum *n* dicitur, interdum ſolent accipere. ſed & nictoſtrategi *o*, & piſtronorum *p* curatores perſonale munus ineunt. 13 ¶ Defenſores quoque, quos Græci ſyndicos *q* appellant, & qui ad certam cauſam agendam vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. 14 ¶ Iudicandi quoque neceſſitas *r* inter munera perſonalia habetur.

15 ¶ Si aliquis fuerit electus, vt compellat eos qui *ſ* prope *t* viam publicam poſſident, ſternere viam, perſonale munus eſt. 16 ¶ Pari modo qui acceptandis, ſiue ſuſcipiendis cenſualib. *u* profeſſionib. deſtinantur, ad perſonalis muneris ſollicitudinem animū intēdunt.

17 ¶ Maſtigophori *x* quoque, qui agono-

a Iliminarchæ *Vulg.* Ariſtot. 5. *Ethic.* 2. *dixi ad l.* 4. *ſ. de fugitiuis l.* 38. *C. de liberali.* i. porcuum cuſtodes, vbi tamē vulgata editio limitarchæ, & id quidem malè. ſed illud peius quod Cotta emendat in lege vnica. *C. de offitio comitis orientis.* liminarchia pro licyarchia. b manſionum publicarum reficiendarum curatores fuere, de quibus hic agitur: nō ſimpliciter de māſionum curatorib. Cæterū *manſionis* vocabulo Budæus intelligit ςαθμὸς Galli *poſtes*, quarū præfecti ἐπίςαθμοι *Iſoc. in Panegirico.*

Inſtit. de excuſ. torum & ibi Theoph. l.1.§.4.ſ.eo. Hinc curatores Kalendarij 10. C. eod. de curatorib.
Kalendarij 11. & Kalendarium ciuitatis *ibid. lex* 1. *la recepte & receueur de la ville.* i *l.* 1. §. 1. ſ. *eo.*
vide *l.* 4. *C. de proximis ſacrorum ſcriniorum.* 1. *Veget.* 7. l *Iulius Pollux lib.* 1. *vide Feſtum in Curator*
Vide C. de curſu publico & angariis. m *l. vltim.* §. 6. ſ. *de admin. rer.* Sitonæ dicuntur, vt ὁπο-
frumentariæ præpoſitus. Erant autem eo loco apud Athenienſes, quo apud Roma-
...ται τελῶναι ἐλαιῶναι. Erant & σιτοφύλα-
...s frumentatores, coēmptores frumenti ἐκ τοῦ σίτου ὠνεῖσθαι. Erant & σιτοφύλακες frumenti aſſeruandi curam gerentes, Demoſthenes *in oratione aduerſus Leptinem.* Idem munus σιτολο-
...τούτου ἐν τοῖς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι. σιτομέτραι diſpenſatores illi rei
α. curatores ipſi, frumenti coactores σιτολόγοι, ...
...frumentariæ, hi ædiles. De differentia curatoris rei frumentariæ & adilis, vide Cuia-
...m 2. *obſ.* 23. Inde σιτωνία, *l.* 2. ſ. *de vacat. muner.* Id munus ſumma in cura eſt apud
...netos, *v. Poſtellum c.* 17. *de magiſtratib. Athenienſium.* & olim apud Romanos. *v.*
de canone frumentario vrbis Romæ. de frumentario vrbis Conſtantinopolitanæ, de fru-
mento vrbis Alexandrinæ. Sitonicū, munus ſpecierū principi, vel Reipublicæ emen-
...rum. *Nou.* 30. vel munus frumenti emendi *C. vt nemini liceat in coemptione Spe-*
rum ſe excuſare & de munere ſitoniæ vel ſitonici. De Sytoneto ſeu coemptione ſpe-
...rum, *v. Cuiac.* 1. *obſ.* 35. n adde §. 19. ſ. *eo.* ἐλαιεμπόρους, *Bud.* o *l.* 1. §. 2. ſ. *eo.*
Curator ciuitatis, qui & pater, *de quo v. l. vlt. C. de Iudæis: l.* 9. §. 2. ſ. *de adm. rer. v.*
C. de modo mulctarum. q *l.* 1. §. 1. ſ. *eo.* r *l.* 6. ſ. *de cuſtodia reorum: l.* 35. §. 5. ſ. *ex*
...*bus cauſis maior.* ſ Irenarchæ corrigendis moribus inter cætera præfecti. t *al.* ad
...ciendas vias. u *l.* 1. §. 2. ſ. *eo.* x Epiſcopus eſt, qui ſummum arbitratum rerum
...bet, cui incumbit non tantùm ocularis inſpectio (quales erant apud Athenienſes
ἐπίσκοποι τῆς χώρας, id eſt, adoleſcentes qui cùm ex ephebis exceſſerant, regiones
...cuibant, vt quum ingrueret neceſsitas, eſſent regionum, viarum, & locorum peri-
v. Poſtellum c. 18. *de magiſtrat. Athen.* ſed & prouidentia. Cicero 7. *ad Atticum* 10.
...lt enim me Pompeius eſſe, quē tota Campania, & maritima ora habeat ἐπίσκοπον
...de nomen Epiſcopi trahitur hic ad eos qui panificiis præſunt, quos ædiles Cerea-
...cum *Dion.* 43. appellare poſſumus, *l.* 2. §. 32. ſ. *de orig. iuris.* Galli, *Iuges Intendans*
Police, Commiſſaires des viures Nomen Epiſcopi etiam ad verbi miniſtros relatum
...quorum munus eſt paſcere Eccleſiam, *Actor.* 10. *ver* 28. inde Epiſcopatus καὶ τὴν
ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος, *Act.* 1. *verſ.* 20. y Vſui iniungunt, *vulg.* vſui ſugge-
...*Bud.* z *v.* §. 5. ſ. *eo. l.* 1. §. 2. ſ. *Receueur des grains du public.* a Ea capitatio eſt,
l. 1. §. 2. *Receueurs de ville.* c Muneri, *Hal.* ψυχικοῖς δημοσίοις. d Galli *Con-*
...*ges.* e ſacrarum, vel principis, ſcil. quos Græci ναοφύλακας: diuerſi fuerunt ab
...tuis ſacrarum ædium quos νεωκόρους Græci vocant. f Vt archeotæ, *Hal.* g Ar-
...eotæ, archiui cuſtodes: ab archio dicti: *de quo dixi ad l.* 9. §. 6. ſ. *de pœnis.* h Logo-
...phi tributorum rationib. ſcribendis occupantur, *l.* 1. *l.* 4. *C. de tabulariis.* i Tabu-
...ij qui, dicam *ad dictum titulum de tabulariis.* k Xenoparochi iidem qui peregri-
...ſalem & ligna & neceſſaria præbebant. Horatius 1. *ſerm.* 5. & parochi quæ debent
...na, ſalémque. Porphyrio Copiario vocat. Eſt & parochus paſcens ipſe & dominus.
...ratius 2. *ſerm.* 8 Tum parochi faciem nil ſic metuentis, vt acres Potores. Hinc Xe-
...parochiis publicis aliquem occupati, dicimus. Cicero 13. *ad Atticum* 2. Ariarates
...iobarzanis filius Romā, venit, vult, opinor, regnū aliquod emere à Cæſare, nā quo-
...do nunc eſt, pedem vbi ponat in ſuo non habet; omnino enim Seſtius noſter paro-
...las publicas occupauit, vel vt alij legunt, parochus publicus, vel parochis publicis,
...o nomine Simeon Boſsius ibid. intelligit eum, qui lautia, *de quibus v. Feſtum in*
...tia & Dacremas, legatis externarū nationū, præbebat, vt intelligitur ex formula
...natuſconſulti, à Victorino publicata, ξένιά τε αὐτοῖς, κατὰ τὸ διάταγμα τόπον
παροχήν τε καὶ τὴν ταμίαν τὸν κατὰ πόλιν τούτοις μισθώσαι, munus eis ex formula
...cum lautiáque Quæſtorum vrbanorum eis locare mitteréque. Lautia igitur παρο-
...qui lautia præbet parochus (& ita poſſumus xenia interpretari *in l.* 6. §. 3. ſ. *de off.*
Procon.) Nonius 1. *n.* 239. Parochum vehiculi præbitorem interpretatur: & ibid. Var-
...Seſqui Vlyſſe. Hic omnia erat: idem ſacerdos, prætor, parochus, denique idem ſena-
...s, idem populi caput. A parocho, parochias in Eccleſiis quidā vocari putant malè:
...um παροικίαι prius dictæ ſint. πάροικοι ſunt qui accolunt. inde, qui fanum ali-
...uod accolunt parochi dicti. Auguſt. 14. *de ciuitate.* Presbyter fuit quidam nomine
...ſtitutus, in parochia Calamenſis Eccleſiæ. Parochiarum diuiſionem, & attributio-
...em ſingulis Presbyteris, Dionyſius Epiſcopus dicitur primus excogitaſſe 13. *q.* 1. *c.*
Eccleſiis. hodie etiā curæ dicuntur, inde curiones. Erat etiam apud Gētiles maximus
...urio. *Liuius* 3. *decad.* 7. cuius authoritate omnes curiones regebantur. *Feſtus.*

girico. Interdum ἐπίσταθμοι appellantur metatores qui in comitatu principis, aut
legati, ducisve exercitus hoſpitia adſignant: Galli, *Mareſchaux de logis, Fourriers:*
Heſychio, ἐπισταθμία eſt ὑποδοχὴ ξένων: hoſpitum ſuſcipiendorum munus. Suidæ
ςαθμὸς, τὸ πανδοχεῖον: ςαθμοῦχος, ὁ πανδοχεύς: ita Mauzazus fuit ςαθμὸς diuer-
ſorium ſeu caſtellum Capadociæ. Gloſsis ἐπίςαθμος ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς, ἡ ςαθ-
μοῦς. Stationarius: manceps. Ferrandus 2 *Expoſit* 41. Manſionē vnius diei viam intel-
ligit, non vnam, *Sipontinus & Spilegius.* Certè manſionem meminit lex 8. *C. de annonis*
l. 2. *C. de conditis in publicis horreis: l* 9. *C. de ſumptib. l.* 2. *C. de lucris aduocatorum.* Man-
ſiones Græci vocant ἀλλαγάς, poſteriores dixere manſus, & inde manentes, *Helmo-*
dius. Galli *Maiſons, Cuiac. ad l.* 8. *C. de annonis.* quin & Māſionatici. Manſus alia ſigni-
ficatione accipitur Galli *Meſtairie*: vnde Manſuarij *Meſtairiers, v. Cuiac.* 1. *feu.* 4. §. 5.
ſed hic manſiones ſunt diuerſoria, in quæ ſe recipiunt milites expeditionis tempore.
vel etiam ſacer comitatus. Hinc ad mutationes, manſionéſq; ſingulas, animalibus cur-
ſui publico deputatis pabula tranſuehere, *l.* 9 *C. Theod. de annona.* In manſionibus erāt
horrea, & in eis ſpecies, vnde manſionū procuratio præſidibus mādatur *d. l.* 2. In man-
ſionibus quoque modij ænei erant, vel lapidei *d. l.* 9. Vetant Imperatores prouinciales cogi ab officialibus eis & eorum animalibus, ſine pretio alimoniā præbere, *l.* 2. *C.*
de lucris aduocat. & concuſſ. & quemquam longius deſtinari ad inſtruendas manſiones,
l. 8. *C. de annona.* Plin. 6. *c.* 23. à Copto Camelis itur aquationum ratione, manſionib.
diſpoſitis. Lampridius *in Alexandro,* tacebantur ſecreta bellorum, itinerum dies pu-
blicè proponebantur, ita vt edictum præcederet ante menſes duos in quo ſcriptum
erat, illa die, illa hora ab vrbe ſum exiturus, &, ſi dij voluerint, in prima manſione
manſurus, Deinde per ordinē manſiones, ſtatiua, deinde vbi annona eſſet accipienda,
& id quidem quouſq; ad fines barbaricos deueniretur, & alias militum expeditionis
tempore ſic diſpoſuit, vt in manſionib. annonam acciperent, nec portarent decem, aut
ſeptem dierum cibaria, niſi in Barbarico. Hinc conſtat māſiones veterib. idem fuiſſe
quod Galli *repuës & eſtappes, traictes.* c *l.* 1. §. 1. ſ. *eo.* d *v. l.* 1. §. 1. ſ. *eo.* Camelaſia,
Hal. v. l. 1. §. 2. ſ. *de munerib.* Camelaſia eſt munus perſonale, at non Hippaſia, *l.* 4. *C. de*
munerib. patrimoniorum. Ammiano 16. quoddā tributi genus eſt Camelaſia. e Per-
ſonale ſeu corporale munus eſt etiam Camelaſia, non eſt patrimoniale vt Hippaſia,
de qua in l. 4. *C. de munerib. patrimoniorum.* Cur ita? Cameli aluntur de publico, non
ſumptibus camelarij, qui eo munere fungitur: præterea corporis infirmitas excuſat
ab eo munere, *l.* 2. §. *pen.* ſ. *de excuſ. muner.* eſt igitur perſonale, nec enim infirmitas
corporis excuſat à patrimonialibus. f Camelarij camelorum curatores. g Perſo-
nalia ſunt quæ ſolo corporis miniſterio obeuntur §. 1. ſ. *eod.* h πρὸς τὴν τάξιν τοῦ
λευκώματος. *Baſil.* idque perſonale munus habet commune cum patrimoniali, *l.* 8.
C. de munerib. patrimoniorum. quod neminem ob corporis debilitatem excuſet. *v. Cu-*
iac. 9. *obſ.* 9. i Perſonalium munerū propriū eſt, ab iis excuſari poſſe corporis infir-
mitate. k *l.* 8. *C. Th. de legatis & decretis legationum, lib.* 12. *tit.* 12. l Sacrarium hic,
aula & comitatus principis. m Viaticū eſt, quod ob viam & iter perficiendū datur.
n *l.* 2. *in fi.* ſ. *de legation.* Legatitium, *Hugo à Porta.* o Nictoſtrategi. *vulg. Hal.* malè:
Budæus veræ vocis ignarus, mendum eſſe quidem hic monuit. Turnebus verò mendo
agnito, malè ita emendauit, viarum ſtratarum, & piſtrinorum curatores 9. *adu.* 16. ſed
habēda eſt gratia poſteris: Nyctoſtrategi enim in prouinciis ij erant, qui Romæ præ-
fecti vigilū dicebantur, ſ. *de officio præfecti vigilum.* In Ægypto νυκτεπαρχὸς ςρατηγὸς
Strabo: Conſtantinopoli νυκτεπαρχὸς, & prætor plebis. *No.* 13. *v. Cuiac.* 13. p Piſtri-
norum de origine hoc notandum, Primis temporibus fruges torrebant, deinde pinſe-
bant. Et torrere parant flammis & frangere ſaxo: molæ poſtea inuentæ ſunt aſinariæ
& truſatiles, hominum opera verſatiles. Hinc piſtrinum pro loco fatigationis pleno
accipitur. Aquariæ molæ moletrinæ. Piſtrinum qua ratione inuentum fuerit, v. apud
Senec. 14. *epiſt.* 91. q *l* 1. §. 2 ſ. *eo. de ſyndicis vide Petr. Greg.* 49 *ſyntagm. &* 1. *decre-*
tor. 39. r Hæc quibuſdā perſonis remittuntur, *l.* 6. § 8 ſ. *de excuſ. adde l.* 13. §. 2. ſ. *tit.*
prox. ſ Qui pecuniā publicā poſſident, *vulg. Hugo à Porta.* t Viarū vicini, viā ſterne-
nere coguntur, *l.* 14. *in fin.* ſ. *quemadmodū ſeruit. amittant.* u *v. l.* 3. *l.* 4. ſ. *de cenſib. di-*
xi ad l. 6. *C. de fide inſtrum.* x Maſtigophori, flagriferi ad ſubmouendam turbam, &
cohibendas ſeditiones, *Budæus.* Lipſius tamen *libro de gladiatorib. c.* 5. hanc vocem re-
fert ad ſpectacula. Iurabant enim gladiatores in hæc tria, vſtionem, verbera & necē,
qui ex more patiebantur necem, quum cecidiſſent: flammam, & verbera, ſi quando ti-
midius pugnaſſent aut fugiſſent. Seneca *Epiſt.* 1. *epiſt.* 8. Tibullus 1. *Elegia* 9. Vre meū
potius flamma caput, & pete ferro Corpus, & intorto verbere terga ſeca. Seneca
Epiſt. 7. Occide, vre, verbera, *Senec.* 5. *Epiſt.* 37. Eidem honeſtiſsimi & turpiſsimi illius
autoramenti, verba ſunt, vri virgis (ita legendum eſt non *vinciri*) ferróque necari. *&*
19. *Epiſt.* 39. vre, cæde, occide. adde Cicer. 1. *Tuſc. Quintilian.* Hic ferrum acuebat ille
accendebat ignibus laminas: hinc virgæ, inde flagella afferebantur. *Tertullianus.*
Gladiator ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum. Hoc fini lorarij
& maſtigophori, de quibus hic agitur, fuerunt in arena. Xiphilinus *in Nerone*

 thetas

SGCB2021

thetas *a* in certaminib. *b* comitantur, & ſcribæ *c* magiſtratus *d*, perſonali muneri ſeruiunt. 18 ¶ Patrimoniorũ ſunt munera, quæ ſumptibus patrimonij, & damnis adminiſtrantis *f* expediuntur. 19 ¶ Elemporia *g*, & oſpratura *h* apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur. 20 ¶ Suſceptores quoque *i* vini per prouinciã Africã patrimonij munus gerunt. 21 ¶ Patrimoniorũ autẽ munera duplicia ſunt: nam quædã ex his muneribus poſſeſsionibus ſiue patrimoniis indicuntur, veluti *i* agminales *K* equi, vel mulæ *l*, & angariæ, atque verhedi *m*. 22 ¶ Huiuſmodi igitur obſequia & hi, qui *n*, neque municipes *o*, neque incolæ ſunt, agnoſcere coguntur. 23 ¶ Sed & eos qui fœnus *p* exercent, etſi veterani ſint, tributiones *q* eiuſmodi agnoſcere debere, reſcriptum eſt. 24 ¶ Ab huiuſcemodi munerib. neque primipilaris *r*, neque veteranus *ſ*, aut miles, aliúſve, qui priuilegio aliquo ſubnixus, nec pontifex *t* excuſatur. 25 ¶ Præterea habent quędã ciuitates pręrogatiuam, vt hi qui in territorio earũ poſsidẽt, certum quid frumenti pro *u* menſura agri per ſingulos annos præbeant. quod genus collationis munus poſſeſsionis eſt.

26 ¶ Mixta *x* munera decaprotiæ *y*, & icoſaprotiæ, vt Herennius Modeſtinus & notando, & diſputando, bene & optima ratione decreuit. nam decaprori *z*, & icoſaprori tributa exigentes, & corporale miniſterium gerunt, & pro omnibus *a* defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciunt: vt & meritò inter mixta hoc munus numerari debeat. 27 ¶ Sed ea quæ ſuprà perſonalia eſſe diximus, ſi hi qui funguntur, ex lege ciuitatis ſuæ, vel more, etiam de propriis facultatibus impenſas faciant, vel annonam exigentes deſertorum prædiorum damna ſuſtineant, mixtorum definitione cõtinebuntur.

28 ¶ Hæc omnia munera, quæ trifariam *b* diuiſimus, *c* vna ſignificatione comprehenduntur: nam perſonalia, & patrimoniorum, & mixta munera, ciuilia ſeu publica appellantur. 29 ¶ Siue autem perſonalium duntaxat, ſiue etiam ciuilium *d* munerum immunitas alicui concedatur, neque *e* ab annona, neque ab angariis, neque à verhedo neque ab hoſpite *f* recipiendo, neque à naue *g*, neque capitatione, exceptis militibus & veteranis *h*, excuſari poſſunt.

30 ¶ Magiſtris, qui ciuilium munerum vacationem habent, item grammaticis *i*, & oratoribus *K*, & medicis, & philoſophis, ne hoſpitem *l* reciperent, à principibus fuiſſe immunitatem indultam, & Diuus Veſpaſianus *m* Diuus Hadrianus reſcripſerunt.

DE *n* VACATIONE, ET *o* EXCVſatione *p* munerum.

TIT. V.

De æquitate. De appellatione. De calumnia. 2, De his qui maiorum onerum vitandorum gratia ad colonos prædiorum ſe tranſtulerunt. 3. De ætate. De numero liberorum.

1. *Vlpianus.* ‖lib. 2. Opinionum.‖

OMNIS excuſatio ſua *q* æquitate nititur, ſed ſi prætẽdentibus aliquod ſine iudice credatur, aut paſſim ſine temporis præfinitione, prout cuique libuerit permiſſum fuerit ſe excuſare: nõ erunt, qui munera neceſſaria in rebus publicis obeant. quare & qui liberorum incolumium iure à muneribus ciuilibus ſibi vindicant excuſationem, appellationem *r* interponere debent, & qui tempora præfinita in ordinem eiuſmodi appellationem peragendo non ſeruauerint, meritò præſcriptione repelluntur. 1 ¶ Qui excuſatione aliqua vtuntur, quotieſcunque creati fuerint, etſi iam ante abſoluti ſunt, neceſſe habent appellare, ſed ſi per calumniam & ſæpius idem aduerſarius vexandi gratia eius, quem ſcit perpetua vacatione ſubnixum, id facere probatus erit, ſumptus *ſ* litis exemplo decretorum principalium præſtare iubeatur, ei quem ſine cauſa ſæpius inquietabit *t*. 2 ¶ Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cùm inter eos ad primos honores creari poſſint, qui in ciuitate munerebantur, euitandorum maiorum onerum gratia ad *u* colonos prædiorum ſe tranſtulerunt, vt minoribus ſubiiciantur: hanc excuſationem ſibi non parauerunt.

3 ¶ Quamuis ſexaginta quinque *x* annorum aliquis ſit, & tres liberos incolumes habeat: à muneribus tamen ciuilibus propter has cauſas non liberatur.

De ſurdaſtro. 7. De ſenio, & corporis imbecillitate.
8. De his qui primas literas docent.

2. *Idem* ‖lib. 3. Opinionum.‖

SExtum deximum *y* ætatis annum agentem, ad munus ſitoniæ *z* vocari non oportet: ſed ſi nihil propriè in patria ſeruatur, de minorib. *a* quoque annis vigintiquinque ad munera ſiue honores, creandi *b* iuſta ætas ſeruanda eſt. 1 ¶ Numerus liberorũ, aut *c* ſeptuaginta *d* annorũ, ab honorib. aut munerib. his cohærentibus *e* excuſationẽ non præſtat, ſed à munerib, tantùm ciuilibus. 2 ¶ Adoptiui *f* filij in numerum non proficiunt *g* eorum liberorum, qui excuſare parentes ſolent.

3 ¶ Qui ad munera vocantur, viuorum *h* ſe liberorum numerum habere tempore, quo propter eos, excuſari deſiderant, probare debent. numerus enim liberorum poſtea impletus, ſuſceptis antea muneribus non liberat. 4 ¶ Quæ patrimoniorum onera ſunt, numero liberorum non *i* excuſantur, 5 ¶ Inculumes *k* liberi, etiam ſi in poteſtate patri ſuo deſierint eſſe, excuſationem à muneribus ciuilibus præſtant. 6 ¶ Minus *l* audiens, immunitatem ciuilium munerum non habet.

7 ¶ Quem ita ſenio *m*, & corporis imbecillitate *n* vexari præſes animaduerterit, vt muneris perferendæ pecuniæ non ſufficiat, demittat, & alium conſtituat.

¶ Corporis debilitas eorum munerum excuſationem præſtat, quæ tantùm corpore implenda ſunt. Cæterùm

queadmodum quis audiet, quod neq; videre poteſt Auguſtum Imperatorem τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενος iſque pecuniã etiã ſubminiſtrare μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ, *Euſebius c.* 1. Thucidides *lib.* 4. *& Pollux.* 3. Petronius *in ſatyrico*, in verba Eumolpi iurauimus vri, vinciri. verberari. Huc etiam refer illud Tibulli 1. *Elegia* 4. Vre, feri, & torq; Sanè Maſtigophori hic ſunt qui agonothetas comitabantur: ſiue vt virgis inſolentiã certatorum ſpectatorúmque coërcerent, ſiue vt pugnarent. Iidẽ Xiphilino Heliogabalo μαστιγονόμοι ῥαβδοῦχοι Suidæ ῥαβδονόμοι. Alciatus *in l. vnica, C. de athletis*, maſtigophoros eſſe qui præibant agonothetas ſeu athlothetas. a *l.* 10. ℑ. *de pollicitationibus*: *l. vlt. C. Th. de expenſis ludorũ* 1. *lib.* 15. *tit.* 9. Agonothetæ ἀγώνων διαθέται, certaminũ præfecti, præſides munerarij cuius vocis author Auguſtus, teſte Quintil. 8. antea Domini ludorum Cicero *de legibus* editores. Capitolinus *in Antonino*, Abſens populi Romani voluptates per editores curari vehementer præcepit. *vide Lipſium c.* 7. *Saturn.* Agonotheta igitur, ſiue muneratus, eſt editor gladiatorum, Circenſium ludorum, vel curulium curator, ἀφέτης, *vide Scaligerum in* 2. *Manilij.* Hieronym. *ad Lucium*, Non eſt inuidus agonothetes noſter: Tertullian. *libro ad Martyres*, vos benedictæ quodcunque hoc durum eſt, ad exercitationem virtutemque animi & corporis deputatur. Bonum agonem ſubituræ eſtis, in quo Agonothetes Deus viuus eſt, Xyſtarches Spiritus ſanctus, corona æternitatis brauium. Hinc ἀγωνοθεσία munus conſtituendi certaminis *l.* 20. §. 7. ſ. *famil. l.* 199. *C. Th. de decurionibus*, ἀγωνοθετεῖν, *l.* 10. ℑ. *de pollicit.* Fundi agonothetici iuris, *l.* 5. *C. de diuerſis prædiis vrbanorum* quas σύστημα ἀγωνόφορον vocat Celſus *in l.* 34. §. 1. ſ. *de leg.* 2. id eſt, poſſeſsiones deputatas ſumptibus ſacrorũ certaminũ. b *al.* in ſacris certaminibus, & ita videtur legiſſe Budæus *in l.* 4. ſ. *de his qui notantur infam.* c Scribæ munus eſt perſonale, §. 10. ſ. *eod. l. pen. C. de defenſorib. ciuitatum, l.* 1. *C. de tabulariis.* d Municipalis, ſcilicet de ſcriba prætoris, *v. leg. vlt. C. de magiſtratibus conueniendis.* Clariſsimorum *Nou.* 94. de Scribæ officio vide Nouellam Conſtantini περὶ συνηθειῶν τοῦ σκρίβα, apud Cuiacium *C. de tabulariis.*
e *l.* 1. §. 3 *in fin.* ſ. *eod.* f § 26 §. 27. ſ. *eod.* g §. 5. ſ. *eod.* Eleemporia, *Haloan.* id eſt, olei publici emendi cura Elemporia *vulg.* alij Emporia apud Cott. *in voce hoſpitatura*: ſed Cotta *ibid.* legit Elcamphoria, eáque voce intelligit hoſpitia, ad quæ Alexandrini euntes, oliuam in ſignum pacis ferebant, ſed id quam deridiculè, docti viderint. h Oſpratura factum verbum ex ὄσπρια, quod Heſychio ſignificat varias fruges, & legumina Oſpratura igitur eſt minutarum frugum emendarum cura. *Hotom.* ſed vulgata & Haloandri editio habent hoſpitatura, hoſprionia, editio Hugonis à porta Oſprionæ Budæo, qui comparandis leguminibus creati ſunt: oſprionia munus ipſum, verùm vulgata, & Haloandri lectio verior eſt, vt ſit hoſpitatura, hoſpitis recipiendi munus, *l.* 3. §. 13. ſ. *eod. l.* 10. §. 2 ℑ. *de vac. l.* 1. *C. de ſacroſanctis Eccleſiis* ἐπισταθμίαν, *l* 6. ſ. *de excuſ. tutor.* hoſpitum, id eſt, militum & officialium præſidis, *l.* 6. §. 3. ſ. *de officio præſidis.* Id enim ſolebant Alexandrini per vices pati, *l.* 1. §. 13. ſ. *eod.* Erant etiam in bene moratis ciuitatibus Xenodochia, & Xenones, id eſt, loca publica hoſpitibus recipiendis deſtinata, *l.* 16. *l.* 18 *C. de ſacroſanctis Eccleſiis*: *l.* 31. § *pen. l.* 37. *C. de Epiſcopis*: *Briſſonius* Illud interea valde notandũ eſt, neminem cogi poſſe ad infauſtam hoſpitalitatis præbitionem, *l.* 6. *C. de metatis* vt ſi quis à ſuo hoſpite petierit meretricem vel ſcorta vel vt ſtrigilent equos, vel portent σάβανα. l Extraordinariæ ſunt hæ indictiones, quæ ad tempus ex improuiſo indicuntur, vt angariæ belli tempore, equi, muli, verhedi.
k Agminales equi dicuntur quòd agmen exercitus ſequantur, conuehántque impedimenta. Galli *le bagage* Græci τασμαγηνοὺς, ab iis diuerſi, quos iidem appellant σιγιλλαίους, *Budæus*, id eſt maiores equos, qui & parauеredi & parafredi, vt in lege Baiuuariorum. Parafredos donent, aut ipſi vadant vbi eis iniunctum fuerit, *Cuiacius ad tit. C. de curſu publico.* l Mulabus (liceat ita cum Priſciano loqui *lib.* 7. *c. de datiuo*) *vide tit. C. de curſu publico & angariis*, vt & aſinis vtebantur ad curſum publicum, quod ſuſtuliſſe Iulianum Socrates ſcribit 3. *c.* 1. Sic Armenij camelis vtebantur inter equites *Herodianus* 4. quin & bob. vtebantur ad eundem curſum publicum *l.* 1. *C. Th de curſu publico.* Carolum magnum iter feciſſe iunctis bobus, & bubulco, ruſtico more agente, Eginartus ſcribit. *v. Cuiacium ad tit. C. de curſu publico.*
m Verhedi publici equi curſuales ταχυδρόμοι, Græci ad *l.* 8. *C. de curſu publ.* publici, Procopius 2. *de Bello Perſico* ſic dict, quòd vehant rhedas, *Feſtus.* ſunt tamen etiam ſine rhedis. De parauеredis alibi diximus.
n Patrimonialia indicuntur etiam municipibus & incolis, *vt hic.* Imò & has indictiones extraordinarias præſtant vel ipſæ Eccleſiæ, *l neminem* 11. *C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* o Qui municipes, & incolæ, ſ. *ad municipalem.* p Id eſt, prout iuſtum fuerit, *l* 22. *in fin* ſ. *ad municipalem.* q Intributiones, *Haloan.* de qua voce dixi ad legem 6. *in fin.* ſ *eod. l.* 22. ſ. *ad municipalem.* r Qui primipili honorem geſsit, *de quo dicam ad tit. C. de primipilo.* ſ § 29. ℑ. *eod. l.* 7. *l.* 10. *l.* 1 ℑ. *de vacat.*
t Pontifices non excuſantur à muneribus patrimonialibus, §. 29. ℑ. *eod.* adde *leg.* 10. ℑ. *de vacatione munerum*, vt nec Eccleſia, nec domus regia neceſsitatis tempore, *leg.* 21. *Cod. de curſu publico.* u Inde originem fortè habet ius illud Gallorum, quod ipſi vocant *droit de Champart & Bourdelage.* de quo vide Molinæum *tit* 2. *conſuet. in princ. num.* 2. x Imò patrimonialia tantùm, *l.* 8. *C. de muner. patrimoniorum.*
y Decaprotico, *vulgat.* decaprotice, *Cotta in dictione hoſpitatura* δεκαπρωτείαι εἰκοσαπρωτείαι. *Haloand.* decaprotia, decemprimatus, *l.* 1. § 1. ℑ. *eod.* icoſaprotia, viginti primatus. z *l.* 3. §. 10 ſ. *eod.* id eſt, decem primum & viginti primi, ſic pentaproti, quinque primi *l.* 1. *C. de priuilegiis eorum qui ſacro palatio milite.*

b Creandis, *Hal.* c *l.* 8. ℑ. *eod.* d Sepruagintaquinque. *Hal.* e ... nera plerunque cohærent. f *Inſtit. de excuſ. tut. in princ.* g ... conſtituit Neronis temporibus, *Tacit* 15.
h Defuncti liberi parentibus non proſunt, ad excuſationem, niſi ... amiſsi, *l. vlt.* ſ. *eod.* i *l.* 6. §. 4 ſ. *tit. prox. l.* 5. *C. de muner. patrim.*
k *leg.* 2. § 3. ſ. *de excuſ. tut.* l *l.* 7 §. 1. ſ. *de decurion.*
m *v. leg.* 5. ℑ. *de iure immunit.* n *leg.* 13. *l.* 18. §. 11. ſ. *tit. prox.*

quæ

quæ conſilio *a* prudentis viri, vel patrimonio ſufficientis in homines obiri poſſunt: niſi certis, & receptis probabilibus cauſis non remittuntur. 8 ¶ Qui pueros primas *b* literas docent immunitatem à ciuilibus muneribus non habent. ſed ne cui eorum id quod ſupra *c* vires ſit, indicatur, ad præſidis religionem pertinet, ſiue in ciuitatibus, ſiue in vicis primas literas magiſtri doceant.

De naue.

3. *Scæuola* "lib. 3. Regularum."

HIs qui naues marinas *d* fabricauerunt, & ad annonam populi Romani præbuerint *e*, non minores *f* quinquaginta millium modiorum, aut plures ſingulas non *g* minores decem millium modiorum, donec hæ naues nauigant, aut aliæ in earum locum, muneris publici vacatio præſtatur ob nauem. Senatores *h* autem hanc vacationem habere non poſſunt: quòd nec habere illis nauem *i* ex lege Iulia repetundarum licet.

De his qui reipublicæ cauſa abfuerunt.

4. *Neratius* "lib. 1. Membranarum."

TEmpus vacationis, quod *k* datur eis qui reipublicæ cauſa affuerunt *l*, non ex eo die numerandum eſt, qua quis abeſſe deſiit, ſed cum quodam laxamento itineris. neque enim minùs abeſſe reipublicæ cauſa intelligendus eſt, qui adit negotium, vel ab eo reuertitur ſi quis tamen plus iuſto temporis, aut itinere, aut in alio loco commoratus conſumpſerit: ita ea interpretanda erit, vt ex eo tempore vacationis dies incipiat ei cederre, quo iter ex commodo *m* peragere potuiſſet.

De decurionatu.

5. *Macer* "lib. 2. de officio Præſidis."

A *n* Decurionatu, quamuis hic quoque honor eſt, ad alium honorem nullam vacationem tribuendam Vlpianus reſpondit.

De his quæ extra ordinem imperantur.

6. *Papinianus* "lib. 2. Quæſtionum."

HI qui muneris publici vacationem *o* habent *p*, ad ea quæ *q* extra ordinem imperantur, compelli non ſolent.

De veteranis.

7. *Idem* "lib. 36. Quæſtionum."

A Muneribus *r*, quæ *ſ* non patrimoniis *t* indicuntur, veterani poſt optimi noſtri Seueri Auguſti literas perpetuò excuſantur.

De ætate. De numero liberorum. 1. De redemptoribus vectigalium. 2. De liberis veteranorum. 3. De collationibus extraordinarijs: & his quæ è lege fiunt. 4. De philoſophis. 5. De eo qui Romæ litigat.

8. *Idem* "lib. 1. Reſponſorum."

IN honoribus delatis neque *u* maior annum *x* ſeptuaginta, neque pater numero quinque liberorum excuſatur. Sed in Aſia ſacerdotium *y* prouinciæ ſuſcipere non coguntur numero liberorum quinque ſubnixi, quod optimus maximúſque princeps noſter Seuerus Auguſtus decreuit, ac poſtea in cæteris *z* prouinciis ſeruandum eſſe conſtituit. 1 ¶ Non alios fiſci vectigalium redemptores à muneribus ciuilibus, ac tutelis *a* excuſari placuit, quàm eos qui præſentes *b* negotium exercerent. 2 ¶ Vacationum priuilegia non *c* [vetant] liberos veteranorum.

3 ¶ Qui muneris publici vacationem habet, per magiſtratus ex *d* improuiſo collationes indictas rectè recuſat. eas *e* verò, quæ è lege fiunt, recuſare non debet.

4 ¶ Philoſophis *f*, qui ſe frequentes atque vtiles per eandem ſtudiorum ſectam contendentibus præbent, tutelas *g*, item munera ſordida corporalia remitti placuit, non *a* ea quæ ſumptibus expediuntur. etenim verè philoſophātes pecuniam contemnunt *b*, cuius retinendæ cupidine fictam *c* adſeuerationem detegunt.

5 ¶ Qui maximos principes appellauit, & cauſam propriam acturus Romam profeſſus eſt: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus, & ciuilibus muneribus apud ſuos excuſatur.

De profeſſoribus. 1. De negotiatoribus frumentariis.

9. *Paulus* "lib. 1. Reſponſorum."

EOs qui Romæ *d* profitentur, proinde *e* in patria ſua excuſari muneribus oportere, ac ſi in patria ſua profiterentur. 1 ¶ Paulus reſpondit, priuilegium frumentariis *f* negotiatoribus conceſſum, etiam ad honores excuſandos pertinere.

De oneribus patrimonialibus. 1. De corpore menſurarum frumenti. 2. De militibus & profeſſoribus. 3. De paupertate & facultatibus auctis. 4. De defenſoribus reipublicæ.

10. *Idem* "lib. 1. Sententiarum."

"AB" his oneribus quæ poſſeſſionibus vel patrimonio indicuntur, nulla *g* priuilegia præſtant vacationē. 1 ¶ Corpus menſurarum *h* frumenti iuxta annonam vrbis habent *i* vacationem. in prouinciis non idem *k*. 2 ¶ Angariorum *l* præſtatio, & recipiendi hoſpitis *m* neceſſitas, & militi, & liberalium *n* artium profeſſoribus *o* inter cætera remiſſa ſunt.

3 ¶ Auctis *p* poſt appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excuſantur.

4 ¶ Defenſores *q* reipublicæ ab honoribus & muneribus eodem tempore vacant.

De muneribus patrimonialibus.

11. *Hermogenianus* "lib. 1. Iuris epitomarum."

SVnt munera, quæ rei *r* propriè cohærent, de quibus neque liberi, neque ætas, nec merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem. vt *ſ* ſit *t* prædiorum collatio *u*, viæ ſternendæ, angariorúmve exhibitio, hoſpitis ſuſcipiendi munus *x*: (nam nec huius quiſquam excuſationem præter eos, quibus principali beneficio conceſſum eſt, habet) & ſi qua ſunt præterea alia huiuſmodi.

De legato. 1. De comitibus præſidum.

12. *Paulus* "lib. 1. Sententiarum."

LEgato *y*, qui publicum negotium tuitus ſit, intra tempora vacationis præſtituta rurſum eiuſdem negotij defenſio mandari non poteſt. 1 ¶ Comites *z* præſidum, & proconſulum, procuratorúmve Cæſaris, à muneribus, vel honoribus, & tutelis *a* vacant.

De his qui operam dare ad iudicandum non poſſunt. 1 De plena vel exiguiore vacatione. 2. De munere iudicandi.

13. *Vlpianus* "lib. 23. ad Edictum."

PRætor eos, quoſcunque intelligit operam *b* dare non poſſe ad iudicandum, pollicetur ſe excuſaturum: fortè quòd in perpetuum quis operam dare non poteſt, quod in eam valetudinem *c* incidit, vt certum ſit eum ciuilia officia ſubire non poſſe: aut ſi alio morbo

---

a v. l. 1. ſ. de poſtulando: l. 2 § 35. vbi de Appio Claudio Cæco, ſ. de origine iuris.
b Litteratores à Lampridio in *Alexand. Seuero* ſunt, qui pueros primas literas docent, *vt hic.* qui primis literis pueros induunt, *l. 11. in fin. ſ. de muner.*
c *l. 4. § 2. ſ. de muner.*
d aliud in fluuiatilibus nauibus.
e præbuerint, *Hal.*
f Nauem non licuit etiá olim ex lege lata à Quinto Claudio tribuno plebis, maiorem trecentarum amphorarum habere, *Liu. 21.*
g Naue Latinus ciuitatem Romanã accipiebat, ſi non minorẽ quàm decẽ millia modiorum nauem fabricauerat, & Romam ſex annis frumentarum portauerat, ex edicto D. Claudij, *Vlp. 3. § vlt.*
h Nauem ſenator habere prohibetur lege Iulia repetũdarum *Cic. Verrin. 5. 2.* idem in præſidibus & procuratoribus Cæſaris, *l. 42. § 1. ſ. de iure fiſci*, ratio eſt, vt quæſtus ex prædatione cohibeátur, putat Cuiac. lege Iulia nauium interdictarum modũ definitum, nam ſenatoribus fundos maritimos habentibus ad fructus deportãdos capacem nauem in Italia habere licuit, & deportatis, ex lege Auguſti, non licuit habere, niſi naues actuarias duas, & onerariam vnam, quę nõ eſſet plus quam amphorarum mille. Coërcetur adquirendi, & negotiandi libertas, nam & ſeruos aut libertos ex eadem lege plusquam viginti: & in bonis, pluſquàm quingenta millia ſeſtertium habere non poterant, *Dion. 56 v. Cuiac. 6. obſ. 38. vbi tract. de his qui naues habere non poſſunt.* i l. 46. § 2 ſ *de iure fiſci.* k l. 10, § 3. ſ. *de excuſ. tut.*
l Abſunt, *Hal.* m id eſt, commodè. n *ſub* adepto, geſtoque.
o Immunitatem. p à principe. q l. 8 § 3. ĩ. *eo. l. vnic. C. de vacat. publ. muner.*
r Muneribus ciuilibus, *vulg. Hal. Hugo à Porta:* adde *l. vlt. in fi. ſ. de veteranis.*
ſ Munera quæ patrimoniis non indicuntur quæ putantur ? perſonalia.
t *l. 2. ſ. de veteranis.* u l. 1. § 1. ſ. *eod.*
x Maior annis ſeptuaginta, *Hal.* maior annis ſeptuaginta quinque, *vulg.*
y Sacerdotia, quorum hic fit mentio, *& in l. 17. ſ. tit. prox l. vnica, C. de periculo ſucceſſorum parent. l. 8. C. de muner. patrim.* munera fuerunt prouincialia, quæ adipiſcebantur, qui ludis præerant in honorem Deorum inſtitutis cum ſumptu aliquo: ἡ ἱερωσύνη τῶν τὸ ἐπιτελεῖν τὰ κυνηγέσια, *Baſil.* Sacerdos munerarius, qui ludis theatralibus præerat. Huiuſmodi munus fuit Aſiarchia; *vt hic. & l. 2. Cod. Theod. de expenſis ludorum. Act. 19 verſ. 30. Euſeb. 4. c. 15. l. 1. C. de offic. Comitis Orientis, l. 2. C. Theod. de expenſ. lud.* Syriachia ſeu Antiochiæ Syriæ ſacerdotium, *dict. l. 1. d. l. 2. C. de expreſſis l. 2. C. Theod. de expenſ. lud. l. 1. C. de nat. lib. Nouell. 89.* Bithyniarchia, Cappadocarchia, l. 6. § 14. *ſup. de excuſ. tut.* Phænicarchia, l. 1. *C. de nat. lib. Nou. 89. in fin. v. Cuiac. 1. obſ. 13.* z Præter Aſiam.
a vide quæ ſcripſi ad l. 12. *in fi.* ĩ. *eod. v. l. 8. C. de excuſ. tut.*
b Qui per ſe negotium, δι' ἑαυτῶν, *Baſil. 54.* id eſt, ſuo nomine, *Cuiac. ad l. vnic. C. de conductor. vectig. fiſci.*
c Non ſpectant ad liberos, *vulg. Hal. Hugo à Porta,* Imò ſpectant, l. 2. ſ. *de veteran.*
d *l. 6. ſ. eo. l. vnic. C. de vacat. publ. muner.* e *l. vnic. C. de vacat. publ. muner.*
f *l. 6. § 5. § 7. ſ. de excuſ. tut.* g *d. § 5.*

a *l. 6. de muner. & honor. l. 8 C. de profeſſor. & medicis.* Imò & ea, *leg. vlt. C. de proff.*
b Paupertatem philoſophi quidã malum non putãt: quinimò nonnulli pecuniam omnino contemnebant, & argento odium indicebant, *Lactant. 6. Inſt. 12.* quid tu tam puſillo animo paupertatem times, quam etiam veſtri philoſophi laudant? nihil hac tutius, nihilque tranquillius eſſe teſtãtur. hinc quòd timesſolicitudinis portus eſt, *Senec. 2. Epiſt. 17.* non eſt quòd paupertas nos à philoſophia remoueat, ne egeſtas quidẽ, *& poſt,* licet ad philoſophiam ſine viatico peruenire, *& Epiſtola 28.* Incipe cũ paupertate habere commercium. b Aude hoſpes cõtemnere opes & te quoque dignum Finge Deo: nemo alius Deo dignus quã qui opes cõtẽpſit. & Minucius *in Octauio* loquens de Chriſtianis facultates, inquit, ſi vtiles putaremus, à Deo poſceremus, vtique indulgere poſſet aliquãtum, cuius eſt totum: ſed nos contẽnere malumus opes, quam continere. *& poſt,* quòd corporis humana vitia ſentimus & patimur, non eſt pœna, militia eſt. *& poſt,* vt aurum ignibus, ſic nos diſcriminibus arguimur: ſicque Chriſtianus miſer videri poteſt, non poteſt inueniri, *& Saluian 2. de Eccleſia* impedimenta hæc ſunt non adiumenta; onera non ſubſidia poſſeſſione enim, & vſu opum non fulcitur religio, ſed euertitur.
c Ficta adſeueratio dicitur, vt fictus cœlibatus, *in l. 18. C. de adult. l. 5. C. de donat. ante nupt.* d *l. 6 § 11. ſ. de excuſ. tut.* e perinde, *vulg. Hal.* § 11 *l. vlt. ſ. de interdict. & releg. l. 33. ſ ad municip. l. vn. C. de mulier. in quo loco:* Nou. 78.
f *facit lex 5. ſ. de muner.* g Ideóque neque miles, neque pontifex excuſatur, *l. 18. § 24. ſ. de muner.* nec Eccleſia, neque mulier, *l. penul. C. de mun. patr. l. vn. C. de mulier. in quo loco.* h menſorum, *Hal. Hugo à Porta, v. l. 1. C. de cond. in publ. horreis l. 29. ſ. de excuſ. tut. l. 12. in fi. ſ. de re milit.* Hi menſores Præfecto vrbis parebant. Erant autem in portubus Tiberinis horrea & in his annonæ vrbicæ. Inde menſores portuenſes, quibus iunguntur caudicarij, id eſt nautici frumentarij, l. 1. *C. Theod. de can. frument. vrb. Rom. l. 9. C. Theod. de ſuariis.* i haber. k item.
l angariarum, *vulg. Hal. v. C. de curſu publ.* m *v. l. 18. § 19. ſ. de muner.*
n l. *vlt. ſ. tit. prox.* o Profeſſores & medici excuſantur à metatis, id eſt, onere recipiendi hoſpitis, l. *vlt. in fi. ſ. de muner. l. 8. C. de metatis:* l. 9. C. *de profeſſ. & medicis,* quod munus modeſtinus ἐπισταθμίαν vocauit.
p l. 4. § 1. ſ. *de muner.* q adde l. 3. § 15. ſ. *de muner.*
r Rei cohærentia ſeu Realia munera omnes præſtant. A realibus non excuſat numerus liberorum, ætas, militia, nullum denique, licet ſacerdotij priuilegium.
ſ Realium munerum exempla hæc, prædiorum collatio, viæ ſternendæ, angariæ exhibitio, hoſpitis ſuſcipiendi munus. t vt eſt, *Hal.* ſic Græci ὡς ἂν ἐπὶ τῶν δημοσίων, *Ecl. 5. c. 9.* A muneribus, quæ rebus cohærent, nullum priuilegium excuſat, velut in fiſcalibus, &c. *legendum eſt.*
u *Legendum ita videtur,* Prædiorum collatio, viæ ſternendæ, &c. id eſt, ad viam ſternendam, adde quæ ſcripſi ad l. 27. § 3. ſ *de vſufr.*
x Græci metata appellant, *Eclog. ibid.* Hoſpitis ſuſcipiendi munus, patrimoniale eſt. Hoſpitis, inquam, etiam militis, l. 3. C *de muner patrim.* l. 3. § 14. *l. vlt. § penult. & d. l. vlt. ſ. de muner.* l. 1. C. *de Epiſc. & Clericis, C. de metatis, l. 6. § 6. ſ. de off præſid.*
y *l. 8. de leg.* z l. 6. ſ. *de off. præſid.* l. 4. ſ. *de offic. ad ſeſſ. l. 41. § 2. ſ. de excuſ. tut.*
a Tutelas nominatim remitti oportere hinc colligunt: & immunitate legibus conceſſa tutelas remiſſas non cenſeri, l. 8. § 1. ſ. *eo. l. 17. § eos 2. ſ. de excuſ. tut.* Capitol. *in Gordiano.* Familiæ Gordiani ſenatus decreuit, vt à tutelis & legationibus, & à publicis neceſſitatibus, niſi ſi vellent poſteri eius, ſemper vacarent. Eodem modo pecuniaria munera nominatim remitti oportet.
b Operam dare iudex dicitur. vt & arbiter, *l. 18. ſ. de arbitris* vbi dixi.
c l. 7. § 7. ſ. *eod. l. 18. § 27. ſ. de muner.*

laboret, vt ſuis rebus ſupereſſe non poſſit, vel ſi quod *a* ſacerdotium *b* nancti ſint, vt diſcedere ab eo ſine *c* religione non poſſint. nam & hi in perpetuum excuſantur.

1 ¶ Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis ſunt: vnum plenius, cum & militiæ datur: aliud exiguius, cùm nudam muneris vacationem acceperit.

2 ¶ Qui autem non habet excuſationem, etiam inuitus *d* iudicare cogitur. 3 ¶ Si poſt cauſam actam cœperit ſe excuſare iudex: ſi quidem priuilegio, quod habuit antè *e* quam ſuſciperet iudicium, velit ſe excuſare, nec *f* audiendus eſt: ſemel enim agnoſcendo *g* iudicium, renunciat excuſationi. quòd ſi poſtea iuſta cauſa incidit, vt iudex vel ad tempus excuſetur: non debet in alium iudicium transferri, ſi cum captione id futurum eſt alterutrius. tolerabilius denique eſt, interdum iudicem qui ſemel cognouerat, tantiſper expectare, quàm iudici nouo rem rurſum iudicandam committere.

De filio defuncto. 1. Ne cui duæ curæ operis eodem tempore imperantur.

14. *Modeſtinus* ‖ lib. 7 Regularum. ‖

AD excuſationem munerum defunctus *h* filius non proſit *i*, præterquàm *K* in bello amiſſus.

1 ¶ Eodem tempore idem *l* duas curas operis non adminiſtrabit *m*.

DE IVRE *n* IMMVNITATIS *o*.
TIT. VI.

De his qui in nauibus operantur. 1. De heredibus. 2. De deſcendentibus ex fœminis.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 3. Opinionum. ‖

QVI ob hoc tantùm *p* in nauibus ſint, vt in his agendi cauſa operarentur, nulla conſtitutione immunitatem à muneribus ciuilibus habent. 1 ¶ Perſonis *q* datæ immunitates, hæredibus non *r* relinquuntur.

2 ¶ Sed & generi *ſ* poſteriſque *t* datæ cuſtoditæque, ad eos qui ex fœminis nati ſunt, non *u* pertinent.

De his qui ſe adſtrinxerunt cum compelli non poſſent. 1. De impuberibus.

2. *Idem* ‖ lib. 4. de officio Proconſulis. ‖

SI qui certa *x* cõditione muneribus vel honoribus ſe adſtrinxerunt, cùm *y* aliàs compelli non poſſent inuiti ſuſcipere iuſtum honorem: fides *z* eis ſeruanda eſt, conditióque, qua ſe ad munera ſiue honores applicari paſſi ſunt. 1 ¶ Impuberes *a*, quamuis *b* neceſſitas penuriæ hominum cogat, ad honores non eſſe admittendos, reſcripto ad Benidium *c* Rufum legatum Ciciliæ declaratur.

De ætate.

3. *Idem* ‖ libro quinto. ‖

MAiores ſeptuaginta *d* annis à tutelis & muneribus "perſonalibus" vacant. ſed qui ingreſſus eſt ſeptuageſimum annum, nondum *e* egreſſus, hac vacatione non vtetur: quia non videtur maior eſſe ſeptuaginta annis, qui annum agit ſeptuageſimum *f*.

De poſteris.

4. *Modeſtinus* ‖ lib. 6. Regularum. ‖

IMmunitates generaliter tributæ eo iure, vt ad poſteros *g* tranſmitterentur, in perpetuum *h* ſuccedentibus *i* durant.

De ætate. 2. De numero liberorum. 3. De negotiatoribus. De nauiculariis & eorum liberis & libertis. 7. De vocato ad munera priuſquam excuſationem haberet. 8. De negotiatione & nauicularia. 10. De publicanis. 11. De colonis Cæſaris. 12. De collegijs & corporibus.

5. *Calliſtratus* ‖ lib. 1. de Cognitionibus. ‖

SEmper in ciuitate noſtra *a* ſenectus *b* venerabilis *c* fuit. namque maiores noſtri penè eundem honorem *d* ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia ſubeunda idem *e* honor ſenectuti tributus eſt. Sed eum qui in ſenectute locuples factus eſt, & antè nullo publico munere functus eſt, dici poteſt nõ eximi ab hoc onere priuilegio ætatis: maximè ſi non tã corpore habeat vexationem, quàm pecuniæ erogationẽ indicti muneris adminiſtratio: & ex ea ſit ciuitate, in qua non facilè ſufficientes viri publicis munerib. inueniantur. 1 ¶ Legem quoque reſpici cuiuſque loci *f* oportet, an cùm aliquas immunitates nominatim complecteretur, etiam de numero annorum in ea commemoretur. idque etiam colligi poteſt ex literis Diui Pij, quas emiſit ad ennium Proculum proconſulem prouinciæ Africæ. 2 ¶ Demonſtratur variè, nec abſciſſe *g*, numerum liberorum ad excuſationem municipalium munerum prodeſſe, ex reſcriptis Diui Eluij Pertinacis. namque Siluio Candido in hæc verba reſcripſit: Εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν "ἀφίσι" τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς *h*. ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ἑκκαίδεκα *i* παῖδας ἔχειν διὰ τοῦ βιβλίου ἐδήλωσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ, καὶ ἀνεῖσθαι "σε" τῶν λειτουργιῶν. Id eſt, *Etſi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorum numerus: tamen quia ſedecim pueros habere te per libellũ notificaſti: non eſt irrationabile, vt concedamus filiorum educatione remittitibi munera* k.

3 ¶ Negotiatores qui annonam vrbis adiuuant, item nauicularij *l*, qui annonæ vrbis ſeruiunt, immunitatem à muneribus publicis conſequuntur, quamdiu *m* in eiuſmodi actu ſunt. nam remuneranda pericula eorum, quin etiam & hortanda *n* præmiis, merito placuit: vt qui peregrè muneribus, & quidem publicis, cum periculo & labore fungentur, à domeſticis vexationibus & ſumptibus liberentur. cùm non ſit alienum dicere, etiam hos reipublicæ cauſa, dum annonæ vrbis ſeruiunt, abeſſe.

4 ¶ Immunitati, quæ nauiculariis præſtatur, certa *o* forma data eſt. quam immunitatem ipſi duntaxat habent, non *p* etiam liberis, aut libertis eorum præſtatur. idque principalibus conſtitutionibus declaratur.

5 ¶ Diuus Hadrianus reſcripſit, immunitatem nauium maritimarum *q* duntaxat habere, qui annonæ vrbis ſeruiunt. 6 ¶ Licèt in corpore *r* nauiculariorum quis ſit, nauem tamen vel naues non habeat, nec omnia ei congruant, quæ principalibus conſtitutionibus cauta ſunt, non poterit priuilegio nauiculariis indulto vti. idque & Diui fratres reſcripſerunt in hæc verba: Ἦσαν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων, καὶ τὸν σῖτον καὶ ἔλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δήμου "τοῦ" Ῥωμαίου ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τὰς λειτουργίας *ſ* διαδιδράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες, μήτε τὸ πλέον μέρος τῆς οὐσίας ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες, ἀφαιρεθήτω τῶν τοιούτων ἡ ἀτέλεια. Id eſt, *Erant & alij quidam, qui ſub occaſione nauiculariorum frumentum, & oleum inferentium in Romani populi forum, & ideo immunium, poſtulabant ſe ſubtrahere: qui neque nauigabant, neque maximam patrimonij partem in re nautica & mercibus habebant, auferatur huiuſmodi hominum immunitas.*

7 ¶ Hoc circa vacationes dicendũ eſt, vt, ſi antè quis ad munera municipalia vocatus ſit, quam negotiari inciperet, vel antè *t* quàm in collegiũ adſumeretur, quòd *u* immunitatem pariat, vel antè quàm ſeptuagenarius fieret, vel ante quàm publicè profiteretur, vel ante quã liberos ſuſciperet, compellatur ad honorem gerendum.

a vel ſi qui, *Hal.* b *l.2. ſupr. de in ius vocando: l.18. ſ. de procurat. l.30. ſ. de fideic. lib.* c Sacerdotes ab honoribus & muneribus ciuilibus excuſationem habuiſſe hæc vetus inſcriptio oſtẽdit, Veratio A.F. Pal. Qui cũ priuilegio ſacerdotij, Cœniſeſus munitus potuiſſet ab honoribus & muneribus excuſari, præpoſito, honore patriæ honorẽ ædilitatis laudabiliter adminiſtrauit: & Cic. in Lucullo, ſacerdotes deorũ vacationẽ habere ſcribit, *Cuia. ad l.1. C. de peric ſucceſſ.* d *l.9 ſ. de muner.* e *l.5. § 7. ſup. de iure immun.* f *l.74 ſ. de iud.* g *l.5. in fin. ſ. tit. proxim.* h tunc cùm pater ad munera nominatur, *l.2. §.3 ſup. eo. l.18. ſ. de excuſ. tut.* Pater vt excuſetur numero liberorum, requiritur vt liberi ſint incolumes, vt ſint ciues, nõ capti ab hoſtibus, *l.2. C de mun. liber.* vt ſint legitimi, non adoptiui, *l.2. §.1. ſ. eo.* vt nati ſint: nam qui in vtero ſunt, non proſunt. i *al.* non prodeſt. k *2 Gell. 15. ſ. de excuſ. tut. Inſtit. de excuſ. in princ* l *l.1 in fin. J. de oper publ.* m inuitus, ſcil. n de immunitate nemini concedenda, l.10. *cap.* 15. de immunitate Eccleſiarum, Cœmeterij, & rerum ad ea pertinentium, 3. *Decret.* 39. o Græci ἀλειτουργησίαν appellant 54. *Eclog. 2. v. l.5. §.6. J eod.* p adde *l.5. ſ. de muner.*

q Perſonalis immunitas ad heredem non tranſit. r *l.28. in fi. ſ. de legat. 2. v. l.1. §.43. ſ. de aqua quot l.13. C. de excuſ. muner.*
ſ Genero immunitas data, ad natos ex fœminis non pertinet.
t Poſteris data immunitas ad eos qui nati ex fœminis ſunt, non pertinet.
u *l.4. J. eod. l.13. ſ. de muner.* Imò pertinent, l.110. l.122. *in fin. l.163. in fin. l.201. l.220. J. de verb. ſign. l.45. ſ. de leg. 1. l 16. ſ. de teſt. tut. l. vlt. ſ. ad Trebell.* ſolut: Vbi agitur de immunitatibus, filiæ non veniunt: in aliis, puta tutelis, legatis præſtandis, contractibus, poſterorum nomine filiæ continẽtur, *v. Tiraq. de retractu § 1. gl. 9. n. 243.*
x *l.2. C. de his qui ſponte.*
y Sponte ſuſcipit, qui inuitus compelli non poteſt.
z Fidem ſeruare debet, qui quid ſuſcipit, *v. l.5. C. de obligat.*
a Impubes ad honores non admittitur, etiamſi neceſſitas & penuria ſit aliorum hominum, *v. l.8. ſ. de muner.* b Neceſſitas non ſemper licitum facit, quod aliàs illicitum eſt. c Beridium, *Hal.*
d Septuagenarius excuſationem habet à muneribus perſonalibus, *v. l.5. J. eod. l.1. in fin ſup. de vacatione: v. Cuiac. cap. 33. de præſcript.*
e Qui annum aliquem ingreſſus eſt, nondum egreſſus intelligitur.
f Niſi alia ſit conſuetudo: nam in Syria anni 65. excuſationem præſtant, l.3. *J. de cenſib. l.1. in fin. ſup. eod l.15 ſup. de muner.*
g Poſteris alicuius data immunitas, non extinguitur durantibus poſteris: eo tamen nomine non comprehenduntur ex fœminis nati, l.1. *in fi. ſ. eod.*
h Succedúntne ij qui ante impetratam immunitatem nati ſunt? *v Hotom. 2 Illuſt.*
i Cui nulla definita eſt ætas, nullúſque terminus, vt in cæteris ætatibus, *Cic. de ſenect. v. Alciat. 10. Parer.* 10 Infantia, ſeptimo anno; pueritia, duodecimo in fœminis, 14. in maſculinis; adoleſcentia, ſiue pubertas 25. Iuuentus 46. ſi de ſenectu...

C. de decur. addamus eos puniri mitiùs, l.2. *in fi. ſ. de termino moto, l.5. ſ. de* ... Inuiti non coguntur dicere teſtimonium: l.8 *ſup. de teſtib.* teſtamenti facti... tate non priuantur, l 3. *C. qui teſtam.* nonnunquam noſtra intereſt potiùs ... à iuuene manumitti, l.15. *in fi ſup. de fideiuſſ. libert.* ſi de tabulis teſtamen... dis agitur, ſenior ſemper præfertur, l. *vlt. ſ de fide inſtrum.* relicta ad alim... tis ſenilis ad honorem ciuitatis pertinere dicuntur, l. *vlt. ſ. de leg. 1.* ſenio... parentes ſolent claues & anulum cuſtodiæ cauſa relinquere, l.77. §.21. ſ. ... f Conſuetudo cuiuſque loci inſpicitur, l.11. *in fi ſ de decur.* g ſeu præci... *fi. ſ. vt legator.* h ἀριθμὸς ἀνεῖται, *Hal.* i Nota de ſexdecim liberorum ... l.24 *C de decur.* k Etiam patrimonialia: dixi ad Tit. *C. qui nu. lib.* vbi ... ponitur, quot liberi à quibus muneribus excuſarent. l §.4. *J eo.* m In... quennium, l.5. *ſ. de muner.* n Adhortanda præmij, *Hal. Cic. 3. de Nat.* nec ... reſpublica ratione quadam & diſciplina deſignata videtur, ſi in ea nec ... *præmia* extent vlla, nec ſupplicia peccatis, *& in Bruto,* Solon dicebat, re... duabus rebus contineri, præmio & pœna. o l.7 § *pen. ſup. de excuſ. tut.* ... *de muner. l. vlt. C. qui munerib.* q Naues maritimæ, l.3. *ſup. de vacat.* ſunt ... fluuiatiles, *l.3. §.6 ſup. de exercit.* r Nauiculariorum corpus, & collegiu... *§. vlt. J. eo. l.1. ſup. quod cuiuſque.* ſ λειτουργία publicum munus Græcis... Plutarc. *in Romulo,* vt & curiam λήϊτον vocat *Herodot.* Munere publico ... guntur qui ſatis rebus vacant, l.5. §.2. *ſup. Inſt.* Hinc illud Lucæ 1. *verſ.* 23 ... ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ *& act.* 13. *verſ.* 27 λειτουργούντων ... τῷ κυρίῳ. Inde ἑσπερινὴ λειτουργία *Theod 4. hiſt. Eccl. 1.* veſpertinæ prec... ne hi quidem ſoli λειτουργοὶ ſed etiã magiſtratus λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσι ... *verſ.6* & flamma & ignis Dei λειτουργοὶ dicuntur, *Heb. 1. verſ. 7. ibi.* καὶ τ... γοὺς αὐτοῦ, quin & dominus ipſe Pontifex noſter τῶν ἁγίων λειτουργ... *Heb. 8. ver. 2.* vocabulo Liturgiæ, *Miſſa* etiam ſignificatur de qua dicam. N... *Nou 12. 133.* t adde l.13. § *vlt. ſup. tit. prox.* u Nota cauſas immunita... collegio adſcriptum eſſe, anni 70. publica profeſſio, πολυπαιδία.

8 ¶ Nego.

8 ¶ Negotiatio pro a incremento facultatum exer-
cenda eſt.alioquin ſi quis maiore b pecuniæ ſuæ parte
negationem exercebit,rurſus locuples factus in eadem
quantitate negotiationis perſeuerauerit, tenebitur mu-
neribus,ſicuti locupletes,qui modica pecunia compara-
tis nauibus, munerib.ſe publicis ſubtrahere tentant. id-
que ita obſeruandum epiſtola Diui Hadriani ſcripta eſt.

9 ¶ Diuus quoque Pius reſcripſit, vt quotiens de ali-
quo nauiculario quæratur,illud excutiatur,an effugien-
dorum munerum cauſa imaginem c nauicularij induat.

10 ¶ Conductores etiam vectigalium fiſci,neceſsita-
te ſubeundorum municipalium munerū non d obſtrin-
guntur, ídque ita obſeruandum Diui fratres reſcripſe-
runt.Ex quo principali reſcripto intelligi poteſt, non e
honori conductorum datum, ne compellantur ad mu-
nera municipalia,ſed ne extenuentur facultates eorum
quæ ſubſignatæ ſint fiſco.Vnde ſubſiſti poteſt,an prohi-
bendi ſint à præſide, vel procuratore Cæſaris, etiam ſi
vltrò f ſe offerant municipalibus muneribus,quod pro-
pius eſt defendere,niſi ſi paria g fiſco feciſſe dicantur.

11 ¶ Coloni h quoque Cæſaris à muneribus munici-
palibus liberantur i, vt idoniores præſidiis fiſcalib.ha-
beantur. 12 ¶ Quibuſdam K collegiis vel corporibus,
quib.ius coëundi lege permiſſum eſt,immunitas tribui-
tur:ſcilicet eis collegiis vel corporibus,in quibus artifi-
cij l ſui cauſa vnuſquiſque adſumitur:vt fabrorum cor-
pus eſt, & ſi qua eandem rationem originis habent, id
eſt,idcirco inſtituta ſunt, vt neceſſariam operam publi-
cis vtilitatibus exhiberent.Nec omnibus promiſcuè,qui
adſumpti ſunt in his collegiis, immunitas datur:ſed ar-
tificis m duntaxat. Nec ab omni ætate alligi n poſſunt,
vt Diuo Pio placuit. qui reprobauit prolixæ vel imbe-
cillæ o admodum ætatis homines. Sed ne quidem eos
qui augeant facultates, & munera ciuitatum ſuſtinere
poſſunt,priuilegiis, quæ tenuioribus per collegia diſtri-
butis conceſſa ſunt,vti poſſe,plurifariam p conſtitutum
eſt. 13 ¶ Eos qui in corporibus allecti ſunt, quæ im-
munitatem præbent q, nauiculariorum, ſi r honorem
decurionatus adgnouerint, compellendos ſubire publi-
ca munera, accepit. ídque etiam confirmatum videtur
reſcripto Diui Pertinacis.

De his qui ob munerum grauiorum conditionem vacationem aliquam habent.

6.*Tarruntenus* ſ *Paternus* ‖lib.1.Militarium.‖

QVibuſdam aliquam vacationem munerum grauio-
rum t conditio tribuit:vt u ſunt x menſores y. op-
ptio z valetudinarij a, medici b, capſarij c,‖&‖artifices,
& qui foſſam d faciunt, veterinarij e, architectus, gu-
bernatores, naupegi a Valliſtrarij b, ſpecularij c, fabri,
ſagittarij,ærarij d, bucularum e ſtructores f, carpentarij
g,ſcandularij h,gladiatores i, aquilices k, tubarij, l cor-
nuarij m, arcuarij n, plumbarij o,ferrarij,lapidarij,& hi
qui calcem coquunt p, & qui ſyluam infindunt q, qui
carbonem r cædunt,ac torrent.in eodem numero habe-
ri ſolent lanij,venatores ſ,victimarij t,& optio u fabri-
cæ,& qui ægris x præſtò ſunt. librarij quoque,qui y do-
cere poſſunt, & horreorum librarij z,& librarij depoſi-
torum a, & librarij caducorum b, & adiutores cornicu-
lariorum c, & ſtratores d, & polliones e, & cuſtodes ar-
morum, & præco, & hocinator f. hi igitur omnes in-
ter immunes habenter.

a Naupegi, *vulg.* fabricatores nauium.
b Baliſtarij *vulg.* *Hal.* Baliſta genus tormenti bellici. 2.*Veget* 10. cuius deſcriptionem vi. apud Ammian.23. *paulò poſt principium* 10.*Vitru*.16.
c Hæc vox deeſt in vulgata Specularij videntur eſſe qui à Vegetio dicuntur cunicularij. 2.*Veget*.11.*in fi*. ſpeculariorum meminit lex 1.ſ.*de excuſ.artif*. ſed alio ſēſu.
d *l.vlt.C.de excuſ.artif.* χαλκεῖα Græci appellant excuſores. *Quint*. 2.*Inſt.vlt*.
e Buccularij, ſtructores. *Vulg.* bractearij ſtructores.

DE LEGATIONIBVS g
TIT. VII.

De legatione deſerta.

1.*Vlpianus*‖lib.8.ad Maſſurium Sabinum.‖

LEGATVS municipalis, ſi deſeruerit h legationem, pœna adficiatur extraordinaria,motus ordine,vt plerumque ſolet.

De poſtulatione contra remp.cuius eſt legatus.1.De quæſtione, an ſit legatio deſerta.2.An ceſſatio vnius legati noceat alij.3.De legatino.

2.*Idem*"lib.2.Opinionum."

n *al.*adlegi. o Imbecillæ. *Hal.*imbecillis. *Vulg.* p Plurifariam dixit,vt
alibi trifariam,*l.vlt.§.28.ſ.de munerib.*& quadrifariter,*l.10.§.4.ſ.de gradib.*plurifa-
riam verò idem quod multifariam, πολυμερῶς,ſic enim vertit vetus interpres,Epi-
ſtolæ ad *Hebr c.1.* q Vt nauiculariorum, *Hal.l.9.in fin.ſ.de decur.* r Immunita-
tem amittit qui decurionatum agnouit,*l.13.in fin.ſ.tit.prox.l.1.l.2.C.de his qui ſpon-*
*te munera.*qui partem decurionatus,veluti honorem aliquem municipalem, non itē
l.1.C.de his qui ſponte munera. ſ Aurelius Arcadius libro ſingulari de muneribus
ciuilibus.*Hal.*aliàs T.Arruntenus hic fortè legendum.Præfectus Prætorio ſub Anto-
nino, quem T.Arruntenum Vegetius ſcribit diligentiſsimum aſſertorem iuris mili-
taris. t Grauior.*Hal.* u Hi omnes qui ſequuntur, non ſunt promiſcui vulgi ar-
tifices,ſed,vt docet huius legis inſcriptio,militiæ & exercitus artifices: quales per-
multi exercitum ſequebantur. x *adde huic legi l.1.C.de excuſ.artif.* y Menſores
hic ſunt frumentarij, de quib.dixi ad *l.1.§.1.ſ.de vacatione.*vel qui in caſtris dime-
tiuntur ad podiſmum (podiſmus eſt dimenſio pedibus facta) loca in quibus milites
tentoria figant.2.*Vitru.7.Leo in lib.de bellico apparatu c.7.*μέσορες δὲ λέγονται οἱ τὰ
ϛρατα μετρῶντες, &c. z Optiō eſt adiutor.adde Feſtum *in Optio, & l.6.ſ.de*
*bon.damnat.*Hinc auxilia fœderatorum optiones dicuntur in *l.vlt.C.de locato.* In re
militari, is eſt quem decurio aut centurio optat ſibi miniſtrum, quo facilius
obeat munia publica:quin olim acceuſus dicebatur.*Feſtus Varro 1.de lingua.* præſer-
tim dum ægritudine tenebatur,2.*Vitruu.*7.optiones igitur,ſunt adiutores militum
gradu antecedentium, ſiue digniorum,ac priorum, quibus reſpondetur, quos Galli
Goujars appellant. etiam optiones in fabricis militaribus.Plautus *in Aſinaria act.2.*
*ſcena 1.*tibi optionem ſumito Leonitam, fabricare quiduis. Hinc optio fabricæ. *Ve-*
*get.ibid.*quin & ducib.& delegatoribus annonæ, qui & legatarij, Galli, *Commiſſaires*
*des viures,*adiungebantur optiones vel opinatores,*l.7.C.de exact. Nou.*130.per quos
erogabantur annonæ militares,*l.9.C.de iure fiſci:l.L.C.de exact.tribut.*hinc optio mi-
litum,diuiſio annonæ:*Nou.*130.*l.1.ſ.de mun.*Galli *Clercs des viures.*interdum etiam
optiones vocantur præpoſiti carcerum,*l.6.ſ.de bon.dam.* hinc Ambroſio optiones
carcerum, de quibus *v.Cuiac.6.obſ.33.*
a Valetudinarij medici,(Budæus ita coniunctim legere videtur)ſunt qui valetudi-
ne affectos curant, οἱ νοσοκόμοι. ad officium præſidis caſtrorum pertinebat expenſas
dare medicis,2.*Veget.*10.Ferrandus 1.*Explic.*52. valetudinarios interpretatur ipſos
infirmos:*vt l.12.in fin.ſ.de re milit.vt & Celſus lib.3.*vnde valetudinarium locus in
quo infirmi,*Columell.11.12.Tacit.de orat.* a *l.33 ſ.ex quib.cauſis maiores.*
c Capſarij ſúntne capſarum artifices?nam alio ſenſu accipiuntur *in l.3.ſ.de off.præf.*
*vigil.*pro veſtimentorum cuſtodibus & librorum portatoribus *in l.13.ſ.de manum.*
*vind.Suet.Nerone 36 Iuuenal.Satyr.10.*Certè Vegetius principalium militum nomi-
na percenſens 2.*c.7.*meminit librariorum,qui in libros referebant rationes ad mili-
tes pertinentes, librariorum etiam meminit hæc lex ĩ.*eo.*
d Foſſores Galli *pionniers, gaſtadours. adde 6.Veget.10.*
e 6.*Columel.8* κτηνιατροι. mulomedici ἱππιατροι. *v.l.1.C.de excuſ.artif.* iidem
ſoleas equis affigunt : veterina eſt iumentum, à vehendo, vel quòd ad ventrem onus
eligatum gerat,*Feſtus in voce veterinam.*

*Hal.*vtrobique ergo diuerſi à ſtructoribus,bacularij vel bractearij. *Turneb.9.adu.16.*
legit bucculariós,quos interpretatur galearum ſtructores. eſt enim buccula,pars ga-
leæ,alij tamen volunt eſſe buccæ tegumentum,*muſeliere,* In lexico B Germani Bu-
cula, παραγναθὶς ὀμφαλὸς: alij volunt eſſe inſtrumentum in quo ſucculа conditur
catapultis exercendis parata.Turnebi opinionem confirmo. *l.1.C.Th de Fabricenſib.*
cùm ſenæ per tricenos dies ex ære tam apud Antiochiam quàm apud Conſtātinopo-
lim à ſingulis Barbaricariis caſsides,ſed & bucculæ tegerentur : octo verò apud An-
tiochiam caſsidas,totidémque bucculas per dies 30.& tegerent argento,& deaura-
rent.*Satyr.20.*Lorica & fracta de caſſide buccula pendent.De buccellariis alibi dicā.
Porrò Alciat.legit hic,*Baccalarios.* f Structores,ædificatores, *l.1.C.excuſ.artif.Cic.*
*2.ad Quint.Fratrē 4.*Inſtructores.*Veget.2.c.11.*Ars ſtructoria:οἰκοδομικὴ τεκτονικῶν,
ſtructorum miniſtri ſunt,λιθολόγοι,λιθουργοὶ,λατύποι,vectiarij,lapicidæ,ſculptores,
g *d.l.11.C.de excuſ.artif.2 Veget.11.* h Scandularij,qui è ſcandulis hyberna con-
tegebāt,Sindulæ (Scindulas appellat à ſcindēdo. Iſidorus 7.*c.3.* & 19.*c.*19.) tabulæ
ſunt ligneæ à ſcandendo dictæ, quæ vicem tegularum præſtant.aptiſsimè aut fiunt è
quercu,vel glandiferis,16.*Plin.*10.de ſcandulariis intellexit Veget.2.c.11. habent,
inquit,fabros lignarios,inſtructores:carpentarios,ferrarios,pictores,lege(πηκτὰς ex
l.vlt.C.de excuſ.artif.) reliquoſque artifices ad hybernorum ædificia fabricanda.
i Gladiatores non ſunt μονομάχοι,qui à laniſtis inſtituebantur,ſed μαχαιροποιοὶ
id eſt,gladiatorum artifices.*Budæus hic.*Lipſius 1.*Saturn.7.in fin.* hic fatetur,gladia-
toris vocabulū propriè vſurpari,ſed parum vſitatè. Demoſthenes Machœropij filius
fuit.*Suid. in Demoſthenes* Gloſsis μαχαιροποιὸς cutellarius. k Aquileges. *Hugo à*
*Porta:Bud.*inde ars aquilegij,31. *Plin.*3. Aquilices ab equis eliciendis, vt aquæli-
cium,quod in magna ſiccitate fieri ſolet. Tertullian.gentes irridens *in Apolog.c.20.*
Aquilicia Ioui immolatis,nudipedalia populo denūciatis.& 3.*aduerſus Marcionem.*
nec ſtatim aquilicem & agricolam ſe Deus repromiſit. ſic imbrices ab imbrib.cien-
dis,Imbricitor, Ennius 17. *Anna.* ſpiritus Auſtri Imbricitor, & Elices, id eſt, ſulci
aquarij,2.*Columel.8.v.l.1.§.9 ſ.de aqua & aquæ pluu.*& Iupiter elicius. *Ouid.3 Faſt.*
aquilices ferè iidem ac libratores,*l.vlt.C.de excuſ.artif.* l Tribularij, *Turneb.9.ad-*
*uerſ.16.*qui tribulos & murices faciunt,quibus equorum configantur pedes:Idem ta-
men vocem *tubarij* probat *ibidem.* Tubarij ſunt tubarum opifices, à tibicinæ diuerſi.
Tubularij meminit Ammianus *lib.28. circa princ.* quæ vox non à tubulis, quid enim
tubulorum opifici cum præſide?ſed à tuba deducitur, niſi malis ibidem legere tabu-
lario præſidialij officij. m Cornuarij,qui cornua militaria conficiunt.Cornu mili-
tare ex vris agreſtibus fit,tuba directa eſt:buccina in ſemetipſum circulo æreo flecti-
tur.*Veget.5.*inde æs curuū dicitur.*Veget.2.c.27* Cornuarius autem non idem eſt quòd
cornicen, qui olim æneator, qui committendum prælium monet:ſic enim legendum
puto apud *Veget.2.c.7.in fin.*nec enim tibiæ prælium committere ſolent,ſed commit-
tendum monere. o Arcuum opifices.arcatij,*vulg.* o *l.vlt.C.de excuſ.artif.* p Co-
quunt,*Hal.* q Incidunt, *Vulg.Hal.* r Arborem, *vulg.* ſ Venatoribus immunitas
data eſt,*vt hic.*venatorib.inquam militibus.hic enim agitur de re militari & militi-
bus. Venatores milites non ſunt munifici. Cæteri venatores qui prouinciam feri-
purgant,non ideo à ciuilibus munerib.excuſantur, *l.venatoribus 6.C.de excuſ.mun.*
t Ij victimas in exercitu cædebant.*Bud.*vel potius vendebant.1.*Valer.*1.
u Id eſt,adiutores præfecti fabrorum,*de quo v.Veget.11.*fabrica eſt locus in quo ar-
ma conficiuntur ὁπλοποιΐαι *Nou 85.*Galli *Arſenals.*hinc Fabricenſes, qui in fabricis
operantur,*v.tit.C.de Fabricenſibus.* x Medici, *ſ.eod.2.Veget.10.* y Eos intelligit
qui in libros referunt rationes ad milites pertinentes, 2.*Veget.7.* z Librarij ſunt
exſcriptores *l.92.in fi ĩ.de reg.iur.*vel quaſi tabularij a Moris enim erat vt ex do-
natiuo,quod milites conſequebantur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibi-
dem ipſis militibus ſeruaretur, ne per luxum aut inanium rerum comparationem à
contubernalib.poſſet abſumi,2.*Veget.20 in princ.* b Caduca dicuntur, quæ ex ali-
qua cauſa in fiſcum cadunt.*v.tit.C.de caducis.*de militibus qui ære diruti dicebantur,
dixi ad Varronem 4.*de lingua.in fin.& ad Feſtum in Dirutum,in ære & in Reſignatum*
æs. c Cornicularius eſt, qui corniculo tribuni militum præeſt,erat enim cornicu-
lum in ordinibus tribuni militum. vt in acie cornu. Cominius tribuno militari Le-
ctorio diem apud populum dixit,quòd cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet.
6.*Valer.*1. Primò apparituram fecit magiſtratibus,deinde in Macedonia corniculo,
mox æquo meruit.*Tranquillus de claris Grammaticis.v.Turneb.5.aduer.10.* de Corni-
culariis ſecretarij dicam ad *l.2.C.de prox.ſacr.ſcrin.* d *v.tit.C.de Strator.*
e Polliones,*Hugo à Porta* pelliones, *Hal.*politores.*Turneb.9.cap.16.* politores,qui
arma,gladios,galeas poliunt:pelliones,qui pelles, ſub quib. milites hyeme degunt,
conficiunt *Cic.4.Arcad.*non multum ocij Imperatori ſub ipſis pellibus relinquitur.
addé quæ not. de pollionibus ad l.72.§.5.ſ.de ſolut. Gloſsis, Pellio δερματουρ-
γὸς, δερματοπώλης, δερματόραφος, pellarius. Iulius Firmius. *lib.2.* Marcus &
Mercurius in x.ab Horoſcopo loco polliones faciunt,*adde legem 1.C.de excuſ.artif.l.7.*
ſ.de ſupellectile. f Buccinator. *Haloand.* g 10.*C.*63.
h *leg 2.§.1.ĩ.eod,leg.2.in fin.C.eod,*

LEgatus contra rempublicam, cuius legatus eſt, per alium *a* à principe quid poſtulare poteſt.

1 ¶ Vtrum quis deſeruerit *b* legationem, aut ex neceſſaria cauſa moram paſſus ſit, ordini patriæ ſuæ probare debet. 2 ¶ Ceſſatio vnius legati ei qui munus, vt oportet, obiit, non nocet. 3 ¶ His qui gratuitam legationem ſuſceperunt, legatiuum *c* ex forma reſtituitur.

An in legatum actio detur.

3. *Africanus* "lib. 3. *d* Quæſtionum."

CVm quæritur, an in eum qui in legatione ſit, actio dari debeat: non tam intereſt, vbi quis aut crediderit, aut dari ſtipulatus ſit, quàm illud, an id actum ſit, vt legationis *e* tempore ſolueretur.

De debitore reipublicæ. 1. De his qui poſtulare non poſſunt. 2. De debitore fiſci. 3. De accuſatore. 4. De vicariis. 5. De ordine. 6. De numero legatorum.

4. *Marcianus* "lib. 12. Inſtitutionum."

SCiendum eſt, debitorem reipublicæ legatione fungi non poſſe. & ita Diuus Pius Claudio Saturnino & Fauſtino reſcripſit. 1 ¶ Sed & eos *f*, quib. ius poſtulandi non eſt, legatione fungi poſſe, & ideo *g* harena *h* miſſum, non iure legatum eſſe "miſſum" Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. 2 ¶ Debitores autem fiſci non prohibentur legatione fungi. 3 ¶ Si accuſatio alicuius publicè inſtituta ſit, non eſt compellendus accuſator ad eum legationem ſuſcipere, qui ſe amicum vel domeſticum dicit eius qui accuſatur. & ita Diui fratres Æmilio Rupho reſcripſerunt. 4 ¶ Legati vicarios dare non alios poſſunt, niſi filios ſuos.

5 ¶ Ordine *i* vnuſquiſque munere legationis fungi cogitur. & non aliàs compellendus eſt munere legationis fungi, quam ſi priores, qui in curiam lecti ſunt, functi ſint. ¶ Sed ſi legatio de primorib. *k* viris deſideret perſonas, & qui ordine vocantur, inferiores ſint, non *l* eſſe obſeruandum ordinem Diuus Hadrianus ad Clazomenios reſcripſit. 6 ¶ Præcipitur autem edicto Diui Veſpaſiani omnib. ciuitatibus, ne plures quàm ternos *m* legatos mittant.

Quod tempus legato proſit. 1. Si non conſtet legatus ſit, néc ne.

5. *Scæuola* "lib. 1. Regularum."

LEgato tempus prodeſt, ex quo legatus creatus eſt, non ex quo Romam venit. 1 ¶ Sed ſi *n* non conſtat, legatus ſit, an non? Romæ prætor de hoc cognoſcit.

An propter legationem patris filius vacet.

6. *Vlpianus* "lib. 5. de officio Proconſulis."

FIlio propter *o* patrem legationis vacatio ne concedatur, Imperator noſter cum patre Claudio Calliſto reſcripſit in hæc verba, Quod deſideras, vt propter legationem patris tui à legatione tu vaces, in interuallis *p* honorum, qui ſumptum habent, rectè obſeruatur. in impendiis legationum, quæ ſolo *q* miniſterio obeuntur, diuerſa cauſa eſt.

De patre per filium legatione functo.

7. *Papinianus* "lib. 1. Reſponſorum."

FIlius decurio pro *r* patre legationis officium ſuſcepit. ea res filium, quò minus ordine "ſuo" legatus proficiſcatur: non excuſat. pater tamen biennij vacationem vindicare poterit: quia per filium legatione functus videtur.

De his qui legatione functi ſunt. 2. Quibus negotijs legati interponere ſe non debent.

8. *Paulus* "lib. 1. Regularum."

PAulus reſpondit, eum qui legatione functus eſt, intra tempora vacationis præfinita non *ſ* oportere compelli rurſum ad defendendum publicum negotium, etiam ſi de eadem cauſa litigetur. 1 ¶ Imperatores Antoninus & Seuerus "Auguſti" Germano Siluano: Legatione functis biennij vacatio conceditur. Nec intereſt, vtrum legatio in vrbe, an in prouincia agentib. nobis mandata ſit. 2 ¶ Paulus reſpondit, eum *t* qui legatione fungitur, neque alienis *u*, neque propriis negotiis ſe interponere debere. in qua cauſa non videri eum quoq; contineri, qui cum amico ſuo prætore gratis conſilium participat.

An legatus agere poſſit.

9. *Idem* ‖lib. 3. Reſponſorum.‖

PAulus reſpondit, de eo *x* damno, quod legationis tempore legatus paſſus eſt, poſſe eum etiam legationis tempore experiri.

1. *De eo qui in legatione mortuus eſt.*

10. *Idem* "lib. 1. Sententiarum."

LEgatus, antequam officio legationis functus ſit, in rem ſuam nihil agere poteſt, exceptis his, quæ ad iniuriam eius, vel damnum parata ſunt. 1 ¶ Si quis in munere legationis, antequam ad patriam reuertatur, deceſſit; *y* ſumptus qui proficiſcenti ſunt dati, non reſtituuntur *z*.

De legatione abſenti iniuncta.

11. *Idem* "lib. ſingul. de iure bellorum."

SI abſenti *a* iniuncta eſt legatio, eámque gratuitam ſuſcepit: poteſt quis & ‖per‖ alium legationem mittere. 1 ¶ Qui legationis officio fungitur, licet ſuum negotium curare non poteſt: Magnus tamen Antoninus permiſit ei, pupillæ nomine & inſtruere *a* & defendere cauſam, licèt legationi, quam ſuſcepit, nondum renuntiauerit: præcipuè cum participem officij ipſius abſentem eſſe dicebat.

De emptione.

Scæuola "lib. 1. Digeſtorum."

LEgatus creatus à patria ſua, ſuſcepta legatione, in vrbem Romam venit, & nondum perfecta legatione, domũ, quæ erat in ipſius ciuitate Nicopoli, emit. quęſitum eſt, an in ſenatuſconſultum inciderit, quo *b* prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel priuatis reb. obſtringi? Reſpondit, non videri teneri.

De vicario.

13. *Papinianus* "lib. 1. Reſponſorum."

VIcarius *c* alieni muneris voluntate *d* ſua datus, ordine, ſuo legationem ſuſcipere non admiſſa biennij præſcriptione cogetur.

De libera legatione.

14. *Vlpianus* "lib. 74. ad Edictum prætoris.

QVi libera *e* legatione abeſt, non videtur reipublicæ cauſa abeſſe. hic enim non publici commodi cauſa, ſed *f* ſui abeſt.

De libelli oblatione.

15. *Modeſtinus* "lib. 7. Regularium".

IS qui legatione fungitur, libellum ſine permiſſu principis de aliis *g* ſuis negotiis dare non poteſt.

De pluribus legationibus 1. Si cui ante vel poſt legationem ſuſceptam negotium moueatur.

16. *Idem* "lib. 8. Regularum."

EVndem plures legationes ſuſcipere prohibitum non eſt. præterea *h*, ſi & ſumptus & itineris cõpendium ſuadeat *i*. 1 ¶ Antę legationem ſuſceptam ſi cui negotium moueatur, etiam abſens defendi debet: ſuſcepta legatione, non *k* niſi iniuncto munere fungatur.

De legato pulſato, legatos & liberos eſſe, & ſanctos haberi.

De dedito hoſtibus.

17. *Pomponius* "lib. 37. Quintum Mucium."

SI *l* quis legatũ *m* hoſtium pulſaſſet, conta *n* ius gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur: quia *o ſancti* *p* *habentur legati.* & ideo, ſi cum legati apud nos eſſent gentis alicuius, bellum cum eis indictum ſit. reſponſum eſt, liberos eos manere *q*; id enim iuri gentium conueniens eſſe. itaque eum qui legatum pulſaſſet, Quintus Mucius *r* dedi hoſtibus, quorum erant legati, ſolitus eſt reſpondere. quem hoſtes ſi non recepiſſent, quęſitum eſt, an ciuis Romanus maneret, quibuſdam exiſtimantibus manere, aliis contra, quia quem ſemel populus iuſsiſſet dedi, ex ciuitate expulſiſſe *ſ* videretur, ſicut faceret, cùm aqua & igni *t* interdiceret. in qua ſententia videtur Publius Mucius fuiſſe. id autem maximè quæſitum eſt in Hoſtilio Mancino *u* quem Numantini ſibi deditum non acceperunt. de quo tamen lex poſtea lata eſt, vt eſſet ciuis Romanus: & præturã quoq; geſsiſſe dicitur.

DE ADMINISTRATIONE RERVM AD ciuitates *x* pertinentium.

TIT. VIII.

De relictis ad certam ſpeciem.

1. *Vlpianus* "lib. 10. Diſputationum."

QVOD ad certam ſpeciem ciuitatis relinquitur, in alio vſus conuertere *y* licèt.

De locatione & conductione. 2. De frumentaria ratione vel pecuniaria. 7. Si idoneus nominatus poſtea facultatib. lapſus ſit. 8. De pactis. 9. De periculo collegæ. De eo qui pro collega depẽdit. 11. De conductore & fideiuſſore conductorum. & hærede fideiuſſoris.

a Non per ſe, *l.* 8. §. 1. ꝟ. *eod.*
b *l.* 1. ꝟ. *eod.*
c *l.* 18. §. 12. ꝟ. *de muner.*
d *vid. Cuiac.* 3. *ad Afric. fol* 30.
e *l.* 21. ꝟ. *de obl.*
f *l.* 1. §. 6. ꝟ. *de poſtulando.*
g Argumentum ab aduocato ad legatum.
h i. harenarium.
i *l.* 3. §. 15. ꝟ. *de muner.*
k Primores viri principes ciuitatis.
l Neceſſitas excuſat à ſeruando ordine, *l.* 11. §. 2. *l.* 14. *in fi.* ꝟ. *de muner.*
m Tres ad ſummum legati mitti poterant à ciuitatibus, nec plures. Totidem ſanè à Romanis ad Attalum & Nicomedẽ miſſi fuere, quorũ tamen vnus lapide caput ſauclus fœdas præferebat cicatrices, alter podagra laborabat, tertius ſtultior haberi conſueuerat. Cato contemplatus legatos, ſenatus inquit, legatos mittit, qui ratione, pedibus, & capite carent.
n *l.* 2. §. 6. ꝟ. *de iud.*
o *l.* 1. *l.* 3. *C. de muner. & honorib.*
p Vacationib. tẽporũ, *l.* 18. ꝟ. *ad municip. l.* 3. *C. de muner. & honorib.*
q ſine impenſa.
r *l.* 13. ꝟ. *eo.*
ſ Eſt enim viciſſitudo in deferendis legationib. ſeruãda, *l.* 12. ꝟ. *de vacatione*: *l.* 2. *C. de mune. & honor.*
t An legatus prouincialis Romam miſſus, ibiquamdiu legatione fungitur, ſuas actiones mouere & inſtituere poſſit. v. apud Cuiac 2. *obſ.* 22.
u *adde l.* 15. ꝟ. *eo.*
x *l.* 10. ꝟ. *eo.*
y *adde l.* 4. ꝟ. *de offic. adſ. ſſ. l.* 19. *in fin.* ꝟ. *loc.*
z ſed ad legati hæredes tranſmittuntur.
a *v. l.* 36. ꝟ. *ad municip.*

o Probus *in Pelopida*, legationum iure tutum ſe arbitrabatur, quòd apud gentes ſanctum eſſe conſueſſet. Varro 3. *de ling.* ſancta ſunt, inquit, corpora legatorum. Hiſ de reb. iudicabat fecialis. *v. Cuiac. obſ.* 5. Cicero *pro l. Munilia*, refert ideo Corinthum à Romanis euerſam quòd legati Romanorum à Corinthiis durius appellati fuiſſent. Idem eo nomine Romanos oratione ſua hortatur vt Pompeium eligant aduerſus Mithridatem, à quo legati Romani fuiſſent occiſi. Idem etiã 1. *in Verrem*. nónne legati inter hoſtes incolumes eſſe debent? *v. ibidem Aſconium.*

p *Fortè legendum*, ſacroſancti: quia iureiurando interpoſito, id erat inſtitutum, vt qui violaſſet, puniretur. Cicero *de Aruſpicum reſponſis*, *& Verrina* 3. *& pro lege Manilia*, *Liuij epitome* 15. *Liuius.* 5. 6. 20. 21. 23. 30. 38. Ita Tribuni plebis & Ædiles ſacroſancti, vt ex Marci Catonis oratione inſcripta, ædiles plebis ſacroſanctos eſſe docet Feſtus *in ſacroſanctum.*

q Vice verſa legato arma capere non licet in eos apud quos legatione fungitur, vt tres Fabij fecere ad Gallos miſsi qua in re Liuius, & Plinius ſcribunt ius gentium violatum, dictámque eis diem à Quinto Fabio tribuno plebis. *v. Cuiac. ibid.* Quid ſi nefanda conſilia ineunt, aduerſus eos apud quos legati miſsi ſunt? Interdum ius gentium valuit. *Liuius.* 2. Interdum non valuit. Thucydid. 2. vbi de legatis Lacedæmoniorum ad regem Perſarum miſsis & ab Athenienſibus interceptis tractat. Et apud Liuium 3. *decad.* 3. legatos Carthaginenſium ad regem Macedoniæ euntes Romani interceperunt.

r *l.* 4. *ſup. de captiuis.* ſ Expuliſſe. t De aquæ & ignis interdictione dixi ad *l.* ... §. 2 *ſupr. de leg.* 3. u *v. Cic. de oratore, & in Topicis in loco à notatione: & 3. de oratore, & in oratione pro Cæcinna.* Itaque huiuſmodi poſtliminium non iuſtum pronuntiatum eſt. 7 *Gell.* 18.

x περὶ πολιτικῶν κ̧ προνομίων αὐτῶν. & c. 54. *Ecl.* 10.

y *l.* 4. ꝟ. *eod.* Imò licet, *v. l.* 16. *ſup. de vſufruct. leg.*

2. *Idem*

2. *Idem* "lib. 3. Opinionum."

NOn vtique de exemplo *a* poſterioris locationis præteritarũ conductionũ quæ ſuam legem habue- rũt, rationẽ iniri oportet. 1 ¶ Quod quis ſuo *b* nomi- ne exercere prohibetur, id nec per ſubiectam perſonam agere debet, & ideo ſi decurio, ſubiectis aliorum nomi- nibus, prædia publica locat *c*, quæ decurionibus con- ducere *d* non licet, ſecundum legem vſurpatam reuo- centur. 2 ¶ Quod de frumentaria *e* ratione in alium vſum conuerſum eſt, ſua cauſa cum incremento debito reſtituatur. idque etſi contra abſentem pronuntiatum eſt, inanis eſt querela. ratio tamen adminiſtrationis ſe- cundum fidem acceptorum *f* & datorum ponatur.

3 ¶ Frumentariæ pecuniæ ſuo nomine debitor quam- primum ſoluat. neceſſario enim omnibus rebus publicis frumentaria pecunia moram *g* ſolutionis accipere non debet, ſed debitores, quos ex eadem cauſa habet, ad ſo- lutionem per præſidem prouinciæ compellantur.

4 ¶ Ad frumenti comparationem pecunia data re- ſtitui ciuitati, non compenſari in erogata debet. Sin au- tem frumentaria *h* pecunia in alios vſus, quàm quibus deſtinata eſt, conuerſa fuerit, veluti in opus balneorum publicorum: licèt ex bona fide datum probatur, com- penſari quidem frumentariæ pecuniæ non oportet: ſol- ui autem à curatore reipublicæ iubetur.

5 ¶ Si indemnitas debiti frumentariæ pecuniæ cum ſuis vſuris fit, immodicæ & illicitæ computationis mo- dus non adhibetur, id eſt, ne commodorũ commoda, & vſuræ *i* vſurarum incrementum faciant.

6 ¶ Grani æſtimationem per *k* iniuriam poſt em- ptionem ablati, quæ rationibus publicis refertur, cura- tor reipublicæ domino reſtitui iubeat. 7 ¶ Si eo tem- pore, quo nominatus eſt idoneus, poſtea lapſus faculta- tib. damnum debitis reipublicæ dederit: quia fortuitos *l* caſus nullum humanum conſilium præuidere poteſt, creator *m* hoc nomine nihil præſtare debet. 8 ¶ Ius reipublicæ pacto *n* mutari non poteſt, quo minùs magi- ſtratus collegæ quoque nomine conueniantur in his ſpeciebus, in quibus id fieri iure permiſſum.

9 ¶ Actio autẽ quæ propterea *o* in collegam decerni ſolet, ei qui pro altero dependit, ex æquitate competet.

10 ¶ Quod depenſum pro collega in magiſtratu pro- babitur, ſolui & ab hæredibus eius præſes prouinciæ iu- bet. 11 ¶‖Idem ex eodem libro. Conductore perficien- di operis punito, fideiuſſor, qui pro eo interuenerat, idem opus extruendum alij locauerat. nec à ſecũdo re- demptore opere perfecto, vſurarum præſtationem hæ- res fideiuſſoris recuſare non debet: cum & prior cauſa, in bonæ fidei contractu in vniuerſum fideiuſſorem obli- gauerit: & poſterior locatio, quia ſuum periculum agno- uit, ſolidæ præſtationi reipublicæ eum ſubſtituerit.

12 ¶ Qui fideiuſſerint *p* pro conductore vectigalis *in vniuerſam q conductionem*, in *r* vſuras quoque "in" iure conueniuntur, niſi propriè quid in perſona eorum ver- bis obligationis expreſſum eſt. 13 ¶ Sed ſi in locatio- ne fundorum pro ſterilitate tẽporis boni viri arbitratu in ſoluenda penſione cuiuſque anni pacto cõprehenſum eſt: explorata lege conductionis, fides bona ſequẽda eſt.

De periculo collegæ. 1. *De locatione.* 2. *De nouatione. De pecunia conſtituta.* 3. *An filius pro patre cauere cogatur.* 4 *De pignore dato à fideiuſſore.*

3. *Papinianus* "lib. 1. Reſponſorum."

CVratores *ſ* communis officij, diuiſa pecunia, quam omnibus in ſolidum publicè dari placuit, periculo vice mutua non liberantur. *Vlpianus.*

PRior *t* tamen exemplo tutorum *u* conueniendus eſt is qui geſsit.

1 ¶ ‖Ex eodem libro. ‖ Prædium publicum in quin- que annos, idonea cautione non exacta, curator *x* rei- publicæ locauit. cæteris *y* annis colonus ſi reliqua tra- xerit, & de fructibus prædij mercedes *z* que *a* ſeruari non potuerint *b*, ſucceſſor, qui locauit, tenebitur. Idem in vectigalibus non ita pridem conſtitutum eſt: ‖ ſcili- cet‖vt ſui temporis ſinguli periculum præſtarent.

ſ Curator hic, curator Reipublicæ, §. 1. *eod.* procurator Reipublicæ, *l.* 30. *de decur.* Iudex & cenſor rerũ ad ciuitatem pertinentium, idem λογιςὴς: *l.* 15. §. 7. *ſ. de excu. tut.* Vlpianus orat. περὶ παραπρεϐείας. (vnde λογιςία τῆς πόλεως, curatio) [illegible] à Græcis in *l.* 3. *C. de modo multarum*: *l. vlt. ſ. de adſeſſ.* Creabatur ex decurionibus & Reipublicæ nomine cauſas agebat apud Præſidem vel principem, *d. l.* 30. publica prædia & vectigalia locabat, pecuniam publicam tractabat, loca publica curabat, §. 1. *J. eo.* *l.* 46. *ſ. de damn. infect. l.* 3. §. *planè l.* 5 §. *Idem ait*, §. *hæc verba*, *ſ. quod vi.* Pater Reip. quoque dicebatur, adde *l.* 3. *ſ. de his qui ſponte munera.*

t *l.* 13. *ſ. ad municip. l.* 1. *l.* 3. *C. quo quiſque ordine*, *l.* 4. *C. de conuenien. fiſci debitorib.*

u *l.* 39. §. *vlt. ſ. de adm. tut.*

x De Curatore Reipublicæ paulo antè dixi.

y Certis annis. *Zoannet. c.* 6 *reſtit.*

z Quæ. a Mercedes abſeruari, *Hal.*

b. Potuerint & à ſucceſſore eius, ſucceſſor, *Zoannetus ibi*, atque ita ſecundus curator non tenebitur, vt volunt interpretes.

a Argumentum à præſenti locatione ad præteritam non ducitur.

b Per ſubiectam vel ſuppoſitã perſonam nemo id exercere aut agere poteſt quod ſuo nomine ipſe agere prohibetur. *v. l.* 1. *C. quibus ad conductionem prædiorum fiſcaliũ accedere non licet.*

c Dixi ad l. 30. C. *de locato.*

d Decurio publicorum vectigaliũ aut prædiorum cõductor eſſe nõ poteſt, *vt hic*: *l.* 6. §. 2. *ſ. de decur. vbi v. quæ ſcripſi.*

e §. 4. *J. eo. l.* 2. *C. de frumento vrbis Conſtantinop.*

f Rationes acceptis & datis conſtant, *l.* 6. §. 3. *ff. de edendo.*

g Neceſsitas moram non admittit.

h *v.* §. 2. *ſ. eo.*

i Vſuræ vſurarum legitimè non poſtulantur, *l.* 28. *C. de vſuris.*

k Emptor rem emptam interdum cogitur reſtituere venditori, recepto tamen pretio: multo magis pretium ei reſtituendũ eſt, ſi per iniuriam emptor coactus fuerit rem emptã reſtituere.

l *l.* 5. §. 4. *ſ. commodati*: *l.* 23. *in fi. J. de reg. iur. v. l.* 6. *C. de pign. act.*

m Curator, *Hal.* malè. Creator, qui & nominator, is eſt qui quem nominat ad munera, *l. vlt. C. de hæred. decurionũ*, *l.* 59. *C. de decurionib. l.* 2. *C. quo quiſque ordine conuen.*

n *l.* 38. *ſ. de pact. l.* 16. *in fi. ſ. de ſuis & legitimis.*

o *l.* 2. *C. de contrar. iudic tutelæ.*

p *l.* 68. §. 1. *ſ. de fideiuſſ.*

q Fideiuſſor qui in vniuerſam conductionem cauit, in vſuras quoque conueniri poteſt: niſi id ſpecialiter in eius perſona exceptum fuerit.

r 54. *Syn. Baſ.* 10. *Ecl.* 2. §. 78.

2 ¶ In eum qui adminiſtrationis tempore creditori- bus reipublicæ, nouatione facta pecuniam cauit, poſt depoſitum officium *a* actionem denegari non *b* opor- tet. Diuerſa cauſa eſt eius qui ſolui conſtituit. ſimilis etenim videtur ei qui publicè vendidit, aut locauit.

3 ¶ Filium pro patre curatore reipublicæ creato ca- uere *c* cogi non oportet. nec mutat, quòd in eum pater emancipatum, prius quàm curator conſtitueretur, par- tem bonorum ſuorum donationis cauſa contulit.

4 ¶ Pro magiſtratu fideiuſſor interrogatus, pignora quoque ſpecialiter dedit: in eum caſum pignora viden- tur data, quo rectè conuenitur: videlicet poſtquam res ab eo ſeruari non potuerit, pro quo interceſsit.

De pecunia in certos vſus legata.

4. *Valens* "lib. 2. Fideicommiſſorum."

LEgatam municipio pecuniam in aliam rem, quàm defunctus voluit, conuertere citra principis aucto- ritatem non *d* licet. & ideo ſi vnum opus fieri iuſſerit, quod Falcidiæ legis interuentu fieri non poteſt, permit- titur, ſummam, quæ eo nomine debetur, in id quod ma- ximè neceſſarium reipublicæ videatur, conuertere ſiue plures ſummæ in plura opera legantur, & legis Falcidiæ interuentu id quod relinquitur, omnium operum ex- tructioni non ſufficit, permittitur, in vnum opus, quod ciuitas velit, erogari. Sed municipio pecuniam legatam, *vt ex reditu eius venatio e aut ſpectacula edantur.* ſenatus in eas cauſas erogari vetuit *f*, & pecuniam eo legatam, in quod maximè neceſſarium municipibus videatur conferre *g* permittitur, vt in eo munificentia eius qui legauit, inſcriptione *h* notetur.

De venditione frumenti. 1. *De pecunia legata.*

5. *Paulus* ‖lib. 1. Sententiarum.‖

DEcuriones pretio viliori *i* frumentum, quod anno- na temporalis eſt patriæ ſuæ præſtare non ſunt co- gendi. 1 ¶ Niſi ad opus nouum pecunia ſpecialiter le- gata ſit, vetera ex hac reficienda ſunt.

De dolo, culpa & diligentia.

6. *Vlpianus* "lib. 1. ad Edictum Prætoris."

MAgiſtratus reipublicæ non dolum ſolummodo, ſed & latam negligentiam *k*: & hoc amplius etiam diligentiam debent.

An Pater filij nomine teneatur.

7. *Paulus* "lib. 1. ad Edictum Prætoris."

‖SI‖ filiusfamilias volente patre, magiſtratus geſſerit, Iulianus exiſtimauit, in ſolidum *l* patrem teneri in id quod eius nomine reipublicæ abeſſet.

De errore calculi. 1. *De rationibus expunctis.*

8. *Modeſtinus* "lib. 8. Regularum."

CAlculi erroris retractatio etiam poſt decennij aut vicennij tempora admittetur. 1 ¶ Sed ſi gratioſè *m* expunctæ dicentur, non retractabuntur.

De pecunia quæ apud curatores remanſit, vel à redemptoribus operum exigi non poteſt. 1. *De hæredibus curatorum.* 2. *De agris reip. bona fide poſſeſſis.* 3. *De operum exactione non committenda ſine cautione.* 4. *De negligentia & fraude curatorũ.* 5. *De pecunia ad annonam deſtinata.* 6. *Si non ſegniter ſitonæ officio ſuo functi ſint.* 7. *Curatorem calendarij non cauere.* 8. *De periculo collegæ.* 9. *De periculo nominum.* 10. *De vſuris ab eo qui publicam pecuniam detinuit præſtandis.*

9. *Papyrius Iuſtus* "lib. 2. de Conſtitutionibus."

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, pecu- niæ, quæ apud curatores remanſit, vſuras *n* exigen- das: eius vero, quæ à redemptoribus operum exigi non poteſt, ſortis duntaxat periculũ ad curatores pertinere.

1 ¶ Item reſcripſerunt, operum periculum etiam *o* ad hæredes curatorum pertinere.

2 ¶ Item reſcripſerunt, agros reipublicæ retrahere *p* curatorẽ ciuitatis *q* debere, licet à bona fide emptori- bus poſsideātur, cũ poſsint ad auctores ſuos recurrere.

3 ¶ "Idem eodem libro: " Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, operum exactionem ſine cautione non oportere committi.

4 ¶ Item reſcripſerunt, curatores, ſi negligenter *r* in diſtrahẽdis bonis geſſerint, in ſimplũ teneri, ſi per frau- dem, in duplũ, nec ad hæredes eorum pœnã deſcendere.

5 ¶ Item reſcripſerunt, pecuniam ad annonam deſti- natam *ſ* diſtractis rebus curatorem exigere debere.

6 ¶ Item reſcripſerunt. ſitonas *t* indemnes eſſe opor- tere, qui non ſegniter officio ſuo functi ſunt, ſecundum literas Hadriani.

7 ¶ Item reſcripſerunt, à curatore calendarij *u* cautionem exigi non debere, cum à *x* præſide ex inquiſitione eligatur.

8 ¶ Item reſcripſerunt, curatorem etiam nomine collegæ *y* teneri, ſi interuenire & prohibere eum potuit.

9 ¶ Item reſcripſerunt, nominum, quæ deteriora facta ſunt tempore curatoris, periculum ad ipſum pertinere. quia vero antequàm curator fieret, idonea non erant, æquum videri, periculum ad eum non per- tinere. 10 ¶ "Idem libro eodem." Imperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt. eum qui pecuniam publicam magiſtratus ſui tempore & poſt

a l. poſt depoſitam poteſtatẽ *l.* 1. §. 4. *ſ. de ſuſpectis*: *l.* 1. *ſ. de iuriſdict.*

b *l.* 67. *ſ. de proc cur.* Imo oportet, *l.* 5. *ſ. quando ex fac. tut.*

c *l.* 16. §. 2. *ſ. de muner.*

d *v. l.* 1. *ſ. eo l.* 6. *ſ. de annuis*: *l.* 16. *ſ. de vſufruct. l.* 13. *J. de pollicit. l.* 9. *C. de paganis.*

e *l.* 122. *ſ. de leg.* 1.

f *l.* 5. *J. de pollicit.*

g Conferri.

h Statuæ quoties ex teſtamento ponebantur, moris erat nomen teſtatoris adſcribere, *l.* 2. *J. de oper publ. v. Lipſium* 1. *elect.* 9.

i *l.* 18. *ſ. ad municip.*

k *l.* 4. *ſ. de magiſt. conuen.*

l *v. l.* 2 *ſ ad municip. l.* 20. §. 6. *ſ. famil.*

m Sed ſi rationes expunctæ. *Cuia. ad l.* 2. *C. de iure fiſci*: hoc ſcilicet ſenſu vt diſpunctæ rationes ob errorem calculi reprobari poſſint, etiam poſt longum tempus: expunctæ, non item, *l.* 13. *in fi. ſ. de diuer. & temp.* alioqui, gratioſè expunctæ rationes, quia ad perniciem Reip. tẽdunt, nullius ſunt momenti, *l.* 12. *C. de tranſ.* quin, ni ita legatur, non eſt, quò verbũ *expuncta*, referri poſſit.

n *Paul.* 5. *ſent.* 2. §. 4.

o *l. vlt.* §. 2. *ſ. ad municip. l. vlt. C. quo quiſque ordine.*

p i. vindicare nomine ciuitatis.

q De curatore ciuitatis dixi ad *l.* 18. §. 5. *in fi. ſ. de muner.*

r *l.* 6. *eo.*

ſ *l.* 18. §. 8. *ſ. de muner.*

t *de quibus v. l.* 18. §. 5. *ſ. de muner.* Sitonæ indemnes ſeruandi, *l. vlt. C. vt nemini liceat in emptione ſpecierum*

u *l.* 18. §. 2. *ſ. de munerib.*

x *v. l.* 4. *C. de tutorib. & curato. qui non ſatiſd.*

y *l.* 11. *ſup. ad municipalem.*

SGCB2021

ex altero tres aut quatuor: ad vnum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

7 ¶ Cùm autem quæritur, an quis ſuus hæres exiſtere poſſit: eo tempore quærendum eſt, quo certum eſt aliquem ſine teſtamento deceſſiſſe, quod accidit & *a* deſtituto teſtamento. Hæc ratione *b*, ſi filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres inſtitutus, & filio mortuo, poſtea certum fuerit hæredem inſtitutum ex teſtamento non fieri hęredem, aut quia noluit eſſe hæres, aut quia non potuit, nepos auo ſuus hæres exiſtet: quia quo tempore certum eſt inteſtatum deceſſiſſe patrem familias, ſolus inuenitur nepos & hoc certum eſt.

8 ¶ Et licèt poſt mortem aui natus ſit: tamen *c* auo viuo conceptus, mortuo patre eius, poſteaque deſerto aui teſtamento, ſuus hęres efficitur. Planè ſi & conceptus & natus fuerit poſt mortem aui: mortuo patre ſuo, deſertóque poſtea aui teſtamento, ſuus hęres auo non exiſtet: quia nullo iure cognationis patrem ſui patris attigit. Sed nec *d* ille eſt inter liberos aui, quem filius emancipatus adoptauit. Hi autem, cùm non ſint ſui (quantum ad hæreditatem) liberi; neque bonorum poſſeſſionem petere poſſunt quaſi proximi cognati. Hęc de ſuis hęredibus.

9 ¶ Emancipati autem liberi, iure ciuili nihil iuris habent neque n. ſui hæredes ſunt, qui in poteſtate parentis eſſe deſierunt: neque vllo alio iure per legem XII. tabularum vocantur. ſed *e* prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum poſſeſſionem, *Vnde liberi*, perinde ac ſi in poteſtate parentis tempore mortis fuiſſent, ſiue ſoli ſint, ſiue cùm ſuis hæredibus concurrant. Itaque duobus liberis exiſtentibus, emancipato vno, & eo qui tempore mortis in poteſtate fuerit: ſanè quidem is, qui in poteſtate fuit, ſolus iure ciuili hæres eſt, & ſolus ſuus hęres. ſed cùm emancipatus beneficio *f* prætoris in partem admittitur: euenit, vt ſuus hæres pro parte hæres fiat.

10 ¶ At hi *g*, qui emancipati à parente in adoptionem ſe dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quaſi liberi: ſi modo, cùm is moreretur, in adoptiua familia fuerint: Nam viuo eo emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris ac ſi emancipati ab ipſo eſſent: nec vnquam in adoptiua familia fuiſſent. Et conuenienter, quod ad adoptiuum patrem pertinet, extraneorum loco eſſe incipiunt. Poſt mortem verò naturalis patris emancipati *h* ab adoptiuo patre, & quantum ad hunc adoptiuum patrem pertinet, æquè extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciſcuntur. Quod ideo ſic placuit, quia iniquum erat, eſſe in poteſtate patris adoptiui *i*, ad quos bona naturalis patris pertineant, vtrum ad liberos eius, an ad agnatos

11 ¶ Minus ergo iuris habent adoptiui "filij, quàm naturales: namque naturales emancipati beneficio *k* prætoris gradum liberorum retinent *l*, licèt iure ciuili perdant adoptiui verò emancipati & iure ciuili perdunt gradum liberorum, & à prætore non admittuntur, & rectè: naturalia *m* enim iura ciuilis ratio perimere non poteſt: nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe, poſſunt deſinere filij filiæve, aut nepotes nepteſve eſſe, adoptiui verò emancipati extraneorum loco incipiunt eſſe: quia ius noménque filij filiæve, quod per adoptionem conſequuti ſunt, aliâ ciuili ratione *n*, i. emancipatione perdunt.

12 ¶ Eadem hæc obſeruantur & in ea bonorum poſſeſſione, quam *o* contra tabulas teſtamenti parentis liberis præteritis, id eſt, neque hæredibus inſtitutis, neque vt oportet exhæredatis prætor pollicetur. Nam eos quidem qui in poteſtate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat prætor ad èandem bonorum poſſeſſionem: eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus *p* quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, ſicut ab inteſtato, ita longè minus contra tabulas teſtamenti ad bona eius "non" admittit, quia deſinunt "in" numero liberorum "eius" eſſe *q*.

13 ¶ Admonendi tamen ſumus, eos qui in adoptiua familia ſunt, quíve poſt mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint, inteſtato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum poſſeſſionem vocantur, non admittantur *r*, alia tamen parte vocari, ſc. qua cognati defuncti vocantur *ſ*. Ex qua parte ita admittuntur; ſi neque ſui hæredes liberi, neque emancipati obſtent, neque adgnatus quidem vllus interueniat *t*. Ante enim prætor liberos vocat tam ſuos hæredes: quàm emancipatos: deinde legitimos hæredes, deinde proximos cognatos.

14 ¶ Sed ea omnia antiquitati "quidem" placuerunt: aliquam autem emendationem à noſtra conſtitutione *u* acceperunt, quam ſuper iis perſonis compoſuimus, quæ à patribus ſuis naturalib. in adoptionem aliis dantur. Inuenimus etenim nonnullos caſus, in quibus filij & naturalium parentum ſucceſſionem, propter adoptionem amittebant, & adoptione facilè per emancipationem ſoluta, ad neutrius patris ſucceſſionem vocabantur. Hoc ſolito more corrigentes *, conſtitutionem ſcripſimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium ſuum adoptandum alii dederit, integra omnia iura ita ſeruari, atque ſi in patris naturalis poteſtate permanſiſſet, nec penitus adoptio fuiſſet ſubſequuta: niſi in hoc tantummodo caſu, vt *x* poſſit ab inteſtato ad patris adoptiui venire ſucceſſionem. Teſtamento autem ab eo facto, neque iure ciuili, neque prætorio, ex hæreditate eius aliquid perſequi poteſt, neque contra tabulas bonorum poſſeſſione agnita, neque inofficioſi querela inſtituta: cùm nec neceſſitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eum inſtituere, vel exhæredatum eum facere, vtpote nullo vinculo naturali copulatum; neque ſi ex Sabiniano ſenatuſconſulto ex *a* trib. marib. fuerit adoptatus. Nam & in eiuſmodi caſu, neque quarta ei ſeruatur, neque vlla actio ad eius perſequutionem ei competit. Noſtra autem conſtitutione exceptus eſt is quem parens naturalis adoptandum ſuſceperit. Vtroque. n. iure tam naturali quàm legitimo in hanc perſonam concurrente: priſtina iura tali adoptioni ſeruamus, quemadmodum ſi paterfamilias ſeſe dederit adrogandum. quæ ſpecialiter & ſingulatim ex præfatæ conſtitutionis tenore poſſunt colligi.

a l. vlt in fin. de cond. inſt.
b l. 1. §. ſciendum. D. eod.
c l. 6. l. 7. D. eo.
d c. 26. de adopt.
e quis enim patiatur iura filij naturalis, nexu diuino copulata, ludibrio defraudari? l. 10. in pr. C. de adop. adde §. 11. ĵ. eod. v. l. 25. §. cùm igitur prætor. C. de legitimis hæredib.
f l. 5. C. de condict. indeb.
g l. 4. vnde lib.
h l. pen. §. 2. C. de adopt.
i & arbitrio alieno. huc facit l. 32. l. 70. de hæred. inſtit.
k l. 3. C. de leg. hær.
l No. 128. c. 1. in fi.
m §. vlt. ſ. de legit. agn. leg. 8. de reg. iur.
n i. alio ciuili actu, l. 77. de reg.
o leg. 1. §. 1. de bon. poſſ. contra tab.
p l. pen. in pr. ibi. ſi enim poſt patris obitum C. de adopt.
q vt autem quis admitti poſſit, ex liberis eum eſſe, oportet, l. 1. §. & ſuc. l. 3. §. 2. de contra tab.
r l. 4. vnde liberi.
ſ l. 1. §. cognationem, vnde cognati.
t l. 1. ff quis ordo in bon. poſſ.
u l. pen. C. de adopt. 1. §. 2. ſ. de adopt.

15 ¶ Item vetuſtas *b* ex maſculis progenitos plus diligens, ſolos nepotes vel neptes, qui" quæve" ex virili ſexu deſcendunt, ad ſuorum vocabat ſucceſſionem, & iure adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus *c* nati, ſunt & pronepotes ex neptib. cognatorum loco connumerans, poſt adgnatorum lineam eos vocabat tam in aui vel proaui materni, quàm in auiæ vel proauiæ, ſiue paternæ, ſiue maternæ ſucceſſionem. Diui autem principes *d*, non paſſi ſunt talem contra naturam iniuriam ſine competenti emendatione relinquere: ſed cùm nepotis & pronepotis nomen commune ſit vtriſque, tam qui ex maſculis, quàm qui ex fœminis deſcendunt: ideo eundem gradum & ordinem ſucceſſionis eis donauerunt. Sed vt amplius aliquid ſit eis, qui non ſolum naturæ, ſed etiam veteris iuris ſuffragiis muniuntur: portionem nepotum vel neptum, vel deinceps (de quibus ſupra diximus) paulo minuendam eſſe exiſtimauerunt: vt minus tertia parte acciperent quam mater eorum, vel auia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel auus paternus, ſiue maternus, quando fœmina mortua ſit, cuius de hæreditate agitur: iiſque (licèt ſoli ſint) adeuntibus adgnatos minimè vocant. Et quemadmodum lex XII. tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris ſui, *e* ad ſucceſſionem aui ſui vocat: ita & principalis diſpoſitio in locum matris ſuæ vel auiæ, eos cum iam deſignata partis tertiæ deminutione vocat.

16 ¶ Sed nos, cùm adhuc dubitatio maneret inter adgnatos, & memoratos nepotes, quartam partem ſubſtantiæ defuncti agnatis ſibi vindicantibus ex cuiuſdam conſtitutionis auctoritate: memoratam quidem conſtitutionem à noſtro Codice ſegregauimus, neque inſeri eam ex Theodoſiano Codice in eo conceſſimus. Noſtra *f* autem conſtitutione promulgata, toti iuri eius derogatum eſt: & ſancimus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps ſuperſtitibus, adgnatos nullam partem mortui ſucceſſionis ſibi vindicare: ne hi qui ex tranſuerſa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure deſcendunt. Quam conſtitutionem noſtram obtinere ſecundum ſui vigorem & tempora, & nunc ſancimus: ita tamen, vt quemadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas ſtatuit *g*, non in capita, ſed in ſtirpes diuidi hereditatem: ſimiliter nos inter filios & nepotes ex filia, diſtributionem fieri iubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes, & proneptes & alias deinceps perſonas: vt vtraque progenies matris, vel patris, auiæ vel aui portionem ſine vlla deminutione conſequatur, vt ſi fortè vnus vel duo ex vna parte, ex altera tres aut quatuor extent, vnus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant.

DE LEGITIMA *b* ADGNATORVM † ſucceſſione.

TIT. II.

Secundus ordo hæredum legitimorum. 1. De agnatis naturalibus. 2. De adoptiuis. 3. De maſculis & fœminis. 4. De filiis ſeruorum. 5. De proximis vel remotis. 6. quo tempore proximitas ſpectatur. 7. De ſucceſſorio edicto. 8. De legitima parentum ſucceſſione.

SI nemo ſuus hæres, vel eorum, quos inter ſuos hæredes prætor, vel conſtitutiones uocant, exiſtat, qui ſucceſſionem quoquo modo amplectatur: tunc ex lege *i* XII. tabularum ad *k* adgnatum proximum pertinet hęreditas.

1 ¶ Sunt autem *l* adgnati *m* (vt primo quoque libro tradidimus) cognati per virilis ſexus perſonas cognatione coniuncti, quaſi à patre connati. Itaque "ex" eodem patre nati fratres, adgnati ſibi ſunt, qui & conſanguinei vocantur *n*: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem is illi adgnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, i. qui ex duobus fratribus procreati ſunt *o*, qui etiam conſobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus.

¶ Ii *p* etiam, qui poſt mortem patris naſcuntur, iura conſanguinitatis nanciſcuntur.

¶ Non tamen omnibus ſimul agnatis dat lex hæreditatem: ſed iis, qui tunc proximiores *q* gradu ſunt, cùm certum eſſe cœperit aliquem inteſtatus deceſſiſſe.

2 ¶ Per adoptionem *r*, quoque adgnationis ius conſiſtit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptauit, Nec dubium eſt, quin ij impropriè conſanguinei appellentur. Item ſi quis ex

cæteris

a v. l. vlt in fin. C. de decur.
b & ius diuinum. Num. 25. hoc tamen ius ſuccedendi Iuſtinianus barbarum vocat, Nou. 21. in pr.
c quæ familiæ ſuæ & caput & finis ſunt, l. 195 in fi. de ver. ſig.
d Valent Theo. Arcad. l. 9. C. eo.
e l. 3. C. eo.
f l. vlt. C. eo.
g v. §. 6. ſ. eo.
h 38. ff. 16. & 6. C. 57. Nou. 118. cap. 3. Vlp. tit. 26.
† hodie agnati non differunt iure à cognatis, v. Nou. 18. cap. 4. & quæ ibidem notaui.
i quam v. apud Vlp. tit. 25. § 1.
k l. 1. 2. ff. eo.
l v. l. 5. ff. vnd legi.
m Agnati cognatis continentur. Patruus & agnatus eſt & cognatus. Auunculus, cognatus tantummodo. Paul. 4. ſen. 8. §. 1.
n v. l. 1. §. pen. ff. eod.
o l. vlt. §. quarto gradu: de gradib.
p l. vlt. ff. vnde legitimi, l. 1. §. 10. in fi. ff. de ſuis & legit imis.
q l. 4. §. 2. 4. ff. ff. eod.
r l. 2. §. 3. ff. eod.

& poſt non pauco tempore detinuerat, vſuras *a* etiam præſtare debere, niſi ſi quid allegare poſſit, qua ex cauſa tardius intuliſſet.

DE DECRETIS AB ORDINE *b* faciendis.

TIT. IX.

De medicis.

1. *Vlpianus* "lib. 1. Opinionum."

MEDICORVM intra *c* numerum *d* præfinitum conſtituendorum arbitrium non præſidi prouinciæ commiſſum eſt, ſed ordini *e*, & poſſeſſoribus cuiuſque ciuitatis: vt certi de probitate morum *f*, & peritia artis eligant ipſi, quibus ſe *g* liberoſque ſuos in ægritudine corporum committant. *h*

De legitimo numero cogendo.

2 *Marcianus* ‖lib. 1. Publicorum.‖

ILla decreta, quæ non *i* legitimo numero decurionum coacto facta ſunt, uon valent.

3. *Vlpianus* "lib. 3. de Appellationibus."

LEge autem municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, quàm duabus *k* partibus adhibitis.

De decretis ambitioſis. 1. De largitione. 2. De ſalario.

4. *Idem* "libro ſingulari de Officio curatoris reipublicæ."

AMbitioſa *l* decreta decurionum reſcindi debent, ſiue aliquem debitorem dimiſerint, ſiue largiti ſunt. 1 ¶ Proinde (vt ſolent) ſiue decreuerint, de publico alicuius, vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præſtari, nihil valebit huiuſmodi decretum. 2 ¶ Sed etſi ſalarium *m* alicui *n* decuriones decreuerint, decretum id nonnunquam *o* vllius erit momenti: vtputà ſi ob liberalem *p* artem fuerit conſtitutum, vel ob medicinam. ob has enim cauſas licet conſtitui ſalaria.

De decretis reſcindendis vel non.

5. *Calliſtratus* "lib. 2. de Cognitionibus."

QVod ſemel ordo decreuit, non *q* oportere "id" reſcindi, Diuus Hadrianus Nicomedenſibus reſcripſit, niſi ex cauſa, id eſt, ſi ad publicam vtilitatem reſpiciat reſciſſio prioris decreti.

De eo qui extra ſynedrium iudicauit.

6. *Scæuola* "lib. 1. Digeſtorum."

MVnicipij lege ita cautum erit: Ἐαν τις ἔξω τοῦ συνεδρίου δικάσηται, τοῦ τε συνεδρίου εἰργέσθω καὶ προσαποτινύτω δραχμὰς χιλίας. *i. Si quis extra ſynedrium r iudicauerit, ordine ſeu ſynedrio moueatur, & luat ad hæc drachmas mille.* quæſitum eſt, an pœnam ſuſtinere debeat, qui ignorans *ſ* aduerſus decretum fecit. reſpondit, & huiuſmodi pœnas aduerſus ſcientes paratas eſſe.

DE OPERIBVS *t* PVBLICIS.

TIT. X.

De ſucceſſoribus curatorum. 1. Et de excuſatione præpoſtera.

1. *Vlpianus* "lib. 2. Opinionum."

CVrator operum creatus præſcriptione motus ab excuſatione perferenda, ſicuti ceſſationis nomine, in qua quoad viuit moratus eſt: hæredes ſuos obligatos reliquit, ita temporis quod poſt *u* mortem, eius ceſſit, nullo onere eos obſtrinxit. 1 ¶ Curam operis aquæductus in alio iam munere conſtitutus poſtea ſuſceperat: præpoſtere viſus eſt petere exonerari priore munere vtriſque iam implicitus: quando, niſi alterum tantum ſuſtinere eum oporter, ante *x* probabilius impetraſſet propter prius munus à ſequenti excuſationem.

De inſcriptione nominis. 1. De curatoribus operum & redemptoribus. 2. De ſcriptione nominis.

2. *Idem* "lib. 3. Opinionum."

a in pr. ʒ. eo. l. 7. §. 7. ʒ. de vſur.
b Decurionum ſc. 10. C. 46.
c v. quæ ſcripſi de Immunitate medicis data ab Imperatoribus, ad l. 5. C. de profeſſoribus & medicis.
d l. 6. §. 2. ʒ. de excuſ. tut.
e Imo non ordini, ſed Epiſcopis & aliis perſonis, l. 18. C. de Epiſc.
f Medicum probũ ac peritum eſſe conuenit: in medico, morum probitas, & artis peritia requiritur.
g Medicis plurimum deferri oportet. Plin. 24.
h i. Imperatorib. vna medicina imperat. Tertullianus in Scorpiano, horrorem operis fructus excuſat, vlulans denique ille & gemens inter manus medici poſtmodũ eas mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & ſæuas iã negabit. v. plura apud Caſſiodorum 6. variarum in formula Comitis Archiatrorum.
b Euenit tamen perſæpè ob eorum ignorantiam, quod Plinius 29. c. 1. refert. Diſcunt, inquit, periculis noſtris, & experimẽta per mortes agunt.
i l. 9. ʒ. de re iud. c. 8. C. de legib.
k Duæ partes, curia: duæ partes, duæ tertiæ. Ita nominationes ad munera ciuilia citra decretum, conſiliumque publicum, præſentibus omnibus decurionibus aut ſaltem duabus tertiis totius ordinis fieri non poſſunt, vt hic. l. nulli 3. ʒ. quod cuiuſque vniuerſis. At quæ illæ partes? Ræuardus in l. 160. §. refertur, ʒ. de reg. iur. has duas partes interpretatur bulem & Eccleſiam: quarum auctoritatẽ in decretis municipalibus publicis neceſſariã fuiſſe docet Plinius *Epiſt.* 50. verum bule & Eccleſia non partes curiæ videntur eſſe, ſed potius ipſa curia. Nam βουλὴ curia eſt: *l. 10. ʒ. de pollicit. v. l. 19. ʒ. ad municip.*
l *l. 2. C. eo. l. 12. C. de tranſact.* κολακικοὶ ψῆφοι. Eadem forma ambitioſæ correctiones Ciceroni *ad Attic.* ambitioſæ ſententiæ Suetonio *in Domitiano.*
m Salaria ſunt. τὰ διδόμενα εἰς τροφὴν, σιτηρέσια καὶ ὀψώνια. Dicta nonnulli putant vel à ſale, vel quod dentur vt percipientes inde ſe alant.
n Decuriones ſalarium cuiquam conſtituere non poſſunt iniuſſu principis, *l. vnic. C. de præbendo ſalario.* niſi ob cauſas quæ ſequuntur.
o imo ſemper, *d. l. vnic.*
p *l. 1. C. eod.*
q *l. 14 ʒ. de re iud.* r Synedrium conſeſſus, concilium σύνεδρος conſiliarius, adſeſſor. *Gloſſ.* de ſynedrio plura dicam ad *l. 17. C. de Iudæis.* ſ Ignorans, non obligatur, ignorans, puta forenſis mercator *Rebuffus Tom. 2. tractat. de pannis mercat. art. 2.*
t 8. C. 11. & 15. C. Th. 1. περὶ δημοσίων οἰκοδομημάτων, & c. 54. Ecl. 12.
u *l. 1. C. quo quiſque ordine.*
x *l. vlt. in fin. ʒ. de vacatione muner.*

QVi liberalitate, non neceſſitate debiti reditus ſuos interim ad opera finienda conceſſit, munificentiæ ſuæ fructum de inſcriptione *a* nominis ſui operibus, ſi qua fecerit, capere per inuidiam non prohibetur. 1 ¶ Curatores operum cum redemptoribus negotium habent, reſpublica autem cum his, quos efficiendo operi præſtituit. quatenus ergo & quis, & cui obſtrictus eſt, æſtimatio præſidis prouinciæ eſt. 2 ¶ Ne eius nomine *b*, cuius liberalitate opus extructum eſt, eraſo, aliorum nomina inſcribantur, & Propterea reuocentur ſimiles ciuium in patrias liberalitates, præſes prouinciæ auctoritatem ſuam interponat.

An liceat nouum opus facere. 2. De inſcriptione nominis.

3. *Macer* "lib. 2. de officio Præſidis."

OPus nouum priuato *c* etiam ſine principis auctoritate facere licet *d*, præter quam ſi ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam ſeditionis *e* præbæat, vel circum *f*, theatrum, vel amphitheatrum ſit. 1 ¶ Publico verò ſumptu opus nouum ſine principis auctoritate fieri non licere, conſtitutionibus declaratur. 2 ¶ Inſcribi autem nomen operi publico alterius, quam principis, aut eius *g* cuius pecunia id opus factum ſit, non licet.

4. *Modeſtinus* "lib. 11. Pandectarum."

NEc præſidis quidem nomen licebit ſuperſcribere.

De legato vel fideicommiſſo ad opus relicto, ſi quid publici à priuatis detineatur.

5. *Vlpianus* "libro ſingulari de officio curatoris reipublicæ."

SI legatum *h* vel fideicommiſſum fuerit ad opus relictum, vſuræ quæ, & quando incipiant deberi, reſcripto Diui Pij ita continetur. Si quidem dies non ſit ab his, qui ſtatuas *i*, vel imagines ponendas legauerunt, præfinitus, à præſide prouinciæ tempus *k* ſtatuendum eſt: & niſi poſuerint hæredes, vſuras leuiores intra ſex menſes: ſi minus, ſemiſſes vſuras reipublicæ pendant *l*. Si vero dies ſtatus eſt, pecuniam deponant intra diem. ſi aut non inuenire ſe ſtatuas dixerint, aut loco controuerſiam fecerint, ſemiſſes protinus pendãt. 1 ¶ Fines publicos *m* à priuatis detineri non oportet. curabit igitur præſes prouinciæ, ſi qui publici ſunt, à priuatis ſeparare. & publicos potius reditus augere. ſi qua loca publica, vel ædificia in vſus priuatorum inuenerit: æſtimare, vtrumne vindicanda in publicum ſint, an vectigal eis ſatius ſit imponi. & id quod vtilius eſſe reipublicæ intellexerit, ſequi.

De principe conſulendo.

6 *Modeſtinus* "lib. 11. Pandectarum."

DE operibus, quæ in muris *n*, vel portis, vel rebus publicis fiunt: aut ſi muri extruantur, Diuus Marcus reſcripſit, præſidem aditum conſulere principem debere.

De pecunia in opera noua legata. 1. De inſcriptione nominis.

7. *Calliſtratus* "lib. 2. de Cognitionibus."

PEcuniam quæ in opera noua legata eſt, potius *o* in tutelam eorum operum: quæ ſunt, conuertendam: quam ad inchoandum opus erogandam, Diuus Pius reſcripſit: ſcilicet ſi *p* ſatis operum ciuitas habeat, & non facilè ad reficienda ea pecunia inueniatur. 1 ¶ Si quis opus ab alio factum adornare marmoribus, vel alio modo ex voluntate populi facturum ſe pollicitus ſit, nominis proprij tirulo ſcribendo, manentibus priorum titulis, qui ea opera feciſſent, id fieri debere ſenatus cenſuit. quòd ſi priuati in opera. quæ publica pecunia fiant, aliquam de ſuo adiecerint ſummam, ita titulo inſcriptionis vti eos debere iiſdem mandatis cauetur, vt, quantam ſummam contulerint, in id opus ſcribant. *q*

DE *r* NVNDINIS ʄ.

TIT. XI.

De non vſu.

1 *Modeſtinus* "libro 3. Regularum."

NVndinis impetratis à principe *t*, non vtendo qui

a l. 15. ʒ. eo. l. … ſi. ſup. de adm. …
b l. 7. inf. ʒ. …
c vt & … caſtro, quibus … terpretes … concedi … reædificatio… ſumptu tam…
d Imo ſine … cipe non lice… ʒ. eo. l. 3. C. eo.
e Ædificar… ſtri vel do… ciuitati noc… per nimiu… nitatem, … permittend… liberæ qu… nitates hab… lud interdu… uilegium, … qui, etiam … ceps, poſſit … nia intra q… aut quinqu… liare arcen… ſtrum … vel vrbem …
f veluti … Theatrum … phiteatrum …
g l. 2. ſup. … C. eo. l. 4. ſup. … min. rer.
h pecunia … opus publi… ficari poteſt … C. eo.
i v. quæ ſcrip… l. 7. ſupra … leg.
k l. 1. §. … de vſur.
l l. 1. ʒ. de … Imo pende… debent cuiu… liberaliter … Reip. promi… ad vſuras no… neantur l. 6. ſup. … vſur.
m Adde l. … ſup. de admi… Eccl. 10. ex … c. 4.
n l. 3. ſup. … Eccl. 10. ex … c. 5.
o Legata … blicæ ad cer… aliquem vſum … finem, nonn… (cauſa vide… cognita) mut… in alium: atque … propter vtilita… publicam, à vo… tate defũcti … toris diſced… adde l. 4. ſup. … admin. rerum.
p Bartolus … legẽ transfer… legata refecti… cleſiæ ædificat… quam negat … candã ſi allo… ſatis alias … ſint.
q inſcribant … adde Nou. 65.
r 4. C. 60. … pon. 3. not. 8. … des lettres d… des foires & … chez.

ʄ nundinas Græci interpretantur πανήγυριν ἤτοι λεγομένην ἀπόλαυσιν, vacationes & ferias.
t Nundinarum ius à principe impetrandum eſt: olim à Senatu poterat impetrari. Plin. 4. Epiſt. 4. Cic. Phil. 2. & ita Claudium Imp. legimus ſeipſum legibus ſoluentem, ius nundinarum in ſua prædia à conſulibus petiiſſe. Suet. in Claudio … quo loco de forma veteri impetrandarum nundinarum tractat hodie apud Gallos priuilegium nundinarum à rege impetratum, ad Balliuos ſeu Seneſchallos dirigitur: audita interceſſione vicinorum omnium, ex literis regiis ius nundinarum admittitur, vel denegatur. Papo, ibidem, adde Nouellam Baſil. iuniorius.

qui meruit, decennij tempore vſum amittit a.

De agricolis & opificibus.

2. *Calliſtratus* lib. 3. de Cognitionibus.

SI qui ipſos cultores agrorum, vel piſcatores deferre vtenſilia b in ciuitate iuſſerit c, vt ipſi ea diſtrahant, deſtituetur annonæ præbitio, cum auocentur ab opere ruſtici, qui confeſtim vbi detulerint mercem, tradere eam, & ad opera ſua reuerti debeant. denique ſummæ prudentiæ & auctoritatis apud Græcos Plato, cum inſtitueret, quemadmodum ciuitas bene beatè d habitari poſſit, in primis iſtos negociatores neceſſarios duxit. ſic enim libro ſecundo Πολιτείας id eſt, *ciuilis conuerſationis* e: ait, f Δεῖ γὰρ πλειόνων ἄρα γεωργῶν τε, καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν g, καὶ τῶν ἄλλων διακόνων h τῶν γε εἰσαξόντων καὶ ἐξαξόντων ἕκαστα. οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι i. Κομίσας δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγοράν τι, ὧν ποιεῖ, ἤ τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκῃ τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀνταλλάξασθαι k, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; οὐδαμῶς, ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην, id eſt, *Indiget* enim *ciuitas pluribus vtique ruſticis, & aliis opificibus, & aliis miniſtratoribus: itémque his qui inuehant & euehant ſingula. hi autem ſunt negotiatores. Adferens autem agricola in forum aliquid eorum quæ facit, vel aliquis alius opificum, niſi ſub idem tempus contingat cum cum his, quibus indiget ſua permutare, vacabitne ſuo opificio deſes ſedem in foro? nequaquam. ſed ſunt, qui hoc videntes ſeipſos in hoc ſtatuant miniſterium.*

a Imò non amittit, *l.2.C.de diuerſis reſcriptis.*
b *l.12.§.de decur.*
c hinc colligit Papo *d.loco.* vaſallos à dominis cogi non poſſe, vt nundinis ſui territorij adſint.
d beatéque, *Hal.*
e l.Reipub.
f δεῖ γὰρ πλειόνων ἄρα γεωργῶν τε.
g δεῖ ἡμῖν τῇ πόλει. πλειόνων γὰρ καὶ δὴ καὶ.
h τῶν τε εἰσαξόντων.
i ἔμποροι ἢ γὰρ γίω, &c.
k αὐτοῦ ἀλλάξασθαι.
l Agricolatio inter neceſſarias hominum artes prima, Ruſticis & opificibus eget ciuitas.
m περὶ ἐπαγγελλομένων ἔργων, &c. 54. *Ecl.* 13. *v. Conanum* 5. *comment.* 8. de votis adde *l.2.* ʒ.*eod.*
n *v.l.5.§.de operib.publ.*
o Imò non accedunt, *l.2.C.de vſuris.*
p *l.19.§. de don.*
q Reipublicæ ſine cauſa promittédo non obligamur, l. 29.§.*de don. l.12. l.3.§. de doli mali except.* niſi opus promiſſum facere cœperimus.
r Cœptum ædificium videtur, ſi fundamenta facta, vel locus purgatus, vel deſtinatus, vel apparatus ædificij in publico poſitus.
ſ *l.54.ſup.de ver. oblig.*
t Circenſibus: *vulg.* & malè Alciatus id refert ad columnam Circi, cuius opinionem videtur tueri, lex 122.§. *de leg.*1. Id Cuiacio diſplicet, loquitur ergo Iuriſconſultus, de Repub. Citienſium quæ ciuitas eſt Macedoniæ, cuius fit mentio apud Liuium 4. ex qua Zeno Citienſis 17. *Gell. vlt. Cuiac.*3. *obſ* 38.

DE POLLICITATIONIBVS m. TIT. XII.

De vſuris. 1. *An quis pollicitatione teneatur.* 6. *De periculo operis perfecti.*

1. *Vlpianus* lib. ſingul. de Officio curatoris reipublicæ.

SI pollicitus quis fuerit reipublicæ opus ſe facturum, vel pecuniam daturum, in vſuras non n conueniatur. ſed ſi moram cœperit facere, vſuræ accedunt o, vt Imperator noſter cum Diuo patre ſuo reſcripſit. 1 ¶ Non ſemper autem obligari eum qui pollicitus eſt, ſciendum eſt. ſi p quidem ob honorem promiſerit, decretum ſibi, vel decernẽdum, vel ob aliam iuſtam cauſam, tenebitur ex pollicitatione. ſin verò ſine cauſa promiſerit, non erit obligatus. & ita multis conſtitutionibus & veteribus & nouis continetur.

2 ¶ Item ſi ſine cauſa promiſerit cœperit q tamen facere, obligatus eſt qui cœpit. 3 ¶ Cœpiſſe ſic accipimus, ſi r fundamenta iecit, vel locum purgauit. Sed & ſi locus illi petenti deſtinatus eſt, magis eſt, vt cœpiſſe videatur. Item ſi apparatum ſ, ſiue impenſam in publico poſuit. 4 ¶ Sed ſi non ipſe cœpit, ſed cum certam pecuniam promiſiſſet ad opus reipublicæ, contemplatione pecuniæ cœpit opus facere, tenebitur quaſi cœpto opere. 5 ¶ Denique cum columnas quidam promiſiſſet, Imperator noſter cum Diuo patre ſuo ita reſcripſit: Qui non ex cauſa pecuniam reipublicæ pollicentur, liberalitatem perficere non coguntur. ſed ſi columnas Citienſibus t promiſiſti, & opus ea ratione ſumptibus ciuitatis, vel priuatorum inchoatum eſt, deſeri quod geſtum eſt non oportet.

6 ¶ Si quis opus quod perfecit, adſignauit, deinde id fortuito caſu aliquid paſſus ſit, periculum ad eum qui fecit, non pertinere, Imperator noſter reſcripſit.

De voto.

2. *Idem* lib. 1. Diſputationum.

SI quis rem aliquam vouerit u, voto obligatur. quæ res perſonam x vouentis non y rem, quæ vouetur obligat. res enim quæ vouetur, ſoluta quidem liberat vota, ipſa verò ſacra non efficitur.

1 ¶ Voto autem patresfamiliarum obligantur, puberes z, ſui iuris, filius enim familias a vel ſeruus ſine patris dominiue b auctoritate voto non obligantur.

u Purà ſeruos ad cuſtodiam templi, l.36.§.*de liberali.* de votis *v.17.q.4 2 extr.34 3.in ſexto,*15. x Votum perſonam vouentis Deo obligat, proinde voti reus ad id præſtandum quod legitimè vouit, tenetur c. *licet 6.cap. magnæ deuotionis* 7. *extra de voto, &* 17.*q.*1 y Imò & rem ipſam, *Autentica ingreſſi, C. de ſacroſ. Eccleſ.* z Impubes, & alieni iuris non obligantur ex voto, ſine conſenſu eorum in quorum ſunt poteſtate. Impubes inquam *c. venienti, extra de voto, lib 3. tit 34.* a Quid ſi filia? patris conſenſus expectandus eſt, *Ambroſius in librum Numerorum in c. mulier, & Auguſtinus c. meritò 32.q.2.* Quid ſi vxor? mariti voluntas expectanda, *Auguſt. in q Numerorum. c. noluí 33 q.5.* Quid ſi vir continentiam vouerit? vxoris conſenſu indigebit, *Aug. in Pſalm 146:33.q.5.c.ſi dicat, & ſeq.* An idem ſi vir iter Hieroſolymam voueat? negat Innocentius *cap. ex multis 9.§. in tanto. extra de voto.* Quid? num Epiſcopo, & clerico ſine Regis vel ſuperiorum conſenſu vouere licet; negat idem Innocentius in *c. non eſt 5. & c 7. extra de voto.* multo minus monacho, ſine conſẽnſu Abbatis id licebit *conſilio Agathenſi in c. monachor. 20. q.4.* b Quo nomine optimo iure etiam Deus ipſe intelligendus eſt. nec enim vota Deo exoſa vouentem obligant, ideóque votum rei alienæ non obligat, *Aug. ad Armentarium & Riparium & Paulinam c. vna ſola, 33.q.5.* Notum eſt. Illud Iſidori: in malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum, quod incautè vouiſti ne facias, impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur: in malis (inquam) & generaliter in illicitis, *v. d.q.22. à principio ad finem vſque, & tit. integrum extra de iureiur.*

2 ¶ Si decimam a quis bonorum vouit, decima non prius eſſe in bonis eſſe deſinit, quam fuerit ſeparata. & ſi fortè, qui decimam b vouit c, deceſſerit ante ſe poſitionem: heres d ipſius hereditario nomine decimæ obſtrictus eſt e. voti enim obligationem f ad heredem tranſire conſtat.

Differentia pacti & pollicitationis. De promiſſo ob honorem. De opere cœpto. 1. *De rei vindicatione.*

3. *Idem* lib. 3. Diſputationum.

PActum g eſt duorum conſenſus, atque conuentio. pollicitatio h verò offerentis ſolius promiſſum. & ideo illud eſt conſtitutum: vt, ſi ob honorem pollicitatio fuerit facta, quaſi debitum exigatur. ſed & cœptum i opus, licet non ob honorem promiſſum perficere promiſſor eo cogetur, & eſt conſtitutum. 1 ¶ Si quis, quam ex pollicitatione tradiderat rem municipibus, vindicare velit, repellendus eſt à petitione. æquiſſimum eſt enim, huiuſmodi voluntates in ciuitates collatas, pœnitẽtia k non reuocari. Sed & ſi deſierint municipes poſſidere: dicendum erit, actionem eis concedendam.

De promiſſo ob incendium vel terræ motum, vel aliquam ruinam.

4. *Marcianus* libro 3. Inſtitutionum.

PRopter l incendium, vel terræmotum, vel aliquam ruinam, quæ reipublicæ contingit, ſi quis promiſerit, tenetur.

De epiſtola.

5. *Vlpianus* lib. 1 Reſponſorum.

CHaridemo reſpondit.

EX epiſtola, quam muneris m edendi gratia abſens quis emiſit, compelli eum ad editionem non poſſe n.

De heredibus. 1. *De pecunia ob honorem promiſſa & ſolui cœpta.* 2. *De ſexu.* 3. *De ſtatuis Principi ponendis.*

6. *Idem* lib. 5. de Officio Proconſulis.

TOtiens locum habet diminutio pollicitationis in perſona heredis, quoties nõ eſt pollicitatio ob honorem facta. cæterùm ſi ob honorem facta ſit, æris alieni loco habetur, & in heredum perſona non minuitur.

1 ¶ Si quis pecuniam ob honorem promiſerit,

& c. non eſt 58. de reg. in 6.
a Decimas Herculi vouere, ſeu polliceri ſolebant Hetruſci, *Varro* 5. *de lingua: Cicero* 3. *de Natura.* quam partem Herculeã appellebant, *Plautus in Truculento & Sticho.* Idque apud Romanos factum à Camillo, *Liuius* 5. à Sylla & Craſſo, 3. *Plutarch.* vouerunt & Græci templo Delphico decimas, *Xeneph.* Idem apud alias gentes., *Feſtus* in Decimas.
b Decimæ hodie apud Chriſtianos ex antiquiſſimo ritu vel ex lege Moſaïca in vſum reducta præſtãtur. de decimis apud Chriſtianos receptis *v.16, q.1.c. de decimis: c. qui decimas, de conſecratione, d.c.40. in fin. 3. Decret. 30. ſext. 13. 3. clem. 8. 3. extra.* 8. *Duar. 7 de ſacris. v. Rebuff. in tract. de decimis.* Porrò decimæ Melchiſedeco ab Abrahamo præſtitæ. *Hebr.* 7. & Tribui Leuiticæ Dei mandato ex omnibus terræ fructibus & fœtibus animalium, *Leuit. vlt. verſ.* 30. Iudæi decimas alias etiam ſeparabant in adoratione & profectione Hieroſolymitana conſumendas, *Deut* 2.*v.*17. *& c.*19.*v.*23. Erant & aliæ decimæ, quas iidem tertio quoquo anno viduis, pupillis, extraneis, quin & Leuiticis diſpenſabant, *Deut.26. v.12.* Addamus & hic aliquid de decimis à magiſtratibus indictis & per eos exactis. Decimas quondam ſibi vindicarunt Romani à temerario litigatore, §,1 *in fin. Inſt. de pœna temerè litigantium. Nou.*112. *c.*2. *de quo v. Cuiac.*7. *obſ.*5. quæ etiam hodie durant apud Montiſpeſſulanos *Rebuffus q.3 de decim. n.*20. 21.22. decimæ quoque percipiebantur metallorum & ſaxorum in fundo priuati repertorum, *l.3.C. de metallar.* c Quid debentúne hodie decimæ alia ex cauſa quam ex voto? Hugo de Sancto Victore 1. *de ſacram. part.*11.*c.*4. *&* 11. refert decimas ante legem fuiſſe ſub conſilio, ſub lege in præcepto, poſt legem libertatis ſpiritui Chriſtianos commiſſos eſſe, id eſt obligationem decimarum iuris eſſe poſitiui, idque etiam ſenſit Adrianus Traiectenſis Pontifex Rom. ſed tamen Rebuffus exiſtimat ab ipſo domino ius percipiendarum inſtitutum, arg. *c. tua* 1. *&* 2. *c. in aliquibus de decim. v. Rebuff. q* 1. *de decim. n.*13. adeo vt receptum ſit, curiones & parochos ſuam intentionem fundatam habere in iure communi, nec cogi probare decimas ſuas eſſe, *c. ſi quis laïcus. c. ſtatus,* 16.*q.*1.*c. à nobis,* 24.*c. cum conting.*29.*c. cum in ſua* 30. *de decim.*
d Tam is qui vouit, quam heres eius ad decimas præſtandas tenentur, niſi exempti ſint, *c.24. de decim.* Ad Eccleſiaſticas verò decimas etiam prælati, Canonici, clerici, ſacerdotes, monachi, Iudæi, Saraceni, pauperes, & quod fœdius eſt à quibuſdam dici, meretrices, & leproſi tenentur, niſi communiter viuant, *hæc Rebuff.*
e Cur? vtique Reip. ſi ad honorem ciuitatis, *l.8.* ʒ.*eo.* vel templi miniſtris, ſi numini votæ ſint. & ita Reſp. vel collegium ſacrum, decimarum percipiendarum capax eſt. Quid? Laïci Eccleſiaſticarum decimarum ſúntne capaces? erant olim præſertim in Gallia, Caroli Martelli indulgentia ac munere. quod Lateranenſi conſilio poſtea interdictum eſt, *c. prohibemus de decim. c. Apoſt. de his quæ fiunt à prælatis Eccl.* niſi Laïci ſibi decimas Eccleſiæ vt clientibus conceſſas ante Lateranenſe concilium oſtendãt: Quod quia probatu difficile, vtilitatis cauſa ſufficere eis viſum eſt, ſi poſſeſſionem vetuſtam, id eſt, quæ hominum memoriam excedat, iſtius iuris clientelaris ac feudi probauerint, *Duaren.7. de ſacris.* huiuſmodi decimas ita infeudatas ad heredes ſuos trãſmittere poſſunt laïci: quin extraneis donare, vẽdere, permutare, *Duar.5. feud n.7.*
f Quænam ex hac obligatione naſcuntur actiones? aduerſus debitorem decimarum curionibus competunt interdicta poſſeſſoria adipiſcendæ, recuperandæ, vti poſſidetis, ſi de earum poſſeſſione agetur adhæc, vindicatio iuri, ſeu confeſſoria, ſi de ipſo iure & facultate inter duas Eccleſias agetur. Sin aduerſus debitorem agent, perceptas per eum decimas, in rem actione vindicabunt, ſi ſeparatæ ab aliis eius bonis fuerint: ſin minus, condictione ex lege (vt volunt) diuina, vel conſuetudinaria, arg. *l. vn.§ de cond. ex lege.* nunquam verò per ſe decimas capere poſſunt, *v. Rebuff q.*4. Cauſas 2. genera 3. definitionem 4. qui ad decimas præſtandas teneatur 5. vbi 6. quibus 7. quibus ex bonis ſoluendæ 8. quomodo 9. apud quem petendæ 10. quomodo 11. quando ſoluendæ 12. An tolli decimæ poſſint 13. An ex noualibus debeantur 14. De pœnis non præſtantium decimas, *vlt. v. ibid.* adde *Vigelium* 3. *Method. Pontif iuris* 13.
g *l.1.§ 2. ſup. de pact.*
h Pollicitatio non eſt duorum conſenſus, non pactum, non conuentio.
i *l.1.§.3.* §.*eod.*
k Pollicitatio Reip. facta pœnitentia non reuocatur.
l *l.7.* ʒ.*eod.* m Spectaculi, *l.122. ſup. de leg.*1. inde munerarius muneris gladiatorij: aut venatorij exhibitor. vocabulum ab Auguſto inuentum 8. *Quint.* dominus ludorum, *Cic. de leg.* Editor Græcis ἀγωνοθέτης munerator etiam Floro dicitur, *v. Lypſium* 1. *Saturn.*7.
n Imò poteſt, cùm ex epiſtola conuentio & donatio habita cenſeatur, *l.3. ſuprà de pact. l.13. C. de don.*

cœperit

cœperitque *a* ſoluere, eum debere quaſi cœpto opere Imperator noſter‖Antoninus‖reſcripſit. 2 ¶ Non tantùm maſculos, ſed etiam fœminas, ſi quid ob honores pollicitæ ſunt, debere implere ſciendũ eſt. & ita reſcripto Imperatoris noſtri & Diui patris eius continetur.

3 ¶ Si cui reſpublica neceſſitatem impoſuerit ſtatuarum Principi ponendarum, qui non promiſit, non eſſe ei *b* neceſſe obtemperare, reſcriptis Imperatoris noſtri & Diui patris eius continetur.

De promiſſo ob caſum.

7. *Paulus*‖lib. 1. de Officio Proconſulis.‖

OB caſum *c*, quem ciuitas paſſa eſt, ſi quis promiſerit ſe quid facturum, etſi non inchoauerit, omni modò tenetur, vt Diuus Seuerus Dioni reſcripſit.

De cognitione Iudicis. De relegatione.

8. *Idem* "lib. 3. de officio Conſulis."

DE pollicitationibus in ciuitatem factis iudicum cognitionem eſſe, Diui fratres Flauio Celſo in hæc verba reſcripſerunt. Probè faciet Statius Ruffinus, ſi opus proſcæni *d*, quod ſe Gabinis extructurum promiſit, quod tandem adgreſſus fuerat, perficiat. nam etſi aduerſa fortuna, vſus in triennio à præfecto vrbis relegatus eſſet, tamen gratiam muneris, quod ſponté obtulit, minuere non debet, cùm & abſens per amicum perficere iſtud opus poſſit. quod ſi detrectat, actores conſtituti, qui legitimè pro ciuitate agere *e* poſſint, nomine publico adire aduerſus eum iudices poterunt: qui cum primum potuerint, prius quam in exilium proficiſcatur, cognoſcent, & ſi opus perfici ab eo debere conſtituerint *f*, obedire eum reipublicæ ob hanc cauſam iubebunt, aut prohibebunt diſtrahi fundum, quem in territorio Gabiniorum *g* habet.

De promiſſore & eius herede.

9. *Modeſtinus* "lib. 4. Differentiarum."

EX pollicitatione, quam quis ob honorem *h* apud rempublicam fecit, ipſum quidem omnimodò in *i* ſolidum teneri. heredem verò eius, ob honorem quidem facta promiſſione, in ſolidũ. ob id verò, quod opus promiſſum cœptum eſt, ſi bona liberalitati ſoluendo *k* non fuerint, extraneum heredem in quintam *l* partem patrimonij defuncti, liberos in decimarum teneri, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. ſed & ipſum donatorẽ pauperem factum, ex promiſſione operis cœpti quintam partem patrimonij ſui debere Diuus Pius conſtituit.

De forma pollicitationis ſeruanda.

10. *Idem*‖lib. 1. Reſponſorum.‖

SEpticia certamen patriæ ſuæ pollicendo, ſub hac cõditione pollicita eſt, vti ſors apud eam remaneat, & ipſa vſuras ſemiſſales *m* ad præmia certantium reſoluat *n* in hæc verba, Φιλοτιμοῦμαι "καὶ" καθιερῶ ἀγῶνα τετραετηρικὸν *o* ἀπὸ μυριάδων τριῶν *p* τοῦ κεφαλαίου αὐτὴ κατέχουσα ἀργύριον, καὶ ἀσφαλιζομένη παρὰ τοῖς δεκαπρώτοις ἀξιοχρέως ἐπὶ τῷ τελεῖν "με" τὸν ἐξ ἔθους τριῶν μυριάδων τόκον, ἀγωνοθετοῦντος *q* καὶ προκαθεζομένου τοῦ ἀνδρός μου, ἔπειτα δὲ τῶν ἐξ ἐμοῦ γεννηθησομένων τέκνων. χωρήσει δὲ ὁ τόκος εἰς τὰ ἆθλα τῶν θυμελικῶν *r*, καθὼς "ἂν" ἐφ' ἑκάστου ἀθλήματος ἡ βουλὴ *s* ὁρίσῃ. id eſt, *Largior & dedico agonem quadriennalem ex triginta millibus, ſortis ipſa penes me retinens pecuniam, & cauens apud Decem primos idoneè ſuper pendendis à me ſolitis triginta millium vſuris, agonotheta t & præſide futuro viro meo & deinceps liberis ex me naſcituris. Cadent autem hæ vſuræ in præmia thymelicorum prout in vnoquoque certamine curia determinabit.* quæro, an poſſunt iniuriam pati filij Septiciæ, quo minùs ipſi præſiderent certamini ſecundum verba conditionémque pollicitationis. Herennius Modeſtinus reſpondit, quo caſu certaminis editio licita *x* eſt, formam pollicitationi datam ſeruandam eſſe.

De herede promiſſoris.

11. *Idem*‖lib. 9. Pandectarum.‖

SI quis ob honorem *x* vel ſacerdotium *y*, pecuniam promiſerit. & antequam honorem vel magiſtratum

a v.l.1.§.2.ſ.eo.
b Reſiſti poteſt magiſtratui in illicitis, l.1.§.2.ſ. *quod metus cauſa. leg.1 C.de mulieribus, & in quo loco.*
c *l.4.ſ.eod.*
d Proſcænij, *Hal.* proſcenium, eſt locus in quo pulpitum erat ludis exercẽdis accommodatum, § *Vitruuius 6. Suet in Nerone.* ludos ſpectauit è proſcænij faſtigio. de Theatri compoſitione v. Vitruuium ibid. & Iul. Scaligerum 1. *poëtices, c.21.*
e ex pollicitatione datur actio, l.1. ſ.eo. l.14 j.eo. l.16. ſ. *de donat.*
f conſtiterit, *Hal.*
g Gabinorum, *vulg. Hal.*
h ſibi decretum vel decernendum.
i dixi ad l.2. *C.de hereditariis act.*
k ſoluendæ, *Hal. Budæus.*
l *l.14. in fi. j.eo.*
m Vſuræ ſemiſſales ſunt, cùm ſeni aurei quotãnis in centenas penduntur, ſolennes vſuræ ciuitatum, ſemiſſales, ſic j. τὸν ἐξ ἔθους τόκον, vide *Cuiac. Nouell. 7. Plin. Epiſt.7.*
n Reſoluere eſt ſoluere: ſic etiam loquitur Plautus *in Menechmis*. Perdormiſco ſi reſolui argentum cum debeo. & in Amphitryone: ſi obſequere, vna reſoluas plaga. & in *Aſinaria*, quis pro vectura olliui reſoluit? Feſtus: reluere reſoluere, repurgare. Cic. 14. *Philipp.* qui ſe pollicitus reſoluturum, *Cuiac. 19. obſer. 26. in fin.*
o *de quib. v.l.3.* § 10. *l.18.* §. *26. ſ. de munerib.* ἀγὼν τετραετηρικὸς, Certamen quadriẽnale eſt quod quarto quoquo anno inſtauratur agõ tetraëtericus dicitur: eodem modo trietericus à Virgilio pro triennali, & πεντετηρικὸς luſtralis. Quidam tamen antea hic legebant, Eratericum. Alciatus *ad tit.C.de Athletis*. Heracleoticon legi poſſe monet, vt ſit certamen in Herculis honorem, cuius honoris & agonis Pollux & Lampridius meminit in *Alexandro.*
p τῶν τοῦ, *Hal.*
q ἀγωνοθετεῖν καὶ προκαθέζεσθαι eſt ludis præſidere, l.6.ſ. *de annuis*. Solebat enim ludorũ præſes aliquis conſtitui vel à Principe, vel à magiſtratibus. *Suet. in Aug. 45. & in Caligula cap.* 18. adde *l.vlt.* §. *12. ſ. de muner.*
r l.4.ſ. *de his qui notantur: l.pen.C.Theod.de ſpectaculis*. Thymelitæ, *l.31.C.Theod.de piſtorib. l.5.C.Theod.de ſcenicis.* ὑποκείσεται τὴν τέχνην ἐπιδεικνυμένοι, Suidas muſici ſcenici 18. Iſidoro 47. θυμέλη pulpitum eſt in quo cantabatur à ſcenicis *Vict.* 8. de thymelicis, v. Scalig. 1. *Poëtices* 19. 1. *Harm.* 6. §. 11. *Nou.* 105. c. 1.
ſ βουλὴ curia, hinc Buleutæ.
t Alciatus *tit.C.de Athletis*, legit agonica, vel athleteta: & illum victorem certaminis; hunc iudicem certaminis interpretatur.
u adde *l.13 in fi.j.eod.* x *l.16.* §. *1. ſ. de muner.*
y *v.l.1.§ 1.ſ. de ambitu.* de Simonia & annatis alibi dicemus. adde *Nouell. 6. c. 1. & quæſt. 1.* Interim notandum eſt hic vitio verſum fuiſſe apud Ethnicos ſacerdotia pecunia redimi.

ineat, decedet: non oportere heredes eius conueniri in pecuniam, quam is ob honorem vel magiſtratum promiſerat, principalibus conſtitutionibus cauetur, niſi *a* fortè ab eo, vel ab ipſa republica, eo viuo opus fuerit inchoatum.

De ſtatuis. 1. De eo qui promiſit, ne honoribus fungeretur.

12. *Idem* "lib. 11. Pandectarum."

IN priuatis operibus *b* inuitis his qui fecerunt ſtatuas aliis ponere non poſſumus, vt reſcripto Diui Seueri continetur. 1 ¶ Cùm quidam, ne *c* honoribus fungeretur, opus promiſiſſet, honores ſubire cogendum, quam *d* operis inſtructionem, Diuus Antoninus reſcripſit.

Quando promiſſio implenda. 1. An forma donationis implenda ſit.

13. *Papirius Iuſtus* "lib. 2. de Conſtitutionibus."

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt, opera exſtruere debere eos qui pro *e* honore polliciti ſunt, non pecunias pro his inferre cogi.

1 ¶ Item reſcripſerunt, conditiones donationibus adpoſitas, quæ in rempublicam fiunt, ita demum ratas eſſe, ſi vtilitatis publicæ intereſt. quod ſi damnoſæ *f* ſint, obſeruari non debere. & ideo non obſeruandum, quod defunctus, certa ſumma legata, vetuit vectigal exerceri. eſſe enim tolerabilia *g*, quæ vetus conſuetudo *h* comprobat.

De promiſſore & eius herede.

14. *Pomponius*‖lib. 6. Epiſtolarum & variarũ lectionum.‖

SI quis ſui alienive honoris cauſa, opus facturũ ſe in aliqua ciuitate promiſerit, ad perficiẽdum tam ipſe, quam heres ex conſtitutione Diui Traiani *i*, obligatus eſt. Sed ſi quis ob honorem opus facturum ſe *k* ciuitate aliqua promiſerit, atque inchoauerit, & prius quam perficeret deceſſerit, heres eius extraneus quidem neceſſe habet aut perficere id, aut partem quintam patrimonij relicti ſibi ab eo qui id opus facere inſtituerat, ſi ita mallet, ciuitati, in qua id opus fieri cœptum eſt, dare: is autem qui ex numero liberorum eſt, ſi heres extitit, non quintæ *l* partis, ſed decimæ concedendæ neceſſitate adficitur. & hæc Diuus Antoninus conſtituit.

15. *Vlpianus*‖lib. ſingul. de Officio curatoris reipublicæ.‖

INter liberos *m* nepotem quoque ex filia contineri, Diuus Pius reſcripſit.

DE *n* EXTRAORDINARIIS *o* COGNITIONIBUS *p*, & ſi iudex litem *q* ſuam feciſſe diceretur.

TIT. XIII.

De profeſſoribus. 1. De medicis. 2. De obſtetrice. 3. De medicis. 4. De Philoſophis. 5. De iuris profeſſoribus. 6. De ludi literarij magiſtris. De librariis, notariis, calculatoribus ſiue tabulariis. 7. De cæteris artificibus 8. De ſalario comitum. 9. De cognitione aduerſus ſupradictas perſonas & aduerſus aduocatos. 10. De honorario aduocatorum. 11. Aduocati qui dicuntur. 12. Si cui cautum eſt honorarium, vel de lite pactus eſt. 13. De heredibus aduocati. 14. De nutricis. 15. De muneris petitionibus.

1. *Vlpianus*‖lib. 8. de omnibus *r* tribunalibus.‖

a *l.16.§.1 ſup. de muneris.* tunc enim heredes promiſſoris coguntur opus perficere.
b id eſt, in publicis operibus priuatorum pecunia factis.
c *l.3.C.de* [...] *turpem.*
d id eſt, [...] quam. v. qua[...] pſi ad l. 16. [...] *muneribus.*
e *l.16.ſ.de* [...] *neribus.*
f *l.16.ſ.de* [...] *legat.*
g Seneca, [...] miſerum eſt [...] in naturam [...] ſuetudo pro[...] paulatim [...] voluptati [...] quæ nece[...] cœperunt.
h *l.11. in fi.* [...] *decurionibus* [...] C. noua vectig[...]
i *v.l.8 ſup.* [...]
k ſc. in ciui[tate], *Hal.*
l *l.9. ſup.* [...]
m *v.l.57* [...] *de verb. ſign.*
n ¶ De ve[...] extraordina[...] &c. vulg. qua[...] ctionem co[...] lex 5. j. eod.
o Ordinariæ [co]gnitiones [...] perſonis [...] ſtrictæ, l. [...] *ſi veneris* [...] Extraordina[riæ] verò ad certa[m per]ſonarum, [...] negotiorum[que ge]nera extra [...] reſpiciunt, [...] pro conditio[ne e]uentu, neceſſita[te] cõmoditatẽ [...] qua præſenti [...] quo remedio [ſub]ueniendũ eſt: [...] rum iudiciorum tria ſunt genera, vnum facti (n [...] proprio facto [...] iniuria lex culpa [...] ſeſe adſerere p[...]mitti, *l.quemadmodum 29.§.1.ſup. ad l.Aquil.*) ſecundum ex priuilegio Princip[...] contra ius commune, *l.1.in fi ſup.de conſtit. pr.* Tertium iuris communis non tam[en] ordinarij, vt cum remedio aliquo his ſubuenitur, quibus iure ordinario vel non e[ſt] conſultum, vel non tam facilè commodéque conſultum. Huius poſtremi generis quatuor ſunt effectus. Primus vt reſtitutione impetrata reſcindantur ea quæ nobis ſunt noxia: Secundus vt ius ordinarium nobis competens remedio conuenientiori expediatur, *vt l.1.§.per hanc.ſ.de rei vind. l.3.§ ex hoc edicto, ſup. nautæ, l.1.§.diuus 2.ſ.de publicanis.* vel actione in factum: Tertius effectus, vt ius ordinarium ſuppleatur, *l. ſi cui legatum 92.ſ.de cond. & demonſt. l.pecuniæ 178.§.actionis 2.j.de verb.ſign.* Quartus vt ſolemnitates veteres reſecentur; *Inſt.de interdictis, l.1.C.de formulis ſublatis.* de quibus ſolemnibus vide Ciceronem oratione pro Cæcinna. In hoc tractatu Zaſius 1. *Reſponſ.* 20. ſententias ſequentes notat, ordinaria duo remedia electiue concurrere, non cumulatiuè (niſi actiones ſint quæ poſſunt cumulari) Duo extraordinaria remedia ſimul concurrere fortè electiue, etiamſi ad res diuerſas referantur (niſi alterum ex remediis ſit famoſum, aut ad impietatem alteri imputandam pertineat,) Extraordinarium remedium, ſi plenius, breuius, expeditius ſit ac magis vtile cum ordinario concurrere electiuè, non cumulatiuè (cuius tamen ſententiæ duas ex[...]tenſiones ſeu Exceptiones adfert) Extraordinaria concurrere cum ordinariis, ſi con[...]tra diuerſas perſonas agitur: concurrere, inquam, electiuè non cumulatiuè, alii [...] ſubſidium (quod & tribus caſibus non obtinet, de quibus Zaſius *ibid.*) Extraordinarium non concurrere cum ordinario, ſi vtraque ſint æque vtilia, vel ordinarium fa[...]cilius, *l.in cauſa 11.§.14.ſ.de minori, l.quædam 9.ſ.de edendo; l.1.C.de theſaur.* Hæc tamen ſententia quatuor caſibus non obtinet, de quibus Zaſ. *ibid.* Porrò extraordinaria cognitio quid eſſet dixi ad l. *vlt.§.3.ſ.de eo quod met.cauſ.* extraordinaria dicitur, quoties ipſimet magiſtratus notionem adhibent ſuam: Ordinaria cùm apud iudices datos ex formula cauſa agitur.
p Prætoris ſunt autem quatuor cognitionum genera, *v.l.5.j.eod.*
q Litem ſuam facit iudex malè iudicando, *Inſt.de oblig.ex quaſi delicto in pr.* adde *Tit.C. de pœna iudicis qui malè iudicauit.*
r Pro tribunalium libros decem ſcripſit *Vlp.* in quibus ea recenſuit quæ à Prætoribus & Præſulibus expediuntur, nec mandantur alteri, dixi leg.5. *ſup. de fundo dotali.*

Præſes

PRÆSES prouinciæ *a* de mercedibus ius dicere ſolet, ſed præceptoribus tantum ſtudiorum liberalium. Liberalia *b* autem ſtudia accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια *c* appellant, Rhetores continebuntur *d*, grammatici, geometræ. 1 ¶ Medicorum quoque eadem cauſa eſt, quæ profeſſorum, niſi quod iuſtior: cum hi ſalutis *e* hominum, illi ſtudiorum curam agant. & ideo his quoque extra ordinem ius dici debet. 2 ¶ Sed & obſtetricem *f* audiant, quæ vtique medicinam exhibere videtur. 3 ¶ Medicos fortaſſis quis accipiet etiam eos, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur, vtputa ſi auricularius *g* ſi fiſtulæ *h*, vel dentium: non tamẽ ſi incantauit *i*, ſi imprecatus eſt. ſi (vt vulgari verbo impoſtorum vtar) exorcizauit *k*, non ſunt iſta medicinæ genera, tametſi ſint qui hos ſibi profuiſſe *l* cum prædicatione adfirment. 4 ¶ An & philoſophi profeſſorum numero ſint? & non putem: non quia non religioſa *m* res eſt: ſed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam *n* operam ſpernere.

5 ¶ Proinde ne iuris quidem ciuilis profeſſoribus ius dicent, eſt quidem res ſanctiſſima *o* ciuilis *p* ſapientia: ſed quæ pretio nummario *q* non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, dum in iudicio honor petitur, qui in ingreſſu ſacramenti efferri *r* debuit. quædam enim tametſi honeſtè accipiantur, inhoneſtè tamen petuntur.

6 ¶ Ludi quoque literarij magiſtris, licèt non ſint profeſſores, tamen vſurpatum *ſ* eſt, vt his quoque ius dicatur. Iam & librariis *t*, & notariis *u*, & calculatoribus *x* ſiue tabulariis *y*. 7 ¶ Sed & cæterarum artium opificibus, ſiue artificibus, quæ ſunt extra literas vel notas poſitæ nequaquam extra ordinem ius dicere præſes debebit. 8 ¶ Sed & ſi comites *z* ſalarium petant, idem iuris eſt, quod in profeſſorib. placet. 9 ¶ Sed aduerſus ipſos omnes cognoſcere præſes debet: quia vt aduerſus aduocatos adeantur: Diui fratres reſcripſerunt.

10 ¶ In honorariis aduocatorum ita verſari iudex debet: vt pro *a* modo litis, proque aduocati facundia, & fori conſuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, æſtimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur. ita enim reſcripto Imperatoris noſtri, & patris eius continetur. Verba reſcripti ita ſe habent. Si Iulius Maternus, quem patronum cauſæ tuæ eſſe voluiſti, fidem ſuſceptam *b* exhibere paratus eſt eam dumtaxat pecuniam, quæ modũ legitimum *c* egreſſa eſt, repetere debes. 11 ¶ Aduocatos accipere debemus omnes omnino qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur: non tamen qui pro tractatu non adfuturi cauſis accipere quid ſolent, aduocatorũ numero erunt.

i Medici appellatione non continentur incantatores, magi, vel ſimiles. k Exorciſantium verbo videtur forte Vlpianus, velut Ethnicus, Chriſtianos perſtringere, apud quos familiares erant exorciſmi, i. dæmonũ adiurationes *Lucas* 11. Tertull. *lib de corona* quos interdiu exorciſmis fugant & *in Apologetico* 39. dæmones de vobis ſine pretio, ſine mercede depellimus. Idẽ *libro de ſpectaculis*. in exorciſmo cum rogaretur immundus ſpiritus, quòd auſus eſſet fidelem aggredi, conſtanter & iuſtiſsimè id feci, in meo eam inueni. *Aug.* 1. *de vita beata*. de exorciſmis & hiſtoriis ad eam rem facientibus, *v partem* 7 *Mallei maleficarum* q. 2. c. 6. *v. flagellum dæmoniorum paſſim: & tractatum de exorciſmis Felicis Matheoli*, *Vuierum* 5. *de præſtigiis* c. 19 20. 21. 22. 23. Idem erat vſitatum apud Ethnicos. Tertull. *de idololatria*, qua conſtantia exorciſant alumnos. l *l* 4. *C. de maleficiis*. m Philoſophia religioſa res eſt, omnium bonarum, & laudatarum artium procreatrix Cic. 1. *de oratore*. & mater, & inuentum Deorum Cic. 1. *Tuſculan*. frugifera, & fructuoſa Idem 1. *offic*. 5. *Tuſc*. Tertullianus tamen *libro aduerſus Hermogenem*, Philoſophos vocat patriarchas hæreticorum, & *in libro de anima* c. 1. vbi etiam adiicit, Philoſophiam eſſe concuſsionem veritatis, & *in lib. de præſcriptione aduerſus hæreticos*. hæreſes à philoſophia ſubornari. n Mercenariũ, *Hal*. Philoſophię munus eſt, diuitias contemnere eas etiam quidã, vt liberius Philoſopharentur, vel ciuibus diuiſerunt, vel in mare abiecerunt, *v. Laërtium* 6. *de Crate*. Aſperum, incultum & intonſum caput, & negligentiorem barbam & indictum argento odium & cubile humi poſitum, & quidquid aliud ambitionem peruerſam ſequitur, id euita ſatis ipſum nomẽ Philoſophiæ (etiamſi modeſte tractetur) inuidioſum eſt, Seneca 1. *epiſt*. 5. adde *eundem* Senecam 29. *epiſt*. 109. o Ciuilis ſapientia, res eſt ſanctiſsima, *vt hic*. neceſſaria, laudabilis, *l*. 4 *C. de aduoc. diuerſ. iud*. honoris plena *argumen. legis* 6. *in fin. Cod. de poſtulando*, ſacra philoſophia, vera, non ſimulata, *l*. 1. §. 1. ꝟ. *de iuſtitia*. Ammianus tamen *lib*. 30. cauſidicinam & oratorum profeſsionem refert à Platone vocatam πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, i. ciuilitatis particulæ vmbram vel adulationis quartam partem eſſe definiuit amplitudo Platonis ab Epicuro κακοτεχνίαν, ſed mox addit; cum rectè procedunt iudicia, delubra ſint æquitatis: cum deprauatè, foueæ fallaces, & cæcæ, in quas ſi captus ceciderit quiſquam, non niſi per multa exiliet luſtra, adúſque ipſas medullas exuſtus.

p πολιτικὴ, de qua Ariſtoteles 1. *Ethic*. 2. & 1. *Magnorum moral*. 3. *Polit*. 8.
q *al*. nummario. r Offerri. *Hal*. ſ De vſurpandi voce, dixi 1. *Feudorum* 13 *in fin*. & *l*. 13. ꝟ. *de iniuriis*. t Librarios Græci καλλιγράφους *Nou*. 42. *v. Cuiac. ad l*. 9. §. 1. ꝟ. *de excuſ. tut*. u Notarios dicimus, quos Græci ταχυγράφους, ὀξυγράφους.
x *v. l*. 5. 6. ꝟ. *de excuſ. tut*. y Tabularij, *l. vlt. in fin*. ꝟ. *ſi menſor*, ij, rationes publicas priuatáſque ſupputant, *v. tit. Codicis de tabulariis*. z *l*. 4. ꝟ. *de off. adſeſſ*.
a *l. vlt. in fin*. ꝟ. *de obl*. lex tamen Cincia teſte Tacito 11. vetabat, ne quis ob orandam cauſam pecuniam penúmve acciperet. Eadem lex Munetalis dicta, de qua ſcripſi ad Feſtum *in Muneralis & Cincia*. Cincia lex de donis *Cic*. 1. *ad Attic*. *Tacit*. 11. 13. *Liu*. 3. 4. *Arnob*. 1. *Plin*. 5. *epiſt*. *Suet*. *Nerone* 17.
b *l*. 4. *C. de condict. ob cauſam*.
c *l*. 3. *C. de poſtulando*.

12 ¶ Si cui cautum eſt honorarium, vel ſi quis de lite *a* pactus eſt, videamus, an petere poſsit? Et quidem de pactis ita eſt reſcriptum ab Imp. noſtro, & Diuo patre eius: Litis *b* cauſa malo *c* more pecuniam tibi promiſſam *d* ipſe quoque profiteris. Sed hoc ita ‖ius‖ eſt, ſi ſuſpenſa lite ſocietatem futuri emolumenti cautio pollicetur. ſi verò poſt cauſam actam *e* cauta eſt honoraria ſumma, peti poterit vſque ad probabilem quantitatẽ *f*, etſi nomine palmarij *g* cautum ſit. ſic tamen, vt cõputetur id quod datum eſt, cum eo, quod debetur: neutrumque compoſitum licitam quantitatem excedat.

¶ Licita † autem quantitas intelligitur pro ſingulis cauſis ad centum *h* aureos.

13 ¶ Diuus Seuerus ab hæredibus aduocati mortuo eo prohibuit *i* mercedem repeti: quia per ipſum non ſteterat, quo minus cauſam ageret.

14 ¶ Ad nutricia, quoque officium præſidis vel prętoris deuenit, namque nutrices † ob alimoniam infantium apud præſides, quod ſibi debetur petunt.

¶ Sed nutricia *k* eouſque *l* producemus quod ad infantes vberibus aluntur. cæterum poſt hæc ceſſant partes prætoris vel præſidis.

15 ¶ Hæc omnia ſi apud præſides petantur, videamus an de mutuis *m* petitionibus poſsint præſides cognoſcere & putem debere admitti.

De vſu aquæ, & nouis riuis. De equabus alienis, & fœtu earum. De damno dato per immiſſos in prædium alienum.

2. *Idem* "lib. 1. Opinionum."

DE vſu aquę, de riuis nouis inciuiliter inſtitutis, item de equis alienis à ſciente poſſeſsis, fœtuque *n* earum, & de damno dato per immiſſos in prædium ſuum vniuerſos homines eos, qui in plurium prædia diſtribui debuerunt, ſi modo id non ex auctoritate eius, qui iubere potuit, factum eſt, præſidem prouinciæ doceri oportere reſponſum eſt, vt is ſecundum rei æquitatem, & iuriſdictionis ordinem, conuenientem formam rei det.

De medico res ægroti extorquente.

3. *Idem* ‖lib. 5 Opinionum.‖

‖SI‖ medicus, cui curandos ſuos oculos, qui eis laborabat, commiſerat, periculum amittendorum eorum per aduerſa medicamenta inferendo, compulit *o*, vt ei poſſeſsiones ſuas contra fidem bonam æger venderet: inciuile factum Præſes prouinciæ coërceat, rémque reſtitui iubeat.

De ſalariis iuris ſtudioſorum.

4. *Paulus* "lib 4. ad Plautium."

DIuus Antoninus Pius reſcripſit, iuris ſtudioſos *p* qui ſalaria petebant, hæc exigere poſſe.

Quatuor genera cognitionum. 1. Definitio exiſtimationis. 2. Quibus modis exiſtimatio minuitur. 3. Vel conſumitur.

5. *Calliſtratus* "lib. 1. de Cognitionibus."

COgnitionum numerus cum ex variis cauſis deſcendat, in genera diuidi facilè non poteſt, niſi ſummatim diuidatur, numerus *q* ergo cognitionum in quatuor fere genera diuidi poteſt. aut enim de honoribus ſiue muneribus gerendis agitatur, aut de re pecuniaria diſceptatur, aut de exiſtimatione *r* alicuius cognoſcitur, aut de capitali crimine quæritur.

1 ¶ Exiſtimatio *ſ* eſt dignitatis in læſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto noſtro auctoritate legum aut *t* minuitur, aut conſumitur.

2 ¶ Minuitur exiſtimatio, quotiens manente libertate circa ſtatum dignitatis pœna plectimur: ſicuti cum relegatur *u* quis, vel cum ordine mouetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fuſtibus *x* cæditur, vel in opus publicum datur, vel cum in eam cauſam quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ cauſa enumeratur.

3 ¶ Conſumitur vero, quotiens magna *y* capitis minutio interuenit, id eſt *z*, cum libertas adimitur: veluti cum aqua *a* igni interdicitur, quæ *b* in perſona deportatorum venit, vel cum plebeius in opus metalli, vel in metallum datur nihil enim refert, nec *c* diuerſa pœna eſt operis, & metalli, niſi quod refugæ operis non morte, ſed pœna metalli ſubiiciuntur.

Si iudex litem ſuam fecerit.

6. *Caius* libro 3. rerum quotidianarum ‖ſiue aureorum.‖

q Cognitio eſt ſiue de re quæritur, ſiue de honore ſeu munere, aut de re pecuniaria, aut de exiſtimatione, aut de capitali crimine. r *l*. 3. ꝟ. *de arbitr*. ſ Exiſtimatio quid.
t Exiſtimatio minuitur vel conſumitur.
u Relegati infames.
x *v. l*. 22. ꝟ. *de his qui notantur*.
y i. Media: *Zoanetus* 17. *reſtit*.
z Idem eſt cum libertas, *Zoanetus ibi*.
a De aquæ & ignis interdictione, dixi ad *l*. 1. §. 2. ꝟ. *de leg*. 3.
b Deportatio ſucceſsit in locum aquæ & ignis interdictionis, *vt hic*. Quid deportati, num ciues? non ciues, non iure Quiritum liberi, *Cuiac. inſt. de cap. dimin*.
c Metalli operis, & metalli pœna prope eadem.

l. 6. *in fin*. *C. de profeſſoribus*, *l* 4. ꝟ. *vbi pupillus educari*: *Seneca* 13. *epiſt*. 89.
b *l*. 10. §. 2. ꝟ. *de vacatione munerũ*.
c ἐλευθέρια μαθήματα. *Hal*. liberales artes. Plin. 14. liberales artes, in contẽptũ cecidere. *Aug*. 6. *de ciuit*. 2. *Cicer*. 1. *de orat*. ingenuas vocat, quas Græci ἐλευθέρους ἐπιστήμας. & ita differunt ab iis, quas Greci φαύλας, ἀνελευθέρους, βαναύσους, ἀγοραίους appellant, *v. hic Budæum*.
d 54. *Ecl*. 14. *c*. 1.
e De medicis ad *l*. 1. ꝟ. *de decret. ab ordine*, adde & illud à Diogene Laërtio relatum, Pone coquo minas decẽ, medico drachmã, aſſentatori talenta quinque, cõſiliario ſummũ, meretrici talentũ, Philoſopho trabolum.
f *l*. 9. ꝟ. *ad l. Aquil*. *v. Cuiac*. 17. *obſ*. 7.
g *l*. 4. *in fin*. ꝟ. *de ædilitio*.
h Fiſtula eſt genus morbi. Græci σύριγξ, ſeu ſinus obliquus metaphora eſt ſumpta à fiſtulis ex arũdine factis, *v. Fuchſium* 3. *methodi* 26. *v. Æginetam* 4. *de re medica* 49. & 3. *de morborum curatione* c. 45. *Celſum* 5. *de re medica*.

a *l*. 5. *l*. 6. *C. de poſtulando*.
b *l*. 3. *l*. 5. ꝟ. *de pactis*: *l*. 3. *C. de poſtulando*.
c Malo more pecuniam ſibi promiſſam profitetur qui ſe de lite pactum ait, *vt hic*. mala ratione ſetuſ extero ſe emi mãdant & manumitti: *l*. 54 *ſupra mandati*.
d *l*. 9. §. 1. ꝟ. *de negot*. *l*. 8. ꝟ. *quod metus cauſa*: *l*. 1. *in fin*. ꝟ. *de act. empt*. ἐθελοντής.
e Promiſſa.
f i. centum aureos, ꝟ. *eod*.
g Palmarium eſt præmiũ quod victoriæ cauſa datur.
† Hoc hodie conſuetudine non ſeruatur, *vt Albericus notat*.
h Adde *l*. 18. ꝟ. *de ratam rem*. ordinatione vero curię Pariſienſis aduocati, pro ſingulis cauſis ſupra decem libras Gallicas accipere prohibentur. Lex Cincia, vt antea dixi vetabat quidquam accipi. *Tacit*. 11. Hæc de aduocatis: Ammianus 30. hoc ipſum (inquit) venditant quod oſcitantur. & *poſt*, ſi voluntate matrem finxeris occidiſſe, multas tibi ſuffragantes abſolutionũ lectiones & reconditas pollicentur, ſi te nummatũ ſenſeriat & *poſt*: nihil præter inſeminatam petendi licentiam norunt.
i *l*. 4. ꝟ. *de offic. adſeſſ*.
† *v. l. vlt*. ꝟ. *pro derelicto*.
k τροφεῖα Græci.
l Eouſque. *Hal*.
m Dixi ad *l*. 1. *Cod. rer. amotar*.
n Adde *l*. 39. ꝟ. *de vſuris*.
o *l*. 9. *C. de profeſſorib. & medicis*, *v. Alciat*. 2. *Pareig* 9.
p Iuris ſtudioſi Iuriſcõſulti *l*. 1. ꝟ. *de off. adſeſſ*. de variis appellationibus Iuriſconſultorum, *v. Cuiac*. 7. *obſ* 25.

a v. quæ notaui ad tit. C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit: l.29. in fin.C.de pact.
b Imò interdum propriè ex maleficio, veluti ſi dolo, l. 15. in fin. ſ. de iud.
c De proxeneticis, Hal. De proſcenetis, Vulg. malè Proxeneticon eſt merces quæ proxenetæ ſeu interceſſori debetur ob præſtitum aliquod officiũ peregrino homini vel ſimili, v. l.2.l.3.in fi.ſ.eod.
d l.3.ſ. eod.l.7.ſ. mandati:l.1.C.mãdati:adde l.1.ſ. de præſcr.verb.de proxeneta. v. Cuiac. 11.obſ.18.
e Non improbabili more,l.vlt.ſ.e.
f Proxenetas interueniſſe nominis faciendi cauſa ſa hic locus iudicio eſt. Seneca 21. Epiſt.120. Æs alienum facias oportet, ſed nolo per interceſſorem mutueris. Nolo proxenetæ nomẽ tuũ iactent. Paratum tibi creditorẽ dabo, atque ita Proxeneta monſtrat magis nomen quã mandet, quamuis laudat, ſeu iactet, ideoque neq; mãdati, neque locati conueniri poſſunt proxenetæ, etiam ſi philantropi aliquid nomine acceperint: niſi dolum admiſerint, vt hic, vel niſi mandatum eis fuit vt vires futuri debitoris excuterent, l. 42.ſ. mandati.
g v. quæ ſcripſi ad l.10. §. 7. ſ. mandati.
h Philantropij, Hal. Philantropi. Vulg. Philãtropiæ, Bud. Alciat. 8. parerg.21. bene philantropi: interdũ enim recto caſu philantropum Græci dixerunt, v. Cuiac. 11. obſ. 18. in Paratitlis C. ad tit. de ſponſ. i l.7. in fi.C.eo. k al. defuncti. l Alciatus 8 parerg.21 ἑρμεῖα vel ἑρμαῖα legit, vt ſit lucrum vel lucri ſpecies: cuius vocis meminit Plato in ſympoſio, Suidas, Damaſc. Alij legunt, ἔπαθλα pretium certaminis: Alij ἔπεα, vocis præmia: Alij ἔφεπτα & τροφεῖα. Alij ἐρᾶσε malè. m interpretitium, v. Cuiac. ibid. honorarium interpretis, adde l.1.in fi.ſ.de verb.obl. de variis mercedularum generibus, v. Contium 1. diſp.14. dixi plenius Edicto Iuſt.13.c.7.

SI iudex litem a ſuam fecerit, non b propriè ex maleficio obligatus videtur. ſed quia neque ex contractu obligatus eſt: & vtique peccaſſe aliquid intellegitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quaſi ex maleficio teneri in factum actione, & in quantum de ea "re" æquum religioni iudicantis viſum fuerit, pœnam ſuſtinebit.

DE PROXENETICIS c.
TIT. XIV.

De petitione.

Vlpianus "lib.42. ad Sabinum."

PRoxenetica d iure e licito petuntur.

An proxeneta qui faciendi nominis cauſa interuenit, teneatur.

2. *Idem* libro 31. ad Edictum.

SI proxeneta f interuenerit faciendi nominis, vt multi ſolent: videamus, an poſſit quaſi mandator teneri, & non puto teneri: quia hic monſtrat magis nomen, quàm mandat g, tametſi laudet nomen.

¶ Idem dico, & ſi aliquid philantrophi h nomine acceperit, nec ex locato conducto erit actio. Planè ſi dolo i & calliditate creditorem circumuenerit, de dolo actione tenebitur.

De proxenetico περὶ ἑρμηνευτικοῦ. De vſu proxenetarum.

3. *Idem* "lib. 8. de omnibus tribunalibus."

DE proxenetico, quod & ſordidum ſolent præſides cognoſcere: ſic tamen, vt & in his modus eſſe debeat, & quantitatis, & negotij, in quo operula iſta defuncti k ſunt, & miniſterium quale quale accommodauerunt. Facilius, quod Græci ἑρμηνευτικὸν l (*id eſt, interpretatiuum* m, *ſeu interpretis honorarium*) appellant, peti apud eos poterit, ſi quis fortè conditionis, vel amicitiæ, vel adſeſſuræ, vel cuius n alterius o huiuſcemodi proxeneta fuit. Sunt enim huiuſmodi hominum, vt tam in magna ciuitate, officinæ. eſt enim proxenetarum modus, qui emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis p vtiles non adeo improbabili q more ſe exhibent.

DE SENSIBVS r.
TIT. XV.

De coloniis quæ ius Italicum habent.

1. *Vlpianus* "lib. 1. de Cenſibus."

SCiendum eſt, eſſe quaſdam ſ colonias iuris Italici t: vt eſt in Syria Phœnice ſplendidiſſima Tyriorum † colonia, vnde mihi origo eſt, nobilis regionibus, ſerie ſæculorum antiquiſſima, armipotens, fœderis u, quod cum Romanis percuſſit, tenaciſſima. huic enim Diuus Seuerus "&" Imp. noſter ob egregiam. "in" rempublicam, imperiumque Romanũ inſignem fidem, ius Italicum dedit. 1 ¶ Sed & Berytenſis x colonia in eadem prouincia Auguſti beneficiis gratioſa, & (vt Diuus Hadrianus in quadam y oratione ait) Auguſtana z colonia, quæ ius Italicum habet.

2 ¶ Eſt & Helipolitana a, quæ à Diuo Seuero per belli ciuilis occaſionem Italicæ coloniæ rempublicam accepit. 3 ¶ Eſt & Laodicena colonia in Syria Cœle, cui Diuus Seuerus ius Italicum ob belli ciuilis b merita conceſſit. Ptolemenſium c enim colonia, quæ inter Phœnicem & Paleſtinam ſita eſt, nihil præter nomen coloniæ habet.

4 ¶ Sed & Emiſenæ a ciuitati Phœnices b Imperator noſter ius coloniæ dedit, iuriſque Italici eam fecit.

5 ¶ Eſt & Palmyrena c ciuitas in prouincia Phœnice prope barbaras d gentes & nationes collocata.

6 ¶ In Paleſtina duæ fuerunt coloniæ, Cæſarienſis, & Aelia Capitolina e: ſed neutra ius Italicum habet.

7 ¶ Diuus quoque Seuerus f in Seuaſtenam g ciuitatem coloniam deduxit. 8 ¶ Indicia h quoque Zernenſium i colonia à Diuo Traiano k deducta, iuris Italici eſt. 9 ¶ Zarmizegerhuſa l quoque eiuſdem iuris eſt: item Napocenſis m colonia, & Apulenſis, & Patauicenſium n vicus, qui à Diuo Seuero ius coloniæ impetrauit. 10 ¶ Eſt & in Bithynia colonia Apamena, & in Ponto Sinopenſis. 11 ¶ Eſt & in Cilicia o Selinus, & p Traianopolis q.

De vitiis cenſuum.

2. *Idem* "lib. 28. ad Sabinum."

VItia r priorum cenſuum ſ, editis t nouis u profeſſionibus, euaneſcunt.

De ætate. 1. De immunitate.

3. *Idem* "lib. 2. de Cenſibus."

AEtatem x in cenſendo y ſignificare neceſſe eſt: quia quibuſdam ætas tribuit, ne tributo onerentur. veluti in Siriis z à quatuordecim annis maſculi, à duodecim fœminæ vſque ad ſexageſimum "quintum" annum tributo" capitis obligantur. ætas autem ſpectatur cenſendi tempore. 1 ¶ Rebus conceſſam immunitatem non habere a intercidere in ſcripto Imperatoris noſtri ad Pelignianum b rectè expreſſum eſt: quippe perſonis quidem data immunitas cum perſona extinguitur: rebus nunquam extinguitur.

De forma cenſuali. 1. De eo qui in publicis tabulis delato modo frui nõ poteſt. 2. Vbi quis agrum profiteri debet 3. De immunitate. 4. De poſſeſſore & petitore. 5. De ſeruis. 6. De lacub. & portub. 7. De ſalinis. 8. De inquilinis vel colonis. 9. De natis vel quæſitis poſt cenſum edictum. 10. De eo qui petit vt cenſum ſibi emendare permittatur.

4. *Idem* ‖lib. 3. de Cenſibus.‖

FOrma c cenſuali d cauetur, vt agri ſic e in cenſum referantur: Nomen f fundi cuiuſque, & in qua g ciuitate, & quo pago ſit, & quos duos vicinos proximos habeat, & ‖id *aruum* h quod in decẽ annos proximos ſatum erit, quot iugerum i ſit. *vinea* quot vites habeat. *oliuæ* k quot iugerum, & l quot arbores habeat. *pratum* quod intra decem annos proximos ſectum erit, quot iugerum: *paſcua*, quot iugerum eſſe videantur. item *ſyluæ cæduæ*, omnia ipſe, qui defert æſtimet.

1 ¶ Illam æquitatem debet admittere cenſitor m, vt officio eius congruat, releuari eum n qui in publicis o tabulis delato modo frui certis ex cauſis non poſsit. Quare, & ſi agri portio chaſmate p perierit, debebit per cenſitorem releuari. Si vites mortuæ q ſint, vel arbores aruerint: iniquum, eum numerũ inſeri cenſui. Quòd ſi exciderit arbores, vel vites, nihilominus ſ eum numerum profiteri iubetur, qui fuit cenſus tempore: niſi cauſam excidendi cenſitori probabit.

2 ¶ Is vero qui agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri ſ debet, in t qua ager eſt: agri enim tributum in eam ciuitatem debet leuare u, in cuius x territorio poſſidetur.

3 ¶ Quanquam in quibuſdam beneficia perſonis y

n al. alicuius. o Puta nuptiis, l.vlt.ſ.de ſponſ. Petronius.
p Secus in illicitis: vt eſt Epiſcopatus & talium dignitatum, Nou 120. c.2.
q Iure licito, l.1.ſ.eo. r Additur in lib.11.C.tit.57. de cenſitoribus, peræquatoribus & inſpectoribus περὶ ἐποπτῶν. l. de inſpectoribus 56. Syn.3. &c. adde 13. C.Th. 10. & 11.3. Ext.39. Porro de cẽſibus quod ait, nihil aliud eſt quàm de æſtimationibus priuati cuiuſque patrimonij Zaſ.2. intellect.3. de pœna incenſi, hoc eſt, eius qui cenſum profeſſus non eſt, dixi ad Vlp.11.§.11. ſ l.3.l.6.l.7.l.8.ſ.eo.l.vn.C. de priuilegio vrbis Conſtantinopolitanæ. t v. Cuiac. 10. obſ. 35. † Antiqua Tyros hinc dicitur Virgilio Æneid.4. u Fœderiſque. Hal. x Berityenſis. Hal.
y Fortè de Italicenſibus: vnde ipſe ortus erat. 26. Gell. 13. Nam ea oratione Hadrianus de municipiorum & coloniarum iure tractauit. z Auguſtiana. Hal.
a Heliopolitana. Hal. b ſub. Peſcennini Nigri. Seuerus autem Laodicenis id priuilegij conceſsit, quod ab eius partibus ſteriſſent aduerſus Nigrum, nec his contentus Antiochiam iiſdem Laodicenis, vt & Byzantium Perinthiis adiudicauit, quòd partes Nigri ſecuti eſſent, Herodianus 3. Spartianus in Seuero. vnde fortaſsis ratio dubitandi, in l. Antiochenſium 37. ſ. de reb. autori. iud. poſſ. An Antiochenſibus, quæ non à principibus, ſed à lege ſua acceperant priuilegia adempta cenſeantur & reſpondit Paulus, ac carare.
c Ptolemæenſium, Hal. Ptolemaidenſium, Hugo à Porta.

u Nouæ profeſsiones, Galli *nouueaux adueus & denombrements*, hæc lex domini & vaſſallis ſcitu admodum eſt neceſſaria. x Ætas probatur libris cenſualib. l.16. ſ.eo. l.13. ſ. de probat. adde Ciceronem pro Archia Poëta, l.1. C. ſi minor. Ex edicto Seruij Tullij naſcentium nomine parentes Lucinæ certam pecuniam dabant: qui ab adoleſcentia in iuuentutem migrabant, Iuuentæ: morientes, Libitinæ, atque ita ſciri poterat quot quoquo anno nati, viui, aut mortui eſſent Halicarn. 4. Poſtea Præfectis id curæ fuit, Cic. pro Archia. Lucas in Euang. 2. Marcus Anton. philoſophus de ...
apud præfectos ærarij vnumquemque ciuium natos liberos profiteri, intra trigeſimum diem, nomine impoſito. Per prouincias tabularios eum in finem inſtituit, v. Capitolinum in Marco Antonino. Sic edicto regis Frãciſci anno 1539. cautum ... ſinguli curiones baptizatorum & mortuorum in regeſto nomina conſcriberent, de quo v. Rebuff. 2. Tract. de regiſtris Baptiſmi ſepultura & aliis. de natalibus & ... profeſsione, v.l.1.C. ſi minor ſe maiorẽ: l.10. l.13. ſ. de proba. adde quæ ſcripſi ad l. ... de fide inſtr. No.74.c.4.§.1. l.29.§.1. ſ. de prob. libri actorũ dicũtur à Iuuenale ...
y Apud cenſorem ſiue cenſitorem. z al. Syria. a Debere. b Polygnianum, ...
c Formam cenſuale obſerua. adde formulam ex oratione pro L. Flacco. d Agrorum nam alia erat ætatis, de qua l.3. ſ eo. e adde l.6. ſ. de rei vind.
f Fundi poſſeſſoris nomina, ſitus & qualitatem agri in forma cenſuali exprimi oportet. Id ruris eſt ingenium, l.7. C. de bonis proſcript. g Ad ſitum fundi iſta pertinent, ciuitas, pagus, confinium. h Poſſeſsionum hæc ſunt genera, aruum, vinea, oliuetum, pratum, paſcua, ſylua cædua. ſ. eod. i Quod crimini dabat Verres Nymphæo & aliis, Verrina 3. k Oliuetum, Hal. l i. qualitas, & quantitas agri.
m Cenſitor, §.2. ſ. eo. *C'eſt celuy qui tient le regiſtre des papiers terriers.* Alias cenſitor tit. C. de cenſibus & cenſuum impoſitoribus. eſt cenſuum collector. Cenſor etiam dicitur Ciceroni 2 Verrina. n l.2. C. de alluuionib. o Publicas tabulas, Hal. quæ cenſuales dicuntur, l.21. in fin. p ſ. de annuis. q v. l.15.§.2.ſ. locati. r Aliud ſi excuſatur, l. ... eo. ſ l.2.C. de cenſib. t Idem dixeris in donationum inſinuationibus. Non.89. ...
u Leuari. Hal. luere. x Profeſsio agri, agrum ſequitur, ideo eo loci facienda quo ager ſitus eſt. v.l.3.C. de natural. liberis: Non.89.c.2, §.2. non extra territorium, ... in alieno. y Dixi l.3. in fin. ſ. eo.

data

data immunitatis cum perſona extinguantur: tamen cùm generaliter locis *a*, aut cum ciuitatibus, immunitas ſic data videtur, vt ad poſteros tranſmittatur.

4 ¶ Si, cùm ego fundum poſſiderem, profeſſus *b* ſim, petitor autem eius non *c* fuerit profeſſus, actionem illi manere placet. 5 ¶ In ſeruis *d* deferendis obſeruandum eſt, vt & nationes eorum & ætates *e*, & officia, & *f* artificia ſpecialiter deferantur. 6 ¶ Lacus quoque piſcatorios, & portus in cenſum dominus debet deferre.

7 ¶ Salinæ, ſi quæ ſunt in prædiis *g*, & ipſæ in cenſum deferendæ ſunt. 8 ¶ Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit profeſſus, vinculis cenſualibus tenetur.

9 ¶ Quæ poſt cenſum edictum *h* nata, aut poſtea quæſita ſint, intra finem operis conſummati *i* profeſſionibus edi poſſunt. 10 ¶ Si quis veniam petierit, vt cenſum ſibi emendare *k* permittatur, deinde poſt hoc impetratum cognouerit, ſe non debuiſſe hoc petere, quia res emendationem non deſiderabat: nullum eius *l* præiudicium ex eo, quod petiit vt cenſum emendaret, fore, ſæpiſſimè reſcriptum eſt.

De præiudicio communi. 1. De fideicommiſſo. 2. De legato.

5. *Papinianus* "lib. 19. Reſponſorum."

CVm poſſeſſor vnus, expediendi negotij cauſa tributorum iure conueniretur, aduerſus cæteros, quorum æquè prædia tenentur, ei qui conuentus eſt, actiones à fiſco præſtantur: ſcilicet vt omnes pro modo prædiorũ pecuniam tributi conferant. nec inutiliter actiones præſtantur, tametſi fiſcus pecuniam ſuam receperit: quia nominum venditorum pretium acceptum videtur. 1 ¶ Qui non *m* habita ratione tributorum, ex cauſa fideicommiſſi prædia reſtituunt, actionem ex Diui Pij Antonini literis habent, quam legato quoque ſoluto locum habere voluit. 2 ¶ Pro *n* pecunia tributi, quod ſua die non eſt redditum, quo minùs prædiũ iure pignoris diſtrahatur *o*, oblata moratoria cautio non admittitur. nec *p* audietur legatarius, contradicens ob tributa præteriti *q* temporis, quod heres ſoluendo ſit, & is, qui tributis recipiendis præpoſitus fuerat.

De coloniis & Iure Italico.

6. *Celſus* "lib. 25. Digeſtorum."

COlonia Philippenſis *r* iuris Italici eſt.

7. *Gaius* ‖lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam.‖

IVris *ſ* Italici ſunt, Τρῳὰς, Βήρυτος, Δυῤῥάχιον, id eſt, *Troas, Berytus, Dyrrachium.*

8. *Paulus* ‖lib. 2. de Cenſibus.‖

IN Lyſitania *t* Pacenſes *u*: ſed & Emeretenſes *x*, iuris Italici ſunt. ¶ Idem ius Valentini *y* & Licitani *z* habent. ¶ Barcenocenſes *a* quoque ibidem immunes ſunt.

1 ¶ Lugdonenſes Galli, item Viennenſes in Narbonenſi iuris Italici ſunt. 2 ¶ In Germania inferiore Agrippinenſes *b* iuris Italici ſunt.

3 ¶ Laodicia *c* in Syria, & Beritos *d* in Fœnice *e* iuris Italici ſunt, & ſolum earum.

4 ¶ Eiuſdem iuris & Tyriorum *f* ciuitas à Diuis Seuero & Antonino facta eſt. 5 ¶ Diuus Antoninus Antiochenſes *g* colonos *h* fecit ſaluis tributis.

6 ¶ Imperator noſter Antoninus ciuitatem Emiſenorum *i*, coloniam & iuris Italici fecit.

7 ¶ Diuus Veſpaſianus *k* Cæſarienſes *l* colonos fecit, non adiecto, vt & iuris Italici eſſent: ſed tributum his remiſit capitis *m*. ſed Diuus Titus etiam *n* ſolum immune factum interpretatus eſt. ¶ Similes eis Capitulenſes *o* eſſe videntur. 8 ¶ In prouincia Macedonia Dyrracheni *p*, Caſſaſdrenſes *q*, Philippenſes *a*, Dienſes, Stouenſes *b* iuris Italici ſunt.

9 ¶ In prouincia Aſia duæ ſunt iuris Italici, Troas & Parium *c*. 10 ¶ In Piſidia eiuſdem iuris eſt colonia *d* Antiochenſium. 11 ¶ In Africa Carthago *e*, Vticea *f*, Leptis *g* magna, à Diuis *h* Seuero & Antonino iuris Italici factæ ſunt.

DE *i* VERBORVM *k* SIGNIFICATIONE *l*. TIT. XVI.

Si quis.

1. *Paulus* "lib. 1. ad Edictum."

VErbum hoc, *Si quis* m, tam maſculos quam fœminas complectitur *n*.

Vrbs Roma. 1. Diei maior pars.

2. *Paulus* ‖lib. 1. ad Edictum.‖

VRbis *o* appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latiùs *p* patet.

1 ¶ Cuiuſque diei *q* maior pars eſt horarum ſeptem *r* primarum *ſ* diei, non ſupremarum *t*.

Viginti millia diurna. 1. Hereditas.

3. *Vlpianus* ‖lib. 2. ad Edictum.‖

ITinere *u* faciendo viginti *x* millia paſſuum in dies ſingulos peragenda, ſic ſunt accipienda: vt, ſi poſt

---

a Immunitates locis, aut ciuitatibus datę perpetuę ſũt, ad heredes & quoſlibet ſucceſſores tranſeunt, non ſunt perſonales.
b v. l. pen. ſ. de acq. rer.
c Profiteri cenſũ cogitur, qui nõ eſt profeſſus, l. 64. ſ. adq. rer. dom.
d ruſticis. v l. 8. 1. Cod. de ſecundis nuptiis.
e l. 3. ſ. eod.
f Differentia officij & artificij.
g Priuatorum ſc. vide quæ notaui ad l. 8. §. 8. ſ. de pœnis.
h edicto, Cuia. 10. obſer. 35.
i al. conſummatis.
k l. 8. ſ. de bon. libert.
l al. el.
m μὴ ἐπερωτήσας ἐπὶ τῶν δημοσίων Bal. id eſt, ne tributorũ onus ſubiret, Cuiac. 19. obſ. 15 quem vide.
n v. omnino Cuiacium 19. obſ. 3.
o l. 1. l. 2. C. de capiendis & diſtrahendis pignorib.
p v. Cuiac. in hunc locum 10. obſ. 5.
q v. l. 39. §. 5. ſ. de leg. 1.
r In Thracia diuerſa à Macedonica, l. 8. §. 8. ſ. eo.
ſ Ius Italicũ quid ſit, vide apud Cuiacium 10. obſ. 35.
t Luſitania *vulg.* *Hugo à Porta*: Græcis Λυσιτανία, hodie *Portugal*.
u Pacenſis colonia, Pax Iulia Πακιελία, nunc Badaios, Villanouano, & Taraphæ, Beta vel Bexa, Cluſio & Vaſſeo, rectè: nam & olim à Mauris Baxagus, iiſdem hodie Baccea.
x Emericenſes, *vulg.* Emritenſes, *Hal.* Auguſta Emerita Ptolemęo: hodie Medina Del rio: Seco Taraphæ: Merida, Variero & Villanouano. y Hodie Valentia. z Lucentini: *Hal.* Lucitani, *vulg.* Lacetani, *Hugo à Porta*, Illocitani, vel Acitani, *Cuia.* 10. *obſ.* 35. fortè legendum eſt Iaccetani, hodie Iacca Cluſio.
a Burgundionenſes, *vulg.* Barcinonenſes, *Hal.* Barcinocenſes, *Hugo à Porta* Barcino Βαρκινών Ptolemæo, olim Fauentia; hodie Barzelona. b Colonia Agrippina, notiſſima & illuſtris vrbs Germaniæ. c Laodicea, *Hal.* d l. 1. §. 1. l. 7. ſ *eod.* olim felix Iulia, 5. *Plin.* 10. hodie Baruchi Oliuario; aliis Baruch.
e Phœniciæ. *Hal.* f *l. 1. ſ. eod.* Tyrus τύρος Tzor ſacris litteris: ſara Gellio, & Reſto, hodie Suri Poſtello. g Syriæ, vt exiſtimo, Antiochia Syriæ metropolis ſita ad Crontem fluuium, Rebla, & Reblata Hebræis, teſte Hieronymo in Ezechielem: Epidaphne, Plinio, Theopolis vocatur à Iuſtiniano; hodie Antiochia Nigro: Alepo, Villanouano. h colonio, *vulg.* i Emiſcenorum, *vulg.* Amiſcenorum, *Hal.* Emiſſa vrbs Phœniciæ, hodie Camala Nigro; Hama Turcis: Hamſa Arabibus, teſte Bellonio. k 5. *Plin.* 13. *Nou.* 103. l Paleſtinæ ſc. olim Pyrgos, vel Turris Stratonis Ptolemæo, & Accaron Hieronymo, ſed malè. Apollonia, & Colonia prima Flauia Plinio; hodie Azor Pineto: Siſeria, & Gad Palæſtinorum Benjamino: Balbec, & Belme Theueto. m Tributum (quod & intributio & contributio) *l. 32. § 6. ſ. de admin. tut.* aliud ſoli, aliud capitis, & hæc ſtipendia dicuntur à quibuſdam. Tert. *Apologetico.* ſi agri tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipendio cenſa ignobiliora.
n Tributum aliud capitis, aliud ſoli, *vt in l. 32. in fi. ſ. de vſufr. leg.* adde *Feſtum in Tributorum.* o Id eſt Hieroſolymitani: Nam vrbs ipſa Ælia Capitolina, *l. 1. §. 6. ſ. eo.*
p Dirrachenicas, *vulg.*
q Caſſandranſes, *Hal.* Sandorenſes, *vulg.* Caſſandrienſes, *Hugo à Porta* Κασανδρεία Ptolemæo vrbs maritima Macedoniæ; hodie Caſſandria Sophiano: Schriato, vel Sicchio Bellonio.

a Philippēſis colonia. ad huius vrbis ſiue coloniæ municipes ſcripta eſt epiſtola D. Pauli ad Philippenſes.
b Stonięſes, *vul.* Stonēſes, *Hal.* Stobienſes, *Hugo à Porta* Στόβος, vrbs Macedoniæ Ptolemæo. Sarachino dicitur à Nardo, in Liuio Italico.
c Parium, *vulg.* Homero Ἀδρήστεια & Πιτύεια Plinio Camera: Paradiſo, Nigro.
d *v. 5. Plin. 77.*
e Χαρχηδὼν Tharſis Hebræis: ab Adriano, Hadrianopolis *teſte Spartiano*; Alexandria commodiana togata, à Cõmodo *teſte Lampridio*. f Vtlce, *Hal.* Vtica: inde Cato Vticenſis. g Eleptis, *vulg. Hal.* hodie Lebida, *Ant. Mercator.* h Diuo, *Hal.*
i περὶ ῥημάτων σημασίας 2 *Ecl. 2.* περὶ σημασίας ὀνομάτων 6. *Harm.* 3. adde 5. *Decret.* 40. 5 *ſext.* 12. 5. *Clem. vlt.* k De verborum & rerum ſignificatione, *vulg.* & ita conceptus eſt titulus trigeſimus octauus Codicis *lib. 6.* num rectè? vt eo tandem redeat quæſtio; An res aliquid ſignificent, néc ne: Sic ſentio, vocabula rerum notas eſſe *Cicero topicis* res ipſas vocabulis ſignificari, res, per ſe non ſignificare, ſed vel Dei iudicio tantum, vel hominum inſtituto. Dei, vnde rerum futurarum, cœleſtium, ac inuiſibilium veritas certis rebus aſpectabilibus adumbratur. Hominum, quoties inter ſe rebus citra verborum connexionem quaſi loquuntur. hinc arræ, & annuli nuptias & venditionem: claues, & inſtrumenta tradita, traditionem poſſeſſionis: alapæ & circumductiones, manumiſſionem ſignificant. Hinc apud Ægyptios hieroglyphicæ literæ, & in re militari, tria ſunt genera ſignorum, vocalia, vt putà, Deus nobiſcum, triumphus: ſemiuocalia, quæ per tubam, aut cornu, aut buccinam dantur: muta, vt ſunt aquilæ, dracones, vexilla, flammulæ rufæ: ſunt & aliæ in equis & indumentis, & armis, & manuum motione, *v. 3. Vegetium* 5. l De verborum ſignificatione Iuriſconſulti veteres multi ſcripſere, & quidem Ælij Galli liber primus & ſecundus de verborum ſignificatione quæ ad ius pertinent citatur à *Feſto in Poſtliminium.* & locis aliis & in ocrem ab eodem Feſto citatur liber Gloſſematon C. Atei Capitolinis: citantur & ab eodem libri duo de verbis priſcis L. Cinicij. Citatur & Verrius Flaccus libro quarto de verborum ſignificatu 5. *Gell.* 18. Santræ libri duo de verborum antiquitate laudantur quoque à Feſto, & alij propè infiniti.
m *l. 195. ſ. eo. l. 3. ſ. de neg. Cicer. pro Cluentio, vbi dixi.* Indefinitè, *l. 3. §. 1. §. de homine libero: l. 16. ſ. de iure fiſci* alias in lege, ſtatutis, teſtamento, vel contractu, ſi quid ita ſpecialiter conceptum fuerit, putà ſi vir, ſi maſculus, ſi frater, ſi auunculus: fœminæ, ſorores, materteræ non comprehenduntur. aliud erit ſi in plurali, quis fratrum (ex hoc exemplo iudicium ſit de cæteris) mentionem fecerit (tunc enim ſorores, *l. 35. ſ. de pactis. l. 34. §. 5. ſ de leg. 2.*) aut ſeruorum, tunc enim ancillæ comprehenduntur, *l. 82. ſ. de leg. 2.* n Ideóque filiis inſtitutis & filiæ inſtitutæ videntur, *l. 1. § 3 ſ. de ventre in poſſ.* filiis dato tutore & filiabus datus intelligitur, *l. 15. ſ. de teſt. tut.* hinc conſtat, fœminas maſculorum nomine comprehendi, niſi conſuetudo vel lex aliam fuiſſe mentem teſtatoris demonſtret. Ideóque ſi quis filiis tutorem vel hereditatem, vel feudum, vel quid ſimile reliquerit, fœminæ non comprehenduntur, ſi modò à ſuperioribus ſtatuto vel lege remotæ fuerint. An verò maſculina voce (putà filiorum vel fratrum) fœminæ (puta filiæ vel ſorores) contineantur, v. apud Socinum *regula* 255 vbi notat, hanc legem minimè obtinere in contractibus: vel ſi lege, vel ſtatuto, vel conſuetudine fœminæ nominatim excipiantur: ſi de re odioſa agatur, eáve quæ ſolis maribus, aut dignius maribus quam fœminis competit: ſi ſeparatim marium & fœminarum fiat mentio: ſi proprium nomen adiectum voci maſculinæ: ſi inde ſequeretur legum emendatio. o Alterius quam Romæ ſc. *l. 4. § 4. ſ. de pœnis.* Legata penu Tiburtina, quę ſunt Tiburi duntaxat debentur; aliud erit, ſi domus Tiburtina integro ſtatu legata ſit tunc enim adiacentia, id eſt pecora, fructus, mãcipia, his verbis comprehenduntur, *l. 2. de bonis vacantibus.* aliud erit quoque ſi humanitas, æquitas, priuilegium, & mos loquendi contrarium admittant, aut diſpoſitio fiat eluſoria. p Hæc lex ſcitu vtilis eſt in quæſtionibus priuilegiorum, immunitatis conceſſæ, venditione, locatione, iuriſdictione, exiliis, & ſimilibus.
q Dies naturalis eſt ſpatium 12. horarum, *Ioan. in Euang.* 11. *verſ.* 9. Nox totidem horis conſtat: diei pars media, ſex horæ; pars maior, ſeptem horæ: hinc conſtat, ſextam diei naturalis horam, eſſe ipſum meridiem, *l. 2. ſ. de annuis legatis.* Hinc ille caſus nobilitas, de eo qui ignorans, heredem meridie inſtituit poſthumum, qui iam eodem die albeſcente cœlo natus erat, *l. 25. §. 1. ſ. de lib. & poſth.* Diurnarum operarum debitor, ſolis antemeridianis, *l. 3. in fin. ſ. de operis libertorum*, vel ſolis pomeridianis non liberabitur, *d. l. 2.* dies verò ciuilis 24. horis conſtat, cuius principium eſt ipſa media nox, *l. 8. de feriis.* Inde Calendis (demus ea die natum Titium) Titius teſtabitur, ſi pridie Calendas ipſas, poſt ſextam horam noctis, Id eſt poſt mediam noctem teſtatus fuerit, *l. 5. ſ. qui teſt.* Idem Calendis natus decimum quartum vel viceſimum annum ætatis inchoat pridie Calendas, poſt ſextam horam noctis, quod in teſtamentis, *l. 5. ſ qui teſtam.* & manumiſſionibus ſeruatur, *l. 1. ſ. de manum.* Cæterùm diei ciuilis horæ ſunt æquales, naturalis non ſunt. longius enim ſpatium eſt orientis ſolis ad occaſum æſtate, quam hyeme: hinc horologia æſtiua, & hyberna, *v. Vitruuium* 9. *c.* 9. r Iuuenalis Satyr. 6. *verſ.* 182. Inque dies ſeptenis oderit horis. id eſt maiori parte diei. ſ Et meritò, quia recentes & integri homines libentiùs dant ſe ad laborem quam feſſi iam.
t Quibus etiam locatore inuito (longis præſertim diebus) ei qui ſuas operas conduxerit adquieſcere & meridiari licet, arg. *l. 26. ſ. de operis libert.* Iiſdem horis Romani litibus vacabant *v. Cuiac. 2. de praſc.*
u In itinere, *vulg.* itineri, *Hal.*
x *l. 1. ſ. ſi quis cautionib. l. 13. §. 2. ſ. de excuſ tut. l. 2. §. 3. ſ. quis ordo.* Id ſpatium tempus, iter facientibus præſtitutum dicitur, *l. 8. l. 38. §. 1. ſ. ex quib. cauſ. maior.* adde *l. 137. §. 2. ſ. de ver. oblig.*

hanc

hanc dinumerationem minus quam viginti millia ſuperſint, integrum diem occupent, veluti *a*, viginti vnum millia ſunt paſſus: biduum eis attribuetur. quæ dinumeratio ita demum faciẽda erit, ſi de die non conueniat *b*.

1 ¶ Eius, qui apud hoſtes deceſſit, dici hereditas non *c* poteſt, qui ſeruus deceſſit.

Nomen.

4. *Idem* ‖lib. 1. ad Edictum.‖

NOminis *d* appellatione rem *e* ſignificari, Proculus ait.

Res, pecunia. 1. Opus.

5. *Idem* "lib. 2. ad Edictum."

REi appellatio latior *f* eſt *g* quam pecuniæ *h*, quia *i* etiam ea quæ extra *k* computationem patrimonij noſtri ſunt, continet: cùm pecuniæ ſignificatio, ad ea referatur, quæ in patrimonio ſunt. 1 ¶ Opere locato *l*, conducto, his verbis Labeo ſignificari ait id opus, quod Græci *m* *ἀποτέλεσμα* vocant, non ἔργον ‖id eſt,‖ ex opere facto corpus aliquod perfectum *n*.

Nomen, res. 1. Ex legibus.

6. *Vlpianus* ‖lib. 3. ad Edictum.‖

NOminis *o* & rei appellatio ad omnem *p* contractum & obligationem pertinet.

1 ¶ Verbum *Ex legibus*, ſic accipiendum eſt: tam ex legum ſententia *q*, quam ex verbis.

Sponſio.

7. *Paulus* libro 2. ad Edictum.

SPonſio ‖appellatur, non ſolum quæ per ſponſi *r* interrogationem fit, ſed *ſ* omnis *t* ſtipulatio promiſſióque.

Oportebit. 1. Actio.

8. *Idem* ‖lib. 3. ad Edictum.‖

VErbum, *Oportebit* u, tam præſens quam futurum tempus ſignificat.

1 ¶ Actionis verbo non *x* continetur exceptio.

Periſſe.

9. *Vlpianus* ‖lib. 5. ad Edictum.‖

MArcellus apud Iulianum *y* notat, verbo *Periſſe* z & ſciſſum, & fractum contineri, & vi raptum.

Creditor.

10. *Idem* ‖lib. 6. ad Edictum.‖

CReditores accipiendos eſſe conſtat eos, quibus debetur ex quacunque *a* actione *b*, vel perſecutione *c*, vel iure ciuili ſine *d* vlla exceptionis perpetuæ *e* remotione, vel honorario, vel *f* extraordinario, ſiue purè, ſiue in diem, vel ſub conditione *g*. Quod ſi natura debeatur, non ſunt *h* loco creditorum. Sed ſi non ſit mutua pecunia, ſed contractus, creditores accipiuntur.

11. *Gaius* lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

CReditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: ſed omnes, quibus ex qualibet *i* cauſa debetur.

1. Minus ſoluere.

12. *Vlpianus* ‖lib. 6 ad Edictum.‖

VT *k* ſi cui ex empto vel ex locato, vel ex alio *l* vllo debetur. ¶ Sed etſi ex delicto debeatur, mihi videtur poſſe creditoris loco accipi.

¶ Quod ſi ex populari *m* cauſa, ante litis conteſtationem, rectè dicetur creditoris loco non eſſe *n*, poſtea eſſe.

1 ¶ Minus ſoluit, qui tardius *o* ſoluit: nam &

a Veluti ſi, *Vulg. Hal.*
b Conuentiones enim contractibus formam dare ſolent.
c Imò poteſt, l. 12. ꝟ. *qui teſt.*
d pecuniæ, *vulg.* τῦ γραμματείυ 2. *Ecl.* 2. c. 4. adde *l.* 6. ℐ. *eod.* nomina, ſunt fœneratitiæ cautiones, *l. vlt. in pr. C. de pactis conuen.*
e τὸ κεχρεωςη μένον πρᾶγμα, id eſt, rem debitam, *Eclog. ibi.* quod in actionibus eſt, *v. l.* 52 *in fi. ſuprà de leg.* 3.
f *Ecl. ibid. c.* 5. *l.* 1. ꝟ. *de reb. cred.*
g Imò non eſt latior, l. 2. *in fi. C. de conſtitut.*
h de qua *v. l.* 178. ℐ. *eod.*
i quia etiam *vulgat.*
k Pecunia dicitur *mea*, quæ eſt in patrimonio meo: res mea quæ eſt etiã extra patrimoniũ: ſic res mea dicitur quum vicini paries ardet, *Horatius.* rei vocabulum eſt latius Imperium, litem, venerem, cur vna notat res? *Auſonius in Monoſyllabis*, adde quæ notaui ad l. 1. ꝟ. *de rebus creditis.*
l Legato, *vulgat. Hal.*
m 1. *Polit.* 7.
n Operis faciendi debitor, niſi perfectionem operi addiderit, non liberatur, vt nec partis præſtatione. Eſt enim facti obligatio indiuidua, *l.* 139. *in fi.* ℐ. *eod. l.* 80. §. 1. ꝟ. *ad legem Falcid. l.* 72. *ſup. de verb. oblig.* Interdum tamen operis vocabulo cœptum nedum perfectum intelligitur, *l.* 19. §. 11. ꝟ. *de auro.* o *Ecl. ibid. c.* 6. *v. l.* 4. *ſup. eo.* Alij nominis verbo creditorem, alij debitorem intelligunt. p *v. l.* 1 *ſup. de reb. cred.* q id eſt voluntate, l. 5. *C. de leg.* hinc magna oriuntur in legibus diſſidia, quoties mens ſcripto opponitur, *Quint.* 5. *Inſt.* 6. & 7. *c.* 7. vnde mens legis colligatur, dixi ad *d. l.* 5. *l.* 19. *l.* 30. ꝟ. *de legib.* r ſponſi, *vulg. Hal.* ſ *Ecl. ibi. c.* 7. Spondere dicimur quoties verbis promittimus, licet nullus à nobis ſtipuletur, l. 19. § 2. *ſup. de ædilitio:* §. 1. *inſt. de ver. obl.* t Etiam ſine interrogatione. u *Ecl. ibid. c.* 8. demus ita formulam conceptam, quod te dare oportebit, ſpondes? l. 76. §. 1. *l.* 89. ꝟ. *de verb. obl.* Idem dicendum eſt de verbo, erit, l. 123. ℐ. *eo.* & verbo, abfuturum, l. 19. ꝟ. *iudicatum.* Calcagninus autem hic legit, *oportet* & malè. Ea vox enim præſens tantùm debitum demonſtrat, l. 125. *de verb. oblig.* de verbo peruenerit, v. l. 40. *in fi. l.* 83. ꝟ. *de leg.* 3. *l.* 57. *ad Treb.* de verbo, ſupererit, *v. l.* 58. *in fin.* ꝟ. *ad Treb.* de verbo, donauero, *v. l.* 109. ꝟ. *de leg.* 1. x Imò continetur, *l.* 1. ꝟ. *de excep.* y *al.* Iulianum Haus notat, &c. id eſt Iulianum tractans notat. z *Ecl. ibid. c.* 9. adde *l.* 4. § 10. ꝟ. *vi bonorum raptis,* rapuiſſe, *vulg.* a Ex qualibet cauſa, l. 11. ℐ. *eo.* ex quolibet contractu, vel delicto, l. 12. ℐ. *eo. Ecl. ibi. l.* 1. ꝟ. *de reb. cred.* qui ſpem habent actionis, l. 54. ℐ. *eo. l.* 42. ꝟ. *de oblig.* qui exceptione perpetua ſubmoueri non poſſunt, l. 55. ℐ. *eo.*
b *al.* ex quacunque cauſa actione, &c. *al.* quacunque tam actione vel perſecutione.
c *v. l.* 28. *ſup. de obl.* d l. 55. ℐ. *eo.* Debitor ideo dicitur is à quo inuito exigi poteſt. l. 108. ℐ. *eo.* e Perpetua eſt 30. annorum, *Scholiaſtes* 3. *Harm.* 5.
f *al.* vel ordinario, vel extraordinario.
g l. 54. ℐ. *eo. l.* 42. *ſup. de oblig.*
h Propriè ſc. aliud ſi abuſiuè, l. 16. §. 3. §. 4. ꝟ. *de fideiuſſ. l.* 94. §. 3. ꝟ *de ſolut.*
i ſeu contractu, *Alciatus hic: v. l.* 12. ℐ. *eo.* k *Ecl. ibi. c.* 10.
l *v. l.* 10. *ſup. eo.* vel ex alio contractu, *Hal.* vel ex alio contractu, *vulg.*
m *ἀπὸ ὀρφανικῆς*, *Ecl. ibid.* id eſt pupillari, & malè ſic Græci è contrario legunt populi pro pupilli, in lege 48. ꝟ. *de acquir. rer. v. Cuiac.* 1. *obſ.* 12.
n Popularem actionem ideo qui habet, non dicitur eſſe locupletior, l. *pen. ſup. de popul.* o §. 33. *verſ. tempore: inſt. de act.* §. 5. *in fin. inſt. de fideiuſſ. Eclog. d. loco c.* 2. vel nihil, l. 32. ℐ. *eod.*

tempore *a* minus ſoluitur *b*.

Mulier. 1. Abeſſe. 2. Deſinere abeſſe. 3. Abeſſe.

13. *Idem* "lib. 7. ad Edictum."

MVlieris appellatione etiam *c* virgo viripotens *d* continetur *e*. 1 ¶ Res abeſſe videntur (vt Sabinus ait, & Pedius probat) etiam hæ, quarum corpus manet, forma *f* mutata eſt; & ideo ſi corruptæ *g* redditæ ſint, vel transfiguratæ, videri abeſſe: quoniam *h* plerumque plus *i* eſt in manus *k* pretio, quam in re.

2 ¶ Deſinere autem abeſſe res tunc videtur, cùm ſic redit *l* in poteſtatem, ne *m* amittere ‖eius‖ poſſeſſionem poſſimus *n*. 3 ¶ Ob hoc, quod furto pridem ſubtracta eſt, abeſt & ea res quæ in rebus humanis *o* non eſt.

1. Amittere.

14. *Paulus* ‖lib. 7. ad Edictum.‖

LAbeo & Sabinus exiſtimant, ſi veſtimentum ſciſſum reddatur, vel res corrupta reddita ſit, veluti ſcyphi colliſi, aut tabula raſa pictura, videri rem *abeſſe*: quoniam earum rerum pretium non in ſubſtantia, ſed in arte *p* ſit poſitum. ¶ Item ſi dominus rem quæ furto ſibi aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res *abeſſe*, etiam ſi poſtea id ita eſſe ſcierit: quia videtur res ei abeſſe, cui pretium *q* abeſt. 1 ¶ Rem *amiſiſſe* videtur, qui aduerſus nullum *r* eius perſequendæ actionem habet.

Publicum, Publicanus.

15. *Vlpianus* "lib. 10. ad Edictum."

BOna ciuitatis abuſiuè *ſ* publica dicta ſunt. ſola enim ea *t* publica ſunt, quæ *u* populi Romani ſunt.

16. *Gaius* "lib. 3. ad Edictum Prouinciale."

EVm qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum *x* appellamus. nam publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit: ciuitates *y* enim priuatorum loco habentur *z*.

Publicum vectigal.

17. *Vlpianus* "lib. 10. ad Edictum."

INter *a* publica habemus non *b* ſacra, nec religioſa, nec quæ publicis vſibus deſtinata ſunt: ſed ſi qua ſunt ciuitatium velut bona, ſed peculia ſeruorum ciuitatium proculdubio publica habentur.

1 ¶ Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, *c* vel venalium *d* rerum: item ſalinarum *e*, & metallorum *f*, & picariarum *g*.

Munus, munificus ſeu munifex, municeps.

18. *Paulus* "lib. 9. ad Edictum."

MVnus tribus modis *h* dicitur: vno donum, & inde munera dici, dari, mittíve: Altero onus, quod cùm remittatur, vacationem militiæ *i* munerísque præſtat. inde immunitatem appellari. Tertio officium: vnde munera militaria, & quoſdam milites munificos vocari. Igitur municipes dici, quod munera ciuilia capiant.

Agere, gerere, contrahere.

19. *Vlpianus* "lib. 11. ad Edictum."

a l. 85. ꝟ. de ſolut.
b Tardius offeres debitum non libe… ratur ipſius debi… præſtatione, … præſtet, quoq… ras moræ, l. 32. ſ… *de vſuris.*
c *v. l.* 81. §. 1. … *de leg.* 3. l. 19. … *cond.* & *dem.* … *de nupt. in pr.*
d *v. l.* 5. §. … *quibus ex* … *poſſ.* … *θέρος*, *Ec.* …
e Et gene… quæcunque … fœmini … §. 6. ꝟ. *de* …
f *Ecl. ibid. c.* … *Harm.* 3. … humanis … §. *vlt.* ℐ. *eo* … pretiũ abeſt, … ℐ. *eod.* abeſt … is, qui eò … eſt quo pret… 199. ℐ. *eo.* … continet … eſt, l. 173. …
g Corrupt… transfigurat… mã rei m… perita nõ … exhiberi … forma, l. 9. … *ad exhiben*… nec reddi … aut depoſit… cùm eadem … reddatur, … *ſup. comm*…
h quanquam … *in verbo* …
i Materiam … runque opu… rat, *Ouid.* …
k v. l. 50. … *locati.* adde l. … *eo.* Alij legunt … nu pretij. … nius 4. *ſelect.* … legit, manu … tio: antiquo… more qui … iunctim … bant: atque … legendum … *d. l.* 13. & apud Varronem 4. *de lingua:* 11. Iſid. 1. Catonem *de re ruſtica* c. 14. Plau… *in Menachmis:* Cic. 4. *Verrina* & *apud Aſconium ibi.* 33. Plin. 11. & 34. c. 7. & 33. … Tertull. *lib. de idololatria.* Huius loci exemplum: *v. in* §. 34. *Inſt. de rer. diuiſ.*
l v. l. 4. §. 6. *ſup. de vſurp. l.* 7. §. 7. *ſup. pro empt. l.* 46. *in fi. ſup. de furtis.* m v. l. … *de adq. poſſ.* n Poſſumus ob hoc quod furto pridẽ ſubtracta eſt, Abeſt, &c. *vulg.* … ſenſus eſt, Rei furto pridem ablatæ poſſeſſionem non amitti. o l. 21. *ſup. de* … *pet. l.* 63. *in fi.* ꝟ. *pro ſocio.* p v. l. 13. §. 1. *ſup. eod.* q l. 80. § 1. *ſup. de furtis.*
r Rem ergo non amiſit, qui actionem habet ad eam recuperandam, *vt hic*, … actio à Prætore reſtitui poteſt, adde l. 5. *ſup. de in integrum.*
ſ l. 16. l. 17. ℐ. *eo. Ecl. ibi. c.* 15.
t v. quæ notaui ad l. 4. *ſup. de crim. peculat.*
u l. 1. §. 2. *ſup. de iuſtitia & iure.* x v. l. 12. *ſup. de publicanis.*
y facit l. 15. *ſup. de SC. Maced. l.* 1. §. 4. *ſup. de ædilitio: l.* 71. *ſup. de furtis.*
z non ſemper tamen, l. 26. §. 9. *ſup. ex quib. cauſ. maior.* l. 27. *ſup. de reb. cred.* … *ratam rem: v l.* 23. *C. de ſacroſanct.* v. *Fornerium* 2 *ſelect.* 22.
a Publica ſunt non tantum res religioſæ, ſacræ, publicis vſibus deſtinatæ, … bona ciuitatis, & peculia ſeruorum ciuitatis inter publica habentur.
b *ſub.* tantum. c Vectigal portus, à vectigali rerum venalium hic diſtingu… Portorium præſtabat venditor, ob venditionem, l. 1. *C. de veteranis*, l. 1. *C. de* … *ſacr. ſcrin.* vectigal autem mancipiorum venalium quintæ, & viceſimæ (niſi malis … Cuiacio legere quinquageſimæ ex Dione 55.) fuit. Tacitus *lib.* 13. De vectigali … ceſimæ quintæ, quadrageſimæ, quinquageſimæ, centeſimæ, ducenteſimæ, vide … 6. *obſ.* 28. de decima litium, vide eundem 7. *obſ.* 5. de publicis & vectigalibus, … dem 7. *obſ.* 4. d Vectigal, rerum venalium non eſt octaua, vt vult Accurſius, … *C. de vectig. v. Cuiac.* 6. *obſ.* 28. e v. l. 13. ꝟ. *de pub.* & l. 8. §. 8. ꝟ. *de pœn. Cuiac.* … f *d l.* 13. *v. l.* 16. § 7. *ibi.* g piſcariarum, *vulg. Hal.* vt meritò inter regalia … merentur piſcationum reditus 2. *feud.* 56. Picariæ ſunt è quibus foditur pix: … picem foſſilem inueniri Plinius ſcribit 16. c. 12.
h Munus tria ſignificat, donum, onus, officium, *Ecl. ibid. c.* 18. adde l. 12. l. 14. … *muneribus.* hinc munus gladiatorium dictum eſt ab officio quod mortuis facere … tiles exiſtimabant, defunctorum animas humano ſanguine propitiari crede… Tertull. *in lib. de ſpectac. c.* 10. niſi malis ita dici, quod populo gratis daretur. … *Saturn.* 7. hinc munis apud Feſtum eſt officioſus, vt è contrario immunis, qui … fungitur officio.
i l. 3. *in fin. ſup. de teſtib.*
k Munifices, *Haloand.* (quæ lectio placet Budæo) ſunt qui non vacant, … principi, i. militi principali (*de quo v.* 2. *Veget.* 7.) faciebant beneficiarij, qui …

LAbeo libro primo prætoris Vrbani definit *a*, quòd quædam *b* agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. ¶ Et actum quidem generale verbum eſſe, ſiue verbis, ſiue re quid agatur: vt in ſtipulatione, vel numeratione. ¶ Contractum *c* autem vltrò *d* citróque obligationem *e*, quod Græci συνάλλαγμα *f* vocant. veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem.

¶ Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam.

20. *Idem*‖lib. 12. ad Edictum.‖

VErba, *Contraxerunt, Geſſerunt*, non pertinent ad *g* teſtandi ius *h*.

Bona.

21. *Paulus*‖lib. 11. ad Edictum.‖

PRinceps bona *i* concedendo videtur etiam obligationes *K* concedere.

Reſtituere, exhibere.

22. *Gaius*"lib. 4. ad Edictum Prouinciale."

PLus eſt in reſtitutione, *l* quam in exhibitione. nam exhibere *m* eſt, præſentiam corporis præbere reſtituere *n* eſt, etiam poſſeſſorem facere, fructúſq; reddere. pleraque præterea reſtitutionis verbo continentur.

Res.

23. *Vlpianus*"lib. 14. ad Edictum."

REi *o* appellatione & cauſæ & iura continentur.

Hereditas.

24. *a Gaius*"lib. 6. ad Edictum Prouinciale."

NIhil eſt aliud hereditas, quàm ſucceſſio *p* in vniuerſum ius, quod defunctus habuit.

Noſtrum & meum. 1. Pars.

25. *Paulus*"lib. 21. ad Edictum."

REctè dicimus, eum fundum totum noſtrum *q* eſſe, etiam cùm † vſusfructus alienus eſt: quia vſusfructus non *r* dominij pars, ſed ſeruitutis *ſ* ſit: vt via, & iter, nec falsò dici, "totum" meũ *t* eſſe, cuius non poteſt vlla pars dici alterius eſſe. hoc & Iulianus. & eſt verius.

1 ¶ Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiuiſo *u* ſignificari. nam quod pro *x* diuiſo noſtrum ſit. id non partem, ſed totum eſſe. Seruius non ineleganter partis appellatione vtrunque ſignificari *y*.

26. *Vlpianus*"lib. 16. ad Edictum."

PArtum *z* non *a* eſſe partem rei furtiuæ, Scæuola libro vndecimo quæſtionum ſcribit.

Ager. 1. Stipendium, tributum.

27. *Idem*"lib. 17. ad Edictum."

AGer *b* eſt locus, qui ſine villa eſt. 1 ¶ Stipendium *c* à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. Idem hoc etiam *tributum* appellari Pomponius ait. Et ſanè appellatur ab intributione *d* tributum: vel ex eo, quod militibus tribuatur.

Alienatio. 1. Oratio ſoluta.

28. *Paulus*"lib. 21. ad Edictum.

ALienationis *e* verbum etiam vſucapionem *f* continet. vix eſt enim, vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi

muneris officio. Milites munificis Vegetio 2. c. 7. & 19. qui munia faciunt: munia, inquam, & quidem villa, puta lignum, fœnum, aquam, ſtramen portando, Vegetio dict. c. 29. quod principalib. militibus obire ignominia erat nó leuis: qui principalos milites eſſent, vide apud Vegetium 2. c. 7. munifex manuma, id eſt, lactens, *Plin.* 11. c. 40. munificũ prædium, *l. 2. C. de prædijs nauicular.* τὸ λειτουργεῖ, καὶ συντελὲς, id eſt, publicæ functioni, & vectigalis collationi ſubditum munificium, *l. 4. §. 1. in fin. ff. de publicanis*: *v. Budæum hic. & Petrum Fabrum 1. ſemeſt 17.*

a *al.* munifices.

b Senſus eſt, Agimus re & verbis, contrahimus etiã conſenſu: gerimus etiam ſine verbis, i. circa animum contrahendi. l. 88. *ff. eod. l. 7. ff. de minorib.*

c *ſub* propriè: alias impropriè cõtractus eſt in quo vnus tantum obligatur, vt in mutuo, l. 2. *ff. ſi cert. pet.* Impropriè magis, diſtractus, vt tranſactio, ſolutio, liberatio, vnde notant, Prohibita ſeu interdicta facultate contrahendi, interdictam quoq; cenſeri tranſigẽdi facultatem, quod Baldo tamen non placet. *Rubr. C. de pactis.*

d Contractus, eſt factum (inde dicitur facti potiùs quàm iuris, l. 7. *in fi. ff. de curatore furioſi*) obligationem inter aliquos conſtituens: factum, quo obligamur, ſed non ipſum vinculum iuris. Contractus, non eſt obligatio, cùm ea ex contractu oriatur, *v. Hugonem Donellum ad leg. 1. n. 812. ff. de rebus creditis.*

e Hinc colligit Alciatus, Mutuum, ſtipulationem propriè non eſſe contractus, & malè: nam inter contractus, ſtipulatio diſertis verbis numeratur, *l. 1. in fi. ff. de pact. l. 1. §. 4. ſup. de verb. oblig. in § vlt. inſt. de verb. oblig.* quemadmodum & donatio, v. l. 7. *C. de his quæ metus cauſa, v. Bellon. 2. ſupput. 2.*

f l. 7. §. 2. *ſup. de pactis*, contrahere ſeu diſtrahere opponuntur, quemadmodum & apud Græcos συναλλάττειν καὶ διαλλάττειν. *Ariſt. 5. Ethic.*

g An in teſtamento contrahi poſſit, nec ne, v. quæ notaui ad l. 21. *in fin. ff. qui teſt.*

h Argumentum nec tutò, nec paſſim à contractibus ad vltimas voluntates ducitur. v. tamen Euerardum *Topicis loco 36. à contractibus, ad vltimas voluntates, & contra,* & Manticam 3. *de coniecturis vltimarum voluntatum 18.*

i Bonorum appellatione quæ veniant, *v. l. 49. ff. eod.*

k actiones, καὶ τὰς ἀγωγὰς, *Eccl. ibid. c. 21. adde leg. 1. C. de ſent. paſſis.*

l v. l. 75. *ff. eo.* m v. l. 2. *ſup. ad exhib. Eclog. ibid. c. 22.* n *v. d. l. 75.*

o v. l. 1. *ſup. de reb. cred. l. 5. l. 6. ſup. eo Ecl. ibid. c. 23.*

p v. l. 9. §. 12 *ſuprà de hered. inſt. Ecl ibid. c. 29. §. 2. Inſt. de reb. corporalib.*

q De eo quod noſtrum eſt, & quod meum, v. l. 9. l. 58. *in fi. l. 96 in fi. l. 105. ſup. eod. l. 49. ſup. de rei vind. l. 12. §. 3. ſup. ad exhib. l. 42. l. 52. ſup. de adquir. rerum, l. 139. in fi. l. 160. ff. de reg. iur.* † cuius, *Vulg. Hal. l. 74. ſup. de leg. 3.*

r Imò vſusfructus dominij pars eſt, *l. 4 ſup. de vſufruct.* ſ ſeruitus, *Hal.* t Meum etiam dicitur, cuius nulla pars alterius eſt. u Partis appellatione, pars indiuiſa intelligitur, v l. 86. *in fi ſup de leg. 2.* x Pars à ſuo toto diuiſa, totum quoddam conſtituit. v. l. 6. § 1. *ſup. communia prædiorum, vbi dixit de parte pro indiuiſo & diuiſo.*

y Partis appellatione dimidia intelligitur, l. 43. *ſup. de vſufr.* z Partus non eſt pars rei furtiuæ, *Ecl. ibid. c. 26. v. l. 10. in fi. ſup. de vſurp. v. l 48 §. 5 ſup. de furtis.*

a Pars de toto prædicatur (at non è contra) niſi negatiuè, *vt hic.*

b *Ecl. ib. c. 27.* eſt ſpecies fundi, l. 115. *ff. eo.* ager cũ ædificio, fundus, l. 211. *in fi. ff eo.*

c l. 13. *ſup. de impenſis: Ecl. ibid. cap. 27.* ſtipendium à tributo nihil hodie diſtare ait Cuiacius, 7. *obſ* 3. olim diſtabat, vide Theophilum.

d v. l. 22. *in fi. ſup. ad municip.* in tributione, *vulg.*

e de qua adde l. 67. *ff eo.* f Alienat rem qui eam patitur vſucapi. *Ecl. ibid. c. 28. l. 44. §. 9. ſup. de cond. & demonſt. l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.* Eſt enim alienatio, actus per quem dominica transfertur, l. 1. *in fi. C. de fundo dotali.*

¶ Eum quoque alienare dicitur, qui non *a* vtendo amiſit ſeruitutes. ¶ Qui occaſione *b* adquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hæreditatem omittit, aut optionem *c* intra certum tempus datam non amplectitur. 1 ¶ Oratio, quæ neque coniunctionem, neque diſiunctionem habet, ex mente pronuntiantis, vel diſiuncta *d*, vel coniuncta accipitur.

Coniunctio.

29. *Idem*‖lib. 66. ad Edictum.‖

COniunctionem enim nonnunquam *e* pro diſiunctione accipi Labeo ait: vt in illa ſtipulatione, *Mihi hæredíque meo te hæredémque tuum.*

Sylua cædua. 1. Stipula illecta. 2. Nouale. 3. Terra integra. 4. Glans caduca. 5. Sylua paſcua.

30. *Gaius*‖lib. 7. ad Edictum Prouinciale.‖

SYlua cædua *f* eſt, (vt quidam putant) quæ in hoc habetur *g*, vt cæderetur. Seruius eam eſſe, quæ ſuccisa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur.

1 ¶ Stipula illecta *h* eſt ſpicæ in meſſe *i* deiectæ, ‖nec dum lectæ, ‖ quas ruſtici, cùm vacauerint *K*, colligunt.

2 ¶ Noualis *l* eſt terra præciſa *m*, quæ *n* anno ceſſauit *o*, quam Græci νέωσιν *p* vocant. 3 ¶ Integra autem eſt, in quam nondum dominus paſcendi gratia pecus immiſit. 4 ¶ Glans Caduca *q* eſt, quæ ex arbore cecidit. 5 ¶ Paſcua ſylua eſt, quæ paſtui *r* pecudum deſtinata eſt.

Pratum.

31. *Vlpianus*" lib. 18. ad Edictum."

PRatum *t* eſt, in quo ad fructum percipiendum falce *u* duntaxat opus eſt, ex eo dictum, quòd pratum *x* ſit ad fructum capiendum.

Minus ſolutum.

32. *Paulus*" lib. 24. ad Edictum."

MInus *y* ſolutum intelligetur *z*, etiam ſi nihil eſſet ſolutum.

Palàm.

33. *Vlpianus*" lib. 21. ad Edictum."

PAlàm *a* eſt, coram *b* pluribus.

Actio.

34. *Paulus*" lib. 24. ad Edictum."

ACtionis *c* verbo etiam perſecutio *d* continetur.

Reſtituere.

35. *Idem*" lib. 17. ad Edictum."

REſtituere autem is intelligitur, qui *e* ſimul & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti *f* tempore res ei reddita fuiſſet. id

a Non vtẽdo ſeruitutes amittuntur, l. 3. § 1. l. 4. *ſup. quæ in fraud. cred.*

b v. l. 6. *ſup. quæ in fraudem.*

c adde *l. 8. ff. de option.*

d Diſiunctiuam habens oratio, diſiuncta eſt: quæ verò coniunctiuam coniuncta: Quid quæ neutrum, v. l. 142. *ff eo.*

e vide l. 53. *ff eo. Eclog. ibid. c. 29.*

f l. 10. l. 48. §. 1. *ff. de vſufr.* l. 80. §. 2. *ſuprà de contrah. empt. l. 7. paragr. 7. ſup. ſolut.*

g hic interim nota, Syluã non tantum de arboribus dici, ſed & de herbis, Virgil. *Georg* 1. ſubit aſpera ſylua, Lappæque, tribulique, *Cuiac. 10. obſeruat. 15.* ſumitur etiam pro viridario, l. 17. §. 1. *ff ſi ſeruus vindicetur.*

h Illecta ſunt ſpicæ, *Hal.* Illecta dicitur ſtipula, quæ nondum collecta.

i in meſſem, *vulg. Hal.* & malè. In meſſe, id eſt, dum meſſis fieret.

k Occauerint, & malè. ſenſus eſt, Spicas, quæ poſt meſſorum terga à tenuioribus legi ſolent, ſtipulas appellari. Terentius *in Adelphis*: præter hæc meridie ipſo, faciam, vt ſtilam colligat: *huc refer 19. Leuit. verſ 9. & c. 23. verſ 22. Ruth. 2. verſ. 3 & 6.* l νεᾶτις γῆ, νέασις *Ecl. ibid. c. 30.* hinc Nouelletum, *l. 39. ff de hæred. pet.* nouellum, l. 8. *ff. de fundo dotali* noualis ager, *Varro 4. de lingua: l. vlt. in fi. ff. de termino.* Nouale 18. Plin. 19. nouata terra. *Cicero de oratione.* m proſciſſa, *Hal.* προτμηθεῖσα, *Ecl. ibid. c. 30.* Liber variorum auctorum de limitibus, Noualis ager dicitur, qui primùm proſciſſus. & apud Seruium 1. *Georg.* Nouales ſunt arua primùm proſciſſa. Idem refert Hieronymus & Innocentius III. *in c. nouale 1. & 2. extra de verb. ſign.* vbi tractant interpretes, num ex noualibus debeantur decimæ. Poſſis hinc inde legere. Noualis eſt etiam terra primùm proſciſa, & quæ anno ceſſauit, vt huius vocis duæ ſint ſignificationes. Addatur tertia, vt nouale, ſit ager, cuius vetus facies immutata ſit in nouam, veteri nõ abſimilem, vt ſi vetus oliuetum ſuccidas, vt nouellum reponas, l. 8. *ff. de fundo dotali*: ex ſylua nouale facias, l. *vlt. ſup. de termino*, quod nihil aliud eſſe puto, quàm nouelletũ in fundo facere, l. 32. *ſup. de hæred. pet.* l. 6. *ſup. de impenſis*: ſcio tamen Seruium 1. *Ecl.* ſcribere, noualia dici, vnde ſylua tollitur. n quinimo & quæ non ceſſauit: ſed quæ nuper magna cura ad culturam redacta eſt, quod vtique non negat Paulus: vt eum fruſtra reprehendat Laurentius Valla. o quæ alternis annis ceſſauit nouandarum ſibi vitium cauſa. hic illud Virgilij 1. *Georgic.* Alternis idem tonſas ceſſare nouales. Huiuſmodi agro opponitur ager reſtibilis, *Feſtus in Reſtibilis, 2. Collumell. 10. & 13.* qui quotannis ſeritur, qui & παλιμφυὸς & παλίμβλαστος. Igitur noualis ager hic eſt ad nouam ſementem relictus, *Feſtus*, qui quatenus ceſſat, opponitur ſegetibus, *Virgil. 1. Ecl. ver. 71. 72.* Pecus gaudet nouali graminoſóque ſolo, *Columella 6. in pr. v. Turnebum 18. aduerſ. 12.* p νέωσιν, *Ecl. ibid. c. 30.* νέασιν, *Budæus*, νεαγῶ, *Alciat. hic*: νεᾶν enim eſt nouare. q v. l. *vnic. ſup. de glande legenda.* r paſcuis, *vulg. Hal.* ſ Hinc illud Ciceronis in Topicis, Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. adde *tit. de paſcuis 11. C. 60.* t *Ecl. ib. c. 31.*

u Fœnum continetur fructuum appellatione, vt & palea, v. *Romanum ſing. 549.*

x Quod protinus ſit paratum, nec magnum laborem deſideret, *Colum. 2. c. 17.* Varro 1. *de lingua 7. in fi.* Alij dant primatum bonis pratis, vt ego quoque: à quo antiqui prata, parata appellant: apud eundem tamen Cato bonitatis agrorum gradus hoſce facit: Vineam, hortum irriguum, ſalictum, oliuetum, pratum, campum frumentarium, cæduam ſyluam, arbuſtum, glandariam ſyluam.

y Minus etiam ſoluit, qui nihil ſoluit, l. 82. *l. 150. ff. eo. Ecl. ib c. 12.* & qui tardius, l. 12. *ff. eo.* & is in quem amplioris ſummæ competit actio, l. 17 *ff. eo.* vel qui non integram ſummam ſoluit, *l. 85 ſup. de ſolut.* v. quæ notaui ad l. 116. *ſup. de verb. oblig.*

z Et ita comparatiuum *minus*, ſumitur interdum poſitiuo.

a v. l. 1. §. 3. *ſup. de inſtitoria: l. 43. §. 1 ſup. de ritu: l. 21. ſup. qui teſt. l. vlt. ſup. de iure codicillorum: l. 3. in princ. & §. 1. ſup. de iure fiſci*: huic affinia ſunt, coram: l. 209. *ff. eod.* oculis ſuis, l. 8. *in fi ſup. finium*: & ad liquidũ exquirere, l. 1. §. 8. *ſup. de aqua & aquæ.*

b Coram quid eſt? coram ſapientibus, non coram furioſis, mente captis, pupillis, v. l. 27. §. 5. *ſup. de arbitr.* c *l. 8. §. 1. ſup. eod. l. 178. §. 2 ff. eo.*

d v. l 57 *in fi. ff. eo.* adde l. 25. *ſup. de obl.* in rem, in perſonam, extraordinaria, l. 178. §. 2. *ff. eo l. 28. ſup. de oblig.* directa, vtilis, præiudicialis, prætoria, interdictum, l. 37 *ſup. de oblig.* exceptiones, l. 1 *ſup. de except.*

e *al.* qui ſemel & ſimul. *fortè legendum*, qui rem ſimul & cauſam. f Reſtituere iuſſus fructuum à tempore litis conteſtatæ perceptorum nomine tenetur, l. 20. *ſup. de rei vind. l. 9. § 5 ſup. ad exhib. l. 31. ſup. de reb. cred. 2. Ecl. 2. 35. l. 2. C. de pet. her.*

eſt, & vſucapionis cauſam a, & fructum b.

Lis.

36. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

LItis c nomen "omnem" actionem d ſignificat, ſiue e in rem, ſiue in perſonam ſit.

Oportere.

37. *Paulus* lib. 26. ad Edictum.

VErbum *Oportere* f non ad facultatem g iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris h vel minoris i condemnare, ſed ad veritatem k refertur.

Oſtentum, φάντασμα.

38. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

OStenſum l Labeo definit, omne contra naturam cuiuſque rei genitum m, factúmque. duo genera "autem" ſunt oſtentorum: vnum, quotiens quid contra naturam naſcitur, tribus manibus fortè aut pedibus n, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt. alterum, cùm quid prodigioſum o videtur, quæ Græci φαντάσματα p, id eſt, *viſiones* vocant.

Subſignare. 1. Bona. 2. Deteſtari. 3. Incertus poſſeſſor.

39. *Paulus* lib. 53. ad Edictum.

SVbſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptũ eſt q. nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione r vti ſolebant. 1 ¶ Bona intelliguntur cuiuſque, quæ deducto ſ ære alieno ſuperſunt. 2 ¶ Deteſtari t eſt, abſenti denuntiare. 3 ¶ Incertus poſſeſſor u eſt, quẽ ignoramus.

Deteſtatio. 1. Seruus. 2. Familia.

40. *Vlpianus* lib. 56.

DEteſtatio x eſt denuntiatio facta cum teſtatione. 1 ¶ Serui appellatio etiam y ad ancillã refertur. 2 ¶ Familiæ z appellatione liberi a quoque continentur. 3 ¶ Vnicus b ſeruus familiæ appellatione non c continetur. Ne duo d quidem familia e faciunt.

Arma.

41. *Gaius* lib. 21. ad Edictum Prouinciale.

ARmorum a appellatio non b vtique ſcuta, & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes, & lapides.

Probrum, opprobrium.

42. *Vlpianus* "lib. 57. ad Edictum."

PRobrum c & opprobrium, id d eſt, probra quædam natura turpia ſunt, quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis. vtputà furtum e, adulterium f, natura g turpe eſt h. enimuerò tutelæ i damnari, hoc non natura probrum eſt, ſed more ciuitatis. nec enim natura k probrũ eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere.

Victus.

43. *Idem* "lib. 58. ad Edictum."

VErbo *Victus* l continentur, quæ eſui, potuíq; cultuíque corporis, quęque ad viuendũ homini neceſſaria ſunt. veſtem quoque victus habere vicem, Labeo ait.

44. *Gaius* "lib. 22. ad Edictum Prouinciale."

ET cætera, quibus tuendi m, curandive corporis noſtri gratia vtimur, ea appellatione ſignificantur.

Stratum, ſtragulum, victus.

45. *Vlpianus* "lib. 58. ad Edictum."

INſtratum n omne veſtimentum contineri, quod inijciatur, Labeo ait. neque o enim dubium eſt, quin ſtragula p veſtis ſit q omne pallium περίστρωμα r. In victum ſ ergo veſtem accipiemus, non ſtragula t: in ſtratum u omnem ſtragulam veſtem.

Pronuntiare ſtatuere. 1. Materfamilias.

46. *Idem* "lib. 59. ad Edictum."

PRonũtiatum & ſtatutum idem x poteſt, promiſcuè enim & pronuntiaſſe y & ſtatuiſſe z ſolemus dicere eos qui ius habent cognoſcendi. 1 ¶ Matrẽfamilias a accipere debemus eam, quæ nõ inhoneſtè vixit. matrẽ enim familias à cæteris fœminis mores b diſcernunt, atque ſeparant. proinde nihil intererit, nupta ſit, an c vidua: ingenua ſit, an libertina. nam neque nuptiæ d, neque natales faciunt matremfamilias: ſed boni mores.

Liberatio.

47. *Paulus* "lib. 56. ad Edictum.

LIberationis verbum eandem e vim habet, quam ſolutionis.

Solutus.

48. *Gaius* "lib. ad Edictum prætoris vrbani titulo."

a Rem reſtituit, qui cauſam vſucapiendi, *vt hic*. poſſeſſionẽ, l. 22. *ſup. eod.* fructus, *vt hic, & d. l. 22. & l. 73. ȷ. eo. l. 38. §. 4. ſ. de vſuris: l. 173. §. 1. ȷ. de reg. iur. l. 2. C. de pet. her.* partus, *l. 20. ſ. de rei vind. l. 9. §. 7. ſ. ad exhibend.* vtilitates, l. 9. §. *vlt. ſ. ad exhibend.* omnes vtilitates, l. 81. *ȷ. eod.* corpus rei, omnem rẽ, conditionémq; eius, l. *vlt. in fi. ȷ. eo.* omnem cauſam, l. 31. *ſ. de reb. cred.* & priſtinũ ſtatum reſtituit, l. 2. § 43. *ſup. ne quid in loco publ. 6. Harm. 3.*
b *l. 73. ȷ. eo.*
c Antiqui ſtlitis dicebant, *Feſtus*. Lis à limitibus dicitur quorum cauſalis ſępè naſcitur. Seneca *de breuitate vitæ c. 3.* Prædia ſua occupari à nullo patiuntur, & ſi exigua contentio eſt de modo finiũ, ad lapides & arma diſcurrunt. cui loco iungatur l. 13. §. 3. *ſup. de vſufru.* Quin etiam dici ſolet, communionem matrẽ eſſe diſcordiæ, v l. 26. *ſup. de ſeruit. vrban.* Lis à controuerſia quemadmodum differat, v. in l. 25. §. 7 *ſup. de her. petit.* d Lis idem eſt quod actio, & quod actione cõtinetur. hinc illa, litem æſtimare, l. 29 *ſup. de negot. l. 9. ſup. quod certo: l. 15. §. 7 ſup. quod vi.* Conteſtari, v. l. 1. *C. de litis conteſtat.* in iudicium deducere, l 31 §. 2. *ſup. de negot. l. 2. C. de petit. her.* vel condemnationem, l. 3. §. *vlt. ſup. de act empt.* addicere (quod nihil aliud eſt quam vel ſecundum præſentem iudicare, vel poteſtatem facere actionis mouendæ, 16. *Gell.* 2.) mori (quod euenit tranſactis temporibus agendi, l. 3 §. 1 *ſup. quæ in fraudem: l. 2. ſup. de re iudic.*) perire, l. 1. §. 3 *ſup. de calumniat l. 18. § 4. ſup de dolo:* viuere, l. *vlt. in fi. C. de fide inſtr.* lite cadere, *Feſtus.* liti renũtiare, l. 10. *ſup. de iud.* in lite perſeuerare, *d. l. 10.* v. Quintinum *in cap. tempus motæ litis, Extr. de verb. ſignif.* Porro lis ſemper in iudicio: Iurgium extra iudicium eſſe poteſt. Litem à controuerſia & cauſa diſiungere difficile. Iurgium inter fratres, *l. vlt. ſup. familiæ:* inter virum & vxorem, l 31. *ſup. de iure dotium: l. 27. ſup. de pactis dotal. v. c. iurgium extr. de verb ſignif. & ibi Quint.* e Lis eſt de re vel perſona, aut potius in rem vel perſonam. f Quo actor vel ſtipulator ita vti ſolet. aio te mihi dare oportere. Dare promittis quidquid te dare oportet, l. 76. *in fi. l. 88 ſup. de verb. oblig.*
g v. quæ notaui ad l. 21. *ſup. de interrog.*
h l. 1. *ſup. de in litem: Inſt. de pœna temerè litigant. l. 3. C. de fructib. & litium.*
i v. l. 16. *ſup. de re iudicata.* k debiti ſcil.
l τέρας, *Ecl. ibid. c. 38* Oſtenta quæ oſtendunt tantummodo monſtra. Portenta quæ quid porrò rendat, indicant *Feſtus in Portentum.* Cicero 2. *de natura.* Prædictiones & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant hominibus niſi ea quæ fiunt oſtendi, monſtrari, portendi, prædici. ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, & prodigia dicuntur. Idem 1. *de diuinatione,* quia oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, prodigia dicuntur. m *l. 24. ſup. de ſtatu.*
n vel digitis, l. 10 *paragr. 2 ſup. de ædilit.* o *Feſtus in voce* Oſtentum.
p φάσματα τερατώδη, *Bud.* q Dubitandi ratio fuit, quòd ſignatum à ſigno dicitur ſeu ſigillo: ſit autem aliud ſigillo exprimere, aliud calamo ſcribere, à ſigno ſignatorius anulus, de quo v. l. 74. *ȷ. eod.* adde *Ecl. ibid. c. 39.*
r Et è contra reſignationis pro reſcriptionis, *Feſtus* ὑπογραφῆς, Græci.
ſ l. 72. *ſup. de iure dot. l. 2. paragr. 1 ſup. de coll. l. 1 ſup. de iure fiſci: l. 6. in fi. C. decollat. l. 6. C. ad l. Falc. l. vlt. paragr. 4. C. de bonis quæ liberis, paragr. vlt Inſt. de leg. Falc* Inde beare dicuntur: l. 49 *ȷ. eod.* quod non euenit ſi plus incommodi quàm vtilitatis habeant, l. 38 *ȷ. eo.* In eo differunt ab hereditate. Bonorum enim vſufructu legato, æs deducitur ex omnib. reb. l *vlt. ſup de vſufr legat. l. 69 ſup. ad l. Falc.* hereditate legata non deducitur, l. 104 *in fi ſup de leg. 1. l 8. in fi. l. 9 ſup de leg. 2.* quia poſſunt in hereditate eſſe onera. & ita bona & hereditas diſtinguuntur in l. 83 *ſup. de leg. 3 l. 16. paragr. 1. ſup. ad Treb.* t atteſtari, *vulg Hal.* & licet anteſtari? *Horat.* u l. 25 *ſup. de rei vind.* In certa perſona, incertus heres, quem quis incerta opinione, animo ſubijcit, *paragr. 25. Inſt. de leg. & C. de incertis perſonis.* incertum rei veritate, l. 7. *in fi ſup de contrah. empt.* incerta ſententia, l. 21 *paragr. 3 ſup. de arbitr.* dies incertus, l. 1. *paragr. 1. paragr. 2. l. 75 ſup. de cond. & demonſtr.* Incertus de ſtatu ſuo, l. 14. *ſup. qui teſtam.* incertus tutor, l. 10. *ſup. de teſtam. tut.* incertum conditionis, l. 1. *C. de pact.* x l. 238. *paragr. 1. ſup. eod.* διαμαρτυρᾶσθαι, τὸ ἐπὶ μαρτύρων παραγγεῖλαι *Ecl. 10. c. 39.* vide ad hunc locum *Alciatum vbi agit de teſtatione, deteſtatione, mutatione, denuntiatione, obnuntiatione, anteſtatione, conteſtatione, renuntiatione, proteſtatione, & eorum effectib.* adde *Cuiac. 7. obſ. 16. de anteſtatione tract.* y v. l. 101 *in fi ȷ. eo.* z v. l. 195. *paragr. 1. paragr. 2. ȷ. eo.*
a *Ecl. ibid. c. 40.* & ſerui, l. 2. *paragr. 14 ſup de vi bonorum.*
b Vnicus ſeruus familiã non facit: ſeruus tamen appellatione familiæ continetur, vnde & ſerui familiares dicti, l. 6. *paragr. 5. C. de his qui ad Eccl.* c Imò continetur, l. 4 *paragr. 17 ſ. de vi & vi armata.* d *Ecl. ib.* Imo duo faciunt familiã, *Paul. 5. ſent. 6. §. 3.* vel vnus, l. 2. §. 6. *ſ. de vi & vi.* e Vnus etiam repræſentat vniuerſitatem, l. 7. *in fi. ſ. quod cuiuſque,* (& tamen duo non faciunt familiam, *vt hic.*) duo rixam, l. 4. § 4. *ſ. vi bon* tres collegium, l. 85. *ȷ. eo* decem, quindecim, aut plures, turbam faciunt, *d. §. 3.* decem oues, gregem, l. *vlt. ſ. de abigeis.* ſed & decem perſonæ vel quindecim populum faciunt. *Apuleius Apolog. 1. Bart. ad l. 4 ſup. vi bon.* De legione nihil certi dici poteſt, vt quæ quatuor, quinque, vel ſex millia hominum interdum habuerit.

h Imò non eſt. Nam apud quaſdam gentes non eſt turpe. Quinimò inceſtus ... pis non fuit apud Perſas, *teſte Catello: Aug. in Leuit. c. 18. quod & Mirrha apud ... Metam. teſtatur.* i *l. 1. ſ. de his qui notantur.* k Natura probrum non eſt ... in hominem idoneum incidit. l *Ecl. ib. c 43.* adde l. 44. *ȷ. eo.* Victus vocab... pater, quàm diarij & cibarij, l. 21. *ſ. de aliment.* Educationi victus exæqua... *ſ. de aliment.* m Tuemur corporis vitam eſu & potu, l. 43. *ſ. eod. l. vlt. ſ. de ... l. 234. in fi. ȷ. eo. l. 5. §. 12. ſ. de agnoſc. liber.* veſte, l. 43. *ſ. eo. l. 44. ȷ. eo. l. 234. ... ſ. de alim.* tecto, quod hæc lex innuit, & apertè demonſtratur lege, l. 21. *ſ. de ...* & victus tamen verbo, non continentur ea quæ ad diſciplinam pertinent, ... probetur, *d. l. 21.* An & pharmaca *victus* verbo continentur? id hac lege ... probatur. Rebuff *in tract. de ſent. prouiſion. art. 11. gl. 5. in verbis, Et medicam... in verbis, donnez en matiere d'alimens. & art. 2. vbi de priuileg. aliment. & ... differit* hæc omnia non diarij aut cibarij, l. 21. *ſ. de alim.* ſed victus & educatio... cabulo continentur: niſi quis fortè de victu tranſigat. tunc enim fauoris ... habitatione, nec de veſtiario tranſegiſſe legatarius intelligitur, l. 8. §. 11. ... n Inſtrato, *Hal* τῷ ὑποστρώματι τῆς στρωμνῆς, *Ecl. ib. c. 45.* Inſtratum, quod ... mentũ, l. 234. *in fi. ȷ. eo.* o Inſtratus nomine omne veſtimentum continetur ... gula & pallia & id omne quod inijcimus, *Ecl. d. loco.* p Inſtratum eſt omne ... mentum quod inijcitur, omnis ſtragula, omne pallium περίστρωμα, l. 12. ... *inſtructo.* Hinc veſtiméta ſtragula, *l. 23. ſ. de auro,* adiectiuè ab inſtruendo, dic... inſtragula à Catone, *c. de re ruſtica in fin.* q ſit quod Græci περίστρωμα ... ἐπιστρώματα dicitur etiam καταστρώματα, ἐπιφλώματα, *v. Cuiac. 10. obſ.* ... πετάσματα (quod triclinis obtendantur) & παραπετάσματα: Aulea (ab ... gum in quibus extenditur.) Attalica, Babylonica, tapetes, tapetia, plagæ, & ... lia habent intexta ζῷα belluata, Plaut. *in Pſendolo.* Neque Alexandrina ... conſuta tapetia, *Bud. hic* amphitapa, philotapa, de quib. v. l. 23. §. 2. *ſ. de auro* ... cùm hæc vox περίστρωμα deeſſet in Codice Laurentij Vallæ, temerè Iuriſc... reprehendit, quaſi ſimpliciter dixiſſet, ſtragulã eſſe omne palliũ: ac non po... ne pallium περίστρωμα. ſ In victu, *vulg. Hal. legendũ eſt.* Iniectum, &c. hi... iniectu & inſtratu agitur. t ſtragulam, *vulg Hal.* u Inſtratũ, & Inſtratu... x idem dici, *vulg. Hal.* y *Ecl. ib. c 46. l. 35. §. 1. ſ. de auro, l. 59. §. 2. l. 60. ſ. ...* Pronũtiatur ita libertus, *l. 8. §. 1. ſ. de in ius* ſeruus, *l. 11. ſ. de adm. tut.* ingenu... *in fi. ſ. de liberali,* indignus, l. 8. *ſ de his quæ vt indign.* liber, l. 8. *C. de ſent* adde ... 19. *ſ ad Turp.* Interdũ pronunciare etiam ſignificat aliquid palàm polliceri ... nunciare nummos. *Suet. in Iulio c. 19* Epulum *ib. c. 25.* donatiuum. *Idem in Ga...* teſſeras. *Idem in Dom. c 4.* præmia *Liu. 2.* palam exprimere, *l. 11. § 18. ſ. de ... l. 1. §. 1. in fin. l. 31. §. 1. ſ. de ædilit. l 69. §. 1. in fin. ſ de euict. l. 15. §. 1. ſ. de ...* firmare vel negare, hinc pronũciatum Ciceroni, idẽ quod Varroni prologui... lectic s ἀξίωμα 16. *Gell. 8. huc refer. c. ſtatuo: c. quod præcipitur, Ext. de verb. ſign... Quint.* z *l. 1. ſ. quod quiſque iuris,* ſtatuere διορίσασθαι pronunciare ... *Ecl 2. c. 46. v. d. c. ſtatuo* Iudex imperãs, vetans, permittẽs, puniẽs, & ius reddẽs ... ſtatuere, ſed & magiſtratus cũ legẽ ſãcit: hinc ſtatuta. a *v. l. 3. in fi. ſ. de lib. ... ib c 46.* & dignitas, v. *l. 49. § 4 ſ. de leg. 3. l. 29. C. de adult.* honeſtas *l. 41. in fi. ...* (quam Græci σεμνότητα *Ecl. ib.*) veſtitus *l. 15. §. 15. ſ. de iniuriis,* ſeu ſtola ... *Cuiac. 3 obſ. 18. Pet. Fab. 1. ſemeſtr. 15.* non virginitas, *ȷ. eo.* c *l. 10. ſ. de adult. ... in lib. de velandis virginib.* Materfamil. vocatur, licet ſit virgo & paterfam. lic... ſtis, *Hæc ille.* Et merritò, cũ ſufficiat eam ſuæ poteſtatis eſſe *l. 4. ſ. de his qui ſui ... l. 30. §. 1. l. 34. ſ. ſol.* Porrò ne quis *inueſtis* vocabulo decipiatur, eo ſignificatur ... bes: *Macr. 3. Saturn. Palla 12. c. 19. Tert. in lib. de velandis virginib. duob. locis ... vxor. circa fin. & lib. de anima, c. 33.* ei contrarius veſticeps i. pubes 5. *Gell 9. ... 2. obſ 38. Forner. 1 ſelect. 9.* e 2. *Ecl. 2. c. 46. l. 54. ſ. de ſol. §. 11. Inſt. de a ... * inquam, ſi obligationem: non eandem, ſi nummos ſpectemus, ſiquidem ſolutio ... nis ſit propriè.

Qui

Qui neque a ſequantur neque ducantur.

Solutum non intelligimus eum, qui licèt vinculis leuatus ſit, manibus *b* tamen tenetur, ac ne eum quidē intelligimus ſolutum, qui in publico ſine vinculis ſeruatur.

Bonæ.

49. *Vlpianus* lib. 59. ad Edictum.

Bonorum *c* appellatio aut naturalis, aut ciuilis eſt: Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant *d*, hoc eſt, beatos faciunt. beare eſt prodeſſe. ¶ In bonis *e* autem noſtris computari ſciendum eſt, non ſolùm quæ dominij *f* noſtri ſunt, ſed & ſi bona fide à nobis poſſideantur *g*, vel ſuperficiaria *h* ſint. Æquè bonis adnumerabitur, etiam ſi quid eſt in actionibus *i*, petitionib. perſecutionibus. nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.

Nurus.

50. *Idem* lib. 61. ad Edictum.

Nurus appellatio etiam ad pronurum, & *k* vltra porrigenda eſt.

Parens.

51. *Gaius* lib. 23. ad Edictum Prouinciale.

Appellatione parentis nō *l* tantùm pater, ſed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes ſuperiores continentur: ſed & *m* mater *n*, & auia, & proauia.

Patronus.

52. *Vlpianus* lib. 61. ad Edictum.

Patroni *o* appellatione & patrona continetur.

De coniunctis, & diſiunctis, ſeu ſeparatis, & ſolutis.

53. *Paulus* lib. 59. ad Edictum.

Sæpe ita comparatum eſt, vt *p* coniuncta pro diſiunctis accipiantur, & diſiuncta pro coniunctis, interdum ſoluta *q* pro ſeparatis. Nam cùm dicitur apud veteres *Adgnatorum gentiliumque* r, pro ſeparatione *ſ* accipitur. At cùm dicitur, *Superior pecunia* t *tutelàve ſuæ* u, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt.

¶ Et cùm diximus, *Quod dedi* x *aut donaui*, vtraque *y* continemus. ¶ Cum verò dicimus, *Quod eum dare* z *facere oportet*, quoduis *a* eorum ſufficit probare. ¶ Cùm verò dicit prætor, *Si donum* b, *munus*, *operas redemerit*: ſi omnia impoſita ſunt, certum eſt omnia redimenda eſſe.

¶ Ex re ergo pro coniunctis habentur. ſi quædam impoſita ſunt, cætera non deſiderabuntur.

1 ¶ Item dubitatum, illa verba, *Ope*, c *conſilio*, quemadmodum accipienda ſunt, ſententiæ coniungentium, aut ſeparantium? ſed verius eſt, quod & Labeo ait, ſeparatim accipienda: quia aliud factum eſt, eius qui ope, aliud eius, qui conſilio furtum facit. ſic enim alij *d* cōdici poteſt: alij *e* non poteſt. & ſanè poſt veterum auctoritatem eo peruentum eſt, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi *f* & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi *g* & factum ſecutum fuerit.

Conditionalis creditor.

54. *Vlpianus* lib. 62. ad Edictum.

Conditionales *a* creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, eſt autem competitura: vel qui ſpem *b* habent, vt competat.

Creditor.

55. *Paulus* lib. 16. breuis Edicti.

Creditor autē is eſt, qui exceptione *c* perpetua ſummoueri non poteſt. qui autem temporalem exceptionem timet, ſimilis eſt conditionali creditori.

Cognoſcere inſtrumenta, diſpungere. 1. *Liberi.*

56. *Vlpianus* lib. 60. ſecundo ad Edictum.

Cognoſcere *d* inſtrumenta, eſt relegere, & recognoſcere. diſpungere *e* eſt conferre accepta & data.

1 ¶ Liberorum *f* appellatione continentur non tantùm qui ſunt in poteſtate: ſed omnes, qui ſui iuris *g* ſunt, ſiue virilis ſiue fœminini ſexus ſunt, éxve *h* fœminini ſexus deſcendentes *i*.

Magiſter, magiſtratus. 1. *Perſequi.*

57. *Paulus* lib. 59. ad Edictum.

Cvi præcipua cura rerum incumbit, & qui *K* magis quàm cæteri, diligentiam & ſollicitudinem rebus quibus præſunt, debent, hi magiſtri *l* appellantur.

¶ Quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationem à *m* magiſtris cognominantur *n*.

¶ Vnde etiam cuiuſlibet *o* diſciplinæ præceptores, magiſtros *p* appellari à monendo, vel monſtrando.

1 ¶ Perſequi *q* videtur, & qui ſatis accepit.

Acta, geſta. 1. *Noſtri liberti.*

58. *Gaius* lib. 24. ad Edictum Prouinciale.

Licèt inter geſta *r* & facta videtur quædā eſſe ſubtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς *ſ*. id eſt, *abuſiuè*, niſi inter factum & geſtum intereſt.

1 ¶ Paternos *t* libertos rectè videmur dicere noſtros *u* libertos. liberorum libertos non rectè noſtros libertos dicimus.

Portus, angiportum.

59. *Vlpianus* lib. 68. ad Edictum.

Portus appellatus eſt concluſus locus, quò importantur *x* merces, & inde exportantur. eáque *y* nihilominus ſtatio *z* eſt concluſa, atque munita. inde angiportum *a* dictum eſt

Locus, fundus.

60. *Idem* lib. 69. ad Edictum.

Locus *b* eſt non fundus, ſed portio *c* aliqua fundi. fundus *d* autem integrum aliquid eſt, & plerumque ſine villa *e* locum accipimus. Cæterùm adeo opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, vt & modicus *f* locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuimus. Non etiā magnitudo locum à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio, & quælibet *g* portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus, nec non & fundus, locus conſtitui poteſt. nam, ſi eum alij adiunxerimus *h* fundo, locus fundi efficietur.

1 ¶ Loci appellationem non ſolùm ad ruſtica *i*, verum ad vrbana quoque prædia pertinere, Labeo ſcribit.

2 ¶ Sed fundus quidem ſuos habet fines *k*, locus *l* verò latere poteſt, quatenus determinetur, & definiatur.

---

a Eorum qui in ius vocati ſūt, alij ſequūtur vltrò, nec ducuntur, veluti è domo ſua vocati, l. 21. *ſup. de in ius vocādo*. vel ex aſylo, *Nouell.* 17. vel ſtatis offerētes, §. *in ius voc. vt eant*, vel *ſeudent* (vnde cōſtat non licere cōtinuò manū iniicere ei, qui in ius vocatus eſt. Cicero 5. *de finibus in fin.* Tu verò ducas licèt) ſi ſequatur. Qui trahitur in ius, anteſtatur pri' vel inteſtati, id eſt, non anteſtati, ſeu teſtato nō cōuenti. Alij ducuntur, vt cæteri ferè omnes qui in ius vocari poſſūt. Alij neque ducuntur, neque ſequuntur, vt qui in ius vocari nō poſſunt quales ſunt vincti neruo, aut compedib. vel qui religione loci, quaſi vincti tenentur. l. 2. *ſup. de in ius voc. vide Cuiac.* 7. *obſ.* 16.

b Captus dicitur is in quem manus iniecta eſt, qui vinculis tenetur, adde l. 216. l. 224. ℨ. eo. l. 22. *ſup. quod metus cauſa. adde leg.* 9. l. 23. *ſup. ex quib. cauſis maiores*: l. 7. ℨ. *depoſiti*: l. 2. *ſup. de homine libero*: l. 8. §. 9. *ſup. de pœnis*.

c Adde l. 21. l. 39. §. 1. *ſup. eod.* l. 83. l. 208. ℨ. *eod.* l. 5. §. 6. *ſup. vt in poſſeſſ. leg.* 8. *ſup. de rebus author. indicis.* l. 9. *ſup rem pupill.*

d Beati, inde diuites dicuntur. Plautus *in Penulo*: bonam ego quam beatam eſſe primò dici mauolo: & Seneca 3. *contr.* inſolens malum eſt beata vxor. & 3. *Epiſt.* nunquā vidi hominem beatum indecentius. ſic bona incommoda, non beant, *l.* 38. ℨ. *eo.* Beatum eſſe dicebant quoque, quem mortuum eſſe dicere volebant. *Ammian.* 25. vbi de Iuliano & Anatolio loquitur.

e In bonis eſſe l. 1. *ſup. de rer. diuiſ.* l. 2 *in fin. ſup. ſi ex noxali*: l 9. §. 6. *ſup. quod metus*: l. 8. §. 12. *ſup. quib. mod. pign.* l. 52. *ſup. de acq. rer. l. vlt.* § 4 *ſup. quæ in fraudem cred.* l. 2. *paragr.* 22. *ſup. vi bonor. rapt.* f l. 5. *ſup. pro derelicto.*

g facit d. lex 52. h *v. l.* 2. *ſup. de ſuperficieb.* i l. 21. *ſup. eo.* l. 1 *ſup. de vſufr. l. vlt. de vſu.* l. 7. *parag.* 3. l. 75. ℨ. *de iure dot.* l. 32. *ſup. ad l. Falc* l. 9. *ſup. rem pup.* l. 28. *ſup. de iniur. l. pen. ſup. de popul act* l. 21. § 4. *ſup. ad munic.* l. 190. ℨ. *de reg. iur.* k Nurus appellatio 2. *Ecl.* 2, *c.* 50. l. 2. *parag.* 3. *in fi ſup. qui ſatiſd.* l. 3. *paragr.* 3. *ſup. de poſtul.* l. 24. *ſup. de ritu*: l. 8, *parag.* 4. *ſup. de leg. praſt.* & ad ſponſam etiā, l 12. *parag* 1. *ſup. de ritu*: adde l. 6. *l.* 8. ℨ. *de grad.* l Parentū nomine aſcendentes intelliguntur in infinitū, *l.* 4. *parag.* 2. ℨ. *de in ius voc.* de quo v. *l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc.* m Et ſic vtriuſque ſexus *l.* 10. *parag.* 5. *ſup. de in ius voc.* n Feſtus. Maſculino etiam genere parentem appellabant etiam matrem.

o Patroni appellatio, *Ecl. ib. c.* 52. adde l. 1. *C. de in ius voc.* p Coniuncta pro diſiunctis 2. *Ecl.* 2. *c.* 53. l. 28 l. 29. *ſupr. eo.* l. 4. *C. eo.* l. 30. *ſup. de auro.* q In quibus non eſt particula coniunctiua vel diſiunctiua. r Verba legis 12. tab. ea fuerunt, *Si paterfamilias inteſtatus moritur, familia pecuniáve eius agnatorum gentiliumque eſto*: & rurſus: Si furioſus exiſtit, agnatorum gentiliumque in eum, pecuniámque eius poteſtas eſto. *Author ad Herennium.* Porrò gentiles ſunt nati ex ingenuis, quorum maiores nullam ſeruitutem ſeruierunt. *Cic. in Topicis.* poſſunt quidem eſſe agnati inter ſe, non tamen gentiles, & in hac quoque lege agnati, & gentiles ſeparantur. Interdum gentilis eſt, qui ex eo cognomine, nec tamen agnatus. De gentilibus, adde Ciceronem 2. *off.*

ſ His verbis Budæus negat diſiunctiuā ſignificari, aliud enim eſſe διαζευκτικὸν μόριον, i. particulam diſiunctiuam, aliud ſeparatiuam ἀποχεριστικόν.

t Hinc colligit Cuiacius, veteres gēitiuum pro ablatiuo vſurpaſſe, *vt eundem ad tit. Inſtitutionum de l. Aquiliæ*: Primo tamen ad Herēnium, & apud Vlpianū 11. *parag.* 14. legitur ſuper pecunia tutelàve ſuæ rei. u Sententia hæc fuit, vti quiſque legaſſit, ſuper pecunia, tutelàve ſuæ rei, ita ius eſto 11. *Vlp. in frag.* 14. *Cornificis* 1. *ad Herennium*: adde *l.* 120. ℨ. *eod.* x Hæc diſiunctiua cauſam dationis exprimit, quaſi diceret quod ob cauſam donationis dedi. y Aliud eſt enim dare, aliud donare, dari poteſt aliquid etiam citra titulū donandi. z Dyalyton, ſeu ſoluta oratio Figura nota oratoribus & Rhetorib. a l. alterutrum. b l. 53. *ſup. de bon. libert.* c *v. l.* 27. §. 1. *ſup. ad l. Aquil. l.* 11. *paragr. vlt ſup. de ſeruo corrupto*: *l.* 6 *ſup. de cond. furtiua.* l. 36. l. 50. *parag.* 1. *ſup. de furtis*: l. 1. *ſup. furti aduerſus nautas.*

d Ei qui non opem tulit, l. 36 *ſup. de furtis.* e i ei qui conſilium dedit. *v. l.* 21. *ſup. de furtis.* g *v. tamen*, *l.* 18. *ſup. de pœnis.*

a *v. l.* 42. ℨ. *de ob.* b *v.* §. 4. *Inſt. de verborum obligatione.* c *v. l.* 10. ℨ. *eod. l.* 42. *in fi.* ℨ. *de oblig.* d 2. *Eclog.* 2. *c.* 56. γιγνώσκειν. e διαστίζειν. *Ecl. ibid.* cognoſcimus inſtrumenta, cum ea legimus aut relegimus: diſpūgimus, cùm accepta & data diligētiſſimè inter ſe cōferimus, hinc tranſlatitiè, Deus meritorum iudex & diſpunctor dicitur à Tertulliano, 4. *Aduerſus Marcionem*, & eodē ſenſu. *lib.* 5. *aduerſus eundem Marcionē*, diſpunctio boni & mali operis. aliàs diſpungere, eſt delere. f *Ecl. ibid. c.* 56. *v. l.* 220. ℨ. *eod.* g id eſt, emancipati. h *l. vlt.* ℨ. *de pollicit.* Imò non cōprehēduntur liberorum appellatione deſcendētes ex fœminis, *l.* 1 ℨ. *de iure immunit.* i Deſcendentium appellatione qui veniant, *dixi l. vlt. C. de ſuis.* K Adde *Feſtum in* Magiſteria. l *Eclog ibid. cap.* 57. m Sicut albatus ab albo, *Varro.* n Imò magiſtri à magiſtratibus. *Eclo. ibid.* o Hinc magiſtri ſocietatis, *v. leg.* 14. ℨ. *de pactis*, vniuerſitatis, & vēditioni bonorū præpoſiti; *v. quæ dixi ad l.* 9. *ſup. ratam rem*, nauium, *v. leg.* 1. *parag.* 1 *ſup de exercitoria*, equitum, *l.* 2 *parag.* 19. *ſup. de orig. iur. l.* 1 *ſup. de officio præfecti vrbis.* memoriæ, epiſtolarum, libellorum, *v. l.* 11. *C. de excuſ. muner.* officiorum, *v. tit. Cod. de magiſtro officio*, cenſus. *l. vlt C. de emphyteutico.* æris, *l. vnica C. de annona.* admiſſionum, *l. vnic. C. Theodoſ. qui à probatione.* inter agentes, *paragr.* 2. ℨ *de Iuſtin. Codice*, ſcrinij, libellorum, ſacrarū cognitionum, *paragr.* 1. ℨ. *de nouo Codice faciendo.* legum, *parag.* 1. *vbi voce magiſtra*, ℨ. *ad anteceſſores.* ſcriniorum, *l. vlt.* §. 1. *in fi. C. de appell.* pagorum, *v. apud Siculum Flaccum libro de conditionib. agrorum*, vicorum *Suet. in Aug. c.* 30 *& vlt.* conuiuij, *Cicero in Catone*, ludi literarij, *l.* 1. *parag.* 6 *ſup. de variis & extraordinariis cognition.* ceremoniarum populi, curiæ, de quibus vide Budæum *in Annotationib. in Pandect.*

p Hinc magiſtrare, id eſt, moderari, *Feſtus*, magiſteria poteſtas, *v. l.* 33. *C. de appell.* magiſterium militum, *v. l.* 25. *C. de procur.* q Ne dicas cum Accurſio, conſequi: ſenſus eſt: Suum nondum aſſecutus intelligitur cui tantum datus eſt fideiuſſor. nondum enim ei planè ſatisfactum eſt. r *v. l.* 19 *ſup. eod.* ſ Hoc maximè propter leges municipales eſt notandum. *Alciat.* 1. *diſpunct* 4. Eſt autem κατάχρησις abuſio adde *l.* 6. *paragr.* 1 *ſup ad l. Iuliam de adulteriis.* t *v. l.* 5. ℨ. *de alimentis.*

u *v. l.* 25. *ſup. eod.* x Vel à Græco πορθμὸς, quod eſt fretum maris, *Heſych.* portus, artificiales *cothones*, & *cothonas* appellant, teſte Seruio 1. *Æneidos*: adde *Feſtum in* Catone, *vbi legendum eſt* Cothones. de ratione portus conſtruendi, vide Vitruuium 5. c. 12. y τὸ αὐτὸ καὶ σταθμὸν λέγεται. *Syn. c.* 59. i. idem dicitur ſtatio.

z *v. l.* 1. §. 13. ℨ. *de flum. l.* 15. §. 7. ℨ. *de iniuriis*: adde *Ecl. c.* 59. a Dicitur etiam angiportus, *Feſtus*, *adde Varronem* 4. & 5. *de lingua*, i. anguſtus portus. b Locus, eſt vbi quid locatum eſſe poteſt. *Varro* 4. *de lingua.* ſed ita legendum videtur, locus non eſt fundus: ſed portio aliqua fundi. c Locus non eſt fundi portio. 2. *Ecl. c.* 60.

d Adde *l.* 115. ℨ. *eo.* e Et ſine ædificio, is cùm eſt in vrbe, area locus ille appellatur: cùm extra vrbem, ager, *l.* 201. ℨ *eo.* f Hinc illud Ciceronis, fundum Varro vocat quem poſſim mittere funda, Ni tamen exciderit qua caua funda patet. Video tamen à Varrone 4. *de lingua.* Fundum ideo dici: quòd quotannis multa fundat Feſtus verò fundum dici ait agrum planum ad ſimilitudinem fundi vaſorum. vtilior eſt patrisfamilias & culinæ Iſidori & etymologia 15. *Orig.* 13. Fundum ſcil. dici, quòd in eo fundetur & ſtabiliatur patrimonium.

g *l.* 15. *in fin. ſup. de legat.* 1.

h *l.* 6 *paragr.* 1. ℨ. *communia prædiorum*: *l.* 24. §. 2. ℨ. *de leg.* 1. i *l.* 211. ℨ *eo. Eclogæ dicta c.* 60. 15. *Iſid.* 13. k Hinc fundi confines, *l.* 4 §. 8. *ſup. finium regundorum*: *lege* 54. *ſupra de legatis* 4.

l Locus poteſt eſſe finitus: fundus ſemper finitus eſt.

cæteris adgnatis ‖ tuis ‖ veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu eſt, adoptaue it aliquem: adgnatus inter ſuos hæredes eſſe non dubitatur.

3 ¶ Cæterùm inter maſculos quidem adgnationis iure hæreditas etiam ſi longiſſimo gradu *a* ſint, vltro citróque capitur.

¶ Quòd ad fœminas verò atinet: ita placebat, vt ipſæ *b* conſanguinitatis iure tantùm capiant hæreditatem, ſi ſorores ſint: vlterius non capiant, maſculi autem ad earum hæreditates (etiam ſi longiſſimo gradu ſint) admittantur. Qua de cauſa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat: tua verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur ita iura conſtitui, vt plærumque hæreditates ad maſculos confluerent. Sed quia ſanè iniquum erat in vniuerſum eas quaſi extraneas repelli, prætor eas ad bonorum poſſeſſionem admittit ea parte, qua *c* proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur, ex qua parte ita ſcilic. admittuntur, ſi neque adgnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat.

¶ Et hæc quidem lex XII. tabularum nullo modo introduxit: ſed ſimplicitatem *d* legibus amicam amplexa, ſimili *e* modo omnes adgnatos, ſiue maſculos, ſiue fœminas *f*, cuiuſcunque gradus, ad *g* ſimilitudinem ſuorum inuicem ad ſucceſſionem vocabat. Media autem iuriſprudentia *h*, quæ erat quidem lege XII. tabularum iunior, imperiali autem diſpoſitione anterior, ſubtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à ſucceſſione adgnatorum repellebat, omni alia ſucceſſione incognita, donec prætores paulatim aſperitatem iuris ciuilis corrigentes: ſiue quod deerat, implentes, humano propoſito, alium ordinem ſuis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum poſſeſſionem eas adiuuabant, & pollicebantur his bonorum poſſeſſionem, quæ *vnde cognati*, appellatur.

¶ Nos verò leg. XII. tab. ſequentes, & eius veſtigia in hac parte conſeruantes, laudamus quidem prætores ſuæ humanitatis, non tamen eos in plenum ‖ huic ‖ cauſæ mederi inuenimus. Quare etenim vno eodémque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis tam in maſculis quàm in fœminis æqua lance conſtitutis, maſculis quidem dabatur ad ſucceſſionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulierib. nulli penitus, niſi ſoli ſorori, ad agnatorum ſucceſſionem patebat aditus? Ideo ‖ nos ‖ in plenum omnia reducentes, & ad ius 12. tab. eandem diſpoſitionem exæquantes *, noſtra conſtitutione *l* ſancimus, omnes legitimas perſonas, i. per virilem ſexum deſcendentes (ſiue maſculini generis, ſiue *k* fœminini ſint) ſimili modo ad iura ſucceſſionis legitimæ ab inteſtato vocari ſecundum *l* ſui gradus prærogatiuam: nec ideo excludendas, quia conſanguinitatis iura, ſicut germanæ, non habent.

4 ¶ Hoc etiam addendum noſtræ conſtitutioni exiſtimauimus, vt transferatur vnus tantummodo gradus à iure cognationis in legitimam ſucceſſionem: vt non ſolùm fratris filius & filia (ſecundum quod iam definiuimus) ad ſucceſſionem patris ſui vocetur: ſed etiam germanæ conſanguineæ: vel ſororis vterinæ filius & filia ſoli, & non deinceps perſonæ vnà cum his ad iura auunculi ſui *m* perueniant & mortuo eo, qui patruus quidem eſt ſui fratris filiis, auunculus autem ſororis ſuæ ſoboli: ſimili modo ab vtroque latere ſuccedant: tanquam ſi omnes ex maſculis deſcendentes, legitimo *n* iure veniant, ſc. vbi frater & ſoror ſuperſtites nòn ſunt. His etenim perſonis præcedentib. & ſucceſſionem admittentibus, cæteri gradus remanent penitus ſemoti †, videlicet hæreditate non in ſtirpes, ſed in capita, diuidenda.

5 ¶ Si plures ſint gradus adgnatorum, apertè lex XII. tab. *o* proximum vocat. Itaque ſi (verbi gratia) ſint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus: frater potior habetur. Et quamuis ſingulari numero vſa lex ‖ XII. tab. ‖ proximum vocet, tamen dubium non eſt, quin ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnes *p* admittantur *q*. Nam & propriè proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen non dubium eſt, quin licèt vnus ſit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hæreditas.

6 ¶ Proximus autem, ſi quidem nullo teſtamento facto quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus eſt is, cuius de hæreditate quæritur *r*. Quod ſi facto teſtamento quiſquam deceſſerit, per hoc tempus requiritur, quo certum eſſe cœperit, nullum ex teſtamento hæredem exiturum. tunc enim propriè quiſque inteſtatus deceſſiſſe intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo ſpatio temporis ſæpè accidit, vt proximiore mortuo, proximus eſſe incipiat, qui moriente teſtatore non erat proximus.

7 ¶ Placebat *ſ* autem in eo genere percipiendarum hæreditatum ſucceſſionem non eſſe: id eſt vt quamuis proximus, qui ſecundùm ea quæ diximus,

puta decimo §. fin. J. de ſucceſſ. cogn. an & vltra decimum, negat ibidē Mynſ. ait itaque agnatis præferri vel virum vel vxorem, vel Eccleſiam, vel fiſcum. ab eo tamen diſſentit Vueſemb.

b Fœminæ ad hereditatem legitimam vltra conſanguineam vel vltra conſanguinearum gradum ad ſucceſſionem, item ad legitimā hereditatem, non admittebantur, iure ciuili Voconiana rogatione. *Paul. 4. ſent. 1. §. 5. Vlp. 26. §. 6.*

c *de qua l. prox. ti. in pr. & J. de ſeruili. cogn. §. 3. l. 4. D. vnde cognati.*

d *§. 7. J. de ſing. reb. per fideic.*

e *Paul. 4. ſent. 8. §. 5. Nou. 118.*

f *Vlp. 26. §. 1.*

g hoc falſum eſſe videtur *J. d. SC. Tertull.*

h intelligit legem Voconiam (de qua *Pau. d. loco. & Vlp. tit. 26. §. 6.* per quā fœminæ, vltra cōſanguineorum gradum, ab hæreditatib. legitimis arcebantur. *

i *l. pen. & vlt. C. de legit. hered.*

k *Nou. 21. in pr. & 118. c. 4.*

l vt priore loco conſanguinei, i. fratres & ſorores ex eodem patre, pro reliqua adgnati proximi, & ex iis deſcendentes etiam fœminæ, ſeruato ſemper gradu ſuo.

m patrui ſui, *l. pe. in pr. C. de leg. her.* *.

n & ſuccedant inter ſe in capita J. *eo. d. l. pe. Zaſ. 1. reſp. 7. Mynſ. 3. obſ. 94.* idem Carolus V. ſtatuit. Caius 2. *Inſt.* 8.

† Hodie non ſunt ſemoti ob introductum ius repræſentationis. *Nou. 127.* quo liberi defuncti fratris cum patruo ſuccedunt in ſtirpes, *Authen. ceſſante C. de leg. hær.*

o *l. 195. §. 1. de verb. ſig.*

p Singulari numero continetur pluralis, *l. 17. §. 1. de leg. 1.*

q non in ſtirpes ſed in capita, *l. 2. §. 1. ff. de ſuis.*

r Defuncti proximus quis cenſetur ab inteſtato mortis tempore: ex teſtamento, eo deſtituto, *v. l. 2. § 6. D. eo.*

ſ In hæreditate legitima, olim nō erat ſucceſſio. Nā fratre decedente antequam adiret,

vocatur ad hæreditatem, aut ſpreuerit hæreditatem, aut antequam adeat, deceſſerit: nihilo magis legitimo iure ſequentes admittantur: Quod iterum prætores imperfecto iure corrigentes, non in totum ſine adminiculo relinquebant: ſed ex cognatorum ordine eos vocabant, vtpote adgnationis iure eis recluſo. Sed nos nihil perfectiſſimo iuri deeſſe cupientes, noſtra conſtitutione *a* quam de iure patronatus humanitate ſuggerente protulimus *, ‖ ſancimus ‖ ſucceſſionem in adgnatorum hæreditatib. non eſſe eis † denegandam. cùm ſatis abſurdum erat, quod cognatis à prætore apertum eſt, hoc adgnatis eſſe recluſum: maximè cùm in onere quidem tutelarum primo gradu deficiente, ſequens ſuccedit, & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permiſſum.

8 ¶ Ad legitimam ſucceſſionem nihilominus vocatur *b* etiam parens, qui contracta *c* fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat, quod ex noſtra conſtitutione *d* omnino inducitur, vt emancipationes liberorum ſemper videantur quaſi contracta fiducia fieri: cùm apud veteres non aliter hoc obtinebat, niſi ſpecialiter contracta fiducia parens manumiſiſſet.

DE SENATVSCONSVLTO TERTVLLIANO &c.

TIT. III.

¶ De lege XII. tab. & iure prætorio. 1. ¶ De conſtitutione diui Claudij. 2. ¶ Ad SC. Tert. de iure liberorum. 3. ¶ Qui præferuntur matri, vel cum ea admittuntur. 4. ¶ Ius nouum. De iure liberorum ſublato. 5. Quibus mater præponitur, & quibuſcum admittitur. 6. ¶ De tutore liberis petendo. 7. ¶ De vulgò quæſitis.

LEx XII. tab. ita ſtricto iure vtebatur, & præponebat maſculorum progeniem, & eos, qui per fœminini ſexus neceſſitudinem ſibi iunguntur, adeo *f* expellebat, vt ne quidem inter matrem & filium filiamve vltro citroque hereditatis capiendæ ius daret, niſi quod prætores ex proximitate cognatorum eas perſonas ad ſucceſſionem bonorum poſſeſſione *vnde cognati* accommodata vocabant.

1 ¶ Sed hæ iuris anguſtiæ poſtea emendatæ ſunt. Et primus quidem diuus Claudius *g* matri ad ſolatium liberorum amiſſorum, legitimam eorum detulit hæreditatem.

2 ¶ Poſtea autem ſenatuſcon. Tertulliano, quod diui Hadriani *h* temporib. factum eſt, pleniſſimè de triſti *i* ſucceſſione matri † non etiam auiæ deferenda cautum eſt: vt ingenua trium liberorum ius habens, libertina quatuor, ad bona filiorum filiarúmve admittatur inteſtatò mortuorum, licet in poteſtate parentis ſit *k* vt ſc. cùm alieno iuri ſubiecta eſt, iuſſu eius adeat hereditatem " cuius iuri " ſubiecta eſt.

3 ¶ Præferuntur *l* autem matri liberi defuncti, qui ſui ſunt, quive ſuorum loco ſunt: ſiue primi gradus, ſiue vlterioris. Sed & filiæ ſuæ mortuæ filius vel filia præponitur ex conſtitutionib. matri defunctæ, i. auiæ ſuę. Pater vero vtriuſque, non etiam auus & proauus matri *m* anteponitur †, ſc. cùm inter eos ſolos de hęreditate agitur. Frater autem conſanguineus tam filij quàm filiæ excludebat *n* matrem †: ſoror autem conſanguinea pariter cùm matre admittebatur. Sed ſi fuerant frater & ſoror conſanguinei, & mater liberis onerata: frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hęreditas ex æquis partib. *o* fratrib. & ſororibus.

4 ¶ Sed nos conſtitutione, quam in Codice noſtro nomine decorato poſuimus, matri ſubueniendum eſſe exiſtimauimus: reſpicientes ad *g* naturam, & puerperium *q*, & periculum, & ſæpe mortem ex hoc caſu matrib. illatam. Ideoque impium eſſe credidimus, caſum fortuitum in eius admitti detrimentum, ſit enim ingenua ter, vel libertina quater non pepererit, immerito *r* defraudabatur ſucceſſione ſuorum liberorum: quid enim peccauit, ſi non plures ſed paucos peperit? Et dedimus ius legitimum plenum matrib. (ſiue ingenuis, ſiue libertinis) & ſi non ter enixæ fuerint vel quater, ſed eum tantum vel eam, qui quæve morte intercepti ſunt, vt ſic vocentur in liberorum ſuorum legitimam ſucceſſionem.

5 ¶ Sed cùm antea conſtitutiones *ſ* iura legitimæ ſucceſſionis perſcrutantes partim matrē adiuuabant, partim eam prægrauabant, nec in ſolidum eam vocabāt, ſed in quibuſdā caſib. tertiam ei partem abſtrahentes certis legitimis dabant perſonis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis viſum *t* eſt, & recta & ſimplici via matrem omnibus perſonis legitimis anteponi, & ſine vlla deminutione filiorum ſuorum ſucceſſionem accipere: excepta fratris & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint, ſiue ſola cognationis iura habentes: vt quemadmodum eam toti alij ordini legitimo præpoſuimus, ita omnes fratres & ſorores, ſiue legitimi ſint, ſiue non, ad capiendas hæreditates ſimul vocemus: ita tamen, vt ſi quidem ſolæ ſorores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ ſuperſint *u*: dimidiam quidem mater †, alteram verò dimidiam partem

omnes

aut repudiaret hæreditatem. fratris filius admitti non poterat. quia omnis ſucceſſio proximiori deferebatur. *Paul. 4. ſent. 8. §. 4.*

a quæ non extat.

† proximis ſcil. adgnatis ſiquidem olim proximo moriente aut ſpernente ante aditam hæreditatem, ſequentes non admittebantur *l. 2. in pr. ff. eo.*

b *Nou. 118. c. 2.*

c 1. *Caius 6.* & ita pater hæres erat filij emācipati ex contracta fiducia. Atqui patri adquiri hereditatem non poſſe dicitur *l. 4. C. de inut. ſtip. l. 61. ff. de verb. obl. l. 34. C. de tranſact. 15. C. de pact.*

d *l. vl. C. de eman.*

e *38. ff. 17. & 6. C. 55. Vlp. ti. 26. §. vl. Pau. 4. ſen. 9* Tert. S.C. cauetur quemadmodum liberis matris ſuccedant.

f Imoidem in maſculis & fœminis eadem lex ſtatuebat, *l. 14. in pr. C. de legitimis.*

g *Suet. in Cl. c. 19.*

h *i. D. Pij,* (eam enim appellationem ſortitus et adoptionis iure) Tertullo & Sacerdote Coſſ. *Cuia.*

i *v. l. vlt. C. de inoff. & ſub.*

† Hodie etiā auia ſuccedet ſuo gradu: *Nou. 118. c. 2. in pr.*

k *v. l. 12. in pr. C. de coll.*

l *v. l. 2. §. lib. ff. eo.*

m *l. 2. C eo. l. 2. J.* obijcitur. *D. eo.*

† Hodie non anteponitur pater matri, *l. vl. § pe. D. eo.*

n *l. 4. C. eo.*

† Hodie frater defuncti eius matrē non excludit, *l. vlt. in pr C eod.*

o *l. vlt. C. de iure liberorum.*

p Liberorū ſucceſſiones matrib delatæ quatuor potiſſimum de cauſis

q *v. l. vlt. C. qui potiores.*

r *l. 2. C. de iure liberor.*

ſ Conſtantini *l. 1. l. 2. C. Th. de legit. hær. l. 5.*

t *l. vlt. C. eo. l. vlt. inf. C eod.*

† Hodie mater cū fratrib. & ſororibus defuncti ſuccedit in virilem portionem * *Nou. 22. c. 47. in fi.*

Satiſdatio.

61. *Paulus* "lib. 65. ad Edictum."

SAtiſdationis appellatione interdum *a* etiam repromiſſio *b* continebitur; qua *c* contentus fuit is, cui ſatiſdatio *d* debebatur.

Tignum.

62. *Gaius* "lib. 26. ad Edictum prouinciale."

TIgni *e* appellatione in lege duodecim tabularum omne *f* genus materiæ, ex qua ædificia *g* conſtant, ſignificatur.

Pœnes, apud.

63. *Vlpianus* "lib. 71. ad Edictum."

PEnès h *te* amplius eſt, quàm *apud* i *te*. nam apud te eſt quod qualiter qualiter à te teneatur *k*: penes te eſt, quod quodammodo poſſidetur.

inteſtatus.

64. *Paulus* "lib. 67. ad Edictum."

INteſtatus *l* eſt, non tantùm qui teſtamentum non fecit, ſed etiã cuius ex teſtamẽto hæreditas adita nõ eſt.

Hæres.

65. *Vlpianus* "lib. 72. ad Edictum."

HÆredis appellatio non ſolùm ad proximum hæredem, ſed & ad vlteriores *m* refertur *n*. nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.

Merx.

66. *Idem* "lib. 64. ad Edictum."

MErcis appellatio ad res mobiles *o* tantũ pertinet.

Alienatum, venditum. 1. donatio.

67. *Idem* "lib. 76. ad Edictum."

ALienatum *p* non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectè *q* dicetur. 1 ¶ Donationis verbum ſimpliciter loquendo, omnem *r* donationem comprehendiſſe videtur *ſ*, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit.

Arbitratu alicuius fieri.

68. *Idem* "lib. 77. ad Edictum."

ILla verba, *arbitratu* t *Lucij Titij* u *fieri* ius *x* ſignificant, & in ſeruum non cadunt.

De doli clauſula.

69. *Idem* "lib. 78. ad Edictum."

HÆc verba, *Cui rei dolus malus aberit, affuerit* y generaliter comprehendant *z* omnem *a* dolum, quicunque in hanc *b* rem admiſſus eſt, de qua ſtipulatio eſt interpoſita.

Hæres hæredis. 1. Is ad quem ea res pertinet.

70. *Paulus* "lib. 73. ad Edictum."

SCiendum eſt, hæredem etiam per multas ſucceſſiones *a* accipi. nam paucis *b* ſpeciebus hæredis appellatio proximum cõtinet. Veluti *c* in ſubſtitutione impuberis, *Quiſquis* d *mihi hæres erit, idem filio hæres eſto*: vbi hæredis hæres non continetur, quia incertus eſt *e*. ¶ Item *f* in lege Ælia Sentia filius hæres proximus poteſt libertum paternum *g* vt ingratũ *h* accuſare non etiam ſi hæredi hæres extiterit. ¶ Idem *i* dicitur in operarũ exactione, vt filius hæres exigere poſſit, non ex ſucceſſione *k* effectus. 1 ¶ Verba hæc *l. Is ad quem ea res pertinet*, ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum *m* dominium vel *n* iure ciuili, vel iure prætorio ſuccedit, contineatur.

Capere, accipere, perueniſſe. 1. His rebus rectè præſtari.

71. *Vlpiani* "lib. 70. ad Edictum."

ALiud *o* eſt capere, aliud accipere. Capere *p* cum effectu accipitur. Accipere eſt, ſi quis non *q* accepit, vt habeat ideóque non *r* videtur quis capere, quod erit reſtituturus, ſicut perueniſſe propriè illud dicitur, quod eſt remanſurum. *ſ* 1 ¶ Hæc verba, t *rebus rectè præſtari*, hoc ſignificant, ne quid *u* periculum, vel damnum *x* ex ea re ſtipulator ſentiret.

Res.

72. *Paulus* "lib. 76. ad Edictum."

APpellatione *rei* pars *y* etiam continetur.

Rectè reſtitui.

73. *Vlpianus* "lib. 80. ad Edictum."

HÆc verba in ſtipulatione *z* poſita, *Eam rem rectè* a *reſtitui*, b fructus *c* continent. Rectè enim verbum pro *d* viri boni arbitrio eſt.

Ornamentum.

74. *Paulus* "lib. 2. ad Edictum ædilium curulium."

SIgnatorius *e* annulus *f* ornamenti *g* appellatione non continetur.

Reſtituere.

75. *Idem* "lib. 50. ad Edictum."

a alias nudæ cautioni opponitur *l. 45. ſ. de procuratorib. l. 5. ſ. de hæreditatis petitione: l. 56. ſ. de Edictionib. l. 2. §. 3. ſ. quod legatorum: l. 1. §. 3. in fi. ſ. de ſtipulationib. prætoriis.*

b Nuda ſcil. ὁμολογία 2. *Eclog. 2. c. 6. de qua v. l. 1. §. 5. & ſequentes. ſ. de ſtipulatione ſeruorum*, ſatiſdatio ἀποκαθιστασία.

c Exemplũ ex eodem Pauli libro pete ex l. 2. §. 3. ſ. *quod legatorum.*

d Datis fideiuſſoribus.

e *vide l. 1. §. 1. ſ. de tigno: adde Eclog. ibid. c. 62.*

f Ex tigno: quinimo ex lapidibus ſufficit namq; ædificiis vtile eſſe. Tignum enim à regẽdo dictum, Quin calx & arena tigni appellatione continetur, *l. 1. §. 1. ſ. de tigno.*

g Aut vineæ neceſſaria, & ſic pertitæ & pedamenta continentur, *d. §. 1.*

h τὸ παρά σοι. *Ecl. ibid. c. 63.*

i τὸ πρὸς σὲ *Ecl. ibid.*

k Apud quem res eſt, is eam tenere dicitur: penes quẽ ea eſt, poſſidere: plus iuris eſt in hoc, quàm in illo illud detentionem & quaſi cuſtodiam innuit l. 34. §. 3. *ſup. de leg. 2.* perſonam, & locum: hoc poteſtatem, ius, dominium. Interdum tamen illa duo confunduntur. l Inteſtatus dicitur, qui vel teſtamentum non fecit, vel hæredem teſtamẽtarium non habet. *Eclog. ibid. c. 64.* cuius bonorum poſſeſſio à nemine petita, l. 1. ſ. *quis ordo*, qui iure teſtamentum non fecit, aut cuius teſtamentum irritum eſt, vel ruptum *Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtato in princ. ipſo.* ſed & is qui teſtari non poteſt, *l. 1. ſup. de ſuis*, vt & in tutelis, qui tutorem non dedit, *l. 6 ſup. de legitima tutela*, §. 2. *Inſtit. de legitima adgnatorum.* An aliud inteſtatum mori, quàm ſine teſtamento? Imola ait *in l. 15. ſup. de vulgari*, & Raphael Fulgoſius *in l. 6. C. de Inſtit.* Briſſonius negat. Porrò inteſtatus etiam alio ſenſu ſumitur, quam opponitur inteſtato, id eſt, qui teſtato cõuentus eſt, *v. Cuiac 7 obſ. 16.* m Hæredes in infinitum dicuntur l. 70. l. 170. ĩ. *eo. l. 194. ĩ. de reg. iur. Ecl. ibid. c. 65. v. l. 70. ĩ. eo. l. 4. ĩ. de iure immunit. l. 26. C. de legatis.* n *v. l. 70. ĩ. eod.* o Veluti vinum, oleum, & ſimilia, *l. vlt C. de condictione triticaria*, non ad homines: qua de re vide l. 207. *ĩ. eod.* vnde poſſis colligere, mobilium appellatione ſeruos non venire. mercis cauſa parata, quæ eo fini parata ſunt, vt væneant, *l. 1. ſup. de rer. permut. l. 32. paragr. 2. ſup. de vſufr. legato.*

p Alienatum dicitur, cuius dominium amiſimus, l. 8 *in fin. ſup. de alienatione iudicij mutandi cauſa, l. 38. parag. 7. ſup. de leg. 3. vide Feſtum in* Alienatus. plus eſt alienam quàm vendere. Qui vendidit, rei dominium nondum abdixit. Abdixit, qui alienauit. Re vendita nedum tradita, dominium eſt penes venditorem: poſt alienationem non eſt, *Ecl. ibi c. 67. l. 3. C. de his qui veniam, l. 1. C. de fundo dotali.* impropriè tamen alienaſſe dicitur, qui non dominium ſed ius aliquod rei tranſtulit, l. 28. *ſup. eod.* puta poſſeſſionem, l. 4. *parag. 2. ſup. de alienatione iudicij mutandi*, quin alienatio latius patet, eſtque multiplex l. 13. *in fin. ſup. qui & à quibus.* qui vendit & tradit, alienat: alienat autem non tantum qui vendit, ſed qui permutat, vel donat, *Nou. 7.* Qui manumittit, quique hypothecæ, pignori, in vſumfructum, vel emphyteuſim dat, *l. vlt. C. de rebus alien.* q *leg. 11. §. 2. ſ. de act. empt. Donationis* verbo intelligimus ſimplicẽ, veram, abſolutam. l. 35. *parag. 2. ſup. de mortis cauſa. ĩ. eod.* puram, *l. 35. parag. 2. ſup. de mortis cauſa*, conditionalem, *l. 1. ſup. de don. & C. de donat. quæ ſub modo, vel conditione, vel certo tempore conficiuntur.* Inter viuos, *parag. 2. Inſt. de donat.* inofficioſam, *vide Cod. de inoffic. donat.* ante nuptias, propter nuptias, *v. C. de donat. ante nuptias vel propter nuptias.* honoris adipiſcendi cauſa, Inter virum & vxorem, *l. 42. infr. de donat. inter virum & vxorem.*

ſ Non tamen continuò mortis cauſa donare poteſt, cui ſimpliciter donandi ius eſt *l. 7. §. ſup. de donat.*

t Arbitratus ſemper æquus eſſe debet, *l. 7. ſup. de contrah. emptio. cap. 30. ſup. de operis libert.*

u Vel dotem dari, l. 67. §. 4. ſ. *de iure dotium.*

x Id eſt, facultatem iure ciuili permiſſam & corroboratam: vt ſit ſenſus, Iure ciuili in ſeruum compromitti non poſſe, l. 7. l. 9. ſ. *de arbitris*, cùm in iis quæ ad ius attinent, mortuus aut nullus habeatur, *v. l. 32. ĩ. de reg. iuris.*

y Dolus malus abfuerit, *vulg. Hal. v. l. 4. ſ. de oblig. vide integram formulam in l. 19. parag. 1 ſup. iudicatum ſolui.*

z Comprehendunt.

a Putà furtum, periurium, falſum damnum datum, ſtellionatum, & ſimilia, *adde l. 1. parag. 2. ſup. de dolo.* b Non aliam.

l. 8. in fin. ſup. de vulgari: Ecl. d. loco c. 70. e Nihil etiam ab eo legari poterat ... *ſent. 6. § 5.* Eam ob cauſam olim poſt mortem hæredis legari non poterat.

f Secunda exceptio regulæ. g *v. l. 55. ſ. eod.* h *l. pen. C. de libert. & eorum* ...

i Tertia exceptio regulæ, *l. 22. §. 1. l. 29. ſup. de operis libertorum:* adde quartam exceptionem in vſufructu, l. 9. *C. de vſufructu:* adde quintam *ex l. 9. in fin. ſupra* ...

k Vlteriore ſcilicet. l Quibus vtimur perſæpe *l. 181. ĩ. eod. l. 19. ſ. de ad* ...

m In ædilium edicto, ita quoque accipitur is, ad quem res ea pertinet, *l. 1 ... parag. 5. l. 31. parag. 21. ſup. de ædil. adde l. 1. ſup. de reb. cred. l. 73. parag. 3. ſup. de ... parag. 11. parag. 14. parag. 15. ſup. quod legatorum: l. 53. ſup. de obl.* at in edicto ... rando, etiam rei particularis ſucceſſores intelliguntur, l. 7. l. 8. *ſup. de iureiurando ...* cautione de rato, *l. 22. §. 7. l. 23. ſ. rem ratam:* in adoptionis cauſa, *l. 18. l. ... adopt.* & in lege Iulia de adulteriis, l. 27 *ſup. de adult.* ea diuerſitas ſumitur ... cta materia, & æquitate, vt ſi æquum ſit, etiam particulari ſucceſſori ſuccurri ... verbis intelligitur etiam curator bonis diſtrahendis datus, l. 9. *in princ. ... de reb. auth.* ſpe ſucceſſor, *l. 1. parag. 10. parag. 12. ſup. de inſpiciendo.* dominus, ... *l. 39. parag. 1. parag. 2. ſup. de procuratorib.* n Dominum adquirimus vel iure ... vel Prætorio, iure ciuili, ſi hærede: Prætorio, ſi bonorum poſſeſſores fuerimus.

o 2. *Ecl. 2. c. 71.* p Capimus nobis, accipimus etiam alteri ad nos peruenit ... momento non capitur, ſed permanet. q Non ſic, *Haloand.* r Imò videtur ... *ĩ. eod.* ſ Quin & quod per nos ad alium venit, l. 171. *ĩ. eod.*

t ἐπὶ τούτοις πρᾶξιν ..., *Synopſ. eo. c. 71. l. 19. ſup. de rei vindic. l. 21. parag. ... de ædilitio.* Porrò de hac voce *Rectè*, dixi ad l. 11 *ſup. de duobus reis.*

u *al.* quod. x *Ecl. ibid. c. 71.* y Quod ius eſt in toto generaliter ſumpto, ... ius eſt in eius parte, l. 7. *ſup de pact. l. 6 ſup. de rei vindic. l. 23 parag. 3. ſup. de ... ruſtic. l. 25. ſ. de vſuris: l. 51. in fin. ſup. de adminiſt. tut. l. 82. in fin. ſup. de adq. hær. ... ſup. de except. rei iudic. §. vlt. Inſt. quib. ex cauſis manumit.* Valebit itaque argumentum à toto ductum ad partem totius integralis, (qualis eſt paries, domus, vſusfructus ... minij, menſis, anni, l. 7 *parag. 6. ſ. ſolut.*) totius quantitatis (qualis eſt minor ... reſpectu maioris, *v. l. 10. ĩ. de reg.* particularis enuntiatio reſpectu ſuæ vniuerſalis, l. 29 *ſup. de hær. inſtit.*) totius vniuerſalis (qualis eſt pars hæreditatis ad ipſam hæreditatem, l. 1. *parag. 1. ſup. ſi pars hæreditatis*) totius in modo, ſeu accidentalis, ... ad bonam & malam fidem, l. 42. *circa finem ſup. de reb. creditis.*

z Rectè reſtituit, *l. 40 ſup. de reb. creditis: l. 137. parag. 1. ſup. de verb. oblig.* Olim ... rectè arbitratu Lucij, Cato *de re ruſtica, c. 44.* rectè hæc dari, fierique ſatiſdato, ... c. 146. Illaſce ſues rectè habere licere ſpondes? *Varro 2. de re ruſtica 4.*

a ὀρθῶς. *Ecl. 2. c. 73.* b Vel defendi, *l. 63. ſup. de iudiciis. l. 10. ſ. de admin. ... parag. 3. ſup. quib. ex cauſ. in poſſeſſionem.*

c Non fit rectè reſtitutio ſine fructibus, *v. l. 35 ſup. eod.*

d *l. 1 ſup. vſufr. quem caueat. l. 5. parag. 3. ſup. iudicatum ſolui. l. rectè 65. ſup. de iudiciis. l. hac autem 5. parag. rectè 3. ſup. ex quibus cauſis in poſſ. ſſ.* aliàs ſignificat ſine ... non vi, non clam, non precario, l. 6 *ſup. de itinere actuque priuato:* idoneè, vt ... vtiliter, l. 20. *in fin. ſup. de ſeruit. vrban.* iuris ordine ſeruato, l. 31. *ſup. de minor ... ſup. de inofficioſo. l. 2 parag. 1. ſup. ad ſenatuſc. Velleianum: l. 3. ſup. de liberis & poſthumis ...* l. 6 *in fin. ſup. de iure patronatus:* l. 27. §. 1. ſ. *de liberali.* adde alia quæ de verbo ... dixi *ad l. 11. ſ. de duobus reis.*

e *v. l. 39. ſ. eod.* f Anulis ſignare vetus & antiquum ſemper fuit: (hinc ... gnatorij, *vt hic, &* l. 25. *parag. 10 ſup. de auro.*) iiſque vti in teſtamentis obſignandis ... l. 25. *parag 2. & ſeq. ſup. qui teſtam.* l. 15. *parag. 1. ſup. de teſtam. milit.* l. 12. *C. de ... parag. 1. Inſt. de teſtam.* maiori natu liberorum anulum dari ſolitum à patre cum ... bus conſtat ex l. 77. §. 21. *ſup. de legat. 2.* Erant & alij ornatus cauſa. *ĩ. eo.* ad anulos ſignatorios referri etiam poteſt, l. 30. *ſup. de falſis*, anulos etiam arrhæ nomine ... dum dabant, *l. 5. parag. 15. de inſtitoria: l. 11. parag. 6. ſup. de action. empt.*

g Hic locus indicat fuiſſe, & alios, à ſignatoriis, anulos, ornatus cauſa. *Paul. ...* 6. §. 84. l. 25. §. 10. *ſup. de auro: l. 6. ſ. de bonis damnat.* Aureis ſoli vtebantur ... 19. *Iſid.* 32 vt & libertini ſi modo eos impetraſſent, *v. ſ. & C. de iure aureorum anulorum.* aliàs, libertini argenteo, ſerui ferreo vtebantur, & quidem vnico, pluribus ... vti olim infame erat: duobus virgines vti poterant iiſque à ſponſo acceptis ... qui Tynius dicebatur, purus erat; ſamothracius, aureus quidem, ſed capite ... vngulus gemmatus, *v. Iſid. ibi. de anulis, v. 33. Plin. 3.*

RЕſtituere *a* is videtur, qui id reſtituit, quod *b* habiturus eſſet actor *c*, ſi controuerſia ei facta, non eſſet.

Dare.

76. *Idem* ‖lib. 51 ad Edictum.‖

DEdiſſe *d* intelligendus eſt etiam is, qui permutauit *e*, vel compenſauit *f*.

Fruges, frumentum.

77. *Idem* ‖lib. 49. ad Edictum.‖

FRugum pro reditu *g* appellari *h*, non ſolùm quod frumentis, aut *i* leguminibus, verùm & quod ex vino, ſiluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. ¶ Iulianus ſcribit *fruges* omnes eſſe: quibus homo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnem *k*, aut aues feráſve, aut poma, fruges dici. *Frumentum* l autẽ id eſſe, quod ariſta *m* ſe teneat, rectè Gallum definiſſe. lupinum verò & fabam fruges potiùs dici: quia non ariſta *n*, ſed ſiliqua continentur. quæ *o* Seruius ad Alfenum in frumento contineri putat.

Poſſeſſio.

78. *Paulus* ‖lib. 3 ad Plautium.‖

INterdum *p* proprietatem quoque verbum poſſeſſionis *q* ſignificat *r*, ſicut in eo, qui poſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt.

De impenſis neceſſariis. 1. Vtilibus. 2. Et voluptuariis.

79. *Idem* ‖lib. 6. ad Plautium.‖

IMpenſæ *ſ* neceſſariæ ſunt: quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. 1 ¶ Vtiles impenſas *t* eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, ‖non‖ deteriorem eſſe non ſinant, ex quibus reditus mulieri adquiratur: ſicut arbuſti paſtinatione *u* vltrà quàm neceſſe fuerat. Item doctrinam *x* puerorum: quorum nomine onerari mulierem ignorantem *y* vel inuitam *z*, non oportet: ne *a* cogatur, fundo, aut mancipiis carere. In his *b* impenſis & piſtrinum *c*, & horreum *d* inſulæ dotali adiectum, plerunque dicemus.

2 ¶ Voluptariæ ſunt, quæ ſpeciem *e* duntaxat ornãt, non etiam fructum augent, vt ſunt viridia *f*, & aquæ ſalientes *g*, incruſtationes *h*, loricationes *i*, picturæ *k*.

De repetitione legatorum.

80. *Idem* ‖lib. 9. ad Plautium.

IN *l* generali repetitione *m* legatorum etiã datæ libertates continẽtur ex mẽte legis duodecim tabularũ *n*.

a adde l. 22. s̄. eo. l. 81. l. vlt. j eod. l. 28 §. 4. s̄. de vſur. l. 137. §. 1. ſup. de reg. iur.
b l. 35. s̄. eo. Ecl. ibid. c. 75. 6. Harm. l. 3. in princ. l. 28. s̄. de rei vind. l. 31. s̄. de reb. cred.
c putà emptor.
d adde l. 53 s̄. eo.
e l. 25. s̄. de iure dot. l. 19. s̄. de liberati.
f aut remiſit, l. 10. s̄. de condict. cauſa data: l. 45. ſup. de cond. & demonſt.
g Ecl. ib. c. 77.
h Ita lego appellari placuit; Nec ſolum id eſſe quod ex frumentis, &c. Nam legunt ita Græci τὸν καρπὸν αὐτὴ προσοδε καλεῖσθαι ἤρεσκεν οὐ μόνον τὸν ἀπὸ πυρῶν.
i Sunt enim duo frugũ genera, frumenta, vt triticum & ordeum: legumina, vt faba & cicer, Plin. 18. vide Paul. 3 ſen. 6. §. 78.
k Fruges ſunt quibus homo veſcitur, præter carnem & poma.
l Frumenti ſtrictior appellatio, quàm frugum: frumenti appellatione continetur hordeum, auena, triticum, ſiligo. ſiue Zea (Longobardi ſpeltam vocans) ſecale ſiue typha, milium, panicum, milium indicũ (quod Accurſio melaca, aliis ſurgum) Triticum, per eminentiam, Galli *blatum* appellant à blateo colore. v. Cuiac. ad l. 98. s̄. de verb. oblig. m in ſe, *Hal. vulg.* n Frumenta ſunt quæ ariſtas habent: 17. *Iſid.* 3. ſiliquam habent cætera legumina Siſama & papauer vaſculo continentur milium & panicum nullis defenduntur integumentis, paruarum volucrum iniuriæ expoſita. o Non eſt igitur Seruij reijcienda ſententia, qui frugum appellatione legumina putat contineri. p non ſemper. Eſt enim quiddam à proprietate ſeiunctum, l. 115 j. eo. q *Ecl. ibi. c. 48. l. 42. § 6. s̄. de leg. 3. l. 4. C. de contr. empt. l. vlt. C. de prædiis minor.* eo caſu poſſeſſio ſignificat agros latè patentes.
r Sicut contrario, dominium ſignificat poſſeſſionem, l. 15. *C. de rei vind.*
ſ Impenſarũ tres ſunt ſpecies: Neceſſariis, res non fit deterior: Vtilibus, fit melior: Voluptariis, ſpecioſior. t Impenſis neceſſariis non factis, res aut peritura, aut deterior futura eſt, *vt hic.* vt quæ neceſſitatem impediendi habeas, l. 1. §. 1. l. 24. s̄. *de impenſis.* u *al.* paſtinationes, paſtinum, l. 7. *in fin.* s̄ *ſoluto*, τοῦ ἄλσους φιλοκαλίας, *Ecl. ibi. c. 79.* hinc ager paſtinandus, l. 15. §. 1. s̄ *quod vi* paſtiones, l. 8. *in fi.* s̄. *de inſtructo* (poſſent & huiuſmodi loca accipi pro paſcuis) Vt paſtinum, ferramentum bifurcũ quo ſemina panguntur: vnde etiam repaſtinatæ dictæ fuerunt vineæ, 3. *Colum.* 18. *vlt. Iſid.* 14. Ager repaſtinatus, cuius natura immutatur fodiendo, v. 3. *Colum.* 13. 15. 16. *Pallad. in Februario* 2. c. 9. *Feſtum in Repaſtinari.* Paſtinari Galli *houër.*
x *l. 27. in fi. l. 28. s̄ de rei vind. l. 27. § 2. s̄. de vſufr. l. 22. s̄ de pignorat. l. 13. §. 12. s̄. de act. empt. l. 6. s̄. de impenſis, l. 15 C. de negot. l. 5. C ad Macedon.* Seneca 9. *controu.* 3. pete quantum vis pro diſciplinis, imputa quantum vis pro alimentis. An ſumptus ſtudiorum cauſa facti à patre, in legitimam filij imputentur, v. l. 50. s̄. *familiæ.* An filiofamilias, ſtudiorum cauſa, mutuum rectè dari poſſit v. l. 7. §. 13. s̄. *de ſenat. Maced.* An ſeruus ſtudiorum ac diſciplinæ cauſa miſſus deſinat eſſe fundi eius in quo priùs erat. v. l. 88. s̄. *de leg. 3. l. 20. §. 6. s̄. de inſtructo.* y Nemo ignorans ſuperbus eſt obruendus, l. 38 s̄. *de rei vind. l. 25 in fi. s̄. de pignorat. l. 8. s̄. de impenſis, l. 3. s̄. de contraria tutelæ, l. 15. §. 34 in fi. s̄. de damno, Harm. 3 tit. 9 in fin.*
z l. 27. *in fi. ſup. de rei vind. & l. 8. ſup. de impenſis.* a *d. l. 38. ſup. de rei vind.*
b Imò non in his, ſed in neceſſariis, l. 1. §. 3 *ſup. de impenſ.* c *l. 6. ſup. de impenſ.*
d *d. § 3.* e Aliud eſt ornatus rei & fructus. f Viridia l. 12. *de ſeruit. vrban. Vlp. tit. 6. in fin.* quæ & viridiaria & viridaria, v. quæ notaui ad l. 26. *ſup. de inſtruct.* χλοηφόρα, χλοώδη loca virentibus herbis, graminibus, & arbuſtis conſita 2 *Eclog.* 2. c. 19. Ex ſupradicta leg. 29. conſtat viridia in doliis fictilibus, aut plumbeis terra aggeſta poſita. quin ſupra ædes habebantur, *d l.* 12. & in feneſtris 19. *Plin.* 34.
g Salientes aquæ ἀναβρυτὰ ὕδατα, *Ecl. ibid.* quæ ex tubulis aut fiſtibus erumpũt: l. 12. § 24. *ſup de inſtructo*, v. l. 11. *ſup. de ſupellect.* ſaliebant etiam vel cantharis vel roſtris perſonarum: l 43. §. 11 *ſup. de leg.* 1. adde quæ notaui de ſalientibus ad l. 15. l. 27 §. 9 *ſup. de act. empt.* h Incruſtationes μαρμαρώσεις, *Ecl. ibid.* hinc incruſtare parietem communem, l 13 *ſup. de ſeruit. vrban.* ollam ſapa & farre, *Varro* 5. *de re ruſtica* 14. *in fin.* ſincerum vas, *Horat.* 1. *Satyr.* 3. calicem *Lucilius Sat.* 18.
i Loricatio eſt teſtacea ſtructura, ſemifaſtigij, quæ murum à ſtillicidio arcet πρόβλημα, σκέπασμα, καὶ τὸ τεῖχος π. hinc lorica teſtacea 2. *Vitr.* 8. loricæ ex calce & arena inductæ, 7. *Vitr.* 1. alio ſenſu Varro loricare parietes, *Varro* 1. *de re ruſtica* 57. de loricare apud Plin. 8. c. 24. & lorica apud Vegetium, de quibus vide Philandrum in 7. *Vitr.* 1. & Budæum *hic.*
k l. 38. *ſup. de rei vind l. 13. in fin. ſup. de ſeru. verb.* ζωγραφίαι, *Eclog ibid.* de *ratione pingendi in ædificiis*, v 7. *Vitr.* 5. l 2. *Ecl. c.* 80. *l.* 77. *ſup. de leg.* 3.
m *al.* petitione, *al.* interpretatione.
n de qua vide l. 20. j. eod.

Reſtituere.

81. *Idem* ‖lib. 10. ad Plautium.‖

CVm prætor dicat *a*, *vt opus factum reſtituatur*, etiam damnum *b* datum actor conſequi debet: nam verbo *reſtitutionis* c, omnis vtilitas *d* actoris continetur.

Amplius, minus.

82. *Idem* "lib. 14. ad Plautium."

VErbum *Amplius* e ad eum quoque pertinet, cui nihil *f* debetur. ſicuti ex contrario minùs *g* ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

Bona.

83. *Iauolenus* ‖lib. 5. ex Plautio.‖

PRopriè bona dici non poſſunt, quæ plus incõmodi *h*, quam commodi habent.

Filius.

84. *Paulus* "lib. 2. ad Vitellium."

FIlij appellatione omnes *i* liberos *k* intelligimus.

Collegium.

85 *Marcellus* lib. 1. Digeſtorum.

NEratius Priſcus tres *l* facere exiſtimat collegium *m* & hoc magis *n* ſequendum eſt.

De ſeruitutibus.

86. *Celſus* "lib. 5. Digeſtorum."

QVid aliud *o* ſunt iura *p* prædiorum, quàm prædia qualiter *q* ſe habentia, vt bonitas *r*, ſalubritas *ſ*; amplitudo *t*?

Vrbs Roma.

87. *Marcellus* "lib. 12. Digeſtorum."

VT Alfenus ait, vrbs eſt Roma, quæ muro cingeretur. Roma *u* eſt etiam, qua continenti *x* ædificia eſſent. nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine quotidiana *y* poſſe intelligi, cùm *z* diceremus, Romam nos ire, etiam ſi extra vrbem habitaremus.

Pecunia.

88. *Celſus* "lib. 18. Digeſtorum."

TAntùm *a* quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici *b* poteſt. ſic dicimus, centies *c* aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæteríſque ſimilibus rebus habeat. Non *d* idem eſt in fundo alieno *e* legato, quamquam *f* is hereditaria pecunia parari poteſt *g*. neque quiſquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quidquid ex ea parari poteſt,

De bobus. 1. Dum nupta erit. 2 Edere rationes, reddere rationes.

89. *Pomponius* "lib. 6. ad Sabinum."

BOues *h* magis *i* armentorum *k*, quàm *l* iumentorum generis appellantur.

a διακωλύεται *Synopſ. eod. c. 81.* in interdicit, vel edicit.
b Damnum eſt etiã vtilitas amiſſa.
c *Ecl. ibi. c. 81.*
d v. *l. 75. ſup. eo.*
e *de hoc verbo amplius v. l. 27. l. 33. in fi. l 34 l 54 ſup. de leg 3. l. 77 ſup. de con. & demon. l. 1. §. 11 ſup. ſi cui plus quam, l 4 §. 1. ſup. de verb. oblig. l. 14 l. 15 l. 23. ſup. ratam rem: l. 24. l. 31. C. de tranſact.*
f l. 108. §. 8. s̄. *de legat.* 1.
g v. l. 32. *ſup. eo.*
h Bona quæ? *v. l. 49 ſup. eo.*
i 2. *Eclog.* 2. c. 83. ergo & nepotes, l. 220. §. 1. §. *vlt.* j. *eod.* Imò nepotes non intelliguntur, *l. 6. s̄. de teſtam tut. l. 8. s̄. de excuſ. tut.* Dic intelligi ex præſumpta teſtatoris & legantis voluntate, l. 41. §. 5. s̄ *de leg.* 3. & in ſenatuſconſulto Macedoniano, l. 6. *C. ad Senatuſc. Macedon.* & in eo ſenatuſconſulto quo cauetur, ne tutor pupillam filio ſuo elocet, l. 59. s̄. *de ritu.* huiuſmodi interpretatio iuſta eſt, l. 201. j. *eo.* nepos enim filij loco habendus eſt: l. 34. *C. de inoff. l. 1. C. de natur. filiis.* Vice verſa, patris appellatione continetur auus, *d. l.* 201. & patres pro parentibus accipiuntur, l 20. *ſup. de adult.* v. Cuia. ad l. 2. *ſup. de excuſ. tut.* hinc conſtat in omnibus prope, filij appellatione etiã nepotes contineri, in tutela nullo modo, 6. *Harm.* 4. §. *vlt. Inſt. de teſt. tut.* quamuis in eadem quæſtione filij appellatione filiæ comprehendantur, l. 16. *ſup. de teſtam. tut.*
k Homines liberos. Quidam ita legunt apud Cuiac. *d. loco.* Mouentur, quod ſeruilis cognatio nulla ſit, l. 1. §. 1 *ſup. vnde cognati Vlp.* 12. §. 3. *Paul.* 4. *ſent.* 10. §. 2. Verum, in iis quæ ſunt naturæ non parcimus his nominibus in ſeruis, l. 10 § 5. *de gradib.*
l Imò pauciores, nam etſi in vnum reciderit ius omnium, ſtat tamen vniuerſitatis nomen, l. 7. *in fi. ſup. quod cuiuſque*, adde l. 40. *in fi. ſup. eo. Ecl. ibi. c.* 4.
m *v. ſup. de colleg.* n Optionem ſeruorum habens an ea ratione tres eligere poterit, v. l. 1. *ſup. de optione leg.* o Demus Titium *reſtituere* teneri prædia *cum ſuis iurib.* adhæc quæri iuris nomine quid intelligatur. p τὰ δικαιώματα τῶν ἀγρῶν αὐτοὶ οἱ ἀγροί εἰσι, &c. *Synopſis eod. c.* 85. Iura prædiorum ſunt ipſa prædia, hoc eſt bonitas, ſalubritas & amplitudo. An ſunt ſeruitutes? Fornerius ait 2. *ſelect.* 28. quod à Cuiac. 9. *obſ.* 37. non ſimpliciter probatur, mouetur, quòd ius emphyteuticum ſit ius prædij, non tamen ſeruitus, iura tamen prædiorum, quatenus definiuntur prædia πεποιωμένα (id eſt, qualitatibus affecta, quarum nomine alienis prædiis ſubijciuntur) ſeruitutes dici poſſe, admittit, l. 12 *ſup. quemadmodum ſeruitutes.* q æqualiter, *vulg.* Græci ita explicant, iura prædiorum ſunt ipſa prædia, τὸ τερπνὸν ἢ καλλωπισμός, &c.
r Soli. ſ aëris, cœli. t agri. u Id etiam intellige de noua ſeu Conſtantinopoli, quæ iiſdem priuilegiis ac vetus, vtitur, de qua v. l. 6. *in fi C. de ſacr. Eccl. l. vnic. C. de priuileg. vrbis Conſtantinop* Vtriuſque etiam natalitia feſtiua ſunt, l. 7. *C. de feriis.* 7. *Ecl. tit.* 17. c. 13. vt interim notemus idem aliis vrbibus quantum ad patriam attinet dari, cùm ex vico ortus, eam patriam habere intelligatur, cui Reipublicæ vicus ille reſpondet, l. 3. *ſup. ad municip.* x In continenti, *Hal.* quantum continentia, *vulg.* Romæ igitur fieri intelliguntur, quæ in eius continentibus ædificiis admittuntur, l. 2. *ſup. eo. l. 47. l. 149. l. 154. j. eo. l. 2. § 4 ſup. de pœnis.* y quotidiana.
z *al.* nam diceremus, *vel* nam dicimus. a propemodum tantum, *vulg.* propemodum quoque, *Hal.* σχεδὸν τοσαῦτα: 2. *Ecl.* 2 c. 89.
b ἀθροισθῆναι, *Ecl ib.* id eſt, redigi, l. 82. *ſup. ad leg. Falcid.* hinc refecta pecunia, id eſt, redacta, l. 3. *in fi ſup. de vſuris l. 1. §. 10. de collat bon.* c centum aureos, *Vulg.* centum aureorum habere, *Hal.* ἑκατὸν τάλαντα ἑκατὸν χρυσοῦς ἔχειν, id eſt, centum centenos habere, *Ecl. ibi.* Ea ſumma decem millia aureorum noſtrorum facit.
d Hinc colligit Cuiacius 14. *obſ* 36. legatum fundi alieni non valere, ſi relictus ſit per vindicationem: valere, ſi per damnationem.
e Tantum quiſque pecuniæ relinquere intelligitur, quantum ex bonis eius refici poteſt. fundus alienus legatus hereditaria pecunia parari poteſt. fuit igitur pecunia defuncti fundus alienus. at non ita eſt. nec enim ſequitur, ex pecunia hereditaria fundus Tuſculanus emi poteſt: is igitur in hereditate fuit. f quamuis, *vulg.*
g l. 61. *ſup. ad leg. Falcid.* h hanc legem repetiit Tiraquellus, quem vide.
i *Ecl. ibid. c.* 89. verùm illud diiudicandum ex conſuetudine regionis.
k βουκολίων *Græci ibid.* adde l. 81. §. 3 *ſup. de leg. 3.* pecoris, l. 38. §. 6. *ſup. de ædilitio.* Cur armentorum? An quia ad opus armorum (vnde armena, *Feſtus*) bobus vti poſſumus? An quia armentum ab arando dicitur, 12. *Iſidorus* 1. bos autem ad id natus videatur, quod magis eſt?
l Dubitandi ratio in eo eſt fortè, quod boues iuncti arare ſolent: vt ea ratione, iumentorum appellatione, contineri videantur,

1 ¶ Hoc ſermone, *Dum nupta erit*, primæ *a* nuptiæ ſignificantur. 2 ¶ Inter edere *b* & reddi *c* rationes, multùm *d* intereſt: nec is, qui edere iuſſus ſit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur, etiamſi quod reliquum ſit apud eum, non ſoluat.

Ædes uti optima maximæque ſunt.

90. *Vlpianus* ‖lib. 27. ad Sabinum.‖

QVi vti *e* *optima maximæque ſunt*, ædes tradit, non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi: ſed *f* illud ſolum, ipſas ædes liberas eſſe, hoc eſt, nulli ſeruire.

Meum, tuum.

91. *Paulus* ‖lib. 2. fideicommiſſorum.‖

MEorum *g* & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum eſt.

Proximus, ſupremus.

92. *Idem* ‖lib. 7. Quæſtionum.‖

PRoximus *h* eſt, cui *i* nemo antecedit. ſupremus eſt, quem nemo ſequitur *k*.

Mouentia, mobilia.

93. *Celſus* "lib. 19. Digeſtorum."

MOuentium *l*, item mobilium appellatione idem ſignificamus *m*. ſi tamen apparet *n* defunctum animalia dumtaxat, quia ſeipſa mouerent, mouentia vocaſſe. quod verum eſt.

Reddere.

94. *Idem* "lib. 20. Digeſtorum."

VErbum *reddendi* quanquam ſignificatum habet retrò *o* dandi, recipit *p* tamen & per ſe dandi ſignificationem *q*.

Reliqui.

95. *Marcellus* "lib. 14. Digeſtorum."

POteſt *reliquorum* *r* appellatio & vniuerſos ſignificare.

Litus. 1. Prædia aliquorum.

96. *Celſus* "lib. 25. Digeſtorum.

LItus *ſ* eſt, quouſque maximus *t* fluctus *u* à mari peruenit *x*. idque Marcum Tullium aiunt, cùm arbiter eſſe, primùm conſtituiſſe. 1 ¶ Prædia dicimus *y* aliquorum eſſe, non vtique communiter habentium ea, ſed ‖vel‖ alio aliud habente.

a Cur primæ? v. quæ notaui ad l. 41. ſ. de verb. obl. adde quæ ſcripſi ad l. 12. ſ. de ſeru. ruſtic. præd. adde l. 68. ſ. de iure dot. l. 26. ſ. de pact. dot. v. Manticam 8. de coniecturis vltim. voluntatum, 15.

b ἀποδοῦναι, τὸ ἐκδοῦναι διαφέρει, *Ecl. ib. c. 8.*

c reddere, *vul. Hal.*

d Plus eſt enim reddere rationes, quàm edere. qui edere rationes iuſſus eſt, non reddit reliqua, ſed qui reddere iuſſus eſt, l. 69. §. 4. ſ. de euiction. l. 8. §. 5. l. 9. ſup. de liberatione, l. 32. l. 81. l. 62. l. 111. ſ. de condit. & demonſtr. l. 22. in fi. ſup. de manumiſſ. teſta. l. 91. §. 1 ſup. de fideicom. libert. l. 26. ſup. de ſtatu lib. l. 31. ſup. de liberali, l. 4. C. de teſtament. manumiſſ.

e v. l. 126. ȷ. eo.

f v. l. 59. ſup. de contr. empt.

g v. l. 30. ſup. ad Trebell.

h Proximus quis, v. l. 34. ſup. de vulgari.

i quē nemo, *Hal. vulg.* qui ante aliquē, & ante quē nemo, *d. l. 34. l. 9. ſ. de reb. dub. l. 2. §. 2 ſ. de ſuis*, is qui ſolus, *d. l. 9. & l. 115 ȷ. eo. l. 1. §. 6. ſ. vnde cogn.* k qui poſt aliquē, & poſt quē nemo, *d. l. 34.* ſupremus, aut ſolus, *l. 162. ȷ. eo. l. 9. ſ. de reb. dub.* ſic ſupremæ tabulæ, poſt quas aliæ nullæ, *l. 2 §. 1. l. 11. in fi. ſ. de bon. poſſ. contra tab.* l Mobilia quæ & immobilia, alibi dicemus, *2. Ecl. 2. c. 93.* m *ita interpungendū videtur*. ſignificamus. ſi tamen, &c. n Gilbertus Regius, *2. Enantioph.* Florentinam ita interpretatur, niſi tamen apparet. ſed Alciatus *hic*. negatiuè ita legit, ſi nō apparet, & ita extat non in mea vulgata editione, ſed Hugonis a Porta. Alciati lectionem defendit Robertus *2. recept. 30.* Græci ita legunt, εἰ μὴ ἄρα δειχθῇ ὁ διαθέμενος τὰ κινούμενα νοῆσαι ἐπὶ τῶν ἐμψύχων, &c. *2. Ecl. 2. c. 93.* id eſt, niſi ſi probetur, teſtatorē per mouentia, animalia intellexiſſe. Reiectis ſuperioribus lectionibus, Græca excepta, reperio res mouentes ab animalibus diſtingui, *l. 2. ſ. de ſupellectile*. Animales eſſe quæ ſe moueant, *vt hic*. & ita diſiungi mobiles, vel ſe mouentes, *l. 49. C. de epiſcop. l. 3. C. de ſeruitut. l. 13 C. familiæ, l. 30. C. de iure dot. l. vn. §. 7. C. de rei vxor. l. 2. l. 3. verſ. quæ omnia, C. de quadriennij præſcriptione, l. 2. verſ. ſed vbi quarta, C. quando & quib. quarta.* Mobilium appellatione intelligi animalia, excepto homine, ſeu ſeruo, *l. 3. §. 13. ſup. de adq. poſſ.* mouentes quæ ab alio mouentur, puta ſupellectilem, *l. 22. ſ. de ſupellect.* fructus, *l. vlt. §. 1. ſ. de requir. reis*: adde *l. 32. in fi. ſ. de vſufr. leg.* Mouentia Græci κινητὰ: mobilia κινούμενα, *Ecl. ib.* appellant. Re ita conſtituta, demus teſtatori vtriuſque generis res fuiſſe, eique mentem fuiſſe Titio ſupellectilis legandæ, quin & animaliū, ſeu mobilium legandorum: demus his verbis legaſſe, *Mouentia mea* Titio do, lego, quæro an animalia debeantur? non debebuntur (inquiunt Græci) niſi probetur teſtatorem per mouentia intellexiſſe animalia. Recurrendum eſt igitur ad mentē teſtatoris, ſcripto deficiente. At, inquies, mouentiū appellatione, mobilia non poſſe intelligi. Imò poſſunt: in eo vtique conueniunt, quòd moueantur, quamuis (ſic enim interpretor vocem, quia ȷ. eo.) Mouentia ab alio, *l. 2. ſ. de ſupell. leg.* mobilia à ſeipſis mouentur, nouum autem non eſt, vt teſtator appellationes rebus alienas ſeu improprias tribuat, *l. 9. ſ. de vſufr. leg.* Video quoq; Iuriſconſultum illa duo confudiſſe inter ſe in *l. 15. § 1. ſ. de re iud.* & quod magis eſt, mobilium duas ſpecies feciſſe, vnam animaliū alteram eorum, quæ anima carent, *l. 1. §. 1. ſ. de rei vind. l. 30. §. 4. ſ. de adqu. poſſ.* hinc videmus, pecuniam mobilium appellatione comprehendi, *l. 79 §. 1. ſ. de leg. 3.* Et tamen mirū mihi eſt, Animalia mobilium potius appellatione contineri quàm mouentium. Iuſtius enim dicendū videtur, Mouentia ea eſſe quæ vel alia, vel ſeipſa moueant: mobilia quæ ab alio, vt inanimata: ac vt apertius etiam loquamur: Tres videntur conſtitui poſſe rerum differentiæ, ex *l. 15. C. de ſacroſ. eccleſ.* ſunt enim alia κινητὰ, κινούμενα, αὐτοκίνητα. o Reddere propriè eſt retro dare, i. dare quod antea accepimus, *vt hic, & l. 39. § 2 ſ. de ſtatulib.* p non eſt proprietate ſermonis, *l. 1. §. 33. in fi. ſ. depoſiti*: ſed ex interpretatione legis. Ex legibus autem id eſſe dicitur quod ex legis interpretatione eſt, *l. 6. in fi. ſ. eo. l. 21. in fi. ſ. de leg. 2. l. 93. §. 1. l. 10 ſ. de leg. 3. 2. Ecl. 1. c. 94.* q Ergo & reddere iuſſus, dare tenetur *d. l. 100.* & redditio mutabit fideicommiſſum *d. l. 93.* r v. l. 160. ȷ. eo. *Ecl. ib. c. 95.* ſ v. l. 112. ȷ. eo.

t Fluctus maximus τὸ μέγιστον κῦμα, *Ecl. ib* Hybernus *§. 3. Inſt. de rer. diuiſ.* μέχρις οὗ τὸ χειμέριον κῦμα ἔξεισιν, *2. Harm. 1. c.* περὶ τῶν ἐν πολέμῳ ληφθέντων. vtrumque coniungit Theophilus, *Inſt. de rer. diuiſ.* μέχρις οὗ τὸ χειμέριον μέγιστον ἔξεισι κῦμα, fluctus maximus decumanus dicitur: decimus enim talis eſt: vt inter omnia decimū maius cenſetur, Feſtus, ſic decumana pyra *12. Columell. 12.* decumana porta in caſtris præcipua, *Cæſar 3. de bello Gallic.* decumanus accipenſer. *Cicer. 2. de finibus.* u Littus quid? quà fluctus eludit *Cic. in Topicis*: adde *Quint. 5. Inſt. vlt.* vel, vt eſt apud Iſidor. *c. 8.* alludit Quintil *ib.* exæſtuat & effluit, *l. 112. ȷ. eo.* excurrit *§. 3. Inſt. de rer. diuiſ.* ἐν περιέχει *Ecl. ibid c. 112.* littus eſt, vel quod fluctibus eluditur, vel quod aqua alluitur, *14. Iſid. 8.* x rationem dubitandi ſume ex *l. 25. ſ. eo. l. 6. §. 1. ſ. de diuiſ. rer. l. 10. ſ. de auro.* y Ordo eſt inuerſus, ſic reſtituo, prædia dicimus aliquorum eſſe non (hanc particulam accipe pro, non ſolùm) vtique alio aliud habente, ſed & communiter habentium, & ita perſpicua eſt ſententia, ſolent enim enunciationes ab eo quod

Pecuniæ.

97. *Idem* "lib. 32. Digeſtorum."

CVm ſtipulamur, *Quanta* *a* *pecunia ex hereditate Titij ad te peruenerit*, res *b* ipſas, quæ peruenerunt, non *c* pretia earum ſpectare videmur.

De biſſexto & menſe intercalari.

98. *Idem* "lib. 39. Digeſtorum."

CVm *biſſextum* d Kalendis eſt: nihil refert, ‖vtrùm‖ priore an poſteriore die quis natus ſit, & deinceps ſextum Kalendas eius natalis dies eſt. nam id biduum pro *e* vno die habetur: ſed poſterior dies *f* intercalatur, non prior. ideo quo anno intercalatum non *g* eſt, ſexto Kalendas natus, cùm biſextum Kalendis eſt, priorem diē natalem habet. 1 Cato putat, menſem *intercalarem* h additìtium eſſe, omnéſque eius dies pro momento tēporis obſeruat, extremóque diei menſis Februarij adtribuit Quintus Mucius. 2 ¶ Menſis autem *intercalaris* conſtat ex diebus viginti octo *i*.

Notio. 1. Continentes prouinciæ. 2. De inſtrumentis.

99. *Vlpianus* "lib. 3. de officio Conſulis."

NOtionem *k* accipere poſſumus & cognitionem *l* & iuriſdictionem. 1 ¶ *Continentes* m *Prouincias accipere* debemus eas, quæ Italiæ iunctæ ſunt: vtputà Galliā *n*. ſed *o* & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico *p* freto Italia diuiditur. 2 ¶ *Inſtrumentorum* appellatione quæ comprehendantur, perquàm difficile erit ſeparare *q*, quæ enim propriè ſint inſtrumenta *r*, propter quæ dilatio danda ſit, inde dignoſcemus *ſ*, ſi in *t* præſentiam perſonæ, quæ inſtruere poſſit, dilatio petatur: putà qui *u* actum geſſit, licèt *x* in ſeruitute, vel qui actor *y* fuit conſtitutus, putem videri inſtrumentorum cauſa peti dilationem.

Speciosæ perſonæ.

100. *Idem* "lib. 2. de officio Conſulis."

SPecioſas *z* perſonas accipere debemus clariſſimas *a* perſonas vtriuſque ſexus *b*. item eorum, quæ ornamentis *c* ſenatoriis vtuntur.

Stuprum, adulterium. 1. Diuortium, repudium. 2. Morbus, vitium. 3. Seruus.

101 *Modeſtinus* "lib. 9. Differentiarum."

INter ſtuprum & adulterium, hoc intereſſe quidam putant: quòd *d* adulterium in nuptam, ſtuprum in viduam committitur. ſed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter *e* vtitur.

por. *l. 3. §. 3. ſ. de minor.* e l. 3. § 6. *Harm. 3.* f dies intercalaris ἐμβολιμαῖ… tercalatio ἐμβολισμός. g quibuſdam deeſt hæc negatio. h eius …
pridie Calendas Martias, v. ad l. 2. hic ſublatus eſt à Iulio Cæſare, teſte Su…
Iulio. hodie annus conſtat diebus 365. v. l. 134. ȷ. eo. i aliàs menſis app…
dies 30. intelliguntur. v. Socin. *reg. 260.* k 2. *Ecl. 2. c. 99.* l Cognitio, ang…
iuriſdictione: vtraque anguſtior eſt notione, l. 5 *ſup. de re iudicata*, quid iuri…
cognitio, alibi dicam. m l. 9 *ſup. de iud.* n Ciſalpinam, quam ab Italia…
Rubicon fluuius, v. Sueton. Iulio 31. Suetonium 1. *epiſt. 5.* o Non eſt igi…
Sicilia vt nec Gallia. Nam hic Gallia & Sicilia continentes Italiæ Prouinci…
tur non Italia. Continentes, id eſt, coniunctæ, & quidem Sicilia contine…
quia modico freto ab Italia diuiditur. adde quæ ſcripſi ad l. 9 *ſup. de iuri…*
p Modicè quæ diſtant etiam continentia ſunt. q Nam ſi ex Italia R…
tuntur inſtrumenta, minor dilatio dabitur, quàm ſi ex continentibus Pro…
l. 1. *C. de leg. l. 13. C. Theod. de iure fiſci*: & ideo hic agitur de continentibus Pro…
v Cuiac. *ad leg. teſtium 22. ſup. qui teſtam.* r adde l. 7 *ſup. de feriis.*
ſ Dignoſcemus, ſi in præſentia perſonæ, &c. *Hal.* t ob præſentiam perſo…
actum geſſit dilationem petit, qui tempus prærogari poſtulat ob abſentiam…
geſſit. u Inſtrumenta, ſunt etiam perſonæ, quæ ad litis inſtructionem fa…
ſunt & breuiter, inſtrumenta ſunt, quæ cauſam inſtruunt, v. l. 1. *ſup. de fidei…*
x Teſtimonij dictio aliàs non eſt ſeruo homini: adde quæ ſcripſi ad l. 22…
qui teſt. y Actor ſeruus eſt præſtantiſſimus, § 7. *Inſt. de iniuriis*: *l. vlt. ſup.* …
præſidis: *l. 30. ſup. de leg. 1. l. 40. §. 3. de ſtatul. b l. 5. § 3 ſup. de doli except.* z …
προσώπα, *Ecl. ib. c. 100.* his verbis ſpectabiles intelligit Alciatus, quod non…
a Senatores inter, tria tantùm dignitatum ſunt genera, clariſſimi, ſpectabi…
dignitas à Iuſtiniano Nouell. 7. media dicitur) & illuſtres. Qui ſupra illuſt…
aliquam ex his dignitatibus habent, vel dicuntur illuſtriſſimi. Extra ſenato…
ſtris, perfectiſſima & egregia eſt dignitas, *Cuiac. ad tit. de dignitatib.* de quibu…
dicam plenius. Notandum eſt autem obiter. Clariſſimarum appellatione fe…
intelligi, vt dixi ad l. 5. *ſup. de curat. furioſ.*
b Et ita fœminas, quæ maritorum dignitate illuſtrantur, l. 1. *ſup. de ſenato…*
c Laticlaui, vel lat claui, honor quibuſdam à principibus dabatur: de q…
Petrum Fabrum 1 *ſemeſt. 2.* Porro ornamenta ſenatoria fuerunt, latus clauus…
l. 42 *ſup. de donat. inter virum*: *l. 4. C. de teſtam. milit.* Calcei lunati (ſic dicti ob…
effigiem impreſſam qui & Mullei Feſto dicuntur) Hinc Martialis, Iuuenalis…
tius Papinius, lunatam pellem & patriciam Lunam dixere: & Cicero 13 …
nium, de quodam in ſenatum repentè adlecto, eſt Aſinius quidam ſenator…
rius lectus ipſe à ſe apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem, mutauit ca…
pater conſcriptus repente factus eſt. Huius lunati calciamenti variæ à Plut…
Problemat. adferuntur rationes. Probabilior illa eſt quam Iſidorus *vlt. c. vlt.* …
ras *Tom. 2.* ſequuntur, vt dicamus à Romulo inſtitutos fuiſſe patriciorum ca…
adſuta Lunæ figura, quæ in eis, non ſideris formam, ſed notam centenarij…
ſignificabat: quod initio centum Senatores fuerint. Hæc inſignia veſtium qu…
Senatu à ſe motis Auguſtum ſeruaſſe, Suetonius refert Octauio 35. quibuſdam…
à Claudio tributa, Dion 58 auctor eſt. Præfectiſque Prætorio ab Imperatoribu…
túmque data Lampridius cum aliis teſtatur, v. Briſſonium 3. *ſelect. 16.*
d v. quæ ſcripſi ad l. 6. *paragr. 1 ſup. de adulteriis.*
e vide *leg. 6 paragr. 1. ſuprà de adulteriis.* adde 2. *Ecloga 2. cap. 101. 6. Har…*
in princip.

1 ¶ Diuor

1 ¶ Diuortium inter virum & *a* vxorem fieri dicitur. repudium verò ſponſæ remitti videtur, quod & in vxoris perſonam non abſurdè cadit. 2 ¶ Verum eſt, morbum *b* eſſe temporalem corporis imbecillitatem, vitium verò perpetuum corporis impedimentum. veluti ſi talum *c* excuſſit *d*: nam & luſcus *e* itaque vitioſus eſt. 3 ¶ Seruis legatis etiam *f* ancillas deberi, quidam putant: quaſi *g* commune nomen vtrumque ſexum contineat.

Derogare, abrogare.

102. *Idem* "lib. 7. Regularum."

DErogatur *h* legi, aut abrogatur. Derogatur legi, cùm pars detrahitur: abrogatur *i* legi, cùm prorſus tollitur.

Capitalis.

104. *Idem* "lib. 8. Regularum."

LIcèt capitalis *k* Latinè loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur: tamen appellatio capitalis *l* mortis, vel amiſſionis ciuitatis, intelligenda eſt.

Τέκνα.

103. *Idem* "lib. 2. Excuſationum."

"H" τῶν *m* τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται.

NAtorum appellatio & ad nepotes extenditur.

Libertis libertabuſque meis.

105. *Idem* "lib. 11. Reſponſorum."

MOdeſtinus reſpondit, his verbis *Libertis libertabuſque meis*, libertum libertæ *n* teſtatoris non contineri.

Dimiſſoriæ litteræ ſeu Apoſtoli.

106. *Idem* "lib. ſingulari de Præſcriptionibus."

DImiſſoriæ litteræ dicuntur, quæ vulgo Apoſtoli *o* dicuntur. dimiſſoriæ autem dictæ, quòd cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur.

Aſſignare libertum.

107. *Idem* "lib. 3. Pandectarum."

ADſignare *p* libertum, hoc eſt, teſtificari: cuius ex liberis libertum eum eſſe voluit.

Debitor.

108. *Idem.* lib. 4. Pandectarum."

DEbitor *q* intelligitur, is, à quo inuito *ſ* exigi *t* pecunia poteſt.

Bonæ fidei emptor.

109 *Idem* "lib. 5. Pandectarum."

BOnæ fidei emptor eſſe videtur, qui *u* ignorauit eam rem alienam eſſe: aut putauit *x* eum qui vendidit *y* ius vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem eſſe.

Sequeſter.

110. *Idem* "lib. 6. Pandectarum."

SEqueſter *z* dicitur, apud *a* quem plures eandem rem de qua controuerſia eſt, depoſuerunt, dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quaſi *b* ſequenti eos, qui contendunt, committitur.

Cenſere ſenſor.

111. *Iauolenus* "lib. 6. ex Caſſio."

CEnſeri *c* eſt conſtituere & præcipere. vnde etiam dicere ſolemus, *Cenſeo hoc facias*, & ſemel *d* aliquid cenſuiſſe. ¶ Inde Cenſoris *e* nomen videtur eſſe tractum.

Publicum.

112. *Idem* lib. 11. ex Caſſio."

LItus publicum eſt, eatenus qua maximè *f* fluctus exæſtuat. g. ¶ Idémque iuris eſt in lacu *h*, niſi is totus priuatus eſt.

Morbus ſonticus.

113. *Idem* "lib. 14. ex Caſſio.

MOrbus Sonticus *i* eſt, qui cuique rei nocet.

Soluendo eſſe.

114. *Idem* "lib. 15. ex Caſſio."

SOluendo *a* eſſe nemo intelligitur, niſi qui ſolidum poteſt ſoluere.

Fundus, poſſeſſio, ager, prædium.

115. *Idem* " lib. 4. Epiſtolarum."

QVæſtio eſt, fundus à *b* poſſeſſione, vel agro, vel prædio quid diſtet. ¶ Fundus *c* eſt omne, quidquid ſolo tenetur. ¶ Ager eſt, "ſi" ſpecies fundi ad vſum *d* hominis comparatur. ¶ Poſſeſſio ab agro *e* iuris *f* proprietate diſtat. quidquid enim adprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec *g* poteſt pertinere: hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergo vſus *h*, ager proprietas loci eſt. ¶ Prædium vtriuſque ſupraſcriptæ generale nomen eſt: nam & ager, & poſſeſſio huius appellationis ſpecies ſunt.

Filius, filij.

116. *Idem.* "lib. 7. Epiſtolarum."

Q*Viſquis mihi alius filij* i *filiuſve heres ſit*, Labeo non videri filiam contineri: Proculus contrà. Mihi Labeo videtur Verborum figuram ſequi, Proculus mentem teſtantis reſpondit: Non dubito, quin Labeonis *k* ſententia vera non *l* ſit.

Minus ſoluere.

117. *Idem* "lib. 9. Epiſtolarum."

NOn poteſt videri minus *m* ſoluiſſe is, in quem amplioris ſummæ actio non competit.

Hoſtes.

118. *Pomponius* "lib. 2. ad Quintum Mucium."

HOſtes *n* hi ſunt, qui nobis aut quibus nos publicè bellum decreuimus. cæteri latrones, aut prædones ſunt.

Hæreditas, bonorum poſſeſſio.

119. *Idem* "lib. 3. ad Quintum Mucium."

HÆreditatis appellatio ſine dubio continet etiam damnoſam *o* hereditatem: iuris *p* enim *q* nomē eſt, ſicuti bonorum poſſeſſio. *r.*

Legare.

120. *Idem* " lib. 5. ad Quintum Mucium."

VErbis legis duodecim tabularum his, *Vti* ſ *legaſſit ſuæ rei, ita* t *ius eſto*, latiſſima poteſtas tributa videtur & hæredis inſtituēdi, & legata, & libertates *u* dandi, tutelas *x* quoque conſtituendi, ſed id interpretatione coanguſtatum *y* eſt vel legum, vel auctoritate iura conſtituētium.

De vſuris.

121. *Idem* "lib. 6. ad Quintum Mucium."

VSura pecuniæ *z*. quam percipimus, in fructu *a* non eſt: quia non ex ipſo corpore, ſed *b* ex alia *c* cauſa eſt, id eſt, noua obligatione.

a Solidum non ſoluit, qui tardius l. 2. *in fin. ſup. eod.* qui nihil, *l.* 23. *l.* 82. *ſup. eo.* ſoluit: qui non facit quod facere promiſit. *l.* 176. ꝭ. *eo.*

b Puto id innuit: vna & eadem res diuerſas appellationes ſortiri poteſt. ſic terra quatenus in eam quid agitur iure proprio ac noſtro, ager: quatenus quotannis multa fundit, fundus, *Varro 4. de lingua.* quatenus ex ea homini maximè prouidetur prædium. quaſi præuidium. 15. *Iſid.* 13. quatenus ea vtimur, aut eam poſſidemus, poſſeſſio dicitur *vt hic.* Aliter dici poteſt fundus eſt ipſum ſolum: eo ſi vtimur, prædium dicitur. Vtilitas quæ ex prædio venit, conſiſtit vel in proprietate, hinc ager: vel in vſu aliquo, hinc poſſeſſio.

c *l.* 60. ꝭ. *eod.* vide quæ notaui ad *l.* 178. *in fin. ſup. de verb. obligat. adde* 2. *Eclog.* 2. *c.* 115.

d Ager tamen eſſe poteſt ſine villa *l.* 7. *ſup. eod.*

e Poſſeſſio eſt vſus rei à proprietate ſeparatus.

f Quatuor hic definiuntur: Fundus, Ager Poſſeſſio, Prædium, de poſſeſſione videamus: & quo cenſu dicatur hic ab agro iuris proprietate diſtare. Poſſeſſio eſt corpus cuius plenum vſum habemus, proprietatem neque habemus, neque habere poſſumus, quo in genere, prouincialia tributaria, ſtipendiariaque, itémque vectigalia prædia ſunt, (de quibus dixi ad *l. ſi captiuus* 20. §. 1. ꝭ. *de captiuis.*) atque ita falluntur qui iuris vocabulo, hic leges XII. Tabularum interpretantur: vt & illi qui ad loca ſacra extra commercium poſita, verbum *poſſeſſionis* referunt, vt poſt Gerardum Pererium Tholoſanum notat Briſſonius 4. *Select.* 1.

g Imò quis rem ſuam poſſidere poteſt, *l.* 1. *parag.* 2. *ſup. de acq. poſſ.* vt è contrario, alienæ rei poſſeſſores eſſe poſſumus, *l.* 9 *ſup. de adq poſſ.* vnde bonæ & malæ fidei poſſeſſores diſtinguuntur. h. Et è contra, vſus eſt poſſeſſio, Horatius 2. *Epiſt. vlt.* Quædam ſi credis conſultis, mancipat vſus, & Ælius Gallus, poſſeſſionem definit vſum. i Filius filiive hæres *Vulg. Hal.* k Verborum figuram & ſignificationem ſequentis. l Quid igitur hic ſtatui oportet? nempe filij appellatione, filiam non ex figura verborum, ſed ex mente intelligi, l. 122. l. 201. ꝭ. *eod.* *l.* 16. ꝭ. *eod. ſup. de teſt. tut.* *l.* 45 *ſup. de leg.* 2. *Ecl. ibid. c.* 116. at non è contra, *d. l.* 45. *v. l.* 220. ꝭ. *eod.*

m Summæ amplioris, minor opponitur: qui amplioris, ab ea quæ eſt ſoluta, ſummæ non tenetur, minus ſoluiſſe dici non poteſt. adde l. 32. *ſup. eod.* n l. 234. ꝭ. *eo. Eclog. ibid. c.* 116. *v. l.* 24. ꝭ. *de captiuis.* o Hæreditas damnoſa eſſe poteſt, *v. l.* 3 *ſup. ad leg. Falcid.* bona damnoſa dici non item, *v. l.* 39. §. 1. *ſup. eod.* p Vel hinc conſtat, hæreditatem iuris eſſe, quòd eſſe poſſit: ſine vllo corpore, *l.* 50. *ſup. de hær. pet.* Demus eſſe iuris, An ideo indiuidua? vtique, & hæreditatem propriè ſumimus pro toto aliquo vniuerſali, ſiue pro iure vniuerſitatis: ſin impropriè, pro rebus hæreditariis, diuidua dici poteſt. vide *Hotom.* 9. *Illuſtr.* ſic hæreditas non eſt pecunia, ſed ſucceſſio, l. 24. *ſup. eod.* id eſt, ius ſucceſſionis, l. 218. ꝭ. *eod.* q Quæ iuris ſunt, commoda, & incommoda continere poſſunt. r Bonorum poſſeſſio ius eſt, l. 3. §. 2. ꝭ. *de bon. poſſeſſ.* at non poſſeſſio, l. 19. ꝭ. *ex quib. cauſ. maiores.* Porrò non ſola hæreditas, aut poſſeſſio in iure conſiſtit, ſed & alia, veluti vſusfructus, vſus, obligationes. §. 2. *Inſt. de reb. corpor.* dos, peculium, ſeruitus, l. 66. §. 6 *ſup. de leg.* 2. *l.* 15. §. 2. *ſup. de precario: l. vlt. in fin. C. de præſcript. longi temp.* ſ Hæc facultas poſtea coanguſtata eſt, lege Furia, Voconia, Falcidia, vide *l.* 1. *ſup. ad legem Falcid.* t Huius legis fragmentum extat in l. 53. ꝭ. *eod.* Integra autem ita legitur 1. *ad Herennium.* Paterfamilias vti ſuper familia pecuniáve ſua legaſſit, ita ius eſto. adde *l.* 1. *ſup. ad legem Falcid. Nou.* 22. *c.* 2. hinc Vlpianus, legata nobis adquiruntur ex lege XII. tabularum. *Vlp.* 12. §. 17. *adde l.* 47. *in fin. ſup. de peculio.* u *l.* 80. ꝭ. *eod.* x l. 1 ꝭ. *de teſt. tut.* *l.* 53. ꝭ. *eod.* vi poteſtatis huius teſtatori liberum eſt, tutorem ſubſtituere priori, *l. pen.* ꝭ. *de teſt. tut.* y Sed vel interpretatione coanguſtatum eſt legum, vel authoritate iura conſtituentium, *Hugo à Porta.*

z *Ecl. ibid. c.* 120. propriè ſcilicet, aliàs penſiones, l. 36. ꝭ. *de vſuris*: id quod intereſt, l. 4. §. 2. ꝭ. *ſi ſeruitus vindicetur*, & ipſæ vſuræ impropriè continentur, l. 54. §. 2. *ſup. de vſuris.*

a Fructus propriè, id eſt, quod ex aliquo corpore naſcitur, vſura quod ex rei vſu.

b Vſuræ non ex ipſo pecuniæ ſeu nummorum corpore oriuntur, vt fructus ex terra: Aliunde oriuntur: hoc eſt alia ex cauſa, & vt hic dicitur, oriuntur ex noua obligatione, vel prodita ciuili iure.

c Obligationes, res eſſe alias à corporibus hinc conſtat, §. 1. *Inſt. de reb. corpor.*

i Sic Paulus 4. *collat.* primum caput legis Iuliæ de adulteriis prioribus legibus pluribus abrogat, & Liuius 9. vbi duę leges ſunt, ſemper antiquæ abrogat noua: vide *Pithœum* 4. *notar.* k *al.* Capitalis pœnæ appellatione &c.

l Vide *l.* 28. *ſupr. de pœnis*: 2. *Ecl.* 2. *c.* 103. m *Eclog. ibid. c.* 104. *adde d. l.* 56. *ſup. eo. l.* 2. *paragr.* 7 *in fin. ſup. de excuſ. tut.* n Liberti appellatione, liberta quidem continetur, l. 172. ꝭ. *eod.* non libertus liberti. *Ecl. ibid. c.* 105. o Vide *l. vnic. ſup. de libellis dimiſſoriis.* p *v. l.* 3 *ſup. de adſign. libert.* q *v. l.* 178. *in fin.* ꝭ. *eod.*

r Intelligitur. *Hal.* ſ Iudicium dicitur in inuitum reddi, l. 83. §. 1. *ſup. de verb. obl:* t *l.* 10. *l.* 55. *ſup. eod.* u Qui aut ignorauit. *Vulg. Hal. Ecl. ibid. c.* 109.

x Hinc concludit Cuiacius, non omnem ſcientiam rei alienæ eſſe malam fidem, 18, *obſ.* 25 *facit lex* 3. §. 10. *ſupra vti poßid.* y Mandatum expreſſum vel tacitum.

z Μεσεγγυητής. *Eclog.* 110. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7 *ſup. depoſiti*: *l* 18. *in fin. ſup. de præſcript. l.* 21. *in fin. de appell.* hinc ſequeſtrare, *l.* 22. § 8. *ſup. ſoluto*: ſequeſtratio. *C. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ*: ſequeſtraria actio aduerſus ſequeſtrem, *l.* 9. *paragr.* 5 *ſup. de dolo*: *l.* 12. §. 2. *ſup. depoſit*: in ſequeſtrem deponere, *l.* 33. *ſup. depoſiti.*

a Hinc Tertullian. *lib. de reſurrectione carnis* de Domino loquens: hic ſequeſter Dei, atque hominum appellatus ex vtriuſque partis depoſito commiſſo filio. Sequeſter quoque *ſculna* dicebatur à ſequendo, 3. *Macrob.* 17.

b Sequeſter à ſequendo dictus.

c Κενσεῦ. *Ecl. ibid. c.* 111. cenſere. *Hal. Vulg.*

d καὶ τὸ κατὰ ἑαυτὸν τί ποτε κεκεληκέναι. *Eclog. ibid.* & ſenatum. *Hal. Vulg.*

e Cenſoris nomen à cenſu, l. 2. § 17. ꝭ. *de orig. iur.*

f Qua maximus, *Ecl. ibid. c.* 12.

g Dixi ad l. 96. *ſup. eod.*

h De quo vide *l.* 1. *parag.* 3 *ſup. vt in flum. publ.*

i Νόσος ὀλεθρεία, *Ecl. ibid. c.* 113, *v. l.* 4. §. 5. *l. vlt. ſup. de ædil. adde l.* 95. ꝭ. *de reg. iur.*

nec tamē inde ſequitur, vſuras eſſe contrarias iuri naturali. nam ſi obligationes cauſam habent, *vt hic*, & obligationes ad ius gentiū, vel ciuile referūtur. l. 5. *in fin.* ꝟ. *de iuſtitia & iure*, dicendum eſſet ius vtrumque naturæ repugnare, quod eſt abſurdum ſi proximi mordēdi (nam vſuræ ab Hebræis *Neſek*, id eſt, à morſu dicuntur) libidinem ab vſuris ſuſtuleris, perinde vſuræ tolerari poterunt, vt ædium conductarū penſiones, dimidiū iuſti non excedentes nihil enim intereſt fructum ex ædibus percipias, an ex nummis, ſed de vſuris alibi cōmodius nos dicemus.

a *al.* hiſce.
b *l. 116. ſup. eod. l. 19. ſup. de teſtam. tut. §. 5. Inſtit. qui teſtam.*
c Veriſimile. dixi ad *l. 114. ℐ. de reg. iur.*
d *l. 18. ſup. de iure codicill. l. 5. l. 72.* ꝟ. *de leg. 1. l. 6. ſup. de inſtructo: l. 34. in fi.* ꝟ. *de auro 1. Eclog. c. 122.*
e Gellius, verbum, inquit, *eſſe*, & *erit*, quum per ſe ponūtur, habent atque retinent tempus ſuum: cùm verò præterito funguntur, vim temporis ſui amittunt, & in præteritum concedunt.
f Et quod à me ſcriptum eſt in codicillis, & quod poſtea ſcribetur.
g Vt per verbum *erit*, præteritum tempus interdum demonſtramus: ita verbo *eſt*, interdum præteritum quoque ſignificamus.

Filio, filii.

122. *Idem* "lib. 8. ad Quintum Mucium."

SEruius ait: ſi ita ſcriptum ſit, *Filio filiiſque meis hoſce* a *tutores do*: maſculis dumtaxat tutores datos: quoniam ſingulari caſu hoc, *filio*, ad pluralem videtur tranſiſſe, continentem eundem ſexum, quem ſingularis prior poſitus habuiſſet, ſed hoc facti, non iuris habet quæſtionē: poteſt. n. fieri, vt ſingulari caſu de filio ſenſerit, deinde *b* plenius omnibus liberis proſpexiſſe in tutore dando voluerit. quod magis rationabile eſſe videtur.

Eſt, erit.

123. *Idem* "lib. 26. ad Quintum Mucium."

VErbum *erit* d interdum etiam præteritum *e*, nec ſolùm futurum tempus demonſtrat. quod eſt nobis neceſſarium ſcire. & cùm codicilli ita confirmati teſtamento fuerint, *Quod in codicillis ſcriptum erit* f vtrumne futuri temporis demonſtratio fiat, an etiam præteriti, ſi ante ſcriptos codicillos quis relinquat. quod quidem ex voluntate ſcribentis interpretandum eſt.

¶ Quemadmodum g autem hoc verbum *eſt* h, non ſolùm præſens, ſed *i* & præteritum tempus ſignificat: ita & hoc verbum *erit*, non ſolùm futurū, ſed interdum etiā præteritum tēpus demonſtrat. nam cùm dicimus, *Lucius Titius ſolutus eſt* "*ab*" *obligatione*: & præteritū, & præſens ſignificamus: ſicut hoc, *Lucius Titius alligatus eſt*. & idē fit, cū ita loquimur, *Troia capta eſt*. non. n. ad præſentis facti demonſtrationem refertur is ſermo, ſed ad præteritum *K*.

Diſiunctiuum, ſubdiſiunctiuum.

124. *Proculus* "lib. 2. Epiſtolarum."

HÆc *l* verba, *ille aut ille*, non ſolùm diſiunctiuæ, ſed etiam ſubdiſiunctiuæ orationis ſunt. 2 ¶ Diſiunctiuū *m* eſt: veluti cùm dicimus, *aut dies aut nox eſt*: quorum *n* poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum: item ſublato altero, poni alterum. Ita ſimili figuratione verbum poteſt eſſe ſubdiſiunctiuum. ¶ Subdiſiunctiui *o* autem genera ſunt duo. Vnum, cùm ex propoſitis finibus ita non poteſt vterque eſſe, vt poſſit *p* neuter eſſe: veluti cùm dicimus *aut ſedet q, aut ambulat*. nam vt nemo poteſt vtrumque ſimul facere: ita aliquis poteſt neutrum, velut is, qui accumbit. ¶ Alterius generis eſt, cùm ex propoſitis finibus ita non poteſt neuter eſſe, vt poſſit vtrumq; eſſe, veluti cùm dicimus, *omne animal aut facit, aut patitur*. nullum eſt enim, quod nec faciat, nec patiatur; at poteſt ſimul & facere, & pati.

Commodum, poſſe.

125. *Idem* "lib. 5. Epiſtolarum."

NEpos Proculo ſuo ſalutem. Ab eo qui ita dotem promiſit, *Cum r commodum erit, dotis filiæ meæ tibi erūt aurei centum*, putáſne protinus nuptiis factis dotem peti poſſe? quid ſi ita promiſiſſet, *Cum potuero, doti erunt?* quod ſi aliquā vim habeat poſterior obligatio, *poſſit*, verbum quomodo interpretaris? vtrum ęre alieno deducto, an extante? Proculus: Cùm dotem quis "ita" promiſit, *Cùm potuero, doti tibi erunt centum*: exiſtimo ad id, quod actū eſt, interpretationem redigendam eſſe. nam qui ambiguè *ſ* loquitur, ſenſit: protinus eſt tamen, vt hoc eum ſenſiſſe exiſtimē, deducto *u* ære alieno potero: poteſt etiam illa accipi ſignificatio, cùm ſalua *x* dignitate mea potero: quæ interpretatio eò magis accipienda eſt, ſi ita promiſſum eſt, *cùm commodum erit*, hoc *y* eſt, cùm ſine incommodo meo potero.

De clauſula, vti optimus maximúſque eſt, *& clauſula*, ius fundi deterius factum non eſſe per dominum.

h Eſt, non ſolùm præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat. i *Gell. d. loc. Ecl. d. loc. c. 123. adde l. 7. l. 34. §. 1.* ꝟ. *de auro.* k Hoc enim demonſtrare volumus, Troiam olim captam fuiſſe. Et ſic Enallage eſt temporis. l *Aut*, particula diſiunctiuis proloquiis & ſubiunctiuis inſeruit. Cæterum fines diſiunctiui proloquij, ſimul veri eſſe non poſſunt: ſubdiſiunctiui, vel ſimul falſi, vel ſimul veri eſſe poſſunt. m Διαζευκτικὸν *Ecl. ibid. c. 124.* Gellius appellat diſiunctum & diſiunctiuum proloquium, 5. *cap.* 11. n In proloquio diſiunctiuo neceſſe eſt alterum ex duobus quæ diſiunguntur verum eſſe 5. *Gell.* 11. vel ita indiſiunctione plus vno verum eſſe non poteſt. *Cic. in Topic.* o Subdiſiunctiuum, ὑποζευκτικὸν *Ecl. ibid.* p In ſubdiſiunctiuo poteſt neutrum eſſe, vel vtrumque. q Huius proloquij ambæ partes falſæ eſſe poſſunt: cùm tertia omittatur ſic apud Gellium *d. loco* ἤτοι καλλίω ἕξεις ἢ αἰσχρὰν, duæ illæ partes falſæ eſſe poſſunt, ei qui ſtata forma habuerit vxorem.
r Non quod protinus dari poteſt ſtipulanti. commodum eſt promiſſori.
ſ Simplici oratione ventris, ſimplex atque vnicus eſt intellectus: ambiguè loquentis multiplex: ſeruit enim & ſtipulanti, & promiſſori. t *Gell.* 11. *Noct. Attic.* 12. Nullum, inquit, verbum eſt ambiguum (Chryſippus dicebat omne verbum eſſe ambiguum natura) nec quiſquam ambiguum dicit aut ſentit, nec aliud dici videri debet, qui quod de ſe dicere ſentit, is, qui dicit, at cum ego aliud ſenſi, tu aliud accepiſti, obſcurè magis dictum quam ambiguè videri poteſt. Ambigui verbi natura illa eſſe debuit, vt qui diceret, duo vel plura diceret. Nemo autem duo, vel plura dicit, qui ſe ſentit vnum dicere. u Poſſe facere promiſſor intelligitur ære alieno deducto, alias ære non deducto poſſe facere, remiſſio eſt ἀδώνατος: nec enim poſſe videtur, qui non poteſt niſi inhoneſtè, cùm primum incipit iuſtè poſſe, primùm incipit tenetur *l. vlt.* ꝟ. *de cond. inſtit. l. 29.* ꝟ. *de cond. & dem. l. 29.* ꝟ. *quando dies legati*, cùm res promiſſori in tuto eſſe incipiat. l. 80 *ſupr. de verb. obl.* x Tacita illa exceptio conditionibus ineſt, *l. 3.* ꝟ. *de neg. l. 21.* ꝟ. *de noxal. l. vlt.* ꝟ. *de act. empt. v. l. 137. §. 4. ſup. de verb. oblig. l. 195. ℐ. de ſolut.* y Definitionem à remotione contrarij obſerua.

126. *Idem* "lib. 6. Epiſtolarum."

SI cùm fundum tibi darem, legem ita dixi, *Vti optimus maximúſque eſſet*, & adieci, *ius fundi deterius factum non eſſe* a *per dominum* b præſtabitur *c*. amplius eo præſtabitur nihil: etiam ſi prior pars, qua ſcriptum eſt, *Vti optimus maximúſque ſit*, liberum *d* eſſe ſignificat. eóque ſi poſterior pars adiecta non eſſet, liberum præſtare deberem *e*: tamen inferiore parte ſatis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præſtare debeam, quàm ius fundi per dominum deterius factum non eſſe.

Veſtis.

127. *Calliſtratus* "lib. 4. de Cognitionibus."

VEſtis appellatione tam virilis, quàm muliebris *f*, & ſcænica, etiam *g* ſi tragica *h*, aut citharœdica ſit, continetur.

Spado.

128. *Vlpianus* "lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam."

SPadonum *i* generalis appellatio eſt, quo nomine tam hi, qui natura *k* ſpadones ſunt, item thlibiæ *l*, thlaſiæ *m*: ſed etſi quod aliud genus *n* ſpadonum eſt, continentur.

De his qui mortui naſcuntur.

129. *Paulus* "lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam."

QVi mortui *o* naſcuntur, neque nati, neque procreati videntur. quia nūquam liberi appellari potuerunt.

Lege obuenire hæreditatem.

130. *Vlpianus* "lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

LEge *p* obuenire hæreditatem non impropriè quis dixerit eam, quæ ex teſtamento defertur *q*: quia lege duodecim tabularum teſtamentariæ hæreditates confirmantur *r*.

Fraus, pœna, multa.

131. *Idem* "lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

ALiud *ſ*, fraus *t* eſt, aliud pœna. Fraus enim ſine pœna eſſe poteſt. pœna ſine fraude eſſe non poteſt. Pœna eſt noxæ vindicta: fraus & ipſa noxa dicitur. & quaſi pœnæ quædam præparatio.

1 ¶ Inter multam autē, & pœnā multū intereſt: cúm *u* pœna generale ſit nomen, omnium delictorū coërcitio, multa ſpecialis peccati *x*, cuius animaduerſio hodie *y* pecuniaria eſt: pœna autem non tantùm pecuniaria,

a *al.* non eſſe ... dominum p... bitur.
b *l.* per vend...
c Quid? ill... tè quod pro... fuit. atqui ... nunc quæri... pe quid pro... ſit? dic, ... teneri fund... ſtare vti o... maximus ... berum à ſe... bus ei à ... que impoſi... tamen quia ... venditione ... ctū fuit, ... dū tradi ... cuius ius ... no, i. à ... non eſſet ... deterius ... minimè ... ob ſeruit... fundo ab... poſitas, ... neralis ... ſula *vti op...* &c. ... per ſequen... *fundi*, &c.
d Optimus ... mus fundus ... ber: non ... ſi ius eius ... no deterius ... eſt, *l. 90.* ... *l. 169.* ℐ. ... *l. 75. ſup.* ... *l. 63. §.* ... *leg. 1.*
e Debere ...

debeam, *Hal.* f De veſtimentis muliebribus vide Varronem 9. *de lingua.* P... *ſent. 6. §. 8.* quænam ſint muliebria, *v. l. 23. §. 1. in fin. & paſſim.* ꝟ. *de auro: l.* ... ꝟ. *de verbo obl.* adde P. Fabrum 1 *ſemeſt. c. 15.* g Sufficit enim vt ſcenica ... poſſit. ea aliquem vti in ſcena ſiue tragœdus ſit ſiue citharedus. h De ... veſtimentis vide Scaligerum 1. *Poëtic. 13. & 14.* i 19. *Eclog. 1. ex lib. 3.* ... k Spadones natura ſunt qui ob meatum diſtortum coli, non ob in fœcundi... generare non poſſunt, quo vinculo abſciſſo generant. *Galenus* 15. *de vſu parti*... *Prateium*, generare poſſunt, *l. 6. in fi.* ꝟ. *de ædil.* ſpes eſt poſſe eos liberos procrea... *Ecl. 1. ex lib. 161. fol. 193.* ideoque placeret ita reſcribi in *l. 2. §. 1* ꝟ. *de adopt.* ... nondum generare poſſunt: vt eorum ſterilitas (cuius ſit mentio *in l. 6.* ꝟ. *de* ... temporaria ſit, eoſque impediat inter morboſos cenſeri, *l. 6. in fin.* ꝟ. *de ædil.* ... caſtratis non eſt, à quibus ſunt diuerſi § 9. *Inſt. de adopt. l. 6. l. 7.* ꝟ. *de ædil. l. 6.* ... *liberis l. 14. in fin.* ꝟ. *de manumiſſ. vindicta.* Quod cum ita ſit, non mirum ſpa... permitti matrimonium. *l. 39.* ꝟ. *de iure dot.* & matrimonij cauſa manumitte... *in fin.* ꝟ. *de manumiſſ. vind.* adoptare *l. 2. in fin. l. 40. in fi.* ꝟ. *de adopt.* hæredem ... re, *l. 6* ꝟ. *de liber. & poſthum.* quod in caſtratis non eſt. In eo tamen æquales ... vtrique teſtamentum facere poſſunt. *v. l. 5. C. qui teſtam. Paul. 3. ſent. §. 2.*
l *l. 5. de ſicar.* Thlibiis attriti ſunt teſtes. m *al.* Raiaſiæ, malè: ad hos reſer... *de publ. l. 4. §. 2.* ꝟ. *de ſicar.* Thlaſiis exſecti ſunt teſtes. n Spadonum tria gen... tura, facto, fato. Natura, ſpadones: facto, caſtrati: fato ſeu caſu, thlaſiæ quibus ... teſtes. Sed tamen Ferrandus 1. *Explic. 47.* Thlibias & Thlaſias pro iiſdem accip... terùm duos caſtrandi modos facit Ariſtoteles 3. *de hiſtoria Animalium*, θλίψει ... τομῇ. vt Ægineta 6. c. 58. κατὰ θλάσιν καὶ ἐκτομήν. vt Moſes c. 23. *Deut.* ... σίων καὶ ἀποκεκομμένων. adde Columellam 6. c. 25. Palladium 6. c. 7. o Mortuus ... naſcitur neque procreatus videtur, neque filius appellatur 2. *Ecl. 2. c. 128.* ... vel abactus venter partum efficere non videtur. *Paul. 4. ſent. 9. §. 6.* nec rumpit ... mentum, *l. 2. C. de poſthumis.* Ab eo ſunt diuerſi qui execto ventre matris ... *l. 6. in pr. ſup. de inoff. l. 12. ſup. de liberis*, & ij qui nondum integrum animal, ... ti tamen, naſcuntur, *d. l. in fin.* adde ſuperioribus de muliere, quæ ſemper mortuos ... rit, *l. 14.* ꝟ. *de ædil.* p Lege obuenire intelligitur, quod ab eo venit, quod lege ... confirmatum, adde *l. 1.* ꝟ. *de hæred. pet.* adde *l. 6. in fin. ſo.* deferre hæreditatem ... dicuntur quoties delatam confirmant. q De verbis *deferendi & confirmandi* ... *l. 6.* ꝟ. *de iuriſdict.* adde *l. 36. in fin.* ꝟ. *de donat. inter virum.* r Legitimum dici ... quod lex confirmat. ſ 2. *Ecl. 2. c. 131.* monetur autem iuriſconſultus ad hanc ... rentiam confirmandam, quòd veteres fraudem pro pœna ponere ſolebant *l. 23.* ... ꝟ. *de ædil.* Hinc ſine fraude capere, id eſt: ſine pœna legis *l. 1.* ꝟ. *ad l. Falcid.* non ... fraude in ius vocare, id eſt, non ſine pœna, *l. 26. §. 2.* ꝟ. *quib. ex cauſis maior. l. 32.* ... *iniur. l. 8. ſup. de accuſ.* viro adulterum vxoris retinere horis diurnis non plus qua... ginti, teſtandæ eius rei cauſa, fraude licet, *l. 25. ſup. de adult.*
t De fraude, adde *l. 79.* ℐ. *de reg.*
u Prima differentia pœnæ & multæ: Pœna generale nomen omnium delicto... multa ſpecialis delicti. x Secunda differentia multæ & pœnæ. Multa, tantùm pe... cuniaria eſt: pœna etiam capitis & exiſtimationis.
y Olim igitur fuit alia, multæ animaduerſio. Quæ fuit? ouium & boum. *Iſid.* ... *Cicer. de Reipub. 12. Plin. 3. Plut. in Publicia* 11. *Gellius* 1. *ex Varrone, Nonius* ... Nec prius ouem nominabant quàm bouem in multa indicenda; *Plin. d. loc.* ... pœna triginta boum & duarum ouium: *Feſtus in multam, & in* Ouibus. *Halic.* ... 10. ære tandem percuſſo, loco ouis deni aſſes: bouis: centum lege ſtatuti ſunt: ... decuſſibus: bos centuſsibus, *Feſt. ibid. Plut.* idque lege Tarpeia, *Feſtus*, vel Ateri... ait Gellius ab illius anni conſulibus: reuocata poſtea a L. Papirio & L. Iulio ... *Liuio* 4. poſtea aucta multæ ratio; nam trium millium æris in maioribus delictis ...

verum

verum capitis & exiſtimationis irrogari ſolet, & a multa quidem ex arbitrio eius venit, qui multam dicit, pœna non irrogatur, niſi quæ quaque lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. quinimo multa ibi dicitur, vbi ſpecialis pœna non eſt impoſita. Item b multam is dicere poteſt, cui iudicatio c data eſt. magiſtratus ſolos & Præſides Prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt, pœnam autem vnuſquiſque d irrogare poteſt, cui huius criminis ſiue e delicti exſecutio competit f.

Anniculus ante diem x. Kalend. poſt diem x. Kalend.

1. Peperiſſe.

132. *Paulus* ‖ lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

ANniculus g amittitur, qui extremo anni die moritur, & conſuetudo loquendi id ita eſſe declarat, *Ante diem decimum Kalendarum, poſt diem decimum Kalendarum* neque h vtro enim ſermone vndecimi i dies ſignificantur.

1 ¶ Falſum eſt eam peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus k eſt.

Intra diem.

133. *Vlpianus* lib. 4 ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis ſic dixerit, vt intra l diem mortis eius aliquid fiat ipſe m quoque dies quo quis mortuus eſt numeratur.

Anniculus.

134. *Paulus* lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

ANniculus non ſtatim vt natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto n die dicitur, incipiente planè, non o exacto die, quia annum ciuiliter, non p ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus.

De partu portenſo vel monſtroſo.

135. *Vlpianus* lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

QVæret aliquis: ſi portentoſum q, vel monſtroſum r, vel debile mulier ediderit, vel qualem viſu vel vagitu nouum, non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis, quàm hominis partum: an quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat? Et magis eſt, vt hæc quoque parentibus proſint ſ nec t enim eſt, quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt a, ſtatutis obtemperauerunt: neque id, quod fataliter b acceſsit, matri damnum iniungere debet.

Gener.

136. *Idem* lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam.

GEneri c appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio, quàm ex filia editorum, cæterarumque maritos contineri manifeſtum eſt.

Ter enixa.

137. *Paulus* lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

TEr enixa videtur, etiam quæ trigeminos d pepererit.

Hæreditas.

138. *Paulus* lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

HÆreditatis appellatione bonorum f quoque poſſeſſio continetur.

Romæ. 1. Perfeciſſe ædificium.

139. *Vlpianus* lib. 7. ad legem Iuliam Papiam.

AEdificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus g Romæ ædificiis fiant.

1 ¶ Perfeciſſe h ædificium is videtur, qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſſit.

Cepiſſe.

140. *Paulus* lib. 6 ad legem Iuliam & Papiam.

CEpiſſe i quis intelligitur, quamuis alij adquiſiit.

Habere filium.

141. *Vlpianus* lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam.

ETiam k ea mulier, cùm moreretur, creditur filium habere, quæ exciſo l vtero edere poſsit. nec non etiam alio caſu mulier poteſt habere filium, quem mortis tempore non habuit: vtputa eum: qui ab hoſtibus remeauit.

De coniunctis.

142. *Paulus* lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam.

TRiplici modo coniunctio m intelligitur, aut enim re n per ſe coniunctio contigit, aut re o & verbis, aut verbis p tantum.

¶ Nec dubium eſt, quin coniuncti ſint, quos & nominum rei complexus iungit. veluti, *Titius & q Mæuius ex parte dimidia hæredes ſunto,* Vel ‖ ita ‖, *Titius Mæuiuſque hæredes ſunto.* vel, *Titius cum Mæuio ex parte dimidia hæredes ſunto.*

¶ Videamus autem: ne etiam ſi hos articulos detrahas, *& r quæ, cum,* interdum ſ tamen coniunctos accipi oporteat veluti *Lucius Titius, Publius Mæuius ex parte dimidia hæredes ſunto,* vel ita, *Publius Mæuius, Lucius Titius hæredes ſunto. Sempronius ex t parte dimidia hæres eſto,* vt Titius & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. *Lucius Titius ex parte dimidia hæres eſto. Seius ex parte, qua u Lucium Titium hæredem inſtitui, hæres eſt. Sempronius ex parte dimidia hæres eſto.* Iulianus dubitari x poſſe, tres ſemiſſes facti ſint; an Titius in eundem ſemiſſem cum Gaio Seio inſtitutus ſit, ſed y eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia ſcriptus eſt veriſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duos coactos, & coniunctim hæredes ſcriptos eſſe.

Habere.

143. *Vlpianus* libro 9. ‖ ad legem Iuliam & Papiam. ‖

ID apud ſe quis habere z videtur, de quo habet actionem a, habetur enim, quod peti poteſt.

Pellex παλλακή.

144. *Paulus* lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

LIbro memorialium a.

tantum poſsit pœnam irrogare, quemadmodum & priores, ſed etiam multam dicere.
c Cui adiudicatio. *Vulg. Hal.* id eſt cui publicum iudicium eſt l. 2. *in fin. ſup. de iudiciis.* Quinam illi magiſtratus Romæ? omnes magiſtratus. ſic Conſules ſenatoribus,
qui tardius aut omnino non veniſſent in ſenatum, multam irrogabant. *Cicero.* Prætor
etiam multam dicebat l. 2. *in fin ſup. ſi quis in ius vocatus non ierit,* Ædiles, *Liuius* 10.
Gell. 6. Tribuni plebis, *Liuius* 7 *Gell.* 19 *Tacitus* 3. (idque lege Ateria Tarpeia *Dionyſ.*
Halicarnaſſ. 10. & 11. *Gell.* 1 *Feſtus.* in Peculatus) Curatores aquarum (idque ex ſenatuſconſulto, *Frontin. lib. 2. de aquæductibus in fin.*) Præſides, ex principalibus mandatis, *v. hic.* Procuratores Cæſaris, l. 2. *C. de modo multarum: v. Briſſonium* 3. *ſelect.* 4.
d Priuato quoque dari publici iudicij executionem, hinc Cuiacius colligit 15.
obſeru. 39. e Crimen à delicto vt differt, vide in *l.* 17. §. 18. *de ædilitio.* f Aliam differentiam pœnæ, & multæ vide in *l.* 244. j. *eod.* g *l.* 134. j. *eo.* 2. *Ecl.* 2. *c.* 132.
h Hanc negationem, quam etiam habent Græci, vulgata non legit, legit autem
vtroque ſermone. Authographum. Florentinum neutro ſermone. vide *Ant. Mercato.*
4. *emendat.* 5. ne vtroque, quidam etiam ita legunt. ideo magnus conflictus oritur. Budæus & Alciatus 4. *de verb ſign.* nouant. Paulum morari lectorem hoc grypho
ſeu ænigmate voluiſſe potius quàm docere. Paucis, ſic ſentio, interea dum aliquis
meliora. Anniculus moritur, qui extremo die anni moritur: antedecendialis dicitur
qui extremo noui expirat, poſtdecendialis, qui extremo vndecimi. neutro ſermone exacti dies (ſic legendum puto *arg. legis* 134. j. *eo.* non vndecim dies, quam
vocem Græci verſus deuorant, quàm guſtant) ſignificantur, ac ſi diceret, qui moritur
poſt extremum anni diem, non eſt anniculus, ſed biennis: qui præſtat aliquid poſt
decimum diem, vndecimo præſtat, qui non præſtat ante decimum, præſtat decimo: ſic
debitor, antè Kalendas, ante eas perfectas dare debet, aut ſi non ante, poſt certè dederit, *l.* 13. ſ. *de verb. oblig* intra Kalendas iudicare iuſſus ante eas perfectas debet iudicare, aut ſi non ante, poſt iudicauerit, l. 133. j. *eo.* Intra hæc tempora, niſi ſuperiora
fiant, ius mutatur, l. 42. ſ. *de verb. oblig.* In hanc legem qui ſuum ingenium exercere
voluerit, legat Budæum, Alciatum hic, Anton. Auguſt. 4 *emendat.* 6. Cuiacium ad l. 8.
& l. 13. ſ. *de verb oblig.* Robertum 3 *animaduerſ.* 29. Ant. Mercat. 3. *notar. vlt* ſed quid?
poſt hæc ita obſeruata, reperi in manuſcripto Germani Colladonij Iuriſconſulti clariſſimi lectionem nondum auditam, quæ ita habet. Ante diem duodecimum Kalendarum, poſt diem decimum Kalendarum, vtroque enim ſermone vndecimus dies ſignificatur, qua lectione, nulla apertior, dummodo particulam, *enim* ſuſtuleris.
i Vndecima *Vulg. Hal. Eclog. ibid.* ne dicas nonam cum Budæo & Alciato. Anton.
Auguſtinus, & Cuiacius in l. 13. ſ. *de verb. oblig* decimam eſſe volunt. Res ita habet,
ſi de futuris Kalendis loquimur, dies ante decimum Kalendarum vicinior loquenti
eſt vndecimus dies, poſt decimum, eſt nonus: ſi de præteritis, dies vicinior loquendi
ante diem decimum eſt nonus, poſt diem decimum eſt vndecimus, & ita neutro ſermone dies vndecimus ſignificatur, quod hæc lex innuit, haud nonus, vt vult Budæus;
haud decimus, vt reliqui duo illi viri magni, à quibus tamen propter eorum authoritatem, non facilè diſcedi cupio. k ἀνεξιμνεῖα 2. *Eclog.* 2. *c.* 133. & 141. cui filius mortuus extractus eſt, *Hal l.* 141 j *eo. l.* 6 *in fin. princ.* ſ. *de inoff. l.* 12. ſ *de liberis.*
l 12. *Gell.* 13. *l.* 1. §. 8. §. 9 ſ. *de ſucceſſorio edicto.* m *d.* §. 9. *Gell. ibid.* n Annus hoc
ſpacio definitur. *l.* 51. §. 2. ſ. *ad legem Aquil. l.* 4. §. 5. ſ. *de ſtatulib.*
o Vide l. 132. ſ. *eo.* vide quæ notaui ad *l.* 2. ſ *de diuerſis & tempor.*
p Imo ad momenta annum numeramus, l. 3 j. *de minoribus.*
q *l.* 38 ſ. *eo. l.* 14. ſ *de ſtatu hominum, l.* 33 *in fin. C. de poſthumis hæredibus, l. quod dicitur* 12 *in fin. ſup. de liberis & poſthumis.*
r Monſtrum licet interficere ſine metu legis Corneliæ. Ea ſolebant in flumen demergere, eòque Tibullus illudit. 2. *Ecl.* 2. Prodigia indomitis merge ſub æquoribus:
neque lege Cornelia de ſicariis tenetur qui monſtrum interfecit: & ita Veronæ iudicatum fuiſſe refert Petrarcha 4. *Memoral.* 610. Antonius Vacca ad l. 14. ſ. *de ſtatu.*
Nec debentur ei alimenta à patre, l. 9 *ſup de liberis.* quod fortè ex lege quadam Romuli eſt. ſ Imo non proſunt. *Paul.* 4. *ſentent* 9. §. 3. t Imo videtur eſſe aliquid
quod eis imputetur. Nam ex praua imaginatione quadam concepta, videtur, ita

naſci, vt & Accurſius notat. De cauſis huiuſmodi partus, adde *Iſidorum* 1. *in fin.* & 11. *c.* 1. *in fin.* v. Liuium de mõſtrorũ origine.
a Adde l. 8. §. 2. ſ. *de condict. in inſt.*
b *v. l.* 6. *ſup. de act. pignoratitia.*
c Generos appellare poſſumus nepris aut proneptis maritos l. 3. §. 2. ſ. *de poſtulando.*
d *l.* 7. ſ. *de rebus dubiis.* tergeminos. *Hal.* tregeminos, *l.* 5. ſ. *ſi pars, id eſt, tres. l.* 15. *ſup. de ſtatu.*
e Per interualla ſcilicet: nec enim poſſunt vno impetu plures naſci, l. 15. *ſup. de ſtatu. Paul.* 4. *ſen.* 9 §. 2.
f *Eclog.* 2. *c.* 138. bonorum poſſeſsio nõ eſt propriè hæreditas, ſed quaſi bonorum poſſeſſores, velut heredes, *l.* 2. *ſup. de bonorum poſſeſſ. v. titu. Codicis, de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas, & Inſt. de bonorum poſſeſsione.*
g *l.* 1. *l.* 87. *ſup. eo.*
h Adde *l.* 5. *in fin. ſup. eo.*
i *v. l.* 71. *ſup. eo.*
k Propriè tamen non dicitur peperiſſe. l. 132. *ſup. eo.* Eſt enim aliud habere filium & parere *Harmenop.* 5. §. 26. Porro hi cæſones dicti. *Feſtus* quos auſpicatius naſci refert Plinius 7. *c.* 9. exempla adferens Scipionis Africani & Cæſaris.
l *v. l.* 132. ſ. *eo.* 2. *Ecl.* 2. *c.* 141.
m *l.* 66. ſ. *de hæred. inſtit. l.* 85. *de legatis* 1. *l.* 80. *l.* 89. ſ. *de legat.* 3. *v. Zaſ.* 1. *Reſponſorum* 18. 19.
n Re coniuncti dicuntur quando duo eadem oratione ad rem eandem vocantur. Ti-
o Re & verbis coniuncti dicuntur, quando duo ea-
tio & Mæuio fundum do, lego.
Titio & Sempronio fundum do, lego.
dem oratione ad rem eandem vocantur,
duo vna oratione ad res diuerſas vocantur, Titio & Mæuio fundum Tuſculanum æquis partibus, do, lego.
p Verbis tantum coniuncti dicuntur quando
q Nota exempla coniunctionis mixtæ re & verbis.
r His particulis plures inter ſe coniungi ſolent, l. 66. *ſup. de hæred. inſtit.*
ſ *v. l.* 28. *in fi.* ſ. *eo.*
t Hæc oratio taxatiua eſt, quæ dimidiam Sempronio addicit, vnde ſequitur vt Mæuius & Titius comprehenſi in ſuperiore enunciatione alteram tantum dimidiam admittantur.
u Hic Titius & Seius re coniunguntur, re & verbis à Sempronio diſiunguntur.
x Ea fuit dubitandi ratio: Sempronio dimidia expreſsim datur, nulla Titio expreſsim: ad Seium igitur pertinet dimidia, atqui Seius ex ea parte hæres inſtitutus eſt, ex qua Titius: igitur ex dimidia, & conſequenti, tres ſemiſſes facient, & in Iulianus argumentatus eſt.
y Ratio decidendi, Sempronius ex dimidia ſcriptus eſt nominatim eſt: igitur veriſimilius Titium & Seium ad alterum tantùm ſemiſſem vocatos: nam ex aſſe ſi dimidium ſuſtuleris, quod remanebit, erit alteri dimidio æquale l. 15. ſ. *de hæredibus Inſtit.*
z Apud ſe habere quis dicatur, adde *legem* 38. *paragr.* 5. *ſupra, de verborum obligationibus.*
a *l.* 52. ſ. *de obligationibus, v. l.* 15. j. *de reg. iuris* 2. *Ecl.* 2. *c.* 143.
b Memoralium, *Vulg.*

a Quæ Græcis παλλακὴ. v. *Sueton. in Veſpaſiano c. 21. Feſtum* 4. *Gell.* 3. 35. *Plin.* 10.
b Papirianum ius, de quo v.l.2. ꝗ.*de origine iuris.*
c Aliter definiunt Græci, Pellex eſt, quæ cum aliquo in eius domo legitimè ſine nuptiis viuit. *Ecloga ibi c.* 144.
d Sulpitius definit pellicem, quæ iuncta conſuetaq; eſſet cum eo in cuius manu mancipioque alia matrimonij cauſa foret, 4.*Gell.* 3. notāda apud eundem Gellium lex illa Numæ, Pellex ædem Iunonis ne tangito: ſi tangit, Iunoni crinibus demiſsis agnũ fœminam cædito.
e *l.* 7. *l.*8 ꝗ. *de legatis præſtandis*: *l.* 38.§.2 *ſup. de leg.* 3. ἀναλογῶν μέρος *Ecl. ibid. c.*145.
f adde *l.* 2. *C. de hæred. inſt.*
g Soceri appellatione proſocer continetur, 2. *Ecclog.* 2.*c.*145.*l.*3 §. 2. ꝗ.*de poſtul.*
h Ea magna ſocerus Feſto, *l.*3.§.1. ꝗ.*de poſtul.*
i *v. l.*87.ꝗ.*eod.*
k Roma namque continentibus ędificiis finitur: vt vrbs muris *l.* 2. ꝗ. *eod.*
l Liberos habere intelligitur, vel ſine liberis non videtur eſſe is etiam qui vnum tantum filium habet, adde *l.* 101. §.1. ꝗ. *de cond. & dem. l.*6. §.2. *C. ad Trebell.*

MAſſurius ſcribit, pellicem *a* apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non eſſet, cum aliquo tamẽ viuebat, quam nunc vero nomine *amicam*, paulo honeſtiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de iure *b* Papiriano ſcribit, pellicem nunc *c* vulgo vocari, quæ *d* cum eo, cui vxor ſit, corpus miſceat. quoſdam eam, quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam παλλακὴν Græci vocant.

Virilis.

145.*Vlpianus* ‖lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.‖

VIrilis *e* appellatione interdum etiam totam *f* hæreditatem contineri dicendum eſt.

Socer, ſocrus.

146. *Terentius Clemens* ‖ lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.‖

SOceri, ſocrus appellatione auum *g* quoque & auiam *h* vxoris vel mariti contineri, reſpondetur.

Roma.

147.*Idem* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

QVi in continentibus *i* vrbis nati ſunt, Romæ nati intelligantur *k*

Liberi.

148.*Gaius* lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam.

NOn *l* eſt ſine liberis, cui vel vnus *m* filius vnáve filia eſt. hæc enim enuntiatio, *habes liberos,* ‖*non habes liberos,*‖ ſemper pluratiuo numero profertur: ſicut & pugillares & codicilli.

149.*Idem* lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

NAm *n* quem *ſine liberis eſſe* dicere non poſſumus: hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere.

Quanto minus

150.*Idem* lib. 9. ad legem Iuliam & Papiam.

SI ita à te ſtipulatus fuero, *Quanto* o *minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes?* non ſolet dubitari: quin ſi nihil à Titio fuero conſecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

Delata hæreditas.

151. *Terentius Clemens* lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam.

DElata *p* hæreditas intelligitur, quam quis poſsit adeundo conſequi *q*.

Homo.

152.*Gaius* lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

HOminis *r* appellatione tam fœminam quàm maſculum contineri, non dubitatur.

De eo qui eſt in vtero.

153.*Terentius Clemens* lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam.

INtelligendus eſt mortis *ſ* tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt.

Mille paſſus.

154.*Macer* ‖lib 1. ad legem vicenſimam.‖

MIlle paſſus *t* non à miliario *u* vrbis, ſed à continentibus *x* ædificiis numerandi ſunt.

Proximus.

155.*Licinius Rufinus* lib. 7. Regularum.

PRoximi *y* appellatione etiam ille continetur, qui ſolus *a* eſt.

Maior pars anni.

156.*Idem* lib. 30. Regularum.

MAiore *b* parte anni poſſediſſe quis intelligitur, etiam ſi duobus *c* menſibus poſsiderit: ſi modo aduerſarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis poſſederit.

Paries. 1.*Via.*

157.*Ælius Gallus* lib. 1. de verborum, quæ ad ius pertinent, ſignificatione.

PAries *d* eſt, ſiue murus *e* ſiue maceria *f* eſt.

1 ¶ Item via *g* eſt, ſiue ſemita, ſiue iter eſt.

De numero vnitatis, & multitudinis.

158.*Celſus* lib. 25. Digeſtorum.

IN vſu iuris frequenter vti nos Caſellius ait, ſingulari *h* appellatione, cùm plura generis eiuſdem ſignificare vellemus. nam & multum hominem veniſſe Romam, & piſcem vilem eſſe dicimus. Item in ſtipulando ſatis habemus de hærede cauere, *Si ea res ſecundum me hæredémve* i *meum iudicauerit*: & rurſus, *quod ob eam rem te hæredémve tuum*, nempè æquè, ſi plures hæredes ſint, continentur ſtipulatione.

Æs.

159.*Vlpianus* libro primo ad Sabinum *k*

ETiam *l* aureos *m* nummos æs dicimus.

Ceteri, reliqui

160 ‖*Idem* lib. 2. ad Sabinum.

CEterorum *n* & reliquorum *o* appellatione etiam omnes continentur *p*, vt Marcellus dixit, circa eũ cui optio *q* ſerui legata eſt, ceteri Sempronio: nam tentat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

Pupillus.

161.*Idem* lib. 7. ad Sabinum.

NOn *ſ* eſt pupillus, qui in vtero eſt,

Supremus. proximus. 1. *Accidere.*

162.*Pomponius* lib. 2. ad Sabinum.

IN vulgari ſubſtitutione *t* qua *ei qui ſupremus* u *morietur* hæres ſubſtituitur, rectè ſubſtitutus etiam vnico *x* intelligitur, exemplo duodecim tabularum, ex quibus

m Etiam naturalis, *l.* 17. §.1. ꝗ. *ad Treb.* nam & apud Latinos quædã etiam dictiones plurali numero conceptæ rem vnam tantum interdũ demonſtrant: vt Codicilli, pugillares: è contrario ſingulari, plures ſignificantur. *l.*158. ȷ. *eo.* Pluralis oratio, inſpecto vſu loquendi, in vnitatem reſoluitur, *vt hic: & l.*3.§.2.ꝗ.*de negotiis, l.*33.*in fin. ſupra de cond. & demonſt.*

n Qui non eſt ſine liberis, liberos habet. Hinc colligit Alciatus, argumentum à contrariis ſemper cōcludere.

o *v. l.*32.ꝗ.*eod. l.* 116 *ſupra de verb. oblig* è contrario hæc adiectio *quanto pluris*, non infinitam, ſed modicam pecuniam continet. l. 192 ȷ. *eo.*

p Defertur lege xij. tabul. ab inteſtato iure ciuili ex teſtamento, iure honorario à prætore, l.130. ꝗ. *eo.* q i. ſi adiret, i. ſi poſsit adire, i. cuius quis adeundæ eſt capax dicitur etiam delata, etiam ſi non poſſit adiri, i. etiam ſi eius adeundæ non ſit capax *v. Bellouiſ.* 2. *ſupput.* 16. r Homo eſt etiam fœmina 2. *Ecl.* 2. *c.*152. adde *l.* 1. §.1. ꝗ. *de homine libero.* ſ 2. *El.* 2. *c.*153. Eſſe intelligitur, qui eſt in vtero. Ideoque quandocunque eius pater moritur, mortis eius tempore fuiſſe intelligitur, *v. l.* 18. *ſup. quando dies legatorum*, eſſe intelligitur, inquam, in rerum natura, l. 26. *ſup. de ſtatu*: in rebus humanis, *l.* 7. *ſup. de ſtatu hominum* comparatur iam nato, l. 2. §. 6. *ſup. de excuſ. tut.* nec dum tamen adhuc cenſetur homo, l 9. *in fin. ſup. ad l. Falc.*

t Puto ita legendum eſſe & inuerſum ordinem, mille paſſus non à continentibus ædificiis, ſed à milliario vrbis numerandi ſunt.

u Non a muro vrbis, *Vulg. Hal* Milliarium erat columna quædam Romæ poſita in foro ab Auguſto, a qua omnes viæ Italiæ initium & finem capiebant. *Dion.* 50. *Pub. Victor in libello de regionibus vrbis Romæ*, hæc columna à Dione vocatur χρυσοῦν μίλιον: à Plutarcho *in Galba* χρύσους κίων adde *Plin.* 5. *Tacit.* 3. Alia ſignificatione miliarium eſt in l. 120. *ſup de auro.* Eſt & millium menſura viarum, quam nos miliare dicimus: Græci ςάδια appellant, Galli leucas: Ægyptij σχοῖνον, Schœni, ſic enim legendum eſt, non *ſignes* apud Herod. 2. Periæ *paraſangas* 15. *Iſid.* 16. adde *Feſtum in dictione paraſanga.* Paraſanga Perſica efficit triginta ſtadia Herod. 26. adde quæ de veteri more dimetiendi vias, per lapides & miliaria ſcripſi ad l. 21. §. 3. ꝗ. *de excuſ. tu.* x *l.* 2. *l.* 87 *ſup. eo.*

y Legendum puto, proximorum appellatione, vt ſit ſenſus, hæreditate tutela, vel iure quolibet ad proximos delato, admitti etiam eum, qui ſolus erit, vt dubi-

nino natura primogenitus fuit, ſed & is qui primogeniti mei in locum ſucce…

b Hæc quæſtio olim fuit vtilis in interdictis, vti poſsidetis, & vtrubi, l. 1. … *parag.* 4. *circa fin. Inſt. de interdictis*, *v. Paul.* 5. *ſent.* 6 §. 1. c Hoc pene videtur … δοξον: nec enim duo menſes pars maior anni ſunt. Intelligitur tamen pars … interdicto vtrubi, *d. l.* 1. *d.* §. 4. d Parietum alius proprius, alius communis … *ſi ſeruitus. l.* 39. ꝗ. *de damno* ventrem faciens, proiectus, l. 17. *ſup. ſi ſeruit. vind.* … ricius, craticius. *v. l.* 52. §. 13 ꝗ *pro ſocio*: adde 2. *Vitruu.* 8. & 7. *c.* 3. rudis, … *vſufr.* intergerinus, *Feſt.* ſiue confinis ὁ δύο κλήρους διορίζων 35. *Plin.* 12. ſolid… à ſolo continuò ductu ad faſtigium exurgit: fornicatus qui arcum habet … feneſtras non habet, adde quæ notaui ad l. 40. *ſup. de ſeruit. vrban. v. Cuiac.* … eodem ſenſu quo cubiculum cœcum *Cuiac.* 2. *obſ.* 40. e εἴτε περίβολος … c. 257. f εἴτε θριγκός. *Ecl. ibid.* hinc maceriam ducere, *l.* 17. ꝗ. *commu. præd.* … ita habet, ſeptorum quatuor genera: naturale fit virgultis, aut ſpinis: ſecundum … agreſti ligno: tertium, ex foſſa & terreno aggere; quartum eſt fabrile, vt maceria … ceria fit, vel ex lapide, vel lateribus coctilibus aut crudis, vel ex lapillis … compoſitis inter formas, *v. Varronem* 1. *de re ruſtica* 14. Iſidorus, maceries … tes longi quibus vineæ clauduntur 16. *orig.* 9. alias maceria eſt ſine arena … cum harena, quibus obeſt Cato *de re ruſtica* 15. niſi maceria ibi pro pariete … hic certè opponuntur murus & maceria, Græci περίβολος θριγκός vnde videtur … rus eſſe qui ambit, maceria etiam ſi non ambiat. poſſis etiam referre muros … bes, maceriam ad priuatorum domos.

g Orbita orbis rota, veſtigium currus. Gallis eſt iter anguſtum ferarum … tes callo pecudum perduratum. Iter qua iri ab homine quaquauerſus poteſt … dor. 16. & lectica, & ſella, l. 7. *ſup. de ſeruis. ruſtic.* Semita, eſt ſemis itineris 15. … Actus qua pecus agi *Iſidor.* qua iumentum duci poteſt, l. 13. *de ſeruit.* qua … poteſt duci, l. 7 ꝗ. *de ſeru. ruſtic.* Via qua & iumentum & vehiculum *l.* 13. *ſup.* … *l.* 23. *ſup. de ſeru. ruſtic.* & trahi lapis, ac li num & recta haſta ferri l. 7. ꝗ. *de ſeru.* … hæc velim conferri cum principio tituli de ſeruitutibus *Inſt.* h Singularis … terdum apud Latinos plures ſignificat, *vt hic.* 2. *Ecl.* 2. *c.* 158. & è contra pluralis … cam, l. 148. ꝗ. *eo.* i Hæredis appellatione hæredes intelliguntur. k Quo … de teſtamentis, Cuiac. inde colligit, hanc legem referendam ad formulam man… tionis familiæ, quæ fiebat per æs & libram, vel ad prodigos, quibus conceptis … ære, commercióque interdicebatur 7. *obſeru.* 33. *in fin.* l Aureos etiam æs dic… hinc æs alienum, id eſt nummi quos debemus: æs ſuum, i. nummi qui debentur … adde *l.* 113. §. 1. ꝗ. *eo.* Seneca 5. *de benef.* 14. Æs alienum habere dicitur, & qui … debet, & qui corium forma publica percuſſum, quale apud Lacedæmonios … vſum numeratæ pecuniæ præſtat. Æris appellatione, aurei nummi continentur …

m Alter Græci καὶ τὰ νομίσματα νόμος λέγεται, 2. *Eclog.* 2. *c.* 250. *alij legunt* …

n *l.* 5. ꝗ. *de reb. dub.* Porro notandum eſt, dici etiam in ſingulari cæteram … *l.* 2. ꝗ. *de his quæ in teſtamento.*

o *l.* 95. ꝗ *eo l.* 97 ꝗ. *de leg.* 3. *l.* 17. ꝗ. *de optione*: *l.* 1. *C. de hæred. inſt.*

p Cæterùm, hæc vox incluſionis nota eſt. interdum etiam excluſionis, … 39. ꝗ. *de procurat.* nonunquam omnia ſignificat, *l.* 5. §. 7. *in fin.* ꝗ. *de reb. eorum* … *tutela.* De particula, *& cætera*, notariis familiari, v. Bart. ad *l.* 29. §. *idem credendum* … *in fin.* ꝗ. *de liberis & poſthumis.* q vide *d. l.* 17. ꝗ *de opt.*

r *Fortè*, tentatur, vel tentari poteſt. ſ 2. *Eclog.* 2. *cap.* 160. nondum enim … eſt, ſed ſpecies animalis tantum: pupillus autem propriè, qui natus deſiit in po… te patris eſſe *l.* 239. ȷ. *eo.* & tamen in vtero relictus mortis paternæ tempore … intelligendus, vt & in iis quæ ad commodum eius ſpectant. *l.* 153. ꝗ. *eo.* Ideoque … nomine ſi quid à tutore geſtum erit, tutelæ tenebitur, *l.* 29 ꝗ. *de negot.* qui … res dati filiis filiabus, poſthumis, & ventri, ſi poſtea edatur, dari quoque intellig… tur, *l.* 5. *l.* 6. *l.* 16. ꝗ. *de teſt. tut.* §. *vlt. Inſt. qui teſtam.* t *v. l.* 34. ꝗ. *de vulg.* u Supre… mus, i. vltimus is etiam dicitur qui ſolus eſt, *l.* 29. ꝗ. *eo. l.* 163. ȷ. *e. l* 9. ꝗ. *de reb.* …

x Ratio dubitandi fuit, quòd comparatio poſterioris decedentis ex facto pri…

proximus

proximus *a* adgnatus & ſolus habetur.

1 ¶ Si quis ita in teſtamento ſcripſerit, *Si quid filio meo acciderit* b, *Damas ſeruus meus liber eſto*: mortuo filio, Damas liber erit. licet *c* enim accidant & viuis, ſed *d* vulgi ſermone etiam mors ſignificatur.

Optimus maximúſque, ſupremus. 1. puer, puerpera, παιδίον

163. *Paulus* lib. 2. ad Sabinum.

ILla verba, *Optimus e maximúſque*, vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt. ſic & circa edictum prætoris ſupremæ *f* tabulæ habentur & ſolæ *g*.

1 ¶ Pueri *h* appellatione etiam puella ſignificatur, nam & fœminas puerperas *i* appellant recentes ex partu, & Græcè παιδίον, communiter appellatur.

Filia poſtuma. 1. Partitio. 2. Habere, peruenire.

164. *Vlpianus* ‖lib. 15. ad Sabinum.‖

NOmen filiarum *k* & in poſtumam cadere, quæſtionis non eſt. quamuis poſtumæ non cadere in eam, quæ iam *l* in rebus humanis ſit, certum ſit.

1 ¶ Partitionis *m* nomen non ſemper dimidium ſignificat: ſed provt eſt adiectum. poteſt enim iuberi aliquis & maximam partiri poſſe, & viceſimam, & tertiam, & provt libuerit. ſed ſi non fuerit portio *n* adiecta, dimidia pars debetur. 2 ¶ Habere *o*, ſicut peruenire *p*, cum effectu accipiendum eſt.

Veniſſe ad heredem.

165. *Pomponius* "lib. 5. ad Sabinum."

VEniſſe ad heredem nihil intelligitur, niſi deducto *q* ære alieno.

Vrbana, vel ruſtica familia. 1. Pernoctare.

166 *Idem* lib. 5. ad Sabinum.

VRbana familia, & ruſtica non loco *r* ſed genere *ſ* diſtinguitur. poteſt enim aliquis diſpenſator non eſſe ſeruorum vrbanorum numero, veluti is qui ruſticarum *t* rerum *u* rationes diſpenſet, ibíque habitet, non multum abeſt à villico. inſularius *x* autem vrbanorum numero eſt. videndum tamen eſt, ipſe dominus quorum loco quemque habuerit: quod ex numero *y* familiæ, & vicariis *z* apparebit. 1 ¶ Pernoctare extra *a* vrbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in vrbe eſt. *Per* b enim totam noctem ſignificat.

Carbo, lignum, titio, lignum coctum, ſulphuratum ad faces paratum.

167. *Vlpianus* lib. 25. ad Sabinum.

CArbonum *c* appellatione materiam non *d* contineri. ſed an lignorum? & fortaſſis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia habuit *e*.

¶ Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, vtrum ligno, an carboni, an ſuo generi adnumerabimus? & magis eſt, vt proprium genus habeatur.

¶ Sulpurata *f* quoque de ligno æquè eandem habebunt definitionē. ¶ Ad faces *g* quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehenſa, niſi hæc fuit voluntas. ¶ Idem & de nucleis oliuarum, ſed & de balanis *h* eſt, vel ſi qui alij nuclei. ¶ De pinu *i* autem integri ſtrobili *k*, ligni appellatione continebuntur.

De palis & perticis.

168. *Paulus* lib. 4. ad Sabinum.

PAli *l* & perticæ in numerum materiæ *m* redigendi ſunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

Optimus, maximúſque.

169 *Idem* lib. 5. ad Sabinum.

NOn tantum in traditionibus *a*, ſed & in emptionibus *b*, & ſtipulationibus *c*, & teſtamentis *d* adiectio hæc, *Vti optimus e maximúſque eſt*. hoc ſignificat, vt *f* liberum præſtetur prædium, non vt etiam ſeruitutes ei debeantur.

Heres.

170. *Vlpianus* lib. 35. ad Sabinum.

HEredis appellatione omnes *g* ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi.

Perueniſſe.

171. *Pomponius* lib. 16. ad Sabinum.

PErueniſſe *h* ad *i* te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit, vt in hereditate à liberto per patronum filiumfamilias patri eius adoptiuo adquiſita reſponſum eſt.

Libertus.

172. *Vlpianus* lib. 38. ad Sabinum.

LIberti *K* appellatione etiam libertam contineri placuit.

Collega, abeſſe.

173. *Idem* "lib. 39. ad Sabinum."

COllegarum *l* appellatione hi continentur, qui ſunt eiuſdem poteſtatis.

1 ¶ Qui extra *m* continentia vrbis eſt, abeſt *n*: cæterum vſque ad continentia, non abeſſe videbitur.

Furem non eſſe, furto noxáque ſolutum eſſe.

174. *Idem* ‖lib 42. ad Sabinum.‖

ALiud eſt promittere *furem* o *non eſſe*, aliud *furto noxáque* p *ſolutum*. qui enim dicit furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur. qui furtis noxáque ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit.

Facere.

175. *Pomponius* "lib. 22. ad Sabinum."

FAciendi *q* verbo reddendi etiam cauſa continetur.

Solutio.

176. *Vlpianus* lib. 45. ad Sabinum.

SOlutionis *r* verbo, ſatisfactionem quoque omnem accipiendam placet. ſoluere dicimus eum *ſ* qui *t* fecit, quod facere promiſit.

Cauillatio, Σωρείτης.

177. *Idem* lib. 47. ad Sabinum.

NAtura *u* cauillationis *x*, quam Græci σωρείτην *y*, (*id eſt, acerualem ſyllogiſmum*) appellauerunt, hæc eſt, vt *z* ab euidenter veris *a* per breuiſſimas mutationes *b* diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt perducatur.

Pecunia. 1. Hereditas. 2. Actio, petitio, perſecutio. 3. Debuit.

178 *Idem* lib. 49. ad Sabinum.

PEcuniæ *c* verbum, non ſolùm numeratam pecuniam complectitur: verùm omnem *d* omnino pecuniam, hoc eſt, omnia corpora. nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt qui ambiget.

1 ¶ Hereditas iuris nomen eſt, quod & acceſſionē *e* & deceſſionem in ſe recipit, hereditas autem vel maximè fructibus augetur.

2 ¶ Actionis *f* verbum, & ſpeciale eſt & generale. nam omnis actio dicitur, ſiue *g* in perſonam, ſiue in rem ſit petitio. ſed plerumque actiones perſonales ſolemus dicere: *petitionis* autem verbo, in rem actiones ſignificari videntur. *perſecutionis* *h* verbo extraordi-

...ſumitur, ...9. ſup. de reb. dub. Supremus igitur impropriè dice... cui nullus præponitur.
a Proximus, vel qui ſolus eſt, habetur, v. l. 92. ſup. eo. Ecl. ib. c. 262.
b v. l. 26 ſup. de ...poſiti: l. 41. § 12. ſup. de leg. 3 Inſt. de ...in pr.
c hinc ratio dubitandi ſumitur. Videbatur enim legatario adquiri actio, cum prius quid filio defuncti in vita accidiſſet, Eclog. ibid.
d Ratio decidēdi ſumpta à cōmuni loquēdi ſermone.
e d. l. 126. ſ. eo.
f Superlatiua (vt optimus, maximus, ſupremus,) pro poſitiuis intendū accipiūtur.
g v. l. 162. ſ. eo. l. 1. §. 1. ſ. de bon. poſſ. ſecund. tab.
h v. l. 204. j. eo.
i adde l. 14. §. 2. ſup. de ædil.
k Filia eſt, etiam poſthuma, v. l. 5, 6. ſup. de teſt. tut. §. vlt. Inſtit. qui teſt. de filiabus, adde l. 116. ſ. eo. l. 220. in fi. j. eod. l. 17 ſup. de leg. 1.
l l. 76 in fi. ſup. de ...
m Partitio ſpecies ...legati, de qua ...§ 5 circa fin. Inſt. de ...heredit. her. hinc ...formula apud Vlpianū 14. § 25. Cum Titio hereditatem meā partito, diuidito: De legato partiario, vide Ecl. 2. de leg. De certe partis legato, adde l. 8. in ...l. 76. ſ. de leg. 2. ...tamen Græci ...legunt μέρος: ...eſt, partem ſeu portionē. vnde ſequitur mox, infrà, ...viceſimā & tertiam portionem. De partitionis legato, adde quæ ſcripſi ad Theoph. §. 5. Inſt. de ...hered. & de ſtipulationibus partis & pro parte Paul. 3 ſent. 3 § 1.
n Portionem qui dicit nec adiecit quotam, dimidiā ſignificat, 2. Ecl. 2. c. 163. l. 43. ...de vſufr. facit lex 25 l. 60. ſ. eo. l. 34. in fi. ſ. de leg. 1. o l. 143. ſ. eo. l. 188 j. eod. ...l. 89 ſ. de verb. obl. p quod per alium etiam peruenit, l. 171. j. eo. quod eſt re...rum, l. 71 ſ. eo. quod deductis oneribus peruenit, l. 16. §. 1. ſup. ad Treb. adde l. ...§. 18. ſup. de her. pet. l. 2. §. 1 ſup. de her. vend. l. 23 ſ. de act. empt. l. 3 ſup. ſolut. ...in fi. ſ. de verb. obl. l. 2. §. 1 ſup. de her. vend. q adde l. 39. §. 1 ſup. eo. adde l. 16. §. 1 ſup. ad Treb. Ecl. c. 166. r l. 198 j. eo. l. 12. ſup. de ſupellect. ſ id eſt, opere, l. 99. ...de leg. 3. operis, l. 12. §. 42 ſup. de inſtructo: officiis, l. 65 ſup. de leg. 2. vſu vrbico, ...§. 5 ſup. de pœnis. puta ſeruis vrbanis continentur, quos ſeruos paterfam. cultus cauſa habuit, l. 60. §. ... ſup. de leg. 3. hinc vrbana penus: l. 4. §. 5 ſup. de pœn. vrbana ſupellex, l. 12. ſup. de ſupellect. t adde l. 12. parag. 42 ſup. de inſtruct.
u al. qui ruſticorum rationes diſpenſet. x Inſularius cuſtos inſulæ, l. vlt. ſup. de ...præſid. l. 16. ſup. de vſu & habit. Inſula, ædificium proprio ambitu ſeparatum ab ...aliis. y adde & libello familiæ & cibariis, l. 99 in fi. ſup. de leg. 3.
z ...cibariis, Cuiac. Inſt. de ſeruit. argum. l. 99 ſup. de leg. 3. Alij legunt *vicarios*, vt eos qui in vicis habitant, intelligas: alij *vrbicarios*.
a Pernoctare extra vrbem eſt de nocte integra vrbe abeſſe. Præſidi abnoctare extra Prouinciam non licet, l. 15. ſ. de off. præſid. Quæ trinoctio abnoctaſſet vſurpaba...3 Gell. 2. in fi. Flamen dialis non vltra binoctium pernoctare poterat. Tac. 3.
b ...ſic pernumerare, eſt omne numerare, l. 1. parag. 24. in fi. ſup. de ventre in poſſ.
c l. 55. §. 7 ſup. de leg. 3. d Materia non videtur legata carbonibus legatis. An & ...ligno legato? v. hanc l. dixi ad l. 12. ſup. de vſufr. e al. hæc habuit.
f d. l. 55. §. 8. v. l. 52. §. 8. ſ. de furt. ſulphurata, Vulg. g d. l. 55. §. 9. ad falces, Vulg.
h d. l. 55. § 1. in fi. de balaniis, Vulg. i d. l. 55. parag. vlt.
k ſtrobyli, Hal. ſtroboli, Vulg. ſtrobili nuclei ex pinu. Strobili etiam ſunt ipſæ arbores nucleos pinos ferentes. Carduus quoque altilis ſeu cinara ſtrobilus appellatur.
l l. 56. ſ. de leg. 3. l. 1. §. 1. ſ. de tigno. m l. 22. ſup. de vſufr.

a l. 126. ſup. eod. l. 75. ſup. de euict. l. 20. ſ. de adqu. rer.
b l. 75 ſ. de euict. l. 59 ſup. de contra. empt.
c d. l. 59. in verbo non dixiſti. d. l. 75. ibi, niſi nominatim dixerit.
d l. 69 §. 3 ſup. de leg. 1. l. 92. l. 93. §. 4. ſ. de leg. 3. l. 18. §. 9 l. 22. ſup. de inſtructo.
e v. l. 126 ſup. eo.
f His verbis, *optimus maximus*, libertas innuitur, non ſeruitus.
g v. l. 65 ſup. eod.
h l. 71. l. 164. in fi. l. 165. ſup. eo. Eclog. 2. c. 171. l. 2. § 2. §. 3. ſup. de hered. vend.
i hæc verba *ad te* deſūt Græcis hic.
K l. 105 ſup. eod. adde l. 243. j. eod. Ecl. ib. c. 173.
l Collegæ vnà lecti, Varro 5. vtpurà magiſtratus, l. 3. C. de magiſt. conuen. contutores, concuratores, l. 14. l. 40. §. 6. in fin. ſuprà de admin. tut. l. 5. in fi. ſup. de ſuſpect. l. 7. ſ. rem pupilli: l. 3. C. de probat. l. 2. C. de adminiſtr. tut. qui eadē legatione funguntur, l. 2. C. de legat. lib. 10. coheredes, l. 101. ſ. de ſolut. qui ex eodem ſunt collegio, l. 41. in fi. l. 42. l. vlt. ſ. de excuſ. tut. l. vlt. C. de her. decur. qui & collegiati dicuntur, l. 9. C. de ſacroſ. Eccl. l. pen. C. de commer. l. vnic. C. de colleg. v. Briſſon.
m l. 199. j. eo.
n l. 3. ſ. eo. l. 199. j. eod. l. 5. l. 6. ſ. de procur. adde Cuiac. 7. obſ. 34. abeſſe in iure, d. l. 5. d. l. 6. l. 4. §. 5. ſ. de damno: à tribunali, l. 51. §. 4. §. 5. ſ. de fideic. libert. Abſunt qui ſe non exaudiunt, l. 1. in pr. ſ. de verb. oblig. qui in eadem prouincia non ſunt: l. vlt. C. de præſc. longi. qui tacent, ſomno aut morbo impediti, l. 1. in fi. ſ. de Auth. tut. qui animo nō ſunt præſentes, v. l. 124. in fi. j. de reg. iur. qui non ſunt eo in loco in quo petuntur, qui capti ſunt à latronibus, l. 199. j. eo.
o l. 225 j. eod. l. 19. § 1. l. 31. §. 1. ſ. de ædilit. p Noxa ſolutus, qui noxæ nomine non tenetur, etiam ſi aliquando noxam admiſit, noxa ſolutus, l. 17. § 17. ſ. de ædilit. l. 72. § 5 ſ. de ſolut. noxis ſolutus, l. 200. j. eo. noxiſque ſolutus, l. 11. §. 8. ſ. de act. empt. l. vlt. ſ. de rerum permutat. furtis noxiſque ſolutus, l. 45. § 1. ſ. de leg. 1. furti noxæque ſolutus, l. 3. ſ. ſi familia. q *Faciendi* verbo redditio continetur, Ecl. ib. c. 175. adde l. 58. ſ. eo. facere, eſt etiam ſollicitare, l. 50. ſ. de pactis: dare, l. 73. ſ. de leg. 1. mandare, donare, ſoluere, numerare, iudicare, ambulare, l. 218. j. eo. efficere, quo minus per te non ſtet, l. 23. in fi. ſ. de cond. inſt. aliud quam reficere, l. 3. §. 15. ſ. de itinere, quam pronuntiare, l. 48 § 3. ſ. de aditio.
r v. l. 54. ſ. de ſolutionib. l. 6 §. 1 in fi. ſ. de muner. ſ l. 114. ſ. eo.
t al. qui id fecit. u id eſt, proprium quarto modo, de quo dixi ad l. 10. in fi. ſ. de iuſtitia, & l. 14. C. de teſtam. x l. 233. j. eod. l. 65. j. de reg. iur. v. l. 88. ſ. ad l. Falc. 1. Gell. 1. l. 1. ſ. de Carboniano. y 2. Ecl. 2. c. 177. σωριτικὸν Hal. σωριστικὴν al. Cicero in Hortenſio. Tu pſeudomenon & Soritam increpas, & in Lucullo de Sorite aut pſeudomeno. Idem Cicero 4. Academ. & 2. de diuinat. Auguſtinus contra Academicos. Inde pſeudomeni & Soritæ. Hieronymus in Ruffinum Soritarum gradus, pſeudomeni argutiæ: & in Amos, Pſeudomenis atque Soritis, v. Cuiac. 5 ad Afric. fol. 54. adde Senecam 5. de benef. 19. & 11. Epiſt. 83. & 6. Epiſt. 48. Laërtium Zenone: Lucianum in mortuorum Dialogis. z v. Senecam 5. de benef. 19.
a Sorites ex veris falſum efficere conatur. verbi gratia: Heres eſtne ſucceſſor? vtique, quid legatarius? is quoque. Titius eſtne legatarius? certè. igitur Titius eſt heres. At contra ex falſis verum ſequi poteſt. Omne prædium in iure conſiſtit: omnis ſeruitus eſt prædium, ergo omnis ſeruitus in iure conſiſtit, v. Cuiac. d. loco.
b Interrogationem ſcil. eſt enim ea natura Soritis.
c *Pecuniæ* verbum quàm latè pateat, adde ex Ariſtotele 4. Ethic. 1.
d l. 5. l. 88. l. 97. ſ. eo. l. 222. j. eod. l. 64. in fi. ſ. ſoluto. l. pen. C. de conſtituta pecunia. 2. Ecl. 2. c. 178. v. Ferrandum 1. explication. 54.
e l. 50. ſ. de hered. pet. l. 20. §. 3. in fi. ſ. de hered. petit.
f v. l. 51. ſ. de obligat. l. 9. C. de hered. vel act. g l. 28. §. 37. ſ. de obl.
h d. l. 28. l. 3. §. 6. ſ. de bon. poſſ. l. 23. ſ. ratam rem.

narias

narias *a* perſecutiones puto contineri, vt puta fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem. 3 ¶ Hoc verbum *debuit* b, omnem omnino actionẽ comprehendere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicõmiſſi fuit perſecutio.

Quanti erit. Quanti eſſe paret.

179. *Idem* lib. 51. ad Sabinum.

INter hæc verba, *Quanti ea res erit*, vel, *Quanti* c *eam rem rem eſſe paret*, nihil intereſt: in vtraque enim clauſula placet veram *d* rei æſtimationem fieri.

Tugurium, toga.

180. *Pomponius* lib. 30. ad Sabinum.

TVgurij *e* appellatione omne ædificium, quod ruſticæ magis cuſtodię conuenit, quam vrbanis ædibus, ſignificatur. 1 ¶ Ofilius ait, tugurium à tecto *f*, tanquã tegularium, eſſe dictum, vt toga quod ea tegamur.

Pertinere.

181. *Pomponius* lib. 35. ad Sabinum.

VErbum illud *pertinere* g, latiſſimè patet. nam & eis rebus petendis aptum eſt, quæ dominij noſtri ſint, & eis quæ iure aliquo poſſideamus, quamuis non ſint noſtri dominij. pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſint, ſed eſſe poſſint.

Peculium, bona.

182. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

PAterfamilias *h* liber peculium non poteſt habere *i*, quemadmodum nec ſeruus bona *k*.

Taberna.

183. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

TAbernæ *l* appellatio declarat omne vtile ad habitandum *m* ædificium, non ex eo quod tabulis *n* cluditur *o*.

Tabernacula, contubernales.

184. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

INde *p* tabernacula *q*, & contubernales *r* dicti ſunt.

Taberna inſtructa.

185. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

INſtructam *ſ* autem tabernam ſic accipiemus, quæ & rebus *t*, & hominibus ad negotiationẽ paratis cõſtat.

Commendare.

186. *Idem* lib. 30. ad Edictum.

COmmendare nihil aliud eſt, quàm deponere *u*.

Exigere.

187. *Idem* lib. 32. ad Edictum.

VErbum *Exacta* x *pecuniæ*, non ſolum ad ſolutionem referendum eſt: verum etiam ad delegationem.

Habere. 1 Cauere.

188. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

HAbere duobus *y* modis dicitur: altero, iure dominij: altero, obtinere *z* ſine interpellatione, id quod quis emerit. 1 ¶ Cautum *a* intelligitur, ſiue perſonis, ſiue rebus cautum ſit.

Facere, oportere.

189. *Idem* lib. 34. ad Edictum.

FAcere *b* oportere & hanc ſignificationem habet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret & curaret, ne fiat.

Prouinciales.

190. *Vlpianus* lib. 34. ad Edictum.

PRouinciales *c* eos accipere debemus, qui in Prouincia domicilium habent, non eos, qui ex Prouincia oriundi ſunt.

Diuortium. 1. Repudium.

191. *Paulus* lib. 35. ad Edictum.

INter diuortium *d* & repudium *e*, hoc intereſt, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa diuortiſſe dicitur: quod diuortium ex eo dictum eſt, quod *a* in diuerſas partes eunt, qui diſcedunt.

Pluriſue

192. *Vlpianus* lib. 37. ad Edictum.

HÆc adiectio *b* *pluriſue* c, non infinitam pecuniam cõtinet, ſed modicam, vt taxatio hæc, *Solidos decem, pluriſue*, ad minutulam ſummam referatur.

Quanti paret eſſe.

193. *Idem* lib. 38. ad Edictum.

HÆc verba, *Quanti* d *eam rem paret eſſe*, non *e* ad quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem *f* referuntur.

Donum, munus.

194. *Vlpianus* lib. 43. ad Edictum.

INter donum & munus *g*, hoc intereſt, quod *h* inter genus & ſpeciem. nam genus eſſe *i* dònum. Labeo à donando dictum, munus ſpeciem. nam munus eſſe donum cum cauſa, vt putà nataliticum, nuptaliticium *K*.

De ſexu maſculino & fœminino. 1. Familia.

195. *Idem* lib. 46. ad Edictum.

PRonunciatio ſermonis in ſexu maſculino ad vtrumque *l* ſexum plerumque *m* porrigitur. 1 ¶ *Familiæ* n appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidem variè accepta eſt. nam & in res & in perſonas deducitur.

¶ In res *o*, vt putà in lege duodecim tabularum his verbis, *adgnatus* p *proximus familiam* q *habeto*.

¶ Ad perſonas autem refertur familiæ ſignificatio ita, cùm de patrono & liberto loquitur lex, *ex* r *ea familia*, inquit, *in eam familiam*. & hîc de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat. 2 ¶ Familiæ *ſ* appellatio refertur & ad corporis cuiuſdam ſignificationem, quod aut iure proprio ipſorum, aut communi vniuerſæ cognationis continetur. ¶ Iure proprio familiam dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura *t*, aut iure ſubiectæ. vt putà patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, quique deinceps vicem eorum ſequuntur, vt putà nepotes, & neptes & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui *u* in domo dominium habet, rectéque hoc nomine appellatur, quamuis *x* filium non habeat. non enim ſolam perſonam eius, ſed & ius demonſtramus. Denique & pupillum patremfamilias appellamus, & cùm paterfamilias moritur, quotquot capita ei ſubiecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere, ſinguli enim patrumfamiliarum nomen ſubeunt. idémque eueniet & in eo qui emancipatus eſt: nam & hic ſui *y* iuris effectus, propriam familiã habet. ¶ Communi iure familiam dicimus omnium adgnatorum. nam etſi patrefamilias *z* mortuo ſinguli ſingulas familias habent, tamen omnes, qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi ſunt.

3 ¶ Seruitutium *a* quoque ſolemus appellare familias, vt in edicto prætoris oſtendimus ſub titulo de furtis, vbi prætor loquitur de familia publicanorum *b*. ſed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorum demonſtratur huius rei cauſa paratum, hoc eſt, vectigalis cauſa: alia autem parte edicti, omnes ſerui continentur, vt de hominibus coactis *c*, & vi bonorum raptorum *d*: item redhibitoria *e*, ſi deterior res addatur emptoris opera, aut familiæ eius, & *f* interdicto vnde *g* vi, familiæ appellatio omnes ſeruos comprehendit, ſed & filij continentur. 4 ¶ Item appellatur familia plurium perſonarum quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus familiam Iuliam, quaſi à fonte quodam memoriæ. 5 ¶ Mulier *h* autem familiæ ſuæ & *i* caput, & finis *k* eſt.

196. *Gaius* lib. 16. ad Edictum Prouinciale.

FAmiliæ appellatione & ipſe princeps familiæ continetur. 1 ¶ Fœminarum † liberos in familia earum non eſſe palam eſt: quia qui naſcuntur, patris, non *l* matris familiam ſequuntur.

Indicaſſe.

197. *Vlpianus* lib. 50. ad Edictum.

INdicaſſe *m* eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe.

Vrbana prædia.

198. *Idem* lib. 2. de omnibus tribunalibus.

VRbana *n* prædia omnia ædificia accipimus, non

solum

a id eſt, prætorias, d.l.37.
b v.l.108 ſup eo.
c l.143 ĩ eo.
d l.193. ĩ eo. l.7. §.2. ſup. quod falſo tut. vide l.38. §.2. ſup. de verb. oblig. l.4. §.11 ſup. vi bonorum.
e Tuguriũ Græci καλύβη, 2. Ecl.2. c.180.
f vel tegendo, ſolent enim paſtores tugurium tegendi ſui cauſa facere, Ruſtici *Capannam* vocant, quod vnũ tantum capiat 15. Iſid.12. vbi de caſa, de teſquis & magalibus tractat.
g l.70. in fi. ſ. eo. l.9. §.3. ſ. de rebus author. iudic. l.53. ſupr. de obligat. 2. Ecl.2. c.182. Pertinentiarum appellatione quæ contineantur, v. apud Socinum reg.295.
h Rectè hæc particula addita eſt. Liber peculiũ habere poteſt vt filiusfamilias. Paterfamilias item. Liber iuris paterni eſſe poteſt. Pater familias dicitur, qui ſui iuris eſt.
i Sed patrimonium, l.195. § 2. ĩ. eo. niſi peculij nomine abutamur, qua voce intelligere poſſumus quicquid habemus, cẽſum noſtrũ, fortunas noſtras, ſubſtãtiam noſtrã, l.16. ſ. ad Trebell. patet enim latiſſimè peculij appellatio, l.79. §.1. ſ. de legatis. 3.
k Seruus bona nõ habet, l.13. ſup. ex quib cauſ. maior.
l Taberna Gręcis σκηνὴ 2. Ecl. cap. 183.
m l.7. ſup. de inſtruct. hinc taberna argẽtaria, l.32. ſ. de contrah. empt. lanionis, l.2. §.24. ſ. de orig. iur. ferraria, l.88. §.3. ſ. de leg.3. caſearia, l.8. §.5. ſup. ſi ſeruitus vindicetur. 7. Columell. 8.21. Plin. 42. cauponaria, l.13 ſup. de inſtruct. l.43. ſup. de ritu: inſtructa, l.185 ĩ. eo. adde l.34. ſup. de pign. inſtitoria, l.3. l.18 ſup. de inſtitor piſtrinaria, l.15. ſup. de inſtruct purpuraria, l.91. §.2 ſup. de leg.3. hinc tabernarius, l.52. §.1 ſup. ad leg. Aquil. n 15. Iſid. 2. Feſtus in dictione, tabernacula. o clauditur, Hal. claudatur, Vulg. cluditur: hinc arca cluſa, l.26. ſup depoſiti: cluſi homines, l.3. §.6. ſup. de Silan.
p Inde, Hal. Vulg. q Feſtus in voce, tabernacula.
r Contubernales vt commilitones, l.21. §.1 ſup. commodati. (inde extra contubernium agere, l 5. § 6 ſup. de re milit.) ſerui domeſtici, l vlt. ſ. de damno. ſeruorum coniuges, l.12. §.33 ſup. de inſtructo.
ſ ἐυπρεπισμένον ἐργαστήριον, Ecl. ibi. c.147. l.34 ſup. de pign.
t Inſtructa taberna his duobus cenſetur, rebus & hominibus.
u l.24. l.26. ſup. depoſiti. temporis cauſa. hinc corpus commendari, l.14. §.4. ſup. de religioſis: commendare aliquem, charum habere, l.12 §.12. ſup. mandati. & commendatitiæ literæ, l.65 ſup. de acquir. rer. Eo verbo non relinquitur libertas, l.12. C. de fideicommiſſ. libert. Apud Canoniſtas duo commendarum genera: vnum in titulum, alterum in cuſtodiam. x Exigere eſt petere, l.44. in fi ſup. ſoluto, l.15. l.23. ſup. de liberation. l.16. C. ad l. Falcid. Exegiſſe intelligitur qui delegatũ admiſit. Soluit enim qui delegat, l.8 §.3. ſ. ad Velleian. y l.38. §.9 ſup. de verb. oblig.
z habere licere, d.l.38. a ¶ Cauere & fideiuſſorem dare vel pignus, v.l.3. C. eo.
b facere non oportere, Vulg Hal.
c ἐπαρχιῶται 2. Ecl.2. c.188. hinc legati Prouinciales, l.55. in fi. ſup. de tut. dat. res Prouinciales, l.35 ſup. de hed. inſtit. d v.l.101. §.1. ſup. eo.
e Græci διαζύγιον 6. Harm.5.

h Mulieris etiam ſignificatione continentur virgines, l.81. ſ. de leg.3. [illegible] obtinuit, nuptas, mulieres appellari, Seruius 2. Aen. adde l.25. §.9. ſ. [illegible] lib. de veland. virgin. i Vlp.4. §.1. k quia filiarum liberi in eius familiam [illegible] quoniam qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur, l.196. [illegible]
† Quid ita? Fœminæ, familiæ alicuius duces eſſe non poſſunt. Nam qui naſcuntur iuſti liberi, patris, non eius familiam ſequuntur: familiæq; patris [illegible] ferunt, non maternæ: hoc ideo quod in fœminam nullum ius adgnationis [illegible] & neque ſuos heredes habeant, l.13. ſ. de ſuu. v. Ræuardum in l.54. ĩ. de [illegible]
l A patre, familiæ nomen accipimus non à matre. hinc adgnatio, [illegible] legit. agnat. v. tamen quæ notaui ad l.1. paragr.1. ſup ad municip.
m Indicat qui arguit, accuſat, conuincit 2. Ecl.2. c.196. adde l.3. paragr. [illegible] de Silan. l.5. in fi ſup. de iniur. n vrbana prædia, Ecl. ib. c.197. adde l. [illegible] l.211. ĩ. eo. l.1. ſup. com. præd. l.13. ſup. de fundo dot. paragr.1. Inſt. de ſeruit. [illegible]

ſolum ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula ſunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel ſi præ-toria *a* voluptati tantum deſeruientia: quia vrbanum prædium non *b* locus facit, ſed materia *c*. Proinde hortus quoque ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum eſt vrbanorum appellatione contineri. ¶ Planè ſi plurimum horti in reditu *d* ſunt, vinearij fortè, vel etiam olitorij, magis hæc non ſunt vrbana.

Abſens.

199. *Idem* lib. 8. de omnibus tribunalibus.

ABſentem *e* accipere debemus eum, qui non eſt eo loci *f*, in quo loco petitur. non enim trans mare abſentem deſideramus, & ſi fortè extra continentia vrbis ſit, abeſt. cæterùm vſque ad continentia, non abeſſe videbitur, ſi non latitet. *g* ¶ Abeſſe non qui ab hoſtibus captus eſt *h*, ſed qui à latronibus detinetur.

Noxa.

200. *Iulianus* lib. 2. Digeſtorum.

HÆc ſtipulatio *Noxa ſolutum* *i* *præſtari*, non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem, & coërcitionem capitalem habent.

Filius pater.

201. *Idem* lib 81. Digeſtorum.

IVſta interpretatione recipiendum eſt, vt appellatione filij *K*, ſicuti filiamfamilias contineri ſæpè reſpondebimus, ita & nepos videatur *l* comprehendi. ¶ Et patris *m* nomine auus quoque demonſtrari intelligatur.

De ſumptu ex voluntate teſtatoris faciendo.

202. *Alfenus Varus* lib. 2. Digeſtorum.

CVm in teſtamento ſcriptum eſſet, vt hæres in funere, aut in monumento dumtaxat aureos centum conſumere: non *o* licèt minus conſumere. ſi ampliùs vellet, licet *p*: neque ob eam rem contra teſtamentum facere videtur.

Domus vſu ſuo.

203. *Idem* lib. 7. Digeſtorum.

IN lege cenſoria *q* portus Siciliæ ita ſcriptum erat: *Seruos quos domo quis ducet ſuo* *r* *vſu, pro his portoriũ ne dato*: quærebatur, ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa, vtrũ pro his hominib. portorium dare deberet, necne? reſpondit, duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones: primam quid eſſet, *Domum* ducere: alteram, quid eſſet *ſuo vſu* ducere. ¶ Igitur quæri ſolere, vtrum vbi quiſque habitaret, ſiue in Prouincia, ſiue in Italia, an dumtaxat in ſua cuiuſque patria *domus* eſſe dicetur: ſed de ea re conſtitutum eſſe, * eam domum *ſ* vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas *t* haberet, ſuarũmque rerum conſtitutionem feciſſet. ¶ Quid autem eſſet *vſu* *u* *ſuo*, magnam habuiſſe dubitationem, & magis placet, quod victus ſui cauſa paratum eſt, tantum contineri. Itemque de ſeruis eadem ratione quæri, qui eorum vſus vſui cauſa parati eſſent: vtrum diſpenſatores *x*, inſularij, villici, atrienſes, textores, operarij quoque ruſtici, qui agrorum colendorum cauſa haberentur, ex quibus agris paterfam. fructus caperet, quibus ſe tolerarer *y*, omnes denique ſeruos quos quiſque emiſſet, vt ipſe haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideo emiſſet vt venderet. Et ſibi videri eos demum vſus ſui cauſa patremfamilias habere, qui ad eius corpus *z* tuendum, atque ipſius cultum præpoſiti, deſtinatíque eſſent: quo in genere iunctores *a*, cubicularij, coci, miniſtratores, atque alij, qui ad eiuſmodi vſum parati eſſent, numerarentur.

Puer.

204. *Paulus* lib. 2. epitomarum. Alfeni.

PVeri *b* appellatio tres ſignificationes habet: Vnam, cum omnes ſeruos *c* pueros appellaremus: Alteram, cum puerum contrario nomine *d* puellæ diceremus: Tertiam, cum ætatem puerilem *e* demonſtraremus.

...rum munus erat portoria & vectigalia locare, vide Plinium 33. c. 4. Feſtũ ... Liuius 4. de cẽſura loquens, ſubſidit one eius ſunt vectigalia populi Rom. ... *Attic.* 14. *r* *l. 5. C. de vectigal. commiſſ.* *u* ſcil. Domus appellatione quid ...tur, vide *l. 1. parag. 2. de ang. l. 5 paragr. de ſup. de iniuriis, l. 7. C. de incolis* 1. ... *parag. 8. l. 27. ſup. ad municip.* *t* Fuit priſci inſtituti, vnumquemq; domeſtica ...one tabulas conficere, quas Græci Ephemeridas appellant. Latinè diaria, *v.* ...udæus tabularum nomine inſtrumenta rerum ac fortunarum patris ſummam ...tia intelligit ex *l. 6. C. de incolis.* *u* Vſu ſuo ducere, eſt victus ſui cauſa ad ...dde *l. 28. ſup. de auro*, adde *l. 43. ſ. eo.* *x* *l. 168 ſup. eo.* *y* Tolerare, eſt διά... ... *z* Vſus noſtri cauſa habemus, quæ parata ſunt ad corpus tuendum ...cultum, *v. l. 166. l. 98. ſup. eod.* *a* Actores, Hal. vnctores. ſic Arrianus inter ..., vſus patris f. cauſa parata numerat ἀλείπτην. Plautus *in Trinummo*, Du...illa zota, veſtiſpiſci, vnctor, auri cuſtos: Martialis 13. atque olei ſtellam do...clicus vnctor, Antiqua inſcriptio, Aurelius Eros vnctor. ſed tamen in anti...ſtis, iunctor eſt ζευκτής: qui iungit mulas ad rhedam qui, & mulio vel lecti... *l. 99. §. 2. & 4. ſup. de leg. 2.* Hinc carruca cum iunctura apud Paulum *3. ſent.* ... *4. obſ. 5.* *b* Pueri appellatione, ſeruus: pueri maſculi, ætas puerilis ſignifi... pueri pro ſeruis accipiuntur, Varro *apud Non.* vix vulgus conſtituit non fu...ed puerorum atque ancillarum. *d* *d. l. 163. in fin. ſ. eo.* Pueris legatis puellæ ... debentur, *l. 81. ſup. de leg. 3.* ...filius impubes, *l. 41. paragr. ſup. de leg. 3. l. 56. ſupr. de fidiulib.* & pueritia à po-

Pomum.

205. *Idem* lib. 4. epitomarum Alfeni.

QVi fundum vendidit, pomum *a* recepit: nuces *b*, & ficos *c*, & vuas duntaxat duracinas *d*, & purpureas *e*, & quæ eius generis eſſent, quas non vini cauſa haberemus, quas Græci τρωξίμους *f*, id eſt, *comeſtibiles*, appellarent, recepta videri.

Vaſa vinaria.

206. *Iulianus* lib. 6. ex Minicio.

VInaria *g* vaſa propriè vaſa torcularia *h* eſſe placet. dolia autem & ſerias *i* tãdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent. cum ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad alium vſum transferri poſſent. veluti ſi frumentum in his addatur. eandem cauſam amphorarum eſſe, vt cum vinum habeant, tum in vaſis vinariis: cum inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint: quia aliud in his addi poſsit.

Merx de mangonibus.

207. *Africanus* *K* lib. 3. Quęſtionum.

MErcis *l* appellatione homines *m* non *n* contineri, Mela ait, & ob eam rem mangones *o* non mercatores, ſed venaliciarios *p* appellari ait: & rectè.

Bona.

208. *Idem* lib. 4. *q* Quæſtionum.

BOnorum *r* appellatio, ſicut hæreditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſsionis, & non ſingulares res demonſtrat.

Coram.

209. *Florentinus* lib. 10. Inſtitutionum.

COram *ſ* Titio aliquid facere iuſſus, non videtur præſente eo feciſſe, niſi *t* is intelligat. itaque ſi furioſus, aut infans ſit, aut *u* dormiat, non videtur coram eo feciſſe. ¶ Scire autem, non etiam velle is debet: nam & inuito eo rectè ſit, quod iuſſum eſt.

Vrbanum mancipium.

210. *Marcianus* lib. 7. Inſtitutionum.

IS qui natus eſt ex municipiis vrbanis *x*, & miſſus eſt in villam nutriendus, in vrbanis ſeruis conſtituetur.

Fundus ædes, area, villa, ager.

211. *Florentinus* lib. 8. Inſtitutionum.

FVndi *y* appellatione omne ædificium & omnis ager continetur, ſed in vſu *z* vrbana ædificia, ædes, ruſtica, villæ dicuntur. ¶ Locus *a* vero ſine ædificio, in vrbe, area, rure autem ager *b* appellatur. Idemque ager cum ædificio fundus dicitur.

Præuaricator.

212. *Vlpianus* lib. 1. de Adulteriis.

PRæuaricatores *c* eos appellamus, qui cauſam aduerſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem

ſtultãdo remõrã, *l. 1. §. 3. ſ. de poſtul.* *a* Pomi appellatione continetur omnis fructus edẽdi cauſa paratus. dixi ad *6. Hav. 2. in Geor. parag. 3. &* 9. Macrob. 3. *Saturn.* 19. malorum genera hæc refert, aureum, cotoneum, citreum, cocymelium, condiuum, ἐπιμηλίς, muſceum, martianum, orbiculatum, ogranum, præcox pannuceum, punicum, perſicum, quirianum, perſicum rubrum, ſcandianum, ſylueſtre, ſtrutium, ſcantianum, tibur, verianum. Ibidem refert pyrorum genera. Nux pinea ac pomũ ſit quæſitum: ſed eam rem definit Macrob. Cum (inquit) lapidatus à populo Vatinius, gladiatorium munus ederet, obtinuerat vt ædiles edicerent, ne quis in arenam niſi pomum miſiſſe vellet fortè his diebus Caſellius conſultus à quodam, an nux pinea pomum eſſet, reſpondit, ſi in Vatinium miſſurus es, pomum eſt, 2. *Macrob. 6.* *b* Nux eſt, quod foris duro tegitur, & intus habet quod eſui eſt. Malum vero quod foris habet quod eſt eſui, durum intus. Macrob. 3. *Satur.* 19. vbi hæc genera nucium ab eodem recenſentur, Nux iuglans, pontica, caſtanea, Græca, moluſca, tarentina, pinea. *c* Ficus. *Hal. adde l. vlt. parag. 1. ſ. de tritico.* Ficuum hæ ſpecies recenſentur à Macr. 3. *Saturn* 20. Africa, albula, arundinea, aſinaſtra, atra, paluſca, auguſta, bifera, carica, caldica, alba, nigra, calphurniana, chia, cucurbitiua, durieoria, herculanea, lauiana, ludia, ſeptolidia, marſica, numidica, pulla, pompeiana, præcox, tellana. *d* Vuæ duracinæ. Suetonius *in Epiſto a Auguſti c. 76* vnciam panis cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi. Sic duracina vua, vt ficus duricoria. Duracina à duritia acinorum dicitur 14. *Plin.* 1. quæ propter firmitatem contra frigus durat. Vuarum iſta ſunt genera, Aminea, aſinuſca, atruſca, albuirus, albena, apiana, apicia, bummammia, aut Græci dicunt βούμαστος, duracina, labruſca, melampſithia, maronia, mareotis, numentana, præcia, pramnia, pſithia, pilliolata, rhodia, ſtephanitis, venuncula, cariola, lagea. *Macrob. 3. Saturn. vlt.*
e Purpureæ vuæ. hinc vites purpureæ, Ouidius *in Metamorphoſi* 8. Et de purpureis collectæ vitibus vuæ. *f* Vua τρώξιμος eſcaria. *Plin* 14. c. 3. In pergulis ſeruntur vuæ eſcariæ, *idem ibi.* vua cibaria. *g* *l. 93. parag. 4. ſup. de leg. 3. l. 17. ſup. de act. empt.* *l. 15. de tritico* Sunt hæc diuerſa: vaſa, dolia, cuppullæ, collei, l. 3. *in fin. ſ. de triti.* amphoræ, cadi, l. 14. l. 15 *d. tit.* venalia, l. 16, *d. tit.* & vaſa torcularia, *vt hic:* id eſt, torculari coniuncta. his adde nauem vinariam, vini ciſternam. l. 21. *paragr. 5. ſup. de furtis* lacum vini, l. 27. *in fin ſup. ad l. Aquil.* & ſerias. *ſ. eo.* adde & alia ex Carone *de re ruſtica cap.* 11 *h* Torcularia vaſa, l. 15 *paragr. 6. de vſufruct. Terent. Heauton. 2. ſcena 2.* id eſt, torculari coniuncta. *i* *d. § 6. Feſtus in* Muries l. 12. Columella 18. Dolia & ſeriæ, cæteraque vaſa ante quadrageſimum diem vindemiæ ſiccanda ſunt. Alij ſeriam vas fictile arbitrantur, *Perſ. ſat. 2.* Seriæ tamen gloſsis βύτιδες, vocabulum quo hodie Hetruſci vtuntur, Nicetas dixit βύτζια, & interpretatur οἰνων δοχεῖα, vnde dogæ glo ſis dicuntur quaſi δοχαι. Vopiſcus in Aureliano, facta, eſt ratio dogæ, cuparum & nauium, dogæ capacitati. Cupas βύτιδας μεγάλας exponunt veteres gloſſæ & à quibuſdam gaulos vocari. Hinc Buttæ & buticellæ. *v. Cuiac. 9. obſ. 26.*
k *v. Cuiac. 3 ad Afric. fol. 30.* *l* Mercis appellatio 2. *Ecl. 3. c. 207.*
m Seruos, *l. 1. paragr. 1. ſ. de tributoria: adde l. 66. ſ. eo. l. 44. ſup. de ædilitio.* *n* Mercis tamen loco haberi poſſunt, l. 73. § 4 *ſ. de leg. 3.* *o* σωματέμποροι. *Ecl. ibi* Seneca 4. *de benef.* 12. Mercator, vrbibus prodeſt: medicus, ægrotis: mango, venalibus. *Idem* ... mangones (ſi quod eſt quod diſplicet) aliquo lenocinio abſcondunt. Sic Plin. 37. gemmarum politores, mangones vocat. *p* *l. 1. parag. 1. ſ. de tributoria. l. 57. ſ. mandati: l. 37. l. 44. ſup. de ædilitio:* qui & venalicij, *l. vlt. in fin. ſup. de ædilitio.* Hinc venaliciariam vitam exercere, *l. 73. § 4 ſ. de leg. 3.* qui ab his venduntur, venales, *l. 1. ſup. de negot.* venalitij, *l. 5. in fin. ſ. de iure delib.* inde venalicia familia, l. 31. *in fin. ſup. de don. inter virum.* venalitium, vectigal rerum venalium, *l. 1. C. de veteran. l. 4. C. de prox. ſacr. ſcrin.* *q* *v. Cuiac. 4. ad Afric. fol. 62.* *r* Bona, vniuerſitatẽ demonſtrant *v. l. 66.* l. 119. *ſup eo. l. 50. ſ. de hær. pet.* *ſ* *l. 27. paragr. 5. ſ. de arbitris.* De palam *v. l. 33 ſup. eo.*
t Coram aliquo facere aliquid iuſſus, debet id facere eo ſciente & intelligente, non tamen exigitur, vt id faciat eo volente, *verſ. Scire. ſ. eo.*
u Dormiens, præſens eſſe non intelligitur, *l. 1. §. 3. ſ. de adq poſſ.*
x *adde l. 166. ſ. eo.* *y* *v. l. 66. ſ. eo. 2. Ecl. 21. c. 211.* *z* *l. 198. ſ. eo.* *a* *l. 60. ſ. eo.*
b *v. l. 17. ſ. eo.* *c* *v. l. 11. ſ. de præuaricatione: l. ſ. ad Turp.*

rei.

omnes ſorores habeant. Si verò matre ſuperſtite & fratre, vel fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus, ſiue legitimis, ſiue ſola cognationis iura habentibus, inteſtatus quis vel inteſtata moriatur, in capita diſtribuatur eius hęreditas.

6 ¶ Sed quemadmodum non matrib. proſpeximus, ita eos oportet ſuę ſoboli conſulere: ſcituris eis, quòd ſi tutores *a* liberis non petierint, vel in locum remoti, vel excuſati, intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium ſucceſſione meritò repellentur.

7 ¶ Licèt autem vulgò quæſitus *b* ſit filius filiáue: poteſt ‖ tamen ‖ ad bona eius mater ex Tertulliano ſenatuſconſulto admitti.

DE SENATVSCONSVLTO *c* ORPHITIANO.

TIT. IV.

Origo & ſumma Senatuſconſulti. 1. *De nepote & nepte.* 2. *De capitis deminutione.* 3. *De vulgò quæſitis.* 4. *De iure accreſcendi inter legitimos hæredes.*

PER contrarium autem liberi *d* ad bona matrum inteſtatarum admittuntur ex ſenatuſconſulto Orphitiano *e*, quod Orphitio & Rufo conſulibus effectum eſt, diui Marci temporibus, & data eſt tam filio, quam filiæ legitima hęreditas, etiam *f* ſi alieno iuri ſubiecti ſint & præferuntur conſanguineis, & adgnatis defunctæ matris.

1 ¶ Sed cum ex ſenatuſconſulto nepotes ‖ & neptes ‖ ad auiæ ſucceſſionem legitimo iure non vocarentur, poſtea hoc conſtitutionibus principalibus *g* emendatum eſt, vt ad ſimilitudinem filiorum filiarúmque & nepotes & neptes vocentur.

2 ¶ Sciendum autem eſt, huiuſmodi ſucceſſiones, quæ ex Tertylliano & Orphitiano ſenatuſconſultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua * nouæ hęreditates legitimæ capitis *h* deminutione non pereunt, ſed illæ ſolæ, quę ex lege duodecim tabularum deferuntur.

3 ¶ Nouiſſimè ſciendum eſt, etiam illos liberos qui vulgò quęſiti ſunt *i*, ad matris hęreditatem ex hoc ſenatuſconſulto admitti.

4 ¶ Si *k* ex pluribus legitimis hęredibus quidam omiſerint hęreditatem, vel morte, vel alia cauſa impediti fuerint, quominùs adeant: reliquis, qui adierint, adcreſcit illorum portio: & licèt antè deceſſerint, ad hæredes tamen eorum pertinet.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM.

TIT. V.

¶ *Tertius ordo ſuccedentium ab inteſtato.* 1. *Qui vocantur in hoc ordine. De agnatis capite minutis.* 2. *De coniunctis per fœminas.* 3. *De liberis datis in adoptionem.* 4. *De vulgò quæſitis.* 3. *Ex quoto gradu agnati, vel cognati ſuccedunt.*

POST ſuos hęredes, eóſque quos inter ſuos hæredes prætor & conſtitutiones vocant, & poſt legitimos (quo numero ſunt agnati, & hi quos in locum agnatorum tam ſupradicta ſenatuſconſulta, quàm noſtra erexit *l* conſtitutio) proximos cognatos prætor vocat.

1 ¶ Qua parte naturalis cognatio ſpectatur: nam adgnati capite deminuti, quique ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur, ſed à prętore tertio ordine vocantur: exceptis ſolis tantummodò fratre & ſorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anaſtaſiana *m* cum fratribus integri *n* iuris conſtitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hæreditatem ſiue ſororis: non æquis tamen partibus, ſed cum aliqua deminutione, quam facile eſt ex ipſis conſtitutionis verbis colligere. Alias verò adgnatis inferioris gradus, licèt capitis deminutionem paſſi non ſunt, tamen anteponit eos, & procul dubio cognatis.

2 ¶ Eos etiam, qui per fœminini ſexus perſonas ex tranſuerſo cognatione iunguntur, tertio gradu proximitatis nomine prætor ad ſucceſſionem vocat.

3 ¶ Liberi quoque *o*, qui in adoptiua familia ſunt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu vocantur.

4 ¶ Vulgò quæſitos *p*, nullos habere adgnatos manifeſtum eſt: cùm adgnatio à patre ſit, cognatio à matre, hi autem nullum patrem habere intelligantur. Eadem ratione ne inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe: quia conſanguinitatis *q* ius ſpecies eſt adgnationis. Tantùm ergo cognati ſunt ſibi, ſicut & matri cognati ſunt. Itaque omnibus ‖ iſtis ex ‖ ea parte competit bonorum poſſeſſio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.

5 ¶ Hoc loco & illud neceſſariò admonendi ſumus, adgnationis quidem iure admitti aliquem ad hæreditatem *r*, etſi decimo *ſ* gradu ſit: ſiue de lege XII. tabularum quæramus, ſiue de edicto, quo prætor legitimis hæredibus daturum ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur.

¶ Proximitatis *t* verò nomine iis ſolis prætor promittit bonorum poſſeſſionem, qui vſque ad † ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo ſobrino ſobrináque nati natæve.

a v. l. 1. §. 1. ff. qui petant tut.
b l. 1. in pr. ff. vnde cognati.
c 38. ff. 17. & 6. C. 56. Vlp. tit. 26. §. 7. Pau. 4. tit. 10.
d l. 1. in pr. ff. eo. l. 1. C. eo.
e non ex lege 12. Tab. quia fœminæ ſuos hæredes non habent. Vlp. tit. 26. §. 7.
f l. 9. ff. eod.
g Theodoſij & Arcadij, l. 4. Cod. Theodoſ. de legitimis hæredib.
h l. 1. §. capitis, ff. eod.
i Pau. 4. ſen. 10. §. 1. l. 1. §. 2. ff. eo.
k l. 9. ff. de ſuis.
l l. pen. C. de legib.
m eius fit mentio l. 4. C. de legit. tut. l. vlt. C. de leg. her.
n i. capitis diminutione viuo parente non paſſis.
o l. 1. §. cognationem. ff. vnde cognati.
p l. 4. ff. vnde cognati: l. 4. §. ſciendum. ff. de gradib.
q Conſanguinitatis ius ſpecies adgnationis, nihil aliud eſt quam fraternitas, diſtincta autem à cognatione naturali. v. Cuiac. 11. obſ. 26. & quæ ſcripſi ad l. 1. ff. de tut. dat. & in notis ad accurſium ad d. l. 1.
r vt & ad feudum. 2. feud. 50.
ſ qui longiſſimus dicitur, v. §. 3. in pr. 3. de legit. agn. ſucceſſ. multò magis octauo. l. 9. ff. vnde cognati.
t i. vt cognatus. nemo admittebatur decimo gradu, Th hic.
† Hodie ius cognatorum adgnationis iuri exæquatum eſt, atque ita cognati eodem gradu ſuccedunt. Nouell. 118.

DE GRADIBVS COGNATIONVM. *a*

TIT. VI.

Continuatio, diuiſio cognationis. 1. *Gradus primus.* 2. *Secundus.* 3. *Tertius.* 4. *Quartus.* 5. *Quintus.* 6. *Sextus.* 7. *Septimus, & reliqui.* 8. *De gradibus adgnationis.* 9. *De graduum deſcriptione.*

HOC loco neceſſarium *b* eſt exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi ſumus cognationem *c* aliam ſuprà numerari, aliam infrà, aliam ex tranſuerſo, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum: ex tranſuerſo fratrum ſororúmve, & eorum, qui quęve ex his generantur: & conuenienter patrui, amitę, auunculi, materterę. Et ſuperior quidem & inferior cogitatio, à primo gradu incipit. at ea quæ ex tranſuerſo numeratur, à ſecundo.

1 ¶ Primo gradu eſt ſuprà, pater, mater: infrà, filius, filia *d*.

2 ¶ ‖ Secundo ‖ gradu ‖ ſuprà, auus, auia: infrà, nepos, neptis: ex tranſuerſo, frater, ſoror *e*.

3 ¶ Tertio ‖ gradu ſuprà proauus, proauia: infrà pronepos, proneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque filius, filia, & conuenienter patruus, amita, auunculus & matertera *f*. *Patruus* eſt frater patris, qui Gręcè πατράδελφος appellatur: *Auunculus* eſt frater matris, qui Gręcè μυτράδελφος dicitur, & vterque promiſcuè θεῖος appellatur. *Amita* eſt patris ſoror, ‖ quę Gręcè πατραδέλφη appellatur ‖ matertera verò matris ſoror ‖ quæ Græcè μητραδέλφη dicitur, ‖ & vtraque promiſcuè θεία appellatur,

4 ¶ Quarto *g* gradu ſuprà abauus, abauia: infrà abnepos, abneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque nepos, neptiſve: & conuenienter patruus magnus, amita magna, i. aui frater & ſoror. item auunculus magnus, & matertera magna, i. auię frater & ſoror: conſobrinus, conſobrina, i. qui quęve ex ſororib. aut fratrib. procreantur. Sed quidam rectè conſobrinos eos propriè dici putant qui ex duabus ſororib. progenerantur, quaſi conſororinos: eos verò, qui ex duobus fratribus progenerantur, propriè fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filię naſcuntur, ſorores patrueles appellari. At eos: qui ex fratre & ſorore progenerantur, amitinos propriè dici ‖ putant. ‖ Amitę tuę filij, conſobrinum te appellant, tu illos amitinos.

5 ¶ Quinto *h* " gradu " ſuprà atauus, atauia: infrà atnepos, atneptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque, pronepos: proneptis: & conuenienter propatruus, proamita, i. proaui frater & ſoror, & proauunculus & promatertera, i. proauię frater & ſoror. Item fratris patruelis, vel ſororis patruelis, conſobrini & conſobrinę, amitini & amitinę filius filia, propius ſobrino, propius ſobrina: hi ſunt patrui magni, amitę magnę, auunculi magni, materterę magnę filius, filia.

6 ¶ Sexto *i* gradu ſuprà tritauus, tritauia: infrà trinepos, trineptis: ex tranſuerſo fratris ſororiſque abnepos, abneptis, & conuenienter ab patruus, abamita, i. abaui frater & ſoror: abauunculus, abmatertera, i. abauię frater & ſoror. " item propatrui, proamitę, proauunculi, promaterterę filius, filia, item propius ſobrino, ſobrinęue, filius, filia: " item ſobrini, ſobrinę, id eſt, qui quęve ex fratribus vel ſororibus patruelibus vel conſobrinis vel amitinis progenerantur *k*.

7 ¶ Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam eſt intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe * ſemper generata perſona gradum adiicit *l*, vt longè facilius ſit reſpondere, quoto quiſque gradu ſit, quàm propria cognationis appellatione quemquam denotare.

8 ¶ Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur.

9 ¶ Sed cùm *m* magis *n* veritas oculata fide, quàm per aures animis hominum infigatur *o*: ideo neceſſarium duximus poſt narrationem graduum, eos etiam pręſenti libro inſcribi, quatenus poſſint & auribus & oculorum inſpectione adoleſcentes, perfectiſſimam graduum doctrinam adipiſci.

a 38. ff. 10. Paul. 4. ſent. 11.
b 1. vtile propter matrimonia, hęreditates, tutelas, teſtimonia, bonorum poſſeſſiones. l. 10 in princip. ff. eod.
c l. 1. ff. eod.
d & ita quatuor perſonæ, l. 10. §. 1. gradu, ff. eo.
e hæ perſonæ dupliciter intelligẽdæ, vt ſint duodecim, d. l. 10. §. 2. gradu.
f Paul. in d. l. 10. §. 3. grad. enumerat. 32. perſonas.
g & in d. l. 10. Paul. §. 4. gradu. enumerat 80. perſonas.
h idem Paul. in §. 5. gradu. enumerat 184. perſonas.
i idem IC. tradit hoc gradu contineri. 448. perſonas in d. l. 10. §. 6. gradu.
k idem Paulus notat in ſeptimo gradu contineri 1024. perſonas, d. l. 10. §. 7. grad. quæ omnes ſimul coniunctæ efficiunt 1784. perſonas vltra ſeptimum gradum cognatorum nomina non reperiuntur, & vix vltrà ſeptimum gradum cognatorum vita ſubſiſtit. l. 4. in pr. ff. eod. in hoc gradu continetur ſobrino & ſobrina natus, l. 1. §. 3. ff. vnde cognati.
l ſiquidem gradus nihil aliud eſt, quam generatio: vt quamuis quæſtione propoſita, quot inter vtramque perſonam generationes extiterint, totidem gradus ſint conſtituendi.
m Horat. in arte: Segnius irritant animos demiſſa per autem, Quam quę ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ ipſe ſibi tradit ſpectator, & apud Herodotum 1. & Lucianum libello de ſaltatione. Aures hominibus perſuadet minùs quàm oculi. ſic Plautus Truculento. Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem, & Horatius: Certior aure eſt oculus. inde à quibuſdam receptum, vt teſti de auditu non credatur Demoſthenes orat. πρὸς Εὐβουλίδην. Eſt & alioqui acutiſſimus ſenſus, & qui ad ſtellas vſque protenditur, cùm nullus ſenſus id quod mille paſſibus diſtet ſentire poſſit. Varro 2. de lingua. Huc addendum, oculis portam corneam (vt qui duriores ſint in ſenibus, & frigori non obnoxij) ori eburneam à poëtis attribui vt indicarent vera nos oculis haurire, falſa loqui poſſe. Seruius 6. Aeneid. Cicero de Natura.
n Imo minus in diſciplinis: Plus enim ibi in auribus, quàm oculis ſitum eſt Lactant. 3. Inſt.
o ὄψις κατ' αὐτὸν inquit Ariſt. (lib. περὶ αἰσθήσεως) ἀκοὴ δὲ κατὰ συμβεβηκός. viſus per ſe eſt, auditus per accidens.

DE

a *vſu. quando dies leg.eod.* Cedit dies cũ res incipit deberi.venit, ſi dies extat quo peti poſſit. vt peti poſſit neceſſe eſt deberi: dies igitur ante cedit,quàm venit: De ceſſione & trãſmiſſione. *v. Hoto.* 3.*obſ.* 32.
b abiit : alij legunt,cedit. Accedo Hotomani ſententiæ, dicentis hanc ſubtilem differentiam (de qua hic agitur) non ex Vlpiani ingenio, ſed ex Triboniani potius audacia fluxiſſe.
c *adde l.*13. §. 5. *ſ. de pign.*
d i. nummi quos debemus, *vide l.* 159 *ſ. eo. v. Cuia.* 7.*obſ* 33.
e *v.l.*226.*j.eo.*2. *Ecl.*2.*c.*214.
f *c.* 194. *ſ. eo.* 2. *Ecl.*2.*c.*212 *l.*239. §.3.*j.eod. vide Feſtum in* Munus.
g *l.* 14. §. 1. *de mun.*
h Munus à dono ſeparari hinc conſtat, idque confirmat lex 6. *in fi. ſ. de off proconſ.l.* 18. *ſ.de off. præf. l.*37. *l.*47. *ſ. de oper. liber.l.vlt.*§.1. *ſ. de libe. l.*6. *in fin. ſ. ad l. Iul. repet.*
I *v.l.*29.*ſ. de donat.*
K vt quodcunque munus, *Hotom. in voce* Donum.
l Imo donum, generis nomen eſt: munus, ſpeciei, *l.* 194.*ſ.eo. adde Alciatum* 4. *de verb. ſign. vbi tuetur hac parte Iuriſconſultũ aduerſus Vallam.*
m At non quod cunque fuerit. *Hotom. ib.*
n *l.*1.§.4.*ſ.de tributoria.*
o *l.*5.*l.*13.*ſ.de iuriſdict.l.*3.*ſ.ne vis fiat.l.*1.§.1. *ſ.ad l. Iul. Maieſt.* hinc magiſtratus Poteſtas appellatur, *l.* 26.*ſ. de pign.l.* 17. §. 19. *ſ. de ædilitio* : *l.*7.*ſ. de rebus cor.l. vlt C. de off. milit. iud.l.*2.*C. de exceptionibus.*
p *l.*1.§. 21. *ſ. de exercitoria* : hinc tituli, De patria poteſtate, Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

rei concedunt. à varicando enim præuaricatores dicti ſunt.

Cedere diem, venire diem. 1. *AEs alienum vel ſuum.* 2. *Lata culpa.*

213. *Idem* lib. 1. Regularum.

CEdere a diem ſignificat incipere debere pecuniam. *Venire* diem ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Vbi purè quis ſtipulatus fuerit, & ceſſit *b*, & venit dies. vbi in diem, ceſſit dies, ſed nondum venit. vbi ſub conditione *c*, neque ceſſit, neque venit dies pendente adhuc conditione. 1 ¶ Aes alienum *d* eſt, quod nos aliis debemus. æs ſuum eſt quod alij nobis debent. 2 ¶ Lata *e* culpa eſt nimia negligentia: id eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt.

Munus, donum.

214. *Marcianus* lib. 1. Publicorum iudiciorum.

MVnus *f* propriè eſt, quod neceſſariè *g* obimus, lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet poteſtatem. ¶ Dona *h* autem propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, officij, ſed ſpontè præſtantur, quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt. &, ſi præſtẽtur, plerumque laus ineſt. ſed in ſumma in hoc ventum eſt: vt *k* non *l* quodcunque munus, id & donum accipiatur: an *m* quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

Poteſtas.

215. *Paulus* libro ſingulari ad legem Fuſiam Caniniam.

POteſtatis verbo plura *n* ſignificantur. in perſona magiſtratuum *o*, imperium. in perſona liberorum *p*, patria poteſtas. in perſona ſerui *q*, dominium. ¶ At cum agimus de noxæ *r* deditione cum eo, qui ſeruum non defendit, præſentis corporis copiam facultatèmque ſignificamus. ¶ In lege Attinia *ſ* in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri, & ſi *t* eius vindicandæ poteſtatem habuerit, Sabinus & Caſſius aiunt *u*.

Vinctus, vincula.

216. *Vlpianus* lib. 2 ad legem Æliam Sentiam.

VErum eſt, eum, qui in carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum, neque in vinculis *x* eſſe, niſi corpori eius vincula ſint adhibita.

Cum, poſtquam 1. *In diebus.*

217. *Iauolenus* lib. 1. ex poſterioribus Labeonis.

INter illam conditionem, *Cum y fari potuerit, & poſtquã z fari potuerit*, multum intereſt. nam poſteriorem ſcripturam, vberiorem eſſe conſtat. at *cum fari potuerit*, arctiorem: & id tamtũmodo tempus ſignificari, quo primũ fari poſſit. 1 ¶ Item ita data conditione, *Illud facito in diebus*, ſi nihil præterea fuiſſet adiectũ, in biduo *a* conditionem impleri oportet.

Facere.

218. *Papinianus* lib. 27. Quæſtionum.

VErbum *Facere b* omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

De voluntate & verbo heres.

219 *Idem* lib. 2. Reponſorum.

IN conuentionibus contrahentium voluntatem potius, quàm *c* verba, ſpectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem municeps locauerint, *vt ad haredem d eius qui ſuſcepit, pertineret*, ius heredem ad legatarium quoque transferri potuit.

Liberi filij.

220. *Calliſtratus* lib. 2. Quæſtionum.

LIberorum *e* appellatione, nepotes *f* & pronepotes, cæterique *g* qui ex his deſcendunt, continentur. hos enim omnes ſuorum *b* appellatione lex duodecim tabularum comprehendit, totiens *i* enim leges neceſſarium ducunt cognationum ſingularum nominibus vti, veluti *Filij nepotis pronepotis*, cæterorúmve, qui ex his deſcendunt: quotiens non omnibus qui poſt eos ſunt, præſtitum voluerint: ſed ſolis his ſuccurent, quos nominatim enumerent. At vbi non perſonis certis, non quibuſdam gradibus *K* præſtatur, ſed omnibus, qui ex eodem *l* genere orti ſunt, liberorum appellatione comprehenduntur.

1 ¶ Sed & Papirius Fronto libro tertio reſponſorum ait, prædio cum villico & contubernali eius & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri, niſi voluntas teſtatoris aliter habeat. filij *a* enim appellatione ſæpe & nepotes accipi, multifariam placere.
2 ¶ Diuus quoque Marcus reſcripſit, non videre ſine liberis defunctum, qui nepotem ſuum hæredem *b* reliquit. 3 ¶ Præter hæc omnia natura nos quoque docet, parentes pios, *qui liberorum procreandorum animo* c *& voto vxores ducunt*. filiorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcendunt, contineri. nec enim dulciore nomine poſſumus nepotes noſtros, quam filij, appellare. etenim idcirco filios filiáſve concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earúmve diuturnitatis *d* nobis memoriam in æuum relinquamus.

Falſus tutor, falſum teſtamentum, modius iniquus.

221. *Paulus* lib. 10. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, falſum *e* tutorem eum verè dici, qui tutor non eſt, ſiue habenti tutor datus eſt, ſiue non ſicut falſum teſtamentum, quod teſtamentum non eſt, & modius *f* iniquus, qui modius non eſt.

Pecunia.

222. *Hermogenianus* lib 2. iuris epitomarum.

PEcuniæ *g* nomine non *h* ſolum numerata pecunia: ſed omnes res, tam ſoli, quam mobiles, & tam *i* corpora, quam iura *K* continentur.

Lata culpa. 1. *Amicus.*

223. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

LAtæ *l* culpæ finis eſt, non *m* intelligere id, quod omnes intelligunt. 3 ¶ Amicos *n* appellare debemus non leui notitia coniunctos: ſed quib. fuerint iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationib.

Vincula, cuſtodia.

224. *Venuleius* lib. 7. Stipulationum.

VInculorum *o* appellatione vel priuata, vel publica vincula ſignificant. cuſtodiæ vero, tantum publicam cuſtodiam.

Fugitiuus erro, De effectu animi, & actu delinquendi.

225. *Thryphoninus* lib. 1. Diſputationum.

FVgitiuus *p* eſt, non is, qui ſolum conſilium fugiendi à domino ſuſcepit, licet id ſe facturum iactauerit: ſed qui *q* ipſo facto fugæ initiũ mente deduxerit. nam & furẽ *r* adulterum, aleatorum *ſ*, quanquam aliqua ſignificatione ex animi *t* propoſitione cuiuſque ſola quis dicecere poſſet: vt etiam is, qui nonnunquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, ſi modo eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus ſit: tamen oportere eadem hæc crimina aſſumpto actu intelligi, & ideo fugitiuum *u* quoque, & erroneum non ſecundum propoſitionem ſolam, ſed cum aliquo actu intelligi conſtat.

Culpa, dolus.

226. *Paulus* lib. 1. Manualium.

MAgna *x* negligentia, culpa eſt. magna *y* culpa, dolus eſt.

Hæres.

227. *Idem* lib. 2. Manualium.

EX illa parte edicti, *Tum z quẽ ei hæredẽ* a *eſſe oportet* b, hæredis heredibus bonorum poſſeſsio non defertur. ¶ 1 Item in ſubſtitutione his verbis, *Quiſque* c *mihi*

q *l.*3.§ 3.*ſ.de donat.int.vir.d.*§.21. r *l.*21. §.2 *ſ.de noxal.* ſ Atilia, §.2. *Inſt.de vſucap. vbi v. Cuiac.* t Vel ſi eius rei veturi ſuæ poſſeſsionem ita nactus ſit, vt iuſtè ei auelli non poſsit, *l.*4.§.12. *de vſurp.* u Adde & illud de poteſtatis verbo, in perſona pupilli tutoris auctoritatẽ, *l.*1.*ſ.Ecl.*2.*c.*26. x *v.l.*224.*j.eod.l.*9.*ſ.ex quib.cauſis maior.l.*8.*ſ.de pœnis.* y *Ecl.ibid.c.*217. z *adde l.*41 *ſ.de manumiſſ.teſtam.* a *v.l.*4. *l.*109. *in fi.ſ.de verb obl.l.*12.*ſ.de teſtib.*
b *l.*2.*Ecl.*2.*c.*218.*l.*58.*l.*175.*ſ.eo.l.*60.*ſ.de cond. & demonſtr.* c *l.*69.*ſ. de leg.*3. *Ecl.ibid.c.*219. d Hæredis verbo ex mente contrahentium interdum legatarius intelligitur. e *l.*56 *in fin.ſ.eo.* f 59 *de ritu.* g *l.*10.§.9.*ſ.de in ius vocando.l.*48.*ſ. ſolut.l.*1.§.1.*de legat.præſt.* h *ſ* liberorum *Hal.*
i Liberorum appellatione paſſim nepotes, ac deinceps deſcendentes comprehenduntur, niſi in caſibus à lege exceptis, *Eclog.ibid.c.*220. k Quando perſonis aut gradibus certum aliquid conceditur, liberorum appellatione deſcendentes in infinitum non intelliguntur. l Omnibus, qui poſt liberos aut vel ex eodem genere ſunt conceſſa priuilegia latius patent quàm quæ certis perſonis aut certis gradibus conce-

*Cuiac.ad Nou.*22. Ambroſius *ſuper lucam*, Qui non cauſa procreandæ ſobolis ... plendæ libidinis ſibi inuicem copulantur, non tam coniungi, quàm forni... tur, *c.pudor.*32.*q.*2. Idem refert Auguſtinus *ſerm.*3 *dominica poſt Trinitat...* c.8 Tres ob cauſas (inquit) ducitur vxor, prima eſt cauſa prolis, *&c.* de hac ... vxoris ductæ liberorum cauſa, adde *Vlp.*3.§.3. Alij ſunt fines nuptiarum ... ſc. educatio, conſtitutio familiarum nominis & familiarum conſeruatio ... *quæſtionibus*: generis humani conſeruatio, vt ſit veluti quædam immortal... *de legitim.hær.Theophil.Inſt.de iure naturali in princ.* certitudo prolis: *l.*8... *& demonſt.* ſtupri vitatio, humanitatis ſolatium, 27 *q.cap. nuptiarum*: vi... nerum inter virum & vxorem. *Xenephon. in Oecon.* viatio diſcordiarum ... concubinatu: *Iſocrates.* Cic.4 *de finibus*, vt habeant parentes à quibus iuue... *phon d.loco*: *Hieronymus in Iouinianum*: honor Dei. vide Antonium Gu... *in Commentario de matrimonio.*
d *l.*14.*C.de leg.hære.Nou.*22.*Theoph.d.l.*
e 2.*Ecl.*2 *c* 221. vt falſus emptor, *l.*4.§.5. *ſup.de in diem addict.*
ſ Vide *l.*32.§.1. *ſup.de falſis.* g Vide *l.*178.*ſup.eod Ecl.ibid.c.*231.
h Adde *Ariſt.*4.*Eth.c.*1. i Tam iura, quàm corpora, *Petr.Fab.*1.*ſemeſt...*
k Et fructus vide *l.*32.*ad Trebellianum.* l *l.*7.§ 2.*ſup.de adminiſt.tu...* 7.*obſ* 8. m *l.*13.*ſup.eod.* o Amici definitionem obſerua. de amicis ... *l.vlt ſup.vbi pupillus*: pupilli vide *l.*44.*ſup.de negotiis. l.*2. *ſup. qui pet...* *l.*43.§.1. *ſup.de ædilitio.* Amici cauſa factum an excuſet à delicto. vide ... *de pœnis cauſa* 22. o *l.*216.*ſup.eo.*2.*Ecl.*2.*c.*224.
p *l.*17.*l.*43.§.2.*ſup.de ædilitio.* q ἀλλὰ ἀπὸ τῆ πράξεω, *Grati...*
r Vide *l.*174.*ſup.eo.Ecl.ibi.c.*225. ſ *l.*4.§.2.*ſup.de ædil.ædict.* t A... nit, facitq; fugitiuum. u *l.*11.§.7.*ſ.de act.empt.* x Nimia, *l.*213.*in fi...* *c.*226. diſſoluta *l.*29 *ſ.mandati.* y Lata *l.*223.*ſ.eod.l.*1.§.3.*ſup.ſi menſ...* *car.* latior, *l.*32.*ſ.depoſiti*, dolo proxima, *l.*8.§.5.*ſ. de precario*: *l.*22.§.3... *l.*1.§.2.*ſ ſi is qui teſt.lib.* in faciendo & non faciendo, vide *l.*61.*ſ.de verb...* diligentiæ contraria *l.*31.*ſ.ad. l.Aquil.* magna quæ ſit negligentia, ... definitur, *l.*15.§.1.*ſ.quod vi.* adde quæ ſcripſi ad *l.*35.§.4.*ſ.de contr.emp...*
z *l.*1.*ſ.vnde cognati, l.*1.§.2.*ſ.vt ex legibus.* a Si inteſtatus mortuus ...
b *ſub.* poſſeſsionem dabo. c *v.l.*70.*ſ.eo.*

hæres.

heres erit, proximus heres tantus ſignificatur. imo non tantum proximus heres, ſed etiam ſcriptus.

Municipes.

228. *Idem* lib. ſingulari de Cognitionibus.

MVnicipes *a* intelligendi ſunt, & qui in eodem municipio nati ſunt.

Tranſacta finita.

229. *Idem* lib. ſingulari de Tacitis fideicommiſſis.

TRanſacta *b* finitáve intelligere debemus, non ſolùm quibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine controuerſia ſint poſſeſſa.

230. *Idem* lib. ſingul. ad Senatuſconſultum Orficianum.

VT ſunt iudicio *c* terminata, tranſactione compoſita, longioris temporis ſilentio finita.

De eo qui eſt in vtero.

231. *Idem* lib. ſingulari ad Senatuſconſultum Tertullian.

QVod dicimus eum *d*, qui naſci ſperatur, pro *e* ſuperſtite eſſe: tunc verum eſt, cùm de ipſius iure quęritur: aliis autem non prodeſt, niſi natus.

Pluris aureorum triginta.

232. *Gaius* lib. 1. de Verborum Obligationibus.

HÆc enunciatio, *Quæ ſunt pluris* f *aureorum triginta*, ſimul & quãtitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt.

Calui, calumniator, cauillato. 1. *De tertio die poſt Kal. Ian.* 2. *Telum*, Βέλος, τόξευμα.

233. *Idem* lib. 1. ad legem duodecim tabularum.

SI *caluitur* g *&* h *moretur, & fruſtretur.* Inde & calumniatores *i* appellati ſunt, quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. Inde & cauillatio *k* dicta eſt. 1 ¶ Poſt *l* Kalendas *m* Ianuarias die tertio pro ſalute principis ſuſcipiuntur *n*.

2 ¶ Telum *o* vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur. ſed nunc omne ſignificatur, quod mittitur manu. Ita ſequitur, vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur. Dictúmque ab eo, quod in longinquum mittitur, ‖ Græca voce ‖ figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ p, id eſt, *ab eo, quod eſt longè*. Et hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine: nam, quod nos telum appellamus, illi Βέλος appellant: eoque nomine vulgo quidem id ſignificatur, quod ab arcu mittitur: ſed non minus omne ſignificatur, quod (cum) mittitur manu: ‖ ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι, id eſt, *à iaciendo*. Admonet nos Ξενοφῶν q, id eſt, *Xenophon*, nam ita ſcribit. Καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι, id eſt, *Et tela ſimul ferebantur, haſtæ, ſagittæ, fundæ, plurimitas lapidum.* ‖ Et id, quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα (id eſt, *ſagitta*) vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

Hoſtes, perduelles. 1. *Locuples.* 2. *Viuere.*

234. *Idem* lib. 2. ad legem duodecim tabularum.

QVos nos hoſtes *r* appellamus, eos veteres perduelles appellant, per eam adiectionem indicantes cum quibus bellum eſſet.

1 Locuples *ſ* eſt, qui ſatis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor reſtituendam eſſe petit.

2 ¶ Verbum *Viuere* t quidam putant ad cibum pertinere. ſed Ofilius ad Atticum ait his verbis & veſtimenta & ſtramenta *u* contineri. ſine his enim viuere neminem poſſe.

Ferri, portari, agi. 1. *Fabri tignarij.*

235. *Idem* lib. 3. ad legem duodecim tabularum.

FErri *x* propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: *y* portari ea, quæ quis iumento ſecum ducit: agi ea, quæ animalia ſunt.

1 ¶ Fabros ignarios *z* dicimus non eos duntaxat, qui digna *a* dolarent: ſed omnes qui ædificarent.

Venenum φάρμακον. 1. *Glans*, Ἀκρόδρυα.

236. *Idem* lib. 4. ad legem duodecim tabularum.

QVi venenum *b* dicit, adijcere debet, vtrum malum an bonum. nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum eſſet, mutat. cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. vnde adiectione alterius, nomine diſtinctio fit. admonet nos ſummus apud eos poëtarum Homerus *c* nam ſic ait *d*.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά:

id eſt:

Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.

1 ¶ Glandis *e* appellatione omnis fructus continetur. vt Iauolenus ait exemplo Græci ſermonis, apud quos omnes arborum *f* ſpecies ἀκρόδρυα g (id eſt, *extremitates arborum*) appellantur.

De duobus verbis negatiuis.

237. *Idem* lib. 5. ad legem duodecim tabularum.

DVobus negatiuis *h* verbis quaſi permittit lex, magis quam prohibuit, ídque etiã Seruius *i* animaduertit.

Plebs. 1. *Deteſtatum.* 2. *Pignus.* 3. *Noxia.*

238. *Idem* lib. 6. ad legem duodecim tabularum.

PLebs *k* eſt cæteri ciues ſine *l* ſenatoribus.

1 ¶ Deteſtatum *m* eſt teſtatione denunciatum.

2 ¶ Pignus *n* appellatum à pugno: quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur. vnde etiam videri poteſt verum eſſe quod quidam putant, pignus propriè *o* rei mobilis *p* conſtitui.

3 ¶ Noxiæ *q* appellatione omne delictum *r* continetur.

Pupillus, ſeruus, incola, Πάροικος. 3. *Munus publicum.* 4. *Aduena*, ἄποικος. 5. *Decuriones.* 6. *Vrbs, vrbare, vrbum, oppidum.* 8. *Territorium.* 9. *Suum.*

239. *Pomponius* lib. ſingulari Enchiridij.

PVpillus *ſ* eſt, cui cum impubes eſt, deſiit *t* in patris poteſtate eſſe aut morte *u*, aut emancipatione.

1 ¶ Seruorum appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores ‖ noſtri ‖ captiuos *x* vendere, ac per hoc ſeruare *y* nec *z* occidere ſolent.

2 ¶ Incola eſt, qui *a* aliqua regione domicilium *b* ſuum contulit. quem Græci πάροικον c, (id eſt, *iuxta habitantem*) appellant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed etiam qui alicuius oppidi

finibus

---

m Ea die natus eſt Cicero. *Plutarch. in Cicerone*. Cæterum poſt tertium [...] Ianuarias naſci, eſt die tertio, *Plutarch Gell.* 15. *c.* 18. dixit ante diem ter[tium] [No]nas. Ipſe Cicero 7. *ad Attic.* tertio nonas. Hæc tria ſunt eadem: Tertio No[nas], [an]te diem tertium Non. poſt Kalendas Ianuarias die tertio.
[...] ſacerdotibus ſcil. & conſulibus. Vota erant etiam anniuerſaria ob diem im[perii] cum videlicet ad imperium princeps ſumptus eſſet, vel cum natus eſſet, l. 7. *in* [...] *de feriis*. adde *Plinium* 10 *Epiſt.* 9. 44. 45. 60. 61. *v. Tertull. in Apologetico*. erant [...] pro ſalute imperatoris & incolumitatis 10. *Plin. Epiſt.* 1. *Tranquill. in Aug.* [...] Erant & alia pro abitu & reditu, *v. Suet. in Tiberio c* 38.
[...] *Inſt. de pub. iud l.* 1. §. 17 *ſup. de ſenatuſconſ. Syllaniano*, *v. l.* 11. *in fi.* ꝫ. *ad l. Iul.* [...] *publ. l.* 54. §. 2. *ſup. de furtis*. p à Græca voce τηλόθεν, *Bud.* §. 5. *Inſt. de pub.* [...] Feſtum in Arma & Tela. q l. 5. ἀναβάσεως.
[...] 18. *ſup. eo.* ſ Locuples habetur neceſſaria perſona, adde l. 3. ꝫ. *in ius vocati*: [...] qui in corpus patrimonij vertit, l. 8. *ſup. quod met. cauſ. l.* 93 *in fi. pr* ꝫ. [...] debito liberatus, l. 50 ꝫ. *de don. int. vir. l.* 66. ꝫ. *de ſolut.* hinc debitor & reus [...] qui ſoluendo, l. *vlt. in fi ſup. de reb. cred. l.* 3. *ſup. de manumiſſ. l.* 57. *ſup. de ma* [...] fideiuſſor, l. 3. *ſup. in ius vocati* qui non eſt pauperior factus, l. 47. *in fi.* ꝫ. [...] non is qui alienam rem defendit, l. 166. *ſup. de reg. iur.* vel qui libertum ad. [...] l. 126. §. 1. ꝫ. *de reg. iur.* qui donando adquirit obligationem naturalem, l. 25. [*ſ*]*up. de hered.*
[...] *ſup. eo. v. Rollan à Valle* 1. *conſ.* 22.
[...] l. 43 *ſup. eod.* x 2. *Ecl.* 2. *c.* 234.
[...] baiulare quis dicitur quæ ſuo corpore fert; à baiulis, id eſt, operariis, *Feſtus*.
[...] ignarios, *Vulg. Hal.* τέκτονας ξύλων, 2. *Ecl.* 2. *c.* 235. fabros lignarios, *Cuiac. ad* 3. [...] §. 59. C. *de excuſ. artificum*.

a Tigna, *Vulg. Hal.* οἱ τὰ ξύλα *Eclog. ibid.* ligna, hinc Fabri lignarij 3. *Paul. ſent.* 6. §. 50.
b l. 35. §. 2. *ſup. de contr. empt.* Veneni appellatio media eſt, 2. *Ecl.* 2. *c.* 236. & 60. *tit.* 36. *c.* 4. adde *l.* 3. ꝫ. *de ſicariis*.
c Homerus ſummus poëtarum, *vt hic.* parens omnis virtutis, *Conſtitutio ad Anteceſſores & in fin.* citatur etiam in l 1. §. 1. ꝫ. *de contrah. empt. l.* 65. § 4. ꝫ. *de leg.* 3. *l.* 9. §. 1. *ſupr. de ſupellect. l* 4. §. 6. *ſup. de gradib. l.* 16. §. 8. ꝫ. *de pœnis*.
d *Odyſſea* δ, *verſ.* 230.
e Glãs omnis fructus, *l. vn. ſuprà de glande legenda*: 2. *Ecl.* 2. *c.* 236.
f Baccarum vel fructuum, *Hot. in voce* ἀκρόδρυα.
g Græci ἀκροδρύων nomen fructibus tribuunt, & ita D. Ioannem victitaſſe ἄκροις δρυῶν Nicephorus ait, vt Diogenem Ælianus ἄκροις φύλλων Nicephoro adſentit Diaconus, qua de re v. Cuiacium in *Paratitlis tit. de glande legenda*.
h Negantibus a *Hal.* Interdum tamen duo negatiua firmius negant & ponunt εἰς ἄρνησιν μείζονα, vt Demetrius ait in Sophoclem Hinc illa: neminem nihil facere, l. 24. *ſup. de damno*: nihil neminẽ habere. Lucilius, lapideo ſunt corde multi, quos non miſeret neminis, *Cato apud Feſtum in* Neminis. Varro Bimarco, quæ non modo ignoraſſe me clamat, ſed omnino omnes heroas negat neſciſſe. Nonius 12. *n* 46. & ibid. *nu* 54. *Varro* 2. *de vita populi Romani* monſtrat, qua abſtinentia viri mulieréſque Romanæ fuerint, quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere, *v. Cuiac.* 16. *obſ.* 26. i Seruis ad illa verba legis duodecim tabularum, *necnon mortuum inferunto*, adnotauit duobus illis negatiuis verbis quaſi permiſiſſe legem magis, quam prohibuiſſe cui congruit quod Philoſophus refert, αἱ δύο ἀποφάσεις μίαν κατάφασιν ἀποτελοῦσι. Caper, confeſſoria vox fit ex duplici abnutiua, vt non nolo, non neſcio, nonnunquam, necnon.
k §. 4 *Inſt. de iure naturali*: *l.* 2. §. 24. *in fi. ſup. de orig.* l χωρὶς τῶν ἀξιωματικῶν 2. *Ecl.* 2. *c.* 238. ſine iis qui ſunt poſiti in dignitate, ſeu patriciis & ſenatoribus, *d.* §. 4. Gellius ita definit. Plebs ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciæ non inſunt, 10. *Noct. c.* 20. Iſidorus 9. *orig.* 5. Plebs reliqui, vulgus ſine ſenioribus ciuitatis. Hinc plebiſcita, tributis comitiis: in Centuriatis plebs cum patribus, vbi leges: dixi ad Feſtum *in populi comm.* m Deteſtatur, qui teſtatione denunciat, l. 40 *ſup eod.*
n l. 5. §. 1. ꝫ. *de pign.* o Propriiſſimè? nam pignus propriè dicitur de re immobili, l. 2. *in fi ſup. de relig.* ſed & illud quod conuentione contrahitur, l. 1. *ſup. de pign.*
p §. 7. *in fi Inſt. de actionib.* q Noxiam à noxa differre ait Iuſtinianus, §. 1. *Inſt. de noxal.* ſed noxa interdum idem quod noxia. hinc illæ formulæ, noxam nocere, l. 45. §. 1. *ſup. de leg.* 1. noxiam nocere, l. 4. *ſup. de noxal.* noxam committere, l. 32. ꝫ. *de noxal.* noxiam committere, l. 1 *ſup. ſi quadrupes*, æſtimatio noxiæ, *d. l.* 1. noxiam caput ſequi, v. l. 1. *in fi ſup. de priuat. de lict.* hinc noxalis actio, *ſup. de noxal.* hinc noxij ſerui, id eſt, qui nocent, l. 27. §. 11. *ſup. ad l. Aquil.*
r l. 1. §. 1. *ſup. de noxalib.* §. 1. *Inſt. de noxal.* 2. *Ecl. c.* 238. non tamen quod publicam coërcitionem contineat, l. 200 *ſup. eo.* Interdum pœnam ſignificat, hinc noxę dedere, l. 19 *ſup. de noxal.* ad noxam dedere, *d. l.* 19 *in fi. ſup. de noxal.* in noxam, l. 11. noxam dare, l. 7. §. 1. *ſup. quod vi.* noxæ deditio, l. 10 *ſup. de noxal.* noxis ſolui & ſolutum eſſe, l. 200. *ſup. eo.* noxam ſarcire, & in noxam dare, ſeparantur, l. 1. §. 11 *ſup. de noxal.*
ſ Pupillaris ætas quæ anno 14. terminatur, l. 16. *ſup. de iure fiſci*, *l.* 3 *C. de præſcript. 30. annorum*: pupillares tabulæ, l. 38. *in fi. ſup. de vulgari*, pupillare teſtamentum, l. 8. §. 5. *ſup. de inoff. l.* 2. §. 2. *ſup. de vulgari. l.* 34. §. 9. §. 10 *ſup. de leg.* 1. pupillaris ſubſtitutio, quæ fit liberis impuberibus in eum caſum, quo ante pubertatis annos deceſſerint, l. 2 *ſup. de vulgari* pupillares ſubſtituti, l. 10. §. 5 *ſup. de vulgari.*
t Deſiit ſi prius fuit in poteſtate. Qui eſt in vtero, talis non eſt, l. 262 *ſup. eod.* adde *Ecl. ib. c.* 239. u Patria poteſtas finitur morte vel emancipatione. *Inſt. quib. mod. patria poteſtas.* x Ne hinc tamen colligas, ſola captiuitate ſeruos fieri, quum etiã alio modo ſerui fiant, v. l. 5. §. 1 *ſup. de ſtatu.* y l. 4 *in fi ſup. de ſtatu.* §. 2 *Inſt de iure perſonarum*: 2. *Ecl.* 2. *c.* 239. z Hoſtem poſtquam à nobis captus eſt, non licet occidere, aut de eo ſupplicium ſumere. a *al.* qui in aliquam regionem,
b Non ius ciuitatis adquiſiuit, poteſt enim quis vnius ciuitatis eſſe incola, alterius ciuis, *l* 29 *ſup. ad municip.* adde l. 6 *in fi ſup. de muner.*
c Et μέτοικον talis fuit Abrahamus παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας, *Heb.* 5. *verſ* 9. Hinc illud aduenas non eſſe oportet carnis & mundi, *Petrus* 1. *c.* 2. *verſ.* 11.

finibus ſita agrum *a* habent, vt in eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant. 3 ¶ Munus *b* publicum eſt officium priuati hominis, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſóſque ciues, rémque eorum Imperio magiſtratus extraordinarium peruenit. 4 ¶ Ad uenaeſt, quę Græci ἄποικον *c*, id eſt, *domo profugum, colonum aduenientem*, appellant. 5 ¶ Decuriones *d* quidam dictos aiunt ex eo quod initio, cum coloniæ deducerētur, decima pars eorum, qui ducerentur, conſilij *e* publici gratia conſcribi ſolita ſit. 6 ¶ Vrbs ab vrbo *f* appellata eſt. vrbare eſt aratro *g* definire, & Varus ait, vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda *h* adhiberi ſolet.

7 ¶ Oppidum ab ope *i* dicitur, quod eius rei cauſa mœnia ſint conſtituta. 8. ¶ Territorium *k* eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis. quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magiſtratus eius loci intra *l* eos fines terrendi, *m* id eſt ſummouendi ius habet.

9 ¶ Verbum *Suum* ambiguum eſt, vtrùm de toto an de parte ſignificet, & ideo qui iurat ſuum non eſſe, adiicere debet, neque ſibi communem *n* eſſe.

Soluto matrimonio.

240. *Paulus* ex libris ſex, libro primo Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum.

CVm quærebatur an verbum *Soluto* o *matrimonio dotem reddi*, non tantum diuortium *p*, ſed & mortem contineret, hoc eſt, an de hoc quoque caſu contrahentes ſentient. & multi putabunt hoc ſenſiſſe, & quibuſdam aliis contrà videbatur: ſecundùm hoc motus *q* Imperator pronunciauit, id actum eo pacto, vt nullo caſu remaneret dos apud maritum.

Ruta caſa.

241. *Quintus Mutius Scæuola* libro ſingulari ὅρων.

IN rutis *r* cæſis ea ſunt, quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili *ſ* tectorióve *t* non continentur.

Pars nauis. 1. *Proiectum, immiſſum.* 2. *Pars ædificij.* 3. *Vidua, vécors, veſanus.* 4. *Pars ædium.*

242. *Iauolenus* lib. 2. ex Poſterioribus Labeonis.

MAlum *u* nauis eſſe partem, artemonem *x* autem non eſſe, Labeo ait: quia pleræque naues ſine malo inutiles eſſent, ideóque pars nauis babetur. artemo † autem magis adiectamento *y*, quam pars nauis.

1 ¶ Inter proiectum *z* & immiſſum hoc intereſſe ait Labeo: quod proiectum eſſet id quod ita proueheretur, vt nuſquā requieſceret, qualia mæniana *a*, & ſuggrunda *b* eſſent: immiſſum autem quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur.

2 ¶ Plumbum, quod *c* tegulis *d* poneretur, ædificij eſſe ait Labeo, ſed id, quod hypæthri † tegendi cauſa poneretur, contrà eſſe 3. ¶ Viduam non ſolùm eam quæ aliquando nupta *b* fuiſſet, ſed eam quoque mulierem quæ virum *c* non habuiſſet, appellari ait Labeo: quia vidua ſic dicta eſt, quaſi vecors *d*, veſanus, qui ſine corde aut ſanitate eſſet. ſimiliter viduam dictam eſſe, ſine duitate. 4 ¶ Straturam *e* loci alicuius ex tabulis factis, quæ æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædiū eſſe ait Labeo: quoniam perpetui *f* vſus paratæ eſſent. neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

Libertus.

243. *Scæuola* lib. 18. Digeſtorum.

SCæuola reſpondit: Semper acceptum eſt, vt libertorum *g* appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem teſtamento vel poſteriore loco manumitterentur: niſi ſi manifeſtè is à quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

Pœna, multa.

244. *Labeo* lib. 4. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI qua pœna eſt, multa eſt. ſi qua multa eſt, pœna eſt. *Paulus*: Vtrumque eorum falſum eſt. namque harum rerum diſsimilitudo *h* ex hoc quoque apparet, † quod *i* de pœna prouocatio non *k* eſt. ſimul atque enim victus quis eſt eius maleficij, cuius pœna eſt ſtatuta, ſtatim ea debetur: at multæ prouocatio eſt, nec ante debetur, quam aut non eſt prouocatum, aut prouocator victus eſt, nec aliter quam ſi is *l* dixit cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum diſsimilitudo apparere poterit: quia pœnæ certæ ſingulorum *m* peccatorum ſunt: multæ contra: quia eius *n* iudicis poteſtas eſt, quantam dicat: niſi cum *o* lege eſt conſtitutum, quantam dicat.

Pars ædium.

245. *Pomponius* lib. 10. Epiſtolarum.

STatuæ affixæ baſibus ſtructilibus *p*, aut tabulæ relegatæ *q* catenis, aut erga parietem adfixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lychni *r*, non *ſ* ſunt ædium: ornatus enim ædiſi cauſa parantur, non quo ædes perficiantur.

1. ¶ Idem Labeo ait: Prothyrum *t*, quod in ædibus *u* [interim qui] fieri ſolet ædium eſt.

Exhibere. 1. *Reſtituere.*

246. *Idem* lib. 16. Epiſtolarum.

APud Labeonem Pithanon ita ſcriptum eſt: Exhibet *x*. qui præſtat eius, quo agitur, præſentiam. nam etiam qui ſiſtit, præſtat eius de quo agitur, præſentiam: nec tamen "eum" exhibet. & qui mutuum aut furioſum aut infantem exhibet, non poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. 1 ¶ Reſtituit *y*, non tantùm qui ſolum *z* corpus, ſed etiam qui omnem rem conditionémque reddita cauſa præſtet & tota reſtitutio iuris eſt interpretatio.

DE *a* "DIVERSIS" *b* REGVLIS *c* IVRIS ANTIQVI *d*.

TIT. XVII.

De regula.

1. *Paulus* " lib. 16 ad Plautium."

ἀπήντοις παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, contrà, cœlum fidelibus non incolatus, ſed propria ciuitas, hinc illud, οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται, *Epheſ.* 2. *v.* 19.

a Imò qui in agro permanent, incolæ non ſunt, *l.* 34. *ſ. ad municipalem.*

b l. 14. §. 2. *ſup. de munerib.*

c ἔποικον, *Hal*, quaſi aliunde aduenientem, opponitur indigenæ, id eſt, inde nato homini. aduena dicitur etiā qui domicilium nondum conſtituit, *Iſid.* 3°. l. 19. §. 1. *ſ. de iudiciis*, qua in re puto eum ſeparari ab incola qui domicilium apud exteros habet, §. 2. *ſ. eod.*

d De decurionibus dicam ad titulum Codicis, *de decurionib. & filiis eorum & qui decuriones habentur, &c.*

e Decuriones erant quaſi ſenatores Curiæ ſuæ, & municipij, *l.* 33. *C. de decur.*

f Vrbs ab vrbo, *Varro* 4. *de lingua* 15 *Iſid.* 2. *Plato ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς*, q. 15. *Cic. Philippica* 2. Vruo, *Hal.* ἀπὸ τῶν ὅρβωρες, 2. *Ecl.* 2. *c.* 240. Vrbum eſt aratrum, *Varro* 4. *de lingua.* g Aratro vrbes definiri ſolitæ; quemadmodū & idem in iiſdem excondēdis inducebatur. *v. l.* 21. *ſ. quib. mod. vſufr.* dixi ad *Varronem* 4. *de lingua.* vbi locus eſt elegans ex Catone.

h Aratro quoque vtebantur in vrbe exfundanda, id eſt, euertenda. *Non.* 1. *Horat.* 1. *Carm.* 16. *Seneca* 1. *de Clem. vlt.* hinc Carthago aratrum paſſa dicitur, l. 21. *ſ. quib. modis vſufr* & templum Hieroſolymitanum aratrum à Titio Rufo, *Hieronymus* ἀποθνῄσκουσι γὰρ καὶ πόλεις ὥσπερ ἄνθρωποι, *Lucian. in Decal. qui Char. v. P. Fabr.* 1. *ſemeſtr* 8.

i Oppidum ab ope, *Varro* 4 *de lingua*, *Ecl. ibi.* id eſt, opibus recondendis, aut conſeruandis. *Feſtus*: ſed vel murorum oppoſitione, vel quod dent mutuam operam aduerſus hoſtes, 15. *Iſid* ἀπὸ τοῦ ἔργου, Græci hic, id eſt, non ab opere, ſed à cauſa propter quam Mœnia conſtruuntur. k Territoriū ciuitatis, l. 41. §. 5. *ſ. de legat.* id eſt, oppidi. l. 3. §. 4. *ſ. de ſepulchro, iudicis, l. vlt ſup. de iuriſd.* l Non extra, *l. vlt. ſ. de iuriſd.* m Territorium locus communis, qui propè oppidum relinquitur: ſic dictum quod maximè teratur, *Varro* 4. *de lingua.* Aliud Etymon profert Iſid. 14 *orig* 15. territorium quaſi tauritorium, id eſt tritum bobus, & aratro, à terrendis ciuibus, *Siculus Flaccus lib. de cond. agrorum.* à terrendis hoſtibus. *Frontin in lib. de agrorum qualit.* à terra, *Cuiac. ad l.* 53. *C. de decur.* n Communem, *Hal.* Suum enim quiſque poteſt dicere, quod cō mune cum alio habet, *v. l.* 46 *ſ. de ritu* l. 74. *ſup. de leg.* 3. adde l. 25. l. 58. *in fi ſup. eo.* Suum eſt etiam quod vindicari poteſt, nō quod eſt in obligatione, l. 27. § 2. *in fi.* l. 34. *ſ. de auro*, aut pignore. *l.* 9. *in fi. ſ. de ſupellect.* o *v. l.* 54. *ſ ſoluto.* p Matrimonium enim diſſoluitur diuortio, morte, l 1. *ſ. de diuor.* q *arg. l.* 1. *C. ſoluto.* r Ruta cæſa coniunctim, *l.* 5 §. 1. *ſ. ad exhib* l. 66. *in fi. ſ. de contrah. empt.* l. 38. *in fi ſup. de act. empt.* ruta & cæſa, l. 3. §. 6. *l.* 18. *ſ. de act. empt.* ſ Strutile opus manu conſtructum, Structiles baſes, l. 245. *ſ. eo.* canales 8. *Vitruu* 7. columnæ, *l.* 8. §. 1. *ſ. ſi ſeruit. vindicetur.* formæ, 9. *Pallad* 11. lapides, *l.* 6. §. 5. *ſ. ſi ſeruit. vind.* riui, *l.* 3. §. 1. *ſ. de riuis.* t Tectorium, incruſtatio ex gypſo, & calce, vel ex marmore, *l.* 39. *circa fi ſup. de rei vind. l.* 7. *in fin. ſup. de vſufr. l.* 3. *in fi. ſ. de ſeru. vrb. l.* 3. §. 4. *ſ. de in rem verſo: l.* 17. §. 3. *ſup. de act. empt. l.* 40. *ſ. de damno: l.* 3. § 9. *ſ. vti poßidetis:* adde 2. *Vitruu.* 4. *&* 7. *c.* 3. Inde rectores, l. 27. *in fin. ſ. ad l. Aquil. l.* 5. §. 7. *ſ. commodat.* κονιαταί, qui & albarij. *Tertull. in lib. de Idololatria:* albini in *l.* 1. *C. de excuſ. artif.*

u Malus pars nauis, l. 44. *ſ. de euict.*

x Artemon nauis velum, l. 44. & acacium.

† Artemon. y Artemonem, hinc Alciatus colligit eſſe velum maiori additum ab ἀρτάω aſſuendo: Bayſius, maius velū interpretatur: nam & hoc vocabulo malus velum etiam Veneri appellant. Artemonis fit mentio, *Act* 17. *verſ.* 40.

z Proiectum fit, *Ecl.* 2. *c.* 241. *l.* 2. *ſup. de ſeru. vrban.*

a Mæuiana, *v. l.* 2. §. 6. *ne quid in loco publ.* mæuiana, *Hal*, & in lege 20. *de ſeruit. vrb.* Mæuiana à dicta Mæuio cenſore. *Feſtus.* Græci χρόσσας appellant *v. l.* 11. *C. de ædif. priuat.*

b *Varro* 3. *de re ruſt.* ſubgrundæ, *Hal.* ſubgrunda, *vulg.* 2 *Vitruu.* 9 Inde ſubgrundario, 4. *Vitruu.* ſubgruenda: *l.* 25. §. 12. *in fin. ſ. de his qui deiecerunt*: ſubgrunda, *ſ. de damno infecto & de ſubgrundis.*

c Pro regulis, *Hal.*

d *l.* 18. *in fi. ſ. de act. empt. l,* 12, §, 19 *ſ. de inſtruct.*

k Sic ſentio, à pœna legibus ſtatuta appellari non poſſe. nec enim à [...] ipſum magiſtratum legum cuſtodem appellari poteſt, *l.* 1. §. 4. *in fin. ſup.* [...] negotio malè fortaſſis à iudice intellecto, aut non plebe probato, *d. l.* 2. [...] *appellationes*: appellari poſſe; & hic ſenſus admodum eſt apertus.

l Innuitur quarta differentia pœnæ & multæ, *de qua dictum in d. l.* 131. [...] n *l.* 1. §. 4 *ad Turp. v l.* 15. *ſup. ad municipalem.* o Innuitur tertia differ[...] *qua in d. l.* 131. p Structiles baſes. *v. l.* 241. *ſ. eo.* q Religatæ. *Hal.*

r Lychnus λύχνος Lucerna, lychni penſiles: *Plautus.* dependet lychni l[...] aureis. *Virg.* 1. *Æneid. Suet. in Iulio.* ſ Imò ſunt. *l.* 12. §. 13. *ſ. de inſtructo.*

t Prothyrum, ſeu diathyrum, hic eſt velamen, quo aditus ædium obte[...] ſenſu, prothyrum ſumitur in Nou Leonis 57. ídque pars eſt ædium, *v. Cuiac.* [...] ſed Lipſius 2. *Epiſt.* 7. Prothyrum interpretatur, repagula è ferro vel lapide [...] alia re vtcunque depacta, arcendis à veſtibulo ædium vehiculis & equis. [...] velamen dicit in lege 12. § 23. *ſ. de inſtructo*, Galli appellant *barriere* [...]

u In ædibus vtrimque, Lipſius 2. *Epiſt.* 7. x *l.* 2. *ſ. ad exhib.* 2. *Ecl.* 2. *c.* [...]

y *l.* 75. *ſ. eod. Ecl. ibid.* z *al.* ſoluit.

a περὶ κανόνων διαφόρων νομίμων 2. *Ecl.* 3. 6. *Harm.* 2. De regulis [...] *tra vlt.* 5 *Sixt. vlt.* b Non tamen de omnibus. Deſunt enim ſequentes [...] put requiritur, *l.* 12. § 2 *ſ. de leg.* curatorem habenti curatorem dari non [...] *in fi. ſup. de tutoribus datis.* In rem ſuam tutorem auctorem eſſe non poſſe, [...] *auct. tutor. l.* 22. *C. de furtis*, adde l 13. §. 1. *ſup. de liber. & poſthum.*

c Id eſt ſententiis, definitionibus. Huiuſmodi regulæ magnam vtilitatem [...] ſcientiarum genere adferunt. Inde Vegetius 3. *c.* 26 recenſet regulas qua[...] rales bellorum. idem medicis præſtāt Aphoriſmi Hippocratis, Poſtulata G[...] quæ primæ Ciceroni 5. *de finib.* petitiones, *Caßiodoro* αἰτήματα Eucli[...] denda, Martiano Capellæ. Eodem fini Annianus ex Pauli ſententiis qu[...] this ſuis ſelegit, quæ hodie receptæ Pauli ſententiæ dicuntur

d Ne dicas antiquati: nullæ enim hic inueniuntur regulæ iuris à Iuſt[...] quati, ſed recepti ab antiquæ prudentiæ iuris auctoribus, l. 1. *C. de fund.* [...] Iuriſconſultorum definitione, l. *vlt C. Theo. de diuerſis ſcriptis.* hinc regula [...] & illa quæ certiſſima dicitur, §. 1. *Inſt. de perpetuis & temporalib.* & vet[...] *de ſatiſd. l.* 36 *ſup. de pactis.* Cæterum Cuiacius addit, leges 28. 62, 65, 191, [...] miſſimas ab hoc titulo.

Regula

REGVLA a eſt, quæ rem, quæ b eſt, breuiter c enarrat, non d ex e regula ius ſumatur: ſed f ex iure, quod eſt g regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniectio h eſt, quæ ſimul cum in aliquo vitiata i eſt, perdit k officium l ſuum.

De fœminis. 1. De impubere.

2. *Vlpianus* lib. 1. ad Sabinum.

FOEminæ ab omnibus officiis m ciuilibus n vel publicis o remotæ ſunt p: & ideò nec iudices q eſſe poſſunt, nec magiſtratum r gerere, nec poſtulare ſ, nec pro alio interuenire t, nec procuratores exiſtere u. 1 ¶ Item impubes omnibus officiis ciuilibus debet abſtinere.

Non nolle, velle.

3 *Idem* lib. 3. ad Sabinum.

EIus eſt non x nolle y qui poteſt velle.

4. *Idem* lib. 6. ad Sabinum.

VElle non a creditur, qui obſequitur b imperio patris vel domini.

De furioſo & pupillo.

5. *Paulus* lib. 2. ad Sabinum.

IN negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qui fari poſſunt, quamuis actum rei non intelligerent c. nam furioſus d nullum negotium contrahere poteſt: pupillus e omnia tutore auctore agere poteſt.

De eo qui ad alium vult transferre hereditatem.

6 *Vlpianus* "lib. 7. ad Sabinum."

NOn vult hæres eſſe f, qui ad alium transferre voluit g hæreditatem.

De teſtato & inteſtato.

7. *Pomponius* lib. 3. ad Sabinum.

IVs noſtrum h non i patitur k eundem in paganis l & teſtato m & inteſtato deceſſiſſe n: earúmque rerum naturaliter o inter ſe pugna eſt, "teſtatus & inteſtatus."

De iure ſanguinis.

8. *Idem* "lib. 4. ad Sabinum."

IVra ſanguinis p nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

De obſcuris.

9. *Vlpianus* "lib. 15. ad Sabinum."

SEmper q in obſcuris r, quod minimũ ſ eſt ſequimur t.

De commodis & incommodis.

10. *Paulus* "lib. 3. ad Sabinum.

SEcundùm naturam eſt, commoda u cuiuſque rei eum ſequi, quem ſequentur incommoda.

De tranſlatione dominij.

11. *Pomponius* "lib. 5. ad Sabinum."

ID, quod noſtrum eſt, ſine x facto y noſtro ad alium transferri non poteſt.

De interpretatione teſtamentorum.

12. *Paulus* "lib. 3. ad Sabinum."

IN teſtamentis pleniùs z voluntates teſtãtium interpretantur.

De effectu exceptionis.

13. *Vlpianus* "lib. 19 ad Sabinum."

NOn videtur cepiſſe, qui per exceptionem a "à petitione" remouetur.

De die obligationis.

14 *Pomponius* "lib. 5. ad Sabinum."

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti b die debetur.

...ſic ſentio: his ...rem quæ eſt, ius ſignificari, quod in ipſa re controuerſa ſequi oporteat: vel cau... generalem qua moti ſunt prudentes. nam regulæ de facto non reſpondent. ſed ...iure, vt J. eo dicam: vel τὸ ὑποκείμενον rem ſubiectam, id de quo agitur, l. 67. J. eo. Id eſt, generaliter, & quidẽ ex iure variis in partibus iuris conſtituto, ac recepto, Dynus ad c. 1. *in ſexto eo.* & plurium legum conſenſione, *Hot. ib.* ita vt nihil ſit ſuper...uum, nec tamen obſcuritas inducatur. id ſi contingit, breuitas eſt laudanda, v. l. 37. ...*de dom.* etſi difficile ſit regulas ita componere, vt omnino abſolutæ ſint, ac perfe...*l. 202. J. eo.* Eſt igitur regulæ proprium, non vt ſemper ſignum habeat vniuerſale ...firmatiuum, vel negatiuum aut indefinitum, vt Dynus putat: ſed vt breuiter prima...la conſilia, primariam rationẽ iuris controuerſi decidendi præbeat. hinc definitur ...Græcis, τοῦ πράγματος συντομος ἀφήγησις, καὶ συνδεσμός, *Ecl. ib. Har. ib.* ſic apud ...medicos, ἀφορισμοὶ διὰ βραχυτάτων ἅπαντα τὰ τοῦ πράγματος ... *Galenus apud Hot.* 8. *obſ* 4. Exempla huius breuitatis varia extant in hoc titulo. ...non vt, *Hal Vulg.* e *Ecl. ib.* Ius antiquius eſt regula, quum ex eo regula naſca...ur. Ius, ipſa eſt æquitatis materia, regula eſt eius quaſi forma, & adaptatio. ſicut ...aliud ædificium, aliud architectonice, ex ædibus immediatè habitatio percipitur, ...mediatè ex ipſo artificio Ita dici quoq; poteſt ex regula ius ſumi. f Id eſt, regula, ...niſi ius aliquod antecedens habeat, regula eſſe non poteſt. Ius autem illud eſt vel ...ſtrictum, vel æquum ac bonum. Æqui obiecta ſunt, honeſtum, natura vtile. Vtile eſt ...fictione, repræſentatione (ſic dolus poſſeſſionem, rem, conditionem, factum: culpa rẽ: ...factum ſeu perſona, factum aliud, rem aliam, aliam perſonam repræſentat) præſum...ptione, coniectura, ſeu interpretatione, non captioſa, ſed ciuili. hine interpretatio ...ſumitur ex natura rerum ipſarum, putà genere, ſpecie, toto, partibus, ab eo quod plus ...eſt & minus, principali, acceſſorio, priuatione, habitu, ſignis, verbis, & mente: id eſt, ...obſcuro, ſeu ambiguo, quo in genere præſumptio ſumitur pro authore, pro eo quod ...veriſimilius eſt, pro rei præſentis opportunitate: pro conſuetudine, pro eo quod eſt ...benignius, vel fauorabilius: ac maximè quidem cùm agitur de libertate, dote, teſta...mento, iudiciis, contractibus, pœnis, lucro, onere, maiori parte: inter fiſcum, & priua...tos, de tacito & expreſſo, vbi agitur de actus cõſeruatione, de cõiunctis, & disiunctis, ...de odio, & fauore, de duobus malis, de initio vtili, vel inutili de iure nouo. Hæc Ioã...ni Ramo, præceptori quondam meo, & apud Louanienſes iuris anteceſſori doctiſſimo ...accepta refero. g ne dicas negotij, ſed (quia rei vocabulũ latiſſimè patet, quemad...modum oſtendi in l. 1. ſ. *de reb cred.*) iuris. h coniunctio, *vulg.* & malè. Eſt enim me...taphora ſumpta ex oratoribus, qui vel in principio obiter ſummam totius cauſæ ...coniiciunt, vt attentiorem faciant auditorem: vel in fine, vt eum memorẽ dimittãt, *Ioann. Ramus* Eſt igitur hæc legis ſententia, quod cauſæ coniectio eſt inter Rheto...res, regula eſt inter Iuriſconſultos: illa, iura omnia litigatorum in ſummã aliquam ...contrahit: hæc (vt ſic loquar) ſuccum elicit, & (vt Alchymiſtæ loquuntur) quintã eſſen...tiam exprimit, *hæc Hot.* 2. *obſ.* 3. Coniectio igitur, aptè dicitur, quia ex regula æquum ...conijcitur, non aliter quàm ex ſignis factum. i Putà, quia male & perperam eſt ...concepta, non quòd exceptiones habeat. nec enim exceptio vitioſum quid cõtinet. ...ſed quid potius ſecretum, aut remotum à regula, quàm declarat, & in ea declarãda ...officium ſuum facit, *Hot. ibid.* Poteſt tamen defendi, exceptionibus vitiari regulam ...propter ſpecialem rationem ex circunſtantiis ſingularibus deductam. k vt in fa...brica, ſi praua eſt regula prima, omnia mendoſè fieri, atque obſtipa, neceſſe, *Lucret. lib.* 4. *Hot. ibid.* l ὃ σημαίνει τὸ ὑποκείμενον, 6. *Harm.* 2. m i. functionibus. n i. virilibus, l. 1. §. 5. ſ. *de poſtul.* l. 18. *C. de procurator.* in quibus opera & miniſteriũ ...requiritur, l. 12. §. 2. ſ. *de iud.* l. 1. §. 1. ſ *ad Velleian.* l. 13. ſ. *de vac. mun.* o i. honorib. & muneribus publicis, l 6. ſ. *de capit min.* l. 78. ſ *de iud.* aut perſonalibus, l. 3. §. 3 *ſup. de muner.* corporalibus, l. 18 *ibi. tertio officium,* ſ. *de verb ſign.* Aliud eſt in nudis dig...nitatibus nobilitatem enim vel à patre, vel à maritis accipiunt, l. 8. *ſup. de ſenat.* p Non quia non habent iudicium, ſed ipſo ſexu, *d* §. 3. & *l.* 1. §. 5. ſ. *de poſtul.* iure Romano præſertim & moribus, l. 12. §. 2. ſ. *de iud.* l. 1. §. 1. ſ. *ad Velleian.* remouentur. q l. 12. §. 2. ſ. *de iud.* l. 18. §. 14. ſ. *de muner.* hodie vſu & conſuetudine, ſtatuto, principis priuilegio, hereditariam iuriſdictionem mulier habere, vel etiã nouam emere ſeu adquirere poteſt, *Dec. hic.* è contrario quædam cauſæ eſſe poſſunt, vt maſculus à iudicando aliquando excuſetur, l. 13. ſ. *de vacat.*
r adde l. 4. §. 2. *ſup. de off. proconſ.*
ſ l. 1. §. 5. *ſup. de poſtul.* t fideiubere, l. 4. *ſup ad Velleian.* u v. l. 18. *C. de procurat.* x Cic. 13. *ad Atticum* 22. Idque eum non nolle mihi ſcripſiſti. y Eius eſt nolle, *Vulg Hugo à Porta.* Eius eſt non velle, *Hal.* μὴ θέλειν, *Ecl.* 2. *c.* 6. *Harm.* 2. quam lectio...nem defendit Cuiac. 6 *obſ.* 39. & 15. *obſ* 23. reprehenſus à Robert. 2. *recept.* 26. & 1. *Animad.* 30. defenſus ab Antonio Mercatore 1. *Notat.* 30. Velle propriè dicitur, qui ...ſciẽs, l. 1. §. 3 *ſup. de tribut.* nec coactus, l. 4. J. *eo.* iubet, mandat, & imperat, aut expreſ...ſim approbat: nolle, qui ſciens nec coactus, expreſſim vel palã vetat, aut refragatur, l 24. *C. de negot.* Non nolle is videtur, qui tacitè approbat, qui ſciens patitur, nec ex...preſſim fieri iubet, eſtque inter velle & nolle medium. Non eſt velle, quia palã non iubet, non eſt nolle, quia palam non repugnat, ſed tamen probat. Non velle, non eſt expreſſim refragari, ſed factum tacitè reprobare. Non eſt velle, quia non iubet. Non eſt, nolle, quia palam non vetat. Non nolle, non eſt iubere, ſed approbando pati, l. 1. §. 3. *ſup. de tribut.* Non velle non eſt vetare, ſed tamen reprobando pati. Velle igitur, & nolle, eſt iuſſio, & prohibitio expreſſa, l. 86. *ſup de hær. inſt.* non nolle, & non velle, tacita. Huc res redit, velle potes? potes nolle, vt hic ſecundum Vulgatam: potes etiã non velle, ſecundum Haloandrum, & Græcos: & non nolle ſecundum Florentinam. E contrario, non potes cum effectu velle? non videris nolle, l. 4. *ſup. de acq her.* huc adde *l.* 37. J. *eo.* nolle non dicimur, quoties velle contrarium vtiliter non poſſumus, l. 101 *ſup. de cond. & demonſtr.* Nolle adire non videtur qui non poteſt adire, l. 4 *ſup. de adq her.* Nolle dicimur, cùm contrarium poſſumus, l. 17. §. 7. *ſup. de ædil.* Addamus hæc ex Senec. 6. *de beneſic.* 20. Non ideo, inquit, minus vult, qui non poteſt nolle & poſt. Multum intereſt vtrum dicas. Non poteſt hoc nõ facere, quia cogitur: an, non poteſt nolle & *poſt.* Quis tam demens eſt, vt eam neget voluntatem eſſe, cui non eſt periculum deſinendi, vertendique ſe in contrarium cũ ex diuerſo nemo æquè videri debeat velle, quam cuius voluntas vſque eò certa eſt, vt æterna ſit. An ſi is quoq; vult, qui poteſt ſtatim nolle, is non videbitur velle, in cuius naturam non cadit nolle?

a Imò creditur, l. 26. §. 1. *in fi ſup. de pign.* l. 12. *ſup. de ſponſ.* l. 22. *ſup. de ritu.* b v. l. 4. *C. de adulteriis,* 2 *Ecl.* 3. *c.* 4. 6. *Harm.* 2. Eius qui obſequitur an actus voluntarius & ſpontaneus ſit dicendus: an & quomodo volũtas coacta, voluntas dicatur, v. Deciũ hic. An iuſſus ſuperioris excuſet à delicto, v. l. 20. *ſup. de oblig.* An velle dicatur, qui cogitur v. Cuiac. 16. *obſ. vlt.* adde l. 142. J. *eo.* c Intelligant a vulg Hal. d *v. l.* 1. §. 1. 2. *ſup. de obl.* e *v. l.* 43 *ſup. de obl.* f ex teſtamento, vel ab inteſtato. g i. qui tranſtulit. i. qui paſſus eſt reipſa transferri, l. 88 *in fi. ſup. de her. inſt* nam velle, multis caſibus cum effectu intelligendum eſt, *v. hic Dec* h Romanũ. i vt tamen Socin. *reg.* 400. k Imò patitur, l. 15. *in fi. ſup. de inof.* l rebus ſc. pagani, i. non militis m v. l. 6. *in fi. ſup. de teſt. milit.* §. 5. *Inſtit. de her. inſt.* n Pro parte inteſtati decedimus, ſi vniuerſalis hæres pro parte hæreditatẽ, poteſt repudiare, l. 1. l. 2 *ſup. de acq. her* Item ſi portio repudiantis hæredis, reliquis ſcriptis hæredibus non adhæreſcit, l. 63. *ſup. de hær. inſt* Ideóq; ne id accidat, ius adcreſcendi introductũ eſt. Quid ſi teſtator partes omiſit? idem ius erit: ſi quidem tacitè vult eas ſcriptis adcreſcere. Quid ſi vetuit ſcriptos hæredes adcreſcendi iure vti? non probo Dynum, & alios dicentes, nihilominus ius adſcreſcendi competere, cùm id teſtator vetuerit. Et, vt paucis complectar, non eſt ex bona fide id hæredi adquiri, quod teſtator ad eũ peruenire noluit. l. 46. *in fi. ſup. de hær. inſt.* Non probo Bartholi opinionem in l. 9. *parag.* 13. *duo ſi de her. inſt.* totã rẽ ad cauſam inteſtati reduci. Nec id probo quod Clarait 3. *ſent. parag. teſt. q* 74. teſtamentũ irritum fieri, cum actui, l. teſtamento ſit fauendum vt valeat. Nihil etiã intereſt verbis an facto teſtator voluntatẽ ſuam declaret, *arg. l.* 32. *ſup. de legib.* placet media ſententia, in partẽ non ſcriptam, hæredes ab inteſtato ex præſumpta & collecta volũtate teſtatoris admitti, ne alioquin actus pereat, l. 12. *ſup. de reb. dub.* nam qui vetat ſcriptos hæredes iure adcreſcendi vti, tali prohibitione, & teſtamentarios confirmat hæredes & ad alias partes vacantes, hæredes ab inteſtato ſatis expreſſè vocat, *v. l.* 74. *ſup. ad Treb. l.* 6. *in fi. ſup. de fideic. libert l.* 32. *in fi ſup. ad l. Falc.* vt iam non ab inteſtato ſuccedatur, ſed ex teſtamento. Idem dicendũ, ſi diſertis & expreſſis verbis mãdauit, vt partes non expreſſæ, ad hæredes ab inteſtato deferrentur. tunc enim ſucceſſio non erit ab inteſtato, ſed ex teſtamento: & ita intelligi cupio, quod ſatis generaliter ſcripſi ad l. 55 *ſup. de leg.* 1. ita teſtamentũ non fuerit inutile, quia defunctus teſtari voluit: neque pars vacans adcreſcet ſcriptis hæredibus quia id vetuit: ab inteſtato hæredibus adquiretur, quia id voluit. adde, *his adde ad quæ not. ad* Dec. *in l.* 27. *n.* 7. J. *eo.* ſtatuto aliud conſtitui poſſe, quod notauit *l. vlt. ſup. de iuriſd.* quemadmodum ex poſt facto & accidenti fieri poteſt, vt quis moriatur pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus, v. l. 15. *in fi. ſup. de inoff.* o Naturaliter inter ſe pugnantia, contradicẽtia. p adde & agnationis, l. 34. *ſup. de pact.* nautæ, l. 8 *ſup. de cap. min. l.* 2. *in fi. ſup. de vſufr. earum rerum: l.* 1. *parag.* 2. *in fi ſup. de leg. præſt. parag.* 11. *Inſt. de iure natur.* q *Harm.* 16. *parag.* 6. r Legatorum contractuũ, pœnarũ, non iudiciorum. attenditur enim in his quod melius eſſe poteſt actori, *v. Dec. hic.* De obſcuro, v. l. 22. *in fi. ſup. de fideic. libert.* de ambiguo, v. l. 80 *ſup de verb. obl.* ſ 2. *Ecl.* 3. *parag.* 11. *l.* 200. J. *eo.* 3. *Harm.* 8. *parag.* 8. *l.* 14. *in fi. l.* 39. *parag.* 6. *ſup. de leg.* 1. *l.* 43. *in fi ſup. de leg.* 2. *l.* 29. *parag.* 1. *l.* 75 *ſup. de leg.* 3. *l.* 83. *parag.* 3. *l.* 109. ſ. *de verb. obl.* & quod benignius, l 56. J. *eo.* veriſimilius, aut quod plerunque fieri ſolet, l. 114. J. *eo.* quod mitius, l 4. *parag.* 3. *ſup de ſupell. l.* 32. *in fi. l.* 42. *ſup. de pœn.* quod leuius, l. 51. ſ. *de cond. & dem.* quod vilius dicenti, l. 66. *ſup. de iud. l.* 8. *parag.* 3 *ſup. de leg.* 2. reo & debitori, l. 11. *ſup. de iure dot.* t niſi de legato ad pias cauſas agatur, l. 38. *in fi. ſup. de auro.* & niſi teſtatoris voluntas, l. 13. *ſup. de reb dub.* aut actus contrahentium repugnet, l. 39 *ſup. de pact. l.* 25. *l.* 34. *parag.* 6. *ſup. de contr. empt.* niſi obſcurum à iudice declarari oporteat, l. 69 *parag.* 1. ſ. *de iure dot.* niſi quod minimum eſt nullius ſit momenti, l. 37 *ſup. de leg.* 1. u *v. l. vlt. parag.* 3. *C. de furt.* adde 2. *Ecl.* 3. *c.* 11. *l.* 65. *in fin. ſup. pro ſoc. l.* 13. *parag* 1. ſ. *de acq poſſ.* x *v, quæ not. d. tit. C. de reb. alienis non alienand.* y conſenſu, animo. z *v. l.* 7. *C. de fideic.* Imò reſtrictiùs, *v. l.* 75 *ſup. de leg.* 3. a *v. l.* 115. *in fi. ſup. eo. v. l.* 7. *parag.* 8. *ſup. de dolo.* b *v. l.* 41 *parag.* 1 *ſup. de verb. obl. v. l.* 52. *ſup. de acq. rer. l.* 143 *ſup. de verb. obl.* 2. *Ecl.* 1. *c.* 13.

a Repræſentatione, non reipſa, leg. 204.ĵ.eo.l.15.§.5. ſ.4.ſ. qui ſatiſd. b εἰκονικῶς, Eclog. 56.c.16.3.Harm.3. §.42.v.l.54.ſup. de obl. c v.l.15. in fi.ſ. de annuis. d adde l.50.ſup. de obl. v.l.41.§.1. in fi. ſ.de verb.obl. e v.ad hanc legem Hotom.5.obſ.3. † ſub. pura non conditionalia, l.14. in fin. ſup. vi legatorum nomine. f vt purà, in diem aeternum relicta, l.5. §.1.ſ. quando dies, non conditionalia, l.vnic.§.7.C.de caducis tollen. g v.l.78.ſup. de verb.obl.lig.144.in fi.ĵ.eo v.l.11.§.1. ſ. qui potiores. h 1. etiamſi conditio exiſtat poſt emancipationem filij. in eo differt legatum à ſtipulatione; ex hac enim adquiritur patri, etiamſi conditio exiſtat poſt emancipatum filium: ex illa non item. Rationem differentiæ collige ex iis quæ ſcripſi ad l.78.ſ.de verb.obl. i libertate nobis præſtita à dominis, conditio exiſtat, *Vulgata*. k hanc vocem *domini*. Hot. expungit, 5.obſ.2 in fi. l Hæc lex deeſt in Florentina & Haloandri editione. m l.88 ſ.de verb. obl.l.15.ſ.de negot.

De effectu actionis.

15.*Paulus*"lib.4.ad Sabinum."

IS, qui actionem a habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere videtur b.

De imaginaria venditione.

16.*Vlpianus*"lib.21.ad Sabinum."

IMaginaria c venditio non eſt pretio accedente.

De tempore.

17.*Idem*"lib.23. ad Sabinum."

CVm tempus in teſtamento adijcitur: credendum eſt pro d hærede adiectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris: ſicuti in ſtipulationibus promiſſoris e gratia tempus adijcitur.

De acquiſitione.

18.*Pomponius*"lib.6.ad Sabinum."

QVæ f legata † mortuis nobis ad heredem noſtrum tranſeunt g, eorum commodum per nos his, quorum in poteſtate ſumus, eodem caſu adquirimus. aliter atque quod ſtipulati ſumus. nam & ſub conditione ſtipulantes h, omnimodò eis adquirimus, etiam ſi liberati i nobis poteſtate domini k conditio exiſtat.

Quod tempus in ſtipulationibus ſpectatur.

PAVLVS l.

SI m *filiuſfamilias ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus.*

De conditione contrahentis vel legatarij. 1. *De doli exceptione.*

19.*Vlpianus*"lib.24.ad Sabinum."

QVi cum alio contrahit n, vel eſt, vel debet o eſſe nō ignarus p conditionis q eius. heredi r autem s hoc imputari non poteſt, cum non ſponte t cum u legatariis contrahit x. 1 ¶ Non ſolet exceptio y doli nocere his, quibus voluntas teſtatoris non refragatur z.

De fauore libertatis.

20.*Pomponius*"lib.7.ad Sabinum.

QVotiens dubia a interpretatio libertatis b eſt, ſecundum c libertatem d reſpondendum erit.

De eo quod eſt plus vel minus.

21.*Vlpianus*"lib.27.ad Sabinum."

NOn debet, cui plus e licet f, quod minus eſt, nō licere.

De ſeruis. 1. *De conditione in arbitrium domini, vel procuratoris eius collata.*

22.*Idem*"lib.28.ad Sabinum."

IN † perſonam ſeruilem nulla g cadit obligatio h. 1 ¶ generaliter probandū eſt, vbicumq; in bonæ fidei iudiciis i cōfertur in arbitriū domini k vel procuratoris l eius m cōditio, pro boni n viri arbitrio hoc habendum eſſe.

De dolo, culpa, diligentia, & caſu.

23.*Idem*"lib.29.ad Sabinum."

COntractus quidā o dolum malū duntaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam. dolum tantùm, depoſitum p, & precarium q. dolum & culpam, mandatum r, commodatum a, venditū b, pignori c acceptū, locatum d, item dotis e datio, tutelæ f, negotia g geſta. in his quidē & diligentiā h ſocietas i & rerū communio K & dolum, & culpam recipit. ſed hæc ita, niſi l ſi quid nominatim conuenit, vel plus, vel minùs, in ſingulis contractibus. nam hoc ſeruabitur, quod initio m conuenit. legem n enim contractus dedit: excepto eo, quod Celſus putat, non valere, ſi conuenerit, ne o dolus præſtetur. hoc enim bonæ p fidei iudicio contrarium eſt. & ita vtimur. Animalium verò caſus q, mortes r, quæque ſine ſ culpa accedunt, fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ t, tumultus u, incendia x, aquarum y magnitudines, impetus prædonum z à nullo a præſtantur b.

De eo quod intereſt.

24.*Paulus*"lib.5. ad Sabinum."

QVatenus cuius c intereſt, in d facto e, non in iure f conſiſtit.

De cautione.

25.*Pomponius*"lib.11.ad Sabinum."

PLus g cautionis in re h eſt, quàm in perſona i.

26.*Vlpianus*"lib.30. ad Sabinum."

QVi poteſt inuitis K alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus l poteſt m.

De pactis. De cauſis obligationum. De modo actionum.

27 *Pomponius*"lib.16.ad Sabinum."

NEc n ex prætorio o, nec ex ſolemni p iure, priuatorum q conuentione quicquam immutandum eſt. quamuis obligationū cauſæ pactione r poſſint immutari & ipſo ſ iure, & per pacti conuenti exceptionē. quia actionum modus vel lege, vel per prætorem introductus, priuatorum pactionib. non infirmatur t: niſi u tunc, cùm inchoatur x actio y, inter eos conuenit.

De his qui ex liberalitate conueniuntur.

28.*Vlpianus*"lib.36.ad Sabinum.

DIuus Pius reſcripſit, eos, qui ex liberalitate z cōueniuntur, in a id quod facere poſſunt b, condemnandos c.

De eo quod initio vitioſum eſt.

29.*Paulus*"lib.8.ad Sabinum."

n Contraxit, vel eſſe vel fuiſſe debet non ignarus, *Hot 5 obſ.8.* vt vt ſit, lex agit de contractu. An idē in delictis? vtiq; *v.Dec.hic.n.6.* o excuſat tamen iuſta ignorātia, *l.3.ſ.de Maced.* p In iis quæ ſcire poſſumus & ignorare nō debemus, factū nocet, *l pen.ſ.de Maced.l.48.ſ.de fideiuſſ.* q i. ſtatus, an ſit paterfamilias, vel filiusfamilias, ſeruus, vel dominus: *Cuiac 7.obſ.36.* Hot.5.*obſ.8.* hæc legis verba porrigit ad eos qui vel contrahendi, vel diſtrahendi ius non habent, ſuperiorib. adde illud Senecæ, Nomina facturi, diligēter in patrimoniū, & vaſa debitoris inquirimus, *2.de benef.in pr.* r *l.42.ĵ.eo.* ſ hæc Sabini ſententia eſt. *Cuiac.7.obſ.36.* Imò nō eſt, *Hot 5.obſ.8.* t aliàs certè contrahit, l.3 *in fi.l.4.ſ.quib. ex cauſ.in poſſ.* u *l.5.§.3.ſ. de obl.§.5.Inſt.de obl.ex quaſi contractu:* & coheredibus l.25.§.16.ſ *famil.* x ſoluēdo ſcil. & ita verbum *contrahere* hic impropriè ſumitur. Solutio namque eſt diſtractus, non contractus. hæredi igitur non nocet, ſi, ignorata conditione, pecuniā ſoluit. Imò ne ei quidem nocet ſcientia, ſi mandato teſtatoris ſoluit, l.14.§.2.ſ.*quando dies: Cuiac.7.obſ 36.* Id tamen negat Hot.5 *obſ 8.* textum ſuperioris ſententiæ requirens.

y l.34.*in fi.ſ.de auro: l.15.ſ.de alim l.6.C.de act.her. l.1.C.de iure dot.* adde l 4.*in fi.ſ.de his quæ vt indig.* z adde l.177 *in fi.ĵ.eo.* a Dubium quid, dixi *C.de reb.dub.* b voluntatis, *P.Faber.* c *l.179.ĵ eo.l.13.ſ.de prob l.vlt.§.1.ſ.de vulgari: l.3.in fi. ſ.de his quæ in teſtamento delentur: l.24.ſ de manum. l.10 in fi.ſ.de manum.teſtam.*

d Cuius cauſa pia dicitur, *l.1.§ pen.C.de comm.ſeruo:* legitimæ anteponenda, deductis enim libertatib. quarta initur, *l.8.§.9.ſ.de inoff.* e adde l.26.ĵ.*eo l.110.l.163. l.165 ĵ.eod.c.cui licet 53.de reg.in 6.* minor poteſt reſtitui, ergo appellare, *l.43.ſ.de minor.* potuit iudex non deferre iuramentum, poterit igitur iuraturo certam ſummā definire, intra quam iuret, l.76.ſ.*de rei vind.l.5.§.1.ſ. de in litem iurando.* de argumento a maiori ad minus affirmatiuè concepto, *v.l.11.in fi.ſ.de liberis:* adde *l.22.* §.3.ſ.*de adult.l.2.C.ne fideiuſſ.dot.* niſi id quod maius eſt alicui ſpecialiter & ſtrictè ſit conceſſum, vel ex iuſtis cauſis, minoribus, *v.l.61.in fin.ſ de iud.l.7.§.3.ſ.de reb. cor.* quod in diſpenſatione, delegatione, decreto & mandato perſpicitur. f E contrario valet argumentum à maiori ad minus negatiuè conceptum, l.4.ſ *de ſenat.l.5.ſ. de ſeruis exportandis, l.7.in fi.ſ.de interdict.& releg.l.7.in fi.C.de reuoc.donat.l.vlt.C.de decur.v.Nou.89.c.11.* † 1.*Harm.14.§.1.* g ex contractu ciuili ſc. aliàs ex delicto & naturali cadit, *v l.14.ſ.de obl.* adde *l.33.* h & actio, *l.107.ĵ.eo.* adde *l.208.ĵ.eo.* i & legatis, *l.1.ſ.de leg.2.l.43.ſ.de leg.3.* K Hinc collige, emptionem & locationē in domini, id eſt, vendentis, vel locantis arbitrium conferri poſſe. Imò neutrum poteſt, l.2.ſ.*de contr.empt.l.35.ſ.loc.l.8.ſ.de obl.l.17.l.18.in fi.ſ.de verb.obl.*

l idem in aliis quibuſcumque extraneis, v.Hotom. ad hunc locum, 5.*obſ.16.*

m aliqua conditio, *Hot.ib.* conditionis vocabulo qualitatem rei approbandæ vel reprobādæ intellige. n *l.6.ſ pro ſocio.l.7.ſ.de contr.empt l.24.l.76.ſ.locati: l.3.in fi.C. de dotis promiſſ.* qui conſentit in arbitrum, bonum virum intelligit. o l.5.§.2.*ſup. commodati: l.108.§ 12.ſ.de leg.1.* p *l.5.§.2.ſup.commodati: l.14.§.1.ſup.de furtis: l.1.§.10.in fi.& §.vlt.l.11.l.12.ſ.depoſiti: l.3.§.1 ſup.nautæ.* q *l.8.§.3.ſ.de precar.* r *l.8.§ 9.§.10.l.60.in fi ſup.mandati: l.11.l.13.C.mandati.*

o Dolus ne præſtetur, effici pacto non poteſt, l.27.§.3.ſ.*de pact.l.17.ſ com*
l.1.§.7.ſ.depoſiti. p *l.7 §.16 ſ.de pact.* q Caſus non præſtantur, 2.*Ecl.3*
l.10 in fi ſ.de peric.l.11 §.1.ſ.locati: l.2 §.7.ſ.de adm.rer. ad ciuit.v.reliqua
de pign act. r l.22.ſ.*de negot.* ſ aliàs ſi culpa caſum præſtat, *v.l.11.ſ.de*
§.4.ſ.*de obl.* t l.26.§.6.ſ.*mandati: l.2.ſ.de peric.l.31 ſ.de act.empt.l.50 ſ*
tut. u *l.1.§.1.ſ.depoſiti.* x l.11.§.1.ſ.*locati: l.1.§.4.ſ.de obl.* y l.10.*in fi*
viculo: naufragia, *l.3.§.1.ſ.nautæ: l.1.§ 4 ſ.de obl.l.26.§.6.ſ.mand.* z pira
§.1.ſ.*nautæ: l.18.ſ.commod.* incurſus hoſtiū non exercitus prætereūtis laſci
§.2.ſ.*locati:* latronum, l.26.§.6.ſ *mand.l.50 ſ.de adm.tut.* a Imò præſtan
quis in ſe caſus periculum recepit, l.1.*C.commod.* b quia illis reſiſti non
l.18 *ſup.commod.* c cuiuſque, *Hal.* d *ſic in l.10 ſup.de cap.minutis.* e
conſiſtunt, de quibus ex facto iudicium eſt, poteſt enim ex eodem facto pro
perſonarum, l.118.*in fi.ſup.de verb.obl.* locorum, l.2.*de eo quod certo loco.* tem
l.4.*ſup.de eo quod certo loco, l.15.ſup.de negot.l.72.ſup.de iud.l.16.ſup. de pa*
pluris, aliàs minoris intereſſe. interdum ne intereſſe quidem: ideo nulla iuri
tione id comprehendi poteſt, *Hug.Donell.in lib.de eo quod intereſt. c.2.in fin*
quæſtionib. adde l.16.*in fi ſ.de ſtatu: l.79.§.1.ſup.de iud.l.52.§.2.ſup.ad l A*
ſup.qui potiores, l.8.§.13 ſup.quib.mod.pign l.32.ſup de vſur.l.30. in fi.ſup.
f In iure ea conſiſtunt in quibus cum quid inciderit, conſtat, quidnam id, au
ſit. ſunt hæc huiuſmodi, vt hominum prudentiæ æſtimari & diiudicari poſſi
nell hic. g Imò tantundem, l.4.§.8 *ſup.de fideic.libert.* Imò minus, Reales n
minori tempore, & re extincta tolluntur: perſonales ad genus quod nunqua
cōpetunt: realis non competit in quadruplum: In reali probādum eſt domini
eſt difficile. Solue. Plus cautionis eſt rem habere apud ſe, quàm contra aliu
v.Bellon.1.ſupp.8. h in rem, *vulg.Hal.* Id eſt, in pignore, *paragr.4 Inſt.de ob*
de iſto, in pactis, l.21.*in fi.ſup.de pact.* & actionibus quæ id quod deeſt perſo
ſupplent, l.16.*paragr.3.ſup de pign.* & priuilegiis realibus, l.3.*in fi.l.4 paragr.3*
cenſib. i niſi lex perſonalium præciſè mentionem faciat. l.7 *ſup.de ſtipul.pr*
k Difficilius qui poteſt, idem & facilius poteſt, l.4.*paragr.3.ſup.de fideicom*
adde l 6.*ſup.de tutor.datis* hinc colligunt neminem cogi eum citare, quo inui
exercere poſſit, *Decius.* l Præſentia non debet expectari, quæ nihil operatu
in fi ſup.ad Velleian. m niſi ratio ſit diuerſa: vt in arbitris, l.18.*ſup.de arbit*
dicibus, quorum præſentia alios poteſt in ſuam ſententiam trahere, l.39 ſ
iudicata. n 1 *Harm 9.paragr.20.* o Idem de publico, l.45.*in fi.ĵ.eo.l.38*
pacti: de communi, l.7 *paragr.16.ſup. de pactis:* de regulis iuris ciuilis, l.28
pactis: de legibus, l.55 *ſup.de legatis* 1.de iure Reipublicæ, l.2.*paragr.8 ſup.de*
rerum: de iuriſdictione, & forma iuris publici, l.13.*C.de teſtamentis,* de iure
de quo vide l 8 *ſup.eod.* de ſenatuſconſultis, edictis, principum conſtituti
bonis moribus, l.7.*paragr.ait prætor paragr.de pactis, C.de pactis.* p ſolenni
Hal. id eſt, conſueto, recepto, formato. q 2.*Ecl.2.c.27.* aliud in conſuetu
ſtatuto quibus derogari poteſt iuri publico, qua de re *v.quæ ſcripſi ad l.9.C.de*
r l.43.*ſup.de pactis: v.l.23.in verbis,* ſi quid nominatim conuenit, *ſup.eod.*
ſ l.27 *paragr.2.ſup.de pactis:* τῷ αὐτῷ δικαίῳ, *Eclog.ibid.*
t οὐκ ἐναλλάσσεται, *Eclog.ibid.* informatur, *Hotom.55 Illuſt.fol.236.*
u Nec ſi tunc. Græci ita legiſſe videntur, quam lectionem interpretationi V
antepono, exiſtimantis competituræ actioni prætoriæ, vel legali reſiſti non
nam competenti, poſſe, vel ante cauſæ ipſius exordium, vel in ipſo ingreſſu
vel ſit hæc ſententia: Pacta initio adiecta contractus formant & reformant,
paragr.3.ſup.de pactis. x l.7.*paragr.5 ſup.de pactis.* y pactio, *vulg.* pacto,
à Porta. z Propria ſeu à ſe facta, non ab altero: mea, ſeu vera, non ob ca
l.49.*in fin.leg 50 ſup.de re iudicat.* ſed & ante rem traditam, l 9.*ſup.de cond.in*
a *vide leg.12.ſup.de donationib.*
b Facere poſſe videntur deducto ære alieno, l.19 *paragr.1.ſup.de re iudic*
omnibus ita deductis, ne ipſemet donator egeat, l.173 ĵ.*eod.*
c Niſi tali priuilegio renunciauit donator. Cur? priuilegij donationis (cùm
nem ex contractu habeat) renunciari poteſt. *v.Decium hic n.8.*

Quod

SGCB2021

Qvod initio a vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis conualeſcere b.

De nuptiis.

30. *Vlpianus*" lib. 36. ad Sabinum."

Nvptias c non concubinatus, ſed conſenſus d facit.

De factis, de eo quod eſt impoſſibile.

31. *Idem*" lib. 42. ad Sabinum."

Verum e eſt, neque facta f, neque ſtipulationes factum g poſſe tollere. quod enim impoſſibile h eſt, neque pacto, neque ſtipulatione poteſt comprehendi, vt i vtilem actionem, aut factum k efficere poſſit.

De ſeruis, de hominum æqualitate.

32. *Idem*" lib. 43. ad Sabianum,"

Qvod attinet ad ius ciuile l, ſerui pro m nullis habentur. n. non tamen & iure naturali o: quia, quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales p ſunt,

De actore & reo.

33. *Pomponius*" lib. 22. ad Sabinum."

IN eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri q facturus eſt, durior cauſa eſt petitoris r.

De interpretatione contractuum.

34. *Vlpianum*" lib. 45. ad Sabianum."

SEmper ſ in ſtipulationib. & in cæteris contractib. id ſequimur, quod actum t eſt. aut ſi non appareat, quid actum eſt, erit conſequens, vt id u ſequamur, quod in regione, in qua actum eſt, frequentatur. Quid ergo, ſi neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum x eſt, redigenda ſumma eſt.

Quibus modis tollitur obligatio.

35. *Idem*" lib. 48. ad Sabinum."

NIhil tã naturale y eſt, quàm eo z genere quídque a diſſoluere a, quo colligatum eſt b. ideo verborum obligatio verbis tollitur. nudi conſenſus obligatio cõtrario conſenſu diſſoluitur.

De culpa.

36. *Pomponius*" lib. 27. ad Sabinum."

CVlpa c eſt d, immiſcere ſe rei e ad ſe nõ pertinẽti f.

De condemnatione & abſolutione.

37. *Vlpianus*" lib. 51. ad Sabinum."

NEmo g, qui condẽnare h poteſt, ſoluere nõ poteſt i.

De hærede.

38. *Pomponius*" lib. 29. ad Sabinum."

SIcuti pœna k ex delicto defuncti heres teneri non debeat, ita nec lucrum l facere, ſi quid ex ea re ad eum m perueniſſet.

De eo quod per alium ſtat, quo minus fiat.

39. *Idem*" lib. 32 ad Sabinum."

IN omnibus cauſis pro n facto accipitur o id, in quo p per alium moræ q ſit, quò minus fiat.

De furioſo & prodigo.

40. *Idem*" lib. 32. ad Sabinum.

FVrioſi r, vel eius ſ, cui bonis t interdictum u ſit, nulla x voluntas eſt y.

De actore & reo.

41. *Vlpianus*" lib. 26. ad Edictum."

NOn z debet actoria a licere, quod reo b non permittitur. 1 ¶ In re obſcura melius eſt fauere repetitioni c, quàm aduentitio lucro d.

De ignorantia.

41. *Gaius*" lib. 9. ad Edictum prouinciale."

QVi in alterius e locum ſuccedunt, iuſtam f habent cauſam g ignorantiæ h, an id quod peteretur i, deberetur. ¶ Fideiuſſores k quoque non minus, quam hæredes, iuſtam ignorantiam poſſunt allegare. ¶ Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agetur: non l etiam ſi agat. nam planè qui agit, certus eſſe debet: cum ſit m in poteſtate eius n, quando velit, experiri: ante o debet rẽ diligẽter explorare, & tunc ad agendũ procedere.

De concurrentib. defenſionibus. 1. Vel actionibus.

43. *Vlpianus*" lib 28. ad Edictum."

NEmo ex his, qui negant ſe debere, prohibetur p etiam alia q defenſione vti, niſi r lex impedit. 1 ¶ Quotiens concurrunt ſ plures actiones eiuſdem t rei nomine, vna u quis experiri debet. x.

v.l.178.l.201. 210.j.eo.2.Ecl.3. 29.v.l.1.ſ.de ...g.Caton. adde l. 17.ſ.de oblig.ca.nõ ...rmatur, 18. de ...g.in 6.exemplum ...rit in ſentẽtia, l. 19.ſ.de appel. in- ...ſtitutione, l.210.j. ...o.teſtamento aut ...dicillis v.l.201. j.eo.matrimonio, de deſp.imp.in 6. fideicommiſſo, l.2. ſ.de leg.2.l.2.ſ.de ...eg.Catonia.ſtipulatione l.83.§.5.ſ. de verb.obl.adquiſitione, laudo liberatione, confeſſione, *Decius hic:* poſſeſſione ab initio inutili, *Iaſon in l.Iuſtè poſſidet* 11. ...ſ.de adq.poſſeſſ.ad- ...Hieron.39.quæſt. ...b ad duo quæ ſequitur concurrãt, ...ritiſſc. ceſſatio & ...poſſibilius actus, l. ...alſi principiũ ipſis rei vtile ſequatur, verbis, vel alijs actibus extrinſecus declaratis, veluti ratihabitione aliqua, vt in *l.11.ſ.ruſtic.l.* ...*ſ.comm.præd.l.27 ſ.de ritu: l.6.C.de nupt.l.24.§.1.ſ.de leg.1.l.1.§.1.l.7.ſ.de leg.* 3.*l.42.ſ.de her.inſt.l.20.§.1.ſ.de cond.inſtit.l.vn.C.de cont.iudic.l.1.C.ſi maior.fact.* quæ leges alioquin cõtrariæ ſunt. c 4.*Har.4.§.20.* d *l.15.in fi ſup.de cond.& dem.* ...*repu.* συναίρεσις, 2.*Ecl.3.c.30.*affectus, *l.11.C.de repud.* διάθεσις ἀμοιβαία, ...*Nou.*3.An ſolus cõſenſu? ait Iuſtinianus *Nou.74.c.4.* ὥς τε τοὺς γάμους ἐν μόνης διαθέσεως, *adde c.non locũ 14.ibi, ſolo cõſenſu contrahitur: extra de ſponſalib c.* ſufficit *ibi.ſolus ſecundũ leges cõſenſus 22.q.2.* adde *l.4.ibi, nudus cõſenſus, ſ. de ſponſ.* Hotoman. verò 4.*obſ*.26.negat: ait enim prætereà deductionẽ in domum mariti requiri, *l.5.in fin.ſ.de ritu: adde l.66.in fi.ſup. de don.inter vir.& vx.* Hanc regulam veram eſſe ait in muliere domũ deducta; nihil aliud hic innui, quam nuptias perfici ſolo cõſenſu ſine tabulis & ſcriptura, *l.11.de repu.* ſic ſentio, Nuptias per verba de præſenti cõtractas, ita firmas eſſe, vt ſecundũ matrimonium impediant, & affinitatis cauſam ipſis coniugibus pariant, cum nihil obſtet eandem virginem eſſe & vxorem arg *l.7.ſ. de ritu, c.licet.c.tua. extra de ſponſa duorum.* Vis eſt ea ſemel facti, vt id aliquando fuiſſe nunquã poſſit negari, *l.31.j.eo.* quod accideret, ea negata vxore quæ per verba de præſenti ſemel accepta fuerit, *v.l.15.ſ.de cond.& dem.* quod & euidẽtiſſimè probatur *l.8.C.de inceſtis,* concubitum non requiri. video tamẽ deductionem in domũ mariti requiſitam fuiſſe, *l.6.C.de don.ante nuptias.* e re ipſa. Fictione tamẽ mortuus dicitur viuere, *Inſt.de excuſ tut.* vt & aliquis bis mori, *l.51.§.2.ſup. ad l. Aqu.*& duo poſſidere, *l.13.§.13.ſ.de her.pet.* f huc refer illud Hieron.ad *Euſtoch.* Audacter dicã, cũ omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginẽ nõ poteſt poſt ruinã, *c.ſi Paul.32. q.5.*adde *l.vn.ib.* Caſtitas corrupta reſtitui nõ poteſt, *C.de raptu.* g *v.l.12.§.2.ſup. de capt.* h *l.31.ſ.de euict.l.3.ſup.de cond.& dem.l.35.ſup.de verb.obl.* i impoſſibile nihil parit. Ex eo quod eſt impoſſibile, vtile factũ naſci nõ poteſt: ſi, ita eſt, nec vtilis actio naſci poterit. k pactũ, *Vulg.ſic.in manuſcriptio,* & malè. l *l.41.ſup. de pecul.l. 38.§.7.ſ.de verb.obl.*& prætoriũ *l.20.§ 7.ſup.de teſta.*& extraordinariũ *l.7.ſ.de falſis,* ſolẽnia iuris ciuilis, *l.20.parag.7.ſupra de teſta.* m ſerui pro nullis habẽtur *l.1.ſup.de iure delib.*1.nullius iuris habẽtur, *l.3.in fi.ſ.de ca.minutis:* nulla in eos cadit obligatio *l.22.ſup.eo.l.43.in fin.ſ.de verb.obl.* nullúmque arbitrij ius *l.68.ſ.de verb.obl.* Ad ſolemnia teſtamenti non adhibentur, *l.20.§.7.ſ.de teſta.* tabularij eſſe non poſſunt, *l.3.C. de tabularijs,* his adde quæ ſcripſi ad *l.3.in fi.ſ.de cap.min.* & quæ dicam ad *l.209.j. eo.* n *excipe l.4.§.3.ſ.de eden l.53.ſup.de iudicijs: l.38.§.7.ſup.de verb.oblig.l.7.ſ.de falſis.* o ideoque ſolutũ non repetitur, *l.13.ſ.de cond.indeb l.83.ſ. de ſolut.* p Natura eſt cõmunis ſeruis *l.12.in fin.ſ.de accuſat.* Iure naturali omnes liberi, *Inſtit. de libert.* hinc ſeruitutẽ contra naturã eſſe dicimus, *l.4.§.1.ſ.de ſtatu,* Seneca 4.*Epiſt.*32. Quid eſt eques Romanus aut libertinus, aut ſeruus? nomina ex ambitione aut ex iniuria nata. q Duobus de lucro certantibus, deterior eſt actoris conditio 3.*Eclog* 3. c.33 niſi alterius cauſa tempore præcedat, l.89.*j.eo.* De lucro adde l.41.*in fin.j.eo.* l.*vnica: verſ.lucratiua, C.de imponen.lucrat.deſcript.lib.10.tit.35.* r l.98.l.154.*j.eo.*1. *Ecl.*2.§.57. è contrario melior eſt poſſeſſoris, *v.*l.126.*in fin.*l.128.l.134 *j.eod.*l.41. l.48.*ſ.de iudic.* ſ quoties ſcilicet cõſtat de voluntate: aliàs ſi nullis ſignis extrinſecis voluntas ſcripto manifeſto contraria declaretur, ſcripturæ ſtabitur, l.19.*ſup.de vſu.legato:* l.112 l.120.§.2.*in fin.ſup. de verb.oblig.*l.68.§.1.*ſ.de fideiuſſ.*l.*vlt.C.com. vtriuſque iudicij.* Eſt enim ſcriptura mentis & animi teſtimonium ac indicium: eam tamen ex communi vſu interpretamur l.7.*parag.2.in fin.ſ.de ſupell.* aut certo iudicio prudentum l.125.*ſ.de verb ſign.* t *v.*l.53.*ſup de verb.obl.2.Ecl.3.c.34.*quod agitur l.3.*ſup.de reb.cred.*actum opponitur dicto l.6.*parag.1.ſup.de contrah.empt.* Actum igitur eſt mens contrahentium ac voluntas l.219.*ſup.de verb ſign.*l.*vlt.C. quæ res pign.* res l.41.*ſup de iure dot.* veritas l.1.l.3.*C. plus valere quod agit.* Quibus iudicijs mens colligitur, alibi dicam. u Id eſt, conſuetudinem regionis ſequimur, *Ecl.ibi v.*l.50. *in fine ſup.de leg.*1.adde l.3.*in fine ſup.de teſt.*l.21 *parag.1.in fine ſup.qui teſt.*adde l.3. *ſup.de leg.*l.3 l.7 *parag.2. in fine ſup.de ſupell.*l.14. *parag.2.ſup.de alim.* l.17.*parag.1. ſup.de aqua pluu* & ideo conducere, concedere, contrahere, & quiduis agere, pro more regionis in dubio præſumitur: *v. Decium hic:* nam ſicut natura non ſeparatur à ſubiecto, ita nec à conſueto. Quod eſt de conſuetudine habetur pro pacto. x Minimum præſumimus in dubio promiſſum potius quàm actum inutilem: *Eclog. ibi v.*l 9.*ſup. eod.*ne alioquin actus pereat, cuius conſeruatio quoad eius fieri poteſt attenditur, l.180.*ſup.de verb.oblig.* y Contraria contrarijs actibus diſſoluuntur. *Nouell.*140.hoc fallit in matrimonijs, *v.leg.8.C.de repu.cap.1.extra de regulis,* & bonorum poſſeſſione, l.*vlt.C.qui admit.* z Id eſt, eadem fide; alio ſimili pacto, vel conſenſu, alijs verbis, *v.parag.1.Inſtitut.quibus modis toll.oblig.* a Quodque *vulgat. Haloand.*

a *l.100.l.153.j. eo.v.l.80.ſup.de ſolut.c.1.Extra eo. §.vlt.Inſt.quib. mod. tollit.l.1.C. quando licet empt.* b neceſſitate ſc. non eſt ſuperfluo. Ideo teſtamentum ad pias cauſas factum coram ſeptẽ teſtib. tollitur per ſecundum factum coram duobus teſtibus. *Decius hic num.*30. c c. non eſt ſine culpa 19. *de regulis in 6.* d mulieri: *l.8.§.1.ſ.ad l. Aquil.* artifici, *l.9.§.5.l.13.§.5 ſ.locati:* obſtetrici, *l.9.ſ.ad l. Aq.l.3 §.2.ſup.de ſicar.*medico *l.6.§.7 ſ.de off.præſi.§.7.Inſtit.de l.Aqu.* adſeſſori *l.2.ſup. quod quiſque iur.iudic.l.5.§.4 ſup.de obl.l.6.ſup. de varijs & extraord. Inſtit.de obl.ex quaſi del.in princ.* e l. negotio. f i.cuius eſt ignarus ac imperitus *d.§.1.d.§.5.* quæ eſt aliena, *l.19. in fin.ſup. de donat. l. C. de actuarijs,* in qua nullũ ius habet, aut interceſſio, *l.71.l.181.ſup. de verb.ſign.* g Condemnandi poteſtas cui non competit, idem nec abſoluere poteſt, l.6.*in fi.ſup.de off.proc.*& è contra, l.3.*ſ.de re iud.* h condemnare non poteſt, *Vulg.* i *excipe* l.3.§.2.*C. vbi. Senatores.* k 2.*Ecl.3.c.37.5.Harm* 8, *v.*l.33.*ſ.de obl.* l l.5.*ſ.de calumn.*l.1.*in fi.*l.3.*ſ.de vi & vi:*l.26.*ſ de dolo:*l.3.§.12.*ſ.de pec.*l.14.§.5.*in fi.*l.16.*in fi.*l.19.*ſ.quod met.cau.*l.35.*ſ.de obl.*l.2 *in fi.ſ.vi bonorũ:*l.1.*ſ.de priu.delict.*l.2.*C.vnde vi.* m Idem eſt in pupillo, l.3.§.1.*ſup.de tributoria: v.*l.1.l.5.*ſ.de auct.tut.* Eccleſia & bonæ fidei poſſeſſore, *Dec.hic.* n *v.*l.161 *j.eo.* o Cur ita? *v.l.*135.*j.eo.* p In quo quis alium perhorreſcit, quominus fiat, *vulg.*vt ſit ſenſus, pro facto haberi, quod fieri propter metum non potuit, *v.*l.22.*C.de his qui propter metum.* q mora eſt, *Hal.* Si creditor aut actor eſt in mora, debitor feciſſe intelligitur l.1.§.3.*ſup de eo. per quẽ:* l.17.§.3. *ſup.de vſur.*adde *c.mora.25.de reg.in.6.* r *v.l.5.ſ.eo.*l.2.*C.de contra.empt.*ac demẽtis l.17.*ſup.qui teſt.* Quod ad furioſos attinet, diſtinguendũ eſt. Alij ſunt in continuo furore, alij interuallatũ habent furorem. Priores, ne quidem adquirere poſſunt. Alij poſſũt in iudicio, teſtamẽto, tutela, & ſimilib. *v.Hot.3.obſ.29.* de furioſo dixi ad l.13. *parag.x.ſup.de off. præſi.* ſ maſculi vel mulieris, l.15 *ſup. de cur. fur.* t i.prodigi l.1.*ſup.de curat.fur.* u à iudice ſc.idque non perfunctoriè, ſed vel ex officio vltrò, prodigi adnatis, aut amicis petẽtib. *Dec.hic.* x in amittendo & alienãdo l, 26. *ſup. de cõt.empt.*l.18.*ſup qui teſt.*l.12.*ſup.de vſurp.*non in adquirẽdo l.5.*in fi. ſup.de acq. her.*l.6.*ſup.de verb.obl.*l 3.*ſup.de nouat.*l. 18. §.2.*ſup. de caſtr. pec.* y Prodigalitatæ pœnã eleuari hinc colligit Clarus 5.*ſentent.§.vlt.q.60.n.6.* z 1. *Harm.5.§.7.* Quod iuris eſt in vno relatorum, idem eſſe ſenſetur in altero, l.21. §. 11. *in fi.ſup. de arb.* l.13.§.1.*ſup.de iureiur.*l.20.*ſup.de re iud.*l.13 *parag.5.§.25.ſup.de act.empt.*l.*vlt.ſ.de accep.*l.3.*C.de indict.vid.No.117.c.7.in fi.*l.5 *ſup.de reſ.& ſup.tit.quod quiſq; iur.*l.1.*C.de diuerſ.reſcr.*l.7.*C.de reſt.ven.* a Et accuſatori. b *v.*l.125.*j.eo.c.nõ licet 32.de reg.in 6.vbi v Dyn.* adde l.16.l.25.*ſ.de proc.* Nota de argumento à reo ad actorem. l.9.§.6.*ſ.de iureiur.* c Fauetur ei magis qui repetit, quàm qui de lucro captando certat. Imò magis fauendũ minori qui alienũ accepit & dilapidauit, quam minori ſuũ repetẽti l.11.§.6.*ſ.de minorib.* Ea res me mouet, vt hic potẽ legendũ, retentioni *in.*l.91.§.3.*in fin.ſ.de verb.obl.* d 2.*Ecl.3.c.40.*l.33.*ſ.eo.*l.14.§.1.*ſ. de religioſis.* e Succeſſor ignorãdi iuſtã cauſam habet. Alieni facti ignorãtia excuſat, l.11.*ſ.ad Velleian.*l.21.*parag.1 ſ.de act. emp.*l.*vlt. in fi.ſ.pro ſuo.* nõ proprij vel ſui muneris: hinc illud, Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit *c.quãuis 10.extr.de reg.iur.* f An venia dignã & immunẽ à pœna? vtique. Imò, nõ vtique *l.9.ſ.de nautico fœn.*l.77.*ſ. de verb.obl.* Solue nõ vtiq; ſtricto iure: aliud ex æquo dicimus, adde c.14.v.Sebaſt.Medic.tr.de morte, parte, *cõcl.*100. g l.19.*ſ.e.*adde l.49. §.2.*ſ.de verb.ob.c.cũ quis 14. de reg.in 6.* h Ignorantia ceſſat in iis quæ in teſtamẽto continentur, l.12.*ſ.de trãſ.* i Aliud erit ſi ipſi petãt, *j.eo.&* l.49.§.2.*ſ.de verb. obl.* k Fideiuſſoris iuſta ignorãtia eſt, l.59 *ſ.de cõd.ind.v.*l.8.§.8.l.29.*in pr.&* §.2. *ſ.mãd.* l *d.§.2.&* l.37.*ſ.de arb.*niſi iuſta cauſa aliud ſuadeat. m Differẽtiã actoris & rei obſerua, l.5.*in fi.ſ.de except.doli,* l.6.*C.de tẽpor.in integ.* n Aliud in reo, l.2.*C. de dilat.* o Actionẽ præcedere debet diligẽs inquiſitio, *vt hic.* Idẽ in ferenda ſentẽtia iudicẽ facere oportet, l.9.*C.de iud.*& dãdo tutore, l.6.*ſ.de cur.furioſ.* p Niſi mẽtitũ ſit l.1.§.13 *ſup ſi quadrupes:*l.21.§.2.l.2.*in fi.ſ.de noxal.* q *v.*l.5 l.8.*ſ.de except.c.nullus plur.20.de reg.in 6.2.Eclog.3.c.43.* r *v.No.18.c.8 in fi.* ſ Concurrẽtes actiones. *v.*l.130.*j.eo.* t 2 *Ecl.3.c.43.*nã variarũ rerũ nomine, varias ſimul actiones edi poſſe conſtat, l.11.*ſup.de iuriſd.*l.35.§.1 *ſup.locat.* u In realib.actionib. Hotom.27 *Illuſtr.* id admittit *arg.*l.3.l.5.l.6.l.7.*ſ.de excep.rei iud.*in perſonalib.negat l.130.*j.eo.*l.14. §.2.*ſ.de except rei iud.*l.60.*ſ.de obl.v.Hot.ibi.* x Et poteſt nõ modò poſt vnius actionis dãnationẽ l.93.*ſ.de leg.3.*l.28.§.*vlt.ſ.de liber.*verũ etiã poſt vnius victoriã l.10. *ſ.de act.empt.*l.18.*ſ.de obl.* Interdũ eãdẽ inſtaurare ac referre certis de cauſis; veluti

De hærede.

44. *Idem* lib. 30. ad Edictum.

TOtiens in hæredem damus de eo, quod *a* ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex ſuo *b*.

De pignore, depoſito, precario, emptione locatione.

1. *De conuentionibus.*

45. *Idem* lib. 30. ad Edictum.

NEque pignus *c*, neque depoſitum *d*, neque precarium *e*, neque emptio *f*, neque locatio *g* rei *h* ſuæ *i* conſiſtere poteſt.

1 ¶ Priuatorum *k* conuentio iuri publico non derogat.

De pœna.

46. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

QVod à quoquo *l* pœnæ *m* nomine exactum eſt, id eidem reſtituere *n* nemo cogitur.

De conſilio. 1. De ſocijs.

47. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

COnſilij *o* non fraudulenti *p* nulla, obligatio eſt, cæterùm ſi dolus & calliditas interceſsit, de dolo actio competit. 1 ¶ Socij mei ſocius *q*, meus ſocius non eſt.

De calore iracun. De diuortio.

48. *Paulus* lib. 35. ad Edictum.

QVidquid *r* in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur *ſ*, non prius ratum eſt, quàm ſi perſeuerantia *t* apparuit iudicium animi fuiſſe, ideoque breui *u* reuerſa vxor *x*, nec diuortiſſe videtur.

De circumuentione.

49. *Vlpianus* lib. 35. ad Edictum.

ALterius *y* circumuentio alij non præbet actionē *z*.

50. *Paulus* lib. 39. ad Edictum.

CVlpa caret, qui *a* ſcit, ſed prohibere *b* non *c* poteſt.

Capere.

51. *Gaius* lib. 15. ad Edictum Prouinciale.

NOn videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere *d*.

Non defendere.

52. *Vlpianus* lib. 44. ad Edictum.

NOn *e* defendere *f* videtur, non *g* tantum qui latitat *h*, ſed & is qui præſens negat *i* ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.

De ſolutione indebiti.

53. *Paulus* lib. 42. ad Edictum.

CVius per errorem dati repetitio eſt, eius conſultè *k* dati donatio eſt *l*.

De iuris tranſlatione.

54. *Vlpianus* lib. 46. ad Edictum.

NEmo *a* plus *b* iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe haberet.

De eo qui ſuo iure vtitur.

55. *Gaius* lib. 2. de teſtamentis ad Edictum vrbicum.

NVllus videtur dolo facere, qui ſuo *c* iure vtitur.

De dubijs.

56. *Idem* lib. 3. de legatis ad Edictum vrbicum.

SEmper *d* in dubiis benigniora *e* præferenda ſunt.

Ne bis exigatur.

57. *Idem* lib. 18. ad Edictum Prouinciale.

BOna fides non patitur, vt bis *f* idem exigatur.

De peculio.

58. *Vlpianus* lib. 2. Diſputationum.

EX pœnalibus *g* cauſis non ſolet *h* in patrem de peculio actio dari *i*.

De hærede.

59. *Idem* lib. 3. Diſputationum.

HÆredem *k* eiuſdem *l* poteſtatis iuriſque eſſe, cuius fuit defunctus *m*, conſtat.

Mandati.

60. *Idem* lib. 10. Diſputationum.

SEmper qui non *n* prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. ¶ Sed & ſi quis ratum *o* habuerit *p*, quod geſtum *q* eſt *r*: obſtringitur *ſ* mandati *t* actione.

De refectione domus.

61. *Idem* lib. 3. Opinionum.

DOmum ſuam reficere *u* vnicuique licet, dum *x* non officiat *y* inuito alteri, in quo ius non habet.

De hæreditate.

62. *Iulianus* lib. 6 Digeſtorum.

HÆreditas nihil aliud eſt, quàm *z* ſucceſsio *a* in vniuerſum *b* ius *c*, quod defunctus *d* habuerit.

ob iuſtū errorem, l.13.§. *de inſt.l.1.* §.*vlt ſup. quand.de pecu.l.4.§.vlt.ſup. quod cum eo. vide Hot. ibid.*

a *v.l.37.ſ̄.eo.l.33.ſ̄.de oblig.*

b *l.9.in fi.ſup.de tributoria:2, Ecl.3.c.44.9 Har.8*, tunc enim in ſolidum tenetur.

c *l.29.ſ̄.de pign. action.v.l.30.in fi.ſ̄.de except.rei iud* adde *2.Ecl.3.c.45.*

d v l.15.ſ̄.*depoſit.*

e *v.l.1.§.11.ſ̄.de itinere actuque:l.4.§.3.ſ̄.de precario.*

f *l.16 ſup.de contrah.empt.v.l.4.C.de contrah.empt.*

g *v.l.20.C.de loc.*

h Proprietatem proprietarius emere non poteſt, ſed poſſeſſionem, & è contrà, l.28.ſ̄.*de acq.poſſeſſ.*

i adde, nec vſusfructus, l 5 *ſup.ſi vſusfr.petat.* neque ſeruitus, l.26 *ſup. de ſeruit.vrban.*

k *v l.27. ſup.eo. Eclog.c.45.*

l quoquam, *vulg. Hal.*

m *v l.42. C.de cond.indeb.*

n Pœnæ depenſæ repeti non ſolent, *l.19. l.42. ſup. de cond. indeb.l.22.ſ̄. de pign.* adde l.52. *in fi.ſup. pro ſocio, l.74.ſ̄. de ſolut.* o *2, Eclog.3, c 46.c.nullus, 62.de reg.in 6.l 2, in fi.ſ̄.mandati.*

p Conſilium fraudulentum obligat, *v.l.8 ſ̄.de dolo:l.1.§.3.ſ̄.de ſeruo corrupto, l.43.§.3.ſ̄.de furt.l.20.C.de furtis : l.16.ſ̄.de pœnis* : & ſi ſine conſilio noſtro quis id non erat facturus l.6.§.5.ſ̄.*mandati.* q Socius ſocij mei, meus non eſt ſocius 2.*Ecl.3, c.47.l.19.l.20.ſ̄.pro ſocio:* dic idem in liberto liberti l.105.ſ̄.*de verb.ſign.* & vaſallo mei vaſalli, & colono mei coloni (ratione tamen alterius non eiuſdem prædij quod à me vaſallus habet.) Nō idē in amico inimici mei l.1.§.10.ſ̄.*de off præfecti vrbis: l.3.ſ̄.de teſt.l.4 §.3.ſ̄.de leg.v.l.28.C.de inoff* & in fideiuſſore fideiuſſoris mei, *l.27.§.2.3.& 4.ſ̄.de fideiuſſor.* r Iracundia factum dictúmve, ratum non habetur, niſi perſeuerantia iudicium animi faciat, τὸ κατὰ ὀργὴν ᾗ θερμόθυτα λεγόμενον. 2.*Ecl.3, c.48.c ſi quis iratus, 2, q.2.* ſ in contractibus, l.9.ſ̄.*de public.* diuortiis.l.3.*C. de diuort.* in voto, *Dec.hic n.3*, iuramento, l.2.*C.ad l.Iuliam maieſt.* confeſſione, *Dec. hic n.4.* at non in delictis: qua de re, *v.l.5.C.de iniur.* v Romanum *ſingulari* 150. t animi perpetuitate l.5.ſ̄.*de diuortiis.* εἰ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμείνῃ, *Ecl ibi.* & meritò. nam ex perſeuerantia animi deliberatio præſumitur, l 38.§.6.*ibi, & ideo abſtinenti, ſ̄.de adult.* u *v.l.33.ſ̄ de ritu, & quæ notaui ad l.32.§ 12.ſ.de donat.*

x Extenditur hoc ad fugitiuum & bannitum. y putà ſerui, l.34.ſ̄.*de acq poſſeſſ.* procuratoris l.6.§.2.ſ̄.*de cond indeb.* z & lucrum, *v.l.106 j̄.eo.l.3.§.12.ſ̄.de pecul. l.14.ſ̄.de cond.indeb.* vel damnum, *v.l.155.j̄.eo* a l.109.*j̄.eo.l.33. in fi ſ̄.locati:l.1.§.18.l.3.ſ̄.de Silaniano.* b Proditionis ſpecies eſt, delictum futurum non detegere. Ideóque ſubditus qui conſilia aduerſus principem habita non detexit, punitur, l.5. *C.ad l.Iul.maieſt.* Vaſallus tamen ſecreta domini detegere non tenetur, imò nec debet 2.*Feud.6.& 7.circa fin.* c alias colonus, l.13.§.7 *locati:* ſeruus *l.1.§.18.de Silaniano:* dominus *l.2.§.1.ſ̄.de noxal.l.6.ſ̄.de iure patron.* qui non prohibet cùm prohibere poſſit, tenetur, eſt enim ſpecialis ac mutua inter huiuſmodi perſonas cōnexio. An idem in aliis perſonis? quidam aiunt voluntatis ac officij magis eſſe, quam neceſſitatis, alteri benefacere, l.17.§ 3.ſ̄.*commod.* ſic ſentio. Hominis intereſſe hominem quemcumquè beneficio affici *l.7.in fin ſup. de ſeruis export.* ideóque teneri puniendúmque eſſe, qui cùm lacertis vel telo munitus aggreſſorem facilè propulſare potuit inermem interfici paſſus eſt. *Seneca in Troade act.2.* Non patiar: in me culpa cunctorum redit. Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet. adde l.9.§.1.*ſup.de falſis.*

d Cœpiſſe non videtur, qui captum cogitur alij reſtituere *v.2. Eclog.3. c.52.l 49. ſup.de don.inter vir.l.42.ſup.de leg.2.l.16 §.15.ſup. ad Treb.l.3 §.4 ſup. de leg præſt. l.71.ſup.de verb ſign.* multò minus is cepiſſe videbitur, qui à repetenda exceptione remouetur, l.13 *ſup.eo.* Idem in eo qui tantum erogat quantum accepit, l.122.*in fi. ſup.de leg 1.* aut qui alij adminiſtrat, l.10.*in fi ſup.de inoff.* aliud erit ſi ex longo interuallo quis cogatur reſtituere, & medio tempore vtilitatem perceperit, l.49.*ſup. de don.inter vir.l.45.l.73 §.4.ſup.ad l.Falc.l.22. §.2.ſup.ad Treb.*

e Latitare, negare defenſionem, nolle ſuſcipere actionem paria ſunt.

f Defendere quid, *v l.35 § 3 ſup.de procur.l.21.in fi:ſup.ex quib. cauſis maior.*

g Non tantùm qui præſens negat ſ.d.a.n.v.ſ.actionem, ſed & is qui latitat. *Fab.1. Semeſtr.23.* & rectè. Eſt enim à verioribus & confeſſis ad difficiliora progrediendū.

h Defendere rectè non videtur, qui latitat, *v.l.5.§.3 ſup quib. ex cauſis in poſſeſſ.* Quid ſit latitare, *v.l.3 ſup.de iud.l.1.l.28 ſup.de fideic.liber.l.7.§.4.ſup.quib.ex cauſ. in poſſeſſ.* i *l 11.§.4.ſup.de interrog.*

k Qui dat indebitum per errorem repetit: qui conſultò, donare intelligitur, ideóque non repetit, *l.1.in fi ſup.de cond.indeb. v.l.9. C.de cond.indeb.*

l dummodo alieno nomine non detur, *l.9.C.de cond.indeb.*

a *l.20.j̄.* 2.*Eclog.3.c.* ... *nemo 79.* ... 6.*v.l.20.ſ̄.* ... *rer.* nemo ... quod non ... dare *Sent.* ... 12. excipe ... ratorem §. ... *Inſtit.de re.* ... tutorem, ... *l.22.C.de* ... executorē ... §.*vlt.Inſtit.* ... *iud.* malæ ... ditorem & ... torem (cui ... debitoris ... alienare) ... *acq.rer.* ... flumen ... rem. *v.D* ... *d.cap.49.* ... *quib. alien* ... *licet.Inſt.*

b Sed ... tum: puti... minium, ... ſ̄.*de act.* ... dem ſerui... dem iur... cauſas, ... *contrah.* ... dē onera... *l.1.C.ſine* ...

c Suo iure ... dolo non facit, *v.l.129.j̄.eo.v.l 26 ſup.de damno.& l.3.parag.7.ſ̄.de incen.* ... §.1.*ſup.de con.cau.data:l.13.§.1.ſ̄.de iniurijs:* & ita tollendo, ædes vicini ... obſcurare intermiſſo legitimo ſpacio, l.14. ſ̄.*de ſer. vrb.l.25.ſ̄. de damno:* ... *ſeru.* niſi ſola malitia (cui non eſt indulgendum) id fiat, l.61.*j̄.eo.*l.38.§.ſ̄.*de* ... l.1.§.12.ſ̄.*de aqua pluuia:2.Ecl.3.c.60.* d In pœnis maximè l.155.*j̄.eod.* ... *pœnis.* e τὸ φιλανθρωπον, 2.*Ecl.2.c.57.1.Harm.15.§.20.* adde l.168.*j̄.eo.* ... *legib.*l.4.ſ̄.*mandat.*l 24.ſ̄.*de rebus dub.*l.5.*in fin.ſ̄.de leg.1.* humanius l.3.*in* ... *quæ in teſt.* quòd eſt minus ſeuerum, l 42. *ſup.de pœn.* quale eſt fauere lib... l.47.ſ̄.*de oblig.* libertati, reo, et quod minus eſt, l.38.ſ̄.*de re iud.* f l.26.ſ̄. ... l.51.ſ̄.*de re iud.l.3.§.15 ſup.de tab.exhib.*l.34.ſ̄.*de obl.*l.22.§.6.ſ̄. *ratam rem* ... *v.Hotom.5.obſ.8.* adde *quæ not.ad* l.130 *j̄.eo.* g l.1.§.7.ſ̄.*de his qui deiecer.* ... ſ̄.*rer.amot.* h Et meritò: quia concedendo peculium filio, pater præſumitur ... velle obligari: non tamen ex negotio illicito, l.6.§. 2. *ſup. de cond. indeb.* ... pater peculij ratione, bonis filij publicatis non tenebitur, l.3.*C. de bon. proſcr.* ... *hic, num.3.* i Niſi quatenus eſt locupletior. l.3.§.12.ſ̄.*de pecu.* adde l.57.ſ̄.*de* ... k Priorem, non hæredem hæredis, *Caſt.conſi.197.Dec.hic n.7.in fin.* & quidem ... hæreditate cum effectu: alias impropriè eſt hæres, l.3.§.2.ſ̄.*de hæred.inſtit.*l. ... *vulg.*l.4.ſ̄.*de con. & dem.*l.3.§.11.ſ̄.*de ſtatuli.*l.18.ſ̄.*de ſtipu.ſer.* l l.156.§. ... *j̄.eo.*l 37.ſ̄.*de acq.her 2.Ecl.3.c.61.5.Harm.8.* non melioris, l.54.ſ̄.*eo.* l.*vlt.* ... interdum deterioris, nec in eum tranſit poteſtas reuocandi, infirmandi, & ſim... l.3.ſ̄.*de ſeru.export.*l.13.ſ̄.*ſolut.*l.30.*C.de inoff.*l.1.*C. de priuil.dot.*l.1.*in fi.*l.7. ... l.*vlt.C.de reuoc.don.* m Cùm teſtaretur, cùm contraheret, cùm paciſceretur, ... *fi.ſ̄.de probat.* aut quid tale faceret, l.14.*C.de rei vind.Dec hic.n.34.* adde Dyon. ... *de reg.in 6.n.19.20.* n Quid præſens patitur ſuo nomine aliquid fieri, nec ... hiber, mandare videtur, l.156.*in fi.j̄.eo.*l.1.§.5.ſ̄.*de exercit.*l.6 § 2.l.18.ſ̄.*man.* ... l.2 *in fi.C.de acq.poſſ.* o Ratū habens mandati obligatur *v.*l.26.§ 1.ſ̄.*de pign.* ... *in fi.ſ̄.de ſolut.c.ratihabitione 10.de reg.in 6.* p Adgnouerit, comprobarit, l.15. ... *ratam rem:* verbis vel facto l.5.ſ̄.*ratam rem* : intra legitimum tempus, l.24.ſ̄.*ra.* ... *rem:* ſic qui fructus fructus percipit, poſſeſsionem: qui cenſum, contractum: vt & ... agit ex contractu, ipſum contractum probare intelligitur. Item, qui rationem ad... miniſtrationis exigit, geſtionem adprobat, & breuiter: Per ratihabitionem ... buitur ratam habenti, *Dec.hic n.10.* q Id etiam locum habet in delictis, l.1.§.1... *fi.ſ̄. de vi & vi.* at non in actu nullo. Actus nullus ratus quidem haberi poteſt ... nunquam retrotrahitur, cùm tantùm ab ipſo tempore ratihabitionis valeat. *v.Dec.* *n.16.* r Suo nomine ſc. non alieno, *c.ratum 9.de reg in 6.*l.6.§.6.& 9.*in fi.ſ̄.* ... *neg.*l.13.ſ̄.*de precario:* ne quidem in eius præiudicium excipitur tamen lex 16.§. ... *de pign.* ſ Niſi mandatum pro forma per legem vel ſtatutum requiratur: tunc ... non ſufficit ratihabitio, *Dec.hic n.17.* t Et negotiorum *d.§.9.*

u Et ſic aliud eſt reficere, & ad priſtinam formam reducere, aliud de nouo fa... l.3.*parag.15.ſ̄.de itinere actuque priuato:* iuſtè tamen agere poſſum. Nam ſi refici... officere vicino inuito non licet, multò minus & nouum opus inchoando.

x *dixi ad l.55.ſup.eo.* adde 2.*Ecl.c.60.*

y Ideo officere non intelligitur, qui iure ſeruitutis ſibi adquiſito vtitur: aut ... citra ſeruitutem iuſto ſpacio, aut altitudine legitima ædificat, i. qui ſoli, & ... menſuram ſeruat, l.21.*parag.2.ſup.quod vi.* Cœlum enim eius eſt cuius & ſolum.

z Quàm vniuerſum ius quod defunctus habuit, cuique ſuccedi poteſt. Hæc defini... tio conſtat ſuo genere & tribus differentiis. Antequam autem quis ſuccedat, hære... ditas eſt quaſi domina, & vicem, locum, ac perſonam defuncti repræſentat, *v.l.31.in* *fi.ſup.de her.Inſt.*l.13. *parag.5. in fi. ſup. quod vi:*l.1. *parag.1.ſup.ſi is qui teſt.* ... hęredis, vacua iacens, & vacans dicitur: l.1.*ſup.de ſucceſſor.edicto*, & nullius, l.13.§. ... *ſup.quod vi* adita, iuncta eſt hæredi, l.10.*parag.12.ſup. de vulg.*l.59.*in fin.ſup.de* ... *her.* neque eius patrimonium, *d.parag.2.Socinus, d.*l.1.*parag.16.ſup.de acq.poſſ* Itaque ſi filia patris hæreditati renunciauit, non excluditur à fratris hæreditate. *Decius* ... *num.6.* Superioribus adde quæ tractat Michaël Graſſus *in parag.hæreditas q.1.*

a *v.l.2.C.de l.Iul.de vi.* hinc colligunt, hæreditatem non deferri, niſi iure ſucceſſi... uo, omnemque defuncto ſuccedentem hæredis locum ſuſtinere, *v.* l.128. *in fi.ſup.* ... b l.24.*ſup.de verb.ſign.* ὁλόκληρος, 2.*Ecl 3.c.62.v.*l.9.*parag.12 ſup.de her.inſt.* adde l.6.*ſup.de except.*l.11 *ſup.de diuerſ.& tempor.* & ita rei particularis non eſt hæredi... tas ex l.1.*ſup.eod.* c l.50.*ſup.de hæred petit.*

d Viuentis enim non eſt hæreditas, l.1.*ſup.de hær.vend.*l.15.*ſup.pro hær.*

Da.

De mora.

63. *Idem* "lib. 17. Digeſtorum."

QVi ſine *a* dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere.

De his quæ raro accidunt.

64. *Idem* "lib. 29. Digeſtorum."

EA quæ raro *b* accidunt, non *c* temerè " in " agendis negotiis computantur.

De cauillatione ſeu ſorite.

65. *Idem* "lib. 54. Digeſtorum."

EA eſt natura cauillationis *d*, quam Græci σωρείτην *e* (*id eſt, aceruialem ſyllogiſmum*) apellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas *f* mutationes *g* diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

De exceptione.

66. *Idem* "lib. 60. Digeſtorum".

MArcellus : Definit *h* debitor eſſe is, qui nanctus eſt exceptionem *i* iuſtam. nec ab æquitate naturali adhorrentem.

De ſermone ambiguo.

67. *Idem* "lib. 87. Digeſtorum."

QVotiens * idem ſermo duas ſententias exprimit: ea potiſſimum excipiatur, quæ *k* rei gerendæ aptior eſt.

De beneficiis.

68. *Paulus* "lib. ſingulari de dotis repetitione.

IN omnibus cauſis id obſeruatur : vt, vbi perſonæ *l* conditio locum facit beneficio, ibi deficiente *m* ea beneficiũ quoque deficiat. vbi *n* verò genus *o* actioni id deſiderat : ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij

69. *Idem* "libro ſingulari de adſignatione libertorum."

INuito *p* beneficium *q* non *r* datur.*

De poteſtate gladij vel alterius coercitionis.

70. *Vlpianus* "lib. 1. de officio proconſulis."

NEmo *ſ* poteſt gladij, poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coercitionis *u*, ad aliũ transferre.

Quæ per libellum experiri non poſſunt.

71. *Idem* "lib. 7. de officio proconſulis.

OMnia quæcunque cauſæ cognitionem *x* deſiderant *y*, per libellum *z* expediri non poſſunt.

De iure pignorandi.

72. *Iauolenus* "lib. 3. ex poſterioribus Labeonis."

FRuctus *a* rei eſt vel pignori dare licere.

De tutela & hæreditate. 2. De vi & clam. 3. De his quæ in teſtamento intelligi non poſſunt. 4. Extraneo caueri non poſſe.

73. *Quintus Mucius Scæuola* libro ſingulari ὅρων.

a l. qui iuſtè l. 21. & 24. ſ. de *vſuris*. Iuſtè etiam dicitur prouocare qui id facit quod communiter fieri ſolet, l. 16. *ſup. de rei vind.* qui iuſta ignoratione ducitur, quod in fure non eſt, l. 16. *l. vlt. ſupr. de cond. furt.*
b Rara non ſpectantur *v. l.* 114. ĵ. eo. l. 4. 5. & 6. ſ. de legib. l. 3. *in fi. ſup. ſi pars: Nou.* 94. c. 2.
c Rarò quæ fiunt, non ſunt ſub lege. Quæ ſpecialiter euenire poſſunt, non attenduntur: Interdum iuſta de cauſa cõputantur, velut ea quæ fiunt à natura licet raro l. 12. *C. de legitim. hæred.* § 21. *Inſt. de rer. diuiſ.* hinc etiã colligunt. Temerariũ actorẽ non audiri l. 41. *ſup. de fideiuſſ.* Item, raro & Nunquam non eſſe paria.
d Cauillationis natura *v.* l. 177. ſ. *de verb. ſign.* adde l. 88. ſ. *ad l. Falc.*
e σώριγμα. *Hal.*
f Et ſubtiles. Subtilitas nimia iure reprobatur.
g Cuiuſmodi interrogationes ad inueſtigandam veritatem iudicibus permittuntur, *Decius num.* 6. Placet potius quod ait *n.* 3. ſubtili reſponſione malitioſã interrogationem retundi poſſe ideoque eum qui verè mutuum reddidit, poſſe iuramento interpoſito dicere ſe nihil à creditore habuiſſe. Placet etiam quod negat rectè eum condemnari, cui confitenti promiſſa fuerit impunitas *n.* 7. 8.
h Deſinere id propriè dicitur, quod cœpit l. 208. ĵ. *eo.*
i 2. *Ecl.* 30 *c.* 64. 3. *Harm.* 5. Nulla eſt actio, quæ exceptione repellitur l. 7. §. 8. ſ. *de dolo.* l. 13. *ſup. eo.* l. 112. 115. *in fin.* ĵ. *eo.* adde l. 118. *ſup. de ver ſign.* 1. *Harm.* 15. §. 11.
k Iuri & rei τῷ δικαίῳ καὶ νενομισμένῳ 2. *Ecl.* 3. *c.* 65. l. 80 *ſup. de ver. obl.* puta contractui l. 15. §. 4. ſ. *locati*, ſubiectæ materiæ l. 4. *ſup. de vſur.* naturæ actus, iuri communi l. 30 *ſup. de damno.* verborum proprietati.
l Id eſt, indiuiduo alicui, non ſpeciei : puta Titio, vt Titio : non Titio, vt minori, hæc enim ad hæredes tranſeunt, l. 6 *ſup. de in integ. l.* 18. *in fi. ſup. de min.* idem dicendum in priuilegio dignitati conceſſo l. *vlt. ſup. de decurion.*
m Perſona deficiente, perſonalia extinguuntur l. 196. ĵ. *eo.* 2. *Ecl.* 3. *c.* 66. l. 13. ſ. *ſol.* l. 7. *ſup. de except. c.* 7. *de reg in* 6. *l.* 28. *ſup. de leg.* 2 l. 1. *ſup. de iure immunit.*
n At quæ ad actiones ſiue cauſas pertinent *Ecl. ibi.*
o Da exemplum in minorum reſtitutione *d. l.* 6. *l.* 18. dolo l. 13. *ſup. de dolo.*
p Inuito non bene fit l. 156. ĵ. *eo. l. vlt. ſup. de vſu & habit.* l. 19. §. 2. *ſup. de don. v.* l. 62. *ſup. de ver. oblig.*
q *d. l. vlt.* defenſio l. 156. donatio *d.* §. 2. ſocietas, l. 26. §. 4. *ſup. de cond. indeb.* adrogatio l. 5. & 24. *ſup. de adopt.* ſic libertas inuito filio (aliud in ſeruo *l. vlt C. de teſt. manum.* non datur v. l. 5. *C. de mancip. v.* reliqua *in* l. 62. *ſup. de ver. oblig.* multo minùs damno adficietur inuitus l. 21. §. 1. *in fin.* ſ. *ſol.*) obligabitur de domo ſua extrahetur l. 103. ĵ. *eo. l.* 18. ſ. *de in ius* Sic quæ diuertit vt inuita ad virum reuertatur, cogi non poteſt, l. 7. *C. de repud.* inuitus etiam nemo cogitur ad communionem l. 26. §. 4. *ſup. de cond. indeb.* & inuitus nemo emancipatur *Nau.* 89 *c.* 11.
r Imo datur l. 32. *ſup. de acq. rer. parag* 3. *Inſt. per quas perſonas cuique.* poteſt enim quilibet ius ſuum repudiare l. 41. *ſup. de minor.* & ſuſpectus eſt qui operam inuito ingerit l. 25. *ſup. de procur.*
ſ l. 6 *ſup. de off. procons.*
t Gladij poteſtas eſt ius animaduertendi in facinoroſos l. 6. §. 8. *ſup. de off. præſid. v.* l. 3. *ſup. de iuriſd.* Gladij poteſtas, eſt vitæ, ac necis authoritas.
u Ius puniendi, ὥρ τὸ δίκαιον τῆς τιμωρίας 2. *Ecl.* 3. *c.* 67.
x Plenam aliud in iis quibus ſemiplena ſufficit.
y Vt alienatio bonorum minoris l. 25. *ſup. de officio eius cui man.* l. 3. §. 9. ſ. *de rebus eorum.* alimentorum tranſactio *l.* 8. §. 19. ſ. *de tranſ.* ſecundum decretum l. 1. §. 18. *ſup. de ſeparat.* aliud in reſtitutione. l *vlt. C. vbi & apud quos*, & iis quæ officio iudicis mercenario & iure actionis expediuntur l. 1 §. 14 *ſup. de ventr. in poſſ. l. vn. C. qui pro ſua iuriſd.*
z l. 105. ĵ *eo. v. l.* 9. *parag.* 1. ſ. *de officio procons.*
a *vide* l. *vlt. ſup. de vſuris.* Fructum mihi eripit, qui impedit quominus rem meam pignori poſſim, hinc illud, Non valere pactum ne creditori liceat pignora vendere l. 4. *ſup. de pign.*

QVo *a* tutela rediit *b*, eò hæreditas *c* peruenit *d*, niſi cum fœminæ *e* hæredes intercedunt.

1 ¶ Nemo poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in in ſuis *f* hæredibus, cum moritur habuit, habiturúſve *g* eſſet, ſi vixiſſet. 2 ¶ Vi *h* factum id videtur eſſe, qua de re quis, cũ prohibetur, fecit clam *i*, quod quiſque, cum controuerſiam haberet, habiturúmve ſe putaret, fecit. 3 ¶ Quæ in teſtamento ita ſunt ſcripta, vt *k* intelligi non poſſint : perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent. 4 ¶ Nec *l* paciſcendo *m*, nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere *n* poteſt.

Ne cui per alium iniqua conditio inferatur.

74. *Papinianus* "lib. 1. Quæſtionum."

NOn debet alteri per alterum iniqua *o* conditio inferri.

De mutatione conſilij.

75. *Idem* ‖lib. 3. Quæſtionum.‖

NEmo poteſt *p* mutare *q* conſilium *r* ſuum in alterius iniuriam *ſ*.

De his quæ animi deſtinatione agenda ſunt.

76. *Idem* ‖lib. 24. Quæſtionum.

IN totum omnia, quę animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera *t* & certa ſcientia perfici poſſunt.

De actibus legitimis. De tacito & expreſſo.

77. *Idem* "lib. 28. Quæſtionum"

ACtus *u* legitimi *x*, qui *y* recipiunt diem vel conditionem, veluti mancipatio *z*, acceptilatio *a*, hæreditatis aditio *b*, ſerui optio *c*, datio *d* tutoris, in totum

a 5. *Har.* 8. Tutela eo redit quo hæreditas peruenit, ita reſtituit *Hotom* 5. *obſ.* 26. eſt enim tutela hæreditatis conſquentia l. 1. l. 3. *ſup. de legit. tut.* §. 1. *Inſt. de leg. patro.* Hotomani opinioné confirmat. *No.* 118. *c.* 5. Græci 2. *Ecl.* 3. *c.* 73. Sed tamen Theophilus §. *pen. Inſt. de legitima agnatorũ ſucceſſ.* hæreditatem facit cõſectaneã tutelæ.
b Redire dicuntur quæ lege deſtinata ſunt l. 11. *ſup. de teſt. tut.*
c Legitima.
d *l.* 1. ſ *de leg. tut.* & *Inſt de leg patr. tut. in fin.* 2. *Ecl.* 3. *c.* 73 Cuiac ita? *v.* 65. *ſup. pro ſocio.*
e Et minores, l. *vlt.* *C. de legit. tut.*
f *l.* 1. ſ. *de teſt. tut.* g §. *vlt. Inſt. de tut.* h *v. l.* 1. §. 5. ſ. *quod vi aut clam.* i *v. l.* 3. § 7. ſ. *quod vi aut clam.* K Scripta non videntur, quæ ſcripta non poſſunt intelligi, *l* 62. §. 1. ſ. *de hær. inſt. l.* 1 *Har.* 9. *l.* 22. m 2. *Ecl.* 3. *c.* 71. *l.* 38. § 17 *ſup. de ver. olb.* n multò minus nocere *l.* 74. ĵ. *eo.* o iurando *d. l.* 1. ſ. *ſi mulier.* nouum opus faciẽndo *l.* 5 §. 5. ſ. *de oper. nou.* vim inferendo, l. 2. ſ *quod vi* paciſcendo l. 27. § 4. *in fi. ſup. de pactis*, diuidendo l. 17. *C familiæ*, exheredando l. 33. *C. de inoff.* puniendo l. 22 *C. de pœnis.*
p Imò poteſt l. 8. *ſup. de collat. bonor.* q *c quod ſemel placuit* 21. *c. mutare conſilium* 33. *de reg. in* 6. l. 20. ſ. *de arbitr.* l. 14. *ſup. de ſeru. ruſt.* r Vt & ſententiam, v. l. 42. l 55. 56 *ſup. de re ind. v. l.* 1. *in fi ſup. de qu.* l. 27. *ſup. de pœnis.* (v. tamen l. 6. *C. quomod. & quand. index*) confeſſionem legitimè factam v. l. 13. *C. de non numerat* contractum *v.* l. 5. *C. de obl.* electionem *v* l. 20. *ſup. de opt* aditionem hæreditatis *v.* l. 4. *C. de repud.* iuſiurandum delatum *v.* l. 11. *C. de reb. cred.* actum irreuocabilem, *v. tamen* l. vi. §. 3. & quæ ibi dicam de clauſula derogatoria *C. de teſt. & tractatum Guidonis Papæ de pœnitentia iuris.* ſ Quoties ſcilicet ex conſilio iam obligati ſumus, & alteri aut nobis obligatio eſt quæſita tunc enim totum repudiare aut agnoſcere tenemur l. 27. *ſup. de procur.* l. 11. ſ. *de vſur.* l. 16. ſ. *de adm. tut.* l. 7. *in fi.* ſ. *de damno:* alias, re integra conſilium vt & mentem reuocare poſſumus. l. 22. §. *vlt* ſ. *mandati :* vt & in re alternatiuè debita l. 21. *in fi. ſup. de act. emp.* l. 14 *ſup. rer. amot.* l. 28 §. *vlt.* ſ. *de liberat.* l 8. *ſup. de collat.* & prius teſtamentum l. 6. §. 2. *ſup. de iure codicillorum.* l. 12. *parag. vlt. ſup. de leg.* 1. l. 22. *ſup. de leg* 3. Igitur in voluntariis conſilia in melius mutare poſſumus, & ita variauit Papinianus l. 6. *in fi. ſup. de ſeruis export.* l. *vlt. C. de furt.* variauit & Iulianus l. 19. *in fin. ſup. ad Vell* l. 1. *C. de emen.* Variauit & Scæuola l. 23. *in fin. ſup. de acq. rer.* Mœcianus: quin & ipſi Imperatores l. 18. *ibi, ſed & cum Mœciano & aliis amicis noſtris iuriſperitis adhibitis plenius tractaremus magis viſum, eſt, ſup. de iure patronatus; adde Cuiacium* 4. *ad Afric. fol.* 39. *in fi. &* 2. *obſ.* 37. Hinc illud ſano, conſilio vtitur, qui malum conſilium reuocat. Sed & Prætor nonnunquam variantem non repellit & conſilium mutantis non aſpernatur, l. 8. *ſup. de colla. bonorum, adde Ariſt.* 2. *Ethic.* 6.
t Demus aliquid factũ à priuato vel principe *ex certa ſcientia*, idne reuocari poterit? vtiq; cũ huiuſmodi clauſula nihil operetur in iis quę cõſtat ignorata, v. l. 57. ſ. *de obl. & act. v. hic. n.* 7: aliud puto, ſi quis ſciens ſe non teneri promiſerit: videtur enim donaſſe l. 53. *ſup* adde *l.* 15. *ſup. de ver. obl. & qua notaui ad l. vlt.* § *pen. ſup. de cond. indeb.*
u *Actus legitimi c.* 50. *de reg. in* 6. An ſunt diuerſi à legis actionibus ? Hotomanus ait 32. *Illuſt. fol.* 210. ſi quidem hæ magiſtratuum etiam communes, omnes ex lege, & inter præſentes tantum fieri ſolent. In actibus legitimis ſecus. Cuiacius negat differre 15. *obſ.* 16.
x An ciuiles & ſolemnes, vt vult Hotoman. 2. *Illuſt. fol.* 219. 220. An à quacunque iuris parte? vt Dynus ad *d. c.* 50. An per legem inuenit, vt Zaſius ? *ad* l. *eum qui* 56. §. *Si hominem* 8. *num.* 3. *ſup. de ver. oblig.* An qui mero iure radicantur, vt vult idem Zaſius ad l. *Cum quid mutuum num.* 18. *ſup. de rebus cred.* An qui iure finiuntur vel recepti ſunt vt emptio, locatio, ſocietas, mandatum, ſtipulatio ? An qui ſunt ex vſu ſolemnis iuris? *Cuia.* 15. *obſ.* 16. *in fin.* verbi gratia formulæ rerum à priuatis agendarum extra rerum contrahendarum negotia à Iuriſconſultis inuentæ, *Hot ibid.* Actum legitimum eadem ſignificatione vſurpari in l. 21. *C. de hæred.* ait Hotomanus 32. *Illuſt. fol.* 219. Cuiacius negat 15. *obſ.* 16. *in fin.*
y Qui non recipiunt, *vulg Hal.* Hæc particula, inquit Hotomanus 32. *Illuſt. fol.* 219. ſuum antecedens reſtringit, oſtenditque quoſdam actus legitimos eſſe, qui diem vel conditionem recipiunt. Acceptilatio & optio non recipiunt vadimonium, comperendinatio, obuagulatio denunciandi teſtimonij cauſa, procuratoris datio recipiunt, Cuiacius 15. *obſ.* 16. Florentinam lectionem tuetur. Ideoque hæc verba qui recipiunt, ita interpretantur. Quibus apertè adiicitur dies vel conditio : alias ſi tacitè adiicitur, non vitiatur *Cuia ibi.* z emancipatio, *vulg. Hal.* Hotomanus *ibi; fol.* 214. & 218. vtrumque admittit. Emancipatio actus ciuilis §. 11. *Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.* inter legis actiones numeratur. *Paulus* 2. *ſent.* 1. 5. *parag* 4. *Cuia. obſ.* 16. emancipationem, mancipium dici ait: de Mancipatione dixi ad Vlpianum & Gaium. Adde Briſſoniũ, 1. *ſelect.* 7. de altero eoque proprio rerum alienandarum iure Quiritum modo, id eſt ceſsione in iure.
a Acceptilatio per procuratorem fieri non poteſt l. 13. *parag.* 10. *ſup. de accept. v. Hot.* 32. *Illuſt. fol.* 120 *Cuia. ibi. in pr.* certis verbis fiebat l. 18. *ſup. de accept* ſiue die & conditione l. 4. & 5 *ſup. de accept.* & merito, quia acceptilatio obligationi præſentem interitum affert. b Aditio non fiebat per procuratorẽ l. 80. ſ. *de acq. her.* certis verbis cõſtabat his puta, *Video, Cernoque*, Vlpian. *tit.* 22. §. 38. l. 51. *in fi.* ſ. *de acq. her.* ſine die & conditione fiebat, l. 54. ſ. *de acq. her.* non iterabatur l. 80. *in fin.* ſ. *de acq. her. Hot. ibi.* c Optio certis verbis fiebat, l. 20. ſ. *de opt.* purè & ſemel l. 5. & 8 *ſup. de opt.* l. 5. ſ. *de leg.* 1. An per procuratorẽ fiebat? Hot, *ibi.* ait *fol.* 121 *arg.* l. *pen.* ſ. *de opt.* quod non admittit Cuiac. 15. *obſ.* 15. d Tutoris datio quæ à magiſtratu fiebat §. 1. *Inſt. de Attil.* l. 6. ſ. *de tut.* e Non à defuncto, l. 8. §. 1. & 2 *ſup. de teſt. tut. parag.* 3 *Inſt. qui teſt.*

vitiantur per temporis, vel conditionis adiectionem: nonunquam tamen actus ſupraſcripti *a* tacitè *b* recipiunt, quæ apertè comprehenſa *c* vitium adferunt *d*. nam ſi acceptum feratur ei qui *e* ſub conditione promiſit, ita demum egiſſe aliquid acceptilatio intelligitur;ſi obligationis conditio exſtiterit. quæ ſi verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

De fraude.

78. *Idem* "lib. 31. Quæſtionum."

GEneraliter, cum de fraude diſputatur,non *f* quid *g* habeat actor, ſed quid per aduerſarium habere non potuerit,conſiderandum eſt.

79. *Idem* "lib. 32. Quæſtionum."

FRaudis interpretatio ſemper *h* in iure ciuili non ex euentu *i* duntaxat, ſed ex conſilio *k* quoque deſideratur.

De genere & ſpecie.

80. *Idem* "lib. 33. Quæſtionum."

IN toto *l* iure generi *m* per ſpeciem *n* derogatur *o*,& illud potiſsimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt.

De his quæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur.

81 *Idem* "lib. 3. Reſponſorum."

QVæ *p* dubitationis *q* tollendæ cauſa contractibus *r* inſeruntur †, ius commune non lædunt.

De donatione.

82. *Idem* "lib. 9. Reſponſorum."

DOnari *ſ* videtur, quod nullo *t* iure cogente conceditur *u*.

De amiſsione.

83. *Idem* "lib. 2. Definitionum."

NOn *x* videntur *y* rem amittere, quibus *z* propria non fuit.

Si amplius ſolutum ſit quàm debebatur. 1. De naturali obligatione.

84. *Paulus* "lib. 5. Quæſtionum."

CVm *a* amplius *b* ſolutum eſt, quàm debebatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti poſsit *c*, totum eſſe indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione.

1 ¶ Is natura *a* debet, quem iure *b* gentium dare oportet, cuius fidem *c* ſecuti ſumus.

De dote. 1. De his quæ ad eum caſum peruenerunt, à quo non poſſunt initium capere. 2. Si æquitate deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moretur.

85. *Idem* "lib. 6. Quæſtionum."

IN ambiguis pro dotibus *d* reſpondere melius eſt.

1 ¶ Non eſt nouum, vt, quæ ſemel vtiliter conſtituta *e* ſunt, durent, licèt *f* ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

2 ¶ Quotiens æquitate *g* deſiderij *h* naturalis ratio, *i* aut dubitatio iuris *k* moratur *l*, iuſtis decretis res temperanda *m* eſt.

De litis conteſtatione.

86. *Idem* "lib. 7. Quæſtionum."

NOn *n* ſolet deterior conditio fieri eorum, qui litem *o* conteſtati ſunt, quàm ſi non *p*: ſed plerumque melior.

87. *Idem* "lib. 13. Quæſtionum."

NEmo enim in perſequendo *q* deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Denique poſt *r* litem conteſtatam hæredi *ſ* quoque proſpiceretur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis.

De mora.

88. *Scæuola* "lib. 5. Quæſtionum."

NVlla intelligitur *t* mora ibi fieri, vbi *u* nulla petitio eſt *x*.

De ſucceſsione ex teſtamento, vel ab inteſtato.

89. *Paulus* "lib. 10. Quæſtionum."

QVandiu poſsit valere teſtamentum, tandiu legitimus *y* non admittitur. *z*.

De æquitate.

90. *Idem* "lib. 15. Quæſtionum.

IN omnibus *a* quidem maximè tamen in iure *b*, æquitas *c* ſpectanda ſit.

De ſucceſsione.

91. *Idem* "lib. 17. Quæſtionum."

QVotiens duplici *d* iure defertur *e* alicui *f* ſucceſsio: repudiato nouo *g* iure quod ante defertur, ſupererit *h* vetus.

De errore librarij in tranſcribendo.

92. *Scæuola* "lib. 5. Reſponſorum."

SI librarius *i* in tranſcribendis ſtipulationis *k* verbis

& ita reconcilianda ſunt hæc diuerſa loca. a Sûntne alij actus legitimi præter ſupraſcriptos? Cuiacius 15. *obſ.* 16. adijcit ceſsionem in iure & libertatis dationē. Hotomanus 32. *Illuſt. fol.* 218. Indicis addictionem, comperendinationem, Vadimoniū, denunciationē teſtimonij cauſſa. quod Cuiacio *d. loco* diſplicet. Idē Hotoman. *ibi. fol.* 218. addit conuentionem in manū, repudium, diuortium: *ibi. fol* 212. numerat inter legis actiones appellationem vocationem in ius, iuſiurandum, tutoris authoritatem: quod eidem Cuiacio diſplicet: addit idem Hotomanus adoptionē, *Theoph.* §. 1. *Inſt. de nuptiis*, emancipationem, manumiſsionem vindicta: ceſsionē in iure, litis conteſtationē, nominis in reos relationem, tutelç ceſſionem, tutelæ abdicationem, arrogationem, ſatiſdationem atteſtationem, mancipationem. vide quæ dixi ad l. 6. *C. pro ſocio*. nuncupationem teſtamenti, additionem hæreditatis, noxæ deditionem, quædam etiam Cuiacius *d. loco* adiicit, vt ſtipulationem, procuratoris dationem, vſurpationem. b Puta, per relationem ad actum aut diſpoſitionem præcedentem. Nam debitum conditionale, purè accepto ferri poteſt ǰ. *eod. & l. 12. ſup. de accept.* c Expreſſa nocent, tacita non nocent. d Quia huiuſmodi actus, præſens factum continent: Ideoque conditione aut die ſuſpendi non poſſunt. e Actus legitimus qui expreſſe non poteſt explicari ſub conditione, ſi refertur ad diſpoſitionem præcedentem conditionalem, tacitè conditionem recipere poteſt. f Vide exemplum in l. 6. *ſup. de vi & vi l.* 14. § 6. *in fin. ſup. de furtis.* g Non quid non habeat. Balduinus *in comment ad legem Aquiliam* (& ita Græci ὃ πολυπραγμονοῦμεν πῶς ἔχει ὁ ἐνάγων 2. *Ecl.* 3. *c.* 76. 6. *Har.* 2. *in pr.* reprehenſus à Roberto 1. *animad.* 15. Vtramque lectionem probat Cuiacius 15. *obſ.* 19. *in pr.* & Antonins Mercator 1. *notar.* 11. Græca lectio præferenda eſt, cuius hæc ſententia eſt. Id quod actoris intereſt, non æſtimatur tantum ex eo quod ei deceſsit, ſed ex eo quod ei adquiri non potuit: vt non tantum damni, ſed & lucri habeatur ratio. Actor propriè id non habet quod amiſit, idque damnum eſt. Quod habere potuit, nec tamen habet, lucrum eſt proprié non damnum. Ideoque fructus non tantum percepti, ſed & ij qui percipi potuerunt venient, l. 62. *in fin ſup. de rei vind.* v. l. 39. § 1. *ſup. de leg.* 1. l. 13. *in fin. pr. ſup. ad l. Aqui.* l 22. § 3. *ſup. de act. empt.* l. 10 § 19. & 20. l. 25. § 4. *ſup. quæ in fraudem cred.* l. 13 *ſup. ratam rem*, l 2. *in fin. C. de pet hær.* l. 4. l 5. *C. de rei vind.*
h Imo, non ſemper ex conſilio, ſed ex euentu l. 10. § 1 *ſup. quæ in frau.*
i Decipitur, vt ait poëta. Quiſquis ab euentu facta notanda putat.
k Seneca 2. *de tranquillitate* c. 7. Poteſt aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit. Venenum dando quis ſcelere ſe obligat, etiam ſi non nocuit. Non minus latro eſt, cuius furtum (ita legendum, non Telum: idque confirmari poteſt *l. 6. in fin.* ꝫ *ad l. Iuliam peculatus*) oppoſita veſte eluſum eſt, omnia enim ſcelera & ante effectum operis, quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt. Idem 4. *contron* 7. Scelera quamuis citra exitum ſubſederunt, puniuntur. adde *l.* 14 *ſupr. de ſicariis*, *l.* 18. *ſup. de pœnis*: 2. *Ecl.* 3. c. 77. 6 *Harm* 2 *in pr.* l In legibus & ſtatutis, l. 15. *l.* 16. *ſup. de legib.* pœnis l. 41. ꝫ. *de pœnis*. legatis, *v. l* 99. *in fin. ſup. de leg.* 3. petitionibus ac ſententiis, *l. 7. ſup de except. rei iudic* vltimis voluntatibus, l. 41 *parag.* 4. & 5 *ſup. de vulg.* in laudo, in reſcriptis: non in priuilegiis & mandato fiſcali v. l. 3. *C. de conuen. fiſci deb. lib.* 10. *tit.* 2. & *Dec. hic. n. vlt.* m Generi ſpecies derogat *c. generi* 34. *de reg. in* 6. *l.* 99. *in fin. ſup. de l.* 3. *leg.* 1 41 *ſup. de pœnis* 6. *Harm* 2.
n Specie vocabulo intellige etiam indiuidua, ad hæc enim ſignificanda, Iuriſconſulti ſpeciei vocabulo abutuntur; vt & generis voce ſpeciei loco l. 54. l. 83. *parag.* 5. ꝫ. *de verb. obl.* o Species generi derogat. dixi ad l. 56. ꝫ. *mandati*: *l.* 1. *parag ego puto*, ꝫ. *de ædil. edicto*, l. 13. *ſup. de manum.* ſiue genus ſpeciem præcedat, ſiue ſequatur *arg. l.* 6. *in fin. ſup. de nouation.* l. 27. *C. de pactis*, *l.* 3. *C. de ædil. act.*
p Non inſolita ſcilicet, vitioſa tamen *v. Dec. hic. num.* 3. 4. 5. q *l.* 56. ꝫ. *mandati* 2. *Ecl.* 3. *c.* 79. 6 *Harm.* 2 puta ex abundanti l. 6 *in fin.* ꝫ. *de negotiis*: adde l. 65 *ſup. de ver. obl.* † Extrinſecus. r Dic idem in vltimis voluntatibus. v. l. 17. *C. de teſt.*
ſ *v. l.* 21. *ſup.* 2. *de don.* 2. *Ecl.* 3. *c.* 80. t Penitus, ſcilicet nullo, id eſt, neque ordinario, neque extraordinario, neque naturali, neque ciuili, neque ex contractu, neque ex teſtamento: adde, ſi tamen obligati naturaliter quid dederimus, propriè non erit donatio l 1. *ſup. de don.* 3. *Harm.* 1. § 1. u Adde *Senecam* 3. *de benef.* 21. x 3. *Harm.* 9. y Propriè ſcilicet, alias impropriè amitti etiam dicitur quod quis conſequi non potuit l. 33 *in fin. ſup. ad l. Aqui.* z Quorum propria. Priuatio, habitum: & qualitas ſubiectum præſupponit l. 4. *in fin ſup. de inſt.* l. 3. *in fi.* ꝫ. *de c. min.* l. 1. *parag.* 1. *ſup. ſi vſufr* l. 41. *verſ. quare ſi nulla ſupr. de rebus cred.* l. 4. *ſup. de act. empt.* l. 5. *ſup. de in inſt.* *l.* 96 *ſup. de cond. & dem* l. 116. *ſup. de ver. obl.*
a Iunge l. 21. l. 60. ꝫ. *de cond. indeb.* l. 25. *ſup. de prob. quæ ſunt eiuſdem lib.* b *v.* l. 26. *parag.* 4. *ſup. de cond. indeb.* c Id accidit, quoties res in ſolutum data diuidi non po-

ꝫ. *de iure dot.* *l.* 1. *ſup. ſolut.* 2. *Ecl.* 3. *c.* 82. *l. vlt. C. ad Velleian.* & iis quæ do... tur vt Eccleſia, & fiſcus, *Dec. hic.* De priuilegiis dotalibus vide Oldend... *de iure ſingulari c.* 13. e l. conſummata & perfecta, *v. Dyn. ad c.* 73. ... *Dec. hic.* f *c. factum legitimè* 73. *de reg. in* 6. 2 *Ecl.* 3. *c.* 84. ſic propter im... ſuperueniens non vitiatur matrimonium l. 8 *ſup. de his qui ſunt ſui*, teſt... *ſup. de his qui teſt.* l. 1. § 3. *ſup. ſecundum tab.* ſenatorius ordo, iudicando ... giſtratus l. 1. § 1. 5. *verſ. caſum*, *ſup de poſt.* Sufficit enim actum ab initio ... mum, v. l. 29. *eod.* Tanta eſt iam facti authoritas, vt interdum quòd pro... factum teneat l 1. *parag.* 5. *ſup. app.* atque ita iam vtile per inutile no... ceptum tamen nec dum perfectum inutilis aduentus euaneſcit, l. 16. *ſu*... *v. Dec. hic. & Dyn. d. c.* 73. *v. Hot.* 35. *Illuſt. quæſt.* g Æquitatem, *vulg.* ... poſtulantis, agentis. i id eſt, æquitas iuſtæ cauſæ, cui multum à iu... ſolet, l. 1. *in fin. l.* 26. *in fin. ſup. ex quibus cauſis maior.* k Quæ oritur ex ... gibus. l i. impedimentum adfert, quominus res poſsit decidi. m I... inter ſummum, & nimium indulgēs ius, medium locum tenere l. 17. *ſup*... ſenſus: In omnibus quidem, maximè tamen in iure æquitas ſectatur l. 8... *c.* 87. *l.* 8. *C. de iudiciis.* n 1. *Harm.* 2. § 59. o v. l. 87. l. 139. l 164. ǰ ... *obl.* adde *Hotom* 3. *obſ.* 28. p Non eſſent, *vulg Hal.* q Perſequi eſt lit... r *v.* 1. *Har.* 2, § 62. 63. ſ *d.* l. 58. t l. 52. *ſup. de rei vend.* 1. *Harm.* 2. § ... *in mora* 60. *de reg. in* 6. l. 40. *in fi.* ꝫ. *de reb. cred.* l. 27. *ſup. de ver. obl.* 2. *Ecl*... *ſup. de pactis* & ita intellige, l. 4. *C. de compenſ.* x Multo minus pœna ... betur pœna ſine mora. y v. l. 39. *ſup. de acq. hær.* z Niſi voluntas te... obſtet, l. 82. *ſup. de hæred. inſt.* adde l. 21. § 3. *C. de teſt.* a Demus enim ... bus aliquid deeſſe? vtique æquitas interdum eiuſmodi defectū ſupplebit ... b Id eſt, non modo in iuris ciuilis ſcientia, ſed ante ius, l. 2. § 5. ... *pluuia.* nam (vt ille ait) ſummum ius, ſumma iniuria. (Ius ſummum ... ctum, quod & æquo opponitur: *d.* § 5. *l.* 1. *C. de legib.* *l.* 8. *C. de iud.*) ... vel ipſa lege ſcriptum, *l.* 12. *ſu. qui & à quibus*, vel ex ipſa lege ſubtili... terpretatio, *l.* 32. *in fi. ſu. de reb. cred.* vt ſæpius, non eſt ſcripta æquitas ... *uerſis.* ſed pro ratione circunſtantiarum facto accommodatur: ideoque ... omiſſa ſunt, ſuppleri ſolent, *l.* 13. ꝫ. *teſt.* eſt igitur æquitas legis ſcriptæ ... ad vtilitatem hominum reductum, vel non ſcriptæ ſupplementum. c ... hæc eſt ars boni & æqui *l.* 1. *ſu de iuſt.* qua nihil grauius iuriſconſulto ... & iudici magis ſequendū *l* 8. *C. de iudiciis.* ſub cuius tamē authorita... ratur, *l.* 91. § 3. *ſu. de ver. oblig.* d puta querela inofficioſi (quæ ex iure ... Vigliū & Cuiaciū) & bonorū poſſeſſione, vnde legitimi, v. *Cuia.* 8. *obſ.* ... 1. *ſu. de acq. hær.* *l.* 1. § 1. *ſu. de ſucceſſ.* *l.* 2. ǰ. *vnde legitimi.* e vel eodem ... ſucceſſiuè, v. *Dec. hic.* f puta parenti *Cuia. ibi.* g ac particulari ſc. ali... diata ſucceſſione omnibus, eius iuribus renuntiatum videtur: *arg. l.* 13 § ... *iniur.* *l.* 7. ꝫ. *de accept.* ſed noui iuris vocabulo hic intelligi ſatius e... ſuccedendi, *l.* 17. § 1. ꝫ. *de acquir. hæred.* h Plura iura variis præſertim ... variis de cauſis quoties vni cōperunt: vno repudiato alterū ſupereſt, ... ꝫ. *de ſeruit. vrb.* *l.* 17. ꝫ. *de aqua pluu.* Imo non ſupereſt, *l.* 75. ꝫ *eod.* l. 17. § 1. ... *hære.* ſolue Non ſupereſt, ſi repudiata ipſa ſit hæreditas, cauſa non adiec... diatur vnū ex quo aliud neceſſario depēdet. *v. quæ not. ad l.* 77. i Li... nocet, l. 15. § 1. ꝫ. *de vſuf.* *l.* 15. § 5. ꝫ. *de excuſ. tut.* *l.* 7. § 5. ꝫ. *de oper. lib.* ... *pro Sylla.* Horatius *de arte.* 2. Et ſcriptor ſi peccata, idē librarius, vſque ... nitus, venia caret, Librarios Græci καλλιγράφους: notarios ταχυγ... φους notas, illi literas, vt tabularij rationū etiā ſupputationē tract... ri, *l.* 8. ꝫ. *de ſtatu*: teſtamēti, *v. l.* 7. *C. de teſt.* precū, *v. l.* 2. *C. de error. aduo*... *plus valere quod agitur.*

erraſſet

erraſſet a: nihil nocere, quo minus & reus, & fideiuſſor teneatur.

De poſſeßione rei peculiaris.

93. *Marcianus* lib. 1. Fideicommiſſorum.

Filiusfamilias neque b retinere, neque recuperare, neque adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur c.

De his quæ abundant.

94. *Vlpianus* lib. 2. Fideicommiſſorum.

Non ſolent, quæ abundant d, vitiare ſcripturas.

De eo qui defenditur.

95. *Idem* lib. 6. Fideicommiſſorum.

Nemo dubitat, ſoluendo videri eum, qui defenditur e.

De ambiguis orationibus.

96. *Marcianus* lib. 12. Fideicommiſſorum.

In ambiguis orationibus maximè ſententia f ſpectanda eſt eius g, qui eas protuliſſet.

De bonis deportati.

97 *Hermogenianus* lib. 3. iuris Epitomarum.

Ea ſola deportationis h ſententia aufert, quæ ad fiſcum i perueniunt.

De lucro.

98. *Idem* lib. 4. Iuris Epitomarum.

Quotiens k vtriuſque cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cuius l in lucrum m cauſa tempore præcedit n.

De eo qui ignorat quantum ſoluere debeat.

99 *Venuleius* lib. 12. Stipulationum.

Non poteſt improbus videri, qui o ignorat, quantum ſoluere debeat.

Quibus modis contractus, vel obligatio tollitur.

100. *Gaius* lib. 1. Regularum.

Omnia p, quæ iure contrahuntur, contrario q iure pereunt. *De duobus menſibus.*

101 *Paulus* lib. ſingulari de Cognitionibus.

Vbi r lex ſ duorum menſium fecit mentionem, & qui ſexageſimo & t primo die venerit, audiendus eſt. ita enim & Imperator Antoninus u cum Diuo patre x ſuo reſcripſit.

Quis aduerſus edictum facere dicatur. 1. *De actione deneganda.*

102. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum.

Qui Vetante y prætore fecit, hic aduerſus edictum feciſſe propriè dicitur. 1 ¶ Eius a eſt actionem denegare b, qui poſſit & dare.

Neminem de domo ſuo extrahi.

103. *Paulus* lib. 1. ad Edictum.

Nemo a de domo b ſua c extrahi d debet e.

De iudiciis famoſis & pecuniariis.

104. *Vlpianus* lib. 2. ad Edictum.

Si in duabus actionibus alibi ſumma maior, alibi infamia f eſt, præponenda eſt cauſa exiſtimationis g. Vbi autem æquiparant h famoſa iudicia, & ſi ſummam imparem habent, pro paribus accipienda ſunt.

De cauſæ cognitione.

105. *Paulus* lib. 1. ad Edictum.

Vbicunque cauſæ cognitio i eſt, ibi prætor k deſideratur. *De libertate.*

106. *Idem* lib. 2 ad Edictum.

Libertas l inæſtimabilis m res eſt n.

De ſeruo.

107. *Gaius* lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

Cum o ſeruo nulla actio p eſt.

De iudiciis Pœnalibus.

108 *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

Fere in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati q, & imprudentiæ r ſuccurritur ſ.

De eo qui non prohibet.

109. *Idem* lib. 5. ad Edictum.

Nullum crimen patitur t is qui non prohibet cum prohibere u (non) poteſt.

De eo quod eſt plus vel minus. 1. *De expromiſſore alienæ rei.* 2. *De pupillo,* 3. *De verbis non coniunctis.* 4. *De muneribus.*

110. *Idem* lib. 6. ad Edictum.

In x eo, quod plus ſit, ſemper ineſt y & minus z.

1 ¶ Nemo a alienæ rei expromiſſor b idoneus videtur, niſi c ſi cum ſatiſdatione d.

2 ¶ Pupillus pati e poſſe non intelligitur.

3 ¶ Vbi verba coniuncta f non ſunt, ſufficit g alterutrum eſſe factum.

4 ¶ Mulieribus h tunc ſuccurrendum eſt, cum defendantur i; non vt facilius calumnientur.

De pupillo. 1. *de herede. De actionibus pœnalibus.*

111. *Gaius* lib. 2. ad Edictum Prouinciale.

a l. 18. *ſupra de in ius vocando*: vide *Mynſingerum* 4. *obſeru* 69.

b *l.* 18. *l.* 21. ≋. *de in ius vocando*: *l.* 4. *paragr.* 5. ≋. *de damno*: 2. *Ecl.* 3. *c.* 101.

c in qua habitat ſcil. non ad tempus, *Bart. & Decius hic*, quo nomine hortũ domui iunctum intelligunt. Eadẽ ratione volunt molitori molendinum domus eſſe loco, & nautæ nauem, *Pekius libro de iure ſiſtendi* c. 6. n. 3 4 & 5 at non tabernam & apothecam & quæ mercium condendarum cauſa, non habitationis ædificantur. Idem in porticu ab ædibus ſeparata eſſe, indicat idẽ *Pekius ibi.*

d non poteſt etiã ibidem arreſtari, *Pekius ib.* n. 3. poteſt tamen ſententia iudicis quis prohiberi ne domum excedat, l. 7. *parag.* 8. & 19. *l.* 9. ≋. *de interdictis & relegatis.*

... id eſt, filiofa... ſas interdicta retinendam, recuperandam, adipiſcendam poſſeſ... em peculij ſui competunt. ...am interdicta ...ur pro poſſeſſione, filius autem quicquid adprehendit peculiari nomine, ſta pater eius poſſidet, l. 4 *ſup. de acqu. poſſ.*

... Superflua non nocent, l. 65 ≋. *de verb. oblig. l.* 32. §. 6. ≋. *de auro*: adde *l.* 81. ≋ *eo. & vtile per inutile* 36. *de reg. in* 6. *l.* 20 *ſup. de vſuris*, *l.* 34. *ſup. de her. inſt. l.* 34. *ſup. de* ...*umiſſ teſt. l.* 17. *C. de teſt. l.* 34. *C. de don.* Auguſt 4. *de ciuitate* 27. Solet enim à viris ...tis dici, Superflua non nocent.

... Qui fideiuſſores habet, l. 1. *ſup. qui ſatiſd. l.* 53 *ſup. de procur. l.* 27. § 2. *ſup. de fideiuſſ.* ...*ſup. de cuſtod. reor. l.* 6. §. 1. *ſup. de muner.* & ita quis ſoluendo eſt per alium. Soluen... etiam qui ſolidum poteſt ſoluere: v. l. 114 *ſup. de verb ſign.* qui rei petitæ vi... & inſtar ab actore poteſt conſequi, l. 28. *ſup ſoluto.* non is cuius bona vendun... l. 55. *in fi ſup. de adm. tut.*

... *Harm.* 15 §. 15 adde l. 219. *ſup. de verb. ſig.* g 2. *Eclog* 8. *c.* 93. adde *capitulum* ...*ligentia* 6 *extra de verb. ſig* putà principis legem ferentis: l. *vlt. C. de legib.* populi ...uid ſtatuentis, l. 46. *ſup. de re iudicata*, *l.* 4. §. 1. *ſuprà de acceptilationib.* Prætoris, ...*ſup. de prætor ſtip* teſtatoris, l. 69 *ſup. de leg.* 3. ſtipulatoris, l. 94. *ſup. de verb. oblig.* ...on venditoris & locatoris, l. 39 ≋. *de pact.* ... 21. *l.* 33. *in fi. l.* 134. ≋. *de contr. empt.* ...dde l. 8 *C. de de pœnis*, *l.* 1. §. 1 *ſup. de iure fiſci.*

... 1 §. 1 *ſup. de iure fiſci.* k Prior tempore in lucro, potior iure, 3. *Harm.* 7. §. 3. ...5. *in fi.* ≋. *eo.* l in lucro, *Hal.* cuius lucro, *vulg.*

... Alias petitoris deterior eſſet cauſa, l. 33. *ſup. eo.* n Occupantis ac prioris me... conditio, l. 9. §. 3. ≋. *de publicanis*, *l.* 10. *in fi.* ≋. *de peculio*: *l.* 31. *in fi. ſup. de act. empt.* ...*in fi.* ≋. *de legatis* 1. *l.* 9. *in pr. & fi. ſup de re iudicata*: & ita, Prior tempore in cauſa præfertur, c. *Qui prior eſt tempore* 54. *de reg. in* 6. *vbi v. Dynum*: prior tempore, ...iure, l. 3, *C. qui potiores*: prior tempore in ſorte, prior in vſuris, l. 18. ≋. *qui potio.*

... Cum dolo caret, l. 42. *l.* 63. *l.* 88. *ſup. eo.*

... ad hanc *l.* 1. *Harm.* 1. §. 26. & ibi *Scholiaſtem*, & *tria ad hunc locum exempla.*

... *Ecl.* 3. *c* 98. *v. l.* 35. *ſup. eo. l.* 153. ≋ *eo. v. l.* 80 [illegible] *p. de ſolut.*

... in dilationibus, l. 1. *C. de temporib. appell. l.* [illegible] *Theo. de dilationib. ex conſenſu*, ... *tit.* 33 compenſatione fiſco facienda, l. 46. §. 4. *ſup. de iure fiſci*: & aliis. De duo... menſibus dicam ad Nouellam 66. c. 1.

... *ſi venditor*, 28 *ſup. de adilitio*, *l.* 46. §. 4. *ſup. de iure fiſci*, *l. tutor*, 7. §. *vſura*, 11 *ſup.* ...*min. tutorum*: *l.* 3. *C. de iure emphyt. l.* 2. *C. de ſecundis nuptiis*: *l.* 1. *C. de naturalibus* ...*l. vlt C. de iure delib. l. vlt. C. de fideic lib. l.* 1. *C. de temporib. appell. l. pen. C. de fide...* ...3. § 6. *l. vlt.* §. *ad l. Iul. de adult. l. vlt. C. de bonis proſcr. Nou.* 83. & 96. 20. *Gell.* 1. ...exageſimo die. ſic Græci ἑξήκοντα ἡμέρας ἀντὶ τούτων προσδέχονται. ſic in ...*in fi ſup. de adult.* ipſe ſexageſimus dies comprehenditur. idque probat Cuiac. ...*C. de præſcript.* qui ſexageſimo primo die venit, poſt duos menſes venit: quando... ...em in ſingulos menſes triginta dies conſtituimus. adde l. 132. ≋ *de verb. ſign.*

... Caracalla ſcil.

... Septimio Seuero ſcil. quo imperatore vixit author huius legis Paulus coæ...eus Moecij & Tryphonini & Tertulliani, v. *Cuiac.* 7. *obſ.* 2. Vulgata legit, *fratre*, & ...lè. y adde l. 121. ≋ *eo l.* 29. *ſup. de arbitris.*

... Eiuſdem Prætoris ſcil. l. 7, *in pr. &* §. 2. *ſup. de iuriſdict. l.* 4. *parag.* 1. ≋. *de in ius* ...*cando*, *l.* 2 *ſup. ne quis eum*, *l.* 3. *ſup. de eo per quem*: *l. vlt. ſup. ne quid in loco publico.* ...aduerſus dictum promiſſumve facere, l. 17. *in fin.* ≋. *de ædilitio.* in legem, *l.* 5. *C. de* ... a magiſtratus ſiue prætoris.

... Qui poteſt denegare dare poteſt, l. 3, *l.* 38, *l.* 79, *l.* 100. ≋. *eod.*

e Poteſt tamen quis in criminalibus cauſis domo extrahi, *Nou.* 134. *c.* 1. & fiſcalib. *Pekius lib. de iure ſiſtendi*, c 6 *n.* 8. ſed & ſi ad aliquam dignitatem electus ſit, l. 31. *C. de decur.* Quin huic priuilegio renuntiari poſſe volunt, quod vel ei accidit qui omni iuris auxilio renuntiarit, *Pekius ib. n.* 9.

f l. 36. ≋. *de obl. v. l.* 7. *l.* 97. ≋. *de ſolut. l.* 10. *in fin.* ≋. *de pœnis.* g Pari in cauſa vt infamia vitetur, l. 4. *parag* 2. ≋. *de ſuſpect.* h hoc verbũ neutraliter accipit Sueton. *in Octauio c.* 94. Virgilius *Ecl.* 5. *Cic. in Tuſc.* æquiparantur, *Vulg. Hal.*

i l. 71. ≋. *eo. l.* 9. *ſup. de off. proconſ.* Cauſæ cognitio neceſſaria eſt quoties cauſa iudicis officio & arbitrio definienda eſt. k Quilibet magiſtratus etiam is cui mandata eſt iuriſdictio, l. 4. § 4 ≋. *de damno.* l 1. *Harm* 18 §. 10. & patria poteſtas, *l.* 114. §. 8 *ſup. de leg.* 1 & liberum corpus, cuius nulla æſtimatio, l. 3. ≋. *ſi quadrupes*: *l.* 1. §. 5. *l. vlt. in fi.* ≋. *de his qui deiecerunt*: *l.* 2 § 2. ≋. *de lege Rhodia*, *l.* 103. *ſup. de verb. oblig.* vt meritò libero homini ſublata ſit à Leone Nou. 59. facultas ſui ipſius vendendi.

m Infinita, l. 176 *in fi.* ≋ *eo. l.* 122. ≋. *eo.* Ideo libertas ſummum pretium dicitur à Comico in Andria, *act.* 1 *ſcen.* 1. nihil ea gratius ſeruo præſtari poteſt, l. 39. *in fin* ≋. *de fideic. lib.* grande beneficium, l. 1 *ſup. de bonis libert.* hinc, qui liberum adquiſiuit, non eſt factus locupletior, l. 126. §. 1. ≋. *eo.* n Ideóque ei admodum fauetur, l. 20. *ſup. eo. l.* 22. ≋. *eo.* o id eſt, aduerſus ſeruum.

p *v. l.* 22. ≋. *eo. l.* 6. *l.* 7. *ſup. de iudiciis*: *v. tit. C. An ſeruus ex ſuo facto*: 2. *Ecl.* 3. *c.* 105. ſed vide Cuiac 9. *obſ* 13. q 2. *Ecl.* 3. *c.* 106. *v. l.* 38. §. 7. *ſup. de adult. l.* 16. §. 3 *in fi. ſup. de pœnis.* r *l.* 5. §. 4. *ſup. de obl. l. vlt.* ≋. *de variis & extraor. cogn.*

ſ vt pœna remittatur, l. 8. *ſup. de his qui not.* t An hoc ſignificat, extra cauſam delicti eſſe, vt Ramus præceptor meus interpretatur, l. 50 *ſup. eod. l.* 2. ≋. *de noxa.* An potius volentem nullam iniuriam pati? l. 34. *C. de tranſact.*

u 6. *Har.* 2. cum prohibere poſſit ὁ δυνάμενος κωλῦσαι: 2. *Ecl.* 3. *c.* 107. hinc variæ ſententiæ naſcuntur. Qui cogitur, propriè non peccat, l. 15 *ſup. de publicanis.* Qui patitur, cùm poſſit iniuriam propulſare, de iniuria queri non poteſt, l. 34. *C. de tranſ.* Qui patitur alteri iniuriam inferri, cum eam prohibere poſſit, tenetur, l. 45 ≋. *ad l. Aquil. l.* 3 ≋. *de noxal. l.* 24. §. 6. *ſup. de damno.* x Plus continet minus, l. 21. *ſup. eod. l.* 27. §. 5. ≋. *de pactis*: *l.* 27. §. 3. *in fi ſup. de arbitris*: *l.* 9. *ſup. de in litem iurando*: *l.* 9. §. 3. *ſup. de here. inſt. l.* 15. ≋. *de leg.* 1. *l.* 3. §. 5. ≋. *de adimentis*: *l.* 3. §. 6. ≋. *de ſtatulib. l.* 1. §. 4. ≋. *de ver. obl.* adde l. 26 *ſup. eo. l.* 163. *l.* 165. ≋. *eo.* adde l. 29. ≋. *de hered. inſt.*

y Id eſt, continetur vt qui plus præſtet, præſtet & minus. Et is tamen qui quid tenetur præſtare, minus dando non liberatur, l. 100. & 102. ≋. *de verb. obl.*

z Non ſequitur tamen vt cui viginti deſunt, deſint & decem: non ſequitur quoq; vt fideiuſſor in maiorẽ ſummam datus quam principalis debeat, teneatur ſaltem ratione minoris, l. 8. §. 7. *ſup. de fideiuſſ.* vt qui decem locare exiſtimet, Titio quinque conducere exiſtimante, maneat & valeat conductio in quinque, l. 52. *ſup. locati.*

a Aliud eſt in eo qui cauſam nudæ abſentiæ proponit, præſertim in criminalibus: *v. l.* 13. §. 1. *ſup. de publicis iudic.* b Etiam filius, cum is nihil poſſideat, l. 93. ≋. *eo.* etiam procurator, *l.* 10. *ſup. iudicatum*: *l. vnic. C. de ſatiſd.* etiam defenſor, quantumuis poſſeſſor immobilium & diues, *Decius ex Bart. ſententia hic n.* 2.

c *l.* 46. §. 2. *ſup. de proc. l.* 21. *in fin.* ≋. *quib ex cauſ. maior. l.* 4. §. 3. ≋. *quib. ex cauſis in poſſ. l.* 4. *ſup. de iudiciis.* d Cur ita? collige ex l. 166. ≋. *eo.* e Pupillus in iis quibus patientia inducit conſenſum, non obligatur, l. 33 *ſup. pro ſocio*, *vt in l.* 4. *ſup. locat.* ſcientia eius non ſufficit ad negotiationem, l. 3 *in fi ſup. de tributoria.* & tamen pati iniuriam poteſt, l 3. §. 1 *ſup. de iniuriis.* f *l.* 28. *in fi. ſup. de verb. ſign.*

g Alternatiuorum ſufficit alterum impleri: c. 1. *in alternatiuis* 70. *de reg. in* 6. *l.* 10. *in fi. ſup. de iure dotium*: *l.* 5. *ſup. de condit. Inſt. l.* 13. §. 5. *ſup. de reb. dubiis. l.* 78. *in fi ſup. de cond. & dem. l.* 44. *ſup. de oblig. l.* 129. *in fi ſup. de verb. obl. l.* 13. *ſup. iudicatum ſolui.* In copulatiua verò oratione omnes partes veras eſſe neceſſe eſt, *d. l.* 129. *l.* 5. *ſup. de cond. inſt. l.* 13 *ſup. de reb. dub.* h 1. *Har.* 3. §. 35. & minoribus, in quib. malitia ſupplet ætatẽ, l. 2: l. 3. *C. ſi minor ſe maiorem dixerit*, & quibus denique decipiẽtibus non ſuccurritur, l. 2. *C. ſi res aliena pignori*: mitiùs tamen mulier delinquens punitur, l. 1. *in fi. ſup. de edend. l.* 1. §. 3. *l.* 23. *l.* 30. *ſup ad Velleian. l.* 18. *C. ad Vell. l.* 1. *ſup. de iur. & facti.* *l.* 38. §. 7. ≋. *de adult. l.* 3. §. 10. ≋. *ad Turp.* 2. *Ecl.* 3. *c.* 118. §. 5. i defraudantur, *Vulg. Hal.*

Pupillum

DE SERVILI COGNATIONE.

TIT. VII.

De ſeruili cognatione. I. Collatio ordinum & graduum.

ILlud certum eſt, ad ſeruiles cognationes illam partem edicti. qua *a* proximitatis nomine bonorum poſſeſſio promittitur, non pertinere: nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur *b*. Sed noſtra *c* conſtitutione, quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vſque ad noſtra tempora ſatis obſcurum, atque nube plenum, & vndique confuſum fuerat:) *& hoc humanitate ſuggerente conceſſimus, vt ſi quis in ſeruili conſtitutus conſortio liberum, vel liberos habuerit, ſiue ex libera ſiue ex ſeruilis conditionis muliere: vel contrà ſerua mulier ex libero vel ſeruo habuerit liberos cuiuſcunque ſexus: & ad libertatem his peruenientibus, ij qui ex ſeruili ventre nati ſunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipſi in ſeruitute eos habuerint, & poſtea ad libertatem peruenerint: vt hi omnes ad ſucceſſionem patris vel matris veniant †, patronatus iure in hac parte ſopito. Hos enim liberos non ſolùm in ſuorum parentum ſucceſſionem, ſed etiam alterum in alterius ſucceſſionem mutuam vocauimus, ex illa lege ſpecialiter eos vocantes: ſiue ſoli inueniantur, qui in ſeruitute nati, & poſtea manumiſſi ſunt: ſiue vna cum aliis, qui poſt libertatem parentum concepti ſunt: ſiue ex eodem patre, ſiue ex eadem matre, ſiue ex aliis *d* nuptiis, ad ſimilitudinem eorum qui ex iuſtis nuptiis procreati ſunt †.

1 ¶ Repetitis itaque omnibus, quæ iam tradidimus, apparet non ſemper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eóque amplius, ne eum quidem, qui proximior ſit cognatus, ſemper potiorem eſſe. Cum enim prima cauſa ſit ſuorum heredum, & eorum, quos inter ſuos hęredes enumerauimus: apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem eſſe quàm fratrem, aut patrem, matrémque defuncti: cùm alioqui pater quidem & mater (vt ſupra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò ſecundum, pronepos autem tertio gradu ſit cognationis, & abnepos quarto. Nec intereſt, in poteſtate morientis fuerit, an non, quòd vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo ſexu propagatus eſt. Amotis quoque ſuis hæredibus, & quos inter ſuos hęredes vocari diximus: adgnatus, qui integrum ius habet adgnationis, etiam ſi longiſſimo gradu ſit, plerumque potior habetur, quam proximior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos auunculo vel matertera præfertur. Totiens igitur dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos qui cognati ſunt, quotiens neque ſuorum hæredum, quique inter ſuos hæredes ſunt, neque adgnationis ‖ iure, ‖ aliquis præferri debeat, ſecundum ea quæ tradidimus: exceptis fratre & ſorore emancipatis, qui ad ſucceſſionem fratrum vel ſororum vocantur: qui etſi capite deminuti ſunt, tamen præferuntur cæteris vlterioris gradus adgnatis.

a de qua v. §. 3. *de leg. agn. ſucc.*
b Seruilis tamen cognatio impedimento nuptiis eſſe dicitur. §. *antepen. 3. de nub.* adde *l. 1. §. 2. ff. vnde cognati: l. vlt. §. non parcimus, ff. de gradibus.*
c quæ non extant tamen fragmenta in *l. 4. C. de bon. libert.*
† & ita recipiant cognationem: abrogata *l. 7. ff. vnde cognati. l. 6. C. de ſuis & legit.*
d ſiue ex aliis, qualicumque copulatione nati ſint ad ſimilitudinem, &c. *Cuiac. Hot.*
† iure ciuili ſerui non dicuntur contrahere matrimonium, ſed contubernium, *l. 3. C. de inceſtis.* iure Pontificio ſecus, *c. 1. de coniug. ſeru.*
e i. vt patroni ſuccedāt libertis. Huc refer 38. *ff.* 26. *c.* 4. *Vlp.* 27. 29.
f Libertorum inteſtatorum hæreditas primùm ad ſuos hæredes pertinet, deinde ad eos quorum liberti ſunt, veluti patronum, patronam liberoſve patroni. *Vlp.* 27. §. 1.
g *v. l. 17. ff. de bonis libert.*
h *l. 1. in fi. ff. de bonis libert.*
i *l. 3. in pr. ff. de ſuis.*
k de qua *Vlp.* 29. §. 3. 5. 6. *l.* 1. §. *pen. ff. ſi cui plus quam.*

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM *e*.

TIT. VIII.

Qui ſuccedunt ex xij. tabul. 1. Iure prætorio. 2. Ex lege Papia. 3. Ex conſtitutione Iuſtiniani. 4. Quibus libertinis ſucceditur.

NVNC de libertorum bonis videamus. Olim *f* itaque licebat liberto patronum ſuum impunè teſtamento præterire, nam ita demum lex duodecim tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum *g*, ſi inteſtatus mortuus eſſet libertus, hærede ſuo nullo relicto. Itaque inteſtato mortuo liberto, ſi is ſuum hæredem reliquiſſet, patrono nihil in bonis eius iuris erat. Et ſi quidem ex naturalibus liberis aliquem ſuum hæredem reliquiſſet, nulla videbatur querela: ſi verò adoptiuus filius fuiſſet, apertè iniquum erat, nihil iuris patrono ſupereſſe.

1 ¶ Qua de cauſa poſtea prætoris edicto hæc iuris iniquitas emendata eſt: ſiue enim faciebat teſtamentum libertus, iubebatur ita teſtari: vt patrono partem *h* dimidiam bonorum ſuorum relinqueret, & ſi aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat: dabatur patrono contra tabulas teſtamenti partis dimidiæ bonorum poſſeſſio. Siue inteſtatus moriebatur, ſuo hærede relicto filio adoptiuo; dabatur æquè patrono contra hunc ſuum hæredem, partis dimidiæ bonorum poſſeſſio.

¶ Prodeſſe autem liberto ſolebant ad excludendum patronum *i* naturales liberi, non ſolùm quos in poteſtate mortis tempore habebat, ſed etiam emancipati, & in adoptionem dati: ſi modò ex aliqua parte ſcripti hæredes erant, aut prætertiti contra tabulas bonorum poſſeſſionem ex edicto ‖ prętorio ‖ petierant, nam exhæredati nullo modo repellebant patronum.

2 ¶ Poſtea verò *n* lege *k* Papia adaucta ſunt iura patronorum qui locupletiores libertos habebant. Cautum eſt enim, *vt ex bonis eius qui ſeſtertium centum millium patrimonium reliquerat, & pauciores, quàm tres liberos habebat: ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur.* Itaque cùm vnum ‖ quidem ‖ filium filiámve hæredem reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiáve inteſtatus *a* deceſſiſſet. Cùm ‖ verò ‖ duos duáſve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.

3 ¶ Sed noſtra *b* conſtitutio, quam pro omni natione, Græca lingua compendioſo tractatu habito compoſuimus, ita huiuſmodi cauſam definiuit, vt ſiquidem libertus vel liberta minores centenariis *c* ſint, i. minus *d* centum aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim legis Papiæ ſummam interpretati ſumus, vt pro *e* mille ſeſtertiis vnus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum ſucceſſione: ſi tamen teſtamentum fecerint. Sin autem inteſtati deceſſerint, nullo libertorum relicto, tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reſeruauit. Cùm verò maiores centenari is ſint, ſi hæredes vel bonorum poſſeſſores liberos habeant, ſiue vnum, ſiue plures, cuiuſcunque ſexus vel gradus, ad eos ſucceſſiones parentum deduximus, patronis omnib. modis vnà cum ſua progenie ſemotis. Sin autem ſine liberis deceſſerint: ſiquidem inteſtati, ad omnem hęreditatem patronos patronáſque vocauimus: ſi verò teſtamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas prætererierint, cùm nullos liberos haberent, vel habentes, eos exhęredauerint, vel mater ſiue auus maternus eos prætererierint, ita quòd non poſſint argui inofficioſa eorum teſtamenta: tunc ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, non dimidiam (vt antea) ſed tertiam partem bonorum liberti conſequantur: vel quod deeſt, eis ex conſtitutione noſtra repleatur, ſi quando minus tertia parte bonorum ſuorum libertus vel liberta eis reliquerit: ita ſine onere, vt nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommiſſa præſtentur, ſed ad cohęredes eorum hoc onus redundet: multis aliis caſibus à nobis in præfata conſtitutione congregatis, quos neceſſarios eſſe ad huiuſmodi diſpoſitionem iuris perſpeximus, vt tam patroni patronæque, quàm liberi eorum, nec non qui ex tranſuerſo latere veniunt, vſque ad quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum, libertarúmve vocentur, ſicut ex ea conſtitutione intelligendum eſt: & ſi eiuſdem patroni vel patronę, vel duorum duarúmque pluriúmve liberi ſint, qui proximior eſt, ad liberti vel libertæ vocetur ſucceſſionem, & in capita *f*, non in ſtirpes diuidatur ſucceſſio, eodem modo & in iis, qui ex tranſuerſo latere veniunt, ſeruando. Penè enim conſonantia iura ingenuitatis & libertinitatis in ſucceſſionibus *g* fecimus.

4 ¶ Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda ſunt, qui in ciuitatem Romanam peruenerunt. Cùm nec ſint alij liberti, ſimul & Dedititiis *h* & Latinis ſublatis, cùm Latinorum legitimæ ſucceſſiones nullæ penitus erant, quia licèt vt liberi vitam ſuam peragebant *i*, attamen ipſo vltimo ſpiritu ſimul animam atque libertatem amittebant, & quaſi ſeruorum bona eorum iure quodammodo peculij ex lege *k* Iunia ‖ Norbana ‖ manumiſſores detinebant. Poſtea verò ſenatuſconſulto Largiano *l* cautum fuerat, *vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati facti extraneis hæredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur.* Quibus etiam ſuperuenit diui *m* Traiani edictum, quod eundem hominem ſi inuito vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanam venire ex beneficio principis feſtinarat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum, Latinum verò morientem. Sed noſtra conſtitutione propter huiuſmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipſis Latinis etiam legem Iuniam, & ſenatuſconſultum Largianum *n*, & edictum diui Traiani in perpetuum deleri cenſuimus: *vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur.* & mirabili modo quibuſdam adiectionibus *o* ipſas vias, quæ in latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam capiendam tranſpoſuimus.

DE ADSIGNATIONE *p* libertorum.

TIT. IX.

IN ſumma (quod ad bona libertorum ‖ attinet ‖) admonendi ſumus, cenſuiſſe ſenatum *q*, vt quamuis ad omnes patroni liberos qui eiuſdem gradus ſunt *r*, æqualiter bona

a teſtatus deceſſiſſet, Cuia. *hic.* & 3. *obſer.* 13. *Contius* (cui Græca Theophili paraphraſis conſentit, ibi, ἐπὶ διαθήκῃ) reprehenſus à Roberto 2. *recepta. lect.* 21.
b quæ non extat, v. tamen eius fragmentum in *l. 4. C. de bonis libertorum: Cuiac.* 20. *obſ.* 34.
c *l. 16. ff. de iur. patro. l. 26. ff. de bon. libert.*
d minus mille aureis. *Hot.*
e pro centum ſeſtertiis. *Hot* mouetur Hotomanus, quod Suetonius in Othone, vnius aurei mentionem faciat, & eundem aureum Tacitus (idem commemorans) centenis ſeſtertiis exequer. Contius verò hic notat rectè ſolidum æſtimari mille ſeſtertiis, quia in *l. 49. ſoluto matrimonio,* decem ſolidi paulò poſt vocantur decem millia, vt ſic, pauperes vocantur, qui minus quàm 50. habeant: *l. 10. de excuſ.* non igitur malè locupletiores liberti hic dicentur qui centum millium ſeſtertium, i. centum aureos patrimonium reliquerint. Erat autem hæc ſumma pœna popularis actionis, *l. 25. in fi. de Syllan.* & ambitus, *l. vn.* §. 1. & *vl. ff. ad l. Iuliam de ambitu.* Cæterùm de aurei æſtimatione v. Cuiacium 19. *obſ.* 1.
f Libertorum hereditas in capita, non in ſtirpes, diuiditur: & ideo ſi vnius patroni duo ſint liberi, alterius quatuor, ſinguli viriles, i. æquales portiones habebunt. *Paul. 3. ſent. 2. §. 3.* dixi ad *Theoph. hoc loco: Vlp.* 27. §. 4.
g & aliis, puta matrimoniis. *Nou.* 78. *c.* 3.
h *C. de Latina & dedititia libertate.*
i *v. ad hunc locum Timotheum 1. ad Eccleſiam.*
k *v. 3. tit. de libertis* §. 7.
l *Nou.* 78.
m *l. vn. C. de Latina libertate.*
n *d. Nou.* 78.
o i. modis. *Accurſius:* Alciatus verò hanc vocem ad familiarum adiectiones refert: ſed Cuiacius ad modos manumittendi per Epiſtolam: & inter amicos, quibus olim tantùm latini; hodie ciues fiunt manumiſſi 18. *obſ.* 21. qua de re dicemus plenius ad *l. vn. C. de Latina libertate.*
p 38 *ff.* 4.
q de quo *l. 1 ff. eod.*
r §. 3. *in fin.* 3. *tit. prox.*

a adde l.189.ʃ.eo. b Proximus pubertati in delictis, pro pubere habetur, v.l.23.ſup.de furtis:Ecl.3.c.109. l.14. ſup. de Silaniano, non tamen in teſtamenti factione, id eſt, in teſtamenti faciendi facultate: Decius hic. c mitiùs tamen punitur, l.108.ſup. eodem. d v.l.1 ſup de priuat.delict. parag.1. Inſt.de perpetuis: v.l. vnic. C. ex delictis defunct. e Pœnales actiones in heredes non tranſeunt regulariter: nam lite cum defuncto conteſtata tranſmittuntur: v.l 164.ʃ.eo. Multo magis ſi defuncto pœna ipſo iure erat impoſita, vt in l.22. ſup. de Silaniano: l.14.ſup. de publicanis. Tenetur etiam heres ex eo quod ad eũ peruenit, l.38 ſup. eo.l.15.ſ.de calum. l.26.ſup.de dolo,& pœna defũcto impoſita tranſmittitur, in eius heredes, l.3. paragr.5. ſup.quod quiſque. f aliud in pecuniariis, l.22.ſ.de Silaniano, & condictione furtiua:

Pupillum a, qui proximus b pubertati ſit, capacem eſſe & furandi, & iniuriæ faciendæ c.

1 ¶ In d heredem non ſolent e actiones tranſire, quę pœnales f ſunt ex maleficio: veluti furti g, damni h iniuriæ, vi i bonorum raptorum, iniuriarum k.

De actione non competente. De exceptione.

112. *Paulus* "lib. 8. ad Edictum."

Nihil intereſt, ipſo iure quis actionem non habeat, an per l exceptionem infirmetur.

De toto & parte.

113. *Gaius* "lib. 3. ad Edictum Prouinciale."

In toto m & pars n continetur.

De obſcuris.

114. *Paulus* "lib. 9. ad Edictum."

In obſcuris inſpici ſolet o, quod veriſimilius p eſt, aut quod plerumque fieri ſolet.

Qui videtur cœpiſſe ſeu accepiſſe.

115. *Idem* "lib. 10. ad Edictum."

Si quis obligatione q liberatus ſit, poteſt videri r cepiſſe. 1 ¶ Non poteſt videri accepiſſe qui ſtipulatus poteſt exceptione ſ ſummoueri.

De conſenſu, vi, metu. 1. De eo qui ius publicum ſequitur. 2. De conſenſu & errore.

116. *Vlpianus* "lib. 11. ad Edictum."

Nihil conſenſui tam t contrarium eſt, qui & bonæ u fidei iudicia ſuſtinet, quam vis, atque metus: quem comprobare, contra bonos mores eſt.

1 ¶ Non capitur x qui ius publicum ſequitur.

2 ¶ Non videntur, qui errant y conſentire.

De bonorum poſſeſſore.

117. *Paulus* "lib. 11. ad Edictum."

Prætor bonorum poſſeſſorem z heredis a loco in b omni cauſa habet.

De vſucapione, de poſſeßione.

118. *Vlpianus* "lib. 12. ad Edictum."

Qui in ſeruitute c eſt, vſucapere d non poteſt. nam cum e poſſideatur poſſidere non videtur.

De alienatione.

119. *Idem* "lib. 13. ad Edictum."

Non f alienat g, qui duntaxat omittit poſſeſſionem h.

De herede.

120. *Paulus* "lib. 12. ad Edictum."

Nemo plus i commodi heredi ſuo relinquit, quam ipſe habuit k.

De eo qui nõ facit quod facere debet, vel facit quod facere nõ debet.

121. *Paulus* "lib. 13. ad Edictum."

Qui non facit, quod facere debet: videtur facere aduerſus a ea, quia b non facit. Et qui facit, quod facere non debet, nõ videtur facere id quod facere iuſſus eſt.

De libertate.

122. *Gaius* "lib. 5. ad Edictum Prouinciale."

Libertas omnibus rebus fauorabilior c eſt.

An quis pro alio lege agere poßit. 1. De temporaria permutatione.

123. *Vlpianus* "lib. 14. ad Edictum."

Nemo alieno d nomine lege e agere f poteſt.

1 ¶ Temporaria g permutatio ius prouinciæ nõ innouat.

De muto, ſurdo, furioſo.

124. *Paulus* "lib. 16. h ad Edictum."

Vbi i non voce, ſed præſentia k opus eſt, mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo hic quidem "&" reſpondere poteſt. 1 ¶ Furioſis abſentis l loco eſt m. & ita Pomponius lib. primo epiſtolarum ſcribit.

De actore & reo.

125. *Gaius* "lib 5. ad Edictum Prouinciale."

Fauorabiliores rei n potius quam actores habẽtur o.

De eo qui pretium numerauit. 1. De acquiſitione liberti. 2. De petitore & poſſeſſore.

126. *Vlpianus* "lib. 15. ad Edictum."

Nemo prædo p eſt, qui pretium q numerauit r.

1 ¶ Locupletior non eſt factus, qui libertum ſ adquiſierit t. 2 ¶ Cùm u de lucro duorum quæratur: melior eſt cauſa poſſidentis x.

De herede conuento in id quod ad eum peruenit.

127. *Paulus* "lib. 20. ad Edictum."

Cum prætor in heredem dat actionem, quatenus y ad eum peruenit, ſufficit, ſi vel momento z ad eum peruenit ex dolo defuncti.

De petitore & poſſeſſore. 1. De ſucceſſoribus.

128. *Idem* "lib. 19. ad Edictum."

In a pari cauſa poſſeſſor b potior haberi debet.

1 ¶ Hi qui c in vniuerſum ius d ſuccedunt, heredis loco habentur.

De eo qui ſuum recipit. 1. De principali & acceſſorio.

129. *Idem* "lib. 21. ad Edictum."

Nihil dolo creditor facit, qui ſuum e recipit.

1 ¶ Cùm principalis f cauſa non conſiſtit, ne ea quidem, quæ ſequuntur g, locum habent h.

De concurrentibus actionibus.

l.7.§.2.ſ.de cond.furtiua. g d.§.1, Inſt.de perpetuis. h l.23.§.8.ſup. ad l.Aquil. i l.2.in fi.ſ.vi bonorum. k d.§.1. l Paria ſunt, nullam & infirmam actionem habere, l.13.51.& 66.ſ.l.7.§.8.ſ.de dolo.l.7.§.14.in fi.ſ de quib.ex cauſ.in poſſ.l.1.§.12.ſ.ad Turp. m Totum in loco, vt vbique: in tempore, vt ſemper: in modo, cuius partes ſunt accidentales, vt poſſeſſio bonæ, malæ fidei; qualitatis, vt omnis, nullus, quilibet, centum: integrale, cuius partes eſſentiales integræ, vel homogeneæ, vt in aqua, aut heterogeneæ, vt partes totius compoſiti totum quiddam efficiunt, vt ædificium, fundamenta, parietes, & tectum: totum vniuerſale, eſt vel perſonarum, vt ciuitas, collegium, ducatus, comitatus, regnum, & ſimilia: vel rerum, vt hereditas, domus, grex, equitium, armentum: totum naturale vel artificiale, cui nulla pars naturalis aut artificialis deeſt. n l.21.ſ.eo.l.147.ʃ.eo.l.7.ſ. de excep.rei iud.c.plus, 35.c.in toto 80.de reg.in 6. v Hot 30.q.

o Quo gradu? voluntas prius ſpectatur, tum veriſimilius, propria deinde verborum ſignificatio, ab hac, id quod minus eſt. Id ſi non apparet, actus iudicatur non valere: v.Dynum c.45. de reg in 6.n.5. p Veriſimilius præſumitur: c inſpicimus 45.de reg.in 6.1.Harm.15.§.16.2 Ecl.3.c.111.vero proximum: l.21.in fi.ſ.de teſtib.l.13.in fi.ſ.qui potiores, l.25.de cond.& dem. credibilius, l.13.ſ.de prob. magis rationabile, l.122.ſ.de ver.ſig.in dubio, ſcil.& iudicando, & litibus decidendis: quod ſæpiſſimè faciunt Iuriſconſulti, vt docet Tiraq. in repetitione legis ſi vnquam 8.C. de reuocand. don n.37 ad 60. Non veriſimile credibile non eſt nec attenditur: pro eo non præſumitur, l.13.ſ.quod metus, l.19.§.4.ſ.de peculio, l.6.ſ.de pig l.41.ſ.de manum.teſtam. imaginem haber falſitatis. Veriſimile ducitur ex more conſuetudine, iis quæ fieri ſolita ſunt frequentius, communi opinione, natura, qualitatibus rei, vel perſonis, tempore, de quibus v. Old. in Topicis in loco à coniectura ſeu præſumptione: ſumitur etiam à pietate, l.41 §.2 in fi.ſup de leg.3.l.102 ſup.de cond.& dem.l.30.C.de fideic. rerum inter ſe comparatione, l.1.ſup.de reb.dub.& aliis coniecturis, l.13.ſ.de prob. l.50.in fi ſup.de leg.1.

q Liberatus obligatione cepiſſe intelligitur: dare videtur, qui debitum remittit: l.2.l.3.ſup.de calum.l.10.in fi.ſ.de cond.cauſa, l.41.§.2.ſ.de iure dot.l.3.§.10.ſup.de don.inter virum, l.1.§.5.ſup.de leg.1.non tamen litigioſum, pœnale, & aliam ob cauſam, l.19.ſup de liberali, v.Dec.hic.

r Vox videri, nota eſt fictionis. Ideóque propriè aliud eſt dare, aliud remittere, l.46.ſ.de cond & dem. ſ l.13.ſ.eo.v.l.112.ſ.eo.l.24.ſ.de nouatione.

t Vis & metus conſenſui contraria, 2.Ecl.3.c.113.6.Harm.2.& voluntati, l.1.ſuprà quod metus cauſa. u Bonæ fidei iudicia conſenſu ſuſtinentur. x l.11.§.4.ſ.de min.v.l.vlt.C.de in integ.2.Ecl.3.c.114. y l.15 ſup.de iuriſd.l.2.ſup.de iud.l.57 ſ.de obl.l.20 ſup de aqua pluuia, l.9.C. de iuris & facti ignorantia. z qui à Græcis hic διάδοχος appellatur, id eſt, ſucceſſor, 2.Ecl.115.

a l.25.ſ de acq.hered.v.l.29.§.2.ſ.de cond.& dem.l.2.ſ.de bon.poſſ.

b ſiue agat, ſiue conueniatur. c 1.Har.14.§.2.& in poteſtate, l.93.ſ.eo.

d poſſidere non poteſt qui poſſidetur, l.4 ſ.de vſurp.2.Ecl.3 c.116. e l.54.ſ.de acq.rer.l.1.§.6 ſ.de acq.poſſ l.11.ſ.de adult. f 2.Ecl.3.c.117.l.4.§.1.ſ.de alien.iud. & ideo prohibentur donationes, l.3.§.10 ſ.de don.inter virum, non prohibẽtur alienationes poſſeſſionis, l.1.§.4.ſup. de ac.poſſ.

g propriè ſcil.ſecus impropriè, d.l.4.& 21.§.2.ſup quod metus.

h Alienatio enim propriè eſt dominij, l.67.ſup. de verb.ſign.

i v.l.54.ſ.eo.l.59.l.160.in fi.ʃ.eo.v.5.Har.8.l.20.ſ.de acq.rer.

k Cur ita? collige ex lege 67.ſup.de contr.empt.2.Ecl.3.c.118.

num in iudicium deducere, mero iure licebat, Cicero pro Roſcio Comœdo … mo petit, niſi qui cognitor eſt facti, Cornificius ad Herennium. Per procura… dem id fieri vtilitatis cauſa receptum, Inſt de his per quos agere.

g Temporalis, vulgata ſenſus eſt. Momentanea imperium non habent … iuris ſunt: ideóque conſuetudo duobus aut tribus iudiciis contrariis non … Decius: vel Temporaria prouinciæ permutatio ius eius non mutat.

h Decimoſeptimo, Petrus Faber hic. i v.l.48.ſupr. de obl. k id eſt … conſenſu & intelligentia, l.209.ſ.de verb.ſign. l v.l.2.§.3.ſ. de iure … §.11.in fi.ſ.de iniuriis. Idem corpore præſens eſſe poteſt, mente abſens … captiuis. m Imò non eſt, l.2.§.1.ſ.de procur.

n Rei fauorabiliores, l.41.ſ.eo.l.38.ſ.de re iud.l.47.ſ.de obl.c.cum ſunt … 11.de reg.in 6.2.Ecl.3.c.121.1.Harm.2.§ 62.adde Ariſtot.Probl.18.id eſt … ſumus ad reum abſoluendum, d.l.47.l.5.in pr.ſ.de pœn.l.4.§.13.ſ.de … uetur poſſidenti, v.l.128.ʃ.eo.plus etiam dilationis reo datur, l.vlt.ſ. … fi.C.de temp.in integr.l.12.C.de dilationib. o In cauſæ deciſione, non tan… paratoriis iudiciorum, l.8.ſ.qui ſatiſdare: l.66.ſ.de iudiciis: l.83.§.1.ſ. … In medio verò cauſæ, actor reo edere tenetur, non è contra, l.4 l.5.C. … cauſæ deciſionem id pertinet, nam illo non probante reus abſoluitur: … igitur rei in re dubia & teſtimoniis hinc & inde paribus. Aliud eſt ſi pro… nè ſit probatum: tunc enim lis dubia eſſe deſinit cùm certa apparet.

p Prædo hic malè fidei poſſeſſor. Sic enim Græcis, οὐκ ἔστι κακῇ … 2.Ecl.3.c.123. q Ecl.ibi.etiam ſciens, l.13.§.8.ſ.de her. pet.2.Harm. … præſertim authore iudice, Harm.ibi. Imò tunc videtur malæ fidei poſſeſ… ſciens contra iura mercatur (qualis eſt, qui rem alienam ſciens emit) … non præſumitur habere, c.qui contra 82.de regulis in 6.

r eſt tamen prædo, qui rem venditam propria authoritate capit, l.5 …

ſ qui liberum, vulg. Hal. adde l.63.in fi.prin.ſ.ad l.Falcid.

t vel qui donat, l.25.§.11.ſ.de her.pet. u 1.Harm.2.§.66.& 67.

x v.l.128.ʃ.eo. y l.16.ſ.quod metus cauſa.

z Momento aliquid fieri ſufficit, vt factum fuiſſe dicatur, & ſemel, l.17 … cauſa, πρὸς ῥοπὴν 2.Ecl.3.c.129.5.Har.8.In momento ἐν ἀτόμῳ, v.l.79 … In articulo, v.l.vlt.C.de offic. comitis ſacri palatij. de momento dicam … C.de bonis quæ liberis.

a Poſſidens in pari cauſa, potior habetur, 1.Har.2.§.49.

b c.in pari 65.de reg.in 6.l.125.in fi.ſ.eo.l.5.§.1.ſ.de calum.l.9.§.4.ſ. … v.l.5.in fi.pr.ſ.ſi vſusfr.petatur: l.8 in fi.ſ.de condict.ob turpem, l.10.ſ. … §.3.in fi.ſ.de teſt.milit.l.1.ſ.vti poßidetis: §.4.verſ. commodum Inſt.de … l.2.C.de condict ob turpem 2.Ecl.3.c.125.2. Har.1.circa finem.

c Vt fiſcus: is enim heredis loco habetur, l.3.ſ.ſoluta: l.2.C.ad legem … l.4.C.de bon.proſcrip.

d l.60.ſ.eo.l.194.§.eo.l.9.§.12 ſup.de her.inſt.2.Ecl.3.c.126.

e l.55.ſup.eo.v.l.26 ſup.de damno.

f l.29.ſ.eo.l.178.ʃ.eo.C.acceſſor 42.de leg in 6.l.19 in fi.ſ. de dolo l. … legato: l 28.§.5.ſup.de liber.§.5.Inſt.de pupillari: v.l.26.C.de vſuris.

g accedunt, vt vſuræ ſorti, l.18.ſup.qui potiores.

h plerumque ſcil. v.l.178.ʃ.eo.

130. Vlpianus

130. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

NVnquam *a* actiones, præſertim pœnales *b*, de eadem *c* re concurrentes alia aliam conſumit *d*.

De eo qui dolo deſiit poſsidere.

131. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

QVi dolo deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur *e*. quia pro *f* poſſeſſione *g* dolus eſt *h*.

De imperitia.

132. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

IMperitia *i* culpæ adnumeratur *k*.

De ſeruis.

133. *Idem* lib. 8. ad Edictum Prouinciale.

MElior *l* conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt, deterior *m* fieri non poteſt *n*.

Quomodo creditores fraudantur de delicto.

134. *Vlpianus* lib. 21. ad Edictum.

NOn *o* fraudantur creditores, cum *p* quid non adquiritur à debitore: ſed cùm quid de bonis *q* diminuitur. 1 ¶ Nemo ex ſuo *r* delicto meliorem *ſ* ſuam conditionem facere poteſt.

De his quæ dari non poſſunt, vel in rerum natura non ſunt.

135. *Idem* lib. 23. ad Edictum.

EA quæ dari impoſſibilia *t* ſunt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro *u* adiectis habentur.

De bona fide poſsidente, & de veritate.

136. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

BOna fides *x* tantundem *y* poſſidenti præſtat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non eſt *z*.

137. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

QVi auctore *a* iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

De aditione cum tempore mortis continuanda. 1. De æſtimatione delicti.

158. *Paulus* lib. 27. ad Edictum.

OMnis hereditas, quamuis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur *b*. 1 ¶ Nunquã creſcit ex pòſt facto *c* præteriti delicti æſtimatio.

De actionibus perpetuandis. 1. De eo quod auferri poteſt.

139. *Gaius* lib. ad Edictum prætoris vrbani.

OMnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ *d* iudicio ſaluæ permanent. 1 ¶ Non videtur perfectè cuiuſque id eſſe, quod † ex caſu auferri poteſt.

De abſentia reip. cauſ.

140. *Vlpianus* lib. 56. ad Edictum.

ABſentia *e* eius qui *f* reipublicæ cauſa abeſt *g*, neque ei, neque alij damnoſa eſſe debet.

De iure ſingulari. 1. De heredibus.

141. *Paulus* lib. 54. ad Edictum.

QVod contra *h* rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia *i*.

1 ¶ Vni duo pro ſolido *a* heredes eſſe non poſſunt.

De eo qui tacet.

142. *Idem* lib. 56. ad Edictum.

QVi tacet *b*, non vtique fatetur *c*. ſed tamen verum eſt, eum non *d* negare *e*.

De contrahentibus & eorum ſucceſſoribus.

143. *Vlpianus* lib. 62. ad Edictum.

QVod *f* ipſis qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus *g* eorum obſtabit.

De licito & honeſto. 1. De tempore in ſtipulationibus ſpectando.

144. *Paulus* lib. 62. ad Edictum.

NOn *h* omne quod licet *i*, honeſtum *k* eſt *l*. 1 ¶ In ſtipulationibus *m* id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

An quis fraudari dicatur.

145. *Vlpianus* lib. 66. ad Edictum.

NEmo videtur fraudare eos, qui ſciunt *n*, & conſentiunt *o*.

De eo quod quis egit ante libertatem.

146 *Paulus* lib. 62. ad Edictum.

QVod quis, dum ſeruus eſt, egit: proficere *p* libero facto non poteſt.

De generalibus & ſpecialibus.

147. *Gaius* lib. 24. ad Edictum Prouinciale.

SEmper ſpecialia *q* generalibus inſunt.

De eo cuius effectus omnibus prodeſt.

148. *Paulus* lib. 16. breuis edicti.

CVius effectus *r* omnibus prodeſt, eius *ſ* & partes ad omnes pertinent *t*.

De lucro & perſona alterius.

149. *Vlpianus* lib. 67. ad Edictum.

EX qua perſona quis lucrum *u* capit, eius factum præſtare debet *x*.

De eo qui poſsidet, vel habet: aut dolo deſiit poſsidere vel habere.

150 *Idem* lib. 68. ad Edictum.

PArem eſſe *y* conditionem oportet eius, qui quid poſſideat, vel habeat, atque eius, cuius *z* dolo malo factum ſit, quo minùs poſſideret, vel haberet.

De damno.

151 *Paulus* lib. 64. ad Edictum.

NEmo damnum facit, niſi qui id fecit, quod facere *a* ius non habet.

De vi. 1. De mandato. 2. De ratihabitiones. 3. De herede.

152. *Vlpianus* lib. 69. ad Edictum.

HOc iure vtimur: vt quidquid omnino per vim fiat, aut *b* in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat. 1 ¶ Deijcit, & qui *c* mandat.

2 ¶ In maleficio ratihabitio *d* mandato cõparatur.

3 ¶ In contractibus, quibus doli *e* præſtatio vel bona fides ineſt, heres in ſolidum tenetur.

---

parag. vlt. *Inſt. ſi quadrupes*, *l. 60. ſ. de obl. l. 1. C. quando ciuilis actio crimin. v. Hot. 19 Illuſtr.*
b & perſonales, *l. 43. ſ. eod.*
c non ex diuerſis cauſis & tributis: tunc enim ne electione quidem vnius altera tollitur, *l. 12. §. 1. ſ. de acq. poſſ. l. 32. l. 34. ſ. de oblig. l. 2. ſ. de priuatis delictis: l 1. ſ. arborum furtim caeſarum: l. 1. ſup. vi bonorum.*
d concurſu, ſed electione: l 2 *in fi. l. 3. ſuprà familiæ: l. 9. §. 1. ſ. de tributoria:* l. 10. *in fin. ſ. de act. empt l. 25. §. 5. ſ. locati: l. 53. ſ. de oblig.* & meritò: eſt enim iniquum vt quis bis idem conſequatur, v. l. *57. ſ. eod.*
e id eſt, poſſeſſoris loco habetur quãtum ad damnum ſuum, non quantũ ad commodum: nec enim poteſt fieri ei ceſſio: quæ fit tamen ei qui poſſidet: v. Dynum *ad d. c. 36. de reg in 6. num. 2.*
f l. 150. j. *eo. 2. Eclog. 3. cap.* 128. 2. *Harm 1. in fi. c. pro poſſeſſore 36. de regulis in 6. l. 2. §. 1. ſ. ſi ex noxali, l. 13. §. 2. & 24. l. 25. §. 8. & 9. ſ. de hered. pet. l. 22. l. 25. l. 27. §. 3. ſ. de rei vind. l. 1. §. 11. l. 5. § 2. l. 9. in pr. & §. 2. ſ. ad exhib. l. 4. ſ verũ amotarum: l. 1 paragr. 10. ſup. ſi quis omiſſa cauſa: l. 2. parag. 42. ſ. ne quid in loco publico: l. 15. parag. 10. ſ. quod vi aut clam, l. 1. ſ. de priuatis delictis.* g pro poſſeſſore, *vulg. Hal.*
h effectu ſcilicet, tantum enim domino præſtat vtilis, aduerſus eum qui deſiit poſſidere, quantum directa aduerſus poſſeſſorem, l 47 *parag. 1. ſ. de negotiis.*
i Imperitia, culpæ Species, l. 6. *parag. 7. ſ de officio præſidis: l 28. parag. 29 ſ. ad legem Aquil. l. 9. parag. 5. l. 11. parag. 5 ſ. locati: parag. 7. Inſt. de leg. Aquil. 2. Ecl. 5. c. 135.*
k Regulariter, at non in menſore, l 1. *parag. 1. ſ ſi menſor.*
l l. 29. *ſ. de pactis: l. pen ſ. depoſiti: l. 62. ſ. de verb obl. l. 3. C. de pactis. Ecl. 3. c. 130.*
m l. 28. *in fi. ſ. de pactis: l. 19 ſ mandati, l 122. parag. 1. ſ. de verb. obl. l. 2. parag. 1. ſ de pollicit. l. 3. C. de pactis: l. vlt C. de acquir. poſſ.*
n Niſi dominus delictum à ſeruo committi ſciuerit, nec prohibuerit: vide *Paulum 5. ſent. 12. parag. vlt.*
o excipe l. 25. *parag. 8. ſ. de her. pet. l. 2. parag. 5. ſ. de her. vend. l. 64 parag. 7. ſ. de ſolut. l. 1. parag. 12. ſ. ſi quis omiſſa cauſa:* adde l. 78. *ſ. eod.*
p l. 68. *in fin. ſ. pro ſocio: l. 5. parag. 13. ſ. de donat inter virum: l. 1. parag. 23. ſ. de coll.* vide l. 6 *ſup. quæ in fraudem cred.*
q putà de matrimonio, l. 5. *parag. 13. ſ. de donat inter virum.*
r Delinquens meliorem ſuam conditionem non facit, l. 49. *ſ. eo. l. 173 parag. pen. j. eo. 2. Ecl. 3. c. 132. l. 5. ſ ſi quis cautionibus, l. 26. parag 4 ſ. quib. ex cauſis maiores: l 9. l. 17. verſ. illud iniquum ſ. de noxalibus: l. 3 parag. 11. ſ ad exhib. l. 6. parag. vlt ſ. mand.* adde l. 10 *parag. 1. ſ ſoluto: l. 3. parag. 4. l. 15. ſ. de tut. & rationib. l. 12. parag. 1. ſupr. de furtis: l. 30. C. de tranſ.* ſ eſt enim iniquũ, vt dolus proprius alteri noceat, l. 39. l. 49. *ſ. eo. l. 155. j. eo.* t v. l. 184. l. 185. l. 188 *j. eo. l. 35 ſup. de verb. oblig.*
u Paria ſunt, bona fide poſſidere & verè, l. 25 *parag 1. ſup. de vſuris: l. 49. ſ de acquir. rerum dom.* vide l. 3 *ſup. de cond. & dem.*
x id eſt, probabilis ignorantia.
y l. 5. *parag. 2 ſup. de rebus eorum.* z tali ignorantiæ ſcilicet.
a 2. *Ecl. 3. c. 134. 2. Harm. 1 parag. 176. l. 169 in fi. j. eo. l. 11 ſup. de acqu poſſ.* ſecus ſi mala fide: *c. qui contra 72. de reg in 6.* vide Dynum l. 27. *ſup. de contr. empt.*
b l. 183. *j. eo l. 54. ſup. de acq. her. l. 28 parag 4. ſup. de ſtipul ſeruorum.*
c l 9 *ſuprà de furtis.*
d id eſt, conteſtatæ, v. l. 86 l. 87. *ſup. eo. l. 50. ſup. de obl. l. vlt. ſup de præſcr. 30.*
† vide l. 25. *C. de præſcript. 30.*
† vide l. 25 *ſup. de verb. oblig.*
e 1. *Harm. 3 parag. 79. & 82.*
f 1. *Ecl 3. c. 137. l. 22. parag. 1. ſup. ex quibus cauſis maiores.*
g ſeruus abeſſe ita non poteſt, l. *vlt. j. eod.*
h l. 14. l. 15 *ſup. de legib. c. quod ob gratiam 61. de reg. in 6.* τὰ παρὰ κανόνα 2. *Eclog. 3. c. 138.* conſequentia: *Vulg.* εἰς ὅμοια, 2. *Eclog. 3. c. 138.* ſimilia.

a Duorum in ſolidum dominium eſſe non poteſt, l. 5. *§. vlt. ſ. commodati, l. 3. §. 5. ſ. de acq. poſſ. l. 19. ſuprà de precario.*
b Tacens nec fatetur, nec negat, *c. is qui tacet 44. de reg. in 6. Ecl. 3. c. 139.* Nazianzenus, καὶ τὴν σιωπὴν συγκατάθεσιν εἶναι, δοκεῖ καὶ ἡ παροιμία: *v. Cuiac. 16. obſ. vlt.* Conſentit qui non repugnat, l. 12. *ſup. de ſponſalibus: 4 Harm. 2.* non tamen conſentit cõtinuò, qui exceptione vtitur, l. 8 *ſupr. de except.* Conſentimus aut expreſsè, aut tacitè. hinc illa vellè, non nolle, l 4 *ſ. eo.*
c Tacens, neque fatetur, neque negat, *vt hic.* Imo contradicere videtur, v. Soc. *reg.* 395.
d Eo ipſo quod tacet, nec roganti, aut loquenti contradicit.
e quia non palàm contradicit.
f Reſolutio iure datoris, reſoluitur & ius accipientis & habentis ab eo cauſam.
g l. 52 §. 1 *ſup. de pactis: l. 37 ſup. de acqu. her.* vide l. 2. *C. ſi pignus pignori.* adde l. 160. *in fin. j. eod.*
h Licita non continuò honeſta vel permiſſa l. 197. *j. 2. Eclog. 3. c. 140.* exemplum vide in l. 14 §. 2 *ſ. de ritu.* i Licitum non continuò honeſtum. Licitum porrò dicitur quod per leges permiſſum eſt, quod impunitum eſt legibus. Cum Iulia nouerca Antonini Caracallæ Baſſiani ei ſinum nudaſſet: vellem, inquit, ſi liceret: at illa, ſi libet, licet. An neſcis imperatorẽ leges dare, non accipere? Spartianus in Antonino Caracalla.
k Exemplum vide in l. 27. *in fi ſ. de hered. pet. l. 1. in fi. ſ. de periculo*, tanta eſt honeſti ratio: hinc turpis perſona: vide l. 27. *ſup. de inofficioſo*, conditio, l. 112. §. 3. *ſup. de leg. 1. l. 6. 3. §. 7. ſ ad Trebell.* vita, l. 43. §. 5. *ſ. de ritu*, arbiter: l. 9 *parag. 3. ſup. de arbitris*, turpiter datum, *ſ. de cond. ob turpem.*
l vel vtile, πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ. 1. *Cor. 10. verſ. 23 & c. 6. verſ. 12.* & Syrachus *c. 27. verſ. 31.* οὐ γὰρ πάντα πᾶσι συμφέρει, καὶ οὐ πᾶσα ψυχὴ ἐν παντὶ εὐδοκεῖ.
m l. 18. *ſ.* vide l. 78. *in fin. ſ. de verb obl.*
n Sciens non fraudatur, *c. ſcienti & conſentienti, 27. de reg. in 6. 2 Ecl. 3. c. 41. l. 1. in fi. ſ. de act. empt. l. 24. § 9. ſ. de ædilitio: l. 1. §. 3. ſ. depoſiti: l. 1. in fi ſup. quod falſo tutore, l. 34. C. de tranſ.* & hæc quidẽ locum habere exiſtimo in ſciente ſimul & conſentiente.
o l. 11 *ſup quæ in fraudem patroni*, & volunt, l. 11. *in fin. ſ. de ius vocando, l. 1. §. 5. ſup. de iniuriis: l. 8. parag. 5. ſup. de aqua pluu. l. 3. §. 5. ſ. de homine libero*, voluiſſe intelligitur, qui aduerſus ſe aliquid ſcripſit, l. 8. *parag. 6. ſup. eod.*
p l. 68 *parag. vlt. ſ. de ſolut* & nocere, v l. 1. *& paſsim, C. an ſeruus ex ſuo facto.*
q v. l. 80. l. 113. *ſ eo. 2. Ecl. 3. c. 141.* ſpecies ineſt ſuo generi. ineſt, id eſt, comprehenditur: *c. generi per ſpeciem derogatur 34. de reg. in 6.*
r vide *Euerardum in loco ab effectu.* ſ Omnibus qui proſpicit, nullos excipit. Hinc qui totum reſtituere tenetur vindicanti, nullam partem retinere debet: adde l. 76 *ſup. de rei vind.* qui totum alienat, nullam partem retinet, l. 25. *ſup. de vſuris* qui omnes ſeruos legat, nullum excipit, l. 52 *ſup. de leg. 1.*
t hinc colligunt, idem ius eſſe in parte, quod in toto: *arg. l. 68 ſup. de acquir. hered.* Cuius regulæ quatuor exceptiones vide hic apud Decium.
u l. 10. *ſuprà eod. l. 16. ſ ſi quis omiſſa cauſa: l. 13. §. 1. ſ. de acq. poſſ. l. 14. ſ de rei vind.*
x excipe donatarios, l. 15. *C. de donat.* & eos qui ſuccedunt facto inuentario, nec enim factum defuncti præſtant, *Decius hic num. 2.*
y verbi gratia in edicto, Ne quid in loco publico.
z vide l. 131. *ſup. eod. l. 2. parag. 42 ſup. ne quid in loco publico.*
a damnum dare, eſt iniuriam facere, l. 1. §. 10. *& 11 ſup. ne quid in loco publico.* vi facit, qui facit iniuriam, l. 73. §. 2. *ſup. eo.* vim non facit qui ſuo iure vtitur, l. 155. *j. eod.* qui iniuria quid facit, punitur: è contra, factum legitimè pœnam non meretur, l 6. *C. de adulteriis.*
b Vis omnis aut eſt publica, aut eſt priuata, §. 8. *Inſt. de publ. iudiciis, 2 Ecl. 3. c. 142.*
c l. 169. *j eod.* vide *leg 1. ſ quod iuſſu: l. 1. §. 12. ſuprà de vi & vi. l. 10. ſ. de iniur.*
d *v. l. 60. ſ. eod. c. ratihabitio 12. de reg. in 6.*
e *l. 157. in fin. j. eod.*
f dolus & bona fides vbi præſtatur, hæres, in ſolidum tenetur.

De obligatione, liberatione, acquiſitione, amiſſione, & poſſeſſione.

153. *Paulus* lib. 65. ad Edictum.

FErè *a*, quibuſcunque *b* modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cùm quibus modis adquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio adquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque *c* in contrarium actum.

De petitore, de dolo. 1. De pœna.

154. *Vlpianus* lib. 60. ad Edictum.

CVm *d* per delictum eſt duorum, ſemper oneratur petitor *e*, & melior habetur poſſeſſoris *f* cauſa, ſicut fit, cùm de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio *g* petitori, *Aut ſi h rei i quoque in ea re dolo actum ſit.* 1 ¶ Illi debet permitti pœnam petere, qui *k* in ipſam non incidit *l*.

Cui factum nocet. 1. De eo qui iure ſuo vtitur. 2. De cauſis pœnalibus.

155. *Paulus* lib. 65. ad Edictum.

FActum *m* cuique ſuum *n*, non aduerſario nocere debet. 1 ¶ Non videtur vim facere, qui iure ſuo *o* vtitur, & ordinaria actione experitur. 2 ¶ In pœnalibus *p* cauſis benignius *q* interpretandum eſt.

Inuitum non defendere. 1 De actione & exceptione. 2. De eo qui in alterius locum ſucceßit. 3. De autore & emptore. 4. De inuito.

156. *Vlpianus* lib. 70. ad Edictum.

INuitus *r* nemo "rem" cogitur defendere *ſ*. 1 ¶ Cui damus actiones *t*, eidem & † exceptionem competere *u* multò magis quis dixerit *x*. 2 ¶ Cùm quis in alij *y* locum ſucceſſerit: non eſt æquum ei *z* nocere hoc, quod aduerſus eum nocuit, in cuius locum ſucceſſit. 3 ¶ Plerumque *a* emptoris eadē *b* cauſa eſſe debet circa petendū ac defendendū, quæ fuit auctoris. 4 ¶ Quod cuique "pro eo" præſtatur, inuito *c* non *d* tribuitur.

De ſeruis. 1. De eo qui dolo fecit quo minus haberet. 2. De ſucceſſoribus.

157. *Idem* lib. 71. ad Edictum.

AD ea *e*, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his, qui vice *a* dominorum ſunt, (veluti tutoribus, & curatoribus) obtemperauerint *b*. 1 ¶ Semper qui dolo fecit, quominus *c* haberet, pro eo habendus eſt, ac ſi haberet. 2 ¶ In contractibus ſucceſſores ex dolo *d* eorum, (quibus) ſucceſſerunt, non tantum in id quod peruenit: verumetiam in ſolidum tenentur *e*, hoc *f* eſt, vnuſquiſque pro ea parte qua hæres eſt.

De pignore.

158. *Gaius* lib. 26. ad Edictum Prouinciale.

CReditor qui permittit rem *g* venire, pignus dimittit *h*.

Differentia obligationis & dominij.

159. *Paulus* lib. 7. ad Edictum.

NOn *i* vt ex pluribus cauſis deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poſſit noſtrum eſſe *k*.

Differentia inter vendere & vendenti conſentire. 1. De eo quod fit per maiorem partem. 2. De iure legatarij.

160. *Vlpianus* lib. 76. ad Edictum.

ALiud *l* eſt *m* vendere, aliud *n* vendenti conſentire *o*. 1 ¶ Refertur ad vniuerſos quod publicè fit per maiorem *p* partem. 2 ¶ Abſurdum eſt, plus iuris habere eum, cui legatus *q* ſit fundus, quàm heredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viueret.

De eo per quem factum eſt, quominus conditio impleatur.

161 *Idem* lib 77. ad Edictum.

IN iure ciuili receptum eſt, quotiens per eum cuius intereſt *r* conditionem *ſ* non impleri fiat, quo minus impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta cōditio fuiſſet. quod ad libertatem *t*, & legata *u*, & ad hæredum inſtitutiones *x* perducitur. quibus exemplis ſtipulationes *y* quoque committuntur, cùm per *z* promiſſorem factū eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.

De receptis propter neceßitatem.

162. *Paulus* lib. 70. ad Edictum.

QVæ propter neceſſitatem *a* recepta ſunt, non debent in argumentum *b* trahi.

De donatione, venditione, conceßione.

163. *Vlpianus* lib. 55. ad Edictum.

a ... cur hæc particula ferè, ſeu σχεδὸν, addita eſt, vt intelligas poſſeſſionem non iiſdem ſemper modis amitti quibus adquiritur: facilius enim amittitur, quam adquiritur. Corpus requiritur in adquirenda, at ſolus animus ſufficit in amittenda, l. 3. parag. 6 *ſup. de adq. poſſ.* v. Scholion apud Harm. 2. tit. 1.
b l. 35 l. 100. ſ. eod. l. 8 *ſup. de adq. poſſ.* 80 ſ. *de ſolut.*
c Imò ſolo animo poſſeſſio amitti poteſt? l. 3 § 6. ſ. *de acq. poſſ.* vtiq; ſi animo eā amittere incipimus: ſecus ſi corpore.
d 1. *Harm.* 2. §. 64. & 65.
e l. 33 ſ. *eod. c. in pari delicto* 65. *de reg. in* 6. 2. *Ecl.* 3. c. 105. reus potior, l. 38. ſ. *de re iud.*
f licet doloſi, l. 36. ſ. *de dolo*: *l. 57. in fin. ſup. de contrah. empt. l. 4. §. 13. ſ. de doli mali except. l. 91. §. 3. in fi. ſup. de verb. obl. vide Dynum ad c. 65. de reg. in 6.*
g l. 4 §. 13. *de doli mali* h ſi non rei. i hinc conſtat, non audiri replicationem actoris doloſi aduerſus reum doloſum excipientem. k Pœnam petere non debet vel poteſt, qui in eam incidit *c. fruſtra ſibi fidem* 75. *de reg. in* 6. *l.* 77. §. 27. ſ. *de leg.* 2. *l.* 21, *C. de pactis*: *l.* 6. *C. de tranſact. l.* 41 ſ. *pro ſocio*: *l.* 13 §. 8. *l.* 10. ſ. *de act. empt. l.* 14. §. 1. ſ. *de furtis, l.* 12. *C. de rei vind, l.* 54. § *pen.* ſ. *locati, l.* 4. §. 1. *in fi.* ſ *locati, l.* 57. §. 27. ſ. *de leg.* 2. l Cur ita? nemini datur actio, niſi ex honeſta cauſa, l. 76. *in fi.* ſ. *de furtis.* m adde l. 9. *ſup. de liberali cauſa.* n l 31. l. 49. l. 13 *ſup. eo. l. 9 ſup. quæ in fraud. cred.* o *v. l.* 151. *ſup. eo. l.* 12 *in fi ſup. de vi.* p *v. l.* 32 *ſup. de pœn.* q 2. *Harm.* 2 §. 63 c. *in pœnis* 49. *de reg. in* 6. *l.* 192. *in fi. ſup. eo. l.* 2 *ſup. de liberis & poſthumis*: mitior lex ſequenda, l. 32 *in fi. ſup. de pœnis*: pœnæ molliendæ, l. 42. *ſup. de pœnis*: humaniorem ſententiam ſequi oportet, l. 10. §. 1 *ſup. de reb. dub.* ſi modo negotium id pati poteſt, ſi non præſumitur delictum, *v. Alciat.* 3 *præſum.* 1 putà furtum, l. 51. *ſup pro ſoc.* in iſta infamia, l. 4. § 2. *ſup. de ſuſpectis*: adde l. 23 *in fi. ſup. de adult.* ſi quidem odia & pœnas, quantum fieri poteſt, reſtringi oportet, *c. odia* 15. *de reg. in* 6. r adde *quæ de inuito dixi ad l. 69 ſup. eo.* ſ l. 17. *C. de procur.* putà noxali iudicio, l. 29 l. 33. *ſup. de noxal.* ſed & executor eſſe. *Decius hic n.* 1 procuratoris munus ſuſtinere, l. 8. §. 1. *ſup. de proc.* datus tamen ad agendum, cogitur defenſionem ſuſcipere, l. 33. §. 4. *ſup. de procur. l.* 4. *ſup. de tutelis*: & munus perſequi, ſatiſdare, l. 33. §. 3 *ſup. de procur.* non tamen vltra prouocationem, l. 17 *C. de procurat.* nec extra ſuam prouinciam, l. 35. §. 5 *ſup. de proc.* non abſimiliter cogitur nemo inuitus agere & accuſare, l. 1. *C. vt nemo inuitus*: vectigal conducere, l. 9 §. 1 *ſup. de publicanis*: aut in conductione vectigalis perſeuerare luſtro peracto, l. 3. §. 6 *ſup. de iure fiſci*, res ſuas vendere, l. 11. *C. de contrah. empt.* ſeu frumentum vilius, quam annona exigit, vendere, l. *vlt.* ſ. *de annona*: poteſt tamen quis iuſta de cauſa cogi inuitus negotiationem aliquam exercere, l. 9. §. 9 *ſup. de pœnis*, & ſeruos ſuos diſtrahere, l 2 *ſup. de his qui ſunt ſui.* poteſt etiam cogi aduocatus ad poſtulandum, *v. l. 7. C. de poſtul.* doctor, ad conſilium dandum, *v. l. 6. C. de aduocatis diverſor. iudic.* procurator litis eſſe eámque in foro ſuo exercere, *Decius hic*: *arg. l.* 1. §. 11. *ſup. de variis & extraord.* Ita notarius inſtrumentum conficere cogi poteſt: vt & caupo, hoſpes, nauta, tabernarius commeantes, & vectores excipere, l. 1 *ſup. nautæ caupones*, quod & turpiſſimè, & contra omnem iuris & æqui artem Decius extendit ad meretrices in lupanari ſtantes. Cogitur etiam quis inuitus teſtimoniū dicere, l. *vlt. C. de fide inſtr. l* 4. *l.* 7. *ſup. de teſt.* iurare, l. 38 *ſup. de iureiur.* t actionem, *Vulg. Hal.*
† Exceptio ſubſidium actionis, l. 8. §. 2 *in fin. ſup. ad Velleianum*: & è contra actio, exceptionis, l. 8 *in fi ſup. de doli mali & metus exceptione.* u Argumentum ab eo quod minus, ad id quod magis æquum eſt, adde *c. qui ad agendum admittitur* 71. *de regulis in* 6. *l.* 1. *parag* 4. *ſup. de ſuperficiebus.* x fauetur enim reis, l. 125. *ſup. eo.* & retentioni, l. 4. *C. de vſur* & liberationi, l. 5. *ſup. de pœnis.* Id tamen fallit in iudiciis recuperandæ poſſeſſionis, in quibus reo qui ſpoliauit non datur exceptio dominij, niſi priùs poſſeſſionem reſtituerit: datur ei actio, negatur exceptio, l. 25. *C. de locato*: *l.* 1. *C. per vim*: *l.* 7. *C. de vi publica*: *l.* 14. *C. de agricolis*: *adde Nouell.* 98. & meritò, cùm actio & exceptio res ad diuerſas referantur: hæc ad poſſeſſionem, illa ad proprietatem.
y alicuius, *Vulg. Hal.* z Succeſſori non nocet, quod eius auctori nocere non potuit, l. 3. §. 2. *in fin. ſup. de itinere actuque*: adde *l.* 76. *in fi. ſup de contrah. empt. l.* 37. *ſup. de acq. her.* & contra actori nocere potuit, ſucceſſori nocere poteſt, l. 143. *ſup. eod.*
a nota quod auctoribus bonæ fidei prodeſſe potuit, ſucceſſori malæ fidei nocere incipit, l. 2. *parag.* 17 *ſup. pro empt.*
b 2. *Ecl.* 2 c. 152. *parag.* 3. *l.* 2 *ſup. de her vend. l.* 20. *ſup. de acq. rerum dom. l.* 2. *in fin. ſup. pro emp.. l.* 5. *C. de hered. vend. l.* 26. *C. de euict.*
c l. 59 *ſup. eod. l.* 19 §. 2. *ſup. de don.*
d Quidam ita legunt, non eripitur ex *c. indultam* 17. *de reg. in* 6.
e *l.* 2. §. 1. *ſup. de noxal. l.* 21. *parag.* 1 *ſup. rerum amot. l.* 11. *parag.* 7 *ſup. quod vi. l.* 17. §. 7. *ſup. de iniur. l.* 15. *parag.* 2. *ſup. de falſ.* 2. *Ecl.* 3. c. 152. *parag.* 9. *l.* 8. *C. ad l. Iul. de vi.*

Cauſa dubitandi in hac lege ſumi poteſt *ex lege* 160. ĵ. *eod.* i Ex pluribus ... poſſidere rem eandem poſſumus, l 3. 4. ſ. *de acquirenda poſſ.* ſemel res mea eſſe ... ſæpius deberi poteſt? l. 14. §. 2. ſ. *de except. rei iud.* Quod iam noſtrum eſt, aut ... magis, aut amplius noſtrum fieri non poteſt, *parag.* 10. *Inſt. de leg* §. 14. *Inſt. de* ...
k Differunt deberi, & noſtrum eſſe, *vt hic*: ſic differt proprietatis quæſtio & ... gatio, *v. l. 30 ſuprà de except. rei iud.* adde *Damhouderium in Enchiridio Par...* *verbis, Actui conſentire.* hinc fit, vt rem noſtram inutiliter ſtipulemur ratione ... nij, l. 31 ſ. *de verb. obl.* & vt eadem nobis inutiliter legetur eodem reſpectu, ... *Inſt. de leg.* adde l. 45. ſ *eod.*
l Imò non aliud, l. 158. ſ *eod.*
m Niſi ſit vtrobique eadem ratio. hinc minor nec alienare, nec alienationi conſentire poteſt, l. 2. *C. ſi aduerſus donat.* cui vnum eorum permittitur, alterum qu... conceditur, l. 163. l. 165. ĵ. *eod.*
n Si aliud eſt, igitur cui vnum eorum non licebit, aliud ei permitti intellig... l. 2. *C. de manumiſſ. vind.*
o Aliud eſt contrahere, aliud contrahenti conſentire.
p Maior pars quod facit, hoc omnes facere videntur, vide l. 3. l. 4. *ſupra ... cuiuſque*, *leg.* 19. *ſupra ad municip. facit lex* 10. *ſupra de pactis*, *l.* 7. *in fine*, ... *omni agro deſerto*: *lege* 148. *ſupra eodem*: & ita intellige l. 10. *ſupra de aqua ...* vel per eos à quibus res municipij geri ſolent, l. 97 *ſup. de condit. & demonſtr...* *ca*: *parag.* 1. *ſuprà de liber. vniuerſ. l.* 1. *parag.* 2. *ſupra de adquirenda poſſeſſ.* ſic ma... partis bonorum litis ratio habetur in excuſando tutore, l. 21. *ſup. de excuſat...* & maioris partis anni, vt res aliqua fundi eſſe dicatur, vel negetur, l. 18. §. 11 ... *inſtructo*, quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, *cap. quod omnes ... regulis in* 6.
q Legatarius non eſt potioris iuris, quàm hæres aut defunctus, l. 120 l. 143. ... *l.* 176. *in fine*, ĵ *eod.*
r *cap. imputari* 41. *c. cùm non ſtat.* 66. *de regulis in ſexto*: 2. *Ecloga* 25. *c.* 156. *v. leg. ... ſ. de cond & demonſt.*
ſ πληρωθῆναι τὴν αἵρεσιν, impleri conditionem, *Ecl. ibid.* ᾧ τινὶ διαφέρει ... θῆναι, 6. *Harm* 2. Planè ordo eſt inuerſus, ſic reſtituo. Quoties per eum cuius inte... conditionem impleri, non fiat, quominus impleatur, &c. quod optime conuenit ... §. 10. *in fin. l.* 28. ſ. *de ſtatulib. c. imputari* 41 *&c. cùm non ſtat per eum* 66 *de reg. in* ... interim dicam in dicto c. 66. quo minus ſumi pro, quin, vel, quò magis.
t *Ecl. ibid. l. 20 parag. 3. l. 28. ſ. de ſtatulib.*
u *Ecloga ibid. & l. 24. l. 5. parag 5. ſ quando dies legat.*
x *Ecloga ibid. & d. l. 24. l. 3. ſ. de cond inſt.*
y *Ecloga ibid. & dicta l. 14.*
z l. 85 ſ. *de verborum obligationibus.*
a Neceſſitate recepta, non extenduntur, τὰ δι᾽ ἀνάγκην: 2. *Ecloga cap.* ... παρὰ κανόνα νόμου λεχθέντα 6. *Harm.* 2. contra rationem iuris, l. 14. l. 15 *ſup. de legibus*: contra tenorem rationis, l. 16 *ſup. de legibus*: vt ea quæ à iure communi ... bitrant, *cap quæ à iure* 28. *de regulis in* 6. quæ ob gratiam alicui conceduntur ... *ob gratiam* 61. *de reg. in* 6. ſic neceſſitas probabilem facit manumiſſionem, *l.* ... *de manumiſſ teſtament.* Et id quidem ius eſt quod neceſſitas facit, *l. pen.* ſ. *de* ... Clarus etiam putat id innui, furem excuſari à pœna furti commiſſi, propter ... mam neceſſitatem, 5. *ſentent. parag. furtum, verſ quandoque*, neceſſitas etiam ... venditionem filij l. 2 *Codice de patr qui fi ios.* Quod non eſt licitum in lege neceſſ... facit licitum, *c. quod non eſt, extra de regulis.* hinc illud, Neceſſitas non habet l... Non ignoſcitur tamen ei, quæ obtentu paupertatis turpiſſimam vitam agit ... *parag.* 5. *ſup. de ritu.*
b conſequentia, l. 14. ſ. *de legib.* ad regulas iuris, *l.* 15 ſ. *de legibus*, εἰς ὑπόδειγμα ... *Ecl. ibid. Harm. ibid.* id eſt, exemplum: hinc ſine exemplo ſubuenire §. 9. *in* ... *de iure naturali*: ſans tirer en conſequence.

Cuius

Cvius *a* eſt donandi *b*, eidem & *c* vendendi, & concedendi *d* ius eſt *e*.

De heredibus & iudiciis pœnalibus.

164. *Paulus*"lib. 51. ad Edictum."

POEnalia iudicia ſemel *f* accepta *g*, in hæredes tranſmittit poſſunt.

De eo qui alienat, vel alienanti conſentit

165. *Vlpianus*"lib 53. ad Edictum."

CVm quis poſſit alienare *h*, poterit & conſentire alienationi ¶ Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

De defenſore rei alienæ.

166. *Paulus* "libro quadrageſimo octauo ad Edictum."

QVi rem alienam defendit, nunquam locuples habetur *k*.

De his quæ accipientis non fiunt. 1. Dei iuſſu iudicis.

167. *Idem*"lib. 49. ad Edictum."

NOn videntur *l* data *m*, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. 1 ¶ Qui *n* iuſſu iudicis *o* aliquid facit, non *p* videtur dolo malo facere, qui parere neceſſe habet *q*.

De obſcuris.

168. *Idem*"lib. 1. ad Plautium."

RApienda *r* occaſio *ſ* eſt, quæ præbet benignius *t* reſponſum. 1 ¶ Quod factum eſt, cum in obſcuro *u* ſit, ex affectione cuiuſque *x* capit interpretationem.

De damno. De eo quod pendet.

169. *Idem*" lib. 2. ad Plautium.

IS damnum dat, qui iubet *y* dare. eius verò nulla culpa eſt *z*, cui parere *a* neceſſe ſit. 1 ¶ Quod pendet *b*, non eſt pro eo: quaſi ſit.

De facto à Iudice.

170. *Idem*" lib. 4. ad Plautium."

FActum *c* à iudice, quod *d* ad officium *e* eius non pertinet, ratum non *f* eſt *g*.

De obligatione.

171. *Idem* lib. 4. ad Plautium.

NEmo ideo obligatur *h* quia *i* recepturus eſt *k* ab alio *l*, quod præſtiterit.

De ambiguis.

172. *Idem*"lib. 5. ad Plautium.

IN contrahenda venditione ambiguum pactum contra *m* venditorem, interpretandum eſt *n*.

1 ¶ Ambigua autem intentio *o* ita accipienda eſt, vt *a* res ſalua actori ſit.

De his qui condemnantur in id quod facere poſſunt. 1. De reſtitutione. 2. De mora. 3. De eo qui petit quod redditurus eſt.

173 *Idem* lib. 6. ad Plautium.

IN *c* condemnatione perſonarum, quæ *d* in id quod facere poſſunt damnantur, non totum quod habent, extorquendum eſt, ſed ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant *e*. 1 ¶ Cum verbum *Reſtituas* *f* lege inuenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen, etiam fructus ſunt reſtituendi. 2 ¶ Vnicuique ſua *g* mora nocet *h*: quod & in duobus *i* reis promittendi obſeruatur *k*. 3 ¶ Dolo facit, qui *l* petit, quod redditurus eſt *m*.

Poſſe. 1. De repudiatione.

174 *Idem*"lib. 8. ad Plautium."

QVi poteſt *n* facere, vt poſſit conditioni parere, iam poſſe videtur. 1 ¶ Quod quis, ſi velit, habere non poteſt *o*, id repudiare non *p* poteſt.

De ſeruis. 1. De eo qui in ius alterius ſuccedit.

175. *Idem*"lib Plautium."

IN *q* his quæ officium & per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſeruus *r* interuenire non poteſt. 1 ¶ Non debeo melioris conditionis eſſe, quàm auctor *ſ* meus, à quo ius in me tranſit.

Ne ſingulis concedatur quod per magiſtratum publicè fieri poteſt. 1. De libertate & neceſſitudine.

176. *Idem*"lib. 13. ad Plautium."

NOn eſt ſingulis *t* concedendum *u*, quod per magiſtratum publicè poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. 1 ¶ Infinita æſtimatio eſt libertatis *x*, & neceſſitudinis *y*.

De eo qui in ius alterius ſuccedit. 1. De ignorantia.

177. *Idem* lib. 14. ad plautium."

QVi in ius, dominium *z* vel alterius ſuccedit *a*, iure eius vti debet. 1 ¶ Nemo *b* videtur dolo exſequi, qui ignorat *c* cauſam, cur non debeat petere.

De principali & acceſſorio.

178. *Idem*" lib. 15 ad Plautium."

CVm principalis *d* cauſa non conſiſtat, plerumque *e* ne *f* ea quidem, quæ ſequuntur, locum habent.

De obſcura voluntate manumittentis.

179. *Idem*"lib. 16. ad Plautium."

IN obſcura voluntate manumittentis fauendum eſt libertati *g*.

De eo qui iuſſu alterius ſoluit.

180. *Idem*"lib. 17. ad Plautium."

QVod iuſſu *h* alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſi ſolutum eſſet.

Si nemo adierit ex teſtamento.

181. *Idem*"lib. 1. ad Vitellium."

SI nemo *i* ſubiit hæreditatem, omnis vis teſtamenti ſoluitur *k*.

De eo quod nullius eſſe poteſt.

182. *Idem*"lib. 3. ad Vitellium."

QVod nullius *l* eſſe poteſt, id vt alicuius fieret, nulla obligatio valet efficere.

De ſolemnibus non facilè mutandis. De æquitate.

183. *Marcellus*"lib. 13. Digeſtorum."

ET ſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolennibus: tamen, vbi æquitas *m* euidens poſcit, ſubueniendum eſt.

De vano timore.

184. *Celſus*" lib. 7 Digeſtorum."

VAni *n* timoris iuſta excuſatio non eſt.

De impoſſibilibus.

185. *Idem*"libro 8 Digeſtorum."

IMpoſſibilium *o* nulla obligatio eſt.

Quando peti poteſt.

186. *Idem*"lib. 12. Digeſtorum."

2. Ecl. 3. c. 159. alias non conteſtata minimè tranſmittuntur, *l.* 111. *in fin.* ſ. *eod.* 26. *l.* 58. ſ. *de obligat.* §. 1. *in fin. Inſt. de perpetuis: l. vn. C. ex delictis defunct.* Quin, non omnia conteſtata in hæredes tranſeunt, hæredes rei ob delictum (paucis exceptis) non tenentur: niſi lata ſententia, *l.* 20. ſ. *de accuſ.* g In iudicio, & ſic conteſtata. Maius cui licet eidem minus eſt permiſſum, vide *l.* 21 *l.* 66. ſ. *eo.* i vide *l.* 110. ſ. *eod.* K Argumentandi ſpeciem à contrario ſenſu nota: nunquam ita quiſquā locuples habendus eſt, vt immunis à ſatiſdando ſit eius nomine quem defendit, *l.* 35. 3. l. 51. *in fin.* l. 52. l. 53 ſ. *de procur.* niſi neceſſariam perſonam defendat l. 3. ſ. *in ius vocati*: l. 2. §. 2. ſ *qui ſatiſdare*, adde l. 95. ſ. *eo* l. 234. §. 1 ſ. *de verb. ſign.* l. 63. *in fin pr.* ſ. *ad leg. Falcid.* l propriè, ſecus impropriè, ratione perſonæ, l. 55. ſ. *de cond. & demonſtrat.* vel contractus, l. 4 ſ. *de vſuris.* m vide l. *vlt.* ſ. *de cond. cauſa data*: l. 75. *in fin. de verb. obl* § 14 *Inſt. de act.* n vide Ciceronē 2. de inuentione, *vbi de porca.* o l. 169. ſ. *eod.* adde l. 137. ſ. *eod* vel ſuperioris, l. 157. ſ *eod.* p Iuſſus iudicis excuſat à dolo, & delicto, l. 7 § 4. ſ. *de iuriſd.* l. 7. §. 2 *in fin.* ſ. *de mino.* l. 8. ſ. *de lege commiſſoria* l 4 ſ. *de aqua pluu.* l. 13 §. 2 ſ. *de iniuriis*, non confert tamen ad lucrum, idque ſentit Oldend. *Claſſ.* 1. *act.* 3. *in fin.* q Imo non habet. Non enim aut omnia iubere poſſumus, aut in omnia ſerui parere coguntur, l 135. ſ *eod. Senec.* 3. *de benef.* 20. r Capienda, *vt* Hugo à Porta. ſ i. interpretatio. t vide l. 56. ſ. *eo.* τὸ ἠπιλάγαθον 2. *Ecl.* 3. c. 164. 1. *Harm.* 15 §. 17. *ut &* c. 57 φιλανθρωπον. u de obſcuro adde l. 9. ſ. *eod.* x puta teſtatoris, l. 10. ſ *eod* y vide l. 157. §. 1 & 2. ſ. *eod.* l 1, ſ. *quod iuſſu*: l. 37. ſ. *ad l. Aquil.* c *qui facit per alium* 72. *de reg in* 6. v. l. 5. *C de accuſ* z Imo eſt, vide l. 1. §. 13 ſ *quod vi* a l. 167 *in fin.* ſ. *eo.* v l. 11. § 7 ſ *quod vi.* b l. 35 ſ. *de iud.* l. 12. *in* l. 25. §. 1. ſ *de vſufr.* l 9. ſ. *de reb. cred.* l. 1. §. 1 ſ. *de SC Maced.* l. 43. *ſup. de ædil.* l. 20. *de don. inter virum* l. 9 §. 2 *ſup. de liberis.* l. 59 *parag* 6 *ſup de hæred. Inſt.* l. 36. §. 4. ſ. *ad leg.* 2 l. 52. l. 53. ſ *ad leg. Falc.* l. 2 *parag.* 3 *ſup. vnde legit.* l. 43. *parag.* 2 *ſup de aquir.* l. 28. *ſup. eod.* 2 *Eclog.* c 168. c res iudicata, l. 116 *in fin. ſup. de verb oblig parag.* 5. *Inſt. quibus modis ius patriæ.* factum Prætoris iuri derogare non debet. l. *vn. C qui* *pro ſua iuriſd.* d *C. ea, quæ fiunt à iudice* 26. *de reg. in* 6. 2 *Eclog.* 3. c. 166. e Et iuriſdictionem, vide l. *vlt ſup. de iuriſd.* f Imo eſt: ei namque obtemperandum l. 167. *ſup. eo.* l. 199. ſ. *eod.* g Tunc etiam habetur pro priuato. h puta ad opus ſua impenſa Titio reſtituendum. i Id eſt, quamuis, vt ſit ſenius. Non ſi ſocius impenſas ſocij nomine factas ab eodem poteſt repetere, tenetur eas actori præſtare: eſt enim iniquum, innocentem nocentis facto obligari, l. 11 *ſup. de aqua pluu.* K iudicio communi diuidundo ſcil. l Puta à Meuio, ſocio, qui opus Titio damnoſum fecit. m Pactio obſcura, vel ambigua, venditori nocet 1. *Harm.* 15 *parg.* 18. l. 39. *ſup. de pactis*: l. 33. *in fin. ſup. de contrah. empt.* & ſtipulatori, l. 38. *parag.* 15. ſ *de verb. oblig.* qui potuit re integra apertius dicere, l. 21. *ſup. de contrah. empt.* Imo venditori eſt vtilis, l. 34. *ſup. de contrah. empt.* ſolue vt ibidem. n aliud in oratione aperta, & magis veriſimili l 34 *ſup. eod.* beneficiis principum, l. 43 *ſup. de vulgari.* iudiciis, *parag.* 1. ſ. *eod.* & confeſſione, *Decius hic.* o ... 2 *Ecloga.* 3. *cap.* 167. intentio iudicialis ambigua, ſecundum præſentem intelligitur, l. 66. *ſup. de iudiciis* l. 20, *in fin. ſup. de excepti. rei iudic.* l. 83. *parag.* 1. *ſup. de verb. oblig.*

a ne actus ipſe ... l. 12. ſ. *de reb* ... b Si tamen ... terpretatio ... poterit, quid enim ſi teſtatoris impugnet voluntatē? *l.* 7. ſ. *de vulgari*: quid ſi exceptionibus deſtituatur? *l.* 2. §. 5. ſ. *de doli exc*ept.
c 1. *Harm.* 4. §. 47.
d *l.* 20. ſ. *eo.* *l.* 12. ſ *ſolut.* *l.* 6. ſ. *de re iudicata*, 2. *Eclog.* 3. c. 169.
e *l.* 30. ſ. *de re iudicata.*
f *Vide l.* 28. §. 2. ſ. *de vſur.* *l.* 75. ſ. *de verbor. ſign.* 2. *Ecl.* 3. c. 169.
g *Vide l.* 134. *in fi.* ſ. *eo cap. mora ſua cuilibet eſt nociua* 25. *de regulis in* 6. *l.* 5. ſ. *de rebus cred.* l. 12 *in fin.* ſ. *depoſitic* 3. *in fin ſup. de actionibus empt* l. 32. §. 3. ſ. *de vſur.* l. 14 ſ. *de iure dotium*: l. 39. §. 1. *verſic. ipſum*: l. 47. *in fi. ſup de legat.* 1. l. 78. *in prin.* & §. 2. l. 84. ſ. *de legat.* 2. l. 18. ſ. *ad Trebell.* l. 12. ſ. *de aqua pluu.*
h Nocet tamen mora rei fideiuſſori, l. 88. *ſup. de verborum oblig.*
i l. 51. §. 4. *ſup. de vſur.*
K *v. tamen* l. *penul.* ſ. *de duobus reis.*
l *c. dolo facit* 59. *de regulis in* 6. l. 8. *ſup. de doli except.*
m Eidem à quo petit, non alij, l. 44. *in fin. de ſolut.* ſed nec ex interdicto recuperādæ, *v.* l. 14. *C. de agricolis & cenſitis.*
n Potentia faciēdi, factum repræſentat, l. 50. ſ. *de contrahen. empt.* l. 1. §. 8. *ſup. ſi quis omiſſa cauſa*, l. 42. ſ. *de cond. & demo.*
o Quod non poteſt haberi, repudiari non poteſt: l 18. *ſup. de acq. her.*
p Repudiatio eſt quædam priuatio, quæ ſubiectum aliquod præſupponit, l. 8 §. 2. *ſup. de optione* l. 59. §. 6. *in fin ſupra de her inſt. v.* l. 3. *ſup. eod.* q In omnibus officiis quæ, *Hal.* r *v.* l. 22 *ſup. eod.* ſ *v.* l. 120. l. 160. *in fi. ſup. eo.* t Id eſt, priuatis. u nemini permittendum eſt, vt ſibi ius dicat, 2. *Eclog* 3. c. 17. l. 7. *C. vnde vi*, *v. tamen* l. 5. *C. de decur.* x *v.* l. 106. *ſup. eo.* l. 1 *ſup. de bonis libertor.* y Id eſt coniunctionis ſanguinis. z Dominiumve alterius, *vulg. Hal. v.* l. 69 *ſup. eo.* l. 37. *ſup. de acquir. her.* 2. *Eclog.* 3. c 174. a l 47. *ſup. de contrahen. empt.* l. 1 §. *permittitur ſup. de aqua quotidiana* b 3 *Harm.* 3. §. 56. c *v.* l. 29. *ſup eod.* d l. 129 *in fi ſup. eo* l 2. *ſup. de pecul.* 2. *Ecloga* 3. c. 174. e Si non eadem eſt ratio, ſed diuerſa, *Decius hic* f puta, vſuræ. g *v.* l. 20. *ſup. eod.* 2. *Ecloga* 3. c 175. 1. *Harm* 18 §. 19. h *v.* l. 56. *ſup. de ſolut.* *Ecl. ibid.* c 176. 1. l. 12. §. 5. *ſup. de bonis libert.* l. 1. § 1. *ſup. quis ordo in bonorum poſſeſſ.*
K Et res inteſtati cauſam redit, *d.* §. 1. l. 89. *ſup. eo.* l 9. *ſup. de reſtitut.* l. 10. § 4 *in fin.* l. 38. *in fine*, *ſup. de vulgari*, niſi hæredes pro adita habeant, & niſi teſtator pro adita eſſe velit, quod ſæpiſſimè euenit propter codicillos vel ſimiles clauſulas.
l l. 83 §. 5. *ſup. de verb ob.* 2. *Ecloga* 3. c. 178.
m l. 85. *in fi.* l. 90 *ſup. de in integrum*: l. 2. *ſup. de conſt. pec.* de æquitate alibi dixi.
n *v.* l. 4 *ſup. ſi cui plus quam per legem*, & l. 13. *ſup. de re iud.* qui & ἄλογος, ἢ ματαίως 2 *Ecloga* 3. 180.
o *v.* l. 135. l. 182. *ſup. eod.* l. 35. l. 69. *ſup. de verborum oblig. Eclog. d. loco* c. 181. 6. nemo poteſt ad impoſſibile obligari 6. *de reg. in* 6.

NIhil *a* peti poteſt ante *b* id tempus, quo per rerum naturam perſolui poſsit. Et cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi *c* eo præterito, peti nõ poteſt.

De eo qui vxorem prægnantem reliquit.

187. *Idem* lib. 16. Digeſtorum.

SI quis prægnantem *d* vxorem reliquit, non videtur ſine *e* liberis deceſsiſſe.

Si teſtator pugnantia geſſerit. 1. *De impoſsibilibus.*

188. *Idem* lib. 17. Digeſtorum.

VBi pugnantia *f* inter ſe in teſtamento iuberentur, neutrum ratum eſt. 1 ¶ Quæ rerum *g* natura prohibentur *h*, nulla lege confirmata ſunt.

De pupillo & authoritate tutoris.

189. *Idem* lib. 13. Digeſtorum.

PVpillus *i* nec velle *k* nec nolle in ea ætate, niſi adpoſita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.

De euictione.

190. *Idem* lib. 24. Digeſtorum.

QVod euincitur *l*, in bonis non *m* eſt.

De beneficio principis.

191. *Idem* lib. 33 Digeſtorum.

NEratius conſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam *n* defuncto dediſſe exiſtimaretur: reſpondit, non videri ſibi principem, quod ei quem viuere exiſtimabat, conceſsiſſet, defuncto conceſsiſſe. quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet ipſius *o* æſtimationem eſſe.

De hæredibus & obligatione indiuidua. 1. *De re dubia.*

192. *Marcellus* lib. 29. Digeſtorum.

EA quæ in partes diuidi non poſſunt *p*, ſolida *q* à ſingulis hæredibus debentur.

1 ¶ In re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius eſt quam tutius.

De aditione cum tempore mortis continuanda.

193. *Celſus* lib. 38. Digeſtorum.

OMnia ferè iura hæredum perinde habentur, ac ſi cõtinuò *s* ſub tempus mortis hæredes extitiſſent.

De hæredibus hæredum.

194. *Modeſtinus* lib. 6. Differentiarum.

QVi per ſucceſsionem quamuis longiſsimam *t* defuncto hæredes conſtiterunt, non minùs hæredes intelliguntur, quã qui principaliter hæredes exiſtunt.

De expreſsis & tacitis.

195. *Idem* lib. 7. Differentiarum.

EXpreſſa nocent *u*, non expreſſa non nocent.

De priuilegiis.

196. *Idem* lib. 8. Regularum.

PRiuilegia quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ: & ideo quædam ad hæredem tranſmittuntur, quæ cauſæ *x* ſunt: quæ perſonæ *y* ſunt, ad hæredẽ non tranſeunt.

De coniunctionibus. De licito & honeſto.

197. *Idem* lib. ſingulari de ritu nuptiarum.

SEmper in coniunctionibus *z* non ſolum quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum *a* ſit.

De dolo tutoris.

198. *Iauolenus* lib. 13. ex Caſsio.

NEque in interdicto *a*, neque in cæteris *b* cauſis pupillo nocere oportet dolum *c* tutoris, ſiue *d* ſoluendo eſt, ſiue non eſt.

De eo qui imperio magiſtratus non paruit.

199. *Idem* lib. 6. Epiſtolarum.

NOn poteſt dolo carere, qui imperio magiſtratus non *e* paruit.

De minori iniquitate eligenda.

200. *Idem* lib. 7. Epiſtolarum.

QVotiens nihil ſine *f* captione inueſtigari *g* poteſt, eligendum eſt, quod minimum *h* habeat iniquitatis.

De his quæ in teſtamento proficiſcuntur.

201. *Idem* lib. 10. Epiſtolarum.

OMnia quæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum euentus *i* capiunt, niſi initium *k*, quoque ſine vitio ceperint.

Definitiones eſſe periculoſas.

202. *Idem* lib. 11. Epiſtolarum.

OMnis definitio *l* in iure ciuili periculoſa eſt, parum *m* eſt enim, vt non ſubuerti poſſet.

De damno & culpa.

203 *Pomponius* lib. 7. ad Quintum Mucium.

QVod quis ex culpa ſua damnum *n* ſentit, non intelligitur damnum ſentire *o*.

De actione.

MInus *p* eſt actionem habere, quam rem.

De his quæ à nobis abire poſſunt.

205. *Idem* lib. 39. ad Quintum Mucium.

PLerumque fit, vt etiam ea, quæ *q* nobis abire poſsint, proinde *r* in eo ſtatu ſint, atq; ſi non eſſent eius conditionis, vt abire poſſent, & ideo quod fiſco obligamus, & vindicare *ſ* interdum, & alienare, & ſeruitutem in prædio imponere poſſumus.

Ne quis lucretur cum iactura alterius.

206. *Idem* lib. 9. ex variis lectionibus.

IVre naturæ *t* æquum eſt, neminem cum alterius detrimento *u* & iniuria fieri locupletiorem *x*.

De re iudicata.

207. *Vlpianus* lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

REs iudicata *y* pro veritate accipitur.

Deſinere habere.

208. *Paulus* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

NOn poteſt videri deſiſſe habere *z* qui nunquam habuit.

De ſeruitute.

209. *Vlpianus* lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

SEruitutem *a* mortalitati *b* ferè comparamus.

De inſtitutione.

210. *Linius Rufinus* lib. 2. *c* Regularum.

QVæ *d* ab initio *e* inutilis fuit inſtitutio ex poſtfacto *f* conualeſcere non poteſt.

De ſeruo & abſentia reipublicæ cauſa.

211. *Paulus* lib. 69. ad Edictum.

SEruus *g* reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt.

[...]e plus [...] *Harm.* 2. [...] *verſ. teme* [...] *Inſt. de action.* [...] *v. l.* 73. ꝟ. *de vter. oblig. Eclog. d. loco:* c. 182.

c *v. l.* 46. *ſuprà de verb. oblig. Ecl. ibi.* adde *l.* 17. ꝟ. *eo.*

d *l.* 18. *ſup. quando dies legati. Ecl. ibi.* c. 183.

e De hac cõditione, ſi ſine liberis adde *l.* 27. §. 13. *l.* 89. §. 5 ꝟ. *de legatis* 2. *l.* 17. §. 4. *ſup. ad Trebell. l.* 48 *ſup. de verb ſign.*

f 2. *Eclog.* 3. c. 184. *l.* 16. ꝟ. *de cond. Inſt. l.* 13. §. 3. *l.* 27. *ſup. de reb. dubiis. v. l.* 14. *C. de fide inſtrum.*

g *v. l.* 27 *ſuprà de oblig.*

h *v. l.* 8 & 185. ꝟ. *eo. adde l.* 12. §. 2. ꝟ. *de captiuis, Ecl. d. loco.*

i *l.* 43. ꝟ. *de oblig. Ecl. ibi.* c. 185.

k *v. l.* 2. §. 19 *ſup. vi bonor.*

l *l.* 52. ꝟ. *de adquir. rer. dom. l.* 25 *ſup. de verb. ſig. v. l.* 49. ꝟ. *de verb. ſign.*

m Imò eſt, *v. l.* 15. §. 6. ꝟ. *qui ſatiſd.*

n Priuilegiũ alicui datum tanquam viuenti, ei mortuo non competit, id eſt, ad hæredes non extenditur. *Ecl. ibid.* c. 187. *Harmen.* 3. §. 19 facit *l.* 2. *ſup. quæ ſent ſine appellatione.*

o Interpretatio priuilegij, vel beneficij, ſpectat ad principem qui cõceſsit. *l.* 43. *ſup. de vulgari Ecl. ibi.*

p vt via, vt actus, aquæductus, l. 17. ꝟ. *de ſeruitutibus l.* 11. §. 24. ꝟ. *de leg.* 3. *l. vlt ſup. de ſeruitute legata.* q *l.* 2. §. 2. *ſup. de verb. obl.*

r 1. *Harm.* 15. *parag.* 12. *v. l.* 155. *in fi ſup. eo. l.* 54. ꝟ. *de acq. hæred.* ſ *l.* 138. *ſup. eo. v. l.* 3. *ſup de hæred. pet. l.* 5. §. 1. ꝟ. *quod cum eo. l.* 7. *ſup. de adq hær. l.* 28. *in fin. ſup. de ſtipul. ſeru. l.* 65 *l.* 70. *ſup. de verb. ſign. l. vlt. C. de hæred. inſtituendis.*

t Niſi hæredis vocabulo adiecta ſit reſtrictio, puta, lego hæredibus infra ſcriptis, niſi agatur de odio, niſi quædam ſpecialis affectio defuncti aliud ſuadeat. *vide Decium hic.*

u Interdum ſcilicet, *l.* 77. ꝟ. *eo. l.* 77. *in fi. ſup. de cond. & demonſt. l.* 132. *ſup. de verb. oblig. l. ſi quis Semp onium* 68 *ſup. de hæred. inſt. l. ſi ita legatum ſit* 65 *ſup. de leg.* 1. *l. non nunquam* 52 *ſup de cond. & demonſt.* Interdum vero magis proſunt quam tacita, *de quib. v Decium hic.*

x πράγματι δεδομένα προσωπικά, 2. *Ecl.* 3. c. 193. y *v l.* 68. *ſup. eo.*

z 4. *Harm.* 6. ἐν τοῖς γάμοις, 2. *Ecl.* 3 c. 192. in conuentionibus, *Hal.* contractibus, *Dynus.*

a *l.* 144. *ſup. eo.* εὐπρεπὲς, *Ecl. ibid.* naturale ius & pudor, *v. l.* 14. *ſup. de ritu.* facit, *lex* 10. *parag.* 2. *ſup. de iuſtitia.*

o Ab alio ſcil. p Res effectu. idem fictione, *l.* 15. *ſup. eo.* adde *l.* 38. §. 9[...]

q Quæ à nobis *vulg. Hal.*

r Perinde, *vulg. Hal.* ſ Non ideò minùs vt noſtrum rectè vindicabim[...] re à nobis dominium ſperetur. *l.* 66. *de rei vind.* t Natura, *l.* 14. *de co*[...] æquo & bono, *l.* 66. *ſup. de cond. indeb.* iure gentium, *l.* 25. *in fin.* ꝟ. *rerum*[...]

u Locupletari cum alterius iniuria, iure naturæ non eſt æquum 2. *Ec*[...] *l.* 14. c. c. *locupletari* 48. *de reg. in* 6. *l.* 16. ꝟ. *de ſeruit. ruſtic. præd. l.* 13. §. 1. *ſ*[...] *prædiorum: l.* 17. §. 4. *in fin. ſup. de inſt. l.* 12. *parag.* 1. *ſup. de diſtract pign. l.*[...] *ſup. ne quid in loco publico.*

x Minor ita obligatur quatenus eſt locuples, l. 1. *ſup. de auctor. tut.* F[...] hæc regula, in vſucapionibus, l. 1. *de vſurpat.* & quoties vtilitas publi[...] iniquum rei alienæ exigit, l. 15 *parag.* 2. *ſup. de rei vind. l.* 13. *ſup. comm*[...] *ſup. de euict.* y l. 25 *in fin. ſup. de ſtatu.*

y l. 87. *l.* 174. *ſup. eo* Deſiiſſe non videtur, quod nec incepit, *l.* 5 *ſup. de in*[...] *pr. & parag.* 1. *ſup. de cond. & demonſt.* l. 13. *ſup. de ſuis:* l. 116. *ſup. de verb. o*[...] *quemadm. ſeruitutes amittuntur.* Priuationemque, vt dici ſolet, habitum [...]

a 1. *Harm* 14. §. 6. & manumiſsionem, *v. l.* 92. *ſup. de ſolution.*

b *v. l.* 59. *inf.* ꝟ. *de cond. & dem.* c Quo de formulis teſtamentorum [...]

d *Harm.* 5. §. 23. e *v. l.* 29. *ſup. eod.*

f In contractu temporis. g Adde l. 140. *ſup. eod.*

EXPLICIT EX ORDINE DIGESTORVM LIBER QVINQVAGESIMVS FELICITER.

R. 37.028

SGCB202

SGCB2021

libertorum pertineant: tamen licere parenti vni ex liberis adſignare *a* libertum, vt poſt mortem eius ſolus *b* is patronus habeatur, cui adſignatus eſt, & cęteri liberi, qui ipſi quoque ad eadem bona nulla adſignatione interueniente pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant, ſed ita demum priſtinum ius recipiant, ſi is cui adſignatus eſt, deceſſerit, nullis liberis relictis.

1 ¶ Nec tantum libertum, ſed etiam libertam, & non tantum filio nepotive, ſed etiam filiæ, neptíve adſignare permittitur.

2 ¶ Datur autem hęc adſignandi facultas ei, qui duos pluréſve liberos in poteſtate habebit, vt eis quos in poteſtate habet, adſignare libertum libertámve liceat. Vnde quęrebatur ſi eum, cui adſignauit, poſtea emancipauerit: num euaneſcat adſignatio? Sed placuit euaneſcere *c*, quod & Iuliano & aliis pleriſque viſum eſt.

3 ¶ Nec *d* intereſt, ‖ an ‖ teſtamento quis adſignet, an ſine teſtamento, ſed etiam quibuſcunque verbis patronis hoc permittitur facere ex ipſo ſenatuſconſulto, quod Claudiani temporibus factum eſt, Sabellio *e* Rufo & Aſterio Scapula conſulibus.

DE BONORVM *f* POSSESSIONIBVS. †

TIT. X.

¶ Ratio & effectus. 1. ¶ De ſpeciebus ordinariis. Ius vetus. 2. Ius nouum. 3. ¶ Species extraordinaria. 4. ¶ De petenda bonorum poſſeßione. De tempore. 5. De iure accreſcendi & ſucceſſorio edicto. 6. Explicatio dicti temporis. 7. Quomodo peti debet.

IVs bonorum poſſeſſionis introductum eſt à prætore emendandi veteris iuris gratia. Nec ſolum in inteſtatorum hereditatibus vetus ius eo modo prætor emendauit, ſicut ſupra dictum eſt: ſed in eorum quoque qui teſtamento facto deceſſerint. Nam ſi alienus poſthumus heres fuerit inſtitutus: quamuis hereditatem iure ciuili adire non poterat, cùm inſtitutio non valebat, honorario tamen iure bonorum poſſeſſor efficiebatur, videlicet cùm à prætore adiuuabatur: ſed & is à noſtra conſtitutione hodie rectè heres inſtituitur, quaſi & iure ciuili non incognitus. 1. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris iuris, ſed magis confirmandi gratia "prętor" pollicetur bonorum poſſeſſionem. Nam illis quoque, qui rectè teſtamento facto heredes inſtituti ſunt, dat ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem. Item ab inteſtato ſuos heredes, & adgnatos ad bonorum poſſeſſionem vocat. Sed & remota quoque bonorum poſſeſſione, ad eos pertinet hereditas iure ciuili.

2 ¶ Quos autem ſolùs vocat prætor ad hæreditatem, heredes quidem ipſo iure non fiunt, nam prætor heredem facere non poteſt, per legem enim tantùm, vel ſimilem iuris conſtitutionem heredes fiunt, veluti per ſenatuſconſulta, & conſtitutiones principales: ſed cùm eis prætor dat bonorum poſſeſſionem, loco heredum conſtituuntur & vocantur bonorum poſſeſſores. Adhuc autem & alios complures gradus prætor fecit in bonorum poſſeſſionibus dandis, dum id agebat, ne quis ſine ſucceſſore moreretur. Nam anguſtiſſimis *g* finibus conſtitutum per legem 12. tabularum ius percipiendarum hereditatum prætor ex bono & æquo *h* dilatauit.

3 ¶ Sunt autem bonorum poſſeſſiones ex teſtamento quidem hę. Prima, quę pręteritis liberis datur, vocatúrque *contra tabulas*. Secunda, quam omnibus iure ſcriptis heredibus prętor pollicetur, ideóque vocatur *ſecundùm tabulas*. Et cùm de teſtatis prius loquutus eſt, ad inteſtatos tranſitum fecit. Et primo loco ſuis heredibus, & iis, qui ex edicto prętoris inter ſuos heredes connumerantur, dat bonorum poſſeſſionem, quę vocatur *vnde liberi*. Secundo legitimis heredibus. Tertio, decem perſonis, quas extraneo manumiſſori præferebat: ſunt autem decem perſonę hę: pater, mater, auus, auia, tam paterni, quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quàm ex filia, frater, ſororve, conſanguinei, vel vterini. Quarto, cognatis proximis. Quinto, *tanquam ex familia*. Sexto, patrono patronęque liberiſque eorum & parentibus. Septimo, viro & vxori. Octauo, cognatis manumiſſoris.

4 ¶ Sed eas quidem prætoria introduxit iuriſdictio, à nobis tamen *i* nihil incurioſum prætermiſſum eſt, ſed noſtris conſtitutionibus omnia corrigentes, *contra tabulas* quidem & *ſecundùm tabulas* bonorum poſſeſſiones admiſimus, vtpote neceſſarias conſtitutas: necnon ab inteſtato *vnde liberi*, & *vnde legitimi* bonorum poſſeſſiones. Quę autem in prętoris edicto quinto loco poſita fuerat, id eſt *vnde decem perſonæ*, eam pio propoſito, & compendioſo ſermone ſuperuacuam oſtendimus. Cùm enim prefata bonorum poſſeſſio decem perſonas prçponebat extraneo manumiſſori: noſtra conſtitutio *k*, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eiſdémque manumiſſoribus contracta fiducia manumiſſionem facere dedit: vt ipſa manumiſſio eorum hoc in ſe habeat priuilegium, & ſuperuacua fiat ſupradicta bonorum poſſeſſio. Sublata igitur prędicta quinta bonorum poſſeſſione, in gradum eius ſextum antea bonorum poſſeſſionem induximus: & quintam fecimus, quam prętor proximis cognatis pollicetur. Cúmque antea

a *l. 107. ſ. de verb. ſign.*
b *l. 30. in fin. ff. qui & à quibus.*
c Imo non euaneſcit, ſed tenet, *l. 9. ff. eo.*
d *l. 1. §. 3. l. 13. ff. eod.*
e Velleo Rufo & Hoſterio Scapula Coſſ.
f 37. *D. 1. Vlp. 28.* Bonorum poſſeſſio hic non ſignificat nudam rei poſſeſſionem à dominio abſtractam: ſed ipſum quaſi rerum dominium, quod ſucceſſione Pretoria per vniuerſitatem adiicitur, ex qua oritur bonorum poſſeſſoria hereditatis petitio; quæ datur ei cui iure Prætorio patrimonium defuncti defertur. *l. 1. l. 2. ff. de poſſeſſor. haret. petit.*
† an hodie bonorũ poſſeſſiones abrogatæ, aut non neceſſariæ ſint, *v. §. vlt. ſ. eo.*
g excludebat enim emancipatos natos, & filias, & matres, *Hotom.*
h *l. 6. §. 1. ff. eod.* Lex 12. tab gentis & familiæ Prætor ſanguinis & naturæ rationem habuit. *Hot.*
i obſeruandum ex his quæ ſequuntur lege Iuſtiniani tandem has ſeptẽ bonorum poſſeſſiones hoc ordine ex vndecim prætoriis receptas: nempe contra tabulas, vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor, & legibus ſublatis ex iure prætorio, quinta, vnde decem perſonæ: ſeptima, tanquam ex familia: octaua, vnde patroni &c & dema vnde cognati manumiſſoris.
k *l. vlt C. de emancip. liberorum.*

fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio, *tanquam ex familia*, & octauo, *vnde patroni patronæque & parentes eorum*, vtramque per conſtitutionem noſtram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cùm enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones poſuerimus *a*, quas vſque ad quintum gradum tantummodo coarctauimus: vt ſit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia, ſufficit eis tam contra tabulas bonorum poſſeſſio, quàm *vnde legitimi* & *vnde cognati*, ex quibus poſſunt ſua iura vindicare omni ſcrupuloſitate, & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſſionum reſoluta. Aliam verò bonorum poſſeſſionem, quę *vnde vir & vxor* appellatur, & nono loco inter veteres bonorum poſſeſſiones poſita fuerat, & in ſuo vigore ſeruauimus, & altiore loco, i. ſexto eam poſuimus: decima quoque bonorum poſſeſſione, quę erat, *vnde cognati manumiſſoris* propter cauſas enumeratas meritò ſublata, vt ſex tantummodo bonorum poſſeſſiones ordinariæ permaneant, ſuo vigore pollentes.

¶ Septima eas ſecuta, quam optima ratione prętores introduxerunt. Nouiſſimè enim promittitur edicto iis etiam bonorum poſſeſſio, quibus vt detur *b* lege, vel ſenatuſconſulto vel conſtitutione comprehenſum eſt: quàm neque bonorum poſſeſſionibus, quę ab inteſtato veniunt, neque iis, que ex teſtamento ſunt, prętor ſtabili iure connumerauit: ſed quaſi vltimum & extraordinarium auxilium (prout res exegerit) accommodauit, ſcilicet iis, qui ex legibus, ſenatuſconſultis, conſtitutionibúſve Principum ex nouo iure, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato veniunt.

¶ Cum igitur plures ſpecies ſucceſſionum prętor introduxiſſet, eaſque per ordinem diſpoſuiſſet, & in vnaquaque ſpecie ſucceſſionis ſępè plures extent, diſpari gradu perſonę: ne *c* actiones creditorum differentur; ſed haberent, quos conuenirent, & ne facilè in poſſeſſionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo ſibi conſulerent: ideo petendæ bonorum poſſeſſioni *d* certum tempus pręfiniuit. Liberis itaque & parentibus, tam naturalibus, quàm adoptiuis in petenda bonorum poſſeſſione anni *e* ſpatium, cęteris ‖ autem ‖ adgnatis, vel cognatis, centum dierum dedit.

5 ¶ Et ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit, eiuſdem gradus perſonis adcreſcit: vel ſi nullus ſit, deinceps cęteris bonorum poſſeſſionem perinde, ex ſucceſſorio edicto pollicetur, ac ſi is, qui præcedebat ex eo numero non eſſet. Si quis itaque delatam ſibi bonorum *f* poſſeſſionem repudiauerit, non quouſque tempus bonorum poſſeſſioni præfinitum exceſſerit, expectatur *g*: ſed ſtatim cæteri ex eodem edicto admittuntur.

6 ¶ In petenda autem bonorum poſſeſſione dies vtiles *h* ſinguli conſiderantur.

7 ¶ Sed bene anteriores *i* principes & huic cauſę prouiderunt, ne quis pro petenda bonorum poſſeſſione curet *k*, ſed quocunque modo admittentis eam *l* iudicium (intra ſtatuta tamen tempora) oſtenderit: plenum habeat earum beneficium.

DE ADQVISITIONE *m* PER adrogationem.

TIT. XI.

EST & alterius generis per vniuerſitatem ſucceſſio, quę neque lege 12. tabularum, neque prętoris edicto, ſed eo iure, quod conſenſu *n* receptum eſt, introducta eſt.

1 ¶ Ecce enim, cum paterfamiliàs ſeſe in adrogationam dat, omnes res eius corporales & incorporales, quęque ei debitę ſunt, adrogatori antea quidem pleno iure adquirebantur: exceptis iis, quę per capitis deminutionem pereunt, quales ſunt operarum obligationes, & ius adgnationis: vſus etenim & vſusfructus, licèt his antea connumerabantur, attamem capitis deminutione minima eos tolli prohibuit noſtra conſtitutio *o*.

2 ¶ Nunc autem nos eandem adquiſitionem, quę per adrogationem fiebat, coarctauimus ad ſimilitudinem naturalium parentum. Nihil enim aliud, niſi *p* tantummodo vſusfructus tam naturalibus parentibus, quàm adoptiuis per filiosfamiliarum adquiritur in iis rebus, quę extrinſecus filiis obueniunt, dominio eis integro ſeruato. Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiam dominium "rerum" eius ad adrogatorem pertranſit: niſi ſuperſint aliæ perſonæ, quæ ex conſtitutione noſtra patrem in iis, quæ adquiri non poſſunt, antecedant.

3 ¶ Sed ex diuerſo, pro eo quod is debuit, qui ſe in adoptionem dedit, ipſo quidem iure adrogator non tenetur, ſed nomine *q* filij conuenitur: & ſi noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes noſtros magiſtratus, bona quæ eius cum vſufructu futura fuiſſent, ſi ſe alieno iuri non ſubiecisſet poſſidere, & legitimo modo ea diſponere.

a §. 3. *in fin. ſ. de ſucceſſ. liberi.*
b *l. 3. §. fin. de pet. hered. l. 1. in pr. ff. vt ex legib.*
c *v. l. 1. in pr. ff. de ſucceſſo.*
d *v. l. 69. in fin. de adq. her.*
e *l. 1. § largius, de ſucceſſori.*
f Id enim poteſt *l. 13. de adq. hæreditate.*
g *v. l. 13. in pr. ff. de adquir. hæred.*
h *l. 2. ff. quis ordo in petenda bonorum poſſ.*
i *l. vlt. C. qui admitti ad bonorum poſſ.*
k Hodie nemo adſtringitur ad petendam bonorum poſſeſſionem ab ipſo prætore ex priſcis formulis (ſic enim reſtringenda eſt *l. vlt. §. nos itaque C. de curat. furioſ.* quæ paulo generalius tradit ſublatas à Conſtantino bonorum poſſeſſiones, *l. 17. C. de iure delib.* cogi tamen quiſque videtur: ſuam amplectendæ hæreditatis voluntatem apud aliquem iudicem cõteſtari *l. vlt. C. qui admitti.* vt vt ſit: vnde vir & vxor hîc à Iuſtiniano probatur. *ſ. §. 4. v. Cuiac. 17. obſ. 19.*
l iudicium, *Cuiac.*
m *§. vltim. ſ. per quas perſonas nobis adquiritur. l. 22. ff. de inofficioſo.*
n i. quod primum ſine ſcripto, dein longius per vſum productum, poſtremo à prudentibus confirmatum. *Theo.*
o *l. 16. C. de vſuf.*
p *v. l. 6. §. 1. C. de bonis quæ liber.*
q *l. 42. ff. de peculio.*

DE EO CVI LIBERTATIS CAVSA bona ‖ addicuntur.

TIT. XII.

¶ Continuatio. ¶ Summa. 1. ¶ Reſcriptum diui Marci. 2. ¶ Eiuſdem vtilitas. 3. In quibus caſibus locum habeat. De libertate in teſtamento, vel in codicillis.

codicillis relicta. 4. Si certum ſit, vel incertum, an ſucceſſor exiſtet. 5. De in integrum reſtitutione. 6. Si libertates datæ non ſunt. 7. De ſpeciebus additis à Iuſtiniano.

ACceſſit nouus caſus ſucceſſionis ex conſtitutione *a* diui Marci. Nam ſi ij, qui libertatem acceperunt à domino in teſtamento, ex quo non aditur hæreditas, velint bona ſibi addici libertatum *b* conſeruandarum cauſa, audiantur. 1. ¶ Et ita diui Marci reſcripto *c* ad Pompilium Rufum continetur: verba reſcripti ita ſe habeant. Si Verginio Valenti, qui teſtamento ſuo libertatem quibuſdam adſcripſit, nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente in ea cauſa bona ‖eius‖ eſſe cœperunt, vt venire debeant: is cuius de ea re notitia eſt, aditus rationem deſiderij tui habebit, vt libertatũ tam earum, quæ directo, quàm earũ, quę per ſpeciem fideicommiſſi relictæ ſunt, tuendarum gratia addicantur tibi: ſi idonèe *d* creditoribus caueris de ſolido, quod cuique debetur, ſoluendo. Et *e* ij quidem, quibus *e* directa libertas data eſt, perinde liberi erunt, ac ſi hereditas adita eſſet. Ii autem, quos hęres manumittere rogatus eſt à te libertatem conſequentur: ita vt ſi non alia conditione, velis tibi bona addici, quàm vt "ii" etiam, qui directò libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, ſi ij, quorum de ſtatu agitur, conſentiant; auctoritatem noſtram accommodamus. Et ne huius reſcriptionis noſtræ emolumentum alia ratione irritum fiat, ſi *f* fiſcus bona agnoſcere voluerit: & ij, qui reb. noſtris attendunt, ſciant *g* commodo pecuniario præferendam eſſe libertatis cauſam, & ita bona cogenda, vt libertas iis ſalua ſit, qui eam adipiſci potuerunt, ac ſi hęreditas ex teſtamento adita eſſet.

2 ¶ Hoc reſcripto ſubuentum eſt & libertatibus & defunctis, ne bona eorum à creditoribus poſſideantur & veneant *h*. Certè ſi fuerint hac de cauſa bona addicta, ceſſat bonorum venditio exiſtit. n. defuncti defenſor, & quidem idoneus, qui de ſolido *i* creditorib. cauet.

3 ¶ In primis hoc reſcriptum totiens locum habet, quotiens teſtamento libertates datæ ſunt. Quid ergo ſi quis inteſtatus *k* decedens, codicillis libertates dederit, neque adita ſit ab inteſtato hęreditas: "an" fauor conſtitutionis debebit locum habere? Certè ſi inteſtatus deceſſerit, & codicillis dederit libertatem, competere eam, nemini dubium eſt.

4 ¶ Tunc "enim" conſtitutioni locum eſſe verba oſtendunt, cùm nemo ſucceſſor ab inteſtato exiſtat. Ergo quamdiu *l* incertum erit, vtrum exiſtat, an non ceſſabit conſtitutio. Si verò certum eſſe cœperit, neminem exiſtere; tunc erit conſtitutioni locus.

5 ¶ Si *m* is, qui in integrum reſtitui poteſt abſtinuerit hereditate: an quamuis poteſt in integrum reſtitui, poſſit admitti conſtitutio, & bonorum addictio fieri? Quid *n* ergo ſi poſt addictionem libertatum conſeruandarum cauſa factam, in integrum ſit reſtitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates: quia ſemel competierunt.

6 ¶ Hæc conſtitutio libertatum tuendarum cauſa introducta eſt. Ergo ſi libertates nullæ ſunt datę, ceſſat "hæc" conſtitutio *p*. Quid ergo ſi viuus dederit libertates, vel mortis cauſa: & ne de hoc quæratur, vtrum in fraudem creditorum, an non: factum ſit, idcirco velint ſibi addici bona: an audiendi ſint? Et magis eſt, vt audiri debeant, etſi deficiant verba conſtitutionis.

7 ¶ Sed cum multas diuiſiones eiuſmodi conſtitutioni *q* deeſſe perſpeximus, lata eſt à nobis pleniſſima conſtitutio, in qua multæ ſpecies collatæ ſunt, quibus huiuſmodi ſucceſſionis pleniſſimum eſt effectum, quas ex ipſius lectione conſtitutionis poteſt quis cognoſcere.

a hereditas enim iure ciuili: Bonorum poſſeſſio prætorio: per arrogationem verò ſucceſſio moribus & conſuetudine adquiritur.
b v. l.6.15. *Cod. de teſt. manu. l.2. in fi. ff. de fideic. li.*
c *l.5. ff. de fideic. libert. l. vlt. Cod. de manum. teſt.*
d fideiuſſore vel pignore, vel ſi ei fides habita, *l.4. §. addici. ff. de fi. lib.*
e *l.4. §. 12. ff de fideic. libert.*
f *l. 4. §. eadem, ff. de fideic. lib.*
g hinc ſit, vt ſeruos in ſucceſſionibus fiſco prælatos videamus. *Nou. 1. cap. 1.*
h id enim turpe. *§.1. ſ. quib. ex cau. manum.*
i *l. 1. §. de ſolido. ff. de fideic. lib.*
k *l.2. ff. de fideic. lib.*
l *l.4. in prin. ff. de fideic. lib.*
m *l. 4. §. 1. ff. de fideic. liber.*
n *d. l.4. §.2.*
o Libertas ſemel data non reuocatur. *C. ſi aduerſus libertatem.*
p Cauſa finali ceſſante, diſpoſitio ceſſat, *c. cum ceſſante de app.* v. Tiraquellum *tractatu, ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
q *l. vlt. Cod. de teſt. manum.*
r duab. nimirum.
ſ *ſubaudi*, debitoris, & quidem per creditores: *v. hic Theoph.*
t 7. C. 24.
u quo libera mulier ſe ſeruo coniungens libertatem & ſubſtãtiam amittebat.
x de qua ſ. *Tit. prox.*
y infamis, quæ & in locum ſectionis creditorũ in partes lege 12. Tabul introductæ ſucceſſerat. *Tert. in Apolog. c.4. de qua l.60. de pact. l 9. § 5. d. iure iur. l. 20. de rebus iud. auth* Interea quidam hic notãt, emptionem ſumi pro venditione: atque ideo, vnum vocabulum pro altero ſumi *l 19. ff. de act. empt.* quod tamen fallit, *l. 2. C. de loc.*
z an quia creditor proponens actionem, & in ſyllaba errans, cauſa cadebat?

DE SVCCESSIONIBVS *x* SVBLATIS, quæ fiebant per bonorum *ſ* venditiones, & ex ſenatuſconſulto *t* Claudiano *u*.

TIT. XIII.

ERant ante prædictam *x* ſucceſſionem olim & aliæ per vniuerſitatem ſucceſſiones, qualis fuerat bonorum emptio *y* quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages *z* fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria *a* in vſu fuerant: ſed cum extraordinariis *b* iudiciis poſteritas vſa eſt: Ideo cum ipſis ordinariis iudicis etiam bonorum venditiones expirauerunt, & tantummodo creditorib. datur officio iudicis bona poſſidere *c*, & prout vtile eis viſum eſt, ea diſponere, quod ex latioribus digeſtorum libris *d* perfectius apparebit.

1 ¶ Erat & ex ſenatuſconſulto Claudiano miſerabilis per vniuerſitatem adquiſitio *a*: cùm libera mulier ſeruili amore bacchata *b*, ipſam libertatem per ſenatuſconſultum amittebat, & cùm libertate ſubſtantiam, quod indignum noſtris *c* temporibus eſſe exiſtimantes, & à noſtra ciuitate deleri, & non inſeri noſtris Digeſtis conceſſimus.

a vſitata ante Cõſtantinum, *l. 1. C. de formul. ſubl.*
b v. quæ ſcripſi *ad l. vltim. §. 3. ff. quod metus cauſa.* Alij notant ordinarium iudicium dici dupliciter, reſpectu materiæ, in iudice: & formæ in iudiciis requiſitæ.
c olim vniuerſa, *l. 1. in fi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* hodie pro menſura debiti. *Nou. 53. c. 4. in fi.*
d *l. 42. tit. 4. quib. ex cauſis in poſſ. & de reb. iudicis authorit. & 7. C. 72.*

a de qua v. l. vn. *C. de S. C. Clau. Vlp. tit. 13. §. 11. Tacit. 12 annal.*
b Huc referri poteſt quod alibi dicitur, furore amoris nihil eſſe vehementius. *Nou. quib. modis naturales.*
c Hodie igitur libera mulier poteſt nubere impunè homini ſeruo, extr. lib. 4. c. 9. ita vt huiuſmodi nuptiis libertatem non amittat, ſed eius conditionem planè liberi ſequantur.
d 41 *ff.* 7. 4. *C.* 11.

DE OBLIGATIONIBVS *d*.

TIT. XIV.

NVnc *e* tranſeamus ad obligationes *f*. Obligatio *g* eſt iuris vinculum *h* quo neceſſitate *i* adſtringimur alicuius rei *k* ſoluendæ, ſecundum *l* noſtrę ciuitatis iura.

1 ¶ Omnium autem obligationum ſumma diuiſio in duo genera deducitur: namque aut ciuiles ſunt, aut prætoriæ. Ciuiles *m* ſunt, quæ aut legib. conſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ ſunt. Prętoriæ ſunt, quas prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit quæ etiam honorariæ vocantur.

2 ¶ Sequens diuiſio in quatuor ſpecies diuiditur. Aut enim *n* ex contractu ſunt, aut quaſi *o* ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Prius eſt, vt de iis, quæ ex contractu ſunt diſpiciamus. Harum ęquè quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu *p*: de quibus ſingulis diſpiciamus.

e De perſonis & rebus dixit. Dicturus conſequenter de actionibus præmittit tractatum de obligationibus. Eſt enim obligatio actionis mater, *l. 42. §. 2. D. de procuratoribus.*
f ex quibus perſonalis: vt ex dominio realis actio naſcitur.

QVIBVS MODIS RE CONTRAhitur obligatio.

TIT. XV.

De mutuo. 1. De indebito ſoluto. 2. De commodato. 3. De depoſito. 4. De pignore.

RE contrahitur obligatio *q*, "veluti mutui datione. Mutui autem datio in iis reb. conſiſtit, quæ pondere, numero, menſuráve conſtant, veluti vino, oleo, frumẽto, pecunia numerata, ęre, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientium fiant. Et quoniam nobis non eædem res, ſed alię eiuſdem naturę & qualitatis redduntur *r*, inde etiam mutuum appellatum eſt, quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat: & ex eo contractu naſcitur actio, quæ vocatur condictio.

1 ¶ Is quoque *ſ* qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem ſoluit, re *t* obligatur: daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei condici poteſt, ſi apparet eum dare oportere, ac ſi mutuum accepiſſet. Vnde pupillus, ſi *u* ei ſine tutoris auctoritate indebitum per

g Naturalis & Ciuilis ſimul, ſeu mixta, ex qua actio iuſque exigẽdi oritur. Quippe Naturalis tantum obligatio (cuius cauſa eſt vel contractus vel delictum, factum vel conſenſus) deſtituta ciuili approbatione exceptionem quidem habet, ſed actionem (veluti inter patrem & filium in poteſtate, dominũ & ſeruum, creditorem & pupillum mutuum ſine tutoris authoritate accipiente *n*, non parit *l.5. §.4. l.27 §.2. ff. de pactis.* Habet & alios effectus, impedit enim ſoluti repetitionem, l. 16. §. 4. *D. de fideiuſſ.* Accedere ei poteſt pignus & fideiuſſor qui naturaliter & ciuiliter obligatur. *l. de fideiuſſ. in pr.* compenſationem admittit l. 6. *D. compenſat.* Ciuilis tantum actionem quidem parit, ſed vim exigendi non habet: quia ciuiliter tantùm obligatus, tutus eſt exceptione, puta, vel nudi pacti, vel metus illati, vel pecuniæ ſibi non numeratæ, *l. in contract. 14. C. de non numerata pecun.* Poteſt ei pignus & fideiuſſor accedere *l. 16. §. 3. D. de fideiuſſor.* Neutra verò obligatio naſcitur, quando lex nominatim factum improbat, veluti contractum inter tutorem & pupillum, donationem inter coniuges, & ſimilia.
h vnde adſtringere dicitur *l. 99. D. de verb. oblig.* i *v. l. 108. ff. de verb ſign.* vt hinc colligas, hic non definiri obligationem, quæ exceptione eliditur l. 1. *ff. de reg. iur. l. 42. in fin. ff. de obl.*
k vel facti *l. 1. ff. de rebus cred l. 3. ff. de obl.* l An hæc verba referenda ad verbum *obligatio*, vt hic de obligatione ciuili agatur: an ad verbum *vinculum*. an potius verbum *ſoluendum*? *v quæ ſcripſi ad l. 3. ff. de reb cred. l. 3. §. 1. ff. commodati*, m Ciuiles obligationes vim habẽt, ſiue quia vſu receptæ, ſiue quia iure quodam ciuili comprobatæ. n Contractus eſt facti. l. *conſilio. 7. ff. de curat. furio.* ex eo obligatio quæ iuris l. 2. *ff. ſi certum.* Ex obligatione actio l. 42. §. 2. *ff. de procura.* o contractus propriè eſt, qui vtrinque contrahentes obligat. Impropriè, in quo vnus, magis impropriè, diſtractus, l. 19. *ff. de verb. ſign.* p addi poteſt, cõtractuum alios eſſe nominatos vel innominatos: alios bonæ fidei vel ſtricti iuris, & in iis quædam, vt ſubſtantialia & formalia (veluti in venditione pretium) quædam vt ſolennia (putà vt minor rem cum decreto vendat) quædã vt naturalia & adminicula ac tacitè intellecta (vt eſt in venditione euictio) quædã vt accidentalia ac minimè neceſſaria (veluti vt mihi venditori fundũ ad certum tempus loco) ſpectari *v. Het. q. 35.* q Re dicitur contrahi obligatio, quoties præter conſenſum rem actu ipſo interuenire neceſſe eſt, l. 52. §. 2 *ff.* r. vtcunq; inter nos conueniat de mutuo dando, obligatio tamen ex mutuo non naſcitur. Cur? Aliud eſt contractus, aliud de contrahendo facta promiſſio. r in eodem ac non diuerſo genere: eodem inquam, & ſimilitudine & vtilitate vel aliter, non eædem res in indiuiduo ſed in ſpecie, redduntur, ſed tamen res aliæ ſolui poſſunt volenti. Quòd ſi ab initio conuenit vt res aliæ ſoluãtur, alius erit cõtractus quàm mutui. ſ Soluens id quod ciuiliter tantum vel naturaliter & ciuiliter debuit (quod præſtium tamen poterat elidere dubij euentus, vel perpetua eademque fauorabili exceptione puta Velleiani) is ſolutum repetit. At qui debitũ vel naturaliter tãtum, vel naturaliter & ciuiliter (quod tamẽ elidere potuiſſet receptione perpetua non fauorabili vt Macedoniani) item qui indebitum vel ratione diei vel confideiuſſorum (veluti cum potuiſſet vti Epiſtola D. Hadriani ſoluit,) is ſolutum non repetit. Ceſſat quoque hæc actio quoties quis vel ſciens, vel rei iudicatę, aut pietatis intuitu, aut tranſactionis aut iuriſiurandi authoritate ſoluit. Idẽ, ſi alienum debitum ſi ex ea cauſa, vnde inficiando creſcit ſoluerit, *Myſing.*
t *l. 5. § 3. ff. de obligat.* u Pupillus non obligatur indebitum accipiendo.

errorem

errorem datum eſt: non tenebitur indebiti condi- Sed *b*
ctione: non magis, quàm mutui *a* datione.
hæc ſpecies obligationis non videtur ex contractu
conſiſtere: cùm is, qui ſoluendi animo dat, magis vo
luerit negotium diſtrahere *c*, quàm contrahere.

2 ¶ Item is, cui res aliqua vtenda datur, i. com-
modatur, re obligatur, & tenetur commodati
actione *d*.

¶ Sed is, ab eo, qui mutuum accepit, longè diſtat.
namque non *e* ita res datur, vt eius fiat. & ob id
de ea re ipſa reſtituenda tenetur. Et is quidem, qui
mutuum accepit, ſi quolibet *f* fortuito caſu amiſe-
rit quod accepit, veluti incendio, ruina, naufragio,
aut latronum hoſtiúmve incurſu, nihilominus obli-
gatus remanet. At is, qui vtendum accepit, ſane
quidem exactam diligentiam cuſtodiendæ rei præ-
ſtare iubetur: nec ſufficit ei tantam diligentiam ad-
hibuiſſe, quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt, ſi
modò alius diligentior poterat eam rem cuſtodire:
ſed propter maiorem vim maioréſve caſus non tene
tur, ſi *g* modò non ipſius culpa is caſus interuenit:
alioqui ſi id, quod tibi commodatum eſt domi, pere-
grè *h* tecum ferre malueris, & vel incurſu hoſtium,
prædonúmve, vel naufragio amiſeris, dubium non
eſt quin de reſtituenda ea re tenearis.

¶ Commodata autem res tunc propriè intelligi-
tur, ſi nulla mercede accepta vel conſtituta, ‖ res‖
tibi vtenda data eſt. alioqui mercede interueniente,
locatus tibi vſus rei videtur.

¶ Gratuitum enim debet eſſe commodatum.

3 ¶ Præterea & is, apud quem res aliqua *i* de-
ponitur, re obligatur, tenetúrque actione *k* depoſiti:
quia & ipſe de ea re quam accepit, reſtituenda
tenetur *l*.

¶ Sed is ex eo ſolo tenetur *m*, ſi quid dolo com-
miſerit. culpæ autem nomine, i. deſidiæ ac negli-
gentiæ, non tenetur. Itaque ſecurus eſt, qui parum
diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit quia qui
negligenti *n* amico rem cuſtodiendam tradit, ‖ non
ei ‖, ſed ſuæ facilitati id imputare debet.

4 ¶ Creditor quoque qui pignus accepit, re obli-
gatur: quia & ipſe de ea re quam accepit, reſtituenda
tenetur actione pignoratitia *o*. Sed quia pignus vtriuſ-
que *p* gratia datur: & debitoris, quò magis pecunia
ei credatur, creditoris, quo magis ei in tuto ſit cre-
ditum: placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodien
dam exactam diligentiam adhibeat, quam ſi præſtite-
rit, & aliquo *q* fortuito caſu rem amiſerit, ſecurum
eſſe, nec impediri creditum petere *r*.

a Pupillus non obligatur mutuum accipiendo.
b Indebitum qui accipit non propriè ex contractu, ſed quaſi ex contractu obligatur.
c Solutio diſtractus eſt magis, quàm contractus. Nam qui ſoluit, magis diſtrahit, quam contrahit.
d *v. l. 1. §. 3. π. eo.*
e *v. l. 8. l. 9. π. commodati.*
f *v. l. 11. C. ſi cert. petatur.*
g *v. l. 1. C. comm.*
h *v. l. 1. §. 4. π. de oblig.*
i ſimpliciter & cuſtodiæ cauſa, vt hic, vel debita, *l. 19. C. de vſuris*. vel litigioſa. *l. 5. π. depoſiti.*
k *v. l. 1. §. 5. π. eo.*
l etiam latroni, *l. 31. ff. depoſiti.* nec petere poteſt compenſationem, *l. vlt. C. de compenſ.* non poteſt etiam opponere exceptionem dominij *l. pen. C. depoſiti.*
m *v. l. 20. π. de poſ.*
n *v. l. 1. §. 4. π. de obligat.*
o *v. l. vlt. C. de luitione pignoris.*
p *l. 5. §. 2. in fin. π commodati.*
q *v. l. 6. C. de pig.*
r Obiter hic obſeruandum pignorari non poſſe res quæ ſunt extra commercium, *l. 3.* liberos homines. *l. 6.* inſtrumenta ad culturam agrorum deputata *l. 8. C. quæ res pign.* res pupillares, ſine decreto, *l. 1. in pr* litigioſas, *d. l. 1. §. ſi quis res pignori.* alienas, *l. 1. §. 1.* ſeruitutes vrbanas *l. 11. in fin. de pign.* cæteræ poſſunt. *ſ 41. π. 18. & 8. c. 38.*

DE VERBORVM *ſ* OBLIGATIONIBVS.

TIT. XVI.

Summa. 1. De verbis ſtipulationum. 2. De puritate. 3. De die. 4. De conditione. 5. De loco. 6. De conditione ad tempus præſens vel præteritum relata. 7. Quæ in ſtipulatum deducuntur.

VErbis *t* obligatio contrahitur *u* ex in-
terrogatione & reſponſione, cùm quid
dari fierive nobis ſtipulamur. ex qua
duæ proficiſcuntur actiones, tam con-
dictio certi *x*, ſi certa ſit ſtipulatio
quàm ex ſtipulatu *y*, ſi incerta ſit. quæ
hoc nomine inde vtitur, quód ſtipu-
lum apud veteres *z* firmum appellabatur, forte *a* à ſti-
pite deſcendens.

1 ¶ In hac re olim talia verba tradita fuerunt,
Spondes? ſpondeo. Promittis? Promitto. " *Fide promittis? fide promitto.* " *Fideiubes? fideiubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam.* Vtrùm autem Latina, an Græca *b*, vel qualibet
alia lingua *c* ſtipulatio concipiatur, nihil intereſt ſc.
ſi vterque ſtipulantium intellectum eius linguæ ha-
beat: nec neceſſe eſt eadem lingua vtrumque vti: ſed
ſufficit congruenter ad interrogata reſpondere. Quin-
etiam duo Græci Latina lingua obligationem contra-
here poſſunt. Sed hæc ſolemnia verba olim quidem
in vſu fuerunt: poſtea autem Leoninad conſtitutio
lata eſt, quæ ſolemnitate verborum ſublata, ſenſum
& conſonantem intellectum ab vtraque parte ſolùm
deſiderat, quibuſcunque tandem verbis expreſſum eſt.

2 ¶ Omnis ſtipulatio aut purè, aut in diem, aut ſub
conditione ſit. Purè, veluti, *quinque aureos dare ſpondes?*
idque *a* confeſtim peti poteſt. In diem: cùm adiecto
die, quo pecunia ſoluatur, ſtipulatio fit: veluti *decem aureos primis Kalendis Martijs dare ſpondes?* Id autem
quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur *b*:
ſed peti priùs, quàm dies venerit, non poteſt. Ac *c* ne
eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt, peti
poteſt: quia totus is dies arbitrio ſoluentis tribui
debet. Neque enim certum eſt eo die, in quem pro-
miſſum eſt, datum non eſſe, priùs quàm is præte-
rierit.

3 ¶ At ſi ita ſtipuleris, *decem aureos annuos: quoad d viuam, dare ſpondes?* & purè facta obligatio intelligi-
tur, & perpetuatur: quia ad tempus non poteſt de-
beri: ſed *e* heres petendo, pacti exceptione ſubue-
hitur.

4 ¶ Sub conditione ſtipulatio fit, cùm in aliquem
caſum differtur *f* obligatio: vt ſi aliquid factum fue-
rit, vel non fuerit, committatur ſtipulatio: veluti
Si Titius conſul fuerit g factus, quinque aureos dare ſpondes?
Si quis ita ſtipuletur, *ſi h in Capitolium non i aſcendero, dare ſpondes?* perinde erit ac ſi ſtipulatus eſſet, cùm
moreretur, ſibi dari. Ex conditionali ſtipulatione
tantùm ſpes *k* eſt debitum iri: eámque ipſam ſpem
in hæredem tranſmittimus *l*, ſi priùs quàm conditio
extet, mors nobis contigerit.

5 ¶ Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent: veluti
Carthagini dare ſpondes? Quæ ſtipulatio licet purè fieri
videtur: tamen re ipſa habet tempus adiectum, quo
promiſſor vtatur ad pecuniam Carthagini dandam
m. Et ideo, ſi quis Romæ ita ſtipuletur, *hodie Carthagini ſpondes?* inutilis *n* erit ſtipulatio, cùm impoſſibi-
lis ſit repromiſſio.

6 ¶ Conditiones, quæ *o* ad præſens vel præteri-
tum tempus referuntur, aut ſtatim infirmant obli-
gationem, aut omnino non differunt, veluti, *Si Titius conſul fuit, vel ſi Mæuius viuit, dare ſpondes?* Nam
ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio: ſin autem
ita ſe habent, ſtatim valet. Quæ enim per rerum na-
turam ſunt certa: non morantur obligationem, licèt
apud nos incerta ſint.

7 ¶ Non ſolùm res in ſtipulatum deduci poſſunt.
ſed etiam *p* facta: vt ſi ſtipulemur aliquid fieri vel
non fieri, & in huiuſmodi ſtipulationibus optimum
q erit, pœnam ſubiicere, ne quantitas ſtipulationis
in incerto *r* ſit, ac neceſſe ſit actori probare, quid
eius interſit. Itaque ſi quis, vt fiat aliquid, ſtipule-
tur: ita *ſ* adiici pœna debet, *Si ita factum non erit tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes?* Sed ſi quædam
fieri, quædam non fieri, vna eademque conceptione
ſtipuletur quis, clauſula huiuſmodi erit adiicienda,
Si aduerſus ea factum erit, ſiue quid ita factum non fuerit: tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpondes.

t Quæ verbis eſt obligatio, verbis omnimodo contrahitur. Poteſt tamen & quæ conſenſu eſt, vt & pactum verbis contrahi, *l. 7. §. 12. π. de pact. l. 1. §. 4. π. de conſt. pec.*
u *l. 1. §. verbis. ff. eo. l. 51. §. 2. de obl. & act.*
x *l. 9. in fi. de reb. cred. l. 74. ff. eod.*
y *75. in pr. π. eo.* Cur non actio ex ſtipulatione dicitur, quæ ex certa ſtipulatione cum ea competat pro dote (quæ vt ſæpius certa eſt) *l. vn. C de rei vxoriæ act.* & pœna promiſſa certa, *l. 1. §. ſi. reus π de co per quem factum l. 21. in fi. π arbitriis, l. 28. π. de act. emp. l. 68. π. de verb. obl.* Ad hæc, certi condictio ex incerto contractu competit, *l. 9. π. de reb. cred.* & incerti pro re certa, *l. 3. π. de cond. ſine cauſa.* vtrùm dici poteſt, Tribonianum has actiones diſtinxiſſe, vt & Vlpianum in *l. 24. π. de reb. cred.* z *Paul. 5. ſent. 7. §. 1.*
a ſtipulatio à ſtipite ſeu fuſte in terram defixò, *l. granaria 18 π. de act emp. Feſtus in ſtipes.* qualis figebatur in confinibus ad finium cuſtodiam firmandam *Ouid. 2 Faſt. vbi de Termino 12. Gell. 6.* At paulò ante à ſtipulo quod firmum ſignificat dicitur. Varro 4. *de lingua in 6.* à ſtipulando, i. componendo. Feſtus in *ſtipem* ſtipulatorem eum ait qui ſtipem i. æs ſtipulatur, idem in *ſtipatores*, ſtipam, idem quod firmum interpretari videtur *Iſid. 5. c. 24.* ſtipulationem à ſtipula deducit: quòd veteres quoties ſibi aliquid promittebatur: ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes ſtipulationes ſuas agnoſcebant *Alciat. 1. parerg. 39.* à στύφω quod eſt adſtringere.
b *l. 1. §. 6. π. eo.* c Vt & hodie ſontentiæ, *l. 12. C. de ſentent. & inter.*
d *l. 10. §. eo.* e *l. 1. §. 2. π. eo. l. 17. C. eod.*

a *v. l. 41. in fin. in eod.*
b *v. l. 46. in pr. ff. eo.*
c Imò eo ipſo die. *l. 118. §. pen. ff. eo.*
d *v. l. 56. § 4. ff. eodem.*
e *l. 52, in fin. ff. de pactis.*
f Incertum & futurum, *l. 54. ff. de verb. ſig.* Conditionem nihil aliud eſſe, quàm dilationem debiti in aliquem caſum, hinc collige.
g conditio caſualis.
h conditio poteſtatiua. *v. l. 115. §. 1, & 2. eo.*
i *l. 115. §. 1. ff. de verb. obl.*
k *l. 54. in fine de verb. ſig.*
l *l. 57. ff. eod.*
m *l. 2. §. qui ita. ff. de eo quod certo loco.*
n non tamen ſemper. *v. l. 141. §. 4. ff. eod.*
o *v. l. 37. de rebus cred.*
p *l. 2. in pr. ff. eo.*
q *l. vlt. ff. de præt. ſtipu.*
r *l. 68. l. 80. ff. eo.*
ſ *l. 71. l. 137. §. pr. ff. eo.*
t *45. ff. 2. 8. C. 40. Nou. 99.*
† *l. 1. ff. eod.*
u Imò alia non erit. *l. 3. ff. eo.*
x *l. 4. π. eod.*
y *v. l. 21. π. eod.*
† Hodie neceſſaria eſt diſcuſſio. *Nou. 99. c. 1.*
z *l. 7. π. eod.*
a *45. π. 5.*
b *v. l. 31. in fin. π. de hær. Inſt.*
c *l. 16. π. de obl. & act.*
d *l. 1. §. 3. π. eod.*
e *l. 15. π. eod.*
f *l. 38. §. hi qui ſent. π. de ver. obl.*
g *l. 7. §. 1. l. 27. π. eod.*

DE DVOBVS *t* REIS STIPVLANDI & promittendi.

TIT. XVII.

Quibus modis duo rei fieri poſſunt. 1. De effectu huiuſcemodi ſtipulationum. 2. De puritate, Die, Conditione.

ET ſtipulandi & promittendi † duo,
pluréſve rei fieri poſſunt. Stipulandi
ita, ſi poſt omnium interrogationem
promiſſor reſpondeat, *Spondeo*: vtputa,
cum duobus ſeparatim ſtipulantibus
ita promiſſor reſpondeat *Vtrique veſtrûm dare ſpondeo.* Nam ſi priùs Titio ſpopon-
derit, deinde alio interrogante ſpondeat, alia *u* atque alia erit obliga-
tio, nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe: Duo pluréſque rei promit-
tendi ita fiunt, *Mæuio decem aureos dare ſpondes? & Seio eoſdem decem aureos dare ſpondes?* ‖ ſi ‖ reſpondeant *x* ſinguli ſeparatim, *ſpondeo.*

1 ¶ Ex huiuſmodi obligationibus, & ſtipulationibus ſolidum ſin-
gulis debetur, & promittentes *y* ſinguli in ſolidum † tenentur. In
vtraque tamen obligatione vna res vertitur: vel alter debitum acci-
piendo, vel alter ſoluendo, omnium perimit obligationem, & om-
nes liberat.

2 ¶ Ex *z* duobus reis promittendi, alius purè, alius in diem, vel
ſub conditione obligari poteſt; nec impedimento erit dies aut condi-
tio, quo minùs ab eo, qui purè obligatus eſt, petatur.

DE STIPVLATIONE *a* SERVORVM.

TIT. XVIII.

¶ *An ſeruus ſtipulari poſſit. 1. ¶ Cui acquirat. De perſona cui ſtipulatur, & de ſtipulatione imperſonali. 2. De ſtipulatione facti. 3. De ſeruo communi.*

SEruus ex perſona domini ius ſtipulandi habet. Sed &
hereditas in plerisque perſonæ defuncti *b* vicem ſuſtinet.
ideóque quod ſeruus hereditarius ante aditam heredi-
tam ſtipulatur, acquirit *c* hereditatis ac per hoc etiam
heredi poſtea facto adquiritur.

1 ¶ Siue autem domino, ſiue *d* conſeruo ſuo, ſiue
e imperſonaliter ſeruus ſtipuletur: domino adquirit.
Idem iuris eſt & in liberis qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis
adquirere poſſunt.

2 ¶ Sed cùm factum in ſtipulatione continebitur, omnimodò perſo-
na ſtipulationis continetur: veluti ſi ſeruus ſtipuletur, vt *f* ſibi ire agere
liceat: ipſe enim tantùm prohiberi non debet, non etiam dominus eius.

3 ¶ Seruus communis ſtipulando, vnicuique dominum pro *g* portione

dominij adquirit: niſi *a* iuſſu vnius eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt, tunc enim ſoli ei adquiritur. Quod ſeruus communis ſtipulatur *b*, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt: ſolidum alteri adquiritur, veluti ſi res, quam dari ſtipulatus eſt, vnius domini ſit.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM. TIT. XIX.

Diuiſio. 1. De ſtipulationibus iudicialibus. 2. De prætorijs. 3. De conuentionalibus. 4. De communibus.

STipulationum *c* aliæ " ſunt " iudiciales *d*, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes tam prætoriæ, quàm iudiciales.

1 ¶ Iudiciales ſunt duntaxat, quæ à mero *e* iudicis *f* officio proficiſcuntur *g*: veluti de dolo cautio, ‖ vel de *h* perſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, reſtituendóve pretio. ‖

2 Prætoriæ *i* ‖ ſunt ‖ quæ à mero prætoris officio proficiſcuntur *k*, veluti damni infecti, ‖ vel legatorum. ‖

¶ Prætorias autem ſtipulationes ſic exaudiri oportet, vt in his etiam contineantur ædilitiæ *l*. nam & hæ à iuriſdictione ‖ prætoris ‖ *m* veniunt.

3 Conuentionales ‖ ſunt, quæ ex conuentione vtriuſque partis *n* concipiuntur ‖ hoc eſt, neque iuſſu iudicis, neque iuſſu prætoris, ſed ex conuentione contrahentium, " quarum totidem genera ſunt, quot (penè dixerim) rerum contrahendarum.

4 ¶ Communes ſunt *o*, veluti rem ſaluam fore pupillo, nam *p* & prætor iubet *q* rem ſaluam fore pupillo caueri: & interdum iudex, ſi aliter hæc res expediri non poteſt: vel de rato ſtipulatio.

DE *r* INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. TIT. XX.

De his quæ ſunt in commercio. 1. De his quæ non ſunt. 2. De his quæ non ſunt in commercio. 3. De facto vel datione alterius. 4. De eo in quem confertur obligatio, vel ſolutio 5. De interrogatione & reſponſione. 6. De his qui ſunt vel habent in poteſtate. 7. De muto vel ſurdo. 8. De furioſo. 9. De impuber. 10. De conditione. 11. De abſentia. 12. De tempore, in quos confertur ſtipulatio 13. De præpoſteratione. 14. De ſtipulatione collata in tempus mortis. 15. De ſtipulatione poſt mortem alterius. 16. De promiſſione ſcripta in inſtrumento. 17 De pluribus rebus. 18. De pœna adiecta ſtipulationi alij dari 19. Si interſit eius qui alij ſtipulatur. 20. De pœna adiecta promiſſioni facti alieni. 21. De re ſtipulantis futura. 22. De diſſenſu. 23. De turpi cauſa. 24. De morte contrahentium. 25. Quando agi poteſt ex ſtipulatione.

OMnis res quæ dominio noſtro ſubiicitur, in ſtipulationem deduci poteſt, ſiue mobilis ſit, ſiue ſoli.

1 ¶ At ſi quis rem, quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus fuerit: veluti *Stichum* t, *qui mortuus ſit*, quem viuere credebat, aut hippocentaurum *u* qui eſſe non poſſit *x*, inutilis erit ſtipulatio.

2 ¶ Idem iuris eſt *y*, ſi rem ſacram, aut religioſam quam humani iuris eſſe credebat, vel rempublicam, quæ vſibus populi perpetuò expoſita ſit, vt forum, vel theatrum: vel *z* liberum hominem, quem ſeruum eſſe credebat, vel cuius commercium non habuerit: vel *rem a ſuam dari* quis ſtipuletur. Nec in pendenti erit ſtipulatio ob id, quòd publica res in priuatum deduci, & ex libero ſeruus fieri poteſt *b*, & commercium adipiſci ſtipulator poteſt, & res " ſua " ſtipulatoris eſſe deſinere poteſt, ſed protinus *c* inutilis eſt *d*.

¶ Item contra, licet initio vtiliter res in ſtipulatum deducta ſit: ſi " tamen " poſtea *e* in aliquam eorum cauſam, de quibus ſuprà dictum eſt, ſine facto promiſſoris deuenerit, extinguitur ſtipulatio. At nec ſtatim ab initio talis ſtipulatio valebit, *Lucium Titium* f *cùm ſeruus erit, dare ſpondes?* & ſimilia, quæ enim natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, in obligationem deduci nullo modo poſſunt *g*.

3 ¶ Si quis *h alium daturum facturumve* quid promiſerit, non obligabitur *i*: veluti ſi ſpondeat, *Titium quinque aureos daturum.* Quòd ſi *effecturum ſe, vt Titius det*, ſpoponderit, obligatur.

a l. 35. ff. cod.
b l. 25. §. quæſtionis ff. de vſufructu.
c l. 5. ff. de verb. ob. ſiue diuiduæ, ſiue indiuiduæ: ſiue dandi, ue faciendi ſint, l. 5. ff. de verb. obl.
d iudicialium ſtipulationum auctor eſt iudex, à prætore datus: Prætoriarum ipſe prætor.
e Merum iudicis officium appellat, quod interponitur ſine iuſſu prætoris, ſine conuentione partium.
f ſubaudi, à Prætore ſpecialiter dari inter litigantes.
g Iudiciales ſtipulationes ſunt, quæ nunquam apud Prætorem, ſed tantum apud iudicem interponuntur, l. 4. §. duas de damno.
h hæc verba ad §. prætoriæ hic abundant. deſunt in l. 5. ff. de ver. obl.
i v. tit. ff. de ſtip. prætoriis & l. 5. ff. de verb. obl.
k Prætoriæ ſtipulationes ſunt quæ nunquam niſi apud Prætorem aut eos qui loco prætorū ſunt, putà Ædiles & præſides interponantur & quidem certa formula, l. 52. ff. de verb. obl.
l Ædilitiæ ſtipulationes, ſunt cautiones de morbis & vitiis venalium rerum.
m Hoc verbum deeſt Theophilo: deeſt etiam d. l. 5. & alioquin Ius ædilitium honorarium eſt, prætorium nunquam. Et hæ veniunt non ab edicto prætoris, ſed ædilium.
n vel vtriuſque contrahentium Contrahentes dicuntur in l. 3. in fi. ff. de obl. l. 52. l. 115. ī. de verb. obl.
o & ita communis dicitur qui apud Prætorem, l. 2. rem pupilli. & apud iudicem.
p Communes ſunt quæ iubente Prætore (vel ædili) & interdum officio iudicis interponuntur.
q Hæc prætoria dicitur in l. 1. ff. de præt. ſtip. & tamen interdum iudicis officio interponitur. Theo. hic.

r 8. C. 39. ſ v. l. 31. ff. de obl. & act. l. 35. de verbor. oblig. t v. l. 69. de verb. oblig u v. l. 97. ff. de verb. oblig. x Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die interiiſſe, Plinius 7. c. 3. refert. y l. 83. §. ſacram. de verb. obl. z v. l. 103. de ve. b. obl. a v. l. 82. de verb. obl. idque dominio, non poſſeſſione. b quia id ſpectari neque ciuile neque naturale eſt. d. l. 83. §. ſacram. infr. c ἐξ ἀρχῆς Theoph. hic. i. ab initio. Poteſt & hoc dici, cùm τὸ protinus ei opponatur quod ſuperius dixit in pēdenti, eo verbo inſtans tempus notari, vt apud Senec. illo loco. Omnia in incerto iacent, protinus viue, i. feruere inſtāti. d quia de his rectè ſtipulamur, quæ dominio noſtro ſubiici ſtatim poſſunt. d. §. ſac. e v. l. 68. l. 140. §. vlt. de verb. obl. f d. §. ſacra. ver. ſed hæc. g & è contra, l. 3 . §. 1. de contr. empt. h v. l 38. in pr. de verb. o l. i niſi habere licere, niſi factum heredis niſi ſub pœna vel cū iuramento promiſerit.

4 ¶ Si quis alij, quàm *a* ei, cuius iuri ſubiectus ſit, ſtipuletur, nihil agit *b*. Planè ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur, *Mihi aut Seio dare ſpondes?* vt obligatio quidem ſtipulatori adquiratur, ſolui tamen Seio, etiam *c* inuito eo, rectè poſſit, vt liberatio ipſo iure contingat: ſed ille aduerſus Seium habeat *d* mandati actionem.

¶ Quòd ſi *e* quis *ſibi & alij*, cuius iuri ſubiectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: valet quidem ſtipulatio, ſed vtrum totum debeatur " ſtipulatori, " quod in ſtipulationem deductum eſt, an verò pars dimidia, dubitatum eſt: ſed placuit, non plus, quàm dimidiam partem ei adquiri.

¶ Ei " verò ", qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis tibi adquiris: quia vox *f* tua tanquam filij ſit, ſicuti & filij vox, tanquam tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi adquiri poſſunt.

5 ¶ præterea inutilis *h* eſt ſtipulatio, ſi " quis " ad ea quæ interrogatus, fuerit non reſpondeat: veluti *i* ſi quis *decem aureos à te dari ſtipuletur*, tu quinque promittas, vel contra: aut ſi ille purè ſtipuletur, tu *k* ſub conditione promittas, vel contra: ſi modò ſc. id exprimas. i. ſi cui ſub conditione, vel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, *præſenti l die ſpondeo.* Nam ſi hoc ſolum reſpondeas *promitto*, breuiter videris in eandem diem vel conditionem ſpopondiſſe. Neque enim neceſſe eſt in reſpondendo eadem omnia *m* repeti, quæ ſtipulator expreſſerit.

6 ¶ Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo iuri ſubiectus eſt, vel ſi is à te ſtipuletur. Sed ſeruus quidem non ſolùm domino ſuo obligari non poteſt, ſed *n* ne quidem vlli alli, filij verò familiarum aliis *o* obligari poſſunt.

7 ¶ Mutum *p* neque ſtipulari, neque promittere poſſe palàm eſt *q*, quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is qui ſtipulatur, verba promittentis: & is, qui promittit, verba ſtipulantis audire debet. vnde apparet non de eo nos loqui, qui tardiùs exaudit, ſed de eo, qui omninò non audit.

8 ¶ Furioſus nullum negotium gerere poteſt: quia non intelligit, quod agit *r*.

9 ¶ Pupillus omne negotium rectè gerit: ita tamen, vt vbi tutoris auctoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti ſi ipſe obligetur. nam alium ſibi obligare *ſ* etiam ſine tutoris auctoritate poteſt.

10 ¶ Sed quod diximus de pupillis, vtique de iis verum eſt, qui iam habent aliquem intellectum. nam *t* infans, & qui infantiæ proximus eſt *u*, non multum à furioſo diſtant: quia huiuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter vtilitatem eorum, benignior iuris interpretatio facta eſt: vt idem iuris habeant, quòd pubertati proximi. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes *x*, ne auctore quidem patre obligatur.

11 ¶ Si impoſſibilis conditio *y* obligationibus adiiciatur, nihil valet ſtipulatio †. Impoſſibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quò minùs exiſtat, veluti ſi quis ita dixerit: *Si z digito cœlum attigero, dare ſpondes?* At ſi ita ſtipuletur, *Si digito cœlum non attigero dare ſpondes?* purè facta obligatio intelligitur, ideóque ſtatim peti poteſt.

12 ¶ Item verborum obligatio inter *a* abſentes concepta, inutilis eſt. Sed cùm hoc materiam litium contentioſis hominibus præſtabat, fortè poſt tempus tales allegationes opponentibus, & non præſentes fuiſſe, vel ſe, vel aduerſarios ſuos contendentibus: ideo noſtra conſtitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes aduocatos ſcripſimus: per *b* quam diſpoſuimus, tales ſcripturas, quæ præſtò eſſe partes indicant, omnino eſſe credendas *c*: niſi is, qui talibus vtitur improbis allegationibus, manifeſtiſſimis probationibus, vel per ſcripturam *d*, vel per teſtes idoneos approbauerit, toto eo die quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel aduerſarium ſuum in aliis locis fuiſſe.

13 ¶ Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat, non magis, quàm poſt eius mortem à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicuius poteſtate eſt, poſt mortem eius ſtipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur. Sed & ſi quis ita ſtipulelur, *Pridie quàm moriar*, vel *pridie quàm morieris dare ſpondes*: inutilis erat ſtipulatio. Sed cùm (vt iam dictum eſt) ex conſenſu contrahentium ſtipulationes valeant: placuit nobis etiam in hunc iuris articulum neceſſariam inducere emendationem *e*, vt ſiue poſt mortem, ſiue pridie quàm moriatur ſtipulator, ſiue promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, ſtipulatio valeat.

14 ¶ Item ſi quis ita ſtipulatus erat, *Si nauis ex Aſia venerit f, hodie dare ſpondes?* inutilis erat ſtipulatio, quia

a v. l. 38. § alteri de verb. obl.
b niſi mea interſit, niſi iurauerís, niſi ſub pœna promiſeris, niſi conſuetudo contraria ſit, niſi piis locis vel procuratori ſtipulatus ſim.
c l. 10. l. 12. §. pen. de ſolut.
d l. 98. §. qui ſtipulatur. in fin. ff. de ſolut.
e l. 110. ff. de verb. obl.
f adde l. 42. ff. de demonſtr.
g l. 130. de verb. obl.
h Imò in decem erit contracta l. 1. §. ſi ſtipulanti. de verb. obl.
i Imò hoc caſu vtilis eſt ſtipulatio in quinque, l. 1. §. . de verb. obl. Imò non eſt vtilis, l. 58. ff. de verb. obl.
k l. 1. §. 3. ff. de verb. obl.
l ei quod maius eſt, & minus ineſt.
m l. 65. l. 134. §. 1. de verb. obl.
n v. l. 14. de obl. & act.
o v. l. 39. de obl. & act.
p l. 1. ff. de verb. obl.
q poteſt tamen muta voce ſeu literis obligari arg. l. 38. ff. de obl. & act.
r l. 70 ſi à furioſo ff. de fideiuſſ. l. 5. l. 40. de reg. iur.
ſ v. l. 7. C. de contr. ſtipul.
t v. l. 70. ff. de verb. obl.
u i. ſeptennis, hucque referenda eſt l. 70. de verb. obl. ſeptennio maior poteſt: quæ referenda eſt, l. 6. ff. rem pupill.
x quid pubes? v. l. 7. C. de contr. ſtipul.
y l. 7. ff. de obl. natura & iure, affirmatiuè concepta. v. l 31. ff. de obl. & act. negatione concepta non ſuſpendit, nec contractum vitiat, ſed pro non appoſita habetur quia eſt certa & neceſſaria & iam exſtit, vt hîc.
† ſecus in vltima voluntate. §. 104. de hær. inſt. & matrimoniis, c. ſ. ext. de cond. appo.
z Cicero, Noſtri principes digito ſe cœlum putant attingere. Ouid. tanquam vertice cœlum. Horat. ſublimi feriam ſidera vertice. Symmachus, Nec ego, vt aivnt, ſupra connexa tetigiſſem.

a verborum obligatio inter præſentes, non inter abſentes contrahitur, Paul. 5. ſent. 7. §. 2 in pr. l. 8. ff. de duob. reis.
b l. 14. C. de contrah. ſtipul.
c Præſumitur enim pro inſtrumento.
d vt ita contra præſentiam ſcriptura conteſtatam, admittatur probatio abſentiæ: & negatiua quæ directè probari nequit, l. 23. C. de probat per obliquum probari poſſit.
e l. 11. l. vlt. C. de contrah. ſtipul. adde l. 64. de verb. oblig.

præpo

præpoſterè concepta eſt. Sed quum Leo incl/ytæ recordationis *a* in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non *b* eſſe reiiciendam exiſtimauerit: nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, vt non ſolum in dotibus, ſed etiam in omnibus valeat huiuſmodi conceptio ſtipulationis.

15 ¶ Ita autem ſtipulatio concepta, veluti ſi Titius dicat, *cùm c moriar, dare ſpondes?* vel, *cùm morieris?* & apud veteres vtilis erat, & nunc *d* valet.

16 ¶ Item poſt *e* mortem alterius rectè ſtipulamur.

17 ¶ Si *f* ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem perinde habetur *g* atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.

18 ¶ Quotiens plures res vna ſtipulatione comprehenduntur, ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat, *dare ſpondeo*, propter omnes tenetur *h*. Si verò vnam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit: obligatio *i* in iis, pro quibus ſpoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim ſtipulationibus vna, vel quædam videntur eſſe perfectæ, ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus.

19 ¶ Alteri *k* ſtipulari (vt ſuprà dictum eſt) nemo poteſt. Inuentæ enim ſunt huiuſmodi ‖ ſtipulationes vel obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque adquirat ſibi, quod ſua intereſt. Cæterùm ſi alij detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Planè ſi quis velit hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet, vt niſi ita factum ſit, vt eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei, cuius nihil intereſt. Pœnam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quod interſit eius, ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. Ergo ſi quis ‖ ita ‖ ſtipuletur *Titio dari?* nihil agit: ſed ſi adiecerit pœnam, *niſi dederit, tot aureos dare ſpondes?* tunc committitur ſtipulatio.

20 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi quis ſtipuletur *alij*, cùm *l* eius intereſſet, placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſerit adminiſtrationem contutori *m* ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſaluam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri quod ſtipulatus eſt (cùm obligatus futurus ſit pupillo, ſi malè res geſſerit) tenet obligatio. Ergo & ſi quis *procuratori n ſuo dari* ſtipulatus ſit: habebit vires ſtipulatio. Et ſi *creditori ſuo* ‖ quis ſtipulatus ſit: quod ſua intereſt, ne fortè vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur quæ pignori data erant: valet ſtipulatio.

21 ¶ Verſa vice, qui *o alium facturum* promiſit, videtur in ea eſſe cauſa, vt non teneatur, niſi pœnam ipſe promiſerit.

22 Item nemo rem ſuam futuram *p*, in eum caſum quo ſua ſit, vtiliter ſtipulatur.

23 ¶ Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum à te quis ſtipulatus fuerit *q*, tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari credideris.

24 ¶ Quod turpi *r* ex cauſa promiſſum eſt, veluti ſi quis homicidium vel ſacrilegium ſe facturum promittat, non valet.

25 ¶ Cùm quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit: licèt ante conditionem deceſſerit: poſtea exiſtente conditione heres eius agere poteſt *ſ*.

¶ Idem eſt & ex promiſſoris parte.

26 ¶ Qui hoc anno, aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt: niſi *t* omnibus partibus anni vel menſis præteritis, non rectè petet.

27 ¶ Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem, non poteris continuò agere: niſi *u* tantum ſpatium præterierit, quo *x* traditio fieri poſſit.

DE FIDEIVSSORIBVS *y*.

TIT. XXI.

Cur accipiuntur. 1. Et in quibus obligationibus. 2. De hærede. 3. Si fideiuſſor præcedat vel ſequatur obligationem. 4. De pluribus fideiuſſoribus. 5. In quam ſummam obligatur fideiuſſor. 6. De actione fideiuſſoris aduerſus reum. 7. Si fideiuſſor Græcè accipiatur. 8. Si ſcriptum ſit aliquem fideiuſſiſſe.

PRO *z* eo qui *a* promittit, ſolent alij obligari, qui fideiuſſores appellantur: quos homines accipere ſolent, dum curant, vt diligentiùs ſibi cautum ſit.

1 ¶ In *b* omnibus autem obligationibus adſumi poſſunt, id eſt, ſiue *c* re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu contractæ fuerint. At nec illud quidem intereſt, vtrum ciuilis *d*, an naturalis ſit obligatio, cui adiicitur fideiuſſor: adeò quidem, vt pro ſeruo quoque obligetur, ſiue extraneus ſit, qui fideiuſſorem à ſeruo accipiat, ſiue ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debetur.

2 ¶ Fideiuſſor non tantùm ipſe obligatur, ſed etiam *e* heredem relinquit obligatum.

3 ¶ Fideiuſſor & *f* præcedere obligationem, & ſequi poteſt.

4 ¶ Si plures ſint fideiuſſores, quotquot erunt numero, ſinguli in ſolidum tenentur †. Itaque liberum eſt *g* creditori, à quo velit, ſolidum petere. Sed ex epiſtola *h* diui Hadriani compellitur creditore à ſingulis, qui *a* m/eo ſoluendo ſunt litis conteſtatæ tempore, partes petere †. Ideóque ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo non ſit, hoc cæteros onerat. Sed ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſequutus fuerit, huius ſolius detrimentum erit, ſi is pro quo fideiuſſit, ſoluendo non ſit *b*: & ſibi imputare debet, cum potuerit iuuari ex epiſtola D. Hadriani, & deſiderare vt pro parte in ſe detur actio.

5 ¶ Fideiuſſores ita obligari non poſſunt *c*, vt plus debeant quàm debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quàm in principali re. At ex diuerſo, vt minùs debeant, obligari poſſunt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit, fideiuſſor in quinque rectè obligatur: contra verò obligari non poteſt. Item ſi ille purè *d* promiſerit, fideiuſſor ſub conditione promittere poteſt: contrà verò non poteſt. Non ſolum autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus *e* intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt, poſt tempus dare *f*.

6 ¶ Si quid autem fideiuſſor pro reo ſoluerit *g* eius recuperandi cauſa habet cum eo mandati iudicium *h*.

7 ¶ Græcè *i* etiam fideiuſſor ita accipitur, τῆ ἐμῆ πίςει κελεύω, ἐγὼ, id eſt, *mea fide iubeo ego*: ‖ ſed & ſi dixerit ‖ θέλω ſiue βούλομαι, id eſt, *volo*: ſed & φημὶ, id eſt, *affirmo*: pro eo erit, ac ſi dixerit λέγω, id eſt, *dico* k.

8 ¶ In ſtipulationibus fideiuſſorem ſciendum eſt hoc generaliter accipi: vt quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum. ideóque conſtat ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe, videri *l* omnia ſolenniter acta.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS *m*.

TIT. XXII.

OLIM ſcripturâ *n* fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur, quę nomina *o* hodie non ſunt in vſu. Planè ſi quis debere ſe ſcripſerit *p*, quod ſibi numeratum non eſt *q*: de pecunia minimè numerata *r* poſt multum temporis exceptionem opponere non poteſt. hoc enim ſæpiſſimè conſtitutum eſt, ſic fit, vt & hodie, dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur, & ex ea naſcatur condictio, ceſſante ſcilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus vſque ad quinquennium procedebat, ſed ne creditores diutiùs poſſint ſuis pecuniis forſitan defraudari: per conſtitutionem *ſ* noſtram tempus coarctatum eſt, vt vltra *t* biennij metas huiuſmodi exceptio *u* minimè *x* extendatur *y*.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV.

TIT. XXIII.

CONSENSV *z* fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis.

1 ¶ Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu *a* contrahi: quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodo opus eſt, at nec dari quicquam neceſſe eſt, vt ſubſtantiam capiat obligatio, ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt, conſentire.

2 ¶ Vnde inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel per nuntium.

3 ¶ Item *b* in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet *c*. ‖ cum ‖ alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur, alius promittat.

DE EMPTIONE ET *e* VENDITIONE.

TIT. XXIV.

¶ *De emptione pura. De pretio, conuentione, arrhis, & ſcri-*

a l. 25. C. de teſtam. b Præpoſteri vitium non nocet ſtipulationi, *l. præpoſteri 25. C. de teſt.* hoc eſt, nihil officit ſtipulationi quòd contractui ſit inſerta ante alia pacta vel poſt, *vt l. petent. 27. C. de pactis.* Non officit eidem quoque, quod quis hodie ſtipuletur dari ſi nauis ex Aſia venerit, *vt hic.* officeret tamen præpoſteratio reſponſionis & interrogationis. Ideóque ſi promiſſio præcedit, interrogatio ſequitur, nudum pactum eſt, non ſtipulatio.
c *l. 45. §. 1. de verb. oblig.*
d adde *l. vlt. C. de contr. ſtip.*
e *d. l. 45. §. 2.*
f *Paul. 5. ſent. 7. §. 2. in fi.*
g vide *§. vlt. Ï. tit. proxim. v. l. 134. §. 2. ff. de verb. oblig.*
h Cur ita? vide *l. 134. §. 1. de verb. oblig.*
i *l. 83. §. diuerſa de verb. oblig.*
k *v. l. 38. §. alteri. de verb. oblig.*
l *v. l. 3. in pr. C. eo.*
m *l. 38. §. 20. ff. de verb. oblig.*
n *d. l. 38. §. 23.*
o *d. l. 38. §. 23.*
p *l. 87. de ver. obl.*
q *l. 137. §. 1. de verb. oblig.*
r *l. 123. de verb. oblig. l. 5. in fin. C. de cond. ob turp.*
ſ Conditionali in legato, morte heredis ante conditionis euentum legatum non extinguitur, *l. 65. de cond. & dem.* morte legatarij extinguitur, nec ad eius heredē tranſmittitur, *l. 57. de verb. oblig. l. vn. §. ſin. autem C. de cad. toll.* In ſtipulationibus verò neque morte promiſſoris aut ſtipulatoris, ſtipulatio extinguitur, vt hic: & *l. 57. de verb. oblig. l. vnic. vt action. ab hær. §. ex cond. ſup. de verb. oblig.*
t *l. 57. de verb. obl.*
u *l. 73. in princ. de verb. oblig.*
x *v. l. 73. ff. de ver. obl l. 105. ff. de ſol.*
y *46. ff. 1. & 8. C. 41. Nou. 4.*
z Fideiuſſio hac parte differt à conſtituto, *§. 9. Ï. de act.*
a *l. 1. §. 8 ff. de obl.*
b *l. 1. l. 2. l. 8. §. 1. ff. eod.*
c *l. 0. §. 1. ff. eo.*
d *l. 6. in fi. l. 16. §. 3. ff. eod.*
e *v. l. 3. in fi. ff. eo.*
f *v. l. 50. in pr. de pec. l. 4. l. 6. §. 2. ff. e.*
† *ff. Nou. 99.*
g *v. l. 3. C. eo.*
h de qua dixi ad *l. 26. ff. eod.*

a *v. l. 28 ff. eod.*
† compe l.tur quoque creditor principalem præſentem prius conuenire: aut eo abſente præſtituere fideiuſſori certum tempus, intra quod principalem ſiſtat *Nou. d. c. 1.*
b niſi ceſſas habeat actiones à creditore, *v. l. 11. C. eod.*
c *l. 8. illud conſtat. l. 16. §. qui certo, l. 38. l. 42. in pr. ff. eod. v. l. 8. C. de non num. pec.*
d *l. 6. §. 1. l. 8. §. 7. ff. eod.*
e *§. plus Ï. de actio. l. 58. Ï. de ſol. l. 12. Ï. de verb. ſign.*
f dies enim pars eſt ſtipulationis. *l. 1 §. edit. de edendo.*
g vt tamen non ſoluerit interdum agere poteſt puta, ſi principalis debitor bona ſuæ prodigit ac profundit: ſi profectionem longinquam parat ſi liberam fideiuſſori agendi poteſtatem fecit: ſi diu in obligatione ſtetit, (quod arbitrio iudicis finitur) ſi tempus ſolutionis inſtet: ſi ipſe fideiuſſor ad ſolutionem condemnatus eſt.
h quomodo? *v. l. 20. in fi ff. mandat.* Niſi pro inuito aut pro eo qui mandare non potuit: niſi donandi & nunquam agendi animo fideiuſſit.
i *l. 8. ff. eo.* vide quæ notaui ad *l. 11. ff de leg. 3.*
k adde *l. 12. C. eod. l. 8 ff. eo.*
l *§. 16. ſup. tit. proxim l. 30. l. 134 §. pen. de verb. obl. l. 1. C de contr. ſtip.*
m & earum ſpeciebus & effectu. v. quæ notaui ad *Nou. 73. in princ.*
n Scriptura hic, ſcriptura eſt menſæ argentariæ, *l. 4. ff. de pig. l. 38. ff de obli. l. 27. ff. de furt. & in fi. tit. de emp. l. 35. in fin. ff. de verb. oblig.*
o *l. 9. ff. de pact.*

l. 1. ff. de ann. leg. l. 1. ff. de SC. Maced. p priuatim vel publicè, ſi modò in huiuſmodi publica cautione numerationis non ſit facta mentio: alias auctoritas inſtrumenti publici onus probandi in negantem transfert: *l. 18. C. de probat. §. 11. in fin. ſ. tit. p. ox. Nou. 73. c. 2. 3. 4. 5.* q hanc exceptionem Iuſtinianus vocat ἀναργυρίαν. adde *2. Harm. 2. §. 1. 56. Ecl. 8. §. 20.* r An hæc exceptio locum habeat in ſolo mutuo. *v. l. 5. C. de non num. pec.* ſ adde *3. §. 2. Ï. de except.* t *l. 14. C. de non num.* u & condictio, *l. 7. C. de non num.* x niſi à minore, *l. vlt. C. in quib. in integr. reſt. neceſſ.* an & intra bienniū maior interdum eam non opponet? Sic ſanè, putà ſi eam ſummā vel teſtamento vel inter viuos ſemel atque iterum, vel poſt doralia inſtrumenta confecta confeſſus eſt, ſi partem debiti inferre cœpit, ſi vectigalis illatione agatur, *Myns.* Quid ſi iuramento huic exceptioni renunciatū fuerit? *v. l. vlt. C. de non n.* Quid ſi hypotheca præter ſyngrapham data? ne his quidem iuuabitur creditor, *l. 4. d. 1.* y Quid ſi debitor ea falsò vſus eſt? dupli pœna punietur, *v. Nou. 19. c. 4.* z Sumptus hic integer titulus eſt ex *l. 2. ff. de ob. l. 35. in fi. ff. de verb. oblig.* a nudo: at non tacito: licèt in certū tacito conualeſcat: vt in relocatione diximus, *l. 13. in fi l. 14. ff. locati, &* ex vna tantū parte tacito conſenſu poſſint conſtare, *l. 35. in fi ff. de verb. obl.* b *d. l. 2.* c etiāſi lingua non ſit nuncupatū, *v. l. 6. §. 1. in fi. de cont. empt.* d i. cùm in ſtipulationibus obligatio eatenus naſcatur & ſententia feratur, quatenus lingua nuncupatū eſt, *l. 99. in pr. de ver. obl.* e *18. & 19. ff. 4. C. 38.* adde *42.*

† † † †

ptura. 1. De pretio certo, vel incerto, vel in arbitrium alienum collato. 2. In quibus pretium conſiſtat. Differentia emptionis & permutationis. 3. De periculo & commodo rei venditæ. 4. ¶ De emptione conditionali. 5. ¶ De emptione rei quæ non eſt in commercio.

EMPTIO & venditio contrahitur a
ſimulatque de pretio conuenerit, quã-
uis nondum pretium numeratum ſit,
ac ne arrha quidem data fuerit. Nam
quod arrhę nomine datur, argumen-
tum b eſt emptionis & venditionis
contractę. Sed hoc quidem de emptio
nibus & venditionibus quę c ſine ſcriptura conſiſtunt,
obtinere oportet. nam nihil à nobis in huiuſmodi
emptionibus & venditionibus innouatum eſt: in d iis
autem, quę ſcriptura conficiuntur, non aliter perfectam
eſſe venditionem conſtituimus, niſi & inſtrumenta
emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria con-
trahentium, vel ab alio quidem ſcripta, à contrahen-
tibus autem ſubſcripta: & ſi per tabellionem fiunt,
niſi & completiones acceperint, & fuerint partibus
abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex his e & pœni-
tentię locus eſt, & poteſt emptor vel venditor, ſine
pœna recedere ab emptione ‖ & venditione. ‖ Ita tamen
impunè eis recedere ‖ concedimus f, niſi iam arrharum
nomine aliquid fuerit datum. hoc enim ſubſequuto,
ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, venditio celebrata eſt:
is qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt em-
ptor, perdit, quod dedit: ſi verò, venditor, duplũ reſti-
tuere cõpellitur, licèt ſuper arrhis nihil expreſſum eſt.
¶ Pretium autem conſtitui oportet, nam nulla
emptio ſine g pretio eſſe poteſt h.

1 ¶ Sed & i certum eſſe pretium debet: alioqui ſi
inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem
æſtimauerit, tanti ſit empta: inter veteres ſatis abun-
déque hoc dubitabatur, conſtarétne venditio, an non.
Sed noſtra k deciſio ita hoc conſtituit, vt quoties ſic
compoſita ſit venditio, *quanti ille æſtimauerit*, ſub hac
conditione ſtaret contractus: vt ſi quidem ille, qui
nominatus eſt, pretium definierit: ‖ tunc ‖ omnimodò
ſecundum eius æſtimationem, & pretium perſolua-
tur, & res tradatur, & venditio ad effectum perdu-
catur: emptore quidem ex l empto actione, vendito-
re ex m vendito agente. Sin autem ille, qui nomi-
natus eſt, vel noluerit, vel non potuerit n pretium
definire: tunc pro nihilo eſſe venditionem, quaſi
nullo pretio ſtatuto. Quod ius cùm in venditionibus
nobis placuit, non eſt abſurdum & o in locationi-
bus, & ‖ in ‖ conductionibus trahere.

2 ¶ Item pretium in p numerata pecunia conſi-
ſtere debet. Nam in cæteris rebus, an pretium eſſe poſ-
ſet, valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus,
aut toga alterius rei pretium eſſe poſſet. ‖ Et ‖ Sabinus
& Caſſius etiam in alia re putabant q pretium poſſe
conſiſtere, vnde illud eſt, quod vulgò dicebatur, per-
mutatione rerum emptionem & venditionem con-
trahi, eámque ſpeciem emptionis & venditionis ve-
tuſtiſſimam eſſe: argumentóque vtebantur Græco
poëta Homero, qui aliquam partem exercitus Achi-
uorum vinum ſibi comparaſſe ait, permutatis quibuſ-
dam rebus, his verbis:

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. Id eſt,

Hinc ſibi certatim gentis de more comati
Vina parant Graij ære dato, fulgentéque ferro,
Togaribúſque, bobus ſed & ipſis, mancipiiſque.

Diuerſæ ſcholæ auctores r contra ſentiebant: aliúd-
que eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud
emptionem & venditionem: alioqui non poſſe rem
expediri, permutatis rebus quæ videatur res veniſſe,
& quæ pretij nomine data eſſe. nam vtramque videri
& veniſſe, & pretij nomine datam eſſe, rationem non
pati. Sed Proculi ſententia, dicentis permutationem
propriam eſſe ſpeciem contractus à venditione ſepa-
ratam, merito præualuit: cùm & ipſe aliis ſ Homeri-
cis verſibus adiuuabatur, & validioribus rationibus
argumentabatur: quod & anteriores diui principes
admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latiùs ſignificatur.

3 Quum autem emptio & venditio contractus ſit
(quod effici diximus t, ſimulátque de pretio conuene-
rit, cùm ſine ſcriptura res agitur) peculium rei ven-
ditæ ſtatim u ad emptorem pertinet, tametſi x adhuc
ea res emptori tradita non ſit. Itaque y ſi homo mor-
tuus ſit, vel aliqua parte corporis læſus fuerit, aut
ædes totæ vel aliqua ex parte incendio z conſumptæ
fuerint: aut fundus vi a fluminis totus vel aliqua ex
parte ablatus ſit, ſiue etiam inundatione b aquæ aut
arboribus turbine c deiectis longè minor d, aut dete-
rior eſſe cœperit: emptoris damnum eſt, cui neceſſe e
eſt, licèt rem non fuerit nactus, pretium ſoluere. Quid-
quid enim f ſine dolo & culpa venditoris accidit, in
eo venditor ſecurus eſt. Sed & ſi poſt emptionem fun-
do aliquid g per alluuionem acceſſerit, ad emptoris

Paul. ſent. 17. & 3. Conſt. Harm. 3.
a v. l. 9. C. de cont. empt.
b l. 35. ff de cont. empt.
c poſſunt enim fieri, v. l. 12. C. de cont. empt.
d v. l. 17. C. de fide inſtr.
e l. 6. in fi. ff. de cont. empt.
f d. l. 17. in fi.
g v. l. 2. in fi. de cont. empt.
h Olim ſine pretio emptio eſſe potuit: nummis nondum priſco ſeculo inuentis, v. quæ dixi ad l. 1. §. 1. ff. de cont. emp.
i l. 7. in fi. d. l.
k l. vlt. C. de cont. empt.
l l. 2. in pr. l. 11. in pr. ff. eod. & C. tit. de cont. empt.
m l. 13. §. ex vendit. ff. de act. empt.
n v. l. 75. ff. pro ſoc.
o l. vlt. in fi. C. de cont. empt.
p v. l. pen. Cod. de permutat.
q & malè, l. 1. §. 1. ff de cont. empt.
r Nerua & Proculus, d. §. 1. l. 5. §. & ſi quidem de præſcr. verb.
ſ Orator & Iuriſconſultus inſtructus eſſe debet exemplorum etiã à Poëtis petitorũ varietate & copia. adde 22. Quintil. 4. Sic Athenienſes Homero teſte vſi ſunt, de Salamina contendentes: & Tenedij aduerſus Sygeos: & Leophron contra Critiam Solonis vſurpauit elegias, Ariſt. 1. Rhetor. 15. Laërt. Ita Philomelus verſibus Homeri perſuaſit Phocenſibus, ne Amphictyonum iudicio ſtarent, quòd antiquitus Delphicum oraculum in eorum poteſtate fuiſſet. Diod. lib. 6.
t in pr. ſup. eo.
u l. 1. C. de peric. & comm.
x l. 62. in fi. Cod. de cont. empt. l. 35. ff. de act. empt. l. 8. 12. 13. 14. ff peric. l. 14. in pr. ff. de furt. l. 4. C. de peric.
y v. l. 18. ff. de per.
z l. 11. ff. de peric.
a l. 7. l. 10. in fin. ff. de peric.
b d. l. 10.
c l. 6. ff. de peric.
d v. l. 70. ff. de euict.
e Imò non eſt neceſſe, l. 35. ff. locat. cùm ei competat liberatio: imò & dati repetitio, ad de l. 14. ff. de peric. l. vlt. ff. de cond. cauſa data. l. 78. de ſolut. Dic in his Inſtitutionibus regulas iuris breues, & ſtricti iuris contineri in Digeſtis ęquiores. Si a his Inſtitutionibus, §. 30. ver. certe ſ. de rer. diu. malæ fidei poſſeſſor non repetit ſumptus, quos Digeſtorum iura ei concedunt. f l. 5. 26. ff. de peric. g l. 7. in pr. d. tit.

commodum pertinet. Nam & commodum eius eſſe
debet, cuius periculum eſt. Quòd ſi fugerit homo, qui
venit, aut ſubreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque
culpa venditoris interuenerit, animaduertendum a
erit, an cuſtodiam eius vſque ad traditionem vendi-
tor ſuſceperit. Sanè enim ſi ſuſceperit, ad ipſius pe-
riculum is caſus pertinet: ſi non ſuſceperit, ſecurus
eſt. Idem & in cæteris animalibus, cæteríſque rebus
intelligimus. Vtique tamen vindicationem rei & con-
ductionem exhibere b debebit emptori: quia ſanè
qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipſe do-
minus eſt. Idem etiam eſt de furti & de damni in-
iuriæ actione c.

4 ¶ Emptio d tam ſub conditione e quàm purè
contrahi poteſt f. ſub conditione, veluti, *Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot* g.

5 ¶ Loca ſacra vel religioſa, item publica (veluti
forum, baſilicam) fruſtra quis h ſciens emit. quæ ta-
men ſi pro profanis vel priuatis deceptus à venditore
quis emerit, habebit actionem exempto quod i non
habere ei liceat, vt conſequatur k, quod ſua intereſt
eum deceptum non eſſe. Idem iuris eſt ſi l homi-
nem liberum pro ſeruo emerit.

a l. 35. §. ſi res ver. ff. de cont. empt.
b cedere, l. 80. ff. de furtis.
c v. l. 40. de act. empt.
d at non mancipatio, l. 76. ff. de reg. iur.
e l. 20. ff. locati.
f & in diem, l. 80. §. ſylua cædua de cont. empt.
g adde tit. de l. commiſſoria, & de in diẽ addictione.
h l. 4. 5. 62. 70. de cont. empt. l. 33. ff de liberali. l. vlt. ff. quib. ad libertatem.
i Formula actionis ex empto.
k adde caſus elegantes, l. 39. de act. empt. & l. pen ff. de falſis.
l l. 4. ff. quib. ad libert. proclamare.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE m.

TIT. XXV.

¶ Collatio emptionis & locationis. De mercedis conuentione. 1. De mercede collata in arbitrium alienum. 2. In quibus rebus conſiſtit. 3. De emphyteuſi. 4. De forma alicui facienda ab artifice. 5. ¶ Quid præſtare debet conductor. 6. De morte conductoris.

LOCATIO & conductio proxima n
eſt emptioni & venditioni, iiſdemque
iuris regulis conſiſtit. Nam vt emptio
& venditio ita contrahitur, ſi de pre-
tio conuenerit: ſic & locatio & con-
ductio ita contrahi intelligitur, ſi
merces conſtituta ſit. & competit lo-
catori quidem locati actio, conductori o verò con-
ducti.

1 ¶ Et quæ ſuprà diximus, ſi alieno arbitrio pre-
tium promiſſum fuerit: eadem & de locatione con-
ductione dicta eſſe intelligimus, ſi p alieno arbitrio
merces permiſſa fuerit. Qua de cauſa ſi fulloni po-
lienda curandáve, aut ſarcinatori ſarcienda veſtimen-
ta quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed
poſtea tantum daturus, quantum inter eos conuene-
rit: non propriè locatio & conductio contrahi intel-
ligitur, ſed eo nomine actio pręſcriptis q verbis datur.

2 ¶ Præterea ſicut vulgò quærebatur, an permu-
tatis r rebus emptio & venditio contraheretur: ita
quæri ſolebat de locatione & conductione ſi fortè
rem aliquam vtendam ſiue fruendam tibi aliquis de-
derit ſ. & inuicem à te vtendam ſiue fruendam in
aliam ‖ rẽ ‖ acceperit. Et placuit non eſſe locationem &
conductionem: ſed proprium genus contractus, ve-
luti t ſi cùm vnum bouem quis haberet, & vicinus
eius unum placuerit inter eos, vt per denos dies in-
uicem boues commodarent, vt opus facerent, & apud
alterum ‖ alterius ‖ bos perierit: neque locati, neque
conducti, neque commodati competit actio: quia non
fuit commodatum gratuitum. verùm præſcriptis ver-
bis agendum eſt.

3 ¶ Adeò autem aliquam familiaritatem u inter
ſe videntur habere emptio & venditio, item locatio
& conductio: vt in quibuſdam cauſis quæri ſoleat,
vtrùm emptio & venditio contrahatur, an locatio &
conductio: vt eece, de prędiis quę perpetuò x qui-
buſdam fruenda traduntur, id eſt, vt quamdiu y pen-
ſio ſiue reditus pro his domino pręſtetur, neque ipſi
conductori, neque hęredi eius cuíve conductor hę-
réſve eius d prędium vendiderit, aut donauerit, aut
dotis nomine dederit, alióve quocunque modo alie-
nauerit, auferre liceat. Sed talis contractus, quia in-
ter veteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio à qui-
buſdam venditio exiſtimabatur, lex Zenoniana z lata
eſt, quę emphyteuſeos contractus propriam ſtatuit
naturam: neque ad locationem, neque ad venditio-
nem inclinantem, ſed ſuis a pactionibus fulciendam:
& ſi quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere,
ac ſi naturalis eſſet contractus, ſin autem nihil de
periculo rei fuerit pactum: tunc ſi quidem totius rei
interitus acceſſerit, ad dominum ſuper hoc redunda-
re periculum: ſin autem particularis, ad emphyteu-
ticarium huiuſmodi damnum venire. quo iure vti-
mur.

4 ¶ Item quęritur, ſi b cum aurifice Titius con-
uenerit, vt is ex auro ſuo certi ponderis certæque
formę anulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia)
decem aureos: vtrùm emptio & venditio, an locatio
& conductio contrahi videatur? Caſſius ait, mate-
rię quidem emptionem & venditionem contrahi.
Quòd ſi ſuum aurum Titius dederit, mercede pro
opera conſtituta: dubium non eſt quin locatio &
conductio ſit.

5 ¶ Conductor

m 19 ff. 2. & C. 65. & 11. & 2. Paul. ſent. 18. & 3. Harm.
n l. 2. ff. eo.
o l. 15. in pr. ff. eod.
p l. 25. in pr. eod.
q l. 24. in fi. ff. præſc. ver.
r Permutationibus ſine pecunia olim conſiſtebat emptio & venditio, vt hic, pertractum, permutatio cum pecunia eſſe poteſt, l. ff. de iur. dot. ad l. vlt. ff. de cauſ. ſecut.
ſ v. l. 15. de pr. verb.
t l. 17. §. ſi bouem 3. de pr. verb.
u l. 19. 20. de empt. v. l. 2. §. eod.
x quod tempore Iuſtiniani in Gothicis & Vandalicis bellis in vſu venire non fuit. vnde perpetua conductio, l. 10. C. eo. & in perpetuarium, latur, l. 1. C. de com. ſac. pal. l. 3. C. de loca. longum tempus fieri teſt, l. vlt. vectig. l. 1. autem de ſ. cieb. l. 1. ff.
y in reb Eccleſiaſticis bienn. potuit. ext. in priuatis trien. l. 3. C. de iure emphyt. Quid tempore dominus nem receptum teritne empt. tam deiiceret poterit, id ſibi except. vel niſi retenta rem riorem vel alienare Schneid.
z v. l. 1. C. de Emphyt.
a l. 2. d. tit.
b l. 2. §. 1. ff. l. 20. 65. de empt.

5 ¶ Conductor ‖autem‖ omnia ſecundùm *a* legem conductionis facere debet *b*: & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit: id ex bono & æquo præſtare. Qui pro vſu aut veſtimentorum, aut argenti, aut iumenti, mercedem aut dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus paterfam. ſuis rebus adhibet. quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu fortuito *c* eam"rem amiſerit: de reſtituenda ea non tenebitur.

6 ¶ Mortuo conductore intra tempora conductionis, hæres eius eodem *d* iure in conductione *e* ſuccedit *f*.

a l.25. §. conductor. ff. eo. l.19. C. eo.
b Poteſt autem rem alteri locare, l.6. C. eo.
c l.28. C. eo.
d quamuis conductor non ſit, l.60 §.1 ff. locati.
e l.10. C. eo.
f An, quando, quibus ex cauſis, & à quibus conductor ante finitum tempus locationis expelli poſſit, v. l.3. C. eod. An inuito locatore impunè migrare, v. l.27. in fi. ff. eo. An & quomodo ob cauſam ſterilitatis, peſtis, belli, & ſimilium remiſſionem penſionis petere poſſit v. l.15. §. ſed & ſi Labeo. ff. eo.

DE SOCIETATE g.

TIT. XXVI.

¶ Diuiſio à materia. 1. ¶ De partibus lucri & damni. 2. De partibus inæqualibus. 3. De partibus expreſſis in vna cauſa. 4. ¶ Quibus modis ſocietas ſoluitur. De renunciatione. 5. De morte. 6. De fine negotij. 7. De publicatione. 8. De ceſſione bonorum. 9. ¶ De dolo & culpa à ſocio præſtandis.

SOCIETATEM coire ſolemus aut *h* totorum *i* bonorum, quam Græci ſpecialiter κοινωνίαν *k* appellant: aut vnius *l* alicuius negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorúmque aut olei, aut vini: aut frumenti emendi vendendíque.

1 ¶ Et quidem ſi nihil de partib. lucri & damni nominatim conuenerit, æquales *m* ſcil. partes & in lucro, & in damno ſpectantur. Quod ſi expreſſæ fuerint "partes," hæ ſeruari debent. Nec enim vnquam dubium fuit, quin valeat conuentio, ſi duo inter ſe pacti ſint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.

2 ¶ De illa ſanè conuentione quęſitum eſt, ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint, vt ad Titium lucri duæ partes pertineant *n*, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mucius contra naturam ſocietatis *o* talem pactionem eſſe exiſtimauit, & ob id non eſſe ratam habendam. Seruius Sulpitius (cuius ſententia præualuit) contrà ſenſit *p*: quia ſæpè *q* quorundam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, vt eos iuſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nam & ita *r* coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, vt alter pecuniam conferat *ſ*, alter non conferat: & tamen lucrum inter eos commune ſit, quia ſæpè opera alicuius pro *t* pecunia valet. Et adeò contra Quinti Mutij ſententiam obtinuit, vt illud quoque conſtiterit, poſſe conuenire, vt quis lucri partem ferat, de damno *u* non teneatur, quod & ipſum Seruius conuenienter "ſibi" fieri exiſtimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit: compenſatione facta, ſolum quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.

3 ¶ Illud expeditum eſt, ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa, veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno: in altera verò omiſſa: in eo quoque quod prætermiſſum eſt, eandem partem ſeruari.

4 ¶ Manet autem ſocietas eò vſque, donec *x* in eodem conſenſu *y* perſeuerauerint. At cum aliquis renunciauerit ſocietati, ſoluitur ſocietas. Sed planè ſi quis callidè in hoc renunciauerit ſocietati, vt obueniens aliquòd lucrum ſolus habeat, veluti ſi totorum bonorum ſocius, cùm ab aliquo hęres eſſet relictus, an hoc renunciauerit ſocietati, vt hęreditatem ſolus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò aliud lucrifaciat quod non captauerit: ad ipſum ſolum pertinet. Ei vero, cui renuntiatum eſt, quidquid omnino poſt renunciatam ſocietatem adquiritur, ſoli *z* conceditur.

5 ¶ Soluitur adhuc ſocietas etiam morte *a* ſocij *b*, quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit. ſed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit: morte vnius ſocij ſoluitur, etſi plures ſuperſint, niſi in coëunda ſocietate aliter conuenerit.

6 ¶ Item ſi alicuius rei contracta ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus eſt, finitur ſocietas.

7 ¶ Publicatione *c* quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt, ſcil. ſi vniuerſa bona ſocij publicentur. nam cùm in eius locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur.

8 ¶ Item ſi quis ex ſocijs mole debiti prægrauatus, bonis ſuis ceſſerit, & ideo propter publica aut priuata debita ſubſtantia eius veneat *d*, ſoluitur ſocietas: ſed hoc caſu, ſi adhuc conſentiant in ſocietatem, noua videtur incipere ſocietas.

g 7. ff. 2. & 4. C. 37 Paul. 2. ſent. 1. & 3. Harm. 10. 11.
h l.5. ff. eo.
i hæc ſocietas ius fraternitatis inducit l.63. ff. eod. 2. Caius 9. §.17.
k al. κοινοπραξίαν.
l hanc venaliciarij ineunt l.65. ff. pro ſocio: l.44. §.1. ff. de ædil. edict.
m l.29 in pr. ff. eo.
n & ita inæquales l.30. ff. eo.
o quæ ius quoddam fraternitatis in ſe habet, l.65. in pr. ff. eo.
p Imò idem, d. l. 30. ſic igitur reſtituo, & ob id non eſſe ratam habendá Seru. Sulpitius ſenſit, cui ſententia contraria præualuit quia ſæpe, &c. VVeſemb. tamen ſic interpretatur. contra ſenſit, inquit, non in genere & quoad regulam: ſed in ſpecie, quoad exceptionem.
q Non eſt captioſa aut iniqua ſocietas, vbi alter corpus, alter diſciplinam in ſocietatem confert, *Cicero pro Roſcio Amerino*.
r l.1 C. eod.
ſ l.1. C. eo. l.5. §.1. l.52. §. vtrum ff. eo.
t pecuniæ ſcil. à ſocio collatæ, cum ſatis ei ſit, operas ſuas perdere: quod locum non habebit in eo qui pecunias conferret, v. Anton. Gayl. 2. obſ. 34.
u quæ pars in lucro damnove definita eſt, eadem & in altero definita eſſe intelligitur, Hotom.
x l.4. l.63. §. ſocietas, l.65 §. diximus ff. eo. l.5. C. eo.
y Societas ſoluitur voluntate, nimirum quoties ſocij renuntiant, aut ſeparatim ſibi quiſque negotiari incipit, 3. Harm. 11. §.4. adde 2. Caium 9. §.18.
z l.65. §.9. qui ſocietatem ff. eo.
a Societas ſoluitur perſonis intereuntibus: veluti vno ſociorum mortuo vel damnato, vel relegato, vel publicato, Harm. d. loco.
b l.4. 59. 60. 63. 65. §. mort. ff. eod.
c Societas ſoluitur rebus intereuntibus, hoc eſt, aut nullis relictis aut conditione earum mutata, vtpote conſecratis vel publicatis, Harm. ibid. l.63. l.65. §. publicatione ff. eo. l.1. in pr. ff. de bonis damnatorum. d l.65. §.1. ff. eod.

9 ¶ Socius ſocio vtrum eo nomine tantùm teneatur pro ſocio actione *a*, ſi quid dolo commiſerit, ſicut is, qui deponi apud ſe paſſus eſt, an etiam culpæ, i. deſidiæ atque negligentiæ nomine: quęſitum eſt. præualuit tamen etiam *b* culpæ *c* nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam dirigenda eſt. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere "ſocium," qualem ſuis rebus adhibere ſolet. Nam qui parum diligentem ſocium ſibi adſumit: de ſe queri, ſibique hoc imputare debet.

a de qua l.31. §. 34. 72 ff. eo.
b 52. §. vtrum, l. 72. ff. eo.
c non tantùm doli & furti l.45. l.51. ff. eod.

DE MANDATO d.

TIT. XXVII.

Diuiſio à fine. 1. Si mandantis gratiâ damnetur. 2. Si mandantis & mandatarij. 3. Si aliena. 4. Si mandantis & aliena. 5. Si mandatarij & aliena. 6. Si mandatarij. 7. ¶ De mandato contra bonos mores 8. ¶ De executione mandati. 9. ¶ Quibus modis mandatum ſoluitur. De reuocatione. 10. De morte. 11. De renunciatione. 12. ¶ De die & conditione. 13. De mercede.

MANDATVM contrahitur quinque *e* modis: ſiue ſua tantùm gratia aliquis tibi mandet, ſiue ſua & tua, ſiue aliena tantùm: ſiue ſua & aliena, ſiue tua & aliena. At ſi tua tantùm gratia mandatũ ſit, ſuperuacuum eſt mandatum. & ob id *f* nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio naſcitur.

1 ¶ Mandantis *g* ‖tantùm‖ gratia interuenit mandatum. veluti ſi quis tibi mandet *h*, vt negotia eius gereres, vel vt fundum ei emeres: vel vt pro eo ſponderes.

2 ¶ Tua gratia & mandantis: veluti ſi mandet tibi, vt pecuniam ſub vſuris crederes ei, qui in rem ipſius mutuaretur: aut ſi volente te agere cum eo ex fideiuſſoria cauſa, mandet tibi *i*, vt cum eo reo agas, periculo mandantis: vel vt ipſius periculo ſtipuleris, ab eo, quem tibi deleget in id quod tibi debuerat.

3 ¶ Aliena autem ‖tantùm‖ cauſa interuenit mandatum, veluti ſi tibi aliquis mandet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundum emeres *k*, vel vt pro Titio ſponderes.

4 ¶ Sua & aliena: veluti ſi de communibus ſuis & Titij negotiis gerendis tibi mandet, vel vt ſibi & Titio fundum emeres: vel vt pro eo & Titio ſponderes.

5 ¶ Tua & aliena: veluti ſi tibi mandet, vt Titio ſub vſuris crederes: quia ſi ſine vſuris pecuniam crederes, aliena tantùm gratia intercedit mandatum.

6 ¶ Tua *l* tantùm gratia interuenit mandatum: veluti ſi tibi mandet, vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces quàm fœneres: vel ex diuerſo: vt pecunias tuas fœneres potius, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum, magis conſilium quàm mandatum eſt *m*, & ob id non eſt obligatorium: quia nemo ex conſilio mandati obligatur: etiam ſi non expediat ei, cui mandatur: cùm liberum cuique ſit apud ſe explorare, an ſibi expediat conſilium. Itaque ſi otioſam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquam emeres, vel eam crederes: quamuis non expediat eam tibi emiſſe vel credidiſſe, non tamen tibi mandati tenetur *n*. Et adeò hæc ita ſunt, vt quæſitum ſit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares? ſed obtinuit Sabini ſententia, obligatorium eſſe in hoc caſu mandatum: quia *o* non aliter Titio credidiſſes, quam ſi tibi mandatum eſſet.

7 ¶ Illud quoque mandatum non eſt obligatorium, quod *p* contra bonos mores eſt: veluti ſi Titius de furto, aut "de" damno faciendo, aut de iniuria facienda mandet tibi. licèt enim pœnam iſtius facti nomine præſtiteris, non tamen vllam habes aduerſus Titium actionem.

8 ¶ Is, qui exequitur mandatum, non *q* debet excedere fines mandati. vt ecce, ſi vſque ad centum aureos mandauerit tibi, vt fundum emeres *r*, vel vt pro Titio ſponderes: neque pluris emere debes neque *ſ* in ampliorem pecuniam fideiubere. alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeò quidem, vt Sabino & Caſſio placuerit, etiam ſi vſque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. "Sed" diuerſæ ſcholę auctores rectè vſque ad centum aureos te acturum exiſtimant. quæ ſententia ſanè benignior eſt *t*. Quod ſi minoris emeris, habebis ſcilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, vt ſibi centum aureorum fundus emeretur, is vtique mandaſſe intelligitur, vt minoris (ſi poſſit) emeretur.

9 ¶ Rectè quoque mandatum contractum, ſi dum *u* adhuc integra re ſit, reuocatum fuerit, euaneſcit.

10 ¶ Item ſi adhuc integro mandato, mors *x* alterutrius interueniat, id eſt, vel eius qui mandauerit: vel illius, qui mandatum ſuſceperit, ſoluitur *y* mandatum. Sed vtilitatis cauſa receptum eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu *z* ignorans *a* eum deceſſiſſe, executus fueris mandatum: poſſe te agere mandati actione: alioqui iuſta & probabilis ignorantia tibi damnum adferret. Et huic ſimile eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore Titij, per *b* ignorantiam liberto ſoluerint, liberari eos: cùm alioqui ſtricta iuris ratione non poſſent liberari. qui alij ſoluiſſent, quàm cui ſoluere debuerunt

d 17 ff. 1. & 4. C. 35. & 5. Paul. ſent. 15.
e l.2. ff. eo.
f l.47. ff. de reg. iur.
g l.2. ff. 1. ff. eo.
h l.42. §. eo. ff. de procur.
i v. l.22. §.2. ff. eo.
k l.6. §.4. ff. eo.
l l.2. in fi. ff. eo.
m Mandatum parc quædam imperij eſt: conſilium rem arbitrio conſultoris permittit. Hoc.
n vt qui id faciat, cùm ſtultitia ſua potius lædatur quam alieno conſilio, ſibi, non alij id imputare debeat, §. vlt. ſ. de ſocietate.
o l.6. §. planè, l.32. ff. eo.
p l.6. §. rei turpis l.22. § qui ædem. ff. eod l.35. & teneris. ff. de contr. empt. 2. Caius 9. §.19. ibi, dummodo honeſtum. Nam ſi contra bonos mores.
q l.5. in pr ff. eo.
r vt & formæ in mandato 2. Caius 9. §. vlt.
ſ l.3. 4. ff. eo.
t quippe maiori ſummæ minor ineſt, §.5. ſ. de inutil. ſtip l.3. §.3. de verb. oblig.
u l.12. §. ſi mandauero, l.15. ff. eo.
x v. l.26. in pr. ff eod.
y fallit ſi mandatum fuit alicui, vt dotem ſolueret, argum. l.9. §.1. ff. de iur. do. aut aliquid ad piam cauſam pertinẽs, Bald. in l. mandatum 15. C. mandati: v. Franciſcum Cremenſem ſingul. 143. idem ſi mandator neceſſitate cogebatur mandatum exequi, Marſ. ſing. 44.
z v. l.58. in pr. ff. eod.
a v. l.12. §.2. ff. de ſolutionib.
b l.11. in fi. depoſ.

11 ¶ Mandatum non ſuſcipere, cuilibet liberum eſt: ſuſceptum autem *a* conſummandum eſt, aut quamprimùm renunciandum, vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam niſi ita renuncietur, vt integra cauſa mandatori reſeruetur eandem rem explicandi: nihilominus mandati actio *b* locum habet: niſi iuſta cauſa interceſſerit, aut non renunciandi, aut intempeſtiuè renunciandi.

12 ¶ Mandatum & in diem *c* differri, & ſub conditione fieri poteſt.

13 ¶ In ſumma ſciendum eſt, mandatum, niſi gratuitum ſit, in aliam formam negotij cadere. Nam mercede conſtituta, incipit locatio & conductio eſſe. Et (vt generaliter dicamus) quibus caſibus ſine *d* mercede ſuſcepto officio, mandati ſiue depoſiti contrahitur negotium: iis caſibus interueniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideò ſi fulloni polienda curandáve quis dederit veſtimenta, aut ſarcinatori ſarcienda, nulla mercede conſtituta, neque promiſſa: mandati competit actio.

a *l.5.22.§.vlt.l.27.§.qui ſuſcepit.ff.eod.l.17.§.ſicut.ff.commodati.*
b directa de qua *l.22.in fi.ff.eod.* de contraria, *l.10.§.idem Labeo: l.12.in fin.ff.eo.*
c *l.1.§.3 ff.eo.*
d *l.22.ff.de præſcriptis.*

DE OBLIGATIONIBVS, "QVÆ quaſi ex contractu naſcuntur."

TIT. XXVIII.

Continuatio. 1. De negotiorum geſtione. 2. De tutela. 3. De rei communione. 4. De hæreditatis communione. 5. De aditione hereditatis. 6. De ſolutione indebiti.

POST genera contractuum enumerata diſpiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non propriè naſci ex contractu intelliguntur: ſed tamen quia non ex maleficio ſubſtantiam capiunt, quaſi ex contractu naſci videntur.

1 ¶ Igitur cùm quis *e* negotia abſentis geſſerit, vltrò citróque inter eos naſcuntur actiones, quæ appellantur negotiorum geſtorum: ſed domino quidem rei geſtæ aduerſus eum, qui geſſit, directa *f* competit actio: negotiorum autem geſtori, contraria, quas ex nullo contractu propriè naſci, manifeſtum eſt. quippe ita naſcuntur iſtæ actiones, ſi ſine mandato quiſque alienis negotiis gerendis ſe obtulerit, ex qua cauſa ij, quorum negotia geſta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque vtilitatis *g* cauſa receptum eſt: ne abſentium, qui ſubita feſtinatione coacti, nulli demandata negotiorum ſuorum adminiſtratione, peregrè profecti eſſent, deſererentur negotia, quæ ſanè nemo curaturus eſſet: ſi de eo, quod quis impendiſſet, nullam habiturus eſſet actionem. Sicut autem is, qui vtiliter geſſit negotia, dominum habet obligatum negotiorum geſtorum: ita & contrà iſte quoque tenetur, vt adminiſtrationis reddat rationem. Quo caſu ad exactiſſimam quiſque diligentiam compellitur reddere rationem: nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modo alius diligentior ‖eo‖ commodius adminiſtraturus eſſet negotia.

2 ¶ Tutores quoque qui tutelæ iudicio tenentur, non *h* propriè ex contractu obligati ‖eſſe‖ intelliguntur, (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur) ſed quia ſanè non ex maleficio tenentur, quaſi ex contractu teneri videntur. Hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: ſed & contrà tutor cùm pupillo habet contrariam *i* tutelæ ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro *k* eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus eius obligauerit.

3 ¶ Item ſi inter aliquos communis res ſit ſine *l* ſocietate: veluti quòd pariter eis legata, donatáve eſſet, & alter eorum alteri ideo teneatur communi diuidundo iudicio, quòd ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quod ſocius eius ſolus in eam rem neceſſarias impenſas fecerit: non intelligitur ex contractu propriè obligatus eſſe: quippe, nihil inter ſe contraxerunt. ſed quia ex maleficio non tenetur: quaſi ex contractu teneri videtur.

e *l.5.in pr. ff. de oblig. & act.*
f *l.2.ff.de negotiis geſtis.*
g *l.1.ff. de neg.geſt. l.5.in pr. verſ. ideo autem. ff. de oblig. & act.*
h *l.5.§.tutela.ff.de oblig. & act.*
i *l.1. §.præterea, l.6. de cond. tut. l.2 C.de in litem dando.*
k *l.vlt.ff. de contraria tutela.*
l vt quos coniunxit ad ſocietatem non conſenſus, ſed res *l.23. §.non tantum 16.in fi.ff.fam. erciſc.l.15.in pr.ff. de peculio.*
m Cùm cohærede non contrahimus, ſed in eum incidimus, *l.25. §.19. ff familia.*
n *l.5.§.hæres, ff.de oblig. & act.*
o *l.5.§.2.ff.de obl.*
p quia adiit *l. 20. ff.de adq. hæred. l.3. in fi. ff. quibus ex cauſis in poſſ. l.6.in fi.ff.de ſeparat.*
q *d.l.5.§.is quoque.*
r *l.4. C. de cond. indebiti.*
ſ *l.4. C. de lege Aquilia.*
t ad pias cauſas & depoſito §. *ſed furt. I. de act.*

4 ¶ Idem iuris eſt de eo, qui *m* cohæredi familiæ erciſcundæ iudicio ex his cauſis obligatus eſt.

5 ¶ Heres *n* quoque legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur: (neque *o* enim cum hærede, neque cum defuncto vllum negotium legatarius geſſiſſe propriè dici poteſt) & tamen quia ex maleficio non eſt obligatus, quaſi ex *p* contractu debere intelligitur.

q 6 ¶ Item *is*, cui quis per errorem non debitum ſoluit, ‖quaſi ex contractu debere videtur.‖ Adeò enim non intelligitur propriè ex contractu obligatus ‖eſſe,‖ vt ſi certiorem rationem ſequamur: magis (vt ſuprà diximus) ex diſtractu, quàm ex contractu poſſit dici obligatus eſſe, nam qui ſoluendi animo pecuniam dat) in hoc dare videtur, vt diſtrahat potius negotium, quàm contrahat. Sed tamen perinde is qui accipit, obligatur, ac ſi mutuum ei daretur, & ideò condictione tenetur.

7 ¶ Ex quibuſdam tamen cauſis repeti non poteſt: quod per errorem non debitum ſolutum ſit. ſic namque definierunt veteres, ex quibus cauſis inficiando lis creſcit, ex his cauſis non debitum ſolutum repeti non *r* poſſe veluti *ſ* ex lege Aquilia, item ex legato *t*. Quòd veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa conſtituta, per damnationem cuique legata fuerant, noſtra autem conſtitutio *a*, cùm vnam naturam omnibus legatis & fideicommiſſis indulſit *b*, huiuſmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommiſſis extendi voluit: ſed non omnibus legatariis hoc præbuit, ſed tantummodò in iis legatis & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta ſunt: quæ ſi indebita ſoluantur, non repetuntur.

PER QVAS PERSONAS *c* NOBIS obligatio *d* adquiritur *e*.

TIT. XXIX.

De his qui ſunt in poteſtate. 1. De bona fide poſſeſſis. 2. De ſeruo fructuario, [vel vſuario.] 3. De ſeruo communi.

EXPOSITIS generibus obligationum, quæ ex contractu vel quaſi ex contractu naſcuntur: admonendi ſumus adquiri nobis non ſolum per *f* noſmetipſos, ſed per eas quoque perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt, veluti per ſeruos & filios noſtros: vt tamen, quod per ſeruos ‖noſtros‖ nobis adquiritur *g* totum noſtrum fiat: quod autem per liberos, quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit adquiſitum, hoc diuidatur ſecundùm imaginem rerum proprietatis, & vſusfructus: quàm noſtra decreuit conſtitutio *h*: vt quod ab actione commodum perueniat, huius vſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſeruetur, ſcilicet patre actionem mouente ſecundùm nouellæ noſtræ *i* conſtitutionis diuiſionem *k*.

1 ¶ Item per liberos homines, & alienos ſeruos quos bona fide poſſidemus, adquiritur nobis: ſed tantum ex duabus cauſis, i. ſi quid ex operis *l* ſuis, vel ex ære noſtro adquirant.

2 ¶ Per eum quoque ſeruum in quo vſumfructum ‖vel vſum habemus,‖ ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis adquiritur.

3 ¶ Communem ſeruum pro *m* dominica parte dominis adquirere certum eſt: excepto eo, quod nominatim vni ſtipulando, aut per traditionem accipiendo illi ſoli adquirit: veluti cùm ita ſtipulatur, *Titio domino meo dare ſpondes?* Sed ſi domini vnius iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus, licèt antea dubitabatur, tamen poſt noſtram deciſionem *n* res expedita eſt, vt illi tantùm adquirat, qui hoc ei facere iuſſit, vt ſuprà dictum eſt.

QVIBVS MODIS TOLLITVR *o* obligatio.

TIT. XXX.

¶ De ſolutione. 1. ¶ De acceptilatione. 2. ¶ De Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione. 3. ¶ De nouatione. 4. De contrario conſenſu.

TOLLITVR autem omnis obligatio *p ſolutione* eius quod debetur: vel ſi quis conſentiente creditore, aliud pro alio *q* ſoluerit. Nec intereſt, quis *r* ſoluat: vtrum ipſe, qui debet, an *ſ* alius pro eo. liberatur enim & alio ſoluente: ſiue ſciente, ſiue ignorante debitore vel *t* inuito ‖eo‖ ſolutio fiat. Item ſi *u* reus ſoluerit: etiam ij, qui pro eo interuenerunt liberantur. Idem ex contrario contingit, ſi fideiuſſor ſoluerit: non enim ipſe ſolus liberatur *x*, ſed etiam reus.

1 ¶ Item *per y acceptilationem* tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria *z* ſolutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur: ſi id velit Titius remittere, poterit *a* ſic fieri, vt patiatur hæc verba debitorem dicere: *Quod ego tibi promiſi habéſne acceptum?* & Titius reſpondeat, *habeo.*

¶ Sed & Græcè *b* poteſt acceptilatio fieri: dummodò ſic ‖fiat‖ vt Latinis verbis ſolet ‖exigi, ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών, id eſt, *tot denarios accepto habes? acceptos habeo.* Quo genere (vt diximus) tantùm eæ ſoluuntur obligationes, quæ ex verbis conſiſtunt, non etiam cæteræ. Conſentaneum enim viſum eſt, verbis factam obligationem, aliis poſſe verbis diſſolui. Sed & id quod alia ex cauſa debetur *c*, poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè ſoluitur *d*: ita in parte debiti acceptilatio fieri poteſt.

2 ¶ Eſt ‖ autem ‖ prodita ſtipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur *f*, per quam contingit, vt omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes & à Gallo Aquilio ita compoſita eſt: *Quidquid te mihi ex quacunque cauſa dare, facere oportet, oportebitve, præſens in diémve: quarumcunque rerum mihi tecum actio eſt: quæque aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſecutio eſt eritve g: quódve tu meum habes, tenes, poßides h, ‖ dolóve malo feciſti, quo minus poßideas,‖ quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius: quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberéſne à ſe acceptum Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.*

3 ¶ Præterea *nouatione* tollitur obligatio: veluti ſi id quod tibi Seius debebat, à Titio dari ſtipulatus ſis. Nam interuentu nouæ *i* perſonæ noua *k* naſcitur obligatio, & à prima tollitur

a quæ extat *l.2. C.comm.de leg.*
b *l.1.2. C. comm. de leg. l.1 de leg.1.*
c vniuerſim non ſpecie, vt libro 3. *tit.18.ſup.*
d non dominium vt lib.2.Tit.9.*ſup.*
e 4.C.27.
f vide §.1.*ſup.per quas perſonas.*
g *v.l.41 ff.de peculio.*
h l.6. C. *de bonis quæ lib.*
i *l.vlt.C.de bonis quæ lib.* quæ ideo ſic dicitur, quod lata fuit priore Codice edito, poſtea vero inſerta fuit poſteriori Codici.
k vide *l.1.C.de rei vindic.*
l *Vlp.19. §. 20.*
m vide *l.45.ff.de adq.rer.dom.*
n *l.vlt.C.per quas perſonas.*
o ex 46.*ff.*3.4.& 2.& 8.C.43.44.& 42.
p *l.107.ff. de ſolution.*
q putà pecora, res, operas, v.l.17.*C.de ſol.* aliàs non eſt cogendus creditor alia forma nummos accipere, *l.99 ff.de ſolut.*
r *l.104.ff. de verb. oblig.*
ſ *l.56.64.66. de ſolut.l.5.l.17.C.de ſolut.*
t vide *l.22.ff. de ſolut.*
u *l.38.§.de peculio.de ſol.*
x *l.36. de fideiuſſ.*
y *l.1.de acceptil.*
z *l.5.ff.de acceſſ.*
a *v.l.8. §. acceptum, & §.vlt.ff.de accept.*
b *l.8. in fi. ff. de accept.*
c vide *l.vlt. C.de acceptil.*
d *v.l.9.de accept.*
e vide *l.9.& 10. ff. de accept.*
f *v.l.18. §.1. de acceptil.*
g in diem vel ſub conditiones, *l.16. de ſolut.l.13.de accept.*
h *Habere* generale verbum eſt: *Tenere facti: Poßidere* iuris. *l.38.in pr. de verb.oblig.*
i *l.1.ff. de nouat.*
k i. delegation, *v.l.2.C.de nou.*

Tranſlata

tranſlata in poſteriorem: adeò, vt interdum, licèt poſterior ſtipulatio inutilis ſit, tamen prima nouationis iure tollatur: velut ſi id quod tu Titio debes, à pupillo *a* ſine tutoris authoritate ſtipulatus fueris. Quo caſu res amittitur, nam & prior debitor liberatur *b* & poſterior obligatio nulla eſt. Non *c* idem iuris eſt, ſi à ſeruo quis fuerit ſtipulatus. Nam tunc prior perinde obligatus manet, ac ſi poſteà nullus ſtipulatus fuiſſet. Sed ſi eadem perſona ſit, à qua poſteà ſtipuleris: ita demum nouatio fit, ſi quid in poſteriore ſtipulatione non ſit: fortè ſi *d* conditio, aut dies, aut fideiuſſor adiiciatur: aut detrahatur. Quod autem diximus, ſi conditio adiiciatur nouationem fieri: ſic intelligi oportet, vt ita dicamus factam nouationem *e*: ſi conditio extiterit: alioqui ſi defecerit, durat prior obligatio: Sed cum hoc quidem inter veteres conſtabat, tunc fieri nouationem *f*, cum nouandi animo in ſecundam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi animo videretur hoc fieri & quaſdam de hoc præſumptiones alij in aliis caſib. introducebant: ideo noſtra *g* proceſſit conſtitutio, quæ apertiſſimè definiuit, tunc ſolum nouationem prioris obligationis fieri †, quoties hoc ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit: quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere priſtinam|| obligationem, & ſecundam ei accedere, vt maneat ex vtraque cauſa obligatio ſecundùm noſtræ conſtitutionis definitionem, quam licet ex ipſius lectione apertiùs cognoſcere.

4 ¶ Hoc ampliùs, eæ obligationes, quæ conſenſu contrahuntur *a*, *contraria* b *voluntate* diſſoluuntur. Nam ſi Titius & Seius inter ſe conſenſerint, vt fundum Tuſculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum ſecuta *c*, id eſt, neque pretio ſoluto, neque fundo tradito placuerit inter eos, vt diſcederetur ab ea emptione & venditione: inuicem liberantur.

¶ idem *d* eſt in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex conſenſu deſcendunt, ſicut iam dictum eſt *e*.

a *l.20. in fin. de nouat.*
b *v.l.19.§. de reg. iur.*
c *l.30. §. pen. ff. de pactis.*
d *v.l.14. ff. de nouationib.*
e *v.l.14. in pr. de nouat.*
f *v.l.8.§.1. de nouat.*
g *l.8. ſeu vlt. C. de nouat.*
† Hodie igitur ſtipulatæ vſuræ pacto ſimplici non differentur, quod tamen extat in *l.40. in fi. de rebus cred.*

a *v.l.3. ff. de reſcind. & l.80. ff. de ſolut.* excipe matrimonium.
b *v.l.35. ff. de reg. iur.*
c *l.2. ff. de reſcin.*
d *v. l.80. in fi. ff. de ſolut.*
e adde vltra ſuperiores quinque modos tollendæ obligationis ipſo iure: compenſationem *§. in bonæ fideic. §. de action.* confuſionem hæreditatis, *l.50. de fideiuſſor.* oblationem, depoſitionem, & conſignationem pecuniæ, *l.19. C. de ſolut.* deportationem, *l.47. de fideiuſſor.* Chirographi redditionem, *l.7. ff. de pactis.*

INSTITVTIONVM SEV ELEMENTORVM D. IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,

LIBER QVARTVS.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ EX delicto *a* naſcuntur.

TIT. I.

¶ Continuatio & diuiſio obligationum ex delicto. 1. ¶ De furto §. definitio. 2. ¶ Etymologia. 3. ¶ Diuiſio. 4. De furto concepto, oblato, prohibito, & non exhibito. 5. ¶ Pœna. 6. Quomodo furtum fit. De contrectatione. 7. De affectu furandi. 8. De voluntate domini. 9. Quarum rerum furtum ſit. De liberis hominibus, 10. De re propria. 11. ¶ Qui tenentur furti. De eo cuius ope, conſilio furtum factum eſt. 12. De his qui ſunt in poteſtate, & ope ac conſilio extranei. 13. ¶ Quibus datur actio furti. 14. De pignore ſubrepto creditori. 15. De re fulloni vel Sarcinatori, vel bonæ fidei emptori ſurrepta. 16. De re commodata. 17. De re depoſita. 18. ¶ An impubes furti teneatur. 19. ¶ Quid veniat in hanc actionem, & de affinibus actionibus.

QVVM ſit expoſitum ſuperiore *b* libro de obligationibus ex contractu, || & quaſi ex contractu: ||ſequitur, vt de obligationibus ex maleficio, || & quaſi ex maleficio || deſpiciamus. Sed illæ quidem (vt ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur. Hæ verò vnius generis ſunt: nam omnes ex re naſcuntur *c*, id eſt, ex ipſo maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria.

1 ¶ Furtum eſt contrectatio *d* fraudulosa *e* lucri *f* faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam vſus eius, poſſeſſioniſve, quod lege naturali *g* prohibitum eſt admittere.

2 ¶ Furtum autem vel à furuo, id eſt, nigro *h* dictum eſt, quod clam & obſcurè fiat, & plerumque nocte: vel à fraude, vel à ferendo, id eſt, auferendo: vel à Græco ſermone, quòd φῶρας appellant fures. Imò & Græci à ferendo φῶρας dixerunt.

3 ¶ Furtorum autem duo ſunt *i* genera, manifeſtum & nec manifeſtum. Nam conceptum & oblatum, ſpecies potius actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, ſicut inferiùs apparebit.

¶ Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ *k* appellant: nec *l* ſolum is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo || furtum || fit, veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus ianuam, deprehenſus fuerit: & qui in olíueto oliuarum, aut in vineto vuarum furtum fecit, quamdiu in eo oliueto aut vineto deprehenſus fuerit. Imò vlterius furtum manifeſtum eſt extendendum, quamdiu eam rem fur tenens viſus vel deprehenſus fuerit: ſiue in Publico, ſiue in priuato, vel à domino, vel ab alio, antequam *m* eò peruenerit, quò deferre *n* vel deponere deſtinaſſet, Sed ſi pertulit, quò deſtinauit, tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur. ¶ Nec manifeſtum furtum quid ſit, ex iis quę diximus, intelligitur *o*, nam quod manifeſtum non eſt, id ſcilicet nec manifeſtũ eſt.

4 ¶ Conceptum *p* furtum dicitur, cum apud aliquẽ teſtibus pręſentibus furtiua res quęſita *q* & inuẽta ſit, nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamuis fur non ſit, quæ appellatur concepti. ¶ Oblatum *r* furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaque apud te concepta ſit: vtique ſi ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quàm apud eum qui dedit, conciperetur *a*: nam tibi, apud quem concepta ſit, propria aduerſus eum qui obtulit, quamuis fur non ſit, conſtituta eſt actio, quę appellatur oblati.

¶ Eſt etiam prohibiti furti actio aduerſus eum, qui furtum quærere teſtibus preſentibus volentem prohibuerit *b*.

¶ Præterea pœna conſtituitur edicto prætoris per actionem furti non exhibiti aduerſus eum, qui furtiuam rem apud ſe quæſitam & inuentam non exhibuit.

¶ Sed hæ actiones ſcilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti in deſuetudinem abierunt. Cùm enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundùm veterem *c* obſeruationem non fiat: meritò ex conſequentia etiam præfatæ actiones ab vſu communi receſſerunt: quum manifeſtum ſit, quòd omnes, qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint *d*, & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſunt.

5 ¶ Pœna manifeſti furti, quadrupli *e* eſt, tam ex ſerui, quàm ex liberi perſona: nec manifeſti, dupli.

6 ¶ Furtum autem fit, non ſolùm cùm quis intercipiendi cauſa rem alienam amouet: ſed generaliter cùm quis alienam rem inuito *e* domino contrectat. Itaque ſiue creditor *f* pignore, ſiue is, apud quem res depoſita eſt, ea revtatur: ſiue is, qui rem vtendam accepit, in alium vſum eam transferat, quàm cuius gratia ei data eſt: furtum committit. Veluti ſi quis argentum vtendum acceperit, quaſi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregrè ſecum tulerit. Aut ſi quis equum geſtandi cauſa commodatum ſibi longiùs *g* aliquò duxerit: quod veteres *h* ſcripſerunt de eo qui in aciem equum perduxiſſet.

7 ¶ Placuit tamen, eos qui rebus commodatis aliter vterentur, quàm vtendas acceperint, ita furtum: committere: ſi *i* ſe intelligant id inuito domino facere: eumque, ſi intellexiſſet, non permiſſurum: at ſi permiſſurum credant, extra crimen videri, optima ſanè diſtinctione: quia furtum ſine *k* affectu furandi non committatur.

8 ¶ Sed & ſi credat aliquis inuito domino ſe rem commodatam ſibi contrectare *l*, domino autem volente id fiat, dicitur furtdm non fieri.

¶ Vnde illud quæſitum eſt, cùm Titius ſeruum Mæuij ſolicitauerit, vt quaſdam res domino ſubriperet, & ad eum perferret, & ſeruus id ad Mæuium pertulerit. Mæuius ||autem|| dum vult Titium in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſeruo quaſdam res ad eum perferre: vtrùm furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cùm nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudentium ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibuſdam neque furti, neque ſerui corrupti actionem pręſtantibus, quibuſdam furti tantummodò: nos huiuſmodi calliditati obuiam euntes, per noſtram deciſionem *m* ſancimus, non ſolùm furti actionem, ſed & ſerui corrupti contra eum dari. Licèt enim||is|| ſeruus deterior à ſolicitatore|| minimè factus eſt, & ideò

a hic de furtis agit. *47 ff. 2. & 6. C. 2. Paul. 2. ſen. 31.*
b Ex his verbis conſtat initium quarti libri inſtitutionum hic inchoari.
c ſeu peccato *l. 4. l. 25. §. 1. de obl. & act.*
d *d. l. 1. in fi. ff. eod.*
e mente & facto *l. 1. in fi. ad l. Aq. l. 50. §. rectè l. 53. de furtis: l. 5. C. de iniur.*
f inuito domino *l. 48. §. 2. ff. eod.*
g *l. 1. in fi. eo. l. 42. ff. de verb. ſign.*
h *v. l. 1. §. 2. ff. de furtis.*
i *v. l. 2. ff. de fur.* Imino quatuor, manifeſtum, nec manifeſtum, conceptum oblatum. *Paul. 2. ſen. 31. §. 2*
k *l. 3. in pr. ff. eod.* Manifeſtus fur eſt, qui in ipſo furto deprehenſus, vel qui non quidẽ in ipſo furto, ſed intra terminos eius loci vnde rem ſubripuit, vel qui deprehenſus eſt, antequam ad eum locum, quem deſtinauerat, perueniret.
m *l. 3. in. fi. 4. 5. ff. eod. Pau. 2. ſent. 31. §. 2.*
n i. quo deſtinauit eo die manere cum furto, *d. l. 4.*
o *Pau 2. ſent. 31. §. 2. in fi.* ita definit Nec manifeſtus fur eſt, qui in faciendo quidem deprehenſus non eſt, ſed tamen furtum feciſſe negare non poteſt.
p Concepti furti actione is tenetur apud quem furtum quæſitum & inuentum. Is verò concepti agit, qui rem concepit & inuenit. *Paul. 2. ſent. 31. §. 3. & 5.*
q i. concepta ſeu quærendo apprehenſa, licèt fur non ſit.
r oblati furti actione tenebatur qui rem furtiuam alij obtulerat, ne apud ſe inueniretur. Is verò agebat penes quem res concepta & inuẽta, *Pau. l. §. 3. & 5.* eius pœna tripli erat & ipſius rei repetitio, *Pau. illo loco §. 13. & 11. Gell. 18.* adde *l. 3. ff. qui ſatiſdare.*

a i. inueniretur.
b *l. 1. §. 2. ff. de fugitiuis.*
c i. per lancem & licium *11. Gell. v.* quia qui furtum quærebat in domo aliena licio cinctus (quod ex *Platone 12. de legibus, ſumptum videtur,* & verò lictores qui magiſtratiò, apparebant licio ſeu lino cinctos fuiſſe conſtat *ex 12. Gell. 13.*) intrabat, lancémque ante oculos tenebat. propter matrumfam. & virginum pudorem. *Feſtus,* Alij quod ſacerdotes licio cincti panem æti te lapide (qui κλεπτέλεγχος & fures deprehendit, teſte Dioſcoride) conditum, in lance ceremoniæ cauſa deferentes, ei qui furti ſuſpectus fiebat offerre ſoliti eſſent. Alij, quòd is ritus eſſet furti quærendi, ſicuti in emptionibus æs & libra ſolenniter adhibebatur. Alij (*Mar. Tac. Alpinus & Balduinus*) furto per lancem & licium ſignificari putant, furtum rerum ad ſacrificia collectarum, quod cum in finem miniſtri ſacrorum licio cincti, lancem ad eas comportãdas geſtarent.
d *v. l. 1. C. de furt.*
e *l. 1. §. 3 ff. de public.*
f *l. 54. in pr ff. eo.*
g *l. 48. ff. eo.*
h Scæuola & Brutus apud *7. Geſt. 15 & 8. Valer. 2.*

i *v. l. 46. §. rectè, ff. eo.* k *v. l. 53. §. 1. ff. de furtis.* l *d. l. 46. §. pen.* m *l. 29. C. eod.*

non a concurrant regulæ, quæ ſerui corrupti actionem introducunt, tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſerui introductum eſt, vt ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ‖ ſi ‖ re ipſa fuiſſet ſeruus corruptus; ne ex huiuſmodi impunitate, & in alium ſeruum, qui facilè poſſet corrumpi, tale facinus à quibuſdam perpetretur.

9 ¶ Interdum b etiam libertorum hominum furtum fit. Veluti ſi quis liberorum noſtrorum, qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit.

10 ¶ Aliquando autem etiam ſuæ rei furtum quis committit: veluti ſi debitor rem c, quam creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit.

11 ¶ Interdum ‖ quoque ‖ furti tenetur, qui ipſe furtum non fecit qualis eſt is, cuius d ope & conſilio furtum factum eſt. In quo numero eſt qui e tibi nummos excuſſit, vt alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, vt alius rem tuam exciperet: aut oues tuas vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet: Et hoc veteres ſcripſerunt de eo, qui panno rubro fugauit f armentum. Sed ſi quid eorum per laſciuiam g, & non data opera vt furtum admitteretur, factum eſt h; in factum actio dari debet. At vbi ope Mæuij Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. Ope i, & conſilio eius quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit: aut ipſas feneſtras vel oſtium k effringit l vt alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum: aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerentur, commodauerit, ſciens cuius rei gratia commodauerit. Certè qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantùm m conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum, non tenetur furti.

12 ¶ Hi qui in parentum vel dominorum poteſtate ſunt, ſi rem eis ſubripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam cauſam cadit (nec ob id ab vllo vſucapi poteſt n, antequam in domini poteſtatem reuertatur:) ſed furti actio o non naſcitur: quia nec p alia vlla cauſa poteſt inter eos actio naſci. Si verò ope & conſilio alterius furtum factum fuerit: quia vtique furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur: quia verum eſt, ope q & conſilio eius furtum factum eſſe.

13 ¶ Furti autem actio ei competit, cuius r intereſt rem ſaluam eſſe, licèt dominus non ſit. Itaque nec domino aliter competit, quàm ſi eius interſit, rem non perire.

14 ¶ Vnde conſtat creditorem ſ de pignore ſubrepto furti ‖ actione agere poſſe, etiam ſi idoneum debitorem ‖ habeat: quia expedit t ei pignori potius incumbere, quàm in perſonam agere: adeò quidem, vt quamuis u ipſe debitor eam rem ſubripuerit, nihilominus creditori competat, actio furti.

15 ¶ Item ſi fullo x polienda curandave, aut ſarcinator facienda veſtimenta mercede certa ‖ conſtituta ‖ acceperit, eámque rem furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil intereſt y eam rem non perire, quum iudicio locati à fullone aut ſarcinatore rem, ſuam perſequi poſſit. Sed & bonæ z fidei emptori ſubrepta re, quam emerit, quamuis dominus non ſit a, omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni verò & ſarcinatori non aliter furti actionem competere placuit, quàm ſi ſoluendo fuerint: hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſoluere poſſint. Nam ſi ſoluendo non ſint: tunc quia ab eis ſuum dominus conſequi non poſſit, ipſi domino furti competit actio: quia hoc caſu ipſius intereſt rem ſaluam eſſe. Idem eſt, & ſi in parte ſoluendo fuerit fullo, aut ſarcinator.

16 ¶ Quæ de fullone & ſarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui b commodata res eſt, transferenda veteres exiſtimabant. Nam vt ille fullo mercedem accipiendo, cuſtodiam præſtat: ita is quoque, qui commodatum vtendi cauſa accepit, ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare. Sed noſtra prouidentia etiam hoc in noſtris deciſionib. c emendauit: vt in domini voluntate ſit, ſiue commodati actionem aduerſus eum qui rem commodatam accepit, mouere deſiderat: ſiue furti aduerſus eum qui rem ſubripuit: & alterutra earum electa, dominum d non poſſe ex pœnitentia ad alteram venire actionem: ſed ſiquidem furem elegerit, illum qui rem vtendam accepit, penitus liberari: ſin autem commodator veniat aduerſus eum qui rem vtendam accepit, ‖ ipſi quidem nullo modo competere poſſe aduerſus furem furti actionem: eum autem qui pro re commodata conuenitur, poſſe aduerſus furem furti habere actionem: ita tamen, ſi dominus ſciens rem eſſe ſubreptam aduerſus eum, cui res commodata fuerit, peruenit: ſin autem neſcius, & dubitans rem eſſe ſubreptam, apud eum commodati actionem inſtituerit, poſtea autem re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem peruenire: tunc ei licentia conceditur & aduerſum furem venire, obſtaculo nullo ei opponendo, quoniam incertus conſtitutus mouit aduerſus eum, qui rem vtendam accepit, commodati actionem: niſi domino ab eo ſatisfactum fuerit, tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari: ſuppoſitum autem eſſe ei, qui pro re ſibi commodata domino ſatisfecit: cum manifeſtiſſimum ſit, etiam ſi ab initio: dominus actionem commodati inſtituerit, ignarus rem eſſe ſubreptam: poſtea autem hoc ei cognito, aduerſus furem tranſierit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque cauſæ exitum dominus aduerſus furem habuerit: eadem definitione obtinente, ſiue in parte, ſiue in ſolidum ſoluendo ſit is, qui rem commodatam acceperit.

17 ¶ Sed is a, apud quem res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat: ſed tantùm in eo obnoxius eſt, ſi quid ipſe dolo b malo fecerit: qua de cauſa ſi res ei ſubrepta fuerit, quia reſtituendę eius rei nomine depoſiti non tenetur, nec ob id eius intereſt rem ſaluam eſſe, furti agere non poteſt: ſed furti actio domino cõpetit.

18 ¶ In ſumma ſciendum eſt, quæſitum eſſe, an impubes c rem alienam amouendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu ‖ furandi ‖ conſiſtit d, ita demum obligari eo crimine impuberem, ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere.

19 ¶ Furti e actio, ſiue dupli, ſiue quadrupli, tantùm ad pœnæ perſecutionem pertinet. Nam ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, quam aut vindicando f aut condicendo poteſt auferre. Sed rei vindicatio quidem aduerſus poſſeſſorem eſt: ſiue fur ipſe poſſidet, ſiue alius quilibet: condictio autem aduerſus furem ipſum, hæredémve eius, licèt non poſſideat, competit.

a non concurrunt, quia ſeruus non fuit re vera corruptus, *l. 1. ff. de ſeruo corrupto.*
b nec enim mater filij ſubrepti actionẽ habet, ſed pater. *v. l. 37. 38. ff. eod.* vt pater ſcil. *l. 14. §. 13 ff. de furtis.*
c *v. l. 66. in pr. ff. eo. Paul. 2. ſent. 38. §. 16.*
d *l. 50. §. ope. ff. eod. Pau. 2. ſen. 31. §. 10.*
e *v. l. 52. §. ſi quis de manum. ff. eo.*
f *l. 50. in fi. ff. de furtis.* Taurum color rubicundus excitat. *Senec. 2. de Ira 30. & 2. de Ira 15. Theophylact. in epi. Plutar. de Alexandri fortuna: Cic. 2. de diuinatione.*
g vel luſum perniciofum, qui impunitus eſſe non debet. *v. l. 10 ff. ad l. Aquil.*
h *v. l. 52. §. 20. ff. furtis.*
i *l. 50. §. 1. ff. de furtis.*
k Imò non tenetur furti, præſertim ſi meretricis oſtium libidinis cauſa effregit. *l. 39.* Vtcunque iniuriæ cauſa effregerit & alius res amouerit *l. 53. in pr.* Vtcunque ferramenta ſciens commodauerit ad effringendum, vel ſcalam ad aſcendendum, *l. 54. §. pen. ff. eod.*
l *l. 54. §. 4. ff. de furtis.*
m *l. 36. l. 67. ff. de furtis.*
n *v. l. 84. ff. eod.*
o *v. l. 16. ff. eod.*
p *v. l. 4. ff. de iudiciis.*
q *v. l. 36. §. 1. ff. de furtis.*
r *l. 10. l. 11. l 12. ff. eo. l. vlt. in princ. ff. eod.*
ſ *d. l. 12. §. ſed ſi res.*
t *l. 25. ff. de reg. iur.*
u *v. l. 66. in pr. ff. eod.*
x *v. l. 48. §. ſi ego. ff. eod.*
y niſi fullo ſoluendo non ſit, *l. 12. ff. eo.*
z *l. 10. §. 1. l. 52. §. 10. l. 72. C. eo. l. 5. C. eod.*
a & directa in rem actione vti non poſſit. *§. 4. J. de act.*
b *v. l. 68. in fi. eod.*
c *v. l. vlt. in pr. C. eod.*
d Quoties duæ competunt eiuſdem rei actiones, vnius electio alteram conſumit, *l. 9. §. 1. ff. de tributoria.* niſi quis ſibi vnicam competere per errorem fuerit arbitratus, *l. 4. in fin. ff. quod cum eo.*

DE VI BONORVM RAPTORVM.

TIT. II.

Origo huius actionis, & quid in eam veniat. 1. aduerſus ques. 2. & quibus datur.

QVI res alienas rapit, tenetur h quidem etiam furti: (quis, n. magis alienam rem inuito domino contrectat, quàm qui vi rapit? ideóque rectè dictum eſt, eum i improbum furem eſſe:) ſed tamen propriam actionem eius delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur vi bonorum raptorum: & eſt intra annum quadrupli k, poſt annum ſimpli: quæ actio vtilis eſt, etiamſi quis vnam l rem, licèt minimam m, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna eſt n, ſicut in actione furti manifeſti diximus, ſed in quadruplo ineſt & rei perſecutio, vt pœna tripli ſit, ſiue comprehendatur raptor in ipſo delicto, ſiue non. Ridiculum enim o eſſet, leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quàm qui clam amouet.

1 ¶ Ita tamen competit hæc actio, ſi p dolo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus rem q ſuam eſſe exiſtimans, & imprudens iuris, eo animo rapuerit. quaſi r domino liceat etiam, per vim rem ſuam auferre à poſſeſſoribus: abſolui ſ debet. Cui ſcil. conueniens eſt, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inueniatur via per quam raptores impunè ſuam exerceant auaritiam: meliùs diualibus t conſtitutionibus pro hac parte proſpectum eſt, vt nemini liceat vi rapere vel rem mobilem, vel ſe mouentem, licèt ſuam eandem rem exiſtimet: ſed ſi quis contra ſtatuta principum fecerit, rei quidem ſuæ dominio cadere: ſin autem aliena ‖ res ‖ ſit, poſt reſtitutionem eius, etiam æſtimationem eiuſdem rei præſtare. Quod non ſolùm in mobilibus reb. quæ rapi poſſunt, conſtitutiones obtinere cenſuerunt: ſed etiam ‖ in ‖ inuaſionibus quæ circa res ſoli fiunt, vt ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineant.

2 ¶ Sanè in u hac actione non vtique expectatur, rem in bonis actoris eſſe, nam ſiue in bonis ſit x, ſiue non: ſi tamen ex bonis ſit, locum hæc actio habebit. Quare ſiue y locata, ſiue commodata, ſiue etiam pignorata, ſiue depoſita ſit ‖ res ‖ apud Titium, ſic vt interſit eius eam rem ‖ per vim ‖ non auferri (veluti ſi in depoſita re culpam quoque promiſit) ſiue bona fide poſſideat, ſiue vſumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud iuris, vt interſit eius non rapi: dicendum eſt ei competere hanc actionem, non vt dominium accipiat: ſed illud ſolum, ‖ quod ‖ ex bonis eius, qui rapinam paſſus eſt, id eſt, quod ‖ ex ‖ ſubſtantia eius ablatum eſſe proponatur. Et z generaliter dicendum eſt, ex quibus cauſis furti actio competit in re clam facta ex eiſdem cauſis omnes habere hanc actionem.

a *l. 14. §. is ap. apud quem ff. eo.*
b *§. pen. ſ. quibus modis re.* & lata culpa quæ dolo fraudéve non caret: quam ob id Bartolus dolum præſumptum vocat. *v. l. 223. l. 226 ff. de verb. ſign.*
c *v. l. 23 ff. eod.*
d vt non factum quæratur, ſed cauſa faciẽdi *l. 39 ff. eo.*
e Furti manifeſti actio, præter pœnam quadrupli, ipſius rei perſecutionem genere vindicationis & condictionis continet, *Paul. 2. ſent. 31. §. 12.* h. e. extra pœnam eſt rei perſecutio, quam aut vindicando aut condicendo dominus poteſt auferre.
f *v. l. 54. §. 3. ff. eo.*
g *47. ff. 8. & 6. C. 3*
h *l. 2. §. pen. ff. eo.*
i *l. 2. §. cæterum. ff. eod.*
k *v. l. 3. C. eod.*
l *l. 2. §. 11. ff. eo.*
m *l. 2. §. 24. ff. eod. Nou. 63. c. 1.*
n in hac prætoria actione ſc. nihilominus tamen eti furti in eum ag poteſt, *§. eod.* & criminaliter. *l. 6. in fi. C. ad l. Iul. de vi public.* furti vero pecuniaria pœna eſt.
o Hęc vox refertur ad illa ſuperiora: *ſiue comprehendatur raptor in ipſo delicto. ſiue non* ad illa, non *totum pœna eſt, ſicut in actione furti.* ac ſi diceret, cum non diſtinguatur in hoc delicto, ſicut in furto, ſit ne manifeſtum necne, raptorem grauius furi puniri conſtat. *hic Theoph.*
p *l. 2. §. 2. §. 8. ff.*
q *l. 2. §. 18. ff. eod. 21. §. 3 ff. de furt.*
r *v. l. ſi quis. in tantam C. vnde vi.*
ſ v. quæ notantur ad *l. 1. in fin. D. de furtis.*
t *l. 7. 10. C. vnde vi; l. 13. D. quod metus cauſa.*
u *l. 1. §. in hac actione. D. eo.*
x hoc quid ſit, v. *l. 52. D. de adq. rer.*
y de cauſa bonorum, *v. l. 1. §. 10. D. ſi quis teſtam.*
z *l. 2. §. & generaliter.*
a *9. D. 2. 3. C.*

DE LEGE a AQVILIA.

TIT. III.

¶ Summa. ¶ Caput primum. 1. De quadrupede quæ pecudum numero eſt. 2. De [illegible] *iniuria. 3. De caſu, dolo, culpa. 4. De iaculatione. 5. De putatione. 6. De curſione* [illegible] *relicta. 7. De imperitia medici. 8. De imperitia aut infirmitate mulionis aut equi* [illegible] *vecti. 9. Quanti damnum æſtimatur, & de heredib. 10. Quid æſtimatur, 11. De con*[illegible]*curſu huius actionis, & capitalis. 12. ¶ Caput ſecundum 13. Caput tertium. Quod* [illegible] *damnum vindicatur. 14. De dolo, & culpa. 15. Quanti damnum æſtimatur. 16. De actione directa, vtili, & in factum.*

Damni

DAmni iniuriæ actio *a* conſtituitur per legem Aquiliam *b*: cuius primo capite cautum eſt, *vt ſi quis alienum hominem c alienámve quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, iniuria occiderit: quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.*

1 ¶ Quod autem non præciſè de quadrupede, ſed de ea tantùm, quæ pecudum numero eſt, cauetur: eò pertinet, vt neque de feris beſtiis, neque de canibus cautum eſſe intelligamus: ſed de iis tantùm, quæ ‖ gregatim ‖ propriè paſci dicuntur: quales ſunt equi, muli, aſini, oues, boues, capræ.

¶ De ſuibus *d* quoque idem placuit. Nam & ſues *e* pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim paſcuntur. Sic denique Homerus in Odyſſen *f* ait (ſicut Ælius Martianus in ſuis inſtitutionibus refert).

Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται
πὰρ Κόρακος πέτρῃ ἐπὶ τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.
id eſt,
Sectantem videas, qui errant per paſcua porcos
Ad Coracis ſaxum iuxta fontémque Arethuſam.

2 ¶ Iniuria autem occidere intelligitur *g*, qui nullo iure occidit. Itaque qui *h* latronem ‖ inſidiatorem ‖ occiderit, non tenetur: vtique ſi aliter periculum effugere non poteſt.

3 ¶ Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui *i* caſu occidit, ſi modò culpa eius nulla inueniatur nam alioqui non minus ex dolo quàm ex culpa quiſque hac lege tenetur.

4 ¶ Itaque ſi quis dum *k* iaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſeruum tuum traiecerit, diſtinguitur. Nam ſi id à milite in eo campo, vbi ſolitum eſt exercitari, admiſſum eſt: nulla culpa eius intelligitur. ſi alius tale quid admiſerit, culpæ reus eſt. Idem iuris eſt de milite, ſi in alio loco quàm qui ad exercitandum militibus deſtinatus eſt, id admiſerit.

5 ¶ Item ſi putator ex arbore deiecto *l* ramo ſeruum tuum tranſeuntem occiderit: ſi prope viam publicam *m* aut vicinalem *n* id factum eſt, neque proclamauit, vt caſus euitari poſſet, culpæ reus eſt: ſed ſi proclamauit, nec ille curauit præcauere, extra culpam eſt putator. Æquè extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à via fortè, vel in medio fundo cædebat, licèt non proclamauit: quia ‖ in eo loco ‖ nulli extraneo ius fuerat verſandi.

6 ¶ Prgterea ſi *o* medicus qui ſeruum tuum ſecuit *p*, dereliquerit curationem ‖ eius, ‖ & ob id mortuus fuerit ſeruus, culpæ reus erit.

7 ¶ Imperitia quoque *q* culpæ adnumeratur: veluti ſi medicus ideò ‖ ſeruum tuum occiderit, quia malè eum ſecuerit: aut perperam ei medicamentum dederit.

8 ¶ Impetu quoque mularum, quas mulio propter *r* imperitiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit, culpæ reus eſt mulio: Sed ſi & propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior retinere eas potuiſſet, æquè culpa tenetur Eadem placuerunt de eo quoque, qui cùm equo veheretur, impetum eius, aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit.

9 ¶ His autem verbis legis, *quanti ſ ideo in anno plurimi fuerit*, *t* illa ſententia exprimitur, vt ſi quis hominem tuum qui hodie claudus, aut maneus, aut luſcus erit, occiderit: qui in eo anno integer, aut pretioſus fuerit, non tanti teneatur, quanti hodie erit, ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum eſt pœnalem eſſe huius *t* legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſque obligatur, quantum damni dederit, ſed aliquando longè pluris. Ideóque conſtat in hęredem eam actionem non tranſire *u*: quæ tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nunquam lis æſtimaretur.

10 ¶ Illud non ex verbis legis, ſed ex interpretatione placuit: non ſolùm perempti corporis æſtimationem habendam eſſe, ſecundùm ea quæ diximus: ſed eo amplius, quicquid præterea perempto eo corpore, damni vobis illatum fuerit: veluti ſi *x* ſeruum tuum heredem ab aliquo inſtitutum, antè *y* quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hereditatem adierit: nam hereditatis quoque amiſſæ rationem eſſe habendam conſtat. Item ſi ex pari mularum vnam, vel ex quadrigis equorum vnum quis occiderit, vel *z* ex comœdis vnus ſeruus occiſus fuerit: non ſolum occiſi fit æſtimatio, ſed eo amplius, id quoque computatur, quanti depręciati ſunt qui ſuperſunt.

11 ¶ Liberum autem eſt ei cuius ſeruus occiſus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum perſequi, & capitalis criminis *a* "eum reum facere."

12 ¶ Caput ſecundum legis Aquiliæ in vſu non eſt *b*.

13 ¶ Capite tertio de omni cętero damno cauetur.

¶ Itaque ſi quis ſeruum vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, vulnerauerit: ſiue eam quadrupedem, quę pecudum numero non eſt, veluti canem, aut feram beſtiam *c* vulnerauerit, aut occiderit: hoc capite actio conſtituitur. ¶ In cæteris *d* quoque omnibus animalibus: item in omnibus rebus *e*, quæ animâ carent, damnum per iniuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid enim vſtum, aut ruptum, aut fractum fuerit: actio ex hoc capite conſtituitur, quanquam poterat ſola rupti appellatio in omnes iſtas cauſas ſufficere.

¶ Ruptum enim intelligitur *a*, quod quoquo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta, aut vſta, ſed etiam ſciſſa, & colliſa, & effuſa, & quoquo modo perempta atque deteriora facta, hoc verbo continentur.

¶ Denique reſponſum eſt, ſi *b* quis in alienum vinum aut oleum, id miſcuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis "Aquiliæ" eum teneri.

14 ¶ Illud palàm eſt, ſicut ex primo capite ita demum quiſque tenetur, ſi dolo aut culpa eius homo, aut quadrupes occiſus, occiſáque fuerit: ita ex hoc capite *c*, de dolo, aut culpa," & " de cætero damno quemque teneri.

¶ "Ex" hoc tamen capite non quanti in anno, ſed *d* quanti in diebus 30. proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.

15 ¶ At nec *e* *plurimi* quidem verbum adiicitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æſtimationem, ac ſi etiam hac parte *plurimi* verbum adiectum fuiſſet: nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuiſſe *f*, quòd prima parte eo verbo vſa eſſet.

16 ¶ Cæterum placuit, ita demùm directam ex hac lege actionem eſſe, ſi quis pręcipuè *g* corpore ſuo damnum dederit.

¶ Ideóque in eum, qui alio modo damnum dederit, vtiles *h* actiones dari ſolent, veluti ſi quis hominem alienum aut pecus ita incluſerit, vt *i* fame necaretur: aut iumentum ita vehementer egerit *k*, vt rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur *l*: aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, vt in *m* arborem aſcenderet, vel in puteum *n* deſcenderet, & is aſcendendo, vel deſcendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læſus fuerit, vtilis actio in eum datur.

¶ Sed ſi quis alienum ſeruum " aut " de *o* ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is ſuffocatus fuerit, eo quòd proiecerit, corpore ſuo damnum dediſſe, non difficulter intelligi poteſt: ideóque ipſa lege Aquilia tenetur.

¶ Sed ſi *p* non corpore damnum fuerit datum, neque corpus lęſum fuerit: ſed alio modo alicui damnum contigerit: quum non ſufficiat, neque directa, neque vtilis *q* legis Aquiliæ actio, placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti ſi quis miſericordia *r* ductus alienum ſeruum compeditum *ſ* ſoluerit, vt fugeret *t*.

DE INIVRIIS *u*.
TIT. IV.

¶ Verbum iniuria quot modis accipitur. 1. Quibus modis fit iniuria. 2. ¶ Qui & per quos iniuriam patiuntur. De parente & liberis: viro, & vxore ſocero, & nuru. 3. De ſeruo. 4. De ſeruo communi. 5. De ſeruo fructuario. 6. De eo qui bona fide ſeruit. 7. ¶ Pœna iniuriarum ex l. xij. Tab. & ex iure prætorio. 8. ex l. Cornelia. 9. ¶ De æſtimatione atrocis iniuriæ. 10. ¶ De iudicio ciuili & criminali 11. ¶ Qui tenentur iniuriarum. 12. Quomodo tollitur hac actio.

GEneraliter iniuria dicitur † omne, quod non iure fit, ſpecialiter, aliàs † contumelia, quæ à contemnendo dicta eſt, quam Gręci ὕβριν appellant: aliàs culpa, quam Gręci ἔγκλημα † dicunt, ſicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur, aliàs iniquitas & iniuſtitia, quam Gręci ‖ ἀνομίαν ‖ καὶ ἀδικίαν vocant cùm enim prætor vel iudex non *x* iure *y* contra quem pronunciat, iniuriam accepiſſe dicitur.

1 ¶ Iniuria *z* autem committitur, non ſolùm cùm quis *a* pugno pulſatus, aut fuſtibus cęſus, vel etiam verberatus erit: ſed & ſi *b* cui conuicium factum fuerit, ſiue cuius bona *c* quaſi debitoris, qui nihil deberet, poſſeſſa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum ſibi debere: vel ſi quis ad infamiam alicuius libellum *d*, aut carmen, ‖ aut hiſtoriam ‖ ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid eorum fieret †: ſiue quis matrem familias, aut prętextatum *e*, prætextatámve *f* adſectatus *g* fuerit: ſiue cuius pudicitia attentata † eſſe dicetur: & denique aliis plurimis modis admitti iniuriam manifeſtum eſt.

2 ¶ Patitur autem quis iniuriam non ſolum per ſemetipſum, ſed *h* ‖ etiã ‖ per liberos ſuos *i*, quos in poteſtate habet: itémq; per *k* vxorem ſuam, id enim magis pręualuit. Itaque ſi filię alicuius, quę Titio nupta

Notes (p. 93):

a i. actio damni culpa aliqua dati quæ alteri iniuria infertur.
b ſeu plebiſcitum Aquilianum l. 1. D. eo
c i. ſeruum aut ancillam, l. 2 l. 3. D. eo.
d v. l. 65. §. 4 ff. de leg. 3.
e l. 65. §. 4. D. de leg. 3.
f lib. 13.
g l. 5. l. 19. §. quod dicitur. 3. e. l. 1. §. interdum, ff. de iniuriis.
h l. 4. l. 45. §. pen. eodem.
i adde l. 52. ff. eo.
k l. 9. §. vlt. ff eo.
l l. 31. ff. eo. l. 7. ff. ad leg. Cor. de ſicar.
m quæ & militaris & βασιλικὴ Theoph.
n v. l. 3. ff. de locis & itineribus. ἢ ἐπὶ κώμης ἀγυιᾶς. Vicus γὰρ ἡ κώμη. Theoph.
o l. 6. §. 3. ff. de offic. præſid.
p l. 8. in pr. ff. eo. φλεβοτομήσας. Theoph. i. ad venæ ſectionem hunc locum referas.
q l. 8. §. 1. l. 27. §. ſi calicem, ff. eo. v. l. 7. §. pen. ff. locati.
r infirmitas culpæ adnumeratur, l. 8. §. mulionem. ff. eod.
ſ l. 21. in pr. l. 23. §. idem Iulianus ſcribit æſtimationem. ff. eod.
t l 23. §. 8. ff. eo.
u quia ex maleficiis pœnales actiones in hęredem non competunt, niſi lite cum defuncto conteſtata, & hęrede locupletiore facto. vide §. 1. J. de perpetuis.
x l. 23. §. 1 ff. eo.
y l. 23. ff eo l. 8. D. de euiction. Imò ſi ante occiderit, non tenetur, l. 63. ff. ad l. Falc.
z l. 12. §. 1. ff. eo.
a l. 23. §. ſi dolo. ff. eo. l. 3. C. eo.
b l. 27. § huius legis. ff. eo. fuiſſe autem videtur non de damno rei noſtræ, ſed de quouis alio damno, veluti in erepta nobis vtilitate quadam; quemadmodum apud Plinium eſt caſus ſingularis 9. c. 19.
c aprum, leonem l. 20. §. ex hoc 6. ff. eodem.
d vt auibus, d. §. ex hoc.
e fune, retiis, naue, tecto, aqua & ſimilibus, dicta l. 9. & l. 2. C. eo.

Notes (p. 94):

a l. 27. §. inquit lex. ff. eo.
b d. l. 27. §. cum eo.
c l. 30. §. in hac ff. eodem.
d d. l. 27. §. tertio autem.
e l. 29. in fi. ff. eo.
f v. l. 134. in fin de ver. obli.
g l. 52. ff. eo.
h l. 4. ff. de ſeruo corrupt.
i l. 9. §. ſi quis hominẽ l. 29. §. pen. ff. eo. l. 5. C. eo.
k l. 39. 53. ff. eo. l. 51. ff. de fur.
l l. 53. ff. de fur.
m l. 3. ff. de ſeruo corrupto.
n v. Quintil. declamation. 350. Cuiac. 15. obſeru. 26. in fi.
o l. 7. §. ſed ſi quib. de ponte. ff. eod.
p Si corpore directa: ſi alio modo quàm corpore corpori damnum datum ſit, vtilis Aquiliana datur: ſi verò neque corpore, neque corpori damnum datum ſit, in factum actio datur. hoc §.
q Quia nec à corpore, nec in corpus damnum datum eſt.
r l. 7. §. idẽ Labeo. ff. de dolo v. l. 14. §. 2. de cu. reor.
ſ Solebant enim ſerui vt ſæpius in villis & poſſeſſionibus compediti eſſe, vti oſtendi ad l. 7. §. 7. ff. de dolo.
t adde caſum l. 27. §. 1. D. eo. de eo qui manu nũmos excuſſit.
u 47. ff. 17. & 9. C. 3. 36. Paulus 5. ſent. 4.
† l. 1. in pr. ff. eo.
† l. 5. §. 1. D. ad l. Aquil.
† ἀδίκημα, Ariſt. 5. Ethic.
x ſecus ſi ad vindictam magiſtratus, l. 32. 53. D. eo.
y Imò & ius dicit, etiam cùm iniquè decernit, l. pen. D. de iuſt. & iure.
z iniuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus & illatione ſtupri. Extra corpus conuitiis & famoſis libellis: quod ex affectu vniuſcuiuſque patientis & facientis æſtimatur: Paul. 5. ſent. 4. §. 1.
a l. 5. in pr. D. eo.
b l. 1. §. 1. l. 15. §. conuicium, l. 42. D. eodem.
c vide l. 20. D. eo.
d v. l. vn. C. de famoſis libellis.
† aut cantaretur.

5. Paul. 4. §. 15. e v. quæ ſcripſi ad l. 3. in fi. D. de liber. exhibend.
f Puellæ quoque prætextâ vtebantur, Cicer. in Verr. at non peregrini, Macr. 6
g vide l. 15. §. aliud. D. eo. † d. §. aliud, l. 10. in fi l. 10. D. eo.
h Patimur iniuriam per liberos, vxores, & liberorum vxores, ideóque eo nomine iniuriarum agemus, ſi modo is qui fecit, in iniuriam noſtram id feciſſe doceatur. Paul. 5. ſent. 4. §. 3.
i idque per conſequentias, l. 1. §. item aut. l. 41. D. eo. k v. l. 2. C. eo.

eſt, iniuriam feceris: non ſolum filiæ nomine tecum iniuriarum agi poteſt, ſed etiam patris quoque & mariti nomine. Contrà autem, ſi viro iniuria facta ſit: vxor *a* iniuriarum agere non poteſt. Defendi *b* enim vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum eſt. Sed & ſocer nurus nomine, cuius vir in ‖ eius ‖ poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt.

3 ¶ Seruis autem ipſis quidem nulla iniuria fieri intelligitur *c*, ſed domino per eos fieri videtur: non tamen iiſdem modis, quibus etiam per liberos & vxores: ſed ita, cùm quid atrocius commiſſum fuerit *d*, & quod apertè ad contumeliam domini reſpicit: veluti ſi quis alienum ſeruum ‖ atrociter ‖ verberauerit: & in hunc caſum actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuicium fecerit, vel pugno eum percuſſerit: nulla in eum actio domino competit.

4 ¶ Si communi *e* ſeruo iniuria facta ſit, æquum eſt, non pro ea parte, qua dominus quiſque eſt, æſtimationem iniuriæ fieri: ſed ex dominorum perſona: quia ipſis fit iniuria.

5 ¶ Quòd ſi vſusfructus in ſeruo Titij eſt, proprietas Mæuij, magis Mæuio *g* iniuria fieri intelligitur.

6 ¶ Sed *h* ſi libero ‖ homini, ‖ qui tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit, nulla tibi actio dabitur: ſed ſuo nomine is experiri poterit, niſi in contumeliam tuam pulſatus ſit. tunc enim competit & tibi iniuriarum actio. Idem ergo eſt & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiente, vt totiens admittatur iniuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam iniuria ei *i* facta ſit.

7 ¶ Pœna autem iniuriarum ex lege *k* duodecim tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os verò fractum nummariæ *l* pœnæ erant conſtitutæ, quaſi in magna veterum paupertate. Sed *m* poſteà prætores permittebant ipſis qui iniuriam paſſi ſunt, eam æſtimare, vt iudex vel tanti ‖ reum ‖ condemnet, quanti iniuriam paſſus æſtimauerit, vel minoris, prout ei viſum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ, quæ ex lege duodecim tabularum introducta eſt *n*, in deſuetudinem abiit. quam *o* autem prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in iudiciis *p* frequentatur. Nam ſecundùm *q* gradum dignitatis, vitæque honeſtatem creſcit, aut minuitur æſtimatio iniuriæ, qui gradus condemnationis & in ſeruili perſona non immeritò ſeruatur, vt aliud in ſeruo actore *r* aliud in medij actus homine, aliud in viliſſimo vel compedito *ſ* ius ‖ æſtimationis ‖ conſtituatur.

8 ¶ Sed & lex *t* Cornelia de iniuriis loquitur, & iniuriarum actionem introduxit, quę competit ob *u* eam rem, quòd ſe pulſatum quis, verberatúmve, vel domum ſuam *x* vi introitam *y* eſſe dicat. Domum autem accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue *z* in conducta: ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit †.

9 ¶ Atrox *a*, iniuria æſtimatur *b*, vel *ex facto*: veluti ſi quis ab alio vulneratus ſit, vel fuſtibus cęſus. Vel *ex loco*: veluti ſi cui in theatro vel in foro, vel conſpectu prætoris, iniuria facta ſit. Vel *ex perſona*: veluti ſi magiſtratus *c* iniuriam paſſus fuerit, vel ſi ſenatori ab humili perſona iniuria facta ſit, aut parenti *d* patronóve fiat à liberis vel libertis. Aliter enim ſenatoris & parentis patroníque, aliter extranei & humilis perſonę iniuria æſtimatur.

¶ Nonnunquam & locus vulneris atrocem iniuriam facit: veluti ſi *e* in oculo quis percuſſus fuerit.

¶ Parui autem refert, vtrum patrifamilias, an filiofamilias talis iniuria facta ſit. nam & hæc atrox iniuria ęſtimabitur.

10 ¶ In ſumma ſciendum eſt, de omni iniuria eum, qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter *f* agere, vel ciuiliter *g*. Et ſi quidem ciuiliter *h* agitur, æſtimatione *i* facta ſecundum quod dictum eſt, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur.

¶ Hoc videlicet obſeruando, quod Zenoniana *k* conſtitutio introduxit, *vt viri illuſtres, quique ſuper eos ſunt, & per* *l* *procuratores poßint actionem iniuriarum criminaliter vel perſequi, vel ſuſcipere*: ſecundùm eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet.

11 ¶ Non ſolùm autem is iniuriarum tenetur: qui fecit iniuriam, id eſt, qui percuſſit: verùm

a *l. 1 ff. eo.* multo minus vlteriores adgnati: quod tamen de cauſis tantum ciuilibus, non criminalibus intelligendum eſt.
b *Nou.* 117. *c.* 9.
c facta tamen punitur *l. 1. C. eod. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui.*
d aduerſus bonos mores & iniuſſu domini, *l.* 15. §. *Prætor ff. eod.*
e *l. 15. in fi. l. 16. ff. eodem.*
f qualitate, dignitate & conditione: vt pluris æſtimetur iniuria facta ſenatori domino quàm plebeio.
g proprietario ſc. *l. 15. §. antepen. ff. eod.*
h *l. 15. §. 48. ff. eo.*
i ſeruo ſcil. Doctores idem ſtatuunt, ſi ſubdito, vaſallo, monacho, ciui, famulo, procuratori, & miniſtro, in contumeliam eorum quibus hi ſubiecti ſűt facta ſit iniuria.
k iniuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto iure introducta eſt lege XII. Tab. erat de famoſis carminibus, membri rupti & oſſibus fractis, *Paul. 5. ſent.* 4. §. 6.
l i. vigintiquinque aſſes librales 20. *Gell.* 1. *Feſtus in verbo* raue æs: 18. *Plin.* 3.
m hæc actio iniuriæ honoraria infrà dicitur: & moribus introducta *Paul. 5. ſent.* 4. §. 7 quoties nimirum factum, pro qualitate ſui, arbitrio iudicis æſtimatur, & congruēti pœnæ ſupplicio vindicatur.
n id eſt, talionis 10. *Gell.* 1. de qua *Exod.* 21.
o hanc honorariam paulò poſt vocat. & ſ. à prætoribus introductam, quamque Paulus moribus introductam appellat, vt antè diximus.
p extra ordinem *l. vlt. ff. eo.*
q *l. 17. §. 3. ff. eo.*
r Actor ſeruus erat, qui pecuniis domini credendis & exigendis præerat *l. 24 in pr ff. depoſiti.* ſ ſolebant enim domini ſeruos fugæ ſuſpectos neruo vincire, de quo plenius dixi ad *l. 7. §. 7. ff. de dolo.* t Hæc actio iniuriarum mixto iure ex lege Cornelia conſtituta dicitur à Paulo 3. *ſent.* 4. §. 8.
u i his tribus de cauſis *l. 5. in pr. ff. eo.* x v. *l. 23 ff. eo. l. 7. ff de extraord. criminib.*
y *ſubaudi*, ab his qui directarij appellantur, in quos extraordinem animaduertitur. *Paulus illo loco.* z *l. 5. § domum ff. eo.* † non momentaneo. ſed ad longius aliquod tempus, putà domicilio, vide *l. 1. §. domum ff. de aleatorib.*
a *Paul. 5. ſent.* 4. §. 10. Atrox iniuria ęſtimatur loco (vt ſi in publico) tempore (vt ſi interdiu) perſona, vt ſi ſenatori, equiti, decurioni, vel alias ſpectatæ authoritatis viro illata ſit. b *l. 7. § atrocem, l. 8. l. 9. ff eo l. 4. C. eo. Paul. 5. ſent.* 1. §. 10.
c huc pertinet oratio Demoſth. curatoris ludorum Bacchi, cæſi in mala à Midia.
d *l. 8. §. omnix. ff. de pœnis.*
e *l. 8. ff. eo* f extraordinario, *vt hic.* ſeu priuato iudicio *l. 7. l. vlt. C. eo.*
g *l 37. in fin. ff. eo.* h Iniuriarum ciuiliter damnatus, eiuſque æſtimationem inferre iuſſus famoſus efficitur *Paul. 5. ſent.* 4. §. 9.
i *v. l. 21. ff. eod.* k *d. l. vltim.*
l *v. l. 11. §. 2. ff. eodem.*

a ille quoque tenetur, qui *b* dolo facit ‖ iniuriam, ‖ vel qui procurauit vt cui *c* mala pugno percuteretur

12 ¶ Hæc actio, diſſimulatione *d* aboletur. & ideo ſi quis iniuriam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim *e* paſſus ad animum ſuum non reuocauerit: poſteà ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ quaſi ex delicto naſcuntur *f*.

TIT. V.

1. ¶ *Si iudex litem ſuam fecerit.* 1. ¶ *De deiectis vel effuſis, & poſitis, vel ſuſpenſis.* 2. *De filiofa. habitante ſeorſum à patre.* 3. ¶ *De damno aut furto, quod in naue, aut caupona, aut ſtabulo factum eſt.*

SI iudex *g* litem ſuam fecerit: non propriè ex maleficio obligatus videtur. ſed quia neque ex maleficio, nec; ex contractu obligatus eſt, & vtique peccaſſe aliquid intelligitur, licèt per imprudentiam: ideò videtur quaſi ex maleficio teneri, & in quantum de ea re æquum religioni iudicantis videbitur, pœnam ſuſtinebit. 1 ¶ Item is *h*, ex cuius cœnaculo, vel proprio ipſius, vel conducto, vel in quo gratis *i* habitat, deiectum, effuſúmve aliquid eſt, ita vt alicui noceret: quaſi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideò autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is, qui ea parte quà vulgò iter *k* fieri ſolet, id poſitum aut ſuſpenſum habet, quod poteſt (ſi ceciderit) alicui nocere: quo caſu pœna decem aureorum conſtituta eſt. De eo verò, quòd deiectum effuſúmve eſt, dupli, quantum damni datum ſit, conſtituta eſt actio. Ob hominem vero liberum occiſum, quinquaginta *l* aureorum pœna conſtituitur, Si verò viuat, nocitúmque ei eſſe dicatur; quantum ob eam rem æquum iudici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis *m* præſtitas, cæteráque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operas quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quod inutilis factus eſt.

2 ¶ Si filiusf. ſeorſum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effuſúmve fuerit, ſiue quid poſitum ſuſpenſúmve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt: Iuliano placuit in patrem nullam *n* " eſſe " actionem, ſed cum ipſo filio agendum eſſe. Quod & in filiofa. iudice obſeruandum eſt, qui litem ſuam fecerit.

3 ¶ Item exercitor *o* nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli de dolo, aut furto, quod in naui, aut caupona, aut ſtabulo factum erit, quaſi ex maleficio teneri videtur, ſi modò ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum *p*, quorum opera nauem aut cauponam, aut ſtabulum exercet. Cùm enim neque ex maleficio neque ex contractu ſit aduerſus eum conſtituta hic actio, & aliquatenus *q* culpæ reus eſt, quod opera malorum hominum vteretur: ideò quaſi ex maleficio teneri videtur.

¶ In his autem caſibus in factum actio competit. quæ hæredi quidem datur, aduerſus *r* hęredem autem non competit.

DE ACTIONIBVS *ſ*.

TIT. VI.

¶ *Continuatio & definitio.* 1. ¶ *Diuiſio prima in actiones reales & perſonales.* 2. §. *De actione confeſſoria & negatoria.* 3. §. *De actionibus prætorijs realib.* 4. *De publiciana.* 5. *De reſciſſoria.* 6. *De Pauliana.* 7. *De Seruiana & quaſi Seruiana ſeu hypothecaria.* 8. §. *De actionibus prætorijs perſonalibus.* 9. *De conſtituta pecunia.* 10. *De peculio.* 11. *De actionibus in factum & iureiurando.* 12. *De actionibus pœnalibus.* 13. *De præiudicijs.* 14. §. *an res ſua condici poßit.* 15. §. *De nominibus actionum.* 16. ¶ *Diuiſio ſecunda.* 17. *De rei perſecutorijs.* 18. *De pœna perſecutoris.* 19. *De mixtis hoc eſt, rei & pœnæ perſecutorijs.* 20. *De mixtis, id eſt, tam in rem quàm in perſonam.* 21. ¶ *Diuiſio tertia.* 22. *De actionibus in ſimplum.* 23. *in duplum.* 24. *in triplum.* 25. *In quadruplum.* 26. *Subdiuiſio actionum in duplum* 27. *Subdiuiſio actionum in quadruplum.* 28. ¶ *Diuiſio quarta de actionibus bonæ fidei.* 29. *De rei vxoriæ actione in ex ſtipulatu actionem transfuſa.* 30. *De poteſtate iudicis in iudicia bonæ fidei: & de compenſationibus.* 31. *De actionibus arbitrarijs.* 32. *Quinta diuiſio. De incerta quantitatis petitione.* 33. *De pluris petitione.* 34. *De minoris ſumma petitione.* 35. *Si aliud pro alio petatur.* 36. *Diuiſio ſexta, de peculio.* 37. *De repetitione dotis.* 38. *De actione aduerſus parentem, patronum, ſocium, donatorem.* 39. *De compenſationibus.* 40. *De eo qui bonis ceſſit.*

SVpereſt, vt de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud eſt, quàm ius *t* perſequendi *u* in iudicio, quod ſibi debetur.

1 ¶ Omnium autem actionum quibus inter aliquos apud iudices *x* arbitróſue de quacunque re quæritur, ſumma diuiſio in duo genera deducitur. aut enim in rem ſunt *y*, aut in perſonam. ¶ Namque agit vnuſquiſque aut cum eo qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio quo caſu proditæ ſunt actiones in perſonam, per quas intendit aduerſarium *ei dare aut facere oportere*, & aliis quibuſdam modis *z*. Aut cum eo agit, qui nullo *a* iure ei obligatus eſt, mouet tamen alicui de aliqua re controuerſiam. quo caſu proditæ actiones in rem ſunt, veluti ſi ſem

corpora

a *l. 37. in fi. ff. eod.*
b i. cuius ope, conſilióve factum dicitur *Paulus 5. ſent.* 4. §. 19.
c *l. 11. ff. eo.*
d vnius anni lapſu *l. 5. C. eo.* pacto, transfactione, iureiurando, *v. l. 11. ff. eo.* morte, *v. l. 10. 2. ff. ſi quis cautionib.*
e hinc colligunt: Dominum canonem poſt triennium recipientem remiſiſſe iniuriam emphyteutæ ſuo videri vel præſumi.
f 9. *ff.* 3. & 4. *ff.* 5. & 47 *ff.* 5.
g *v. l. vlt. ff. de var. & extr. cognit.*
h *l. 5. §. is quoque D. de oblig. & act. toto tit. ff. de his qui deiecerunt.*
i *l. 5. §. 2. ff. de his qui deiecerunt.*
k *l. 1, §. 9. l. 6. §. 11. ff. de his qui deiecer. l 31. D. ad leg. Aquil.*
l *l. 1. in pr. & §. 5. ff. de his qui deiecerunt.*
m *l. vlt. ff. de his qui deiecer.*
n Cur ita? *l. 1. § 7. d. tit. & vide l. 58. ff. de reg. iur.*
o *l. 5. §. vlt. ff. de oblig. & act.*
p *l. 1. 5. & vlt. ff. nautæ, caup. l. vn. furti aduerſ. naut.*
q *l. 5. in fi ff de obl.*
r *l. 16. ff. de iudic. d. l. vlt. § hæc iud. l. 3. §. hæc autem act. d. t. de his qui effud.*
ſ 43. *ff.* 7.
t i. formula apud pedaneos iudices agendi nam in iure actione non vtimur, *Cuiac. vide l. 1. ff. eo.*
u An & excipiendi, vide *l. 1. ff. de except.*
x *l. 15. in pr. ff. de re ind.*
y *v. l. 25. in pr. ff. eo.*
z putà, ne quid fiat (quo pertinent quædam interdicta) vel vt fiat, vel ne fiat, *l. 5. C. de ingen. man.*
a forcè legendum, qui neutro iure

corporalem poſſideat quis, quam Titius *ſuam eſſe* affirmet, poſſeſſor autem *dominum eius ſe eſſe* dicat *a.* nam ſi Titius *ſuam eſſe* intendat in rem actio eſt.

2 ¶ Æquè ſi agat "quis:" *ius ſibi eſſe fundo fortè vel ædibus vtendi fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi vel ex fundo vicini aquam ducendi*: in rem actio eſt.

¶ Eiuſdem generis eſt actio de iure prædiorum vrbanorum, veluti *b* ſi "quis" agat *ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi proſpiciendive vel proÿciendi aliquid. vel immittendi tignum in vicini ædes.*

¶ Contra quoque de vſufructu, & de ſeruitutibus prędiorum ruſticorum, item prędiorum vrbanorum, inuicem quoque proditæ ſunt actiones: vt *c* ſi quis intendat, *ius non eſſe aduerſario vtendi, fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi, proſpiciendive, vel proÿciendi immittendive*: iſtæ quoque actiones in rem ſunt, ſed negatiuæ.

¶ Quod *d* genus actionis in controuerſiis rerum corporalium proditum non eſt. Nam in his is agit, qui non poſſidet: ei verò, qui poſſidet *e*, non eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſſe. Sanè vno *f* caſu qui poſſidet, nihilominus "is" actoris partes obtinet, ſicut in latioribus Digeſtorum libris opportunius apparebit.

3 ¶ Sed iſtæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & ſi quæ ſunt ſimiles, ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendunt. Aliæ autem ſunt, quas prætor *g* ex ſua iuriſdictione comparatas habet tam in rem, quàm in perſonam, quas & ipſas neceſſarium eſt exemplis oſtendere: "vt" ecce, Plerúmque ita permittit "prætor" in rem agere, vt vel *h* actor dicat *ſe quaſi vſucepiſſe, quod non vſuceperit.* vel ex diuerſo poſſeſſor *i* dicat *aduerſarium ſuum non vſucepiſſe quod vſuceperit.*

4 ¶ Namque ſi cui ex iuſta cauſa res aliqua tradita fuerit (veluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum, "&" nec dum eius rei dominus effectus eſt) ſi eius rei poſſeſſionem caſu amiſerit, nullam habet in rem directam *k* actionem ad eam perſequendam: quippe ita, proditæ ſunt iure ciuili actiones *l*, vt quis dominium ſuum vindicet, ſed quia ſanè durum erat, eo caſu deficere actionem; inuenta eſt à prætore actio, in qua dicit is, qui poſſeſſionem amiſit, eam rem ſe vſucepiſſe, quam vſu non cepit, & ita vindicat ſuam eſſe: quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primum à *m* Publicio prætore in edicto propoſita eſt.

5 ¶ Rurſus ex diuerſo, ſi quis *n* cum reipu. cauſa abeſſet, vel *o* in hoſtium poteſtate eſſet, rem eius qui in ciuitate eſſet, vſuceperit: permittitur domino, ſi poſſeſſor reip. cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum reſciſſa vſucapione eam petere: i. ita petere, vt dicat *poſſeſſorem vſu non cepiſſe & ob id ſuam rem eſſe.* Quod genus actionis quibuſdam & aliis ſimili æquitate motus prætor adcommodat, ſicut ex latiore Digeſtorũ ſeu Pandectarum volumine intelligere licet.

6 ¶ Item ſi quis in fraudem creditorum rem ſuam alicui tradiderit: bonis eius à creditoribus poſſeſſis, ex ſententia præſidis: permittitur ipſis creditoribus, reſciſſa traditione eam rem petere *p*, i. dicere, *eam rem traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe.*

7 ¶ Item Seruiana, & quaſi Seruiana (quæ etiam hypothecaria vocatur) ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt. Seruiana *q* autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris iure *r* pro mercedibus fundi ei tenentur.

¶ Quaſi Seruiana autem eſt, qua *ſ* creditores pignora hypothecáſve perſequuntur *t*.

¶ Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil intereſt. nam de qua re inter creditorem & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata: vtraque appellatione continetur: ſed in aliis differentia eſt. Nam pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis *u* ſit. At *x* eam, quæ ſine traditione, nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

8 ¶ In perſonam quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet prætor. veluti *y* de pecunia conſtituta, cui ſimilis videbatur receptitia. Sed ex noſtra conſtitutione ("&" ſi quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ conſtitutę transfuſum eſt) "&" ea quaſi ſuperuacua, iuſſa eſt cum ſua auctoritate à noſtris legibus recedere.

¶ Item prætor propoſuit actionem de peculio ſeruorum, filiorúmque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor iurauerit, & alias complures.

9 ¶ De conſtituta autem pecunia cum omnibus agitur *a*, quicunque pro ſe vel pro alio ſoluturos ſe conſtituerint: nulla ſcil. ſtipulatione interpoſita. nam alioqui ſi ſtipulanti promiſerint, iure *b* ciuili tenentur.

10 ¶ Actiones autem de peculio, ideo aduerſus patrem *c* dominúmve *d* comparauit prætor: quia licèt ex contractu filiorum ſeruorúmve ipſo iure non teneantur: æquum tamen eſt peculio tenus (quod veluti patrimonium eſt filiorum filiarúmque, item ſeruorum) condemnari eos.

11 ¶ Item ſi quis poſtulante aduerſario iurauerit, *deberi ſibi pecuniam quam peteret*, neque ei ſoluatur, iuſtiſſimè accommodat ei talem actionem per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur *e*, ſed an iurauerit.

12 ¶ Pœnales quoque actiones prætor multas ex ſua iuriſdictione introduxit: veluti aduerſus eum, qui quid ex albo eius *f* corrupiſſet, & in eum, qui patronum vel parentem *g* in ius vocaſſet cum id non impetraſſet: item aduerſus eum *h*, qui vi exemerit eum, qui in ius vocaretur, cuiuſve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles

13 Præiudiciales actiones in rem eſſe videntur. quales ſunt per quas quæritur, an aliquis liber *i*, an libertus *k* ſit, vel de partu agnoſcendo *l*. Ex quibus ferè vna illa legitimam cauſam habet per quam quæritur, an aliquis liber ſit. cæteræ ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

14 ¶ Sic itaque diſcretis actionibus, certum eſt non poſſe actorem ſuam rem ita ab aliquo petere, *Si apparet eum dare oportere* m. Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: ſc. quia *n* dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, vt eius fiat. Nec res quæ iam actoris eſt *o*, magis eius fieri poteſt. Planè odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt, vt extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendę nomine fures etiam hac actione *p* teneantur, *Si appareat eos dare oportere*, quamuis ſit aduerſus eos etiam ‖hæc‖ in rem actio, per quam rem ſuam quis eſſe petit.

15 ¶ Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes *q*: in perſonam verò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere *r* enim eſt denuntiare priſca lingua. nunc verò abuſiuè dicimus condictionem actionem in perſonam eſſe, qua actor intendit dari ſibi oportere. Nulla enim hoc tempore eò nomine denuntiatio fit.

16 ¶ Sequens illa diuiſio eſt, quod quædam actiones rei perſequendæ gratia comparatæ ſunt, quædam pœnæ perſequendæ, quædam miſtæ ſunt.

17 ¶ Rei perſequendę cauſa comparatę ſunt omnes in rem actiones. Earum verò actionũ quę in perſonam ſunt, eæ quidem quæ ex contractu naſcuntur, ferè *ſ* omnes rei perſequendæ cauſa comparatę videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in ſtipulatum deductam petit actor: item commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio, ex empto, vendito, locato, conducto. ¶ Planè ſi depoſiti agatur eo nomine, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragii cauſa depoſitum ſit: in duplum actionem prætor reddit: ſi modò cum ipſo, apud quem depoſitum ſit, aut cum hęrede eius, de dolo ipſius agitur, quo caſu miſta eſt actio.

18 ¶ Ex maleficiis verò proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ perſequendę cauſa comparatæ ſunt: aliæ tam pœnæ, quàm rei perſequendæ, & ob id miſtæ ſunt. Pœnam tantum perſequitur quis actione furti. *t* ſiue enim manifeſti agatur, quadrupli: ſiue non manifeſti, dupli: de ſola pœna agitur. nam ipſam rem propria actione perſequitur quis: i. ſuam eſſe petens: ſiue fur ipſe eam rem poſſideat, ſiue alius quilibet. ¶ Eo amplius aduerſus furem etiam condictio eſt ‖ rei *u*‖.

19 ¶ Vi autem bonorum raptorum actio, miſta eſt, quia in quadruplo rei perſecutio continetur: pœna autem tripli eſt.

¶ Sed & legis Aquiliæ actio de damno iniuria ‖dato, ‖ miſta eſt: non ſolùm ſi aduerſus inficiantem in duplum agatur, ſed interdum & ſi in ſimplum quíſque agat: veluti ſi quis hominem claudum aut luſcum occiderit, qui in eo anno integer & magni pretij fuerit, tanti enim damnatur, quanti *x* is homo eo in anno plurimi fuerit, ſecundùm iam traditam diuiſionem.

¶ Item miſta eſt actio *y* contra eos qui relicta ſacroſanctis eccleſiis, vel aliis veneralibus locis, legati vel fideicommiſſi nomine, dare diſtulerint, vſque adeo vt etiam in iudicium vocarentur: tunc enim & ipſam rem vel pecuniam, quæ relicta eſt, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideo in duplum eius fit condemnatio.

20 ¶ Quædam actiones miſtam *z* cauſam obtinere videntur, tam in rem quàm in perſonam: qualis eſt familiæ erciſcundę actio, quæ competit cohęredibus de diuidenda hæreditate *a*. ¶ Item communi diuidundo, quę inter eos redditur, inter quos aliquid commune *b* eſt, vt id diuidatur. ¶ Item finium regundorum actio qua inter eos agitur, qui confines agros habent *c*. In quibus tribus iudiciis permittitur *d* iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & ęquo adiudicare: & ſi vnius pars prægrauari videbitur, eum inuicem certa pecunia alteri condemnare. 21 ¶ Omnes autẽ actiones, vel in ſimplum concept

ſunt,

a l. contra vindicet (id enim olim erat, vſitatum, teſte Boëtio in Topi.) ſaltem verbotenus, *cont. 1. diſp.* 12.
b *l. 2. ff. ſi ſeru. vind.*
c *l. 5 ff. ſi vſu. pet.*
d ſenſus huius verſ. talis eſt: fundi poſſeſſor, quique ab eo ſeruitutem deberi negat, actione negatiuè concepta iuuatur, & obtinere poteſt. At in controuerſia rei corporalis actor, ſi nudam rẽ poſſeſſoris non eſſe dixerit, non eo ſolo iuuabitur: vt cui neceſſe ſit vlterius progredi, ac fundum ipſum, quem non poſſidet, vindicare.
e aliàs non vltrò datur actio poſſeſſori, *l. 2. §. 7. ff. vti poßid.*
f Baro. legit, *in hoc caſu*, i. actionibus negatoriis ſeruitutum, Ferretur verò *non in vno caſu*, qui ob id à Roberto reprehẽditur 1. *recep.* 18. Ad tria iudicia mixta Accurſius refert illum vnum caſum, Faber ad *l. 14. ff. pro hæred.* Corraſius *miſcell.* 23. ad interdictum vti poſſidetis cui fauet *l. 1. §. 6. ff. vti poßidetis.* Contius 1. *Subciſiuarum* 1. ad *l. 15. de noui operis nunc.* Mynſinger. *hic*, ad præiudiciales *in* rem actiones. Charondas ad *l. 9. ff. de rei vind.* rectè Hotomanus hic ait: torquere illud eſſe, non docere: interea, dum apertius loquatur Imperator, ſibi videri ait legendum, *ſanè illo caſu*: vt ſuperior ſignificetur.
g Actionum aliæ ciuiles, aliæ honorariæ, *l. 25. in fi. ff. de oblig.*
h hi duo caſus proximè exponuntur, *§. 4. & 5.*
i ex diuerſo poſſeſſorem dicat. *Bald. hic §. 5. ĩ. eo.*
k quia dominus non eſt, *§. 1. ĩ. de oblig. ex delicto.*
l *l. 23. de rei vin.*
m *l. 1. ff. de Publiciana.*
n *v. l. 1. §. 1. l. 31. ff. ex quibus cauſis maio.*
o *v. l. 14. 15. d. tit.*
p Pauliana, vel in factum actione, *l. 1. §. 2. & l. 14. quæ in fraud cred.* vt & patrono Fauiana *l. 1. ff. ſi quid in fraud. patr.* vtrique, Caluiſiana; minori (in caſu) *l. 96. in pr. ff. de ſolut*) Interdicto vel edicto fraudatorio.
q quæ prætoria dicitur quòd à Prætore ſit approbata *DD. hic, l. 19 C. de vſur.*
r *v. l. 4. in quib. cauſis pignor.* Hic interim, nota, pignus prætorium ob contumaciam ante ſententiam: iudiciale, ad executionem ſententiæ: legale, ex vi legis, & quidem tacitè: conuentionale, partium conſenſu contrahi.
ſ *v. l. 16. § 3. l. 17. ĩ. de pignori.* dicitur etiam hypothecaria.
t & vindicant, *l. 10. in fin. C. de pign.*
u *l. 238. §. 2 ff. de ver. ſign.*
x differunt ea ratione tituli & pignoribus & de pignoratitia actione.
y Eſt igitur de cõſtituto actio prętoria, *l. 5. ff. de pecunia con.* alias iure ciuili, non eſt actio ex nudo pacto, *l. 7. ff. de pact.*

a conſtitutoria actione *l. 20. ff. de conſtituta*: *Nouell.* 118. c. 6.
b *v. l. 8. in fi. ff. de acceptil.*
c *v. l. 1. C. ne filius pro patre.*
d *v. l. 22. C. quod cum eodem.*
e *v. l. 5. §. dato. ff. de iureiurando.*
f quo edictum perpetuum continebatur *l. 7. in pr. ff. de iuriſ.*
g *v. l. 4. ff. de in ius vocando.*
h *l. 1. l. pen. & toto tit. ff. ne quis eum qui in ius.*
i hæc datur domino in ſeruum *l. 26.* & contra *l. 24. de liberali cauſa.*
k hæc datur patrono in libertum, & è contra *l. 14. de probat.*
l hac quæritur, an ex marito mulier prægnans ſit *l. 1. in fin. de lib. agnoſ.* adde interdictum de liberis exhibendis, vindicationem liberorum iure Quiritum aduerſus tertios, *l. 1. §. 1. de rei vin.* actionem pro rebus piis *l. 9. l. pen. de obſeq.* & alimentis parentis exhibendis *l. 5. in pr. de li. agnoſc.* & contra.
m formula actionis perſonalis.
n *v. l. 167. ff. de reg. iur.*
o *v. §. 6. & 20. ĩ. de legatis.*
p i. conductione furtiua, quoties rem non poſſident, *l. 1. & tit. de condict. furtiua.*
q *v. l. 25. ff. de obl. & act.*
r v. Feſtum in *Condicere.*
ſ nam depoſiti, tumultus cauſa actio mixta eſt *vt hic*: *ĩ. eod.* & legati ad pias cauſas *§. 19. ĩ. eod.* ex quaſi contractu.
t *l. 54. §. cum furti. ff. de furtis.* aliud vero perſequitur aliis actionibus.
u furtiua, ſed & ad exhibendum, & vindicatio *l. 7. §. 1. de cond.*
x *l. 23. §. 3. ad l. Aquil.*
y *§. 13. in fin. ĩ. eod.*
z *l. 37. §. 1. ff. de obl.*
a *l. 22. §. pen. ff. fam. erciſc.*
b circa hęreditatis cauſam *l. 4. §. 3. ff. comm. diuid.*
c *l. 1. 2. 3. 4. ff. fin. regund.*
d *l. 2. fin. reg. l. 52. 53. ff. fam. erciſc. l. 3. comm. diuid.*

ſunt vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, vlterius autem nulla actio extenditur *a*.

22 ¶ In ſimplum agitur: veluti ex ſtipulatione, & mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato, & denique ex aliis quam plurimis *b* cauſis.

23 ¶ In duplum agimus: veluti furti nec manifeſti. damni iniuriæ ex lege Aquilia, depoſiti ex quibuſdam cauſis *c*. Item ſerui corrupti *d*: quæ competit in eum, cuius hortum conſiliove ſeruus alienus fugerit, aut contumax aduerſus dominum factus eſt, aut luxurioſè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus ſit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo ſeruus abſtulerit, æſtimatio deducitur. Item ex legato quod *e* veneralibus locis relictum eſt, ſecundum ea quæ ſupra diximus.

24 ¶ Tripli verò ‖ agimus ‖ cùm quidam maiorem vera æſtimatione quantitatem in libello conuentionis inſerunt, vt ex hac cauſa viatores *f*, i. executores litium *g*, ampliorem ſummam ſportularum nomine exigerent: tunc enim id quod propter eorum cauſam damnum paſſus fuerit reus, ‖ in ‖ triplum ab actore conſequetur: vt in hoc triplo etiam ſimplum, in quo damnum *h* paſſus eſt, connumeretur. Quod noſtra conſtitutio introduxit, quæ in noſtro Codice *i* fulget, quam *k* proculdubio certum eſt ex lege condictitia emanare.

25 ¶ Quadrupli autem agitur, veluti furti *l* manifeſti. Item de *m* eo quod metus cauſa factum ſit, déque ea pecunia que in hoc data ſit, vt is cui datur, calumniæ *n* cauſa negotium alicui faceret vel non faceret.

¶ Item *o*, ex lege condictitia noſtra conſtitutio oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra noſtræ conſtitutionis normam à reis quicquam exegerint.

26 ¶ Sed furti quidem nec manifeſti actio, & ſerui corrupti, à cęteris de quibus ſimul *p* locuti ſumus, eo differunt, quòd hæ actiones omnimodo dupli ſunt: at illæ, i. damni iniuriæ ex lege Aquilia, & interdum depoſiti, inficiatione duplicantur, in confitentem autem in ſimplum dantur. Sed illa quæ de his competit, quæ relicta venerabilibus locis ſunt, non ſolùm inficiatione duplicatur. *q*, ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem vſque quo iuſſu magiſtratuum noſtrorum conueniatur. In confitentem verò antè quam iuſſu magiſtratuũ conueniatur, ſoluentem ſimpli redditur.

27 ¶ Item actio de eo quòd metus cauſa factum ſit, à cæteris de quibus locuti ſumus, eo differt, quòd eius natura tacitè continetur, vt qui iudicis iuſſu ipſam rem actori reſtituat *r*, abſoluatur; quod in cæteris caſibus non eſt ita; ſed omnimodo quiſque in quadruplum condemnatur, quod eſt & in furti manifeſti actione.

28 ¶ Actionum autem quædam *ſ* bonæ fidei ſunt, quædam ſtricti iuris. Bonæ fidei *t* ſunt hæ: ex empto, vendito *u*, locato, conducto *x*, negotiorum geſtorum *y*, mandati *z*, depoſiti *a*, pro ſocio *b*, tutelæ *c*, commodati *d*, pignoratitia *e*, familiæ erciſcundæ *f*, communi *g* diuidundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato *h* proponitur, & ea quæ ex permutatione *i* competit, & hæreditatis *k* petitio. Quamuis enim vſque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio eſſet, an non, noſtra tamen conſtitutio *l* apertè eam eſſe bonæ fidei diſpoſuit.

29 Fuerat antea & rei vxoriæ actio vna ex bonæ fidei iudiciis; ſed cùm pleniorem eſſe ex ſtipulatu actionem inuenientes, omne ius quos res vxoria antea habebat, cùm multis diuiſionibus in actionem ex ſtipulatu, quę de dotibus exigendis proponitur tranſtulerimus: meritò rei vxoriæ actione ſublata, ex ſtipulatu ‖ actio ‖ quę pro ea introducta eſt, naturam bonę fidei iudicij tantũ in ex actione dotis meruit, vt bonæ fidei ſit. ‖ Sed ‖ & tacitam ei dedimus hypothecam, Pręferri autem aliis creditoribus *m* in hypothecis tunc cenſuimus, cùm ipſa mulier de dote ſua experiatur: cuius ſolius prouidentia hoc induximus.

30 ¶ In bonę fidei iudiciis libera poteſtas permitti videtur iudici ex bono & æquo æſtimandi quantum actori reſtitui debeat. In quo & illud continetur, vt ſi quid inuicem pręſtare actorem oporteat, eo compenſato in reliquum is cum quo actum eſt debeat condemnari, Sed & in ſtricti iuris iudiciis ex reſcripto diui Marci oppoſita doli mali exceptione, compenſatio inducebatur. Sed noſtra conſtitutio *n* eaſdem compenſationes quæ iure aperto *o* nituntur, latius introduxit, vt actiones ipſo iure minuant, ſiue in rem, ſiue in perſonam, ſiue alias quaſcunque: excepta *p* ſola depoſiti actione, cui aliquid compenſationis nomine opponi, ſanè iniquum eſſe credimus: ne ſub pretextu compenſationis, depoſitarum rerum quis exactione defraudetur.

31 ¶ Præterea quaſdam actiones arbitrarias, i. ex arbitrio iudicis pendentes appellamus, In quibus niſi arbitrio iudicis is cum quo agitur, actori ſatisfaciat: veluti rem reſtituat, vel exhibeat, vel ſoluat, vel ex noxali cauſa ſeruum dedat: condemnari debeat. Sed iſtę actiones, tam in rem, quàm in perſonam inueniuntur. In rem, veluti Publiciana, Seruiana de rebus coloni, quaſi Seruiana, quę etiam hypothecaria vocatur. In perſonam, veluti quibus de eo agitur quod *a* ‖ vi ‖ aut metus cauſa, aut *b* dolo malo factum eſt. Item cùm id *c*, quod certo loco promiſſum eſt petitur. Ad exhibendum quoque actio, ex arbitrio iudicis pendet *d*. In his enim & cæteris ſimilibus permittitur iudici ex bono & æquo ſecundum cuiuſque rei, de qua actum eſt, naturam æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat *e*.

32 ¶ Curare *f* autem debet iudex, vt omnino quantum poſſibile ei ſit, certæ pecuniæ, vel rei ſententiam ferat: etiamſi de incerta quantitate apud eum actum eſt.

33 ¶ Si quis agens, ‖ in ‖ intentione ſua *plus g* complexus fuerit quàm ad eum pertineat, à cauſa cadebat, id eſt, rem amittebat: nec facilè in integrum reſtituebatur à pretore, niſi minor erat 25. annis. huic enim ſicut in aliis cauſa *h* cognita ſuccurrebatur, ſi lapſus iuuentute fuerat: ita & in hac cauſa ſuccurri ſolitum erat. Sanè *i* ſi tam magna cauſa iuſti *k* erroris interueniebat, vt etiam conſtantiſſimus *l* quiſque labi poſſet, etiam maiori 25. annis ſuccurrebatur, veluti ſi quis totum legatum petierit: poſt deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta ſit, aut quibuſdam aliis legata data ſint, quæ efficiebant, vt plus petiiſſe videretur petitor, quàm dodrantem: atque ideo lege Falcidia legata minuebantur *m*.

¶ Plus autem quatuor *n* modis petitur: re, tempore, loco ‖ & ‖ cauſa.

¶ Re, veluti ſi quis pro decem aureis qui ei debebantur, viginti petierit: aut ſi is, cuius ex parte res eſt, totam eam, vel maiorem partem ſuam eſſe intenderit.

¶ Tempore: veluti ſi quis *o* ante diem, vel ante conditionem *p* petierit. Qua enim ratione qui tardiùs *q* ſoluit, quàm ſoluere deberet, minus ſoluere intelligitur, eadem ratione qui præmaturè petit, plus petere videtur.

¶ Loco plus petitur: veluti cùm quis id quod certo loco ſibi ‖ dari ‖ ſtipulatus eſt, alio loco petit, ſine commemoratione illius loci in quo ſibi dari ſtipulatus fuerit: v.g. ſi is qui ita ſtipulatus fuerit, *Epheſi dare ſpondes?* Romæ purè intendat ſibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia vtilitatem quam haberet promiſſor, ſi Epheſi ſolueret, adimit ei pura intentione. Propter quam cauſam, alio loco petenti arbitraria actio proponitur *r*: in quia ſc. ratio habetur vtilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſolueret, quo ſe ſoluturum ſpopondit. Quæ vtilitas plerumque in mercibus *ſ* maxima inuenitur. veluti vino, oleo, frumento, quæ per ſingulas regiones diuerſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non *t* in omnibus regionibus ſub eiſdem vſuris fœnerantur: Si quis tamen Epheſi petat, id eſt, eo loco petat, quo vt ſibi detur, ſtipulatus eſt: pura *u*, actione rectè agit. ídque etiam pretor monſtrat: ſc. quia vtilitas ſoluendi ſalua eſt promiſſori.

¶ Huic autem, qui loco plus petere intelligitur: proximus eſt is qui cauſa plus petit, vt ecce, ſi quis ita à te ſtipuletur, *Hominem Stichum, aut decem aureos dare ſpondes?* deinde alterum petat veluti hominem tantùm, aut decem aureos tantùm. Ideo autem plus petere intelligitur, quia in eo genere ſtipulationis promiſſoris *x* eſt electio, vtrùm pecuniam *y*, an hominem ſoluere malit. Qui igitur pecuniam tantùm vel hominem tantùm ſibi dari oportere intendit, eripit electionem aduerſario: & eo modo ſuam quidem conditionem meliorem facit, aduerſarij verò "ui" deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſt actio, *vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem ſibi dari oportere*: id eſt, vt eodem modo peteret, quo ſtipulatus eſt. Præterea, ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat: aut generaliter vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat, plus petere intelligitur, quia electionem aduerſario tollit, cui ſtipulationis *z*. iure liberum fuit, aliud ſoluere, quàm quod peteretur. Quinetiam licèt viliſſimum ſit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur; quia ſæpè accidit, vt promiſſori faciliùs ſit illud ſoluere, quod maioris pretij eſt *a*. Sed hæc quidem antea in vſu fuerunt: poſtea verò lex Zenoniana *b* & noſtra *c* rem coarctauit. Et, ſi quidem tempore *d* plus fuerit petitum, quid ſtatui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur conſtitutio: ſin autem quantitate *e* vel alio modo plus fuerit petitum "in" omne, ſi quod fortè dãnum ex hac cauſa acciderit ei, contra quę plus petitũ

a lege tamen Moſis furtum bonis quintuplo puniebatur, *Exod. 22.*
b i. realibus.
c pura incendij & naufragij, *l. 1. §. 1. depoſiti.*
d *l. 10. l. 14. ff. de ſeru. corrup.*
c *l. 46. §. 1. C. de epiſc.*
f quibus interdum magiſtratus arbitrium committit *l. vlt. ff. de iudic.*
g ac ſententiarum *v. l. 12. C. de prox. ſacr. ſcri. lib. 12.*
h *v. Nou. 53. c. 3. in fin.*
i priori ſc.
k ex qua proculdubio eſt, ex lege condicticiam emanare. *Cuia.* ita legit.
l *§. de vi bon. rap.*
m *l. 14. §. 10. ff. quod met. cauſ.*
n *l. 1. ff. de calumniatorib.*
o item lex condictitia ex th conſtitutionem oritur.
p ſupra locuti.
q i hæc actio duplatur & inficiatione & mora *v. §. 1. J. de pœna temere.*
r vide *l. 14. §. 1. ff. quod met. cauſ.*
ſ quarum aliæ generales, aliæ ſpeciales, *l. 38. ff pro ſocio.*
t Cur ita dicantur
u *l. 1. l. 11. ff. de act. emp.*
x *l. 17. C. loc.*
y *l. 5. ff. de obl. l. 7. ff. de negotijs.*
z *l. 2. & l. 5. §. de obl. l. 3. in fi. l. 28. §. 2. l. 35 ff. mandati*
a *l. 1. §. 19 ff. depoſiti: l. 7 ff. de co. quod certo loco.*
b *l. 52. §. 1. ff. pro ſocio.*
c *l. 1. §. 1. ff. de tutela & rationib. diſtra.*
d *l. 3. §. commodati.*
e *l. 7. ff. de pign. l. 6 C. de pign.*
f *l. 9 C. fam. erciſc.*
g *l. 9. §. 2. l. 13. §. 1. ff. comm. diuid.*
h *l. 1. ff. de æſtimatoria.*
i *l. 1. ff. de rerum permut. l. 2. C. eo.*
k *l. vlt in fin. C. de hæred. pet.*
l *l. vlt. C. de pet. hæred.*
m an anteriorem & expreſſam habentibus? *v. Nou. 109. c. 1. l. aſſiduis 12. C. qui potiores* an & creditoribus poſterioribus quorum pecunia empta militia empta, aut reparata fuerit nauis aut domus. *v. No. 97. c. 34.*
n *l. vlt. C. de compenſ.*
o i. liquidi ad liquidum
p *v. l. vlt. C. depoſ.*

a *l. 14. §. 1. ff. quod. met. cauſ.*
b *l. 8. ff. de dol.*
c *l. 2. ff. quod cer. loc.*
d *l. 3. §. 2. ff. ad exhib.*
e Quid: arbitrariæ actiones num bonæ fidei erunt ex ratione §. 30. §. e. Vveſemb. tradit, natura ſua ſtricti iuris eſſe; ex accidenti verò (quia incerti quantitas & æſtimatio vel iureiurando in litem arbitrio iudicis poſiti poſtea certa taxatur. §. 32. J. eod.) arbitrarias eſſe.
f Sententia certam ſummam continere debet. *v. C. de ſen. quæ ſine certa quantitate profertur.*
g *v. C. de pluſpetit.* vbi dixi.
h *l. 1. l. 11. §. ſciendum ff. de minor. v. Paul 1. ſen. 10. Cui. 7. obſ. 27. & Nou. 15. c. 4 & l. de pluſpetit. & extra 2. tit. 11.*
i Ex iuſta cauſa datur reſtitutio.
k Error iuſtus eſſe poteſt.
l Conſtantiſſimus quiſque labi poteſt.
m *l. 1. ff. quor. leg. l. pen. C. ad l. Falc.*
n Plus quatuor modis petitur.
o *l. vnic. in fin. quando dies v... l. 1. de eden. l. ... ff. de obl. l. 35. ... inter. l. 41. l. 13... §. 3. de ver. obl.*
p etiam tacitus *v. l. 21. de iu... dot.*
q *l. 12. in fin. ff. ... verb. ſign.*
r & proponi poteſt, quia ſumma in ſtipulatione deducta reſtri... & definite n... petitur, ſed ... demum, quod ... quius melius ... bitrio videtur ... *1. ff. quod cert. lo...*
ſ & earum pretio, *l. 63. ff. ad l. Falc.*
t *l. in pr. ff ... vſur. l. 3. in fi... l. 4. quod cert. loc.*
u i. ſine arbitri mentione, *l. ... in pr. ff. quod cer...*
x *v. l. 34. §. pen. ff. de contr. emp. l. ... in fi. de iure d... l. 93. in pr ff. de ſo... lut.*
y i. ſub alternatione, quemadmodum ſtipulatus eſt, vtque talis ſit actio, qualis ſtipulatio, *l. 75. §. illud ... §. qui illud. ... ff. de cond indeb. verb. obl.*
z generalis æquè ac alternatiuæ, *l. 32. in fin. ff. de cond. indeb.*
a nec enim æſtimatio ad rem ſed ad vtilitatem debitoris referenda eſt quia etiam, quod inuito fit, ei melius fieri videri non poteſt, vide *l. vlt. ff. de vſ... & habit.*
b de qua *§. 10. infra de excep.*
c quæ deſideratur.
d *l. 2. in pr. C. de pluſpetit.*
e *dict. l. 2. §. vltimi.*

fuerit

fuerit, commiſſa, tripli condemnatione (ſicuti ſuprà dicimus) puniatur *a*.

34 ¶ Si *minus b* in intentione ſua complexus fuerit actor, quàm ad eum pertineat: veluti ſi cùm ei decem ‖aurei‖ deberentur, quinque ſibi dari oportere intenderit: aut ‖ſi cùm totius fundus eius eſſet, partem dimidiam ſuam eſſe petierit: ſine *c* periculo agit: in reliquum enim nihilominus iudex aduerſarium in eodem iudicio *d* ‖ei‖ condemnare ex conſtitutione diuæ memoriæ Zenonis.

35 ¶ Si quis *aliud pro alio* intenderit: nihil eum periclitari placet, ſed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem ſuum corrigere *e* ‖ei‖ permittitur. veluti ſi is qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut ſi quis ex teſtamento dari ſibi oportere intenderit, quod ex ſtipulata debetur.

36 ¶ Sunt præterea quædam actiones quib. non ‖ ſemper ‖ ſolidum, quod nobis debetur, perſequimur: ſed modò ſolidum perſequitur: modò minus. vt ecce, ſi in peculium filij ſeruíve agamus. Nam ſi non minus in peculio ſit, quàm perſequimur: in ſolidum dominus patérve condemnatur: ſi verò minus inueniatur: eatenus *f* condemnat iudex, quatenus in peculio ſit, Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, ſuo ordine proponemus *g*.

37 ¶ Item ſi de dote ‖ in ‖ iudicio mulier agat: placet eatenus maritum *h* condemnari debere, *quatenus facere poſſit*, i. quatenus facultates eius patiuntur. Itaque ſi dotis quantitati concurrant facultates eius, in ſolidum damnatur: ſi minus, in tantum, quantum facere poteſt. Propter retentionem *i* quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impenſas in res dotales factas marito ‖ quaſi ‖ retentio conceſſa eſt: quia ipſo iure *k* neceſſariis ſumptibus dos minuitur, ſicut ex latioribus Digeſtorum libris cognoſcere licet.

38 ¶ Sed & ſi quis cum parente ſuo *l* patronóve *m* agat: item ſi ſocius *n* cum ſocio, iudicio ſocietatis agat: non plus actor conſequitur, quàm aduerſarius eius facere poteſt.

¶ Idem eſt, ſi quis ex *o* donatione ſua conueniatur.

39 ¶ Compenſationes quoque oppoſitæ plerumque efficiunt *p*, vt minus quiſque conſequatur, quàm ei debeatur. Nam *q* ex bono & æquo habita ratione eius, quod inuicem actorem & ex eadem cauſa præſtare oportet, in reliquum eum cum quo actum eſt, ‖ condemnat *r*, ſicut iam dictum eſt.

40 ¶ Cum eo quoque qui creditoribus ſuis bonis ceſſit, ſi poſtea aliquid acquiſierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro in id quod facere poteſt, creditores *ſ* experiuntur. inhumanum enim erat ſpoliatum fortunis ſuis, in ſolidum damnari.

a excipe legem 1. ff. *de condict. ex lege.*
b *d. l. 2.*
c & ita libellum emendare poteſt. *l. 3. C. de eden.*
d ſi reliquum petitum ſit, *v. l. 18. ff. com. diuid.*
e vſque ad ſententiam, *v. l. errores 2. C. de error. aduoc.* porrò quando emendare, & mutare libellum quis poſſit, v. Doctores in *l. 1. §. edere. ff. de edendo.*
f *l. 47. §. 2. ff. de pecul.*
g). *tit. prox.*
h & è contra mulierem, *v. l. 17. l. 20. ff. de re iudic.*
i impenſarum nomine, *l. 5. & tot. tit. de impenſis in reb. dotal.*
k *l. 1. l. 5. d. t. l. 56. §. 2 de iure dot.*
l i. omnib. aſcendentibus, l. 16. *in fi. de re iudic.*
m *l. 17. ff. de re indic.*
n *d. l. 16.*
o *l. 12. ff de don.*
p *l. vlt. C. de compenſat.*
q *v. l. 5. C. de compenſat.*
r *Nou. 135. v. l. 4. ff. de ceſſ. bon.*
ſ v. exceptiones apud Socinum *reg. 47.*
t 14. ff. 5. & 4. C. 26.
u *§. 36. ſ. tit. prox.*
x *§. 6.). eod.*
y *v. l. 1. in princ. ff. quod iuſſu.*
z *v. lib. 14. ff. 1. & 4. C. 25.*
a & a ium quemuis.). *eod.*
b *l. .. §. exercitorem ff. de exercit.*
c *l. 3. 4. 5. in pr. 18. ff. de inſtitori.*
d qui certæ rei aut facto inſtitores, *l. 5. §. idem ait, ff. eo.*
e quia actione de peculio conuentus dominus vel pater ante omnes creditores ſuum debitum præcipit. *l. 9. §. 2. ff. de pecul.*
f i. non prohibente: vt non ſit neceſſe dominum

QVOD CVM EO *t*, QVI IN ALIENA poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.

TIT. VII.

¶ Scopus & nexus. 1. ¶ De ſeruis, Quod iuſſu. 2. De exercitoria & inſtitoria actione. 3. De tributoria. 4. De peculio & in rem verſo. 5. De concurſu dictarum actionum. 6. ¶ De filiiſfam. 7. De SC. Macedoniano 8. ¶ De actione directa in patrem vel dominum.

QVia ‖ tamen ‖ ſuperiùs *u* mentio nem habuimus de actione qua in peculium filiorum familiarum ſeruorúmque agitur: opus eſt, vt de hac actione & de cæteris, quę eorundem nomine in parentes dominóſve dari ſolent, diligentius admoneamus. Et quia ſiue cum ſeruis negotium geſtum ſit, ſiue cum his, qui in poteſtate parentum ſunt, eadem ferè iura ſeruantur: ne verboſa fiat diſputatio, dirigamus ſermonem in perſonam ſerui dominique, idem *x* intellecturi de liberis quoque quorum in poteſtate ſunt. Nam ſi quid in his propriè ſeruetur, ſeparatim oſtendemus.

1 ¶ Si igitur iuſſu domini cum ſeruo negotium geſtum erit: in *y* ſolidum prætor aduerſus dominum actionem pollicetur: ſcilicet, quia is, qui ita contrahit, fidem domini ſequi videtur.

2 ¶ Eadem ratione prætor duas alias in ſolidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria *z*, altera inſtitoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cùm quis ſeruum *a* ſuum magiſtrum naui præpoſuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæſtus pertinet *b*. Inſtitoria tunc locum habet *c*, cùm quis tabernæ fortè, aut cuilibet negotiationi ſeruum ſuum præpoſuerit, & quid cum eo eius rei cauſa, cui præpoſitus erit, contractum fuerit. Ideo autem inſtitoria appellatur quia qui negotiationibus præponuntur, inſtitores vocantur *d*. Iſtas tamen duas actiones prætor reddit, & ſi liberum quis hominem, aut alienum ſeruum naui, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præpoſuerit: ſcilicet quia eadem æquitatis ratio etiam eo caſu interueniat

3 ¶ Introduxit & aliam actionem *e* pretor, quæ tributoria vocatur. Namque ſi ſeruus in peculiari merce, ſciente *f* domino negotietur, & quid cum eo eius rei cauſa contractum erit, ita prætor ius dicit: vt *a* quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, ſi quid ei debebitur. & cæteros creditores pro *b* rata portione diſtribuatur: & ideo tributoria ‖ vocatur, ‖ quia ipſi domino diſtributionem prætor permittit. Nam ſi quis ex creditoribus queratur, quaſi minus ei tributum ſit, quàm oportuerit, hanc ei actionem adcommodat, quę tributoria appellatur.

4 ¶ Prĕterea introducta eſt actio de peculio, déque eo quod in rem domini verſum erit: vt quamuis ſine voluntate *c* domini negotium geſtum erit, tamen ſiue *d* quid in rem eius verſum fuerit, id totum prĕſtare debeat: ſiue *e* quid non ſit in rem eius verſum, id eatenus prĕſtare debeat, quatenus peculium patitur. in rem autem domini verſum intelligitur, quidquid neceſſariò in rem eius impenderit ſeruus: veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, aut ædificia ruentia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit: vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem neceſſariam mercatus erit. Itaque ſi ex decem putà aureis, quos ſeruus tuus à Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos ſoluerit, reliquos verò quinque quolibet modo conſumpſerit: pro quinque ‖ quidem ‖ in ſolidum damnari debes: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio ſit. Ex quo ſcilicet apparet, ſi toti decem aurei in rem tuam verſi fuerint, totos decem aureos Titium conſequi poſſe. Licèt enim vna eſt actio, qua de peculio, déque eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itáque iudex, apud quem de ea actione agitur, ante diſpicere ſolet an in rem domini verſum ſit: nec aliter an peculij æſtimationem tranſit, quàm aut nihil in rem domini verſum intelligatur, aut non totum. Cùm autem quæritur, quantum in peculio ſit: ante *f* deducitur, quicquid ſeruus domino, eíve qui in poteſtate eius ſit, debet: & quod ſupereſt, id ſolum peculium intelligitur. Aliquando tamen id quod ei debet ſeruus qui in poteſtate domini ſit, non deducitur ex peculio: veluti ſi is in ipſius peculio ſit, quod eo pertinet, vt ſi *g* quid vicario ſuo ſeruus debeat: id ex peculio eius non deducatur.

5 ¶ Cæterùm dubium non eſt, quin is quoque qui iuſſu domini contraxerit, cuíque inſtitoria vel exercitoria actio competit, de peculio, déque eo quod in rem domini verſum eſt agere poſſit. Sed erit ſtultiſſimus, ſi omiſſa actione, qua facillimè ſolidum ex contractu conſequi poſſit, ſe ad difficultatem perducat probandi in rem domini verſum eſſe, vel habere ſeruum peculium, & tantum habere, vt ſolidum ſibi ſolui poſſit. Is quoque cui tributoria actio competit, æquè de peculio & de in rem verſo agere poteſt. Sed ſanè huic modò tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verſo. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua *h* non eſt: i. quod domino debetur, non deducitur. ſed eiuſdem iuris eſt dominus cuius & cæteri creditores. At in actione de peculio ante *i* deducitur, quod domino debetur: & in id quod reliquum eſt creditori dominus condemnatur. Rurſus de peculio ideo *k* expedit agere, quod in hac actione totius peculij ratio habetur, at in tributoria eius tantum, quo negotiatur. Et poteſt quiſque tertia fortè parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorem autem partem in prediis, vel mancipiis, aut fœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit ita quiſque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certè qui poteſt probare in rem domini verſum eſſe: de in rem verſo agere debet.

6 ¶ Quæ diximus de ſeruo & domino, eadem *m* intelligimus & de filio & filia, & nepote, & nepte, & patre auóve cuius in poteſtate ſunt.

7 ¶ Illud propriè ſeruatur in eorum perſona, quod Senatuſconſultum Macedonianum *n* prohibuit mutuas pecunias dare eis qui in poteſtate parentis ſunt: & ei qui crediderit: denegatur actio tam aduerſus ipſum filium, filiámve, nepotem neptémve, ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parentis, vel emancipatioue ſuæ poteſtatis eſſe cœperint) quàm aduerſus patrem, auúmve: ſiue eos habeat adhuc in poteſtate, ſiue emancipauerit. Quæ ideo Senatus proſpexit, quia ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur *o*.

8 ¶ Illud in ſumma admonendi ſumus, id quod iuſſu patris dominíve contractum fuerit, quodque in rem eius verſum erit: directò *p* quoque poſſe à patre dominóve condici, tanquàm ſi principaliter cum ipſo negotium geſtum eſſet. Ei quoque qui exercitorem vel inſtitoria actione tenetur, directò poſſe condici placet: quia huius quoque iuſſa contractum intelligatur.

velle: ſufficit autem nolle, *l. 1. §. ſcientiam ff. de tributoria.*
a *l. 1. in pr. ff. de tribut.*
b *l. 5. in fi. de tributor.*
c De in rem verſo actio non nititur domini voluntate, ſed vtilitate.
d *l. 1. ff. de in rem verſo.*
e ex ſuperioribus collige, ex iuſſu domini generali dari actioné: *Quod iuſſu*: ſi ex ſpeciali, *exercitoriam*. ſi naui, inſtitoriam: ſi tabernæ, *Quaſi inſtitoriam*: ſi certæ rei ſeruum aut quemuis præpoſuit, ex geſto ſerui patiente domino, *Tributoriam*: eo ignorante actionem *de in rem verſo*. ſi quid verſum eſt, vel ſi ratum dominus habuit: *de peculio*, ſi nihil verſum eſt, aduerſus parentem aut dominum actionem tribui. Et hæc de contractibus huiuſmodi perſonarum: ſiquidem *prox. tit.* de illarum delictis, vt & *tit. o.* de pauperie facta ab animalibus dicetur.
f idque priuilegio parentum ſingulari, *l. 9. §. 2. ff. de pecul.*
g *v. l. 17. D. de peculio.*
h *l. 1. ff. de Tribut.*
i *v. §. 4. in fi. ſ. eod.*
k *v. l. 11. D. de Tributoria.*
l *l. 5. §. 12. D. de in rem verſo.*
m *C. eo. in pr.*
n *l. 1. D. ad SC. Maced. & C. eod. tit.*
o *l. 7. l. 3. D. ad SC. Maced.*
p i. ſuo nomine l. 1. *de in rem verſo. l. 1. quod iuſſu.*
q *9. D. 4. & 3. C. 41.*

DE NOXALIBVS *q* actionibus.

TIT. VIII.

¶ De ſeruis, Summa. 1. Quid ſit noxa, & noxia. 2. Ratio harum actionum. 3. Effectus

3. Effectus noxæ deditionis. 4. De origine harum actionum. 5. qui conueniuntur noxali actione. 6. Si ſeruus domino noxiam commiſerit: vel contrà. 7. ¶ De filiisfam.

Ex maleficiis ſeruorum *a*, veluti ſi furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam commiſerint, noxales actiones proditæ ſunt, quibus *b* domino damnato permittitur *c* aut litis æſtimationem ſufferre, aut ipſum hominē noxæ dedere.

1 ¶ Noxa *d* autem, eſt *e* ipſum ‖ corpus quod nocuit id eſt ſeruus: noxia *f* ipſum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria.

2 ¶ Summa autem ratione permiſſum eſt noxæ deditione fungi. Namque erat iniquum nequitiam eorum vltra *g* ipſorum corpora dominis damnoſam eſſe.

3 ¶ Dominus noxali iudicio ſerui ſui nomine conuentus, ſeruum actori noxæ dedendo liberatur *h* nec minùs in perpetuum eius ſerui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus eſt, ‖ſeruus‖ reſarcierit quæſita pecunia: auxilio prætoris inuito domino manumittetur *i*.

4 ¶ Sunt autem conſtitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto prætoris. Legibus veluti furti *k* ex lege duodecim tabularum, damni iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto prætoris; veluti iniuriarum *l*, & vi bonorum raptorum.

5 ¶ Omnis *m* autem noxalis actio caput *n* ſequitur. Nam ſi ſeruus tuus noxam commiſerit: quamdiu in tua poteſtate ſit, tecum eſt actio. Si autem in alterius poteſtatem peruenerit: cum illo incipit actio eſſe. At ſi manumiſſus fuerit: directò ipſe tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerſo quoque directa actio noxalis eſſe incipit *o*. Nam ſi liber homo noxiam commiſerit, & is ſeruus tuus eſſe cœperit (quod quibuſdam caſibus effici primo *p* libro tradidimus) incipit tecum eſſe noxalis actio quæ ante directa fuiſſet.

6 ¶ Si ſeruus domino noxiam commiſerit, actio nulla naſcitur. Namque inter *q* dominum & eum qui in poteſtate eius eſt, nulla obligatio naſci poteſt. ideòque & ſi vi alienam poteſtatem ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit, neque cum ipſo, neque cum eo, cuius nunc in poteſtate ſit: agi poteſt. Vnde ſi alienus ſeruus noxiam tibi commiſerit, & is *s* poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit, interdicitur *t* actio: quia *u* in eum caſum deducta ſit, in quo conſiſtere non potuit. Ideòque licèt exierit de tua poteſtate, agere non potes: quemadmodum ſi dominus in ſeruum ſuum aliquid commiſerit, nec ſi manumiſſus aut alienatus fuerit, ſeruus vllam actionem contra dominum habere poteſt.

7 ¶ Sed veteres quidem hoc in filiisfamiliarum maſculis & fœminis admiſere: noua autem hominum conuerſatio huiuſmodi aſperitatem *x* rectè reſpuendam eſſe exiſtimauit, & ab vſu communi hoc penitus receſſit. Quis enim patiatur filium ſuum, & maximè filiam, in noxam alij dari: vt penè per ‖ filij ‖ corpus pater magis *y* quàm filius periclitetur: cùm in filiabus etiam pudicitiæ fauor hoc bene excludat: Et ideo placuit in ſeruos tantummodò noxales actiones eſſe proponendas: cùm apud veteres legum commentatores inuenerimus ſæpius dictum, ipſos *z* filiosfamiliarum pro *a* ſuis delictis poſſe conueniri.

a dictum eſt enim ſuperiori tit. de eorum contractibus.
b Seruus qui furtum fecerit, damnúmve dederit, niſi id pro ſui quantitate dominus ſarcire ſit paratus, noxæ dedi poteſt. *Pau 2. ſent. 31. §. 7.*
c ad ſententiæ executionē vſque *l. 20 §. 5. ff. de pet. hæred.* & ſic intelligenda eſt lex 1. *ff. de noxal.*
d Noxam à noxia hic diſtinguit Tribonianus, quod Grammatici notant: & malè. Noxa enim à nocendo Noxiam verò pro maleficio vſurpat Plautus *Bacchedibus*, Careo noxia, ſic noxa pro noxio apud Virgil.
e *l. 178. in fi. ff. de verb. ſig.*
f *l. 238. ff. de verb. ſign.*
g *l. 7. §. 1. ff. de dam. l. 1 §. 15 ff. de vi & vi.*
h *l. 2. C. eo.*
i quia actor non plenum ius poteſtatis adeptus erat arg *l. 2. in fi. ff. ſi ex noxali cauſa.*
k Accurſius ſubaudit, non manifeſti, vt eo ſenſu conſtituat furti manifeſti actionem prætoriam: verum hæc vox de furto quoque manifeſto intelligenda eſt, quia generalis eſt. Deinde ex ipſis legibus XII. Tab. conſtat furti manifeſti quoque actionem deſcendere. Neque pugnat quod inde perpetuis & temporalibus actionibus actio furti manifeſti dicitur eſſe prætoria. Pœnam enim pecuniariam Tribonianus illo loco ſpectauit, quæ à Prætore eſt inuenta & ita quoque Theophilus ad diem ſcriptum reliquit.
l *v. l. 1. §. 4. ff. de iniur.*
m Seruus ſi furtū fecerit, deinde manumiſſus fuerit, aut alienatus, cum ipſo manumiſſo vel emptore agi poteſt. Noxa enim caput ſequitur, *Pau 2. ſen. 31. §. 8.*
n *l. 1. in fin. ff. de priuat. delict.*
o quoties ſc. qui liber deliquit ſeruus factus eſt.
p *v. § ſerui autem* 3. *de iure perſon.* q *l. 1. in fi. C. eo.* r *l. 1. §. ſed vt. in fi. de minor.*
s *l. 37. ff. eo.* t *l. 37 ff. eo.* alias intercidit, ἀποσβέννυται *Theoph.*
u *v. l. 17. ff ad l. Aquil.* x vt noxæ dedantur ſc. *l. 33. 34. 35. ff. eo.*
y *l. 8. in fi. ff. quod met. cauſ.* z Furti directa actio hodie in ipſos filiosfam datur, à patre non defenſos, *vt hic, & l. 33. 34. ff de noxalib. act.* Olim in eos tantum emancipatos directa erat *Pau. 2. ſent. 31. §. 7.*

SI QVADRVPES *b* PAVPERIEM feciſſe dicatur.

TIT. IX.

De actione ſi quadrupes ex l. xij. tab. 1. De actione ædilitia, concurrente cum actione de pauperie.

Animalium nomine, quæ ratione carent *c*, ſi *d* qua laſciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem *e* fecerint: noxalis actio lege duodecim tabularum prodita eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabul. ſcripta eſt, vtputà, *Si equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus ‖ cornu petierit.* Hæc autem actio in iis quæ contra naturam *f* mouentur, locum habet. Cæterum ſi genitalis *a* ſit feritas, ceſſat actio. Denique ſi vrſus fugerit à domino, & ſic nocuerit, non poteſt quondam dominus conueniri, quia deſiit dominus eſſe, vbi fera euaſit. Pauperies autem eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuriam feciſſe dici, quod *b* ſenſu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem.

1 ¶ Cæterùm ſciendum eſt, ædilicio edicto *c* prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrſum, leonem ibi habere, quà vulgò iter ſit: & ſi aduerſus ea factum erit, & nocium libero homini eſſe dicatur: quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnetur: cęterarum ‖verò‖ rerum, quanti damnum datum ſit; dupli. Præter has autem ędilitias actiones, & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, pręſertim pœnales de eadem re concurrentes, alia *d* aliam conſumit.

a *l. 37 ff de iudiciis & l. 39. ff. de obl. & act.* b *l 6. §. 1.*
c nam rerum inanimatarum nomine alia actione agitur.
d *l ff. eo.* e olim de paſtu dabatur, *Pau. 1. ſent. 15.*
f i. contra ſuam qualitatem naturalem, v. quæ ſcripſi ad *l. 2. §. ff. eod.*

DE IIS PER QVOS AGERE poſſumus.

TIT. X.

Per quos agere licet. 1. Quibus modis procurator conſtituitur. 2. Quibus modis tutores vel curatores conſtituuntur.

Nunc *e* admonendi ſumus agere poſſe quemlibet hominem aut ſuo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio, cùm olim in vſu fuiſſet, alterius nomine agere non *f* poſſe, niſi pro populo, pro libertate *g*, pro tutela *h*. præterea lege Hoſtilia permiſſum *i* erat furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut reipublicæ cauſa abeſſent, quive in eorum cuius tutela eſſent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores litigare, Nam & morbus *k*, & ætas, & neceſſaria peregrinatio: itemque aliæ multæ cauſæ ſæpe hominibus impedimento ſunt, quo minus rem ſuam ipſi exequi poſſint.

1 ¶ Procurator neque certis verbis, neque præſente ‖ ſemper *m* aduerſario, imò plerumque eo ignorante *l*, conſtituitur. Cuicunque enim permiſeris rem tuam agere: aut defendere: is tuus procurator intelligitur.

2 ¶ Tutores & curatores quemadmodum conſtituantur, primo libro expoſitum eſt.

DE SATISDATIONIBVS *m*

TIT. XI.

¶ Ius antiquum. De iudicio tali. 1. De iudicio perſonali. 2. Ius nouum de reo. 3. De procuratore actoris. 4. De procuratore rei præſentis. 5. vel abſentis, 6. vnde hæc forma deſcenda. 7. vbi hæc forma obſeruanda.

Satiſdationum modus alius antiquitati placuit, alium nouitas per vſum amplexa eſt. Olim enim ſi in rem agebatur, ſatiſdare poſſeſſor *n* compellebatur: vt ſi victus ‖ eſſet, ‖nec rem ipſam reſtitueret, nec litis æſtimationem poteſtas eſſet petitori, aut cum eo agendi, aut cum fideiuſſoribus eius, quę ſatiſdatio appellatur *iudicatum ſolui*. Vnde autem ſic appelletur, facile eſt intelligere. Namque ſtipulabatur quis vt ſolueretur ſibi, quod fuiſſet iudicatum. Multò magis is, qui in rem actione conueniebatur, ſatiſdare cogebatur, ſi alieno nomine iudicium accipiebat. Ipſe autem, qui in rem agebat, ſi ſuo nomine petebat, ſatiſdare non cogebatur. Procurator verò ſi in rem agebat, ſatiſdare iubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores ‖verò‖ & curatores eodem modo quo & procuratores ſatiſdare debere, verba *p* edicti faciebant: ſed aliquando his agentibus ſatiſdatio remittebatur. Hæc ita ‖erant, ‖ ſi in rem agebatur.

1 ¶ Si verò in perſonam ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agitur. ab eius verò parte cum quo agitur, ſiquidem alieno nomine aliquis interueniret, omnimodò ſatiſdaret, quia *nemo defenſor in aliena re ſine *q* ſatiſdatione idoneus eſſe creditur. Quòd ſi proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in perſonam: *iudicatum ſolui* ſatiſdare non cogebatur.

2 ¶ Sed hodie hæc aliter obſeruantur. * Siue enim quis in rem actione conuenitur, ſiue perſonali ſuo nomine: nullam ſatiſdationem pro litis æſtimatione dare compellitur: ſed pro ſua tantùm perſona quòd in iudicio permaneat *r* vſque ad terminum litis, vel committitur *s* ſuæ promiſſioni cum *t* iureiurando (quam iuratoriam cautionem vocant) vel nudam promiſſionem *u*, vel ſatiſdationem pro qualitate perſonæ ſuæ dare compellitur.

3 ¶ Sin autem per procuratorem lis vel infertur, vel ſuſcipitur, in actoris quidem perſona, ſi non mandatum actis inſinuatum eſt, vel præſens dominus litis in iudicio procuratoris ſui perſonam confirmauerit *x*: ratam *y* rem dominum habiturum ſatiſdationem procurator

a naturalis, *d. §. 1*
b vide *l. 33. in fi. C. de inof.*
c *l. 40. 41. 42. D. de ædil. edict.*
d *l. 66. ff. de obl. & act. l. 130. ff. de reg. iur.*
e Fortè hoc addidit, vt intelligeremus priſcis temporibus ſuo tantùm nomine agere licuiſſe, idque mero iure, vt dixi ad *l. 123. D. de reg. iur.* Nunc verò vtilitatis cauſa neceſſe eſſe, lege agere, etiam alieno nomine.
f adeo vt ſenibus non daretur etiam excuſatio, *1. Gell. 20.*
g ne ſeruus egiſſe cognoſceretur, aſſertores & vindices conſtituti erát, *Hot.*
h quia minor per ætatem ſe defendere nequit.
i Permiſſum fuerat agere. *Hot.*
k *l. 1. §. vſus D. de procur.*
l & abſente, *l. 1. l. 65. D. de procur.*
m *2. D. 8. & 2. C. 37.*
n *l. 35. in pr. D. de fideiuſ. l. 8. D. iud. ſolui, l. 2. C. vti poßid.*
o nam de rato cauebat, *l. 40. §. ſed & in. D. de procur.*
p quæ extant, *l. 33. §. pen. D. de procur.*
*
q *v. l. 46. §. 2. l. 5. ff. de procur.*
*
r *v. Nou. 112. c. 2.* Hodie non eſt in vſu apud Gallos, v. Rebuff. *in procœm. conſtit. reg. gloſſ 5. num. 3.*
s *v. Nou. 112. c. 2.*
t *v. l. 12. C. de proxi. ſacr. ſcrin. li. 12.*
u *v. l. 6. in fi. ff. vt legator. ſeruand.*
x *v. Nou. 113. c. 3.* vel literas aduerſario direxerit de rato, *v. l. 65. ff. de procur.*
y v. tit. Digeſtorum *ratam rem haberi.*

rator dare compellitur: eodem obſeruando, & ſi tutor, vel curator *a*, vel aliæ tales perſonæ quę alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibuſdam per alium inferunt.

4 ¶ Si verò aliquis conuenitur: ſi quidem præſens procuratorem dare paratus eſt: poteſt vel ipſe in iudicium venire, & ſui procuratoris perſonam per *iudicatum ſolui* ſatiſdationem *b* ſolenni ſtipulatione firmare, vel extra iudicium ſatiſdationem exponere, per quam ipſe ſui procuratoris fideiuſſor exiſtat pro omnibus *iudicatum c ſolui* ſatiſdationis clauſulis. vbi & de hypotheca ſuarum rerum conuenire compellitur: ſiue in iudicio promiſerit, ſiue extra iudicium cauerit vt tam ipſe, quàm hæredes *d* eius obligentur. Alia inſuper tutela, vel ſatiſdatione propter perſonam ipſius exponenda, quòd tempore ſententię recitandæ in iudicium veniet: vel ſi non venerit, omnia dabit fideiuſſor, quę in condemnatione continentur, niſi fuerit prouocatum.

5 ¶ Si verò reus præſto ex quacunque cauſa non fuerit, & alius velit defenſionem eius ſubire, nulla differentia inter actiones in rem vel perſonales introducenda, poteſt hoc facere: ita tamen, vt ſatiſdationem *iudicatum ſolui*, pro litis æſtimatione pæſtet. * Nemo enim ſecundum veterem regulam (vt iam dictum eſt) alienæ rei ſine *e* ſatiſdatione defenſor idoneus intelligitur.

6 ¶ Quæ omnia apertius & perfectius à quotidiano iudiciorum vſu in ipſis rerum documentis apparent.

7 ¶ Quam formam non ſolùm in hac regia vrbe, ſed ‖ etiam ‖ in omnibus noſtris prouinciis (etſi propter imperitiam fortè aliter celebratur) obtinere cenſemus: quum neceſſe ſit, omnes prouincias, caput omnium noſtrarum ciuitatum, id eſt, hanc regiam vrbem, eiuſque obſeruantiam ſequi.

DE PERPETVIS ET *f* TEMPORALIBVS actionibus, & quæ ad hæredes & in hęredes tranſeunt.

TIT. XII.

De perpetuis & temporalibus actionibus. 1. *De actionibus quæ in hæredes tranſeunt, vel non.* 2. *Si pendente iudicio rem actori ſatisfecerit.*

HOC loco admonendi ſumus, eas quidem actiones quæ ex lege, ſenatuſve conſulto, ſiue ex ſacris conſtitutionibus *g* proficiſcuntur, perpetuo ſolere antiquitus competere, donec ſacræ conſtitutiones, tam in rem, quàm in perſonam actionibus certos fines dederunt *h*, eas verò quę ex propria prætoris iuriſdictione pendent, plerumque *i* intra annum viuere. nam & ipſius prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduuntur, i. vſque ad finem ex conſtitutionibus introductum: quales ſunt eæ quas bonorum poſſeſſori cæteriſque qui hęredis loco ſunt, adcommodat *k*. Furti quoque manifeſti actio quamuis ex ipſius prętoris iuriſdictione proficiſcatur: tamen perpetuo datur: abſurdum enim eſſe exiſtimauit, anno eam terminari.

1 ¶ Non autem omnes actiones quæ in aliquem aut ipſo iure *l* competunt, aut à prætore dantur: & in hæredem æquè competunt, aut dari ſolent. Eſt enim certiſſima *m* iuris regula, ex maleficiis *n* pœnales actiones in hæredem ‖ rei ‖ non competere.: veluti furti *o*, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriæ. Sed hæredibus huiuſmodi actiones competunt *p* nec denegantur: excepta iniuriarum actione, & ſi qua alia ſimilis inueniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem non competit: veluti *r* cùm teſtator doloſè verſatus ſit & ad hæredem eius nihil ex eo dolo peruenit.

¶ Pœnales autem actiones quas ſupra diximus ſi ab ipſis principalibus perſonis fuerint conteſtatæ *ſ*, & hæredibus dantur, & contra hæredes tranſeunt *t*.

2 ¶ Supereſt, vt admoneamus, quod ſi ante rem iudicatam, is cum quo actum eſt, ſatisfaciat actor: officio iudicis conuenit eum abſoluere, licèt in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiendi tempore, vt damnari deberet & hoc eſt quod antea vulgo dicebatur, omnia iudicia abſolutoria eſſe.

DE EXCEPTIONIBVS *u*.

TIT. XIII.

¶ *Continuatio.* ¶ *Ratio exceptionum.* 1. ¶ *Exempla. quod metus cauſa, de dolo in factum.* 2. *De non numerata pecunia.* 3. *De pacto.* 4. *De iureiurando.* 5. *De re iudicata.* 6. *De cæteris exceptionibus.* 7. ¶ *Diuiſio prima.* 8. ¶ *Diuiſio ſecunda.* 9. *De peremptoriis.* 10. *De dilatoriis.* 11. *De dilatoriis ex perſona.*

SEQVITVR vt de exceptionib. diſpiciamus. Comparatæ autem ſunt exceptiones defendendorum *x* eorum gratia, cum quibus agitur. Sępe enim accidit, vti ea licèt ipſa perſecutio, qua actor experitur, iuſta ſit, tamen iniqua aduerſus eum cum quo agitur. 1 ¶ Verbi gratia, ſi metu coactus *y* aut

a *l. 2. §. 2. C. de in eiur.*
b *l. 2 §. 2. C. de conſortibus eiuſdem litis.*
c v. titulum Digeſtorum *iudicatum ſolui.* Huiuſmodi ſtipulatio hodie apud Gallos non eſt in vſu.
d *l. 5. in prin. D. qui ſatisdare.*
*
e *§. 1. ſup. eo. l. 110 D. de reg. iur.*
f *l. 44. D. 3.*
g *l. 3. l. 4. Cod. de præſc. 30. adn.*
h vt & rerum vſucapionibus. Cur boni publici cauſa, *l. 1. D. de vſurpationibus.*
i Cur ita? *v. l. 35. D. de obl.*
k *l. 2. D. de poſſ. hær. pet.*
l ex legibus.
m ciuilis conſtitutio. l. 1. D. *de priuatis delictis*: adde *l. 111. §. 1. D. de reg. iur. l. ... in fin. D. vi bonor. rapt.*
n adde *§. 9. ſup. de l. Aquil.*
o Furti manifeſti, concepti, & oblati actio hæredi competit, ſed in hæredem non datur *Paul. 2. ſent. 31. §. 6.*
p *l. 1. §. 44. D. de vi & vi arm.*
q regulariter contra l. 12. l. 49. D. *de oblig.*
r hæc particula delenda, *v.* Cuiac. ad *l. 121. in fin. ff. de verb. oblig.*
ſ *v. l. 26. D. de obl.*
t idem dicendum, ſi hæres factus eſt locupletior, tunc enim actio tranſit, quantum ad ipſum peruenit, *l. 23 §. hanc actionem. D. ad l. Aquil. l. Aquil. l. vnic. Cod. ex delict. defunct.*
u *l. 44. D. 18. C. 36.*
x *v. l. 2. in pr. D. eo.*
y *v. l. 5. C. de cont. ſtip. l. 4. §. pen. D. de doli mali excep.*

dolo inductus *a*, aut errore *b* lapſus, ſtipulanti Titio promiſiſti, quod non debueras ‖ promittere, ‖ palam eſt, iure ciuili te obligatum eſſe: & actio qua intenditur, dare te oportere, efficax eſt: ſed iniquum eſt te condemnari, Ideóque datur tibi exceptio, quod metus cauſa, aut doli mali, aut in factum *c*, compoſita ad impugnandam actionem.

2 ¶ Idem iuris eſt, ſi quis ‖ quaſi *d* ‖ credendi cauſa pecuniam à te ſtipulatus fuerit, neque enumerauit. Nam eam pecuniam à te petere poſſe eum, certum eſt. dare n. te oportet: quum ex ſtipulatione tenearis. Sed quia iniquum eſt, eo nomine te condemnari: placet exceptione *e* pecunię non numeratæ te defendi debere: cuius tempora *f* (ſecundum quod iam ſuperioribus *g* libris ſcriptum eſt) conſtitutione noſtra coarctauimus.

3 ¶ Præterea debitor ſi pactus fuerit cum creditore, ne *h* à ſe pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes non omnino *i* diſſoluuntur: qua de cauſa efficax eſt aduerſus eum actio quam actor intendit, *ſi apparet eum dare oportere*, ſed quia inquum eſt, contra pactionem eum condemnari, defenditur per exceptionem pacti conuenti *k*.

4 ¶ Aequè ſi debitor creditore deferente iurauerit: *nihil ſe dare oportere*, adhuc obligatus permanet *l*: ſed quia iniquum eſt de periurio quæri, defenditur *m* per exceptionem *iuſiurandi*.

¶ In iis quoque actionibus quibus in *n* rem agatur, ęquè neceſſariæ ſunt exceptiones. veluti ſi petitore deferente poſſeſſor iurauerit *eam rem ſuam eſſe*. & nihilominus petitor eandem rem vindicet licèt. n. verum ſit, quod intendit, i. *rem eius eſſe*. iniquum tamen eſt poſſeſſorem condemnari.

5 ¶ Item ſi in iudicio tecum actum fuerit, ſiue in rem, ſiue in perſonam: nihilominus obligatio durat: & ideo ipſo iure de eadem re poſtea aduerſus re agi poteſt. ſed debes per exceptionem *o* rei iudicatæ adiuuari.

6 ¶ Hęc exempli cauſa retuliſſe ſufficiat. Alioqui quàm ex multis variiſque cauſis exceptiones neceſſariæ ſint, ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris intelligi poteſt.

7 ¶ Quarum quædam ex legibus, vel ex iis *p* quæ legis vicem obtinent, vel ex ipſius prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt.

8 ¶ Appellantur autem exceptiones alię perpetuæ & peremptoriæ. aliæ temporales & dilatoriæ.

9 ¶ Perpetuę & peremptoriæ ſunt, quæ ſemper agentibus obſtant, & ſemper rem de qua agitur, perimunt: qualis eſt exceptio doli mali, & quod metus cauſa factum eſt, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit ne omnino pecunia peteretur.

10 ¶ Temporales atque dilatoriæ ſunt *q* quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt. qualis pacti conuenti: cùm ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium. nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ij, quibus intra certum tempus agere volentibus obiicitur exceptio aut pacti conuenti, aut alia ſimilis, differre debent actionem, & poſt tempus agere. ideo enim & dilatoriæ illæ exceptiones appellantur: Alioqui ſi intra tempus egerint, obiectaque ſit exceptio, neque eo iudicio quicquam conſequebantur, propter exceptionem, neque poſt tempus olim agere poterant: cùm temerè rem in iudicium deducebant, & conſumebant: qua ratione rem amittebant. Hodie autem non ita ſtrictè hoc procedere volumus, ſed eũ qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre auſus ſit, Zenonianæ *r* conſtitutioni ſubiacere cenſemus: quam ſacratiſſimus legiſlator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: vt inducias quas ipſe actor ſponte indulſerit, vel quas natura actionionis continet, ſi contempſerit, in duplum habeant ij qui talem iniuriam paſſi ſunt: & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipiant, niſi omnes expenſas litis antea acceperint: vt actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obſeruare.

11 ¶ Præterea etiam ex perſona ſunt dilatoriæ *ſ* exceptiones, quales ſunt procuratoriæ, veluti ſi per militem aut mulierem *t* agere quis velit. Nam militibus *u* nec pro patre, vel matre, vel vxore, nec ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri conceditur. ſuis vero negotiis ſupereſſe ſine offenſa ‖ militaris ‖ diſciplinę poſſunt.

¶ Eas verò exceptiones quæ olim procuratoribus propter infamiam *x* vel dantis *y*, vel ipſius *z* procuratoris opponebantur, cùm in iudiciis frequentari nullo modo proſpeximus, conquieſcere ſancimus: ne dum de iis altercatur: ipſius negotij diſceptatio proteletur.

DE REPLICATIONIBVS.
TIT. XIV.

De replicatione. 1. *De duplicatione.* 2. *De triplicatione.* 3. *De cæteris exceptionibus.* 4. *Quæ emptiones fideiuſſoribus proſunt, vel non.*

INterdum euenit, vt exceptio quę prima facie iuſta videtur, tamen ‖ iniquè noceat: quod cùm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuandi actoris gratia, quæ *a* replicatio vocatur: quia *b* per eam replicatur, atque reſoluitur ius exceptionis; veluti cum pactus eſt aliquis cum debitore ſuo, ne ab eo pecuniam petat; deinde poſtea in contrarium pacti ſunt, id eſt, vt

a *v. l. 5. C. de inutil ſtip.*
b *v. l. 57. D. de obl.*
c *l. 2. §. & generaliter, l. 4. §. aduerſus D. de doli mali excep.*
d *l. 2. §. 3. D. de doli mali.*
e v. *ſup. de literarum oblig.*
f biennium.
g *tit. de literar. obl.*
h *l. 1. §. 4. D. de doli mali & metus excep.*
i i. ipſo iure, l. 27. §. *pactum D. de pact.*
k *l. 7. §. ſed cum nulla D. de pact.*
l an quia iuſiurandum non eſt modus tollendæ obligationis iure ciuili? aut ex alia cauſa?
m *v l. 40. D. de iureiur.*
n *l. 3. §. 1. de iureiu.*
o *v. l. 7. §. & generaliter. D. de excep. rei iud.*
p *l. 3. in pr. D. eo.*
q *l. 27. §. ſed eum, D. de pact. v. l. 19. C. de probat. l. 12. C. de excep.*
r *de qua §. 33. inf. §. de act.*
ſ *l. in f. D. eo.*
t *l. 41. D. de procur. l. 31. C. de locato: l. 8. §. 2. D. de procurat.*
x eorum ſc. & vtilitatem.
y Et enim honor per procuratorem litigare, l. *vlt. C. de iniureis, l. vlt. C. de iniuriis, l. 19. §. 2. D. de probat.*
z *l. 17. §. 2. D. de probat.* vbi dixi.
a *l. 10. C. de excep.*
b *l. 2. §. 2. & 3. l. 22. D. de excep. d. l. 10. C. de excep.*
c *l. 27. §. pactus ne peteret. D. de pact.*

creditori petere liceat, ſi creditor agat, & excipiat debitor, vt ita demùm condemnetur, ſi non conuenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio. conuenit enim ita: namque nihilominus hoc verum manet, licèt poſtea in contrarium pacti ſunt. ſed quia iniquum eſt creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex poſteriore pacto conuento.

1 ¶ Rurſus interdum euenit, vt replicatio quæ prima facie iuſta eſt, iniquè noceat, quod cùm accidit, alia allegatione opus eſt, adiuuandi rei gratia, quæ *a* duplicatio vocatur.

2 ¶ Et ſi rurſus ea prima facie iuſta videatur, ſed propter aliquam cauſam actori iniquè noceat: rurſus alia allegatione opus eſt, quâ actor adiuuetur: quæ dicitur triplicatio.

3 ¶ Quarum omnium exceptionum vſum interdum vlterius quàm diximus, varietas negotiorum introducit, quas omnes apertius ex Digeſtorum latiore volumine facilè eſt agnoſcere.

4 ¶ Exceptiones autem quibus debitor defenditur, plerumque adcommodari ſolent etiam *b* fideiuſſoribus eius, & rectè: quia quod ab iis petitur, id ab ipſo debitore peti videtur: quia mandati iudicio redditurus eſt eis quod ii pro eo ſoluerint. Qua ratione, & ſi de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit, placuit perinde ſuccurendum eſſe per exceptionem pacti conuenti illis quoque, qui pro eo obligati ſunt, ac ſi etiam cum ipſis pactus eſſet, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non ſolent his adcommodari. Ecce *c* enim debitor *d*, ſi bonis ſuis ceſſerit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem, ſi *e* bonis ceſſerit. Sed hæc exceptio fideiuſſoribus non datur: ideo ſcil. quia alios pro debitore obligat, hoc maximè proſpicit, vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit ab iis quos pro eo obligauit, ſuum conſequi.

a l.2.§. ſed & contra. ff. de excep.
b l.7. ff de excep. l.16. ff. de fideiuſſ. l.11. de excep.
c De quo prædicatur ſpecies, de eodem & genus prædicatur.
d l.3. C. de bonis authoritate iudicis: l.17. in pr. ff de excep.
e al. niſi & Baſilica ad l.3. Cod de bon. author. ἀλλεὶ μὴ ἔξιςιν & ita legendum apud Theophilum non ἔξιςιν.
f l.3. ff. & C. 8. tit. 1.
g ſumma dicitur ab officio interdictorum l.1. §. interdictum, ff eo.
h l.1. § prætor, ff. de mortuo infer.
i hæc diuiſio ab interdictorum fine ſumitur l.2. § hac autem. ff. eo.
k ff. & C. quorum bonorum.
l l.11. in pr. de pet. hær. l.33. §.1. ff. de vſucapio.
m vide l.13. §.2. ff. de pet. hær.
n l.2 §. adipiſcendæ, ff eod & l.2. ff. de Saluiano interdicto.
o vide l.37. in fi. ff. de obl.
p vide l.3. C. eo.
q l.1. §.1. ff. de ſuperficiebus.
r l.1. §.1. ff de ſuperficiebus.
ſ l. fin. ff. de adq. poſſ. l fin Cod. de rei vind. vide l.128. ff. de reg. iur.

DE INTERDICTIS ſ.

TIT. XV.

¶ Continuatio & deſinitio. 1. ¶ Diuiſio prima. 2. ¶ Diuiſio ſecunda. 3. De interdictis adipiſcendæ. 4. De interdictis retinendæ. 5. De retinenda vel acquirenda poſſeſſione. 6. De interdicto recuperandæ, & affinib. remediis. 7. ¶ Diuiſio tertia. 8. ¶ De ordine, & vetere exitu ſeu ritu.

SEquitur, vt diſpiciamus de interdictis ſeu actionibus quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ, atque conceptiones verborum, quibus prætor aut iubebat, aliquid fieri, aut fieri prohibebat. quod tunc maximè fiebat, cùm de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur.

1 ¶ Summa autem diuiſio interdictorum hæc eſt *g*: quòd aut prohibitoria ſunt au reſtitutoria, aut exhibitoria.

¶ *Prohibitoria* ſunt, quibus prætor vetat aliquid fieri, veluti vim ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti *h*, quò ei ius erat inferendi: vel in ſacro loco ædificari, vel in flumine publico ripave eius aliquid fieri, quo peius nauigetur.

¶ *Reſtitutoria* ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet, veluti bonorum poſſeſſori poſſeſſionem eorum quæ quis pro hærede aut pro poſſeſſore poſſidet ex ea hæreditate: aut cùm iubet ei qui vi de poſſeſſione fundi deiectus ſit reſtitui poſſeſſionem.

¶ *Exhibitoria* ſunt per quæ iubet exhiberi: veluti eum cuius de libertate agitur: aut libertum cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos qui, in poteſtate eius ſunt. ¶ Sunt tamen, qui putent propriè interdicta ea vocari quæ prohibitoria ſunt, quia interdicere ſit denunciare & prohibere: reſtitutoria autem & exhibitoria, propria decreta vocari. Sed tamen obtinuit, omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur.

2 ¶ Sequens diuiſio *i* interdictorum hæc eſt, quod quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.

3 ¶ *Adipiſcendæ* poſſeſſionis cauſa interdictum adcommodatur bonorum poſſeſſori, quod appellatur, *quorum bonorum k*, eiuſque vis & poteſtas hæc eſt: vt quid ex bonis quiſque quorum poſſeſſio alicui data eſt, pro hærede aut pro poſſeſſore poſſideat: id ei cui bonorum poſſeſſio data eſt, reſtituere debeat. ¶ *Pro hærede* autem poſſidere videtur, qui *l* putat ſe hæredem eſſe. *Pro poſſeſſore m* is poſſidet qui nullo iure rem hæreditariam, vel etiam totam hæreditatem, ſciens ad ſe non pertinere poſſidet.

¶ Ideo autem adipiſcendæ poſſeſſionis vocatur interdictum, quia ei tantum vtile eſt, qui nunc primum conatur adipiſci rei poſſeſſionem. Itaque ſi quis adeptus poſſeſſionem amiſerit eam: hoc interdictum ei inutile eſt. ¶ Interdictum quoque quod appellatur Saluianum *n*, adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa comparatum eſt, eoque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet.

4 ¶ Retinendæ poſſeſſionis cauſa comparata ſunt interdicta *vti poſſidetis*, & *vtrubi*. cùm *o* ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit: & *p* ante quæratur, vter ex litigatoribus poſſidere, & vter petere debeat. Namque niſi antè exploratum fuerit, vtrius eorum poſſeſſio ſit: non poteſt petitoria actio inſtitui: quia & ciuilis, & naturalis ratio, facit vt alius poſſideat, & alius à poſſidente petat. Et quia longè *q* commodius eſt & potius poſſidere, quàm petere: ideo plerùmque & ferè ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſſione. Commodum *r* autem poſſidendi in eo eſt quod etiam ſi eius res non ſit, qui poſſidet, ſi modo actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio. propter quam cauſam cum obſcura ſunt vtriuſque iura contra petitorem iudicari ſolet.

¶ Sed *a* interdicto quidem *vti poſſidetis* de fundi vel ædium poſſeſſione contenditur: *vtrubi* verò interdicto de rerum mobilium poſſeſſione. Quorum vis ac poteſtas plurimam inter ſe differentiam apud veteres habebat. Nam *vti poſſidetis* interdicto is vincebat qui interdicti tempore poſſidebat: ſi modò nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab aduerſario poſſeſſionem, etiam *l* ſi alium vi expulerat aut clam arripuerat alienam poſſeſſionem, aut precario rogauerat aliquem, vt ſibi poſſidere liceret. *vtrubi* verò interdicto is vincebat, qui *c* maiore parte eius anni nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario poſſidebat. Hodie tamen aliter obſeruatur. Nam vtriuſque interdicti poteſtas (quantum ad poſſeſſionem pertinet) exæquata *d* eſt: vti ille vincat & in re ſoli, & in re mobili, qui *e* poſſeſſionem nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario litis conteſtatæ tempore detinet.

5 ¶ Poſſidere autem videtur quiſque, non ſolum ſi ipſe poſſideat, ſed *f* & ſi eius nomine aliquis in poſſeſſione ſit, licèt is eius iuri ſubiectus non ſit, qualis eſt colonus & inquilinus: Per eos quoque apud quos depoſuerit quis, aut quibus accommodauerit, ipſe poſſidere videtur. Et hoc eſt, quod dicitur *retinere poſſeſſionem poſſe aliquem per quemlibet qui eius nomine ſit in poſſeſſione*.

¶ Quinetiam animo quoque ſolo *q* retineri poſſeſſionem placet: i. vt quamuis neque ipſe ſit in poſſeſſione, neque eius nomine alius tamen ſi non relinquendæ poſſeſſionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde diſceſſerit, retinere poſſeſſionem videatur.

¶ Adipiſci verò poſſeſſionem per quos aliquis poteſt, ſ. libro *h* expoſuimus. Nec vlla dubitatio eſt, quin animo ſolo *i* adipiſci poſſeſſionem nemo poſſit.

6 ¶ *Recuperandæ k* poſſeſſionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſſione fundi vel ædium vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum *vnde vi*, per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem: licèt is ab eo qui vi deiecit, vi, vel clam, vel precario poſſideat *l*. Sed ex conſtitutionibus ſacris (vt ſupra diximus) ſi quis rem per vim occupauerit, ſiquidem in bonis eius eſt *m*, dominio eius priuatur: ſi aliena, poſt eius reſtitutionem, etiam æſtimationem rei dare vim paſſo compellitur. Qui autem aliquem de poſſeſſione per vim deiecerit, tenetur lege Iulia de vi priuata *n*, aut de vi publica. ſed de vi priuata, ſi ſine armis vim fecerit: ſin autem cum armis eum de poſſeſſione vi expulerit, de vi publica tenetur. Armorum *o* autem appellatione non ſolum ſcuta, & gladios, & galeas: ſed & fuſtes, & lapides ſignificari intelligimus.

7 ¶ Tertia diuiſio interdictorum hæc eſt, quod aut ſimplicia ſunt *p*, aut duplicia.

¶ *Simplicia* ſunt, veluti in quibus alter actor, alter reus eſt *q*: qualia ſunt omnia reſtitutoria aut exhibitoria. Nam actor *r* is eſt qui deſiderat aut exhiberi, aut, reſtitui: reus autem is eſt à quo deſideratur, vt reſtituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt. veluti cum prætor prohibet in loco ſacro, vel in flumine publico, ripave eius aliquid fieri *ſ*. Nam actor eſt qui deſiderat ne quid fiat: reus eſt qui aliquid facere conatur.

¶ *Duplicia t* ſunt, veluti *vti poſſidetis* interdictum & *vtrubi*. Ideo autem duplicia vocantur, quia par vtriuſque litigatoris in his conditio eſt, nec quiſquam præcipuè reus vel actor intelligitur: ſed vnuſquiſque tam rei quàm actoris partes ſuſtinet.

8 ¶ De ordine & vetere exitu inrerdictorum ſuperuacuum eſt hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem ius dicitur (qualia ſunt *u* hodie omnia iudicia) non *x* eſt neceſſe reddi interdictum: ſed perinde iudicatur ſine interdictis, ac ſi vtilis actio *y* ex cauſa interdicti reddita fuiſſet.

DE POENA TEMERE LITIgantium.

TIT. XVI.

De pœnis in genere. 1. De Iureiurando, & pœna pecuniaria. 2. De infamia. 3. De in ius vocando.

NVnc admonendi ſumus magnam curam egiſſe eos qui iura ſuſtinebant *z*, ne facilè homines ad litigandum procederent: quod nobis ſtudio eſt. Idque eo maximè fieri poteſt, quod temeritas tam agentium quàm eorum cum quibus agitur, modo pecuniaria *a* pœna *b*, modo iuſiurandi religione *c*, modò infamiæ *d* metu coercetur. 1 ¶ Ecce enim iuſiurandum omnibus qui conueniuntur ex conſtitutione *e* noſtra defertur. Nam reus non aliter ſuis allegationibus vtitur, niſi prius iurauerit. quòd putans ſe bona inſtantia vti, ad contradicendum peruenit. At aduerſus inficiantes ex quibuſdam cauſis dupli vel tripli actio conſtituitur: veluti *f* ſi damni iniuriæ, aut *g* legatorum locis venerabilibus relictorum

a l.1. §. hoc interdictum ff. vti poſſidetis.
b vide l.1. §. fin. ff. vti poſſidetis.
c l.1. ff. vtrubi. v. l.136. ff. de ver. ſig.
d l. vni. ff. vtrubi.
e l.1. §.1. perpetuo ff. vti poſſidetis.
f l.9. ff. de adq. poſſ.
g v. l.8. l.44. in fi. ff. de adq. poſſ.
h titulo per quas perſonas.
i vide l.3. §.1. ff. de adq. poſſ.
k l.1. §. hoc interdictum, ff. de vi & vi. l.2. C. vnde vi. cap. reintegrandæ 3. q.1.
l & prædo ſit c.5. extra de reſti. ſpoliat.
m v. l. C. vnde vi.
n de quo l.52. ff. de pœnis.
o v. l.3. §.2. ff de vi & vi.
p l.2. in pr. ff. eod. Sumpta eſt autem hæc diuiſio ab interdicendi forma.
q i. in quib. prætor non vtrumque litigatorem (vt in vti poſſidetis) ſed alterum tantum alloquitur, vnde in illum deieciſti.
r l.13. ff. de iudiciis.
ſ cum vnum tantum alloquitur prætor l.2. in pr. ff. ne quid in loco publico: l.1. in pr. D. de fluminibus.
t v. l.3. §.1. D. vti poſſidetis.
u §.1. ſu. de ſucceſſ. ſub.
x v. l.3. C. eo.
y l.49. D. de negotiis.
z i. Iuriſconſultos, Prętores, Principes, v l.2. C. de iureiur. propter calum.
a decimæ litis in libello comprehenſæ, l.1. & Nou. 12. c.2.
b in inficiantes. §.1. ſu. eo.
c l.14. §.4. D. familia. Porro ſacramentum pecunia erat litis cauſa ab vtroque depoſita, ſic vt victi conſecraretur victori ſua reſtitueretur. Varro 5. de lingua: Pithæus 1. ſubſeciuarum 18.
d §.1. ſu. eod.
e l.14. §.1. C. de iudiciis: l.2. C. de iureiurando propter calum.
f vide l.4. Cod. ad l. Aquil.
g §.26. ſu. de act.

nomine agatur *a*. Statim autem ab initio pluris quam ſimpli eſt actio: veluti furti manifeſti quadrupli: nec manifeſti, dupli. Nam ex his & aliis quibuſdam cauſis (ſiue quis neget, ſiue fateatur) pluris quam ſimpli eſt actio.

¶ Item actoris quoque calumnia coërcetur. Nam etiam actor pro calumnia iurare cogitur ex noſtra conſtitutione *b*.

¶ Vtriuſque etiam partis aduocati iuſiurandum ſubeunt, quod alia *c* noſtra conſtitutione comprehenſum eſt.

¶ Hæc autem omnia pro veteris calumniæ actione introducta ſunt, quæ in deſuetudinem abiit, quia in partem decimam litis actores multabat, quod nuſquam factum eſſe inuenimus: ſed pro his introductum eſt ‖ & ‖ præfatum iuſiurandum, & vt improbus litigator ‖ & ‖ damnum, & *d* impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur.

2 ¶ Ex quibuſdam iudiciis damnati, ignominioſi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo *e*, item tutelæ, mandati, depoſiti, directis, non contrariis actionibus *f*. Item pro ſocio, quæ ab vtraque parte directa eſt, & ob id quilibet ex ſociis eo iudicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut dolo, non ſolum damnati notantur ignominia, ſed *g* & pacti, & rectè: plurimum enim intereſt *h*, vtrùm ex delicto aliquis, an ex contractu debitor ſit.

3 ¶ Omnium autem actionum inſtituendarum principium *i* ab ea parte edicti proficiſcitur, qua prætor edicit *de in ius vocando*. Vtique enim in primis aduerſarius in ius vocandus eſt: id eſt, ad eum vocandus qui ius dicturus ſit *k*. Qua parte prætor parentibus *l* & patronis *m*, item parentibus liberiſque *n* patronorum & patronarum hunc præſtat honorum: vt non aliter liceat liberis libertiſque eos in ius vocare quam ſi id ab ipſo prætoro poſtulauerint, & impetrauerint. Et ſi quis aliter vocauerit: in eum pœnam ſolidorum quinquaginta *o* conſtituit.

DE OFFICIO IVDICIS.

TIT. XVII.

De officio Iudicis in genere. 1. De iudicio noxali. 2. De actionibus realibus. 3. De actione ad exhibendum. 4. Familiæ erciſcundæ. 5. Communi diuidundo. 6. Finium regundorum. 7. De adiudicatione.

SVPEREST, vt de officio iudicis diſpiciamus. Et quidem in primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet *p*, quam legibus aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt.

1 ¶ Ideóque ſi noxali iudicio aditus eſt, obſeruare debet, vt ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, *Publium Mauium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam debere.*

2 ¶ Et ſi in rem actum ſit ‖ coram iudice ‖: ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet, vt rem ipſam reſtituat *q* cum fructibus. Sed ſi poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum *r* eſt ei: vt tamen de litis æſtimatione caueat *ſ* cum fideiuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt, non reſtituerit. Et ſi hęreditas petita ſit: eadem circa fructus interueniunt, quæ diximus interuenire de ſingularum rerum petitione. Illorum autem fructuum quos *t* culpa ſua poſſeſſor non perceperit, ‖ ſiue illorum ‖ quos perceperit: in vtraque actione eadem ratio pene habetur ſi prædo fuerit *u*. Si verò bonæ fidei poſſeſſor fuerit, non habetur ratio ‖ neque ‖ conſumptorum, neque non præceptorum. Poſt inchoatam autem petitionem, etiam illorum ‖ fructuũ ‖ ratio habetur, qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt. vel percepti conſumpti ſunt *x*.

3 ¶ Si ad exhibendum actum fuerit, non ſufficit; ſi exhibeat rem is cum quo actum eſt. ſed opus eſt, vt etiam rei cauſam debeat exhibere, id eſt, vt eam cauſam habeat actor, quam habiturus eſſet, ſi cùm primum ad exhibendum egiſſet, exhibita res fuiſſet *y*. Ideóque ſi inter moras ‖ exhibendi ‖ vſucapta ſit res à poſſeſſore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medij temporis, id eſt, eius quod poſt acceptum ad exhibendum iudicium, ante rem iudicatam interceſſerit, rationem habere debet iudex. Quod ſi neget reus cum quo ad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus *z* exhibendi cauſa petat, ídque ſine fruſtratione poſtulare videatur: dare ei debet, vt tamen caueat ſe reſtituturum, quod ſi neque ſtatim iuſſu iudicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caueat: condemnandus ſit in id quod actoris intereret, ſi ab initio res exhibita eſſet.

4 ¶ Si familiæ erciſcundę ‖ iudicio ‖ actum ſit, ſingulas res ſingulis *a* hęredibus adiudicare debet. & ſi in alterius perſona prægrauare videatur adiudicatio: debet hunc inuicem coheredi certa pecunia (ſicut iam dictum eſt) condemnare. Eo quoque nomine cohæredi *b* quiſque ſuo condemnandus eſt, quod ſolus fructus hęreditarij fundi perceperit, aut rem hæreditariam corruperit *a*, aut conſumpſerit. Quæ quidem ſimiliter inter plures quoque, quam duos cohæredes, ſubſequuntur.

5 ¶ Eædem interueniunt, & ſi communi diuidundo de pluribus rebus actum ſit. Quod ſi de vna re, veluti de fundo, ſi quidem iſte fundus commodè regionibus diuiſionem recipiat, partes *b* eius ſingulis adiudicare debet. & ſi vnius pars prægrauare videbitur, is inuicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. Quòd ſi *c* commodè diuidi non poſſit, veluti ſi homo fortè aut mulus erit, de quo actum ſit: tunc totus *d* vni adiudicandus eſt, & is inuicem alteri certa pecunia condemnandus eſt.

6 ¶ Si finium regundorum actum fuerit, deſpicere debet iudex, an neceſſaria ſit adiudicatio, quæ ſanè vno caſu neceſſaria eſt. *ſi euidentioribus finibus diſtingui agros commodius ſit, quam olim fuiſſent diſtingui.* Nam tunc neceſſe eſt ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari. Quo caſu conueniens eſt, vt is alteri certa pecunia debeat condemnari.

¶ Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc iudicio, quod fortè circa fines aliquid malitioſè commiſit: verbi gratia, quia lapides finales *e* furatus eſt, vel arbores finales excidit.

¶ Contumaciæ quoque nomine quiſque eo iudicio condemnatur: veluti ſi quis iubente iudice metiri agros paſſus non fuerit.

7 ¶ Quod autem iſtis iudiciis alicui adiudicatum fuerit: id ſtatim eius ſit, cui adiudicatum eſt *f*.

DE PVBLICIS IVDICIIS *g*.

TIT. XVIII.

¶ *Differentia à priuatis.* 1. *Etymologia.* 2. ¶ *Diuiſio.* 3. *Exempla. De læſa maieſtate.* 4. *De adulterijs.* 5. *De ſicarijs.* 6. *De parricidijs.* 7. *De falſis* 8. *De vi.* 9. *De peculatu.* 10. *De plagiarijs.* 11. *De ambitu, Repetundis, annona, Reſiduis.* 12. *Excuſatio.*

PVBLICA iudicia neque per actiones ordinantur *h*, neque omnino quicquam ſimile habent ‖ cum ‖ cæteris iudiciis *i*, de quibus locuti ſumus: magnáque diuerſitas eorum eſt & in inſtituendo *k*, & in exercendo *l*.

1 ¶ Publica autem dicta ſunt quod cuiuis ex populo executio *m* eorum plerunque *n* datur.

2 ¶ Publicorum iudiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia *o* dicimus, quæ vltimo ſupplicio afficiunt ‖ homines, ‖ vel "etiam" aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, ſi quam infamiam irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidem ſunt, non tamen capitalia.

3 ¶ Publica autem iudicia hæc ſunt: lex Iulia *p* maieſtatis, quæ in eos qui contra Imperatorem, vel rempublicam aliquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit. Cuius pœna animæ amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur.

4 ¶ Item lex Iulia de adulteriis coërcendis, quæ non ſolùm temeratores alienarum nuptiarum gladio *q* punit: ſed & eos *r* qui cum *ſ* maſculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur, cùm quis ſine vi vel virginem, vel viduam honeſtè viuentem ſtuprauerint. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus *t*, ſi honeſti ſunt, publicationem partis *u* dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione.

5 ¶ Item lex Cornelia *x* de ſicariis *y*, quæ homicidas vltore ferro perſequitur, vel eos qui hominis occidendi cauſa cum *z* telo ambulant. Telum *a* autem (vt Caius noſter ex interpretatione legum XII. Tab. ſcriptum reliquit) vulgò quidem id appellatur quod ab arcu mittitur. ſed & omne ſignificat quod manu cuiuſcunque iacitur. ſequitur ergo, vt lignum & lapis, & ferrum hoc nomine contineatur: dictum ab eo quod in longinquum mittitur, ‖ à ‖ Gręca voce τηλῦ *b* figuratum. Et ‖ ſic ‖ hanc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. Admonent *c* nos epigrammata in Xerolopho vrbis fauſtiſſimæ ſcripta, ϰ̓ τὰ βέλκα ὁμῶς ἐφέρετο λογχαι, τοξεύματα σφενδόναι πλεῖςοι δὲ ϰ̓ λίθοι, id eſt, *Et huiuſmodi tela ſimul ab eis ferebantur, lanceæ ſpicula, ſundæ plurimi autem & lapides.* Sicarij autem appellantur à ſica *d*, quod ſignificat ferreum cultum. Eadem lege &

a altera pecunia. ria pœna eſt cauſæ amiſſio, *l.1.C. de pœna iud.* & ad expenſas condemnatio, *l.79. ff. de iudicijs.*
b *l.2.C. de iureiu. l. propter cal.*
c *l.2. Cod. de iure propter.*
† hoc quemadmodum ſublatum ſit aut ignoratum à Iuſtiniano, prudens lector diiudicabit ex No.112. *c.2.in pr. v. Edictũ 7. Iuſtiniani c. 5.*
d *v.l.4.C. de fructib. & lit. exp.*
e *v.l.4. in fi. ff. de his qui notantur.*
f cur non contrariis? *v.l.6. in fi. ff. de his qui notantur.*
g *l.6.§.pactúſve. de tit.*
h *l.7. d. tit.*
i *l.1. ff. de in ius vocando l.13. in fi. ff. de iudiciis.*
k de forma vocationis, v. quæ not. ad *l.1.*
l *l.3.C. de in ius.*
m *l.4 ff. de in ius.*
n *l.2.C. de in ius.*
o alias 500. *l.12. 24.25. ff. de in ius. v. Pith. 1. ſubſeciuarum 18.*
p *l.40 ff. de iudiciis: l.1.§. ſed & ſi quis ff. de falſis. l.2. C. de pœna iudicis:* Nou.5.c.1. No.15. c.1. *in fi.* Nou.24. c.2. Nou.82. c.13. Nou.149 c.1. No. *Leonis Auth. præſidis C de epiſcopali audientia.*
q *l.17.§. idem Iulianus d. tit. ff. de rei vind. l.5 l.17. C de rei vind.*
r *l.21 ff. de iudiciis.*
ſ *l.11. ff. de rei vind.*
t *v.l.22. C. de rei vind.*
u vt prædo fructus reſtituit, vide quæ notaui ad *l. 22.C. de rei vind.*
x vt bonæ fidei poſſeſſor fructus reſtituat, v. quæ ſcripſi ad *d.l.22.*
y *l.9. §. quantum ad hanc actionem ff. ad exhib.*
z *l.5.§. fi. l.12.§. ſi iuſta ff. ad exhib.*
a *v.l.22. §. item familiæ, in fi. l.51. ff. familiæ.*
b *l.19. d. tit.*

a *l.3. l.29. ff. familiæ.*
b *l.54. in pr. ff. de verb. oblig.*
c *l.55. ff familiæ.*
d *l.11. in fin ff. de iuriſd. l.2. in fi. ff. filium: l.3. l.5. ff. familiæ: l.3.§. cùm autem. C. comm. diuid.*
e *v. l.4. §. ſi dicantur termini. ff. finium.*
f hinc adiudicatio inter modos adquirendi numeratur ab *Vlp. tit.* 19. §. 16. Porrò an iudex petitum officium alicui poſſit impertiri v. quæ not. in *l.4. §. antep. ff. de damno.*
g 43. *ff.* 1.
h ſed per accuſationes & inquiſitiones.
i ſiue ex contractu, ſiue ex maleficio oriantur.
k priuata iudicia apud iudices datos: publica apud quæſitorem inſtituebantur.
l hæc ab vno iudice aut tribus recuperatoribus in comitio fiebant. Publica verò in foro, palam, ſub dio, vel ab ipſis prætoribus (ſex lictoribus eius tribunal circumſtantibus) vel quæſitoribus Pro tribunali, in ſella curuli ſedentibus (quibus aderant iudices in ſubſelliis ſedentes 50. vel 60.) exercebantur. v. hic Hotom. adde ordinem veterem vſu deſiiſſe, *l. 8. ff. de accuſat.* formam accuſationis, vide *l. vltim. Cod. de accuſat.*
m id eſt, perſecutio, *l.11. in prin. ff. de accuſ. l.1. §.1. ff. de priuat. delict. l.7. ff. de iniur.*
n *l.43. § 4 ff. de ritu. & C. qui accuſare: & l.8.9. ff. de accuſ.*
o *l.2 ff. 1. tit.*
p *v. l.5. & toto tit. C. ad l. Iul. maieſt. & ff. eo.*
q hoc vt verum ſit, *v.l.5 ff. de qu.*
r *v. Nou.143.*
ſ *v. Nou.141.*
t *v.l 6.§ ex ſtuprum, ff. de adul.*
u Imò capitaliter puniuntur, *l.1. in fin. ff. de extraor.*
x Lata à L. Cornelio Sylla dictatore.
y *l.1. ff. de ſicar.*
z *l.7.C. de ſicar.*
a *v. l.12 §. telorum ff. de vi publ. l.223.§.2. de verb. ſign.*
b v. Feſtum *in arma & tela.* c admonet nos Xenophon, nam ita ſcribit 5. *ἀναβάσεως* ſcil. Ant. Auguſt. 4. *Emend.* 5.
d Sica à ſecando: eſt autem breuiſſimus culter recuruus & inflexus Perſici acinacis longitudine, teſte Ioſepho 20. *antiquit.* 1. Ideo Suidas appellari ſicas, ἐπικάμπῆ ξίφη ait. Tranquillus apud Iſidorum 18. *cap.* 16. etiam oſtendit leuiſſimum cultrum fuiſſe. Nam cum gladiatoris in ludum emiſſi recuruus factus fuiſſet gladius & ad eum corrigendum alius veniſſet, reſpondit gladiator, ſica pugnabo. Breuiſſimam quoque ſicam fuiſſe indicio eſt, quod vel à pueris

venefici

(vt Cicero refert) vibraretur: ac proinde cædibus media in turba perpetrandis ſica aptiſſima erat, vt etiam veſte occultaretur. His adiungendus eſt Ioſephus 2. *de bello Iudaico* 12. & 20. *antiqu.* 2. Hac autem lege impropriè tenentur, qui cædem alio telo admiſerunt, 20. *Quint.* 1. adde ſuperioribus Briſſonium 2. *ſelect.* 11.

a *v. l. 3. in pr ff. de ſicar.*

b *v. l. vn. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt.*

c *al.* properauerit. Vopiſcus in Probo, Fatalem properauit neceſſitatem, *Seneca in Hercule furente.* Quid iuuat durum properare fatum. Petronius. Vltimum hoc gaudium ſatis propetantibus rape. *Cuiacius hic.*

venefici *a* capite damnantur, qui artibus odioſis
tam venenis, quàm ſuſurris magicis homines oc-
ciderint, vel mala medicamenta publicè vendide-
rint.

6 ¶ Alia deinde lex aſperrimum crimen noua pœ-
na perſequitur, quæ Pompeia de parricidiis *b* voca
tur: qua cauetur, vt ſi quis parentis, aut filij, aut om-
nino adſinitatis eius quæ nuncupatione parentum
continetur, fata præparauerit *c* (ſiue clam: ſiue pa-
lam id auſus fuerit) ‖ necnon is cuius de dolo malo
id factum eſt, vel conſcius *d* criminis exiſtit, licèt
extraneus ſit, ‖ pœna parricidij puniatur, & neque
gladio, neque ignibus, neque vlli alij ſolemni pœnæ
ſubiiciatur *e*, ſed inſutus culeo cum Cane, & Gallo
gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas ferales
anguſtias comprehenſus (ſecundùm quod regionis
qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem
proiiciatur, vt omnium elementorum vſu viuus ca-
rere incipiat, & ei cælum ſuperſtiti, ‖&‖ terra mortuo
auferatur. Si quis autem alias cognatione *f* vel adfi-
nitate perſonas coniunctas necauerit, pœnam legis
Corneliæ de ſicariis ſuſtineat.

7 ¶ Item lex Cornelia de falſis quæ etiam teſta-
mentaria vocatur, pœnam irrogat ei qui teſtamen
tum *g*, vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit *h*,
ſignauerit, recitauerit, ſubiecerit: vel ſignum *i* adul-
terinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit ſciens dolo
malo. Eiúſque legis pœna in ſeruos, vltimum ſup-
plicium eſt (quod etiam in lege de ſicariis & venefi-
cis ſeruatur) in liberos verò deportatio *k*.

8 ¶ Item lex Iulia de vi publica ſeu priuata, ad
uerſus *l* eos exoritur qui vim vel armatam, vel ſine
armis commiſerint. Sed ſi quidem armata vis argua-
tur: deportatio ei ex *m* lege Iulia de vi publica ir-
rogatur, ſi verò ſine armis: in tertiam *n* partem

bonorum ‖ſuorum‖ publicatio imponitur. Sin autem
per vim raptus *a* virginis, vel viduæ, vel ſanctimo-
nialis, vel alterius fuerit perpetratus, tunc & rapto-
res, & ij qui opem ‖huic‖ flagitio dederint, capite pu-
niuntur ſecundùm noſtræ conſtitutionis definitio-
nem, ex qua hoc apertiùs poſſibile eſt ſcire.

9 ¶ Item lex Iulia *b* peculatus eos punit, qui
publicam pecuniam, vel rem ſacram *c*, vel religioſam
furati fuerint. Sed ſi quidem ipſi iudices tempore ad-
miniſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint, capi-
tali *d* animaduerſione puniuntur, & non ſolùm hi,
ſed etiam *e* qui miniſterium eis ad hoc exhibuerint,
vel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperint. Alij
verò, qui in hanc legem inciderint, pœnæ deporta-
tionis ſubiugentur.

10 ¶ Eſt & inter publica iudicia lex Fauia de pla-
giariis *f* quæ interdum *g* capitis pœnam ex ſacris
conſtitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

11 ¶ Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de
ambitu *h*, lex Iulia repetundarum *i*, & lex Iulia
de annona *k*, & lex Iulia de reſiduis *l*, quæ de cer-
tis capitulis loquuntur: & animæ quidem amiſſio-
nem non irrogant: aliis autem pœnis eos ſubiiciunt,
qui præcepta earum neglexerint.

12 ¶ Sed de publicis iudiciis hæc expoſuimus, vt
vobis poſſibile ſit ſummo *m* digito, & *n* quaſi per iu-
dicem *o* ea tetigiſſe: alioqui diligentior eorum ſcien-
tia vobis ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum
libris Deo *p* propitio aduentura eſt.

a *v. l. vnic. C. de rapt. virg.*

b *l. 1. ff. ad l. Iul. pecul.*

c *l. 1. ff. eo.*

d deportatione, *l. 3. 10. ad l. Iul. pec.*

e *v. l. vnic. C. de crim. pecul.*

f *l. 13. C. ad l. Fauiam de plagiariis.*

g eſt enim extraordinaria, *l. vlt. ff. ad l. Fauiam.*

h *v. ff. & C. ad l. Iul. de ambitu.*

i *v. ff. & C. ad l. Iul. repet.*

k *v. ff. de annon.*

l *v. l. vnic. ff. ad l. Iul. pecul.*

m Summo digito attingere non eſt longiori aut medio digito attingere, vt hic ſomniat Accurſius. Theophil. ἄκρῳ γένσασθαι τῷ δακτύλῳ dixit, metaphora ſumpta videatur à coquis, ſummo digito condimenta ſua & intinctum attingentibus, ac poſt deguſtantibus. ſic Cicero pro *M. Cœlio* dixit, primoribus labris guſtare, & extremis digitis attingere.

n hæc deſunt Theophilo.

o per indicem attingere metaphoricῶς, nihil aliud quam ſummatim.

p Deo propitio dixit, more loquendi ſatis vſitato. Quibus enim proſperum
ſucceſſum, iiſdem & deos propitios & faciles precabatur. *Liuius* 39. *Seneca* 1.
epiſt. 17. & 15. *epiſt.* 111. *Terentius Phormione act.* 4 *ſcæna* 3. vt & contrariis, ira-
tos, *Plaut. Amphit. Act.* 4. *ſcæna* 2. Quæ duo cum mihi occurrunt meos ad iuſ
ciuile commentarios, cæteros denique ad alios authores, quos ad hunc vſque
19. ætatis ſcripſi, ſpectanti, moueor ipſe: vt quæ in illis errata mihi excide-
rint, irato mihi iuſtè numini: quæ ſecus, Deo propitio & facili, lingua
pariter, manu mentéque tribuam, cui laus in perpetuum ſit & gloria.

d *l. 2. ff. ad l. Pomp. de parricidiis* e *l. 9. in pr. ff. ad l. Pompeiam.* f *d. l. 9. §. 2.*

g *l. 14. C. de falſ.*

h ſcriptor falſi punitur, *v. l. 5. §. ff. de iniur.*

i *l. 30. ff. de falſ.*

k *l. 3. §. pen. ff. de ſicar.* l *l. 152. ff. de reg. iur.*

m quæ ſucceſſit in locum interdictionis aquæ & ignis, *l. 10. in f. tit. de vi publ.*

n *l. 1. in prin. l. vlt. ff. de vi priuata.*

INSTITVTIONVM FINIS.

EPITOME
INSTITVTIONVM.

De iure.

IVSTINIANVS Imperator ſuperatis multis hoſtibus *a*, Priore Codice qui non extat, Digeſtis ſeu Pandectis editis *b*, compoſuit per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum has Inſtitutiones *c*: eáſque libris quatuor partitus eſt: in quibus totius legitimæ ſcientiæ prima elementa breuiter explicat *d*, quibus deſumptis ex veterum Inſtitutionibus, maximè Caij *e*, robur legum atque conſtitutionum tribuit *f*.

a Procœmio Inſt. in pr. §. 1.
b §. 2.
c § 3.
d §. 4.
e §. 5.
f §. 6.

IVſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi *g*. Quæ iuſtitiam docet ſcientia, Iuriſprudentia eſt *h*. Ea primò leui ac ſimplici via, pòſt, diligentiſſima interpretatione tradenda eſt *i*. Docet autem honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere *k*. Refertur ad publicam vtilitatem, vel ſingulorum ſeu priuatam *l*. Collecta eſt vel ex naturali, vel gentium, vel ciuili iure *m*.

¶ Ius naturale omnium animalium *n*: Ciuile cuiuſque ciuitatis proprium eſt *o*: Gentium, omni humano generi commune eſt, eoque omnes pene contractus introducti *p*. Ciuile, aut ſcriptum eſt aut non ſcriptum *q*. Scripti ſpecies, Lex quæ ab vniuerſo populo: Plebiſcitum quod à plebe *r*, Senatuſconſultum quod à Senatu *ſ*: Principum placita quæ à principe, vel per epiſtolam, vel per decretum, vel edictum, perſonaliter vel generaliter ſunt conſtituta *t*: Edicta quæ vel à prætoribus vel ædilibus curulibus *u*: Reſponſa prudentum ſunt opiniones eorum quibus permiſſum erat de iure reſpondere *x*: Non ſcriptum ius eſt, quod vſus approbauit *y*: hoc Lacedæmonij, illo Athenienſes vtebantur *z*. Ciuilia iura tacitè, vel expreſsè mutari poſſunt, naturalia non item *a*: Ciuilis iuris obiecta, perſonæ, res, actiones *b*.

g LIB. I. ¶ Tit. 1. De iuſtitia & iure.
h §. 1.
i §. 2.
k §. 5.
l §. 3. 4.
m d. §. 4.
n ¶ Tit. 2. De iure naturali, gentium & ciuili.
o §. 1.
p §. 2.
q §. 3.
r §. 4.
ſ §. 5.
t §. 6.
u §. 7.
x §. 8.
y §. 9.
z §. 10.
a §. 11.
b §. vlt.

De perſonis.

Perſonarum prima diuiſio eſt in liberas & ſeruas *c*: Libertas à natura *d*: Seruitus à iure gentium procedit *e*, Serui dicuntur quòd captiui ſeruari, nec occidi ſolent *f*. Naſcuntur ex ancillis, fiunt iure gentium, ſi capiuntur: ciuili, ſi liber ſeipſum vendit *g*. Liberi ſunt ingenui, aut libertini *h*. Ingenuus eſt qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt *i*, cui non officit in ſeruitute fuiſſe, & poſtea manumiſſum eſſe *k*.

¶ Libertini qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi *l*. Manumiſſio fit aut in Eccleſiis, aut vindicta apud Prætorem, aut inter amicos, aut epiſtola, aut vltima voluntate, aut aliis modis *m*: quocunque tempore & loco *n*. Manumiſſi hodie ciues fiunt Romani *o*.

¶ In fraudem creditorum non licèt manumittere *p*. In fraudem non manumittit, qui licet ſoluendo non ſit, ſeruum ſuum cum libertate in teſtamento heredem inſtituit *q* uel ſine libertate *r*. In fraudem manumittit, qui non tantùm cùm ſoluendo non eſt, manumittit, ſed qui animo fraudandi *ſ*. Non licet quoque minori 25. annis, niſi cauſa cognita *t*: qui tamen 17. annum impleuit, & 18. attigit, manumittere poteſt *u*.

¶ Poteſt & is, vt & quiuis alius, omnes ſeruos teſtamento manumittere *x*.

Secunda perſonarum diuiſio: Perſonarum quædam alieni iuris ſunt, vel ſui *y*: alieni vt ſerui: ſui, vt filij. Serui dominis acquirunt, quicquid acquirunt *z*. Non tamen in eos ius vitæ & necis habent domini, niſi cauſa cognita: quin eos durius tractare non licet *a*.

¶ Liberi verò variis modis patri adquiruntur. Primò ſi ex iuſtis nuptiis procreati ſunt, in poteſtate ſunt parentum *b*.

¶ Nuptiæ, ſunt viri & mulieris coniunctio, cum indiuidua vitæ conſuetudine *c*. Talis poteſtas Romanorum eſt propria *d*. Liberos hic † intellige, qui te & vxore, filio eiúſve vxore, non qui ex filia tua naſcuntur *e*.

¶ Iuſtæ nuptiæ dicuntur quas ciues, puberes, filijfamil. cum conſenſu parentum *f*, & omnes, intra gradus à lege definitos, contraxerunt. huc pertinet quod dicitur ratione conſanguinitatis vel honeſtatis inter parentes & liberos, etiam ſeruos *g*, etiam adoptiuos, (quamuis diſſoluta ſit adoptio *h*,) nuptias non poſſe contrahi: Item inter fratres & ſorores etiam adoptiuos, (niſi diſſoluta ſit adoptio *i*.) Nō poſſumus quoque ducere fratris vel ſororis filiam vel neptem, (neptis non eſt quæ nata eſt ex ſorore tua adoptiua *a*) amitam, materteram: etiam magnam, etiam adoptiuam *b*. (non idem eſt in duorum fratrum vel ſororum liberis *c*;) Affinitatis ratione priuignam, nurum *d*, ſocrum, nouercam *e* (non idem eſt in compriuignis *f*) Priuignæ loco habetur, quam vxor tua poſt diuortium ex alio procreauit. Nurus loco habentur, filij ſponſa, ſocrus, ſponſa patris *g*.

c ¶ Tit. 3. De iure perſonarum.
d §. 1.
e §. 2.
f §. 3.
g §. 4.
h §. vlt.
i ¶ Tit. 4. De ingenuis.
k §. 1.
l ¶ Tit. 5. De libertinis.
m §. 1.
n §. 2.
o §. vlt.
p ¶ Tit. 6. Qui & ex quib. cauſis manumittere non poſſunt.
q §. 1.
r §. 2.
ſ §. 3.
t §. 4. 5. 6
u §. vlt.
De lege Fuſia Caninia tollenda.
x ¶ Tit. 7. De his qui ſui vel alieni iuris ſunt.
y ¶ Tit. 8.
z §. 1.
a §. vlt. De patria poteſtate.
b † Tit. 9.
c §. 1.
d §. 2.
e §. vlt.
f ¶ Tit. 10. De nuptijs.
g §. 10.
h §. 1.
i §. 2.

a §. 3.
b §. 4.
c §. 5.
d §. 6.
e §. 7.
§. 8.
g §. 9.

Alia impedimenta nuptiarum vide in Digeſtis *h*. Si à quoquam aduerſus ea præcepta contractæ ſunt nuptiæ, vir, vxor, nuptiæ, matrimonium, dos, poteſtas patria, dotis, donationiſque exactio nulla eſt, & alias etiam pœnas patitur *i*, & hoc quidem primo modo liberi parentibus adquiruntur. Secundò per oblationem curiæ. Tertiò, legitimatione in parentum ſuorum liberi poteſtatem rediguntur *k*.

h §. 10.
i §. 11.
k §. vlt.

¶ Quartò adoptione *l*, quoties adoptamus eos qui ſui iuris ſunt, principis authoritate. Adrogatio quoties imperio magiſtratus, eos eáve qui quæue in poteſtate parentum ſunt, Adoptio dicitur. Hic titulus plura capita continet, ſed quod hodie parum ſit in vſu, prætermittetur.

l ¶ Tit. 11. de adoptionibus.

¶ Nunc videndum eſt quibus modis iure patriæ poteſtatis, quis ſoluatur. Soluitur patria poteſtas morte patris *m*, deportatione eiuſdem *n* (non relegatione *o*,) ſeruitute pœnæ *p*, (hic tamen caſus hodie eſt abrogatus *Nou. 22. c. 8.*) patriciatus (non tamen militia, non ſenatorio vel conſulari) dignitate *q*, captiuitate patris ius patris ſuſpenditur *r*, emancipatione patria poteſtas ſoluitur. Fit autem emancipatio recta via apud competentem iudicem *ſ*, non inuito patre *t*. Reliqua non ſunt ita magni momenti in hoc titulo *u*. & hæc de perſonis alieni iuris.

m ¶ Tit. 12. quibus modis ius patria poteſtatis ſoluitur.
n §. 1.
o §. 2.
p §. 3.
q §. 4.
r §. 5.
ſ §. 6.
t §. vlt.
u § 7. 8. 9.

¶ Quę ſui iuris ſunt, vel in *tutela*, vel in curatione ſunt *x*.

¶ Tutela eſt poteſtas in caput liberum, ad tuendum eum qui ſe defendere nequit, iure ciuili data & permiſſa *y*. Tutor eſt qui eam poteſtatem habet *z*. Tutelæ variæ ſunt ſpecies. ¶ Prima *Teſtamentaria*: eſt enim permiſſum parentibus liberis impuberibus quos in poteſtate habent, ac non in alterius poteſtatem recaſuris, teſtamento tutores dare *a*, vt & poſthumis *b*, & emancipatis: ſed hoc caſu tutor confirmandus eſt ſententia præſidis ſine inquiſitione *c*.

x ¶ Tit. 13. De tutelis.
y §. 1.
z §. 2.
a §. 3.
b §. 4.
c §. vlt.

¶ Dari *tutor* teſtamento poteſt paterfamilias, filiusfamilias *d*, ſeruus proprius, etiam ſine libertate: ſeruus alienus, cum liber erit *e*: furioſus, cùm compos mentis: minor, cum maior 25. annis factus fuerit *f*. ad certum tempus, ex certo tempore, ſub conditione, ante heredis inſtitutionem *g*, non certæ rei vel cauſæ *h*. Filiabus vel filiis tutor datus, poſthumo vel poſthumæ non tamen nepotibus: liberis, poſteris & poſthumis & natis *i* datus intelligitur.

d ¶ Tit. 14. Qui teſtamento tutores dari poſſunt.
e §. 1.
f §. 2.
g §. 3.
h §. 4.
i §. vlt.

¶ Secunda tutelæ ſpecies eſt *legitima* ab inteſtato, eáque multiplex, veluti *adgnatorum* proximorum *k*, id eſt, cognatorum per virilem ſexum, (agnatio autem omnibus modis capitis minutione plerúnque perimitur *l*.) Item *patronorum*, per quam libertorum & libertarum tutela ad patronos eorúmque liberos pertinet *m*. ¶ Item *parentum*, per quam parentes filiorum ſuorum ac deinceps emancipatorum tutelam habent.

k ¶ Tit. 15. De legit. agnatorum tut.
l §. 1. 2. §. vlt. adde de capitis deminutione & ¶ Tit. 16. vbi agitur de ſpeciebus capitis minutionis.
m ¶ Tit. 17. De legitima patronorum tutela.
n ¶ Tit. 18. De legitima parentum tutela.

¶ Itē fratrū, quę & *fiduciaria* dicitur *o*. ¶ Tertia ſpecies, *Datiua* quę deficiente teſtamentaria, & legitima locū habet. Dantur tutores Romę à Pręfecto vrbi, vel Pretore: in prouinciis à Pręſide: vel ſi facultates pupilli quingentos ſolidos non excedant, uel à defenſorib. ciuitatum vnà cum Antiſtite ciuitatis, vel à magiſtratibus, vel iuridico Alexandrino exacta cautione *p*.

o ¶ Tit. 19. De fiduciaria tutela.
p ¶ Tit. 20. §. 1. 2. 3. 4. D Auillano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

¶ Porrò poſt pubertatem, tutelę iudicio tutores rationem reddere coguntur *q*: conſtante verò tutela, *authoritatem* pupillis interponent pręſentes ſtatim, non poſt tempus, aut per epiſtolam. Nec enim ſine tutore *r* pupilli obligari poſſunt (quamuis alios poſſint obligare) vel mutuo aliquo contractu *ſ* vel hęreditatem adeundo, vel bonorum poſſeſſionem; vel fideicommiſſum petendo *t*. Quòd ſi inter tutorem pupillúmque iudicium agendum ſit, ipſe quidem tutor in rem ſuam actor eſſe non poteſt. ideóque curator pupillo dabitur ad iudicium peragendum: eoque peracto, curator eſſe deſinet *u*. ¶ *Tutela finitur* pubertate in maſculis poſt 14. annum completum: in fœminis poſt 12. *x* ſi pupilli adrogati, vel deportati, vel in ſeruitute redacti *y*, vel ab

q §. 5. &
r §. vlt.
ſ ¶ Tit. 21. §. 2. De authoritate tutorū.
t ¶ d. Tit. 21. in pr.
u §. 1.
x §. vlt.
y ¶ Tit. 22. Quibus modis tutela finitur.

a §.1. b §.2. c §.5. d §.3. e §.4. f §. *vlt.*

hoſtibus capti *a*, conditione ſub qua datus erit *b*, vel tempore ad quod tutor datus erit, exiſtentibus *c*, morte vel pupillorum vel tutorum *d*, maxima & media tutorum capitis minutione, omni verò pupillorum *e*: ſi tutores remoti vel excuſati *f*.

g ¶ *Tit. 23. De curatoribus.* h §.1. i §.2. k §.3. l §.4. m §.5. *& vlt.*

¶ Interea ſciendum eſt, vtcunque tutela finiatur pubertate, puberes tamen vſque ad 25. annum *curatorem* accipere *g*, ab iiſdem magiſtratibus à quibus & tutores accipiunt: teſtamento non accipiunt, datus tamen confirmatur decreto Prætoris *h*. Non accipiunt etiam inuiti, præterquam in litem *i*. Nec tantùm eis ſolis curator datur, ſed & furioſis & prodigis, licèt maioribus 25. annis *k*: ſed & mente captis, ſurdiſ & mutis, & perpetuo morbo laborantibus *l*. Quin etiam ipſi impuberes interdum curatorem accipiunt, ſi tutore idoneo careant.

n ¶ *Tit. 24. §. 3. De ſatiſdatione tutorum vel curatorum.* o *d. ti. 24. in pr.* p §.1. q §.4. *ſeu vlt.* r §.2. *& vlt.*

¶ Ad tutores & curatores, pertinet tutelę nomine, *ſatiſdare de indemnitate pupilli*, adeò, vt niſi caueant, pignoribus captis coërceri poſſint *n*, niſi teſtamento, vel ex inquiſitione dati ſint *o*. eo tamen caſu pluribus datis, potes vnus contutori uel curatori offerre, vel ab eo exigere ſatiſdationem, vt ab vno tantùm tutela adminiſtretur. quod ſi nemo eorum ſatis offerat, is gerat quem teſtator adſcripſerit: ſi nullus adſcriptus ſit, quem maior pars elegerit: ſi diſſenſio circa eligendum ſit, Prætor partes ſuas interponet *p*. Quod ſi indemnes pupilli vel puberes eſſe non poſſunt, putà, quia tutores non ſunt ſoluendo, ſubſidiaria eis dabitur actio in eos eorúmve hęredes: (excipe Prætorem, Præſidem prouinciæ & alios quibus tutores dandi ius eſt *q*) qui (cùm ſatiſdationem exigere debeant) aut omnino non, aut non idoneè à tutoribus vel curatoribus ſatiſdari curauerunt *r*.

ſ ¶ *Tit. 25. De excuſationib. tutorum vel curatorum.* t §.1. u §.2. x §.3. y §.4. z §.5. a §.6. b §.7. c §.8. d §.9. e §.11. f §.12. g §.13. h §.14. i §.15. k §.16. l §.17. m §.18. n §.19. o §. *vlt.*

¶ Antea diximus tutores curatores eſſe deſinere, quoties vel remouentur, vel excuſantur. de vtroque videndum eſt. *Excuſantur* ergo Romæ propter tres liberos ſuperſtites, (tales ſunt etiam in bello mortui) in Italia propter quatuor, in prouinciis propter quinque. Liberos intellige etiam nepotes ex filio & adoptatos à patre naturali *ſ*. Excuſatur pariter quis quandiu res fiſci adminiſtrat *t*, quandiu reipublicæ cauſa abeſt *u*, qui poteſtatem aliquam habet *x*, qui litem de omnibus bonis, vel hęreditate cum pupillo vel adulto habet *y*, quandiu quis tria onera tutelæ non affectatæ, vel curæ habet *z*, propter paupertatem *a*, aduerſam admodum valetudinem *b*. ſi literas pingere vel legere neſciat *c*, ſi propter inimicitias teſtamento tutor datus ſit *d* (inimicitias intellige capitales, non reconciliatas *e*,) ſi ſtatus controuerſiam à pupillorum patre paſſus eſt *f*, maior 70. annis, minor 25. *g* miles, adeò vt nec volens ad tutelæ onus admittatur *h*. qui Grammaticam, vel Medicinam, vel Rhetoricam Romæ, vel in patria ſua exercet *i*. Intra quod tempus tutores dari excuſare ſe debeant, vide §.16. Non iuſta excuſatio eſt in eo qui hoc ſolo vtitur, quod patri pupilli fuerit ignotus *k*. datus tutor ad vniuerſum patrimonium datus intelligitur *l*. inuitus curator eſſe non compellitur *m*: quemadmodum & maritus vxoris *n*. falſa allegatione excuſatur non plenè liberatur onere tutelæ *o*. Et hæc de excuſationibus.

p ¶ *Tit. 26. De ſuſpectis tutorib. vel curatoribus.* q §.1. r §.2. ſ §.3. t §.4. u §.5. x §. *vlt.* y §.9. z §.10. a §.11. b §.6. c §.7. d §.8. e §. *vlt.*

¶ Remouentur autem tutores *ſuſpecti* p, à iudicibus ordinariis *q*, ſuſpecti, inquam, tutores, ſiue teſtamentarij, ſiue alterius generis, ſiue patroni, dum tamen eorum famæ ignoſcatur *r*. Poſtulantur ſuſpecti etiam à quauis muliere, verecunda tamen, & pietate producta *ſ*. ab ipſis puberibus conſilio neceſſariorum *t*. Porrò ſuſpectus eſt, qui non ex fide tutelam gerit, vel gerere poteſt, licet ſit ſoluendo *u*: qui moribus talibus eſt, vt ſuſpectus ſit *x*: qui ſui copiam non facit, & abſens non præſtat alimenta, tunc enim in bonorum poſſeſſionem eius mittitur *y*: ſi præſens mendaciter id dicit, punitur à iudice, quemadmodum & is qui data pecunia miniſterium tutelæ adquiſiit vel redemit *z*, vt libertus fraudulenter tutelam filiorum patroni adminiſtrans *a*, remotus ob dolum famoſus eſt *b*. quoad cognitio ſuſpecti finiatur, interdicitur tutori adminiſtratio *c*. ſuſpecti cognitio extinguitur morte tutoris *d*. fraudulenter tutelam adminiſtrans, etiam ſi ſatis offerat, remouendus eſt *e*. De perſonis dictum eſt.

De rebus & earum adquirendarum modis.

f ¶ *Lib. 2. tit. De rerum diuiſione, & acquirendo ipſarum dominio.* g §.1. & 3. h §.2. i §.4. k §.3.5. l §.8. m §.7.8. n §.10. o §.6.

¶ Sequitur vt *de rebus, earum diuiſione & adquiſitione* videamus: Quarum aliæ in noſtro patrimonio, aliæ extra ſunt *f*. Et hæ quidem ſunt vel naturali iure communes (vt aër, mare, maris litora *g*) vel publicæ (vt flumina, portus *h* & ripæ, vſu tamen: nam proprietas riparum illorum eſt quorum prædiis hærent *i*) vel nullius vt litore, quæ vſu publica ſunt, proprietate nullius *k*: vt res ſacræ quæ per Pontifices Deo conſecratæ *l*: religioſæ, veluti locus in quem mortuus eſt illatas *n*: ſanctæ, vt muri, portæ ciuitatis, leges *n*: vel vniuerſitatis, vt Theatra, ſtadia, communia ciuitatum *o*. Singulorum verò res fiunt multis modis. Primùm iure naturali ſeu gentium *a*, idque multifariam. Siquidem feræ beſtiæ, vt volucres, & piſces, & alia fera animalia quoties capiuntur, & noſtra cuſtodia coërcentur, noſtra fiunt *b*. capta non ſunt, quæ tantum vulnerata *c*, quæ in arbore noſtra tantum nidum fecerunt, quæ ex alueo noſtro euolarunt apes *d*, quæ reuertendi animum ſeu conſuetudinem non habent *e*. Aliud eſt in cicuribus animantibus, putà gallinis & anſeribus, licet enim ea animalia conſpectum noſtrum effugerint, noſtra tamen manent: & qui ea animo lucrandi detinet, furtum committit *f*. Eodem iure gentium, quæcunque ex hoſtibus capimus noſtra fiunt *g*: vt & ea quę in littore inuenimus *h*, quæ ex animalibus noſtris naſcuntur *i*, quæ per alluuionem, ſeu incrementum latens, agris noſtris flumen adiecit *k*: quæ vi fluminis prædiis noſtris adiecta longiore tempore hæſerunt, & radibes egerunt *l*. De inſula hoc tenendum in mari natam, fieri occupantis: in medio flumine, confinium, pro modo latitudinis agri ſui citimam, eius qui ab ea parte prædia poſſidet. naſci non dicitur inſula, ſi ager meus in formam inſulæ redactus eſt *m*. Idem eſt ius in alueo fluminis derelicto, niſi quod ager meus, alueus factus, fit publicus *n*. Quòd ſi meus ager inundatus fuerit, meus manebit: inundatio namque fundi ſpeciem non commutat *o*. Ad hæc eodem iure gentium, quam ex aliena materia ſpeciem feci, mea eſt, ſi ad priorem moteriam reduci non poteſt. multò magis ſi ex mea & aliena ſpeciem fecero *p*. Eodem modo quam purpuram meo veſtimento intexui, mea fit *q*. Res aliena meæ confuſa, vel fortuitò, vel mea voluntate, fit communis *r*: mixta fortuitò; mea manet: voluntate, fit communis *ſ*. Quæ, (etiam alterius in meo fundo quamuis à me ædificata fuerit) mea fit *t*: ex contrario, rem meam amitto quam in alieno fundo ædificaui *u*, vel plantaui *x*, vel ſeui *y*, vel in aliena charta ſcripſi. Non idem eſt in pictura: picturæ namque tabula cedit *z*. Eodem iure gentium, bonę fidei poſſeſſor fructus ſuos facit, malę fidei poſſeſſor nullos *a*. Bonæ fidei poſſeſſori adſimilis eſt vſufructuarius & colonus *b*. Fœtus pecudum ſunt in fructu: ancillæ, non ſunt *c*. Vſufructuarij officio incumbit in locum demortuorum animalium alia ſubmittere: demortuarum vinearum uel arborum, alias ſubſtituere *d*. Eodem quoque iure gentium quem in meo (etiam ſciens,) vel ſacro, vel religioſo (fortuitò tamen) theſaurum inueni, fit meus: quem in alieno, etiam Cæſaris, fiſci, publico, vel ciuitatis, fortuitò tamen, dimidio tenus *e*. Eodem etiam iure res noſtræ fiunt, quoties nobis traduntur à domino *f*, vel eius procuratore, ſeu alio, eius voluntate *g*, Nuda etiam voluntate, ſine traditione, res noſtræ fiunt, putà patientia *h*, caluium traditione *i*. Noſtræ etiam res fiunt quę cùm in vulgus miſſę eſſent *k*, vel pro derelicto habitę, à nobis occupatę ſunt *l*. Derelictę non cenſentur quæ in tempeſtate, leuandę nauis cauſa, ſunt eiectę, vel quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, ceciderunt *m*.

a §.11. b §.12. c §.13. d §.14. e §.15. f §.16. g §.17. h §.18. i §.19. k §.20. l §.21. m §.22. n §.23. o §.24. p §.25. q §.26. r §.27. ſ §.28. t §.29. u §.30. x §.31. y §.32. z §.34. a §.35. b §.36. c §.37. d §.38. e §.39. f §.40.41. g §.42.43. h §.44. i §.45. k §.46. l §.47. m §. *vlt.*

¶ Hic dicendum erat de modis rerum acquirendarum iure ciuili: ſed quia Tribonianus hic interſeruit alteram rerum diuiſionem, pręter eam de qua ſuperius dictum eſt, ea nobis conſideranda eſt. Sit igitur hęc alia rerum diuiſio, *Rerum* alias eſſe *corporales*, alias *incorporales* n. Illę innumerabiles, tangi poſſunt *o*: hę non poſſunt, & in iure conſiſtunt: ſicut hęreditas, vſus, vſusfructus, obligationes *p*, iura ſeu ſeruitutes prędiorum vrbanorum & ruſticorum *q*. Ruſticorum prędiorum iura ſunt, iter, actus, via, aquęductus *r*: & ſecundum quoſdam, aquę hauſtus, pecoris ad aquam adpulſus, ius paſcendi, calcis coquendę, arenę fodiendę *ſ*: vrbanorum verò iura ędificiis inhęrent. ſuntque plurima: veluti ſeruitus oneris ſuſtinendi, tigni immittendi, ſtillicidij vel fluminis recipiendi, altiùs non tollendi, luminibus non officiendi *t*. acquiruntur autem huiuſmodi ſeruitutes pactionibus, ſtipulationibus, teſtamento *u*.

n ¶ *Tit. 2. De rebus corporalibus & incorporalibus.* o §.1. p §.2. q §. *vlt.* r ¶ *Tit. 3. 4. in pr. & §. De ſeruitutib. ruſticorum & vrbanorum prædiorum.* ſ §.2. t §.1. u §. *vlt.*

¶ Sic *vſusfructus* adquiritur x. Hoc iure poſſumus alienis rebus vti ſalua earum ſubſtantia *y*, non tamen in æternum, ſiquidem certis modis extinguitur & ad proprietarium reuertitur *z*. conſtituitur verò in omnibus rebus etiam iis, quæ vſu conſumuntur, vt tamen earum nomine caueatur *a*:

x ¶ *Tit. 4. §. 1. De vſufructu.* y ¶ *Tit. 4. in prin.* z *d. §. 1. in fin. §. 3. & vlt.*

¶ *Vſus* iiſdem modis conſtituitur & finitur, quibus & vſusfructus *b*: & minus iuris eſt in vſu, quam in vſufructu *c*: habitatio, neque vſus eſt, neque vſusfructus, ſed proprium aliquod ius *d*.

a §. 2. b ¶ *Tit. 5. De vſu & habitatione.* c §. 1. 2. 3. & 4. d §.5. e §. *vlt.*

¶ Hic dicendum erat de hęreditatibus & obligationibus: Tribonianus tamen tranſire ad modos rerum acquirendarum iure ciuili maluit *e*. Hoc interim variè res acquirimus, putà vſucapione *f*, donatione *g*, & quodam ſpeciali iure adcreſcendi,

f ¶ *Tit. 6. De vſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus.* g *Tit. 7.*

teſtamento,

teſtamento *a*, ab inteſtato, iure ciuili *b*, vel Prætorio *c*, per adrogationem *d*, bonorum addictionem *e*, & olim per bonorum poſſeſſionem,& Senatuſconſulto Claudiano *f*, olim verò & hodie obligationibus *g*. *De vſucapionibus* primo loco videndum eſt, de quibus hoc conſtitutum eſt: Res mobiles per triennium: immobiles inter abſentes viginti annis vſucapi, & noſtras fieri vbicunque ſitæ ſint *h*: qualeſcunque ſint: libero homine, re ſacra, religioſa, ſeruo fugitiuo *i*, rebus fiſci *k*, furtiuis, vi poſſeſſis, exceptis: quæ neque à fure, neque ab alio (niſi ipſo domino, idque quantum ad res furtiuas & vi poſſeſſas attinet *l*) quamuis bonæ fidei poſſeſſore, vſucapi poſſunt *m*, res tamen alienas mobiles, ſi bona fide eas noſtras exiſtimemus, alienare poſſumus *n*. Fiſcus & Imperator in eadem cauſa ſunt, quas res enim alienas vendit, vel donat, vel quocunque titulo transfert, ſtatim facit accipientis: quo caſu aduerſus fiſcum vel imperatorem intra quadriennium dominis ipſis vel hypothecariis competit actio *o*. Immobiles vacantes propter abſentiam vel negligentiam domini, alij, bona fide accipienti, tradere poſſumus: etiam in præiudicium fiſci, (ſi modò ſequatur vſucapio *p*) vt eas longæua poſſeſſione adquirere poſſit. Nec enim earum vtpote immobilium, furtum fit: cùm furtum ſine affectu furandi non committatur. idque vtilitas eorum qui longa & indubitata poſſeſſione muniti ſunt, expoſcat *q*. Ad hæc vt res à bonæ fidei poſſeſſore vſucapi poſſit, res vitio carere debet *r*: qui vſucapit, errore falſę cauſæ carere *ſ*. Diutina bonæ fidei poſſeſſoris vel vſucapio, vel poſſeſſio ad hęredem qualemcunque continuatur *t*, veluti emptorem *u*. Sequitur *Donatio*, ſecundus acquirendi iure ciuili modus, eſt autem vel mortis cauſa, vel inter viuos *x*. illa ferè per omnia legatis connumeratur *y*: hæc, non item, perfectáque temerè reuocari non poteſt: perficitur ſcripto, vel non ſcripto: nec requiritur in ea traditio. Quę ſi 500. ſolidos non excedit, inſinuatione non indiget *z*: (quemadmodum & quæ fit vel pro redemptione captiuorum, vel à magiſtris militum ipſis militibus, vel à quouis iis quorum domus incendio, vel ruina corruptę ſunt *a*. Reuocari poſſunt donationes ob ingratitudinem donatarij & aliis ex cauſis *b*. Tertium genus donationis olim ante nuptias, hodie propter nuptias vocatur, dotibus exæquatum. Poteſt enim ante & poſt matrimonium fieri *c*. *Tertius* acquirendi modus olim iure ciuili fuit, ius accreſcendi, de quo vide paragraphum vltimum *d*.

¶ Hic dicendum erat de teſtamentis, ſed Tribonianus hic interſeruit tractatum de perſonis alienantibus & acquirentibus. Quod ad perſonas alienantes attinet, hoc tenendum, Maritum res dotales, etiam conſentiente vxore, *alienare non poſſe*, quamuis ſit earum dominus *e*: Creditorem pignus ex pactione *alienare poſſe*: quamuis non ſit eius dominus *f*: pupillos nullam rem ſine tutoris authoritate alienare, mutuum dare, in ſolutum (niſi de iudicis mandato) accipere ac ſoluere poſſe *g*. Quòd ad perſonas verò adquirentes attinet: *Acquiritur* nobis *per noſmetipſos* h, per liberos noſtros, vtriuſque ſexus, quos in poteſtate habemus. Totum, ſi ex re noſtra: vſufructu tenus, ſi aliunde quæſierint *i*. adquirimus per emancipatos dimidiam vſusfructus tantùm: non dominij *k*. Per ſeruos quos in poteſtate habemus etiam ignorantes & inuiti (niſi fortè hæredes inſtituti ſint: tunc enim, niſi noſtro iuſſu hæreditatem adire non poſſunt) adquirimus dominia, poſſeſſiones, vſucapiones, præſcriptiones: quodcunque denique traditione, ſtipulatione, donatione, legato, teſtamento, vel ex alia cauſa ab iis acceptum fuerit *l*, per ſeruos vſufructuarios & bona fide poſſeſſos, quod ex re noſtra vel operis ſuis adquiſiuerint *m*: Per alienos ſeruos, & per liberos homines (excepto tamen procuratore) nobis nil acquiritur *n*.

¶ Nunc dicendum eſt *de quarto* adquirendi modo, iure ciuili: Tale eſt *Teſtamentum* quod hic definitur eſſe mentis teſtatio *o*: huius olim diuerſæ formæ ac genera (quæ nunc deſueta ſunt) fuerunt. Vnum pacis quod calatis comitiis: Alterum belli, quod procinctum. Tertium per æs & libram vocabatur *p*. Hodie in teſtamentis paganorum qui militis non ſunt ſcriptis *q*, hæc quæ ſequuntur neceſſaria ſunt. Vno & eodem tempore ac contextu fieri debent, ſeptem teſtibus adhibitis, ſubſcribere teſtes oportet, eorum ſignacula teſtamento imponenda *r*, per manus teſtatoris vel teſtium, nomen hæredis exprimendum eſt *ſ*. poſſunt omnes teſtes vno etiam alieno annulo ſignare *t*. Teſtes in teſtamento eſſe non poſſunt mulier, impubes, ſeruus, furioſus, mutus, ſurdus, bonis interdictus, infamis, & is cum quo teſtamenti factio non eſt *u*: ſeruus (niſi eo tempore quo teſtamentum ſignabatur omnium conſenſu, liber loco habebatur *x*) Pater, ac eius liberi *y* (niſi in alieno negotio *z*) hæres defuncti eiuſdemque hæredis pater, liberi, & fratres qui in eius, patris poteſtate ſunt, teſtes eſſe non poſſunt *a*. Legatarij, & fideicommiſſarij, & perſonæ illis coniunctæ teſtes

a ¶ Tit. 18. & ſeq.
b lib. 3. tit. 1. & ſeqq.
c lib. 3. tit. 10.
d lib. 3. tit. 11.
e lib. 3. tit. 12.
f lib. 3. tit. 13.
g lib. 3. tit. 14. vſque ad tit. de obl.
h dict. tit. 6.
i §. 1.
k §. 4.
.5.
m §. 2.
n verſ. ſed tamen. verſ. item ſi vis & ſeq.
o §. vlt.
p §. 4.
q d. § 2. verſ. quod autem, & ſeqq.
r & §. 5.
ſ §. 6.
t §. 7.
u §. 8.
x ¶ Tit. 7. De donationibus.
y §. 1.
z §. 2. in pr.
a verſ. ſed & quaſdam donationes, iuſta l. 36. C. de donat.
b verſ. ſciendum.
c §. 3.
d §. vlt.
e ¶ Tit. 8. Quibus alienare licet vel non licet.
f §. 3.
g §. vlt.
h ¶ Tit. 9. per quas perſonas cuique adquiritur.
i §. 1.
k §. 2.
3.
m §. 4.
n §. 5.
o ¶ Tit. 10. De teſtamentis ordinandis.
p §. 3. 4.
q §. vlt.
r §. 3. 4.
ſ d. §. 4.
t §. 5.
u §. 6.
.7.
y §. 8.
z §. 9.
a §. 10.

eſſe poſſunt *a*. Et hæc de teſtibus. Teſtamentum in quacunque materia fieri poteſt *b*: & pluribus codicibus *c*. & hæc de forma ſcripti teſtamenti dicta ſunt. In eo quod ſine ſcriptis fit ſeu nuncupatiuo, ſufficit ſeptem teſtibus adhibitis noſtram voluntatem coram eis nuncupare *d*. Et hæc teſtandi forma hodie paſſim apud omnes gentes vſitata eſt.

¶ Suprà dicta diligens obſeruatio teſtium & ſolennitatum in ordinandis teſtamentis paganorum, *in teſtamento militis* (dum in expeditione occupatus eſt, quatenus militat & in caſtris degit, non poſt miſſionem *e*: niſi, quod ad veteranos attinet, intra annum teſtati ſint) non obſeruatur *f*, Teſtamentum feciſſe dicitur, non ſi ſimpliciter dixit, *Te heredem facio*, ſed tunc demum, cùm id dixerit in præſentia teſtium ad id conuocatorum *g*. E contrariò teſtamentum militis cenſetur, cui ante expeditionem facto, poſteáve conſtante militia reſignato, aliquid detractum vel adiectum eſt *h*. Singularia & hæc ſunt, quod filiusfamiliàs miles teſtari poſſit *i*, mutus & ſurdus *k*, quod milite adrogato, vel emancipato, teſtamentum eius irritum non fiat, tanquàm capitis minutione *l*. Quòd dictum eſt de militari teſtamento, ad eos quoque qui quaſi militant, extenditur ratione peculij quaſi caſtrenſis *m*.

¶ Longè ab huiuſmodi priuilegio abſunt filijfamiliàs, quibus etiam permittente patre, *teſtari non licet*, (niſi, vt antea diximus, de caſtrenſi vel quaſi peculio *n*) vt & impuberibus & furioſis conſtante furore *o*: ſed & interdictis & prodigis *p*, ſurdis & mutis, (niſi beneficio principali *q*) cæcis (niſi ſecundùm obſeruationem Diui Iuſtiniani *r*) captis ab hoſte *ſ*. Eſt & hæc obſeruatio, præter ſuperiores, in teſtamentis obſeruanda (vt pater aliud eſt in matre & auo materno *t*, aliud in milite patre quod ad poſthumos *u*] liberos, cuiuſcunque ſexus ſint, natos & poſthumos de quibus vide §. 1. 2. 6. *x* tam ſuos quàm emancipatos, hęredes inſtituat, vel nominatim *exhæredes*. Alioquin, ſi eos ſilentio præterierit, inutiliter teſtabitur: adeò quidem, vt ſi viuo patre filius ita præteritus mortuus ſit, nemo hæres ex eo teſtamento poſſit exiſtere: quia ſcilicet ad initio teſtamentum non conſtitit *y* De adoptiuis vide §. 4 & 5. in fin. *z*. De emancipatis §. 3. & 4. verſ. emancipati *a*.

¶ Porrò de extraneis hæredibus inſtituendis, hoc tenendum eſt, nobis permiſſum eſſe inſtituere tam liberos homines quàm ſeruos, & tam proprios quàm alienos *b*: & vnum hominem, & plures vſque in infinitum *c*, quinetiam eos quos nunquam vidimus *d*, & hæreditatem diuidere in plures vncias quàm duodecim *e*, quin vel in nullas, vel partim in quaſdam, partim in nullas. Quod cum accidit, quid iuris ſit, vide §. 6. 7. 8. *f* Hæredem purè & ſub conditione non tamen impoſſibili, (talis enim pro non ſcripta habetur *g*) quin & ſub diuerſis conditionibus (quæ coniunctę, omnibus: ſi ſeparatæ, cuilibet obtemperandum erit) inſtituere poſſumus *h*. Ex certo tempore, aut ad certum tempus non poſſumus: quo caſu dies habetur pro ſuperuacuo: & perinde eſt ac ſi purè hæres ſcriptus fuerit *i*.

¶ Poſſumus quoque in teſtamento plures gradus hęredum facere *k*, & plures in vnius, vel vnum in plurium: vel ſingulos in ſingulorum locum, vel inuicem *ſubſtituere* l. Poſſumus & ex diſparibus partibus hæredes ſcriptos inuicem ſubſtituere, & nullam mentionem in ſubſtitutione partium facere, quo caſu videmur eas in ſubſtitutione partes dediſſe, quas in inſtitutione expreſſimus *m*. Poſſumus quoque & inſtituto hęredi cohæredem ſubſtitutum dare, & alium ei ſubſtituere: quo caſu ad vtramque partem ſubſtitutus admittitur *n*. Item poſſumus hæredi ſub conditione, *Si hæres non erit*, ſcripto, alium ſubſtituere, de quo quid iuris ſit, v. §. vlt. *o*.

¶ Poſſumus præterea liberis impuberibus & furioſis (quo caſu *ad exemplum pupillorum eis ſubſtituimus* p) quos in poteſtate habemus, non ſolùm ita: *Si hæredes nobis non extiterint, alius ſit eis hæres*, ſed eo amplius, *Si* (inſtituti vel exhæredati liberi etiam) poſthumi *q* *hæredes nobis extiterint, & ad hoc impuberes mortui fuerint, alius*, id eſt (putà Seius) *fit eis hæres* r. *ſubſtitutio* vocatur *pupillaris*: eáque & ſibi & filio pater teſtamentum facit *ſ*. hócque illius eſt ſequela: illud ſi non valet, hoc etiam non valebit *t*. Poſſumus etiam ſingulis liberis, vel ei qui vltimus impubes morietur, ſubſtituere *u*, ſpecialiter, id eſt, nomine expreſſo, vel generaliter *x*: maſculo ad decimum quartum, fœminæ ad duodecimum annum *y*. Extraneo vel puberi filio, ita non poſſumus ſubſtituere: eos tamen grauare per fideicommiſſum poſſumus, vt hæreditatem alij totam, vel pro parte reſtituant *z*. Quomodo parens ſubſtitutione pupillari vitę filij periculum creare non poſſit, vide §. 3. *a*.

a d. §. 11.
b §. 12.
c §. 13.
d §. vlt.
e Tit. 11. §. 3. De militari teſtamento.
f d. tit. 11. in pr.
g §. 1.
h § 4.
i d. tit 11. in pr.
k §. 2.
l §. 2.
m §. vlt.
n ¶ Tit. 12. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.
o §. 1.
p §. 2.
q §. 3.
r §. 4.
ſ §. vlt.
t ¶ Tit. 13. §. 1. 2. 61. De exheredatione liberorum.
u §. vlt.
x §. 6.
y d. Tit. 13. in pr & §. 5.
z §. 4 & 5. in fin. l. pen. C. de adopt.
a §. 3. & 4. verſic. emancipati.
b ¶ Tit. 14. in pr. §. 1. 2. 3. De hæredibus inſtituendis.
c §. 4.
d §. 12.
e §. 5.
f §. 6 7.
g §. 10.
h §. 11.
i §. 9.
k ¶ Tit. 15. De vulgari ſubſtitutione.
l §. 1.
m §. 2.
n §. 3.
o §. vlt.
p ¶ Tit. 16. §. 1. De pupillari ſubſtitutione.
q §. 4.
r d. Tit. 16. in pr.
ſ §. 2.
t §. 5.
u §. 6.
x §. 7.
y §. 8.
z §. vlt.
a §. 3.

¶ Valent ergo ſuperioribus modis teſtamenta quæ interdum accidit, *infirmari, rumpi, vel irrita fieri a.* Rumpitur adgnatione ſui hęredis *b.* poſteriore teſtamento *c.* Prius teſtamentum non valde reuocatur: ſi ſimiliter dixerimus noſſe nos id valere: item, ſi poſterius facere tantùm cœpimus *d:* & ita quidem, vt hic duobus caſibus princeps non capiat *e.* fit irritum capitis minutione *f.* Vtcunque autem tanta nobis teſtantibus competat poteſtas, non poſſumus tamen iniquè liberos, vel parentes exhęredare, aut iniquè præterire *g:* ſed nec fratres & ſorores, turpibus perſonis ſcriptis hęredibus poſtponere. Et vniuerſum teſtamentum reſcindere poſſunt: nam ſi quid eis relictum fuerit, quarta eis ſupplenda fuerit *h:* aliàs huiuſmodi perſonæ de inofficioſo defuncti teſtamento agere poſſunt. Quòd ſi huiuſmodi *i* perſonæ quartam, vel iure legati, vel fideicommiſſi, vel mortis cauſa, vel inter viuos, vel aliis modis habuerint, de inofficioſo agere non poterunt. Quartam ita intellige, vt ſiue vnus fuerit, ſiue plures, quibus agere de inofficioſo permittitur, vna quarta eis detur, quæ pro rata eis diſtribuatur *k.*

¶ Cæterùm hic notandum eſt, noſtrorum *hæredum eſſe differentiam, eorúmque alios eſſe nobis neceſſarios* (vt ſeruos *l,*) *alios ſuos & neceſſarios* (veluti filios *m*) *alios extraneos* n. Extraneis deliberandi de adeunda hęreditate, vel non adeunda: ſuis & neceſſariis, abſtinendi poteſtas datur *o.* Extraneus hęres hęreditatem adit vel nuda voluntate. vel pro hęrede gerendo. Pro hęrede gerit, qui rebus hęreditariis tanquam hęres vtitur. Vtitur, qui vendit, qui colit, qui locat *p.* Et hæc omnia non tantùm poſſumus, ſed etiam legandi nobis poteſtas data eſt *q.* *Legatum* eſt donatio à defuncto relicta, ab hęrede præſtanda *r.* Olim variis generibus legabatur, veluti per vindicationem, damnationem, ſinendi modum, & præceptionem. Sed hodie omnium iſtorum legatorum vna eſt natura, & quibuſuis verbis legare licet: actione perſonali, in rem, & hypothecaria legatariis data *ſ.* Olim etiam legata fideicommiſſis ſtrictiora erant, hodie exæquata. *t* Videndum eſt de rebus quas legare poſſumus. Legare poſſumus res noſtras, hęredis, rem alienam (ſcientes tamen, & in commercio poſitam, hoc vltimo caſu cogitur hęres eam rem redimere, vel æſtimationem dare *u,* niſi legatarius ex cauſa non oneroſa, ſed lucratiua, putà donationis eam rem viuo teſtatore fuerit conſecutus *x*) rem oblatam creditori *y,* quod futurum eſſe poteſt *z:* rem noſtram quaſi alienam *a,* rem noſtram eámque poſtea alienare (totam ſcilicet vel in parte ac pignori dare: quo caſu non videmur legatum adimere *b.* aliud erit ſi res legata ſine facto hęredis, perierit. tunc enim res legatario decedit *c*) debitori noſtro liberationem *d.* creditori verò purè legare poſſumus, quod in diem & ſub conditione ei debemus (aliàs ſi nihil eſt plus in legato, quàm in debito, legatum erit inutile *e*) dotem vxori (plenius enim eſt legatum, quàm de dote actio *f*) ancillas cum ſuis natis, ordinarium ſeruum cum vicariis, ſeruum cum peculio, fundum cum inſtrumento. ſed hoc caſu mortua ancilla & ordinario, partus & vicarius debetur mortuo ſeruo, fundo alienato, peculium & inſtrumentum non debetur *g:* Gregem quoque legare poſſumus, cuius quod ſuperfuerit, etiam minimum, purà ouis, à legatario vindicari poterit *h.* Ædibus legatis, quæcunque poſt teſtamentum teſtator eis adiecerit, ædibus cedunt *i.* Legare etiam poſſumus peculia ſeruorum *k,* res corporales & incorporales *l,* optionis facultatem *m.* Rem legatarij ei legare non poſſumus *n:* & hæc de rebus. Illis ſolùm legare poſſumus cum quibus teſtamenti factio eſt *o,* incertis perſonis *p,* alieno poſthumo (poſthumus alienus dicitur, qui natus inter ſuos hęres teſtatori futurus non eſt *q,* qui & olim & hodie hęres inſtitui poteſt, niſi in vtero eius mulieris ſit quæ iure noſtro vxor eſſe non poteſt *r.* Non idem eſt in tutore, qui incertus dari non debet *ſ*) & hæc de perſonis. Videndum eſt qua forma legare poſſumus. Poſſumus verò legare coniunctim vel diſiunctim *t,* & generaliter, puta ſeruum, vt eo caſu electio ſit legatarij *u.* Poſſumus in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarii errare (ſufficit enim ſi de perſona eius conſtet *x*) poſſumus eundem falsò demonſtrare *y,* eíque falſa cauſa legare *z* ſub conditione, ſeruo hęredis *a,* ante heredis inſtitutionem, & inter medias heredum inſtitutiones *b,* poſt mortem heredis aut legatarij *c,* pœnæ nomine *d.*

¶ Poſſumus quoque *adimere legata* (ſiue eodem teſtamento, ſiue codicillis, ſiue contrariis verbis, ſiue aliis quibuſcunque *e*) transferre ab alio ad alium *f.*

¶ Poſſumus quoque vniuerſa bona legatis erogare: ſed tamen ea poteſtas primùm per legem Fuſiam, dein per legem Voconiam, tandem *per Falcidiam* eſt reſtricta, quâ cauetur *ne plus legare, quàm dodrantem totorum bonorum liceat,* id eſt, vt ſiue vnus heres inſtitutus ſit, ſiue plures, apud eum, eóſve pars quarta remaneat *g.* Ea lex in ſingulis heredi-

a ¶ *Tit. 17. Quibus modis teſtamenta infirmantur.*
b §. 1.
c §. 2. 3.
d §. 7.
e §. *vlt.*
f §. 4. 5.
g ¶ *Tit. 18. De inofficioſo teſtamento.*
h §. 1. & 2.
§. 3.
k §. *vlt. adde & caſus* §. 4. 5.
l ¶ *Tit. 19. in pr. & §. 1. De hæredum qualitate & differentia.*
m §. 2.
n §. 3. 4.
o §. 5.
p §. *vlt.*
q ¶ *Tit. 20. De legatis.*
r §. 1.
ſ §. 2.
t §. 3.
u §. 4.
x §. 6. & 9.
y §. 5.
z §. 7.
a §. 11.
b §. 12.
c 16.
d §. 13. & 21. *in fin.*
e §. 14.
f §. 15.
g §. 17.
h §. 18.
i §. 19.
k §. 20.
l §. 21. *in princ.*
m §. 23.
n §. 10.
o §. 24.
p §. 25.
q §. 26.
r §. 28.
ſ §. 27.
t §. 8.
u §. 22.
x §. 29.
y §. 30.
z §. 31.
a §. 32. 33.
b §. 34.
c §. 35.
d §. *vlt.*
e ¶ *Tit. 21. De ademptione legatorum, & tranſlatione.*
f §. *vlt.*
g ¶ *Tit. 22. De lege Falcidia.*

bus locum habet, tam iis quorum pars legatis onerata eſt, quam illis quorum pars non eſt onerata *a.* Quantitas patrimonij mortis tempore ſpectatur: ideóque, quæ mortuo teſtatore hereditati ante aditam hereditatem adiunguntur vel adimuntur, ad lucrum vel damnum hęredum pertinent *b.* Falcidiæ ratio ponitur, ære alieno, funeris impenſa, & pretiis ſeruorum manumiſſorum deductis *c.* Nunc tranſeamus *ad fideicommiſſa, ſeu fideicommiſſarias hereditates* d. Fideicommiſſa primum eo fini reperta fuerunt, vt quibus hereditas vel legatum relinqui non poſſet, ij per alium vtrumque caperent. Ea Diuus Auguſtus, iſtis rationibus motus confirmauit: confirmata paulatim in aſſidua iuriſdictione verſa ſunt, Prætore ad id peculiariter creato, qui fideicommiſſarius dicebatur *e.* Eſt autem fideicommiſſum, quoties heredem inſtitutum rogamus, vt hereditatem alij reſtituat *f.* eáque reſtituta nihilominus eſt heres *g:* quanquam olim ei, & in eum *h* darentur omnes actiones, cui ita erat reſtituta hereditas. Poſtea permiſſum fuit, Senatuſconſulto Pegaſiano, heredi perinde quartam retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur: quo ſubſecuto, ipſe heres onera hereditaria pro rata parte ſuſtinebat: alter, legatarij partiarij loco id erat, id eius cui dars bonorum legata eſt: eáque ſpecies legati partitio vocabatur. quia cùm herede partiarius partiebatur hęreditatem *i:* atque ita in heredem, ex iure ciuili: in eum qui recipiębat hereditatem, ex Senatuſconſulto Trebelliano actiones pro rataparte dabantur *k.* Hodie heres in ſolidum vel pro parte *l,* teſtamentarius, vel legitimus, vel honorarius *m,* quin & is cui aliquid reſtitui mandauimus, & à nobis rogatus, vt id, aut totum, aut parte tenus, alij reſtituat *n,* hereditatem reſtituere debet, quartámque, vel quod quartæ deeſt, retinere & repetere poteſt pro rata portione, actionibus tam in eum, quàm in fideicommiſſarios, competentibus, niſi huiuſmodi perſonæ volentes ſcientes totam reſtituerint, vel noluerint adire. tunc enim ſoli fideicommiſſarij tenentur *o.* Fideicommiſſa coram quinque teſtibus relinquere poſſumus: quin coram ſolo herede: quo caſu fideicommiſſarius hęredi iuſiurandum deferre poteſt, heréſque cogitur, vel iurare ſe nihil tale à teſtatore audiuiſſe, aut, ſi recuſat iurare, fideicommiſſum præſtare *p.* Nec tantum autem vniuerſam hęreditatem per fideicommiſſum relinquere poſſumus *q,* ſed & res ſingulas, propriam heredis, legatarij, fideicommiſſarij: aut cuiuſlibet alterius *r,* libertatem *ſ,* is verbis potiſſimum, *peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo,* quæ perinde ſingula firma ſunt, ac ſi in vnum congeſta ſint *t.*

¶ Poſſumus quoque non tantùm per teſtamentum ſolenne, de quo antea diximus, ſed & codicillis, vno vel pluribus (qui minorem ſolennitatem requirunt *u*) relinquere *x* fideicommiſſum, vel quid aliud: non tamen hereditatem directò, licèt per obliquum. Per obliquum relinquimus quoties fideicommittimus *y.* ante vel poſt teſtamentum fieri poſſunt fideicommiſſa: adeo vt ex iis fideicommiſſum peti poſſit, ſi appareat teſtatorem à voluntate quam in codicillis expreſſerat, non receſſiſſe *z.*

¶ Et hæc de teſtamentis. Sequitur quintus acquirendi modus iure ciuili, nempè ab *inteſtato.* Inteſtatus decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non iure, cuius teſtamentum ruptum, irritúmve aut ex quo nemo hęres extitit *a.* Inteſtati hereditas primum ad ſuos heredes pertinet *b.* Sui heredes ſunt iure ciuili, liberi qui in poteſtate poſiti defuncti, cùm moritur, (cum iis etiam ſuccedunt filij emancipati iure Prætorio *c:* emancipati, inquam, licèt ab aliis ſint adoptati, ídque conſtitutione Iuſtiniani *d,* exploſo ea in parte veteri iure *e*) ſiue legitimi, ſiue naturales, ſiue legitimati, ſiue adoptiui, ſiue nati, ſiue poſthumi ſint *f.* Ii heredes fiunt, etiam ignorantes: & in eos, morte parentis, continuatur dominium ipſo iure *g.* Suorum numero continetur, & is qui ab hoſtibus reuertitur poſt mortem patris *h.* Suus eſt etiam cuius pater perduellionis damnatus, ac memoria damnata: ſed ſuus eſſe deſiit, quia bona parentis ad fiſcum deferuntur *i.* Filij & filiæ æqualiter parentibus ſuccedunt. Cùm iis nepotes ex altero filio mortuo concurrentes ſuccedunt, non in capita, ſed in ſtirpes: nec eo caſu qui gradu proximior eſt, poſteriorem excludit *k.* Nepotes verò & deinceps liberi ex filia concurrentes cum ſuperius enumeratis perſonis, minus tertia parte accipiunt quàm mater eorum, vel auia acceptura fuerat *l.* Concurrentes cum agnatis tranſuerſalibus eos excludunt *m.* Vbi verò nulli ſui ſunt, vel quaſi ſui, hereditas ab inteſtato *ad proximum adgnatum* olim pertinebat *n:* ſed hodie agnatis cognati, quoad ſucceſſiones, ſunt exæquati *o.* Agnati ſunt cognati per viriles perſonas coniuncti *p.* Succedunt ſibi inuicem agnati, etiam ſi gradu (de gradibus vide Titulo ſexto) longiſſimo ſint *q,* puta decimo *r.* Sed hodie ſoror cum fratre fratri ſuccedit, veteri iure exploſo

a §. 1.
b §. 1.
c §. *vlt.*
d ¶ *Tit. 23. De fideicommiſſariis hereditatibus & ad ſenatuſconſultum Trebellianum.*
e §. 1.
f §. 2.
g §. 3.
h §. 4.
i §. 5.
k §. 6.
m §. 8.
n §. 9.
o §. 7.
p §. *vlt.*
q ¶ *Tit. 24. De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.*
r §. 1.
ſ §. 2.
t §. *vlt.*
u ¶ *Tit. 25. in prin. & §. vlt. De codicillis.*
x §. 1.
y §. 2.
z §. 3.
a *LIB. III.* ¶ *Tit. 1. De hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.*
b §. 1.
c §. 9.
d §. 14.
e §. 10. 11. 12. 13.
f §. 2. 8.
g §. 3.
h §. 4.
i §. 5.
k §. 6.
l §. 15.
m §. *vlt.*
n ¶ *Tit. 2. De legitima agnatorum ſucceſſione.*
o *Nou. 117. cap. 4. 5.*
p §. 12.
q §. 3.
r *Tit. 3.* §. *vlt.*

ſo *a* hæreditate,non in ſtirpes, ſed in capita diuidenda *b*.

¶ Olim frater & ſoror defuncti, filios & filias alterius defuncti excludebat *c*: ſed hodie non ſunt ſemoti, propter eis conceſſum ius repræſentationis *d*, quo caſu cum patruo ſuo ſuccedunt in ſtirpes,non in capita *e*. Olim etiam cum fratribus defuncti mater non ſuccedebat, ſed cum ſolis ſororib. *f* eo etiam caſu pater defuncti matrem eius excludebat *g*:ſed hodie ex S.C. Tertulliano etiam cum maſculis fratrib. vtroque etiam parente coniunctis defuncti pater ac mater concurrit æqualiter *h*, vt tantum percipiat, quantum vnuſquiſque fratrum defuncti *i*. Cum iis etiam concurrunt filij fratris defuncti:fratris,inquam qui defuncto fratri ex vtroque parente iungebatur. Nou.127:c.1. Vbi verò agitur de ſucceſſione agnati, vel cognati ſine liberis, vel parentibus vel fratribus aut ſororibus mortui:ſoli fratrum vel ſororum liberi, ac deinceps cognati relicti, patruo ſuo ab inteſtato ſuccedunt,non in ſtirpes,ſed in capita *k*.Hinc conſtat, magnum iudicium adhibendum eſſe in legendo tit.2.3.4.5.huius libri *l*. Et quidem quarto oſtenditur quemadmodum filij filię, nepotes, neptes matri & auiæ ſuccedunt ex SC. Orficiano:item de iure adcreſcendi. Quinto cognatus cognato vt ſuccedat. Sexto, de gradibus cognationum.

¶ *De ſeruili cognatione* v. tit.7. *m de ſucceſſione libertorum*,tit.8.& 9.*n*.

¶ Quod ad *bonorum poſſeſſiones* attinet,quæ iure Prætorio conceduntur, notandus eſt ordo qui ſequitur, eas ſc.dari vel ex teſtamento,vel ab inteſtato. Ex teſtamento dupliciter, contra tabulas liberis præteritis:ſecundum tabulas, ſcriptis hęredibus. Ab inteſtato,hoc ordine,vnde liberi,vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor, & ex legibus exploſo veteri ordine *o*.

¶ De ſexto adquirendi modo iure ciuili *per adrogationem* vide tit.11. *p*.

¶ De ſeptimo per *bonorum addictionem* v. titul. 12. *q*.

¶ De aliis modis,*qui fiebant per bonorum venditiones, & ex SC.Claudiano, ſublatis*, vide tit.13. *r*

¶ Qui nunc ſequitur adquirendi modus vtiliſſimus eſt, conſtat autem *obligationes*. obligatio autem nihil aliud eſt, quàm iuris vinculum quo neceſſitate adſtringimur, alicuius rei ſoluendæ cauſa ſecundum ciuitatis Romanæ iura *t*. Obligationum prima diuiſio hæc eſt, obligationum aliæ Ciuiles ſunt, aliæ Prætoriæ, ſeu honorariæ. Hæ ex prætoris iuriſdictione: illæ, aut legibus conſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ *u*. Altera diuiſio in quatuor ſpecies deducitur. Aliæ enim ſunt ex contractu vel quaſi; Aliæ ex delicto vel quaſi. Quæ ſunt ex contractu aut re,aut verbis,aut literis, aut conſenſu contrahuntur *x*.

¶ *Re*, veluti *y*, indebiti *z*, commodati *a*, depoſiti *b*. pignoris acceptione *c*. Harum obligationum nomine, competit nobis condictio mutui, indebiti, commodati, depoſiti, pignoris *d*. In mutuo ſemper dominium transfertur, in commodato, depoſito, & pignore nunquam *e*, in indebito, interdum. In mutuo ab accipiente caſus fortuiti præſtantur; in commodato, & pignore, exacta diligentia, ac conſueta obſeruari à bono patreſamiliàs *f*. in depoſito ſolus dolus præſtatur *g*. Hinc colligere poſſis, quid iuris ſit in indebito.

¶ Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione & reſponſione,quoties quid dari fierive(in huiuſmodi ſtipulationibus quæ factum continent: optimum eſt pœnam ſubiicere, ne quantitas ſtipulationis in incerto ſit: ac neceſſe ſit actori probare quid eius interſit *h*)ſtipulamur:certum,vnde condictio certi, vel incertum, vnde ex ſtipulatu actio deſcendit. Stipulatio à ſtipulo,id eſt firmo,vel à ſtipite dicitur *i*.Et hęc de definitione, effectu & etymo ſtipulationis. Olim ſolennia ſtipulationum verba hæc fuerunt,*Spondes? promittis? fideiubes? dabis? facies?* reſponſionis verò, verba ſuperioribus reſpondentia Hodie quibuſcunque verbis fit.Fit ſtipulatio omni lingua. ſufficit congruenter ad interrogata reſpondere *k*. Fit etiam aut purè,aut in diem,aut ſub conditione.Priori modo,confeſtim peti poteſt res promiſſa *l*. Duobus poſtremis, poſtquam, dies venerit,vel conditione impleta *m*.Qui ſtipulatur *annua quoad viuet*, hæredem ſuum non iuuat *n*. Quoties ſub conditione ſtipulamur, in caſum ſeu factum differtur obligatio:ex ea ſpes eſt, debitum iri, eáque ipſam ſpem ad hæredem tranſmittimus, ſi prius quàm conditio extet, mors nobis contigerit. ſi ita ſtipulamur, *dabis ſi non fecero*, perinde eſt ac ſi ſtipulati eſſemus, cum moriemur *o*. Conditiones ad præſens, vel ad præteritum tempus relatæ, aut ſtatim infirmant obligationem,(puta ſi falſæ ſint)aut omnino non differunt,puta ſi veræ ſint.Nam quæ per rerum naturam certa ſunt, non morantur obligationem, licèt apud nos incerta ſint *p*. Loca interdum inferuntur ſtipulationibus, veluti *Carthagini dabis*? talis ſtipulatio reipſa, ſeu tacitè habet tempus adiectum, quo promiſſor Carthaginem ire poterit. ideóque qui Roma ita ſtipulatur, *hodie Carthagini dabis*? nihil agit,eſt enim

a *d.§.3.*
b *§.4 in fi.*
c *d.§.4. in fi.*
d *Nou. 127.*
e *Authen. ceſſante: C. de legit. hæredibus.*
f ¶ *Tit.2. De Senatuſconſulto Tertulliano.*
g ¶ *Tit.3.§.5.*
h *Nou.127.in fin. princ.*
i *Nou.42. c.47.in fi. Nou.117.c.2.*
k *Caius lib.2. inſt. c.8.* eamque opinionem,vt æquiorem defendit Zaſius 1. *Reſponſ.* 7. Mynſegerus 3. *obſer.*94.Carolus V. quoque imperator idem ſtatuit.
l ¶ *Tit.2.3.4.5.6.* vnde agitur de gradib. cognationum. *De ſenatuſconſulto Orficiano. De ſucceſſione cognatorum. De gradibus cognationum.*
m ¶ *Tit.7.De ſeruili cognatione.*
n ¶ *Tit. 8.9. De ſucceſſione libertorum.*
o ¶ *Tit.10.De bonorum poſſeſſionibus.*
p ¶ *Tit.11.De adquiſitione per adrogationem.*
q ¶ *Tit.12.De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur.*
r ¶ *Tit. 13. De ſucceſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones & ex Senatuſconſulto Claudiano.*
ſ ¶ *Tit. 14. De obligationibus.*
t *d.tit.14.*
u *§.1.*
x *§. vlt.*
y ¶ *Tit.15.Quibus modis re contrahitur obligat.*
z *§.1.*
a *§.2.*
b *§.3.*
c *§. vlt.*
d *toto.tit.*
e *§.2.*
f *§.2.& vlt.*
g *§.3.*
h ¶ *Tit.16.§.vlt. De verborum obligationibus.*
i ¶ *Tit. 16.in pr.*
k *§.1.*
l *§.1.*
m *§.2. & §.4.*
n *§.2 & §.4.*
o *§.4.*
p *§.6.*

inutilis repromiſſio *a*. & hæc de forma ſtipulationis dicta ſint.

¶ *Stipulandi & promittendi duo pluréſve* fieri poſſunt *b* rei ſimul,quoties vel plures ſtipulantur, vel promittunt *c*: vtrouis modo ſolidum debetur, à quouis eorum ſolidum præſtatur & accipitur *d*.Eorum vnus purè,alius in diem,vel ſub conditione obligari poteſt. Nec impedimento erit dies aut conditio quominus ab eo,qui purè obligatus eſt,petatur *e*.

¶ Quod liberi in poteſtate poſiti *f* & ſerui, etiam hæreditarij, quouis modo *ſtipulantur*, domino acquirunt *g*: niſi factum in ſtipulatione contineatur *h*. Communis ſeruus, vnicuique dominorum proportione dominij acquirit, niſi aut vni nominatim. aut vnius iuſſu ſtipulatus ſit:aut alter dominus adquirendi capax non ſit: tunc enim ei ſoli adquiritur *i*. & hæc de perſonis.

¶ *Stipulationum diuiſiones hæ ſunt. Aliæ Iudiciales*, quæ à mero iudicis officio proficiſcuntur: *Prætoriæ* & ædilitiæ, quæ à mero Prætoris officio deſcendunt *k*: *Communes*, i. partim Prętorię, partim iudiciales *l*:*Conuentionales*; quæ ex conuentione vtriuſque partis concipiuntur *m*. Aliæ *inutiles*, vel vtiles, de quibus hoc primùm tenendum eſt. Res omnes mobiles, vel ſoli dominio noſtro ſubiectas in ſtipulationem deduci poſſe *n*. Contra non poſſumus ſtipulari vtiliter rem quæ in rerum natura non eſt, aut eſſe non poteſt *o*, rem ſacram, religioſam, publicam, liberum hominem, rem noſtram *p*,etiam eo caſu quo noſtra erit *q*, factum turpe, vel ob turpem cauſam *r*, factum alienum, ſeu alium facturum vel daturum *ſ*, alij cui dari noſtra non intereſt (niſi pœnam ſtipulemur: quo caſu ita factum non erit *t*, vel citra ſtipulationem pœnalem, niſi ei cuius iuri ſubiecti ſumus ſtipulemur, niſi in extraneam perſonam ſolutionem conferamus, niſi eis qui iuri noſtro ſubiecti ſunt ſtipulemur. hoc enim vltimo eam nobis acquirimus *u*, niſi pupillo vel procuratori: tunc enim noſtra intereſt eis dari *x*) vel ab eo qui noſtro iuri ſubiectus eſt, vel ab eo cuius iuri ſubiecti ſumus *y*.Inutilis eſt etiam ſtipulatio, ſi ad interrogata non fuerit reſponſum *z*. Exemplo ſit is qui de vna re interrogatus, de alia reſpondit *a*. Mutus *b*, furioſus neque ſtipulari, neque promittere poſſunt *c*. Pupillus, ſine tutore ſtipulari poteſt: at non promittere *d*. Pupillum intelligimus, qui proximus eſt infantiæ, non infantem *e*. Sub conditione impoſſibili, (qualis eſt, cui natura impedimento eſt, quominus exiſtat) ſi ſtipulati fuerimus, perinde eſt, ac ſi purè ſtipulatio facta eſſet: ideóque ſtatim peti poteſt *f*. Inter abſentes concepta ſtipulatio inutilis eſt. Abſens fuiſſe non intelligitur quem pręſentem fuiſſe ſcriptura ſeu inſtrumentum teſtatur: (hoc enim caſu ſcripturæ creditur & præſumitur pro inſtrumento:) ſed tamen reus poteſt manifeſtiſſimis probationibus vel per ſcripturam, vel per teſtes idoneos probare, toto eo die, quo conficiebatur inſtrumentum ſe vel aduerſarium ſuum in aliis locis fuiſſe *g*. Poſt mortem, ſiue pridie quàm moriamur, dari, ſtipulari, vel promittere poſſumus *h*: ſed & ita, *cum moriar*, vel ita *cum morieris i*, poſt mortem alterius *k*. Poſſumus etiam præpoſterè ſtipulationem concipere, puta hoc modo *ſi nauis ex Aſia venerit, hodie dabis l*? Item plures res vna ſtipulatione comprehendere: quo caſu ſi ad omnes promiſſor reſponderit, ad omnes tenebitur *m*. Præterea ſub conditione, cuius ſpem ad hæredes noſtro, & in hæredes promiſſoris tranſmittimus *n*. Poſtremo, hoc anno, hoc menſe: tunc autem, niſi omnibus anni vel menſis partibus pręteritis, non rectè petitur *o*. Si fundum dari ſtipulatus fueris, vel hominem, non poteris continuo agere, niſi tantum ſpatium prætererit, quo traditio fieri poſſit *p*.

¶ Stipulationum promiſſionibus *fideiuſſores adijci* q, in omni contractu *r* hæredem relinquunt obligatum *ſ*.Obligationem præcedere poſſunt & ſubſequi *t*.Quouis idiomate obligari poſſunt *u*. Si plures ſint, epiſtolæ D. Hadriani ſeu diuiſionis beneficium habent, de qua v. §. 4. *x* Non poſſunt obligari, vt plus debeant quàm principalis: vt minus debeant, poſſunt. Minus intelligimus re, vel tempore *y*. Si quid rei principalis nomine ſoluerint, pro eo recuperando mandati habent iudicium *z*. Quem fideiuſſiſſe conſtat, eum ſolenniter & maturo conſilio fideiuſſiſſe pręſumimus *a*. Et hæc de obligatione, quæ verbis perficitur.

¶ Literis ſiue ſcriptura qua conſtat *obligatio*, promiſſorem obligat:ſed tamen intra biennium exceptionem pecuniæ non numeraræ obiicere poteſt *b*.Et hęc de literarum obligationibus.

¶ Reſtant quæ fiunt *conſenſu*: in quibus neque ſcriptura,neque præſentia,neque rei traditione opus eſt. Sufficit vt qui contrahunt,in his etiam alter alteri ex æquo & bono obligatur *c*.

¶ Eius generis eſt *emptio & venditio*, quæ, ſimul atque de pretio conuentum eſt, contrahitur: quamuis nondum pretium numeratum ſit:ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum,

a *§.5.*
b ¶ *Tit. 17. De duob. reis ſtipulandi & promittendi.*
c ¶ *d. tit. 17.*
d *§.1.*
e *§. vlt.*
f ¶ *Tit.18.§.1. De ſtipulatione ſeruorum.*
g ¶ *d. Tit 18. in pr. & d. §*
h *§.2.*
i *§. vlt.*
k ¶ *Tit.10.in pr. & §.1. De diuiſione ſtipulationum.*
l *§.2.in pr. & §.1.*
m *§.3.*
n ¶ *Tit. 2. De inutilibus ſtipulationibus.*
o *§. 1.*
p *§. 2.*
q *§. 22.*
r *§. 24.*
ſ *§. 3.*
t *§.19. 21.*
u *§.4.*
x *§.20.*
y *§.6.*
z *§.5.*
a *§. 23.*
b *§.7.*
c *§ 8.*
d *§.9.*
e *§.10.*
f *§.11.*
g *§.12.*
h *§.13.*
i *§.15.*
k *§.16.*
l *§.14.*
m *§. 16.*
n *§. 25.*
o *§. vlt.*
p *§.vlt in fi.*
q ¶ *Tit. 21. De fideiuſſoribus.*
r *§. 1.*
ſ *§. 2.*
t *§.3.*
u *§.7.*
x *§. 4.*
y *§. 5.*
z *§. 6.*
a *§. vlt.*
b ¶ *Tit. 22. De literarum obligationib.*
c ¶ *Tit. 25. De obligationibus in conſenſu.*

gumentum eſt emptionis contractæ, non ipſa emptio. Pretium igitur in venditione conſtitui oportet: nam ſine pretio nulla emptio eſſe poteſt *a*. Certum pretium eſſe debet (certum illud etiam exiſtimamus, quod tertius exiſtimauerit *b*) & in numerata pecunia (qua in re emptio à permutatione differt *c*.) Venditione ita contracta, peculium & commodum rei venditæ ſtatim ad emptorem pertinet: tametſi res emptori tradita non ſit *d*. Emptio ſub conditione, & purè contrahi poteſt *e*. Rem ſacram, religioſam, publicam, fruſtra quis ſciens emit. ignarus ſi emerit, habet actionem ex empto aduerſus venditorem, vt conſequatur quod ſua intereſt non fuiſſe deceptum *f*. Præter ſuperius genus emptionis, aliud eſt quod ſcripturâ perficitur; quod tunc demùm perfectum intelligitur, cùm inſtrumenta venditionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio ſcripta & à contrahentibus ſubſcripta, vel à tabellione completa & abſoluta. Donec aliquid ex his deeſt, pœnitentiæ locus eſt. Poteſt alteruter contrahentium ſine pœna recedere à contractu, niſi arra data ſit: tunc enim pœnitens emptori arram venditor, duplum arræ reſtituere compellitur *g*.

a ¶ *Tit. 24. in pr. De emptione & venditione.*
b §. 1.
c §. 2.
d §. 3.
e §. 4.
f §. *vlt.*

¶ Et hæc de venditione & emptione cui proxima eſt *locatio & conductio*: Vtraque contracta intelligitur ſi merces conſtituta eſt *h*, etiam alieno arbitrio. Merces in pecunia eſſe debet. Nam ſi inuicem rem vtendam accipimus: non ex locato & conducto, ſed præſcriptis verbis agimus *i*, Si aurum meum dedi aurifici, vt annulos conficeret, mera locatio: ſi is & aurum, & operas præſtitit, auri ratione emptio & venditio: operarum verò, locatio & conductio intelligitur *k*. Locare poſſumus alteri prædia perpetuò fruenda, ea lege, vt quandiu penſio pro his præſtabitur, conductor, eiúſve hæres aut qui ab eo cauſam habet quocunque modo expelli non poſſit, quod genus contractus Emphyteuſim vocamus. Particularia huiuſmodi prædij damna, colonus patitur, vniuerſalia ipſe prædij dominus *l*. Cæterum conductor legem conductionis ſeruare debet, eamque ex æquo & bono ſupplere, qui accepta pecunia, rem cuſtodire promiſit. Cuſtodiam diligentiſſimi patrisfamilias debet, de caſu fortuito non tenetur *m*. Mortuo conductore intra tempus conductionis, hæres eius eodem iure in conductionem ſuccedit *n*. Locatori, locati: conductori, conducti actio datur *o*.

g *in princ. hoc tit.*
h ¶ *Tit. 25. De locatione & conductione.*
i §. 2.
k §. 4.
l §. 5.
m §. 3. *
n §. *vlt.*
o *in princ. hoc tit.*

¶ Sequitur *ſocietas*, quæ aut totorum bonorum: aut vnius alicuius negotiationis eſt *p*. Partes lucri & damni expreſſæ, ſeruandæ ſunt. ſi non expreſſæ, æquales erunt *q*. Coire ita ſocietatem poſſumus, vt ego lucri duas partes, damni tertiam feram: tu duas damni, lucri tertiam habeas: quia mea opera ita pretioſa eſſe poteſt in ſocietate, vt iuſtum ſit me in ſocietate conditione meliore admitti. Poteſt etiam conueniri vt ego pecuniam conferam, tu non conferas, tamen lucrum ſit commune, (ſi modò opera tua pro pecunia valet) vt lucri partem ferat de damno non tenearis, ſi modo in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit *r*: vt compenſatione facta quod ſupereſt ſolum intelligatur in lucro eſſe. Si vna cauſa (puta lucro) pars expreſſa eſt, in altera (puta damno) omiſſa: in eo quod omiſſum eſt, eadem pars ſeruabitur *ſ*. Soluitur ſocietas diſſenſu legitimo non fraudulento *t*: morte vnius ſocij, niſi in coëunda ſocietate aliter conuenerit *u* finito rei negotio *x*, publicatione omnium bonorum vnius ſocij *y*, vel ceſſione. *z* Socius ſocio culpæ tenetur & diligentiæ, diligentiam intellige non exactiſſimam ſed qualem ſocius in rebus ſuis adhibere ſolet *a*.

p ¶ *Tit. 26. De ſocietate.*
q §. 1.
r §. 2.
ſ §. 3.
t §. 4.
u §. 5.
x §. 6.
y §. 7.
z §. 8.
a §. *vlt.*

¶ Sequitur *mandatum* b quod ſit, vel vt mea tantum *c*, vel vt mea & tua *d*, vel vt alterius *e*, vel vt mea & ſocij *f*, vel vt tua & alterius *g*, vel vt tua tantùm geras negotia: cuius generis mandatum magis conſilium eſt quàm mandatum: ob id non eſt obligatorium, vt & illud contra bonos mores eſt omnimodo *h*. Qui mandatum accepit non debet excedere fides mandati *i*. Mandatum reuocari poteſt re integra *k*. Intelligitur reuocatum morte mandantis, ſi modò mandatarius mortem eius intellexit *l*. Mandatum non ſuſcipere liberum eſt. ſuſceptum conſummandum eſt, aut renunciandum *m*. In diem differri & ſub conditione fieri poteſt *n*. gratuitum eſſe debet. Et hæc de obligationibus quæ ex quaſi contractu fiunt, dicta ſint.

b ¶ *Tit. 27. De mandato.*
c §. 1.
d §. 2.
e §. 3.
f §. 4.
g §. 5.
h §. 7.
i §. 8.
k §. 9.
l §. 10.
m §. 11.
n §. *vlt.*

¶ Sequitur vt videamus *quæ obligationes ex quaſi contractu* o *naſcuntur* p. Inter negotiorum geſtorem & eum cuius negotia geſta ſunt *q*, inter tutorem & pupillum *r*, inter eos qui communem rem habent *ſ*, inter hæredem & legatarios *t*, inter eum qui per errorem non debitum ſoluit, accepit, vltro citróque naſcuntur obligationes ex quaſi contractu *u*.

o ¶ *Tit. 21. De obligationib. quæ quaſi ex contractu naſcuntur.*
p §. 1.
q §. 2.
r §. 3. & 4.
ſ §. 5.
t §. 6. & *vlt.*

¶ Hic dicendum erat de obligationibus ex delicto vel quaſi: ſed quia Tribonianus interſerit tractatum de perſonis obligationem acquirentibus & de contrariis obligationis, vtrumque caput conſi eran lum nobis erit. *Acquirimus obligationem* per nos, per ſeruos, per filios in poteſtate *a*, per liberos homines, & per alienos ſeruos quos bona fide poſſidemus *b*, per ſeruum vſumfructuarium & vſuarium *c* & communem *d*.

u ¶ *Tit. 29. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.*
a §. 1.
b §. 2.
c §. *vlt.*

¶ *Tollitur* verò *obligatio* ſolutione eius quod debetur *e*, acceptilatione ſeu imaginaria ſolutione *f*, nouatione ſeu interuentu nouæ perſonæ *g*, contraria voluntate.

d ¶ *Tit. 30. Quibus modis tollitur obligatio.*
e §. 1. 2.
f §. 3.
g §. *vlt.*

¶ Sequuntur *obligationes ex delicto*, vel quaſi: naſcuntur ex re, id eſt, ex ipſo maleficio, veluti furto, rapina, damno iniuria *h*. Furtum eſt contrectatio fraudulosa rei alienæ lucri faciendi cauſa *i*. Dicitur à furuo, id eſt, nigro (ſit. n. clam) vel à ferendo *K*. Manifeſtus fur eſt, qui in ipſo furto deprehenditur vel in eo loco quo furtum fit: quippe ibi furtiuam rem tenet: Non manifeſtus eſt ei contrarius *l* (de concepti, obligati, prohibiti furti antiquis actionibus v. §. 4. *m*) manifeſtus quadrupli: non manifeſtus, dupli tenetur *n*. Qui pignore, aut depoſito vtitur, furtum committit. vt & commodatarius rem vtendam acceptam in alium vſum transferens *o*: ſi modo intelligit id ſe inuito domino facere *p*, niſi domino volente id faciat. Si ſeruum meum, à te de furto mihi faciendo ſolicitatum permiſi quaſdam res mihi ſurripere, vt te in ipſo delicto deprehenderem, furti & ſerui corrupti nomine mihi teneris: vtcúmque me volente eo caſu videaris rem meam contrectaſſe *q* Furtum committit, qui liberum hominem ſurripit *r*: qui creditori ſuo pignus datum ſubtrahit *ſ*. ſed & is cuius ope & conſilio furtum factum eſt, veluti, tibi nummos excuſſit, vt altius eos raperet: qui tibi obſtitit, quo minus furem adprehenderes: qui boues tuos fugauit, vt alius eos acciperet: qui ſcalas feneſtris ſupponit, aut ſciens commodat ferramenta ad effringendum, vel qui oſtium effringit, vt alius furtum faciat. Qui tantum conſilium dedit, furti non tenetur *t*. Serui dominis, liberi parentibus furti non tenentur *u*. Furti actio competit ei cuius intereſt rem ſaluam eſſe *x*: ideóque & creditori, ob pignus ſubreptum *y*: & fulloni, ob veſtimenta ſubrepta: & bonæ fidei emptori *z*, & certis caſibus ei qui rem commodatam accepit *a*. non idem eſt in depoſitario *b*. Impubes proximus pubertati furti teneri poteſt *c*. Rem nobis ſubreptam à quouis poſſeſſore vindicare poſſumus: eam verò ipſi furi condicimus, & præterea dupli, vel quadrupli pœnam exigimus *d*. & hæc de furto.

h *LIB. IV.* ¶ *Tit. 1.*
i §. 1.
k §. 2.
l §. 3.
m §. 4.
n §. 5.
o §. 6.
p §. 7.
q §. 8.
r §. 9.
ſ §. 10.
t §. 11.
u §. 12.
x §. 13.
y §. 14.
z §. 15.
a §. 16.
b §. 17.
c §. 18.
d §. *vlt.*

¶ *Rapina* furto deterior: cuius nomine intra annum, quadrupli: poſt annum, ſimpli actio, nobis competit *e* aduerſus eum qui non errore ductus. ſed dolo malo rapuit. Sed tamen, qui rem ſuam ab eius poſſeſſore per vim rapit eius dominio priuatur: qui ſuam exiſtimans, alienam tamen rapit, eàm cogitur reſtituere: præterea eius æſtimationem præſtare: quod & in immobilium inuaſionibus locum habet *f*. & hæc de vi & rapina.

e ¶ *Titul. 2. De vi bonorum captorum.*
f §. 12.

¶ Damni iniuriæ actio conſtituitur *per l. Aquiliam*: cuius primo capite de ſeruo & quadrupede (quæ pecudum numero ſit, quæcunque gregatim paſci dicitur *g*.) alterius occiſis agebatur *h*. Non iniuria occidit qui inſidiatorem *i*, vel qui caſu occidit. Contra, hic iniuria occidit, qui culpa *k*, vel imperitia *l*. Reus eo caſu tenetur de occiſo, quanti eo anno plurimi fuit *m*: & in id quod præterea perempto illo corpore damni illatum fuit *n*. Idem etiam teneri poteſt lege Cornelia *o*. cap. 2. leg. Aquil. non eſt in vſu. Fortè in eo agebatur de intercepta nobis vtilitate per iniuriam ab alio *p*. Tertio capite agebatur de ſeruo & quadrupede vulneratis, de feris occiſis, de damno dato rebus inanimatis, vt ſi quid in eis viſum, ruptum, fractum, corruptum, ſciſſum, colliſum, effuſum, mixtum fuerit *q*. Reus tenebatur eo nomine, non quanti eo anno res plurimi fuiſſet: ſed quanti in diebus triginta proximis *r*. Porro ex lege Aquilia directa actio datur in eum qui corpore ſuo damnum dedit. Vtilis in eum qui non corpore, ſed tamen in corpus aliquod damnum dedit: veluti ſi hominem, vel pecus incluſit, vt fame necarentur: iumentum egit, vt præcipitarentur: ſeruo perſuaſit, vt in arborem aſcenderet: vel in puteum deſcenderet, vt læderetur: In factum, ſi neque corpore, neque in corpus damnum datum eſt ab aliquo: veluti ſi quis miſericordia ductus alienum ſeruum compeditum ſoluit, vt fugeret *ſ*. Et hæc de damno.

g ¶ *Tit. 3. §. 1. De lege Aquilia.*
h ¶ *d. Tit. 3. in prin.*
i §. 2.
k §. 4. 5. 6.
l §. 7. 8.
m §. 9.
n §. 10.
o §. 11.
p §. 12.
q §. 13.
r §. 14. 15.
ſ §. *vlt.*

¶ *Iniuria* generaliter dicitur, quòd non iure fit: ſpecialiter vt contumelia *t*. Iniuriam facit qui pugno pulſat, fuſtibus cædit aut qui verberat. Conuicium quis facit, vel voce, vel ſcripto *u*, item is qui procurat iniuriam fieri *x*. Nihil intereſt nobis, an liberis, aut vxori fiat iniuria *y*. Si ſeruis noſtris in noſtri contumeliam iniuria facta eſt, iniuriæ actio nobis competit: non ſi eis ſimpliciter conuicium factum, aut pugno tantum ſint percuſſi *z* ſeruum noſtrum intelligimus, & quem cum alio habemus communem,

t ¶ *Tit. 4. De iniuriis.*
u §. 1.
x §. 11.
y §. 2.
u §. 3.

a §.4. b §.5. c §.6. d §.7. e §.8.9. f §10. g §.vlt. h ¶ *Tit.5, De obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur.* i §.1.2. k §.vlt.

communem *a*, cuius ſumus proprietarij *b*, qui bona fide nobis ſeruit (ſi modò in noſtri contumeliam ei iniuria facta ſit *c*.) Qui iniuriam intulit, arbitrio iudicis punitur pro circunſtantiis perſonarum *d*, & rei, & facti atrocitate *e*. Ciuiliter quanti iniuriam paſſus æſtimauerit: vel minoris, prout iudici viſum erit. Criminaliter pœna extraordinaria *f*. Hæc actio diſſimulatione aboletur *g*, & hæc de obligationibus ex delicto.

¶ *Quaſi ex delicto obligatur* iudex, cùm litem ſuam facit *h*: is ex cuius cœnaculo deiectum effuſúmve aliquid eſt, ita vt alicui noceretur *i*. exercitor nauis, aut cauponæ, aut ſtabuli, de damno, aut furto, quòd in naui aut caupona, aut ſtabulo factum erit *k*. & hæc de perſonis & rebus dicta.

De actionibus priuatis & publicis.

l ¶ *Tit. 6. De actionib.* m §.1.2.14.15. n §.3.4. o §.9. p §.6. q §.7. r §.13. ſ §.8. t §.9. u §.10. x §.11. y §.12. z §.16. a §.17. b §.18. c §.19. d §.20. e §.21. f §.22. g §.23. h §.24. i §.25.26.27. k §.28.29.30. l §.31.32. m §.36.37.38.39.40. *ſeu vlt.* n §.33.34.

Sequuntur actiones, tertium iuris obiectum. Actio nihil aliud eſt, quam ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur *l*. Actionum aliæ in perſonam ſunt (quæ & condictiones) aliæ in rem (quæ vindicationes dicuntur) corporalem vel incorporalem, vt ſeruitutes *m*. Et hæ quidem legitimæ ſunt & ciuiles. Prætoriæ verò in rem & perſonam, ſunt variæ. In rem, veluti Publiciana qua experitur is cui ex aliqua cauſa res aliena tradita fuit, cuiuſque poſſeſſionem amiſit, antequam eam vſucaperet perinde enim eam rem vindicat, ac ſi vſucepiſſet *n*. Reſciſſoria datur captiuo, aut abſenti Reip. cauſa, ad vſucapionem ſuorum bonorum factam reſcindendam *o*. Pauliana eſt qua creditores reſcindunt in ſui fraudem alienationem, factam à ſuis debitoribus *p*. Seruiana verò, qua locator de rebus colonis. Quaſi Seruiana qua creditores pignora, & hypothecas perſequuntur *q*. Præiudiciales ſunt per quas quæritur, An aliquis liber. An libertus, vel de partu agnoſcendo *r*. In perſonam, veluti de pecunia conſtituta *ſ*, (conſtituit autem quicunque pro ſe vel pro alio citra ſtipulationem ſe ſoluturum promittit *t*.) De peculio aduerſus patrem & dominum *u*. Ex iureiurando Pœnales, in albi corruptorem & alios *y*. Secunda actionum diuiſio. Actionum aliæ ſunt rei perſequendæ *z* (vt omnes in rem, & ferè omnes in perſonam *a*) aliæ pœnæ perſequendæ ſeu pœnales (putà ex maleficiis *b*) mixtæ. Mixtæ ſunt quibus vel rem & pœnam perſequimur *c*, vel quas in rem & perſonam dirigimus *d*. Tertia diuiſio. Actionum aliæ in ſimplum *e* (veluti ex ſtipulatione, mutuo, empto, locato, & ſimilibus *f*) in duplum *g*, in triplum *h*, in quadruplum ſunt *i*. Quarta diuiſio. Actionum aliæ bonæ fidei ſunt, quædam ſtricti iuris *k*: quædam arbitrariæ *l*. Quinta diuiſio quibuſdam actionibus ſolidum perſequimur, quibuſdam minus ſolido *m*. De ſexta diuiſione infra dicemus *tit.12*. In actionibus danda eſt opera, ne plus quam oportet, petatur. Plus petitur quatuor modis, re, tempore, loco & cauſa *n*.

o ¶ *Tit. 7. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.* p §.vlt. q §1. r §.2. ſ §.3.5. t §.6. u §.4. x §.7. y ¶ *Tit.8. in pr.* §.1.§.2.§.3.4.5.6. *De noxalibus actionibus.* z §.vlt.

¶ Non tantùm actione vtimur in eum qui ipſmet contraxit, vel deliquit: quod ipſe vel contraxerit vel deliquerit: ſed quia eius ſeruus filiúſve nobis vel ex contractu, vel delicto obligata eſt *o*. Ex contractu, putà ſi *iuſſu* patris vel domini cum filio vel ſeruo contraxero, pater & dominus tenetur etiam directò in *p* ſolidum *q*. Vterque iuſſiſſe intelligitur, ſi naui (hinc exercitoria) vel tabernæ (hinc inſtitoria *r*) vel peculio ſeu peculiari merci (hinc tributoria *ſ*) perſonas ſibi ſubiectas quocunque modo præpoſuerit *t*. Interdum etiam huiuſmodi perſonæ tenentur. licèt filios vel ſeruos non præpoſuerint. putà ſi filij vel ſerui rem quam nobiſcum geſſerunt, *in rem*, & vtilitatem patris vel domini neceſſariò, vel vtiliter *verterunt*. tunc enim datur nobis de in rem verſo actio *u*. Nunquam verò in patrem ignorantem datur actio, ob mutuum filio eius datum, propter *Senatuſconſulti Macedoniani* authoritatem *x*. Ex delicto verò ſerui datur in dominum *actio noxalium*, per quam ipſe dominus ſeruum debere tenetur: aut litis æſtimationem ſufferre *y*. Ex delicto liberorum pater filium filiámve noxæ dedere non poteſt. Id enim naturalis amor & pudicitia filiarum non admittit. Conueniuntur ergo ipſimet liberi, ſi deliquerint *z*. Ex delicto ſeu *pauperie animalium*, ipſi domini etiam tenentur, ſi quid laſciuia, aut pauore, aut feritate damni dederint: ſed tamen liberabitur dominus, ſi ea animalia noxæ dederit *a*, niſi canem, verrem, aprum, leonem, vrſum ibi habeat, qua vulgò iter ſit. tunc enim tanti dominus condemnatur, quanti iudex arbitratus fuerit *b*. Et hæc de dominis & parentibus.

a ¶ *Tit.9. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.* b §.1. c ¶ *Tit.10. De iis per quos agere poſſumus.* d §.1. & vlt. e ¶ *d.Tit.11. in pr.* §.2.6. & *vlt. De ſatiſdationibus.* f §.4. g §.5. h §.3. i ¶ *Tit. 12. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes transeunt.* k ¶ *Tit. 13. De exceptionib.* l §.1. m §.2. n §.3. o §.4. p §.5. q §.6. r §.7. ſ §.8.9. t §.10. u §.vlt. x ¶ *Tit. 14. De replicationib.* y §.1. z §.2. a §.3. b §.vlt. c ¶ *Tit.15. De Interdictis.* d §.1. e §.2.3. f §.4. g §.6. h §.7. i §.5. k §.vlt. l ¶ *Tit. 12. De pœna temerè litigantium.* m §.1. n §.2. o §.vlt. p ¶ *Ti.17.* §.1. *De officio iudicis.* q §.2. r §.3. ſ §.4. t §.5. u §.6.7. x *in pr. hoc tit.* y ¶ *Tit. vlt. De publicis iudiciis.* z §.1. a §.2. b §.3. c §.4. d §.5. e §.6. f §.7. g §.8. h §.9. i §.10. k §.12. l §.vlt.

¶ Poſſumus quoque *per procuratorem, tutorem, curatorem legitimum agere*, quia morbus, ætas, & huiuſmodi cauſæ id requirunt *c*. Procurator dicitur, cui rem noſtram agere permiſimus *d*.

¶ Rei præſentis onus eſt, (hic committimus obſeruationes iuris veteris) vt vel iuret, vel promittat, vel etiam *ſatiſdet* (ſi id qualitas eius perſonæ exigat) quod in iudicio permanebit vſque ad terminum litis *e*. Abſentis verò, ſatiſdare nomine ſui procuratoris, iudicatum ſolui, & tempore recitandæ ſententiæ ſe in iudicium venturum *f*. Quòd ſi abſens eſt omnino, & neſciat litem ſibi moueri, quibus poteſt eius defenſionem ſubire, ſatiſdatione priùs, iudicatum ſolui, præſtita *g*. Et hæc de reo. Procurator verò actoris, carens mandato domini expreſſo, vel inſinuato, cauere debet rem ratam dominum habiturum *h*.

¶ Sequitur ſexta actionum diuiſio ſuperioribus adnectenda. *Actionum* aliæ *temporales*, aliæ *perpetuæ* ac in heredes dantur *i*.

¶ Et his quidem actionibus actores vtuntur. *Exceptionibus verò* rei *k*. Excipiunt autem de metu, dolo, errore *l*, de pecunia non numerata *m*, de pacto conuento ne petatur *n*, de re iuramento deciſa *o*, de iudicata *p*, & ſimilibus *q*. Earum exceptionum quædam ex legibus, quædam ex iis quæ legis vicem obtinent, quædam ex ipſius Prætoris iuriſdictione ſubſtantiam capiunt *r*. Aliæ perpetuæ, quæ ſemper obſtant agentibus *ſ*. Alia temporales, quæ ad tempus nocent: & temporis *t*, vel perſonæ dilationem tribuunt *u*.

¶ Exceptionibus opponuntur *replicationes*, quibus replicatur atque reſoluitur ius exceptionis *x*. Ipſas replicationes elidit duplicatio *y*: duplicationem, triplicatio *z*: de quibus latius in Digeſtis, tractatur *a*. Quæ debitoribus principalibus exceptiones proſunt, plerumque accommodari ſolent etiam fideiuſſoribus. quia quod ab iis petitur, id ab ipſo debitore peti videtur: vt qui mandati iudicio redditurus eſt iis, quod ij pro eo ſoluerit *b*.

¶ Actiones, de quibus ſupra diximus, proprietatis cauſam definiunt. *Interdicta* verò proponuntur maximè, quoties de poſſeſſione, aut quaſi, agitur *c*. Súntque prohibitoria, reſtitutoria, exhibitoria *d*, poſſeſſionis adipiſcendæ *e*, retinendæ *f*, recuperandæ *g*, ſimplicia (in quibus alter actor, alter reus,) duplicia (in quibus vnuſquiſque tam rei quam actris partes ſuſtinet *h*.) Poſſidere dicimur, ſi ipſi poſſidemus, vel alij noſtro nomine *i*. Interdicta hodie non ſunt ita in magno vſu *k*.

¶ *Actorum temeritas* olim, vel pecuniaria pœna, vel iuriſiurandi religione, vel infamiæ metu coërcebatur *l*. Si quidem actor iurare ſolebat ſe non calumniandi actionem intendere. Reus ſe bona Inſtantia vti. Aduocati, etiam iurabant *m*. Ex quibuſdam iudiciis damnati ignominioſi fiunt *n*. Omnium actionum inſtituendarum principium, ab in ius vocatione ſumitur *o*.

¶ In iis omnibus putà in noxalibus *p* in rem *q*, in ad exhibendum *r*, in familiæ erciſcundæ *ſ*, communi diuidundo *t*, finium regundorum *u*, iudiciis & actionibus, *iudicis officium* latè patet *x*.

¶ Sequuntur *publica iudicia* *y*, ita dicta, quod cuius ex populo executio eorum plerúnque datur *z*. Horum quędam mortem inferunt, quędam infamiam cum damno pecuniario *a*. Publica iudicia ſunt crimen maieſtatis *b*, adulterij *c*, homicidij *d*, parricidij *e*, falſi *ſ*, de vi publica, priuata, & de raptu *g*, peculatus (quo tenentur qui pecuniam publicam, rem ſacram, vel religioſam, furati ſunt *h*) plagij (in quod incidunt qui liberos homines ſurripiunt *i*) ambitus, repetundarum, de annona, de reſiduis *k*. Et hæc de iure in his Inſtitutionibus comprehenſo paucis dicta ſunt *l*.

F I N I S.

SGCB2021

DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI PRINCIPIS IVSTINIANI, IVRIS ENVCLEATI EX OMNI VETERE IVRE COLLECTI

Digeſtorum [a] ſeu Pandectarum [b],

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA, ET IVRE.

TITVLVS I.

Initium, denominatio, & definitio iuris. 1. De officio iuriſconſultorum. 2. Principia ſeu ſpecies iuris. 3. De iure naturali. 4. Iuriſgentium definitio.

Vlpianus Libro primo Inſtitutionum.

IVRI operam daturum priùs noſſe oportet, vnde nomen iuris deſcendat. Eſt autem à iuſtitia *c* appellatum. nam vt eleganter Celſus definit *, Ius eſt ars boni & æqui. *d*

1 ¶ Cuius meritò quis nos ſacerdotes appellet. Iuſtitiam namque *e* colimus, & boni, & æqui notitiam profitemur: æquum ab iniquo ſeparantes: licitum ab illicito diſcernentes: bonos non ſolùm metu pœnarum, verumetiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram, niſi fallor, philoſophiam, non *g* ſimulatam affectantes *h*.

2 ¶ Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones: publicum & priuatum.

¶ Publicum ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Priuatum, quod ad ſingulorum vtilitatem: ſunt enim quędam publicè vtilia, quædam priuatim. Publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus *i* conſiſtit. Priuatum ius tripertitum eſt, collectum etenim eſt ex naturalibus pręceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

3 ¶ * Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit *k* nam ius iſtud non humani generis proprium. ſed omnium animalium, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur: auium *l* quoque commune eſt. Hinc deſcendit maris *m* atque fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio *n*. videmus etenim cætera quoque animalia, feras etiam, iſtius iuris peritia *o* cenſeri. *p*

4 * ¶ Ius gentium eſt *q* quo gentes humanæ vtuntur. quod à naturali recedere facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit.

Effectus iuris gentium primæui.

2. *Pomponius* lib. ſingulari Enchiridij.

VEluti *a* erga Deum religio *b*: vt parentibus & patriæ *c* pareamus.

Effectus iuris gentium ſecundarij.

3. *Florentinus* libro 1. Inſtitutionum.

VT vim, atque iniuriam propulſemus *d*. Nam* iure hoc *e* euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit *f*, iure feciſſe exiſtimetur. &* cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituerit, conſequens eſt hominem homini inſidiari nefas eſſe.

4. *Vlpianus* lib. 1. Inſtitutionum.

MAnumiſſiones quoque iuris gentium ſunt.

¶ Eſt autem manu miſſio de manumiſſio, id eſt datio libertatis *g*. nam quandiu quis in ſeruitute eſt, manui & poteſtati ſuppoſitus eſt: manumiſſus liberatur poteſtate.

¶ Quæ res à iure gentium originem *h* ſumpſit: vtpote cum iure naturali omnes liberi *i* naſcerentur nec eſſet nota manumiſſio, cum ſeruitus eſſet incognita: ſed poſteaquam iure gentium ſeruitus inuaſit, ſequutum eſt beneficium manumiſſionis: & cùm vno naturali nomine homines appellarentur, iure gentium tria *k* genera eſſe cœperunt *l*: liberi, & his contrarium ſerui, & tertium genus libertini, id eſt, hi qui deſierant eſſe ſerui.

5. *Hermogenianus* lib. 1. Iuris epitomarum.

EX hoc iure gentium introducta bella, diſcretæ gentes, regna condita, dominia *m* diſtincta *n*: agris termini poſiti: ædificia collocata *o*: commercium *p*, emptiones *q*, venditiones, locationes *r*, conductiones, obligationes inſtitutæ: exceptis quibuſdam *ſ*, quæ à iure ciuili introductæ ſunt.

Iuris ciuilis definitio. 1. Iuris Romani diuiſio.

6. *Vlpianus* lib. 1. Inſtitutionum.

IVs *t* ciuile eſt, quod neque *u* in totum *x* à naturali *y*, vel gentium recedit, nec per omnia ei ſeruit. itaque cùm aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id eſt ciuile, efficimus.

a Digeſta ſic dicuntur vt Græcis διγέστα. Digeſtorum porrò libri cur duplici FF. ſcribantur, dixi ſ. in notis præfationum.

b Pandectarum nomen, an maſculinum, vt notat Antonius Auguſtinus, initio libri de nominib. Pandectæ Florentin. aliàs quoque dixi.

*

c hoc ἔτυμον è philoſophia, non è Grammatica petitum eſt. *Cont. 2. lect. 6.* ſic Cicero *ſ. de Republica, apud Auguſtinum 12. de ciuit. 21.* Ius eſſe dicunt quod de Iuſtitiæ fonte manauit, non à iuſſu vel vtilitate Tyranni, quæ publicæ cedit, *v. Nou. 83. in pr.* Alij à iuſſu ſeu iubendo deducunt, vt Hieronymus Magius 4. *Miſcellaneorum.* Alij, à iuuando, vt Galeotus Martius *libro de promiſcua doct. c. 28.* Collectio porro Vlpiani talis eſt: Ars omnis à ſubiecto quod tractat denominanda. Ius eſt ars boni & æqui & conſequenter iuſtitiæ. Eſt igitur ius à iuſtitia appellandum vel appellatum.

*

d Vide *l. 90. ff. de orig. iuris*: & quæ ſcripſi ad *legem 8 C. de iudiciis*: *l. 24. §. 1. ff. de minor.* Ariſt. 5. *Ethic.* 10.*

a ſic Plutinus 6. Ennead. lib. 9. c. 9. ἐρᾷ κατὰ φύσιν ἔχουσα ψυχὴ θεοῦ. Animus in naturali habitu conſtitutus, amat Deum.

b non ſuperſtitioſa *l. 30. ff. de pœnis*

c vide *legem* 1. §. 51. *ff. de ventre in poſſ.*

d an aduerſus magiſtratum? regulariter non licet. vide tamen exceptiones apud Socinum regula 442. & 443. & Ariſtotelem in Ethicis & Politicis, adde quæ à me relata ſunt in Pandectas Practicæ ciuilis, *h. tit.*

e *v. l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil.*

f v. in hanc l. *Cuiac. 5. obſeru. 18.*

*

g non alienæ, ſed ſuæ. Duplex eſt enim in hero ſeu domino libertas. Vna propria: Altera quam habet in ſeruum. Hanc ſeruo ſuo communicare poteſt dominus, ſine vlla diminutione ſuæ libertatis: Scientiam alteri ita communicamus, *arg. l. 65. §. 3. ff. de leg. 3.* vt & lumen: *Cicero offic.* atque ita hunc locum accipit Guilielmus vetus Gloſſator iuris. Aliis, datio libertatis, eſt detectio libertatis illius in ſeruo quã omnes homines naturâ habuere ab initio. Aliis verò detectio libertinitatis: eſt enim ſeruus, manumiſſione libertinus. Collectio Vlpiani hæc mihi videtur eſſe, manu mitti eſt manu & poteſtate domini ſui liberari: ergo manumiſſio eſt datio libertatis.

e qui iuſtitiam colit, ſacris Dei vacare dici poteſt, vide *l. 32. §. 4. ff. de arbitris. l. 2. de ff. de in ius vocando. l. 13. ff. de excuſat.* Eſt hæc altera Vlpiani collectio Omnis iuriſconſultus eſt Iuſtitiæ ſacerdos, & quidem verus & non ſimulatus, Iuſtitiam enim colit, dum boni & æqui notitiam profitetur. æquumque ab iniquo, licitum ab illicito ſeparat: dum bonos efficere ſtudet præmiis & pœnarum metu. Hoc verè eſt Iuſtitiam colere & ſacris temploque eius miniſtrare. adde *Authen. habita. C. ne filius pro patre.*

f exemplum *l. 31. ff. depoſiti. l. 91. §. 3. ff. de verb. obl. §. 1. Inſtit. de Excep.* *

g qualem multi philoſophi habitu ipſo, pallio, barba ad pedem vſque porrecta, crine, vultu, ſonitúque vocis obiurgatorio, futilem, inanem & argutiarum plenam, & nihil ad vitam tuendam & ordinandam promouentem, mentiebantur: in quibus barbam & pallium tantùm quis intueri poterat, non philoſophum. ἄνευ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν 5. *Gell.* 10. 9. *cap.* 2. 10. *cap.* 22. 17. *cap.* 19.

h ſed ſanctiſſimam *l. 1. §. 5. ff. de variis & extr. cognition.*

i qua voce nonnulli Principem, leges, Iudicia, res ciuitatis, & dignitatis intelligunt. k inclinatione tenus, non ratiocinatione.

l & ita eorum, quæ in cælo ſeu aëre. m vide *legem 1. infr. de ritu.*

n vide *l. 3. l. 4. C. de alend. liber.*

o *aliàs* perita.

p Cenſeri hic, eſtne æſtimationem mereri, vt vult Budæus? an verò regi & gubernari, vt Ferrandus 1. *Explicationum* 3.? An potius numerari, vt cenſet Coraſius quem modum Iuuenalis ſatyra 8. dixit ſanguine cenſeri, quod mihi verius videtur. Nam & apud Theophilum Inſtitut. de iure naturali, legitur, ἀναγεγραμμένα.

q adde *legem 9. infra eodem.*

h primum: deinde à iure ciuili: *l. 5. §. 2. ff. de ſtatu: l. vnic. C. de Senat. Claud.*

i ſine miſſione (id eſt manumiſſione) naſcimur. *Seneca 5. epiſt. 57.*

k *Nou. 89. c. 1.* l Imò liberi ſunt à naturali iure, *ſ. eod.* m *l. 1. in princ. ff. de acquir. rer. dom.* Ius gentium à naturali tanquam ſuo antecedente, hanc conſequentiam trahit. Iure naturæ, communicatio hominum inter ſe mandatur: igitur humanæ communicationis modi quærendi ſunt, eiuſque contraria tollenda. Modi quæruntur, ſi contractus admittuntur. Erunt contractus, ſi dominia diſtinguentur. Contraria verò tollentur, ſi ſontes punientur. Puniuntur ſontes iudiciis & bello. Iudicia expediuntur citatione, actione, libello, exceptione, replicatione, duplicatione, &c. Litis conteſtatione, Probationibus, Teſtibus, iuramento, ſententia, appellatione, & executione. Ex bello verò captiuitas & ſeruitus naſcitur, iuri naturæ contraria: non vt tollatur ius naturæ, quod immutabile eſt: ſed, vt ſocietatis humanæ lex ſuperior conſeruaretur, inferior negligenda fuit. Quin etiam hinc conſtat inferioris legis ſeueritatem manumiſſione & poſtliminio temperari n. Dominia diſtincta iure gentium, *vt hic*, ergo iure naturæ bona omnia communia. Quod ſi ita ſit, quærendum quo ſenſu furtum lege naturali interdictum eſſe dicatur, *in l. 1. in fi. ff. de furtis.* o *Vulgat.* collata. p commercia *Haloander.* Commercium eſt permutatio *l. 15. infr. de interdictis: Vlpianus* 19. §. 4. q *l. 1. §. fin. infr. de contrahend. empt.* r *l. 1. infr locati.* ſ putà nouatione & emphyteuſi, z. *Ecloga 1. cap. 14.* z. De iuris ciuilis definitione adde *Ciceronem in Topicis.* u Ius ciuile deſciſcere à iure naturali poteſt etſi non in totum.

x τελείως *Eclog. 91. cap. 14.*

y atqui naturalia iura mutari non poſſunt, *§. ſed nat. in fi. de Iure nat. Inſt.*

1 ¶ Hoc igitur ius noſtrum conſtat aut ex ſcripto, aut ſine ſcripto: vt apud Græcos *a* τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι οἱ δὲ ἄγραφοι, id eſt, *legum aliæ quidem ſcriptæ, aliæ verò non ſcriptæ.*

Species iuris ciuilis 1. *Iuris prætorij definitio & honorarij etymologia.*

7. *Papinianus* libro 2. Definitionum.

IVs autem ciuile eſt, quod ex legibus *b*, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis principum, auctoritate prudentium venit.

1 ¶ Ius prætorium eſt *c*, quod prætores introduxerunt *d*, adiuuandi *e* vel ſupplendi, vel *f* corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem prætorum ſic nominatum.

Iuris honorarij proprium.

8. *Martianus* lib. 1. Inſtitutionum.

NAm & ipſum ius honorarium viua *g* vox eſt iuris ciuilis.

Iuris diuiſio.

9. *Gaius* lib. 1. Inſtitutionum.

OMnes populi, qui legibus & moribus *h* reguntur, partim ſuo proprio *i* partim communi omnium hominum iure vtuntur.

¶ Nam quod quiſque populus ipſe *k* ſibi ius conſtituit, id ipſius proprium ciuitatis eſt: vocatúrque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræquè cuſtoditur: vocatúrque ius gentium, quaſi quo iure omnes gentes vtuntur.

Iuſtitiæ definitio. 1. Iuris præcepta. 2. Iuriſprudentiæ definitio.

10. *Vlpianus* lib. 1. Regularum.

IVſtitia *l* eſt *m* conſtans *n* & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi *o*.

¶ Iuris præcepta *p* ſunt hæc: honeſtè *q* viuere, *r*, alterum non lædere *ſ*, ſuum cuique tribuere *t*.

2 ¶ Iuriſprudentia eſt diuinarum *u*, atque humanarum *x* rerum notitia: iuſti, atque iniuſti ſcientia.

Ius ſex modis dicitur.

11. *Paulus* lib. 14. ad Sabinum.

IVs pluribus modis dicitur. Vno modo cum id, quod ſemper æquum *y* ac bonum eſt, ius dicitur: vt eſt ius naturale. Altero modo quod omnibus aut pluribus *z* in quaque ciuitate vtile eſt: vt eſt ius ciuile. Nec minus ius rectè appellatur in ciuitate noſtra ius honorarium. Prætor *a* quoque ius reddere dicitur *b*, etiã *c* cum iniquè *d* decernit: relatione ſcilicet facta non ad id, quod ita prætor fecit, ſed ad illud, quod prætorem facere conuenit. Alia ſignificatione ius dicitur, locus, in quo ius redditur: appellatione collata ab eo, quod fit in eo vbi fit. quem locum determinare hoc modo poſſumus: vbicunque prætor *e* ſalua maieſtate imperij ſui, ſaluóque more *f* maiorum, ius dicere conſtituit; is locus rectè ius appellatur.

12. *Marcianus* lib. 1. Inſtitutionum.

NOnnunquam ius etiam pro neceſſitudine, dicimus veluti, eſt mihi ius *g* cognationis, vel adfinitatis.

DE ORIGINE *a* IVRIS, ET OMNIVM Magiſtratuum, & ſucceſſione prudentium *b*.

TIT. II.

Scopus & nexus huius tituli.

Gaius lib. 1. ad legem 12 tabularum.

FActurus legum vetuſtarum interpretationem, neceſſariò priùs ab vrbis initiis repetendum exiſtimaui: non quia velim verboſos *c* commentarios facere, ſed * quòd in omnib. reb. animaduerto *id perfectum* d *eſſe*, *quod ex omnibus ſuis partibus* e *conſtaret*. Et certè *cuiuſque* f *rei potiſſima pars principum eſt*. Deinde ſi in foro cauſas dicentib. nefas, vt ita dixerim videtur eſſe, nulla præfatione facta, iudici rem exponere: quanto magis interpretationẽ promittentibus inconueniens erit, omiſſis initiis, atque origine non repetita, atque *illotis* g, vt ita dixerim, *manibus*, protinus materiam interpretationis tractare? namque niſi fallor, iſtæ pręfationes *h* & libentiùs nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt: & cùm ibi venerimus, euidentiorem præſtant intellectum.

De origine & progreſſu iuris. 1. *De manu regia.* 2. *De legibus regiis.* 3. *De iure incerto & conſuetudine.* 4. *De legibus duodecim tabularum.* 5. *De diſputatione fori.* 6. *De legis actionibus.* 8. *De plebiſcitis.* 9. *De Senatuſconſultis.* 10. *De iure honorario.* 11. *De conſtitutionibus.* 12. *Epilogus.* 13. *Tranſitio ad ſecundam partem tituli & ſic.* 14. *De regibus.* 15. *De tribunis celerum.* 16. *De conſulibus.* 17. *De cenſoribus.* 18. *De dictatoribus.* 19. *De magiſtris equitum.* 20. *De tribunis plebis.* 21. *De ædilibus plebis.* 22. *De quæſtoribus ærarij.* 23. *De quæſtoribus parricidij.* 24. *De decemuiris.* 25. *De tribunis militum.* 26. *De ædilibus curulibus.* 27. *De prætore vrbano.* 28. *De prætore peregrino.* 29. *De decemuiris in litibus iudicandis.* 30. *De quatuoruiris, Triumuiris, monetalibus, Triumuiris capitalibus.* 31. *De quinqueuiris.* 32. *De variis prætoribus, & ædilibus cerealibus.* 33. *De præfecto vrbi. De præfecto annonæ. De præfecto vigilum.* 34. *Epilogus.* 35. *Tranſitio ad tertiam partem tituli, & ſic. De Iuriſconſultis.*

NEceſſarium itaque nobis videtur ipſius iuris originem, atque proceſſum demonſtrare.

1 ¶ Et quidem initio ciuitatis noſtræ populus ſine lege certa, ſine iure certo primùm agere inſtituit *i*: omniáque manu *k* à regibus gubernabantur.

2 ¶ Poſteà auctâ ad aliquem modum ciuitate, ipſum Romulum traditur populum in triginta partes diuiſiſſe, quas partes Curias *l* appellauit: propterea quòd tunc reipublicæ *m* curam per ſententias partium earum expediebat. Et ita leges quaſdam & ipſe curiatas ad populum *n* tulit.

¶ Tulerunt & ſequentes reges, quæ omnes conſcriptæ extant in libro Sexti Papyrij: qui fuit illis temporibus, quibus Superbus *o* Demarati Corinthij *p* filius, ex principalibus viris. Is liber, vt diximus, appellatur *ius ciuile Papirianum*, non quia Papirius de ſuo quicquam ibi adiecit ſed quòd leges ſine ordine latas in vnum compoſuit.

3 ¶ Exactis deinde regibus, *lege* q *Tribunicia* omnes leges hæ exoleuerunt: iterumque cœpit populus Romanus incerto magis iure, & conſuetudine ali, *r*, quam per latam legem: idque propè viginti annis paſſus eſt.

4 ¶ Poſteà ne diutiùs hoc fieret: placuit publica auctoritate decẽ conſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus *ſ*, & ciuitas fundaretur legibus: quas *t* in tabulas eboreas *u* perſcriptas pro *x* Roſtris compoſuerũt: vt poſſent leges apertiùs percipi. datumque eſt eis ius eo anno in ciuitate, ſummum: vti leges & corrigerent, ſi opus eſſet, & interpretarẽtur, neq; prouocatio ab eis, ſicut à reliquis magiſtratibus, fieret. Qui ipſi animaduerterunt aliquid deeſſe iſtis primis legibus: ideóque ſequenti anno alias duas

a Plat. 8. de Rep. p. 593. Budæus legit τὸ μὲν ἄγραφον τὸ δὲ νομικόν. b Idē Cic. in Top. c Definitio accidentalis. d *l. 2. inf. de ventre inſpic.* e *Ariſt. 5. Ethic.* f Lege Lætoria Prætori id iuris datum eſſe, idque reperiri apud Cẽſorinũ, negat Cuiacius 18. *obſ.* 38. g Viua vox iuris ciuilis ius honorarium ſiue prætorium *l. 2. §. 13. inf. de orig. iuris.* h de moribus v. quæ ſcripſi *l. 11. in fi. inf. eod.* i Ius eſt aut proprium cuiuſdam populi, aut commune omnium populorum. k Proprium ius eſt quod quiſque populus ſibi conſtituit, iudex δίκαιον ἔμψυχον *Ariſt. 5. Ethic.* 4. Lex mutus magiſtratus: Magiſtratus, lex loquens, *Cicer. 3. de legib.* atqui ſoli Imperatori leges condere licet *v. leg. vlt. circ. fi. C. de lege.* l non modò diuina, ſed & virtus ipſa humana, ſeu quę homini à Deo propoſita. m Proprium hoc iuſtitiæ eſt quarto modo conuenit enim omni iuſtitię ſoli & ſemper. n Iudicis officium innuit de quo *v. l. 15. in fi. infr. de iud. v. Inſt. eod. in pr.* o agit enim quæ alteri conducunt aut principi aut reipubl. & ſola ex virtutibus alienũ bonum ſpectat. *Ariſt. 5. Ethic. 1. & ſeqq.* p Seneca 11. *Epiſtolar.* 82. Hoc iuſtitiæ conuenit ſuum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriæ talionem, aut certè malam gratiam. q honeſtè viuit non modò qui alterum non lædit, aut qui ſuum cuique tribuit: ſed & qui etiamſi ſolus ſit, virtutis præſcripto ac lege viuit. r vide *Rob. 3. ſent. 12.* ſ *v. l. 3. §. pen. infr. de incend.* t vide *l. 24. §. pen. infr. de min.* hoc vltimum præceptum ſæpe negligitur, vt ſecundum impleatur (vt cùm furioſus enſem depoſuit, & repetit, nec redditur ne lædatur) & è contrario: ad hoc enim pœnæ repertæ ſunt, vt ſuum cuique tribuatur. *l. 31. l. depoſiti.* u Rectè diuinarum rerum ſcientiam iuriſprudentiæ tribuit: Coniuncta enim fuit olim iuris diuini & humani ſcientia. Ita Scæuola 8. *Valer.* 8. dicitur, bene ac diu iura ciuium & ceremonias ordinaſſe. & *lib. 5. cap. 8.* T. Manlius Torquatus iuris ciuilis & ſacrorum Pontificalium peritus. Sic apud Tacitum *lib. 3.* At eius Capito, humani, diuinique iuris ſciens, & à *Macrobio* 7. c. 13. Pontificij iuris inter primos peritus (cui rei & hoc quoque argumento eſt, quod libros iuris Pontificij reliquerit) 4. *Gell. 6. Feſtus.* Exſtant etiam Labeonis de iure Pontificio commentarij, *teſte Feſto, Chariſio, & Soſipatro.* Et Nerua à Tacito *lib. 5.* dicitur fuiſſe omnis diuini, humanique iuris ſciens. Vnde Gellius 10. cap. 15. in explicandis Flaminum cærimoniis, Maſſurij Sabini authoritate vtitur ſed nullum apertius teſtimonium eſt Ciceroniano 2. *de legibus*: Pontificem neminem bonum eſſe, niſi qui ius ciuile cognoſcet. inde factum, vt iuris noſtri authores iuris ciuilis alteram ſpeciem in ſacris & ſacerdotibus collocarent, *l. 1. §. 2. ſ. eod* vt hinc perſpici poſſit, nullũ pene in pretio habitum iuriſconſultum, qui non omnia iura & humana & diuina cognitione fuiſſet complexus. Docebant itaque iidem noſtri, quibus hoſtiis, quibus diebus, quo ritu, ad quæ templa ſacra facienda eſſent, quæ ſepulchrorum & monumentorum iura, quæ iuſtorum funebrium ſolemnia, vide *infr. tit. de religioſis & mortuo inferendo.* Sed & prior Codicis liber ſatis oſtendit, quam peritum in iure Pontificio ac diuino Iuriſconſultum eſſe oporteat. adde *Briſſonium 4. ſelect. 16.* x *v. §. 1. ſ. conſtit. ad Tribun.* y hoc καλὸν: ſequens δίκαιον 2. *Eclog. 1. cap. 11.* z atqui iura non in ſingulas perſonas conſtitui oportet *l. 8. inf. de legib.* a ἄρχοντες ψῆφοι iudicis quoque ſententia 2. *Eccl. 1. c. 11.* b *l. 65. §. cum Prætor. infr. ad Treb.* c immò tunc ius non reddit. *l. 1. §. 2. de feriis.* d hoc eſt contra æquitatem, non contra ius ſcriptum, *v. l. 2. C. quando prouocare.* e & alij Iudices, *l. 4. in pr. inf. de interrog. in iure.* f formula vſitata & frequens iuri noſtro *l. 5. infr. de iuriſd. l. 11. §. 1. inf. de his qui not. infam. l. 1. §. 1. infr. de off. eius cui mandata eſt iuriſd.* g *v. l. 34. infr. de pact.*

a l. quo progreſſu ius in eam formam, quæ hodie extat, ad Romanos peruenit: in hac prima parte huius tituli explicanda occupatur initium *l. 2. ad §. 12. inf. eod.* b qui & iuriſperiti & auctores *l. 2. §. 13. inf. eod* tertiam porrò huius tituli partem hanc explicat lex 2. §. 3. *& ſeq inf. eo.* c Veritas verborum adminicula non deſiderat *l. 1. C. ſi vt ſe hæredit. abſtineat.* d Totum dicitur quod ex omnib. partibus ſuis conſtat. vt ædes, ſolo & ſuperficie *l. 2. ſ. de vſucap* hæreditas XII. vnciis. §. *hæreditas. Inſtit. de hered. inſtituend.* Fundus ipſo ſolo & fructibus vel ædibus *l. 44. l. 49. inf. de rei vendic.* vſusfructus, vſu et fructu, *l. 14. §. 1. in de vſu & habitat.* e Immò ſatis eſt vt vſui eſſe poſſit, *l. 19. in fi. inf. de verb. ſignif.* & ſic inceptum. *v. l. 15. in princ. inf. de diuerſis præſc.* f μέγιστον ἀρχὴ παντός. *Ariſt. Elenchis.* Principium pars maxima eſt totius. Dimidium facti qui bene cœpit habet. g Prouerbij ſpecies: de qua vide Eraſmum 1. *Chiliad. ſeu Adagior.* 9. *adag.* 155. h Præfationum vtilitas. i hoc eſt, ſine certo iure egit: ſic Paulus 2. *ſentent.* 2. libertus duos patronos habere inſtituit, id eſt habuit: ſic apud Catullum: Quem tu diligere inciperes, hoc eſt diligeres, & apud eundem, Accipiũt pretium quæ facere inſtituunt, hoc eſt, quæ faciunt, quod & Ioſephus Scaliger obſeruauit. k non violenta, ſed quæ inſtar arbitri eſſet. *Inſtitut.* 2. l vide Hotomanum 4. *obſeruation.* 33. & 2. *Antiquitatum* 3. & 12. m & eligendorum magiſtratuum. *argum. l. vn. in princ. infr. de off. quæſtor.* n id eſt, non ſimpliciter promulgauit, ſed rogauit ſi placerent. *Solom.* Fuit etiam à regibus ad populum prouocatio *Cicero* 1. *de Republ. apud Senecam* 19. *Epiſt.* o id eſt, Priſcus Tarquinius: qui & Superbus quoque appellatus eſt teſte Caſſio Hemina, apud Seruium, Liuio, Victore & Plinio *cap. 36.* Vltimus enim Tarquinius ſuperbus non Demarati Corinthij, ſed Tarquinij Priſci filius vel nepos, vt & conſtat ex oratione Claudij inciſa Lugduni. quod addendum Feſto in *voce Tarquinius Priſcus.* p ob ſeditiones domo profugi, *vide Liuium* 1. q vide *Gouean. 1. var. 21.* r id eſt, *vti.* ſ Athenienſibus maximè: quorum legiſlatores Draco & Solon. *Diodor. Liuius* 1. *Harmenopul. 1. §. 3.* t vt & olim Minos. *Plato in Minor.* & Athenienſes apud quos huiuſmodi Tabulæ κύρβεις & ἄξονες vocabantur. *Plut. in Solon. adde Nou. 9. c. 15 in fine.* u roboreas primùm, deinde æreas *Halicarn.* 10. *Liuius* 3. Quintilianus *lib. 4.* in Triumpho Cæſaris Eborea oppida fuiſſe tranſlata ait, adde *leg. 52. infrà de legat.* 3. x id eſt, in roſtris, *vide Feſtum in Pro ſententia.*

ad eaſdem

ad eaſdem tabulas adiecerunt, & ita ex *a* accidentia appellatæ ſunt *leges duodecim tabularum*. quarum ferendarum auctorem fuiſſe decemuiris Hermodorum quendam Epheſium, exulantem *b* in Italia, quidam retulerunt.

5 ¶ His legib. latis, cœpit, vt *c* naturaliter euenire ſolet *d*, vt interpretatio deſideraret prudentium *e* auctoritate neceſſariam eſſe *diſputationem f* fori. Hæc diſputatio, & hoc ius, quod ſine ſcripto venit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, vt cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantur, datis propriis nominibus cæteris partibus: ſed communi nomine appellatur *ius ciuile*.

6 ¶ Deinde ex his legibus *g*, eodem tempore ferè, actiones compoſitæ ſunt: quibus inter ſe homines diſceptarent, quas actiones ne populus, prout vellet inſtitueret: certas ſolemnéſque eſſe voluerunt, & appellatur hæc pars iuris, *legis h actiones*, id eſt legitimæ actiones. Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata ſunt; leges duodecim tabularum: ex his fluere cœpit ius ciuile: ex iiſdem legis actiones compoſitæ ſunt. Omnium tamen *i* harum & interpretandi ſcientia *k* & actiones, apud collegium Pontificum *l* erant: ex quibus conſtituebatur, quis quoquo anno præeſſet *m* priuatis *n*, & ferè populus annis propè centum hac conſuetudine vſus eſt.

7 ¶ Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet & ad formam redegiſſet has actiones: Gnæus Flauius ſcriba *o* eius, libertini filius, ſubreptum librum populo tradidit, & adeò gratum fuit id munus populo, vt tribunus plebis fieret, & ſenator, & ædilis curulis, hic liber, qui actiones continet, appellatur *ius ciuile Flauianum*: ſicut ille, *ius ciuile Papirianum* nam nec Gnæus Flauius de ſuo quicquam adiecit libro.

¶ Augeſcente ciuitate, quia *p* deerant quædam genera agendi, non poſt multum temporis ſpatium Sextus Ælius alias actiones compoſuit, & librum populo dedit, qui appellatur *ius Ælianum*.

8 ¶ Deinde cùm eſſet in ciuitate lex duodecim tabularum, & ius ciuile eſſent & legis actiones: euenit, ut plebs in diſcordiam cum patribus perueniret, & ſecederet, ſibíque iura conſtitueret: quæ iura, *plebiſcita* vocantur. mox cum reuocata eſt plebs: quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis, pro legibus placuit & ea obſeruari, *lege q Hortenſia r*: & ita factum eſt, vt inter plebis ſcita, & legem ſpecies conſtituendi intereſſent: poteſtas "autem" eadem eſſet.

9 ¶ Deinde, quia difficilè plebs conuenire cœpit, populus, [certè] multò difficilius in tanta turba hominum, neceſſitas ipſa curam reipublicæ ad ſenatum deduxit. Ita cœpir ſenatus ſe interponere: & quidquid conſtituiſſet, obſeruabatur, idque ius appellabatur *Senatuſconſultum*.

10 ¶ Eodem tempore & magiſtratus iura reddebant: & vt ſcirent ciues, quod ius de quaqua re quiſque dicturus eſſet: ſeque præmuniret: *edicta* proponebant. quæ edicta prætorum, *ius honorarium* conſtituerunt,

¶ Honorarium dicitur, quòd ab honore prætoris venerat.

31 ¶ Nouiſſimè, ſicut ad *ſ* pauciores iuris conſtituendi vita tranſiſſe ipſis rebus dictantibus, videbatur: per *t* partes euenit, vt neceſſe eſſet reipublicæ per vnum conſuli: nam ſenatus non perinde omnes prouincias probè gerere poterat. Igitur conſtituto principe, datum *u* eſt ei ius, vt quod conſtituiſſet, ratum eſſet.

12 ¶ Ita in ciuitate noſtra, aut Iure, id eſt, lege conſtituitur: aut eſt proprium Ius ciuile, quod *x* ſine ſcripto in ſola prudentium *y* interpretatione conſiſtit: aut ſunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebiſcitum, quod ſine auctoritate patrum eſt conſtitutum: aut eſt magiſtratuum Edictum, vnde Ius Honorarium naſcitur: aut Senatuſconſultum, quod ſolum ſenatu conſtituente inducitur ſine lege *a*: aut eſt Principalis conſtitutio, id eſt, vt quod ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur.

23 ¶ Poſt *b* originem iuris, & proceſſum cognitum, conſequens eſt, vt de magiſtratuum nominibus, & origine cognoſcamus, quia, vt expoſuimus * per eos, qui iuri dicendo præſint, effectus rei accipitur: quantum *c* eſt enim ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura *d* regere poſſint? Poſt hoc deinde de auctorum ſucceſſione dicemus *. quòd conſtare non poteſt ius, niſi ſit aliquis *e* iuriſperitus, per quem poſſit quotidie in melius produci.

14 ¶ Quod ad magiſtratus attinet, initio ciuitatis huius conſtat, *Reges* omnem poteſtatem habuiſſe.

15 ¶ Iiſdem temporibus & *Tribunum celerum* fuiſſe conſtat. Is autem erat, qui equitibus præerat, & veluti ſecundum locum à regibus obtinebat, quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis eiiciendi.

16 ¶ Exactis deinde regibus, *Conſules* conſtituti ſunt duo: penes quos ſummum ius vti eſſet, lege rogatum eſt.

¶ Dicti ſunt ab eo, quòd plurimùm reipublicæ conſulerent, qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi vindicarent, lege latâ factum eſt, vt ab eis prouocatio *f* eſſet, néve poſſent in caput ciuis Romani animaduertere iniuſſu populi, ſolùm relictum eſt illis vt coërcere poſſent, & in vincula publica duci *g* iuberent.

17 ¶ Poſt deinde cùm cenſus iam moiori tempore agendus eſſet, & conſules non ſufficerent huic quoque officio, *cenſores h*, conſtituti ſunt.

18 ¶ Populo deinde aucto, cùm crebra *i* orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur: interdum re exigente, placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui itaque *dictatores* proditi ſunt, à quibus nec prouocandi ius fuit: & quibus etiam capitis animaduerſio data eſt.

¶ Hunc magiſtratum, quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas vltra *k* ſextum menſem retinere.

19 ¶ Et his dictatoribus *magiſtri equitum* iniungebantur ſic, quomodo regibus tribuni celerum. quod officium *l* ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio: magiſtratus tamen habebantur "legitimi."

20 ¶ Iiſdem temporibus cum plebs à patribus ſeceſſiſſet *m*, anno ferè ſeptimodecimo poſt reges exactos: *tribunos* ſibi in monte Sacro creauit, qui eſſent plebeij magiſtratus, dicti tribuni, quod olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur.

21 ¶ Itémque vt eſſent, qui *n* ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita "ſua" plebs deferebat: duos ex plebe conſtituerunt: qui etiam *ædiles* appellati ſunt.

22 ¶ Deinde cùm ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet: vt eſſent illi qui præeſſent, conſtitui ſunt *quæſtores*, "*qui pecuniæ præeſſent*," dicti ab eo, (quod) inquirendæ *o*, & conſeruandæ pecuniæ cauſa creati erant.

23 ¶ Et quia, vt diximus *p*, de capite ciuis Rom. iniuſſu populi non erat lege permiſſum conſulibus ius dicere, propterea quæſtores conſtituebantur à populo, qui capitalibus rebus præeſſent. hi appellabantur *quæſtores*, *q parricidij*: quorum etiam meminit lex XII. tab.

24 ¶ Et cum placuiſſet leges quoque ferri: latum eſt ad populum, vti omnes magiſtratu ſe abdicarent, quod *decemuiri* conſtituti anno vno cum magiſtratum prorogarent ſibi; & cùm iniurioſè tractarent, neque uellent deinceps ſufficere magiſtratibus, vt ipſi & factio ſua perpetuò rempublicam occupatam retinerent: nimia atque aſpera dominatione eò rem perduxerant, vt exercitus à republica ſecederet. Initium fuiſſe ſeceſſionis dicitur Virginius quidam, qui cum animaduertiſſet, Appium Claudium (contra *r* ius, quod ipſe ex vetere iure in duodecim tabulas tranſtulerat) vindicias *ſ* filiæ ſuæ *t* à ſe abdixiſſe: & ſecundum eum, qui in ſeruitutem ab eo ſuppoſitus petierat, dixiſſe: captúmque amore virginis, omne fas ac nefas miſcuiſſe. indignatus, quòd vetuſtiſſima iuris obſeruantia in perſona filiæ ſuæ defeciſſet (vtpote cum Brutus, qui primus Romæ conſul fuit, vindicias ſecundum libertatem dixiſſet in perſona Vindicis Vitelliorum ſerui, qui proditionis coniurationem indicio ſuo detexerat) & caſtitatem filiæ vitæ quoque eius præferendam putaret: arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit: in hoc ſcilicet, vt morte virginis contumeliam ſtupri arceret, ac protinus recens à cæde, madentéque adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit, qui vniuerſi de Algido *u*, vbi nunc belli gerendi cauſa legiones erant, relictis ducibus priſtinis, ſigna in Auentinum tranſtulerunt, omníſque plebs vrbana mox eodem ſe contulit (populíque conſenſu partim in carcere necati) Ita rurſus reſpublica ſuum ſtatum recepit. 25 ¶ Deinde cum *x* poſt aliquot annos, quàm duodecim tabulæ latæ ſunt, & plebs contenderet cum patribus, & uellet ex ſuo quoque corpore conſules creare, & patres recuſarent: factum eſt, *vt tribuni militum* crearentur, partim ex plebe, partim ex patribus cõſulari poteſtate hiq; cõſtituti ſunt vario numero: interdũ. n. viginti fuerunt, interdũ plures, nonnunquã pauco-

a id eſt, accidenti.
b Bannitum ex vna ciuitate, in alia, dignitate recte fungi poſſe, cùm in ea bannitus non ſit, hinc colligunt: ſed nec operam exulis interdum repudiandam; *hinc collige*.
c Cum natura pugnare ſtatuta, quæ interpretationes legum verant.
d Argumentum à ſolitis.
e non Grammaticorum tantùm.
f ſic reſtituit Goueanus 1. *variar*. 24. cœpit (u. n. e. ſ. v. i. deſideret p. auctoritatem) neceſſaria eſſe diſputatio fori. ſed malo hunc in modum: *neceſſariam diſputationem fori*. hoc ſenſu: His legibus latis cœpit vt interpretatio deſideraret, prudentium auctoritate, neceſſariam diſputationem fori: dixit, *prudentium authoritate*, i. adhibitis in eam rem non quibuſcunque, ſed peritis iuris.
g ſubaudi XII. tabularum.
h Legis actiones dicuntur, quæ ſolennes & ex legis actu deſcendunt, Eſt enim horum verborum, *Lege agere*, latiſſima ſignificatio, *l. 3. inf. de offic. Prætoris, l. 123. inf de regulis iuris, Cic. 1. de oratore. pro Cecinna: & 3. & 4. Verrina: 7. Valer. 7. 7. Plinius 5. 20. Gel. 9. Ouid. in. Faſtis: Macrob. 1. Saturnal. 16. Varro 4. de lingua: Vlp. Inſt. de tutelis.* Hinc legis actio, *l. 1. inf. de officio iuridic. Alex. l. 2. in fin. l. 3. ī. de offic. Proconſul. l. 4. ī. de adopt. l. 1. C. de adopt. Paul. 2. ſent. 26. Nouel. 21. Vopiſcus in Aureliano l. 123. ī. de reg. iuris, vbi dixi, quid ſit lege agere:* adde *Briſſonium* 4. *ſelect.* 20.
i Sic reſtituit Cuiac. 18. *obſ.* 11. o. t. duodecim Tabularum & interpretandi ſcientiæ. k hæc poſtea tranſlata ad prætores *l. 15. §. eleg. in fi. de damno infecto.* l Reſpondendi iuris & confitendarum religionum munus Pontificium fuit, *Cicero 2. de legib. adde Ciceronem pro Murena: & 2. Valer. 1.* m *Præeſſe* hic, eſt actiones & iudicia dare, à qua formula diuerſa eſt hæc, adeſſe litigatoribus (Aderant enim litigatorib. Iuriſconſulti, non præerant, *Cic. 1. de orat. & in Topicis.* Aſconius:) Hinc illa, iudicare, iuriſdictioni præeſſe, *l. 1. §. 2. ī. de poſtulando: l. 81. inf. de iudiciis, l. vlt. inf. de aqua pluuia: adde Briſſonium, ſelect. vlt.* n negotiis ſcilicet, ad differentiam fortè criminalium. § *& quia inf. eo.* de notion. Pontificum, vide *l. vlt. inf. de mortuo inferendo.* hinc etiam collige antiquum delegationis veſtigium: ſed & hic notandum legi apud Haloandrum, *priuatus*, non *priuatis*. o *v. Liu. 9. in fi. 2. Valer. 5. Cic. in Piſonem: & 6. ad Attic. 1. Diodorum* 20. 3. *Plin. 1. 6. Gell. 9.* p & qui præerant. ita legitur in Norica editione: de cuius verbi *præeſſe* ſignificatione paulo ante dixi. q vel potius tandem euenit. *Nou. 38. c. 21. 1. Gell. 25. 16. Plin.* 10. alij à P. Piſone latam ſcribunt, *Liu. 8. vide Gou. 1. var. 22.* r *al.* Ortenſia. *Noric. edit.* ſ *Nouell. 47. & 108.* t ſuccedaneas mutationes vel per factiones, *Zaſ. hic. Gou. 1. var. 24* u *Ammian. 14.* vrbs venerabilis, poſt ſuperbas efferatarum gentium ceruices oppreſſas, lataſque leges, fundamenta libertatis & retinacula ſempiterna, velut fruga parens & prudens & diues Cæſaribus tanquam liberis ſuis regenda patrimonij iura permiſit. x vtpote in ſola diſputatione poſitum. *arg. §. his legibus ī. eod.*
y Imò & in poteſtate inducendæ formulæ ac legis, *arg. l. 29. inf. de liberis.*

a *quid ſi legas ſine plebe?* Nam vt plebiſcita ſine ſenatu, ita ſenatuſconſulta ſine plebe. quam emendationem adiuuant antecedentia hæc, *quod ſolùm ſenatu conſtituente.*
b Secunda pars tituli.
c nullum ſanè l. 2. ī. *de Iuſt. & iure Nou. 161. in pr. l. 1. §. 1. ī. ne vis fiat ci: Nou. 26. c. 133. c. 4. & 161.*
d i. accommodare ad vſum ſocietatis humanæ *Old.*
e ſic aduocationis officium dicitur vitę hominum neceſſarium. *l. 4. C. de aduoc. diuerſ. iud.* rectè additur Iuriſperitus. Iuris enim cognitio in aſſeſſore, *l. 1. ī. de aſſeſſor.* & aduocato requiritur, *l. 11. in pr. C. de aduoc. iud.* An in iudice? *v Hotom. 26. Illuſt.*
f Appellare licuit ciui à conſule ad populum.
g de Conſulibus vide *l. vn. ī. de off. Conſ.*
h vide *l. 111. ī. de verb. ſign.*
i *dixi ad leges XII. tab. Cic. de ora.*
k *l. vn. in pr. inſt. de off. præf. Prat.*
l quoniam fuit P. P. plenior poteſtas *Molin. 1. feu. 20. n. 2. magiſtratuum.*
m vide Ciceronem in *Bruto*, vbi dixi.
n *Halicarnaſſ. 6. Liu. 3. adde §. 26. §. 32. in fin. ī. eo. l. 1. inf. de off. præ. vig. l. 1. ī. de ædil. edic. l. 3. infr. de via publ.* aliud Etymon vide apud Feſtum *in Ædiles.*
o *l. vn. inf. de off. quæſt.*
p §. 19. ī. *eo.*
q *vide Feſtum in Parricid. & Quæſtores.*
r quo cauebatur, vt qui de ſuo ſtatu litigaret, in poſſeſſione libertatis conſtitueretur, *Cuia. 8. obſ. 23.*
ſ *Nou. 14. c. 2.*
t adde *l. 1. §. 2. inf. de rei vind.*
u monte ſcilicet. & poſt, *in Auentinum*, montem intellige more Græco *Ant. Aug. 2. Emend. 1.*
x *Hal. 2. Liu. 4.*

tes. 26. ¶ Deinde cùm placuiſſet creari etiam ex plebe conſules: cœperunt ex vtroque corpore conſtitui. Tūc vt aliquo pluris patres haberentur, placuit duos ex numero patrum conſtitui, ita ſunt *ædiles* a *curules*.

27 ¶ Cúmque conſules auocarentur bellis finitimis: neque eſſet, qui in ciuitate ius reddere poſſet: factum eſt, vt *prætor* quoque crearetur, qui *vrbanus* appellatus eſt, quòd in vrbe ius redderet.

28 ¶ Poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret: creatus eſt & alius *prætor*, qui *peregrinus*, b appellatus eſt ab eo, quòd plerumque inter peregrinos ius dicebat.

29 ¶ Deinde cùm eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ præeſſet, *decemuiri in litib.* c *iudicandis* ſunt conſtituti.

30 ¶ Eodem tempore & *quatuor viri*, qui *curam* d *viarum gererent*: *& triumuiri* e *monetales*, æris, argenti, auriflatores: & *triumuiri* f *capitales*, qui carceris g cuſtodiam haberent: vt cùm animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret.

31 ¶ Et quia magiſtratibus, veſpertinis temporibus h, in publico eſſe inconueniens erat, *quinque viri* conſtituti ſunt *cis Tiberim*, & *vltis* i *Tiberim*, qui poſſint pro magiſtratibus fungi.

32 ¶ Capta deinde Sardinia, mox Sicilia k, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia: totidem *prætores*, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. ¶ Deinde Cornelius Sylla quæſtiones publicas conſtituit: veluti de falſo, de parricidio, de l ſicariis m: & prætores quatuor adiecit. ¶ Deinde Gaius Iulius Cæſar duos prætores, & duos ædiles qui frumento præeſſent, & à Cerere Cereales conſtituit. Ita duodecim prætores, ſex ædiles ſunt creati. ¶ Diuus deinde Auguſtus ſedecim prætores conſtituit. ¶ Poſt deinde Diuus Claudius n duos prætores adiecit qui de fideicommiſſo o ius dicerent, ex quibus vnum Diuus Titius detraxit: & adiecit Diuus Nerua, qui p inter fiſcum & priuatos ius diceret. Ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt.

33 ¶ Et hæc omnia, quotiens in republica ſunt magiſtratus, obſeruantur r quotiens autem proficiſcuntur: vnus relinquitur, qui ius dicat. is vocatur *præfectus vrbi*, qui præfectus olim conſtituebatur: poſtea ferè Latinarum feriarum q cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. nam *præfectus* r *annonæ*, & ſ *vigilum* non ſunt magiſtratus, ſed extra ordinem, vtilitatis cauſa conſtituti ſunt: & tamen hi, quos *Ciſtiberes* diximus, poſtea ædiles ſenatuſconſulto creabantur.

34 Ergo ex his omnibus, decem tribuni plebis, conſules duo, decem & octo prætores, ſex ædiles, in ciuitate iura reddebant.

35 ¶ Iuris t ciuilis ſcientiam plurimi & maximi viri profeſſi ſunt: ſed qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt, (eorum) in præſentia mentio habenda eſt, vt appareat, à quibus & qualibus hæc iura orta, & tradita ſunt. ¶ Et quidem ex omnibus qui ſcientiam nacti ſunt, ante *Tiberium* u *Coruncanium* x publicè profeſſum neminem traditur, cęteri autem ad hunc vel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, ſolúmque conſultatoribus" vacare, "potius quàm diſcere volentibus ſe præſtabant.

36 ¶ Fuit autem in primis peritus *Publius Papirius*, qui leges y regias in vnum contulit. ¶ Ab hoc *Appius Claudius*, vnus ex decemuiris, cuius maximum conſilium in duodecim tabulis ſcribendis fuit. ¶ Poſt hunc *Appius Claudius* eiuſdem generis maximam ſcientiam habuit: hic *Centemmanus* z appellatus eſt, * Appiam viam ſtrauit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrro a in vrbe non recipiendo ſententiam tulit, hunc etiam actiones ſcripſiſſe traditum eſt primum de vſurpationibus, qui liber non extat. Idem Appius Claudius, qui videtur ad hoc proceſſiſſe, R b literam inuenit: vt pro Valeſij, Valerij eſſent, & pro Fuſiis Furis c.

37 ¶ Fuit poſt eos maximæ ſcientiæ *Sempronius*, quem d populus Roma. σοφὸν e id eſt, *Sapientem* appellauit: nec quiſquam ante hunc, aut poſt hunc hoc nomine cognominatus eſt. *Gaius* f *Scipio Naſica*, qui optimus à ſenatu appellatus eſt: cui etiam publicè domus in ſacra via data eſt, quò facilius conſuli poſſet Deinde *Quintus Mucius* g qui ad Carthaginienſes miſſus legatus, cùm eſſent duæ teſſeræ poſitæ vna pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato, vtram vellet referret Romam: vtramque ſuſtulit, & ait Carthaginienſes petere debere, vtram mallent accipere.

38 ¶ Poſt hos fuit *Tiberius Coruncanius*, vt a dixi, qui primus profiteri cœpit. cuius tamen ſcriptum nullum extat, ſed reſponſa complura & memorabilia eius fuerunt. Deinde *Sextus* b *Ælius*, & frater eius *Publius Ælius*, *& Publius Atilius*, maximam ſcientiam in profitendo habuerunt: vt duo Ælij etiam conſules fuerint. Atilius autem primus à populo c *ſapiens* appellatus eſt. Sextum Ælium etiam Ennius laudauit, & extat illius liber, qui inſcribitur Tripertita, qui liber veluti cunabula iuris continet. Tripertita autem dicitur: quoniam lege duodecim tabularum præpoſita, iungitur interpretatio: dein ſubtexitur legis actio. Eiuſdem d eſſe tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negant eiuſdem eſſe. Hos ſectatus ad aliquid eſt ‖ *Cato*. Deinde *Marcus Cato* ‖ e princeps Porciæ familiæ, cuius & libri extant f ſed plurimi filij eius, ex quibus cæteri oriuntur.

39 Poſt hos fuerunt *Publius Mucius*, & *Brutus Manilius*: qui fundauerunt ius ciuile. ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit. Brutus ſeptem: Manilius tres. & extant volumina ſcripta, Manilij monumenta. illi duo conſulares fuerunt: Brutus prætorius; Publius autem g Mutius etiam pontifex maximus.

40 ¶ Ab his profecti ſunt *Publius Rutillius* h *Rufus*, qui Romæ conſul, & Aſiæ proconſul fuit: *Paulus Virgilius*: & *Quintus Tubero* ille Stoicus, Panſæ i auditor, qui & ipſe conſul. Etiam *Sextus Pompeius* Gnæi Pompeij patruus fuit eodem tempore: & *Cælius Antipater*, qui hiſtorias conſcripſit: ſed plus eloquentiæ, quàm ſcientiæ iuris operam dedit. etiam *Lucius Craſſus*, frater Publij mucij, qui *Mucianus* dictus eſt. hunc k Cicero ait Iuriſconſultorum l diſertiſſimum.

41 ¶ Poſt hos *Quintus Mucius* Publij filius, pontifex m maximus ius ciuile primus conſtituit, generatim in libros decem & octo redigendo.

42 Mutij auditores fuerunt complures: ſed præcipuæ auctoritatis *Aquilius Gallus*, *Balbus* n *Lucilius*, *Sextus Papirius*, *Gaius Iuuentius*. ex quibus Gallum maximæ auctoritatis apud populum fuiſſe Seruius dicit: omnes tamen hi à Seruio Sulpicio nominantur, alioquin per ſe eorum ſcripta non talia exſtant, vt ea omnes adpetant: denique nec verſantur omnino ſcripta eorum inter manus hominum. ſed Seruius libros ſuos compleuit, pro cuius ſcriptura, ipſorum quoque memoria habetur.

43 ¶ *Seruius* o cùm in cauſis orandis primum locum, aut pro certo poſt Marcum Tullium obtineret, traditur ad conſulendum Quintum Mucium de re amici ſui perueniſſe: cúmque eum ſibi reſpondiſſe de iure Seruius parum intellexiſſet, iterum Quintum interrogaſſe, & à Quinto Mucio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe: & ita obiurgatum eſſe à Quinto Mucio: namque eum dixiſſe, * *turpe* p *eſſe patricio, & nobili, & cauſas oranti, ius in quo verſaretur ignorare.* ea velut contumelia Seruius tactus, operam dedit iuri ciuili: & plurimum eos, de quibus locuti ſumus, audiit: inſtitutus a Balbo q Lucilio: inſtructus autem maximè à Gallo r Aquilio, qui fuit Cercinæ ſ. Itaque libri complures eius t extant Cercinæ confecti. Hic u cùm in legatione periſſet, ſtatuam ei populus Romanus pro Roſtris poſuit; & hodiéque extat pro Roſtris Auguſti, huius volumina complura exſtant; reliquit autem propè centum & octoginta libros.

44 ¶ Ab hoc plurimi profecerunt: ferè tamen hi libros conſcripſerunt: *Alfenus Varus*, *Gaius* x, *Aulus Ofilius*, *Titus Caſius*, *Aufidius Tucca*, *Aufidius Namuſa*, *Flauius Priſcus*, *Gaius Ateius Pacuuius*, *Labeo* y *Antiſtius*, *Labeonis Antiſtij pater*, *Cinna*, *Publicius* z *Gellius*. Ex his decem, libros octo conſcripſerunt, quorū omnes qui fuerunt, libri digeſti ſunt ab Aufidio Namuſa in centum quadraginta libros. ¶ Ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius, ex quibus Varus & conſul fuit: Ofilius in equeſtri ordine perſeuerauit. is fuit Cæſari familiariſſimus: & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. nam *de legibus Vicenſimæ*. a primus con-

---

a de quibus *l.* 1. *pr.* ℑ. *de ædilit.* & *Liu.* 6. *Ci.* 6. *ad Att.* 1.

b triceſimus liber Prætoris peregrini à Labeone compoſitus citatur, *l.* 9. §. 4. ℑ. *de dolo.* adde quæ de peregrinis ſcripſi ad *l.* 1. *C. de hæredibus inſtituend.* & quæ de peregrino agro exſtat apud Varronem 4. *de lingua*: & *apud Feſt. in Peregrin. ager.*

c olim dicebatur litibus iudicandis, vt ex Sexto Pomp. & Valer. Probo notat *Cuiac.* 3. *obſ.* 32.

d Vide quæ ſcripſi de Viocuris ad *l.* 1. *inf. de via publ.*

e Treuiri monetales. *Cicer.* 7. *famil.* 13.

f dixi ad Varronem 4. de lingua: adde *Flor.* 1. *Epito.* 11. Tacitum.

g *v.l.* 52. §. 12. ℑ. *de furtis.*

h Noctu latam ſententiam non valere, hinc colligunt *arg. Nou.* 82. *c.* 3.

i *Varro* 5. *de lingua*: dixi *ad Feſtum in* Citimus.

k *Nouell.* 24.

l *v. Suet. in Auguſto.* de veneficiis *Pithœus c.* 1. *notar. Moſaicar.*

m Quidam addunt & de iniuriis.

n § 1. *Inſt. de fideicommiſſ.*

o 25. *Vl.* 12.

p veriſimile eſt hunc perfectum fuiſſe ærarij, vide quæ ſcripſi ad *l.* 42. ℑ. *de iure fiſci.*

q in quibus. Latinis carnis diſtributio dabatur. *Halicarn.* 4. *Varr. Lin.* 32. *Seru.* 2. *Æneid.*

r 30. magiſtratu M. Antoninus Imperator functus eſt, teſte Capitolino.

ſ vide veſtigium ſententiæ huius præfecti, *in l. vlt. inf. quod cum eo.*

s *v. Nou.* 13. *c.* 1.

t Tertia pars tituli.

u *al.* Tit. *Flor. epitom.* 18.

x *al.* Tit. oratorem, *Cic. in Bruto.* & Pontificem 3. *de oratore*: adde §. *poſt hos inf. eod.*

y Codex ergo (vt ita loquar hic) regius, fuit à Papirio compoſitus, in quo leges regiæ. v. §. 2. ℑ. eo.

z aut potius *Cœcus*, *Faſti conſulares. Verrius*: *Appiani fragmenta de hiſtoria Samnitium.* Craſſus primùm, deinde cœcus appellatus. *Frontin.* 1. *de aquæ ductibus.* & alias *Centemmani aut Centemali* Cognomen Cn. & M. Fab. iis tribuitur à Liuio: vt & Titio Claudio, Cicerone & Valerio.

a adde *l.* 1. §. 5, *verſic. quamuis autem inf. de poſtu.* *Flor. epitom.* 13.

b 1. *Quint.* 5. vide *Feſtum in littera* R.

c *al.* Furij.

d vt & Attilium *ſapientem*, §. 38. *infr. eod.*

e An propter magiam, vt putat Forcatulus 1. *Necyoman.* 38. An potius ob ſimilem.

f ſapientiam, cuiuſmodi ſcientia σοφία ait Plutarchus *in Themiſtocle.*

g *al.* [illegible] o, id eſt, Puldius, & ita apud Ciceronem in Bruto, *Liuius* 49.

h 10. *Gell.* [illegible] 27. *Polyb.* 3. *Liuius* 21. *Appianus* 1. *de Bello Hiſpanico.* *Florus epitomo* 18.

---

a §. *iuris*, 35. ℑ. *eod.*

b De hoc Cicero in Bruto ita ſcribit, Sextus Ælius iuris quidem ciuilis omnium peritiſſimus ℑ, ſed etiam ad dicendum paratus, & 1. *Tuſc.* ex Ennio hic verſus etiam refertur: Egregiè cordatus homo, catus Ælius Sextus.

c vt Sempronius σοφός. §. *fuit* ſ. eo adde *Cic. in Lælio*, *Catone* & 2. *de off.* Ergo hic Latina dictione ſapiens: ille verò Græca σοφός appellatus fuit.

d de Sexto Ælio *v. Cic.* 1. *de orat.* 1. *Tuſc.* 1. *Varro.* 6. *de lingua* 22. *Plinium* 2.

e *Cic.* 1. *de orat. Liuius* 33. 34. 39. *Plutarc. in Catone.*

f *vide Feſtum in verbo* placidus 3. *Gell.* 18. *l.* 4. §. 1. ℑ. *de ver. oblig.*

g extat eius reſponſum, *l. vlt. in fi. inf. de legat.*

h ambitus accuſatus noluit ſuam cauſam ornatius dici, *Cic.* 1. *ad Brut.* 3. *de natura.* 2. *de finibus.* 4. *Tuſc.* 2. *Offic. Valer.* 2.

i *al.* Panætij, ſed hoc κατὰ διασολὴν vt referatur ad alium Q. Ælium Tuberonem, de quo infrà.

k hæc verba ad Q. Mucium Scæuolam referenda, de quo proximo §. in cuius fine, quæ hic leguntur adiungenda ſunt.

l Iuriſperitorum eloquentiſſimum vocat Cicero *in Bruto*, & *de oratore.*

m *Cic.* 2. *de legib.* & augur & ędilis, *Cic. in Lælio.* iuſſu Marij in Tyberim proiectus, *Appian.* 1. *belli ciuil. Lucan.* 2.

n frater eſt Balbi, qui in libris de Natura deorum diſputat.

o orator, *Cic. in Brut.* Quæſtor, Prætor. *Cicer. pro Murena.* Interrex *Aſconi.* Conſul. Athenis reuerſus in legatione apud M. Antonium periit. *Cic.* 2. *Philip.* 2. *Gell.* 10. & 6. *c.* 8.

* p *Idem Cic. de orator.*

Hi peregrini in aliena ciuitate non in ſua magiſtratum gerere videntur, *Cic. pro C. Rabirio in fi* adde *l.* 2. ℑ. *de iuris & facti ignorant.* 12. *Quint.* 3. *Nou. Leonis.* 17.

q de quo vide *lib.* 2. *Cic. de Natur. deorum.*

r qui doli, *Cic.* 3. *de natura* 3. *off.* & *pro Cecinna.* liberationis, §. *quicquid Inſt. quib. modis tollitur.* & nepotibus poſthumi inſtituendi formulas inſtituit, *l.* 29. ℑ. *de liber. poſth.*

ſ Inſula Siciliæ vicina.

t Galli Aquilij ſcilicet.

u Seruius Sulpitius.

x delendum hoc nomen, alioquin 11. eſſent non 10.

y ob Syllanam factionem à Marianis interfectus. *App.* 4.

z Publicola Gellius *Hotom.* *Cic. in Bruto.* Cenſor fuit, 5. *Val.* 9.

a iis qui manumittebantur indictę lege Manlia, & remiſſæ à Nerone *Cic.* 2. *ad Albinum* 16. *Liu.* 7. *Tac.* 13. *Annalium* inde aurū viceſimariū in ſanctione ærario ſeruatū, *Liu.* 27. qui has viceſimas exigebat, Viceſimarius ſeu εἰκασωτὴς gloſſis, & Arriano 3. *diſſertationum Epicteti* 26. & 2. *c.* 1. Fuit & XXV aut potius L, id eſt, quinquageſima venaliū man[illegible]iporū, inſtituta ab Auguſto ad nocturnos ſcripſit.

ſcripſit, de a iuriſdictione : idem edictum prætori, primus diligenter compoſuit, nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum per quam breuiſſimos, ad edictum ſubſcriptos reliquit.

45 ¶ Fuit eodem tempore & *Trebatius*, qui idem Cornelij b Maximi auditor : fuit *Aulus Caſſelius, Quintus* c *Mutius*. Voluſij auditor: denique in illius honorem teſtamento Publium Mucium nepotem eius reliquit hæredem, fuit autem quæſtorius : nec vltra proficere voluit, cum illi etiam Auguſtus conſulatum offerret. ex his Trebatius d peritior Caſcelio, Caſcelius Trebatio eloquentior fuiſſe dicitur, Oſilius vtroque doctior. Caſcelij ſcripta non exſtant, niſi vnus liber Bene dictorum. Trebatij complures: ſed minus frequentantur.

46 ¶ Poſt hoc quoque *Tubero* e fuit, qui Oſilio operam dedit : fuit autem patricius, & tranſiit à cauſis agendis ad ius ciuile, maximè poſtquam Quintum Ligarium accuſauit, nec obtinuit apud Caium Cæſarem. Is eſt Quintus Ligarius : qui cùm Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permiſit, nec aquam haurire, quo nomine eum accuſauit, & f Cicero defendit. exſtat eius oratio " ſatis " pulcherrima, quæ inſcribitur, pro Quinto Ligario. Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt iuris publici, & priuati : & complures vtriuſque operis libros reliquit : ſermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere : & ideo parum libri eius grati habentur.

47 ¶ Poſt hunc maximæ auctoritatis fuerunt *Ateius* g *Capito*, qui Oſilium ſecutus eſt : & *Antiſtius Labeo*, qui omnes hos audiuit : inſtitutus eſt autem à Trebatio,

¶ Ex his At eius h conſul fuit : Labeo noluit, cùm offerretur ei ab Auguſto conſulatus, quo ſuffectus fieret, [&] honorem ſuſcipere : ſed plurimum ſtudiis operam dedit : & totum annum ita diuiſerat vt Romæ ſex menſib. cum ſtudioſis eſſet i, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta volumina : ex quibus plurima inter manus verſantur,

¶ ¶ Hi duo primum veluti diuerſas ſectas k fecerunt : nam Ateius l Capito in his, quæ ei tradita fuerant perſeuerabat : Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituit, & ita Ateio Capitoni *Maſſurius Sabinus* ſucceſſit, Labeoni *Nerua*, adhuc eas diſſentiones auxerunt. " Hic etiam " Nerua Cæſari m familiariſſimus fuit ; Maſſurius Sabinus in equeſtri ordine fuit, & publicè primus ſcripſit ; poſteáque hoc cœpit beneficium " dari " à Tiberio Cæſare, hoc tamen illi conceſſum erat.

¶ Et, vt obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publicè reſpondendi ius non à principibus dabatur ; ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant n, neque reſponſa vtique ſignata dabant ; ſed plerunque iudicib. ipſi ſcribebant o, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Primus Diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit p, vt ex auctoritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit ; & ideo optimus princeps * Hadrianus, cùm ab eo viri prætorij peterent, vt ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis, *hoc non peti, ſed præſtari* q *ſolere* : & ideo ſi quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe, populo ad reſpondendum ſe prępararet.

¶ Ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, vt populo reſponderet, qui in equeſtri ordine iam grandis natu, & ferè annorum quinquaginta receptus eſt ; huic nec amplæ facultates fuerunt ; ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt.

¶ Huic ſucceſſit *Caius Caßius* r *Longinus*, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Ser. Sulpitij : & ideo proauum ſuum Seruium Sulpitium appellat. hic conſul fuit cum Quartino, temporibus Tiberij, ſed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, euſque donec eum Cæſar ciuitate pelleret. expulſus ab eo in Serdiniam, reuocatus à Veſpaſiano, diem ſuum obiit.

¶ Neruæ ſucceſſit ſ *Proculus* t, fuit eodem tempore & *Nerua filius* ; & alius *Longinus* ex equeſtri quidem ordine, qui poſtea ad præturam vſque peruenit, ſed Proculi auctoritas maior fuit : nam etiam a plurimum potuit, appellatíque ſunt partim *Caßiani*, partim *Proculeiani* : quæ origo à Capitone, & Labeone cœperat.

¶ Caſſio *Cælius* b *Sabinus* ſucceſſit, qui plurimum temporibus Veſpaſiani potuit. Proculo *Pegaſus*, qui temporib. Veſpaſiani præfectus c vrbi fuit. Cælio Sabino *Priſcus Iauolenus*. Pegaſo *Celſus*, patri Celſo, *Celſus filius*, & *Priſcus Neratius* : qui vtrique conſules fuerunt ; Celſus quidem & iterum. Iauoleno Priſco *Aburnus* d *Valens* & *Tuſcianus*, item *Saluius Iulianus*.

vigiles, & bellum quam quinquageſimam emptor mancipij præſtabat. Dion. 55. & ita legendū apud Tacitum 13 videtur. Huc pertinet quod apud Feſtum in *Manumitti* legitur, manumitti dicebatur ſeruus ſacrorum cauſa, cùm dominus eius tenens modò caput, modò membrum aliud eiuſdem ſerui ita edicit : hunc hominem liberum eſſe volo, ac pro eo auri XX puri, probi, profani mei ſoluo, vt priuſquam digrediar, efficitur iuris ſui. Adde Feſtum in *Puri*. Inde à Tertuliano dicitur nullam manumiſſionem non fuiſſe vectigalem. Zaſius tamen Viceſimam intelligit ob hereditatem extraneo delatam, fiſco inferendam, e x *Dione* 55. & à Traiano ſublatam. *Plinius in Panegyr.* adde Capitolinum in Antonino Philoſopho, Paulum 4. *ſent. tit. 6. l. vlt. C. de edicto D. Hadrian. tollendo.* De viceſimæ legib. ſcripſit primus Oſilius, de quo hic, & poſt eum Æmilius Macer. In lapidib. reperitur, Procurator XX. hereditarium, & Promagiſter XX. hereditatium. Colligebatur hoc vectigal à publicanis, quorum Magiſtris. His addendum quæ de viceſima portoriorum apud veteres exſtant, de qua *v. Cic. 2. Verrina.*

a *al.* conſcripſit & de iuriſdictione.

b *Gouea nus*, Qu. Cornelij : idque ex Cicerone 7. *familiar.* 8.

c *Antonius Auguſt.* Qu. Mucij.

d huius conſilio Codicillorum vſus eſt receptus. §. 1. *de Codicill.*

e *Cicer. 1. de orat. Cæſar, de bello ciuili.*

f etſi Cicero hic inter veteres iuris peritos non enumeratur, eius tamen authoritas affertur *l. 7. §. 3. infrà quibus ex cauſis in poſſeſſ. l. 39. in princ. inf. de pœnis.* *

g 2. *Familiar. Cicero* 29. h *Tacitus* 3. 4. *Gell.* 14. 10. *cap.* 21. 13. *cap.* 12. 7. *Macrob.* 13. i de Labeone vide *Tacit.* 3. 1. 3. *Gell.* 12. & 20. *cap.* 1. *Sueton. in Auguſt.*

k Secta à ſequendo : quo verbo vtitur *Cicer. pro L. Flacco in fin.* 13. *famil.* 4. & *ad Qu. frat.* 3. *in fin.* familiam ſeu familias vocat 1. & 3. *de orat.* nationes 2. *de Natur. deor.* & 2. *Attic.* 16. quæ Ariſtot. περὶ ἐλέγχου vocat γένη.

l *Tacit.* 3. m *Tacit* 5. & Conſul *Tacit.* 4. huius filius anno 18. poſtulauit. *l. 1. §. qua ætate. infr. de poſtul.*

n *adde l. 11. §. vlt. C. de aſſeſſ.* o Inter cætera Iuriſconſulti munia, ſcribere & cauere, vt hinc colligitur : adde Ciceronem *pro Murena* ; & 2. *de orat.* & 7. *familiar.* 14.

p adde *l. 11. C. de aduocat. iud. l. 7. C. de profeſſ. & medicis.*

q meritis ſc. non cuiuis petenti. *Zaſ.*

r Syriæ præfuit ſub Claudio. *Tacit.* 2. 14. 16. *Suet. in Nerone.*

ſ ſuffectus conſul videtur fuiſſe.

t non eius iuris auctor *de quo v. l. 17. inf. de iure patron.*

DE LEGIBVS e, SENATVSQVE CONSVLTIS f, & longa g conſuetudine.

TIT. III.

Quid ſit lex.

1. *Papinianus* lib. 1. Definitionum.

LEX eſt h commune i præceptum ; virorum prudentium conſultum ; delictorum, quæ ſponte, vel k ignorantia contrahuntur coërcitio ; communis reipublicæ ſponſio l.

2. *Marcianus* lib. Inſtitutionum.

NAm & Demoſthenes m orator ſic definit. τοῦτό ἐστιν νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστιν νόμος, εὕρημα n μὲν καὶ δῶρον Θεοῦ, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων o καὶ p ἀκουσίων q ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν ἅπασι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει, *id eſt, Lex eſt, cui omnes obtemperare conuenit, tum ob alia multa : tum vel maximè eo, quòd omnis lex, inuentum ac munus Dei eſt : decretum verò prudentum hominum, coërcitio eorum, quæ ſponte, vel inuoluntariò delinquuntur : communis ſponſio ciuitatis, ad cuius præſcriptum omnes qui in ea republica ſunt vitam inſtituere debent.*

¶ Sed & Philoſophus ſummæ r Stoicæ ſ ſapientiæ Chryſippus ſic incipit libro, quem fecit περὶ νόμου. Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα. καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον, *id eſt de lege. Lex eſt omnium diuinarum, & t humanarum rerum regina. Oportet autem eam eſſe præſidem & bonis & malis, & principem & ducem eſſe : & ſecundum hoc, regulam eſſe iuſtorum, & iniuſtorum, & eorum, quæ naturâ ciuilia ſunt animantium ; præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum.*

Quibus de rebus leges conſtituuntur.

3. *Pomponius* lib. 25. ad Sabinum.

a vide *l. 1. inf.*

b cui Otho bimeſtrem conſulatum deſignauit *Tacit.* 17.

c à quo S. C Pegaſianum dici exiſtimatur. §. *ſed quia. Inſtit. de fideic. heredit.*

d de quo *l. 78. §. pen. ʃ. de legat.*

e 1. C. 14.

f 1. C. 16. *adde l. 9. l. 10. ʃ. cod.*

g 8. C. 55. *adde l. 32. & ſeq. inf.*

h Definitio hæc cauſalis eſt : conſtat enim cauſa efficiente, materia & fine.

i id eſt, notitia æqui & boni, à natura omnibus indita : vel ita, generale iuſſum, non pertinens ad priuatos. Ateius Capite apud 10. *Gell.* 20. *adde Ariſtot.* 5. *Ethicor.* 1.

k vide *l. 11. ʃ. de incendio l. 2 in fin. ʃ. de termino.*

l συνθήκη dicitur l. 2. *infr. cod.* hinc legibus obligari dicimur *l. 52. §. 5. infr. de obligat.* ſic qui deliquit, eo genere pœnæ obligare ſe dicitur, quod indictum eſt eo loco in quo habitat.

m *in Oratione 1. aduerſus Ariſtogitonem.*

n adde *Platonem initio 1. de legibus. Diodorum 1. c. 5.* Inde factum, vt veteres legis latores, legum ſuarum originem ad Deos referrent. *Plato illo loco : & in Minoe : Diodorus illo loco : 1. Valer. 2. Herod. 1. Suidas in Galeno : Cicero 2. de legibus Ælian. 2. de varia hiſtoria. Halicarnaſſeus 2. Antiquit. Liuius 1. Plutarchus in ſumma : Lactantius c. 1. 22.* quod nec Mahumetes omiſit, *v. librum de doctrina Mahumeti, adde Gloſſam vltim. in verbo diuino. C. de longi temporis præſcript. Tiraquell. in præfat. tractatus de retract. 15.*

o περὶ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου *vide Ariſtotelem 3. Ethic. 1. & 5 Ethic. 8. Plotinus 6. Enneade 8 Ciceronem in topicis.* ſanè Cicero illo loco, voluntaria ea eſſe definit quæ fiunt conſilio : inuoluntaria, quæ fortuna, ignorantia & neceſſariò, vt & Plotinus ſuperiore loco τὸ ἐφ' ἡμῖν, id quod noſtræ poteſtatis eſt ſeu voluntarium deſcribit, quod nos facimus μὴ δουλεύοντες τύχαις ἀνάγκαις πάθεσιν ἰσχυροῖς. Ariſtoteles verò ἑκούσιον facit eorum, quæ in noſtra poteſtate ſunt, quod qui facit εἰδὼς καὶ μὴ ἀγνοῶν μήτε ὃν μήτε ᾧ μήτε οὗ ἕνεκα ἢ τίνος ἕνεκα. quod denique facit qui μὴ κατὰ συμβεβηκὸς μηδὲ βίᾳ. ſed προελόμενος, conſilio capto. Inuoluntarium vero ſeu ἀκούσιον appellat τὸ ἀγνοούμενον, quod ignorantia facimus aut ſanè non ignoranter, ſed ita tamen vt eius principium penes facientem ſeu agentem non ſit & vi impediatur. Quin & *d. c* 1. vt vtrumque rectè diſtinguatur, conſiderat has circunſtantias τίς, τί, περὶ τί, ἢ ἐν, τίνι, τίνι οἷον ὀργάνῳ, ἕνεκα. τίνος πῶς. Quibus diſtinctis facilè intelligimus quid ἄδικον, ἀδίκημα, ἁμάρτημα, ἀτύχημα. Prius admittit quiſque ἐκ προαιρέσεως, Secundum εἰδὼς μὲν, μὴ προβουλεύσας δέ. Tertium, μὴ παραλόγως, ſed tamen, ἄνευ κακίας. vltimum, παραλόγως Quæ ſummopere noſtris diſtinguenda cenſeo.

p vide *l. 30. l. 31. ʃ. ad l. Aquil.* in brutis, *Geneſ. 9. Liu. 20. Plin. 8. cap. 16. c. mulier 15. 4. 1. vide Guidonem Papæ quæſt. 228.* & inanimatis, vt in ſtatua. *Demoſth. contra Ariſtot. Suidas in Nicone : Pauſanias in Eliacis :* vide *Cuiac. 19. obſeru. 10. Forner. 1. ſelect. 10.* Quid ſi furore? vide *l. 13. ʃ. de off. præſid.* ita ? vide *l. 3. ʃ. de diuortijs* : ebrietate aut vino ? vide *l. vnicam, C. ſi quis Imperatori.* imperitia ? uide *l. 9. §. penult. ʃ. locati.* ruſticitate ? *v. l. 3. §. 21. ʃ. de Sillaniano.* aut iuſſu alterius (vide *l. 157. leg. 167. ʃ. de regulis.*

q Immò inuoluntaria non puniuntur. *argument. l. 16. §. ſi propter. ʃ. de publicanis.*

r *al* ſummus, in. vel dic *ſumma*, quia inter ſectas Philoſophorum eſt præcipua.

ſ Stoicos Philoſophos vel ipſi Iuriſconſulti laudant : nam & ipſi ſectis Philoſophorum dediti Sic citatur à Calliſtrato parens Academiæ Plato *in l. vltima ff. de nundinis* & Academicus quoque Cicero à Tryphonino *in leg. Cicero ʃ. de pœnis.* vt & Perpateticæ ſectæ princeps Ariſtoteles à Iuliano *in l. 36. ʃ. de ſolutionibus.* Epicurei verò ab Alfeno *in l. proponebatur. ʃ. de iudicijs.* Quin & medicus Hippocrates à Paulo *in l. 12. ʃ. de ſtatu. hom.* & alioquin *in l. 2. ʃ. de origine iuris.* diſcimus Q. Tuberonem Panætij Philoſophi auditorem. Apud Ciceronem *in libris de Natura* tres iuriſconſulti in tres ſectas diuiſi. Velleius Epicureus negat deos & deorum prouidentiam : Lucilius Balbus Stoicus eandem aſſerit : Cotta Academicus notat in vtranque partem. Trebatium eadem opera apud Ciceronem 2. *fam.* 9. & 7. *fam.* 12. Epicureum fuiſſe reperio. vt & apud eundem *in oratione pro l. Murena*, Catonem Stoicum & Stoicos oratorio more irrideri. Fuerunt, ita iuriſperiti omnes noſtri, à Philoſophis inſtituti aut Philoſophiæ ſtudio aliquo imbuti, & iuris diuini quoque peritiſſimi, vti dixi *ad l. 10 §. 2. ʃ. de Iuſtitia.* t *Nouell. penult. 16. ʃ in princ.*

IVra conſtitui oportet, vt dixit Theophraſtus, in his quæ, ἐπὶ τὸ πλεῖστον *id eſt vt plurimum*, accidunt non quæ ἐκ παραλόγου, b *id eſt, ex inopinato*.

4. *Celſus* lib. 5. Digeſtorum.

EX his, quæ fortè vno aliquo caſu accidere poſſunt, iura non conſtituuntur.

5. *Idem* lib. 17. Digeſtorum

NAm ad ea potius c debet aptari ius, quæ & frequenter, & facilè, quàm quæ perrarò eueniunt.

6. *Paulus* lib. 17. ad Plautium.

Τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, *id eſt, quod enim ſemel aut bis exiſtit* vt ait Theophraſtus, παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, *id eſt, prætereunt legiſlatores*.

Legis virtus.

7. *Modeſtinus* lib. 1. Regularum.

LEgis virtus "hæc" eſt imperare e, vetare, permittere f, punire g.

In quas perſonas iura conſtituuntur.

8. *Vlpianus* lib. 3. ad Sabinum.

IVra non in ſingulas perſonas, ſed generaliter h conſtituuntur i.

De authoritate Senatus.

9. *Idem* lib. 16. ad Edictum.

NOn † ambigitur, ſenatum k ius l facere poſſe.

De imperfectione legum, & ratione eas ſupplendi.

10. *Iulianus* lib. 59. Digeſtorum,

NEque leges, neque ſenatuſconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus m, qui quandoque inciderint, comprehendantur; ſed ſufficit "&" ea, quæ plerunque accidunt, contineri.

11. *Idem* lib. 90. Digeſtorum.

ET ideò de his, quæ primò n conſtituuntur, aut o interpretatione, aut conſtitutione optimi principis certius ſtatuendum eſt.

12. *Idem* lib. 1. Digeſtorum.

NOn p poſſunt omnes articuli q ſigillatim aut legibus aut ſenatuſconſultis comprehendi: ſed cùm in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia r procedere, atque ita ius dicere debet.

13. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

NAm, vt ait Pedius, quotiens lege aliquid, vnum vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, cætera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certè iuriſdictione ſuppleri.

De iuris ſingularis interpretatione.

14. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

QVod verò contra ſ rationem iuris t receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentias u.

In quibus non ſequimur regulas iuris.

15. *Iulianus* lib. 27. Digeſtorum.

IN his, quæ contra rationem iuris conſtituta ſunt, non poſſumus ſequi regulam iuris.

Definitio Iuris ſingularis.

16. *Paulus* lib. ſingulari de iure ſingulari.

IVs ſingulare x eſt, quod contra tenorem rationis y propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt.

Quid ſit ſcire leges.

17. *Celſus* lib. 26. Digeſtorum.

SCire leges non "hoc" eſt, verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem.

De benigna interpretatione.

18. *Idem* lib. 29. Digeſtorum.

BEnignius z leges interpretandæ ſunt, quò voluntas earum conſeruetur.

De legibus ambiguis.

19. *Idem* lib. 33. Digeſtorum.

IN a ambigua voce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, præſertim cùm etiam voluntas b legis ex hoc colligi poſſit.

De ratione legis non inquirenda.

20. *Iulianus* lib. 55. Digeſtorum.

NOn c omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt: ratio d reddi poteſt.

a *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 10. *in fi.* ꝗ. *eod.* *l.* 64. ꝗ. *de regulis iuris*. *Nou.* 44. *c.* 11. §. 3. & 94. *c.* 2.
b 1. *Harmenop.* 1. §. 18. Bartholinus legit αὐτόματα.
c non tamen ſemper *l.* 12. *C. de leg. hæred.*
d *l.* 3. *in fin.* ꝗ. *ſi pars hæreditatis*. *vide l.* 3. ꝗ. *eo.* *Nou.* 105. *c.* 1. *in fi.* *Leo, Nou. principio.*
e Quædam ſunt quæ leges nec vetant, nec iubent facere. *Seneca* 3. *de benefi.* 21. *Ariſtot.* 2. *Ethic.* 3.
g κοινῇ omnib. *ſ.* *l.* 10. *in princ.* *C. eo.* vide *Cuiacium* 15. *obſeru.* 8.
h κοινῶς, id eſt, communiter. 2. *Eclog.* 1. *c.* 15. in omnes homines & res. Feſtus in *Rogatio.* Atque ita quæ de imperio Gn Pompeij, de reditu Ciceronis, de cæde Clodij lata ſunt, lex non fuere, ſed priuilegium. 10. *Gel.* 20.
i Imò interdum vni ciuitati. l. 11. ꝗ. *de iuſtitia*. interdum ſingulis ius conſtituitur. l. 16 ꝗ. *eod.*
† *Leonis Nouella* 78. ſenatus hodie ius non facit.
k Immò ſoli principi id licet. *l. vlt. C. eod.*
l formulam ſenatuſconſulti vide in *l.* 2. ꝗ. *ad Vell. & aliis locis, Tit. ad Macedonianum, ad Trebellianum.*
m θέματα Græci appellant. 21. *Eclog.* 1. *c.* 15.
n ἐν πρώτοις.
o *l. vlt.* §. *fi.* *C. eo.* etiam prudentium, *l.* 2. §. 47. ꝗ. *de orig. iur.*
p *Ariſtot* 5. *Ethic.* 10. *l.* 1. §. 2. ꝗ. *quod falſo tutore*: *l.* 29. §. 13. ꝗ. *de liberis*.
q Caſus *l. quarta.* *l.* 10. ꝗ. *eod.* *l.* 37. ꝗ. *eod.* θέματα 2. *Eclog.* 1. *c.* 15. 1. *Harmenopulus* 1. *in fin.*
r *l.* 14. ꝗ. *eod.* *l.* 7. §. 2. *de iuriſdict.* vide *l.* 30. *in fin.* ꝗ. *de nego.* *l.* 11. ꝗ. *de præſc. ver.* *l.* 26. §. *fi.* ꝗ. *ex quib cauſ. maiores.*
ſ παρὰ κανόνας. *Eclog dict. cap.* 15. contra regulas. *adde l.* 12 *in fin.* ꝗ. *de vſufructu* *l.* 8. §. 1. ꝗ. *de rebus eorum, qui ſub tutel.* t generalis *l.* 13. *l.* 16. *l.* 39. ꝗ *eod.* *l.* 141. *inf. de regulis iuris*. u vide *l.* 15. ꝗ. *ſoluto matrimonio*.
x ἴδιος νόμος ſeu ius ſingulare non eſt lex in ſingulas perſonas conſtituta vt in *l.* 8. ꝗ. *eod.* ſed quæ paululum aberrat à regulis iuris: atque ita non pugnat hæc lex cum *d. l.* 1. y generalis *l.* 68. *l.* 70 ꝗ. *de regulis iuris*.
z φιλανθρώπως 2. *Eclog.* 1. *c.* 18. *adde l.* 56. ꝗ *de regulis iuris*. a vide *l.* 3. *l.* 11. *infr. de rebus dubiis* b voluntas legis vt pars legis præcipua ſpectanda conſeruanda *l.* 18. ꝗ. *eod.* c Exemplum, *l.* 9. ꝗ. *de relig.* *Cuiac.* 8 *obſeru.* 12. Cur autem? Adde *l.* 51. §. *penult.* ꝗ. *ad legem Aquiliam* *l.* 3. *C. de crim. ſacril.*
d Quemadmodum ſacerdotes victimarij, qui & θύται. 1. *Artemidor.* 13. ambigua ſigna, non negant eſſe vera, ſed qualia ſunt ex victimis deprehendere ſe poſſe negant; ſic Iuriſconſultus non protinus iniqua eſſe ait quorum ignoratur ratio. Adde Ariſtotelem 1. *Ethicorum* 7. *l.* 17. §. 4. *inf.* *ad legem Aquil.* *l.* 21. *furtis*; *Cuiacium* 17. *obſeru.* 1.

21. *Neratius* lib. 6. Membranarum.

ET ideò rationes eorum, quæ conſtituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quæ certa ſunt, ſubuertuntur.

Interpretatio legis in præteritum indulgentis.

22. *Vlpianus* lib. 35. ad Edictum.

CVm a lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat b.

Quæ mutari non debent.

23. *Paulus* lib. 4. ad Plautium.

MInimè ſunt c mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt.

De tota lege inſpicienda.

24. *Celſus* lib. 9. Digeſtorum.

IN ciuile d eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita, iudicare, vel reſpondere.

De interpretatione legis fauorabilis.

25. *Modeſtinus* lib. 8. Reſponſorum.

NVlla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione e contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem.

De priorum & poſteriorum legum interpretatione.

26. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

NOn eſt nouum, vt priores leges f ad poſteriores trahantur.

27. *Tertullianus* lib. 1. Quæſtionum.

IDeò, quia antiquiores leges ad poſteriores trahi, vſitatum eſt: & ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoque perſonas, & ad eas res pertinerent, quæ quandoque ſimiles g erunt.

28. *Paulus* libro quinto ad Legem Iuliam & Papiam.

SEd & poſteriores legis ad priores pertinent h: niſi contrariæ ſint: idque multis argumentis probatur.

De duabus legibus contrariis.

29. *Idem* lib. ſingulari ad legem Cinciam i.

COntra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem k verò qui ſaluis verbis legis, ſententiam eius circumuenit.

30. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

FRaus enim legi fit; vbi l, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit; & quod diſtat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, *id eſt, dictum à ſententia*, hoc diſtat fraus ab eo, quod contra legem fit.

Qui legibus ſoluti ſunt.

31. *Idem* lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam.

PRinceps legibus m ſolutus eſt. Auguſta autem, licèt legibus ſoluta non eſt: principes tamen eadem illi n priuilegia tribuunt. quæ ipſi habent.

In quibus cauſis conſuetudo vel aliud ius obſeruatur. I. De auctoritate conſuetudinis.

32. *Iulianus* lib. 94. Digeſtorum.

DE o quibus cauſis ſcriptis legibus non vtimur id cuſtodiri oportet, quod moribus & p conſuetudine inductum eſt: & ſi qua in re hoc deficeret q, tunc quod proximum & conſequens ei eſt: ſi nec id quidem appareat, tunc ius, quo r vrbs Roma vtitur, ſeruari oportet.

1 ¶ Inueterata conſuetudo pro lege non immeritò cuſtoditur (& ſ hoc eſt ius, quod dicitur moribus conſtitutum) Nam cùm ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quàm t quòd iudicio populi receptæ ſunt: meritò & ea, quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes: nam quid u intereſt, ſuffragio, populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? Quare rectiſſimè etiam illud receptum eſt, vt leges non ſolùm ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem x abrogentur.

In quibus cauſis conſuetudo obſeruatur.

33. *Vlpianus* lib. 1. de officio Proconſulis.

DIuturna y conſuetudo pro z iure & lege in a, his, quæ non ex ſcripto deſcendunt, obſeruari ſolet.

Quomodo probatur conſuetudo.

34. *Idem* lib. 3. de officio Proconſulis.

CVm de conſuetudine ciuitatis, vel prouinciæ confidere quis videtur: primùm quidem illud explorandum.

y inueterata *l.* 32. §. 1. ꝗ. longa *l.* 35. *infr eod.* hoc arbitrio iudicis finiendum z vide *l.* 22. *C. quæ ſit longa conſuet.* a *l.* 1. *in fin.* ꝗ. *de ventr. inſp.* *l.* 11. *in fin.* ꝗ. *de ducur.* *l.* 5. §. *legem. infr. de iur. immunitatis* *l.* 20. *C. de agr. & cenſ.* arbitror.

a *v. l.* 7. *C. eod.*
b *Nou.* 129. *c.* 4. & 154. *c.* 1.
c *l.* 2. *infr. de conſt. pr.* *l.* 183. *inf. de regul. iur.*
d Æſchines contra Creſiphontem.
e *v. l.* 3. §. 5. *in fi.* ꝗ. *de Carb edicto.*
f *l.* 27. *inf. eod.* *l. vlt.* ꝗ. *tit. prox.*
g *v. l.* 11. ꝗ. *eod.*
h vbi de interpretatione non de correctione agitur.
i lex Cincia de donis quæ & Muneralis, de qua *Vlp* 1. dixi ad Feſtum in muneralis.
k l. 5. *C. eod.*
l Exemplum *l.* 3. §. *pen. inf de Macedon.* *l.* 43. §. *vlt. inf. de vulgari*, *l.* 64. *in. de cond. & demon.*
m pœnariis, vide Cuiacium 26. obſeru. 35. quia non punitur ſi deliquerit. Harmen. 1. tit 2. *l.* 23 *inf. de leg.* 4. v. ad hanc *l.* *Cuiac.* 15. *obſ.* 20. Adde quæ de Principis imperio, & poteſtate notaui ad *Nouell.* 105. *c.* 2. adde *Ariſt.* 3. *Polit.* 9.
n *v. l.* 6. *in fi. inf. de iure fiſci.*
o Conſuetudo etiam in ciuilib. rebus pro lege ſuſcipitur cum defic. t lex. *Tertull. libro de corona militis.*
p adde *l.* 33. *l.* 34. *l.* 35. *l.* 36. *l.* 37. *l.* 38. *l.* 39. *l.* 40. ꝗ. *eod.* *v. Cuiac.* 20. *obſ.* 2.
q *al.* defecerit.
r videtur tamen illud ius non ſemper obſeruandum *l.* 12. *inf. de off. præſidis.*
ſ Conſuetudo ius eſt moribus conſtitutum, *vt hic*, moribus, inductum, *in prin. huius legis* quod ſine vllo ſcripto, quod rebus ipſis & factis, quod tacito conſenſu probauit populus, *vt hic*. quod per annos plurimos obſeruatum, veluti tacita ciuium conſuetudo *l.* 35. ꝗ. *eod.*
t Nouellæ Leonis in principio.
u *l.* 5. *infr* *iuratam rem.* nihil differt, ſcriptura an ratione ius conſiſtat, quando & legem ratio commendat. *Tertullianus illo loco.*
x Deſuetudo, is conſuetudo vincit legem, vt hinc colligi videtur. Imò non vincit. *dixi ad l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo.*

arbitror *a*, an etiam contradicto *b* aliquando iudicio conſuetudo firmata ſit.

De authoritate conſuetudinis.

25. *Hermogenianus* lib. 1. Iuris Epitomarum.

SEd & ea, quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos obſeruata, velut tacita ciuium conuentio, non *c* minùs, quàm ea, quæ ſcripta ſunt iura, ſeruantur.

36 *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

IMmo magnæ *d* auctoritatis hoc ius habetur: quod in tantum probatum eſt, vt non fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere.

De lege per conſuetudinem interpretanda.

37. *Calliſtratus* lib. 1. Quæſtionum.

SI de interpretatione legis quæratur: in primis inſpiciendum eſt *e*, quo iure ciuitas retro in eiuſmodi caſibus vſa fuiſſet: *optima *f* enim eſt legum interpres conſuetudo.

38. *Calliſtratus* lib. 1. Quæſtionum.

NAm Imperator noſter Seuerus reſcripſit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudinem, aut rerum perpetuò *g* ſimiliter iudicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere,

Quæ conſuetudo in ſimilibus non obtinet.

39. *Celſus* lib. 23. Digeſtorum.

QVod *h* non ratione introductum, ſed errore primùm, deinde conſuetudine obtentum eſt; in aliis ſimilibus non obtinet.

Quæ ius faciunt.

40. *Modeſtinus* lib. 1. Regularum.

ERgo *k* omne ius aut conſenſus *l* fecit, aut neceſſitas *m* conſtituit, aut firmauit conſuetudo.

Ius in quo conſiſtit.

41. *Vlpianus* lib. 2. Inſtitutionum.

TOtum autem ius conſiſtit aut in adquirendo *n*, aut in conſeruando, aut in minuendo: aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiuſque fiat, aut quemadmodum quis rem vel ius ſuum conſeruet, aut quomodo alienet, aut amittat.

DE CONSTITVTIONIBVS Principum *o*.

TIT. IV.

De authoritate. 1. De ſpeciebus & nomine communi conſtitutionum. 2. De conſtitutionibus perſonalibus.

Vlpianus lib. 1. Inſtitutionum.

QVod principi placuit *p*, legis habet vigorem: vtpote cum *lege q regia*, quæ de imperio eius lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat.

1 ¶ Quodcunque igitur imperator per epiſtolam *r* & ſubſcriptionem ſtatuit, vel cognoſcens decreuit, vel de plano *ſ* interlocutus *t* eſt, vel edicto præcepit legem eſſe conſtat. hæc ſunt, quas vulgò conſtitutiones appellamus.

2 ¶ Planè ex his quædam ſunt perſonales *u*, nec ad exemplum trahuntur: nam quæ princeps alicui ob merita indulſit *x*, vel ſi quam pœnam irrogauit *y*, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit *z*, perſonam non egreditur *a*.

De nouo iure conſtituendo.

2. *Vlpianus* lib. 4. Fideicommiſſorum.

IN rebus nouis conſtituendis euidens eſſe vtilitas debet, vt *b* recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt.

De interpretatione beneficij imperialis.

3. *Iauolenus* lib. 13. Epiſtolarum.

BEneficium *c* imperatoris, quod à diuina ſcilicet eius indulgentia proficiſcitur, quàm pleniſſimè *d* interpretari debemus.

De vi priorum & poſteriorum conſtitutionum.

4. *Modeſtinus* lib. 4. Excuſationum.

AI μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν, *id eſt, conſtitutiones tempore poſteriores. potiores ſunt his quæ ipſas præceſſerint.*

DE STATV HOMINVM *b*.

TIT. V.

Obiecta iuris.

Gaius lib. 1. Inſtitutionum.

OMne ius, quo vtimur, vel *c* ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.

Ordo in hoc opere ſeruandus.

2. *Hermogenianus* lib. 1. Iuris Epitomarum.

CVm igitur hominum cauſà omne ius conſtitutum ſit; primo *d* de perſonarum ſtatu, ac poſt de cæteris, ordinem edicti perpetui *e* ſecuti, & his proximos atque coniunctos applicantes titulos, vt *f* res patitur, dicemus.

Diuiſio perſonarum.

3. *Gaius* lib. 1. Inſtitutionum.

SVmma *g* itaque de iure perſonarum diuiſio hęc eſt, quòd omnes homines aut liberi ſunt, aut ſerui.

Definitio libertatis. 1. Seruitutis. 2. & etymologia ſerui. 3. ac mancipij.

4. *Florentinus* lib. 9. Inſtitutionum.

LIbertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi, aut iure *h* prohibetur.

1 ¶ Seruitus eſt conſtitutio iuriſgentium *i*, qua quis dominio alieno *k* contrà naturam ſubiicitur.

2 ¶ Serui ex eo appellati ſunt, quòd Imperatores captiuos vendere, ac per hoc ſeruare *l*, nec occidere ſolent.

3 ¶ Mancipia vero dicta, quòd ab hoſtibus manu capiantur.

Diuiſio liberorum. 1. Quibus modis ſerui fiant. 2. Definitio ingenui, & definitionis expoſitio.

5. *Marcianus* lib. 1. Inſtitutionum.

ET ſeruorum quidem vna eſt conditio *m*: liberorum autem hominum quidam ingenui ſunt, quidam libertini.

1 ¶ Serui autem in dominium noſtrum rediguntur aut iure ciuili, aut gentium. Iure ciuili, ſi quis ſe † maior viginti annis ad pretium participandum venire *n* paſſus eſt. Iure gentium ſerui noſtri ſunt, qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur.

2 ¶ Ingenui ſunt, qui ex matre libera nati ſunt *o*. ſufficit enim liberam fuiſſe eo tempore, quo naſcitur, licèt *p* ancilla conceperit: & è contrario ſi libera *q* conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum, qui naſcitur, liberum naſci. Nec intereſt iuſtis nuptiis conceperit, an vulgò: quia *non debet calamitas matris nocere ei quæ in ventre eſt.

3 ¶ Ex hoc quæſitum eſt: ſi ancilla prægnans, manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta, aut expulſa ciuitate pepererit: liberum, an ſeruum pariat: & tamen rectius probatum eſt liberum naſci, & *ſufficere ei, qui in ventre eſt, liberam matrem vel *r* medio tempore habuiſſe.

Definitio libertinorum.

6. *Gaius* lib. 1. Inſtitutionum.

LIbertini ſunt, qui ex iuſta *ſ* ſeruitute manumiſſi ſunt.

De his qui ſunt in vtero.

7. *Paulus* lib. ſingulari de Portionibus quæ liberis *t* damnatorum conceduntur.

QVI in vtero eſt, perinde *u* ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur, quotiens de commodis ipſius partus quæritur: quamquam alij, antequam naſcatur, nequaquam *x* proſit.

Vtrum inſtrumentum malè conceptum liberis officiat.

8. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

a atqui exemplis non eſt iudicandum, *l. 13. C. de ſententiis & inter. loc.*

b id eſt, contentioſo, conteſtato, *Olden.*

c *l. 3. in fi. C. quæ ſit long. conſ.*

d non eius tamen vt vincat rationẽ & legẽ *d. l. 3.* Imò fortior eſt ſcriptis omnibus. *Seneca 1. Declam. 1.*

e *l. 34. ff. de reg. iur.*

f ſed non ſola *l. 1. C. eod.*

g Immò, & ſi aliquando ita iudicatum ſit, videtur ſufficere, *lib. 34. ff. eod.*

h *v. l. 14. ff. eod.*

i immò error ius facit *l. 3. §. vlt. ff. de ſupell. leg.*

k ad hanc *l. v. Cuiac. 14. obſ. 16.*

l *ſubaudi.* expreſſus.

m Neceſſitatis voce *Cuiac. 5. obſ. 25.* intelligit rationẽ legis ad ſimiles caſus ratiocinatione productam: quod admittendum non eſt. Hac voce potius in elligendus eſt ſenatus. Primùm *arg. l. 2. §. & quia difficile. ff. de origine iuris.* ſecundò, quòd hæc lex concluſio totius huiuſce tituli videtur, quod & ſatis innuit hoc verbum *Ergo*. Eſt verò titulus hic de Legibus, ſenatuſconſultis, ac conſuetudine: vt & ſuperior de prudentum reſponſis: ſequens vero de conſtitutionibus principum. Quanquam nihil vetat etiam hac voce intelligi iura alia neceſſitate inducta, cuius generis ſunt quoque principũ conſtitutiones, *l. 2. §. nouiſſimè, ff. de origine iuris.* Ius gentium, *§. ius autem ibi humanis neceſſitatibus. Inſt. de iure naturali.* Porrò hanc iuris partitionem videtur ex Menandro Iuriſcõſultus hauſiſſe. τρία γάρ ἐστι δι' ὧν ἅπαντα γίνεται, ἢ κατὰ νόμους, ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τρίτον ἔθει τινί. adde Cuiacium 4. *obſeru.* 16.*

n adde §. 2. 3. 4. *Inſtit. de interdict.*

o 1 *C. 4. Nou. 66.*

p in id vt ſit lex ex generalis *Harmenop. 1. tit. 1.*

q De lege Regia adde *Inſt. de iure natur. §. ſed & quod principi. l. 1. §. non enim C. de veteri iure.* Fragmentum eius Romæ in Lateranenſi æde ſeruari notat Anton. Auguſt. *de legibus.*

r δι' ἐπιστολῆς ὑπογραφῇ *Græci.* id eſt, per epiſtolam à ſe ſubſcriptam.

ſ vide *l. 97. infr. de leg. 3.*

t Immò, interlocutiones principum vim legis non obtinent, *l. 3. C. de legibus.*

u quæ ad indulgentiam vel ad pœnam fiunt, *Harm. d. loco.*

x putà immunitatem à tributis *Theoph. inſt. de iure naturali.*

y puta, maiorem delicto vel lege *Theoph. ibid.*

z putà, pœnæ gratiam faciens *Theoph. ibid.*

a Immò egreditur. *l. vlt. circa princ. C. de fruct. & litium expenſ.*

b *l. 23. ff. tit. prox.*

c vt & donationem, *l. 2. C. de bon. vac.*

d *l. 2. C. de bon. vac. l. 43. infr. de vulgar. c. 15. de reg. in 6.* modò non in detrimentum alterius: tunc enim ſtrictè interpretabimur, vide *l. 2. §. ſi quis à principe: inf. ne quid in loco publ.*

a *l. 26. ff. tit. prox. l. 1. infr. ad l. Aquil. l. 1. in princ. infr. ad l. Falc. l. 1. §. ſi ſeru. 19. infr. de quaſ.*

b *1. Inſt. 3. 46. Baſ. 1. Harm. 1. Tit. 18.*

c Quid? hęc partitio iuris eſtne hic allata à Iuriſconſulto, vt oſtendat nullam eſſe iuris docendi aut diſcendi aut tractandi commodiorem rationem, quam ſi de his tribus ſeparatim tractetur? An potius quod nulla pars iuris ſit, nullus contractus, nullum negocium, nulla actio, nullum iudicium, in quo tractando hi loci ſimul non incurrant? vt putat Duaren. 1. *Diſput. 5.*

d Dignioribus prior debetur locus.

e non tamen eum ordinem ſemper ſeruauit. *§. Tertij. ff. conſtit. ad Anteceſſ.*

f Titulorum continuam inter ſe ſeriem non ita ſcrupuloſe & anxiè inquirendam eſſe colligas rectè ex hoc loco: quod tamen multi perſæpè faciunt fruſtra. Nam ſi ius ſummum ſpectemus, quæro quæ ratio fuerit, vt ante titulum de teſtamentis tituli de inofficioſo teſtamento, & de teſtamentaria tutela ponerentur? Sexcẽta talia proferre exempli gratia poſſumus. Quid quòd vna & eadẽ Pandectarum, Codicis & Inſtitutionum methodus nõ eſt? Mihi ſi quid iudicij eſt, placet, aut ſanè apud me ſatis iuſta ratione recipitur methodus hiſce Pandectis obſeruata à Iuſtiniano: ad quã quoque practicorum omnium queſtiones in meas Pandectas practicas referre viſum fuit: vt eodem nexu ac tenore, qui ius tractãt. ius quod nobis hodie in vſu eſt, vna Titulorum conſequentia, vtiliter legere poſſint.

g alia eſt in *l. 9. ff. eod.* alia in *l. 4. ff. de inſtit. & iure.*

h pœnarum comminatione. *Harmenopulus.*

i & iuris ciuilis *l. 5. §. 1. verſic. iure ciuili. ff. eod.*

k atqui interdum nullius eſſe poteſt ſeruus? vide *l. 3. in princ. inf. de peculio.*

l vide *l. 239. §. 1. inf. de verb ſign.*

m vt vnus alio non ſit magis ſeruus, variæ ſunt tamen functiones. *l. 5. §. 1. inf. de vſufr. l. vlt. §. fin. ff. de ædil. edicto.* † Leonis conſtitut. 59. vetat huiuſmodi venditionem.

n Miror veteres reſtitutionem in integrum ſaltem non indulſiſſe huiuſmodi venditoribus, puta minoribus 25. annis, cum in aliis rebus reſtitutionem facilè illis concedant. *ff. de minoribus.* eò magis quod infinita ſit libertatis æſtimatio, & infamia ordini plerunque vel genti, generi familiæque inuratur, *l. 1. l. 2. ff. de liberali cauſa.*

o qui ſeruitutis iugum non guſtarunt. *Harmenop. ibid.*

p ſic conceptus ex concubinatu vel in concubinatu, natus in matrimonio, legitimus eſt: nec legitimatione alia indiget. vide quæ ſcripſi ad Nouell. 74.

q vide *l. vlt. infr. de ſententiam paſſis.* *

r vide *l. 2. §. ſi ad tempus inf. de decurionibus.* *

ſ vide *l. 34. inf de ſtipul. ſeruorum. Theoph Inſt. de libertinis.*

t vel iis qui in vtero matris ſuæ ſunt, *Cuiac. in l. 2 inf de excuſ.*

u *l. 2. §. 6 inf. de excuſ. int. l. 9. in fin. inf ad leg. Falcidiam.*

x matri tamen prodeſt. vide *l. 3 inf de pœnit.*

Imperator

IMperator Titus Antoninus reſcripſit, non lædi ſtatum liberorum ob tenorem inſtrumenti male *a* concepti.

De ſexu.

9. *Idem* lib. 31. Quæſtionum.

IN *b* multis iuris noſtri articulis deterior *c* eſt conditio fœminarum quàm maſculorum.

De Hermaphrodito.

10. *Vlpianus* libro 1. ad Sabinum.

QVæritur *d*, Hermaphroditum cui *e* comparamus? & magis puto eius ſexus æſtimandum, qui in eo præualet.

Si filia patre ignorante conceperit, eóque mortuo pepererit.

11. *Paulus* lib. 18. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, eum, qui viuente patre & *f* ignorante *g* de coniunctione *h* filiæ conceptus eſt, licèt *i* poſt mortem aui natus ſit, iuſtum filium ei, ex quo conceptus eſt, "eſſe" non *k* videri.

De ſeptimeſtri partu.

12. *Idem* libro 19. Reſponſorum.

SEptimo *l* menſe *m* naſci perfectum partum iam receptum eſt propter auctoritatem doctiſſimi viri Hippocratis *n*. & ideo credendum eſt, eum, qui ex iuſtis nuptiis ſeptimo *o* menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe.

Si dominus ſeruum in iudicio capitali non defenderit.

13. *Hermogenianus* lib 1. Iuris Epitomarum.

SEruus in cauſa capitali, fortunæ *p* iudicio à domino commiſſus, & ſi fuerit abſolutus, non fit liber.

De oſtentis.

14. *Paulus* libro 4. Sententiarum.

NOn *q* ſunt liberi *r*, qui contra formam humani generis conuerſo more procreantur: veluti ſi mulier monſtroſum *ſ* aliquid, aut prodigioſum *t* enixa ſit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia *u* ampliauit, aliquatenus videtur effectus, & ideo inter liberos connumerabitur.

De partuum dinumeratione.

15. *Tryphoninus* lib. 10. Diſputationum.

AReſcuſa ſi *x* *tres pepererit*, libera eſſe teſtamento iuſſa, primo partu vnum, ſecundo tres peperit: quæſitum eſt; an. & quis eorum liber eſſet: hæc *y* conditio libertati adpoſita iam *z* implenda mulieri eſt: ſed non dubitari debet, quin vltimus liber naſcatur. *

a vide *l.* 16. *C. de liberali cauſa. l. vt. C. de ingenuis manumiſ.* vt ſi ſerui, ſi ſpurij appellati ſint. *v l.* 13 *l.* 29. *ꝧ. de probat. l.* 2. *C. de teſt.*

b *v. l.* 1. *ꝧ. de ſenatoribus.*

c vid. quæ notaui *c. de mulierib. lib.* 10.

d adde *l.* 15. *in fin. ꝧ. de teſt. l.* 6. *in fin. ꝧ. de lib. & poſth.*

e An fœminæ, an maſculo, an monſtro? veteribus non in monſtris fuiſſe id argumento eſt, quòd in deliciis plerunque habiti, *Plin.* adde *l.* 135. *ꝧ. de ver. ſign.*

f *l.* 5. *C. de Nupt.*

g aliud eſt ſi furente, *l.* 25. *in pr. C. de nuptiis.*

h *H. l.* conditione.

i ratio dubitandi ſumitur ex *l.* 11. *C. de naturalib. lib.* eſt vero ſenſus, licèt patre ſui iuris editus ſit; aliàs, qui ita naſcitur liber eſt.

k quia iuſtæ non erant nuptiæ: in iniuſtis igitur nuptiis, liberi non ſunt in poteſtate parentum.

l *l.* 180. die à nuptiis contractis, *l.* 3. *in fi. ꝧ. de ſuis.*

m ſubaudi pleno. *Pau.* 4. *ſent* 9. §. 14. n Septemmeſtrem ſeu ſeptimenſtrem vel
ſeptim eſtrem partum defendit hic Iuriſconſultus auctoritate magni medici,
quæ ratio probandi veriſimilis. Idem auctor alibi 4. *ſent.* 8. §. 5. eandem naſcen-
di legem defendit, ex ratione Pythagorei numeri. Cenſorinus, *c.* 10. de die
natali refert Pythagoram, duos partus inſtituere, vnum minorem eúmque ſep-
temmeſtrem: alium maiorem, eúmque decemmeſtrem. quorum ille 210. hic
274. à die conceptionis editur. Conceptus verò formationem his numerorum
diſtantiis perfici: ſex primis diebus ſemen, humorem lacteum fieri: octo ſe-
quentibus, ſanguineum nouem conſequentibus, carnem: duodecim vltimis, cor-
pus formari. Proportionem autem ſex ad 8. eſſe diateſſaron ſeu duorum tono-
rum & ſemitonij. Eorundem ſex ad nouem, Diapente, ſeu tonorum & ſenitonij.
Eorundem ſex ad 12. eſſe Diapazon, hoc eſt ſex vel quinque & duorum ſemi-
tonorum. Ex his conſtare, omnes numeros muſicos ſeu proportiones omnes
muſicas concurrere ad primam partus formationem. Hæc ſanè, obſcurè, neque
planè dicuntur. Chaldæis alia ratio viſa eſt: Nempe partus & homines regi à
ſole. Eatenus quemque partum vitalem eſſe, quatenus potens & ex oppoſito
ſolis eſt aſpectus ad eum locum, eámque ſedem in qua ſol fuit cùm is vel illa
conciperetur. Primo menſe ſeu ſigno ſolis conſpectum ad illam ſedem (concep-
tio puta Titij) nullum eſſe: ſecundo menſe: imbecillum: Tertio, κατὰ ἑξάγωνον
obliquum, (vt qui ſextam) Quarto, κατὰ τετράγωνον, (vt qui quartam) Quinto
κατὰ τρίγωνον, (vt qui tertiam partem ſedis illius in qua fuit cùm Titius con
ciperetur, irradiet) Sexto in ſigno. deſtitui aſpectu ſolis. In ſeptimo eſſe illi ſedi
ex oppoſito ac plenè, & ſic κατὰ διάμετρον. Octauo, inefficacem eius aſpectum.
Nono, κατὰ τρίγωνον, rurſum. Decimo, κατὰ τετράγωνον. In vndecimo, κατὰ
ἑξάγωνον. Ex his conſtare, ἑπτάμηνον fieri κατὰ διάμετρον. ἐννεάμηνον, fieri
κατὰ τρίγωνον: δεκάμηνον, fieri κατὰ τετράγωνον. Plutarchus 3. *de Placi-*
tis 18. aliam rationem Mathematicis tribuit, octo menſes genituræ, ἀσυνδέ-
τους, diſſociabiles eſſe: ſeptem verò, συνδετικούς, ſociabiles & fœderales:
ἀσύνδετα ζώδια, i. ſigna menſium diſſociata dici quæ ſtellas οἰκοδεσπότας,
(hoc eſt domicilij dominas) maleficas habeant. ὀκτάμηνον partum, ſignum
ἀσύνδετον nanciſci, ἑπτάμηνον, καὶ δεκάμηνον, ἀσύνδετον & vitalem. Empedo-
cles apud eundem Plutarchum *ibid.* ridiculam hanc cauſam adfert. Diem nati
primi hominis ex terra, decem menſium iuiſſe, idque propter ſegnitiem ſolis,
procedente tempore, ſeptemmeſtrem factum. Naturam deinde ita conſueſſe. Et
hæc Medici, Pytagorei, Chaldæi, Mathematici & Empedocles. In Theologis Philo
lib. 1. *legis allegoriarum.* Tertul. *c.* 19. *de anim.* Ambr. *epiſt.* 39. *ad Hierontianum*, ſep
timenſtris partus cauſam referunt ad primam rerum omnium creaturarum heb-
domadam: idque vt aliquo velut colore veſtiant, ſeptenarij numeri rationem,
& vim in omni penè rerum natura obſeruant. quod & facit Varro *lib.* 1. Heb-
domados ſeu de imaginibus apud Gellium 3. *c.* 10. cui adde Macrobium 1. *ſem-*
nij 6. & quæ ſcripſi ad *l.* 3. §. 12. *ꝧ. de ſuis.* vbi fit Hippocratis mentio. o ſed &
eum qui decimo menſe poſt mortem patris, *l.* 29. *in pr. ꝧ. de lib. & poſt. Nou.* 39.
p adde *l.* 9. §. 5. *in fin. ꝧ. qui & à quib. v. Nouell.* 1. 3. *c.* 1. q *vide Paul.* 4. *ſent.* 9.
§. 3. ideóque teſtamentum non rumpunt, *v. l.* 3. §. *vlt. ff. de poſth.* Non ſunt autem
liberi ſeu non cenſentur liberi, vt eorum cauſa ex ſenatuſconſulto Tertulliano
ſuccedatur, *Paul. d. loco*: licet proſint in lege Papia, quæ odioſa, vt quæ orbas
ſemiſſe relictorum ſeu legatorum multet, *l.* 135. *ꝧ. de ver. ſign.* 7. *Nicephorus* 47.
Ambroſ in c 3.

r profunt tamen parentibus *l.* 135. *ꝧ. de verb. ſign.*

ſ *v. dictum l.* 135. *ꝧ. de verb. ſign.* t *vid. l.* 38. *ꝧ. de verb. ſign.*

u *l.* 10. §. *ſed ſi quis ꝧ. de ædil. edicto*; *Paul.* 4. *ſent.* 9. §. 4.

x ſub hac conditione legare veteres ſoliti.

y Nam hæc conditio libertati appoſita iam impleta mulieri eſt.

z *l.* 35. *ꝧ. de cond. & demonſt.*

nec *a* enim natura permiſit ſimul vno impetu duos in-
fantes de vtero matris excedere; vt ordine incerto
naſcentium *b* non appareat, vter in ſeruitute, liberta-
téve naſcatur. Incipiente igitur partu exiſtens con-
ditio efficit, vt ex libera edatur, quod poſtea naſcitur:
veluti ſi quælibet alia conditio libertati mulieris ad-
poſita, parturiente *c* ea, exiſtat; vel manumiſſa ſub hac
conditione, *ſi decem millia hæredi Titióve dederit*, eo *d*
momento, quo parit, per *e* alium impleuerit condi-
tionem; iam libera peperiſſe credenda eſt.

16. *Vlpianus* lib. 6. Diſputationum.

IDem erit, ſi eadem Areſcuſa primo duos pepererat *f*, poſtea geminos ediderat *g*. dicendum eſt enim, non poſſe dici vtrumque ingenuum naſci, ſed eum, qui poſterior naſcitur. quæſtio ergo facti potius eſt *h*, non iuris.

Qui ſunt ciues Romani.

17. *Idem* lib. 22. ad Edictum.

IN *i* orbe Romano qui ſunt, ex conſtitutione imperatoris Antonini ciues Romani effecti *k* ſunt.

Si prægnans capitali iudicio damnetur.

18. *Idem* lib. 27. ad Sabinum.

IMperator Hadrianus Publicio Marcello reſcripſit,* liberam, quæ prægnans vltimo ſupplicio damnata eſt, liberum parere. & ſolitum eſſe ſeruari *l* eam dum partum ederet.

¶ Sed ſi ei, quæ ex iuſtis nuptiis concepit, aqua *m* & igni interdictum eſt: ciuem Romanum parere, & in poteſtate patris.

Quem parentem liberi ſequantur.

19. *Celſus* libro 29. Digeſtorum.

CVm legitimæ nuptiæ factæ ſunt, patrem liberi ſequuntur: vulgo quæſitus matrem *n* ſequitur.

Quæ furore non tollantur.

20. *Vlpianus* lib. 38. ad Sabinum.

QVi furere cœpit, & ſtatum, & *o* dignitatem, in qua fuit, & magiſtratum *p*, & poteſtatem videtur retinere, ſicut & rei ſuæ dominium retinet *q*.

Si liber homo ſe vendidit manumittatur.

21. *Modeſtinus* lib. 7. Regularum.

HOmo liber, qui ſe vendidit, manumiſſus non ad ſuum ſtatum reuertitur *r*, quo ſe abdicauit; ſed efficitur libertinæ conditionis.

Si quo tempore manumiſſa eſſe debuit ancilla peperit.

22. *Idem* lib. 12. Reſponſorum.

HErennius modeſtinus reſpondit, ſi eo *ſ* tempore enixa eſt ancilla quo ſecundum legem donationis manumiſſa eſſe debuit: cùm ex conſtitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum.

De vulgo conceptis ſeu ſpuriis.

23. *Idem* libro primo Pandectarum.

VVlgò concepti dicuntur, qui patrem demonſtrare *t* non poſſunt, vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet, qui & *ſpurij* appellantur παρὰ τὴν σποράν *id eſt à ſatione* u.

Quem parentem liberi ſequuntur.

24. *Vlpianus* libro 27. ad Sabinum.

LEx *x* naturæ hæc eſt, vt qui naſcitur ſine legitimo matrimonio, matrem ſequatur *y*, niſi lex ſpecialis *z* aliud inducit *a*.

Si quis iudicetur.

25. *Idem* lib. 1. ad legem Iuliam *b* & Papiam.

INgenuum accipere debemus etiam eum, de quo ſententia lata eſt, quamuis fuerit libertinus, quia* res iudicata pro veritate *c* accipitur *d*.

De his qui ſunt in vtero.

26. *Iulianus* libro 69. Digeſtorum.

QVi in *e* vtero ſunt, in toto penè iure ciuili intelliguntur in rerum natura eſſe.
¶ Nam & legitimæ hæreditates his reſtituuntur: & ſi prægnans mulier ab hoſtibus capta ſit. Id, quod natum erit, poſtliminium habet, item patris, vel matris conditionem ſequitur. ¶ Præterea ſi ancilla prægnans ſurrepta fuerit: quamuis apud bonæ fidei emptorem pepererit: id quod natum erit, tanquam furtiuum, vſu non capitur. ¶ His conſequens eſt, vt libertus quoque, quamdiu patroni filius naſci poſſit, eo iure ſit, quo ſunt, qui patronos habent.

Si libertinus à patrono adoptetur.

27. *Vlpianus* libro 5. Opinionum.

EVm, qui ſe libertinum eſſe fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere *g* potuit *h*.

a Dimenſionum penetratio natura fieri non poteſt, adde *l.* 3. §. 5. *ꝧ. de adquir. poſſeſſ.*

b paria ſunt non apparere & non eſſe.

c *al.* pariente. *Hot.* 3. *obſeru.* 19.

d vel extremo *l.* 28. *circa prin. ꝧ. de cond. inſtit.*

e *l. vlt. ꝧ. de cond. inſtit.*

f *al.* peperit.

g edidit.

h illa prior eſt & vt incerta. & plena circunſtantiarum excuſat: hæc ſecus, vide *Hotomannum Illuſtrium* 41.

i vide quæ ſcripſi ad Ciceronem *Philip.* 1.

k ergo quilibet ingenuus cuiuſcunque prouinciæ verè Romano & Italico exæquatur vide *Nouell.* 78. *c.* 5.

l vt nec humari *l.* 2. *ꝧ. de mortuo inf.*

m vid. quæ ſcripſi ad *l.* 1. *ꝧ de legat.* 3. & de aqua & igni ad *l.* 66. §. 1. *ꝧ. de donat. inter vir. & vxor.*

n id eſt, patrem quòd ad honores: matrem quòd ad ingenuitatem.

o adde *l.* 8. *in pr. ꝧ. tit. p ox.*

p adde *l.* 8. §. 1. *ꝧ. de tutorib. datis.*

q non tamen contrahit, *l.* 2. *ꝧ. de reg. iur.*

r atqui nemini officit in ſeruitute fuiſſe §. *vlt. de ingenuis.*

ſ vide *l.* 3. *in pr. ꝧ. de ſtatu liber.*

t atqui nemo certò patrem demonſtrare poteſt, *l.* 8. *ꝧ. de cond. & demonſtr.*

u vel παρὰ τὸ σπείρειν, ἢ παρὰ τὴν σποράδην. *Plutarch.*

x i. Gaius 4. §. 11.

y quod ad libertatem attinet, non ad ciuitatem.

z vt Menſia de qua vide Vlpianum *in fragmentis Titul.* 5. §. 9. quod Balduino diſplicet, hac ratione, quod hic agatur non de iure ciuitatis, ſed naturæ.

a vt materna origine quis cenſeatur etiam natus in legitimo matrimonio, *v. l.* 1. § 2. *ꝧ. ad municip.* b lex iulia hæc & Papia vetabat ſenatorem ducere libertinam, *l. lege Pap. ꝧ. de ritu.* Item vt quæ equeſtri ordine eſſet, ſenatori ne nuberet Dion. 44.

c vide *l.* 207. *ꝧ. de reg. iur. vide l.* 1. *C. de his qui propter metum.*

d vide quæ notaui *ad l.* 14. *ꝧ. de probat. & Socinum regula* 365.

e vide *l.* 9. *ꝧ. eo. adde l.* 2. *ꝧ. de excuſat. tutorum*: *l.* 1. *ꝧ. de author. tutor.*

f ſic alibis in natura eſſe dicuntur, *l* 6. *in fin. C. ſoluto.*

g ideóque dominus ius ſuum non amittit. vide *l.* 49. *ꝧ. de bon. libert.*

h quia ius ciuitatis temerè cuiquam non competit. *l. vlt. ꝧ. de adopt.* Immò ſi ingenuus, *l.* 32. *ꝧ. de ritu nuptiar.*

D E

SGCB2021

DE HIS *a*, QVI SVI *b*, VEL alieni iuris ſunt.

TIT. VI.

Diuiſio perſonarum. I. *De poteſtate dominorum in ſeruos.*

Gaius libro I. Inſtitutionum. *c*

DE iure perſonarum alia diuiſio ſequitur: quod *a* quædam perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri ſubiectę ſunt. ¶ Videamus itaque de his, quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt: nam ſi *d* cognouerimus, quæ iſtæ perſonę ſunt, ſimul intelligemus, quæ ſui iuris ſunt; diſpiciamus *e* itaque de his, quæ in aliena poteſtate ſunt.

1 ¶ Igitur in poteſtate ſunt ſerui dominorum, quæ quidem poteſtas iuris gentium eſt: nam apud omnes peræquè gentes animaduertere poſſumus, dominis in ſeruos *f* vitæ *g* necíſque poteſtatem fuiſſe; & quodcunque per ſeruum adquiritur *h*, id domino adquiritur.

2 ¶ Sed hoc *i* tempore * nullis hominibus, qui ſub imperio Romano ſunt, licet ſupra modum, & ſine cauſa legibus cognita in ſeruos ſuos ſęuire. Nam ex conſtitutione Diui Antonini, qui ſine *k* cauſa ſeruum ſuum occiderit, non minùs puniri iubetur, quàm qui alienum ſeruum occiderit.

¶ Sed & maior aſperitas dominorum eiuſdem principis conſtitutione coërcetur.

2. *Vlpianus* lib. 8. de officio proconſulis.

SI dominus in ſeruos *l* ſæuierit *m*, vel ad impudicitiam, turpemque violationem compellat: quæ ſint partes pręſidis, ex reſcripto diui Pij ad Ælium Marcianum proconſulem Bœticæ manifeſtabitur. cuius reſcripti verba hęc ſunt; * Dominorum quidem poteſtatem in ſuos ſeruos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hominum ius *n* ſuum detrahi. ſed dominorum intereſt, ne auxilium contra ſęuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur his, qui iuſtè deprecantur. Ideóque cognoſce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt; & ſi vel durius habitos, quàm æquum eſt, vel *o* infami iniuria affectos cognoueris: veniri *p* iube, ita vt in poteſtate domini non reuertantur: qui ſi meæ conſtitutioni fraudem fecerit, ſciet me admiſſum ſeuerius executurum.

¶ Diuus etiam Hadrianus Vmbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſimè *q* tractaſſet.

De patria poteſtate.

3. *Gaius* libro I. Inſtitutionum. *r*

ITem *ſ* in poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptiis procreauerimus, quod ius proprium ciuium Romanorum eſt *u*.

Ciuium Romanorum diuiſio.

4. *Vlpianus* libro I. Inſtitutionum. *r*

NAm ciuium Romanorum quidam ſunt patres familiarum, alij filij familiarum: quædam matresfamiliarum, quædam filię familiarum. *Patresfamiliarum x* ſunt, qui ſunt ſuæ poteſtatis, ſiue puberes, ſiue impuberes, ſimili modo matresfamiliarum *y*. *Filij familiarum, & filiæ*, quæ ſunt in aliena poteſtate. Nam qui *z* ex me & vxore mea naſcitur, in mea poteſtate eſt: item qui ex filio meo & vxore eius naſcitur, id eſt nepos meus & neptis. æquè in mea ſunt poteſtate, & pronepos, & proneptis: & deinceps cæteri.

De liberis, poſt mortem parentis in alterius poteſtatem recidentibus.

5. *Idem* libro 36. ad Sabinum.

NEpotes ex filio, mortuo auo *a*, recidere ſolent in filij poteſtatem, "hoc eſt patris ſui." Simili modo & pronepotes, & deinceps, vel in filij poteſtatem, ſi viuit & in familia manſit, vel in eius parentis, qui *b* ante eos in poteſtate eſt. Et hoc, non tantum in naturalibus *c*, verum in adoptiuis quoque iuris eſt.

Qui ſit filius, vel pro filio habeatur.

6. *Idem* lib. 9. ad Sabinum.

FIlium eum definimus *d*, qui ex viro & vxore *e* eius naſcitur.

¶ Sed ſi fingamus abfuiſſe maritum, verbi gratia per decennium: reuerſum anniculum *f* inueniſſe in domo ſua; placet nobis Iuliani ſententia, hunc non *g* eſſe mariti filium. ¶ Non tamen ferendum Iulianus ait, eum, qui cum vxore ſua aſſiduè moratus nolit filium agnoſcere, quaſi non ſuum. Sed mihi videtur, quod & Scæuola probat, ſi conſtet maritum aliquandiu cum vxore non concubuiſſe infirmitate interueniente, vel alia cauſa, vel *a* ſi ea valetudine paterfamilias fuit vt generare non poſſit: hunc qui in domo natus eſt, licet *b* vicinis ſcientibus, filium non eſſe.

a 1. *Inſt.* 8. I. de ſeruis, *l.* 12. *ȷ. eod.* & de filiis familias *l.* 3. *& ſqq.*
b Sui iuris eſſe dicuntur, qui ſunt in nullius vel domini vel parentis poteſtate: cuiuſmodi homines dicuntur Latinis ſui iuris & patres familias l. 4. infrà. Græcis αὐτεξούσιοι αὐτεξουσία verò eorum ſtatus, qui dominatio. Feſtus *in regalia exta.*
c Extat hic locus in fragmentis Gaij *lib.* I *tit.* 2. § I.
d Finiti cognitione propoſita vltrà ſequitur infiniti cognitio.
e *Gaius* 2. § 2.
f vt & in liberos tametſi altera poteſtas ab altera diſtinguatur: liberi obſequuntur, non ſeruiunt, *l. vlt. Co. de patr. poteſt.* liberorum vitã ſuã chariorem habent parentes *l.* 18. *in fin. ȷ. quod metus cauſ.* vnde Ariſtoteles 8. *Ethic.* refert amorem deſcendere potiùs quàm aſcendere. Item à patre filius non poſſidetur, vt ſeruus *l.* I *ȷ. de rei vind. l.* 3. *ȷ. de adq. poſſeſſ. l.* 59. *ȷ. de obligat.* adde *Artemidorum.*
g *Seneca* 3. *de benef.* 23.
h *v. l.* 24. *ȷ. de adquir. poſſeſſ.*
i *l.* I. § 2. *ȷ. de ſica.*
k aliud erit ſi iuſtè *v. l.* 96. *ȷ. de adult.*
l adde *l. vnic. C. de emend. ſer.*
m quædam tamen permitti emendatio videtur, v. *l.* 24 *§ ſi maritus. ȷ. ſoluto matr.*
n *v. l.* 8. *C. de Iudæ.*
o vide *l.* 11. *§ fin. infra de ſicariis, l.* 6. *C. de ſpectac.*
p vide *l.* I. § *vltimo. infrà de quæſtionibus.*
q cùm alioqui nulla ſeruis fiat iniuria *§ ſeruis. de iniuriis.*
r 1. *Gaius* 2. § 3.
ſ præter ſeruos de quibus dixit *l.* I. § 1. *l.* 2. *ȷ. eo.*
t *l.* 8. *in pr. ȷ. eod.*
u Imò etiam gentium proprium fuit. Fuit enim apud Perſas *Ariſt.* 8. *Ethic.* 20. Ægyptios *Diodorus* 2. Hebræos *Gen.* 21. 43. *Gen. verſ.* 27. *Iudicum* 11. *adde Deut.* 11. *verſ.* 18. Græcos (quod & ius abdicandi ſatis oſtendit, *Halicarn.* 2.) Gallos. *Cæſar.* 6. *de bello Gallico.* vt & hodie apud Moſcouitas, *Sigiſmundus Liber Baro in commentariis rerum Moſcouiticarum.**
x Patresfamilias, qui nulli ſubiecti, matresfamil. quæ in manum viri conuenerunt. *Cicero in Topicis.*
y *l.* 46. § 1. *ȷ. de verb. ſign.* z *l.* 6. *in prin. ȷ. eo.*
a *in princ. quib mod. ius patriæ poteſtatis.* b *Vlp. in fragment.* 8. § 2. I. *Gaius* 6. § 2.
c & legitimis *l. cauſa. ȷ. de vulg.*
d Imò definiri non poteſt, cùm non poſſit demonſtrari. *l.* 83. *ȷ. de cond. & demonſt.**
e legitima *l.* ... *eo. l.* 5. *ȷ. de in ius voc.*
f Proculus is dicebatur, *Feſtus in Proculum.* τηλόγονος.
g Immò erit, & quidem ſuus *l.* I. *§ idem Iul.* 14. *ȷ. de lib. agno.*

Quibus caſibus nepos loco filij ſuccedat.

7. *Idem* lib. 26. ad Sabinum.

SI qua *c* pœna pater *d* fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, vel ſeruus pœnæ efficiatur: ſine dubio nepos loco filij ſuccedit.

An furor parentum obſtet patriæ poteſtati.

8. *Idem* lib. 26. ad Sabinum.

PAtre furioſo liberi nihilominus in patris ſui poteſtate ſunt *e*.

¶ Idem & in omnibus eſt parentibus, qui habent liberos in poteſtate; nam cum ius poteſtatis morib. *f* ſit receptum, nec poſſit deſinere quis habere in poteſtate, niſi exierint liberi, quibus caſib. ſolent; nequaquam dubitandum eſt remanere eos in poteſtate. Quare non ſolùm eos liberos in poteſtate habebit, quos ante furorem genuit; verùm & ſi qui ante furorem concepti in furore editi ſunt. ſed & ſi in furore agente eo, vxor concipiat; videndum, an in poteſtate eius naſcatur filius: nam * furioſus licèt *g* vxorem ducere non poſſit, retinere *h* tamen matrimonium poteſt quod cùm ita ſe habeat, in poteſtate filium habebit.

¶ Proinde & *ſi furioſa ſit vxor*, ex ea ante conceptus in poteſtate naſcetur, ſed & in furore eius conceptus ab eo, qui non furebat, ſine dubio in poteſtate naſcetur: quia retinetur matrimonium.

¶ Sed & ſi *ambo in furore agant* & vxor & maritus, & tunc concipiat, partus in poteſtate patris naſcetur, quaſi voluntatis reliquiis in furioſis manentibus: nam cùm conſiſtat matrimonium altero furente, conſiſtet & vtroque.

1 ¶ Adeo antem retinet ius poteſtatis pater furioſus, vt adquiratur illi commodum eius quod filius adquiſiuit. *g*

Quibus caſibus filius pro patrefam. habetur.

9. *Pomponius* lib. 16. ad Quintum Mucium.

FIliusfamilias in publicis *k* cauſis loco patrisfamilias habetur *l*, veluti vt magiſtratum gerat, vt tutor detur.

Vtrùm pro filio habetur quem ali oportere pronunciatum eſt.

10. *Vlpianus* lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

SI iudex *m* nutriri, vel ali oportere pronunciauerit: dicendum eſt de veritate quærendum, filius ſit, an non. neque enim alimentorum cauſa *n* veritati facit præiudicium.

De filiis in poteſtatem redigendis.

11. *Modeſtinus* libro I. Pandectarum.

INuiti *o* filij naturales, vel emancipati non rediguntur in patriam poteſtatem.

DE *p* ADOPTIONIBVS *q*, ET EMANcipationibus *r* & aliis modis, quibus poteſtas ſoluitur.

TIT. VII.

Continuatio ab effectu adoptionis. I. *Species adoptionis.*

Modeſtinus libro ſecundo Regularum.

FIliosfamilias *ſ* non ſolùm natura *t*, verùm & adoptiones faciunt.

1 ¶ Quod adoptionis nomen eſt quidem generale: in duas autem ſpecies diuiditur, quarum altera *adoptio* ſimiliter dicitur, altera, *adrogatio*. Adoptantur filij familias: adrogan- qui ſui iuris ſunt.

I. *De ſpadone adoptante.* 2. *De liberis arrogati.*

2. *Gaius* libro I. Inſtitutionum.

GEneralis enim adoptio duobus *u* modis fit: aut principis *x* auctoritate, aut magiſtratus imperio. *y*

¶ Principis auctoritate adoptamus eos, qui ſui iuris ſunt. quæ ſpecies adoptionis dicitur *adrogatio*: quia & is, qui adoptat, rogatur *z*, id eſt interrogatur, *an velit eum quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe*: & is, qui adoptatur rogatur, *an id fieri patiatur.*

¶ Imperio magiſtratus adoptamus eos, qui in poteſtate parentis ſunt: ſiue primum gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius, filia; ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos proneptis.

1 ¶ Illud vtriuſque adoptionis commune eſt; quòd & hi qui generare non *a* poſſunt, quales ſunt ſpadones *b*, adoptare poſſunt.

2 ¶ Hoc verò proprium eſt eius adoptionis, quæ per principem fit; quòd is, qui liberos in poteſtate habet: ſi ſe adrogandum dederit, non ſolùm ipſe

a *a. l.* 5. nondum poſſint, ita legendum videtur *ex l.* 128. *ȷ. de verb. ſignif.*
b *v. l.* 40. *in fi. ȷ. eod.*

a Præſumitur habilis quiſque ad generandum, niſi probetur inhabilis. *v. Alciatum.* I. *præſump.* 41.
b *l.* 9. *Cod. de nuptiis.*
c *§ cum autem. § pœnæ Inſt. quibus mod. ius patr.* adde *l.* 4. § 2. *ȷ. de bonis libertorum.*
d *al.* paterfamilias *Vulgata: & malè.*
e ſine parente ſuo tamen eis matrimonium contrahere, *l.* 25. *C. de nuptiis.*
f *v. l.* 3. *ȷ. eo.**
g *l.* 16. *in fin. ȷ. de ritu.*
h *l.* 22. *§ ſi maritus ȷ. ſoluto matr. l.* 4. *ȷ. de diuortiis: & arg. Nou.* 117. 2. 12. *in fi.* 92. *q.* 7. *c. hic qui. cau. neque furioſus.* vide tamen Nouellam Leonis 111. & 112.
i alias ipſe nec ſtipulatur nec cõtrahit *§ furioſus, de inut. ſtipul. l.* 5. *ȷ. de regul. iuris v. l.* 13. *ȷ. de offic. præſid.*
k ius familiæ cedit publico.
l Ergo filius familias inuito patre nuptias contrahere poteſt. Nuptiarum enim publica cauſa eſt *l.* I. *ȷ. de ritu. l.* 1. *ȷ. ſoluto?* Minime: licet nuptiarum publica cauſa ſit, non tamen ita publica eſt vt conſenſum patris neceſſarium in nuptiis filij excludat.
m *l.* 5. *§ meminiſſe, ȷ. de liber. agno.*
n vide *Nou.* 153. *& C. de infantib. expoſit.*
o *Nou.* 89. *c.* 11. *in prin. vide Cuiac.* 10. *obſ.* 23.
p An adoptiui liberi legitimis & naturalibus præferendi: vide apud Plinium *in Panegyrico*: & apud Dionem *in Hadriano.* Spartionum in *Seuero*: adde etiam huic titulo ea quæ extant 5. *Gel.* 19.
q 8. *C.* 48. 49. I. *Inſt.* 11. *Nouellæ Leon.* 25. 27. *Harmenop.* 2. *tit.* 8.
r 8 *C.* 49. I. *Inſt.* 12. *Nouell.* 81. *facit Nouell. Leonis* 25. 28.
ſ *al.* Filios.
t *in princ. Inſtit. eodem.*
u *l.* 2. *in fi. Cod. eodem.*
x Olim per populum *Vlp.* 8. § 1. *l.* 2. *in fi. C. eod.*
y *l.* 2. *in fi. C. eod.*
z hanc rogationem negat Cuia. eſſe ſtipulationem 9. *obſeru.* 37.

poteſtate

a *l.40.in prin.ͻ.e.* Tiberium Auguſtus ſic adrogauit. † vide *Nou* 8.
b atqui vix eſt, vt vnus duorum vicem ſuſtineat *l.9. infr. de pact.*
c *l.1.C.eod.*
d Legis actio erat formula, qua quod debebatur in iudicio petebatur. Coram populo fiebat ceſſio à patre, vindicatio ab eo cui cedebatur: addictio à magiſtratu. Hinc lege agere. *l.vlt. C. de his qui à non dominis,* & apud Vepiſcum *in Aurelia.* Iube vt lege agatur. adde *l.2. §. deinde ſ. de origine iuris l.1.* infra *de officio iuridic.* Plura de legis actionibus vide apud Reuardum *c.2. de auctoritate prudentum.*
e vtpote dominum etiam detracto magiſtratu. *Cuiac. 7.obſ.17.*
f & ita trium perſonarum vicem ſuſtinere vendentis, vendicantis, addicentis.
g *v.l.4.ͻ.eod.*
h *l.10.C.eod.*
i de quibus vide *l.23.in pr ͻ.eo.*
k *v.l.vlt.in fi. C.de authorit.præſt.*
l vide quæ notaui ad Nouel. *Leonis 60.*
m *v.l.23.in fin. ͻ. de liberis & poſth.*
n nam ob ingratitudinem, citra adoptionem, † in patriam poteſtatem reuertitur *l. vnica. C. de ingrat. liber.*
o hoc ideò addidit, propter nuptiarum inter has perſonas prohibitionem. *lege 55.ͻ.de ritu.*
p vide *l.55.in fine.* infrà *de ritu*
† Olim pleno iure, hodie vſufructu tenus, idque non præciſè: vide *§.2. Inſt. de adquiſ. per arrog.*
q *2.Gaius 2.§.1.*
r adde *l.6. in princip.ͻ. quod cuiuſque.*
ſ vide Cuiacium *6.obſeru.20. & l. 17.§.3.4.ͻ.eodem.*
t *5.Gell.19. dixi ad Velleianum 16. §. vlt. Ciceronem pro domo.*
u Liberti alieni ab ingenuis adoptari non poterant, *l.3. C. de adopt. 5. Gell.19.*
x Cur ita? *v,l.16. 40.§.2.ͻ. eod.§ cæterum vero.Inſt.eo.*
y Leo tamen *Nouell. 27.* permiſit caſtratis ius adoptandi.

poteſtati adrogatoris ſubiicitur *a*: ſed & liberi eius in eiuſdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes.

3. *Paulus* lib.4. ad Sabinum.

SI conſul vel præſes filiusfamilias ſit, poſſe eum apud ſemetipſum *b* vel emancipari, vel in adoptionem dari conſtat.

De magiſtratu.

4. *Modeſtinus* libro 2. Regularum.

MAgiſtratum *c* apud quem legis *d* actio eſt, & emancipare filios ſuos, & in adoptionem dare apud ſe *e* poſſe *f*, Neratij ſententia eſt.

Quorum conſenſus in adoptionibus requiratur.

5. *Celſus* libro 28. Digeſtorum.

IN adoptionibus eorum duntaxat qui ſuæ poteſtatis ſunt, voluntas *g* exploratur, ſin autem à patre dantur in adoptionem, in his vtriuſque *h* arbitrium ſpectandum eſt: vel conſentiẽdo, vel non contradicendo.

6. *Paulus* libro 35. ad Edictum.

CVm nepos adoptatur, quaſi ex filio natus, conſenſus filij exigitur, idque etiam Iulianus ſcribit.

7. *Celſus* libro 39 Digeſtorum.

CVm adoptio fit, non eſt neceſſaria in eam rem auctoritas eorum, inter *i* quos iura adgnationis conſequuntur.

8. *Modeſtinus* libro 2. Regularum.

QVod, ne curatoris auctoritas intercederet in adrogatione, antè tenuerat ſub diuo Claudio *k* rectè mutatum eſt.

De cæco.

9. *Vlpianus* lib. 1. ad Sabinum.

ETiam cæcus adoptare vel adoptari poteſt *l*.

Effectus adoptionis in locum nepotis ex filio.

10. *Paulus* libro 2. ad Sabinum.

SI quis nepotem, quaſi ex filio natum *m*, quem in poteſtate habet, conſentiente filio adoptauerit: non adgnaſcitur auo ſuus hæres: quippe cùm poſt mortem aui, quaſi in patris ſui recidit poteſtatem.

11. *Idem* lib. 4. ad Srbinum.

SI is, qui filium haberet in nepotis locum adoptaſſet, perinde atque ſi "ex eo" filius natus eſſet: & "is" filius auctor factus non eſſet: mortuo auo non eſſe nepotem in poteſtate filij.

De filiis in poteſtatem reuertentibus.

12. *Vlpianus* libro 14. ad Sabinum.

QVi liberatus eſt patriâ poteſtate, is poſtea in poteſtatem honeſtè reuerti non poteſt, niſi *n* adoptione.

Effectus emancipationis adoptionem diſſoluentis.

13. *Papinianus* lib. 36. Quæſtionum.

IN omni ferè *o* iure, * finitâ patris adoptiui poteſtate nullum ex priſtino retinetur *p* veſtigium denique & patria dignitas quæſita per adoptionem, finita ea, deponitur.

14. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

SEd etiam nepotes ex filio apud adoptatum patrem concepti & natus, per emancipationem iura omnia perdit.

De bonis & liberis arrogati. 1. De adoptione nepotis ex filio, in locum nepotis ex altero filio. 2. De ætate arrogantis. 3. De numero eorum qui arrogantur, &c.

15. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

SI paterfamilias adoptatus ſit: omnia, quæ eius fuerunt, & acquiri poſſunt, tacito iure ad eum tranſeunt *q*, qui adoptauit: hoc amplius, liberi eius, qui in poteſtate ſunt, eum ſequuntur. ſed & hi, qui poſtliminio redeunt: vel qui in vtero fuerunt, cùm adrogaretur, ſimili modo in poteſtatem adrogatoris rediguntur.

1 ¶ Qui duos filios, & ex altero eorum nepotem habet: ſi vult nepotem quaſi ex altero natum ſic adoptare: poteſt hoc efficere, ſi eum emancipauerit, & ſic adoptauerit quaſi ex altero natum, facit enim hoc *r* quaſi quilibet, non quaſi auus: & qua ratione quaſi ex quolibet natum poteſt adoptare, ita poteſt & quaſi ex altero filio.

2 ¶ In adrogationib. cognitio vertitur ſi, num *t* fortè minor ſexaginta annis ſit, qui adrogat: quia magis liberorum procreationi ſtudere debeat: niſi fortè morbus, aut valetudo in cauſa ſit, aut alia iuſta cauſa adrogandi: veluti ſi coniunctam ſibi perſonam velit adoptare.

3 ¶ Item non debet quis plures adrogare, niſi ex iuſta cauſa.

¶ Sed nec *u* libertum alienum: nec maiorem minor *x*.

16. *Iauolenus* libro 6. ex Caſſio.

ADoptio enim in his perſonis locum habet, in quibus etiam natura poteſt habere *y*.

Si maiorem 33. annis arrogare velit qui eius tutelam vel curam geſſit. 1. De cauſæ cognitione, cum pupillus arrogatur. 2. De ſatiſdatione, à pupilli adrogatore præſtanda.

17. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

NEc *a* ei permittitur *b* adrogare, qui tutelam, vel curam alicuius adminiſtrauit: ſi minor viginti quinque annis ſit, qui adrogatur, ne fortè eum ideò adroget, ne *c* rationes reddat.

¶ Item inquirendum eſt, ne fortè turpis *d* cauſa adrogandi ſubſit.

1 ¶ Eorum duntaxat pupillorum adrogatio permittenda eſt his," qui *e* vel naturali cognatione, vel ſanctiſſima affectione ducti adoptarent; ceterorum prohibenda; ne *f* eſſet in poteſtate tutorum & finire tutelam, & ſubſtitutionem à parente factam extinguere.

2 ¶ Et primùm quidem excutiendum erit, quæ *g* facultates pupilli ſint, & quæ eius, qui adoptare eum velit *h*, vt æſtimetur ex comparatione earum, an ſalubris *i* adoptio poſſit pupillo intelligi.

¶ Deinde cuius vitæ ſit is, qui velit pupillum redigere in familiam ſuam.

¶ Tertio, cuius *k* idem ætatis ſit; vt æſtimetur an melius ſit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quenquam redigere in poteſtatem ſuã.

3 ¶ Præterea videndum eſt an non debeat permitti ei, qui vel vnum habebit, vel plures liberos, adoptare alium; *ne aut illorum, quos iuſtis nuptiis procreauerit, deminuatur ſpes, quàm vnuſquiſque liberorum obſequio paret ſibi: aut qui adoptatus fuit, minus percipiat, quàm dignum erit eum conſequi.

4 ¶ Interdum & ditiorem permittitur adoptare pauperiori *l*, ſi vitæ eius ſobrietas *m* clara ſit, vel affectio honeſta, nec incognita.

5 ¶ Satiſdatio *n* autem in his caſib. dari ſolet.

18. *Marcellus* libro 26. Digeſtorum.

NOn aliter enim voluntati eius, qui adrogare pupillum volet, etiã ſi cauſam eius ob alia probabit, ſubſcribendum *o* erit, quàm ſi cauerit ſeruo *p* publico *q*, *ſe reſtituturum* "ea" *quæ ex bonis eius conſecutus fuerit,* illis ad *quos res peruẽtura eſſet ſi adrogatus permãſiſſet* in ſuo *ſtatu.*

19. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

HIs verbis ſatiſdationis, quæ ab adrogatore præſtari debet, *ad r quos ea res pertinet* & libertatib. proſpectum eſſe, quæ ſecundis tabulis datæ ſunt, & multo magis ſubſtituto ſeruo, item legatariis, nemo dubitat.

1 ¶ Quæ ſatiſdatio ſi omiſſa fuerit, vtilis actio in adrogatorem datur.

20. *Marcellus* lib. 26. Digeſtorum.

HÆc autem ſatiſdatio locum habet, ſi impubes deceſſit.

1 ¶ Sed & ſi de pupillo loquitur, tamen hoc & *ſ* in pupilla obſeruandum eſt.

De fœmina arrogatione.

21. *Gaius* lib. ſingulari Regularum.

NAm & fœminæ ex reſcriptio principis adrogari *t* poſſunt *u*.

Vt non mortuo impubere poſt adrogatorem, hæredes arrogatoris teneantur. 1. Vtrum arrogator impuberi ſubſtituere poſſit. 2. Hypothecaria.

22. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

SI *x* adrogator deceſſerit, impubere relicto filio adoptiuo, & mox impubes decedat: an hæredes adrogatoris teneantur? Et dicendum eſt, hæredes quoque reſtituturos & bona adrogati, & præterea quartam *y* partem.

1 ¶ Sed an impuberi adrogator ſubſtituere poſſit quæritur? Et puto non admitti ſubſtitutionem, niſi forte ad quartam ſolam, quam ex bonis eius conſequitur; & hactenus, vt ei vſque ad pubertatem ſubſtituat. Ceterum *z* ſi fidei eius committat, *vt quandoque reſtituat*: non oportet admitti fideicommiſſum: quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia.

2 ¶ Hæc omnia dicenda ſunt ſiue in locum filij, ſiue in locum nepotis aliquis impuberem adrogauerit.

Datus in adoptionem, quibus fiat adgnatus, vel cognatus.

23. *Paulus* lib. 36. ad Edictum.

QVi *a* in adoptionem datur, his quibus agnaſcitur, & cognatus fit: quibus verò non adgnaſcitur, nec cognatus fit. *adoptio enim non ius ſanguinis, ſed ius adgnationis *b* adfert *c* & ideo ſi filium adoptauerim, vxor mea illi matris loco non eſt, neque. n. adgnaſcitur ei, propter quod nec cognata eius fit, Item nec mater mea auiæ loco illi eſt; quoniam his.

a *5. Harmenop. ti. §.36.*
b Immo permittitur *l 32. §.* infrà *eo.* vide *Cuiac. 5. obſ.38.*
c Adrogandi bona conſiderabantur, ne inſidioſè *5. Gell.19.*
d Turpis eſt, ob turpem amorem *Theophil. §.2. Inſt. eod.* aut, ſi Scenicus adoptare velit, *Schol.33. Eclog. 1. c. 17.* aut non idoneus. *l.3.C.eod.*
e *Vlpian.8.5.33. Eclog.1.c.17.*
f *l.vltima C.de authoritate præſtanda.*
g ἵνα μὴ ἄσωτος ῆς, vt ne prodigus ſit, *Schol.33. Eclog.1 c.17.*
g hæc enim animum circumueniendi indicant, *l. 8.§.2.ͻ. de tranſact.*
i σύμφορος *Graci ibidem,* hoc eſt vtilis.
k *v.l.15.§.penult. ſ. eod.*
l pauper enim fidelis eſſe poteſt *§. vltimo de ſuſpect.*
m Id eſt, vt ne ſit prodigus *vt ſ.*
n *l.2.1.C.eo.* vide *l.2. in fin. ͻ. rem pupilli.*
o id eſt conſentiendum. Eadem vox reperitur *in l.11.ͻ.de exceptionib.*
p Notarius alteri poteſt ſtipulari. *v.de l.2.ͻ.rem pupilli.*
q ταβελλαρίῳ *Theoph. §. 3. Inſt. eodem*
r *v.l.70.in fi.ͻ. de ver ſignifi.*
ſ adde *l.81.in pr. ͻ.de legatis 3.*
t Adoptari poterant, vt loco filiarum haberentur. *1. Gaius 5.§.3.*
u Dubitandi ratio hæc eſt: quòd per populum olim fœminæ non adrogabantur. *Vlpian. 8.§.5. 5. Gell.19.* Proinde iure populi in Principem tranſlato, videbatur dicendum, eas nec per principem poſſe arrogari. Ex eo apparet, Principis maiorem fuiſſe poteſtatem quàm populi *v.l. 3.in fin.ͻ. de offic. prætoris.*
x *5.Harm.8.§.87.*
y *§.3.inſt eo.l.8.§. 15.ͻ de inoff. v.l. 10.§.in adrogato.ͻ.de vulgari.*
z hinc collige Subſtitutionem, non æquè minori oneroſam ac fideicommiſſum a *Theoph.§.1. Inſt. de nupt.* * Videri ita poſſit *arg.l.35 l.44.hoc tit.l.5.l.10.ͻ.de ſenatorib.* *§.1.ͻ.de bon.poſſeſſ.ſecund tab.l.28.C.de nupt.* Naturam enim imitatur adoptio *l. 16.ſ.* e abſurdum præterea eſſet patrem nobilem eſſe filium ignobilem: res ea ad inſaniam adoptantis pertineret maximè. *v.l.2.ͻ.de liberali.* b An & nobilitati? *l.55.ͻ.de ritu l.* II. Fit & quis præterea adoptione filius heres & ſucceſſor principis *§.11.Inſt.eo* eiuſque nominis, i. nomẽ adoptãtis adſumit *Seneca 15 de vita beata: l.65.§.10.ͻ.ad Treb* inſitiuus inde hæres dicitur *Seneca 2.contr.1.* & proinde eiuſdem naturæ & conditionis cum adoptiuo, ducta ab arborib. inſitis metaphora. Dicitur etiã cõmodatus filius, *Sen. ad Mart. 13.* Paul circa illos nobiliſſimi triumphi dies, quo victũ ante currum egit Perſeũ duos filios in adoptionẽ dedit: quos ſibi ſeruauerat extulit: Quales retentos putas cũ inter cõmodatos Scipio fuiſſet? His accedat, onera adoptati ad adoptantem tranſire, *l.45.ͻ.e.* Ergo & iura priuilegiáque adoptantis in adoptatum transferri natura.e eſt. c imo cognationis ius adfert *l.3.§ cognat.ͻ.vnde cognati.*

qui

qui extra familiam meam ſunt, non adgnaſcitur. ſed filiæ meæ is, quem adoptaui, frater fit: quoniam in familia mea eſt filia: nuptiis *a* tamen etiam eorum prohibitis.

De abſente vel diſſentiente non arrogando.

24. *Vlpianus* lib. 1. Diſputationum.

NEque *b* abſens, neque diſſentiens adrogari poteſt.

Vtrum abſens vel per alium arrogare quis poſſit.

25. *Idem* lib. 5. Opinionum.

POſt mortem filiæ ſuæ, quæ, vt materfamilias, quaſi iure emancipata, vixerat, & teſtamento ſcriptis heredibus deceſſit *, aduerſus factum ſuum quaſi non iure eam, nec præſentibus teſtibus emancipaſſet, pater mouere controuerſiam prohibetur *c*.

1 ¶ Neque adoptare, neque adrogare quis *d* abſens, nec *e* per alium eiuſmodi ſolemnitatem peragere poteſt.

De adoptato à filio emancipato.

26. *Iulianus* lib. 70. Digeſtorum.

QVem *f* filius meus emancipatus adoptauerit, is nepos meus non erit.

De nato ex filio adoptiuo.

27. *Idem* lib. 35. Digeſtorum.

EX adoptiuo natus, adoptiui *g* locum obtinet "in" iure ciuili.

Qui emancipari vel in poteſtate retineri poſſunt.

28. *Gaius* lib. 1. Inſtitutionum.

LIberum arbitrium eſt ei qui filium, & ex eo nepotem in poteſtate habebit, filium quidem poteſtate dimittere, nepotem verò in poteſtate retinere: vel ex diuerſo, filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò manumittere; vel *h* omnes ſui iuris efficere.

¶ Eadem & de pronepote dicta eſſe intelligemus.

De muto in adoptionem dante.

29. *Calliſtratus* lib. 2. Inſtitutionum.

SI pater naturalis loqui quidem non poſſit, alio tamen modo, quàm ſermone, manifeſtum facere poſſit, velle ſe filium ſuum in adoptionem dare: perinde confirmatur *i* adoptio, ac ſi iure facta eſſet.

De cœlibe adoptante.

30. *Paulus* lib. 1. Regularum.

ET *k* qui vxores non habent, filios adoptare poſſunt.

Vtrum pater emancipare compellatur, vtrum tutor priuignum adoptare poſſit.

31. *Marcianus* lib. 5. Regularum.

NOn *l* poteſt filius, qui eſt in poteſtate patris *m* vllo modo *n* compellere eum, ne ſit in poteſtate: ſiue naturalis, ſiue adoptiuus.

32. *Papinianus* lib. 31. Quæſtionum.

NOnnunquam autem impubes, qui adoptatus eſt *o*, audiendus erit, ſi pubes factus emancipari deſiderat: idque cauſa cognita per iudicem ſtatuendum erit.

1 ¶ Imperator Titus Antoninus reſcripſit, priuignum ſuum tutori *p* adoptare permittendum *q*.

33. *Marcianus* lib. 5. Regularum.

ET, ſi pubes factus non expedire ſibi in poteſtatem eius redigi probauerit, æquum eſſe emancipari eum à patre adoptiuo, atque ita priſtinum ius recuperare *r*.

De adoptione ad tempus.

34. *Paulus* lib. 11. Quæſtionum.

QVæſitum eſt *ſ*, ſi tibi filius in adoptionem hac lege ſit datus, *vt poſt triennium* (puta) *eundem mihi in adoptionem des*, an actio vlla ſit? Et Labeo putat nullam eſſe actionem *t* * nec *u* enim moribus noſtris conuenit filium temporalem habere.

De dignitate filij adoptiui.

35. *Idem* lib. 1. Reſponſorum.

PEr adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur: *x* vnde ſenator, & ſi à plebeio adoptatus eſt, manet ſenator, ſimiliter manet & ſenatoris filius.

Vbi emancipati. 1. vel manumitti, vel in adoptionem dari poßit.

36. *Idem* lib. 18. Reſponſorum.

EMancipari filium à patre quocunque loco poſſe conſtat, vt exeat de patria poteſtate.

1 ¶ Apud proconſulem *y* etiam in ea prouincia, quam ſortitus non eſt, & manumitti, & "in" adoptionem dari poſſe placet.

Si filium non habens nepotis loco adoptet. 1. De Readoptione.

37. *Idem* lib. 2. Sententiarum.

ADoptare *z* quis nepotis loco poteſt, etiam ſi filium non habet.

1 ¶ Eum, quem quis adoptauit, emancipatum, vel in adoptionem datum, iterum non poteſt adoptare *a*.

De adoptione confirmanda.

38. *Marcellus* lib. 26. Digeſtorum.

ADoptio non iure facta, à *b* principe confirmari poteſt.

a v. l. 14. in pr. ǰ. de ritu nupt.
b vide l. 25. in fi. ǰ. eod.
c non ipſa filia, l. 2. C. ſi aduer. rem iudic.
d l. 24. ſ. eod.
e vide l. 103. ǰ. de regulis.
f §. 2. & ibi Theophil. Inſtit. de hered. ab inteſtato.
g Immo patris naturalis manet, l. 40. in pr. ǰ. eod.
h §. admonendi. 7. Inſt. quib. modis ius patr.
i cur? Vbi ſermo non eſt neceſſarius, ibi ſolus ſufficit conſenſus, l. 48. ǰ. de obli. & act.
k 8. Vlpian. 6.
l vide Socinum, ad hanc legem, regula 286.
m vllo penè modo. §. vlt. quibus mod. ius.
n vide l. 12. C. de Epiſc. audientia.
o l. 3. §. ſi quis minor. ǰ. de minorib.
p Tutor priuig. vitricus adoptare eum poteſt, uide l. vlt. C. de contr. iudic. tutelæ.
q l. 5. C. eod. Immò non permittendum, l. 17. in pr. ſ. eod. vide Cuiac. 3. obſer. 38. adde l. C. vbi pupillus educari.
r v. l. 3. §. ſi quis minor. 6. ǰ. de minorib.
ſ Cur ita? vide l. 77. ǰ. de regulis iuris.
t Imò conuenire videtur, fragilis enim res eſt adoptio; vt poſſit & ipſo die filius fieri, & emancipatione extraneus reddi, l. 10. verſ. cum enim, C. eod.
u l. 7. C. eo. adde quæ ſcripſi l. 23. ſ. eod.
x vide l. 6. ǰ. de ſenat.
y l. 15. in fin. ǰ. de manumiſſis vind.
z Adoptare in locum nepotis etiam is poteſt, qui filium non habet. Vlpianus 8. § 7. Inſt. eod.
a Immò poteſt, l. 12. ſ. eod.
b adde l. 31. ǰ. de ritu nuptiarum.

39. *Vlpianus* lib. 3. de officio Conſulis.

NAm ita diuus Marcus Eutychiano reſcripſit. Quod deſideras, an impetrare debeas, æſtimabunt iudices *a*, adhibitis *b* etiam his, qui contradicent: id eſt, qui læderentur confirmatione adoptionis.

De liberis adoptati. 1. De ætate adoptantis, & adoptati. 2. De ſpadone adoptante.

40. *Modeſtinus* lib. 1. Differentiarum.

ADrogato *c* patrefamilias, liberi, qui in eius erant poteſtate, nepotes apud adrogatorem efficiuntur: ſimúlque cum "ſuo" patre in eius recidunt poteſtatem. quod non ſimiliter in adoptione contingit: nam nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur poteſtate.

1 ¶ Non tantùm cùm quis adoptat, ſed & cùm adrogat *d*, maior eſſe debet eo, quem ſibi per adrogationem, vel per adoptionem filium facit, & vtique plenæ pubertatis; id *e* eſt decem & octo annis, "eum" præcedere debet.

2 ¶ Spado *f* adrogando, ſuum hæredem ſibi adſciſcere poteſt, nec ei corporale vitium impedimento eſt.

Quibus caſibus nepos mortuo auo in poteſtatem patris non recidit.

41. *Idem* lib. 2. Regularum.

SI pater filium, ex quo nepos illi eſt in poteſtate, emancipauerit. & poſtea eum adoptauerit, mortuo eo, nepos in patris non † reuertitur poteſtatem. Nec is nepos in patris reuertitur poteſtatem, quem auus retinuerit filio dato in adoptionem quem denuò readoptauit.

De infantis adoptione.

42. *Idem* lib. 1. Pandectarum.

ETiam infantem in adoptionem dare poſſumus.

De gradu in quem ſit adoptio.

43. *Pomponius* lib. 20. ad quintum Mucium.

ADoptiones non ſolùm filiorum, ſed & *g* quaſi nepotum fiunt; vt aliquis nepos noſter eſſe videatur, perinde quaſi ex filio, vel incerto natus ſit.

Vtrum nepotes naturalis & adoptiuus inter ſe conſanguinei ſint.

44. *Proculus* lib. 8. Epiſtolarum.

SI is, qui nepotem ex filio habet, in nepotis loco aliquem adoptauit: non puto, mortuo auo, iura conſanguinitatis inter nepotes futura eſſe. ſed ſi ſic adoptauit *vt etiam iure legis h nepos ſuus eſſet, quaſi ex Lucio* (putà) *filio ſuo & ex matrefamilias natus eſſet*. contra puto.

De oneribus adoptati.

45. *Paulus* lib. 3. ad leg. Iuliam & Papiam.

ONera *i* eius, qui in adoptionem datus eſt, ad patrem adoptiuum transferuntur.

De adoptione liberti.

46. *Vlpianus* lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

IN ſeruitute mea quæſitus mihi filius, in poteſtatem meam redigi beneficio *k* principis poteſt: libertinum tamen eum manere non dubitatur.

DE DIVISIONE *l* RERVM, & qualitate.

TIT. VIII.

Prima. 1. & ſecunda diuiſio.

Gaius lib. 2. Inſtitutionum.

SVmma rerum diuiſio in duos articulos *m* deducitur. nam aliæ *n* ſunt diuini iuris, aliæ humani.

¶ Diuini iuris ſunt "veluti" res ſacræ & religioſæ. Sanctæ quoque res veluti muri *o*, & portæ, quodammodo diuini iuris ſunt. *

¶ Quod autem diuini iuris eſt *id nullius p in bonis eſt*: id verò, quod humani iuris eſt, plerunque *alicuius in bonis* eſt: poteſt autem & nullius in bonis eſſe: nam res hæreditariæ antequam aliquis heres exiſtat; nullius *q* in bonis ſunt.

¶ Hæ autem res, quæ humani iuris ſunt, aut publicæ ſunt aut priuatę. quæ publicæ ſunt nullius in bonis eſſe creduntur: ipſius enim vniuerſitatis eſſe creduntur". Priuatę autem ſunt quę ſingulorum ſunt.

1 ¶ Quædam præterea *r* res *corporales* ſunt, quædam *incorporales*.

¶ *Corporales* hæ ſunt, quæ tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. *Incorporales* ſunt, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, quæ in iure conſiſtunt; ſicut hæreditas *ſ* vſusfructus *t*, obligationes quoquomodo contractæ. *u* Nec ad rem pertinet, quòd in hæreditate res corporales continentur. "nam" & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt; & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale eſt, veluti fundus, homo, pecunia: nam ipſum ius ſucceſſionis, & ipſum ius vtendi fruendi, & ipſum ius obligationis incorporale eſt. Eodem *x* numero ſunt" & "iura prædio

a i. Conſules, l. 1. ǰ. de pollicitat.
b Semper citandus eſt is, qui lædi poteſt, l. 19. §. fi. ǰ. de minor. l. 47. in pr. ǰ. de re iud.
c Vlp. 8. §. 8.
d vide l. 15. §. pen. ſ. eod.
e Plena pubertas Græcis ἔφηβεῖας παντελῆς, 2. Harmenop. 8. §. 5. octodecim anni, adde l. 14. §. 1. ǰ. de alimentis.
f l. 2. §. 1. ſ. eod. Spado, vt & is qui generare non poteſt, vtroque modo adoptare poterat. Vtroque modo i. vel per populum, vel per Prætorem aut Præſidem: quod & in cœlibe erat. Vlp. 8. §. 6. 1 Gaius 5. § 4.
† Imò reuertitur: ſi enim filius meus dignitate ſui iuris factus fuerit, me mortuo, filius eius in eius recidet poteſtatem. Nouella 81. c. 2. Authen. ſed Epiſcopalis. Cod. de Epiſcopis. An hanc legem abrogatam eſſe putabimus? An potius dicemus emancipationem quæ dignitate aliqua fit, differre à voluntaria, de qua Modeſtinus hic agit?
g l. 15. §. 1. ſ. eod.
h iure legeque, Duar. ex 5. Gellij 19. adde Senecam de breuitate vitæ c. 15. Suetonium in Iulio, c. 83. adde quæ ſcripſi l. 13. & 35. ſ. eod.
i vide l. 42. ǰ. de pecul.
k nam inuitus non poteſt, l. vlt. ſ. de ſtatu.
l 2. Inſt. 1.
m Articulos, Stephanus Græcus interpres vocat duo principia. 46. Baſi. 3. poſſit etiā ſpecies appellare.
n 2 Gaius 1. §. 2.
o l. 8. in fin. ǰ. eo. Cicero 3. de natura deorum in fin.
p l. 6. §. ſacra. ǰ. eod.
q l. 13. §. 5. ǰ. quod vi aut clam. vide tamen quæ notaui l. 31. in fin. ǰ. de hæred. inſtituend.
e 2. Gaius 1. §. 4.
f l. 50. ǰ. de pet. hæred.
t l. 1 l. 2. ǰ. de vſufruct.
u Imò contractus facti ſunt, non iuris, l. 7. §. fin. ǰ. de curatt. furioſi.
x 2. Gaius 2. § 5.

prædiorum vrbanorum, & ruſticorum; quæ etiam ſeruitutes vocantur.

Tertia diuiſio. 1. De rebus communibus.

2. *Marcianus* lib. 3. Inſtitutionum.

QVædam naturali *b* iure communia ſunt omnium, quædam vniuerſitatis *c*, quædam nullius *d*, pleraque ſingulorum *e*, quæ variis ex cauſis cuique adquiruntur.

1 ¶ Et quidem *naturali iuri omnium communia* ſunt illa; aër, aqua profluens *f*, & mare, & per hoc littora maris.

De inuentis in littore.

3. *Florentinus* lib. 1. Inſtitutionum.

ITem *g* lapilli, gemmæ, cæteráque, in littore inuenimus, iure naturali noſtra ſtatim fiunt.

De acceſſu ad littus. 1. De rebus publicis.

4. *Marcianus* lib. 3. Inſtitutionum.

NEmo igitur ad littus maris accedere prohibetur piſcandi *h* cauſa; dum *i* tamen villis, & ædificiis *k*, & monumentis abſtineatur; quia *l* non ſunt iuris gentium, ſicut & mare, idque & Diuus Pius piſcatorib. Formianis & Capenatis reſcripſit.

1 ¶ Sed flumina pene *m* omnia, & portus publica ſunt.

De caſa in littore ponenda, vel collapſa.

5. *Gaius* lib. 2. rerum cottidianarum, ſiue aureorum.

RIparum *n* vſus publicus eſt iure gentium, ſicut ipſius fluminis. Itaque nauem ad eas appellere, funes ex arborib. ibi natis religare *o*, retia ſiccare, & ex mari reducere, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicuti per ipſum flumen nauigare; ſed proprietas illorum eſt *p*, quorum prædiis hærent. qua de cauſa arbores *q* quoque in his natæ eorumdem ſunt.

1 ¶ In mari piſcantibus liberum eſt caſam in littore ponere, qua ſe recipiant.

1. De rebus vniuerſitatis. 2. nullius. 3. ſacris. 4. de loco religioſo. 5. de cenotaphio.

6. *Martianus* lib. 3. Inſtitutionum.

IN tantum, vt & ſoli domini conſtituantur *ſ*, qui ibi ædificant; ſed quandiu ædificium manet; alioquin, ædificio dilapſo, quaſi *t* iure poſtliminij reuertitur locus in priſtinam cauſam; &, ſi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet.

1 ¶ *Vniuerſitatis u* ſunt, non ſingulorum, veluti quæ in ciuitatib. ſunt theatra, & ſtadia *x*, & ſimilia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum.

¶ Ideóque nec ſeruus *y* communis ciuitatis, ſingulorum *z* pro parte intelligitur, ſed vniuerſitatis: & ideo tam contra ciuem, quàm pro eo poſſe ſeruum ciuitatis torqueri *a* Diui fratres reſcripſerunt. Ideo & libertus ciuitatis non habet neceſſe veniam edicti petere, ſi vocet in ius aliquem ex ciuib. *b*.

2 ¶ Sacræ *c* res, & religioſæ, & ſanctæ, *in d nullius bonis* ſunt.

3 ¶ Sacræ autem res ſunt hæ, quæ publicè conſecratæ ſunt, non priuatè. ſi quis ergo priuatim ſibi ſacrum conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum. Semel *e* autem æde ſacra facta, etiam diruto ædificio, locus ſacer manet.

4 ¶ Religioſum autem locum vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum *f* infert in locum ſuum *g*.

¶ In commune autem ſepulchrum, etiam inuitis *h* ceteris, licet inferre. Sed & in alienum locum concedente domino, licet inferre: & licèt poſtea ratum habuerit, quam illatus eſt mortuus, religioſus locus fit.

5 ¶ Cenotaphium quoque magis placet locum eſſe religioſum, ſicut teſtis *i* in ea re eſt Vergilius *k*.

7. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

SEd *l* diui fratres contra reſcripſerunt.

Sancti definitio. 1. & etymologia. 2. De muris municipalibus.

8. *Marcianus* lib. 4. Regularum.

* SAnctum *m* eſt, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt.

1 ¶ Sanctum autem dictum eſt à ſagminibus Sunt autem *ſagmina n* quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolent, ne quis eos violaret; ſicuti legati *o* Græcorum ferunt ea, quæ vocantur κηρύκεια.

2 ¶ In *p* municipiis quoque muros *q* eſſe ſanctos Sabinum rectè reſpondiſſe Caſſius refert; prohiberique oportere ne quid *r* in his immitteretur.

a de quibus ȷ. *lib.* 8.
b §. 1. ȷ. e. *l.* 3. *l.* 4.
c *l.* 6. § 2. ȷ. *eod.* vel publicæ, *l.* 4. §. 1. *l.* 5. *l.* 6. ȷ. *eo.*
d *l.* 6. §. 2. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 11. ȷ. *eo.*
e *v.* ȷ. *de adq. rerum dom.* & hæ quidem res, nobis ſunt vel propriæ vel aliis nobiſcum communes, vel omnino alienæ. In illis dominium: in his poſſeſſio, ſeruitus, hypotheca competit.
f τὸ ὕδωρ τὸ ἀέναον,
g *v. l.* 1. §. 1. ȷ. *de adquir. poſſeſſ.*
h ſed & ambulandi, & nauis religandæ cauſa. *Theophil. Inſtit. de rerum diuiſ.*
i Immò quæ in littore ædificamus, noſtra fiunt, *v. l.* 50. ȷ. *de adqu. rerum domin.*
k ab alio ibi poſitis, *l. pen. in fin.* *l.* 6 ȷ. *eod.*
l mare & eius littora non ſunt eiuſdem iuris. illud iuris gentium eſt, & plus in eo licet priuatis quá in littoribus.
m Cur dixit pene? vide quæ notaui ad *l.* 1. §. 3. ȷ. *de fluminib.*
n *l.* 3. ȷ. *de flumin.*
o rectius putat *Cuia.* hæc quæ ſequuntur ad littora referri 2. *Inſt.* 1.
p adde *l.* 15. ȷ. *de adquir. ver. dom.*
q *l.* 30. §. 1. ȷ. *de adquir. rer. dom.*
r adde *l.* 14. *in pr.* ȷ. *de adq. rer. dom.* adde *l.* 4. ȷ *ne quid in loco publico.*
ſ atque ædificium ſolo cedit, *l.* 7. §. *cùm in ſuo*, ȷ. *de adquir. rer.*
t *l.* 14. ȷ. *de adqu. rer. dom.*
u τῆς ὁμάδος. *Theoph.* §. 6. *Inſt. de rerum diuiſ.*
x vide *Cic.* 3. *de finib.*
y vel curalis, *v. Feſt. in Curiales.*
z vide *l.* 7. §. 1. ȷ. *quod cuiuſque vniuerſit.* adde *l.* 1. §. 15. ȷ. *ad Trebell.*
a *l.* 1. §. 7. *de quæſtionib.*
b *l.* 10. §. 4. ȷ. *de in ius vocando.*
c vide *Paul.* 3. *ſent.* 3.
d *l.* 1. *in pr.* ſ. *eod.*
e vide *c.* 51. *de regul. in* 6. f vide *Feſtum in Religioſum.* g Cuius ipſe ſolus eſt dominus, ſuum locum à communi & alieno prorſus ita Marcianus hic ſeparat.
h an id ita ſit, *v. l.* 28. *in pr.* ȷ. *comm. diuid.*
i Poëtarum teſtimonia, probare hoc ex loco & ſimilib. colligunt.
k *lib.* 3. *Æneidos verſu* 304. *ibi.* Hectoreum ad tumulum viridi quem ceſpite inanem: vbi Seruius tumulum inanem interpretatur Cenotaphium.
l *l.* 6. *in fi.* ȷ. *de religioſ.*
m *l.* 9. §. 3. ȷ. *eod.*
n *v. Feſtum in Sagmina.*
o vide *Feſtum in Caduceatores.*
p Muri municipiorum violatione & alienatione ſancti, proprietate, ciuium ſunt. *Capicius in deciſionibus Neapoli.* 27. *n.* 43. vbi notat executionem ob debitum ciuitati in muris fieri non poſſe, quoniam ſint ſancti & extra commercium.
q *l.* 1. *in pr.* ſ. *eod.* adde *Feſtum in Religioſum.* r 2. *Caius* 1. §. 2.

Sacri loci definitio. 1. De loco publico conſecrando. 2. Quid interſit inter locum ſacrum & Sacrarium. 3. Quæ propriè dicuntur ſancta. 4. De muris municipalibus. 5. De rei ſacræ æſtimatione.

9. *Vlpianus* lib 68. ad Edictum.

SAcra loca ea ſunt, quæ *a* publicè *b* ſunt dedicata, ſiue in ciuitate ſint, ſiue in agro.

1 ¶ Sciendum eſt locum publicum tunc ſacrum fieri poſſe, cùm *c* princeps eum dedicauit, vel dedicandi *d* dedit poteſtatem.

2 ¶ Illud notandum eſt, aliud eſſe ſacrum locum, aliud ſacrarium*. *ſacer e locus*, eſt locus conſecratus. *ſacrarium f* eſt locus, in quo ſacra reponuntur; quod etiam in ædificio priuato eſſe poteſt: & ſolent, qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde euocare. *g*

3 * ¶ Propriè dicimus *h ſancta*, quæ neque ſacra, neque profana ſunt, ſed ſanctione *i* quadam ſunt confirmata; vt leges ſanctæ ſunt; ſanctione *k* enim quadam ſunt ſubnixæ, quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, & ſi Deo non ſit conſecratum: & interdum in ſanctionibus *l* adiicitur, *vt qui ibi aliquid commiſit, capite puniatur.*

4 ¶ Muros autem municipales nec *m* reficere licet ſine principis vel præſidis auctoritate, nec aliquid eis coniungere *n*, vel ſuperponere.

5 * ¶ Res ſacra *o* non recipit æſtimationem.

De ædificato in mari vel occupato à mari.

10. *Pomponius* lib. 6. ex Plautio.

ARiſto ait; ſicut id, quod in *p* mare ædificatum ſit, fieret priuatum ita quod mari occupatum ſit, fieri publicum.

Si quis muros violauerit.

11. *Pomponius* lib. 2. ex variis lectionibus.

SI *q* quis *r* violauerit muros *ſ*, capite *t* punitur; ſicuti ſi quis tranſcendet ſcalis *u* admotis, vel alia qualibet ratione. nam ciues Romanos aliò, quàm per portas, egredi non licet; cùm illud hoſtile & abominandum ſit, nam & Romuli frater Remus occiſus traditur ob id, quòd murum *x* tranſcendere *y* voluerit *z*.

DE *a* SENATORIBVS *b*.

TIT. IX.

Collatio viri & fœminæ conſularium: item viri præfectorij, & fœminæ conſularis. 1. Quæ ſint conſulares fœminæ.

Vlpianus lib. 62. ad Edictum.

COnſulari *c* fœminæ vtique conſularem virum præferendum nemo ambigit.

¶ Sed vir præfectorius an conſulari fœminæ *d* præferatur, videndum? Putem præferri; quia* maior *e* dignitas " eſt " in ſexu virili *.

o permiſſione imperatoris, *l. vl. infra vt in poſſ. legat.*
b à publica perſona puta pontifice, *l.* 6. §. 3. ȷ *eo* (publicum bellū. ita nuncupatur quod per feriales indictum, *l.* 118. ȷ. *de verb. ſig.*) vel principe, §. 1. ȷ. *eod.*
c Amortizandiius, conforme ſeu cōſentaneum eſſe iuri cōmuni hinc colligunt: quod tamen verum eſſe negat Pekius *c.* 5. *de Amortizatione bonorum, num.* 2. Mouetur autem *l.* 1. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.*
d Princeps olim dedicandi ius habuere; rectè. Nam & iidem plerunque Pontifices *l. vl.* ȷ. *vt in poſſeſſ. legat.* *Tacit. Suet.*
e *l.* 1. ȷ. *ne quid in loco publ.* cuius diminutiuum ſacellum 5. *Gell.* 12.
f Sacrarium Gloſſa ἱερῶν, θυσιαστήριον, ἱεροθήκη, ναοσχάσιον.
g & transferre. Mos autem Romanis fuit in oppugnationib. vrbium, deum in cuius tutela oppidum erat conceptis carminib. euocare, & inde Romam conferre. Iidem à peregrinis deos plerunque poſtulabant, ſic magna Mater, à Phrygibus Æſculapius, ab Epidauriis petitus, *Feſtus in peregrina ſacra: & in Noua Curia.* Liuius 5. *vide de vrbe capta à Camillo. Macrob.* 3. *ſaturnal* 9. 28. *Plin.* 7. *Seruius ad illa verba* 2. *Æneid.* Exceſſere omnes adytis ariſque relictis. h *l.* 8. ſ. *eod.*
i i. verbis conceptis k Sanctio legum, pars legis erat vltima, qua certa pœna irrogabatur iis, qui præceptis legis non obtemperarent, *l. ſanctio legum* 41. ȷ. *de pœnis.* De ſanctione legum adde Ciceronem 3. *ad Atticum*; & in fine *Verrinæ de ſignis*: & *in orat. pro Cornelio Balbo*: *Feſtum in Satyra.*
l *v. l.* 41. ȷ. *de pœnis.* m Bald. & Zaſ. id trahunt ad furcas pitaſque iuriſdictionum. n neque in iis habitare, *l.* 3. ȷ. *ne quid in loco publico* 5. *feudorum* 21. §. 1. o vt nec libertas & neceſſitudo, *l.* 176. *in fi.* ȷ. *de reg. iur.*
p *al.* in mari: adde quæ notaui ad *l.* 14. ȷ. *de adq. rerum dom.*
q Lex ea romuli. r adde *l.* 1. *in pr. l.* 8. *in fi.* ſ. *eod. l.* 11. ȷ. *ad leg. Iul. pecul.*
ſ Muros ciuitatis Romanæ tranſcendens, capite punitur, vt hic, adde *l.* 3. §. *in bello* ȷ. *de re militari.* Quid ſi alterius ciuitatis quam Romanæ? pœna arbitraria punitur, vt communiter refert Rolandus à Valle 2. *conſil.* 8. *num.* 25. Clarus in *pr.* §. *vlt. qu.* 68. *verſ. muros.* t ideo muri ſacroſancti, adde *Feſtum in ſacroſancti.* u de ſcala, adde *l.* 54. §. 4. ȷ *de furtis.* x ὡς ἄβατον καὶ ἱερὸν τόπον *Plutarch. in Problem. vt.* y *l.* 18. ȷ. *de pœn.* i tranſcenderit. z notandum primæ rerum diuiſioni de qua *in l.* 3. *in pr. h. t.* Secundæ, de qua *in d. l.* 1. §. 1. Tertię, de qua in *l.* 2. & *ſeq* tractatur, addi poſſe quartam rerum diuiſione, vt aliæ ſint mobiles, aliæ immobiles quæ diuiſio vtilis eſt, quoties agitur de ſatiſdatione, venditione rerum debitoris & pupilli, de communione inter coniuges, hypotheca, præſcriptione retractu, ſimilibus *de quib. vide quæ notaui in l.* 22. *C. de adm. tut.*
a Tranſit ad magiſtratus, viuam vocem legis *l.* 8. ſ. *de iuſtitia* & animatam *Nou.* 105. *vl.* ȷ. Quinimo à perſonarum & rerum tractatu ad actiones, quæ coram ſenatu & aliis magiſtratib. vel iudicib inſtitui ſolent. De ſenatorib. & ſenatuſconſultis, adde *Gel.* 24. *c.* 7. & 4. *c.* 10. b Senatores, dicti non ab aſſentiendo, vtputat ipſe Hugolinus, Bartolus, ſed à ſenili ætate. *Eutrop.* 2. *Cicero de ſenectute* 1. *Flor.* 1. *Feſtus.* (ita ſupremum Lacedæmoniorum conſilium γερουσία. *Demoſth. aduerſus Leptinem. Vlp. ib. Pauſan. in Leon.* in quod conſilium cooptari, virtutis fuit præmium. *Ariſt.* 2. *Polit.*) vel à virtute: ſenes enim olim apud Romanos viri optimi appellati *Hal.* 2. vno vocabulo γερουσίας vſi 70. interpretes *Exod.* 3. *Leuit.* 8. 1. *Mach.* 11 pro ſummo Hebræorum conſilio. Inde locus ſenatus γερουσία, 35. *Plin.* 14. *Vitruuius*, vt & ſenatus *Cic* 1. *Catil. Phil.* 13. 7. *ad Attic.* & ſenaculum *Feſt. in ſenacula*, vbi tria Romæ fuiſſe ſcribit. Vnum in æde Concordię inter Capitoliū & forum, in quo ſolebāt magiſtratus cū ſenioribus deliberare: alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quo exterarū nationum legatis, quos in vrbē admittere nolebant, ſenatus dabatur. Cęterùm quòd ad ſenatorū & ſenatus iura attinet, notādū eſt, Nouella Leonis 78. ſenatu cōſulti faciēdi ius abolitū, iure nimirū populi & ſenatus in principem tranſlato. Hodie ſenatuum arreſta circūferuntur, ex queis vix ius certum quiſquā hauriri cēſuit, licèt rationis vice & æquitatis loco in foris & cōſultationibus vtiliter laudari poſſint. *c.* 4. *Gell.* 10. *Caſſiod. in form. patricinatus*: *l.* 8 ſ. *de ſtatu. l.* 2 ȷ. *de reg. iur.* d an etiam Conſulis negat Pet. Faber 1. *Sem.* 2. quia conſulatus tanquam illuſtrior PP. deferebatur. adde *Cuia. Nou.* 62. e *v. Ariſt.* 1. *Pol.* 8.

2 ¶ Con

1 ¶ Conſulares autem fœminas dicimus conſularium *a* vxores: adiicit Saturninus *b* etiam matres, quod nec vſquam relatum *eſt, nec vnquam receptum *c*.

De ſenatu motis.

2. *Marcellus* lib. 3. Digeſtorum.

CAſſius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem ſenatu *d* motus, nec reſtitutus eſt, iudicare vel teſtimonium dicere: quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.

3. *Modeſtinus* lib. 6. Regularum.

SEnatorem remotum ſenatu capite *f* non minui, ſed Romæ morari, Diuus Seuerus, & Antoninus permiſerunt.

De indignis aliquo ordine.

4. *Pomponius* lib. 12. ex variis lectionibus.

QVi *g* indignus eſt inferiore ordine, indignior *h* eſt ſuperiore.

Quis dicatur Senatoris filius vel nepos.

5. *Vlpianus* lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatoris filium accipere debemus, non tantum eum, qui naturalis eſt, verùm adoptiuum *i* quoque: neque intererit, à quo, vel qualiter adoptatus fuerit, nec *k* intereſt, iam in ſenatoria dignitate conſtitutus eum ſuſceperit, an ante *l* dignitatem ſenatoriam.

6. *Paulus* lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatoris filius eſt, & is quem in adoptionem accepit: quamdiu tamen in familia eius manet: emancipatus verò nomen filij emancipatione amittit.

1 ¶ A ſenatore in adoptionem filius datus ei, qui inferioris *m* dignitatis eſt, quaſi ſenatoris filius videtur. quia non amittitur ſenatoria dignitas adoptione *m* inferioris dignitatis: non magis quàm, vt conſularis deſinat eſſe.

7. *Vlpianus* lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

EMancipatum à patre ſenatore, quaſi *o* ſenatoris filium haberi placet *p*.

1 Item Labeo ſcribit, etiam eum, qui poſt mortem patris ſenatoris natus ſit, quaſi ſenatoris filium eſſe. ¶ Sed eum, qui poſtea quam pater eius de ſenatu motus eſt, concipitur & naſcitur, Proculus & Pegaſus opinantur non *q* eſſe quaſi ſenatoris filium, quorum ſententia vera eſt, nec enim propriè ſenatoris filius dicetur is, cuius pater ſenatu motus eſt, antequam iſte naſceretur. Si quis conceptus quidem ſit, antequam pater eius ſenatu moueatur: natus autem poſt patris amiſſam dignitatem, magis eſt, vt quaſi ſenatoris filius intelligatur, tempus enim conceptionis ſpectandum pleriſque placuit.

2 ¶ Si quis & patrem, & auum habuerit ſenatorem: & quaſi filius, & quaſi nepos ſenatoris intelligitur. ¶ Sed *r* ſi pater amiſerit dignitatem ante conceptionem huius: quæri poterit, an quamuis quaſi ſenatoris filius non intelligatur, quaſi nepos tamen intelligi debeat. Et magis eſt, vt debeat *ſ*, vt aut potius ei dignitas proſit, quam obſit caſus patris.

Quæ ſint clariſſimæ fœminæ.

8. *Idem* lib. 6. Fideicommiſſorum.

FOEminæ nuptæ *t* clariſſimis *u* perſonis clariſſimarum perſonarum appellatione *x* continentur. clariſſimarum fœminarum nomine, ſenatorum filiæ, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habentur. * fœminis enim dignitatem clariſſimam mariti tribuunt: parentes verò donec plebeij nuptiis fuerint copulatæ. Tamdiu igitur clariſſima fœmina erit, quamdiu ſenatori nupta eſt, vel clariſſimo: aut ſeparata ab eo, alij inferioris *y* dignitatis non nupſit.

Si pater eius quæ libertino nupſit, ſenatu moueatur.

9. *Papinianus* lib. 4. Reſponſorum.

FIliam *z* ſenatoris nuptias *a* liberti ſecutam, patris caſus non † facit vxorem. nam * quæſita dignitas liberis, propter caſum patris remoti à ſenatu auferenda non eſt.

Qui ſunt liberi ſenatorum.

10. *Vlpianus* lib. 34. ad Edictum.

* LIberos ſenatorum accipere debemus, non tantum ſenatorum filios, verùm omnes, qui geniti ex ipſis, exue liberis eorum dicuntur: ſiue naturales, ſiue adoptiui *b* ſint liberi ſenatorum, ex quibus nati dicuntur. ¶ Sed ſi ex filia Senatoris natus ſit, ſpectare debemus patris eius conditionem.

De Senatorum domicilio.

11. *Paulus* lib. 41. ad Edictum.

a *Nou.* 105. *c.* 2.
b ab hoc Saturnino, quem Vlpianus hic notat, Baldus *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccl.* Saturninos in ſcholis vocari notat, qui abſurdas & improbabiles opiniones defendunt.
c niſi filij voluntate. *Nouell.* 105. *c.* 2. *in prin.*
d de quo l. 12. §. 5. *j. de iudiciis.*
e Senatu mori iudices, teſtes eſſe non poſſunt.
f §. *quibus* 5. *de cap. dim.*
g *v. l.* 5. *in fi.* *j. de ſer. expor.*
h Argumentum à minori ad maius.
i Adoptatus à ſenatore, ſenatoris æquè filius habetur, vt à ſenatore, ex matrimonio ſuſceptus *ad. de l.* 10. *j. eo.*
k Immò intereſt: nam qui ante nati ſunt, priuati videntur *l.* 11. *C. de dignit.* vide in hunc locum elegantem tractatum *Hot. quæſt. Illuſtri* 2.
l Natus ante ſenatoriam patris dignitatem, ſenatoris eſt filius: quod quidem extendunt ad filios natos principi ante regnum ab eo adeptum.
m Ab inferioris ordinis patre adoptatus ſenatoris filius vel conſularis, ſenatoris filius aut conſularis eſſe non deſinit, *vt hic*, licèt inferioris ordinis marito nubens mulier, priuilegia à priore marito quæſita amittat, l. 13. *C. de dignit.* niſi fortè principis permiſſu ac ſpeciali priuilegio inferiori nubat, ſaluis priuilegiis prioris mariti. *arg. l.* 12. *inf. eod.*
n *al.* adeptione.
o Quas ſenatoris filius, eſt qui emancipatur à patre ſenatore, *vt hic*, vt & qui ſenatore natus, ab inferioris ordinis patre adoptatus, *l.* 6. *in fin. ſup. eo.*
p atqui is in familia non eſt, *l.* 6. *in prin. ſup. eo.*
q Imò eſt: ſenatu enim motus, quandiu viuit priuilegiis & immunitatibus ſenatoris fruitur, *l. vnica. C. de Comit. qui prouincias regunt. l. maior. C. de dignit. Guido Papa q.* 377.
r Nobilitatem, gentem, patriam, originem, ius togæ, ciuitatis & ſimilia iura nepotes per auos ſuos retinere, hinc poſſis colligere, licèt patrib. ignobilibus atque exteris factis nati atque concepti. * ſ Immò ſine aliquo intermedio gradu ea dignitas ad nepotem non tranſit. *l.* 11. *C. de quæſt.* *
t Vxores maritorum dignitate & priuilegiis fruuntur, *l.* 13. *C. de dignit.*
u *v. l.* 5. *inf. de curat. furioſ. l.* 100. *inf. de verb. ſignif.*
x *v. l.* 13. *C. de dignit.* * y *v. l.* 1. *C. de dignit.* *
z *l.* 34. §. 3. *j. d. tit.*
a Cur Senatoris filia libertino nubere non poſſit: colligi poteſt *ex l.* 6. *C. de dignit.* † Hodie id immutatum, *Nouell.* 78. *c.* 3.
b *l.* 5. *ſup. eod.*

SEnatores, licèt in *a* vrbe domicilium habere videantur, tamen & ibi *b* vnde oriundi ſunt, habere domicilium intelliguntur: quia * dignitas domicilij adiectionem potius dediſſe, quàm permutaſſe, videtur.

De dignitate eius quæ ſecundò nupſit. 1. *Qui ſunt ſenatores.*

12. *Vlpianus* lib. 2. de Cenſibus.

NVptæ prius conſulari viro impetrare *c* ſolent à principe, quamuis perraro, vt nuptæ iterum minoris dignitatis viro *d* nihilominus in conſulari maneant dignitate: vt ſcio Antoninum Auguſtum Iuliæ Mammeæ conſobrinæ ſuæ indulſiſſe. *

1 ¶ Senatores autem accipiendum eſt eos, qui à patriciis, & conſulibus, vſque ad omnes illuſtres viros deſcendunt: quia " & " hi *e* ſoli in ſenatu ſententiam dicere poſſunt.

DE OFFICIO *f* CONSVLIS.

TIT. X.

De conſilio manumiſſuris præbendo. 1. *Apud quem conſulem manumitti poſſit.*

Vlpianus lib. 1. de officio Conſulis.

OFficium conſulis eſt, conſilium *g* præbere manumittere volentibus.

1 ¶ Conſules *h* & ſeorſum ſinguli manumittunt. ¶ Sed non poteſt is, qui apud alterum nomina *i* ediderit, apud alterum manumittere; ſeparatæ enim ſunt manumiſſiones. Sanè ſi qua ex cauſa collega manumittere non poterit, infirmitate, vel aliqua iuſta cauſa impeditus: collegam poſſe manumiſſionem expedire, ſenatus cenſuit.

2 ¶ Conſules apud ſe ſeruos ſuos manumittere poſſe, nulla dubitatio eſt. ¶ Sed ſi euenerit, vt minor *k* viginti annis conſul ſit, apud ſe manumittere non poterit *l*, cùm ipſe ſit, qui ex ſenatuſconſulto conſilij cauſam examinat: apud collegam *m* verò cauſa probata poteſt *n*.

DE OFFICIO PRÆFECTI Prætorio *o*.

TIT. XI.

De origine & auctoritate præf. præt. 1. *De appellationibus.* 2. *De reſtitutione in integrum.*

Aurelius Arcadius Chariſius magiſter libellorum libro ſingulari de Officio Præfecti prætorio.

BReuiter commemorare neceſſe eſt, vnde conſtituendi præfectorum *p* prætorio officio origo manauerit. ¶ Ad vicem magiſtri equitum *q* præfectos prætorio antiquitùs inſtitutos eſſe, à quibuſdam ſcriptoribus traditum eſt. Nam cum apud veteres dictatoribus *r* ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi adlegerent, qui adſociati participales curæ [adimilitiæ *ſ* gratia] ſecundam poſt eos poteſtatem gererent: regimentis *t* reipublicæ ad Imperatores perpetuos tranſlatis, ad ſimilitudinem magiſtrorum equitum præfecti prætorio à principibus electi ſunt, data eis pleniore licentia ad diſciplinę publicæ emendationem.

1. ¶ His cunabulis pręfectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri *u*, vt appellari à præfectis prętorio non poſſit. Nam cum ante quęſitum fuiſſet, an liceret à pręfectis prętorio appellare, & iure liceret, & extarent exempla eorum, qui prouocauerant: poſtea publicè ſententia principali lecta, appellandi facultas interdicta eſt *, credidit enim princeps, eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide, & grauitate ad eius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac iure dignitatis ſuę, quam ipſe foret iudicaturus. 2. Subnixi ſunt etiam alio priuilegio " pręfecti prętorio, " ne à ſententias eorum *x* minores ętate ab aliis magiſtratibus, niſi ab ipſis pręfectis prętorio, reſtitui poſſint.

DE OFFICIO *y* PRÆFECTI *z* vrbi.

TIT. XII.

De quibus criminibus: & quo loco admiſſis cognoſcit. 1. *Si ſeruus de domino.* 2. *vel patronus de liberto queratur.* 3. *De iure deportandi vel relegandi.* 4. *De quibus criminibus & quo loco admiſſis cognoſcit.* 5. *Si ſeruus in dominam adulterium cōmiſiſſe dicatur.* 6. *De interdictis. Quod vi aut clam aut vnde vi.* 7. *Si quis malè in tutela, vel cura verſatus eſſe dicatur.* 8. *Si ſeruus de domino queratur.* 9. *De nummularijs.* 10. *Si libertos, l.* 1. §. 2. *&* 10. relegatione, deportatione. §. 3. de his quæ intra centeſimum milliarium §. 4. de adulterio §. 5. de interdictis & cauſis poſſeſſionis. §. 6. de tutela & cura. §. 7. de mancipiis non proſtituendis. §. 8. de nummulariis. §. 9. carne & eſculentis. §. 11. quiete populariũ & ſpectaculorum. §. 11. interdicendis §. 12. collegiis illicitis. §. 14. argentariis, *l.* 2. *j. eo.* cognouit & de plagio, *l.* 7. *j. ad l. Fabiã de plagiarijs, vt ex Pau.* 5. *ſent. & Vlp.* 9. *de off. procons refert. Ruſinus c.* 14. *collationis legũ Moſaic.* adde *Caſſiod. in formula P. Vrbi.* 2. 1. *C.* 27. vide *Cu.* 13. *ob.* 1.

a *v. l.* 2. *C. vbi ſenatores.*
b Immò domicilium mutant l. 23. *in princip. inf. ad municipal.*
c vide quæ ſcripſi ad *l.* 6. §. 1. *ſup. eodem.*
d *Nouell.* 22. *cap.* 36.
e adde *l.* 15. §. 2. *inf. de excuſ tut.*
f 12. *C.* 3. *Nouell.* 105.
g *l.* 4. *C. de vindicta.*
h duo ſimul.
i i. cauſas manumittendi §. *eadem* 4. *Inſt. quibus ex cauſis manumittere non licet.*
k Conſulatus adipiſcendi annus olim 43. dixi ad *Ciceronis Philip.* 5. vbi de annariis, & annalibus legibus notatum à me quoque eſt.
l Immò poteſt l. 20. *in fin. inf. de manumiſſ. vind.*
m apud ſe præſente collega *Robert.* irreprehenſus à Cuia. 18 *obſ.* 38.
n Immò non poteſt apud collegam *l.* 18. §. 1. *inf. de man. vind.*
o 1. *C.* 26. 27. *Nouell.* 70. *v. in hunc locum Petr. Fab.* 1. *ſemeſtr.* 1. 23.
p quia interdum duo interdum tres *Petr. Fab.* 1. *ſemeſt.* 1.
q & Tribuni Celerum, l. 2. §. 15. *ſup. de orig. iur.*
r *d. l.* 2. §. 18.
ſ Notæ Contij & Cuiacij manuſcriptæ quas habeo ita legunt: *comitiorum habendorum gratia*: vel: *reipublicæ conſtituendæ gratia*: vel: *reipublicæ gerendæ gratia.* Poſſet & meo iudicio ita legi, *qui adſociati participaliter, curæ militaris gratia*, &c. curæ autem militaris verbo, intelligit inter cętera, emẽdationem diſciplinæ publicæ *inf. eodem.* vel ita quoque poſſis legere, *curæ ac militiæ gratia.* id eſt curę cuiuſcunque, ſed militiæ tamen maximè gratia.
t *v. Feſt. in regimen.*
u *v. l.* 19. *l.* 20. *C. de appell.*
x *l.* 16. *in fin. l.* 17. *inf. de min.*
y Cognouit autem de ſeruis aduerſus dominos conquerentibus *l.* 1. §. *inf. eodem.* de patronis agentibus aduerſus libertos

ius de patrono queratur. 11. De carnis venditione. 12. De quiete popularium diſciplina ſpectaculorum, & militibus ſtationarijs. 13. Quibus interdicere poteſt. 14. De collegijs illicitis.

Vlpianus libro ſingulari de officio Præfecti vrbi.

OMnia qui omnino crimina *b* præfectura vrbis ſibi vindicauit: nec tantum ea quæ intra vrbem admittuntur: verùm ea quoque, quæ extra vrbem intra *c* Italiam, epiſtola *d* diui Seueri ad Fabium Cilonem *e* præfectum vrbi miſſa declaratur.

1 ¶ Seruos, qui ad ſtatuas confugerint, vel ſua *f* pecunia emptos, *vt manumittantur*, de dominis *g* querentes audiet.

2 ¶ Sed & patronos egentes de ſuis libertis querentes audiet maximè *h* ſi ægros ſe eſſe dicant, deſiderentque à libertis exhiberi *i*.

3 ¶ Relegandi, deportandique in inſulam, quam *k* Imperator adſignauerit, licentiam habet.

4 ¶ Initio eiuſdem epiſtolæ *l* ita ſcriptum eſt *Cum vrbem noſtram fidei m tuæ commiſerimus* n. Quidquid igitur intra vrbem admittitur, ad præfectum vrbi videtur pertinere. ſed & ſi quid intra centeſimum miliarum *o* admiſſum ſit, ad præfectum vrbi pertinet. ſi vltra *p* ipſum lapidem *q*, egreſſum *r* eſt præfecti vrbi notionem.

5 ¶ Si quis ſeruum ſuum adulterium *ſ* commiſiſſe dicat in vxorem ſuam, apud præfectum vrbi erit audiendus.

6 Sed & ex interdictis, *quod vi aut clam* aut interdicto *vnde vi* audire poteſt.

7 ¶ Solent ad præfecturam vrbis remitti etiam tutores, ſiue curatores, *t*, qui *u* malè in tutela ſiue cura verſat, grauiore animaduerſione indigent, quàm vt ſufficiat eis ſuſpectorum *x* infamia: quos probari poterit, vel nummis *y* datis tutelam occupaſſe; vel præmio accepto, operam dediſſe, vt non idoneus tutor alicui daretur; vel conſultò circa edendum patrimonium quantitatem minuiſſe: vel euidenti fraude pupilli bona alienaſſe.

8 ¶ Quod autem dictum eſt, *vt ſeruos de dominis querentes præfectus audiat*, ſic accipiemus: non *z* accuſantes dominos: (hoc enim nequaquam ſeruo permittendum eſt, niſi ex cauſis receptis) ſed ſi verecundè expoſtulent: ſi ſæuitiam, ſi duritiam, ſi famem, qua eos premant; ſi obſcœnitatem *a* in qua eos compulerint, vel compellant, apud præfectum vrbi exponant.

¶ Hoc quoque officium præfecto vrbi à Diuo Seuero datum eſt, vt mancipia tueatur, ne *b* proſtituantur.

9 ¶ Præterea curare debebit præfectus vrbi, vt nummularij *c* probè ſe agant circa omne negotium ſuum; & temperent his, quæ ſunt prohibita.

10 ¶ Cùm patronus contemni *d* ſe à liberto dixerit, vel contumelioſum ſibi libertum queratur, vel conuitium ſe ab eo paſſum, liberóſque ſuos, vel vxorem, vel quid huic ſimile obiicit, præfectus vrbi adiri ſolet, & pro modo *e* querelæ corrigere eum, aut comminari, aut fuſtib. caſtigare, aut vlterius procedere in pœna eius ſolet, nam & puniendi plerumque ſunt liberti. Certè ſi ſe delatum à liberto, vel conſpiraſſe eum contra ſe cum ſinimicis doceat: etiam metalli pœna in eum ſtatui debet.

11 ¶ Cura *g* carnis omnis vt *h* iuſto pretio præbeatur, ad curam præfecturæ pertinet. & ideo forum ſuarium ſub *i* ipſius cura eſt ſed & cæterorum pecorum, ſiue armentorum, quæ ad huiuſmodi præbitionem ſpectant, ad ipſius curam pertinent.

12 ¶ Quies quoque popularium *k*, & diſciplina ſpectaculorum ad præfecti vrbi curam pertinere videtur. & ſanè debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium *l* quietem, & ad referendum ſibi, quid in vrbe *m* agatur.

13 ¶ Et vrbe interdicere præfectus vrbi, & qua alia *n* ſolitarum regionum poteſt, & negotiatione *o*, & profeſſione, & *a* aduocationibus, & foro: & ad tempus, & in perpetuum *b*: interdicere poterit & ſpectaculis: & ſi quem releget ab Italia, ſummouere eum etiam à prouincia ſua.

14 ¶ Diuus Seuerus reſcripſit, eos etiam, qui illicitum collegium coiſſe dicuntur, apud præfectum vrbi accuſandos.

De argentarijs.

2. *Paulus* libro ſingul. de Officio Præfecti vrbi.

ADiri etiam ab argentariis, vel aduerſus eos, ex epiſtola Diui Hadriani, & in pecuniariis cauſis poteſt.

Si terminos vrbis exierit.

3. *Vlpianus* libro 2. ad Edictum.

PRæfectus vrbi, cùm *c* terminos "vrbis" exierit, poteſtatem non habet: extra *d* vrbem poteſt iubere iudicare.

a militaria" excipe l. 1. C. *de off. magiſt. mil.*
b de falſis. *v. l. 22. in fin. infra de crim. expil.*
c & 100. miliariam §. 1. *infra eo.*
d §. 4. ĩ. *eod.*
e *v. l. vlt. infr. de off. præf. vigilum.*
f Seruis ſua pecunia quoque fuit, ſed conniuentibus oculis dominorum.
g non manumittentibus, à quib. moram in manumiſſione patiuntur.
h Ægroti & alimentorum cauſa fauorabilis.
i 1. alimenta præſtari l. 5. *in princ.* ĩ. *de lib. agnoſ.*
k inſulas principes adſignabant. in adſignatas huiuſmodi inſulas præfecti relegabant & deportabant.
l cuius fit mentio initio huius legis.
m adde l. 2. *infra expil. hæred. l. 7. vers. ſunt infra de extr. crim.*
n Præfecti igitur Vrbi ſumma Romæ autoritas fuit à principibus. Latinis feriis primo præfuit: dein ſeruiria coërcuit, vt vice principis ius in vrbe redderet & in argentarios, nummularios tutores, ei ius eſſet. *Tacit. 5. Suet. in Nerone: Dion. 52.* ex hac temporis diuiſione ſeruata, conciliari oportet legem *vlt. infra de. in ius voc. l. 7. infra de iuriſd. l. litem 15. §. idem 31. l. 35. ĩ. de iniuriis.*
o De veteri more dimetiendi itinerum ſpatia per milliaria & lapides, dixi *ad l. 71. §. 3. infra de excuſ. tut.* Porrò hic ſeruandum eſt, *miliarium & lapidem* pro eodem ſumi ĩ. *eo. ibi, lapidem.* adde *l. 154.* ĩ. *de verb. ſignif.*
p *l. vltim.* ĩ. *eod.*
q De lapide paulò ante dixi.

Facit communis error populi et ideo ius facit et hic non operatur eadem errore particularis

r Iuriſdictionum limites ac fines diligenter cuſtodiendi, facit *l. vlt. inf. de iuriſd.* ſ *v. l. 5.* ĩ *de accuſ.* t horum etiam præfectorum munus erat furioſis curatores conſtituere, § 3. *Inſt. de curat.* u Tutorem hæc admiſſa grauiora ſunt: malè in tutela ſeu cura verſari: nummis datis tutelas occupare, aut effeciſſe vt non idoneus occuparet, in edendo patrimonio pupilli quantitatem minuiſſe: euidenti fraude pupilli bona alienaſſe, *vt hic*: Adde falsò, quaſi per inopiam, pupillis alimenta negare §. 9. *Inſt. de ſuſpectis.* x d. §. 10. l. 1. §. 3. ĩ. *de ſuſpectis* y *v. l. 9.* ĩ. *de Tutelis.* z *v. l. 20 C. de his qui accuſat.* a vide *l* 12. *C. de epiſc. aud.* b *vide tit. C. ſi mancipium ita alienatum erit ne proſtitueretur:* adde *l. 24. in fi. de pign l. 9.* ĩ *de manumiſſionibus*, c & argentarij l. 2. ĩ. *eod.* d libertos ad ἀντίδωρα patronis obligari hinc colligunt. e l. 2. *in prin. inf. de iur. patr.* f vide 47. *inf. de reg. iur.* g Formam curæ carnis vide apud Ammianum 26. vbi de Turio Aproniano, Porrò carnes ad pondus veniſſe apud Romanos, & Græcos, oſtendi ad *l. 18.* ĩ. *de inſtructo.* h adde *l. 3. §. 1. infra de annona. Nou. 64. c. 2.* i adde *l. vlt. §. 2. infra de annona.* k Populares, conſeſſus theatralis, dixi *ad l 18. §. 3. inf. de pœnis, adde Cuiac. 8. obſer. 29.* factio agitatorum: quorum Alij Venetæ, alij Praſinæ, alij Albulæ, alij Ruſſaræ factionis Græci δήμους appellant. *adde Tacitum Annalium 13. Sueton. Lipſ. 3. ep ſt. 18.* l huc refer. l. 2. *C. de ſeditioſis.* m *al.* ibi, *al.* vbicunque. n non vrbicaria ſed Italiæ, *Cuia. 2 obſeru. 14.* o *l. 9. §. 9.* ĩ. *de pœnis.*

DE OFFICIO *e* QVÆSTORIS. TIT. XIII.

Origo. 1. Etymologiæ. 2. De ſortitione prouinciarum. 3. Qui quæſtores creari poſſunt. 4. De candidatis principis.

Vlpianus libro ſingul. de Officio Quæſtoris.

ORigo quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt, & penè ante omnes magiſtratus. Gracchanus *f* denique Iunius libro *g* ſeptimo de poteſtatibus, etiam ipſum Romulum & Numam Pompilium binos quæſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce ſed populi ſuffragio crearent, refert *h*.

¶ Sed ſicuti dubium eſt, an Romulo, & Numa regnantib. quæſtor fuerit: ita Tullo Hoſtilio rege quæſtores fuiſſe certum eſt: ſanè crebrior apud veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in rempublicam induxiſſe quæſtores.

1 ¶ Et à genere quærendi *i* quæſtores initio dictos, & Iunius *k*, & Trebatius & Feneſtella ſcribunt.

2 ¶ Ex quæſtorib. quidam ſolebant prouincias ſortiri ex ſenatuſconſulto, quod factum eſt Decimo Druſo & Porcina conſulib. Sanè non omnes quæſtores prouincias ſortiebantur, verùm excepti erant Candidati *l* principis: hi etenim ſolis liberis principalibus in ſenatu legendis vacant.

3 ¶ Hodiéque obtinuit indifferenter quæſtores creari, tam patricios quàm plebeios. ingreſſus eſt enim, & quaſi *m* primordium gerendorum honorum, ſententiæque in ſenatu dicendæ.

4 ¶ Ex his, ſicuti diximus, quidam ſunt, qui Candidati principis dicebantur, quique epiſtolas *o* eius in ſenatu legunt.

DE OFFICIO *p* PRÆTORVM *q*. TIT. XIV.

Si prætoris pater manumittat.

Vlpianus lib. 26. ad Sabinum.

APud filium familias prætorem *r* poteſt pater eius manumittere.

Si prætor emancipetur aut in adoptionem detur.

2. *Paulus* lib 4. ad Sabinum.

SEd etiam ipſum apud ſe emancipari, vel in adoptionem dari placet.

Si ſeruus fuerit creatus prætor.

3. *Vlpianus* lib. 38. ad Sabinum.

BArbarius *ſ* Philippus cùm ſeruus fugitiuus eſſet, Romæ præturam petiit: & prætor deſignatus eſt, ſed nihil ei ſeruitutem obſtitiſſe ait Pomponius, quaſi prætor non fuerit *t*. Atquin verum eſt, præturâ eum functum: & tamen videamus ſi ſeruus, quandiu *u* latuit "in" dignitate prætoria, functus ſit: quid dicemus? quæ edixit, quæ decreuit, nullius fore momenti? an fore propter *x* vtilitatem *y* eorum *z* qui apud eum egerunt, vel lege *a*, vel quo alio iure: Et verum puto, nihil eorum *b* reprobari. hoc. n. humanius eſt: cùm *c* etiam

a *v. l. 9. inf. prin. de pœnis.*
b Immò vltra adminiſtrationis ſuæ tempus non poteſt. *l. vltim. in prin. de pœnis.*
c l. 1. §. 4. ĩ. *eod.*
d *al.* nec extra, & ita reperi in manuſcripto Germani Colladonij Iuriſconſulti clariſſimi. Eſt quiemendet, intra vrbem, *Hot. 4. obſ. 13.*
e l. C. 30. 12. C. 6. *Nou. 38. 41. 80.*
f Gracchanus citatur hic. §. 1. inf. eo. & à Varrone 5. *de lingu.*
g Annales probare hinc colligunt. *de quo dixi ad l. 10. infra de probat.*
h hinc conſtat lege Regia populum non omnem omnino poteſtatem in regem tranſtuliſſe. facit *l. 2. in pr. ſupra de orig. iur.*
i *l. 2. §. 22.* ĩ. *de orig. iur.*
k Gracchanus de quo ſuprà.
l *Lamprid. in Alex.*
m Primordium enim honorum fuiſſe videtur ædilitas, *vt* ex legibus 12. tabularum colligi poteſt.
n Candidati Cæſaris; eo ſenſu Velleius Paterculus vſurpat.
o *v. Dion. lib. 54. Suet. in Tito 6. Tacitum lib. 16.* & cætera omnia quæ vel abſentes vel præſentes principes, cùm laborem recitandi fugiebant, ſenatum facere iubebant. *Suet. Aug. c. 65.*
p l. C. 30. *Nouel. 13. 25. 26. 29. 104.*
q Prætorum dixit potius quàm Prætoris. Vnus enim *vrbanus*, qui maior inter ciues ius dicebat. Alter *peregrinus*, qui vel inter peregrinos, vel peregrinum & ciuem ius dicebat, & hoc ſignificat *lex 7. C. de appell.* Fuerunt & alij minores, de quib. *l. 2.* ĩ. *de orig. iur.* porrò quanta maiorum Prætorum fuerit authoritas, eorum edicta demonſtrant, quæ omnes actiones complectuntur, & quod ex eorum edictis iura addicere poſtea cœperunt. non ex antiquis legib. De criminibus, horum prætorum notio non fuit, licet Præſidum & ſimilium fuerit. *C. Th. de iur. dict.* r Cur ita? *v. l. 77.* ĩ. *de iud. l. 14.* ĩ. *ad Treb.* ſecus in *l. 10.* ĩ. *de iuriſd.* ſ Βαρβάριος φιλιππικός *Suidas*, vixit ſub M. Antonio, tempore Triumuiratus. t *v. Cuia. 18. obſ. 33. Hot. 17. illuſt. Cont. 1. lect. 22. Rob. 1. Recept. vlt. & 1. animaduerſionum 18. Ant. Mer. 1. Notator. 18.* u An geſta ab occultè excommunicato, aut qui excommunicatus lateat, vide apud *Soc. reg. 266.* x aliàs, errantes iuriſdictionem prorogare non intelliguntur v. tamen *Soc. reg. 112. 227.* y Hinc Horatius: Atque ipſa vtilitas iuſti propè mater & æqui. z adde quid ſimile ex *l. 3. inf. de ſenatuſc. Macedon.* a Lege agere quid eſſet, *dixi ad l. 2. §. 6.* ĩ. *de origine iuris.* b Eſt igitur Prætura functus, non tamen fuit liber *v. l. 1. C. de lib. cauſa: facit l. 2.* ĩ. *de fugitiuis.* Sic manumiſſus à Prætore die nefaſto, fiebat liber, ſed vitio, *de lingua.* c Decreta Barbarij firma eſſe hoc argumento oſtendit. Populi intereſt eique vtile eſt decreta Barbarij valuiſſe Et populum itaque decreta Barbarij (tametſi ſerui hominis) confirmaſſe veriſimile eſt, Quidni verò decreta à ſeruo homine lata confirmauerit populus, cùm ſi ſeruum eſſe ſciuiſſet, liberum efficere potuiſſet: imò liberum effeciſſet? Quod, ſi populus id potuit, æquè, imò & multò magis princeps liberum facere ita potuit.

potuit populus Romanus ſeruo decernere hanc poteſtatem: ſed & ſi *a* ſciſſet ſeruum eſſe, liberum effeciſſet. Quod ius multò magis in Imperatore obſeruandum eſt.

4. *Idem* lib. I. de Omnibus Tribunalibus.

PRætor neque tutorem *b*, neque ſpecialem iudicem ipſe ſe dare poteſt.

DE OFFICIO PRÆFECTI vigilum *c*.

TIT. XV.

Origo.

Paulus lib. ſingul. de Officio Præfecti vigilum.

APud vetuſtiores, incendiis arcendis triumuiri *d* præerant, qui ab eo, quòd excubias agebant, *nocturni* edicti ſunt.

¶ Interueniebant nonnunquam & ædiles *f*, & tribuni plebis; erat autem familia publica circa portam, & muros diſpoſita: vnde, ſi opus eſſet, euocabatur.

¶ Fuerant & priuatæ familiæ, quæ incendia vel mercede, vel gratiâ extinguerent.

¶ Deinde Diuus Auguſtus *g*. maluit per ſe huic rei conſuli.

2. *Vlpianus* lib. ſingulari de Officio Præfecti vigilum.

PLuribus vno die incendiis exortis.

1. De incendiariis, 2. effractoribus raptoribus, receptatoribus. 3. De vrbe noctu peragranda, 4. De inquilinis admonendis. 5. De Capſariis.

3. *Paulus* lib. ſingulari de Officio Præfecti vigilum.

NAm * ſalutem reipublicæ tueri nulli magis credidit conuenire, nec alium ſufficere ei rei, quàm Cæſarem. Itaque ſeptem cohortes *h* opportunis locis conſtituit, vt binas *i* regiones vrbis vnaquæque cohors tueatur præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro, qui præfectus vigilum appellatur.

1 ¶ Cognoſcit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus *k*, furibus *l*, raptoribus, receptatoribus: niſi ſi qua tam atrox, tamque famoſa perſona ſit, vt præfecto vrbi remittatur: & quia * plerumque *m* incendia culpa *n* fiunt inhabitantium: aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligentiùs ignem habuerunt: aut ſeuera *o* interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit.

2 ¶ Effracturæ *p* fiunt plerumque in inſulis *q*, in horreiſque vbi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt: cùm vel cella *r* effringitur, vel armarium, *ſ*, vel arca, & cuſtodes plerumque puniuntur, & Diuus Antoninus Eryco Claro reſcripſit, ait enim *poſſe eum horreis effractis quæſtionem habere de ſeruis cuſtodibus, licèt in illis ipſius Imperatoris portio eſſet.*

3 ¶ Sciendum eſt autem, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere: & oberrare calceatum *t*, cum hamis, *u* & dolabris. *x*.

4 ¶ Vt curam adhibeant omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendij caſus oriatur: præterea, vt aquam vnuſquiſque inquilinus in cœnaculo habeat iubetur admonere.

5 ¶ Aduerſus capſarios *y* quoque, qui mercede, ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt, iudex eſt conſtitutus: vt ſi quid in ſeruandis veſtimenta fraudulenter admiſerint, ipſe cognoſcat.

De inſulariis. incendiariis, fugitiuis.

4. *Vlpianus* lib. ſingulari de Officio Præfecti vrbi.

IMperatores Seuerus & Antonius Iunio Rufino: præfecto vigilum ita reſcripſerunt: *Inſularios z, & eos, qui negligenter ignes apud ſe habuerint r potes fuſtibus, vel flagellis cædi iuberi: eos autem qui dolo feciſſe incendium conuincentur, ad Fabium Cilonem a præfectum vrbi amicum noſtrum remittet, fugitiuos b conquirere, eoſque dominis reddere debet.*

a *v. l. 7. C. qui admitti.*
b *v. l. 4. infr. de tutorib. datis.*
c *I. C. 43. & Nouell. 15.*
*
d M. Militius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumuiri, quòd ad incendium in ſacra via ortum extinguendum tardius venerant, à trib. pleb. die dictâ ad populum damnati ſunt S. *Valer.* I. Ibidem fit mentio P. Villij triumuiri nocturni, à P. Trib. pleb. accuſati, quòd vigilias negligentius circumierat.
e νυκτὸς ϛρατηγοί *l. vlt. §. legati inf. de munerib. d. Nou. 13.*
f *v. Dionem* 53. *Velleium Paterculum* 2.
*
g *Dion.* 15. *Suet. in Aug.* 30.
h ex libertinis conſcriptas, dato ex equeſtri ordine præfecto. *Dion* 55. *Strabo* 5. Huiuſmodi tamen militia vrbana, etiam libertinis grauis viſa eſt, verùm ad eos alliciendos, lege Viſcellia ius Quiritum Latinis datum, eis qui lex annis in cohorte vigilum militaſſent quod tempus poſtea ad trienniũ redactum. *Vlp.* 3.
i Finas regiones vnaquæque ex ſeptem cohorrib. tuebatur: igitur quatuordecim vrbis regiones fuerunt. Totidẽ erant Conſtantinopoli, *Nou.* 14. *c.* I.
k *v. l. 48. inf. de bonis libertorum, l. 4. in fin. Cod. de locato.*
l *v. l. 15. in pr. inf. de cõd cauſa data.*
m non ſemper, præſertim ſi paterfamilias diligens ſemper fuiſſe probetur, *l.* 11. *inf. de per. & commodo.*
n leuiſſima: quam conductor prȩſtare non tenetur.
o *l. 59. inf. de leg.* I.
p de effracturis, dixi *l. 53. inf. de furt.*
q de inſulis dixi ad *l. 58. infr. locati.*
r de cella dixi *ad feſtum in Cella.* ſ *v. l. 54. §. I. infra de furtis.* t Calcei ad paraturam militis (& quidem vt opinor vigilis) pertinebant, *Paulus Eph. 6. verſ. 15. State lumbis circuncinctis veritate, induti thoracem iuſtitiæ, calceatis pedibus, præparatione Euangelij pacis.* Tertul. *libro de corona militis in pr.* Et nunc ruſſatus ſanguine ſuo, ſpe calceatus, de Euangelij paratura, ſuccinctus acutiore verbo Dei, totus de Apoſtolo armatus, & de martyrij candida laurea meliore coronatus donatiuum Chriſti in carcere expectat. u Hamæ, vel amæ hic & l. 12. §. 18. *inf. de inſtructo*: & apud Plinium *in epiſtola ad Traianum*, inſtrumẽta hamata diſturbandis ædificiis, aliiſve, quod minus huic loco conuenit. Plura vide ex *Aeſchine contra Cteſiphontem Harm. 2. tit. 30. §. 30. Polluce* I. *Onomaſtici, Catone de re ruſtica c.* 135. *Suida.* Diſpoſitis prædiues hamis vigilare cohortem ſeruorum noctu Licinus iubet *Iuuenal. ſat. 14. verſ.* 30. vbi vetus Scholiaſtes hoc vigiles *Sparteolos* appellat.
x & Matricariis quos ξυλυργοὺς vocat Iuliani interpres, *Nou. 13. Cuiac. 5. obſeru.* 8.
y. ἱματοφύλακας, καψαρίους ex Epiphan. *Cuiac. 5. obſ.* 8.
z *x. l. 26. § I. ſup. de vſu.*

DE OFFICIO PROCONSVLIS *c* & legati *d*.

TIT. XVI.

Si proconſul vrbem egreſſus eſt. De eius inſignibus & authoritate.

Vlpianus lib. I. Diſputationum.

PRoconſul vbique quidem proconſularia inſignia *e* habet, ſtatim atque vrbem egreſſus eſt: poteſtatem *f* autem non exercet, niſi in ea prouincia "ſola" qui ei decreta eſt.

1. De authoritate legati.

2. *Martianus* lib. I. Inſtitutionum.

OMnes proconſules ſtatim, quam vrbem egreſſi fuerint, habent iuriſdictionem: ſed *g* non contentioſam *h*, ſed voluntariam: vt ecce *i* manumiti apud *k* eos poſſũt eam liberi, quàm ſerui, & adoptiones fieri.

1 ¶ Apud legatum verò proconſulis nemo manumittere poteſt *l*, quia *m* non habet iuriſdictionem *n* talem.

3. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

NEc adoptare poteſt, omnino enim non eſt apud eum legis *o* actio *p*.

Si iter facit in prouinciam. De hoſpitiis præbendis. 1. De ſtratoribus. 2. De vxore proconſulit. 3. De edicto ad prouinciales. 4. Et ad deceſſorem. 5. Si prouinciam ingreditur. 6. Si ingreſſus eſt, De mandanda iuriſdictione, vel adimenda.

4. *Idem* lib. I. de Officio Proconſulis.

OBſeruare autem proconſulem oportet, ne in hoſpitiis *q* præbendis oneret prouinciam: vt Imperator noſter cum patre Aufidio Seueriano reſcripſit.

1 ¶ Nemo proconſulum ſtratores *r* ſuos *ſ* habere poteſt: ſed vice eorum milites miniſterio in prouinciis funguntur.

2 ¶ Proficiſci autem proconſulem melius quidem eſt ſine vxore, ſed & cum vxore poteſt: dummodo ſciat ſenatum, Cotta *t* & Meſſala conſulibus, cenſuiſſe futurum, vt ſi quid *u* vxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur *x*, deliquerint, ab *y* ipſis ratio & vindicta exigatur.

3 ¶ Antequam verò fines prouinciæ decretæ ſibi proconſul ingreſſus ſit, edictum debet † de aduentu ſuo mittere continens condemnationem aliquam ſui: ſi qua ei familiaritas ſit cum prouincialibus, vel coniunctio, & maximè excuſans: ne publicè vel priuatim occurrant *z* ei: eſſe enim congruens, vt vnuſquiſque in ſua patria eum exciperet *a*.

4 ¶ Rectè *b* autem & ordine faciet, ſi edictum deceſſori *c* ſuo miſerit: ſignificétque qua die fines ſit ingreſſurus: plerumque enim incerta "hęc," & inopinata turbant prouinciales, & actus impediunt.

5 ¶ Ingreſſum *d* etiam hoc eum obſeruare oportet, vt *e* per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris eſt, & (quas Cræcia ἐπιδημίας *i. acceſſus ad vrbem* appellat, ſiue κατάπλουν ſui. *adnauigationem g*) obſeruare, in quam primùm ciuitatem veniat vel applicet: magni enim facient prouinciales, ſeruari ſibi conſuetudinem iſtam, & huiuſmodi prærogatiuas. Quędam prouinciæ etiam hoc habent, vt per mare in eam prouinciam proconſul venit: vt Aſia, ſcilicet vſque adeo, vt Imperator "noſter" Antoninus Auguſtus ad deſideria Aſianorum reſcripſit, proconſul neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam applicare, καὶ τῶν μητροπόλεων *h* Ἔφεσον, i. *& inter matrices i vrbes Epheſum* primùm attingere.

a *v. l. 1. ſup. de off. præf. vrb.* ſic Græci Κειλῶνα. Aliis Chilo, & malè. Cilo anguſto capite, προκέφαλος Gloſſis Chilo, verò Labeo. dixi *ad Feſtũ in Chilo v. Cuia. 18. obſeru.* 26.
b *l. I. §. vlt. inf. de fugitiuis.*
c Proconſul, conſulari imperio in prouinciá miſſus, in qua fungebatur vice & officio omnium magiſtratuũ vrbanorum. *l. C.* 35 *Nou.* 30. 103. quid à Præſide differat *v. Cuiac. 20. obſeru.* 37.
d Legati interdum plures proconſuli dabantur, *l. pen. inf. de off. eius cui mandata*: *l. 2. infr. quis & à quo appellatur.* neque enim legatos deligebãt ſibi. Eo autem ſi ne dabantur, vt proconſules eis mandarent iuriſdictionem ſuam.
e τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα, ἡγεμονίας κοσμήματα. *Dion.*
f contentioſam: nam voluntariam poteſt exercere extra territorium, de quo tamen vide Socinum *reg.* 211.
g iuriſdictio alia contentioſa, alia voluntaria.
h quia hæc, de plano: illa de tribunali redditur. *Cuiac. Nou.* 95.
i iuriſdictionis voluntariæ eſt manumiſſio emancipatio, & adoptio.
k *v. Vlpianum* I.
l Imò poteſt, *l. 17. j. de man. vind.* Cuiacius tamen *d. l.* 17. addit negationem I. *obſ.* 11.
m Manumitti non poteſt, niſi apud eum qui iuriſdictionem habeat.
n *v. l. I. C. de adoptionibus.*
o De legis actionib. dixi ad *l. 2. §. 6. ſ. de orig. iur.*
p ſuo nomine, alieno non item. *Rob. I. anim.* 21. Cui contradicit Cuiac. 18. *obſ.* 38.
q *l. 6. §. 5. inf. de off. præſid.* Author Synopicωs, ſeu Eclogæ 6. *tit. 2. c.* 6. ita hunc locum exponit. Proconſuli prouinciam μιτάτοις, id eſt, metatis onerare non debet. r i. ſerui, domino ſuo proconſuli, ſtratores eſſe non poſſunt vide *Cuiacium* 11. *obſ.* I.
ſ Suorum nomine hic Goueanus I. *Var.* 42. ſeruos interpretatur. t Cottam Meſſalino conſulente cenſuiſſe. *Cui. 6. obſ.* 30. conſulere enim Conſules dicuntur ſenatum, *l. 2. inf ad Vellcian.* u atqui maritus pro vxore non tenetur. *l.* 3. nec vxor. adde *Tacit. 3. Anna.* x Ad officia proficiſci eſt, ad honores ſibi delatos, cóſque gerendos proficiſci. y vide quæ ſcripſi ad *l. 2. C. ne vxor pro marito.* † hoc hodie abrogatum. *Nou. 95. c. I. §.* 2. z Exceptâ tamen cohorte. *Nou. 95. c. I. §. illud.* a *al.* excipiat. b Eadem formula reperitur apud Vlp. *lib. 2. de offic. conſulis: in l, 27. §. 1. inf de liberali cauſa.* c v. Ciceronem 5. *epiſt. famil.* 5. Deceſſor autẽ is eſt cui ſuccediτur in officio: anteceſſor, qui officio decedit adueniente ſucceſſore, & ita accipitur ab Vlpiano *lib. 2. de officio proconſulis, in l. 42. j. de minoribus, & à Spartiano in Peſcennio.* d *fortè* ingreſſurum e v. Ciceronem *illo loco.* f κατάπλους non eſt claſſis ſimpliciter, ſed appulſus claſſis ad portum, *la venue & l'arriué de la flotte* Martialis 2. *Epigr.* 75. Cum tibi Niliacus portet cryſtalla Cataplus. g De aduentu ſeu ingreſſu proconſulis & prȩſidis in prouinciam dixi *in ora. Cicer. pro Rabirio Poſth.* h *fortè* καὶ τῶν μητρόπολιν Ἔφεσον Metropolis eſt caput prouinciæ, *l. 7. inf. eo* Ammiano, mater vrbium: qualis metrocomia inter vicos, talis metropolis inter vrbes *Cui. ad l. 8. C. de excũ. trib.* Metropoles *iuſta* matrices: Salluſtio, origines, Curtio, maior patria* i. Matrices vrbes

6 ¶ Poſt

ea forma dictæ, qua & matrices aquarum, *l. eos. C. de aquæ ductibus*: matrices libelli, vnde matricula, & matricularij, *l. 3. C. de agentibus in reb.* matrix Eccleſia *c. cum venerab. de verb. ſign.* matrix cothurnix, ortigometra matrix cicadarum, tetigometra apud Plinium.

*

a ποιείτω τὰς λεγάτους, id eſt, legatos faciat *6. Eclog. 2. c. 17.*
b ergo eam ſuo iure habet, *l. 5. inf. de iuriſdict.*
c Cuſtodiæ hic, i. rei qui in cuſtodiis ſeruātur. Perperam enim Accurſius putat cuſtodias eſſe cuſtodes.
d criminis reos de quibus cognoſcunt, *l. 1. C. eo.* adde *l. 10. inf. de cuſtodia reorum.*
e cum cathenis, ad quod alludit Seneca *in epiſtolis*, cum ait: Cathena eadem milites vinciri. Hinc illud Suetonij *in Domitiano*: nec niſi ſecreto atque ſolus plerunque cuſtodias, receptis quidem in manus cathenis, audiebat. Vnde liberæ cuſtodiæ, qui non in carcere, ſed in aliqua domo aſſeruantur. Græci vocant liberam cuſtodiam ἄδεσμὸν φυλακὴν.
f *l. 70. inf. de reg. iur.*

6 ¶ Poſt hæc, ingreſſus prouinciam mandare *a* iuriſdictionem legato ſuo debet: nec hoc ante facere, quàm fuerit prouinciam ingreſſus. * eſt enim per quam abſurdum, antequàm ipſe iuriſdictionem nanciſcatur (nec enim prius ei competit, quàm in eam prouinciam venerit) alij eam mandare, quam non habet, ſed ſi & ante fecerit, & ingreſſus prouinciam in eadem voluntate fuerit, credendum eſt, videri legatum habere iuriſdictionem, non exinde, ex quo mandata eſt, ſed ex quo prouinciam proconſul ingreſſus eſt.

5. *Papinianus* lib. 1. Quæſtionum.

ALiquando mandare iuriſdictionem *b* proconſul poteſt, & ſi nondum in prouinciam peruenerit, quid enim ſi neceſſariam moram in itinere patiatur: maturiſſimè autem legatus in prouinciam peruenturus ſit?

2. Quem legati conſulere debent. 3. De xeniis & muneribus.

6. *Vlpianus* lib. 1. de Officio proconſulis.

SOlent etiam cuſtodiarum *c* cognitionem mandare legatis: ſcil. vt præauditas cuſtodias *d* ad ſe remittant, *e* vt innocentem ipſe liberet: ſed hoc genus mandati extraordinarium eſt: * nec *f* enim poteſt quis gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſquam alterius coërcitionis ad alium transferre: nec *g* liberandi igitur rei ius, cùm accuſari apud eum non poſſint.

1 ¶ Sicut *h* autem mandare iuriſdictionem vel non mandare, eſt *i* in arbitrio proconſulis, ita adimere mandatam iuriſdictionem licet quidem proconſuli, non autem debet inconſulto *k* principe hoc facere.

2 ¶ Legatos non oportet principem conſulere, ſed proconſulem ſuum; & is ad conſultationes legatorum debebit reſpondere.

3 ¶ Non verò in totum xeniis *l* abſtinere debebit proconſul, ſed modum adiicere: vt neque moroſè *m* in totum abſtineat, neque auarè modum xeniorum excedat, quam rem Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus elegantiſſima epiſtola ſunt moderari, cuius epiſtolæ verba hæc ſunt. Quantum ad xenia pertinet: audi, quid ſentimus *: Vetus prouerbium *n* eſt, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, i. *neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus.* nam valde inhumanum *p* eſt, à nemine accipere: ſed paſſim, viliſſimum eſt: & omnia, auariſſimum.

¶ Et quod mandatis *q* continetur, *ne donum vel munus ipſe proconſul, vel qui in alio officio erit, accipiat: emátve quid niſi victus cottidiani cauſa,* ad zeniola *r* non pertinet, ſed *s* ad ea, quæ eduliorum excedant vſum. Sed *t* nec xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem.

De commendatione ciuitatum, & laudibus ſuis audiendis. De feriis. 1. De ædibus ſacris, & operibus publicis reficiendis. 2. De iuriſdictione proconſulis.

7. *Idem* lib. 2. de Officio proconſulis.

SI in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput *u* aduenerit: pati debet commendari *x* ſibi ciuitatem, laudéſque ſuas non grauatè audire, cùm honori ſuo prouinciales id vindicent, & ferias ſecundum *a* mores & conſuetudinem *b*, quæ retro obtinuit, dare.

1 ¶ Ædes *c* ſacras, & opera publica circumire inſpiciendi gratia, an ſarta *d* tectáque ſint, vel an aliqua refectione indigeant: & ſi qua cœpta ſunt, vt conſummentur, prout vires eius reipublicę permittunt, curare debet. Curatoréſque operum *e* diligentes ſolenniter præponere: miniſteria quoque militaria *f*, ſi opus fuerit, ad curatores adiuuandos dare.

2 ¶ Cùm pleniſſimam *g* autem iuriſdictionem proconſul habeat, omnium *h* partes, qui Romæ, "vel" quaſi magiſtratus, vel *i* extra ordinem ius dicunt, ad ipſum pertinent.

8. *Idem* lib. 39. ad Edictum.

ET ideo maius imperium *k* in ea prouincia habet omnibus, poſt principem.

Quæ per decretum vel per libellum expediantur. 2. De aduocatis audiendis, & in officio continendis. 3. Quæ de plano expediri poſſunt. 4. De ordine in poſtulationibus obſeruando. 5. De aduocatis dandis. 6. Communia omnium præſidum.

9. *Idem* lib. 1. *l* de officio Proconſulis.

NEc quicquam eſt in prouincia, quod non per ipſum expediatur. Sanè ſi fiſcalis pecuniaria cauſa ſit, quæ ad procuratorem *m* principis reſpicit, melius fecerit ſi abſtineat.*

1 ¶ Vbi decretum neceſſarium eſt, per libellum *n* id expedire proconſul non poterit: omnia enim quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per *o* libellum non poſſunt expediri *p*.

2 ¶ Circa aduocatos patientem eſſe proconſulem oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibilis videatur. nec adeo diſſimulare ſi *q* quos cauſarum concinnatores, *r* vel redemptores deprehendat: eóſque ſolos pati poſtulare, quibus per edictum eius poſtulare permittitur.

3 De plano *ſ* autem proconſul poteſt expedire hęc, vt obſequium parentibus *t* & patronis *u*, liberíſque patronorum exhiberi iubeat: comminari etiam, & terrere filium à patre oblatum, qui non, vt oportet, conuerſari dicatur.

¶ Poterit de plano ſimiliter & libertum non obſequentem emendare *x*, aut verbis aut fuſtium caſtigatione.

4 ¶ Obſeruare itaque eum oportet, vt *y* ſit ordo aliquis poſtulationum, ſcilicet vt omnium deſideria audiantur, ne fortè, dum honori poſtulantium locus datur, vel improbitati ceditur, mediocres *z* deſideria ſua non proferant qui aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes, neque in aliqua dignitate poſitos aduocatos ſibi proſpexerunt.

5 ¶ Aduocatos quoque petentibus *a* debebit indulgere, plerumque fœminis, vel pupillis, vel aliàs debilibus, vel his, qui ſuæ mentis non ſunt, ſi quis eis petat: vel ſi nemo *b* ſit, qui petat. vltrò eis dare debebit.

¶ Sed ſi qui per potentiam aduerſarij non inuenire ſe aduocatum dicat, æquè oportebit ei aduocatum dare. * Cæterum opprimi aliquem per aduerſarij ſui potentiam non oportet, hoc enim etiam ad inuidiam eius, qui prouinciæ præeſt, ſpectat: ſi quis tam impotenter ſe gerat, vt omnes metuant aduerſus eum aduocationem ſuſcipere.

6 ¶ Quæ etiam omnium præſidum communia ſunt & debent ab his obſeruari.

Vt in aduentum ſucceſſoris proconſul ius dicat. 1. Ne legatum ante ſe dimittat.

10. *Idem* lib. 10. de Officio Proconſulis.

MEminiſſe oportebit, vſque ad aduentum *c* ſucceſſoris omnia debere proconſulem agere, cùm ſit vnus proconſulatus, & vtilitas prouinciæ exigat eſſe aliquem, per quem negotia ſua prouinciales explicent, ergo in aduentum ſucceſſoris debet ius dicere.

1 ¶ Legatum ſuum ne ante ſe de prouincia dimittat, & lege Iulia repetundarum, & reſcripto Diui Hadriani ad Calphurninum Rufum proconſulem, Achaiæ admonetur.

De authoritate Legati.

11. *Venuleius* Saturninus libro 2. de Officio Proconſulis.

SI *d* quid erit, quod maiorem animaduerſionem exigat, reiicere *e* legatus apud proconſulem debet: neque enim animaduertendi, coërcendi, vel atrociter *f* verberandi ius habet *g*.

12. *Paulus* lib. 2. ad edictum.

a Hæ ſunt ſtatę feriæ.
b nam authoritate ſua dare non poteſt, *l. 4. C. de feriis.*
c *Nouell. 25. c. 3. Nouell. 23. c. 4. §. 1 Nou. 30. c. 8.*
d de ſartis & tectis, vide *l. 7. §. 2. j. de vſufructu: Ciceronem libro 1. in Verrem* vbi dixi.
e adde *Nou. 17. c. 4. in fi.*
f Militari manu iudices ac ſimiles placidi iuſtitiæ miniſtri adiuuandi, adde *l. 68. j. de rei vendic.*
g iuriſdictionem pleniſſimam Proconſules habuere.
h *l. 10. l. 11. j. de officio præſidis.*
i Magiſtratus alij ordinario iure, alij extra ordinem ius dicunt, vt hinc poteſt colligi.
k Immò hoc præſidi competit *l. 4. j. de offic. præſid.* vide *Alciat. 2. Paradox. 2.*

*

l *al.* lib 2. & ita emendat Cuiac. *ad l. 15. j. de excuſ. tut.*
m vide *j. de offic. procura. Cæſaris* vbi dixi.
n *l. 71. l. 105. j. de reg. iur.*
o per libellum expedire quid eſſet alias dixi.
p *vt in l. 25. j. de excuſ. tut. l. 1. §. abolitio, j. ad Turpil. l. 6. C. de prædiis minor. & C. de præd. decur.*
q Aduocato non licet cauſam concinnare vel redimere.
r vide *Feſtum* in Concinnare *Alex. ab Alex. 2. Genial. 11.*
ſ χαμόθεν. *l. 13. §. 10. j. de excuſ. tut.* hæc tribunal non requirunt, vt cauſa grauiores.
t *l. 1. j. de obſeq.*
u adde *l. 1. j. de iure patronatus.*
x Emendatio fit aut verbis, aut fuſte, *vt hic, l. 1. ff. 10. ff. de off. præf. vrbi* vt & admonitio, *l. 7. j. de pœnis.*
y vide *Ciceronem pro Fonteio.*
z Mediocres, i. mediocrium facultatum, pauperes, inopes.

a *l. 1. §. ait Prætor, j. de poſtulando l. 5. §. 11. j. de rebus eorum qui ſub tutela.*
b eadem ratione procuratores abſentibus conſtituuntur à Prætore, *lib. 7. §. 2. j. de minoribus.*

g vide *l. 36. inf. de reg. iur.* vt ſit argumentum à facultate coërcendi, ad liberationem & pœnam remittendam. h Adimere poteſt, qui dare vel non dare poteſt.
i Arbitrium id dicitur quo quid poſſumus, vel non poſſumus. Eſt enim arbitriū duorum pluriúmve, non vnius. k Principe inconſulto. Proconſul mandatam iuriſdictionem adimere non poteſt. l Xenia propriè dona ſunt quæ hoſpitibus dantur, *Pl. 5. epiſt. Suidas Pollux, Appianus in Libyc. 2. reg. 8. Machab. 11.* (vnde Iupiter ξένιος hoſpitalis Platoni 8. de legib. Homero 1. *Odyſſ.* ξενηλασία peregrinorum ſeu exterorum fuga & eiectio. *Theophil. Inſtit. de iure naturali. in pr.* vbi dixi.) Sed & legatiua, quæ dantur legatis. *Demoſt. ora.* περὶ παραπρεσβείας. His adde quæ de Nenoparochis ſcripſi ad *l. 18. §. 10. ſup. de munerib.* m Moroſè abſtinens hic opponitur auaro. Medium ſeruandum quod eſt inter duo extrema. *l. 33. inf. de vſuris.* n Prouerbia an probent, vide quæ notaui ad *l. 79. §. 1. de legat. 3.* o Dij aliter: nec enim conſiderant, ὅθεν καὶ ἀφ' οὗ, καὶ ὁποῖα, vnde, à quo, & qualia, ſed animum. *Lucian. in Phalarid. 2.* p imo non eſt inhumanum. Nam & munera excæcant oculos ſapientum, ac peruertunt verba iuſtorum: *Deut. 16. 1. Reg. 8. 2. Par. l. 19. Iſid. 2. Ælianus 11. de varia hiſtoria,* quæ vel Deos mouere, creditum antiquis. *Euripides Medea Ouid. 3. de arte:* & ἀδικάστους iudices creari oportere legimus *Exod. 18. apud Harmenop. in procemio: Lucianum in Amoribus.* Verum hic agitur de muneribus quæ dantur Proconſuli, vt hoſpiti, non vt iudici. Et hic apertè Xenia: & vt appellat quoque hic Iuriſconſultus Xeniola, diſtinguuntur à dono & munere ſeu munerum qualitate. q alibi plebiſcitis, *l. 18. inf. de off. præſid. v. Nou. 17. c. 1.* r Zenioli verbo vſus eſt quoque Apuleius.
s Hoc eſt, non licet iudici à quoquam accipere, quod eduliorum excedat vſum: hoc eſt, non licet etiam eduliorum quidquam accipere, niſi id intra paucos dies poſſit prodigere ſeu conſumere: non licet accipere vt reuendat: quod tamen fit paſſim hodie. huic interpretationi fauent Græci, apud quos prohibentur. Proconſules munera accipere, aut quid emere, πλὴν τῆς ἐφημέρου τροφῆς. præter victum quotidianum *6. Eclog. 2. c. 8.* t i non eadem eſt qualitas Xenij aut Xenioli quæ eſt muneris. Aliud, n. eſt munus, aliud Xenion & Xeniolon.
u Caput prouinciæ, eſt metropolis, *l. 4. §. 5. ſup. eod.* x *quid ſi legas*, commendari ſe à ciuitate? Sed nihil mutandum eſt: vt ſit ſenſus: Proconſul pati debet ciuitates quaſque obuias laudes ſuas commendare: nec putare debet proconſul quidquam detrahi laudi Romanæ aut Imperio Romano, ſi in cuiuſmodi commendationibus ciuitas nonnunquam retulerit, à ſe deuictos aut ſuperatos Romaiorum exercitus, aut adiutam populi Romani fortunam.

c poſt aduentum etiam 50. diebus manere illum in prouincia oportet, *v. Nouell. 95. in fin.*
d adde *6. Harmenop. 14.*
e hoc eſt, remittere cauſam.
f atrociter verberat, quum flagris cædit, *dixi ad l. 12. j. de iure fiſci.*
g *al.* non habet, atque ita à quibuſdam legi Zaſius notat *ad l. 4. num. 17. C. de iud.* legerunt quoque ita veteres *Accur. & Par.*

Legatus

LEgatus mandata ſibi iuriſdictione, iudicis dandi *a* ius habet.

13. *Pomponius* lib. 10. ad Quintum Mucium.

LEgati proconſulis nihil *b* proprium habent, niſi *c* à proconſule eis mandata fuerit iuriſdictio.

De faſcibus proconſulis.

14. *Vlpianus* Libro 20. ad legem Iuliam & Papiam.

PRoconſules non amplius quàm ſex *d* faſcibus vtuntur.

De tutore à legatis dando.

15. *Licinius Rufinus* lib. 3. Regularum.

ET legati proconſulum tutores *e* dare *f* poſſunt.

Si proconſul Romam reuerſus eſt.

16. *Vlpianus* lib. 2. ad edictum.

PRoconſul portam Romæ ingreſſus, deponit imperium *g*.

DE OFFICIO PRÆFECTI *h* Auguſtalis *i*.

TIT. XVII.

Vlpianus lib. 15. ad Edictum.

PRæfectus Ægypti non priùs deponit præfecturam & imperium, quod ad ſimilitudinem proconſulis *k*, lege ſub Auguſto ei datum eſt, quàm Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius, licèt in prouinciam venerit, & ita mandatis eius continetur.

DE *l* OFFICIO PRÆSIDIS *m*.

TIT. XVIII.

Præſidis appellatione qui contineantur.

Macer lib. 1. de officio Præſidis.

PRæſidis nomen generale *n* eſt: eóque & proconſules, & legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes, licèt ſenatores ſint *o* præſides appellantur: proconſulis appellatio ſpecialis eſt.

Vtrum præſes apud ſe leges agere poſſit.

2. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

PRęſes apud ſe adoptare poteſt, quemadmodum & emancipare filium, & manumittere *p* ſeruum poteſt.

Vbi, & in quos imperium habet.

3. *Paulus* lib. 13. ad Sabinum.

PRæſes prouincię " in ſuę *q* prouincię homines tantùm i perium habet: & hoc, dum in prouincia eſt: nam ſi exceſſerit imperium priuatus eſt. Habet interdum imperium & aduerſus extraneos *r* homines, ſi quid manu commiſerint: nam & * in mandatis principum *ſ* eſt, vt curet is qui prouincię pręeſt, malis hominibus prouinciam purgare nec *t* diſtinguitur, vnde ſint.

Quale imperium habet.

4. *Vlpianus* lib. 39. ad Edictum.

PRęſes prouincię *u* maius imperium in ea prouincia habet omnibus poſt principem.

Si tutorem aut iudicem ſe dare velit.

5. *Idem* lib. 1. de omnibus Tribunalibus.

PRęſes prouincię non magis tutorem *x*, quàm ſpecialem iudicem, ipſe ſe dare poteſt.

De illicitis exactionibus, & contractibus. 1. De probationibus recipiendis. 2. De humilioribus protegendis. 3. De illicitis miniſteriis & exactionibus. 4. De licitis vel illicitis iudiciis negotiationibus, & innocentibus non puniendis. 5. Ne pauperes ſub prætextu aduentus officiorum, vel militum vexentur. 6. Ne quid ſub nomine militis committatur. 7. Vtrùm medicus, ægroto mortuo puniendus ſit. 8. De imperio præſidis. 9. De multis remittendis.

6. *Idem* lib. 1. Opinionum.

ILlicitas exactiones, & violentià factas, & extortas metu venditiones *y*, & cautiones, vel ſine pretij numeratione prohibeat pręſes prouinciæ. Item ne quis iniquum lucrum aut damnum ſentiat, pręſes prouincię prouideat.

1 * ¶ Veritas rerum erroribus *z* geſtarum *a* non vitiatur, & ideo pręſes prouincię, id ſequatur, quòd conuenit *b* eum ex fide eorum quę probabuntur *c*.

2 ¶ Ne potentiores viri humiliores iniuriis adficiant, néve defenſores eorum calumnioſis criminibus inſectentur innocentes, ad religionem pręſidis prouinciæ pertinet. 3 ¶ Illicita *a* miniſteria ſub prætextu adiuuantium militares viros ad concutiendos homines procedentia prohibere, & deprehenſa coërcere pręſes prouinciæ curet, & ſub ſpecie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat.

4 ¶ Neque licita *b* negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque innocentibus pœnas irrogari, ad ſolicitudinem ſuam præſes prouincię reuocet.

5 ¶ Ne tenuis *c* vitæ homines ſub prętextu aduentus *d* officiorum, vel militum, lumine vnico *e* vel breui ſupellectili ad aliorum vſus tranſlatis, iniuriis vexentur, pręſes prouincię prouidebit.

6 ¶ Ne quid ſub nomine militum, quod ad vtilitates eorum in commune non pertinet, à quibuſdam propria ſibi commoda iniquè vindicantibus committatur, pręſes prouincię prouideat.

7 ¶ Sicuti medico *f* imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per *g* imperitiam *h* commiſit *i*, imputari ei debet, prętextu humanę fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium eſſe non debet.

8 ¶ Qui vniuerſas *k* prouincias regunt ius gladij habent, & in metallum dandi poteſtas eis permiſſa eſt.

9 ¶ Præſes prouincię, ſi multam *l*, quam irrogauit, ex prǽſentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, redigi non poſſe deprehenderit: neceſſitatem ſolutionis moderetur *m*, reprehenſa *n* exactorum illicita auaritia.

¶ Remiſſa propter inopiam multa, à prouincias regentibus exigi non *o* debet.

De ædificijs reficiendis.

7. *Idem* lib. 3. Opinionum.

PRæſes prouinciæ, inſpectis ædificiis, dominos eorum cauſa cognita *p*, reficere ea compellat: & aduerſus, detractantem, competenti remedio, deformitati auxilium ferat.

De reſcripto, Præſidem adire potes.

8. *Iulianus* lib. 1. Digeſtorum.

SÆpe audiui *q* Cæſarem noſtrum dicentem, hac reſcriptione, *Eum, qui prouinciæ præeſt, adire potes* r, non imponi neceſſitatem *ſ* proconſuli, vel legato eius vel pręſidi prouincię, ſuſcipiendę cognitionis: ſed eum, æſtimare debere, ipſe cognoſcere, an iudicem dare debeat.

9. *Calliſtratus* lib. 1. de Cognitionibus.

GEneraliter, quotiens princeps ad præſides prouinciarum remittit *t* negotia per reſcriptione, veluti *eum, qui prouinciæ poteſt, adire poterit*: vel cum hac adiectione, *is æſtimabit, quid ſit partium ſuarum*: non imponitur *u* neceſſitas proconſuli, vel legato ſuſcipiendæ cognitionis, quamuis " non ſit "adiectum, *is æſtimabit quid ſit partium ſuarum*: ſed is æſtimare debet, vtrum ipſe cognoſcat, an *x* iudicem dare debeat.

De quibus præſes cognoſcit.

10. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris epitomarum.

EX omnibus cauſis, de quibus vel pręfectus vrbi, uel pręfectus pretorio, itemque conſules, & prætores, cęteríque Romę cognoſcunt: correctorum *y*. & pręſidum prouinciarum eſt notio

11. *Marcianus* lib. 3. Inſtitutionum.

OMnia enim prouincialia deſideria, quę Romę varios iudices habent, ad officium pręſidum pertinent.

Quid ſpectare debet in iure edicendo.

12. *Proculus* lib. 4. Epiſtolarum.

SEd licèt is, qui prouincię pręeſt, omnium Romę magiſtratuum uice & officio fungi debeat: * non *z* tamen ſpectandum eſt, quid Romę factum eſt, quam quid *a* fieri debeat.

De quiete prouinciæ, & malis puniendis. 1. De furioſis aut furorem ſimulantibus.

13. *Vlpianus* lib. 7. de Offic. Proconſulis.

* COngruit bono, & graui pręſidi curare vt pacata atque quieta prouincia ſit, quam regit, quod non difficilè obtinebit, ſi ſollicite agat, vt malis hominibus prouincia careat, eoſque conquirat *b*: nam & ſacrilegos *c*, latrones, plagiarios, *fures d* conquirere debet: & prout quiſque deliquerit, in eum animaduertere; receptoréſque *e* eorum coërcere, ſine quibus latro diutiùs latere non poteſt.

---

a l. 12. §. 2. ĵ. de iudiciis.
b Imo propriam iuriſdictionē habere videntur. *l. penult.* ĵ. *de off. eius cui mandata.* vide *Cuiacium* 7. *ob.* 21. *c al.* nec ſi *Aaio. Vacca hic.* Verum 6. *Eclog.* 2. *c.* 13. legitur *ei μὴ*.
d vide quæ ſcripſi *ad l.* 1. §. 1. *inf. de poſtulando.* Adde *Vopiſcum.*
e *l.* 1. §. 1. ĵ. *de tutoribus datis ab his.*
f poſſunt & apud eoſdem tutores ſuſpecti poſtulari. *l.* 1 §. 4. *inf. de ſuſpectis tutoribus.*
g Id eſt, inſignia magiſtratus, *l.* 1. §. *eod. l.* 3. §. 5. *inf. de poſtul.* alij voluntariam iuriſdictionem *Cuiac.* 1. *Nou.* 95.
h 1. *Cod.* 37. vide *Edict.* 3. *Iuſtin.*
i ab Auguſto conſtituti victa Cleopatra *Strabo* 71. Cauſam conſtituendi vide apud Tacitum lib. 2.
k de præf Ægypti adde *l.* 32. ĵ. 2. ĵ. *ex quibus cauſ. maior. l.* 1. *C de poſtul. l.* 1. *inf. de tutor. datis. l.* 1. §. *qui in ration. ib. inſ. de falſis*; *l.* 21. *inf. de manu. vin.*
l adde quædam ad officium Præſidis ex *l.* 102. *inf. de ſolut. l.* 1. *inf. de collegiis.*
m 1. *Cod.* 40. *vide Lazium* 2. *Commen. Nou* 24. 25. 29. 104. 101.
n quid differat à proconſule, *v. Cuiac.* 20. *obſ.* 37.
o non ſint. *Hot.*
p vide *l.* 5. *inf. de manum. vind.*
q *l.* 1. *in fin. inſ. de tuto. datis.*
r *v. l.* 11. *inf. de cuſtod. reor.*
ſ *Nou.* 17. *cap.* 2.
t *Nou.* 8. *cap.* 12. *l.* 7. *in fin. inf. de captiuis.*
u vt & Proconſul. *l.* 8. §. *de off. procons.*
x *l. vlt.* ĵ *de off. præt. l.* 4. *inf. de tutoribus datis.*
y *l. vlt.* §. *ſi iuſto metu. inf. quod metus.*
z vide *l.* 57. *inf. de oblig. & action.*
a *al.* geſtorum. *Hotom.* 25. *Illuſt.*
b Id eſt, quod conuenire exiſtimat. Si deprehenderit fidem ineſſe probationibus, probationes ſequatur: ſin falſas eas repererit, aliud eius fides & rerum veritas expoſtulat, quàm vt allegata & probata ſequatur.
* et hinc colligi ſolet, iudicem debere iudicare ſecundum probata. vide tamen *Cuiac.* 2. *obſ.* 19. vide *l.* 3. §. 1. *eiuſdem in fin.* ĵ. *de teſtibus.* 4. *Gell.* 2 vide *Hotom quæſtione illuſtr.* 25. Plane aliud velle videtur Vlpianus, cùm enim ait veritatem erroribus geſtorum non vitiari, planè id innuit; Non eſſe iudicandum ſecundum allegata & probata, ſi ab allegatis & probotis veritas rei contraria iudici viſa fuerit.

a 2. *Feudorum l.* 53. §. 7.
b vide quæ ſcripſi *ad l.* 11. §. 5. ĵ. *de publicanis.*
c Tenuis vitæ homo, pauper. *Cicero pro Roſcio Amer.*
d vide *l. vlt.* §. 19. ĵ. *de muneribus.*
e Zoannetus *Reſtitutionum c.* 21. legit, *limine vnico*, id eſt domuncula: hoc ſenſu limen ſumi videtur *in oratione Ciceronis pro Milone*, αὐθεντικὰς οἰκήσεις *appellat Nou.* 130 *c.* 9. adde *Nou.* 17. *c.* 8. §. 9. 10. 17. *cap.* 8. §. 10. *Nou.* 130. *c.* 9.
f §. 7. *Inſt. ad l. Aquil.*
g vide *Paul. ſent.* 23. §. *vlt.*
h *v. l.* 121. *inf. de reg. iur.*
i vide *l.* 9. §. *Celſus inf. locati.* v de *l.* 8. *inf. ad l. Aquil.*
k i. integras. *Zoannet.*
l vide *l. vlt. inf. C. de modo multarum & eodem titulo Cuiacium.*
m aliud in pœna, vide *l.* 45. §. 1. *inf. de re iudicata.*
n repreſſa *Bulgar.* minus eſt reprehendere quàm reprimere, id eſt punire, *l.* 7. §. *ad tempus. inf. de interdictis*, & condemnare *Cicero pro Flacco.*
o Immo exigi poſſe videtur, *l.* 49. *inf. de adminiſt. tutorum.*
p *l.* 46. *in pr. inf. de damno infect. l.* 8. *in fin. C. de ædific. priu. l.* 4. *C. de iure Reip. Nou.* 17. *c.* 4.
q Teſtimonium de auditu valere hinc colligitur.
r *Potes*, hæc dictio neceſſitatem non imponit, *vt hic.* Sic verbum *Oportet*, & *Debet* non neceſſitatem ſed honeſtatem quádoque innuit, *l.* 1. §. *de iuſtitia.*
ſ Cur ita? vide *l.* 40. *in pr. inf. de indic. & l.* 1. *C. quomodo & quando.*
t Remitti negotia ad præſides reſcripto principis ſolita.
u Iudex imperium ſuum ad vtilitatem litigantium referre debet, *adde Nou.* 60. *c.* 2.
x Præſes aut ipſe cognoſcit, aut iudicem dat.
y quibus aliqua pars prouinciæ mandata eſt *l. vn. circ. princ. C. vt omnes Iudices.*
z vide *l.* 13. *circa fi. C. de ſent. & interloc.*
a vide *l.* 3. *in fin.* ſ. *eod Nou* 18. *c.* 2.
b huc ergo non pertinet, *l.* 6. §. *ſi quis accuſatorem, inf. de muneribus*, quæ negat ibi iudicem eſſe, vbi nullus ſit accuſator.
c *l.* 4. §. 7. *inf. ad legem Iuliam pecul.*
d *l.* 56. §. 1. ĵ. *de furtis.*
e vide *l.* 1. *inf. de receptatoribus.*
* f ex hac lege cum ſequenti collige: verè furioſos (non tempore interualli, non ſimularos) non teneri parricidij, *lege penult. in fin. inf. de parricidiis*, homicidij *lege* 2. *inf. de ſicariis*: tutelæ malè adminiſtratæ, *lege vltima in fin. inf. de adminiſt. tut.* iniuria *lege* 3 § 1. *inf. de iniuriis.* etiam erga principem. *lege vnica Cod. ſi quis imperatori maledixerit.* non facere teſtamentum *l.* 9. *C. qui teſtamento.* etiam ad pias cauſas. *Berſolus in l.* 2. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* nec codicillos. *l.* 2. §. 3. *infra de iure codicill.* ante ſponſalia, *l.* 8, *infr. de ſponſal.* nec matrimonium *l.* 16. *in fine inf. de ritu nup.*

B

1 ¶ Furioſi ſi non poſſint per neceſſarios a contineri, eo remedio per præſidem obuiam eundum eſt, ſcilicet, vt carcere contineantur, & ita Diuus Pius reſcripſit.

¶ Sanè excutiendum Diui fratres putauerunt in perſona eius, qui parricidium admiſerat, vtrùm ſimulato b furore facinus admiſiſſet, an verò re vera compos mentis non eſſet: vt ſi ſimulaſſet, plecteretur: ſi fureret, in carcere contineretur.

14. *Macer*, lib. 2. de Iudiciis Publicis.

Diuus Marcus & Commodus Scapulæ Tertyllo reſcripſerunt in hæc verba: Si tibi liquidò compertum eſt, Ælium Priſcum, in eo furore eſſe, vt continua c mentis alienatione omni intellectu careat: nec ſubeſt vlla ſuſpicio, matrem ab eo ſimulatione d dementiæ occiſam, potes de modo pœnæ eius diſſimulare, cum ſatis furore ipſo puniatur, & tamen diligentius cuſtodiendus erit, ac, ſi putabis etiam vinculo coërcendus, quoniam tam ad pœnam, quàm ad tutelam eius, & ſecuritatem e proximorum pertinebit. Si verò vt plerunque adſolet, interuallis f quibuſdam ſenſu ſaniore, non fortè eo momento ſcelus admiſerit: nec morbo eius danda eſt venia, diligenter explorabis: & ſi quid tale compereris, conſules nos, vt æſtimemus, an per immanitatem facinoris, ſi, cùm poſſet videri ſentire, commiſerit, ſupplicio adficiendus ſit. Cùm autem ex litteris tuis cognouerimus, tali eum loco atque ordine eſſe, vt à ſuis, vel etiam in propria villa cuſtodiatur: rectè facturus nobis videris, ſi eos, à quibus illo tempore obſeruatus eſſet, vocaueris, & cauſam tantæ negligentiæ excuſſeris: & ″ in ″ vnumquemque eorum, prout tibi leuari vel onerari culpa eius videbitur, conſtitueris: nam cuſtodes furioſis non ad hoc ſolùm adhibentur, ne quid pernicioſius ipſi in ſe moliantur, ſed ne aliis quoque exitio ſint. quod ſi committatur *, non immeritò culpæ eorum adſcribendum eſt qui negligentiores in officio g ſuo fuerint.

Ne præſes extra prouinciam agat.

15. *Marcianus* lib. 1. de Iudiciis publicis.

Illud obſeruandum eſt, ne h qui prouinciam regit, fines eius excedat i, niſi voti k ſoluendi cauſa: dum tamen abnoctare l ei non m liceat.

De quibus præſes ius dicere poteſt.

16. *Macer* lib. 1. de officio Præſidis.

Senatuſconſulto cauetur, vt de his, quæ prouincias n regentes, comites o, aut libertini eorum, antequam in prouinciam venerint, contraxerunt, parciſſimè p ius dicatur: ita vt actiones amiſſæ, quæ ob eam cauſam quòd inſtitutæ non eſſent, poſtea quàm quis eorum ea prouincia exceſſerit, reſtituantur. Si quid tamen inuito accidit, veluti ſi iniuriam, aut furtum paſſus eſt, hactenus, ei ″ ius dicendum eſt, vt litem conteſtetur, réſque ablata exhibeatur q, & deponatur r, aut ſiſti, exhiberíve ſatiſdato promittatur.

Si præſes ignorans ſucceſſorem adueniſſe voluntariam iuriſdictionem exerceat.

17. *Celſus* lib. 3. Digeſtorum.

Si fortè præſes prouinciæ manumiſerit, vel tutorem dederit, priuſquam cognouerit ſ ſucceſſorem aduenisse, erunt hæc rata.

De donis & muneribus.

18. *Modeſtinus* lib. 6. Regularum.

Plebiſcito continetur, ″ vt ″ ne quis præſidum munus, donumve caperet: niſi ″ eſculentum, potulentúmve, quod intra dies proximos prodigatur x.

Qualem in adeundo & in cognoſcendo ſe præbere debeat.

19. *Calliſtratus* lib. 1. de Cognitionibus,

* Obſeruandum eſt ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem ſe præbeat; ſed contemni y non patiatur, vnde mandatis adiicitur, ne præſides prouinciarum in vlteriorem a familiaritatem prouinciales admittant. nam * ex conuerſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur.

1 ¶ Sed b & in cognoſcendo neque excandeſcere c aduerſus eos, quos malos putat, neque precibus calamitoſorum illacrymari oportet, id enim non eſt conſtantis & recti iudicis d, cuius animi e motum vultus detegit, & ſummatim ita ius reddet, vt auctoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat.

De abdicatione magiſtratus.

20. *Papinianus* lib. 1. Reſponſorum.

Legatus Cæſaris, id eſt præſes, vel corrector prouinciæ, abdicando f ſe, non amittit imperium.

Si quis ſeruum aut ſeruam vitiauerit.

21. *Paulus* lib. ſingulari de Officio Adſeſſorum.

Præſes cum cognoſcat g de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata h, vel ſeruo ſtuprato: ſi actor i rerum agentis corruptus eſſe dicetur, vel eiuſmodi homo, vt non k ſolam iacturam aduerſus ſubſtantiam, ſed ad totius domus l euerſionem pertineat, ſeueriſſimè debet animaduertere.

DE OFFICIO PROCVRATORIS m Cæſaris, vel n Rationalis.

TIT. XIX.

De his quæ procurator Cæſaris egit geſſitque. 1. De alienatione rei Cæſaris. 2. De acquirenda hæreditate.

Vlpianus lib. 16. ad Edictum.

Quæ acta o ″ geſtáque ſunt à procuratore Cæſaris, ſic ab eo comprobantur, atque p ſi à Cæſare geſta ſunt.

1 ¶ Si rem Cæſaris procurator eius, quaſi rem propriam, tradat non puto eum dominium transferre: tunc enim transfert, cum negotium Cæſaris gerens, conſenſu ipſius tradit. denique ſi venditionis, vel donationis, vel tranſactionis q cauſa quid agat, nihil agit: non r enim alienare ei rem Cæſaris, ſed diligenter gerere commiſſum eſt.

2 ¶ Eſt hoc præcipuum in procuratore Cæſaris, quod & eius iuſſu ſ ſeruus Cæſaris adire hęreditatem poteſt & ſi Cæſar hęres inſtituatur, miſcendo ſe opulentæ hæreditati t procurator hęredem Cęſarem facit.

2. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

Quod ſi ea bona, ex quibus Imperator hęres inſtitutus eſt, ſoluendo non ſint, re perſpecta u, conſulitur Imperatori: hęredis enim inſtituti, in adeundis, vel repudiandis huiuſmodi hęreditatibus, voluntas exploranda eſt.

De iure deportandi 1. Interdicendi. 2. Reſtituendi.

Calliſtratus libro 6. de Cognitionibus.

Curatores Cęſaris ius deportandi non habent: quia huius x pœnæ conſtituendæ ius non habent.

1 Si tamen, quaſi tumultuoſum, vel iniurioſum aduerſus colonos Cæſaris, prohibuerint in prędia Cęſarina accedere: abſtinere debebit, ídque Diuus Pius Iulio reſcripſit.

2 ¶ Deinde neque redire cuiquam permittere poſſunt, ídque Imperatores noſtri Seuerus & Antoninus ad libellum Hermiæ reſcripſerunt.

DE OFFICIO y IVRIDICI.

TIT. XX.

De adoptione & legis actione.

Vlpianus lib. 26. ad Sabinum.

Adoptare quis apud iuridicum poteſt: quia data eſt ei legis z actio a.

De Tutoribus dandis.

2. *Idem* lib. 29. ad Sabinum.

Iuridico b qui Alexandriæ agit, datio c tutoris conſtitutione Diui Marci conceſſa eſt.

---

nec ſtipulationem. §. 8. *de inutil. ſtipul.* nec locationem. 21. *locati*, nec quid aliud contrahere *l.* 10. ff. *de regulis iuris.* vel agere, cùm nec velle poſſint, *l.* 2. ff. *de iure codicill. l.* 40. ff. *de regulis.* cum abſentium & quieſcentium loco habeantur. *l.* 167. *de regulis* (niſi vbi eorum negotia geſta ſunt. *l.* 5. §. 5. ff. *de negotiis*) & curator eis detur. ff. *de curat. fur.* Præterea furioſi teſtes eſſe non poſſunt l. 20. §. 4. ff. *qui teſt. facere* nec iudices *l.* 59. ff. *de iudiciis.* nec tutores, *l.* 11. *inf. de tutelis*, retinent tamen ſtatum, dignitatem, magiſtratum, poteſtatē, dominium rei ſuæ, *l.* 20. ff. *de ſtatu.* vxorem & matrimonium, & ius patriæ poteſtatis, *l.* 8. ff. *de his qui ſunt ſui.* quanquam ſine eorum conſenſu liberi contrahere nuptias poſſunt. *l.* 25. *C. de nupt.* & dotari moderatè à parentum curatoribus *l.* 28. *C. de Epiſ. audient.* obſeruandum tamen Leonem *Nou.* 111. & 112. & Nicephorum Botoniatam, ei quod de matrimonio furioſorum diximus quodammodo derogare.

a Neceſſarij, ſeu neceſſariæ perſonæ, adgnati.

b Simulatus furor pœna dignus, *l.* 6. ff. *de curator. furioſi. Cicero* 2. *de Inuent.*

c Furor, continuata mentis alienatio, qua quis omni intellectu caret.

d *l.* 13. *in fi.* ff. *eod.*

e vide *leg.* 7. ff. *de curatore furioſi.*

f Interualla hæc furoris, confinia furoris & ſanitatis dicuntur. *l.* 6. *C. de curatore furi. l.* 9. *Cod. qui teſtamenta.*

g Diligentiam quiſque in officio ſuo preſtare teneatur, *l.* 3. *C. de off. Præf. Prætor. orient.*

h Idem in tribuno plebis. 3. *Gell.* 2. & Flamine Diali *Liuius lib.* 5.

i *Nouella* 24. *cap.* 2.

k Vti ſoluendi cauſa priuilegiata.

l *l.* 166. *in fine inf. de verborum ſign. adde* 3. *Gell.* 2. Dion. 39. vide quæ ſcripſi ad *l.* 2 §. 1. ff. *de verborum ſignific.* Eodem ſenſu Tertullianus *ad vxorem*: eius vxorem ſolennibus Paſchę diebus abnoctantem ſeruus ſuſtinebit. Eam erant illis diebus peruigilia.

m Quid ſi abnoctauit? maieſtatis fit reus *Nou.* 95. *cap.* 1. nouiſſimam pœnam ſuſtinet, id eſt, vltimo ſupplicio punitur. *Iulianus Patritius, d. Nouella.*

n vide *l.* 48. *inf. de iudiciis.* o De Comitibus præſidum. *adde l.* 4. ff. *de off. adſeſſ.* p interdum ergo poteſt. vide *l.* 6. §. *penult. inf. de pœnis.* q Curita? vide *l.* ff. *fin. inf. qui ſatiſdare.* r atqui à ſequeſtratione non incipiendum. *l.* 1. *C. C. de probib. ſequeſtr.* ſ vide *l.* 12. §. 2. *inf. de ſoluto.* t *al.* donúmve.

u Continentior fuit Cicero: qui 3. *ad Atticum* 20. ſcribit ſe in prouincia non modò fuiſſe ἀδωροδόκητον, ſed ἀπρόσιτον.

x Prodigere eſt conſumere. *Feſt. in prodigat.* Inde prodigus.

y *adde l.* 1. *in princ. inf. de poſtulando.*

a *alias* interiorem *Hotom.* 4. *obſ.* 33.

b Iuſtitiæ ac iudicis imaginem Chryſippeam ex libro eius περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς, huc refert ex 14. *Gell.* 4. Facit (inquit) Chryſippus imaginem iuſtitię, fierique ſolitam eſſe dicit à pictoribus & Rhetoribus antiquioribus ad hunc modum: Forma atque ſitu Virginali, affectu vehementi & formidabili: luminibus oculorum acribus: neque humilis neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Ex imaginis autem iſtius ſignificatione intelligi voluit iudicem, qui iuſtitiæ Antiſtes eſt, oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contra improbos, nocenteſque immiſericordem atque inexorabilem, erectúmque & arduum ac potentem, vi & maieſtate æquitatis, veritatiſque terrificum.

c *Nouel.* 17. c. 1. *in fin.* c. 5. §. 3. *Nou.* 24. *c.* 2. *Senec. lib. de ira c.* 16. Iudicis tum maximè placidus vultus eſſe debet, cùm magna pronunciat.

d ſed eius qui eam, qua vſurus eſt, regulam prius inflectit, *Ariſt.* II. *Rhet. in prin.*

e Animi motum vultus deregit, Animus vultu probatur.

f *vide l. vlt. C. de defenſ. ciuit.* Obiter notandum eſt hoc loco veteres colligere, Donatum Conſtantinum vrbem Romam non potuiſſe hoc eſt abdicare à ſe iuriſdictionem vrbi non potuiſſe.

g *al.* cognoſcit.

h vide *l.* 6. ff. *ad l. Iul. de adulter.*

i de quo in *l.* 6. *in prin.* ff. *de publ.*

k *Ita legendum videtur*: vt non ad ſolam iacturam.

l εἰς ὅλως ἀνατροπήν. *Cuiacius.*

m qui & Curator Cæſaris *l.* 3. *inf. eod. Dion. lib.* 53. ſub Seuero primum introductum ſcribit Spartianus. n παραλληλισμός. Idem namque eſt procurator Cæſaris & rationabilis. o formulam actorum Pr. Cæſaris vide *in l. penult.* ff. *de author. tut.* p Formulam hanc procuratoriam quidam ex hoc loco eruunt, vt poſſit procurator facere ea quæ dominus faceret. q *l.* 13. ff. *de tranſact.* r Cur non alienare poteſt, cùm generalem adminiſtrationem habeat? *l.* 58. *l.* 59. ff. *de procur.*

ſ *l.* 46. §. 8. ff. *de iure fiſci.* t vide *l.* 70. ff. *de adquir. hæred.*

u veluti ſi fidem habuerit de pretio. vide *l.* 5 ff. *de iure fiſci.*

x & criminalis, niſi cum funguntur vice Præſidum, vt Pontius Pilatus. *v. Cuiac.* 19. *obſer.* 13. *Rober.* 1. *animad.* 21. *in fine.* & *Anton. Mercat. reſponſorum* 1. *c.* 11.

y 2. *Cod. vltim.* z De legis actionibus *vide l.* 4. ff. *de adoptionibus l.* 3. ff. *de off. proconſ. l.* 1. *de adoptionibus.* a *l.* 3. ff. *de off. proconſ.*

b Iuridici fit mentio in *l.* 41. §. *Lucia Titia* ff. *de fideic. liber.* & §. *nos autem* ... *de tutoribus datis ab his* ... *de Atil. tutor.* c vt & præfecto Auguſtali, *l.* 1. ff. *de tutoribus datis ab his*

DE

DE OFFICIO EIVS CVI mandata eſt iuriſdictio *a*.

TIT. XXI.

Quæ mandari poſſunt. 1. Quæ transferuntur mandata iuriſdictione.

Papinianus lib. 1. Quæſtionum.

QVæcunque ſpecialiter *b* lege vel ſenatuſconſulto, vel conſtitutione principum tribuuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur. quæ verò iure magiſtratus competunt, mandari poſſunt. Et ideo videntur errare magiſtratus: qui cum publici iudicij habeant exercitionem, lege, vel ſenatuſconſulto delegatam (veluti legis Iuliç de adulteriis, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles) iuriſdictionem ſuam mandant.

¶ Huius rei fortiſſimum *c* argumentum eſt *d*, quod lege Iulia de vi nominatim cauetur, vt is cui obtigerit exercitio, poſſit eam, ſi proficiſcatur, mandare: non aliter itaque mandare poterit, quàm *e* ſi abeſſe cœperit: cùm alias iuriſdictio etiam à præſente mandetur. Et, ſi à familia dominus occiſus eſſe dicetur, cognitionem prætor, quam ex ſenatuſconſulto *f* habet, mandare non poterit.

1 ¶ Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet *g* ſed eius, qui mandauit, iuriſdictione vtitur. Verius eſt enim more maiorum iuriſdictionem quidem transferri: ſed merum imperium *h* quod lege *i* datur non poſſe tranſire: quare nemo dicit, animaduerſionem legatum proconſulis habere, mandata iuriſdictione, *Paulus notat*: & imperium, *k* quod iuriſdictioni cohæret mandata iuriſdictione tranſire: quod verius eſt.

De conſilio exercendo, de prædiis pupillorum, aut minorum vendendis.

2. *Vlpianus* lib. 3. de Omnibus Tribunalibus.

MAndata iuriſdictione à præſide, conſilium non poteſt exercere is, cui mandatur.

1 ¶ Si tutores vel curatores velint prædia vendere, cauſa cognita *l* id prætor vel præſes permittat, quod ſi mandauerit Iuriſdictionem, nequaquam poterit mandata iuriſdictione, eam quæſtionem transferre.

Si prætori iuriſdictio mandetur.

3. *Iulianus* lib. 5. Digeſtorum.

ET ſi prætor ſit is, qui alienam iuriſdictionem exequitur, non tamen pro ſuo imperio agit *m*, ſed pro eo, cuius mandatu ius dicit, quotiens partibus eius fungitur.

De ſuſpecti cognitione. 1. & aliis cauſis quæ mandari poßint.

4. *Macer.* lib. 1. de Officio præſidis.

COgnitio de ſuſpectis *n* tutoribus mandari poteſt, immo etiam mandata generali iuriſdictione propter vtilitatem pupillorum, eam contingere conſtitutum eſt in hęc verba: Imperatores Seuerus & Antoninus Braduæ proconſuli Africæ. Cùm propriam *o* iuriſdictionem legatis *p* tuis dederis: conſequens eſt, vt etiam de ſuſpectis tutoribus poſſint cognoſcere.

1 ¶ Vt poſſeſſio bonorum detur: vel, ſi cui damni infecti non caueatur, vt is poſſidere iubeatur: aut ventris nomine in poſſeſſionem mulier, vel is, cui legatum eſt, legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionem mittatur, mandari poteſt *a*.

a ſubaudi omnis, vel pars eius. *leg. 16. infra de iuriſd.* Priori mandato omnis iuriſdictio quæ magiſtratus iure competebat, deferebatur, at non magiſtratus, neque iuriſdictio ſpeciali iure, legéque competens.

b *adde l. 8. §. ſed nec mandare 18. in fin. de tranſ. l. 2. in fin. Cod. de pedan. iud.*

c Argumentũ fortiſſimum hic appellat per auxeſin argumentum à contrario ſenſu, quod tamen plerumque ſubuertitur. Sic quandoque dicitur euidentiſſimum, quod ſolis coniecturis conſtat, *l. 24. infra ſoluto.*

d A contrario ſenſu hoc argumentum ſumptum eſt: quod an iure valeat, vide apud Socinum regula 28. Euetardum in Topicis *loco 82.*

e Delegari cauſæ meri & mixti imperij non poſſunt generaliter, *l. imperium. infr. de iuriſd.* Sed tamen fallit: ſi qui ea imperia habet, iuſta de cauſa abfuturus ſit, *vt hic.* alias exceptiones, vide apud Socinũ *regula De legari 84.*

f *l. 1. in princ. ꝟ. de Senatuſc. Sylla.*

g *l. 2. ꝟ. eod.*

h *l. vlt. ꝟ. eod.*

i vel ſenatuſconſulto ꝟ. *initio legis.*

k de quo *l. vlt. in fi. ꝟ. eodem.*

l *l. 2. C. de officio eius qui vicem alicu. iud.*

m *l. 1. §. qui mandatam. ꝟ. eod. l. 16. ꝟ. de iuriſd.*

n *l. 1. §. 4. infra de ſuſpect. l. 4. §. 3. infra, de damno. leg. 26. infra ad municipalem.* vide *l. 31. ꝟ. de rebus auth. iud.*

o Propriam iuriſdictionem hic vocat, qua iure quaſi proprio vti poſſit. Vide quæ notaui ad *l. 5. C. de Iudiciis*: vide *l. 13. ꝟ. de offic. proconſulis.*

p Plures interdum legati proconſulibus, à principe adtributi, vt hic & *l. 2. ꝟ quis & à quo appellari.* Sic Quintus frater Ciceronis in Aſiam Proconſul proficiſcens, Tuberonem, Halieuum & Gratidium habuit. Suum etiam Quæſtorem Proconſules habuere.

Qui iuriſdictionem mandare poſſunt vel non. 1. effectus Iuriſdictionis priuato mandatæ.

5. *Paulus* lib. 18. ad Plautium.

MAndatum *b* ſibi iuriſdictionem mandare alteri non *c* poſſe manifeſtum eſt *d*. ¶ Mandata iuriſdictione priuato, etiam imperium, quod *e* non eſt merum, videtur mandari, quia iuriſdictio, ſine modica coërcitione nulla eſt.

DE OFFICIO *f* ADSESSORVM. *g*

TIT. XXII.

In quibus cauſis conſiſtit.

1. *Paulus* libro ſingulari de Officio Adſeſſorum.

OMne officium adſeſſoris, quo iuris *h* ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his ferè cauſis conſtat, in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis.

Qui poſſunt aſſidere vel non.

2. *Marcianus* libro primo de iudiciis Publicis.

LIberti adſidere poſſunt. *i* ¶ Infames autem licèt non prohibeantur legibus adſidere: attamen arbitror, vt aliquo "quoque" decreto principali refertur conſtitutum *k*, non poſſe officio adſeſſoris fungi. *l*

3. *Marcel.* lib. 1. de Officio Præſidis.

SI eadem prouincia, poſtea *m* diuiſa, ſub duobus præſidibus conſtituta eſt, velut Germania, Myſia: ex *n* altera ortus, in altera adſidebit, nec videtur in ſua prouincia adſediſſe.

De Salario Comitum legati Cæſaris.

4. *Papinianus* lib. 4. Reſponſorum.

DIem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus *o* reſidui temporis *p*, quod "à" legatis *q* præſtitutum eſt *r*, debetur: modò ſi non poſtea comites cum aliis eodem tempore fuerunt. Diuerſum in eo ſeruatur, qui ſucceſſorem ante tempus accepit.

De conſiliarij negotiis tractandis.

5. *Paulus* libro 1. Sententiarum.

COnſiliarij, eo tempore quo adſidet, negotia tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſſum eſt: in alienum autem non *ſ* prohibetur.

De aſſeſſore Curatoris reipub.

6. *Papinianus* lib. 1. Reſponſorum.

IN conſilium curatoris *t* reipublicæ vir eiuſdem ciuitatis adſidere non prohibetur: quia *u* publico ſalario non fruitur.

a vide *l. 1. infra quibus ex cauſ. in poſſeſſ.* Imò non poteſt. Iubere enim cauere, & in poſſeſſionem mittere magis Imperij eſt quàm iuriſdictionis, *l. 4. infra de iuriſdict.* Atenim quę ſunt eiuſmodi, magiſtratus municipalis facere non poteſt *l. 26 ꝟ. ad municip.* adde quæ ſcripſi ad *l. 4. §. 3 ꝟ. de damno.*

b Mandabant iuriſdictionem magiſtratus, etiam priuatis, *vt hic.* Apud Liuium 24. prætor peregrinus mandat Vrbano. In prouinciis verò, Præſides, & Proconſules mandabant vni ex legatis vel omnibus.

c Cur igitur, legati & delegari & cur legatus iudicem dare poſſe dicitur? *l. 12. ꝟ. de officio proconſulis.*

d Immò non eſt manifeſtum, *l. 12. l. 13. ꝟ. de officio proconſulis.*

e hæc verba *quod non eſt merum*, ex gloſſis in contextum irrepſiſſe quidam ſuſpicantur.

f vide *l. 1. in fi. ꝟ. eodem.*

g *1. Cod. 51.* Hic conſeſſor Ciceroni *2. de finibus.* & πάρεδρος & portio quædam Magiſtratus, *l. omnis C. Theod. de his qui admin.* Certo numero fuere adſeſſores, *l. 41. §. 2. ꝟ. de excuſat. tutor.*

h quo vt iuris ſtudioſis' Hi ſunt interpretes iuris, vide *Cuiac. Nouel. 44. l. 11. C. eo. l. 2. ꝟ. quod quiſque iuris. Nou. 82. c. 11. §. 1.*

i & poſtulare *l. 2. C. de poſtulando.*

k vide *l. 2. C. de dignitatibus.*

l arbitri tamen eſſe poſſunt, *l. 7 in prin. ꝟ. de arbitr.*

m Princeps poteſt prouincias diuidere: & ſingulis ita diuiſis ſingulos præſides conſtituere.

n Adſeſſor præſidi in ſua prouincia nemo eſſe poteſt, *vt hic.* Ita in ea prouincia ex qua quis originem ducit, officium tale (hoc eſt prouinciale aut aduocati fiſci) adminiſtrare prohibebatur, ne aut gratioſus aut calumnioſus apud ſuos eſſe videretur. *Paul. 5 ſent. 12. §. 5.* ſed nec prouinciæ ſuæ præfectus exiſtere. *vide conſtitutionem Græc. Anaſtaſij. l vlt C de Crimine ſacrileg.* Verùm ſpeciali beneficio id interdum à principe indulgebatur, *l. 17. l. 38. ꝟ. quibus ex cauſis maiores.* Huc refert *l. vlt. ꝟ. eo.* qua dicitur, Conſilio curatoris Reipublicæ virum eiuſdem ciuitatis adſidere poſſe: vel hac ratione, quòd publico ſalario non fruatur.

o Comites legatorum ac præfectorũ, cohors prætoria, medici accenſi aruſpices præcones. *Cicer. 2. Ver.* de his omnibus accipe *l. 16. ꝟ. de off. præſidis.*

p hæc verba quod à l. p. e. deſunt *l. 19. in fi. ꝟ. locati.*

q atque ſoli principi id licet, *l vn. C. de præbendo ſalario.*

r multo minus præſtitum iam, & ſolutum condici poterit (nam ita Alciatus 4. *diſpunctionum 20.* legit & Salomonis) *v. l. 1. §. ſed etſi ꝟ. de ext. cognit.* Sed *præſtitutum* hic nihil aliud eſt quàm præfinitum.

ſ atqui duobus magiſtratibus fungi non licet, *l. vlt. C. eod.*

t De Curatore Reip. adde *l. 11. ꝟ. de pignorib. l. 3. §. 4. infr. quod vi. qui & λογιστὰς, l. 3. C. de modo multarum.*

u *v. l 10. C. eo. 37. l. 38. quibus ex cauſis maior. Briſſon. 1. ſelect. 12.*

LIBER SECVNDVS.

DE IVRISDICTIONE *a*.

Quàm latè pateat ius dicentis officium.

1 *Vlpianus* libro primo Regularum.

IVS dicentis *b* officium *c* latiſſimum *d* eſt; nam & bonorum poſſeſſionem dare poteſt, & in poſſeſſionem mittere, pupillis non habentibus tutores conſtituere, iudices litigantibus dare *e*.

Effectus mandatæ iuriſdictionis.

2. *Iauolenus* libro ſexto ex Caſſio.

CVi iuriſdictio data eſt, ea *f* quoque conceſſa eſſe videntur *g*, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit.

De mero & mixto imperio, & iuriſdictione.

3. *Vlpianus* lib. 2. de Officio Quæſtoris.

IMperium aut merum "eſt," aut mixtum eſt.

¶ Merum eſt imperium, habere gladij *h* poteſtatem ad animaduertendum facinoroſos *i* homines, quod etiam poteſtas appellatur. ¶ Mixtum eſt imperium, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit. Iuriſdictio *k* eſt etiam iudicis *l* dandi licentia.

Quæ ſunt imperij magis quàm Iuriſdictionis.

4. *Idem* libro primo ad Edictum.

IVbere caueri prætoria ſtipulatione *m*, & in poſſeſſionem mittere, imperij magis *n* eſt, quam iuriſdictionis.

Qui iuriſdictionem mandare poſſunt.

5. *Iulianus* libro primo Digeſtorum.

MOre *o* maiorum ita comparatum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandare poſſit, qui *p* eam ſuo *q* iure, non alieno *r* beneficio haberet.

De morte mandantis iuriſdictionem.

6. *Paulus* lib. 2. ad Edictum

ET *ſ* quia nec principaliter ei iuriſdictio data eſt, nec ipſa lex *t* defert, ſed *u* confirmat mandatam iuriſdictionem, ideóque ſi is qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit *x*, antequam res ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit, ſolui mandatum Labeo ait *y* ſicut in reliquis cauſis.

De albo corrupto.

7. *Vlpianus* libro tertio ad Edictum *z*.

SI quis id quod iuriſdictionis perpetuæ *a* cauſa, non quòd, prout res incidit, in albo *b* vel in charta, vel in alia materia propoſitum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum *c* aureorum iudicium, quod populare eſt.

1 ¶ Serui quoque & filij familias verbis edicti continentur. Sed & vtrumque ſexum *d* prætor complexus eſt.

2 ¶ Quod ſi dum proponitur, vel antè propoſitionem quis corruperit; edicti quidem verba ceſſabunt, Pomponius autem ait ſententiam edicti porrigendam eſſe ad hæc.

3 ¶ In ſeruos autem, ſi non defenduntur à dominis, & in eos qui inopia laborant; corpus torquendum *a* eſt. 4. ¶ Doli mali autem ideo in verbis edicti fit mentio: quia ſi per imperitiam vel ruſticitatem *b*, vel ab ipſo prætore iuſſus, vel caſu aliquis fecerit, non tenetur.

5 Hoc verò edicto tenetur, & qui tollit, quamuis non corruperit. Item qui ſuis manibus facit, & qui alij mandat *c*: ſed ſi alius ſine dolo malo fecit, alius dolo malo mandauit: qui mandauit, tenebitur, ſi vterque dolo malo fecerit, ambo tenebuntur. nam & ſi plures fecerint, vel corruperint vel mandauerint omnes *d* tenebuntur.

8. *Gaius* lib. 1. ad Edictum prouinciale.

ADeo quidem, vt non ſufficiat *e*, vnum eorum pœnam luere.

9. *Paulus* libro tertio ad Edictum.

SI familia alicuius album corruperit: non *f* ſimiliter hic edicitur, vt in furto, ne in reliquos actio detur, ſi tantùm dominus, cum defendere voluit, vnius nomine præſtiterit, quantum liber *g* præſtaret, fortaſſe quia hic & contempta maieſtas *h* prætoris vindicatur, & plura facta intelliguntur: quemadmodum cùm plures ſerui iniuriam fecerunt, vel damnum dederunt: quia plura facta ſunt: non, vt in furto, vnum: Octauenus hic quoque domino ſuccurrendum ait. Sed hoc poteſt dici, ſi dolo malo curauerit, vt ab alio album corrumperetur, quia tunc vnum conſilium ſit, non plura facta, idem Pomponius libro decimo notat?

Ne quis ſibi, vel ſuis ius dicat.

10. *Vlpianus* libro tertio ad Edictum.

QVi iuriſdictioni præeſt *i*: neque *k* ſibi ius *l* dicere debet *m*, neque vxori vel liberis ſuis, *n* neque libertis vel cæteris, quos ſecum habet.

Quantitas ad iuriſdictionem pertinens quomodo accipitur.

11. *Gaius* libro 1. ad Edictum prouinciale.

SI *o* idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum ſingularum quantitas *p* intra iuriſdictionem iudicantis ſit, coaceruatio *q* verò omnium excedat *r* modum iuriſdictionis eius: apud eum agi poſſe, Sabino *ſ*, Caſſio, Proculo placuit, quæ ſententia reſcripto Imperatoris Antonini confirmata eſt.

1 ¶ Sed & ſi mutuæ *t* ſunt actiones: & alter minorem quantitatem, alter maiorem petat: apud eundem *u* iudicem agendum eſt ei, qui quantitatem minorem petit: ne in poteſtate calumnioſa aduerſarij mei ſit, an apud eundem litigare poſſim.

2 ¶ Si vna actio communis *x* ſit plurium perſonarum, veluti familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum: vtrum ſingulæ partes ſpectandæ ſunt circa iuriſdictionem eius, qui cognoſcit? quod Ofilio, & Proculo placet: quia vnuſquiſque de parte ſua litigat: an potius tota res: quia & tota res in iudicium venit, & vel vni adiudicari poteſt: quod & Caſſio & Pegaſo placet. & ſanè eorum *y* ſententia probabilis eſt.

De magiſtratibus municipalibus.

12. *Vlpianus* libro 18. ad Edictum.

MAgiſtratibus municipalibus ſupplicium à ſeruo ſumere non licet: modica autem caſtigatio *z* eis non eſt deneganda.

Qui iudicare iubere. 1. & in quem diem id conferre poſſunt.

13. *Idem* lib. 51. ad Sabinum.

EVm, qui iudicare iubet, Magiſtratum *a* eſſe oportet.

1 ¶ Magiſtratus autem, vel is, qui in poteſtate aliqua ſit (vt puta proconſul, vel prætor, vel alij qui prouincias regunt) iudicare iubere eo die, quo priuati futuri eſſent, non poſſunt *b*.

De maiore vel æquali.

14. *Idem* libro 39. ad Edictum.

ESt receptum, eóque iure vtimur: vt ſi quis maior, vel æqualis *c* ſubiiciat ſe iuriſdictioni alterius: poſſit ei, & aduerſus eum ius dici.

De prætore per errorem adito.

15. *Idem* lib. 2. de omnibus Tribunalibus.

SI per errorem *d* alius pro alio prætor fuerit aditus; nihil valebit, quod actum eſt, nec enim ferendus eſt, qui dicat, conſenſiſſe eos in præſidem *e*. cùm, vt Iulian. ſcribit, * non conſentiant *f*, qui errant. quid enim tam contrarium conſenſui eſt, quàm error, qui imperitiam detegit?

De iuriſdictione mandanda, & mandati effectu.

16. *Idem* lib. 3. de omnibus Tribunalibus.

---

a Fallitur Accurſius *hoc tit.* dum notat à ditione iuriſdictionem eſſe, cum ſit à iure dicendo.

b i. magiſtratus, non delegati. Eſt verò aliud ius dicere, aliud iudicare. Ius dicebat magiſtratus: Iudex, iudicabat & Ius dicens, nihil aliud eſt quàm prætor. *l. 12. inf. de vulgari.* iudicem dat hac lege, & iudicare iubet, *l. 13. inf. eo.* Goucan.

c officium ius dicentis eſt quod facere quis debet, ea cauſa, qua magiſtratus eſt, & cuius cauſa inſtituitur. Hic autem officiũ poteſtatem ſignificat, vt *l. 1. §. 4. inf. de ſuſpectis, l. 3. §. 1. ʒ. de admin. rerum ad ciuit. pert.*

d *ſubaudi*, non tantum cum ius dicit aut edicit, *l. 3. ʒ. de off. præt.* ſed & cùm bonorum poſſeſſionem dat. &c.

e Poteſt & interdum officium non petitum impertiri, de quo vide quæ notaui *l. 4. 5. antepen. ʒ. de damno.* *

f puta, lictores, viatores, ſententiarum executores: aliàs ſolis magiſtratibus licuit præſidere & in ius ducere.

g *l. 5. in fi. ʒ. de off. eius cui.* vide quæ ſcripſi *ad l. 16. ʒ. ad alimentis.*

h Allegoria, nec enim de materiali gladio: ſed ἀλληγορικῶς de iure facinoroſos puniendi, hoc intelligendum, *adde l. 7. §. 8. ʒ. de off. præſidis.* verùm ita locutus eſt Varro, repudiandum omnem poteſtatem: iniiciendum frena.

i *al.* in facinoſos,

k varias lectiones huius loci v. apud Gou. *hic & Robcr. 4. ſent. 22.*

l iuris dicendi licentia. *Quidam ita legunt*, in iudicis dandi licentia *Corraſius ita legit*, conſiſtit, iuriſdictio eſt. Etiam, &c. *Curtius Longonarius*: conſiſtit, iuriſdictio eſt. Iuriſdictio eſt etiam. *Gou.*

m *l. 1. & l. 4 §. duas. inf. de damno l. 26. in pr. ad Munic.*

n Immo magis non eſt, *dixi ad l. 4. ʒ. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio: l. 15. §. 3. infr. de damno.*

o *v. l. pen. §. de Iuſtitia.*

p Iuriſdictio ea propriè eſt, quæ iure magiſtratus competit. Nam quæ mandata à magiſtratu, aut à lege ac ſpecialiter magiſtratui delegata, non iure ſuo competit: officio quidem magiſtratus continetur, ſed iuriſdictione non continetur *Cuiac. hic.*

q Hinc colligitur falli Lotarium & Alciatum 2. *paradox. 6.* dum negant, Præſidibus ac magiſtratibus merum imperium competiiſſe: contra Azonem facit *l. 4. ʒ. de off. eius cui mandata eſt Iuriſd.* Ideóque ſolum Principem merum imperium non habere.

r *v. l. 5. de iudic.*

ſ Legendum puto: *vt quia*: hoc ſenſu: Qui non ſuo, ſed alieno iure iuriſdictionem habet, eam alteri mandare non poteſt: *l. 5. ʒ. eo.* Cur ita? quia alieno beneficio habet. Vnde colligis iuriſdictionem beneficio alieno haberi, vel ex eo ipſo quod principaliter ei iuriſdictio data non ſit, ſed per mediam perſonam: quod lex ei non defert, ſed proconſul ac magiſtratus: non defert inquam, ſed confirmat tantum. Vnde ex hac & ſuperiore lege duo colligimus. vnum, eum qui alieno beneficio iuriſdictionem habeat, eam alteri mandare non poſſe. Alterum, eo mortuo qui iuriſdictionem mandauit antequam res geri cœperit, ab eo cui iuriſdictio mandata ſit, ſolui mandatum

t An quæ temporib Cæſarum lata; poteſtatem fecit proconſulibus, legatos ſibi eligendi, cum antea à populo legati darentur? An lex alia?

u Aliud eſt deferre principaliter iuriſdictionem, aliud iuriſdictionem ab alio conceſſam confirmare. Qui confirmat, dat quidem, ſed non principaliter, cùm non ſit prima & immediata cauſa: minor eſt igitur iuriſdictio lege confirmata, quàm principaliter & lege delata.

x Mandatum regulariter morte mandatoris reuocatur, *v. So. in reg. c. 254.*

y Perſonalis actio morte ſoluitur.

z *ſub* prætoris. Nam aliàs albũ, de quo hac lege agitur refert Anianus ad album Curię, *apud Paul. 1. ſent. 13. §. 1.*

a forte, edicti perpetui.

b Album quid ſit v inf de albo.

c alias 50. *vt l. p. n. in pr. de in ius. & l. 10. infr. de ac.* extra ordinem primum *apud Paul. 1. ſen. 13. 3.*

d *v. l. 195. in pr. inf. de verb. ſig.*

---

a *v. l. 1. in fin. ʒ. de pœn. l. 6. in fi. de ſepulchro.*

b v. quæ notaui *ad l. 2. ʒ. de iuris & facti ignor.*

c *l. 1. §. 2. ʒ. de eo per quem.*

d *v. l. 21. §. 9. ʒ. de furtis.*

e *l. 5. in fi. ʒ. ne quis eum.*

f Imo idem in damno obſeruandum, *l. 32. in pr. ʒ. ad l. Aquil.*

g quantum liber ſi furtum feciſſet, præſtaret, *l. 1. in fi. inf. ſi fam.*

h Maieſtas prætori tribuitur vt & *l. pen. ʒ. de iuſtitia.*

i vide quæ ſcripſi ad *l. 2. §. 6. ʒ. de orig. iur.*

k v. tit. *ne quis in ſua cauſa iudicet*, & Socinum *reg. 203.*

l Ius dicitur in inuitum.

m *v. l. vlt. §. pen. C. vbi Senatores.*

n Imò liberis poteſt, *l. 77. inf. de iudi.*

o *l. 49. C. Theo. de appell.*

p *adde l. 19. in fi. inf. e. l. 1. C. de defenſor. Nou. 15. c. 30. in fin.*

q idem eſt ſi conſenſus litigantium interueniat, *l. 74. §. Iudex. 1. ʒ. de iud. ʒ. l. inter. 28. ʒ. ad munic.* vel reconuentio fiat. *§. 1. inf. eod.* apud eundem enim litigatur.

r vt cum variis tẽporibus conceptis obligationibus (idem dicendum in inſinuatione donationum *l. 34. §. ſi quis argẽ C. de donat.*) ſors petita, cum eius fructib. cum expenſis litis, cum pœna & multa cumulatur.

ſ etſi diuerſæ alioquin ſentẽtiæ hoc caſu conueniunt, *vt & in l. 1. infr. rerum amotar.*

t v. quæ ſcripſi ad *l. 2. C. rer. amot.*

u Cur ita? *v. l. 22. inf. de iudiciis, & tit. quibus ex cauſ. ad eundem iudicem eatur. Seneca de benef. 5. in fi.*

x quia vterq; actor & reus, *v. l. 2. §. in familia. ʒ. famil. erciſc.*

y ſuperiorum *arg. l. pẽ. in fi. ʒ. eo.* contra Loth. Ioh. Accurſ. Bart. Zaſ. Proximiores intelligit.

z *v. l. 25. § adiicitur 38. inf. de iniu.*

a vel delegatum à magiſtratu *l. 1. C. qui pro ſua iuri.*

b Immo in tempus ſucceſſorum durãt. *l. 49. in fi. ʒ. d. iud.*

c *v. l. 15. §. tẽpeſtiuum inf ad Treb.*

d *v. l. 60. ʒ. de iud.*

e in præſentem *Cuiac. 1. obſeru. 32. Hot. 4 obſ. 9.*

f Immo quis

SOlet prætor iuriſdictionem mandare, & aut omnem mandat, aut ſpeciem vnam, & is, cui mandata Iuriſdictio eſt, fungetur a vice eius qui mandauit, non ſua.

17. *Idem* lib. 1. Opinionum.

PRætor ſicut vniuerſam iuriſdictionem mandare alij poteſt, ita & in perſonas certas, vel de vna ſpecie poteſt: maximè cùm iuſtam cauſam b ſuſceptæ ante Magiſtratum aduocationis alterius partis habuerat.

De competent i prætore.

18. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum.

SI c conuenerit, vt alius prætor, quàm cuius iuriſdictio eſſet, ius diceret, & priuſquam adiretur, mutata voluntas fuerit, proculdubio nemo d compelletur eiuſmodi conuentioni ſtare.

De mutatione fori. 1. Quantitas ad iuriſdictionem pertinens, quomodo accipitur.

19. *Vlpianus* lib. 6. Fideicommiſſorum.

CVm quædam puella apud competentem iudicem litem ſuſceperat, deinde condemnata erat, poſteaque ad viri e matrimonium alij iuriſdictioni ſubiecti peruenerat: quærebatur, an prioris iudicis ſententia exequi poſſit: Dixi poſſe f, quia ante fuerat ſententia dicta. Sed & ſi poſt ſuſceptam cognitionem, ante ſententiam hoc eueniret: idem putarem: ſententiáque à priore iudice rectè fertur. Quod generaliter & in omnibus huiuſcemodi caſibus obſeruandum.

* 1 ¶ Quotiens (de) quantitate ad iuriſdictionem pertinente quæritur, ſemper quantum petatur g quærendum eſt, non quantum debeatur h.

20. *Paulus* libro 1. ad Edictum.

EXtra territorium ius dicenti i impunè non paretur. ¶ Idem eſt, & ſi ſupra k iuriſdictionem ſuam velit ius dicere.

QVOD l QVISQVE IVRIS IN ALTERVM ſtatuerit m, vt ipſe eodem iure vtatur.

nanciſcitur poſſeſſionem voluntate hæredis errantis *l. 1. §. ſi legatarius* 11. *ȷ. ad l. Falc.*

a De iuriſdictione delegati. vide *Hot. 3. obſ. 4.*

b Aduocatus in cauſa aduerſarij qui fuit, in eadem ſuſpectus eſt iudex, *v. l. 6. in pr. C. de poſtulando.*

c *l. 2. l. 74. ȷ. de iudiciis.*

d Immo, qui fori præſcriptioni renunciauit, renunciationi ſtare cogitur, *v. l. 29. in pr. C de pactis.*

e cuius domiciliũ aſſumit *l. 32. inf. ad municip.*

f atqui ibi quiſque conueniendus vbi contraxit? *vt l. 1. C eod.*

g ſigillatim & deberi poteſt.

*

h coniunctim *v. l 11. §. vlt.*

i *l. 21. ſ eo.*

k *v. l. 1. C. ſi à non competente l. 53. C. de decurionib.* & citanti, Sed tamen interpretes citationem extra territorium fieri poſſe docent, ſi vel nuncius, vel epiſtola aut ab actore, ad reum: aut à iudice rei controuerſi, ad rei conuenti iudicem mittatur, vel ſi edicto publico vel præconis voce citetur abſens, quod vt fieri poſſit, vide quæ notaui *in l. 4. §. 5. 6. ȷ. de damno. Nou. 34. c. 5.* idem ſi ſuperior vel princeps iubeat aliquem ex ſuis præſidib. exequi, quod alter iudex pronunciauerit, *l. 5. ȷ. de re iudicata.* (illa ex lege originem trahit, mandatum illud in foris vſitatum, *Pareatis*, & præſidenti, & exequenti ſententiam factum. Ideoque Iaſon & Zaſ. *hic & in l. 15. ȷ de re iud. ibid. Bart. Specul. tract. execut. ſent.* notant litteris remiſſoriis, ſeu requiſitoriis ac mutui compaſſus (ita n. eas appellant) iudicem condemnati à iudice condemnante rogari oportere, vt latam ſententiam exequatur, *arg. l. 12. § pen. l. 15. ȷ. de reb. auct. ind. poſſid. l. 13. §. 3. C. de iudic. l. 7. ȷ. teſt. quemad. aperiantur l. 3 in fi. ȷ. de teſtib. l. 30. §. 5. ȷ. de excuſat. l. 6. §. 12. ȷ de reb. eorum qui ſub tutela.* omiſſa huiuſmodi rogatione, executionem (quæcumque tandem illa ſit) nullam cenſeri: Rogatione facta & poſtea omiſſa, vel neglecta executione aduerſus iudicem negligentem aut eius ſubditos ius repreſaliarum concedi poſſe. hæc illi. ¶ An & exequenti contractum in alieno territorio conceptum, impunè reſiſti poteſt? eo caſu literas requiſitorias non exigi maior pars interpretum docet. ¶ Quid? num Lutetiæ moram & vſuras pro conſuetudine Romanæ vrbis (demus Romæ contractum eſſe) à iudice Pariſienſi actori æſtimari oportebit? Id videtur. Contractus n. iſtius initium vitio caret *l. 22. in fi. ȷ ſi certum: l. vlt. in fi. ȷ. de triticaria: l. 1. ȷ. de vſuris* An idem futurum eſt, ſi maximas vſuras Capuæ permiſſas, Lutetiæ (vbi minimæ tolerantur) ſtipuler? non idem odio vſurarum dixeris. Talis enim ſtipulatio neque Lutetiæ valebit, quia ab initio: neque Capuæ, quia ex poſt facto non conualeſcit, *l. 1. ȷ. de reg. Caton. l. 29. 201. 210, ȷ. de reg. iur.* An vero Teſtamẽtum in municipio, ruri, aut litis tempore, ſolennitate talium vel locorũ vel têporum factum in vrbe validum erit? non dubito quin valeat *l. 31. C. de teſt.* Quid ſi municipum lege, non vrbis, vniuerſa bona teſtamento aut contractu, vel extraneo vel vxori dare liceat: Nã huiuſmodi actus in vrbe omnino valebit, vel omnino inutilis erit, an potius partim valebit: partim corruet ac ſimiles ſit qui pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus mori poteſt, *l. 6. 19. 37. ȷ. de mil. teſt* Placet vltima ſententia, vt ſaltẽ alteruter actus valeat, quo loci valere poterit: exẽplo tutorũ, qui pro diuerſarum prouinciarum ratione, diuerſi dari ſolẽt *l. 27. §. 1. ȷ de tut. & cur.* ita Bart. *in l. 1. C. de ſumm. Trin. n. 41.* ait Romæ legitimatum, teſtamẽti, hereditatis & honorum Romæ capacẽ eſſe, alibi non eſſe. ¶ Quid, ſuperioribus locis factum teſtamentũ non illorũ locorũ ſolẽnitate, ſed patriæ, num in Patria valebit? id videtur. Ius. n. patriæ in teſtamentorũ ſolemnitatib. ſpectari oportet *l. ſi non ſpeciali. C. de teſt. l. 2. C. de teſt. quemad. per. arg. l. 1. §. 2. inf de leg. 3. Cui. conſult. 25. in fi.* ¶ Quid ſi quis in prouincia Romana, more apud Gallos ſatis vſitato vxorẽ omnium ſuorum adquiſitorum & conquiſitorum ſociam fecerit: num præſes Romanus ex ea conuentione Romæ ius dicet? Dicere poterit: cum ea conuentio iure Romano, nec directè nec obliquè vetita ſit, & ad ius priuatorum referatur: cum etiam non inſubtiliter dici poſſit, Prætorem eo caſu, non vt Gallici, ſed vt minimè improbati, aut potius iuris gentiũ conuentionem ſequi *arg. l. 1. ff. de ritu l. 4. C. de crim. expilat. hær.* ¶ Hoc addendum, cuiuis alienis territorij homini Lutetiæ delinquẽti, Lutetiæ ius dici poſſe. *l. 3 in fin. C. de off. præſid. l. 1. C. vbi de crim.* ¶ An teſtes ex alieno territorio vocari poſſunt? Poſſunt vocari: ſi talis ſit cõſuetudo *v. l. 3. in fi. inf. de teſtib.* ¶ An priuata ſcriptura & ἰδιόχειρον vel etiam inſtrumentũ publicum Romę factum quo Titius omnia ſua bona pignorauit Sempronio, Lutetiæ ius pignoris, & πρωτοπραξίας ſeu prioritatis tribuet, æquè ac ſi vel in regno Galliæ, vel Lutetiæ conceptum, factúmve fuiſſet? Quidam negãt, ius tale conferri, niſi à die recogniti iudicialiter in Gallia inſtrumenti. Quod ſi ita fuerit, ſeruãda ſummè hæc cautio erit peregrinis cum Gallo, aut alioqui in Gallia bona habeat in peregrino loco contrahentib. ¶ His adde ſenatuſconſultum Spirenſe, cuius meminit Mynſing. *5. obſ. 19.* quo cautum eſt, vt ne ſtatuta contra ius extra territoriũ diſponentis extendãtur. l Ad hanc ſententiã facit 2 *feudor. 33. §. 1. l. vlt. C. de fruct. & litium expenſis, l. 3. in pr. ȷ. mandat l. 7. C. de reſcindenda vendit. l. 13. C. de Iudæis l. 6. C. de quæſt.* v. & illud Patere legem, quam ipſe tuleris: & Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris *Alex. Seueru, apud Lampridium.* Talionis æquitas inde quoque manat, de quo vide Ariſtotelem *in Ethicis* & 20. Gell. 1. m *ſubaudi* vel dic: fecerit *l. 1. § 1. l. 3. §. 1. inf. eo. l. Harmen 2. § 3. 34.* ſtatuit vero Iudex, vel adſeſſor, *l. 2. inf. eod* dici facit, qui litigat procurator, tutor, omnis denique qui experitur, *l. 3. §. 1. l. 2. ȷ. eod.* Imo & hæres *dict. l. 3. §. 5.*

TIT. II.

Edicti commendatio. 1. & verba. 2. Si decretum non habuit effectum.

Vlpianus libro 3. ad Edictum.

HOc Edictum a ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta.* quis b enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit.

1 ¶ *Qui magiſtratum poteſtatémve habebit ſi c quid in aliquem noui iuris ſtatuerit: ipſe quandoque aduerſario poſtulante eodem iure vti debet. Si quis apud eum qui Magiſtratum poteſtatémque habebit, aliquid noui iuris obtinuerit. Quandoque poſtea aduerſario eius poſtulante, eodem iure aduerſus eum decernetur, Scilicet vt quod ipſe "quis" in alterius perſona æquum eſſe crediſiſſet, id in ipſius quoque perſona valere patiatur* d.

¶ Hæc autem verba, *quod ſtatuerit, qui iuriſdictioni præeſt.* cum effectu e accipimus. non verbo tenus, & ideo ſi quum * vellet ſtatuere, prohibitus ſit, nec effectum * decretum habuit, ceſſat edictum. Nam *ſtatuit* verbum rem perfectam ſignificat, & conſummatam iniuriam, non cœptam. Et ideo ſi inter eos quis dixerit ius inter quos iuriſdictionem non habuit: quoniam pro nullo hoc habetur, nec eſt vlla ſententia, ceſſare edictum putamus, quid enim obfuit f conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum?

De dolo ius dicentis, & imperitia aſſeſſoris.

2. *Paulus* lib 3. ad Edictum.

HOc edicto dolus debet ius dicentis puniri. nam ſi adſeſſoris g imprudentia ius aliter dictum ſit quam oportuit: non h debet hoc Magiſtratui officere, ſed ipſi adſeſſori.

De noui iuris poſtulatione & vſu. 1. de procuratore, tutore, curatore poſtulantibus. 2. Cui tenetur qui incidit in hoc edictum. 3. De reo & fideiuſſore. 4. An pater ex perſona filij teneatur. 5. De hærede. 6. De actionibus præſentibus & futuris. 7. repetitione ſoluti.

3. *Vlpianus* lib. 3. ad Edictum.

SI quis iniquum" ad Edictum" ius aduerſus aliquem impetrauit: eo iure vtatur ita demum, ſi per poſtulationem eius hoc venerit: cæterùm ſi ipſo non poſtulante, non coërcetur, ſed & ſi impetrauit, ſiue vſus eſt iure aliquo, ſiue impetrauit, vt vteretur, licèt i vſus non ſit, hoc edicto punitur.

1 ¶ Si procurator meus poſtulauit, quæritur, quis eodem iure vtatur? & putat Pomponius, me ſolum: vtique ſi hoc ei ſpecialiter mandaui, vel ratum habui.

¶ Si tamen tutor, vel curator furioſi poſtulauerit, vel adoleſcentis, ipſe hoc edicto coërcetur. Item aduerſus procuratorem id obſeruandum eſt, ſi in rem ſuam fuerit datus.

2 ¶ Hæc pœna aduerſus omnem" ſtatuitur, qui in edictum incidit, non ſolum eo poſtulante, qui ab eo læſus eſt, ſed omni qui quandoque experitur.

3 ¶ Si is pro quo ſpopondiſti, impetrauerit, ne aliquis debitor ipſius aduerſus eum exceptione k vtatur: deinde tu in negotio in quo ſpopondiſti, velis exceptione vti: nec te, nec ipſum oportet hoc impetrare: etſi interdum patiaris l iniuriam, ſi ſoluendo debitor non ſit.

¶ Sed ſi tu incidiſti in edictum, reus quidem vtetur exceptione, tu non vteris, nec pœna tua ad reum promittendi pertinebit: & ideo mandati actionem non habebis.

4 ¶ Si filius meus in magiſtratu in hoc edictum incidit: an in his actionibus, quas ex perſona eius intendo, huic edicto locus ſit? Et non puto, ne mea conditio deterior fiat.

5 ¶ Quod autem ait Prætor, *vt is eodem iure vtatur.* an etiam ad hæredem, hæc pœna tranſmittatur? Et ſcribit Iulianus, non ſolùm ipſi denegari actionem, ſed etiam m hæredi eius.

6 ¶ Illud quoque non ſine ratione ſcribit, non ſolùm in his actionibus pati eum pœnam edicti, quas tunc habuit, cùm incideret in edictum: verùm ſi quæ poſtea ei adquirentur.

7 ¶ Ex hac cauſa ſolutum repeti non poſſe Iulianus putat. * ſupereſſe enim naturalem n cauſam quæ inhibet repetitionem.

Alia verba edicti de his qui huius edicti beneficio vtuntur.

4. *Gaius* lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

ILlud eleganter Prætor excepit, *Præterquam ſi quis eorum contra eum fecerit qui ipſe eorum quid feciſſet*: & recte: *ne ſcilicet vel magiſtratus, dum ſtudet hoc edictum defendere: vel litigator, dum o vult beneficio huius edicti vti, ipſe in pœnam ipſius edicti committat.

a Exempla *v. l. 44. in fin inf. de pact. l. 59. inf. de adm. tut. l. vlt. C. de ſportul.*

b Idem Demoſthenes *in 1. contra Ariſtogitonem & Gylippus apud Diodorum 13. Iuſtinus 3. vbi de Lycurgo*: adde locum inſignem *Alex. Seueri apud Lampridium.**

c Magiſtratibus ius nouum ſtatuere licuiſſe, hoc ex loco colligitur, neq; coactus ſemper fuiſſe ſequi perpetui edicti regulas, aut potius edictum perpetuum.

d Excipe caſus *§. hæc autem l. 2. l. 3. in pr. l 4. ȷ. eo.*

e *l. 5. §. cæterum ȷ. ne quis eum.*

f Immo ſola voluntas ſine effectu obeſt interdum & nocet. vide *l. 14. ȷ. de ſicariis & l. 3. §. 1. ȷ. eod.*

g Pedanei iudices & aſſeſſores ſcientiam legis & morum præſtare debent, non magiſtratus, vide *Nouell 82. c. 11.*

h Cur non debet Adſeſſor pro Iuriſperito agit & ſcientiam iuris præſtare debet: Prætor vel præſes non item. Et plerunque nec Iuriſperitus eſt, ſed vir militaris ex nobiliori quadam familia, qui arma potius callet quã leges quod & interpretes Græci hic notant apud Cuiacium 23. *obſ.* 40. (idem dic in Balliuis Galliæ) Aſſeſſor conſilium ipſum imò & ipſa verba ſuggerebat ſententiæ Præſidi. *vide Senecam 1. de tranquillitate 3* & quæ ſcripſi *Nouell. 82.*

i & ſic affectus puniuntur ſine effectu. *l. 1. §. item ſ. de poſtul. l. 3 ȷ. de calum. vide l. 14. ȷ. de ſicar.*

k dilatoria. *Olded. l. 2. C. de precib.* peremptoria. *Accurſ.*

l *v l. 88. in pr. ȷ. de verb. oblig.*

m adde *l. 33. inf. de oblig. & act.*

n Solutum repeti non poteſt, vbi ſubeſt cauſa naturalis obligationis *l. 3. l. 64. inf. de condict. in deb. l. 17. inf. de ſolut.*

o Qui facit aliquid lege permittente, is non incidit in pœnam edicti *ſ. 4. C. de adulter.*

SI QVIS IVS DICENTI NON obtemperauerit.

TIT. III.

Qui Iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio defendunt. 1. Quid ſit, ius dicenti non obtemperare. 2. De procuratore, tutore, vel curatore. 3. De reo, vel petitore non obtemperantibus. 4. Quid in hoc iudicium veniat. De eius tempore. De hærede.

Vlpianus lib. 1. ad Edictum.

OMnibus magiſtratibus non tamen *a* duumuiris, ſecundum *b* ius poteſtatis ſuæ conceſſum eſt iuriſdictionem ſuam defendere pœnali iudicio.*

1 ¶ Is *c* videtur ius dicenti non obtemperaſſe, qui quod extremum *d*. in iuriſdictione eſt, non fecit, veluti ſi quis rem mobilem vindicari à ſe paſſus non eſt, ſed duci eàm, vel ferri paſſus eſt. cæterùm ſi & ſequentia recuſauit, tunc non obtemperaſſe videtur.

2 ¶ Si procurator tuus, vel tutor, vel curator ius dicenti non obtemperauit, ipſe *e* punitur, non dominus, vel pupillus.

3 ¶ Non ſolum autem reum qui non obtemperauit, hoc edicto teneri Labeo ait; verum etiam petitorem.

4 ¶ Hoc iudicium, non ad id quod intereſt *f*, ſed quanti ea res eſt, concluditur: & cùm meram *g* pœnam contineat, neque poſt annum, neque in hæredem datur.

a al. tantùm.
b Vide Socinum regula 301.
c is non videtur *Hug. à Porta.*
d is qui non paruit addictioni & executioni ſententiæ, *v. Zaſ. 1. intel. 2. Duar. 1. diſp. 50. Old. 1. Claſ. 2. Rob. 4. ſent. 21. Cuiac. 24. obſ. 25.*
e vide quæ ſcripſi ad *l. 1. C. quando fiſcus.*
f in veritate *l. 5. ſ. ne quis eum qui in ius.* i. non ad id quod litigantium intereſt: ſed ad contemptum ipſum.
g *l. 7. §. 2. ſ. quod falſo tutore: l. 5. ſ. ne quis eum qui in ius.*
h 2. C. 1.
i Citatio eſt principium iudicij. *§. vl. inſt. 5. de pœna temerè litig.* probationes, medium: Sententia verò finis. Olim fiebat hæc vocatio ſine apparitore. *vide Dua. 1. diſp. 1.* interdum cum apparitore, *vt notat Rob 3. ſena. 3.* poſtea edebatur libellus & actio *ſ. de Edendo.* Hodie iure actionis iam competentis certis de cauſis ſiſti corporaliter reus poteſt, de quo v. quæ notaui in *l. 34. C. de decurionibus.* Præſens au-

DE IN *h* IVS VOCANDO. TIT. IV.

Quid ſit in ius vocare.

1. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

IN ius *i* vocare eſt iuris experiundi *k* cauſa vocare.

Qui non poſſint in ius vocari.

2. *Vlpianus* libro 3. ad Edictum.

IN ius vocari non *l* oportet, neque *m* conſulem: neque præfectum: neque prætorem: neque proconſulem: neque cæteros magiſtratus, qui imperium habent, qui & coërcere aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci: nec pontificem, dum ſacra facit *n*.

¶ Nec eos, qui propter loci religionem inde ſe mouere *o* non poſſunt. ¶ Sed nec eum qui equo publico in *p* cauſa publica tranſuehatur *q*.

¶ Præterea in ius vocari non debet, qui vxorem ducit. [aut eam, quæ nubit: nec iudicem, dum de re cognoſcit: nec "eum," dum *r* quis apud prætorem cauſam agit. neque *ſ* funus ducentem familiare, iuſtáve *t* mortuo *u* facientem.]

3. *Calliſtratus* lib. 1. Cognitionum.

VEl qui *x* cadauer proſequuntur, quod etiam videtur ex reſcripto Diuorum *y* fratrum comprobatum eſſe.

1. *Edictum de his qui ſine venia vocari non poſſunt.*
2. *De parentibus.*

4. *Vlpianus* libro 5. ad Edictum.

QVique litigandi *z* cauſa neceſſe habet in iure, vel certo loco ſiſti: nec furioſos *a* vel infantes *b*.

nibus. Præſens autem vt ab apparitore, ſcripto in ius vocari ſoleat, vide quæ notaui in *l 2. ſ. ſi quis cautionibus.* Vt citra ſcripturam, *Old. tract. de formul. libelli.* Extra territorium *v. l. 2. ſ. de iuriſdict.* & vt abſentibus citatio fieri poſſit & debeat etiam edictalis, & voce præconis. vide quæ notaui *in l. 4. § 6. ſ. de damno.* Quid ſi nondum actionis dies competat, & periculum ingruat ob agendi moram. vide quæ notaui in *l. 5. § 10. ſ. de noui operis nunciatione* Quid ſi nulla competat actio, niſi à Principe aut Magiſtratu reſtituta? *v. ſ. titulo de in integrum reſtitut.* k Vt experiatur & ſciat actor an ius ſibi competat. *Accurſ. Bar.* aut potius, vt ius ſuum conſequatur, & iure vincat aduerſarium, vt eum cogat reſpondere teſtimonium ferre, aliquid indicare vel exhibere aliquid facere, vel dare vel ſuſcipere vel reſtituere. l id eſt, nullo modo oportet, etiam cum Prætoris venia. m 7. *Ecl. 8. c. 2.* n *v. l. 18. ſ. de procurat.* o ſemoueri, vt ad ſacra loca & aſyla hic locus referatur. Verùm hanc lectionem Cuiac non probat *13. obſ 29.* Nam alibi à munere iudicandi excuſantur, qui ſacerdotiũ nocti ſunt, vt diſcedere ab eo ſine religione non poſſint. *l. pen. ſ. de vacat. munerum* & in *l. 36. ſ. de fideicomm. libert.* ſenatuſconſulto Rubriano non continentur, quos religio moratur. Præterea ſi hanc ſententiam ad aſylum vel locum ſacrum retuliſſet Vlpianus, addidiſſet fortè, nec de domo ſua. ſed neque hac lege tractat, è quo loco non poſſit quis in ius vocari, ſed quæ perſonæ, quóve tempore non poſſint in ius vocari. Poſtremò non *ſemouendi* verbo fuiſſet vſus, ſed abducendi, vel alioquo meliore ¶ Alij hunc locũ non ad ſacerdotium referunt, ſed ad ſeruos ſepulchris adſtrictos, *l. 71. §. 2. ſ. de condit & demonſt. l. 44. ſ. de manum. teſt.* ¶ Alij ad eos qui à militibus ſtatoribúſque, vel à municipalibus miniſteriis aſſeruantur, *vt l. 10. ſ. ex quibus cauſis maiores.* malè. hic enim agitur de iis qui propter loci religionem ſe mouere non poſſunt quorum conditio diſſentanea ab iis, qui propter ſua facinora vel à militibus vel in latumiis aſſeruantur, Græci lectionem cauſam tuentur. Verùm in ora marginis Scholiaſtes *6. Ecl. 8. c. 2.* loca de quibus hic agitur, ita mirifice interpretatur, τόπος οἷς εἰσιν ἑαυτοὺς περικλείουσιν οἱ λεγόμενοι στυλῖται, i. quibus ſe includunt, qui Columnarij dicuntur, de quibus vix ſomniauit quidquam Ethnicus Vlpianus. Porrò de Simeone Stylita principe & authore huius vitæ, ac ſectæ, vide Euagrium 1. c 13. & 2. c. 9. *in fin.* Cedrenum in Theodoſio Apud eundem Cedrenum, ibidem quidã Daniel in Anaplo tranſitus eſt vel ſuburbium Conſtantinopoli) Simeonem imitatur: apud eundem in Stauratio, Nicolaus quidã ἐν ἐξωκιονίῳ ψευδοερημίτης notatur. Vt vt res ſit, huic loco iungi poſſunt, quib. teſtimonij dicendi cauſa venire non licet, *de quibus l. 8. ſ. de teſtib.* ſed & milites qui diſcedere à ſignis ſine periculo non poſſunt, *l. 15 ſ. ex quib. cauſ. maior.* ſignis enim militarib. ineſt ſua religio. i. publica deuotio p Cuiac. *13. obſ. 29.* legit, in Capitolium vel in Caſtoris Pollucis. Nam apud Dionyſium, hæc tranſuectio appellatur, πομπὴ τῶν ἐχόντων δημόσιον ἵππον. Verum Hot. *3. obſ. 21. leg.* in cenſu publico q De tranſuectionibus equitum vide Liuium *9. in fin.* Valer. *2. in fin.* Diodorum 20. Plutarchum in Pompeio. *7. Eclog. 8. cap. 2. Hot. 3. obſ. 21.* r vide *l. 54. in fin. ſ. de re indicat.* ſ ὁδεύτην θάπτοντα τὸ ἴδιον *Græci d. c. 2.* t *al.* buſta. Sed nihil mutandum *vt in l. 20. §. 1. ſ. de adquirenda hered.* Græci *d. c. 2.* ὁδεύτην ὡς θυ... τελευτήσαντι. In eorum appellatione intelligit denicales ferias ſeu operationes quibus mortui familia purgabatur, *Feſt. Denicales.* que inter cauſas militi, qui condicto die non adeſſet excuſandi cenſentur. Cic. apud Gellium 16. c. 4. vbi perperam legitur Vindemiales u *v. Nou. 60. c. 1. §. ſi verò.* x *7. Ecl. 7. c. 1. l. 4. §. 2. ſ. ſi quis cautionib. l. 1. §. 6. ſ. de iniuriis.* y M. Antonini & Ælij Veri *Spart in Ælio Vero.* z *l. 2. §. 2. inf. ſi quis cautionib.* a *d. l. 2. §. 2* b ſeptennes *7. Eclog. 7. in fin.*

1 ¶ Prætor ait *Parentem a, Patronum* b, *Patronam* c, *liberos, Parentes Patroni, Patronæve in ius ſine promiſſu meo ne quis vocet.*

2 ¶ Parentem hic vtriuſque ſexus accipe. Sed an in infinitum, quæritur. quidam *d* parentem *e* vſque ad tritauum appellari aiunt: ſuperiores, maiores dici, hoc veteres exiſtimaſſe Pomponius refert. ſed Gaius Caſſius omnes *f* in infinitum *g* parentes dicit: quod & honeſtius *h* eſt, & meritò obtinuit.

3 ¶ Parentes etiam eos accipi Labeo exiſtimat, qui in ſeruitute filios ſuſceperunt: nec tamen, vt Seruius *i* dicebat, ad ſolos iuſtos liberos pertinet: ſed & ſi vulgò quæſitus ſit filius, matrem in ius non vocabit.

5. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

QVia * "ſemper" certa eſt, etiam ſi vulgò conceperit. Pater verò is eſt, quem nuptiæ demonſtrant *k*.

De parentibus naturalibus.

6. *Idem* libro 1. Sententiarum.

PArentes naturales *l* in ius vocare nemo poteſt, vna *m* eſt enim omnibus parentibus ſeruanda reuerentia.

De parentibus patris adoptiui.

7. *Idem* libro 4. ad Edictum.

PAtris *n* "adoptiui parentes impunè vocabit, quoniam hi eius parentes non ſunt: cùm his tantum cognatus fiat, quibus & agnatus.

De patronis.

8. *Vlpianus* libro 5. ad Edictum.

ADoptiuum *o* patrem, quamdiu in poteſtate eſt, in ius vocare non poteſt, iure *p* magis poteſtatis, quam præcepto prætoris: niſi ſit filius, qui caſtrenſe habuit peculium. tunc enim cauſa cognita permittitur: ſed naturalem parentem ne quidem dum eſt in adoptiua familia, in ius vocari.

1 ¶ *Patronum*, inquit, *Patronam.** patroni hic accipiendi ſunt, qui ex ſeruitute manumiſerunt. vel ſi colluſionem detexerunt, vel ſi quis præiudicio pronuntiatur eſſe libertus, cum alioquin non fuerit: aut ſi iuraui *q* eum libertum meum eſſe: quemadmodum per contrarium pro patrono non habebor, ſi contra me iudicatum eſt; aut ſi, me deferente, iurauerit ſe libertum non eſſe.

2 ¶ Sed ſi ad *r* iuſiurandum adegi, ne vxorem ducat, ne nubat: impunè in ius vocabor, & Celſus quidem ait in tali liberto ius ad filium meum, me viuo, non tranſire. ſed Iulianus contra ſcribit. Plerique Iuliani ſententiam probant ſecundum quod eueniet, vt patronus quidem in ius vocetur: filius, quaſi innocens, non vocetur *ſ*.

De eo qui manumittit ex cauſa fideicommiſſi.

9. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

IS quoque, qui ex cauſa fideicommiſſi manumittit, non debet in ius vocari, quamuis, vt manumittat, in ius vocetur.

5. *De liberis parentibuſque patroni vel patronæ.* 6. *De deportatione & reſtitutione patroni.* 7. *De adoptione patroni.* 8. *vel eius filij: de nepote patroni.* 9. *De liberis patroni.* 10. *De liberta enixa ex patrono.* 11. *De liberto capitis accuſato, vel in ſeruitutem petito.* 12. *De cauſæ cognitione.* 13. *Si patronus nomine alterius, vel alius nomine patroni interueniat.*

10. *Vlpianus* lib. 5. ad Edictum.

SEd ſi hac lege emi, vt manumittam, & ex conſtitutione *t* Diui Marci venit ad libertinitatem: cùm ſim patronus, in ius vocari non potero: ſed ſi ſuis *u* nummis emi, & fidem fregi, pro patrono non *x* habebor.

1 ¶ Proſtituta contra legem venditionis, venditorem *y* habebit *z* patronum, ſi hac lege venierat, vt, ſi proſtituta eſſet, fieret libera. At ſi venditor, qui manus iniectionem excepit, ipſe proſtituit: quoniam & hæc peruenit ad libertatem: ſub illo quidem, qui vendidit, libertatem conſequitur: ſed honorem haberi ei æquum non eſt, vt & Marcellus libro ſexto Digeſtorum exiſtimabat.

2 ¶ Patronum autem accipimus, etiam ſi capite minutus ſit: vel ſi libertus capite minutus, dum adrogaretur per *a* obreptionem: cùm enim hoc ipſo, quod adrogatur, celat conditionem: non *b* id actum videtur, vt fieret ingenuus.

3 ¶ Sed ſi ius annulorum accepit, puto eum reuerentiam patrono exhibere debere, quamuis omnia ingenuitatis munia habet. aliud, ſi *c* natalibus ſit reſtitutus, nam Princeps *d* ingenuum facit.

4 ¶ Qui *e* manumittitur à corpore aliquò, vel collegio, vel ciuitate, ſingulos in ius *f* vocabit: nam non eſt illorum libertus, ſed reipublicæ honorem habere debet; & ſi aduerſus rempublicam, vel vniuerſitatem velit experiri, veniam edicti petere debet, quamuis actorem eorum conſtitutum in ius ſit vocaturus.

5 ¶ *Liberos parentes "que" patroni, patronæque*, vtriuſque ſexus accipere debemus.

6 ¶ "Sed" ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem

a *l. vlt. C. eod.*
b *l. 2. C. eod.*
c *l. 1. C. eod.*
d & malè *ſ. eod.*
e *l. 10. §. 9. ſ. eod.*
f *vt l. 1. §. generaliter. ſ. de leg. præſt.*
g Immò ad Tritauum tantum, *l. 10. §. parentes. ſ. de gradib.*
h Honeſtatis ratione verborum ſignificationẽ extendimus. de honeſtate adde *l. 10. §. 2. ſ. de Iuſtitia. l. 12. ſ. de ritu.*
i fortè, Seruius.
k *l. 6. ſ. de his qui ſunt ſui.*
l vide quæ notaui ad *l. 44. §. 3. ſ. de ritu.*
m Immo diuerſa *l. 3. C. de adulteriis.*
n *7. Eclog. 8. c. 2.*
o Parentis itaque hic nomine venit adoptiuus: aliter quàm *l. 51. in fin. ſ. de legat. 2.*
p *vide l. 16. in pr. ſ. de furtis.*
q Imò hic non eſt patronus, *l. 45. §. 1. inf. de ritu; l. 14. inf. de iure patronatus.*
r vide tamen *l. 6. §. 3. ſ. de iure patro. l. 31. inf. qui & à quibus.*
ſ Immò & hoc caſu liberi nullum ius habent in libertum. *l. 15. inf. de iure patron.*
t *l. 2. l. 3. C. ſi mancipium.*
u *l. 45. §. 2. inf. de ritu.*
x Immo habebor *l. 7. C. de operis libert.*
y vide *l. 7. in pr. inf. de iure patr.*
z Immo emptorem *l. 34. in pr. inf. de euict.*
a vide *l. 49. inf. de bon. liber.*
b Nunquam enim fit ingenuus, *l. vlt. ſ. de ſtatu.*
c *l. 3. C. de bon. liber. l. 2. l. 3. inf. de natalibus.*
d Princeps ingenuum facere poteſt, vt hic, poteſt & nobilem facere, & vt Galli loquuntur, *il peut faire d'vn vilain vn cheualier.* Huc referẽdum illud Dionyſij ſophiſtæ de Heliodoro magiſtro epiſtolarum facto ab Hadriano; poteſt, inquit, Cæſar pecunias & honorem tribuere, rhetorem facere non poteſt. *Dion. in Adriano.*
e Idem *12. quæſt. 2. c. 58. §. qui manumittitur.*
f adde *l. 6. §. 1. ſ. de rer. diuiſ.*

nitatem *a* redactus ſit *b* patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem. Sed ſi fuerit reſtitutus, erit ei etiam huius edicti commodum ſaluum.

7 ¶ Parentes patroni etiam adoptiui excipiuntur *c*: ſed tandiu quandiu adoptio durat.

8 ¶ Si filius meus in adoptionem datus ſit, vocari à liberto meo in ius non poterit: ſed nec nepos in adoptiua familia ſuſceptus. Sed ſi filius meus emancipatus adoptauerit filium: hic nepos in ius vocari poterit: nam mihi alienus eſt *.

9 ¶ Liberos *d* autem ſecundum Caſſium *e*, vt in parentibus, & vltra trinepotem accipimus.

10 ¶ Si liberta ex patrono fuerit enixa: mutuò ſe, ipſa & filius eius in ius non vocabunt.

11 ¶ Sin autem liberi patroni capitis accuſauerunt libertum paternum, vel in ſeruitutem petierunt: nullus *f* eis honor debetur.

12 ¶ Prætor ait, *in ius niſi permiſſu meo ne quis vocet.* permiſſurus enim eſt, ſi famoſa actio non ſit vel pudorem non ſugillat, qua patronus conuenitur, vel parentes: & totum hoc, cauſa cognita, debet facere: nam interdum etiam ex cauſa famoſa, vt Pedius putat, permittere debet patronum in ius vocari à liberto: ſi eum grauiſſima *g* iniuria adfecit *h*, vel flagellis fortè cæcidit.

13 ¶ Semper autem hunc honorem patrono habendum: & ſi quaſi tutor, vel curator, vel defenſor, vel actor interueniat patronus. Sed ſi *i* patroni tutor, vel curator interueniat: impunè poſſe eos in ius vocari, Pomponius ſcribit, & verius eſt.

De pœna edicti moderanda ex bono & æquo.

11. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

QVamuis non adiiciat prætor, cauſa cognita ſe pœnale iudicium daturum: tamen Labeo ait *k* moderandam iuriſdictionem; " veluti " ſi pœniteat *l* libertum & actionem remittat, vel ſi patronus vocatus non venerit, aut " ſi " non inuitus *m* vocatus ſit: licèt edicti verba non patiantur.

Si patroni filius, patre abſente in ius vocetur.

12. *Vlpianus* libro quinquageſimo ſeptimo ad Edictum.

SI libertus in ius vocauerit contra prætoris edictum filium patroni ſui, quem ipſe patronus in poteſtate habet; probandum eſt, abſente patre *n*, ſubueniendum eſſe filio, qui in poteſtate eſt; & ei pœnalem in factum actionem, id eſt quinquaginta *o* aureorum aduerſus libertum competere.

De his quibus reuerentia præſtanda eſt.

13. *Modeſtinus* lib. 10. Pandectarum.

GEneraliter eas *p* perſonas, quibus *q* reuerentia præſtanda eſt, ſine iuſſu prætoris in ius vocare non poſſumus.

Si magiſtratus interpelletur.

14. *Papinianus* libro 1. Reſponſorum.

LIbertus à patrono reus conſtitutus, qui ſe defendere paratus, pro tribunali præſidem prouinciæ frequenter interpellat, patronum accuſatorem in ius non videtur *r* vocare.

De libelli oblatione.

15. *Paulus* lib. 1. Quæſtionum.

LIbertus aduerſus patronum dedit libellum *ſ*, non diſſimulato ſe libertum eſſe eius. an ſi ad deſiderium eius reſcribatur, etiam edicti pœna remiſſa *t* eſſe videatur? Reſpondi, non puto ad hunc caſum edictum prætoris pertinere. Neque *u* enim qui libellum principi vel præſidi dat, in ius vocare patronum videtur.

Si tutor pupilli nomine patronam ſuam in ius vocat.

16. *Idem* libro 2. Reſponſorum.

QVæſitum eſt, an tutor pupilli nomine patronam ſuam ſine permiſſu prætoris vocare poſſit. Reſpondi eum de quo quæritur, pupilli nomine *x* etiam in ius vocare patronam ſuam potuiſſe ſine permiſſu prætoris.

Si quis ſe exhibiturum cauerit.

17. *Idem* lib. 1. Sententiarum.

EVm pro quo quis apud *y* officium cauit, exhibere cogitur. ¶ Item " eum * qui apud *z* acta exhibiturum ſe eſſe quem promiſit, & ſi officio non caueat, ad exhibendum tamen cogitur.

Vtrum de domo ſua, vinea, balneo, theatro in ius vocari quis poſſit.

18. *Gaius* lib. 1. ad legem XII. Tabul. *a*

* PLerique *b* putauerunt † nullum de *c* domo *d* ſua in ius vocari licere: quia *e* domus tutiſſimum cuique refugium atque receptaculum ſit: eúmque, qui inde in ius vocaret, vim inferre videri.

a Suetonius *in Claudio* 16. non modo albo iudicum ſed etiam in peregrinitatem redegit, adde quæ de peregrino ſcripſi ad *l.* 1. *C. de hæredib. inſt.*

b id eſt, ad id iuris quod aduenis Romæ conceſſum eſt, *Rob.* 3. *ſent.* 9.

c Immò non excipiuntur, *l.* 7. ? *eodem.*

d *l.* 4. §. 2. ? *eo.*

e adde *l.* 220. *in princ.* ?. *de verb. ſignif.*

f nulla etiam bonorum poſſeſſio. vide *l.* 1. *inf. de iure patro.* *

g Grauiſſima iniuria eſt, flagellis cædi, *vt hic.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 12. *inf. de iure fiſci: & ad l.* 7. *infr. de pœnis.*

h vide *l.* 7. §. *præterea* 2. ?. *de iniurijs.*

i vide *l.* 7. *in fi.* ?. *de obſequiis.*

k *v. l.* 12. ?. *de re iud. l.* 15. ?. *eod. l.* 2. §. 1. ?. *tit. prox.*

l *v. l.* 65. *in fin.* ?. *de furtis.*

m Volenti non fit iniuria.

n *l.* 18. §. *ſi filius* ?. *de iudiciis.*

o *l.* 24. ?. *eod.*

p *l.* 32. *in fi. de iniuriis.*

q pone exemplum in redemptore & ſeruatore, *Senec.* 3. *controu.* 4.

r Cur ita? vide *l.* 14. §. *ſi libertus in fin.* ?. *de bonis liber.*

ſ principi. vide quæ ſcripſi ad titulum Codicis, *quando libellus principi datus litis conteſtationem faciat.*

t commiſſa. *Hot.* 5. *obſeru.* 19. admiſſa

u In ius non vocat, qui libellum principi aut præſidi dat, *v. d. tit. C. quando libellus.*

x an etiam actionem famoſam intendere? vide l. 1. *C. ſi tutor non geſſerit, l.* 1. *C. de obſequiis.*

y *v. l.* 27. *C. de fideiuſſorib.*

z Apud acta vel officium, cautio iudicio ſiſti ſit *l.* 56. ?. *de re iud.*

a Hæ leges (teſte Cornificio ſeu authore ad Herennium, Plauto & Terentio) iubebant, vocatum in ius ſequi. de hac lege ſcripſi in meis fragmẽtis ad leges XII. Tabul.

b vide in hunc locum *Iaſonem hic: Duennaſium regula* 288. *Mynſingerum* 4. *obſeru.* 69. *l.* 69. *l.* 4. §. 5. ?. *de damno, l.* 103. ?. *de regulis. Ciceronem pro domo & in Vatinium* 8. *Quint.* 9. *Xenophontem* 7. παιδ' 7. *Eclo.* 8. *c.* 18.

† Hæc lex non ſeruatur in Gallia.

c adde *l.* 19. *l.* 21. *infr. eodem.*

d excipe *l.* 19. *in fin. l* 20. ?. *eod.*

e Id ſumptum videtur ex notiſſima teſtudinis fabula οἶκος φίλος ἄριστος. de qua vide Eraſmum 3. Adagior. 3. adagio 38. vim ideo & iniuriam facit, qui inuitum domo ſua extrahit.

19. *Paulus* lib. 1. ad Edictum.

SAtiſque pœnæ ſubire eum, ſi non defendatur, & latitet, certum enim eſt, quòd mittitur *a* aduerſarius in poſſeſſionem bonorum eius.

¶ Sed ſi aditum ad ſe præſtet, aut ex *b* publico conſpiciatur: rectè in ius vocari eum Iulianus ait.

20. *Gaius* lib. 1. ad Leg. 12. Tabular.

SEd etiam à vinea *c*, & balneo *d*, & theatro *e* nemo *f* dubitat in ius vocari licere.

21. *Paulus* libro 1. ad Edictum.

SEd & ſi is, qui domi eſt, interdum vocari in ius poteſt: tamen de *g* domo ſua nemo *h* extrahi debet.

De impuberibus puellis in ius non vocandis. 1. quibus caſibus vocatur dimitti debet.

22. *Gaius* lib. 1. ad Leg. XII. Tabularum.

NEque *i* impuberes puellas, quæ alieno iuri ſubiectæ eſſent, in ius vocare permiſſum eſt.

1 ¶ Qui in ius vocatus eſt. duobus caſibus dimittendus eſt: ſi quis eius perſonam *k* defendat: &, ſi dum in ius venerit, de *l* re tranſactum fuerit.

De communi liberto.

23. *Marcianus* lib. 3. Inſtitutionum.

COmmunis libertus, licèt plurium ſit, debet *m* à prætore petere, vt ei liceat vel quendam ex patronis " in ius: vocare, ne in pœnam incidat ex edicto prætoris.

De pœna huius Iudicii. De hærede, de tempore.

24. *Vlpianus* libro 5. ad Edictum.

IN *n* eum, qui aduerſus ea fecerit, quinquaginta *o* aureorum iudicium datur: quod nec hæredi, nec in hæredem, nec vltra annum datur.

25. *Modeſtinus* lib. 1. de Pœnis.

SI *p* ſine venia edicti impetrata libertus *q* patronum in ius vocauerit: ex querela *r* patroni, vel ſupradictam pœnam, id eſt quinquaginta aureos dat: vel à præfecto vrbi, quaſi inofficioſus caſtigatur *ſ*, ſi inopia dignoſcitur laborare.

SI QVIS IN IVS VOCATVS NON ierit: ſiue quis, eum vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

TIT. V.

De fideiuſſore non ſubiecto Iuriſdictioni illius ad quem vocatur.

Vlpianus lib. 1. ad Edictum.

SI * quis in ius vocatus fideiuſſorem dederit " in " iudicio ſiſtendi cauſa, non *t* ſuppoſitum iuriſdictioni illius ad quem vocatur: pro *u* non dato fideiuſſor haberetur, niſi *x* ſuo priuilegio ſpecialiter renuntiauerit.

Ex qua cauſa in ius venire oportet. 1. De eo qui non venit puniendo vel excuſando

2. *Paulus* lib. 1. ad Edictum.

EX *y* quacunque cauſa ad prætorem, vel alios, qui iuriſdictioni præſunt *z*, in ius vocatus venire debet *a*: vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictio eius ſit.

1 ¶ Si quis in ius vocatus non ierit, ex cauſa à competenti iudice multa *b* pro iuriſdictione iudicis *c* damnabitur *. ruſticitati enim hominis parcendum erit.

¶ Idem *d* ſi nihil interſit actoris, eo tempore in ius aduerſarium veniſſe, remittit *e* prætor pœnam: puta, quia feriatus dies fuit.

a *v. l.* 7. §. *prætor.* ?. *quibus ex cauſ. in poſſeſſ.*

b ἡ ἐκ τῆς ἀγορᾶς & foro. Author *Eclog. illo loco.*

c ἀπὸ πυλῶνος. *Baſil.* id eſt, à ianua ſiue ianea, vt veteres loquuntur. Cum enim hoc de vinea potius dicatur quàm de alio agrorum genere, non video. Deinde nec vinea nec alius qualiſcunqne ager ad domum facere videtur. *Cuiac.* 21 *obſeru.* 38. niſi dicas hic agi de vinea (vt ſæpe accidit) domo alicui adhærente, aut niſi legas *cauponæ.*

d In ius quis vocari poteſt ex medio cœtu plurium vna lauantium vel ſpectantium, putà è balneo publico vel theatro.

e Cur à theatro? eſt enim vniuerſitatis locus. §. 7. *Inſtit. de rerum diuiſ.* At à theatro hic eſt, ab illa ædium parte ex qua prætereuntes ſpectare commodiſſimè, vel cum aliquo voluptatis genere ſolent, puta ex pergula aliqua, in qua pictores ſuas picturas prætereuntibus ſpectandas proponere ſolebant, *l.* 5. §. 12. ?. *de his qui deiecerunt.* vel etiam ex taberna, horreo, armario officina, vel ſimili loco, *v. l.* 19. §. 2. *de iudic.* vel ex feneſtra, ex qua Nerua ſeruos oſtendens deriſus eſt, *l. vlt.* ?. *in quib. cauſis pign.*

f Cur? quia ſilicet in ius vocare eum qui ad ſe aditum præſtat, aut ex publico conſpicitur, multò magis licebit eum in ius vocare qui in vinea, balneo aut theatro conſpicitur. Eſt enim iſtiuſmodi in locis maior hominum frequentia & quidem in balneo plus quàm in vinea: & in theatro, plus quàm in balneo. g vide quæ ſcripſi ad *l.* 48. ?. *de verb. ſign.* h *v. l.* 4. §. *prætor.* §. *toties. de damno l.* 103. ?. *de reg. iur.* vide in hanc *l. Mynſing.* 4. *obſ.* 69. i *Author Eclog. illo loco c.* 22. k *v. l.* 5. *in pr.* ?. *ex quib. cauſ. in poſſeſſ.* l *l.* 2. *in pr.* ?. *ſi quis cautio.*

m Immo non cogitur. *arg. l.* 10. §. *qui manumitti,* ? *eodem.*

n 7. *Eclog.* 7. *c.* 24. o *l.* 12. ? *eo. l. vlt.* ?. *eo.* §. *omnis in fi. de pœna temere.*

p *Idem* 12. *quæſt.* 2. *cap. epiſcopus* §. *libertus*: adde *l.* 1. ?. *de officio Præfecti vrbis.*

q non idem in vaſſalio. *vide Euerardum in loco à liberto ad vaſallum.*

r actio in factum ex quærela dicitur in *l.* 25. §. 1. *in fi.* ?. *de oblig.* ſ *v. l.* 1. *in fi.* ?. *de pœnis* μαστίζεσθαι *Ecloga dic.* 24. t adde *l.* 2. §. 1. *in fi.* ?. *qui ſatiſdare.*

u Paria ſunt nullum dare fideiuſſorem iudicio ſiſti, & eum dare, qui iuriſdictioni ius dicentis non ſit ſuppoſitus. x Renuntiare fori præſcriptioni & priuilegio fideiuſſor iudicio ſiſti poteſt, *vt hic, & l.* 7. ? *qui ſatiſd. l.* 51. *C. de Epiſcopis. l.* 129. *C. de pactis*: Renunciare iuri ſuo quiſque poteſt *Nou.* 136. *c.* 1. *Nou. Tiberij c.* 5. y * 7. *Eclog.* 8. *ex tit.* 12. *c.* 2. z horum enim nomen libello apparitoris inſeri debet ſed & nomen & cognomen rei & actoris, cauſa actionis propoſitæ, locus iudicij, dies & terminus citationis, de quibus (vt & de relatione apparitoris & eius executione facta vel impedita) *vide And. Gayllum* 1. *obſeru.* 4. 48. *ad finem* 55. a vide *l.* 5. ?. *de iudicijs.*

b * atqui is tantum videtur multandus, qui quod extremum eſt iuriſdictione non fecit. *l. vn.* §. 2. ? *ſi quis dicenti, l.* 27. *in fin.* ?. *de arbitr.* c *v. l.* 2. *in fi.* ?. *de iud. l. vlt. C. de modo multarum*; vnde colligitur, Prætoribus & magiſtratibus ius multæ indicendæ competiiſſe, *l.* 1. §. 3. ?. *de ventre inſpic. l.* 131. ?. *verb. ſig.*

d *l.* 5. *in fi.* ?. *ne quis eum qui in ius & c. l.* 8. ?. *ſi quis cantion.*

e Imo non remittit, *l. vn.* § 6. ?. *de adulterijs.*

De actione in eum qui iudicio non ſiſtit.

3. *Vlpianus* lib. 47. ad Sabinum.

CVm quis in iudicio ſiſti promiſerit, neque adiecerit pœnam, ſi ſtatus non eſſet, incerti † cum eo agendum eſſe in id quod intereſt, veriſſimum eſt, & ita Celſus quoque ſcribit.

IN a IVS VOCATI VT EANT, aut ſatis, vel cautum dent b.

TIT. VI.

Qualis fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa dandus & accipiendus eſt.

Paulus libro I. ad Edictum.

EDicto cauetur, vt fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datus, pro c rei qualitate locuples detur; exceptis neceſſariis perſonis. Ibi enim qualemcunque d accipi iubet; veluti pro parente, vel pro patrono.

2. *Calliſtratus* lib. I. ad Edictum monitorium.

ITem pro patrona, liberíſve e ſuis, vel vxore, nurúve: tunc enim f qualiſcunque g fideiuſſor accipi iubetur; & in eum, qui non acceperit, cùm ſciret eam neceſſitudinem h perſonarum, quinquaginta aureorum iudicium competit.

3. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

QVoniam * pro locuplete i accipitur k fideiuſſor in neceſſariis l perſonis.

Si quis duos ſibi promiſerit & vnum exhibeat.

4. *Vlpianus* libro 8. ad Edictum.

QVi duos m homines in iudicio ſiſti promiſit; ſi alterum exhibet, alterum non; ex promiſſione non videtur eos ſtitiſſe, cùm alter eorum non ſit exhibitus.

NE n QVIS EVM QVI IN IVS vocabitur, vi eximat.

TIT. VII.

Ratio edicti 1. *Si ſeruus exemerit.* 2. *Si is qui vocari non potuit aut ab alio vocari debuit, exemptus ſit.*

Vlpianus libro 5. ad Edictum.

HOC o edictum prætor propoſuit, vt metu pœnæ compeſceret eos, qui in ius vocatos vi eripiunt.

1 ¶ Denique Pomponius ſcribit, ſerui quoque nomine noxale iudicium reddendum; niſi ſciente domino id fecit; tunc enim ſine noxæ deditione iudicium ſuſcipiet.

2 ¶ Ofilius putat locum huic edicto non eſſe ſi perſona, quæ in ius vocari non potuit exempta eſt; veluti parens & patronus; ceteræque perſonæ, quæ ſententia mihi videtur verior, & * ſanè ſi deliquit, qui vocat, non p deliquit qui exemit.

2. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

NAm cùm vterque contra q edictum faciat; & libertus qui patronum vocat; & is, qui patronum vi eximit; deteriore tamen loco libertus eſt, qui in ſimili r delicto petitoris partes ſuſtinet. Eadem æquitas eſt in eo, qui alio, quàm quò debuerat in ius vocabatur. Sed & fortius dicendum eſt, * non ſ videri vi eximi eum cui ſit ius ibi non conueniri.

De ſeruo exempto. 1. *De vocato ad iudicem pedaneum.* 2. *De vi & dolo eximentis.*

3. *Vlpianus* lib. 5. ad edictum.

QVod ſi ſeruum quis exemit in ius vocatum, Pedius putat ceſſare edictum, quoniam non t fuit perſona, quæ in ius vocari potuit, quid ergo? ad exhibendum erit agendum.

1 ¶ Si quis ad u pedaneum x iudicem vocatum "quem" eximat, pœna eius edicti ceſſabit.

2 ¶ Quod prætor præcepit, *ne vi eximat*: "vi", an & dolo malo? ſufficit vi quamuis dolus malus ceſſet y.

Quid ſit eximere. 1. *de eo, qui per calumniam vocabatur, exemptio.* 2. *Si quis per alium exemerit.*

4. *Paulus* lib. I. ad Edictum.

SEd * eximendi verbum generale eſt, vt Pomponius ait: eripere enim eſt de manibus auferre; per raptum eximere quoquo modo auferre; vt putà ſi quis non rapuerit quem, ſed moram fecerit, quò minus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur; videbitur exemiſſe, quamuis corpus non exemerit. Sed & ſi eò loci retinuerit, & non z abduxit; his verbis a tenetur.

† hodie pœnam cōpromitti oportet. *Nouell.* 22. . 11. § . *& quia.*
a Cicero, ſeu author ad Herennium lib. I. lege, ius eſt, vt eas in iudicium, non voceris: &, Si in ius vocet atque eat. Cicero 2. de legib. de quo dixi ad leges XII. tabularum. Tit. de iudicis.
b Iudicio ſiſti, in diem locúmque certum, *vide Nou. Leonis* 108.
c *l.* 5. §. 2. *j. qui ſatiſdare.*
d *l.* 2. §. 1. *ſ. qui ſatiſdare.*
e filius & nepotibus. Hi omnes contenti eſſe debent qualicunque fideiuſſore.
f *leg.* 2. §. *prætor ait. infrà qui ſatiſdare.*
g etiam non locuples *l.* 2. §. 4. *j. qui ſatiſdare.*
h coniunctionem *l.* 3. *j. eo.*
i qui veteribus *aſſiduus* dicebatur 16. *Gell.* 10.
k Cur? inhoneſtè a tam neceſſariis perſonis locuples fideiuſſor exigitur. *
l id eſt, in huiuſmodi perſonis tam neceſſariis, & coniunctis, ſecus in aliis *l.* 66. *j. de reg. iur.*
m Duos qui debet ſiſtere, vnius præſtatione non liberatur. *l.* 9. *j. ſi quis cautionibus.*
n *facit Nouell.* 30. *c.* 12. *Edict.* 13. *c.* 10. *in fin.* §. 12. *Inſt. de act. vbi v. Theophi.*
o cuius fragmentum extat in Epigraphe huius Tituli & *l.* 1. *in fi. inf. eod.*
p quia in pari delicto potior eſt cauſa defendentis *argum. l.* 2. *infra eodem.*
q *v. l.* 102. *j. de regulis iuris.*
r Pari in cauſa deterior eſt cauſa petitoris ſeu actoris.
ſ *adde l.* 5. *in pr. j. de iudiciis.*
t Seruus in ius vocari non poterat, vt hic: Imo poterat l. 1. §. 1. ſ. *eodem.*
u ad quem pertinet titulus, *j. de eo per quem.*
x Pedaneum ad iudicem qui vocatum eximit, pœnis non tenetur qui in ius ad magiſtratum. ſc. vocatum, *dixi in l.* 1. *ſ. de in ius vocando.* Pedaneus autem iudex plano pede ius dicebat, neque Iuriſdictionem neque tribunal habebat. Quin non poteſt locus in quo iudicit ius appellari niſi impropriè.
y A qui qui vi facit, dolo malo facit, *l.* 2. §. *doli. j. vi bonor. rap.*
z nec *Hal.*
ſ a qualium detinet, is dolum committit, *l.* 2. §. 2. *j. de eo per quem.*

1 ¶ Item ſi quis eum, qui per calumniam vocabatur, exemerit; conſtat eum hoc edicto teneri.

2 ¶ Prætor ait, *néue faciat dolo malo quò magis eximeretur.* Nam poteſt ſine dolo malo id fieri: veluti cùm iuſta cauſa eſt exemptionis.

1 *Quale ſit hoc iudicium. & quid in ipſum veniat.* 2. *Ex qua cauſa datur.* 3. *Quale ſit de pluribus delinquentibus.* 4. *De ſucceſſionibus. De tempore huius iudicij.*

5. *Vlpianus* lib. 5. ad Edictum.

SI per a alium quis exemerit, hac clauſula tenetur, ſiue præſens fuit, ſiue abſens b.

1 ¶ In eum autem, qui vi exemit, In factum iudicium datur: quo non id continetur quod in veritate eſt: ſed quanti ea res eſt ab actore æſtimata; de qua controuerſia eſt. hoc enim additum eſt, vt appareat, etiamſi calumniator quis ſit, tamen hanc pœnam eum perſequi.

2 ¶ Docere c autem debet quis, per hanc exemptionem factum, quo minus in ius produceretur: cæterum, ſi nihilominus productus eſt, ceſſat pœna; quoniam verba * cum d effectu ſunt accipienda.

3 ¶ Hoc iudicium in factum eſt, & ſi plures deliquerint, in ſingulos dabitur, & nihilominus manet, qui exemptus eſt, obligatus.

4 ¶ Hæredibus autem ita dabitur, ſi e eorum intersit. Neque autem in hæredem, neque poſt annum dabitur.

Si eximens ſoluerit.

6. *Idem* lib. 35. ad Edictum.

IS, qui debitorem vi exemit, ſi ſoluerit, reum non liberat, quia f pœnam ſuam ſoluit.

QVI g SATISDARE h COGANTVR vel k iurato l premittant m, vel ſuæ n promiſſioni committantur.

TIT. VIII.

Etymologia & definitio Satiſdationis.

Gaius lib. 5. ad Edictum prouinciale.

SAtiſdatio * eodem modo appellata eſt quo o ſatisfactio. Nam p vt ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus: ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, qui q pro eo, quod à nobis petiit, ita cauit, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis r fideiuſſoribus.

Quis dicatur locuples fideiuſſor. 1. *De perſonis quæ agere non poſſunt.* 2. *Edictum de fideiuſſore in neceſſarijs perſonis accipiendo.* 3. *Eius interpretatio* 4. *Quanti teneatur fideiuſſor, qui iudicio ſiſti promiſit.*

2. *Vlpianus* libro 5. ad Edictum.

FIdeiuſſor * in iudicio ſiſtendi cauſa locuples videtur dari, non tantùm ex facultatibus, ſed ſ etiam ex conueniendi facilitate. 1. ¶ Si quis his perſonis, quæ agere non potuerunt, fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa dederit, fruſtrà erit datio.

2 ¶ Prætor ait, *Si quis parentem, patronum, patronam, liberos, aut parentes patroni, patronæ, liberíſve ſuos, eúmve quem in poteſtate habebit, vel vxorem, vel nurum in iudicium vocabit* t *qualiſcunque fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa accipiatur.*

3 ¶ Quod ait prætor, *liberóſve ſuos*; accipiemus & ex u fœmineo ſexu deſcendentes liberos. parentique dabimus hoc beneficium non ſolùm ſi ſui iuris, ſed etiamſi in poteſtate ſit alicuius. Hoc enim Pomponius ſcribit. ¶ Et filius x fideiuſſor pro patre fieri poteſt, etiamſi in alterius poteſtate ſit.

¶ *Nurum* y, etiam pronurum, & deinceps accipere debemus. 4 ¶ Quod ait prætor, *qualiſcunque fideiuſſor accipiatur*: hoc quantum ad facultates, id eſt, etiam z non locuples.

5 ¶ In fideiuſſorem, qui aliquem iudicio ſiſti promiſerit, tanti quanti a ea res erit, actionem dat prætor, quod vtrum veritatem b contineat, an verò quantitatem c, videamus: & * melius eſt, vt in veram d quantitatem fideiuſſor teneatur, niſi e pro certa f quantitate acceſſit.

3. *Gaius* libro I. ad Edictum prouinciale.

SIue in duplum eſt actio, ſiue tripli, aut quadrupli: tanti eundem fideiuſſorem omnimodo tenere dicemus, quia tanti res eſſe intelligitur.

Si quis pro condemnato fideiuſſerit. 1. *Si quis locupletem vel approbatum fideiuſſorem non acceperit.*

4. *Paulus* lib. 4. ad Edictum.

SI g deceſſerit, qui fideiuſſorem dederit iudicio ſiſtendi cauſa; non debebit prætor iubere exhibere eum, quod ſi ignorans iuſſerit exhiberi; vel poſt decretum eius ante diem exhibitionis deceſſerit; denegand a erit actio; ſi autem poſt diem exhibitionis deceſſerit, aut amiſerit ciuitatem, vtiliter agi poteſt.

a *l.* 1. *in pr. ſ. de eo. per quem.*
b *v. l.* 15. §. 7. *j. de iniurijs.*
c vide quæ ſcripſi *ad l.* 19. §. 1. *j. de probationibus.*
d *l.* 1. §. *hæc autem ſ. quod quiſque iuris.*
e *l.* 2. *in fi. ſ. ſi quis in ius.*
f Quod quis propter ſuum delictum ſoluit, alij non prodeſt.
g rei ſcilicet.
h iudicio ſiſti vel ſtari. *l.* 2. *j. eod.* & exhiberi litis conteſtatæ tempore; ſatiſdare autem eſt idoneum fideiuſſorem dare.
i Satiſdare coguntur omnes, quorum iuramento vel nudæ promiſſioni non creditur.
k Satiſdatio iudicio ſiſti, eſt varia: interdum enim ſimplex ſatiſdatio eſt, interdum ἐξωμοσία & iuratoria, interdum nuda promiſſio.
l Iurato promittunt illuſtres, *l.* 17. *C. de dignit.* & Reſpublicæ. *l.* 6. *in fin. infr. vt legatorum nomine caueatur.*
m Repromittunt Immobilium poſſeſſores vel reipublicæ.
n ſuæ promiſſioni committuntur neceſſariæ perſonæ, vel dant qualemcunque fideiuſſorem.
*
o *l.* 3. §. *ſatis acceptio. j. de verb. oblig.*
p Argumentum à connexis.
q *fortè legendum* quum pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum &c.
*
r adde *l.* 1. §. *iubet. j. collation.*
ſ *l.* 7. *in pr. j. eod. l.* 1. *in princ. ſ. ſi quis in ius vocatus* 7. *Ecloga* 14. *cap.* 1. . 3. *j. de fideiuſſoribus.*
t *l.* 2. & 3. *ſ. in ius vocati.*
u *l.* 10. §. *liberos inf. de in ius.*
*
x vide *l.* 8. *Cod. de fideiuſſorib.*
y vide *l.* 50. *inf. de verb. ſignif.*
z *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *ſ. in ius vocati.*
a Quanti res eſt, interdum accipitur pro eo quod rèipſa intereſt: interdum pro pœna conuenta.
b Veritas eſt quòd reapſe intereſt, *l.* 4. §. 7. *inf. de damno*, ſeu vera quantitas *inf. eod.* cui opponitur hic quantitas vel certa quantitas. c *ſubaudi certam*, & quidem conuentam, & pacto promiſſam. d ſuperius appellauit veritatem. e maiore vel minore, quàm re vera intereſt. f *l.* 4. *in fi. inf. ſi quis cautionib.* g *l.* 26. §. *fin. C. de fideiuſſ. v. l.* 69. *inf. de verb. obl. v. Cuiac.* 19. *obſ.* 39.

Si quis

Si quis pro condemnato fideiuſſerit. 1. Si quis locupletem, vel approbatum fideiuſſorem non acceperit.

5. *Gaius* lib. 1. ad Edictum prouinciale.

SI *a* verò pro condemnato fideiuſſerit *b*, & condemnatus deceſſerit, aut ciuitatem Romanam amiſerit, rectè nihilominus cum fideiuſſore eius agetur.

2 ¶ Qui pro *c* rei qualitate euidentiſſimè locupletem, vel (ſi dubitetur) adprobatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit, iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt: quia ſanè * non quælibet iniuria eſt, duci in ius eum, qui *d* ſatis idoneum fideiuſſorem det. Sed & ipſe fideiuſſor, qui non ſit acceptus, tanquam de iniuria ſibi facta queri poterit.

Si vitioſè cautum ſit.

6. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

QVotiens vitioſè *e* cautum, vel ſatiſdatum eſt, non *g* videtur cautum, nec ſatiſdatum.

Si fideiuſſor dicatur habere fori præſcriptionem. 1. Vbi ſatis dandum. 2. Si ſatiſdatio pro re mobili à perſona ſuſpecta deſideretur.

7. *Vlpianus* libro 14. ad Edictum.

SI fideiuſſor non negetur idoneus, ſed dicatur *h* habere fori præſcriptionem: & metuat petitor, ne iure fori vtatur: videndum, quid iuris ſit: & Diuus Pius (vt & Pomponius libro epiſtolarum refert. & Marcellus libro tertio digeſtorum, & Papinianus lib. tertio quæſtionum) Cornelio Proculo reſcripſit, meritò petitorem recuſare talem fideiuſſorem: ſed ſi aliàs caueri non poſſit, prædicendum ei *i*, *non vſurum eum priuilegio ſi conueniatur.*

1 ¶ Si neceſſaria ſatiſdatio fuerit, & non facilè poſſit reus ibi eam præſtare, vbi conuenitur: poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem prouinciæ ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit: ſi autem ſatiſdatio voluntaria eſt, non in alium locum remittitur *: neque enim id *k* meretur, qui ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit.

2 ¶ Si ſatiſdatum pro re mobili non ſit, & perſona ſuſpecta *l* ſit, ex qua ſatis deſideratur: apud officium *m* deponi *n* debebit, ſi hoc iudici ſederit *o* donec vel ſatiſdatio *p* detur, vel lis finem accipiat.

De die ponenda in ſtipulatione, iudicio ſiſti. 1. Qui fideiubere poſſunt, vel non. 3. Si fideiuſſor ſtipulatori ſucceſſerit vel contra. 4. Qui mittuntur in municipium vt ibi ſatiſdent. 5. Et de iureiurando calumniæ ab eis præſtando & de cauſa cognitione.

8. *Paulus* lib. 14. ad Edictum.

DE die ponenda in ſtipulatione *q* ſolet inter *r* litigatores conuenire *ſ*: ſi non conueniat *t*, Pedius putat in poteſtate *u* ſtipulatoris eſſe, moderato ſpatio de hoc à iudice ſtatuendo.

1 ¶ Qui mulierem adhibet ad ſatiſdandum, non videtur cauere. ſed nec miles *x*, nec minor xxv. annis probandi ſunt: niſi hæ perſonæ in rem ſuam fideiubeant, vt pro ſuo procuratore.

¶ Quidam etiam, ſi à marito fundus dotalis petatur *y*, in rem ſuam fideiuſſuram mulierem.

2 ¶ Si ſeruus *z* inueniatur, qui antequam iudicium accipiatur, fideiuſſit iudicatum ſolui: ſuccurrendum eſt actori, vt ex integro caueatur. Minori quoque vigintiquinque annis ſuccurrendum eſt; fortaſſe & mulieri propter imperitiam.

3 ¶ Si fideiuſſor iudicatum ſolui, ſtipulatori heres extiterit, aut ſtipulator fideiuſſori, ex *a* integro cauendum erit.

4 ¶ Tutor, & curator, vt rem ſaluam fore pupillo caueant, mittendi ſunt in municipia: quia neceſſaria eſt ſatiſdatio.

¶ Item de re reſtituenda domino proprietatis, cuius vſusfructus datus eſt.

¶ Item legatarius; ut caueat, euicta hereditate legata reddi, & quod amplius per legem Falcidiam ceperit.

¶ Heres quoque *b*, vt legatorum ſatiſdet audiendus eſt, vt in municipium mittatur. Planè ſi miſſo iam legatario in poſſeſſionem, cùm per heredem ſtaret, quominus caueret heres, poſtulet, vti de poſſeſſione decedat, paratúmque ſe dicat in municipio cauere: impetrare non *c* debebit. Diuerſum, ſi ſine culpa, aut dolo heredis miſſus ſit in poſſeſſionem.

5 ¶ Iubetur iurari de calumnia, ne *d* quis vexandi magis aduerſarij cauſa forſitan, cùm Romæ poſſit ſatiſdare, in municipium euocet.

¶ Sed quibuſdam hoc iuſiurandum de calumnia remittitur: velut parentibus & patronis. Sic autem iurare debet, qui in municipium remittitur. *Romæ ſe ſatiſdare non poſſe, & ibi poſſe quò poſtulat remitti*: idque ſe non calumniæ cauſa *e* facere: nam ſic non eſt compellendus iurare: alibi ſe, quàm eo loco ſatiſdare non poſſe: quia ſi Romæ non poteſt, pluribus autem locis poſſit: cogeretur peierare.

6 ¶ Hoc autem "tunc" impetrabitur cum iuſta cauſa eſſe videbitur; quid enim, ſi cùm erat in municipio, noluit cauere? hoc caſu non debet impetrare: cùm per eum ſteterit, quominùs ibi, vbi "ire" deſiderat, ſatiſdaret.

De fideiuſſoribus ab arbitrio. 11. vel à litigatore probatis.

9. *Gaius* lib. 5. ad Edictum prouinciale.

ARbitrio * ad fideiuſſores probandos conſtituto: ſi in alterutram partem iniquum arbitrium videatur: perinde ab eo atque à iudicibus *a* appellare licet *b*.

10. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

SI "ab * arbitrio probati ſunt fideiuſſores, pro locupletibus habendi ſunt, cùm potuerit querela ad competentem iudicem deferri.

1 ¶ Qui ex cauſa improbat ab arbitrio probatos, aliàs improbatos probat: multóque magis * ſi ſua voluntate accepit fideiuſſores, contentus *c* his eſſe debet. Quod *d* ſi medio tempore calamitas fideiuſſoribus inſignis, vel magna inopia accidit; cauſa cognita ex integro ſatiſdandum erit.

Si quis poſt ſatis acceptionem mandato domini agere inſtituerit.

11. *Vlpianus* lib. 75. ad Edictum.

IVlianus ait ſi antequam mandarem tibi, vt fundum peteres, ſatis acceperis *e* petiturus fundum, & poſtea mandatu *f* meo agere inſtitueris; fideiuſſores teneri *g*.

De cautione ab eo qui ſub conditione inſtitutus eſt ſubſtituto præſtanda.

12. *Idem* lib. 77. ad Edictum.

INter omnes conuenit, * hæredem ſub conditione, "pendente conditione" poſſidentem hereditatem *h* ſubſtituto cauere debere de hereditate; &, ſi defecerit conditio adeuntem hæreditatem ſubſtitutum & petere hereditatem poſſe; & ſi obtinuerit, committi ſtipulationem, & plerumque ipſe prætor & ante *i* conditionem exiſtentem, & ante *k* diem petitionis venientem, ex cauſa iubere ſolet ſtipulationem interponi.

13. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

SEd & ſi plures ſubſtituti ſint *l*, ſingulis cauendū eſt.

Qui iudicatum ſolui ſatiſdare debent.

14. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

FIliusfamiliàs ſi defendit abſentem patrem; quæro, an iudicatum ſolui ſatiſdare debeat. Paulus reſpondit, eum, qui abſentem defendit, etiam *m* ſi filius vel pater ſit, ſatiſdare petitori ex forma edicti debere.

Qui iudicio ſiſti ſatiſdare non coguntur.

15. *Macer* lib. 1. de appellationibus.

SCiendum * eſt, poſſeſſores *n* immobilem *o* rerum ſatiſdare non compelli.

1 ¶ Poſſeſſor autem is accipiendus eſt, qui in agro, vel ciuitate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe, aut pro *p* parte. ¶ Sed & qui uectigalem *q* id eſt emphyteuticum agrum poſſidet, poſſeſſor intelligitur.

¶ Item * qui ſolam *r* proprietatem habet poſſeſſor intelligendus eſt.

¶ Eum verò qui tantùm vſumfructum habet, poſſeſſorem non eſſe Vlpianus ſcripſit.

2 ¶ Creditor qui pignus accepit, poſſeſſor non *ſ* eſt, tametſi poſſeſſionem habeat, aut ſibi traditam, aut precario debitori conceſſam.

3 ¶ Si fundus in dotem datus ſit, tam vxor, quàm *t* maritus propter poſſeſſionem eius fundi poſſeſſores intelliguntur.

4 ¶ Diuerſa cauſa eſt eius, qui fundi petitionem *u* perſonalem habet.

5 ¶ Tutores, ſiue pupilli eorum, ſiue ipſi poſſideant poſſeſſorum loco habentur. Sed & ſi vnus ex tutoribus poſſeſſor fuit, idem dicendum erit.

6 ¶ Si fundum quem poſſidebam, à me petieris: deinde, cùm ſecundum te eſſet iudicatum, appellauerim; an poſſeſſor eiuſdem fundi ſim? & rectè dicetur poſſeſſorem me eſſe, quia nihilominus poſſideo, nec *x* ad rem pertinet, quod euinci "mihi" ea poſſeſſio poſſit *.

7 ¶ Poſſeſſor autem quis, nec ne fuerit; tempus cautionis ſpectandum eſt: nam ſicut ei, qui poſt cautionem poſſeſſionem vendidit, nihil obeſt; ita nec prodeſt ei, qui poſt cautionem poſſidere cœpit.

De vadimonio deſerto.

16. *Paulus* lib. 6 ad Edictum.

QVi iurato promiſit iudicio ſiſti *z*, non *a* videtur peieraſſe, ſi *b* ex conceſſa *c* cauſa hoc *d* deſeruit.

SI EX NOXALI CAVSA AGATVR, quemadmodum caueatur.

a Qui exhibiturum ſe aliquem iudicio cauerit, mortuo eo pro quo cauerat, periculo cautionis liberatur *Paul. 1. ſentent. 13. §. 2.*
b Cautio hæc fiebat apud acta.
c πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, pro cauſæ ratione 8. *Eclog. 8. ex titulo 14. c. 5.* hoc ſenſu: Qui fideiuſſorem citra controuerſiam pro cauſæ ratione locupletem & adprobatum vt locupletem iudicio ſiſtendi cauſa non accipit, in eum tam ipſe fideiuſſor, quàm reus iniuriarum actionem habent: ità Græci hanc legem referunt *illo loco.*
d *l. 19. inf. de iniurijs, l. 31. ff. de reb. auctor. iudi.*
e vitioſa cautio ἐπιλήψιμος. *Eclo. illo loco.* hoc eſt captioſa.
f Cautio ἀσφάλεια: ſatiſdatio ἐγγύη. *Eclog. illo loco.*
g *l. 3. inf. de fideiuſſorib.* adde *l. 25. ff. de pignorib. l. 2. ff. de auth. tutor.*
h *l. 2 in pr. §. eo.*
i *l. 1. in fin. ſuprà ſi quis in ius vocatus.*
k vide *l. 2. §. vim fluminis. inf. ſi quis cautionibus.*
l Suſpecta ſit perſona variè vt hic: aliàs dicam.
m Deponere apud officium quid eſt? ſequeſtrare.
n vide *titulum Codicis de prohibita ſequeſtrat. pecuniæ.*
o id eſt, viſum fuerit.
p fideiuſſor.
q qua iudicio ſiſti. Cæterum huiuſmodi ſatiſdatio fiebat interpoſita ſtipulatione. *l. 26. §. 3. inf. de verb. oblig.*
r Immò Prætoris munus eſt *l. 1. inf. ſi quis cautio.*
ſ Cautio iudicio ſiſti duplex eſt. Vna conuentionalis & voluntaria: *l. 7. §. 1. ff. eod.* altera neceſſaria ex edicto prætoris *d. §. 1.*
t εἰ διαφωνῶσιν, *Baſil.* ſi diſſentiant.
u in litis præparatoriis actor reo fauorabilior. *vide l. 66. infra de iudiciis.*
x *l. 31. C. de loco eod.*
y euincatur, atqui poſſeſſor immobilium non tenetur ſatiſdare. *l. 15. inf. eo.* z *Cuiac. 14. obſ. vlt.* a *v. l. 4. inf. de prætor. ſtipul.* b *l. 1. in princ. l. 5. §. fin. inf. vt legator.*
c poterit tamen cautionem vbi agit offerre *l. 39. ff. de condict. indebit.*
d v quæ notaui ad *Nou. 49. c. 3.*
e ſed neceſſitatis. *l. 7. §. 2. ff. eod.*

a *l. vlt. in fin. C. de iudiciis.*
b Immò non licet. *l. vlt. inf. familiæ: l. 1. C. de arbitr.*
c habet enim quod ſibi imputet, *l. 1. §. illud ſciendum. inf. de ſeparationib. l. 3. inf. de fideiuſſorib.*
d Calamitate inſigni ex cauſa ſuperueniente ſatiſdatio exigitur. *v. l. 4. inf. de prætoriis ſtipulat.*
e Quid ſi anteà mandatum ſolus accepit? *v. l. 7. in fin. infrà iudicatum ſolui.*
f Procurator etiã cenſetur qui ante mandatum negotium abſentis ſuſcepit, poſt ſuſceptum vero * negotium, mandatum habuit, *vt hic*: ſic & ratum fuerit habitum videtur procurator *l. 1. §. 2 in fin. inf. iudicatum ſolui.* *
g Immò non tenentur, & de integro cauendum erit. *l. 2. §. Procuratorem. l. 7. in fin. ff. iudicatum ſolui.*
h atqui is calumnioſè ſatiſdationem exigit quem alius antecedit. *l. 8. ff. de prætoriis ſtipul.* *
i *v. l. 4. C. vt in poſſeſſionem.* & quæ ſcripſi ad *l. 8. inf. de prætoris ſtipulat.*
k *v. l. 96. §. pen. ff. de leg. 1.*
l *v. l. 3. infrà vt legat. ſeruan.*
m *l. 12. C. de procurat.*
n & Rempublicam *l. 6. in p. inf. vt legatorum.* *
o immobilium rerum poſſeſſio releuat, id eſt excuſat à ſatiſdatione, *vt hic.* ita idonei non ſatiſdãt *l. vlt. §. 6. C. de curatore fur. inſ.* Per contrarium hinc colliges: Mobiliũ poſſeſſores tantum cauere iudicio ſiſti cogi. Quod tamen Socinus regula, Cauere. 45. negat certis caſib. verum eſſe. Negat inquam cuſtodias, mercatores mobilium tantum poſſeſſores, quib. non facilis ſit abſentia propter multitudinem negotiorum, in ſummariis denique cauſis, mobilium tantùm poſſeſſorẽ cogi ſatiſdare. p *l. 13. §. 1. ff. de fundo dotali.* q *v. ff. ſi ager vectigalis.* r *v. l. 1. §. 2. ff. de Syll.* ſ v. quæ notaui ad *l. 36. ff. de adquir. poſſeſſ.* t *v. d. l. 13. §.* u atqui is rem habere videtur. *v. l. 143. ff. de verb. ſign.* x Imo ad rem pertinet. *v. l. 190. ff. de reg. iur.* y immobilium poſſeſſor vel reſpublica. Hi iuratoriæ cautioni committuntur vt initio hujus tituli dictum eſt *v. l. 12. C. de prox. ſacr.* z Verbi gratia. ſeruum pro quo noxali iudicio conuentum eſt. a Peierare non videtur qui ex conceſſa leg aut per principem cauſa vadimoniũ deſerit. Deſerentem vadimoniũ vis maior excuſat. *Senec de ben. l. 29. in p.* b Princeps an iuriſiurandi gratiã facere poſſit. *v. l. vl. §. ad munic.* c εὐλόγως 7. *ſynop. 8. tit. 14. c. 12. §. 6.* id eſt de iuſta cauſa. b promiſſionem iudici ſiſti factam

Edicto a

TIT. IX.

Edictum de ſeruo, pro quo noxalis actio eſt, exhibendo. 1. Quid ſit in eadem cauſa ſiſtere.

Vlpianus lib. 7. ad Edictum.

SI quis eum, de *a* quo noxalis actio eſt, iudicio ſiſti promiſerit: prætor ait, *In eadem b cauſa eum exhibere c, in qua tunc eſt, donec d iudicium accipiatur,"*

1 ¶ In eadem cauſa ſiſtere" quid ſit, videamus,* & puto verius; eum* videri in" eadem cauſa ſiſtere, quid ad experiendum non facit ius actoris deterius.

¶ Si deſinat *e* ſeruus eſſe promiſſoris vel actio amiſſa ſit: non videri in eadem cauſa ſtatum Labeo ait, vel ſi qui pari loco erat in litigando, cœpit eſſe "in" duriore, vel loco vel perſona mutata.

¶ Itaque ſi " quis ei, qui in foro promiſſoris conueniri non poteſt, venditus, aut potentiori datus ſit: magis eſſe putat, vt non videatur in eadem cauſa *f* ſiſti.

¶ Sed & ſi noxæ deditus ſit, Ofilius non putat in eadem cauſa ſiſti: cùm noxæ deditione ceteris noxalem actionem perimi putat.

Si Seruus abſit, dominus præſens ſit, vel contra.

2. *Paulus* lib. 6. ad Edictum.

SEd alio iure vtimur: nam * ex præcedentibus cauſis non liberatur noxæ deditus. perinde enim noxa caput ſequitur, ac ſi veniſſet.

1 ¶ Si abſens ait ſeruus, pro quo noxalis actio alicui competit, ſi quidem dominus non negat in ſua poteſtate eſſe: compellendum putat Vindius *g* vel iudicio *h* eum ſiſti promittere, vel iudicium accipere: aut ſi nolit defendere, cauturum, cùm primum potuerit ſe *i* exhibiturum; ſin vero falſò negat in ſua poteſtate eſſe, ſuſcepturum iudicium ſine noxæ deditione, idque Iulianus ſcribit, & ſi dolo *k* fecerit, quo minus in eius eſſet poteſtate.

¶ Sed ſi ſeruus præſens eſt, dominus abeſt, nec quiſquam ſeruum defendit *l*: dicendus erit iuſſu prætoris: ſed cauſa cognita domino *m* poſteà dabitur defenſio, vt Pomponius & Vindius ſcribunt: * ne ei abſentia ſua noceat. Ergo & actori *n* actio reſtituenda *o* eſt perempta ea, quòd ductus ſeruus in *p* bonis eius eſſe cœpit.

De vſufructuario non defendente ſeruum.

3. *Vlpianus* lib. 5. ad Edictum.

SI cum vſufructuario *q* noxali iudicio agetur, iſque ſeruum non defenderit: denegatur ei per prætorem vſusfructus perſecutio.

Si cum vna ex dominis agatur.

4. *Gaius* lib. 6. ad Edictum prouinciale.

SI cum vno ex dominis noxalis agetur: an pro parte ſocij ſatiſdare deberet? Sabinus ait non *r* debere. quia quodammodo totum ſuum hominem defenderet, cur in ſolidum defendendi neceſſitas eſſet: nec auditur, ſi *ſ* pro parte paratus ſit defendere.

Si ſeruum aut ſtatu liberum ſibi promiſſum ſit, & liber factus ſiſtatur.

5. *Vlpianus* lib. 47. ad Sabinum.

SI ſeruum in eadem cauſa ſiſtere, quidam promiſerit, & liber factus ſiſtatur; ſi de ipſo controuerſia eſt capitalium actionum, iniuriarúmque nomine, non *t* rectè ſiſtitur: quia aliter de ſeruo ſupplicium & verberibus" de iniuria" ſatiſfiet, aliter de libero vindicta ſumitur, vel condemnatio pecuniaria; quod autem ad ceteras noxales cauſas pertinet, etiam in meliorem cauſam videtur perueniſſe.

6. *Paulus* lib. 11. ad Sabinum.

SEd ſi ſtatu liberum ſiſti promiſſum ſit: in eadem cauſa ſiſti videtur, quamuis liber ſiſtatur quod implicitus *u* caſus libertatis fuerit.

DE EO *x*, PER *y* QVEM FACTVM erit, quo minus quis in iudicio ſiſtat.

TIT. X.

Æquitas edicti. 1. Quid ſit facere dolo malo. 3. Si reus dolo actoris vel extranei non ſtiterit. 4. Si plures dolo fecerint. 5. Si ſeruus fuerit 6. De ſucceſſoribus. De tempore huius iudicij.

Vlpianus libro 7. ad Edictum.

AEquiſſimum putauit prætor, dolum *z* eius exercere, qui impedit aliquem iudicio ſiſti.

1 ¶ Feciſſe *a* autem dolo malo non tantum is putatur, qui ſuis manibus, vel per ſuos retinuerit: verum *b* qui alios quoque rogauit, vt eum detinerent, vel abducerent, ne iudicio ſiſtat, ſiue ſcientes, ſiue ignorantes quid eſſet, quod comminiſceretur.

& ſic vadimonium. Deſerti vadimonij pœnam non patitur, qui ex conceſſa cauſa vadimonium deſerit. dixi l. 5. §. 1. inf. ſi quis cautionibus.
n ἐφ' ᾧ ἐποχλῶ ἢ ἀγωγὴν ἔχω. 7. Eclog. 8. ex tit. 15. c. 1. id eſt, de quo obligationem vel actionem habeo.
b l. 11. inf. ſi quis cautionib.
c al. exhibeto al. cum ſiſtere & loco exhibere cogam. *
d ἐν τῇ προκαταρξει etiam in conteſtationem d. loco.
e ob manumiſſionem l. 5. in pr. j. eodem.
f Cur ita? v. l. 3. §. 1. in fin. inf. de alienat. iudicij.
g de quo vide Capitolinum in Antonino.
h facit l. 81. inf. de verb. oblig.
i & ius ſuum ceſſurum l. 29. in fi. inſ. de noxalib.
k l. 131. 7. de regul. iur.
l l. 6. inf. de publiciana.
m l. 26. inf. ſi abſentem. inf. de noxalib.
n qui ſeruum duxerat.
o Cur? omnis in integrum reſtitutio debet eſſe mutua & reciproca. l. 24. §. 2. j. de minorib.
q hinc colligit Accurſius, legatarium miſſum in poſſeſſionem rerũ hereditariarum ex ſecundo decreto nanciſci dominium rei legatæ de quo v. l. 9. j. vt in poſſeſſ. legatorum. Verùm aliud eſt, in bonis eſſe & in dominio eſſe.
q vel è contra ſi cum proprietario. l. 17. in fin. j. de noxalib.
r atque ita in quemuis datur actio, v. l. 5. j. de noxalib.
ſ Immò, partem ſuam cedendo, ſecuritatem conſequetur: l. 8. verſ. ante infrà de noxal.
t atqui punitur vt ſeruus l. 1. in pr. j. de pœnis.
u v l. 6. in fi. pr. de fideicom. libert.
x extraneo: ſiue vnus ſiue plures. l. 1. §. 4. j. eo. quid ſi per actorem factum? v. l. 1. §. 4. j. eodem.
y cuius dolo malo. l. 1. in pr. §. 1. j. eodem
z Si res dolo ad aliquem peruenerit, ſecundario & in ſubſidium conueniri poteſt. vide tamen *Socin. reg.* 340.
a Qui per ſe vel per ſuos vel per alios tam ignorantes quàm ſcientes dolo malo quem impedierit iudicio ſiſti, edicto tenetur. 7. *Eclog.* 13. c. 5. b * *l.* 4. ſ. re quis cùm? l. 7. §. fi. j. de iuriſdict. c Dolo facit & is qui ad iudicium venienti renunciauerit aliquid triſte, iſque hac re impedierit, *Eclog. d. loco.*

2 ¶ Dolum *c* autem malum ſic accipimus; vt ſi quis venienti ad iudicium aliquid pronunciauerit triſte *a*, propter quod is neceſſe habuerit ad iudicium non venire, teneatur edicto, quamuis quidam putent ", ſibi *b* eum imputare, qui credulus fuit.

3 ¶ Si reus dolo actoris non ſtiterit, non habebit reus aduerſus enim actionem ex hoc edicto: cùm contentus eſſe poſſit exceptione ſi ex ſtipulatu conueniatur de pœna, quod ad iudicium non venerit. aliter *c* atque ſi ab alio ſit impeditus: nam actionem propoſitam aduerſus eum exercebit.

4 ¶ Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: ſed ſi vnus præſtiterit pœnam, ceteri liberantur, cùm nihil interſit.

5 ¶ Serui nomine, ex hac cauſa, noxali iudicio agendum omnes conſentiunt.

6 ¶ Et heredi datur, ſed non vltra annum. aduerſus heredem autem hactenus puto dandam" actionem " vt ex dolo defuncti hæres non lucretur.

Si ſeruus actoris fecerit.

2. *Paulus* lib. 6. ad Edictum.

SI actoris ſeruus, domino ſciente, & cum poſſit non prohibente, dolo fecerit, quo minus in iudicio ſiſtam: Ofilius dandam mihi exceptionem aduerſus dominum ait, * ne *d* ex dolo ſerui dominus lucretur: ſi verò ſine voluntate domini ſeruus hoc fecerit. Sabinus noxale iudicium dandum ait, * nec factum ſerui domino obeſſe debere: niſi hactenus, vt ipſo careat: quando ipſe nihil deliquit.

Quale ſit hoc iudicium, & quid in ipſum veniat. 1. Si is qui dolo fecit ſoluendo non ſit. 2. Stipulator dolo vnius, promiſſor dolo alterius non ſteterit. 3. Si ſtipulator & promiſſor ſe mutuò impedierint. 4. Quid veniat in hoc Iudicium.

3. *Iulianus* lib. 2. Digeſtorum.

EX * hoc edicto aduerſus eum, qui dolo fecit, quo minus quis in iudicium vocatus ſiſtat, in factum actio competit, quanti *e* actoris interfuit eum ſiſti. In quo iudicio deducitur, ſi quid amiſerit actor ob eam rem: veluti ſi reus tempore dominium rei interim ſibi adquirat, aut actione liberatus fuerit.

1 ¶ Planè ſi is, qui dolo fecerit, quo minus in iudicio ſiſtatur, ſoluendo non fuerit: æquum erit aduerſus ipſum *f* reum reſtitutoriam actionem competere: * ne propter *g* dolum alienum reus lucrum faciat, & actor damno adficiatur.

2 ¶ Si & ſtipulator dolo Titij & promiſſor dolo Mæuij impeditus fuerit, quominus in iudicio ſiſtatur; vterque aduerſus eum, cuius dolo impeditus fuerit, actione in factum experietur.

3 ¶ Si & ſtipulator dolo promiſſoris; & promiſſor dolo ſtipulatoris impeditus fuerit, quominus ad iudicium veniret, neutri *h* eorum prætor, ſuccurrere debebit, * ab vtraque parte *i*, dolo compenſando.

4 ¶ Si à fideiuſſore quinquaginta ſtipulatus fuero ſi in iudicium reus non venerit, petiturus à reo *k* centum, & dolo " malo " Sempronij factum fuerit, ne in iudicium reus veniat; centum à Sempronio conſequar. tanti enim mea interfuiſſe videtur: quia ſi veniſſet in iudicium, actio mihi centum aduerſus reum, vel aduerſus heredem eius competebat, licèt fideiuſſor minorem ſummam mihi promiſerit.

SI QVIS CAVTIONIBVS IN IVDICIO ſiſtendi cauſa factis non *l* obtemperauerit.

TIT. XI.

Itinere dinumerato quid iudicio ſiſtendi cauſa faciendum eſt.

Gaius lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

VIcena *m* millia *n* paſſuum in ſingulos dies dinumerari prætor *o* iubet, præter *p* eum diem, quo cautum promittitur, & in quem ſiſtere in iudicium oportet; nam ſanè talis itineris dinumeratio neutri litigatorum oneroſa eſt.

Quibus ex cauſis vadimonium deſerens excuſatur, ac primùm de negotio tranſacto. 1. De munere principali. 2. De teſtimonio perhibendo. 3. De valetudine: tempeſtate, vi fluminis. 4. De grauiditate aut puerperio. 5. De furore. 6. Interpretatio eius quod ſupradictum eſt. 7. De tempeſtate & vi fluminis. 9. De eo qui retentus fuit.

2. *Vlpianus* lib. 24. ad Edictum.

NOn exigimus reum iudicio ſiſti, ſi negotium, propter quod iudicio ſiſti promiſit *q*, fuerit tranſactum, ſed hoc ita, ſi *r* * non prius id negotium tranſactum ſit, quàm ſiſti oporteret; cæterùm ſi poſtea tranſactum eſt, exceptio doli opponi debet, * quis enim de pœna promiſſa laborat poſt negotium tranſactum? cùm etiam tranſacti negotij exceptionem putauerit, quis nocere, quaſi etiam de pœna tranſactum ſit, niſi contrarium ſpecialiter partibus placuerit.

1 ¶ Si quis municipalis muneris cauſa, ſine ſuo dolo malo

a Triſte aliquid renuncians alicui ne iudicio ſe ſiſtat, hoc edicto tenetur. Poſſis & hoc extendere ad eos qui quid exercitui triſte nunciant, vt fugam faciat & imbellis cedat. arg. l. 3. j. ad l. Iuliam Maieſt.
b Nou. 53. c. 5. §. eo igitur.
c v. l. 2 §. fi. l. 3. j. ſi quis cautionib.
d l. 5. in pr. ſi quis cantion. l. 31. in pr. j. de arbitr.
e l. 3. j. tit prox.
f obſtat lex 8 §. 5. ff. de dolo. vide quæ notaui ad l. 10. in fi. j. de procuratoribus.
g l. 14. §. aliquando j. quod met. cauſ. l. 5. §. ſi plurium, j. de noui ope. nunc. *
h v. quæ ſcripſi ad l. 4. §. 13. j. de doli mali & met. except. *
i l. 36. j. de dol. l. 57. in fi. j. de contr. empt. v. l. 39. in fi. inf. ſoluto.
k v. notaui quæ ad l. 4. §. 5. j. de doli mali & met. except.
l adde l. 2. j. quib. ex cauſis in poſſeſſ. eatur.
m v. l. 3. inſ. de verb ſig. *
n μίλια author. Eccl. 7. ti. 8. ex tit. 16. c. 121 Harm. §. 54. Hinc Cicero orat. pro Quintio. Hoc tibi planum eſt faciendum: neminem eſſe qui poſſit biduo, ad ſummum triduo, ſeptingenta millia paſſuum ambulare.
o l. 8. in pr. j. qui ſatiſdare.
p Dies cautionis interpoſitæ non computatur in tempore ſiſtendi, & vt pragmatici loquuntur. Dies termini non computatur in termino. l. 41. in fin. princip. j. de verb. oblig. vide tamen exceptiones apud Socinum regula 91. Dies termini. vbi hoc locum negat habere in his quæ tempus habent natura finitum: aut ſi intereſt rei iudicio ſiſti, eo tempore potius adeſſe, quam aduerſarij. Vtroque enim caſu diem termini in termino computari.
q l. 22. in fin. j. de in ius vocando.
r ſi modo prius. Petr. Fab. 1. Semeſt. 14. Hot. 4. obſer. 9. Cuiacius ad l. 93. j. verb. oblig.

malo imp ditus, in iudicio ſecundùm ſuam promiſſionem non ſtetit: æquiſſimum eſt ei, tribui exceptionem.

2 ¶ Simili modo & ſi *a* ad teſtimonium deſideratus, ad iudicium occurrere non potuit: erit ei ſubueniendum.

3 ¶ Si quis iudicio ſe ſiſti promiſerit: & *b* valetudine, vel tempeſtate *c*, vel vi fluminis prohibitus ſe ſiſtere non poſſit: exceptione adiuuatur. nec immeritò, cùm enim in tali promiſſione præſentia opus ſit, quemadmodum potuit ſe ſiſtere, qui aduerſa valetudine impeditus eſt? & ideo etiam lex *d* duodecim tabularum, ſi iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico *e* impediatur, iubet diem iudicij eſſe diffiſum.

4 ¶ Si non propter valetudinem mulier non ſteterit iudicio, ſed quod *g* grauida erat: exceptionem ei dandam *h* Labeo ait: ſi tamen poſt *i* partum decubuerit *k*, probandum erit quaſi valetudine impeditam.

5 ¶ Idem eſt, & ſi quis furere cœperit: nam * qui furore impediatur, valetudine impeditur.

6 ¶ Quod diximus, ſuccurri *l* etiam ei, qui tempeſtate, aut vi fluminis prohibitus non venit: * tempeſtatem ſic intelligere debemus, ſiue maritima, ſiue terreſtris ſit. tempeſtatem intelligere debemus talem quę impedimento ſit itineri, vel nauigationi. *

7 ¶ Vis fluminis etiam ſine tempeſtate accipienda eſt: vim fluminis intelligimus, & ſi magnitudo eius impedimento ſit, ſiue pons ſolutus ſit, vel *m* nauigium non ſtet.

8 ¶ Si quis tamen, cùm poſſet non incidere in tempeſtatem, vel in fluminis vim, ſi antè profectus eſſet, vel tempore oportuno nauigaſſet, ipſe ſe arctauerit: nunquid *n* exceptio ei minimè proſit? quod quidem cauſa cognita erit ſtatuendum; nam neque ſic arctandus ſit, vt poſſit ei dici, cur non multò ante profectus eſt, quàm dies promiſſionis veniret. neque iterum permittendum ei, ſi quid ſit, quod ei imputetur, cauſari tempeſtatem, vel vim fluminis. Quid enim, ſi "quis," cùm Romæ eſſet ipſo tempore promiſſionis ſiſtendi, nulla neceſſitate vrgente, voluptatis cauſa in municipium profectus ſit? nonne indignus eſt, cui "hæc" exceptio patrocinetur? Aut quid, ſi tempeſtas quidem in mari fuit, terra autem iſte potuit venire, vel flumen circumire? æquè dicendum, non ſemper ei exceptionem prodeſſe: niſi *o* anguſtiæ non patiebantur terra iter metiri, vel circumire. Cùm tamen vel flumen ſic abundaſſet, vt impleſſet omnem locum in quo ſiſti oportuit: vel aliqua fortuita calamitas eundem locum euertit: vel præſentiam venienti periculoſam fecit: ex bono & ęquo & hic exceptio *p* ei accommodanda eſt.

9 ¶ Simili modo exceptio datur ei *q*, qui cùm ad iudicium venire volebat *r*, à magiſtratu retentus & ſine dolo malo ipſius: nam ſi ipſe hoc affectauit *ſ*, vel cauſam *t* præſtitit: non ei proderit exceptio: ſed ipſius quidem dolus ei oberit, cæterorum non oberit, qui malo dolo fecerunt, vt retineretur. Sed ſi *u* priuatus eum detinuerit, nullo modo ei proderit hæc exceptio.

3. *Paulus* lib. 69. ad Edictum.

SEd actio *x* ei datur aduerſus eum, qui detinuit, in id *y* quod eius intereſt.

De damnato rei capitalis. 1. De capitis accuſatione, vinculis & cuſtodia militari. 2. De funere domeſtico. 3. De captiuitate 4. De conuentione ne exceptio in vadimonio deſerto obijciatur 5. Si ſatiſdatũ ſit ab eo qui non tenebatur. Si plus promiſſum ſit.

4. *Vlpianus* lib. 74. ad Edictum.

SEd & ſi quis rei capitalis antè *z* condemnatus, iudicio ſiſtere ſe non potuit: merito huic *a* ignoſcitur, *

¶ Rei capitalis *b* condemnatum accipere debemus, qui morte, exilióve *c* coercitus eſt.

¶ Dixerit aliquis, quò ergo hæc exceptio damnato? ſed reſpondebitur, fideiuſſoribus eius eſſe neceſſariam: aut ſi fortè in exilium, ſalua *d* ciuitate abiit: vbi defenſori eius exceptio iſta proderit.

1 ¶ Illud ſciendum eſt: eum, qui idcirco non ſtetit, quia capitis reus factus eſt, in ea cauſa eſſe: vt exceptione vti non *e* poſſit: damnato enim datur exceptio.

¶ Planè ſi vinculis vel cuſtodia militari impeditus ideò non ſtetit: in ea erit cauſa, vt exceptione vtatur.

a v. l. 5. ſ. de in ius voc.
b * l. 38. ſ. ex quib. cauſ. maior. l. vlt. ſ. ad l. Rhod. adde l. 11. in fi. ſ. de excuſ. tut.
c Deferentem vadimonium vis maior excuſat. *Senec. 4. de beneficiis 35. & 39.*
d dixi ad leges XII. Tabularum titulo de iudiciis.
e vide *l. 60. ſ. de re iudic.*
f i. dilatum. id enim diffindere eſt & ita legendum eſt apud Gellium 14. c. 2. difundi, & apud Feſtum, *in Ren. 16.* dies diffiſus eſto, *pro* dies defenſus eſto Liuius 9. legem Curiatam triſte omen diffidit Hora. 2. *ſermonum*: Nihil diffindere poſſum.
g adde *l. 14 in pr. §. 1. infr. de ædil. edict.*
h non dandã, *Cuia.*
i Decumbere ſolent mulieres, vt facilius enitantur, & ob Partus dolorem. Non omnes ſine dolore pariunt, ſed quædam tantùm, vt Hiſpanæ, quæ *teſte Strabone*, 3. vt primum ſunt enixæ, agros colunt & viros decumbere iubent, iiſque miniſtrãt, & inter operandum infantem lauant ad alueum amnis alicuius accubantes. Idem de Pigmeis mulieribus Diodorus & Ariſtoteles *lib. 20. de admirãdis 19. & Politicõ 8.* de Gallicis mulieribus.
k Decumbere autem ſolent mulieres pleriſque in locis ad 40. vſque diem. vide Accurſ. & quæ notaui ad *l. prægnatis. ſ. de pœnis.*
l vide exemplum apud Ciceronem *2. de Inuentione*, vbi de Lacedæmoniis. Sed quomodo conſtabit iudici de vi fluminis? *v. l. 19. §. 1. ſ. de probat.*
m veluti ponto, *l. vlt. in princ. ſ. de ſeruit. ruſticor.*
n an ſuccurratur ei qui ſe in neceſſitatem coniecit, vide *l. 7. § ſi neceſſaria ſ. qui ſatiſdare, l. 21. in princ. ſ. quod metus. l. 3. §. ſubuenitur. ſ. de Syllan.*
o quæ etiam ſtipulationi nocent *l. 2. § qui ita. ſ. de eo quod cert.*
p doli ſcil.
q vt non conueniatur in pœnam quam promiſit.
r *v. l. 2. C. ex quib. cauſ. maior.*
ſ Affectatum impedimentum, pro impedimento non habetur.
t Cauſam præſtans impedimento, impeditus non videtur.
u *l. 3. ſ. eod. l. 1. §. ſi reus, ſ. de eo per quem.*
x ex edicto de eo per quem factum erit, &c.
y *l. 3. ſ. de eo per quem.*
z diem ſiſtendi ſcil.
a adde *l. 1. in fi. ſ. de cuſtodia.*
b * Capitalium pœnarum gradus adde *ex l. Capitalium 18. infr. de pœnis.*
c Mors hæc ciuilis naturalem imitatur.
d Salua ciuitate exilium eſſe poteſt.
e Imò excuſandus eſt, *l. 16. §. 2. infr. de arbitriis.*
f *l. 2. C. ex quib. cauſ. maior.*

2 ¶ Præterea ſi funere *a* quis domeſtico impeditus non venit, debet ei exceptio dari.

3 ¶ Item ſi quis in *b* ſeruitute hoſtium fuerit, ac per hoc in iudicium non ſtetit: debet exceptione adiuuari.

4 ¶ Quæſitum eſt, an poſſit conueniri: *Ne c vlla exceptio in promiſſione d deſerta in iudicio ſiſtendi cauſa facta obiiciatur*: & ait Atilicinus "conuentionem iſtam non valere." ſed & ego puto conuentionem iſtam ita valere, ſi ſpecialiter *e* cauſæ exceptionum expreſſæ ſint, quibus à promiſſore ſponte renuntiatum eſt.

5 ¶ Item quæritur, ſi quis, cùm iudicio ſiſtendi cauſa ſatiſdare non deberet, ſatiſdato promiſerit, an fideiuſſoribus eius exceptio detur. Puto intereſſe, vtrùm per errorem ſatiſdato promiſſum eſt, an ex conuentione: ſi per errorem, dandam fideiuſſoribus exceptionem: ſi ex conuentione *f*, minimè dandam. Nam & Iulianus ſcribit, ſi iudicio ſiſtendi cauſa pluris, quàm ſtatutum eſt, per ignorantiam promiſſum fuerit: exceptionem dari debere, ſi autem ex conuentione *g* tantæ *h* ſummæ promiſſio facta ſit: exceptionem *i*, pacti conuenti replicatione infirmandam "Iulianus ait."

Si ex duobus reis ſtipulandi vni promiſſum ſit, alter autem impedierit. 1. Si ab vno res petatur, ab altero pœna deſertionis.

5. *Paulus* lib. 69. ad Edictum.

SI duo rei ſtipulandi ſunt, & vni debitor iudicio ſe ſiſti cum pœna promiſerit, alter autem impedierit: ita demum exceptio aduerſus alterum danda eſt, ſi ſocij ſint: * ne *k* proſit ei dolus propter *l* ſocietatem.

1 ¶ Item ſi duo rei promittendi ſint, & vnus ad iudicium non venerit, contempta ſua promiſſione iudicio ſiſtendi cauſa facta, actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam deſertionis: petendo "pœnam" exceptione ſummouebitur.

2 ¶ Æquè ſi à patre facta fuerit promiſſio iudicio ſiſtendi gratia ex filij contractu, deinde de re actor egerit cum filio: exceptione ſummouebitur, ſi cum patre ex eius promiſſione agat. Et contra idem erit, ſi filius promiſerit, & actor egerit cum patre de peculio.

De abſentia reip. cauſa.

6. *Gaius* lib. 1. ad Legem 12. Tabularum.

SI is *m*, qui fideiuſſorem dedit, ideò non ſteterit, quòd reipublicæ cauſa abfuit: iniquum eſt *n*, fideiuſſorem ob alium *o* neceſſitate ſiſtendi obligatum eſſe cùm *p* ipſi liberum eſſet non ſiſtere.

Quibus excuſationibus vti poßit qui alieno iuri ſubiectum ſiſti promiſit.

7. *Paulus* lib. 69. ad Edictum.

SI quis ſeruum in iudicio ſiſti promiſerit, vel alium, qui in aliena poteſtate eſt. iiſdem exceptionibus vtitur, quibus, ſi pro libero, vel patrefamilias fideiuſſit; præterquam ſi reipublicæ cauſa abeſſe diceretur ſeruus. nam * ſeruus reipublicæ cauſa abeſſe *q* non poteſt. Præter hanc autem exceptionem, ceteræ quia communes ſunt, tam in libero homine, quàm in ſeruo, locum habent.

Si quis poſt diem præſtitutum ſteterit.

8. *Gaius* lib. 29. ad Edictum prouinciale.

ET ſi r poſt tres, aut quinque. pluréſve dies, quàm iudicio ſiſti ſe reus promiſit, ſecum agendi poteſtatem fecerit, nec *ſ* actoris ius ex mora *t* deterius factum ſit; conſequens eſt dici, defendi eum debere per exceptionem.

Si ſeruus ſe iudicio ſiſti ſatiſdederit. 1. Si ex pluribus ſeruis vnus non ſiſtatur.

9. *Vlpianus* libro 77. ad Edictum.

SI *u* ſeruus *x* iudicio ſe ſiſti promittat *y*: non *z* committitur *a* ſtipulatio *b*, neque in eum, neque in fideiuſſores eius.

1 ¶ Si plurium ſeruorum nomine, iudicio ſiſtendi cauſa, vna ſtipulatione promittatur; pœnam quidem integram committi, licet *c* vnus ſtatus non ſit Labeo ait; quia verum ſit, omnes ſtatos non eſſe: verùm, ſi *d* pro rata vnius offeratur pœna, exceptione doli vſurum eum, qui ex hac ſtipulatione, conuenitur.

Si quis tempore liberatum ſiſti promiſerit. 1. Si homo ſiſti promiſſus ante diem perierit. 2. De ſucceſſoribus & de morte rei.

10. *Paulus* libro 1. ad Plautium.

SI eum iudicio ſiſti promiſero, qui iam tempore liberatus eſſe dicebatur, quia iam actione fortè non

a *l. 3. ſ. de in ius vocãdo.*
b P. Scipio Africanus, qui Annibalem vicit ſecundo bello Punico, in Hiſpania, oppidum obſidens, cùm quodam die in caſtris ſedens ius daret, interrogatus in quem diem locúmque vadimonium promitti iuberet, manum ad arcem oppidi obſeſſi intendens, Perendie, inquit, ſe ſiſtant illo in loco: atque ita factum, die tertio in quem vadari iuſſerat, oppidum captum eſt, eodem die in arce eius oppidi ius dixit.
c Generalis renunciatio non valet, niſi ſpecialis aliqua præcedat, de quo vide plura in Praxi noſtra ciuili, *Tit. de pactis.*
d vide *l. 5. §. 1. ſ. eo. Cuiac. 14. obſ. 7.*
e adde *l. 24. §. 8. infr. de damno.*
f *l. 29. C. de pactis.*
g vide *l. 2. in fi. ſ. qui ſatiſdare. l. 43. §. 1. infr. de dam.*
h i. maioris quam ſtatutum ſit, vnde colligunt, Pœnas in conuentionibus infinitas eſſe poſſe dixi *ad l. 56. inf. de euictionib.*
i Fideiuſſoribus quoque eius, qui ex publicæ rei cauſa non ſteterit ſubuenitur. *7. Ecl. 8. ex tit. 16. c. 6.*
k vide *l. 2. circa med. ſ. de eo per quem factum.*
l i. nec ei dolus ſocij proſit.
m An & aliæ competunt ei exceptiones? vide Molinæum *tract. de intereſſe. n. 174.*
n & ita quod reo prodeſt, eius fideiuſſori eſt vtile, *l. 2. infr. de liberat. legata.*
o reum principalem.
p fideiuſſorem in duriorem cauſam obligari quam reus principalis ſit, iniquum eſt. *
q *l. vlt. infr. de reg. iur.* quæ eſt eiuſdem authoris & libri, atqui ſeruo munus publicum decerni poteſt, *l. 3. circa fi. ſupr. de off. Prætoris.*
r *7. Ecl. 8. & tit. 16. c. 6. v. l. 105. inf. de ſolut.*
ſ *v. l. 2. in fi. ſ. ſi quis in ius.*
t *l. 21. in fi. infr. de petit hæred.*

u *l. 13. infr. eod.* x litigaturus. y ſub pœna. z Cur? ſeruus in ius vocari non poteſt, ſeruus non poteſt atteſtari, *l. 6. l. 7. C. de iudiciis.*
a immo committitur, *l. 4. inf. de diuerſ. & tempor.* b pœnalis.
c Immo pro parte tantùm committitur, *l. 18. in pr. infr. ratam rem.*
d *μόνην τὴν ἀναλογίαν τοῦ μὴ παραστάντος δίδωμι. 7 Ecl. 14. ex t. 16. c. 9.* hoc ſenſu: ſi plures ſeruos iudicio ſiſtere promiſerim, & vnus ſtatus non fuerit: pœna quidem integra committitur, ſed per exceptionem pœnam duntaxat do pro illius rata, qui ſtatus non fuit.

tenebatur;

tenebatur; actio in me danda eſt, vt vel exhibeam eum, vel defendam, vt veritas a inquiratur.

1 ¶ Homo ſiſti promiſſus ante diem dolo promiſſoris periit b, certo iure vtimur, * non ante pœnam peti poſſe, quàm dies venerit. tota enim ſtipulatio c in diem collata videtur.

2 ¶ Qui iniuriarum d acturus eſt, ſtipulatus erat ante litem conteſtatam, vt aduerſarius ſuus iudicio ſiſtat: commiſſa ſtipulatione mortuus eſt: non competere hæredi e eius ex ſtipulatu actionem placuit: quia tales f ſtipulationes propter g rem ipſam darentur h: iniuriarum autem actio hæredi non competit: quamuis enim hæc ſtipulatio iudicio ſiſtendi cauſa facta ad i hæredem tranſeat, tamen in hac cauſa danda non eſt. nam & defunctus ſi vellet omiſſa k iniuriarum actione ex ſtipulatu agere, non permitteretur "ei."

¶ Idem dicendum eſſe, & ſi is, cum quo iniuriarum agere volebam, ſtipulatione tali commiſſa deceſſerit. nam non competit mihi aduerſus hæredem "eius" ex ſtipulatu actio. & hoc Iulianus ſcribit, ſecundum quod & ſi fideiuſſores dati erant, minimè dabitur in eos actio mortuo reo. Idem Pomponius, ſi non l poſt longum tempus deceſſerit, quia ſi ad iudicium veniſſet, litem cum eo conteſtari actor potuiſſet.

Vt in eadem cauſa quis ſiſtatur, & quid ſit in eadem cauſa ſiſtere.

11. *Vlpianus* lib. 47. ad Sabinum.

SI quis quendam in iudicio ſiſti promiſerit, in m eadem cauſa eum debet ſiſtere. In eadem autem cauſa ſiſtere, hoc eſt "ita" ſiſtere, vt actori perſecutio loco deteriori non ſit: quamuis exactio rei poſſit eſſe difficilior: licèt enim difficilior exactio ſit, tamen dicendum eſt videri in eadem cauſa eum ſtetiſſe: nam & ſi nouum æs alienum contraxiſſet vel pecuniam perdidiſſet, videtur tamen in eadem cauſa ſtetiſſe. ergo & qui alij iudicatus ſiſtitur, in eadem cauſa ſtare videtur.

1. *Ad quod tempus refertur æſtimatio eius, quod intereſt agentis.*

12. *Paulus* lib. 11. ad Sabinum.

QVi autem nouo priuilegio vtitur, non videtur in eadem cauſa ſiſti.

1 ¶ Illud tenendum eſt, quod æſtimationem eius, quod interſit agentis, ad n illud tempus referendum eſt, quo ſiſti debuit, non ad id, quo agitur, quamuis deſierit eius intereſſe.

Si ſeruus iudicio ſiſti ſtipuletur vel promittat.

13. *Iulianus* lib. 55. Digeſtorum.

QVotiens ſeruus o iudicio ſiſtendi cauſa, vt ipſe litigaturus, vel ab alio ſtipulatur, vel ipſe promittit: nec p committitur ſtipulatio: nec fideiuſſores tenentur, quia ſeruus conueniri, vel conuenire non poteſt.

De ſtipulatione procuratoris.

14. *Neratius* lib. 2. Membranarum.

SI procurator ita ſtipulatus "eſt," vt ſiſtat duntaxat eum, quem ſtipularetur, non q etiam pœnam, ſi ſtatus non eſſet, ſtipularetur: propemodum r nullius momenti eſt ea ſtipulatio quia procuratoris, quod ad ipſius vtilitatem ſ pertinet, nihil intereſt ſiſti. Sed cùm alienum negotium in ſtipulando egerit: poteſt defendi non procuratoris, ſed eius, cuius negotium geſſerit vtilitatem in ea re ſpectandam eſſe; vt quantum domini litis interfuit ſiſti, tantum ex ea ſtipulatione, non ſtato reo, procuratori t debeatur.

¶ Eadem & fortius u adhuc dici poſſunt, ſi procurator ita ſtipulatus eſſet *quanti ea res erit*: vt hanc conceptionem x verborum, non ad ipſius, ſed ad y domini vtilitatem relatam interpretemur.

Si tutor promiſerit iudicio ſiſti, & deſierit poſſe conueniri.

15. *Papinianus* lib. 2. Quæſtionum.

SI tutor iudicio ſiſti promiſerit, & ſtipulationi non obtemperauerit: & interea z pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam a abſtentus ſit hæreditate; denegabitur ex ſtipulatu actio. nam & ipſius rei quæ petebatur, ſi tutor iudicatus fuerit, & eorum quid acciderit, non b eſſe dandam in eum actionem iudicati probatum eſt.

DE c FERIIS d, ET DILATIONIBUS e, & diuerſis temporibus.

TIT. XII.

Ne quis meſſium aut vindemiarum tempore in ius venire cogatur. 1. Si his temporibus ſententia dicta fuerit. 2. Quibus ex cauſis dictis temporibus in ius vocare licet.

Vlpianus lib. 4. de omnibus Tribunalibus.

NE a quis b meſſium, vindemiarúmque tempore aduerſarium c cogat ad iudicium venire, oratione diui Marci exprimitur. quia* occupati circa rem ruſticam, in forum compellendi non ſunt.

1 ¶ Sed d ſi prætor aut per ignorantiam, vel ſocordiam euocare eos perſeuerauerit, hique ſponte venerint: ſi quidem ſententiam dixerit præſentibus illis: & e ſponte litigantibus ſententia valebit, tametſi non rectè fecerit, qui eos euocauerit: ſin verò, cùm f abeſſe perſeuerarint, ſententiam protulerit, etiam abſentibus illis, conſequens erit dicere, ſententiam nullius eſſe momenti.* neque enim prætoris factum iuri derogare g oportet. "Et" citra appellationem igitur ſententia infirmabitur.

2 ¶ Sed excipiuntur certæ h cauſæ, ex quibus cogi poterimus, & per id temporis, cùm meſſes, vindemiæque i ſunt, ad prætores venire: ſc. ſi res tempore k peritura ſit, hoc eſt ſi dilatio actionem ſit peremptura.

¶ Sanè * quotiens l res vrget m, cogendi quidem ſumus ad prætorem venire: verùm ad hoc tantùm cogi æquum eſt, vt lis conteſtetur, & ita ipſis verbis orationis exprimitur. denique alterutro recuſante poſt litem conteſtatam litigare, dilationem oratio conceſſit.

2. *Idem* lib. 5. ad Edictum.

EAdem oratione Diuus Marcus in ſenatu recitata effecit, de aliis ſpeciebus n prætorem adiri etiam diebus feriatis o: vt puta p vt tutores aut curatores dentur, vt officij admoneantur, ceſſantes q excuſationes allegentur, alimenta r conſtituantur, ætates ſ probentur, ventris nomine in poſſeſſionem mittatur, vel rei ſeruandæ cauſa, vel legatorum, fideíve commiſſorum, vel damni infecti: item de teſtamentis exhibendis, vt curator detur bonorum eius, cui an heres exſtaturus ſit, incertum eſt: aut de alendis liberis, parentibus, patronis; aut de adeunda ſuſpecta hæreditate: aut vt aſpectu t atrox iniuria æſtimetur: vel ſi cui fideicommiſſaria libertas præſtanda eſt.

3. *Idem* lib. 2. ad Edictum.

SOlet etiam meſſis, vindemiarúmque tempore ius dici "de" rebus, quæ tempore, vel morte u perituræ ſunt: morte, veluti furti, damni, iniuriæ, iniuriarum atrocium, & quæ de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata raptę fuiſſe dicuntur, & ſi quæ ſimiles ſunt: Item ſi res tempore periturę ſunt, aut actionis dies exiturus "eſt."

1 ¶ Liberalia quæque iudicia omni tempore finiuntur.

2 ¶ Item in eum qui quid nundinarum x nomine aduerſus y communem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur.

De tempore meßium & vindemiarum ſtatuendo.

4 *Paulus* lib. 1. ad Edictum.

PRæſides prouinciarum z, ex conſuetudine cuiuſque loci, ſolent meſſis, vindemiarúmque cauſa tempus ſtatuere.

Iuſtitium pr. Kal. Ian.

5. *Vlpianus* lib. 62. ad Edictum.

PRidie Kalendas a Ianuarias magiſtratus neque b ius dicere, ſed nec ſui poteſtatem facere c onſueuerunt.

Si feriatis diebus iudicatum fuerit.

6. *Idem* lib. 77. ad Edictum.

SI feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicium ſit, niſi c ex voluntate partium: & quod aliter aduerſus ea iudicatum erit, ne quis iudicatum d facere, néve ſoluere debeat: néve quis, ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.

Quoties dilatio dari debeat.

7. *Idem* lib. 1. de officio Conſulis.

ORatione quidem Diui Marci amplius, quàm e ſemel non eſſe dandam inſtrumentorum

---

*

a Incertitudinis veritas ratione inquiri debet.
b vide quæ notaui ad *l. 69. infr. de verb. oblig.*
c vide *l. 8. infr de verb. obl.*
d Vadimonio etiam in actione iniuriarum locus erat. vide *Paulum libro ſingulari ſub titulo, Quemadm. iniuriarum agatur apud Ruffinum ſeu authorem collationis legum Moſaicarum tit. 2.*
e vide quæ dixi ad *l. 7. C. de donationibus.*
f iudicio ſiſti.
g cedunt in vicem rei, ſi res deficit, *l. 1. §. communes, infr. de prætoriis ſtipulat. l. 4. §. Labeo. infr. de doli except.* & ideo re exacta, vel tranſacta, vel mortua, hæc ſtipulatio perimitur, *l. 2. ſupr. eod.*
h imponũtur iuſſu iudicis.
i Cur ita? *v. l. 40. infr. de obl. & act.*
k *v. l. 17. §. 2. inf. de pactis.*
l *v. l. 8. in princ. infr. eo.*
m *l. 1. l. 5. l. 6. §. ſi ex noxali cauſ. l. 84. §. 1. inf. de verb. oblig.*
n & ſic ad tempus moræ, non litis conteſtatæ, vide *l. 55. infr. de peculio.*
o vide *l. 81. infr. de verb. obl.*
p vide *l. 9. in pr. §. eod. l. 6. C. de iudiciis.*
q i. nec pœnam ſtipulatus ſit eo caſu *l. 81. infr. de verb. obl.*
r vide *l. 36. §. alien. infra de damn.*
ſ commodum pecuniarum.
t *d. l. 81. §. 1. infr. de verb. obl.*
u ipſi verò domino vtilis *l. 27. in fin. infr. de procurat.*
x ſtipulationem: nihil enim aliud eſt ſtipulatio quá verborum conceptio *l. 5. §. 1. infr. de verb. obl.*
y Contrahere ea quiſque qualitate præſumitur, quam habet, quam ſuſtinet, facit *lex 4. infr. de in litem iurando: l. 28. infra de procurat. l. 81. in fin. infr. de verb. obl.*
z adde *l. 28. in pr. infr. de adminiſt. tut.*
a vide *l. 2. circa pr. infr. de admin. tut.*
b vide *l. 26. C. de adminiſt. tut.*
c *3. Cod. 12. Plato 2. de legib. 3. Gell. 17. Macrob. 1. ſaturn. 16. Virg. 1. Georg. ibi, ſæpe etiam feſtis.* Porrò quæ hic feriæ, authori Eclogæ 7. *titul. 17.* ἡμέραι ἄπρακτοι ἤτοι χελάδεσαι dicuntur, dies feriati & vacantes. De feriis ſolennibus dixi *l. 26. §. 7. j. ex quibus cauſis maiores.* de aliis *C. eod. hoc titulo.*
d Feriis agere licet, quod noceret præteriiſſe. *Macrob. 1. ſaturn. 16.*
e Dilatio Græcis, ὑπέρθεσις, *Ecl. illo loco, cap.* περὶ ὑπερθέσεων.

a Tempore meſſis & vindemiæ nemo ad iudicium venire cogitur, *7. Ecl. 17. c. 1. Harm. 4. §. 5.*
*
b *l. 3. infr. eo. l. 2. C. eod.*
c etiam non impeditum circa rem ruſticam *v. Pilæi quæſt. 123.*
d *Ecl. dicto loco.*
e *l. 6. infr. eod.*
f *l. 4. C. quomodo & quando iudex.*
g *l. 170. infr. de reg. iur.* poteſt tamen derogari, *l. pen. in pr. §. de Iuſt. & iur.*
h Feriæ non obſeruantur vbi res ſi differatur tempore peritura ſit. Sic Auguſtus *apud Suetonium*: Ne quod negotium elaboretur 30. amplius dies qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum, id eſt iuri dicendo accommodauit.
i Hinc feriæ vindemiales, *16. Gell. 4.* niſi potius inibi legendum eſt, *denicales*: de quibus dixi ad Feſtum *in Denicales.*
k * *l. 3. §. eod.*
l Εἰ δὲ μέλλει φθείρεσθαι ἡ ἀγωγή, *Ecl. 17. c. 1.* ſi futurum eſt vt actio perimatur. hoc ſenſu, ſi futurum eſt vt actio perimatur, conuenire coguntur vſque dum litis cõteſtatio fiat, non vlterius.
m Celeritatem deſiderare res dicuntur, quarum periculoſa eſt dilatio *l. 1. infr. de damno.*
n Species hîc, pro cauſa, lite, & negotio.
o Feriatici dies, idem quod feriati.
p *l. 3. §. pen. infr. de tut.*
q Quid ſi *ceſſantium*, legamus, vt ceſſantium voce, ipſos tutores tutelam recuſantes intelligamus?
r *l. 1. in princ. infr. vbi pupilli educari.*
ſ De probatione ætatis, vide *l. 12. infr. de probat.*
t Aſpectu etiam ipſo, atrox iniuria æſtimatur: niſi ex *aſpectu* referas ad *atrox*, potiùs quam ad verbum *æſtimetur*: quod tamen in idem recurrit.
u *l. 1. §. vlt. inf. eod.*
x vide quæ notaui ad *l. vnic. C. de nundinis.*
y *l. 2. inf. de annon.*
z non tamen ſua authoritate, *l. 4. C. eod.*
a Kalendis Ianuariis Conſules & magiſtratus magiſtratum inibant, vide *Non. 105 cap. 1.*
b Hinc illud apud Ciceronem *2. de legibus.* Feriis iurgia amouento, adde *l. 11. C. eodem.*
c *l. 1. §. 2. §. eodem.*
d Iudicatum facit, qui rebus iudicatis paret: & ſoluit id quod iudicatum eſt.
e vide *l. 1. C. de dilationibus.*

dilationem,

dilationem, expreſſum eſt, ſed vtilitatis litigantium gratia, cauſa *a* cognita, & *b* iterum dilatio tam ex eadem quàm ex alia prouincia, ſecundum moderamen locorum impertiri ſolet: & maximè *c* ſi aliquid inopinatum *d* emergat. Illud videndum, ſi defunctus acceperit aliquam dilationem *e* propter inſtrumenta, an ſucceſſori quoque eius dari debeat: an verò, quia iam data eſt, amplius dari non poſſit: & magis eſt, vt & huic cauſa cognita dari debeat.

De die naturali.

8. *Paulus* lib. 13. ad Sabinum.

MOre *f* Romano *g* dies *h* à media *i* nocte *k* incipit. & *l* ſequentis noctis media parte finitur. itaque quicquid in his viginti quatuor *m* horis *n*) id eſt *o*, duabus dimidiatis noctibus, & luce *p* media) actum eſt, *q*. perinde *r* eſt, quaſi quauis hora lucis actum eſſet.

a .7. *in prin.* ſ. *de edendo.*

b Immo, plus ſemel tribui nõ poteſt, *l. vlt. inf. eod.*

c Ad inſtrumentorum inquiſitionem, ſæpius quoque dilatio datur: maximéque ſi quid inopinatum emergat, Græci ita hũc locum exprimunt, 7. *Eclo.* 7. *cap.* περὶ ὑπερθέσεων c. 7.

d ἀπρόοπτον. *Ecl. illo loco.* improuiſa & noua auxilio indigent.

e adde *l.* 99. ſ. *de verb. ſignificat.*

f Mos ille inductus eſt à ſacerdotibus Romanis qui ita diem ciuilem definiere, vt & Ægyptij, & Hyparchus. *Plin.* 77. vt ex Plinio diſcamus, hunc morem translatitium fuiſſe. & ab Ægyptiis petitum fuiſſe. Cauſas tamen nonnullas adfert Plutarchus *in Romanis quæſtionib.* c. 84. huius moris inſtituti has nimirum, quod in prima conſtitutione Romanæ Reipublicæ (quæ militaris fuit) conſilia nocte capi ſolita: eorum more qui exoriente ſole quid acturi: alias cauſas vide apud eundem. g Romano more, cùm ait, diem à media nocte incipere, & ſequenti nocte media finiri: diem ciuilem qui eſt legitimus, *Iſidorus* 5. c. 30. definit. Ac præterea eius initium apud alias gentes diuerſum fuiſſe ſubinnuit, vt mox dicetur plenius. h Dies ἐκ τοῦ Διός, i. à Ioue, vt Var. 4. *de lingua*, & Feſtus notauit. Inde dieſpiter, Iouis pater, *apud Horat.* 1. *car.* Et Cretenſes diem, Δία appellant. 1. *Macrob.* 15. Hinc ſinguli dies, à diis. Queis addendum, Diei ſimulachrum cultum fuiſſe ab Antiocho Epiphane, *teſte Athenæo.* Porrò quod hic ait, Diem inchoari, ſubintellige non naturalem, ſed ciuilem, vt mox dicam.
i Media nox, idem quod ſexta noctis. *Gellius, Macrobius illo loco, ſeptima incipien.* c. 6. *Harm. ei. de verborum ſignificationibus.* §. 32. In horas 12. nox, in totidem horas dies Romæ diuidebatur. Qui mos noctis & diei per horas diuidendorum, Romæ fuit poſt reperta ſolaria (Solarium antiquiſſimum apud ædem Quirini primum ſtatutum dicunt: alij in Capitolio, alij ad ædem Dianæ in Auentino, & illud conſtat nullum in foro prius fuiſſe, quam id quod Marcus Valerius ex Sicilia adductum ad Roſtra in columna poſuit, quod cum ad clima Siciliæ deſcriptum ad horas Romæ non conueniret, L. Philippus Cenſor aliud iuxta conſtituit: deinde aliquanto poſt P. Cornelius Naſica cenſor ex aqua fecit horarium: quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi à ſole horas, ſolarium cœpit vocari. Et horarum nomen non minus annos 300. Romæ ignoratum eſſe credibile eſt, cum in XII. Tabulis nuſquam nominatas horas inuenias, ſed meridiem, vel ſolis occaſum, vel ſupremam tempeſtatem, *Cenſorinus* c. 23. *de die Natali* 1. 7. *Plinius* 60. (Quod vt euidentius intelligamus: partitio alia diei noctiſque, alia, inquam, à ſuperiore nobis ſubiicienda eſt, iunctim ex Macrobio 1. *ſaturn.* 3. & Cenſorino *de die natali* c. *vlt.* vix. n ſeparati illi authores veram præbent. Qua potero vtar in eo breuitate ſimul & diligentia. Primum tempus diei *mediæ noctis inclinatio.* (Nox. n. media, principium & poſtremum diei Romani) Hinc proximum, *de media nocte.* Inde *Gallicinium*, quo galli canere incipiunt. inde *Conticinium*, quo vel cum conticuerunt, vel cum homines, tum quieſcunt. Tunc *ante lucem*: & ſic *diluculum*, cùm ſolo nondum orto iam lucet inde *mane* ſeu *ſecundum diluculum*, cum lux videtur ſolis. Poſt hoc *ad meridiem*: tum *meridies*. Inde *de meredie*. Poſt, *tempus occiduum*: nox *ſuprema tempeſtas* (ſicut expreſſum eſt in 12. tabulis ſolis occaſus ſuprema tempeſtas eſto (Deinde *Veſpera*, inde *Crepuſculum* (quod res creperæ, id eſt dubiæ, vt neſcias dies ſit an nox, λυκοφῶς, Galli, *entre chien & loup.*) Ab hoc tempore *prima fax* (quod tempus veteribus dicebatur *luminib. accenſis & prima fax*) Deinde *concubitu* ſeu *concubitum*. Inde *intempeſta*, quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Ab hoc, *Ad mediam noctem.* Inde *media nox* ſeu *media noctis inclinatio*, hoc eſt in tempus à quo huius narrationis exordium duximus. Fuit & nox in vigilias primam, ſecundam, tertiam, & quartam diuiſa, *Cenſorinus loco illo.* k A nocte (& quidẽ media) dies Romanorum ciuilis initium ducit. *Plin. Gell. Macrob. Cenſorinus, Plutarch.* Apud Babylonios verò vt & Perſas, 5. *ibid.* 30. dies ab exorto ſole: Vmbros, à meridie: Athenienſes, à ſolis occaſu. *Plin. Gell. Macrob. Cenſorinus ibi.* à ſexta hora diei Athenienſes diem ſuum inchoare ſcribit Liuius, Iſidorus illo loco. Cęterum quod à nocte Romani diem inceperint ab Ægyptiis petitum eſſe ſupra docuimus. Ita apud Moſen veſpere & manè, vnus dies dicitur, *Gen.* 1. & in hymno illo: Qui manè iunctum veſperi. Vnde mihi ſuſpicio eſt apud Feſtum in Æquidiale manifeſtum inde eſſe, quod ita ſanari poſſe puto Æquidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicimus Æquinoctiale, quia nocti dies, potiùs quàm dies nocti adnumerari debet. Græci quoque in hoc conſentiunt ἰσημερίαν, id eſt æquidiale dicentes. Quo ex loco diſcemus veteres à nocte dies ſuos incepiſſe. l Dies igitur à media nocte Romæ cœpit, & eadem finitur. Conſtat igitur, duab. dimidiatis noctib. & luce media. m Horis vigintiquatuor conſtat dies Romanus, ſeu ciuilis dies, *vt hic.* Babylonij diem duodecim horis, vt & Græci, diuiſerunt. *Herod. in Euterpe*: quem morem tribuit Triſmegiſto Fab. Victor *in Rhet. Ciceronis.* verùm hæc partitio diei videtur fuiſſe naturalis diei, non ciuilis. Porrò ciuilis hic dies conſtans horis vigintiquatuor vocatur tempus, quod ſit vno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur. *Cenſorinus c. vlt.* vt & apud Moſen ex veſpere & mane vnus dies perficitur, *Gen.* 4. Cuius diei ciuilis, apud gentes varias, varia initia fuiſſe ſuperius eſt oſtenſum. n De horis & quid quaque hora geſtum à Romanis, dixi alio loco. vide interim 4. Martialis 8. o Diei ciuilis principium, eſt ab hora ſexta noctis præcedentis lucẽ: medium, lux finis, reliquæ ſex horæ noctis, diem ſeu lucem ſequentes. A nocte ſeu noctis ſexta, diem ſuum Romanos inchoaſſe, vel ex his Varronis colligimus, quod Romanis ſacra diuina dicebantur, quæ ſex primis illis horis noctis, lucẽ præcedentib. peragebantur. nocturna ſacra, quæ ſex aliis horis noctis, lucẽ ſequentib. fiebant. p Lux hęc media: dies naturalis & verus, Cenſorino appellatur. Iſidoro 5. c. 30. abuſiuè dies, qui & pars diei ciuilis eſt. Naturalis dies, tẽpus eſt ab oriente ſole ad ſolis occaſum: cuius contrarium tẽpus eſt nox ab occaſu ſolis vſque ab exortum, *Cenſorinus c. vlt.* Ciuilis igitur dies, naturalem diem cõtinet & noctem: & vt nox ſequitur duas dimidiatas noctes & lucem mediam. Huc refer quæ apud Virgilium occurrunt, de medio curſu noctis, & de medio axe. & medio olympo. His enim locis ſignificatur nox media. q atqui tempus à momento admomentum ſpectandum eſt. *lege* 3. § *minore* ſ. *de minoribus.*
r i ſic Magiſtratus populi Romani poſt mediam noctem auſpicabantur. cùm illis erat auſpicandum: poſt exortum ſolem, agebant. Vtraque illa duo auſpi-

Quæ poſſunt tempore feriarum expediri, vel non.

9. *Vlpianus* lib. 7. de officio Proconſulis.

DIuus Traianus Minicio Natali reſcripſit, ferias à forenſibus tantum negotiis dare vacationem: *ea autem, quæ *a* ad diſciplinam *b* militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda, inter quæ cuſtodiarum *c* quoque cognitionem eſſe.

Quoties dilatio danda ſit.

10. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

IN pecuniariis cauſis omnis dilatio ſingulis cauſis plus *d* ſemel tribui non poteſt. In capitalib. autem reo *e* tres dilationes, accuſatori duæ dari poſſunt, ſed vtrumque cauſa cognita.

DE EDENDO *g*.

TIT. XIII.

De edenda actione. 1. Quid ſit actionem edere. 2. De die & conſule. 3. Quæ ſunt edenda. 4. Si quis non totam ſtipulationem edat. 5. Quibus cauſis non edenti ſubuenitur.

Vlpianus lib. 4. ad Edictum.

QVa * quiſque actione agere volet, eãm edere *h* debet. nam æquiſſimum videtur, eum, qui acturus eſt, edere actionem: vt proinde ſciat reus, vtrùm cedere *i* an contendere vltra debeat: & ſi contendendum putat, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione, qua conueniatur.

1 ¶ Edere *k* eſt "etiam, "copiam *l* deſcribendi *m* facere, vel in libello *n* complecti, & dare, vel dictare. eum quoque edere Labeo ait, qui producat *o* aduerſarium ſuum *p* ad album *q*, & demonſtret. quid *r* dictaturus eſt, vel *ſ* id dicendo quo vti velit.

2 ¶ Editiones ſine *t* die & conſule fieri debent ne quid excogitetur è die, & conſule: & prælato *u* die fiat. Diem autem, & conſulem excepit prætor, quo inſtrumentum conſcriptum eſt, non in quem ſolutio concepta eſt, nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma pars eſt ſtipulationis.* Rationes tamen cum die & conſule edi debent, quoniam accepta, & data, non aliàs poſſunt apparere niſi dies, & conſul fuerit editus.

3 ¶ Edenda ſunt omnia, quæ quis apud iudicem editurus eſt, non tamen vt inſtrumenta. quib. quis vſurus non eſt, compellatur edere.

4 ¶ Edere non videtur, qui ſtipulationem totam non edit.

5 ¶ Eis qui ob ætatem, vel ruſticitatem, vel ob ſexum *x* lapſi non ediderunt, vel ex alia iuſta cauſa, ſubuenietur.

Vtrum teſtamentum h. r. di edi debeat.

2. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

cium nimirum poſt mediam noctem & actio poſt exortum ſolem, eadem die fieri dicebantur 3. *Gell.* 2. *Macrob.* 1. *Saturnal.* 3. Ita tribuni plebis, (quos nullum integrum diem abeſſe Romæ licuit) cum poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primam facem ante mediam noctem ſequentem reuertuntur, non videntur abfuiſſe diem quoniam ante horam noctis ſextam finitam regreſſi ac reuerſi partem aliquam illius in vrbe conſumunt. *Gell. Macrobius illo loco.* Huc refer quæ de ſacris diuinis ante dixi) (diurna ſanè fuiſſe, quæ à media nocte peragebantur) ſed & id quod de vſurpata muliere & trinoctio ex Q. Mutio Iuriſconſulto referunt *Gellius & Macrobius illo loco.*

*

*

a Militaris diſciplina ferias non admittit, *vt hic.* Ita Scæuola conſultus quid feriis agi liceret, reſpondit, quod omiſſum noceret 1. *Macrob. Saturnal.* 16. Cuius rei religione Iudæi quidam qui in deſertum profugerant, ab Antiochi militibus obſeſſi, die ſabbathi haud pugnare auſi miſerè perierunt. Verùm Mathias, Iudæ Maccabæi pater, pòſt eos docuit, etiam ſabba his pugnare: qui mox inde ductus ac ſeruatus eſt apud Iudæos, vt ſi neceſſitas occurrat, pugnent etiam ſabbathis *Ioſephus* 12. *Antiquitatum cap.* 8.
b Diſciplina militaris, militia, vel executio militiæ. *v. l.* 6. ſ. *de re militari.*
c earum qui in carcere & cuſtodia ſunt, vt & latronum *l.* 10. *C. eod.*
d *l.* 1. *in fi. C. de dilat.*
e Reis, in cauſis capitalib. plures dilationes dantur quàm accuſatori, *vt hic.* Ita lege Pompeia de vi, accuſatoribus, ad dicendum duæ horæ: tres reo conceſſæ. *Cicero in Bruto: & initio lib.* 4. *de finibus.* 13. *ad Atticum* 47. *Philippic.* c. 7. *Familiar.* 2. Rei igitur melior conditio fuerit, *vt hic.* par certè aut non deterior eſſe debet *cap. non licet.* 32. *de regulis in* 6.
f 2. *C.* 1.
g περὶ ἐκδόσεως 2. *Eclog.* 18. h προεκδοῦναι ἀγωγὴν, edere actionem *Eclog. illo loco* c. 1. i διαλύσασθαι ἢ ἕτοιμον ὑπαντῆσαι, id eſt, Vtrum tranſigere an verò inſtituere ſe ad occurrendum ſeu defendendum debeat. *Græci illo loco.* Vt illo ex loco videatur hic legendum *decidere, non cedere.*
k *l.* 6. ſ. *eo. l.* 89. ſ. *de verb. ſign.*
l Edit qui deſcribendi copiam reo facit: qui in libello complectitur, qui dat, vel dictat, qui ex libello actionem ſuam demonſtrat, vel codicem profert.
m deſcribendi copiam facere, Græcis *illo loco*, eſt μεταγράψασθαι.
n Græcis χάρτη. o *quid ſi legas* deducat, vel perducat?
p aduerſaria ſua. *Alciatus 2. diſput. vltim. Parerg.* 7. id eſt qui tabulas rationum tumultuariè confectas extendit in rationum libris. Græci illo loco ita exprimunt, καὶ τὸ ἐπιδεῖξαι ἀπὸ τοῦ χάρτου (quidam legunt χαρτίου τὴν ἀγωγὴν, ἢ προκομίσαι τὴν πυκτὴν, hoc eſt ex albo (nam ibi interpres negligenter. aut certè nimis ſimpliciter vertit, *libello*) actionem demonſtrare, vel Codicem proferre. Eſt igitur, Producere aduerſarium ſuum ad album, pàrtem aduerſariam, *l.* 1. *C. eod.* ad album prætoris deducere, & ei digito demonſtrare, qua parte edicti ſis acturus.
q id eſt, ad matriculam prætoris, & ex ea demonſtrat quod edicto ſit acturus. *Duar.* 1. *diſput.* 13. *Cuiac.* 8. *obſeruat.* 15. χάρτη vel χάρτιον eſt illis locis. *Gloſſ.* λευκὸν & λεύκωμα, r quod aduerſario dictaturus ſit, nihil aliud eſt quam actio qua in eum vſurus ſis. ſ etiam ſi re ipſa non deducas ad album prætoris: quæ pars Græcis eſt προκομίσαι τὴν πυκτὴν. Codicem proferre aut codicem oſtendere.
t Sic in editione teſtamenti non patitur prætor, diem & conſulem deſcribi vel inſpici, ideo videlicet ne quid falſum fiat. Diei namque & Conſulis inſpectio materiam falſum admittendi præbere poteſt. *l.* 2. §. 6. ſ. *teſtament. quemadmodum aſſiciantur.*
u Ita legitur in *l.* 28. ſ. *de falſis.* Alias prolato die, id eſt anticipato Galli *antidate.*
x. vt ſunt mulieres, *v. l.* 10. *in fi.* ſ. *de reg. iuris.*

SI * legatum petatur, non iubet prætor verba teſta-menti edere *a* ideo fortaſſe, quia hæredes ſolent; habere exemplum teſtamenti.

Quæ inſtrumenta fiſco ab actore edenda ſunt.

3. *Mauricianus* lib. 2. de Pœnis.

SEnatus cenſuit, ne quiſquam eorum, à quib. quid fiſco petetur, alia inſtrumenta *b* delatori cogatur edere, quàm quæ ad eam cauſam pertinerent, ex qua ſe deferre profeſſus eſſet.

Edictum de edendis rationibus ab argentario. 1. & eius ratio. 2. ſi filiusfam. 3. vel ſeruus argentariam exercet. 4. de eo qui deſiit argentariam facere. Vbi edi debet.

4. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

PRætor ait: *argentariæ c menſæ exercitores rationem d, quæ ad ſe pertinet, edant adiecto die, & conſule.*

1 ¶ Huius edicti ratio æquiſſima eſt. nam cùm ſingulorum rationes argentarij conficiant: æquum fuit, id quod mei cauſa confecit, meum *f* quodammodo inſtrumentum mihi edi.

2 ¶ Sed & filiusfamilias continetur his verbis, vt vel ipſe cogatur edere. an & pater quæritur? Labeo ſcribit patrem non cogendum, niſi ſciente eo argentaria exerceatur. Sed rectè Sabinus reſpondit, tunc id admittendum, cùm patri quæſtum refert.

3 ¶ Sed ſi ſeruus argentariam faciat: (poteſt *g* enim) ſiquidem voluntate domini fecerit, compellendum dominum edere, ac perinde in eum dandum eſt iudicium, ac ſi ipſe feciſſet: ſed ſi inſcio domino "fecit;" ſatis eſſe dominum iurare *h*, eas ſe rationes non habere. Si ſeruus peculiarem faciat argentariam: dominus de peculio, vel de in rem verſo tenetur, ſed ſi dominus habet rationes, nec edit, in ſolidum tenetur.

4 ¶ Etiam is qui deſiit argentariam facere, ad editionem compellitur.

5 ¶ Sed ibi quis compellitur edere *i*, vbi argentariam exercuit: & hoc eſt conſtitutum: quod ſi inſtrumentum argentariæ in alia prouincia habeat, in alia adminiſtrauerit: ibi puto cogendum edere, vbi argentariam exercuit. hoc enim primùm deliquit *k*, quod aliò inſtrumentum tranſtulit. quod ſi in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur: minimè hoc facere cogitur, niſi ibi deſcriptum *l* velis, vbi de ea re agitur, eum tibi dare, tuis videlicet ſumptibus.

5. *Paulus* libro 3. ad Edictum.

SPatiúmque ad perferendas eas tribuendum eſt †

De ſucceſſoribus argentarij. & pluribus argentariis, & tutoribus. 2. De iureiurando calumniæ ac eo qui ſibi rationes edi poſtulat, præſtando. 3. Rationis appellatione quid contineatur. 4. Quid veniat in actionem ex hoc edicto. 5. Cui edi ratio debet. 6. Quibus edendus eſt dies & conſul in initio tabularum inſcriptis. 7. Quid ſit rationem edere. 8. Edictum. 9. Et eius interpretatio. De rationibus edendis argentario. 10. Vel ei qui iterum poſtulat.

6. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

SI quis ex argentariis (vt plerique eorum) in villa habeat inſtrumentum, vel in horreo *m*: aut ad locum te perducet, aut deſcriptas rationes dabit.

1 ¶ Cogentur & *n* ſucceſſores argentarij edere rationes. Quod ſi plures ſunt hæredes, & vnus habeat *o*, ſolus ad editionem compelletur, ſed ſi omnes habeãt, & vnus ediderit, omnes ad editionem compellendi ſunt. Quid enim, ſi humilis & deploratus vnus edidit, vt *p* dubitare quis meritò de fide editionis poſſit? vt igitur comparari rationes poſſint, etiam cæteri edere debent, aut certè vnius editioni ſubſcribere. *q*

¶ "Hoc" idem erit, & ſi plures fuerint argentarij à quibus editio deſideratur. Nam & ſi plures tutores tutelam adminiſtrauerunt ſimul *r*, aut omnes edere debent, aut vnius editioni ſubſcribere.

2 ¶ Exigitur autem ab aduerſario argentarij *ſ* iuſiurandum *non calumniæ cauſa poſtulare edi ſibi*: ne fortè vel ſuperuacuas rationes, vel quas habet edi ſibi poſtulet vexandi argentarij cauſa. 3 * Rationem *t* autem eſſe Labeo ait *u*, vltro citro dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſa negotiationem, nec vllam rationem à nuda *x* duntaxat ſolutione *y* debiti incipere, nec ſi pignus acceperit, aut mandatum, compellendum edere. hoc enim extra rationem eſſe. Sed & quod ſolui conſtituit, argentarius edere debet: nam & hoc ex argentaria venit.

4 ¶ Ex hoc edicto *z* in *a* id, quod interfuit actio competit.

5 ¶ Vnde apparet, ita demum teneri hoc edictum, ſi ad eum *b* pertineat.

¶ *Pertinere* autem videtur ad me ratio, ſi modò eam tractaueris, me mandante, ſed ſi procurator meus abſente me mandauerit, an mihi edenda ſit, quaſi ad me pertineat? & magis eſt vt edatur.

¶ Procuratori quoque meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quaſi ad eum pertineat: & cauturum de rato, ſi mandatum ei non ſit.

6 ¶ Si initium tabularum habet *c* diem, in quibus Titij ratio ſcripta eſt, poſtmodum mea ſine die, & conſule: etiam mihi edendus eſt dies, & conſul. communis enim omnis rationis eſt præpoſitio diei, & conſulis.

a habenti inſtrumentum non editur, l. 6. § pen. ſ. eodem.
b v. l. 2. § 2. ſ. de iure fiſci.
c Campſor (id eſt argẽtarius publicus τραπεζίτης) poteſt quiſque ſua voluntate ciuili iure eſſe. In regno Franciæ nemo campſor eſſe poteſt niſi regis permiſſione. vide Guidonem Papæ deciſ. 28.
d Ratio quid? v. l. 6. § 2. ſ. eod. an exemplum? v. l. 11. ſ. eodem.
e l. 6. §. rationem l. 10. ſ. eod. l. 89. ſ. de verb. ſign.
f Meum dici poteſt, quod mea cauſa confectum.
g Cur ita? vide l. 175. in pr. ſ. de regulis iuris.
h vide quæ notaui ad leg. 6. §. 4. C. de his qui ad Eccleſias.
i l. 19. §. 2. ſ. de iudiciis.
k ideóque tenebitur ſuis ſumptibus illud reducere. arg. l. 11. §. 2. ver. interdum ſ. ad exhibendum.
l l. 6. ſ. eod.
† cauſa cognita. l. argentarium. 45. ſ. de iudiciis.
m vide quæ de horreo ſcripſi ad l. 7. ſ. de inſtructo.
n l. 9. §. nihil intereſt. ſ. eod.
o l. 3. §. hæres infrà commodat. l. 65. §. ſi communis ſ. pro ſocio.
p v. l. 6. §. 3. ſ. quod cuiuſque.
q Subſcriptio probat aduerſus ſubſcribentem. vide legem 9. §. 2. ſ. de iure dot. l. 14. C. ſi certum petetur.
r v. l. 5. C. arbitr. tut.
ſ l. 9. in fi. ſ. eo.
t Rationib. continentur vltro citro data, accepta, credita, obligata, ſoluta.
u l. 7. in fin. ſ. de pactis.
x Nulla ratio, quid? v. l. nuda ratio 26. ſ. de donationib.
y Rationes non ſunt in quibus ſoluta tantum continentur.
z l. 8. in fin. infrà eodem.
a & ſic ex mora.
b l. 9. §. vltim. ſ. eodem.
c v. l. 4. in princ. ſ. eod.

7 ¶ * Edi autem eſt *a* vel dictare vel tradere libellum, vel *b* codicem proferre.

8 ¶ Prætor ait: *argentario, ei ve, qui iterum edi poſtulabit, cauſa cognita edi iubebo.*

9 ¶ Prohibet argentario edi illa ratione, quod etiam *c* ipſe inſtructus eſſe poteſt inſtrumento *d* ſuæ profeſſionis: & * abſurdum eſt, cùm ipſe in ea ſit cauſa, vt edere debeat, ipſum petere, vt edatur ei.

¶ An nec hæredi argentarij edi ratio debeat, videndum? Et ſiquidem inſtrumentum argentariæ ad eum peruenit, non debet ei edi: ſi minùs, edenda eſt ex cauſa, nam & ipſi *e* argentario ex cauſa "ratio" edenda eſt ſi, ſi naufragio, vel ruina, vel incendio *g*, vel alio ſimili caſu rationes perdidiſſe probet, aut in longinquo habere, veluti trans mare.

10 ¶ Nec iterum *h* poſtulanti edi prætor iubet, niſi "ex cauſa.

7. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

VEluti ſi peregrè habere, quod primum editum eſt, doceat: vel minùs plenè editum: vel eas rationes "quas" caſu maiore, non verò negligentia, perdiderit: nam ſi eo caſu amiſit, cui ignoſci debeat, ex *i* integro edi iubebit.

1 ¶ * Hæc vox, *iterum*, duas res ſignificat: alteram qua demonſtraretur tempus ſecundum, quod Græci δεύτερον dicunt; alteram, quæ ad inſequentia quoque tempora pertinet, quæ Græcè dicitur πάλιν, quod ita accipitur, quotiens opus erit; nam poteſt fieri, vt bis editam ſibi rationem quis perdiderit: vt verbum *iterum* pro *ſæpius k* accipiatur.

De dolo & culpa argentarij. 1. Quid veniat in hanc actionem.

8. *Vlpianus* lib. quarto ad Edictum.

VBi exigitur argentarius rationes edere, tunc punitur, cùm dolo malo non exhibet, ſed culpam non præſtabit niſi dolo proximam. * Dolo malo autem non edit, & qui malitioſè edidit, & qui in totum non edit.

1 ¶ Is autem, qui in hoc edictum incidit, id præſtat, quod *l* interfuit mea, rationes edi, cùm *m* decerneretur à prætore, non quod hodie intereſt; & ideo licèt intereſſe deſiit, vel minoris, vel plvris intereſſe cœpit locum actio non habebit, neque augmentum, neque diminutionem.

De procuratore, ſocio, tutore. 1. argentarij patre, domino, legatario, hærede. 2. Nummularius edere compellendis. 3. Quibus edi ratio debet.

9. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

QVædam ſunt perſonæ, quas rationes nobis edere oportet; nec tamen à prætore per hoc edictum compelluntur: veluti cùm procurator res, rationéſve noſtras adminiſtrauit, non cogitur à prætore per metum *n* in factum actionis rationes edere: ſcil. quia *o* id conſequi poſſumus per mandati actionem. Et cùm dolo malo ſocius negotia geſſit, prætor per hanc clauſulam non interuenit: eſt enim pro ſocio actio. Sed nec tutorem cogit prætor pupillo edere rationes, ſed iudicio tutelæ ſolet cogi edere.

1 ¶ Nihil intereſt, ſi *p* ſucceſſores, aut pater aut dominus argentarij eiuſdem fuerint profeſſionis: quia " cùm in locum & in ius ſuccedant argentarij *q*, partibus eius fungi debent.

¶ Is autem, cui argentarius rationes ſuas legauit, non *r* videbitur contineri, (quia iuris ſucceſſor his verbis ſignificatur) non magis, quam ſi ei viuus eas donaſſet. Sed nec hæres tenebitur, cum nec poſſideat, nec dolo malo fecerit. Sed ſi ei, antequã eas legatario traderet, renuntiatum *ſ* fuerit, ne antè "eas tradat, tenebitur, quaſi dolo fecerit." Item antequàm eas tradat, tenebitur, "quòd ſi nihil dolo fecerit, cauſa cognita, legatarius cogendus eſt edere.

2 ¶ Nummularios quoque non eſſe iniquum cogi rationes edere, Pomponius ſcribit: * quia & hi nummularij, ſicut argentarij, rationes conficiunt, quia & accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio ſcriptura, codicibúſque eorum maximè continetur: & frequentiſſimè ad fidem eorum decurritur.

3 ¶ Ceterùm * omnibus poſtulantibus, & *u* iurantibus non calumniæ cauſa petere rationes, quæ ad ſe pertineant, edi iubet.

4 ¶ Ad nos enim pertinet, non tantùm cùm ipſi contraximus, vel ſucceſſimus ei, qui contraxit: ſed etiam ſi is, qui in noſtra poteſtate eſt, contraxit.

Qui coguntur edere. 2. De ratione à capite edenda. 3. Quid veniat in hanc actionem.

10. *Gaius* lib. 1. ad Edictum prouinciale.

ARgentarius * *x* rationes edere iubetur, nec intereſt cum ipſo argentario controuerſia ſit, an cum alio.

1 ¶ Ideo autem argentarios tantùm, neque alios vllos abſimiles "eis" edere rationes cogit, quia officium eorum, atque miniſterium publicam *y* habeat cauſam: & hæc principalis eorum opera eſt, vt actus ſui rationes diligenter conficiant.

a v. l. §. edere ſ. eodem.
b 7. Eclog. 15. c. 1. in fin.
c l. 2. ſ. eo.
d Inſtrumento profeſſionis ſuæ argentarij inſtructi eſſe debent. Vt hinc etiam colligas, quemque ſuæ profeſſionis inſtrumento inſtructũ eſſe oportere: neque ab alio rectè & honeſtè ſuæ profeſſionis inſtrumenta commodato, aut precario, aut etiam iure petere
e principali.
f Ratio? ſunt ſcripturæ, vt quod actum eſt per eas poſſit facilius probari v. l. 4. ſ. de fide inſtrum. Nou. 27. c. 2.
g v. l. 57. inf. de adminiſtrat.
h de hac voce v. l. 7. § 1. inf. eod.
i id eſt, de nouo & iterum, adde l. 7. in princ. ſ. de feriis.
k immo non amplius quàm bis, l. 15. in fi. inf. de rebus author. iudi. ſ poſſidendis adde l. 11. §. 18. inf. de leg. 3.
l l. 6. §. ex hoc edicto, ſ. eod. l. 10. §. cum autem. inf. eod. 7. Eclo. 18. c. 8. hoc ſenſu, Qui non edidit mihi, tenetur in id quod intererat mea, quum de edendo decerneretur, ſiue poſtea nihil, ſiue pluris, ſiue minoris mea interſit.
m v. l. 25. inf. de reb. creditis.
n adde l. 8. in pr. inf. mandati.
o In factum actiones non admittimus, niſi deficientibus nominatis & ordinariis. l. 1. inf. de preſcri. verbis.
p l. 6. §. 2. ſ. eo.
q l. 175. ſ. de reg. iur.
r Cur? ſingularis eſt ſucceſſor.
ſ denunciatum v. l. 10. §. 3. ſ. quæ in fraudem credit.
t Ratio vbi eadem, ibi idem ius eſſe debet. arg. l. 32. in princ. inf. ad leg. Aquil.
u l. 6. §. exigitur. ſ. eo.
x v. l. 4. in p. ſ. eo. vide quæ notaui ad Nouell. 49. vlt.
y Nouell. 136. Edict. Iuſtin. 7. c. 4. in fine.

12 ¶ * Edi

2 ¶ * Edi autem ratio ita intelligitur, ſi *a* à capite edatur: (nam ratio niſi à capite inſpiciatur, intelligi non poteſt) ſcil. vt non totum cuique codicem rationum, totáſque membranas inſpiciendi deſcribendíque poteſtas fiat: ſed vt ea ſola pars rationum, quæ ad inſtruendum *b* aliquem pertineat, inſpiciatur & deſcribatur.

3 ¶ Cùm autem in id actio competit, quanti agentis intersit, editas ſibi rationes eſſe: eueniet, vt ſiue quis condemnatus ſit, ſiue quod petierit, non obtinuerit, eo quòd non habuerit rationes, ex quibus cauſam ſuam tueri poſſit, id ipſum, quod ita perdiderit, hac actione conſequatur. Sed an hoc procedat. videamus. nam ſi apud hunc iudicem, qui inter eum, & argentarium ſudicat, poteſt probare, ſe illo iudicio, quo victus eſt, vincere potuiſſe: poterit & tunc probare: & ſi non probabit, aut probantem iudex non curauit, de ſe ipſo, aut *c* de iudice queri debet. ſed non ita eſt: fieri enim poteſt, vt nunc rationes, vel ipſo edente, vel alio modo nactus, aut aliis inſtrumentis, vel teſtibus, quibus illo tempore aliqua ex cauſa vti non potuit, poſſit probare, potuiſſe ſe vincere. ſic enim & de cautione ſubrepta, aut *d* corrupta competit condictio, & damni iniuriæ actio: quia * quod antè non potuimus: intercepta cautione probare, & ob id amiſimus: hoc nunc aliis inſtrumentis, aut teſtibus, quibus tum vti non potuimus, probare poſſumus.

Quomodo exemplum inſtrumenti edi debet.

11. *Modeſtinus* lib. 4. Regularum.

Exempla inſtrumentorum etiam ſine ſubſcriptione *e* edentis, edi poſſe receptum eſt.

Vtrum fœmina argentariam facere poßit.

12. *Calliſtratus* libro 1. Edicti Monitorij.

Fœminæ remotæ videntur ab officio *g* argentarij *h*, cùm ea opera virilis *i* ſit.

De tempore huius actionis. De ſucceſſoribus.

13. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

Hæc actio neque poſt annum, neque *k* in heredem, niſi *l* ex ſuo *m* facto, dabitur: hæredi autem dabitur.

DE PACTIS *n*.

TIT. XIV.

Commendatio edicti. 1. Pacti & pacis etymologia. 2. Pactionis definitio. 3. De ſignificatione verbi conuentionis, ſeu conſenſus. 4. De nomine conuentionum.

Vlpianus lib. 4. ad Edictum.

Hvius *o* edicti æquitas naturalis eſt. * quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ inter eos placuerunt ſeruare *p*.

1 ¶ Pactum autem à pactione *q* dicitur, inde etiam *r* pacis nomen appellatum eſt.

2 ¶ Et *ſ* eſt pactio duorum *t* pluriúmve in idem placitum *u* & conſenſus.

3 ¶ Conuentionis verbum generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi tranſigendique cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. nam ſicuti conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum "locum" colliguntur, & veniunt: ita & qui ex diuerſis animi motibus in vnum conſentiunt, id eſt in vnam ſententiam decurrunt.

¶ Adeo autem conuentionis nomen generale eſt, vt eleganter dicat Pedius, nullum eſſe contractum, nullam obligationem *x*, quæ non habeat in ſe conuentionem: ſiue re, ſiue verbis fiat. nam & ſtipulatio, quæ verbis fit, niſi *y* habeat conſenſum, nulla eſt.

4 ¶ Sed conuentionum pleræque in aliud nomen *z* transeunt: veluti in emptionem, in locationem, in pignus, vel in ſtipulationem.

Quibus modis conuenire poſſumus. 1. De cautione debitori reddita.

2. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

Labeo ait, conuenire *a* poſſe, vel re *b*, vel per epiſtolam, vel per nuntium, inter *c* abſentes quoque "poſſe," ſed etiam tacitè conſenſu conuenire intelligitur.

1 ¶ Et ideo, ſi *d* debitori meo reddiderim *e* cautionem *f*, videtur *g* inter nos conueniſſe, ne peterem; profuturamque ei conuentionis exceptionem placuit.

a vide *l. 2. §. edere. ſ. eod.* adde exemplum ex *l. 46. §. tutela. inf. de adm*inis.

*

b vide *l. 1. infrà de fide inſtrumentorum.*

c *v. l. 51. in pr. inf. de euict. §. 1. de obl. quæ ex quaſi delicto.*

d i. deleta. vide *l. 41. §. 16 inf. ad l. Aquil. & l. 27. in pr. inf. de furtis.*

e Subſcriptio non requiritur in editione exempli.

f vt & ab intercedendo pro alio *l. 2. §. 1. §. 2. inf. ad Velleianum.*

g Monitorio hoc edicto ciues monebantur: ſic edicto monere dixit Iuriſconſultus *in l. 39. inf. de religioſis.*

h ob quam cauſam remouentur à poſtulando, *l. 1. §. ſexum inf. de poſtul.* adde *l. 2. inf. de reg. iur.*

i Cur virili? an quia intercedere pro alio vetantur, & vtriuſque rei eadem ratio eſt?

k *v. l. 6. §. 2. ĵ. eod.*

l *v. l. vnic. Co. vt ab hæredib. & in hæredes.*

m i. niſi ipſe heres poſt mortem argentarij rationes defuncti adminiſtrare cœperit.

n *& infra* 22. 1. 4. 3. *C.* 3. 4. *t.* 54. 5. *t.* 14. 8. *t.* 35. *Paul.* 1. *ſent.* 1. *Extr.* 1. *c.* 35. *ſext.* 1. *t.* 18. *Harmenop.* 1. *cap.* 9.

o quod extat *l. 7. §. 7. inf. eod.*

p Exempla, *l. 7. in pr. inf. nautæ, caup. l. 1. in princ. inf. de conſtituta, l. 24. in fin. l. 26. § 1. infr. depoſiti, l. 47 in pr. inf. de euict. l. 1. §. quoties. infra vti poßidetis l. 23. in pr. infra de appellat. l. 1. §. pen. infra quib. app. l. 84. inf. inf. de reg. iur. l. 9. C. hoc tit. l. 10. Cod. ſi certum, l. 5. Co. de oblig.*

q à pacione, alij à pago, alij à paco, vel pacco. vide Feſtum *in Pacionem.*

r Pacem à pactione condicionum putat dictum Sinnius Capito. quæ vtrique inter ſe populo ſit obſeruanda. *Feſtus in Pacem.*

ſ *l. 3. inf. de pollicitat.*

t δύων ἢ πλειόνων, id eſt, duorum, trium aut plurium, 11. *Eclog.* 1. *c.* 1. u εἰς τὸ ἀρεςὸν, *Græci ibidem.* vnde fortè Areſti nomen in Curiis & Parlamentis Galliæ familiare. Areſta namque dici poſſunt, placita Curiæ.

x vide *l. 55. inf. de oblig.* y *l. 3. in fi. ĵ. de oblig.*

z *l. 7. § 1. ĵ eod.* a expreſſe an & ſtipulari? minimè, vide tamen *l. 1. ĵ. de verb. oblig.* b i. reipſa ſeu re interueniente *l. 17. ĵ. eo.* aut potius *per ſe*, i. inter præſentes tractatu habito. vnde hic locus Græcis 11. *Eccl.* 1. *c.* 2. ita legitur, συμφωνεῖ τὶς καὶ παρὼν, καὶ ἀπὼν, καὶ διὰ ἐπιςολῆς, καὶ διὰ ἀγγέλου, καὶ σιωπηρῶς? vnde hoc loco ita legerem, vel præſentes, vel inter abſentes, vel per epiſtolam, vel per nuntium ſed etiam tacitè.

c *e. l. 14. in fi. ĵ. de conſtituta.*

d *v. Socinum regula* 183. e vide *l. 7. C. de remiſſ. pign.* f γραμματεῖον, *Græci hic.*

g præſumptione quadam, *v. l. 24. ĵ. de prob.* adde *Socinum regula* 28.

De pignore reddito.

3. *Modeſtinus* libro 3. Regularum.

Poſtquam *a* pignus vero debitori redditur, ſi pecunia ſoluta non fuerit *b*, debitum peti poſſe dubium non eſt *c* niſi ſpecialiter contrarium actum eſſe probetur.

De inuectis & illatis in ædes conductas. 1. De muto. 2. De ſtipulatione dotis. 3. De pacto præcedente ſtipulationem.

4. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

Item quia conuentiones etiam "tacitæ valent, placet in vrbanis *d* habitationibus locandis *inuecta illata* pignori eſſe locatori, etiam ſi nihil nominatim conuenerit.

1 ¶ Secundùm hæc & mutus *e* paciſci poteſt.

2 ¶ Huius rei argumentum eſt etiam ſtipulatio dotis cauſa facta eſt. nam dos antè nuptias malè petitur *f*, quaſi ſi hoc expreſſum fuiſſet: & nuptiis non ſecutis, ipſo iure euaneſcit ſtipulatio. idem Iuliano placet.

3 ¶ Ex facto etiam conſultus, cùm conueniſſet, *vt donec vſuræ ſoluerentur, ſors non peteretur*, & ſtipulatio *g* purè concepta fuiſſet: conditionem ineſſe ſtipulationi *h*, atque ſi hoc expreſſum fuiſſet *i*.

Conuentionis diuiſio. 1. Quæ ſit publica conuentio.

5. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

Conuentionum autem tres *k* ſunt ſpecies: aut enim ex publica cauſa fiunt, aut ex priuata: priuata aut legitima *l*, aut iuriſgentium *m*.

¶ Publica conuentio eſt, quæ *n* fit per *o* pacem *p*, quotiens inter ſe duces belli quædam paciſcuntur.

Legitima conuentionis definitio, & effectus.

6. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

Legitima *q* conuentio eſt, quæ lege *r* aliqua confirmatur: & ideo interdum ex pacto actio naſcitur: vel tollitur: quoties lege vel ſenatuſconſulto *ſ* adiuuatur.

Conuentionis iuriſgentium diuiſio ab effectu. 1. De contractibus nominatis. 2. & Innominatis. 3. De impi ſtipulatione. 4. Effectus pactorum. 7. Edictum de pactis. 8. Diuiſio pacti. 9 De dolo. 10. De pacto fraudandi cauſa. 11. De dolo. 12. De clauſula, Rogauit Titius ſpopondit Mæuius. 13. De actione iudicati, vel ædium incenſarum. 14. De noui operis nunciatione & cæteris ad edictum pertinentibus. De furto. 15. Depoſiti. 16. de pacto, vel legato, vel iureiurando, vel ſtipulatione contra ius. 17. De pacto inter futurum hæredem & creditores hereditarios.

7. *Vlpianus* libro 4. ad Edictum.

Iuriſprudentium conuentiones quædam actiones pariunt, quædam exceptiones.

1 ¶ Quæ pariunt actiones, in ſuo *t* nomine non ſtãt, ſed tranſeunt *u* in proprium nomen contractus: vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, commodatum, depoſitum, & cæteri ſimiles contractus.

2 ¶ Sed & ſi in alium *x* contractum res non tranſeat, ſubſit tamen cauſa *y*: eleganter Ariſto Celſo reſpondit, eſſe obligationem *z*: vt puta, dedi tibi rem, *vt mihi aliam dares*: dedi, *vt aliquid facias*, hoc συνάλλαγμα, id eſt, *contractum* eſſe & hinc naſci ciuilem obligationem. Et ideo puto rectè Iulianum à Mauriciano reprehenſum in hoc: Dedi tibi Stichum, *vt Pamphilum manumittas.* manumiſiſti, euictus eſt Stichus. Iulianus *a* "ſcribit" in *b* factum actionem à prætore dandam, ille ait, ciuilem incerti *c* actionem, id eſt præſcriptis verbis ſufficere *d*: eſſe enim contractum, quod Ariſto *e* συνάλλαγμα dicit: vnde hæc naſcitur actio.

3 ¶ Si ob maleficium, *ne fiat*, promiſſum ſit: nulla eſt obligatio ex hac conuentione *f*.

4 ¶ Sed cùm nulla ſubeſt cauſa propter *g* conuentionem, hic conſtat non poſſe conſtitui obligationem.

¶ Igitur nuda *h* pactio obligationem non parit, ſed parit *i* exceptionem. 5 ¶ Quinimò interdum format *k* ipſam actionem, vt in bonæ

a *l. 2. C. de diſtract. pignorum. l. 2. C. de remiſſ. pign.*

b *l. 1. in fi. ĵ. de liberatione.*

c Cur ita? colli ge ex *l. 6. in fi. ĵ. de precario.*

d vide *l. 4. ĵ. in quib. cauſis pign. tacitè.* adde quaſdam exceptiones ex *Socin. regula* 192.

e & ſurdus *l. 48. ĵ. de obl. & action.*

f vide *l. 21. ĵ. de iure dot*

g ſortis non petendæ ſcilicet.

h vſuram ſe pacto & præfationi adiectarum.

i i. tacitè in ſtipulatione repetitam credi, vide *l. 134. §. 1. ĵ. de verb. oblig.*

k vide *Cuiac.* 15. *obſ.* 33. Tres ſunt ſanè, ſi vniuerſas ita numeres, hoc eſt & genera & ſpecies ſimul: alias duæ ſunt enim generatim pacta ἢ δημόσια, ἢ ἴδια aut publica, aut priuata 1. *Harmenop.* 9. §. 2. 11. *Ecl.* 1. *c.* 5.

l *l. 6. ĵ. eod.*

m *l. 7. inf. eod.*

n vel ita, quoties inter ſe ςρατηγοὶ, ſeu belli duces de pace paciſcuntur. *Eccl.* 1. *c.* 5. τὸ περὶ ἐξουσιαςῶν καὶ ἡγεμόνων ἐθνῶν πρὸς εἰρήνην τίχον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον. 1. *Harmen* 9. §. 4. hoc eſt. Publica conuentio eſt quæ per principes fit aut belli duces, veluti ad pacem aut quid tale. Quod ideo adſcripſi, ne quis publicam conuentionem reſtringat ad ſolos belli duces, aut ſolam belli conuentionem.

o datur enim pax in certas leges, *l. 12. 20. 28. inf. de captiuis.*

p i. pacis cauſa. *Haloander legit* per principem.

q i. ciuilis, & quidem priuata *§. 1. Inſt. de oblig.*

r Vnde hæc conuentio dicitur ἐξαιρετικῶν νόμων. *Eclog. illo loco.* i. à priuata lege eſſe, & ab Harmenopulo 1. *Tit.* 9. §. 3. quæ inter ſingulos particulatim homines initur.

ſ vel conſtitutionibus, vt in pollicitatione dotis *l. 6. C de dot. prom* in donatione *l. 33. §. vlt. C. de donat.* t *ſubaudi*, generali. u i. propter ſui frequentiam inter homines, ſpeciale nomen repererunt. Veluti actio illa qua pretio rem permutamus, non iam ſimpliciter ac generaliter conuentio dicitur; ſed nomine ſpeciali emptio & venditio.

x ἰδικὸν *Græci illo loco.* i. ſpecialem.

y i. dedi, vel vt dares, aut faceres, & è contra.

z i. actionem de eo enim agitur.

a Imò Iulianus ſcribit ciuilem actionem dari, at non in factum, *l. 5. §. 2. inf. de præſcriptis verbis.*

b Ab hac actione in factum diſtinguitur hic præſcriptis verbis actio.

c Incerti actio, præſcriptis verbis actio.

d vt ſubſidiariis actionibus de dolo, & in factum Prætoriis non ſit opus, cùm ordinaria competat, *l. 5. §. 2. in fi. inf. de præſcrip. verb.*

e *al.* Ariſtoteles *v. librum 5. Ethicon.*

f adquiſita ſtipulatio, vel mendatori vel ſocio. aliud erat, ſi paciſcar ne furtum facias, *l. 50. inf eod.*

g *al.* præter conuentionem: veluti, Dabo Stichum tibi, tu mihi Pamphilum.

h Nudum pactum ab Harmenopulo 1. *Tit* 9. §. 11. eſſe dicitur, cùm non præceſſit datio ſed ſolum de dando conuentum fuit.

i 11. *Eclog.* 1. *c.* 6. *l.* 1. §. 4 *inf. de dolo.* k κατὰ [illegible] *Nou.* 136. *c.* 1 [illegible] 11 *Eccl.* 1. *c.* 6. μεταστήσει, *Harm.* 1. *Tit.* 9. § 21.

Sed

fidei iudiciis. ſolemus enim dicere, *pacta conuenta inesse bona fidei iudicijs*: Sed hoc ſic accipiendum erit, vt ſi quidem ex continenti a pacta ſubſecuta ſunt, etiam ex parte actoris inſint b: ex interuallo c non ine- runt, nec valebunt, ſi agat, ne ex pacto actio naſcatur.

¶ Vt puta, poſt diuortium d conuenit, *vt tempore ſtatuto e dilationis dos reddatur; ſed ſtatim*, hoc non valebit ne ex pacto actio naſcatur.

¶ Idem Marcellus ſcribit, & ſi in tutelæ actione f conuenit, *vt maiores quàm ſtatutæ ſunt* g *vſuræ præſtentur*: locum non habebit, nec ex pacto naſcatur actio. ea enim pacta ſunt h, quæ i legem contractui dant, i. quæ in congreſſu contractus facta ſunt.

¶ Idem reſponſum ſcio à Papiniano "&" ſi poſt emptionem ex interuallo aliquid extra k naturam l contractus conueniat; ob hanc cauſam agi ex empto non poſſe propter eandem regulam, ne ex pacto actio naſcatur. quod & in omnibus bonæ fidei iudiciis erit dicendum.

¶ Sed ex parte rei locum habebit pactum, quia ſolent & ea pacta, quæ poſtea interponuntur, parere exceptiones.

6 ¶ Adeo autem bonæ fidei iudiciis exceptiones m poſtea factæ, quæ ex eodem ſunt contractu n, inſunt; vt conſtet, in emptione ceteriſque bonæ fidei iudiciis, re nondum ſecuta o, poſſe abiri ab emptione. Si igitur in totum poteſt, cur non & pars eius pactione mutari poteſt? Et hæc ita Pomponius libro ſexto ad edictum ſcribit.

¶ Quod cùm eſt, "etiam" ex parte agentis pactio locum habet, vt & ad actionem proficiat, nondum re ſecuta, eadem ratione; nam ſi poteſt tota res tolli, cur non & reformari? vt quodammodo p quaſi renouatus contractus videatur, quod non inſubtiliter q dici poteſt.

¶ Vnde illud ęquè non probo", quod Pomponius libris lectionum probat: poſſe in parte recedi pacto ab emptione, quaſi repetita r partis emptione ſ.

¶ Sed cùm duo heredes emptori exſtiterunt: venditor cum altero pactus eſt, vt ab emptione recedere, ait Iulianus valere pactionem, & diſſolui pro parte emptionem: quoniam & ex alio contractu paciſcendo alter ex heredibus adquirere ſibi potuit exceptionem. Vtrumque itaque rectè placèt, & quod Iulianus, & quod Pomponius.

7 ¶ Ait prętor, *Pacta conuenta* t *quæ neque dolo malo* u, *neque aduerſus leges* x, *plebiſcita*, *Senatuſconſulta*, *edicta principum*: *neque* y *quo fraus cui eorum fiat facta erunt ſeruabo* z.

8 ¶ Pactorum quędam d in rem ſunt, quędam b in perſonam.

¶ In rem ſunt, quotiens generaliter paciſcor *ne petam*, in perſonam, quotiens, ne à perſona petam: i. *ne à Lucio Titio petam*.

¶ Vtrum autem in rem, an in perſonam pactum factum eſt, c minùs ex verbis, quàm ex mente conuenientium ęſtimandum eſt: plerumque d enim (vt & Pedius ait) perſona pacto inſeritur, non vt perſonale pactum fiat, ſed vt demonſtretur, cum quo pactum factum eſt.

9 ¶ *Dolo malo* ait pretor pactum ſe non ſeruaturum. Dolus malus fit calliditate, & fallacia e, "&," vt ait pedius, dolo malo pactum fit, quotiens f circumſcribendi alterius cauſa, aliud agitur, & aliud agi ſimulatur.

10 ¶ Sed ſi fraudandi cauſa pactum factum dicatur, nihil prętor adiicit, ſed eleganter Labeo ait, hoc aut iniquum eſſe, aut ſuperuacuum, iniquum, ſi quod ſemel remiſit creditor debitori ſuo bona fide, iterum hoc conetur deſtruere: ſuperuacuum, ſi deceptus hoc fecerit; ineſt enim dolo & fraus.

11 ¶ Siue g autem ab initio dolo malo pactum factum eſt, ſiue poſt pactum dolo malo aliquid factum eſt, nocebit exceptio propter hęc verba edicti: *neque fiat*.

12 ¶ Quod ferè nouiſſima parte pactorum h ita ſolet i inſeri, *rogauit Titius*, *ſpopondit Męuius*: hæc verba, non k tantùm pactionis loco accipiuntur, ſed c etiam ſtipulationis. Ideóqne ex ſtipulatu naſcitur actio; niſi contrarium ſpecialiter adprobetur: quòd non animo ſtipulantium hoc factum eſt, ſed tantùm paciſcentium.

13 ¶ Si paciſcar, *ne "pro" iudicati vel incenſarum ædium* d *agatur*, hoc pactum valet.

14 ¶. Si paciſcar, *ne operis noui nuntiationem exſequar*: quidam putant non valere pactionem, quaſi in ea re prętoris imperium verſetur: Labeo autem diſtinguit: vt ſi ex re familiari operis noui nuntiatio ſit facta, liceat paciſci: ſi de republica, non liceat, quę diſtinctio vera eſt.

¶ Et in ceteris igitur omnibus ad edictum prętoris pertinentibus, quę non e ad publicam lęſionem, ſed ad rem f familiarem reſpiciunt, paciſci licet.

¶ Nam & *de furto* g paciſci h lex permittit.

15 ¶ Sed & ſi quis paciſcatur, *ne* i *depoſiti agat*: ſecundum Pomponium valet pactum.

¶ Item ſi quis pactus ſit, *vt ex cauſa depoſiti omne* k *periculum præſtet*. Pomponius ait, pactionem valere: nec, quaſi contra iuris formam factam, non eſſe ſeruandam.

16 ¶ Et generaliter quoties pactum l à iure communi m remotum eſt, ſeruari hoc non oportet: nec n legari: nec o iuſiurandum de hoc adactum, ne quis agat, ſeruandum. Marcellus libro ſecundo Digeſtorum ſcribit, & ſi p ſtipulatio ſit interpoſita de his pro quibus paciſci non licet: ſeruanda non eſt, ſed omnino reſcindenda.

17 ¶ Si ante q aditam hęreditatem paciſcatur quis cum creditoribus, *vt minus ſoluatur*; pactum valiturum r eſt ſ.

18 ¶ Sed ſi ſeruus ſit, qui paciſcitur, priuſquàm libertatem, & hęreditatem adipiſcatur, quia ſub conditione hęres ſcriptus fuerat: non t Profuturum pactum, Vindius ſcribit. Marcellus autem libro decimooctauo Digeſtorum.

Et ſuum hęredem, & ſeruum neceſſarium purè ſcriptos, paciſcentes, priuſquàm ſe immiſceant, putat rectè paciſci, quod verum eſt.

¶ Idem & in extraneo hęrede, qui ſi mandato creditorum adierit, etiam mandati putat eum habere actionem.

¶ Sed ſi quis, vt ſupra retulimus, in ſeruitute pactus eſt, negat Marcellus, quoniam non ſolet ei proficere, ſi quid in ſeruitute egit, poſt libertatem: quod in pacti exceptione admittendum eſt.

¶ Sed an "vel" doli ei proſit exceptio, quęritur. Marcellus in ſimilibus ſpeciebus, licèt antea dubitauit, tamen admiſit. vt putà filiusfamiliàs, hęres inſtitutus, pactus eſt cum creditoribus, & emancipatus adiit hęreditatem: & dicit, doli eum poſſe vti exceptione.

¶ Idem probat, & ſi filius viuo patre, cum creditoribus paternis pactus ſit: nam & hic doli exceptionem profuturam.

¶ Immo & in ſeruo doli exceptio non eſt reſpuenda.

19 ¶ Hodie u tamen ita demum pactio huiuſmodi creditoribus obeſt, ſi x conuenerint in vnum, & communi conſenſu declarauerint, quota parte debiti contenti ſint. ſi verò diſſentiant, tunc prętoris y partes neceſſarię ſunt, qui decreto ſuo ſequetur maioris partis voluntatem.

8. *Papinianus* lib. 10. Reſponſorum.

Maiorem z eſſe partem, pro modo debiti a, non pro numero perſonarum, placuit. quòd ſi ęquales ſint in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum pręferendus eſt: in numero autem pari creditorum, auctoritatem eius ſequetur prętor, qui b dignitate inter eos pręcellit: ſin autem omnia vndique in vnam ęqualitatem concurrant, humanior c ſententia à prętore eligenda eſt. hoc enim ex Diui Marci reſcripto colligi poteſt.

9. *Paulus* lib. 62. ad Edictum.

Si plures ſint, qui eandem actionem habent, vnius loco habentur.

¶ Vt putà plures ſunt rei ſtipulandi, vel plures argentarij, quorum d nomina e ſimul facta ſunt: vnius loco numerabuntur, quia f vnum debitum eſt.

¶ Et cùm tutores pupilli creditoris plures conueniſſent, vnius loco numerantur: quia vnius pu-

pilli

a συγχρόνως τῷ συναλλάγματι in ingreſſu, initio & exordio contractus *l.13.C.eod.*

b i. pariant actionem *l.7.ſ.J.de contrahend. empt.*

c i. ſi non in ingreſſu, ſi re ſecuta, ſi non integris omnibus, ſi extra naturam contractus interponuntur.

d aliud, ſi ante nuptias, *v.l.10.C. de iure dotium.*

e *v.l.1. §.7. C. de rei vxoriæ act.*

f adminiſtratione & actu. *Ferret.* poſt inchoatam tutelæ actionem. *Cuiac.*

g i. maiores legitimis, de quibus *l.1. §10. inſ. de adminiſtr. tut.*

h hoc eſt, proſunt, συμβάλλεται, *Græci hic.*

i ea pacta inſunt legémque contractui dant quæ in ingreſſu contractus facta ſunt.

k Pacta, παρὰ φύσιν τοῦ συναλλάγματος, id extra naturam contractus, incontinenti non appoſita proſunt reo ad exceptionem, at nō actori ad actionem: κατὰ φύσιν δὲ τοῦ συναλλάγματος, hoc eſt, quę ſecundum naturam ſunt contractus, vtrique proſunt. *Eccl. illo loco Harmen. ibid.* §.14.

l ſubſtantiam. *Cuiac.2.obſ.15.* Extra ſubſtantiam venditionis erit (ſubſtantia eſt autem ſine qua non poteſt eſſe venditio) hæc conuentio: vt Romam eatur, vel non eatur.

m alij, pactiones. *Cuiacius*, depectiones 2.*obſer*, 15. reprehenſus à Renardo 2.*Var.*13. poſſis legere *hæ pactiones* i. nudæ poſtea factæ & additæ.

n puta, quæ ſuper pretio interponuntur, vel alia re ſimili, *Duarenus hic.* κατὰ τὴν φύσιν τοῦ συναλλάγματος

o Integris omnibus *l.58.J.eod.* neque re tradita *l.1. quando liceat ab empt.* neque ſoluto pretio *l.1. J.de reſcindenda.*

p Quodammodo quaſi, eadem hac formula vtitur Iuriſconſultus in lege 14. *inſ. . de vſuc.* niſi quod tres notę hic improprietatis ſunt, quodammodo, quaſi, videtur, ibi, duæ. q aliàs vulgaris opinio eſt, nouum contractum fieri, *l.72. §.1.J.de contrahenda emptione.* r i. reformata & retroacta, *l.2.in fi. J.de reſcindend.* ſ pacto, emptione, *alij* pacti conuentione. *Duar.* t *l.6. C.eod.* quæ cauſam continent: & ſic non dat Prætor actionem ex nudo pacto.

u vide *l.5 C.de inut. ſtipul.* x vel bonos mores. y Fraus in leges nullius eſt effectus. z data exceptione: aliàs, ſeruare eſt tueri vel exceptione vel actione, *l.44.§.1.J.familiæ.*

a Et ea φυσικὰ τέλειαν ἔχοντα συγχώρησιν, id eſt generalia generalem habentia remiſſionem, Græcis dicuntur 11.*Eccl.1.c.7.* b ſunt etiam quædam mixta *l.57.J eod.* c i. non magis, vt rectè Accurſius hic notat. niſi traiectio ſit hæc, *non minus ex mente quàm ex verbis conuenientium*. vnde hæc pacta ſuperiore loco *Ecloga* dicuntur, κατὰ πρόληψιν φυσικὰ, ex mente generalia etiam ſi certa perſona inferatur. d *l.40.in pr. inſr. eod.*

e adde *l.1.§.dolum. inſr. de dolo.*

f *Ecloga illo loco.* g *l.21.§.3.J.de peculio*: *Auctor Eclogæ dicto loco.*

h Inſtrumentorum. Pactum enim non tantùm ſumitur pro conuentione & debito, ſed pro inſtrumento. *Cuiac.l.15.inſ. tit. prox.*

i vt ſi minus ex pactos, ſaltem ex ſtipulatione agi poſſit *Paulus 2.ſent.12.§. vlt.* hæc enim eius firmandi gratia inducta eſt, *Paul.5.ſent.7.*

a Forma demonſtrat effectum.

b Pactum fieri poſſe interrogatione præcedente, & reſponſione ſubſequente, hinc colligitur *v. & l. 1.§.4.inſ.de pecunia conſtituta.*

c Cur? à forma res denominatur concurrente in eundem actum pacto aliquo & ſtipulatione; actus denominatur à ſtipulatione non à pacto, à ſtipulatione (inquam) veluti digniore.

d ex culpa ſc. ad duplum nam conſulto factum incendium morte puniebatur. *Paulus 5.ſent.3.§.vlt.* vide *l.9.J. de incendio*

e *l.27.§.4.inf.eo.*

f vide *l.29. in fi. C.eod.*

g iam facto l.17. §.1.*inſ.eod.* ſecus ſi de futuro *l.27. §.4.inſ.eod.*

h decidere, vide *l.7. J. de condict. furtiua.*

i *d.l.27. §.3.*

k etiam culpa datum: cuius nomine vulgariter non tenetur, *§.vi. Inſt. quibus modis re*: adde *l.1. §.31. J.depoſiti.*

l Cōtra iura communia, neque paciſci, neque legare, neque iurare, neque ſtipulari licet 11 *Eclo.1. 57.1.Harmen.1.§. 15. 16.*

m naturæ §.3.5. *eo.* ſolennitate iuris *l.27.inſ.de reg. iur.* at non à priuilegio nobis conceſſo, *l.29.C. eod.*

n nec ligat. *Chaſſān. apud Cuiac.1.obſ.24.*

o *l.112.§.pen. & vlt. infr. de leg.1. vide Nou.51. c.1.*

p vide *l.55.§.1. inſ.de verb.oblig.*

q Cur hoc pactum creditores interponere ſolent? vt eo magis incitent hæredes ad adeundam hereditatem vel ſe immiſcendum.

r vide *l.29. §.2. inſ.de donat.*

ſ poteſt etiam eorum mandato adire, vide *l.32. in fin. J.mandat.*

t proderit tamen de dolo exceptio *vt §.eod.* u id eſt poſt reſcriptum D.Marci, de quo in *l.10.J.eod.* planè de verbo *Hodie* ſcripſi ad *l.32. inſ. de falſis.*

x *l.10.inſ. eod.*

y vide *l.5. inſ. de liberali cauſa.*

z Pars maior creditorum quod conſentit in venditione bonorum debitoris, Prætoris ſequendum eſt. Pars autem maior ſumitur, non ex numero perſonarum, ſed ex quantitate debiti, vt ſi vni 1000. duobus 300. debeantur. vnus ille maiorem partem efficit, *vt hic.* Quid ſi duo tréſve in debiti quantitate æquales ſint, perſonis inæquales? Quod plures perſonæ conſenſerint, id ſequetur prætor, *vt hic.* Quid ſi omnes æquales? humanior ſententia ſequenda 11.*Eclog.1.* §.8. a *l.14.inſ.depoſiti. l.16.inſ.de reb. auth. iud.*

b vide *l.2.in fin. inſ.de teſtib.*

c vide *l.10.inſ. de reb.dub.* quænam illa: *v.l.10. J.de inofficioſo, l.34. J.de manum. l.38. inſ.de re iudicata.*

d quorum nomina ſimul eunt, *l.34.inſ.de arbitris.*

e Nominibus contrahebatur obligatio, cum ex menſæ ſcriptura, pecunia numerabatur, *l.ff.de annuis legatis*: *Inſtit. de litterarum obligation. l.1.inſ.ad Macedon.Cuiac.* vide *Theophilum, Inſt.de literarum oblig.*

f *l.3.in fin.inſ.de duobus reis.*

pilli nomine conuenerant. ¶ Necnon & vnus tutor plurium pupillorum nomine *a* vnum debitum prætendentium, ſi conuenerit, placuit vnius loco eſſe: nam *b difficile c eſt, vt vnus homo duorum vicem ſuſtineat*: nam nec is, qui plures actiones habet aduerſus eum. qui "vnam" actionem habet, plurium perſonarum loco accipitur.

1 ¶ Cumulum debiti " & "ad plures ſummas referemus, ſi vni fortè minutæ ſummæ centum aureorum debeantur: alij verò vna ſumma aureorum quinquaginta: nam in hunc caſum ſpectabimus ſummas plures: quia illæ excedunt in vnam ſummam coadunatæ.

2 ¶ Summæ *d* autem applicare *e* debemus etiam vſuras *f*.

1. De pœnæ ſtipulatione pacto ſubiecta. 2. De doli exceptione De pacto procuratoris.

10. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

RESCRIPTUM *g* " autem " Diui Marci ſic loquitur, quaſi omnes creditores debeant conuenire. Quid ergo ſi quidam abſentes ſint? num exemplum præſentium abſentes ſequi debeant? Sed an & priuilegiariis *h* abſentibus hæc pactio noceat, eleganter, tractatur ſi *k* modò valet pactio "&" cōtra abſentes. Et repeto, ante formam à Diuo Marco datam diuum Pium reſcripſiſſe, fiſcum quoque in his caſibus *l*, in *m* quibus hypothecas non habet, & cæteros priuilegiarios exemplum creditorum *n* ſequi oportere. Hæc enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conſeruanda ſunt.

1 ¶ Si *o* pacto ſubiecta ſit pœnæ ſtipulatio: quæritur, vtrùm pacti exceptio locum habeat, an ex ſtipulatu actio. Sabinus putat, quod eſt verius, vtraque via vti poſſe, prout *p* elegerit, qui ſtipulatus eſt. Si tamen ex cauſa pacti exceptione vtatur, æquum erit, accepto eum ſtipulationem ferre.

2 ¶ Plerumque ſolemus dicere, doli *q* exceptionem ſubſidium eſſe pacti exceptionis. quoſdam denique, qui exceptione pacti vti non poſſunt, doli exceptione vſuros, & Iulianus ſcribit, & alij plerique conſentiunt: vtputà ſi procurator meus paciſcatur, exceptio doli mihi proderit, vt Trebatio uidetur: qui putat " ſicut " pactum procuratoris mihi nocet *r*, ita & prodeſſe.

11. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

QVia & ſolui ei *ſ* poteſt.

12. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

NAm *t* & nocere conſtat: ſiue ei mandaui, vt paciſceretur, ſiue *u* omnium rerum mearum procurator fuit: vt & Puteolanus libro primo adſeſſoriorum *x* ſcribit: cui placuit *y* eum etiam rem in iudicium deducere.

13. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

SEd ſi tantùm ad actionem procurator factus ſit, conuentio facta domino non nocet: quia nec ſolui. *y* poſſit.

1 ¶ Sed ſi in rem ſuam datus ſit procurator, loco domini habetur, & ideo ſeruandum erit pactum conuentum *z*.

De pacto magiſtri ſocietatis.

14. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

ITem magiſtro *a* ſocietatum pactum & prodeſſe, & obeſſe conſtat.

De pacto tutoris.

15. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

TVtoris quoque (vt ſcribit Iulianus) pactum pupillo *b* prodeſt.

De pacto emptoris hereditatis. 1. An pactum domini noceat, procuratori.

16. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

SI cum emptore hereditatis pactum ſit factum, & venditor hereditatis petat, doli exceptio *c* nocet. nam ex quo reſcriptum eſt à Diuo Pio, vtiles actiones *d* emptori hereditatis dandas, meritò aduerſus venditorem hereditatis exceptione doli debitor hereditatis vti poteſt.

1 ¶ Sed & ſi inter dominum rei venditæ, & emptorem conueniſſet, *vt homo, qui emptus erat: redderetur ei qui pro domino rem vendidit*: petenti ei pretium, doli exceptio nocebit.

De pacto, vt plus reddatur quàm datum ſit. 1. Effectus pacti de iniuria, furto. 2. Pignore. 3. An pactum heredi, vel donatario proſit. 6. De pacto poſſeſſoris hereditatis. 7. De pacto filiiſfam. vel ſerui, vel bona fide ſeruientis.

17. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

SI tibi decem dem, & paciſcar, *vt viginti mihi debeantur e*: non naſcitur obligatio vltra *f* decem: re enim non poteſt obligatio contrahi, niſi *g* quatenus *h* datum ſit.

1 ¶ Quædam actiones per pactum ipſo iure *i* tolluntur: vt iniuriarum *a*, item furti *b*. ¶ De *c* pignore iure honorario naſcitur *d* pacto actio: tollitur *e* autem per exceptionem, quotiens paciſcor ne petam.

3 ¶ Si quis paciſcatur, *ne à ſe petatur; ſed vt ab herede petatur*: " heredi exceptio non proderit.

4 ¶ Si pactus ſim, *ne à me, néve à Titio petatur*, non proderit Titio, etiam ſi heres extiterit: quia eſt poſtfacto *g* id confirmari non poteſt. Hoc Iulianus ſcribit in patre, qui pactus erat, *ne à ſe, néve à filia peteretur*? cum filia patri heres extitiſſet *h*.

5 ¶ Pactum conuentum cum venditore factum, ſi in rem conſtituatur, ſecundum plurium ſententiam & emptori prodeſt, & hoc iure nos uti Pomponius *i* ſcribit: ſecundùm Sabini autem ſententiam, etiam ſi in perſonam conceptum eſt, " & " in emptorem *k* valet. Qui hoc eſſe exiſtimat *l*, ſi *m* per donationem ſucceſſio *n* facta ſit *o*.

6 ¶ Cùm poſſeſſor alienæ hereditatis pactus eſt heredi, ſi euicerit, neque nocere, neque *p* prodeſſe, plerique putant.

7 ¶ Filius, ſeruúſve, ſi paciſcantur, *ne à patre, dominóve petatur.*

18. *Gaius.* lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

(SIue de eo paciſcantur, quod cum ipſis: ſiue de eo, quod cum patre, dominóve contractum eſt.)

19. *Paulus* libro 3. ad Edictum.

ADquirent exceptionem. Idem eſt & in his, qui bona fide ſeruiunt.

¶ 1 Item ſi filiusfamilias pactus fuerit, *ne à ſe petatur*: proderit ei: & patri quoque, ſi de peculio conueniatur.

20. *Gaius* libro 1. ad Edictum Prouinciale.

VEl de in rem verſo: vel is quaſi defenſor filij, ſi hoc maluerit, conueniatur.

De pacto habentis in poteſtate. 3. Si filiafam. de dote. 4. Vel filiusfam. de legato conditionali paciſcatur. 5. Quid prodeſt pactum in rem.

21. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

ET heredi patris viuo filio; poſt mortem verò filij nec patri nec heredi eius, quia perſonale pactum eſt.

1 ¶ Quod ſi ſeruus *ne à ſe peteretur*, pactus fuerit: nihil valebit pactum, de doli exceptione videamus. Et ſi in rem paciſcatur, proderit domino, & heredi eius pacti conuenti exceptio, quòd ſi in perſonam pactum conceptum eſt, tunc domino doli ſupereſt exceptio.

2 Nos autem his, qui in noſtra poteſtate ſunt, paciſcendo prodeſſe non poſſumus, ſed nobis id profuturum, ſi nomine eorum conueniamur. Proculus ait, quod ita rectè dicitur, ſi ita paciſcendo id actum ſit, cæterùm ſi paciſcar, *ne à Titio petas*, deinde actionem aduerſus me nomine eius inſtituas: non eſt danda pacti conuenti exceptio, nam quod ipſi inutile eſt, nec defenſori competit. Iulianus quoque ſcribit: Si pater pactus ſit, *ne à ſe, néve à filio petatur*: magis eſt, vt pacti exceptio filiofamilias danda non ſit, ſed doli proſit.

3 ¶ Filiafamiliàs paciſci poteſt, *ne de dote agat, cum ſuis iuris eſſe q cœperit.*

4 ¶ Item filiusfamiliàs *de eo, quod ſub conditione r legatum eſt* rectè paciſcitur.

5 ¶ In his, qui eiuſdem pecuniæ exactionem habent in ſolidum *ſ*, vel qui eiuſdem pecuniæ debitores ſunt: quatenus alij quoque proſit, vel noceat pacti exceptio, quæritur: Et in *t* rem pacta omnib. proſunt, quorum obligationem diſſolutam eſſe eius, qui paciſcebatur interfuit. Itaque debitoris conuentio fideiuſſoribus *u* proficiet *x*.

22. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

NIſi hoc actum eſt, *vt dumtaxat à reo non petatur*: " *à fideiuſſore petatur*: " tunc enim fideiuſſor exceptione non vtetur.

De pacto fideiuſſoris, & an pactum vnius alij proſit.

23. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

FIdeiuſſoris autem conuentio *y* nihil *z* proderit *a* reo *b*. quia nihil *c* eius intereſt, à debitore pecuniam non peti. immò nec confideiuſſoribus *d* proderit: neque enim, quoquomodo *f* cuiuſque intereſt, cum alio *ſ* conuentio facta prodeſt: ſed tunc demum, cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pactus eſt, proficiat: ſicut in reo promittendi, & his, qui pro eo obligati ſunt.

24. *Idem* lib. 3. ad Plautium.

SEd ſi fideiuſſor in rem ſuam ſpopondit *g*: hoc caſu fideiuſſor pro reo accipiendus eſt: & pactum cum eo factum, cum reo factum eſſe videtur.

De pacto correi vel coargentarij. 1. De pacto perſonali. 2. De pacto fideiuſſoris.

25. *Idem* lib. 3. ad Edictum.

IDem in duobus reis promittendi, & duobus argentariis ſociis *h*.

a *l.4. in fin.* ℨ. *de tutel.* § 5. *inſtit. de excuſ.*
b *v.l.27.C. de procur. al.* nec.
c *v.l.13.§.4.*ℨ.*ad Trebell.* Immo, non difficilè eſt. *v.l. 50. in fi.* ℨ. *ad Trebell.*
d Principali ſorti.
e adiungere.
f Cumulus debiti hic non tantum ad ſortem, ſed ad vſuras etiam refertur: at non ſic cumulatio ſummarum in caſu *l.12.* ſ. *de iuriſd.*
g quod extat *l.8. in fin.* ſ. *eod.*
h fiſco & ſimilibus.
i fuit enim hæc quæſtio maximè vexata, & ita quidem vt Paulus contrarium negauerit, priuilegium ſcilicet auferri, *l.38.§.1.* ℨ. *mandat.* verum videtur Paulus ex iuris diſciplina reſpondiſſe, & ignoraſſe D. Pij reſcriptum quod hic ab Vlpiano profertur.
k nec enim regulariter valet.
l vt *l.6.* ℨ *de iure fiſci.*
m atqui in omnibus habere videtur, *l.46.* § *fiſcus.* ℨ. *de iure fiſci.*
n præſentium: idque ex iuris ratione, ſecus ex reſcriptis. *l.58.§.1.* ℨ. *mand.* quæ cum ea ſæpius pugnant.
o 11. *Eclog.* 1.§. 10.1. *Har.* 9.§.26.
p adde *l. vlt. in fi.* ℨ. *quod certo loco.*
q *Eclog. illo loco in fine.*
r ſi mandatum habuit: ſi omnium bonorum ſocius fuit, & adhuc certis caſibus *l.12.* ℨ. *eod. l.63.* ℨ. *de proc.*
ſ vide *l.24.§.3.* ℨ. *de ſolut.*
t Procurator generalis vel mandatum habens paciſcendi, ei nocet cuius res gerit: ſecus ſi ad actionem tantùm procurator, 11. *Eclog.* 2. *c.* 8.
u *l.17.§. pen. inf. de iureiur.*
x Adſeſſoria: libri de rebus in adſeſſura iudicatis, eo ſenſu adſeſſorium *in l.5.§. hac lege inf. de iniurijs.*
y *l.86. inf. de ſol.*
z vt & iuſiurandum ab eo delatum *d.l.17.*

a qui & vnde dicti, vide *l.57.* ℨ. *de verb. ſin.* adde *Feſt. in Magiſtrare.* Cicero ad Craſſipedem: P. Rutilius qui eſt magiſter in ea ſocietate: & in 4. Verrina ſæpe.
b *l.28.§. ſi curat.* ℨ. *eod.* c ſubſidiaria, *l.10.§. vlt.* ſ. *eod.* Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
d vide *l.1.l.2.C. de obligat. l.7.C. de hared. vel act. vend.*
e adde *l.27.§.5.* ℨ. *eod.* f *l.11.§. penult. inf. ſi certum petatur. l.22. C. de fideiuſſoribus.* g *v.l.9. C. de non numerata.*
h Imo aliud videtur, *l.48.*
i quia lex XII. tab. paciſci illis caſibus permiſit.

a *l.17.§. ſi autem 6.* ℨ. *de iniurijs.*
b *l.7.§.14. in fi.* ſ. *eod.*
c *l.49.* ℨ. *de ſolutionib.*
d *v.l.1.* ℨ. *de pign. act. l.9. inf. qui potiores.*
e *v.l.5.* ℨ. *quibus mod. pign.* Reddítio pignoris, debiti remiſſionem non introducit, niſi ſpecialiter de hoc conuenerit. 11. *Eclog.* 1.§. 8. *circa finem.*
f Cur? ita? *v.l.25. §.1. inf. eod.*
g 1. Vtcunque ſit heres paciſcenti
h doli tamen proderit, *l.21.§.2. in fi.* ℨ. *eod. l.7. verſ. ſi vero* ℨ. *de pact. dot.*
i Proculus *Cuiac.* 18 *obſ.* 2.
k in emptore, rectius quàm in emptorem.
l Facta mecum pactio tam generalis quàm perſonalis, prodeſt & ei qui per donationem ſucceſſit. 11. *Eclog.* 1. *c.* 18.
m id eſt, etſi: vt valeat extenſio ſeu argumentum ab emptore ad donatarium.
n Succeſſionis genus eſt donatio. Donatarius ſucceſſor eſt donatoris.
o pactum ergo in perſonam conceptum, emptori & donatario proderit: viuo tamen paciſcente, *arg. l.21. in pr.* ℨ. *eod.*
p Immo prodeſt, *l.22 in fi.* ℨ. *de conſtituta.*
q *l.8. l.9.* ℨ. *de capite minut.*
r puta, ſi ſui iuris erit.
ſ de quibus *l.25.* ℨ. *eod.*
t *l.7.§.2.* ℨ. *de exceptionib.*
u v. in hunc locū Socinum *reg.* 131.
x *v.l.32* ℨ. *eod. l.9.§. pen.* ℨ. *de duobus reis*: adde caſum *l.95.§. pen.* ℨ. *de ſolut.*
y etiam in rem. Quid iuramentum prodeſt reo principali, *l.28.§.1. l. vlt.* § 1. ℨ. *de iureiurando.* Cur tam variè? Pactum donationis cauſa fit, nec ſolutionis vice habetur vt iuſiurandum.
z Imo proficiet *l.13.§.7. inf. de acceptilationib.*
a aliud, ſi iuramento ei delato iurauerit, *l.28 §.1.* ℨ. *de iur.* aliud ſi ei accepto latum ſit *l.13.§. ſi fideiuſſ.* ℨ. *de acceptil.*

b ad pacti exceptionem, non doli *l.25. l.26.* ℨ. *eo.* c Imò multum intereſt: quia hac ratione fideiuſſori non tenebitur reus. d *d.l.15. in fi.* ℨ. *de fideiuſſ.*
e i. non quoquo modo intereſſe debet, ſed principaliter, vt in exemplis duobus infra apparet. f cum alij. g vt vxor pro marito quoties ab eo fundus dotalis petitur, *l.8.§.1. in fin.* ℨ. ſ. *qui ſatiſdare.* in rem ſuam fideiuſſiſſe intelligitur.
h quia paciſcentis eo caſu intereſt à ſuo correo non ſolui, quod ſi is ſoluerete, id ei ſocietatis iudicio reputaret, *Cuiac. l.10.* ℨ. *de duod. reu.*

C

a l. quia.
b vt dictum eſt l. 23. §. eod.
c directè.
d Imò nocet, l. 2. l. 13. l. 16. in fi. ℣. de acceptilationib. l. 28. ℣. de iureiur.
e Deciſio itaque hæc Pauli petenda eſt ex conſtitutionibus vt ex ſententia Labeonis, Proculi, Neratij, Atilicini, tentat Venuleius Paulo in hoc contrarius, contrarium dici poſſe, adaucto ſcilicet iure duorum reorum credendi, & fere id inter omnes conueniſſe, l. 31. §. 1. ℣. de nouation.
f exigere & recipere; imò & ſolidum acceptum ferre.
g donare, hic & paulo poſt ita legit Robert. 1. ſent. 21. vide l. 5. ℣. de nouationibus: adde l. 1. eod. tit.
h puta adiecto ſolutionis gratia: cui nec donare, nec transfundere in aliam priorem obligationem licet, l. 10. ℣. de nouat.
i priorem obligationem ſcilicet, atque per ſe, id eſt, citra liberam peculij adminiſtrationem eis conceſſam l. 21. inf. de iureiur. quæ vt maximè eis ſit conceſſa, donare tamen non poſſint l. vlt. ℣. de Nou.
k vt eorum vnus ius nouandi non habeat, licet ei ſolui poſſit, quod intellige ſi donat vel pactum facit de non petendo: aliàs nouandi, id eſt, prius debitum in aliud transfundendi, ius habet: atque ita intelligenda l. 31. §. 1. ℣. de nouationib. hoc autem illo facilius eſt, quia pactum, legitimus modus tollendæ obligationis non eſt v. nouatio Cu.
l §. 1. Inſt. de excep.

1 ¶ Perſonale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum *a* nec ad hæredem, Labeo ait.

2 ¶ Sed quamuis fideiuſſoris pactum reo non *b* proſit *c*: plerumque tamen doli exceptionem reo profuturam Iulianus ſcribit.

26. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

Videlicet ſi hoc actum ſit, ne à reo quoque petatur.

¶ Idem & in confideiuſſoribus eſt.

De pacto coargentarij vel correi ſtipulandi. 1. De pacto rei ad tempus, vel ne à fideiuſſore petatur. 2. Si poſterius pactum priori contrarium ſit. 3. An pacto effici poſſit ne dolus præſtetur. 4. De quibus paciſci non licet, & ad quæ pactum pertineat. 5. Si paciſcar ne petam duplum, vel dimidium eius quod mihi debetur. 6. Si ſtipulatus alternatè paciſcatur ne alterum petat. 7. Si creditor generis de ſpecie pepigerit. 8. Si pactus ne vniuerſitatem peteret, ſingulas res: aut pactus de tota re, partem petat. 9. De acceptilatione inutili. 10. De pacto ſerui hereditarij.

27. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

Si vnus ex argentariis ſociis cum debitore pactus ſit, an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Atilicinus, Proculus nec *d* ſi in rem pactus ſit, alteri nocere, tantùm enim conſtitutum *e*, vt ſolidum alter petere *f* poſſit. Idem Labeo: nam nec nouare *g* alium poſſe, quamuis ei *h* rectè ſoluatur.

¶ Sic enim & his, qui in noſtra poteſtate ſunt, rectè ſolui, quod crediderint, licèt nouare non poſſint: quod eſt verum.

¶ Idémque in duobus reis ſtipulandi dicendum eſt. *k*

1 ¶ Si cum reo ad certum tempus pactio facta ſit: vltrà *l* neque reo, neque fideiuſſori *m* prodeſt. Quòd ſi ſine perſona " ſua " reus pepigerit *ne à fideiuſſore petatur*; nihil id prodeſſe fideiuſſori quidam putant, quanquam id rei interſit: quia ea demum competere ei debeat exceptio, quæ & reo. Ego didici prodeſſe fideiuſſori exceptionem. non ſic enim illi per liberam perſonam adquiri, quàm ipſi, qui pactus ſit, conſuli videmur, quo iure vtimur.

2 ¶ Pactus, *ne peteret*, poſtea conuenit, *vt peteret n*, prius pactum per poſterius elidetur *o*: non quidem ipſo iure *p*, ſicut tollitur ſtipulatio per ſtipulationem, ſi hoc actum eſt *q*: quia in ſtipulationibus ius continetur *r*, in pactis factum verſatur *ſ*: & ideo replicatione exceptio elidetur.

¶ Eadem ratione contingit, ne fideiuſſoribus prius pactum proſit. *t*

¶ Sed ſi pactum conuentum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, velut iniuriarum, non poterit poſtea paciſcendo, *vt agere poſſit*, agere. *u* quia & prima actio ſublata eſt, & poſterius pactum ad actionem parandam inefficax eſt: non enim ex pacto iniuriarum actio naſcitur: ſed ex contumelia.

¶ Idem dicemus & in bonæ fidei contractibus, ſi pactum conuentum totam obligationem ſuſtulerit, veluti empti *x*. non enim ex nouo pacto prior obligatio reſuſcitatur, ſed proficiet pactum ad nouum contractum.

¶ Quod ſi non vt totum contractum tolleret *y*, pactum conuentum interceſſit, ſed vt imminueret: poſterius pactum poteſt renouare primum contractum. *z*

¶ Quod & in ſpecie dotis actionis procedere poteſt, putà pactam mulierem, *vt præſenti die dos redderetur*: deinde paciſci, *vt tempore ei legibus dato dos reddatur*: incipiet dos redire ad ius ſuum, nec dicendum eſt deteriorem conditionem dotis fieri per pactum: quotiens enim ad ius quod lex naturæ ei tribuit, de dote actio redit: non fit cauſa dotis deterior, ſed formæ ſuæ redditur, hæc & Scæuolæ noſtro placuerunt.

3 ¶ Illud nulla pactione effici poteſt, *ne dolus z præſtetur*, quamuis ſi quis paciſcatur, *ne depoſiti agat*, vi ipſa id pactus videatur, ne de dolo agat, quod pactum proderit.

4 ¶ Pacta, quæ turpem cauſam continent, non

m v. quæ ſcripſi ℣. *ad l. vlt in fin.* ℣. *de vſuris rei indicata.*
n quæſtio hic naſcitur, an ex hoc poſteriore & nudo pacto peti poſſit.
o Omne pactum poſteriore pacto diſſoluitur, ſicet Pariat exceptionem. *Pau.* 1. *ſent.* 1. §. 2.
p i. directò vt actionem pariat æquè ac ſtipulatio: ſecus per obliquum: nam interdum id poteſt, quia poſterius pactum cum replicatione elidat exceptionem priori pacto acquiſitam, neceſſe eſt vt antecedens vtrumque pactum obligatio, & ex ea actio ſaltem per obliquum renaſcatur. Quòd autem directa ea vis ſtipulation b. inſit, hoc à Iuris ciuilis diſpoſitione proficiſcitur. Nam pactum pacto elidi ipſo iure (naturali) conſtat: ſic enim interpretor l. 95. §. *naturalis.* ℣. *de ſolut.*
q nouatio his verbis intelligitur §. 3. *verſ. ſed cum hoc, quibus modis tollitur.*
r i. diſpoſitione iuris ciuilis, ſtipulatio poſterior non vt nudum factum conſideratur, ſed vt factum efficax ad anteriorem, perimendam: & ea perempta, nouam actionem directò producendam.
ſ i. iuris ciuilis conditores pacta inter ſe oppoſita ſuæ naturæ reliquerunt. i. pacta, vt nuda facta conſiderarunt: nuda. i vt inefficacia ad actionem directò producendam: ſic factum & ius opponuntur.
t Imò prodeſt. *l.* in *l. 4.* ℣. *de pec.*
u Solue eadem ratione, ſi ipſis ſcientibus pactum interpoſitum eſt. *l. vlt. hoc. tit.* *Cuiac.*
u ex his conſtat pacto per obliquum toties actionem reſuſcitari, quoties prior actio ex conſenſu naſcebatur: ſecus ſi ex delicto, vt iniuria, vt in hac hypotheſi.
x Emptio tota pacto tollitur, quoties, re integra, ab eodem pacto diſceditur.
y Emptionem tota pacto non tollit, quoties ea tantùm minuit quæ ſunt ex contractus natura & forma. Ex natura emptionis eſt, pretium dotis dies eius reddendæ. *z aliij,* ne dolus malus. *v. l. 17.* ℣. *commodati.*
a vel de moribus, *l. 5. inf. de pactis dotalib*
b impoſterum. c *v. l. 70. in fi.* ℣. *de fideiuſſorib.*

ſunt obſeruanda: veluti ſi paciſcar, *ne furti agam*, vel *iniuriarum a*, *ſi feceris.* b expedit *c* enim timere furti, vel iniuriarum pœnam. Sed poſt admiſſa hæc paciſci poſſumus.

¶ Item *ne experiar interdicto vnde vi*, quatenus publicam cauſam contingit, paciſci non poſſumus &: in ſumma, ſi pactum conuentum à re *a* priuata remotum ſit, non eſt ſeruandum.

¶ Ante omnia enim animaduertendum eſt, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia perſona, in *b* alia re, aliáve perſona noceat.

5 ¶ Si cùm decem mihi deberes, pepigero, *ne à te viginti petam*: in *e* decem prodeſſe tibi pacti conuenti vel doli exceptionem placet.

¶ Item ſi cùm viginti deberes, pepigerim, *ne decem petam*: efficeretur per exceptionem mihi opponendam, vt tantùm reliqua decem exigere debeam.

6 ¶ Sed ſi ſtipulatus *decem aut Stichum* " de " decem pactus ſim, & petam Stichum aut decem: exceptionem pacti conuenti in totum obſtaturam *d*. nam vt ſolutione, & petitione, & *f* acceptilatione vnius *g* rei tota obligatio ſolueretur: ita pacto quoque conuento de vna re non petenda interpoſito totam *h* obligationem ſummoueri. Sed ſi id actum inter nos ſit, *ne decem mihi, ſed Stichus præſtetur*. poſſum efficaciter de Sticho agere, nulla exceptione opponenda.

¶ Idem eſt, & ſi *de Sticho non petendo* conuenerit.

7 ¶ Sed ſi generaliter mihi hominem debeas, & paciſcar, *ne Stichum petam*: Stichum quidem petendo, pacti exceptio " mihi " opponetur *i*: alium autem hominem ſi petam, rectè *k* agam.

8 ¶ Item ſi pactus, *ne hæreditatem peterem*: ſingulas res, vt heres. petam, ex eo, quod pactum erit, pacti conuenti exceptio aptanda erit, quemadmodum ſi conuenerit: *ne fundum peterem*: & vſumfructum petam: aut *ne nauem ædificiúmve peterem*: & diſſolutis his ſingulas *l* res petam. niſi ſpecialiter aliud actum eſt.

9 ¶ Si acceptilatio inutilis *m* fuit: tacita pactione id actum *n* videtur, ne peteretur.

10 ¶ Seruus *o* heredi poſt adituro nominatim paciſci non poteſt, quia nondum is dominus ſit: ſed ſi in rem pactum conuentum factum ſit, heredi adquiri poteſt.

De pacto contra ius. De pacto pupilli. 1. curatoris. 2. eius, qui eſt in poteſtate

28. *Gaius* lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

Contra *p* iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur *q*. Veluti ſi pupillus ſine tutoris auctoritate pactus ſit, *ne à debitore ſuo peteret*, aut *ne intra certum tempus*, veluti quinquennium *peteret*, nam nec ſolui ei *r* ſine tutoris authoritate poteſt.

¶ Ex diuerſo autem ſi pupillus paciſcatur, *ne quod debeat à ſe peteretur*: ratum habetur pactum conuentum. quia meliorem conditionem ſuam facere ei etiam ſine tutoris auctoritate conceſſum eſt.

1 ¶ Si curator furioſi, aut prodigi pactus ſit, *ne à furioſo aut prodigo peteretur*: longe vtile eſt curatoris, recipi pactiones *ſ*: ſed non *t* contra.

2 ¶ Si filius, aut ſeruus pactus ſit, *ne ipſe peteret*. inutile eſt pactum.

1 ¶ Si verò in *x* rem pacti ſunt, id eſt, *ne ea pecunia peteretur*: ita pactio eorum rata habenda erit aduerſus patrem, dominúmve ſi liberam peculij adminiſtrationem habeant: & ea res, de qua pacti ſint peculiaris ſit. Quod & ipſum non *y* eſt expeditum, nam cùm uerum eſt, quod Iuliano placet, etiam ſi maximè, quis adminiſtrationem *z* peculij habeat conceſſam, donandi *a* ius eum non habere: ſequitur, vt, ſi donandi cauſa de non petenda pecunia pactus ſit, non debeat ratum haberi pactum conuentum. Quòd ſi pro eo, vt ita paciſceretur aliquid, in quo non minus, vel etiam amplius eſſet, conſecutus fuerit: rata habenda eſt pactio.

29. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

Si in autem dominicam pecuniam crediderit: quod *d* credendi tempore pactus eſt valere Celſus ait.

Vrum in ſtipulatione à ſeruo. 1. Vel in ſtipulatione conditionali inſit tacitum pactum.

30. *Gaius* lib. 1. ad Edictum prouinciale.

In perſona tamen filijfamilias videndum eſt, ne aliquando, & ſi pactus ſit, *ne ageret*, valeat pactio; quia aliquando filiusfamilias habet actionem, veluti iniuriarum. Sed cùm propter iniuriam filio factam habeat *e* & pater actionem; quin pactio filij nocitura non *f* ſit patri agere volenti, dubitari non oportet.

1 ¶ Qui pecuniã à ſeruo ſtipulatus eſt *g*, quã ſibi Titius debebat, ſi à Titio petat, an exceptione pacti conuẽti ſummoueri, & poſſit, & debeat: quia pactus videatur, ne à Titio petat, quæſitũ eſt? Iulianus ita *h* ſummo-

b filius vel ſeruus liberam adminiſtrationem habentes, pacto rem peculiarem remittere non poſſunt, niſi non minus aut etiam amplius acceperint quàm pacto remiſerint: vt enim liberam habeant peculij adminiſtrationem donandi tamen ius non habent. 11. *Eclog* 1. c. 22.
c ſeruus ſcilicet dominicis pecuniis credendis præpoſitus.
d ſiue ad diem reddendæ pecuniæ ſiue ad vſuras eius pertineat, alias pactum de non petendo facere non poteſt, *l. 1. §. 17.* ℣. *de doli except.*
e *v. l. 41. inf. de iniurijs.* f *v. l. 23. C. eod.*
g id eſt pactus: vt infra ſtipulatio pro pactione ſumitur.
h interuentu rebus nouatio non fit, & extra rem peculiarem intercedendum

Cuiac. 8. obſ. 11.

a l. ſuper alia re quàm priuata, factum, alij, à re publica. *v. Cuiac. 1. obſ. 24.*
b *l. 38. §. alteri* ℣. *de verb. obl.*
d Vt vtra res in ſtipulatione alterna petita fuerit, ita tota obligatio extinguatur.
e actione & exactione.
f Goueanus ita legit, *petitione, acceptilatione*, coniunctim: petitionis verbum ad accepti rogationem referens, quod improbat Briſſonius *lib. 2. de ſolutionib.*
g quæ continetur in alternata oratione.
h Immò videtur alterum in obligatione remanere. *l. 4.* ℣. *de reſcindenda. l. 13. §.* ſi *Stichum. 6.* ℣. *de acceptilat.*
i immò non opponetur, *l. 18. inf. de adoption.*
k Immo, Stichi acceptilatio totã obligationem tollit *l. 13. §.* ſi is qui *4. inf. de acceptil.*
l adde *l. 7. §.* ſi *in cæmentis.* ℣. *de except. rei iud.*
m vt quia in diem vel ſub conditione facta eſt.
n Immò, inutilis acceptilatio non valet vt ſimplex pactum *l. 8.* ℣. *de acceptil.*
o *v. Hot. 3. obſ.* 15.
p τὰ παράνομα σύμφωνα. id eſt, Contra ius pacta 11. *Eclog.* 1. 11. *Harmen.* 9. §. 27.
q valent tamen contra edictum Ædilium, *l. 31.* ℣. *eod.*
r *v. l. 15.* ℣. *de ſolut.*
ſ *l. 22. C. eod.*
t Immo, curator rem furioſi alienare poteſt, *l.* 56. *§. pen.* ℣. *de furtis.*
u vt affine donationi. *l. inf. de donationib.*
x γενικῶς, generaliter, *Eclog. illo loco.*
y Immo dubium eſt, vt filius vel ſeruus liberam peculij adminiſtrationem habentes poſſint pignori dare & alienare. *l. 18. in fi.* ℣. *de pig. l. 10. C. quod cum eod.*
z liberam.
a *v. l. 7.* ℣. *de donationib. l. 52.* §. *26. inf. de furtis.*

uendum putat, ſi ſtipulatori in dominum iſtius ſerui de peculio actio danda eſt, id eſt, ſi iuſtam *a* cauſam intercedendi ſeruus habuit: quia fortè tantundem pecuniam Titio debuit. Quòd ſi quaſi fideiuſſor interuenit, ex qua cauſa in peculium actio non daretur: non eſſe inhibendum creditorem, quo minus à Titio petat.

¶ Æquè nullo modò prohiberi eum debere, ſi eum ſeruum liberum eſſe credidiſſet.

2 ¶ Si ſub conditione ſtipulatus fuerim à te *b*, quod Titius mihi purè deberet: an deficiente conditione, ſi à Titio petam, exceptione pacti conuenti & poſſim & debeam ſummoueri? Et magis eſt exceptionem non *e* eſſe opponendam *d*.

De pacto contra edictum ædilium.

31. *Vlpianus* libro I. ad Edictum ædilium curulium.

PAciſci *e* contra edictum *f* ædilium *g* omnimodo *h* licet: ſiue in ipſo negotio venditionis gerendo conueniſſet, ſiue poſtea.

An pactum rei proſit fideiuſſori.

32. *Paulus* libro 3. ad Plautium.

QVod dictum *i* eſt, ſi cum reo pactum ſit, vt non petatur, fideiuſſori quoque competere exceptionem: propter rei perſonam placuit, ne mandati iudicio conueniatur. Igitur ſi mandati actio nulla ſit, fortè ſi donandi animo fideiuſſerit, dicendum eſt, non prodeſſe exceptionem fideiuſſori *k*.

An pactum hæredibus proſit.

33. *Celſus* libro I. Digeſtorum.

AVus neptis nomine, quam *l* ex filio habebat, dotem promiſit: & pactus eſt *m* *ne à ſe néue à filio ſuo dos peteretur*: ſi à cohærede filij dos petatur: ipſe quidem exceptione cõuentionis tuendus non erit: filius vero exceptione conuentionis rectè vtetur *n*, quippe hæredi conſuli conceſſum eſt: nec quicquam obſtat, vni tantum ex hæredibus prouideri *o*, ſi hæres factus ſit. cæteris autem non conſuli.

De repudiatione agnationis vel dominij.

34. *Modeſtinus* lib. 5. Regularum.

IVs adgnationis *p*, non poſſe pacto repudiari, non magis, quàm vt quis dicat, *nolle ſuum q eſſe r*: Iuliani ſententia eſt.

Effectus pacti generalis.

35. *Paulus* lib. 2. Reſponſorum.

TRes fratres, Titius & Mæuius & Seia communem hæreditatem inter ſe diuiſerunt, inſtrumentis interpoſitis, quibus *diuiſiſſe maternam hæreditatem dixerunt: nihilque ſibi commune remanſiſſe cauerunt*. ſed poſtea duo de fratribus, id eſt Mæuius, & Seia, qui abſentes erant tempore mortis matris ſuæ, cognouerunt pecuniam auream à fratre ſuo eſſe ſubtractam, cuius nulla mentio inſtrumento diuiſionis continebatur. Quæro, an poſt pactum diuiſionis, de ſubrepta pecunia fratribus aduerſus fratrem competit actio *ſ*? Modeſtinus reſpondit, ſi agentibus ob portionem eius, quod ſubreptum à Titio dicitur, generalis *t* pacti conuenti exceptio his, qui fraudem à Titio cõmiſſam ignorantes tranſegerunt, obiiciatur: de dolo vtiliter replicari poſſe *u*.

Si vindicem à te fundum: cuius poſſeßionem pactus ſum vt alij traderes.

36. *Proculus* lib. 5. Epiſtolarum.

SI cùm fundum meum poſſideres *x*, conueniſſet mihi tecum, *vt eius poſſeſſionem Attio traderet*: vindicantem eum fundum à te non *y* aliter me conuentionis exceptione excludi debere, quàm *z* ſi aut iam tradidiſſes, aut ſi tua *a* cauſa id inter nos conueniſſet, & *b* per te non ſtaret, quominus traderes.

De pacto curatoris reip.

37. *Papyrius Iuſtus* libro ſecundo de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus, & Verus reſcripſerunt debitori reipublicæ à curatore permitti: *c* pecunias non poſſe *d*. &, cum Philippenſibus remiſſæ eſſent, reuocandas.

De iure publico.

38. *Papinianus* lib. 2. Quæſtionum.

IVs *e* publicum *f* priuatorum pactis mutari non poteſt.

De pactione obſcura vel ambigua.

39. *Idem* lib. 5. Quæſtionum.

VEteribus *a* placet pactionem obſcuram *b* vel ambiguam *c*, venditori *d*, & qui locauit, nocere: in quorum fuit poteſtate legem apertius conſcribere *e*.

De pacto, profiteor te non teneri. 1. De pacto, vt niſi intra certum diem pecunia ſoluatur iudicatis ſatisfiat. 2. De perceptione vſurarum. 3. An pactum hæredi proſit.

40. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

TAle *f* pactum, *Profiteor g te non teneri*, non in perſonam dirigitur: ſed, cùm generale *h* ſit, locum inter hæredes quoque litigantes habebit.

1 ¶ Qui *i* prouocauit, pactus eſt, *intra diem certum pecunia, quam tranſegerat, non ſoluta re iudicatis ſe ſatis facturum*, iudex *k* appellationis, nullo alio de principali cauſa diſcuſſo, iuſtam conuentionem velut confeſſi *l* ſequetur.

2 ¶ Poſt diuiſionem bonorum, & æris alieni, ſinguli creditores à ſingulis hæredibus, non interpoſitis delegationibus *m*, in ſolidam, vt conuenerat, vſuras acceptauerũt *n*. actiones, quas aduerſus omnes pro partibus *o* habent, impediendæ non erunt, ſi non ſinguli pro fide rei geſtæ totum debitum ſingulis offerant *p*.

3 ¶ Pater qui dotem promiſit, pactus eſt, *vt poſt mortem ſuam in matrimonio ſine liberis defuncta filia portio dotis apud hæredem ſuum fratrem remaneret*: ea conuentio liberis à ſocero poſtea ſuſceptis, & hæredibus teſtamento relictis per exceptionẽ doli proderit: cùm inter contrahentes id actum ſit, vt hæredibus *q* conſulatur, & illo tempore, quo pater alios filios *u* non habuit, in fratrem ſuum iudicium ſupremũ contuliſſe videatur *r*.

De conuentione, intra illum diem.

41. *Idem* libro II. Reſponſorum.

I*Ntra illum diem debiti partem mihi ſi ſolueris, acceptum ſibi reſiduum feram, & te liberabo*, licèt actionem *ſ* non habeat *t*, pacti tamen exceptionem competere debitori conſtitit.

De pacto, vt prædij pignorati tributum debitor agnoſcat.

42. *Idem* libro 17. Reſponſorum.

INter debitorem, & creditorem conuenerat *u*, *vt creditor onus tributi x prædij pignorati non agnoſceret, ſed eius ſoluendi neceßitas debitorem ſpectaret*: talem conuentionem quantum ad fiſci *y* rationem, non eſſe ſeruandam reſpondi. * pactis etenim priuatorum formam iuris fiſcalis conuelli *z* non placuit *a*.

De lege emptionis.

43. *Paulus* libro 5. Quæſtionum.

IN *b* emptionibus, ſcimus, quid præſtare *c* debitor *d* debeat, quidque ex contrario emptor *e*. quod ſi in contrahendo aliquid *f* exceptum fuerit, id ſeruari debebit.

De pacto tutoris.

44. *Scæuola* lib. 5. Reſponſorum.

CVm in eo eſſet pupillus, vt ab hæreditate patris abſtineretur, tutor cum pleriſque creditoribus decidit, *vt certam portionem acciperent*. "idem curatores cum aliis fecerunt." quæro, an & tutor idémque creditor patris eandem portionem retinere debeat? Reſpondi, eum tutorem, qui cæteros ad portionem vocaret, eadem *g* parte contentum eſſe debere.

Diuiſiones de placito.

45. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris Epitomarum.

DIuiſionis placitum, niſi traditione *h*, vel ſtipulatione *i* ſumat effectum ad actionem, vt nudum pactum, nulli prodeſſe poterit.

De pacto quo legatarius hæredi ſatiſdationem remiſit.

45. *Tryphoninus* lib. 2. Diſputationum.

PActum inter hæredem, & legatarium factum, *ne ab eo ſatis accipiatur* k, (cum *l* in ſemeſtrib. *m* relata eſt

a vt ſi pro creditore ſuo ſolui mãdauit, *l.3. §. Iulia. ĵ. de peculio.*
b *v. l. 14. ĵ. de nouat.*
c Cur? quæ ducitur ex inutili ſtipulatione pactio, & ipſa quoque nullius eſt momenti.
d & ita. nouatio & delegatio inutilis pacti vim non habet. *Cuiac.*
e Contra edictum ædilium de emptionibus & paciſci & emere poſſumus: tam initio quàm poſtea 21. *Eclog. 1. c. 25.*
f i. beneficium edicti. *Accurſ.*
g putà, ne redhibitoria agatur, l. 14. §. *pen. ĵ. de ædil.* quodque de emptionibus eſt. *Græci illo loco.*
h id eſt, ſine diſtinctione, *Cuiac.*
i *l. 21. in fi. š. eod.*
k atque ita interdum exceptiones reo competentes non accommodantur eius fideiuſſori. *Cuiac. 16. obſeru. 29.*
l Dotare neptem ex filio auus paternus cogitur. vide legem 19. *ĵ. de rit.* vbi plenius dixi, quibus perſonis onus dotandi imponatur.
m *v. l. 10. ĵ. de pactis dotalibus.*
n Imò pro ſua parte tenebitur, *l. 56. §. 1. ĵ. de verb. oblig.*
o hoc enim dicitur *l. 137. in fi. ĵ. de verb. obl.*
p cuius ſpecies ſunt ſuitas & conſanguinitas, adde *l. 7. § & generaliter. š. eod. l. 8. ĵ. de capit. minutis. l. 8. ĵ. de reg. iur.*
q *Vulgata editio*, liberum eſſe: vbi Accurſius exponit filium: quòd ſi ita liber pro filio ea ratione, hic vſurpabitur vt in *l. 33 in pr. C. de inofficioſo teſtamento l. 8. §. 4. C. de ſecund. nupt. Inſt. de ſeruili cognatione.*
r id eſt in ſuo dominio. *Cuiac. arg. l. 20. C. eo.*
ſ *v. l. 60. §. familiæ ĵ. fam. ercis.*
t Generalia verba non extenduntur ad ea quæ dolo alterius contrahentis occultata ſunt.
u atqui noui inſtrumenti, *l. 19. 29. C. de tranſact.* & fideicommiſſi reperti prætextu, tranſactio diuiſionis bonorum non eſt reſcindenda, *l. 123. in fi. ĵ. de verb oblig.*
x *al.* poſſideres. y v. Couarruuiam 1. *variarum 14. num. 8. & l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.* z Igitur ſi antequam tradideris, vel ſi non tua cauſa id conuenit, licebit pœnitere ac vindicare.
a vt quia Attico ſub pœna fundum promiſiſti.
b *v. l. 5. in pr. ĵ. de condict. cauſa data.*
c remitti ſic & *l. 4. de decretis.*
d expreſsè: ſecus, tacitè, *l. 5. C. de vſuris.*
e 11. *Eclog. 1. §. 8. in fin. 1. Harmen. 9. §. 7.* κοινωφελὲς, quod publicè vtile eſt, vide *Harmenop. hoc tit. v. l. 20. inf. de regulis.*

a Labeoni *l. 21. l. 34. inf. de contrah. empt.*
b Obſcura pactio eſt, quæ nullo modo intelligi poteſt.
c Ambigua pactio eſt, quæ duobus aut tribus modis poteſt accipi. In ambiguo vtrum dictum in obſcuro, quid dictum ſit quæritur. Itaque quod ambiguum, eſt, obſcurum eſt, non è cõtra. Quintilian. 7. Aliud eſt ambiguum, aliud obſcurum ἀσαφὲς καὶ ἀμφίβολον.
d *v. l. 21. ĵ. de contrah empt.*
e Aliud tamen in iudiciis quam hic in contractibus definitur. *v. l. 66. ĵ. de iud.*
f de quo & vide *l. 7. §. 8. š. eod. v. Cuiac. 18 obſeru. 2.*
g Profiteri plus eſt, quàm cõfiteri. Cicero, pro M. Tullio *apud Nonium.* Hic ergo non ſolum confiteor, verùm etiam profiteor. & *pro Cæcinna.* Ita confitetur, vt non ſolùm fateri, ſed & profiteri videatur. hinc Profeſſio ſolutæ pecuniæ, *l. 14. C. de ſolutionib.* Profiteor te ſoluiſſe *l. 5. ĵ. de acceptilationib.* vide *Cuiac. 18. obſ. 2.*
h Generale hic dicitur, quod non tantum paciſcentem, ſed & eius hæredes tenet.
i vide in hunc locum *Cuiac. 20. obſ. 36.*
k Iudex appellationis Græcis ἐφέτης *l. 13 §. 4. de iudiciis.*
l & adquieſcentis, *v. l. 5. C. de re iudicata.*
m contra quam in *l. 77. §. 18. inf. de leg.*
n *l. 5. C. de re iudicata*: adde 1. *Harmen. 4. §. 92.*
o hæreditariis, *l. 25. C. familiæ.*
p quia ſuperior acceptatio abſque vlla delegatione facta, tacitam conditionem habet, non petituros creditores ab omnibus pro partibus hæreditariis, ſi ſinguli hæredes (vti conuenit) ſingulis creditoribus ſolidum debitum offerant. *Bart.*
q quos ignorat vide *l. 16. §. 3. infr. de teſt. tut.*
r non omiſſurus filios ſi naſcituros ſperaſſet. vide *l. 22. §. Braſidas inf. ad Trebell.* & ſic donatio in extraneum hæredem collata reuocatur ad vtilitatem ſuorum.
ſ officium tamen iudicis implorare poteſt, vt à creditore liberetur.
t Atqui hoc pactum traditione partis debiti veſtitum eſt?
u Citra conuentionem, hoc conſuetudine interdum admittitur *l. 2. §. pen. inſ. de adminiſt. tut.*
x dixi *ad l. 27. ĵ. de vſufructu.*
y vel domini cui cenſus, tributum vel, (vt interpretes loquuntur) releuium debetur. z *l. vlt. C. ſine cenſu.*
a in fiſci necem non valebit: ſed in contrahentium tantùm præiudicium, *l. 52. §. fi inſ. eo.* b licet ea pacto minuere quæ à venditore vel emptore fieri debent. 11. *Eccl. 1. c. 27.* c *l. 11. de act. empt.* d Venditor. *Cuiac. in l. 14. inſ. quod metus.* e *l. 13. §. 19. inſ. de act. empt.* f *l. 7. §. 5. in fi. š. eo.* g *l. 59. in fi. infr. de admin. tut. v. §. quod quiſque iuris.* h *l. 48. inſ. eo.* i *l. 21. C. eo.* k legatorum in diem vel ſub conditione nomine. l Argumentum ab vltimis voluntatibus ad pacta. Pacto fieri poteſt, quod teſtamento poteſt fieri, dixi *l. 48. inſ. de iure fiſci v. l. 44. §. 5. inſ. de leg. 1. l. 24. inſ. de cond. & demonſt. Euerardum in Topicis loco 36. à contract. lib. & Manticam 3. de coniecturis vltimarum voluntatum 18.*
m Semeſtria, *hic & l. vlt. ĵ. de ſeruis exportandis l. 12. ĵ. de adquir. hæred. §. 1. Inſt. de excuſat. tutorum*; ἑξαμηνιαῖα διατάξεις. *Theoph. 6. §. 1.* conſtitutiones ſemeſtres, fortè ita dictæ, quòd ſemeſtribus conciliis fierent. Conſtat enim Auguſtum & Tiberium ſemeſtria concilia iniiſſe, *Dion. 53. Suet. in Auguſt 37. Zon. Xiphi.*

conſtitutio Diui Marci a, ſeruari in hoc quoque defuncti b voluntatem) validum eſſe conſtat: nec à legatario remiſſa hæredi ſatiſdatio per pactionem, ex pœnitentia reuocari debet: cùm liceat c ſui iuris perſecutionem, aut ſpem futuræ perceptionis deteriorem conſtituere.

De pacto quo redditur contractus priſtina formæ.

47. *Scæuola* lib. 1. Digeſtorum.

EMptor d prædij viginti cauerat *ſe ſoluturum*, & ſtipulanti ſpoponderat. poſtea & venditor cauit ſibi conueniſſe, *vt contentus eſſet tredecim: & vt ea intra præfinita tempora acciperet*, debitor ad eorum ſolutionem conuentus, pactus eſt, *ſi ea ſoluta intra præfinitum tempus non eſſent, vt* e *ex prima cautione ab eo petitio eſſet.* quæſitum eſt, an cùm poſteriori pacto ſatisfactum non ſit, omne debitum ex prima cautione peti poteſt? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponerentur, poſſe.

1 ¶ Lucius Titius Gaium Seium menſularium, cum quo rationem implicitam f habebat propter accepta, & data, debitorem ſibi conſtituit, & ab eo epiſtolam accepit in hæc verba: *Ex ratione menſæ, quam mecum habuiſti in hunc diem, ex contractibus plurimis remanſerunt apud me ad menſam meam trecenta octoginta ſex, & vſuræ, quæ competierint, ſummam aureorum, quam apud me tacitam* g *habes, refundam tibi, ſi quod inſtrumentum à te emiſſum,* "id eſt, *ſcriptum,* "*cuiuſcunque ſummæ ex quacunque cauſa apud me remanſit: vanum, & pro cancellato habebitur.* Quæſitum eſt, cùm Lucius Titius ante hoc chirographum Seio nummulario mandauerat, vti patrono eius trecenta redderet: an propter illa verba epiſtolæ, quibus, *omnes* h *cautiones ex quocunque contractu vanæ, & pro cancellato vt haberentur*, cautum eſt: neque ipſe, neque filij eius eo nomine conueniri poſſunt? Reſpondi, ſi i tantùm ratio accepti, atque expenſi eſſet computa, cæteras obligationes manere in ſua cauſa k.

De pacto traditioni adiecto.

48. *Gaius* libro tertio ad legem duodecim tabularum.

IN traditionibus l rerum quodcunque m pactum ſit, id valere manifeſtiſſimum eſt.

De pacto vt debitor conueniatur quatenus facere poteſt.

49. *Vlpianus* lib. 36. ad Sabinum.

SI quis crediderit pecuniam, & pactus ſit, *vt quatenus facere poßit* n *debitor eatenus agat*: an pactum valeat? Et magis eſt, hoc pactum valere o. nec enim improbum, & ſi quis hactenus deſideret conueniri, quatenus facultates eius.

Si contractui bonæ fidei adijciatur pactum ne ſeruus fur fiat, ne ita negligatur vt fur euadat.

58. *Idem* libro 42. ad Sabinum.

NOn impoſſibile puto in contractibus depoſiti, commodati, locati, & cæteris ſimilibus hoc pactum p, *ne facias furem ſeruum meum*: hoc eſt, ne ſollicites, vt fur fiat, vt fugitiuus fiat: neve ita negligas ſeruũ, vt fur efficiatur. ſicut enim ſerui corrupti actio locum habet: ita q poteſt etiam hæc pactio locum habere, quæ ad non corrumpendos ſeruos pertinet.

De pactis per errorem factis.

51. *Idem* libro 26. ad Edictum.

SI cùm te ex cauſa legati debere "paciſci" debitori tuo exiſtimas, pactus ſit *ne ab eo peteres*: neque iure ipſo liberatur debitor, neque petentem ſummouebit exceptione conuentionis, vt Celſus lib. 20. ſcribit.

1 ¶ Idem eodem loco ſcribit, ſi debitorem tuum iuſſiſti ſoluere Titio, cui legatum falsò debere r exiſtimabas: & debitor pactus ſit cum Titio ſuo debitore conſtituto, neque tibi aduerſus tuum debitorem, neque ipſi aduerſus ſuum, actionem peremptam.

Vtrum epiſtola cohæres fiat. 1. *De herede paciſcentis.* 2. *De pacto vt prædij pignorati tributa debitor agnoſcat.* 3. *De pacto temporali non perpetuando.*

52. *Idem* lib. 1. Opinionum.

EPiſtola ſ, qua t quis *coheredem ſibi aliquem* "*eſſe*" cauit, petitionem nullam aduerſus poſſeſſores rerum hereditariarum dabit u.

1 ¶ Si inter debitorem, & eum, qui fundum pignoratum à creditore, quaſi debitoris negotium gereret, emerit: placuit, *vt habita compenſatione fructuum, ſolutóque, quod reliquum deberetur fundus debitori reſtitueretur*: etiam heres pacto x, quod defunctus fecit, fidem præſtare debet.

a vide *l. 2. Co. vt in poſſeſſionem legatorum.*
b Teſtator quemadmodum poteſt prohibere ſatiſdationem: nempe, vt ne ſatiſdet heres nomine legatorum, ita legatarius poteſt remittere eam ſatiſdationem non viuo quidem teſtatore, *l. 15. in fin. inf. ad leg. Falcid.* ſed mortuo, *vt l. 46. inf. ad legem Falcidiam, l. vltim. Co. ad legem Falcidiã.* adde quæ ſcripſi *ad l. 15. §. 1. inf. ad legem Falcidiam: & ad Nouel. 1. c. 2.* & ita conſtat argumentum ab eo quod permiſſũ eſt in teſtamento, ad id quod permiſſum eſſe debet inter viuos.
c vide l. 29. *C. eodem.*
d 11. *Ecl. 1. ca.* 30.
e quia pactum, quo contractus redditur ſuæ formæ, vim ſuam exerit, nullis oppoſitis replicationibus, *l. 27. §. 2. in fi. ʒ. eod.*
f ob varias cauſas variaque nomina.
g non munitam publico vel menſæ teſtimonio, ſic tacita pactio dicitur, *l. 50. §. 1. in fin. inf. de bonis libertorum* adde 12 *Gell.* 12. *Cuiac.*
h Generali in remiſſione & liberatione ea non veniunt de quibus non eſt actum.
i Generalia generaliter operantur in pactis, ſi res ita patiatur: ſin minus, ſpecialiter.
k *l. 31. C. de trãſact.*
l *v. l. 25. ʒ eo.*
m Immò non quodcunque *leg. 17. ʒ. cod. l. 11. inf. de relig l. 9. Cod. de non numerata: l. 3. C. de vſuris l. vlt. Cod. de pact. inter empt.*
n hoc enim quibuſdam perſonis conceſſum. *v. l. 2. inf. ſoluto l. 16. 17. 18. inf. de re iudicata.*
o vt & eius contrarium pactum, *Accurſius* niſi inter coniuges, l. 16. *infr. ſoluto.*
p *l. 31. in fin. infr. de euictionibus.*
q dubitationis omnis tollendæ cauſa hæc verba inſeruntur, *l. 56. infr. mandati.*
r Debitor, cui per errorem pactum de non petendo factum eſt à creditore, eum poſtea agentem exceptione conuentionis non poteſt repellere. *arg. l. 57. ʒ. de oblig. & act.*
ſ *v. l. 17. ʒ. de iure codicillorum*: adde quæ de epiſtola notaui, *ad l. 29. ʒ. de probationibus.*
t Pactis adquiri non poteſt hæreditas adde *l. 34. C. de tranſact. l. 4. C. de inutilib. ſtipul. l. 61. inf. de verb oblig. l. 13. l. 14. C. de proba.*
u Cur ita? collige ex *d. l. 13. & l. 1. infr. de hæred. petit. & l. 37. in fi. de adqu. hered. l. 14. inf. de diuerſis & temp. l. 143. inf. de reg iur.*

2 ¶ Pactum, *vt ſi quas ſummas propter tributiones* a *prædij pignori noxi factas creditor ſoluiſſet, à debitore reciperet, & vt tributa eiuſdem prædij debitor penderet*: iuſtum ideóque ſeruandum eſt.

3 ¶ De inofficioſo patris teſtamento acturis: *vt eis certa quantitas, quoad* b *viueret heres præſtaretur* pactus eſt, produci ad perpetuam præſtationem id pactum poſtulabatur c: reſcriptum eſt, neque iure vllo, neque æquitate tale deſiderium d admitti.

De pacto, vt pars eius, quod ex lite datum erit, procuratori ſoluatur.

53. *Idem* lib. 4. Opinionum.

SVmptus quidem prorogare e litiganti honeſtum eſt: paciſci autem, vt non quantitas eo nomine expenſa cum vſuris licitis reſtituatur, *ſed pars dimidia eius quod ex ea lite datum erit*, non f licet g.

Effectus pacti ne petatur.

54. *Scæuola* apud Iulianum libro vigeſimo ſecundo Digeſtorum notat.

SI pactus ſum, *ne Stichum qui mihi debebatur* h *petam*: non i intelligitur mora mihi fieri k: mortuóque l Sticho puto non teneri reum, qui ante pactum m moram non fecerat.

An pactum ſerui fructuario proſit.

55. *Iulianus* libro 35. Digeſtorum.

SI debitor ſit fructuarius n, & paciſcatur ſeruus o, in quo vſumfructum habet, *ne ab eo petatur*. paciſcendo, meliorem conditionem eius facit.

¶ Item (ſi) creditor eſſet fructuarius & pactus eſſet, *ne peteret*: ſeruus autem fructuarius paciſceretur, *vt peteret* beneficio pacti, quod ſeruus interpoſuiſſet, vtiliter ad petitionem admitteretur p.

De effectu pacti ne dominus à colono petat.

56. *Idem* lib. 6. ad Minicium.

SI conuenerit: *ne dominus à colono quid peteret*, & iuſta cauſa conuentionis fuerit: nihilominus q colonus à domino petere poteſt r.

De vſuris in futurum acceptis. 1. *De pacto mixto.*

57. *Florentinus* lib, 8. Inſtitutionum.

QVi ſ in futurum vſuras à debitore acceperit, tacitè pactus videtur t ne intra id tempus fortè petat.

¶ Si ex altera parte in rem, ex altera in perſonam pactum conceptum fuerit: veluti *ne ego petam* vel, *ne à ſe petatur* u: hæres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, & ab hærede tuo omnes petere poterimus.

Vtrum contractus pacto diſſoluatur.

58. *Neratius* libro 3. Membranarum.

AB emptione, venditione, locatione, conductione, cæteriſque ſimilibus x obligationibus, quin, integris omnibus conſenſu eorum, qui inter ſe obligati ſint, recedi poſſit, dubium non eſt y. Ariſtoni hoc amplius videbatur: ſi ea quæ me ex empto præſtare tibi oporteret præſtitiſſem, & cùm tu mihi pretium debere z conueniſſet mihi tecum, *vt rurſus a præſtitis* "*mihi*" *à te in re vendita omnibus, quæ ego tibi præſtitiſſem, pretium mihi non dares*, túque mihi "ea" præſtitiſſes, pretium te debere deſinere: quia bonæ fidei, ad quam omnia hæc rediguntur interpretatio b hanc quoque conuentionem admittit. Nec quicquam intereſt, vtrum c integris omnibus, in quæ obligati eſſemus, conueniret, *vt ab eo negotio diſcederetur*, an in integrum reſtitutis his quæ ego tibi preſtitiſſem, conſentiremus, *ne quid tu mihi eo nomine præſtares.*

¶ Illud planè conuentione, quæ pertinet ad reſoluendum id quod actum eſt, perfici non d poteſt, *vt tu, quod iam ego tibi præſtiti, contra præſtare mihi cogaris*, quia eo modo non tam hoc agitur, vt à priſtino negotio diſcedamus, quàm vt nouæ quędam obligationes inter nos conſtituantur.

Per quas perſonas nobis ex facto acquiritur.

59. *Paulus* lib. 3. Regularum.

a fortè in tributiones, vide quæ ſcripſi ad *l. 27. §. 3. inf. de vſufructu.*
b *v. l. 4. inf. de ver. oblig.*
c & malè *l. 36. §. 4. inf. de verb. obli.*
d i. præces principi oblatas. *Cuiac.*
e Prærogare eſt ante diem erogare, an repræſtare, *vt l. 19. §. 6. inf. locati.* vbi dixi *l. 4. inf. de manumiſ.* Galli, *aduancer & faire les frais*, vt ſit ſenſus: Procurator vel aduocatus, clientis ſui aut domini litigantis nomine ſumptus de ſuo in litẽ erogare poteſt, hoc eſt numerare, eóſque ſumptus vnà cum vſuris licitis ſibi reſtitui ſtipulari, vel paciſci. Pactum hoc iuſtũ ac licitum eſt: Quòd ſi partem dimidiam eius quod ex ea lite datum erit pactus fuerit, pactum iniquum cẽſebitur. Pactum hoc de quota litis iniuſtum eſt.
f Quæ pœna fuerit falſi, vide Rolandum à Valle conſ. 36.
g hanc l. ſic interpretor: Procuratori eſt honeſtũ ſumptus prorogare, (Galli dicunt *aduancer, & faire les frais du procez*) in vtilitatem litigantis. Licet quoque paciſci, vt quantitas eo nomine expenſa cum vſuris licitis reſtituatur: hæc enim ſine pacto debetur, *l. 46. §. antepen. & pen. infr. de proc.* Imò palmarij nomine paciſci poteſt aduocatus pro ſingulis cauſis vſque ad 100. aureos, *l. 1. §. 12. inf. de variis & extr.* At paciſci de quota litis non eſt permiſſum, *v. l. 5. Cod de proc.*
h intra certum tempus vel in perpetuum.
i Cur ita? vide *l. 38. inf. de regulis.*
k nam qui tutus eſt exceptione, moram non committit, *l. 40. inf. ſi certum.*
l ante vel poſt pactum.
m id eſt, tempore pacto adiectum.

n vide *l. 63. ʒ. de ſolut.* adde de pacto filij familias, *l. 3. C. de pactis.* o Pactum ſerui, fructuario, eidemque debitori ad exceptionem eidem creditori, ad replicationem prodeſt. *Zaſius.* p Compenſandi animo pactum interpoſitum fuiſſe et caſu non intelligitur. q Immò id videtur actum vt neuter ab altero petat, *l. 5. de reſcindenda*. vt vtrinque facta ſit liberatio, *l. vlt. ʒ. de accept. & §. quod quiſque iuris.*
r 11. *Eclog. 1. c. 39.*
ſ vide *l. 2. §. non malè 6. ʒ. de doli exception.*
t priori caſu, hæredibus meis: altero, & mihi & hæredibus actio dabitur.
u Similium idem iudicium eſt. x l. 1. C. *quando liceat ab emptione diſcedere l. 11. in fin. C. de contrah. emp. l. 55. C. de oblig.* y *vide l. 5. in fi de reſcindenda & l. 80. infr. de ſolut.* z & ſic contractu ex vna parte impleto. a *l. 1. in fin. C. quando liceat ab emp. diſced.*
b *l. 6. §. 6. in fi. infr. de furtis.*
c vide *l. 2. infr. de reſcind.*
d Immò poteſt, *v. l. 2. C. de pact inter empt.*

Per

PEr *a* quos *b* acquiri nobis ſtipulatione *c* poteſt, per eoſdem etiam pactis conuentis meliorem conditionem noſtram fieri poſſe placet.

Vtrum neceſſariæ perſonæ præferantur extraneo qui cum creditoribus pactus eſt.

60. *Papyrius Iuſtus* lib. 8. Conſtitutionum.

IMperator Antoninus Auidio Caſſio reſcripſit: ſi *d* creditores parati ſint partem ex bonis, licet ab extraneo conſequi: rationem habendam prius neceſſariarum perſonarum, ſi idoneæ ſint.

De quibus paciſci non licet.

61. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

NEmo *f* paciſcendo *g* efficere poteſt, *ne ſibi locum ſuum dedicare* h *liceat* aut † *ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat*: aut *ne vicino inuito* i *prædium* k *alienet*. †

Vtrum pactum rei noceat fideiuſſori.

62. *Furius Anthianus* lib. 1. ad Edictum.

SI reus, poſtquam pactus *l* ſit *à ſe non peti pecuniam*, (ideóque cœpit id pactum fideiuſſori quoque prodeſſe) pactus ſit, *vt à ſe peti liceat*: an vtilitas prioris pacti ſublata ſit fideiuſſori, quæſitum eſt? Sed verius eſt ſemel adquiſitam fideiuſſori pacti exceptionem, vlterius ‖ ei ‖ inuito *m* extorqueri non poſſe *n*.

a Argumentum à ſtipulatione ad pactum
b verbi gratia filios.
c *l. 38. §. hi qui 6. inf. de verb. oblig.*
d 3. *Harmenop.* 5. § 58.
e εἴ τὸ ἀγοράσαι, ſ. non in iure ipſo exigendi crediti. *l. 6. inf. de rebus iudicis authoritate.* ¶
f verbi gratia venditor aut vicinus.
g An ſtipulatione pœnali id efficere poteſt? *v. l. 11. inf. de religioſis.*
h Dedicationes locorum fiebant authoritate publica vel Principis. *l. 9. §. 2. ſ. de rerum diuiſ. l. 8. inf. de religioſis.*
† vtrumque hodie licet. *l. vlt. C. de pact. inter emptorem.*
i vide *l. 5. inf. de ſeruitut.*
k non tamen pigneratum. *l. 7. §. vlt. inf. de diſtract. pign.* aut alienari à teſtatore prohibitum. *l. vlt. C. de rebus alienis.*
† hodie pactione alienatio prædij inhiberi poteſt. *d. l. vlt. v. l. 22. inf. de verb. oblig.*
l vel tranſegit, *l. 68. in fin. inf. de fideiuſſ.*
m *v. l. 19. inf. de excep.*
n Immo poteſt, *l. 27. §. 2. verſ. eadem ratione ſ. eod.*
o 2. *C.* 4. *v. Ecl.* 2. *Harmen.* 1. *tit.* 10. *Extr.* 1. *tit.* 36.
p *l. 12. C. eod. l. 6. C. de ſolut.*
q *al.* aut *Hot.* ad *l. 2. C. eod.* verùm id non neceſſe eſt mutari. Nam & Græci duo authores ita legunt, ἢ ὄγκως ἀδήλου 11. *Ecl.* 2. *c.* 11. 1. *Harm.* 10. §. 14.
r qui verò paciſcitur, donationis cauſa rem, &c. *Flor. & Haloan. & Græci*, vtra lectio verior, collige ex *l. 41. ſ. dep. &t.*
ſ φιλοτίμως i. liberaliter.
t Tranſactionibus inſerebatur vt ſæpius Aquiliana ſtipulatio.
u ſed hoc ita, ſi modo prius pactum. *Petr. Fabr.* 1. *Semeſtr.* 14.
x i. Tranſactum videri, non modò lite tranſlata in Aquilianam ſtipulationem, eáque rurſus acceptilatione perempta: ſed & pacto nudo ſubdita acceptilatione *Cuiac.*
y 11. *Eclog.* 2. *c.* 3. z *l. 1. C. eod. l. 1. C. res inter alios.*
a Tranſactio ſcripti heredis, & legitimi exhæredati, legatariis, & manumiſſis non nocet *l. 29. §. 2. inf. de inoffic.*
b Iidem legatarij ſc. & manumiſſi. nam ſecus eſt in creditoribus qui legitimum hæredem pro parte quæ ei obtigit, conuenire poſſunt *l. 14. inf. eod.*
c *l. 12. in fi. inf. eod.* at non idem eſt ſi inſtrumenta reperta ſint poſt tranſactionem, *l. 19. C. eod.* quis cauſetur ſe de iis quæ in prima parte teſtamenti erant, tranſegiſſe, *d. l. 12.* d minima pecunia numerata.
e verum. f Immo, quæ putatiuus hæres à debitore hæreditario exegit, ea verus hæres repetere poteſt, *l. 25. §. antep. inf. de pet. hæred.*
g quæcunque illa ſint imo legata & fideicommiſſa, *l. 2. l. 8. §. 2. inf. de nouat.* ideóque iuris gentium eſſe dicuntur *v. l. 8. in fin. inf. de acceptil.*
h *l. 1. l. 6. l. 8. inf. de nouat.* i vide *l. 3. C. de acceptil.*

DE TRANSACTIONIBVS *o*.

TIT. XV.

Differentia tranſactionis, & pacti gratuiti.

1. *Vlpianus* lib. 50. ad Edictum.

QVi tranſigit, quaſi de re dubia *p*, & *q* lite incerta, neque finita tranſigit: qui verò paciſcitur donationis cauſa *r*, rem certam & indubitatam liberalitate *ſ* remittit.

Quomodo tranſigitur.

2. *Idem* lib. 74. ad Edictum.

TRanſactum accipere quis poteſt, non *t* ſolùm ſi Aquiliana ſtipulatio *u* fuerit ſubiecta, ſed ſi pactum conuentum fuerit factum *x*.

De effectu tranſactionis inter ſcriptum hæredem, & matrem defuncti. 1. De codicillis poſt tranſactionem repertis. 2. De tranſactione cum opinato hærede.

3. *Scæuola* lib. 1. Digeſtorum.

IMperatores Antoninus, & Verus ita reſcripſerunt: Priuatis *y* pactionib. non dubium eſt, non *z* lædi ius cæterorum: quare tranſactione, quæ inter hæredem, & matrem defuncti facta eſt, neque teſtamentum reſciſſum videri poſſe *a*, neque manumiſſis, vel legatariis actiones ſuæ ademptæ. Quare quidquid ex teſtamento petunt *b*, ſcriptum hæredem conuenire debent, qui in tranſactione hæreditatis, aut cauit ſibi pro oneribus hæreditatis, aut ſi non cauit, non debet negligentiam ſuam ad alienam iniuriam referre.

1 ¶ Cùm tranſactio propter fideicommiſſum facta eſſet: ‖ & ‖ poſtea codicilli reperti ſunt. quæro, an quanto minùs ex tranſactione conſecuta mater defuncti fuerit, quàm pro parte ſua eſt, id ex fideicommiſſi cauſa conſequi debeat? Reſpondit debere *c*.

2 ¶ Debitor, cuius pignus creditor diſtraxit, cum Mæuio, qui ſe legitimum creditoris hæredem eſſe iactabat, minimo *d* tranſegit: poſtea, teſtamento prolato, Septicium hæredem eſſe apparuit: quæſitum eſt, ſi agat pigneratitia debitor cum Septicio, an is vti poſſit exceptione tranſactionis factæ cum Mæuio, qui hæres eo tempore non fuerit; poſſitque Septicius pecuniam, quæ Mæuio, vt hæredi à debitore numerata eſt, condictione repetere, quaſi ſub prætextu hæreditatis acceptam? Reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur, non *f* poſſe: quia neque cum eo ipſe tranſegit, nec negotium Septicij Mæuius gerens accepit.

Effectus ſtipulationis Aquilianæ, & acceptilationis ſubiectæ.

4. *Vlpianus* lib. 46. ad Sabinum.

AQuiliana ſtipulatio omnimodo omnes *g* præcedentes obligationes nouat *h*, & perimit: ipſaque perimitur per acceptilationem *i*: & hoc iure vtimur: ideóque etiam legata ſub conditione relicta in ſtipulationem Aquilianam deducuntur *a*.

5. *Papinianus* lib. 1. Definitionum.

CVm Aquiliana ſtipulatio interponitur, quæ ex conſenſu redditur: lites *b* de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinentur: liberalitatem enim captioſam interpretatio prudentium fregit, *c*.

De controuerſiis ex teſtamento.

6. *Gaius* lib. 17. ad Edictum Prouinciale.

DE *d* his controuerſiis, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neque tranſigi, neque exquiri veritas aliter poteſt, quàm *e* inſpectis, cognitíſque verbis teſtamenti.

De tranſactione poſt rem iudicatam. 1. De tranſactione. 2. De alimentis.

7. *Vlpianus* lib. 7. Diſputationum.

ET *f* poſt rem iudicatam tranſactio valet, ſi *g* vel appellatio interceſſerit, vel appellare potueris.

1 ¶ Si fideiuſſor conuentus, & condemnatus fuiſſet, mox reus tranſegiſſet cum eo, cui erat fideiuſſor condemnatus, tranſactio valeat, quæritur: Et puto valere, quaſi omni cauſa & aduerſus reum & aduerſus fideiuſſorem diſſoluta: ſi tamen ipſe fideiuſſor condemnatus tranſegit, tranſactione non *h* peremit rem iudicatam: tamen *i* eo quod datum eſt, releuari rem iudicatam oportet.

2 ¶ Vſque adeo autem, quod datum eſt, etiam ſi non proficit ad tranſactionem, extenuat *k* tamen rem iudicatam: vt inde ſit & dictum, & reſcriptum circa alimentorum tranſactionem, citra prætoris auctoritatem factam, vt quod datum eſt, proficiat ad alimenta: ita vt, ſi quid amplius ex cauſa alimentorum deberi poteſt, id præſtetur, quod autem datum eſt, imputetur.

Senatuſconſultum de tranſactione de iiſdem alimentis, & eius interpretatio.

8. *Idem* lib. 5. de Omnibus Tribunalibus.

CVm hi, quibus alimenta relicta *l* erant *m*, facilè tranſigerent, contenti modico *n* præſenti: diuus Marcus *o* oratione *p* in ſenatu recitata effecit, ne aliter alimentorum *q* tranſactio rata eſſet, quam ‖ ſi ‖ auctore *r* prætore facta. Solet igitur prætor interuenire, & inter conſentientes arbitrarij, an tranſactio, vel quæ admitti debeat.

1 ¶ Eiuſdem prætoris notio ob tranſactionem erit: ſiue habitatio, ſiue veſtiarium, ſiue de prædiis *ſ* alimentum legabitur.

2 ¶ Hæc oratio pertinet ad alimenta, quæ teſtamento vel codicillis fuerint relicta, ‖ ſiue ad teſtamentum factis *t*, ſiue ab inteſtato. ‖ Idem erit dicendum & ſi mortis cauſa donata fuerint relicta: vel ab eo, cui mortis cauſa donata ſunt, relicta. Sed & ſi conditionis implendæ gratia relicta ſunt, adhuc idem dicemus.

¶ Planè de alimentis, quæ non mortis cauſa donata ſunt, licebit & ſine prætore auctore tranſigi. *u*

3 ¶ Siue igitur in menſes ſingulos, ſiue in dies, ſiue in annos fuerint relicta: oratio locum habet. Sed & ſi non fuerint perpetuo *x* relicta, ſed vſque ad annos certos, idem eſt.

4 ¶ Si integra quantitas alicui fuerit legata, vt ex vſuris eius ſe alat, & mortis tempore pecunias reſtituat: non ceſſabit oratio, licet non in annos ſingulos videatur id relictum.

5 ¶ Sed & ſi ſit certa quantitas relicta Titio, vel, res, ita *vt inde alimenta Seio præſtentur*: magis eſt, vt tranſigere Titius poſſit: nec enim tranſactione Titij minuuntur alimenta Seij.

¶ Idémque eſt, & ſi per fideicommiſſum alimenta ad hoc *y* legatario fuerint relicta.

6 ¶ Eam tranſactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræſentatam *z* pecuniam conſumat *a*. Quid ergo, ſi quis citra prætoris auctoritatem tranſegerit, vt quod per ſingulos annos erat ei relictum, conſequeretur per ſingulos menſes? aut quid ſi, quod per ſingulos menſes ei relictum erat, conſequeretur per ſingulos dies? quid deinde, ſi quod conſummato anno vt acciperet initio anni conſequatur? Et puto eam tranſactionem valere: quia meliorem conditionem ſuam alimentarius tali tranſactione facit: noluit enim oratio alimenta per tranſactionem intercipi.

7 ¶ Nihil autem intereſt, vtrum libertini ſint, quibus alimenta relicta ſunt, an ingenui *b*: ſatis locupletes, an minùs.

8 ¶ Vult igitur oratio, apud prætorem de iſtis quæri: in primis *de cauſa* tranſactionis, deinde *de modo*, tertio *de perſona* tranſigentium.

9 ¶ In cauſa hoc erit, requirendum, quæ *cauſa ſit* tranſigendi: ſine cauſa enim neminem tranſigentem audiet prætor *c*.

¶ Cauſæ ferè huiuſmodi ſolent allegari: ſi alibi domicilium heres *d*, alibi alimentarius habeat: aut ſi deſtinet domicilium transferre alter eorum: aut ſi cauſa aliqua vrgeat præſentis pecuniæ: aut ſi à *e* pluribus ei alimenta relicta ſint, & minutatim ſingulos

a Quid ita? vide *l. 12. inf. de acceptilationib.*
b *l. 9. §. 1. inf. eod.* vide *l. 3. C. eod.*
c i. non admiſit, vt & omnes huiuſmodi actus, *l. 14. §. 5. inf. quod metus l. 39. inf. de auro.*
d 11. *Eclog.* 2. *c.* 6. *in prin.*
e *arg. l. 3. §. 1. ſ. eo. l. 12. ſ. eod. l. 1. inf. quemadmodum teſtamenta*: vide quæ notaui ad *l. 11. ſ. de except. rei iudicatæ.*
f tunc enim lis durare intelligitur *l. 11. ſ. eo. l. 32. C. eo. l. 23. §. 1. ſ. de cond. indeb.*
g Qui appellat vel appellare poteſt, rectè tranſigit. 11 *Eclog.* 2. *c.* 6. *in fin.*
h Cur? quia tranſegit de re certa *l. 22. §. 1. de cond. ind.*
i hinc conſtat fideiuſſorem per reū conſequi quod per ſe non poſſit. *l. 3. in fin. ſ. quæ res pignori.*
k *d. l. 22. §. 1.*
l teſtamento vel codicillis.
m in menſes, dies, vel annos §. 1. ſ.
n *v. §. 8. §. 17. ſ. eo.*
o tranſactionib. receptum eſt, vt pro modico magna amittamus. *vt hic.* Proinde negant beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend.* tranſigenti competere. de quo dixi plenius *ibid.*
p Immo ſenatuſconſultum hoc induxit, *d. l. 22. §. 2.* vide quæ ſcripſi ad *l. 16. ſ. de ritu. l. 7. C. de prædiis.*
q futurorum. *l. 7. C. eod.*
r Baro hoc refert ad iuriſdictionem prætoris: Alij, ad ius extraordinarium,
ſ i. re certa, *l. 7. §. pen. in fi. ſ. de vſufructu.*
t *alij legunt*, ſiue à teſtato factis.
u tranſigere.
x i dum viuet, *l. 1. ſ. de pro ſocio.*
y ab hoc legatario. *Cuiac.* vide quæ dixi ad *l. 9. C. de fideic.*
z ſolutam *l. vlt. C. de Epiſcopis.*
a ergo ſi non conſumpſit, valebit tranſactio. *Bart. hic arg. l. 13. ſ. de reb. eorum.*
b qui ſeruis etiam legari poſſunt. *l. 11. 17. ſ. de alimentis: l. 3. ſ. de his quæ pro non ſcriptis.*
c ſed nec teſtem dicti ſui rationem non reddentem *l. 3. C. de teſtib.*
d vide *l. 38. de iudiciis*, & vbi ſunt ſoluenda legata. e vide *l. 3. inf. de alimentis.* & quemadmodum eo caſu alimentarius conſulatur.

conuenire difficile ei ſit: aut ſi qua alia cauſa fuit, vt plures ſolent incidere, quæ prætori ſuadeant tranſactionem admittere.

10 ¶ *Modus* quoque pecuniæ, quæ in tranſactionem venit, æſtimandus eſt: vt putà quantitas *a* tranſactionis: nam etiam ex modo fides tranſactionis æſtimabitur. Modus autem pro ætate eius, qui tranſigit, arbitrandus eſt, & valetudine: nam aliàs cum puero, aliàs cum iuuene, aliàs cum ſene *b* tranſigi palàm eſt: conſtat enim alimenta cum vita finiri.

11 ¶ Sed *& perſonarum contemplatio* habenda eſt: hoc eſt, cuius vitæ ſint hi quibus alimenta relicta ſunt: vtrùm frugi vitæ ‖hi ſint,‖ qui aliàs ſufficere ſibi poſſint; an ſequioris *c*, qui de alimentis pendeant. In perſona eius, à quo alimenta relicta ſunt, hæc erunt ſpectanda; quibus ſint facultatibus, cuius propoſiti, cuius opinionis: tunc enim apparebit, nunquid circumuenire velit eum, cum quo tranſigit.

12 ¶ Qui tranſigit de alimentis, non videbitur neque de habitatione *d*, neque de veſtiario tranſegiſſe: cùm Diuus Marcus ſpecialiter etiam de iſtis tranſigi voluerit.

13 ¶ Sed & ſi quis de alimentis tranſegerit, non habebit neceſſe etiam de habitatione, vel cęteris inuitus tranſigere: poterit igitur vel de omnibus ſimul, vel de quibuſdam facere tranſactionem.

14 ¶ De calceario quoque arbitrio prætoris tranſigendum eſt.

15 ¶ Si vni pluribúſve fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum diſtrahere: neceſſe eſt prætorem de diſtractione eius, & tranſactione arbitrari *e*. Sed ſi pluribus fundus ad alimenta fuerit relictus, & hi inter ſe tranſigant: ſine prætoris auctoritate facta tranſactio rata eſſe non debet.

¶ Idem eſt, & ſi ager fuerit in alimenta obligatus *f*: nam nec pignus ad hoc datum, inconſulto prætore, poterit liberari.

16 ¶ Arbitratu prætoris vel de vniuerſis alimentis, vel de parte eorum tranſigi oportere plus quàm manifeſtum eſt.

17 ¶ Si prætor aditus, citra cauſæ cognitionem *g*, tranſigi permiſerit, tranſactio nullius erit momenti *h*, prætori enim ea res quærenda commiſſa eſt, non negligenda, nec donanda *i*. Sed & ſi non de omnibus inquiſierit, quæ oratio mandat: hoc eſt de cauſa, de modo, de perſonis tranſigentium: dicendum eſt, quamuis de quibuſdam quæſierit, tranſactionem eſſe irritam *k*.

18 ¶ Sed nec mandare ex hac cauſa iuriſdictionem vel præſes prouinciæ, vel prætor poterit *l*.

19 ¶ Tranſactiones alimentorum etiam apud procuratorem *m* Cæſaris fieri poſſunt ‖ ſcilicet ‖ ſi à fiſco petantur alimenta, ſecundum *n* quæ ‖&‖ apud præfectos *o* ærarij tranſigi poterit.

20 ¶ Si cùm lis quidem eſſet de alimentis, tranſactum autem de lite fuiſſet: tranſactio valere inconſulto prætore non poteſt: ne *p* circumueniatur oratio: fingi enim lites poterunt, vt tranſactio etiam citra prætoris fiat auctoritatem.

21 ¶ Si eidem alimenta, & præterea legatum præſenti die datum ſit, & tranſactum fuerit citra prætoris auctoritatem: id, quod datum eſt, imputabitur priùs in legatum, quod pręſenti die datum eſt: ſuperfluum in alimentariam cauſam.

22 ¶ Si quis de alimentis tranſegerit ſine prætoris auctoritate: id, quod datum eſt, in præterita alimenta cedet, nec intereſt, tantum in quantitate ſit debita, quantum datum eſt, an minus, an plus: nam & ſi minus ſit, adhuc tamen id, quod in ſolutum datum eſt, in pręterita alimenta imputabitur. Sanè ſi is, qui de alimentis tranſegit, locupletior factus ſit ea ſolutione: in id quod factus ſit locupletior, æquiſſimum erit in eum dari repetitionem *q*: nec enim debet ex alieno damno eſſe locuples.

23 ¶ Si in annos ſingulos certa quantitas alicui fuerit relicta homini honeſtioris loci: veluti ſalarium annuum, vel vſusfructus tranſactio & ſine prætore fieri poterit. Cæterum ſi vſusfructus modicus alimentorum vice ſit relictus: dico tranſactionem citra prætorem factam nullius eſſe momenti.

24 ¶ Si cui non nummus ad alimenta, ſed frumentum, atque oleum, & cetera, quæ ad victum neceſſaria ſunt, fuerint relicta: non poterit de his tranſigere: ſiue annua, ſiue menſtrua ei relinquantur. Si tamen ita ſine prætore tranſegerit, vt in *s* vicem eorum nummum *u* quot annis, vel quot menſibus *x* acciperet, & neque diem *y*, neque modum permutauit, ſed tantùm genus: vel ex contrario ſi pactus fuerit, vt in generibus alimenta acciperet, quæ in nummis ei relicta fuiſſent: vel ſi vinum pro oleo, vel oleum pro vino, vel quid aliud commutauit: vel locum permutauit, vt quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio, vel in prouincia acciperet, vel contra: vel perſonam ‖ commutauit ‖ vt quod à pluribus erat accepturus, ab vno acciperet: vel alium pro alio debitorem acceperit: hæc omnia habent diſceptationem prætoris, & pro vtilitate alimentarij *a* recipienda ſint *b*.

25 ¶ Si ad habitationem certa quantitas ſit annua relicta, & ita ſit tranſactum ſine prætore, vt habitatio præſtetur, valet tranſactio: quia fructus habitationis præſtatur, licet ruinæ vel incendio ſubiecta tranſactio eſt. Per contrarium quoque, ſi pro habitatione, quæ erat relicta, placuerit certam quantitatem pręſtari, tranſactio rata eſt, & citra prætorem.

Si is qui tranſegit agat ex perſona alterius cui ſucceßit. 1. & 2. de dolo cohæredis tranſigentis. 3. Ad quæ tranſactio pertinet.

9. *Idem* lib. 1. Opinionum.

Qvi *c* cum tutorib. ſuis de ſola *d* portione adminiſtratæ tutelę ſuæ egerat, & tranſegerat aduerſus eoſdem tutores ex *e* perſona fratris ſui, cui hæres extiterat, agens, præſcriptione factæ tranſactionis non ſummouetur *f*.

1 ¶ Tranſactio *g*, quæcunque ſit, de his tantùm *h*, de quibus inter conuenientes placuit, interpoſita creditur.

2 ¶ Qui per fallaciam coheredis ignorans vniuerſa, quę in *i* vero erant, inſtrumentum tranſactionis ſine Aquiliana ſtipulatione interpoſuit *k*: non tam paciſcitur, quàm decipitur *l*.

3 ¶ Ei, qui nondum certus, ad ſe querelam contra patris teſtamentum pertinere, de aliis cauſis cum aduerſariis pacto tranſegit *m*, tantùm in his interpoſitum pactum nocebit, de quibus inter eos actum eſſe probatur.

¶ His *n* tantum tranſactio obeſt, quamuis maior *o* annis vigintiquinque eam interpoſuit, de quibus actum probatur: nam ea, quorum actiones competere ‖ei‖ poſtea compertum eſt, iniquum *p* eſt perimi pacto, id *q* de quo cogitatum non docetur *r*.

An tranſactio patris noceat filio.

10. *Idem* libro 1. Reſponſorum.

De re filiorum, quos *s* in poteſtate non habuit, tranſigentem patrem minimè eis obeſſe placet *t*.

De tranſactione poſt litem iudicatam.

11. *Idem* lib. 4. ad Edictum.

Poſt *u* rem iudicatam, etiam ſi prouocatio non eſt interpoſita, tamen ſi negetur iudicatum eſſe, vel ignorari poteſt, an iudicatum ſit, quia *x* adhuc lis ſubeſſe poſſit, tranſactio fieri poteſt.

Effectus tranſactionis generalis.

12. *Celſus* lib. 3. Digeſtorum.

Non eſt ferendus, qui generaliter in his, quæ *y* teſtamento ei relicta ſunt tranſegerat, ſi poſtea cauſetur de eo ſolo cogitaſſe, quod prima parte teſtamenti, ac non etiam quod poſteriore legatum ſit. Si tamen poſtea *z* codicilli proferuntur, non improbè mihi dicturus videtur, de eo dumtaxat ſe cogitaſſe, quod illarum tabularum, quas tunc nouerat, ſcriptura contineretur. *z*.

De procuratore principis.

13. *Æmilius Macer* lib. 1. ad Legem viceſimam *a* hæreditatum.

Nvlli procuratorum principis, inconſulto *b* principe, tranſigere *c* licet *d*.

De tranſactione inter legitimum & ſcriptum hæredem.

14. *Scæuola* lib. 2. Reſponſorum.

Controuerſia inter legitimum, & ſcriptum hæredem orta eſt, eáque tranſactione facta certa lege finita eſt: quæro, creditores quem conuenire poſſunt? Reſpondit, ſi iidem creditores eſſent: (qui tranſactionem feciſſent *e*.) ſi alij creditores eſſent: propter incertum ſucceſſionis, pro parte hęreditatis, quam vterque in tranſactione expreſſerit, vtilibus conueniendus eſt *f*.

Si pacto Aquiliana, & pœnalis ſtipulatio ſubijciatur.

15. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

Pacto *g* conuento Aquiliana quidem ſtipulatio ſubiici ſolet *h*: ſed conſultius eſt, huic pœnalem *i* quoque ſtipulationem ſubiungere: quia reſciſſo fortè *k* pacto, pœna ex ſtipulatu peti *l* poteſt.

16. *Hermogenianus* lib. 1. Iuris Epitomarum.

a Eadem collatione quantitatis vtitur Iuriſconſultus *in l. 20. ĵ. de manumiſ. vindicta.*
b *v. l. 122. de legat. 2.*
c ita legitur apud *Amm. 18. Liuium 2. & Varronem apud Nonium Cuiac. 1. obſ 3.* ſegnioris *Dua. 2. diſput. 31.* nequioris: *Fornerius. 2. ſelect. 5.* obſequioris *Zaſ. ad l. 2. ĵ. de re iudicata num. 9. in fin.* ſequioris vitæ: id eſt deterioris: ſic apud Apuleium ſequior ſexus, pro muliebri vſurpatur.
d atqui alimentorum vocabulo habitatio intelligitur, *l. 6. l. vlt. ĵ. de alimentis. l. 43. l. 44. ĵ. de verb. ſig.*
e vt definiat, legata ſit nécne proprietas, aut ſolus vſusfructus *l. 4. l. pen. infrà de alimentis.*
f nam ita legari poteſt, *v. l. 12. de alimentis.*
g de plano, de ſolo, non pro tribunali *Cuiac.*
h non tamen ſemper ſolennitatis omiſſio actum vitiat *l. 1. § 1. ĵ. de ventre inſpiciendo.*
i Tranſactionem, donationis eſſe ſpeciem: & eum qui trãſigit, donare, hinc colligitur.
k ſunt enim omiſſæ ſolennitates. Omiſſa verò forma actum vitiat. Immo omiſſio ſolennitatis non ſemper vitiat. *l. 1. in fin. ĵ. de ventre inſpi.*
l quia id illi lege mandatur *l. 1. ſ. de offic. eius l. 1. §. ad nutricia. ĵ. de variis.*
m de quo vide quę ſcripſi ſuprà ad *Tit. de off. Procuratoris Cæſaris.*
n Vt quod liceat in prouincia, in vrbe ſit permiſſum, *l. 1. §. dorsus, ĵ. de ſuſpect.*
o de quibus dixi ad *l. 42. ĵ. de iure fiſci.*
p Prohibitum vna via, alia permiſſum eſſe nõ debet. *l. 21. §. 1. ĵ. de tutorib. dat. ab his.*
q *l. 23. §. 2. ĵ. de cond. ind.*
r *l. 3. § 4. ĵ. ſi cui plus quàm per legem Falcidiam.*
s vt fit ſæpiſſimè *l. 3. § quamuis. ĵ. ſi cui plus quam.*
t Permutatio vtrum fieri poſſit cum nummis, dixi ad *l. vltim. ĵ. de condict. cauſa data.*
u id eſt, nummos, *vt ĵ. eod.* x id eſt, ſingulis menſibus, *l. 22. §. nouiſſimè. infra. quando dies legator.*
y Mutationum ſpecies obſerua diei, modi, generis, loci, perſonæ.

a Alimentarius eſt, cui alimenta relicta, vt *l. 95. §. 1. in fin. ĵ. ad l. Falcid.*
b vt tranſactio ſine Prætore facta valeat, quæ conditio alimentarij ſit melior. *Cuiac.*
c II. *Eclog. 1. c. 8. §. 16.*
d cùm id actum eſſet: aliàs veritati res geſta non officit. *l. 6. §. 1. ſ. de officio præſidis quæ eſt eiuſdem libri.*
e adde caſum *l. vlt. in fin. infrà tit. prox.*
f Atqui tranſactio generalis extenditur ad ius poſteà ex ſucceſſione, putà fideicommiſſo, quæſitum, *l. 122. in fin. inf. de verb. obl.*
g *Eclog ibid. §. 17.* Idem in renunciatione. Vtraque eſt ſtricti iuris *l. 35. l. 47. §. 1. ſ. de pact.*
h *v. l. 5. ſ. eod.*
i τὸ ἀληθές. *Ecl. ibid. § 18.*
k Quid ſi ea fuiſſet interpoſita? actione de dolo ageretur. *Accurſius. Bart.*
l Immo vt ſit deceptus, videtur ei denegata actio. *l. 78. in fi. infrà ad Treb.*
m tranſegit: in his tantùm tranſactio obeſt, q. m. v a. e. i. d. q. a. p. nõ quorum actiones, &c. *Cuiac.*
n ſenſus eſt obſcurus: ſententia tamen apertiùs ex Græcis peti poteſt hæc Maioribus nõ obeſt trãſactio, niſi in his de quibus actum eſt, non in iis quæ poſtea cõpetierunt, de quibus cogitatum eſſe non docetur. II. *Eclog. 2. c. 20.*
o ἀλλόθετον. numerus enim pro numero hic ponitur.
p etiam ſi doli clauſula ſit adiecta *l. 137. in fi. infr. de verb. oblig.* quæ alioqui patet latiſſimè, *l. 9. infr. iudicatum ſolui.*
q *l. 31. C. eod. l. 14. C. de inofficioſo.*
r *l. 5. ſ. eod.*
ſ vide *l. 11. C. de iure deliber.* II. *Eclog. 2. cap. 21.*
z eodem modo caſtrenſi peculio filiorum familias pater ſeruitutem imponere non poteſt, *l. 18. §. 3. de caſtrenſi peculio.* a II. *Eclog 2. cap. 22.* vide *Paul. 1. ſent. 1. §. vlt.* x vide *l. 7. ſ. eod.* y vide *l. 6. ſ. eod.* z *l. 3 §. cum tranſactio ſ. eod.* a de viceſima hæreditatum vide Cuiacium apud Paulum *4. ſent. § 6.* dixi *l. 154. in fin. ĵ. de verborum ſignific.* quæ eſt eiuſdem libri. b id eſt, ſine ſpeciali mandato, *l. 8. C. eod.* c de viceſima hæreditatis, vt ex inſcriptione legis colligere licet. d *l. 1. ſ de off. proc.*
e adde ex Haloandri editione, id obſeruandum eſſe de ære alieno quod inter eos conueniſſet.
f imo ſolus ſcriptus hæres conueniendus eſt *l. 3. ſ. eod.*
g *Idem Paulus 1. ſent. 1. §. 3.* h *l. 3. 4 & 5. ſ. eod. l. 7. 12. ĵ. tit. prox. l. 6. C. de contr. ſtip. l. 7. C. eod.* quia ſolo pacto actio non ita tollitur.
i pœnam *Paul. illo loco l. 122. § vlt. inf. de verb. obl.*
k *al.* quoquo modo. *Paul ibidem.*
l *al.* repeti *Paulus d. loco.*

a permiſſæ, & ab illicita itaque & impermiſſa legib. licet recedere.
b Fidem rumpens etiam fit infamis. *l.5. inf. de poſit.*
c *l.14. l.40.C.eo. l.96. §.2. in fin.* ff. *de ſolut.* 11. *Ecl.2. c.27.*

QVi fidem licitæ *a* tranſactionis rupit *b*, non exceptione tantùm ſubmouebitur *c* : ſed & *d* pœnam, quam *ſi contra placitum fecerit, rato e manente pacto* ſtipulanti rectè *f* promiſerat. præſtare cogetur. *g*.

An tranſactio cum herede facta emptori hæreditatis vel fideicommiſſario noceat.

17. *Papinianus* lib. 2. Quæſtionum.

VEnditor hæreditatis, emptori mandatis actionibus; cum debitore hereditario, qui ignorabat venditam eſſe hereditatem, tranſegit, ſi emptor hereditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio tranſacti negotij debitori propter ignorantiam ſuam accommodanda eſt *a*.

¶ Idem reſpondendum eſt & in eo, qui fideicommiſſam recepit hereditatem, ſi heres cum ignorante debitore tranſegit.

d *l.17.C.eo.* e i. non modo quod pactum eſt, ſed & pœnam. f De verbo *Rectè*, v. quæ ſcripſi *ad l.11.in fi. infr. de duobus reis.* g i. quia illa clauſula, *Rato manente pacto vtraque vti licebit* inſerta fuit ſtipulationi, adde *l.115. in fin.* ff. *de ver.obli.* quæ defuit in caſu, *l.10. §.ſi pacto.* ff. *de pactis.* quod addit Harmenopulus

eum qui tranſactionem reſcindit infamia notari, intelligendum eſt de tranſactionibus iuratis vt in *l.41.C.eod.* a vtiliter, non directo, vt vtilem habeat exceptionem, non directam, *Cuiac. v.16.*ff.*de pact.*

LIBER TERTIVS.

DE POSTVLANDO *a*.

Ratio. 1. Et ſumma edicti 2. Quid ſit poſtulare. 3. De his qui in totum poſtulare prohibentur. 4. De aduocato dando à Prætore. 5. De his qui pro alijs poſtulare non poſſunt. 7. De his qui non pro omnibus poſtulare poſſunt. 9. De reſtitutis. 11. Pro quibus in tertio ordine conſtituti poſtulare poſſunt.

Vlpianus libro 6. ad Edictum.

HVnc titulum prætor propoſuit habendæ rationis cauſa, ſuæque dignitatis tuendæ *b*, & decoris "ſui" cauſa: ne ſine delectu paſſim apud ſe poſtuletur.

1 ¶ Ea propter tres *c* fecit ordines: nam quoſdam in totum prohibuit poſtulare: quibuſdam "vel" pro ſe permiſit: quibuſdam & pro certis duntaxat perſonis; & pro ſe permiſit.

2 ¶ Poſtulare autem eſt, deſiderium *p* ſuum vel amici *e* ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni *f* præeſt *g*, exponere: vel alterius deſiderio contradicere.

3 ¶ Initium autem fecit prætor ab his, qui in totum prohibentur poſtulare: in quo edicto aut pueritiam, aut caſum excuſauit.

¶ Pueritiam, dum minorem annis decem *h* & ſeptem, qui eos non in totum *i* compleuit *k*, prohibet poſtulare, quia moderatam hanc ætatem ratus eſt ad procedendum in publicum, qua ætate, aut paulò maiore fertur Nerua filius, & publicè *l* de iure reſponſitaſſe *m*.

¶ Propter caſum, ſurdum, qui prorſus non audit, prohibet apud ſe poſtulare: nec enim erat permittendum ei poſtulare, qui decretum prætoris exaudire non poterat, quod etiam ipſi erat periculoſum futurum: nam non exaudito decreto prætoris, quaſi non obtemperaſſet, pœna vt contumax plecteretur.

4 ¶ Ait prætor, *ſi n non habebunt aduocatum, ego dabo.* nec ſolum his perſonis hanc humanitatem prætor ſolet exhibere; verum & ſi quis alius ſit, qui certis ex cauſis, vel ambitione aduerſarii, vel metu patronum non inuenit. 5 ¶ Secundo loco edictum proponitur in eos qui pro aliis ne poſtulent: in quo edicto excepit prætor ſexum, & caſum: item notauit perſonas" in "turpitudine notabiles. ¶ Sextum, dum fœminas prohibet pro *o* aliis poſtulare *p*: & ratio quidem prohibendi, ne contra pudicitiam ſexui congruentem, alienis cauſis ſe immiſceant *q*: ne virilibus officiis fungantur mulieres. Origo verò introducta eſt à Carfania *r* improbiſſima fœmina: quæ inuerecundè *ſ* poſtulans, & magiſtratum inquietans, cauſam dedit edicto. ¶ Caſum dum cæcum vtriſque luminibus orbatum prætor repellit: videlicet quod inſignia *t* magiſtratus videre, & revereri non poſſit. Refert etiam Labeo, Publium cæcum, Aſprenatis *a* Nonij patrem, auerſa ſella *b*, à Bruto deſtitutum, cùm vellet poſtulare. Quamuis autem cæcus pro alio poſtulare non poſſit: tamen & ſenatorium *c* ordinem retinet, & iudicandi officio fungetur *d*. Nunquid ergo & magiſtratus gerere poſſit? ſed de hoc deliberabimus: extat quidem exemplum *e* eius, qui geſſit. Appius denique Claudius cæcus conſiliis publicis intererat, & in ſenatu ſeueriſſimam *f* dixit ſententiam de Pyrrhi captiuis *g*. Sed melius eſt, vt dicamus, retinere quidem iam cœptum magiſtratum poſſe: adſpirare autem ad nouum penitus prohiberi, idque multis comprobatur exemplis.

6 Remouet autem à poſtulando pro aliis & eum qui *h* corpore ſuo muliebria paſſus eſt *i*. Si quis tamen vi *k* prædonum, vel hoſtium ſtupratus eſt, non debet notari, vt & Pomponius ait.

¶ Et qui capitali crimine damnatus eſt, non debet pro alio poſtulare.

¶ Item ſenatuſconſulto etiam apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur calumniæ publici iudicij damnatus.

¶ Et qui operas ſuas, vt *l* cum beſtiis *m* depugnaret, locauerit *n*.

¶ Beſtias autem accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere: nam quid, ſi leo ſit, ſed manſuetus *o*, vel alia detenta manſueta? ergo qui locauit, ſolus notatur: ſiue depugnauerit, ſiue non *p*. Quod ſi depugnauerit, cùm non locaſſet operas ſuas, non tenebitur: non enim, qui cum beſtiis depugnauit, tenebitur: ſed qui operas ſuas in hoc locauit.

¶ Denique eos, qui virtutis *q* oſtendendæ cauſa hoc faciunt ſine mercede, non teneri aiunt veteres *r*: niſi in arena paſſi ſunt ſe honorari: eos enim puto notam non euadere

¶ Sed ſi quis operas ſuas locauerit, vt feras venetur: vel vt depugnaret feram, quæ regioni nocet, extra *ſ* arenam: non eſt notatus.

¶ His igitur perſonis quæ non virtutis cauſa cum beſtiis pugnauerunt, pro ſe pretor permittit allegare *t*, pro alio prohibet. Sed eſt æquiſſimum, ſi tutelam vel curam huiuſmodi perſonæ adminiſtrent, poſtulare eis pro his quorum curam gerunt, concedi *u*. Qui aduerſus ea feciſſe monſtretur, & pro aliis interdicta poſtulatione repellitur, & pro æſtimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna multabitur.

a 2.*C.9.ad* 11. περὶ συνηγόρων, &c. de aduocatis & qui poſtulare prohibentur, 8.*Eclog.*
b *l.19.* ff. *de officio præſid.* eadem etiam inter priuatos conſeruanda eſt, *l.1. §. ſed etſi* ff. *de ventre inſpiciendo.*
c 8.*Ecl.1.c.1.*
d *l.4.§.antepen.* ff. *de damno.*
e *v.l.2.* ff. *de fideiuſſoribus tutorum.*
f Præeſſe iuriſdictioni quid ſit, dixi *ad l.2. §.6.* ff. *de origine iuris.*
g & apud pedaneos iudices, *§.6. circa pr.* ff. *eod.*
h *§.vlt.Inſtit. ex quibus cauſis manumittere.*
i Annus cœptus hic non habetur pro completo, *l.13.* ff. *de man vind. §.iuſta Inſt. quibus ex cauſ. manum.*
k atqui minor. 25. annis non eſt idoneus defenſor, *l.51.* ff. *de procurat.* ergo nec aduocatus pro alio.
l Publicè de iure reſpondendi anno 17. ætatis facultas etiam permiſſa, *vt hic.* hac ætate etiam forum attingebant.
m Reſponſitaſſe, minus eſt quam reſpondere.
n *l.7.C.eod. l.9.§. aduocatos.* ff. *de off. procons.*
o pro ſe poteſt.
p *l.2.* ff. *de regulis.*
q intercedendo *l.2. §. 1.* ff. *ad Velleianum*, vel argentarij munus gerendo, *l.12.C.de edendo. v.l.2.* ff. *de regulis.*
r Gaia Afrania 8. *Val.3.*

ſ Fronte perfricta, θεὸς ἡ ἀναίδεια dea. Impudentiæ fanem apud Albanenſes fuit. *Theophylact.* Verecundia adoleſcentem decet, non ſenem: Ariſt.4. *Ethicῶν.* Verecundus virtutis color. *Diogenes apud Senecam.* Verecundum decet adoleſcentem eſſe. *Plautus Apuleius 9.*
t Sellam curulem, faſces. Ea ἐπίσημα τῆς ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας κοσμίδια *Dioni* : κοσμήματα Appiano: & παράσημα καὶ ἐπίσημα. Notitiæ Imperij Romani ornamenta. Inſignia porro magiſtratus *hic*, vt conſularia inſignia *l.2.* ff. *de his qui notantur, l.1.* ff. *de officio proconſulis* militaria, *l.2. §.2.* ff. *de his qui nota.* luctus *l.15.C.de his qui nos.* inſignia regum. *Liuius 2.4. Valer.1.* Prudentius: Nonne curſim tranſeunt faſces, ſecures, ſella, prætexta, toga, lictor, tribunal, & trecenta inſignia, quibus tumetis? Et Seneca 1. *de benef.* Quid habet corona pretioſa, quid prætexta, quid faſces, quid tribunal & currus? Nihil horum honor eſt, ſed honoris inſignia. Porrò conſulum inſignia erant, 12. faſces. *Ouidius in Piſonem. Martial.7.epigram.8.ep.& 9.* Prætorum ſext. *Valer.1.* Proconſulis totidem. *l.14.* ff. *de offic.proconſul.* quos deponebant Romam reuerſi & portam ingreſſi, *l.vlt.* ff. *de offic.proconſ.* Præſidis quinque, *Dion.53.57.* Faſcium autem origo à Romulo, cui 12. faſces inſigne. *Liuius, Halicarnaſſ.* Hi deinde ad conſules tranſlati, ſecuribus tandem (ad inuidiam vitandam) à Publicola nudati. *Plutarchus in eius vita. Halicarnaſſ.5.3. Quint.7. author libelli de viris illuſtrib.* Sumebantur autem virgæ faſcium ex *betula Gallica* arbore, *teſte Plin.16. c.18.* erantque penes vtrumque Conſulem, ſed apud alterum tantum, idque alternis. Primum quidem ex lege publicolæ apud maiorem natu: poſtea ex lege Iulia de maritandis ordinibus, apud eum qui plures liberos ſuſtuliſſet. 2. *Gell.15.* Quo autem menſe Conſul faſces non habebat, accenſus præibat: lictores pone ſequebátur: quem morem renouaſſe in ſuo cóſulatu Iulium Cæſarem Suetonius refert *in eius vita c.20.* Suſpendebantur autem pro conſulum foribus faſces: iiſque ſumptis, lictores progredientes plebem ſubmouebant; & conſuli apparebát fores, ſi quò ingrediendum Conſuli, pulſabant. *Liuius 6.6. Plin.30. author de viris illuſtribus, Solinus 6. Biſſonius 3. ſelect.10.*
a Laudatur à Seneca in Declamationibus. Declamatores autem in foro cauſas non agebant. Cæterùm Aſprenas debilitate lapſus in ludicro Troiæ, aureo torq. donatus eſt.
b Mos antiquus hic notandus: Solebant enim prætores, Conſules, Ædiles prætextati in ſellis curulibus ſedere. *Liuius 7.in pr.* Conſularium ſellarum fit apud multos mẽtio, *Suetonium in Claudio c.23 Ciceronem 7. ep.ad Curium*: Prætoriæ, *hic apud Varronem 2.de vita P.Romani apud Nonium 6. Quintil.3.3. Valer.5.* Ædilitiæ, *Liuius 9.6. Gell.9.* Cæterùm ſella curulis dicitur, quòd & in curru eſſent, eáque veherentur in curiam, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, 3.*Gell.18.* quod paulò planius, Iſidorus exponit, 20 *c.11.* Prætexta ornatos fuiſſe Prætores aliàs conſtat. *Sueton. in Iulio 26 9. Plin.39. Cicero contra Vatinium.*
c Cœcus ſenatorium ordinem retinet, *vt hic*: & Sacerdotium *Seneca 4. Controu.*
d *v.l.6.* ff. *de iud.* & tutoris, *l.16.* ff. *de auct. tut l.8.C de decur.* Perſæ ne luſcum quidem ad principatum admittebant. *Procop.* Num autem poſt cæcitatem iudex dari poterit? negat Accurſius, à quo Duarenus diſſentit, 1.*diſp.2.3.*
e Exemplis ad ius decidendum vti poſſumus.
f Hanc ſententiam Ennius his verbis expoſuit. *Quò vobis mentes rectæ, quæ ſtare ſolebant Antehac, dementi ſeſe flexere ruina: Cicero de ſenectute, 1. Officiorum : vt in Bruto: pro Cœlio Plutarch in Pyrrho 8.Valer.12. Liuius ſeu epitome Flori. 13. Author de viris illuſtrib. 34. Ouid.6.Faſtorum.* Eſt & apud Varronem *6.de lingua*, locus ille celebris de Cynea legato Pyrrhi ad eundem re infecta reuerſo : *Orator ſine pace redit, religione refert rem.*
g vt & de Pyrrho in vrbem pacis componendæ cauſa non admittendo, *l.2.§.36.ff. de orig iuris Liuij epitome 13.*
h ἢ ἠτιμωμένως ὁ ἐν τῷ οἰκείῳ σώματι τὰ γυναικῶν ὑπομείνας, 8.*Ecl.1.c.1.*
i eſt enim infamis, *l.31. C.de adult.*
k *l.20.C.de adult.*
l *l.4.§.1.* ff. *de leg.6. l.Iulia inf. de teſt.*
m non manſuetis, vt ff. *eo.*
n ſecus eſt in eo qui cum beſtiis depugnauerit virtutis cauſa. ff. *eo.*
o Leo manſuetus eſſe poteſt, *vt hic.* Quò pertinet illud Plinij 8.*c.16.* Primus hominum Leonem manu tractare auſus, & oſtendere manſuefactum Hanno è clariſſimis Pœnorum traditur: damnatúſque illo argumento, quoniam nihil non perſuaſurus vir tam artificis ingenij videbatur: & malè credi ei libertas, cui in tantum ceſſiſſet etiam feritas: de Leone manſueto *v.5.Gel.14.*
p Imò non notabitur *l.2.* ff. *de his qui notantur.*
q i. fortitudinis, id enim virtus *Nou.69.*
r veteres citantur plerumque à iuriſconſultis, eſtque veterum authoritas eis nonnunquam pro ratione & lege. *l.veteribus placet.* 30 ff. *de pactis.*
ſ rectè hoc addiderit. *extra arenam*: nam in arena & circo fuit interdum venatio; cuius exemplum extat elegans apud *Gel.5.c.14.*
t i. defenſor eſſe, *v.l.2.* ff. *de leg*
u quia neceſſariò funguntur officio, *l.6.* ff. *eo*

7 ¶ Vt initio a huius tituli diximus, tres ordines prætor fecit non poſtulantium : quorum " hic " tertius eſt , quibus non in totum denegat poſtulandi facultatem , ſed ne pro omnibus poſtularent: quaſi minus deliquerint , quam hi , qui ſuperioribus capitibus notantur.

8 ¶ Ait prætor : *Qui lege b, plebiſcito, ſenatuſconſulto c, edicto d, decreto principum, niſi pro certis perſonis poſtulare prohibentur : hi pro alio quam pro quo licebit , in iure apud me nec poſtulent.* Hoc edicto continentur etiam alij omnes, qui edicto prætoris,vt infames notantur,qui omnes, niſi pro ſe , & certis perſonis , ne poſtulent e.

9 ¶ Deinde adiicit prætor : *qui ex his omnibus qui ſupra ſcripti ſunt , in integrum reſtitutus non erit* " eum" *qui ex his, qui ſupra ſcripti ſunt* : ſic accipe:ſi fuerit inter eos,qui tertio edicto continentur : & niſi pro certis perſonis , poſtulare prohibentur. Cæterùm ſi ex ſuperioribus , difficilè in integrum reſtitutio impetrabitur.

10 ¶ De qua autem reſtitutione prætor loquitur, vtrum de ea,quæ à principe, vel à ſenatu : Pomponius quærit ? & putat , de ea reſtitutione ſenſum, quam princeps , vel f ſenatus indulſit.

¶ An autem & prætor reſtituere poſſit , quæritur ? & g mihi videtur, talia prætorum decreta non eſſe ſeruanda : niſi ſicubi ex officio iuriſdictionis ſuæ ſubuenerunt. Vt in ætate obſeruatur , ſi quis deceptus ſit : cæteriſque ſpeciebus, quas ſub titulo *de in integrum reſtitutione* exſequemur. Pro qua ſententia eſt , quod ſi quis famoſo iudicio condemnatus , per in integrum reſtitutionem fuerit abſolutus,Pomponius putat, hunc infamia eximi h.

11 ¶ Deinde adiicit prætor : *pro alio ne poſtulent, præterquam pro parente, patrono , patrona, liberis, parentibuſque patroni , patronæ.* de quibus perſonis ſub titulo *de in ius vocando* plenius diximus. ¶ Item adiicit : *liberiſve ſuis fratre , ſorore, vxore , ſocero , ſocru , genero , nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna , pupillo,pupilla , furioſo, furioſa* i.

2. *Gaius* lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

F*Atuo* k. *fatua.* (cùm iſtis quoque perſonis curator detur *l.*)

3. *Vlpianus* lib. 6. ad Edictum.

C*Vi eorum à parente,aut de maioris partis tutorum ſententia,aut ab eo , cuius de ea re iuriſdictio fuit , ea tutela, curatiove data erit.*

1 ¶ Adfinitates non m eas accipere debemus, quæ quondam fuerunt : ſed præſentes n.

2 ¶ Item Pomponius, nurus o, & generi p appellatione, & ſoceri q, & ſocrus : vlteriores quibus pro r propoſitio ſolet accedere , contineri ait.

3 ¶ In curatoribus debuiſſe eum adiicere:" muti " ſ ceterorúmque,quibus dare ſolent,id eſt, ſurdo, prodigo, & adoleſcenti.

4. *Paulus* lib. 5. ad Edictum.

ITem quibus propter infirmitatem curatorem prætor dare ſolet.

5. *Vlpianus* libro 9. ad Edictum.

ET qui negotiis ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe t non poſſunt.

De prohibitis in ſecundo. vel tertio ordine. 1. De ſucceſſore eius qui prohibuit.

6. *Idem* lib. 6. ad Edictum.

PVto autem omnes, qui non ſponte, ſed neceſſariò officio funguntur, poſſe ſine offenſa edicti poſtulare : etiam ſi hi ſint,qui non niſi pro ſe poſtulare poſſunt.

1 ¶ Si quis aduocationem præſtare fuerit prohibitus : ſi quidem apud ſe, vt ſolent facere tempore magiſtratus ſui : puto eum poſtea apud ſucceſſorem eius adeſſe poſſe x.

De permiſſione aduerſarij.

7. *Gaius* lib. 3. ad Edictum Prouinciale.

QVos y prohibet prætor apud ſe poſtulare , omnimodo z prohibet, etiam a ſi aduerſarius eos patiatur poſtulare.

De prohibitionis, vel exilij tempore finito.

8. *Papinianus* lib. 2. Quæſtionum.

IMperator Titus Antoninus reſcripſit b, eum cui aduocationibus in quinquennio interdictum eſſet, poſt quinquennium pro omnibus poſtulare non prohiberi. Diuus quoque Hadrianus reſcripſerat , de exilio reuerſum poſtulare poſſe : nec c adhibetur diſtinctio , quo crimine ſilentium , vel exilium ſit irrogatum : ne ſcilicet pœna tempore determinata, contra ſententiæ fidem, vlterius porrigatur.

Si à præſide prohibitus in alia prouincia poſtulet.

9. *Idem* lib. 1. Reſponſorum.

a §. 61. ī. eod.
b *l.* 1. §. 1. ī. *ad leg. Iul. re pet.*
c *l.* 1. ī. *de vi priuata, l.* 1. ī. *de ambitu.*
d *l.* 1. ī. *tit. prox.*
e remouentur infames à poſtulando , quia aduocatorum nobile officium eſt, *l.* 6. *in f. l.* 7. *C. eod l.* 14. *C. de aduocat.* procuratorem verò non item, *v l.* 14. *C. de decurionib.*
f Reſtituendi ius ſummum penes principem & ſenatum.
g Reſtituendi ius penes pretores fuit recisſus,quam penes principem & ſenatum.
h Imò indulgentia quos liberat, notat : nec infamiam criminis tollit, *l. vlt. C. de generali abolit l.* 7. *C. de ſext. paſſis.*
i *l.* 6. ī. *de libert.*
k Fatuus,bardus, ſine ingenio.
l quia rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, *l.* 2. ī. *de Curator. furioſ.*
m Imò & eas quæ quondam fuerunt, *l. vlt. in fin. C. de legatis.*
n aliter quàm in nuptiis §. *affinitatis, Inſt. de nuptijs*: adde caſum *l.* 14. ī. *de quæſtionibus.*
o *v. l.* 50. ī. *de ver. ſign.*
p *v. l.* 136. *inf. de ver. ſign.*
q *v. l.* 48. *infra de verb. ſign.*
r vt pro ſocero, *l.* 13. *infra rerum amot.* pro genero. *l.* 4. §. 5. *inf. de gradibus: Feſtus in pro genero.*
ſ Muto tamen non datur tutor neceſſariò , niſi intellectu careat, *arg. l.* 43. ī. *de procur. l.* 73. ī. *de iure dotium , l.* 65. §. *pen.* ī. *ad Treb.*
t ſufficere.
u *l.* 11. *inf. eo.*
x Cur ita? *v. l.* 3. *in fin. l.* 4. *infra de arbitr. l.* 13. §. *pen.* ī. *ad Treb.*
y ſic apud Paulum 1. *ſent.* 2. §. 1. Omnes infames qui poſtulare prohibentur , cognitores fieri non poſſunt, etiam volentibus aduerſariis. adde *l.* 8. §. 2. ī. *de procurator.*
z adde *l.* 9. *infra de pœnis. Paulus* 1. *ſent.* 2. §. 1.
a *v. d.* §. 2. adde *l.* 14. §. 1. ī. *ſoluto matrimonio.*
b *v. l.* 1. *C. de his qui in exilium dati vel ordine moti ſunt lib.* 10.

c Imò adhibenda *l.* 4. *inf. de re militari.* An à Triboniano hæc verba videntur adiecta eſſe,quod & ſatis ſequentia verba *ne ſcilicet pœna tempore determinata, &c.* oſtendere videntur. ſolent enim Triboniani phraſim.
d Immo diſtinguendum eſt,exulare quis iuſſus ſit ex crimine leuiore, aut delicto grauiore : hoc enim caſu perpetuum ſilentium imponitur , *l.* 5. *infra de decurionibus.*

EX ea cauſa prohibitus pro alio poſtulare, quæ infamiam non irrogat a, ideóque ius pro omnibus poſtulandi non aufert , in ea tantùm prouincia pro aliis non rectè poſtulat, in qua præſes fuit , qui ſententiam dixit : in alia b verò non prohibetur , licèt eiuſdem c nominis ſit d.

De patronis fiſci, de decurionibus.

10. *Paulus* libro ſingulari Regularum.

HI, qui fiſci cauſas agunt , ſuam , vel filiorum, & parentum ſuorum e, pupillorum f, quorum tutelas gerunt , cauſam & aduerſus fiſcum agere non prohibentur.

1 ¶ Decuriones quoque contra patriam ſuam cauſas agere prohibentur præter ſuperiores perſonas.

De tutore. 1. Qui ſunt infames.

11. *Tryphoninus* lib. 5. Diſputationum.

A Principe noſtro reſcriptum eſt, non g prohiberi tutorem adeſſe pupillo in negotio , in quo h aduocatus contra patrem eius fuiſſet.

¶ Sed & illud permiſſum ab eo eſt,agere tutorem pupilli cauſa aduerſus i fiſcum, in qua aduerſus patrem pupilli antea aduocatus k fiſci fuiſſet.

1 ¶ " Qui autem inter infamet ſunt , ſequenti titulo explanabitur ".

DE HIS, QVI NOTANTVR infamia *l.*

TIT. II.

Edictum cuius ſunt octo partes quas ad marginem adſcripſi.

[*Iulianus* lib. 1. ad Edictum.]

PRætoris verba dicunt : *Infamia notatur, qui ab exercitu* m, *ignominiæ cauſa ab imperatore, eóve, cui de ea re ſtatuendi poteſtas fuerit, dimiſſus erit.* ¶ *Qui artis ludicræ, pronuntiandíve cauſa in ſcenam prodierit* n. ¶ *Qui lenocinium fecerit* o ¶ *Qui* p *in iudicio publico* q *calumniæ, præuaricationiſve* r *cauſæ quid feciſſe iudicatus erit* ſ. ¶ *Qui furti* t, *vi bonorum raptorum , iniuriarum* u, *de dolo malo & fraude ſuo nomine damnatus , pactúſve erit* x. *Qui pro ſocio,* y, *tutelæ* z, *mandati* a, *depoſiti* b, *ſuo nomine non contrario iudicio damnatus erit* c ¶ *Qui eam , quæ in poteſtate eius eſſet , genero mortuo , cum mortuum eſſe ſciret* d, *intra* e *id tempus quo elugere virum moris eſt antequam virum elugeret, in matrimonium collocauerit, eámve ſciens* f *quis vxorem duxerit , non* g *iuſſu eius in cuius poteſtate eſt : & qui cum quem in poteſtate haberet , eam de qua ſupra comprehenſum eſt, vxorem ducere paſſus* h *fuerit.* ¶ *Quive ſuo nomine non iuſſu eius , in cuius poteſtate eſſet , eiúſve nomine quem, quámve in poteſtate haberet, bina* i *ſponſalia, bináſve nuptias in eodem tempore conſtitutas habuerit.*

Interpreeatio primæ partis. De eo qui miſſus eſt. 1. De exercitu. 2. De generibus miſſionum. 3. De milite adulterij damnato. 4. Effectus ignominioſæ miſſionis. 5. Interpretatio ſecundæ partis. De prodeuntibus in ſcenam, & quid ſit ſcena.

2. *Vlpianus* libro 6. ad Edictum.

QVod ait prætor k: *qui ab exercitu* l *dimiſſus erit:* dimiſſum accipere debemus militem caligatum m. vel ſi quis alius vſque ad centurionem n. vel præfectum cohortis , vel alæ , vel legionis : " vel tribunum ſiue cohortis , que legionis * dimiſſus eſt.

¶ Hoc amplius Pomponius ait , etiam eum , qui exercitui præeſt , licèt conſularibus inſignibus vti tur, ignominiæ cauſa ab Imperatore miſſum hac nota laborare.

¶ Ergo & ſi dux , cùm exercitui præeſt, dimiſſus erit, notatur. Et , ſi princeps dimiſerit , & adiecerit o *ignominiæ cauſa ſe mittere* , vt plerumque facit: non dubitabis,& ex edicto prætoris eum infamia eſſe notatum. Non tamen,ſi citra indignationem principis ſucceſſor ei datus eſt.

1 ¶ Exercitum autem, non vnam cohortem p, neque vnam alam q dicimus: ſed numeros r multos militum. Nam exercitui ſ præeſſe dicimus eũ qui legionem t,vel legiones cum ſuis auxiliis u ab Imperatore commiſſas adminiſtrat. ¶ Sed " hic " etiam eũ, qui ab aliquo

a nam quæ infamat,vbique infamat. *Bart.*
b *l. vlt.* ī. *de iuriſdict.*
c vt Myſia & Germania, *l.* 3. ī. *de offi. adſeſſorum Alciat.* 8. παρέργ. 20.
d *v. Alciat.* 8. παρέργ. 20.
e *l. vlt.* ī. *eod.* aliàs non licèt, *l* 2. *C. de aduo. diu. iudicior. l* 12. *C. de aduoc fiſci, l.* 21. ī. *de inofficioſo.*
f *v.* 5. *Gell.* 13. ex *Sabini libro* 3. *iuris Ciuilis.*
g atqui præuaricationis ſpecies hæc videtur
h in aliis cauſis non licet ſine præuaricatione , *l.* 3. §. *quod ſi infra de præuaricat.*
i Fiſco pupillum tutor, idemque fiſci aduocatus, in pecuniariis cauſis præferre poteſt.
k de aduocatis fiſci adde *l.* 3. *de his quæ in teſtamento debentur.*
l 2. *C.* 12. & 10. *C.* 58. 21. *Ecl.* 2.
m *v l.* 2. *in princ. inf. eod.*
n *d. l.* 2. §. *vlt. l.* 3. *l.* 4.
o *l.* 4. §. *ait prat.*
p Infamia quibus iudiciis contrahatur. §. 2. *Inſt. de pœna temerè litigant.*
q Fomoſo : quia ex delicto, *vt hic,* vel ex contractu vel quaſi, *verſ. qui pro ſocio.*
r *l.* 4. ī. *de præuaricatoribus.*
ſ *d. l.* 4. §. *pen.*
t *l.* 4. §. 5. ī. *e d. l. Harm.* 6. §. 13.
u Iniuriarum actio famoſa. *Paulus* 5. *ſent* 4. §. 9. & *l.* 22. ī. *de his quæ vt indigno.*
x *d. l.* 4. §. *vlt. l.* 5. *l.* 6. 7.
y §. 2. *verſ. item pro ſocio. Inſt. de pœna temerè litigantium.*
z *l.* 42. ī. *de verb. ſign.*
a *Cicero pro Roſcio Amerino.*
b *l.* 6. §. 6. *inf. eo. l.* 10. *C. depoſiti.*
c *d. l.* 6. § *itaque dari.*
d *l.* 8. *inf. eod.*
e *l.* 8. 9. 10. 11. *l.* 23. *l. vlt.*
f *d. l.* 11. *in fi.*

g *d. l.* 11. *in fi.* § 12. h *l.* 13. *in pr.* i *l* 13. §. ī. *eo l.* 2. *C. de inceſt. l.* 18. *C. ad l. Iul. de adul.* §. *adfinitatis, & duob. ſeqq. Inſt. de Nupt.* k *l.* 1. ī. *eo.* adde *l.* 3. *C. de re milit.* l *v.* 5. 1 ī. *eo* m caligatus miles vilis, *v. l.* 10. *inf. de cuſtodia reorum.* n Centurio qui centuriæ, h. e. centum militib. præeſt: vt quinquagenarius, qui quinquaginta: decurio, vel decanus, qui decem: chiliarcha, qui mille militibus præeſt. *Varro* 4. *de lingua* 9. *Iſid.* 3. o Imo vt non adiecerit , non deſinit eſſe infamis, *l* 13. § *miſſionem, inf. de re milit.* p Cohortem quingenti milites faciebant, 9. *Iſid.* 3. cohortes porro decem in legione 16. *Gell.* 4. *in fi.* q Alæ, equitum ordines, quòd circum legiones, dextra ſiniſtráque, tanquam alæ in auium corporibus, locabantur. *Cinci.* 6. *de re militari, apud Gellium* 16. *c.* 4. *in fi.* triginta equitibus conſtare refert Iſidorus, *d. c.* 3. dictáſque, quòd tegant pedites alarum vice. r Nemo licèt lectus, licèt tyro, licèt publicis expenſis iter faciebat, iure militari teſtari poterat antequam in numeros relatus eſſet, *l. pen.* ī. *de milit. teſt,* adde *l. vn.* ī. *de bon. poſſ. ex teſt mil.* ſ Exercitus eſt legio vel legionum numerus, hoc eſt, conſtat etiam vna legione exercitus *vt hic.* t in legione ſunt centuriæ 60. manipuli 30. (vnde 600. militum dicuntur Iſidoro, d. 3.) cohortes decem *Cincius* 6 *de re mil. apud Gell. de c.* 4. u Auxilia qui adſunt alienigenæ. *Varro* 4. *de lingua,* vt differant à legionibus, *v.* 2. *Veget.* 2.

numero

numero militum miſſus eſt, quaſi ab exercitu miſſum ſic accipiemus.

2 ¶ *Ignominiæ cauſa* ‖ *miſſum* h hoc ideo adiectum eſt; quoniam multa k genera ſunt miſſionum.

¶ Eſt honeſta, quæ emeritis b ſtipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur. ¶ Eſt cauſaria c, quæ d propter valetudinem laborib. militiæ ſoluit: Eſt ignominioſa. ¶ Ignominioſa autem miſſio totiens eſt, quotiens is, qui mittit, addit e nominatim, ignominiæ cauſa ſe mittere: ſemper. n. debet addere, cur miles mittatur. Sed & ſi eum exauctorauerit. id f eſt inſignia g militaria detraxerit, inter infames effici, licet non addidiſſet h, ignominiæ cauſa ſe eum exauctoraſſe i. ¶ Eſt & quartum genus miſſionis, ſi k quis euitandorum munerum cauſa militiam ſubiiſſet, hæc autem miſſio exiſtimationem non lædit, vt eſt ſæpiſſimè reſcriptum.

3 ¶ miles, qui lege Iulia de adulteriis l fuerit damnatus, ita infamis eſt, vt etiam ipſa m ſententia eum ſacramento n ignominiæ cauſa ſoluat o.

4 ¶ Ignominia ‖ autem miſſis neque in vrbe p, neque alibi q, vbi Imperator eſt, morari licet.

5 ¶ Ait prætor: *qui in ſcenam prodierit*, ‖ infamis eſt ‖. Scena r eſt, vt Labeo definit, quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturque ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit: in publico, priuatóve, vel in vico: quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittantur: eos enim, qui quæſtus ſ cauſa in certamina deſcendunt, & omnes propter præmium in ſcenam prodeuntes, famoſos eſſe, Pegaſus, & Nerua filius reſponderunt t.

De eo qui operas ſuas locauit, vt in ſcenam prodiret.

3. *Gaius* lib. 1. ad Edictum Prouinciale.

QVi autem operas ſuas locauit, vt prodiret artis ludicræ cauſa, neque prodiit: non u notatur, quia non eſt ea res adeo turpis, vt etiam conſilium x puniri debeat.

De athletis, thymelicis, xuſticis, agitatoribus, his qui aquam equis ſpargunt, & cæteris miniſteriis. 1. De deſignatoribus. 2. Interpretatio tertiæ partis, de lenonibus. 4. Quarta, de calumniatore & præuaricatore. 5. Interpretatio quinta partis. De condemnato ſuo nomine.

4. *Vlpianus* libro 6. ad Edictum.

ATletas y autem Sabinus, & Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis n. gratia hoc facere, & generaliter ita omnes z opinantur, & vtile videtur, vt neque a Thumelici b, neque Xyſtici c, neque d agitatores e, nec qui f aquam equis ſpargunt, ceteráque eorum miniſteria qui certaminibus a ſacris deſeruiunt, ignominioſi habeantur b.

1 ¶ Deſignatores c autem, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celſus probat: quia d miniſterium, non e artem ludicram, exerceant. Et ſanè locus iſte hodie à principe non f pro modico beneficio datur.

2 ¶ Ait prætor, *qui lenocinium g fecerit*. Lenocinium facit, qui quæſtuaria h mancipia habuerit. ſed & qui in liberis hunc quæſtum exercet, in eadem cauſa eſt. Siue autem principaliter hoc negotium gerat, ſiue alterius i negotiationis acceſſione vtatur k: vt putà ſi caupo fuit, vel ſtabularius: & mancipia talia l habuit miniſtrantia: & occaſione miniſterii quæſtum facientia: ſiue balneator fuerit, velut in quibuſdam prouinciis fit, in balneis ad cuſtodienda veſtimenta conducta habent mancipia hoc genus obſeruantia in officina: lenocinij pœna tenebitur.

3 ¶ Pomponius & eum, qui in ſeruitute peculiaria mãcipia proſtituta habuit, notari poſt libertatē ait m.

4 ¶ Calumniator ita demum notatur, ſi n fuerit calumniæ cauſa damnatus: neque enim ſufficit calumniaſſe o: item ſi præuaricator. ¶ Præuaricator autem eſt, quaſi varicator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua, quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait: nam qui præuaricatur, ex vtraque parte conſiſtit: quinimmo ex aduerſa.

5 ¶ Item ſi qui furti p, vi bonorum raptorum, iniuriarum q, de dolo malo ſuo nomine r damnatus pactúſve erit: ſimili modo infames ſunt.

5. *Paulus* lib 5. ad Edictum.

QVoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciſcitur.

1. De prouocatione. 2. Si quis alieno nomine damnetur. 3. De pacto. 4. De iureiurando. 5. Interpretatio ſextæ partis. De mandato. 6. De hærede. 7. De contrario iudicio.

6. *Vlpianus* lib. 6. ad Edictum.

FVrti ſ accipe: ſiue manifeſti, ſiue nec manifeſti.

1 ¶ Sed ſi furti, vel aliis famoſis actionibus quis condemnatus prouocauit: pendente iudicio, nondum inter famoſos habetur t: ſi autem òmnia tempora prouocationis lapſa ſunt, retrò infamis eſt: quamuis ſi iniuſta appellatio eius u viſa ſit, hodie x notari puto, non retrò notatur.

2 ¶ Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia: & ideo nec procurator "meus," vel defenſor, vel tutor, vel curator vel hęres y, furti, vel ex alia ſimili ſpęcie condemnatus, infamia notabuntur. nec ergo, ſi ab initio per procuratorem cauſa agitata eſt.

3 ¶ *Pactúſque*, inquit, *erit*. pactus ſit, accipimus: ſi cum pretio z quantocumque pactus eſt; alioquin & qui precib. impetrauit, ne ſecum ageretur, erit notatus; nec erit veniæ vlla ratio; quod eſt inhumanum. Qui iuſſu prætoris, pretio dato pactus eſt, non a notatur. 4 ¶ Sed & ſi, iureiurando b delato iurauerit quis non deliquiſſe, non erit notatus. nam quodammodo innocentiã ſuam iureiurando approbauit.

5 ¶ *Mandati c* condemnatus. Verbis edicti notatur, non ſolum qui mandatum ſuſcepit d, ſed & is qui fidem, quam aduerſarius ſecutus eſt, non præſtat. vt puta fideiuſſi pro te, & ſolui; mandati te ſi condemnauero, famoſum facio.

6 Illud planè addendum eſt, quod interdum & hęres ſuo nomine damnatur, & ideo infamis fit, ſi in depoſito e vel in mandato f malè verſatus ſit. Non g tamen in tutela, vel pro ſocio h hęres ſuo nomine damnari poteſt; quia hęres neque in tutelam, neque in ſocietatem ſuccedit; ſed tantùm in æs alienum defuncti.

a miſſio militaris alia honeſta, alia cauſaria alia ignominioſa. *l. 13. §. miſſionum. inf. de re militari.*
b hoc eſt, poſt emerita, id eſt, impleta. Gloſſæ emeritis, πληρωσάντων, Emeritus, ἀποστρατευσάμενος, Gloſſ: qui impletis ſtipendiis labore militiæ ſoluitur. *l. 1. C. de excuſat. tutorum l. vlt. C de qui. bnon impletis ſtip.* inde emerita præmia functæ militiæ, *l. 3. §. qui militiæ, ff. de re militari.*
c de cauſaria miſſione, adde *l. 1. ff. de excuſa. tutorum.*
d Valetudo excuſat à militia.
e adde *l. 4. §. 1. ff. de re militari.*
f Quid exauctoratio legionum? fiebat ea vel vno verbo, quoties nimirum princeps ipſos milites vocabat, Quirites. *Lamprid. in Alex. Seuero: Dion. 41. & 42. Tacit. 1. & 19. Annal. Sueton. in Iulio c. 70.*
g Inſignia militaria in ſimplici milite, ipſa arma fuiſſe exiſtimo: in præfectis ipſis & militum ductoribus, præter ipſa arma, ſignorum ademptionem: cuiuſmodi varia refert Vegetius 3. *de re militari* 5. Hæc igitur miſſio ignominioſa fiebat ademptione armorum & inſignium. Quin & arma tradere. *Suet. in Vitellio c. 10. Dion. 49. Xiphilinus in Seuero*, diſcinctus eſſe. *Liuius 37. Herodianus* 2. veſtes & ſagum miliiare deponere miles iubebatur. *Xiphilin. ibidem: Herodian. ibid.* iureiurando ſeu ſacramento, § 3. ff. eo. & ſtipendio ſoluebatur, & caſtris eiiciebatur, *l. 29. ff. de liberali cauſa.* Denique exauctoratio fiebat detractis armis, detracto cinctu, detractis ſagulis, & cæteris inſignibus militaribus. h puta per errorem, obliuionem, vel breuitatis, vel alia qualibet de cauſa. i v. *Pet. Fab. 1. Semeſt. 17.* k *v. l. 6. in fin. ff. de curat. furioſi.* Militiam euitandorum munerum cauſa ſubire non licuit: qui ſubibat, ab exercitu dimittebatur, citra ignominiam tamen, *vt hic.* Ad eundem modum liberale iudicium, militiæ profeſſione, euitare: *l. 8. ff. de re militari: l. 29. ff. de liberali cauſa.* aut litis cauſa militiam appetere non licuit, *l. 1. C. qui militare.* l *v. l. 11. inf. de adulteriis.* m Infamia priuat ipſo iure, *vt hic.* adde *l. infamia. C. de decurionibus, Romanum ſingulari* 504. n Sacramentum, iuſiurandum militare, quod à militib. exigebatur: cuius formulam vide apud Vegetium 2 c. 5. Alio ſignificatu, *ſacramentum.* militiæ genus eſt, in quo lectus miles iurabat, ſe non receſſurum à militia, niſi poſt militiæ tempus, hoc eſt decennium. Huic ſecundum genus militiæ erat, *Euocatio*, quo in re ſubita Conſul etiam ſuos milites euocabat hac formula. Qui rempublicam ſaluam eſſe vult, me ſequatur. Tertium, *coniuratio*, quoties vicinus vrbis tumultus non patiebatur ſingulos iurare, *9. Iſid. 3.* o mulierem verò non ſententia, ſed ipſa lex notat. *v l. 43. §. penultimo, ff. de ritu nuptiarum.* p *ſub.* Rom. vrbis enim appellatione Roma intelligitur, v. tamen *l. 2. ff. de verb. ſign.* q *l. 3. C. de re militari.*
r ἀπὸ τῆς σκιᾶς dicitur. ſ *l. 1. §. 6. verſ. & qui operas, ff. depoſi.* Imo & ſine quæſtu. omnes enim ſcenici probroſi. *Aug. 2. de ciuitate* 11. & tribu moueri ſoliti. *Liuius* 7. eorum imagines è publicis porticulis detrahi, vt & locis in quibus iugatorum erant imagines, *l. 5. C. de ſpectaculis.*
t milites verò capite plectendos eo caſu teſtatur *c. 24. ff. de pœn.*
u Imo vt non prodierit & depugnauerit, notabitur, *l. 1. §. 6. verſ. & qui operas, ff. de poſtul.* x Conſilium, i, cogitatio, imò & præparatio ſeu deſtinatio, *v. l. cogitationis, ff. de pœn.* y de quibus *l. vnica. C. de athletis.*
z Communis opinio ſequenda, dixi *l. vnica. ff. de officio quæſtoris.*
a Thymelicorum fit mentio *in l. 10. ff. de pollicitat.* Cæterum, author Eclogæ 21. t. 1. c. 2. videtur intelligere, τοὺς λέγοντας ἐν τοῖς ὀλυμπίοις τὰ ἐνθύελα, qui in olympiis enthyria dicunt. b de quibus *v. l. 10. inf. de pollicitat. Balſamonem ad 40. concilij Carthaginenſis c. 130.*
c *Legendum* xyſtici *vel* xuſtici: vt Sulla pro Sylla. Porrò xyſtici à xyſto, i. porticu dicti, in qua per hyemem ſub tecto exercebantur, *6. Vitruu. 10. & 5. c. 11.* τοὺς ἐν ξυστῷ ἀγωνιζομένους appellat author Eclogæ, *ſuperiore loco.*
d Imo agitatores, ſeu ἡνίοχοι. Theophilo numerantur inter famoſos, ſic ſentio Theophilum ex ſui ſeculi opinione agitatores & aurigas inter famoſos retuliſſe, non ex prudentum definitione: cùm & alias nobiliſſimi in circo fuerint teſte Suetonio *in Auguſto c. 43. & Caligula c. 18.*
e Agitatores aurigæ in curuli certamine & ludis Circenſibus, quorum factiones variæ, Ruſſata, Albata, Praſina, Veneta de quibus aliàs dixi.
f Vas aquarium anſatum, quo ſolebant equi (curſu incaleſcentes) aqua perfundi & roſocillari: veterib. Naſſiterna dicebatur. *Feſtus in Naſſiterna.* Huius vaſis meminit Fulgentius, Nonius, Varro 1. *de re ruſtica.*

a Sacra certamina, ludi ſacri (vnde ſacræ coronæ. *l. 40. ff. de re iudicata.* quæ victoribus, in iis dabantur) Græcis quatuor, Olympia, Pythia, Nemæa, Iſthmia, *Archias. 1. epigrammat.* Qui ludi ab his fuerint, apud Græcos & Roman. v. apud Alex. ab Alexandro 5. *Genial.* 8. adde *l. 40. ff. de re iudicata: l. 5. C. quæ res pignori.*
b ſed tamen agitatores & Pantomimi inhoneſtæ perſonæ vocantur, *l. 4. C. de ſpectacul. v. Petr. Fab. 1. Semeſt. 2.*
c Deſignatores Donatio *in Adel. act. ſent. 2.* ſunt, qui ludis funebribus præſunt: vnde & libitinariis iungũtur, Senecæ *6. de beneficiis, c. 38.* deſignatio verò; populi in vnum conductio. Græcis, βραβευταὶ, *vt hic.* μαστιγονόμοι, ῥαβδοῦχοι, *Pollux, Suidas.* Virgarij & Maſtigophori miniſtri, *vt hic.* lictores. *Plaut. proœm. Pœnuli.* & viatores agonothetarum, & Athlothecarum, *l. vlt. §. 6. ff. de muneribus.* qui arbitri, & iudices in ſacris certaminibus. & etiam ſedentes dicti. humi ſedebant ludis moderandis. *Suetonius in Nerone* 3. Niſi fortè deſignatorem hic Vlpianus pro ipſo certaminis iudice accipiat vt per contrarium Suidæ ῥαβδοῦχος pro ipſo iudice ſumitur. Interim tamen quid certi ſtatuas vix eſt. Nam hic miniſter dici videtur, *ibi miniſterium.* ideóque viator, & lictor: Contra iudicem fuiſſe, indicio eſt, honos qui huic tribuitur in fine huius §. Hoc tamen mihi verius videtur.
d Ratio elegans: quaſi vilius ſit artem ludicram exercere, quàm arti ludicræ apparere & miniſtros & apparatum præbere. e Miniſterij & artis differentiam obſerua. f Deſignatoris miniſterium à principe pro beneficio dabatur, *vt hic.* Eadem ratione pro beneficio, poteſtas de iure reſpondendi à principe præſtabatur, *l. 2 in fi. ff. de origine iuris*, vt & ius togæ *l. 31. l. 12. ff. de iure fiſci.* Beneficia huiuſmodi in peculiarem librum referebantur · qui liber beneficiorum dicebatur. *Hygin. lib. de limitibus: Tit. 8. Lamprid. Alex. Seuero.*
g *v. l. 43. §. lenocinium, ff. de ritu nupt. v. Nou. 14.* h *v. l. 43. §. 7. ff. de ritu.*
i *d. l. 43. §. 9. l. vlt. C. ſi mancipium ita venierit.* k Caupo, ſtabularius, balneator hic lenoni adiunguntur. l quæſtuaria. m punietur ergo grauius leno quàm meretrix, *arg. l. 24. ff. eo.* ac fortè non minus, *l. 43. §. 6. ff. de ritu.*
n *l. 19. ff. eo.* infamis regulariter efficitur, qui actione famoſa condemnatur, v. tamen Socin. *reg. 179.* o *v l. 1. ff. de præuaric. l. 1. §. 6. ad Turpillianum.*
p *l. 1. ff. eo. l. 5. ff. eo. l. 7. in fi. ff. de pub. iud. §. ex his cauſis. Inſt. de pœna temerè litig.*
q *l. 5. 18. C. eo.* r non alieno, ut procurator, defenſor, curator, tutor, hęres, *l. 6. §. 2. & 6. ff. eo.* ſ accepta pecunia: ſecus ſi gratis, *l. 18. C. eo. l. vlt. ff. de præuaricat. l. 4. l. 29. ff. de iure fiſci.* t *v. l. 62. ff. de furtis.* u Cur ita? *v. l. 1. in fi. ad Turpillianum.* x i. ſtatim, *v. l. 17. §. 1. in fi. ff. de furtis: l. 7. §. 2. de iniuriis.*
y atqui in hæredem ex maleficiis actiones, & furti, non dantur, *§. 1. inſtitut. de perpetuis.* z *l. 18. C. eo.*
a in grauioribus delictis iuſſus ſuperioris non excuſat. *v. l. 37. ff. ad leg. Aquil. l. 157. ff. de regulis.* b *d. l. 18.*
c *l. 1. ff. eo. l. 20. C. mandati.* d *l. 1. in pr. ff. eo.*
e *l. 1. ff. eo. l. 10. C. depoſiti.* f Mandatum ad hęredem tranſit, *vt hic.* Atqui mandatum morte finitur, *l. 26. ff. mandati.* h Atqui tutela depoſiti ſpecies, & mandati. Tutoribus enim mandantur pupillorum res gerendæ, & apud eos pupillorum perſonæ quodammodo deponuntur.
h Societatis damnatus fit infamis, *l. vlt. C. eod.*

7 ¶ Contrario iudicio damnatus non erit infamia *a*: nec immerito. nam in contrariis non de præſidia agitur, ſed de calculo *b*, qui ferè iudicio ſolet dirimi.

De pacto.

7. *Paulus* lib. 5. ad Edictum.

IN actionibus, quæ ex contractu proficiſcuntur, licèt famoſæ ſint, & damnati notentur, attamen pactus non notatur. meritò: quoniam ex his cauſis non tam turpis eſt pactio, quàm ſuperioribus *c*.

Interpretatio ſeptimæ partis: De ſcientia & ignorantia.

8. *Vlpianus* lib. 6. ad Edictum.

GEnero, inquit, *mortuo*: meritò adiecit prætor, *cum eum mortuum eſſe ſciret* *d*: ne ignorantia *e* puniatur. ſed cum tempus luctus continuum eſt, merito *f* & ignoranti cedit ex die mortis mariti *g*. & ideo ſi poſt legitimum tempus cognouit. Labeo ait, ipſa die & ſumere eam lugubria *h*, & deponere.

De vxore, de ſponſo.

9. *Paulus* libro 5. ad Edictum.

VXores *i* viri lugere non compelluntur.

8 ¶ Sponſi nullus luctus eſt *k*.

De permiſſione principis. 1. De ſponſa intra tempus luctus

10. *Idem* lib. 8. ad Edictum.

SOlet † à principe impetrari, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat *l*.

1 ¶ Quæ virum eluget, intra id tempus ſponſam fuiſſe non *m* nocet.

De liberorum & parentum luctu. 1. Si maritum lugeri non oportet. 2. De ea quæ intra legitimum tempus peperit. 3. Qui lugeri non ſolent. 4. De eo qui lugentem duxit, aut ducere paſſus eſt. 13. ratumve habuit.

11. *Vlpianus* lib. 6. ad Edictum.

LIberorum autem, & parentum *n* luctus impedimento nuptiis non eſt.

1 ¶ Et ſi talis *o* ſit maritus, quem more *p* maiorum lugeri non oportet, non poſſe eam nuptum intra legitimum *q* tempus collocarit: prætor enim ad id tempus ſe retulit, quo vir elugeretur: qui ſolet elugeri *r* propter turbationem *ſ* ſanguinis *t*.

2 ¶ Pomponius eam quæ intra legitimum tempus partum ediderit, putat ſtatim poſſe nuptiis ſe collocare: quod verum *u* puto *x*.

3 ¶ Non ſolent autem lugeri *y*, vt Neratius ait, hoſtes *z*, vel perduellionis *a* damnati: nec ſuſpendioſi: nec *b* qui manus ſibi intulerunt, non tædio vitæ *c*; ſed mala conſcientia. Si quis ergo poſt huiuſmodi exitum mariti nuptum ſe collocauerit: infamia notabitur.

a adde §. 2. *Inſt. de pœna temerè litig.*
b *v. l. 29. infr. de dolo.*
c furto, vi, iniuria, dolo, & famoſis actionibus quę ex delictis deſcendunt.
d Ignorantia facti non punienda. adde *l. 11. §. 4. ĵ. e.* e facti, *l. 11. §. vl. inf. eod.*
f Continua tempora ignorãti cedunt.
g infamia notatur, πρὸ πενθίμου γαμηθεῖσα, id eſt quæ ante nupſit, quàm luctus tempus exiret. *vt Ecl. 2. c. 2.*
h Lugubria, hic veſtes lugubres ſunt, *l. 15. §. 27. infra de iniuriis* triſtior habitus, inſignia luctus, l. 15. *C. ex quibus cauſis infamia.* triſta ſigna. *Ouidius 1. Faſtor.* Inſignia autem luctus hæc, abſtinere à conuiuiis, ornamentis, & alba veſte. *Paulus 1. ſent. 21. §. 3.* vt hinc colligas, mulieres in luctu, aurum, purpurã, & monilia depoſuiſſe, atram veſtem ſumpſiſſe. adde Maioragium 3. *Miſcellaneorum 14.*

† Lugubrium v ius hodie remiſſus eſt l. 15. *C. eod.* i 21. *Ecl. 2. c. 5.* περὶ πενθίμου καὶ τίνες οὐ πενθοῦνται. Seneca *epiſt. 64.* Annum fœminis ad lugendum conſtituere maiores non vt tandiu lugerent, ſed vt ne diutius. Viris nullum legitimum tempus eſt, quia nullum honeſtum. k atqui quod de marito, id de ſponſo dicitur, *l. 15. in fi. l. 16. ĵ. de ſponſal. l. 4. ĵ. de fundo dotali.* † hoc negligitur apud Gallos. l vt ita non incidat in pœnam *l. 1. C. de ſecundis nuptiis, v. Cuiac. 6. obſ. 32.* m quia ratio edicti ceſſat: nempe turbatio ſanguinis, l. 11. §. 1. *infr. eod.* quæ certè in ſponſa ceſſat. n *Idem Harmen. 4. tit. 4. §. 14.* o *v. §. 5. inf. eod.* p more maiorem facere quid, adde *l. pen. ſ. de iuſtitia.* q duodecim menſium, *l. 2. C. de ſecundis nuptiis*, vt olim decem, vt ſcripſi ad *l. 23. infr. eod.* r Elugere aliud eſſe, aliud lugere à quibuſdam notatur. Lugebatur maritus lugubribus, *l. 8. ſ. eod.* elugebatur anni ſpatio etiam ſine lugubribus, ob ſanguinis perturbationem, *vt hic.* Lugebat maritum mulier intra legitimum tempus, pariens non elugebat, §. 2. *inf. eod.* lugebantur parentes & liberi: non tamen elugebantur, *in prin. hac lege.* Mariti interdum lugentur & elugentur: interdum non elugentur, licèt lugeantur: interdum elugentur, licèt non lugeantur. Primus caſus accidit, quum luctus non minuitur. Secundus, quum partus intra luctus legitimum tempus editus eſt, tunc. n. minui luctus ſolet. Tertius, cum maritus perduellionis damnatus hoſtis & ſuſpendioſus, aut manus ſibi intulit, §. 3. *inf eod.* Atque ita luctus deminutio, non continuò eluctus deminutio eſt luctus minuebatur dupliciter. populo vel priuatis. Populo, ædis dedicatione, luſtro à cenſorib. condito, voti publicè ſuſcepti ſolutione. Priuatis, cùm liberi naſcerentur, cum bonos in familiam veniret, cum pater aut liberi aut frater ab hoſte captus domum rediret, cùm propiore quis cognatione quàm is qui lugeretur, natus eſſet, cum in Caſto Cereris conſtitiſſent, *Feſt. in minuebatur, Paul. 1. ſent. 21. § 3. Spartianus in Adriano & Ælio Vero.* ſ Sanguinis turbationis rationem, non ipſius luctus habet prætor, cùm intra certum tempus nuptiis interdicit mulierib. Igitur & eorum qui lugentur, & qui lugeri non poſſunt vxores prohibentur intra luctus tempus nubere, *4. Harm. 6. §. 19.* Porro turbationem ſanguinis, σύγχυσιν τῆς γονῆς, ſeminis turbationem author Eclogæ illo loco appellat vt & Harmenopulus *4. tit. 6. §. 62.* Quid ſi quæ turbato ſanguine nupſerit, vt planè conſtet partum prioris eſſe mariti? Proprietate & vſufructu antenuptialis donationis priuabitur. *Nou. de reſtit. 39. 4. Harm. 5. §. 63.* t i. ſeminis: *Ecl. & Harm. d. l. 15. C. eo. l. 53. in fi. 6. de Epiſc.* u *Ita author Ecl. d. c. 5.* Imò, falſum. Harmenopulus enim *4. tit. 5. §. 60.* refert eam quæ virum eluget, tametſi pepererit, prohiberi adhuc nubere. Idem author & apud eum Scholiaſtes, *ibid. num. 62.* rem totam ita conciliat: viduas, τῶν ἀτίμων ἀνδρῶν. hoc eſt, infamium, & eorum qui elugeri non ſolent, ſi intra tempus legitimum luctus pepererint, ſtatim poſſe nubere: Eorum verò qui lugeri ſolent καὶ τῶν ἐντίμων, i. qui integræ famæ, etiamſi intra tempus luctus pepererint, nubere non poſſe. Ceſſare quidem hoc caſu σύγχυσιν τῆς γονῆς, hoc eſt, turbationem ſeminis: ſed alteram prohibitionis cauſam ſupereſſe, τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ καὶ τιμὴν τῷ ἀνδρὶ honorem & reuerentiam quæ viro debetur.

x Cur? nulla enim turbatio ſanguinis metuitur.
y §. 1. ſ. eo. *l. 35. inf. de religioſis.* z i. transfugæ: αὐτόμολον dixit Eclogæ author, *22. tit. 2. c. 5. Cuiac. 6. obſeru. 26. & 15. c. 24.* adde *l. 8. §. 2. inf. de pœnis.*
a καὶ ὁ καταγνωσθεὶς ἐπὶ τυραννίδι καὶ προδότης *Ecl. d. c. 3.* perduellionis damnatus & proditor.
b Carnificis loco habebatur is qui ſe vulneraſſet vt moreretur. *Feſt. in Carnificis.*
c *v. l. vlt. §. ſi quis. ĵ. de bonis eorum qui ante ſentent.*

4 Notatur etiam, qui eam duxit: ſed ſi ſciens: ignorantia *a* enim excuſatur non iuris, ſed facti *b*.

¶ Excuſatur, qui iuſſu eius, in cuius poteſtate erat *c*, dixerit *d*: & *e* ipſe, qui paſſus eſt ducere, notatur. vtrumque rectè: nam & qui obtemperauit, venia dignus eſt, & qui paſſus eſt ducere, notari *f* ignominia.

12. *Paulus* lib. 5. ad Edictum.

QVi iuſſu patris duxit, quamuis liberatus poteſtate patria eam retinuit, non *g* notatur.

Interpretatio octauæ partis. 1. De binis ſponſalibus alieno nomine conſtitutis. 2. Interpretatio verborum, Eodem Tempore. *3. De ſponſa vni, nupta alteri. 4. De nuptiis vel ſponſalibus prohibitis. 5. De compromiſſo. 6. Si iudex cauſa cognita pronuntiauerit, vel extrinſecus elocutus ſit. 7. De pœna grauiori. 8. De crimine ſtellionatus.*

13. *Vlpianus* lib. 6. ad Edictum.

QVid ergo ſi non ducere "ſit" paſſus: ſed poſtea quam duxit, ratum habuerit: vt puta, initio ignorauit talem eſſe: poſtea ſcit? non notabitur *h*: prætor enim ad initium nuptiarum ſe retulit.

1 ¶ Si quis alieno nomine *bina ſponſalia* conſtituerit, non notatur: niſi eius nomine conſtituat quem, quámve in poteſtate haberet. Certè qui filium, vel filiam conſtituere patitur *i*, quodammodo ipſe videtur conſtituiſſe.

2 Quod ait prætor, *eodem tempore.* non initium ſponſaliorum eodem tempore factorum accipiendum eſt: ſed ſi in id tempus concurrant.

3 ¶ Item ſi *k* alteri ſponſa, alteri nupta ſit, ex ſententia edicti punitur.

4 ¶ Cùm autem factum notetur: etiam ſi cum ea quis nuptias, vel ſponſalia conſtituat, quam vxorem ducere vel non poteſt, vel fas non eſt: erit notatus.

5 ¶ Ex compromiſſo arbiter infamiam non facit, quia non *l* per omnia ſententia eſt.

6 ¶ Quantum ad infamiam pertinet, multum intereſt *m* in cauſa, quæ agebatur, cauſa cognita aliquid pronuntiatum ſit, an quædam extrinſecus *n* ſunt elocuta: nam ex his infamia non irrogatur.

7 Pœna grauior *o* vltra legem impoſita exiſtimationem conſeruat: vt conſtitutum eſt, & reſponſum: vt putà ſi eum, qui parte honorum multari debuit, præſes relegauerit: dicendum erit duriori *p* ſententia cum eo tranſactum de exiſtimatione eius, idcircóque non eſſe infamem *q*. Sed ſi in cauſa furti nec manifeſti in quadruplum iudex condemnauit, oneratum quidem reum pœna aucta (nam ex furto non manifeſto in duplum conueniri debuit) verùm hanc rem exiſtimationem ei non conſeruaſſe, quamuis, ſi pœna non pecuniaria eum oneraſſet, tranſactum cum eo videtur.

8 ¶ Crimen ſtellionatus *r* infamiam irrogat *ſ* damnato, quamuis publicum non eſt iudicium.

Si quis ex ſuo facto, ſuo nomine damnetur.

14. *Paulus* lib. 5. ad Edictum.

SEruus, cuius nomine noxale iudicium dominus acceperit: deinde eundem liberum, & heredem inſtituerit: eo eodem iudicio damnatus, non *t* eſt famoſus: quia non ſuo nomine condemnatur: quippe cùm initio lis in eum conteſtata non ſit.

De ea quæ ventris nomine per calumniam XVIII. *vel per ignorantiam, in poſſeſſionem miſſa eſt* XIX. *& ex ea cauſa condemnata, vel non: & de eius patre.*

15. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

NOtatur *u*, quæ per calumniam ventris nomine in poſſeſſionem *x* miſſa eſt *y*, dum ſe adſeuerat *z* prægnantem *a*.

16. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

CVm non prægnans eſſet, vel ex alio *b* concepiſſet.

17. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

DEbuit enim coërceri, quæ prætorem decepit *c*. Sed ea notatur, quæ, cum ſuæ poteſtatis eſſet, hoc facit.

18. *Gaius* libro 3. ad Edictum Prouinciale.

EA quæ falſa *d* exiſtimatione decepta eſt, non poteſt videri per calumniam in poſſeſſione fuiſſe.

19. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

NOn alia autem notatur, quàm *e* ea, de qua pronuntiatum eſt, calumniæ cauſa eam fuiſſe in poſſeſſionem miſſam. ¶ Idque, & in patre erit ſeruandum, qui calumnia cauſa paſſus *f* eſt, filiam, quam in

a *l. 8. ſ. eo.*
b *v. l. 9. ĵ. de iuris & facti ignor. l. 157. l. 167.*
c *l. 169. infr. de reg. iur.*
d aliud eſt in grauioribus delictis l. 20. *infr. de obli. & actionibus.*
e legendum eſt *ſed*, hoc ſenſu: Filiusfamilias iuſſu patris lugentem ducens, veniam meretur: pater autem notatur.
f notatur. *Hal.*
g imo notari videtur, *l. 66. in fin. infr. de ritu nupt.* maximè ſi retineat, poſtquam ad legitimos annos peruenerit, *l. 4. in fi. C. de inceſtis.*
h pater ſcilicet.
i *l. 11. in fi. ſ. eo. l. 3. infr. de noxal.*
k 21. *Ecl. 2. c. 2.*
l Sententia arbitri non per omnia ſententia eſt Vim ſententiæ & effectum non habet, *vt hic.* Cur arbitri munus non eſt publicum, vt iudicis, l. 78. *infr. de iudiciis*, & ea de cauſa, arbitris iudices maiores dicuntur, l. 32. § 7. *infr. de arbitris.*
m *l. 20. inf. eod. l. 13. 16. 19. C. eo.*
n Extrinſecus eloqui, hoc eſt, ſine cauſæ cognitione.
o *v. leg. 11. ĵ. de pœnis.* Pœnam legitimam regulariter per iudicem minui vel mutari poſſe hinc colligunt: v. tamen Socinum *regula 293.* Mynſingerum 2. *obſ. 54.* plenius dixi *ad l. 11 ĵ. de pœnis*, Gandinum *tract. de maleficiis Rubrica, Vtrùm pœna poſſit augeri.* *Gayll. 2. de pace publica, c. 9.* vbi notat, maiorem magiſtratum id poſſe.
p atqui pœna non iudicis authoritati, ſed legi ſeruata eſt, *l. 1. §. quorum. ĵ. ad Turpill. l. 131. l. 244. ĵ. de ver. ſig.*
q 21. *Ecl. 3. c. 3.* & è contrario, ſi mitius ſit condemnatus, *l. 3. 4. C. eo. l. 63. ĵ. de furtis.*
r *l. 1. ĵ. ſtellionatus, 21. Ecl. 2. in fi.*

ſ Imo non irrogat, *l. 2. ĵ. de crimine ſtellionat.* an hoc crimen ſit famoſum, v. *Cuiac. 10. obſer. 26. Robert. 4. ſent. 17.*
t caſum excipe *l. 4. §. 3. ſ. eodem.*
u *l. 1. §. per calumniam. ĵ. de ventre in poſſeſſ. v. l. 1. §. 1. ĵ. ſi mulier ventris nomine. l. 3. §. fin. infrr ne vis fiat.*
x bonorum defuncti ſcilicet.
y & quam prætor pronunciauit miſſam eſſe in poſſeſſionem per calumniam.
z Falſo, & ita mentitur prætori *l. 17. ĵ. eo.*
a ex defunctor.
b non ex defuncto de cuius bonis agitur.
c & contumax fuit, *l. 11. §. interdum. ĵ. de interrog.*
d Falſa exiſtimatio excuſat à calumnia, & ſic à pœna calumniæ, putà infamia.
e *l. 4 §. calumniator, ſ. eodem.*
f Patri ſua interdum patientia nocet, *l. 11. in fi l. 2. §. 1. ſ. eodem.*

tre

poteſtate habebat, in poſſeſſionem ventris nomine mitti.

De ſententia, Callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe.

20. *Papinianus* lib. 1. Reſponſorum.

OB hæc verba ſententiæ præſidis prouinciæ, *Callido commento videris a accuſationis inſtigator* b *fuiſſe*: pudor c potius oneratur, quàm ignominia videtur irrogari. non d enim, qui exhortatur, mandatoris e opera fungitur.

De teſtatione reprobat.

21. *Paulus* lib. 2. Reſponſorum.

LVcius Titius crimen intendit Gaio Seio, quaſi iniuriam paſſus: atque in eam rem teſtationem apud præfectum prætorio recitauit: præfectus, fide non habita teſtationis, *nullam iniuriam Lucium Titium paſſum eſſe à Gaio pronuntiauit.* quæro, an teſtes, quorum teſtimonium reprobatum eſt, quaſi ex falſo teſtimonio, inter infames habeantur? Paulus reſpondit nihil proponi, cur hi de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant: cùm non f oportet ex ſententia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, pro alio habita alium prægrauari g.

De pœnis.

22. *Marcellus* lib. 2. Publicorum.

ICtus fuſtium infamiam non h importat i, ſed k cauſa l, propter quam id pati meruit, ſi ea fuit, quæ infamiam damnato irrogat. In cæteris quoque generibus pœnarum eadem forma ſtatuta eſt.

De luctu parentum, liberorum & agnatorum.

23. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

PArentes, & liberi vtriuſque ſexus, nec non & cæteri adgnati, vel cognati ſecundum m pietatis rationem, & animi ſui patientiam n, prout quiſque voluerit, lugendi ſunt. qui autem eos non eluxit, non notatur infamia o.

24. *Idem* lib. 6. ad Edictum.

IMperator Seuerus reſcripſit, non p obfuiſſe mulieris famæ eius quæſtum in ſeruitute factum.

De luctu parentum, quorum hæreditas ad filios non pertinet. 1. *De luctu eius qui in bello cecidit.*

25. *Papinianus* lib. 2. Quæſtionum.

EXhæredatum quoque filium luctum habere patris memoriæ, placuit q. Idémque & in matre iuris eſt, cuius hæreditas ad filium non pertinet.

1 ¶ Si quis in bello ceciderit, & ſi r corpus eius non compareat, lugebitur.

DE PROCVRATORIBVS ſ, & defenſoribus.

TIT. III.

Definitio procuratoris. 1. *Quarum rerum, & quibus modis detur procurator.* 2. *Vſus procuratoris.* 3. *De abſente.*

Vlpianus lib. 9. ad Edictum.

PRocurator eſt t, qui u aliena negotia mandatu x domini adminiſtrat.

1 ¶ Procurator autem vel omnium rerum, vel vnius rei eſſe poteſt, conſtitutus, vel coram, vel per nuntium, vel per epiſtolam: quamuis quidam (vt Pomponius lib. viceſimo quarto ſcribit) non z putent a vnius rei mandatum ſuſcipientem, procuratorem eſſe: ſicuti ne is quidem, qui rem perferendam, vel epiſtolam, vel nuntium b perferendum ſuſcepit, propriè procurator appellatur: ſed verius eſt, eum quoque procuratorem eſſe, qui c ad vnam rem datus ſit.

a hoc verbo conſtat iudicem extrinſecus loqui, non ferre ſententiam *l.* 13 §. 6. ꝫ. *eo. l.* 17. 19. *Cod. eod.* adde quæ de hoc verbo, *videri*, ſcripſi *ad l.* 1. §. 5. *infr. ad Turpillianum.*

b quo nomine quis incidit in Turpillianum *l.* 1. §. *pen. inf. ad Turp.*

c Pudoris & ignominiæ differentia.

d Exhortari & mandare differũt, qui exhortatur, nõ continuò mandare intelligitur. multũ intereſt præſes prouinciæ pronũciet, *videris inſtigator fuiſſe calumniæ*, an verò *inſtigator fuiſti*, vel *inſtigator fuiſti & mandaſti.*

e damnatoris. Ita legendum cenſet Antonius Faber 6. *coniecturarum* 6. nec enim Præſes cùm ita loquitur, *videris inſtigator fuiſſe*, damnat, ſed exhortatur ne in poſterum callidis cõmẽtis abutatur.

f Grauari alterius ſentẽtia etiam iuſta neminem oportet *v. C. res inter alios acta.*

g Cur ita? cùm is qui non probatur, videatur reprobari *arg. l.* 40. §. *ſed & is*, ꝫ. *de procur.* hoc igitur iudicio accuſator prægrauatur, non teſtis.

h Imò irrogat *l. pen.* §. 1. ꝫ. *de var. & extr. cognit.*

i *l.* 14. *C. eod.*

k ſic pœna martyrem non facit, ſed cauſa. *Auguſtinus Epiſt.* 61. & 167. & *lib.* 3. *contra Creſconium*, & *in Pſal.* 34. *parte* 2. & *in Pſalmum* 43.

l de qua *l.* 16. *C. eo.*

m hoc eſt, luctus parentum ac liberorum impedimẽto non eſt nuptiis: voluntarius eſt nõ neceſſarius: non à lege, ſed à pietate cuiuſque & animi ſentẽtia indicitur.

n Fortè legendum eſt *patientiam*, vt animi ſui patientia, ſit idem quod ſequitur, prout quiſque voluerit, quod cuique videbitur atque apparuerit. o *l.* 11. ꝫ. *eod.* p atqui lenoni, lenocinium ſeruitute exhibitum poſt adeptam libertatem nocet *l.* 4. §. 3. ꝫ. *eo.* q pietas enim parentibus ſemper debetur *l.* 1. *inf de obſequiis. ſemper*: id eſt etiam ab exhæredato, *vt hic.* r Lugendus eſt maritus in bello occiſus, etiamſi corpus eius non appareat. ſ adde §. 1. *de his per quos.* 2. *C.* 13. & *deinceps de defenſore v. l.* 128. *in fi. l.* 51. *inf. eo.* t διοικητὴς actor ſeu procurator is eſt, cui mandata eſt negotiorum abſentis adminiſtratio: quique tam agit quàm conuenitur nomine negotiorum abſentis quæ gerit. Atque hic dicitur, διεκδικητὴς ἢ ἐντολεὺς ἢ συνήγορος, defenſor, mandatarius ſeu aduocatus 8. *Ecl.* 2. *in Lemmate ſeu tituli inſcriptione.* quid ſit procurator vide apud Ciceronem *pro Cecinna.* Certè olim per alium nemo agere poterat: hodie poteſt agi *Inſt. de his per quos agere poſſumus*: dixi *ad l.* 123. *inf. de reg. iur.*

u Imò & qui ſua *l.* 34. *inf eod.*

x Imò & qui ſine mandato *l.* 35. *in pr.* ꝫ. *eod.*

y Mandari poteſt procuratio præſentibus & nudis verbis, & per literas & per nuntium, & apud acta præſidis & magiſtratus. *Paulus* 1. *ſent.* 3. §. 1.

z vide *Theoph. Inſt. per quas perſonas agere*, vbi dixi.

a & malè: Procurator enim aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotij, aut ad res adminiſtrandas datur. *Paul.* 1. *ſent.* 3. §. 2. Putabant autem procuratorem eum legitimum dici, qui omnium rerum eſſet procurator. *Cicero pro Cecinna.* Vtrum me tuus procurator deiecerit is, qui legitimè procurator dicitur omnium rerum eius qui in Italia non ſit, abſitve Reipublicæ cauſa, quaſi quidam & pene dominus, hoc eſt, alieni iuris vicarius.

b Nuntium perferens vel epiſtolam, propriè non eſt procurator.

c *l.* 10. *Cod. eod. v. l.* 2. §. *contrario, infr. mandati.*

2 ¶ Vſus autem procuratoris perquàm neceſſarius a eſt: vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, per alios poſſint vel agere, vel conueniri.

3 ¶ Dari autem procurator & abſens poteſt.

De certo, & furioſo.

2. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

DVmmodo certus ſit, qui datus intelligetur: & is ‖ſi‖ ratum habuerit.

1 ¶ Furioſus non b eſt habendus abſentis loco: quia in eo animus c deeſt, vt ratum habere ‖non‖ poſſit.

De lite futura, quibus modis procurator datur.

3. *Vlpianus* libro 9. ad Edictum.

ITem ‖&‖ ad d litem futuram e: & in f diem, & ſub conditione & vſque ad diem dari poteſt.

4. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

ET in g perpetuum.

Quis dicatur præſens.

5. *Vlpianus* libro 7. ad Edictum.

PRæſens habetur, & qui in hortis eſt:

6. *Paulus* lib. 6. ad Edictum.

ET qui in foro, & qui in vrbe, & h in continentibus i ædificiis.

7. *Vlpianus* lib. 7. ad Edictum.

ET ideo procurator eius præſenti eſſe videtur.

De filio vel filiafam. 1. *An inuitus.* 2. *Aut veteranus, aut miles procurator eſſe poßit.* 3. *Edictum de procuratore compellendo iudicium accipere, & quibus ex cauſis non compellitur.*

8. *Idem* lib. 8. ad Edictum.

FIliusfamilias k & ad agendum dare procuratorem poteſt, ſi quæ ſit actio qua ipſe experiri poteſt: non ſolùm l ſi caſtrenſe peculium habeat, ſed & quiuis filiusfamiliàs: vt putà iniuriam paſſus dabit ad iniuriarum actionem: ſi fortè neque pater præſens ſit, nec patris procurator velit experiri: & erit iure ab ipſo filiofamiliàs procurator datus. Hoc amplius Iulianus ſcribit: & ſi filiofamiliàs patri per filium eius in eadem poteſtate manentem fiat iniuria, neque auus præſens ſit: poſſe patrem procuratorem dare ad vlciſcendam iniuriam, quam nepos abſentis paſſus eſt.

¶ Ad defendendum m quoque poterit filiusfamiliàs procuratorem dare.

¶ Sed & filiafamiliàs poterit dare procuratorem ad iniuriarum actionem. Nam quòd ad dotis exactionem, cum patre dat procuratorem, ſuperuacuum eſſe Valerius Seuerus ſcribit n: cum ſufficiat patrem dare o ex filiæ voluntate. ſed puto, ſi fortè pater abſens ſit, vel ſuſpectæ vitæ, (quo caſu ſolet filiæ competere de dote actio) poſſe eam procuratorem dare.

¶ Ipſe quoque filius procurator dari poterit, & ad agendum & ad defendendum.

1 ¶ Inuitus p procurator non ſolet dari.* inuitum q accipere debemus, non eum tantùm, qui contradicit: verùm r eum quoque, qui conſenſiſſe non probatur.

2 ¶ Veterani, procuratores fieri poſſunt.

¶ Milites ſ autem, nec t ſi velit aduerſarius, procuratores dari poſſunt: niſi hoc tempore u litis conteſtatæ, quocumque caſu prætermiſſum eſt: excepto eo, qui in x rem ſuam procurator datus eſt: vel qui communem cauſam omnis ſui numeri perſequatur, vel ſuſcipit: quibus talis procuratio conceſſa eſt.

3 ¶ *Procuratorem ad litem ſuſcipiendam datum pro quo conſentiente dominus iudicatum ſolui expoſuit*, prætor ait y, *iudicium accipere cogam.*

¶ Verùm ex cauſa non debebit compelli. vtputa inimicitiæ capitales interuenerunt inter ipſum procuratorem, & dominum: ſcribit Iulianus debere in procuratorem denegari actionem.

¶ Item ſi dignitas acceſſerit procuratori, vel reipublicæ cauſa abfuturus ſit.

9. *Gaius* libro 3. ad Edictum Prouinciale.

AVt ſi z valetudinem, aut ſi neceſſariam a peregrinationem alleget.

10. *Vlpianus* libro 8. ad Edictum.

VEl b hæreditas ſuperueniens eum occupet: vel ‖ex‖ alia c iuſta cauſa.

¶ Hoc amplius, & ſi habeat præſentem dominum, non debere compelli procuratorem.

11. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

SI tamen dominus cogi poſſit.

12. *Gaius* libro 3. ad Edictum Prouinciale.

SEd etiam ex his d cauſis dicitur aliquando cogendum procuratorem iudicium accipere: veluti ſi dominus præſens non ſit, & actor adfirmet e, tractu temporis futurum, vt res pereat.

13. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

SEd hæc neque paſſim admittenda ſunt, neque diſtrictè f deneganda: ſed à prætore, cauſa cognita, temperanda.

a vide *c.* 68. *de regulis in* 6.

b Imo furioſus habendus eſt abſentis loco *l.* 2. *in fi. infr. de iure codicil. l.* 17. §. 11. *inf. de iniuriis l.* 124. *in fi. infr. de regulis iuris.*

*

c aut mens potius.

d Imò ad rem nõdum controuerſam dari non poteſt *l.* 6. §. 2. ꝫ. *tit. prox.*

e atqui ſyndicus nõ poteſt ad futuram litem conſtitui *l.* 6. §. 1. *verſ. ſed fortè.* ꝫ. *quod cuiuſque vniuerſ.*

f Fortè legendum eſt *ex die*: nã mox ſequitur *vſque ad diem.*

g i dum viuit *l.* 1. *in pr.* ꝫ. *pro ſocio.*

h vide *l.* 173. *in fin. infr. de verb. ſig.*

i Continentia vrbi ædificia, ſuburbia adiacentia *l.* 2. *l.* 87. *l.* 139. *l.* 147. *l.* 173. ꝫ. *de verb ſig.*

k *l.* 33. *in pr.* ꝫ. *eod.*

l Cur ita eo caſu? vide *l.* 2. ꝫ. *de Macedonia.* & *l.* 1. §. *nec caſtrenſe.* ꝫ. *de collatione bonorum*

m vide *l. vlt.* §. 1. *C. de bonis quæ liberis.*

n ſenſus eſt, Quod ad dotis exactionem attinet, cum patre dare procuratorem filia neceſſe non habet.

o vide *l.* 2. §. *quod ſi in patris infr. ſoluto matr.*

p *l.* 17. *C. eod. l.* 2 §. *quæritur.* ꝫ. *de curat bonis dando.*

q *l.* 5. *inf. de ſeruit. vrbanor.*

r Inuitus & pro non conſentiente habetur, qui tacet, vbi de eo obligando agitur: & ſic taciturnitas ad aliquem obligandum, pro conſenſu non habetur. vide tamen Socinum *regula* 194.

ſ *l.* 5. *C de condict. ob cauſam.*

t vide quæ ſcripſi ad *l.* 7. ꝫ. *de poſtulando.*

u *l.* 13. *C. eod.*

x *l.* 19. *C. eod.*

y Imò prætoris nullæ ſunt partes in eo *l.* 45. *in pr.* ꝫ. *eod.*

z *l.* 20 ꝫ. *eod.*

a *l.* 23. *l.* 44. *infr. eod.*

b *l.* 22. *infr. eod.*

c *l.* 44. *infr. eod.*

d vt maximè his cauſis ſe impediri dixerit.

e vide *l.* 43. §. *vlt. l.* 13. §. *fin. infr. de arbit. l.* 28. §. *ſed etſi dies infr. de Iudiciis.*

f præfractè, ſeueriter, in omnibus.

14. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

SI poſt datum *a* procuratorem capitales *b* inimicitiæ interceſſerunt *c* non *d* cogendum accipere iudicium, nec ſtipulationem *e* ob rem *f* non defenſam committi: quoniam noua cauſa ſit.

De procuratore ad communi diuidundo iudicium dato.

15. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

SI defunctus ſit dominus ante litem *g* conteſtatam, iudicatum ſolui ſtipulatione pro *h* ſuo procuratore data, procurator compellendus eſt ad iudicium accipiendum: ita tamen, ſi hoc dominus ſciente procuratore, & non contradicente, fecit. quòd ſi aliter actū eſt, inſcium quidem procuratorem teneri ſatis in ciuile eſt: committitur autem ob rem non defenſam ſtipulationis clauſula.

1 ¶ * Qui ad communi diuidundo iudicium datus ‖eſt‖ ad agendum, idem *i* & ad defendendum videbitur datus, duplici *k* cautela interponenda.

De reuocatione procuratoris.

16. *Paulus* libro 8. ad Edictum.

ANte *l* litem conteſtatam libera poteſtas eſt vel mutandi *m* procuratoris, vel ipſi domino iudicium accipiendi.

17. *Vlpianus* lib. 9. ad Edictum.

POſt litem autem conteſtatam reus, qui procuratorem dedit, mutare quidem eum, vel in ſe litem transferre à viuo procuratore, vel in ciuitate manente, poteſt: cauſa tamen priùs cognita.

1 ¶ Non ſolùm autem ipſi, qui dedit procuratorem, hoc permittitur: ſed etiam hæredi eius, & cæteris ſucceſſoribus.

2 ¶ In cauſæ autem cognitione non ſolùm hæc verſantur, quæ *n* ſupra diximus in procuratore non compellendo ſuſcipere iudicium: verum & ætas *o*.

18. *Modeſtinus* lib. 10. Pandectarum.

AVt *p* religionis beneficium.

19. *Vlpianus* lib. 9. ad Edictum.

ITem ſi *q* ſuſpectus ſit procurator: aut in vinculis; aut ‖in‖ hoſtium, prædonúmve poteſtate.

20. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

VEl iudicio *r* publico, priuatóve: vel *ſ* valetudine, vel maiore re ſua diſtringatur.

21. *Gaius* lib. 3. ad Edictum Prouinciale.

VEl exilio: vel ſi latitet: vel inimicus *t* poſteà fiat:

22. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

AVt adfinitate *u* aliqua aduerſario iungatur: vel hæres ei exiſtat.

23. *Vlpianus* lib. 9. ad Edictum.

AVt longa peregrinatio, aut aliæ ſimiles cauſæ impedimento ſint.

24. *Paulus* libro 8. ad Edictum.

MVtari debebit: vel ipſo procuratore poſtulante.

25. *Vlpianus* lib. 9. ad Edictum.

QVæ omnia non ſolùm ex parte rei, ſed *x* etiam in perſona actoris obſeruabuntur.

¶ Sed ſi aduerſarius, vel ipſe procurator dicat, dominum mentiri: apud prætorem hæc finiri oportet.* nec *y* ferendus eſt procurator, qui ſibi adſerit procurationem: nam hoc ipſo ſuſpectus *z* eſt, qui operam ſuam ingerit inuito, niſi fortè purgare magis conuitium, quàm procurationē exequi maluit: & hactenus erit audiendus, ſi dicat ſe procuratione quidem carere velle: ſed ſi id inlæſa *a* exiſtimatione ſua fiat. Cæterùm* ferendus erit pudorem *b* ſuum purgans.

¶ Planè ſi dicat, in *c* rem ſuam ſe procuratorem datum, & hoc probauerit: * non debet carere *d* propria lite.

¶ Item ſi retentione *e* aliqua procurator vti velit, non facilè ab eo lis erit transferenda.

26. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

NIſi dominus *f* ei ‖ ſoluere *f* paratus ſit.

De tranſlatione litis ex parte actoris.

27. *Vlpianus* libro 9. ad Edictum.

IN cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur, vt ita demum transferri à procuratore iudicium permittatur, ſi quis omnia *g* iudicij *h* ab eo transferre paratus ſit. cæterùm ſi velit quędam transferre, quædam relinquere: iuſtè procurator hanc conſtantiam *i* recuſabit. Sed hæc ita, ſi mandato domini procurator egit. cæterùm, ſi mandatum non eſt: cùm neque in iudicium quicquam deduxerit, nec tu ea comprobaſti, quæ inuito te, acta ſunt, tibi non præiudicant, ideóque tranſlatio earum litium non eſt tibi neceſſaria, nec alieno facto onereris *k*.

¶ Hæc autem cognitio procuratoris mutandi, prætoris eſt.

1 ¶ Si ex parte actoris, litis tranſlatio fiat: dicimus committi iudicatum ſolui ſtipulationem à reo factam idque & Neratius probat, & Iulianus, & hoc iure vtimur: ſcilicet ſi dominus ſatis accepit.

¶ Sed *a* ſi procurator ſatis accepit, & transferatur iudicium in dominum, veriùs eſt committi *a*, ex ſtipulatu actionem, & à procuratore in dominum transferri.

¶ Sed *b* & ſi à domino, vel à procuratore in procuratorem iudicium transferatur: non dubitat Marcellus, quin committatur ſtipulatio, & hæc vera ſunt. Et licèt procuratori commiſſa ſit ſtipulatio, tamen domino erit danda vtilis *c* ex ſtipulatu actio, directa penitus tollenda.

Si procurator iudicatum ſolui ſatis acceperit, vel dederit, & de actione iudicati.

28. *Vlpianus* lib. 1. Diſputationum.

SI procurator meus *iudicatum ſolui* ſatis acceperit, mihi ex ſtipulatu actio vtilis *d* eſt, ſicuti iudicati actio mihi indulgetur *e*. Sed & ſi egit procurator meus ex ea ſtipulatione, me inuito, nihilominus tamen mihi ex ſtipulatu actio tribuetur *f*. quæ res facit, vt procurator meus, ex ſtipulatu agendo, exceptione debeat repelli: ſicuti cum agit iudicati non in rem ſuam datus, nec ad eam rem procurator factus. Per contrarium autem ſi procurator meus iudicatum ſolui ſatiſdederit, in me ‖ex‖ ſtipulatu actio non datur. Sed & ſi defenſor meus ſatiſdederit *g*, in me ex ſtipulatu actio non datur *h*: quia nec *i* iudicati mecum agi poteſt.

Si malit actor reum conuenire quàm procuratorem.

29. *Idem* lib. 9. ad Edictum.

SI actor malit dominum potiùs conuenire, quam eum, qui in rem ſuam procurator eſt: dicendum eſt ei licere *k*.

De impenſis à procuratore factis.

30. *Paulus* libro 1. Sententiarum.

ACtoris *l* procurator non in rem ſuam datus propter impenſas quas in litem fecit, poteſt *m* deſiderare *n*, vt ſibi ex iudicatione ſatisfiat, ſi dominus litis ſoluendo non ſit.

Si procurator litis domino ſucceßit, vel non. 1. De pluribus procuratoribus vnius litis. 2. De pluribus procuratoribus.

31. *Vlpianus* lib. 9. ad Edictum.

SI quis, cùm procuratorio nomine condemnatus eſſet hæres extiterit domino litis: iudicati actionem non rectè recuſabit: hoc ſi ex aſſe. ſin autem ex parte hæres extiterit, & totum ſoluerit: ſi quidem ei mandatum eſt hoc quoque, vt ſoluat, mandati actionem *o* aduerſus cohærentes habebit: ſi non ſit mandatum, negotiorum geſtorum actio datur *p*.

¶ Quod eſt, & ſi hæres procurator non exſtiterit, & ſoluerit.

1 ¶ Vnius litis plurium perſonarum plures dari procuratores, non *q* eſt prohibitum.

2 ¶ Iulianus ait, eum, qui dedit diuerſis temporibus procuratores duos: poſteriorem *r* dando, priorem prohibuiſſe videri.

32. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

PLuribus procuratoribus in ſolidum ſimul *ſ* datis, occupantis *t* melior *u* conditio erit *x*: vt *y* poſterior non ſit in eo, quod prior petit, procurator.

De ſerui & filijfam. procuratore. 1. De eo qui de ſtatu ſuo litigat. 2. De defenſione abſentium. 3. Edictum vt qui alterius nomine actionem poſtulat, eundem defendat, & de rato caueat. 4. Æquitas prioris partis ſupra ſcripti edicti. 5. Qui defendere coguntur vel non.

33. *Vlpianus* lib. 9. ad Edictum.

SEruum quoque, & filiumfamilias *z*, procuratorem poſſe habere aiunt, & quantum ad filiumfamiliàs, verum eſt: in ſeruo ſubſiſtimus, & negotia quidem peculiaria ſerui poſſe gerere aliquem, & hoc caſu procuratorem eius eſſe admittimus: quod & Labeoni videtur: actionem autem intendere vetamus *a*.

1 ¶ Eum verò, qui de ſtatu ſuo litigat, procuratorem habere poſſe † non dubitamus, non ſolùm in adminiſtratione rerum; ſed etiam in actionibus, quæ ei, vel aduerſus eum competunt: ſiue ex poſſeſſione ſeruitutis, ſiue libertatis de ſuo ſtatu litigat. Ex contrario quoque eum procuratorem dari poſſe manifeſtum eſt.

2 ¶ Publicè vtile eſt *b*, abſentes à quibuſcunque defendi: nam *c* & in capitalibus iudiciis defenſio datur *d*.

¶ ¶ Vbicunque itaque abſens quis damnari poteſt, ibi quemuis verba pro eo facientem, & innocentiam *e* excuſantem audiri æquum eſt, & ordinarium admittere, quod ex reſcripto *f* Imperatoris noſtri apparet. 3 ¶ Ait *g* prætor: *Cuius nomine quis*

---

a ad defendendum ſcilicet.
b l 8. §. fin. ſ. eod. l. 43 in fin. ſ. eo. 1. Feudorum 22.
c ex parte domini, vel procuratoris vel vtriuſque.
d l. 45. inf. eod. l. vir bonus. inf. iudic ſolut.
e iudicatum ſolui.
f i. ex hac clauſula & ob rem deſertam à procuratore.
g & iudicium acceptum.
h plerunque enim debet dominus pro ſuo procuratore cauere iudicatum ſolui. l. 8. in fin. ſ. eod.
i l. vnic. C. de ſatiſdando.
k Hæc verba videntur eſſe Triboniani. eius enim ſtilum redolent, cautelam enim dicit pro cautione.
l ſeu re integre l. 3. C. mandati.
m l. 55. ſ. eod.
n l. 8. in fin. l. 9. & ſequentib.
o puta ſenectus.
p vide l. 32. §. ſacerdotio 4. inf. de arbitris.
q v. l. 25. in princ. inf. eod.
r vide l. 3. §. 5. in fi. inf. de teſtib.
ſ l. 9. ſ. eod. l. 23. inf. mandati, l. 2. §. 3. ſ. ſi quis cautionibus.
t vide l. 3. inf. de teſtib.
u Adfinitas ſuperueniens excuſat procuratorem à munere procurationis ſuſcepto perficiendo, adde l. 23. C. de excuſ. tutor.
x v. l. 41. inf. de regul. iur.
y vide l. 47. inf. de iudiciis: vide l. 29. inf. de Teſt. tutel. l. 5. §. conductores. inf. de iure immunit. adde l 12. id ſi. ſ. de tutorib. datis.*
z Suſpectus eſt qui operam ingerit inuito v. l. 69. inf. de reg. iur.
a id eſt, ſalua.
b Pudorem ſuum purgare volēs, audiendus eſt, iuſtáque litigandi cauſam habere intelligitur.
c l. 29. infr. eod.*
d vide l. 55. ſ. eod.
e ob ſumptus factos in lite l. 30. ſ. eod.
f ſumptus litis.
g Imò pars iudicij transferri poteſt l. 17. infr. rem ratam.
h iudicia.
i inconſtantiam vide l. 75. infr. de regulis iuris.
k l. 1. in princ. ſ. de alienat. iudicij.

a Imò non tenebūtur fideiuſſores dati & accepti l. 1. in fin. infr. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluitur.
b Tranſlatio litis fit vel à procuratore ad dominum, vt ſ. eo. vel à procuratore ad alium.
c ceſſis ei actionibus l. 49. in fin. inf. de acq. poſſeſſ.
d Contrahere enim quiſque ea qualitate præſumitur, quam gerit l. penul. ſ. ſi quis cautionib.
e non procuratori, niſi in rem ſuam datus ſit l. 6. in fin. infr. quod cuiuſque vniuerſ.
f Vtilis l. 79. ſ. de verb. obl.
g l. 61. ſ. eod.
h directa: ſed vtilis.
i vide l. 11. §. 7. ſ. de exceptione rei iudicatæ.
k Imo non licet l. 55. infr. eod.
l & rei.
m poteſt etiam vti retentione l. 25. in fin. ſ. eod.
n l. 53. in princ. ſ. de pactis, l. 7. in fi. infr. mandati. v. l. 13. C. hoc titulo.
o l. 20. C. familiæ.
p v. l. 18. in fi. C. famil.
q Imo, illis neceſſarium eſt vnum procuratorem dare l. 5. §. pen. ſ. iudicatum ſolu.
r Poſteriore procuratore conſtituto, prior tacitè reuocatus intelligitur.
ſ eodem tempore. Quid ſi diuerſis temporibus dat? Poſteriorem dādo priorem reuocaſſe, quis intelligitur l. 31. in fi. ſ. eo.
t l. 14. inf. de noxa act. id eſt, eius qui litem conteſtatus eſt.
u cur non vterque in ſolidum conuenietur? l. 60. §. duobus. infr mandati.
x voto eius ſcilicet: quia factus eſt dominus, litis occupando.
y prioris diligentia poſteriori nocet.
z l. 8. in prin. ſ. eo.
a id eſt ſeruus ad negotia, non ad iudicia, procuratorem conſtituere poteſt, adde l. 15. in prin. inf. ex quibus cauſ. maiores.
† hodie non habet l. 1. §. 1. & 2. C. de adſertione tollenda.
b l. 12. C. eod.
c l. 3. C. de accuſat.

d Immò in iis procurator non datur l. penult. §. vltim. infr. de publ. iud.
e forte *abſentium*, & ita legit Cuiacius apud Paulum 5. ſent. 16. §. 11. Nam ad abſentiam tantum excuſandam procurator admittitur, non innocentiam, ſi qua ſit, oſtendendam.
f vide l. 3. Cod. de accuſat.
g Tertium edictum de procuratoribus. Primum vide in l. 8. in fin. ſ. eodem ſecundum in lege 16. l. 17. ſ. codem.

actionem

actionem dari ſibi poſtulabit. i. cum viri boni arbitratu defen. dat: & ei, quo nomine aget, id ratum habere cum a, *ad quem ea res pertinet boni viri arbitratu ſatiſdet.*

4 ¶ Æquum *b* prætori viſum eſt, eum *c*, qui alicuius nomine procurator experitur *d*, eundem *e* etiam defenſionem ſuſcipere.

5 ¶ Si quis in rem ſuam procurator interueniat adhuc erit dicendum, debere eum defendere: niſi forte ex neceſſitate fuerit factus f.

34. *Caius* lib. 1. ad Edictum prouinciale.

SI quis in rem ſuam procuratorio nomine agit, veluti emptor hæreditatis, an debeat inuicem venditorem defendere? & placet, ſi bona fide, & non in fraudem eorum *g*, qui inuicem agere vellent, geſtum ſit negotium: non oportere eum inuicem *h* defendere,

1. De liberti ingrati accuſatione. 2. Quam ob cauſam & vbi procurator defendere cogitur. 3. Quid ſit defendere.

35. *Vlpianus* libro 9. ad Edictum.

SEd & hæ *i* perſonæ procuratorum debebunt defendere *k*: quib. ſine mandatu agere licet: vtputà liberi *l*, licèt ſint in poteſtate: item parentes, & fratres, & adfines, & liberti.

1 ¶ Patronus libertum "&" per procuratorem *m*, vt ingratum, accuſare poteſt: & libertus per procuratorem reſpondere.

2 ¶ Non ſolùm autem ſi actio poſtuletur à procuratore: ſed & præiudicium, vel interdictum: vel ſi ſtipulatione legatorum, vel damni infecti velit caueri, debebit abſentem defendere in competenti tribunali, & eadem prouincia. Cæterùm cogi *n* eum etiam in prouinciam de Roma abire, vel è contrario: vel à prouincia *o* in aliam prouinciam, & defendere *p*: durum eſt. *

3 ¶ Defendere autem eſt, id facere, quod dominus in litem faceret, & cauere idoneè *q*: nec debebit durior conditio procuratoris fieri, quàm eſt domini: præterquàm in *r* ſatiſdando.

¶ Præter ſatiſdationem procurator ita defendere videtur, ſi iudicium accipiat, vnde quæſitum eſt apud Iulianum, an compellatur, an verò ſufficiat, ob rem non defenſam, ſtipulationem *ſ* committi? & Iulianus ſcribit libro tertio digeſtorum, compellendum *t* accipere iudicium: niſi & agere *u* cauſa cognita recuſauerit *x*, vel ex iuſta cauſa remotus fuerit. [Defendit procurator etiã *r* qui patitur quod dominus pateretur.]

¶ Defendere videtur procurator, & ſi in poſſeſſionem venire patiatur *y* cum quis damni infecti ſadari, vel legatorum deſideret.

36. *Paulus* lib. 8. ad Edictum.

VEl *z* in operis noui nuntiatione *a*. Sed & ſi ſeruum ex cauſa noxali patiatur duci, defendere videtur. Ita tamen, vt in his omnibus ratam rem dominum habiturum caueat.

Quarum actionum nomine dominus defendi debet. 1. De pluribus defenſoribus.

37. *Vlpianus* libro 9. ad Edictum.

OMnium *b* autem actionum nomine debet defendere *c*, etiam earum, quæ *d* in heredem non dantur.

1 ¶ Vnde eſt quæſitum; ſi aduerſarius plures intendat actiones, & in ſingulas ſinguli exiſtant defenſores ſuſcipere parati: an abſens defendi videatur? & videri eum rectè defendi Iulianus ait. quo iure nos vti Pomponius ſcribit.

38. *Idem* lib. 40. ad Edictum.

NOn tamen eouſque procedendum erit: vt, ſi decem millia petantur, & exiſtant duo defenſores parati in quina defendere *e* audiantur.

In quibus cauſis dominus defendi debet. 1. Ex quibus cauſis. 2. Et quos ratum habituros caueri debet. 3. Si pater de dote. 4. Vel filij nomine iniuriarum agat. 5. De ſtatus controuerſia. 6. De procuratore eius contra quem reſtitutio poſtulatur.

39. *Idem.* lib. 9. ad Edictum.

NOn ſolùm autem in actionibus, & interdictis, & in ſtipulationibus debet *f* dominum defendere *g*: verum in interrogationibus quoque: vt in iure interrogatus ex omnibus cauſis reſpondeat, ex quibus dominus.

¶ An igitur hæres ſit abſens: reſpondere debebit *h*: &, ſi reſponderit *i*, vel tacuerit *k*, tenebitur,

1 ¶ Qui alieno nomine agit quamcumque actionem, *id ratum l habiturum eum*, ad quem ea res pertinebit, cauere debet *m*.

¶ Sed interdum licèt ſuo nomine procurator experiatur, tamen de rato debebit cauere, vt Pomponius libro viceſimoquarto ſcribit. vtputà iuſiurandum procuratori retulit, iurauitque abſenti dari oportere, agit hoc iudicio ſuo nomine propter ſuum iuſiurandum: neque *x* enim hæc actio domino competere potuit, ſed debebit de rato cauere.

¶ Sed & ſi procuratori conſtitutum eſt, & ex ea

a §. ipſe autem inſt. de ſatiſd.
b vt ſeruet æquitatem in iudiciis l. ſi cùm dies. §. ſi arbitris infrà de arbitriis l. 1. infrà quæ ſent. ſine appellat. l. vlt. c. de fructib. l. in ſacris C. de prapoſit. ſcrinior. c. non licet. de regul. in 6.
c non tamen tutorem l. 4. ʒ. de admin. tut.
d agit.
e adde l. 4. ʒ. de tutel.
f Immò ob eam rationem non remouetur à defendendo l. 70. in fi. ʒ. eod.
g l. 1. ʒ. quæ in fraudem.
h adde l. 1. C. rerum annotar.
i coniunctæ ſcilicet.
k de rato ſatiſdare l. 8. infrà de negotiis.
l l. 12. C. eo. l. 3. §. 3. infrà indicatum ſolui.
m l. 4. ʒ. de obſequiis.
n l. 20. in fi. infrà de operis liber.
o v. l. 21. §. 2. ʒ. de excuſ. tutorum.
p v. l. 156. ʒ. de regulis iuris.
q id eſt, pignore vel fideiuſſore, l. 51. 52. 53. ʒ. eo.
r v. l. 166. infrà de reg. iur.
ſ ſatiſdationem.
t leg. 8. § 3. ʒ. eo. hinc colligas non ſufficere id quod intereſt ſoluere. Immò ſufficit. l. 45. ʒ. eo.
u & ſe acturum.
x l. 17. C. eo.
y Immo qui id facit, defendere non videtur. arg. l. 1. in fi. ʒ. ſi ex noxali.
z adde l. 15. infrà de oper. noui nuntiatione.
a adde l. 6. infrà de noui operis.
b in procuratore actoris id verum eſt: nam rei procurator vel in vnam rem defendere poteſt. l. 46. §. 3. ʒ. eo.
c actoris procurator, etiamſi vna tantum actione vtatur.
d vt ſunt quæ ex maleficiis l. cum emancipati. §. emancipatus filius ʒ. de collat. bonorum,
e Cur ita? v. l. 2. ʒ. de except. l. 5. §. pen. ʒ. indica. ſolui.
f v. l. 1. ʒ. de interrog. act.
g procurator ſcilicet qui agit nomine alieno.

h eo petente cum quo experitur. i Confeſſio procuratoris in iudicio, obligat dominum: vt & tutoris vel curatoris pupillum vel adultum. Vide Rolandum à Valle 1. conſil. 70. k Tacens in obligatione perſonali, pro conſentiente non habetur, vide tamen Socinum *regula* 394.
l l. 33. §. 3. ʒ. eo. m cùm de mandato incertus eſt. l. 1. C. eo ſecus cùm certum l. 65. ʒ eo n Immò relati à procuratore iuriſiurandi exceptio domino competit, l. 6 §. pen. ʒ. de iureiur.

cauſa agat: dubitandum non eſt, quin locus ſit de rato cautioni: idque Pomponius ſcribit.

2 ¶ Quæritur apud Iulianum, vtrum dominum ſolùm ratam rem habere debeat ſatiſdare, an etiam cæteros creditores? & ait dumtaxat de domino cauendum: nec illis verbis, *ad quem ea res pertinet*, creditores contineri. nam nec ipſi domino hæc incumbebat cautio.

3 ¶ Si de dote agat pater, cauere *a* debet ratam rem filiam habituram, ſed & defendere eam debet, vt & Marcellus ſcribit.

4 ¶ Si pater filij nomine iniuriarum *b* agat: (cùm duæ ſint actiones, vna patris, altera filij) ceſſat *c* de rato cautio *d*.

5 ¶ Si *e* ſtatus controuerſiam *f* cui faciat procurator: ſiue *g* ex ſeruitute in libertatem aduerſus eum qui litiget, ſiue ipſe ex libertate in ſeruitutem petat: debet cauere ratam rem dominum habiturum (& ita edicto ſcriptum eſt) vt ex vtroque latere quaſi actor habeatur.

6 ¶ Eſt & caſus, quo quis eiuſdem actionis nomine & de rato caueat, & iudicatum ſolui. vt puta, poſtulata eſt cognitio de in integrum reſtitutione, cùm minor circumſcriptus in vẽditione diceretur *h*, alterius procurator exiſtit. debet cauere hic procurator "&" ratam rem dominum habiturum: ne fortè dominus reuerſus velit quid petere: item iudicatum ſolui: vt, ſi quid fortè propter hanc reſtitutionem in integrum præſtari adoleſcenti debeat, hoc præſtetur. & hæc ita Pomponius libro xxv. ad Edictum ſcribit.

7 ¶ Item ait, ſi ſuſpectus *i* tutor *k* poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam *l* de rato cauere, ne reuerſus ille velit retractare *m* quod actum eſt. Sed non facilè per procuratorem quis ſuſpectus accuſabitur: quoniam famæ cauſa eſt: niſi conſtet ei à tutore mandatum nominatim: aut ſi etiam abſente tutore, quaſi *n* non defenderetur, prætor erat cogniturus.

Quæ actiones per procuratorem exerceri poſſunt. 1. Quibus caſibus de rato caueri debet. 2. De ſatiſdationibus à defenſore præſtandis in actione reali. 3. Quando Ratihabitionis ſatiſdatio exigitur. 4. De his à quibus mandatum non exigitur.

40. *Idem* lib. 9. ad Edictum.

POmponius ſcribit, non omnes actiones per procuratorem poſſe quem inſtituere. Denique vt liberi, qui in poteſtate abſentis dicuntur, ducantur, interdictum *o* non poſſe deſiderare ait: niſi, vt Iulianus ait, cauſa cognita: id eſt, ſi "&" nominatim ei mandatum ſit, & pater valetudine, vel alia iuſta cauſa impediatur.

1 ¶ Si ſtipuletur procurator damni infecti, vel legatorum: debebit de rato cauere *p*.

2 ¶ Sed & is, qui *q* quaſi *r* defenſor, in rem actione conuenitur, præter ſolitam ſatiſdationem iudicatum ſolui, etiam de rato debet cauere. quid enim, ſi in hoc iudicio rem meam eſſe pronuntietur: & reuerſus ille, cuius defenſor extiterat, velit fundum vindicare? nonne ratum non videbitur habere, quod iudicatum eſt? denique ſi verus procurator extitiſſet, vel ipſe præſens cauſam ſuam egiſſet, & victus eſſet ſi à me vindicaret, exceptione rei iudicatæ ſummoueretur *ſ*: & ita Iulian. lib. 50. Digeſt. ſcribit. nam cùm iudicatur rem meam eſſe *t*, ſimul iudicatur illius non eſſe.

3 ¶ Ratihabitionis autem ſatiſdatio ante litis conteſtationem à procuratore exigitur: cæterum, ſemel *u* lite conteſtata non *x* compellitur ad cautionem.

4 ¶ In his autem perſonis *y*, in quibus mandatum non exigimus, dicendum eſt, ſi fortè euidens ſit contra voluntatem eos experiri eorum, pro quib. interueniunt, debere eos repelli, ergo non exigimus, vt habeant voluntatẽ, vel mandatum: ſed ne contraria voluntas probetur, quamuis de rato offerant cautionem.

Si fœminæ pro parentibus agant.

41. *Paulus* libro 9. ad Edictum.

FOeminas pro parentib. *z* agere interdum permittetur cauſa *a* cognita *b*: ſi fortè parentes morbus, aut ætas impediat: nec quemquam, qui agat, habeant.

Ad quas actiones procurator dari poteſt. 2. De obligatione domini & procuratoris. 3. Si fideicommiſſarius heredem. 4. An creditor dominum pignoris. 5. Aut reus credendi vel debendi correum procuratorem dederit. 6. Vtrum in iudicio diuiſorio vnus plurium procurator eſſe poſſit. 7. Quomodo fideiuſſores reum latitantem defendere debent.

42. *Idem* lib. 8. ad Edictum.

LIcèt in *c* popularib. *d* actionib. procurator dari non *e* poſſit *f*, tamen dictum *g* eſt meritò eum, qui de via publica agit *h*, & priuato damno ex prohibitione adficitur, quaſi priuatæ actionis dare poſſe procuratorem. Multò magis dabit ad ſepulchri vio-

a l. 3. in fi. ʒ. rerum annot. l. 2. in fi. ʒ. ſoluto.
b v. l. 5. §. 6. ʒ. de iniuriis.
c d. l. 5. §. 7.
d ſecus ſi alius eſſet quam filius qui hac actione vteretur l. 23. §. pen. infrà ratã rem haberi.
e 8. Ecl. 2. c. 36.
f l. 8. §. vlt. ʒ. ratam rem haberi.
g ſtatus controuerſiam facit, qui ex ſeruitute in libertatem vel ex libertate in ſeruitutem petit.
h v. l. 24. § reſtitutio. l. 27. §. 2. in fi. ʒ. de minoribus, & C. ſi aduerſus venditionem.
i l. 6. inf. ratam rem haberi.
k qui peregrè abeſt.
l non tantum iudicatum ſolui.
m Retractandi verbum reperitur in l. 12. in fi. ʒ. ratam rem.
n expedit enim defendi. l. 35. §. publicè ʒ. eod.
o de liberis exhibendis. l. 3. §. 2. inf. de liberis exhibendis.
p Cur ita? v. l. 20. ʒ. ratam rem.
q v. Inſt. de ſatiſdat. in prin. adde l. vlt. ʒ. de fideiuſſoribus.
r Quaſi defenſor, verus defenſor non eſt, l. 61. inf. eod.
ſ vtique l. 30 §. vlt. inf. de except. rei iud.
t in rei vindicatione ſc. Accurſ.
u Poſt litis conteſtationẽ à procuratore ſatiſdatio non exigitur 8. Ecl. 2. c. 8.
x Immo niſi de rato caueri non admittentur, l. 2. C. de conſortibus eiuſdem litis.
y de quibus l. 35. ʒ. eo.
z ſecus pro extraneis l. 2. inf. de reg. iur.
a Fœminæ ne quidem pro parentibus poſtulare, aut cognitores fieri poſſunt ſine decreto: vt hic. in rem tamen ſuam, cognitoriã operam ſuſcipere non prohibentur. Paul. 2. ſent. 2. § 2.
b vt quia idoneus non reperitur eorum defenſor, arg. l. 1. in fin. inf. tit. proxim.
c In popularibus actionibus procurator non datur, extra quam in actione ſepulchri violati: & quum de vi publica agit, priuato damno adfectus 2. Eclog. 2. c. 4. in prin. d quæ ius ſuum populo tuentur l. 24. de popularibus act. vbi dicã quæ propriè ſint populares.
e l. 5. ʒ. de popularibus.
f l. 5. ʒ. de popularibus. g id eſt, receptum apud iuriſconſultos.
h vide l. 45. §. 1. ʒ. eodem.

lati actionem is, ad quem ea res pertinet a.

1 ¶ Ad b actionem iniuriarum ex lege Cornelia procurator dari poteſt c.nam, & ſi pro publica vtilitate exercetur, priuata tamen eſt.

2 ¶ Ea obligatio, quæ inter dominum, & procuratorem conſiſtere ſolet, mandati actionem parit d, aliquando tamen non contrahitur obligatio mandati; ſicut euenit, cùm in rem ſuam procuratorem præſtamus, eóque nomine iudicatum ſolui promittimus: nam ſi ex ea promiſſione aliquid præſtiterimus, non mandati, ſed ex vendito, e, ſi hæreditatem vendidimus, vel ex priſtina cauſa mandati agere debemus; vt ſit, cùm fideiuſſor reum procuratorem dedit.

3 ¶ Is cui hæreditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituta eſt, heredem iure dabit procuratorem.

4 ¶ Sed & dominum pignoris creditor rectè dabit procuratorem ad Seruianam.

5 ¶ Porrò ſi vni ex reis credendi conſtitutum ſit. íſque alium in conſtitutam pecuniam det: non negabimus poſſe dare. Sed & ex duobus reis promittendi alter alterum ad defendendum procuratorem dabit.

6 ¶ Si plures hæredes ſint & familiæ herciſcundæ aut communi diuidundo agatur: pluribus eundem procuratorem non ſeſt permittendum dare g: quoniam res expediri non poteſt circa h adiudicationes i, & condemnationes, planè permittendum dare, ſi vni cohæredi plures hæredes exiſtant.

7 ¶ Reo k latitante poſt litem conteſtatam ita demum fideiuſſores eum defendere videbuntur: ſi vel vnus ex his eum pro ſolido defendat: vel omnes, vel qui ex his vnum dederint, in quem iudicium transferetur.

De muto & ſurdo. 1. Qui procuratorem dare poſſunt. 2. In quibus actionibus defenſio non præſtatur. 3. Si curator adulto petatur. 4. Pœna non defendentis procuratoris. 5. Cui caueri debet ſi dominus abſit. 6. Vtrum is qui iudicatum ſolui cauit, defendere cogatur.

43. *Idem* lib. 9. ad Edictum.

MVtus & ſurdus per eum modum: qui procedere poteſt, procuratorem dare non prohibetur, forſitan & ipſi datur: non quidem ad agendum, ſed ad adminiſtrandum l.

1 ¶ Cum quæretur, an alicui procuratorem habere liceat, inſpiciendum erit, an non prohibeatur procuratorem dare. quia hoc edictum prohibitorium m eſt.

2 ¶ In popularibus actionibus, vbi n quis quaſi vnus ex populo agit, defenſionem, vt procurator, præſtare cogendus non eſt.

3 ¶ Is, qui curatorem alicui præſenti petat, non alíter o audietur, niſi p, adulto conſentiente, Quòd ſi abſenti: ratam rem eum habiturum neceſſe habet dare.

4 ¶ Pœna non defendentis procuratoris hæc eſt, vt denegetur ei actio q.

5 ¶ Si procurator agat, & præſens ſit abſentis ſeruus, Atilicinus ait ſeruo r cauendum, non procuratori. ¶ 6 Qui non cogitur defendere abſentem, tamen ſ ſi iudicatum ſolui ſatiſdedit defendendi abſentis gratia, cogendum procuratorem iudicium accipere, ne t decipiatur is, qui ſatis accepit. nam & eos, qui non coguntur rem defendere poſt ſatiſdationem cogi. Labeo ait cauſa cognita, temperandum: & ſi captio actoris ſit propter temporis tractum, iudicium eum accipere cogendum: quod ſi aut adfinitas dirempta ſit, aut inimicitiæ interceſſerint u, aut bona abſentis poſſideri cœperint:

44. *Vlpianus* lib. 7. Diſputationum.

VEl ſi longinquo x ſit abfuturus, vel alia y iuſta cauſa interuenerit.

Ad quas actiones procurator dari poteſt. An procurator vtens interdicto, Ne vis fiat ædificanti, de rato caueat.

45. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

NOn cogendum. Sabinus z autem nullas a prætoris partes eſſe ad compellendum defendere: ſed ex ſtipulatu ob rem non defenſam agi poſſe: ac, ſi iuſtas cauſas habeat, cur iudicium accipere nolit, fideiuſſores non teneri: quia b vir bonus arbitraturus non fuerit, vt, qui iuſtam excuſationem adferret, defendere cogeretur. Sed & ſi ſatis non dedit, ſed repromittenti ei creditum eſt: idem ſtatuendum eſt.

1 ¶ Qui ita de publico agunt, vt c & priuatum commodum defendant: cauſa cognita, permittuntur procuratorem dare, & poſtea alius agens exceptione repelletur. 2 ¶ Si procuratori opus nouum nuntiatum ſit, íſque interdicto vtatur, *ne ei vis fiat ædificanti* defenſoris partes eum ſuſtinere d, nec compelli cauere ratam rem dominum habiturum Iulianus ait. Et, ſi ſatiſdederit, non animaduerto (inquit Iulianus) quo caſu ſtipulatio committatur.

De lite à domino in procuratorem transferenda. 1. De defenſione vnius rei. 2. De ſatiſdatione ab eo præſtanda, qui alium defendit. 3. Vtrum is qui iudicium reſtitutionis accepit cogatur reſtitutorium iudicium accipere. 4. Quod procurator præſtet. 5. Aut recuperet. 6. Si quis à comprocuratore conueniatur.

46. *Gaius* lib. 3. ad Edictum prouinciale.

QVi proprio nomine iudicium accepiſſet, ſi vellet e procuratorem dare, in quem actor transferat iudicium audiri debet, ſolenniterque pro eo iudicatum ſolui ſatiſdatione cauere.

a *l. 3. ff. de ſepulchro violato.*
b Iniuriarum etiam ex lege per procuratorem agatur 8. *Eclog.* 2. c. 41.
c *l. 11. §. 2. ff. de iniuriis.* atqui hoc videtur ſpecialiter conceſſum tantùm illuſtribus, *l. vlt. C. de iniuriis.*
d *l. 2. in pr. ff. mandati. §. mandantis tantum. Inſtit. de mandato.*
e aduerſus emptorem, quia vendita hæreditate, & onus & commodum ad emptorem pertinet *l. 2. ff. de hær. ven.*
f adde *l. 7. inf. de reb. eorum.*
g Immo neceſſarium pene eſt, vt vnicum dent. *l. 48. ff. fam.* adde *l. 15. ff. de auctoritate tutorum.*
h *a*, citra.
i de quibus *l. 22. §. 2. inf. familiæ. & Inſt. de offic. iudicis.*
k qui fideiuſſorem dedit iudicatum ſolui.
l non tamen tutor *l. 1. §. mutus; §. ſurdum. inf. de tutelis.*
m proinde, qui ait ſe procuratorem dare non potuiſſe, id probare debet: *l. 19. §. 1. ff. de probat.*
n Formulam libelli in actione populari hinc colligunt, *v. l. 1. ff. de popularib.*
o adde *l. 2. §. vlt. ff. qui petant tut.*
p *l. 2. §. 7. ff. qui petant tutores.*
q *l. 5. C. eo.*
r *l. vlt. infrà quod cuiuſque vniuerſis.*
ſ *l. 76. inf. eod.*
t *v. l. 12. ff. eo.*
u *de quibus l. 14. ff. eo.*
x *v. l. 9. ff. eo.*
y *v. l. 10. ff. eo.*
z Qui fuit diuerſæ ſcholæ à Labeone. ſed tamen huius Sabini ſententia præualuit. quia hæc ſententia refertur ſecundo loco, & ideo videtur ab Vlpiano probata eſſe.
a Immo ſunt eius partes eo caſu. *l. 35. §. 3. ff. eo.*
b Vir bonus non arbitratur aduerſus id quod iuſtum & bonum eſt *l. 18. ff. iudicatum ſolui.*
c *vt in l. 42. in pr. ff. eo.*
d *l. 5. §. pen. ff. de noui operis nunciat.*
e poſt litem conteſtatam ſcil. *Accurſ. Bart.*

† Vide lg. 5. [illegible] de operis novi nunciatione:

1 ¶ Et, qui defendit eum, cuius nomine ipſe non agat, liberum eſt vel in vnam a rem defendere.

2 ¶ Qui alium defendit ſatiſdare cogitur. * *nemo* b *enim alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur* c.

¶ Item quæritur, ſi iudicium acceperit defenſor, & actor in integrum reſtitutus ſit: an cogendus ſit reſtitutorium iudicium accipere, & magis placet cogendum.

4 ¶ Procurator vt in cæteris "quoque" negotiis gerendis, ita & in litibus "ex" bona fide rationem reddere debet. d Itaque quod ex lite conſecutus erit, ſiue principaliter ipſius rei nomine, ſiue extrinſecus ob eam rem; debet mandati iudicio reſtituere: vſque adeò vt "&" ſi per errorem, aut iniuriam e iudicis non debitum conſecutus fuerit: id quoque reddere debeat f.

5 ¶ Item contra, quod ob rem iudicatam procurator ſoluerit, contrario g mandati iudicio recuperare debet, pœnam h autem, quam ex ſuo delicto præſtitit, recuperare non i debet.

6 ¶ Litis impendia k bona fide facta, vel ab actoris procuratore, vel à rei, debere ei reſtitui æquitas ſuadet.

7 ¶ Si duobus mandata ſit adminiſtratio negotiorum, quorum alter l debitor ſit mandatoris: an alter m cum eo rectè acturus ſit: & vtique rectè: non enim ob id minus procurator intelligitur, quòd is quoque, cum quo agitur procurator ſit.

47. *Iulianus* libro 4. ad Vrſeium Ferocem.

QVi duos n procuratores omnium rerum ſuarum relinquit, niſi nominatim o præcepit, vt alter ab altero pecuniam petat: non p videtur mandatum vtrilibet eorum dediſſe.

48. *Gaius* lib. 3. ad Edictum Prouinciale.

ITaque ſi hoc ſpecialiter mandatum eſt: tunc excipiente eo, cum quo agitur, *Si non mihi mandatum ſit, vt à debitoribus peterem*: actorem ita debere replicare, *aut ſi mihi mandatum eſt, vt à te peterem.*

De authoritate procuratoris.

49. *Paulus* lib. 54. ad Edictum.

IGnorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet q.

Si procurator liberatus ſit.

50. *Gaius* lib. 12. ad Edictum Prouinciale.

QVacumque ratione procurator tuus à me liberatus eſt, id tibi prodeſſe debet r.

An minor 25. annis idoneus defenſor ſit. 1. De defenſore mariti. 2. De ſatiſdatione à defenſore præſtanda.

51. *Vlpianus* lib. 60. ad Edictum.

MInor 25. annis, ſi defenſor ſ exiſtat, ex quibus cauſis in integrum reſtitui poſſit, defenſor idoneus t non eſt u: quia & ipſi, & fideiuſſorib. x eius per in integrum reſtitutionem ſuccurritur.

1 ¶ Quoniam tamen * *defendere eſt* y *eandem vicem, quam reus ſubire*, defenſor mariti "in" amplius, quàm maritus facere poſſit, non eſt condemnandus.

2 ¶ Is, qui ſuſcepit defenſionem, & ſi locupletiſſimus z eſt.

52. *Paulus* lib. 57. ad Edictum.

ET ſi conſularis ſit.

53. *Vlpianus* lib. 60. ad Edictum.

NOn videtur defendere niſi a ſatiſdare fuerit paratus.

Qui non ſunt idonei defenſores. 1. Vbi tutor defendo debet.

54. *Paulus* libro 50. ad Edictum.

NEque fœmina b, neque miles c, neque qui reipublicæ cauſa abfuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratum initurus eſt, aut inuitus iudicium pati non poteſt, idoneus defenſor intelligitur.

1 ¶ Tutores, qui in aliquo loco adminiſtrauerunt, eodem loco & defendi debent d.

De procuratore in rem ſuam.

55. *Vlpianus* lib. 65. ad Edictum.

PRocuratore in rem ſuam dato, præferendus e non ſ eſt dominus procuratoris in litem mouendam, vel pecuniam ſuſcipiendam: qui enim ſuo nomine vtiles actiones habet, ritè eas intendit.

De rei vindicatione & ad exhibendum.

56. *Idem* lib. 66. ad Edictum.

AD rem mobilem petendam datus procurator, ad exhibendum rectè aget g.

a modò in ſolidum eius cauſam defendat, *v. l. 20. C. de neg. geſt.*
b 8. *Eclog.* 2. c. 53. *Theoph.* 5. *Inſtit. de ſatiſdat.*
c *l. 53. infrà eod. l. 14. §. qui ſatiſdare: l. 110. §. 1. ff. de regulis iur. § ſi vero reus. Inſt. de ſatiſ. l. vnic. C. de ſatiſdando: v. Socinū regula 83.*
d Rationem reddere, procurator debet, *vt hic*, vt & negotiorum geſtor. l. 2. infra *de negotiis.*
e Iniuria iudicis procuratori nocet, non domino,
f *v. l. 8. §. item ſi fundum. infrà de negotiis.*
g *l. 12. §. 9. ff. mandati.*
h *v. l. 202. ff. de regulis iur.*
i *l. 9. in fin. ff. de noxalibus.*
k *v. l. 53. ff. de pact.*
l alter verò non ſit, vt differat à *l. 9. l. 27. hoc tit.*
m adde *l. 47. 48. infrà eo.*
n debitores ſuos, vt hic caſus à ſuperiore ſit diuerſus.
o Immo id tacitè videtur permiſſum *ff. l. prox.* adde caſus *l. 9. ff. de adminiſt. tut. l. 2. C. de adminiſt.*
p id eſt, non videtur in id dediſſe, vt inuicem litigent. Mutua exactio generali mandato non continetur, *vt hic.* ſimplici continetur. *l. 26. in fin. ff. eo. v. Cuiac. 26. obſer. 6.*
q *v. l. 10. in fi. ff. de pact. l. 17. ff. de iureiurando.*
r *l. 66. infrà eo.*
ſ Defenſor eſſe poteſt, etiam minor 25. annis: non paſſim tamen, ſed ex quibus cauſis in integrum reſtitui non poteſt, *vt hic.* An, & eodem modo minor 25. annis procurator eſſe poteſt? Defenſoris quàm procuratoris aliam eſſe cauſam nonnulli exiſtimant. *arg. l. 61. l. 64. infrà eo.* Procuratorē enim propriè eſſe actoris, defenſorem verò rei. §. 1. ff. eod. *l. ſi mater. §. hoc iure, infra de except. rei iudicatæ.* Defendere porro quid ſit, vide §. 1. ff. *eod. & l. 33. §. 3. ff. eo* Ad hanc autem quæſtionem de minore 25. annis, vtrum procurator ad lites eſſe poſſit, vide *Cuiac. 22. obſeru. 16. & c. 5. de procuratoribus in 6.*
t *l. 12. C. eod.*
u poteſt tamen poſtulare, *l. 1. §. initium. infrà de poſtulando.* & eſſe procurator *l. 13. infrà de manumiſſ. vind.*
x *v. l. 89. infrà de acquir. hæred.* *
y vide *l. 35. §. 2. ff. eo.*
z vide *l. 166. infr. de regulis iuris.*
a *l. 46. §. 2. ff. eod.*
b *l. 18. C. eodem.*
c vide tamen *l. 8. §. 2. ff. eod.*
d *l. 19. §. 2. inf. de iudiciis, l. 12. C. de ratiocin.*
e *l. 25 in fine. ff. eo.* adde *l. 4. C. eo. l. 4. in prin. infra de re iudic. l. 1. §. propriam infra quando appellandum.*
f Immo præferri poteſt dominus, & in eum prius agi *l. 29. ff. eodem.*
g adde *l. 61. infra eo.* eſt enim ad exhibendum actio præparatoria vindicationis.

De pro

De procuratore dato vt confeſtim agat. 1. De procuratoria exceptione remiſſa.

57. *Idem* lib. 74. ad Edictum.

QVi procuratorem dat, vt confeſtim *a* agat, is intelligendus eſt permittere procuratori, & poſtea litem peragere.

1 ¶ Si quis remiſit exceptionem procuratoriam, non *b* poterit ex pœnitentia eam opponere.

De mandato generali.

58. *Paulus* lib. 71. ad Edictum.

PRocurator, cui *c* generaliter *d* libera adminiſtratio rerum *e* commiſſa eſt, poteſt *f* exigere *g*, aliud pro alio permutare *h*.

59. *Idem* lib. 10. ad Plautium.

SEd & id quoque ei mandari videtur, vt ſoluat creditoribus.

60. *Idem* lib. 4. Reſponſorum.

MAndato generali *i* non contineri etiam *k* tranſactionem decidendi *l* cauſa *m* interpoſitam *n*: & ideo ſi poſtea is qui mandauit, tranſactionem ratam non habuit: non poſſe eum repelli ab actionibus exercendis.

De actione iudicati.

61. *Idem* lib. 1. ad Plautium.

PLautius ait, Procuratorem damnatum non debere conueniri, niſi *o* aut in rem ſuam datus eſſet, aut obtuliſſet ſe, cùm ſciret cautum non eſſe *p*, omnibus placuit.

De petitione legati & de tab. exhibendis.

62. *Pomponius* lib. 2. ex Plautio.

AD legatum petendum procurator datus ſi interdicto vtatur aduerſus hęredem *de tabulis exhibendis* r, procuratoria exceptio, quaſi non & hoc eſſet ei mandatum non obſtat.

De mandato generali.

63. *Modeſtinus* lib. 6. Differentiarum.

PRocurator totorum bonorum, cui res adminiſtrandæ mandatæ ſunt, res domini neque mobiles, vel immobiles, neque ſeruus ſine ſpeciali domini mandatu alienare *ſ* poteſt *t*: niſi fructus aut alias res, quæ facile corrumpi poſſunt.

De tranſlatione litis.

64. *Idem* lib. 4. Regularum.

IS, cuius nomine defenſor extitit, ſi ante *u* litem conteſtatam in præſentia fuerit, & poſtulet ſuo nomine litem ſuſcipere, cauſa cognita audiendus eſt.

De literis domini abſentis.

65. *Idem* lib. ſingulari de Eurematicis.

SI procuratorem abſentem dominus ſatiſdatione releuare velit *x*: literas *y* ſuas ad aduerſarium dirigere debebit, quibus ſignificet, quem aduerſus eum procuratorem, & in qua cauſa fecerit, ratúmque ſe habiturum, quod cum eo actum ſit hoc: enim caſu, literis eius adprobatis, velut præſentis procuratorem interuenire intelligendum eſt. Itaque & ſi poſtea, mutata voluntate, procuratorem eſſe noluerit, tamen iudicium, quo quaſi procurator expertus eſt, ratum eſſe debet.

De ſtipulatione aliena.

66. *Papinianus* lib. 9. Quæſtionum.

SI is, qui Stichum vel Daman, vtrum eorum ipſe vellet, ſtipulatus eſt " & " ratum habeat quod alterum procuratorio nomine Titius petit: facit, vt res in iudicium deducta videatur, & ſtipulationem conſumit *z*.

Quo caſu conuenitur, qui deſiit eſſe procurator.

67. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

PRocurator *a*, qui *b* pro *c* euictione prædiorum, quæ vendidit, fidem ſuam adſtrinxit *d*, & ſi *e* negotia agere deſierit, obligationis tamen onere prætoris auxilio non leuabitur *f*. nam procurator, qui pro domino vinculum *g* obligationis ſuſcepit, onus eius fruſtra recuſat.

An procuratore inuito dominus agat.

68. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

QVod procurator ex re domini, mandato non refragante, ſtipulatur, inuito *h* procuratore, dominus petere poteſt.

Vtrum is qui procuratorem dedit ſuæ cauſæ adeſſe poßit.

69. *Paulus* lib. 3. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, etiam eum *a*, qui ad litem ſuſcipiendam procuratorem dedit, *c* cauſæ ſuæ adeſſe non prohiberi *b*.

Vtrum fideicommiſſarius hæres à quibus mandator actiones ſuſcepit, defendere cogatur.

70. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

PAter filio ſuo pupillo tutorem dedit Sempronium, creditorem *c* ſuum, is, adminiſtrata tutela, reliquit fratrem ſuum hæredem, qui & ipſe deceſſit & per fideicommiſſum nomen debitoris *d* Titio reliquit, eique *e* mandatæ ſunt actiones ab hęredibus *f*, quæro cum tam tutelæ actio, quàm pecuniæ creditæ, ex hęreditate Sempronij deſcendant, an non aliter mandata actio ei detur, quàm ſi defendat hęredes, à quibus ei actiones mandatæ ſunt? Reſpondi debere defendere *g*.

De abſentiæ cauſis per procuratorem reddendis.

71. *Paulus* libro primo Sententiarum.

ABſens reus cauſas abſentiæ (per) procuratorem reddere poteſt *h*.

De iure per procuratorem retinendo.

72. *Idem* lib. 1. Manualium.

PEr procuratorem non *i* ſemper adquirimus *k* actiones, ſed retinemus *l*: veluti ſi reum conueniat intra legitimum tempus; vel ſi prohibeat opus nouum fieri, vt interdictum nobis vtile ſit *m* *quod vi aut clam*: nam & hic priſtinum ius nobis conſeruat.

Si debitor conuentus, pecuniam offerat.

73. *Idem* libro ſingulari de Officio Adſeſſorum.

SI reus paratus ſit ante litem conteſtatam pecuniam ſoluere, procuratore agente; quid fieri oportet *n*? nam iniquum eſt; cogi eum iudicium accipere, propter quod ſuſpectus videri poteſt, qui præſente domino non obtulit pecuniam, quid ſi tunc facultatem pecuniæ non habuit? nunquid cogi debeat iudicium accipere? quid "enim" ſi & famoſa ſit actio? Sed hoc conſtat, vt ante litem conteſtatam præſes iubeat in *o* æde ſacra pecuniam deponi; hoc enim fit & in pupillaribus pecuniis: quòd ſi lis conteſtata eſt; hoc omne officio iudicis dirimendum eſt.

De ciuitatis actore.

74. *Vlpianus* lib. 4. Opinionum.

NEc ciuitatis *p* actor negotium publicum per procuratorem agere poteſt *q*.

Vtrum abſentem emptorem defendens, venditori, à quo defendi vult, de rato cauere debeat.

75. *Iulianus* lib. 3. Digeſtorum.

QVi abſentem emptorem, eundémque poſſeſſorem fundi defendebat, & iudicium nomine eius accipiebat, poſtulabat à venditore fundi, *vt r ab eo defenderetur*; venditor deſiderabat caueri ſibi *ratam ſ rem emptorem habiturum*. puto eum venditori *de rato* ſatiſdare debere; quia, ſi fundum agenti reſtituerit, nihil prohibet dominum rem petere, & cogi venditorem rurſus defendere *t*.

Si defenſor iudicatum ſolui ſatiſdederit, & reus ſoluendo eſſe deſierit.

76. *Idem* lib. 5. ad Minitium.

TItius cùm abſentem defenderet, ſatiſdedit, & priùs quàm iudicium acciperet, deſiit *u* reus ſoluendo eſſe, quàm *x* ob cauſam defenſor recuſabat iudicium in ſe reddi oportere. quæro, an idei concedi oporteat? Iulianus reſpondit; Defenſor cùm ſatiſdedit, domini loco habendus eſt *y*; nec multum ei præſtaturus eſt prætor, ſi eum non coëgerit iudicium accipere, cùm ad fideiuſſores eius iri poſſit; & hi, quidquid præſtiterint à defenſore conſecuturi ſint.

Quomodo defendi debet.

77. *Paulus* lib. 57. ad Edictum.

OMnis *z*, qui defenditur, boni *a* viri *b* arbitratu defendendus eſt.

1. *Si procurator ad duas res, vnam petat.*

78. *Africanus* libro 6. Quæſtionum.

ET ideo non *c* poteſt videri viri boni arbitratu litem defendere is, qui, actorem *d* fruſtrando *e*, efficiat, ne ad exitum controuerſia deducatur.

1 ¶ Ad duas res petendas procurator datus, ſi unam rem petat exceptione non *f* excluditur, & rem in iudicium deducit.

QVOD

a Confeſtim ad agendum datus procurator, etiam poſt tempus litem peragere poteſt.
b ſemel enim ſuo iuri renunciauit.
c Huiuſmodi procurator quaſi & penè dominus eſt. *Cicero pro Cecinna.*
d Generaliter liberam adminiſtrationem rerum commiſſam habet procurator, vel, ſi ei dictum eſt, vt faceret quicquid faceret ipſe dominus: cuique promiſit dominus ſe ratum habiturum quicquid fecerit. *Bart. hic.*
e bonorum vel litium.
f l. 59. *infr. eod.* *l. 9. §. 4. infr. de adq. rerum: §. nihil de rerum diuiſ.*
g exigere, nouare, & aliud pro alio permutare *vulgata.* & ſic Græci ἢ μεταπιθέναι, quod eſt nouare, ἢ ἀνταλλαγὴν ποιεῖν, id eſt, permutationem facere poteſt & idem ſoluere creditoribus domini, *l. 50. ĵ. eod.* inſtitorem ponere *l. 6. ĵ. de inſtitoria.* ſocietati renunciare, *l. 63. §. renunciare. inf. pro ſocio.* iuſiurandum deferre, *l. 17. ĵ. de iureiur.* Huius etiam dolus anterior & poſterior nocet domino: cum particularis procuratoris dolus tantum poſterior noceat, *l. 5. §. 3. ĵ. de doli except.*
h & alienare & tradere: adeò vt eas faciat accipientis, *l. 6. §. 4. ĵ. de acqu. rer. dominio.* atqui non poteſt alienare, *l. 61. ĵ. eod.*
i hic quaſi defenſor, non verus defenſor, *l. 40. §. ſ. eod.*
k Generali mandato non continetur tranſactio.
l deminuendi *Cuiac. Inſtit. de rer. diuiſ.*
m atqui permutare poteſt? *l. 58. ſ. eod.*
n nec pignus conſtituendi, *l. 7. §. 2. ĵ. quibus mod. pig. ſoluit.*
o *l. 4. in pr. inf de re iudicata.* p i. præſentem dominum non ſatiſdediſſe iudicatum ſolui. q *l. 28. in fin. ſ. eod.* r vide *l. 56. ſ. eod.*
ſ cur magis permutare? l. 38. 56. *ſ. eod.*
t *l. 16. C. eod.* u *l. 16. ſ. eod.*
x *l. 1. C. eod. l. 21. ĵ. ratam rem l. vn. C. de ſatiſdando. §. ſi autem de ſatiſdat.*
y Literis alicuius creditur, etiamſi nulli teſtes in illis ſint deſcripti: creditur, inquam, ſed aduerſus ſcribentem. Socinus *regula* 246.
l *l. 50. ſ. eod.*
a generali *Fulgoſius* priuati hominis. An & Cæſaris? vide *l. 5. ĵ. iure fiſci.*
b *vt in l. 25. in fin. l. 35. l. 36. l. 61. in fin. ſ.*
c atque ita hæc lex loquitur de negotiorum procuratore.
d *l. 3. §. in eum. ĵ. de adminiſt. rerum.*
e Cur? licet procurator eſſe deſinit, non deſinit tamen eſſe fideiuſſor.
f aliud videtur in curatore furioſi, *l. 5. ſ. quando ex facto tut.*
g Obligatio iuris eſt vinculum, *Inſt. de oblig.* h *l. 79. ĵ. de verb. oblig.*

a id eſt reum.
b poteſt enim procurator cum aduerſario colludere, *arg. l. 29. inf. de inoff.*
c Tutorem filio meo dare poſſum creditorẽ meum, v. tamen *Nou. 72.* & *Authent. minoris debitor & ibi Accurſ. C. qui dare tutores.*
d pupilli.
e Titio.
f aut ab hærede.
g Cur ita? cum ſit neceſſitate procurator? *l. 32. in fi. ſ. eod.*
h *l. 34. §. publicè ſ. eod.*
i Cur? per eos qui ſunt in poteſtate noſtri adquirimus actiones: procurator autem libera eſt Perſona, vide §. 5. *Inſt. per quas perſonas nobis adquiritur.*
k adquirimus autem *l. 68. ſ. eod.*
l iam adquiſitas *l. 17. ĵ. de operis noui nuntiat.*
m *l. 17. ĵ. de noui operis.*
n iniquum erit eum conueniri qui vult ſoluere, *l. 1. ĵ. de iudiciis, l. 16. inf. iudicatum ſolui.*
o v. *l. 29. C. de vſuris. l. 1. §. 36. inf. depoſiti.*
p σύνδικος τῆς πόλεως 8. *Ecl.*
c περὶ διεκδικητῶν. *c. 74.*
q ante litem conteſtatam, *arg. l. 11. C. eod.*
r v. quæ notaui ad *l. 29. in fin. ĵ. de euict.*
ſ i. expenſas in lite factas.
t & eidem venditorem magno condemnare *l. vlt. ĵ. de fideiuſſ.*
u vide omnino Pileum. *q. 31 in fi.* & *Accur. in l. 62. ĵ. de fideiuſſ.*
x *l. 13. in fi. ſ. eod.*
y *l. 43. §. vlt. ſ. eo.*
z Hoc ſumptum ex edicto prætoris *l. 43. §. 3. ſ. eo. l. 7. §. 1. ĵ. quib. ex cauſis in poſſeſſ.*
a boni viri arbitratu non defendit, qui calumnioſas exceptiones obiicit, *l. 78. ĵ.*
b *l. 45. in pr. ſ. eo. l. 11. §. proinde. ĵ. de legat. 3.* adde *l. 5. §. vlt. ĵ. quibus ex cauſis in poſſ. l. 137. §. 2. j. de verb. obl.*
c adde *l. 18. infr. iudicatum ſolui.*
d Fruſtrator non eſt vir bonus.
e i. trahendo negotiũ, & inferendo iudicio moras. *v. l. 24. ĵ. quib. ex cauſis maiores* vide *Cuia 6. ad Afric.*
f & ſic diuidi poteſt mandatum.
g vide *Cuiac. 5. ad Afr. 3.*

QVOD a CVIVSCVMQVE VNIuerſitatis nomine vel contra eam agatur b.

TIT. IV.

Vtrum vniuerſitatem habere liceat. 1. De rerum communione & actore ſeu ſyndico. 2. Si nemo. 3. Aut aliquis vniuerſitatem defendat.

Gaius lib. 3. ad Edictum prouinciale.

Neque ſocietas c, neque collegium, neque huiuſmodi corpus d paſſim e omnibus haberi conceditur. nam f & legibus g & ſenatuſconſultis, & principalibus conſtitutionibus ea res coërcetur. Paucis admodum in cauſis conceſſa ſunt huiuſmodi corpora vt ecce vectigalium, h publicorum ſociis permiſſum eſt corpus habere: vel aurifodinarum, vel argentifodinarum, & ſalinarum.

¶ Item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus ſenatuſconſultis atque conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt: veluti piſtorum i, & quorundam k aliorum l, & naucuſariorum m, qui " & " in prouinciis ſunt.

1 ¶ Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuiuſque alterius n eorum nomine, proprium eſt, ad o exemplum reipublicæ p habere res communes, arcam communem, & actorem ſiue ſyndicum q: per quem, tanquam in republica quod communiter agi, fierique oporteat, agatur, fiat.

2 ¶ Quòd ſi nemo eos defendat, quod eorum commune erit, poſſideri: & ſi admoniti non excitentur ad ſui defenſionem, venire r ſe iuſſurum proconſul ait. Et quidem non eſſe actorem, vel ſyndicum tunc quoque intelligimus, cum is abſit, aut ſ valetudine impedietur, aut inhabilis t ſit ad agendum.

3 ¶ Et ſi extraneus defendere velit vniuerſitatem, permittit proconſul, ſicut in priuatorum defenſionibus obſeruatur: quia eo modo melior conditio vniuerſitatis fit.

Vtrum actor vniuerſitatis à pluribus datus eſſe intelligatur.

2. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

SI u municipes x, vel aliqua vniuerſitas ad agendum det actorem non y erit dicendum, quaſi à pluribus datum, ſic haberi: hic enim pro republica z vel vniuerſitate interuenit, non pro ſingulis a.

Quis poſſit nomine vniuerſitatis, vel curiæ experiri.

3. *Idem* lib. 9. ad Edictum.

NVlli permittitur nomine ciuitatis, vel curiæ experiri, niſi ei, cui lex permittit, aut lege ceſſante, ordo dedit, cùm duæ b partes adeſſent, aut amplius quàm duæ.

4. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

PLanè, vt duæ partes decurionum adfuerint, is quoque quem decernent numerari poteſt c.

5. *Vlpianus* lib. 8. ad Edictum.

ILlud notandum Pomponius ait, quod & patris d ſuffragium filio proderit, & filij patri e:

3. Collatio actoris vniuerſitatis cum procuratore.

6. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

ITem eorum, qui in eiuſdem poteſtate ſunt: quaſi decurio enim hoc dedit, non f. quaſi domeſtica perſona. Quod & in honorum petitione erit ſeruandum, niſi lex municipij, vel perpetua conſuetudo prohibeat.

1 ¶ Si decuriones decreuerunt actionem per eum mouendam, quem duumuiri elegerint: is videtur ab ordine electus, & " ideo " experiri poteſt. parui enim refert, an ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. Sed ſi ita decreuerint, vt quæcumque incidiſſet controuerſia, eius petendæ negotium Titius haberet: ipſo iure id decretum nullius momenti eſſe: quia non poſſit videri de ea re g, quæ adhuc in controuerſia non ſit, decreto datam perſecutionem. Sed *hodie* hæc omnia per ſyndicos ſolent ſecundum h locorum conſuetudinem explicari.

2 ¶ Quid ſi actor datus, poſtea decreto decurionum prohibitus ſit? an exceptio ei noceat? Et puto ſic hoc accipiendum, vt ei permiſſa videatur. cui & permiſſa durat a.

3 ¶ Actor vniuerſitatis b ſi agat, compellitur etiam defendere: non c autem compellitur cauere de rato. Sed interdum, ſi de decreto dubitetur, puto interponendam & de rato cautionem. Actor d itaque iſte procuratoris partibus fungitur: & iudicati e actio ei ex edicto non datur f, niſi in rem ſuam datus ſit: & conſtitui ei poteſt.

¶ Ex iiſdem cauſis mutandi actoris poteſtas erit, ex quibus etiam procuratoris.

¶ Actor etiam filiuſfamilias dari poteſt.

De actione in municipes danda. 1. De credito & debito vniuerſitatis. 2. Quatenus vniuerſitas manet.

7. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

SIcut municipum nomine, actionem prætor dedit, ita & aduerſus g eos iuſtiſſimè edicendum putauit. Sed & legato h, qui in negotium publicum ſumptum fecit, puto dandam actionem in municipes.

1 ¶ Si quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur, nec i quod debet vniuerſitas, ſinguli debent.

2 ¶ In decurionibus, vel aliis vniuerſitatibus nihil refert, vtrùm k omnes idem maneant, an pars maneat; vel omnes immutati ſint. Sed ſi vniuerſitas ad l vnum redit; magis admittitur, poſſe eum conueniri, & conueniri; cùm ius omnium in vnum reciderit, & ſtet m nomen vniuerſitatis.

Quomodo creditoribus ciuitatis ſatisfit.

8. *Iauolenus* lib. 15. ex Caſſio.

[AN] ciuitates ſi per n eos, qui res earum adminiſtrant non defenduntur: nec quicquam eſt corporale reipublicæ, quod poſſidetur: per o actiones debitorum ciuitatis, agentibus ſatisfieri oportet p.

Quæ actiones in vniuerſitatem dantur.

9. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

SI tibi cum municipibus hęreditas communis erit familiæ herciſcundæ iudicium inter q vos redditur. Idemque dicendum eſt in finium regundorum, & aquæ pluuiæ arcendæ iudicio.

Ad quæ conſtituitur actor, & verum ipſi cauendum ſit an ſeruo.

10. *Paulus* lib. 1. Manualium.

COnſtitui poteſt actor etiam r ad operis noui nuntiationem, & ad ſtipulationes interponendas: veluti legatorum, damni infecti, iudicatum ſolui, quamuis ſeruo ſ potius ciuitatis caueri debeat, ſed & ſi actori cautum fuerit, vtilis actio adminiſtratori rerum ciuitatis dabitur.

DE NEGOTIIS GESTIS t.

TIT. V.

Vtilitas edicti.

Vlpianus lib. 10. ad Edictum.

HOc edictum neceſſarium u eſt: quoniam magna vtilitas x abſentium verſatur, ne indefenſi rerum poſſeſſionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris diſtractionem, vel pœnæ committendæ actionem, vel iniuria rem ſuam amittant.

Ratio actionis directæ & contrariæ.

2. *Gaius* libro 3. ad Edictum Prouinciale.

SI y quis abſentis negotia geſſerit, licèt z ignorantis: tamen quidquid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiam ipſe ſe in rem abſentis alicui obligauerit a, habet eo nomine actionem b. Itaque eo caſu vltro citroque naſcitur âctio, quæ appellatur negotiorum geſtorum. Et ſanè ſicut æquum eſt, ipſum actus ſui rationem b reddere, & eo nomine condemnari, quidquid vel non, vt oportuit, geſſit, vel ex his negotiis retinet; ita ex diuerſo iuſtum eſt, ſi vtiliter geſſit, præſtari ei, quidquid eo nomine vel abeſt ei, vel abfuturum eſt d.

Edictum. 1. interpretatio verborum Si quis. 2. negotia. 3 alterius. 4. Si pupillus geſſerit 5. De negotijs furioſi 6. Interpretatio verborum, Si quis. 7. De hæredibus. 8. De executore. 9. Quo caſu dolus tantum præſtatur à negotiorum geſtore. 10. Si quis ſponte vel coactus vel neceſſitatis ſuſpicione geſſerit. 11. Si alio mandante vel fideiubente geſtum ſit.

3. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

a ἐ περὶ δικαιδικητῶν ἢ συνδίκων ὁμάδος ἢ πόλεως 8. Ecl. 2.

b i. de ſyndicis. l. 6. §. 1. in fi. ff. eod.

c ἑταιρεῖαι, συστήματα, σωμάτα. ſocietates, collegia, corpora. Ecl. ib.

d Corpus hoc ſeu corporis hoc genus ex diſtantibus conſtat corporibus, l. 30. ff. de vſucap.

e vide l. 1. inf. de collegijs.

f Collegia licita, quibus ius coëundi à principe vel à ſenatu conceſſum eſt, vt hic: l. 1. l. 3. ff. de collegijs l. 5. l. 6. inf. de iure immunit. at non quæ à præſidibus, vt colligi poteſt ex lib. 10. epiſtolarum Plinij ad Traianum.

g l. 5. §. quibuſdam, inf. de iure immuni. l. 20. in pr. de reb. dub.

h Societas in vectigalibus, aurifodinis, argentifodinis & ſalinis contrahi poteſt.

i Hi municipes 2. Ecl. l. vn. C. de priuilegijs corporatorum vrbis Romæ 6. Harmen. tit. de dignitatib. 9. Baſil. 6. c. 1. ἀρτοποιοὶ προεστῶτες τῶν ἀρτοποιικῶν ἐργαστηρίων, curatores piſtrinorum. Nouell. 80.

k vinariorum, caligariorum. Lamprid. in Seuero. Centonariorum & Dedrophororum. C. Theodoſ. Numerantur apud auctorẽ Synopſeos collegia χαρακτῶν, χαλκέων χοιρεμπόρων, monetariorum, ærariorum, ſuariorum.

l l. vlt. inf. de iure immunit.

m l. pen. in fi. infr. de iure immunit.

n l. 7. §. 2. ff. eod. municipij, l. 2. inf. eod. ciuitatis, curiæ, l. 3. ff. eod.

o Argumentum à Republica, ad collegia licita permiſſaque obſerua: adde l. 20. §. in pr. ff. de pet. hæred.

p Romanæ.

q l. 1. §. 2. l. 18. §. 13. ff. de muneribus: qui & defenſor, Lampridio in Alexan. ex ipſo corpore & collegio eligebatur: ac præter eum patronus: cuius extat mentio in veteribus inſcriptionibus. r adde l. 10. ff. vt in poſſeſſionem legatorum.

ſ Paria ſunt non eſſe, & inutiliter eſſe, l. 6. ff. qui ſatiſdare, l. 1. §. 2. ff. quod falſo tutore. t Paria ſunt abeſſe & adeſſe inhabiliter, vide Damhauderium in Enchiridio parium, in verbo Abeſſe. u vide quæ ſcripſi ad l. 7. eod.

x ὁ δοθεὶς σύνδικος ἀπὸ πόλεως ἢ ὁμάδος ſyndicus à ciuitate datus 8. Ecl. 2. c. 102. y vniuerſitas vnius non plurium vicem ſuſtinet, vt qui ab ea datus fuerit ab vno non quaſi à pluribus datus videatur, corpus vnum repræſentat.

z quæ vnum corpus conſtituit.

a idem dicendum eſſe de vaſallis, Bartolus ait. b Partes duæ ciuitatis, aut amplius quàm duæ, quod faciunt, omnes facere videntur, v. l. 19. ff. ad municip. adde l. 17. §. item ſi plures, ff. de receptis arbitr. c atqui nemo ſeipſum eligere debet, l. 4. ff. de tutor. datis. d Pater filio ſuffragium dare poteſt: vt & patri filius. e Cur ita? collige ex l. 6. ff. eod. & l. 77. ff. de iudic. l. 14. ff. ad Trebell. g Immò, & ad litem f adde l. 15. §. qui duos, ff. de adopt. l. 59. in fi. ff. ad Trebell. g Immò, & ad litem datur, l. 3. §. de procur. h v. l. 3. 4. ff. quod vi aut clam.

a vide l. 10. §. verſum. infr. de in rem verſo.

b cui ciuitatis, l. 9. infr. ratam rem.

c 8 Eclog. 2. c. 10. Syndicus vniuerſitatis, quum agit, de rato non cauet niſi de facto in eum decreto dubitetur.

d Actor ciuitatis defendere cogitur: quippe procuratoris partibus fungitur. Huius legis hæc ſententia eſt apud authorem Eclogæ illo loco.

e καὶ οὐ δίδοται αὐτῷ ἡ κατοδοσία, & c neque datur ei cautio, niſi in rem ſuam agat: etiamſi certè ei conſtituatur. *Ita Græci eodem loco legunt.*

f l. 28. in pr. ff. de procur.

g l. 9. in pr. inf. eo.

h l. 1. in fi. inf. de legationib. l. 28. in pr. C. de legation.

i Repræſalias in ſingulos ciues alicuius ciuitatis nõ dari, ob ſponſionem & debitum ipſius ciuitatis, hinc colligitur.

k vide l. 76. inf. de iudicijs.

l Vniuerſitatis nomen in vno etiã homine conſiſtere, retineri ac ſeruari poteſt. vnde notant, ſpecie remota, remoueri genus: niſi tale genus ſit, vt vel in vna ſpecie conſeruetur, Bal ad l. conuenticulam. C. de epiſcopis.

m Immò, vt ſit collegium tres ſaltem eſſe neceſſe eſt, l. 85. ff. de verb. ſignif.

n vide quæ notaui ad l. 2. inf. de adquir poſſeſſ.

o Nomen in ſolutum dari poteſt deficiẽtibus rebus corporalibus. l. 16. & Auth. hoc niſi debitor. Cod. de ſolut. Nou. l. 4. c. 3.

p id eſt, tunc ad eorum iura deſcenditur, l. 15. §. in venditione inf. de re iudicata.

q l. 7. ff. eod.

r Res ciuitatis non ab vno adminiſtrabantur. Raro enim id munus vni pro indiuiſo totum iniungitur: ſed diuiſim pluribus vt puta vni cura kalendarij, alij cura operum publicorum alij cura frumenti coëmendi, à quibus ſeparatur actor, l. vlt. ff. eod.

ſ l. 43. §. ſi procur. ff. de procurator. b. t 2. C. 19. Harmen. 5. tit. 11. Paul. 3. ſent. 4.

u Atqui in culpa eſſe, & curioſus is videtur eſſe, qui rei ad ſe non pertinenti ſe immiſcet, l. 36. ff. de regulis. Et ita eſt ſi ſuo tantum commodo id faciat, non ad eius vtilitatem cuius negotium gerendum in ſe recipit.

x l. 5. ff. de obl. §. 1. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr. 8. Ecl. 2. ex lib. 17. c. 1.

y Eclog. ib. c 2. 5. Harm. 11. §. 61.

z l. 3. infr. eod.

a Vlp. in fragmentis t. 7. §. 3.

b contrariam l 45. ff. eod.

c Rationem actus ſui reddere negotiorum geſtor tenetur, " vt hic, & tutor, v. l. 17. §. 7. ff. de admin. tut. vt & procurator, l. 46. §. 4. ff. de procurat.

d etiam vſuras ſumptuum, l. 18. Cod. eod.

Ait

AIt prætor : *ſi quis negotia alterius* a , *ſiue quis negotia quæ cuiuſque, cùm is moritur fuerint, geſſerit : iudicium eo nomine dabo.*

1 ¶ Hæc verba *ſi quis* , ſic ſunt accipienda , *ſiue* b *quæ* : nam & mulieres negotiorum geſtorum agere poſſe & conueniri, non dubitatur.

2 ¶ *Negotia* ſic accipe : ſiue vnum, ſiue plura.

3 ¶ *Alterius*, inquit , & hoc ad vtrumque ſexum refertur.

4 ¶ Pupillus c ſane , ſi negotia geſſerit, poſt reſcriptum Diui Pij "etiam" conueniri poteſt in id, quod factus eſt locupletior : agendo autem compenſationem eius, quod geſſit, patitur *d*.

5 ¶ Et ſi furioſi negotia geſſerim, competit mihi aduerſus eum negotiorum geſtorum actio *e*. Curatori autem furioſi *f*, vel furioſæ aduerſus eum , eámve dandam actionem Labeo ait *g*.

6 ¶ Hæc verba *ſiue quis negotia, quæ cuiuſque , cùm* h *is moritur fuerint, geſſerit*, ſignificant illud tempus , quo quis poſt mortem alicuius negotia geſſit, de quo fuit neceſſarium *i* edicere : quoniam neque teſtatoris iam defuncti , neque heredis , qui *k* nondum adijt negotium geſſiſſe videtur. Sed ſi quid acceſſit , poſt mortem, vtputa partus, & fœtus, & fructus , vel ſi quid ſerui adquiſierint : & ſi [ex his verbis non continentur, pro adiecto tamen debent accipi.

7 ¶ Hæc autem actio , cùm *l* ex negotio geſto oriatur & heredi, & in hæredem *m* competit.

8 ¶ Si executor *n* à prætore in negotio meo datus, dolum mihi fecerit , dabitur mihi aduerſus eum actio *p*.

9 ¶ Interdum *q* in negotiorum geſtorum actione Labeo ſcribit dolum ſolummodo verſari : nam ſi *r* affectione coactus *ne bona mea diſtrahantur* , negotiis te meis obtuleris , æquiſſimum eſſe , dolum duntaxat te præſtare, quæ ſententia habet æquitatem.

10 ¶ Hac actione tenetur non ſolum is , qui ſponte , & nulla neceſſitate cogente , immiſcuit ſe negotijs alienis, & ea geſſit : verum & is , qui aliqua neceſſitate vrgente *ſ* vel neceſſitatis ſuſpicione *t* geſſit.

11 ¶ Apud Marcellum libro ſecundo digeſtorum quæritur , ſi cùm propoſuiſſem negotia Titij gerere, tu mihi mandaueris *u* vt geram : an vtraque actione vti poſſim ? Et ego puto vtranque , locum habere: quemadmodum ipſe Marcellus ſcribit, ſi fideiuſſorem *x* accepero negotia geſturus : nam & hic dicit, aduerſus vtrumque eſſe actionem.

4. *Idem.* lib. 45. ad Sabinum.

SEd videamus , an fideiuſſor hic habere aliquam actionem poſſit : & verum eſt, negotiorum geſtorum eum agere poſſe , niſi donandi *y* animo fideiuſſit.

De errore geſtoris.

5. *Idem* lib. 10. ad Edictum.

ITem ſi, cum putaui *z* à te mihi mandatum , negotia geſſi: & hic naſcitur negotiorum geſtorum actio, ceſſante *a* mandati actione.

¶ Idem eſt etiam, ſi pro te fideiuſſero , dum puto mihi à te mandatum eſſe.

1 ¶ Sed *b* & ſi, cum putaui Titij negotia eſſe, cùm eſſent Sempronij , ea geſſi : ſolus *c* Sempronius mihi actione negotiorum geſtorum tenetur.

De negotiis pupilli. 1. Si procuratori datum ſit contemplatione domini. 2. De re perferenda. 3. De ea qui lucri ſui cauſa geſſit. 4. Negotium alterius quomodo accipitur. 5. Si quis quaſi ſeruus geſſerit. 6. de negotijs peculiaribus. 7. De negotijs bona fide ſeruientis. 8. De negotijs vnius nomine alterius geſtis.

6. *Iulianus* l. 3. digeſtorum ſcribit.

SI pupilli tui negotia geſſero , non mandatu *d* tuo, ſed ne tutelæ iudicio tenearis : negotiorum geſtorum te habebo obligatum : ſed & pupillum *e*, modò ſi locupletior fuerit factus.

1 ¶ Item ſi procuratori tuo *f* mutuam pecuniam dedero tui *g* contemplatione, vt creditorem tuū , vel pignus tuum liberet : aduerſus te negotiorum geſtorum habebo actionem aduerſus eum, cum quo contraxi, nullam. Quid tamen ſi à procuratore tuo ſtipulatus ſum ? Poteſt dici ſupereſſe mihi aduerſus te negotiorum geſtorum actionem . quia ex abundanti hanc ſtipulationem interpoſui. 2 ¶ Si quis pecuniam , vel aliam quandam rem ad me perferendam *h* acceperit : quia meum negotium geſſit , negotiorum geſtorum mihi actio aduerſus eum competit.

a abſentis, *l. 1. l. 2. ſ. eo.* maſculi, fœminæ. *§. 1. & 3. ſ. eo.* furioſi, *§. 5. ſ. eo.*
b. *l. 1. ſ. de verb. ſign. l. 3. §. 1. ſ. de homine libero.*
c pupilli ſanè ſi quis negotia. *Cuia. 1. obſeru. 7. arg. l. 6. in pr. l. 37. ſ. eod. l. 2. C. eod.*
d Cur ita ? vide *l. 6. ſ. de compenſat.*
e ergo obligatur? ſed ex iis cauſis ex quibus ignorans obligaretur.
f v. l. 24. *in fin. ſ. de oblig.*
g vide *l. 1. §. 2. ſ. de contraria tutel.*
h dixi *l. 13. ſ. eod.*
i Immo , heredis geſſit negotium, *l. 28. §. vlt. ſ. de ſtipulat ſeruor.*
k *l. 40. ſ. de oblig. 25. l. 70. §. 4. ſ. de fideiuſſoribus.*
l Heredi & in hæredem dantur quæ ex negotio geſto oriuntur.
m *v. l. 6. C. eod.*
n ſententiæ.
o negotiorum , *l. 21. in fin. ſ. eod.*
p interdum de dolo *l. 50. infr. de euict.*
q Qui aliena negotia gerit, & bonā fidem & exactā diligentiam rebus eius pro quo interuenit præſtare debet. *Paulus 1. ſent. 4. §. 1.* & vt loquitur Theophilus §. 1. *Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu* ἀκριβεϛάτην ἢ ὑπερβάλλουσαν ἐπιμέλειαν, exactiſſimā & penè modum excedentem, diligentiam maiorem quā in ſuis rebus præſtare ſolet . eā quam alius diligen ior. adhiberet, vt hinc conſtet præſtari à geſtore dolum & omnem culpam *l. 20. C. eo l. 24. C. de vſur.* interdum tamen dolum tantum , *vt hic.* interdum caſum etiam preſtat. *l. 11. ſ. eo. Eclog. ibid. c. 10.*
r Deſerta negotia qui alterius gerit, dolum & latam tantum culpam præſtat.
ſ *l. 17. C. eod. l. 4. in fin. C. qui dare tutores. l. 2. C. de heredib. tutor.*
t Negotiorum actio datur aduerſus eum qui geſſit neceſſitate vera vel putatiua. *Bar.*
u *l. 16. C. eod.*
x *v. l. 30. infr. de fideiuſſoribus.* y *l. 12. C. eod. l. 20. infr. mandati.*
z *l. 45. §. 2 infr. eod. l. 6. l. 14. §. 1. ver. diuerſum. l. 29. ſ. communi diuidundo.*
a quia nullum mihi mandatum negotium eſt : opinio mea mandatum non facit, nec actionem mandati parit , ſed rei geſtæ veritas.
b Hæc particula *ſed*, notat diuerſitatem facti & iuris : *ſed etſi*, diuerſitatem facti, identitatem iuris *Albericus hic.*
c Cur ? quia aduerſus Titium actionem non habeo , & ſine actione agere non poſſum. d vide *l. 4. C. eod.*
e *l. 34. circa finem infr. eodem.* f *vt l. 31. in princ. infr. eod.* pupillus tenetur locupletior factus ex quaſi contractu.
g quid ſi eius contemplatione ? vide *l. 13. C. ſi certum petatur.*
h Perferendum ad me qui quid accipit , negotiorum geſtorum actione mihi tenetur. *vt hic*, ſi meo mandato, etiam mandati, *l. 1. §. 1. ſ. de procuratorib.* adde *l. 65. infr. de adquir. rerum dominio.*

3 ¶ Sed & ſi quis negotia mea geſſit, non mei contemplatione, ſed *a* ſui lucri cauſa, Labeo ſcripſit, ſuum eum potiùs, quàm meum negotium geſſiſſe: qui enim deprædandi cauſa accedit , ſuo lucro, non meo commodo ſtudet. Sed nihilominus , immo magis , & is tenebitur negotiorum geſtorum actione.

¶ Ipſe tamen ſi circa res meas aliquid impenderit , non in id quod ei abeſt, quia improbè ad negotia mea acceſſit, ſed *b* in quod ego locupletior factus ſum, habet contra me actionem *c*.

4 ¶ Si quis ita ſimpliciter verſatus eſt , vt ſuum negotium in ſuis bonis , quaſi meum geſſerit : nulla ex vtroque latere naſcitur actio : quia nec fides bona hoc patiatur. Quod ſi *d* & ſuum & meum , quaſi meum , geſſerit : in meum tenebitur , nam & ſi cui mandauero , vt meum negotium gerat quod mihi tecum erat commune, dicendum eſſe Labeo ait , ſi & tuum geſſit ſciens , negotiorum geſtorum eum tibi teneri.

5 ¶ Si quis quaſi *e* ſeruus meus , negotium meum geſſerit, cum eſſet vel libertus , vel ingenuus : dabitur negotiorum geſtorum actio.

6 ¶ Sed ſi ego tui filij negotia geſſero , vel Serui, videamus an tecum negotiorum geſtorum habeam actionem : & mihi videtur verum, quod Labeo diſtinguit , & Pomponius libro viceſimo ſexto probat : vt, ſi quidem contemplatione tui negotia geſſi peculiaria , tu mihi tenearis quòd ſi amicitia *f* filij tui, vel ſerui , vel eorum contemplatione , aduerſus patrem, vel dominum , de peculio dumtaxat dandam actionem.

¶ Idémque eſt, & ſi ſui iuris eſſe eos putaui. Nam & ſi ſeruum non neceſſarium emero filio tuo , & tu ratum habueris : nihil *g* agitur ratihabitione. Eodem loco Pomponius ſcribit , hoc adiecto quod putat, & ſi nihil ſit in peculio, quoniam plus patri, dominóve debetur ; & in patrem dandam actionem , in quantum locupletior ex mea adminiſtratione factus ſit *h*.

7 ¶ Sed ſi hominis liberi , qui tibi bona fide ſeruiebat , negotia geſſero ; ſi quidem putans tuum eſſe ſeruum geſſi ; Pomponius ſcribit , earum rerum " peculiarium " cauſa , quæ te ſequi debent , tecum mihi fore negotiorum geſtorum actionem : earum verò rerum , quæ ipſum ſequuntur , non tecum , ſed cum ipſo: ſed ſi liberum ſciui , earum quidem rerum , quæ euum ſequuntur, habebo aduerſus eum actionem: earum verò quæ te ſequuntur , aduerſus te.

8 ¶ Si Titij ſeruum putans , qui erat Sempronij, dedero pecuniam *ne occideretur*, vt Pomponius ait, habebo negotiorum geſtorum aduerſus Sempronium actionem.

9 ¶ Item quæritur apud Pedium libro ſeptimo: ſi Titium quaſi *i* debitorem tuum , extra iudicium admonuero , & is mihi ſoluerit , cùm *k* debitor non eſſet , tùque poſtea cognoueris *l* , & ratum habueris , an negotiorum geſtorum actione me poſſis conuenire ? Et ait dubitari poſſe , quia nullum negotium tuum geſtum eſt , cùm debitor tuus non fuerit. Sed ratihabitio *m* inquit, fecit tuum negotium : & ſicut ei à quo exactum eſt, aduerſus eum datur repetitio *n* , qui ratum habuit ; ita & ipſi debebit , poſt ratihabitionem aduerſus me competeret actio ; ſic ratihabitio conſtituet *o* tuum negotium , quod ab initio tuum non erat , ſed tua contemplatione geſtum.

10 ¶ Idem ait, ſi Titij debitorem , cui te heredem putabam , cum eſſet Seius " heres " ; conuenero ſimiliter , & exegero mox , tu ratum habueris; eſſe mihi aduerſus te , & tibi mutuam *p* negotiorum geſtorum actionem *q*. At quin alienum negotium geſtum eſt ? Sed ratihabitio hoc conciliat *r* , quæ res efficit , vt tuum negotium geſtum videatur , & à te hereditas peti poſſit.

11 ¶ Quid ergo , (inquit Pedius) ſi , cùm te heredem putarem , inſulam fulſero hereditariam , tùque ratum habueris ? an ſit mihi aduerſus te actio : Sed non *g* fore ait ; cum hoc facto meo alter *h* ſit locupletatus, & alterius re ipſa geſtum negotium ſit ; nec poſſit, quod alij adquiſitum eſt ipſo geſtu , hoc tuum negotium videri.

12 ¶ Videamus in perſona eius , qui negotia adminiſtrat, ſi quædam geſſit, quædam non, contemplatione *x* tamen eius alius ad hæc non acceſſit, & ſi vir diligens, quod ab eo exigimus , etiam ea geſturus fuit; an dici debeat, negotiorum geſtorum eum teneri " & " propter ea *y*, quæ non geſſit ? quod puto verius.

¶ Certè ſi quid à ſe *z* exigere debuit , proculdubio hoc ei imputabitur: quamquam enim hoc ei imputari non poſſit, cur alios debitores non conuenerit, quoniam *a* conueniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui *b* nullam actionem intendere potuit; tamen à ſemetipſo cur non exergerit , ei imputabitur , & ſi fortè non fuerit vſurarium debitum, incipit *c* eſſe vſurarium , vt diuus Pius Flauio Longino reſcripſit; niſi fortè inquit, vſuras ei remiſerat.

7. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

QVia tantundem in bonæ *d* fidei iudicijs officium iudicis *e* valet *f*, quantum in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio

a *l. 60. §. 1. in f. inf. mandati.*
b Cur ita ? vide *l. 14. infr. de condict. inde b.* adde *l. 38. fi. ſ. de pet. hered.*
c non mero iure ſed officio iudicis. v. quæ notant ad *l. 38. ſ de pet. hered.*
d *l. 14. C. eod.*
e *l. 19. §. ſi libere l. 36. inf. eod.*
f adde *l. 44.* [illegible]
g Cur ita ? *v.* [illegible] *de regulis. in 6.* & *l. 60. inf. de regulis iuris.* Imò aliquid agitur *l. vnic. Cod. ſi in communi.*
h eſt hic caſus vbi in actione de peculio non deducitur id quod patri debetur. *vt l. 1. §. ſi cùm impubere. ſ. de peculio.*
i vide *l. 25. ſ. eod.*
k vide *l. 23. ſ. eod.*
l vide l. 14. *in pr. ſ. de condic. cauſa data.*
m vide *l. 12. in fine inf. de ſolutionibus.*
n *l. 80. §. ſi Titio inf. de furtis.*
o imò non conſtituet. *l. 12. §. 2. ſ. ratam rem haberi.*
p *l. 8. in fi ſ. eo.*
q Immo, mandati. *l. 60. ſ. de regul. iur.*
r id eſt, facit, ratihabitio vt tuum negotium geſtum videatur.
f cùm tu non eſſes heres.
t contra non obligatum agi non poteſt. *vt hic.* Imò poteſt dixi *l. 2. C. de pactis.*
u non tu.
x vide *l. 1. in fin. ſ. de eo qui pro tutore.*
y *l. 17. §. ſicut ſ. commodati.*
z vide l. 38. *in pr. inf. eod.*

a vide *l. 39. ſ. eodem : l. 5. §. pen. ſ. de præſcriptis verbis.*
b *l. 20. C. eod.*
c vide *l. 38. in pr. eo*
d & ſic in negotio geſto , quod bonæ fidei iudicium eſt.
e Idem in arbitro. vide l. 24. *ſ. depoſiti.*
f cum mora. vide *l. 24 in princ. inf. locati.*

1. De fructibus. 2. An poſt directum contrario iudicio agi poſſit. 3. Si is geſſerit quem vnus ex ſociis prohibuit.

8. *Vlpianus* lib. 10. Ad Edictum.

SI autem is fuit, qui negotia adminiſtrauit, à quo mandatum non exigebatur: poſſe ei imputari, cur oblata de rato cautione, eum non conuenit; ſi modò facilè ei fuerit ſatiſdare. Certè in *a* ſua perſona indubitatum eſt, & ideo ſi ex cauſa fuit obligatus, quæ certo tempore: finiebatur *b*, & tempore liberatus eſt nihilominus negotiorum geſtorum actione erit obligatus.

¶ Idem erit dicendum & in ea cauſa, ex qua heres non tenetur, vt Marcellus ſcribit.

1 ¶ Item ſi fundum tuum, vel *c* ciuitatis per obteptionem petiero, negotium tuum, vel ciuitatis gerens, & ampliores *d*, quàm oportuit, fructus fuero conſecutus, debebo *e* hoc ipſum tibi, vel reipublicæ præſtare, licet petere non potuerim.

2 ¶ Si quocumque modo ratio compenſationis habita non eſt à iudice *f*, poreſt contrario iudicio agi. Quòd ſi poſt examinationem reprobatæ fuerint penſationes: verius eſt, quaſi re iudicata, ampliùs agi contrario iudicio non poſſe, quia exceptio rei iudicatæ opponenda eſt.

3 ¶ Iulianus libro tertio tractat, ſi ex duobus, ſociis alter me prohibuerit adminiſtrare, alter non an aduerſus eum, qui non prohibuit, habeam negotiorum geſtorum actionem: mouetur eo, quod ſi data fuerit aduerſus eum actio, neceſſe erit & eum pertingi, qui vetuit: ſed & illud eſſe iniquum, eum, qui non prohibuit, alieno facto liberari; cum, ſi mutuam pecuniam alteri ex ſociis, prohibente ſocio *h* dediſſem, vtique eum obligarem: & puto ſecundum Iulianum debere dici ſupereſſe contra eum, qui non prohibuit, negotiorum geſtorum actionem: ita tamen, vt is, qui prohibuit, ex nulla parte, neque *i* per ſocium, neque per ipſum aliquid damni ſentiat.

De comprobatione domini, & de negotiis vtiliter geſtis.

9. *Scæuola* lib. 1. Quæſtionum.

POmponius ſcribit, ſi negotium à te, quamuis malè geſtum, probauero, negotiorum tamen geſtorum te mihi non teneri. Videndum ergo, ne in dubio hoc, an ratum habeam, actio negotiorum geſtorum pendeat: nam quomodo, cum ſemel cœperit, nuda voluntate tolletur *i*? ſed ſuperius ita "verum" ſe putare ſi *k* dolus malus à te abſit. "Scæuola:" Immo puto, & ſi comprobem, adhuc negotiorum geſtorum actionem eſſe. Sed eo dicto, te mihi non teneri, quod reprobare *l* non *m* poſſim ſemel probatum, & quemadmodum, quod *n* vtiliter geſtum eſt, neceſſe eſt *o* apud iudicem pro rato haberi, ita *p* omne, quod ab ipſo probatum eſt. Cæterum ſi, vbi probaui non eſt negotiorum actio: quid fiet, ſi à debitore meo exegerit, & probauerim? quemadmodum recipiam? item ſi vendiderit? ipſe denique; ſi quid impendit, quemadmodum recipiet? nam vtique, mandatum non eſt: erit igitur & poſt ratihabitionem negotiorum geſtorum actio.

De vtiliter geſto, & de fortuito euentu.

10. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

SEd an vltro *r* mihi tribuitur actio ſumptuum, quos feci? & puto competere: niſi ſpecialiter id actum eſt, vt neuter aduerſus alterum habeat actionem.

1 ¶ Is autem, qui negotiorum geſtorum agit, non ſolùm ſi effectum habuit negotium, quod geſſit, actione iſta vtetur, ſed ſufficit, ſi vtiliter *ſ* geſſit *t*, & ſi effectum non habuit negotium, & ideo ſi, *u* inſulam fulſit, vel ſeruum ægrum curauit *x* etiamſi inſula exuſta eſt, vel ſeruus obiit, aget negotiorum geſtorum; idque & Labeo probat.

¶ Sed (vt Celſus refert) Proculus apud eum notat, non ſemper debere dari; quid enim, ſi eam inſulam fulſit, quam dominus, quaſi impar ſumptui, dereliquerit, vel quam ſibi neceſſariam non putauit? onerauit (inquit) dominum ſecundum Labeonis ſententiam *y*: cùm vnicuique liceat & damni infecti nomine re derelinquere *z*. Sed iſtam ſententiam Celſus eleganter deridet *a*; is enim negotiorum geſtorum (inquit) habet actionem, qui vtiliter negotia geſſit; non autem vtiliter negotia gerit, qui rem non neceſſariam, vel quæ oneratura eſt patremfamilias, adgreditur.

¶ Iuxta hoc eſt, & quod Iulianus ſcribit; eum, qui inſulam fulſit, vel ſeruum ægrotum curauit, habere negotiorum geſtorum actionen ſi vtiliter hoc faceret, licet *b* euentus non ſit ſecutus. Ego quæro, quid ſi putauit ſe vtiliter facere, ſed patrifamiliàs non expediebat? Dico hunc non habiturum negotiorum geſtorum actionem, vt enim euentum non ſpectemus, debet vtiliter eſſe cœptum.

a v. l. 38. in pr. ℐ. eo.
l. 6. in fi. l. 7. ℐ. eo.
b l. 19 in pr. ℐ. eo.
c v. l. 2. ℐ. eod.
d Negotiorum geſtor etiam iniuſtū compendium reſtituit: at non lucrum quod facere potuit.
e l. 46. §. *procurator.* ℐ. *de procuratorib.*
f *l. 7. §. fin.* ℐ. *de compenſat.*
g atqui nouum non eſt in iure ciuili vt alieno facto liberemur. *l.* 39. ℐ. *eod.* *l.* 23. ℐ. *de ſolut.*
h Directò qui non tenetur, nec per obliquum teneri debet. *l. fi. C. de vſuris.*
i Quidni tollitur, cum iniuriam diſſimulatione tolli conſtet? *l.* 11. ℐ. *de iniur.* §. *vlt. Inſtit. de iniuriis.*
k Dolus non comprehenditur in remiſſione ſimplici, *l.* 20. §. 2. ℐ. *de liberatione legata*
l *l.* 17. ℐ. *ſoluto: l.* 17. §. *vlt.* ℐ. *de adult.*
m Immo poſſum. *l.* 11. § *final.* ℐ. *de muneribus: l.* 1. *C. de profeſſ. & med.*
n Quod vtiliter geſtum eſt, dominus ratum habere cogitur. *Eclog. eod.* c. 8.
o Imò non eſt. *l.* 4. *C. ſi certum.*
p Ratum habere quiſque cogitur, quod ſemel probauit, etiamſi malè geſtum ſic. *Eclog. ibid.* 5. *Harmen.* 6. §. 90.
q Domino.
r id eſt, contraria, vt directa, *l.* 17. § 1. ℐ. *commodati.* id eſt, antequam vel etiamſi dominus non agat directa negotiorum geſtorum actione, verum mihi dabitur etiam actio ad ſumptus quos feci? id enim vltro actionem dare & tribuere eſt. *v. l.* 1. §. 6. ℐ. *vti poſſidetis.*
ſ in rem domini eiuſque commodum.
t vtiliter cœpit *vt in l.* 37. *in prin.* ℐ. *de in rem verſo l.* 36. *in fin.* ℐ. *mandati.*
u *Eclog. eod. c.* 9.
x *l.* 10. *C. eod.*
y *l.* 27. *in pr.* ℐ. *eo.*
z quoties ſtipulanti cauere non vult. *l.* 7. §. *hoc edictum. inſr. de damno infecto.*
a vide *Cuiac.* 17. *obſeru.* 39. *l. pen.* ℐ. *in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.*
b *vt in pr.* ℐ. *eod.* adde *l.* 12. *in fi. l.* 13. 22. ℐ. *eod. l.* 17. *in p.* ℐ. *de in rem verſo,* *lege* 3. §. *ſufficit. infrà de contrariis* idem in bonæ fidei poſſeſſore, vt & tutore & curatore, vide *l.* 28 ℐ. *de petit. heredit.* vide quæ notaui de impenſis ad *Nouel. C. ca.* 8.

De culpa, dolo, & caſu. De lucri & damni compenſatione.

11. *Pomponius* lib. 21. ad Quintum Mucium.

SI *a* negotia abſentis & ignorantis geras; & culpam *b*, & dolum præſtare debes; ſed Proculus interdum *c* etiam caſum præſtare debere: veluti ſi nouum *d* negotium, quod non *e* ſit ſolitus abſens facere, *f* tu nomine eius geras; veluti venales nouicios *g* coëmendo, vel aliquam negotiationem ineundo: nam ſi quod damnum ex ea re ſecutum fuerit, te ſequetur, lucrum verò abſentem; quòd ſi in quibuſdam lucrum factum fuerit, in quibuſdam damnum, abſens penſare lucrum cum damno debet *h*.

De negotiis captiui. 1. Vel filij familias militis 2. Vel hæreditariis.

12. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

SVcceſſori eius, cuius fuerunt negotia, qui *i* apud hoſtes deceſſit, hæc actio danda erit.

1 ¶ Sed ſi filijfamiliàs militis defuncti teſtamento facto geſſi, ſimiliter erit danda actio.

2 ¶ Sicut autem in negotiis viuorum geſtis ſufficit vtiliter negotium geſtum *k*: ita & in bonis mortuorum *l*, licet diuerſus exitus ſit.

De caſu & culpa.

13. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

DEbitor meus, qui mihi quinquaginta debebat, deceſſit: huius hereditatis curationem *m* ſuſcepi; & impendi, decem, deinde redacta ex venditione rei hereditariæ certum in arca repoſui, hæc ſine culpa mea perierunt; quæſitum eſt, an ab herede qui quandoque extitiſſet, vel crediram pecuniam quinquaginta petere poſſim, vel decem, quæ impendi. Iulianus ſcribit in eo verti quæſtionem, vt animaduertamus, an iuſtam cauſam habuerim ſeponendorum centum; nam ſi debuerim & mihi *n* & ceteris hereditariis creditoribus ſoluere, periculum non ſolùm ſexaginta, ſed & reliquorum quadraginta [millium] me præſtaturum; decem tamen, quæ impenderim retenturum *o*, "id eſt ſola nonaginta reſtituenda: "ſi verò iuſta cauſa fuerit, propter quam integra centum cuſtodirentur, veluti ſi periculum erat, ne prædia in publicum committerentur, ne pœna, traiectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromiſſo committeretur non ſolùm decem, quæ in hereditari negotia impenderim, ſed etiam quinquaginta quæ mihi debita ſunt, ab herede me conſequi poſſe *p*.

De filiofam. & ancilla.

14. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

SI *q* filius familias *r* negotia geſſiſſe proponatur; æquiſſimum erit, in patrem quoque actionem dari: ſiue peculium habet, ſiue in rem patris ſui vertit *ſ*.

¶ Et ſi ancilla, ſimili modo.

De initio geſtionis. De numero negotiorum.

15. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

POmponius libro viceſimo ſexto, in negotiis geſtis, initio *t* cuiuſque temporis conditionem ſpectandam ait; quid enim, inquit, ſi pupilli negotia cœperim gerere, & inter moras pubes factus ſit? vel ſerui, aut filijfamilias, & interea liber, aut paterfamiliàs effectus ſit? hoc & ego verius eſſe didici: niſi ſi ab initio quaſi *u* vnum negotium geſturus acceſſero: deinde alio animo ad alterum acceſſero eo tempore; quo iam pubes, vel liber, vel paterfamilias effectus eſt: hic enim quaſi plura negotia geſta ſunt: & pro qualitate perſonarum *x* & actio *y* formatur *z*, & condemnatio moderatur *a*.

16. *Idem* lib. 7. ad Plautium

SEd & cùm aliquis negotia mea gerit; non multa negotia ſunt, ſed vnus *b* contractus; niſi ab initio ad vnum negotium acceſſit, vt finito eo diſcederet; hoc enim caſu, ſi noua voluntate aliud quoque adgredi cæperit, alius contractus eſt.

De eo quod quis in ſeruitute geſſit.

17 *Vlpianus* lib. 35. ad Edictum.

EVm actum quem quis in ſeruitute egit, manumiſſus non *c* cogitur reddere *d*.

¶ Planè ſi quid connexum *e* fuit, vt *f* ſeparari ratio eius quod in ſeruitute geſtum eſt ab eo, quod in libertate geſſit, non poſſit; conſtat venire in iudicium vel mandati, vel negotiorum geſtorum, & quod in ſeruitute geſtum eſt. Denique ſi tempore ſeruitutis, aream emerit, & in ea inſulam ædificauerit, eáque corruerit, deinde manumiſſus

vide *l.* 4. § *penult. infrà de iureiurando.* y vt & obligatio rum, *l.* 1. *inf. de obligat.* z concipitur, inſtituitur.
a hoc eſt, ad modum redigitur.
b ſicuti vnum legatum eſt, cùm corpus legatur, *l.* 1. & 2 *inf. de legatis* 2.
c *l.* 21. *in fi. C. eod.* adde *l.* 37. *in fin. inf. de fideicom. libert.* *l.* 2. *C. an ſeruus pro ſuo facto, poſt manumiſſionem teneatur.* d Imò cogitur. *l.* 3. *C. an ſeruus pro ſuo facto.*
e *l.* 21. *C. eodem.*
f *l.* 13. *inf. de inſul. & vat. diſtrahendis.*

a *Eclog. eod. c.* 10.
b etiam leuem. *l.* 20. *circ. med. C. eod.* & leuiſſimam, vt dixi *l.* 3. §. 9. ℐ. *eod.*
c non communiter *l.* 23. ℐ *de regulis iuris.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 3. §. 9. ℐ. *eod.*
d Noua negotia inchoare geſtori non licet.
e Inſolita haud tentanda ſeu inchoanda geſtori.
f Tria ſunt genera negotiorum, nouum, inſuetum, deſertum.
g *v. l. vlt. in fi.* ℐ. *de ædilitio*
h Immo, non debet, *l.* 23. *in fi.* ℐ. *pro ſocio.*
i *l.* 20. ℐ. *eo.*
k cœptum, inchoatum, *vt l.* 10. §. 1. & *vlt.* ℐ. *eod.* & ita exitum ſpectari ſufficit, & initium vtile fuiſſe.
l Mortui negotiū geri poteſt: aut verius, eo mortuo, eius ad quem bona defuncti peruentura ſunt, *vt l.* 13. ℐ. *eod.*
m id eſt, geſtionem & procurationem voluntariā ſuſcepi. Denique procuraui eius negotia hereditaria, cùm nundum eius hæreditas eſſet, interdum: etiam curator bonis datur: idque fieri ſolet, variis tamen de cauſis, *l.* 15. *in prin. infra. quib. ex cauſ. maiores: l.* 9. *in prin.* ℐ. *de cur. furioſ. l.* 23. *in prin.* ℐ. *de hered. inſtit.* His adde de curatore bonis dando, *l.* 1. *in fi.* ℐ. *de muneribus & honoribus l.* 6. ℐ. *de priuilegiis creditorum.*
n *vt in l.* 9. § *ſi cum autem.* ℐ. *de admin. tut.*
o id eſt, compenſaturum, § *in bon. Iuſtit. de act.*
p atque ita geſtor caſum fortuitum non præſtat, niſi caſum culpa præcedat. *Bart.*
q Filius familias aut ſeruus, ſi negotium alicuius gerat, in patrem dominumve peculio tenus dabitur actio *Paul.* 1. *ſent.* 4. §. 5.
r ſi filia famil. *Cuiacius* 13. *obſeru.* 7. *argument. l.* 1. §. *pen. l.* 27. ℐ. *de peculio.*
ſ *inf. de in rem verſo.*
t vt in delictis, *l.* 1. *in pr.* ℐ. *de pœn.*
u *l.* 16. *inf. eodem.*
x quæ inſpicitur. negotiorum geſtio.

fundum

fundum locauerit: ſola locatio fundorum in iudicio negotiorum geſtorum deducetur: quia ex ſuperioris temporis adminiſtratione nihil amplius iudicio deduci poteſt, quàm id, ſine quo ratio libertatis tempore adminiſtratorum negotiorum expediri non poteſt.

18. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

PRoculus & *a* Pegaſus bonam *b* fidem eum, qui in ſeruitute genere cœpit præſtare debere *c* aiunt: ideóque quantum *d*, ſi alius *e* eius *f* negotia geſſiſſet, ſeruare potuiſſet, tantum eum qui à ſemetipſo *g* non exegerit, negotiorum geſtorum actione præſtaturum, ſi aliquid habuit in peculio, cuius retentione id ſeruari poteſt. " Idem Neratius. "

2. De neceſſitatis ſuſpicione, de geſtore rem domini vſucapiente. 4. De vſuris. 5. De negotiis captiui.

19. *Idem* lib. 2. ad Neratium.

AT quin natura *h* debitor fuit, etiam ſi in peculio nihil habuit " & "ſibi poſtea ſoluere debet in eodem actu perſeuerans: ſicut is, qui temporali *i* actione tenebatur, etiam poſt tempus exactum negotiorum geſtorum actione id præſtare cogitur.

1 ¶ Scæuola noſter ait putare ſe, quod Sabinus ſcribit, debere *à capite rationem reddendum*, ſic intelligi, vt appareat, quid reliquum fuerit tunc *k*; cùm primùm liber eſſe cœperit, non vt dolum, aut culpam in ſeruitute admiſſam in obligationem reuocet, itaque ſi inueniatur vel malo *l* more pecunia in ſeruitute erogata, liberabitur.

2 ¶ Si libero *m* homini, qui bona fide mihi ſeruiebat, mandem *n* vt aliquid agat, non fore cum eo mandari actionem, Labeo ait: quia non libera voluntate exſequitur rem ſibi mandatam, ſed quaſi ex neceſſitate ſeruili. Erit igitur negotiorum geſtorum actio: quia & gerendi negotij mei habuerit affectionem, & is fuit, quem obligare poſſem.

3 ¶ Cùm me abſente negotia mea gereres imprudens rem meam emiſti, & ignorans vſu *o* cepiſti *p*: mihi negotiorum geſtorum vt reſtituas, obligatus non es; ſed, ſi antequam vſucapias, cognoſcas *q* rem meam eſſe, ſubiicere *r* debes aliquem, qui à te petat meo nomine; vt & mihi rem, & tibi ſtipulationem euictionis committat, nec videris dolum malum facere in hac ſubiectione; ideo enim hoc facere debes, ne actione negotiorum geſtorum tenearis.

4 ¶ Non *ſ* tantùm ſortem, verumetiam vſuras ex pecunia aliena *t* perceptas negotiorum geſtorum iudicio præſtabimus, vel etiam quas percipere potuimus. Contra quoque vſuras *u*, (quis) præſtabimus, vel quas ex noſtra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negotia impendimus, ſeruabimus *x* negotiorum geſtorum iudicio.

5 ¶ Dum apud hoſtes eſſet Titius, negotia eius adminiſtraui, poſtea reuerſus eſt, negotiorum geſtorum mihi actio competit, etiamſi eo tempore, quo gerebantur, dominum non habuerunt.

20. *Vlpianus* libro 10. ad Edictum.

SIn autem apud hoſtes conſtitutus deceſsit; & ſucceſſori, & aduerſus ſucceſſorem eius, negotiorum geſtorum directa & contraria competit.

De negotiis hereditariis. 2. De morte domini. 3. De eo qui mandauit negotia aliena gerenda.

21. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

NAm & Seruius reſpondit, vt eſt relatum apud Alfenum libro trigeſimonono digeſtorum. cùm à Luſitanis tres capti eſſent, & vnus ea *y* conditione miſſus, *vti pecuniam pro tribus adferret, & niſi rediſſet, vt duo pro* z *eo quoque pecuniam daret*, iſque reuerti noluiſſet, & ob hanc cauſam illi pro tertio quoque pecuniam ſoluiſſent, (Seruius reſpondit) æquum *a* eſſe prætorem in eum reddere iudicium.

1 ¶ Qui negotia hereditaria gerit, quodammodo ſibi hereditatem *b*, ſéque ei obligat. Ideóque nihil refert, an etiam *c* pupillus heres exiſtat: quia id æs alienum cum cæteris hæreditariis oneribus ad eum tranſit.

2 ¶ Si, viuo Titio, negotia eius adminiſtrare cœpi: intermittere mortuo eo non debeo; noua *d* tamen inchoare neceſſe mihi non eſt, vetera explicare, ac conſeruare neceſſarium eſt; vt accidit cùm alter ex ſociis mortuus eſt: nam quæcumque prioris negotij explicandi cauſa geruntur, nihilum *e* refert, quo tempore conſummentur *f*, ſed quo tempore inchoarentur.

3 ¶ Mandatu tuo negotia mea Lucius Titius geſſit, quod is non rectè geſſit, tu mihi actione negotiorum

a quorum, vt & Neratij ſententiã hic poſitam poſtea refellit idem Paulus, *l. eo inf.* 1.
b eſt enim hoc iudicium bonæ fidei.
c etiam in iis quæ non ſunt connexa & de his quæ in ſeruitute geſſit.
d obſerua comparationem qua Proculus vtitur.
e liber.
f Domini abſentis.
g *v. l. 13. ſ. eod. l. 9. §. ſicut. inf. de admin. tut.*
h Natura ſeruus obligatur, etiam ſi nihil in peculio habeat.
i *l.* 8. *in princ. ſ. eod.*
k adde *l.* 17. *in pr. ſ. eo.*
l *v. l. 1. §. 12. ĵ. de variis & extraordinariis.*
m *l.* 13 §. 2. *inf. commodati.*
n *l.* 54 §. 3 *inf de adquir. rerum domin.*
o ſuſcepiſti, ſic in archetypo Flor. non excuſo ſcriptum eſt *Cuia*, 13. *obſ.* 16.
p poteſt enim negotiorum geſtor vſucapere, *l.* 2. §. *procuratorem.* 9. ĵ. *pro emptore.*
q adde quædam huic loco ex Socino, *reg.* 72.
r *l* 24. §. 2. ĵ. *de liberali cauſa.*
ſ *l.* 1. *in fi.* ĵ. *de muneribus.*
t *l.* 31. §. *qui aliena. l.* 37. §. *ſi pecunia. inf. eodem l.* 20. *C. eo. l.* 13. 24. *C. de vſuris.*
u *l.* 18. *C. eodem l.* 37. ĵ. *de vſuris.* Geſtor negotiorum etiam vſuras præſtat, quas percipere potuit, vt & vicissim debentur à domino ei vſuræ quas ex pecunia ſua percipere potuiſſet, *vt hic. Ecloga eod. c.* 18. *&* 5. *Harmen.* 11. §. 64.
x Imo non ſeruabimus, *l.* 3. §. *inf. de contr. tut.*
y *l.* 12. *in princ. ſ. eodem.*
z atque ita rediſmeretur, quo nomine competit actio. *arg. l.* 28. *ſ. ſed illud inf. de donat. inter vir.* quin etiam, redemptus redimenti fit pignori, *l.* 15. *inf. de captiuis l. vlt. Cod. de poſtlim.*
a tametſi de vi ſibi illata poſſit conqueri. Verum vt Cicero 3. *Officiorum* ait, nulla ſit viro forti iniuria. adde *l.* 5. *C. de poſtliminio.*
b Cur? ita collige ex *l.* 32. *in fine. infra de heredibus inſtitu.*
c *l.* 34. *circa fin. codem.*
d Noua inchoare negotia mortuo rei domino geſtor non debet: vt nec ſocius ſocio mortuo: vetera tamen explicare & conſeruare debet: denique nihil inchoare ſed conſeruare tantum, vide *l.* 20. *C. eo.* e id eſt, nihil.
f conſumantur.

geſtorum teneris, non *a* in hoc tantùm, vt actiones tuas præſtes: ſed etiam quòd *b* imprudenter eum elegeris: "vt" quicquid detrimenti negligentia eius fecit, tu mihi præſtes.

De caſu.

22. *Gaius* libro 3. ad Edictum Prouinciale.

SIue hereditaria negotia, ſiue ea, quæ alicuius eſſent, gerens aliquis, neceſſariò rem emerit, licet ea interierit, poterit quod impenderit, iudicio negotiorum geſtorum conſequi, veluti ſi frumentum, aut vinum familiæ parauerit, idque caſu quodam interierit *c*: fortè incendio, ruina? Sed ita ſcilicet hoc dici poteſt, ſi ipſa ruina, vel incendium, ſine vitio eius acciderit: nam cùm propter ipſam ruinam, aut incendium damnandus ſit, abſurdum eſt *d*, eum iſtarum rerum nomine quæ ita conſumptæ ſunt, quicquam conſequi.

De indebito exacto & ſoluto.

23. *Paulus* libro 20. ad Edictum.

SI quis negotia aliena gerens indebitum *e* exegerit: reſtituere cogitur *f*. de eo autem, quod indebitum ſoluit, magis eſt, vt ſibi imputare debeat.

De pecunia geſtori ſoluta.

24. *Idem* lib. 24. ad Edictum.

SI " ego " hac mente *g* pecuniam procuratori *h* dem, vt ea ipſa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorem non *i* adquiritur *k*: poteſt tamen creditor, etiam inuito me *l* ratum habendo, pecuniam ſuam facere: quia *m* procurator in accipiendo creditoris duntaxat *n* negotium geſſit: & ideo creditoris ratihabitione liberor.

Si geſtor plus quàm oportet, impendit.

25. *Idem* lib. 27. ad Edictum.

SI quis negotia aliena *o* gerens, plus *p*, quàm oportet, impenderit: recuperaturum eum id *q* quod præſtari debuerit.

Si ex pluribus geſtoribus vnus non ſoluendo deceſſerit.

26. *Modeſtinus* lib. 1. Reſponſorum.

CVm alicui ciuitati *r* per fideicommiſſum reſtitui iuſſa eſſet hereditas, magiſtratus actores horum bonorum Titium, & Seium, & Gaium idoneos creauerunt. Poſtmodum hi actores inter ſe diuiſerunt adminiſtrationem bonorum: idque egerunt ſine *ſ* auctoritate, & ſine conſenſu magiſtratuum: poſt aliquod tempus teſtamentum, per quod reſtitui ciuitati hereditas fideicommiſſa eſſet, irritum *t* probatum eſt pro tribunali: atque ita ab inteſtato Sempronius legitimus heres defuncti extitit. Sed ex his actoribus vnus non ſoluendo deceſsit: & nemo heres eius extitit. Quæro, ſi Sempronius conueniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet? Herennius Modeſtinus reſpondit, quod ab vno ex actoribus ob ea, quæ ſolus geſsit, negotiorum geſtorum actione ſeruari non poteſt, ad damnum eius *u*, cui legitima hereditas quæſita eſt, pertinere.

De impenſis voluptuariis. 1. De alimentis ſororis filiæ præſtitis.

27. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

EX duobus fratribus vno quidem ſuæ ætatis, alio verò minore annis, cùm haberent communia prædia ruſtica, maior frater in ſaltu communi habenti habitationes paternas ampla ædificia ædificauerat: cumque eundem ſaltum cum fratre diuideret, ſumptus ſibi, quaſi re meliore ab eo facta, deſiderabat, fratre minore iam legitimæ *x* ætatis conſtituto *y*. Herennius Modeſtinus reſpondit, ob ſumptus nulla re vrgente, ſed voluptatis cauſa factos eum de quo quæritur, actionem non habere *z*.

1 ¶ Titium, ſi pietatis *a* reſpectu ſororis aluit filiam *b*, actionem hoc nomine contra eam non habere reſpondi.

Si quis mandato vnius alterius negotia geſſerit.

28. *Iauolenus* lib. 8. ex Caſsio.

a *l.* 3. §. *ſi executor. ſ. eod.*
b *l.* 18. *in pr. inf. de petit. hered. l.* 2. §. *ſi menſor. l.* 60. §. *ſeruum inf. loc.*
c *v. l.* 10. *ſ. eod.*
d *v.* 15. §. *cum quidam. inf. loca v. l.* 22. *C. eod.*
e *l.* 6. §. *item quæritur. l.* 8. §. *item ſi fundum. ſ. eodem l.* 8. §. *ſi Titius inf. de furtis.* Quod indebitum procurator exegerit, domino reſtituit: at eius quod indebitum ipſe ſoluerit, damnum ad ipſum pertinet, *vt hic. Ecl. eo. c.* 20. 5. *Harmen.* 11. §. 63.
f Immo, non cogitur, *l.* 20. §. *Iulianus. inf. de petit. hered.*
g idemque debitor.
h non hoc tamen nominatim verbis expreſſi.
i geſtori creditoris mei.
k imò adquiritur, *l.* 13. *inf. de adquir. rer. domin.*
l ipſi creditori, niſi conſenſero.
m *l.* 42. *in fi. infra de adquir. poſſeſſ. l.* 58. *in prin. infra de ſolut.*
n *l.* quia hoc in facto proponitur, quia procurator, &c.
o non ſuum.
p Plus quàm oporteat impendens negotiorum geſtor non repetit, *vt hic. Ecloga eod. cap.* 24. *&* 5. *Harmenop* 11. §. 63. adde *l.* 31. §. 4. *inf. eod.*
q τὸ δεδοκιμασμένον, *Græci illis locis.*
r *v. l.* 26. *in pr. inf. ad Treb.*
ſ adde *l. vlt. Cod. vt in poſſeſſ. legat.*
t fortè ob capitis diminutionem teſtatoris: §. *alio.* 4. *Inſt. quibus modis Teſtament.*
u imò ad damnum magiſtratus. *l.* 46. §. 1. *inf. de admin. tut.*
x Legitima ætas 25. annorum eſt. *vt hic, & l.* 32. *in fin. infra de teſtam. tutel. l.* 1. *inf. de fideiuſſ. tutor. l.* 20. *infr. de liberat. legata: l. vlt. §.* 9. ĵ. *de publicanis. l.* 41. *inf. de fideiuſſorib. l. vlt. in fi. inf. de appellat. l. vlt. C. quando dies legat.* vnde ſtatus dicitur in *l.* 77. §. 14. *de leg.* 2. Legitima autem fortè dicitur, quòd lege aliqua præſcriptus ſit eius terminus adoleſcentibus ad res ſuas recuperandas: lege aliqua inquam fortaſſe Lætoria, qua de re coniecturam capere poſſumus ex Cicerone 3 Officiorum: Spartiano in M. Antonino, vbi minoribus 25. annis curatores datos ex ea lege teſtatur & Suetonio, vbi notatur minores ſtipulari prohiberi & vt Priſcianus loquitur *l* 8 *&* 18. ſpondendo obligari. Huc referendus eſt Plautus *in Rudente in fi.* Cedo qui cũ habeam iudicem: Ni dolo malo inſtipulatus ſis, niue etiã dum ſiem quinq; & viginti annos natus vt veriſsimile ſit lege Lætoria adminiſtrationem bonorũ adoleſcẽtib. permiſſam, cũ ad 15. annũ ætatis perueniſſent. Ad hac etiam legem fortè reſpexit Plautus in *Aulularia*, Tum lex me perdit quin à vicenaria metuũt credere omnes. Ex hac quoq; lege creditũ eſt tempus reſtitutionib. præſcriptum deſcendiſſe. Vnde & id tempus legitimũ appellatur, *l.* 19. *inf. de minorib.* vide *Briſſonium* 3. *ſelect.* 2.
y *l.* 25. annorum, *l. fi. C. de his qui veniam ætatis, v. Cuiac.* 6. *ob.* 3.
z geſtor impenſas voluptarias non repetit.
a Pietate erogata non repetuntur, *v. tamen l.* 34. *inf.*
b idem ſi priuignam, *v. l.* 15. *C. eod.*

SI quis, mandatu Titij, negotia Seij *a* geſſit: Titio mandati tenetur, iſque æſtimari debet, quanto Seij & Titij intereſt. Titij autem intereſt, quantum is Seio præſtare debet: cui vel mandati, vel negotiorum geſtorum nomine obligatus eſt. Titio autem actio competit cum eo, cui mandauit aliena negotia gerenda, & antequam *b* ipſe quicquam domino præſtet: quia id ei abeſſe *c* videtur, in quo obligatus eſt.

De tutore poſthumi.

29. *Calliſtratus* lib. 3. Edicti monitorij.

CVm pater teſtamento, poſthumo *d* tutorem *e* dederit, iſque tutelam interim adminiſtrauerit, nec poſthumus natus fuerit: cum eo *f* non *g* tutelæ, ſed *h* negotiorum geſtorum erit *i* agendum. Quod ſi natus fuerit poſthumus, tutelæ erit *k* actio: & in eam vtrumque *l* tempus veniet: & quo antequam naſceretur infans, geſſit: & quo poſteaquam natus ſit.

De contutore, magiſtratu, ſubcuratore hac actione conueniendis.

30. *Iulianus* lib. 3. Digeſtorum.

EX facto quærebatur: quendam ad ſiliginem *m* emendam curatorem decreto ordinis *n* conſtitutum eidem alium ſubcuratorem conſtitutum ſiligines miſcendo corrupiſſe, atque ita pretium ſiliginis, quæ in publicum empta erat, curatori adflictum *o* eſſe: quaque actione curator cum ſubcuratore experiri poſſit, & conſequi id vt ei ſaluum eſſet, quod cauſa eius damnum cepiſſet. Valerius Seuerus reſpondit, aduerſus *p* contutorem negotiorum geſtorum actionem tutori dandam. Idem reſpondit, vt magiſtratui *q* aduerſus magiſtratum eadem actio detur. Ita tamen, ſi *r* non ſit conſcius fraudis.

¶ Secundum quæ etiam in ſubcuratore idem dicendum eſt *ſ*.

De literis quas creditor ſecutus contraxit. 1. De negotijs vnius inter negotia alterius geſtis. 2. an geſtor debeat appellare, 3. & 4. De vſuris & ſumptibus. 5. Si tutor filij mei, negotia pupillæ meæ geſſerit. 6. Quæ à matre geri nequeunt. 7. De impenſis in communi lite factis.

31. *Papinianus* lib. 2. Reſponſorum.

LIberto, vel amico mandauit pecuniam accipere mutuam: cuius literas creditor ſecutus *t* contraxit: & *u* fideiuſſor interuenit. Etiam ſi pecunia non ſit in rem " eius " verſa, tamen dabitur in eum negotiorum geſtorum actio creditori, vel fideiuſſori, ſcilicet ad *x* exemplum *y* inſtitoriæ actionis.

1 ¶ Inter negotia Sempronij, quæ gerebat, ignorans Titij negotium geſſit: ob eam quoque ſpeciem Sempronio tenebitur: ſed ei cautionem indemnitatis officio iudicis præberi neceſſe eſt aduerſus Titium, cui datur actio: idem in tutore iuris eſt.

2 ¶ Litem in iudicium deductam, & à reo deſertam fruſtratoris *z* amicus vltrò egit *a*, cauſas abſentiæ eius allegans iudici: culpam contraxiſſe non videbitur, quod ſententia contra abſentem dicta ipſe non prouocauit. Vlpianus notat. Hoc verum eſt: quia *b* fruſtrator condemnatus eſt. Cæterum ſi amicus, " cum " abſentem defenderet, condemnatus negotiorum geſtorum aget, poterit ei imputari *c*, ſi, cum poſſet, non *d* appellaſſet.

3 ¶ Qui aliena negotia gerit, vſuras *e* præſtare cogitur, eius ſcilicet pecuniæ, quæ *f* purgatis *g* neceſſarijs ſumptibus ſupereſt.

4 ¶ Libertos certam pecuniam accipere teſtator ad ſumptum monumenti voluit. Si quid amplius fuerit erogatum, iudicio negotiorum geſtorum ab herede non rectè petetur *h* de iure fideicommiſſi: cùm voluntas finem erogationis *i* fecerit.

5 ¶ Tutoris heres impubes filius ob ea, quæ tutor eius in rebus pupillæ paternæ geſſit, non tenetur: ſed tutor proprio nomine iudicio negotiorum geſtorum conuenietur *k*.

6 ¶ Quanquam mater filij negotia ſecundum patris voluntatem, pietatis fiducia gerat: tamen ius actoris *l* periculo ſuo litium cauſa conſtituendi non habebit: quia nec ipſa filij nomine rectè agit, aut res bonorum eius alienat, vel debitorem impuberis accipiendo pecuniam liberat *m*.

7 ¶ Vna defendente cauſam communis *n* aquæ, ſententia *o* prædio datur: ſed qui ſumptus *p* neceſſarios probabiles in communi lite fecit, negotiorum geſtorum actionem habebit.

Si fideiuſſor per errorem alterius quoque contractus pignora ſuſcepit, & vtramque pecuniam ſoluit. 1. de matre res à ſponſo filiæ donatas accipiente.

32. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

FIdeiuſſor *ſ* imperitia lapſus, alterius quoque contractus, qui perſonam eius non contingebat *a* pignora, vel hypothecas ſuſcepit & vtramque pecuniam creditori ſoluit exiſtimans indemnitati ſuæ, confuſis prædijs, conſuli poſſe: ob eas res iudicio mandati *b* fruſtra conuenietur, & ipſe debitorem fruſtrà conueniet: negotiorum autem geſtorum actio vtrique neceſſaria erit: in qua lite culpam æſtimari ſatis eſt, non etiam caſum: *quia prædo fideiuſſor non videtur.* creditor ob id factum ad reſtituendum iudicio, quod de pignore dato redditur, cùm videatur ius ſuum vendidiſſe, non tenebitur.

1 ¶ Ignorante virgine, mater à *c* ſponſo filiæ res donatas ſuſcepit: quia mandati, vel depoſiti ceſſat *d* actio, negotiorum geſtorum agitur.

Qua actione vxor à mariti herede conueniatur.

33. *Idem* lib. 10. Reſponſorum.

HEres viri defuncti vxorem, quæ res viri, tempore nuptiarum, in ſua poteſtate habuit, compilatæ hereditatis poſtulare non *e* debet *f*: prudentius itaque faciet, ſi ad exhibendum, & negotiorum geſtorum, ſi negotia quoque viri geſſit, cum ea fuerit expertus.

De alimentis repetendis aut imputandis.

34. *Paulus* lib. 1. Quæſtionum.

NEſennius Apollinaris Iulio Paulo Salutem: Auia nepotis ſui negotia geſſit; defunctis vtriſque auiæ heredes conueniebantur à nepotis heredibus negotiorum geſtorum actione. Reputabant heredes auiæ alimenta præſtata nepoti. Reſpondebatur, auiam iure pietatis *g* de ſuo præſtitiſſe: nec enim aut *h* deſideraſſe, vt decernerentur alimenta, aut decreta eſſent: præterea conſtitutum eſſe dicebatur, vt ſi mater aluiſſet, non poſſet alimenta, quæ pietate *i* cogente de ſuo *k* præſtitiſſet, repetere. Ex contrario dicebatur " tunc " hoc rectè dici, vt de ſuo *l* aluiſſe mater probaretur; at in propoſito auiam, quæ negotia adminiſtrabat, veriſimile *m* eſſe de re ipſius nepotis eum aluiſſe. Tractatum eſt, nunquid *n* vtroque patrimonio erogata videantur? quæro quid tibi iuſtius videatur? Reſpondi; Hæc diſceptatio in *o* factum conſtitit. Nam & illud, quod in matre conſtitutum eſt, non puto ita perpetuò *p* obſeruandum. Quid enim, ſi etiam proteſtata *q* eſt, *ſe filium ideo alere, vt aut ipſum, aut tutores eius conueniret*: pone peregrè patrem eius obiiſſe: & matrem, dum in patriam reuertitur, tam filium, quàm familiam eius exhibuiſſe; in qua ſpecie etiam in *ſ* ipſum pupillum negotiorum geſtorum dandam actionem Diuus Pius Antoninus conſtituit. Igitur in re facti facilius *t* putabo auiam: vel heredes eius audiendos, ſi reputare *u* velint alimenta; maximè ſi etiam in rationem impenſarum ea retuliſſe auiam apparebit.

¶ Illud nequaquam admittendum puto *x*, vt de vtroque *y* patrimonio erogata videantur.

Vtrum negotiorum geſtori imputetur quòd à ſe non exegerit.

35. *Scæuola* lib. 1. Quæſtionum.

DIuortio facto, negotia vxoris geſſit maritus: dos non ſolùm dotis actione, verùm negotiorum geſtorum ſeruari poteſt. Hæc ita, ſi in negotiis geſtis " maritus, dum gerit, facere potuit *z* aliàs enim imputari non poteſt, quod à ſe non exegerit. Sed & poſteaquam patrimonium amiſerit, plena erit negotiorum geſtorum actio: quamuis ſi dotis actione maritus conueniatur abſoluendus eſt *a*. Sed hic quidam modus ſeruandus eſt: vt ita querelæ locus ſit, *quantum facere potuit, quamuis poſtea amiſerit*: ſi illo tempore ei ſoluere potuit: non *b* enim è veſtigio in officio *c* deliquit, ſi non protinus *d* res ſuas diſtraxit ad pecuniam redigendam. Præterire denique aliquid temporis debebit *e*, quo ceſſaſſe videatur. Quod ſi interea, prius quàm officium impleat, res amiſſa eſt; perinde negotiorum geſtorum non tenetur, ac ſi nunquam facere poſſit. Sed & ſi facere poſſit maritus, actio negotiorum geſtorum inducitur: quia fortè periculum eſt, ne facere deſinat.

1 ¶ Illum autem non credimus teneri, qui gerit negotia debitoris, ad reddendum pignus: cùm pecunia ei debeatur

a cui mandati tenebatur, *l. 8. §. ſi quis mandauerit* ĩ. *mandati.*
b adde *l. vlt.* ĩ. *de contraria tutelæ & vtili actione.*
c Abeſſe in nobis videtur in quo ſumus obligati.
d naſcituro.
e Atqui ventri tutor non datur, ſed curator.
f id eſt, tutore dato. *v. l. 24.* ĩ. *de tut. & ratio.*
g *v. l. 19. §. vlt. inf. de teſt. tut.*
h Immò vtili, *l. pen. inf. de tut. & rat.*
i per legitimum heredem vel ſubſtitutum, *l. pen. inf. de ventre inſp.*
k i. incipiet eſſe actio.
l quod geſtum eſt ante natum poſthumum & poſt eum natum. Quid? num bona tutoris obligata ſunt eorum nomine quæ geſſit ante ſatiſdationem? vtique: ſi ſpe futuræ tutelæ geſſerit. *l. quæro. 3 infr. de eo qui pro tutore.*
m de filigine adde *l. 12. §. 2. infr. de fur.*
n adde quæ ſcripſi ad *tit. de decurion.*
o inflictum eſſe quærebatur qua actione, &c.
p *v. l. 4. C. de in litem dando tutore.*
q *l. 2. §. ius reipublicæ & ſeq. inf. de adminiſt. rerum.*
r Dolus enim cum dolo compenſatur *l. 36. inf. de dolo.*
Ma iſtre eſt reſpondant de ſon commis.
ſ *l. 6. §. item ſi procuratori.* ĩ. *eo.*
u al. vel.
x *l. 13. §. 15. inf. de act. empt. l. 16. inf. de inſtitoria.*
y adde *l. 10. §. item Papin. infr. mandati.*
z inde fruſtratio *l. 3. in fi. inf. de vſur.*
a i. defendit. *Actur. vt l. 2.* ĩ. *de edendo.*
b i. quando, vide *Cuiac. 9. obſ. 22.*
c *v. l. 8. §. igitur. infr. mandati.*
d *l. 17. C. de procurator.*
e *v. l. 19. §. non tantum* ĩ. *eo.*
f hoc eſt, quæ poſt ſumptus neceſſarios ſupereſt. *Ecl. eod. c. 3. §. 35. Harm 11. §. 65.*
g i. putatis, *l. pen. in fi. C. de bon. poſſ. v Cuiac. 12. obſ. 9. l. 41. §. 7. inf. de fideic. liber.*

a *l. 66. in fin. infr. mandati* dixi plenius *C. de fructib. & litium expenſis.*
a ſecus ſi ex ſuo contractu ſoluit, & eo nomine pignora accepit, *l. 2. C. de fideiuſſ. v. l. 2.* ĩ. *de pign.*
b *v. l. 2. inf. de pig.*
c Mater quæ filiorum ſuorum rebus interuenit actione negotiorum geſtorum, & ipſis & eorum tutoribus tenetur. *Paul. 1. ſent. 4. §. 4. l. 24. C. de vſur.* Quid pater? eodem modo tenetur filiis emancipatis. *Paul. ib. §. 7. l. 37. inf. eo.*
d Imò depoſita actio non ceſſat. *l. 25. inf. depoſiti.*
e Imò debet *l. 3. C. de crimine expilatæ hereditatis.*
f *vid. leg. 5. infr. expilat heredit.* etiamſi poſt viri mortem habeat in ſua poteſtate quæ viro ſuperſtite habebat. Hæc Græci addunt huic loco.
g Pietas erga deſcendentes in aſcendentibus præſumitur: alimenta eam ob cauſam erogata non poſſunt reperi: vide *verſ. reſpondi, inf. eod.*
h *v. l. 2. C. de alimentis pupillo præſtandis.*
i Pietate erogata, donari præſumuntur, vt repeti non poſſint, vt hic & *l. 27.* ĩ. *eo.*
k *l. 11. C. eo.*
l hic duos caſus excipit
m κατὰ πρόληψιν auia intelligitur nepotes aluiſſe de illorum patrimonio, non de ſuo. Huiuſmodi προλήψεις frequentes ſunt in iure, vt dixi. Nou. 136. c. 4.
n al. numquid ex vtroque? ſuni legendum, quo, vtroque patrimonio.
o i. res eſt facti. *verſ. igitur in re facti.* in facto facti exacta cognitione conſiſtit.
p Duos ſanè caſus hic excipit.
q Proteſtatione idoneè facta, noſtrum conſeruatur.
r *l. 1. §. 11. l. 5. §. in fin.* ĩ. *de liberis agnoſcendis* in tertico idem ſeruatur.

h Qui expendit vltrà quàm ſit ei iniunctum, non repetit, *l. 25.* ĩ. *eod.*
l *al.* finem erogationi. Quid ſi minus expenderit? *v. l. 88. §. 1. inf. de leg. 2.*
k hæres enim in tutelam non ſuccedit, *l. 6. §. pen.* ĩ. *de his qui notant.* adde tamen ĩ. *de hered. tut.* l Actor quis: dixi ad *l. 2. n. Cod. de actore.* m interdum non liberat, *l. 88. inf. de ſol.* n adde *l. 40. inf. eo.* o inanitatis rebus ſententia dari poteſt,
p Sumptus neceſſarij geſtori debentur & ei refundendi à domino, *vt hic, & §. 3.* ĩ. *eo.*

lex 15. *C. eodem.* ſ *l. 6. in prin. l. 21. §. qui negotia.* ĩ. *eo. l. 2. C. eo. l. 4. de hered.*
t Faciliora præſumimus.
u i. imputare, reputare, computare. x cur non ex vtroque: vt in ſpecie *l. 15. in propoſita.* ĩ. *de pet. hæred.* y de quo igitur? de filij tantum patrimonio.
z ſolidum ſcit habita tamen ratione ne egeat, *l. 1. §. 3. in pr.* ĩ. *de leg. iur.*
a à ſolidi præſtatione: condemnatur tamen in quantum facere poteſt, ĩ. *de re ind.*
b Mora tractu tantum aliquo temporis interpoſito committitur.
c cuius ratione geſtor tenetur de lata & leui culpa, *l. 20. C. eod.*
d omnium enim intereſt non præcipitari, *l. 6 in pr.* ĩ. *de interrog.*
e an tempus decem dierum? *l. 21. §. 1.* ĩ. *de conſtituta.* an arbitrarium *l. 1. in inf. de iure delibet.* an mediocre? vide *l. 105.* ĩ. *de ſolut.* an quod eius dignitati congruit? *l. 12.* ĩ. *de verb. ſign.*

debeatur, nec fuerit, quod ſibi poſſit exſoluere.

2 ¶ Sed nec *a* redhibitoriæ ſpeciem venire in negotiorum geſtorum actionem, & per hoc ſex menſibus exactis perire *b*, ſi vel mancipium in rebus non inuenit, vel, eo inuento, quod acceſſionum nomine additum eſt, vel quod deterior homo factus eſſet, vel quod per eum eſſet adquiſitum non ex re emptoris, nec inuenit, nec recepiſſet; nec *c* eſſet in ipſius emptoris negotiis, quæ gerebat, vnde ſibi in præſenti redderet.

3 ¶ Cæterum ſi ex alia *c* cauſa perpetuæ obligationis, cùm ſit locuples, debeat; non eſt imputandum, quod non ſoluerit; vtique ſi neque vſurarum ratio querelam mouet *d*. Diuerſumque eſt in tutore debitore *e*; quia ibi interfuit, ex priore obligatione ſolui, vt deberetur ex tutelæ actione *f*.

Si bona fide ſeruiens pecuniam acceperit.

36. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

SI liber homo, bona fide mihi ſeruiens, mutuam pecuniam ſumpſerit, eámque in rem meam verterit; qua actione id, quod in rem noſtram *g* vertit, reddere debeam, videndum eſt; non *h* enim quaſi amici, ſed quaſi *i* domini negotium geſſit; ſed negotiorum geſtorum actio danda eſt: quæ deſinit competere, ſi creditori eius ſoluta ſit *k*.

De negotiis pupilli. 5. De negotio pecuniæ. 2. De negotiis filij emancipati.

37. *Idem* lib. 1. Sententiarum.

LItis conteſtatæ tempore *l* quæri ſolet, an pupillus, cuius ſine tutoris auctoritate negotia geſta ſunt, locupletior *m* ſit ex ea re factus, cuius patitur actionem.

1 ¶ Si pecuniæ quis negotium gerat: vſuras *n* quoque præſtare cogitur *o*, & periculum *p* eorum nominum, quæ ipſe contraxit, niſi *q* fortuitis caſibus debitores ita ſuas fortunas amiſerunt, vt tempore litis ex ea actione conteſtatæ ſoluendo non eſſent *r*.

2 ¶ Pater *ſ*, ſi emancipati filij res *t* à ſe donatas *u* adminiſtrauit, filio actione negotiorum geſtorum tenetur.

De vſuris.

38. *Typhoninus* lib. 2. Diſputationum.

QVi ſine vſuris pecuniam debebat, creditoris ſui geſſit negotia; quæſitum eſt, an negotiorum geſtorum actione ſummæ illius vſuras præſtare debeat; dixi ſi à ſemetipſo *x* exigere eum oportuit *y*, debiturum vſuras *z*: quòd ſi dies ſoluendæ pecuniæ tempore, quo negotia gerebat, nondum venerat, vſuras non debiturum: ſed die præterito, ſi non intulit rationibus creditoris, cuius negotia gerebat, eam pecuniam à ſe debitam merito: vſuras bonæ *a* fidei iudicio præſtaturum. Sed quas vſuras debebit, videamus; vtrum eas, quibus aliis idem creditor fœneraſſet; an & maximas *b* vſuras? quoniam * vbi quis eius pecuniam, cuius tutelã, negotiave adminiſtrauit, aut magiſtratus municipij publicam in vſus ſuos conuertit: maximas *c* vſuras præſtat, vt eſt conſtitutum à Diuis principibus. Sed iſtius diuerſa cauſa eſt, qui non ſibi ſumpſit ex adminiſtratione nummos, ſed ab amico accepit, "&" ante negotiorum adminiſtrationem. nam illi, de quibus conſtitutum eſt, cùm gratuitam, certè integram, & abſtinentem omni lucro præſtare fidem deberent; licentia qua videntur abuti maximis vſuris, vice cuiuſdam pœnæ, ſubiiciuntur; hic bona ratione accepit ab alio mutuum; & vſuris, quia non ſoluit: non quia ex negotiis, quæ gerebat, ad ſe pecuniam tranſtulit, condemnandus eſt *d*. Multum autem refert, incipiat nunc debitum, an ante nomen fuerit debitoris; quod ſatis eſt, ex non vſurario facere vſurarium.

Si quis pro alio ſoluerit vel exegerit.

39. *Gaius* libro tertio de Verborum Obligationibus.

SOluendo quiſque pro alio *e*, licet inuito *f*, & ignorante, liberat eum; quod autem alicui debetur, alius ſine voluntate eius non *g* poteſt iure exigere; naturalis enim ſimul & ciuilis ratio ſuaſit, alienam conditionem meliorem quidem "etiam" ignorantis, & inuiti nos facere poſſe: deteriorem *h* non poſſe.

a Venditor itemque geſtor reddere ſibi mancipium debet intra ſex menſes, niſi in caſibus hic exceptis, *vt & in l. 11. §. quod autem inf. de peculio.*

b tamdiu durat redhibitoria, *v. l. 19. in fin. inf. de ædil.*

c quàm redhibitoria quæ temporaria eſt, *ſ. eod.*

d Id eſt, debitor idemque geſtor ſi locuples eſt, vel ſi ſub vſuris non debet, non tenetur à ſe exigere.

e Immo, non eſt diuerſum, nam locuples tutor non tenetur à ſe exigere, *l. 9. §. 1. infr. de admin. tut.*

f quæ pupillo eſt priuilegiata.

g meam.

h videbatur autem quaſi amici geſſiſſe, quia liber fuit qui geſſit.

i Cur? hoc intuendum eſt quod mihi bona fide ſeruiat.

k pecunia ſcilicet.

l adde *l. 34. inf. de minoribus.*

m *l. 6. in pr. ſ. eod.*

n quantumuis mater ſit quæ geſſit, *l. 24. C. de vſuris.*

o totius temporis, *Paul. 1. ſent. 4. §. 3.*

p *l. 35. infr. de rebus creditis.*

q vide *Paulum 1. ſent. 4. §. 3.*

r Cur ita? collige ex *l. 1. §. 11. inf. de magiſt. conuen.*

ſ ſumptum ex *Paul. 1. ſent. 4. §. 7. Idem Ecl. eod. cap. 36.* Quid mater? vide *l. 32. in fin. ſ. eod.*

t *al.* res ſine vlla exceptione à ſe donatas. *Paul. illo loco.* Vbi ſine vlla exceptione eſt, purè ac præciſè.

* u Donare autem ſolent filiis aliquid patres, cùm eos emancipant, & ſua poteſtate dimittunt *l. 17. in fin. C. de bonis quæ liberis: l. vlt. C. de emancipat. liberorum: l. 8. C. de bonis proſcriptorum.*

x *vt in l. 6. in fin. l. 7. l. 8. ſ. eod. l. 6. §. apud Iulian. in fi. l. 3. inf. ſ. mandati.*

y quia dies ſortis venit ante geſtionem *ſ. eod.*

z non maximas ſed legitimas.

a *l. 7. ſ. eod. l. 1. ſ. de vſuris.*

b maximæ vſuræ hîc grauiſſimæ ſeu centeſimæ, *vt l. 7. §. 8. ſ. de adminiſt. tut.* adde quæ ſcripſi ad *l. 1. §. 1. inf. de pignor.*

c id eſt, centeſimas, vide *l. 7. §. quæ fiat, infr. de adminiſt. tut.*

d Geſtor vtens pecunia domini vſuras præſtat non maximas, ſed pro modo regionis: vt ſocius, ſi communem pecuniam in ſuos vſus vertit, *l. 1. §. 1. inf. de vſur.* vel vt procurator *l. 10. §. ſi procurator. infr. mandati.*

e inuitum & ignorantem ſoluendo eius creditori liberare poſſumus.

f & ſic per obliquum inuito datur beneficium, vide *l. 23. inf. de ſol.* ſecus directo, *l. 69. inf. de regulis iuris.*

g *l. 6. §. vltim. ſ. eod. l. 4. §. penult. infr. ſi ſeruit. vindic. l. 5. §. ſed ſi facio infra de praſcript.*

h vide *l. 2. inf. quod vi aut clam.*

De negotiis in re communi geſto.

40. *Paulus* lib. 10. ad Sabinum

SI communes ædes tecum habeam, & pro tua parte damni infecti vicino cauero *a*; dicendum eſt, quod præſtitero, negotiorum geſtorum actione potiùs, quàm communi diuidundo iudicio, poſſe me petere; quia potui *b* partem meam ita defendere, vt ſocij partem defendere non cogerer.

De ſeruo ex noxali cauſa defenſo.

42. *Idem* libro trigeſimo ad Edictum.

QVi ſeruum meum, me ignorante, vel abſente, in noxali cauſa defenderit negotiorum geſtorum in ſolidum mecum non *c* de peculio aget.

Si ſerui mei rogatu negotia mea geſſerit.

42. *Idem* lib. 32. ad Edictum.

SI ſerui mei rogatu *d* negotia mea ſuſceperis: ſi duntaxat admonitus *e* à ſeruo meo id feceris, erit inter nos negotiorum geſtorum actio *f*; ſi verò quaſi mandatu ſerui; etiam *g* de peculio, & de in rem verſo agere te poſſe reſponſum eſt.

Si quis pro alio ſoluerit.

43. *Labeo* libro ſexto Poſteriorum Epitomatorum à Iauoleno.

CVm pecuniam eius nomine ſolueris, qui tibi nihil mandauerat; negotiorum geſtorum actio tibi competit; cùm *h* ea ſolutione debitor à creditore liberatus ſit; niſi ſi quid debitoris interfuit, eam pecuniam non ſolui.

De facto ob amicitiam paternam.

44. *Vlpianus* lib. 6. Diſputationum.

IS, qui amicitia ductus paterna pupillis tutorem petierit *i* vel ſuſpectos tutores poſtulauit; nullam aduerſus eos habet actionem ſecundum Diui Seueri conſtitutionem *k*.

De ſumptibus in honores factis. 1. De eo quod quis in ſeruitute geſſit. 2. De negotiis vnius, nomine alterius geſſis.

45. *Idem* lib. 4. Opinionum.

QVæ vtiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus eſt etiam ſumptus honeſtè *l* ad honores per gradus pertinentes *m* factus, actione negotiorum geſtorum peti poſſunt *n*.

1 ¶ Qui pure teſtamento, libertatem acceperunt actus quem viuentibus dominis adminiſtrauerunt, rationem reddere non compelluntur.

2 ¶ Titius pecuniam creditoris hæreditarijs ſoluit, exiſtimans *o* ſororem ſuam defuncto heredem teſtamento extitiſſe, quamuis animo gerendi ſorori negotia id feciſſet; veritate tamen filiorum defuncti qui ſui heredes patri, ſublato teſtamento erant, geſſiſſet; quia æquum eſt in damno eum *p* non verſari actione negotiorum geſtorum, id eum petere placuit *q*.

Si quis, quod alij mandatum erat, geſſerit, aut fideiuſſerit.

46. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum.

MAndaſti filio meo, vt tibi fundum emeret; quod cùm cognouiſſem, ipſe eum tibi emi. puto referre, qua mente emerim. nam ſi propterea, quæ tibi neceſſaria eſſe ſcirem, & te eius voluntatis eſſe, vt emptum habere velles; agemus inter nos negotiorum geſtorum; ſicut ageremus, ſi aut nullum omnino mandatum interceſſiſſet; aut Titio mandaſſes, & ego, quia per me commodiùs negotium poſſim conficere, emiſſem. Si verò propterea emerim ne *ſ* filius mandati iudicio teneatur; magis eſt, vt ex perſona eius & ego tecum mandati agere poſſim *t*, & tu mecum actionem habeas de peculio; quia & ſi Titius id mandatum ſuſcepiſſet; & ne eo nomine teneretur, ego emiſſem; agerem cum Titio negotiorum geſtorum; & ille tecum, & tu, cum illo mandati. Idem eſt, & ſi filio meo mandaueris, vt pro te fideiuberet, & ego pro te fideiuſſerim.

1 ¶ Si proponatur te Titio mandaſſe, vt pro te fideiuberet; méque, quòd is aliqua de cauſa impediretur, quò minus fideiuberet, liberandæ fidei eius cauſa fideiuſſiſſe; negotiorum geſtorum mihi competit actio.

Cui datur hac actio. 1. Collatio directa & vtilis.

47. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

ACtio negotiorum geſtorum illi datur, cuius intereſt hoc iudicio experiri.

1 ¶ Nec refert *u*, directa *x* quis, an vtili *y* actione agat, vel conueniatur. [quia *z* in extraordinarijs *a*

a *l. 31. in fi. ſ. eod. l. 19. C. eod. l. 25. §. non tamen. ſ. fami.*

q *l. 6. §. cætera. in com. diuid.*

c quia tale negotium verſatur quidem circa perſonam ſerui: ſed tamen nemo in ſui ipſius peculio eſt vide *l. 16. in fi. inf de pecul. legato.*

d Rogationis ſeu Rogandi verbum generale eſt: cuius ſpecies hic duæ admonitio & mãdatum.

e Admonitio non facit mandatum. Verbum *Moneo* mandatũ non facit dixi *l. 1. §. 1. ſ. mandati*, *quæ eſt ex eod. lib. Pauli.* vbi plura dixi de hoc verbo.

f non mandati cur ita? vide *l. 10. §. ſi quis, infr. mandati.*

g id eſt, ages mandati actione de peculio, vel de in rem verſo, negotiorum geſtorum actione.

h *l. vlt. in fi. ſ. eod*

i adde cauſam *l.* … *C. eod.*

k habiturus eſt aduerſus eorum parentes, ſi eorum intuitu quid erogauerit, *l. 6. §. ſed ſi ego. ſ. eod.*

l vide *l. 41. inf. de donat. inter virum.*

m qui ordine & gradu certo deferuntur. non, vt Canonici loquuntur, per ſaltum.

n Imò non poſſunt: ſumptus enim in honores vetantur, *l. 11. ſ. ad l. Iul. de ambitu.*

o *l. 5. ſ. eod.*

p quia repetitio ceſſat, *l. 44. inf. de cond. ind.*

q cùm liberatus ſis. *l. 43. ſ. eod.*

r vide in hanc *l. Cuiac. 7. ad Africanum.*

ſ adde *l. 6. ſ. eod.*

t nihil enim eo caſu tua intereſt quis tibi fundum emerit. *argum. l. 12. §. ſi filiofam. infr. mand.*

u vide *Cuiac. 15 obſeru. 11.*

x quæ ex verbis & mẽte certa Edicti.

y quæ voluntatis coniectura & interpretatione inducitur. *l. 24. ſ. de tut. & ratio. diſt.*

y Incluſa adiecta eſſe à Triboniano putat Antonius Faber 4. *coniect.* 7. negotiorum enim geſtorum iudiciũ extraordinarium non eſſe, ſed ordinarium *l. 3. ſ. eod.* Alij legitur hic *planè* pro *quia*, quos ibidem refutat Idem Antonius Faber. Reuardus ſanè 3. *de authoritate prudentum* hinc colligit, Actionem negotiorum geſtorum non fuiſſe bonæ fidei, quod ei formula æquius melius non adiiceretur.

a quæ hodie ſunt in vſu *§. fin. Inſtitution. de interdict.*

iudiciis *a* vbi conceptio formularum *b* non obſeruatur, hæc ſubtilitas *c* ſuperuacua eſt:] maximè cum vtraque actio eiuſdem *d* poteſtatis eſt, eundémque habet effectum,

De fratre ſtipulante dotem.

48. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

IGnorante quoque ſorore, ſi frater negotium *e* eius gerens dotem à viro ſtipulatus ſit; iudicio negotiorum geſtorum, vt virum liberaret, iure conuenitur *f*.

De negotiis vnius nomine alterius geſtis.

40. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

SI rem, quam ſeruus venditus ſubripuiſſet à me venditore emptor vendiderit *h*: eàque in rerum natura eſſe deſierit: de pretio *i* negotiorum geſtorum actio mihi danda ſit, vt dari deberet, ſi negotium quod tuum eſſe exiſtimares, cùm eſſet meum, geſſiſſes: ſicut ex contrario in me tibi daretur, ſi cùm hereditatem, quæ ad me pertinet, tuam putares, res tuas proprias legatas ſoluiſſes *k* [quandoquidem ea ſolutione liberarer *l*.]

a id eſt, prætoriis: qualia ſunt omnia hodie. §. *vlt. Inſt. de interdictis.*
b Formularú conceptio in iudiciis non obſeruatur. adde *ti. C. de formulis & impetr. act. ſubl.*
c vide *l. 8. §. 16. ∫. quib. mod. pign.*
d Directæ & vtilis actionis eadem poteſtas idemque effectus.
e *l. 1. §. 1 ∫. de dotis collat. 10. Ecl. ex li. 60. tit. 1. c. 1.*
f quoties ſcilicet vxor maritum vult liberatum iri ea obligatione.
g v. in hanc *l. Cuiac. 8. ad Afric.*
h *l. 17. infr. de rei vind. l. 23. infr. de reb. cred.*
i *l. 19. C. eod. l. 3. in fi. C. de rei vindi. l. 1. C. de reb. alien. non alien.*
k adde *l. 43. ∫. eo.*
l *l. 31. §. 1. in fin. ∫. de pet. hæred.*

DE CALVMNIATORIBVS *m*.

TIT. VI.

Summa. 1 In quibus cauſis hoc edictum locum habet. 2. De pecunia ante vel poſt iudicium accepta. 3. De conſtitutione Antonini Caracallæ. 4. Pecunia accipi quomodo intelligitur.

Vlpianus lib. 10. ad Edictum.

IN eum *n*, qui *o* vi *calumniæ cauſa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepiſſe dicetur p: intra annum in quadruplum q eius pecuniæ, quam accepiſſe docetur: poſt annum ſimpli in factum actio competit.*

1 ¶ Hoc autem iudicium *r* non ſolum in pecuniariis cauſis, ſed & ad publica *ſ* criminum pertinere Pomponius ſcribit: maximè cùm & lege Repetundarum *t* teneatur qui ob negotium faciendum *u*, aut non *x* faciendum per calumniam pecuniam accepit.

2 ¶ Qui " autem " accepit pecuniam, ſiue ante iudicium, ſiue poſt iudicium acceptum, tenetur.

3 ¶ Sed & conſtitutio *y* Imperatoris noſtri *z*, quæ ſcripta eſt ad Caſſium Sabinum, prohibuit iudici, vel aduerſario in publicis *a*, vel priuatis, vel fiſcalibus cauſis pecuniam dare, & ex hac cauſa litem perire iuſſit.

¶ Nam tractari poteſt, ſi aduerſarius non per calumniam tranſigendi animo accepit; an conſtitutio ceſſat? & puto ceſſare, ſicuti hoc quoque iudicium: neque enim tranſactionibus] eſt interdictum, ſed ſordidis concuſſionibus.

4 Pecuniam *b* autem accepiſſe dicemus, etiamſi aliquid *c* pro pecunia acceptum.

2. *Paulus* lib. 10. ad Edictum.

QVinetiam, ſi quis obligatione liberatus ſit *d*, poteſt videri accepiſſe.

¶ Idémque ſi gratuita *e* pecunia vtenda data ſit, aut minoris locata, venditáve res: nec refert, ipſe pecuniam acceperit, an alij dari iuſſerit, vel acceptum ſuo nomine ratum habuerit.

Si accipiens fecerit vel non. 2. De depectione. 3. Cui datur hæc actio.

3. *Vlpianus* libro 10. ad Edictum.

ET generaliter idem erit, ſi quid omnino compendij ſenſit propter hoc, ſiue ab aduerſario, ſiue ab alio quocumque.

1 ¶ Si igitur accepit, vt negotium faceret, ſiue fecit, ſiue non *ſ* fecit, tenetur: & qui accepit, ne faceret, & ſi fecit, tenetur.

m 9. C. 46. *Paul. 1. ſent. 5* De calumniatoris pœna: vide quæ ſcripſi ad *l. 1. ∫. ad S. C. Turpill.*
n id eſt calumniatorem. *l. 3. infr. l. pen. ∫. eod. l. 233. ∫. de verb ſign. l. 24. C. de adulteriis.*
o Calumnioſus eſt qui ſciens prudénſque per fraudem negotium alicui comparat. *Paul. 1, ſent. 5. §. 1.*
p vel à reo vel ab alio. *l. 3 in fi ∫. eod*
q *∫. 25. Inſt. de act.*
r hæc actio.
ſ Calumniatoris pœna ordinaria in publicis iudiciis eſt ex lege Remmia, *l. 1. §. 1. ∫. ad Turpillian.* in priuatis & extraordinariis. *Paul. 1. ſent. 5. §. 2.* tametſi hodie omnia crimina extra ordinem puniuntur, *l. 8. ∫. de publ. iud. l. 7. in fin. ∫. ad leg. Iuliam repet.*
t vide *l. 8. ∫. de accuſ. l. 3. l. 6. §* lege *infr. repetund.*
u in lite *Baſi.*
x *l. 8. ∫. eod.* Atqui teneri calumniæ non videtur, qui pecuniam accepit non calumniam alicui faceret: vel eo nomine pecuniam accepiſſe, calumniæ ſimile eſt.
y *l. 1. C. de pœna iud. qui malè iud.* z Antonini.
a vt de ſepulchro violato, vel καθολικῶς dicit corporis fortè vel collegij alicuius, *& ita Græci.* b *Eclog. d. tit. c. 2.* c adde *l. 2. in fin. ∫. de conſtituta, l. 51. ∫. de verb. ſignific.*
d *tl. 3. inf. eod. l. 19. inf. de liber. cauſa.*
e Calumniator eſſe non deſinit, etiam ſi gratuitò calumnietur. Idem in lenocinio. vide *l. 43. §. 3. ∫. de ritu nuptiarum, l. 5. §. 2. ∫. de iniur.* adulterio. *l. 9. ad l. Iul. ∫. de adulteriis.* neque minus edicto Nautæ, caupones, &c. tenetur qui gratis in caupona aut nauigio excipit. *l. 6. ∫. Nautæ.*
* *ſ* vt ita puniatur propoſitum licèt non ſequatur effectus. *v. l. 3. ∫. de iure fiſci* vide *l. 3. ∫. quod quiſque iuris.*

2 ¶ Hoc edicto tenetur etiam is, qui depectus eſt.
* Depectus autem dicitur turpiter pactus.

3 ¶ Illud erit notandum quod *a* qui dedit pecuniam vt negotium quis pateretur, non habebit ipſe repetitionem: turpiter enim fecit *b*: ſed ei dabitur petitio, propter quem datum eſt, vt calumnia ei fiat. Quare ſi quis & à te pecuniam accepit, vt mihi negotium faceret: & à me, ne mihi faceret: duobus iudiciis mihi tenebitur.

De herede.

4. *Gaius* lib. 4. ad Edictum Prouinciale.

HÆc actio *e* heredi quidem non competit: quia ſufficere ei debet, quod eam pecuniam quam defunctus dedit, repetere poteſt.

De concurſu huius actionis & condictionis ob turpem cauſam.

5. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

IN heredem autem competit in *d* id, quod ad eum peruenit. Nam eſt conſtitutum, *turpia lucra e heredibus quoque extorqueri f, licet crimina extinguantur*, vt puta ob falſum *g*, vel iudici ob gratioſam ſententiam datum, " & " heredi extorquebitur: & ſi quid aliud ſcelere quæſitum.

1 ¶ Sed etiam præter hanc actionem condictio competit, ſi ſola turpitudo accipientis verſetur: nam ſi & dantis *h*: melior cauſa erit poſſidentis. Quare ſi fuerit condictum, vtrùm tollitur hæc actio, an verò in triplum danda ſit? an exemplo furis & in quadruplum actionem damus, & condictionem? Sed puto ſufficere alterutram actionem. Vbi autem condictio competit, ibi non eſt neceſſe poſt annum dare in factum actionem *i*.

Annus in hac actione quomodo accipitur.

6. *Gaius* lib. 4. ad Edictum Prouinciale.

ANnus *k* autem in perſonam quidem eius, qui dedit pecuniam, ne ſecum ageretur, ex eo tempore cedit ex quo dedit: ſi modò poteſtas ei fieret experiundi.

¶ In illius verò perſonam, cum quo vt agatur, alius pecuniam dedit, dubitari poteſt, vtrum ex die datæ pecuniæ numerari debeat, an potius, ex quo cognouit datam eſſe: quia qui *l* neſcit *m*, is videtur experiundi poteſtatem non habere, & verius eſt, ex eo annum numerari, ex quo cognouit *n*.

Cui datur actio. 1. De filiofamilias. 2. De publicano.

7. *Paulus* lib. 10. ad Edictum.

SI *o* quis ab alio *p* acceperit pecuniam, *ne mihi negotium faciat*, ſi quidem mandatu meo datum eſt vel à procuratore meo omnium *q* rerum, vel ab eo, qui negotium meum gerere volebat, & ratum habui: ego dediſſe intelligor. Si autem non mandatu meo alius ei, licet *r* miſericordiæ *ſ* cauſa dederit, ne fiat: neque ratum habui: tunc & ipſum repetere, & me in quadruplum agere poſſe.

1 ¶ Si, vt filiofamiliàs negotium fieret, acceptum eſt: & patri actio danda eſt.

¶ Item ſi filiusfamiliàs pecuniam acceperit, vt faceret negotium, vel non faceret: in ipſum iudicium dabitur. Et ſi alius non meo mandatu ei dederit, ne fiat: tunc etiam ipſum repetere, & me *u* in quadruplum agere poſſe.

2 ¶ Cùm publicanus mancipia retineret, datáque ei pecunia eſſet, quæ non deberetur: & ipſe ex hac parte edicti in factum actione tenetur.

De concurſu huius iudicij & criminalis extraordinarij.

8. *Vlpianus* lib. 4. Opinionum.

SI *x* ab eo qui innocens fuit *y* ſub ſpecie criminis alicuius, quod in eo probatum non eſt, pecuniam acceptam is *z* cuius de ea re notio eſt, edoctus fuerit: id, quod illicitè *a* extortum eſt, ſecundum edicti formam, quod de his eſt, qui pecuniam, vt negotium facerent, aut non facerent accepiſſe dicerentur, reſtitui iubeat: & ei qui id commiſit pro modo delicti pœnâ *b*.

De concurſu huius iudicij, & actionis in duplum.

9. *Papinianus* lib. 2. de Adulteriis.

DE ſeruo, qui accuſatur, ſi poſtuletur, quæſtio habetur: quo abſoluto, in duplum *c* pretium accuſator domino damnatur: ſed & citra pretij æſtimationem quæritur de calumnia eius, ſeparatum *d* eſt etenim calumniæ crimen à damno, quod in ſeruo propter quæſtionem domino datum eſt.

a *Eclog. d. l. c 4.*
b *vt l. 5 ∫. eod.*
c vtpote pœnalis. §. *non autem. Inſtit. de perpetuis Eclog. d. c. 4.*
d id eſt, quatenus ad eum peruenit, *l. 19. infra quod metus.*
e *v. l. 1. ∫. de priuatis delictis: l. 2. in fin. ∫. vi bonor. rapt.*
f vide *l. 12. C. de falſis. Ecl. d. c. 4.*
g *l. 3. in fi. ∫. eod.*
h *v. l. 3. ∫. de cond. ob turpem.*
i atqui pœnalem perſecutoria non tollit. *v. l. 7 in pr. ∫. de cond. furtiua,*
k *Eclog. eod. loco c. 6.*
l pone abſentem Reipublicæ cauſa fuiſſe.
m Ignorans non videtur agendi facultatem habere,
n Annus in hac actione computatur à tempore ſcientiæ. *Bart.*
o *ibidem Ecl.*
p quam à me.
q γενικὸς φροντιστής. id eſt, generalis procurator. Græcis dicitur *hic.*
r notandum eſt aliquando repeti, quod pietatis cauſa datum eſt, *vt l. 16. C. de nupt.*
ſ κατὰ συμπάθειαν.
t filiofamilias alieno.
u qui ſum extraneus.
x Qui accipit ſub ſpecie criminis ipſo nó probato intra annum quidé tenetur in quadruplum: poſt annum verò in ſimplú, & pro modo delicti punitur. *Baſil. ſynop. d. c. 7.*
y Quid ſi à nocente pecuniá accepit? non in hanc actionem, ſed in Turpillianum incidet. *Accur.*
z præſes.
a vide *l. illicitas. ∫. de officio præſid.*
b vt ita iudex qui de crimine ciuiliter cognoſcit, eo comperto, poſſit ex officio ſuo punire criminaliter, *Bart*
c ex lege Iulia *l. 6. C. eo d. l. 27. in prin. & fin. ∫. de adult. l. 6. in pr. ∫. de quæſtionibus.*
d *v. l. 10. C. de donat. inter virum & vxorem.*

LIBER

SGCB2021

LIBER QVARTVS.

DE a IN b INTEGRVM RESTITVTIONIBVS c.

Vtilitas edicti.

Vlpianus lib. 11. ad Edictum.

VTILITAS huius tituli non eget commendatione; ipſe enim ſe oſtendit. Nam ſub hoc titulo plurifariam d prætor hominibus vel lapſis, vel circumſcriptis ſubuenit: ſiue e metu f, ſiue calliditate g, ſiue ætate h, ſiue abſentia inciderunt in captionem i.

2. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

Siue per ſtatus k mutationem l, aut iuſtum errorem m.

De cauſæ cognitione.

3. *Modeſtinus* lib. 8. Pandectarum.

Omnes in integrum reſtitutiones, cauſa n cognita à prætore o promittuntur p: ſcilicet vt iuſtitiam earum cauſarum examinet, an veræ ſint, quarum nomine ſingulis ſubuenit.

4. *Calliſtratus* lib. 1. Edicti Monitorij.

Scio illud à quibuſdam obſeruatum ne propter ſatis minimam q rem, vel ſummam, ſi maior rei, vel ſummæ præiudicetur r, audiatur is qui in integrum reſtitui poſtulat.

Effectus huius edicti.

5. *Paulus* lib. 7. ad Edictum.

Nemo videtur excluſus ſ, quem prætor in integrum ſe reſtituturum polliceatur t.

De ſucceſſoribus.

6. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

Non ſolùm minoris, verùm eorum quoque qui reipublicæ cauſa abfuerunt: item omnium, qui ipſi potuerunt reſtitui in integrum, ſucceſſores in integrum reſtitui poſſunt u, & ita ſæpiſſimè eſt conſtitutum. Siue igitur hæres ſit, ſiue is, cui hæreditas reſtituta eſt: ſiue filijfamilias militis ſucceſſor, in integrum reſtitui poterit. Proinde & ſi minor in ſeruitutem redigatur, vel ancilla fiat x: dominis eorum dabitur, non vltra tempus ſtatutum, in integrum reſtitutio. Sed & ſi fortè hic minor erat captus in hæreditate, quam adierit.

Iulianus libro ſeptimodecimo Digeſtorum ſcribit, abſtinendi facultatem dominum poſſe habere, non ſolùm ætatis beneficio, verùm & ſi ætas non patrocinetur y: quia non adipiſcendæ hereditatis gratia legum beneficio vſi ſunt, ſed vindictæ gratia z.

De abſente.

7. *Marcellus* lib. 3. Digeſtorum.

Diuus Antoninus Marcio Auito prætori de ſuccurrendo ei, qui abſens rem a amiſerat, in hanc ſententiam reſcripſit. * *Et ſi* b *nihil facilè mutandum eſt ex ſolemnibus: tamen* c, *vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. Itaque ſi* d *citatus* e *non reſpondit, & ob hoc more pronunciatum eſt, confeſtim* f *autem pro tribunali te ſedente adijt: exiſtimari poteſt, non ſua culpa, ſed* g *parum exaudita voce præconis* h *defuiſſe: idcòque reſtitui poteſt.*

1 ¶ Nec intra has ſolùm ſpecies conſiſter huius generis auxilium. Etenim deceptis ſine culpa ſua, maximè ſi fraus ab aduerſario interuenerit, ſuccurri oportebit: cùm etiam de dolo malo actio competere ſoleat, & boni prætoris eſt potius reſtituere litem, vt & ratio, & æquitas poſtulabit: quàm actionem famoſam conſtituere, ad quam tunc demum deſcendendum eſt, cùm remedio locus eſſe non poteſt i.

Quid interſit inter reſtitutionem minoris, & abſentis.

8. *Macer* lib. 2. de Appellationibus.

Inter minores vigintiquinque annis, & eos, qui reipublicæ cauſa abſunt, hoc intereſt; quod minores annis etiam qui a per tutores curatorésve ſuos defenſi ſunt, nihilominus in integrum contra rempublicam b reſtituuntur, cognita ſcilicet cauſa: ei verò, qui reipublicæ cauſa abſit, cæteriſque, qui in eadem cauſa habentur, ſi per procuratores ſuos defenſi ſunt, hactenus in integrum reſtitutione ſubueniri ſolet, vt appellare his permittatur.

QVOD c METVS d CAVSA geſtum erit.

TIT. II.

1. *Edictum de vis mentione detracta.*

Vlpianus libro 11. ad Edictum.

AIT e prætor f: *Quod* g *metus* h *cauſa geſtum erit, ratum non* i *habebo.* Olim ita dicebatur, *quod vi metuſve cauſa*, vis enim fiebat mentio propter neceſſitatem impoſitam k contrariam l voluntati: m metus, inſtantis, vel futuri n periculi cauſa mentis trepidatione. Sed poſtea detracta eſt vis mentio: " ideo " quia quodcunque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur.

Quid ſit vis.

2. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

Vis autem eſt maioris o rei impetus qui repelli non poteſt.

Metus quomodo accipitur in edicto.

3. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

Continet igitur hæc clauſula & vim, & metum: &, ſi quis vi compulſus aliquid fecit, per hoc Edictum reſtituitur.

1 ¶ Sed vim accipimus atrocem p, & eam, quæ aduerſus bonos mores fiat: non q eam, quam magiſtratus " recte " intulit, ſcilicet iure licito, & iure honoris, quem ſuſtinet. Cæterum ſi per iniuriam quid fecit populi Romani magiſtratus, vel prouinciæ præſes, Pomponius ſcribit, hoc edictum locum habere ſi fortè (inquit) mortis, aut verberum terrore pecuniam, alicui extorſerit r.

4. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

Ego puto, etiam ſeruitutis timorem, ſimiliúmque ſ admittendum.

5. *Vlpianus* libro 11. ad Edictum.

Metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, ſed maioris t malitatis u.

6. *Gaius* lib. 4. ad Edictum Prouinciale.

Metum autem non vani hominis, ſed qui meritò & in hominem conſtantiſſimum x cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

7. *Vlpianus* libro 11. ad Edictum.

Nec y timorem infamiæ hoc edicto contineri z Pedius dicit libro ſeptimo; neque alicuius a vexationis timorem per hoc edictum reſtitui.

¶ Proinde ſi quis meticuloſus rem nullam fruſtra timuerit, per hoc edictum non reſtituitur; quoniam neque vi, neque metus cauſa factum eſt.

1 ¶ Proinde ſi b quis in furto, vel adulterio deprehenſus, vel in alio flagitio; vel dedit aliquid, vel ſe obligauit, Pomponius libro viceſimooctauo rectè ſcribit poſſe eum ad hoc edictum pertinere; timuit enim vel mortem, vel vincula, quamquam non omnem c adulterum liceat occidere, vel furem d, niſi ſe telo defendat; ſed potuerunt vel non iure occidi, & ideo iuſtus fuerit metus. Sed & ſi, ne prodatur, ab eo, qui deprehenderit, alienauerit, ſuccurri e & per hoc edictum videtur: quoniam, ſi proditus eſſet, potuerit ea pati quæ diximus.

8. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

Iſti quidem & in legem Iuliam incidunt, quod pro f cōperto ſtupro acceperunt g prætor tamē " etiam ",

a περὶ ἀποκαταστάσεων. 10. Ecl. 1.
b Eſt verò integri reſtitutio, redintegrandæ rei vel cauſæ actio. Paul. ſent. 7. §. 1.
c v. 2. C. 20. & ſequentes: Paul. 1. ſent. 7.
d id eſt, variis ex cauſis quæ proximis titulis ſequuntur.
e has cauſas enumerat Paulus 1. ſent. 7. §. 2. 10. Ecl. 1. c. 1. 1. Harmen. 12. §. 69.
f inf. tit. 2.
g inf. tit. 3. & 7. ea πανουργία Græcis illo loco.
i ȷ. tit. 6. quæ ſine dolo eſſe poteſt, l. 7. §. ſed etſi fraudandi. ȷ. de pactis.
k ſtatus mutatio eſt capitis minutio, l. 2. ȷ. de cap. minut.
l inf. tit. 5.
m l. 57. ȷ. de obl. & act. §. ſi quis agens. Inſt. de actionibus.
n Paulus 1. ſent. 7. §. 3. in fin.
o Magiſtratibus enim municipalibus ſuo iure non competunt ſine ipſo mandato præſidis, l. 26. §. 1. inf. ad municip.
p i. tribunal exigunt & aduerſarij præſentiam, l. 13. in princ. inf. de minoribus.
q l. 9. in fi. ȷ. de dolo. l. 54. inf. de contr. emp.
r l. 21. inf. de exce. ſub maximè, vt. l. 3. §. pen. ȷ. de minoribus, l. vn. 1. §. 4. inf. furti aduer. nautas.
ſ al. re excluſus, id eſt rei actione. Actionem eodem modo non amiſit, qui ius agendi habet, l. Labeo 14. in fi. ȷ. de ver. ſign. aut cui promittit prætor reſtitutionem, l. 9. §. 6. inf. tit. prox. Reſtitutio enim in integrum eſt actio, l. 29. in fin. inf. de minorib.
t v. l. 14. in fi. inf. de verbor. ſign.
u intra tempus tamen reſtitutionibus datum l. 3. §. Pomponius. l. 18. in fi. inf. de minor. l. 2. & 4. C. de temp. in integr. l. un. C. ſi aduerſ. dotem.
x puta ob ingratitudinem, v. l. 2. C. de libertis & eorum liberis. y vt ſi errore iuſto adierit. z i. dum libertum in ſuam poteſtatem recipit, non tam quæſita ab eo bona agnoſcit, quàm vlciſcitur ingratum animum liberti. *Cuiac.*
a id eſt, litem, l. 8. §. 1. ȷ. de inofficioſo. Auſonius in Grammaticomaſt. Imperium, litem, Venerem cur vna notat res.
b l. 183. inf. de reg. iuris. c v. l. 26. §. item inquit. inf. quibus ex cauſis maiores.
d 10 Ecl. 1. c. 7. id eſt vocatus Feſtus, l. 3. ȷ. teſtibus, l. 10. ȷ. de public. iudiciis: l. 5. §. diuus. inf. de iure fiſci. f l. 105. inf. de ſolut.
g v. Authenticam, qui ſemel. C. quomodo & quando index.
h Præconis voce citatio in iure fiebat; vt hic, citatio etiam fieri poteſt edicto publicè affixo. i l. 16. inf. de minoribus.

a etſi per v. l. 19. de minor.
b contra rem iudicatam. Goneaz. 1. lection. 44. Cuiac. arg. l. 1. C. ſi aduer. rem iudicat.
c. 2. C. 20. Harmen. 1. tit. 21. Paul. 1. ſent. 7. §. 5. & ſeq.
d metus παρὰ τὸ μετιέναι. quod eo amittatur conſtantia. Iul. Scaliger.
e. vox hæc Prætoris, vox Dei. Bald. rubrica de controuerſia inueſtituræ.
f huius edicti fit mentio in l. 13. C. de tranſact.
g hæc particula non eſt referenda ad vim nobis illatam per hoſtem iuſtum & legitimum, arg. l. 21. ȷ. de negotiis.
h. l. 116. inf. de reg. iur. v. l. 9. C. de contrah. ſtip.
i id eſt, nullo tempore. Negatiua enim oratio ſtatim effectum ſuum exerit, & nullo non tempore vera eſt l. 21. §. 1. inf. de manum teſt. Bart. l. 9. §. 4. inf. eodem.
k l. 116. inf. de reg. iur.
l l. 4. inf. de reg. coacta tamen voluntas eſt voluntas, l. 21. §. vlt. inf. eodem.
m & iuri, Cicero pro Cæcina. Nec iuri quidquam tam inimicum eſt quàmvis.
n Imo præſentis, l. inf. eo.
o μεγάλου πράγματος ἐπέλευσις Græcis, eſt maioris rei. Paul. 1. ſent. 7. §. 7. adde l. 5. inf. eodem.
p non ſolum comminationem, l. 9. C. eod. neque alterius nudam reuerentiam & auctoritatem, l. 6. C. eo. l. 22. inf. de ritu nupt. l. 26. §. 2. inf. de pign. neque difficultatem onerum publicorum l. 8. C. eod.
q v. l. 11. inf. de acquir. poſſeſſ.
r l. vlt. in fi. ȷ.
ſ vinculorum putà, vel carceris, l. 22. ȷ. eodem.
t μεγάλης κακοθελείας 19. Eclog. περὶ φόβου. Ariſt. dixit: μειζόνων κακῶν. 3. Ethic. 1. Cuia.
u malitas, quomodo diſci. urbonitas & celeritas, l. 3. inf. de bon. eor. qui ante ſent.

x v. l. 13. C. de tranſact. εἰς ἄνδρα τίμιον Eclog. ibid. c. 5. y Imo timor infamiæ hoc edicto continetur: nam timor ſeruitutis & ſimilium admittitur. l. 4. ȷ. eo.
z Imo videtur contineri, l. 8. §. 2. ȷ. eodem.
a leuis aut vulgaris. b 10. Ecl. περὶ τῶν δεδωμένων c. 7.
c v. tamen l. 24. ȷ. de adult. d v. l. 9. inf. de ſicariis. e Imò, non ſuccurritur, l. 4. inf. de condictione ob turp. cauſam. f ὑπὲρ προφανοῦς τοῦ μοιχικοῦ, pro manifeſto adulterio. Ecl. d. loco. g v. l. 29. § plectitur. inf. de adult.

vt reſtituant interuenire debet. nam & geſtum eſt malo more a & prætor non reſpicit, an admiſerit qui dedit; ſed hoc ſolum, quod hic accipit metu mortis illato.

1 ¶ Si is b accipiat pecuniam, qui inſtrumenta ſtatus mei interuerſurus eſt: niſi non dubitatur, quin maximo metu compellar: vtique ſi iam in ſeruitutem petor: & illis inſtrumentis perditis, liber pronuntiari non poſſum.

2 ¶ Quod ſi dederit, *ne ſtuprum patiatur vir*, ſeu mulier; hoc edictum locum habet: cum viris c bonis iſte metus d maior, quàm mortis, eſſe debet.

3 ¶ Hæc, quæ diximus ad edictum pertinere, nihil intereſt, in ſe quis veritus ſit, an "in" liberis ſuis cùm pro e affectu f parentes magis in liberis terreantur g.

1. Qui tenentur hoc edicto. 2. De manumiſſione. De depoſitione ædificij. 3. De actione & exceptione ex hoc edicto. 4. De actione amiſſa. 5. De reddendo, & doli repromiſſione. 6. De concurſu huius actionis, & rei venditionis. 7. Qualis reſtitutio ſit. 8. De vi illata à fideiuſſore. 10. Vel à debitore. 11. vel ab alio.

9. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

Metum autem præſentem h accipere debemus non ſuſpicionem i inferendi eius, & ita Pomponius libro vicenſimo "octauo ſcribit. ait enim metum "illatum" accipiendum, "id eſt," ſi illatus eſt timor ab aliquo.

¶ Denique tractat, ſi fundum meum dereliquero audito, quod quis cum armis veniret: an huic edicto locus ſit, & refert Labeonem exiſtimare, edicto locum non eſſe, & *vnde vi* interdictum ceſſare k; quoniam non videor vi deiectus, qui deiici non expectaui, ſed profugi l. Aliter "atque" ſi, poſteaquam armati ingreſſi ſunt, tunc diſceſſi, huic enim edicto locum facere.

¶ Idem ait, & ſi fortè adhibita manu in meo ſolo per vim ædifices: & interdictum m *quod vi aut clam*, & hoc edictum locum habere: ſcilicet, quoniam metu patior id te facere. Sed & ſi per n vim tibi poſſeſſionem tradidero; dicit Pomponius huic edicto locum eſſe.

1. Animaduertendum autem, quod prætor hoc edicto generaliter, & in o rem loquitur, nec p adiicit, à quo geſtum: & ideo ſiue ſingularis ſit perſona, quæ metum intulit, vel populus q, vel curia, vel collegium, vel corpus, huic edicto locus erit.

¶ Sed licèt vim factam à quocunque prætor complectatur; eleganter tamen Pomponius ait; ſi r quo magis te de vi hoſtium, vel latronum, vel populi tuerer ſ, vel liberarem; aliquid à te accepero, vel te obligauero; non debere me hoc edicto teneri; niſi ipſe hanc tibi vim ſummiſi t. cæterùm ſi alienus ſum à vi, teneri me non debere: ego enim operæ potius meæ mercedem accepiſſe videor.

2 ¶ Idem Pomponius ſcribit, quoſdam bene putare, etiam u ſerui manumiſſionem x, vel ædificij depoſitionem, quam quis coactus fecit, ad reſtitutionem huius edicti porrigendam eſſe.

3 ¶ Sed quod prætor ait, *ratum ſe non habiturum*; quatenus accipiendum eſt videamus. Et quidem aut imperfecta res eſt, licet metus interuenerit, vt puta ſtipulationem numeratio non eſt ſecuta; aut perfecta, ſi poſt ſtipulationem & numeratio facta eſt, aut per metum accepto debitor liberatus eſt, vel quid ſimile contigerit, quod negotium perficeret. Et Pomponius ſcribit, in negotiis quidem perfectis & exceptionem interdum, & actionem competere: in imperfectis autem ſolam exceptionem.

¶ Sed ex facto ſcio; cum Campani y, metu cuidam illato, extorſiſſent z cautionem pollicitationis; reſcriptum eſſe ab Imperatore noſtro, poſſe eum à prætore in integrum reſtitutionem poſtulare; & prætorem, me a adſidente, interlocutum eſſe; vt ſiue actione vellet aduerſus Campanos experiri, eſſe propoſitam; ſiue exceptione aduerſus petentes, non deeſſe exceptionem b. Ex qua conſtitutione colgitur; vt, * ſiue perfecta, ſiue imperfecta res ſit; & actio & exceptio detur c.

4 ¶ Volenti d autem datur & e in rem f actio, & in g perſonam h, reciſſa acceptilatione, vel alia liberatione.

5 ¶ Iulianus libro tertio digeſtorum putat eum, cui res metus cauſa tradita eſt, non ſolùm reddere, verum & de dolo repromittere debere.

z vi l. 1. §. 12. *inf. de extraord. cogn.*
b *Ecl. ibidem c.* 8.
c Stupri metus viro bono maior eſt quàm mortis. *Ecl. ibid. c.* 9.
d Atqui timor infamiæ hoc edicto non continetur, *l.* 7. *§. eo.*
e metus infamiæ in liberis, iuſtus eſt.
f Affectus nullus vincit paternum *l.* 7. *C. de Curatore furioſi.*
g *§. vl. Inſt. de nox.*
h proximum & inſtantem, imò & futurum, *l.* 1. *§. eo.*
i Suſpicio eſt rei futuræ, non præſentis.
k vt qui ſolo auditu territus fugiat, armis deiectus non cenſeatur, nec ei interdictum aut reſtitutio competat, *l.* 3. *§. proinde J. de vi. & vi.* aliam diſtinctionem prob. *l.* 3. *§* 7. *J. locati.*
l ſecus ſi non auditis, ſed viſis iam militibus profugerim. *l.* 33. *§.* 2. *J. de vſucap. l.* 1. *§.* 29. *inf. de vi. & vi.*
m *l. §.* 5. *§.* 6. *l.* 16. *§.* 1. *inf. quod vi.*
n *l.* 5. *J. de vi & vi.*
o Cur? ait enim prætor *quod metus cauſa factum eſt.* nō autem ait, *quod metus cauſa feciſti.* Idem eſt: in interdicto quod vi, *l.* 6. *inf. quod vi.*
g *l.* 14. *§.* 3. *inf. e. l.* 4. *§. metus. inf. de except. doli.*
q *v. l.* 4. *inf. de vi & vi.*
r ſi aliquis, vt ſe de vi latronum vel hoſtium, vel populi liberaret, aliquid mancipauit, vel promiſit, ad metum non pertinet: mercedem enim depulſi metus tribuit, *Paul.* 1. *ſent.* 7. *§.* 5. *Ecl. d. loco c.* 9. *in fin.*
ſ Defenſionem aliis interdum debemus, adde l. 34. *§.* 1. *J. de donat.*
t *l.* 5. *C. eo.*
u 10. *Ecl.* 7. *c.* 1.
x puta ſi ſeruus pſe *l.* 9. vel populus dominum ad libertatem cōferendam coegerit, *l.* 17. *J. qui & à quibus.* Quid ſi extraneus? Ioannes negat reuocari libertatem, hoc certè conſtat magna ex cauſa à principe pupillum aduerſus libertatem poſſe reſtitui, *l.* 10. *inf. de minor.*
y Municipes vim etiam inferunt, *vt hic*, & dolum, *l.* 1. *§.* 1. *inf. de dolo.*
* z Cautionem vi extortam exceptione defendimus, & actione etiam reuocamus, *Ecl. d. c.* 1. adde *l.* 5. *inf. de vi publica.*
a Vlpianus, adſeſſor Prætoris fuit. Periti, autem adſeſſores eſſe debebant, dixi *l.* 2. *J. quod quiſque iuris.*
b quia res adhuc in bonis eſt. *Ecl. illo loco.* c hoc edicto.
d i. ſpreta actione, Quod metus cauſa, volenti licet in rem agere reſciſſa traditione: vel in perſonam reſciſſa liberatione. e integri reſtitutio aut in rem competit, aut in perſonam. In rem actio competit, vt res ipſa de qua agitur reuocetur. In perſonam, cùm aut quadrupli pœna intra annum, aut ſimpli poſt annum peti poteſt *Paulus* 1. *ſent.* 7. *§.* 4. adde *§.* 6. *inf. eo.* f *§.* 6. *inf. eo. l.* 1. *&* 3. *C. eo.* g In perſonam actionem hic negat eſſe actionem quod metus cauſa *Cuiac. ad illum locum Paul. §.* 4. h *l.* 2. *J. quib. ad libert. proclamare.*

6 ¶ Licet tamen in rem actionem dandam exiſtimemus, quia res a in bonis eſt eius, qui vim paſſus eſt. verum non ſine ratione dicetur, ſi in quadruplum quis egerit, finiri b in rem actionem, vel contra.

7 ¶ Ex hoc edicto reſtitutio "talis facienda "eſt "id eſt" in integrum officio iudicis; vt, ſi per vim res tradita eſt, retradatur, & de dolo (ſicut dictum eſt) c repromittatur, ne fortè deterior res ſit facta.

8 ¶ Et, ſi d acceptilatione liberatio interuenit, reſtituenda erit in priſtinum ſtatum obligatio, vſq; adeò, vt Iulianus ſcribat libro quarto digeſtorum, " ſi pecunia debita fuit, quæ accepta per vim facta eſt; niſi vel ſoluatur, vel reſtituta obligatione iudicium accipiatur: quadruplo eum condemnandum.

9 ¶ Sed & ſi per vim ſtipulanti promiſero, ſtipulatio accepto facienda erit.

10 ¶ Sed & ſi vſusfructus, vel ſeruitutes amiſſæ ſunt, reſtituendæ erunt e.

11 ¶ Cùm autem hæc actio in rem ſit ſcripta; nec perſonam vim facientis coerceat, ſed aduerſus omnes reſtitui velit, quod metus cauſa factum eſt: non immeritò Iulianus à Marcello notatus eſt ſcribens, ſi fideiuſſor vim intulit, vt accepto liberetur: in reum non eſſe reſtituendam actionem; ſed fideiuſſorem; niſi aduerſus reum quoque actionem reſtituat, debere in quadruplum condemnari. Sed eſt verius, quod Marcellus notat, etiam aduerſus reum competere hanc actionem, cùm in rem ſit ſcripta f.

10. *Gaius* libro 4. ad Edictum Prouinciale.

Illud verum eſt, ſi ex facto debitoris metum adhibentis fideiuſſores acceptilatione liberati ſunt; etiam aduerſus fideiuſſores g agi poſſe, vt ſe h reponant in obligationem.

1 ¶ Si metu à te coactus acceptam tibi ſtipulationem fecerim; arbitratu iudicis, apud quem ex hoc edicto agitur, non ſolùm illud continetur, vt in tua perſona redintegretur obligatio, ſed vt fideiuſſores quoque vel eoſdem, vel alios non minùs i idoneos adhibeas: prætereà vt & pignora k, quæ dederas, in eandem cauſam reſtituas.

11. *Paulus* lib. 4. "Iuliani" Digeſtorum notat.

Si quis alius ſine malitia fideiuſſoris vt fideiuſſori accepto fieret, vim fecit; non tenebitur fideiuſſor, vt rei quoque obligationem reſtituat l.

De fructibus & omni cauſa. 1. Si is qui vim fecit vim paſſus eſt. 2. Si debitor metu ſoluerit.

12. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

Sed & partus m ancillarum, & fœtus pecorum, & fructus reſtitui, & omnem n cauſam oportet; nec ſolum eos, qui percepti ſunt; verum ſi plus ego percipere potui, & per metum impeditus ſum, hoc quoque præſtabit.

1 ¶ Quæri poterit, an etiam ei, qui vim fecerat, paſſo vim reſtitui prætor velit per hoc edictum ea, quæ alienauit? & Pomponius ſcribit libro vicenſimooctauo: non oportere ei prætorem opem ferre; nam cum liceat o, inquit, vim vi p repellere q; quod fecit, paſſus eſt; quare ſi metu te coegerit ſibi promittere, mox r ego eum coegero metu, te accepto liberare; nihil eſſe, quod ei reſtituatur.

2 ¶ Iulianus ait, eum, qui vim adhibuit debitori ſuo, vt ei ſolueret, hoc edicto non teneri, propter naturam metus cauſa actionis, quę damnum ſ exigit: quamuis negari non poſſit, in Iuliam t eum de vi incidiſſe, & ius crediti amiſiſſe u.

Qui per vim extorquet, quod ſibi debetur, ius crediti amittit. Pac.

13. *Calliſtratus* lib. 5. de Cognitionibus.

Extat enim decretum x Diui Marci in hęc verba: Optimum eſt, vt ſi quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris; cùm Marcianus diceret, vim nullam fecit; Cæſar dixit, tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur? vis y eſt & tunc, quotiens quis id, quod deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit. Quiſquis igitur probatus mihi fuerit rem vllam z debitoris, vel pecuniam § debitam "non ab ipſo ſibi ſponte datam", ſine vllo iudice temere poſſidere, vel accepiſſe, iſque ſibi ius in eam rem dixiſſe; ius crediti non a habebit b.

Si exceptione tutus acceptilationem extorſerit. 1. De quadruplo, & ſimplo, & cauſa cognitione. 3. Qui tenentur hac actione & quid probandum ſit ab actore. 4. Natura huius actionis. 5. De eo qui vim admiſit: & eo quem res peruenit: & ſeruo qui in fuga eſt. 6 De reo & fideiuſ. 7. Quid quadruplatur. 8. De eo qui ſiſti promiſit & fideiuſſore. 9. De ſtipulatione per vim extorta. 10. Quadruplum quomodo accipitur. 11. Si ſeruus vi ablatus pereat vel fugiat. 12. De furto. 13. De concurſu huius & de dolo actionis. 14. Quid quadruplatur. 15. Quatenus plures teneantur.

14. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

"Item" Si cum exceptione aduerſus te perpetua c tutus eſſem: coegero te acceptum mihi facere, ceſſare hoc edictum; quia nihil tibi abeſt.

1 ¶ Si

a Amiſiſſe rē non videtur is cui prętor reſtitutionem in integrum promittit, dixi *l.* 5. *J. tit. prox.*
b *l.* 14. *§.* 13. *J. eo.*
c *§.* 5. *J. eo.*
d *l.* 10. *J. eo.*
e *l.* 15. *§.* 7. *infr. quod vi aut clam.*
f non in rem ſimpliciter: quia hæc actio vl ipſa in perſonā: ſcriptura in rem eſt, quippe in edicto verba ad id quod geſtum eſt reſcindendum, concepta ſunt, non in perſonam eius qui metum intulit. *Bart.*
g v. quæ ſcripſi ad *l.* 45. *§.* 2. *J. mādati*
h *l.* 9. *§.* 7. *J. eod.*
i *v. l.* 25. *infr. de arbitris.*
k *arg. l.* 27. *§. ſi minor. infr. de minorib.*
l Nemo ex alieno metu tenetur, niſi commodum ſenſit *l.* 14. *§.* 3. *J. eod.*
m *l.* 38. *§.* 6. *infr. de vſuris.*
n Inde colligitur, ſeruum per metū alienatum, adquirere ei qui vim paſſus ſit, non ei qui metum intulit. *Paul.* 1. *ſent.* 7. *§.* 6.
o omni iure: etiam diuino. *l.* 3. *J. de iuſtitia.*
p *l.* 3. *§.* 9. *J. de vi & vi.* 10. *Ecloga. περὶ βίας c.* 11.
q moderatè & cū moderamine inculpatæ tutelæ, *l.* 1. *C. vnde vi.*
r quid ſi non ex continenti, ſed ex interuallo? *v. hic Cuiac.* Mox autem idem quod confeſtim, non ex interuallo. *l.* 3. *§.* 9. *inf. de vi.*
ſ i. damni æſtimationem.
t de vi, de qua §. 8. *Inſt. de publ. iud.*
v *l.* 1. *§.* 2 *J. de vi.*
u *l.* 6. *l.* 7. *C. vnde vi. l.* 9. *C. de obli. l.*
vn. C. de ſuffragio.
x cuius ſit mentio *l. pen. J. ad l. Iul. de vi priuata.* add. huic loco *Deu* 24.
y Imò vis non eſt 55. *J. de furtis.*
z An etiam minimam: vel partem? Mitius videtur vt ea tantùm parte debitum amittat, non ſolidū, *l. ſancimus. C. de pœnis. v. Pileum quæſt.* 87.
a *d. l.* 6. *&* 7.
b Imò, ſi furto abſtulit, ius crediti non amittit, *l.* 48. *in pr. J. de furtis. l.* 10. *§.* 18. *J. quæ in fraud. credit.* adde caſum, *l.* 54. *C. de decurionibus.*
c puta doli *§. perpetua, Inſtitut. de excep.*

SGCB2021

1 ¶ Si quis non reſtituat: in quadruplum in eum iudicium pollicetur: quadruplabitur *a* autem omne, quodcunque reſtitui oportuit. Satis clementer cum reo prætor egit, vt *b* daret ei reſtituendi facultatem, ſi vult pœnam euitare. Poſt annum verò in ſimplum actionem pollicetur: ſed non ſemper, ſed cauſa cognita.

2 ¶ In cauſæ *c* autem cognitione verſatur, vt ſi "alia" actio non ſit, tunc hæc detur: & ſanè cùm per metum facta iniuria anno "&" quidem vtili exoleuerit, idonea *d* eſſe cauſa debet, vt poſt annum actio hæc dari debeat. Alia autem actio eſſe ſic poteſt. Si is, cui vis admiſſa eſt, deceſſerit: hæres eius habet hæreditatis petitionem, quoniam pro poſſeſſore, qui vim intulit *e* poſſidet. propter quod hęredi non erit metus cauſa actio: quamuis, ſi annus largiretur, etiam hęres in quadruplum experiri poſſit. Ideo autem ſucceſſoribus *f* datur, quoniam & rei habet perſecutionem.

3 ¶ In hac actione non quæritur *g*, vtrum is, qui conuenitur, an alius metum fecit: ſufficit enim hoc docere, metum ſibi illatum, vel vim: & ex hac re eum qui conuenitur, & ſi crimine caret, lucrum tamen ſenſiſſe. nam cum metus *h* habeat in ſe ignorantiam, meritò *i* quis non adſtringitur, vt deſignet, quis ei metum, vel vim adhibuit: & ideo ad hoc tantum actor adſtringitur, vt doceat metum in cauſa fuiſſe, vt alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum iniquum videtur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari: quia non ſtatim quadrupli eſt actio, ſed ſi res non reſtituatur *k*.

4 ¶ Hæc autem actio cùm arbitraria ſit *l*, habet reus licentiam, vſque ad ſententiam ab arbitro datam reſtitutionem, ſecundum quod ſupra diximus, rei facere: quod ſi non fecerit, iure meritóque quadrupli condemnationem patietur.

5 ¶ Aliquando tamen, & ſi metus adhibitus proponatur, arbitrium abſolutionem adfert. quid enim, ſi metum quidem Titius adhibuit me non conſcio, res autem ad me peruenit, & hæc in rebus humanis *m* non eſt ſine dolo malo meo: nonne iudicis officio abſoluat; aut ſi ſeruus in fuga eſt: æquè, ſi cauero iudicis officio, me, ſi in meam poteſtatem peruenerit reſtituturum, abſolui debebo.

6 ¶ Vnde quidam putant *n*, bona fide emptorem ab eo, qui vim intulit, comparantem non teneri: nec eum, qui dono accepit, vel cui res legata eſt. Sed rectiſſimè Viuiano videtur, etiam hos teneri: ne metus, quem paſſus ſum mihi captioſus ſit *o*.

¶ Pedius quoque libro octauo ſcribit arbitrium iudicis in reſtituenda re tale eſſe: vt *p* eum quidem, qui vim admiſit, iubeat reſtituere, etiam ſi ad alium res peruenit: eum autem, ad quem peruenit, etiam ſi alius metum fecit. nam * in alterius præmium verti alienum metum non oportet *q*.

¶ Labeo ait: Si quis per metum reus ſit conſtitutus, & fideiuſſorem volentem dederit: & ipſe, & fideiuſſor liberatur, ſi ſolus fideiuſſor metu acceſſit non etiam reus, ſolus fideiuſſor liberabitur *r*.

7 ¶ Quadruplatur *ſ* autem id quanti ea res erit, "id eſt" cum fructib. & omni cauſa.

8 ¶ Si quis per vim ſiſti promittendo, poſtea fideiuſſorem adhibeat *t*, is quoque liberatur.

9 ¶ Sed & ſi quis per vim ſtipulatus, cùm acceptum non faceret fuerit in quadruplum condemnatus; ex ſtipulatu eum agentem, aduerſus exceptionem replicatione adiuuari Iulianus putat: cum in quadruplo & ſimplum ſit reus conſecutus. Labeo autem etiam poſt quadrupli actionem nihilominus exceptione ſummouendum eum, qui vim intulit dicebat: quod cum durum videbatur, ita temperandum eſt, vt tam tripli condemnatione plectatur, quam acceptilationem omnimodo facere compellatur *u*.

10 ¶ Quatenus autem diximus quadruplo ſimplum ineſſe, ſic hoc *x* diſponendum eſt, vt in condemnatione quadrupli res quidem omnimodo contineatur & eius reſtitutio fiat *y*, pœnæ autem vſque ad triplum ſtetur.

11 ¶ Quid ſi homo ſine dolo malo & culpa eius, qui vim intulit, & condemnatus eſt, periit? in hoc caſu à rei condemnatione ideo relaxabitur, ſi intra tempora *z* iudicati actionis moriatur *a*, quia tripli pœna propter facinus ſatisfacere cogitur.

¶ Pro eo autem qui in fuga eſſe dicitur, cautio *b* "ab eo" extorquenda eſt *quatenus & perſequatur, & omnimodo eum reſtituat*: & nihilominus *l* ſi rem vel ad exhibendum, vel ſi qua alia ei competit actio *ad eum recipiendum*, integra ei, qui vim paſſus eſt, ſeruabitur, ita *a* vt ſi dominus eum quoquo modo receperit, is qui ex ſtipulatione conuenitur, exceptione tutus fiat. Hæc ſi poſt condemnationem: ſi autem ante ſententiam homo ſine dolo malo & culpa mortuus fuerit, tenebitur. *b* & hoc fit his verbis edicti, *neque ea res arbitrio iudicis reſtituetur*. Ergo ſi in fuga ſit ſeruus ſine dolo malo, & culpa eius, cum quo agetur; cauendum eſt per iudicem, vt eum ſeruum perſecutus reddat. Sed & ſi *c* non culpa ab eo quo cum agitur, aberit; ſi tamen peritura res non fuit, ſi metum non adhibuiſſet, tenebitur reus *d*; ſicut in interdicto *vnde vi*, vel *quod vi aut clam* obſeruatur. Itaque interdictum hominis "mortui" pretium recipit, qui *e* eum venditurus fuit *f*, ſi vim paſſus non eſſet.

12 Qui vim intulit, cùm poſſeſſionem à me ſit conſecutus *g*, fur non eſt; quamuis qui vi rapuit, fur improbior *h* eſſe videatur, vt Iuliano placet.

13 ¶ Eum, qui metum fecit, & *i* de dolo teneri certum eſt, (& ita Pomponius) & conſumi *k* alteram actionem per alteram exceptione in factum oppoſita.

14 ¶ Iulianus ait quod intereſt, quadruplari ſolum. & ideo eum, qui ex cauſa fideicommiſſi quadraginta debebat, ſi trecenta promiſerit per vim, & ſoluerit, ducentorum ſexaginta quadruplum conſecuturum. in his enim cum effectu vim paſſus eſt.

15 ¶ Secundum hæc, ſi plures metum adhibuerint, & vnus fuerit conuentus: ſi quidem ſponte rem ante ſententiam reſtituerit, omnes liberati ſunt *l*: ſed & ſi id non fecerit, ſed ex ſententia quadruplum reſtituerit, verius eſt, etiam ſic perimi aduerſus cæteros metus cauſa actionem.

15. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

AVt in id dabitur aduerſus cęteros actio, quod minus *m* ab illo exactum ſit.

1. Si ſerui metum adhibuerint. 2. De ſucceſſoribus.

16. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

QVod diximus, ſi plures metum admiſerunt: idem dicendum erit, & ſi *n* ad alium res peruenit, alter metum adhibuit.

1 ¶ Sed ſi ſerui metum adhibuerint, noxalis quidem actio ipſorum nomine erit *o*: poterit autem quis dominum, ad quem res peruenerit, conuenire: qui conuentus ſiue rem, ſiue (ſecundum quod iam dictum eſt) quadruplum præſtiterit, proderit & ſeruis *p*. Si verò noxali conuentus, maluerit noxæ dedere; nihilominus ipſe poterit conueniri, ſi ad eum res peruenit.

2 ¶ Hæc actio hæredi *q*, cęteriſque ſucceſſoribus datur; quoniam rei habet perſecutionem.

¶ In heredem autem, & cęteros in *r* id quod peruenit ad eos datur non immerito: licet. n. pœna *ſ* ad hęredem non tranſeat, attamen * quod turpiter *t*, vel ſcelere quæſitum eſt, (vt & eſt reſcriptum) ad compendium *u* hęredis non debet pertinere *x*.

Si quid ad primum hæredem ſemel peruenit hæc actio perpetuatur. Pac.

17. *Paulus* lib. 1. Quæſtionum.

VIdeamus ergo, ſi hęres, ad quem aliquid peruenerit, conſumpſerit *y* id quod peruenit, deſinat teneri, an vero ſufficit ſemel perueniſſe? & ſi conſumpto eo deceſſerit, vtrum aduerſus hæredem eius omnimodo competit actio, quoniam hęreditariam ſuſcepit obligationem; an non ſit danda, quoniam ad ſecundum hęredem nihil peruenit. Et melius eſt, omnimodo competere in hęredem hęredis actionem: ſufficit. n. ſemel *z* perueniſſe ad proximum hęredem; & perpetua *a* actio eſſe cœpit, alioquin dicendum erit nec ipſum, qui conſumpſit quod ad eum peruenit, teneri.

De eo qui factus eſt locupletior.

18. *Iulianus* lib. 64. Digeſtorum.

SI ipſa res, quæ ad alium peruenit, interiit; non eſſe locupletiorem dicemus. Sin verò in pecuniam aliamve rem conuerſa ſit, nihil ampliùs quęrendum eſt, quis exitus ſit, ſed omnimodo locuples "factus" videtur, licèt poſtea deperdat *b*. Nam & Imperator Titus Antoninus Claudio Frontino de pretiis rerum hæreditariarum reſcripſit, ob id ipſum peti ab eo hæreditatem poſſe: quia licet res, quæ in hæreditate fuerant, apud eum non ſint, tamen *c* pretium earum, [quo] locupletem eum vel ſæpius mutata ſpecie faciendo, perinde *d* obligat, ac ſi corpora ipſa in eadem ſpecie manſiſſent.

De herede.

19. *Gaius* libro 4. ad Edictum Prouinciale.

QVod autem in hæredem eatenus pollicetur actionem proconſul *e*, quatenus ad eum peruenerit, intelligendum eſt ad perpetuo *f* dandam actionem pertinere.

20. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

QVantum autem ad hæredem peruenerit, litis conteſtatæ tempore ſpectabitur: ſi modo certum ſit aliquid perueniſſe.

¶ Idem & *g* ipſius qui vim intulit, "ſi" ſic in corpus patrimonii peruenit aliquid vt certum ſit ad heredem peruenturum, id eſt, ſi debitor liberatus eſt *h*.

a §. 7. §. pen. inf. eo. l. 21. §. 2. inf. eo.
b vide l. 63. inf. de furt. §. 17. Inſt. de act.
c l. 16. in pr. ȷ. de min.
d 10. Eclo. περὶ [illegible] c. 13.
e adde l. 16. ȷ. de pet. hæred.
f l. 3. C. eo. Elc. eo. c. 13. in fi.
g l. 9. §. 1. ȷ. eo. l. 5. C. eo. l. 15. in fi. ȷ. de dolo.
h Metus in ſe ignorantiam habet.
i Metum probari ſufficit, licet non probetur per quẽ: ratio hæc adfertur ab Accurſio, quòd multa noctu fiant (etiam in hominum frequentia) quæ probari nequeunt. Baldus, Angelus, & alij negant, ea quę noctu fiunt, probari poſſe, niſi Luna radiis terram illuſtret, vel ignis ſplendor affuerit. *Bart. lib. de teſtib. Bal. c. 1. §. porro quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi, Decius conſ. 163. & 429.* Ideóque Baldus & Angelus hic referunt, Oldradum defendiſſe quendam, quem duo teſtati fuerant noctu homicidiũ, admiſiſſe, hoc probato, ea nocte ſplendorem Lunæ viſum non fuiſſe. Diodorus etiam refert. & Plutarc. *in Alcibiade*, reprobatum teſtem cùm interrogaretur quomodo noctu vidiſſet, & reſpondiſſet, per Lunæ radios, & probatum fuiſſet tum interlunium fuiſſe. Hoc igitur teſtimonium verum eſſe poteſt, in his quæ Luna creſcente vel plena viſa ſunt, non obſcura. Idem quoque in nocturnis pugnis eſt: propter vmbras ipſorum pugnantium, cuius exemplum v. apud *Thucydidem l. 6. & Florum in Mithridate.*
k atque ita in quadruplum contumax punitur, *Bart.*
l i. ex qua iudicis officio ſatisfactio ſit *§. præterea, Inſt. de act.*
m is ad quem res peruenit ex metu illato, per alium, rei interitu liberatur *Bart.*
n & male ȷ. eo. o quod eſſe non oportet *l. 5. ȷ. de tranſact.* p *Paulus 1. ſent. 8. §. 3.*
q *v. l. vlt. §. ſed ſi ȷ. de eo per quem.* * 1. Reſciſſo principali, acceſſorium reſcinditur: at non ex contrario. *Bart.*
ſ *v. §. 1. ȷ. eo.* t. coactus ſc. nam ſi volens, metum ſibi illatum videtur diſſimulare. *arg. l. 2. C. eod.*
u i. qui vim intulit, ſi recuſat acceptum ferre: in triplum condemnatur, & acceptum præterea facere tenetur. x *§. 25. Inſt. de action.*
y. vel ſi ea periit, eius æſtimatio. z i. intra quatuor menſes, *v. l. 2. l. vlt. C. de vſuris rei iudic.* a i. quia priuſquam mora fieret: res interiit, *v. l. 29. in fi. ȷ. de verb. obl.* Is autem in mora non eſt, quia dilationem habet à lege, ſecus erit ſi poſt tempora audita res perierit. *v. Con. 1. lect. 11.* b Cautio de perſequendo, §. 1. *Inſt. de diuiſ. ſtipulationum*, vbi *Theoph. l. 69. in fi. inf. de leg. 1.*
a adde *l. 15. in fi. inf. quod vi.*
q *l. 1. C. eo.*
c ſed etſi culpa *Cuiac.*
d ergo à contrario, reus non tenebitur ſi peritura res erat, etiamſi metus non fuiſſet adhibitus. *l. 14. in fi. ȷ. depoſiti.*
e *l. 8. in fi. ȷ. de rei vindic.*
f *vt l. 15. in fi. ȷ. de rei vin. l. 47. in fi. ȷ. de leg. 2.*
g *v. l. 38. in fin. ȷ. de vſucap.*
h *v. l. 1. l. 2. §. 10. ȷ. vi bonorum. l. 1. de effractorib.*
i Atque dolus ex inſidiis, *l. 6. C. de dolo*: vis vero & metus palam admittitur?
k *l. 9. §. 7. ȷ. eo.*
l hæc enim actio ab initio rei perſecutoria eſt Aquilia verò pœnalis, *l. 11. §. inf. ad l. Aquil.*
m *v. l. 1. in fin. ȷ. vi bonorum.*
n *l. 3. in pr. C. eo.*
o *l. 1. ȷ. de noxal.*
p ne liberi poſtea cõueniantur. *Acc.*
q *Ecl. eo. c. 13. & 16.*
r *l. vnic. C. 13. ex delicto def.*
ſ *l. 1. ȷ. de priuatis delictis.*
t Turpiter quæſita hęred. adquirentis prodeſſe nõ debent.
u lucrum & commodum.
x *v. l. 3. in pr. ȷ. de vi & vi.*
y i. ſi facto eius interierit, ſecus ſi res perierit naturaliter *l. 14. §. 5. ȷ. eodem.*
z atque hic conſideratur quod litis cõteſtatæ tempore peruenit.
a *vt l. 19. l. 20. ȷ. eo.*
b depereat.
c *l. 22. ȷ. l. 23. l. 25. §. 1. de pet. hæred.*
d Imo non perinde obligat. *l. 29. inf. de donat. inter virum.*
e is. n. in proconſulari prouincia edicta proponebat, quæ prouincialia appellantur *vt l. 1. inf. de alien. iudicij. Anton. Aug. Emendat. 5.*
f *vt l. 17. in fi. ȷ. eo.*
g & ſi in ipſius.
h Si defunctus vi liberatus eſt & in corpus patrimonij eius & ad hæredem libe-

De eo qui ſibi metum infert. 1. metus cauſa geſtum nullo tempore ratum haberi. 2. quid quadruplatur. 3. De dotis promiſſione. 4. Si metu diſcedatur à contractu bonæ fidei. 5. De aditione, vel repudiatione hereditatis.

21. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

SI mulier contra patronum ſuum ingrata *a* facta, ſciens ſe ingratam, cum *b* de ſuo ſtatu periclitabatur, aliquid patrono dederit, vel promiſerit, ne jn ſeruitutem redigatur, ceſſat edictum, quia *c* hunc ſibi metum ipſa infert *d*.

1 ¶ Quod metui cauſa geſtum erit, nullo tempore prętor ratum habebit.

2 ¶ Qui poſſeſſionem non ſui fundi tradidit, non quanti fundus, ſed quanti poſſeſſio eſt, eius quadruplum *e*, vel ſimplum cum fructib. conſequetur; æſtimabitur enim, quod reſtitui oportet, id eſt, quod abeſt, (abeſt) *f* autem nuda poſſeſſio cum ſuis fructib. quod & Pomponius.

3 ¶ Si dos metu promiſſa ſit, non puto naſci obligationem *g*; quia eſt veriſſimum, nec talem promiſſionem dotis vllam eſſe.

4 ¶ Si metu coactus ſim ab emptione, locatione diſcedere; videndum eſt, an nihil ſit acti, & antiqua obligatio remaneat, an hoc ſimile ſit acceptilationi, quia nulla ex bonæ fidei obligatione poſſimus niti, cùm finita ſit dum amittitur? & magis eſt, vt ſimilis ſpecies acceptilationi ſit; & ideo prætoria actio naſcitur.

5 ¶ Si metu coactus adij hereditatem, puto me heredem effici *h*, quia quamuis, ſi liberum eſſet, noluiſſem, tamen *i* coactus volui *k*, ſed per prætorem reſtituendus ſum, vt abſtinendi mihi poteſtas tribuatur.

6 ¶ Si coactus hereditatem repudiem, duplici via prætor mihi ſuccurrit; aut vtiles actiones, quaſi heredi dando, aut actionem metus cauſa prętando, vt quam viam elegerim, hæc mihi pateat *l*.

De eo quod in carcere extortum eſt.

22. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

QVi *m* in carcerem *n* quem detruſit, *vt o aliquid p ei extorqueret*, quidquid ob hanc *q* cauſam factum eſt, nullius momenti eſt *r*.

De metus præſumptione & probatione. 1. De vinculorum metu. 2. De athleta à certaminibus prohibito. 3. De apparitoribus.

23. *Vlpianus* lib. 5. opinionum.

NOn *ſ* eſt veriſimile *t*, compulſum in vrbe iniquè indebitum ſoluiſſe eum qui claram *u* dignitatem ſe habere prætendebat, cùm potuerit ius publicum inuocare *x*, & adire aliquem poteſtate præditum, qui vtique vim eum pati prohibuiſſet; ſed huiuſmodi præſumptioni debet apertiſſimas probationes violentiæ opponere.

1 ¶ Si iuſto metu perterritus cognitionem *y*, ad quam vt vinctus iret, potens aduerſarius minabatur, id quod habere licebat, compulſus vendidit *z*, res ſuæ æquitati per præſidem prouinciæ reſtituitur.

2 ¶ Si fœnerator inciuiliter cuſtodiendo *a* athletam, & à certaminib. prohibendo *b* cauere compulerit *c* vltra quantitatem debitæ pecuniæ; his probatis, competens iudex rem ſuæ æquitati reſtitui decernat.

3 ¶ Si quis quod aduerſario non debebat, delegante eo per vim, apparitione *d* præſidis interueniente, ſine notione iudicis coactus eſt dare: iudex inciuiliter extorta reſtitui ab eo, qui rei damnum præſtiterit, iubeat. Quod ſi debitis ſatisfecit ſimplici iuſſione, *e*, & non cognitione habita; quamuis non extra *f* ordinem exactionem fieri, ſed ciuiliter oportuit, tamen quæ ſolutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, reuocare inciuile eſt.

ratil peruchit.

a Ingratitudinis cauſa libertus in ſeruitutem reuocari poteſt, *vt hic. l.70. infr. de verb. ſignif. l. 1. C. de libertis.* Ob eandem cauſam ingratitudinis, reuocari poteſt donatio *l. vlt. C. de reuoc. don.* & emancipatio. *l. vnica. C. de ingratis liberis.*

b Eum qui carcere & cuſtodia publica tenetur contrahere ſponte & vltro poſſe hinc colligunt.

c i. hic metus iuſtus non fuit.

d vide ei non ſuccurritur, l. 2. §. *vim fluminis* §. *ſi quis cantion.*

e v. l. 14. §. 7. ſ. eo.

f v. l. 119. *inf. de reg. iuris.*

g Imò, ex ſtipulatione per vim extorta, naſcitur obligatio. l. 36. ſ. *de verb. obli. l. pen. C. inut. ſtip.*

h Immo non fio heres l. 6. *in fi inf. de acquir. hered.* nam voluntati vis contraria eſt l. 1. ſ. *eod.*

i l. 22. *inf. de ritu nupt.*

k v. l 85. *infr. de acqu. hered. l. 22. infr de ritu nupt.*

l v. l. 1. §. *illud inf. de ſepa.*

m *Paul.* 1. *ſent.* 7. §. 10.

n priuatum vel publicum.

o & ſic iniuſtè,

p puta liberationem, vel ſyngrapham.

q & ſic poteſt ob alias cauſas promittere.

r quia vltra quantitatem debitæ pecuniæ extorſit, *arg. l. 23. §. 2. infr. eo.* vel debitorem in priuatum carcerem, iniuria & dolo malo, per vim coniecit. *arg. l. 5. inf. de vi pub. Paul. 1. ſent. 7. §. vlt.* ſecus ſi iuſtè in carcerem coniectus promiſit. l. 21. *in pr. ſ. eo.* Alij omnem tranſactionem, promiſſionem, conuentionem, traditionem in carcere factam improbant, quod is qui carcere detinetur omnia metu facere, præſertim cum ſuo creditore, præſumitur & ipſe carcer metus iuſtus ſit. Imò & ipſe metus vinculorum, reſtitutionem parit. l. 7. §. 1. ſ. *eo. l. vlt. §. 1. ſ. eo.* Addunt idem dicendum vtcunque extra carcerem cuſtodem tamen habens contrahat, quia is ſolutus non dicitur. l. 48. *inf. de verb ſign.* ſ Imo eſt *Clementina paſtoralis, de ſententia & re iudicata,* vtique quoties videlicet factum contrarium eſt præſumptioni, veluti ſi iudex ſubditum manu armata citet: Terror ille armorum efficit vt citanti, velut hoſti, fidem quis non præſtet *l. 3 inf. de vi. c. accedens vt lite conteſtata.* Proinde, ex huiuſmodi cauſa, relaxatus etiam ſub iuramento redeundi poterit non reuerti Quidam tamen exiſtimant periurium grauius maiuſque delictum eſſe homicidio, l. 21. ſ. *de negotiis* l. 4. ſ. *de captiuis.*

t i. præſumptio contraria eſt: & quo magis contraria eo duriorib. probationib. aueratur: alias præſumitur niſi probetur *l. 29. C. eo.*

u i. ſenatoriam, dixi ad l. 5. *C. de curat. furioſi.* x dixi ad l. XII Tabularum.

y Cognitionis *Cuia.* principis ſc. cuius metus iuſtus non eſt, aut quem metuere iniuria eſt. z l. *vlt. C. eo. l. 6 ſ. de off. præſid.*

a Vim facit qui hominem domo includit, vt ſibi rem mancipet aut promittat *Paul. 3. ſent. 7. § 8. l. 5. inf. de vi publica.*

b Metu reuerentiali factum reſcindi hinc colligunt. *v. Far. in l. 1. §. quæ onerandæ in fi. ſ. quarum rerum actio,* c v. *l. 11. C. eo.* d v. *l. 11. C. eo.* e quæ ius crediti non aufert iubenti *argum. l. 11. in fi. ſ eo.* f Extraordinaria cognitio exactio ſeu executio erat *his & l. 10. ſ. de euict. l. 3. ſ. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ.* quoties magiſtratus apparitorem vel viatorem miniſtrū dabant ad decreti, iudicati, vel præcepti ſui executionem faciendam, *l. vlt. ſ de iudiciis,* ſicut ordinariè exequi dicebantur, quoties iudicem arbitrum in eam rem dabant, *l. 75. ſ. de iudiciis. l. 15. §. 6. §. 7. §. 8. de re iud.* Sic ordinario iure interdicto res expedira dicitur *l. 1. §* ...

DE *a* DOLO MALO *b*.
TIT. III.

Edicti ratio. 1. Et verba. 2. Quid ſit dolus malus. 3. Diſtinctio doli. 4. Si alia actio ſit vel non: ſi interdictum ſit, vel exceptio vel ſtipulatio. 5. De turpi ſtipulatione. 6. Si in integrum reſtitui poteſt. Si alia actio tempore finita ſit. 7. De actione amiſſa. 8. Si alia actio ſit, contra eum qui de dolo tenetur vel contra alium.

Vlpianus libro 11. ad Edictum.

HOc edicto *c* prætor aduerſus varios & doloſos, qui aliis obfuerunt calliditate quadam, ſubuenit; ne vel illis malitia ſua ſit lucroſa, vel iſtis ſimplicitas damnoſa.

1 ¶ Verba autem edicti talia ſunt, *Quæ dolo malo facta eſſe dicentur ſi de his rebus alia actio non erit* d, *& iuſta cauſa eſſe videbitur, iudicium dabo.*

2 ¶ Dolum malum Seruius *e* quidem ita definit, machinationem *f* quandam, alterius decipiendi cauſa, cùm *g* aliud ſimulatur, & aliquid agitur *h*. Labeo autem poſſe "& " ſine ſimulatione id agi, vt quis circumueniatur: poſſe & ſine dolo malo aliud agi, aliud ſimulari; ſicut faciunt, qui per eiuſmodi diſſimulationem deſeruiant *i*, & tuentur vel ſua, vel aliena. Itaque ipſe ſic definiit, dolum malum eſſe *omnem, calliditatem* k, *fallaciam* l, *machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam.* Labeonis definitio vera eſt.

3 ¶ Non fuit autem contentus prætor *dolum* dicere, ſeu adiecit *malum*: quoniam veteres dolum etiam bonum *m* dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maximè, ſi aduerſus hoſtem *n* latronémve machinetur *o*.

4 ¶ Ait prętor *ſi de his rebus alia actio non* p *erit* q. Merito prætor ita demum hanc actionem pollicetur, ſi alia non ſit: quoniam famoſa actio non temerè debuit à prætore decerni, ſi ſit ciuilis, vel honoraria, qua poſſit experiri. Vſque adeo, vt "&" Pedius lib. 8. ſcribat: etiam ſi interdictum ſit quo quis experiri, vel exceptio, qua ſe tueri poſſit, ceſſare hoc edictum. Idem & Pomponius lib. 28. & adiicit: & ſi ſtipulatione tutus ſit quis, eum actionem de dolo habere non poſſe; vt puta ſit de dolo *r* ſtipulatum ſit.

5 ¶ Idem Pomponius ait; & ſi actionem in nos dari non oporteat; veluti ſi ſtipulatio tam turpis *ſ* dolo malo facta ſit, vt nemo daturus ſit ex ea actionem *t*; non debere laborare *u*, vt habeam de dolo malo actionem, cùm nemo ſit aduerſus me daturus actionem.

6 ¶ Idem Pomponius refert Labeonem exiſtimare, etiam ſi quis in integrum reſtitui poſſit, non debere ei hanc actionem competere *x*, & ſi alia actio tempore finita ſit *y*, hanc competere non debere ſibi imputaturo eo, qui agere ſuperſedit; niſi in hoc quoque dolus malus admiſſus ſit, vt tempus exiret *z*.

7 ¶ Si quis, cùm actionem ciuilem haberet, vel honorariam in ſtipulatum deductam acceptilatione *a*, vel alio modo ſuſtulerit; de dolo experiri non poterit, quoniam habuit aliam actionem; niſi in amittenda actione dolum malum paſſus eſt.

8 ¶ Non ſolùm autem, ſi aduerſus eum ſit alia actio, aduerſus quem de dolo queritur.

2. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

VEl ab eo res ſeruari poterit *b*.

3. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

NOn habet hoc edictum locum, verumetiam ſi aduerſus alium.

4. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

SIt actio; vel ſi ab alio res mihi ſeruari poteſt.

5. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

IDeóque ſi quis pupillus à Titio, tutore auctore colludente circumſcriptus ſit; non debere eum de dolo actionem aduerſus Titium habere, cùm *c* habeat tutelę actionem per quam conſequatur, quod ſua interſit. Planè ſi tutor ſoluendo non ſit, dicendum erit, de dolo actionem dari ei.

6. *Gaius* lib. 4. ad Edictum prouinciale.

ſ. *ſi ventr. nomine.* ſic ordinaria cognitio appellatur, cum ex formula apud iudices datos cauſa agitur: extraordinaria verò cum ipſi iudices notionem adhibent ſuam. His addatur tuendæ iuriſdictionis remedia ea fuiſſe: pignoris capionem, multæ dictionem, corporis detentionem & coërcitionem l. 1. §. 1. ſ. *de ventre.* §. 3. *Inſt. de ſatiſdat. tutorum. l. 4. §. 1. ſ. de damno. l. 9. in fi. infra. ad l. Iul. peculatus. v. Briſſon. 2. ſelect. 2.*

a Huic titulo adde titulum *de eo per quem factum,* ſ. *& ſ. tit. ſi quid in fraudem patroni.* Item titulum *de his quæ in fraudem creditorum,* item titulum *de doli mali exceptione,* tam variè & tot locis ac titulis de dolo in iure agitur. Cæterùm hæc doli mali actio ſubſidiaria eſt & extremum iuris ſui cōſequendi remedium. *v. Cuia. l. 30. ſ. ſoluto* quæ eſt Africani li. 7.

b 2. *C.* 21. *Pau. ſen.* 1. *tit.* 8. 10. *Ecl.* 3.

c cuius origo ad G. Aquilium *Cicer.* 3. *de off. & 3. de natura.* & ante eum, adde *l.* 12. *tab. & l. Lætoriam* de minoribus defraudatis refertur. *Cuia.*

d v. *l.* 19. *in prin. ſ. de minor. l. 4. ſ.*

e & Gallus Aquilius *apud Ciceronem 3. de officiis & in Topicis.*

f hæc verba, *machinationem alterius decipiendi cauſa,* interpungit Hot. 1. *obſ.* 19. & 3. *obſeru.* 27.

g idem traditur *in l. 7. §. pactorum in fi. ſ de pactis.*

h *Paul. ſent.* 8. §. 1.

i *al.* ſeruiant ſorte tempori ſeruiunt: cuius rei exemplū de Cicerone extat apud 12. *Gell.* 12.

k πανουργίαν ἀπάτην καὶ μηχανήν. *Ecl. eo.* 1.

l Cuius eſt exemplum in l. 13. §. *idem Iulian.* ſ. *de act. emp.* m *Feſtus in doli. l. 26. ſ. de captiuis. Ecl. eo.* dolus an virtus quis in hoſte requirat? veneni tamen vſus aduerſus hoſtem iniuſtus eſt 3. *Gell. 9. Seneca 4. Contron. 7.* Populus Romanus vincere hoſtem veneno noluit: proditione etiam noluit. n Hoſti fides quib. caſib. ſeruanda, *v. h. Zaſ. in Apolog. ad Ioan. Eckium.* o dolo non facit qui fraudem excludit, *v. l. 77. §. antepen. ſ. de leg.* 2. p §. 1. ſ. *eo. l. 2. C. eo.* hæc. n. actio ſubſidiaria eſt.

q Immo cum alia concurrere poteſt, *l. 14. §. eum qui. ſ. tit. prox.* r non committendo, *vt l. 31. ſ. de arbitr.*

ſ Turpis ſtipulatio non parit actionem, *l. 26. ſ. de ver. obl.* t quia turpis ſtipulatio nullius eſt momenti, ideoque nullam actionem parit *d. l. 26. ſ. de ver. obl.*

u i. ſollicitum eſſe. x cur ita? collige ex *l. 7. in fi. ſ. in integ. reſtit.*

y vt redhibitoria, i. qui aliam actionem habuit, & tempore amiſit, non agit de dolo: ſibi. n. imputare debet quòd non egerit maturus, niſi dolo aduerſarij dies actionis exierit. *Cuiac.*

z quemadmodum in *l. 23. in fi. ſ. ex quibus cauſis maiores. l. 24. ſ. de aqua & aquæ* ... quæ tamen ſunt huic quodammodo contrariæ.

a de vi acceptilationis, *v. l. 3. C. de accept.* b vt *l. 17. in pr. ſ. eo.* c hinc colligit Accurſius actionem de dolo non concurrere nec ſecum pati actionem æquè famoſam, qualis eſt tutelæ directa, *l. 1. §. qui pro ſocio §. de his qui notantur.*

NAm is nullam *a* videtur actionem habere, cui propter inopiam *b* aduerſarij *c* actio eſt.

Si res alio modo ſeruari poſſit vel non. 1. De pœnali vel populari actione. 3. Si dubitetur, an alia actio ſit. 4. De ſeruo vſuario occiſo. 5. De ſeruo legato occiſo. 6. De pauperie. 7. De ſeruo ſoluto. 8. De ſeruo qui pactionis pro libertate reum dedit. 9. De dolo procuratoris. 10. De eo qui affirmauit eum qui mutuatus eſt idoneum eſſe.

7. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

ET eleganter Pomponius hæc verba *ſi d alia actio non ſit.* ſic excipit, quaſi res alio modo ei, ad quem ea res pertinet, ſalua eſſe non poterit ¶ Nec videtur huic ſententiæ aduerſari quod Iulian. lib. 4. ſcribit, ſi minor annis vigintiquinque conſilio *f* ſerui circumſcriptus, eum vendidit cum peculio, emptórque eum manumiſit, dandam in *g* manumiſſum de dolo actionem. (Hoc enim ſic accipimus: carere dolo emptorem vt ex empto teneri non poſſit *h*) aut *i* nullam eſſe venditionem, ſi in hoc ipſo. vt venderet, circumſcriptus eſt, & quod minor proponitur, non inducit in integrum reſtitutionem: nam aduerſus manumiſſum nulla in integrum reſtitutio poteſt locum habere.

1 ¶ Secundùm quæ, & ſi pœnali actione indemnitati eius conſuli poſſit, dicendum erit ceſſare de dolo actionem.

2 ¶ Pomponius "autem", etiam ſi popularis actio ſit, ceſſare de dolo ait actionem.

3 ¶ Non ſolùm autem ſi alia actio non ſit, ſed & ſi dubitetur, an alia ſit, putat Labeo de dolo dandam actionem: & adfert talem ſpeciem. Qui ſeruum mihi debebat, vel ex venditione, vel ex ſtipulatu, venenum ei dedit, & ſic eum tradidit: vel fundum: & dum tradit, impoſuit ei ſeruitutem *m*, vel ædificia diruit, arbores excidit, vél extirpauit: ait Labeo, ſiue cauit de dolo *n*, ſiue non, dandam in eum de dolo actionem: quoniam ſi cauit dubium eſt, an competat ex ſtipulatu actio: ſed eſt verius, ſi quidem de dolo cautum eſt, ceſſare actionem de dolo, quoniam eſt ex ſtipulatu actio: ſi non eſt cautum, in ex empto quidem actione ceſſat de dolo actio, neceſſaria eſt ex empto: in ex ſtipulatu, de dolo actio neceſſaria eſt.

4 ¶ Si ſeruum vſuarium proprietarius occidit *o*: legis Aquiliæ actioni & ad exhibendum accidit, ſi poſſidens proprietarius occidit, ideóque ceſſat de dolo actio.

5 ¶ Item ſi ſeruum legatum heres *p*, ante aditam hereditatem occiderit: quoniam priùs quàm factus ſit legatarij interemptus eſt, ceſſat legis Aquil. actio de dolo autem actio quicumque tempore eum occiderit, ceſſat *q*, quia ex teſtamento actio competit.

6 ¶ Si quadrupes tua, dolo *r* alterius, damnum mihi dederit: quæritur, an de dolo habeam aduerſus eum actionem? Et placuit mihi quod Labeo ſcribit, ſi dominus quadrupedis non ſit ſoluendo, dari debere de dolo: quamuis, ſi noxæ deditio ſit ſecuta, non *ſ* puto dandam, nec *t* in id, quod excedit *u*.

7 ¶ Idem Labeo quærit, ſi compeditum *x* ſeruum meum, vt fugeret, ſolueris, an de dolo actio danda ſit? Et ait Quintus apud eum notans: ſi non miſericordia *y* ductus feciſti, furti teneris: ſi miſericordia *a* in factum actionem dari debere.

8 ¶ Seruus pactionis pro libertate reum *b* domino dedit ea conditione, *vt poſt libertatem transferatur in eum c obligatio* d, manumiſſus non patitur in ſe obligationem transferri. Pomponius ſcribit, locum habere *e* de dolo actionem, ſed ſi per patronum ſtabit quo minus obligatio transferatur, dicendum ait, patronum exceptione à eo ſummouendum. Ergo moueor: quemadmodum de dolo "actio" dabitur cùm ſit alia actio? niſi fortè quis dicat: quoniam exceptione patronus ſummoueri poteſt, ſi agat cum reo, debere dici, quaſi *f* nulla actio ſit *g* quæ exceptione repellitur, de dolo decernendam. Atquin patronus tunc ſummouetur, ſi nolit expromiſſorem *h* ipſum manumiſſum accipere, expromiſſori planè aduerſus manumiſſum dari debebit de dolo: aut, ſi non ſit ſoluendo expromiſſor, domino dabitur.

9 ¶ Si dolo malo procurator paſſus *i* ſit vincere aduerſarium meum, vt abſolueretur: an de dolo mihi actio aduerſus eum, qui vicit, competat, poteſt quæri. & puto non competere, ſi paratus ſit reus transferre iudicium ſub exceptione *hac ſi colluſum eſt* alioquin de dolo actio erit danda, ſcilicet ſi *k* cum procuratore agi non poſſit, quia non eſſet ſoluendo.

10 ¶ Idem Pomponius refert, Cæcilianum prætorem non dediſſe de dolo actionem aduerſus eum, qui *l* adfiruauerat *m* *idoneum eſſe eum, cui mutua pecunia dabatur.* quod verum eſt: nam niſi *n* ex magna & euidentis calliditate, non debet de dolo actio dari *o*.

8. *Gaius* libro quarto ad Edictum. Prouinciale.

QVod ſi, cùm ſcires eum facultatibus *p* labi, tui lucri gratia adfirmaſti mihi idoneum eſſe: meritò aduerſus te, cùm mei decipiendi gratia alium falsò laudaſti, de dolo iudicium dandum eſt.

De hereditate vendita. 1. vel repudiata. De ſeruo optato. 2. de tabulis teſtamenti ſuppreſſis. 3. De ſequeſtro. 4. De doli actione noxali, vel de peculio, 5. ob quam ſummam hæc actio datur.

9. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

SI quis adfirmauit minimam eſſe hereditatem, & ita *r* eam ab herede emit: non eſt de dolo actio, cum ex vendito *ſ* ſufficiat.

1 ¶ Si autem mihi perſuaſeris *t*, vt repudiem hereditatem, quaſi minus ſoluendo ſit: vel vt optem *u* ſeruum, quaſi melior eo in familia non ſit: dico de dolo dandam, ſi callidè hoc feceris.

2 ¶ Item ſi tabulæ teſtamenti, ne de inofficioſo diceretur, diu ſuppreſſæ ſint, mox mortuo filio prolatæ: heredes filij aduerſus eos, qui ſuppreſſerunt, & lege Cornelia *x*, & de dolo poſſe experiri *y*.

3 ¶ *Labeo* libro 37. poſteriorum ſcribit:

SI oleum tuum, quaſi ſuum, defendat Titius, & tu hoc oleum depoſueris *z* apud Seium, vt is hoc venderet, & pretium ſeruaret, donec inter vos diiudicetur, cuius oleum eſſet: neque Titius velit iudicium accipere: quoniam neque mandati, neque ſequeſtraria Seium conuenire potes, nondum *a* impleta conditione depoſitionis, de dolo aduerſus Titium agendum. Sed Pomponius libro 27. poſſe cum ſequeſtro præſcriptis *b* verbis actione agi, vel ſi is ſoluendo non ſit: cum Titio de dolo, quæ diſtinctio vera eſſe videtur.

4 ¶ Et ſi ſeruum pigneratum noxæ mihi dederis per iudicem, & ita *c* abſolutus *d*: de dolo teneris *e*, ſi apparuerit eſſe *f* eum pignori datum *g*. Hæc de dolo actio noxalis erit, ideo Labeo quoque libro triceſimo prætoris peregrini *h* ſcribit de dolo actionem ſerui nomine, interdum de peculio *i*, interdum noxalem dari. nam ſi ea res eſt, in quam dolus commiſſus eſt, ex qua de peculio daretur actio, & nunc in peculio *k* dandam. ſin verò ea ſit, ex qua noxalis: hoc quoque noxale futurum.

5 ¶ Meritò cauſæ cognitionem prætor inſeruit: neque enim paſſim hæc actio indulgenda eſt. Nam ecce in primis ſi modica *l* ſumma ſit.

10. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

ID eſt, vſque ad duos aureos *m*.

De parentibus, patronis, his qui dignitate excellent, & eorum hereditate.

11. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

NOn debet dari. 1 ¶ Quibuſdam perſonis non dabitur *n*: vtputa liberis, vel liberis aduerſus

parentes

a Inanis eſt actio quam excludit inopia debitoris, *vt hic,*
b immò vt ſit inopia, non deſinit eſſe actio, lege 74. *in fin. infr. de euict.*
c Inanis actio, vana & ſine effectu, ita inanis actio, *l. 24.*]. *mandati, & Paul. l. 24. §. 2. infrà de liberali cauſ. & 2. ſent. 15. §. 1.* inanis obligatio, *l. 8. §. 9. infrà ad Velleianum.* inanis ſtipulatio, *l. 8. infra de condic. ob turpem, l. 39. infra de donat. inter virum & vxorem.* inanis epiſtola, *l. 38. infra eod.*
d *ſi* particula exceptiua vt paulò poſt innuitur.
e actionis verbo intelligitur omne auxilium, *l. 27. §. 13. infra ad l. Aquiliam.*
f dolo.
g atqui ex dolo in ſeruiente commiſſo non tenetur liber factus *l. 1. Cod. an ſe ex ſuo facto.*
h aliàs ſi emptor in dolo fuit, venditio reſcindetur, *l. 5. Cod. de reſcin. vendi.*
i Electionem habet emptor deceptus, vtrùm ſtetur contractui, adde *l. 13. §. 27.*]. *de act. empt.*
k *l. 9. 10. infra de minorib.*
l pecuniaria: vt alij corrupti, *l. 7. in princ.*]. *de iuriſd.* ſepulchri violati, deiecti vel effuſi, apertarum tabularum ante quæſtionem familiæ *Cuiac.*
m vide *l. 8. inf. de action. empti.*
n id eſt, dolum abeſſe abfuturúmque eſſe: quæ honeſtatis formula ab Ambroſio dicitur, 3. *offic.*
o videl. *12 infra ad l. Aquil. l. 27. infra de pignor.*
q adde *l. 24. infra ad l. Aquil.*
p Immò alterutra competit, *l. 5. in fi.*]. *quib. modis vſusfructus amit.*
r *vt l. 1. §. 16.*]. *ſi quadrupes.*
ſ Doli actio interdum ceſſat aduerſus eum qui admittit.
t vide *l. 7. §. hoc edictum.*]. *de damno infect.*
u Etiamſi maximum ſit.
x malos ſeruos ac fugæ ſuſpectos neruo ac compedibus coërcebant, ac vinctos continebant, *vt hic, & l. 5. §. 6.*]. *commodati. § vlt. Inſt. de l. Aquil. l. 42.*]. *de fideic. libert. 1. Gaius 1. §. 4.* Ac ianitores quidem & hoſtiarij, more antiquo in catena erant. *Suet. lob. de claris oratorib.* illi quoque ruri vincti opus faciebant: vt & ferè ruſtica omnia mancipia: *1. Colum. vlt.* Hinc Plinius 18. *c.* 3. deplorans immutatá agriculturæ dignitatem. Terram, inquit, vincti pedes exercent. Et Seneca. 7. *de beneficiis* 10 Vaſta Terrarum ſpatia colenda per vinctos. Ouid. 1. *de Ponto* 7. de ſpe loquens: Hæc facit vt viuat foſſor quoque compede vinctus. Liberaque à ferro cura futura petat. *Propercius.* Squallidus in magna faſtidit compede foſſor *Martialis* 9. Et ſonat innumera compede Tuſcus ager. Cæterùm hi vincti villarū ac poſſeſſionum ergaſtulis continebantur, vnde Plinius 1. *c.* 6. μετονυμικῶς coli rura ergaſtulis peſſimum ait. *& Seneca 3. controuerſ.* ſonantia laxi ruris ergaſtula, & Columella 1. *c.* 8. monet patremfamilias in recognoſcendis ergaſtulis diligentem eſſe oportere. Erant autem & ſeruiles Cellæ, quantum coniicere licet, in locis ſubterraneis: quibus plerumque liberi homines ſupprimebãtur. quarum ideo repurgandarum curam ſuſcepere Auguſtus & Tiberius, *teſte Suetonio.* Et hoc quidem loco eaque conditione ſerui apud Romanos, quo penè εἵλωτες Lacedæmoniis; πενέσται Theſſalis: θῆτες Athenienſibus, *Halicarn. 1.* Ita quoque ſerui vincti apud Perſas. *Xenoph. 1. παιδ.* vt non immerito Cato apud Salluſtium in procemio. agriculturam appellet, ſeruile oſficium. Vt ad compeditos reuertat, eorum deterior fuit Romanis etiam conditi quàm aliorum, vt qui manumiſſione dedititij fierent leg. Ælia Sentia: non ciues. *Vlpian. 1. §. 11. 2. Gaius 1. §. 4. Paul. 4. ſent. 12. §. 4. 5. 6. 7. 8. l. 43. infr. de fideicommiſ. liber. Theophil. de libert. l vnica C. de dedititia.*
y Miſericordia factum excuſat à furto: non tamen excuſat ab alia pœna, vide quæ ſcripſi ad *l. 1. §. 2. infr. de cuſtodia.*

a *§. fin. Inſt. de l. Aquilia:* adde *l. 7. in pr. infr. depoſiti l. 14. §. 2. infr. de cuſtodia reorum.*
b id eſt, expromiſſorem: qui vt differat à fideiuſſore, vide *l. 37 in fi. inf. de operis libert.* vide *l. 104. infr. de verbor. obligat.*
c i. in ſc.
d hoc enim caſu domino poſt libertatem teneri poteſt, *l. 3 C. an ſer. ex ſuo facto.*
e Imò in factum *l. 3. C. an ſeruus ex ſuo facto.*
f *v. l. 25. infr. de verb. obligat.* i. quia.
g *l. 13. l. 66. l. 112. l. 115. in fi. infr. de reg. iur.*
h Expromiſſor quid ſit dixi, *l. 37. infr. de operis libert.*
i *l. 9. infr. de doli except.*
k *l. 14. infr. eod. l. 8. §. 2. infr. mandati.*
l Adfirmans idoneè credi Titio, de dolo non tenetur, niſi id magna & euidenti calliditate adfirmauerit.
m Immo qui ita adfirmat tenetur, *l. 13. in pr. infr. de minorib.*
n Immo & in non magna datur *l. 14.*]. *eod.*
o vide *l. 2. inf. de proxeneticis.*
p ἄπορον non ſoluendo *Ecl. eod. c. 8.*
q quemadmodum & in caſu *l. 20. in pr.*]. *eod.*
r *l. 41. infr. mandati.*
ſ *l. 13. §. per contrarium inf. de act. empt. l. 4. C. de hered. vel act. vendit.*
t vide *l. 4.*]. *de optione legata.*
u vide *l. 7. C. eod.*
x *vt l. 3. §. ſi quis dolo. inf. de tab. exhib.*
y vt alia aliam non tollat, *l. vnic. C. quando ciuilis.* non autem interdicto. quia exhibitæ ſunt tabulæ: non furti, quia non animo furandi, ſed veritatis occultandæ ſuppreſſæ fuerunt
z volens: id enim potes, *l. 39. infr. de acq. poſſeſſ.*
a vide *l. 6. C. depoſiti.*
b facit *l. 19.*]. *de præſcr. verb.*
c ita abſolutus. *Haloand.* defenſus *Reuard. 33. Var. 7.*
d abſolutus, ire iubebatur, vt condemnatus, duci *l. 6.*]. *de procurat.* idque per iudicem vel prætorem. e Immò iudicati, *l. 169. infr. de ſolutionib.*
f ſciſſe eum *Cuiac.* g Vel eius vſumfructum eſſe alterius, *l. 3. in fi.*]. *de* [illegible]
h de prætore peregrino, *l. 2. §. 28. de origine iuris, Theop. §. 7.* [illegible] *rali.* i *vt l. 3. §. antep. infr. commodati. l. 1. §. filiumfam.*]. *de pal.*
k in peculium. *Cuiac.*
l vide *l. 4.*]. *de in integrum. Eclog. eod. cap.*
m de aurei æſtimatione, vide *Cuiac. 19. obſ. 21. &* Hotomanum de Au[illegible] ſtinianeo, & de re Nummaria.
n Immo furti datur filiofam. militi, *l. 52. §. 5.*]. *de furtis.*

parentes patronóſve, cum ſit famoſa *a*.

¶ Sed nec humili *b* aduerſus eum qui dignitate excellet, debet dari: puta plebeio *c* aduerſus conſularem *d* receptæ *e* auctoritatis; vel luxurioſo, atque prodigo, aut aliàs vili aduerſus hominem vitæ emendatioris *g*. & ita Labeo; Quid ergo "eſt"? in horum perſona dicendum eſt, *in h factum* verbis temperandam actionem dandam, vt *i* bonæ fidei mentio fiat.

12. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

NE *k* ex dolo ſuo lucrentur.

De pupillo.

13. *Vlpianus* lib 11. ad Edictum.

HÆredibus *l* tamen harum perſonarum, item aduerſus heredes *m* de dolo actio erit danda.

1 ¶ Item in cauſæ cognitione verſari Labeo ait, ne in pupillum de dolo detur actio, niſi fortè nomine hæreditario conueniatur. Ego arbitror, & ex ſuo dolo conueniendum, ſi *n* proximus pubertati eſt *o*; maximè ſi locupletior ex hoc factus eſt.

14. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

QVid *p* enim, ſi impetrauerit à procuratore petitoris, vt *q* ab eo abſolueretur; vel ſi de tutore mentitus pecuniam accepit: vel alia ſimilia admiſit, quæ non magnam *r* machinationem exigunt?

De municip. & decurionibus. 2. De dolo procuratoris. 3. De forma libelli.

15. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

SEd & ex dolo *ſ* tutoris, ſi factus eſt locupletior, puto in eum dandam actionem, ſicut exceptio *t* datur.

1 ¶ Sed, an in municipes *u* de dolo detur actio dubitatur? Et puto *x*, ex ſuo quidem dolo non poſſe dari: quid enim municipes dolo facere poſſunt *y*? ſed ſi quid ad eos peruenit ex dolo eorum, qui res eorum adminiſtrant, puto dandam. De dolo autem decurionum in ipſos decuriones dabitur de dolo actio.

2 ¶ Item ſi quid ex dolo procurationis ad dominum peruenit, datur in dominum de dolo actio, in quantum ad eum peruenit *z* nam procurator ex dolo ſuo proculdubio tenetur *a*.

3 ¶ In hac actione deſignari oportet, cuius dolo factum ſit, quamuis in metu non ſit neceſſe *b*.

16. *Paulus* libro 11. ad Edictum.

ITem exigit prætor, vt comprehendatur *c*, quid dolo malo factum ſit, ſcire enim debet actor, in qua re circumſcriptus ſit, nec in tanto crimine vagari.

Quatenus plures tenentur. 1. De ſucceſſoribus,

17. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

SI *d* plures dolo *e* fecerint & vnus reſtituerit; omnes liberantur; quòd ſi vnus, quanti ea res eſt, præſtiterit, puto adhuc cæteros liberari.

1 ¶ Hæc actio in heredem & ceteros ſucceſſores datur dumtaxat *f* de eo, quod ad eos peruenit.

De arbitrio iudicis 2. Si proprietarius inſulam incenderit. 3. De eo qui falſa pondera commodauit. 4. Si lis temporibus legitimis tranſactis perierit. 5. Si quis ſeruum ab alio promiſſum occiderit.

18. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

ARbitrio *g* iudicis in hac quoque actione reſtitutio comprehenditur *h* & niſi fiet reſtitutio, ſequitur condemnatio, quanti ea res eſt *i*. Ideo autem & hic, & in metus cauſa actione, certa quantitas non adiicitur *k*, vt poſſit per contumaciam ſuam tanti reus condemnari quanti actor in litem iurauerit. Sed officio iudicis debet in vtraque actione, taxatione iuſiurandum refrenari *l*.

1 ¶ Non tamen ſemper in hoc iudicio arbitrio iudicis dandum eſt; quid enim, ſi manifeſtum ſit, reſtitui non poſſe? veluti ſi ſeruus dolo malo traditus, defunctus ſit; ideoque protinus condemnari debeat in id, quod interſit *m* actoris.

2 ¶ Si dominus proprietatis inſulam, cuius *n* vſuſfructus legatus erat, incenderit; non *o* eſt de dolo

a v. l. 4. §. aduerſus 16. inf. de doli mali & metus except.
b quis ſit vide l. 7 C. de inceſtis.
c Plebei, qui ex plebe: quibus opponuntur conſulares, vt hîc. patricij & ſenatores. §. 4. ver. plebiſcitum. Inſt. de iure naturali.
d Conſularis dignitas atque authoritas magna: dixi l. 12. ſ. de procuratoribus.
e Receptæ authoritatis conſularis, i. probatæ. huius vocis, ſit mentio, l. 40. in pr. infr. de damno.
f αἰκελάςῳ ἢ ἀσώτῳ.
g melioris.
h l. 1. §. 43. inf. de vi & vi.
i Immò, nullo modo filio aduerſus parentem datur reſtitutio, v. Nou. 155. c. 1.
k Ecl. d. c. 10.
l Immo, non danda eſt aduerſus heredes; cum patrono etiam defuncto honor ſit præſtandus, l. 4. §. 16. j. de doli mali.
m Ecl. eo. c. 13.
n ὅτε πληρώσει τελείτη, ſi 13. annos compleuerit. Scholiaſtes Ecl. d. c. 10.
o l. 4. §. 6. j. de dol. mal. quando id fiat, v. l. 17. in pr. j. de excuſ. tut.
p de dolo actio eo caſu dabitur.
q vt, l. 7. §. 9. ſ. eo
r i. non euidentem. *Accurſ.* vel eam, quam pupillus excogitare poſſit. *Cuiac.*
ſ vide l. 3. in pr. quando ex facto tutoris.
t l. 4. §. ſi quis non tutor 24. j. de doli mali.
u adde l. 1. §. vlt. inf. de acq. poſſeſſ. l. 4. inf. de vi.
x Cur vniuerſitas, municipium, corpus, nomina ſunt iuris animo & intellectu carentia. Ex his vniuerſitas delinquere aut dolum admittere poſſe non videtur. *Innocentius c. dilectus de ſimonia. c. grauamen. de ſententia excommunicat.*
y vide l. 9. §. 1. §. 2. ſ. tit. prox.
z ſi qui dolum aut metum adhibuit vt res ad alium tranſiret, vterque de vi & dolo actione tenetur, *Paul. 1. ſent. 8. §. 2.*
a & ita vterque tenetur, *Paul. 1. ſent. 8. §. vlt.*
b l. 4. §. in hac actione, ſ. tit. prox.
c Probatur dolus perſpicuis indiciis, l. 6. C. eo. d Ecl. eod. c. 17.
e Idem ſi metu, l. 14. in fi. l. 16. l. 17. ſ. eod f. l. 26. inf. eod. l. 30. in fi. j. de peculio.
g eſt enim arbitraria hæc actio, §. 31. Inſt. de act. h i. ad veram rei æſtimationem, l. 179. de verb. ſig. atqui hic in litem iuratur, vt inf. eod. l. 5 inf. de in litem iur. quod affectionis eſt. i Immo pœna eſt quadrupli, l. 14. §. 1. ſ. tit. prox.
k v. l. 3 in pr. inf. ad exhib. l l. 19. infr. ratam rem haberi.
m v. l. 19. ratam rem haberi. n v. l. 12. inf. ad l. Aqu.
o Immo eſt, l. 5. in fi. j. quib. modis vſuſfructus, an hic traditus fuit fundus legatus: ibi non traditus? An hic ex teſtamento: ibi ab inteſtato agitur? An ibi rei alienæ vſuſfructus relictus eſt, hic teſtatoris vel hæredis eius? An hic de incendio facto; ibi de ædificio poſito in fructuario fundo, cuius nomine ceſſat Aquiliæ

actio; quoniam aliæ *a* ex hoc oriuntur actiones.

3 ¶ De eo, qui ſciens commodaſſet pondera, vt venditor emptori merces adpenderet, Trebatius de dolo dabat actionem *b*. Atquin ſi maiora pondera commodauit, id quod amplius mercis datum eſt, repeti condictione poteſt; ſi minora, vt reliqua merx detur ex empto agi poteſt, niſi *c* ſi ea *ſ* conditione merx venit, vt illis ponderibus traderetur; cum ille decipiendi cauſa adfirmaſſet, ſe æqua pondera habere.

4 ¶ Dolo cuius effectum eſt, *vt lis temporibus legitimis tranſactis pereat*, Trebatius ait de dolo dandum iudicium, non vt arbitrio iudicis "res" reſtituatur, ſed vt tantum actor conſequatur, quanti *e* eius interfuerit id *f* non eſſe factum: ne aliter obſeruantibus, lex circumſcribatur.

5 ¶ Si ſeruum, quem tu mihi promiſeras, alius occiderit: de dolo malo actionem in eum dandam plerique rectè putant: quia tu à me liberatus ſis: ideóque legis Aquiliæ actio tibi denegabitur.

Si fideiuſſor promiſſum animal occiderit.

19. *Papinianus* libro 37. Quæſtionum.

SI fideiuſſor promiſſum animal, ante moram *g* occiderit: de dolo actionem reddi aduerſus eum oportere Neratius Priſcus & Iulianus reſponderunt: quoniam debitore liberato, per conſequentias ipſe quoque dimittitur *h*.

Si ſeruus vt domino ſoluat, mutuatus ſit. 1. De abſolutione, de periurio.

20. *Paulus* lib. 1. ad Edictum.

SEruus tuus, cùm tibi deberet, nec ſoluendo eſſet hortatu tuo pecuniam mutuam à me accepit, & tibi ſoluit. Labeo ait de dolo malo actionem in te dandam: quia nec de peculio vtilis ſit, cum in peculio *i* nihil ſit: nec in rem domini verſum videatur, cùm ob debitum dominus acceperit.

1 ¶ Si perſuaſeris mihi nullam ſocietatem tibi fuiſſe cum eo, cui heres ſum: & ob id iudicio abſolui te paſſus ſim: dandam mihi de dolo actionem Iulianus ſcribit.

21. *Vlpianus* lib 11. ad Edictum.

QVod ſi, deferente me, iuraueris, & abſolutus ſis, poſtea periurium fuerit *k* adprobatum: Labeo ait, de dolo actionem in eum dandam. Pomponius autem per iuſiurandum tranſactum *l* videri quam ſententiam & Marcellus libro octauo Digeſtorum probat*: ſtari enim religioni *m* debet.

22. *Paulus* libro 1. ad edictum.

NAm ſufficit *n* perjurii pœna *o*.

Si per fallaciam legatarij ſoluta ſint.

23. *Gaius* libro quarto ad Edictum Prouinciale.

SI legatarius, cui ſupra modum legis Falcidiæ legatum eſt, hæredi adhuc ignoranti ſubſtantiam hæreditatis vltro iurando *p*, vel quadam alia fallacia perſuaſerit, tanquam ſatis abundéque ad ſolida legata ſoluenda ſufficiat hereditas, atque eo modo ſolida legata fuerit conſecutus: datur de dolo actio.

De dolo eius qui pro libertate verba faciebat.

24. *Vlpianus* libro 11. ad Edictum.

SI dolo acciderit eius, qui verba faciebat pro eo, qui de libertate contendebat, quominus præſente aduerſario ſecundùm libertatem pronuncietur: puto ſtatim de dolo dandam in eum actionem: quia ſemel pro libertate dictam ſententiam retractari non oportet *q*.

De abſolutione.

25. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

CVm à te pecuniam *r* peterem, eóque nomine iudicium *ſ* acceptum eſt: falsò mihi perſuaſiſti tanquàm eam pecuniam ſeruo meo, aut procuratori ſoluiſſes, eóque modo conſecutus es, vt conſentiente *t* me *u* abſolutus eſſes; quærentibus nobis an in te doli iudicium dari debeat, placuit de dolo actionem non dari: quia alio modo mihi ſuccurri poteſt: nam ex integro agere poſſum, & ſi obiiciatur exceptio rei iudicatæ, replicatione *x* iure vti potero *y*.

De herede, de tempore actionis.

26. *Gaius* libro quarto ad Edictum Prouinciale.

IN *z* heredem *a* eatenus daturum ſe eam actionem proconſul pollicetur, quatenus ad eum peruenerit; id eſt, quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas venerit.

27. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

DOlóve malo eius factum eſt, quo minus perueneri.

28. *Gaius* libro quarto ad Edictum Prouinciale.

ITaque ſi accepto lata ſit tibi *b* pecunia, omnimodo cum

a legis Aquiliæ vtilis & in factum l. 12. infr. ad l. Aquil.
b & extraordinariam, l. 37. infr. de pœn. vide quæ notaui ad l. 52. §. 12. inf. de furtis.
c cur ita? collige ex l. 71. inf. de contr. empt.
d vide l. 13. C. de iudiciis.
e in iudicio de dolo venit id quod intereſt, l. 19. j. ratam rem haberi
f i. non eſſe litem prolatam vltra legitima tempora.
g l. 88. in fi. j. de verb. obl.
h vide l. 178. de regul. iur.
i l. 10. §. ſi dominium l. 7. inf de in rem verſo.
k v. l. 1. & l. vlt. C. de reb. creditis.
l iuſiurandum tranſactionis vicem ſuſtinet, vide l. 2. l. 28. in fi. infr. de iureiur.
m religioſa res eſt iuramentum.
n periurus punitur, licèt non retractetur cauſa in qua peierauit; ſtari enim (vt paulò antè dicitur) religioni debet. v. l. vlt. C. de reb. cred.
o quæ qualis ſit v. l. 2. Cod. de rebus creditis.
p id enim firmum non eſt, l. 3. in prin. de iureiur. q. v. l. 9. in fin. inf. de minorib.
r certam
ſ i. actio ſi certum pet.
t & tamen decepto.
u actione ſi certum de credita pecunia.
x Cur? vt apocha debitorem non liberat, niſi reuera pecunia ſit ſoluta. v. l. 1. j. de acceptilat. ita nec res iudicata, quæ emiſſa eſt & elicita ſub ſpecie ſolutionis, niſi & reuera ſolutio facta ſit.
*
y qui ab aduerſario deceptus, ſententiæ adquieſcit, is ſuam actionem non amittit: & ita ſententia abſolutoria non tollit primam actionem ipſo iure. *Bart.*
z Actio de dolo datur in heredes, in id quod peruenit, i. quatenus ex dolo quiddam hæreditati acceſſit, 1. Ecl. 3. c. 26.
a Immo, de dolo actio in hæredem non datur, l. 7. §. j. de tributoria.
b debitori, l. 20. in fin. ſ. tit. prox.

cum herede tuo agetur. *a* At ſi res tibi tradita ſit ſiquidem mortuo te, ea res exitit, agetur cum herede tuo: ſi minus, non agetur.

¶ Sed vtique in *b* heredem perpetuò dabitur: *quia* * *non debet lucrari ex alieno damno.* Cui conueniens eſt, vt & *c* in ipſo, qui dolo commiſerit in id, quod locupletior eſſet, perpetuò *d* danda ſit in factum actio.

29. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

SAbinus putat, calculi ratione *e* potius, quàm maleficij, hæredem conueniri: denique famoſum non fieri: *f* ideoque *g* in perpetuum teneri oportere.

30. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

NEque cauſæ cognitio in heredis perſona erit neceſſaria.

Si perſuaſum familiæ ſit, vt poſſeßione decedat.

31. *Proculus* lib. 2. Epiſtolarum.

CVm quis perſuaſerit familiæ meæ, vt de poſſeſſione decedat, poſſeſſio quidem non amittitur *h*, ſed de dolo malo iudicium in eum competit, ſi quid damni mihi acceſſerit.

De eo, qui ſeruum ante diem in fraudem coheredum manumiſit.

32. *Scæuola* lib 2. Digeſtorum.

FIlius legatum ſibi ſeruum per præceptionem, rogatus manumittere poſt certum tempus, "poſtea" quàm rationes ipſi, & coheredibus fratribus reddidiſſet, ante diem & ante redditas rationes, ad libertatem vindicta manumittendo perduxerat *i*. quæſitum eſt, an ex fideicommiſſo fratribus tenetur, vt rationes eorum pro portionibus redderet. Reſpondi, cùm liberum feciſſet, ex cauſa quidem fideicommiſſi non teneri *k*: verùm, ſi ideo properaſſet manumittere, ne rationes fratribus redderet, poſſe de dolo actionem in eum exercere.

Si quis item intendens rei vendendæ opportunitatem peremerit.

33. *Vlpianus* lib. 4. Opinionum.

REi, quam venalem poſſeſſor habebat, litem proprietatis aduerſarius mouere cœpit, & poſteaquam opportunitatem emptoris, cui venundari potuit, peremit, deſtitit, placuit poſſeſſori hoc nomine actionem in *l* factum cum ſua indemnitate *m* competere.

Si dominus id quod eijcere, vel fodere permiſit tollere non patiatur.

34. *Idem* lib. 42. ad Sabinum.

SI cùm mihi permiſiſſes ſaxum ex fundo tuo eiicere, vel cretam, vel arenam fodere, & ſumptum in hanc rem fecerim, & non patiaris me tollere, nulla *n* alia, quam de dolo "malo" actio locum habebit.

De tabulis corruptis.

35. *Idem* lib. 30. ad Edictum.

SI, *o* quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas, poſt mortem teſtatoris deleuit, vel alio modo corruperit, hæres ſcriptus habebit aduerſus eum actionem de dolo *p*. Sed & his quibus legata data ſunt, "danda" erit de dolo actio.

De compenſatione doli.

36. *Marcianus* lib. 2. Regularum.

SI duo dolo malo fecerint, inuicem *q* de dolo non agent.

De venditore rem laudante.

37. *Vlpianus* lib. 44. ad Sabinum.

QVod venditor, vt *r* commendet *ſ*, dicit, ſic habendum, quaſi neque dictum, neque promiſſum eſt. Si verò decipiendi emptoris cauſa dictum eſt, æquè ſic habendum eſt, vt non naſcatur aduerſus dictum *t*, promiſſúmve actio *u*, ſed de dolo actio.

De liberatione.

38. *Idem* lib. 5. Opinionum.

QVidam debitor epiſtolam quaſi à Titio mitti creditori ſuo effecit, vt ipſe liberetur, hac epiſtola creditor deceptus, Aquiliana ſtipulatione, & acceptilatione liberauit debitorem: poſtea epiſtola falſa vel inani *x* reperta, creditor maior quidem annis vigintiquinque de dolo habebit actionem *y*, minor autem in integrum reſtituetur.

Si quis dolo ſe iudicio obtulerit.

39. *Gaius* lib. 27. ad Edictum Prouinciale.

SI te Titio obtuleris *z* de ea re, quam non poſſidebas, in hoc vt alius vſucapiat, & iudicatum ſolui ſatiſdederis: quamuis abſolutus ſis de dolo malo, tamen teneberis: & ita Sabino placet.

De aditione hereditatis.

40. *Furius Anthianus* lib. 1. ad Edictum.

IS qui decepit aliquem, vt hereditatem non idoneam adiret de dolo tenebitur: niſi fortaſſe "ipſe" creditor erat, & ſolus erat: tunc enim ſufficit *a* contra eum doli mali exceptio.

a v. *l.* 38. *ȷ. de reg. iur.*
b in id quod peruenit.
c Qui dolum commiſit perpetuò conuenitur actione in factum, quatenus lucratur. *Eclo. c.* 29.
d *v. l.* 4. *ȷ. de interdictis.*
e *l. vnic. C. de errore calculi.*
f Cur ita? *v. l.* 6. *in fin. ȷ. de his qui notantur.*
g Doli actio non eſt famoſa in heredem, ideoque perpetuo in eum agitur, etiam ſine cauſæ cognitione *Ecl. d. c.* 29.
h *v. l. vlt. C. de acquir. poſſeſſ.*
i & ita contra voluntatem teſtatoris videtur manumiſiſſe, *l.* 31. §. 1. *ȷ. ad Treb.* poteſt enim ante diem manumitti is, cui in diem teſtamento relicta libertas eſt.
k v. *l.* 5. *C. de operis libert.*
l Cur in factum? vide hic *Albericum.*
m in id enim competit in factum actio, quemmadmodum & actio de dolo eſt de mala fide.
n Immo ad exhibendum, vel in rem, vel condictio ex lege *l.* 16. *ȷ. de præſcriptis: l.* 6. *ȷ. de donat. l.* 35. §. *ſed ſiquidem. C. de donat.*
o Doli actio heredi & legatario competit aduerſus eum qui depoſitum apud ſe teſtamentum defuncti deleuit, vel alio modo corrupit. *Elo. eo. c.* 85.
p ante aditam hereditatem: poſt aditam & depoſiti, & ad exhibendum *l.* 2. *ȷ. ad l. Aquil. l.* 3 *infr. quemad. teſt. aper.*
q *l.* 154. *ȷ. de reg. iur. v. l. fin. ȷ. de eo per quem. l.* 30. *ȷ. de neg.*
r Commendare rem venalem aliud eſt, & decipere; neque enim qui commendat, continuò decipere videtur. *vt hic cap.* 29. *Eclog.* 1. *ex lib.* 10. *tit.* 5. *c.* 36. 3. *Harmenopul.* 3. §. 25.
ſ *l.* 10. *in prin. ȷ. de ædilit.*
t dicti promiſſiue differentia.
u id eſt, ædilitia. *l.* 2. *de ædilit.*
x De inani dixi *ad l.* 6. *ȷ. eo.*
y hinc innuit Bartolus, eum qui procuratorem cõſtituit, & ſtatim reuocat, teneri de dolo ei qui læſus eſt.
z *l.* 45. *ȷ. de petit. hæred.*
a habet etiam mandati. *l.* 32. *infra. ȷ. mandati.*

DE MINORIBVS *a* VIGINTIquinque *b* annis *c*.

TIT. IV.

Ratio & verba edicti. 3. *De rerum adminiſtratione minoribus non committenda.*

Vlpianus lib. 11. ad Edictum.

HOc edictum prætor naturalem æquitatem ſecutus propoſuit *d*: quo tutelam minorum ſuſcepit: nam cùm inter omnes conſtet fragile *e* eſſe, & infirmum huiuſmodi ætatum conſilium *f*, & multis captionibus ſuppoſitum, multorum inſidijs expoſitum: auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus eſt, & aduerſus captiones opitulationem.

1 ¶ Prætor edicit: *quod cum minore, quam vigintiquinque annis natu geſtum eſſe dicetur, vti quæque res erit, animaduertam.*

2 ¶ Apparet minoribus annis vigintiquinque eum opem polliceri: nam poſt hoc tempus compleri virilem vigorem *g* conſtat.

3 ¶ Et ideo hodie *h* in hanc vſque ætatem adoleſcentes curatorum auxilio reguntur, nec ante *i* rei ſuæ adminiſtratio eis committi debebit, quamuis bene rem ſuam gerentibus.

2. *Idem* lib. 19. ad legem Iuliam & Papiam.

NEc per liberos *k* ſuos rem ſuam maturius à curatoribus recipiat *l*: quod enim legibus cauetur, vt ſinguli anni per ſingulos liberos remittantur, ad honores pertinere diuus Seuerus ait, non ad rem ſuam recipiendam *m*.

Vtrum initium negotij cum minore contracti ſpectetur an finis. 3. *Minor quis dicatur.* 4. *De filio familias minore.* 6. *Si aduerſus arrogationem.* 7. *Vel libertatem.* 8. *Vel negligentiam reſtitutio poſtuletur.* 9. *De patre ex perſona filij defuncti reſtituendo.* 10. *De caſtrenſi peculio.* 11. *De ſeruo minore, & de maiore qui per minorem contraxit.*

3. *Idem* lib. 11. ad Edictum.

DEnique diuus Seuerus, & Imperator noſter huiuſmodi conſulum, vel præſidum † decreta quaſi ambitioſa *n* eſſe interpretati ſunt ipſi *o* autem perraro *p* minoribus rerum ſuarum adminiſtrationem extra ordinem indulſerunt: & eodem iure vtimur.

1 ¶ Si quis cum minore contraxerit, & contractus inciderit in tempus quo maior efficitur: vtrùm initium ſpectamus an finem? & placet, (vt & eſt conſtitutum) ſi *q* quis maior factus comprobauerit *r*, quod minor geſſerat, reſtitutionem ceſſare *ſ*. Vnde illud non ineleganter Celſus epiſtolarum libro vndecimo, & digeſtorum ſecundo tractat, ex facto à Flauio, Reſpecto prætore conſultus: Minor annis vigintiquinque, annos fortè vigintiquatuor agens, iudicium tutelæ heredi tutoris dictauerat. mox factum, vt, "non" finito iudicio iam eo maiore effecto vigintiquinque annis, tutoris heres abſolutus proponeretur, in integrum reſtitutio deſiderabatur. Celſus igitur Reſpecto ſuaſit, non facilè *t* hunc quondam minorem in integrum reſtitui. ſed ſi ei probaretur, calliditate aduerſarij ad actum, vt maiore eo facto liberaretur: neque. n. extremo, inquit, iudicij die videtur ſolùm deceptus hic minor, ſed totum hoc ſtructum, vt maiore eo facto liberaretur.

¶ Idem tamen confitetur, ſi leuior *u* ſit ſuſpicio aduerſarij, quaſi doloſè verſati: non debere hunc in integrum reſtitui.

2 ¶ Scio etiam illud aliquando incidiſſe: Minor vigintiquinque annis miſcuerat *x* ſe paternæ hereditati; maiorque factus exegerat aliquid de debitoribus paternis: mox deſiderabat reſtitui in integrum, quo magis abſtineret paterna hereditate, *y* contradice-

a De ætatum annibus huc referri poteſt quod Gellius 10. c. 28. ex lib. 20. hiſtoriarum Tuberonis refert Ser. Tullium regem cum quinque claſſes iuniorum cenſus faciendi gratia inſtitueret, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores, eſſent annis ſeptendecim, inde ad annum 46. militiæ idoneos, iuniores: ſupra eam ætatem ſeniores: Quæ eo notanda ſunt, vt diſcrimina quæ fuerint (iudicio, moribuſque maiorum) pueritiæ, iuuentæ, ſenectæ, ex iſta cenſione Ser. Tullij prudentiſſimi Regis noſcantur. de ætatis diſcrimine, qui hiſtorias amant, ne hoc quidem improbaturi ſunt à Floro traditum initio *lib.* 1. infantiam populi Romani 250. annorum conſtitui, quibus finitimos domuit: Adoleſcentiam 200. annorum, quib. Italiam ſubegit. Iuuentam 250. annorum quibus totum orbem arauit: ſenectutem 200. ab Auguſto ad Traianum. Ammianus paulo aliter *lib.* 14. quem vide.
b de ætate legitima & minoribus xxv. annorum vide quæ ſcripſi *ad. l.* 27. *ȷ. de negotijs. vt & Briſſon.* 3. *antiq. cap.* 2.
c 2. *C. à* 22. *al* 46 *Paul.* 1. *ſent.* 9. *Harm.* 1. *tit.* 22.
d Atenim Prætor hic reſtituit minorem aduerſus pacta quæ iuris ſunt naturæ. *l.* 1 *in pr. ȷ. de pact.*
e Minoris ætatis fragile & infirmũ eſt conſilium, adde *l.* 48. *ȷ. de fideiuſſoribus.*
f ſi ea huius edicti cauſa eſt, cur anno 17. quis manumittere poteſt? §. *vlt. inſt. qui manumit.*
g vnde ea ætas, ſtatus appellatur. *l.* 78. §. 14. *ȷ. de legat.* 2.
h ex conſtitutione D. Marci & Commodi. Olim enim & antea non ſic. Lege enim Lætoria curatorem non accipiebant minores inuiti niſi redditis cauſis: hodie cauſis non redditis. Olim curator ad actus legitimos magis dabatur quàm ætati: hodie magis ætati quàm actui *l.* 3. §. 1. *ȷ. de tutelis* dixi *ad* §. *item inuiti Inſt. de curator.* i Immo viceſimo anno committitur *l.* 2. *C. de his qui veniam. l.* 1. *C. qui & aduerſus.* idque etiam conſtitutione D. Marci, cuius quoque meminit Capitol. in eius vita. Nam antea L. Lætoria non dabantur curatores minoribus, niſi cauſa cognita, malis morib. fuiſſent deprehenſi. *Cu. hic.* k v. *l.* 6. *ȷ. de vſucap. l* 8. *ȷ. de munerib.* An legitimos, naturales, adoptiuos? *v hic Albericum.* l accipiant *v. l.* 12. *C. de adminiſt. tut.* m l. Iulia & Papia qui quinque liberos anno vigeſimo: qui tres habebat vigeſimo ſecundo ad honores admittebatur. *Cu. hic.* † hodie magiſtratui ea poteſtas data eſt, *Conſt. Leon.* 28. *in fi.* n i. gratioſa. *Cu.* o ſolus imperator etiam raro, non etiam conſul aut Præſes minoribus adminiſtrationem rerum ſuarum indulget *Ecl. c.* 3. 1 *Harmen.* 11. §. 23. p *v. l.* 2. *C. de his qui veniam.* q Si maior effectus res, quas minor egit, facto vel ſilentio comprobauit, aduerſus hoc in integrum reſtitui fruſtrà deſiderat, *Paul.* 1. *ſent.* §. 3. ſilentium olim trium annorum requirebatur *Ammianus ibid. l.* 2. *C. Theo. de in integr. reſt.* Hodie ex conſtitutione Iuſtiniani quatuor annorum: ſi quid rei alienatum obligatúmue ſine decreto, quinque: ſi quid donatum, ſic decem inter præſentes: viginti inter abſentes, *Accurſius hic.*
r facto vel ſilentio. *Paul.* 1. *ſent.* §. 13. *v. l. vlt. C. de tem. in integr.*
ſ *vt C. ſi maior factus ratum habuerit.*
t i. nullo modo *l.* 1. *in fin. C. ſi aduerſus rem. iud.* niſi in caſu hic excepto, *l.* 7. *in fin. ȷ. tit. prox. l.* 6. *C. de dolo.*
x *v. l.* 1. *C. ſi minor ab hereditate.*
y & rectè, *l.* 1. *l.* 2. *C. ſi maior fact.*

batur

batur *a* ei, quaſi maior factus comprobaſſet, quod minori ſibi placuit: putauimus tamen reſtituendum in integrum, initio inſpecto *b*. Idem puto, & ſi alienam adiit hereditatem.

3 ¶ Minorem autem vigintiquinque annis natu, videndum, an etiam diem *c* natalis ſui adhuc dicimus, ante horam, qua natus eſt; vt, ſi captus ſit, reſtituatur, &, cùm nondum compleuerit, ita erit dicendum; vt à momento in *d* momentum tempus ſpectetur *e*. Proinde & ſi biſſexto *f* natus eſt; ſiue priore, ſiue póſteriore die, Celſus ſcripſit *g*, nihil referre, nam *h* id biduum pro vno die habetur, & poſterior *i* dies Kalendarum intercalatur.

4 ¶ Sed vtrùm ſolis patribus familiarum, an etiam filiisfam. ſuccurri debeat, videndum. Mouet dubitationem, quòd ſi quis dixerit etiam filiisfamiliarum in re peculiari ſubueniendum, efficiet, vt per eos etiam maioribus ſubueniatur, id eſt patribus eorum; quod nequaquam fuit prætori propoſitum; prætor enim minoribus auxilium promiſit, non maioribus.

¶ Ego autem veriſsimam arbitror ſententiam exiſtimantium, filiumfamilias *k* minorem annis in integrum reſtitui poſſe ex his ſolis cauſis, quæ ipſius interſint; puta ſi ſit obligatus. Proinde ſi iuſſu patris *l* obligatus ſit; pater vtique poterit in ſolidum conueniri *m*; filius autem (cùm & ipſe poſſit vel in poteſtate manens conueniri, vel etiam emancipatus, vel exheredatus, in id, quod facere poteſt, & quidem in poteſtate manens, etiam inuito patre ex condemnatione conueniri) auxilium impetrare debebit, ſi ipſe conueniatur. Sed an hoc auxilium patri quoque proſit, vt ſolet interdum *n* fideiuſſori eius prodeſſe, videamus: & non puto "profuturum" *o*. Si igitur filius conueniatur, poſtulet auxilium; ſi patrem conueniat creditor; auxilium ceſſat, excepta mutui datione; in hac enim, ſi iuſſu *p* patris mutuam pecuniam accepit, non adiuuatur. Proinde & ſi ſine iuſſu patris contraxit, & captus eſt; ſi quidem pater de peculio conueniatur, filius non erit reſtituendus; ſi filius conueniatur, poterit reſtitui. Nec eo mouemur, quaſi interſit filij peculium habere: magis.n.patris, quam filij intereſt; licèt aliquo caſu ad filium peculium ſpectet; vt puta ſi patris eius bona à fiſco propter debitum occupata ſunt; nam peculium ei ex conſtitutione Claudij ſeparatur *q*.

5 ¶ Ergo etiam filiamfamilias in dote captam *r*, dum patri conſentit ſtipulanti *ſ* dotem non ſtatim, quam dedit, vel adhibenti aliquem, qui dotem ſtipularetur, puto reſtituendam, quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt *ſ*.

6 ¶ Si quis minor vigintiquinque annis adrogandum ſe dedit, & in ipſa adrogatione ſe circumuentum dicat: (finge enim à prædone eum hominem locupletem adrogatum) dico debere eum audiri in integrum ſe reſtituentem *t*.

7 ¶ Si quid minori fuerit filiofamilias legatum poſt mortem patris, vel fideicommiſſum relictum: & captus eſt, fortè dum conſentit patri paciſcenti, ne legatum peteretur: poteſt dici, in integrum reſtituendum: quoniam ipſius intereſt propter ſpem legati, quod ei poſt mortem patris competit. Sed & ſi ei legatum ſit aliquid, quod perſonæ eius cohæret, puta ius militiæ, *u*; dicendum eſt, poſſe eum reſtitui in integrum; interfuit. n. eius non capi, cùm hanc patri non adquireret, ſed ipſe haberet.

8. ¶ Et ſi heres ſit inſtitutus, *ſi à patre in diebus* x *centum* y *ſit emancipatus*: mox patrem debuerit certiorare, nec fecerit, "cum poſſet" qui eum emancipaſſet, ſi cognouiſſet, dicendum erit, poſſe eum reſtitui in integrum, parato patre eum emancipare.

9 ¶ Pomponius adiicit, ex his cauſis, ex quib. in re peculiari filiiſfamilias reſtituuntur, poſſe & patrem, quaſi heredem *z*, nomine filij, poſt obitum eius *a*, impetrare cognitionem.

10 ¶ Si autem filiusfamilias ſit, qui caſtrenſe peculium habeat; procul dubio ex his quæ ad caſtrenſe peculium ſpectant, in integrum reſtituendus erit, quaſi in proprio patrimonio captus.

11 ¶ Seruus *b* autem minor annis vigintiquinque nullo *c* modo reſtitui poterit; quoniam domini perſona ſpectatur, qui ſibi debebit imputare, cur minori *d* rem commiſit. Quare & ſi per impuberem contraxerit, idem erit dicendum; vt & Marcellus libro ſecundo digeſtorum ſcribit.

¶ Et ſi fortè libera peculij adminiſtratio minori ſeruo ſit conceſſa, maior dominus ex hac cauſa non reſtituetur.

a & rectè *l. 1. l. 7. ſi maior factus.*
b quia res perfecta fuit ante legitimam ætatem: quod ſi inchoata fuiſſet, finis inſpiceretur *Cuia.*
c An etiam die? *Cuiac. hic & ad l. 6. de vſuc.*
d Minor eſt in hoc edicto & *l.* Iulia de adulteriis, is qui agit viceſimiquinti anni extremum diē: à momento in momentum in tempore ſupputato. In honoribus ſecus.
e vt in excuſationibus tutelæ, *l. 74. in fin.* ☞. *ad Treb.* aliter autem quàm in *l. 134.* ☞. *de verb. ſig.* & in ſpecie *l. 74.* ☞. *ad Treb.* in teſtamento faciendo *l. 5.* ☞. *qui teſtamentum.* in manumiſſionibus, *l. 1.* ☞. *de manumiſſ.* & honoribus, *l. 74. in fin.* ☞. *ad Treb. l. 8.* ☞. *de mune. ib.*
f de biſſexto, *v. l. 98.* ☞ *de verb ſig.*
g. *d. l 98.* ſi biſſexto natus maior xxv. annis non videtur, niſi anni ſui nouiſſimi diem ſuum natalem 6. Kal. Mart. cōpleuerit.
i Intercalcatur dies in biſſexto, poſterior, non prior.
k *C. de filioſamilias minore.*
l. adde *l 33. in pr.* ☞. *eod.*
m ſi ita eſt, cur filio inuito patre reſtitutio datur? *l. 27. eo.*
n cum cauſæ cognitione. *l. 13.* ☞. *eo.* v. quæ notaui, *l. 1. 2. C. de fideiuſ. minor.*
o Immo prodeſt, *d. l. 27.*
p *l. 1. C. de filioſam. minore.*
q hinc nota peculium filij non publicari publicatis bonis patris. quod alibi non ſcriptum exiſtimat poſt Bartholum, Cuiac. *Bart in l. 15. §. 16.* ☞. *de damno. n. 12. 13. 14.* Idem eſſe ait in filij bonis confiſcatis, vt peculij aduentitii neque proprietas neque vſus fructus patri auferatur, ſed neque dos niſi in caſibus *l. 3.* ☞. *de bon. dam.* r *v. l. vnic. C. ſi aduerſus dotem, & l. 40.* ☞. *ſoluto,*
ſ *l. 16. inf. de religioſis. l. 4. inf. de collationib.* igitur non mariti: & in dote filia hæres inſtitui non poterit? vtrumque negat Accurſ. & Bart. t i. reſtitui petentem, immo res non capit reſtitutionem, cùm ſtatum mutat. *l. 9. § antepen. inf. eo.* u *vel l. 1. §. 16. inf. de leg. 3.* militia autem quid ſit, *v. Nou. 53. c. 5.* x in quib. hereditatem adiri oportet. *l. 22. §. 1. inf. quando dies legati.* y adeundæ hereditatis hoc tempus eſt: vt & poſſeſſionis agnoſcendæ. z vt in caſtrenſi peculio: *l. 6.* ☞. *de reſt.* a Hæc verba *poſt obitum eius* delenda eſſe exiſtimat Antonius Faber 4. *Coniect. 5.* b 2. *Eclog. eo. c. 8.*
c Cur? ſeruus ex perſona domini ſui χαρακτηρίζεται *Theoph.* in iis quæ ad dominū pertinent? non quæ ad eius libertatem. *Bart.* Aetatem domini ſpectamus nō ſerui, qui nudus eſt minor. *Bal.* d ſeruo *l. 4. l. 23. in pr.* ☞. *eo. Paul. 1. ſen. 9. §. 2.*

4. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum. *a*

ETenim quodcumque ſeruus ita gerit, voluntate domini gerere intelligendus eſt, & magis hoc apparebit, ſi aut de inſtitoria *b* actione quæratur, aut ſi proponatur maiorem annis vigintiquinque negotium aliquod gerendum minori mandaſſe, & illum in ea re deceptum eſſe.

5. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

SI tamen is ſeruus fuit, cui fideicommiſſaria libertas debebatur præſens: & fuit captus, cùm re *c* mora ei ſit: poterit dici prætorem ei ſuccurrere oportere.

Si aduerſus bonorum damnationem, vel litis & ſumptuum vexationem.

6. *Idem* libro 10. ad Edictum.

MInoribus xxv. annis ſubuenitur per in integrum reſtitutionem, non *d* ſolùm cum de bonis eorum aliquid minuitur: ſed etiam *e* cùm interſit ipſorum, litibus *f*, & ſumptibus non vexari *g*.

Geſtum quando accipitur 1. *Si aduerſus emptionem, venditionem, ſocietatem, mutuum,* 2. *Solutionem ſibi factam.* 3. *Interuentionem.* 4. *Iudicium.* 5. *Succeſſionem.* 6. *Lucrum omiſſum.* 7. *legati repudiationem, optionem.* 8. *vendítionem.* 9. *Si reſtitutioni impetratæ reſtitutio contraria poſtuletur.* 10. *De reſtitutione minoris cui ſeruus ſubſtitutus fuit.* 11. *Si aduerſus appellationem omiſſam.* 12. *Vel eremodicium.*

7. *Idem* lib. 11. ad Edictum.

AIt prætor, *Geſtum eſſe dicetur. Geſtum* ſic accipimus qualiter *h* qualiter *i*: ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud contigit *k*.

1 ¶ Proinde ſi emit *l* aliquid, ſi vendidit *m*, ſi ſocietatem coiit *n*, ſi mutuam pecuniam accepit *o*, & captus eſt, ei ſuccurretur.

2 ¶ Sed & ſi ei pecunia à debitore paterno ſoluta ſit *p*, vel proprio, & hanc perdidit: dicendum eſt, ei ſubueniri, quaſi geſtum ſit cum eo. Et ideo ſi minor conueniat debitorem, adhibere debet curatores, vt ei ſoluatur pecunia: cæterùm non ei compelletur ſoluere. Sed hodie ſolet pecunia in ædem deponi *q*. (vt Pomponius libro viceſimooctauo ſcribit) ne vel debitor vltra vſuris *r* oneretur, vel creditor minor perdat pecuniam: aut curatorib. ſolui, ſi ſunt. Permittitur etiam ex conſtitutione principum debitori, compellere *ſ* adoleſcentem ad petendos *t* ſibi curatores. Quid tamen, ſi prætor decernat ſoluendam pecuniam minori ſine *u* curatoribus, & ſoluerit? an poſſit eſſe ſecurus, dubitari poteſt? Puto autem, ſi allegans *x* minorem eſſe, compulſus ſit ad ſolutionem, nihil ei imputandum *y*, nihi fortè, quaſi aduerſus iniuriam *z*, appellandum quis ei putet. Sed credo prætorem, hunc minorem in integrum reſtitui volentem, auditurum non *a* eſſe.

3 ¶ Non ſolùm autem in his ei ſuccurritur: ſed etiam *in b interuentionibus c*: vtputa ſi fideiuſſorio nomine ſe, vel in rem ſuam obligauit. Pomponius "autem" videtur adquieſcere diſtinguentibus, arbiter ad fideiuſſores probandos conſtitutus cum probauit *d*, an verò ipſe aduerſarius? Mihi autem ſemper ſuccurrendum videtur, ſi minor ſit, & ſe circumuentum doceat.

4 ¶ Sed & *in iudiciis* e ſubvenitur; ſiue, dum agit; ſiue dum conuenitur captus ſit.

5 ¶ Sed etſi hereditatem minor adiit minùs lucroſam, ſuccurritur ei, *vt ſe poſſit abſtinere.* nam & hic deceptus eſt. Idem & in bonorum poſſeſſione, vel *f* alia ſucceſſion *g*. ¶ Non ſolum autem filius, qui ſe miſcuit paternæ hæreditati, ſed &, ſi aliquis ſit ex neceſſariis minor annis, ſimili modo reſtitutionem impetrabit, veluti ſi ſeruus ſit cum libertate inſtitutus; dicendum enim erit, ſi ſe miſcuit, poſſe ei ſubueniri ætatis beneficio, *vt habeat bonorum ſuorum ſeparationem.* ¶ Planè qui poſt aditam hereditatem reſtituitur, debet præſtare, ſi quid ex hereditate in rem eius peruenit, nec periit per ætatis imbecillitatem.

6 ¶ Hodie certo iure vtimur, *vt & i in lucro* minoribus ſuccuratur.

7 ¶ Pomponius quoque lib. 28. ſcribit;

ET ſi ſine dolo cuiuſquam legatum repudiauerit *k*, vel in optionis legato captus ſit, dum elegit dete-

riorem

a vide in hanc legem *Cuia.* 7. *ad Africanum.*
b Inſtitoria Græcis ἡ ἐπὶ ἐργαστηρίῳ προστασία.
c *l. 26. §. 1.* ☞. *de fideicomm. liber.*
d *Eclo. eo. c. 9.*
e id eſt etiamſi nihil de eorum patrimonio deminuatur.
f & hæc cauſa eſt, vt ſine tutore lucroſam etiam hæreditatem adire non poſſit. *§. neque Inſt. de authorit. tutorum.*
g id eſt, litis & ſumptuum periculum, cauſa ſatis ſufficiens eſt ad concedendam minoribus reſtitutionem, *arg. l. 4. in fi. ad Treb.*
h ideo hoc edictum generale appellatur *l. 57. §. 1.* ☞. *de acquir. hered.*
i Immo non paſſim minori ſubuenitur. *l. 21. §. ſciendū, l. 44.* ☞. *eo.*
k id eſt, ſpecialius quàm in *l. 19. in fin. inf. de ver. ſignif.*
l *v. l. 27. §. 1.* ☞. *eo.*
m *v. Cuiac. ſi aduerſus venditionem.*
n *l. 16. §. 1. inf. eo.*
o *v. C. ſi aduerſus creditorem.*
p *v. C. ſi aduerſ. ſolut.*
q nec enim ſufficit ſola oblatio. *l. 64.* ☞ *de fideiuſ.*
r *l. 9. C. de vſuris.*
ſ quia & hic ſpecies litis timetur. *§. 2. Inſt. de curator.*
t *v. l. 2. §. 3. inf. qui petant tutores l. 7. C. qui petant tutores.*
u In negotiis pupillorum explicandis tantum facit iudicis authoritas quantum tutor *v. l. 7. C. qui admitti.*
x alias ſi non allegat ſecurus non erit. *Bart.*
y vt ſit ſecurus *l. 25. C. de admin. tut.*
z num debitoris? Atqui nulla in eo eſt, duabus de cauſis, *vt hic.* An iudicis: qui monitus de ætate minoris creditoris. *arg. l. 1. §. 6.* ☞. *de magiſt conuen.* conſtitutum. *argum.* negatur reſtitutio? ſoluendum eſſe minori decreuit quodammodo contra ius *l. 1. §. 2.* ☞. *quæ ſententia.* Quod cum ita ſit, cur hic

a Iudicis authoritatem à pœna excuſare hinc colligunt, de quo tamen v. Socinum *Reg. 202.*
b fideiubere tamen & interuenire pro ſuo Procuratore minor poteſt, vt notat *Angelus in l. de die. §. qui mulierem.* ☞. *qui ſatiſdare.*
c *l. vlt. C. de filioſam. minore.*
d *v. l. 10.* ☞. *qui ſatiſdare.*
e *§. vlt. inf. eo. v. l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic.*
f minor reſtituitur aduerſus hereditatem damnoſam aditam: bonorum poſſeſſionem, & aliam huiuſmodi ſucceſſionem agnitam.
g *v. tit. C. ſi minor ab hereditate ſe abſtineat.*
h i. reſtituere. *l. 24. §. reſtitutio.* ☞. *eo. l. vnica. C. de reputat. quæ fiunt.*
i *l. 44.* ☞. *eo. l. 17. §. 3. inf. de vſuris. v. l. 1. l. 2. C. ſi vt omiſſam hereditatem.*
k non dicit ſi hereditatem repudiauerit, nam legatum non poteſt non eſſe lucroſum: hereditas poteſt eſſe damnoſa, *l. 32. inf. mandati.*

niorem: vel ſi duas res promiſerit, illam aut illam, & pretioſiorem dederit, debere ſubueniri," & ſubueniendum eſt".

8 ¶ Quæſitum eſt ex eo, quod in lucro quoque minoribus ſubueniendum dicitur: ſi res eius venierit; & exiſtat, qui plus liceatur *a* : an in integrum propter lucrum reſtituendus ſit: & cottidie prætores eos reſtituunt, vt rurſum admittatur licitatio *b*. Idem faciunt"&"in his rebus, quæ ſeruari eis debent. Quod circumſpectè erit faciendum. Cæterùm nemo accedet *c* ad emptionem rerum pupillarium, nec ſi bona fide diſtrahantur. Et diſtrictè probandum eſt, in rebus, quæ fortuitis caſibus *d* ſubiectæ ſunt, non eſſe minori aduerſus emptorem ſuccurrendum: niſi aut ſordes *e*, aut euidens gratia tutorum, ſiue curatorum doceatur.

9 ¶ Reſtitutus autem, cùm ſe hereditati miſceat vel eam adeat, quam repudiauit, rurſus reſtitui *f* poterit † vt ſe abſtineat, & hoc & reſcriptum, & reſponſum eſt.

10 ¶ Sed quod Papinianus li. 2. reſponſorum ait, minori ſubſtitutum ſeruum neceſſarium repudiante quidem hereditatem minore, neceſſarium fore *g* : &, ſi fuerit reſtitutus minor, liberum nihilominùs manere; ſi autem priùs minor adiit hereditatem, mox abſtentus eſt, ſubſtitutum pupillo ſeruum cum libertate, non poſſe heredem exiſtere, neque liberum eſſe, non per omnia verum eſt, nam ſi non eſt ſoluendo hereditas, abſtinente ſe herede, & D. Pius reſcripſit: & Imperator noſter, & quidem in extraneo pupillo, locum fore neceſſariò ſubſtituto; & quod ait liberum manere; tale eſt, quaſi non & heres maneat, cum pupillus impetrat reſtitutionem; poſteaquam abſtentus eſt. cùm enim pupillus heres, non fiat, ſed vtiles actiones habeat, ſine dubio heres manebit, qui ſemel extitit *h*.

11 ¶ Item ſi non prouocauit intra diem, ſubuenitur, *vt prouocet* : finge enim hoc deſiderare.

12 Item & *in eremodiciis i* ei *k* ſubuenitur. Conſtat autem omnis *l* ætatis hominibus reſtaurationem eremodicij præſtari, ſi *m* ſe doceant ex iuſta cauſa abfuiſſe.

Si aduerſus rem iudicatam.

8. *Hermogenianus* libro primo Iuris epitomarum.

MInor etiamſi quaſi *n* contumax condemnatus ſit, in integrum reſtitutionis auxilium implorabit *o*.

Si aduerſus dotem 2. delictum. 3. diuortium. 4. Seruitutem. 5. Commiſſum vectigalis. 6. Libertatem.

9 *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

SI ex cauſa iudicati *p* pignora minoris capta ſint, & diſtracta; mox reſtitutus ſit aduerſus ſententiam præſidis, vel procuratoris Cæſaris; videndum, an ea reuocari debeant, quæ diſtracta ſunt. nam illud certum eſt pecuniam ex cauſa iudicati ſolutam ei reſtituendam, ſed intereſt ipſius, corpora potiùs habere, " & " puto, interdum permittendum, id eſt, ſi grande damnum ſit minoris.

1 ¶ In dotis quoque modo mulieri *q* ſubuenitur *r*, ſi vltra vires patrimonij *ſ*, vel totum *t* patrimonium circumſcripta in dotem dedit.

2 ¶ Nunc videndum, minoribus vtrùm in contractibus captis duntaxat ſubueniatur, an etiam delinquentibus *u* vt puta *x* dolo aliquid minor fecit in re depoſita vel commodata, vel aliàs in contractu; an ei ſubueniatur, ſi nihil ad eum peruenit? * Et placebit *in y delictis minoribus non ſubueniri z* ; nec hic *a* itaque ſubuenietur.

¶ Nam & ſi furtum fecit *b* ; vel damnum iniuria dedit; non ei ſubuenietur.

¶ Sed ſi, cùm ex damno dato confiteri poſſit, ne dupli teneatur, maluit negare, in hoc ſolùm reſtituendus ſit, vt pro confeſſo habeatur.

¶ Ergo & ſi potuit pro fure damnum *c* decidere *d* magis, quàm actionem dupli, vel quadrupli pati; ei ſubuenietur.

3 ¶ Si mulier cùm culpa diuertiſſet, velit ſibi ſubueniri: vel ſi maritus: puto reſtitutionem non habendam: eſt enim delictum non modicum. nam "&" ſi adulterium: minor commiſit *f*, ei non ſubuenitur.

a an in re maioris talis admittatur licitatio collige ex *l. 4. C. de fide & iure haſtæ l. 10.*
b *l. 33. infr. eod. v. Simoncellum 1. de decretis 1. pa. 118.*
c hinc colligit Bart. ſubhaſtationem eſſe neceſſariam in venditione bonorum minoris.
d adde *l. 1. §. ſi magiſtratus infr. de magiſt. conuen.*
e *l. vlt. C. ſi aduerſus venditionem.*
f *l. 41. ī. eo. v. l. 1. l. 2. l. 3. C. ne ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur.*
† *l. 2. §. 10. ī. ad Tertul.* hodie non poteſt, & cur? *v. l. vlt. §. non autem C. de bonis quæ liberis.*
g vide *l. 31. inf. eo.*
h *l. 88. in fi. inf. de hered. inſt.*
i i. litis, non vadimonij deſertione *Goueanus 4. Vari. 39.* Cuiacius notat, actore vel reo abſente contrahi Eremodiciũ *l. 33. § 4. C. de iudiciis.* Eremodiciũ Galli vocant: *Peremption d'inſtãce.*
k minori *l. 54. inf. de re iudicata.*
l etiam maioribus annis xxv.
m *v. l. pen. C. quomodo & quando index. 1 Har 12. §. 72.*
n nec enim eſt re vera *l. 54. infr. de re iudicat.* quis contumax, *v. l. 53. §. 2 d. tit.*
o atqui contumax eſt in dolo *l. 119. ī. de reg. iur.* minor autem aduerſus dolum non reſtituitur, *l. 9. §. 2. ī. eod.*
p *l. 1. C. ſi aduerſus vẽditionẽ pignorũ.*
q etiam maiori, *l. 6. in fi. inf. de iure dotium.*
r atqui eo caſu ipſo iure promiſſio non valet, *l. 61. inf. de iure dotium, l. 48. in fi. ī. eo.*
ſ Patrimonium mulieris quid. dixi *l. 26. inf. de religioſis, & Cod. de rei vxoriæ act.*
t *l. vn. C. ſi aduerſus dotem.*
u delictis.
x Dolus, delicti ſpecies.
y Minor xxv. annorum, ſi aliquod flagitium admiſerit quod ad publicam coërcitionem ſpectet, ob hoc in integrum reſtitui non poteſt. *Paul. 1. ſent. 9. §. 1.* vt nec in delictis & calumnia, *l. 37. §. 1. infr. eo.* Idem ſi quid dolo fecerit in re depoſita vel commodata, vel alio contractu *ſ. eo. Eclo. eo. c. 9.* ſi dolum in re, aut furtum fecerit aut damnum iniuria dederit *inf. eo d. c. 9. 1. Harm. 12. §. 24.* At ſi quum minor in damno dato negaſſet in duplum incidit vel quum in furto tranſigere poſſet, & non in duplum vel quadruplum incidere non tranſegit, reſtituitur ad dandum ſimplum & quod præſtare potuiſſet, ſi tranſegiſſet, *d. c. 9.* Quin ἐν ἁμαρτήμασιν in delictis (à quibus ſeparanda ſunt ἐγκλήματα, i. atrociora delicta) minor reſtituitur ἐὰν μὴ ἐκ πονηρᾶς ψυχῆς καὶ προαιρέσεως γένηται ἁμάρτημα, i. in his, quæ non ex mala mente & inſtituto admiſit, *1. Harm. 12. §. 25.*
z *v. l. 1. C. ſi aduerſus delictum.*
a vbi dolus admiſſus eſt.
b *l. 5. §. etſi ī. ad l. Aquil.*
c eadem loquendi formula vſus eſt Iuriſconſultus *in l. 7. infr. de condictione furtiua & l. 40. § 5. inf. de fu t.*
d id eſt, tranſigere. *Ecl. d. c. 9.*
e *l. 37. §. 1. inf. eod.*
f atqui committere adulterium non poteſt *l. 77. §. 1. inf. eod.*

4 ¶ Papinianus ait, ſi maior annis viginti, minor vigintiquinque ſe in ſeruitutem venire patiatur." i. ſi pretium participatus eſt" : non ſolere reſtitui. † ſed hoc meritò; quoniam res nec capit *a* reſtitutionem, cùm ſtatum mutat.

5 ¶ Si in commiſſum *b* incidiſſe vectigalis dicatur, erit in integrum reſtitutio *c*, quod ſic erit accipiendum, ſi non dolus ipſorum interueniat: cæterùm *d* ceſſabit reſtitutio.

6 ¶ Aduerſus libertatem *e* quoque minori à prætore ſubueniri impoſſibile eſt.

10. *Paulus* lib. 1. ad Edictum.

NIſi ex magna cauſa *f* hoc à principe fuerit conſecutus.

Si aduerſus venditionem, emptionem. 2. Curatoris excuſationem 3. De cauſa cognitione. 4. Si aduerſus caſum fortuitum. 6. Minorem. 7. filiumfamilias maiorem.

11. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

VErùm vel de dolo, vel vtilis actio erit in id quod minoris interfuit *g*, non manumitti: proinde quicquid hic haberet, ſi non manumiſiſſet, id ei nunc præſtabitur.

¶ Sed & nomine earum rerum, quas dominicas ſeruus manumiſſus ſupprimebat, competunt aduerſus eum actiones ad exhibendum, & furti, & condictio: videlicet quoniam & manumiſſus eas contrectabat, Cæterùm ex delicto in ſeruitutem facto, domino aduerſus eum *h* poſt libertatem actio non competit, & hoc reſcripto Diui Seueri *i* continetur.

1 ¶ Quid, ſi minor vigintiquinque annis, maior viginti, hac lege ſeruum vendiderit, vt manumittatur? ideo propoſui maiorem viginti; quoniam & Scæuola ſcribit libro quartodecimo quæſtionum) & magis eſt, vt ſententia conſtitutionis Diui Marci ad Aufidium victorinum, hunc," id eſt minorem viginti annis", non complectantur, quare videndum, an maiori viginti annis ſubueniatur? & ſi quidem ante deſideret, quàm libertas competat, audietur: ſin verò poſtea, non poſſit *k*.

¶ Item quæri poteſt, ſi is, qui emit hac lege, minor ſit, an reſtitui poſſit? & ſi quidem nondum libertas competit, erit dicendum, poſſe ei ſubueniri: ſin verò poſteaquàm dies venit: voluntas maioris venditoris libertatem imponit.

2 ¶ Ex facto quæſitum eſt. Adoleſcentes quidam acceperant curatorem Saluianum quendam nomine, hic, cùm curam adminiſtraſſet, beneficio principis *l* vrbicam *m* procurationem erat adeptus: & apud prætorem ſe à cura adoleſcentium excuſauerat? abſentibus *n* eis: adoleſcentes adierant prætorem, deſiderantes in integrum aduerſus eum reſtitui: quod eſſet contra conſtitutiones *o* excuſatus, cùm enim ſuſceptam tutelam non alij *p* ſoleant *q* deponere, quàm qui trans mare reipublicæ cauſa abſunt, vel hi, qui circa principem ſunt occupati, vt in conſiliarij Menandri Arrij perſona eſt indultum *r*: "meruiſſet autem Saluianus excuſationem: adoleſcentes, quaſi capti, in integrum reſtitui à prætore deſiderauerant". Arrius Seuerus, quia dubitabat, ad Imperatorem Seuerum retulit: ad quam conſultationem ſucceſſor *ſ* eius Benidio † Quieto reſcripſit, nullas partes eſſe prætoris; neque enim contractum proponi cum minore annis vigintiquinque: ſed principes interuenire, & reducere hunc ad adminiſtrationem, qui perperam eſſet à prætore excuſatus.

3 ¶ Sciendum eſt autem, non paſſim *t* minoribus ſubueniri, ſed cauſa *u* cognita, ſi capti eſſe proponantur.

4 ¶ Item non reſtituetur, qui ſobriè *x* rem ſuam adminiſtrans occaſione damni *y* non inconſultè accidentis, ſed fato *z* velit reſtitui. nec enim euentus damni reſtitutionem indulget, ſed inconſulta facilitas. & ita Pomponius libro viceſimooctauo ſcripſit. Vnde Marcellus apud Iulianum notat, ſi minor ſibi ſeruum neceſſarium *a* comparauerit, mox deceſſerit, non debere eum reſtitui, neque *b* enim captus eſt emendo ſibi rem perneceſſariam, licèt mortalem.

5 ¶ Si locupleti heres extitit & ſubitò hereditas lapſa ſit: (puta prædia fuerunt, quæ chaſmate *c* perierunt: inſulæ exuſtæ ſunt, ſerui fugerunt, aut deceſſerunt) Iulianus quidem libro quadrageſimoſexto ſic loquitur, quaſi poſſit minor in integrum reſtitui: Marcellus autem apud Iulianum notat, ceſſare in integrum reſtitutionem: neque enim ætatis lubrico captus eſt adeundo locupletem hæreditatem: & quod fato *d* contingit, cuiuis patrifamilias, quamuis diligentiſſimo poſſit contingere.

¶ Sed hæc res adferre poteſt *e* reſtitutionem minori, ſi adiit hereditatem, in qua res erant multæ mortales, vel prædia vrbana *f*, æs autem alienum graue: quod non proſpexit *g* poſſe euenire vt demoriantur mancipia, prædia ruant: vel quòd non citò diſtraxerit hæc, quæ multis caſibus obnoxia ſunt.

† huiuſmodi ſui ipſius venditio prohibetur *Nouel. Leon. 59.*
a Immo capit *l. 3. §. 6. ſ. eod.*
b & ſic in delictum *§. 2. ſ. eod.*
c Immo ea non eſt neceſſaria cum ipſo iure tutus ſit, *l. 7. ī. de publicanis.*
d tunc ſcilicet.
e *l. 10. l. 11. infr. eod. v. tit. C. ſi aduerſus libertatem*
f de qua *l. 9. §. idẽ Pomponius ſ. quod metus cauſa.*
g *l. 4. 8. §. 1. ī. eod. l. 23. in fin. infr. de act. empt.*
h *§. fin. Inſtit. de noxalibus.*
i i. Alexandri Seueri *l. 1. C. de noxalibus.*
k hinc colligit *Bart.* aduerſus libertatem iã competentem minores non reſtitui: ſed aduerſus competituram *l. 1. C. ſi aduerſus libert.*
l Seueri, qui 14. curatores vrbis fecit, *teſte Lampridio in Alex.*
m i. vrbis procurationem.
n vide *l. 1. C. ſi ex falſis allegat.*
o *l. 30. infr. de excuſat. tut.*
p Imò alij, *v. hic Accurſ.*
q non tamen coguntur: neque deſinunt tutores eſſe *l. 15. l. 16. inf. de tutoribus datis.*
r à Seuero & Antonino *d. l. 30.*
ſ ſucceſſori eius *Haloand.*
† *al.* Ventidio.
t *§. 4. 5. ī. eo. l. 44. infr. eod. l. 24. §. 2. l. 1. C. qui & aduerſus quos.*
u Reſtitutio cauſa cognita datur *l. 13. ī. eo. Eclog. eo. cap. 11. §. 4. l. 1. C. de prædiis & aliis reb. minorum.*
x καλῶς, i. rectè, *d. §. 4.*
y ἐναντίον ἀποτέλεσμα appellat author *Eclog. ill. loco*, i. contrarium euentum.
z *l. 1. §. ſi magiſtratus. infr. de magiſt. conuen.*
a *l. 47. in fin. ī. de ſolutionib. l. vlt. C. de in integrum.*
b *v. l. 116. §. 3. inf. de reg. iur.*
c Chaſma, terræ hiatus vel motus *l. 15. §. 2. ī. locati.*
d alibi, vi diuina *l. 24. §. 4. inf. de damno.*
e cauſa cognita.
f ruinoſa vrbana prædia maioribus ſumptib. obnoxia ſunt, vide *Cuiac. Nou. 7.* Differentiã porro vrbani & ruſtici prædij obſerua, de qua dixi *l. 22. C. de admin. tut.*
g id autem proſpicere debet, *arg. l. 9. §. 2. verſ. idem quæris, infrà locati.*

6 ¶ Idem

6 ¶ Idem quæritur, ſi minor aduerſus minorem reſtitui deſiderat, an ſit audiendus, & Pomponius ſimpliciter ſcribit non reſtituendum. Puto enim inſpiciendum à prætore, quis captus ſit, proinde ſi ambo capti ſunt: verbi gratia minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit, melior *a* eſt cauſa ſecundum Pomponium eius, qui accepit, & " vel " dilapidauit, vel perdidit.

7 ¶ planè ſi minor *b* annis cum filio familias maiore contraxerit *c*: & Iulianus libro quarto digeſtorum, & Marcellus libro ſecundo digeſtorum ſcribit poſſe in integrum reſtitui: vt magis *d* ætatis ratio, quàm ſenatuſconſulti habeatur.

Si aduerſus mulierem.

12. *Gaius* libro quarto ad Edictum Prouinciale.

SI *e* apud minorem mulier pro alio interceſſerit *f*, non eſt ei actio in mulierem danda, ſed perinde atque ceteri, per exceptionem ſubmoueri debet, ſcil. quia *g* communi iure in priorem debitorem ei actio reſtituitur *h* hæc, ſi ſoluendo ſit prior debitor: alioquin *i* mulier non *k* vtetur ſenatuſconſulti auxilio.

De his qui pro minore interueniunt. Si aduerſus creditorem aut fideiuſſorem. De cauſæ cognitione & præſentia, vel abſentia aduerſariorum. 1. De reſtitut. in rem.

13. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

IN cauſæ cognitione verſabitur, vtrùm ſoli ei ſuccurrendum ſit, an etiam his *l*, qui pro eo obligati ſunt, vt puta fideiuſſoribus, itaque ſi *m* cum ſcirem minorem, & ei fidem non haberem, tu fideiuſſeris pro eo *n*: non eſt æquum, fideiuſſori in necem meam ſubueniri, ſed potiùs ipſi deneganda *o* erit mandati actio. In ſumma perpendendum erit prætori, cui potiùs ſubueniat, vtrùm creditori, an fideiuſſori. nam minor captus neutri tenebitur. Facilius *p* in mandatore dicendum erit, non debere ei ſubuenire; hic enim velut *q* adfirmator fuit & ſuaſor, vt cum minore contraheretur.

¶ Vnde tractari poteſt: minor in integrum reſtitutionem vtrùm aduerſus creditorem, an & aduerſus fideiuſſorem implorare debeat, & puto tutius aduerſus vtrumque. Cauſa *r* enim cognita, & præſentibus *ſ* aduerſariis; vel ſi per contumaciam deſint *t*. in integrum reſtitutiones perpendendæ ſunt.

1 ¶ Interdum *u* autem reſtitutio & in *x* rem datur minori, id eſt aduerſus rei eius poſſeſſorem, licèt cum eo non ſit contractum, vtputà rem à minore emiſti, & alij vendidiſti: poteſt deſiderare interdum aduerſus poſſeſſorem reſtitui, ne rem ſuam perdat, vel re ſua careat, & hoc vel cognitione *y* prætoria, vel reſciſſa alienatione, dato in rem iudicio. Pomponius quoque libro viceſimo octauo ſcribit, Labeonem exiſtimaſſe, ſi minor vigintiquinque annis fundum vendidit, & tradidit, ſi emptor rurſus *z* eum alienauit: ſi quidem emptor, ſequens ſcit rem ita geſtam reſtitutionem aduerſus eum faciendam; ſi ignorauit, & prior emptor ſoluendo eſſet, non eſſe faciendam: ſin verò non eſſet ſoluendo, æquius eſſe minori ſuccurri etiam aduerſus ignorantem, quamuis bona fide emptor eſt *a*.

14. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

PLanè quandiu is, qui à minore rem accepit, aut heres eius idoneus ſit, nihil noui conſtituendum eſt in eum, qui rem bona fide emerit, idque & Pomponius ſcribit.

15. *Gaius* libro quarto ad Edictum Prouinciale.

SEd vbi reſtitutio datur, poſterior emptor reuerti ad auctorem ſuum poterit *b*. Per plures quoque perſonas ſi emptio ambulauerit *c*, idem iuris erit.

Si ſit alia actio ordinaria, vel geſtum ſit ipſo iure nullum. 4. De pretio emptionis & venditionis. 5. Qui reſtituere poſſunt.

16. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

IN cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur, num fortè alia actio poſſit competere citra in integrum reſtitutionem. Nam ſi *d* communi auxilio, & mero iure munitus ſit, non *e* debet ei tribui extraordinarium auxilium. Vtputa cum pupillo contractum eſt ſine tutoris auctoritate, nec locupletior factus eſt.

1 ¶ Item relatum eſt apud Labeonem, ſi minor circumſcriptus ſocietatem coierit, vel " etiam " donationis *a* cauſa, nullam eſſe ſocietatem, nec *b* inter maiores quidem: & ideo ceſſare partes prætoris, idem & Ofilius reſpondit: ſatis enim ipſo iure munitus eſt.

2 ¶ Pomponius quoque refert libro viceſimo octauo: cùm quidam heres rogatus eſſet fratris filiæ complures res dare ea conditione, vt, ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtitueret eas heredi: & hæc defuncto herede, heredi eius cauiſſet, ſe reſtituturam: Ariſtonem putaſſe in integrum reſtituendam. Sed & illud Pomponius adiicit, quòd potuit incerti *c* condici. hæc cautio etiam à maiore, non enim ipſo iure, ſed per condictionem munitus eſt.

3 ¶ Et generaliter probandum eſt, vbi contractus non valet, pro certo prætorem ſe non debere interponere.

4 ¶ Idem Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis naturaliter *d* licere *e* contrahentibus ſe circumuenire.

5 ¶ Nunc videndum, *qui in integrum reſtituere poſſunt*. Et tam præfectus vrbi, quàm alij magiſtratus pro iuriſdictione ſua reſtituere in integrum poſſunt: tam in alijs cauſis, quàm contra ſententiam ſuam *f*.

17. *Hermogenianus* lib. 1. Iuris epitomarum.

PRæfecti etiam prætorio ex ſua ſententia in integrum poſſunt reſtituere, quamuis appellari *g* ab his non poſſit. Hæc idcirco tam variè: quia appellatio *h* quidem iniquitatis ſententiæ querelam *i*: in integrum verò reſtitutio erroris proprij veniæ petitionem, vel aduerſarij circumuentionis allegationem continet.

De ſucceſſore minoris.

18. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

MInor autem magiſtratus contra ſententiam maiorum non reſtituet *k*.

1 ¶ Sin autem princeps ſententiam dixit, perrarò *l* ſolet permittere reſtitutionem, & indici in auditorium ſuum eum, qui per infirmitatem ætatis captum ſe dicat: dum ea, quæ pro cauſa ſunt dicta, non allegat *m*, vel ab aduocatis proditum queratur *n*. Denique Glabrionem Acilium Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus non audierunt incoloratè reſtitui deſiderantem aduerſus fratrem poſt ſpeciem in auditorio eorum finitam.

¶ 2 Sed & Peſcennio Seuero contra res bis iudicatas in integrum reſtitui, Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus permiſerunt in auditorio ſuo examinari. *o*

3 ¶ Idem Imperator Licinio Frontoni reſcripſit, inſolitum eſſe, poſt ſententiam vice ſua *p* ex appellatione dictam, alium in integrum reſtitutionem tribuere, niſi ſolum Principem.

4 ¶ Sed & ſi ab Imperatore iudex datus cognoſcat, reſtitutio ab alio, niſi à principe, qui iudicem deſtinauit, non fier.

5 ¶ Non ſolùm autem minoribus, verùm ſucceſſoribus *q* quoque minorum datur in integrum reſtitutio, & ſint ipſi maiores *r*.

19. *Idem* lib. 15. ad Edictum.

INterdum tamen ſucceſſori plus *ſ* quàm annum dabimus vt eſt edicto expreſſum: ſi fortè ætas *t* ipſius ſubueniat, nam poſt annum vigeſimumquintum habebit legitimum *u* tempus, hoc enim ipſo deceptus videtur, quod cùm poſſet reſtitui intra tempus ſtatutum ex perſona defuncti, hoc non fecit.

¶ Planè ſi defunctus ad in integrum reſtitutionem modicum tempus ex anno vtili habuit, huic heredi minori poſt annum viceſimum, quintum completum non totum ſtatutum tempus dabimus ad in integrum reſtitutionem, ſed id duntaxat tempus, quod habuit *x* is, cui hæres extitit.

De exule. 1. Si lite conteſt. deſtitit.

20. *Idem* lib. 12. ad Edictum.

PApianus libro ſecundo reſponſorum ait, exuli *y* reuerſo non debere prorogari *z* tempus in integrum indulget reſtitutionem.

a l. 34. *infr. eod. l. 9. §. 3. in fi. infr. de verb. oblig.*
b *l. 3. infr. de SC. Macedoniano.*
c pone: mutuum ei dederit *l. 9. infr. de iuris & facti ignorantia.*
d Priuilegium ætatis maius eſt Macedoniano; Cur? an quia hoc fauorabile eſt, illud verò odioſum? An quod priuilegiatus aduerſus priuilegiatum vti priuilegio non poſſit?
e Si apud minorem pro alio mulier interceſſerit, ſiquidem ſoluendo debitor, eſt mulier non conuenitur: ſin ſoluendo non ſit, conuenitur 10. *Eclog.* 4. §. 12.
f παρὰ τὸν νόμον, id eſt, præter iuris præſcripta. Hæc enim verba adiicit Harmenopulus huic legi 3. *tit. 6.* §. 17.
g adde *l. 16. ℑ. eod.*
h vel, quia priuilegiatus non vtatur iure ſuo aduerſus priuilegiatũ, *l. vlt. ℑ. tit. prox.*
i & ita priuilegium ætatis Velleiano potentius eſt *Bart.*
k Mulier igitur intercedens non ſemper iuuatur Velleiano, vt rectè notat *Scholiaſtes ad illum locum Eclog.*
l fideiuſſoribus.
m Qui ſciens prudenſque ſe pro minore obligauit, ſi id conſulto conſilio fecit, licèt minori ſuccurratur, ipſi tamen non ſuccurretur, *Paul. 1. ſent. 9. §. 6. Eclog. eod. cap. 12. in fi.*
n conſulto cõſilio. *Paul. 1. ſent. 9. §. 3. l. 7. §. vlt. ℑ. de excep.* ſecus ſi ignorans *arg. l. 48. ℑ. de fideiuſſ.* vel in re ipſa deceptus *l. 2. Cod. de fideiuſſ. minor.*
o vide quæ ſcripſi *ad l. 11. C. de excepu.*
p Differentiam mandatoris & fideiuſſoris obſerua
q Mandans contrahi cum aliquo pro adfirmatore & ſuaſore habetur,
r *l. 11. §. 3. ℑ. eod.*
ſ *l. 11. C. de prædiis minorum, l. de vnoquoque 47. ℑ. de re indicata.* t hæc enim requiruntur in cauſæ cognitione. *Bart.* Cuius ſolemnia vide *Nou. 119. c. 6.* u i. interdum vtilius eſt reſtitui quam in perſonam experiri, adde *l. 30. in fi. inf. quibus ex cauſis maiores, l. 6. ℑ. quod falſo tutore.* u Aduerſus quemcunque poſſeſſorem. Eo ſenſu, re non excluſus dicitur, qui poteſt reſtitui *l. 5. ℑ. de in integrum:* & res i. actio *l. 29. in fin. infr. eod.*
y *l. 39. inf. de euictionib.* z *l. 14. inf. eod.*
a hinc colligit Bartolus, prioris contrahentis bona prius diſcutienda, quàm ad tertium poſſeſſorem, quem ignorantia excuſat, perueniatur, *v. l. vlt. & Auth. ſed hodie Cod. de obl.*
b vide *l. 39. in pr. infr. de euictionibus.*
c Ambulare emptio dicitur cum res empta rurſus venditur ac reuenditur. Ea ratione pignus alteri pignorari poteſt, *l. 18. ℑ. de pigneratitia: l. 13. §. 2. ℑ. de pignor. tit. Codicis ſi pignus pignor. datum ſit.* & ſic per plures perſonas ambulare.
d *l. 12. infr. eod. l. 3. C. de in integrum l. 4. C. ſi aduer. rem. iud. l. 3. C. ſi aduerſ. libert.*
e Imo poteſt. *l. 9. ℑ. eod.* vide *Secin reg. 413.*

a vide *l. vlt. Cod. ſi maior. fact. venditionem.*
b *vel l. 32. §. 24. infr. de donat. inter virum.*
c Cur ita? vide *l. 1. infr. de condict. ſine cauſa.*
d i. iure gentium *v. l. 22. in fi. infr. locati.* κατὰ φύσιν ſecundũ naturam 3. *Harmenop. 3. §. 18. 19. Eclog. 1. ex lib. 10. tit. 4. c. 16.* §. 4. Ad eum modum emptonis & venditionis ſubſtantia eſſe dicitur, vt emptor viliore comparandi; venditor cariore diſtrahendi votum gerat, *l. 8. Cod. de reſc. vend.* Natura cõtrahentium omnium hæc eſt, vt velint in vendendo & emendo lucrum aliquod facere.
e Circumſcriptio iure ciuili in contractibus permiſſa, *vt hic*, at non infinita *l. 2. Cod. de reſcindenda.* Iure conſcientię omnis circumſcriptio illicita. *Decius conſ. 111. & ad l. 2. C. de edendo. l. ſemper in contractib. infr. de regul. iur.* Hæc tamen circũſcriptio cuius fit hic mentio, non eſt dolus, ſed prudentia & induſtria quædam tantum œconomica, ſtudiúmque aliquod tantum rei familiaris augendæ.
f *l. 17. infr. eod. l. vnic. in fin. ℑ. de off. præf. præt.*
g *d. l. vnic. & l. vnica. C. de ſenten. iis P. Prætorio, Nouel. 119.*
h Appellationis & reſtitutionis in integrum hæc eſt diſſimilitudo Qui appellat, iudicem accuſat non ſeipſum: qui autem reſtitutionem petit, ſe, & ſui inconſultam facilitatem, & errorem proprium.
i continet interdum nouas probationes, *l. 6. C. de appellat.*
k facit *l. 1. §. pen. in fi. infr. de appellat.*
l *v. l. 36. inf. eod.*
m *v. l. 1. C. de ad. uocat. diuerſ. iudic.*
n contra res bis iudicatas Princeps
o *l. 3. Cod. ſi aduerſ. rem. iud.* p *Nou. 113. c. 1.*
q *l. 6. ℑ. de in integr.* r vide *l. 6. ℑ. de in integr. reſt.* quid ſi minores ſint? ex ſua perſona non defuncti reſtituentur. *Paul. 1. ſent. 9. §. 4.* ideòque ſi minor 20. annis minori 23. ſucceſſerit, ſucceſſor habebit ad in integrum reſtitutionem non annos ſex ex perſona defuncti, ſed nouem ex ſua perſona, *l. ea quæ §. ſi quando C. de tempor. in integr. reſt. v. Cuiac. d. §. 4.*
ſ Si minor xx. annis, minori xxIII. annis ſucceſſerit, ſucceſſor habebit ad in integrum reſtitutionem non annos ſex ex perſona defuncti, ſed nouem ex ſua perſona, nou perſona. Quoties enim minor minori ſuccedit, hæres ex ſua perſona, non ex defuncti in integrum reſtitui poteſt. *Paul. 1. ſent. 9. §. 4.* t minor ſcil.
u Legitimum tempus, annus. 25. legitimum, inquam: nempe quia lege aliqua ita ſtatutum ac definitum fuit, vide quæ ſcripſi ad *l. 27. ℑ. de negot.*
x quod ſuperfuit defuncto.
y adde *l. 26. infr. ex quibus cauſis maiores.*
z Prorogatur tempus, cùm maior datur dilatio.

tegrum

tegrum reſtitutionis ſtatutum, quia abſuit: cum a potuerit adire prætorem per b procuratorem: nec c dixit, *vel præſidem. vbi erat.*

¶ Sed, quod idem dicit, *& indignum eſſe d propter e irrogatam pœnam*, non f rectè. * quid g enim h commune habet edictum cum venia ætatis i?

1 ¶ Si quis tamen maior vigintiquinque annis intra tempus reſtitutionis ſtatutum litem conteſtatus k poſteà deſtiterit, nihil ei proficit ad in integrum reſtitutionem conteſtatio l: vt eſt ſæpiſſimè reſcriptum.

Quid ſit deſiſtere.

21. *Idem* lib. 10. ad Edictum.

DEſtitiſſe m autem is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renunciauit in totum.

De effectu reſtitutionis aduerſus aditionem vel repudiationem.

23. *Idem* lib. 11. ad Edictum.

IN integrum verò reſtitutione poſtulata aduerſus aditionem à minore factam, ſi quid legatis expenſum eſt, vel pretia eorum, qui ad libertatem aditione eius peruenerunt, à minore refundenda n non ſunt: quemadmodum per contrarium, cùm minor reſtituitur ad adeundam hereditatem: quę antea geſta erunt per curatorem bonorum decreto prætoris ad diſtrahenda bona ſecundum iuris formam conſtitutum, rata eſſe habenda, Calpurnio Flacco Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

Si minor mandatu alterius geſſerit, vel maiori mandauerit.

23. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

CVm mandatu patris o filiusfamilias res adminiſtraret, non habet beneficium reſtitutionis. nam, & ſi alius ei mandaſſet, non ſuccurreretur: cum eo modo maiori potiùs conſuleretur, cuiùs damno res ſit ceſſura.

¶ Sed ſi euentu damnum minor paſſurus ſit: quia, quod præſtiterit ſeruare ab eo, cuius negotia geſſit, non poteſt, quia is non erit ſoluendo, ſine dubio prætor interueniet.

¶ Si "autem" ipſe dominus minor ſit, procurator verò maioris ætatis p, non poteſt facile dominus audiri, niſi ſi mandatu eius geſtum erit, nec à procuratore ſeruari res poſſit. Ergo & ſi procuratorio nomine q minor circumſcriptus ſit, imputari debet hoc domino, qui tali commiſit ſua negotia. idque & Marcello placet.

De negotiis geſtis. 1. De cauſæ cognitione. 2. Si aduerſus repudiationem. 3. De dolo ſerui aut filijfam. 4. De effectu reſtitutionis. 5. De effectu huius edicti.

24. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

QVod ſi minor ſua ſponte ſ negotiis maioris interuenerit, reſtituendus erit, ne maiori damnum accidat: quod ſi hoc facere recuſauerit; tunc, ſi conuentus fuerit negotiorum geſtorum, aduerſus hanc actionem non reſtituitur: ſed compellendus eſt ſic "ei" cedere auxilium in integrum reſtitutionis, vt procuratorem eum in rem ſuam faciat: vt poſſit per hunc modum damnum ſibi propter minorem contingens reſarcire.

* 1 ¶ Non t ſemper autem ea, quæ cum minoribus geruntur, reſcindenda ſunt, ſed ad bonum & æquum redigenda ſunt, ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur, nemine u cum his contrahente, & quodammodo commercio eis interdicetur. Itaque niſi x aut manifeſta circumſcriptio ſit, aut tam negligenter in ea cauſa verſari ſunt, prætor interponere ſe non debet.

2 ¶ Scæuola noſter aiebat ſi quis iuuenili leuitate ductus omiſerit, vel repudiauerit y hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem, ſiquidem omnia in integro ſint, omnimodo audiendus eſt z: ſi vero iam diſtracta hereditate a, & negotiis finitis ad paratam pecuniam laboribus ſubſtituti veniat, repellendus eſt: multóque parcius ex hac cauſa heredem minoris reſtituendum eſſe.

3 ¶ Si ſeruus b, vel filiusfamilias minorem circumſcripſerit: pater, dominúſve, quod ad eum peruenerit, reſtituere iubendus eſt; quod non peruenerit, ex peculio eorum præſtare: ſi ex neutro ſatisfiet, & dolus ſerui interuenerit, aut c verberibus caſtigandus d, aut noxę dedendus erit.

¶ Sed "&" ſi filiusfamilias hoc fecit, ob dolum ſuum condemnabitur e.

4 ¶ Reſtitutio autem ita facienda eſt, vt vnuſquiſque in integrum ius ſuum recipiat.

¶ Itaque ſi in vendendo fundo circumſcriptus reſtituetur, iubeat prætor *emptorem fundum cum f fructibus reddere g & pretium recipere* h: niſi ſi tunc dederit, cùm eum perditurum non ignoraret i: ſicuti facit in ea pecunia, quæ ei conſumpturo creditur: ſed parciùs in venditione: quia k æs alienum ei ſoluitur: quod facere neceſſe eſt: credere autem non a eſt neceſſe. Nam & ſi origo contractus ita conſtitit, vt infirmanda ſit, ſi tamen neceſſe fuit pretium ſolui, non omnimodo emptor damno adficiendus eſt.

5 ¶ Ex hoc edicto nulla propria actio vel cautio b proficiſcitur: totum enim hoc pendet ex prætoris cognitione.

a Exul actiones ſuas iúſve ſuum agẽdi amittit, cùm per procuratorem agere poſſit, *vt hic.*

b v. quæ notaui ad *l. 1. ff. de diuerſis & temporalibus præſcript.*

c id eſt. Papinianus non adiecit, *minorem reſtitui poſſe per Præſidem eius Prouinciæ in qua exulat*: rectè, nec enim reſtitui poterit ex negotio geſto in eo ciuitate cuius ciuis eſſe non deſiit.

d *ſubaudi*, minorem reſtitui.

e hæc ratio fuit Papiniani: indignum eſſe exulem reſtitui, quòd tempus pendendæ pœnæ nemini ad excuſationem prodeſſe debeat.

f Vlpianus Papinianum reprehendit.

g Ratio ea pro ratione non eſt habenda, quæ nihil ad propoſitum facit.

h Exul in ea cauſa reſtitui poteſt quæ delicto eius non eſt coniuncta.

i *l. 37. in fi. ff. eod.*

k vide *l. 30. inf. eod.*

l Cur ita? collige ex *l. 14. §. 9. in fi. ff. de ædi.*

m *v. l. 10. ff. de iudiciis.*

n *v. l. 31. ff. eod. v. l. 90. ff. de ſolutioni.*

o *l. 3. in fi. l. 4. ſ. eod.*

p *l. 46. ff. eod.*

q *v. l. 4. C. ſi aduerſ. rem iud.*

r idem dicendum de eo qui in aliquem compromiſit, *l. 27. §. 2. ff. de arbitr.*

ſ *Paul. 1. ſent. 9. §. 2. in fin.*

t *v. l. 11. §. 3. 4. ſ. eo.* Harmen. 12. §. 60. *Ecl. c. 24.*

u *l. 12. §. 1. ff. de adminiſt. tutorum*: *l. 14. §. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

x Duæ cauſæ hic indulgent reſtitutionem, δόλος προφανὴς καὶ μεγάλη ῥᾳθυμία. circumſcriptio aduerſarij manifeſta, & magna minoris negligentia *Harm. illo loco.*

y *v. l. 1. & 2. C. ſi vt omiſſam he edit.*

z Immo non eſt *l. 79. ff. ad Trebell.*

a eo maiore facto, non adhuc minore *l. vlt. in fi. C. de repudianda.*

b *Eclog. d. c. 24.*

c id in electione domini eſt: vt & in actione iniuriarum, *l. ſed ſi vnus 17. §. cum ſeruus 4. ff. de iniuriis.* d *l. 17. § cum ſeruus. ff de iniur.* * e An & dabitur filius caſtigandus? Minimè. Cur? quia pater eius nomine noxali iudicio non tenetur.

f *v. l. 27. §. 1. in fi. ff. eo.*

g *l. 27. §. 1. ff. eod. Paul. 1. ſent. 9. §. 7.* h cum vſuris, *l. 47. in fin. ff. eo.*

i tunc enim emptor fundum reſtituere tenetur, nec recuperat pretium *l. 32. §. interpoſito. ff. de adminiſt. tut.* k forte legendum: *quia ob id alienum ei ſoluitur*: id eſt, emptor ei ſoluit quod debet.

De indebito ſoluto. De procuratore minoris.

25. *Gaius* libro quarto ad Edictum Prouinciale.

ILlud nullam habet dubitationem, quin minor ſi non debitum c ſoluerit ex ea cauſa, ex qua iure ciuili repetitio non eſt danda, ſit ei vtilis actio ad repetendum. cùm & maioribus vigintiquinque annis iuſtis ex cauſis dari ſolet repetitio.

1 ¶ Si talis interueniat iuuenis: cui præſtanda ſit reſtitutio ipſo poſtulante, præſtari debet, aut procuratori eius d, cui idipſum nominatim mandatum ſit: qui verò generale mandatum de vniuerſis negotiis gerendis alleget, non debet audiri.

1. Si aduerſus abſentem.

26. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

QVod ſi de ſpeciali mandatu dubitetur, cùm reſtitutio poſtuletur: interpoſita ſtipulatione ratam rem dominum habiturum rei poteſt mederi e.

1 ¶ Quod ſi is, qui circumſcripſiſſe dicitur, abſit: defenſor eius ſatis f iudicatum ſolui dare debebit g.

De patre adgnatis, & adfinibus minoris. 1. Si aduerſus creditorem, emptionem, venditionem. 2. Acceptilationem. 3. Nouationem. 4. Eum, de cuius dolo agere non licet.

27. *Gaius* libro 4. ad Edictum Prouinciale.

PAtri pro filio omnimodo præſtanda reſtitutio eſt, licèt filius reſtitui nolit: quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur h. Ex quo apparet, cæteros adgnatos, vel adfines alterius eſſe conditionis, nec aliter audiri oportere, quam ſi ex voluntate adoleſcentis poſtulent: aut eius vitæ ſit iſte adoleſcens, vt merito etiam bonis ei debeat interdici.

1 ¶ Si i pecuniam, quam mutuam minor accepit, diſſipauit: denegare debet proconſul creditori aduerſus eum actionem k: quod ſi egenti minor crediderit: vlteriùs procedendum non eſt, quàm vt iubeatur iuuenis actionibus ſuis, quas habet aduerſus eum, cui ipſe credidiſſet, credere creditori ſuo.

¶ Prædium quoque ſi ex ea pecunia plus, quàm oporteret, emit l: ita temperanda res erit, vt iubeatur m venditor reddito pretio reciperare prædium, ita vt ſine alterius damno etiam creditor à iuuene ſuum conſequatur. Ex quo ſcilicet ſimul intelligimus, quid obſeruari oporteat, ſi ſua pecunia pluris, quam oportet emerit, vt tamen hoc, & ſuperiore caſu venditor, qui pretium reddidit, etiam vſuras, quas ex ea pecunia percepit aut percipere potuit reddat; & fructus n, quibus locupletior factus eſt iuuenis, recipiat. Item ex diuerſo, ſi o minore pretio, quàm oportet, vendiderit p adoleſcens; emptor quidem iuberi debebit prædia cum fructibus q reſtituere, iuuenis autem eatenus ex pretio reddere, quatenus r ex ea pecunia locupletior eſt.

2 ¶ Si minor annis vigintiquinque ſine ſ cauſa debitori *acceptum* t tulerit; non ſolùm in ipſum, ſed & fideiuſſores, & in u pignora actio reſtitui debet. Et, ſi ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in vtrumque reſtituenda eſt actio.

3 ¶ Ex hoc intelligimus ſi damnoſam ſibi nouationem x fecerit, fortè ſi ab idoneo debitore ad inopem nouandi cauſa transtulerit obligationem, oportere eam in priorem debitorem reſtitui.

4 ¶ Aduerſus eos quoque reſtitutio præſtanda eſt, quorum y de dolo agere non permittitur; niſi z quædam perſonæ ſpeciali lege exceptæ ſint.

De effectu reſtitutionis aduerſus tutorem.

28. *Celſus* lib. 2. Digeſtorum.

CVm minor "quam" quinque & viginti annis, aduerſus eum, cum quo tutelę egit. reſtituitur, non ideo tutori contrarium tutelę iudicium reſtituendum eſt.

De patre eodémque tutore auctore. 1. De reſtitutione aduerſus vnum capus ſententiæ. 2. De creditoribus euocandis.

29. *Modeſtinus* lib. 2. Reſponſorum.

ETiam b ſi patre, eodémq; c tutore d, auctore e, pu-

a Cur? mutuum voluntarium eſt.

b quæ inſtar actionis obtinet, *l. 1 § cautiones, ff. de precariis ſtipulat. l. non ſolum. ff. ratam rem.*

c *l. 2. 6. ſi aduerſus ſolutionem.*

d *l. vnic. C. etiam per procuratorem.*

e idem dicendum ſi de mandato generali dubitabitur. *Bart.*

f Tmeſis, quæ ſit, quoties vna & eadem vox in duas diuiditur. *vt hic, ſatis* iudicatum ſolui *dare*, vt alibi *vſu* hominem *cepiſſe*.

g ſuſtinet enim partes rei: & nihilominus de rato etiam cauebit. *l. 39. §. penult. ff. de procur.*

h datur autem actio ei cuius intereſt: præſertim coniunctæ perſonæ, vide *l. 1. ff. de liber. cauſ.*

i Minor qui pecuniam mutuam accepit, eámque diſſipauit, non tenetur, *Eclog. eo. c. 27. 1. Harmenop. 12. §. 8.*

k *l. 24. §. pen. ſ. eo.*

l *l. 7. §. 1. ſ. eod.* an & quando emptori detur reſtitutio aduerſus emptionem: vide *l. 1. §. ſed ſi emerit, ff. ſi quid in fraudem patroni.*

m Atqui id fieri debet creditore conſentiente, *l. 14. §. 3. ff. de in diem addict.*

n *l. 32. §. interpoſito. ff. de adm. tut.*

o minor aduerſus emptorẽ in integrum reſtitutus, pretio reſtituto, fundum recipere poteſt: fructus enim in cõpenſationem vſurarum, penes emptorem remanere placuit. *Paul. 1. ſent. 9. §. 7.* Quid ſi fundum repetat cum fructibus? pretium ab eo reddetur cum vſuris ex quibus locupletior eſt, omiſſa compenſatione: *l. 24. §. 4. ſ. eod. l. 47. in fi. ff. eod.*

p cum decreto. nam ſi ſine decreto vendidit, non indiget hoc beneficio, *l. 11. C. de præd. & aliis. reb.*

q *l. 10. in fi. ff. eo.*

r ideóque nihil reſtituet, ſi non ſit locupletior factus *l. 32. §. 4. ff. de adminiſt. tut.* ſ Acceptilatio etiam ſine cauſa facta valet *l. 1. C. de acceptilationibus.*

t Aduerſus acceptilationem minor reſtituitur, *vt hic & l. vlt. ff. de acceptilat.*

u vide *l. 1. C. de acceptilat. l. 10. ſ. quod metus.*

x *l. 40. §. 1. l. vlt. ff. eo. l. 48. in fi. ff. de fideiuſſor. l. 3. in fi. ff. de ſolutio. §. præterea Inſtit. quibus modis. tollitur.*

y qui illi? vide *l. 13. ſ. de dolo.* z *l. 2. C. qui & aduerſus quos.*

a Immo reſtituendum eſt, *l. 1. l. 2. C. ſi aduerſ. tranſact.*

b Etiamſi auctore patre, filij tutelam gerente, Pupillus circumſcriptus fuerit tamen poſtea reſtituitur, quum curatorem accipit, *Ecloga eodem c. 29.*

c dubium hoc videbatur, quod iniquum ſit curatori alicui permitti retractare negotium geſtum ab eo qui pupilli pater & tutor fuerit.

d Tutor liberorum ſuorum pater eſſe poteſt, *Inſtitut. de legitima parentum tutela.* e in contrahendo.

pillus captus *a* probari poſſit : curatorem poſtea ei
datum, nomine ipſius in integrum reſtitutionem po-
ſtulare non prohiberi *b*.

1 ¶ Ex cauſa curationis, condemnata pupilla,
aduerſus vnum caput ſententiæ reſtitui volebat." & "
quia videbatur in cæteris litis ſpeciebus releuata fuiſ-
ſe actor maior ætate, qui adquieuit tunc temporis
ſententiæ, dicebat totam debere litem reſtaurare.
Herennius Modeſtinus reſpondit ſi ſpecies, in qua
pupilla in integrum reſtitui deſiderat, cæteris ſpe-
ciebus non *c* cohæret: nihil proponi, cur à tota *d*
ſententia recedi actor poſtulans audiendus ſit.

2 ¶ Si hereditate patris, ætatis beneficio in in-
tegrum reſtitutus, abſtinuit ſe, nemine de credito-
ribus paternis præſente *e*, vel ad agendum à præſide
euocato : an ea reſtitutio rectè facta videatur, quæ-
ritur ? Herennius Modeſtinus reſpondit : cùm non
euocatis *f* creditoribus in integrum reſtitutionis de-
cretum interpoſitum proponatur, minimè id credi-
toribus præiudicaſſe.

De tacita renunciatione beneficij prætorij.

30. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

SI filius emancipatus, contra tabulas non accepta
poſſeſſione poſt inchoatam reſtitutionis quæſtio-
nem, legatum ex teſtamento patris maior viginti-
quinque annis petiiſſet : liti renuntiare videtur *g* :
cùm, & ſi bonorum poſſeſſionis tempus largiretur,
electo iudicio defuncti, repudiatum beneficium præ-
toris exiſtimaretur.

De effectu reſtitutionis aduerſus aditionem.

31. *Idem* lib. 9. Reſponſorum.

SI mulier, poſtquàm heres extitit, propter ætatem
abſtinendi cauſa in integrum reſtituta fuerit : ſer-
uos hereditarios ex fideicommiſſo ab ea rectè manu-
miſſos, retinere libertatem reſpondi *h* : nec erunt
cogendi viginti aureos *i* pro libertate retinenda de-
pendere, quam iure optimo conſecuti videntur. Nam
& ſi quidam *k* ex creditoribus pecuniam ſuam ante
reſtitutionem ab ea recuperaſſent, cæterorum quere-
la contra eos, qui acceperunt, vt pecunia commu-
nicetur, non admittetur.

Si perfecta ætas falsò probata fuerit.

32. *Paulus* lib. 1. Quæſtionum.

MInor vigintiquinque annis, adito præſide, ex aſ-
pectu *l* corporis falsò probauit perfectam æta-
tem *m* : curatores, cùm intellexiſſent eſſe minorem,
perſeuerauerunt in adminiſtratione : medio tempo-
re, poſt probatam ætatem, ante impletum viceſi-
mumquintum annum ſolutæ ſunt adoleſcenti pecu-
niæ debitæ : eáſque malè conſumpſit. Quæro, cuius
ſit periculum : & quid ſi curatores quoque in eodem
errore perſeueraſſent," vt putarent maiorem eſſe, &
abſtinuiſſent ſe ab adminiſtratione ; " curationem
etiam reſtituiſſent : an periculum temporis quod
poſt probatam ætatem ceſſit, ad eos pertineat ? Re-
ſpondi : Hi, qui debita exſoluerunt, liberati iure
ipſo, non debent iterum conueniri.

¶ Planè curatores, qui ſcientes eum minorem eſ-
ſe, perſeuerauerunt in eodem officio, non debuerunt
eum pati accipere pecunias debitas : & debebunt
hoc nomine conueniri. Quòd ſi & ipſi decreto præſi-
dis *n* crediderunt, & adminiſtrare ceſſauerunt, vel
etiam rationem reddiderunt, ſimiles ſunt cæteris de-
bitoribus : ideóque non conueniuntur.

Si aduerſus legatum acceptum cum onere manumittendi.

33. *Alburnius Valens* lib. 6. Fideicommiſſorum.

SI minor vigintiquinque annis ſeruum ſuum, qui
pluris *o*, quàm in teſtamento ei legatum ſit, ma-
numittere rogatus fuerit, & legatum acceperit *p*, non
cogendum præſtare libertatem, ſi legatum redde-
re paratus ſit *q* Iulianus reſpondit : vt, quemadmo-
dum *r* maioribus liberum ſit *ſ* non accipere, ſi nolint
manumittere, ſic huic reddenti *t* legatum neceſſitas
manumittendi remittatur.

Si aduerſus minorem. 1. *Si aduerſus compromiſſum.*

34. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

SI *u* minor vigintiquinque annis filiofamilias mi-
nori pecuniam credidit, melior eſt cauſa *x* conſu-
mentis: niſi locupletior ex hoc inueniatur litis con-
teſtatæ tempore is qui accepit.

1 ¶ Minores, ſi in iudicem compromiſerunt *y*, &
tutore auctore ſtipulati ſunt, integri reſtitutionem
aduerſus talem obligationem iure deſiderant.

Si aduerſus licitationem.

35. *Hermogenianus* lib. 1. Iuris epitomarum.

SI in emptionem *z* penes ſe collocatam *a* minor ad
iectione ab alio ſuperetur, implorans in integrum
reſtitutionem audietur, ſi eius intereſſe emptam ab
eo rem fuiſſe, approbetur : veluti quòd *b* maiorum
c eius fuiſſet ; ita tamen, vt id, quod ex licitatione
acceſſit, ipſe offerat venditori *d*.

Si aduerſus allegationem omiſſam.

36. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

MInor vigintiquinque annis omiſſam allegatio-
nem *e* per in integrum reſtitutionis auxilium
repetere poteſt *f*.

Si aduerſus pœnæ perſecutionem. 1. *Vel delictum.*

37. *Tryphoninus* lib. 3. Diſputationum.

AVxilium in integrum reſtitutionis executioni-
bus † pœnam *g* paratum non *h* eſt *i* ideóque in-
iuriarum iudicium ſemel omiſſum *k* repeti non po-
teſt.

1 ¶ Sed " & " in ſexaginta diebus præteritis *l*, in
quibus iure mariti ſine calumnia vir accuſare mulie-
rem adulterij poteſt *m*, denegatur ei in integrum
reſtitutio *n*, quod ius omiſſum ſi nunc repetere vult,
quid aliud, quàm delicti veniam, id eſt, calumniæ,
deprecatur ? & cùm neque *o* in delictis ; neque in
calumniatoribus prætorem ſuccurrere oportere cer-
ti iuris ſit, ceſſabit in integrum reſtitutio.

¶ In delictis *p* autem minor annis vigintiquinque
non meretur in integrum reſtitutionem, vtique atro-
cioribus : niſi quatenus interdum miſeratio ætatis,
ad mediocrem pœnam iudicem produxerit.

¶ Sed vt ad legis Iuliæ adulteriis coërcendis præ-
cepta veniamus : vtique nulla deprecatio adulterij
pœnæ *q* eſt, ſi ſe minor annis adulterum fateatur.

¶ Dixi *nec ſi quid eorum commiſerit, quæ pro adulterio
eadem lex punit* : veluti ſi adulterij damnatam *r* ſciens
vxorem duxerit, aut in adulterio deprehenſam vxo-
rem non dimiſerit † quæſtúmve de adulterio vxoris
fecerit, pretiúmve pro comperto ſtupro acceperit,
aut domum *ſ* præbuerit ad ſtuprum, adulteriúmve
in eam committendum *t*, & non ſit ætatis excuſatio
aduerſus præcepta legum, ei, qui dum leges inuocat,
contra eas committit *u*.

*Si aduerſus ſolutionem ex contractu defuncti omiſſam, an fi-
liusfam. minor poſt emancipationem reſtituatur.*

38. *Paulus* lib. 1. Decretorum.

AEmilius Larianus ab Obinio fundum Rutilianum
lege commiſſoria emerat, data parte pecuniæ,
ita *x* *vt ſi intra duos menſes ab emptione reliqui pretij partem
dimidiam non ſoluiſſet, inemptus eſſet : item ſi intra alios duos
menſes reliquum pretium non numeraſſet, ſimiliter eſſet inem-
ptus*. Intra priores duos menſes Lariano defuncto
Rutiliana pupillaris ætatis ſucceſſerat; cuius tutores
in ſolutione ceſſauerunt. Venditor, denuntiationibus
tutoribus ſæpè *y* datis, poſt annum eandem poſſeſſio-
nem Claudio Telemacho vendiderat. Pupilla in in-
tegrum reſtitui deſiderabat, victa tam apud præto-
rem, quam apud præfectum vrbi prouocauerat *z*. *Pu-
tabam* benè iudicatum, quòd pater eius, non ipſa con-
traxerat *a*. *Imperator* autem motus eſt : quòd dies
committendi *b* in tempus pupillæ incidiſſet eáque *c*
effeciſſet, ne pareretur legi venditionis, *Dicebam* poſ-
ſe magis ea ratione reſtitui eam, quòd venditor de-
nunciando poſt diem, quo placuerat eſſe commiſ-
ſum, & pretium petendo deceſſiſſe *d* à lege ſua vide-
retur, non me moueri, quod dies poſtea tranſiſſet :
non magis, quàm ſi creditor pignus diſtraxiſſet, poſt
mortem debitoris die ſolutionis finita. *Quia tamen* lex
commiſſoria diſplicebat ei *f*, pronuntiauit in inte-
grum reſtituendam. Mouit etiam illud Imperatorem,
quòd priores tutores, qui non reſtitui deſideraſſent.

1 ¶ Quod dicitur, non ſolere filiisfamilias poſt
emancipationem adhuc minoribus ſuccurri in his,
quæ omiſiſſent manentes in poteſtate, tunc *g* rectè
dicitur, cùm patri adquirere poſſunt *h*.

Quo caſu reſtitutionis tempus non currit. 1. *Si aduerſus
venditionem.*

39. *Scæuola* lib 2. Digeſtorum.

INtra vtile tempus *i* reſtitutionis apud præſidem pe-
tierunt in integrum reſtitutionem minores," & " de-
rito poſtea intra biennium recipi poteſt. *Non.* 134. c. 10.

a ab extraneo, an & à patre ? Negat Accurſius dari reſtitutionem, *l. vlt. Cod. qui & aduerſus quos l. etiam C. ſi tutor.*
b adde *l. 47.* ⁊. *eo. l. vlt.* ⁊. *de in integ. l. 2. 3. 5. Cod. ſi tutor vel curator, l. 4. ſi aduerſ. rem. iud.*
c Connexitatis ratione vtens literis ſeu rationibus alterius aduerſus tertium, iiſdem vti cogitur aduerſus ſeipſum : atque ita literæ rationum fidem faciunt, contra tertium, vt hinc à nonnullis colligitur.
d *l. 47. §. vlt.* ⁊. *eo.*
e vide *Nou.* 119. *c. 6.*
f *l. 13. in pr.* ⁊. *eod.*
v *l. 30.* ⁊. *de adopt.*
g Contrario actu tacite quis videtur renuntiare in integrum reſtitutioni, *Bart.* adde *l. 20. in fin.* ⁊. *eo. l. 7. C. qui accuſare: Accurſ. in l. 4. Cod. de pactis.*
h *l. 7. §. antepen. l. 22.* ⁊. *eod. l. 30. §. idem dicendum.* ⁊. *de fideic. liber.*
i hoc enim vulgare ſeruorũ pretium fuit, vide *l. 1. Cod. de comm. ſeru. man.*
k vide *l. 90.* ⁊. *l. de ſolutionib.*
l Aſpectu ætas probatur, *l. 3. Cod. ſi minor ſe maiorem.* Liuius 1. Numitor comparans eorum ætatem, & ipſam minimè ſeruilem indolem tetigerat memoria nepotum.
m Probatur etiam ætas ἐκ τῶν παιδογραφιῶν, id eſt, natalib. profeſſionib. *l. 2.* ⁊. *de excuſat. tut.* ex cenſualibus libris, *l. 3.* ⁊. *de cenſibus.* item teſtibus, putà obſtetricibus & propinquis vicinis, *l. 3. §. dua.* ⁊. *de Carboniano. Cuiac.*
n cui etiam poteſt imponi. *l. vlt. C ſi minor ſe maiorem.*
o valebat ſcilicet.
p etiam ſi pecuniam accepit.
q ante præſtitam libertatem, ſcilicet, ſecus poſt præſtitam, *l. 11. §. 1* ⁊. *eod. l. 8.* ⁊. *de fideic. liber. l. 9. Cod. de fideic. l. 13. C. ad leg. Falcid.*
r quinimo alia ratio eſt maiorum & minorum *l. 42.* ⁊. *eod.*
ſ ab initio.
t ex poſtfacto.
u Idem author Ecloge 10. *titul. 4. cap. 34.*
x vide *l. 11.* ⁊. *pen. eodem.*
z vide *l. 7.* ⁊. *de arbitrio.*
y Collocare emptionem penes aliquem, eſt rem venalem ei addicere, qui licitatione vicerit *Cuiac.*

a in licitando facta, de qua adiectione in *l. à diuo Pio. §. ſi pignora.* ⁊. *de re iudicata.* ad diem, de qua ⁊. *tit. de in diem addictione.*
b Affectionis ratio habetur in eo quod intereſt minorum. *adde l. 24.* ⁊. *mandati.*
c Id *intereſſe affectionis* ab interpretibus dicitur. *l. 22. C. de adminiſt. tut. l. 14. C. de contrahen. empt. l. 26.* ⁊. *de bonis libertorum.*
d Vt minori ſubueniatur non tantùm in emptionibus oneroſis, ſed etiam in affectatis.
e *l. 18. §. 2.* ⁊. *eod.*
f excipe *l. 37.* ⁊. *eo.*
† in executionibus, *id eſt*, vbi agitur de vindicta & vltione aliqua.
g vindictæ & vltionis, *l. pro herede §. vlt.* ⁊. *pro herede*, aliàs pœna non vindictam, ſed pecuniam continet.
h Imò eſt : lex enim damnatum de ambitu reſtituit, ſi alium conuicerit, *l. 1.* ⁊. *ad leg. Iul. de ambitu.* idque Cicero indicat *oratione pro Cluentio*, tractãs de P. Pompilij & T. Guttæ iudiciis. Vtrùm id præmium legis eſt, non reſtitutio.
i minori.
k Omittere, eum non experiri intra ſtatuta tempora, *l. 10. §. 2.* ⁊. *ſi quis cautio.*
l à diuortio.
m Imò non poteſt. uide *l. 14. in fin.* ⁊. *de adult.*
n atqui præſcriptiones temporales non currunt aduerſus minores: quin etiam deſertio accuſationis minori non nocet *l. 1. §. meritò.* ⁊. *ad Turpillianum.*
o vide *l. 9. §. 2.* ⁊. *eod. l. 6. C. de ſicariis.*
p *Paulus* 1. *ſent. 9. §. 1.* vide *l. vnic. C. ſi aduerſ. delictum.*
q *l. 9. §. 2. in fin.* ⁊. *eod.*
r *l. 13.* ⁊. *de his quibus vt indign.*
ſ hodie ſi caſtigata adulteri fuerit, impunè à marito
1. vide *l. 1. in fin.* ⁊. *de extr. criminib.*
t quid ſi inceſtum commiſit ? vide *l. 38.* ⁊. *de adulteriis.*
u *l. vlt. C. de bon. quæ lib.*
x formula legis commiſſoriæ, de qua vide *l. 6. §. 1.* ⁊. *de contr. empt.*
y adde *l. 121. §. 3.* ⁊. *de verb. oblig.*
z ad Principem Antoninum : nota progreſſum & ordinem appellationem, adde *l. 122. §. 5.* ⁊. *de verb. oblig.*
a vide *l. 2. C. ſi aduerſ. vend. pign.*
b i. legis commiſſariæ.
c vel ætas pupillæ.
d *v. l. 4. §. eleganter. l. 6. 7.* ⁊. *de lege commiſſ.*
e Paulus refutat argumentum Imperatoris.
f non tamen improbat, *l. 4. in pr. inſ. de leg. commiſſ.*
g Filiusfamilias minor in iis quæ manens in poteſtate geſſit, non reſtituitur : quum quid inde patri adquirit. *Ecloga eod. c. c. 38.* ſecus eſt ſi ſibi quid adquiſiuit & in eo læſus ſit : poteſt enim vel poſt emancipationem reſtitui.
h & res eius adminiſtrant. vide *l. 23.* ⁊. *eod.*
i quadriennij *l. vnic. C. de temporibus in integ. rem.*

ætate

a v.l.43.ʒ.eod.l.9. C.de probat.
b id eſt, cùm pronuntiaſſet præſes, minores eſſe, & ideo reſtituendos.
c minorum.
c an ea vox effectum ſententiæ; an verò cauſæ principalis, cognitionem notat? vt ſententia, cuius hic fit mentio, videatur interlocutoria?
e Appellatur à præſide ad Imperatorem.
f huius enim officium tunc quieſcit.
g Cur? Naturam impugnare Principis ſententia nô poteſt.
h Formam improbandæ ſententiæ à qua appellatum eſt obſerua.
i per Imperatorê.
k id eſt, an poſt annum vtilem reſtitutionis cauſa agi poteſt?
l quia aduerſarius minoris, dolo malo moram cognitioni attulit, non minor ipſe: fruſtratoria enim ſiue moratoria fuit appellatio. *Cuiac.*
m huiuſmodi melioratio minorem impellit ad petendam reſtitutionem.
n num voluptuarias? *v.l.23.§. antepen. inf.de adminiſt.tut.*
o ſcriptura vel apocha.
p *v.l.27.§.3.ʒ.eo.*
q Intereſt autem eius, vt ex iudicati potius quàm crediti titulo pecunia debeatur. Iudicatum enim litium finis eſt: creditum verò initiû & origo. *Cuiac.*
r Minor qui fundum dedit ob debitum paternum, rectè reſtituitur: & vſuras ita præſtat, vt & percepti fructus cum eis côpenſentur. *Ecl. 10.tit.4.§.40.*
ſ vt *l.17.§.1.verſ.*

ætate ſua probauerunt *a*. Dicta pro *b* ætate ſententia aduerſarij *c*, vt impedirent cognitionem *d* præſidis, ad Imperatorem appellarunt *e*. præſes in euentum appellationis cætera cognitionis diſtulit. *f* Quæſitum *g* eſt, ſi finita appellationis apud Imperatorem cognitione, & *iniuſta h appellatione pronunciata*, *i*. egreſſi ætatem deprehendantur, au cætera negotia implere poſſunt *k*, cùm per eos non ſteterit, quo minus res finem accipiat? Reſpondi ſecundum ea, quæ proponuntur, perinde cognoſci, atque ſi nunc intra ætatem eſſent *l*.

1 ¶ Vendentibus curatoribus minoris fundum, emptor extitit Lucius Titius, & ſex ferè annis poſſedit, & longè longéque rem meliorem fecit *m*. Quæro cùm ſint idonei curatores, an minor aduerſus Titium emptorem in integrum reſtitui poſſit? Reſpondit, ex omnibus, quæ proponerentur, vix eſſe eum reſtituendum: niſi "ſi" maluerit omnes expenſas *n*, quas bona fide emptor feciſſe approbauerit, ei præſtare; maximè cùm ſit ei paratum "promptum" auxilium, curatoribus eius idoneis conſtitutis.

Si aduerſus nouationem. 1. Dationem in ſolutum.

40. *Vlpianus* lib. 5. Opinionum.

MInor annis 25. cui *fideicommiſſum ſolui* pronunciatum erat, cauerat *o* id ſe accepiſſe; & cautionem eidem debitor, quaſi creditæ pecuniæ fecerat, in integrum reſtitui poteſt; quia partam ex cauſa iudicati perſecutionem nouo *p* contractu ad initium alterius petitionis redegerat *q*.

1 ¶ Prædia *r* patris ſui minor annis 25. ob debita rationis tutelæ aliorum, quam pater adminiſtrauerat, in ſolutum inconſultè dedit, ad ſuam æquitatem *ſ* per in integrum reſtitutionem reuocanda res eſt, vſuris pecuniæ quam conſtiterit ex tutela deberi, reputatis, & cum quantitate fructuum perceptorum compenſatis.

Si minor reſtitutione impetrata nolit vti.

41. *Iulianus* lib.45. Digeſtorum.

SI iudex circumuento in venditione adoleſcenti *t* iuſſit fundum reſtitui, eúmque pretium emptor reddere, & hic nolit vti hac in integrum reſtitutione, pœnitentia *u* acta †: exceptionem vtilem, aduerſus petentem pretium, quaſi ex cauſa iudicati adoleſcens habere poterit; quia * *vnicuique licet contemnere x hæc quæ pro ſe introducta ſunt.* Nec queri poterit venditor *y* ſi reſtitutus fuerit in eam cauſam, in *z* qua ſe ipſe conſtituit, & *a* quam mutare non potuiſſet, ſi minor auxilium prætoris non imploraſſet.

Qui reſtituere poſſunt.

42. *Vlpianus* libro 2. de Officio Proconſulis.

PRæſes *b* prouinciæ minorem in integrum reſtituere, poteſt, etiam contra ſuam *c*, vel deceſſoris *d* ſui ſententiam. Quod enim appellatio interpoſita maioribus præſtat, hoc beneficio ætatis conſequuntur minores *e*.

De ætatis probatione.

43. *Marcellus* lib. 1. de Officio Præſidis.

DE ætate eius, qui ſe maiorem annis 25. dicit, cauſa cognita *f* probandum *g* eſt; quia per eam probationem in integrum reſtitutioni eiuſdem adoleſcentis, & aliis cauſis præiudicatur.

De cauſæ cognitione.

44. *Vlpianus* lib. 5. Opinionum.

NOn * *h* omnia, quæ minores annis 25. gerunt: irrita ſunt; ſed *i* ea tantum, quæ cauſa cognita eiuſmodi deprehenſa ſunt: vel ab aliis circumuenti, vel ſua facilitate decepti, aut *a* quod habuerunt amiſerunt, aut quod acquirere emolumentum potuerunt, omiſerunt: aut ſe oneri *b*, quod non ſuſcipere licuit, obligauerunt.

item ex diuerſo. ʒ.eo. t puberi. u *l.7. §.9.ʒ.eo.* † quæ hodie non admittitur. *l. vlt.§. non autem. C.de bon.quæ lib.*
x *v.46.in fin.ʒ.de pact.* y i.emptor vt in *l.veteres.ʒ.de act.empt.* vt ſit ſenſus: Adoleſcens in venditione circumſcriptus, reſtitutus eſt in integrum, ac propterea iuſſus emptori petium reſtituere. Emptor quaſi ex cauſa iudicati pretiû petit. Adoleſcens pœnitentia peritæ reſtitutioni ducitur, reſtitutione vti non vult: Quæritur an poſſit? Poſſe dicitur. Cur ita? licet ei, vt & vnicuique, contemnere ea quæ pro ſe introducta ſunt; hoc eſt, beneficium reſtitutioni in integrû ſemel impetratum poteſt ipſe minor contemnere: eóque non vti. Dices emptorem reſtitutum eſſe, minore reſtituto? Reſponderi poteſt, hoc genus reſtitutionis conſectarium non primarium eſſe: nec enim emptorem aliter reſtitui poſſe, quàm ſi ipſe minor reſtitutus fuiſſet. Emptorem denique reſtitutum eſſe ope & interuentu minoris & per conſequentias tantum. Proinde minore reſtitutionis beneficium impetratum abiiciente ſeu negligente, iniquum eſſe emptorem beneficio reſtitutionis vti in eum, cuius ope reſtitutus ſit. z i. in qua emptoris partibus fungitur: hic enim agitur non de conſtituto aut conſtitutà pecunia, ſed de emptione & venditione. a Beneficio, quod tui cauſa conſequor, te inuito in te vti non poſſum *vt hic*, in alium poſſum. *l.amiciſſimos 36.ʒ.de excuſ.tut.* b & proconſul. v. huius capitis ſiue legis inſcriptio oſtendit. c Atqui eam amplius corrigere non poteſt, *l.55.ʒ.de re iudic.* nec ad eum amplius recurritur, *l.6.in pr.C.de appellat.* d *Deceſſor* quis eſſet dixi *ad l.4.§.4.ʒ de offic. proconſ.* c hoc tamen ita intellige, vt liceat minoribus appellare, *l.8.C.quando prouocat.* f quæ requiritur in cauſis, in quibus magnum præiudicium verſatur. *v. repetitionem Bart.ad hanc legem.* g *v.l.39.ʒ.eo.l.8.C.de probat.* h *Ecl.eo c.44.& 1. Nam.12.§.51.* i, *l.11.§.3. & 4.l.13.in pr.ʒ.eo.l.2.C.qui & aduerſus quis.*

Si aduerſus vſucapionem. 1. Vel ſententiam.

45. *Calliſtratus* lib. 1. Edicti monitorij.

ETiam *c* ei, qui prius, quàm naſceretur vſucaptum amiſit, reſtituendam actionem Labeo ſcribit *d*.

¶ Imperator Titus Antoninus reſcripſit, eum qui fraude tutoris aduerſarium ſuum diceret abſolutum, & agere cum eo ex integro vellet, licentiam habere, priùs cum tutore agere *e*.

De defenſore minoris.

46. *Paulus* lib. 2. Reſponſorum.

EVm *f*, qui ex ſua voluntate *g* minorem annis in iudicio defendit, & condemnatus eſt, ex cauſa iudicati poſſe conueniri: nec eius, quem defendit, ætatem ad reſtitutionem impetrandam ei prodeſſe; *h*. cum cauſam iudicati recuſare non poſſit. Ex quo apparet, nec eum, cuius nomine condemnatus eſt, auxilium reſtitutionis propter eam ſententiam implorare poſſe.

Si aduerſus venditionem à tutore. 1. vel à curatore factam.

47. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

TVtor, vrgentibus *i* creditoribus, rem pupillarem bona fide vendidit, denunciante tamen matre "&" emptoribus *k*. Quæro, cum vrgentibus creditoribus diſtracta ſit, nec de ſordibus *l* tutoris meritò quippiam dici poteſt, an pupillus in integrum reſtitui poteſt? Reſpondi, cognita cauſa æſtimandum *m*. nec idcirco, ſi iuſtum ſit reſtitui, denegandum id auxilium, quod tutor delicto vacaret *n*.

1 ¶ Curator adoleſcentium prædia communia ſibi, & his quorum curam adminiſtrabat, vendidit *o*. Quæro, ſi decreto prætoris adoleſcentes in integrum reſtituti fuerint, an eatenus *p* venditio reſcindenda ſit, quatenus adoleſcentium pro parte fundus communis fuit? Reſpondi eatenus reſcindi *q*, niſi ſi emptor à toto *r* contractu velit diſcedi, quod *ſ* partem empturus non eſſet.

¶ Item quæro, emptor vtrum à Seio, & Sempronio pupillis *t* pretium cum *u* vſuris recipere deberet, an verò ab herede curatoris? Reſpondi, heredes quidem curatoris teneri, verum in Seium & Sempronium pro parte, qua eorum fundus fuit, actiones dandas; vtique ſi ad eos accepta pecunia pro eadem parte perueniſſet.

Si aduerſus interuentionem. 1. Venditionem. 2. dotis pactionem.

48. *Paulus* lib. 1. Sententiarum *x*.

MInor *y*, ſe in id, quod fideiuſſit, vel mandauit in integrum reſtituendo reum principalem non liberat. *z*.

1 ¶ Minor *a* ancillam vendidit: ſi eam emptor manumiſerit *b*, ob hoc in integrum reſtitui non poterit: ſed aduerſus emptorem, quanti *c* ſua intereſt, actionem habebit.

2 ¶ Mulier minor vigintiquinque annis, ſi pactione dotis *d* deterior conditio eius fiat, & tale pactum inierit, quod *e* nunquam maioris ætatis conſtitutæ paciſcerentur, atque ideo reuocare velit, audienda eſt.

Si aduerſus venditionem.

49. *Vlpianus* lib. 35. ad Edictum.

SI res pupillaris, vel adoleſcentis diſtracta *f* fuerit, quam lex diſtrahi non prohibet; venditio quidem valet: verumtamen, ſi grande *g* damnum pupilli, vel adoleſcentis verſatur, etiam *h* ſi colluſio non interceſſit, diſtractio per in integrum reſtitutionem reuocatur.

Si aduerſus expromiſſionem.

50. *Pomponius* lib. 9. Epiſtolarum "& variarum lectionum".

IVnius Diophanus Pomponio ſuo ſalutem *i*. Minor 25. annis nouandi *k* animo interceſſit pro eo *l*, qui temporali actione tenebatur, tunc, cum adhuc ſupererant decem dies; & poſtea in integrum reſtitutus eſt, vtrum reſtitutio, quæ creditori aduerſus priorem debitorem datur, decem dierum ſit, an plenior? ergo *m* didici *n*, ex tempore in integrum reſtitutionis tantundem temporis præſtandum, *o*, quantum ſupererat. Tu quid de eo putas, velim reſcribas. Reſpondi: Sine dubio, quod de temporali actione, in qua interceſſit minor, ſenſiſti, puto verius eſſe, ideoque & pignus, quod dederat prior debitor, manet obligatum *p*.

a Decipitur minor cum id quod habet amitti, cum non adquirit, cum ſe obligat
b tutelæ, hereditati, cauſæ.
c i. non modò iam nati, ſed & venti reſtituitur actio. Venter reſtituitur aduerſus vſucapionem: vel ita: vſucapio completa aduerſus eum qui in vtero matris fuit, reſcinditur, datúrque ei nato & in lumen edito aduerſus huiuſmodi vſucapionem reſtitutio.
d an aduerſus præſcriptionem reſtituitur minor? v. quæ notaui ad *leg. vn.C.ſi aduerſ. vſucap.*
c & quia id ei licet, non reſtituetur in integrum *Cuiac* adiunge *l.13. in fin. C.de iudiciis.*
f 8. *Ecl. tit. de defenſoribus: ex li.10. tit.40.c.46.*
g cum neceſſitate officij ad id coactus non eſſet. Pone itaque negotium geſtum fuiſſe.
h *l.23.in fin. ʒ. eod. 4. C.ſi tutor vel curator.*
i i. in iure.
k ne emerent, ſc. Sed quia non habuit ius denunciandi, non conſtituet ipſos vel tutores vel emptores in mala fide *Bart.*
l vt in *l.7. §.quæſitum. ʒ.eo.*
m *v.l.29.ʒ.eo.*
n ergo vtcunque tutor delicto caruerit minor reſtituetur, ſi circumſcriptus reperiatur.
o cum decreto.
p i. propter adoleſcentes tantum.
q *l. vnic. Cod.ſi in commun.*
r *l.13. §.1.in fin.ʒ. de in diem addict.* adde *l.29.ʒ. eod.*
ſ atque ita proteſtatus eſt: *l.13.§.1. ʒ.de in diem addict.* aliàs non reſtituitur maior minore reſtitutum, *l.vnic. C.ſi in communi.*
t id eſt, adoleſcentibus, *Cuiac.*
u *l.24.§.4.l.27.§. 1 in fin.ʒ.eo.*
x *tit.9.§.5.*
y Minor ſe in his quæ fideiuſſit, vel fide promiſit, vel ſpopondit, vel mandauit in integrum reſtituendo, reum principalem non liberat. Ita hic locus apud Paulum legitur, *1. ſent.9.§.3.* z *v.l.vlt.ʒ.eo.* a *Ecl.eo.c.48.* b *l.11.ʒ.eo.l.12.2.C.ſi aduerſ. libert.* c pretium verum ſerui conſequitur.
d *l.9.§.1.ʒ.eo.* e v. quæ ſcripſi *l.31. & l.41. ʒ.eo.* etiam cum decreto.
f *l.1.l.11.C de præd.minor.* g adde *l.47.in fin.l.2.ʒ. eo.* ſumptus eſt hic locus ex epiſtolis Pomponij. h *v.l.27.§.ex hoc ʒ.eo.*
i adde *l.48.in pr.ʒ.eo.l.vn.§.ſed etſi.C. de reput. quæ fiunt.* m Iunius Diophantus. n Conſultores ſolent plerumque Iuriſconſultis quos conſulunt, ius quod notum habent ſuggerere. adde *l.24.in fi ad Vell.* p & ita minore reſtituto reſtituitur actio in priſtinum debitorem, in eo ſtatu in quo erat tempore nouationis, *Bart.*

DE a CAPITE MINVTIS.

TIT. V.

Quid ſit capitis deminutio.

Gaius libro quarto ad Edictum Prouinciale.

CAPITIS b minutio eſt ſtatus permutatio.

Ad quas capitis deminutiones hoc edictum pertinet. 1. *Verba edicti.* 2. *De cauſis ante vel poſt cap. deminutionem.* 3. *De delictis.* 4. *De debitore arrogato.* 5. *De tempore huius iudicij. De heredibus.*

2. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

PErtinet hoc edictum ad eas d capitis deminutiones, quæ e ſalua ciuitate contingunt. Cæterum ſiue amiſſione ciuitatis f, ſiue libertatis g amiſſione contingat capitis deminutio, ceſſabit edictum; neque poſſunt hi penitus conueniri. Dabitur planè actio in eos ad quos bona peruenerunt eorum.

1 ¶ Ait Prætor: *qui quæve, poſteaquam quid cum his actum, contractumve ſit, capite deminuti, deminutæ eſſe dicentur: in eos, eáſve perinde, quaſi id factum non ſit, iudicium dabo.*

2 ¶ Hi, qui capite minuuntur, ex his cauſis, quæ capitis deminutionem præceſſerunt; manent obligati naturaliter h. ceterum ſi poſtea, imputare quis ſibi debebit, cur contraxerit, quantum ad verba huius edicti pertinet. Sed interdum. ſi contrahatur cum his poſt capitis deminutionem, danda eſt actio, & quidem, ſi adrogatus ſit, nullus labor i: nam perinde obligabitur, vt filiusfamilias.

3 ¶ * Nemo delictis exuitur, quamuis capite minutus ſit k.

4 ¶ Ei, qui debitorem ſuum adrogauit, non reſtituitur actio in eum, poſtquam ſui iuris fiat.

5 ¶ Hoc iudicium perpetuum eſt l: & in heredes, & heredibus datur.

De liberis arrogati. 1 *De emancipatione ac manumiſſione.*

3. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

LIberos, qui adrogatum parentem ſequuntur, placet minui caput †, cùm in aliena poteſtate ſint, & cùm familiam mutauerint m.

1 ¶ Emancipato filio, & ceteris perſonis capitis minutio manifeſtò accidit, cùm emancipari nemo poſſit, niſi in imaginariam n ſeruilem cauſam deductus. Aliter atque cum ſeruus manumittitur: quia ſeruile caput nullum ius habet o: ideo nec minui poteſt.

4 *Modeſtinus* lib. 1. Pandectarum.

HOdie p enim incipit ſtatum habere.

De aquæ & ignis interdictione. 1. *De his qui deficiunt, & his quos Senatus hoſtes iudicauit.* 2. *Effectus minimæ capitis deminutionis, & primum de iuribus publicis vel priuatis.*

5. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

AMiſſione ciuitatis ſit capitis minutio q, vt in aqua r & igni interdictione.

1 ¶ Qui deficient ſ, capite minuuntur: deficere autem dicuntur, qui ab his, quorum ſub imperio ſunt, deſiſtunt, & in hoſtium numerum ſe conferunt: t ſed & hi, quos ſenatus hoſtes iudicauit, "vel" lege lata vtique vſque adeò, vt ciuitatem amittant.

2 ¶ Nunc reſpiciendum, quæ capitis deminutione pereant: & primò de ea capitis deminutione, quæ x ſalua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti conſtat: nam manere magiſtratum, vel ſenatorem, vel iudicem certum eſt.

6 *Vlpianus* lib. 51. ad Sabinum.

NAm & cætera officia, quæ publica ſunt y, in eo non finiuntur: capitis enim minutio z priuata a hominis, & familiæ eius iura, non ciuitatis, amittit b.

De tutelis. 1. *De actionibus ex delicto.* 2. *Effectus maximæ.* 3. *Et mediæ capitis deminutionis.*

7. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

TVtelas etiam non amittit capitis minutio: exceptis c his, quæ d in iure e alieno perſonis poſitis deferuntur. Igitur teſtamento dati, vel ex lege, vel ex ſenatuſconſulto, erunt nihilominus tutores.

¶ Sed legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis intervertuntur eadem ratione, qua & hereditates exinde legitimæ: quia adgnatis deferuntur, qui deſinunt eſſe, familia mutati.

¶ Ex nouis autem legibus, & hereditates, & tutelæ plerumque ſic deferuntur, vt perſonæ naturaliter deſignentur. vt ecce deferunt hereditatem ſenatuſconſulta matri, & filio.

1 ¶ * Iniuriarum a, & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant b.

2 ¶ Si libertate adempta capitis deminutio ſubſecuta ſit: nulli reſtitutioni aduerſus ſeruum locus eſt: quia nec prætoria iuriſdictione ita ſeruus obligatur, vt cum eo actio ſit: ſed vtilis actio aduerſus dominum danda eſt, vt Iulianus ſcribit: & niſi in ſolidum defendatur, permittendum mihi eſt in bona quæ habuit mitti.

3 ¶ Item cùm ciuitas amiſſa eſt, nulla reſtitutionis æquitas eſt aduerſus eum, qui amiſſis bonis, & ciuitate relicta, nudus exulat.

De naturali obligatione. De dotis actione.

8. *Gaius* libro 4. ad Edictum Prouinciale.

EAs obligationes, quæ naturalem c præſtationem habere intelliguntur, palam eſt capitis deminutione non perire d: quia * *ciuilis ratio* e *naturalia iura corrumpere non poteſt* f. Itaque de dote actio, quia in bonum & æquum concepta eſt g, nihilominus durat etiam poſt capitis deminutionem.

9. *Paulus* lib. 11. ad Edictum.

VT quandoque mancipata agat. h.

De annuo legato.

10. *Modeſtinus* lib 8. Differentiarum.

LEgatum in annos ſingulos i, vel menſes "ſingulos" relictum, vel ſi habitatio legetur, morte k quidem legatarij legatum intercidit, capitis deminutione tamen interueniente, perſeuerat: videlicet quia tale l legatum in m facto potius, quam in iure, conſiſtit n.

Genera cap. diminutionum.

11. *Paulus* lib. 2. ad Sabinum.

CApitis deminutionis tria o genera ſunt p: maxima, media, minima. Tria enim ſunt, quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur cùm omnia hæc amittimus, hoc eſt libertatem & ciuitatem, & familiam, *maximam* eſſe capitis deminutionem: cùm verò amittimus ciuitatem, libertatem retinemus, *mediam* eſſe capitis deminutionem: cùm & libertas, & ciuitas retinetur, familia tantum mutatur, *minimam* eſſe capitis deminutionem conſtat q.

EX QVIBVS CAVSIS MAIORES vigintiquinque annis in integrum reſtituuntur r.

TIT. VI.

Commendatio. 1. *verba edicti, cuius ſunt capita quatuor.*

Vlpianus lib. 12. ad Edictum.

HVius edicti cauſam nemo non iuſtiſſimam eſſe confitebitur. Læſum enim ius per id tempus, quo quis reipublicæ ſ operam dabat, vel aduerſo caſu laborabat corrigitur, nec non & aduerſus eos ſuccurritur, ne vel obſit, vel proſit, quod euenit.

1 ¶ Verba autem edicti talia ſunt: *Si cuius quid de bonis* t, *cùm is metu* u, *aut ſine dolo "malo"* x, *reipublica cauſa abeſſet, inve vinculis* y, *ſeruitute* z, *hoſtiumque poteſtate eſſet* a, *ſiue cuius actionis eorum cui dies exiſſe dicetur* b. ¶ *Item ſi quis quid vſu ſuum feciſſet, aut quod non viendo amiſit, conſecutus* c, *actionève qua ſolutus ob id, quod dies eius exierit cùm abſens non defenderetur, inve* d *vinculis eſſet, ſecumve* e *agendi poteſtatem non faceret, aut cùm eum inuitum* f *in ius vocari non liceret, neque defenderetur: cumve magiſtratus de ea re appellatus eſſet, ſiue* g *cui pro magiſtratu ſine dolo ipſius actio exempla eſſe dicetur: earum rerum actionem intra annum* † *quo primum de ea re experiundi poteſtas erit dabo.* ¶ *Item ſi qua* h *alia mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, in integrum reſtituam quod eius per leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, edicta, decreta principum, licebit* i.

De vſu huius edicti. 1. *Interpretatio primæ partis. & primùm de abſentibus metus cauſa.*

2. *Calliſtratus* lib. 2. Edicti monitorij k.

HOc edictum l, quod ad eos pertinet, qui eo continentur, minus in vſu frequentatur: huiuſmodi m enim n expoſitis perſonis extra ordinẽ o ius dicitur ex ſenatuſconſultis, & principalibus conſtitutionibus p.

¶ Hoc

---

a l. Inſt. 16. & ib. Theoph. adde Feſtum in Deminutio. 46. Baſil. 2.

b Capitis minutio, Græcis eſt, ἡ τῆς πρώτης καταστάσεως ἐλάττωσις. 46. Eclog. 1. ex lib. 16. tit. 8. c. 33.

c at non eodem modo ſtatus permutatio eſt capitis diminutio quia filius morte patris ſtatum mutat non tamen capite minuitur, l. 3. in fin. ff. de S.C. Maced.

d i. ad minimas.

e Creditori in debitorem qui minimam capitis diminutionem paſſus ſit reſtituitur actio: at non in eum qui maximam vel mediam.

f eſt hæc capitis diminutio media.

g hæc maxima capitis diminutio eſt. l. 7. §. penult. inf. eodem.

h v. l. 8. ff. eodem.

i Cur ita? collige ex §. in plurimis Inſt. de adopt.

k l. 7. §. 1. inf. eo.

l id eſt, eſſe poteſt, arg. l. 21 inf. de ſolutionibus. † al. capite.

m §. ſed. hodie. Inſtit. de adopt. nomine adoptantis adſumpto. Dion. 46. Appian. 3. Vopiſc. in Aurel. Claud. Panegy. 6. Honorij.

n vid. l. vlt. C. de adop.

o iure ciuili pro nullis habentur ſerui, l. 23. ff. de reg. iur. mortuis comparantur. l. 59. in fin. infra de cond. & demonſt. quadrupedibus, l. 2. §. 2. ff. ad leg. Aquil. nullam perſonam habent: ſuntque ἀπρόσωποι: Theophil. initio de ſtipul. ſeruorum: nullam iniuriam patiuntur. §. ſeruis Inſtit. de iniur. nihil ſibi adquirunt, ſed dominis, l. 79. inf. de adquir. hered. nõ habebant connubium, l. 3. C. de inceſtis. interfici poterant à dominis, l. 1. §. 1. ff. de his qui ſunt ſui. æſtimabantur vulgariter 20. aureis v. l. 31. Cod. de com. ſer. man. ob violatum contubernium adulterij crimine accuſari non poſſunt, l. 24. C. de adult. p I. vt primum manumiſſus eſt. Heri ſeruus, hodie liber. q media. r De aqua & igni interdictis & interdictione, dixi ad l. 1. §. 1. inf. de leg. 3. ſ Deficere dicuntur qui ab imperio deſiſtunt & ad hoſtes ſe transferunt, quique vel ſenatuſconſulto vel lege hoſtes habiti, v. quæ ſcripſi ad l. 51. ff. de adq. rerum dominio. t l. 10. §. filius inf. de captiuis. u νόμου τεθέντος παρ' αὐτῆς, Baſil. Cuiacius ad l. 8. & ſeq. inf. de excuſ. tutorum. x i. de minima. y quæ ſunt iuri publici non amittuntur capitis diminutione minima, Zaſ. z hæc ſcil. id eſt minima. a Hoc quid eſt? Minima capitis diminutio iure hominis & familiæ eius iura priuata tantùm adimit, non publica. b i. adimit, ff. l. prox. c excepta tutela patronorum. Vlp. 11. §. c. d quæ iure a. p. p. id eſt, quæ iure agnationis proximis potiſſimum deferuntur: ſic Tribonianus frequenter labitur in legendis notis veterum Cuiac. tit. 11. & 12. notar. Vlp.

e nom. omine alieno Hot. 3. obſ. 29.

a Actiones iniuriarum & obligationes ex delicto caput ſequuntur, 46. Eclog. 2. c. 7.

b leg. 2. §. 1. ff. eo.

c Naturalem quæ habent præſtationem non amittuntur capitis diminutione, l. 2. §. 2. ff. eodem.

d vt ſocietatem l. 58. ff. penult. inf. pro ſocio.

e i. lex ciuilis.

f v. l. 2. inf. de vſufructu earum rerum.

g §. fuerat 29. Inſt. de action.

h l. 21. §. filio. ff. de pactis.

i leg. 4. 8. 12. in f. inf. de annuis.

k v. l. 11. C. de vſufructu.

l annui ſcilicet & habitationis: & ſic differentiam innuit inter hoc legatum & vſumfructum legatum. de legato habitationis v. Hot. 3. obſ. 23.

m v. l. 24. inf. de regulis iuris.

n Facti quæ ſunt, non pereunt capitis diminutione.

o Vlp. 10. 11. 12. Tria nobis competunt, libertas, ciuitas, familia. Maxima capitis deminutione, ſuperiora omnia amittimus: media, ciuitatem, non libertatem: Minima, familiam tantùm. 46. Eclog. 2. c. tit. 10 vide quæ ſcripſi ad l. 5. in fi. inf. de extr. cognit.

p l. 6. §. irritum. ff. de iniuſto.

q infamis etiam mutat ſtatum, l. penult. inf. de var. & extr.

r 2. C. 54.

ſ l. 4. l. 30. in fin. ff. eodem.

t al. ſi cuius quid de bonis erit deminutum, l. 3. C. de reſtitut. mil. & in Baſilicis, ἐάν μειωθῇ τὰ πράγματα τῶν χρησίων Cuiac. 24. obſ. 40.

u l. 2. in fi. l. 3. ff. eo.

x l. 4. l. 5. inf. eo.

y l. 9. l. 10. inf. eo.

z l. 11. 12. inf. eo.

a l. 14. 15. inf. eo.

b l. 40. inf. eo.

c l. 21. inf. eo.

d l. 23. inf. eo.

e d. l. 23. §. vlt. l. 24. 25. 26 inf. eo.

f l. 26. §. 2. inf. eo.

g d. l. 26. §. 4. & ſeq.

† à die ceſſantis impedimenti hodie intra quadriennium, l. vlt. C. de temp. in integ.

h putà ſtudiorum, d. l. 26. §. vlt. arg. Authent. habita, C. ne filius pro patre.

i id eſt, ſi leges expreſſim non prohibeant, l. 28. §. 2. ff. eod. Licere dicimus (vt Cicero Antoniana 13. exprimit) quod legibus quod more maiorum inſtitutiſque conceditur. Nec n. quod quiſque poteſt, id & licet: nec ſi non obligatur, propterea permiſſum eſt. k quo prætor edicebat de iis, quæ in aliis partib. iuris continebantur: quóque ciues monebat magis quam iis edictum proponebat. l monitorium ſc. Baro. m i. priuilegiatis, l. 4. in fi. ff. eo. n Infrequentia, ſeu non frequentantur edicta. in quib. cauſis extra ordinem ius dicitur. Simile eſt argumentũ in l. 1. §. 2. ff. de migrando o vt reſtituantur non ex edicto cognitione Prætoris, ſed à principe vel ſenatu. Cuia. C. hoc tit. p vt generalius dicatur, ſi quis abſentia ſua Alteri nocuit, vel ſi cui per abſentiam nocitum ſit, dabitur reſtitutio, ne vel

2 ¶ Hoc autem capite adiuuantur in primis his qui metus cauſa adfuiſſent, ſcilicet ſi non ſuperuacuo timore deterriti abfuiſſent.

De metu.

3. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

METus autem *cauſa abeſſe* videtur, qui *b* iuſto timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abeſt; & hoc ex affectu eius intelligitur. Sed non ſufficit quolibet terrore abductum timuiſſe; ſed huius rei diſquiſitiò iudicis eſt.

De abſentibus reip. cauſa: & de dolo.

4. *Calliſtratus* lib. 2. Edicti monitorij.

ITem hi, qui reipublicæ cauſa, ſine dolo malo abfuiſſent.

¶ *Dolum malum* eò pertinere accepi, vt qui reuerti poteſt, neque reuerteretur, in eo, quod per id tempus aduerſus eum factum eſt, non adiuuetur: veluti ſi alterius grandis commodi captandi *c* gratia id egerit *d*, vt reipublicæ cauſa abeſſet, " & " reuocatur ab iſto priuilegio *e*.

De his qui Romæ dant reip. operam.

5. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

ET qui data opera, & ſine lucro hoc affectauerit; vel qui maturius profectus eſt, vel litis *f* gratia cœpit reipublicæ cauſa abeſſe. Sed hæc adiectio doli mali ad reipublicæ cauſa abſentes refertur, " non " etiam ad eum, qui metus cauſa; quoniam nullus metus eſt, ſi dolus intercedit.

1 ¶ Sed qui Romæ, reipublicæ ‖ cauſa ‖ operam dant, reipublicæ cauſa non abſunt.

6. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

VT ſunt magiſtratus *g*.

De militibus.

7. *Vlpianus* libro 12. ad Edictum.

MIlites planè, qui *h* Romæ militant pro reipublicæ cauſa abſentibus habentur *i*.

De legatis municipiorum.

8. *Paulus* lib. 3. Breuiorum,

LEgatis *k* quoque municipiorum ſuccurritur ex principum Marci, & Commodi conſtitutione.

De vinculis.

9. *Calliſtratus* lib. 2. Edicti monitorij.

SVccurritur etiam ei, qui in vinculis *l* fuiſſet, quod non ſolùm ad eum pertinet, qui publica cuſtodia coercetur: ſed ad eum quoque, qui à latronibus, aut prædonibus, vel potentiore vi oppreſſus, vinculis coercebatur *.

¶ *Vinculorum* autem appellatio latiùs accipitur: nam etiam incluſos, veluti latumiis *m*, vinctorum numero haberi placet *n*: quia nihil interſit, parietibus; an compedibus teneatur. Cuſtodiam autem ſolam publicam accipi Labeo putat.

10. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

IN eadem cauſa ſunt, & qui *o* à militibus, ſtatoribúſque *p*, vel à municipalibus miniſteriis adſeruantur, ſi probentur rei ſuæ ſupereſſe non potuiſſe.

¶ In vinculis autem etiam eos accipimus, qui ita alligati ſunt, vt ſine *q* dedecore in publico comparere non poſſint *r*.

De eo qui eſt in ſeruitute.

11. *Calliſtratus* lib. 2. Edicti monitorij.

EI quoque ſuccurritur, qui in ſeruitute fuerit, ſiue bona fide ſeruiat homo liber, ſiue detentus ſit.

De eo qui de ſtatu ſuo litigat.

12. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

IS autem, qui de ſtatu ſuo litigat, ex quo lis inchoata eſt *ſ*, hoc edicto non continetur: tandiu igitur in ſeruitute eſſe videtur, quandiu non eſt eiuſmodi lis cœpta.

De eo qui liber & heres ſcriptus eſt. 1. De filiofamilias.

13. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

REctè Labeo ait eum: non contineri, qui liber & heres inſtitutus ſit, antequam ſit heres *u*: quia nec bona habeat, & prætor de liberis hominibus loquatur.

1 ¶ Puto tamen filiumfamilias in caſtrenſi peculio pertinere ad hoc edictum.

De captiuis & transfugis.

14. *Calliſtratus* lib. 2. Edicti monitorij.

ITem ei ſuccurritur *x*, qui in hoſtium poteſtate fuit, id eſt ab hoſtibus captus. Nam transfugis *y* nullum credendum eſt beneficium tribui, quibus denegatum eſt poſtliminium, Poterant tamen, qui in hoſtium poteſtate eſſent, illa parte edicti contineri, qua loquitur de his, qui in ſeruitute fuerint.

De poſtliminio reuerſis vel apud hoſtes defunctis. 1. De nato apud hoſtes. 2. Si damni infecti miſſum ſit in ædes militis. 3. Si actionis dies poſt reditum exierit.

15. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

AB hoſtibus " autem " captis, poſtliminio reuerſis ſuccurritur, aut ibi mortuis quia nec procuratorem habere poſſunt, cum aliis ſupraſcriptis " etiam " per procuratorem *a* poſſit ſubueniri: præter eos, qui in ſeruitute detinetur. *b*. Ego autem, etiam nomine eius, qui hoſtium potitus *c* eſt, ſi curator *d* (vt plerumque) fuerit bonis conſtitutus, auxilium competere exiſtimo.

1 ¶ Non minùs autem ab hoſtibus capto, quàm ibi *e* nato, qui poſtliminium habet, ſuccurſum videtur.

2 ¶ Si damni infecti miſſus ſit in ædes militis ſi quidem præſente eo iuſſit prætor poſſideri, non reſtituitur *f*: ſin vero abſente eo, dicendum ſubueniri ei debere.

3 ¶ Sed quod ſimpliciter prætor edixit, *poſteàve*, ita accipiendum eſt: vt, ſi inchoata ſit bonæ fidei poſſeſſoris detentatio *g* ante abſentiam, finita autem reuerſo, reſtitutionis auxilium locum habeat, non quandoque, ſed ita demum ſi intra modicum tempus. quàm rediit. hoc contigit: id eſt *h*, dum hoſpitium quis conducit *i*, ſarcinulas componit, quærit aduocatum *k*: nam eum qui differt reſtitutionem, non eſſe audiendum Neratius ſcribit.

16. *Paulus* libro 12. ad Edictum.

NOn enim negligentibus ſubuenitur *l*, ſed neceſſitate rerum impeditis *m*. Totúmque iſtud arbitrio prætoris temperabitur: id eſt, vt ita demum reſtituat, ſi non negligentia, ſed temporis anguſtia non potuerunt litem conteſtari.

Aduerſus quos miles reſtituitur. 1. Si aduerſus conditionem non impleuit.

17. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

IVlianus libro quarto ſcribit, non ſolum aduerſus poſſeſſorem hereditatis ſuccurrendum militi, verum aduerſus eo quoque, qui à poſſeſſore emerunt *n*, vt vindicari res poſſint, ſi miles hereditatem agnouerit: quòd ſi non agnouerit, ex poſt facto vſucapionem profeſſiſſe manifeſtatur.

1 ¶ Eum *o* quoque cui ſic legatum ſit " *vel* " *in annos ſingulos. quibus in Italia eſſet*: reſtituendum, vt capiat, atque ſi in Italia fuiſſet *p*, & Labeo ſcribit, & Iulianus libro quarto, & Pomponius libro trigeſimo primo probant: non enim dies actionis exiit, vbi *q* prætoris auxilium neceſſarium erat, ſed conditio *r* in cauſa eſt.

De damno & lucro.

18. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

SCiendum eſt, quòd in his caſibus reſtitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei duntaxat perſequendę gratia queruntur: non cùm & lucri *ſ* faciendi ex alterius pœna, vel damno, auxilium ſibi impertiri deſiderant *t*.

De poſſeſſione & vſucapione.

19. *Papinianus* libro 3. Quæſtionum.

DEnique ſi emptor priùs, quam per vſum *u* ſibi adquireret, ab hoſtibus captus ſit: placet interruptam poſſeſſionem *x* poſtliminio non reſtitui: quia hæc *y* ſine poſſeſſione non conſtitit: poſſeſſio autem plurimum facti *z* habet: cauſa verò facti non continetur *a* poſtliminio *b*.

20. *Idem* lib. 13. Quæſtionum.

NEc *c* vtilem actionem ei tribui oportet: cum ſit iniquiſſimum auferre domino, quod vſus *d* non abſtulit: neque enim intelligitur amiſſum *e*, quod ablatum alteri non eſt.

Ratio ſecundæ partis edicti. 1. Collatio primæ & ſecundæ partis. 2. Si abſens per ſe vel per alium vſuceperit. Si defenſor extitit vel non. 3. Quid ſit non defendi.

21. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

ITem ait prætor: *ſi quis vſu ſuum feciſſet: aut, quod non vtendo ſit amiſſum, conſecutus: actionéve qua ſolutus ob id, quod dies eius exierit, cùm abſens non defenderetur.* Quam clauſulam prætor inſeruit: vt quemadmodum ſuccurrit ſuprà ſcriptis perſonis, ne capiantur: ita & aduerſus ipſas ſuccurrit, ne capiant *f*.

1 ¶ Et erit notandum, quòd plus *g* prætor expreſſit, cum aduerſus eos reſtituit, quam cum ipſis ſubueniret.

---

a ſiquidem minæ ſufficiẽtes faciunt iuſtum metum vide *l. pen. ff. de extr. crim.*
b Definitio metus abſentis.
c *l. 36. l. 42. ff. eod.* vt mercator.
d Affectata abſentia Reipublicæ cauſa abſenti non prodeſt.
e quod cauſę competit, non perſonæ *Bar.*
f *v. l. 1. C. qui militare.*
g vrbani an & alij *l. 32. 38. ff. eod.*
h Atqui Romæ præſentes ſunt? hæc præſentia pro abſentia intelligitur. Roma abeſt ſingulari iure is qui Romæ militat.
i quia etiam Romæ in caſtris agunt, & ea ſunt conditione, vt quolibet momento proficiſci eos oporteat, & ita deſtinatione animi, abſentes intelliguntur 1. *Zaſ.*
k vide *l. 2. C. eod.*
l *v. l. 22. l. 28. ff. quod metus cauſ.*
m ita legitur in *l. 1. ff. de creditorib.* lapidicinis, Seneca *9. declam. & 5. controuerſ.* alij Latumias legunt, *v. Cuiac. 6. obſ. 7.* & ita apud Feſtum. Plautus verò *in captiuis*, Latomias. in Latumiis plerumque carcer erat. *Liuius. 37.* De Latumiis Syracuſanis à Dionyſio conſtitutis, *v. Aelian. 12. Plutarc. 2. de fortun. Alex.* & *in opere,* πρὸς τὰς ἀπαιδεύτους. & *in Nicia: Thucididem 7. Diodorum 13.*
n & eos qui ſub iuramento vel ſatiſdatione ſunt. *l. 28. §. 1. ff. eodem. v. l. 216. ff. de verb. ſign.*
o v. quæ notaui ad *l. 2. ff. de in ius vocando.*
p v. quæ notaui *l. 4. ff. de off. procõſ.*
q Infamia eſt, alligatum vinculis & catenatum in publico procedere, *vt hic.* Idem ſi careat veſtibus *c. ſi quis teſtium. de teſtibus.* huiuſmodi enim neceſſitas inuitabilis dicitur. vide *l. 21. ff. de negotiis.* fugere eodem modo non cogitur vi appetitus, ſi dedecus ei fuerit fugere. Fugere, ignauiæ & animi abiecti nota eſt.
r quales ſunt ij qui compendibus aut manicis vincti. Ea autem impoſſibilia cenſentur quæ non niſi cum dedecore fieri poſſunt, vide *l. 15. inf. de condit. Inſtit.*
ſ id eſt. ordinata. vide *l. 24. inf. de liberali.*
t ſeruum ſcilicet.
u ideſt, ante mortem teſtatoris. §. 1. *Inſt. de her. qualit.*
x §. 3. *Inſt. de actionib.* y *v. l. 19. §. transfuga. inf. de captiuis.*

a bonis conſtitutum qui agat & conueniatur. *Zaſ.*
b *l. 33. ff. de procur.*
c id eſt, captus ab hoſtibus. *Alciat. 1. Par. 35. Aug. 4. Emendat. 10. v. l. 11. inf. de captiuis.*
d *v. l. 6. in fi. inf. de tutorib. l. 3. C. de captiuis.*
e *l. 25. inf. de captiuis.*
f miles domi præſens, habetur pro pagano *v. l. vlt. C. de reſtit. mili. §. 1. Inſt. de milit. teſt.*
g *al.* detentio, id eſt, poſſeſſio, & ita ſumitur *l. 5. inf. de impenſis in res dotales.* vbi dixi.
h Modica temporis mora hic definitur: adde *l. 71. §. 2. inf. de leg. 1.*
i *v. l. 3. 1. inf. de vſuris.*
k *v. l. 23. in fin. inf. eod.* hæc qui facit neque moram committit, neque ſuam cauſam neque cauſam negligit.
l *v. l. 24. in fin. inf. quæ in fraud. credit.*
m *l. 27. in fi. ff. eo. l. 63. §. penult. ff. ad Trebell.*
n eodem penè iure minores vtuntur, *l. 13. in fi. l. 15. ff. tit. prox.*
o militem ſcilicet. idem in doctore abſente reipublicæ cauſa, reſpectu ſalarij ſui, tradit Bart. facit *l. 14. Cod. de prox. ſacr. ſcrinior.* vide *Rom ſingulari* 448.
p 41. 43. *ff. eod.* tale legatum non vnum eſt ſed multiplex. Tot enim legata ſunt, quot anni ſunt: & ideò dies in hac ſpecie non cedit quibus annis legatarius non fuit in Italia.
q legunt alij *v. p. a. n.* ſit ſed, &c.
r quæ adiecta erat fauore heredis, quam impleri per hæredem non stabat, ſed per alia legatarij impedimenta, vide *l. 8. in fi. inf. de cond. & demonſt.*
ſ Lucrum ex alterius pœna vel dãno facere, aut ad id reſtitui nemo debet, *vt hic.* 10. *Eclog. 36. in fin*
t Reſtitutio non conceditur, vt quis lucretur cum damno alterius. *Bartolus.*
u continuatum, aut per vſucapionem, vide *l. 20. inf. eod.*
x id eſt, vſucapionem, *v. l. 30. inf. eod.* & ita legendum monet Faber *2. ſimeſtr. 25. vt ſit,* πλοκή. Nam alias ſatis durum loquendi genus eſt dicere, *poſſeſſionem ſine poſſeſſione conſiſtere.*
y id eſt preſcriptio. nota tres regulas ſequentes. *Bart.*
z *l. 39. infra de adquir. poſſeſſ.* Imò plurimum iuris. *l. 49. infra. de adquir. poſſeſſ.*
a *l. 23. §. 1. ff. eod. l. 23. §. 1. ff. de adquir. poſſeſſ. l. 11. l. 15. l. 44. in fine ff. de vſuc. p. l. 12. §. 2. ff. de captiuis.*
b de poſtliminio. vide *l. 19. ff. de captiuis.*
c Imò vtilem. *l. 23. §. 2. ff. eod.*
d id eſt, vſucapio. *vt l. 56. §. 8. ff. ad Trebell.*
e Primus dominus dominium non amittit niſi alteri adquiratur. *Bart.*
f *l. 22. §. 1. ff. eod. l. 140. ff. de reg. iur.*
g Reſtituere plus eſt quàm ſubuenire. adde *l. vltim. infrà de her. diuis. i. ſtituendis.*

uenit : nam hic non certas perſonas enumerauit, ad-
uerſus quas ſubuenit, vt ſuprà : ſed adiecit clauſu-
lam, qua omnes qui abſentes non defenduntur com-
plexus eſt.

2 ¶ Hæc autem reſtitutio locum habet : ſiue per
ſe, ſiue per ſubiectas ſibi perſonas vſu adquiſierunt,
qui abſentes non *a* defendebantur, & ita ſi nemo
eorum ‖ erat ‖ defenſor. Nam ſi fuit procurator, cùm
habueris, ſiue eum conuenias, non debet inquietari *b*.

¶ Cæterùm, ſi non exiſtebat defenſor æquiſſi-
mum erat ſubueniri : eo *c* potius, quod ‖ eorum ‖
qui non defenduntur, ſi quidem latitent, prætor ex
edicto pollicetur *d*, in bona eorum mittere, vt ſi res
exegerit etiam diſtrahantur : ſi verò non latitent.
licèt non defendantur, in bona tantùm *e* mitti.

3 * ¶ Defendi autem non is videtur, cuius ſe de
fenſor ingerit *f* : ſed qui requiſitus ab actore non
(eſt) defenſioni defuturus. *Plenaque defenſio g accipie-*
tur, ſi & iudicium non detrectetur, & iudicatum *h*
ſolui ſatiſdetur.

1. Collatio prima & ſecunda partis edicti. 2. De furioſis, infantibus, & ciuitatibus.

22. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

ERgo ſciendum eſt, non aliter hoc edictum locum
habere *i*, quam ſi amici eius interrogati fuerint
an defendant : aut ſi nemo ſit, qui interrogari poteſt
k. Ita enim abſens defendi non videtur, ſi actor vltro
interpellat, nec quiſquam defenſioni ſe offerat : ea
que teſtatione complecti oportet.

1 ¶ Sicut igitur *l* damno eos adfici non vult, ita
m lucrum facere non patitur *n*.

2 ¶ Quod *o* edictum etiam ad furioſos, & infan-
tes *e*, & ciuitates *q* pertinere Labeo ait.

De vinculis. 1. De captiuis. 4. De eo qui ſecum agendi poteſtatem non facit.

23. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

AIt prætor, *in ve vinculis eſſet*, ‖ *ſecùm ve agendi po-
teſtatem non faceret*, ‖ hæc perſona merito adiecta
eſt fieri enim poterat, vt quis in vinculis præſens
eſſet, vel in publica, vel in priuata vincula ductus.
nam & eum, qui in vinculis eſt ſi modò non ſit in ſer-
uitute *r*, poſſe vſu adquirere conſtat. Sed & is qui in
vinculis eſt, defendatur, ceſſat reſtitutio.

1 ¶ Is autem, qui apud hoſtes eſt, nihil per vſum
ſibi adquirere poteſt, nec cœptam poſſeſſinem pote-
rit implere, dum eſt apud hoſtes. hoc ampliùs, nec
poſtliminio reuerſus recuperabit per vſum domini
adquiſitionem *ſ*.

2 ¶ Item ei, qui per captiuitatem fundi poſſeſ-
ſionem, vel vſusfructus quaſi poſſeſſionem amiſit,
ſuccurrendum eſſe, Papinianus ait : & fructus *u* quo-
que medio tempore ab alio ex vſufructu perceptos
debere captiuo reſtitui, æquum putat.

3 Hi planè, qui fuerunt in poteſtate captiui, vſu
rem adquirere poſſunt *x* ex re peculiari ; & æquum
erit ex hac clauſula præſentibus, ‖ id eſt, qui non
ſunt in captiuitate ‖ ſubueniri : ſi, cum non defende-
rentur, vſucaptum quid ſit, Sed & ſi dies actionis quæ
aduerſus captiuum competebat, exierit, ſuccurretur
aduerſus eum.

4 ¶ Deinde adiicit, prætor, *ſecùmve agendi poteſta-
tem non faceret.* vt ſi, dum hoc faciat, per vſum adqui-
ſitio impleta, vel quid ex ſupraſcriptis contigit, reſti-
tutio concedatur *y* : merito, nec enim ſufficit ſem-
per in poſſeſſionem bonorum eius mitti *e* quia ‖ ea ‖
interdum ſpecies eſſe poteſt, vt in bonis latitantis
mitti non poſſit, aut non latitet : ſinge enim, dum
aduacationes poſtulat *z*, diem exiſſe : vel dum alia
mora iudicij contingit.

24. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

SEd & ad eos pertinet, qui conuenti fruſtrantur *a*
& qualibet tergiuerſatione, & ſolertia efficiunt, ne
cum ipſis agi poſſit.

25. *Gaius* lib. 4. ad Edictum Prouinciale.

QVod quidem ſimili modo ad eum quoque petti-
nere dicemus, qui *b* non fruſtrandi gratia id fa-
ceret, ſed quòd multitudine reuum diſtringeretur.

1. De Relegato. 2. De his qui inuiti aut ſine venia in ius vocari nequeunt. 3. Interpretatio verborum. Neque defenderetur. 4. Si cui per magiſtratum. 5. Actio exempta ſit. 6. Sine dolo malo ipſius 7. De feriis. 8. Si aduerſus vſucapionem. 9. Interpretatio quartæ partis edicti.

21. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

SEd & ſi per prætorem *c*, ſtetit, reſtitutio indulge-
bitur.

1 ¶ Aduerſus relegatum reſtitutionem facien-
dam ex generali clauſula *d* Pomponius ait : ſed non
& ipſi concedendum : quia *e* potuit procuratorem re-
linquere : ex cauſa tamen puto etiam ipſi ſuccurren-
dum *f*.

a Cur ? quia ſi abſens defenſorem habuit per quem defenderetur, mihi imputandum erit quod eius defenſorem non interpellauerim.
b Baldus hinc colligit, citationem & iudicium à procuratore poſſe incipere *l. 3. §. 1. in fi. ff. de alimentis*.
c id eſt, locus eſt hic potius reſtitutioni quam miſſioni in poſſeſſionem : quia poteſt euenire vt aduerſario nulla bona ſint deinde per miſſionem non cõtinuò quis ſuum debitum conſequitur.
d vide *l. 7. §. prætor ait. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*
e ſine diſtractione.
f vide *l. 25. ff. de procurat.*
g & recta *l. 63. ff. de iudiciis. v. l. 6. §. rectè. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.*
h vide *l. 110 §. 1. ff. de reg. iur.*
i nec quem verè contumacem cenſeri, *Bar.*
k nec prius ad ſecundum decretum peruenietur. *Bar.*
l primo capite huius edicti.
m ſecundo ſcilicet capite.
n vide *l. 21. ff. eo.*
o caput edicti ſecundum.
p *v. l. 2. C. de annal. except.*
q vide *l. 4. C. eod.*
r nec enim poſſidere intelligitur, qui ipſe poſſidetur, *l. 34. in fin. infrà de adquir. rer.*
ſ id eſt, nec adquirit, nec retinet, nec recuperat. vide *l. 19. in fi. ff. eod.*
t Imò non eſt, *l. 19. ff. eod* Hic reſtituitur ad poſſeſſionẽ & fructus ne ſit in damno, ibi verò non reſtituitur ad poſſeſſionem alienam : & ſic ad lucrum.
u *l. 28 in fi. ff. eod.*
x *l. 14. in prin. ff. de vſucap.*
y qui non patitur ſecum litem conteſtari, & eo nomine, quid quæſierit, contra eum reſtitutio conceditur. *Bart.*
z *l. 15. in fin. ff. eo. l. 1. in fin. C. de dilationibus* vide *l. 21. ff. de vſuris.* & ita dilatio peti poteſt propter aduocati abſentiam diutinam.
a tales enim puniuntur *l. vlt. §. 1. ff. de procurator.*
b refer ad hunc locum *l 19. ff. de teſtibus.*
c vide *§. 1. idſr. eod.*
d ſecundi capitis huius edicti.
e id eſt, non ipſi concedendam ex primo capite huius edicti, vide quæ notaui ad *l. 1. infrà de diuerſis & temporalibus praſcript.*
f *l. 40. in fin. infr. eod.*

2 ¶ Ait prætor, *aut cùm eum inuitum a in ius vo-
care non liceret.* ‖ *neque defenderetur* ‖ hæc clauſula ad eos
pertinet, quos *b* more maiorum ſine fraude *c* in ius
vocare non licet, vt conſulem, prætotem, cæteróſ-
que, qui imperium poteſtatémve quam habent. Sed
nec ad eos pertinet hoc edictum, quos prętor pro-
hibet ſine permiſſu ſuo *d* vocari : quoniam aditus po-
tuit permitttere : patronos puta & parentes.

3 ¶ Deinde adiicit, *neque defenderetur* : quod ad
omnes ſupraſcriptos pertinet, præterquam ad eum,
qui abſens quid vſucepit : quoniam plenè ſuprà de eo
cautum eſt.

4 ¶ Ait prætor, *ſiue cui per magiſtratus e, ſine dolo
malo ipſius actio exempta eſſe dicetur* ? hoc quò ? vt ſi per
dilationes iudicis effectum ſit vt actio eximatur, fiat
reſtitutio. Sed & ſi magiſtratus copia non fuit, Labeo
ait reſtitutionem faciendam. Per magiſtrutus autem
factum ſita accipiendum eſt, ſi ius non dixit : alio-
quin ſi, cauſa cognita *f*, denegauit actionem, reſtitu-
tio ceſſat, & ita Seruio videtur.

¶ Item ‖ per ‖ magiſtratus factum videtur, ſi per
gratiam *g*, aut ſordes *h* magiſtratus ius non dixerit :
& hæc pars locum habebit : nec non & ſuperior,
ſecùmve agendi poteſtatem non faciat. nam id egit litiga-
tor, ne ſecum agatur, dum iudicem corrumpit *i*.

3 ¶ *Actio exempta* ſic erit accipienda, ſi deſiit
agere poſſe.

6 Et adiicitur *ſine dolo malo ipſius* : videlicet vt ſi do-
lus eius interuenit, ne ei ſuccurratur : ipſis enim de-
linquentibus prætor non ſubuenit *k*.

¶ Proinde ſi, dum vult apud ſequentem præto-
rem agere, tempus fruſtratus eſt, non ei ſubuenietur.

¶ Sed & ſi, dum decreto prætoris non obtempe-
rat, iuriſdictionem ei denegauerit *l*, non eſſe eum
reſtituendum Labeo ſcribit. ¶ Idémque ſi ex alia
iuſta cauſa non fuerit ab eo auditus.

7 ¶ Si feriæ extra *m* ordinem *n* ſint indictæ, ob
res puto proſperè geſtas, vel in honorem principis
& propterea magiſtratus ius non dixerit : Gaius Caſ-
ſius nominatim edicebat *o*, reſtituturum ſe : quia
per prætorem videbatur factum, ſolennium *p* enim fe-
riarum rationem haberi non debere : quia *q* proſpice-
re eas potuerit, & debuerit actor, ne in eas incidat :
quod verius eſt : & ita Celſus libro ſecundo Digeſto-
rum ſcribit. Sed cùm feriæ tempus eximunt, reſti-
tutio duntaxat ipſorum dierum facienda eſt, non to-
tius temporis : & ita Iulianus libro quarto Digeſto-
rum ſcribit : ait enim, reſciſſionem vſucapionis ita
faciendam, vt hi dies reſtituantur, quibus actor
agere voluit, & interuentu feriarum impeditus eſt.

8 ¶ Quotiens per abſentiam quis non toto tem-
pore aliquem excluſit : vt puta rem tuam poſſedi, vno
minus die ſtatuto in vſucapionibus tempore : deinde
reipublicæ cauſa abeſſe cœpi : reſtitutio aduerſus me
vnius *r* diei facienda eſt.

9 ¶ Item (inquit prætor) *ſi qua alia mihi iuſta cau-
ſa videbitur in integrum reſtituam* ſ.

¶ Hæc clauſula edicto inſerta eſt neceſſariò : mul-
ti *t* enim caſus euenire potuerunt, qui deferrent re-
ſtitutionis auxilium : nec ſingulatim enumerari po-
tuerunt, vt quotiens æquitas reſtitutionem ſugge-
rit, ad hanc clauſulam erit deſcendendum *u* : vt putà
legatione quis pro ciuitate functus eſt : æquiſſimum
eſt eum reſtitui *x*, licet reipublicæ cauſa non abſit : &
ſæpiſſimè conſtitutum eſt, adiuuari eum debere ; ſiue
habuit *y* procuratorem ; ſiue non.

¶ Idem puto, & ſi teſtimonij *a* cauſa ſit euocatus
ex qualibet prouincia, vel in vrbem : vel ad princi-
pem : nam & hic ſæpiſſimè eſt reſcriptum ſubueniri.

¶ Sed & his. qui cognitionis *b* gratia, vel appella-
tionis *c* peregrinati ſunt, ſimiliter ſubuentum.

¶ Et generaliter *d* quotieſcunque quis ex *e* ne-
ceſſitate non *f* ex voluntate abfuit : dici oportet, ei
ſubueniendum.

De lucro & damno.

27 *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

ET ſiue quid amiſerit, vel lucratus *g* nõ ſit : reſtitutio
facienda eſt, etiamſi nõ ex bonis quid amiſſum ſit

a *l. 2. ff. de in ius vocando. l. 12. ff. iudicatum ſolui.* Ergo volentes & conſentientes in ius vocari poſſunt. *Dec. d. l. 2.*
b alij legunt *quos iure magiſtratus.*
c id eſt, non impune, *l. 1. ff. ad l. Falcid. l. 32. ff. de iniur. l. 8. ff. de accuſationibus.* & quidem ſine pœna 50. aureorum. vide *l. 2. & pen. ff. de in ius vocando.*
d *l. 4 d. tit.*
e *in prin. ff. eod. l. 1. ff. eod.*
f *vt §. 6. verſicul. ſed etſi. ff. eod.*
g *at l. 65. §. cùm prætor. ff. ad Trebel.*
h id eſt, auaritiam quanquam hoc caſu ſententia ipſo iure nulla ſit, *l. 7. C. quando prouocare.*
i & ideò quia deliquit, ei non ſubuenietur : *§. 6. ff. eod.*
k *l. 134. in fin. ff. de reg. iu.*
l Contumaciæ ſeu inobedientiæ in vno caſu contemplatione poteſt cõtumaci denegari audientia in omnibus cauſis aliis *Bald.*
m Extra ordinem indictæ feriæ, non ordinariæ, non ſolemnes.
n i. repentinæ, *l. 4. C. de feriis.* Huiuſmodi feriæ, Imperiales dicuntur, *l. 4. C. de feriis.* olim imperatoriæ, quod imperarentur ſeu indicerentur à ſolis conſulib. aut prætoribus, *d. l. 4.*
o Cur ? quia actor præuidere extraordinarias ferias nõ potuit, & per prætorem magis impeditus eſt, quam à ſeſe. Ad eum modum, elapſo probandi termino, poterit ex cauſa probatio admitti, *l. 16. ff. eod. l. 1. ff. de reſtitutionibus* : lege diui fratres infrà de pœnis : vide Sotinum regula 285.
p *l. 3. C. de dilationibus* : dixi ad Varronem libro quinto : Quæ ſint ſolennes. vide *l. 7. C. de feriis.*

q Culpa eſt autem non præuidere quod præuiſum oportuit *l. 31. inf. ad Aquiliam.* r Vſucapione reſciſſa, ſolum tempus abſentiæ reſtituitur, *Barto*
ſ *l. in fin. ff. eod. l. 28. ff. eo. in prin. l. 3. C. eod. l. 7. ff. de in integrum.*
t Generaliter omnes qui neceſſitate abſunt, reſtituuntur in iis tantùm, vbi damnum faciunt, verùm & vbi non lucrantur, 10. *Eclog.* 30. *cap.* 38.
u vide *l. 12. ff. de legibus.*
x vide *l. 8. ff. eod.*
y Immo ſi habuit non reſtituetur, *l. 39. inf. eod.*
z In eo vt differat à legato principis, vide *Cuiacium* 19. *obſ.* 14.
a *l. 2. §. 3. inf. de iudiciis.*
b ad principem *l. vlt. §. 1. ff. quod metus cauſa.*
c *l. 1. inf. eum qui appellauerit.*
d adde de iuſtis cauſis, *l. 5. C. de diuortiis.*
e *l. 10. C. quomodo & quando iudex.*
f Abſentia alia eſt neceſſaria & priuilegiata, vt militum : alia probabilis tantum ſed tamen priuilegiata (vt ſtudiorum & ſtudioſorum cauſa) alia voluntaria & probabilis, non tamen priuilegiata (vt mercatorum) alia neceſſaria, improbabilis & odio digna, vt damnatorum.
g Lucri & ad lucrum etiam datur reſtitutio maioribus, ex iuſta cauſa vel neceſſitate abſentibus.

De

De abſentia probabili, veluti ſtudiorum cauſa. 1. De eo qui eſt ſub fideiuſſoria ſatiſdatione. 2. Interpretatio verborum, quod eius. 3. De eo qui ſæpius abſuit. 4. Si is qui in prouincia domicilium habet, Romæ eſt. 5. De reſciſſoria actione & de exceptione. 6. Et de fructibus.

28. *Vlpianus* lib. 12. ad Edictum.

NEc non & ſi quis de cauſa probabili abfuerit deliberare debet prætor, an ei ſubueniri debeat, puta ſtudiorum *a* cauſa, fortè, procuratore ſuo defuncto: ne decipiatur per iuſtiſſimam *b* abſentiæ cauſam *c*.

1 ¶ Item ſi quis nec in coſtodia nec in vinculis ſit, ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione, & dum propter hoc recedere non poteſt *d*, captus ſit, reſtituetur, & aduerſus eum dabitur reſtitutio.

2 ¶ *Quod eis*, inquit prætor *per leges, plebiſcita. Senatus conſultas, edicta, decreta Principum licebit*. quæ clauſula non illud pollicetur, reſtituturum, ſi leges permittant: ſed *e*, ſi leges non prohibeant.

3 ¶ Si quis ſæpius *f* reipublicæ cauſa abſuit: ex nouiſſimo reditu tempus reſtitutionis eſſe ei computandum, Labeo Putat. Sed ſi omnes quidem abſentiæ annum colligant, ſingulæ minus anno: vtrum annum ei damus ad reſtitutionem, an verò tantum temporis, quantum nouiſſima eius abſentia occupauit, videndum? & puto annum dandum *g*.

4 ¶ Si cùm in prouincia domicilium haberes, eſſes autem in vrbe, an mihi annus cedat, quaſi experiundi poteſtatem habeam? Et ait Labeo, non cedere. Ego autem puto, hoc ita verum, ſi *h ius i reuocandi, domum* aduerſarius habuit *k*: ſin minus, videri eſſe experiundi poteſtatem: quia & Romæ *l* conteſtari litem potuit.

5 ¶ Exemplo *m* reſciſſoriæ actionis etiam exceptio, ei, qui reipublicæ cauſa abſuit, competit: fortè ſi res ab eo poſſeſſionem *n* nacto vindicetur.

6 ¶ In actione reſciſſoria *o* quæ aduerſus militem *d* competit, æquiſſimum eſſe Pomponius ait, eius quoque temporis, quo abſens defenſus non eſt, fructus *q* eum præſtare. Ergo *r* & militi debebunt reſtitui. Vtrinque *ſ* actio erit.

29. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum.

VIdelicet ne cui officium publicum *t* vel damno *u* vel compendio ſit.

Si aduerſus vſucapionem. 1. & venditionem. & ſententiam.

46. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

CVm miles, qui vſucapiebat, deceſſerit: & heres impleuerit vſucapione: æquum eſt reſcindi quod poſtea vſucaptum eſt vt eadem in heredibus, qui in vſucapionem ſuccedunt, ſeruanda ſint. *quia poſſeſsio* x *defuncti* y *quaſi iuncta, deſcendit ad heredem* z: & plerumque nondum heritate adita completur.

1 ¶ Si is, qui reipublicæ cauſa abſuit, vſucepit, & poſt vſucapionem alienauerit rem: reſtitutio facienda erit *a*. & licèt ſine dolo abfuerit, & vſuceperit, lucro eius occurri oportet.

¶ Item ex reliquis omnibus cauſis reſtitutio facienda erit: veluti ſi aduerſus eum *b* pronunciatum ſit.

Quo caſu actio reſciſſoria perpetuatur.

31. *Idem* libro 11. ad Edictum.

SI *c* is, cuius rem vſucepit reipublicæ cauſa *d* abſens, poſſeſſionem ſuæ rei ab illo vſucaptæ nactus ſit: & ſi poſtea amiſerit, non temporalem, ſed *e* perpetuam *ſ* habet actionem.

De eo qui nondum prouinciam acceſsit, aut ea exceſsit.

32. *Modeſtinus* lib. 9. Regularum.

ABeſſe reipublicæ cauſa intelligitur & is, qui ab Vrbe *g* profectus eſt, licèt nondum prouincia exceſſerit *h*. ſed is, qui exceſſerit: donec in Vrbem *i* reuertatur, & hoc ad proconſules legatoſque eorum, & ad eos, qui prouinciis præſunt: procuratoreſve *k* principum, qui in prouinciis tenentur, pertinet, & ad Tribunos militum & præfectos, & comites legatorum, qui ad *l* ærarium *m*" delati", autin commentarium principis delati ſunt.

a l. Authent. habita. C. ne filius pro patre.
b quæ, quod ad munera perſonalia attinet, durat ad uiceſimũ quintum anuum. *l.* 1. 2. *C. qui ætate vel profeſſione.*
c videtur tamen abſens ſtudiorum cauſa, pro præſente haberi, *v. l.* 78. *ĵ. de leg.* 3.
d impoſſibile cenſetur, quod non niſi cum decore fieri poteſt. *l.* 15. *ĵ. de cond. Inſtit.*
e Permiſſum, quod non prohibitum, atque ita de priuatis delictis permiſſam eſſe tranſactionem colligunt, cum nulla lege prohibita reperiatur tranſactio, dixi *l.* 18. *C. de tranſact.*
f & ita plurium abſentiarnm tempora iunguntur, vt ſimul reſtituantur. *Bart.*
g *l.* 2. §. *legatam ĵ. de iudic.*
h Declinatoriam exceptionem habens, conueniri eo in foro non poteſt, cuius exceptionem habet.
i Actori non eſt imputandum ſi reum non citauit quem ſciebat tutum eſſe exceptione fori *Bart.*
k preſens eſſe videtur qui eſt in communi patria. *Bart.*
l *v. l. vlt. C. eod. & Cuiac.* 7. *obſ.* 31.
m *l.* 23. §. 2. *s. eod.*
n poſſeſſionemve nacto. *Hal.* poſſeſſionem veterem nacto. *Reuard.* 14. *Variarum.* 5. Veteris porro poſſeſſionis verbo intelligit eam poſſeſſionem, quam is qui Reipublicæ cauſa abſuit, ipſo iure per vſucapionem amiſit.
o Reſciſſoria actio in militem datur ei, cuius rem miles ipſe vſucepit domino abſente nec defenſo. Fingit igitur hæc reſciſſoria ſeu reſtitutoria actio militem abſentis & indefenſi rem non vſucepiſſe: vt per contrarium reſciſſoriaquæ datur militi, fingit rem militis abſentis non vſucaptam: vt vtraque ſit ficititia. p & quemcunque abſentem Reip. cauſa. q. *v. l.* 7. *inf. teſt. quemadm. aper.* v. in hanc *l. Cuiac.* 7. *ad Afric.* r vt ſit eadem æquitatis vtrinque ratio. ſ & militi & in militem. t *Militia* dicitur hic officium publicum nulli damno vel compendio in fraudem alterius eſſe debet.
u Militia compendio militi eſſe poteſt non tamen cum alieno diſpendio. *l.* 18. *s. eo. l.* 140. *ĵ de reg.* x i. vſucapio. *l.* 18. *s. eo.* y *v. l.* 40. *inf. de vſucap.* z ſic interpretantur alij, *Le mort ſaiſit le vif.* 1. defunctus heredem ſuum poſſeſſorem facit. *v. l.* 11. *ĵ. de liberis & poſth.* hæredem extraneum non æquè? quo referenda eſt *l.* 23. *inf. de adq. poſſeſſ.* Sed iure Gallico quiuis hæres, poſſeſſor conſtituitur. a in rem ipſam, vt *l.* 13. §. 1. *de minor.* b abſentem. c *v. Cuia.* 18. *obſ.* 6. d qui abſint reip. cauſa, *v. l.* 33. 34. 35. *l.* 41. *inf. eo.* c Exceptio dominij, Publicianæ multis caſibus non efficit, vt hic vnus caſus eſt. v. plures notatos *d. l.* 16. *inf. de Publiciana.*
f i. Piblicianam. g vel domo, *l.* 35. §. 8. *inf. eod.* h prouinciam acceſſerit. *Petrus Faber apud Cuia.* 12. *obſ.* 33. i Metropolin, v. quæ ſcripſi ad *No.* 1. *in fi. l.* 4. §. *pe. ĵ. de damno.* k *l.* 35. §. 2. *inf. eo.* v. quæ ſcripſi ad *tit. de off. proc. Ceſar.* l Comitum & eorũ qui magiſtratus adminiſtrab. quib. a publico ſalaria præſtabantur, nomina ad ærarium deferebantur, vti conſtat ex ſenatuſconſulto de curatorib. aquarũ facto, quod extat apud frontinũ 2. *de aquæduct.* m De ærariis ac præfectis ærarij

De patrono fiſci. 1. De notariis. 2. De medicis militum.

33. *Idem* libro ſingulari de Enucleatis caſibus.

INter eos, qui ex generali *a* clauſula adiuuantur, & fiſci patronus connumeratur.

1 ¶ Eos, qui notis *b* ſcribunt acta perſidum *c* reipublicæ cauſa non abeſſe certum eſt.

2 ¶ Militum medici *d*, quoniam officium, quod gerunt, & publice prodeſt, & fraudem eis adferre non debet, reſtitutionis auxilium implorare poſſunt.

De milite qui commeatum accepit, de his qui operas in publico locant.

34. *Iauolenus*, lib. 15. ex Caſſio.

MIles commeatu *e* accepto, ſi domi ſuæ eſt, reipublicæ cauſa abeſſe non videtur.

1 Qui *f* operas in publico, quod vectigalium cauſa locatum eſt, dat: reipublicæ cauſa non abeſt *g*.

De his qui mittuntur vt milites ducant, aut reducant, aut legendos curent. 1. Vel ad gratulandum principi. 2. De procuratore Cæſaris. 3. De præfecto Ægypti, & cæteris qui reip. cauſa abſunt. 4. De vrbicis militibus. 5. De eo qui ad compeſcendos malos homines miſſus eſt. 6. De pagano qui in acie cecidit. 7. De eo qui reip. cauſa Romam proficiſcitur, vel per vrbem iter facit 8. De profectione, & reipub. adminiſtratione. 9. De eo qui in caſtra, vel domum it aut redit.

35. *Paulus* libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

QVi mittuntur, vt milites ducerent, aut reducerent, aut legendi *h* curarent *i*: reipublicæ cauſa abſunt *k*.

1 ¶ Hi quoque, qui miſſi ſunt ad gratulandum. Principi.

2 ¶ Item procurator *l* Cæſaris, non ſolùm cui rerum prouinciæ cuiuſque *m* procuratio *n* mandata erit; ſed *o* & is, cui rerum *p*, quamuis non omnium Itaque plures ibi procuratores diuerſarum reipublicæ cauſa abeſſe intelliguntur.

3 ¶ Præfectus quoque Ægypti reipublicæ cauſa abeſt; quive aliam ob cauſam reipublicæ gratia extra vrbem aberit.

4 ¶ Sed & in vrbanicianis *q* militibus idem Diuus Pius conſtituit.

5 ¶ Quæſitum eſt de eo, qui ad compeſcendos malos homines miſſus eſt *r*, an reipublicæ cauſa abeſſet? Et placuit reipubiicæ cauſa eum abeſſe.

6 ¶ Item paganum qui in expeditione conſularis iuſſu tranſierat, ibique in acie ceciderat; heredi enim eius ſuccurrendum eſt *ſ*.

7 ¶ Qui reipublicæ cauſa Romam profectus eſt, abeſſe rnipublicæ cauſa videtur. Sed & ſi exrta patriam ſuam reipublicæ cauſa profectus ſit, etiam per vrbem ei iter competit, reipublicæ cauſa abeſt.

8 ¶ Similiter qui in prouincia eſt, vt primùm aut domo ſua profectus *t* eſt, aut cùm in eadem prouincia degit reipublicæ adminiſtrandæ cauſa: ſimul agere rempublicam cœpit, ad ſimilitudinem abſentis habetur.

9 ¶ Et dum eat in caſtra, & redeat, reipublicæ cauſa abeſt; quod & eundum ſit in caſtra militaturo, & redeundum, Viuianus ſcribit, Proculum reſpondiſſe, militem, qui *u* commeatu abſit, dum domum vadit, aut redit, reipublicæ cauſa abeſſe; dum domi ſit, non abeſſe *x*.

De abſentia voluntaria aut neceſſaria.

36. *Alpianus* libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.

REipublicæ *y* cauſa abeſſe eos ſolos intelligimus, qui non ſui commodi cauſa *z* ſed coacti abſunt.

De aſsidentibus vltra tempus ſtatutum.

37. *Paulus* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

HI, qui in prouincia ſua, vltra tempus à conſtitutionibus conceſſum *a*, adſident, publica cauſa abeſſe non intelliguntur *b*.

De aſſidentibus in ſua prouincia. 1. De officio finito & tempore ad reuertendum conceſſo.

38. *Vlpianus* libr. ſexto ad legem Iuliam & Papiam.

SI cui in *c* prouincia ſua princeps adſidere ſpeciali beneficio permiſerit: puto eum reipublicæ cauſa abeſſe. Quod ſi non ex permiſſu hoc fecerit conſequenter dicemus, cùm crimen *d* admiſit, non habere eum priuilegia eorum, qui reipublicæ cauſa abſunt.

c. quæ ſcr ipſi ad *l.* 41. *inf. de iur. fiſci.*
a ſi qna mihi iuſta cauſa, de qua dictum. *l.* 1. & 2. *s. eod.*
b Notis olim excipere ſolebant acta iudicum, cum aliter non poſſent loquentis celeritatem manu adſequi, quod Ammianus oſtendit apertiſſimè *lib.* 14. Idem nos in ſenatuſconſultis & edictis ſcribendis, vti colligitur ex valerio Probo in notis. Vnde Manilius, Et hic ſcriptor erit fœlix, cui litera verbum eſt, Quique notis linguam ſuperet, curſumque loquentis Excipiat longas noua per compendia voces: & *mox*, Hic etiam legum Tabulas & condita iura Nouerit, atque notis leuibus pendentia iura. Hinc *Notarij*. Erant & huiuſmodi notis pleni iuriſconſultorũ libri quas ſiue ſiglas, ſiue biglas dixeris, vtiliter imperator ſuſtulit 2. *Idor.* 22. Notis etiam ſcribi teſtamenta militum permiſſum erat, *l.* 40 *ĵ. de teſtamento militis*: *l.* 6. *in fin. ĵ de bonorum poſſeſſ.* Legimus apud Fabium notis exceptam fuiſſe orationem Ciceronis pro Milone.
c Immò abſunt vt hunc locum adfirmatiuè legit Accurſ. Quibuſdam ita videtur. notarios qui actibus publicis præſidum adſunt, Reipublicæ cauſa abeſſe: qui eorum priuatis negotiis, non abeſſe.
q *l* 6. *inf. de iure immunit. v. l.* 1. *C. de poſſ. & medic.*
e i. licentia abeundi. *v. l.* 1. *inf. de re militari* μετὰ ἀπολύσεως, poſt dimiſſionem. 10. *Eclog.* 1. *c.* 35.
f ὁ μισθωσάμενος δημόσια τέλη, qui vectigalia publica conducit Reipub. cauſa non abeſt. 10. *Eclog.* 1. *c.* 35. Poſſis & hic ſtationarios intelligere de quib. dixi *ad l.* 5. *Cod. de vectigal.*
g quia ſui commodi cauſa & volentes occupantur, *v. l.* 36. *inf. eod.* h ad legendos. i legendi curam gererent. *Halo.* k Immò non abſunt *l.* 1. *inf. de re militari*, vbi dixi. l *l.* 32. *s. eo.* adde quæ ſcripſi ad tit. *de offic. procur. Cæſar.* m alicuius. n. tota, *l.* 6. § *qui vniuerſas. s. de officio præſidius.* o plures enim fuerunt in vna prouincia. *Baro.* d quarundam tantum. Procuratores itaque Cæſaris, non vnius tantum generis fuere. Quibuſdam enim prouinciæ vniuerſæ & integræ committebantur quibuſdam verò nonnullæ tantum. q *v. l.* 8. §. 9. *inf. de excuſat. tutorum.* r Irenarchæ tales. *v. l.* 15. §. *Irenarchæ inf. de muner.* hæc etiam cura præfecti vrbi fuit, *l.* 1. *s. de off. P. vrbi.* ſ *l.* 6. *s. de in integ.* t *l.* 41. §. 2. *inf. de excuſ. tut.* u qui cum commeatu, i. cum licencia. x *v. l.* 34. *s. eo.* y Non dicimus eos abeſſe Reipub. cauſa qui non neceſſitate ſed commodi ſui cauſa abſunt, 10 *Ecl.* 26. *c.* 37. z *l.* 42. *inf. eo.* a i. vltra quadrimeſtre tempus, *l.* 10. *C. de adſeſſor.* b quinetiam puniuntur, *d. l.* 10. c *l.* 37. *s. eo.* d ſacrilegij, *v. l. vlt. de crim. ſacril.* vel violatarum legũ

3 ¶ Tandiu reipublicæ cauſa & abeſſe quis videbitur, quandiu officio aliquo præeſt. Quod ſi finitum fuerit officium, iam deſinit abeſſe reipublicæ cauſa *a*. Sed ad reuertendum illi tempora computabimus ſtatim, atque deſiit reipublicæ cauſa abeſſe, " ea ", quibus reuerti in vrbem potuit. Et erit moderatum, tempora ei dare, quæ lex *b* reuertentib. præſtitit *c*.

¶ Quarto ſi quò deflexerit ſuæ rei cauſa, non dubitamus id tempus ei non proficere, habitáque dinumeratione temporis, quo reuerti potuit, ſtatim eum dicemus deſiiſſe reipublicæ cauſa abeſſe.

¶ Planè ſi infirmitate impeditus, continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis *d*: ſicuti haberi ſolet & hyemis, & nauigationis, & cæterorum, quæ caſu contingunt.

De abſente qui procuratorem reliquit.

39. *Paulus* lib. I. Sententiarum.

IS, qui reipulicæ cauſa affuturus erat, ſi procuratorem reliquerit *e*, per quem defendi potuit, in integrum volens reſtitui, non *f* auditur.

Si aduerſus accuſationem omiſſam. 1. De reſtitutione damnati cuius bona alius vſurpauerit.

40. *Vlpianus* libro 5. Opinionum.

SI qua militi accuſatio comperat tempore *g*, quo reipublicæ operam dedit non perimitur.

1 ¶ Quod eo tempore, quo *h* in inſula aliquis fuit, ex pœna ei irrogata, cuius reſtitutionem impetrauit, ab alio vſurpatum *i* ex bonis, quæ non erant adempta, *k* probatum fuerit: ſuæ *l* cauſæ reſtituendum eſt.

Si aduerſus conditionem non impletam.

41. *Iulianus* lib. 35. Digeſtorum.

SI quis Titio legauerit, ſi *mortis ſuæ tempore in* *m* *Italia eſſet: aut in annos ſingulos. quoad in Italia eſſet*: & ei, quia ob id, *n*, quòd reipublicæ cauſa abfuit, excluſus fuerit à legato, fideicommiſſum ab eo relictum præſtare cogitur, Marcellus notat. Quis enim dubitauit, ſalua legatorum & fideicommiſſorum cauſa, *o* militi reſtitui hereditatem, quam ob id perdidit, quòd reipublicæ cauſa abfuit?

De eo qui ſui negotij cauſa in ligatione eſt.

42. *Alfenus* lib. 5. Digeſtorum.

NOn verà dicitur, reipublicæ cauſa abeſſe " eum", qui ſui *o* priuati negotij cauſa in ligatione eſt.

Si aduerſus conditionem deficientem.

43. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum. *p*.

SI quis ſtipulatus ſit *in annos ſingulos: quoad* *q* *in Italia eſſet vel ipſe vel* *r* *promiſſor*: & alteruter reipublicæ cauſa abeſſe cœperit: officium prętoris eſt, introducere *ſ* vtilem actionem. Eadem dicemus, & ſi ita concepta ſtipulatio fuerit: *Si quinquennio proximo Romæ fuerit*, vel ita, *ſi " Romæ " non fuerit centum dare ſpondet?*

Ex quibus cauſis reipub. cauſa abſens non reſtituitur.

44. *Paulus* lib. 2. ad Sabinum.

IS, qui Reipublicæ cauſa abeſt in aliqua re læſus, non reſtituitur, in qua *t* etiamſi reipublicæ cauſa non abfuiſſet, damnum erat paſſurus.

De militibus.

45. *Scæuola* lib. I. Regularum.

MIlites omnes *u*, qui diſcedere *x* ſignis *y* ſine periculo non poſſunt, reipublicæ cauſa abeſſe intelliguntur.

Si aduerſus abſentem.

46. *Marcianus* lib. 2. Regularum.

QVi reipublicæ cauſa abfuit, etiam aduerſus eum qui pariter reipublicæ cauſa abfuerit *z*, reſtituendus eſt, ſi aliquid damni iuſtè queritur.

DE ALIENATIONE, IVDICII mutandi cauſa, facta *a*.

TIT. VII.

Ratio & ſumma edicti. 1. Si quis homini alterius prouincia vel potentiorem oppoſuerit.

Gaius lib. 4. ad Edictum prouinciale.

OMnibus *a* modis proconſul *b* id agit, ne cuius deterior cauſa fiat ex alieno facto *c*. Et cùm intelligeret iudicio " nouum exitum interdum duriorem " nobis " conſtitui oppoſito nobis alio aduerſario *d*, in eam quoque rem proſpexit, *vt ſi quis alienando rem, alium nobis aduerſarium in loco ſubſtituerit. idque data opera in fraudem noſtram fecerit: tanti nobis in factum actione teneatur quanti noſtra interſit* e, *alium aduerſarium nos non habuiſſe*

1 ¶ Itaque ſi alterius prouinciæ hominem, aut potentiorom *f* nobis oppoſuerit aduerſarium, tenebitur.

2. *Paulus* libro 13. ad Edictum.

AVt alium, qui vexaturus ſit aduerſarium.

1. De manumiſſione. 2. quòd vi aut clam & aqua pluuiæ arcenda. 3 De operis nbui nunciatione. 4. Quid veniat in hanc actionem 5. Si is qui tenetur hoc edicto paratus ſit vtile iudicium pati ac ſi poſſideret.

3. *Gaius* libro 4. ad Edictum Prouinciale.

QVia etiam ſi cum eo, qui alterius prouinciæ ſit, experiar *g*, in illius prouincia experiri debeo, & potentiori pates eſſe non poſſumus *h*.

1 ¶ Sed & ſi hominem, quem petebamus, manumiſerit: durior noſtra conditio ſit, quia prætores faueant libertatibus *i*.

2 ¶ Item ſi locum in quo opus feceris, cuius nomine interdicto, *Quod vi aut clam*, vel actione aquæ pluuiæ arcendę tenebaris, alienaueris *k*, durior noſtra conditio facta intelligitur, quia ſi tecum ageretur, tuis impenſis id opus tollere deberes: nunc verò, cùm incipiat mihi aduerſus alium actio eſſe, quàm qui fecerit, còmpellor meis impenſis id tollere, quia qui ab alio factum poſſidet, hactenus iſtis actionibus tenetur, vt patiatur id opus tolli.

3 ¶ Opus quoque nouum ſi tibi nunciauerim, túque eum locum alienaueris, & emptor opus fecerit: dicitur te *l* hoc iudicio teneri: quaſi neque tecum ex operis noui nunciatione agere poſſim, quia nihil feceris: neque cum eo, cui id alienaueris, quia ei nunciatum non ſit.

4 ¶ Ex quibus apparet, quod proconſul *m* *in integrum reſtituturum ſe pollicetur*: vt hac actione officio tantum iudicis conſequatur actor, quantum eius interſit *n*, alium aduerſarium non habuiſſe, fortè ſi quas impenſas fecerit: aut ſi quam *o* aliam incommoditatem paſſus erit, alio aduerſario ſubſtituto.

5 ¶ Quid ergo eſt, ſi *p* is aduerſus quem talis actio competit, paratus ſit vtile iudicium pati, perinde ac ſi poſſideret? rectè dicitur, denegandam eſſe aduerſus eum ex hoc edicto actionem *q*.

De vſucapione rei alienatæ. 1. De cauſa alienationis. 2. De dominij vel poſſeſſionis tranſlatione. 3. De cauſa alienationis. 4. De ſeruitute. 5. Quid veniat in hanc actionem: qua ex cauſa detur: & intra quod tempus de ſucceſſoribus.

4. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

ITem ſi res fuerint vſucaptę ab eo, cui alienatę ſint, nec peti ab hoc poſſint: locum habet hoc edictum.

1 ¶ Itémque fieri poteſt vt ſine dolo malo quidem poſſidere deſierit, verùm iudicij mutandi cauſa id fiat. Sunt & alia complura talia.

¶ Poteſt autem aliquis dolo malo deſinere poſſidere, nec tamen iudicij mutandi cauſa feciſſe; nec hoc edicto teneri: neque *r* enim alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem *ſ*. Non tamen eius factum improbat prętor, qui tanti habuit re carere, ne propter eam ſępius litigarer: hęc enim verecunda cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt vituperanda *t*: ſed eius duntaxat, qui cùm rem habere vult, litem ad alium transfert, vt moleſtum aduerſarium pro ſe ſubiiciat.

2 ¶ Pedius libro nono.

NOn ſolùm ad dominij tranſlationem hoc edictum pertinere ait, verùm *x* ad poſſeſſionis quoque: alioquin, cùm quo in rem agebatur " (inquit ") ſi poſſeſſione ceſſit *y* non tenebitur *z*.

3 ¶ Si quis *a* autem ob valetudinem, aut ætatem, aut occupationes neceſſarias litem in alium tranſtulerit, in ea cauſa non eſt, vt hoc edicto teneatur. Cùm in hoc edicto *doli mali* fiat mentio *b*. Cæterùm *c* erit interdictum & per procuratores litigare, dominio in eos plerunque ex iuſta cauſa tranſlato.

4 ¶ Ad iura etiam prędiorum *d* hoc edictum pertinet: modò ſi dolo malo fiat alienatio.

a *l*. 37. *ſ*. *eo*.
b Iulii & Papia Vt inſcriptio huius legis oſtendit v. quæ ſcripſi ad *l*. 317. *de verb. ſign*.
c id eſt vicena millia paſſuum in dies ſingulos, *v. l*. 1. *ſ*. *ſi quis cautionib*.
d *v. l*. 12. *§*. 3. *& ſeq*. *ſ*. *ſi quis cautionib*.
e *l*. 8. *in fin*. *ſ*. *de in integrum*.
f Immo audietur, *l*. 27. *ſ*. *vlt*. *§*. *ead*.
g *l*. 1. *ſ*. *eod*. *l*. 2. *C*. *de reſtit. milit*.
h *v. l*. 26. *§*. 1. *ſ*. *eo*.
i illicite, *v. l. illicitas* 6. *ſ*. *de officio præſidis*.
k per ſententiam; non omnia itaque bona adimebantur in inſulam deportandis.
l vt reſtitutus in integrum id vna cum aliis ſuis bonis habeat.
m adde *l*. 17. *§*. 1. *ſ*. *eo*. *l*. 43. *ſ*. *eo*.
n Immo, ob id, id eſt, quia emolumentum non habet, legatum præſtare non debet, *l*. 2. *§*. *item*. *ſ*. *de legatis præſtandis*.
o *l*. 36. *ſ*. *eo*.
p vide in hanc *l*. *Cuiac*. 7. *tractatu ad Africanum*.
q adde *l*. 41. *ſ*. *eo*.
r hoc eſt, quoad in Italia erit ſtipulator, quoad in Italia erit promiſſor.
ſ Introducere pretor dicitur vtiles actiones, quæ ex mero officio eius proficiſcuntur, directis deficientibus. *§*. *introducit*. *§*. *præterea*. *Inſt*. *quod cum eo* *l*. 11. *ſ*. *quæ in fraudem cred*. vel deficiente edicto, vt in caſibus huius legis edictum deficit. Eſt enim tantùm de reſtituendis actionibus, temporalibus quarum dies exiit, abſente eo, cui, vel in quem, competebant non de reſtituendis etiam his, quarum conditio defecit: ſed tamen reſtituentur officio prætoris, quia prætori non habetur pro defecta conditio quæ fuit in poteſtate ſtipulatoris Vel promiſſoris, ſi non ſponte eius defecerit, ſui cogente neceſſitate. Duplex igitur eſt actio reſtitutoria: vno ex edicto, altera ex decreto: ſiue officio prætoris *l*. 20. *ſ*. *eod*. *C*. *eod*. & vtraque vtilis, ſed ad priorem vtilem accomodota eſt poſterior: vtilium enim actionum, ſæpe in iure aliæ ſeu quædam, ſunt vtiles. vide *Cuiac*. 7. *ad Africanum ad hanc legem*.
t *l*. 14. *§*. 11. *inf. quod metus cauſa*: *l*. 14. *in fi*. *inf*. *de poſiti*.
u & eorum vxores cum maritis peregrinantes, *l*. 1. *C*. *de vxoribus militum*.
x v. quæ ſcripſi ad *l*. 2. *ſ*. *de in ius vocando*.
y *al*. à ſignis.
z licet abſens contra abſentem hic reſtituatur, non tamen conſequitur priuilegiatum aduerſus priuilegiatum reſtitui. Nec enim miles quia abſens, ideo priuilegium habet: quia ſola abſentia non eſt cauſa priuilegij, ſed abſentia cum lęſione *Bart*.
a 2. *C*. 55. *I*. *Extrauag*.

a quibus poteſt.
b Cur proconſulis ſit hic mentio? ſumpta hæc lex eſt ex edicto prouinciali. Idem tamen ſentiendū de prætore.
c i. vendendo, *l*. 3. *§*. 2. *ſ*. *eo*. diuidendo, *l*. 24. *in fin*. *ſ*. *comm. diuid*. donando, *arg*. *l*. 2. *C*. *ne fiſcus*. manumittendo, *l*. 3. *§*. 1. *ſ*. *eo*. reſtitutionem impetrando. *l*. 29. *ſ*. *tit. prox*. iurando, *l*. 1. *inf*. *ſi mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur*.
d putà alterius prouinciæ, potentiore, ingenuo, milite, clerico, Eccleſia, *Doctor*, *hic*.
e *l*. 3. *§*. *pen*. *l*. 4. *§*. *pen*. *inf*. *eo*.
f Atqui hoc caſu locus eſſe videtur legi 1. *C*. *ne liceat potent*. An ibi actor: hic reus alienauit, vt vult Accurſius?
g Actor forum rei ſequitur. *v. l*. 2. *C*. *de iuriſd*.
h *l*. 1. *in fin*. *ſ*. *ſi ex arbitris*, *l*. 1. *§*. *ſi vicinum*. *inf*. *de aqua pluuia*.
i in re dubia & pari cauſa, *v. l*. 24. *ſ*. *de manumiſſ*.
k *l*. 16. *in fi*. *inf*. *de aqua pluuia*.
l Immo emptorem ſeu poſſeſſorem, *l*. *vlt*. *inf*. *de noui operis*: Immo alteruroum, *l*. 1. *C*. *hoc tit*.
m in edicto ſuo prouinciali ſcilicet.
n *l*. 1. *in princip*. *ſ*. *eodem*.
o etiam antequam agam aduerſus poſſeſſorem, dixi *l*. 1. *ſ*. *eo*.
p ſimilis ſubiectio eſt in *l*. 7. *§*. 5. *ſ*. *de dolo*.
q cùm nihil interſit actoris, *l*. 4. *§*. *ſ*. *eod*. & priſtinam cauſam reſtituat *l*. 8. *inf*. *eodem*.
r *l*. 119. *inf*. *de regul. iur*.
ſ An cum Placentino ex hoc verbo colligemus: Huic edicto locum non eſſe, niſi proprietas alienetur? Minimè *v*. *§*. 2. *inf*. *eo*.
t *v. l*. 13. *C*. *de iudiciis*.
u An & ex eo colligemus: Huic edicto locum non eſſe, niſi res clam alienetur? Minimè.
x Siue dominium ſiue poſſeſſio transferatur in alium, hoc edictum locum habet.
y Differunt cedere & transferre poſſeſſionem.
z *§*. 1. *ſ*. *eo*.
a Neceſſariis de cauſis licet litem in alium transferre.
b In ſumma ad hoc edictum tria requiruntur. I. vt iudicij mutandi cauſa. II. vt per fraudem alienetur. III. vt interſit actoris *Zaſ*.
c id eſt, cæteroqui Vel alioqui, eſtque argumentum ab abſurdo, *Bar*. Sed Oldendorpius *claſſ*. 1. *act*. 11. *nu*. 5. putat reuera in fraudem huius edicti procuratorem conſtitui. Vter verius ſentit? *Accurſius hic*.
d & ad perſonales ſeruitutes, & ſuperficiem.

¶ Hæc

Non datur 3 hoc caſu [illegible] ſi vero 3 [illegible] ad [illegible] alterius ad potentiorem [illegible] et ideo habet [illegible] hoc edicto [illegible] [illegible] non [illegible] de [illegible] [illegible] cap. 2. [illegible] 207. de interdic [illegible]

5 ¶ Hæc actio in id, quod intereſt, competit, proinde ſi res non fuit petitoris: aut ſi is, qui alienatus eſt, ſine culpa deceſſit, ceſſat iudicium: niſi "ſi" quid actoris præterea interfuit.

6 ¶ Hæc actio non *a* eſt pœnalis, ſed rei perſecutionem arbitrio iudicis continet. quare & heredi dabitur *b*: in heredem autem:

5. *Paulus* lib. 12. ad Edictum.

VEl ſimilem;

6. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

VEl poſt annum *c*, non dabitur.

7. *Gaius* lib. 4. ad Edictum prouinciale.

QVia pertinet quidem ad rei perſecutionem, videtur autem ex delicto dari.

Si quis rem exhibeat, non priſtinam iudicij cauſam. 1. De heredis inſtitutione & legato. 4. Si quis alienauerit, deinde receperit. 5. De redhibitione.

8. *Paulus* libro 12. ad Edictum.

EX hoc edicto tenetur, & qui rem exhibet, ſi arbitratu iudicis priſtinam iudicij cauſam non reſtituit *d*. ¶ Ait Prætor: *Quæue alienatio iudicij mutandi cauſa facta erit.* id eſt, "ſi" futuri iudicij cauſa, non eius quod iam ſit *f*.

2 ¶ *Alienare* intelligitur etiam, qui alienam *g* rem vendidit.

3 ¶ Sed heredem inſtituendo, vel legando, ſi quis alienet, huic edicto locus non erit *h*.

4 ¶ Si quis alienauerit *i*, deinde receperit, non tenebitur hoc edicto.

5 ¶ Qui venditori ſuo redhibet non *k* videtur iudicij mutandi cauſa ab alienare *l*.

9. *Paulus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

QVia redhibito homine, omnia retrò aguntur *m*. & ideo non videtur iudicij mutandi cauſa alienare, cui redhibet, niſi ſi propter hoc ipſum redhibet, non redhibiturus alias.

De ſolutione debiti. 1. Si tutor vel curator alienauerit.

10. *Vlpianus* lib 12. ad Edictum.

NAm & ſi obligatus ſoluero, quod à me petere velles, huic edicto locus non *n* erit *o*.

1 ¶ Si tutor pupilli vel adgnatus *p* furioſi alienauerint, vtilis actio competit, quia conſilium *q* huius fraudis inire non poſſunt.

De re ab actione militi donata.

11. *Idem* lib. 5. Opinionum.

CVm miles poſtulabat, ſuo nomine litigare de poſſeſſionibus, quas ſibi donatas *r* eſſe dicebat; reſponſum eſt, ſi iudicij mutandi cauſa donatio facta fuerit, priorem dominum experiri oportere: vt rem magis, quàm litem in militem tranſtuliſſe credatur.

Communi diuidundo.

12. *Marcianus* lib. 4. Inſtitutionum.

SI quis iudicij communis diuidundo euitandi cauſa rem alienauerit, ex Lege Licinnia *ſ* ei interdicitur ne communi diuidundo iudicio experiatur *t*: verbi gratia, vt potentior emptor per licitationem *u* vilius eam accipiat, & per hoc iterum ipſe recipiat. Sed ipſe quidem, qui partem alienauerit, communi diuidundo iudicio ſi agere velit, non audietur. Is verò, qui emit, ſi experiri velit, ex illa parte edicti vetatur, qua cauetur, *Ne qua alienatio iudicij mutandi cauſa fiat.*

a v. quæ ſcripſi *eod. l. 9. inf. ĵ. de vrb. auctor iudicis poſſid.*
b excipe §. *non autem omnes 1. Inſt. de perpetuis.*
c *l. 16. in fi. ĵ. de aqua pluuia*, vtilē non continuum. *Cuiac. ad l. 14. ſ. quod metus cauſ.*
d Non exhibet, qui inutiliter, doloſè, obſcure, aut captioſè aut cauſa mutata rem exhibet. *Bar. Zaſ.*
e Verbum *Erit* futurum tempus denotat.
f tunc enim alienatio nullius momenti exiſtit, nec indiget hac actione *l. 2. l. vlt. C. de litig.*
g Alienum enim vendere poſſumus, v. *l. 28. ĵ. de contrah. emp.*
h confertur enim poſt mortem, & neceſſitate fit. *Bart.*
i *Alienandi* verbum hic cum effectu accipiendum eſt. *Baro.*
k Cur? ſuo iure vtitur, & conſequenter alteri iniuriam non facit adde *l. 9. l. 10. ĵ. eodem.*
l *l. 97. ĵ. de verb. ſign.*
m *l. 21. ĵ. de ædilit.*
n Cur? quia ſolui id quod debui.
o in quem? *v. l. 15. ſ. de dolo. l. 1. ĵ. quando ex facto tutor*
p Agnatorum in cura furioſi.
q Conſiliũ fraudis nullum eſt in furioſo.
r *v. l. 22. §. lites. ĵ. de iure fiſci.*
ſ idque ipſo iure, *Cuia.*
t tenetur tamen ea actione, Quòd feciſti, ne tecum communi diuidundo ageretur, *l. 24. in fi. ĵ. com. diuid.*
u *l. 2. C. communi diuid.*
x 2. *C.* 56. & 1. *Extra* 43. & 1. *in ſexto* 22.
y De duobus arbitrorum generibus, v. *l. 79. ĵ. pro ſocio.*

DE x RECEPTIS QVI ARBITRIVM receperunt y, vt ſententiam dicant.

TIT. VIII.

Collatio compromiſsi cum iudicio.

Paulus lib. 2. ad Edictum.

COmpromiſſum ad z ſimilitudinem iudiciorum *a* redigitur *b*: & ad finiendas lites pertinet.

Effectus compromiſſi.

2. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

EX compromiſſo placet exceptionem *c* non *d* naſci, ſed pœnæ *e* petitionem. †

a vide in hunc locum *Socicum regula 27. Damhauderium in prax. arbiter.* a ἔοικε προσφόρῳ δικαστηρίῳ, *7. Eclo. 2. c. 1. & 1. Harm. 4. §. 56.* iudicio competenti ſimile eſt.
b *32. §. 9. in fi. ĵ. eo l. 14. §. 1. C. de iudic.* ideoque ſcriptura requiritur, *l. 1. 2. 3. C. de ſententiis ex breuiculo recitandis: vide Schenkium 1. Viridar. 65.*
c Exceptio naſcitur ex re iudicata *ĵ. de except. rei iudic* at non ex arbitrio.
d multo minus iudicati actionem. *arg. l. 1. C. eo.*
e in ſtipulationem deductæ. † Notandum eſt citra iudicia ordinaria, lites, vel ab arbitratoribus (de quibus notaui *l. 76. infra pro ſocio*) vel ab arbitris componi: horum alij à iudicibus dantur, alij ab ipſis partibus eliguntur. Si in hos conſtipulatione vel nudo pacto ſub pœna compromiſſum eſt, ex tali compromiſſo naſcetur pœnæ petitio, & pacti exceptio, *vt hic* & *l. vlt. inf. eodem.* Si ſub iureiurando, vtilis in rem, vel actio in factum, vel condictio, ex *l. 4. & penult. Cod. eod.* competet. Eſt tamen ea forma compromittendi à Iuſtiniano ſublata: *Nouell. 82. c. 11.* Si ſine iureiurando vel pœnali ſtipulatione, ex tali arbitrio datur incerti actio, *l. 27. in fin. infrà eod.* Quid ſi litigatores ei tacitè vel expreſsè adquieuerint? ſuperiores actiones ex *d. cta l. 4.* videntur competere: quas tamen Cuiacius *in d. tit.* negat in Baſilicis reperiri. Eſt tutius ſtare formæ compromittendi à Iuſtiniano traditæ *d. Nou. 82.* vt neque iureiurando, neque citra pœnæ ſtipulationem

De ſententia arbitri aduerſus [illegible]. 1. Ratio edicti de arbitro cogendo. 2. Si magiſtratus arbitrium receperit. 3. De perſonis arbitrantium.

3. *Idem* lib. 13. ad Edictum.

LAbeo ait, ſi compromiſſo facto ſententia dicta eſt, *qua quis à a minore vigintiquinque annis tutela abſolueretur*, ratum id à prætore non habendum: neque pœnæ eo nomine commiſſæ petitio dabitur.

1 ¶ Tametſi neminem prætor cogat arbitrium accipere (quoniam hæc res libera *b* & ſoluta eſt, & extra neceſſitatem iuriſdictionis poſita) attamen, vbi *c* ſemel quis in ſe receperit arbitrium, ad curam, & ſolicitudinem ſuam hanc rem pertinere prætor putat: non tantùm quod ſtuderet lites finiri: verùm quoniam non deberent decipi, qui eum, quaſi virum bonum, diſceptatorem inter ſe elegerunt. Finge enim, poſt cauſam iam ſemel, atque iterum tractatam, poſt nudata vtriuſque intima, & ſecreta negotij aperta, arbitrium vel gratiæ *d* dantem, vel ſordibus *e* corruptum, vel alia "qua" ex cauſa nolle ſententiam dicere, quiſquámne poteſt negare, æquiſſimum fore prætorem interponere ſe "debuiſſe", vt officium quod in ſe recepit, impleret *f*.

2 ¶ Ait prætor, *Qui arbitrium pecunia compromiſſa receperit.*

3 ¶ Tractemus de perſonis arbitrantium. Et quidem arbitrum cuiuſcunque dignitatis coget, officio, quod ſuſceperit, perfungi; etiam ſi ſit conſularis; niſi fortè ſit in aliquo magiſtratu poſitus, vel poteſtate, conſul fortè, vel Prætor: quoniam in hos imperium non habet.

4. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

NAm magiſtratus ſuperiore, aut pari imperio, nullo modo *g* poſſunt cogi *h*: nec intereſt ante, an in ipſo magiſtratu arbitrium ſuſceperint. inferiores *i* poſſunt "cogi *k*."

De filiofamilias arbitro.

5. *Vlpianus*. lib. 13. ad Edictum.

SEd & filius familias compelletur.

6. *Gaius* lib. 5. ad Edictum prouinciale.

QVinetiam de re patris *l* dicitur filium familias arbitrum eſſe: nam *m* & iudicem eum eſſe poſſe, plerîſque placet.

De ſtatu & fama arbitri. 1. Si in Titium & ſeruum compromiſſum ſit.

7. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

PEdius libro nono, & Pomponius libro trigeſimo tertio ſcribunt, parui referre, ingenuus quis, an libertinus ſit, integræ famæ qui ſit arbiter, an ignominioſus *n*. In ſeruum Labeo compromitti non *o* poſſe libro vndecimo ſcribit; & eſt verum.

1 ¶ Vnde Iulianus ait, ſi in titium & ſeruum compromiſſum ſit, nec Titium cogendum ſententiam dicere, quia cum alio receperit *p*: quamuis ſerui (inquit) arbitrium nullum ſit. Quid tamen, ſi dixerit ſententiam Titius? pœna non committitur: quia non vt receperit, dixi ſententiam *q*.

8. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

SEd ſi ita compromiſſum ſit, vt "vel alterutrius" ſententia valeat, Titium cogendum *r*.

De ſtatu arbitri. 1. De pupillo furioſo, muto, ſurdo. 2. Si idem ſit iudex & arbiter. 3. De ſordibus & turpitudine arbitri. 4. Si arbitrum litigatores infamauerint: aut ſi contempſerint, aut ad alium ierint.

9. *Vlpianus* lib 13. ad Edictum.

SEd ſi in ſeruum compromittatur, & liber ſententiam dixerit: puto ſi liber factus fecerit conſentientibus partibus valere *ſ*.

1 ¶ Sed neque in pupillum *t*, neque in furioſum, aut ſurdum, aut mutum, compromittetur, vt Pomponius libro trigeſimo tertio ſcribit.

2 ¶ Si quis iudex ſit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex eſt, inve ſe compromitti iubere prohibetur lege Iulia *u* &, ſi ſententiam dixerit, non eſt danda pœnæ perſecutio.

3 ¶ Sunt & alij, qui non coguntur ſententiam dicere: vt puta ſi ſordes, aut turpitudo arbitri manifeſta ſit *x*.

4 ¶ Iulianus ait, ſi eum infamauerunt litigatores, non omnimodo prætorem debere eum excuſare, ſed cauſa cognita.

5 ¶ Idem &, ſi ſpreta *y* auctoritate eius ad iudicium *z*.

10. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

VEl alium arbitrium.

1. Si compromiſſum non ſit. 2. Pecunia compromiſſa quomodo accipitur. 3. De nudo pacto. 4. Si pœna ab vno litigatore. 5. Vel ſub conditione promiſſa ſit.

11. *Vlpianus* libro 13. ad Edictum.

pœnalem, ſi com- promiſſum fiat. Sed tamen Leo *Nou. 72.* conſtituit, vt pacta etiam non conſtituta pœna valeant.
a Minor reſtituitur aduerſus compromiſſum *l. 35. ĵ. eod. l. 34. ſ. de minorib.*
b adde *l. 9. § 2. ĵ. eodem.*
c Arbitrium ſemel receptum, arbiter ſua voluntate repudiare nō poteſt. *v. Paponem 6. Arreſtorum 3. §. 3.* adde *l. 5. C. de obl.*
d amicitiæ.
e Sordes in arbitro pecunia vel odio aliquid facere.
f Imò ſi ſordes in eo ſint, non erit cogendus, *l. 9. § 3. ĵ. eod.*
g *l. 4. ĵ. eod. l. 58. ĵ. de iudic. l. 13. §. 4. infr. ad Treb.*
h *l. 6. in fin. ſ. de poſtul.*
i ueluti Aediles Curules, Quæſtores, item Conſulares. Hi enim nullum habent imperium. Pone etiā Proconſulem legatum ſuum cogere: eſt enim Proconſulis in legatum ſuum maius imperium, licet non eadem ſit iuriſdictio. *l. 58. inf. de iudiciis.*
k poſſunt tamen ſe ſubiicere *l. 1. ſ. de iuriſd.*
l *l. 12. § fin. infr. de iudiciis.*
m Argumentum à iudicio ad compromiſſum eſt, *vt hic.* ſeruus non poteſt in iudicio experiri, *l. 9. ſ. ſi quis cautionib. l. 53. ĵ. de iudic.* ergo nec compromittere. Idem eſt in minore. Filiusfamilias de re patris iudex eſſe poteſt, ergo arbiter, *vt hic.*
n non idem eſt in aſſeſſore. *l. 2. ſ. de off. aſſeſſ.* & aduocato. *l. 1. §. 6. ſ. de poſtul.*
o *l. 68. ĵ. de verb ſignif.*
p & ita vtile per inutile vitiatur.
q *v. l. 32. §. 13 inf. eodem.*
r Inhabilis habili coniunctus totum arbitrium corrumpit: niſi cuilibet in ſolidum committatur *Zaſ.*
ſ alias ſeruus arbiter eſſe non poteſt, *l. 68. ĵ. de verb. ſign.*
t & minorem *l. 41. ĵ. eo.*
u de iudiciis priuatis, de qua *l. 61. inf. eod. l. 3. §. conuenire. inf. de iudiciis.* de qua vt & altera, dixi ad *l. 4. inf. de teſtib.*
x Immò eo caſu cogi poſſunt *l. 3. §. 1. in fi. ſ. eo.*
y *l. 10. l. 11. ĵ. eo.*

Litigatores ierint, mox ad eundem arbitrum redierint, prætorem non debere eum cogere inter eos diſceptare, qui ei contumeliam hanc fecerunt, vt eum ſpernerent, & ad alium irent.

¶ Arbitrum autem cogendum non eſſe ſenten- compromiſſum interuenerit. tiam dicere niſi *a*

2 ¶ Quod ait prætor, *pecuniam compromiſſam*; acci- pere nos debere, non ſi vtrinque pœna nummaria, ſed *b* ſi & alia res vice pœnæ, ſi quis arbitri ſenten- tia *c* non ſteterit, promiſſa ſit: " & ita " Pomponius ſcribit. Quid ergo, ſi res apud arbitrum depoſitæ *d.* ſunt eo pacto, *vt ei dare, qui vicerit*: vel *vt eam"rem" dare ? ſi non pareatur ſententiæ*: an cogendus ſit ſenten- tiam dicere. Et puto cogendum *e*. Tantundem, & ſi quantitas certa ad hoc apud eum deponatur, proin- de & ſi alter rem, alter pecuniam ſtipulanti promi- ſerit, plenum compromiſſum eſt, & cogetur ſenten- tiam dicere.

3 ¶ Interdum (vt Pomponius ſcribit) rectè nudo pacto fiet compromiſſum *f*: vtputà ſi ambo debito- res fuerunt, & pacti ſunt *ne petat, quod ſibi debetur, qui ſententiæ arbitri non paruit.*

4 ¶ Item Iulianus ſcribit, non cogendum arbi- trum ſententiam dicere, ſi alter promiſerit, alter non *g*.

5 ¶ Item dicit, & ſi ſub conditione fuerit pœna compromiſſa: veluti *ſi nauis ex Aſia venerit tot millia*: non enim priùs arbitrum cogendum ſententiam di- cere, quàm conditio *h* extiterit: ne ſit inefficax, deficiente conditione, & ita Pomponius libro 33. ad Edictum ſcribit.

12. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

Quo caſu ad pretorem pertinebit in eo forſitan ſolo, vt, ſi poſſit dies compromiſſi proferri, proferatur *i*.

De acceptilatione pœnæ compromiſſæ. 1. Si de vnius con- trouerſiis ſit compromiſſum, & alter pœnam promiſerit. 2. Quid ſit arbitrium recipere. 3. Quibus diebus cogitur arbiter ſen- tentiam dicere. 4. De ſpacio ad pronunciandum dando.

13. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

Pomponius ait, & ſi alteri *k* accepto lata ſit pœna compromiſſi, non debere eum compelli ſenten- tiam dicere *l*.

1 ¶ Idem Pomponius ſcribit *m*: Si de meis *n.* ſolis controuerſiis ſit compromiſſum, & de te pœnam ſim ſtipulatus, videndum, ne non ſit compromiſſum. ſed cui rei *o* moueatur, non video: nam ſi ideo, quia de vnius controuerſiis ſolùm compromiſſum eſt, nulla ratio eſt: licet.n. & de vna re compromittere. *p.* ſi verò "ideo", quia ex altera dumtaxat parte ſtipula- tio interuenit, eſt ratio *q*. Quandam ſi petitor *r* quis ſtipulatus eſt, poſſit dici plenum eſſe compro- miſſum: quia is, qui conuenitur, tutus eſt "veluti" pa- cti exceptione: is, qui conuenit, ſi arbitro non pa- reatur, habet ſtipulationem. Sed id verum eſſe non puto: neque.n. ſufficit, exceptionem habere, vt arbi- ter ſententiam dicere cogatur *ſ*.

2 *Recepiſſe t* autem *arbitrium* videtur, (vt Pedius libro nono dicit) qui iudicis partes ſuſcepit, finém- que ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturum pol- licetur *u*: quòd ſi (inquit (hactenus interuenit, *Vt experiretur, an conſilio ſuo, vel auctoritate diſcuti litem pate- rentur*: non videtur arbitrium recepiſſe *x*.

3 ¶ Arbiter ex compromiſſo his diebus non co- gitur ſententiam dicere, quibus iudex non cogetur: niſi dies compromiſſi exitura ſit, nec proferri poſſit.

4 ¶ Proinde ſi fortè vrgeatur a prætore ad ſen- tentiam, æquiſſimum erit, ſi iuret *y*, *ſibi de cauſa non- dum liquere*, ſpatium ei ad pronunciandum dari.

De compromiſſo ſine die.

14. *Pomponius* lib. 11. ad Quintum Mucium.

Sed ſi compromiſſum ſine die confectum eſt, neceſ- ſe eſt arbitro omnimodo dies *z* ſtatuere: partibus "ſcilicet" conſentientibus, & ita cauſam diſceptari quòd ſi hoc prætermiſerit, omni tempore *a* cogen- dus eſt ſententiam dicere.

Quibus ex cauſis arbiter excuſatur.

15. *Vlpianus* libro 13. ad Edictum.

Licèt autem prætor diſtrictè dicat, *ſententiam ſe ar- bitrum dicere coacturum*: attamen interdum rationem eius habere debet, & excuſationem recipere cauſa cognita: vtputà ſi fuerit infamatus *b* à litigatoribus: aut ſi inimicitiæ capitales *c* inter eum, & litigato- res, aut alterum ex litigatoribus interceſſerint *d*: aut ſi ætas *e*, aut valetudo quæ poſtea contingit, id ei munus remittat: aut occupatio negotiorum pro- priorum, vel profectio vrgens, aut munus aliquod reipublicæ, & id Labeo.

a l. 32. §. 1. ſ. eo.
b quia pecuniæ vocabulum patet latiſſimè. l. 22. ſ. de verb. ſign.
c al. ſententiæ.
d Depoſita apud arbitrum vim pœnæ & ſtipulationis obſtinent: poteſt arbiter ea tradere parti obtemperanti, puniro eum in modum contumace, l. 52. §. 12. ſ. de funBtis.
e vt exequatur ſuam ſententiam.
f arg. l. 1. §. pen. ſ. de pactis.
g l. 2. inf. eod.
h l. 32. §. 3. inf. ſ. eodem.
i ad hanc diei prolationem refer. l. 21. §. 5. l. 27. §. 2. in fi. inf. eod.
l Reſciſſo compromiſſo ex vna parte, ex vtraque reſcinditur. Bart.
l ne ſi ex vna tantum parte fiat promiſſio, ſententia eludatur. l. 11. §. pen. ſ. eo.
m & malè, verſ. ſed id.
n De meis ſolis controuerſiis compromittere poſſum, licet de tuis non compromittas vt hic: at non poſſum pœnam promittere, ſi arbitri ſententiæ paritum non erit, niſi & tu quoque pœnam promittas, verſ. ſi verò. Arbitrium illo, non hoc modo claudicare inre poteſt.
o ſed qua re moueatur.
p l. 21. §. plenum. inf. eod.
q ſ. quia contractus vna tantum parte conſiſteret. l. 21. §. pen. inf. eo.
r tanquam ſi petitor ſit qui ſtipulatur. Holand.
ſ Immo, ſufficit: cùm rectè nudo pacto, ex quo ſola eſt exceptio, fiat compromiſſum l. 11. §. 3. ſ. eo.
t Iudex compromiſſarius quis. 7. Eclo. 2. cap. 13.
u In eo diſcernitur arbiter ab arbitratore, ſi iudicis officium in litis ordinatione & ſententia ferenda aſſumit. Porrò, an authoritas eius pendeat à compromiſſo, v. l. 32. §. 15. inf. eo. au ab eo appelletur, v. l. 22. §. 2. ſ. eo. Quænam actiones dentur ex compromiſſo, oſtenſum eſt. l. 2. ſ. eo.
x Talis arbitrator dicitur: de cuius effectu v. quæ notaui in l. 76. in fin. inf. pro ſocio.
y v. 14. Gell. 2.
z al. diem facit l. 8. ſ. qui ſatiſdat.
a v. l. 3. §. pen. ſ. ea.
b l. 9. §. 4. l. 11. ſ. eo.
c v. l. 3. inf. de teſtib.
d eadem cauſa procuratorem excuſat. l. 8. §. 3. de procur.
e l. 41. infa. eodem.

1. Si arbiter iudicium ſuo nomine habeat.

16. *Paulus* lib. 15. ad Edictum.

Et ſi qua alia *a* incommoditas ei poſt arbitrium ſuſceptum incidat. *b*. Sed in cauſa valetudinis, ſimilibúſve, cauſa cognita differre *c* cogitur.

1 ¶ Arbiter iudicij ſui nomine, quod publicum, aut priuatum habet, excuſatus eſſe debet à compro- miſſo *d*: vtique ſi dies compromiſſi proferri non poteſt: quòd ſi poteſt, quare non cogat eum, cùm poteſt proferre? quod ſine vlla diſtrictione ipſius in- terdum futurum eſt. ¶ Si tamen vterque velit, eum ſententiam dicere: an quamuis cautum non ſit de die proferenda, non aliàs impetret, quia iudicium ha- beat, ne cogatur: quam ſi conſentiat, *e* denuo in ſe compromitti? Hæc, "ſcilicet" ſi dies exitura eſt *f*.

Si vnus ex litigatoribus bonis ceſſerit. 1. Si multo poſt reuertantur litigatores. 2. De pluribus arbitris. 3. De compro- miſſo, vt quod vni placet, alter pronuntiet. 4. De compromiſſo alternato. 5. De duobus arbitris, & tertio eligendo. 7. De tri- bus arbitris.

17. *Vlpianus* libro 13. ad Edictum.

Item ſi vnus ex litigatoribus bonis ſuis cedat: Iu- lianus libro quarto Digeſtorum ſcribit, non eſſe cogendum arbitrum ſententiam dicere: cùm neque agere, neque conueniri poſſit *g*.

¶ Si multo poſt *h* reuertantur ad arbitrium liti- gatores: non eſſe cogendum ſententiam dicere, La- beo ſcribit.

2 ¶ Item ſi plures ſunt, qui arbitrium receperunt; nemo *i* vnus cogendus erit ſententiam dicere *k*: ſed aut omnes, aut nullus *l*.

3 ¶ Inde Pomponius libro trigeſimo tertio quæ- rit, ſi ita ſit compromiſſum, *vt quod Titio diſceptatori m placet, id Seius pronunciet*: quis ſit cogendus? Et pu- to, tale arbitrium non valere, in quo libera *n* facul- tas arbitri ſententiæ non eſt futura *o*.

4 ¶ Sed ſi ita ſit compromiſſum, *arbitratu Titij aut Seij fieri p*: Pomponius ſcribit, & nos putamus, com- promiſſum valere: ſed is erit cogendus ſententiam dicere, in quem litigatores conſenſerint.

5 ¶ Si in duos fuerit ſic compromiſſum. *vt ſi diſſen- tirent tertium q adſumant tale compromiſſum non va- lere*: nam in adſumendo poſſunt diſſentire, ſed ſi ita ſit, vt "eis" tertius addſumeretur Sempronius, valet compromiſſum: quoniam in adſumendo diſſentire non poſſunt.

9 ¶ Principaliter tamen " quæramus, " ſi in duos arbitros ſit compromiſſum: an cogere *r* eos prætor debeat ſententiam dicere: quia res ferè ſine exitu futura eſt propter naturalem *ſ* hominum ad diſcen- tiendum facilitatem * In Impari *t* enim numero idcirco compromiſſum admittitur: non quoniam conſentire omnes facilè eſt: ſed quia *u* & ſi diſſentiant, inuenitur pars maior, cuius arbitrio ſtabitur.

¶ Sed viſitatum eſt etiam in duos compromitti, & debet prætor cogere arbitros *x*, ſi non conſentiant tertiam certam eligere perſonam cuius auctoritati pareatur.

7 ¶ Celſus libro ſecundo *x* Digeſtorum ſcribit, ſi in *y* tres fuerit compromiſſum, ſufficere "quidem" duorum conſenſum, ſi preſens fuerit & tertius: alio- quin abſente eo, licet duo conſentiant, arbitrium non valere: quia in plures fuit compromiſſum & potuit præſentia *z* eius *a* trahere eos in eius ſenten- tiam.

18. *Pomponius* lib. 17. Epiſtolarum [& variarum lectionum.]

Sicut *b* tribus iudicibus datis, quod duo ex con- ſenſu, abſente tertio iudicauerunt, nihil valet *c*; quia id demum quod maior pars omnium iudicauit, ratum eſt, cùm & omnes iudicaſſe palam eſt.

Qualis ſententia dicenda. 1. Quid ſit ſententiam decere. 2. De mutatione ſententiæ.

19. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

Qualem *d* autem ſententiam dicat arbiter, ad Prætorem non pertinere. Labeo ait; dummodo dicat quod ipſi videtur. *e*. Et ideo ſi ſic fuit in arbi- trum compromiſſum, *Vt certam ſententiam dicat*, nullum eſſe arbitrium, nec cogendum ſententiam dicere Iulianus ſcribit libro quarto Digeſtorum.

a vt ſi lingua' ei abſciſſa ſit.
b Quæ poſtea emergunt, nouo indigent auxilio. l. 11. §. 8. ſ. de interrog.
c diffindere vt in XII. Tabulis l. quæſitum. 60. inf. de re iudicata. l. 2. §. ſi quis iudicio: 3. ſ. ſi quis cautionib. l. iudex 46. inf. de. iudiciis.
d aliud eſſe videtur in reo capitis, quia non ſe ſiſtendo iudicio excuſatur. l. 4. ſ. ſi quis cautionib.
e l. 21. §. 3. ſ. eo. l. 13. §. pen. ſ. eo.
f l. 13. §. 3. ſ. eod. adde l. 1. in fi. l. 3. ſ. de ſepiis.
g tutus eſt enim exceptione. §. vl. Inſt. de repuplicat.
h Illud multo poſt arbitrio iudiics æſtimandum erit: alias cœpta arbitrandi authoritas triennio finietur, l. 12. C. de iudiciis.
i i. vnus eorum tantum non cogendus erit.
k l. 32. §. 13. inf. eod.
l Immò ſi duo adſint, ſat eſſe videntur. l. 3. ſupra quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.
m Diſceptator eſt qui litem & controuerſiam dirimit & componit: Iudex vel arbiter. Cicero in Partitionibus: aut auſcultator eſt modo qui audit, aut diſceptator, id eſt rei ſententiæque moderator.
n Libera debet eſſe arbitri ſententia.
o l. 19. inf. eod. nec enim diceret quod ipſi videretur.
p. i. arbitrio Titij aut Seij facere promittis.
q Tertius arbiter eſt velut ſuperarbiter & impararbiter. v. c. 61. de appell ἔντελος.
r v l. vlt. in fi. C. de iudiciis.
ſ Naturalis qualitas in homine eſt diſſentire, de qualitate naturali dixi ad l. 1. §. 10. inf. ſi quadrupes
t Imparem numerum antiqui proſperiorem hominibus crediderunt. Feſtus. Cæterùm de diuerſis, paribus uel imparibus iudicicum ſententiis. v. Cuia. 12. obſ. 16.
u vſu obtinuit vt arbitri cogantur pronunciare vel tertium eligere. Speculat in tit. de arbitris in §. ſequitur.
x al. tertio. y 1. Ham. 1. §. 73. *
z Hinc colligit Accurſius, abſentiam plus operari, quàm præſentiam cum contradictione.
a Vnius interdum ſententia, alios diſſentientes in rectam viam retrahit, Sic vnus Epheſius perſuadet Romanis vt petant leges à Græcis ciuitatibus, l. 2. §. exactis. ſ. de origine iuris. Vni ita Gamalieli cæteri omnes Iudæi ceſſerunt. Act. 5. Vni Paphnutio Nicæna Synodus conſenſum præbuit Sozomenus. 1. c. 22.
b Harmen. dicto loco.
c v. l. 30. inf. de re iudicata. cur ita? vide l. 26 inf. de reg. iur.
d 1. Harm 4. §. 8. id eſt, æquam vel iniquam: in ſcriptis, vel voce; præſens, vel per nuncium Bart. in c. quintauallis. extr. de iureiur.
e l. 17. §. 3. ſ. eod. alias arbitrium recepiſſe non videtur qui quod alij placeat ſe

1 ¶ *Dicere* autem *ſententiam* exiſtimamus eum,qui ea mente quid prononciat vt ſecundum id diſcedere eos à tota controuerſia velit *a*. Sed ſi de pluribus rebus ſit arbitrium receptum,niſi omnes controuerſias finierit, non videtur dicta ſententia, ſed adhuc erit à prætore cogendus.

2 ¶ Vnde videndum erit, an mutare ſententiam poſſit. & aliàs quidem eſt agitatum, ſi arbiter iuſſit dari, mox vetuit, vtrùm eo, quod iuſſit, an eo quod vetuit, ſtari debeat? Et Sabinus quidem putauit poſſe. Caſſius ſententiam magiſtri *b* ſui benè excuſat: & ait, Sabinum non de ea ſenſiſſe ſententia, quæ arbitrium finiat, ſed de prparatione cauſæ: vt putà ſi iuſſit *litigatores Kalendis adeſſe*, mox *idibus* iubeat: nam, mutare eum diem poſſe *c*. Cæterum ſi condemnauit] vel, abſoluit, dum arbiter eſſe deſierit, mutare [ſe ſententiam non poſſe.

20. *Gaius* libro quinto ad Edictum Prouinciale.

QVia arbiter, & ſi errauerit in ſententia dicenda corrigere eam non poteſt *d*.

1. Quomodo contra ſententiam arbitri ſit. 2. De die ſolutioni. 3. De ſententia incerta. 4. Si arbiter pœnam peti vetuit. 5. De prolatione diei. 6. De pleno compromiſſo. 7. Si arbiter aliquid non honeſtum. 8. Vel poſt diem compromiſſi adeſſe iuſſerit. 9. De abſentia vnius ex litigatoribus. 10. De loco arbitrij. 11. De die ſolutionis.

22. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

QVid tamen *e* ſi de pluribus controuerſiis ſumptus eſt nihil ſibi communibus, & de vna ſententiam dixit, de aliis nondum? nunquid deſiit eſſe arbiter? videamus igitur, an in prima controuerſia poſſit mutare ſententiam, de qua iam dixerat: Et multùm intereſt: *de omnibus ſimul vt dicat ſententiam.* compromiſſum eſt, an non. Nam ſi de omnibus, poterit mutare: nondum enim dixit ſententiam *f*. quòd ſi & ſeparatim: quaſi plura *g* ſunt compromiſſa: & ideò, quanto ad illam controuerſiam pertinet, arbiter eſſe deſierat.

1 ¶ Si arbiter ita pronuntiaſſet, *nihil videri* h *Titium debere Seio*: tametſi Seium non vetuiſſet petere tamen, ſi *i* quid petiſſet *y* videri contra ſententiam arbitri feciſſe: & id Ofilius, & Trebatius reſponderunt *k*.

2 ¶ Solutioni diem *l* poſſe arbitrum ſtatuere puto, & ita & Trebatius videtur ſentire.

3 ¶ Pomponius ait inutiliter *m* arbitrum incertam *n* ſententiam dicere: vtputa: *Quannum* o *ei debes redde. Diuiſioni veſtræ ſtari placet: pro ea parte, quam creditoribus tuis ſoluiſti. accipe.*

4 ¶ Item, ſi arbiter pœnam ex compromiſſo peti vetuerit, in libro trigeſimotertio apud Pomponium ſcriptum habeo, non valere: & habet rationem: quia non de pœna compromiſſum eſt *p*.

5 ¶ Papinianus libro tertio quæſtionum ait:

SI, cùm dies compromiſſi finiretur *q*, prolato *r* die litigatores denuò in eum compromiſerint, nec ſecundi compromiſſi arbitrium receperit: non eſſe cogendum recipere, ſi ipſe in mora non fuit, quo minùs partibus ſuis fungeretur, quòd ſi per eum,factum eſt: æquiſſimum eſſe cogi *ſ* eum à prætote ſequens recipere. Quę quæſtio ita procedit, ſi nihil in priore compromiſſo de die proferendo caueatur: cæterùm ſi *t* caueatur, & ipſe protulit, manſit arbiter.

6 ¶ Plenum compromiſſum appellatur *quod de rebus omnibus., controuerſiiſve compoſitum eſt*: nam ad omnes controuerſias pertinet. ſed ſi fortè de vna re ſit diſputatio, licet pleno compromiſſo actum ſit,tamen ex cæteris cauſis actiones ſupereſſe, id enim venit in compromiſſum *u* de quo actum eſt, (vt) veniret *x*. Sed eſt tutius, ſi quis de certa re compromiſſum facturus ſit,de ea ſola exprimi re in compromiſſo.

7 ¶ Non debent autem obtemperare *y* litigatores *ſi arbiter aliquid non honæſtum iuſſerit* z.

8 ¶ Si intrà diem compromiſſi aditus arbiter

dictum pollicitus eſt. Placeat, inquam in indiuiduo, non in genere ſubalterno, *l. 26. ȷ. de re iud. Zaſ. Antimon. 2.*

a *l. 13. §. 3. ſ. eo.*

b *Magiſter.* hic idem quod profeſſor. Iauolenus ita Iuliani præceptor fuit. Magiſtris & præceptoeibus opponuntur auditores l. 13. §. 6. ȷ. *de aqua pluu.*

c facit *l. 14. inf. de re iudic.*

d quia iudex eſſe deſiit, quum ſententiam dixit. 7. *Eclog.* 2. *c.* 13. 1. *Harmen.* 4. §. 59. & 60. quia per ſententiam expirat compromiſſum. *Ferrarienſ. in forma compromiſsi: in verbo dimittendum.* Conſenſu tamen partium *vis* ea & poteſtas ei tribui poteſt. An verum partibus tranſigere licet poſt ſententiam arbitri? negat Bartol. *l.* 20 ȷ. *eo.* quia per ſententiam arbitri, deſinit eſſe res dubia; nec ſuper vna re poſſunt ferri plures ſententiæ, *l. 1. Cod. quando prouocare.* An obſcuram ſententiã declarare poteſt arbiter? Ait Baldus *in l. 4. in fi. C. eod.* negat *Speculator, tit. de arbitr. verſ. ſed nunquid*, & rectè, functus enim arbiter officio ſuo, per ſententiam cenſetur.

e vide *Cuiac.* 12. *obſer.* 2.

f Compromiſſo rerum omnium, non ſatisfacit ſententia in vnam tantùm ſpeciem lata: & quia non ſatisfacit,nec ideo lata ſententia eſſe intelligitur, ideoque poſteà arbiter ſecundum proferre poteſt.

g Tot ſunt compromiſſa, quot res ſeparatim compromiſſæ vide quæ notaui ad l. 29. *inf. de verb. oblig.*

h De formula arbitrij ferendi hoc verbo, *videri*, concepta, adde, *l. 27. infr. de liberali cauſa, l. vlt. infr. de heredibus inſtituendis. l. 26. infr. de iure fiſci.*

i *l. 59. §. ȷ de re iudicata.*

k Iudex vel arbiter qui pronuncıat reum. *non videri debere*, ſatis vetat ab eo petere, *vt hic.* An teſtis depoſitio per dictum, *videtur*, valeat, *v. hic Bart.* & qua notaui in l 18. *C. de teſtib.* l *§. vlt. ȷ. eo. l. 23. inf. eo.*

m Immó vtiliter dicit, v. quæ notaui ad l. 5. §. 1. *l.* 59. §. 1. *inf. de re iudic.*

n *v. l. 1. C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate.*

o de formulis ſententiarum, adde quæ ſcripſi ad *l. 1. § 5. ad Tertullianum.*

p *v. l. 22. §. 15. inf. eo.*

q exiret, *l. 13. § 3. l. 16. in fin. ſ. eo.* r Prolatus dies, dilatus, diffuſus, prorogatus & ſi licet dicere prolongatus. ſ v. quæ ſcripſi ad *l. vlt. in fi. C. de vſuris rei iudic.* t v. diſtinctionem à me notatam, *in l. 27. § 1. ſ. de pactis.* & quæ ſcripſi. 2. *Peudorum* 102. u aliud in iudiciis. *l. 10. inf. de iudiciis.*

x hoc compromiſſum verbis generale reſtringitur ad id de quo actum intelligitur *Bart.* y πειθαρχεῖν τῷ αἱρετῷ δικαστῇ, obtemperare compromiſſo 7. *Eclog.* 2. *c.* 22. § 7. z Compromiſſo generali ſententia, tacite continetur honeſtatis clauſula.

poſt diem compromiſſi adeſſe iuſſerit: pœna non committetur.

9 Si quis ex litigatoribus ideo non adfuerit,quòd valetudine, vel reipublicæ cauſa abſentia impeditus ſit, aut magiſtratu, aut alia iuſta ‖ de ‖ cauſa; pœnam committi Proculus & Attilicinus aiunt: ſed, ſi paratus ſit in eumdem compromittere,actionem denegari, aut exceptione tutum fore. Sed hoc ita demum verum erit, ſi arbiter recipere in ſe arbitrium fuerit paratus, nam inuitum non eſſe cogendum, Iulianus libro quarto Digeſtorum rectè ſcribit,ipſe autem nihilominus pœna abſoluitur.

10 ¶ *Si arbiter iuſsit* (puta *in prouincia adeſſe litigatores*, cum Romæ eſſet in eum compromiſſum: an ei impunè non pareatur, quæritur? Eſt & veriùs quòd Iulianus ait libro quarto, eum locum compromiſſo ineſſe, de *a* quo actum ſit, vt promitteretur. Impunè igitur ei non parebitur, ſi alio loco adeſſe iuſſerit. Quid ergo, ſi non appareat, de quo loco actum ſit? melius dicetur, eum locum contineri, vbi compromiſſum eſt. *b*

¶ Qui tamen, ſi in eo loco, qui ſit circa vrbem adeſſe iuſſerit? Pegaſius admittit, valere iuſſum: quod puto ‖ ita ‖ verum eſſe, ‖ & ‖ eius ſit auctoritatis arbiter ‖ vt ‖ in ſeceſſibus *c* ſoleat agere, & litigatores facilè eo loci venire poſſint *d*.

11 ¶ Sed *ſi in aliquem locum inhoneſtum adeſſe iuſſerit*, putà in popinam, vel in lupanarium: vt Viuianus ait, ſine dubio impunè ei non parebitur *e*, quam ſententiam & Celſius libro ſecundo Digeſtorum probat. Vnde eleganter tractat: ſi is ſit locus in quem aliter ex litigatoribus honeſtè venire non poſſit, alter poſſit: & is non venerit, qui ſine ſua turpitudine eo venire poſſit, is venerit qui inhoneſtè venerat, an committatur pœna compromiſſi, ‖ an ‖ quaſi opera *f* non præbita? Et rectè putat, non committi: abſurdum *g* enim eſſe iuſſum in alterius perſona ratum eſſe, in alterius non.

12 ¶ Intra quantum autem temporis, niſi detur quod arbiter iuſſerit, committatur ſtipulatio, videndum eſt. Et ſi quidem dies adiectus non ſit: Celſus ſcribit libro ſecundo Digeſtorum, ineſſe quoddam modicum tempus: *h* quod vbi præterierit, pœna ſtatim peti poteſt: & tamen (inquit) ‖ & ‖ ſi dederit ante acceptum iudicium agi ex ſtipulatu non poterit *i*.

Quid ſit ſententiæ ſtare. 3. De die ſolutionis.

22. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

VTique niſi eius interfuerit, tunc ſolui.

23. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

CElſus ait: *Si arbiter intra Kalendas Septembris dari iuſſerit*, nec datum erit, licet poſtea *k* offeratur, attamen ſemel commiſſam pœnam compromiſſi non euaneſcere: quoniam ſemper verum eſt, intra Kalendas datum non eſſe *l*. Sin autem oblatum accepit, pœnam petere non poteſt, doli exceptione remouendus. Contra, vbi dumtaxat dare iuſſus eſt.

1 ¶ Idem ait: *ſi iuſſerit me tibi dare*: & valetudine ſis impeditus, quo minus accipias, aut alia iuſta ‖ ex ‖ cauſa: Proculum exiſtimare, pœnam non committi, nec ſi poſt Kalendas, te parato accipere non dem. Sed ipſe rectè putat duo eſſe arbitri præcepta: vnum, *pecuniam dari*: aliud *intra Kalendas dari*: licet igitur in pœnam non committas, quod intra Kalendas non dederis, quoniam per te non ſtetit: tamen committis in eam partem, quod non das *n*.

2 ¶ Idem ait, nihil aliud eſt *ſententia ſtare* ‖ poſſe ‖, quàm id agere, quantum *o* in ipſo ſit, vt arbitri pareatur ſententiæ.

3 Idem Celſus ait: *ſi arbiter me tibi certa die pecuniam dare iuſſerit*, tu accipere noluiſti *o*: poſſe defendi, ipſo iure pœnam non committi *p*.

24. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

SEd ſi poſtea ille paratus ſit accipere, non impunè me non daturum: non enim ante feceram:

Si arbiter de quibuſdam rebus dicta ſententia diem protulerit. 1. De clauſula, diem compromiſſi proferre, & quale debet eſſe ſequens compromiſſum.

25. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

LAbeo ait: ſi arbiter, cùm in compromiſſo cautum eſſet, *vt eadem die de omnibus ſententiam diceret, & vt poſſet diem proferre*: de quibuſdam rebus dicta ſententia, de quibuſdam non dicta, diem potulit: valere prolationem, ſententiæque eius poſſe impunè non pareri: & Pomponius probat Labeonis ſententiam, quod & mihi videtur quia officio in ſententia functus non eſt.

1 ¶ Hæc autem clauſula, *Diem compromiſſi proferre* nullam aliam dat arbitro facultatem, quam diem prorogandi, & ideo conditionem primi compromiſſi neque minuere, neque immutare poteſt, & ideo

cetera

a *v. l. 5. C. quomodo & quando iudex.*

b adde *l. 19. ȷ. de iudiciis.*

c Seceſſibus! his non paſſim quique vtebantur, ſed notæ tantum authoritatis homines. Tali ſeceſſu vtitur Labeo *l. 2. §. 47. ſ. de orig. iur.* & medicus quidam in *l. 16. in fi. inf. mandati.* adde Plinium 2. *Epiſt.* 17.

d Id periculum vt euitetur, cautius eſt, vt in compromiſſo, arbitro detur facultas ſententiæ ferendæ, etiam alio quàm compromiſſi loco.

e vt qui non pareat, non incidat in contumaciam. Si quidem citatio ad locum inhoneſtum non eogit citatum. *Bart.*

f Operam præbet litigator arbitro a dixi *l 39. ȷ. eod.*

g Relatorum in vno quod iuris eſt, idem iuris eſſe debet in altero. *v. l. 41. ȷ. de reg. iur.*

h vide *l. 21. ȷ. de iudic.* an quatuor menſium? *v. l. fin. C. de vſur. rei iudic.* poſteà, dies interpellat pro homine, & mora committitur & pœna, *arg. l. vlt. ȷ. eod.*

l & ita non ante iudicium purgari poteſt, *v. l. 8. ſ. ſi quis caut.*

k i. multò poſt. *Accurſ.*

l quid ſi non multo poſt, an pœnam committet? non puto idque humanius videtur, *arg. d. l. 8. & l. 105. ȷ. de ſolut.* hic intereà notãdum tempus ſolutionis & moræ currere à die cognitæ ſententiæ arbitrariæ. vide *Bart. 1. Conſ.* 230.

m ea modeſtia carebit debitor, ſi poſt diem, mox pecuniam creditori offerat, & oblatam legitimè conſignet de quo vide *l. 9. C. de ſolut.*

n nam ſi per ius impedietur, aliud fuerit. *l. 21. §. 7. ſ. eod. l. 76. in fin. inf. pro ſocio.*

o *l. 40. in fi. ȷ. eod.*

p quid ſi ea pecunia offerenti, ſine eius dolo poſtea periit, cui peribit? vide *l. 39. inf. de ſolut & l. 73. in fin. infr. de verb. oblig.*

cetera quoque diſcutere, & pro omnibus vnam ſententiam ferre ‖ debebit. ‖

2 ¶ Si per fideiuſſorem fuerit cautum in primo compromiſſo: & ſequens ſimiliter proferendum *a*, Labeo dicit. ſed Pomponius dubitat, vtrum iiſdem, an & aliis tam idoneis. Quid enim, inquit, ſi iidem fideiubere noluerint? Sed puto, ſi *b* noluerint fideiubere, tunc alios non abſimiles *c* adhibendos.

26. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

NE *d* in poteſtate ſit fideiuſſorem poſtea non obligantium, vt pœna committatur. Idémque & ſi deceſſerint.

Quibus modis dies profertur. 1. De morte vnius ex litigatoribus. 2. Quali ſententiæ ſtari debet. 3. De diuerſis ſententiis plurium arbitrorum. 4. De abſentia vnius ex litigatoribus. 5. Quid ſit coram ſententiam dicere. 6. De eo qui præſens ſententiam dicere prohibuit. 7. Si pœna compromiſſo adiecta non ſit.

27. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

DIem proferre *e* vel preſens, per nuntium, vel per epiſtolam poteſt.

1 ¶ Si heredis mentio, vel cæterorum facta in compromiſſo non fuerit: morte ſoluetur compromiſſum: nec vtimur Labeonis ſententia, qui exiſtimauit, ſi arbiter aliquem pecuniam dare iuſſerit, & is deceſſerit antequam daret, pœnam committi, licet heres eius paratus ſit offerre.

2 ¶ Stari *f* autem debet ſententiæ arbitri, quam de re dixerit: ſiue *g* æqua, ſiue iniqua ſit *h*: & ſibi imputet, qui compromiſit *i*. Nam & Diui Pij reſcripto adiicitur: *Vel minus probabilem ſententiam æquo animo ferre debet.*

3 ¶ Si plures arbitri *k* fuerint. & diuerſas ſententias dixerint, licebit ſententiæ eorum non ſtari: ſed ſi *l* maior *m* pars conſentiat, ei ſtabitur, alioquin pœna committetur. Inde quæritur apud Iulianum, ſi ex tribus arbitris vnus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent: cui ſententiæ ſtetur? & Iulianus ſcribit, quinque *n* debere preſtari, quia in hanc ſummam omnes conſenſerunt *o*.

4 ¶ Si quis litigatorum defuerit *p*: quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur, pœna committetur. Proinde ſententia quidem dicta non coram litigatoribus non valebit: niſi in compromiſſis hoc ſpecialiter *q* expreſſum ſit: *Vt vel vno vel vtroque abſente ſententia promatur r*: pœnam autem is, qui defuit, committit: quia per eum factum eſt, quò minus arbitretur.

5 ¶ *Coram ſ autem dicere ſententiam* videtur, qui ſapientibus dicit. ceterum coram furioſo: vel *t* demente non videtur dici *u*. Item coram pupillo non videri ſententiam dictam, niſi tutor præſens fuit, & ita de his omnibus Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit.

6 ¶ Et, ſi quis præſens arbitrum ſententiam dicere prohibuit. pœna committetur.

7 ¶ Sed ſi pœna non fuiſſet adiecta compromiſſo, ſed ſimpliciter *ſententiæ ſtari* quis promiſerit: incerti *x* aduerſus eum foret actio *y*.

Dt certa vel incerta ſummæ promiſſione.

28. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

NOn autem intereſt, certa, an inceres ſumma compromiſſa ſit: vt putà *quanti ea res erit.*

Quomodo contra ſententiam arbitri ſit.

29. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

A*Duerſus ſententiam arbitri ſit*, ſi petatur ab eo, à quo arbiter peti vetuit *z*: Quid ergo, ſi à fideiuſſore eius petatur, an pœna committatur? & puto committi. & ita Sabinus ſcribit. nam τῇ δυνάμει, *id eſt, poteſtate*, à reo petit *a*. Sed ſi cum fideiuſſore compromiſit, & à reo petatur: niſi interſit fideiuſſoris *b*. non committetur *c*.

Si quis rem de qua compromiſſum eſt in iudicium deducat.

30. *Paulus* lib. 13 ad Eedictum.

SI quis rem, de qua compromiſſum ſit, in iudicium deducat, quidam dicunt, prætorem non interueníre ad cogendum arbitrum ſententiam dicere, quia

a perferendum. *Vulgat.* & malè.
b An poſſint nolle, dixi ad *l.* 45. §. 2. *ǰ. mandati.*
c id eſt, non minus idoneos, adde *l.* 10. *in fi.* ǰ. *quod metus cauſa: l.* 2. §. *locum, infr. de religioſis, l.* 14. §. *pen. infr. de conſtituta: l.* 9. *in pr. ǰ. locati.*
d adde *l.* 2. *infr. quod vi aut clam.* adde quæ ſcripſi in *l.* 20. ǰ. *iudicatum ſolui.*
e dixi *l.* 21. §. 5. ǰ. *eod.*
f atque ita non poteſt ab ea appellari, *l.* 2. *Cod. eod.* vbi dixi, nec poterit etiam ad arbitrium viri boni redigi, *l.* 79. *inſ. pro ſocio.*
g 7. *Eclo.* 3. *c.* 27. 1. *Harmen.* 4. §. 56.
h vide *l.* 66. §. 2.
i Bartolus tamen appellari poſſe ait in *l.* 9 ǰ *qui ſatiſd. cogen.* vide quę notaui. *l.* 2. ǰ. *eod.* Idémque éſſe in arbitratore ſi modicè quis eius ſententia læſus ſit. nam ſi immodicè (id eſt, vltrà ſextam partem, *arg. l.* 78. ǰ. *pro ſocio*: alij vltra dimidiam, *arg. l.* 2. *C. de reſcin. vend.*) vel exceptione doli tutus eſt læſus, *l.* 32. §. 14. *inf. eod. Ferrar. hoc titul. in verbo. dimittendam*, vel per actionem petere poteſt, vt ſententia reducatur ad arbitrium boni viri id eſt, iudicis, *Mynſing.* 6. *Reſp.* 55. *num.* 31. 32. Idem 3. *Reſp.* 28. *num.* 57 tradit, vel ideo arbitratoris iniquam ſententiam eſſe, id eſt, vni rem alterius adiudicare poſſe, quod concordiá inter partes attendere maximè debeat.
k Quid ſi plures ſini iudices? *v. l.* 38 *inf. de re iud.*
l Teſti vni adfirmanti magis creditur, quam mille negantibus. vide tamen Socinum, *regula* 426.
m vide *l.* 1. *in fi.* ǰ. *de ventre inſpiciendo.*
n hoc eſt, minorem, vnde colligitur, ſententiam quæ minorē ſummam contineat præualere. vide tamen Socinum, *regula* 370.
o Minor ſumma maiori ineſt, *l.* 9. §. 3. ǰ. *de heredibus inſtituendis. l.* 110. *infr. de regulis*
p *l.* 2. *C. eod.*
q Specialiter exprimi multa neceſſe eſt.
r *al.* proferatur.
ſ Coram litigatoribus dicere ſententiam non videtur, qui coram iis non ſapientibus dicit: *v. l.* 209. ǰ *de verb. ſign.*
t ſi ſapientes non adſint.
u adde *l.* 47. *in fi. l.* 49. *in fi.* ǰ. *eod.*
x i. condictione certi ad incertum: intereſſe ſcilicet, *l. vlt.* ǰ. *ſi quis in ius. Accurſ.*
y vide quæ notaui ad *l.* 2. ǰ. *eod.*
z adde *l.* 13. §. 2. ǰ. *eod.*
a eodem modo traditur: inducias reo conceſſas, ad eius fideiuſſores extendi, ne per medium fideiuſſorem ipſe reus ſoluere cogatus, *l vlt. in fin. C de vſuris rei iud.*
b *v l.* 34. *inf. eod.*
c hinc collige ſententiam pro fide iuſſore latam, ad ſolutioni faciendæ, principalem non porrigi, *Bart.*

iam pœna non poteſt eſſe: atque ſi ſolutum eſt compromiſſum. Sed ſi hoc obtinuerit: futurum eſt, vt in poteſtate eius, quem pœnitet compromiſſe, ſit compromiſſum eludere *a*. Ergo aduerſus eum pœna *b* committenda eſt, lite apud iudicem ſuo ordine peragenda.

De dolo & de pleno compromiſſo.

31. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

ITa demum autem committetur ſtipulatio, cùm aduerſus eam quid ſit, ſi *c* ſine dolo malo ſtipulantis factum eſt, ſub hac enim conditione committitur ſtipulatio, ne quis doli ‖ ſui ‖ præmium ferat *d*.

¶ Sed ſi quidem compromiſſo adiiciatur *e vt ſi quid dolo in ea re factum ſit*: ex ſtipulatu conueniri qui dolo fecit, poteſt, & ideo ſi arbitrum quis corrupit vel pecunia. vel ambitione, vel aduocatum diuerſæ partis: vel aliquem ex his, quibus cauſam ſuam commiſerat: ‖ ex doli clauſula poterit conueniri, ‖ vel ſi aduerſarium callidè circumuenit.

¶ Et omninò, ſi in hac lite doloſè verſatus eſt, locum habebit ex ſtipulatu actio: & ideo, ſi velit de dolo actionem exercere aduerſarius, non dedebit, cùm habeat ex ſtipulatu actionem.

¶ Quodſi huiuſmodi clauſula in compromiſſo adſcripta non eſt, tunc de dolo actio, vel exceptio locum habebit.

¶ Hoc autem compromiſſum plenum eſt, quod & doli clauſulę habet mentionem *f*.

De quantitate pœnæ compromiſſæ. 1. Si pœna commiſſa ſit. 2. Si mulier nomine alieno compromiſerit 3 Si compromiſſum non valetaut pendet, an ex eo pœna exigi poſſit. 4. De ſacerdotio. 5. De tranſactione & rei controuerſæ interitu 6. De famoſo & publico delicto. 7. De liberali cauſa. de populari actione. 8. Si ſeruus compromiſerit. 9. De legatione. 10. Si hereditatem petat is qui cum defuncto compromiſerat. 11. De prolatione dici. 12. Si arbiter ſe celauerit. 13. De pluribus arbitris. 14. De doli exceptione aduerſus arbitri ſententiam. 15. De officio & poteſtate arbitri 16. De ſententia quæ finem cõtrouerſiæ non imponit. 17. Si iubeat arbiter ſibi alium coniungi. 18. De procuratoribus. 19. De herede. 20. De vacua poſſeſſione. De cautione de rato. 21. De die proferenda.

32. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

NOn diſtinguemus in compromiſsis, minor, an maior ſit pœna, quam res de qua agitur.

¶ Non cogetur arbiter ſententiam dicere, ſi *g* pœna commiſſa ſit.

2 ¶ Si mulier alieno nomine compromittat, non erit pecunia compromiſſa, propter interceſsionem.

3 ¶ Summa rei eſt, vt prætor ſe non interponat, ſiue initio nullum ſit compromiſſum: ſiue ſit, ſed pendeat, an ex eo pœna exigi poteſt, ſiue poſtea deficiat pœna compromiſſo ſoluto die, morte, acceptilatione, iudicio, pacto.

4 ¶ Sacerdotio *h* obueniente *i*, videbimus an cogatur arbiter ſententiam dicere? Id enim non tantùm honori perſonarum, ſed & *maieſtati* k *Dei indulgetur, cuius ſacris vocare ſacerdotes oportet*. l. Cæterum in poſtea ſuſcepit, iſte quoque omnimodo ſententiam ferre debet.

5 ¶ Item non eſt cogendus, ſi de negotio tranſactum eſt, vel homo mortuus eſt, de quo erat compromiſſum: niſi ſi poſteriore caſu aliquid litigantium interſit.

6 ¶ Iulianus indiſtinctè ſcribit: Si *m* per errorem de famoſo delicto ad arbitrum itum eſt: vel de *n* ea (re,) de qua publicum iudicium ſit conſtitutum, velut de adulteriis, ſicariis, & ſimilibus *o*: vetera debet prætor ſententiam dicere, nec dare dictæ executionem *p*.

7 ¶ De liberali cauſa compromiſſo facto, rectè non compelletur arbiter ſententiam dicere; quia fauor libertatis eſt, vt maiores *q* iudices habere debeat *r*.

¶ Eadem dicenda ſunt, ſiue de ingenuitate, ſiue de libertinitate, queſtio ſit: & ſi ex fideicommiſſi cauſa libertas deberi dicatur.

¶ Idem dicendum eſt in populari *ſ* actione.

8 ¶ Si ſeruus *t* compromiſerit, non cogendum dicere ſententiam arbitrum, nec ſi dixerit, pœnæ executionem dandam de peculio, putat Octauenus *u*. Sed an, ſi liber cum eo compromiſerit, executio aduerſus liberum detur, videamus? Sed magis eſt, vt non detur.

9 ¶ Item ſi quis Romæ compromiſerit, mox Romam in legationem venerit, non eſt cogendus arbiter ſententiam dicere: non magis, quàm cogeretur, ſi litem ante conteſtatus eſſet, nunc eam exercere, nec intereſt, tunc quoque in legatione fuerit, an non. Sed ſi ‖ nunc ‖ in legatione compromittat, puto cogendum arbitrum ſententiam

a quod eſſe non debet l. 26. ǰ. *eo.*
b Cur? pœna hæc debetur propter contemptum, vide quæ ſcripſi ad l. 17. *C. de tranſact.*
c 1. *Harm.* 4. §. 57.
d *l.* 5. ǰ. *ſi quis cautionib. l.* 1. §. *penult. inſr. de ſeparat. bon. l.* 7. ǰ. *de dolo*: *v. l.* 38. §. 13. *infr. de verbor oblig. l.* 19. *infr. iudicatum ſolui.*
e quemadmodum ſolet adiici, *l.* 3. *C. eod.*
f & ſtipulationem, *l.* 13. §. 1. ǰ. *eod.* quódque de omnibus controuerſiis interponitur, *l.* 21 §. 6. ǰ. *eod.*
g niſi pœna, *vt l.* 11. §. 1. ǰ. *eod.*
h *v. l.* 2. ǰ. *de in ius vocando.*
i arbitro ſcilicet, antequam ſententiam ferat.
k Dei ſacerdotio ſibi delato arbiter vt vacet fidelius, ab arbitrio dicende ſe excuſare poteſt: Deo enim magis ſe debet quam hominibus.
l vt & in *l.* 2. ǰ. *de in ius vocando. l.* 17 *l.* 18. ǰ. *de procurat l.* 60. §. 1. *inſ. de donat. inter virum. l.* 3. *infr. de ſ. deic. lib.* 13. ǰ. *de vacat. & excuſ. muner. l.* 33. *C. de Epiſcopis.*
m Arbiter ex cõpromiſſo ſumptus, ſententiam dicere vetatur in actione famoſa, ex delicto vel crimine publico: quod ſi etiam dixerit, non competit executio. 7. *Eclog.* 2. *c.* 31. & 1. *Harmen.* §. 77.
n v. Romanum *conſilio* 115.
o ciuiliter tamen apud eum agi poterit, nec eius ſententia quis infamabitur *l.* 13. §. 5. ǰ. *de his qui notant. infamia.*
p id enim, ſi permiſſum eſſet, nemo puniretur: publicè autem intereſt delicta per iudicē puniri. Ideóque in criminibus prohibetur tranſactio; quibuſdam exceptis, *l.* 18. *Cod. de tranſact.*
q *l. vlt. C. vbi cauſa ſtatus.*
r *l.* 2. *in fi. Cod. de pedan. iudicibus.*
ſ alij *pupillari*, & malè, *arg. l.* 27. §. 5. *in fi.* ǰ. *eod. l.* 23. ǰ. *eod.* & ita videtur doctiſſimo Cuiacio. 15. *obſer.* 12. dic. populari ideo dicit: quòd ea ius ſuũ populo tueatur, *l.* 1. ǰ. *de popular.* non priuatis. Sanè apud authorem, 7. *Eclog.* 2. *c.* 31. *in fin.* & 1. *Harm.* 4. §. 77. legitur δημοσίας ἀγωγῆς.
t adde *l.* 7. *l.* 8. ǰ. *eod.*
u ex compromiſſo ſerui non datur de peculio actio *l.* 3. §. 8. ǰ. *de pecu.*

dicere

dicere *a*, quia & , ſi iudicium ſponte accepiſſet, cogeretur peragere *b*. Sunt tamen, qui de iſto non rectè dubitant: qui vtique nullo modo dubitabunt, ſi de ea re in legatione compromiſit, quam in legatione contraxit: quia & iudicium eo nomine accipere cogeretur.

¶ Illud in prima ſpecie poteſt diſpici: an, ſi ante compromiſit legatus, cogendus ſit arbiter ſententiam dicere, ſi ipſe legatus poſtulet *c*? quod prima ratione poterit videri iniquum, vt in ipſius poteſtate ſit: ſed hoc tale erit, quale ſi actionem velit dictare: quod facere ei licet. *d*. Sed compromiſſum iſtud comparabimus *e* ordinariè actioni, vt non alias audiatur deſiderans, vt arbiter ſententiam dicat; quam ſi ſe defendat.

10 ¶ Si is faciat controuerſiam hereditatis, qui cum defuncto compromiſerat: ſtatutum eſt præiudicium *f* hereditati, ſi arbiter ſententiam dicat: ergo interea inhibendus eſt arbiter.

11 ¶ Dies compromiſſi proferri poteſt; non" cum" ex conuentione, ſed cùm iuſſu arbitri eam proferri neceſſe eſt, ne pœna committatur.

12 ¶ Si arbiter ſeſe celare tentauerit, prætor eum inueſtigare debet, & ſi diu non paruerit, multa aduerſus eum dicenda eſt *g*.

13 ¶ Cum in plures compromiſſum eſt ea conditione, vt quam quilibet vel vnus dixiſſet ſententiam, ei ſtaretur: abſentibus cæteris, nihilominus qui præſens eſt, cogetur. at ſi ea conditione, vt omnes dicant, vel quod de maioris partis ſententia placuerit: non debet ſingulos *h* ſeparatim cogere: quia ſingulorum ſententia ad pœnam non facit.

14 ¶ Cùm quidam arbiter ex aliis cauſis inimicus manifeſtè apparuiſſet: teſtationibus etiam cõuentus, *ne ſententiam diceret*, nihilominus nullo *i* rogente dicere perſeueraſſet: libello *k* cuiuſdam id quærentis, Imperator Antoninus ſubſcripſit, poſſe eum vti doli mali exceptione, & idem, cùm à iudice conſuleretur, apud quem pœna petebatur, reſcripſit. etiam ſi appellari non poteſt, doli *l* mali exceptionem in pœnæ petitione obſtaturam. Per hanc ergo exceptionem quædam appellandi ſpecies eſt, cùm liceat retractare de ſententia arbitri.

15 ¶ De officio arbitri tractantibus ſciendum eſt, omnem tractatum ex "ipſo" compromiſſo ſumendum nec enim aliud illi licebit, quam quod ibi, vt efficere poſſit, cautum eſt: non ergo quodlibet ſtatuere arbiter poterit, nec in qualibet re: niſi de qua re compromiſſum eſt, & quatenus compromiſſum eſt *m*

16 ¶ Quæſitum eſt de ſententia dicenda, & dictum non quamlibet *n*: licet de quibuſdam variatum ſit: & puto verè non committi, ſi dicat ad iudicem de hoc eundem vel ſe, vel alium: "(in) ſe," vel in alium compromittendum. Nam & Iulianus, impunè non pareri, ſi iubeat ad alium arbitrum ire, ne finis non ſit. quod ſi hoc modo dixerit, vt arbitrio Publij Mæuij fundus traderetur, aut ſatiſdatio detur: parendum eſſe *o* ſententiæ. Idem Pedius probat: ne propagentur, arbitria, aut in alios interdum inimicos argentium transferantur *p*, ſua ſententia finem controuerſiæ eum imponere oportet: non autem finiri controuerſiam, cùm aut differatur arbitrium, aut in alium transferatur: partímque ſententiæ eſſe, quemadmodum ſatiſdetur, quibus fideiuſſoribus: ídque delegari non poſſe, niſi ad hoc compromiſſum ſit, vt arbiter ſtatueret cuius arbitratu ſatiſdaretur.

17 ¶ Item ſi iubeat ſibi alium coniungi, cùm id in compromiſſo non ſit, non dicit ſententiam: nam ſententia eſſe debet de re compromiſſa: de hoc autem compromiſſum non eſt.

18 ¶ Si domini, qui inuicem ſtipulati ſint, procuratores ſuos agere apud arbitrum velint: poteſt iubere, ipſos etiam adeſſe *q*.

19 ¶ Sed ſi & heredis in compromiſſis mentio fit: poteſt iubere, etiam heredem eorum adeſſe *r*.

20 ¶ Arbitri officio continetur, & quemadmodum detur vacua poſſeſſio *ſ*. An & ſatis ratam rem habiturum *t* Sextus Pedius putat, quod nullam rationem habet: nam ſi ratum non habeat dominus committetur ſtipulatio.

21 ¶ Arbiter nihil extra compromiſſum facere poteſt: & ideo neceſſarium eſt adiici de die compromiſſi proferenda; cæterùm impunè iubenti non parebitur.

33. *Papinianus* lib. I. Quæſtionum.

ARbiter ita ſumptus ex compromiſſo, vt & diem proferre poſſit, hoc quidem facere poteſt: referre autem contradicentibus litigatoribus non poteſt *m*.

De duobus reis. 1. Si pœna commiſſa ſit.

34. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

SI duo rei ſunt aut credendi, aut debendi, & vnus compromiſerit, íſque vetitus ſit petere, autve ab eo petatur, videndum eſt, an, ſi alius petat, vel ab alio petatur, pœna committatur; idem in duobus argentariis, quorum nomina *a* ſimul *b* eunt; & fortaſſe *c* poterimus ita fideiuſſoribus coniungere *d*, ſi ſocij ſunt *e*, alias nec à te petitur, nec ego peto, nec meo nomine petitur, licet à te petatur.

1 ¶ Semel commiſſa pœna ſolui compromiſſum rectius puto dici; nec amplius poſſe committi niſi id actum ſit, vt (in) ſingulas cauſas toties *f* committatur *g*.

Si pupillus compromiſerit.

35. *Gaius* libro 5. ad Edictum Prouinciale.

SI pupillus ſine *h* tutoris auctoritate *i* compromiſerit, non eſt arbiter cogendus pronuntiare quia ſi contra eum pronuntietur, pœna non tenetur, præterquam ſi fideiuſſorem dederit, à quo pœna peti poſſit, idque & Iulianus ſentit *k*.

De diebus feriatis.

36. *Vlpianus* lib. 77. Ad Edictum.

SI feriatis diebus *l*, cogente prætore, arbiter dicat ſententiam & petatur ex compromiſſo pœna, exceptionem locum non habere conſtat; niſi alia *m* lege eadem "dies" feriata, in qua ſententià dicta eſt excepta.

Si heres aduerſus arbitri ſententiam petat.

37. *Celſus* libro 2. Digeſtorum.

QVamuis arbiter alterum ab altero petere vetuit; ſi tamen heres petit, pœnam committet *n*; non enim differendarum litium cauſa, ſed tollendarum ad arbitros itur.

Si aduerſarij non interſit ſententiæ ſtari.

38. *Modeſtinus* lib. 6 Regularum.

CVm pœna ex compromiſſo petitur; is qui commiſit, damnandus eſt *o*, nec intereſt, an aduerſarij eius interfuit arbitri ſententiæ ſtari, necne.

De authoritate arbitri. 1. De mora poſt diem prolatum.

39. *Iauolenus* lib. 11. ex Caſſio.

NOn ex omnibus cauſis, quibus arbitri paritum ſententiæ non eſt, pœna ex compromiſſo committitur *p*: ſed ex his duntaxat, quæ ad ſolutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertinent.

¶ Idem contumaciam litigatoris arbiter punire poterit, pecuniam eum aduerſario dari iubendo *q*: quo in numero haberi non oportet, ſi teſtium nomina ex ſententia arbitri exhibita non ſunt *r*.

1 ¶ Cùm arbiter diem compromiſſi proferre iuſſit, cùm hoc ei permiſſum eſt, "alterius" mora alterius ad pœnam committendam prodeſt.

De morte vel abſentia arbitri: ſi per ſtipulatorem ſtet, quominus accipiat.

40. *Pomponius* lib. 11. ex variis lectionibus.

ARbiter *calendis Ianuariis adeſſe iuſſit*, & ante eum diem deceſſit *ſ*, alter ex litigatoribus non adfuit, proculdubio pœna minimè commiſſa eſt. Nam & Caſſium audiſſe ſe dicentem Ariſto ait, in eo arbitro, qui ipſe non veniſſet, non eſſe commiſſam, quemadmodum Seruius ait, ſi per ſtipulatorem ſtet, quominùs accipiat, non committi pœnam.

De minore 20. annis.

41. *Calliſtratus* libro 1. Edicti monitorij.

CVm lege Iulia *t* cautum ſit, *ne minor viginti annis iudicare cogatur u*: nemini licere minorem viginti annis compromiſſarium iudicem eligere, ideoque pœna ex ſententia eius nullo modo committitur. Maiori tamen viginti annis, ſi minor vigintiquinque annis" ſit, ex hac cauſa ſuccurrendum, ſi temerè auditorium receperit, multi dixerunt *x*.

De pœna fiſco adiudicata.

42. *Papinianus* libro 2. Reſponſorum.

ARbiter *intra certum diem ſeruos reſtitui iuſſit*: quibus non reſtitutis, pœnæ cauſa fiſco ſecundum formam compromiſſi condemnauit, ob eam ſententiam fiſco nihil adquiritur; ſed nihilominus ſtipulationis pœna committitur, quod ab arbitro ſtatuto non ſit obtemperatum.

De pleno compromiſſo & ſpeciebus omiſſis.

43. *Scæuola* libro 1. Reſponſorum.

DE rebus controuerſiiſque omnibus compromiſſum in arbitrium; à Lucio Titio, & Mæuio Sempronio factum eſt: ſed errore quædam ſpecies in petitionem à Lucio Titio deductæ non ſunt, nec arbiter

a Cur ita? v. l. 2. §. 4. ſ. *de iudiciis*.
b i. ſe defendere. *d. l. 2. §. 5. verſ. ſed ſi agant*.
c ſententiam ab arbitro pronunciari.
d Imò non licet. *l. 8. in fin. l. 9. l. 10. l. 15.* ſ. *de legationib.* & ita quidem hic emendat & legit Cuiacius 22. *obſeru. 22.*
d *l. 1.* ſ. *eo.* non tamen compromiſſum, eſt ſententia, *l. 13. §. 5.* ſ. *quibus ex cauſis infam.*
f *v. l. 16.* ſ. *de exceptionib.*
g eodem penè modo tutor ſe occultans ne alimenta pupillo præſtet, punitur, *l. 1. §. tutor. inf. de ſuſpectis.*
h *l. 17. §. 2.* ſ. *eod.*
i id eſt cum nullus magiſtratus eũ vetaret ſententiam dicere.
k *v. quæ ſcripſi ad titulũ Codicis. Quãdo libellus principi datus*, &c.
l Doli mali exceptio retractationem rei iudicatæ inducit: eſtque appellationis quędam ſpecies, *vt hic adde l. 17. in fi. inf. ſoluto.*
m ideoque coram arbitro non fiet reconuentio. Interdum tamen & extra compromiſſum poteſt cognoſcere arbiter, ſi ea de quibus cognoſcit non ſunt omnino aliena ab expreſſis in compromiſſo, ſed eis connexa, aut principalis cauſa ſine his definiri non poſſit. Ideoque ſolutioni diẽ ſtatuere poteſt, v. *l. 21. §. ſolut.* ſ. *eod.* poteſt etiam ſuper fructibus & expẽſis condemnare, quòd ea veniant, vt & omnia acceſſoria, ad cauſam commiſſam.
n non in quolibet. *vulgat.* non quãlibet valere vel cõmitti.
o non eſſe, Prateïus ita legendum monet.
p *al.* negat, & ſic Accurſius retulit in Pandectis Piſanis legi. ſed malè.
q iuſta de cauſa. *l. 26. Cod. de procur.*
r *adde l. 27. §. 1.* ſ. *eodem.*
ſ præſtanda à venditore emptori. *l. 3. §. 1. inf. de act. empt.*
t anteuertere, *v. Cuiac. 7. obſ 7. in fi.*
u Cur ita? collige ex *l. 154.* ſ. *de reguliur.*

a Nominibus ea obligatio dicebatur quæ per ſcripturam menſæ argentariæ contrahebatur ſine ſtipulatione. v. quæ ſcripſi ad *l. 1.* ſ. *de annuis legatis.*
b Simul ire nomina dicuntur, quæ ſimul facta ſunt. *l. 9.* ſ. *de pactis.* quod accidit quoties plures argentarij ἅμα συγραψάμενοι. *Baſi.*
c *Fortaſſe.* Hæc particula interdũ affirmat: eiúſque adminiculo ſolent Iuriſconſulti perſæpe ſuam fulcire ſententiam. v. *Ariſt. 5. Ethicῶn.* Non idem eſt forſitan virum bonum eſſe & bonum ciuem eſſe. Vnde Accurſ. hic: Sub dubio *forſan* reſpondent ſæpè periti. de quibus pactum de non petendo, reo principali factum prodeſt: *l. 29.* ſ. *eo.*
e id eſt, vno ſociorum compromittente, ſi is vetitus ſit petere, & alter quoque petere prohibetur ſi ſocij erant hinc conſtat compromiſſum' vnius ſocij alieni nocere. Obiici poteſt lex 27. *in pr.* ſ. *de pactis* quæ negat pactum vnius ſociorum alteri nocere.
f Infinitè pœnam committi expreſsè ſtipulari poſſumus *l. 53.* ſ. *de fideiuſſoribus*, vt & in infinitum legare. *v. l. 2. C. de legatis.*
g Ratio? v. *l. 16.* ſ. *de tranſact.*
h *l. 3.* ſ. *eod.*
i Imò, vtrumque pupillus tutore auctore compromiſerit, aduerſus huiuſmodi ſententiam reſtitui poterit *l. 34. in fi.* ſ *de minorib.*
k v. *l. 1. C. de fideiuſſ. min.*
l *l. 3. in fi.* ſ. *eod.*
m *vt l. 7. C. de feriis.* Quidam alij legunt aliqua lege, vt Iuliam legem intelligam; *de qua Dion. 38.*
n Cur ita? v. *l. 42. in fin.* ſ. *de regul. iur.*

o An verò pœna ſimul & executio peti poterit? Hoc ordinariè non admittitur. Cautius eſt igitur vt Notarius formulam compromiſſi ita concipiat, vt pœna peti poſſit rata manente ſententia, *argum. l. pen.* ſ. *de tranſact.*
p Exemplum: v *l. 32. §. 16.* ſ. *eod.*
q poteſt igitur multare, an & iuramentum in litem deferre? An & multare ſi permiſſum ei non fuerit? *v. hic Bart.*
r Litigatorem enim cogere vt contra ſe teſtes producat, iniquum eſt: Ideoque non poteſt arbiter ipſi multam eo nomine dicere. *l. 21. §. 7.* ſ. *eo.*
ſ *v. Sebaſtianum Mediceum, tractat. de morte, part. 2. concl. 11.*
t ſubaudi de priuatis iudiciis de qua *l. 9. §. 2.* ſ. *eo.* dixi de lege Iulia priuatorum & publicorum iudiciorum, *d. l. 4.* ſ. *de teſtib.*
u *v. Cuiac. ad l. 1. C. qui ætate ſe excuſant.*
x Quid ſi minor tutelam ſibi à maioribus delatam ſuſcepit: num ſi fortè damnum in tutela ſenſerit ei aduerſus pupillos quondam ſuos de damno conquerentes ſubuenietur? *collige ex l. 1. in fi. de teſt. tut.* & *§. vlt. Inſt. de fiduciariis tut. Nouell. 118. c. 5.*

de his

a v.l.21. ſ.eod.
b l.1. §.iudicij. ſ. finium regundorum.
c toties quoties debet parere.
d v.l.23. §. vlt. ſ. eod.
e l.32. §.quæſitum ſ.eod. v. l.13. ſ. ſoluto. l.43. ſ. de verborum obligat.
f Compromiſſum ſimpliciter factum non trahitur ad res futuras, vide l. 23. ſ. de iudiciis.
g contrarium tenet Speculator, Tit. de arbit. §. ſequitur, verſ. quid ergo & Ferrarienſ. in forma compromiſſi, in verbo, Tunc vertentis 4. ſed & aliud eſſe in rebus: ſeu bonis obligatis: tunc enim futura obligata intelligi: leg. vlt. C. quæ res pig.
h verbi gratia de pignoris diſtractione. l.8. ſ. de diſtract. pignorum, vel de vſuris, leg. 40. ſ. de vſuris l. 3. ſ. de nautico fœnore. Hæ enim omnes leges ſunt eiuſdem libri.
i Imò compellitur. l.3. l.4. & ſeq. ad d. l.15. l.16. ſ. eod.
k l.27. §.3. ſ. eod
l δι ἐπιςολῆς ἤτοι πιτακίου. I. Harm.4. §. 64.
m Interlocutoria, vna parte abſente, interdum ferri poteſt. Accurſ.
n Æquitas inter partes ſeruanda eſt in arbitriis & compromiſſis, vt in iudiciis: dixi l. 21. §. 12. in fin. ſ. eod.
o v.7. Ecl.2. c.51.
p id eſt obediens non fuerat. l.19. ſ. de ædilitio edicto.
q vt id iuberet: adde l. 32. in fin. ſuprà eod.
ſ
x l.40. §. vlt. ſ. de fideic. libert.

r v. l.21. in fin. ſ. eod.
t 53. Eccl. I.
u Hæc hominum genera malè audiunt.
x quæ ſalua fore receperunt. adde tit.16. li.47. ſ. eo.

y Eccl. eo. c.6.
z viatoris.
a i. in factum actionem l.3. §.1. ſ. eod.
b v. quæ ſcripſi ad leg. 9. in fin. in verſ. quid enim intereſt ſ. de iure dotium.
c An idem eſt: poſtquam excipere cœperunt? negat Bart. ex l. vn in fin. ſ. furti aduerſus nautas. l.3. §. I. ſ. de arbitriis.
b occaſio delicti tollenda. Accurſ.

de his quicquam pronunciauit. Quæſitum eſt a, an ſpecies omiſſæ peti poſſint. Reſpondit, peti poſſe: nec pœnam ex compromiſſo committi, quod ſi malignè hoc fecit, petere quidem poteſt, ſed pœnæ ſubiugabitur.

De terminis ab arbitrio poſitis.

44. *Idem* lib.2. Digeſtorum.

INter Caſtellianum, & Seium controuerſia de finibus orta eſt: & arbiter electus eſt, *vt arbitratu eius rei terminetur.* ipſe ſententiam dixit, præſentibus partibus, & terminos poſuit b. Quæſitum eſt, an ſi ex parte Caſtelliani arbitrio paritum non eſſet, pœna ex compromiſſo commiſſa eſt? Reſpondi, ſi arbitro paritum non c eſſet in eo, quod vtroque præſente arbitratus eſſet, pœnam commiſſam d.

De compromiſſo perſonali.

45. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

IN compromiſſis arbitrium perſonæ inſertum perſonam non egreditur e.

De quibus arbiter iudicare poteſt.

46. *Paulus* lib.12. ad Sabinum.

DE his rebus, & rationibus, & controuerſiis iudicare arbiter poteſt, quæ ab initio fuiſſent inter eos qui compromiſerunt, non quæ poſtea f ſuperuenerunt g.

Si litigator deceſſerit, pupillo herede relicto.

1. *Aut furere cœperit.*

47. *Iulianus* lib.4. Digeſtorum.

SI compromiſſum ita factum eſt, *vt præſente vtroque, aut heredibus eorum, arbiter ſententiam dicat,* & alter ex litigatoribus deceſſerit, pupillo herede relicto: non aliter videtur ſententia dicta eſſe, niſi tutoris auctoritas interpoſita fuerit.

1 ¶ Itèm, ſi alter ex compromittentibus furere cœperit.

48. *Modeſtinus* lib.4. Regularum.

ARbiter ad ferendam ſententiam h non i compelletur.

Quibus modis arbiter adeſſe iubere poteſt. 2. De morte litigatoris.

49. *Iulianus.* lib.4. Digeſtorum.

SEd " & " interpellatur, quo minus ſententiam dicat: quia * nihil coram furioſo fieri intelligitur k. Quod ſi furioſus curatorem habet, vel habuerit adhuc litigio pendente, poteſt, præſente curatore, ſententia dici.

1 ¶ Arbiter adeſſe litigatores vel per nuntium, vel epiſtolam l iubere poteſt m.

2 ¶ Si ab altera n duntaxat parte heredis mentio comprehenſa fuerit, compromiſſum ſoluetur morte cuiuſque ex litigatoribus: ſicut ſolueretur altero mortuo, ſi neutrius hæredis perſona comprehenderetur.

Si extra compromiſſum arbiter diem protulerit.

50. *Alfenus* lib.7. Digeſtorum.

ARbiter o ex compromiſſo ſumptus, cùm ante eum diem, qui conſtitutus compromiſſo erat, ſententiam dicere non poſſet, diem compromiſſi proferri iuſſerat, alter ex litigatoribus dicto audiens p non fuerat. Conſulebatur, poſſetne ab eo pecunia ex compromiſſo peti. Reſpondi non poſſe: ideo quòd non eſſet arbitrio compromiſſum, vt id haberet q.

De arbitro in re ſua.

51. *Marcianus* lib. 2. Regularum.

SI de re ſua quis arbiter factus ſit, ſententiam dicere non poteſt: quia ſe facere iubeat, aut petere prohibeat *: neque autem impetrare ſibi, neque ſe prohibere quiſquam poteſt r.

De mora in parendo ſententiæ.

52. *Idem* lib. 4. Regularum.

SI qui iuſſus " eſt " aabitrio ex compromiſſo ſoluere pecuniam, moram fecerit, pœnam ex compromiſſo debet: ſed poſtea ſ ſoluendo pœna liberatur.

NAVTÆ t, CAVPONES u, STABVLARII, vt recepta x reſtituant.

TIT. IX.

Prior pars edicti, de actione honoraria in factum de recepto. 1. Ratio & vtilitas ſupraſcripti edicti. 2. De nautis. 3. De nauium cuſtodibus & dietariis 4. De exercitoribus ratium & lintrariis. 5. De cauponibus, & ſtabulariis. 6. De mercibus & aliis rebus. 7. De rebus noſtris vel alienis. 8. De rebus illatis in nauem, vel in littore exiſtentibus. De facto nautarum, vectorum, viatorum.

3. *Vlpianus* libro 14. ad Edictum.

AIT Prætor y: *nautæ, caupones, ſtabularij, quod cuiuſque z ſaluum fore receperint, niſi reſtituant, in eos iudicium dabo* a.

1 ¶ Maxima vtilitas eſt huius edicti, quia neceſſe eſt plerumque eorum fidem ſequi, & res cuſtodiæ b eorum committere. Nec quiſquam putet, grauiter hoc aduerſus eos conſtitutum: nam eſt in ipſorum arbitrio, ne quem recipiant c, & niſi hoc eſſet ſtatutum, materia daretur d cum furibus aduerſus eos, quos recipiunt, coëundi; cum ne nunc quidem abſtineant huiuſmodi fraudibus.

2 ¶ Qui ſunt igitur, qui teneantur, videndum eſt. Ait prætor *nautæ.* * Nautam accipere debemus eum, qui nauem exercet a. quamuis nautæ appellantur omnes, qui nauis nauigandæ cauſa in naue ſint: ſed de exercitore b ſolummodo prætor ſentit: nec enim debet (inquit Pomponius) per remigem, aut meſonautam c obligari; ſed per ſe, vel per nauis magiſtrum f; quanquam ſi ipſe alicui è nautis committi iuſſit ſine dubio debeat obligari e.

3 ¶ Et ſunt quidam in nauibus qui cuſtodiæ gratia nauibus præponuntur, vt ναυφύλακες; f *id eſt, nauium cuſtodes* g, " & dietarij h. " Si quis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem; quia is, qui eos huiuſmodi officio præponit, committi eis permittit, quanquam ipſe nauicularius i vel magiſter id faciat k quod χειρέμβολον l, *id eſt, manus immiſſionem* appellant; ſed & ſi hoc non extet, tamen de recepto nauicularius tenebitur.

4 ¶ De exercitoribus ratium m item lyntrariis nihil cauetur, ſed idem conſtitui oportere, Labeo ſcribit, & hoc iure vtimur.

5 ¶ Caupones autem, & ſtabularios æquè eos accipiemus, qui cauponam, vel ſtabulum exercent, inſtitoréſve eorum. Cæterùm ſi qui opera mediaſtini n fungitur, non continetur, vtputà atriarij, & focarij o, & his ſimiles.

6 ¶ Ait prætor, *quod cuiuſque ſaluum fore ceperint*: hoc eſt, quamcunque rem, ſiue mercem receperint. Inde apud Viuianum relatum eſt, ad eas quoque res hoc edictum pertinere, quæ mercibus accederent: veluti veſtimenta, quibus in nauibus vterentur, & cætera, quæ ad quotidianum p vſum habemus.

7 ¶ Idem Pomponius libro 34. ſcribit, parui referre, res noſtras, an alienas intulimus, ſi tamen noſtra interſit ſaluas eſſe. Etenim nobis magis, quàm quorum ſunt, debent ſolui q; & ideo ſi pignori merces accepero " ob pecuniam nauticam; " mihi magis, quàm debitori nauta tenebitur, ſi ante eas ſuſcepit.

8 ¶ *Recepit autem ſaluum fore*, vtrum ſi in nauem res miſſæ, ei adſignatæ ſunt; an, & ſi non ſint adſignatæ, hoc tamen ipſo quod in nauem miſſæ ſunt, receptæ videntur? Et puto, omnium eum recipere cuſtodiam, quæ in nauem illatæ ſunt, & factum non ſolùm nautarum præſtare debere, ſed & vectorum r.

2. *Gaius* libro 5. ad Edictum Prouinciale.

SIcut & caupo viatorum ſ.

1. Qualis ſit hæc actio, & cur introducta. Quid præſtet nauta, caupo, ſtabularius. 2. De cauſa ex qua recipitur. 3. De filiuſfam. & ſeruo. 4. Quid veniat in hanc actionem. De eius tempore, de herede. 5. De concurſu huius actionis & actionis de furto.

3. *Vlpianus* lib. 14. ad Edictum.

ET ita de facto vectorum etiam Pomponius libro 34. ſcribit.

¶ Idem ait, etiam ſi nondum ſint res in nauem receptæ t, ſed in litore petierint, quas ſemel recepit: periculum ad eum pertinere.

1 ¶ Ait prætor, *niſi reſtituant, in eos iudicium dabo.* Ex hoc edicto in factum actio proficiſcitur. Sed, an ſit neceſſaria u, videndum: quia agi ciuili actione ex hac cauſa poterit, ſi quidem merces interuenerit, ex locato vel conducto: ſed ſi tota nauis locata ſit: qui conduxit, ex conducto etiam de rebus quæ deſunt agere poteſt, ſi verò res perferendas nauta conduxit, ex locato conuenietur, ſed ſi gratis x res ſuſceptæ ſint, ait Pomponius depoſiti agi potuiſſe. Miratur. igitur, cui honoraria actio ſit inducta, cùm ſint ciuiles. Niſi fortè (inquit) ideo, vt innoteſceret prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum, " & " quia in locato conducto culpa, in depoſito dolus duntaxat præſtatur y: at hoc edicto omnimodo, qui recepit tenetur, etiam ſi ſine culpa eius periit, vel damnum datum eſt, niſi ſi quid damno fatali z contingat. Inde Labeo ſcribit, ſi quid naufragio, aut per vim piratarum a perierit, non eſſe iniquum, exceptionem ei dari.

¶ Idem erit dicendum, & ſi in ſtabulo, aut in caupona vis maior contigerit b.

¶ Eodem modo tenentur caupones, & ſtabularij, quo c exercentes negotium ſuum recipiunt: cæterum ſi extra negotium receperint, non tenebuntur.

r Imò, caupo viatorum factum non præſtat. l.6. §.3. ſ. eod. l. vnic. §. ſ. furt. aduerſus nautas.
ſ Imò, non alias quam ſi in ipſa naue damnum datum ſit. l. vlt. ſ. eod.
t v l.1. §.1. ſ. eod.
u l.6. ſ. eod.
x l.6. ſ. eod.
y vulgariter. l. 1. §. ſi quis ſeruum. l.32. ſ. depoſiti. quippe ex conu[...] culpa præſtari poteſt. d. l. 1. §. ſi conueniat.
z quod alibi, θεοβία. l.25. antepen. ſ. locati. vis diuina. l.24. § Seru[...] damno infecto. alibi fatum appellatur, quod cuiuis patritam. etiam [...] tiſſimo poteſt accidere. l.11. §. item, antepen. ſ. de minor.
a de piratis, v. l.18. ſ. commodati. b l.15. §.2. & ſeq. ſ. locati.
c al. quòd ita legit Accurſius, & notat accipi pro quia.

a l.1. §. exercitorem ſ. de exerc.
b i. nauis dominus vel eius conductore. l.1. §. exercitorem. ſ. de exercit.
c Meſonautæ i[...] qui medium lo[...] cum tenet inte[...] nautas ſummos [...] imos: ſummos [...] proretas & gube[...] natores: imos, [...] remiges: qui [...] nique aliis ten[...] gandi ſignum p[...] bet. Plauto h[...] tor: Feſto & N[...] nio portiſculus, [...] hortator remig[...] qui perticam [...] net, quæ portiſ[...] lus dicitur, [...] excurſum & [...] hortamenta m[...] deratur, qu[...] quidam Porti[...] pud Liuium [...] His adde M[...] nautam non [...] ναυτεπιβάτ[...] Cuiac.27. obſ.[...]
d i. enim cuius nauis cura [...] data eſt. l.2. [...] de exercit.
e ex iuſſu.
f l.53. Ecl.[...] ἀρχοντες ἐπ[...] νεῶν φυλακ[...] das.
g ad id pr[...] ab exercitor[...]
h id eſt, qu[...] nonam nau[...] miniſtrant.
i i. exercit[...]
k id non ſi[...] Baro.
l i. lignum [...] giſtro naui[...] nudatum. [...] ſma cani [...] bus per ſ[...] niacos ſoleb[...] per aſſam [...] id eſt, ore[...] tam: vt i[...] naui per [...] Pedianus d[...] xi ad Feſt[...] Aſſa & [...] lus. Ita [...] Gloſſus iu[...] neca 7. ep[...] Pauſarius. [...]
m Si quid[...] ue ratéve [...] furti actio[...] ercitorem [...] Paul. v. [...] obſeru. 19.
n viliſſimi [...] pij, ita d[...] in mediis [...] ſtaret, [...] iuſſu is iu[...] ſto eſſe po[...] n de foca[...] 12. §.5. [...] in Struct.
o l.4. in [...]
p Imò [...] magi vre[...] ter. l.31. [...]
q Imò [...] non præſt[...] vnica. ſ. [...] neſus nau[...]

3 ¶ Si

3 ¶ Si filiuſfamilias aut ſeruus receperit, & voluntas patris: domini *a* interuenit *b*: in ſolidum erit conueniendus.

¶ Item ſi ſeruus exercitoris ſubripuit vel damnum dedit, noxalis actio ceſſabit, quia ob receptum ſuo nomine dominus conuenitur. Sin verò ſine voluntate exerceant, de peculio dabitur.

4 ¶ Hæc autem rei perſecutionem continet, vt Pomponius ait; & ideò & in *c* heredem, & perpetuo *d* dabitur.

5 ¶ Nouiſſimè videndum an eiuſdem rei nomine & de recepto honoraria *e* actione & furti agendum ſit? & Pomponius dubitat. Sed magis eſt, vt vel officio iudicis, vel doli exceptione, alterutra eſſe contentus debeat *f*.

1. Si nauta nautæ, ſtabularius ſtabularij, caupo cauponis rem receperit. 2. De his quæ mercibus accedunt.

29. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

SEd & ipſi nautæ furti actio competit *g* cuius, *h* ſit periculo, niſi ſi ipſe ſurripiat, & poſtea ab eo ſubripiatur: aut alio ſubripiente, ipſe nauta ſoluendo non *i* ſit.

1 ¶ Si nauta nautæ, ſtabularius ſtabularij, caupo cauponis (res) receperit: æquè tenebitur.

2 ¶ Viuianus dixit, etiam ad eas res hoc edictum pertinere, quæ poſt impoſitas merces in nauem, locatáſque inferentur, & ſi earum vectura non debetur; vt veſtimentorum, penoris quotidiani *k*, quia hæc ipſa certarum rerum locationi accedunt.

De cuſtodia præſtanda. 1. De furto & damno.

5. *Gaius* lib. 5. ad Edictum Prouinciale.

NAuta, & caupo, & ſtabularius mercedem accipiunt non *l* pro cuſtodia; ſed nauta, vt traiiciat vectores: caupo, vt viatores manere in caupona patiatur: ſtabularius, vt permittat iumenta apud eum ſtabulari; & tamen cuſtodiæ nomine tenentur. Nam & fullo & ſarcinator non pro cuſtodia, ſed pro arte mercedem accipiunt, & tamen cuſtodiæ nomine ex locato tenentur *m*.

1 ¶ Quæcunque de furto diximus, eadem & de damno debent intelligi; non enim dubitari oportet, quin is, qui *n* ſaluum fore recepit, non ſolùm à furto, ſed etiam à damno *o* recedere *p* videatur.

Altera pars Edicti. de actione honoraria in factum ex quaſi delicto in duplum. Si quis gratis in naue aut caupona fuerit. 1. Si ſeruus meus, vel communis quo in naue aut caupona vtebaris damdum mihi dederit, aut furtum fecerit. 2. Sine damnum in eo datum fuerit. 3. De habitatione & hoſpitio repentino. 4. De concurſu huius actionis, & de furto vel ex lege Aquilia.

6. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

LIcet *q* gratis *r* nauigeris, vel in caupona gratis diuerteris; non tamen in factum actiones tibi denegabuntur, ſi damnum iniuria paſſus es.

1 ¶ Si ſeruo meo in naue, vel in caupona vtaris, & damnum mihi *ſ* det, vel furtum faciat; quanquam & furti actio & damni iniuria mecum ſit; hæc tamen actio, quia in factum eſt, etiam ſerui mei nomine aduerſus te competit.

¶ Idem dicetur, & ſi communis ſit.

¶ Tu tamen, quod mihi præſtiteris eius nomine, vel communi diuidundo, vel pro ſocio actione, aut (ſi partem eius, vel totum conduxiſti) etiam ex conducto habebis me obligatum.

2 ¶ Sed ſi damnum in eo datum ſit ab alio, qui in eadem naue, vel caupona eſt, cuius factum prætor æſtimare ſolet: non *a* putat Pomponius eius nomine hanc actionem vtilem futuram.

3 ¶ In factum *b* actione caupo tenetur pro his, qui habitandi *c* cauſa in caupona ſunt; hoc *d* autem non pertinet ad eum, qui hoſpitio repentino recipitur, veluti viator *e*.

4 ¶ Poſſumus autem furti, vel damni iniuriæ actione vti cum nautis, vt certi hominis factum arguamus *f*, ſed vna contenti eſſe debebimus *g*. Et ſi cum exercitore egerimus, præſtare ei debemus actiones noſtras: quamuis ex conducto actio aduerſus eos competat exercitori. Sed ſi abſolutus ſit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta, exceptio dabitur; ne *h* ſæpius de eiuſdem hominis ad[illegible] quæratur. Et contra ſi de amiſſo vnius hominis actum ſit, deinde in factum actione agatur, exceptio dabitur.

De nautis, de damno in naue vel extra nauem dato. De proteſtatione exercitoris. 1. Natura huius actionis. 2. De nauta & mercatore & nautepibata. 3. De ſeruo nautæ. 4. Quatenus tenetur exercitor. 5. De pluribus exercitoribus. 6. De tempore huius iudicij. De herede, de ſeruo, aut filiofam. exercitore.

7. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

DEbet exercitor *i* omnium nautarum ſuorum, ſiue liberi, ſiue ſerui, factum præſtare, nec immeritò factum eorum præſtat, cùm ipſe eos ſuo periculo adhibuerit. Sed non aliàs præſtat, quàm ſi in ipſa naue damnum datum ſit *k*: cęterùm ſi extra nauem, licet à nautis, non præſtabit.

¶ Item ſi prædixerit, vt vnuſquiſque vectorum res ſuas ſeruet, neque damnum ſe præſtaturum, & conſenſerint *l* vectores prædictioni, non conuenitur.

1 ¶ Hæc actio in factum, in duplum *m* eſt.

2 ¶ Sed ſi quid nautæ inter ſe damni dederint, hoc ad exercitorem non pertinet.

¶ Sed ſi quis ſit nauta, & mercator, debebit illi dari. Quod ſi quis, quos vulgò ναυτεπιβάτας, id eſt *remum n pro nauto o, & vecturæ pretio ſoluentes* dicunt, & huic tenebitur, ſed huius factum præſtat, cùm ſit & nauta.

3 ¶ Si ſeruus nautæ damnum dederit, licèt ſeruus nauta *p* non ſit æquiſſimum *q* erit, in exercitorem actionem vtilem *r* dare.

4 ¶ Hac autem actione ſuo nomine exercitor tenetur *ſ*, culpæ ſcilicet ſuæ, qui tales adhibuit, & ideò, & ſi deceſſerint, non reuelabitur.

¶ Seruorum autem ſuorum nomine, noxali *t* duntaxat tenetur: nam cum alienos adhibet explorare *u* eum oportet, cuius fidei, cuius innocentiæ ſint: in ſuis venia dignus eſt, ſi tales quales ad inſtruendam nauem adhibuerit.

5 ¶ Si plures nauem exerceant, vnuſquiſque pro *x* parte, qua nauem exercet, conuenitur.

6 ¶ Hæc iudicia, quamuis honoraria *y* ſint, tamen perpetua *z* ſunt; in *a* heredem autem non dabuntur. Proinde, & ſi ſeruus nauem exercuit, & mortuus eſt, de peculio non dabitur actio in dominum, nec intra annum. Sed cum voluntate patris *b*, vel domini ſeruus, vel filius exercent nauem, vel cauponam, vel ſtabulum; puto etiam hanc actionem in ſolidum eos pati debere, quaſi omnia, quæ ibi contingunt, in ſolidum receperint.

a al. vel domini. b l. vlt. in fi. hoc ti. c Imò in heredem non datur, eſt enim pœnalis. §. pen. inſt. de oblig. ex quaſi delict. d d. l. vlt. §. vlt. e l. vlt. §. 5. ff. eod. f l. 6. §. 4. inf. eod. v. l. 130. ff. de reg. iur. g v. l. vnic. §. 4. inf. furti adue. ſ. nautas. h id eſt, cùm eius ſit periculo. i tunc enim periculo eius res non eſt, cùm nihil habeat. k l. 1. §. 6. in fin. ff. eodem. l aliud eſt pecuniam pro arte, & miniſterio: aliud pro cuſtodia rei alicuius accipere. Nautæ, caupones, ſtabularij, fullones, ſarcinatores pro arte & opera pecuniam accipiunt, at non pro cuſtodia. m l. 25. in fi. l. 60. §. 2. infr. locat. l. 12 in princip. infr. de furtis, vt & depoſitarij, l. 1. §. 13. ff. depoſiti. interdū etiam venditor de cuſtodia tenetur, vtputà ſi eam ſuſcripſit. §. 3. Inſtit. de emptione. n ſaluum fore qui quid recipit, furtum præſtat & damnum. o & periculo, l. 40. ff. locat. p recipere & ita vulgata. q atqui hoc caſu videtur quis tanquam amicus non tanquam caupo recepiſſe. r l. 3. §. 1. ff. eodem. ſ quæ ſcripſi ad l. 6. ff. de calumniatorio. quid ſi tibi damnum dederit? l. 60. §. 7. infrà locati.

a Cur hoc edictum viatoribus proſpicit: ſeruus autem qui cauponæ inſeruit, cuique dānum illatum eſt, non eſt viator, ſed domeſticus. b In duplum ex ſecundo capite edicti. c l. vnica in fin. ff. furti. d Habitationis & hoſpitij repentini differentia. e Imò de facto viatoris tenetur: vide l. 2. ff. eod. f Id eſt, arguendo conuincamus, vt ſit Endyadis ſpecies. g l. 3. in fin. ff. eod. h vide l. 2. infr. de priuatis delictis. i An exercitoris exēplo magiſtratus & dominus familiæ ſuæ ratione tenebuntur? negat Bart. k Imò præſtat, etiam ſi res nondum in nauem receptæ, l. 3. ff. eod. l Contractus enim legem ex conuentione accipiunt, l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſiti. m d. l. vnic. §. 2. n Id eſt, operam ſuam in remigando præſtant, loco nauli & pretij vecturæ: o Naulum pretium vecturæ. p id eſt, eius conditionis cuius dominus. q Vtiles actiones ex æquo & bono competunt. r Vtiles actiones dantur, vbi directæ deficiunt, v. l. 1. l. 2. C. de oblig. Directa enim ex hoc edicto datur in nautam: vtilis in ſeruum nautæ. ſ vide l. 1. §. ſi cum quolibet ff. de exercitoria.

t d. l. vnica. § ſerui u l. 3. ff. de publicanis. x Imò inſolidum, l. 1. in fin. in fin. de exercitoria. An hic ex debito: ibi ex contractu? y l. 3. §. 5. ff. eod. z l. 3. §. 4. ff. eod. a vide l. 16. ff. de iudiciis. b d. l. ff. eod.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM

PARS SECVNDA.

LIBER QVINTVS.

De *a* iudiciis *b*, & *c* vbi *d* quiſque agere: vel conuenire debeat.

De iuriſdictione inter conſentientes.

Vlpianus libro ſecundo ad Edictum.

SI ſe ſubiiciant aliqui Iuriſdictioni, & conſentiant *e*: inter conſentientes cuiuſuis *f* iudicis, qui tribunali præeſt *a*, vel aliam iuriſdictionem habet, eſt iuriſdictio.

Quid ſit conſentire. 1. An requiratur conſenſus Prætoris. 2. De prorogatione iudicis. 3. Qui & ex quibus cauſis domum reuocare poſſunt. 6. De cauſæ cognitione, de cautione ab eo præſtanda qui domum reuocat. 7. Ne prorogatio creditoribus obſit. 8. Qui multa dicenda ius habent.

2. *Idem* lib. 3. ad Edictum.

COnſenſiſſe autem videntur, qui *b* ſciant *c* ſe non eſſe

e c id eſt, vbi, & apud quos iudices quiſque, &c. d l. 3. v. l. 1. C. de iuriſdictione qui tamen ſit ex decuria iudicum, Dicebam: tu condicebas magiſtratus addicebat: ſiudicabat iudex addictus leg. 39. l. 89. ff. eodem. Vnde in lege Manilia cuiuſuis dictio, addictioque eſto. Idem ius in municipiis. l. 28. ff. ad Municipalem. In cauſis publicis eligebantur iudices, deinde reiectio fiebat, poſtea ſubſortitio. Aſc. 2 in Verrem.

a ſeu iudicio l. 3. C. de iuriſdict. b Conſenſus vt ſit ſcientia præcedere debet. c al. ſciunt.

eſſe ſubiectos iuriſdictioni eius, & in eum conſentiant. Cæterùm, ſi putent eius iuriſdictionem eſſe, non erit eius iuriſdictio: *error enim litigatorum* (vt Iulianus quoque libro primo digeſtorum ſcribit) *non habet conſenſum a*: aut ſi putauerunt alium *b* eſſe prætorem pro alio, æquè error non dedit iuriſdictionem: aut ſi, cùm reſtitiſſet, quiuis ex litigatoribus, viribus præturæ compulſus eſt, nulla iuriſdictio eſt *c*.

1 ¶ Conuenire autem vtrum inter priuatos ſufficit, an verò etiam ipſius prætoris conſenſus neceſſarius "eſt?" lex Iulia iudiciorum *d* ait, *quominus inter priuatos conuenias.* ſufficit ergo priuatorum conſenſus. Proinde ſi priuati conſentiant, prætor autem ignoret conſentire, & putat ſuam iuriſdictionem; an legi ſatisfactum ſit, videndum eſt? & puto poſſe defendi, eius eſſe iuriſdictionem.

2 ¶ Si & iudex ad tempus datus, & omnes litigatores conſentiant; niſi ſpecialiter principali iuſſione prorogatio fuerit inhibita, poſſint tempora, intra quæ iuſſus eſt litem dirimere, prorogari *e*.

3 ¶ Legatis *f* in eo quod ante *g* legationem contraxerunt; item *h* his, qui teſtimonij *i* cauſa euocati ſunt, vel ſi qui iudicandi cauſa arceſſiti *k* "ſint", vel in prouinciam deſtinati, reuocandi domum ſuam ius datur.

¶ Ei quoque, qui "ipſe" prouocauit *l*, non imponitur neceſſitas intra tempora à prouocationis exercendæ, Romæ, vel alio loco, vbi prouocatio exercetur aliis pulſantibus reſpondere; nam Celſus huic etiam domus reuocationem dandam ait; quoniam ob aliam cauſam venerit; hæc Celſi ſententia, & rationabilis eſt.

¶ Nam & diuus Pius Plotio Celſiano reſcripſit, *eum qui tutelæ "reddendæ" cauſa Romam erat à ſe euocatus, non alterius tutelæ cauſa" cuius cauſa non erat euocatus m, non debere compelli iudicium ſuſcipere.*

¶ Idem Claudio Flauiano reſcripſit *minorem viginti quinque annis, qui deſiderarat in integrum reſtitui aduerſus Africanum qui alterius negotij n cauſa venerat, non eſſe Romæ audiendum.*

4 ¶ Omnes autem iſti domum reuocant, ſi non ibi contraxerunt, vbi conueniuntur *o*. Ceterùm, ſi contraxerunt ibi, reuocandi ius non habent: exceptis legatis, qui licet ibi contraxerunt, dummodo ante *p* legationem contraxerunt, non compelluntur ſe Romæ defendere, quamdiu legationis cauſa hic demorantur. quod & Iulianus ſcribit, & Diuus Pius reſcripſit.

¶ Planè, ſi perfecta legatione ſubſiſtant, conueniendos eos Diuus Pius reſcripſit.

5 ¶ Item ſi extra prouinciam ſuam contraxerunt, licèt non in Italia: quæſtionis eſt, an Romæ conueniri poſſint? & Marcellus, in eo ſolo priuilegio eos vti domum reuocandi, quod in ciuitate ſua vel certè intra prouinciam contraxerunt, quod eſt verum.

¶ Sed "&" ſi agant, compelluntur ſe aduerſus omnes defendere *q*. Non tamen, ſi iniuriam ſuam perſequantur, vel furtum, vel damnum, quod nunc paſſi ſunt: alioquin *r* (vt "&" Iulianus eleganter ait) aut impune contumeliis, & damnis adficientur, aut erit in poteſtate cuiuſque, pulſando eos ſubiicere ipſos iuriſdictioni dum ſe vindicant.

6 ¶ Sed ſi dubitetur *ſ*, vtrum in ea quis cauſa ſit, vt domum reuocare poſſit, necne, ipſe prætor debet causa cognita, ſtatuere. Quod ſi conſtiterit, in ea eum eſſe cauſa, vt domum reuocet, debebit cauere in iudicio ſiſti, ſtatuente prætore, in quem diem promittat.

¶ Sed vtrum nuda cautione, an ſatiſdato, Marcellus dubitat. Mihi videtur, ſola promiſſione *t*. quod & Mela ſcribit; alioquin compelletur *u* iudicium accipere, quàm inuenire eos, qui ſatis pro eo dent.

7 ¶ In omnibus autem, in quibus protelatur *x* admonitio, hoc procedere ſine temporali damno creditorum oportet *y*.

8 ¶ His datur multæ *z* dicendæ ius, quibus *a* publicè iudicium eſt, & *b* non aliis *c*: nihil hoc ſpecialiter eis permiſſum eſt.

De eo qui latitat.

3. *Idem* lib.4. ad Edictum.

NOn videtur fruſtrandæ actionis cauſa latitare, qui *d* præſens ſuſcipere iudicium non compellitur *a*.

De parente & liberis in poteſtate.

4. *Gaius* libro quarto ad Edictum Prouinciale.

LIs *b* nulla *c* nobis eſſe poteſt *d* cum eo *e*, quem in poteſtate habemus *f*, niſi ex caſtrenſi peculio *g*.

Qui in ius vocati venire debent.

5. *Vlpianus* lib. quarto ad Edictum.

SI quis ex aliena iuriſdictione ad prætorem vocetur, debet venire *h*, vt & Pomponius, & Vindius ſcripſerunt. prætoris *i* eſt enim æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio: vocati autem, non contemnere auctoritatem prætoris: nam & legati ceterique, qui reuocandi domum ius habent in ea ſunt cauſa, vt in ius vocati veniant, priuilegia ſua allegaturi.

De cæco.

6. *Idem* lib.6. ad Sabinum.

COecus iudicandi officio fungitur *k*.

Quo caſu priuilegium fori locum non habet.

7. *Idem* lib.7. ad Edictum.

SI *l* quis poſteaquam in ius vocatus eſt, miles, vel alterius fori eſſe cœperit: in ea cauſa ius reuocandi forum non habebit quaſi præuentus *m*.

De conſtituto.

8. *Gaius* libro ſecundo ad Edictum Prouinciale.

SI *n* quis in legatione conſtituerit, quod ante legationem debuerit: non *o* cogi eum ibi iudicium pati, vbi conſtituerit *p*.

De inſulis.

9. *Vlpianus* lib.9. ad Edictum.

INſulæ, *q* Italiæ, pars Italiæ ſunt: & cuiuſque prouinciæ *r*.

Quid ſit deſiſtere.

10. *Idem* lib. 10. ad Edictum.

DEſtitiſſe *ſ* is videtur, non qui diſtulit, ſed qui liti renuntiauit in totum: deſiſtere enim eſt, de negotio abſtinere, quod calumniandi animo, inſtituerat.

¶ Plane, ſi quis cognita rei veritate *t*, ſuum negotium deſeruerit nolens in lite improba perſeuerare, quam calumniæ cauſa non inſtituerat, is deſtitiſſe non videtur.

De arrogatione aduerſarij.

11. *Idem* lib. 12. ad Edictum.

SI à me fuerit adrogatus, qui mecum erat litem conteſtatus, vel cum quo ego ſolui iudicium. Marcellus libro tertio digeſtorum ſcribit. quoniam nec ab initio inter nos potuit conſiſtere *u*.

Si prætor vnum ex pluribus iudicare vetet. 1. Qui iudicem dare. 2. Vel iudices dari poſſunt.

12. *Paulus* lib.17. ad Edictum.

CVm prætor vnum ex pluribus *x* iudicare vetat ceteris *y* id committere videtur.

1 ¶ Iudicem dare poſſunt, quibus "hoc" lege, vel conſtitutione, vel ſenatuſconſulto conceditur.

¶ Lege, ſicut proconſuli *z*: is quoque cui mandata eſt iuriſdictio, iudicem dare poteſt *a*: vt ſunt legati proconſulum, item hi, quibus id "more" *b* conceſſum eſt propter vim imperij: ſicut præfectus vrbi, ceteríque Romæ magiſtratus.

2 ¶ Non autem omnes iudices dari poſſunt ab his, qui iudicis dandi ius habent: quidam enim lege impediuntur, ne iudices ſint, quidam natura, quidam moribus.

¶ Natura, vt ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus *c* & impubes *d*: quia iudicio carent.

a Error conſenſum non habet: *vt hic.* nec vim prorogandæ iuriſdictionis, *l.11. ſ. de iuriſdictione.* neque obligandi facultatem vide *l.57. inf. de oblig. & act.*
b puta fideicommiſſarium, pro tutelari. vel Titium, pro Mæuio. ille error, iuris: hic, facti dicitur.
c ipſo iure: vt & dotis promiſſio *l. 22. §. 3.* & ibi *Cuiac.* aduerſus veteres interpretes.
d cuius extat fragmentum *l. 9. §. 2. l. 42. ſ. de arbit.* dixi plenius de eadem lege ad *l. 4. inf. de teſtib.*
e vide quæ notaui *d. l. 4. §. 3. j. de precario.*
f Ius reuocandi domum habet omnis qui in aula principis eſt. vide tamen Socinum *regula* 102. de iure reuocandi domum *v. Couarruuiam* 1. *practic. t. 3.*
g §. 4. *infr. eod. l. 8. l. 39. in fi. j. eod. Nou. 123. c. 20.* aliud erit ſi tempore legationis, *l. 24. §. 1. l. 25. l. 26. l. 27. inf. eo.*
h Abeſſe neceſſaria ex cauſa videtur qui abeſt ex cauſa legationis, aut teſtimonij dicendi cauſa: aut ſi iudicandi cauſa arceſſitus ſit, id eſt vocatus, fortè quia tutor ſimiliſve, aut ſi alicubi appellationem exercet. Hi omnes Romæ vel alio loco conuenti ius reuocandi domum habent.
i *l. 26. in fi. ſ. ex quib. cauſ. maiores.*
k *al.* accerſiti, id eſt vocati, *arceſſere* enim eſt vocare.
l *d. l. 26. l. 1. infr. eum qui appellauerit in prouincia defendi.*
m *l. 1. C. vbi de ratiociniis.*
n putà ſtudiorum *arg. l. 28. ſ. ex quibus cauſis maior.*
o Conueniri quis poteſt vbi contraxit *l. 19. §. 1. l. 36. §. vlt. l. 45. inf. eod. l. 54. §. fi. ſ. de procur. l. 32. §. 9. ſ. de arbit. l. 1. 2. Cod. vbi de ratiociniis. Nou. 69. c. 1.*
p *v. §. 3. ſ. eod.*
q *d. l. 32. l. 22. infr. eod.*
r Nemo delicto ſuo ius ſuum aduerſario tollere poteſt
ſ *l. 5. in fin. inf. de legationib.*
t an iuratoria? hoc videtur *arg. l. 12. C. de proximis ſacrorum ſcrinior.*
u id eſt, leuius erit.
x Protelare, eſt protrahere, vt *l. properandum. Cod. eod.*
y *l. vlt. in fin. C. qui bonis cedere.*
z vide *l. 2. in fi. ſ. ſi quis in ius vocatus*: *l. vlt. C. de modo multarum,* quæ omnes ſunt veteris iuris reliquiæ.
a vide quæ ſcripſi ad *l. 131. de verb. ſignif.*
b *l. 131. in fin. inf. de verb. ſignif. l. 2. 3. C. de modo multarum.*
c Delegaturus multam dicere non poteſt, vide Socinum *regulæ* 82. Atqui arbitri multare poſſunt, *l. 39. ſ. de arbitris.*
d id eſt, qui etiam ſi adeſſet 7. *Eclog. 5. c. 3.*

a Ideóque cum illi competat exceptio declinatoria, contra eum non poteſt interponi ſecundum decretum.
b vide *Cuiac. 9. obſ. 13.*
c ſiue experimur, ſiue patimur litem.
d Imò poteſt: *v.* Ioannem Fabrum, *in l. 13. Cod. de Epiſcopali aud.*
e i. filio familias nam in ſeruo hoc intelligi non poteſt: quia ſeruus caſtrenſe peculium non habet.
f *l. 11. infr. eo l. 7. infr. de oblig. v. l. 7. inf. de furtis: l. 7. j. de falſis: l. 13. inf. C. de tranſact. l. 36. C. de liberali. § 6. [illegible] inut. ſtipulat. § [illegible] de oblig. quæ ex delicto.*
g *Eclog. eod. c. [illegible]* & in caſibus *l. [illegible] infr. eod. l. 1. inf. [illegible] annona: l. 20. [illegible] C. qui accuſ. [illegible] Socinum reg. [illegible]*
h *v. l. 2. ſ. [illegible] in ius: l. 2. [illegible] quis eum.*
i iudex pron[illegible] ciat ſe compet[illegible] tem vel incomp[illegible] tentem. *Eclog. [illegible] c. 5.* adde *l. 2. [illegible] quis in ius v[illegible] non ierit.* Corſetus *[illegible] Iuriſdictio.* [illegible] locum habere [illegible] domino feud[illegible] negatur dom[illegible] deinde ſi co[illegible] tio ſit inter[illegible] litigatorem [illegible] pſum iudice[illegible] inter ipſos [illegible] tores. Te[illegible] cum non [illegible] hanc legem [illegible] legato iud[illegible] ſi citatus [illegible] extra ter[illegible] citantis. Ad[illegible] ipſe iudex [illegible] aduerſus [illegible] Item ſi [illegible] conſtat [illegible] eſſe iudic[illegible] ſi ab eo a[illegible] poſtremo [illegible] quod co[illegible] ex ea cau[illegible] ad ipſum [illegible] vide *Co[illegible] dem.*
k Cæco [illegible]
l *Eclog. eod. c. 7. 1. Harmen. 1.* [illegible] permiſſa, v. in *l. 8. C. qui teſtamenta.*
m [illegible] tione inducitur præuentio *l. 30. inf. eod.* vide quæ notaui ad *l. 9. j. de [illegible]*
n *l. 33. [illegible] l. 28. 45. inf. de excuſ. tut.* adde *l. 30. j. eod. l. 19. ſ. de iuriſd.*
o Imò cogitur: & ita putat Vlpianus, *in l. 5. j. de conſtituta pecunia* [illegible] ibi verò appoſitus fuit *v. Cuiac. 13.* [illegible] non adiectus fuit locus ſoluendi: *l. 5. inf. de conſtit.*
p aliter quam in aliis
q An maiores? putà Sicilia, [illegible] nia, Cynos, vt Accurſius putat, & Benedictus XIX. *cap. vlt. extr. de cenſ.* [illegible] An minores? vt Hichia & Prochyta: has enim Ita[illegible] tius 2. *Decameri* 9. [illegible] gunt Geographi *Ptolomæus lib. 3. & Strabo 6. Solinus, Mela 2. Plinius 3.* [illegible] Sicilia ab Italia ſeparatus. *l. 99. inf. de verb ſign. Plat. 10. Politicorum:* [illegible] *gibus: Ariſtoteles 2. Politic. & libro de mirandis auſcultat. Thucydides. [illegible] & Charontis,* [illegible] *licarn. 2. Iſocrates de Pace: Lucianus in dialogo Mercurij* [illegible] *de hiſtoria conſcribenda: Varo 2. de re ruſtica: Cicero actione 4. & 7. in* [illegible] *pro lege Manilia: & l. Agraria: Liuius 26. Florus 14. epitomes: &* [illegible] *& 6. & 3. c. 12. & c. 20. 7. Plin. 2. & 56. c. ſancta: extra de religioſis domi[illegible]*
r adde *l. 30. inf. ad municipal. l. 99 infr. de verb. ſign.*
ſ *l. 13. inf. ad Tu[illegible] l. 2. Cod. de abolitionib.*
t & errore ſuo, *l. 15. inf. de iure fiſci*
u quia iudicium peruenit ad eum caſum à quo non poteſt incipere [illegible]
x Plures iudices dari potuerunt *l. 76. inf. eod.*
y [illegible]
z *l. 12. ſ. de off. proconſ.*
a adde *l. 81. j. eod.*
b Inclusio vnius, [illegible] exclusio: & prohibitio vnius, alterius eſt conceſſio *l. 58. j. eod.*
b Conſuetudo poteſtatem delegandi confert, *vt hic.* & mandatum [illegible] *cuiuſque vniuerſitatis.*
c *l. 39. l. 46. j. eod.*
d minor 25. ann. 1. *Harm.* [illegible]

Lege

¶ Lege ‖ impeditur, ‖ qui ſenatu motus eſt *a*

¶ Moribus *b*, fœminæ *c*, & ſerui : non quia non habent iudicium, ſed quia receptum eſt *d* vt ciuilibus officiis non fungantur.

3 Qui poſſunt eſſe iudices, nihil intereſt, in poteſtate, an ſui iuris ſint.

Qui actor intelligatur in iudiciis duplicibus.

13. *Gaius* lib ſeptimo ad Edictum. Prouinciale.

IN tribus ‖ iſtis ‖ iudiciis, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, quæritur quis actor intelligatur *e* : quia par cauſa omnium videtur ? ſed magis placuit, eum videri actorem, qu ad iudicium prouocaſſet *f*.

14. *Vlpianus* libr. 2. Diſputationum.

SEd cùm ambo ad iudicium prouocant, ſorte *g* res diſcerni *h* ſolet.

Si quis litem ſuam fecerit.

15. *Idem* lib. 21. ad Edictum.

FIlius familiàs *i* iudex *k*, ſi litem ſuam faciat *l*. in tantam quantitatem tenetur, quæ tunc in peculio fuit, cum ſententiam dicebat.

1 ¶ Iudex tunc *m* litem *n* ſuam facere intelligitur, cùm dolo *o* malo in fraudem legis ſententiam dixerit, Dolo malo autem videtur hoc facere, ſi euidens arguatur eius vel gratia vel inimicitia, vel etiam ſordes : vt veram *p* æſtimationem litis præſtare cogatur.

16. *Idem* lib. 5. ad Edictum.

IVlianus autem, in hæredem iudicis, qui litem ſuam fecit, putat actionem competere: quæ ſententia vera non *q* eſt, & à multis notata eſt *r*.

Si iudex litigatori ſucceſſorit.

17. *Idem* lib. 22. ad Edictum.

IVlianus ait : Si alter ex litigatoribus iudicem ſolum heredem, vel ex parte fecerit, alius iudex neceſſariò ſumendus eſt ; quia iniquum eſt, aliquem ſuæ rei iudicem fieri *s*.

Si iudex impeditus ſit 1. *Vtrum filiusfam. agere poſſit.*

18. *Idem* lib. 23. ad Edictum.

SI longius ſpatium interceſſurum erit, quominus iudex datus operam *t* poſſit dare, mutari eum iubet prætor : hoc ‖ eſt ‖ ſi fortè occupatio aliqua iudicem non patiatur operam iudicio dare, incidente infirmitate, vel neceſſaria profectione *u*, vel rei ſuæ familiaris periculo.

1 ¶ Si filiusfamiliàs ex aliqua noxa, ex qua patri actio competit, velit experiri, ita demum permittimus ei agere, (ſi) non ſit, qui patris nomine agat *x*.

¶ Nam & Iuliano placet, ſi filiusfamiliàs legationis, vel ſtudiorum gratia aberit, & vel furtum, vel damnum iniuria paſſus ſit, poſſe eum vtili iudicio agere : ne, dum pater expectatur, impunita ſint maleficia *y* : quia pater venturus non eſt : vel dum venit, ſe ſubtrahit is qui noxam commiſit.

¶ Vnde ego ſemper probaui, vt ſi res non ex maleficio veniat, ſed ex contractu, debeat filius agere vtili *z* iudicio : fortè depoſitum repetens, vel mandatis agens, vel pecuniam *a*, quam credidit, petens : ſi fortè pater in prouincia ſit, ipſe autem fortè Romæ vel ſtudiorum cauſa, vel alia iuſta ex cauſa agat *b*, ne ſi eí non dederimus actionem, futurum ſit vt impunè fraudem patiatur, & egeſtate Romæ laboret, viaticulo ſuo non recepto, quod ad ſumptum pater ei deſtinauerat.

¶ Et finge ſenatorem *c* eſſe filiumfamilias, qui patrem habet in prouincia, nónne *d* augetur vtilitas per dignitatem *e* ?

De foro heredis. 1. *Et eius qui aliquid geſſit per ſe.* 3. *Vel per ſeruum.* 4. *Si quis alio loco ſoluere obligatus ſit, alibi domicilium habeat.*

19. *Idem* lib. 60. ad Edictum.

HEres abſens ibi defendendus eſt, vbi defunctus debuit *f*, & conueniendus, ſi ibi inueniatur, nullóque ſuo proprio priuilegio excuſatur.

1 ¶ Si quis tutelam *g* vel curam, vel negotia, vel argentariam *h*, vel quid aliud, vnde obligatio *i* oritur,

a *l.* 1. ff. *de ſenat.*
b *v. l.* 2. ff. *de vulgari.*
c vide quæ notaui de fœminis 10. *C.* 62.
d *l.* 6. §. *de arbitr.*
e vide *l.* 1. §. *in familiæ.* ff. *fam.*
f *l.* 29. ff. *eod.* vide *l.* 1. ff. *de in ius vocando. l.* 2. *in fin. inf. communi diuidundo.*
g Sorte quæ dirimantur, vide *l. vlt. C. communia de legatis.*
h *al.* decerni.
i Quidam legunt *filij familiàs* Iudex, id eſt, filiofamiliàs addictus iudex, qui de actione peculij inſtituta cognoſcit aduerſus patrem, ſed Græci huic emendationi repugnant, apud quos ita legitur ; ὑπεξούσιος ποιῶν παρανομον κρίσιν, filius familiàs iniquam ſententiam ferens.
k poteſt enim dari iudex, *l.* 12. *in fin.* ff. *eod.*
l vide quæ notaui *C. de pœna iudicis qui malé iudicauit.*
m maximè ſcilicet ?
n adde quæ ſcripſi de iudice litem ſuam faciente ad Theophilum. *Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delicto, in prin. & l. vlt.* ff. *de extr. cognit.*
o Interdum enim ſola imprudentia peccat : quod cum accidit, litem ſuam non facit. *l. vlt.* ff. *de extr. cogn.* non ex delicto vero, ſed ex quaſi delicto, *l.* 2. ff. *quod cuiuſque vniuer.* vide *Cuiac.* 13. *obſer.* 18.
p de vero pretio *v. l.* 50. ff. *de furtis.*
q pœnales actiones ex quaſi delicto in heredem non dantur, *vt hic & §. vlt. Inſtit. de perpetuis & temporalibus: l. vlt. §. hac iudicia* ff. *naut. l.* 5. §. *hæc autem* ff. *de his qui deiecerunt. §. vlt. Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi delict.*
r niſi conueniatur hæres de eo quod ad eum peruenit. *arg. l.* 5. ff. *de calumniat.*
s *l.* 10. ff. *de iuriſd.*
t Operam det iudex vel arbiter, *vt hic: l. penult.* ff. *de vacat. munerum.* Operam etiam præſtat litigator arbitro, non tamen iudici : *l.* 21. §. 11. *l.* 39. ff. *de arbitris.*
u *l.* 4. *C. de pendan. iudicibus.*
x *l.* 12. ff. *de in ius vocando.*
y quod eſſe non debet, *l.* 51. *in fin.* ff. *ad legem Aquilian l.* 70. *in fi.* ff. *de fideiuſſor l.* 20. ff. *de pœnis l.* 6. *C. de defenſ. ciuitat*
z quod extraordinarium dicitur in *l.* 18. ff. *de rebus creditis.*
a *l.* 17. ff. *de rebus creditis.*
b adde 7. *l* §. 3. ff. *de donat.*
c Senatoria dignitas non liberat filium poteſtate patris ſui.
d Vtile quod eſt ſtudiorum cauſa, id non minus vtile eſt ſenatoriæ dignitatis cauſa.
e vide *l.* 21. *in fin.* ff. *de teſtibus.*
f id eſt, habitauit. Hæres ſequitur forum defuncti : nec poteſt aduerſus id proprium priuilegium (puta corpori iuris non inſertum) allegare. *Batolus l.* 34. *infrà eodem.*
g vide *l.* 1. *C. vbi de ratiociniis.*
h *l.* 4. §. *vlt.* ff. *de edendo.*
i Forum in loco contractus, ſeu vbi quiſque contraxit, quiſque ſortitur, vide tamen Socinum, reg. 160.

certo loci adminiſtrauit *a* & ſi ibi domicilium non habuit, ibi ſe debebit defendere: & ſi ſe non defendat, neque ibi domicilium habeat, bona poſſideri patietur.

2 ¶ Proinde & ſi merces vendidit certo loci, vel diſpoſuit *b*, vel comparauerit : videtur, niſi alio loci vt defenderet, conuenit ; ibidem ſe defendere.

¶ Numquid dicimus, eum, qui à mercatore quid comparauit ſc. aduena, vel ei vendidit, quem ſcit inde confeſtim profecturum *c*, non oportet *d* ibi bona poſſideri, ſed domicilium ſequi eius ? at ſi quis ab eo, qui tabernam, vel officinam certo loci conductam habuit in ea cauſa eſt, vt illic conueniatur : quod magis habet rationem. Nam vbi ſic venit, vt confeſtim diſcedat, quaſi à *e* viatore emptis : ‖ vel eo, qui tranſuehebatur ‖ vel eo qui, παραπλεῖ *f*, *id præternauigat*, emit, duriſſimum eſt, quotquot locis quis nauigans, vel iter faciens delatus eſt, tot locis ſe defendi. At ſi quo conſtitit, non dico iure domicilij, ſed tabernam, pergulam *g*, horreum *h*, armarium, officinam conduxit, ibique diſtraxit, egit : defendere ſe eo loci debebit.

3 ¶ Apud Labeonem quæritur, ſi homo prouincialis *i* ſeruum inſtitorem vendendarum mercium gratia Romæ habeat : quod eum eo ſeruo contractum eſt, ita habendum *k*, atque ſi cum domino contractum ſit: quare ibi ſe debebit defendere.

4 ¶ Illud ſciendum eſt, eum, qui ita fuit obligatus, *Vt in Italia* † *ſolueret*, ſi in prouincia habuit domicilium, vtrobique poſſe conueniri, & hic, & ibi : ita & Iuliano, & multis aliis videtur.

Contrahere quomodo hic accipitur:

20. *Paulus* lib. 53. ad Edictum

OMnem *l* obligationem pro contractu habendam *m*, exiſtimandum eſt: vt vbicunque *n* aliquis obligetur, ‖ & contrahi videatur: quamuis ‖ non ‖ ex crediti cauſa debeatur.

De tempore ad ſoluendum concedendo.

21. *Vlpianus* lib. 58. ad Edictum.

SI *o* debitori meo velim actionem edere, probandum erit ſi fateatur ſe debere, paratúmque dicat ſoluere, audiendum eum, dandumque diem *q* cum competenti cautela ad ſoluendam pecuniam. *Neque enim magnum damnum eſt in mora modici temporis.* r.

¶ Modicum autem tempus hic intelligendum eſt, quod *s* poſt comdemnationem reis indultum eſt.

De re conuentione, & ſi is agat, qui iudicium pati non cogitur.

38. *Paulus* lib. 1. Plautium.

QVi *t* non cogitur in aliquo loco *u* iudicium pati, ſi ipſe ſibi agat, cogitur excipere actiones *x*. & ad eundem iudicem mitti *y*.

De eo quod poſt iudicium acceptum accidit.

23. *Idem* lib. 7. ad Plautium.

NOn *z* poteſt *a* videri in iudicium veniſſe id, quod poſt iudicium acceptum *b* accidiſſet *c*: ideoque alia interpellatione *d* opus eſt.

De euocatis à Principe. 1. *De legatis & ſi aduerſus legatum actio ex delicto.* 2. *Vel in rem poſtuletur.*

24. *Idem* lib. 17. ad Plautium.

NOn aliàs in eos, quos princeps euocauit, Romæ competit actio, quàm ſi hoc tempore contraxerunt *e*.

1 ¶ Legati ex delictis in legatione commiſſis coguntur iudicium Romæ pati: ſiue ipſi admiſerunt, ſiue ſerui eorum *f*.

2 ¶ Sed ſi poſtulatur in rem *g* actio aduerſus legatum, numquid danda ſit ? quoniam ex *h* præſenti *i* poſſeſſione *k* hæc actio eſt ? Caſſius reſpondit, ſic ſeruandum : vt, ſi ſubducatur miniſterium ei, non ſit concedenda actio ſi verò ex multis ſeruis de vno agatur, non ſit inhibenda, ait & Iulianus ſine diſtinctione denegandam actionem meritò, ideo enim non datur actio, ne ab officio ſuſcepto legationis auocetur *l*.

Si legatus contrahit.

25. *Iulianus.* lib. 1. Digeſtorum.

SI legationis tempore *m* quis ſeruum, vel aliam rem emerit, aut ex alia cauſa poſſidere cœperit: non ini-

a ſolet enim ibi conueniri. *l.* 2. §. 4. ff. *eod. l.* 54. *in fi.* ff. *de procurat.*
b *Diſponere merces*, eſt vendere. *v. Cuiac.* 11. *obſeru.* 13. vel fortè permutare.
c *l. vn. C. de mundinis.*
d *al.* oportere
e Forum viator ſortitur, vbi contraxit. vide tamen Socinū, *regulæ* 159.
f παρεπλεῖ. *Haloand*, id eſt nauigio præter vehitur
g exhedram in ſuperficie vel ſuperiori parte ædium poſitam. *v. l.* 5. *in fin. infr. de his qui deiecer.*
h De horreo vide quæ ſcripſi ad *l.* 7. ff. *de inſtructo.*
i vide *l.* 12. §. 4. ff. *de tutoribus datis.*
k *l.* 24. § 1. ff. *eod.*
† vide *l.* 9. ff. *eod.*
l ſiue ex contractu ſit, ſiue ex delicto. Hinc colligit Euerardus *in Topicis*, contractus & delicta in eo exæquari & ab vno ad aliud argumentum duci.
m id eſt, in loco contractæ obligationis regulariter quis poteſt conueniri *Bart.*
n *l.* 31. ff *de oblig.*
o Reus ſolutionis diem ſibi dari rectè poſtulat, ſi modò caueat ſe poſt quatuor menſes ſoluturum 7. *Eclog.* 5. *c.* 21.
p prætoria cognitione de qua dixi *l.* 1. §. 2 *inf. de rei vind.*
q *l.* 31. *inf. de re iudicata:* §. *etſi. de off. iud.*
r *v l.* 105. *inf. de ſolut. l.* 21. §. *final.* ff. *de arbitr.*
s hoc eſt, quatuor menſium *Elog. ead. loco. l.* 2. *l.* 3. *C. de vſur. rei iud.*
t 7. *Eclog.* 5. *c.* 22. actor ſcilicet.
u foro.
x mutuas.
y *l.* 11. §. 1. ff. *de iuriſd. l.* 14 *C. de ſent. & interlo. Nouell.* 96. *cap.* 2. *Nouell.* 123. *c.* 15. vide *l.* 1. *l.* 2. ff. *de quibus reb. ad eundem iudicem.*
z niſi iudicium ſit vniuerſale *l.* 4. *l.* 41. ff. *de petit hæred.* aut niſi acceſſorium ſit ad prius iudicium. *l.* 31. §. 11. ff. *de adilitio: l.* 38. §. 12. *C. de Iudicijs.* aut niſi poſt rem à me petitam, reus eam poſſidere cœpiſti. *l.* 30. ff. *de peculio. l.* 3. ff. *de her. pet. l. fin autem.* §. 1. ff. *de rei vind. l. tigni.* §. *ſi quis* ff. *ad exhibendum.* niſi poſt rem petitam ius mihi ſuperuenit ex præterita cauſa *l.* 41. ff *de pign. act. l.* 17. ff. *mandati.* ſecus ſi ex noua, *vt hic* (hac enim parte Ioannem reprehendit Bartolus) Quid ſi non ſpecialiter ſed generaliter cauſa mota ſit? alia quæcunque veniunt *l. vlt. C. de ann. except.*

a Cur ita ? quia alia res eſt, *v. l.* 35. ff. *eod.*
b Accipi iudicium dicitur litis conteſtatione. Eſt enim litis conteſtatio principium (vt ita loquamur) eſſentiali ipſius iudicij: ideoque eius tẽpus inſpicitur.
c extrinſecus nec coherens rei petitæ *l.* 11. §. 4. *l.* 14. *in fi. l.* 25. ff. *de except. rei iud.* In accidentibus poſt litem conteſtatam nouo iudicio nouaque petione opus eſt.
d nouo libello: noua petitione.
e *l.* 2. §. 4. ff. *eod.* f. *l.* 19. §. 3. ff. *eod.* g vindicatio.
h In rem actio ex poſſeſſione eſt. *l. vnic. C. de alienat. iudicij mutandi.*
i *v. l. vnic. C. de alienatione iudicij.*
K vindicationis occaſio, poſſeſſio : occaſio (inquam) paſſim : dominium enim principium eſt vindicationis. *Bald.*
l 26 *l.* 27 ff. *eod.*
m *l.* 18. §. 1. ff. *eod.*

què cogetur eius nomine iudicium accipere : aliter enim poteſtas dabitur legatis ſub hac ſpecie res alienas domum auferendi.

Si legatus hereditatem adeat.

26. *Paulus* lib. 17. ad Plautium.

DE eo autem, qui adiit hæreditatem, Caſſius ſcribit, quamuis Romæ adierit hereditatem, non competere in eum actionem *a*, nec impediatur legatio *b* : & hoc verum eſt : ſed nec legatariis datur actio : ſed, niſi ſatiſdet, mittuntur in poſſeſſionem rerum hereditariarum : quod & in hæreditariis creditoribus dicendum eſt.

27. *Iulianus* lib. 1. Digeſtorum.

QVid enim prohibet, legatum publico munere fungi, & actorem cuſtodiæ cauſa in poſſeſſione rerum hereditariarum eſſe *c*?

Si legatus fideicommiſſariam hereditatem acceperit. 1. Vel reſtituerit. 2. An legatus iurare. 3. Vel damni infecti cauere cogatur. 4. Si dies actionis exitura eſt. 5. Si quis filium, & vxorem prægnantem reliquerit.

28. *Paulus* lib. 17. ad Plautium.

SEd & ſi reſtituatur ei hæredis ex Trebelliano, actio in eum non dabitur: ſiue ſponte, ſiue coactus *d* heres eam adierit : commodius enim eſt, reddi quidem ei hæreditatem : perinde autem habendum, ac ſi ipſe adiiſſet hæreditatem.

1 ¶ Contra ſi legauit tempore legationis adierit & reſtituerit : datur in fideicommiſſarium actio: nec exceptio Trebelliani obſtat ex perſona legati: quia hoc legati perſonale beneficium eſt.

2 ¶ Ex quibus autem cauſis non cogitur *e* legatus iudicium accipere, nec iurare cogendus eſt, ſe *f dare non oportere* : quia hoc iuſiurandum in locum litis conteſtatæ ſuccedit.

3 ¶ Ædium nomine legatus *g*, damni infecti promittere debet, aut vicinum admittere in poſſeſſionem *h*.

4 ¶ Sed & ſi dies actionis exitura erit *i*, cauſa cognita aduerſus eum iudicium prætor dare debet, vt lis conteſtetur *k*: ita vt in prouinciam transferatur.

5 ¶ Si paterfamiliàs mortuus eſſet, relicto vno filio, & vxore prægnante, non rectè filius à debitoribus partem dimidiam crediti petere poteſt, quāuis poſtea vnus filius natus ſit : quia poterant plures naſci : cum per rerum naturam certum fuerit, vnum naſci. Sed Sabinus, Caſſius, partem quartam peti debuiſſe *l* : quia incertum eſſet, an tres naſcerentur: nec rerum naturam intuendam, in qua omnia certa *m* eſſent, cùm futura vtique fierent : ſed noſtram inſcientiam aſpici debere.

Quis agat.

29. *Idem* lib. 8. ad Plautium.

QVi *n* appellat prior *o*, agit *p*.

Vbi iudicium finem accipit.

30. *Marcellus* lib. 1. Digeſtorum.

VBi acceptum *q* eſt ſemel iudicium, ibi & finem accipere debet *r*.

Si ex pluribus petitoris heredibus vnus egerit.

31. *Celſus* lib. 27. Digeſtorum.

SI petitor plures heredes reliquerit, vnùſque eorum iudicio egerit, non erit verum, totam rem, quæ in priore iudicio fuerit, deductam eſſe : nec enim quiſquam alienam actionem in iudicium, inuito coherede perducere poteſt *ſ*.

De tempore in perſona iudicij ſubrogati tacitè repetito.

32. *Vlpianus* lib. 1. de officio Conſulis.

SI iudex *t*, cui *u* certa tempora *x* præſtituta *y* erant, *z* deceſſerit : & alius *a* in locum eius datus fuerit : tanta ex integro *b* tempora in perſona eius præſtituta intelligemus : quamuis magiſtratus nominatim hoc in ſequentis datione *c* non expreſſerit : ita tamen, vt legitimum tempus *d* non excedat.

Quiknam ſit in iudicem conſentire.

33 *Modeſtinus* lib. 3. Regularum.

NOn videtur in iudicem conſenſiſſe, qui edi ſibi genus apud eundem iudicem deſiderat actionis *e*.

De foro heredis.

34. *Iauolenus* lib. 15. ex Caſſio.

SI is, qui Romæ iudicium acceperat *f*, deceſſit : heres eius, quamuis domicilium trans mare habeat, Romæ tamen defendi debet : quia ſuccedit in eius locum, à quo heres relictum eſt *g*.

Differentia inter iudicium & fideiuſſionem.

35. *Idem* lib. 10. Epiſtolarum.

NOn *a* quemadmodum ‖fideiuſſoris obligatio in pendenti poteſt eſſe *b*, ‖ & ‖ vel in futurum concipi : ita iudicium in pendenti poteſt eſſe : vel de *c* his rebus quæ poſtea in obligationem aduenturæ ſunt. Nam neminem puto dubitaturum, quin fideiuſſor ante obligationem rei accipi poſſit *d* : iudicium verò, antequam aliquid debeatur, non poſſe.

Quibus ex cauſis cognitio differtur. 1. Quo caſu ſenator in prouincia rectè conuenitur.

36. *Calliſtratus* lib. 1. Cognitionum.

INterdum ex iuſtis cauſis, & ex certis perſonis ſuſtinendæ ſunt cognitiones *e* : veluti ſi inſtrumenta litis apud eos eſſe dicantur, qui reipublicæ cauſa abeſſe runt : ídque Diui fratres in hæc verba reſcripſerunt: *Humanum eſt propter fortuitos caſus dilationem accipi : veluti quod pater litigator filium, vel filiam, vel vxor virum, vel filius parentem amiſit : & in ſimilibus cauſis cognitionem ad aliquem modum f ſuſtineri.*

1. ¶ Senator, ſi negotiis alienis ſe obtulerit in prouincia, non debet iudicium recuſare negotiorum geſtorum : ſed actionem eum excipere oportere Iulianus reſpondit : cùm *g* ſua ſponte ſibi hanc obligationem contraxerit.

De concurſu iudicij poſſeſſorij & petitorij.

37. *Idem* lib. 5. Cognitionum.

SI de vi *h*, & poſſeſſione quæratur, priùs cognoſcendum *i* de vi *k*, quàm de proprietate rei, Diuus Hadrianus *l* τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν *m* id eſt, *communi, ſeu reipublica Theſſalorum*, ‖ Græcè ‖ reſcripſit.

Vbi peti & dari legatum debet.

38. *Licinius Rufinus* lib. 4. Regularum.

QVod legatur, ſi quidem per perſonalem actionem exigetur, ibi dari debet, vbi eſt *n* : niſi ‖ ſi dolo malo hæredis ſubductum fuerit *o* : tunc enim ibi dari debet, vbi petitur *p*.

¶ Præterea quod pondere, aut numero, aut menſura continetur : ibi dari debet, vbi petitur : niſi ‖ ſi ‖ adiectum fuerit, *Centummodios ex illo horreo, aut vini amphoras ex illo dolio.*

¶ Si autem per in rem actionem legatum petetur, etiam ibi peti *q* debet, vbi res eſt *r*, Et, ſi mobilis ſit res, ad exhibendum agi cum hærede poterit, vt exhibeat rem *ſ* : ſic enim vindicari à legatario poterit.

De iudice furioſo. 1. Si legatus fideiuſſerit.

39. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

CVm furioſus iudex *t* addicitur *u*, non ideò minus iudicium erit, quòd hodie non poteſt iudicare : vt ſcilicet ſuæ mentis effectus, quod ſententiæ dixerit, ratum ſit : neque enim in addicendo præſentia, vel ſcientia iudicis neceſſaria eſt.

1. ¶ Qui legationis cauſa Romam venit, ex qualibet cauſa fideiubere poteſt : cùm *x* priuilegio ſuo, cùm ſit in Italia contractum vti non poteſt *y*.

De officio iudicis.

40. *Idem* lib. 4. Quæſtionum.

NOn quidquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubiicitur iuris neceſſitati *z*.

1 ¶ Iudex, ſi quid aduerſus legis præceptum in iudicando, dolo malo prætermiſerit, legem offendit *a*.

Quibus ex cauſis ante diem ſolutionis cautio præſtatur.

41. *Idem* lib. 1. Quæſtionum.

IN omnibus *b* bonæ fidei *c* iudiciis, cùm *d* nondum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad interponendam cautionem *e*, ex iuſta *f* cauſa condemnatio *g* fit.

Si dos à legato petatur.

42. *Idem* lib. 24. Quæſtionum.

SI vxor à legato Romæ diuerterit, dotis nomine defendendum Romæ virum reſponſum eſt *h*.

De foro eius qui moram fecit.

43. *Idem* lib. 27. Quæſtionum.

EVm, qui *Inſulam Caput* ‖ *fieri* ‖ *certa tempore* ſtipulatus eſt : eo finito quocumque loco *i* agere poſſe in id quod intereſt *k* conſtat.

Si ex pluribus reis quidam reip. cauſa abeſſe cœperint.

44. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

---

a alias vulgariter, vbi quis contrahit (nam quaſi contrahitur per aditionem hereditatis) ibidem conueniri poteſt *l. 20. ſ. eod.*
b *l. 24. in fi. ſ. eod.*
c Cur ita? *v. l. 5. ſ. vt in poſſ. legat.*
d *vt l. 4. ſ. ad Trebell.*
e *v. l. 35. in fin. ſ. de iniuriis.*
f vide *l. 4. ſ. de tutorib. datis.*
g Verſus Hexameter excidit hic Iuriſconſulto, vt & alibi, de quo dixi *l. 46. ſ. de ædilitio.*
h *l. 26. l. 27. ſ. eod.*
i *l. 3. in pr. ſ. de ſeruit. l. 13. §. pen. ſ. de arbitr.*
k vide *l. 12. ſ. de procurat.*
l *l. 3. in fin. l. 1. ſ. ſi pars hered. l. 36. ſ. de ſolut.*
m Futura etiam antequam eueniant, natura certa ſunt. Hæc eſt opinio Diodori : cui contraria eſt Ariſtotelis opinio, de quo vide quæ notaui *ad l. 100. ſ. de verb. oblig.*
n Qui appellat, actor eſt, 7. *Eclog. 5. c. 31.*
o in duplicibus iudiciis ſcilicet.
p id eſt, actoris partes ſuſtinet. *Duar.*
q id eſt, vbi non modò lis conteſtata eſt, ſed etiam vbi ſimplex citatio facta eſt, *l. 7. ſ. eod.* adde 7. *Ecl. 5. cap. 31.* vbi hæc lex refertur ad litis conteſtatioñe.
r vide *l. 7. ſ. eod.*
ſ Cur? *v. l. 36. ſ. de re iud.*
t delegatus à conſule, vt inſcriptio legis innuit, & *l. 3. §. 3. ſ. de appell. l. 15. ſ. de re iudic.*
u vt ſolet interdum fieri.
x ad iudicandum.
y præſtituta, præſcripta, data.
z à conſule vt inſcriptio docet. Quid, à quo die hoc tempus incipit? à dio quo mandatum accepit non à citeriore. Cur? quia antequam ſe delegatū cognoueris, cauſæ cognitionem non habet. *c. 12. de appell.*
a hic *ſubditus*, appellatur Latinis, *l. 60. ſ. eod. Feſt. in Subditus*,
b vide *l. 15. infrà de verbor. obligat. l. 11. C. depoſiti.*
c datione.
d triennij *l. 13. C. eod.*
e petens libellum eiúſve exemplum ſibi edi, non conſentit in iudicem: qui exceptione apud iudicem vtitur, in iudicem conſentit (quia videtur velle, vt ſuper ea pronuntia iudex) quem poſtea declinare non poteſt, *l. 52. inf. eod.* Ideo fori declinatoria initio opponenda eſt, *l. vlt. C. de except.*
f vbi citatus eſt vel litem conteſtatus, *l. 9. inf. de verb. oblig.*
g *l. 19. ſuprà eadem.*

a Obligationis & ſententiæ diſſimilitudo. Obligatio futuræ rei, & antequam quidquam debeatur eſſe poteſt, at non iudicium. Fideiuſſor ante obligationē rectè datur, & in pendenti poteſt eſſe eius obligatio *l. 6. in fin. inf. de fideiuſſ.* Iudicium verò de futura actione exiſtere non poteſt. 7. *Ecleg. 5. cap. 34.* adde quæ ſcripſit ad *l. 30. ſ. de except. rei iud.*
b *l. 9. ſ. de rebus credit.*
c Imò rei futuræ iudicium eſſe poteſt. *l. 76. §. 1. ſ. de verb. oblig.*
d *l. 50. ſ. de peculio, l. 6. in fin. ſ. de fideiuſſorib.*
e ſed quoties? *v. l. vl. ſ. de feriis.*
f id eſt, ad tempus nouem dierum. *Nou. 115. c. 5. circa finem. v. Bart. in l. 2. §. confeſſim, ſ. ad Tertull.*
g ſimilis ratio eſt in *l. 7. §. 1. ſ. qui ſatiſdare.*
h & ſic vbi de poſſeſſione recuperanda agitur, *l. 1. §. 1. ſ. ad l. iul. de vi publ.*
i petente actore *v. l. 18. in fin. ſ. de vi.*
k Immo de poſſeſſione, *l. 1. C. de appellat. l. 7. C. de l. Iul. de vi publica.*
l alibi D. Pius *l. 5. §. 2. ſ. de vi publ. l. 1. §. 4. ſ. vti poſſidetis l. 7. C. de vi publ.* & ſic cauſa poſſeſſionis primo terminari debet. *Cuiac. 5. obſ. 15.*
m *Commune Theſſalorum*, eſt ipſa vniuerſitas Theſſalonum, vt dixi *l. 6. §. 2. ſ. de excuſat.*
n *v. l. 1. C. vbi fideicommiſſum.*
o *l. 12. §. 1. ſ. depoſiti l. 47. ſ. de leg. 1.* neque res cauſari debet maiorem partem abi eſſe, *l. 52. §. 3. ſ. eod.*
p *l. 47. §. 1. ſ. de legat. 1. l. 1. inf. de tributa?*
q ſolui *Hotom. 3. obſeru. 7.*
r *l. 3. C. vbi in rem actio. l. 2. C. de iurisdict.*
ſ *l. 2. in fin. inf. de tritic.*
t *vt l. 12. ſ. 2. ſ. eo.*
u id eſt, datus *l. 46. inf. eod.*
x *al.* quamquam priuilegio ſ. c. ſ. i. alia contractum, vti non poſſit.
y *l. 2. §. 4. ſ. eod.*
z *l. 1. C quomodo & quando iudex Nou. 82. c. 13.*
a & litem ſuam facit, vide quæ notaui *C. de pœna iudicis qui malè iudicauit, leg. vl. inf. de extr. cognit.*
b excipe ſpeciem *leg. 42. inf. de donat. cauſa mortis*, vbi obligatus in diem cauere cogi non poteſt, ſi pœnitendi ius habet.
c ſecus in ſtrictis Iudiciis. Num etiam in iudicio appellationis? Nota Papon. 8. *Arreſt.* 2. §. 1. Recognitionem ſyngraphæ in cauſa appellationis peti poſſe. *Recogniſſance de cedule peut eſtre requiſe en cauſe d'appel.*
d Ante diem cautio peti poteſt iuſta de cauſa, in bonæ fidei iudicio.
e *v. l. 38. inf. pro ſocio.*
f vt ſi paupertatis cauſa aduerſarius ſeu debitor ſuſpectus ſit.
g id eſt, iubetur aliquis cauere.
h an id ſpeciale eſt, vt Accurſius vult? an potius quod Romæ contrahi videatur is à quo vxor Romæ diuertit, vt Azo ſentit?
i *l. 19. in fi. ſ. eod.*
k quoties factum ſtipulamur, intereſſe venit, *Accurſ.* eſt tamen ratiſſimum, vt primo loco petatur factum fieri, & ſi factum non fuerit, petatur intereſſe ſucceſſiuè, *v. Decium in l. 24. num. 4. inf. de reg. iur.* Nua.

NOn idcirco *a* iudicis officium impeditur, quod quidam ex tutoribus poſt litem aduerſus omnes inchoatam reipublicæ cauſa abeſſe cœperunt: cùm præſentium, & eorum, qui non defenduntur, adminiſtratio diſcerni, & æſtimari poſſit.

1 ¶ Cùm poſtea *b* ſeruus apparuit, cuius nomine per procuratorem fuerat actum, abſolui *c* debitorem oportet, quæ res domino quandoque propriam litem inferenti non obſtabit.

De foro argentarij, tutoris. 1. Vel curatoris.

45. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

ARgentarium *d*, vbi contractum eſt, conueniri oportet: nec in hoc dilationem, niſi ex iuſta cauſa dari, vt ex prouincia codices adferantur. Idem in actione tutelæ placuit.

1 ¶ Nomine puellæ tutoribus in prouincia condemnatis, curatores " puellæ " iudicatum Romæ facere coguntur *e*, vbi mutuam pecuniam mater accepit, cui filia hæres extitit *f*.

Si iudex furere cœperit.

46. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

IVdex *g* datus in eodem officio permanet *h*, licèt furere cœperit *i*: quia rectè ab initio iudex addictus *k* eſt, ſed iudicandi neceſſitatem morbus ſonticus *l* remittit *m*. ergo mutati debet.

An iudex dandus ſit quem altera pars petit.

47. *Calliſtratus* lib. 1. Quæſtionum.

OBſeruandum eſt ne is iudex detur, quem *n* altera pars nominatim petat: (id enim iniqui *o* exempli eſſe, Diuus Hadrianus reſcripſit,) niſi hoc ſpecialiter à principe ad verecundiam petiti iudicis reſpiciente permittatur.

Ne magiſtratus litiget.

48. *Paulus* lib. 2. Reſponſorum.

PArs literarum Diui Hadriani. Τοὺς ἄρχοντας, ἐν ᾧ ἄρχουσιν ἐνιαυτῷ μή "τε" εἰσιέναι δίκην ἰδίαν, μήτε διωκόντων, μήτε φευγόντων, μήτε περὶ ὧν ἐπίτροποι, ἢ κουράτορες εἰσιν "κελευέτωσαν ἐπειδὰν" δὲ ἐξέλθῃ ἡ ἀρχή, καὶ αὐτοῖς, πρὸς τοὺς φεύγοντας, καὶ, "τοῖς" φεύγουσι πρὸς αὐτοὺς εἰσαγωγίμους εἶναι τὰς δίκας. *Id eſt: Magiſtratus quo anno cum imperio ſunt, neque propriam, neque eorum, quorum tutelam, vel curam gerunt* q, *cauſam in iudicio vel agendo, vel defendendo ſuſtinente. Simul ac verò magiſtratus dies exierit, non ipſis tantùm aduerſus reos ſuos, ſed etiam alijs aduerſus ipſos litem intentare ius faſque eſto* r.

De foro venditoris. 1. Si præſes qui iudicem dedit ſucceſſorem acceperit.

49. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

VEnditor *ſ* ab emptore denunciatus *t*, vt eum euictionis nomine defenderet, dicit ſe priuilegium habere ſui *u* iudicis. Quæritur, an poſſit litem ab eo iudice, apud quem res inter petitorem, & emptorem cœpta eſt, ad ſuum iudicem reuocare? Paulus reſpondit,* venditorem *x* emptoris iudicem ſequi ſolere *y*.

1 ¶ Iudices à præſide "dati ſolent etiam in tempus ſucceſſorum eius durare *z*, & cogi pronunciare: eáſque ſententias ſeruari: in eundem ſenſum etiam Scæuola reſpondit.

Vbi peti ac ſolui debet fideicommiſſum.

50. *Vlpianus* lib. 6. Fideicommiſſorum.

SI fideicommiſſum ab aliquo petatur *a*: íſque dicat, alibi *b* eſſe maiorem partem hereditatis: non erit ad præſtationem compellendus. Et ita multis conſtitutionibus cauetur: vt * ibi petatur fideicommiſſum, vbi maior pars hereditatis eſt: niſi ‖ ſi ‖ probetur, eo loco voluiſſe teſtatorem fideicommiſſum præſtari, vbi petitur.

1 ¶ Tractatum eſt de ære alieno: ſi in ea prouincia; vbi fideicommiſſum petitur, plus eſſet æris alieni: an, quaſi maior pars alibi eſſet, præſcriptio locum haberet? Sed ‖ &. ‖ hic placuit nihil facere æris alieni nomen: cùm non loci ſit æs alienum, ſed vniuerſarum facultatum *c*: æs enim alienum, patrimonium totum imminuere conſtitit, non certi loci facultates.

¶ Quid tamen, ſi fortè certis oneribus deſtinatum *d* ſit in patrimonium? vt putà alimentis præſtandis, quæ Romæ præſtari paterfamilias iuſſerat, vel tributis, vel quibuſdam aliis inexcuſabilibus *e* oneribus, an poſſit præſcriptio *f* locum habere? Hic putem iuſtius dici, locum habere.

2 ¶ Sed & reſcriptum eſt, vt * illic fideicommiſſum petatur, vbi *g* domicilium heres habet. Quotiens autem cœpit quis fideicommiſſum ſoluere, non poteſt hac præſcriptione *h* vti *i*.

51. *Marcianus* lib. 8. Inſtitutionum.

QVamuis ad eum hereditas fuerit ‖ deuoluta, qui domicilium in prouincia habet. Sed & Diui Seuerus & Antonius reſcripſerunt, ſi conſenſerit fideicommiſſarius *a* alio loco dare, neceſſe habere ſecundum conſenſum dare, vbi conſenſerit.

1. De teſſeris frumentariis. 2. De viris clariſſimis fideicommiſſariis. 3. Si res per fideicommiſſum relicta, ibi ſit vbi petitur. 4. Si ſatis de fideicommiſſo petatur.

52 *Vlpianus* lib. 6. Fideicommiſſorum.

SEd & ſi ſuſcepit actionem *b* fideicommiſſi, & aliis defenſionibus vſus, hanc omiſit: poſtea, quamuis *c* ante ſententiam, reuerti ad hanc defenſionem non poteſt *d*.

1 ¶ Si libertis ſuis teſſeras frumentarias *e* emi voluerit, quamuis maior pars hereditatis in prouincia ſit: tamen Romæ debere fideicommiſſum ſolui, dicendum eſt: cùm apparet *f* id teſtatorem ſenſiſſe ex genere comparationis.

2 ¶ Sed & ſi proponas, quibuſdam clariſſimis *g* viris argenti, vel auri pondo relicta: & ſit ſufficiens ad huiuſmodi fideicommiſſa Romæ patrimonium: licet maior pars totius patrimonij in prouincia ſit: dici oportet Romæ eſſe præſtandum: nec enim veriſimile eſt *h*, teſtatorem, qui honorem *i* habitum voluit his, quibus reliquit, tam modica fideicommiſſa in prouincia præſtari voluiſſe.

3 ¶ * Si ea res, quæ per fideicommiſſum relicta eſt, eo loci ſit: dicendum eſt, non debere præſcribi ei, qui petit, quaſi maior hæreditatis alibi ſit *k*.

4 ¶ Sed ſi non fideicommiſſum petatur eo loci, ſed fideicommiſſo *l* ſatis: videndum eſt an hæc præſcriptio locum habeat? & non puto habere. Quinimo, & ſi nihil ſit eo loci, attamen iubendum ſatiſdare. Quid enim veretur, cùm ſi ſatis non dederit, mittatur aduerſarius in poſſeſsionem fideicommiſſi ſeruandi cauſa?

Quibus ex cauſis aduerſus dominos ſeruis conſiſtere licet.

53. *Hermogenianus.* lib. 1. Iuris Epitomarum.

VIx *m* certis ex cauſis *n* aduerſus dominos ſeruis conſiſtere permiſſum eſt: id eſt, ſi qui ſuppreſſas tabulas teſtamenti dicant, in quibus libertatem ſibi relictam adſeuerant *o*. Item, arctioris *p* annonæ *q* populi Romani *r*: cenſus etiam, & falſæ monetæ criminis reos dominos detegere ſeruis permiſſum eſt *ſ*. Præterea fideicommiſſam libertatem ad his petent *t*.

¶ Sed ‖ & ‖ ſi quis ſui nummis *u* redemptos ſe, & non manumiſſos, contra placiti fidem adſeuerent.

¶ Liber etiam ‖ eſſe ‖ iuſſus *ſi rationes reddiderit* arbitrum *x* contra dominum rationibus excutiendis rectè petit *y*.

¶ Sed & ſi quis fidem alicuius elegerit: vt nummis eius redimatur: atque his ſolutis manumittatur: nec ille oblatam pecuniam ſuſcipere velle dicat, contractus fidem detegendi ſeruo poteſtas tributa eſt.

De præiudicio.

54. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

PEr minorem cauſam maiori cognitioni præiudicium fieri non *z* oportet *a*. maior enim quæſtio minorem cauſam ad ſe trahit *b*.

De edictis quibus vocantur abſentes.

55. *Idem* lib. ſingulari de officio adſeſſorum.

EDictum, quod ab anteceſſore datum eſt, in numero trium edictorum *c* connumerari debet. Planè licèt ‖ omnis ‖ ab anteceſſore numerus finitus ſit, ſolet ſucceſſor vnum edictum dare.

Quis poſſit rem in iudicium deducere.

56. *Vlpianus* l. 30. ad Sabinum.

LIcèt verum *d* procuratorem in iudicio rem deducere veriſsimum eſt, tamen, & ſi quis cùm procurator *e* non eſſet, litem ſit conteſtatus, deinde ratum *f* dominus habuerit, videtur retrò *g* res in iudicium rectè deducta *h*.

Si filiusfam. conueniatur.

57. *Idem* lib. 41. ad Sabinum.

TAm ex contractibus quàm ex delictis, in filiumfamilias *i* competit actio *k*: ſed mortuo filio poſt *l* litis conteſtationem, transfertur iudicium in patrem *m*, duntaxat *n* de peculio, & quod in rem eius verſum eſt. Certè ſi, quaſi procurator alicuius filius familias iudicium acceperit, mortuo eo *o*, in eum quem defenderit, transactio *p*, vel iudicati datur.

Quibus modis iudicium ſoluitur, & de Euocationibus.

58. *Paulus* lib. 13. ad Sabinum.

a l. 1. C. de conſentib. eiuſdem litis.
b id eſt, poſt litem conteſtatam, & ſic legitimatam perſonam.
c ab inſtantia.
d l. 19. §. 1. ſ. eo. & l. 5. ſ. de edendo.
e è contrario ſententia Romæ dicta interdum in prouinciis executioni mandari poteſt, l. 15. §. 1. j. de re iudicata.
f v. l. 34. ſ. eo.
g idem in præſide & magiſtratu furor enim neutri magiſtratum abrogat.
h Cur? mens ei redire poteſt, l. 8. §. 1. j. de tutor datis.
i l. 20. ſ. de ſtatu. hom.
k id eſt, datus.
l Sonticus morbus quis? v. l. 103. j. de verb. ſign.
m l. 12. §. 2. ſ. eo.
n v. 2. Feud. 15.
o Exempli mali res vitanda, l. 7. C. de probat.
p quemadmodum ſuſpectus eſt, qui ſuas operas ingerit, l. 35. ſ. de procurat. qui ſibi in teſtamento adſcribit. l. 18. §. 1. inf de falſis.
q aliud in aduocato fiſci, l. pen. & vlt. ſ. de poſtulando l. 3. C. vbi ſenatores.
r praxim huius legis v. in l. 38. in f. j. de adult. adde l. 16. ſ. de officio præſidis.
ſ Venditor denunciatus, vt emptorem in euictione rei defenderet, litem ad forũ ſuum reuocare non poteſt. 7. Ecl. 5. c. 48.
t admonitus, compulſus.
u i. fori pone Eccleſiaſtici, de quo dixi Authentica ſtatuimus. C. de Epiſcopis. ídque ita eſſe multis probat Couarruuias 1. pract. 8 n. 3.
x ibi res defenſenda vbi agitur v. l. 2. C. vbi in rem actio.
y v. l. 1. in fi. C. vbi in rem actio.
z Immo, nemo iudicare debet eo die quo priuatus futurus eſt, l. 13. in fi. ſ. de iuriſdict.
a v. Couarruuiam d. loco. n. 4.
b v. l. 52. §. 3. inf. eo. l. 47. l. 108. inf. de leg. 1. v. l. vn. C. vbi fideicommiſſ.
c ſic præſeps ſtatus peculij ſpectatur, l. 32. §. 1. ſ. de peculio. adde l. 1. §. 9. inf. de dote prælegat.
k Hypotheca ſequitur rem ipſam & fundum vt hic. Aliud eſt in perſonali actione quæ aduerſus heredem inſtituitur, l. vlt. C. de hered. act l. 13. C. de hered. b. inſt.
e quæ nullam excuſationem admittunt.
f exceptio g l. 39. §. 5. inf. de admin. tut.
h ſori. i nec enim ob litem conteſtantium conditio deterior ſit, ſed melior. l. 86. inf. de reg. iur.

a i. hæres, vt & Nou. 108. c. 2.
b Fori exceptioni renunciari videtur, cùm quis ſoluere incipit, vel paciſcitur, vel iudicium ſuſcipit. Bar.
c Appellationi renuntiare videri eum qui coram primo iudice litigat; hinc colligit Socinus regula 25. quem vide: adde l. vlt. C. de except.
d l. 16. C. eo. l. 4. C. de iuriſd. l. 13. C. de excep. Nou. 53. c. 3.
e i. ſign quibus exhibitis à principe frumentum dabatur, l. 49. §. 1. inf. de leg. 2.
f l. 47. j. de leg. 1.
g i. ſenatoribus, v. quæ ſcripſi ad l. 5. inf. de curat. furioſ. *
h v l. 22. §. 1. j. de vſu & habita.
i vide quę ad hunc locum ſcripſi in l. 3. §. 2 in fi. de legatis præſtandis.
k l. 38. l. 50. ſ. eo. l. 47. l. 108. inf. de leg. 1. v. l. vn. C. vbi fideicommiſſum.
l relicto in diem vel ſub conditione.
m in certis cauſis Halo. particula, id eſt, quæſequitur. oſtendit Haloandri lectionem veriorem eſſe.
n puta maieſtatis, l. 7. inf. ad l. Iul. maieſt.
o l. 7. inf. de falſ.
p Arctiorem annonam præbere quid eſſet, dixi ad l. 17. inf. de compenſation.
q v. l. 13. in fi. inf. de accuſation.
r l. 1. inf. de annona.
ſ l. 2. C. quibus ex cauſ. ſerui.
t & eos in ius vocabunt eo nomine, leg. 9. ſ. de in ius vocando: l. 44. inf. de fideic. libert.
u l. 1. l. 5. inf. de manumiſſ.
x de quo v. l. 1. §. 7. j. ſi is qui teſtamento liber.
y l. 50. j. de cond. & demonſt.
z Imò fit interdum præiudicium maiori cauſæ per minorem. Admittitur enim eius iuramentum qui poſtea iurauit: & ſic ea admiſſione videtur is qui prior iurauit, periurus dici, l. 28. inf. de iureiur.
a v. l. 16. inf. de exce.
b ſic inferior ſuperiori fundo ſeruit, l. 1. §. vl. inf de aqua & aqua.
c de quibus v. l. 68. 69. 70. inf. eo.
d aliud in falſo, v. Socin. reg. 165.
e Idem in defenſore, l. 11. §. 7. in fi. ſ. de excep. rei iudicatæ.
f v. l. 12. inf. de ſolutionib.
g c. 10. de regulis in 6.
h v. l. 12. in fi. inf. de ſolution.
i Quid quatenus de peculio ex delicto ſerui tenetur dominus? quatenus eius delicto peculium ſerui auctum eſt, l. 3. §. 2. inf. de peculio. & ſic non in ſolidum.
k v. l. 29. de oblig & act.
l v Socinum, regula 181.
m v. l. 1. C. ne fil. pro patre.
n & ſic nulla alia actio.
o v. l. 2. inf. quæ ſententiæ ſine appella.
p iudicij tranſlatio datur. Haloand. transfertur actio Petr. Fab. 1. ſemeſt. 12. 13. id vitij ortum fuiſſe putat ex ſcribendi errore per notas, alius legit tranſlatio vel iudicati.

a *l.4.ſ.eo.* poſt litem conteſtatam poteſt reuocari iuriſdictio delegati: ſecus in procuratore, *Bart.*
b & euocante ad ſe litem pendentē coram inferiore. De euocationibus, *v.Nou.53.c.2.*
c quis ille ſit vide apud Bart. *hic.*
d In eadem iuriſdictione quo modo poteſt alter altero maius imperium habere? Pone exemplum in Proconſule qui maius habet imperium legato ſuo, & tamen vtriuſque eadem eſt iuriſdictio: quod notandum.
e Magiſtratus qui iubebat iudicare, plerumque locum inſerebat iudicij.
f Solita & conſueta ſequi debemus. Quid ſi duobus locis ſolitus ſit aliquis iudicare? in magis conſuetum locum ſiſtere ſe vocatus debebit. *arg. l.65. §.2.ʒ.de leg.3.l.27. §.2. inſ.ad municipalem.*
g *v.l.21.§.pen.ſ. de arbitris.*
h actorum genus ſc. vt interea ex animi ſententia iudicet, *l.19.ſ. de arbitris.*
i *Subditus* iudex dicitur, qui loco mortui datur iis qui eum habuerunt iudicem in aliqua re vel lite. *Feſtus in, Subditus.*
k idem tempus ei cōcedēdū *l.32.ſ.eo.*
l & male, *vt inf.* ſecus in arbitriis. *l.21.§.6.ſ.de arbitris.*
m *v. l.30. inf. de peculio.*
n *l.83.§.1.inf.de ver. oblig.*
o Imò non eſt, id enim in iudicium venit, de quo actum eſt vt veniret, *l.21.§.6.ſ.de arbitris.* Dic aliud ibi eſſe in arbitrio quàm hic in iudicio.

Ivdicium *a* ſoluitur vetante *b* eo, qui iudicare iuſſerat: vel etiam eo, qui maius *c* imperium *d* in eadem iuriſdictione habet]: vel etiam, ſi ipſe iudex eiuſdem imperij eſſe cœperit, cuius erat, qui iudicare iuſſit.

Vbi iudicandum eſt.

59. *Vlpianus* lib. 51. ad Sabinum.

SI locus in *e* iubendo iudicare non eſt comprehenſus, videtur de loco iudicare iuſſiſſe, quo ſolet *f* iudicari ſine incommodo litigantium *g*.

De officio iudicis ſubrogati.

60. *Paulus* lib.14. ad Sabinum.

MOrtuo iudice: quod eum iudicare oportuerat, idem *h* eum, qui ſubditus *i* eſt, ſequi *k* oportet.

Quid in iudicium venire intelligitur. 1. De latrunculatore.

61. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

SOlemus quidem dicere *l*, *id venire in iudicium de quo actum eſt inter litigantes.* Sed celſus ait, periculoſè ‖ eſſe, ‖ ex perſona rei hoc metiri: qui ſemper, ne condemnetur, hoc dicet, non conueniſſe *n*. Quid ergo? * melius eſt *o* dicere, id venire in iudicium, de quo nominatim actum eſt ne veniret. *m* non de quo actum eſt, vt veniret: ſed id non venire,

1 ¶ Latrunculator *p* de re pecuniaria iudicare non *q* poteſt.

Actoris & rei diſtinctio.

62. *Idem* lib. 39. ad Edictum.

INter * litigantes non aliter lis expediri poteſt, quàm ſi alter, petitor, alter poſſeſſor ſit: eſſe enim debet, qui onera petitoris ſuſtineat, & qui commodo poſſeſſoris fungatur. *r.*

Quid ſit rectè defendi.

63. *Idem* lib.49. ad Edictum.

REctè * *defendi ſ* hoc eſt, iudicium accipere, vel per ſe, vel per ſe alium, ſed cum *t* ſatiſdatione, nec ille videtur defendi, qui *u*, quod iudicatum eſt, non ſoluit.

De æſtimatione. De prædone. 1. Indicatum ſolui.

64. *Idem* lib.1. Diſputationum.

NOn ab iudice doli æſtimatio ex eo, quod intereſt, fit: ſed *x* ex eo, quod in litem iuratur. Denique & prædoni depoſiti *y*, & commodati *z*, ob eam cauſam competere actionem, non dubitatur.

1 ¶ Si quis alio iudicio acturus, iudicatum ſolui ſatis acceperit: deinde *a* ‖ in ‖ alio iudicio agat: non commitetur ſtipulatio: quia de alia re cautum videtur *b*.

Vbi dos repetitur.

65. *Idem* lib.34.ad Edictum.

EXigere, dotem mulier debet illic, vbi maritus domicilium habuit, non vbi inſtrumentum dotale ſcriptum eſt. Nec enim, id genus contractus *d* eſt *e*, vt, & eum locum ſpectari oporteat, in quo inſtrumentum dotis factum eſt, quàm eum, in cuius domicilium & ipſa mulier per conditionem matrimonij *f* erat reditura.

De intentione ambigua.

66. *Idem* lib.2. Diſputationum.

SI *g* quis intentione *h* ambigua, vel oratione vſus ſit: id quod vtilius ei *i* eſt, accipiendum eſt *k*.

Si quis dicat ſe ſuis nummis redemptum.

67. *Idem* lib. 6. Diſputationum.

QVi ſe dicit ſuis *l* nummis redemptum, ſi hoc probauerit, exinde liber erit, ex quo redemptus eſt: quia conſtitutio non liberum pronuntiari præcipit, ſed reſtitui ei libertatem iubet. Proinde compellendus erit manumittere eum, qui ſe ſuis nummis redemit.

¶ Sed ‖ & ‖ ſi latitet, exempla ſenatuſconſultorum ad fideicommiſſam *m* libertatem pertinentium ‖ debere ‖ induci oportet.

De edicto peremptorio.

68. *Idem* lib. 8. Diſputationum.

AD *a* peremptorium *b* edictum hoc ordine venitur: vt primò quis petat, poſt abſentiam aduerſarij edictum *c* primum: mox alterum.

69. *Idem* lib. de Omnibus tribunalibus.

PEr interuallum non minus *d* decem † dierum.

70. *Idem* lib.8. Diſputationum.

ET tertium *e*: quibus propoſitis tunc peremptorium impetret *f*: quod inde hoc nomen ſumpſit, quod perimeret diſceptationem, hoc eſt, vltra non pateretur aduerſarium tergiuerſari.

71. *Idem* lib.4. de Omnibus tribunalibus.

IN peremptorio autem comminatur *g* is, qui edictum dedit, etiam abſente diuerſa parte cogniturum ſe, & pronuntiaturum.

72. *Idem* lib.8. Diſputationum.

NOnnunquam autem hoc edictum poſt tot numero edicta, quæ præceſſerint, datur: nonnunquam poſt vnum, vel alterum: nonnunquam ſtatim: quod appellatur *vnum h pro omnibus i.*

¶ Hoc autem æſtimare oportet eum, qui ius dixit *k*: & ‖ pro ‖ *l* conditione cauſæ, vel perſonæ, vel temporis ita ordinem edictorum, vel compendium moderare.

De abſente citando poſt edictum peremptorium, & ſententia ferenda. 1. De abſentia eius qui edictum peremptorium impetrauit. 3 An condemnatus ex peremptorio poßit appellare.

73. *Idem* lib.4. de Omnibus tribunalibus.

ET poſt edictum peremptorium impetratum, cum dies eius ſuperuenerit, tunc abſens citari *m* debet. & ſiue reſponderit, ſiue non reſponderit, agetur cauſa, & pronuntiabitur: non vtique ſecundum præſentem ſed interdum *n* vel abſens, ſi bonam cauſam habuit, vincet *o*.

1 ¶ Quod ſi is, qui edictum peremptorium *p* impetrauit, abſit die cognitionis *q*: is verò, aduerſus quem impetratum eſt, adſit: tum circumducendum *r* erit edictum peremptorium *ſ*, neque *t* cauſa cognoſcetur, nec ſecundum præſentem pronuntiabitur.

2 ¶ Circumducto edicto, videamus, an amplius reus conueniri poſſit: an verò ſalua quidem lis eſt, verùm *u* inſtantia tantùm edicti periit? Et magis *x* eſt, vt inſtantia tantùm perierit, ex integro autem litigari poſſit.

3 ¶ Sciendum ‖ eſt, ‖ ex peremptorio abſentem condemnatum, ſi appellet, non eſſe audiendum, ſi *y* modò per contumaciam defuit: ſi minus, audietur.

De qua re pronuntiare iudex cogitur. 1. Aut poteſt. 2. Si quis mortuum debitorem defenderit.

74. *Iulianus* lib. 5. Digeſtorum.

DE *z* qua re cognouerit iudex, pronuntiare quoque cogendus erit *a*.

1 ¶ Iudex, qui vſque ad certam ſummam iudicare iuſſus eſt, etiam de re maiori iudicare poteſt, ſi inter litigatores conueniat *b*.

2 ¶ Cùm abſentem defendere vellem) iudicium, mortuo iam eo, accepi, & condemnatus ſolui. Quæſitum eſt, an hæres liberaretur, item quæ actio ‖ mihi ‖ aduerſus eum competeret? Reſpondi *, iudicium, quod, iam mortuo debitore, per defenſorem eius accipitur, nullum eſſe *c*: & ideo heredem non liberari: defenſorem autem, ſi ex cauſa iudicati ſoluerit, repetere quidem non poſſe: negotiorum tamen geſtorum ei actionem competere aduerſus hæredem: qui ‖ ſanè ‖ exceptione doli mali tueri ſe poſſit, ſi ab actore conueniatur.

De officio executoris à prætore dati.

75. *Idem* lib.36. Digeſtorum.

SI prætor iuſſerit eum, à quo debitum petebatur, adeſſe: & ordine edictorum peracto, pronuntiauerit *abſentem debere*: non vtique iudex *d*, qui de iudicato cognoſcit, debet de prætoris ſententia cognoſcere, alioquin luſoria *e* erunt *f* huiuſmodi edicta, & decreta prætorum. Marcellus notat; Si per dolum faciens falsò *g* aliquid allegauit *h*, & hoc ‖ modo ‖ conſecutum ‖ eum ‖ ſententia *i*

a vide hic *Alberícum*, *Cuiac.20. obſ.11.*
b de quo *v.l.70.* ſ. eo Peremptorio huic qui non reſpondet, verè eſt contumax & litis deſertor, hoc eſt, eremodicium contrahere dicitur. *l. 53.§.1.inf. de re indicata.*
c *vn defaut.*
d *l.13.§.2 C.eo. Nou.112.c.3.*
e *l.55.ſ.eo.*
f *v.l.53. inf.de re indicat.*
g non tantum comminatur, ſed condemnat, *l.53. inf.de re indic.*
h Citatio vnica regulariter pro tribus ſufficit, *vt hic.* niſi tres requirantur præcisè. *Gloſſ.in Clement.1. in verbo requiſierit. de hæred.* vt in Feudis. *Bal.in c.1. de milite Vaſallo. Socin regula 51.*
i *d.l.53.l.8. Cod. quomodo & quando iudex.*
k *al.* dicit.
l *l.4.§.penult.inf. de incendio.*
m iterum. *v.d.l.8.* Porro citari hoc loco reus dicitur, cum ipſa die cognitionis, quæ ante ei dicta fuit, in foro ac tribunali, per præconem euocatur, vt an præſens ſit, nécne, appareat, *arg. l.7. ſ. de in integr. v. Duar.1.diſput.7.*
n *l.13.§.2.Cod.eo. Nou.65.*
o reus tamen qui ſe iudicio ſiſtit, non condemnatur in expenſas, *d.l.13. §2.C.eo.*
p de qua ſ. *l.68.*
q die aſſignationis, *au iour de l'aſſignation.*
r *Circumducere edictum.* Galli practici dicunt *Rabattre vn defaut.*
ſ harum ſex legum putà 68. & ſequentium interpretationem, *v.in fin. Nouell.112.* vbi notaui pœnam actoris contumacis.
t de lite ipſa iudex non cognoſcet, nec reum à lite abſoluet: ſed à ſola inſtantia. u Differentiam obſeruat

p λῃστοδιώκτης dicitur *Nou.8.c.12.13.v.Cuiac 19.obſ.11.* q Imò poteſt criminalis iudex de re pecuniaria & ciuili quoque cognoſcere, ſi res pecuniaria & ciuilis in criminalem fortè inciderit, *l.4.§.ſi dicantur, inf. finium regundorum.* Et ita eſt, ſed id fit incidenter tantùm.
l.56.§.3.inf.de furtis. * ſ *v.l.21.ſ.ex quib. cauſ.maiores: & l.33.§.defendere. inf.de rebus author.ind.* t *v.l.5.§.3.ʒ.indicatum ſolui.* u i. qui iudicatum ſoluit non ſatiſdat, *arg. l.2.in fi.ſ.de arbitris.* x Iuramentum in litem aliud eſt, abeo quod intereſt. y *l.1.§.ſi prædo ʒ.depoſiti.* z *l.3. §.2.l.15.16.ʒ.commodati.* a *l.3.ʒ. iudicatum ſolui.* b *l.13. in fi.inf. iud. ſolui.*
r *l.13.ſ.eo.l.1.§.2.inf.vti poßideris.§.3.Inſt.de interdictis.*
c Dos repetitur in viri domicilio, non vbi dotis inſtrumentum confectum eſt: adde Tiraquellum, *in legibus connubialibus, Gloſſ.1.nu.28.32.44.* Cotram *in memorabilibus, in verbis Dos repetatur.* v. omnino Conſtantinum Rogerium *de dote qu.20.* Decium *conſ.19.284 & 401.* Iaſonem *ad l.1.nu.60.C.de ſumma Trinitate:* & Panucium *Gloſſ.9.tract.de lucro dotis.* d eſt tamen dos, aut potius dotis promiſſio, contractus, *l.23.inf.de reg.iur.* e Speciale eſt in contractu dotis, vt non inſpiciatur locus contractus, ſed domicilium mariti. f an vt ſuum amittat? an vt ciuis in domicilio mariti habeatur? collige ex *l.22.§.2.l.f.§.3.ʒ.ad municip.* g Libelli verba ambigua in edentis fauorem interpretanda. v. tamen 3. exceptiones apud Socinum, *reg.237.* h Intentio eſt actoris non rei, *l.9.§.6.ʒ ad exhib.l.1.inf.ſi menſor. §.ſi minus. de act.* Imò & rei excipientis. i. qui dixit ſiue actori, *l.83.§.1.ʒ.de verb.oblig.* id tamen intellige, ſi actus periret: aliàs contra actorem, *l.38.§.18.inf.de verb.obl.& l.178.inf.de reg.*
k Inmo, pactio obſcura actori nocet, *l.39.ſ.de pactis.*
l *v.l.4.inf. de manum.*
m fideicommiſſariam.

ua inſtantiæ & litis. x Edictum peremptorium quod reus impetrauit aduerſus actorem (*defaut congé*) reum ab inſtantia tantùm, non ab actione liberat, *vt hic.* Quæ verò pragmaticis *forcluſio vel excluſio* appellatur, vim maiorem obtinet, ſecum enim ipſa trahit abſolutionem non tantùm inſtantiæ, ſed & litis ſiue actionis. y *l.23.ʒ.de appell.* Contumax fictus appellare poteſt. An & verus? vide Socinum *reg.73.74.* * z Iudex qua de re cognouerit, de eadem pronuntiare debet, *vt hic. cap. cùm iudex. & ibi Gloſſa extra de cauſa poſſeſſionis ac proprietatis,* vide tamen exceptiones apud Socinum, *reg. 195.*
a *l.13.in fin.inf.de vocat. mun.*
b *l.28.inf.ad municip.* c ſi contra mortuum feratur, *v.l.2.inf.quæ ſententia.* ſecus ſi pro defuncto, *v.l.30.inf. de fideicomm.libert.*
d Iudex de iudicato cognoſcere is dicitur, qui iudicatum exequitur. v. quæ ſcripſi ad hunc locum in *l.vlt.§.3.ſ.de eo quod metus cauſa.*
e adde *l.vlt.in fi.inf.ne quid in loco publ.* De luſoriis iudiciis, adde *l.14.inf. de appell.*
f quod eſſe non debet. Immo poſſunt eſſe iudicia luſoria, *l.7.§.2.inf.quibus ex cauſ.in poſſeßionem eatur.*
g *l.1.C.ſi ex falſis inſtrumentis.*
h actor. i. ſententiam. ita legit Cuiac. *25.obſ.38.Conſequi ſententiam* ita legimus *in l.cum precibus. C.de probat. l vlt.C.de bonis authorit. iudicis poßib.* quam & conſequi non is tantum dicitur qui vicit, ſed & qui damnatus eſt. Ambroſius *ad Romanos c.8.* In hominibus morte dignis vel ſententiam conſequutis.

prætoris

prætoris liquidò *a* fuerit adprobatum *b*: exiſtimo debere *c* iudicem, querelam *d* rei admittere: Paulus notat. *e* Si autem morbo impeditus *f*, aut reipublicæ cauſa auocatus, adeſſe non potuit reus, puto vel actionem iudicati eo caſu in eum *g* denegandam, vel exequi prætorem ita iudicatum non debere.

An mutatione iudicum ſingulorum mutetur iudicium.

76. *Alfenus* lib. 6. Digeſtorum.

PRoponebatur, ex his iudicibus, qui in eandem rem dati eſſent, nonnullos cauſa audita excuſatos eſſe *h*: inque eorum locum alios eſſe ſumptos: & quærebatur, ſingulorum iudicium mutatio eandem rem, an aliud iudicium feciſſet? Reſpondi, non *i* modo ſi vnus, aut alter: ſed & ſi omnes iudices mutati eſſent: tamen & rem eandem, & iudicium idem *k*, quod antea fuiſſet, permanere *l**. Neque *m* in hoc ſolum euenire: vt partibus commutatis eadem res eſſe exiſtimaretur, ſed & in multis cæteris rebus. Nam & *legionem* eandem haberi, ex qua multi deceſſiſſent, quorum in locum alij ſubiecti eſſent: & *populum* eundem *n* hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuiſſet, cum ex illis nemo nunc viueret: Itemque *nauem o* ſi adeo ſæpe *p* refecta eſſet, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eandem nauem eſſe exiſtimari. Quod ſi quis putaret, partibus commutatis, aliam rem fieri, fore, vt ex eius ratione nos ipſi non iidem *q* eſſemus qui ab hinc anno fuiſſemus, propterea quod, vt philoſophi *r* dicerent, ex quibus particulis *ſ* minimis conſiſteremus, hæ quotidie ex noſtro corpore decederent: aliæque extrinſecus in earum locum accederent *. Quapropter, cuius rei ſpecies *u* eadem conſiſteret *x*, rem quoque eandem eſſe exiſtimari.

De patre & filio.

77. *Africanus* lib. 3. Quæſtionum *y*.

IN priuatis negotiis *z* pater filium, vel filius patrem iudicem habere poteſt *a*.

18. *Paulus* lib. 6. ad Plautium.

QVippe iudicare munus publicum eſt *b*.

De pœna temerè vocantis in ius. 1. De quibus præſidis conſuli, & reſpondere debent.

79. *Vlpianus* lib. 5. de Officio Proconſulis.

EVm, quem temere *c* aduerſarium ‖ ſuum ‖ in iudicium vocaſſe conſtitit, viatica *d*, litiſque *e* ſumptus aduerſario ſuo reddere oportebit *f*.

1 Iudicibus de iure dubitantibus præſides reſpondere ſolent: de facto conſulentibus *g* non *h* debent præſides conſilium impertire, verum iubere eos, prout *i* religio ſuggerit, ſententiam proferre: hæc enim res nonnumquam infamat, & materiam gratiæ, vel ambitionis tribuit.

Si in iudicis nomine erratum ſit.

80. *Pomponius* lib. 2. ad Sabinum.

SI in iudicis nomine *k*, prænomine erratum eſt: Seruius reſpondit, ſi ex conuentione litigatorum is iudex addictus *l* eſſet, eum eſſe iudicem, de quo litigatores ſenſiſſent *m*.

Qui iudices eſſe non poſſunt.

81. *Vlpianus* lib. 5. Opinionum.

QVI *a* neque *b* iuriſdictioni præeſt *c*: neque à *d* principe poteſtate aliqua præditus ‖ eſt, ‖ neque ab eo, *e* qui ius dandorum iudicium habet, datus eſt: nec *f* ex compromiſſo *g* ſumptus, vel ex aliqua lege confirmatus eſt, iudex eſſe non potuit *h*.

De viatore vice arbitri dando.

82. *Idem* lib 1. de officio Conſulis.

NOnnumquam ſolent magiſtratus populi Romani viatorem *i* nominatim vice arbitri dare *k*: quod raro, & non niſi re vrgente faciendum eſt.

DE *l* INOFFICIOSO *m* TESTAMENTO.

TIT. II.

Quibus competit hæc querela.

Vlpianus lib. 14. ad Edictum.

SCiendum eſt, frequentes *n* eſſe inofficioſi querelas: omnibus enim tam parentibus *o*, quam liberis de inofficioſo licet diſputare. Cognati *p* enim proprij, qui ſunt vltra fratrem *q*, melius facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent, cùm obtinere ſpem non haberent.

Color huius querelæ.

2. *Marcianus* lib. 4. Inſtitutionum.

HOc *r* colore *ſ* inofficioſo teſtamento agitur, quaſi non ſanæ † mentis fuerunt, vt teſtamentum ordinarent: & hoc dicitur, non quaſi verè furioſus vel demens teſtatus ſit: ſed rectè *t* quidem fecit teſtamentum ſed non *u* ex officio *x* pietatis *y*: nam ſi verè furioſus eſſet, vel demens *z*, nullum eſt teſtamentum.

Quid ſit dicere inofficioſum teſtamentum.

3. *Marcellus* lib. 3. Digeſtorum.

INofficioſum teſtamentum dicere, hoc eſt allegare, † quare exheredari, vel præteriri non debuerit: quod plerumque accidit, cùm falsò parentes inſtimulati liberos ſuos, vel exheredant, vel prætereunt.

Ratio huius querelæ.

4. *Gaius* lib. ſingulari ad legem Glitiam *a*.

NOn *b* eſt enim conſentiendum parentibus *c*, ‖ qui ‖ iniuriam aduerſus liberos ſuos teſtamento inducunt: quod plerumque faciunt, malignè circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium, nouercalibus *d* delinimentis *e* inſtationibúſve corrupti.

De deſcendentibus ex fœminis definitio & color huius querelæ.

5. *Marcellus* lib. 3. Digeſtorum.

NAm & his qui *f* non ex maſculis deſcendunt, facultas eſt agendi: cùm & de matris teſtamento agant & obtinere aſſiduè ſoleant.

¶ Huius autem verbi *de inofficioſo* vis illa (vt dixi) eſt, docere immerentem ſe †, & ideò & indigne præteritum, vel etiam exheredatione ſummotum. Reſque illi colore defenditur apud iudi-

---

a Hæc vox liquidò pertinet ad probationum δηλότητα. b apud Iudicem. c Iudex itaque ita pronuntiat. *Non iure ſententiam dictam videri.* vt *l.* 4. *C. ſi contra ius.* Et ſic iudex non tantum cognoſcit, an iudicatum ſit, ſed an iudicatum ſit ex falſis allegationibus. d exceptionem. An & condictionem ſoluti? *v. l.* 26. *l.* 60. *ʒ. de condict. indebiti.* An reſtitutionem? Plerique ita putant, ſi ſententia reperiatur lata eſt falſa cauſa. Verũ obſtare videtur *l.* 35. *ʒ. de re iudic.* e obſerua Iulianum iterũ notari, ſed à Paulo: nam paulò ante notatus eſt à Marcelio. f *l.* 53. *§. pen. l.* 60. *ʒ. de re iudicata.* g reum. h *vt l.* 18. *ʒ. eod.* i Eadem res interdum cenſetur, licet eius partes commutatæ ſint, vt hic. Idem *iudicium* cenſetur, etiamſi iudices dati vel omnes, vel eorum quidam ſint mutati. Idem in *legione, populo, naui,* Imò in vno & eodẽ *homine* cernimus, quorum omnium mutationes horariæ ac momentaneæ, ſuperiores ſpecies non perimunt. In id vnum, totam hácce quæſtionem recidere cenſeas, vt eadem res eſſe exiſtimetur, cuius ſpecies eadẽ ſubſiſtat. Hoc vbi accidat partium mutationem haud conſiderari, ſed eiuſdem ſpeciei, vt ita dicam, conſiſtentiam, aut potius durationem. Ea ſanè ratione iidem, qui ab æuo, fontes. eadem flumina, & in ſonis idem chorus, eadem muſica. De eodem & quid idem dicatur, *adde Platonem in Timæo Ariſtotelem* 3. *Polit.* 2. *Alexander ab Alex.* 3. *c.* 10. *Alciatum* 6. *parerg.* 17. * k ſic in caſu *l.* 10. *de offic. proconſ.* dicitur eſſe vnus proconſulatus, adde *Hartmanum* 2. *pract.* 1. *c.* 1. *Nou.* 134. *c* 6. l mutatione iudicis, non mutatur iudiciũ. *Bart.* m inductio elegans. n & vniuerſitatẽ, *l.* 7. *in fi. ʒ. quod cuiuſque vniu.* o De nauigio quo Theſeus ſaluus rediit, hoc Plutarchus *in Theſeo* refert, ad Demetrij Phaleræi vſque ætatem cõſeruatum fuiſſe ab Athenienſibus, materiam aliam integram ei ſufficientibus, vt philoſophis in diſputatione de his quæ augentur, antiquitatis exemplum hæc nauis præbuerit, quod alij eandem manere, alij non eandẽ contenderent, addo eundem authorem, *libello de ſera numinis vindict.* p i per vices, *l.* 10. *§.* 7. *ʒ. quib. mod. vſuſfr. amit. l.* 83. *§.* 5. *in fi. ʒ de verb. oblig. l.* 98. *§. vlt. ʒ. de ſolut.* idem in grege, *vt l.* 22. *ʒ. de leg.* 1. idẽ in ædificio *v. l.* 65. *in fi. ʒ. de leg.* 1. q Nos iidem ſumus qui ante fuimus *r vt hic*; Imò alij, *Plutarchus in ſimpoſ.* r Epicurei, authores atomorum. *Cicero* 2. *Academ. de finib. de Natura, paßim denique.* Pyrro & Democritus omnia eſſe in fluxu, nihil idem permanere cenſebãt: adde quæ notaui ad *l.* 3. *ʒ. de vſuris.* ſ Atomos innuit, quorum authores Epicurei. t Corpus hominis Alphenus hic ipſum hominem appellat: denique corpus hominis pro ipſo homine ſumit; cùm anima homo ſit, potius quàm corpus, quod & Plato in Alcibiade 1. & lib. 12. περὶ νόμων vidit, vt Apollodorus Megarites, qui dicebat, eos qui credunt homines aliud eſſe quam corpus, ſine moleſtia victuros. Et alioqui homo, quà anima eſt, Dei imitatio, figura & imago. *Geneſ.* 2. Hinc Cicero 6. *de Republica.* Tu verò enitere & ſic habeto, te non eſſe mortalem, ſed corpus hoc. Nec enim is es, quẽ forma iſta declarat, ſed mens cuiuſque eſt quiſque. u Specie eadem manente, res eadem manere intelligitur, *l.* 9. *§.* 3. *ʒ. ad exhibend. l.* 7. *ʒ. de ſupellectil.* x adde *l.* 9. *§.* 3. *ad exhibendum.* y v. in hanc *l. Cuiac.* 3. *ad Afric.* z non tamen in contentioſa iuriſdictione. *l.* 10. *ʒ. de iur.* a Atqui recuſari iudex poteſt propter conſanguinitatem, affinitatem, amicitiam nouam, & familiaritatem. *c. poſtremo. de offic. de leg.* b *l.* 2. *ʒ. de reg. iur.* c προπετῶς. 7. *Ecl.* 5. *c.* 73. 1. *Harm.* 2. *§.* 24. d τὰ τῆς ὁδοῦ καὶ τὰ τῆς δίκης δαπανήματα. *Ecl. & Harm. ibid.* e *l.* 1. *§.* 1. *ʒ. de vacat. mun.* vide tamen Socin. *regula* 139. f *v. l.* 4. *C. de fructib. & litium expenſis.* g *l.* 3. *§. idem. ʒ de teſtib.* h Imo poſſunt, & dicet *l.* 14. *ʒ. de off. proconſ.* i iudex ex conſcientia iudicare debet. K de nominib. & prænominibus veterum, alias dixi. l Litigaturi olim iudicem ex decuria iudicum eligebant. Dicebam iudicem. Tu condicebas, Iudex addicebat. inde iudex addictus, *vt hic, & l.* 39. *ʒ. eod. leg.* 4. *in fin. inf de eo quod certo. & in lege Manilia,* Cuiuſuis iudicis datio addictióque eſto, *l.* 18, *inf. ad munic.* m *l.* 15. *ʒ. de iuriſdict.*

a iudex eſt vel ordinarius (hoc eſt, datus à principe, vel ab eo qui ius dandi iudicis habet) vel ex compromiſſo ſumptus, vel aliqua lege confirmatus, adde 1. *Harmenop.* 4. *§.* 1. 7. *Ecl.* 3. *ex tit.* 5. *c.* 76. Ita res iudicatæ dicuntur, ab his qui imperium poteſtatémque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur, item à magiſtratibus municipalibus: itémque ab his qui ab imperatore extra ordinem petuntur. *Paul.* 5. *ſent.* 5. *§.* 1. b Imo priuatus poteſt. *Nou.* 15. *c.* 1. *l. vlt. C. de iuriſdict.* c δικαιοδοσίαν ἔχειν, eſt iuriſdictioni præeſſe. *Græci illo loco*: adde quæ ſcripſi ad *l.* 2. *§.* 6. *ʒ. de origine iuris.* d Iuriſdictione ordinaria, delegata vel arbitraria carens, iudicare non poteſt. e vide *l.* 12. *ʒ. eod.* f atqui Paulus *illo loco*, negat ex compromiſſo iudicem ſumptum rem iudicatam facere. g *l.* 23. *ʒ. de appell.* h Cur ita? vide *l.* 3. *C. de iuriſdict.* i vide quæ ſcripſi ad *l. vlt. §.* 3. *ʒ. de eo quod metus cauſa.* k datus autem vt executor, partes iudicis ſibi non vindicabit. *l.* 6. *C. de execu. rei iudic.* l 3. *C.* 28. 2. *Inſt.* 18. *Paulus* 4. *ſent.* 5. *Ecl.* 9. 1. περὶ τῆς κατὰ διαθήκης μέμψεως. Tranſit autem Iuriſconſultus ad iudices Centumuirales. m *Inofficium teſtamentum eſt*, in quo liberi vel parentes immerentes fruſtra exheredati ſunt, iiſque de cauſis, non ob omiſſas ſolennitates, teſtamentũ impugnatur & infirmatur officio iudicis: réſque ad inteſtati cauſã redit: quod ad inſtitutiones attinet, *Auth. ex cauſa C. de liberis preteritis.* An hodie locus ſit querelæ hinc intelligi poterit. Patri inteſtato, ſuccedit filius: teſtato pro portione ſcripta: quæ ſi minor legitima eſt, condictione ex *l.* 3. *C. eod.* ad ſupplementum vtetur. Si præteritus eſt, teſtamentum ipſo iure nullum eſſe dicere poteſt: ad hæc bonorum poſſeſſionem contra tabulas habet. Iuſta exheredationis cauſa probata, nullo modo teſtamentum patris impugnat: non probata, aduerſus heredem ſcriptum antea non aget, quàm hac quelera inſtituta: & ita rarius hoc titulo vtimur. *v.* 7. *Valer.* 7. n Frequentia titulum commendat. o atqui filius in poteſtate teſtamentum facere nequit. *l.* 6. *ʒ. qui teſt.* p Cognatis querela non competit *vt hic, Eclog. eod. c.* 1. Imo competit, *l.* 6. *ʒ. eod.* q datur hæc querela tribus; aſcendentibus, deſcendentibus & collateralibus interdum. *vt l.* 27. *C. eo. Nou.* 1. r *Eclog. eod. c.* 2. f *l.* 5. *in fi. ʒ. eod.* Color nihil eſt aliud quam falſi expoſitio, *teſte Quintiliano.* Huiuſmodi colores in foro etiam recipiuntur, *l.* 7. *ʒ. ad Macedonianum.* Datur iniquæ actioni color. Datur incompetenti iudicii color: ſic quæritur color iudicationi parium. *Cuiac.* 2. *Feud.* 20. † *l.* 5. *in fin. l.* 29. *ʒ. eod.* vide quæ notaui *in l.* 5. *ʒ. eod.* t i. ſolenniter. u Imò contra merita. *Aſcon.* x Non ex officio pietatis facit, qui liberos iniuſtè exhæredat: & Ideò fruſtra exheredat. *Paulus* 4. *ſent.* 5. *§.* 1. y quàm ſibi ipſis parentes & filij inuicem debent. *l.* 1. *ʒ. de obſeq.* cuius obliuiſci ſolent interdũ, *l.* 4. *ʒ. eod. Paul.* 4. *ſent.* 15. *§.* 1. z *l.* 16. *l.* 17. *ʒ. qui teſtamenta,* † v. quæ notaui *l.* 5. *ʒ. eod. in prin.* a Lege Glitia introducta fuit quartæ aut inofficioſi quærelæ ratio: quod argumento huius inſcriptionis ac tituli poſſis colligere, adde *Liuiũ.* 19. *c.* 2. aliis, Titia, aliis Licia. Sanè Glieiam familiam Romæ fuiſſe non conſtat, ac præter cognomen M. Claudij, M. F. Glitiæ (qui Sueton. *in Tiberio.* Glicia, Floto Glaucia *lib.* 16. *Faſti Capitolini anno vrbis.* 504.) Dictatoris (qui ſcriba fuerat, & coactus eſt abdicare, licet ludis prætextatus interfuit) nihil cõparet: niſi quod meminit Tacit. *lib.* 15. cuiuſdam Glietij Galli, adde *Cuiac.* 2. *obſ.* 21. b Iniuriæ liberis inferendæ cupidis parentibus non eſt concedendum. *adde Nou.* 115. *c.* 3. *c. vlt. in fi.* hoc etiam non permittit Solon. *v. Plutarc in Solone.* c & dominis aduerſus ſeruos. *l.* 3. *§.* 1. *de Sillan.* d v. quæ notaui de Nouerca *in l.* 4. *§.* 5. *in fin. ʒ. de Gradibus.* e non eſt tamen vetitum vt coniuges ſe in teſtamentis ad liberalitatem prouocent. *l.* 3. *C. ſi quis aliquem teſtari.* f Querela competit etiam his qui ex fœminis deſcendunt, *Ecl. eo. c.* 4.

† Hodie filius non tenetur docere ſe merentem, ſed oportet eum probari ab heredib. ſcriptis ingratum, *l.* 30. *§.* 1. *ʒ. eod.* adde *d. l.* 2. *§.* 1.

cem, vt videatur ille quaſi non ſanæ mentis † fuiſſe, cùm teſtamentum iniquè ordinaret.

De poſthumo. 1. *De eo qui non vocatur ad legitimam ſucceſſionem.*

6. *Vlpianus* lib. 14. ad Edictum.

POſthumus † inofficioſum teſtamentũ poteſt dicere eorum, quibus ſuus heres, vel legitimus potuiſſet fieri, ſi in vtero *a* fuerit mortis eorum tempore. Sed & *b* cognatorum: quia & horum ab inteſtato potuit bonorum poſſeſſionem accipere. Quid ergo eis imputatur cur inteſtati non deceſſerint; ſed hoc nemo apud *c* iudicem poteſt impetrare: non *d* enim interdicitur teſtamenti factione. Hoc planè ei imputare poteſt, cur eum heredem non ſcripſerit, potuit enim ſcriptus hæres in poſſeſſionem mitti, ex clauſula *de ventre in poſſeſſionem mittendo e*, item natus *ſecundum tabulas* haberet *f*.

¶ Simili modo & eum, qui poſt teſtamentum *g* matris factum, ex ſecto *h* ventre, extractus eſt *i*, poſſe queri dico.

1 ¶ Si quis ex his perſonis, quæ ad ſucceſſionem ab inteſtato non admittuntur, de inofficioſo egerit, (nemo *k* enim eum repellit) & caſu obtinuerit: non ei proſit victoria, ſed his, qui habent ab inteſtato ſucceſſionem, nam inteſtatum patremfamilias facit.

2 ¶ Si quis, inſtituta accuſatione inofficioſi deceſſerit: an ad heredem ſuum querelam transferat? Papinianus reſpondit, (quòd & quibuſdam reſcriptis ſignificatur) ſi poſt agnitam bonorum poſſionem deceſſerit, eſſe ſucceſſionem accuſationis *l*. Et ſi non ſit petita bonorum poſſeſſio iam tamen cœpta *m* controuerſia, vel præparata †: vel ſi, cùm venit ad mouendam inofficioſi querelam, deceſſit: puto ad heredem tranſire.

7. *Paulus* lib. ſingulari de Septemuiralibus *n*. iudiciis.

QVemadmodum preparaſſe *o* litem quis videatur, vt poſſit tranſmittere actionem, videamus. Et ponamus in poteſtate fuiſſe eum, vt neque bonorum poſſeſſio ei neceſſaria, & aditio hereditatis ſuperuacua ſit: is ſi comminatus *p* tantùm accuſationem fuerit, vel vſque ad denuntiationem, vel libelli dationem proceſſerit, ad heredem ſuum accuſationem tranſmittet. Idque Diuus Pius de libelli datione, & denuntiatione reſcripſit.

¶ Quid ergo ſi in poteſtate non fuerit? an ad heredem actionem tranſmittat? Et rectè videtur litem præparaſſe, ſi ea fecerit, quorum ſuprà mentionem habuimus.

An pater nomine filij queri poſſit. 1. *Si quis litem dereliquerit.* 2. *De inſtitutione imperatoris.* 3. *De teſtamento veterani.* 4. *Vel militis.* 5. *De pupillaris ſubſtitutione.* 6. *De donatione quartæ partis.* 7. *De impubere cui pater pupillariter ſubſtituit.* 8. *An partem faciat, qui non queritur.* 9. *Quæ minuunt quartam.* 10. *De eo qui agnouit iudicium defuncti.* 11. *De eo qui inſtitutus eſt, & damnatus reſtituere.* 12. *Si teſtamentum dicatur irritum vel ruptum, & inofficioſum.* 13. *Si exhæredatus poſſideat hæreditatem.* 14. *Pœna actoris ſuccumbentis.* 15. *De quarta ex conſtitutione diui Pij.* 16. *De effectu ſententia contra teſtamentum.*

8. *Vlpianus* libro 14. ad Edictum.

PApinianus libro quinto quæſtionum rectè ſcribit, inofficioſi querelam patrem filij ſui nomine inſtituere non poſſe inuito eo: ipſius enim iniuria *r* eſt *ſ*.

¶ Sequenti loco ſcribit, ſi filius poſt agnitam litis *t* ordinandæ gratia bonorum poſſeſſionem deceſſerit, finitam eſſe inofficioſi querelam: quæ non patri ſed nomine dabatur filij.

1 ¶ Si quis poſt rem inofficioſi ordinatam litem dereliquerit *u*, poſtea non audietur.

2 ¶ Si Imperator *x* ſit heres inſtitutus: poſſe inofficioſum dici teſtamentum, ſæpiſſimè reſcriptum eſt *y*.

3 ¶ Papinianus libro ſecundo reſponſorum ait, contra veterani patrisfamilias teſtamentum eſſe *z* inofficioſi querelam, & ſi ea ſola bona habuit, quę in caſtris quęſierat.

4 ¶ Si quis in militia fecerit teſtamentum, & intra annum poſt militiam deceſſerit: dubito, an, quia ad hoc vſque temporis iure militari teſtamentum eius valet, querela inofficioſi ceſſet; & poteſt dici, ‖ querelam inofficioſi ceſſare, ‖

5 ¶ Sed nec impuberis filij mater inofficioſum teſtamentum dicit: quia pater ei hoc fecit, & ita Papinianus reſpondit: nec patris frater: quia filij teſtamentum eſt: ergo nec frater impuberis, ſi patris non dixit. Sed ſi in patris *a* obtentum eſt *b*, nec *c* hoc *d* valebit, niſi ‖ ſi ‖ pro parte patris reſciſſum eſt: tunc enim pupillare valet.

6 ¶ Si quis mortis *e* cauſa filio donauerit quartam partem eius quod ad eum eſſet peruenturum, ſi inteſtatus paterfamilias deceſſiſſet: puto ſecurè eum teſtari.

7 Si quis impuberi filio ſubſtituit, ſecundas tabulas faciendo: non ob hoc admittemus ipſum impuberem ad inofficioſi querelam.

8 ¶ Quoniam autem † quarta † debitæ portionis ſufficit ad excludendam querelam: *f* videndum erit, an exheredatus partem faciat, qui non queritur: vt puta ſimus duo filij exheredati, & vtique faciet, vt Papinianus reſpondit, &, ſi dicam inofficioſum, non totam hæreditatem debeo, ſed dimidiam petere. Proinde ſi ſint ex duobus filiis nepotes: ex vno plures: tres puta. ex vno vnus: vnicum ſeſcuncia, vnum ex illis ſemuncia querela excludit.

9 ¶ Quarta † autem accipietur *g*, ſ. deducto ære alieno, & funeris impenſa.

¶ Sed *an & libertates quartam minuant*: videndum ‖ eſt: & nunquid minus ‖ nam ſi, cùm *h* quis ex aſſe *i* heres inſtitutus eſt, ideo non poteſt dicere inofficioſum, quia *k* habet Falcidiam: Falcidia *l* autem libertates non minuit? poteſt dici, deductis *m* libertatibus quartam ineundam. Cùm igitur placet quartam minui per libertates: eueniet, vt qui ſeruos tantùm habet in patrimonio ſuo, dando eis libertatem, inofficioſi querelam excludat: niſi forte hic filius, ſi non fuit in poteſtate, à patre hæres inſtitutus, merito omittit hereditatem: & ad ſubſtitutum tranſmittens, querelam inofficioſi inſtituet, vel ab inteſtato, citra edicti pœnam habeat hereditatem.

10 ¶ Si conditioni parere teſtator heredem iuſſit in perſona filij vel alterius, qui eandem querelam mouere poteſt & ſciens is accepit: videndum, ne ab inofficioſi querela excludatur: agnouit enim iudicium. Idem eſt, & ſi legatarius ei vel ſtatuliber dedit. Et poteſt dici excludi eum: maximè ſi heredem ei iuſſerat dare: cęterum ſi legatarium, nunquid ſemel natam inofficioſi querelam non perimat legatarij oblatio? Cur ergo in hærede abſolutè diximus? quoniam * ante aditam hæreditatem nec naſcitur querela *o*. Ego euentum puto ſequendum in hac re. vt ſi fortè, antequam iudicium *p* moueatur, oblatio ei fiat eius, quod relictum eſt: quaſi ex volontate teſtatoris oblato eo, ſatis ei factum videatur.

11 ¶ Vnde ſi quis fuit inſtitutus fortè ex ſemiſſe, cum ei ſextans ex ſubſtantia *q* teſtatoris deberetur, & rogatus eſſet poſt certum temporis reſtituere hereditatem: meritò dicendum eſt, nullum iudicium mouere, cum debitam portionem, & eius fructus habere poſſit: * fructus enim ſolere in Falcidiam *r* imputari non eſt incognitum. Ergo & ſi ab initio ex ſemiſſe heres inſtitutus rogetur, poſt decennium reſtituere hereditatem: nihil habet, quod queratur: quoniam facile poteſt debitam portionem, eiuſque fructus *ſ* medio tempore cogere.

12 ¶ Si quis ‖ & ‖ irritum dicat teſtamentum, vel ruptum, & inofficioſum: conditio ei deferri debet, vtrum prius mouere volet *t*.

13 ¶ Si filius exheredatus in poſſeſſione ſit hereditatis; ſcriptus quidem heres petet hereditatem, filius verò in modum contradictionis *u* querelam inducat: quemadmodum ageret, ſi non poſſideret, ſed peteret.

14 Meminiſſe autem oportebit eum *x* qui teſtamentum inofficioſum improbè dixit, & non obtinuit id quod in teſtamento accepit perdere & id fiſco vindicari, quaſi indigno ablatum *y*: Sed ei demum aufertur, quod teſtamento datum eſt, qui vſque ad ſententiam iudicum lite improba perſeuerauerit *z*: cæterum ſi ante ſententiam deſtitit: vel deceſſit: non ei aufertur quod datum eſt. Proinde & *a* ſit,

† Bartolus ait hodie iſtum colorem non quæri: ſatis eſſe proponi cauſã exheredationis ſiue preteritionis eſſe veram.

† vt præteritus: nam hodie exhedari non poteſt: vide quæ notaui. *Nou.* 115. *c.* 3.

a In vtero non fuerit, *Haloand. repreh. ab Ant. Aug.* 4. *Emend.* 17.

b *Eclog. eod. cap.* 4. Imo querela non competit cognatis. *l.* 1. *verſ. cognat.* ſ. *eod.*

c eſt enim lege interdicendus, *l.* 18. ĵ. *qui teſtamẽta.*

d Imo interdicitur *l.* 18. ĵ. *qui teſtamenta.*

e de quo ĵ. *lib.* 37. *tit.* 9.

f quæ datur ſcriptis hæredibus. ĵ. *de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul.*

g Quærela competit, τῷ μετὰ τελευτὴν τῆς μητρὸς ἐξ ἀνατομῆς ἐξενεχθέντι. *Ecl. d. cap.* 4. ei qui poſt obitum matris exſecto ventre natus eſt.

h Exſecto ventre nati quibuſdam auſpicatiores habentur: ita natus Scipio, Cæſar & alij plerique 9. *Plin.* 3. *Tertull. de anima.*

i talis enim poſthumi loco habetur. *l.* 12. ĵ. *de liberis & poſthumis, l.* 41. ĵ. *de verb. ſig.* aliud in abortu. *l.* 2. *C. de poſthumis.*

k Exceptio iua non intereſt ad litem vſque conteſtatam competit.

l Querela inofficioſi eſtne accuſatio, an vero actio? Quidam putant accuſationem eſſe, non actionem, *arg. huius loci.* Sed Bartolus officium iudicis eſſe exiſtimat. Hac enim querela agentem petere à iudice, vt teſtamentum defuncti reſcindat.

m ſecùs ſi non cœpta, *v. Paul.* 1. *ſent.* 13. §. *vlt.*

† per comminationem, denuntiationem, libelli dationem. Hodie ad ſuos tranſmittitur, etiam non præparata, *l.* 36. *in fin. C. eo.*

n Centumuiralib. *arg. l.* 13. ĵ. *eo.*

o προσευτρεπίσαι δίκην, præparare litem, eſt in his qui ſunt in poteſtate tantùm accuſationem comminari, vel quod amplius eſt, denuntiare, vel libellum dare. Nam ei qui eſt in poteſtate, neque bonorũ poſſeſſio neceſſaria eſt, & aditio hæreditatis ſuperuacua, &c. de iis autem loquendo, qui non ſunt in poteſtate, *præparare litem*, eſt eorum quid facere, quorum habita mentio eſt, & hæredibus eorum querela competit, 39. *Syn.* 1. *c.* 5. p qui comminatur ſe vſuram querela, præparaſſe litem inofficioſi cenſetur, *v. l.* 23. §. 1. ĵ. *eo.* q *v. l.* 123. ĵ. *de reg. iur.* r Exhæredatio, nota quædam eſt & iniuria *l.* 22. ĵ. *eo. l.* 132. ĵ. *de verb. obl.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 13. *C. ex quibus cauſ. infamia*, & *ad l.* 3. §. 2. ĵ. *de leg. præſtandis.* ſ Immo, quia filij iniuria eſt: eo magis pater agere poſſe videtur. §. 2. *Inſt. de iniuriis.* t *v. Graſſum, lib. ſent.* §. *bon poſſ. q.* 31. & *Goucan.* 2. *obſ.* 6. 11. *l.* 1. *C. de in integr. reſt ic.* x Princeps non eſt ſolutus lege Glicia, vide quæ ſcripſi ad *l.* 4. *C. ad l. Falc.* hoc eſt, inofficioſum id teſtamentum dici poteſt, in quo etiam princeps ipſe vel imperator hæres ſcriptus eſt. Eum enim qui leges facit pari maieſtate legibus obtemperare conuenit, *Paul.* 4. *ſent.* 5. §. 3. Quod ſi ita ſit, ne quidem Eccleſia hac lege ſoluta fuerit. y eum enim qui leges facit maieſtate legibus obtemperare conuenit. *Paul.* 4. *ſent.* 5. § 3 v. quæ notaui *Nou* 85. z Imo, ne quidẽ miles eam poteſt proponere, *l.* 27. §. 2. ĵ. *eo.* vide tamen *Auth. presbyter. C. de Epiſcopis.*

a teſtamentum ſcilicet.

b à fratre impuberis, & quidem in ſolidum.

c Cur? Pupillare teſtamentum, pars eſt & ſequela paterni teſtamenti, §. *liberis. Inſt. de pupillari.*

d pupillare.

e Cum quarta mortis cauſa datur, ceſſat querela, vide *l.* 25. ĵ. *eo.*

† Hodie triens ſi non vltra quatuor liberos reliquit: vel ſemis, ſi plures, *Nou.* 18. *cap.* 1. *Nouell.* 39. *cap.* 1. *Nou.* 22. *c.* 48.

† Hodie ſi minus quarta ſis relictũ, agitur ad quartæ ſupplementum, de quo vide *l.* 30. *C. eod.*

f *l.* 6. *C. eod.*

† hodie triens vel ſemis. *dictũ Nouel.*

g *Paulus* 4. *ſent.* 5. §. 6.

h Inſtitutis querela tunc quidem non datur, cùm legatis onerata eſt vel exhauſta hæreditas, vel cum ipſi alteri eam reſtituere rogati ſunt quia Falcidiam habent. *Paul.* 4. *ſent.* 5. §. 5. *Cuiac.*

i Filius ex aſſe hæres inſtitutus, querelam inſtituere non poteſt, licet datis libertatum totum defunctis patrimonium abſumat.

k Querelam inofficioſi mouere filius non poteſt, qui Falcidiam conſecutus eſt.

l v. quæ ſcripſi ad *l.* 4. *C. ad l. Falcid.*

m Legitimam liberorum, libertates datæ minuunt, *vt hic.* Ius aliud hodie eſt, ex *Nou. de triente.* 15. *v. Tiraquel. in tract. piæ cauſa.*

n Heres inſtitutus habens ſubſtitutum, ſi de inofficioſo dixerit, non id ad fiſcum, ſed ad ſubſtitutum pertinebit, *Paul.* 4. *ſent.* 5. §. *vlt.* repudiata Tryphonini ſententia, qui à morte teſtatoris querelam inofficioſi dabat *l.* 19. ĵ. *de contratab.*

o Atqui ante aditam hæreditatem, bonorum poſſeſſio contra tabulas naſcitur *l* 4. ĵ *de bon. poſſ. contra tab.* p *l.* 39. §. 2. *C. eod.* q *l.* 36. *in fi. pr. C. eod* r non in legitimam debitam iure naturæ, quæ hodie à liberis ex ſubſtantia hæreditatis: non ex fructibus percipitur *l.* 36. *in pr. verſ. repletionem*, & *Auth. Nouiſſima C. eod.* adeo vt filiis quarta Trebellianica non competat per imputationem redituum (licèt hoc teſtator iuſſerit vel rogauerit) ſed in ipſis rebus hæreditatis, *l.* 6. *C. de ſenatuſc. Treb.* hic *Bar.* ſ Querela filius excluditur, Pegaſianam ex fructibus conſecutus. t quia ex diuerſis cauſis agitur. *v. l.* 16 *C. eod.* u i. exceptionis, vt hoc caſu petatur æque teſtamentum reſcindi, ſicut in libello querelæ principaliter propoſitæ. *Bart.* x Pœna eſt inofficioſum teſtamentum improbè dicentis, atque obtinentis, vt eo quod ipſi relictum fuerit in teſtamento excidat, reſque ea fiſco cedat, *vt hic Eclog. eod. cap.* 7. *Harm.* 3. §. 2. Quid ſi deceſſit, vel ante ſententiam deſtitit vel abſens condemnatus eſt, & ita ſuccubuit? Relictum non amittet. Quid ſi rogatus ſit alteri fideicommiſſum reſtituere? ſecus erit, hoc ſuum emolumentum dumtaxat amittet, at non fideicommiſſarius, *vt hic.* a vide quæ notaui y *l.* 13. §. *en.* ĵ. *de iure fiſci.* z *v. l.* 8. *C. de his quæ vt indignis.*

abſente eo ſecundùm præſentem pronuncietur : poteſt *a* dici, conſeruandum ei, quod accepit.

¶ Eo autem ſolo carere quis debet, cuius emolumentum ad eum pertinet. cæterùm, ſi id rogatus fuit reſtituere, non debet iniuria fieri *b*

¶ Vnde non malè Papinianus *c* lib. 2. Reſponſorum refert, ſi heres fuit inſtitutus, & rogatus reſtituere hereditatem : deinde in querela inofficioſi non obtinuit ; id quod iure Falcidiæ potuit habere: ſolum perdere *d*.

15 ¶ Si quis impubes adrogatus ſit ex his perſonis, quæ & citra adoptionem, & emancipationem queri de inofficioſo poſſunt, hunc puto remouendum à querela, cùm habeat quartam *e* ex conſtitutione D. Pij. Quod ſi egit, nec obtinuit : an quartam perdat ? & puto aut non admittendum ad inofficioſum, aut ſi admittatur, etſi non obtinuerit, quartam ei, quaſi æs alienum concedendam *f*.

16 ¶ Si ex cauſa de inofficioſo cognouerit iudex, & pronunciauerit contra teſtamentum : nec fuerit prouocatum: ipſo iure reſciſſum eſt: & ſuus heres erit, ſecundùm quem iudicatum eſt, & bonorum poſſeſſor, ſi hoc ‖ ſe ‖ contendit, & libertates ipſo iure non valent: nec legata debentur: ſed ſoluta repetuntur, aut ab eo, qui ſoluit, aut ab eo, qui obtinuit : & hæc vtili actione repetuntur. † Ferè autem, ſi ante controuerſiam motam ſoluta ſunt, qui obtinuit, repetit : & ita D. Hadrianus *g*, & D. Pius reſcripſerunt.

17 ¶ Planè ſi poſt quinquennium *h* inofficioſum dici cœptum eſt, ex magna & iuſta cauſa : libertates non eſſe reuocandas, quæ competierunt, vel præſtitæ ſunt: ſed viginti aureos, à ſingulis præſtandos victori.

9. *Modeſtinus* libro ſingulari de inofficioſo teſtamento.

SI autem intra quinquennium egerit, libertates non competunt. Sed Paulus ait, præſtaturum fideicommiſſas libertates, ſcilicet viginti aureis *i* & in hoc caſu à ſingulis præſtandis.

De ſententiis contrariis. 2. Legato percepto.

10. *Marcellus* lib. 3. Digeſtorum.

SI pars *k* iudicantium *l* de inofficioſo teſtamento contra teſtamentum; pars *m*, ſecundùm id ſententiam dederit quod interdum fieri ſolet : humanius *n* erit, ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundùm teſtamentum *o* ſpectauit, niſi ‖ ſi ‖ apertè iudices *p* iniquè ſecundùm ſcriptum heredem pronunciaſſe apparebit.

1 ¶ Illud notiſſimum eſt eum, qui legatum perceperit *q*, non rectè de inofficioſo teſtamento dicturum : niſi *r* id totum alij adminiſtrauit *ſ*.

De effectu ſententiæ contra teſtamentum.

11. *Modeſtinus* lib. 3 Reſponſorum.

ETiam ſi querela inofficioſi teſtamenti obtinuerit : non *t* ideo tamen donationes *u*, quas viuus ei perfeciſſe proponitur, infirmari, neque in dotem *x* datorum partem vindicari poſſe reſpondi.

De legato recepto. De manumiſſione ſerui inſtituti. 1. De petitione à ſtatu libero. 2. De petitione legati adempti. 3. De liberatione per acceptilationem correi.

12. *Idem* lib. ſingulari de Præſcriptionibus.

NIhil intereſt, ſibi relictum legatum filius exheredatus agnouerit; an filio, ſeruóve relictum conſecutus ſit ; vtrobique enim præſcriptione ſubmouebitur. † Quinetiam ſi idem inſtitutum ſeruum prius, quàm adire hereditatem iuberet, manumiſerit, vt ille ſuo arbitrio adeat hereditatem ; ídque fraudulento conſilio fecerit : ſummouebitur ab actione.

1 ¶ Si à ſtatu libero exhæredatus pecuniam petere cœperit, videri agnouiſſe parentis iudicium.

2 ¶ Si cùm filius ademptū ſibi legatū inſtituerit petere, ſummotus repetat inofficioſi querelem: præſcriptione remouendus non eſt *a*. quamuis enim agendo, teſtamentum non comprobauerit *b*: tamen eſt aliquid, quod teſtatoris vitio reputetur, vt meritò repellendus non ſit.

3 ¶ Filius teſtatoris *c*, qui cum Titio eiuſdem pecuniæ reus fuerat, liberatione Titio legata per acceptilationem Titij liberatus *d*, ab actione inofficioſi non ſummouebitur *e*.

An fideicommiſſa debeantur reſciſſo teſtamento.

13. *Scæuola* libro 3. Reſponſorum.

TItia *f* filiam *g* heredem inſtituit : filio legatum *h* dedit : eodem teſtamento ita cauit : *Ea omnia quæ ſupra dari*, *fieri iuſſi: ea dari, fieri volo ab omni herede bonorúmve* i *poſſeſſore qui mihi erit, etiam* k *iure ab inteſtato. Item quæ dari iuſſero, ea vti dentur fiant* ‖ *que* ‖ *fidei eius* l *committo.* Quæſitum eſt, ſi ſoror *m* centumuirali *n* iudicio obtinuerit *o*, an fideicommiſſa *p* ex capite ſupraſcripto *q* debeantur ? Si hoc quæratur, an iure eorum, quos quis ſibi ab inteſtato heredes, bonorúmve poſſeſſores ſucceſſuros credat, fideicommittere poſſit, reſpondi *r* poſſe. *Paulus* notat *ſ* : probat autem, nec † fideicommiſſa ab inteſtato data deberi, quaſi à demente.

De liberis & parentibus.

14. *Papinianus* lib. 5. Quæſtionum.

PAter filium emancipauit *t*, & nepotem ex eo retinuit *u*. emancipatus, ſuſcepto poſtea *x* filio, duobus exheredatis, patre præterito, vita deceſſit in quæſtione de inofficioſi *y* teſtamenti, præcedenti *z* cauſa filiorum, patris intentio adhuc pendet *a*, quòd ſi contra filios iudicetur, pater *b* ad querelam vocatur, & ſuam intentionem *c* implere poteſt *d*.

1. De herede. 2. De teſtamento pro parte reſciſſo.

15. *Idem* lib. 14. Quæſtionum.

NAm & ſi parentibus non debetur filiorum hereditas propter votum *e* parentum, & naturalem erga filios charitatem, turbato *f* tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quàm liberis, piè *g* relinqui debet *h*.

1 ¶ Heredi eius, qui poſt litem de inofficioſo præparatam, mutata voluntate, deceſſit: non datur de inofficioſo querela. * non enim ſufficit litem inſtituere, ſi non in ea perſeueres *i*.

2 ¶ Filius, qui ‖ de ‖ inofficioſi actione aduerſus duos heredes expertus, diuerſas *k* ſententias iudicum tulit: & vnum vicit, ab altero ſuperatus eſt : & debitores conuenire, & ipſe à creditoribus conueniri pro parte *l* poteſt, & corpora vindicare, & hereditatem diuidere. verum enim eſt, familiæ erciſcundæ iudicium competere : quia credimus eum legitimum heredem pro parte eſſe factum : & ideo pars hereditatis in teſtamento remanſit, nec abſurdum videtur pro parte inteſtatum videri *m*.

An victoria vnius proſit alteri. 1. De patre & filia teſtatoris.

16. *Idem* libro 1. Reſponſorum.

FIlio, qui de inofficioſo matris teſtamento contra fratrem inſtitutum de parte ante egit, & obtinuit : filia quæ non egit, aut non obtinuit, in hereditate legitima fratri non concurrit *n*.

1 ¶ Contra tabulas filij *o* poſſeſſionem iure manumiſſionis pater accepit *p*, ‖ & bonorum poſſeſſionem adeptus eſt ‖ poſtea filia defuncti, quam ipſe exheredauerat, quæſtionem inofficioſi teſtamenti rectè pertulit *q* : poſſeſſio, quam pater accepit, ad irritum recidit *r*. nam priore iudicio de iure patris, non de iure teſtamenti quæ-

---

l.55. ʒ. *de euictionib.*

a quid ita? ſententia lata aduerſus abſentem videtur potius lata ob cōtumaciam eius quā quòd malum cauſam habuerit.

b Cui ? fideicommiſſario, id eſt, ei cui hæres iuſſus eſt hereditatem defuncti reſtituere.

c & Paulus IV. *ſent.* 5. §. 9.

d id enim duntaxat ei aufertur, quod apud eū remanere potuiſſet. *Cuiac.*

e Querela excluditur, qui quartam habet ex conſtitutione D. Pij.

f ſi alio iure venire poteſt ad patris bona, querela non competet *Zaſ.*

† Hodie rupto teſtamento per querelam, omnia in teſtamento diſpoſita præter inſtitutionē heredis, firma manent. *Nou.* 115. c. 3. *in fin.*

g *v. l.* 28. ʒ. *eod.*

h id enim minor poteſt, *l.* 2 *Cod. in quib. cauſ. in integr. reſt.* ante bienniū, *vt Plin.* 5. *epiſt.* 1.

i *v. l.* 1. §. *ſed ne. C. de communi ſeruo.*

k hoc eſt, duo cōcilia : & vt Quintilianus 11. c. 1. videtur appellare, duplicia, adde *l.* 38 ʒ. *de re iudicat.* vbi dixi.

l Centumuirorum ſcilicet.

m altera, *ſcilicet* : ſeu duo altera cōcilia centumuirorū : Quatuor enim conciliis conſcribi ſoliti centumuiri à Decemuiris quatuor, vnde quadruplici iudicio bona paterna repetere, apud Plinium 4. *epiſtola*, eſt bona paterna apud Centumuiros (qui tempore eiuſdem Plinij 180. erant) repetere. Ad hæc concilia referendus eſt locus Suetonij *in Domitiano*, vbi centumuirorum & conciliorum fit mentio Centumuiri ita in quatuor concilia diſtributi, in Baſilica Iulia, vnà cum ſuis quatuor Decemuiris, aſcendebant totidem, i. quatuor diuerſa tribunalia in vno tamen & eodem loco ; vt qui primo tribunali diceret, facilè à reliquis exaudiretur. *Quint.* 2. *c.* 5. Quin vnam & eandem cauſam in omnibus conciliis ſimul actam, cognitam & iudicatam indicio eſt hic locus, & quod apud Valerium 7. c. 7. legitur. ſed & in eadem cauſa interdum diuiſa tribunalia fuiſſe hoc eſt, diuerſas fuiſſe ſententias conſtat. *l.* 76. ʒ. *de leg.* 2. Qui his quatuor conciliis & tribunalibus præerat, prætor & quidem vrbanus. Medius autem ſedebat inter illa concilia : vt à dextra duo : ſiniſtra totidem eſſent ei concilia ſeu tribunalia: eóque fortè reſpexit Quint. 5. c. 2 cùm ſcriberet partes centumuiralium, in duas haſtas diuiſas eſſe: hoc eſt, vnam centumuiralem, alteram prætoriam ceu decemuiralem: totidem enim in omnibus centumuiralibus iudiciis ponebantur. De forma iudiciorum centumuiralium dixi ad *leg. vlt. C. de pet. her.* De cauſis ipſis Centumuiralibus, ad *l.* 17. ʒ. *eod.*

n Seneca 11. *epiſt.* Reus ſententiis paribus abſoluitur : & ſemper quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius.

o In dubio iudicatur pro teſtamento, *l. Titia*, §. 1. ʒ. *de leg.* 2. *v. Speculatorem tit. de teſt. n.* 83. vt & ſecundum libertatem, l. 38. ʒ. *de re iudicata.*

p Centumuiri. q tunc enim cenſetur defuncti voluntatem approbaſſe, *l.* 31. *in fin.* ʒ *eod. l.* 5. *in pr.* ʒ. *de his quæ vt indign.* r Cur ? qui legatum quod accepit, alteri reſtituit, legatum accepiſſe videri non poteſt.

ſ i. reſtituit. t Donationem nec dotem amittit qui querelam inofficioſi inſtituit. Cur ? Teſtamentum accuſans defuncti, ius quod contractu ſibi adquiſiuit non amitti, *l.* 21. *in fin.* ʒ. *de teſt.*

u Quia qui mortis cauſa donationem accepit à teſtatore ? non eſt ſimilis in hac cauſa legatario. *l.* 5. §. 17. ʒ. *de his quæ vt indign.* Cur ? donatio cauſa mortis pars teſtamenti non eſt : contractui enim magis quàm vltimæ voluntati accedit. x Dotem non amittit qui querelam inofficioſi inſtituit, *vt hic.* Cur? dotis cauſa ex teſtamento non pendet, *l.* 35. ʒ. *familia*, *l.* 3. §. *ſed vtrum*, ʒ. *de minoribus*, *l. emptor*, 9. §. *ancillam*, ʒ. *de rei vind.*

† Hodie vtcunque ſimpliciter agnouerit legatum, poteſt agere ad ſupplementum quartæ *l.* 35. § 2. *C. eod.*

a quia illa petitio fuit ſine effectu.

b Tacita minus nocent quam expreſſa.

c emancipatus.

d id enim fieri debet, *l.* 3. §. 3. ʒ. *de liberatione.*

e quia quod alicui per conſequētiam quæritur abſque facto ſuo, eum non remouet à querela. *Bart. hic*

f *al.* Titia filium heredem inſtituit, filiæ legatum. dedit. *Cuiac. ad l. ex ea ſcriptura* 19. ʒ. *qui teſtamenta.*

g vnam putat Mæuiam.

h & alteram filiam exhæredauit iniuſtè : puta Caiam. *vt verſ. quæſitum*, ʒ. *eod.*

i qui heredem imitatur.

k Repetitio legatorum facta ab inteſtato inutilis eſt, nec vim vllā obtinet, quoties per querelam inofficioſi, teſtamentum reſcinditur, *l.* 29. *C. de fideic.* Quid ſi Codicillaris clauſula appoſita ? ſi fideicommiſſa ex inofficioſo teſtamento non debentur, hoc ideo, quia is cuius teſtamentum quaſi inofficioſum condemnatur pro demente habetur, nec intelligitur habuiſſe teſtamenti factionem, *leg. nec fideicommiſſa.* ʒ. *de leg.* 3. proinde nec fideicommiſſi neque codicillorum faciendorum ius Hic igitur ſolida fideicommiſſa non debentur, quia pro parte reſcinditur teſtamentū à ſorore.

l heredis mei ab inteſtato.

m filiæ inſtitutæ, quæ erat præterita, vel exheredata. *Bart.*

n non Septemuirali, vt malè legitur in inſcriptione, *l.* 7. ʒ. *eod. l.* 28. 31. ʒ. *eod.* adde quæ de Centumuiris ſcripſi ad *l.* 10. ʒ. *eod. & ad l.* 17. ʒ. *eod.* o & ſic ad inteſtati cauſam rem redegit, & pro parte ſua ab inteſtato ſucceſſit.

* p legata reperita ab inteſtato. q repetitione facta ab inteſtato. r ego Scæuola. ſ reprehendendo Scæuolam. † hoc certè conſtat ab inteſtato fideicommitti poſſe, vt notaui *l.* 4. *C. de Cod.* t v. quæ ſcripſi ad *l.* 10. ʒ. *de ſuis.*

u hoc enim poteſt §. 2. *Inſt. quib. mod. ius patriæ.* x poſt ſuam emancipationem.

* y *al* inofficioſo teſtamento, vel tollenda eſt particula *de.* z *al.* præcedente, rectè. In querela inofficioſi teſtamenti inſtituenda liberi defuncti patrem eius præcedunt. Tantiſper dum aduerſus filij mei defuncti querelam inſtituere poſſunt eius liberi, mea pendet querela.

a poteſt enim iis excluſis admitti, *l.* 25. *in fin.* ʒ. *eod.* b l. 15. ʒ. *eo. Nou.* 18. 115. c. 5. 5. *Harm.* 9. §. 17. c actionem, querelam. d hinc collige, In querela inofficioſi aduerſus teſtamentū patris filios exheredatos, præponi auo ſuo præterito & filiis eo caſu excluſis, auum admitti. e *v. l.* 50. *in fin.* ʒ. *de bonis damnator.*

f v. quæ notaui ad *l. vlt. C. de inſt. & ſubſt.* adde *Gell.* 5. *Valer.* 6. g Piis cauſis adnumerari relicta parentibus & liberis hinc colligitur, quod Angelus, vt & alij non admittunt, v. quæ ſcripſi ad *Auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid.* h *l.* 7. *in fin.* ʒ. *vnde liberi. Cic. de ſenectute, in fin.* vbi v. Manutij inſcriptionem: adde *Nou.* 115. c. 4. patri præterito quemadmodum ſubueniatur, v. apud Cuiac 8. *obſ.* 23.

i adde *l.* 10. §. *verſum.* ʒ. *de in rem verſo.* k adde *l.* 13. *C. eod. l.* 76. ʒ. *de leg.* 2.

l adde *l.* 13. *C. eo.* m ex poſtfacto. vt aliàs abſurdū id erit, *l.* 7. ʒ. *de reg. iur.* niſi in milite, *l.* 2. *C. de teſt. milit.* n qui querela vtitur, coheredi non prodeſt.

o emancipati. p i. maluit accipere bonorum poſſeſſionem ex edicto de manumiſſoribus, *l.* 1. ʒ. *ſi à parente quis manumiſſ.*

q Perferre cauſam quid ? v. quæ ſcripſi ad *l.* 11. ʒ. *ad Turp. & l.* 7. *C. qui accuſare.*

r nec filiæ obiicietur exceptio rei iudicatæ, quia res inter patrem & heredem ſcriptum acta filiæ non nocet, *l.* 1. ʒ. *de except. rei.*

ſitum eſt *a*. & ideo vniuerſam hereditatem filiæ cum fructibus reſtitui neceſſe eſt.

An partem faciat qui non queritur, & an ei proſit alterius victoria. 1. De effectu ſententiæ contra teſtamentum.

17. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

QVi repudiantis animo non venit ad accuſatio-
nem inofficioſi teſtamenti *b* partem non facit
his, qui eandem querelam mouere volunt *c*. Vnde ſi
de inofficioſo teſtamento patris alter ex liberis ex-
heredatis, ageret: quia, reſciſſo teſtamento, alter quo-
que ad ſucceſſionem ab inteſtato vocatur, & ideo
vniuerſam hereditatem non rectè vindicaſſet. Hic, ſi
obtinuerit, vteretur rei iudicatæ auctoritate, quaſi
Centumuiri *d* hunc ſolùm filium in rebus humanis
eſſe nunc, cùm facerent inteſtatum, crediderint.

1 ¶ Cùm contra teſtamentum, vt inofficioſum *e*
iudicatur: teſtamenti factionem habuiſſe defunctus
non creditur. Non idem probandum eſt, ſi herede non
reſpondente, ſecundùm præſentem iudicatum ſit.
Hoc enim caſu non *f* creditur ius ex ſententia *g* iu-
dicis fieri *h*: & ideo libertates competunt, & legata
petuntur.

18. *Idem* lib. ſingulari de inofficioſo teſtamento.

DE qua re etiam conſtitutio exſtat Diuorum fra-
trum, quæ huiuſmodi diſtinctionem admittit *i*.

Si mater extraneum & filiam heredes inſtituerit, alteram filiam præterierit.

19. *Idem* lib. 2. Quæſtionum.

MAter decedens, extraneum ex dodrante heredem
inſtituit, filiam vnam ex quadrante *k*, alteram
præteriit *l*. Hæc de inofficioſo egit, & obtinuit. Quæ-
ro, ſcriptæ filiæ quo modo ſuccurrendum ſit? reſpon-
di: Filia præterita id vendicare debet, quod, inteſtata
matre habitura eſſet. Itaque dici poteſt, eam quæ
omiſſa eſt, etiam ſi totam *m* hereditatem ab inteſtato
petat, & obtineat, ſolam habituram vniuerſam ſuc-
ceſſionem *n*: quemadmodum ſi altera omiſiſſet legi-
timam hereditatem. Sed non eſt admittendum, vt ad-
uerſus ſororem *o* audiatur, agendo de inofficioſo.

¶ Præterea dicendum eſt, non eſſe ſimilem omit-
tenti eam *p*, quæ ex teſtamento adiit: & ideo ab ex-
traneo ſemiſſem vindicandum, & defendendum, to-
tum ſemiſſem eſſe auferendum, quaſi ſemis totus ad
hanc pertineat. Secundum, quod, non in totum teſta-
mentum infirmatur, ſed pro parte inteſtata efficitur:
licet quaſi furioſæ *q* iudicium vltimum eius damne-
tur.

¶ Cæterùm ſi quis putauerit, filia obtinente, to-
tum teſtamentum infirmari *r*: dicendum eſt etiam
inſtitutam ab inteſtato poſſe adire hereditatem: nec
enim *ſ* quæ ex teſtamento adiit, quod *t* putat valere,
repudiare legitimam hereditatem videtur, quam qui-
dem nescit ſibi deferri: cùm & hi, qui ſciant, ius
ſuum eligentes, id quod putant ſibi competere, non
amittant: quod euenit in patrono, qui iudiciū defun-
cti, falſa opinione motus, amplexus eſt: is enim non
videtur bonorum poſſeſſionem contra tabulas repu-
diaſſe. Ex quibus apparet non rectè totam heredi-
tatem præteritam vindicare: cùm, reſciſſo teſta-
mento, etiam inſtitutæ ſaluum ius ſit adeundæ he-
reditatis.

De Carboniana bonorum poſſeſſione.

20. *Scæuola* lib. 2. Quæſtionum.

QVi de inofficioſo vult dicere, licèt negetur fi-
lius, Carbonianam bonorum poſſeſſionē non de-
bet accipere *u*, toties enim ea indulgenda eſt, quo-
ties, ſi verè filius eſſet, heres eſſet, aut bonorum poſ-
ſeſſor: vt interim & poſſideat, & alatur, & actioni-
bus præiudicium non patiatur. Qui verò de inofficio-
ſo dicit, nec actiones mouere debet, nec aliam vllam,
quam *x* hereditatis petitionem, exercere, nec ali: ne
vnquam melioris ſit conditionis, quàm ſi confitetur
aduerſarius.

De dolo heredis. 1. De indebito ſoluto ab herede. 2. De effectu ſententiæ contra teſtamentum.

a i. quia ſententia de patre præterito, inter ipſum & ſcriptum heredē; ſententia vero contra teſtamentum inofficioſum, inter omnes ius facit. *Bart.*

b i. qui non admittitur ad querelam, quia repudiauit, &c. *Accurſ.*

c i. non facit eos qui querelam inſtituere volunt, particulares heredes, vt partem tantùm habeant: nec impedit, quominus illi totum accipiant: illis enim totum accreſcit, *l. 83. in fin. ſ.* e ſ.

d Centumuiri cognoſcebant de inofficioſo, *vt hic, & l. 13. ſ. eod.* quò pertinent quæ à me notata ſunt, *l. 10. ſ. eo. l. vlt. C. de liberis præteritis. l. vlt. C. de pet. her. & ad Cicer.* 1. *de oratore.* Imò & de aliis hereditariis controuerſiis. *Paulus 5. ſent. 27.* §. 2. Iudex tutelaris, itemque Centumuiri, ſi aliter de rebus hereditariis, vel de fide generis inſtrui nō poſſunt, poterunt de ſeruis hereditariis habere quæſtionem. Quintil. 7. c. 5. ſi exhæredatum à ſe filium pater teſtatus fecerit elogio, propterea quod is meretricem amauerit, omnis hic erit quæſtio: An huic delicto pater debuerit ignoſcere, & Centumuiri tribuere debeant veniam. Idem 3. c. 13. Cùm apud Centūuiros quæritur, vter dignior hereditate ſit. Hieronym. 2. *epiſt.* Hereditariæ vel Centumuirales cauſæ de barathro erutæ.

e id enim eſt quod hac actione peti debet.

f Immò ſemper creditur, ius ex ſententia fieri, *l. pen. ſ. de iuſtitia, l. 25. ſ. de ſtatu.*

g Sententia quæ
ius facit inter omnes, inter abſentes ius non facit. h quoties enim quis con-
tumax condemnatur, de iure eius, non de iure teſtamenti pronunciatum intel-
ligitur. Ergo vt ſententia contra teſtamentum inofficioſum lata ius inter om-
nes faciat, oportet herede præſente pronunciari. *Baro.*
i non reſcinditur ipſo iure teſtamentum, niſi præſente aduerſario iudicetur
de inofficioſo. *Baro.* k i. illum ex 9. hanc ex tribus vnciis. l Matris præteri-
tio habetur pro exheredatione, *§. fi. de her. Inſt.* m aduerſus ſororem & extra-
neum. n ita vt nihil videatur concedendum ſorori, quæ adeundo ex teſta-
mento cenſetur renunciaſſe hereditati ab inteſtato. o i. inſtitutam ſororem.
p filia à matre præterita, ſi inofficioſi contra ſororem agat, non eſt audienda,
ſed contra extraneum rectè agit, pro media parte, reſciſſo pro ea parte teſta-
mento. q *v. l. 2. l. 5. in fi. ſ. eo.* r Si præterita, aduerſus ſororem inſtitutam &
extraneum agente, totum teſtamentum reſciſſum fuerit: inſtituta partem me-
diam hereditatis ab inteſtato petet. ſ i. qui eligit quod putat ſibi competere,
is non amittit id quod ignorat: quinimò ſi eligit quod putat ſibi competere, is
non amittit quod ſcit competere. *Baro.* adde *l. 8. ſ. de pet. her.* Ignorata remittere
nemo intelligitur, *l. 35. ſ. de pactis, v. Puteum 3. deciſ. 73.*
t v. quæ ſcripſi ad *l. 2. in verbo licere, C. de iur. emphyt.*
u *l. 1. §. 8. ſ. de Carboniano.* x v. quæ notaui *l. 1. C. eo.* Quid: an hæc querela
& petitio hereditatis poſſint vno libello concludi? Angelus negat; quia non
ſimul natæ ſint. Zaſius contra: *hoc tit. n. 36.*

21. *Paulus* lib. 3. Reſponſorum.

EVm, qui inofficioſi teſtamenti querelam inſtituit,
& fraude heredis ſcripti, quaſi tertiam partem he-
reditatis tacitè rogatus eſſet ei reſtituere, reliquit
eam actionem: non *a* videri deſeruiſſe querelam: &
ideo non prohiberi eum repetere inchoatam" actio-
nem *b*".

1 ¶ Idem quæſitum eſt, an heres audiendus eſt an-
te ſ de inofficioſo querelam actam, deſiderans reſtitui
ſibi ea quæ ſoluit? Reſpondit, * ei qui ſciens indebi-
tum fideicommiſſum ſoluit, nullam repetitionem ex
ea cauſa competere *c*.

2 ¶ Item reſpondit, euicta hereditate per inofficio-
ſi querelam ab eo, qui heres inſtitutus eſſet: perinde
omnia obſeruari oportere, ac ſi hereditas adita non
fuiſſet: & ideo & petitionem integram debiti heredi
inſtituto, aduerſus eum, qui ſuperauit, competere, &
compenſationem debiti.

An factum patris tollat querelam filio. 1. De legatario qui filij. 2. Vel hereditario. 3. Vel arrogati nomine agens ſuccubuit.

22. *Tryphoninus* lib. 17. Diſputationum.

FIlius non impeditur *d*, quo minus inofficioſum te-
ſtamentum matris accuſaret *e*, ſi pater eius legatum
ex teſtamento matris accipiet, vel adiſſet heredita-
tem; quanquam in eius eſſet poteſtate, nec *f* prohiberi
patrem dixi, iure *g* filij accuſare *h*. nam *i* indignatio *k*
filij eſt.

1 ¶ Et quærebatur, ſi non obtinuiſſet *l* in accuſan-
do, an, quod patri datum *m* eſt, publicaretur *n*: quo-
niam alij *o* commodum victoriæ parat. Et in hac cau-
ſa nihil ex officio patris, ſed totum de *p* meritis filij
q agitur? & inclinandum eſt, non perdere patrem ſibi
datum *r*, ſi ſecundùm *ſ* teſtamentum pronuntiatum
fuiſſet.

2 ¶ Multo magis, ſi mihi legatum teſtator dedit:
cuius de inofficioſo teſtamento filius agens deceſſit,
me herede relicto: egóque hereditariam cauſam per-
egi, & victus ſum: id quod mihi eo teſtamento reli-
ctum eſt, non perdam: vtique ſi iam defunctus agere
cœperat.

3 ¶ Item ſi adrogaui *t* eum, qui inſtituerat litem
de inofficioſo teſtamento eius, qui mihi legatum de-
dit; litémque peregero nomine filij nec obtinuero:
perdere me legatum non oportet: quia non ſum indi-
gnus, vt auferatur mihi à fiſco id, quod derelictum eſt,
cùm non proprio nomine, ſed iure cuiuſdam ſucceſ-
ſionis egi *u*.

De coniungendis cum emancipato liberis eius. 1. Quibus modis agnoſcitur iudicium defuncti. 2. De iure accreſcendi.

23. *Paulus* lib. ſingulari de inofficioſo teſtamento.

SI ponas filium emancipatum præteritum: & ex eo
nepotem in poteſtate retentum, heredem inſtitu-
tum eſſe: filius poteſt contra filium ſuum, teſtatoris
nepotem petere bonorum poſſeſſionem: quæri au-
tem de inofficioſo teſtamento non poterit. Quod ſi
exheredatus ſit filius emancipatus poterit queri *x*, &
ita iungetur *y* filio ſuo, & ſimul cum eo hereditatem
obtinebit. †

1 ¶ Si hereditatem ab heredibus inſtitutis exhere-
dati emerunt *z*, vel res ſingulas, ſcientes eos heredes
eſſe: aut conduxerunt prædia, aliúdve quid ſimile fe-
cerunt: vel ſoluerunt heredi, quod teſtatori debe-
bant: iudicium defuncti agnoſcere videntur *a*, & *b* à
querela excluduntur *c*.

2 ¶ Si duo ſint filij exheredati, & ambo de inoffi-
cioſo teſtamento egerunt, & vnus poſtea conſtituit
non agere; pars eius alteri accreſcit *d*.

¶ Idémque erit, & ſi tempore excluſus ſit.

De effectu diuerſarum ſententiarum.

24. *Vlpianus* lib. 48. *e* ad Sabinum.

CIrca inofficioſi querelam euenire plerumque ad-
ſolet, vt in vna atque eadem cauſa diuerſæ ſen-
tentiæ proferantur. Quid enim, ſi fratre agente, he-
redes ſcripti diuerſi iuris fuerint? quod ſi fuerit; pro
parte teſtatus, pro parte inteſtatus *ſ* deceſſiſſe videbi-
tur.

Vtrum donatum inter viuos querelam excludat 1. Si is obtinuerit, cui querela non competebat.

25. *Idem* lib. 2. Diſputationum.

a Cur: Tacita hæc conditio ineſt actui cuicumque, ſi fides ſeruabitur agenti, *l. cùm proponas, C. de pactis: l. qui fidem, Cod. de tranſact. l. 3. C. de don. ante nuptias, ca. 2. de iureiur.*

b Deſtitiſſe & renunciaſſe in totum querelæ non videtur, qui fraude aduerſarij errans deſtitit. *Baro. v. l. 12. §. pen. ſ. eo.*

c *l. 1. 24. 26. §. 38. l. 62. ſ. de condict. indeb. l. 19. §. 6. ſ. locati l. 60. ſ. de ſolut. l. 53. ſ. de reg. iur. l. 9. C. de cond. indeb.*

d per patrem ſcilicet.

e *al* accuſet: ſuo nomine ſcilicet.

f Intereſt enim Patris filij famam purgare, eúmque defendere.

g nomine filij & ita hoc caſu non obtinens in querela legatum ibi relictum non amittit: quia non ſuo, ſed filij nomine, cui defenſionem debet, querelam inſtituit: ſecus ſi ſuo nomine inofficioſi egiſſet, nec obtinuiſſet, *l. pen. C. eo.*

h Pater ſuo nomine teſtamenti rectè agnoſcit, & idem nihilominus filij nomine rectè queritur. *v. l. 30. ſ. eo. l. 10. ſ. de poſtulando & l. 15. §. qui duos, ſ. de adopt.*

i v. Hotomannum *in quæſtionib. illuſtrib. p. 229. & 230.*

k & iniuria. *l. 8. ſ. eod.*

l pater.

m legatum.

n Querelam qui mouit aduerſus teſtamentum; ex quo relictum agnouit, relicti amiſſione punitur.

o filio non ſibi, hinc colligunt nonnulli iure digeſtorum bona filij materna patri non fuiſſe quæſita, v. quæ notaui in §. 1. *Inſtit. per quas perſonas nob. acq.*

p inde teſtamentum non modò contra officium parentis dicitur factum, *l. 2. ſ. eod.*
q qui iniuſtè exheredatus proponitur,
ſed & contra merita filij. *Aſcon.*
r legatum.
ſ aduerſus filium.
t *Inſt. de acquiſit. per adrogat.* u In hac ſpecie & ſuperiore, quis vt heres po-
teſt, quod ſuo nomine non poteſt: quia non de ſuis meritis, ſed de alienis di-
ſputat. *Baro.* x *l. 8. ſ. de bon. poſſ. contr. tab.* y *l. 1. ſ. de coniungendis cum emancipa-
to liberis.* † hodie ſublata ſuorum & emancipatorum differentia, emancipa-
tos liberos ſuos non excludit. *Nou. 118. c. 1.*
z Contrahens cum herede inſtituto exheredatus teſtamentum defuncti proba-
re intelligitur, atque ideo ius querelæ in poſterum amittit.
a qui aliquo medio voluntatem defuncti approbauit, querela excluditur, *l. 7.
ſ. eo. l. pen. in fin. l. vlt. ſ. eo. v. l. 8. C. eo.*
b ideo ſcilicet. c atque ita: quod vt ipſe facere non poteſt, hoc vt alius
facere non poteſt.
d Accreſcendi ius eſt in querela inofficioſi.
e *l. 19. Hal.* malim ipſe 31.
f ex poſtfacto, v. *l. 13. in fin. ſ. eo.*

Si non

SI non mortis cauſa fuerit donatum,ſed inter viuos, hac tamen contemplatione *a*, vt in quartam habeatur : poteſt dici inofficioſi querelam ceſſare : ſi quartam in donatione habet *b*. ‖ aut ſi minus habeat : quod deeſt, viri boni arbitratu repleatur : ‖ aut certè conferri *c* oportere id, quod donatum eſt.

1 ¶ Si quis cum non poſſit de inofficioſo queri, ad querelam admiſſus,pro parte reſcindere teſtamentum tentet : & vnum ſibi heredem eligat , contra quem inofficioſi querelam inſtituat : dicendum eſt,quia teſtamentum pro parte valet , & præcedentes *d* eum perſonæ excluſæ ſunt , cum effectu eum querelam inſtituiſſe.

De ſeruo manumiſſo ab herede ſcripto.

26. *Idem* lib.8. Diſputationum.

SI ſub hac conditione fuerit heres inſtitutus , *ſi Stichum manumiſerit* : & manumiſiſſet : & poſteaquam manumiſit , inofficioſum , vel iniuſtum teſtamentum pronuntietur , æquum eſt huic quoque ſuccurri , vt ſerui pretium *e* à manumiſſo accipiat ; ne fruſtra ſeruum perdat.

De tranſactione. 1. De eo quem teſtator filium ſuum eſſe negauit. 2. De teſtamento militis. 3. De alimentis pendente appellatione victori decernendis. 4. De præteritione matris exiſtimantis filium periiſſe.

27. *Idem* lib.6. Opinionum.

SI, inſtituta de inofficioſo teſtamento accuſatione, de lite pacto tranſactum eſt *f*, nec *g* fides ab herede tranſactioni præſtatur : inofficioſi cauſam integram eſſe *h*, placuit.

1 ¶ Ei, qui ſe filium eius eſſe adfirmat, qui teſtamento *i* id denegauit, tamen eum exheredauit,de inofficioſo teſtamento cauſa ſupereſt.

2 ¶ De inofficioſo teſtamento militis dicere nec *k* miles poteſt *l*.

3 ¶ De inofficioſo teſtamento nepos contra patruum ſuum, vel alium ſcriptum heredem , pro portione egerat, & obtinuerat,ſed ſcriptus heres appellauerat, placuit, interim propter inopiam pupilli *m*, alimenta pro modo facultatum , quæ per inofficioſi teſtamenti accuſationem pro parte ei vindicabantur, decerni : eáque aduerſarium ei ſubminiſtrare neceſſe habere vſque ad finem litis.

4 ¶ De teſtamento matris quæ exiſtimans periiſſe filium, alium heredem inſtituit , de inofficioſo queri poteſt *n*.

28. *Paulus* libro ſingulari de Septemuiralibus *o* iudiciis.

CVm mater militem filium falsò audiſſet *p* deceſſiſſe, & teſtamento heredes alios inſtituiſſet : Diu. Hadrianus decreuit *q hereditatem ad filium pertinere* : *r ita vt libertates ſ, & legata præſtentur.* hic illud adnotatum *t*, quod de libertatibus & legatis adiicitur : nam *u*, * cum inofficioſum teſtamentum arguitur, nihil † ex *x* eo teſtamento valet *y*.

De colluſione. 1. De ſpuriis. 2. De tranſactione. 3. De adoptato à fœmina. 4. De foro competenti.

29. *Vlpianus* libro 5. Opinionum.

SI ſuſpecta colluſio ſit legatariis inter ſcriptos heredes, & eum, qui de inofficioſo teſtamento agit : adeſſe *z* etiam legatarios *a*, & voluntatem *b* defuncti tueri,conſtitutum eſt eiſdemque permiſſum eſt etiam appellare *c* , ſi contra teſtamentum pronuntiatum fuerit.

1 ¶ De inofficioſo teſtamento matris , ſpurij *d* quoque filij dicere poſſunt.

2 ¶ Quamuis *e* inſtituta inofficioſi teſtamenti accuſatione res tranſactione deciſa ſit: tamen teſtamentum in ſuo iure manet : & ideo datæ in eo libertates , atque legata , vſque quo Falcidia permittit, ſuam habent poteſtatem *f*.

3 ¶ Quoniam fœmina nullum adoptare *g* filium ſine iuſſu Principis *h* poteſt : nec de inofficioſo teſtamento eius,quam quis ſibi matrem adoptiuam *i* falſo eſſe exiſtimabat , agere poteſt.

4 ¶ In ea prouincia de inofficioſo teſtamento agi oportet, in qua ſcripti heredes domicilium habent *k*.

De filio in adoptionem dato. 1. Si tutor legatarius nomine pupillæ egerit.

30. *Marcianus* lib.4. Inſtitutionum.

ADuerſus teſtamentum filij in adoptionem dati pater naturalis rectè de inofficioſo teſtamento agere poteſt.

a *l.35.§. & generaliter,C.eod.*
b Cum mortis cauſa datur,quarta, ceſſat querela *l.8.§.6. ſ. eadem.* Idem eſt , ſi inter viuos detur ea contemplatione,vt in quartam habeatur , aut ſi minus, &c.
c *l.1. C. de collat.*
d vide *l.14.ſ.eod.*
e Verùm non 20. aureos, *v.l.8.9.ſ.eod.Accurſ.*
f *l.21.C.de pactis: l.28.C. de tranſ.*
g *c.35.de reg.in 6. l.134.in fi ſ.de regulis iuris.*
h Imo non eſt, *l. cum mota Cod. de tranſ.* Ibi qui agit diſceſſerat à lite.
i vel actis,*l.29.in fin.ſ. de probat.*
k Aduerſus militis teſtamentum , ne quidem miles inofficioſi querelam inſtituit. 39. *Eccl.1. c.8.*
l *l.24.C.eod.* Imo quiuis poteſt, *l.8. §.3. ſ.eod.*
m adde *l.14. ſ.v. in poſſeſſ.leg.*
n ergo ipſo iure matris teſtamentum , in quo filiũ præteriit, valebit: quod eo receptum eſt,quia mater veteri iure non habuit liberos in poteſtate.
o Centumuiralibus, *arg.l.13.ſ.eo.*
p Si ob falſum rumorem mortis filij mater præterit filium *vt hic* , vel pater mutat teſtamentum, filio non nocet. *l.vlt.ſ. de her.inſt. Cicer.1. de orat.*
q aduerſus ſcriptos heredes.
r *v.l.25.ſ. de liberis & poſthum.* cur? mater errore non conſilio filiũ præteriit: eius teſtamentum re tãtum inofficioſum, non re & conſilio.
ſ *v.l.vlt.ſ.de her. inſt.*
t adnotandum.
u id eſt alioqui.
† v.*l.8.§.16.§.17. ſ.eod.* exceptis legatis & libertatibus , id enim ita hic decreuit Diu. Hadr. v. plura in *Auth. ex cauſa*, *C. de liberis.*
x tunc enim res ad inteſtati cauſam redit , *leg.17. l.19. ſ.eo.* principali expugnato , acceſſoria expugnantur.
y *Cuiac.10. obſeru.22.*
z *Nouell.* 112. c. 1.
a Tertij opponentes quemadmodum admittantur, v.*l.63.ſ.de re iudic.* Item an hoc reſponſum procedat ignorantibus legatariis.v.Couarruuiam 1.*pract.*13.
b vt legatum ſuum conſequantur.
c eorum enim intereſt, *l.5.§.1. l.14.ſ.de appellationib.*
d de ſpuriis, v. quæ notaui *ad Nou.*74. 89. 93. *Ecl.*1.c.10.
e *Ibid. Ecl.*
f *l.3.ſ.de tranſact.*
g Adoptare ſine iuſſu principis fœmina non poteſt, *Vlp.8.§.vlt.*
h *v.l.5.C.de adoptionib.*
i Querela competit aduerſus teſtamentum matris verè adoptiuæ : hoc eſt, quæ iuſſu principis adoptauit. k *l.19.ſ.de iudic. l.1.C.vbi in rem.*

1 ¶ Tutoribus *a* , pupilli nomine, ſine periculo eius quod teſtamento datum eſt,agere ‖poſſe‖de inofficioſo,vel falſo teſtamento, Diui Seuerus, & Antoninus ſcripſerunt.

De ſucceſſorio edicto. 1. Aduerſus quos datur querela. 2. Si quis ex teſtamento heredis ſcripti hereditatem. 3. Vel legatum acceperit. 4. Vel alio modo iudicium defuncti adgnouerit.

31. *Paulus* libro ſingulari de Septemuiralibus *b* iudiciis.

SI is,qui admittitur ad accuſationem,nolit,aut non poſſit accuſare : an ſequens admittatur , videndum eſt? & placuit poſſe : vt fiat ſucceſſioni locus *c*.

1 ¶ Quantum ad inofficioſi liberorum,vel parentum querelam pertinet , nihil intereſt , quis ſit heres ſcriptus,ex liberis, an extraneis,vel municipibus *d*.

2 ¶ Si heres extiterim ei , qui eo teſtamento inſtitutus eſt,quod de inofficioſo arguere volo : non mihi nocebit : maximè ſi eam portionem non poſſideam, vel iure ſuo poſſideam.

3 ¶ Diuerſum dicemus,ſi legauerit mihi eam rem, quam quis ex eo teſtamento acceperat : nam ſi eam agnoſcam, repellar ab accuſatione *e*.

4 ¶ Quid ergo, ſi alias voluntatem teſtatoris probauerim? puta in teſtamento adſcripſerim,poſt mortem patris conſentire me ? repellendus ſum ab accuſatione *f*.

De aduocatione , procuratione vé legatario præſtita. 1. De herede legatarij.

32. *Idem* lib.ſingulari de inofficioſo teſtamento.

SI exheredatus petenti legatum ex teſtamento aduocationem præbuit, procurationémve ſuſceperit, remouetur *g* ab accuſatione : agnouiſſe enim videtur *h* , qui quale quale iudicium defuncti comprobauit *i*.

1 ¶ Si legatario heres exſtiterit exheredatus , petieritque legatum : videbimus an ſit ſummouendus ab "hac"accuſatione:certum eſt enim iudicium defuncti: & rurſus, nihil ei ex teſtamento relictum,verum eſt, tutius tamen fecerit,ſi ſe abſtinuerit à petitione legati *k*.

DE *l* HEREDITATIS petitione *m*.

TIT. III.

Quo iure hereditas ad nos pertinet.

Gaius libro 6. ad Edictum Prouinciale.

HEreditas ad nos pertinet aut vetere iure , aut nouo.

¶ *Vetere n.* è lege duodecim Tabularum *o* : vel ex teſtamento , quod iure factum eſt *p*.

2. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

SIue ſuo nomine *q*,"ſiue per ſe,"ſiue per alios *r* effecti ſumus.

3. *Gaius* lib.6.ad Edictum prouinciale.

VEluti ſi eam perſonam , quæ in noſtra poteſtate ſit,inſtitutam iuſſerimus adire hereditatem. Sed & ſi Titio, qui Seio *ſ* heres exſtitit, nos heredes facti ſumus:ſicuti Titij hereditatem noſtram"eſſe"intendere poſſumus,ita & Seij *t*. Vel ab inteſtato:fortè quod ſui *u* heredes defuncto ſumus, vel agnati *x* , vel quod manumiſimus defunctum *y* , quódve parens noſter *z* manumiſerit.

¶ *Nouo a.* iure fiunt, heredes omnes , qui‖ex‖ſenatuſconſultis *b* , aut ex conſtitutionibus *c* ad hereditatem vocantur.

De eo quod cœptum eſt poßideri poſt motam controuerſiam.

4. *Paulus* libro 1. ad Edictum.

SI hereditatem petam ab eo , qui vnam rem poſſidebat,de qua ſola controuerſia erat : etiam *d* id, quod poſtea cœpit poſſidere , reſtituet.

De alienatione rerum hereditariarum. 1. Si poſſeſſor falſum dicat teſtamentum. 2. Ne fiat præiudicium poſſeſſioni hereditatis.

5. *Vlpianus.* lib. 14. ad Edictum.

DIuus Pius reſcripſit , prohibendum poſſeſſorem hereditatis, de qua controuerſia erit , antequam lis inchoaretur,aliquid ex ea diſtrahere *e* : niſi maluerit pro omni quantitate hereditatis , vel rerum eius reſtitutione ſatiſdare *f*. Cauſa autem cognita : & ſi

a *v.l.22. in pr.ſ. eod.*
b Centumuiralibus, *arg.l.13.ſ.eo.*
c in querela eſt locus ſucceſſorio edicto.de quo *l.1. ſ.quis ordo.*
d priuatus vel princeps, *l.8. §.2. ſ.eod.*
e *l.10. in fin. ſ. eod.*
f vide quæ notaui.*l.23. in fin.ſ. eod.*
g Imo non remouendus , *l.14.§.9. ſ. de bonis liberorum* : facit *lex vltima* , *ſ. de poſtulando.*
h *v.d. l.23.*
i voluntariè enim quia id ſuſtinet , non neceſſariò , vt tutor, *§.pen.Inſtit. eod.*
k heres legatarij legatum petens, querelæ proponendæ poteſtatem ſibi eripit , v. tamen *l.5.§. 8. ſ. de his quæ vt indignis.*
l Generalis hic titulus eſt , *Cuiac. ad Paul.4. ſent.5. §. 4.*
m 3. *C.31.*
n Veteri iure hereditas ad nos pertinet lege 12. Tabularum :idque vel teſtamento vel ab inteſtato : ab inteſtato , inquam , quia ſui, vel quia agnati, vel quia manumiſſores ſumus aut manumiſſori ſucceſſimus.
o *l.2.ſ familia:l. 3.§.2. ſ. pro ſocio, l.130.ſ. de verbor. ſign. §. 4. de bonor. poſſeſſ.*
p *l.4. ſ.qui teſtam. facer.*
q ſiue noſtro nomine , ſiue per alium, &c.*Hal.*
r putà ſeruum,filium, vel eum cui ſuccedimus, *v.l.7. in fin. ſ. de acquir. hered.*
ſ *v. l. 194. ſ. de reg.iur.*
t *d.l.7.*
u *v. ſ. de ſuis & legitimis*
x *l.2.ſ.de ſuis.*
y *l.3.ſ. de ſuis.*
z *l.47.§.2. ſ.bon. libert.*
a Nouo iure hereditas ad nos pertinet non ex 12. Tabulis (id enim ius vetus eſt) ſed ex ſenatuſconſultis , & conſtitutionibus Principum. *Nouo* ita *ius* hic dicitur, quod poſt leges 12. Tabularum , v. *l.vlt. §.vltim.ſ.de regula Catoniana* : *l.1.ſ.de condict.ex lege.*
b Tertulliano Orphitiano, de quibus ſ. *lib.38.tit.*17.
c vt inſtituti à filiofamilias milite, *Cuiac.ad l.6.ſ.de in integrum* , exploſis Accurſiij exemplis.
d *l.18.§.pen.l.41.ſ.eo.*
e multo magis poſt litem conteſtatam, *l.13.ſ.familia.*
f rei hereditariæ alienatio permittitur data ſatiſdatione & cauſa cognita. Quo pertinet illud Pauli 1. *ſent.*11. §.1. Quoties hereditas petitur , ſatiſdatio iure deſideratur : & ſi ſatiſdatio non detur , in petitorem hereditas transfertur : ſi petitor ſatiſdare noluerit, penes poſſeſſorem poſſeſſio remanet. In pari enim cauſa potior eſt poſſeſſor, vide *l.6.in fin.ſ.de Carboniano* : *l.8. in fin. ſ.de io.*

non talis data ſit ſatiſdatio, ſed ſolida cautio: etiam poſt litem cœptam. deminutionem ſe conceſſurum prætor edixit: ne in totum deminutio impedita, in aliquo etiam vtilitates alias impediat, vt puta ſi ad funus *a* ſit aliquid neceſſarium: nam funeris *b* gratia deminutionem permittit. item ſi futurum eſt, vt, niſi pecunia intra diem ſoluatur, pignus diſtrahatur *c*, "ſed" & propter familiæ cibaria *d*, neceſſaria erit deminutio. ſed & res tempore perituras *e* permittere debet prætor diſtrahere.

1 ¶ Diuus Hadrianus Trebio Sergiano reſcripſit, *vt Aelius Aſiaticus daret ſatis de hereditate* f, *quæ ab eo petitur: & ſic falſum dicat* g. hoc ideo, quia ſuſtinetur *h* hæreditatis petitionis iudicium: donec falſi cauſa agatur.

2 ¶ Eorum iudiciorum, quæ de hæreditatis petitione ſunt, ea auctoritas eſt, vt nihil *i* in præiudicium eius "iudicij" fieri debeat.

De legato in teſtamento, quod falſum dicitur.

6. *Idem* lib. 75. ad Edictum:

SI teſtamentum falſum eſſe dicatur *k*, & ex eo legatum petatur: vel præſtandum eſt *l* oblata cautione *m*, vel quærendum, an debeatur.

¶ Et ſi teſtamentum falſum eſſe dicatur: ei tamen qui falſi accuſat, ſi ſuſcepta cognitio eſt, non *n* eſt dandum *o*.

De concurſu iudicij liberalis, & de inofficioſo.

7. *Idem* lib. 14. ad Edictum.

SI quis libertatem ex teſtamento ſibi competiiſſe dicat, non debebit iudex de libertate ſententiam dicere, ne præiudicium de teſtamento cognituro *p* faciat *q* & ita ſenatus cenſuit. Sed & Diuus Traianus reſcripſit* *differendum de libertate iudicium, donec de inofficioſo iudicium aut inducatur* r, *aut finem* ſ *accipiat.*

1 ¶ Ita demum autem ſuſtinentur liberalia iudicia, ſi iam de inofficioſo iudicium conteſtatum *t* eſt: cæterum, ſi non conteſtetur, non exſpectantur "liberalia iudicia." & ita Diuus Pius reſcripſit. ‖ Nam ‖ cum quidam Licinnianus *u* de ſtatu ſuo quæſtionem patiebatur *x*: & ne maturius *y* pronunciaretur de conditione ſua nolebat ad liberale iudicium ire, dicens ſuſcepturum ſe de inofficioſo teſtamento iudicium, & petiturum hereditatem, quia libertatem, & hæreditatem ex teſtamento ſibi defendebat *z*: Diuus Pius ait, ſi *a* quidem poſſeſſor eſſet hereditatis Licinnianus, facilius audiendum *b*: quoniam eſſet hereditatis nomine iudicium ſuſcepturus, & erat in arbitrio eius, qui ſe dominum eſſe dicit, agere de inofficioſo teſtamento iudicium: nunc *c* verò ſub *d* obtentu iudicij de inofficioſo teſtamento ab ipſo Licinniano non ſuſcepti per quinquennium non debere moram fieri ſeruituti *e*.

¶ Planè *f* ſummatim *g* æſtimandum iudici conceſſit, an fortè bona fide *h* imploretur iudicium de teſtamento: &, ſi id deprehenderit, præſtituendum *i* modicum tempus: intra quod ſi non fuerit conteſtatum, iubeat iudicem *k* libertatis partibus *l* ſuis fungi.

2 ¶ Quoties autem quis patitur controuerſiam libertatis, & hereditatis: ſed ſe non ex teſtamento liberum dicit. ſed alias ‖ vel ‖ à viuo teſtatore manumiſſum, non debere impediri liberalem cauſam, licet iudicium de teſtamento moueri ſperetur *a*, Diuus Pius reſcripſit: adiecit plane in reſcripto: Dummodo prædicatur *b* iudici liberalis cauſæ, ne vllum adminiculum libertatis ex teſtamento admittat.

De legitima hereditate.

8. *Paulus* lib. 16. ad Edictum.

LEgitimam heditatem vindicare non prohibetur is, qui, cùm ignorabat *c* vires teſtamenti, iudicium defuncti ſecutus eſt *d*.

Qui tenetur hereditatis petitione.

9. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

REgulariter definiendum eſt, eum *e* demum teneri petitione hereditatis, qui vel ius *f* pro herede *g*, vel pro poſſeſſore *h* poſſidet *i*, vel rem hæreditariam.

De forma libelli & officio iudicis.

10. *Gaius* lib. 6. ad Edictum Prouinciale.

LIcet minimam. 1 ¶ Itaque qui ex aſſe, vel ex parte heres eſt, intendit quidem hereditatem ſuam eſſe totam, vel pro parte, ſed hoc ſolum ei officio iudicis reſtituitur, quod aduerſarius poſſidet, aut totum, ſi ex aſſe ſit heres: aut pro parte, ex qua heres eſt *k*.

Quid ſit pro herede. 1. vel pro poſſeſſore poſſidere.

11. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

PRo *l herede poſſidet*, qui putat ſe heredem eſſe *m*: Sed an "&" is, qui ſcit ſe heredem non eſſe *n*, pro herede poſſideat, quæritur? & Arrianus libro 2. de interdictis putat teneri. quo iure nos vti Proculus ſcribit. Sed enim & bonorum poſſeſſor pro herede videtur poſſidere.

1 ¶ "*Pro* o *poſſeſſore* vero *poſſidet* prædo".

12. *Idem* lib. 67. ad Edictum.

QVi interrogatus, cur poſſideat *p*, reſponſurus ſit, *quia poſſideo* q: nec contendet ſe heredem, vel per mendacium.

2. De eo qui hereditatem reſtituit. 3. De herede eius, qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſedit. 4. De venditore & emptore hæreditatis. 5. De venditione ex fideicommiſſo. 6. De hereditate reſtituta. de pecunia ſoluta à ſtatulibero. 7. De fructibus. 8. De emptore malæ fidei. 9. De emente à fiſco. 10. De hereditate in dotem data. 11. De herede eius qui pro emptore, vel pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet. 12. De eo qui nomine abſentis poſſidet. 13. De eo qui ſe offert petitioni. 14. De eo qui dolo deſiit poſſidere. 15. De debitore hereditario.

13. *Idem* lib. 15. ad Edictum.

NEc vllam cauſam poſſeſſionis poſſit dicere. & ideo fur, & raptor *r* petitione hereditatis tenentur.

1 ¶ Omnibus etiam titulus ſ hic *pro poſſeſſore* hæret, & quaſi iniunctus eſt *t*.

¶ Denique & *pro emptore* titulo hæret: nam ſi à furioſo emero ſciens *u*, pro poſſeſſore poſſideo.

¶ Item in tit. *pro donato* quæritur, an quis pro poſſeſſore poſſideat: vt puta vxor, vel maritus *x*? & placet nobis Iuliani ſententia pro poſſeſſore poſſidere eum: & ideo petitione hereditatis tenebitur.

¶ Item *pro dote* titulus recipit pro poſſeſſore poſſeſſionem: vt putà ſi à minore duodecim annis, nupta mihi quaſi *y* dotem ſciens accepi.

¶ Et, ſi legatum mihi ſolutum eſt ex falſa cauſa ſcienti, vtique pro poſſeſſore poſſidebo.

2 ¶ Is autem, qui reſtituit hereditatem, teneri hereditatis petitione non poteſt niſi dolo fecit *z*, id eſt, ſi ſcit, & reſtituit: nam & dolus præteritus *a* venit in hereditatis petitionem, quaſi dolo deſierit poſſidere.

3 ¶ Neratius lib 6. membranarum ſcribit, ab herede *b* peti hereditatem poſſe, etiam ſi ignoret, pro herede, vel pro poſſeſſore defunctum poſſediſſe.

¶ Idem eſſe lib. 7. ait.

ETiam ſi putauit heres eas res ex ‖ hac ‖ hereditate eſſe, quæ ſibi delata eſt.

4 ¶ Quid ſi quis hereditatem emerit? an vtilis in eum petitio hereditatis deberet dari, ne ſingulis iudiciis vexaretur? venditorem ‖ *c* enim ‖ teneri certum eſt.

¶ Sed finge non exſtare venditorem, vel modico *d* vendidiſſe, & bonæ fidei poſſeſſorem fuiſſe; an porrigi manus ad emptorem debeat? Et putat Gaius Caſſius dandam vtilem *e* actionem.

5 ¶ Idem erit dicendum, & ſi paruo *f* "pretio" iuſſus vendere heres Titio hereditatem vendidit. nam putat dicendum Papinianus, aduerſus fideicom-

a *l. 7. §. vlt. ⁊. de iure deliber.*
Funeris gratia heminui hereditas dermittitur, adpe *l. 14. §. 1. l. 16. ⁊. de religioſis.*
d *l. 5. §. vlt. inf. de iure delib.*
d *d. l. 5.*
e *l. 53. ⁊. eo.*
f non diminuenda.
g ordo cognitionis in petitoriis eſt, vt de falſo prius quæratur, quàm de hereditate: in poſſeſſorio, ſecus *l. 2. C. de dicto diui Adriani.*
h Immo non ſuſtinetur. *l. 2. C. de edicto diui Hadriani.* Dc, petitionem hæreditatis ſuſtineri, *vt hic*, nō autem poſſeſſionis cauſam. *vt ibi*, Atqui falſi hæc quæſtio in hereditatis petitionem incidit, ideóque de ea cognoſci non poteſt, *l. 1. C. de Ordine cognit.* an dicemus hic de falſo non cognoſci? an potius hic falſi accuſationem principaliter motam fuiſſe?
i v. *l. 16. ⁊. de exceptionibus.*
k *vt l. 5. §. 1. §. 16. ⁊. de his quæ vt indignis: l. 6. Cod. de falſis.*
l ab herede.
m à legatariis, quib. ea de cauſa heres legatum negare non poteſt ſub obtentu quæſtionis ſibi motæ de falſo, v. *l. 8. ⁊. ſi cui plus quam.*
n Fructum ex eo quis conſequi non debet, quod niſus eſt impugnare, *c. 38. de regulis in 6. l. 8. C. de his quibus vt indignis.*
o nemo auditur ſimul falſum dicens teſtamentum, & legatum ex eo petens, *arg. l. 1. in fi. C. de furtis.* *
p & aliis *l. 5. ⁊. de appell.*
q i. ne ex libertate adiudicata vel negata, cogantur neceſſario & præpoſterè teſtamentum aut officioſum, aut inofficioſum dicere.
r reo vel abſoluto ab obſeruatione iudicij & inſtantia vel lite finita per ſententiam.
ſ prius de teſtamento quam de libertate in eo data cognoſci oportet.
t aut conteſtatio eius ſperatur *l. ſi præteritus. ⁊. de bon. poſſ. contra tabulas: l. 6. ⁊. de inoff.*
u Seruus à domino & liber & heres inſtitutus.
x à teſtatoris filio exhæredato.
y maturius pronunciaretur, ſi contra eius libertatem dicta eſſet ſententia, & poſtea actor hereditate indignus reperiretur.
z i. dicebat prius inſtituendam eſſe ab actore petitionem hereditatis & querelam inofficioſi quam libertatis: ſe vt heredem & liberum, vtrumque iudicium excepturum.
a Seruo hereditatem poſſidente, libertatis quæſtio differtur, niſi prius agatur de teſtamento & libertate.
b poſtulantem ſcilicet: vt cùm poſſideat hæreditatem, non prius cognoſcatur de libertate, quam de inofficioſo, & an actori debeatur hereditas.
c i. cùm heres ab inteſtato eſt poſſeſſor. d Duobus modis hic verſiculus exponitur; vno modo ab Azone: ſecundo à Ioanne *v. Bart.*
e i. iudicio liberali. f hic verſiculus refertur ad proximè præcedentia, imo & primam huius legis partem, *Bar.*
g Quoties opponitur hæc exceptio, *Cauſa libertatis differenda eſt propter ſperatam litem inofficioſi*, iudex ſummatim æſtimare debet, vtrum talis exceptio opponatur bona fide, an calumniandi animo, & differendi cauſa: hoc n. poſteriore caſu nunquam eam admittet. *l. hac autem ⁊. ſi cui plus quam per l. Falc. l. 2. C. de falſis.* Summaria cognitione dilationem ad agendum dari hinc etiam colligit Bald.
h nec ſimulatè. ad differendùm iudicium liberale.
i Iudex certum tempus ſtatuere poteſt intra quod agatur, *vt hic.* An in ciuilibus? Negat Accurſius: ait Bartolus *in l. 8. §. ſi quis poſt. ⁊. de inoff.*
k Iudex liberalis cauſæ hic qui cenſendus? delegatus: nunc enim ordinarius iudex iubere poteſt de libertate iudicare. *vt hic.*
l delegatis. Delegari ita poteſt ſimplex libertatis cauſa.

a & meritò, quia non ex eadem cauſa libertas defenditur, ex qua petitur hereditas; Hæc ex teſtamento, illa ab actu inter viuos manat.
b *al. prædicetur.*
c v. *l. 46. ⁊. de bonis libertorum.*
d qui ex teſtamento, quod valere putat adit, legitimam hæreditatem ſeu ius ſuccedendi ex alia cauſa non repudiat, *l. 19. verſ. cæterum. ⁊. de inofficioſo: l. 97. in fi. inf. de adquir. hered. l. 3. C. hoc tit.*
e Hereditatis petitio aduerſus eum datur qui nullo iure poſſidet.
f *l. 13. in fi. inf. eo.* eſt enim hereditas ſucceſſio in vniuerſum ius defuncte. v. *l. 20. inf. de verb. ſignif.*
g *l. 11. inf. eo.*
h vt prædo. *l. 11. in fi. l. 13. §. 1. ⁊. eo.* & is qui vim intulit, *l. 13. §. 2. ⁊. quod metus cauſ.*
i modo non titulo ſingulari & bona fide: tunc enim tenetur rei vindicatione, v. *l. 2. in fi. C. eo.*
k vt ex ſuo non poſſeſſoris iure ius ſuum metiatur. *l. 1. §. 1. ſi pars her.*
l *l. 33. §. 1. ⁊. de vſucap.*
m *§. 2. Inſt. de interdictis.*
n vt is qui ſeruum corrupit, *l. 13. in fi. ⁊. de ſeruo corrupto.*
o *Theophil. §. 13. Inſt. de interdict.*
p eo namque nomine poſſeſſor ita interrogari poteſt, vt cogatur reſpondere, *l. 11. C. eo.*
q non allegans aliquem titulum ſpecialem.
r & qui deiecit *l. 16. §. 4. ⁊. eo.*
ſ Titulus eſt cauſa iuſta poſſeſſionis.
t id eſt, quemadmodum is qui in titulo pro poſſeſſore, ſcit cauſam iniuſtam, non vſucapit: ita & in titulo pro emptore, donato, dote & reliquis.
u v. *l. 2. C. eo.* ſecus ſi neſciens, *l. 2. §. 16. ⁊. pro emptore.*
x Quod vxor viro, aut maritus vxori donauerit, pro poſſeſſore poſſidetur, *l. 16. ⁊. de adquir. poſſeſſ.*

y nam quoties minor duodecim annis nubit: matrimonium non eſt; ideoque nec dos propriè cenſetur, *l. 3. ⁊. de iure dotium.*
z *l. 25. §. 7. & 8. inf. eo.*
a *d. l. 25. §. 7. in fi.*
b *l. 2. C. eo.* eius ſcilicet qui pro herede, próve poſſeſſore poſſedit: ſiue ſciat, ſiue ignoret mentem defuncti.
c *v. l. 16. §. 5. in fin. eo.* *
d *v. l. 2. C. de reſcind. vend.*
e quia emptor vniuerſitatis quodammodo heres habetur, cum ei actiones vtiles competant.
f dixi ad *l. 4. in fi. C. in quibus cauſis præſcriptio.*

miſſarium

miſſarium dari actionem: ab hærede enim peti non expedit perexiguum pretium habente.

6 ¶ Sed & ſi retenta certa quantitate reſtituere rogatus ſit: idem erit dicendum. Planè ſi, accepta certa quantitate reſtituere rogatus eſt: non putat Papinianus, ab hærede petendam hæreditatem, quoniam * *pro hærede quod conditionis implendæ gratia accepit, non poſſidetur.* Sed Sabinus in ſtatulibero *a* contra; & id verius eſt; quia pecunia hereditaria eſt.

7. ¶ Idem & in eo, qui ſolos fructus ex hereditate retinet, dicendum erit; tenetur enim & is hereditatis petitione.

8 ¶ Si quis ſciens alienam emit hereditatem, quaſi pro poſſeſſore poſſidet; & ſic peti ab eo hereditatem quidam putant; quam ſententiam non puto veram. * *nemo* b *enim prædo eſt, qui pretium numerauit* c. ſed, vt emptor vniuerſitatis, vtili tenetur.

9 ¶ Item ſi quis à fiſco *d* hereditatem, quaſi vacantem, emerit; æquiſſimum erit, vtilem " actionem" aduerſus eum dari †.

10. ¶ Apud Marcellum lib. 4. digeſtorum relatum eſt, ſi mulier hæreditatem in dotem dedit; maritum pro dote quidem poſſidere hæreditatem, ſed petitione hereditatis vtili teneri *e*. ſed & ipſam mulierem directa teneri, Marcellus ſcribit; maximè ſi iam factum diuortium eſt.

11 ¶ Hæredem autem etiam earum rerum nomine *f*, quas defunctus pro emptore poſſedit, hæreditatis petitione teneri conſtat *g*, quaſi pro hærede poſſideat, quamuis ‖ etiam ‖ earum rerum nomine, quas pro hærede, vel pro poſſeſſore defunctus poſſedit, vtique teneatur.

12 ¶ Si quis abſentis nomine poſſideat hæreditatem; cùm ſit incertum, an ille ratum habeat; puto, abſentis nomine petendam hæreditatem, ipſius verò nequaquam; quia * *non videtur pro heredes, vel pro poſſeſſore poſſidere, qui contemplatione alterius poſſidet* h. niſi fortè quis dixit, cùm ratum non habet, iam procuratorem quaſi prædonem eſſe: tunc *i* enim ſuo nomine teneri poteſt *k*.

13 ¶ Non ſolùm autem ab eo peti hæreditas poteſt, qui corpus hæreditarium poſſidet, ſed & ſi nihil, & videndum ſi non poſſidens, obtulerit tamen ſe petitioni, an teneatur? Et Celſus libro quarto digeſtorum ſcribit ex dolo eum teneri; * *dolo enim facere eum qui ſe offert petitioni* l. quam ſententiam generaliter Marcellus apud Iulianum probat; * *omnem, qui ſe offert petitioni, quaſi poſſidentem teneri* m.

14 ¶ Item ſi quis dolo fecerit *n*, quò minùs poſſideat, hereditatis petitione tenebitur.

¶ Sed ſi alius nactus poſſeſſionem, quam ego dolo malo amiſeram, paratus ſit iudicium pati, Marcellus lib. 4. digeſtorum tractat, [num] fortè euaneſcit aduerſus eum qui deſiit [poſſidere] litis æſtimatio? & magis euaneſcere *o* ait, niſi petentis intereſt *p*. Certè, inquit, ſi rem paratus ſit reſtituere: indubitatum erit, euaneſcere. ſed ſi is, qui dolo deſiit, ante conueniatur; eum, qui poſſidet, non liberabit.

15 ¶ Item à debitore. *q* hæreditario, quaſi à iuris *r* poſſeſſore: nam & à iuris *ſ* poſſeſſoribus poſſe hereditatem peti, conſtat.

14. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

SEd vtrùm ex delicto *t*, an ex contractu debitor ſit: nihil refert.

¶ Debitor autem hereditarius *u* intelligitur is quoque, qui ſeruo hereditario promiſit, vel qui ante aditam hæreditatem damnum dedit.

15. *Gaius* libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

VEl aliquam rem hereditariam ſubripuerit.

1. De poſſidente pretium rei hæreditariæ de eo qui à debitore hæreditario ex egit. 2. De eo qui petiit hæreditatem & litis æſtimationem conſecutus eſt. 3. De debitore defuncti, vel hæreditatis, vel hæredis. 4. De vi deiecto & eo qui deiecit. 5. De venditore rei hæreditariæ. 6. De rebus in fraudem patroni alienatis. 7. De hæreditate pretiove rerum hæreditariarum, quaſi ex cauſa fideicommiſſi reſtituit.

16. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

QVod ſi in diem ſit debitor, vel ſub conditione, à quo petita eſt hereditas, non debere eum damnari: rei planè iudicatæ *v* tempus ſpectandum eſſe ſecundùm Octaueni ſententiam, "vt" apud Pomponium ſcriptum, eſt an dies venerit: quod & in ſtipulatione conditionali erit dicendum.

¶ Si autem non venerit, cauere officio iudicis debeat de reſtituendo hoc debito *y* cùm dies venerit vel conditio extiterit.

1 ¶ Sed & is, qui pretia & rerum hereditariarum poſſidet. item qui à debitore hereditario exegit, petitione hereditatis tenetur.

2 ¶ Vnde Iulianus libro ſexto Digeſtorum ait, ab eo, qui petit hęreditatem, & litis æſtimationem conſecutus eſt, hereditatem peti poſſe.

a v. l. 36. infr. de mortis cauſa. l. 29. in fin. infr. de ſtatulıber.
b l. 46. infr. eod.
c l. 126. inf. de reg. iur.
d l. 54. infr. eod. v. l. 41. infr. de iure fiſci.
† Mutatum videtur l. 2. C. de quadriennij præſcriptione.
*
e quia non expedit in mulierem agere, quæ dotem non habet l. 9. C. de rei vindic.
*
f vide in hunc §. Cuiac. 9. obſer. 25.
g Heres emptoris hereditatis, pro herede emptam hereditatem poſſidet.
h is enim præſtat nudum miniſterium l. 18. inf. de adquirenda poſſ.
i facit l. 4. C. ſi certum: l. 16. in fi. ǰ. de adminiſt. tut.
k & hereditatis petitione ſpeciali omnes tenentur, qui habent facultatem reſtituendi, l. 9. infr de rei vindic.
l vt teneatur, quanti interfuit actoris non decipi, l. 39. ǯ. de dolo.
m ex interpretatione, v. l. 25. infr. de rei vind.
n v. l. 25. §. infr. eod.
o l. 95. § 9. infr. de ſolutionib.
p quo nomine in litem iuratur, leg. 25. §. 10. inf. eod.
q quocunque, ſiue ex contractu ſiue ex delicto debeat, l. 14. in pr. & verſ. debitor, inf. eod.
r hæreditarij ſcilicet. Nam ab eo vt à poſſeſſore rei, ſiue corporis hæreditas peti poteſt, l. 9. §. eo.
ſ l. 9. ǯ. eo. l. 16. §. 7. l. 18. in fi. inf. eo.
t puta, ſeruo corrupto, l. 13. in fi. l. 14. inf. de ſeruo corrupto. & ſic venit in hæreditatis petitionem quod peti poteſt actione ſerui corrupti.
u Cur ita? v. l. 1. in fi. inf. de heredibus inſtituendis.
x v. l. 36. §. pen. inf eodem.
y. .4. ǯ. de iudiciis.
v. l. 25. §. 1. inf. eodem.

3 ¶ Non ſolùm autem à debitore defuncti, ſed etiam à debitore hereditario *a* peti hæreditas poteſt. Denique ab eo, qui negotia hæreditaria geſſit. & Celſo, & Iuliano videtur peti hæreditatem poſſe.

¶ Sed ſi hæredis negotium geſſit, nequaquam: ab hæredis *b* enim debitore peti hæreditas non poteſt.

4 ¶ Iulianus ſcribit, ſi is qui pro hærede poſſidebat, vi fuerit deiectus, peti ab eo hæreditatem poſſe quaſi *c* à iuris poſſeſſore: quia habet interdictum *d* *vnde vi*, quo victus cedere debet. Sed & eum, qui deiecit *e*, petitione hæreditatis teneri; quia res hæreditarias pro poſſeſſore poſſidet.

5 ¶ Idem Iulianus ait: ſiue quis poſſidens, ſiue non, rem vendiderit *f*, petitione hæreditatis eum teneri: ſiue iam pretium recepit *g*, ſiue petere poſſit, vt & hic actionibus cedat.

6 ¶ Idem ſcribit, patronum hæreditatem petere non poſſe ab eo, cui libertus in fraudem alienauit *h*. quia Caluiſiana *i* actione *k* ei tenetur. patroni enim iſte debitor eſt, non hæreditarius *l*. Ergo nec ab eo, cui mortis cauſa donatum eſt *m*, peti hereditas poteſt.

7 ¶ Idem Iulianus ſcribit: ſi quis ex cauſa fideicommiſſi reſtituerit hæreditatem, vel ſingulas res præſtiterit, peti ab eo hæreditatem poſſe: quia habet condictionem *n* earum, quæ ſunt ex ea cauſa ſolutæ, & veluti *o* iuris *p* poſſeſſor eſt. Sed & ſi pretia rerum, quas diſtraxit, ex cauſa fideicommiſſi ſoluit, peti hæreditatem ab eo poſſe: quia repetere poteſt. Sed his caſibus actiones ſuas duntaxat eum præſtaturum: cùm & res extant, & poteſt petitor ‖ etiam ‖ per in rem actionem eas vindicare.

Si bonę fidei poſſeſſor de ſuo legata ſoluerit.

17. *Gaius* libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

QVod ſi poſſeſſor hæreditatis ob id, quod ex teſtamento heredem ſe ‖ eſſe ‖ putaret, legatorum nomine de ſuo ſoluit: ſi quis ab inteſtato, eam hæreditatem euincat: licèt damnum videtur eſſe poſſeſſoris, quod ſibi non proſpexerit ſtipulatione *euicta* q *hæreditate legata reddi*: attamen quia fieri poteſt, vt eo tempore ſoluerit legata, quo adhuc nulla controuerſia mota *r* ſit, & ob id nullam interpoſuerit cautionem: placet in eo caſu euicta hæreditate, dandam ei eſſe repetitionem. Sed cùm, ceſſante cautione, repetitio datur: periculum eſt, ne propter inopiam eius, cui ſolutum eſt legatum, nihil repeti poſſit. ‖ & ‖ ideo ſecundum ſenatuſconſulti *ſ* ſententiam ſubueniendum ei eſt, vt ipſe ‖ quidem ‖ ex retentione rerum hæreditariarum ſibi ſatisfaciat, cedat autem actionibus petitori. vt ſuo periculo eas exerceat.

De pecunia apud argentarium perdita. 1. ſi quis poſt litem conteſtatam poſſidere cœperit. 2. quæ veniunt in hoc iudicium, & primùm de rebus hæreditariis.

18. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

ITem videndum: ſi poſſeſſor hæreditatis venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum perdiderit: an petitione hęreditatis teneatur *t*: quia nihil habet, nec conſequi poteſt? ſed Labeo putat, eum teneri: quia ſuo periculo malè argentario credidit: ſed Octauenus *u* ait, nihil eum, præter actiones, præſtaturum: ob has igitur actiones petitione hereditatis teneri. Mihi autem in eo, qui mala fide poſſedit, Labeonis ſententia placet: in altero verò, qui bona fide poſſeſſor eſt, Octaueni ſententia *x* ſequenda eſſe videtur.

1 ¶ Si quis, cùm peteretur ab eo hęreditas neque rei, neque iuris velut poſſeſſor erat, verùm poſtea *y* aliquid adeptus eſt: an petitione hæreditatis videatur teneri? & Celſus libro quarto digeſtorum rectè ſcribit, hunc condamnendum; licet initio nihil poſſedit.

2 ¶ Nunc videamus, quę veniant in hęreditatis petitionem. Et placuit vniuerſas *z* res hęreditarias *a* in hoc iudicium venire, ſiue *b* iure *c* ſiue corpora *d* ſint.

De rebus pignoratis, commodatis, depoſitis, & his quarum nomine Publiciana competit. 1. Si hæres vſucapionem impleueris. 2. De his quorum datur retentio, non petitio. 3. De ſeruitutibus.

19. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

ET non tantùm hęreditaria corpora, ſed & quæ *e* non ſunt hæreditaria, quorum tamen periculum *f* ad heredem pertinet: vt res pignori datę defuncto *g*, vel commodatę *h*, depoſitæve *i*.

a l. 13. l. 14. l. 15. ǯ. eod.
b v. §. 6. infr. eod.
c iuris eſt poſſeſſor qui pro hærede poſſidet adde l. 13. in fi. ǯ. eod.
d interdictum *vnde vi* habet qui pro hærede poſſidet.
e & furem & raptorem l. 13. ǯ. eod.
f l. 13. §. 4. ǯ. eod. l. 20. §. 6. infr. eod. l. 2. C. eod.
g l. 25. §. 1. ǰ. eod.
h inter viuos l. 3. §. 3. infr. ſi quid in fraudem patroni.
i l. 1. §. 11. inf. ſi quid in fraudem patroni.
k de qua l. 2. ǰ. ſi quid in fraudem patroni.
l ideóque hac actione non tenetur §. 3. ǯ. eod.
m citra dolum l. 1. §. 1. & 2. ǰ. ſi quid in fraudem patroni.
n l. 2. 3. 4. infr. de condict. indeb. vide l. 51. in fin. infr. de pecul.
o Cur dixit *veluti*? quia iuris poſſeſſio, propriè nulla eſt l. 13. in fin. ǯ. eod. Hinc interdicta velut poſſeſſoria l. vlt. infr. de ſeruitutib. & velut longa poſſeſſio l. 5. §. 3. ǰ. de itinerib. quę ſcilicet in ſeruitutibus eſt. Porro de hac particula *veluti*, plura dixi l. 1. §. 2. ǰ. de ſuperficieb.
p à quo hereditas peti poteſt l. 13 in fi. ǯ. eod.
q De hac cautione v. l. 1. C. eod. l. 3. §. 6. ǰ. ſi cui plus quam per legem Falcidiam, vbi dixi.
r qui mora controuerſia legata ſoluit, ſuo periculo ſoluit, niſi ſtipulatione ſibi cauerit, euicta hæreditate legata reddi, l. 1. ǰ. ad l. Falc. l. 4. in fin. infr. ſi cui plus quam per l. Falc.
ſ quod extat in l. 20. §. 6. ǰ. eo.
t & rectè, in eo ſcilicet qui mala fide poſſidebat ǰ. eod.
u Idem in negotiorum geſtore l. 21. ǯ. de negotiis.
x cuius ſententia in bonæ fidei poſſeſſore vera eſt infr. eod.
y v. l. 4. ǯ. eod.
z eſt enim hæc petitio de vniuerſitate l. 1. inf. de rei vind.

a allodiales. An & feuda? petuntur condictiones ex feudis 2. Feudor. 45.
b Inuentario defuncti adſcribendæ res non tantum propriæ defuncti, ſed & debitæ. Bald. c v. l. 15 in fin. ǯ. eod. d Hæreditas eſt corpus legitimum compoſitum ex iuribus & corporibus l. 3. infr. de bon. poſſeſſ.
e In hæreditatis petitionem veniunt etiam res quas defunctus detinebat non autem poſſidebat.
f putà rei hæreditariæ amotæ, l. 71. §. pen. infr. de adquir. hæred.
g l. 10. C. de pignorat.
h l. 3. §. 3. ǰ. commodati.
i l. 7. §. 1. inf. depoſiti. propriè tamen huiuſmodi res.

¶ Et

¶ Et quidem rei pignori datæ, etiam ſpecialis *a* petitio eſt, vt & hereditatis petitione contineatur ſicut illæ, quarum nomine Publiciana competit.

¶ Sed licet earum nomine, quæ commodatę, vel depoſitæ ſunt, nulla ſit facilè actio: quia tamen periculum earum ad nos pertinet, æquum eſt eas reſtitui *b*.

1 ¶ Quòd ſi *pro emptore* vſucapio *c* ab hęrede impleta ſit: non veniet in hęreditatis petitionem: quia hæres id eſt petitor, eam vindicare poteſt: nec vlla exceptio datur poſſeſſori.

2 ¶ Veniunt & hæres in hęreditatis petitionem, in quibus poſſeſſor retentionem habuit, non etiam petitionem: veluti ſi iurauerat *d* defunctus petitoris rem non eſſe, & deceſſerit: debent hæ quoque reſtitui *e*: immo & ſi poſſeſſor ſua culpa *f* eas amiſerit, tenebitur hoc nomine. Idémque erit & in prędone, licet hic propter culpam non teneatur: quia nec hic debet has res retinere.

3 ¶ Seruitutes *g* in reſtitutionem hæreditatis non venire, ego didici *h*: cùm nihil eo nomine poſſit reſtitui *i*, ſicut eſt in corporibus, & fructibus: ſed ſi non patiatur ire, & agere: propria *k* actione conuenietur *l*.

De comparatis cauſa hereditatis. 1. vel ex pecunia hereditaria 2. De fundo diſtracto. 3. De augmento hereditatis. 4. Quomodo actiones hereditariæ veniunt in petitionem hereditatis. 5. De effectu huius Iudicij ſuſcepti. 6. Senatusconſultum cuius ſunt ſex partes, quæ in interiori ſpatio notatæ. 7. ¶ Interpretatio ſecundæ partis, & primùm de partibus caducis, vel aſſe & bonis vacantibus, vel ex alia cauſa ad fiſcum pertinentibus. 8. Si ciuitas. 9. vel priuatus petat. 10. De peculio Caſtrenſi vel alia vniuerſitate. 11. ¶ Interpretatio ſexta partis. 12. ¶ Interpretatio ſecundæ partis: Differentia inter bonæ & malæ fidei poſſeſſores. 13. De bonorum poſſeſſoribus & aliis ſucceſſoribus. 14. Si poſſeſſor pecuniam in hereditate inuentam non attigerit. 15. pecunia redacta quomodo accipitur. 16. De diſtractione poſt petitam hereditatem. 17. ¶ Interpretatio tertiæ partis, & primùm ſi poſſeſſor pretium exegit vel non. 18. De euictione: De indebito exacto vel ſoluto. 19. De re redhibita 20. De obligatione ob venditionem. 21. De rebus deperditis vel diminutis.

20. *Vlpianus* libro 15. ad Edictum.

ITem veniunt in hereditatem ‖ etiam ‖ ea, quę hereditatis *m* cauſa comparata ſunt *n*: vt puta mancipia, ‖ pecoráque, & ſi qua alia, ‖ quæ neceſſario hereditati ſunt comparata: & ſi quidem pecunia hereditaria ſunt comparata, ſine *o* dubio venient: ſi verò non pecunia hæreditaria, videndum erit: & puto etiam hæc venire, ſi magna vtilitas hæreditatis verſetur: pretium ſcilicet reſtituturo hærede.

1 ¶ Sed non omnia quæ ex hæreditaria pecunia comparata ſunt, in hæreditatis petitionem veniunt *p*. Denique *q* ſcribit Iulianus libro ſexto digeſtorum, ſi poſſeſſor *r* ex pecunia hereditaria hominem emerit, & ab eo petatur hereditas, ita venire in hereditatis petitionem, ſi *ſ* hereditatis interfuit eum emi: at ſi ſui cauſa emit, pretium venire *t*.

2 ¶ Simili *u* modo, & ſi fundum hereditarium diſtraxit, ſi quidem ſine cauſa, & ipſum fundum *x*, & fructus in hereditatis petitionem venire: quòd ſi *y* æris exſoluendi gratia hæreditarij id fecit: non amplius venire, quàm pretium *z*.

3 ¶ Item non ſolùm ea, quę mortis tempore fuerunt, ſed ſi qua poſtea augmenta hereditati acceſſerunt venire in hereditatis petitionem: nam *a* hereditas & augmentum recipit, & diminutionem.

¶ Sed ea quę poſt aditam hereditatem accedunt, ſi quidem ex ipſa hereditate, puto hereditati accedere: ſi extrinſecus, non: quia perſonæ poſſeſſoris accedunt.

¶ Fructus autem omnes augent hereditatem *b*, ſiue ante aditam, ſiue poſt aditam hereditatem acceſſerint.

¶ Sed & partus ancillarum *c* ſine dubio augent hereditatem.

4 ¶ Cùm prædiximus *d*, omnes hereditarias actiones in hereditatis petitionem venire: quæritur, vtrùm cum *e* ſua natura veniant, an contra. vtputa ‖ eſt ‖ quædam actio, quæ inficiatione creſcit: vtrum cum ſuo incremento, an verò in ſimplum venit *f*; vt legis Aquilię? Et Iulianus lib. 6. digeſtorum ſcribit, ſimplum ſoluturum.

5 ¶ Idem rectè ait, ſi noxali iudicio condemnatus ſit poſſeſſor defuncto, non *g* poſſe eum dedentem noxę officio iudicis liberari: quia tamdiu quis habet noxę dedendę facultatem, quamdiu iudicati conueniatur *h*: poſt ſuſceptum iudicium non poteſt, noxę dedendo, ſe liberare: ſuſcepit autem per petitionem hereditatis.

6 ¶ Præter hęc, multa reperimus tractata & de petitione hereditatis, de diſtractis *i* reb. hereditariis, de dolo pręterito *a*, & de fructibus ‖ de ‖ quibus cum forma ſenatuſconſulto ſit data, optimum eſt ipſius ſenatuſconſulti interpretationem facere verbis eius relatis. *Pridie Idus Martias, Quintus Iulius Balbus & Publius Iuuentius Celſus, Titius Aufidius, Oenus Seuerianus conſules* b *verba fecerunt de his quæ Imperator" Cæſar, Traiani Parthici* c *filius, diui Neruæ nepos* d, *Hadrianus, Auguſtus " Imperator," Maximuſque princeps propoſuit quinto nonas Martias, quæ proximæ fuerunt, libello* e *complexus* [*eſſet*] *quid fieri placeat: de qua re ita cenſuerunt: CVM antequam partes caducæ* f *ex bonis Ruſtici, fiſco peterentur: hi, qui ſe heredes eſſe exiſtimant, hereditatem diſtraxerint* g*: placere redactæ ex pretio rerum venditarum pecuniæ vſuras non eſſe exigendas* h*: idémque in ſimilibus cauſis ſeruandum.*

¶ *Item placere, à quibus hereditas petita fuiſſet, ſi aduerſus eos iudicatum eſſet, pretia, quæ ad eos rerum ex hereditate venditarum perueniſſent, etſi eæ ante petitam hereditatem deperiſſent deminutæve fuiſſent* i, *reſtituere debere.*

¶ *Item* k, *eos qui bona inuaſiſſent cùm ſcirent ad ſe non pertinere, etiamſi ante litem conteſtatam fecerint quo minus poſſiderent, perinde condemnandos* l *quaſi poſſiderent, eos autem qui iuſtas cauſas habuiſſent quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent vſque eo dumtaxat, quo in locupletiores ex ea re facti eſſent.*

¶ *Petitam autem fiſco hereditatem ex eo tempore exiſtimandum eſſe quo primum ſcierit quiſque eam à ſe peti: id eſt, cum primum aut denuntiatum eſſet ei, aut literis* n, *vel edicto euocatus eſſet, cenſuerunt.*

¶ Aptanda eſt igitur nobis, ſingulis verbis ſenatuſconſulti congrueins interpretatio.

7 ¶ Ait ſenatus: *cùm* o *antequam partes caduco fiſco peterentur*, hoc *p* euenerat, ‖ vt partes caducæ fiſco peterentur *q*: ‖ ſed etſi ex aſſe *r* fiat, ſenatuſconſultum ſ locum habebit.

¶ Idem *t*, & ſi vacantia *u* bona fiſco vindicentur, vel *x* ſi ex alia quacunque cauſa bona ad eum peruenerunt.

8 ¶ Senatuſconſultum hoc locum habebit, & *y* ſi ciuitati *z* peteretur.

9 ¶ In priuatorum *a* quoque petitionibus ſenatuſconſultum locum habere nemo eſt qui ambigit: licet in publica cauſa factum ſit *b*.

10 ¶ Non ſolum autem in hereditate vtimur ſenatuſconſulto, ſed & in peculio caſtrenſi *c*, vel alia vniuerſitate.

11 ¶ *Petitam* autem *hereditatem*, &c. *d* ‖ id eſt ex ‖ quo quis ſcit à ſe peti: nam vbi ſcit, incipit eſſe malæ fidei poſſeſſor *e*, id eſt *cùm primum aut denuntiatum eſſet*. Quid ergo, ſi ſcit quidem, nemo autem ei denuntiauit? an incipiat vſuras *f* debere pecuniæ redactæ? Et ‖ puto ‖ debere. *g*: cœpit enim malæ fidei poſſeſſor eſſe. ‖ Sed ‖ ponamus denuntiatum eſſe: non tamen ſcit, quia non ipſi, ſed procuratori eius denuntiatum eſt? ſenatus ipſi *h* denuntiari exigit: & ideo non nocebit, niſi fortè is cui denuntiatum eſt, cum certiorauerit: ſed non ſi certiorare potuit, nec fecit.

¶ A quo denuntiatum eſt, ſenatus non exigit: quicunque ergo fuit qui denunciauit, nocebit.

12 ¶ Hæc aduerſus bonæ fidei poſſeſſores: nam ita ſenatus locutus eſt *eos qui ſe heredes exiſtimaſſent*. Ceterùm ſi *i* qui ſciens ad ſe hereditatem non pertinere, diſtraxit, ſine dubio non pretia rerum, ſed ipſe *k* res veniunt in petitionem hereditatis, & fructus earum. Sed Imperator Seuerus epiſtola ad Celerem idem videtur feciſſe & in malæ fidei poſſeſſoribus. Atquin ſenatus de his eſt locutus, qui ſe heredes exiſtimant. Niſi fortè ad eas res referemus, quas diſtrahi expedierat *l*: quæ onerabant magis hereditatem, quàm fructui erant: vt ſi in arbitrio *m* petitoris, qualem computationem faciat aduerſus malæ fidei poſſeſſorem: vtrum ipſius rei, & fructuum *n*. an pretij & vſurarum, poſt motam controuerſiam.

13 ¶ Licet autem ſenatus de his locutus ſit qui ſe heredes exiſtiment: tamen *o* & ſi bonorum *p* poſſeſſores ſe exiſtiment, ‖ vel alios ſucceſſores iuſtos ‖ vel

non ſunt hereditariæ, v. l. 5. §. 10. inf. *vt in poſſeſſ. eatur.*
a id eſt, propria. Pignus enim propria actione peti poteſt, j. *de pignor. act.*
b etiam modicè interſit, *l. 2. §. 24. inf. vbi bonorum raptor.*
c vide *l. 9. inf. familia.*
d iuramento ius quæſitum in heredem transfertur, licèt ipſum iuramentum non tranſeat.
e atqui eo caſu iuranti competit exceptio iuriſiurandi, *l. 11. inf. de iureiurando.*
f cuius nomine tenetur, *l. 13. §. 2. ſ. eod.*
g debitæ prædio hæreditario.
h competit tamen earum nomine interdictum quorum bonorum, *l. 1. §. 8. j. quor. legatorum.*
i nec enim poſſidetur, *l. 1. §. 8. inf. quorum legat.*
k confeſſoria in rem
l confeſſoria *l. 13. in fin. j. de ſeruit.*
m ſecus ſi pro ipſo hærede.
n Poſſeſſor à petitore hereditatis ſumptus deducit, *l. 31. j. eod*
o non tamen omnia. §. 1. *inf. eod.*
p cur ita? v. quæ notaui ad *l. 48. in ſ. j. de furtis.*
q i. ideóque.
r malæ fidei, vel prædo. *Gloſſ. Bart. Bald.*
ſ adde *l. 11. §. 4. j. de minor.*
t quę cauſa multo vtilior eſt poſſeſſori, quàm prior: poſſunt enim res emptæ poſt emptionem quam cum emptæ fuerunt, meliores eſſe.
u Argumentum a contractu ad diſtractum.
x *l. 22. in fin. infr. eod.*
y Neceſſitatis ratione prædo excuſatur.
z rerum §. *vlt. j. eod* adde *l. 28. ſ. quod met. cauſa.*
a §. 12. *inf. eo l. 51. inf. eod. l. 2. C. eod. l. 178. §. 1. infr. de verb. ſign.*
b an à quouis poſſeſſore reſtituentur: v. quæ notaui ad *l. 22. Cod. de rei vind.*
c & fœtus gregum & pecorum, *l. 25. in fi. inf. eod.*
d *l. 18. in fi. ſ. eod.*
e i. in ſimplum.
f *v. l. 17. inf. ad l. Aquil.*
g Etenim cùm vnum eſt in obligatione, alterum in facultate ſoluendi, vnum pro alio ſolui poteſt: beneficium legis ſoluendi vnum pro alio, litis conteſtatione in actione iudicati amittitur. *Bald. v. Socin. reg. ſolut.* 177.
h i. intra quadimeſtre tempus, *l. 2. C. de vſuris rei iud.* facultatem habet noxæ dedendi. hinc nota condemnationem fieri ob damnum, ſed noxæ ded[…]tionem in ſolutione, *v l. 6. §. 1. infr. de re iud.* i *v. l. 16. §. 3. ſ. eod.*

a *v. l. 25. § 7. inf. eod.*
b in hoc ſenatuſconſulto deſignati conſules cum iis qui tum fungebantur officio connumerantur, *v. Alciat. 5. pareg. 10.* quando eligerentur & conſulatum ingrederetur, vide *l. 36. inf. de cond. & demonſt.* hinc Bald. notat electo conſuli ius ſuffragij, & reformandi cum eo qui adminiſtrat, id eſt, qui in actu eſt, competere.
c Parthici hoc cognomentum tulit, Niſibi & Ecbatanis potitus. vide Dionē *in Traiano.*
d adoptatus *Dion.*
e oratione *l. 22. l. 40. inf. eod.*
f *§. 7. j. eod.*
g *§. 12. j. eod.*
h *§. 17. j. eod.*
i *§. vlt. infr. eod. l. 21. inf. eod.*
K *l. 25. §. 2. j. eod.*
l hinc Paulus colligit dolum præteritum in hereditatis petitionem venire, *l. 27. §. 3. inf. de rei vind.*
m *l. 25. §. 11. infr. eod.*
n aduerſus abſentem.
o vide ad hunc locum Antonium Fabrum, 3. *coniecturarum* 16.
p hoc eſt, id tum fuerat in quæſtione poſitum, partes peti. Quid ſi totum petitum ſit? idem j. *eod.* Quid ſi non fiſco, ſed ciuitati aut priuato petierit? idem §. 8. & 9. *inf.* Quid ſi peculium caſtrenſe vel aliam vniuerſitatem petierit? idem §. 10. Hinc conſtat, rectè à ſpecie ad genus argumentum duci, dum & eadem ratio ſit in genere quæ in ſpecie.
q quia heredes ſcripti ex parte mortui aut peregrini vel ſerui pœnæ effecti erant ante apertas tabulas. *Cuiac.*
r hæres fiſcus ſcil.

ſ ſuperius illud Hadriani § *6. ſ. eod.* id eſt, ſi vacantia, *v. Cuiac. 18. obſ. 14.*
u non quod heres ex aſſe mortuus ſit ante apertas tabulas ex l. Papia, ſed quia nullus heres exiſtit ex l. Iulia, *Cuiac. ibid.*
x v. quæ ſcripſi ad *l. 46. inf. eod.* y Imò aliud eſt in ciuitatibus quàm in fiſco *l. 16. infr. de verb. ſign.* z non tantum fiſco. Ad ciuitates ita extenditur, quod in fiſco conſtitutum, *§. 7. ſ. eod.*
a *l. 1. C. eod.* b hoc ſenatuſconſultum *v. l. 1. C. eod.* c quod pro hereditate interdum habetur *l. 2. inf. de caſtrenſ.* d Hæc verba, *& cætera*, complectuntur & repetunt omnia, ideóque ſunt relata. *Bart. ad l. 29. §. 12. inf. de liberis & poſth.*
e *v. l. 25. §. 7. j. eod.* f Poſſeſſor hereditatis pretium rerum quas dolo alienauit, cum vſuris præſtare cogendus eſt. *Paul. 1. ſent. 13. § 8.*
g *l. 1. in fin C. eod.*
h durius ergo agitur aduerſus eum qui nouum opus facit: tunc enim ſufficit vel ipſis fabris denuntiaſſe, *l. 5. §. 3. inf. de noui operis nuntiat.*
i Qui alienam hereditatem ſciens vendit non ad pretium ſed ad res ipſas & earum fructus tenetur, *vt hic. 35. Eclog. 20. ex libro 42. tit. 1. arg. 17.*
k At enim res diſtractæ quemadmodum venient, vt in plus, quàm pretium, teneatur. l *v. §. 16. inf. eod.*
m adde *l. 36. §. 3. inf. eod.*
n *vide §. vlt. inf eod.*
o quia bonorum poſſeſſor vice heredis habetur, *l. 2. inf. de bonor. poſſeſſ.*
p ſi bonos poſseſsores ſe exiſtiment, ita Græci. Simile eſt exemplum in *l. 2. §. 1. j. familia,* vbi ἀγαθὸς νομεὺς Græcis legitur pro bonorum poſseſsore.

ſibi

ſibi reſtitutam hereditatem *a*, in eadem erunt conditione.

14 ¶ Papinianus autem libro tertio quæſtionum. Si poſſeſſor hereditatis pecuniam inuentam in hereditate non attingat *b*, negat eum omnino in vſuras cõueniendum.

15 ¶ *Redacta*, inquit, *pecunia ex pretio rerum venditarum*, redactam ſic accipiemus, non ſolùm iam exactam, verum & ſi exigi potuit, nec exacta eſt.

16 ¶ Quid ſi poſt petitam hereditatem res diſtraxerit? hic ipſæ res venient, fructúſque earum. Sed ſi fortè tales fuerunt, quæ vel ſteriles erant, vel tempore perituræ & hæ diſtractæ ſunt "vero pretio *c*:" fortaſſis poſſit petitor eligere, vt ſibi pretia, & vſuræ præſtentur.

17 ¶ Ait ſenatus: *Placere, à quibus petita hereditas fuiſſet ſi aduerſus eos iudicatum eſſet pretia, quæ ad eos rerum ex hereditate venditarum perueniſſent, & ſi ante petitam hereditatem deperiſſent, deminutave eſſent, reſtituere debere.*

¶ Bonæ fidei poſſeſſor, ſi vendiderit res hereditarias, ſiue exegit pretium, ſiue non, quia debet actionem, debebit pretium præſtare: ſed vbi habet actionem ſufficiet eum actiones præſtare *d*.

18 ¶ Sed ſi vendidit, & euicta *e* re reſtituit, quod accepit, non videbitur ad eum perueniſſe, quamquam poſſit dici, nec ab initio pretium venire: quia non fuit res hereditaria, quæ diſtracta eſt.

¶ Sed & ſi ſenatus rerum ex hereditate diſtractarum non hereditariarum, fecit, mentionem: reſtitui tamen non debet, quia nihil apud eum remanet *f*. Nam "&" Iulianus libro 6. Digeſtorum ſcribit, quod indebitum exegit, reſtituere eum non *g* debere: nec imputaturum, quod non debitum ſoluit *h*.

19 ¶ Sed ſi res ſit redhibita hic vtique "&" hereditaria eſt, & pretium non veniet, quod refuſum eſt.

20 ¶ Sed & ſi ob venditionem obſtrictus ſit emptori poſſeſſor hereditatis: dicendum erit proſpici ei cautione *i*.

21 ¶ Reſtituere autem pretia debebit poſſeſſor, & ſi deperditæ *k* ſunt res, vel diminutæ. Sed vtrùm ita demum reſtituat, ſi bonæ fidei poſſeſſor eſt, an & ſi malæ fidei: Et ſi quidem res apud emptorem exiſtent: nec deperditæ, nec diminutæ ſunt: ſine dubio ipſas res debet præſtare malæ fidei poſſeſſor *l*: aut ſi recipere eas ab emptore nullo modo poſſit, tantum, quantum in litem eſſet iuratum *m*. At vbi deperditę ſunt, & diminutæ, verum pretium debet præſtari quia ſi petitor rem conſecutus eſſet, diſtraxiſſet, & verum pretium rei non perderet.

Definitio deperditi & deminuti.

21. *Gaius* libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

DEperditum *n* * intelligitur, quod in rerum natura eſſe deſiit *o*: *deminutum p* verò, quod vſucaptum eſſet, & ob id de hereditate exiit.

Si poſſeſſor & rem habeat & pretium.

22. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

SI *q* & rem, & pretium habeat bonæ fidei poſſeſſor, puta quod eandem redemerit *r*: an audiendus ſit, ſi velit rem dare, non pretium? in prędone dicimus *ſ* electionem eſſe debere actoris, an hic magis poſſeſſor audiendus ſit, ſi velit rem tradere, licet deteriorem factam, non petitor ſi pretium deſideret, quod *u* inuerecundum ſit tale deſiderium: an verò quia ex re hereditaria locupletior ſit, & id quod amplius habet ex pretio, reſtituere debeat, videndum Nam "&" in oratione Diui Hadriani ita eſt: *Diſpicite patres x conſcripti, numquid ſit æquius, poſſeſſorem non facere lucrum: & pretium, quod ex aliena re perceperit reddere; qui poteſt y exiſtimari in locum hereditariæ rei venditæ, pretium eius ſucceſſiſſe, & quodammodo ipſum hereditarium factum.* z Oportet igitur poſſeſſorem & rem reſtituere petitori, & quod ex venditione eius rei lucratus eſt *u*.

Quatenus pretium à bona fidei poſſeſſore reſtituitur.
1. De pœna.

23. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

VTrùm autem omne pretium reſtituere debebit bonæ fidei poſſeſſor, an verò ita demum, ſi factus ſit locupletior, videndum, finge pretium acceptum vel perdidiſſe, vel conſumpſiſſe, vel donaſſe. Et verbum quidem *perueniſſe* b ambigum eſt: ſolúmne hoc contineret, quod prima ratione fuerit, an verò & id quod durat? Et puto ſequentem *a* clauſulam ſenatuſconſulti etſi hæc ſit ambigua, vt ita demum computet, ſi factus ſit locupletior *b*.

1 ¶ Proinde ſi non ſolum pretium, ſed etiam pœna tardius pretio ſoluto peruenerit *c*: poterit dici, quia locupletior in totum factus eſt, debere venire: licet de pretio ſolummodo ſenatus ſit locutus.

24. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

AT vbi vi deiectus fuit, non debet reſtituere pœnam *d* ex eo commiſſam, quod eam actor habere non poteſt. Sic nec pœna reſtitui debet, quam aduerſarius ei promiſit, ſi ad iudicium non venerit.

De lucro ex lege commiſſoria. 1. Si poſſeſſor ex pretio rei hereditariæ aliam rem emerit. 2. ¶ Interpretatio quartæ partis. De dolo præterito & culpa. 3. De prædonib. 4. De fructibus. 5. De mala fide tempore hereditatis apprehenſæ, vel poſteà. 6. De erroris iuris. 7. De dolo ante vel poſt litem conteſtatam. 8. De eo qui dolo deſiit poſſidere, aut poſſeſſionem non admiſit: & de alio poſſeſſore. 9. De fructibus. 10. De iureiurando in litem. 11. ¶ Interpretatio quintæ partis. Si bonæ fidei poſſeſſor ex hereditate ſumptum fecerit, dilapidauerit, perdiderit, donauerit, ἀντίδωρα acceperit. 12. De lautiore vſu rei ſuæ. 13. De mutuo. 14. De pignore. 15. Si heres ex ſemiſſe, putans ſe heredem ex aſſe, dimidiam partem hereditatis conſumpſerit. 16. Vtrum erogatum ex hereditate, totum decedat, an pro rata patrimonij. 17. De rei vindicatione aduerſus eum, qui emit à bona fidei poſſeſſore. 18. Vtrum hoc iudicium ſit in perſonam, an in rem. 19. famil. erciſcundæ. 20. De partu.

25 *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

SEd & ſi lege *e* commiſſoria vendidit, idem erit dicendum: lucrum, quod ſenſit lege commiſſoria, præſtaturum.

1 ¶ Item ſi rem diſtraxit, & ex pretio aliam rem comparauit: veniet pretium *f* in petitionem hereditatis, non *g* res *h*, quam in patrimonium ſuum conuertit. Sed ſi res minoris valet, quàm comparata eſt: hactenus locupletior factus videbitur, quatenus valet: quemadmodum ſi conſumpſiſſet, in totum locupletior factus non videbitur.

2 ¶ Quod ait ſenatus, *eos qui bona inuaſiſſent, quæ ſcirent ad ſe non pertinere, etiam ſi ante litem conteſtatam fecerint quominus poſſiderent, perinde condemnandos, quaſi poſſiderent*. ita intelligendum eſt, vt & dolus præteritus in petitionem hereditatis, deduceretur: ſed & culpa *i*. & ideo ab eo, qui ab alio non exegit, vel à ſemetipſo, ſi tempore eſſet liberatus, peti hereditatem poſſe: hoc vtique, ſi exigere potuit *k*.

3 ¶ Quod autem ait Senatus, *eos qui bona inuaſiſſent*, loquitur de prædonibus *l* id eſt de his, qui cùm ſcirent ad ſe non pertinere hæreditatem, inuaſerunt bona ſcilicet cùm nullam cauſam haberent poſſidendi.

4 ¶ Sed & fructus, non quos perceperunt, inquit, ſed quos percipere debuerunt *m*, eos præſtaturos.

5 ¶ De eo autem loquitur ſenatus, qui ab initio mente prædonis res hereditarias apprehendit.

¶ Quod ſi ab initio quidem iuſtam cauſam habuit adipiſcendæ poſſeſſionis, poſtea verò conſcius ad ſe nihil hereditatem pertinere prædonio *n* more verſari cœpit, nihil ſenatus loqui videtur. Puto tamen. & ad eum mentem ſenatuſconſulti pertinere. * parui *o* etenim refert, ab initio *p* quis doloſè in hereditate ſit verſatus, an poſtea hoc facere cœpit.

6 ¶ Scire ad ſe non pertinere vtrum is tantummodo videtur, qui factum ſcit, an & is, qui in iure errauit: putauit enim rectè factum teſtamentum, cùm inutile erat: vel, cùm "eum" alius pręcederet adgnatus, ſibi potius deferri? Et * non puto hunc eſſe prædonem, qui dolo caret, quamuis in iure erret *q*.

7 ¶ *Si ante litem* r *conteſtatam*, inquit, *fecerint*; hoc ideo adiectum: quoniam * poſt litem conteſtatam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe *ſ*. quin imo *t* poſt controuerſiam motam, quanquam. n. litis conteſtatæ mentio fiat in ſenatuſconſulto, tamen & *poſt motam controuerſiam omnes poſſeſſores pares fiunt & quaſi prædones tenentur*. & hoc iure hodie vtimur; cœpit. n. ſcire rem ad ſe non pertinentem poſſidere ſe is, qui interpellatur, qui verò predo eſt, & ante litem conteſtatam doli nomine tenebitur: ſic eſt enim dolus præteritus *u*.

8 ¶ *Perinde* inquit, *condemnandos quaſi poſſiderent* meritò; nam * & is qui dolo fecit quò minus poſſideret, vt poſſeſſor condemnatur *x* accipiens ſiue *y* dolo deſierit poſſidere, ſiue dolo poſſeſſionẽ noluerit admittere: ſiue autem ab alio res poſſideatur, ſiue in totum non exſtet: locum habebit hæc clauſula. Vnde ſi ſit alius poſſeſſor, ab vtroque hereditas peti poſſit: & ſi

a ¶ nam fideicommiſſarius heredis loco intelligitur. §. 7. de fideicommiſſ. in Inſt.
b l. 62. ꝭ. de rei vindic.
c id malè poſitum videtur. Talium enim rerum diſtractio onerat magis hereditatem quàm fructui eſt. §. 12. ſ. eod.
d in omnibus qui tenentur, (quia actionem habent) de legatio pro inſta præſtatione eſt v. l. 51. in fin. ꝭ. de peculio.
e Perueniſſe res ad eum non videtur, cui tradita res quidem, ſed poſtea euicta.
f nec durat apud eum pretium l. 2. §. 6. ꝭ. de heredit. vel act. vend.
g imò debet reſtituere. l. 23. ſ. de negotiis.
h quia ſuo nomine exegit, non alieno. vt in l. 23. ſ. de negotiis.
i l. 40. §. 3. ꝭ. eod.
k Eclog. ibid. c. 18. Deperdita & diminuta, hic, & §. 6. ſ. eo. l. 21. inf. eo vſus & caſus l. 58. §. 9. ꝭ. ad Treb.
l ſi eas eligat hereditatis petitor. §. 12. in fin. ſ. eod.
m l. 25. §. 10. ꝭ. eod. vt rerum ex hereditate alienatarum æſtimatio in arbitrio ſit petitoris, Paul. 1. ſent. 13. §. 9.
n Amiſſum. v. l. 14. ꝭ. de verb. ſign.
o aut conditionem mutauit. l. 63. in fin. infrà pro ſocio.
p adde l. 7. in fi. ꝭ. de legat. 2. l. 3. ꝭ. de damno.
q Eclo. ibid. cap. 10.
r al. rem emerit, Græcis ἀνταγοράσας.
ſ didicimus vt l. 19. in fin. ſ. eod.
t facit l. 20. §. 12. ſ. eo.
u v. quæ ſcripſi ad l. penul. Cod. de ſolut.
x Hac formula vel ipſi Imperatores ſenatum alloquebantur, Suet. in Auguſto c. 58. & in Tiberio c. 29. & 67. & in Domitiano c. 11. Capitolinus in Opilio Macrino.
y Pretium an & quando ſuccedat in locum rei, vide quæ notaui ad l. 48. in fin. inſ. de furtis.
z in petitione hereditatis id erit ſpeciale (quamquam videntur huic legi contrariæ. l. 20. §. 1. ſ. eod l. 25 §. 1. infrà. tit. proxim.) & in actione quod metus cauſa. l. 18. ſ. quod metus cauſa.
a Cur ita? vide l. 39. ꝭ. de vſufructu.
b l. 2. §. 3. infr. de hereditate.

a ſequendam.
b v. l. 25. §. 12. ꝭ. eod.
c ideſt, pœna ſtipulata quoad tardius pretium ſolutum eſſet, quia huiuſmodi pœna infligitur ob iniuriam illatam perſonæ quæ poſſidet, non rei poſſeſſæ, l. 43. §. 5. ꝭ. de adilit.
d Pœnæ & multæ ita cedunt publicarum rerum conductorib. dixi l. 11. C. de vectigalib.
e Legis commiſſoriæ hæc eſt formula, ſi ad diem pecunia ſoluta non ſit, fundus ſit inemptus. l. 2. ꝭ. de lege commiſſ.
f §. 17. ꝭ. eo. l. 16. §. 1. §. 5. ſ. eo.
g Cur ita? v. quæ notaui ad l. 48. in fi. ꝭ. de furtis: v. etiam l. 22. in fi. ſ. hoc tit.
h Quid ita? cùm res in pretij locum ſuccedat, v. l. 70. in fi. ꝭ. de leg. 2.
i l. 19. §. 2. ſ. eo.
k nam interdum rerum difficultate impeditur, l. 35. ſ. de negotiis.
l l. 11. in fin. l. 19. §. pen. ſ. eo.
m l. 1. in fi. C. eo.
n id eſt, vt prædones ſolent.
o Quantum ad fructus, paria ſunt, ab initio malam fidem fuiſſe, & ex poſt facto ſuperueniſſe. Bart.
o v. l. 13. ꝭ. depoſiti.
q & ita in iure errans adquirere poterit: quod repugnat. l. 8. ꝭ. de iuris & facti.
r hoc quid v. l. 36. ꝭ. de verb. ſign.
ſ l. 2. C. de fru. & litium exp. poſt ſententiam l. 20. §. 11. ſ. eod.
t Controuerſia mota intelligitur etiam ante litem conteſtatam, vt hic, & in l. nec bona 10. C. de præſcriptione longi temporis & in Titulo vt lite pendente, & c. 2. eo. tit. in Clementinis. Sic in quæſtione litigioſæ rei, res litigioſa dicitur mota controuerſia ante litis conteſtationem. Nou. 112.
u cuius nomine tenetur. l. 13. § 2. l. 14. l. 28. §. 6. ſ. eod v. l. 36. § 3. inſr. de rei vind.
x §. 9. ꝭ. eo. l. 13. §. 2. ſ. eod. l. 2. §. 21. ꝭ. ne quid in loco public. l. 150. de reg. iur. c. 36. de reg. iur c. 36. de reg. iur. in 6. & ita fictione dolus repreſentat poſſeſſionem.
y vide quæ notaui ad l. 154. infr. de reg. iur.

per

per multos *a* ambulauerit *b* poſſeſſio, omnes tenebuntur.

9 ¶ " Sed " vtrum is ſolus qui poſſidet, fructus præſtabit: an etiam is, qui dolo fecit, quo minus poſſideret? Et dicendum erit, poſt ſenatuſconſultum, ambo teneri *c*.

10 ¶ Hæc verba ſenatuſconſulti etiam aduerſus eum, qui non poſſidet. iuſiurandum *d* inducunt. tam enim aduerſus eum, qui dolo fecit, quo minus poſſideat, quàm aduerſus poſſidentem, in litem iuratur.

11 ¶ Conſuluit ſenatus bonæ fidei poſſeſſoribus, ne in totum damno adficiantur, ſed in id duntaxat teneantur, in quo *e* locupletiores facti ſunt *f*. Quemcunque igitur ſumptum fecerint ex hereditate ſi quid dilapidauerunt *g* perdiderunt, dum re *h* ſua ſe abuti putant: non præſtabunt *i* nec *k* ſi donauerint, locupletiores facti videbuntur: quamuis ad remunerandum ſibi aliquem naturaliter *l* obligauerunt.

¶ Planè ſi ἀντίδωρα *m* id eſt, *remunerationes*, acceperunt, dicendum eſt, eatenus *n* locupletiores factos, quatenus acceperunt: velut genus *o* quoddam hoc eſſet permutationis.

12 ¶ Si quis re ſua lautius *p* vſus ſit contemplatione delatæ ſibi hereditatis: Marcellus libro quinto digeſtorum putat, nihil eum ex hereditate deductu-rum, ſi eam non attingit.

13 ¶ Simili modo, & ſi mutuam pecuniam accepit, quaſi diues ſe deceperit.

14 ¶ Si tamen pignori res hereditarias dedit: videndum an vel ſic attingatur hereditas? quod eſt difficile, cum ipſe ſit obligatus.

15 ¶ Adeo autem qui locupletior factus non eſt, non *q* tenetur. vt ſi quis putans ſe ex aſſe heredem, partem dimidiam hereditatis ſine dolo malo conſumpſerit. Marcellus libro quarto digeſtorum tractat, num " non " teneatur. quaſi id, quod erogauerit, ex eo fuerit, quod ad eum non pertinebat, ſed ad coheredes. nam & ſi is, qui heres non erat, totum, quidquid apud ſe fuit, conſumpſiſſet, ſine dubio non tenetur, quaſi locupletior non factus? Sed in propoſita quæſtione tribus viſionibus *r* relatis, vna prima: deinde alia, poſſe dici totum, quod ſupereſt, reſtituere eum debere, quaſi ſuam partem conſumpſerit: tertia vtrique quod conſumptum eſt, decedere: ait vtique non nihil reſtituendum. De illo dubitat, vtrum totum, an partem reſtituendam dicat? puto tamen reſiduum integrum non eſſe reſtituendum, ſed partem eius dimidiam.

16 ¶ Quod autem quis ex hereditate erogauit, vtrum totum decedat, an vero pro rata patrimonij eius, vt puta penum *s* hereditarium ebibit: vtrum totum hereditati expenſum feratur, an aliquid & patrimonio eius: vt in id factus locupletior videatur, quod ſolebat ipſe erogare ante delatam hereditatem? vt ſi quid lautius *t* contemplatione hereditatis impendit, in hoc non videatur factus locupletior: in ſtatutis *u* verò ſuis ſumptibus videatur factus locupletior: vtique enim, & ſi non tam lautè erogaſſet, aliquid *x* tamen ad victum quotidianum erogaſſet. Nam & Diuus Marcus in cauſa Pythodori, qui rogatus erat *y*, quod ſibi ſuperfuiſſet, ex hereditate reddere, decreuit ea, quæ alienata erant non minuendi fideicommiſſi, nec pretium in corpus patrimonij Pythodori rediiſſe: " & " ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hereditate decedere, non tantum ex hereditate †. Et nunc igitur ſtatuti ſumptus vtrum ex hereditate decedent exemplo reſcripti Diui Marci, an ex ſolo patrimonio videndum erit? Et verius eſt vt, ex ſuo patrimonio decedant ea quæ, & ſi non heres fuiſſet, erogaſſet.

17 ¶ Item ſi rem diſtraxit bonæ fidei poſſeſſor, nec pretio factus ſit locupletior, an ſingulas res ſi nondum vſucaptæ ſint vindicare petitor ab emptore poſſit? & ſi vindicet, an exceptione non repellatur: (quod præiudicium hereditati non fiat inter actorē, & eum, qui venum dedit; quia non videtur venire in petitionem hereditatis pretium earum) quam quam victi emptores reuerſuri ſunt ad eum, qui diſtraxit *z*? Et puto, poſſe res vindicari, niſi emptores regreſſum ad bonæ fidei poſſeſſorē habent *a*. Quid tamen ſi is, qui vendidit, paratus ſit ita defendere hereditatem: vt perinde, atque ſi poſſideret, conueniatur? Incipit exceptio locum habere ex perſona emptorum. " Certè " ſi minori pretio res venierint, & pretium quodcunque illud actor ſit conſecutus: multo magis poterit dici exceptione eum ſummoueri. Nam ſi id quod à debitoribus exegit poſſeſſor petitori hereditatis ſoluit, liberari debitores, Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit: ſiue bonæ fidei poſſeſſor, ſiue prædo fuit, qui debitum ab his exegerat " & " ipſo iure eos liberari.

18 ¶ Petitio hereditatis, & ſi in rem actio ſit, habet tamen præſtationes quaſdam perſonales: vt putat eorum, quæ à debitoribus ſunt exacta *c*, item pretiorum *d*.

19 ¶ Hoc ſenatuſconſultum ad *e* petitionem hereditatis factum, etiam in familiæ herciſcundæ " iudicio " locum habere placet: ne res abſurda ſit, vt quæ peti poſſint, diuidi non poſſint *f*.

20 ¶ Augent *g* hereditatem gregum, & pecorum Partus *h*.

26. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

QVod ſi ques natæ ſunt, deinde ex his aliæ: hæ quoque, quaſi augmentum reſtitui debent.

De penſionibus ædituum locatarum.

27. *Vlpianus* lib 15. ad Edictum.

ANcillarum etiam partus *i*, & partuum partus, quamquam fructus eſſe non exiſtimantur *k*, quia non temerè ancillæ eius rei cauſa comparantur, vt pariant, augent tamen hereditatem: quippe cùm ea omnia fiunt hereditaria, dubium non eſt, quin ea poſſeſſor, ſi aut poſſideat, aut poſt petitam hereditatem dolo malo fecit, quo minus poſſideret, debeat reſtituere.

1 ¶ Sed & penſiones *l*, quæ ex locationibus prædiorum vrbanorum *m* perceptæ ſunt, venient, licet *n* à lupanario perceptæ ſint, nam " & " in multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercentur *o*.

De omni lucro.

28. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

POſt ſenatuſconſultum enim, omne lucrum *p* auferendum eſſe tam bonæ fidei poſſeſſori, quàm prædoni dicendum eſt.

De mercede fundi locati. De operis ſeruorum. De vecturis.

29. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

MErcedes *q* planè à colonis acceptæ loco ſunt fructuum *r*.

¶ Opere quoque ſeruorum in *ſ* eadem erunt cauſa, qua ſunt penſiones.

¶ Item vecturæ nauium, & iumentorum.

De ſorte, vſuris & periculo nominum.

30. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

IVlianus ſcribit, actorem *t* eligere debere, vtrum ſortem tantùm, an & vſuras velit cum periculo nominum agnoſcere.

¶ Atquin ſecundum hoc non obſeruabimus, quod ſenatus voluit *u*, bonæ fidei poſſeſſorem teneri, quatenus locupletior ſit: quid enim, ſi pecuniam eligat actor, quæ ſeruari non poteſt? Dicendum itaque eſt in bone fidei poſſeſſore, hæc tantummodo eum præſtare debere: id eſt, vel ſortem, & vſuras eius, ſi " & " eas percepit, vel nomina cum eorum ceſſione in id facienda, quod ex his adhuc deberetur, periculo ſcilicet petitoris.

Si poſſeſſor ſoluerit creditoribus. 1. & 2. De eo quod debetur poſſeſſori. 3. De ſumptibus. 4. Si prædo debitores non conuenerit. 5. De eo quod poſſeſſor exegit.

31. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

SI quid poſſeſſor ſoluit creditoribus, reputabit *x*: quamquam ipſo iure non liberauerit petitorem hereditatis, nam * quod quis ſuo nomine ſoluit, non debitoris, debitorem non liberat *y*. Et ideo Iulianus libro ſexto digeſtorum ſcribit, ita id imputaturum poſſeſſorem, ſi cauerit *ſe petitorem z defenſum iri*.

¶ Sed an & bonæ fidei poſſeſſor debeat defendendum cauere, videndum erit: quia in eo, quod ſoluit, non videtur locupletior factus: niſi fortè habeat condictionem: & hoc *a* nomine videtur locupletior, quia poteſt repetere: finge enim eum dum ſe heredem putat, ſoluiſſe ſuo nomine? Et videtur mihi Iulianus de ſolo prædone, vt caueat, ſenſiſſe: non etiam de bonæ fidei poſſeſſore. condictionem tamen præſtare debebit.

¶ Sed & petitor *b*, ſi à creditoribus *c* conueniatur, exceptione *d* vti debebit.

a Ambulat poſſeſſio, *vt hic*, vt & emptio *l. 15. ſ. de minorib.*
b tranſlata fuerit *
c v. §. 8. ſ. eo.
d v. *l. 20. §. vlt. ſ. eod.*
e §. 15. ſ. eo. *l.* 20. §. 6. *l. 23. ſ. eod. l.* 30. *l. 40. §. 1. ſ. de cond. ind.*
f quod inſpicitur tempore rei iudicatæ. v. *l. 36. §. 1. ſ. eod.*
g Quid ſi in feudum dederunt? ſcripſi ad *l. 5. §. 1. ſ. depoſiti.*
h Abuti re ſua licet.
i iuſtus poſſeſſor ſumptus deducit, nec tenetur de re neglecta, *l. 31. §. 3. ſ. eo.*
k Qui donat, non fit locupletior, etiamſi donatarium ſibi naturali vinculo ad ἀντίδωρα obſtringat. Hoc ideo, quoniam naturale debitum ab inuito donatario exigi non poteſt. & vt Seneca ait 1. *de beneficiis*, Nemo beneficia in Kalendario ſcribit.
l v. *l. 5. §. 16. ſ. de agnoſcendis liber.*
m Poteſtne Eccleſia Romana ἐπὶ ἀντιδώρῳ dare? v. *l. 14. C. de ſacroſanctis. & Nou. 120. c. 1.*
n Locupletior catenus donator intelligitur, quatenus à donatario reipſa ἀντίδωρον accepit.
o Permutationis quoddā genus eſt. ἀντίδωρον dare.
p latius. *Duar. 1. diſp. 5.*
q v. §. 11. ſ. eo.
r i. quæſtionibus, idem vocabulum extat §. 14. *in fin. de confirmatione digeſt. l. 8. §. 2. in fi. ſ. ad Vell. l. 29. §. 5. ſ. mandati l. 25. §. 3. ſ. de probat.* Θεωρίαι dicuntur in Græca conſtitutione confirmationes Digeſtorum §. 13. alij autem legunt diuiſionibus *Hal.* Cæterum *viſionis* verbum hoc ſignificat apud Tertullianum *c. 3. de anima.* Prout, inquit, ſcripturæ leguntur, aut Pſalmi canuntur, aut ad locutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita inde materiæ viſionib. ſub miniſtrantur: quem locum doctus interpres ſilentio præteriit: alius propriæ retulit ad viſiones animæ.
ſ quid penus ſit *v. l. 3. ſ. de pen.*
t *v. §. 12. ſ. eo.* lautius enim impendere ſolent illi quibus hereditas aliqua, maximè opulenta, obuenit.
u ſumptus ſtatutos & ordinarios, quos ex ſua conſuetudine feciſſet domi ſuæ bona fide poſſeſſor, hæreditate imputare non debet: vtique enim eos vel ſine delatu ſibi hæreditate, domi ſuæ ſemper feciſſet, *vt hic.* Non idem in Epiſcopo teſte & ſimilibus. Non enim illis imputantur ſumptus quos domi ſuæ feciſſent. *y. l. quoniam liberis. 11. C. de teſtib.*
x Nemo enim vento viuere præſumitur. *l. vlt. C. de alimentis pupillo præſtandis.*
y v. *l. 54. ſ. ad Treb.* † hodie, qui rogatus eſt reſtituere, *quicquid ex hereditate ſupererit.* poteſt alienare. ſi fraudem non facit, ita tamen vt quartam ſeruet ei cui reſtituere debet: & certis caſibus quartam attingere *Nou. 108. c. 1. & 2.*
z Victus emptor regreſſum habet in venditorem. Ideóque pactum de non petendo etiam in perſonam conceptum venditori factum emptori prodeſt, *l. 17. §. 5. ſ. de pactis.*

a atqui is caſus penè intelligi, aut certè nunquam accidere poteſt: cum perpetuò ſit iniquum emptori in venditorem regreſſum negari. tunc enim vēditor pretium retineret, emptor autem rem amitteret quod eſt iniquum, *l. 11. §. vlt. ſ. de act. empt.*
b *l. 31. in fi. ſ. eo.* adde *l. 61. ſ. de ſolut.*
c & ſoluta. *l. 31. in fi. ſ. eo.*
d v. §. 1. ſ. eo.
e *l. 1. C. eo.*
f Quæ peti poſſunt, ea poſſunt diuidi, *vt hic*, niſi naturâ indiuidua ſint.
g partus pecorum augent hereditatem, vt & partuum partus 5. *Eclo. 20. ex lib. 42. tit. 1. c. 17.*
h v. *l. 20. §. 3. ſ. eo.*
i *l. 20. §. 3. in fin. ſ. eo. l. 12. ſ. quod metus.*
k eſt enim abſurdum hominem in fructu cenſeri, cum hominis gratia fructus omnes ſint comparati §. 37. *de rer. diuiſ.* & dignitas hominis repugnet. *argum. l. 44. inf. de adil.* adde & v. *l. 68. ſ. de rei vind.*
l v. *l. 29. ſ. eo.*
m *penſio* propriè vrbani prædij eſt: vt *merces* ruſtici, *l. 29. ſ. eo.* confundit tamen *lex 3. de obl.*
n v. quæ ſcripſi ad *l. 52. & l. 56. ſ. eo.*
o Lupanaria etiam in multorum honeſtorum virorum prædiis exercentur. *vt hic & delicta, arg. l. 4. ſ. de inſtitoria, l. 1. C. de falſa moneta.*
p *l. 55. ſ. eo.* omnes fructus & extra cauſam fructuum legatum, vt in *l. 23. in fin. ſ. de adil.*
q *mercedes* à colonis: *operæ* à ſeruis: *vectura* verò nauium & iumentorum.
r vt penſiones locationum. *l. 27. §. vlt. ſ. eod. l. 62. ſ. de rei vind. l. 55. in fi. ſ. de cond. indeb.*
ſ penſionum & operarum ſimilitudo.
t qui hereditatem petit.
u v. *l. 25. §. 11. ſ. eod.*
† corrigetur hic à Paulo Iuliani ſententia. Ideóque bonæ fidei poſſ. tenetur reſtituere ſortem & vſuras quas exegit, vel actionem cedere, vti ipſe eliget.
x *l. 5. C. eo.* etiam aduerſus minorem. v quæ notaui *ad l. 13. §. ſ. pen. ſ. de prædiis & aliis reb.*
y *l. 19. §. 1. ſ. de con. indeb. l. 28. ſ. mandati: l. 38. §. 2. l. 101. §. 1. ſ. de ſolutionib.*
z i. ſe verum hæredem aduerſus creditores defenſurum & probaturum illis ſolutionem factam.
a Locupletior factus intelligitur, qui condictionem adquiſiuit.
b hæreditatis.
c quib. ſatisfactum fuit à poſſeſſore hereditatis.
d quod pecuniam petant quæ penes illos eſt: ideóque liberatus ſit, *l. 41. §. vlt. in fi. ſ. de negotiis.*

1 ¶ Sed ſi ipſi aliquid prædoni debebatur, hoc deducere non debebit: maximè ſi id fuit debitum quod natura debebatur.

¶ Quid tamen, ſi expediebat petitori, id debitum eſſe diſſolutum propter pœnam, vel aliam cauſam? Poteſt dici, ipſum ſibi vel ſoluiſſe, vel debuiſſe ſoluere.

2 ¶ Iuſtus autem poſſeſſor dubio procul debebit deducere, quod ſibi debetur.

3 ¶ Sicut autem ſumptum quem fecit deducit *a*: ita ſi facere debuit; nec fecit, culpæ huius reddat rationem *b*, niſi bonæ fidei poſſeſſor eſt: tunc enim, quia quaſi ſuam rem neglexit *c*, nulli querelæ ſubiectus eſt ante *d* petitam hereditatem, poſtea verò & ipſe prædo eſt.

4 ¶ Illud planè prædoni imputari non poteſt, cur paſſus eſt debitores liberari, & pauperiores fieri, & non eos conuenit, cùm actionem non habuerit *e*.

5 ¶ Quod autem poſſeſſori ſolutum *f* eſt, an reſtituere debeat, videamus? Et ſi bonæ fidei poſſeſſor fuit, ſiue non, debere reſtituere placet: & quidem, ſi reſtituerit (vt Caſſius ſcribit, & Iulianus libro ſexto) liberari ipſo iure debitores *g*.

De acquiſitis per ſeruum.

32. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

PEr ſeruum adquiſitæ *h* res heredi *i* reſtituendæ ſunt *k*, quod *l* procedit in hereditate ‖ liberti: ‖ & cùm de inofficioſo agitur, cùm interim *m* in bonis eſſet heredis.

1. *De ſeruo diſtracto à mala fidei poſſeſſore.*

33. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

NIſi ex re *n* heredis ſcripti ſtipulatus ſit.

1 ¶ Iulianus ſcribit, ſi hominem poſſeſſor *o* diſtraxerit, ſi quidem non neceſſarium hereditati, petitione hereditatis pretium præſtaturum: imputaretur enim ‖ ei ‖ ſi non diſtraxiſſet: quod ſi neceſſarium hereditati, ſi quidem viuit, ipſum præſtandum: ſi deceſſerit, fortaſſis nec pretium: ſed non paſſurum *p* iudicem, qui cognoſcit, poſſeſſorem pretium lucrari ſcribit: & verius eſt.

De hereditate filiifamil. militis. I. De patre filij nomine, & domino ſerui nomine conueniendis.

34. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

FIliifamilias militis *q* puto peti poſſe hereditatem ex teſtamento nobis obuenientem.

1 ¶ Si ſeruus *r* vel filiusfamilias res hereditarias teneat: à parte, dominóve peti hereditatis poteſt, ſi facultatem reſtituendarum rerum habet: Certè ſi pretium rerum hereditarium venditarum in peculio ſerui habeat, ‖ & ‖ Iulianus exiſtimat poſſe à domino, quaſi à iuris poſſeſſore *ſ*, herditatem peti.

35. *Gaius* libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

IDem Iulianus ait, etiam ſi nondùm pretia rerum conſecutus ſit ſeruus, poſſe à domino, quaſi à iuris poſſeſſore *t*, hereditatem peti: quia habet actionem, qua eam pecuniam conſequatur, quæ quidem actio etiam ignoranti adquireretur.

2. Si à filiofam. petatur. 2. ſeruo occiſo à poſſeſſore. 3. Si res perierit, quam prædo deſiit poſſidere. De re à prædone pluris vendita. 4. Quo tempore ſpectatus an bona fidei poſſeſſor ſit locupletior. 5. De fructibus & impenſis in eos factis.

36. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

SI à domino, vel à patre qui pretia poſſidet, hereditas petatur, an filio, vel ſeruo mortuo, vel ſeruo manumiſſo, vel emancipato filio, intra annum agi debeat? & an debitum ſibi dominus, vel pater deducere poteſt? Iulianus verius eſſe ait id, ‖ quod ‖ Proculus quoque reſpondit, perpetuò *u* actionem dandam, nec deduci oportere id, quod ipſi debetur: quia non de peculio agatur, ſed hereditas petatur, hæc rectè, ſi pretia *x* habeat ſeruus, vel filiusfamilias: quòd ſi propterea hereditas petatur à domino, quòd ſeruus debitor fuit, perinde haberi debebit, atque ſi de peculio ageretur

¶ Idem *y* dicendum Mauricianus ait, etiam ſi pecuniam ex pretio perceptam ſeruus, vel filius conſumpſerit, ſed aliàs ex peculio eius ſolui poteſt.

1 ¶ Sed & à filiofamiliàs *z* peti hereditatem poſſe non eſt dubium: quia reſtituendi facultatem habet, ſicut *a* ad exhibendum,

¶ Multo magis dicimus poſſe peti hereditatem à filiofamilias, qui, cùm paterfamiliàs eſſet, & poſſideret hæreditatem, adrogandum ſe præſtauit.

2 ¶ Si poſſeſſor hereditarium ſeruum occiderit *b*, id quoq; in hereditatis petitione veniet. Sed Pōponius ait, actorem debere eligere, vtrùm velit, ſibi eum condemnari, vt caueat ſe non acturum lege Aquilia *c*: an malit integram ſibi eſſe actionem legis Aquiliæ, omiſſa eius rei æſtimatione à Iudice. Quæ electio locum habet, ſi ante aditam hereditatem occiſus ſit ſeruus: nam *a* ſi poſtea, ipſius actio propria *b* effecta eſt, nec veniet in hereditatis petitionem.

3 ¶ Si prædo dolo deſiiſſet poſſidere: res autem eo modo interierit, quo eſſet interitura *c*, & ſi eadem cauſa poſſeſſionis manſiſſet: quantum ad verba ſenatuſconſulti, melior eſt cauſa prædonis, quàm bonæ fidei poſſeſſoris: quia prædo ſi dolo deſierit poſſidere, ita condemnatur, atque ſi poſſideret *d*, nec adiectum eſſet, *ſi res interierit*. Sed non eſt dubium, quin non debeat melioris eſſe conditionis, quàm bonæ fidei poſſeſſor. Itaque & ſi pluris venierit res, electio *e* debebit eſſe actoris, vt pretium conſequatur: alioquin lucretur aliquid prædo.

4 ¶ Quo tempore locupletior eſſe debeat bonæ fidei poſſeſſor dubitatur? Sed magis eſt, rei iudicatæ tempus ſpectandum eſſe *f*.

5 ¶ Fructus intelliguntur deductis impenſis *g*, quę quærendorum, cogendorum, conſeruandorúmque ‖ eorum gratia fiunt. Quòd non ſolùm in bonæ fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat, verùm etiam in prædonibus *h* ſicut Sabino quoque placuit.

37. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

QVod ſi ſumptum quidem fecit *i*, nihil autem fructuum perceperit: æquiſſimum erit, rationem horum *i* quoque in bonæ fidei poſſeſſoribus haberi.

De cæteris neceſſariis & vtilibus impenſis.

38. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

PLanè *k* in cæteris *l* neceſſariis, & vtilibus impenſis poſſe *m* ſeparari: vt bonæ fidei quidem poſſeſſores has quoque imputent: prædo autem de ſe queri debeat, qui ſciens in rem alienam impendit. Sed benignius *n* eſt, in huius quoque perſona haberi rationem impenſarum *o*: non *p* enim debet petitor ex aliena iactura lucrum facere, & id ipſum officio *q* iudicis continebitur. ‖ nam ‖ nec *r* exceptio doli mali deſideratur. Planè poteſt in eo differentia *ſ* eſſe: vt bonæ fidei quidem poſſeſſor omnimodo *t* impenſas deducat, licèt res non exſtet, in quam fecit. ſicut tutor, vel curator conſequuntur: prædo autem non aliter, quàm ſi res *u* melior *x* ſit,

Quæ ſint vtiles, neceſſariaque impenſæ. 1. De impenſis voluptuariis.

39. *Gaius* libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

VTiles *y* autem, neceſſariæque ſunt: veluti quę fiunt reficiendorum *z* ædificiorum gratia: aut in nouelleta *a*: aut cùm ſeruorum gratia litis æſtimatio ſoluitur, cùm id vtilius ſit, quàm ipſos dedi. Denique alias complures eiuſdem generis eſſe impenſas, manifeſtum eſt.

1 ¶ Videamus tamen, ne ‖ & ‖ ad picturarum quoque & marmorum, & cæterarum voluptuariarum rerum impenſas æquè proficiat nobis doli exceptio: ſi modo bonæ fidei poſſeſſores ſimus, nam prædoni probè dicetur, non debuiſſe in alienam rem ſuperuacuas impenſas facere: vt tamen poteſtas ei fieret tollendorum eorum, quæ ſine detrimento ipſius rei tolli poſſunt *b*,

De periculo rei petitæ. 1. De fructibus. 2. De actionibus à poſſeſſore reſtituendis. 3. de cautione poſſeſſori præſtanda. 4. De noxalibus actionibus.

40. *Paulus* lib. 20. ad Edictum.

ILlud ‖ quoq; ‖, quod in oratione *c* Diui Hadriani eſt:

a In petitionem hereditatis ea veniunt, quæ defunctus mortis tempore reliqui vel ea quæ poſt mortem, ante aditam hereditatem ex ea adquiſita ſunt. *Paul. 1. ſent. 13. §. 7.* Quæ poſt aditam hereditatem heres adquiſiit, in hereditatis petitionem non veniunt, ſed propriis actionibus petuntur.
b Hereditariæ res poſt aditam hereditatem ſunt heredis, non defuncti.
c tenebitur, *l. 40. infr. eod. l. 1. §. 34. infr. de vi & vi.*
d *v. l. 25. §. 8. ſ. eod.*
e *l. 20. §. 12. in fi. ſ. eod.*
f *l. 17. ſ. eod.* vide *l. 30. j. de peculio.*
g *l. 46. inf. de vſuris: l. 4. in fi. l. 9. in fin. infr. de operis ſeru. l. 1. C. de fruct. & lit. exp.*
h ſumptus & impenſas etiam deducit prædo, vide quæ notaui ad *l. 38. infr. eod.* Ergo omnis poſſeſſor, ſumptus deducit, fructuum cauſa factos.
i ideóque colonus eo nomine penſionis remiſſionem poteſt petere, *l. 13. infr. locati.*
k v. ad hanc legē Annorum Fabru. *2. coniecturarum.*
l quæ cogendorum, quærendorum & conſeruandorū fructuum gratia fiunt, *vt l. 36. in fi. ſ. eod.*
m ſtricto iure ſcilicet: ius enim benignum aliud admittit, *verſ. ſed benignius, infr. eod.*
n & naturalis ratio id etiam poſtulat, *l. 36. in fi. ſ. eod.*
o idque plebiſcito conſtitutum fuiſſe tradit Dionyſius, *lib. 10. v. Cuiac. 13. obſ. 20.*
p malæ fidei poſſeſſor impenſas neceſſarias, *l. 5. C. de rei vindic.* (quibus dominus factus eſt locupletior.) non tantum retentionis iure, *d. l. 5. C. de rei vindic.* ſed & actionis, poſt reſtitutionem rei à ſe factam & poſt ædificium dirutum, recuperat: non mero iure, (quò referri poteſt *l. 33. in fi. de condict. indebit: l. vlt. C. de negotiis: l. 5. C. de ædific. priuat. l. 3. §. 4. C. comm. de legatis: l. 44. infr. de damno*) ſed ex ſola æquitate, vt hic *l. 39. in fin. infr. eod.* facit *l. 9. §. 3. ſ. de negot. l. 2. C. de rei vindic. l. 37. infr. de rei vindic l. 50. infr. eod. l. 14. §. 1. verſ. diuerſum. j. comm. diuid.* niſi animo donandi ædificauit: nec enim is animus omni modo præſumitur, *d. l. 2. d. l. 14. inf. de donat.* Itaque lex *7. §. pen. inf. de acq. rer. dom. & §. 30. Inſt. de rer. diuiſ.* referri debet ad ius ſtrictum, & rigorem iuris: volunt enim ſcienter ædificantem in alieno, amittere proprietatem materiæ, & ne diruto quidem ædificio vindicationem eius materiæ competere. Ad eundem rigorem referenda eſt *l. 33. in fi. de condict. indeb. & l. 14. §. 1. verſ. diuerſum. j. comm. diuid. & l. vlt. C. de neg.* quæ hoc caſu ſolum beneficium retentionis tribuit. Ea fuit Martini opinio, defenſa à Molinæo aduerſus Bart. *in conſuet. Pariſ. parte 1. tit. 1. §. 1. gl. 5. num. 10. ad fin. 110.* Eandem probat Cuiac. 13. *obſer. 20. & 10. obſ. 1.* allato eleganti eam in rem plebiſcito Romanorum ex Dionyſio Halicarnaſſeo. His adde quæ notauit ad *l. vlt. C. de negotiis.*
q Cur: Iudex ex officio eam ſupplere debet, *l. vlt. in fi. infr. eod.* & proinde non coguntur partes, τὰς λεγομένας ἀναπληρωτικὰς λιβέλλους λοιπόν τινὰ αὐτῶν ἀποδιδόναι, de his libellis dixi in *l. à proconſulibus: & l. vlt. §. in refutatoriis. C. de appellat.*
r Officio iudicis doli exceptio, quæ ineſt bonæ fidei iudiciis, omiſſa in arbitrariis, ſuppleri poteſt, *vt hic, & l. vlt. infr. eod.* adde quæ ſcripſi ad *l. 11. in fin inf. de noxalib. act.* Imò doli exceptione vti hic non poteſt, *l. 5. C. eod.*
ſ Malæ fidei & bonæ fidei poſſeſſoris differentia in ſeruandis impenſis neceſſariis. Hic etiam ſi res non exſtet, ſeruat impenſas: ille, non aliter quàm ſi res exſtet.
t Hoc non inſpecto an ſumptus exſtet.
u i. quàm ſi ſumptus exſtet.
x Cur ita? *v. l. 14. j. de cond. indeb. l. 6. §. 5. ſ. de neg. geſt.*
y *l. 79. j. de verb. ſign.*
z *l. 1. in fi. inf. ſoluto.*
a vide *l. 6. inf. de impenſis.*
b *l. 5 in fin. C. de rei vind.*
c quam non habemus: neque enim extat hic locus in illa oratione Hadriani quæ habetur *l. 20. §. 6. ſ. eod.*

a *v. l. 25. §. 11. ſ. eo.*
b *l. 54. in fi. j. eod.*
c vt ſi donauit, *v. d. §. 11. l. 25. ſ. eo.*
d *l. 45. infr. de rei vindicat.*
e Non aduerſus alium nemo ſine actione experiri poteſt, *l. 9. §. 4. inf. de admin. tut. l. 6. in fi. ſ. de negotiis: l. 20. C. de neg.*
f & ab eo exactu, *l. 25. §. 28. ſ. eod.*
g *l. 25. §. 17. in fi. ſ. in l. 12. §. 16. in fi. inf. mandati: l. 28. l. 34. §. 9. v. l. 61. j. de ſolutionib.*
h *v. l. 24. infr. de adilitio.*
i id eſt, poſſeſſori.
k *ſub.* petitori.
l Petitio hæreditatis his duobus caſibus datur aduerſus Verum heredem. Regulariter enim non datur aduerſus heredem iuſto teſtamento inſtitutum.
m i. quia interim hæreditas vniuerſa, & ſeruus & res per eum acquiſitæ, in bonis poſſeſſoris fuerint. Græci ἐν τῷ πῶς γὰρ τῷ γετραμμένῳ κληρονόμῳ εἰσιν. vide *Cuiac. 4. ad Afric. initio.*
n *l. 20. §. 21. ſ. eo.* adde *l. 50 infr. pro ſocio.*
o Quis? an malæ fidei, vt vult Accurſius? an bonæ fidei poſt moram ei controuerſiam, vt Fulgoſius?
p *l. 20. infr. de rei vindic.*
q *l. 3. §. 5. infr. de bon. poſſeſſ. Inſt. quib. non eſt permiſſum. in prin.*
r Quod poſſidet ex hereditate ſeruus vel filiusfamilias, id poſſidere intelligitur pater vel dominus: & ideo petitione hereditatis conuenitur in ſolidum non de peclio.
ſ hæc verba *quaſi à iuris poſſeſſore* irrepſiſſe ex l. ſequenti notat Cuiac. 13. *obſer 8.*
t nam à iuris poſſeſſoribus hereditas peti poteſt, *l. 13. in fi. ſ. eodem.*
u *l. 38. j. de pecul. l. 16. circa med inf. de in rem verſo.*
x *l. 21. §. 3. ſ. de min. l. 28. j. de pecul.*
y Pentameter verſus hic Iuriſconſulto excidit, vt & aliis locis, dixi, *l. 46. inf. de adilitio.*
z non à ſeruo, *arg. l. 6. C. de iudiciis.*
a *v. l. 18. §. 4. inf. de caſtrenſi peculio.*
b *l. 23. l. 91. inf. de verb. oblig.*
c quæ illi competit, *l. 13. §. pen. l. 14. l. 15. infr. ad legem Aquil.*

vt poſt a acceptum iudicium id actori præſtetur, quod habiturus eſſet ſi eo tempore, quo perit, reſtituta eſſet hereditas: interdum durum eſt. Quid enim, ſi poſt litem conteſtatam mancipia, aut iumenta, aut pecora deperierint *b* damnari debebit ſecundum verba orationis: quia potuit petitor, reſtituta hereditate, diſtraxiſſe ea. Et hoc iuſtum eſſe in ſpecialibus petitionibus Proculo placet. Caſſius contra ſenſit. In prædonis perſona Proculus rectè exiſtimat: in bonæ fidei poſſeſſoribus Caſſius *c*. Nec enim debet poſſeſſor aut mortalitatem præſtare *d*, aut propter metum huius periculi temerè indefenſum ius ſuum relinquere.

2 ¶ Prædò fructus ſuos *e* non facit, ſed augent hæreditatem: ideóque eorum quoque fructus præſtabit *f*. In bonæ fidei autem poſſeſſore hi tantùm veniunt, in reſtitutione, quaſi augmenta hereditatis per quos locupletior factus eſt.

2 ¶ Actiones, ſi quas poſſeſſor nactus eſt, euicta hereditate reſtituere debet: veluti ‖ ſi ‖ interdictum *vnde vi g*, aut quod precario ‖ conceſſit.

3 ¶ Contrà quoque, ſi poſſeſſor cauerit damni infecti, cauendum eſt poſſeſſori *h*.

4 ¶ Ad officium iudicis pertinebunt & noxales actiones: vt, ſi paratus ſit poſſeſſor noxæ dedere ſeruum, qui damnum dederit in (re) hereditaria, vel furtum fecerit *i*, abſoluatur: ſicut ſit in interdicto quod vi aut clam *k*.

Quo tempore poſſeßio ſpectatur. 2. De fructibus rei pignoratæ.
Inſpicitur quantum poßideatur tempore rei iudicandæ. Duar.

41. *Gaius* libro 6. ad Edictum Prouinciale.

SI quo tempore conueniebatur, poſſeſſor hereditatis pauciores res poſſidebat, deinde aliarum quoque rerum poſſeſſionem abſumpſit *l*: eas *m* quoque victus reſtituere debebit: ſiue ante acceptum iudicium, ſiue poſtea adquiſierit poſſeſſionem. Et, ſi fideiuſſores, quos dederat, ad litem non ſufficiant, iubere eum debebit proconſul, vt idoneè caueat *n*.

¶ Et diuerſo quoque ſi pauciores poſtea poſſidebit, quàm initio poſſidebat, ſi modo id ſine dolo eius acciderit, abſolui debet, quod ad eas res, quas deſiit poſſidere.

1 ¶ Fructus *o* computandos etiam earum rerum quas defunctus pignori accepit, Iulianus ait.

De debitore nolente ſoluere.

42. *Vlpianus* lib. 67. ad Edictum.

X SI debitor hereditarius non ideo nolit ſoluere, quòd ſe dicat heredem: ſed ideò, quòd *p* neget, aut *q* dubitet *r*, an hereditas pertineat ad eum, qui petit hereditatem, non *ſ* tenetur hereditatis petitione.

Si is qui legatum ceæpit, hereditatem petat.

43. *Paulus* lib. 2. ad Plautium.

POſtquam legatum à te accepi, hereditatem peto *t*. Atilicinus quibuſdam placuiſſe ait, non aliter mihi aduerſus te dandam petitionem, quàm ſi legatum redderem. Videamus tamen, ne non aliter petitor hereditatis legatum reſtituere debeat, quàm ‖ vt ei ‖ caueatur, *ſi contra eum de hereditate iudicatum fuerit reddi ei legatum*: cùm ſi iniquum, eo caſu poſſeſſorem hereditatis legatum, quod ſoluerit, retinere: & maximè ſi non per calumniam *u*, ſed per errorem hereditatem petierit aduerſarius; idque & Lælius probat, Imperator autem Antonius reſcripſit, ei, qui legatum ex teſtamento abſtuliſſet, cauſa cognita hereditatis petitionem negandam eſſe: ſcilicet ſi manifeſta *x* calumnia *y* ſit.

44. *Iauolenus* lib. 1. ex Plautio.

CVm is, qui legatum ex teſtamento percepit, hereditatem *z* petit, ſi legatum quocunque *a* modo redditum non ſit, iudicis officio continetur, vt victori, deducto *b* eo, quod accepit, reſtituatur hereditas.

De eo qui ſe liti obtulit.

45. *Celſus* lib. 4. Digeſtorum.

QVI ſe liti obtulit, cùm rem non poſſideret, condemnatur *c*: niſi ‖ ſi ‖ euidentiſſimis probationibus poſſit oſtendere, actorem ab initio litis ſcire eum non poſſidere quippe † iſto modo non eſt deceptus, & qui ſe hereditatis petitioni obtulit, ex doli *d* clauſula tenetur, æſtimari ‖ ſcilicet ‖ oportebit, quanti eius interfuit non decipi.

Qui prædonis loco intelligatur.

46. *Modeſtinus* lib. 6. Differentiarum.

a vide *l. 2.* ʒ. *de vſuris.*
b natura ſua ſeu caſu: Rem bonæ fidei poſſeſſor non præſtabit: prædo præſtabit æſtimationem.
c Mala fides quæ per litis conteſtationem inducitur, bonæ fidei poſſeſſori, re naturaliter perempta non nocet, *v. l. 36.* ʒ. *3.* ʒ. *e.*
d Cur? talia damna cuiuis patrifamil. etiam diligentiſſimo poſſunt contingere, *l. 11. §. 5.* ʒ. *de minorib.*
e id eſt, nullos: hos enim etiam reddere cogitur quibus non eſt factus locupletior.
f Prædo fructuum fructus præſtat, *l. 26. l. 27.* ʒ. *eod.*
g *l. 16. §. 4.* ʒ. *eod.*
h *l. 20. §. 20.* ʒ. *eo. l. 29.* ʒ. *de rei vindicat.*
i ſit enim interdum rei hereditariæ furtum, *l. 68. inf. de furtis.*
k *l. 7. §. 1.* ʒ. *quod vi aut clam.*
l *al.* adſumpſit.
m *v. l. 4.* ʒ. *eod.*
n etſi ſemel fuit ſatisdatum ex cauſa tamen iterum ſatiſdari poteſt *l. 34.* ʒ. *vt in poſſeſſ. legat.*
o *l. 72. inf. de regul. iur.* fructus eſt rei pignori datæ licere.
p litis conteſtatio fieri poteſt per negationem, dubitationem, & confeſſionem, *vt hic.* quod tamen cōtra communem dictorum ſententiam eſſe dicitur, *c. 1. de litis conteſtatione.*
q Cur? quia qui negat aduerſarium heredem eſſe, non continuò ſe heredem ait: proinde nec hereditatis petitione tenetur, qui hereditatis controuerſiam nō fecit, *l. 6.* ʒ. *eod.*
r hinc colligitur, litis conteſtationem non ſolum per confeſſionem aut negationem poſſe fieri, ſed per dubitationé. *Bart.*
ſ Dominij non eſt lis, niſi vterque litigator ſe dominum adſeruerit, *vt hic.* Forma huius iudicij hæc eſt, vt actor vindicet: reus contra, rem etiam vindicet, *§. 1. Inſt. de actionib. c. 5. de for. compet.*
t id enim permittitur, ſi teſtamentum non iure factum vel falſum eſſe propono, *l. 5. inf. de his quæ vt indignis.*

PRædonis loco *a* intelligendus eſt is, qui tacitam *b* fidem interpoſuerit, vt non *c* capienti reſtitueret hereditatem.

Si is qui in actione falſi non obtinuit, nullum dicat.

47. *Idem* lib. 8. Reſponſorum.

LVcius Titius cùm in falſi teſtamenti propinqui accuſatione non obtinuerit: quæro, an de non iure facto nec ſignato teſtamento querela illi competere poſſit? Reſpondit, Non ideo repelli ab intentione non iure facti teſtamenti, quòd in falſi accuſatione non obtinuerit *d*.

De hereditate vendita.

48. *Iauolenus* lib. 3 ex Caſſio.

IN æſtimationibus hereditatis *e* ita venit pretium venditæ hereditatis, vt id quoque accedat, quod pius fuit in hereditate *f*, ſi ea negotiationis cauſa *g* venit: ſin autem ex fideicommiſſi cauſa *h*, nihil amplius, quam quod bona fide accepit.

De actionibus hereditariis.

49. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

SI bonæ fidei poſſeſſor ‖ hereditatis ‖ velit cum debitoribus heriditariis, aut qui res hereditarias occupauerint, conſiſtere, audietur vtique, ſi periculum erit, ne *i* inter moras actiones intercidant.

¶ Petitor autem hereditatis, citra metum exceptionis *k* in rem agere poterit, quid enim, ſi poſſeſſor hereditatis negligat? quid, ſi nihil iuris habere ſe ſciat?

Si nullum ſit corpus in hereditate. 1. De ſumptibus in monumentum factis.

50. *Idem* lib. 6. Quæſtionum.

HEreditas, etiam ſine vllo corpore *l* iuris *m* intellectum habet *n*.

1 ¶ Si defuncto munumentum conditionis implendæ gratia, bonæ fidei poſſeſſor fecerit: poteſt dici, quia voluntas defuncti ‖ vel ‖ in hoc ſeruanda eſt: vtique ſi probabilem modum *o* faciendi monumenti ſumptus, vel quantum teſtator iuſſerit, non excedat: eum cui aufertur hereditas, impenſas ‖ ratione ‖ doli exceptione *p* aut retenturum, aut actione *q* negotiorum geſtorum repetiturum, veluti *r* hereditario negotio geſto *ſ*: quamuis enim ſtricto *t* iure nulla teneantur actione heredes ad monumentum faciendum: tamen principali, vel pontificali *u* auctoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis.

De fructibus & impenſis. 1. de fructuum vſuris.

51. *Idem* libro 2. Reſponſorum.

HEres furioſi ſubſtituto *x*, vel ſequentis gradus cognato fructus medij temporis, quibus per curatorem *y* furioſus locupletior factus videtur, præſtabit: exceptis videlicet impenſis, quæ circa eandem ſubſtantiam tam neceſſariè quàm vtiliter factæ ſunt. Sed & ſi quid circa furioſum neceſſariè fuerit expenſum, & hoc excipiatur, niſi alia ſufficiens *z* ſubſtantia eſt furioſo, ex qua ſuſtentari poteſt *a*.

1 ¶ Fructuum poſt hereditatem petitam perceptorum vſuræ non *b* præſtantur *c*.

¶ Diuerſa ratio eſt eorum, qui ante actionem hereditatis illatam percepti hereditatem auxerunt.

De quæſtu inhoneſto.

52. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris epitomarum.

SI poſſeſſor ex hereditate inhoneſtos *d* habuerit quæſtus, eos etiam *e* reſtituere cogetur *f*: ne *g* honeſta interpretatio *h* non honeſto quæſtui *i* lucrum poſſeſſori faciat.

De rerum hereditariarom alienatione.

53. *Paulus* lib. 28. ad Sabinum

NOn ſolùm ad æs alienum hereditarium ex ſoluendum neceſſaria alienatio poſſeſſori eſt, ſed & ſi impenſæ neceſſariæ in rem hereditariam factæ

a differt tamen à prædone. Prædo vſuras præſtat à tempore receptæ pecuniæ: hic à tempore motæ litis, *l. 1. C. de his quibus vt indignis.*
b de tacito fideicommiſſo, adde *l. 17. §. 2.* ʒ. *de vſuris.* vide *l. 103. inf. de legat. 1.*
c i. incapaci.
d Qui falſum teſtamentum aſſeruit, nec obtinuit, poteſt idem teſtamentum, vt inofficioſum accuſare, vide *l. 14. Cod. de inofficioſo.*
e id eſt, quoties non res hereditariæ, ſed earum pretium petitur.
f id eſt, verum pretium accedit.
g i. voluntariè
h id eſt, ex cauſa neceſſaria.
i vide in hanc *l. Cuiac.*
k id eſt, vtcumque petitor in rem ſpecialiter agat, non fiet preiudicium petitioni hereditatis, nam iudicia particularia non differūtur propter vniuerſalia *Bart.*
l i. etiam ſi nullum in ea ſit corpus, nulla pecunia nullæ ædes, nulli fundi. Cur ita? res huiuſmodi ſingulares, partes ſunt ſecundariæ ſui totius, id eſt, hereditatis. Partes primariæ, ac neceſſariæ, neceſſario requiruntur ad ſui totius conſtitutionem, vt eſt in homine, cor, caput & cætera eiuſmodi.
m id eſt, nomen ſeu vox eſt iuris, vide *l. 7. infr. de except. rei iudicata.*
n *l. 3. §. 1.* ʒ *de bon. poſſ. l. 119. l. 78. §. 1. l. 208. in fin. inf. de verb ſign.*
o *l. 31. in fi.* ʒ. *de neg geſt.* alibi bona fide *l. 4. C. eod.*
p *al.* exceptionis, hunc enim in modum loquitur author huius legis. *l. 67. §. ſed ſi. l. 69. §. 3. in fi.* ʒ. *de leg. 1.*
q *v. l. 38.* ʒ. *eod.*
r id eſt, per actionem in factum.
ſ id eſt quaſi hereditario, non ſtricto iure, ſed actione in factum, ex æquo: de qua actione agitur, *l. 14. §. 11. l. 32.* ʒ. *de religioſis. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 3. n. 105.*
t ex æquitate igitur tenentur heredes ad has impenſas reſtituendas.
u vide *l. vlt. inf. de mort infer.* adde *l. 28. C. de epiſcopi: l. 8. infr. de religioſis.*
x poteſt enim furioſo ſubſtitui ſi in furore decedat, *l. 9. C. de impuber. & aliis ſubſtit.*
y id eſt, dum res furioſi à curatore fuerunt adminiſtratæ, *l. vult. § 8. C. de curat. furioſi.*
x ſufficiens ſubſtantia eſt, qua quis ſe exhibere, id eſt, altere & ſubſtinere poteſt, vt aliunde non egeat, vide *Corſetum in verb. ſufficiens.*
a vide *l. 9. infr. de iur. deliber.*
b *l. 15. infr. de vſur.*
c Imò præſtari videntur, *l. 1. in fin. C. eod.*
d pura ex lupanari, *l. 27. in fi.* ʒ. *eod.* vel iniuria iudicis, *l. 46. §. 4.* ʒ. *de procurat.* an quos fecit ſtultitia emptoris vide *l. 3. inf. ad leg. Falcid.*
e vide quæ ſcripſi ad *l. 56.* ʒ. *eod.*
f atqui bonæ fidei iudicium (cuiuſmodi eſt petitio hereditatis, *l. vlt in fin. C. eod.*) non recipit præſtationes quæ contra bonos mores fiunt, *l. 5.* ʒ. *de vſur.* præterea ex furto vel alio maleficio quod quæſitum eſt, in ſocietatem non confertur: quia delictorum turpis atque fœda communio eſt. *l. 53.* ʒ. *pro ſocio.*
g id eſt, honeſtius eſt inhoneſtos quæſtus quæſitos cedere lucro petitoris hereditatis, quam eius poſſeſſoris. Nam vel vtrique auferendus eſt quæſtus vel ſi alteruiri dandus eſt, innocenti potius quam nocenti concedendus eſt. Innocens autem eſt petitor.
h quæ hic facienda eſt.
i lego *quæſtu*, id eſt, per inhoneſtum quæſtum.

u Secus ſi inofficioſum dicerem *l. 10.* ʒ *de inoff.*
x Calumnia alia manifeſta, alia occulta.
y vide *l. 3. § 1. infr. vt in poſſ. ſ. legat.*
z ab inteſtato.
a quod reddi debuit præſtita cautione,
b id enim deduci oportet, *arg. l. 20. §. 6. infr. de peculio.*
c *l. 25. infr. de rei vind.*
† ſciens decipi non videtur.
d *l. pen.* ʒ *de dolo.*

ſunt

ſunt à poſſeſſore, vel ſi mora perituræ *a* deterioréſve futuræ erant.

An emptori hereditatis detur hæc actio. 1. De herede debitoris. 2. De rebus à poſſeſſore deterioratis.

54. *Iulianus* lib. 6. Digeſtorum.

EI *b*, qui partes hereditarias, vel totam *c* à fiſco mercatus fuerit, non eſt iniquum dari actionem *d*, per quam vniuerſa bona perſequatur: quemadmodum ei cui ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditas reſtituta eſt, petitio hereditatis datur *e*.

1 ¶ Heres debitoris, id, quod defunctus pignori dederat, quin hereditatem petendo conſequi poſſit, dubium non eſt *f*.

2 ¶ Cùm prædia vrbana & ruſtica, negligentia poſſeſſorum peiora ſunt facta: veluti, quia vineæ, pomaria, horti extra *g* conſuetudinem *h* patrisfamilias defuncti culti ſunt: litis æſtimationem earum rerum, quanto peiores ſint factæ, poſſeſſores pati debent.

De exacto ex lege Aquilia.

55. *Idem* lib. 60. Digeſtorum.

EVicta *i* hereditate *k*, bonæ fidei poſſeſſor, quod lege Aquilia exegiſſet, non ſimplum, ſed duplum reſtituet: lucrum enim ex eo, quod propter *l* hereditatem acceperit, facere non debet *m*.

De fructibus.

56. *Africanus* lib. 4. Quæſtionum.

CVm hereditas petita ſit, eos fructus, quos poſſeſſor percepit *o*, omnimodo reſtituendos *p*, & ſi petitor eos *q* percepturus non fuerat.

Si duo petant hereditatem.

57. *Neratius* lib. 7. Membranarum.

CVm idem *r* eandem hereditatem aduerſus duos defendit, & ſecundum alterum ex his iudicatum eſt: quæri ſolet, vtrum perinde ei hereditatem reſtitui oporteat, atque oporteret, ſi aduerſus alium defenſa non eſſet: vt ſcilicet, ſi mox & ſecundum alium fuerit iudicatum abſoluatur is, cum quo actum eſt: quia neque poſſidet, neque dolo malo fecerit, quo minùs poſſideret, quod iudicio victus reſtituerit: an, quia poſſit & ſecundum alium iudicari, non aliter reſtituere debeat, quàm ſi cautum ei fuerit, quòd aduerſus aliam eandem hereditatem defendit? Sed melius eſt officio iudicis, cautione, vel ſatiſdatione *ſ* victo mederi: cùm & res ſalua ſit ei, qui in executione tardior venit aduerſus priorem victorem.

De impenſis imputandis.

58. *Scæuola* lib. 3. Digeſtorum.

FIlius à patre emancipatus *t* ſecundum conditionem teſtamenti matris adiit hereditatem, quàm pater, antequam filium emanciparet, poſſedit, fructúſque ex ea poſſedit: ſed erogationem in honorem *u* filij *x*, cùm eſſet ſenator fecit ‖ ex ea. ‖ Quæſitum eſt, cùm paratus ſit pater reſtituere hereditatem habita *y* ratione eorum, quæ in eum erogauit, an filius nihilominus, perſeuerans petere hereditatem, doli mali exceptione ſummoueri poſſit? Reſpondi, & ſi non exciperetur, ſatis per officium *z* iudicis conſuli *a*.

SI PARS *b* HEREDITATIS petatur *c*.

TIT. IV.

Continuatio. 1. quid petitur hac actione. 2. Si duo à duobus petant. Si & poſſeſſor & petitor poßideant. Si coheres poßideat cum extraneo. 4. Si heres ex ſemiſſe trientem poßideat. 5. De petitione partis incertæ.

Vlpianus lib. 5. ad Edictum.

POſt actionem, quam *d* propoſuit prætor ei qui ad ſe ſolam hereditatem pertinere contendit, conſequens fuit & ei proponere, qui partem hereditatis petit *e*.

1 ¶ Qui hereditatē, vel partē hereditatis petit, is nō ex eo mētitur, quod poſſeſſor occupauit: ſed ex ſuo *f* iure *a*: & ideo, ſiue ex aſſe heres ſit, totam hereditatem vindicabit, licet tu vnam rem poſſideas, ſiue ex parte, partem, licèt tu totam hereditatem poſſideas.

2 ¶ Quinimo, ſi *b* duo *c* poſſideant hereditatem: & duo ſint, qui ad ſe partes pertinere dicant: non ſinguli à ſingulis petere contenti eſſe debent: putà primus à primo: ‖ vel ‖ ſecundus à ſecundo: ſed *d* ambo à primo, & ambo à ſecundo: neque enim alter primi, alter ſecundi partem poſſidet, ſed ambo vtriuſque pro herede. Et, ſi poſſeſſor, & petitor poſſideant hereditatem, cùm vnuſquiſque eorum partem dimidiam hæreditatis ſibi adſerat: inuicem *e* petere debebunt, vt partes rerum conſequantur: aut ſi controuerſiam ſibi non faciunt hereditatis, familiæ herciſcundæ experiri eos oportebit.

3 ¶ Si ego ex parte me dicam heredem, coheres autem meus poſſideat hereditatem cum extraneo, cum non plus coheres haberet ſua parte: vtrum à ſolo extraneo, an verò & à coherede deberem petere hereditatem, quæritur? Et Pegaſus fertur exiſtimaſſe, à ſolo extraneo me petere debere *f*: eúmque reſtituturum, quidquid poſſidet: & fortaſſis hoc officio iudicis debeat fieri; cæterum ratio facit, vt à duobus petam hereditatem *g*, hoc eſt à & coherede meo: & ille quoque dirigat actionem aduerſus exterum poſſeſſorem: ſed † Pegaſi ſententia vtilior *h* eſt.

4 ¶ Item ſi, cùm me ex parte dimidia hæredem dicerem, trientem hæreditatis poſſiderem, deinde reſiduum ſextantem velim perſequi: qualiter agam, videamus. Et Labeo ſcribit, vtique partem dimidiam me petere debere à ſingulis: ſic fieri, vt à ſingulis ſextantem conſequar: & habeo beſſem, quod verum puto: ſed ipſe tenebor ad reſtitutionem ſextantis ex triente, quem poſſidebam, & ideo officio iudicis inuicem compenſatio erit admittenda eius, quod poſſideo, ſi fortè coheredes ſint à quibus hereditatem peto.

5 ¶ Interdum prætor incertæ *i* partis *k* hereditatis petitionem indulget, idoneis cauſis interuenientibus: vt puta eſt defuncti fratris filius, ſunt & vxores defunctorum fratrum prægnantes *l*: quam partem fratris filius hereditatis vindicet, incertum eſt: quia *, quot edantur fratrum defuncti filij incertum eſt *m*. Æquiſſimum igitur eſt, incertæ partis vindicationem ei concedi. Non *n* audenter itaque dicitur, vbicunque meritò quis incertus eſt, quam partem vindicet, debere *o* ‖ei ‖ incertæ *p* partis vindicationem concedi.

De eo cuius coheredes deliberant.

2. *Gaius* libro 6. ad Edictum Prouinciale.

SI ex pluribus, ad quos eadem hereditas pertinet, quidam adierint, quidam adhuc deliberent: eos, qui adierint, ſi petant hereditatem, non maiorem partem petere debere quàm habituri eſſent ceteris adeuntibus, nec eis proderit ſi ceteri non adierint. Non *q* adeuntibus autem ceteris, poterunt tunc partes eorum petere, ſi modò ad eos pertinerent.

Si quis filium & vxorem prægnantem, vel quæ exiſtimetur prægnans reliquerit.

3. *Paulus* lib. 16. ad Plautium.

ANtiqui libero ventri *r* ita proſpexerunt, vt in tempus naſcendi omnia ei iura integra *ſ* reſeruarent: ſicut apparet in iure hereditatum: in quibus qui poſt eum gradum ſunt agnationis, quo eſt id, quod in vtero eſt, non admittuntur *t*, dum incertum *u* eſt, an naſci poſſit. Vbi autem eodem *x* gradu ſunt cæteri, quo & venter, tunc quæ portio in ſuſpenſo eſſe debeat, quæſierunt ideo quia non poterant ſcire, quot naſci poſſunt: ideo, ‖ nam. ‖ multa de huiuſmodi re tam varia, & incredibilia creduntur, vt fabulis *y* adnumerentur. nam traditum eſt, ‖ & ‖ quatuor pariter puellas à matrefamiliàs natas eſſe alioquin tradidere non leues auctores, quinquies quaternos enixam Peloponneſi *z*: multas Ægypti *a* vno vtero ſeptenos. Sed & tergeminos ſenatores cinctos *b* vidimus *c* Horatios. Sed &

---

a poſſeſſor iuſta ex cauſa (qualis eſt æris alieni liberatio) res hereditarias diminuere poteſt, *l. 5. l. 31. §. 1. ſ. eod. l. 7. in fin. ȷ. de iur. delib. l. 22. in fi. C. de admin. tut.*

b An in eum? dixi *l. 13. §. 9. ſ. eod.*

c hereditatem.

d *v. l. 23. §. 9. ſ. eo.*

e vide *l. 1. ȷ. de fideicommiſſ.*

f ſi debitum ſolutum ſit: nec enim aliàs pignoratitia naſcitur. *l. 9. §. 3. inf. de pignorat.*

g id eſt, non ex conſuetudine.

h adde *l. 10. in fi. l. 11. in pr. ſ. de neg.* qui inſolitos defuncto vel abſenti ſumptus facit, eos non deducit, V. quæ notaui *ad Nou. 6. c. vlt.*

i id eſt, petita hereditate: ſeu poſt litem hereditatis conteſtatam.

k idem in rei vindicatione. *l. 17. §. 1. verſ. ſed & fructus. inf. de rei vindicat.*

l An aliud eſt aliquid *propter hereditatem* accipere, aliud *vt heredem*.

m *l. 25. in fi. l. 28. ſ. eod.*

n vide in hanc leg. *Cuiac. 4. ad African.*

o alia ratio eſt fructuum percipiendorum. Hereditatis enim petitione & rei vindicatione, eos tantum fructus reſtituit poſſeſſor petitori, quos ipſe petitor honeſtè percipere potuit, *l. 62. in fin. ȷ. de rei vindicat.*

p Cur ita? ne lucrum faciat poſſeſſor ex re quæ in lite eſſe cæperit, *l. 17. §. 1. verſ. ſed & fructus: inf. de rei vindic.*

q puta inhoneſtos. *l. 27. l. 28. l. 52. ſ. eod.*

r vide *l. 57. ȷ. de rei vindicat.*

ſ *d. l. 57. in fin. l. 5. in fin. ȷ. de tributoria*: vide *l. 7. §. pen. inf. de peculio.*

t *vt l. 25. C. de inofficioſo.*

u in honorem alicuius ſumptus facti, tanquam ex vtili negotio geſto repeti poſſunt. Competit & eo nomine condictio, *l. qua vtiliter. 45. ſ. de negotiis.*

x *vt l. 45. ſ. de negotiis.*

y *leg. 7. infrà de compenſ.*

z *l. 38. ſ. eod.* Cur? vide *l. 5. C. eod.* vbi dixi.

a Ideóque quæ pater expendit nomine filij, ea expendere in dubio videtur ex bonis, quæ à filio habet: & ita reſtringenda eſt *lex 1. 9. nec caſtrenſe. ȷ. de collatione bonorum.*

b Differt in eo hic titulus à ſuperiore. Superior eſt de aſſe, hic de parte.

c quænam actio competat ſcilicet.

d Prætoria igitur eſt hæc actio. Alij tamen ex ſenatuſconſulto eſſe exiſtimant; argumento *l. 35. §. 19. ſ. de hered. pet.* alij ex legibus XII. Tabularum.

e hæc actio à ſuperiore differt, non ſpecie, ſed numero. *Bart.*

f vt ſi ex aſſe ſit hæres, in ſolidum: ſi ex parte, ex ea ex qua hæres eſt agat, *l. 10. §. 1. ſ. de petit. hered.*

---

a putà, quia ex teſtamento inſtitutus: *l.* . . vel inteſtato ſuccedit, *l. 3. ſ. tit. prox.*

b ſi duo ſint heredes & duo hæreditatis poſſeſſores, non ſinguli à ſingulis debent petere, ſed vterque ab vtroque partem petere debet.

c quorum nemo eſt heres.

d vide *l. 49. ȷ. de vſufruct.*

e *l. 15. de except. rei iudic.*

f Si cohæres & extranei hereditatem poſſident pro indiuiſo, extraneum tantùm conuenire poſſum, *Bart.*

g Id eſt, partem hereditatis, putà theſaurum à coherede inuentum, quem cum extraneo partitus eſt, *l. 22. ȷ. familiæ.*

† Proinde ſuperior ratio quæ ſtricti iuris eſt, emendatur. vide *l. vlt. C. depoſit.*

h *argum. l. 53. inf. de condict. indebiti.*

i Incertæ partis hæreditatis petitio idonea ex cauſa indulgetur.

k *vt l. 5. ȷ. eod.*

l & ita hic agitur de duorum fratrum filiis patruo ſuo concurrentibus.

m ſed ſed tamen quarta pars ſuperſtiti & iam nato ſeruatur, *l. 3. in fi. ȷ. eod.*

n *quid ſi legamus.* Nos audenter itaque dicimus, *vbicumque, &c. vel.* Nunc audenter.

o Atqui quarta pars ei datur, *l. 5. in fin ȷ. eod.* & ſic certa non incerta.

p *l. 76. §. 1. ȷ. de rei vindicat.*

q *l. 23. in fin. ȷ. de inoff.*

r Quamdiu ſuus heres ſperatur heres fieri poſſe, tamdiu locus agnatis non eſt: veluti ſi vxor defuncti prægnans ſit, aut filius apud hoſtes ſit. *Vlpian. in fragmentis 26. §. 3.*

ſ *l. 7. 26. ſ. de ſtatu* *l. 1. §. 8. ȷ. vnde cognati.*

t obſtat enim ſequentibus, *vide l. 1. 8. 7. ȷ. vnde cognati.*

u *l. 1. §. vlt. ſ. eod. l. 28. in fin. ſ. de iudiciis.*

x Eodem gradu eſſe intelliguntur qui pari gradu ſunt: imò & diſpari, ſi tamen lex eos pari gradu cenſeat, repræſentationis verbi gratia iure.

x De numeroſo partu vide 7. *Plin.* 11. 10. *Gell.* 2. & quæ ſcripſi ad *l. 36. in fin. ȷ. de ſolutionibus.*

z in Pelopponeſo *v. 7. Plin. 3.*

a ac proinde talis partus in Ægypto inter oſtenta non ducitur: fœtifer enim potu Nilus, vt ait *Plin. 7. c. 3.*

b Cincios Senatores (ſic enim emendauit Cuiac. in quadam prælectione ad me tranſmiſſa) à quibus *Cincia* locus Romæ dicitur, vbi Cinciorum monumentum fuit teſte Feſto *in Romanam portam*, & *cincti* Epitheton malè Horatio ſenatori conuenit, quia milites, non ſenatores, cincti dicuntur, vt dixi *l. 43. ȷ. de militari teſtamento*, (vbi tamen legit Cuiacius Suſios, & Suſionum familiam Romæ fuiſſe docet.) Idem Cuiacius docet hic tollendum eſſe hoc emplaſtrum *Horatios*, quia vidimus, inquit Paulus, quos certè videre non potuit ſua ætate, ſed Tergeminos Cincios.

c Tot enim naſci poſſunt *l. 7. ȷ. de reb. dub.*

& Lælius *a* ſcribit, ſe vidiſſe in palatio mulierem liberam *b*, quæ ab Alexandria perducta eſt, vt Hadriano oſtenderetur, cum quinque *c* liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur, quintum poſt diem quadrageſimum. Quid ‖eſt‖ ergo? prudentiſſimè *d* iuris auctores medietatem *e* quandam ſecuti ſunt, vt quod fieri non rarum *f* admodum poteſt, intuerentur: id eſt, quia fieri poterat, vt tergemini naſcerentur, quartam partem ſuperſtiti filio aſſignauerint *g*, τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δίς id eſt, *quod enim ſemel, aut bis exiſtit*. (vt ait Theophraſtus: παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, id eſt, *prætereunt Legiſlatores*.) Ideóque & ſi vnum paritura ſit, non ex parte dimidia, ſed ex quarta, interim heres erit.

4. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

ET, ſi pauciores fuerint nati, reſiduum ei *h* pro rata accreſcere; ſi plures quàm tres *i* decreſcere de ea ea parte, ex qua heres factus eſt.

De inſtitutione poſthumorum & extranei.

5. *Paulus* lib. 17. ad Plautium.

ILlud ſciendum eſt, ſi mulier prægnans non ſit, exiſtimetur autem prægnans eſſe, interim filium heredem eſſe ex aſſe, quanquam ignoret *k* ſe ex aſſe heredem eſſe.

1 ¶ Idem eſt in extraneo, ſi ex certa portione heres inſtitutus ſit, ex reliqua poſthumi.

¶ Quod ſi fortè ita inſtitutio facta eſt, *quotcunque mihi nati erunt, & Lucius Titius pro virilibus portionibus heredes mihi ſunto*. habebit hæſitationem nunquid adire non poſſit, atque qui in teſtamento portionem ſuam neſcit? Sed * vtilius eſt, poſſe eum adire, qui *l* neſcit portionem, ſi cætera, quæ oportet eum ſcire, non ignoret.

De portione petitori conferenda. 1. De ſumptibus.

6. *Vlpianus* libro 6. Opinionum.

SOrori *m*, quam coheredem fratribus quatuor in bonis matris eſſe placuit: quinta portio pro portionibus quæ ad eos pertinuit, cedet *n*: ita vt ſinguli in quarta, quam antehac habere credebantur, non amplius ei quintam conferant.

1 ¶ Sumptus, qui propter onera totius hereditatis iuſti fiunt, ei, qui patroni *o* iure portionem *p* euicerit, pro rata computentur.

Quid conſequamur hoc iudicio.

7. *Iulianus* lib. 8. Digeſtorum.

NOn *q* poſſumus conſequi per hereditatis petitionem id, quod familiæ erciſcundæ iudicio conſequimur, vt à communione diſcedamus *r*: cùm ad officium iudicis *ſ*, nihil amplius pertineat quàm vt partem *t* hereditatis pro indiuiſo reſtitui mihi iubeat.

Si poſſeſſor partem defendat, pro parte cedat.

8. *Idem* lib. 48. Digeſtorum.

PErmittendum erit poſſeſſori hereditatis, partem *u* quidem hereditatis defendere *x*, parte verò cedere: Nec enim prohibet, aliquem totam hereditatem poſſidere, & partem ſcire dimidiam ad ſe pertinere, de altera parte controuerſiam non facere.

De Procuratore, & herede heredis ante teſtatorem defuncti.

9. *Paulus* lib. 3. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

CVm multi heredes inſtituti eſſent, ex his vnus in Aſia erat, eius procurator venditionem fecit, & pecuniam pro parte eius abſtulerat: poſtea apparuerat, eum, qui in Aſia erat, antea deceſſiſſe, inſtituto ex parte dimidia herede procuratore ſuo, & ex parte alio. Quæſitum eſt, quemadmodum pecunia ex hereditate petenda eſſet? Reſponſum eſt, * ab eo, qui procurator *y* eius fuiſſet, totam hereditatem, (quia ex hereditate ea pecunia fuiſſet, quæ ad procuratorem ex venditione perueniſſet,) petere eos oportere: & nihilominus partem dimidiam hereditatis à coheredibus eius ita fore, ſiue omnis ea pecunia penes eum qui procurator fuiſſet, reſideret, vt omnem per iudicem ab eodem recuperarent: ſiue is partem dimidiam coheredi ſuo reddidiſſet, ipſum ex dimidia parte ‖: &‖ ex dimidia coheredes eius condemnarent.

De eo qui negotia hereditaria nomine abſentis geſſit.

10. *Papinianus* lib. 6. Quæſtionum.

CVm heredis ex parte inſtituti filius, qui patrem ſuum ignorabat viuo teſtatore deceſſiſſe, partem hereditatis, nomine patris ‖vt‖ abſentis adminiſtrauerit *z*, & pecunias, diſtractis rebus acceperit: hereditas ab eo peti non poteſt *a*: quia neque *b* pro herede, neque pro poſſeſſore pretia poſſidet, ſed, vt filius patris negotium curauit. Negotiorum autem geſtorum actio cæteris coheredibus ad quos portio defuncti pertinet, dabitur.

¶ Illud ‖enim‖ vtique non eſt metuendum, ne etiam patris, à quo fortè exheredatus eſt, teneatur heredibus, quaſi negotia hereditaria geſſerit: cum id, quod adminiſtrauit, non fuerit paternæ hereditatis. Nam & ſi negotiorum geſtorum actio ſit ei, cuius nomine perceptum eſt: ei cuius nomine, reſtitui æquum eſt. Sed in propoſito neque patris negotio fuerunt, qui eſſe deſierat, neque paternæ ſucceſſionis, quæ fuerunt alterius hereditatis. Quòd ſi filius iſte patri ſuo heres extitit, & moueat controuerſiam, quòd pater eius, poſtquam heres extitit, mortem obierit: ille tractatus incurrit, an ipſe ſibi cauſam *c* poſſeſſionis mutare videatur: quoniam tamen qui negotia hereditaria geſſit, & debitor eſſe cœpit, poſtea faciens controuerſiam hereditatis, vt iuris poſſeſſor, conuenitur, idem etiam in hoc filio reſpondendum erit.

DE † POSSESSORIA *d* Hereditatis petitione.

TIT. V.

Continuatio. Cui detur hæc actio.

Vlpianus lib. 15. ad Edictum.

ORdinarium fuit, poſt ciuiles actiones heredibus propoſitas, rationem habere prætorem etiam eorum, quos ipſe velut *e* heredes facit, hoc eſt eorum, quibus bonorum * poſſeſſio data eſt.

Effectus huius actionis.

2. *Gaius* lib. 6. ad Edictum prouinciale.

PEr quam hereditatis petitionem tantumdem conſequitur bonorum poſſeſſor, quantum *f* ſuperioribus ciuilibus actionibus heres conſequi poteſt.

DE FIDEICOMMISSARIA *g* Hereditatis petitione.

TIT. VI.

Continuatio. Cui detur hæc actio.

Vlpianus lib. 16. ad Edictum.

EX ordine occurrit actio, quæ proponitur, his quibus reſtituta eſt hereditas. * Nam quiſquis ſuſcepit reſtitutam *h* hereditatem ex Senatuſconſulto *i*, ex quo actiones tranſeunt, fideicommiſſaria *k* hereditatis petitione vti poterit.

Quid veniat in hanc actionem.

2. *Paulus* lib. 28. ad Edictum.

QVæ actio eadem *l* recipit *m*, quæ hereditatis petitio ciuilis *n*.

Quibus detur hæc actio. 1. & aduerſus quos. 2. quæ actiones fideicommiſſario competant.

3. *Vlpianus* libro 16. ad Edictum.

NEc intereſt mihi quis rogatus fuerit reſtituere, an cui heres extitiſſet *o*. ‖Et‖ ſi bonorum poſſeſſor ſim eius, cui fideicommiſſaria hereditas relicta eſt, vel alius *p* ſucceſſor: per hanc actionem experiri potero.

1 Hanc actionem ſciendum eſt aduerſus eum, qui reſtituit hereditatem, non competere *q*.

2 Hæ *r* autem actiones mihi dantur, quæ heredi, & in heredem *ſ*, competunt.

---

a Ariſtoteles quoque ſcribit quinque naſci poſſe, quia vuluæ mulierum tot receptacula habere poſſunt. vide quæ notaui ad *l. 36. ȷ. de ſolut.*
b Serapiam *d. l. 7.*
c Tres igitur partes ventri aſſignantur, quoties incertum eſt quot naſcituri ſint, *l. 28 in fin. de iudiciis. l. 36. ȷ. de ſolut.* ventre in lucem emiſſo, virilis, *l. 30. §. antepenult. ȷ. de acq. her.*
d Medium tenere prudentis eſt, *vt hic.*
e Tres enim medium tenent inter quinque & vnum.
f *al.* non raro.
g *l. 3. 4. 5. 6. ȷ. de legib. l. 64. ȷ. de reg. iur.*
h ſuperſtiti.
i ſi vnicus ſit.
k & ſit incertum quota portio debeatur, *l. 5. ȷ. eod.* adde *l. 30 §. pen. ȷ. de acq. hered. l. 3. §. pen. ȷ. de ſuis.*
l vide *l. 21. §. vlt. ȷ. de acq. her.*
m poſthumæ.
n ſuccedit enim in virilem, *l. 3. in fi. C. de inofficioſo.*
o adde *l. 15. ȷ. de religioſis.*
p Partem hereditatis euincens, partem ſuam probabilium expenſarum agnoſcere cogitur.
q Cur? petitio hereditatis communicatoria eſt: familiæ erciſcundæ, diuiſoria.
r *l. 1. ȷ. familiæ erciſcundæ.*
ſ & arbitri. Num idem in arbitratore? Putat Bald. arbitratorē poſſe inter partes tranſigere, *l. 13. §. 2. ȷ. de arbitris.*
t Incerta ſententia in petitione hereditatis valet, verbi gratia, vt poſſeſſor reſtituat quidquid ex hereditate petitoris habet.
u Libellum actoris reus diuidere poteſt: pro parte videlicet cedundo & pro alia contendendo.
x vide *l. 21. ȷ. de reb. cred.*
y Procurator poſſeſſoris, petitione hereditatis non tenetur, niſi Poſſeſſori ſucceſſerit.
z Id eſt, negotium geſtor actione negotiorum geſtorum tenetur, & hereditatis petitione, ſi ei ſucceſſerit, cuius negotia geſſit.

a Imo poteſt abſentis ſcilicet nomine, *l. 13. §. 12. ȷ. de pet. her.*
b neque pro herede, neque pro poſſeſſore gerit, qui negotia patris heredis & quidem mortui gerit: multo minus pro herede gerit, ſi eius exheredatus gerat negotium.
c quod non licet, vide *l. 3. §. 19. ȷ. de acq. poſſ.*
† Non ita in vſu eſt hic titulus in Francia, vt nec petitio hereditatis directa, quia conſuetudine generali totius regni, *Mortuus ſaiſit viuum*, id eſt, poſſeſſorem facit heredem ſuum. Et proinde heredes in Francia, interdicto poſſeſſorio retinendæ experiuntur, ſi intra annum à morte defuncti venerint: poſt id tempus interdicto retinendæ experiri non poſſunt. *Rebuff. tr. de except. n. 1018.*
d Poſſeſſoria hæc hereditatis petitio, datur bonorum poſſeſſoribus: qui ſtricto quidem iure heredes non ſunt, ſed ſimiles heredibus. Prætor enim heredem facere non poteſt (id enim maioris imperij eſt, puta legis (ſed quod ſi proximum eſt bonorum poſſeſſori, *§. quos autem. Inſt. de bon. poſſ.*) datur, inquam, bonorum poſſeſſoribus omnib. excepto Carboniano. Cur ita? vide *l. 3. §. 13. ȷ. de Carboniano.*
e Bonorum poſſeſſores velut heredes ſunt *l. 1. ȷ. eod. l. 2. ȷ. de bonor. poſſ. Inſt. de bonor. poſſ. ſſ. l. 138. ȷ. de verb. ſign. l. 117. ȷ. de reg. iur.* adde *l. 2. ȷ. tit. prox.* vt emancipati & alij vocati ad poſſeſſionem iure prætorio.
f *l. 2. ȷ. titul. prox. Inſt. de perpetuis. verſ. aliquando.* g fideicommiſſaria hæc hereditatis petitio datur fideicommiſſariis quibus ex Senatuſconſulto Trebelliano reſtituta eſt hereditas, *l. 1. ȷ. eo.* h verbo tenus. i ſubaudi, Trebelliano. k *l. 54. ȷ. de pet. her.* l fideicommiſſariæ hereditatis, & ciuilis petitionis cognatio eſt: nam fideicommiſſarij heredes imitantur bonorum poſſeſſores, heredes imitantur & vicem heredum ſunt. *l. 2. ȷ. de bonor poſſ. l. 5. in fin. ȷ. quod cum eo. l. 18. in fin ȷ. ad l. Falcid. l. 44. §. pen. l. 65. ȷ. ad Treb. l. 4. ȷ. de bonis libert.* m *v. l. vlt. ȷ. tit. prox.* n de qua dictum eſt *ȷ. tit. de her. pet.* o *l. 3. ȷ. de pet. her.* p verbi gratia fideicommiſſarius. q *l. 27. §. 7. ȷ. ad Treb.* r vt ciuilis actio hereditatis petitionis heredi & in heredem datur: ita & hæc prætoria datur fideicommiſſario & in fideicommiſſarium. ſ *l. 1. §. 2. ȷ. ad Treb.*

LIBER

LIBER SEXTVS.

DE REI *a* VINDICATIONE *b*.

Continuatio. 1. *De rebus mobilibus vel immobilibus.* 2. *De liberis.* 3. *De grege.*

Vlpianus lib. 16. ad Edictum.

POſt † actiones quæ de vniuerſitate *c* propoſitæ ſun *d*, ſubiicitur actio ſingularum rerum p titionis.

1 ¶ Quæ ſpecialis in rem actio locum habet in omnibus rebus mobilibus *e* tam animalibus *f*, quàm his, quæ anima *g* carent, & in his quæ ſolo *h* continentur.

2 ¶ Per hanc autem actionem liberæ *i* perſonæ quæ ſunt iuris noſtri, vt putà liberi, qui ſu t in poteſtate, non petuntur *k*. ‖ Petuntur‖igitur, aut præiudiciis *l*, aut int. rdictis *m*, aut cognitione prætoria: & ita Pomponius libro 37. Niſi fortè, inquit, adiecta cauſa quis vindicet. Si quis ita petit filium ſuum *n* vel in poteſtate *o*, *ex iure Romano*, videtur mihi ‖&‖ Pomponius conſentire, rectè eum egiſſe: ait enim adiecta cauſa *ex lege Quiritium p*: vindicare poſſe.

3 ¶ Per hanc autem actionem non ſolùm ſingulæ res vindicabuntur: ſed poſſe *q* etiam gregem vindicari *r*, Pomponius libro lectionum 25. ſcribit: idem & de armento, & de equitio, cæteriſque quæ gregatim habentur, dicendum eſt. Sed enim gregem ſufficiet ipſum noſtrum eſſe, licèt ſingula capita noſtra non ſint *ſ*. Grex enim, non ſingula corpora vindicabuntur.

2. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

SEd ſi par numerus duorum interfuerit, neuter ſolidum gregem, ſed ne partem dimidiam totius eius vindicabit *a*. Sed ſi maiorem numerum alter habeat, vt detracto alieno nihilominus gregem vindicaturus ſit, in reſtitutionem non veniunt aliena capita.

1. *De armamentis nauis & ſcaphæ.* 2. *De confuſione & commixtione.*

3. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

MArcellus libro 4. Digeſtorum ſcribit: Qui gregem habebat capitum trecentorum, amiſſis centum redemit *x* totidem aliena *y* capita ab eo, qui dominium eorum habebat? vel‖aliena ab eo‖ qui bona fide ea poſſidebat, & hæc vtique gregis, inquit, vindicatione continebuntur. Sed & ſi ea ſola ſuperſint capita, quæ redempta ſunt, adhuc eum poſſe gregem vindicare *z*.

1 ¶ Armamenta nauis ſingula *a* erunt vindicanda. ſchapha *b* quoque ſeparatim vindicabitur.

2 ¶ Pomponius ſcribit. Si quid quod eiuſdem *c* naturæ eſt, ita confuſum eſt, atque commixtum, vt deduci & ſeparari non poſſit, non totum, ſed pro parte eſſe vindicandum: vt puta meum, & tuum argentum in maſſam redactum eſt: erit nobis commune *d*: & vnuſquiſque pro rata ponderis, quod in maſſa habemus, vindicabimus: & ſi incertum ſit quantum quiſque ponderis in maſſa habet *e*.

4. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

QVo quidem caſu etiam communi diuidundo agi poterit. Sed & furti & ad exhibendum tenebitur, qui dolo malo confundendum id argentum curauit: ita vt in ad exhibendum actione *f* pretij ratio haberi debeat *g*: in vindicatione, vel communi diuidundo actione hoc amplius ferat, cuius argentum pretioſius fuerat.

2. *De nato ex equo vnius, & ex equa alterius.* 3. *De arbore in alienum agrum tranſlata.* 4. *De errore in nomine rei petitæ.* 5. *De vocabulo ambiguo.*

a 3. C. 32. & 15. Eel. 1.
b i. proprietatis aſſertione, nam verbum, *rei* hic ſignificat proprietatem. Vt olim fieret vindicatio, *v. apud Gell. 20. c. 9.*
† ordo in titulis ſeruatur.
c §. vlt. *Inſtit. per quas perſonas cuique.*
d Libro ſuperiore, *l. 18. in fi. l. 19. ſ. de pet. her.*
e de quibus dixi ad *l. 22. C. de adm. tut.*
f Mouentibus ſe ſeruis & brutis, *v. l. 66. l. 93. ĵ. de verb ſign.*
g Mobilia hæc proprie ſunt, quæ non mouentur ex ſe, ſed ab alio.
h immobilibus *l. 6. in fin. ĵ. ad exhibendum.*
i ſerui tamen petuntur. *l. 5. in fin. ĵ. eod.*
k Cur? quia in rē actio competit ei qui dominus eſt, vel iure gentium, vel ciuili, *l. 23. ĵ. eo.* neutro iure parens liberorum eſt dominus.
l præiudicia quid ſint, explicat Robert. 1. *ſent.* 13. & Ræuardus *lib. 1. & 2. de præiudiciis. v.* §. 13 *Inſt. de act.*
m ſi inuitus ab alio detinetur. *ĵ. de lib. exhib.*
n hinc nonnulli colligunt eadem ratione, vxorem, à marito, colonū & vaſſallum à domino, ciuem à ſua Republica vindicari poſſe adiecta cauſa.
o *v. l. 215. ĵ. de verb. ſign.*
p i. vi patriæ poteſtatis quæ iure Romano competit, vindicare poteſt.
q atqui hæc actio non eſt de vniuerſitate, *hac l. in pr.* Grex autem quiddam vniuerſum eſt? & ita eſt. Grex eſt vniuerſum quidam ſi corpora & capita ex quibus conſtat, ſpectes: ſed non eſt vniuerſum quiddā iuris, vt hereditas: cum vel in hereditate aliqua grex ipſe eſſe poſſit.
r *l. 56. §. 1. ĵ. eod.* corpus ſeu totum integrale, quod ex coh..rentibus, vt domus, ſiue ex diſtantibus conſtet partibus, vt grex *v. l. 23. ĵ. eo l. 30. ĵ. de vſucap*
ſ i. licet aliena immixta ſint, *l. 23. §. 5. ĵ. eod.* quæ vt ſint immixta non continuò efficiunt vt grex ſit communis, §. 28. *Inſt. de rer. diuiſ.*
t ſed ſingula capita. *Zaſius.* u aduerſus tertium. i. ſocius ei aliena capita non reſtituet. x i. ſiue prima gregis capita remanſerint, ſiue alia ſubſtituantur, grex tamen totus vindicabitur. y i. alia. Hic enim alienum pro alio accipe. vt *l. 5. ĵ. de duob. reis.* vt per contrarium, aliud pro alieno, *l. 7. §. 1. ĵ. ad l. Iu. ī im maieſtatis.* z vt & inſtrumenta rei inſtructæ. Cur ita? *v. l. 49. in fin. ĵ. eod* m
a quo iure? vide *l. 6. ĵ. eod.*
b vide *l. 44. ĵ. de euict.*
c ſi & eiuſdem generis confuſæ.
d *l. 7. §. 1. l. 27. de acq. rer. dom.* e an eo caſu iuranti ſuccurritur? vide *leg.* 1. §. 40 *ĵ. dpo.*
f adde *l. 6 ĵ. ad exhibendum.* g ex iuramento, *l. 5 ĵ. de in litem.*

5. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

IDem *a* Pomponius‖ſcribit: ‖ Si frumentum duorum, non voluntate eorum, confuſum ſit; competit ſingulis in rem actio in id, ‖in‖ quantum patet, in illo aceruo ſuum cuiuſque eſſe. Quòd ſi voluntate *b* eorum commixta ſunt, tunc communicata videbuntur *c*, & erit communi diuidundo actio.

1 ¶ Idem ſcribit, ſi *d* ex melle meo, & vino tuo factum *e* ſit *f* mulſum: quoſdam exiſtimaſſe, id quoque communicari: ſed puto verius, vt & ipſe ſignificat, eius potius eſſe, qui fecit *g*, quoniam ‖ſuam‖ ſpeciem *h* priſtinam non continet.

¶ Sed *i* ſi plumbum cum argento mixtum ſit: quia deduci *k* poſſit, nec communicabitur, nec communi diuidundo agetur: ‖quia ſeparari poteſt: " agetur autem in rem‖actio. ‖ Sed ſi deduci, inquit, non *l* poſſit vt puta ſi æs † & aurum mixtum fuer t: pro parte eſſe vindicandum. Nec quiquam erit dicendum, quod in mulſo dictum eſt *i* quia vtraque materia, etſi confuſa, manet tamen.

2 ¶ Idem ſcribit, ſi equam meam *m* equus tuus prægnantem fecerit, non eſſe tuum, ſed meum, quod natum eſt *n*.

3 ¶ De arbore, quæ in alienum agrum tranſlata coaluit & radices immiſit: Varus & Nerua vtilem in rem act onem dabant. Nam ſi nondum coaluit, mea eſſe non deſinet *o*.

4 ¶ Cùm in rem agatur, ſi de corpore conueniat, error autem ſit in vocabulo, rectè actum eſſe videtur *p*.

¶ Si plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures Erotes, nec appareat de quo actum ſit, Pomponius dicit nullam fieri condemnationem *q*.

De rei petita deſignatione.
6. *Paulus* lib. 6. ad Edictum.

SI in rem aliquis agat, debet *r* deſignare *ſ* rem: & vtrum totam an partem & quotam petat. Appellatio *t* enim *rei* non *u* genus, ſed ſpeciem ſignificat. Octauenus ita definit: quod infectæ quidem *x* materiæ, pondus, ſignatæ verò, numerum *y*, factæ autem ſpeciem dici oportet.

¶ Sed & menſura dicenda erit, cùm res menſura continebitur.

¶ Et, ſi veſtimenta noſtra eſſe, vel dari oportere nobis petamus, vtrum numerum eorum dicere debebimus, an & colorem? Et magis eſt vt vtrumque. Nam illud inhumanum eſt, cogi nos dicere trita ſint an noua.

¶ Quamuis & in vaſis occurrat difficultas, vtrum lancem duntaxat dici oporteat: an etiam quadrata, vel rotunda, vel pura, an cælata ſint. Quæ ipſa in petitionibus quoque adiicere, difficile eſt: nec ita coarctanda res eſt: licet in petendo homine nomen eius dici debeat: & vtrùm, puer an adoleſcens ſit: vtique ſi plures ſint: ſed, ſi nomen eius ignorem, demonſtratione *z* eius vtendum erit, veluti *qui ex illa hereditate eſt: & qui ex illa natus eſt a.*

¶ Item fundum petiturus, nomen eius, & quo loci ſit, dicere debebit *b*.

De poſſeſſore, & eo qui ſe obtulit.
7. *Idem* libro 11. ad Edictum.

SI is, qui obtulit ſe fundi vindicationi, damnatus eſt: nihilominus à poſſeſſore rectè petitur *c*, ſicut Pedius ait

Si ſocius & extraneus poſſideant.
8. *Idem* libro 11. ad Edictum.

POmponius lib. 36. probat: ſi ex æquis partibus fundum *d* mihi tecum communem, tu & Lucius Titius poſſideatis *e*; non ab vtriſque quadrantes petere me debere, ſed à Titio, qui non ſit dominus, totum ſemiſſem. ¶ Aliter atque ſi certis regionibus *f* poſſideatis eum fundum: nam tunc ſine dubio & à te, & à Titio partes fundi petere me debere *g*: quoties enim certa loca poſſidebuntur, neceſſariò in his aliquam partem meam eſſe. & ideo te quoque à Titio quadrantem petere debere.

a Aridæ res eiuſdem generis non confuſæ, ſed mixtæ, quemadmodū vindicari poſſint.
b *vt* §. 27. 28. *de rer. diuiſ.*
c *v. l. 29. in pr. ĵ. com. diu.*
d liquida ex diuerſis generibus mixta, ſi tranſeant in aliam ſpeciem, quemadmodum vindicentur.
e ſine mea voluntate.
f per confuſionē.
g Idque iure ſpecificationis, §. 25. *de rer. diuerſ.*
h Species confuſione mutantur.
i Metalla diuerſi generis ſi miſceā-tur, quemadmodum vindicentur.
k id eſt, ſeparari. *l. 22. in fin. ĵ. de acq. rer.*
l Hanc negationē expungit Auellanus ex vetuſto C. c. 25. *Reſtitutionū.*
† Imo poteſt æs ab auro deduci, & ita quoque Calliſtratus, l. 12. *in fin. ĵ. de acq. rer. dom.* & hodie inuenta eſt ars qua Chryſulcæ aquæ vi aurum à quocunque metallo ſeparari poteſt. *Alciat. 6. parerg.* 11.
m *l. 52. §. 20. ĵ. de furtis.*
n quia partus matris conditionem ſequitur, *l. 7. C. eo.*
o *v. l. 7. in fi. l. 26. §. pen. ĵ. de acq. rer.*
p adde *l. 80. ſ. de iud. l. 4. ĵ. de leg. 1. l. 34. ĵ. de acq. poſſ. l. 4. C. de teſt.* dubitandi cauſa in hac ſpecie naſcitur ex *l. 5. ĵ. eod.*
q Cur ita? *v.* 27. *ĵ. de reb dub.* incertitudinis ratione actus nulla ſui parte valet
r Debétne in rem deſcendere & oculis eam ſubiicere? *v. l. 8. ĵ. finium.*
ſ *l. 1. §. 40. §. 41. ĵ. depoſiti: v. l. 19. ĵ. de furtis.*
t res quæ vindicatur deſignanda eſt, non per genus, ſed per ſpeciem.
u Imò *rei* appellatio generalis eſt, *l. 1. in fin. ĵ. de reb. cred* ſed hic agitur de vindicatione ſingularum rerum.
x Species deſignatur pondere, numero, ſpecie, menſura, colore, figura, ætate, nomine, loco.
y *l. 52. §. 25. ĵ. de furtis.*
z quæ vice nominis fungitur, *v. l.* 33. & *l. 34. ĵ. de cond. & demonſtr. leg. 6. ĵ. de rebus creditis.*
a vel qui ex adulterio natus, *l. 3. ĵ. de liberis & poſth.* hinc Bart. colligit ſufficere vt matris nomine quis appelletur: mater enim patre eſt certior *l. 5. ſ. de in ius vocando.* b vt aduerſarius tutò poſſit reſpondere, *arg. l. 1. ſ. de edendo.*
c antequam damnatus ſoluerit, non vt bis exigatur: ſemel, ſcilicet à damnato: iterum à poſſeſſore: id enim eſt iniquum, *l. 51. ĵ. de re iud. l. 34. ĵ. de oblig.*
d id eſt, rem immobilem; eſt enim ſecus in mobili *ĵ. eo.* e i. pro indiuiſo. f pro diuiſo. g pro rata poſſidentium ſcilicet.

a l.19 ǰ.com.diuid.
b atqui tignum duorum eſſe poteſt leg.36.ǰ. de ſeruit. vrb. & hereditas. l.1.§.1.& 2.ȿ.ſi pars hereditatis.
c ſecus in hereditatis petitione ǰ. eod.
d quippe & actio datur contra quēcunque poſſidentē
e Dominio actoris probato, poſſeſſor reus reſtituere rem cogitur 3. Ecl.1.c.9.
f Reus non prohibetur exceptionis ſuæ probationes exequi, poſt probatam ab actore intentionem,& poſt cognitas probationes actoris. l.9. C.except.l.empτor. C. de præſ 10. vel 20. igitur cū hac lege non pugnat Nou.90. qua tantùm coërcetur multiplex teſtium productio.
g & malè, Accurſ.
h Rei vindicatione dominus experiri poteſt aduerſus depoſitarium. Neque obſtat Nouella de depoſit.88. quia vindicationem non prohibet ſed denunciationem quæ denique non repellit dominum,ſed creditorē. Poſſum enim rem meam à depoſitario, i. ab eo apud quem depoſuiſti, vindicare, licèt non poſſim ob pecuniam quā tu mihi debes,depoſitario denunciare, ne rem tibi quem apud illum depoſuiſti, reſtituat: poteſt enim depoſitarius huic denunciationi nō obtemperare.
i v.l.3.§.8.ǰ.vti poſſidetis.
k v.quæ ſcripſi ad l.2. C.qui potiores.
l Sed tenent tantùm.
m ſunt tamen in poſſeſſione, v.l.1. in fin.de acq. poſſ.
n l.2.C.vbi in rem act. Imò ab his qui titulo poſſident non vindicamus l. 9. ȿ. de her. pet.

¶ Quæ diſtinctio neque in re mobili,neque in hereditatis petitione locum habet: nunquam a enim pro diuiſo poſſideri poteſt b.

Qui poſſeſſores tenentur.

9. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

Officium autem iudicis in hac c actione ‖ in ‖ hoc erit:vt iudex inſpiciat,an reus poſſideat d, nec ad rem pertinebit: ex qua cauſa poſſideat: vbi e enim probaui rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere,qui non obiecit aliquam exceptionem f.

¶ Quidam tamen g, vt Pegaſius,eam ſolam poſſeſſionem putauerunt hanc actionem complecti,quæ locum habet in interdicto *uti poßidetis* vel *utrubi*. Deniqueǁaitǁ, ab eo apud quem depoſita h eſt, vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum ſeruandorum i cauſa, vel dotis k, ventríſve nomine in poſſeſſione eſſet, vel cui, damni infecti nomine non cauebatur:quia hi omnes non l poſſident m: vindicari non poſſe.

¶ Puto autem,ab omnibus n,qui tenent o,& habent reſtituendi facultatem, peti poſſe p.

Vbi res petita reſtitui debuit.

10. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

SI res mobilis petita ſit,vbi reſtitui debeat,‖ſcilicet‖ ſi præſens non ſit?& non malum eſt,(ſi) bonæ fidei poſſeſſor ſit is,cum quo agitur,aut ibi reſtitui, vbi res ſit, aut vbi agitur: ſed ſumptibus petitoris,qui extra cibaria in iter,vel nauigationem faciendi ſunt q.

11. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

NIſi ‖ſi‖ malit petitor ſuis impenſis & periculo ibi, vbi iudicatur,rem reſtitui: tunc enim de reſtitutione cum ſatiſdatione cauebitur r.

12. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

SI verò malæ fidei ſit poſſeſſor,qui in alio loco eam rem nactus ſit,idem ſtatui debet. Si verò ab eo loco eam ſubtractam aliò tranſtulerit: illic reſtituere debet, vnde ſ ſubtraxit,ſumptibus vbi lis conteſtata eſt, ſuis.

Si res deteriorata reſtituatur.

13. *Vlpianus* lib 16. ad Edictum.

NOn ſolùm autem ‖rem‖ reſtitui, verùm & ſi deterior t res ſit facta, rationem iudex habere debebit. Finge enim debilitatum hominem,‖vel verberatum‖vel vulneratum reſtitui:vtique ratio per iudicem habebitur,quanto deterior ſit‖factus‖quanquam & legis Aquiliæ actione conueniri poſſeſſor poſſit u. Vnde quæritur, an non aliàs iudex æſtimare damnum debeat,quàm ſi remittatur actio legis Aquiliæ? Et Labeo putat, cauere petitorem oportere, lege Aquilia non acturum x. quæ ſententia vera eſt.

14. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

QVòd ſi malit actor potius legis Aquiliæ actione vti, abſoluendus eſt poſſeſſor. Itaque electio actori danda eſt: non vt triplum,ſed duplum conſequatur.

De re distracta ex neceßitate. 2. De agro militibus aßignato 3. De animalis petiti interitu.

15. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

ITem, ſi verberatum tradidit. Labeo ait etiam iniuriarum competere ‖ actionem petitori.‖

1 ¶ Si y. quis rem ex neceſſitate diſtraxit, fortaſſis huic officio iudicis ſuccurretur, vt pretium duntaxat debeat reſtituere. Nam & ſi fructus perceptos diſtraxit ne corrumpantur: æquè non amplius, quàm pretium præſtabit.

2 ¶ Item, ſi fortè ager fuit,qui petitus eſt, & militibus z adſignatus eſt a,modico honoris gratia poſſeſſori b dato: an hoc reſtituere debeat? Et puto præſtaturum.

3 ¶ Si ſeruus petitus,vel animal aliud demortuum c ſit ſine dolo malo,& culpa poſſeſſoris: pretium non eſſe præſtandum plerique aiunt. Sed eſt d verius, ſi e fortè diſtracturus erat petitor, ſi accepiſſet, moram paſſo debere præſtari: nam ſi ei reſtituiſſet, diſtraxiſſet, & pretium eſſet lucratus.

Si nauis petita perierit.

16. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

VTique a autem,etiam mortuo b homine, neceſſaria c eſt d ſententia propter e fructus f, & partus, & ſtipulationem de euictione *. non enim poſt litem conteſtatam vtique & fatum g poſſeſſor h præſtare debet.

1 ¶ Culpa non intelligitur,ſi nauem petitam tempore nauigationis i trans mare miſit,licèt ea perierit: niſi‖ſi‖minus idoneis hominibus eam commiſit.

De interitu rei venditæ. 1. De fructibus & omnibus acceßionibus & mora.

17. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

IVlianus lib. 6. Digeſtorum ſcribit:ſi hominem, qui Mæuii erat, emero à Titio: deinde,cùm eum Mæuius à me peteret, eundem vendidero: eúmque emptor occiderit: æquum eſſe me pretium Mæuio reſtituere k.

1 ¶ Idem Iulianus eodem libro ſcribit. Si moram l fecerit in homine reddendo poſſeſſor, & homo mortuus ſit: & fructuum rationem vſque ad rei iudicatæ tempus ſpectandam eſſe.

¶ Idem Iulianus ait *, non ſolùm fructus m, ſed etiam omnem cauſam præſtandum: & ideo,& partum n venire in reſtitutionem,& partuum o fructus. Vſque adeo autem & cauſæ veniunt,vt Iulianus libro 7. ſcribat,ſi per eum ſeruum poſſeſſor acquiſierit actionem legis Aquiliæ,reſtituere cogendum. Quod ſi dolo malo ipſe poſſeſſor deſierit p poſſidere, & aliquis hominem iniuria occiderit: aut pretium hominis, aut actiones q ſuas præſtare cogetur: vtrum eorum voluerit actor.

¶ Sed & fructus, quos ab alio poſſeſſore percepit reſtituere eum oportet:lucrum r enim ex eo homine, facere non debet. Sed fructus qui in lite eſſe cœperit, eius temporis, quo‖tempore‖poſſeſſus eſt ab eo ſ, qui euicerit, reſtituere non debet.

¶ Sed quod dicit de actione legis Aquiliæ procedit, ſi poſt litem conteſtatam vſucepit t poſſeſſor, quia plenum u ius incipit habere.

De re pendente iudicio vſucapta.

18. *Gaius* libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

SI poſt † acceptum iudicium poſſeſſor vſu hominem cepit,debet eum tradere x, eóque nomine de dolo cauere y. periculum eſt enim,ne eum vel pignerauerit z. vel manumiſerit.

De cautione reo præſtanda.

19. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

IPſi quoque reo cauendum eſſe Labeo dicit, *bis a vebus rectè præſtari* b: ſi fortè fundi c nomine damni infecti cauit.

De partu & omni cauſa.

Gaius lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

PRæterea reſtituere d debet poſſeſſor, & quæ poſt acceptum iudicium per eum non ex re ſua e acquiſiuit. In quo hereditates quoque legatáque, quæ per eum ſeruum obuenerunt, continentur; nec enim ſufficit,corpus ipſum reſtitui: ſed opus eſt f & cauſa rei reſtituatur: id eſt,vt omne habeat petitor, quod habiturus foret,ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur reſtitutus illi homo fuiſſet.

¶ Itaque partus ancillæ reſtitui debet: quamuis poſtea editus ſit, quàm matrem eius, poſt acceptum ſcilicet iudicium, poſſeſſor vſuceperit: quo caſu etiam de g partu, ſicut matre, & traditio,& cautio de dolo neceſſaria eſt.

Si ſeruus petitus fugerit.

21. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

SI à bonæ h fidei poſſeſſore i fugerit ſeruus: requiremus an talis fuerit, vt & cuſtodiri debuerit k. nam ſi integræ opinionis videbatur, vt non debuerit cuſtodiri, abſoluendus eſt poſſeſſor: vt tamen ſi interea eum vſuceperat l actionibus ſuis cedat petitori, & fructus eius temporis, quo poſſedit, præſtet. Quòd ſi nondum eum vſucepit, abſoluendum eum ſine cautionibus,vt nihil caueat petitori de perſequenda ea re m. quo minùs n enim petitor eam rem perſequi poteſt: quamuis interim, dum in fuga

a i. ſed certus qui repudiantis. ȿ. de inoff. l.quanquā. ǰ. de excuſat.
b v.Cuiac.4.obſ.34.
c i. lis non moritur: non abſoluitur, aut non abſoluendus eſt reus l.8.ǰ. de re iud.
d Cur? actori propter fructus & pretium: reo verò propter ſtipulationes, euictiones & regreſſum.
e Mortuo poſt litem conteſtatam homine non omnino moritur lis: ſupereſt enim ratio fructuum i. operarum, l.8.ǰ.de re iud.l.11.ǰ.iudicatum ſolui. quarum habenda ſit ratio,an vſque ad mortui, an vſque ad rei iudicatæ tempus, quæſtio eſt.de qua. v. l.33. ǰ. eod.
f i. operas.
g Mors à nullo præſtari poteſt, l. 40. ȿ. de pet. her.l. 24.ǰ.de vſuris. l fi. in fi.ǰ. de verb.obl. l.64.ǰ. de reg.iur. al. factum.
h bonæ fidei.
i de quo v.4. Vegetium 39. ſecus ſi non tempore nauigandi, l.36.in fi. ǰ.eod.
k v.l.vlt.ȿ.de negotiis.
l Idque poſt litem conteſtatam.
m l.5.17.C.eo.
n l.20.in fin.ǰ.eo.
o atque ita partus non modò primus, ſed & ſecundus veniet, l.39.ǰ.de vſuris.
p l.5.in fi.ǰ.de reb. cred.l.91.§.1.ǰ.de verb. oblig.
q in rem & Aquiliam.
r v. quæ ſcripſi ad l.56.ȿ. de her.pet.
ſ vero dominio.
t Bonæ fidei poſſeſſor tunc legis Aquiliæ actionem habet,cum vſucepit ſeruum: ſecus, ſi nondum vſucepit.
u Plenum ius in re habet qui eam vſucepit.
† potuit enim: nam olim vſucapio non interrūpebatur litis conteſtatione, l.2.ǰ.pro donato. hodie interrūpitur, l.pen.l. vlt. Cod. de annali except.
x l.20.21.ǰ.eod.
y l.40.§.2.ȿ.de her.pet.

o etſi non poſſideant: & ſic à depoſitario commodatario, conductore miſſiſque in poſſeſſionem. p An ab eo qui rem meam emit à depoſitario? v.l.8.in fin.C.depoſit. No. 22.c.24. an & à depoſitario? hoc vult Accurſ.arg.l.31.ǰ.depoſit. huic igitur loco malè opponitur No.88. qua non vindicatio ſed denunciatio: non Dominus,ſed creditor repellitur. Cuiac.d.Nou. q ex hac lege cum duab.ſeqq. collige, rem, vbi eſt, à bonæ fidei poſſeſſore reſtitui ſumptibus petitoris à malæ fidei poſſeſſore, vel vbi inuenitur,vel vbi petitur, idque ſumptibus eius. Bart. r à poſſeſſore. §.2.Inſt.de officio iudicis. ſ l.12.in fi.ǰ.depoſit. t vel periit l.36.§.1.ǰ.eod. u Malæ fidei poſſeſſor, & ad rem,& ad eius intereſſe hac actione tenetur: præterea ex l. Aquilia: ſed vna electa, perit altera. x an aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem cui negligentia obiici non poteſt,cùm poſſit abuti? l.31.§.3.ȿ.de pet. her. an malæ fidei? cui actor cauere non debet? l.69.ǰ.eo. y Qui rem alienam neceſſariò diſtraxit, pretium tantùm reddit. z Feudorum origo: hinc videtur initium duxiſſe. a A principe ſeu præcepto principali: hoſtium enim agri partim vendebantur, partim aſſignabantur militibus. vt l.11.ǰ.de euict. Idque ex cauſa legitima. An id Principi in ſuos ciues liceat, v. quæ notaui ad No. 85. & huius legis interpretationem. b veteri eique dudum & antea hoſti, non ſubdito. v.d.No. adde l.16.in fin.ǰ.de acq.rer.dom. Victores Romani, veteres colonos interdum iubebant migrare. c Vindicata re perempta ſine culpa poſſeſſoris, non præſtatur pretium à poſſeſſore, niſi moram fecerit & diſtrahi potuiſſe. 15 Ecl.9.c.5. d l.12.§.4.ǰ.ad exhib.l.5.ǰ.de reb.cred. Imò non eſt, l.40. ȿ.de her.pet. e l.14.§.11.ȿ. quod met.cauſ.l.14.in fin.ǰ. depoſit.

z atqui litigioſum pignorari non poteſt, l.1.in fin.ǰ. quæ res pignori. a & ſic de indemnitate. b De hac formula, rectè præſtari ſcripſi ad l.11. in fi.ǰ.de duob.reis l.71.in fin.ǰ.de verb.ſign. c. i. vrbani prædij, l 38.ǰ.de damno. d l.18.ȿ.eo. e v.l.33.ȿ de pet.her. f l.17.§.1.ȿ.eo.l.1.in fin.C.eod. h Bonæ fidei poſſeſſor ſi fugerit, ſeruus,abſoluitur: niſi talis ſit qui cuſtodiri debuerit. 15. Ecl.1.cap.21. i puta à marito ſeruus dotalis, l.23.§.3.ǰ.ſoluto. k vt quia vinctus datus eſt, l.5 §.6.ǰ.commodati. l vt l.18.ȿ.eo. m i.homine petito ſic res pro homine ſumitur, l 39.ǰ.de leg.1. pro naue, l.5.inf. qui potiores, pro poſſeſſione, l.98.in princ. infra de ſolutionib.
n Comminus Hal. id eſt,ſtatim,ſine ceſſatione: Cuiac. 11.obſeru.39. Comminus arua inſequitur Virgilius Georgicorum 1. id eſt ſtatim, ſine intermiſſione properè Heſiodus ὅπωſεr. Lucretius lib. 4. Comminus ipſe ſuo contingens feruidus igni.

ſui:

ſit, vſucapiat *a*? nec iniquum id eſſe, Pomponius libro 39. ad Edictum ſcribit.

¶ Si verò cuſtodiendus fuit, etiam ipſius nomine damnari debebit: vt *b* tamen ſi vſu eum non cepit, actor ei actionibus ſuis cedat.

¶ Iulianus autem, in his caſibus, vbi propter fugam ſerui poſſeſſor abſoluitur, & ſi non cogitur *c* cauere de perſequenda re, tamen cauere debere poſſeſſorem, ſi rem nactus fuerit, vt eam reſtituat: idque Pomponius lib. 34. ‖ variarum ‖ lectionum probat: quod verius eſt.

22. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

QVod ſi dolo poſſeſſoris fugerit: damnandum eum, quaſi *d* poſſideret *e*.

Quibus datur hæc actio. 1. De locis ſacris, & religioſis. 2. De rebus adiectis. 3. De ſcriptura & pictura. 4. De doli exceptione. 5. De rebus iunctis & rebus commixtis. 6. De tigno iuncto.

23. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

IN rem actio competit ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquiſiuit.

1 ¶ Loca ſacra, item religioſa *g*, quaſi noſtra, in rem actione peti non poſſunt.

2 ¶ Si quis rei ſuæ alienam rem ita adiecerit, vt pars eius fieret, veluti ſi quis ſtatuæ ſuæ brachium *h* aut pedem alienum adiecerit: aut ſcypho anſam *i* vel fundum: vel candelabro ſigillum: aut menſæ pedem, dominum eius totius rei effici, veréque ſtatuam ſuam dicturum, & ſcyphum, plerique rectè dicunt.

3 ¶ Sed & id, quod in charta mea ſcribitur, aut in tabula pingitur, ſtatim meum fit *k*: licèt de pictura quidam *l* contra ſenſerint, propter pretium picturæ: ſed neceſſe *m* eſt, ei rei *n* cedi, quod ſine illa eſſe non poteſt †.

4 ¶ In omnibus igitur iſtis, in quibus mea res, per præualentiam, alienam rem trahit, meámque efficit: ſi eam rem vindicem, per exceptionem doli ‖mali‖ cogar pretium eius, quod acceſſerit, dare.

5 ¶ Item quæcunque aliis iuncta, ſiue adiecta, acceſſionis loco cedunt *o*: ea quamdiu cohærent, dominus vindicare non poteſt: ſed ad exhibendum agere poteſt, vt ſeparentur, & tunc vindicentur: ſcilicet excepto eo, quod Caſſius de ferruminatione ſcribit. Dicit enim, ſi ſtatuæ ſuæ ferruminationi iunctum brachium ſit, vnitate maioris partis conſumit: & quod ſemel alienum ‖ factum ‖ ſit, etiam ſi inde abruptum ſit, redire ad priorem dominum non poſſe. Non *p* idem in eo, quod adplumbatum ſit: quia * *ferruminatio* *q* *per eandem materiam facit* *r* *confuſionem, plumbatura non* *ſ* *idem efficit.* Ideóque in omnibus his caſibus, in quibus neque ad exhibendum, neque in rem locum habet: in factum actio neceſſaria eſt *t*.

¶ At in his ‖ corporibus ‖ quæ ex diſtantibus *u* corporibus eſſent, conſtat ſingulas partes retinere ſuam propriam ſpeciem: vt ſinguli homines, ſingulæ oues: ideóque poſſe me gregem vindicare: quamuis *x* aries tuus ſit immixtus: ſed & te arietem vindicare poſſe.

¶ Quod non idem in cohærentibus corporibus eueniet. nam ſi ſtatuæ meæ brachium alienæ ſtatuæ addideris, non poſſe dici brachium tuum eſſe: quia tota ſtatua vno ſpiritu *y* continetur.

6 ¶ Tignum alienum ædibus iunctum, nec *z* vindicari poteſt propter legem 12. tabularum, nec *a* eo nomine ad exhibendum agi, niſi aduerſus eum, qui ſciens alienum iunxit ædibus: ſed eſt actio antiqua de tigno iuncto, quæ in duplum ex legè 12. *b* tabularum deſcendit.

7 ¶ Item ſi quis ex alienis cementis in ſolo ſuo ædificauerit: domum quidem vindicare poterit, cementa autem reſoluta *c* prior dominus vindicabit: etiam ſi poſt tempus vſucapionis diſſolutum ſit ædificium, poſtquam à bonæ fidei emptore poſſeſſum ſit, nec enim ſingula cementa vſucapiuntur, ſi domus per temporis ſpatium noſtra fiat *d*.

Collatio iudicij petitorij & poſſeſſorij.

24. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

IS * qui deſtinauit *a* rem petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto *b* poſſit nanciſci poſſeſſionem: quia longè commodius eſt *c*, ipſum poſſidere, & aduerſarium ad onera *d* petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere.

De eo qui ſe obtulit.

25. *Vlpianus* lib. 70. ad Edictum.

IS, qui ſe obtulit rei defenſioni ſine cauſa, cùm non poſſideret, nec *e* dolo feciſſet, quò minùs poſſideret, ſi actor ignoret, non eſt abſoluendus *f*, vt Marcellus ait, quæ ſententia vera eſt: ſed ‖ hoc ‖ poſt litem conteſtatam: cæterum ante iudicium acceptum non decipit actorem, qui ſe negat poſſidere, cum verè non poſſideret: nec videtur ſe liti obtuliſſe, qui diceſſit.

26. *Paulus* lib. 2. ad Plautium.

NAm, ſi actor *g* ſcit, tunc is non ab alio, ſed à ſe decipitur *h*: & ideo reus abſoluitur.

Quo tempore poſſeſſio ſpectatur. 1. De fructibus. 2. De homine deteriorato, deinde ex alia cauſa mortuo. 3. De eo qui dolo deſiit poſſidere. 4. De abſentia eius, per quem poſſidetur. 5. De ſumptibus à poſſeſſore factis.

27. *Idem* libro 21. ad Edictum.

SIn autem, cùm à Titio petere vellem: aliquis dixerit, ſe poſſidere, & ideo liti ſe obtulit, & *i* hoc ipſum in re agenda teſtatione probauero: omnimodo condemnandus eſt.

1 ¶ Poſſidere autem aliquis debet, vtique & *k* litis conteſtatæ tempore *l*, & quo res iudicatur.

¶ Quòd ſi litis conteſtationis tempore poſſedit: cùm autem res iudicatur ſine dolo malo amiſit poſſeſſionem: abſoluendus eſt poſſeſſor. Item ſi litis conteſtatæ tempore non poſſedit: quo autem iudicatur, poſſidet: probanda eſt Proculi ſententia, vt omnimodo condemnetur *m*.

¶ Ergo & fructuum nomine, ex quo cœpit poſſidere damnabitur.

2 ¶ Si homo petitus dolo poſſeſſoris deterior factus ſit: deinde, ſine culpa eius, ex alia cauſa mortuus ſit: æſtimatio non fiet eius, quod deteriorem eum fecerat: quia nihil intereſt petitoris: ſed hæc, quantum ad in rem actionem: legis autem Aquiliæ actio durat.

3 ¶ Sed & is qui ante litem conteſtatam dolo deſiit rem poſſidere, tenetur in rem actione. Idque ex Senatuſconſulto *n* colligi poteſt, quo cautum eſt (vt diximus) *Vt dolus præteritus in hæreditatis petitionem veniat*: cùm enim in hereditatis petitione, quæ *o* & ipſa in rem eſt, dolus præteritus fertur *p*: non eſt abſurdum: per *q* conſequentias, & *r* in ſpeciali in rem actione dolum præteritum deduci *ſ*.

4 ¶ Si per filium, aut per ſeruum pater, vel dominus poſſideat: & is ſine culpa patris, dominive, rei iudicandæ tempore abſit, vel tempus dandum, vel cauendum eſt de poſſeſſione reſtituenda.

5 ¶ In rem petitam ſi poſſeſſor ante *t* litem conteſtatam ſumptus *u* fecit: per doli mali exceptionem ratio eorum haberi debet, ſi perſeueret actor petere rem ſuam, non redditis ſumptibus. Idem eſt etiam, ſi noxali iudicio ſeruum defendit, & damnatus præſtitit pecuniam: aut in area, quæ fuit petitoris, per errorem inſulam *x* ædificauit: niſi tamen paratus ſit petitor pati tollere eum ædificium. Quod & in area vxori donata per iudicem, qui de dote cognoſcit, faciendum dixerunt. Sed ſi puerum meum, cùm poſſideres, erudiſſes *y*, non *z* idem obſeruandum, Proculus exiſtimat, quia *a* neque carere ſeruo meo debeam: nec poteſt remedium idem adhiberi, quod in area diximus.

28. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

FOrtè quod pictorem *b* aut librarium *c* docueris: dicitur non aliter officio iudiciis æſtimationem haberi poſſe.

29. *Pomponius* lib. 21. ad Quintum Mucium.

NIſi ſi venalem *d* eum habeas, & plus ex pretio ‖ eius ‖ conſecuturus ſis propter artificium *e*.

30. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

AVt ſi ante denuntiatum ſit actori, vt impenſam ſolueret: & eo diſſimulante *f*, poſita ſit doli mali exceptio.

De fructibus ſerui petiti, & impenſis in eum factis.

31. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

CÆterùm, cùm de fructibus ſerui petiti quæritur, non *g* tantùm pubertas eius ſpectanda eſt, quia

a *l.1.§.14.ff.de acquir.poſſ.*

b vide quæ ſcripſi ad *l.63.ff.eo.*

c *l.47.§.3.ff.de leg.*

d Dolus quaſi poſſeſſionem repræſentat, *vt hic*, qui dolo deſiit poſſidere, quaſi poſſidere videtur *l.25.ff.eod. l.131.ff.de reg. iur.*

e *l.12.ff.de noxalib.* in quem ideo in litem iuratur, *l.69.ff.eod.*

f §.3. *Inſt. de act.*

g *l.43.ff.eod.*

h *v.l.14.ff.de auro.*

i puta ex plumbo alieno, *l.23.ff.de acq. rer.* eſt verò anſa in ſcypho, pars ex qua ſcyphus eleuatur cõmodiſſimè: quæ & *naſus*: vnde Naſiterna, *Feſto Nonio, Fulgentio.* ita vatinianis calicibus aſſignat naſos Martialis & Iuuenalis: Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem. Siccabis calicem naſorum quatuor adde *l.7.§.2.ff.ad exhib.*

k *l.9.§.1.ff.de acquir.rer.dom.*

l Gaius *in l.9.§.2 ff.de acq.rer.dom.*

m naturali ratione inſpecta: à qua Iuſtinianus tamen diſcedit. §.3. *Inſt. de rer. diuiſ.* propter pretium picturæ apud Romanos.

n tabulæ. *Caius 2. Inſt. 1.*

† hodie tabula cedit picturæ. §.33. *de rer. diuiſ.*

o *l.19.ff.de auro & argent.*

p Adplumbati & ferruminati ſeu plumbaturæ & ferruminationis differentia.

q χαλκοκύλλητος, ferruminatus. Gloſſis ϛώμω ferrumino: ϛώμωμα ferrumen.

r Cur? huiuſmodi iunctura ſeu ligatura, quæ συναφὴ ex ferri excrementis, vel ramentis, vel alia materia fit.

ſ Cur? quia fit ex plumbo, μολύϐδωσις & μολύϐδωμα dicitur, *l.27.ff.de acq.rer.* Iuuenalis *Satyra* 14. *in fin.* ſi fregeris, altera fiet cras domus, atque eadem plumbo commiſſa manebit.

t quæ rei vindicationi tanquam remedium adfine cohæret, *l.52.ff.eo.*

u Corporum alia ſunt ex diſtantibus corporibus: alia cohærentia ſunt. Hæc corpora vno ſpiritu continentur: illa non vno ſpiritu continentur, ſed eorum ſingulæ partes retinent propriam ſuam ſpeciem. De corporum generibus, adde *l.76.ff.de iudiciis l.30.ff.de vſucap.*

x *l.1.in fin.ff.eod.*

y *l.30.ff.de vſucapionib.* Stoicorum hoc axioma eſt. Chryſippus enim (vt Aphrodiſæus ſcribit) vim continuationem ſpirituum vocauit. *Spiritum* autem hic videtur accipere pro ſpecie hoc ſenſu: ſtatuæ partes vno ſpiritu contineri, vna ſpecie conſtare: & alioquin hic ſpiritus opponitur ſpeciei corporum quæ ex diſtantibus corporibus conſtant, ſingulæ partes proprium ſpiritum retinent: quæ ſunt cohærentia, vno ſpiritu continentur, non pluribus ſpeciebus conſtant, ſed vna

z vide *l.6.ff.ad exhib.l.7.§.10.ff.de acq.rer.l.98.in fin.de ſolutionibus.*

a Imò ad exhibendum agi poteſt, *l.1.§.1.de tigno.*

b de actione antiqua tigni iuncti dixi ad 12. *Fabulas Tit. de priuatis delictis.*

c *l.59.ff.eod.*

d adde *l.30.ff.de acq.poſſ.l.23.in fin.ff.de vſucap.*

a animo.

b *l.12.ff.de acq. poſſeſſ.l.18.in fin.ff.de vi & vi.*

c §.4. *verſ.commodum.Inſt.de interdict.*

d onus eſt partibus petitoris fungi. adde *l.2.C.de probat.*

e Paria ſunt poſſidere & dolo deſiiſſe poſſidere, *v.l.22.ff.eod.*

f *l.13.§.13.l.14.ff.de pet.her.l.vlt.ff.ſi vſusfr.petatur.*

g ab initio ſcilicet *l.45.ff.de her.pet.*

h vide *l.1.in fin.ff.de act.empt.*

i rem meam eſſe.

k *l.de ætate.ff.de interrogationibus.*

l adde *c.30.ff.de peculio.*

m vt poſſeſſor hac actione condemnetur, ſufficit eum poſſediſſe tempore rei iudicatæ, *Bart.*

n *l.20.§.6.de pet.her.*

o Hereditatis petitio in rem eſt actio.

p vide *l.25.§.7.in fin.ff.de pet.her.*

q locus à conſequentibus, *vt l.3.§.1.ff.de iniuriis.* vel ab hereditatis petitione ad rei vindicationem.

r locus ab vniuerſali in rem petitione ad ſpecialem valet, *vt hic*, niſi ratio diuerſitatis afferatur. *Fulgoſ.*

ſ *l.63.l.69.ff.eod.l.157.§.1.ff.de regulis iuris.*

t Lex rationem ſumptuum habet, qui à poſſeſſore facti ſunt ante litis conteſtationem. *Synopſis* Baſilic.13. περὶ δαπανημάτων.c.27.§.6.

u *l.48.ff.eod.l.11.C.eod.*

x adde *l.11.§.9.ff.de Publiciana.*

y *l.25.ff.de pign.act.l.6.ff.de impenſis, l.79.§.1.ff.de verb.ſign.* de ſumptibus & expenſis v. quæ notaui ad Nou.6.*c.vlt.*

z Imò idem in ſeruo quod in area, *l.45.§.1.ff.de action.empt.* ſolue: hic dominus non habet vnde ſoluat ſumptus? ibi habet. eſt & alia manifeſta differentia. Area plerunque tolli poteſt, eruditio ſerui tolli non poteſt.

a vide *l.79.ff.de verb.ſign.l.43.ff.de act.empt.*

b pone & exemplum ex *l.43.in fin.inf.de actionibus empti.*

c de cuius munere vide *l.92.inf.de reg.iur.*

d *l.38.in fin.eod.* id eſt promercalem. *l.10.inf.de impenſis.*

e tunc enim dominus tenetur, quia fit locupletior. *l.38.inf.eod.l.25.de pignorat.action.*

f *l.2.C.ſi aliena res pignori.*

g operæ, vt puberis, ita impuberis poſſunt eſſe aliquæ, *Synopſis Baſilic.* περὶ ὑπηρεσιῶν.

etiam impuberis aliquæ operæ eſſe *a* poſſunt *b* : improbè *c* tamen deſiderabit petitor fructus æſtimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificium ſumptibus poſſeſſoris didicit.

32. *Modeſtinus* lib. 8. Differentiarum.

QVod ſi artificem *d* fecerit : poſt *e* 25. annum ſeius, qui artificium conſecutus eſt, impenſæ factæ poterunt penſari *g*.

De fructibus.

33. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

FRuctus *b* non modò percepti, ſed & *i* qui percipi ‖honeſtè‖potuerunt, æſtimandi ſunt: & ideò ſi dolo *k*, aut culpa poſſeſſoris, res petita perierit : veriorem *l* putat Pomponius *m* Trebatij *n* opinionem, putantis eouſque fructuum rationem habendam, quouſque haberetur, ſi non periiſſet, id eſt, ad rei iudicandæ tempus : quod & Iuliano placet. Hac ratione ſi nudæ *o* proprietatis dominus petierit, & inter *p* moras vſusfructus amiſſus ſit, ex eo tempore, quo ad proprietatem vſusfructus reuerſus eſt *q*, ratio fructuum habetur *r*.

34. *Iulianus* lib. 7. Digeſtorum.

IDem eſt, & ſi per alluuionem pars fundo acceſſerit *ſ*.

2. Si poſſeſſor rei æſtimationem ſoluat. 3. De petitione partis.

35. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

‖ET‖ex diuerſo, ſi petitor lite conteſtata vſumfructum legauerit: ex eo tempore, ex quo diſceſſit à proprietate, fructuum rationem non habendam quidam rectè putant. *t*.

1 ¶ Vbi‖autem‖alienum fundum petij, & iudex ſententia declarauit meum eſſe : debet etiam de fructibus poſſeſſorem condemnare ; eodem enim errore & de fructibus condemnaturum: non *u* debere enim lucro poſſeſſoris cedere fructus, cum victus ſit: alioquin, vt Mauricianus ait, nec rem arbitrabitur iudex mihi reſtitui : & quare habeat, quod non eſſet habiturus poſſeſſor, ſi ſtatim poſſeſſionem reſtituiſſet?

2 ¶ Petitor poſſeſſori de euictione cauere non cogitur *x* rei nomine, cuius æſtimationem accepit: ſibi enim poſſeſſor imputare debet, qui non reſtituit rem.

3 ¶ Eorum quoque quæ ſine interitu diuidi non poſſunt, partem petere poſſe conſtat.

Qui tenentur hac actione. 1. De culpa poſſeſſoris.

36. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

QVi *y* petitorio iudicio vtitur, ne fruſtra experiatur, requirere debet *z* : an is, cum quo inſtituat actionem, poſſeſſor ſit, vel dolo deſiit poſſidere *a*.

1 ¶ Qui in rem conuenitur, etiam *b* culpæ nomine condemnatur.

¶ Culpæ autem reus eſt poſſeſſor, qui per inſidioſa loca *c* ſeruum miſit, ſi is periit: & qui ſeruum à ſe petitum, in arena *d* eſſe conceſſit, & is mortuus ſit, ſed & qui fugitiuum à ſe petitum, non cuſtodit, ſi is fugit: & qui nauem à ſe petitam, aduerſo tempore *e* nauigatum miſit, ſi ea naufragio perempta eſt.

De eo qui in aliena area ædificauit.

37. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

IVlianus lib. 8. Digeſtor. ſcribit : Si *f* in aliena area ædificaſſem, cuius bonæ fidei quidem emptor fui, verùm eo tempore ædificaui, quo iam ſciebam alienam : videamus : an nihil mihi exceptio proſit : niſi fortè quis dicat, prodeſſe de damno ſollicito? Puto autem huic exceptionem non prodeſſe : nec enim debuit, iam alienam certus: ædificium ponere : Sed hoc ei concedendum eſt, vt ſine diſpendio domini areæ tollat ædificium quod poſuit *g*.

a Imò nullæ eſſe poſſunt, *l.12.§.3. de vſufr. l.vlt.]. de operis ſeruorum.*
b vt putà ſi impubes nomenclator ſit, vel hiſtrio. *l.vlt. in fin.]. de liberali cauſa.*
c ἀναιχυντως impudenter *Synopſis Baſilic. d. titul.* hoc ſenſu, Dominum ſerui, impudenter à ſerui poſſeſſore artificis ſerui fructus deſiderare, cùm poſſeſſor ſeruum ſuis ſumptibus docuerit.
d impuberem : ſcilicet, de quo dixi lege proxima.
e artificis ſerui operæ poſt XXV. annum cum ſumptibus compenſantur *Synopſis Baſil. ibid.*
f poſt quintum annum legit. *Cuiac. 9. obſ. 38.* tunc enim operari incipit.
g nam in hoc iudicium ſumptuum ratione admittitur compenſatio. *v. l. 48.]. eod.*
h 15. *Synopſis Baſil. 1. c. 33.*
i *l. 33. in pr.]. eod.*
k ſi ſine dolo, *Cuiac. pr. 9. obſ. 34.* reprehenſus ab Antonio Fabro 2. *coniect. 6.*
l Sed quæ ratio fuit contrariæ ſeu diuerſæ ſectæ? Licet ſeruus dolo vel culpa periit, fato tamen & neceſſitate ſuáque morte periit, periturus alioqui apud ipſum dominum. Cæterùm nullæ operæ eius petendæ ſunt, qui natura operas aliquas præſtare non potuit.
m Tres igitur Iuriſconſulti in hac ſententia ſunt, Pomponius, Trebatius, Iulianus : mortuo homine de quo agebatur, poſt litem conteſtatam dolo aut culpa poſſeſſoris, eo vſque fructuum habendam eſſe rationem, quouſque haberetur, ſi non periiſſet, i. ad rei iudicandæ tempus, *vt hic* : Imò ad mortis tantùm: *l. pen.]. eod.* vide Cuiac. 9 *obſ. 34.*
n contrarium exiſtimat Labeo *in l. pen.]. eod.* verùm Trebatio facilis fuit diſſenſio à Labeone præceptore. o ψιλῶ δεσποτείω Græci appellant.
p ἐν τῷ μεταξὺ *Ecl. dict. loco* 8. interea vide *l. 28.]. de admin. tut.*
q ad proprietarium *l. 19.]. de vſuris.*
r ad vtilitatem proprietarij. ſ ea fit enim proprietarij §. 20. *Inſt. de rer. diuiſ.* vide *l. 1. de alluuionibus.* t neque enim nudæ proprietatis vllus fructus intelligitur *l. 19. de vſuris.* u vide *l. 16. de except. rei iudicatæ.*
x adde *l. 29.]. familiæ. l. 14. §. 1. de cond. furt. l. 10. rer. amot.*
y ὁ θέλων ἐνδικῆσαι 15. *Eclog. 1. cap. 36.* Vindicaturus. Eſt igitur petitorium iudicium hic, rei vindicatio. z per interrogationem. *l. 20. §. 1.]. de interrog.* a *l. vlt.]. eod. l. 1. C. vbi in rem actio.*
b vide *l. 91.]. de verb. oblig.*
c aut non idoneo tempore. *arg. l. 13.]. eod.*
d ἐν κυνηγίῳ *Synopſ. Baſil.*
e aut ſine gubernatore *l. 13. §. 2.]. locat.*
f ſi bona fide aream emero, & poſtquam ſciui alienam eſſe, ædificauero: ſumptus quidem non repeto, ſed tamen ædificium ſine diſpendio domini areæ poſſum tollere, *Synopſ. Baſilic. 15. tit. 9. c. 27.* & ibidem cap. περὶ δαπανημάτων : ſcholion hoc adiicit : Non prodeſt, inquit, poſſeſſori doli mali exceptio, qua ſumptus repetit, ſed retentionem habet. Hoc autem ſolum illi concedendum eſt, vt ſine diſpendio domini areæ tollat ædificium extructum.
g *l. 38.]. eod. l. 5. Cod. eod. l. 7. §. 10.]. de acquirendo rerum l. 2. Cod. de fructibus & litium expenſ. 5. Cod. de ædific. priuat.* vide quæ notaui ad *l. 38.]. de petit. heredit.* ſi id ſuo agro poſuit extra ciuitatem, ſecus ſi in ciuitate. vide *Cuiac. 19. obſ. 20. in fine.*

De ſumptibus à poſſeſſore factis.

38. *Celſus* lib. 3. Digeſtorum.

IN *a* fundo alieno, quem imprudens *b* emeras, ædificaſti *c*, aut conſeruiſti *d*: deinde euincitur: bonus iudex variè ex perſonis, cauſiſque conſtituet. Finge & dominum eadem facturum fuiſſe *e* : reddat impenſam vt fundum recipiat, vſque eò dumtaxat, quo pretioſior *f* factus eſt *g*, ‖ & , ſi plus pretio fundi acceſſit *h*, ſolùm quod impenſum eſt.‖ Finge pauperem *i* : qui, ſi reddere id cogatur *k*, laribus *l*, ſepulchris auitis carendum *m* habeat? Sufficit tibi permitti tollere ex his rebus, quæ poſſis : dum ita, ne deterior ſit fundus, quàm ſi initio non foret ædificatum.

¶ Conſtituimus verò : vt ſi paratus eſt dominus *n* tantùm dare quantùm habiturus eſt poſſeſſor, his rebus ablatis *o*, fiat ei poteſtas *p* : neque *q* malitiis indulgendum eſt *r*: ſi tectorium *ſ* (puta) quod induxeris, picturáſque corradere velis, nihil laturus, niſi vt officias. Finge eam perſonam eſſe domini, quæ receptum fundum mox *t* venditura ſit, niſi reddit, quantum prima parte reddi oportere diximus: eo deducto, tu condemnandus es.

De redemptoribus qui ſuis cæmentis ædificant. 1. Si mulier intercedens pignus dederit.

39. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

REdemptores *u*, qui ſuis cæmentis ædificant *x*, ſtatim cæmenta faciunt eorum, in quorum ſolo ædificant *y*.

1 ¶ Iulianus rectè ſcribit lib. 12. Digeſtorum, mulierem, quæ intercedens *z* fundum pignori dedit, quamuis à creditore diſtractum, poſſe *a* in rem actione petere *b*.

40. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

QVia nullum pignus creditor vendidiſſe videtur.

Vtrum emptori hac actio detur.

41. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

SI quis hac lege *c* emerit, *vt ſi alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione* : poſt allatam conditionem, iam non poteſt in rem actione vti. Sed‖&‖ſi cui in diem addictus ſit fundus, antequam adiectio ſit facta, vti in rem actione poteſt : poſtea non poterit.

1 ¶ Si ſeruus mihi, vel filiusfamilias fundum vendidit, & tradidit, habens liberam peculij adminiſtrationem, in rem actione vti potero.

¶ Sed & ſi, domini voluntate *c*, ‖domini‖ rem tradat, idem dicendum erit : quemadmodum cùm procurator voluntate homini vendidit, vel tradidit, in rem actionem mihi præſtabit.

De herede poſſeſſorio.

42. *Paulus* libro 26. ad Edictum.

SI in rem actum ſit, quamuis heres poſſeſſoris, ſi non poſſideat, abſoluatur, tamen, ſi quid ex perſona defuncti *f* commiſſum ſit, omnimodò in damnationem veniet.

De his quæ religioſis adhærent.

43. *Idem* lib. 27. ad Edictum.

QVæ *g* religioſis *h* adhærent, religioſa ſunt : & idcirco nec lapides inædificati, poſtquam remoti ſunt, vindicari poſſunt: in factum autem actione *i* petitori extra ordinem ſubuenitur, vt is, qui hoc fecit, reſtituere eos compellatur.

¶ Sed ſi alieni, ſine voluntate domini, inædificati fuerint : & nondum functo monumento, in hoc detracti erunt, vt reponerentur, ſimiliter dominum eos repetere poſſe conſtat.

De fructibus pendentibus.

44. *Gaius* libro 2. ad Edictum Prouinciale.

FRuctus pendentes pars fundi videntur *n*.

De cautionibus à poſſeſſore præſtandis.

45. *Vlpianus* lib. 68. ad Edictum.

SI homo ſit *o*, qui poſt conuentionem reſtituitur, ſi *p* quidem à bonæ fidei poſſeſſore, puto cauendum eſſe de dolo ſolo debere : cæteros etiam de culpa ſua : inter *q* quos erit & bonæ fidei poſſeſſor poſt litem conteſtatam.

De litis æſtimatione.

46. *Paulus* libro 10. ad Sabinum.

a 15. *Synopſis Baſil. 1. c. 38. & ibidem Scholion.*
b & ſic bona fide.
c & ſic impenſas neceſſarias vel vtiles feciſti.
d conſueuiſti. Florentinam tamen defendit *Cuiac. 11. obſ. 39.*
e *l. vlt.]. de oblig.* diſtinguendus eſt enim diues, *verſ. finge & dominum.* à paupere *verſ. finge pauperem.*
f quia diues erat.
g Melior vtilior.
h quam impenſum eſt.
i vel mediocrium facultatum.
k vide *l. 25.]. de pignoratitia action.*
l vide *l. 1. §. 2.]. de liberis agnoſcendis.*
m & ſeruis *l. 25.]. de pignorat. act.* & mergendus ſit ſumptu *l. 3.]. de contraria tutela.*
n diues.
o ſi modò auferri poſſint.
p retinendi ſcilicet.
q adde *l. 3. Cod. per quas perſonas.* Non eſt ferendus qui vult alteri obeſſe, nec ſibi prodeſſe.
r adde *l. 9.]. de ſeruitut.*
ſ de quo dixi ad *l. 2. §. 9.]. vti poſſidetis.*
t *l. 29.]. eod.*
v ἐργολάβοι 15. *Eclog. cap. 19.* de quibus adde *l. 7. §. 3.]. ſi menſor.*
x in alieno : vt operarum locatores, fabri, cæmentarij & lapidarij vel murarij.
y adde *l. 7. §. 10.]. de acq. rer.*
z contra Velleianum.
a Cur? intercedens mulier contra Velleianum, & tamen interceſſionis cauſa fundum tuum pignori dans, obligatione ſua ſubducitur, *l. 14.]. ad Velleian.*
b *l. 40.]. eo. l. 11. C. de diſtract. pign. l. 32. §. vltim.]. ad Vell.*

c *v. l. 1.]. de in diem addict.* d medio enim tempore dominus eſt, *l. 4. §. 3.]. de in diem addict.* Imo non eſt, ſed venditoris, *l. 38. in fin.]. ad l. Falcid. l. 1. l. 11.]. de in diem addict.*
e vide *l. 1.]. de exceptione rei vendita.*
f & ſua *l. 51.]. eod.*
g vide quæ ſcripſi ad *l. 2. §. 5.]. de religioſis.*
h vide *l. 23. §. 1.]. eod.*
i de qua *l. 52.] eod.*
k *v. l. 59.]. eod.*
l vide in hanc legem *Couarruuiam 1. Var. 3. num. 2.*
m Verſus hic excidit Iuriſconſulto : ſi ita legas, fructus pendentes, fundi pars eſſe videntur, vt à quibuſdam legitur. Verſus plerunque ita Iuriſconſultis exciderunt, vt notaui in *l. 12.]. de Publiciana.*
n *l. 22. C. eod. l. fin. §. fructus]. quæ in fraudem.* adde *l. 12. §. 11. in fin.]. de inſtructo : l. 61.]. de furtis.*
o ante litem conteſtatam bonæ fidei poſſeſſor tenetur de dolo : malæ fidei de culpa, vt poſt litem conteſtatam bonæ fidei poſſeſſor.
p Qui reſtituit, ſi bonæ fidei eſt, etiam de dolo cauet : cæteri de culpa, poſt litem tamen conteſtatam, *Eclog. 1. c. 45.*
q bonæ fidei poſſeſſores poſt litem conteſtatam de culpa quoque cauent Scholion 15. *Eclog. 1. c. 45.* adde *l. 31.]. 36. de hered. pet.*

Eius

EIus rei, quæ per in rem actionem petita, "tanti" æſtimata *a* eſt, quanti in litem actor iurauerit, dominium ſtatim ad poſſeſſorem pertinet *b*: tranſegiſſe enim cum eo, & decidiſſe videor eo pretio *c*, quod ipſe conſtituit.

47. *Idem* lib. 17. ad Edictum.

HÆc, ſi res præſens ſit, : ſi abſens, tunc, cùm poſſeſſionem eius poſſeſſor nactus ſit ex voluntate actoris, & ideo non eſt alienum, non aliter ‖ litem‖ æſtimari à iudice, quam ſi cauerit actor *d*, *Quòd per ſe non fiat, poſſeßionem eius rei non traditum iri.*

De ſumptibus à poſſeſſore factis, & de fructibus.

48. *Papinianus* lib. 2. Reſponſorum.

SVmptus *e* in prædium, quod alienum eſſe apparuit, à bonæ fidei poſſeſſore facti, neque ab eo, qui prædium donauit *f*, neque à domino peti poſſunt: verùm exceptione doli oppoſita *g*, per *h*, officium *i* iudicis, æquitatis *k* ratione ſeruantur *l*: ſcilicet ſi *m* fructuum antè litem *n* conteſtatam perceptorum ſummam excedant: etenim admiſſa compenſatione, ſuperfluum *o* ſumptum, meliore *p* prædio facto, dominus reſtituere cogitur.

De ſolo & ædibus. I. *De eo quod ſupereſt ex re mea.*

49. *Celſus* lib. 18. Digeſtorum.

SOlum partem *q* eſſe ædium exiſtimo *r*: nec ſalioquin *ſ* ſubiacere, vti mare nauibus.

1 ¶ *Meum* eſt *u*, quod ex re mea ſupereſt *x*, cuius vindicandi ius habeo *y*.

An emptori. I. *vel heredi hæc actio competat.*

50. *Calliſtratus* lib. 2. Edicti Monitorij.

SI *z* ager ex emptionis cauſa ad aliquem pertineat: non rectè hac actione agi poterit, antequam *a* traditus ſit ager, túncque poſſeſſio amiſſa ſit.

1 Sed heres de eo quod hereditati obuenerit, rectè aget, etiam ſi poſſeſſionem eius adhuc non habuerit.

De culpa & dolo heredis.

51. *Pomponius* lib. 16. ad Sabinum.

SI in rem *b* actum ſit, & in heredem poſſeſſoris iudicium datum *c* "ſit", culpa *d* quoque, & dolus *e* malus heredis in hoc iudicium venit *f*.

Vtrum in heredem hæc actio detur.

52. *Iulianus* lib. 55. Digeſtorum.

CVm autem fundi poſſeſſor ante *g* litem conteſtatam dolo malo fundum poſſidere deſit, heredes eius in rem quidem actionem ſuſcipere cogendi non ſunt: ſed in factum actio aduerſus eos reddi debebit, per quam reſtituere cogantur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt.

De conſitis.

53. *Pomponius* lib. 31. ad Sabinum.

SI fundi poſſeſſor eum excoluiſſet, ſeuiſſétve; " & poſtea " fundus euincatur, conſita *h* non poteſt tollere *i*.

De aduocato.

54. *Vlpianus* lib. 6. Opinionum.

INter officium aduocationis *k*, & rei ſuæ defenſionem multùm intereſt: nec propterea quis, ſi poſtea cognouerit rem ad ſe pertinere, quod alij eam vindicanti tunc ignorans ſuam eſſe adſiſtebat *l*, dominium ſuum amiſit *m*.

De pluribus heredibus poſſeſſoris.

55. *Iulianus* lib. 55. Digeſtorum.

SI poſſeſſor fundi, ante iudicium acceptum, duobus heredibus relictis, deceſſerit: & ab altero ex his, qui

a Aeſtimatio vim habet emptionis. Igitur æſtimatione rei præſentis, præſtita, dominiū rei ſtatim tranſit in poſſeſſorem rei abſentis, cùm eius poſſeſſionem nactus fuerit voluntate actoris, *hac lege & l.47.* ꝟ.*eo.*

† *al.* finito, *al.* facto.

b *l.1.3.* ꝟ. *pro emp.*

c *v.l.7.* ꝟ.*de Publiciana.*

d Immo actor eo caſu cauere non ſolet, *l.69. infr. eo.*

e neceſſarij & vtiles, 2. *Gaius* 1. §. 8. *l.46. inf. de vſuris.* Bonæ fidei poſſeſſor nullam actionem de ſumptibus habet, ſed retinere poteſt, in quantum fundus melior factus eſt, compenſatis fructibus ante litis conteſtationem perceptis. 15. *Ecl.* 1. *c* 47.

f nec enim is qui donauit tenetur euictionis donatario, *v. l.2. Cod. de euict.*

g *l.27.* §. *vlt.* ꝟ. *eo.* §. 30. *Inſtit. de rerum diuiſ.*

h i. per officium, vt ſit ἀσύνδετον. ſunt enim hæc duo remedia, non vnum.

i v. quæ ſcripſi ad *l.11.* ꝟ. *de noxal.*

k propterea quod melior factus eſt fundus.

l aduerſus actorem: ideóque poſſeſſori bonæ fidei eo caſu datur non tantùm exceptio, ſed & actio.

m *v.l.65.inf.eo.*

n alij legunt *à lite conteſtata.* Ex his lectionibus duæ naſcuntur theſes: Vna, bonæ fidei poſſeſſorem fructus ante litem conteſtatam perceptos imputare ſumptibus à ſe factis. Altera bonæ fidei poſſeſſorem à lite conteſtata fructus perceptos cum expenſis quas fecit compenſare: & hæc verior eſt lectio: quanquam prior iuuari videatur, *l.65. inf. eo.* o qui excedit fructus perceptos. vide tamen in hunc locum Socinum *regula* 298. p ratio decidendi in hoc verbo latet. q Pars ædium, ſolum, *vt hic.* pars fundi ita ſunt fructus pendentes, *l.44.* ꝟ. *eo.* vt & villa, *l. ſi. ita in fi.* ꝟ. *de inſtructo* area, inſulæ, *l. qui res,* §. *aream,* ꝟ. *de ſolutionib.* In vtero, partus pars eſt viſcerum matris, *l.1.* §. *ex hoc reſcripto.* ꝟ. *de liberis agnoſcendis.* aqua viua, putei, *l.16.* §. *qui puteum.* ꝟ. *de vi.* vſusfructus dominij, *l.4.* ꝟ. *de vſuf. l. ſi à reo.* §. *ſi reo. inf. de fideiuſſorib.* adde quæ dixi de parte, *l.44.* ꝟ. *eod.* r *l.23.* ꝟ. *de vſucapionibus.* ſ Cur? Naues non ita cohærent mari vt ædificium ſolo. Partes itaque rei dicuntur, quæ rei ſiue corpori conſtanter cohærent, non quæ momentariè. Proinde qua ratione, ſolum velut pars ædium eſt, eiſque ſubiacet, eadem mare nauibus non ſubiacet.

t id eſt, aliàs non. u *l.12.* §. 3. ꝟ. *ad exhibendum*: *v. l.25. inf. de verb. ſignif.*

x atqui boue mihi legato, eóque mortuo, neque caro, neque corium, vtcumque ſuperſint ex re legata, mihi debentur, *l.49.* ꝟ. *de leg. 2.*

y non tamen ſemper ius agendi rei ipſi æquipollet, *l.204.* ꝟ. *de reg. iur.*

z Emptor ante traditionem, in rem ipſam actionem non habet, ſed hæres habet actionem de rebus hereditariis, etiam priuſquam poſſederit. 15. *Ecl.* 1. c. 50. a *l.40. inf. de act. emp. l. pen. C. hoc. tit.*

b vindicatione. c conteſtatum. d ſi culpa eius res deterior facta fuerit. e ſi rem alienauerit. f officio iudicis. g aliud poſt, *l.87.* ꝟ. *de reg. iur.*

h τὸν σπόρον. 15. *Ecl.* 1. c. 53. Atque ita, euicto fundo, poſſeſſor conſita in eo fundo tollere non poteſt, etiamſi eum fundum excoluit & conſeuit, *l.25.* ꝟ. *de vſuris, l.14. inf. de donat. l.9.* ꝟ. *de adquir. rer. dominio.*

i ſunt enim pars fundi, *v. l.14.* ꝟ. *eod.* k *l.35.* § 9. *inf. de bon. libert. l.2. Cod. de calumn.* l patrocinio

m Eſt enim aliud vindicare, aliud vindicanti patrocinium præſtare. Sententia vindicanti nocet non eius aduocato. At enim dices, eum, qui legatum petenti patrocinium præſtiterit, remoueri eo nomine ab accuſatione inofficioſi, *l. vlt.* ꝟ. *de inoff.* Cur tam variè (vel ideo quod ſolus conſenſus teſtamentum adprobare poteſt, qui ad amittendum dominium non ſufficit, *l.17.* §. 1. *inf. de adquir. poſſeſſ.* Huc etiam refer *l.13. in fi. infr. de contrah. empt.*

totum fundum poſſidebat, totus petitus fuerit: quin in ſolidum *a* condemnari debeat, dubitari non oportet.

De peculio.

56. *Idem.* lib. 78. Digeſtorum.

VIndicatio non vt gregis *b*, ita & peculij *c* recepta eſt: ſed res ſingulas is, cui legatum peculium eſt, petet.

Si duo vindicent fundum.

57. *Alfenus* lib. 6. Digeſtorum.

IS, à quo fundus petitus erat, ab alio eiuſdem fundi nomine conuentus eſt. Quærebatur: ſi alterutri eorum, iuſſu iudicis, fundum reſtituiſſet, & poſtea ſecundum alterum petitorem "res" iudicaretur, quemadmodum non duplex damnum traheret? Reſpondi: vter prior iudex iudicaret, eum oportere: ita fundum petitori reſtitui iubere, vt poſſeſſori caueret *d*, vel ſatiſdaret, ſi alter fundum euiciſſet, eum præſtare.

Si ſeruus vindicetur & eiuſdem nomine furti agatur.

*58. *Paulus* lib. 3. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

A Quo ſeruus petebatur, & eiuſdem ſerui nomine cum eo furti agebatur: quærebat, ſi vtroque iudicio condemnatus eſſet, quid ſe facere oporteret? Si prius ſeruus ab eo euictus eſſet: reſpondit, non oportere iudicium cogere, vt eum traderet, niſi ei ſatiſdatum eſſet, (quod pro eo homine iudicium accepiſſet) ſi quid ob eam rem datum eſſet, id rectè præſtari: ſed ſi prius de furto iudicium *e* factum eſſet: & hominem noxæ dediſſet, deinde de ipſo homine ſecundum petitorem iudicium factum eſſet, non debere ob eam rem iudicem, quod hominem non traderet, litem æſtimare, quoniam nihil eius culpa, neque dolo contigiſſet, quo minus hominem traderet *f*.

De his quæ alienis ædibus imponuntur.

59. *Iulianus* lib. 6. ex Minicio.

HAbitator *g* in aliena ædificia feneſtras, & oſtia impoſuit: eadem, poſt annum, dominus ædificiorum dempſit. Quæro: is, qui impoſuerat, poſſétne ea vindicare: Reſpondit, poſſe: nam * quæ alienis ædificiis connexa *h* eſſent, ea, quamdiu iuncta manerent, eorundem ædificiorum eſſe: ſimul atque inde dempta eſſent *i*, continuò in priſtinam cauſam reuerti *k*.

De poſſeſſore infante, vel furioſo.

60. *Pomponius* lib. 29. ad Sabinum.

QVòd infans, vel furioſus poſſeſſor perdidit, vel corrupit, impunitum *l* eſt *m*.

De naue refecta vel ædificata ex materia aliena.

61. *Iulianus* lib. 6. ex Minicio.

MInicius *n* interrogatus, ſi quis nauem ſuam aliena materia refeciſſet *o*, num nihilo minus eiuſdem nauis maneret? Reſpondit manere *p*. Sed ſi in ædificanda ea idem feciſſet, non *q* poſſe, Iulianus notat *r*: nam proprietas totius nauis carinæ *ſ* cauſam ſequitur.

De fructibus nauis. I. *De fructibus à malæ fidei poſſeſſore reſtituendis.*

62. *Papinianus* lib. 6. Quæſtionum.

SI *t* nauis à malæ fidei poſſeſſore petatur, & fructus æſtimandi ſunt, vt in taberna, & area quæ locari ſolent *u*. Quod non eſt ei contrarium, quod de pecunia depoſita, quam hæres non attingit, vſuras præſtare non cogitur *x*. nam *y* etſi maximè vectura, ſicut vſura, non natura peruenit, ſed iure *z* percipitur: tamen ideo vectura deſiderari poteſt; quoniam periculum nauis poſſeſſor petitori præſtare non debet, cùm *a* pecunia periculo dantis fœneretur *b*.

1 ¶ Generaliter autem, cùm de fructibus æſtimandis quæritur, conſtat animaduerti debere, non an malæ fidei poſſeſſor fruitus ſit, ſed an petitor frui potuerit *c*, ſi ei poſſidere licuiſſet. Quam ſententiam Iulianus quoque probat.

a *l.2.* §. 2. *verſ. ſed ſi vnius, infrà de prat. ſtipulationib.*

b *v. l.1.* §. 3. *l.2. l.3.* ꝟ. *eo.*

c & iurium incorporalium (petuntur enim confeſſoria) niſi per conſequentiam rei corporali accedant.

d *l.57. in fin.* ꝟ. *de petit. hered.* hoc enim modo ſalua res erit ei qui ad executionem tardior venit.

e i. res iudicata *l.13. inf. de except.* Cicero *pro Quintio*, vt res facto iudicio parata ſit, iudicatum ſolui ſatiſdari. Liuius 38. Tacito aſſenſu auditum decretú, vt vix in eadem ciuitate videretur factum iudicium & 8. Facto iudicio, viua ſub terram defoſſa & 6. Triſte iudicium factum.

f ſi ſeruum tuum vindico, & tertius noxali ob eundem vtatur, ſi vicero, ſeruus mihi non prius tradetur, quam præſtita tibi cautione indemnem te futurum aduerſus tertium agentem noxali: Si tertius primò vicerit, mihi non teneberis, eſt igitur potior noxalis, quam in rem actio.

g Inquilinus, *v. l.27. inf. locati: l.1.* §. 12. ꝟ. *de his qui deiecerunt.*

h Connexa ædibus, quandiu connexa manent, ædium ſunt.

i *l.43.* ꝟ. *eo. l.2. C. e.*

k *v. l.15. inf. de vſufr.*

l An ſaltem tenebitur eo nomine, eius tutor, curator, vel cuſtos?

m v. quæ notaui ad *l.* 13 ꝟ. *de off. præſidis.*

n vide ad hanc legem Antonium Fabrum 6. *Coniectur.* 15.

o ſecus eſt ſi nauem ex alienis tabulis fecero, *l.26.* ꝟ. *de adqu. rer.*

p quia tabulæ ſingulares adfixæ naui, per partes naui, quæ totum quoddam efficit, cedunt. q Non fit nauis dominus, qui eam ex alienis tabulis confecit, *vt hic,* Immo fit dominus, *d. l.26.*

r Rectè: Minicius enim diſtinctione vti debuit, ſi ex meis tuiſque promiſcuè tabulis ædifico nauem, mea nauis eſt, non tua: at ſi carinæ tuæ tabulas meas impono, tua nauis eſt. Tua carina inſtar ſoli eſt & fundi, & ideo proprietas totius nauis carinæ tuę cauſam ſequitur, i. tua eſt nauius proprietas, qui carinæ quaſi cuiuſdam ſoli dominus es. ſ cupreſſi, *l.26. inf. de adquir. rerum dominio.* t quæ aliena eſt naui, ex taberna, & area, quę venire ſolent 15. *Synopſ. Baſil.* 1. c.61. u mercedes & penſiones i. fructus ciuiles, rei vendicatione, vt naturales peti poſſunt. x *l.20.* §. 14. ꝟ. *de hereditatis petitione.* y i. ſicut pecunię periculum pręſtat qui eam fœnori dedit *Synopſ. Baſil.* ibidem.

z non ex aliquo corpore, ſed conuentione partium.

a fructum & vtilitatem alia natura præbent: alia iure. Iure vtilitatem præbent non natura nauis & pecunia: hæc vſuras: illa vecturam ſeu vecturæ pretium: adde *l.121. inf. de verb. ſignif.*

b ſenſus eſt. Poſſeſſor hæreditatis, qui pecuniam hæreditariam non attingit, vſuras quas non percepit, non debet, (nec enim inuenta eſt pecunia vt pariat vſuras) alioquin vſuræ peterentur contra naturam & originem pecuniæ. At qui naue hereditaria non vtitur, vecturas non tantum perceptas, ſed eas quas percipere potuit, præſtabit. nauis enim ad hoc inuenta eſt vt nauigetur, *l.12.* §. 1. ꝟ. *de vſufructu.*

c Fructus percipiendi intelliguntur qui à petitore percipi potuerunt *Bart.*

De eo qui culpa poſſeſſionem amiſit.

63. *Idem* lib. 12. Quæſtionum.

SI culpa, non *a* fraude quis poſſeſſionem amiſerit: quoniam pati debet æſtimationem: audiendus erit à iudice, ſi *b* deſideret, *vt aduerſarius c actiones ſuas d cedat*, cùm tamen prætor auxilium *e* quandoque laturus ſit, quolibet alio poſſidente, nulla captione adficietur. Ipſo *f* quoque, qui litis æſtimationem perceperit, poſſidente, debet adiuuari: nec *g* facilè audiendus erit ille, ſi velit poſtea pecuniam, quam ex ſententia iudicis periculo iudicati recepit *h*, reſtituere.

De his quæ vſui non fructui ſunt.

64. *Idem* lib. 20. Quæſtionum.

CVm in rem agitur, eorum quoque ‖ nomine ‖ quæ vſui non fructui ſunt *i*, reſtitui fructus certum eſt.

De emptore pignoris, qui pecuniam creditori ſoluit, & fructus percepit. 1. De ancilla filiæ conceſſa.

65. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

EMptor *k* prædium, quæ à non domino emit, exceptione doli poſita, non aliter reſtituere domino cogetur, quàm ſi *l* pecuniam creditori eius ſolutam, qui pignori datum prædium habuit, vſurarúmque medij temporis ſuperfluum recuperauerit: ſcilicet ſi *m* minus in fructibus ante litem ‖ perceptis fuit. Nam eos vſuris nouis duntaxat compenſari, ſumptuum in prædium factorum exemplo *n*, æquum eſt *o*.

1 ¶ Ancillam, quæ non *p* in dotem data, ſed in peculium ‖ filiæ ‖ *q* conceſſa eſt *r*, peculio filiæ non ſ legato mancipium hereditarium *t* eſſe conuenit. Si tamen pater dotis, ac peculij contemplatione filiam exhæredauit: &, ea *u* ratione *x* reddita, nihil defenſio *y* tuebitur voluntatis *z*.

De re quæ conditione exiſtente noſtra eſſe definet.

66. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

NOn ideo minus rectè quid noſtrum eſſe vindicabimus, quod abire à nobis dominium ſperatur *a* ſi conditio legati, vel libertatis exſtiterit.

De pecunia inuenta in domo aliena.

67. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

A Tutore pupilli domum mercatus, ad eius refectionem fabrum induxit. Is pecuniam inuenit. Quæritur, ad quem pertineat? Reſpondi, ſi *b* non theſauri *c* fuerunt, ſed pecunia fortè perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata *d*: nihilominus eius eam eſſe cuius fuerat *e*.

Si condemnatus non reſtituit.

68. *Vlpianus* lib. 51. ad Edictum.

QVi reſtituere *f* iuſſus, iudici non paret, contendens non poſſe reſtituere: ſi *g* quidem habeat rem, manu militari *h*, officio iudicis, ab eo poſſeſſio transfertur *i*: & fructuum duntaxat, omniſque cauſæ nomine condemnatio fit.

¶ Si verò non poteſt reſtituere, ſi quidem dolo fecit *k*, quominus poſſit, is, quantum aduerſarius in litem *l* ſine vlla taxatione in infinitum iurauerit, damnandus eſt. Si verò non poteſt reſtituere, nec dolo fecit, quo minus poſſit, non pluris, quàm ‖ quanti ‖ res eſt, quanti aduerſarij interfuit *m*, condemnandus eſt. Hæc ſententia generalis ‖ eſt *n* & ad omnia, ſiue interdicta, ſiue actiones in rem, ſiue in perſonam ſunt, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur, locum habet.

De eo qui dolo fecit quo minus poſſideret.

69. *Paulus* lib. 13 ad Sabinum.

IS, qui dolo fecit *a*, quo minus poſſideret, hoc quoque nomine punitur, quòd actor cauere ei non *b* debet, *actiones quas eius rei nomine habeat ſe ei præſtaturum*.

70. *Pomponius* lib. 29. ad Sabinum.

NEc quaſi *c* Publicianam quidem actionem ei dandam placuit, ne in poteſtate cuiuſque ſit per rapinam ab inuito domino rem iuſto *d* pretio comparare.

71. *Paulus* lib. 13. ad Sabinum.

QVòd ſi poſſeſſor quidem dolo fecit, actor verò iurare non vult *e*, ſed quanti res ſit, aduerſarium condemnari maluit: mos ei gerendus eſt.

Si non dominus qui rem vendidit domino ſucceſſerit.

72. *Vlpianus* lib. 17. Edictum.

SI *f* à *g* Titio fundum emeris Sempronij *h*: & tibi traditus ſit, pretio ſoluto: deinde Titius Sempronio heres extiterit *i*, & eundem alij vendiderit & tradiderit: æquius eſt, vt tu potior ſis. Nam & ſi ipſe venditor eam rem à te peteret *k*, exceptione eum ſummoueres.

¶ Sed & ſi ipſe poſſideret, & tu peteres, aduerſus exceptionem, dominij replicatione vtereris.

De parte domini deſignanda. 1. De ſuperficiario.

73. *Idem* lib. 17. ad Edictum.

IN ſpeciali actione non cogitur poſſeſſor dicere, pro qua parte eius ſit. Hoc enim petitoris munus eſt, non poſſeſſoris *l*. quod in Publiciana obſeruatur,

1 ¶ Superficiario *m*. (

74. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

ID eſt, qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certam penſionem præſtet,)

75. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

PRætor, cauſa cognita, in rem actionem *n* pollicetur.

De vindicatione partis. 1. Incertæ.

76. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

QVæ *o* de tota *p* re vindicanda *q* dicta ſunt, eadem & de parte intelligenda ſunt *r*, officióque iudicis continetur, pro modo partis ea quoque reſtitui iubere, quæ ſimul cum iſa parte reſtitui debent.

1 ¶ Incertæ *ſ* partis vindicatione datur, ſi iuſta cauſa interueniat.

¶ Iuſta autem cauſa eſſe poteſt, ſi fortè legi Falcidiæ locus ſit in teſtamento, propter incertam detractionem ex legatis, quæ vix apud iudicem examinatur: iuſtam enim habet ignorantiam legatarius *t*, cui homo legatus eſt, quotam partem vindicare debeat. Itaque talis dabitur actio. Eadem & de ceteris rebus intelligemus.

Si mulier rem donatam conduxit.

77. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

QVæ eam mulier fundum ‖ ita ‖ non marito donauit per epiſtolam & eundem fundum ab eo conduxit *u*, poſſe defendi in rem ei competere, quaſi per *x* ipſam adquiſierit poſſeſſionem, veluti per colonum. Proponebatur quòd etiam in eo agro qui donabatur fuiſſet, cùm epiſtola emitteretur: quæ *y* res ſufficiebat *z* ad traditam poſſeſſionem, licèt conductio non interueniſſet.

De fructibus & bonæ fidei poſſ.

78. *Labeo* lib. 4. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI eius fundi, quem alienum poſſideres *a*, fructum non coëgiſti *b*. nihil eius fundi fructuum nomine te dare oportet. *Paulus*: Immò, quæritur, huius fructus idcirco factus eſt, quòd is eum ſuo nomine perceperit. * Perceptionem *c* fructus accipere debemus, non ſi perfecti *d* collecti, ſed etiam cœpti *e* ita percipi, vt terra continere ſe fructus deſierint: veluti ſi oliuæ, vuæ lectæ, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum ſit: ſtatim enim ipſe accepiſſe fructum exiſtimandus eſt.

a Dolo ſeu fraude & culpa quis deſinat rem alienam poſt litem conteſtatam poſſidere, intereſt. Priori caſu, quanti in litem iuratū: poſteriore, quanti re vera intererit, reus condemnabitur. Quin priore caſu actor, qui litis æſtimationem percepit actiones ſuas cedere ei non debet: ſed neque Publiciana qui ita deſiit dolo poſſidere, rem perſequi poterit, *l*.25.§. *eo*. poſteriore verò caſu actiones ceduntur. *l*.21.§. *eo*. quia & non ceſſis actionibus datur Publiciana à Prætore, *vt hac lege*.
b tunc enim ſecus, *l*.59.ʒ. *eo*.
c petitor ſcil.
d quibus aduerſus nouos rei poſſeſſores vtatur, ſed & aduerſus ipſum petitorem ſi res ad eum peruenerit.
e Auxiliaris hæc Publiciana eſt, non ordinaria.
f Publiciana igitur datur hoc caſu aduerſus dominum, qui rei & litis ipſius æſtimationem accepit.
g Qui litis æſtimationem accepit non poteſt reſcindere huiuſmodi venditionem reddita litis æſtimatione, quam condemnatus præſtitit ſuo periculo, vt puta ſub incerto amiſſæ rei recuperandæ.
h *l*.22. *C. mandati*.
i id eſt, quæ vſu conſumũtur. *l*. 2 ʒ. *de vſuf. earum rerum*.
k Qui prædium alienum emit, non aliter domino reſtituit, quàm ſi pecuniam eius creditori ſolutam, qui pignori datum prædium habuerit, recuperauerit 15. *Ecl*. 1. *c*.65.3. *Harm*.3.§.98. De his verò quæ ſequuntur,, apud Eclogæ Scholiaſten illo loco: Si enim pretium ſoluerit, cur non haberet actionem contra venditorem? quærendum eſt quomodo hic cohæreant. l *l*.89.§.1. *inf. de leg*. 2. m *l*.48.§. *eo*. *l*.1. *in fi. inf. de pig*. n *l*.48.§. *eod*. o i. emptor pignoris aut hypothecæ, non prius cogitur pignus domino reſtituere, quam pretio recepto. Quòd ſi vſuras pretij petit, ab eo viciſſim fructus pignoris petentur quod ſi hæ vſuræ fructus à ſe perceptos exſuperant, ſuperfluum vſurarum iuſtè poſtulabit. p Quid ſi in dotem data fuiſſet? filia exhæredata eam haberet, *l. vn*. §. *videamus C. de rei vxoria actione*. q nuptura. r à patre
ſ *l*.12. *C. de collation*. t Peculiare mancipium filiæ meæ, ſi non id ei legauero, me mortuo, peculiare eſſe deſinit, & hereditarium fieri incipit. u vt ſi dixero *filiam meam exheredo, quòd à me dotis nomine ancillam habuerit*. x Ratio auget, minuit & conſtituit legatum, *Albericus hic*. vt & inſtitutionem heredis.
y Enuntiatiua verba quæ cauſam continent, exceptionem meram inducunt, *vt hic*. z Ancillam habebit, quando patris eius voluntas talis fuerit.
a *v. l*.12. §. *res. infra familiæ. l*.205. *inf. de reg. iur*. b Synopſis Baſilic. 15. περὶ θησαυρῶν εὑρισκομένων c.67. Theſaurus igitur inuentus, ad emptorem pertinere ſolet. c v. quæ notaui ad *Nou. Leon*. 51. *de Theſauro*. d *v. l*.31. *in fi. inf. de acquir. rer*. e Pucunia inuenta in domo per me empta, eſt venditoris, non mea niſi ſit theſaurus. *Zaſius*. Igitur theſaurus, continuò non eſt pecunia fortuito effoſſa. Non enim theſaurus eſt pecunia perdita, vel per errorem, ab eo ad quem pertinebat, non ablata, 15. Synopſis Baſilic. 1. *ex lib*. 9. *tit*. 3. *c*.67. περὶ θησαυρῶν εὑρισκομένων. f vide *Duarenum in tract. de in litem iur. n*.44. *Coraſ*. 6. *Miſcell*. 2.
g *v. Zaſium* 2. *reſponſorum* 21. h *v. l*. 2. *C. de his qui latrones*.
i *v. l*.36. *inf. de liberali cauſa*.
k nam ob eam cauſam in litem iuratur, non etiam ob culpam, *l*.5.§.3. *inf. de in litem iur*. l iuratur in litem aduerſus eum qui dolo poſſidere deſiit: hæc enim propria eius eſt, qui dolo poſſidere deſiit condemnatio, *l*. 2. *inf. de in litem iur*. *l. vlt*. §. *iuſſus inf. de appell*. m notanda ſunt hæc auxilia aduerſus non reſtituentem, rei ablatio, in litem iuratio, intereſſe prœſtatio, rei veræ æſtimatio, cautionis exactio, *l*.69. *inf. eod*. n id eſt, locum habet in actionibus bonæ fidei, & in ceteris in ſtricti iuris, *d. l*. 1.

y Conductio rei propriæ traditionis vim habet, dixi *l*.20. *C. de locato*.
z *v. l*.62. ʒ. *de euict*. Per eum qui conſtituit ſe alterius nomine poſſidere, adquiratur poſſeſſio, & amplius per eam dominium transfertur.
a bona fide *Græci*. b Cogit fructus qui terit frumentum, vel premit vuas, *l. ſi fructuarius*, 13. ʒ. *quib. modis vſusfructus* (vt authore Nonio Marcello, cogitur pecus ſi premantur vbera.) Percipitur verò fructus, puta frumentum, ſilua cæſa nondum trita, vinum, vindemiáve, vua adempta nondum expreſſa, *l*. ʒ. *eod*. His diſtinctis Labeo hic putat, bonæ fidei poſſeſſorem vindemiam non reſtituere, quam non coëgit. Paulus contra putat bonæ fidei poſſeſſorem vindemiam reſtituere quam percepit, etiamſi non coëgit.
c Percipere fructus quid, *v. Cuiac*. 11. *obſer*. 39.
d perfectè. *Hal*.
e id ſcitu vtile eſt; bonæ quippe fidei poſſeſſor fructus ſtatim, vel vt quoquo modo à ſolo ſeparati ſunt lucratur. *v. l*. 25. §. 1. *in fi*. ʒ. *de vſuris*. *v. l*.48. ʒ. *de adquirendo rerum dominio*.

a *l*.63. §. *eod*.
b Imò debet, *l*.12. ʒ. *de re iud*. quam vide.
c quaſi Publicianam, idem quod vtilis.
d iniuſto pretio. *Haloand*. adde *l*.9. ʒ. *rerum amotarũ*.
e Poteſt enim iurare, *l*.68. §. *eo*.
f Si fundum Titij mihi vendideris, eumque tradideris alteri, ego ſum potior: quippe ſi ego poſſideam, & tu petas, exceptione te ſubmoueo: ſi tu poſſideas, perſequor. Ita Græci huius facti ſpeciem ponunt. 15. *Eclog*. 1. *c*.12.
g *v. l*. 2. ʒ. *de except. rei iudic*.
h atque ita alienum.
i *v. l*.38. §. 4. ʒ. *de ver. obl. l*.4. *l*.31. *de dolo*.
k *l*. 17. ʒ. *de actionibus*.
l *l*.4. *C. de edendo*.
m *l*.74. ʒ. *eod*. *l*. §.3. *inf. de Publiciana*, *l*.1.2. *inf. de ſuperficiebus*.
n Vtilem, *l*.16. *fi*. ʒ. *de pignoribus*.
o Argumentum à toto ad partem, adde quæ ſcripſi ad *l*.33. ʒ. *de leg*. & *ad* §.12. *Inſt. de legatis*: & Theoph. ibid.
p cum fructibus poſt litem motam & omni cauſa.
q à domino, licet: cùm res alio poſſidetur.
r *l*.50. *in fin*. *de adminiſt. tut*. quando eadem ſit ratio & totum & partes eodem iure cenſeantur, ſecus in odioſis Bar.
ſ *l*.1. §. *fi*. ʒ. *ſi pars hereditatis*: *l*. 1. *inf. comm. diuid*. An in pecuniæ ... Deo factum ... Licinius Pontifex Maximus negauit; aliud tamen ... ctius, collegium Pontificum ... uit, cuius idem decretum Senatus Conſulque ſecutus eſt. vide ... *lib*. 31.
t facit *l*.49. ... *l. Falcid*.
u v. quæ ſcripſi ad *l*.28. *C. de donationibus*; *l*.32. §.1. *de adquir. poſſeſſ*.
x *v. l*.37. ʒ. *de adquir. poſſeſſ*.

De fru

De fructibus ſerui petiti qui mortuus eſt.

79. *Idem* lib. 6. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI hominem à me *a* petieris, & is poſt litem conteſtatam mortuus *b* ſit: fructus, quoad *c* is vixerit, æſtimari oportet *d*. *Paulus*: Ita id verum eſſe puto, ſi non prius is homo in eam valetudinem inciderit, propter quam operæ eius inutiles factæ ſunt: nam, ne ſi vixiſſet quidem in ea valetudine, fructus eius temporis nomine æſtimari conueniret.

Si quis neget ſe poſſidere.

80. *Furius Anthianus* libro primo ad Edictum.

IN rem *e* actionem pati non compellimur: quia licet alicui dicere, *ſe non poſſidere* f, ita vt ſi poſſit aduerſarius conuincere *g*, rem ab aduerſario poſſideri, transferat ad ſe poſſeſſionem *h* per iudicem *i*, licet ſuam eſſe non adprobauerit.

DE PVBLICIANA *k* IN rem actione *l*.

TIT. II.

Edictum 1. *De re vſucapta.* 2. *De traditione aliiſque modis acquirendi dominium.*

Vlpianus lib. 16. ad Edictum.

AIt prætor: *ſi quis id quod traditur* m *ex iuſta cauſa non* n *à domino, & nondum vſucaptum* o *petet; iudicium dabo.*

1 ¶ Meritò prætor ait, *nondum vſucaptum*: nam, ſi vſucaptum eſt, habet ciuilem *p* actionem *q*, nec deſiderat honorariam.

2 ¶ Sed cur *r* *traditionis* dumtaxat, & *vſucapionis* fecit mentionem, cum ſatis multæ ſint iuris partes *ſ*, quibus dominium quis nanciſceretur *t*: vtputa legatum.

2. *Paulus* lib. 15. ad Edictum.

VEl *u* mortis cauſa donationes factæ: nam *x* amiſſa poſſeſſione competit Publiciana, quia *y* ad exemplum legatorum *z* capiuntur *a*.

De cauſa traditionis.

3. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

SVnt & aliæ pleræque *b*. 1 ¶ Ait prætor, *ex iuſta cauſa* c *petet.* qui igitur iuſtam cauſam traditionis habet, vtitur Publiciana. ¶ Et non ſolum emptori bonæ fidei competit Publiciana: ſed & aliis, vt puta ei, cui dotis nomine tradita res eſt, necdum vſucapta: eſt enim iuſtiſſima cauſa *d*, ſiue æſtimata *e* res in dotem data ſit, ſiue non. Item ſi res ex cauſa iudicati ſit tradita:

4. *Paulus* lib. 17. ad Edictum.

VEl ſoluendi cauſa *f*:

5. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

VEl ex cauſa noxæ deditionis *g*: ſiue vera cauſa ſit, ſiue falſa.

Si ſeruus ex noxali cauſa ducatur.

6. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

ITem ſi ſeruum ex cauſa noxali, quia non defendebatur, iuſſu prætoris duxero *h*, & amiſero poſſeſſionem: competit mihi Publiciana.

De re adiudicata. 1. *De eo qui ſoluit litis æſtimationem.* 2. *De eo qui emit à furioſo.* 3. *De cauſis lucratiuis.* 4. *Si quis emerit à minore.* 5. *De permutatione.* 6. *Hoc iudicium eſſe petitorium.* 7. *De Iureiurando.* 8. *Collatio huius actionis & rei vindicationis.* 9. *De ſucceſſoribus.* 10. *Si ſeruus, vel procurator, vel tutor, vel curator, vel negotiorum geſtor emerit.* 11. *De bona fide emptoris & dolo venditoris.* 12. *De fide defuncti & heredis.* 13. *Si ſeruus emerit.* 14. *De emptione & bona fide, & rei traditione.*

7. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

SEd & ſi res adiudicata ſit *i*, Publiciana actio competit.

1 ¶ Si lis *k* fuerit æſtimata, ſimilis *l* eſt venditioni, & ait Iulianus libro Vigeſimo ſecundo Digeſtorum, ſi obtulit reus æſtimationem litis *m*, Publicianam competere.

2 ¶ Marcellus libro ſeptimo decimo Digeſtorum ſcribit.

EVm *n*, qui à furioſo ignorans *o* eum furere, emit *p*, poſſe vſucapere. ergo *q* & Publicianam habebit *r*.

3 ¶ Sed & ſi quis ex lucratiuis cauſis rem accepit, habet Publicianam, quæ etiam aduerſus donatorem competit: *eſt* a *enim iuſtus poſſeſſor, & petitor, qui liberalitatem accepit.*

4 ¶ Si à minore quis emerit ignorans eum minorem eſſe, habet Publicianam.

5 ¶ Sed & ſi permutatio *b* facta ſit, eadem actio competit.

6 ¶ Publiciana actio ad *c* inſtar proprietatis *d*, non ad inſtar poſſeſſionis *e* reſpicit.

7 ¶ Si petenti mihi rem, iuſiurandum detuleris, egóque iurauero *rem meam eſſe*, competit Publiciana mihi, ſed aduerſus te dumtaxat. *f* ei. n. ſoli nocere debet iuſiurandum, qui detulit. Sed ſi poſſeſſori *g* delatum erit iuſiurandum, & iurauerit *rem petitoris non eſſe*: aduerſus eum ſolum petentem exceptione vtetur, non vt & habeat actionem.

8 ¶ In Publiciana actione omnia eadem *h* erunt, quæ & in rei vindicatione diximus.

9 ¶ Hæc actio & hæredi, & [in] honorariis ſucceſſoribus *i* competit.

10 ¶ Si ergo non emero, ſed ſeruus meus *k*, habebo Publicianam. Idem eſt, & ſi procurator meus, vel tutor, vel curator, vel quis alius negotium meum gerens emerit.

11 ¶ Pretor ait, *qui bona* l *fide emit.* Non igitur omnis emptio proderit, ſed ea, quæ bonam fidem habet. proinde hoc ſufficit, me bonæ fidei emptorem fuiſſe, quamuis non à domino emerim, licet ille callido conſilio vendiderit: neque. n. dolus venditoris mihi nocebit *m*.

12 ¶ In hac actione non oberit mihi, ſi *n* ſucceſſor ſum, & dolo fecit, cum is, in cuius locum ſucceſſi, bona fide emiſſet: nec proderit ſi dolo careo, cum emptor, cui ſucceſſi, dolo feciſſet.

13 ¶ Sed enim ſi ſeruus meus emit *o*: dolus eius erit ſpectandus, non meus: vel contra.

14 ¶ Publiciana, tempus emptionis continet, & ideo neque quod *p* ante emptionem, neque quod poſtea dolo malo factum eſt, in hac actione deduci, Pomponio videtur.

15 ¶ Bonam autem fidem ſolius emptoris continet.

16 ¶* Vt igitur Publiciana competat, hæc debent concurrere: vt & bona fide quis emerit, & ei res empta, eo nomine ſit *q* tradita *r*. Cæterùm ante traditionem, quamuis bonæ fidei quis emptor ſit, experiri Publiciana non poterit.

17. *Iulianus* libro ſeptimo Digeſtorum ſcripſit.

TRaditionem rei empte oportere bona fide fieri *ſ*. ideóque ſi ſciens *t* alienam poſſeſſionem adprehendit, Publiciana eum experiri non poſſe: quia vſucapere non poterit. Nec quiſquam putet, hoc nos exiſtimare, ſufficere initio traditionis ignoraſſe rem alienam, vti quis poſſit Publiciana experiri: ſed oportere & tunc *u* bona fide emptorem eſſe.

De pretij ſolutione.

8. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

DE pretio *x* vero ſoluto nihil exprimitur: vnde poteſt coniectura capi *y* quaſi nec ſententia prætoris ea ſit vt requiratur, an ſolutum ſit pretium.

De traditione. 1. *vel quaſi.* 2. *De tradiditione præcedente.* 3. *De re hereditaria emptori hereditatis tradita.* 4. *Si duo ſeparatim emerint eandem rem.* 5. *De his quæ vſucapi non poſſunt.* 6. *De ſeruo emptoris.*

9. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

SIue autem emptori res tradita eſt, ſiue heredi emptoris, Publiciana competit *z* actio.

1 ¶ Si quis rem apud ſe depoſitam, vel ſibi commodatam emerit, vel pignori ſibi datam: pro *a* tradita erit *b* accipienda, ſi poſt emptionem apud eum remanſit *c*. 2 ¶ Sed & ſi præceſſit traditio emptionem, idem erit dicendum. 3 ¶ Item ſi hereditatem emero, & traditam mihi rem hereditariam *d* petere velim: Neratius eſſe ſcribit, Publicianam. 4 ¶ Si *e* duobus quis ſeparatim vendide-

a qui dolo non poſſideo.
b Sine dolo & culpa mea. v. ad hanc legem Antonium Fabrum 2. *coniectur.* 6.
c Imo fructuum hic non habetur ratio vſque ad diem mortis tantum: ſed vſque ad rei iudicandæ tempus. *l.* 33. *ſ. eod.*
d *l. pen. ſ. de cond. tritic.*
e Aliud in perſonali. *l. vlt. infr. de contrahenda empt. & l.* 2. *ſ. de hereditate vel actione vendita.* Cur? poſſeſſio ſola hic actionis in rem cauſa eſt, qua teneri deſinit, qui ſine dolo malo poſſidere deſinit. In perſonali, aliud eſt.
f v. *l.* 36. *ſ. eod.*
g ſubaudi negantem. v. *Authenticam ſi poſſeſſor. Cod. qui potiores.*
h Hæc enim pœna mendacis poſſeſſoris. *Nouell.* 18. c. 10.
i v. *l.* 58. *ſ. eod.*
k 2. *Harm.* 1. *in fi.*
l quæ & publicianum iudicium *l.* 13. §. 1 *inf. eod.*
m i. quod traditum eſt.
n id eſt à non domino: ab eo qui non eſt dominus.
o *l.* 13. *inf. eo.* §. 4. §. 31. *Inſt. de act.*
p rei vindicationem, de qua ſuperiore titulo dictum eſt.
q *l.* 8. *C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *annor.*
r Rationem hic nullam adfert Iuriſconſultus.
ſ ſpecies, modi, cauſæ.
t ſine traditione.
u vide Cuiacium 10. *obſ.* 28.
x Quidam legunt *in quibus amiſſa.*
y *al.* quæque.
z *l. vlt. C. de mor. cauſ.*
a id eſt, adquiruntur ipſo iure, ſcilicet ſine traditione. v. *Cuiac.* 10. *obſ.* 28.
b cauſæ ſcilicet, ex quibus dominium transferatur ſine Poſſeſſione, id eſt corporali rei præſtatione.
c adquiſitionis: *l.* 5. *inf. eod.*

d *l.* 1. *inf. pro dote.* e *l.* 7. §. 1. *inf. eod.* f *l.* 46. *inf. de vſuc.* g *l.* 28. *inf de noxal.*
h *l.* 2. §. *fin. ſ. ſi ex noxali cauſa.* i In iudicio diuiſorio, §. 5. *Inſt. de officio iudicis.*
k *l.* 46. *ſ. de rei vind.*
l Æſtimatio litis, ſimilis eſt venditioni. v. *l.* 22. *inf. rerum amotarum. l.* 3. *inf. pro emptore.* m *l.* 3. *in fi. ſ. eod.*
n Qui à furioſo imprudens emit Publicianam habet, poteſt. n. vſucapere. *vt hic.* Idem eſt ſi à minore imprudens emerit, vel permutatione vel donatione acceperit, §. 4. §. 5. *inf. eod.* 15. *Ecl.* 1. *ex tit.* 2. *c.* 2. 3. *Harm.* 3. §. 105. 106.
o Putatiuus titulus, vſucapiendi conditionem inducit, & conſequenter Publicianam p v. *l.* 2. *C. de contrah. empt.*
q Argumentum ab vſucapione ad Publicianam: ſeu à facultate vſucapiendi, ad Publicianæ mouendæ facultatem.
r Immo, non habet, *l.* 2. §. 16. *infr. pro empt.* Cuiacius in eadem *l.* 2. putat mendum eſſe. Antonius Mercator 2. *notat.* 17. tradit ex ſententia Cuiacij *d. l.* 2. ad ius ſtrictum & ſummum referri quod furioſum tuetur, non emptorem: hanc verò legem vtilitatis ratione niti, quæ emptorem non furioſum tueatur. Emptoris vocabulo, bonæ fidei: furioſi, inumbratæ quietis, *l.* 18. *ſ. de acquir. poſſ.* cui langueat animus hominem intelligi *l.* 44. §. 6. *inf. de vſuc* Vel ita Publiciana non competit aduerſus furioſum, aut eius heredem, v. *d. l.* 2. §. 6. com-

petit aduerſus rei dominium extraneum: *vt hic* vel ita competit Publiciana, ſi furioſus rem extranei vendidit vt eorum damnum ſit non competit, ſi rem propriam vẽdidit
a Hinc illud noſtri, i. Franci, *Il n'y a ſi belle acquiſition que de don.*
b Procuratione quicquid adquiſiuit, Publiciana vti poteſt.
c μίμησιν ἔχει δεσποτείας *Synop. Baſil. illo loco*: adde §. 1. *inf. eod.* & 2. *Harm.* 1. §. 71.
d dominij.
e nudæ.
f *v. l.* 3. *in fin. ſ. de iureiur.*
g *l.* 11. *ſ. de iureiur.*
h adde §. 6. *ſ. eod.*
i *l.* 12. §. 1. *inf. eod.*
k *l.* 9. *in fi. inf. eod.*
l Publiciana omni emptori bonæ fidei competit, nec ei dolus venditoris nocet. *Ecl. illo loco.*
m *l.* 4. §. 31. *ſ. de doli mali.*
n *v. l.* 6. *ſ. de itinere actuque priuato.*
o *v. l.* 21. *infr. de contrah. empt.*
p Publicianam nemo habet antequam per traditionem rem acceperit, quamuis emptor bonæ fidei ſit. *Ecl. illo loco.*
q in dubio tamen quis præſumitur poſſidere ex cauſa præcedentis tituli. *Bart.*
r *l.* 10. *l.* 48. *inf. de vſucap. l.* 2. *inf. pro emptore.*
ſ adde *l.* 7. §. 4. *ſ. eod. l.* 12. §. 1. *ſ. eod.*
t Scientia non ſimpliciter rei alienæ, ſed iniuſtæ poſſeſſionis malã fidem conſtituit. Prior ſcientia non impedit vſucapionem, dũmodo iuſta poſſeſſio ſit: poſterior impedit: vnde colligitur Publicianã non dari, niſi de re quę vſucapi poſſit, & ei qui vſucapere poſſit.
n i. initio traditionis: vt ait Hagiotheodoretus ἐν ἀρχῇ τῆς συστάσεως τῆς νομῆς: hoc ſenſu plus eſt bona fide emptorem eſſe, tum cum res empta per traditionem accipitur, quam ignorare alienam. Vt. n. mihi emptori, rei emptæ nomine competat, Publiciana non ſufficit tempore mihi traditæ poſſeſſionis ignoraſſe rem alienam eſſe, ſed hoc amplius exigitur, bona fide me emptorem eſſe, hoc eſt, me ſciuiſſe alienam poſſeſſionem non adprehendere: mala fides eſt, ſcire alienam eſſe poſſeſſionem, ſeu alienam poſſeſſionem mihi tradi. Non eſt mala fides rem alienam mihi tradi, *vt hic*, Quid ſcire rem alienam mihi tradi, éſtne mala fides? Cuiacius negat 6. *ad Afric. ad l.* 28. *ſ. de noxal.* Cenſet n. malam fidem non eſſe ſcientiam rei alienæ, ſed iniuſtæ poſſeſſionis, & hanc non illam vſucapionem impedire. x Publiciana emptor agens, non neceſſe habet probare pretium ſe ſoluiſſe venditori, aut ſibi fidem habitam de pretio, atque ita Quaſi dominium in emptorem transfertur, etiamſi non probet ſolutum pretium, aut ſibi fidẽ habitam de pretio. y Generaliter lex generalis accipi debet. v. tamen Soc. *reg.* 229. Vbi lex non diſtinguit, neque non diſtinguimus. *Bart.* z Quid ita: titulus ad heredẽ tranſmittitur & à defuncto poſſeſſionẽ habet. a adde *l. vlt. ſ. de except. rei vind.* v. l. 62. *ſ. de euict.* §. 44 *Inſt. de rer. diuiſ.* b Cur? ficta traditio ſufficit ad Publicianam habendam, *vt hic*, at non ad rei vindicationem: pretiũ. n. ſolutum eſſe oportet vel fidem habitã de pretio. c ſic retinuit. Retentione rei adquiritur dominiũ, *vt hic*, & *l.* 7. §. 1. *ſ. eo. l.* 77. *ſ. de rei vind. l.* 8. *in fi. inf ſi certum*: *Auth. ſed & ſi quis C. de ſecun. nup. l.* 42. *ſ. de vſucap.* § *interdum. Inſt. de rer. diuiſ.* Lapſus itaque fuit poſt Ioan. Accurſ. qui dixit, dominium adquiri ſine poſſeſſione: debuit. n. dicere ſine traditione, retẽtione, vel adprehenſione. d i. partem hereditatis, *l.* 12. §. 6. *ſ. eod.* e ſi duob. eadem res ſeparatim bona fide vendita fuerit, ſi quidem ab eodẽ (qui. videlicet dominus nõ ſit) potior eſt, qui traditione primus accipit. ſin à diuerſis

rit bona fide ementibus: videamus, quis magis Publiciana vti poſſit: vtrum is, cui priori res tradita eſt: an is, qui tantum emit. Et Iulianus libro 7. Digeſtorum ſcripſit: vt, ſi quidem ab eodem non domino emerint, potior ſit, cui priori *a* res tradita eſt: quod ſi à diuerſis non dominis, melior *b* cauſa ſit *c* poſſidentis quàm petentis. quæ ſententia vera eſt.

5 ¶ Hæc actio in his, quæ vſucapi non poſſunt, puta furtiuis, vel"in"ſeruo fugitiuo *d*, locum non habet.

6 ¶ Si ſeruus hereditarius ante *e* aditam hereditatem, aliquam rem emerit: & traditam ſibi poſſeſſionem amiſerit: rectè heres Publiciana vtitur, quaſi ipſe poſſediſſet: Municipes quoque quorum ſeruo res tradita eſt, in eadem erunt conditione.

10. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

SIue peculiari nomine ſeruus emerit, ſiue non.

De re vendita, alij tradita. 1. De ſeruitutibus. 2. De partu ancillæ furtiuæ, & partu partus. 6. De eo quod rei emptæ accedit, vel ex ea ſupereſt.

11. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

SI ergo emi, & mea voluntate alij res ſit tradita: Imperator Seuerus reſcripſit, Publicianam"illi" dandam.

1 ¶ Si de vſufructu agatur tradito *f*, Publiciana datur. Itémque ſeruitutibus vrbanorum prædiorum per traditionem conſtitutis, vel per patientiam *g*: fortè ſi per domum quis ſuam paſſus eſt aquæ ductum transduci: item ruſticorum: nam & hic traditionem, & patientiam tuendam conſtat.

2 ¶ Partus *h* ancillæ furtiuæ, qui apud bonæ fidei emptorem conceptus eſt *i*, per hanc actionem petendus eſt: etiam ſi ab eo qui emit, poſſeſſus non eſt. Sed *k* heres furis hanc actionem non habet: quia vitiorum defuncti ſucceſſor eſt.

3 ¶ Interdum tamen licèt furtiua mater diſtracta non ſit, ſed donata ignoranti mihi, & apud me conceperit, & pepererit, competit mihi in partu Publiciana, vt Iulianus ait, ſi modo eo tempore, quo experiar *l*, furtiuam matrem ignorem.

4 ¶ Idem Iulianus generaliter dicit * ex qua cauſa matrem vſucapere poſſem: ſi *m* furtiua non eſſet: ex *n* ea cauſa partum me vſucapere, ſi furtiuam eſſe matrem ignorabam. Ex omnibus igitur caſibus Publicianam habeo.

5 ¶ Idem eſt, & ſi ex partu partus eſt: & ſi non natus, ſed poſt mortem matris, exſecto ventre eius, extractus eſt: vt‖&‖Pomponius ‖ libro quadrageſimo‖ ſcripſit.

6 ¶ Idem ait, ædib. emptis ſi fuerint dirutæ, ea quæ ædificio acceſſerunt *o*, huiuſmodi actione petenda.

7 ¶ Quod tamen per alluuionem fundo acceſſit, ſimile *p* fit ei, cui accedit: & ideo, ſi ipſe fundus Publiciana peti non poteſt, non hoc petetur. ſi autem poteſt, & ad partem *q*, quæ per alluuionem acceſſit *r*, & ita Pomponius ſcribit.

8 ¶ Idem adiicit, & ſi ſtatuæ emptæ partes reciſæ petantur, ſimilem actionem proficere.

9 ¶ Idem ſcribit: ſi aream emero, & inſulam *ſ* in ea ædificauero, rectè me Publiciana vſurum.

10 ¶ Item inquit, ſi inſulam emi, & ad aream ea peruenit, æquè potero vti Publiciana.

De re à ſponſo ſponſæ donata, & in dotem accepta. 1. De fideicommiſſario vniuerſali. 2. De vectigalibus & aliis prædiis, quæ vſucapi non poſſunt. 3. De Inſula ſuperficiaria. 4. De re quæ non poteſt alienari. 5. De ſeruo nondum anniculo. 6. De partis petitione. 7. De momenti poſſeſſione.

12. *Paulus* lib. 19. ad Edictum

CVm ſponſus ſponſæ ſeruum donaſſet, eúmque in dotem accepiſſet ante vſucapionem: reſcriptum eſt à Diuo Pio, diuortio facto reſtituendum eſſe ſeruum: nam valuiſſe *t* donationem inter ſponſum & ſponſam: dabitur ergo & poſſidenti exceptio: &, amiſſa poſſeſſione, Publiciana *u*: ſiue extraneus, ſiue donator poſſideat.

1 ¶ Is, cui ex Trebelliano hereditas reſtituta eſt, etiam ſi non fuerit nactus poſſeſſionem, vti poteſt Publiciana.

2 ¶ In vectigalibus *x*, & in aliis prædiis *y* quæ vſucapi non *z* poſſunt *a*, Publiciana competit *b*, ſi fortè bona fide mihi tradita ſunt.

3 ¶ Idem eſt, & ſi ſuperficiariam *c* inſulam à non domino bona fide emero.

4 ¶ Si res talis ſit, vt eam lex *d*, aut conſtitutio *e* alienari prohibeat: eo caſu Publiciana non competit, quia his caſibus neminem prætor tuetur, ne *f* contra *g* leges faciat.

5 ¶ Publiciana actione etiam de infante ſeruo nondum anniculo *h* vti poſſumus.

non dominis, melior cauſa poſſidentis eſt, *Sinop. Baſil.* περὶ πραθέντος εἰς δύο πρόσωπα ἀγρῦ. ex *tit.2.c.9.§.5.*
a v. *l.31.inf.inf. de act. emp.*
b v.*l.128.*℥. *de reg. iur.*
c Imo non fit melior cauſa poſſidentis, ſed prioris, *l.14.*℥.*qui potiores.*
d *l.1.C. de ſeru.fug.*
e v. *l.vlt.in fi.*℥.*de vſucap.*
f v. quæ notaui ad *l.143.*℥. *de adquir. rer. dominio.*
g quæ in ſeruitute conſtituenda pro traditione habetur. *l.1.in fin.*℥.*de ſeruit.ruſt. l.3.*℥. *de vſufructu.*
h Publiciana petitur partus ancillæ furtiuæ, apud emptorem bonæ fidei conceptus, etiamſi ab emptore non ſit poſſeſſus, 15.*Ecl.2. c.11.*
i ſecus in eo qui iam conceptus, & ſubreptus eſt, *l.pen.* §. *de ſtatu.*
k Publiciana non competit hæredi furis. *Ecl. d. loco.*
l quo pariat. *Cuia.* ad *l.4.infr. de vſucap. al.* quo experior. *al* quo & pariat. Græci hic legunt ἐν τῷ κινεῖν, i. ſi eo tempore quo experior.
m εἰ ἦ κλοπιμαῖα μὴ ἦν *Ecl. illo loco,* i. etiamſi furtiua non eſſet, tametſi ibidem in ora legatur εἰ κλοπιμαῖα μὴ ἦν: i. ſi furtiua non eſſet.
n v. *l.33. infr. de vſucap.*
o v. *l.14.*℥. *de hered. vendit.*
p id eſt, eiuſdem eſt conditionis.
q & pars quæ per alluuionem. *Hal.* nam Publiciana competit etiam ei qui partem petit, *l.12.* §. *pen.*℥. *eod.*
r ſub. actio eſt.
ſ de eo qui inſulam in alieno ædificat, *v.l.27.§.5.* ℥. *de rei vind.*
t *l.1.C. de donatione ante nuptias.*
u *l.7.§.3.*℥. *eod.*
x *Vectigalis* ager quid, v. *infr. tit. prox.*
y tributariis, & ſtipendiariis quæ in prouinciis erant.
z Imo poſſunt *l.15.§.27.*℥. *de damno.v. Reuardum 1. Var.5.* vſucapi poſſunt in præiudicium priuati, non fiſci.
a longo tempore acquiri poſſunt, *l.13.§.27.*℥. *de damno.* b Imo non competit. *l.9.§.5.*℥.*eod.*
c v. *l.37. in fi.*℥. *de rei vind.*
d puta, Iulia de fundo dotali, *Inſt. qui alienare.*
e diui Seueri de rebus minorum *l.1. inf. de reb.minorum.*
f Aduerſus leges prætor neminem tuetur.
g Sed contra leges hic faceret prætor? ſi rei iure inalienabilis daret Publicianam, vſucapionem eiuſmodi rei concederet. Atqui quod per leges aut conſtitutiones alienari non poteſt, id nec vſucapi poteſt.
h de quo *l.134. infr. de verb.ſign. adde quæ ſcripſi ad l.8.6. de ſtatu.*

6 ¶ Si pro parte quis rem petere vult, Publiciana actione vti poteſt.

7 ¶ Sed etiam is, qui momento poſſedit rectè hac actione experiretur.

De cauſis huius actionis. 2. De eo qui à pupillo emit.

13. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

QVæcunque ſunt iuſtæ cauſæ adquirendarum rerum *a* ſi ex his cauſis nacti res amiſerimus, dabitur nobis, earum rerum perſequendarum gratia, hæc actio.

1 ¶ Interdum quibuſdam nec ex iuſtis poſſeſſionibus competit Publicianum iudicium: namque pigneratitiæ, & precariæ *b* poſſeſſiones iuſtæ *c* ſunt: ſed ex his non ſolet competere tale iudicium: illa ſc. ratione, quia neque creditor *d*, neque is, qui precariò rogauit, eo animo nanciſcitur poſſeſſionem, vt credat ſe dominum eſſe.

2 ¶ Qui à pupillo emit, probare *e* debet tutore auctore lege non prohibente ſe emiſſe *f*. Sed‖&‖ſi deceptus falſo tutore ‖ auctore ‖ emerit: bona fide emiſſe videtur *g*.

Si procurator rem domino volente vendi: eoque inuito tradat.

14. *Vlpianus* libro 14. ad Edictum.

PApinianus libro 6. quæſtionum ſcribit: Si quis prohibuit, vel denuntiauit *h* ex cauſa venditionis tradi *i* rem quæ ipſius voluntate à procuratore fuerat diſtracta *k*. & is nihilominus tradiderit: emptorem tuebitur prætor, ſiue poſſideat, ſiue petat rem *l*. Sed quod iudicio empti procurator emptori præſtiterit, contrario iudicio mandati conſequetur: poteſt.n. fieri, vt emptori res auferatur ab eo, qui venire mandauit: quia per ignorantiam non eſt vſus exceptione, quam debuit opponere. veluti, *ſi non auctor meus ex voluntate tua vendidit.*

De re empta à ſeruo qui in fuga eſt.

15. *Pomponius* libro 3. ad Sabinum.

SI ſeruus meus, cùm in fuga ſit, rem à non domino emat: Publiciana mihi competere debet: licèt poſſeſſionem rei traditę per eum nactus non *m* ſim *n*.

De exceptione dominij Publicianæ opponenda.

16. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

PAulus notat.

EXceptio *o* iuſti *p* dominij Publicianæ obiicienda *q* eſt.

17. *Neratius* lib. 3. Membranarum.

PVbliciana actio non ideo comparata eſt, vt res domino auferatur: (eiuſque rei argumentum eſt primo æquitas, deinde exceptio *ſi r ea res poſſeſſoris ſ non ſit t*) ſed vt is, qui bona fide emit, poſſeſſionémque ‖eius‖ex ea cauſa nactus eſt, potius rem habeat *u*.

a & traditionis *l.3.*℥.*eod.*
b *l.7.§.4.*℥.*communi diuid.*
c Immo precarij cauſa non iuſta eſt, ſi actor in vitio fuit, *l.13.§.1.*℥. *de acq. poſſeſſ.*
d *l.13.*℥.*de vſucap.*
e *l.25.§.1. infr. de probat.*
f ſi ſcriptum ſit *pupillum vendidiſſe*, non ideo videtur vendidiſſe, tutore auctore: & rectè, quia id verbum non ſignificat, *Cuiac.ad l.30. in fi.*℥. *de verb. obl.*
g non tamen præiudicat pupillo, *l.4.§.24. inf.de doli mali.*
h venditori.
i emptori.
k id eſt, ſi quis re non integra factum procuratoris reuocat, *l.6.* ℥. *de donationibus.*
l Imo, ſi dominus denuntiauit procuratori ne traderet, & res tradita ſit, ei non nocebit exceptio rei venditæ, *l.1.§.2. infr. de except. rei vind.*
m Cur? quia ſeruus meus dum in fuga fuit, ab alio poſſidebatur malâ fide.
n Summo iure licet vtilitatis cauſa receptum ſit, vt impleatur vſucapio, quandiu nemo nactus eſt eius poſſeſſionem, *l.1.§.14.*℥. *de acquir.poſſeſſ.*
o Publicianæ obiicitur exceptio iuſti dominij, cuius formulam, v *l.vlt. inf.eod.* Verum et rurſus eliditur replicatione doli mali, ſi non litis æſtimationem exſoluerit reus. Ita multis caſibus agentibus Publicianam nihil officit exceptio dominij, vt Accurſ. notat *l.vlt.*℥.*eo.* adde alios ex *l.32.*℥. *ex quibus cauſis maiores l.57.*℥ *mandati l.63. in fi.*℥. *de rei vind.*
p veri, non fictitij: hoc enim dicitur ad differentiam eius dominij quod habet bonæ fidei poſſeſſor.
q Per quem? per verum dominum. Cur? Ne melioris ſit conditionis non dominus, quam dominus, aut qui vſucapit. Certis tamen caſibus non opponitur hæc exceptio; *l.57.inf. mandati, l.31.inf. ex quib. cauſis maiores, l.28. inf. de noxalibus, l.63.*℥.*de rei vind.l.2.inf.de except.l.24.infr. de except.rei iudicatæ.*
r Formula eſt exceptionis dominij. v.*l.24.inf.de except. rei iudicatæ: Cuiacium in explicatione 6. ad Afric. leg.8.*℥. *de noxalib. actionib.*
ſ id eſt, domini.
t Exceptio dominij repellit Publicianam *Bart.* adde *l.24.inf.de except.rei ind.*
u quàm qui nullum titulum habet.

SI AGER *x* VECTIGALIS *y*, ID EST emphyteuticarius *z*, petatur.

TIT. III.

Agrorum diuiſio. 1. De perpetua vel temporali conductione.

Paulus lib. 21. ad Edictum.

AGri ciuitatum alij vectigales vocantur, alij non: vectigales vocantur, qui in perpetuum *a* locantur: id eſt hac lege, vt tandiu pro illis vectigal pendatur, quandiu neque ipſis qui conduxerint: neque his qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri *b* eos liceat. Non vectigales ſunt, qui ita colendi dantur, vt priuatim agros noſtros colendos dare ſolemus.

¶ Quid in perpetuum fundum fruendum conduxerunt à municipibus, quamuis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis *c* in rem actionem aduerſus quemuis poſſeſſorem: ſed & aduerſus ipſos municipes.

2. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

ITa tamen, ſi vectigal ſoluant *d*.

3. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

IDem eſt, & ſi ad tempus *e* habuerint conductum, nec tempus conductionis finitum ſit.

x De ædificiis vectigalib. v.*l.15.*℥. *de fundo.* De domo vectigali v.*l.71.in fin. inf. de legatis I.*
y Vectigalia prædia ſunt ciuitatum, prædia emphyteuticaria: Tributaria & ſtipendiaria ſunt prouincialia prædia, *v. Theophil.* §. *per traditionem 40. Inſt. de rer. diuiſ.* Plura de vectigalibus agris, v. *in l.1. inf.eod.l.20.§.5. infra de captiuis,* adde de Emphyteuſi. *Tit.C. de iure Emphyteutico. & §.adeo 3. Inſt. de locat.*
z qui & vſufructuarius. *Cicero 8. familiarium 9.*
a *l.11.§.11.*℥. *de Public.* adde *l.15.§.26.inf.de damno: l.71.in fi. inf.de leg.1. l.1.C. de adminiſt.rerum public.lib.11.* adde *l.2.C.de locat.prædiorum eod.libro.*
b *l.16.in fi.inf.de pigneratitia.* d *l.1.in fi.inf. de loco publico fruendo.*
c non modicum, *arg.l.1.§.quod ait.*℥. *de ſuperficieb.* v.*l.3.§.4.inf.de reb.eorum qui ſub tutela: & Cuiacium Inſt. de locatione.*
d

LIBER

LIBER SEPTIMVS.

DE VSVFRVCTV *a* ET QVEMADMODVM QVIS VTATVR ET FRVATVR.

Definitio.

Paulus lib. 3. ad Vitellium.

Vſusfructus *b* eſt ius *c* alienis *d* rebus vtendi fruendi, ſalua *e* rerum ſubſtantia.

Fundamentum.

2. *Celſus* libro 18. Digeſtorum.

Eſt enim vſusfructus ius in corpore, quo ſublato *f*, & ipſum tolli neceſſe eſt *g*.

Quibus modis. 1. & quarum rerum conſtituitur. 2. De interitu. 3. Quibus modis vſus conſtituitur & finitur.

3. *Gaius* lib. 2. Rerum quotidianarum, vel aureorum.

Omnium *h* prædiorum, iure legati *i* poteſt conſtitui vſusfructus, vt heres iubeatur dare alicui vſumfructum. Dare autem intelligitur, ſi *k* induxerit in fundum legatarium, eúmve patiatur *l* vtifrui. Et ſine *m* teſtamento "autem" ſi quis velit vſumfructum conſtituere, pactionibus *n* & ſtipulationibus id efficere poteſt *o*.

1 ¶ Conſiſtit *p* autem vſusfructus non tantum in fundo & ædibus: verùm etiam in ſeruis, & iumentis, cæteriſque *q* rebus.

2 ¶ Ne *r* tamen in vniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper *ſ* abſcedente vſufructu, placuit certis modis extingui vſumfructum, & (ad) proprietatem reuerti *t*.

3 ¶ Quibus autem modis vſusfructus "&" conſtitit, & finitur: iiſdem modis etiam nudus vſus ſolet & conſtitui *u*, & finiri.

An ſit pars dominij de die ex quo datur.

4. *Paulus* lib. 2. ad Edictum.

Vſusfructus in multis caſibus pars *x* dominij *y* eſt, & exſtat *z*, quòd vel præſens *a*, vel ex *b* die *c* dari poteſt *d*.

Vſusfructus eſt diuiduus ab initio & ex poſtfacto. h. d. cum ſeq. Bart. De diuiſione.

5. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

Vſusfructus "&" ab initio pro parte *e* indiuiſa, vel *f* diuiſa conſtitui, & legitimo *g* tempore ſimiliter amitti, eadémque ratione per legem Falcidiam minui poteſt *h*. Reo quoque promittendi defuncto in partes hereditarias *i* vſusfructus obligatio diuiditur, &, ſi ex communi prædio debeatur, vno ex ſociis defendente, pro *k* parte defendentis fiet reſtitutio.

De legato. 1. De adiudicatione. 2. per quas perſonas vſusfructus acquiritur. 3. De nuda proprietate domino heredis legata.

6. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

Vſusfructus pluribus modis conſtituitur: vt ecce, ſi legatus *l* fueri t.

¶ Sed & proprietas, deducto vſufructu legari poteſt: vt apud heredem maneat vſusfructus.

1 ¶ Conſtituitur adhuc vſusfructus & in iudicio familiæ herciſcundæ, & communi diuidundo: ſi iudex alij proprietatem adiudicauerit: alij vſumfructum *m*.

2 ¶ Acquiritur autem nobis vſusfructus non ſolum per *a* noſmetipſos; ſed etiam per eas quoque perſonas, quas iuri noſtro ſubiectas habemus.

3 ¶ Nihil autem vetat, ſeruo meo herede inſtituto, legari proprietatem deducto vſufructu.

a 3. *Cod.* 33. & 2. *Inſt.* 4.
b *Inſt. eo. in princ.* 16. *Eclog.* 1. *c.* 1. & 2. *Harmen.* 10.
c conſtitutum ſcilicet, vel acquiſitum, vel ius in corpore, *l.* 2. *j. eod.* ſeruitus. *Accurſ.*
d *l.* 5. *in princ. j. ſi vſusfruct. pet.*
e id eſt donec ſalua eſt.
f *Inſt. eod. in princ. v. l.* 23. *j. quib. mod. vſusfr. amit.*
g Cur? accidens non eſt ſine ſubiecto, *l.* 23. §. 3. *ſ. de rei vind.*
h tam prouincialium quam Italicorum, *Cuiac.* 11. *obſ.* 36.
i *l.* 6. *j. eod.* §. 1. *Inſt. eo. l.* 69. *j. ad l. Falc. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 17.
k Dat vſumfructum qui inducit in fundum, & qui patitur vti frui. Adde quæ notaui ad *l.* 43. §. 1. *j. de acq. rer. dom.*
l vſus eius iuris pro traditione intelligitur, *l.* 20. *j. de ſeruitut.*
m §. 1. *Inſt. de vſufruct.*
n *l.* 4. *in fin. C. eo.* pactionibus, inquam, contractui vel traditioni adiectis incontinenti, non aliis pactionibus.
o cõſtituitur quoque vel ipſo iure vel traditione prætoris, *v. l.* 1. *j. quib. mod. vſusfr.*
p *al.* conſtituitur. *al.* conſiſtit.
q *l.* 7. *j. eod.*
r §. 1. *Inſt. de vſufruct.*
ſ Locari in perpetuum operas nõ poſſe hinc colligunt, *v. l.* 14. *C. eo. l.* 38. *j. locati.*
t *v. j. quib. modis vſusfr. amit.*
u imò, non iiſdem modis: vſus enim pro parte legari non poteſt, *l.* 19. *j. eod.*

x *l.* 8. *j. de reb. auctorit. iudic.* in quibuſdam non eſt, *l.* 33. *in fin.* §. 1. *j. de furtis.* eſt autem pars, quatenus dominio conſolidatus eſt. Alibi vſusfructus fundi dicitur in *l.* 70. §. 2. *j. de fideiuſſorib.* alibi in iure, non in parte conſiſtere, ſed tamen emolumentum rei continere, *l.* 66. §. 6. *j. de leg.* 2. alibi dicitur non eſſe dominij pars (id eſt ſpecies, ſic enim ſumi poteſt) ſed ſeruitutis, *l.* 25. *j. de verb. ſign.* Vtcunque ſit: reipſa pars fundi non eſt, quia fundi partes ſunt ὁμογενεῖς, nec fundus dicitur, ſed quia omne fundi emolumentum hæc qualitas continet, partis inſtar eſt, ac fundo legato vel promiſſo fructus quoque præſtandus eſt, *d. l.* 66. idem eſt, ſi quis fundi nomine obligatus ſit, *dict. l.* 70. *Cuiac. ad l.* 27. *ſ. de pactis.* vſufructuarius quoque in multis penè domini loco cenſetur.
y non ſeruitutis: etſi ſeruitutis ſit ſpecies.
z i. ſuperior ſententia probatur quinque exemplis, aut potius proprietatibus ſequentibus, quæ ſeruitutibus non competunt.
a id eſt, purè.
b id eſt, ad diem.
c vide *l.* 16. §. 2. *j. famil.* at non ſeruitus realis, *l.* 4. *ſ. de ſeruitutib.* vſusfructus pars eſt dominij vtilis, non directi.
d reliquis ſeruitutibus hæ proprietates deſunt, *l.* 4. *j. de ſeruitutib.*
e *v. l.* 1. §. 9. *j. ad l. Falc.* & ita differt ab vſu. vide *l.* 3. *in fin. ſ. eod.*
f aliud in cæteris ſeruitutibus.
g non vtendo. *l.* 66. *in fin. j. de leg.* 2.
h aliud in realibus ſeruitutibus videtur, *l.* 7. *j. ad l. Falcid. l.* 1. §. 6. *j. ad l. Falc. l.* 17. *j. de ſeruitutib. l.* 1. *in fin. j. de aqua pluuia,* ſunt enim indiuiduæ.
i ſecus in realibus quæ diuiſionem non recipiunt, in quibus defenſor ob eam cauſam ſolidum debet reſtituere, *l.* 4. §. 3. *j. ſi ſer. vind.*
k non in ſolidum, vt in cæteris ſeruitutibus, *l.* 4. §. 4. *j. ſi ſeruitus.*
l aut ſi ſtipulanti vel paciſcenti promiſſus, *l.* 3. *ſ. eod. Inſt. eod.*
m *l.* 6. §. *pen. j. comm. diuid.*

De omni fructu rei. 1. De iure. 2. & onere eius qui ædium vſumfructum habet.

7. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

Vſufructu legato omnis *b* fructus rei ad fructuarium pertinet *c*. Et aut ‖rei‖ ſoli, aut rei mobilis vſusfructus legatur.

1 ¶ Rei *d* ſoli vt puta ædium *e*, vſufructu legato, quicunque reditus eſt, ad vſufructuarium pertinet: quæque *f* obuentiones ſunt ex ædificiis, ex areis, & cæteris, quæcunque ædium ſunt. Vnde etiam mitti eum in poſſeſſionem vicinarum ædium cauſa damni infecti *g* placuit, & iure dominij poſſeſſurum eas ædes, ſi perſeueretur non caueri: nec quicquam amittere, finito vſufructu. Hac ratione Labeo ſcribit: nec ædificium licere domino *h* te inuito altiùs tollere: ſicut nec areæ vſufructu legato, poteſt in area ædificium poni *i*. quam ſententiam puto veram.

2 ¶ Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet: reficere *k* quoque eum ædes per arbitrum cogi, Celſus ſcribit. ‖Celſus‖ libro 18. Digeſtorum.

Hactenus tamen, vt ſarta *l* tecta *m* habeat: ſi qua tamen vetuſtate corruiſſent, neutrum *n* cogi reficere: ſed ſi heres refecerit, paſſurum fructuarium vti. Vnde Celſus de modo ſarta tecta habendi quærit: ſi quæ vetuſtate corruerunt, reficere *o* non cogitur. modica *p* igitur refectio ad eum pertineat: quoniam & alia *q* onera *r* agnoſcit vſufructu legato, vtputa ſtipendium, vel tributum *ſ*, vel ſalarium *t*, vel *u* alimenta ab *x* ea re *y* relicta: & ita Marcellus lib. 13. ſcribit.

3 ¶ Caſſius quoque ſcribit lib. 8. iuris ciuilis, fructuarium per arbitrum cogi reficere *z*: quemadmodum adſerere *a* cogitur arbores. & Ariſto notat, hęc vera eſſe. Neratius autem lib. 4. membranarum ait, non poſſe fructuarium prohiberi, quo minus reficiat: quia nec arare prohiberi poteſt, aut colere: nec ſolùm neceſſarias refectiones facturum, ſed etiam voluptatis cauſa; ‖vt‖ tectoria & pauimenta, & ſimilia ‖facere‖. neque autem ampliare, nec inutile *b* detrahere poſſe.

8. *Idem* lib. 40. ad Edictum.

Qvamuis melius repoſiturus ſit: quæ ſententia vera eſt.

De fundo. 1. de apibus. 2. De lapidicinis, cretifodinis, arenis. 3. De metallis. 4. De alluuione & inſula. 5. De aucupiis, venationibus & piſcationibus. 6. De ſeminario. 7. De Inſtrumento fundi. De ſalicto, ſylua, arundinete.

9. *Idem* lib. 17. ad Sabinum.

Item: ‖ſi fundi‖ *c* vſusfructus ſit legatus, quidquid in fundo naſcitur, quidquid *d* inde percipi poteſt, ipſius fructus eſt: ſic tamen, vt boni viri arbitratu fruatur. Nam & Celſus lib. 18. Digeſtorum ſcribit, cogi eum poſſe rectè colore *e*.

1 ¶ Et, ſi apes *f* in eo fundo ſint, earum quoque vſusfructus ad eum pertinet.

2 ¶ Sed ſi lapidicinas habeat, & lapidem cædere velit, vel cretifodinas habeat, vel arenas, omnibus his vſurum Sabinus ait, quaſi bonum patremfamilias, quam ſententiam puto veram.

a *l.* 21. *l.* 22. *l.* 23. *l.* 24. *j. eod.*
b Omnis reditus (qui Græcis πόρος) ad fructuarium pertinet. 6. *Ecl.* 1. *c.* 7.
c non tamen poteſt pignorare, *l.* 66. alienare proprietatem, vel manumittere, *l.* 9. *C. eod.*
d Vſumfructum ſoli dominus habens, qualiacunque lucra ſint ex ædificiis percipit. vnde etiam mittitur in poſſeſſionem cauſa damnĩ infecti, & iure dominij poſſidet ædes vicini, ſi cautionem non accipiat. Nec vſufructu extincto, dominium amittit 16. *Ecl.* 1. *c.* 7.
e Ædium vſusfructus quid contineat.
f An theſaurus? minimè: dixi *l.* 63. *in fin. j. de acquir. rer.* An res commiſſæ conſtante vſufructu: putà feudum, emphyteuſis, res cenſualis? Dicam in cõmentariis meis plenius.
g *l.* 13. §. 8. *j. de damno.*
h *l.* 5. 6. 7. *j.*
i *l.* 13. §. 7. *j. quib. mod. vſufruct. Paul.* 2. *ſent.* 6. §. 21.
k vide *l.* 7. *C. eod.*
l De ſartis & tectis, dixi ad *Varronem lib.* 5. *de lingua Latina.* adde *l.* 7. §. 1. *ſ. de officio proconſulis l.* 7. §. 2. *j. repetundarum.*
m τὰ κατακέραμα ὀφείλει ποιεῖν τῆς οἰκίας 2. *Harmen.* 10. §. 8.
n neutiquam *Haloand.*
o vide *Ciceronem in Topicis, loco à ſimilitudine.*
p dixi *l.* 7. *C. eod.*
q modica ſcilicet, nec enim tributa ea præſtat, quæ vſumfructum abſorbent. Quis ea præſtabit? proprietarius, *gloſſ. in l. qui concubinam.* §. *qui hortos. j. de legat.* 3. & ita ſe obtinuiſſe Florentiæ refert Bart. *in leg. his verbis.* §. *idem teſtator. j. de legat.* 3. *v. Romanum ſingulari* 156.

r *l.* 27. §. 3. *v. l.* 51. *j. eod. l.* 28. *j. de vſufr. legat.*
ſ δημόσια 16. *Eclog.* 1. *c.* 7. *in fin. l.* 13. *j. de impenſis.*
t *al.* ſolarium, *v. l.* 15. *in fin. j. qui potiores.*
u vſufructuarius relicta ex re alimenta præſtat, *Eclog. d. loco.*
x Cuiac. *ad l.* 8. *ſ. de tranſact.* legit, vel à re relicta Græci illo loco, ἐκ τῆς ἐκ τοῦ πράγματος ἐαθείσας διατροφάς.
y certa ſcil. puta prædio.
z vſufructuarius reficere cogitur: vt & arbores adſerere.
a *l.* 18. *inf. eod.* ἐγκεντρίζειν 16. *Eclog.* 1. *c.* 7. *in fin* i. forare medullam arboris ſterilis & in eam fœcundæ calamum immittere. *Cuiac.* 2. *obſ.* 36.
b vide *l.* 15. §. 4. 7. *inf. eod. al.* vtile.
c fundi vſufructu quid comprehenditur?
d Fructus omnes fundi pertinent ad fructuarium, adde 16. *Eclog.* 1. *cap.* 91. 2. *Harm.* 10. §. 5. *v. l.* 13. §. 5. *l.* 59. *j.* §. 1. *eod.*
e ne alioquin deſerta cultura aut intempeſtiuè facta fundum reddat deteriorem, *l.* 25. §. 3. *infra locat.*
f lapides: *vul.*

3 ¶ Sed

a ſed ſi metalla *Haloand.*
b *v. l. 3. in fin. ĵ. de rebus eorum qui ſub tutela.*
c reiecta Pauli opinione quæ extat apud eundem 3. *ſent.* 6. §. 12.
d Alluuio auget vſumfructum, *vt hic.* pignus *l.* 18. §. 1. ĵ. *de pignoratitia, leg.* 16. ĵ. *de pignoribus*, hereditatem *l.* 16. §. 3. ĵ. *familiæ*, rem *l.* 34. ſ. *de rei vindic.*
e An & ad vaſſallum? vide 1. *Feudorum* 4. §. 5.
f i. latenti incremento augetur vſusfructus, non euidenti atque ita Pauli ſententia 3. *ſent.* 6. §. 21. abrogatur: is enim negabat acceſſionem alluuionem ad fructuarium pertinere, quòd fructus fundi non eſſet. An idem eſt ſi manſo aliquid accreuerit, *v.* 1. *feud.* 4. *in fin.*
g Argumentum obſerua ab aucupio & venatione ad piſcationem.
h fundi vſufructuario licet aucupari, venari & piſcari, *l.* 62. ĵ. *eo.*
i *Seminaria* non ſunt ſemina, ſed locus ſubactus, in quo ſemina aut vitium aut arborum panguntur, vt cùm ad certam quantitatem excreuerint, in vinetum vel arbuſtum, vel pomarium transferantur: *v. l.* 12. ĵ. *de inſtructo.* vide *hic Budæum.*
k *v. l.* 3. ĵ. *de impenſis.*
l *v. l.* 2. §. 1. *de inſtructo.*
m *l.* 40. §. 4. ĵ. *de contr. empt.* vſufructuarius ex ſylua cædua poteſt cædere, vendere, vt & pedamenta & ramos ex ea ſumere. Quid in non cædua? quid in grandibus arboribus? quid in euulſis? vide *leges ſeqq.*
n *l.* 30. ĵ. *de verb. ſign.* Sylua cædua, *bois taillis.*
o an etiam intempeſtiuè? *v. l.* 48. §. 1. ĵ. *eod.*

3 ¶ Sed ſi hæc *a* metalla *b* poſt vſumfructum legatum ſint inuenta, cùm totius agri relinquatur vſusfructus, non partium, continentur legato.

4 ¶ Huic vicinus tractatus eſt, qui ſolet in eo, quod acceſſit, tractari: & placuit *c*, alluuionis *d* quoque vſumfructum ad fructuarium *e* pertinere.

¶ Sed ſi inſula iuxta fundum in flumine nata ſit: eius vſumfructum ad fructuarium non pertinere, Pegaſus ſcribit, licèt proprietati accedat: eſſe enim veluti proprium fundum, cuius vſusfructus ad te non pertineat: quæ ſententia non eſt ſine ratione. Nam vbi latitat incrementum, & vſusfructus augetur: vbi autem ſeparatum, fructuario non accedit *f*.

5 ¶ Aucupiorum quoque & venationum reditum, Caſſius ait libro 8. iuris ciuilis, ad fructuarium pertinere. Ergo *g* & piſcationum *h*.

6 ¶ Seminarij *i* autem fructum, puto ad fructuarium pertinere: ita tamen, vt & vendere ei, & ſeminare liceat: debet tamen, conſerendi agri cauſa, ſeminarium *k* paratum ſemper renouare, quaſi inſtrumentum *l* agri: vt, finito vſufructu, domino reſtituatur.

7 ¶ Inſtrumenti autem fructum habere debet: vendendi tamen facultatem non habet. Nam & ſi fundi vſusfructus fuerit legatus: & ſit ager, vnde palo in fundum, cuius vſusfructus legatus eſt, ſolebat paterfamilias vti, vel ſalice, vel harundine, puto fructuarium hactenus vti poſſe, ne ex eo vendat: niſi fortè ſalicti ei, vel ſiluæ palaris, vel arundineti vſusfructus ſit legatus, tunc enim & vendere poteſt. Nam & Trebatius ſcribit, ſiluam cæduam *m*, & arundinetum poſſe fructuarium cædere, ſicut paterfamilias cædebat: & vendere, licèt paterfamilias non ſolebat vendere, ſed ipſe vti, ad modum enim referendum eſt, non ad qualitatem vtendi.

10. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

EX ſilua *n* cædua pedamenta, & ramos ex arbore vſufructuarium ſumpturum; ex non cædua in vineam ſumpturum *o*, dum ne fundum deteriorem *p* faciat.

11. *Paulus* libro 2. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

SEd ſi grandes arbores eſſent, non poſſe eas cædere.

De arboribus euulſis vel deiectis. 1. De naue. 2. per quos vſufructuarius vtitur fruitur. 3. De ſeruo fugitiuo. 4. cuius poſſeßionem alius nactus eſt. 5. De fructibus à fure decerptis.

12. *Vlpianus* libro 17. ad Sabinum.

ARboribus euulſis, vel vi *q* ventorum deiectis vſque ad vſum ſuum *r*, & villæ poſſe vſufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia *ſ* eum pro ligno vſurum, ſi habeat, vnde vtatur ligno. quam ſententiam puto veram: alioquin, & ſi totus ager ſit hunc caſum paſſus, omnes arbores auferret fructuarius: materiam tamen ipſum ſuccidere, quantum ad villæ refectionem, putat poſſe: quemadmodum calcem (inquit) coquere, vel arenam fodere, aliúdve quid ædificio neceſſarium ſumere.

1 ¶ Nauis *t* vſufructu legato, nauigatum mittendam puto *u*, licet naufragij periculum immineat: nauis etenim ad hoc paratur, vt nauiget.

2 ¶ Vſufructuarius *x* vel ipſe frui ea re, vel alij fruendam concedere, vel locare *y*, vel vendere poteſt *z*. Nam & qui locat, vtitur: & qui vendit, ‖vtitur,‖ ſed & ſi alij precario concedat *a* vel donet: puto eum vti *b*: atque ideo retineri vſumfructum: & hoc Caſſius, & Pegaſius reſponderunt: & Pomponius libro 5. ex Sabino probat.

¶ Non ſolùm autem, ſi ego locauero, retineo vſumfructum: ſed & ſi alius negotium meum gerens locauerit vſumfructum: Iulianus libro 35. ſcripſit, retinere me vſumfructum. Quid tamen ſi non locauero, ſed abſente, & ignorante me, negotium meum gerens vtatur quis, & fruatur? nihilominus retineo *c* vſumfructum. quod & Pomponius libro quinto probat per hoc, quod negotiorum geſtorum actionem acquiſiuit.

3 ¶ De illo Pomponius dubitat: ſi fugitiuus in quo meus vſusfructus eſt, ſtipuletur aliquid ex re mea, vel per traditionem accipiat: an per hoc ipſum, quaſi vtar, retineam vſumfructum? magiſque admittit retinere. nam ſæpè, etiam ‖ſi‖ præſentibus ſeruis non vtamur, tamen vſumfructum retinemus: vtputa ægrotanti ſeruo *a*, vel infanti *b*, cuius operæ nullæ ſunt *c* vel defectæ ſenectutis homini. nam & ſi agrum aremus *d*: licèt tam ſterilis ſit: vt nullus fructus naſcatur: retinemus vſumfructum. Iulianus tamen libro 35. Digeſtorum ſcribit, etiam ſi non ſtipuletur quid ſeruus fugitiuus, retineri ‖tamen‖ vſumfructum. nam qua ratione (inquit) retinetur à proprietario poſſeſſio, etiam *e* ſi in fuga ſeruus ſit: pari ratione etiam vſusfructus retinetur.

4 ¶ Idem tractat: quid, ſi quis poſſeſſionem eius nactus ſit: an, quemadmodum à proprietario poſſideri deſinit, ita etiam vſusfructus amittatur. Et primò quidem ait, poſſe dici amitti vſumfructum: ſed, licet amittatur, tamen dicendum, quòd intra conſtitutum tempus ex re fructuarij ſtipulatus eſt, fructuario acquiri *f* ‖poteſt‖. Per quod colligit poſſe dici, ne quidem ſi poſſideatur ab alio, amitti vſumfructum, ſi modò mihi aliquid ſtipuletur: paruique referre, ab herede poſſideatur, vel ab alio cui hereditas vendita ‖ſit‖ vel cui proprietas legata ſit, an à prædone: * ſufficere enim ad retinendum vſumfructum, ‖eſſe‖ affectum retinere volentis, & ſeruum nomine fructuarij aliquid facere: quæ ſententia habet rationem.

5 ¶ Iulianus libro 35. ‖Digeſtorum‖ tractat.

SI fur decerpſerit, vel deſecuerit fructus maturos pendentes, cui condictione teneatur, domino fundi, an fructuario *g*? & putat: quoniam fructus non fiunt fructuarij, niſi *h* ab eo percipiantur: licèt ab alio *i* terra ſeparentur, magis proprietario condictionem competere *k*: fructuario autem furti actionem: quoniam interfuit eius, fructus non eſſe ablatos. Marcellus autem *l* mouetur eo, quod, ſi poſtea fructus iſtos nactus fuerit fructuarius, fortaſſis fiant eius. Nam, ſi fiunt, qua ratione hoc euenit niſi ea, vt interim fierent proprietarij? mox apprehenſi, fructuarij efficientur, exemplo rei ſub conditione legatæ: quæ *m* interim heredis eſt: exiſtente autem conditione, ad legatarium tranſit: verum eſt enim condictionem competere proprietario.

¶ Cùm autem in *n* pendenti eſt dominium, vt ipſe Iulianus ait, in fœtu *o*, qui ſummittitur: & in eo, quod ſeruus fructuarius per traditionem accepit, nondum quidem pretio ſoluto, ſed tamen ab eo ſatisfacto: dicendum eſt, condictionem pendere *p*, magiſque in pendenti eſſe dominium *q*.

De ſatiſdatione à fructuario praſtanda. 1. De arbitrio iudicis. 2. Quibus actionibus ob damna præterita fructuarius tenetur. De vſuario. 3. Si inter duos fructuarios ſit controuerſia. 4. Si proprietatem meliorem, vel deteriorem faciat, qui fundi. 5. vel alium vſumfructum habet.

13. *Idem* lib. 18. ad Sabinum.

SI cuius rei vſusfructus legatus erit, dominus poteſt in ea re ſatiſdationem deſiderare *r*, vt officio iudicis hoc fiat: nam ſicuti debet fructuarius vti frui, & proprietatis dominus ſecurus eſſe ‖debet‖ de proprietate. Hæc autem ad *ſ* omnem *t* vſumfructum pertinere Iulianus lib. 38. Digeſtorum probat.

SI vſusfructus legatus ſit, ‖non priùs dandam actionem vſufructuario, quàm ſatiſdederit, *ſe boni, u viri arbitratu vſurum fruiturum.* ſed & ſi plures ſint, à quibus vſusfructus relictus eſt, ſingulis *x* ſatiſdari oportet.

1 ¶ Cùm igitur de vſufructu agitur: non ſolum, quod factum eſt, arbitratur: ſed etiam, in futurum, quemadmodum vti frui debet.

2 ¶ De præteritis autem damnis fructuarius etiam lege Aquilia *y* tenetur, & interdicto *quod vi aut clam* vt Iulianus ait. nam fructuarium quoque teneri his actionibus, necnon furti, certum eſt, ſicut quemlibet alium qui in aliena re, tale quid commiſerit.

¶ Denique conſultus, quò *z* bonum fuit, actionem polliceri prætorem, cùm competat legis Aquiliæ actio. reſpondit: quia ſunt caſus, quibus ceſſat Aquiliæ actio, ideo Iudicem dari: vt eius arbitratu vtatur. nam qui *a* agrum non *b* proſcindit *c*, qui vites non ſubſerit, item aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur.

¶ Eadem & in vſuario dicenda ſunt.

3 ¶ Sed ſi inter duos fructuarios ſit controuerſia, Iulianus libro trigeſimo octauo Digeſtorum ſcribit:

a *l. vlt.* §. 1. ĵ. *de operis ſeruor.*
b *l.* 55. ĵ. *eod.* vide *Paul.* 3. *ſentent.* 6. §. 18.
c Immo quædam eſſe poſſunt. *l.* 31. ſ. *de rei vind. l. vlt.* ĵ. *de liberali cauſa.*
d Arando etiam agrum ſterilem vſumfructum retinemus.
e *leg.* 3. §. 10. ĵ. *de acq. poſſ.*
f *l.* 25. *in fin.* ĵ. *de liberali cauſa.*
g eſt enim in pendenti actio *l.* 25. §. 1. ĵ. *eod.*
h vide *l.* 61. §. *pen.* ĵ. *de furtis. v. l.* 13 ĵ. *quib. mod. vſusfructus l.* 15. §. 1. ĵ. *de vſuris*, §. 37. *Inſtit. de rer. diuiſ.*
i idque ſuo nomine.
k quæ ſoli domino competit, *l.* 1. ĵ. *de cond. furtiua.*
l diſſentiens à Iuliano.
m *l.* 32. §. 1. ĵ. *de legat.* 2.
n *v. l.* 169. *in fin.* ĵ. *de reg. iur.*
o *l.* 70. §. 1. ĵ. *eod.*
p vide *l.* 25. §. 1. ĵ. *eod.*
q & conditionalis
r *l.* 8. §. 4. *vſ item de reſtituendis.* ſ. *qui ſatiſdare.*
ſ *l.* 4. *in fin. C. eod.*
t rei immobilis vel mobilis, *l.* 1. ĵ. *vſufruct quemadmod. caueat.*
u *l.* 9. ſ. *eod. l.* 1. ĵ. *vſufr. quemadm. caueat.*
x *l.* 9. *in fin. inſ. vſufr. quemadm. caueat.*

p adde *l.* 13. §. 4. ĵ. *eod. l.* 7. §. 12. ĵ. *ſoluto matrim.* idem in feudo 2. *feudor.* 8. §. 2.
q *v. l.* 59. ĵ. *eod.*
r Imò eas arbores vendere cogitur: & earum pretium vxori reſtituere, *leg.* 7. §. 13. ĵ. *ſoluto matrim.*
ſ *Materiam* hic diſtinguit à ligno Eſt verò materia lignum ex quo fiunt ædificia: vt ita *ligni* appellatio pateat latius, *l.* 18. §. 2. ĵ. *de pignorat. l.* 14. ĵ. *de peric. & commodo rei vendita. l.* 47. ĵ. *de act. empt. l.* 55. *l.* 56. *l.* 57. ĵ. *de legat.* 1. *l.* 167. *l.* 168. ĵ. *de verb. ſign.*
t Nauis vſufructu quid contineatur.
u adde *l.* 16. *in fin. l.* 62. ſ. *de rei vind. l.* 16. *C. de offic. rect. prouin.*
x Vſufructuarius locare, vendere, precario concedere per ſe vel per alium poteſt. y Imò locare non poteſt. *l.* 15. §. 4 ĵ. *eod.* Imò poteſt *d. l.* 15. §. 5. *l.* 44. ĵ. *locati.* z Imò vendere non poteſt aut cedere, *l.* 66. ĵ. *de iure dotium.* §. 3. *Inſtit. de vſufruct.* Dic, ius ipſum vſusfructus cedi non poſſe, ſed commoditatem vtendi fruendi tantùm cedi poſſe.
a *l.* 13. *in fin.* ĵ. *eod. l.* 11. §. 1. ĵ. *de pignorib.* Imo alij cedere non poteſt, *l.* 66. ĵ*nf. de iur. dot.*
b *l.* 38. ĵ. *eod.* c *l.* 56. ĵ. *quemadm. ſeruit. am. it.*

y *l.* 15. §. 3. ĵ. *eod.*
z Quò bonum, id eſt, Cui bono. Ita Cicero *in famil.* Martis verò ſignum quò mihi pacis auctori. *& in Verr.* Quò tantam pecuniam? *& pro Sextio.* Quò ciuem importunum reſeruent. Ita Vlpianus in *l.* 1. §. 1. ĵ. *de ſuis.* Hoc quò.
a Culpæ in non faciendo conſiſtentis nomine nemo tenetur in lege Aquilia, *l.* 91. ĵ. *de hereditate vendita*, adde *l.* 91. ĵ. *de verb. obl.* b & ſic negligit, *v. l.* 21. ĵ. *de verb. oblig.* c vſufructuarius autem rectè colere tenetur, *l.* 9. ſ. *eod.*

Æquiſſimum

AEquiſſimum eſſe quaſi *a* communi diuidundo *b* iudicium dari, vel ſtipulatione inter ſe eos cauere, qualiter fruantur. Cur. n. (inquit Iulianus) ad *c* arma, & rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt *d* iuriſdictione ſua componere? quam ſententiam Celſus quoque libro 20. Digeſtorum probat & ego puto veram.

4 ¶ Fructuarius *e* cauſam *f* proprietatis deteriorem facere non debet *g*: meliorem facere poteſt *h*.

¶ Et aut fundi eſt vſusfructus legatus: & non debet neque arbores frugiferas *i* excidere, neque villam diruere, nec quicquam facere in perniciem proprietarij.

¶ Et *k* ſi fortè voluptarium fuit prædium, viridaria *l* vel geſtationes *m*, deambulationes arboribus infructuoſis opacas, atque amœnas *n* habens: non debebit deiicere, vt fortè hortos olitorios faciat, vel aliud quid *o* quod ad redditum ſpectat.

5 ¶ Inde eſt quæſitum: an lapidicinas, vel cretifodinas, vel arenifodinas ipſe inſtituere poſſit? Et ||ego|| puto, etiam ipſum inſtituere poſſe, ſi non agri partem neceſſariam huic rei occupaturus eſt. Proinde venas quoque lapidicinarum *p*, & huiuſmodi metallorum *q* inquirere poterit: ergo & auri, & argenti, & ſulphuris *r*, & æris, & ferri, & cæterorum fodinas: vel quas paterfamilias inſtituit, exercere poterit *ſ*: vel ipſe inſtituere, ſi nihil agriculturæ nocebit. Et, ſi fortè in hoc, quod inſtituit, plus reditus ſit, quàm in vineis, vel arbuſtis, vel oliuetis, quæ fuerunt: forſitan *t* etiam hæc deiicere poterit: ſi quidem ei permittitur meliorare *u* proprietatem.

6 ¶ Si tamen, quæ inſtituit vſufructuarius, aut cœlum *x* corrumpant agri: aut magnum apparatum ſint deſideratura, opificum fortè, vel legulorum *y*, quæ non poteſt *z* ſuſtinere proprietarius: non videbitur viri boni arbitratu frui. ſed nec ædificium quidem poſiturum in fundo, niſi quod ad fructum percipiendum neceſſarium ſit.

7 ¶ Sed, ſi ædium vſusfructus legatus ſit, Nerua filius, & lumina immittere eum poſſe ait, ſed & colores, & picturas, & marmora poterit, & ſigilla, & ſi quid ad domus ornatum. Sed *a* neque diætas *b* transformare, vel coniungere, aut ſeparare ei permittitur: vel aditus, poſticáſve *c* vertere: vel refugia *d* aperire: vel atrium mutare: vel viridaria ad alium modum conuertere: excolere enim quod inuenit, poteſt, qualitate ædium non immutata. Item Nerua, eum, cui ædium vſusfructus legatus ſit, altius tollere non poſſe: quamuis lumina non obſcurentur: quia tectum magis turbatur: quod Labeo etiam in proprietatis domino *e* ſcribit. Idem Nerua, nec obſtruere eum poſſe.

8 ¶ Item ſi domus vſusfructus legatus ſit: meritoria illic facere fructuarius non debet: nec per cœnacula diuidere domum, atquin locare poteſt *f*: ſed oportebit, quaſi domum locare: nec balneum ibi faciendum eſt. Quod autem dicit, *meritoria non facturum*, ||ita|| accipe, quæ vulgo diuerſoria, vel fullonica *g* appellant. Ergo quidem: & ſi balneum ſit in domo vſibus dominicis ſolitum vacare in intima parte domus, vel, inter diætas *h* amœnas. non rectè, nec ex boni viri arbitratu facturum, ſi id locare cœperit, vt publicè lauet: non magis, quàm ſi domum ad ſtationem iumentorum locauerit: aut ſi ſtabulum, quod erat domus iumentis, & carrucis vacans, piſtrino locauerit.

14. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

LIcèt multò minus ex ea re fructum percipiat.

Si vſusfructuarius inædificauerit. 1. De mancipiis. 3. De rebus mobilibus. 4. De veſtimentis. 5. De ſcenica vel funebri veſte & auleis. 6. De iure vſufructuarij. De inſtrumento fundi, vel ædium. 7. De ſeruitute imponenda, amittenda, vel acquirenda.

15. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

SEd, ſi quid inædificauerit, poſtea *i* eum neque tollere hoc, neque refigere poſſe. refixa planè poſſe vindicare.

1 ¶ Mancipiorum quoque vſusfructus *k* legato non debet *l* abuti, ſed ſecundum conditionem eorum vti. Nam ſi librarium *a* reus mittat: & qualum *b*, & calcem portare cogat: hiſtrionem, balneatorum faciat: vel de ſymphoniaco atrienſem: vel de paleſtra ſtercorandis latrinis *c* præponat: abuti *d* videbitur proprietate.

2 ¶ Sufficienter autem alere, & veſtire debet, ſecundùm ordinem, & dignitatem mancipiorum.

3 ¶ Et generaliter Labeo ait, in omnibus rebus mobilibus modum eum tenere debere *e*: ne ſua feritate, vel ſæuitia ea corrumpat: alioquin etiam lege Aquilia eum conueniri.

4 ¶ Et, ſi veſtimentorum vſusfructus legatus ſit, non *f* ſicut quantitatis vſusfructus legetur dicendum eſt, ita vti eum debere ne abutatur, nec *g* tamen locaturum quia vir bonus ita non vteretur.

5 ¶ Proinde & ſi ſcænicæ veſtis vſusfructus legetur, vel aulei, vel alterius apparatus: alibi quàm in ſcena, non vtetur. Sed an & locare poſſit, videndum eſt? Et puto *h* locaturum: & licèt teſtator commodare non locare, fuerit ſolitus: tamen ipſum fructuarium locaturum tam ſcænicam, quàm funebrem veſtem.

6 ¶ Proprietatis dominus non debebit impedire fructuarium ||ita|| vtentem, ne deteriorem eius conditionem faciat.

¶ De quibuſdam planè dubitatur, ſi eum vti prohibeat, an iure id faciat, vt puta doliis, ſi fortè fundi vſusfructus ſit legatus? Et putant quidam *i*, & ſi defoſſa ſint, vti prohibendum. idem & in feriis *k*, & ||in|| cuppis, ||in|| cadis & amphoris: putant idem & in ſpecularibus *l*, ſi domus vſusfructus legetur. Sed ego puto, niſi ſit contraria voluntas, etiam inſtrumentum *m* fundi, vel domus contineri.

7 ¶ Sed nec ſeruitutem imponere fundo poteſt proprietarius, nec amittere ſeruitutem:

¶ Acquirere *n* planè *o* ſeruitutem eum poſſe, etiam inuito fructuario, Iulianus ſcripſit.

¶ Quibus conſequenter, fructuarius quidem acquirere fundo ſeruitutem non poteſt: retinere autem poteſt. &, ſi fortè fuerit, non vtente fructuario, amiſſa: hoc quoque nomine tenebitur.

¶ Proprietatis dominus ne quidem conſentiente fructuario ſeruitutem imponere poteſt.

16. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

NIſi qua deterior fructuarij conditio non fiat: veluti ſi talem ſeruitutem vicino conceſſerit, ius ſibi non eſſe, altius tollere.

De loco religioſo faciendo. 1. De ſeruo coërcendo. 2. vel noxæ dedendo. 3. De ſeruo occiſo.

17. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

LOcum autem religioſum facere poteſt, conſentiente vſufructuario *p*. & hoc verum eſt fauore religionis.

¶ Sed interdum & ſolus proprietatis dominus locum religioſum facere poteſt: finge enim, eum *q* teſtatorem inferre, cum non eſſet tam opportune vbi ſepeliretur.

1 ¶ Ex eo, ne *r* deteriorem conditionem fructuarij faciat proprietarius, ſolet quæri, an ſeruum dominus coërcere poſſit. Et Ariſto apud Caſſium notat pleniſſimam eam coërcitionem habere, ſi *ſ* modo ſine dolo malo faciat, quamuis vſufructuarius, nec [illegible] contrariis *u* quidem miniſteriis, aut inuſitatis, artificium eius corrumpere poſſit: nec ſeruum cicatricibus *x* deformare.

2 ¶ Proprietarius autem & ſeruum noxæ dedere poterit, ſi hoc ſine dolo malo faciat, quoniam * noxæ deditio iure non perimit vſumfructum *y*, non *z* magis, quàm vſucapio proprietatis, quæ poſt conſtitutum vſumfructum contingit *a*.

¶ Debebit planè denegari vſusfructus perſecutio, ſi ei, qui noxæ accepit, litis æſtimatio non offeratur à fructuario.

3 ¶ Si quis ſeruum occiderit: vtilem actionem exemplo Aquiliæ *b* fructuario dandam, nunquam dubitaui.

De arboribus demortuis.

18. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

AGri *c* vſufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ ſubſtituendæ ſunt: & priores ad fructuarum pertinent.

---

a Quaſi communi diuidundo iudicium, vtile iudicium eſt.
b *l. 7. §. 7. ſ. com. diuid. l. 4. in fin. ſ. de aqua quotidiana.*
c v. *Senec. lib. de breuit. vitæ. c. 3.*
d ſ & debet l. 21. ſ. *de reb. cred.*
e vt & colonus, emptor fructuum & prælatus.
f τὴν αἵρεσιν conditionem. 16. *Ecl. 3. c. 13.*
g *l. 10. ſ. eo. l. 15. 3. ſ. eod.*
h Imo non poteſt *l. 7. l. 8. ſ. eo.*
i & grandes, *l. 11. ſ. eod.*
k Fructuarius arbores, ſiue ſint frugiferæ, ſiue πρὸς τέρψιν, faciendi quæſtus cauſa excidere non debet, *d. c. 13.*
l *Hal. viridaria.*
m τόπους ἀνθέων καὶ δένδρων ἀκάρπων. Scholiaſtes *Ecl. 16. tit. 1. c. 13.* loca florum & infructuoſarum arborum.
n *l. 7. in fin. ſ. eo.*
o puta vineam vel oliuetum. Scholiaſtes *d. loco.*
p *l. 9. §. 2. ſ. eo.*
q *v. l. 3. in fin. ſ. de reb. eorum qui ſub tutela.*
r *al.* ſulpuris *l. 52. §. 8. ſ. de furtis.*
ſ Hic quæri poteſt, an tutori imputari poſſit quod pupilli facultates in illud genus negotij & mercaturæ impenderit, in quo pupilli parēs ſe exercuerit, ad de *l. 9. in fin. ſ. eo. l. 27. §. 1. ſ. eo.*
t An dubitans hoc ait? An fauore vltimæ voluntatis hoc admittitur? An hoc iam inſtituerat paterfamilias? An non poteſt in his quæ certis finibus cōſtant natura (veluti in domo) hic autem de fundo loquitur: videntur enim ſeparanda prædia ruſtica ab vrbanis ob eam rationem ſcilicet, ne vrbs ruinis deformetur ædificiis diſiectis: & vt ex contrario maior annonæ copia ſit agris in meliorem conditionem mutatis. Hanc etiam differentiam innuere videtur ſequens paragraphus, *ſed ſi ædium.* Et verò Vlpianus hanc totam quæſtionem ita definit: vtrum meliorem cauſam proprietatis facere vſufructuarius poteſt? Aut (inquit) fundi eſt vſusfructus legatus. §. 4. ſ. *eo.* aut ædium §. 7. ſ. ſi fundi, forſitan poteſt, *vt hic*, ſi ædium, non poteſt *d. §. 7.*
u §. 4. ſ. *eod.*
x v *l. 8. § 5. ſ. ſi ſeruitus vindicetur.*
y qui oleas legunt. *Cato de re ruſtica. Varr. 4. de lingua Latin.*
z commodè *l. 115. ſ. de verb. ſign.* v. quæ notaui de impenſis *Nou. 6. c. vlt.*
a *l. 7. in fin. l. 8. ſ. eod.*
b v. quæ notaui ad *l. 55. §. 3. ſ. de leg. 3.*
c dixi ad Feſtum, *in Poſtica.*
d *l. 1. §. 2. ſ. de ſeruo corrupto:* non κρύπτας, *l. 3. §. 7. ſ. vti poſſidetis.*
e d *l. 7. §. 1. ſ. eod.*
f *l. 27. §. 1. ſ. eo. §. 1. in fin. Inſt. eo. l. 9. §. 1. ſ. locati.*
g fullonum officinas: v. *l. 3. ſ. de aqua pluuia.*
h v quæ ſcripſi ad *l. 43. §. 1. ſ. de leg. 1. & l. 35. ſ. de leg. 3.*
i v. *l. 12. ſ. de vſu & vſufruct. leg.* k vſufructu *Hal.*
l v. quæ notaui ad *l. 48. ſ. eod.*

a v. *l. 9. ſ. de regul. iur.*
b ciſtæ genus quo calx deferebatur. *Canum* Feſto Græcis δυλιστὴρ, σώρακος κοφῖνος, *Cuiac. 11. obſ. 36.*
c hoc contraria ſignificatione ſcriptum eſt pro lauandis & ſtercore liberandis: vt Græcis κοπίζειν & ποπίζειν exſtercorare: eſt vtiliſſima autem admodum illa mancipij conditio, *Plautus*: Non magis curo quam ancillam quæ latrinam lauat, *Cuiac. 11. obſ. 36.*
d Abutendo num amittitur vſusfructus? ſic videtur: & velut ab ingrato & indigno aufertur: & ita iudicatum Lutetiæ aduerſus ruſticos abutentes ſylua cædua, refert Paponius 14. Arreſtor. 3. §. 3.
e *l. 48. ſ. eo.*
f ſpeciei & quantitatis legatæ diuerſa ratio eſt. Quantitate abuti fructuarius poteſt, ſpecie non poteſt, g hoc emendatur, *l. 5. ſ. eod.*
h Locare etiā res fructuarias mobiles, vt veſtes, fructuarius poteſt, licet eas defunctus non ſolitus fuerit locare, *l. 22. §. 2. l. 13. in fin. ſ. eo.*
i & malè *arg. l. 21. ſ. de inſtructo.*
k v. *l. 206. ſ. de verbor. ſign.* Terentius Heautontiū. *act. 3. ſcena 1.* Releui dolia omnia omnes ſerias.
l de quib. *l. 12. §. 12 & 25. ſ. de inſtructo. Paul. 3. ſent. 6. §. 56.* ſunt autem *ſpecularia*, quibus lumen & ſol in ædes admittitur: vt hodie per vitreamina & chartacea fit, ſic dicta, quod è ſpeculari lapide fiebant, qui vt teſtatur Plin. c. 22. facilè vitri modo in quaſlibet tenues cruſtas finditur.
m id eſt inſtrumenti vſum habet, equorum puta, boum aratoriorum, fructuum paratorum ad ſeminandum, ligonum arathrorum, &c. *l. 9. §. 7. ſ. eo.* n An conſtituere vel imponere? *v. verſ. proprietatis. ſ. eod.* o Cur? meliorem poteſt facere fundum. p *v. l. 2. §. locum inf. de religioſis.*
q Proprietarius poteſt teſtatorem in fundum fructuarium inferre inuito fructuario, ſi alius ei locus non fuerit tam opportunus in quem mortuum teſtatorem inferret. r v. *l. 23. §. 1. inf. eo. Paul. 3. ſent. 6. § 23.*
ſ adde *l. 5. in fin. l. 6. ſ. ad l. Aquil.* v. *l. 23. §. 1. hoc tit.*
t *l. 15. § 2. ſ. eo.* u inuſitatis.
x Cicatrices, notæ, ſtigmata, veſtigia, *Vlp. 1. §. 11.* Cicatricibus ita deformati, *ſtigmatici*, & *ſubuerbuſti*. Hi ſi manumittebantur, olim fiebant dedititij, *d. §. 18.*
* y *l. 19. infra quib mod. vſusfruct. l. 44. §. 5. infra de vſucap.*
z v *l. 7. Cod. de pignoribus.*
a Cur potius ſerui operæ vſucapi poſſunt? v. *Cuiac. 19. obſ. 12.*
b *l. 11. in fin. l. 12 infra ad leg. Aquil.*
c *Nouel. 64. cap. 1.*

De vſufructu ædium, impoſita ſeruitute, legando.

1. De arboribus deiectis.

19. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

PRoculus putat, inſulam poſſe ita legari, vt ei ſeruitus imponatur, quæ alteri *a* inſulæ hereditariæ debeatur, hoc modo: *ſi ille heredi meo promiſerit, per ſe non fore quo altius ea ædificia tollantur, tum ei eorum ædificiorum vſumfructum do lego.* vel ſic: *ædium illarum, quoad altius quàm vti nunc ſunt, ædificata non erunt, illi vſumfructum b do lego.*

1 ¶ Si arbores vento *c* deiectas dominus non tollat *d* per quod incommodior is ſit vſusfructus, vel iter: ſuis actionibus vſufructuario cum eo experiundum.

De fructibus annuis legatis.

20. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

SI quis ita legauerit, *fructus annuos fundi Corneliani Gaio Mæuio do lego:* perinde *e* accipi debet hic ſermo, ac ſi vſusfructus fundi eſſet legatus.

Cui acquirit ſeruus fructuarius.

21. *Idem* lib. 17. ad Sabinum.

SI ſerui vſusfructus ſit legatus: quidquid is ex operа ſua acquirit, vel ex re fructuarij ad eum pertinet *f*: ſiue ſtipuletur, ſiue ei poſſeſſio fuerit tradita. Si verò heres inſtitutus ſit, vel legatum acceperit: Labeo diſtinguit, cuius *g* gratia vel heres inſtituitur, vel legatum acceperit.

22. *Idem* lib. 18. ad Sabinum.

SEd & ſi quid donetur ſeruo, in quo vſusfructus alterius eſt: quæritur, quid fieri oporteat? Et in omnibus iſtis: *ſi quidem contemplatione h fructuarij* aliquid ei relictum, vel donatum eſt, ipſi acquiret: ſin verò proprietarij, proprietario: ſi ipſius ſerui, acquiretur domino. Nec diſtinguimus, vnde cognitum eum, & cuius merito habuit, qui donauit, vel reliquit.

¶ Sed & ſi conditionis implendæ cauſa, quid ſeruus fructuarius conſequatur: & conſtiterit, contemplatione fructuarij eam conditionem adſcriptam, dicendum eſt, ipſi adquiri. nam & in mortis cauſa donatione idem dicendum eſt.

De ſeruo coërcendo.

23. *Idem* lib. 17. ad Sabinum

SEd ſicuti, ſtipulando: fructuario acquirit: ita etiam paciſcendo, eum acquirere exceptionem *i* fructuario, Iulianus lib. 30. Digeſtorum ſcribit.

IDémque, & ſi acceptum rogauerit, liberationem ei parere *k*.

1 ¶ Quoniam autem diximus *l. quod ex operis acquiritur, ad fructuarium pertinere*: ſciendum eſt, etiam cogendum eum operari. etenim modicam quoque caſtigationem fructuario competere *m*, Sabinus reſpondit, & Caſſius lib. 8. iuris ciuilis ſcripſit. vt neque torqueat *n*, neque flagellis *o* cædat *p*.

Cui acquirit ſeruus fructuarius.

24. *Paulus* lib. 10. ad Sabinum.

SI quis donaturus vſufructuario, ſpoponderit ſeruo, in quem vſumfructum habet, ſtipulanti, ipſi vſufructuario obligabitur: quia, vt *q* ei ſeruus talis ſtipulari poſſit: vſitatum eſt *r*.

1. Vbi pendet cauſatum. B. 2. Pro tempore, quo durat vſusfructus in effectu quæritur fructuario: pro tempore quo non durat, in effectu proprietario b. d. cum l. ſi operas. ʒ. eod. Alb. de Ro.

25. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

SEd & ſi quid ſtipuletur *ſibi aut Sticho* ſeruo fructuario, donandi cauſa, dum vult fructuario præſtitum: dicendum, ſi ei ſoluatur, fructuario acquiri.

1 ¶ Interdum tamen in pendenti *ſ* eſt, cui acquirat iſte fructuarius ſeruus, vt puta "ſi" ſeruum emit, & per traditionem accepit, nec dum pretium numerauit, ſed tantummodo pro eo fecit *t* ſatis: interim, cuius ſit, quæritur? Et Iulianus libro 35. Digeſtorum ſcripſit, in pendenti *u* eſſe dominium eius, & numerationem pretij declaraturam cuius ſit. Nam ſi ex re fructuarij, retrò fructuarij fuiſſe.

¶ Idémque "eſt," & ſi fortè ſtipulatus ſit ſeruus, numeraturus pecuniam. nam numeratio declarabit, cui ſit acquiſita ſtipulatio. Ergo oſtendimus, in pendenti eſſe dominium, donec pretium numeretur *x*.

¶ Quid ergo ſi amiſſo vſufructu, tunc pretium numeretur? Iulianus quidem libro 35. Digeſtorum ſcripſit.

ADhuc intereſſe, vnde ſit pretium numeratum. Marcellus verò, & Mauricianus, amiſſo vſufructu iam *a* putant dominium acquiſitum proprietatis domino, ſed Iuliani ſententia humanior eſt. Quod ſi ex re vtriuſque pretium fuerit ſolutum: ad vtrumque dominium pertinere, Iulianus ſcripſit; ſcilicet pro rata pretij ſoluti.

¶ Quid tamen, ſi fortè ſimul ſoluerit ex re vtriuſque? vt puta decem "millia" pretij nomine debebat, & dena ſoluit ex re ſingulorum, cui magis ſeruus acquirat? Si numeratione ſoluit, intererit, cuius priores nummos ſoluat; nam, quos poſtea ſoluerit, aut vindicabit, aut ſi fuerint nummi conſumpti, ad condictionem pertinent *b*. ſi verò ſimul in ſacculo ſoluit *c*, nihil fecit accipientis. & ideo nondum acquiſiſſe quiſquam dominium videtur: quia, cùm plus pretium ſoluit ſeruus, non faciet nummos accipientis.

2 ¶ Si operas ſuas iſte ſeruus locauerit, & in annos ſingulos certum aliquid ſtipuletur: eorum quidem annorum ſtipulatio, quibus vſusfructus manſit, acquiretur fructuario: ſequentium *d* verò ſtipulatio ad proprietarium tranſit, ſemel acquiſita fructuario: quamuis non ſoleat ſtipulatio ſemel cui quæſita, ad alium tranſire: niſi ad heredem, vel adrogatorem *e*. Proinde ſi fortè vſusfructus in annos ſingulos fuerit legatus, & iſte ſeruus operas ſuas locauit & ſtipulatus eſt, vt ſupra ſcriptum eſt: prout capitis minutione *f* amiſſus "fuerit" vſusfructus, mox reſtitutus, ambulabit *g* ſtipulatio; profectáque ad heredem, redibit ad fructuarium.

3 ¶ Quæſtionis eſt, an id, quod adquiri fructuario non poteſt, proprietario acquiratur? Et Iulianus quidem libro 35. Digeſtorum ſcripſit, * quod fructuario acquiri non poteſt, proprietario quæri *h*. Denique ſcribit, eùm, qui ex re fructuarij ſtipuletur nominatim proprietario, vel iuſſu eius, ipſi acquirere. Contra autem nihil agit, ſi non ex re fructuarij, nec ex operis ſuis fructuario ſtipuletur.

4 ¶ Seruus fructuarius: ſi vſumfructum in ſe dari ſtipuletur, aut ſine nomine, aut nominatim proprietario, "ipſi proprietario" acquirit, exemplo ſerui communis: qui, ſtipulando rem alteri ex dominis, cuius res eſt, nihil agit: quoniam rem ſuam *i* ſtipulando quis, nihil agit: alteri ſtipulando, acquirit ſolidum.

5 ¶ Idem Iulianus, eodem libro ſcripſit.

SI ſeruo *k* fructuarius operas eius *l* locauerat, nihil agit. nam, & ſi ex re mea (inquit) à me ſtipulatus ſit, nihil agit: non magis, quàm ſeruus alienus bona fide mihi ſeruiens, idem agendo, domino quicquam acquirit.

¶ Simili modo (ait) ne quidem ſi rem meam à me fructuario conducat *m*, me "non" obligauit. Et regulariter definit: * quod quis, ab alio ſtipulando, mihi acquirit: id à me ſtipulando nihil agit, niſi fortè (inquit) nominatim domino ſuo ſtipuletur à me, vel conducat.

6 ¶ Si duos fructuarios proponas, & ex alterius re ſeruus ſit ſtipulatus: quæritur vtrum totum, an pro parte, qua habet vſumfructum, ei quæratur: nam & in duobus bonæ fidei poſſeſſoribus hoc idem eſt apud Scæuolam agitatum libro ſecundo quæſtionum *? Et ait, vulgo creditum, rationémque *n* hoc facere, "vt" ſi ex re alterius ſtipuletur, partem *o* ei duntaxat quæri, partem domino: quod ſi nominatim *p* ſit ſtipulatus, nec dubitari debere, quin adiecto nomine, ſolidum ei quæratur.

¶ Idémque ait & ſi iuſſu eius ſtipuletur: quoniam iuſſum pro nomine accipimus.

¶ Idem & in fructuariis erit dicendum: vt quo caſu non totum acquiretur fructuario, "" proprietatis domino erit quæſitum: quoniam ex re fructuarij quæri ei poſſe oſtendimus.

7 ¶ Quod autem diximus *q*, *ex re fructuarij, vel "ex" operis poſſe acquirere*, vtrum *r* tunc locum habeat, quotiens iure legati vſusfructus ſit conſtitutus, an & ſi per traditionem, vel ſtipulationem, vel alium quemcumque modum: videndum? Et vera eſt Pegaſi ſententia, quam & Iulianus libro 16. ſecutus eſt, omnia *ſ* fructuario acquiri.

26. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

SI operas ſuas locauerit ſeruus fructuarius: & imperfecto tempore locationis, vſusfructus interierit: quod supereſt *t*, ad proprietarium pertinebit *u*. Sed & ſi ab initio certam *x* ſummam propter operas certas ſtipulatus fuerit: capite diminuto eo, idem dicendum eſt.

De fructibus pendentibus. 1. De tabernis locandis. 2. Si ſeruum fructuarius inſtituerit. 3. De oneribus à fructuario agnoſcendis. 4. De ſeruitutibus. 5. De ſeruo empto quibuſdam interdictis.

27. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

SI pendentes fructus iam maturos reliquiſſet teſtator, fructuarius eos feret, ſi die *y* legati cedente, adhuc pendentes deprehendiſſet, nam

---

a l. 33. ʒ. de ſeru. vrban. l. 3. l. 6. ʒ. comm. prad.
b & ſic proprietatem. Hinc colligunt, *vſusfructus* verbo interdum proprietatem plenam contineri. Vnde hoc colligunt? quia qualitas & facultas fructuario hic conceditur, quæ proprietariis ſolis competit. Teſtator. n. mandat fructuario. *Vt ne altius tollat ædes fructuarius inuito herede teſtatoris.* Atqui poteſtas altius tollendi, niſi proprietario non competit v. Mantiçam 9. *de coniecturis* 5.
c v. l. 12. ʒ. eod.
d ſunt enim proprietarij, *l. 12. ʒ. eod.*
e v. *l. 41. ʒ. de vſufruct. legato.*
f *l. 23. §. 1. ʒ. eo.*
g an heredis? an fructuarij? *l. 22. ʒ. eod. l. 63. §. 4. ʒ. ad Trebell.*
h Contemplatione cuius quid fiat, donetur vel legetur, ſpectare ſuper oportet. adde *l. 60. in fin. ʒ. pro ſocio.*
i nam pacta valent ad exceptionem.
k v. *l. 11. ʒ. de acceptilat.*
l *l. 21. ʒ. eo. l. 10. ʒ. de acq. rer. dom.*
m *l. 17. §. 1. ʒ. eo. l. 5. l. 6. ʒ. ad l. Aquil. l. 24. in fin. ʒ. de pign.* Paul. 3. ſent. 6. §. 23.
n *l. 68. ʒ. eo. al.* vt neq; torqueat.
o Immodica caſtigatio eſt flagellis cædere dixi ad *l. 7. ʒ. de pœnis: & 12. ʒ. de iure fiſci.*
p Iure cædi poteſt. *l. 96. ʒ. de verbor. oblig.*
q v. *l. 63. ʒ. de ſolutionibus.*
r quæ ſunt moris & conſuetudinis, lege permitti ſolent. *l. 1. C. de ſ. decuſſ. v. l. 31. §. 20. ʒ. de ædilitio.*
ſ v. *l. 43. in fin. ʒ. de acq. rer. dom.*
t *l. 12. in fin. ʒ. eo. l. 5. §. 18. ʒ. de tributor. l. 19. l. 53. ʒ. de contrah. empt.*
u *l. 12. §. 5. ʒ. eo. l. 43. in fin. ʒ. de acq. rer. dom. l. 43. in fin. ʒ. de ædilit. edict.*
x *l. 18. in fin. ʒ. de ſtipul. ſeru.*

a puta capitis diminutione. adde *l. 24. ʒ. de act. emp.*
b *l. 25. l. 26. ʒ. de cond. indeb.*
c vel in folle talis ſolutio & oblatio admodum eſt incerta, *l. 82. ʒ. de cond. & demonſtr.*
d v *l. 26. ʒ. eod.*
e §. 1. *Inſtit. de acquiſit. per arrogat.* v. *l. 38. §. 15. ʒ. de verb. oblig.*
f §. 3. *Inſt. hoc tit.*
g de hoc verbo dixi ad *l. 15. ʒ. de minorib.*
h *l. 23. in fin. ʒ. de acq. rer. l. 7. §. fin. ʒ. de ſtipul. ſeruor. §. vlt. Inſtit. de ſtipul. ſeru.*
i *l. 87. ʒ. de verb. oblig. §. 21. Inſt. de inutil. ſtipul.*
k fructuario.
l id eſt, ſuas.
m *l. 37. in fin. ʒ. de peculio.*
n Conſuetudo ratione firmatur.
o Imò totum *l. 27. in fin. ʒ. de ſtipul. ſeruor.*
p §. 3. ʒ. eo. *l. 37. §. pen. ʒ. de acq. rerum dom. l. 22. in fin. l. 39. ʒ. de ſtip. ſeru.*
q *l. 21. ʒ. eod.*
r Non quæritur vnde vſusfructus fructuario acquiratur, ſed de poteſtate vtendi fruendi. Et eodem modo non quæritur vnde origine pecunia habuerit, *l. non vnde. C. ſi certum.*
ſ omni fructuario, vt Baſilicis, παντι τῷ τὴν χρῆσιν ἔχοντι, *Cuiac. 11. obſeru. 36.*
t *l. 25. §. 2. ʒ. eod.*
u hinc colligit Cuiacius, finito vſufructu, fructus pendētes vel perceptos diuidendos inter dominum & fructuarium pro rata temporis quo conſtitit eo anno in perſona fructuarij 4. *Feudor.* 30. vide tamen *l. 13. ʒ. quibus mod. vſusfruct. & l. 8. in fin. ʒ. de annuis.*
x non ab initio per annos diuiſam.
y Dies legati vſusfructus quando cedit? adita hereditate, *l. 86. §. 2. ʒ. de leg. 1. l. 1. ʒ. quando dies vſusfr.*

nam ‖ & ‖ ſtantes *a* fructus ad fructuarium pertinent *b*.

1 ¶ Si dominus ſolitus *c* fuit tabernis ad merces ſuas vti, vel ad negotiationem, vtique permittetur fructuario locare eas, & ad alias merces, & illud ſolum obſeruandum, ne vel abutatur vſufructuarius, vel contumelioſè *d*, iniurioſéve vtatur ‖ vſufructu ‖.

2 ¶ Si ſerui vſusfructus legatus eſt, cuius teſtator quaſi miniſterio vacuo vtebatur, ſi eum diſciplinis, vel arte *e* inſtituerit *f* vſufructuarius, arte eius, vel peritia vtetur.

3 ¶ Si *g* quid *h* cloacarij nomine debeatur, vel ſi quid ob formam *i* aquæductus, quæ per agrum tranſit, pendatur: ad *k* onus fructuarij pertinebit *l*: ſed & ſi quid ad collationem viæ *m*, puto hoc quoque fructuarium ſubiturum. Ergo & quod ob *n* tranſitum *o* exercitus confertur ex fructibus *p*, ſed & *q* ſi quid municipio: nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio, viliori *r* pretio addicere. ſolent & fiſco fuſiones *ſ* præſtare. hæc onera ad fructuarium pertinebunt.

4 ¶ Si qua ſeruitus *t* impoſita eſt fundo, neceſſe habebit fructuarius ſuſtinere: vnde *u* & ſi per ſtipulationem ſeruitus debeatur, idem puto dicendum.

5 ¶ Sed & ſi ſeruus ſub pœna emptus ſit, interdictis certis quibuſdam *x*: an ſi vſusfructus eius fuerit legatus, obſeruare hæc fructuarius debeat? Et puto debere eum obſeruare, alioquin non boni viri arbitratu vtitur, ‖&‖ fruitur.

De numiſmatibus.

28. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

NVmiſmatum *y* aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis vti ſolent, vſusfructus legari poteſt.

De vſufructu omnium bonorum.

29. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

OMnium *z* bonorum *a* vſumfructum poſſe legari: niſi *b* excedat dodrantis *c* æſtimationem Celſus libro trigeſimo ſecundo digeſtorum, & Iulianus libro ſexageſimo primo ſcribit, & eſt verius.

Si ædium luminibus obſtruatur.

30. *Paulus* lib. 3 ad Sabinum.

SI is, qui binas ædes habeat, aliarum vſumfructum legauerit, poſſe heredem, Marcellus ſcribit, alteras altius tollendo, obſcurare luminibus *d*, quoniam habitari poteſt, etiam obſcuratis ædibus. quod *v*ſque adeò temperandum eſt, vt non *e* in totum ædes obſcurentur, ſed modicum lumen, quod habitantibus ſufficit, habeant.

a id eſt, Fructus inchoati vſusfructus tempore pendentes, fructuarij ſunt: vnde aliud colligi poteſt, fructus pendentes ſinito vſusfructus tempore proprietarij fieri.
b vtcunque heres moram adeundo faciat. *l.* 35. ꝭ. *eod.* *l.* 53. ꝭ. *de fideic. lib.*
c *v. l.* 13. §. 5. *ſ. eo.*
d vel inhoneſte *l.* 7. ꝭ. *de vſufr. & habitat.*
e adde Senecam 9. *Controuerſ.* 3.
f Cur vſufructuarius ſeruum, quo defunctus vacuo vtebatur, diſciplinis inſtituere poteſt: domum ampliare non poteſt: quamuis melius repoſiturus ſit? *v. l.* 7. *ſ. eod.*
g His oneribus quæ ſequuntur ſubiecta olim erāt patrimonia, fueruntque hæc ſolemnia patrimoniorum onera. adde que ſcripſi ad *l.* 11. ꝭ. *de vacatione munerum.*
h *v. l.* 30. *inf. de legat.* 3. *l.* 39. §. 5. *infra de legat.* 1.
id Græci appellāt τὸ τέλος τοῦ χαχάλου, 16. *Eclo.* 1. *c.* 27.
i id τέλος τοῦ ὑδραγωγίου. *Eclog. illo loco.* *Forma* autem aquæ ductus ſunt formæ & meatus aquarum publicarum, ad quarum tutelam & refectionem, hi per quorum agros ea aqua tranſibat, annuatim tributum conferebant. Hoc verbo vtitur Frontinus libro *de aquaductibus*, & Imperator in *l.* 1. *l.* 3. *l.* 6. *C. de aquaductib.*
k Realia onera ad fructuarium pertinent conſtante vſufructu.
l *l.* 7. §. 2. *in fin. ſ. eod.*
m Hoc τέλος ὁδοστρωσίας Græci appellant, onus viæ refectionis. *Eclog. d. loco* quod prædiis impoſitum erat, *vt hic.* & *l.* 13. § 6. ꝭ. *de act. empt. l.* 14. §. 2. ꝭ. *de munerib. l.* 11. *de vacatione munerum. l.* 6. *C. de pignorib. Siculus Flaccus lib. de cond. agror.* id antiqui dicebant, Exigere viam, *Aſconius* 3. *Verrina.*
n τέλος τῆς στρατιωτικῆς παρόδου, *Ecl. ibi.* Ad huiuſmodi tranſitum annonæ, ligna & ſtramenta conferebantur. Vide Flaccum *ibid.* & Nouellam *quomodo oporteat milites tranſitum in ciuitatibus facere, & de introitu.* 130. o v. quæ ſcripſi ad *l.* 79. ꝭ. *de l.* 3. temporarium, *v. l.* 28. ꝭ. *de vſufr. leg.* p lignis, & ſtramentis vt ſ. dixi. q Hoc Græci *ibi* appellant τέλος τοῦ πολιτικοῦ, onus ob municipium. r Pretium frumenti vilius conſtitui poteſt à magiſtratu, non modò famis, ſed & quouis tempore, *l.* 5. ꝭ. *de adminiſt. rerum ad ciuit. pert.*
ſ alij functiones. δημόσια τέλη. 16. *Ecl.* 1. *c.* 22. *in fin.* onera ſiue functiones fiſcales. Stipendia, annonæ, capitationes: atque hæ ſunt tributiones quæ poſſeſſionibus fiunt, *l. pen.* ꝭ. *de Veteranis*; *l.* 6. *in fi.* ꝭ. *de munerib.* intributiones patrimonij, dixi ad *l.* 22. *in fin. infra ad municipalem*, tributa prædiorum: *l.* 7. §. 2. *ſ. eo. l.* 42. *l.* 52. §. 2. *ſ. de pactis*, *l.* 13. §. 6 ꝭ. *de act. empt. l.* 13. ꝭ. *de impenſis. l.* 32. §. 6. ꝭ. *de adminiſt. tut.* munera rei cohærentia, adde *Briſſonium* 3. *ſelectar.* 13. *Cuiac.* 18. *obſer.* 37.
t quid ſi conductor, rei conductæ fructus Titio legauerit herede damnato *ſinere legatarium vti frui*? & legatarius vtetur fruetur, & heres mercedes domino præſtabit, *l.* 30. §. 1. ꝭ. *de l.* 3. quia ſi fructuarius eas præſtaret, legatum inutile ei foret. u Cur? ne in pœnam incidat proprietarius.
x locis, *vt l.* 9. ꝭ. *de ſeruis exportandis.*
y *l.* 9. §. 4. ꝭ. *ad exhibendum.* vt Philippeorum, *l.* 27. §. 4. *in fi.* ꝭ. *de auro.* hinc collige animi voluptatem, delectationem & recreationem pro fructu haberi. *Zaſ.* adde *l.* 41. ꝭ. *eod.* & vt lanæ, & odorum, & aromatum. *v. l. pen.* ꝭ. *de vſufructu earum rerum* vide *Forner.* 2. *ſelect.* 2. v. tamen *Cuiac.* 9. *obſer.* 37.
z *l.* 34. §. 2. ꝭ. *eod.* mobilium, immobilium.
a & nominum *l.* 3. ꝭ. *de vſufructu earum rerum.*
b Imò etſi dodrantem excedat, *l.* 37. ꝭ. *de vſufr. leg.* poſſunt & omnia bona in dotem dari, *l.* 4. *C. de iure dotium.*
c v. quæ notaui ad *Nouell.* 18. *cap.* 3. quartam enim heredi extraneo relinquere teſtator debet: liberis verò, legitimam cum vſufructu. *Authent. nouiſſima C. de inofficioſ.* etiam ſi liberis vniuerſa proprietas ſit relicta, & vxori defuncti vſusfructus: vt ea ratione liberi habeant vnde ſe alere poſſint. *Alberic* relicta ſententia eorum qui putant, filio vniuerſam proprietatem habente, ſolidum vſumfructum aliter relinqui poſſe. Et hunc itaque in modum concludamus: ſiue filius quartam ſuam habeat, ſiue vniuerſam proprietatem, pater cogitur quartam vſusfructus ei relinquere, vt interim ex illo vſufructu alere ſe poſſit. d *l.* 10. ꝭ. *de ſeruitutib. vrban.* e alioquin ædes non poſſent habitari, *arg. l.* 1. *in fi.* ꝭ. *ſi vſusfru. petatur*; *l.* 10. *in fin. l.* 24. *ſ. de ſeru. vrban. rerum.*

Quæ ſunt ex re fructuarij.

31. *Idem* lib. 10. ad Sabinum.

EX re fructuarij etiam id intelligitur, quod ei *a* fructuarius donauerit *b*, conceſſeritve, vel ex adminiſtratione rerum eius compendij ſeruus fecerit.

De iure ab eo, qui rem tradit, excepto.

32. *Pomponius* lib. 3. ad Sabinum.

SI quis vnas ædes, quas ſolas habet, vel fundum tradit: excipere *c* poteſt id, quod perſonæ non prædij eſt *d*: veluti vſum & vſumfructum. Sed & ſi excipiat, vt paſcere ſibi, vel inhabitare liceat: valet exceptio, cùm ex multis ſaltibus, paſtione, fructus perciperetur. Et habitationis exceptione ſiue temporalis, ſiue vſque ad mortem eius, qui excepit, vſus *e* videtur exceptus.

Si fructuarius viuo teſtatore deceſſerit. 1. De iure accreſcendi.

33. *Papinianus* lib. 17. Quæſtionum.

SI Titio fructus, Mæuio proprietas legata ſit, & viuo *f* teſtatore Titius *g* decedat *h*: nihil *i* apud ſcriptum heredem relinquetur *k*: & id Neracius quoque reſpondit.

1 ¶ Vſumfructum in quibuſdam caſibus *l* non partis effectum obtinere conuenit: vnde ſi fundi, vel fructus portio petatur: & abſolutione ſecuta, poſtea pars altera quæ adcreuit vindicetur: in lite quidem proprietatis iudicatæ rei exceptionem obſtare, in fructus verò non obſtare *m*, ſcribit Iulianus: quoniam portio fundi, velut alluuio portioni, perſonæ fructus adcreſceret *n*.

De vſufructu duobus alternatim legato. 1. Si vſusfructus colono legetur. 2. quid interſit inter vſumfructum omnium bonorum & ſingularum rerum.

34. *Iulianus* lib. 35. Digeſtorum.

QVoties duobus vſusfructus legatur: ita, vt alternis annis vtantur fruantur: ſi quidem ita legatus fuerit, *Titio & Mæuio*: poteſt dici, priori *o* Titio, deinde Mæuio, legatum datum *p*: ſi verò duo eiuſdem nominis fuerint, & ita ſcriptum fuerit, *Titio vſumfructum alternis annis do*: niſi conſenſerint *q*, vter eorum prior vtatur, inuicem ſibi impedient. Quod ſi Titius eo anno quo frueretur, proprietatem accepiſſet: interim legatum non habebit, ſed ad Mæuium alternis annis vſusfructus pertinebit: & ſi Titius proprietatem alienaſſet, habebit enim vſumfructum, quia & ſi ſub conditione vſusfructus mihi legatus fuerit, & interim proprietatem ab herede accepero: pendente autem conditione, eandem alienauero: ad legatum admittar.

1 ¶ Si colono tuo vſumfructum fundi legaueris: vſumfructum vindicabit: & cum herede tuo aget ex conducto *ſ*: & conſequetur, vt neque mercedes præſtet, & impenſas quas in culturam fecerat, recipiat.

2 ¶ Vniuerſorum bonorum, an *t* ſingularum rerum vſusfructus legetur, hactenus intereſſe puto: quòd ſi ædes incenſæ fuerint, vſusfructus ſpecialiter ædium legatus peti non poteſt. Bonorum autem vſufructu legato, areæ vſusfructus peti poterit, quoniam qui *u* bonorum ſuorum vſumfructum legat: non ſolum eorum, quæ in ſpecie ſunt: ſed & ſubſtantiæ omnis vſumfructum legare videtur: in ſubſtantia autem bonorum etiam area eſt *x*.

Si heres in fraudem fructuarij tardius adierit. 1. De vſufructu ſerui legato ita vt finito vſufructu liber ſit.

35. *Idem* libro primo ad Vrſeium. Ferocem.

SI vſusfructus legatus eſt, ſed heres ſcriptus *y* ob hoc tardius adiit, vt tardius *z* ad legatum perueniretur: hoc quoque præſtabitur *a*, vt Sabino placuit *b*.

1 ¶ Vſusfructus ſerui mihi legatus eſt, iſque, cùm ego vti frui deſiiſſem, liber eſſe iuſſus eſt: deinde ego ab herede æſtimationem legati tuli, nihilo magis eum liberum fore, Sabinus reſpondit. namque videri me vti frui homine, pro *c* quo aliquam rem

a ſeruo vſufructuario.
b vt habet in peculio, vide *l.* 37. §. 1. ꝭ. *de adquir. rer. dom.* ſecus ſi vt ad proprietarium rediret, *l.* 49. *de acq. rerum dom.*
c id eſt, paciſci, *vt l.* 39. ꝭ. *de act. empt.*
d quia non habet alium fundum cui ſeruitus realis debeatur. Realem autem conſtituere nemo poteſt niſi qui habet prædium, *l.* 1. ꝭ. *commun. prædior.* §. 3. *Inſtitut. de ſeruitutibus.*
e habitationi vſus ineſt adde *l.* 10. ꝭ. *de vſu & habitat. l.* 13. *C. hoc tit.* §. 5. *Inſt. de vſufr.*
f id eſt, antequam in eius perſona conſtitueretur vſusfructus.
g i. legatarius.
h idem dicendum ſi incapax.
i Ea enim videtur Titij voluntas teſtatoris, vt ad legatarium proprietatis, vſusfructus legatus ſiue finitus, ſiue nunquam cœptus rediret potiùs quam ad ſcriptum heredem. Eadem eſt enim finiti & numquam cœpti vſusfructus ratio, *l.* 3. §. 1. ꝭ. *vſufruct. quemadmodum caueat.*
k ſed proprietatis legatario is vſusfructus adcreſſcet, vide *l.* 6. ꝭ. *de vſufruct. accreſ.* nec eſt in cauſa caduci quia lex Papia in vſufructu ceſſat, alioqui perpetuò remaneret apud fiſcum. *l.* 9. ꝭ. *de vſufruct. legat.* Prætereà ſi legatarius proprietatis præfertur in vſufructu ipſi heredi ſcripto, conſequenter fiſco præfertur. Nam lex Papia vindicat tantum ea quæ remanſura ſunt apud heredem, non apud legatarium. *l.* 17. ꝭ. *de legat.* 2.
l *l.* 4. *ſ. eod.*
m *l.* 14. §. 1. ꝭ. *de except. rei iudicata.*
n id eſt, quia eo caſu vſusfructus non portioni, ſed, homini accreſcit *d. l.* 14.
o vt prior nominatus, prior eligat & præferatur, *l.* 8. §. 4. ꝭ. *de legat.* p vt ordo ſcripturæ ſeruetur, vide *l.* 24. §. 17. ꝭ. *de fideicommiſſ. libert.* q vide *l.* 3. *in fi.* ꝭ. *quibus modis vſusfru.*
r vide *l.* 57. ꝭ. *eod.*
ſ *l.* 9. *in fin. l.* 10. *l.* 24. *in fin.* ꝭ. *locati.*
t Differentiam obſerua vniuerſorum bonorum legatorum à ſingularum rerum vſufructu legato, adde *l.* 22. ꝭ. *de vſufructu legato l.* 60. ꝭ. *ad Falcid.*
u Totum quamlibet ſui partem neceſſitate infert: *v. Euerard. in Top. in loco à toto ad partem n* 9.
x alibi dicitur area eſſe pars inſulæ, & quidem maxima, *l.* 98. *in fin.* ꝭ. *de ſolut.* adde *l.* 8. 9. ꝭ. *quib. modis vſusfr.*
y idem ſi ab inteſtato ſit heres.
z vide *l.* 6. ꝭ. *de vſusfructu leg.* a doli actione.
b *l.* 36. §. *vlt. l.* 57. ꝭ. *eod. l.* 33. ꝭ. *de fideicommiſſ. liber.*
c Æſtimatione rei fructuariæ qui vtitur, re vti frui intelligitur.

habeam

habeam *a*. conditionem autem eius libertatis eandem manere : ita vt mortis meæ, aut capitis diminutionis interuentu liber futurus eſſet.

De re extincta & reſtituta. 1. De morte debitoris nudæ proprietatis. 2. Si poſt moram heredis moriatur ſeruus, cuius vſusfructus legatus eſt.

36. *Africanus* lib. 5. *b*. Quæſtionum.

QVi vſumfructum areæ legauerat, inſulam ibi ædificauit. ea viuo eo *c* decidit vel deuſta eſt? vſumfructum *d* deberi *e* exiſtimauit *f*.

¶ Contra *g* autem non idem iuris eſſe ſi inſulæ vſufructu legato, area *h* deinde inſula facta ſit.

¶ Idémque eſſe, & ſi ſcyphorum vſusfructus legatus ſit, deinde maſſa *i* facta, & iterum ſcyphi. licèt enim priſtina qualitas ſcyphorum reſtituta ſit, non tamen illos eſſe, quorum vſusfructus legatus ſit *k*.

1 ¶ Stipulatus ſum de Titio fundum Cornelianum, detracto *l* vſufructu. Titius deceſſit. Quæſitum eſt, quid mihi heredem eius præſtare oportet? Reſpondit, referre *m*, qua mente vſusfructus exceptus ſit. nam ſi quidem hoc actum eſt, vt cuiuſlibet *n* perſona vſusfructus conſtitueretur, ſolam *o* proprietatem heredem debiturum. ſin autem id actum ſit, vt promiſſori duntaxat vſusfructus reciperetur, plenam *p* proprietatem heredem eius debiturum.

¶ Hoc ita ſe habere, manifeſtius in cauſa legatorum apparet. etenim ſi heres, à quo detracto vſufructu: proprietas legata ſit, prius quàm ex teſtamento ageretur, deceſſerit, minùs dubitandum, quin heres eius plenam proprietatem ſit debiturus.

¶ Idémque & ſi ſub conditione ſimiliter *q* legatus ſit, & pendente conditione heres deceſſit.

2 ¶ Vſusfructus ſerui Titio legatus eſt, cùm per heredem ſtaret, quò minùs præſtaretur, ſeruus mortuus eſt. aliud dici non poſſe ait, quàm in id obligatum eſſe heredem, quanti legatarij interſit *r*, moram factam non eſſe, vt ſcilicet ex eo tempore in diem in quo ſeruus ſit mortuus, vſusfructus æſtimetur.

¶ Cui illud quoque conſequens eſſe, vt ſi ipſe Titius moriatur: ſimiliter ex eo tempore, quo mora ſit facta, in diem mortis æſtimatio vſusfructus heredi eius præſtaretur.

Si promiſſor vſusfructus, vel operarum ſerui per quinquennium nihil dederit.

37. *Idem* lib. 7. Quæſtionum.

QVæſitum eſt: ſi cùm in annos decem proximos vſumfructum de te dari ſtipulatus eſſem, per te ſteterit *ſ*, quominus dares: & quinquennium tranſierit, quid iuris ſit. Item, ſi Stichi decem annorum proximorum operas de te dari ſtipulatus ſum, & similiter quenquennium præteriit? Reſpondit, eius temporis vſumfructum, & operas rectè peti, quòd *t* per te tranſactum eſt, quò minùs darentur.

Per quas perſonas vſufructuarius vtitur fruitur.

38. *Marcianus* lib. 3. Inſtitutionum.

NOn vtitur vſufructuarius *u*, ſi nec ipſe vtatur, nec nomine *x* eius alius: puta qui emit vel qui conduxit, vel cui donatus eſt, vel qui negotium eius gerit.

¶ Planè illud intereſt *y*: quòd, ſi vendidero vſumfructum, etiam*u* emptor non vtatur, videor vſumfructum retinere.

39. *Gaius* lib. ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

QVia qui pretio fruitur, non minùs habere intelligitur, quàm qui principali re vtitur fruitur *z*.

40. *Marcianus* lib. 3. Inſtitutionum.

QVòd ſi donauero, non aliàs retineo, niſi ille vtatur.

De ſtatuis & imaginibus. 1. De agris infructuoſis.

41. *Marcianus* lib. 7. Inſtitutionum.

STatuæ, & imaginis *a* vſumfructum poſſe relinqui magis eſt: quia & ipſæ habent ‖ aliquam ‖ vtilitatem, ſi quo loco opportuno ponantur.

1 ¶ Licèt prædia quædam talia ſint, vt magis ea impendamus, quàm de illis adquiramus *b*, tamen vſusfructus eorum relinqui poteſt.

a *v.l.39.inſ.eod.* nihil intereſt quid fiat ex æquipollentibus Res enim rem aliam repræſentare poteſt.
b *v.Cuiac.lib.5.ad Africanum: Forneriūm 2. ſelectiorum 16.*
c *ſubaudi* teſtatore.
d notandum eſt autem ex areis, præſertim frequẽti mercatu, obuentiones venire, *l.7.§.1.ſ.eod.l.72.ſ. de rei vindic. Cic. 9. Epiſtol.* caſam eis licet ponere, *l.37.j.eod.* non tamen ædificium, *l.7.§.1.ſ.eod.v.Cuiac.6.obſ.8.*
e Cur? Areę vſusfructus, eſt ei rei informis vſusfructus: area quippe res eſt, quę forma deſtituitur. Et in hac itaque ſpecie vſusfructus areę debetur, quia area magis in materia quàm in forma conſiſtit, & areę hic & illic materia ſemper eſt eadem.
f quia tunc cenſetur area reſtituta, *v.l.71.inf.eo.*
g Quid ita? Inſulæ, ædium & ſimilium vſusfructus, rei formam habentis vſusfructus eſt: Inſula quippe ſuam formam habet. Proinde in hac ſpecie inſula ad aream redacta, & ſic ſemel extincta, noua in area poſita non conualeſcit: quia inſula magis conſiſtit in forma quã in materia, & ſecunda non eſt eadem cum prima: quia prima in rerum natura eſſe deſiit. Nec al quid hic facit qualitatis ſimilitudo quia in vſufructu requiritur præciſè identitas formæ.
h ædibus ad areã redactis, ædium vſus extinguitur, *l.10.§.1. inf. quib. mod. vſusfruct.* ædium vſusfructus ſemel extinctus noua ædificatione non conualeſcit, *vt hic.*
i *v.l.44.§.2.inf. de leg.1.*
k adde *l.93. infr. de ſolutionib.*
l Exceptus vſusfructus, vita excipientis finitur: niſi vel tacitè actum ſit, vt tranſiret in heredem, *v.l.126.§.1.infr.de verb.oblig.* m *v.l.126 §.1.j.de verb.oblig.*
n hoc eſt promiſſoris, & heredis eius. o id eſt, nudam, at non ſolidam.
p vſusfructus enim ea natura eſt, vt perſonę cohæreat: vt qui vſumfructum excipit, ſibi tantùm, non heredi quoque excipiat.
q i. ſi ita ſum ſtipulatus *fundum dabis, ita tamen vt quandiu vixeris eo vtaris fruaris*: mortuo promiſſore, ab eius herede plena proprietas debetur: id autem in dubio præſumetur. r *v.l.35.ſ.eod.l.47.inf eod.*
ſ *v.l.16.infr.de vſu & vſuſr. legato.* t *v.l.35.ſ.eod.*
u *l.12.§.2.ſ.eo.* x vtimur fruimur, ſi noſtro nomine alius vtitur, puta emptor, conductor, donatarius vel negotiorum geſtor. Per eos vti frui poſſumus.
y Differentiam venditi & donati vſusfructus obſerua.
z Pretium rei rem repræſentat, *l.35.§.1.ſ.eod.l.22.in fi. ſ.de petit.l.33.l.34 inſr. de peculio.* a vide *l.28.ſ.eod.*
b talia prædia dicuntur, ſeneα ἄπορα Non.7.c.12.

Si alij vſus, alij fructus legetur: quid interſit inter rerum, & æſtimationis legatum.

42. *Florentinus* lib. 11. Inſtitutionum.

SI alij *a* vſus, alij fructus eiuſdem rei legetur: id percipiet fructuarius, quod vſuario ſupererit. nec minus ‖ & ‖ ipſe fruendi cauſa & vſum habebit.

1 ¶ Rerum, an æſtimationis vſusfructus tibi legetur, intereſt. nam ſi quidem rerum legetur, deducto eo *b*, quod præterea tibi legatum eſt, ‖ ex ‖ reliquis bonis vſumfructum feres. ſin autem æſtimationis ‖ vſufructus ‖ legatus eſt, id quoque æſtimabitur, quod præterea tibi legatum eſt. Nam * ſæpius idem legando non ampliat teſtator legatum *c*. re autem legata, etiam æſtimationem eius legando ampliare legatum poſſumus.

De vſufructu partis bonorum legato.

43. *Vlpianus* lib. 7. Regularum.

ETiam *d* partis bonorum vſusfructus legari poteſt. Si tamen non ſit ſpecialiter facta partis mentio, dimidia *e* pars bonorum continetur.

De tectorio.

44. *Neratius* libro tertio Membranarum.

VSufructuarius nouum *f* tectorium *g* parietibus, qui rudes *h* fuiſſent, imponere non poteſt, quia tametſi meliorem, excolendo ædificium, domini cauſam facturus eſſet: non *i* tamen id iure ſuo facere poteſt: aliúdque *k* eſt tueri quod accepiſſet, an nouum faceret.

De impenſis cibariorum & valetudinis.

45. *Gaius* libro ſexto ad Edictum Prouinciale.

SIcut *l* ſtipendia *m* cibariorum in ſeruum, cuius vſusfructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia ad eum reſpicere natura manifeſtum eſt.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas in quibus nuda proprietas matri legata eſt. 1. De inſula à proprietario reficienda.

46. *Paulus* lib. 9. ad Plautium.

SI extraneo ſcripto *n*, & emancipato præterito *o* matri defuncti, deducto vſufructu, proprietas legata ſit: petita *p* contra tabulas bonorum poſſeſſione, plena *q* proprietas, pietatis *r* reſpectu, matri præſtanda eſt *ſ*.

1 ¶ Si teſtator iuſſerit, vt heres reficeret inſulam, cuius vſumfructum legauit: poteſt fructuarius ex teſtamento agere, vt heres reficeret *t*.

47. *Pomponius* lib. 5. ex Plautio.

QVòd ſi heres hoc non feciſſet, & ob id fructuarius frui non potuiſſet: heres etiam fructuarij eo nomine habebit actionem, quanti *u* fructuarij intereſſet, non ceſſaſſe heredem: licèt vſusfructus morte eius interiiſſet.

Si heres quaſi negotium fructuarij gerens ædes refecerit. 1. De fructibus immaturis.

48. *Paulus* lib. 9. Plautium.

SI abſente fructuario, heres, quaſi negotium eius gerens, reficiat: negotiorum geſtorum actionem aduerſus fructuarium habet, tametſi ſibi in futurum heres proſpiceret. Sed ſi paratus *x* ſit recedere ab vſufructu fructuarius: non eſt cogendus reficere: ſed actione negotiorum geſtorum liberatur.

1 ¶ Siluam cæduam *y*, etiam ſi intempeſtiuè *z* cæſa ſit, in fructu eſſe *a* conſtat: ſicut olea immatura lecta, item fœnum immaturum cæſum in fructu eſt *b*.

De vſufructu duobus legato à duobus heredibus.

49. *Pomponius* libro ſeptimo ad Plautium.

a v. quæ ſcripſi ad *l.16.§.1.inſ.familia.*
b quia res ſua nemini ſeruit, *l.25. infr. de ſeruit. vrb. l.66.§.6.j. de legat.2.*
c adde *l.18. inf. de verb.oblig.*
d *Vlpian.24.§.26. in fi.*
e *Partis* appellatione intelligitur dimidia, *l.25.in f. l.164.§.1. infrà de verb.ſign.*
f *l.61.j.eod.*
g ex hac lege *l.61.infr.eod.* emendat *Cuiac. 1. obſer. 36.* alij illinimentum calcis intelligunt, vide quæ notaui ad *l.3.§.* *infrà vti poſſidetis.*
h Rudis paries vel nouus vel nondum politus *bourde.Gallis.*
i *l.7.l.8.ſ.*
Imò poteſt, *l.13.* *1.ſ.eod.*
k Differentiam obſerua inter tueri acceptum & nouum facere.
l Vſufructuario ſeruo vſufructuario præſtare debet ſtipendia cibariorum, & impendia valetudinis.
m *l.15.§.2.ſ.eod.* *al.* impendia.
n herede.
o Vſusfructus deducitur à filio emancipato præterito, qui petit bonorum poſſeſſione contra tabulas extraneum heredem eſſe ſit, à quo fundus matris fuerat legatus, detracto vſufructu: quem detrahi teſtator ab inſtituto non à præterito voluit.
p per prætorem.
q Plena proprietas eſt quæ in ſe vſumfructum etiam continet.
r falſa hæc lectio & collocatio *vt in l. vxorem codicillis. inf. de legat. 3.*
ſ vt quod ab extraneo per inofficioſi querelam ereptum eſt, præſtandum ſit matri, *v.l.* *fin. inf. de leg. præſtand.*
t *l.47.l.65.inf.* *j. eod.*
u *l.36.§.2.ſ.eod.*

x vide *l.64. infrà eodem.* y cædi conſuetam, *l.10. ſuprà eodem.*
z Intempeſtiuè cæſa ac lecta an & quomodo ſint in fructu.
a Imò non eſt: tenetur enim lege Aquilia qui facit: *l.27.§.25.§.16.inf. ad l. Aquil. l.10.l.11.ſ.eodem.* An hic intererat fructuarij cædere, quòd carius potuit eam vendere?
b & ad fructuarium pertinet, puta, beneficiarium, & ſimiles, & ad legatarium grauatum fideicõmiſſo (ſi modo vſusfructus duraturus erat, vel durauit ad tempus vſque incluſionis illorum fructuum) tunc enim nullo modo intereſt proprietarij, quin fructuarius ſibi non alij facit iniuriam, *l.54.in fin.j. ad leg. Aquil.* Idem dicendum in patrono qui fructus vaſſalli præmaturè collegit, quoties vaſſallus elapſo tempore maturitatis, aut collectionis iuſta obtulerit: ſecus, ſi infra tempus maturitatis: nec enim dominus rebus clientis abuti, ſed ſecundum earum conditionem vti debet, *l.15.§.1.& 3.ſ eodem.* idebque vaſſallo fructus extantes reſtituet, & præterea quanti eius intereſt fructus ſuos immaturos non colligi. Quid ſi non extent, aut extent quidem

Si mihi,

SGCB2021

SI mihi, & à tibi, à Sempronio, & Mucio heredibus vſusfructus legatus ſit: ego in partem Sempronij quadrantem, in partem Mutij alterum quadrantem habeo, tu item in vtriuſque parte eorum quadrantes partes *b*.

De impenſis ab herede vſumfructum reſtituturo deducendis.

50. *Paulus* lib. 3. ad Vitellium.

TItius Mæuio fundum Tuſculanum reliquit, eiuſque fideicommiſit, vt eiuſdem fundi partis dimidiæ vſumfructum Titiæ præſtaret: Mæuius villam, vetuſtate corruptam neceſſariam cogendis, & conſeruandis fructibus ædificauit. Quæſitum eſt, an ſumptus partem, proportione vſusfructus Titia agnoſcere debeat? Reſpondit Scæuola, ſi priùs, quam vſusfructus præſtaretur, neceſſariò ædificaſſet, non aliàs cogendum *c* reſtituere, quàm eius ſumptus ratio haberetur.

De vſufructu in tempus mortis collato.

51. *Modeſtinus* lib. 9. Differentiarum.

TItio, *cùm morietur*, vſusfructus *d* inutiliter *e* legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à perſona diſcedere *f* incipit.

De tributis præſtandis.

52. *Idem* lib. 9. Regularum.

VSufructu relicto, *ſi tributa eius rei præſtentur* g, ea vſufructuarium præſtare debere dubium non eſt, niſi ſpecialiter nomine fideicommiſſi teſtatori placuiſſe probetur hæc quoque ab herede dari.

Si portio Inſulæ manet.

53. *Iauolenus* lib. 2. Epiſtolarum.

SI cui inſulæ vſusfructus legatus eſt, quamdiu *h* quælibet portio eius inſulæ remanet, totius ſoli vſumfructum retinet.

De venditione fundi cuius vſusfructus ſub conditione legatus eſt.

54. *Idem* lib. 3. Epiſtolarum.

SVb conditione vſusfructus fundi à te herede, Titio legatus eſt, tu fundum mihi vendidiſti, & tradidiſti detracto vſufructu. Quæro: ſi non extiterit conditio: aut extiterit, & interiit vſusfructus: ad quem pertineat? Reſpondit, intelligo, ‖te‖ de vſufructu quærere, qui legatus eſt; itaque ſi conditio eius legati extiterit, dubium non eſt, quin ad legatarium ‖ is ‖ vſusfructus, pertineat: &, ſi aliquo caſu ab eo amiſſus *i* fuerit, ad proprietatem *k* fundi reuertatur: quòd ſi conditio non extiterit, vſusfructus ad heredem *l* pertinebit: ita vt in eius perſona omnia eadem ſeruentur, quæ ad amittendum vſumfructum pertinent, & ſeruari ſolent.

¶ Cæterùm in eiuſmodi venditione ſpectandum id erit, quod inter ementem, vendentémque conuenerit: vt, ſi apparuerit legati *m* cauſa eum vſumfructum exceptum eſſe, etiam ſi conditio non extiterit, reſtitui à venditore emptori debeat.

De vſu infantis legato.

55. *Pomponius* lib. 26. ad Quintum Mucium.

SI infantis, *n* vſus tantummodò legatus ſit: etiam ſi nullus interim ſit *o*, cùm tamen infantis ætatem exceſſerit, eſſe incipit *p*.

De municipibus fructuariis.

56. *Gaius* libro 17. ad Edictum Prouinciale.

AN vſusfructus nomine actio municipibus dari debeat, quæſitum eſt: periculum enim eſſe videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte, nec *q* facilè capitis diminutione periturus eſt: qua ratione proprietas inutilis eſſet futura, ſemper abſcedente vſufructu; ſed tamen placuit dandam eſſe actionem.

¶ Vnde ſequens dubitatio eſt, quouſque tuendi eſſent in eo vſufructu municipes? Et placuit, centum *r* annis *ſ* tuendos eſſe municipes: quia is finis vitæ longæui hominis eſt *u*.

De conſolidatione reſciſſa. 1. De morte quorundam ex fructuariis.

57. *Papinianus* lib. 7. Reſponſorum.

DOminus *x* fructuario prædium, quod *y* ei per vſumfructum ſeruiebat *z*, legauit, idque prædium aliquandiu poſſeſſum legatarius reſtituere filio, qui cauſam inofficioſi teſtamenti rectè pertulerat, coactus eſt: manſiſſe fructus ius integrum ex poſtfacto *a* apparuit.

1 ¶ Per fideicommiſſum fructu prædiorum ob alimenta libertis *b* relicto, partium emolumentum ex perſona vita decedentium ad dominum proprietatis *c* recurrit *d*.

De herede fructuarij. 1. De legato ſextæ partis, ex redactis fructuum.

58. *Scæuola* lib. 3. Reſponſorum.

DEfuncta fructuaria menſe Decembri, iam omnibus fructibus, qui in his agris naſcuntur, menſe Octobri per colonos ſublatis: quæſitum eſt, vtrùm penſio heredi fructuariæ ſolui deberet: quamuis fructuaria ante Kalendas Martias *a*, quibus penſiones inferri debeant, deceſſerit: an diuidi debeat inter heredem fructuariæ, & Rempublicam, cui proprietas legata eſt? Reſpondi, Rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariæ verò heredem ſua die, ſecundùm ea quæ proponerentur, integram penſionem percepturum *b*.

¶ *Sempronio do lego ex redactis* c *fructuum oleris & porrinæ* d, *quæ habeo in agro Ferrariorum, partem ſextam*. Quæritur, an his verbis vſusfructus legatus videatur? Reſpondi, non vſumfructum, ſed ex eo, quod redactum eſſet, partem legatam.

¶ Item quæſitum eſt, ſi vſusfructus non eſſet, an quotannis partem ſextam redactam legauerit? Reſpondi, quotannis videri relictum *e*, niſi contrarium ſpecialiter ab herede approbetur.

De arboribus vi tempeſtatis euerſis. 1. De eo quod in fundo naſcitur, vel inde percipitur. De penſionibus locatorum agrorum. 2. De vectigali fundi quod in compendio cæſæ harundinis, vel pali conſiſtit.

59. *Paulus* lib. 3. Sententiarum.

ARbores vi tempeſtatis *f*, non culpa fructuarij, euerſas, ab eo ſubſtitui non placet *g*.

1 ¶ Quidquid in fundo naſcitur, ‖vel‖ quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet *h*: penſiones quoque iam antea locatorum agrorum, ſi ipſæ quoque ſpecialiter comprehenſæ ſint. Sed ad *i* exemplum venditionis *k*, niſi fuerint ſpecialiter exceptæ, poteſt vſufructuarius *l* conductorem *m* repellere.

2 ¶ Cæſæ harundinis, vel pali compendium, ſi *n* in eo ‖quoque‖ fundi vectigal eſſe conſueuit, ad fructuarium pertinet.

De vſufructuario prohibito, vel deiecto. 1. De vſufructu vindicando à non domino. Si de proprietate vel vſufructu ſit controuerſia.

60. *Idem* lib. 5. Sententiarum.

CViuſcunque fundi *o* vſufructuarius prohibitus, aut deiectus, de reſtitutione omnium rerum ſimul occupatarum agit *p*: ſed & ſi medio tempore, alio caſu interciderit vſusfructus: æquè de perceptis antea fructibus vtilis actio tribuitur.

1 Si fundus, cuius vſusfructus petitur, non à domino poſſideatur, actio redditur *q*. Et ideo ſi de fundi proprietate inter duos quæſtio ſit: fructuarius nihilominus in poſſeſſione eſſe debet, ſatiſque à poſſeſſore cauendum *r* eſt, quòd non ſit prohibiturus frui eum cui vſusfructus relictus eſt, quandiu de iure ſuo probet. Sed, ſi ipſi vſufructuario quæſtio moueatur, interim vſusfructus eius offertur *ſ*: ſed caueri de reſtituendo eo, quod ex fructibus percepturus eſt, vel ſi ſatis non detur, ipſe frui permittitur.

De riuo parietibus imponendo, de ædificio conſummando.

61. *Neratius* libro 2. Reſponſorum.

VSufructuarius nouum *t* riuum *u* parietibus non poteſt imponere. Ædificium inchoatum, fructuarium conſummare non *x* poſſe, placet: etiam ſi eo loco aliter vti non poſſit. ſed nec eius quidem vſumfructum eſſe: Niſi in conſtituendo, vel legando vſufructu hoc ſpecialiter adiectum ſit, vt vtrumque ei liceat.

De venatione. 1. & feris quæ viuariis incluſæ ſunt.

62. *Tryphoninus* lib. 7. Diſputationum.

VSufructuarium venari *y* in ſaltibus, vel montibus poſſeſſionis, probè dicitur, nec aprum, aut ceruum quem ceperit, proprium domini capit: ſed fructus aut iure (ciuili) aut gentium *z* ſuos facit.

¶ Si viuariis *a* incluſæ feræ in ea poſſeſſione cuſtodiebantur, quando vſusfructus cœpit: num *b* exercere *c* eas fructuarius poſſit, occidere non poſſit: aliàs ſi quas initio incluſerit operis ſuis vel ‖poſt‖ ſibimetipſæ inciderint, delapſæve fuerint: hæ fructuarij iuris ſint? commodiſſimè tamen, ne per ſingula animalia facultatis fructuarij propter diſcretionem difficilem, ius incertum ſit, ſufficit eundem numerum per ſingula quoque genera ferarum, finito vſufructu, domino proprietatis aſſignare; qui fuit cœpti vſusfructus tempore.

Qui vſumfructum conſtituere poſſit.

63. *Paulus* lib. ſingulari de Iure ſingulari.

QVod noſtrum non *d* eſt, transferemus *e* ad alios *f*. veluti is *g*, qui fundum habet, quanquam vſum-

ſed inutiles & corrupti; eorum pretium, deductis tamen impenſis, in collectionem factis præſtabitur, *arg. l.35. §.1. ff. loca.* idem dicendum in legatario cui vltimo anno legari (finge vſque ad decem annos legatum) fructus ſequentis anni percipere immaturè non licet. idem eſt etiam in eo qui reſtituere fundum grauatus, in fraudem legatarij (cui dies meſſis, vindemiæ, piſcationis ſyluæ cedendæ, vel collectionis intra tempus maturitatis ceſſerat) fructuum collectionem anticipauit. Idem in colono *d. l. 35.* vt interea ſciamus tempus maturitatis, non æſtimari ex priuata coloni affectione, ſed boni diligentiſque patrisfamilias: ſic enim intelligenda eſt *l. prati. de vſufructu legato.* nam & oliua immatura matura vtilior eſt, *d. l. pen.* notandum eſt etiam immaturè fructus colligentem teneri etiam Aquilia. *leg. 27. §. 25. ad l. Aquil.* & communi diuidundo, *v. l. 13. ff. comm. diuid.* & ex locato, *v. l. 35. §. 1. ff. locat. v. Molinæum tit. 1. §. 1. gl. 8. n. 32. ac 36.*

a Pro parte conſtitui vſusfructus poteſt, *l. 5. ff. eod.*

b v. quæ notaui ad *Nou. 18. c. 4.*

c *leg. 32. §. 5. ff. de vſufr. legat.*

d Seruitus tamen Titio *cùm morietur*, legari poteſt rectè: poteſt enim in heredem tranſire quod in vſufructu non eſt. Huic differentiæ vſusfructus & ſeruitutis hæc pariter adiunguntur. Vſusfructus ius eſt perſonæ, ſeruitus verò ius prædij. Ille, diuiduus; ſeruitutes, verò indiuiduæ. Ille morte & capitis diminutione perit: hæ non item *leg. 3. ff. quemadmod. ſeruit. amit.* Vſusfructus alternis annis legatus non vtendo non amittitur, quia plura ſunt legata, *l. 27. ff. quib. mod. vſufr.* ſecus in ſeruitute relicta: hic n. legatum vnum eſt, *leg. 13. ff. de vſufr. legato.* e Cur? quia à mortuo & ſic à non perſona incipit. *l. 5. ff. de vſufr. legat.* aliud eſt in ſtipulationibus *v. l. 11. C. de contr. ſtip.* f *al.* decedere. g *v. l. 7. §. 2. ff. eo. l. 28. ff. de vſufr. leg.* h a que ita per partem, integer vſusfructus retinetur, *arg. l. 12. C. de agric. & cenſitis.* i *l. 46. in pr. ff. de euict.* k emptorem. l venditorem. m *fortè* legatarij. n vel furioſi, vel ægrotantis. o *l. 12. §. 3. ff. eo.* p poteſt. n. furioſus reſipiſcere, ægrotus conualeſcere, & infans creſcere. *Paul. 3. ſent. 6. §. 18.* q Collegia & municipia non facilè moriuntur, *vt hic.* ita nec Eccleſia. *v. 1. Feud. 13.* r *l. 8. ff. de vſufr. leg.* ſ Imò triginta tantùm annis, *l. 98. §. pen. ff. ad l. Falc. v. Cuiac. lib. de præſcr. c. pen.* t niſi priùs talis ciuitas aratrum paſſa ſit, *l. 21. ff. quib. mod. vſusfr. amit.* u Reſpub. æſtimatur ὡς ὁμακροχρόνιος ἄνθρωπος. adde *l. 23. C. de ſacro. Eccl.* adde *7. Pli. 48.* proprietatis. y Res fuit homini per vſumfr. z Seruit prædium vſufructu in eo conſtituto, vſusfructus eſt ius, i. ſeruitus. a *l. 34. paulo ante §. 1. ff. eo.* b & ſic pluribus, quo nomine caueri proprietario oportet, *l. 3. circa fin. ff. de alimentis.* imo ad proprietatem non recurrit, *l. 10. in fin. ff. de vſufr. adcreſ.*

a Martio menſe penſiones & mercedes ſolui ſolitæ. *Marc. 1. c. 12.* adde quæ de penſionibus menſe Iulio inferri ſolitis dixi ad *l. 31. ff. de contr. empt. & ad leg. 9. ff. qui potiores.*

b Si integro anno vſusfructus durauit, penſiones integræ heredi fructuarij debētur, licet tardiùs inferantur. Quid ſi non integro anno, an pro rata temporis quo vſusfructus conſtitit in perſona vſufructuarij, inter dominum & vſufructuarij heredes diuidentur? vide quæ notaui ad *l. 27. ff. eo.*

c l. reditibus.

d Porrina hic dicitur vt & rapina in *l. 88. §. 16. ff. de leg. 2.*

e Igitur tale legatum, penſio annua, non vſusfructus erit.

f Tempeſtatis vim fructuarius non præſtat, ſed culpam.

g quia nec earum euerſarum ſentit omne commodum *l. 12. §. eod.* aliud ſi demortuæ ſint, *leg. 18. ff. eod.*

h *l. 9. ff. eod.*

i Argumentum ab emptore ad fructuarium obſerua. vide omninò quæ ſcripſi ad Accurſ. *hoc loco.*

k in quo emptor non neceſſe habet concedere colono, cui prior dominus locauit, niſi ea lege emit. *l. 9. C. locati.*

l ſecus in vſu *l. 10. §. 4. ff. de vſu.*

m vide Capellam Tholoſanam, *qu.* 420.

n *l. 9. §. vlt. ff. eod.*

o i. ſiue prouincialis ſiue Italici, non vrbani, vel ruſtici, nam nullus eſt fundus vrbanus *Cuiac. 11. obſ. 36.*

p interdicto de vi *l. 3. §. pen. l. 20. ff. de vi & vi.*

q datur enim ei actio in quemuis poſſeſſorem, *leg. 5. §. 1. ff. ſi vſufr. pet.*

r *v. l. 7. ff. de aqua quotidian.*

ſ differtur. *Baldus*, *Haloand.*

t nouum tectorium, *l. 44. ff. eod.* ex qua hanc emendat *Cuiac. 1. obſ. 36.* ſed Ruſſardus *riui* nomine ſtillicidij genus intelligit.

u *l. 44. ff. eod.* x Imò poteſt, *l. 2. ff. de iuriſd.*

y *l. 9. §. 5. ff. eo. v.* tamen *l. 26. ff. de vſuris.* z *§. 12. de rer. diuiſ.*

a De viuariis dixi ad *l. 1. §. 13. de acq. poſſ.* Viuaria Gallis, *Parc.*

b Tribonianiſmum hic eſſe prodit ſatis ipſa oratio.

c *Exercere feras*, eſt earum operis vti venando.

d hoc eſt, quod noſtrum nondum eſt.

e *al.* transferimus.

f In hoc valde ſingulare eſt, vt ex inſcriptione legis apparet.

g id eſt, nudæ proprietatis dominus; *l. 72. ff. eod.*

fructum non habeat, tamen vſumfructum *a* cedere poteſt *b*.

De domo reficienda.

64. *Vlpianus* lib. 51. ad Edictum.

CVm fructuarius paratus eſt vſumfructum *c* derelinquere *d*, non *e* eſt cogendus domum reficere, in quibus caſibus‖& ‖ vſufructuario hoc onus incumbit.

1 ¶ Sed & poſt acceptum contra eum iudicium parato fructuario derelinquere *f* vſumfructum, dicendum eſt abſolui eum debere à Iudice.

65. *Pomponius* lib. 5. ex Plautio.

SEd cùm fructuarius *g* debeat, quod ſuo ſuorùmque facto deterius factum ſit, reficere; non eſt abſoluendus, licèt vſumfructum derelinquere paratus ſit: debet *h* enim omne, quod *i* diligens paterfamilias in ſua domo facit, & ipſe facere.

1 ¶ Non magis heres reficere debet, quod vetuſtate iam deterius factum reliquiſſet teſtator, quàm *k* ſi proprietatem alicui teſtator legaſſet.

Quæ actiones cum vſufructuario competunt.

66. *Paulus* lib. 47. ad Edictum.

‖CVm‖ vſufructuario non ſolùm legis Aquiliæ *l* actio competere poteſt: ſed & ſerui corrupti, & iniuriarum, ſi ſeruum torquendo *m* deteriorem fecerit.

De venditione vſusfructus.

67. *Iulianus* lib. 1. ex Minicio.

CVi vſusfructus *n* legatus eſt, etiam inuito *o* herede, eum extraneo vendere poteſt *p*.

De partu. 1. De fœtu. 2. De grege. 3. Vel armento ſupplendo.

68. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

VEtus fuit quæſtio *q*, an partus *r* ad fructuarium pertineret *ſ*? Sed Bruti *t* ſententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere *: neque * *u* enim in fructu hominis homo eſſe poteſt *x*: hac ratione, nec vſumfructum in eo fructuarius habebit.

¶ Quid tamen ſi fuerit etiam partus vſusfructus relictus, an habeat in eo vſumfructum? Et cùm *y* poſſit partus legari, poterit & vſusfructus eius.

1 ¶ Fœtus tamen pecorum Sabinus, & Caſſius opinati ſunt ad fructuarium pertinere *z*.

2 ¶ Planè, ſi gregis, vel armenti ſit vſusfructus legatus: debebit ex agnatis gregem ſupplere *a*: id eſt, in locum capitum defunctorum.

69. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

VEl inutilium, alia ſummittere *b*: vt, poſt ſubſtituta, fiant propria fructuarij, ne lucro ea res cedat domino. Et ſicut ſubſtituta ſtatim domini fiunt, ita priora quoque, ex natura fructus, deſinunt eius eſſe. Nam alioquin, quod naſcitur, fructuarij eſt: & cùm ſubſtituit, deſinit eius eſſe.

70. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

QVid ergo, ſi non faciat, nec ſuppleat? Teneri *c* eum proprietario, Caius Caſſius ſcribit libro 10. iuris ciuilis.

1 ¶ Interim tamen, quandiu ſummittantur, & ſuppleantur capita, quæ demortua ſunt, cuius ſit fœtus, quæritur? Et Iulianus libro 35. Digeſtorum ſcribit, pendere *d* eorum dominium. vt, ſi ſummittantur, ſint fructuarij: ſi non ſummittantur, proprietarij: quæ ſententia vera eſt.

2 ¶ Secundum quæ, ſi deceſſerit fœtus, periculum erit fructuarij, non proprietarij, & neceſſe habebit alios fœtus ſummittere. Vnde Gaius Caſſius libro 8. ſcribit, carnem *e* fœtus demortui ad fructuarium pertinere.

3 ¶ Sed quod dicitur, debere eum ſummittere, toties verum eſt, quoties gregis, vel armenti, vel equitij, id eſt vniuerſitatis, vſusfructus legatus eſt: cæterùm, ſi ſingulorum capitum, nihil ſupplebit.

4 ¶ Item ſi fortè eo tempore, quo fœtus editi ſunt, nihil fuit quod ſummitti deberet: nunc ‖ & *f* ‖ poſt editionem, vtrùm ex his, quæ edentur ſummittere debebit: an ex his quæ edita ſunt, videndum eſt? Puto autem verius, ea, quæ pleno grege edita ſunt, ad fructuarium pertinere: ſed poſteriorem gregis caſum nocere debere fructuario.

5 ¶ Summittere autem facti eſt & Iulianus propriè dicit, diſpertire, & diuidere, & diuiſionem *g* quandam facere, quòd dominium erit ſummiſſorum proprietarij.

De re mutata, & in priſtinam formam reſtituta.

71. *Marcellus* lib. 17. Digeſtorum.

SI in area cuius vſusfructus alienus eſſet, quis ædificaſſet, intra tempus, quo vſusfructus perit ſuperficie *h* ſublata reſtitui *i* vſumfructum, veteres reſponderunt.

Si proprietarius vſumfructum legauerit.

72. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

SI dominus nudæ proprietatis, vſumfructum legauerit *a*: verum eſt *b*, quod Mæcianus ſcripſit libro 3. Quæſtionum de fideicommiſſis, valere legatum: &, ſi fortè in vita teſtatoris, vel ante aditam hereditatem proprietati acceſſerit, ad legatarium pertinere. Plus admittit Mæcianus, etiam ſi poſt aditam hereditatem acceſſiſſet vſusfructus, vtiliter diem cedere, & ad legatarium pertinere.

Si fructuarius in area caſam ædificat.

73. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

SI areæ vſusfructus legatus ſit mihi: poſſe me caſam *c* ibi ædificare, cuſtodiæ *d* cauſa earum rerum, quæ in area ſint.

De vſufructu duobus ſeruis legato.

84. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

SI Sticho ſeruo tuo, & Pamphilo meo legatus fuerit vſusfructus: tale eſt legatum, quale ſi mihi, & tibi legatus eſſet: & ideo dubium non eſt, quin æqualiter *e* ad nos pertineat.

DE VSVFRVCTV ADCRESCENDO *f*. TIT. II.

Si vſusfructus legetur duobus coniunctim, vel ſeparatim. 1. Si communi ſeruo. 2. Si communi ſeruo & ſeparatim Titio. Si duobus coniunctim & alteri ſeparatim. 3. De re coniunctis. 4. Si duobus heredibus inſtitutis proprietas legetur.

Vlpianus lib. 17. ad Sabinum.

QVoties *g* vſusfructus legatus eſt, ita *h* inter fructuarios eſt ius accreſcendi, ſi *i* coniunctim *k* ſit vſusfructus relictus: cæterùm, ſi † ſeparatim *l* vnicuique *m* partis rei vſusfructus ſit relictus, ſine dubio ius accreſcendi ceſſat.

1 ¶ Denique apud Iulianum lib. 35. Digeſtorum quæritur, ſi communi ſeruo vſusfructus ſit relictus, & vtrique domino acquiſitus: an altero repudiante *n*, vel amittente *o* vſumfructum, alter totum habeat? & putat ad alterum pertinere *p*: & licèt dominis vſusfructus non *q* æquis partibus, ſed pro dominicis acquiratur, tamen perſona eius, non dominorum, inſpecta, ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere.

2 ¶ Idem ait, & ſi communi ſeruo, & ſeparatim Titio vſusfructus legatus ſit, amiſſum ab altero ex ſociis vſumfructum, non ad Titium, ſed ad ſolum ſocium pertinere debere, quaſi ſolum coniunctum: quæ ſententia vera eſt, nam, *quamdiu vel vnus vtitur, poteſt dici vſumfructum in ſuo ſtatu eſſe.

¶ Idem eſt, ſi duobus coniunctim, & alteri ſeparatim vſusfructus eſſet relictus.

3 ¶ Interdum tamen, etſi non ſint coniuncti, tamen vſusfructus legatus alteri accreſcit: vtputa *r* ſi mihi fundi vſusfructus ſeparatim totius, & tibi ſimiliter fuerit relictus Nam (vt ‖ & ‖ Celſus libro 18. Digeſtorum, & Iulianus libro 35. ſcribit) concurſu *ſ* partes habemus *t*: quod & in proprietate contingeret: nam altero repudiante, alter ‖ totum ‖ fundum habere. Sed in vſufructu hoc plus eſt: quia & conſtitutus, & poſtea amiſſus nihilominus ius accreſcendi admittit: omnes *u* enim auctores apud Plautium de hoc conſenſerunt, & (vt Celſus & Iulianus eleganter aiunt) vſusfructus quotidie *x* conſtituitur *y* & legatur: non vt proprietas eo ſolo tẽpore, quo vindicatur. * cũ primũ itaq; non inueniet alter eũ, qui ſib cõcurrat, ſolus

---

a id eſt, ius illud quod ſua die ad proprietatem reuerti poteſt, *l. 72. ꝟ. eod.* At non eodem modo transferre poteſt, is qui vſumfructum formalem habet.

b eo planè modo qui extat in *l. 55. ꝟ. eod.* Imò non poteſt § 3. *Inſt. de vſufruct. vbi dixi.*

c Derelinquere fundum vſufructuario licet etiã poſt acceptum iudicium.

d *l. 48. ꝟ. eo. l. 65. ꝟ. eod.*

e Derelinquens iure conceſſo ædificium, id reficere non cogitur.

f Derelinquere Galli dicunt, *deguerpir*, onus reaſe euitat qui rem dimittit.

g vt & emptor *l. 25. §. 1. ꝟ. de ædilit.*

h Imò non debet, *l. 10. ꝟ. de damno.*

i Diligentia patriſfamilias cuiuſque in vſufructuario exigitur.

k adde *l. 46. in fin. ꝟ. eod.*

l *l. 11. §. fin. ꝟ. ad l. Aquil.*

m *l. 17. §. 1. §. 2. §. 3. l. 23. in fi. ꝟ. eod.*

n §. 2. *Inſt. de vſu & habit. l. 9. C. eod.*

o aliud in emphyteuta, *l. 3. C. de iure emphyteutico.*

p etiam inuito domino vel herede. *Græci apud Leunclauium 1. ſynopſ. Baſil.*

q Inter Iuriſconſultos, *v. Ciceronem 1. de finibus.*

r ancillæ.

ſ iure dominij.

t *Idem Cicero 1. de finib.*

u *l. 28. in fin. ꝟ. de vſuris.*

x *l. 28. ꝟ. de vſuris: §. 37. de rer. diuiſ. v. l. 27. ꝟ. de petit. hered. v. l. 66. §. 3. ꝟ. ſoluto.*

y Argumentum à maiori obſerua. 2.

z *Paul. 3. ſent. 6. §. 20.*

a ſubmittere, *l. 70 §. 1. ꝟ. eod.* ſubſtituere, *l. 69. ꝟ. v. Columellam 8. de re ruſtica.*

b Columella & Virg. Geor. ne poſt amiſſa requiras, Ante veni & ſobolem armento ſortire quotannis *Cuiac. 11. obſ. 36.*

c puta actionem in factum. *arg. l. 1. in fin. ꝟ. de præſcriptis.*

d *l. 13. in fi. ꝟ. eod.*

e *l. 30. ꝟ quib. mod. vſusfr amit.*

f poſt adeptum vſumfructum: aliàs conſtat mortuo boue qui legatus eſt, neque corium neque carnem deberi, *l. 49. ꝟ. de legat. 2.*

g vtilium ab inutilibus. *h* id eſt, ædificio.

i *l. 3. ꝟ. eod. l. 23 l. ꝟ. quib. mod. vſusfruct. amit.*

a poteſt enim legare, *l. 63. ꝟ. eod.*

b Cur? quia ius quod habet & ſpem vſusfructus legat. *l. 24. l. 72. ꝟ. de legat. 1. l. 66. §. 6 ꝟ. de legat.*

c non ædificium *l. 7. §. 1. ꝟ. eo Paul. 3. ſent. 6. §. 2.* Eſt verò cauſa hic & *l. 41. §. 3 ꝟ. de legat. 3. l. 5. §. 6. ꝟ. de acq. rer. domin. §. 5. Inſt. de rer. diuiſ.* ædificium humile: à cautione deducit Feſtus.

d Caſæ vſus.

e *l. 4. in fin. ꝟ. tit. prox. l. 81. in princ. ꝟ. ad l. Falcid.*

f Ius accreſcendi locum habet quoties pars hereditatis aut rei legatæ, quæ deficit in vno ex heredibus vel legatariis, accreſcit alteri, adde *l. 89. ꝟ. de l. 3. l. 141 ꝟ. de verb. ſign. l. vnic. § 10. & ſeq. C. de cad. toll.* Vel ita eſt ius retinendæ (hoc ius non decreſcendi eſt, potius quàm accreſcendi. *l. vnic. §. fin. verò remo C. de caducis*) vel nanciſcendæ partis eius qui non concurrit, vel concurrere deſiit.

g verba Sabini, ſunt, vt notat Cuiac. 5. *ad Africanum.*

h vide *l. 3. ꝟ. eod.*

i Coniunctim, pro coniuncta ſcriptura: vt & ſeparatim pro ſeparatim diſiuncta accepit idem Cuiacius.

k ſit autem id variis modis: veluti, *Titio & Seio Stichum do. § 8. Inſ. de leg.* Hi vna oratione ad vnam & eandem rem vocantur: & ob eam cauſam dicuntur re & verbis coniuncti vel ita, *Titio Stichum do, Seio eundem Stichum. d. §. 8.* hi duabus orationibus ad eandem rem vocantur, veniunt & concurrunt: ideóque verbis ſeu oratione diſiuncti, re coniuncti dicuntur. Additur tertia ſpecies coniunctionis eorum qui verbis ſeu oratione ad res diuerſas vocatur, veluti, *Titio, & Seio fundum Tuſculanum æquis portionibus do lego.* † Hæc Sabini verba Vlpianus in §. 3. ꝟ. eod. ad normam redegit, docens inter vſufructuarios locum eſſe interdum iuri accreſcendi, etſi ſeparatim vſusfructus relictus ſit: modo re coniuncti ſint.

l Tunc ſeparatim pars rei alicuius relinquitur, quoties duabus orationibus duo ad diuerſas & certas partes vnius rei vocantur, vt *Titio do ſemiſſem fundi Tuſculani, alterum ſemiſſem eiuſdem fundi Seio do lego.* Inter eos ius accreſcendi ceſſat, *vt hic*, nec inter ſe mutuò concurrunt

m Hæc verba, *vnicuique partis rei*; Cuiac. *eodem loco* putat adiectitia.

n & hæc quoque verba, *repudiante vel*, adiectitia eſſe notat Cuiac. *ibid.* Nam acquiſita non repudiantur.

o Amittimus acquiſita: omittimus delata, & Græci hic vertunt, *ἐκ παραιτου*, vt videantur Græci legiſſe *omittente*. Similis eſt mutatio in *l. 119. ꝟ. de reg. iur.* adde *l. 28. ꝟ. de verb. ſign.*

p Imò alteri non accreſcit, *l. 20. ꝟ. de leg. 2.*

q i. non per concurſum. Alij partes habent ab initio, non per concurſum.

r Cùm coniunctim duobus vſumfructum do lego, legatum altero mortuo ad alterum in ſolidum pertinebit. *Paul. 3. ſent. 6. §. 16.* Nam poſt acquiſitionem ius accreſcendi in vſufructu durat.

ſ i. te non petente aut te repudiante mihi petenti acquiritur tua portio, *l. ... ꝟ. de leg. 3.*

t eodem modo quoties vnus damni infecti nomine mittitur in poſſeſſionem non pro portione damni mittitur, ſed in totum. Cum igitur plures mittuntur, omnes, quaſi in totum miſſi, concurſu partes habent, *l. 15. §. ... ꝟ. de damno.*

u i. vtriuſque ſectæ Iuriſconſulti Sabiniani & Proculiani, qui in iure accreſcendi dando re tantum coniunctis conſenſerunt, prætérquam in ſpecie *l. 1. §. 1. ꝟ. quando dies vſusfructus.* vbi Iulianus diſſentit à Celſo.

x vide *l. 1. in princ. tit. prox.*

y hoc eſt, ſi legatus ſit, quotidie iure legati conſtituitur: & quot ſunt dies quótve momenta, tot propemodum ſunt legata: quod in perceptione propè quotidiana conſiſtit, *l. 1. ꝟ. quando dies vſusfructus.*

vtetur in totum, nec refert, coniunctim, an ſeparatim *a* relinquatur.

4 ¶ Idem Iulianus libro trigeſimoquinto digeſtorum ſcripſit.

SI duobus hæredibus inſtitutis *b*, *deducto vſufructu, proprietas legetur*: ius adcreſcendi hæredes non habere *c*: nam videri *d* vſumfructum conſtitutum, non per concurſum diuiſum.

2. *Africanus* lib. 5. Quæſtionum.

IDeóque amiſſa *e* pars vſusfructus ad legatarium, eundémque proprietarium redibit.

1. Si duo domini proprietatem tradiderint. 2. Si vni vſusfructus, alteri fundus legetur. Si apud alterum ex fructuarijs conſolidetur.

3. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

IDem Neratius putat, ceſſare ius adcreſcendi, libro primo reſponſorum: cui ſententiæ congruit ratio Celſi dicentis toties *f* ius adcreſcendi eſſe, quoties in *g* duobus qui in ſolidum habuerunt, concurſu diuiſus eſt.

1 ¶ Vnde Celſus libro octauodecimo ſcribit: ſi duo fundo domini, deducto vſufructu, proprietatem tradiderint: vter eorum amiſerit vſumfructum, ad proprietatem redire: ſed non ad totum: ſed cuiuſque vſumfructum ei parti accedere, quam ipſe tradiderit. Ad eam enim partem redire debet, à qua initio diuiſus eſt.

2 ¶ Non *h* ſolùm autem ſi duobus vſusfructus legetur, eſt ius adcreſcendi: verùm *i* & ſi alteri vſusfructus, alteri fundus legatus eſt *k*. nam amittente vſumfructum altero, cui erat legatus: magis *l* iure adcreſcendi ad alterum pertinet, quàm redit ad proprietatem: nec nouum: nam, & ſi duobus vſusfructus legetur, & apud alterum ſit conſolidatus, ius adcreſcendi non perit, neque *m* ei, apud quem conſolidatus eſt, neque *n* ab eo. & ipſe, quibus modis amittere ante conſolidationem *o*, ijſdem & nunc amittet. & ita & Neratio, & Ariſtoni videtur: & Pomponius probat.

De duobus fructuarijs, & habente plenum dominium coniunctis.

4. *Iulianus* lib. 35. Digeſtorum.

SI tibi proprietas fundi legata fuerit, mihi autem, & Mæuio & tibi *p* eiuſdem fundi vſusfructus: habebimus ego & Mæuius trientes in vſufructu, vnus triens proprietati miſcebitur. Siue autem ego, ſiue Mæuius capite minuti fuerimus: triens inter te *q*, & alterutrum noſtrum diuidetur. Ita vt ſemiſſem in vſufructu habeat is, qui ex nobis capite minutus non fuerat, ad te proprietas cum parte dimidia vſusfructus pertineat.

5. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

ET ſi tradideris alicui proprietatem, *deducto r vſufructu*, nihilominus putat Iulianus adcreſcere: nec videri nouum, tibi adquiri vſumfructum.

Si vni proprietas, alteri pars vſusfructus legetur. 2. Si vſusfructus vni purè, alteri ſub conditione legetur.

6. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

IDem, & ſi apud vnum ex tribus fructuarijs conſolidatus ſit vſusfructus.

1 ¶ Sed ſi cui proprietas, deducto vſufructu, legata ſit: & mihi pars vſusfructus: videndum erit, an inter me, & hæredem ius adcreſcendi verſetur? & verum eſt, vt quiſquis amiſerit, ad proprietatem *ſ* reuertatur *t*.

2 ¶ Si mihi vſusfructus fundi purè, tibi ſub conditione legatus ſit: poteſt dici, totius fundi vſumfructum ad me pertinere interim: &, ſi capite minutus fuero, totum amittere *u*: ſed, ſi extiterit conditio, totum vſumfructum ad te pertinere, ſi fortè capite deminutus ſum: ceterum cùm in meo ſtatu maneo, communicandum vſumfructum.

De vſufructu relicto Attio & heredibus, vel Attio & Seio cũ heredibus: vel mulieri cum liberis: vel his cum matre.

7. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

SI quis Attio, & heredibus *x* ſuis *y* vſumfructum legauerit, dimidiam Attius, dimidiam *z* heredes habebunt.

¶ Quòd ſi ita ſcriptum ſit, *Attio & Seio, cum heredibus meis*, tres *a* partes fient: vt vnam habeant heredes, tertiam Attius, tertiam Seius, nec *b* enim intereſt *c* ita legetur *illi, & illi cũ Mæuio*: an ita, *illi & illi & Mæuio*

8. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

SI *a* mulieri *cum b liberis c ſuis vſusfructus legetur*, amiſſis liberis, ea vſumfructum habet: "ſed", & matre mortua, liberi eius nihilominus vſumfructum habent: iure adcreſcendi. Nam & Iulianus libro trigeſimo digeſtorum ait, idem intelligendum in *d* eo qui ſolos liberos heredes ſcripſerit: licet non, vt legatarios, eos nominauerit: ſed vt oſtenderet *e* magis velle ſe, matrem ita frui, vt liberos ſecum habeat fruentes.

¶ Sed & Pomponius quærit, quid ſi mixti fuerint liberi, & extranei heredes? & ait filios legatarios eſſe intelligendos. Et per contrarium, ſi voluerit eos liberos ſimul *f* cum matre frui, debere dici matrem legatariam eſſe intelligendam, & per omnia ſimilem eſſe " & " in hoc caſu iuris euentum.

Si dominium duobus, vſusfructus vni: vel vſusfructus duobus, dominium vni legetur.

9. *Africanus* libro 5. Quæſtionum.

SI proprietas *g* fundi duobus *h*, vſusfructus vni legatus ſit, non trientes in vſufructu habent: ſed ſemiſſem duo, ſemiſſem fructuarius. Item contra ſi duo fructuarij, & vnus fundi legatarius ſit.

De vſufructu ei qui partem amiſit accreſcente.

10. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

INterdum *i* pars *k* vſusfructus *l* & non *m* habenti partem ſuam, ſed amittenti accreſcit. Nam ſi vſusfructus duobus fuerit legatus: & alter, lite conteſtata amiſerit vſumfructum, mox & collegatarius, qui litem conteſtatus non erat, vſumfructum amiſit: partem dimidiam dumtaxat, quam amiſit qui litem conteſtatus eſt *n* aduerſus eum, qui ſe liti obtulit, à poſſeſſore conſequitur: pars enim collegatarij ipſi adcreſcit, non domino proprietatis: vſusfructus enim perſonæ adcreſcit, & ſi fuerit amiſſus.

De vſufructu ſingulis à ſingulis hæredibus relicto.

11. *Papinianus* lib. 2. Definitionum.

CVm ſingulis, ab heredibus ſingulis *o*, eiuſdem rei fructus legatur, fructuarij ſeparati *p* videntur non minus quàm ſi, æquis *q* portionibus, duobus eiuſdem rei fructus legatus fuiſſet. Vnde fit, vt inter inter eos ius adcreſcendi *r* non ſit.

Vlpianus lib. 17. ad Sabinum.

CVm alius ab alio herede vſumfructum vindicat.

QVANDO *ſ* DIES VSVSFRVCTVS legati cedat. *t*.

TIT. III.

Quoties dies vſusfructus cedit. 1. De fructu qui quotidie percipi non poteſt. 2. Quando dies vſusfructus. 4. Vel actio de vſufructu cedat.

Vlpianus lib. 17. ad Sabinum.

QVamquam *u* vſusfructus ex fruendo conſiſtat, id eſt facto aliquo eius, qui fruitur *x* & vtitur *y*, tamen ſemel cedit dies *z*: aliter *a* atque ſi cui *in menſes*, vel *in dies* vel " *in* " *annos ſingulos b* quid legetur: tunc enim per dies ſingulos, vel menſes, vel annos dies legati cedit. ¶ Vnde quæri poteſt, ſi vſusfructus cui per dies ſingulos legetur, vel in annos ſingulos, an ſemel *c* cedat? Et puto, non cedere ſimul *d*, ſed per tempora adiecta vt plura legata *e* ſint. Et ita libro quarto digeſtorum Marcellus probat in eo, cui alternis diebus vſusfructus legatus eſt.

1 ¶ Et ideo, ſi " is " fructus legatus ſit, qui quotidie *f* percipi non poteſt: non erit inutile legatum: ſed dies *g* habebunt legatum *h*, quibus frui poteſt.

---

a §. 8. *Inſt. de leg. l. vnic. §. 11. ver. ſin vero non, C. de caducis toll.*

b ſeparatim.

c i. pars fructuarij fructuario coherêdi non adcreſcit, ſed ei cui legata fuerit fundi fructuarij proprietas, *l. 6. §. 1. ff. eod.*

d i. inter heredes ab initio videtur diuiſus à teſtatore: vt in eo haberent partes hereditarias non æquales, non igitur per concurſum. Nam concurſus æquales partes facit. In his qui partes habent aut habere intelliguntur, locus non eſt iuri adcreſcendi: ſecus in his qui per cõcurſum, partes faciunt.

e hoc præcipuum eſt in vſufructu *l. 10. inf. eo.*

f *l. 1. ff. eo.*

g à duobus, *Hal.*

h *v. Zaſ. 2. reſponſor. 29.*

i *l. 6. in fi. inf. de vſufr. earum rerum.*

k Ius adcreſcendi erit, non tamen ſi vſusfructus vni, alteri proprietas adiudicata eſt, communicabitur vſusfructus, *l. 16. §. 1. infra familiæ.*

l Hoc nouum eſt, vt proprietario vſusfructus non conſolidetur, ſed adcreſcat quaſi ſeruitus. Id tamen ideo fit quod redire ea dicuntur quæ quondam ac ſemel olim noſtra fuerunt: in hac autem ſpecie nunquam pertinuit ad proprietarium vſusfructus. Adcreſcit igitur magis quàm redit.

m quia poteſt ei adcreſcere.

n quia ab eo ſi amiſerit, adcreſcit alteri.

o σώρευσις Theoph. §. 3. *Inſt. de vſuſ.*

p ex hac formula apparet, hos vna oratione coniunctos.

q Inter eum qui cauſalem vſumfructum (i. qui integram proprietatem & partem vſusfructus habet) & formalem. (i. nudum fructuarium) ius eſt concurrendi in partem deficientis, idque ratione cõiunctionis verbalis *Bald.* r hæc verba *deducto vſufructu* abundare exiſtimat Cuiacius 5. *ad Africanum*. Nam idem eſt non deducto vſufructu.

ſ *v. l. 1. in fi. ff. eo.* t *l. 33. ff. de vſufructu, & quemadmodum: l. 4. ff. de vſufr. earum rerum.* u nam capitis minutione maxima & media perit vſusfructus, *l. 1. ff. quib. mod. l. 16. C. de vſuf.* x Hi heredes, legatarij quoque in vſufructu.

y extraneis ſcilicet: alias, ſi liberis ſuis, Attius totum occuparet: quoniam copula inter perſonas poſita inter quas gradus affectionis habuit teſtator: non facit coniunctionem verbalem.

z Tantum habet vnus nominatus, quantum plures innominati coniuncti per nomen complexiuum, *v. Decium conſ. 470. Bald. ad l. vnicam, §. vbi, C. de caducis, Zaſ. 1. reſponſ. 19. & 2. c. 29.*

a *v. l. 34. ff. de leg. 1.* b Coniuncti aduerſus disiunctos habentur pro vna perſona adde quæ notaui ad *Nou. 18. c. 3. Bart. in l. Gallus, ff. de liberis & poſth.* & quæ ſcripſi ad *l. 6. C. de iuriſdict.*

c *l. 36. §. 2. inf. de leg. 2.*

a Ad hanc legem vide Zaſium 2. *reſponſorum* 29.

b eadem formula extat *in orat. pro Cacina*. Porrò an ſit differentia inter *Et* & *Cum*, v. Bartolum *ad l. Gallus, §. quidam rectè ff. de liberis & poſthumis.*

c *ſubaudi*, inſtitutis & ita hac lege cõſtat, inter legatarium, (vt eſt mater) & non legatarium (vt ſunt eius liberti heredes inſtituti) eſſe ius adcreſcendi: ſolis enim filijs heredibus inſtitutis, matri ab eis legatur vſusfructus vna cũ filijs.

d Noua hæc ſententia eſt: inter legatarium & non legatarium ius eſſe adcreſcendi. Hic enim ſoli filij hæredes inſtituti: ab his vero vſusfructus legatur matri cum filijs.

e i. ſi mulieri & liberis hæredibus ſcriptis vſusfructus legetur, iſti liberi ſcripti hæredes non veniunt vt legatarij (nec enim à ſeipſis legari poteſt) ſed vt oſtenderet, &c. *v. Zaſ. 2. ſingul. 29.*

f vt in oratione Ciceronis *pro Cacinna*, & in *l. vn. C. ſi ſecundo nupſerit mulier.*

g i. plenum dominium, *l. ſi alij, ff. de vſufr. legato*: proprietas, inquam non detracto vſufructu. Et ſic proprietas non intelligitur nuda fuiſſe. Dicitur *nuda* ſi ab ea vſusfructus ſit detractus.

h *l. 26. in fi. ff. de vſufr. legat.* hi vt & quibus coniunctim legatur vſusfructus vel proprietas in vnum corpus coacti videntur, *l. planè in prin. ff. de legat. 1. l. vn. §. hac ita. C. de caducis tollend.*

i v. in hanc *l. Cuiac.* 9. *obſ.* 11. k v. quæ ſcripſi *ad l. 14. ff. de excep. rei iudic.* l Aliud in proprietate. Nam proprietario, ſi partem ſuam amiſerit, pars alterius amiſſa non adcreſcit.

m modò habuerit quondam. n *al.* non eſt.

o Vbi diuerſi heredes rogati ſunt diuerſis reſtituere, legatarij inter ſe ius adcreſcendi non habent. p i. verbis, *l. 89. ff. de leg. 3.*

q Duobus qui æquis portionibus eiuſdem rei vſumfructum legat, ſeparaſſe legatum intelligitur: ideóque inter eos ius accreſcendi non eſt. r inter verbis coniunctus non eſt ius adcreſcendi, ſed nõ decreſcendi. ſ dic ab adita hereditate t adde *lib. 36. ib. tit. 1. ff. eo.* u Ratio dubitandi hinc ſumitur. x qui quoties fruitur. tories videtur vſusfructus cedere, *l. 1. §. 3. in fi. ff. tit. prox.* y Aliud eſt vſumfructum: aliud in menſes, in dies & annos ſingulos legare. Vſusfructus legati dies ſemel cedit: in dies vel annos ſingulos, ſæpius, *vt sic*. Quid ſi vſusfructus per dies vel annos ſingulos legetur? dies cedet non ſemel ſed per tempora adiecta, *verſ. vnde*. Quid ſi alternis diebus vſusfructus legatus ſit? idem *verſ. & ita*.

z id eſt, incipit deberi, *l. 213. ff. de verb. ſign.* a Vſusfructus ideo magis facti quàm iuris eſſe dicitur, cùm in perceptione conſiſtat, nec ære adquiratur fructuario, quàm ipſe eum perceperit, *l. 1. ff. quando dies legatorum.* b atqui paria ſunt, fructus annuos, & vſumfructum legari, *l. 41. ff. de vſufr. legato.* c *Hal.* ſimul, *vt ff. eo.* verum in vulgata infra eodem legitur, *ſemel*, non *ſimul*. vt rem finiam, vt hic, ita ſemel, *ſemel* eſt legendum.

d *vulgat.* ſemel. e *l. 10. ff. quando dies legati.*

f *fortè* quot diebus, vt mox dicam. g *vulgat.* ſed dies hi legatum habebunt quibus frui poteſt. quod ſi ita ſit, ſuperius eſt legendum, quos diebus, non quotidie. Cæterùm ſi hic vlcus non erit, ſententia hæc nobis præbebitur: vſusfructus alternis diebus legati diem ijs diebus legatario cedere, quibus frui poterit.

h per ſingulos dies: vel, alternis diebus.

H ij

2 ¶ Dies autem vſusfructus, item vſus, non prius cedet quàm hereditas adeatur *a*. tunc *b* enim conſtituitur vſusfructus, cum quis iam frui poteſt. Hac *e* ratione, & ſi ſeruo hereditario *d* vſusfructus legetur, Iulianus ſcribit quamuis cætera legata hereditati adquirantur, in vſufructu tamen perſonam domini expectari, qui vti & frui poſſit.

3 ¶ Item ſi ex die vſusfructus legetur, dies eius nondum cedet, niſi cùm dies venit *e*: poſſe enim vſumfructum ex *f* die legari, & in diem, conſtat.

4 ¶ Non ſolùm autem vſusfructus *g* ante aditam hereditatem, dies non cedit: ſed nec actio de vſufructu *h*, idémque, & ſi ex *i* die fuerit legatus vſusfructus. denique Scæuola ait, agentem ante diem vſusfructus, nihil facere: quamuis *k* aliàs *l*, qui antè diem agit, malè *m* agit *n*.

QVIBVS *o* MODIS VSVSFRVCTVS, vel vſus amittitur *p*.

TIT. IV.

De capitis diminutione.

Vlpianus lib. 18. ad Sabinum.

NOn ſolùm vſumfructum amitti capitis minutione *q* conſtat, ſed & actionem de vſufructu: ¶ Et parui refert, vtrum iure ſit conſtitutus vſusfructus, an verò tuitione *r* prætoris. Proinde traditus quoque vſusfructus: item in fundo vectigali, vel ſuperficie, " non " iure conſtitutus, capitis minutione amittitur.

1 ¶ Sed ita demum amittitur capitis diminutione vſusfructus, ſi iam conſtitutus eſt *ſ*. cæterùm, ſi ante aditam hereditatem, aut ante diem cedentem quis capite minutus eſt, conſtat non amitti.

2 ¶ Si tibi fundus ex die legatus eſt, & vſumfructum mihi rogatus es reſtituere: videndum erit, ſi capite minutus fuero intra diem legato tuo inſertum, ne fortè ſaluus ſit mihi vſusfructus: quaſi, ante diem cedentem, capitis minutio interueniat? quod benignè dici poterit.

3 ¶ Vſque adeo autem capitis *t* minutio eum demum vſumfructum perimit, qui iam conſtitutus eſt: vt, ſi in ſingulos annos, vel menſes, vel dies legatus ſit, is demum amittitur, qui iam proceſſit *u*: & ſi fortè in annos ſingulos legatus eſt, illius duntaxat anni vſusfructus amittetur: & ſi in menſes, eius menſis: ſi in dies, eius diei.

De vſufructu alternis annis relicto.

2. *Papinianus* libro 17. Quæſtionum.

SI duobus ſeparatim, alternis annis *x*, vſusfructus relinquatur, continuis *y* annis proprietas nuda eſt: cùm ſi legatarium vnum ſubſtituas *z*, cui alternis annis legatus ſit vſusfructus, plena ſit apud heredem proprietas eo tempore, quo ius fruendi legatario non eſt. Quòd ſi ex duobus illis alter decedat, per vices temporum plena *a* proprietas erit. Neque *b* enim adcreſcere alteri *c* quicquam poteſt: quoniam propria quiſque tempora, non concurrente altero, fructus integri habuit.

1 ¶ Si non mors *d*, ſed capitis diminutio interceſſerit: quia plura legata ſunt, illius anni tantùm, ſi modò ius fruendi habuit, fructus amiſſus erit. Quod & in vno legatario, qui fructum in ſingulos annos accepit, defendendum eſt: vt commemoratio temporum, repetitionis poteſtatem habeat.

2 ¶ Cùm ſingulis fructus alternis annis legatur, ſi conſentiant *e* in eundem annum, impediuntur: quòd non id actum videtur, vt concurrerent. Multùm etenim refert, duobus ſimul alternis annis legetur (quod ſanè vltra primum annum procedere non poterit, non magis quàm ſi vni legatus ita fuiſſet) an ſingulis alternis annis: nam ſi concurrere volent, aut impedient inuicem propter voluntatem *f*, aut ſi ea non refragabitur, ſingulorum annorum fructus vacabit.

De repetitione vſusfructus & iure accreſcendi. 3. De morte.

3. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

SIcut in *a* annos ſingulos vſusfructus legari poteſt, ita & capitis *b* minutione amiſſus legari *c* poteſt: vt adijciatur, *quotiens quis capite minutus erit, ei lego*: vel ſic, *quotiens amiſſus erit*: & tunc, ſi capitis minutione amittatur, repetitus *d* videbitur.

¶ Vnde tractatum eſt, ſi cui *quàmdiu viuat*, vſusfructus legatus ſit, an videatur repetitus, quotiens amiſſus eſt. Quòd & Mæcianus tentat? Et puto, repetitum videri *e*. Quare, ſi vſque ad tempus ſit legatus, vt putà *vſque ad decennium*, idem erit dicendum.

1 ¶ Hæc autem repetitio *f*, quæ fit poſt amiſſum capitis minutione vſumfructum, quæritur *g*, an ‖ & ‖ ius adcreſcendi ſecum ‖ ſaluum ‖ habeat. vt putà: *Titio, & Mæuio* vſusfructus legatus eſt: & ſi Titius capite minutus eſſet, eidem vſumfructum legauit. quæſitum eſt, ſi Titius ex repetitione vſumfructum haberet, an inter eos ius adcreſcendi ſaluum eſſet? Et Papinianus libro ſeptimodecimo quæſtionum ſcribit, ſaluum eſſe, perinde ac ſi alius eſſet Titio in vſufructu ſubſtitutus: hos enim, tametſi non *h* verbis, re tamen coniunctos videri *i*.

2 ¶ Idem Papinianus quærit: *ſi Titio & Mæuio* vſufructu legato, in repetitione vſusfructus non totum, ſed partem Titio relegaſſet, an viderentur coniuncti? Et ait, ſi quidem Titius amiſerit, totum ſocium adcreſcere: quòd ſi Mæuius amiſiſſet, non totum adcreſcere: ſed partem ad eum, partem ad proprietatem redire: quæ ſententia habet rationem. Neque ‖ enim ‖ poteſt dici, eo momento, quo quis amittit vſumfructum, & reſumit, etiam ipſi quicquam ex vſufructu adcreſcere. Placet enim nobis, ei qui amittit vſumfructum, ex eo, quod amittit, nihil adcreſcere.

3 ¶ Morte *k* quoque amitti vſumfructum, non recipit dubitationem: cùm ius fruendi morte extinguatur: ſicuti ſi *l* quid *m* aliud, ‖ quod ‖ perſonæ cohæret.

De vſufructu à legatario reſtituendo.

4. *Marcianus* lib. 3. Inſtitutionum.

SI legatum vſumfructum legatarius alij reſtituere rogatus eſt: id agere prætor debet, vt ex fideicommiſſarij perſona magis, quàm ex legatarij, pereat vſusfructus.

De repetitione vſufructus poſt mortem. 1. De vſufructu ſerui, per quem vſusfructus eſt acquiſitus, alienato. 2. De rei mutatione. De ædibus collapſis vel exuſtis. 3. De ædificio in area poſito.

5. *Vlpianus* lib. 7. ad Sabinum.

REpeti *o* poteſt ‖ legatus ‖ vſusfructus amiſſus qualicunque ratione: dummodo *p* non morte: niſi *q* fortè heredibus legauerit.

1 ¶ Si quis vſumfructum ſolum *r* ſerui alienauerit, per quem vſusfructus ei adquiſitus eſt: dubium non eſt, quin vſusfructus per eum adquiſitus retineatur.

2 ¶ Rei mutatione *ſ* interire vſumfructum, placet. Veluti: vſusfructus mihi ædium legatus eſt, ædes corruerunt, vel exuſtæ ſunt: ſine dubio extinguitur *t*. An & areæ? Certiſſimum eſt, exuſtis ædibus, nec *u* areæ *x*, nec cementorum vſumfructum deberi & ita " & " Iulianus.

3 ¶ Si areæ ſit vſusfructus legatus, & in ea ædificium ſit poſitum: rem mutari *y*, & vſumfructum extingui, conſtat.

¶ Planè ſi proprietarius hoc fecit: ex teſtamento, vel de dolo *z* tenebitur.

6. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

SEd & interdictum *quod vi aut clam* vſufructuario competit.

7. *Iulianus* lib. 35. Digeſtorum.

NIſi, ſublato ædificio, vſumfructum areæ " mihi " ceſſerit: tempore ſcilicet, quo vſusfructus perit, tranſacto *a*.

Si villa diruta ſit.

8. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

FVndi vſufructu legato, ſi villa diruta ſit; vſusfructus non extinguetur: (quia villa fundi acceſſio eſt *b*) non magis, quàm ſi arbores deciderint.

9. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

SEd & eo quoque ſolo, in quo fuit villa, vti frui potero *c*.

1. De ædibus reſtitutis, vel refectis. 2. De inundatione. 3. Si ſtagnum exaruerit. 4. De aruo, & vinea. De ſylua caſa. 5. De maſſa & vaſe. 6. De ornamento diſſoluto, vel transfigurato. 7. De naue refecta, vel diſſoluta & reſtaurata. De domo reſtituta. 8. Si vnus ex equis deceſſerit.

10. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

QVid tamen, ſi fundus villæ fuit acceſſio? videamus ne etiam fundi vſusfructus extinguatur? & idem dicendum eſt, vt non extinguatur.

a Idem de libertate: alia verò legata à morte teſtatoris cedunt, *l. vn. §. 6. C. de caducis tollend.*

b *legendum puto*, tunc conſtituitur vſusfructus: videtur enim hæc particula, *enim*, temere adiecta. Quæ enim conſequentia eſt hæc, quia tunc conſtituitur vſusfructus cùm quis iam frui poteſt vſufructu, ideo vſus non prius cedet, quam hereditas adeatur? Ne ſit igitur hæc oratio antecedentis conſecutio, ſed nouæ initium.

c cùm quis frui non poteſt.

d *v. l. 18. ī. ti. prox.*

e *l. 2. & 3. ī. quando dies leg.*

f *l. 4. ſ. de vſufr.*

g legati ſcilicet.

h confeſſoria, *l. 2. ī. ſi ſeruitus.*

i poteſt enim vſusfructus ex die legari.

k i. quoniam.

l in legatis ex die relictis.

m excipe *l. quæſitum. ī. de pignorib.*

n *l. 2. §. 6. ī. de eo quod certo loco.*

o capitis minutione maxima & media, *l. 1. l. 2. ī.* (etſi in ſingulos annos, menſes, dies conſtitutus ſit, *l. 1. l. 2. inf.*) morte, *l. 3. ſin fin. l. 30. infra eodem.* mutatione rei *l. 5. §. 2. l. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. inf. eo.* interitu pro parte *l. 14. inf.* Hæredis facto *l. 15. l. 16. ī.* vel proprietarij, (vt ſi noxæ dedit ſeruum fructuario *l. 17. inf. eo.* An proprietatis adquiſitione? *v. d. l. 17.* an mutatione domini *l. 18. l. 19. inf. eo.*) An vtendo tantùm non fruendo? *l. 20. infra eod.* An aratri inductione? *l. 21. inf.* An inundatione? *l. 23. l. 24. inf. eo.* An non vtendo? *l. 25. l. 28. inf.* an occupatione hoſtili? *l. 26. inf. eo.* an ſi grex ad vnum caput redierit? *l. 31. inf. eo.*

p & amiſſus repetitur, *l. 3. §. 5. i. e.* retinetur. *l. 3. §. 1. ī.* reſtituitur, *l. 24. l. 26. ī* & per quas perſonas an per familiam? *l. 22. ī. e.* emptorem vel fideicommiſſarium? *l. 29. ī.* De fructibus vſusfructus & qui ad hæredem transferuntur, *v. l. 13. inf. eo.*

q maxima & media, *l. 16. C. de vſufructu, l. 6. in fi. ſ. tit. prox. §. 3. de vſufr. §. 1. de adquiſ. per arrogationem.* r *l. 9. §. 1. vſufr. quemad. Paul. 3. ſent 6. §. 15.* ſ nec enim quod non eſt, amitti poteſt, *v. l. 19. inf. quemadmodum ſeruitus.* t *l. 1. ī. quibus modis vſufr.* u id eſt, qui iam inceptus eſt. x *l. 34. in princ. ſ. de vſufr.*

y in hac hypotheſi continuis annis nudam proprietatem habet: in ſequente verò, per vices, ſeu vti alterum legatarium mori continget, proprietatem habiturus eſt. z id eſt, fingas ſeu ponas: aut in eo facti ſpeciem conſtituas.

a Plena proprietas eſt quæ coniuncta fructui, cui fructus eſt coniunctus.

b Ius adcreſcendi non eſt inter eos quibus ſeparatim alternis annis vſusfructus relictus eſt, vno enim eorum moriente pars eius proprietario adcreſcet, non fructuario. Cur ita? quoniam propria quiſque tempora ad fructus integros percipiendos non concurrente altero habuit.

c *ſub.* fructuario. d *l. 5. inf. eo.* e *l. 34. ſ. de vſufr. l. 84. in fi. inf. de leg. 1.* vt & aliàs in eundem locum conſentiant *l. 28. inf. de ſeruitut. ruſticorum.*

f an vtriuſque? an teſtatoris? quæ tamen præſumitur ei fauere qui priore loco nominatus eſt, *l. 24. §. 17. inf. de fideic. libert.*

a In certum tempus, *l. 5. l. 12. C. de vſufr.*

b vſusfructus capitis diminutione amittitur, *l. 1. h. t.*

c ſeu repetit, &c.

d v *l. 23. ī. vſufr. legat.* adde *l. 62. in fi. ī. de euict.*

e poteſt enim vſusfructus extinctus certis modis reuiuiſcere, *l. 5. ī. eodem.*

f *Repeti legatum* dicitur, cum legatur eo caſu, quo aliàs amiſſum eſſet, niſi ita repetitum eſſet.

g i. in quæſtione ponitur.

h i. diuerſis orationibus.

i *l. 89. inf. de leg. 3.* & ita copula poſita inter duas orationes, non facit verbalem coniunctionem.

k *l. 8. inf. de annuis l. 29. ī. de vſufr. legato: l. 3. 10. 12. 16. C. de vſufr. v. Iuſtinian. 1. ad Eccleſiam.*

l Perſonalia ſeu perſonæ cohærentia iura morte perſonæ finiuntur.

m Vt conditio implenda, *l. 8. l. ce[illegible] teſimus, ī. de v[illegible] oblig.*

n *v. 29 in fi. ī. ...*

o *l. 35. eo. l. 23. ī. de vſufr legato.*

p *l. 2. §. 1. ſ. eod.*

q Cautionem obſerua quâ fit vt vſusfructus morte non finiatur. Remedium eſt illud, que, vt teſtator vſumfructum illi quem legat, & hærede etiam legatarij leget. Tibi itaque vſusfructus ad heredes, ſi hoc actum fuerit, *l. cùm antiquitas. C. de vſufr.*

r Quid ſi vſumfructum ſerui alienauerit? *v. l. 15. C. de vſufr.*

ſ *l. 23. 34. c. Paul. 3. ſent. 6. §. 31.*

t *l. 20. §. 2. ī. de ſeruitutibus vrb.*

u licet poſtea reſtituatur *Paul. 3. ſent. 6. §. 31. l. 10. §. 1. ī.* Verum alia diſtinctio adhibetur. Ædium vſusfructu ſpecialiter legato ædibus collapſis vſumfructum extingui, neque aream deberi. Bonorum vſusfructu legato, ædibus collapſis, in area ius vſusfructus ſuperesse, *l. 34. in fi. l. 36. ſ. de vſufruct.*

x Imò inſula legata, eaque exuſta area poteſt vindicari, *l. 22. in fi. de leg. 1.*

y *l. 12. ī. eo.*

z *l. 9. §. pen. ī. de ſeruitutibus vrb.*

a *l. 1. inf. quemadm. ſeruitutes.*

b vide tamen *l. 10. in pr. infra eodem.*

c atqui rei mutatione, vſusfructus amittitur, *l. 5. §. 2. ſ. eod.*

1 ¶ Non

1 ¶ Non tantùm, ſi *ædes* ad aream *a* redactæ ſint, vſusfructus *b* extinguitur *c*: verumetiam *d*, ſi demolitis ædibus, teſtator alias nouas reſtituerit. Planè ſi per *e* partes reficiat, licèt omnis noua facta ſit, aliud erit nobis dicendum.

2 ¶ *Agri*, vel *loci* vſusfructus legatus, ſi fuerit inundatus, vt ſtagnum iam ſit, aut palus: procul dubio extinguetur.

3 ¶ Sed & ſi *ſtagni* vſusfructus legetur, & exaruerit ſic, vt ager ſit factus: mutata re, vſusfructus extinguitur *f*.

4 ¶ Non tamen ſi, *arui* vſusfructus legetur, & ibi vineæ ſint poſitæ: vel contra puto extingui *g*.

¶ Certè, *ſyluæ* vſufructu legato, ſi ſylua cæſa, illic ſationes fuerint factæ, ſine dubio vſusfructus extinguitur.

5 ¶ Si *maſſæ* vſusfructus legetur, & ex ea vaſa ſint facta, vel contra: Caſſius apud Vrſeium ſcribit, interire vſumfructum: quam ſententiam puto veram.

6 ¶ Proinde & *ornamentum* diſſolutum, aut transfiguratum, extinguit vſumfructum.

7 ¶ In *naui* quoque vſufructu Sabinus ſcribit: ſi quidem per partes *h* refecta ſit *i*, vſumfructum non interire: ſi autem diſſoluta *k* ſit, licet iiſdem tabulis, nulla præterea adiecta, reſtaurata ſit, vſumfructum extinctum *l*: quam ſententiam puto veriorem. Nam & ſi *m* domus fuerit reſtituta, vſusfructus extinguitur.

8 ¶ *Quadrigæ* vſufructu legato, ſi vnus ex equis deceſſerit: an extinguatur vſusfructus, quæritur? Ego puto multum intereſſe equorum *n*, an quadrigæ vſusfructus ſit legatus: nam, ſi equorum, ſupererit in reſiduis *o*: ſi quadrigæ, non remanebit: (quoniam quadriga eſſe deſiit.)

11. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

Niſi alius *p* ante diem legati cedentem ſubſtitutus ſit.

De rei mutatione.

12. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

Si cui *balnei* vſusfructus legatus ſit, & teſtator habitationem *q* hoc fecerit: vel ſi *tabernæ*, & diætam fecerit, dicendum eſt, vſumfructum extinctum.

1 ¶ Proinde & ſi *hiſtrionis* reliquerit vſumfructum, & eum ad *r* aliud miniſterium tranſtulerit, extinctum eſſe vſumfructum, dicendum erit.

Qui fructus pertinent ad heredem fructuarij.

13. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

Si fructuarius meſſem fecit, & deceſſit: ſtipulam, quæ in *ſ* meſſe *t* iacet, heredis eius eſſe Labeo ait: ſpicam, quæ terra teneatur *u* domini fundi eſſe *x* fructúmque *y* percipi, ſpica aut fœno cæſo, aut vua adempta, aut excuſſa olea: quamuis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vindemia coacta *z* ſit. Sed, vt verum eſt, quod de olea excuſſa ſcripſit, ita aliter obſeruandum de ea olea, quæ *a* per ſe deciderit. Iulianus ait fructuarij *b* fructus tunc fieri, cùm eos perceperit *c*: bonæ fidei autem poſſeſſoris, mox cùm à ſolo ſeparati ſint *e*.

De interitu vſusfructus pro parte.

14. *Pomponius* libro 5. ad Sabinum.

Excepta capitis minutione, vel *f* morte *g* reliquæ *h* cauſæ vel pro *i* parte interitum vſusfructus recipiunt.

De manumiſſione.

15. *Vlpianus* lib. 18 ad Sabinum.

Interdum *k* proprietarius ad libertatem perducet; ſi fortè vſusfructus fuerit tamdiu legatus, quamdiu manumittatur: nam incipiente *l* proprietario manumittere, extinguetur vſusfructus.

Si vſumfructum qui ſub conditione legatus fuerat, heres pendente conditione legauerit.

16. *Idem* lib. 5. Diſputationum.

Si ſub conditione mihi legatus ſit vſusfructus, medióque tempore *m* ſit penes heredem: poteſt heres vſumfructum alij legare: quæ res facit: vt, ſi conditio extiterit mei legati, vſusfructus ab *n* herede relictus finiatur *o*. Quod ſi ego vſumfructum admiſero, non reuertetur ad legatarium, cui ab herede purè legatus fuerat: quia ex diuerſis teſtamentis ius *p* coniunctionis non contingit.

De conſolidatione.

17. *Iulianus* lib. 35. Digeſtorum.

Si tibi fundi vſusfructus purè, proprietas autem ſub conditione Titio legata fuerit: pendente conditione; dominium proprietatis acquiſieris *a*: deinde conditio extiterit *b*: pleno iure fundum Titius habebit, neque intereſt, quod, detracto vſufructu, proprietas legata ſit: dum enim proprietatem acquiris, ius omne legati vſusfructus amiſiſti.

Si vſusfructus ſeruo hereditario legetur.

18. *Pomponius* lib. 3. ad Sabinum.

Si ſeruo hereditario ante *c* aditam hereditatem legatus vſusfructus fuiſſet: magis placet, adita hereditate, eum vſumfructum ad te tranſire; nec interire, quaſi mutato dominio: quia nec dies ante *d* ceſſerit, quàm tu heres extiteris.

De mutatione dominij.

19. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

Neque vſusfructus, neque iter, actúſve, dominij mutatione *e* amittitur.

Si vſufructuarius vtatur tantùm.

20. *Paulus* lib. 15. ad Plautium.

Is, qui vſumfructum habet ſi *f* tantùm *g* vtatur, quia exiſtimet *h* ſe vſum tantùm habere, an vſumfructum retineat? Et ſi quidem ſciens ſe vſumfructum habere, tantùm vti velit, nihilominus & frui videtur. Si verò ignoret, puto *i* eum amittere fructum: non enim ‖ex‖eo, quod habet vtitur, ſed‖ex‖eo quod putauit ſe habere.

De ciuitate aratrum paſſa.

21. *Modeſtinus* lib. 3. Differentiarum.

Si vſusfructus ciuitati *k* legetur, & aratrum *l* in eam inducatur *m*, ciuitas eſſe deſinit: vt *n* paſſa eſt Carthago *o*: ideóque quaſi morte *p* deſinit habere vſumfructum *q*.

Per quas perſonas vſus retinetur.

22. *Pomponius* lib. 6. ad Quintum Mutium.

Si mulieri vſus domus legatus ſit: & illa trans mare profecta‖ſit &,‖conſtituto tempore ad amittendum vſum, abfuerit: maritus verò domo vſus fuerit; retinetur nihilominus vſus *r*: quemadmodum, ſi familiam ſuam in domo reliquiſſet, eáque peregrinaretur; & hoc magis dicendum eſt, ſi vxorem in domo reliquerit maritus, cùm ipſi marito vſus domus legatus ſit.

De inundatione & alueo.

23. *Idem* lib. 26. ad Quintum Mucium.

---

a *l. 36. ſ. de vſufructu.*
b ædium.
c v. quæ ſcripſi ad *l. 16. §. 2. j. de pignorib. l. 44. §. 2. j. de legat. 1.*
d Vſusfructus extinguitur facilè: nihil eo fragilius eſt: quauis immutatione extinguitur (niſi ſit modica:) vt ſi ex vinea, agrum: ex agro vineam fecero, vſusfructus ad proprietatem recurret.
e *v. §. 7. j. eod. l. 65. §. 1. j. de legat. 1.*
f *l. 23. j. eod.*
g è contra, *l. 13. j. de ſeruitutib. ruſticorum.*
h *vt §. 1. ſ. eod.*
i vide *l. 83. §. 5. de verb. oblig. l. 98. in fin. j. de ſolutionib.*
k *l. 88. §. 2. j. de legat. 3.*
l Cur extinctus eſt, cum eadem nauis videatur? *l. 76. ſ. de iudiciis.*
m *Paulus d. §. 31.* Aliud eſt in ſtillicidio reſtituto, *l. 20. §. 2. j. de ſeruitut. vrban.*
n quatuor.
o *l. 11. j. eo. l. 65. §. 1. j. de leg. 2.* adde *l. 22. j. de leg. 1.*
p *ſub.* equus.
q Balneo, in habitationem: vel taberna in diætam mutata vſusfructus balnei & tabernæ extinguitur.
r *v. l. 65. §. 1. j. de legat. 3.*
ſ in meſſe iacet ſtipula quæ iacet demeſſa, quæ terra non tenetur.
t & ſic quæ percepta non eſt.
u eſt ea pars fundi, *l. fructus. ſ. de rei vindic.*
x *v. l. 8. in fin. j. de annuis.*
y Fructuarius ſpicam cæſam, etſi nondum ex ea frumentum triturauerit: vuam adeptam, licèt nondum ex vuis vindemiam coëgerit: excuſſam oleam, licet nondum ex ea oleum fecerit: fœnum cæſum, licèt nondum illud in horreum coëgerit, ſua facit. Dubitandi ratio in eo poſita eſt, quòd dicantur fructus fructuarij tunc fieri cum eos perceperit: Percepiſſe autem fructus in ſuperioribus caſibus fructuarium non videri; hæc, inquam, dubitandi ratio. Verùm hiſce modis fructus percepiſſe verè intelligitur. z *Cogendi* verbo quid hic contineatur dixi *ad l. 78. ſ. de rei vindic.*
a Percepiſſe oleam is fructuarius non videtur, qui eam, quæ per ſe decidit, ſubſtulit. b fructuarij, & bonæ fidei poſſeſſoris in percipiendis fructibus differentia. c Opera ſua vel per alium qui eius nomine percepit.
d caſu vel decidendo: vel à fure, vel ab alio. e *l. 48. j. de acq. rer. dom.* vide quæ de fructibus ſcripſi ad *l. 22. c. de rei vind.* f His duobus modis in totum vſusfructus amittitur. g *l. 2. §. 1. l. 5. ſ eod.* h verbi gratia non vtendo, vel capitis diminutione. i vide *l. 25 j. eod.* k aliud enim in *l. 1. C. de manumiſſionibus.* l *l. 1. C. commun. de manumiſſ.* m quo rei dominus cenſetur, adde *l. 74. j. de legat. 3.* n id eſt per heredem.
o nec enim quis plus iure ſuo legare poteſt. *l. 71. in fin. j. de leg. 1.*
p ius coniunctionis, eſt ius accreſcendi.

a Conditionis euentus legari & emi poteſt.
b v. *l. vlt. §. 3. Cod. comm. de legatis.*
c *l. 61. in fin. j. de acq. rer. dom.*
d *l. vnic. §. 2. ſ. tit. prox. l. 26. j. de ſtipul. ſeruor.*
e i. noxæ deditione, *l. 17. §. pen. de vſufructu.* vſucapione, *l. 44. §. 5. j. de vſucap.* venditione, *l. 12. j. com. præd. l. 20. in fin. j. ſi ſeruit. vindic. l. 3. C. de ſeruitutib.*
f Qui ſciens, parte totius ſibi cõpetentis vtitur, totum retinet, *vt hic*, ergo qui certis annis nouæ monetæ ſolidos acceptarit, vi antiquæ conuentionis, veteris monetæ ſolidos poſtea petere poterit. *Bart.* Ergo petitione partis, totius præſcriptio interrumpetur. *Bald.* adde *l. 2. j. quemadmod. ſeruit. amit.*
g i. ad modum vſuarij eiúſve qui nudum vſum habet.
h Falsò ſcilicet, & ita minus ei in opinione eſt quàm in veritate. vide quæ dixi ad *l. 15. j. de acq. her.* i Plus igitur nocet opinio, quam proſit veritas. k quo nomine ei actio competit. *l. 59. ſ. de vſufr.* l Aratrum in vrbe condenda adhiberi veteribus conſuetum dixi ad *Varronem lib. 4. l. pupillus. 239. §. vrbe 6. j. de verb. ſign. Cicero Philippica 2. Plutarch. in Romulo: & Romanis* 15. Idem in euertendis adhibitum fuiſſe, indicio eſt hic locus. Horatius 1. *Carminum* 16. Altis vrbibus vltimæ ſtetere cauſæ cur perirent funditus, imprimerétque muris hoſtile aratrum exercitus inſolens. & Seneca 1. *de Clementia vlt.* Aratrum vetuſtis vrbibus rabies inducere potentiam putat. Ea ratione Templum Hieroſolymitanum à Veſpaſiano exuſtum, & à Tito Annio Ruffo in gentis oppreſſæ ignominiam aratrum fuiſſe Ioſephus & Hieronymus teſtantur: atque ita ſolum, quod ante murus; ibi ſeges vbi quondam vrbs. *Ouidius in epiſtola Penelopes ad Vlyſſem.* m in eam inducatur, id eſt, ſolo æquetur iuſſu Principis. Tunc enim priuilegia ſua amittit, ſecus ſi hoſtium incurſu. *c. priuilegium de reg. in 6.* Innocent. *cap. 2. de operis nou.* Archidiac. *6. q. vlt. & 7 q. 1. c. paſtoralis.*
n Carthaginem aratrum paſſam vix legas alibi; licèt ab Æmiliano Scipione Africano expugnatam & deletam conſtet. *Liuius 5. decad. vlt. 6. lib. 1. Plutarch. in Catone, Eutrop. 4. Plin. 15. c. 18. Themiſtius orat. 10. de pace ad Valentem, Vellcius Paterculus* 1. Zonaras 2. teſtatur, decreto Senatus cautum fuiſſe, vt ſolum Carthaginis veluti ſacrum eſſet, & vt ne cuipiam habitare ius faſque eſſet. Sanè incendium vrbis vix per continuos 17. dies extingui potuit. *Florus 2. c. 15.* adde quædam ex Horatio 4. *ad 8. Oda* 7. Huc tamen referendum eſt, quod de Carthagine Tertullianus ſcribit *initio libri de pallio.* Vobis poſt Gracchi obſcœna omina, & Lepidi violenta ludibria; poſt trinas Pompeij aras & longas Cæſaris moras, vbi mœnia Statilius Taurus impoſuit. ſolemnia Sentius Saturninus enarrauit, cũ cõcordia iuuat, toga oblata eſt. Alberic quoque hos verſus de Carthagine refert. Vrbs bona Carthago, cuius non reſtat imago, Scripta forma patrum, quod paſſa fuiſſet aratrum. Idem de Troia dicitur Mediolanum ad eum modum aratrum paſſa dicitur, iuſſu Friderici Barbaroſſæ anno 1162. Martio menſe *Chronica Martiniana* 1168. vires geſtas Friderici. In vrbe reſtituenda, eam Angues liberabant à prioribus ſacris. Id Græcis ἀφοσιῶσαι defanare Arnobio; & poſteriorum ſacrorum effatum περιτίζειν καθιερῶν, fanum ſiſtere, fanare *Varro 4. de lingua.* ſiſtere Templum *Tacit. 5. Cicero 2. de legibus*, effata habento. o eodem quo Carthago anno Corinthus euerſa fuit. L. Mummius euertit funditus, quod à Corinthiis legati Romanorum appellati ſuperbius & violati eſſent: qui eò amplius ſerui pronunciati & diſtracti 1 *Cicero pro leg. Manilia. Patercul. 1. Florus 2. cap. 16. Eutrop. 4. Zonaras 2.* Idem Byzantis ſub Seuero accidit, bonis eorum publicatis, vrbe eorum muris, libertate ac iure ciuitatis deſtituta, ac tributaria facta, eiúſque agro Perinthiis vicinis donata. *Xiphilinus in Seuero. Zonar. 2. Nicephorus Gregeras 6. hiſtoriæ; Herodianus* 3. Idem Brutiorum oppidis, quòd partibus Annibalis fauiſſent, factum *Appian. in Annibalicis.* Idem multis Hiſpaniæ & Galliæ vrbibus à Romanis. *Suet. in Galba cap. 12. Appianus in Annibalicis.* Græciæ, ab Athenienſibus, *Thucydides 3. 4. Diodor. 12. 14.* ſic Antiochiæ. (quod propter indictionem nouorum tributorum concitata, ſtatuas vxoris Theodoſij in foro poſitas euertiſſet) iura ciuitatis adempta, eaque Laodicenis à Theodoſio ſuppoſita *Theodor. 5. hiſtor. 39. & 20. Zonaras 3.* Hoc pœnæ genus, aut ſi mauis hanc mortem, infamiam, capitis & ſtatus minutionem, vel ciuitates ipſæ patiuntur: vt & alia, quorum innumera penè exempla in hiſtoriis occurrunt; vide interea Cicer. *4. familiar. 5. Diodor. 13.* vbi de Himera; *Lucianum in Charonte; Tacitum 19.* vbi de Cremona, & eundem 21. vbi de Hieroſolymis. Hunc, inquam, in modum, vt verbo Nonij vtar, *vrbes exfundantur.*
p nam eodem modo quaſi mori ciuitas intelligitur; idem dicendum, ſi communicato conſilio ciues inde diſcedant. *l. pen. §. 1. j. de collat. bon. vide Petr. Fabr. 1. Semeſtr. 8.*
q Contra morte executoris teſtamentarij ciuitas nunquam amittit vſumfructum, *l. 6. j. de annuis.* r vſus rei vxori legatæ per maritum, & è contra, vt & per familiam retinetur. Cur? collige ex iis quæ notaui § 3. *Inſt. de vſu.*

SI ager, cuius vſusfructus noſter ſit, flumine, vel mari inundatus *a* fuerit, amittitur vſusfructus cùm etiam ipſa proprietas eo caſu amittatur; ac ne piſcando *b* quidem retinere poterimus vſumfructum; ſed quemadmodum, ſi eodem impetu diſceſſerit aqua quo venit, reſtituitur proprietas: ita & vſumfructum reſtituendum, dicendum eſt.

24. *Iauolenus* libro 3. ex Poſteriorum Labeonis.

CVm vſumfructum horti haberem, flumen hortum occupauit deinde ab eo receſſit: ius quoque vſusfructus reſtitutum eſſe, Labeoni videtur: quia id ſolum perpetuò eiuſdem iuris manſiſſet. Ita id verum puto, ſi flumen inundatione hortum occupauit: nam ſi, alueo mutato, inde manare cœperit, amitti vſumfructum exiſtimo; cùm is locus aluei publicus eſſe cœperit; neque in priſtinum ſtatum reſtitui poſſe *c*.

1 ¶ Idem iuris in itinere, & actu cuſtodiendum eſſe, ait Labeo: de quibus rebus ego idem, quod in vſufructu, ſentio.

2 ¶ Labeo: Nec ſi ſumma terra ſublata ex fundo meo, & alia regeſta *d* eſſet, idcirco meum ſolum eſſe deſinit *e*, non magis, quàm ſtercorato agro.

De amiſſione pro parte.

25. *Pomponius* lib. 11. ex variis lectionibus.

PLacet vel certæ *f* partis *g*, vel *h* pro *i* indiuiſo, vſumfructum *k*, non vtendo *l*, amitti.

De poſtliminio.

26. *Paulus* lib. 1. ad Neratium.

SI ager ab hoſtibus occupatus, ſeruúſve captus, liberatus fuerit: iure poſtliminij reſtituetur vſusfructus *m*.

De conſolidatione per noxæ deditionem.

27. *Paulus* lib. 1. Manualium.

SI ſeruus, in quo vſufructus alienus eſt, noxæ dedatur à domino proprietatis vſufructuario: liberabitur, confuſa ſeruitute *n*, proprietatis comparatione.

An vſusfructus alternis annis relictus, non vtendo, amittatur.

28. *Idem* lib. 13. ad Plautium.

SI vſusfructus alternis *o* annis legetur: non poſſe, non vtendo, eum amitti; quia plura ſunt legata *p*.

Per quas perſonas vſusfructus retinetur.

29. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

POmponius quærit: ſi fundum *q* à me proprietarius conduxerit *r*, eúmque fundum vendiderit Seio, non deducto vſufructu, an vſumfructum per emptorem retineam? Et ait, licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamen vſumfructum amitti *ſ*: quia *t* non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emptor: teneri planè mihi ex locato proprietarium quanti mea intereſſet, id factum non eſſe: quanquam, ſi à me conductum vſumfructum quis alij locauerit, retinetur vſusfructus *u*: ſed, ſi proprietarius eum locaſſet ſuo nomine, dicendum amitti: non enim meo nomine fruitur colonus.

1 ¶ Sed, ſi emptum a me vſumfructum proprietarius vendidiſſet, amitterem vſumfructum quærendum eſt? Et puto amitti: quoniam & hic, non vt à me empto, fruitur fundi emptor.

2 Idem Pomponius quærit, ſi *x* legatum mihi vſumfructum rogatus ſim tibi reſtituere, an per te frui videar, nec amittatur vſusfructus? Et ait, dubitare ſe de hac quæſtione. Sed eſt verius, quod Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommiſſario nocere, ſuo enim nomine vtilem actionem eum habiturum.

De morte pecoris.

30. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

CAro *y*, & corium mortui *z* pecoris in fructu non *a* eſt; quia mortuo eo *b*, vſusfructus extinguitur *c*.

Si grex eſſe deſierit.

31. *Pomponius* lib. 4. ad Quintum Mucium.

CVm gregis vſusfructus legatus eſt: & vſque eò numerus peruenit gregis, vt grex non intelligatur *d*: perit vſusfructus *e*.

a l.5.§.2.l.10.§.2.4.ſ.eod. Inundatio ſuperueniens vſumfructum tollit: abſcedens, reſtituit.
b Agro inundato eius vſusfructus piſcando non retinetur.
c Imò reſtitui poteſt, *l.39.§.3.in fi.ſ.de acq. rer.* adde *l.14.ſ. quemadm. ſeruit. amit.*
d in locum alterius.
e nec vſusfructus interiit.
f diuiſæ. Pars certa, diuiſa.
h *l.14.in fi.ſ.eod.*
h Pars certa & pro indiuiſo hic opponitur, *vt l 1. §.7.ſ. vti poßidetis.* Cuius rei latũ diſcrimen collige ex his quæ ſcripſi ad *l.6.§.1.ſ.com. prædiorum.*
i vt ſi cùm meus eſſet vſusfructus, paſſus ſim alium vti parte vſusfructus pro indiuiſo.
k ſecus eſt in aliis ſeruitutibus, quæ ſunt indiuiduæ.
l *l.62.§.2.ſ.de iure dot.* adde *l.3. in pr.ſ.ſi vſusfr.pet.*
m Ius Poſtliminij non tantùm in liberis perſonis locum habet, ſed etiam in ſeruis & agris.
n *v.l.4.ſ.vſufruct. quemadm.caueat.*
o vide *l.13.ſ. de vſufr. legat.*
p *v.l.11.ſ.de annuis.*
q id eſt, fundi vſumfructum.
r Proprietario vſufructuarius fundum fructuarium locare poteſt.
ſ Imò, non amitti *l.32.ſ. de acq.poſſ.*
t Colonus qui ſuo nomine poſſidet, poſſeſſionem domini in alium transferre poteſt.
u nec enim locatione, vt venditione, dominium alienatur.
x adde *l.4.ſ.eod.* adde *l.3.ſ. ſi vſusfr. ud. petat.*
y *l.79.§.2.ſ.de vſufructu.*
z ante legatum acquiſitum. Imò poſt legatum acquiſitum, ſi modo de principali pecore agitur.
a Imò eſt, *l.70.§.2.ſ. de vſufr.* ibi agitur de fœtu pecoris cuius periculum ad fructuarium pertinuit: ibi, gregis legatum eſt, non pecoris. Atqui pretium pecoris præſtatur legatario, *l.53.§.5.ff. de leg.1.* Ibi legata erat proprietas pecoris, idque heres necauerat.
b pecore.
c *l.49.ſ.de leg.2.* v. quæ notaui ad *l.53.§.5.ſ.de leg.1.*
d Grex non intelligitur ſi minus ſint quam decem capita. *l.vlt.ſ.de abigeis.*
e Imò non videtur perire, ex his quæ diximus *l.5.§.3.ſ.eo.* & quia grege legato non interit legatum eo caſu *§.16.Inſt.de leg.*
f *l.24.ſ.de vſufruct.leg.*
g Rectè inductum eſſe ait. Nam ſi poteſt quis omnium rerum vſumfructum legare, poteſt igitur & earum rerum quæ vſu tolluntur, vel minuuntur. Pone, vſumfructum omnium bonorum relictum: poteritne vxor cellas vinarias & olearias plenas relictas probare ad ſe pertinere? Negat Cicero in *Topic. in loco, Ex contrario.* Vſum enim non abuſum, legatum eſſe: quo loco Cicero cum vſum ab abuſu diſtinguit, non negat eaſce res in abuſu conſiſtere. Verum hoc tantum negare videtur, proprietatem vſufructuariæ ita non eſſe in illis rebus vt nunquam quidquam eoi nomine reſtituat. harum.n. rerum vſum non eſſe ſine abuſu.

DE VSVFRVCTV EARVM RERVM
Quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur.
TIT. V.

Summa Senatuſconſulti.

Vlpianus lib. 18. ad Sabinum.

SEnatus *f* cenſuit, *Vt omnium rerum quas in cuiuſque patrimonio eſſe conſtaret, vſusfructus legari poßit.* Quo Senatuſconſulto indultum *g* videtur vt earum *a* rerum, quæ vſu tolluntur, vel minuuntur poſſit vſusfructus legari.

De cautione ab vſufructuario præſtanda. 1. De effectu Senatuſconſulti.

2. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

SEd de pecunia rectè *b* caueri *c* oportet his, à quibus eius pecuniæ vſusfructus legatus erit.

1 ¶ Quo Senatuſconſulto non id effectum eſt, vt pecuniæ vſusfructus propriè eſſet: nec *d* enim naturalis ratio *e* auctoritate Senatus commutari potuit: ſed, remedio *f* introducto, cœpit quaſi *g* vſufructus haberi.

De nominibus.

3. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

POſt *h* quod omnium *i* rerum vſusfructus legari poterit: an & nominum *k*? Nerua negauit. Sed eſt verius quod Caſſius, & Proculus exiſtimant, poſſe legari. Idem tamen Nerua, ipſi quoque debitori poſſe vſumfructum legari, ſcribit, & remittendas ei vſuras.

4. *Paulus* lib. 1. ad Neratium.

ERgo cautio etiam ab hoc *l* exigenda erit.

De re aliena. 1. De cautione omißa. 2. De vſu earum rerum, quæ vſu conſumuntur.

5. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

HOc Senatuſconſultum non ſolùm ad eum pertinet, qui pecuniæ vſumfructum, vel cæterarum rerum, quas habuit, legauit: verum & ſi fuerint alienæ.

1 ¶ Si pecuniæ ſit vſusfructus legatus, vel aliarum rerum, quæ in abuſu conſiſtunt: nec cautio interueniat: videndum finito vſufructu, an pecunia, quæ data ſit, vel ceteræ res, quæ in abſumptione ſunt, condici poſſint *m*? Sed ſi quidem, adhuc conſtante vſufructu, cautionem quis velit condicere: dici poteſt, omiſſam *n* cautionem poſſe condici *o* incerti *p* condictione: ſed ‖ſi‖ finito vſufructu, ipſam quantitatem: Sabinus putat, poſſe condici: quam ſententiam & Celſus libro 18. Digeſtorum probat: quæ mihi non inarguta videtur.

2 ¶ Quæ in vſufructu pecuniæ diximus, vel ceterarum rerum, quæ ſunt in abuſu: eadem & in vſu dicenda ſunt: nam * idem continere vſum pecuniæ *q*, & vſumfructum, ‖&‖ Iulianus ſcribit, & Pomponius lib. 8. de ſtipulationibus.

Si vni res alteri vſusfructus. 1. Vel duobus vſusfructus legetur.

6. *Iulianus* lib. 35. Digeſtorum.

SI tibi decem ‖millia‖ legata fuerint, mihi eorundem decem ‖millium‖ vſusfructus: fient quidem tua tota decem ‖ millia: ‖ ſed mihi quinque numerari, *r* debebunt, ita vt tibi caueam, *tempore mortis meæ, aut capitis deminutionis reſtitui.* Nam & ſi fundus tibi legatus fuiſſet, & mihi eiuſdem fundi vſusfructus: haberes tu quidem totius fundi proprietatem: ſed partem cum vſufructu, partem ſine vſufructu: & non heredi, ſed tibi *ſ* cauerem boni viri arbitratu.

1 ¶ Sed ſi duobus eorundem decem ‖millium‖ vſusfructus legatus fuerit: quina ‖millia‖ accipient: & inuicem, ‖ & ‖ heredi ſatiſdabunt.

7. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

SI vini, olei, frumenti vſusfructus legatus erit: proprietas *t* ad legatarium transferri debet: & ab eo cautio deſideranda eſt, *Vt quandoque mortuus, aut u capite deminutus ſit, eiuſdem qualitatis x res reſtituantur*: aut æſtimatis rebus *y*, certæ pecuniæ nomine cauendum eſt: quod & commodius eſt. Idem ſcilicet de cæteris quoque rebus, quæ abuſu continentur intelligimus.

De legato cautionis.

8. *Papinianus* lib. 17. Quæſtionum.

TRibus *z* heredibus inſtitutis, vſumfructum quindecim millium Titio legauit, & duos *a* ex heredib. iuſſit pro legatario ſatiſdare *b*: placebat vtile eſſe cautionis *e* quoque legatum: nec refragari SC. *d*; quia cautio non impediretur *e*: & eſſe alterum legatum velut *f* certi *g*, alterum incerti *h*; vſusfructus itaque nomine partem, pecuniæ petendam ab *i* eo, qui ſatis accepit à coherede, incertique cum eodem *k* agendum

a *l.2. in fin.ſ.eod. l.64.ſ.de rei vind.*
b i. vtiliter & ſatiſdato. de hac formula, *rectè caueri,* dixi ad *l.11. in fin. ſ. de duobus reis, & l.71. l.73. ſ. de verb.oblig.*
c duobus caſibus, *l.9. & 20.ſ.eod.*
d Naturalis ratio quod non audet, id neque lex neque Senatuſconſultum facere audet.
e *l.8.ſ.de cap.min. l 7.ſ. de reg.iur.*
f διὰ τῆς μεθόδου ἤτοι ἀσφαλείας. *§. 2. in fin.* & ibi Theophilus *Inſtit. de vſufr.*
g *§.2.in fin.Inſtit. de vſufructu.*
h i. poſito quod.
i *l.29.ſ.de vſufr.*
k Nominis vſusfructus legatum valet.
l Debitore *l.2.ſ.eo.* An remitti poteſt? Negant quidam, cùm hæc cautio formæ loco ſit: videtur tamen remitti poſſe, non enim hic agitur de vtendo fruendo viri boni arbitrio, ſed de æſtimatione rei debitæ reſtituenda.
m actione in factum. adde *l.9.§.4.ſ.ad exhib.l.10.ſ.de præſcript. verbis.*
n Cautio omiſſa condici poteſt. *Bald.l.3.in fin.l.ſ.ſ.vſufr. quemadm. caueat.*
o Imò, non poteſt condici, *l.69.§.pen.ſ. de leg.2.*
p hoc prætextu ſi qua mihi iuſta cauſa.
q *l.10.ſ. eod.*
r Fructuarius (etiam pecuiæ) de heredis manu legatum ſuum accipere debet, non propria authoritate id occupare.
ſ *l.4. §.vlt.ſ.de vſufruct.* adde *l.8.ſ. vſufruct. quem. caueat.*
t Vſufructu legato interdum ipſa proprietas continetur, adde *l.vlt.ſ.eod.*
u *l.9 ſ.eod.*
x vt in mutuo, *l.3.ſ.de reb.cred.*
y *§.2.in fin.Inſt.de vſufruct.*
z Primo, ſecundo, tertio.
a Primum & ſecundum. b *ſub.* apud Tertium. c Cautionis legatum valet. d An quo remitti cautio vſufructuario non poteſt? de quo *in l.1.Cod.de vſufruct.* An potius, quo in iis quæ vſu conſumuntur, cauet legatarius heredibus, *l.1.l.2.ſ.eo.* non ipſi heredes coheredibus? Vtrum ſumas, nihil periculi. Poſterius tamen vero ſimilius.
e quia ſi legatarius non cauet, cauent ſaltem eius nomine duo heredes apud Tertium: Imò ipſi inter ſe cauent. Quin, ipſe legatarius ſi non cauet, promittit ſaltem, vt mox dicetur. f Hæc particula *veluti*, verum interdum exprimit *l.1.§.2.ſ.de ſuperficieb.l.8. C.de impuberis, & aliis ſubſtit.* g atqui vſusfructus etiam certi fundi incertus eſt, *l.75.§.3.ſ.de verb.oblig.* h ad ſatiſdandum.
i Pone, à Primo, qui ſatis accepit à coherede ſecundo.
k *ſub.* Primo; ſed iam tempus vt obſcuram hanc legem apertiore interpretatione explicemus. Primus, ſecundus, tertius heredes inſtituti. Vſusfructus certæ pecuniæ Tertio relictus eſt. Primus & ſecundus à teſtatore damnati, cauere ſeu ſatiſdare pro legatario. Quæritur, an ſit vtile legatum cautionis? Eſt ſanè. Neque enim remittitur vſufructuario cautio contra SC. ex *l.1.C.de vſufruct.* ſed nec quidquam hic admittitur aduerſus SC. de quo *l.1.l.2.ſ.eo.* quo cauent legatario

ſi ſatis

ſi ſatis non dediſſet. Eum a verò, qui ſatis præſtitit, ac propter moram coheredis ſatis non accepit: neque fructus nomine interim teneri propter ſenatuſconſultum: neque actione incerti, quia cohæredi ſatiſdedit. ¶ Illud etiam nobis placet, legatarium cogendum promittere b Finito autem vſufructu, ſi coheredes ex cauſa fideiuſſoria conuenirentur, eos mandati non c acturos: non enim ſuſcepiſſe mandatum, ſed voluntati paruiſſe: denique cautionis legato liberatos d. De illo nec diu tractandum fuit, ſecundum legatum, id eſt, cautionis, non e heredum videri, ſed eius, cui pecuniæ vſusfructus relictus eſt, cuique teſtator proſpicere voluit, & cuius intereſſe credidit, fideiuſſores non f ſuo periculo quærere.

De forma cautionis.

9. *Paulus* lib. 1. ad Neratium.

IN ſtipulatione de reddendo vſufructu pecuniæ, duo ſoli g caſus interponuntur, mortis h, & capitis diminutionis.

10. *Vlpianus* libro 79. ad Edictum.

QVoniam pecuniæ vſus aliter amitti non poteſt, quàm his caſibus.

1 ¶ Si vſus tantùm pecuniæ legatus ſit: quia in i hac ſpecie *vſus* k appellatione etiam fructum l contineri, magis accipiendum eſt: ſtipulatio iſta erit interponenda. Et quidem aiunt non ante hanc interponi ſtipulationem, quàm data fuerit pecunia, ego autem puto, ſiue antea m, ſiue poſtea ‖ ea ‖ pecunia data ſit, tenere ſtipulationem.

De lana, odoribus, aromatibus.

11. *Idem* libro 18. ad Sabinum.

SI *lanæ* alicui legatus ſit vſusfructus, vel *odorum* n, vel *aromatum* o nullus p videtur vſusfructus in illis iure conſtitutus: ſed ad ſenatuſconſultum erit deſcendendum, quod de cautione eorum loquitur.

De pecunia ita legata, vt poſt mortem legatarij ad alium redeat.

12. *Marcianus* lib. 7. Inſtitutionum.

CVm pecunia erat relicta Titio, *ita vt poſt mortem legatarij ad Mæuium rediret*: quamquam adſcriptum ſit, vt vſum eius Titius haberet: proprietatem q tamē ei legatam: & vſus mentionem factam, quia erat reſtituenda ab eo pecunia poſt r mortem eius, Diui Seuerus, & Antonius reſcripſerunt.

gatarij, non heredes: Nam quod hic duo heredes apud Tertium cauent legatarij nomine, id fit iuſſu teſtatoris: atque vſusfructus nomine remiſſa non eſt cautio, cum duo heredes eius nomine, non modò apud Tertium ſatiſdent, ſed ipſi inter ſe mutuò: *ibi*, ſi ſatis non dediſſet: *ibi*. Eum verò qui ſatis præſtitit: *ibi*, ſatis non accepit. idque eò magis quod ipſe legatarius Primo & Secundo, ſaltem promittere, ſi non ſatiſdare teneatur, *verſ. illud.* His conſtitutis, Pone Primum ſatis accepiſſe à coherede Secundo: Primum, ſecundo non ſatiſdediſſe: quæritur qua actione legatarius aduerſus Primum & Secundum poſſit experiri? Aduerſus Primum actio duplex ei competit. Certi, vt ab eo partem pecuniæ accipiat, pro qua ſatis accepit à Secundo: Incerti verò vt ſatiſdet ſecundo, *ibi*, vſusfructus itaque. Quid, aduerſus Secundum, qua actione legatarius experietur? nulla, ſiue certi dicas, ſiue incerti. Non certi, ſeu fructus nomine, quia ex ſenatuſconſulto certi actione ad fructū conſequendū experiri legatarius ante non poteſt, quàm ſit præſtita ab eodē vel ab alio eius nomine cautio. Atqui hic proponitur mora Secundo fieri à Primo *ibi, Eum vero.* Item neq; incerti agere poteſt legatarius aduerſus Secundum. Hic enim quæ incerti dicitur actio, ad ſatiſdandum, ſeu vt ſatiſdetur, comparata eſt. Atqui hic ſecundus ponitur Primo ſatiſdediſſe. Igitur ne incerti quidem actione ſecundus conuenietur. *verſ. neque actione incerti.* Ex his conſtat in hac facti ſpecie aduerſus Primum, vtramque certi & incerti: aduerſus Secundum, nullam earum actionum dari. Quid, ipſe fructuarius, nulláne viciſſim tenebitur actione Primo & Secundo? Tenebitur ſanè, non vt illis ſatiſdet (vt qui pro legatario ſatiſdent iuſſu teſtatoris) ſed vt promittat. *verſ. illud.* Promittat, inquam, pecuniā finito vſufructu ſe reſtituturū. Vnde mox quæritur finito vſufructu fideiuſſoria ex cauſa conuenti dicti fideiuſſores legatarij, an & qua actione poſſint experiri aduerſus ipſum legatarium eiuſve heredes? Negat Vlpianus eos mandati agere; cum à legatario mandatum fideiubendi non acceperint, ſed voluntati teſtatoris in eo paruerint, *verſ. Finito.* Qua igitur actione, an negotiorum geſtorum? Accurſius negat, vel eo quod ſuum negotium geſſiſſe videantur. Alij negotiorum actionem dari putant, *arg. l. ſi cum propoſuiſſem, & l. ſeq. ſ. de negotijs: l. qui fidem. ſ. mandati.* Neutrum placet. Placet magis, ex ſtipulatu actionem dari. *ibi. legatarium cogendum promittere* Quod ſequitur hac lege manifeſtum ſatis, finito vſufructu, coheredes cautionis legato ſeu onere liberatos *Ibi, denique.* Hoc poſtremum eſt, vt ſciamus cuius contemplatione cautionis illud legatum fuerit adiectum. Sanè non heredum, ſed legatarij, cuius intereſſe credidit teſtator, fideiuſſores non ſuo periculo quærere, *verſ. De illo.* hoc enim continet periculum & moleſtiam occupari in quærendis fideiuſſoribus, nec enim ſine moleſtia plerunque reperiuntur fideiuſſores. Hunc locum ita accipio, ita interpretor, ne quis alioqui putet finito vſufructu, his fideiuſſoribus, fideiuſſoria ex cauſa conuentis, nullam aduerſus legatarium, eiúſve heredes cautionem ſupereſſe. Nam, vt paulo ante diximus, datur etiam eis ex ſtipulatu actio. *ibi, Legatarium cogendum promittere.*

a Poſſis ita commodius reſcribere. Eum verò qui ſatis præſtitit, neque fructus nomine certi teneri propter ſenatuſconſultum, quia ſatis præſtitit: neque actione incerti, quia coheredi ſatiſdedit. b *al.* non ſatiſdare. c Fideiuſſor ex vltima voluntate, mandati actionem habet aduerſus eum cuius nomine ſoluit: quia teſtator ei legaſſe & proſpexiſſe videtur. Num idem eſt in fideiuſſore ex contractu? Negat Angelus *§. ſi quid autem. Inſt. de fideiuſſ.* d Qui ex neceſſitate (putà iuſſu teſtatoris) fideiuſſit, ſoluendo pro reo, nihil repetit actione mandati. *Bald.* e id eſt non heredum cauſa adiectum videri, ſed legatarij. f id eſt ſine moleſtia. Nā vt ſuperius diximus: Fideiuſſores legatarij non ſuo periculo cauent, cùm legatarius cogatur eis promittere, *ibi: legatarium cogendum promittere ſuprà.* Habet igitur hoc adiumenti legatarius, quòd fideiuſſores non ſuo periculo quærit, id eſt ſine moleſtia fideiuſſores paratos habet: interim tamen cogitur illis promittere: & ex promiſſione illis obligatur, quanquam alias, heres damnatus à teſtatore rem legatario emere, ſua pecunia emere damnatus intelligatur, *l. ſi heres iuſſus, ſ. de leg. 1.* g *l. 7. in fi. ſ. vſufr. quemadm. caueat.* Cur caſum non vtendi non adiecit? quia qui pecuniam habet, ea vtitur, *l. 2. C. de præſcr. 30.* h vel quaſi mortis: veluti ſi vſusfructus pecuniæ relictus ſit ciuitati, & ea aratrum paſſa ſit. *l. 21. ſ. quib. mod. vſusfruct.* i *l. 5. in fi inf. eod.* & ſyluæ legato, *l. 22. inf. de vſufruct.* k Vſus appellatione, interdum fructus continetur. l imò & proprietas *l. vlt. inf. eod.* m *v. §. 3. Inſt. de fideiuſſorib.*
n Odorum & aromatum non eſt propriè vſusfructus, ſed quaſi.
o adde *l. 28. ſ. de vſufruct.*
p hoc eſt non proprius intelligitur vſusfructus, ſed quaſi.
q *l. 7. ſ. eo. l. 15. inf. de auro.*
r Imò videtur vſusfructus ille legari non poſſe, *l. 25. in fin. infr. de vſufr. legato, leg. 15. inf. de auro.*

SI VSVSFRVCTVS PETETVR a, Vel ad alium pertinere negetur b.

TIT. VI.

De ſeruitute quæ debetur fundo fructuario.

Vlpianus lib. 18. ad Sabinum.

SI fundo fructuario ſeruitus debeatur, Marcellus lib. 8. apud Iulianum, Labeonis & Neruæ ſententiam probat, exiſtimantium ſeruitutem quidem eum vindicare non c poſſe d, verùm e vſumfructum vindicaturum: ac per hoc vicinum, ſi non patiatur eum ire ‖ & ‖ agere teneri f, quaſi non patiatur vti frui *.

1 ¶ Vſusfructus legatus adminiculis ſ eget, ſiue quibus vti frui quis non poteſt g. & ideo, ſi vſusfructus legetur, neceſſe eſt tamen, vt ſequatur eum aditus: vſque adeò, vt ſi quis vſumfructum loci leget ita, *ne heres cogatur viam præſtare*, inutiliter hoc adiectum videatur h.

¶ Item, ſi vſufructu legato, iter ademptum ſit: inutilis i eſt ademptio: quia ſemper ſequitur vſumfructum.

2 ¶ Sed ſi vſusfructus ſit legatus, ad quem aditus non eſt per hereditarium fundum: ex teſtamento vtique agendo, fructuarius conſequetur, vt cum aditu ſibi præſtetur vſusfructus.

3 ¶ Vtrum autem aditus tantùm & iter, an verò & via debeatur fructuario, legato ei vſufructu, Pomponius libro quinto dubitat? Et rectè putat, prout vſusfructus perceptio deſiderat, hoc ei præſtandum.

4 ¶ Sed an k & alias vtilitates, & ſeruitutes ei heres præſtare debeat, putà luminum, & aquarum, an verò non? Et puto, eas ſolas l præſtare compellendum, ſine quibus omnino vti non poteſt: ſed m, ſi cum aliquo incommodo vtatur, non eſſe præſtandas.

De vſufructu deteriorato ab herede.

2. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

SI ab herede, ex teſtamento, fundi vſusfructus petitus ſit: qui arbores deieciſſet, aut ædificium demolitus n eſſet, aut aliquo modo deteriorem vſumfructum feciſſet, aut ſeruitutes imponendo o, aut vicinorum prædia liberando: ad iudicis religionem pertinet, vt inſpiciat, qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit: vt vſufructuario hoc, quod intereſt, ab eo ſeruetur.

De non vtendo.

3. *Iulianus* lib. 7. Digeſtorum.

QVi vſumfructum traditum ſibi ex cauſa fideicommiſſi, deſiit in vſu habere tanto tempore p, quanto, ſi legitimè eius factus eſſet, amiſſurus eum fuerit, actionem ad reſtituendum eum habere non q debet, eſt enim abſurdum, plus r iuris habere eos, qui poſſeſſionem duntaxat vſusfructus, non ſ etiam dominium t adepti ſunt.

Si cui fundus, detracto vſufructu, & alteri eiuſdem fundi vſusfructus ſub conditione legetur.

4. *Idem* libro 35. Digeſtorum.

FVndus detracto vſufructu, legatus eſt u Titio: & eiuſdem fundi vſusfructus Sempronio ſub conditione, dixi interim cum proprietate vſumfructum eſſe: licèt placeat, cùm, detracto vſufructu, fundus legatur x: apud heredem vſumfructum eſſe y, quia paterfamilias, cùm, detracto vſufructu, fundum legat: & alij vſumfructum ſub conditione: non hoc agit z, vt apud heredem vſusfructus remaneat a.

Quibus. 1. Et aduerſus quos datur actio de vſufructu. 2. De vſufructu partis fundi. 3. De fructibus. 4. Et omni cauſa. 6. De cautione euictionis. 7. De fructibus. Si poſſeſſor agat.

5. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

a confeſſoria actione. Hac actione fructuarius vtitur, iſve qui vſumfructum vel ſeruitutem ſibi adſerit. Quid? fructuarius poteſtne vti interdicto vnde vi ſeu redintegrandæ? poteſt, *l. 3. §. vnde vi. infra de vi & vi.* Cur? quia naturaliter poſſidet, *l. 12. l. 49. inf. de adquir. poſſeſſ. Papon. 14. Arreſt. 2. §. 6.*
b negatoria ſcompetit actio domino neganti rem ſuam ſeruire alteri.
c quia in rem actio confeſſoria ſoli domino competit, *l. 2. §. 1. inf. ſi ſeruitus.*
d Immo fructuario ius vindicendæ ſeruitutis competit, *l. vn. §. pen. inf. de remiſſionib.*
e *l. 5. §. 1. in fin. ſ. eodem.*
f *l. 10. ſ. de ſeruitutib. vrb. l. 2. ſ ſi ſeruitus vindicetur: l. 15. §. 1. ſ. de vſuf. legato.* Porrò *adminicula* vocat ea ſine quibus vſusfructus conſiſtere non poteſt.
g Cur ergo fructuario ædificium inchoatum reficere non licet, ſi eo aliter vti non poſsit, *l. 6. ſ. de vſufruct.* quia formam rei mutaret.
h Cur ita? v. *l. 1. inf. de condit. inſt. l. pen. in fin. infr. de leg. 3.*
i Inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat vt hic vſufructu legato, & adempto ei itinere, hoc eſt, vſufructu legato, ſine itinere, adiectio adempti itineris inutilis eſt & vitiatur: neque tamen vitiat legatum.
k Vſufructu legato iter & aditus ad vtendum & fruendum debentur quoque §. 1. §. 2. ſ. eo. interdum & via, ſi id vſusfructus perceptio deſiderat, §. 3. ſ. eo. An & ſeruitus luminis & aquæ præſtatur, ſi fructuarius ſine illis omnino vti non poſsit.
l v. *l. 30. in fin. ſ. de vſufruct.*
m omnino vti non poſſe: aliud eſt quàm cum incommodo aliquo vti.
n v. *l. 2. infr. de vſufr. legato.*
o id enim proprietario non licet, *l. 15. § fi. ſ. de vſufr.*
p id eſt decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes. *l. 13. C. de ſeruit.*
q Vſusfructus quem habet fideicommiſſarius, tollitur non vtendo eo tempore, quo tolleretur, ſi haberet ius directum, ſeu directum dominium in vſufructu.
r Sic prædo melioris eſſe conditionis non debet quàm bonæ fidei poſſeſſor, *l. non ſolum 13. infra de noxal.* ſtultus, quàm peritus, *l. Seruius 4. infra quod vi.* Ius minus validum non magis durat quam validum. Ius vtile non magis durat quam directum.
ſ Imò fructuarius non nudam poſeſsionem vſusfructus habet, ſed etiam dominium, *l. 15. §. 8. ſ. quod vi.* & poteſt quiſque in re ſua ſe dominum appellare, *l. in venditionem 8. ſ. de reb. auctorit. iudicis, l. Titia 48. ſ. de ſolut.* ideóque in confeſſoria non errauerit, qui dixerit, rem ad ſe pertinere.
t v. quæ notaui ad *l. 1. C de inoff.*
u *vt l. 6 in fin. ſ de vſufr.*
x conditionaliter, nam pendente conditione heres fruitur legato, v. *l. 12. §. 2. ſ. famil.*
y *l. 16. quib. mod. vſusfr. l. 11. §. 1. ſ. quemadm. ſeruitutes, l. 11. §. 4. ſ. de Syllaniano. l. 14. de leg. 3 l. 18. inf. de ſeruit.*
z atqui is qui pecuniam dare iuſſus eſt, niſi adiectum ſit cui det, hereditate debet, *l. 2. ſ. de ſtatulib.*
a ſed apud legatarium proprietatis, v. *l. 6. ſ. de vſufr. adcreſc.*

a Albericus eleganter notat ad hanc legem, vſumfructum petenti, confeſſoriam: neganti, negatoriam dari, in his actionibus venire intereſſe de præterito: patientiam, de præſenti: cautionem, de futuro.
b v.l.45.inf.de regulis.
c Cauſalis vſusfructus à proprietate non eſt ſeparatus. Igitur qui agit ad vſumfructum, is ad ius à proprietate ſeparatum agere intelligitur. Erit igitur vſusfructus formalis, propriè vſusfructus, non cauſalis.
d l.26.infr. de ſeru. vrban.
e v. l.123. inf. de reg. iur.
f Negatoria vſusfructus actio proprietario competit aduerſus fructuarium.
g Negatoriæ de vſufructu actionis formula.
h al. quamuis ius vtendi non habet. Hot.4.obſ.22. malè. Id enim hac lege proponitur. Eum qui negatoria agit aduerſus fructuarium, qui ius vtendi non habeat: in re dubia potiorem eſſe actore.
i l.4. C. de edendo: l.28. C. de rei vindic. §.4. verſ. commodum, de interdictis: v. l.125. & 128. inf. de reg. iur.
k l 1. ſ. eo.
l §. vlt. inf. eo.
m & in heredem, l.36. §. vlt. ſ. de vſufr. l.5. C. de vſufruct.
n Confeſſoria in rem actio datur fructuario: negatoria proprietario ſiue domino.
o l.4. §.1. ſ. ſi ſeruit. vindic.
p fructus præſtabuntur ſcil.
q i. quomodocunque & quandocunque ager fructuarius, vel proprietatis, dominus.
r Fructus petentur.
ſ Poſſeſſor agens confeſſoria vel negatoria, fructus petere ab aduerſario non debet: quia ipſemet poſſidet.

VTi frui a ius ſibi eſſe, ſolus poteſt intendens, qui habet vſumfructum: dominus b autem fundi non poteſt: quia c, qui habet proprietatem, vtendi fruendi ius ſeparatum non habet. Nec enim poteſt ei ſuus fundus ſeruire d: de e ſuo enim, non de alieno iure, quemque agere oportet. Quanquam enim actio negatiua f domino competat aduerſus fructuarium: magis tamen de ſuo iure agere videatur, quàm alieno: cùm *inuito ſe negat* g *ius eſſe vtendi fructuario, vel ſibi ius eſſe prohibendi.* Quod ſi fortè, qui agit dominus proprietatis non ſit: quamuis h fructuarius ius vtendi non habet: vincet tamen iure quo poſſeſſores ſunt potiores i, licèt nullum ius habeant.

1 ¶ Vtrum autem aduerſus dominum dumtaxat in rem actio vſufructuario competat, an etiam aduerſus quemuis poſſeſſorem, quæritur? & Iulianus libro ſeptimo digeſtorum ſcribit, hanc actionem aduerſus quemuis poſſeſſorem ei competere. Nam, & ſi fundo fructuario ſeruitus debeatur, fructuarius non ſeruitutem k, ſed vſumfructum vindicare debet aduerſus vicini fundi dominum.

2 ¶ Si partis fundi vſusfructus conſtituatur: poteſt de eo in rem agi: ſiue vindicet quis vſumfructum, ſiue alij neget.

3 ¶ In his autem actionibus, quæ de vſufructu aguntur, etiam fructus l venire plus quàm manifeſtum eſt.

4 ¶ Si poſt litem de vſufructu conteſtatam fuerit finitus vſusfructus, an alterius fructus deſinant deberi? Et puto deſinere: nam, & ſi mortuus fuerit fructuarius, heredi m eius actionem præteritorum fructuum dumtaxat fructuum dandam: Pomponius libro quadrageſimo ſcribit.

FRuctuario, qui vicit, omnis cauſa reſtituenda eſt, & ideo, ſi ſerui fuerit vſusfructus legatus, quidquid ex re fructuarij, vel ex operis ſuis conſecutus eſt, poſſeſſor debebit reſtituere.

6 ¶ Sed & ſi fortè tempore vſusfructus amiſſus eſt, alio quidem poſſidente, alio autem liti ſe offerente: non ſufficit, eum vſumfructum iterum renouare: verùm cauere quoque eum de euictione vſusfructus oportet. Quid enim, ſi ſeruum, aut fundum is, qui poſſidebat pignori dedit: iſque ab eo, qui " pignori " accepit, iure vti prohibetur? debebit itaque habere cautum.

7 ¶ Sicut fructuario in n rem confeſſoriam agenti o fructus præſtandi ſunt: ita & proprietatis domino, ſi negatoria actione vtatur p. ſed in omnibus q ita demum r, ſi ſ non ſit poſſeſſor, qui agat. Nam & poſſeſſori competunt t: quod ſi poſſident, nihil fructuum nomine conſequentur. Quid ergo officium erit iudicis ‖ quàm hoc? ‖ vt ſecurus conſequatur fructuarius fruendi licentiam: proprietatis dominus ne inquietetur.

De eo qui deſiit poſſidere, vel liti ſe obtulit.

6. *Paulus.* lib.21. ad Edictum.

QVi de vſufructu iudicium accepit, ſi deſierit poſſidere u ſine dolo, abſoluetur x. Quod ſi liti ſe obtulit, & y quaſi poſſeſſor actionem de vſufructu accepit, damnabitur.

DE z OPERIS SERVORVM a.

TIT. VII.

Operas in actu conſiſtere.

1. *Paulus* lib.2. ad Edictum.

OPera in b actu conſiſtit c. nec ante in rerum natura eſt, quàm ſi dies venit d, quo præſtanda eſt: quemadmodum cùm ſtipulamur, *quod ex Areteuſa natum erit.*

De capitis diminutione.

2. *Vlpianus* lib.17. ad Edictum.

OPeræ ſerui legatæ capitis minutione non amittuntur f.

De hominis vſufructu & operis.

3. *Gaius* libro 7. ad Edictum prouinciale.

IN g hominis vſufructu operæ ſunt, & ob operas mercedes h.

1. *De impenſis neceſſarijs deducendis.*

4. *Idem* lib.2. de liberali cauſa Edicti vrbanici i.

FRuctus hominis in a operis conſiſtit: & retrò b, in c fructu hominis operæ ſunt.

¶ Et vt in ceteris rebus fructus, deductis neceſſarijs d impenſis, intelligitur; ita e & in operis ſeruorum.

De effectu operarum legatarum.

5. *Terentius Clemens* lib.18. ad legem Iuliam & Papiam.

OPeris ſerui legatis, vſum datum intelligi f, & ego didici, & Iulianus exiſtimat.

De operarum æſtimatione.

6. *Vlpianus* lib. 55. ad Edictum.

CVm de ſerui operis artificis agitur, pro g modo reſtituendæ ſunt: ſed mediaſtini h ſecundùm miniſterium: & ita Mela ſcribit.

1 ¶ Si i minor k annis quinque, vel debilis l ſeruus ſit, vel quis alius, cuius nulla opera eſſe apud dominum potuit: nulla æſtimatio fiet.

2 ¶ Item voluptatis m, vel affectionis æſtimatio non habebitur: veluti ſi dilexerit eum dominus, aut in delicijs habuerit.

3 ¶ Ceterùm, deductis neceſſarijs n impenſis, fiet æſtimatio.

DE VSV o ET HABITATIONE

TIT. VIII.

Continuatio. 1. Quibus modis vſus conſtituitur.

Gaius lib.7. ad Edictum Prouinciale.

NVnc videndum de vſu & habitatione.

1 ¶ Conſtituitur etiam nudus q vſus, id eſt ſine r fructu, qui & ipſe iiſdem ſ modis conſtitui ſolet, quibus & vſusfructus.

De iure vſuarij. 1. Si marito vſus ædium legetur.

2. *Vlpianus* lib.17. ad Sabinum.

CVi vſus relictus eſt, vti poteſt, frui t non poteſt: & de ſingulis videndum.

1 ¶ Domus u vſus relictus eſt, aut marito, aut mulieri. Si marito, poteſt illic habitare non ſolus, verum x cum familia y quoque ſua.

¶ An & cum libertis, fuit quæſtionis? Et Celſus ſcripſit, & cum libertis poſſe hoſpitem quoque recipere. Nam ita libro octauodecimo digeſtorum ſcripſit. Quam ſententiam & Tubero probat.

¶ Sed an etiam inquilinum recipere poſſit, apud Labeonem memini tractatum libro poſteriorum: Et ait Labeo, eum, qui ipſe habitat, inquilinum z poſſe recipere a: ‖ idem & hoſpites, & libertos ſuos. ‖

3. *Paulus* lib.3. ad Vitellium.

ET clientes b.

Si mulieri.

4. *Vlpianus* lib.17. ad Sabinum.

CEterùm ſine c eo ne hos quidem habitare poſſe. Proculus autem de inquilino notat, non bellè inquilinum dici, qui cum eo habitet.

¶ Secundùm hæc, & ſi penſionem percipiat, dum d ipſe quoque inhabitat, non erit ei inuidendum. Quid enim, ſi tam ſpatioſæ domus vſus ſit relictus homini mediocri e, vt portiuncula contentus ſit? Sed & cum his, quos loco ſeruorum in operis habet, habitabit, licèt liberi ſint, vel ſerui alieni.

1 ¶ Mulieri autem ſi vſus relictus ſit: poſſe eam & cum marito habitare, Quintus Mucius primus admiſit: ne ei matrimonio carendum foret, cùm vti vult domo. Nam per contrarium, quin vxor cum marito poſſit habitare, nec fuit dubitatum f.

¶ Quid ergo, ſi viduæ g legatus ſit? an, nuptijs contractis poſt conſtitutum vſum mulier habitare cum marito poſſit? Et eſt verum, (vt & Pomponius libro quinto, & Papinianus libro nonodecimo quæſtionum probat) poſſe eam cum viro & poſtea nubentem habitare h. Hoc amplius Pomponius ait, & cum ſocero habitaturam.

Si ſocero.

5. *Paulus* lib.3. ad Sabinum.

IMmo & ſocer i cum nuru habitabit: vtique cùm vir vnà ſit.

a id eſt, fructus ſerui ſunt operæ ipſius ſerui, Ecloga, d. loco, c.28.
b Retrò, id eſt per contrarium.
c l 3. ſ. eo.
d l.6. in fi. ſ. eo.
e Argumentum à fructu ad operas.
f Immo neq; vſus: neque vſusfructus datus intelligitur. l. 1. §.19. inf. ad l. Falcid.
g Operæ artificum & artificiorum, ſecundum qualitatem & miniſterium exiguntur. Eclog. ibidem, cap.4.
h quorum vilis eſt opera.
i v. quæ notaui ad l.32. ſ. de rei vind.
k infantis, quinquennio maioris, id eſt, qui ætatis quinquennium exceſſit, quædam operæ eſſe poſſunt: in ſcæna maximè, ſi ſit hiſtrio vel alterius voluptatis artifex, l.7. §. dabitur. infr. de operis libert. l. vlt. infr. de liberal. cauſa.
l l.7. ſ. de vſufructu legato.
m Voluptatis æſtimatio non habetur.
n vt l.4. in fin. ſ. eod.
o 3. C.33. & 2. Inſtit. 5.
p v. l.10. inf. eo.
q Nudus vſus qui eſt ſine fructu.
r l.2. l.14. §.1.2. ſ. eodem.
ſ l.3. in fin. ſ. de vſufruct. Inſt. eod. in prin.
t οὐ καρπίζεται ἀλλὰ κέχρηται. 10. Ecl.8.
u ἐπὶ δὲ οἰκήσεως.
1. Habitatione relicta. Ita Græci illo loco, vt ſit ſenſus habitatione relicta, maritum cum vxore, & vxorem cum marito, cum familia ſua, cum libertis habitare.
x v. §.2. Inſt. eod. adde l.11. ſ. de verb. oblig. v. l.21. inf. de precario.
y cum libertis ſuis & ſeruis. Nam mox quærit de libertis.
z v. l.4. ſ. eo.
a at non locare ſeorſim l.8. ſ. eo.

ꝫ hæ duæ actiones. At rei vindicatio, nunquam poſſeſſori competit. u tunc cùm res iudicabatur. x l.27. §.1. ſ. de rei vindic. y l.25. ſ. de rei vindic.
z adde 15. Ecloga, περὶ ὑπηρεσιῶν ἤτοι καρπῶν δούλων ἀπατωμένων.
a 3. C.11. b In actu conſiſtere ea dicuntur, quæ non conſiſtunt, niſi cum aguntur: quorum eſſentia in ipſo actu, ſeu dum res aguntur, conſiſtit.
c nec antea incipit quam cùm agitur: vnde præſens tantùm intelligitur.
d id eſt, ante peractum diem, operâ eius diei nemo petere poteſt, l.3. ſ. de operis libertor. e v. l.73. ſ. de verb. oblig. f l.2. ſ. de vſufructu legato. g l.4. ſ. eo.
h d. l.2. ſ. de vſufructu legato. i Edictum vrbanicum, quod prætor vrbanus in vrbe ſolus proponebat, vt dixi l.1. ſ. de ædilitio. Idem porro fuit vrbicum vrbanicum, & vrbanum: eſtque ad differentiam *prouincialis*, quod à proconſule proponebatur, in prouincijs, aut quod erat de rebus prouincialibus.

b Clientes vocantur, *ſuſcepti*, à Paulo 5. ſent. 15. §.1. vt ex vetuſtiſſimis fragmentis legum notat vir doctiſſimus ac mihi clariſſimus P. Pithœus *ad tit. 9. notarum Moſaicarum.* At verò clientes, quos paterfamilias in fidem ſuam ita ſuſcipit, pars quodammodo familiæ cenſetur: quam ob cauſam libertis ferè coniungi ſolent, *vt hic l.5.* ſ. *de his qui deiecerunt: l.7. ſ. de captiuis, l.89. inf. de furtis l.3. C. de nouat.* adde l.13. ſ. *de verb. oblig.* Inde ſit vt clientis teſtimonium non admittatur, tanquam domeſticum, *l.24. inf. de teſtib. l.6. §.5. C. de his qui ad Eccleſiam.* Teſtimonium quoque non admittebatur aduerſus clientem 5. *Gell.* 13. c *l.8. in pr. inf. eod.*
d Immo, quid intereſt ipſe vſuarius, dum locat, habitet, néc ne? *l.16. C. eo.*
e Mediocris homo, idem quod pauper. v. quæ notaui ad *l.15. §.15. inf. de excuſ. tut.* f v. *l. pen. inf. de ſeruitute legata.* vtriuſque enim vna & eadem familia cenſetur, *l.1. §.15. inf. de Syllaniano.* vtriuſque ad omnem vitam conſortium eſt, *l.1. ſ. de rit.* vt merito ſit culpandus qui aliquod nuptijs impedimentu inferat, *l.71. §.4. ſ. de cond. & demonſt. l. Titia 134. inf. de verb. oblig.* g i. ei quæ vidua: ſecus ſi viduæ. h dubitandi ratio eſſe potuit quòd vidua nubendo, forum noui mariti ſortiatur, *arg. l.19. ſ. de iuriſdict. l.22. §.1. l.32. l.37. in fi. inf. ad municip.*
i quia parentis loco habendus eſt, *v. l.16. inf. ſolute matrimonio.*

Si mulieri

Si mulieri.

6. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

NOn ſolum autem cum marito a, ſed & cum liberis, libertiſque habitare, & cum parentibus poterit, & ita Ariſto notat apud Sabinum: & hoc vſque erit procedendum, vt eoſdem, quos maſculi, recipere & mulieres poſſint.

7. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

NOn aliter autem mulier hoſpitem recipere poteſt, quàm ſi is ſit, qui honeſtè b cum c ea, quæ vſum habeat, habitaturus ſit.

De vſu non alienando. 1. De vſu legato ſi à viro diuertat.

8. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

SEd neque locabunt ſeorſim, neque concedent habitationem ſine ſe d, nec vendent vſum.

1 ¶ Sed ſi vſus ædium mulieri legatus ſit ea conditione, *ſi e à viro diuertiſſet*, remittendam f ei conditionem, & cum g viro habitaturam, ‖quod &‖ Pomponius libro quinto probat.

De aliarum rerum vſu.

9. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

CÆterarum quoque rerum vſu legato, dicendum eſt vxorem h cum viro in promiſcuo vſu eas res habere poſſe.

Si habitatio. 1. Vel χρῆσις. Vel ædium habitandi cauſa vſusfructus, vel vſus legetur. 3. Quamdiu durat habitatio. 4. de vſu fundi.

10. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

SI *habitatio* legetur, an perinde ſit, atque ſi vſus quæritur? & effectu i quidem idem penè k eſſe legatum vſus & habitationis, & Papinianus conſenſit libro octauodecimo quæſtionum.

¶ Denique donare non poterit: ſed eas perſonas recipiet, quas & vſuarius, ad heredem tamen nec ipſa tranſit l: nec non vtendo amittitur, nec capitis diminutione m.

1 ¶ Sed ſi χρῆσις n ſit relicta, an vſus ſit, videndum? & Papianus libro 7. Reſponſorum ait, vſum eſſe, non etiam fructum relictum.

2 ¶ Sed ſi ‖ſic‖ relictus ſit: *illi domus vſusfructus habitandi cauſa*: vtrum habitationem ſolam, an verò & vſumfructum habeat, videndum? Et Priſcus, ‖ & ‖ Neratius putant, ſolam habitationem legatam, quod eſt verum. Planè, ſi dixiſſet teſtator, *Vſum habitandi cauſa*: non dubitaremus, quin valeret o.

3 ¶ Vtrum autem vnius anni ſit habitatio, an vſque ad vitam, apud veteres quæſitum eſt? Et Rutilius, donec viuat, habitationem competere ait, quam ſententiam & Celſus probat libro octauodecimo digeſtorum.

4 ¶ Si vſus *fundi* ſit relictus, minus p vtique eſſe, quam fructum, longèque, nemo dubitat: Sed, quid in ea cauſa ſit, videndum? Et Labeo ait, habitare eum in fundo poſſe, dominúmque prohibiturum illo venire: ſed colonum non q prohibiturum, nec familiam, ‖ ſcilicet eam, ‖ quæ agri colendi cauſa illic ſit. ceterum, ſi vrbanam familiam illo mittat, qua r ratione ipſe prohibetur, & familiam prohibendam eiuſdem rationis eſt.

¶ Idem Labeo ait, & cella vinaria, & olearia eum ſolum vſurum: dominum verò, inuito eo non vſurum.

11. *Gaius* libro ſecundo Rerum quotidianarum, ſiue aureorum.

INque eo fundo hactenus ei morari licet: vt neque domino fundi moleſtus ſit: neque his, per quos opera ruſtica fiunt, impedimen‖to‖ ſit: ‖ nec vlli alij ius, quod habet, aut vendere, aut locare ſ, aut gratis concedere poteſt.

2. De vſu pecoris. 3. Armenti boum. 4. Equitij. 5. Serui vel ancillæ.

12. *Vlpianus* lib. 27. ad Sabinum.

PLenum autem vſum debet habere, ſi & villæ, & t prætorij u ‖ei‖ relictus eſt.

¶ Venire planè proprietarium ad fructus percipiendos, magis dicendum eſt: & per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic poſſe, admittendum eſt.

1 Præter x habitationem, quam habet, cui vſus datus eſt: deambulandi quoque & geſtandi ius habebit.

¶ Sabinus, & Caſſius, & lignis a ad vſum quotidianum, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua vſurum, non b vſque ad compendium, ſed ad vſum ſcilicet, non vſque ad abuſum.

¶ Idem Nerua, & addiicit, ſtramentis etiam vſurum, ſed neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus vſurum, ſed Sabinus, & Caſſius, & Labeo, & Proculus hoc amplius ‖etiam‖ ex his quæ in fundo naſcuntur, quod ad victum ſibi, ſuis ſufficiat, ſumpturum, & ex his quæ Nerua negauit.

¶ Lubentius, etiam cum conuiuis, & hoſpitibus poſſe vti: quæ ſententia mihi vera videtur, aliquo enim largius cum vſuario agendum eſt pro d dignitate eius, cui relictus eſt vſus.

¶ Sed vtetur is (vt puto) dumtaxat in villa e. Pomis autem & oleribus, & floribus & lignis, videndum, vtrum eodem loco vtatur dumtaxat, an etiam in oppidum ei deferri poſſint: ſed melius eſt accipere: & in oppidum ei deferenda, neque enim graue onus eſt horum, ſi abundent in fundo.

2 ¶ Sed ſi f *pecoris* ei vſus relictus eſt, puta gregis ouilis, ad ſtercorandum vſurum g dumtaxat, Labeo ait: ſed neque h lana, neque agnis, neque lacte i vſurum; hæc enim magis in fructu eſſe. hoc amplius, etiam modico lacte vſurum puto? neque enim tam ſtrictè k interpretandæ ſunt voluntates defunctorum.

3 ¶ Sed ſi *boum armenti* l vſus relinquatur; omnem vſum habebit & ad arandum, & ad cetera, ad quæ boues apti ſunt.

4 ¶ *Equitij* quoque legato vſu videndum, ne & domare poſſit, & ad vehendum ſub iugo vti. & m ſi fortè auriga fuit, cui vſus equorum relictus eſt, non puto eum Circenſibus n his vſurum; quia quaſi o locare eos videtur; ſed, ſi p teſtator ſciens eum huius eſſe inſtituti, & vitæ q, reliquit, videtur etiam de hoc vſu ſenſiſſe r.

5 ¶ Si vſus *miniſterij* alicui fuerit relictus, ad ſuum miniſterium vtetur, & "ad" liberorum, coniugíſque. (neque) videbitur alij ſ conceſſiſſe, ſi ſimul cum ipſis vtatur, quamquam, ſi filiofamilias vſus ſerui ſit relictus, vel ſeruo; patri, dominóve adquiſitus, ipſius dumtaxat vſum exigat, non etiam eorum, qui ſunt in poteſtate.

6 ¶ *Operas* autem *ſerui* vſuarij non locabit, neque alij vtendo concedet. & ita Labeo. Quemadmodum enim concedere alij operas poterit, cùm ipſe vti debeat?

¶ Idem tamen Labeo putat, ſi fundum conduxerit quis, vſuarium ſeruum poſſe ibi operari. quid enim intereſt, in qua re opera eius vtatur u? quare, & ſi lanam conduxerit x vſuarius expediendam, poterit etiam per vſuarias ancillas opus perficere. idémque, ſi veſtimenta texenda redemerit, vel inſulam, vel nauem fabricandam, poterit ad hæc operis vti vſuarij. Nec offendetur illa Sabini ſententia: ancillæ vſu dato, ad lanificium eam non mitti, nec ex operis mercedem capi, ſed ſibi lanam facere iure cogere: ſibi y enim facere videtur, qui non operas eius locauit, ſed opus, quod conduxit, expedit. idem & Octauenus probat.

13. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

SEd ipſi ſeruo, ancillæve pro opera mercedem imponi poſſe, Labeoni placet.

Collatio vſusfructus, fructus, & vſus.

14. *Vlpianus* lib. 17. ad Sabinum.

PEr z ſeruum vſuarium ſi ſtipuler, vel per traditionem accipiam: an adquiram, quæritur: ſi ex re mea, vel ex operis eius? & ſi quidem ex operis eius, non valebit: quoniam nec locare operas eius poſſumus a ſed ſi ex re mea, *dicimus ſeruum vſuarium ſtipulantem, vel per traditionem accipientem, mihi adquirere b, cum hac opera eius vtar.

1 ¶ Vſusfructus c, an fructus d legetur, nihil intereſt: nam fructui e & vſus ineſt: vſui fructus deeſt: &

---

a huc facit *l.* 8. ĵ. *eod.*

b Quid ſi inhoneſtum recepit? Baldus putat mulierem, vt abutentem ſuo iure, ſuo iure excidere, & ſic ius vtendi & habitandi amittere: hoc tamen Fulgoſius non admittit.

c *arg. l.* 27. §. 1. ſ. *de vſufructu. l.* 19. *C. de Epiſc.*

d *v. l.* 4. *in prin.* ſ. *eodem.*

e Diuortij conditio adiecta mulieri eſt inhoneſta, ideóque remittenda.

f *l.* 5. *C. de inſt. & ſubſtit.*

g adde *l.* 12. §. 5. ĵ. *eodem.*

h adde *l.* 11. ĵ *de verb. oblig.*

i Habitatio & vſus ædium, idem penè eſt effectu.

k adde *l.* 13. *C. de vſufruct.*

l *l.* 11. *l.* 12. *in fin. C. de vſufruct.*

m *l.* 10. ſ. *de cap. minut.*

n χρήσεως legatum quid eſt: eſtne vſusfructus, an verò vſus tãtùm? vſus eſt tantum, non vſusfructus. *vt hic.* Quod vt intelligas melius, obſerua, duplex olim dominium fuiſſe, Bonitarium ſcilicet, (quo rẽ in bonis) quis habebat, & χρῆσιν, & Quiritarium. Hoc dominium qui habebat dominus erat nudo iure Quiritum, & is habere κτῆσιν dicebatur. *Cicero* 7. *fam.* χρήσεως quidem verbo continetur vſus & fructus: ſed ſi χρῆσις ſit relicta, excepta κτήσει, ſolus vſus non fructus continebitur. Ræuardus ita hunc locum explicat, 2. *Varia.* 12. Quid ſi *vtilitas* palatij domus vel ædificij relicta fuerit? vſus intelligitur relictus. *Romanus ſingulari* 59. Quid ſi in *gaudimentum*. (liceat, lector, hic interpretum noſtrorum verbis vti, licet aſperioribus) poſſeſſio relicta fuerit? Putat Baldus ad heredem tranſmitti legatum. Hæc enim verba fauore legati adiecta, legatum minuere non poſſe.

o ex ſuperioribus collige, Habitationem & vſum domus effectu idẽ propemodum eſſe *in pr.* ſ. *eo.* χρῆσιν domus non eſſe eiuſdem vſumfructum §. 1. vſumfructum, vel vſum habitandi cauſa idem eſſe quod habitationem, §. 2. ſ. *eo.*

p in vſu minus eſt quam in fructu.

q *l.* 15. *in fi.* ĵ. *eod.*

r Familia eò accedere prohiberi poteſt, quò ipſe paterfamilias accedere poteſt prohiberi.

ſ ſeorſim *l.* 8. ſ. *eod.*

t Prætorium, villa vrbana, à villici habitatione diſiuncta, *l.* 2. ſ. *de ſeruitutib. ruſtic. l.* 91. §. *pater.* ĵ. *de leg.* 3. *l.* 13. *in fi.* ĵ. *de iniuriis. l.* 198. ĵ. *de verb. ſign.*

u quod quid ſit, *v. l.* 198. *inf. de verb. ſign.*

x vſui ineſt habitatio.

a Qui vſum dumtaxat habet, ad vſum quotidianum lignis vtitur, & horto & pomis, & olerib. & foliis, & aqua, non tamen ad quæſtum ſicuti nec abutitur, 16. *Ecl.* 8. *c.* 9. §. 4.

b id eſt, non vt vendat, ſed vt ipſe vtatur. vendere enim poſſe, eſt abuti: venditio, eſt abuſus.

c id eſt, vnguentis ex foliis confectis: vnde foliatum 12. *Plinius* 12. 11. *Martial.* 28. 6. *Pollux* 9. *apud Forner.* 2. *ſelect.* 2. *Iuuenal. ſatyr.* 6. Mœchis foliata parantur. Alij hoc vocabulo folia Barbarica & Indica intelligunt: Connanus legit, *doliis*, ſed Cuiacius 9. *obſeru.* 37. ex Columella intelligit folia vulgaria, quibus ruſtici vtũtur hyeme alendo pecori, vel ligãdis vineis quamquam idem auctor *Inſtit. eodem.* notet, legendum eſſe *oleis.* Græci tamen 16. *Eclog.* §. 4. legunt φύλλοις, id eſt, foliis.

d *l.* 52. §. 1. ſ. *de iudiciis.*

e non in oppido.

f adde 2. *Harm.* 10. §. 10.

g eſt enim vtilitas in ſtercore, *l.* 7. *in fi. C. de curſu publico.* §. *pen. Inſt. eod.*

h *Inſtit. eo.* Chryſoſtomus in Matthæũ homilia 79. πολλὴ τῶν προβάτων πρόσοδος, ἀπό τε ἐρίων, ἀπό τε γάλακτος: ἀπό τε τῶν τικτομένων.

i niſi modico, vt mox ſequitur.

k *l.* 12. *inf. de regulis iuris.*

l armenta boum dicuntur *l.* 89. *inf. de verb. ſign.* quaſi aramenta. *Iſid.* 12. *c.* 1. potiùs quàm quod armis idonea vt Verrius Flaccus ſcribit.

m Hexameter hic excidit Iuriſconſulto, v. quæ ſcripſi ad *l.* 46. ĵ. *de ædilitio.*

n Circenſes ludi, de quibus dixi. *l.* 1. §. 2. ĵ. *de muneribus.*

o An quia, cum operas ſuas locat huiuſmodi auriga, equos ſuos locare intelligitur, vt vult Ræuardus 5. *var.* 14. Malim id ita accipere, Rarum id eſſe, vt citra ſpem quæſtus & lucri in Circenſes auriga deſcendat *l.* 1. *in fi.* ſ. *de his qui notantur infamia.*

p ex ſcientia defuncti colligitur eius voluntas, *l.* 28. ĵ. *de rebus dubiis. l.* 16. *C. de fideicommiſſ.*

q Legatum interpretamur pro conditione ipſius legatarij.

r de quibus *v. Iſid.* 18. *c.* 12.

ſ vir & vxor, liberi & parentes eadem perſona cenſentur. Ita fiet vt vxori relicto ſerui miniſterio, alij miniſterium conceſſiſſe non videatur, ſi vel coniugi vel liberis concedat. Alia igitur à marito vxor, à liberis mater eſſe non videtur. adde *l.* 6. *l.* 8. *in fin.* ſ. *eod.*

t §. 3. *Inſt. eod.*

u Immo aliquid intereſt, quoniam vſuarij ſerui operas locare non poſſumus, *l.* 14. ĵ. *eod.*

x Conductor operis opus facit, & mercedem accipit: in ædificiis, & fundis, conductor mercedem & penſionem præſtat.

y Locare operas ancillæ, non continuo videtur vſuarius, ſi ea vtatur ad opus expediendum quod conduxit.

z *l.* 23. ĵ. *de ſtipulatione ſeruorum.*

a Immo poſſe videmur, *l.* 2. *inf. de vſufructu, leg. v. Cuiac. obſer.* 23.

b *l.* 16. *in fi. l.* 20. *inf. eod.*

c Fructu legato ſi vſus non adſcribatur, magis placet vſumfructum videri adſcriptum: fructus enim ſine vſu eſſe non poteſt. *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 24.

d *ſub.* in ſingulari fructum; non in plurali fructus.*

e vt in ſuo toto, v. quæ ſcripſi ad *l.* 1. ſ. *de origine.*

fructus

a Immo poteſt. §. *vlt.* ſ. *eod.* *l.*5.§.2. ſ. *vſufr. quemadmodum caueat.*
b Immo eſt vtile, §. *vlt.* ſ. *eo.* *l.*5. *infr. vſufru. quemadmodum caueat.*
c id eſt, nulla mentione facta vſus.
d v. *l.*1. *infr. de adimendis legatis.*
e quia re coniuncti ſumus.
f hanc particulam *ſolum*, ad vocem *me*: non ad *fructum* refero. hoc ſenſu, ſi alteri vſus, alteri fructus legatus ſit, fructuarius in vſu concurrit, quod in fructu vſuarius facere non poteſt. *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 25.
g Fructus ſine vſu eſſe poteſt, *vt hic*: & *l.*5.§.1.ſ. *vſufr. quemadmodum caueat.* vt hic, legaui tibi nudum vſum: Heres meus poſtea Titio legauit fructum eiuſdem fundi, quia nec tibi legare potuit nudũ vſum quem tibi legaueram: Non poterit Titius in eo fundo habitare: & à te prohibebitur illo venire niſi ad fructus percipiendos. adde *l.*13. §.3.ſ. *de acceptil.*
h *l.*5.§.1.ſ. *vſufr. quemadmodum caueat.* ita actus ſine itinere. *l.*4.§.1.ſ. *ſi ſeruitus*: *v. Cuiac.* 15. *obſer.* 12.
i Hæc lex tractat de vſu. τῶν ἐν τῷ ἀγρῷ γινομένων κελλαρείων vt Greci legunt, 16. *Ecl.* 3. c. 12. 2. *Harm.* 10. *ſeptimo*, hoc ſenſu: Qui vſum duntaxat habet ex rebus cellarijs in fundo prouenientibus, capere poteſt quod in annum ſufficiat, licet omnia conſumat. Nã & ſeruo & domo ſic vtetur, qui vſũ duntaxat habet, vt nihil alij fructus ſupereſſet. Fulgoſius tamen videtur legiſſe ex fœno: hoc ſenſu. Vſuarius poteſt de fœno fundi ſumere, quantum ſibi ſuo anno ſufficiat: licet per id fructus prædij conſumatur.

fructus quidem ſine vſu eſſe non *a* poteſt: vſus ſine fructu poteſt.

¶ Denique ſi tibi fructus, deducto vſu, legatus ſit: inutile eſſe legatum *b*, Pomponius libro 5. ad Sabinum ſcribit. &, ſi fortè, vſufructu legato, fructus adimatur, totum videri ademptum ſcribit.

¶ Sed, ſi fructus ſine *c* vſu, videri conſtitutum, qui & ab initio conſtitui poteſt. ſed ſi, fructu legato, vſus adimatur: Ariſto ſcribit, nullam *d* eſſe ademptionem; quæ ſententia benignior eſt.

2 ¶ Vſu legato, ſi eidem fructus legetur, Pomponius ait confundi eum cum vſu.

¶ Idem ait: & ſi tibi vſus mihi fructus legetur, concurrere nos in vſu *e*, me ſolum *f* fructum habiturum.

3 ¶ Poterit *g* autem apud alium eſſe vſus, apud alium fructus ſine vſu *h*, apud alium proprietas veluti ſi, qui habet fundum, legauerit Titio vſum: mox heres eius tibi fructum legauerit, vel alio modo conſtituerit.

De vſu fundi.

15. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

FVndi vſu legato, licebit vſuario & ex penu *i*, quod in annum dumtaxat ſufficiat, capere: licet mediocris prædij eo modo fructus conſumantur, quia & domo & ſeruo ita vteretur, vt nihil alij fructuum nomine ſupereſſet.

1 ¶ Sicut is, cui vſus fundi legatus eſt, quo minus dominus agri colendi *k* cauſa ibi verſetur, prohibere non poteſt, alioquin & frui dominum prohibebit: ita nec heres quidquam facere debet, quo minus is, cui vſus legatus eſt, vtatur, vt bonus paterfamilias vti debet.

De vſu fundi instructi. 1. *De rei cuſtodia.* 2. *De vſu ſerui.*

16. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

SI ita *l* legatus eſſet vſus *fundi, vt inſtructus m eſſet*: earum rerum, quæ in inſtrumento ‖ fundi ‖ eſſent, perinde ad legatarium vſus pertinet, ac ſi nominatim ei earum rerum vſus legatus fuiſſet.

1 ¶ Dominus proprietatis, etiam inuito *n* vſufructuario, vel vſuario, fundum, vel ædes, per ſaltuarium *o*, vel inſularium *p* cuſtodire *q* poteſt. intereſt enim eius fines *r* prædij tueri *ſ*. eaque omnia dicenda ſunt, quolibet modo conſtitutus vſusfructus, vel vſus fuerit.

2 ¶ Seruo, cuius vſum dumtaxat, non etiam fructum, habemus: poteſt" & " à nobis quid donari *t*, vel etiam ex pecunia noſtra negotiatum *u* eſſe: vt, quidquid eo modo adquiſierit, in peculio noſtro ſit.

Si filiofam. vel ſeruo vſus legetur.

17. *Africanus* lib. 5. Quæſtionum.

FIliofamilias, vel ſeruo *ædium* vſu legato:" & " vtile legatum eſſe exiſtimo *x*, & eodem *y* modo perſecutionem eius competituram, quo competeret, ſi fructus quoque legatus eſſet, itaque non *z* minus abſente, quam præſente filio, ſeruóve, pater, dominúſve in his ædibus habitabit.

De refectione rei.

18. *Paulus* lib. 9. ad Plautium.

SI *domus* vſus legatus ſit ſine fructu: communis *a* refectio eſt " rei " in ſartis tectis *b*, tam heredis, quàm vſuarij, videamus tamen, ne, ſi fructum heres accipiat, ipſe reficere debeat: ſi verò talis ſit res, cuius vſus relegatus eſt, vt hæres fructum percipere non poſſit, legatarius reficere cogendus eſt, quæ diſtinctio rationem habet.

Vſum non diuidi

19. *Idem.* lib. 3. ad Vitellium.

VSus *c pars* legari non *d* poteſt. nam frui quidẽ pro parte poſſumus *e*: vti pro parte non poſſumus *f*.

k *l.*10.§. *vlt.* ſ. *eo.* l *al.* quod ſi ita. m *l.*5. *in fi.* ſ. *de inſtructo.*
n ſi modo partem in vſufructu & vſu habeat: alioqui ſi res digna tantũ fructuario vel vſuario ſit, iniquum videtur proprietario cuſtodiam rei permitti.
o *l.*60 §. *fi.* ſ. *de leg.* 3. p *v. l.*5. ſ. *de inſtitoria*: *l. vlt.* ſ. *de offic. præf. vigilum*: *l.*166. ſ. *de verb. ſign.* De inſula dixi ad *l.*58. ſ. *locati.*
q Caſtro fructuarij vaſalli, dominus cuſtodes & præſidium imponere, ipſo vaſallo etiam inuito poteſt, quod ſummopere notandum. Hoc enim modo via nimis aperitur dominis ad expellendos vaſallos caſtris ſuis. *v. Albericum l.*1. ſ. *de damno.* vide omnino *Rolandum à Valle* 2. *conſ.* 69.
r vel ædes quarum vſusfructus legatus eſt.
ſ per ſaltuarium vel inſularium, *vt* ſ. imo & manum militarem, ſi opus ſit.
t v. *l.*27.§.1.ſ. *de adquir. rer.* u negotiatio permitti. *Hal.*
x vt proſit patri & domino, *l.*12.§. *vlt.* ſ. *eod.* quæ eſt vna eadem propter vinculum poteſtatis, *l. vlt. C. de impub. & aliis ſubſtit.*
y Argumentum ab vſufructu ad vſum conſiſtit: *vt hic.* Atqui vſusfructus, facti eſt: cum in percipiendo conſiſtat, ideoque diuiduus, *l.*1. ſ. *quando dies legatorum*: §. *is verò, inſt. de rerum diuiſ.* vſus iuris, ideóque indiuiduus. z id eſt non tantùm vnà cum filio vel ſeruo: ſed etiam abſque filio ſeruóve, qua de cauſa mors filij vel ſerui non extinguit vſumfructum viuo patre vel domino, nec contra mors patris viuo filio, *l. vlt. C. de vſufructu.*
a diſtingue, *vt* ſ. *eo.* b adde *l.*6.7. ſ. *de vſufruct.*
c vſus indiuiduus (vti, enim pro parte non poſſumus) vſusfructus diuiduus, *v. l.* 72. ſ. *de verb. oblig.*
d Atqui pluribus poteſt vſus relinqui, & plures poſſunt vti, *l.*15. ſ. *eo.*
e vſusfructus enim diuidi poteſt, *l.*1.§.9. *infr. ad l. Falc.*
f quæ ratio diuerſitatis? *v. Alciat.* 1. *paradox.* 17.

De vſu ſerui.

20. *Marcellus* lib. 13. Digeſtorum.

SEruum, cuius mihi vſus legatus eſt, adquirit mihi *a*; ſi inſtitor erit, & operis eius vtar in taberna. nam mercibus vendendis, emendíſque adquirit mihi, ſed & ſi, iuſſu meo, per traditionem accipiet.

De vſu aquæ.

21. *Modeſtinus* lib. 2. Regularum.

VSus aquæ perſonalis eſt, & ideo *b* ad heredem vſuarij tranſmitti non poteſt.

De vſu ſyluæ. 1. *Et ædium.* 2. *Si plus vſus ſit legatarius quam oporteat.*

22. *Pomponius* lib. 5. ad Quintum Mucium.

DIuus Hadrianus, cum quibuſdam vſus *ſyluæ c* legatus eſſet, ſtatuit fructum *d* quoque eis legatum videri: quia *e*, niſi liceret legatarijs cædere ſyluam, & vendere, quemadmodum vſufructuarijs *f* licet, nihil habituri eſſent ex eo legato.

1 ¶ Licet tam anguſtus eſt *g* legatarius, cui domus vſus legatus eſt, vt non poſſit occupare totius domus vſum: tamen eis, quæ vacabunt, proprietarius non vtetur: quia licebit vſuario, alijs, & alijs temporibus, tota domo vti, cum interdum domini quoque ædium prout temporis conditio exigit, quibuſdam vtantur, quibuſdam non vtantur.

2 ¶ Vſu legato, ſi plus vſus ſit legatarius, quàm oportet: officio *h* iudicis, qui iudicat quemadmodum vtatur, "quid" continetur *i*, ne aliter, quàm debet, vtatur.

De re non mutanda.

23. *Paulus* lib. 1. ad Neratium.

NEratius: vſuariæ rei ſpeciem is, cuius proprietas eſt, nullo modo *i* commutare poteſt. " Paulus " deteriorem enim cauſam vſuarij facere non poteſt, facit autem deteriorem, etiam in meliorem ſtatum commutata.

VSVFRVCTVARIVS *l* QVEMadmodum *m* caueat *n*.

TIT. IX.

De forma cautionis. 1. *De re mobili, vel immobili.* 2. *De modis conſtituendi vſumfructum.* 3. *De forma cautionis.* 4. *De rei qualitate in teſtatum redigenda.* 5. *Vtilitas cautionis.* 6. *Duæ clauſulæ cautionis quando committuntur.* 7. *Quid ſtipuletur proprietarius.*

Vlpianus libro 79. ad Edictum.

SI cuius *o* rei vſusfructus legatus ſit: æquiſſimũ prætori viſum eſt, de vtroque *p* legatarium cauere: *& vſurum ſe q boni viri arbitratu*: & *r*, *cum vſusfructus ad eum pertinere deſinet ſ, reſtituturum t, quod inde extabit.*

1 ¶ Hæc ſtipulatio, ſiue *u* mobilis res ſit, ſiue ſoli, interponi debet.

2 ¶ Illud ſciendum eſt, ad fideicommiſſa etiam aptari eam debere.

¶ Planè, & ſi "ex" mortis cauſa donatione vſusfructus conſtituatur, exemplo *x* legatorum debebit hæc cautio præſtari.

¶ Sed & ſi ex alia quacumque cauſa conſtitutus fuerit vſusfructus, idem dicendum eſt *y*.

3 ¶ Cauere autem debet: *viri boni arbitratu perceptum iri vſumfructum*, hoc eſt, non *z* deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum: ceteráque facturum, quæ in re ſua faceret *a*.

4 ¶ Rectè autem facient & heres, & legatarius, qualis res ſit, cum frui incipit legatarius, ſi in *b* teſtatum *c* redegerint: vt inde poſſit apparere, an, & quatenus rem peiorem legatarius fecerit *d*.

5 ¶ Vtilius autem viſum eſt, ſtipulatione de hoc caueri, vt, ſi quis non viri boni arbitratu vtatur, committetur *e* ſtipulatio ſtatim, nec expectabimus, vt amittatur vſusfructus.

6 ¶ Habet autem ſtipulatio iſta duas *f* cauſas: vnam, ſi aliter quis vtatur, quàm vir bonus arbitrabitur: aliam, de vſufructu reſtituendo. quarum prior ſtatim committitur, quàm aliter fuerit vſus: & ſæpius committetur: ſequens committetur, finito vſufructu.

7 ¶ Sed quòd diximus, *id quod inde exſtabit, reſtitutum iri*: non ipſam rem ſtipulatur proprietarius:

a v. *l.*14. ſ. *eo.*
b Quod perſonale eſt, ad heredem non tranſmittitur, *l.*68. ſ. *de reg. iur.*
c adde *l.*10. ſ. *de vſufructu.*
d Vſu legato ſyluæ, fructus quoque intelligitur legatus.
e *l.*8. *infr. de verb. obl.* hæc ratio ſufficere non videtur, nam ruſtici, domini ſylua vti poſſũt: vtcunque ligna cæſa eis vendere non liceat.
f Fructuarius ius cædendi & vendendi habet.
g id eſt licet non ſit tam opulentus aut tam ampla familia legatarij.
h v. quæ ſcripſi ad *l.*19. ſ. *eo.*
i Cur ita? v. *l.*69. *inf. de reg. iur.*
k quod contra vſuarij voluntatem fit, vtcumque alijs melius ſit, illi tamen melius non eſt.
l Non idem in vſuario cui vſus relictus eſt rei alicuius, vel operæ vel habitatio? v. *l.*5.§.1. *l.*6. *infra eo.*
m & quando, & quibus.
n Cautio fructuaria éſtne de ſubſtantia vſusfructus dixi ad *l.*1. *C. de vſufr.*
o ſiue rei mobilis, ſiue ſoli, 16. *Eclg.* c. 1.
p §.6. *inf. eo.*
q *l.*4. *C. eo.* *l.*13. ſ. *de vſufruct.*
r Cautio igitur duplex exigitur ab vſufructuario: vna vt vtatur boni viri arbitrio: altera, vt vſufructu finito, res reſtituat. §.6. ſ. *eo.*
ſ putà morte vel euictione, *l.*8.§.4. *verſ. item legatarius.* ſ. *qui ſatiſd.*
t *d. l.*8. §.4. *verſ. item de reſtitut.*
u dixi ad *l.*1. ſ. *de vſufr.* adde *l.*6. *infr. vt in poſſeſſ. legat.*
x Donationis cauſa mortis & legatorum ſimilitudo.
y vt cautio à fructuario exigatur, nihil intereſt ſiue ex teſtamento, ſiue ex voluntario contractu vſusfructus conſtitutus ſit, *l.*4. *in fi. C. eod.*
z *Ecl. d. c.* 1.
a Viri boni arbitratu, qui vſusfructus cauſam deteriorem non reddit: quique idem in eo, quod in ſuis rebus facit, adde *l.*13.§.2. *verſ denique.* ſ. *de vſufr.*
b De inuentario ab vſufructuario conſcribendo & conficiendo, vide Rolandum à Valle, 1. *conſ.* 92.§.15, Ancharanum 3. *qu.* 22.
c teſtari voce non nudum inuentarium quidam accipiunt, ſed ipſam rei æſtimationem. Hac enim cautione rectè vti poſſunt, qui rei deteriorationem verentur.
d idem in funerante *l.*14.§.8. *in fin. inf. de religioſis.* Idem in nuntiante nouum opus: v. *l.*8.§.5. *inf. de nou. operis nuntiatione.* Idem in vulnerante qui à iudice petere poteſt, vt adhibeantur medici ad vulnus videndum, mortale ſit necne. *Bald.* & generaliter quandocunque bona reuerſura alicui dantur, vtile eſt ea deſignari. vt eorum numerus, & qualitas appareat.
e *al.* committatur.
f *in princ.* ſ. *eodem.*

inutilitas

inutiliter enim rem ſuam ſtipulari videretur *a*, ſed ſtipulatur reſtitutum iri quod inde extabit. Interdum autem inerit proprietatis æſtimatio, ſi fortè fructuarius, cùm poſſit vſucapionem interpellare, neglexit *b*. omnem enim rei curam ſuſcipit.

2. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

NAm fructuarius cuſtodiam *c* præſtare debet.

Qui caſus hac actione continentur. 1. Quid ſit deſinere pertinere vſumfructum. 2. De vſufructu repetito. 3. Si eidem vſusfructus purè: proprietáſque ſub conditione legata ſit. 4. Si heres alienauerit proprietatem, & poſtea amittatur vſusfructus.

3. *Vlpianus* lib. 79. ad Edictum.

OMnes autem caſus continentur huic *d* ſtipulationi, quibus vſusfructus amittitur *e*.

1 ¶ *Deſinere pertinere vſumfructum* accipiemus, etiam *f* ſi nec cœperit *g* pertinere *h*, quamuis legatus ſit, & committetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſinat pertinere, quod nec cœpit.

2 ¶ Si vſusfructus repetitus *i* erit legato *k*, *quotieſque* *l* *amiſſus fuerit*: niſi vtiliter fuerit cautum committetur iſta ſtipulatio, ſed exceptione opus *m* erit.

3 ¶ Sed & ſi quis vſumfructum tibi legauerit: & ſub conditione, *ſi liberos habueris*, proprietatem: amiſſo vſufructu, committetur quidem ſtipulatio, ſed exceptio locum habebit.

4 ¶ Si heres alienauerit proprietatem *n*, & poſtea amittatur vſusfructus: an ex ſtipulatu agere poſſit, videamus? & fortiùs *o* dici poteſt, ipſo iure non committi ſtipulationem *p*: quia neque heredi, ſucceſſoribúſve eius reſtitui poteſt: neque is, cui poteſt, (id eſt, ad quem peruenit proprietas) pertinet ad ſtipulationem. Sed is, ad quem peruenit *q*, tempore quæſiti dominij ſibi proſpicere alia *r* cautione debet, quod & ſi non fecerit, nihilominus in rem actione vti poteſt.

De conſolidatione.

4. *Venuleius* lib. 12. Stipulationum.

SI fructuarius proprietatem aſſecutus *ſ* fuerit, deſinit quidem vſusfructus ad eum pertinere, propter confuſionem; †, ſed ſi ex ſtipulatu cum eo agitur: aut *t* ipſo iure inutiliter agi, dicendum eſt, ſi viri boni arbitrium huc vſque porrigitur, aut in factum excipere debebit.

De doli clauſula. 1. De vſu. 2. De fructu ſine vſu. 3. De habitatione, & operis.

5. *Vlpianus* libro 79. ad Edictum.

HVic *n* ſtipulationi *dolum malum abeſſe*, abſuturúmque eſſe continetur: &, * cùm *x* in *y* rem ſit doli mali mentio concepta, dolum comprehendere videtur ſucceſſorum, & adoptiui *z* patris.

1 ¶ Sed ſi vſus ſine fructu legatus erit *a*: adempta fructus cauſa, ſatiſdari iubet prætor. hoc merito: vt de ſolo vſu *b*, non etiam de vſufructu caueatur.

2 ¶ Ergo, & ſi fructus ſine *c* vſu obtigerit, ſtipulatio locum habebit.

3 ¶ Et ſi habitatio *d*, vel operæ hominis, vel cuius alterius animalis relictæ fuerint, ſtipulatio locum habebit, licèt *e* per omnia hæc *f* vſumfructum *g* non imitantur.

De reditu.

6. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

IDem *h* eſt & *i* in reditu prædij: ſicuti ſi vindemia legata eſſet: vel meſſis, quamuis ex vſufructu ea percipiantur *k*, quæ legata morte legatarij ad heredem redeunt.

De cautione omiſſa. 1. De vſufructu ſeu vſu pecuniæ.

7. *Vlpianus* lib. 79. ad Edictum.

‖ET ‖ Si vſusfructus nomine, re tradita, ſatiſdatum non fuerit; Proculus ait, poſſe heredem rem vindicare, &, ſi obiiciatur exceptio, de re vſusfructus nomine tradita, replicandum erit, quæ ſententia habet rationem: ſed & ipſa ſtipulatio condici *l* poterit.

1 ¶ Cùm vſusfructus pecuniæ legatus eſſet; exprimi debent hi duo caſus in ſtipulatione; *cùm morieris aut capite minueris, dari*. idcirco hi duo *m* ſoli caſus; quoniam pecuniæ vſus aliter amitti non poteſt, quàm his caſibus.

Cui cauendum.

8. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

SI tibi vſusfructus, & mihi proprietas legata ſit: mihi *a* cauendum eſt, ſed ſi mihi ſub conditione‖proprietas‖legata ſit: quidam, & Marcianus, & heredi & mihi cauendum eſſe putant: quæ ſententia vera eſt *b*.

¶ Item ſi mihi legata ſit: &, cùm ad me pertinere deſierit, alij: & hic vtriſque cauendum, vt *c* ſupra placuit.

¶ Quòd ſi duobus coniunctim vſusfructus legatus ſit: ‖ & ‖ inuicem *d* ſibi cauere debebunt, & heredi in caſum illum *e*, *ſi ad ſocium non pertineat vſusfructus heredi reddi*.

Vtrum legatarius an fideicommiſſarius caueat. 1. De vſufructu conſtituto iure prætorio. 2. Si eidem proprietas ex die, vſusfructus purè relictus ſit. 3. De vſufructu veſtis. 4. De pluribus proprietariis.

9. *Vlpianus* lib. 51. ad Edictum.

SI vſusfructus mihi legatus ſit, eúmque reſtituere ſim Titio rogatus: videndum eſt, quis debeat cauere: vtrum Titius, an ego, qui legatarius ſum, an illud dicimus mecum heredem acturũ, cum fideicommiſſario me agere debere, & eſt expeditius, hoc dicere: * ſi mihi ſpes aliqua durat vſusfructus, &, cùm tu amiſeris, poteſt ad me recidere, hoc eſt ad legatarium: ita rem expediri, vt tu mihi *f*, ego domino proprietatis caueam. Quòd ſi fideicommiſſarij cauſa vſusfructus mihi relictus eſt, nec eſt vlla ſpes ad me reuertendi fructus: recta via fideicommiſſarium cauere oportet domino proprietatis.

1 ¶ Illud ſciendum eſt: ſiue iure ipſo quis vſumfructum habet, ſiue etiam per tuitionem *g* prætoris, nihilominus cogendum eſſe fructuarium cauere, aut actiones ſuſcipere.

2 ¶ Planè ſi ex die proprietas alicui lègata ſit, vſusfructus purè: dicendum eſſe Pomponius ait, remittendam *h* ‖ eſſe *i* ‖ hanc cautionem fructuario: quia *k* certum ſit, ad eum proprietatem vel ad heredem eius peruenturam.

3 ¶ *Si veſtis* vſusfructus legatus ſit ſcripſit Pomponius: quanquam heres ſtipulatus ſit, finito vſufructu, veſtem reddi: attamen non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo adtritam reddiderit.

4 ¶ Si plures domini ſint proprietatis, vnuſquiſque pro *l* ſua parte ſtipulabitur.

De vſufructu ſerui communis.

10. *Paulus* lib. 40. ad Edictum.

SI *ſerui*, qui nobis *communis* erat, vſumfructum tibi legauero: neceſſaria erit hæc cautio heredi meo. quamuis enim de proprietate poſſit communi, diuidundo experiri, tamen cauſa vſusfructus qui tuus proprius eſt *m*, ad officium communi diuidundo iudicis non pertinebit.

De vſu domus.

11. *Papinianus* libro 7. Reſponſorum.

VSu quoque *domus n* relicto, viri *o* boni arbitratu cautionem interponi oportet. nec *p* mutat, ſi *q* pater heredes filios ſimul habitare cum vxore legataria voluit.

De vſufructu vaſorum.

12. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

SI *vaſorum r* ‖ ipſorum ‖ vſusfructus relictus ſit: non erit cautio Senatuſconſulti neceſſaria *ſ*, ſed illa ſola, *boni t viri arbitratu vſurum fruiturum*. Si igitur tradita ſunt fruendi cauſa: nemo dubitat, non *u* fieri eius, qui accepit: non *x* enim ideò traduntur, vt dominium recedat ab eo, qui tradit: ſed vt *y* vtatur fruatur legatarius. ergo, cùm non fiant fructuarij vaſa, vindicari *z* à proprietario poſſunt cautione non data.

¶ Videndum eſt de condictione, an poſſit locum habere? Et proditum eſt *a*, neminem *b* rem ſuam, niſi furi *c* condicere poſſe.

a *l*.29.§.1.*l*.82. ℸ.*de verb. oblig.*
b idem dicendum in marito, *l*.16.ℸ. *de fundo dotali.*
c i. diligentiam.
d hac ſtipulatione. *Hal.*
e de quibus §. 3. *Inſt. de vſufr.*
f Finiti & non cœpti vſusfructus eadem eſt ratio. Cautio fructuaria quę de vſufructu finito eſt, trahitur ad eum vſufructum, qui nunquam cœpit. Quemadmodum ergo finitus vſusfructus, cedit legatario proprietatis, non heredi ſcripto: ita nunquam cœptus vſusfructus, cedet proprietatis legatario non heredi ſcripto, *l*.33. ſ.*de vſufructu.*
g *Deſinere* interdum quid poteſt, quod non cœpit: *vt hic, & l* 6.ℸ. *de cond. cauſ. dat.* vt & *amitti* quod non habetur, 23. q.1.§.*ex his*: aliàs quod nondum aut nunquam cœpit, fuit, extitit, habitum fuit, deſiiſſe non eſt dicendum *l*.96. ℸ.*de cond. & demonſtr.* v. plura quæ notaui ad Gloſſas Accurſij, *l*.6.ℸ. *de cond. cauſ. dat. l*.5. ℸ. *de vulg. l*.1.*in fin. C. de indicta viduitate* adde *Simonem de Pratis* 3. *de interpretatione, dubitat.* 1. *ſolutione* 11.*n*.50. vbi notat, Priuationem interdum nõ requirere habitũ actualem exiſtentem: ſed ſufficere habitum principij.
h *Pertinere* verbum, præſupponit habitum acquiſitionis.
i v.*l*.5. ſ. *quibus mod. vſusfruct.*
k id enim licet, *l*.5. ſ. *quib. mod. vſufr. l*.23.ℸ.*de vſufruct. leg.*
l quotieſcunque. *Hal.*
m Vna cautio ita ſufficiet, dixi ad *l*.38. §.12.*de verb. oblig.*

a *l*.6.ſ.*de vſufructu earum.*
b Imò non eſt: remittitur enim cautio fructuaria, quoties proprietas vſusfructus alicui relicta eſt ex die, *l*.9. §.2.ℸ. *eod.* multo igitur magis remittenda eſt eadem cautio, ſi proprietas alteri ſit relicta ſub conditione. Minus enim debetur ei cui ſub conditione legatur, quam cui ex die. Nam debiti ex die, dies ſtatim cedit: ſub conditione, non cedit, *l. cedere diem* 21.3. ℸ. *de verbor. ſign.*
c Clauſula *vt* ſ. refertur ad ſupradicta. *Alciat.* 9. *reſponſ.* 50. *n.* 16. *& conſil.* 82. refert. repetit & declarat qualitatem antecedentem. *Alciat.* 9. *Reſponſ.* 7. 72. 83. 85. & 142.
d Cautiones mutuæ nonnunquam interponendæ.
e de quo *l*.6.ℸ. *de vſufruct. earum.*
f quia eius obtinendi ſpem habeo adde *l*.9.*in fin.*ℸ.*de aqu. pluuia.*
g vide *l*.1.ſ *quib. mod. vſufr.*
h Cautio vſusfructus fructuario remittitur, cui purè vſusfructus relictus eſt, proprietas alteri ſub conditione.
i Imò non eſt remittenda, vide quæ ſcripſi ad *l*. 8. ℸ. *eod.*
k nemo autem ſibi ipſi cauere debet.
l *l*.15.*de vſufr.*
m i. non communis, tunc enim ad officium iudicis pertineret, *l*. 13. §.3.ſ.*de vſufr.*
n *l*.5 §.3.ſ.*eod.*
o *l*.1.*in pr.* & §. 6.ſ.*eod.* id eſt architecti: qui in ædibus emendis ſolim adhiberi ſolitus fuit.
p i. quamuis pater dixerit, filios heredes cum ea ſimul habitare, 16. *Eclog.* 9. *cap.* 10.
q i. vtcunque dominus ædium eas inhabitet, ei tamen vſuarius cauebit. *Zaſ.* In hac ſpecie, mater fructuaria vtens ædibus fructuariis vnà cum libertis ſuis, idque teſtatoris ſeu defuncti mandato, cauere eis cogitur ſe nimirum viri boni arbitrio vſuram. Matres itaque ab hac cautione non ſunt immunes.

n ante proprietatem. *Hal.* o quid ſi legas fortè. p quia alteri nemo ſtipulari poteſt, *l*.38.§ *alteri.* ℸ *de verb. oblig.* q peruenit proprietas, &c.
r *l*.7.ℸ. *eod. l*.5. §. 1. ſ. *de vſufr. earum rerum*, atque ita vſufructuarius debet emptori proprietatis præſtare cautionem.
ſ ſi vſusfructus per conſolidationem acquiſitus erit proprietario, ſtipulatio de reſtituendo, aut ipſo iure aut ope exceptionis inefficax eſt. † *l*.27. ſ. *quibus mod. vſusfruct.* §. 3. *Inſt. de vſufr.* t ſimilis alternatio eſt in *l*.9.§.5.ℸ.*de iureiur.*
u i. hac ſtipulatione de vtendo boni viri arbitrio & de reſtituendo, *l*. 1. ſ. *eo.*
x In rem ſtipulationes conceptæ, omnes complectuntur: & proinde heredes & ſucceſſores. y Doli mali mentio ſeu formula in rem concepta eſt, adde *l*.38. §.13.ℸ. *de verb. oblig.* z *d.l*.38.§.15.
a vide *l*. 14.§.1.ſ.*tit. prox.*
b *l*.5.*in fin. l*.20. ſ. *de vſufr. earum rerum.*
c Fructus ſine vſu eſſe poteſt, vt hic, ſemotus vindicatur; ita actus ſine itinere, *l. loci.* §. 1. ℸ. *ſi ſeruit. vind.* & adde ſpeciem, *l*.14.*in fin.* ſ. *de vſu & habit. & l*. 13. §.3.ℸ. *de acceptilation.* d *l*. 11.ℸ.*eod.*
e vſusfructus ab habitatione & operis diſcrimen.
f habitatio & operæ ſerui mancipij vel animalis.
g Differentia eſt itaque vſusfructus ab habitatione & operis.
h vt caueatur ſcilicet vt caueri debeat.
i Reditus prædij legati habet aliquid ſimile cum vſufructu.
k non percipiantur. *Connanus* 4. *Comment.* 5. reprehenſus à Robert. 1. *recept.* 15.
l vide *l*.3.*in fin.* ℸ. *eod.* m *l*.9. ſ. *de vſufruct. earum rerum.*

r vtendorum, fruendorum, quæ vſu non conſumuntur.
ſ de re, finito vſu, reſtituenda: quia hoc caſu, talis res eſt vt vſu non conſumatur. Cauebitur ergo, vt tanta pecunia reſtituatur, quanti hæc fuerit æſtimata §.2. *Inſt. de vſufr.*
t Vſufructu legato, de modo vtendi cautio à fructuario ſolet interponi, ideò perinde ſe omnia facturum, ac ſi optimus paterfamilias vteretur, fideiuſſoribus oblatis cauere cogetur. *Paul.* 3. *ſent.* 6. §.27. u Cur? vſusfructus non eſt ſpecies transferendi dominij. *l*. 1. ſ *de vſufruct.* x Dominium rei ſuæ non amittit, qui rem ſuam vtendam fruendam alteri committit. y Finalis cauſa vſusfructus, vti frui. z vindicatio proprietario competit.
a quid? condictioni locum non eſſe. Cur? Hic fur non eſt, cùm cauſam habeat ab agente. b Imò aliæ etiam condictiones dominis dantur: veluti certi, *l certi.* ℸ. *ſi certum.* indebiti, *l. quoniam* ℸ. *de cond. furt.* ſine cauſa, *l. ob rer.* ℸ. *rer. amot.* Dic nullam condictionem dari domino, vt rem ſuam eſſe dicat, niſi contra furem, atque ita nimis generale quod Accurſ. ait. Nullam condictionem dari domino niſi furtiuam. c § 26. *Inſt de rer. diuiſ.* §. 14. *verſ. planè. Inſt. de act.* Hinc illud, omnis condictio in fure degenerat. *Bart. in l*.4.§.1.ℸ.*de reb. cred.* Cur degenerat? condicere ideò rem noſtram videmur à fure, quod eius opinione, rei non ſimus amplius domini. Hac enim mente rem meam contrectat, vt ſuam, & dominus, vide *l*. 1. ℸ. *de condict. furtiua.*

LIBER

a 3.C.34.2. Inſt. 3. & 1. Paulus 17. & 58. Eclog. 1. & 2. Harmen. 1. c. περὶ δουλείας.
b hominum l. 15.
c ὡς χρηστοῖς μόνη. 58. Eclog. 1. cap. 1.
d prædiorum, d. l. 15. Rerum itaque ſeruitutes ſunt, quæ prædiis inhærent inſeparabiliter, quia ſine prædiis nullo modo conſiſtunt, l. 1. ȷ. comm. prædior. §. ideo. Inſt. eod. rei debentur, non perſonæ, l. 34. ȷ. de ſeruit. ruſticorum.
e plenius dici poteſt: Perſonas vel res ſeruire: illas, vel perſonæ, vt l. 1. ſ. de ſtatu, & ſ. tit. de his qui ſui; vel rei ſeruire (vt monumento alicuius adſtando, l. 71. §. 3. ȷ. de conditionib. & demonſtrationib. l. 44. ȷ. de manum. te. vel fundo inhærendo. vt C. de Agricolis & cenſitis.) Hæ verò vel perſonæ ſeruiunt, vt ſ. libro proximo, vel rei, vt hic. Rei inquam, id eſt, prædio vel vrbano vel ruſtico.
f Prohibentis ita melior eſt conditio, i. eius qui vel tacitè prohibere intelligitur, l. 28. ȷ comm diuidundo. An acquirere ſeruitutem communi fundo vnus ex dominis poteſt? minimè.
g leg. 11. l. 31. ȷ. de ſeru. ruſtic. l. vlt. in fin. ȷ. comm. præd. etiam in ſua parte, quia hæ ſeruitutes non diuiduntur, l. 72. ȷ. de verb. oblig. aliud eſt in vſufructu, l. 5. ſ. de vſufruct. vide l. 20. ȷ. pro ſocio.
h quæ domino ſoli dominantis debentur.
i Verbi gratia ſi quis aut lata via, aut anguſta, quæ vnum tantùm capiat (illa ὁδὸς

LIBER OCTAVVS.

DE SERVITVTIBVS. a

Diuiſio ſeruitutis.

Marcianus lib. 3. Regularum.

SEruitutes aut perſonarum b ſunt, vt c vſus & vſusfructus: aut rerum d, vt ſeruitutes ruſticorum prædiorum, & vrbanorum e.

De ſeruitute ædibus communibus non imponenda.

2. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

VNus ex dominis communium ædium ſeruitutem imponere f non poteſt g.

Diuiſio ſeruitutum realium.

3. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

SEruitutes prædiorum aliæ in ſolo h, aliæ in ſuperficie i conſiſtunt k.

De die, & conditione. 1. De modo. 2. De internallis temporum.

4. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

SEruitutes l ipſo quidem iure m neque n ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem (verbi gratia, *quandiu volam*) conſtitui poſſunt, ſed o tamen, ſi hæc adiiciantur, pacti, vel p per doli exceptionem occurretur, contra placita ſeruitutem vindicanti, idque & Sabinum reſpondiſſe, Caſſius retulit, & ſibi placere.

1 ¶ *Modum* q adiici ſeruitutibus poſſe conſtat r, veluti quo genere vehiculi agatur, ‖vel non‖agatur: veluti vt equo duntaxat: vel vt certum pondus vehatur; vel grex ille transducatur; aut carbo portetur.

2 ¶ Interualla dierum, & horarum, non ad temporis cauſam ſ, ſed ad t modum pertinent in iure reſtitutæ ſeruitutis.

Quibus modis ſeruitutes conſtituuntur. 1. De interuallis temporum.

5 *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

VIa, iter, actus, ductus aquæ iiſdem ferè modis conſtituitur, quibus & vſumfructum conſtitui diximus.

1 ¶ Vſus ſeruitutum temporibus u ſecerni poteſt; fortè vt quis poſt horam tertiam vſque in horam decimam eo iure vtatur, vel vt alternis x diebus vtatur.

De certa parte fundi.

6. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

AD certam y partem fundi ſeruitus tam remitti, quàm conſtitui z poteſt a.

De iure cloacæ mittendæ.

7. *Vlpianus* lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam.

IVs cloacæ mittendæ ſeruitus b eſt c.

De iure pomum decerpendi, ſpatiandi, cœnandi in alieno. 3. De ſeruitute pro parte retinenda, non acquirenda.

8. *Paulus* lib. 15. ad Plautium.

VT *pomum decerpere liceat,* ‖&‖ *vt ſpatiari* ‖&‖ *vt & cœnare* d *in alieno poſſimus*, ſeruitus imponi e non poteſt. 1 ¶ Si b prædium tuum mihi ſeruiat, ſiue ego partis prædij tui dominus eſſe cœpero, ſiue tu mei: per partes c ſeruitus retinetur d, licet e ab initio per partes f acquiri non poterit.

De via ſimpliciter conceſſa.

9. *Celſus* lib. 5. Digeſtorum.

SI cui ſimpliciùs g *via* per fundum cuiuſpiam cedatur h, vel relinquatur i; in infinito (videlicet per k quamlibet eius partem) ire agere licebit l; ciuiliter modò. nam * quædam in ſermone tacitè excipiuntur m. non enim per villam ipſam n, nec per medias vineas ire agere ſinendus eſt; cùm id æquè commodè per alteram partem facere poſſit, minore ſeruientis fundi detrimento. verùm conſtitit, vt, quà o primùm viam direxiſſet, ea demum ire agere deberet, nec amplius mutandæ eius poteſtatem haberet: ſicut Sabino quoque videbatur; qui argumento riui p vtebatur; quem primò qualibet ducere licuiſſet; poſteaquam ductus eſſet transferre non liceret, quod & in via ſeruandum eſſe, verum eſt.

De itinere legato.

10. *Idem* lib. 18. Digeſtorum.

SI *iter* legatum ſit, quà, niſi q opere facto, iri non poſſit, licere, fodiendo, ſubſtruendo, iter facere, Proculus ait.

De ſeruitute pro parte non acquirenda, neque adimenda.

11. *Modeſtinus* lib. 6. Differentiarum.

PRo parte dominij ſeruitutem acquiri r non ſ poſſe, vulgò traditur.

¶ Et ideo ſi quis fundum habens, viam ſtipuletur, & partem t fundi ſui poſtea alienet, corrumpit ſtipulationem, in eum caſum deducendo, à quo ſtipulatio incipere non poſſit.

¶ Pro parte quoque neque legari, neque adimi via poteſt. &, ſi id factum eſt, neque legatum, neque ademptio valet.

De ſeruo municipum.

12. *Iauolenus* lib. 4. Epiſtolarum.

NOn dubito, quin fundo municipum per ſeruum u rectè ſeruitus acquiratur.

Si via nimis anguſta conſtituatur.

13. *Pomponius* libro 14. ad Quintum Mucium.

SI, tam anguſti loci demonſtratione facta, *via* conceſſa fuerit, vt x neque vehiculum, neque y iumentum ea inire z poſſit, iter magis, quàm via, aut actus acquiſitus videbitur: ſed a ſi iumentum ea duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur b acquiſitus.

De genere, poſſeſſione, vſucapione ſeruitutum. 1. De itinere ad ſepulchrum. 2. An locus medius impediat ſeruitutem.

πλατεῖα, altera μονοπάτος) per alienum agrum tranſire, aut aquam poſſit ducere, dicitur hæc ſeruitus ἐδαφικὴ ſoli: vbi verò tignorum in ædes vicini immittendorum, aut aquæ ex tegulis effundendæ, hoc eſt, ſtillicidij vel oneris imponendi ius habet, dicitur hæc ſeruitus ἐν τῷ κλίσματι, ſuperficiaria, ſeu in ſuperficie ſeruitus. 2. Harmen. 4. §. 126.
k An quæ à ſuperficiario conſtituuntur, an potius quæ ſuperficiei domino debentur, vt ius Tigni vel Mæniani immittendi proiiciendive de quo l. 74. ſ. de rei vind. l. 1. ȷ. de ſuperficieb. l reales, aliud in vſufructu, l. 4. ſ. de vſufruct.
m aliud ex æquitate. n l. 44. §. 1. ȷ. de oblig.
o Exceptione pacti vel doli quædam ſeruantur, quæ ſummo iure non conſiſtunt, p v. l. 56. §. 4. ȷ. de verb. oblig. q Modus quid eſt? qualitas vtendi. l. 1. §. 6. ȷ. depoſiti.
r Nam contractus ex conuentione legem accipiunt,
ſ i. quamuis in hac conſtituenda ſeruitute conuenerit, vt ea ſuis diebus & horis tantum vti liceat, non continua tamen dicenda, & ex tempore & ad tempus conſtitui: quaſi plures ſint ſeruitutes, vt in l. 17. ſ. de aq. pluu. arcend. adde l. 7. in fin. ȷ. quemadm. ſeruitut. t Cur ita? v. l. 2. ȷ de aq. quot u v. l. 6. in fin. ȷ. comm. diuid. l. 5. ȷ de aqua quotid. x d. l. 7. y Seruitus ad partem pro diuiſo imponi & acquiri poteſt: at pro indiuiſo non poteſt. vide quæ ſcripſi ad l. 8. in fin. ȷ. eo. l. 6. §. 1. ȷ. comm. prædior. z l. 13. ȷ. de ſeruitutib. præd. ruſtic.
a Imò non poteſt, l. 11. ȷ. eod. b ruſtici prædij, l. 2. ȷ de ſeruitut. ruſtic.
c Atqui non eſt foraminis ſeruitus, l. 28. ȷ. de ſeruitut. vrb.
d cùm mihi videbitur & commodum erit.
e prædio ſcilicet: cui id deberi non poteſt, l. 5. in fin. l. 6. ȷ de ſeruitutib. ruſtic. perſonæ poteſt. Quædam ſeruitutes neque perſonis neque prædio imponi poſſunt, l. 15. ȷ eod. & iſtæ non valent, addit Zaſius reales ſeruitutes à perſonalibus ſecerni poſſe, vt ſi ius conceſſum ſit, realis; ſi facultas, perſonalis intelligatur.

men eſt, vt ſupra dictum eſt. f Seruitus per partes indiuiſas imponi & acquiri non poteſt: per diuiſas poteſt, l. 6. ſ. eod. Pars enim pro diuiſo non eſt pars propriè, ſed totum, id eſt prædium, non pars prædij, l. 6. §. 1. ȷ. comm. prædior.
g al. ſimplici vſu, via. Baro ineptè. nam *ſimpliciter viam concedere*, eſt ſimpliciter, & indefinitè viam concedere, non hoc addito *per hunc vel illum agrum*.
h inter viuos. i teſtamento.
k l. 13. §. 1. ȷ. de ſeruit. ruſtic. idem ſi quacunque parte volet ſtipulator, l. vlt. ȷ. de aqua quotidiana. l ceſſionario vel legatario. A qui heredis videtur eſſe electio, velut debitoris, l. 26. ȷ de ſeruit. ruſtic. adde quæ ſcripſi, ad l. 2. §. 3. ȷ. de eo quod cert. loc. Num idem in legato ſimplici? v. l. 71. ȷ. de legat. 1.
m quemadmodum honeſtas, vt hic & l. 26. ȷ. de ſeruitutib ruſtic. tractus temporis, vide l. 2. §. 5. ȷ. quod certo. ſi per rerum naturam, l. 35. ȷ. de verb. oblig. legis aut principis conceſſionem & authoritatem licebit, ſi nuptiæ ſecutæ fuerint, vide l. 21 ȷ. de iur. dot. vide Oldendorp. in Top. in loco ab author. num. 5.
n vide l. 36. in fin. ȷ. de rei vind. o d. §. 1. l. 20. §. 4. §. 5. ȷ. de ſeruit. vrban.
p l. 1. §. 15 ȷ. de aq. quotid. q adde l. 20. §. 1. ȷ. de ſeruit. vrban.
r id eſt, promitti. Quid? poteſtne pro parte retineri conſtituta? poteſt, dixi ad l. 8. in fin. ſ. eod. ſ imò poteſt, l. 6. ſ. eod. Solui non poteſt pro parte diuiſa vt hic, pro indiuiſa poteſt d l. 6. in eo differt ab vſufructu, l. 5. ſ. de vſufruct.
t l. 14. in fin. ȷ. de adimend. leg. 136. in fin. l. 140. ȷ. de verb. oblig.
u l. 3. ȷ. de ſtipulatione ſeruorum. x l. 23. ȷ. de ſeruitut. ruſtic. l. 157. in fin. ȷ. de verb. ſign. y *Via* eſt qua non iumentum modò, ſed & vehiculum iniri poteſt.
z al. iniri, vel, inigere. a *Actus* eſt qua iumentum duci poteſt, vehiculum non poteſt, vt l. 7. ȷ. de ſeruitutib ruſticorum.
b Locus eſt ab adiiciente quantitate. ſimilis eſt apud Quintilianum 7. cap. 6 in fin. Qui ſeſtertium, inquit, nummum quinque millia legauerat, cùm emendaret teſtamentum, ſublatis ſeſtertiis nummis, argenti pondo poſuit, quinque millia remanſerunt. Apparuit, quinque pondo dari voluiſſe, quia ille in argento legato modus & inauditus erat, & incredibilis.

14. *Paulus*

a Quid ita in nullam ſpeciem ſeruitutis nominatæ hæc cadunt. *Bald.* non prædij, ſed perſonæ vtilitatem ſpectant. *Fulgoſ.* Eſt igitur hæc ſeruitus magis perſonalis quam realis & prædij. Eſtne vſus vel vſusfructus? minimè: quia non iiſdem modis extinguitur, vt vſus vel vſusfructus.
b adde l. 30 ȷ. vrbanorum; l. 34. ȷ. ruſticorum.
c l. 2. 17. ȷ. eo. l. 25. ȷ. famil. l. 5. 6. 18. in fin. ȷ comm. præd. l. 4. §. 3. ȷ. ſi ſeruitus.
d per exceptionem. Cur? An quia ius quæſitum difficilius extinguitur quàm quærendum? *Bald.*
e Seruitus pro parte promitti ſeu conſtitui non poteſt: promiſſa ſeu conſtituta retineri poteſt. *Conſtitutum* dicimus quod hæſit fundo ſemel: cuiuſmodi ſeruitus non confunditur prorſus communicatione, vel fundi dominantis vel vtriuſque: ſed conſeruatur pro parte dominij. Nec interit omnimodo, licet in eum caſum inciderit, à quo incipere non potuit. Nec enim perpetua eſt regula, quæ vult, Ea quæ ab initio rectè conſtiterunt, reſolui, ſi in eum caſum reciderint à quo non potuerunt incipere vel conſiſtere, l. 40. in fin. ȷ. de verb. oblig. Atqui obſtare videtur, l. 11. ȷ. eod. in eius legis ſpecie promiſſa tantùm fuit ſeruitus, at non conſtituta: inter quæ diſcrimen eſt, vt ſupra dictum eſt.

14. *Vlpianus* lib. 15. ad Sabinum.

SEruitutes prædiorum ruſticorum, etiam ſi *a* corporibus *b* accedunt *c*, incorporales *d* tamen ſunt, & ideo vſu non *e* capiuntur *f*. vel ideo, quia tales ſunt ſeruitutes, vt non habeant certam continuámque poſſeſſionem. nemo enim tam perpetuò, tam continenter ire poteſt, vt nullo momento poſſeſſio eius interpellari videatur.

¶ Idem & in ſeruitutibus prædiorum vrbanorum obſeruatur.

1 ¶ Seruitus itineris ad ſepulchrum, priuati iuris manet: & ideo remitti domino fundi ſeruientis ‖ poteſt. ‖ & adquiri etiam poſt religionem ſepulchri hæc ſeruitus poteſt.

2 ¶ Publico loco interueniente *g*, vel via publica, hauſtus ſeruitus imponi poteſt, aquæ ductus non poteſt, à *h* principe *i* autem peti ſolet *k*: *vt per viam publicam aquam ducere ſine incommodo publico liceat.*

¶ Sacri, & religioſi loci interuentus *l* etiam itineris ſeruitutem impedit: cùm ſeruitus per ea loca nulli deberi poteſt.

Si nihil vicini interſit. 1. *De natura ſeruitutum.*

15. *Pomponius* lib. 33. ad Sabinum.

QVotiens nec hominum: nec *m* prædiorum ſeruitutes ſunt: quia *n* nihil vicinorum intereſt: non valet, veluti, *ne per fundum o tuum eas, aut ibi conſiſtas*, & ideo, ſi mihi concedas *ius tibi non eſſe fundo tuo vti frui*, nihil agitur. aliter atque ſi concedas mihi *p*, *ius tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere*, minuendæ aquæ meæ gratia.

1 ¶ Seruitutum non *q* ea natura eſt, vt aliquid faciat quis (veluti viridaria *r* tollat, aut amœniorem proſpectum præſtet, aut in hoc vt in ſuo pingat) ſed *ſ* vt aliquid patiatur, aut non faciat.

De creditore, vel emphyteuta petente ſeruitutem.

16. *Iulianus* lib. 49. Digeſtorum.

EI, qui pignori fundum accepit, non eſt iniquum, vtilem petitionem ſeruitutis dari *t*, ſicuti ipſius fundi vtilis petitio dabitur.

¶ Idem ſeruari conuenit & in eo ad quem vectigalis fundus pertinet.

De ſeruitute non conſtituenda pro parte.

17. *Pomponius* libro ſingulari Regularum.

VIæ, itineris, actus, aquæductus pars in *u* obligationem deduci non poteſt: quia vſus *x* eorum indiuiſus *y* eſt *z*: & ideo, ſi ſtipulator deceſſerit pluribus *a* heredibus relictis, ſinguli ſolidam *b* viam petunt: & ſi promiſſor deceſſerit, pluribus heredibus relictis, à ſingulis *c* heredibus ſolida petitio eſt.

De ſeruitutibus aditione confuſis.

18. *Paulus* lib. 31. Quæſtionum.

PApinianus notat.

IN omnibus ſeruitutibus, quæ aditione confuſæ *d* ſunt, reſponſum eſt, doli exceptionem nocituram legatario *e*, ſi non patiatur eas iterum imponi.

De ſeruitute non vtili.

19. *Labeo* libro 4. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

EI fundo, quem quis vendat, ſeruitutem imponi, etſi *f* non vtilis ſit *g*, poſſe exiſtimo *h*: veluti ſi aquam alicui ‖ debere ‖ ducere non expediret: nihilominus conſtitui ea ſeruitus poſſit. quædam enim ‖ debere ‖ habere poſſumus, quamuis ea nobis vtilia non ſunt.

De quaſi ſeruitutis traditione.

20. *Iauolenus* lib. 5. ex poſterioribus Labeonis.

QVotiens via, aut aliquod ius fundi emeretur, cauendum putat eſſe Labeo, *per te non fieri, quo minus eo iure vti poſſit*: quia nulla eiuſmodi iuris vacua traditio eſſet *i*: ergo puto, vſum eius iuris pro *k* traditione poſſeſſionis accipiendum eſſe: ideóque ‖ & ‖ interdicta *l* veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt *m*.

DE *n*. SERVITVTIBVS prædiorum vrbanorum.

TIT. II.

Vicum locus medius ſeruitutem impediat. 1. *In quem datur actio confeſſoria.*

Paulus libro 21. ad Edictum.

SI *a* intercedat *b* ſolum *c* publicum, vel via publica: neque itineris, actúſve, neque altius tollendi ſeruitutes impedit, ſed immittendi *d*, protegendi *e*, prohibendi *f*: item fluminum, & ſtillicidiorum ſeruitutem impedit: quia cœlum *g*, quod ſupra id ſolum intercedit, liberum eſſe debet *h*.

1 ¶ Si vſusfructus tuus ſit ædium, proprietas mea, quæ onera vicini ſuſtinere debeant, mecum *i* in ſolidum agi poteſt: tecum nullo modo.

Aliquot ſpecies ſeruitutum vrbanarum.

2. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

VRbanorum prædiorum iura talia *k* ſunt, altius *l* tollendi, & officiendi *m* luminib. *n* vicini *o*, aut non extollendi *p*.

¶ Item ſtillicidium auertendi in tectum, vel aream vicini *q*, aut non auertendi *r*.

¶ Item immitendi tigna in parietem vicini: & denique *ſ* proijciendi, protegendíve *t*, ceteráque iſtis ſimilia.

3. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

ESt & hæc ſeruitus, *Ne proſpectui u officiatur.*

De ſeruitute luminum, vel, ne luminibus officiatur.

4. *Paulus* lib. 2. Inſtitutionum.

L*Vminum* " in " ſeruitute conſtituta, id acquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat. Cùm autem ſeruitus imponitur, *Ne luminibus officiatur*: hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino, inuitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum *x*.

Quis dicatur inuitus.

5. *Vlpianus* libro 17. ad Edictum.

I*Nuitum* autem in ſeruitutibus accipere debemus: non eum qui contradicit, ſed eum, qui *y* non conſentit: Ideo Pomponius libro quadrageſimo, " & " infantem & furioſum inuitos rectè dici, ait. non enim ad factum *z*, ſed ad ius † ſeruitutis *a* hæc verba referuntur.

Quibus modis hæ ſeruitutes amittuntur.

6. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

HÆc autem iura ſimiliter, vt ruſticorum quoque prædiorum, certo tempore *b*, non vtendo, pereunt niſi quod hæc diſſimilitudo eſt: quod non omnimodo pereunt non vtendo: ſed ita *c*, ſi vicinus ſimul libertatem *d* vſucapiat, veluti ſi ædes tuæ ædibus meis ſeruiant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum ædium officiatur: & ego per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas *e* habuero vel obſtruxero: ita demum ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas altius ſublatas habueris: alioquin, ſi nihil noui feceris, retineo ſeruitutem *f*.

¶ Item ſi tigni immiſſi ædes tuæ ſeruitutem debent, & ego exemero tignum: ita demum amitto ius meum, ſi tu foramen, vnde exemptum eſt tignum, obturaueris, & per conſtitutum tempus ita habueris. alioquin, ſi nihil noui feceris, integrum ius ſuum permanet.

7. *Pomponius* ‖

---

a §. 2. *Inſt. de reb. corporal.*
b rebus quæ tangi & videri poſſunt. *Corpus* quid eſt? quod tangi & videri poteſt. Lucretius: Tangere vel tangi niſi corpus nulla poteſt res.
c ſeruitutes acceſſiones ſunt prædiorum: & ſic iura & incorporalia acceſſiones eſſe poſſunt corporum.
d ſeruitutes enim iura ſunt: non poſſunt autem iura tangi vel videri, ſed intellectu tantùm percipi.
e nec poſſidentur, ſed quaſi, *l. 32. in fi. infr. de ſeruit. vrban.*
f Immò vſucapiſſuntur, *l. 4. in fin. ff. de vſucap.*
g *l. 1. inf. titul. pro. l. 7. in fi. inf. de ſeruit. ruſtic.*
h *l. 18. inf. de aqua quotidiana.*
i *l. quoties. C. de precibus.*
k *l. 8. in fi. infr. de aqua pluuia.*
l *l. 17. §. 3. in fi. ff. de aqua pluuia.*
m *v. l. 1. ff. eod.*
n atqui poſſum mihi etiam inutilem ſeruitutem adquirere; *l. 17. infr. eo. adde Guidonem quæſt. 298.*
o *v. l. pen. ff. de pactis*: *l. 8. in fi. infr. ſi ſeruitus vindicetur.*
p *l. 1. §. 28. infr. de aqua quotid.*
q principaliter ſcilicet: in conſequentiã tamen interdum venit, vt tu aliquid etiam facias, *l. 33. infr. de ſeruit. vrban.*
r viridia.
ſ *l. 6. §. 2. ff. ſi ſeru. vin. l. 1. in fi. inf. de aqua pluuia.*
t *l. 9. infr. de noui operis nunciat. leg. vnic. in fi. ff. de remiſſionib.*
u *l. 8. in fi. ff. eo. l. 13. §. 1. inf. de acceptilat.*
x rectè: quia prædium ipſum cui cohæret ſeruitus diuidi poteſt.
y *l. 1. §. 9. infr. ad leg. Falcid. l. 2. §. 1. infr de verb. oblig. l. 4. §. 4. ff. ſi ſeruitus*, aliud eſt in vſufructu, *l. 5. ff. de vſufructu.*
z Immo ius aquæ diuidi poteſt, *l. 25. in fi. ff. de ſeruit. ruſtic.* a *l. 25. §. 10. ff. familia.*
b *l. 4. §. 3. ff. ſi ſeruit. vind.* c *l. 4. §. 4.* d vt *l. 30. ff. de ſeruit. vrb. l. 11. in fi. ff. commun. præd. l. 1. ff. quemadmod. ſeruit.*
e conditionali ſcilicet, quia pendente conditione heres dominium rei legatæ habet: *v. l. 4. ff. ſi vſusfructus petat.* alias: ſi purè legatum eſt, dominium recta via tranſit in legatarium, *l. 64. in fi. ff. de furtis*: *l. 116. in fi. infr. de leg. 1. l. 76. §. 2. infr. de leg. 2.*
f *Ecl. eo. c. 17.* g prædio venditoris.
h Imo aliud exiſtimandum: quoties enim nec hominum nec prædiorum intereſt, ſeruitus conſtituta non valet, *l. 15. ff. eo.* Et ita eſt, ſeruitus non valet, ſi neq; perſonæ neque prædio eſt vtilis, *d. l. 15.* at hic agitur de ſeruitute quæ prædio quidem inutilis eſt: perſonæ tamen ad voluptatem prodeſt.
i ſed patientia, *l. 15. in fi. ff. eo.*
k *l. 1. in fi. ff. de ſeruit. ruſt. & arg. l. 3. in prin. verſ. dare, ff. de vſufructu.*
l *l. 2. C. eo. l. 8. §. pen. in fi. ff. ſi ſer. vind.*
m ſed & Publiciana, *l. 11. in prin. ff. de Publiciana.*
n 58. *Eclog. 2.*
o 2. *Inſt. 3.*

a 58. *Eclog. 2. c. 1.*
b v. *l. 14. §. fi. ff. tit. prox.*
c Via, iter, actus. altius tollendi ius, publici ſoli vel viæ publicæ interpoſitione non impeditur: immittendi, protegendi, auertendi ſtillicidij, impeditur.
d ἐμβαλλεῖν δοκόν.
e ἐξώστην περιέιν.
f Græci ita legunt ἢ ἐπιπέμπειν ὕδωρ ἢ σταλαγμὸν κεράμων. Vulgata, proijciendi.
g *l. vlt. §. 3. infr. quod vi.*
h *l. 24. inf. eo.* adde *l. vlt. in fi. inf. quod vi aut clam.*
i De ſeruitute cũ domino tantum agitur. *Accurſ.*
k §. 1. *Inſt. eo.*
l *Altius tollendi ſeruitus*, quid eſt? éſtne vt mihi altius tollere liceat ædes meas? Atqui hoc mihi natura conceditur ſine ſeruitute & ſtipulatione. Cuius enim ſolum eſt, eiuſdem eſt (vt vulgo dicitur) cœlum. *l. 8. l. 9. C. eo.* Quid igitur: altius tollendi ſeruitus? éſtne, vt tu altius ædificium tuum tollas, nempe vt à mea area vel domo ventos frigidiſſimos, & peſtilentes fortè auertas, vel, vt ſolis, ἀνταύκλασιν ſeu refractionem meis ædibus opacis adferas vel vt meam domum altius tollendo tegas, ne ex longinquo videatur, cum mea interſit tegi, & publicis omnium oculis inuidiæque non exponi? m Officiendi luminibus ſeruitus duplex conſtitui poteſt, actiua vel paſſiua. Actiua, vt mihi liceat luminibus tuis officere: paſſiua, vt tu meis luminibus officias: quia fortè id mea intereſt fieri, putà ad nimium Solis ardorem euitandum. Fulgoſius exemplum ponit in artifice qui *ſcanozarias* exercet. Poteſt & id vtile eſſe propter penum, vinum, & alia huiuſmodi quæ opacis locis commodius conſeruantur quam ſoli nimiæque luci expoſitis, v. *l. 17. §. 2. ff. eo.*
n hæc duo etiam numerantur inter ſeruitutes ruſticas, *l. 2. ff. de ſeruitutib. ruſtic.*
o non in infinitum, v. *l. 11. ff. eo.*
p ad id citra ſeruitutem nemo tenetur, *l. 1. circa finem principij, ff. eo.*
q vt aqua, vicino potius quàm nobis noceat, *v. l. 20. §. 2. & ſeq. ff. eo.*
r eoque pacto ciſterna mea iuuatur, tua minuitur.
ſ καὶ τὸ ποιῆσαι σωλάριον, ἢ βαστέρνιον, facere ſolarium, aut baſternium. 58. *Ecl. 7. c. 2.* t quæ immittuntur aliquo loco, requieſcunt: quod proijcitur, ita proijcitur, vt & nuſquam requieſcat qualia ſunt mœniana & ſubgrundæ, *l. 241. §. 1. ff. de verb. ſig.* Græci hic proiecta baſternia: prolata mœniana & ſolaria interpretantur. u quæ à ſeruitute, ne luminibus officiatur, differt v. *l. 15. ff. eo.*
x ſeruitute, *ne luminibus officiatur*, incommodum noſtrum propulſamus: ſeruitute luminum, vicini incommodum ad noſtrum commodum procuramus.
y id eſt, non tantum. ſic Varro 3. *de re Ruſtica* 9. loquens de Gallinis ruſticis: ſimiles facie non his villaticis gallinis noſtris ſed Africanis aſpectu.
z *Inuitus* eſt qui non conſentit, licet non contradicat: adde *l. 45. §. 5. ff. de ritu.* Vnde colligunt, Taciturnitatem, ſi de tacentis iure minuendo agatur, pro conſenſu non haberi, de quo tamen v. Socinum *regula Taciturnitas* 391.
a i. nullo hic opus eſt noſtro facto, putà contradictione, vt nobis inuitis aliquid altius ſublatum eſſe dicatur. † quod nobis competit. Interea hic obſerua, *inuitũ* dici varijs de cauſis, veluti ſi contradicit, ſi non expreſsè conſentit, quod nõ tantũ hoc loco, ſed in infante, furioſo & procuratore locum habet, *l. 8. §. 1. ff. de procuratorib.* & patrono, ſi eius liberta diuortium fecerit, *l. 45. ff. de ritu nupt.* At inuitus matrimonium filius non contrahit, qui patre cogente contrahit *l. 22. inf. de ritu.* Quis *conſentire* dicatur v *l. 12. inf. de ſponſalibus.*
b decennio inter præſentes: vicennio inter abſentes *l. 13. C. de ſeruit.*
c ſeruitute non tollendi aut luminibus meis non officiendi, non liberaris, hoc ſolo quod meas feneſtras obſtruxi vel occluſi: hoc amplius tibi neceſſe eſt, vt ea ſeruitute libereris, vt per idem tempus ædes tuas altius ſublatas habueris. Vnde conſtat vrbanas ſeruitutes omnimodo non vtendo, non perire. ſed hoc amplius exigi, vt qui mihi ſeruitutem debet, libertatem vſuceperit ædificio poſito, *vt hic.* An & arboris poſitione per id tempus libertatem vſucapere quis poteſt vt ædificio poſito? non vſucapit *l. 7. inf. eo.*
d *l. 4. in fi. infr. de vſucap.* e κλείσω φράξω ἢ κατακλείσω obſtruxero vel occluſero, 58. *Eclog. 2. c. 6.* f i. ruſticam ſeruitutem amittit qui non vtitur *l.*

Ant. Gomez
Var. com. 2. cap. 10
n.º 15 +

4. §. *antepen.* infra *de vſucap.* vrbanam non continuo amittit qui non vtitur, niſi & aduerſarius libertatem vſu ceperit *d. l. 4. in fi. l. 18. in fi. infr. quemadm. ſeruit.*
a *l. 6. §. eo.*
b Arbor non eſt, ita vt paries, immobilis *Eclog. eo. c. 6. in fin.* Arboris enim motus eſt aliquis & quidem naturalis: parietis, nullus. non enim tempore augetur vt arbor.
c id eſt, quia arboris ſtipes & frondes creſcunt. Nam motus quo arbores vi viuentium impelluntur, naturalis non eſt, ſed accidentalis. *Zoannetus 20. reſtitutionum.*
d *Eclog. eo. c. 8.*
e *v. l. 1. commun. diuid.* quidam hoc ita intelligunt, niſi refectio ſit neceſſaria. *Duarenus.*
f v. quæ ſcripſi ad *l. 20. ḟ. pro ſocio.*
g *l. 15. in fi. ḟ. eo. l. 8. 9. C. eo.*
h Immo aliqua eſſe debet: in hoc enim malitioſus eſt. Malitijs autem hominum non indulgendum eſt, *l. 38. ſupra de rei vindic.*
i huic primæ quæſtioni reſpondetur *in verſ. Marcellus ḟ. eo.*
k Heres, hereditarias ædes altius tollendo, poteſt officere luminib. alterarum ædiũ, quæ legatæ ſunt, *verſ. Marcellus reſpondit ḟ. eo. l. 30. §. de vſufructu.*
l huic ſecundæ quæſtioni reſpondetur *in verſ. Non autem ſemper ſimile eſt. infra.*
m ſuas.
n *l. 1. §. 2. §. ſi vſusfruct. petatur.*
o non in totum tamen, *verſ. ſed ita ḟ. eod.*
p quia legatarius proprietatis poterit ſuas ædes tollere & officere luminibus earum ædium in quibus vſumfructum habet.

7. *Pomponius* lib. 26. ad Quintum Mutium.

QVod autem, ædificio meo me poſſe conſequi, vt libertatem vſucaperem, dicitur *a*, idem me non conſecuturum, ſi arborem eodem loco ſitam habuiſſem, Mucius ait: & rectè: quia *b* non ita in ſuo ſtatu, & loco maneret arbor. quemadmodum paries, propter motum naturalem arboris *c*.

De pariete communi demoliendo & reficiendo.

8. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

PArietem *d* qui naturali ratione communis eſt, alterutri vicinorum demoliendi *e* eum, & reficiendi ius non eſt: quia non ſolus dominus eſt *f*.

De eo qui tollendo obſcurat ædes vicini.

9. *Vlpianus* lib. quinquageſimo tertio ad Edictum.

CVm eo, qui tollendo obſcurat vicini ædes, quibus non ſeruat *g*: nulla *h* competit actio.

Hæres non poteſt in domo, quæ ſibi remanet, ædificare ita, vt vſus ædium legatarum totaliter perimatur. ſecus ſi aliqualiter incommodetur. Bart.

10. *Marcellus* libro 4. Digeſtorum.

GAurus Marcello: Binas ædes habeo, alteras tibi lego: heres ædes alteras altius tollit: & luminibus tuis officit. Quid cum illo agere potes? & an *i* interesse putes, ſuas ædes altius tollat, an hereditarius *k*? & de illo *l* quæro, an per alienas *m* ædes acceſſum heres ad eam rem quæ legatur, præſtare debet. ſicut ſolet quæri *n*, cum vſusfructus loci legatus eſt, ad quem locum accedi, niſi per alienum, non poteſt? Marcellus reſpondit: Qui binas ædes habebat, ſi alteras legauit: non dubium eſt, quin hæres ‖ alias ‖ poſſit altius tollendo, obſcurare *o* lumina legatarium ædium. Idem *p* dicendum eſt, ſi *q* alteri ædes, alteri aliarum vſumfructum legauerit *r*. Non autem ‖ ſemper ‖ ſimile eſt itineris argumentum *ſ*: quia * ſine acceſſu nullum eſt fructus legatum, habitare autem poteſt, & ædibus obſcuratis. cæterum, vſufructu loci legato, etiam acceſſus dandus *t* eſt, quia, & hauſtu relicto iter quoque *u* ad hauriendum præſtaretur. Sed ita officere luminibus & obſcurare legatas ædes conceditur, vt *x* non penitus lumen recludatur: ſed tantum relinquatur, quantum ſufficit habitantibus in vſus diurni moderatione.

De forma antiquorum ædificiorum ſeruanda. 1. De arbitrio accipiendo.

11. *Vlpianus* lib. 1. de Officio conſulis.

QVi luminibus vicinorum officere: aliúdve quid facere contra commodum eorum vellet, ſciet ſe formam *y*, ac ſtatum antiquorum *z* ædificiorum cuſtodire *a* debere.

1 ¶ Si inter te, & vicinum tuum non conuenit, ad quam altitudinem extolli ædificia, quæ facere inſtituiſti, oporteat: arbitrum accipere poteris.

De viridarijs ſupra ædificia.

12. *Iauolenus* libro 10. ex Caſſio.

AEdificia quæ ſeruitutem patiantur, ne *b* quid altius tollatur, viridia *c* ſupra eam altitudinem habere poſſunt. at ſi de proſpectu eſt, eáque obſtatura ſunt, non poſſunt *d*.

De tabulis iuxta communem parietem. 1. De pictura, & incruſtatione parietis communis.

13. *Proculus* libro 2. Epiſtolarum.

QVidam *e* Hiberus nomine, qui habet *f* poſt horrea mea, inſulam, balnearia fecit ſecundum *g* parietem communem, non *a* licet *b* autem tubulos habere admotos ad parietem communem, ſicuti ne parietem quidem ſuum per parietem communem. de tubulis eo amplius hoc iuris eſt, quod per eos flamma torretur paries: qua de re, volo *c* cum Hibero loquaris, ne rem illicitam faciat. Proculus reſpondit: nec Hiberum pro ea re dubitare puto, quod rem non permiſſam facit, tubulos ſecundum communem parietem extruendo.

1 ¶ Parietem communem incruſtare *d* licet ſecundum Capitonis ſententiam: ſicut licet ‖ mihi ‖ pretioſiſſimas picturas habere in pariete communi. cæterum, ſi demolitus *e* ſit vicinus, & ex ſtipulatu actione damni infecti agatur: non *f* pluris quam vulgaria *g* tectoria *h* æſtimari debent. quod obſeruari & in incruſtatione oportet.

De area non ſeruiente & legitimo ſpatio.

14. *Papirius Iuſtus* libro primo *i* de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus, & Verus Auguſti reſcripſerunt, in area *k*, quæ *l* nulli ſeruitutem debet *m*, poſſe dominum, vel alium voluntate eius ædificare, intermiſſo *n* legitimo *o* ſpatio à vicina inſula.

Diſcrimen luminis & proſpectus.

15. *Vlpianus* libro 29. ad Sabinum.

INter ſeruitutes, *ne luminibus officiatur* p, *& ne proſpectui offendatur*, aliud & aliud obſeruatur: quod in proſpectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem *q* proſpectum, & liberum *r*: in luminibus autem, ‖ non officere, ‖ ne lumina *ſ* cuiuſquam obſcuriora fiant: quodcumque *t* igitur faciat ad luminis *u* impedimentum, prohiberi poteſt, ſi ſeruitus debeatur, opuſque ei nouum nuntiari poteſt *x*, ſi modo ſic faciat, vt lumini noceat.

16. *Paulus* libro ſecundo Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

LVmen *y*, id eſt, vt cœlum *z* videretur, & intereſt inter *lumen* & *proſpectum*. nam *proſpectus* etiam ex *a* inferioribus locis eſt, *lumen* ex inferiore loco eſſe non poteſt.

De pacto, Seruitutes vti nunc ſunt, vt ita ſint.

16. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

SI arborem ponat, vt lumini officiat *b*: æquè dicendum erit, contra impoſitam ſeruitutem eum facere: nam & arbor efficit, quo minus cæli *c* videri poſſit. Si tamen id quod ponitur, lumen quidem nihil impediat, ſolem autem auferat: ſi quidem eo loci, quo gratum erat, eum non eſſe: poteſt dici, nihil contra ſeruitutem facere. ſin verò heliocamino *d*, vel ſolatio *e*: dicendum erit quia vmbram facit in loco, cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri.

1 ¶ Per contrarium, ſi deponat ædificium, vel arboris ramos: quo facto locus opacus quondam, cœpit ſolis eſſe plenus: non facit contra ſeruitutem. hanc enim debuit, ne luminibus officiat. nunc non luminibus officit, ſed plus æquo lumen facit *f*.

2 ¶ Interdum dici poteſt, eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere: ſi fortè κατάκλασιν *g* id eſt, *per refractionem ſeu repercuſſionem*, vel preſſura *h* quadam lumen in eas ædes deuoluatur.

3 ¶ Hæc lex traditionis, *Stillicidia* i, *vti nunc ſunt, vt ita ſint*, hoc ſignificat, impoſitã vicinis neceſſitatem ſtillicidiorum excipiendorum: non illud, vt etiã emptor ſtillicidia ſuſcipiat ædificiorum vicinorum. hoc igitur pollicetur venditor, ſibi quidem ſtillicidiorum ſeruitutem

parieti communi σωλῆνας ἐνοῦν fiſtulas iungere, *d. l. 19.* vt nec ei τοὺς καπνοδόχους ἐπιθεῖναι tubulos fumarios imponere, *vt hic.* & 58. Synopſ. 21. *ex tit. 2. c. 13. & 19.*
a Non licet κοινωνῷ, ſocio balneum domi ſuæ facienti τοὺς καπνοδόχους, tubulos fumarios parieti communi, vel parietem ſuum imponere. *Ecl. eod. c. 13.*
b *l. 19. in fin. eod.* hæc etiam verba ſunt conſultoris.
c Conſultor Proculum alloquitur, Huiuſmodi monitionibus iuriſconſulti operá dabant nec minus in eo poterant, quàm ipſi iudices. v. *Ciceronem pro Quintio, Duar. hic. & 2. diſp. 28. Cuiac. 18. obſ. 38.*
d μαρμαροῦν ἢ γράφειν incruſtare & pingere parietẽ communem licet. *Ecl. d. c. 13.* adde *l. 79. in fi. ḟ. de verb. ſign.*
e v. quæ notaui ad *l. 12. ḟ. commun. diuid.*
f non pluris æſtimantur, τὰ ἐπιτερπῆ ἢ αἱ μαρμαρώσεις, id eſt voluptuaria, quam incruſtationes. *Cuiac. illo loco.*
g ac gregalia. *Seneca 13. epiſt.*
h de tectorijs, v. *l. 241. infr. de verb. ſign.*
i libros xx. de conſtitutionibus ſcripſit hic author.
K v. quæ ſcripſi ad *l. vlt. in fi. Cod. de ſeruit.*
l *v. l. 9. §. eo.*
m quæ ſeruitutem luminum: *Cuiac. 1. obſ. 4. arg. l. 3. §. eod.* reprehenſus à Roberto 2. receptarum 29.
n At enim videtur legitimum ſpatium intermittendo, aliquid de ſua area ſuoque fundo amittere.

o Legitimum hoc ſpatium fuit duorum pedum & ſemis, quod veteres *Ambitum* appellarunt. *Feſtus in Ambitus. Iſid. vlt. Varr. 4. de lingua Cic. Topic. 1. Victorius 1.* eſq; pedes ſeſtertium pedem in 12. Tabulis dici, author eſt Voluſianus *lib. de aſſe*, quo verbo veteres vocari duos pedes & ſemiſſem intellexerũt 3. *Plin. 3. Feſt. ibid.* Ab horreis publicis ædificia priuatorum 100. pedibus: à cæteris publicis ædificijs quindecim diſtincta *l. 4. l. 46. C. Theo. de operib. publicis.* Poſtea ab horreis publicis, priuatorum ædificia diſtincta 15. à priuatis, 10. *l. ſi cuius. l. Mœniana. 11. C. de ædific. priu.* quod imitatus videtur Gondebaldus in ll. Burgundionum, ſublata *l. 12. C. de ædif. priu.* Adde quæ ſcripſi ad *l. 15. §. 14. ḟ. de damno.* vide etiam Briſſonium 1. *Antiquit.* 2. *Cuiac. 2. obſ. 4.*
p inter hanc ſeruitutem, & ne altius tollere liceat, num differentia eſt: non eſſe putat Cuiacius, quem v. 17. *obſeru. 13.*
q Gratior & liber proſpectus quis? vt quaquauerſus poſſis proſpicere: non tantum ex alto, ſed & tranſuerſo vel inferiori.
r de proſpectu tres leges eſſe dicunt, maris, hortorum, & ſcripturæ publicæ: adde etiam montium: de quorum proſpectuum interuallis, v. *Harm. 2. tit. 4.*
ſ quæ ex alto tantum veniunt, *l. 16. ḟ. eo.*
t Imo non quodcunque, *l. 12. §. eo.*
u quod ex alto venit.
x *l. 6. in fi. inf. ſi ſeru. vind.*
y *Lumen* eſtne ſeruitus ne luminib. officiatur, an ſeruitus luminum? *Duar. 1. diſp. 33.*
z quod ſupra nos eſt.
a & in inferiora loca. b *l. 7. l. 12. §. eod.*
c impedit enim arbor, non vt cœlum, ſed vt eius minus videatur.
d id eſt ſolari fornaci, ſeu vaporatio ſoli oppoſito. *Plin. 2. epiſt. 17.*
e id eſt loco, quo horæ ad ſolem, veruto vel pinnula denotantur, *Bald. hic.*
f vicini luminib. non officit ædificando, qui plus æquo lumen vicino facit.
g αἱ ἀκλασιν legit Alcia. 2. *parer. 25.* h fortè repercuſſione vel preſſura lumen fieri intelligitur quod fit per σύνθλιψιν & colluſionem.
i ita legendum apud Varronem *lib. 4. de lingua.* Eadem formula itinera recipi

q ſi alterarum ædium vſumfructum legauerit, *Cuiac. 10. obſeru. 7.*
r aliud eſt, ſi hæres vſufructuario inuito velit altius ædes tollere, *l. 7. §. 1. §. de vſufruct.*
ſ Argumentum à ſeruitute itineris, ad luminum ſeruitutem non ſimile eſt, ſine acceſſu aut itinere nullum eſt legatum fructus: ſine lumine, ædes obſcuratæ habitari poſſunt.
t legatario ædium, vel vſusfructus, ab hærede teſtatoris. An gratuitum acceſſum præſtare cogendus eſt heres? etiam gratuitum *l. 44. §. 9. ḟ. de leg. 1.* hoc enim tacitè voluiſſe teſtatorem præſumptio eſt.
u *l. 3. §. vlt. ḟ. de ſeruit. ruſtic.*
x *l. 24. ḟ. eo. l. 30. §. de vſufr. & quemad.*
y *l. 1. 2. inf. de aqua pluuia: l. vlt. in fi. C. de ſeruit. & aqua, l. 1. C. de ædificijs priuatis, v. Cuiac. 17. obſer. 35.*
z Antiquorum ædificiorum formam & ſtatum ſeruare oportet.
a arbiter in eam rem ſumetur.
b τοῦ μὴ ὑψῶσαι, id eſt, non tollendi ſeruitutem: debens ſupra conuentam altitudinem arborem habere poteſt: ἀπόψεως δὲ hoc eſt, proſpectus ſeruitutem debens, arbores proſpectum impedientes habere non poteſt *Eclog. eodem cap. 12.*
c δένδρον, arborem. *ita Græci d. loco. al.* viridaria. adde *l. 79. in fi. ḟ. de verb. ſign.*
d Ratio diuerſitatis, v. *l. 15. inf. eo. Nou. 63. Nouell. 165.*
e hæc verba ſunt Conſultoris, ad Proculum ſcribendis.
f id eſt, habitat, vt apud *Ciceronem 7. famil. 6. Varr. Nonium.*
g id eſt iuxta & prope. Licet mihi πλησίον τοῦ κοινοῦ τοίχου ſecundùm parietem communem balneum habere, *vt hic*, quamuis paries humorem capiat, niſi fortè per humorem aſſiduum ei noceatur, *l. 19. ḟ. eod.* At non eodem modo mihi licet

ſeruitutem deberi, ſe autem nulli debere *a*.

4 ¶ Quæ de ſtillicidio ſcripta ſunt, etiam in cæteris ſeruitutibus *b* accipienda ſunt, ſi in contrarium nihil nominatim actum eſt *c*.

Si fiſtulæ damnum ædibus dent.

18. *Pomponius* lib. 10. ad Sabinum.

SI fiſtulæ, per quas aquam ducas, ædibus meis applicatæ, damnum mihi dent: in factum *d* actio mihi competit: ſed & damni infecti ſtipulari *e* à te potero.

Quæ poſſunt haberi iuxta parietem communem.

19. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

FIſtulam *f* iunctam *g parieti communi*, quæ aut ex caſtello *h* aut ex cælo aquam capit, non iure haberi, Proculus ait, ſe non poſſe prohiberi † vicinum, quo minus *i* habeat ſecundùm parietem communem, quamuis honorem capiat paries, non magis, quàm ſi vel in triclinio ſuo, vel in cubiculo aquam effunderet. ſed Neratius ait: ſi talis ſit vſus tepidarij, vt aſſiduum humorem *k* habeat, & id noceat vicino, poſſe prohiberi eum.

1 ¶ Iuxta communem parietem cameram ex figlino opere *l* factam: ſi ita retineatur *m*, vt, etiam ſublato pariete, maneat: ſi modò non impediat refectionem communis parietis iure haberi licet.

2 ¶ Scalas *n* poſſe me ad parietem communem habere, Sabinus rectè ſcribit: quia remoueri haſ poſſunt.

De poſſeſſione ſeruitutum vrbanarum. 1. Effectus ſeruituti conceſſæ. 1. De ædificio ſublato, & reſtituto. 3. De ſtillicidio, effectus ſeruitutis.

25. *Paulus* lib. 10. ad Sabinum.

SEruitutes *o*, quæ *p* in *q* ſuperficie conſiſtunt poſſeſſione retinentur. nam, ſi fortè ex ædibus meis, in ædes tuas tignum immiſſum habuero: hoc, vt immiſſum habeam, per *r* cauſam tigni poſſideo habendi conſuetudinem *ſ*.

¶ Idem eueniet, & ſi mœnianum in tuum immiſſum habuero, aut ſtillicidium in tuum proiecero: quia in tuo aliquid vtor, & ſic *t* quaſi *u* facto quodam poſſideo.

1 ¶ Si *x* domo mea altior area tua eſſet, túque mihi *per aream tuam in domum meam y ire agere ceſſiſti*, nec *z* ex plano aditus ad domum meam per aream tuam eſſet: vel gradus, vel cliuos *b* propius. ianuam meam iure facere poſſum *d*: dum ne quid vltra, quàm quod neceſſe eſt, itineris cauſa demoliar.

2 ¶ Si ſublatum ſit ædificium, ex quo, ſtillicidium cadit vt eadem ſpecie, & qualitate reponatur: vtilitas exigit, vt idem intelligatur: nam *e* alioquin, ſi quid ſtrictius *f* interpretetur *g*, aliud eſt, quod ſequenti loco ponitur. & ideo, ſublato ædificio, vſusfructus interit *h*: quamuis area pars eſt ædificij.

3 ¶ Si ſeruus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis areæ ibi ædificare vbi † caſſitare *i* cœpiſſet ſtillicidium.

4 ¶ Si antea ex tegula caſſitauerit ſtillicidium: poſtea ex tabulato, vel ex alia materia caſſitare non poteſt *k*.

5 ¶ Stillicidium, quoquo modo acquiſitum ſit, altius tolli poteſt: leuior enim fit eo facto ſeruitus: cùm quod ex alto cadet *l* lenius *m* & intèrdum direptum *n*: nec perueniat ad locum ſeruientem, inferius demitti non poteſt: quia fit grauior ſeruitus: id eſt, pro *a* ſtillicidio flumen.

¶ Eadem cauſa, retro *b* duci poteſt ſtillicidium, quia in noſtro magis incipiet cadere: produci non poteſt: ne alio loco cadat ſtillicidium, quam in quo poſita ſeruitus eſt: lenius facere poterimus: acrius non.

¶ Et omnino ſciendum eſt,* meliorem vicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe: niſi aliquid nominatim, ſeruitute imponenda, immutatum fuerit.

6 ¶ Qui in area, in qua ſtillicidium cadit, ædificat: vſque *c* ad eum locum perducere ædificium poteſt, vnde ſtillicidium cadit ‖rectè‖. ſed, ‖&‖ ſi in ædificio cadit ſtillicidium, ſupra ædificare ei conceditur, dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur *d*.

Si ex duabus ſeruitutibus altera remittatur.

21. *Pomponius* lib. 33. ad Sabinum.

SI domus tua ædificiis meis vtramque *e* ſeruitutem deberet, *ne altiùs tolleretur, & vt ſtillicidium ædificiorum meorum recipere deberet*: & tibi conceſſero, *ius eſſe, inuito me, altiùs tollere ædificia tua*: quod ad ſtillicidium meum attinet, ſic ſtatui debebit, vt ſi altiùs ſublatis ædificiis tuis ſtillicidia mea cadere in ea non poſſint, ea ratione *f* altius tibi ædificare non liceat: ſi non impediantur ſtillicidia mea, liceat tibi altiùs tollere.

22. *Iulianus* libro 2. ex Minicio.

QVi ædificium habet poſt ſeruitutem vicino imponere: vt non ſolùm de his luminibus, quæ in præſentia erunt, ſed etiam de his, quæ poſtea fuerint, caueat *g*.

De ſeruitutibus luminum. 1. De ædificio futuro.

23. *Pomponius* libro 33. ad Sabinum.

SI ſeruitus impoſita fuerit, *lumina h, quæ nunc i ſunt, vt ita ſint*, de futuris luminibus nihil caueri videtur *k*: quod ſi ita ſit cautum, *ne luminibus l officiatur*: ambigua *m* eſt ſcriptura: vtrúmne his luminibus officiatur, quæ nunc ſunt, an etiam his, quæ poſtea quoque fuerint. ‖&‖ humanius *n* eſt, verbo generali *o* omne *p* lumen *q* ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis contigerit.

1 ¶ Futuro quoque ædificio *r* quod nondum eſt, vel imponi, vel acquiri ſeruitus *ſ* poteſt *t*.

De ædificio, quod iure ſuperius eſt.

24. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

CVius ædificium iure ſuperius *u* eſt, ei ius eſt in infinito *x* ſupra ſuum ædificium imponere: dum inferiora ædificia non grauiore ſeruitute oneret, quàm pati debent.

De ſeruitute immittendi. 1. Si paries communis altiùs tollatur.

15. *Pomponius* libro 33. ad Sabinum.

HOc quod dictum *y* eſt de immiſſis, locum habet ex ædificio alio in aliud *z*. aliter *a* enim ſupra alienum ædificium ſuperius habere nemo poteſt *b*.

Si ex *c* tribus ædibus in loco impari poſitis, ædes mediæ ſuperioribus ſeruiant ædibus, inferiores autem nulli ſeruiant: & paries communis *d*, qui ſit inter ædes inferiores, & medias, altiùs à domino inferiorum ædium ſublatus ſit: iure eum altius habiturum, Sabinus ait.

---

bantur, *l.63.ſ. de itinere l.69. §.5.ſ. de euict. Cicer. 1. de oratore.* Flumina, *l.33.ſ.de contr.empt. Varro 4. de lingua*, paries, *l.33.ſ.eod.* & breuiter ſeruitutes, *leg.39.ſ.de act.empt.* adde *l.10.ſ.comm.prædior.*

a i. Huiuſmodi oratio venditori nocet, quia ambigua, *leg. 3. ſ. de contr. empt.*

b puta flumine *d.l.33.*

c quod primo loco ſpectandum eſt *d.l.33.*

d ex leg. Aquilia.

e *l.29.ſ.eod. l.17. in fin. ſ. ſi ſeruit. vind.*

f *Eclog. eod. c.9.*

g *l.13. ſ. eod.*

h i. aquæ publicæ receptaculo *l.1.§.39. in fin. ſ. de aqua quot.* an idem in ſterquilinio? v. *l.17. §.fin. ſ. ſi ſeruitus vindicetur.*

† diſtingue vt ſ.

i vel furnum.

k *v.l.57. ſ. locati.*

l ἀπὸ βησσάλων. *Eclog. eod. cap.19.* i. ex laterculis. βήσσαλον Græcis idem eſt quod teſta, *v.Cuiac. 9.obſ.26.* adde quæ ſcripſi ad *§.29. Theop. Inſt. de rer. diuiſ.*

m ſecus ſi ei incumbat *l.13. ſ.eo.*

n *Eclog.eo. cap.20.*

o *v. Robertum 4. ſent. 8.*

p Quid, ſi legamus, *per ea quæ in ſuperficie, &c.* vt illud cohæreat cū proximè ſequentib. *per cauſam tigni poßideo*: vt ſit ſenſus, per cauſam tigni, mœniani & ſtillicidij & talium, quæ in ſuperficie conſiſtunt, *l.3.ſ.de ſeruitut.* ſeruitutum poſſeſſionem non minus retineri quamſi facto ipſo & corpore noſtro poſſideremus. Eodem modo nonnulli cenſent ius molendini retineri poſſe, ſi pilæ in flumen defigantur teſtandi ſui iuris cauſa.

q αἱ τῶν οἴκων δουλεῖαι, ædium ſeruitutes poſſeſſione retinentur, & conſuetudo vtenti ſeruatur, *58. Ecl.2.c.20.*

r per cauſam tigni poſſidere, eſt tigni occaſione atque interuentu poſſidere, & vt infrà dicitur, quaſi facto quodam poſſidere.

ſ videtur legendum *habendi conſuetudine.* t *al.* & ſic.

u quaſi facto quodam ac proprio poſſidet, qui per tignum, mœnianum & ſtillicidium poſſidet. x *v.2. Harm.4.§.50.51.* y quæ tua area inferior eſt.

z quia tua area altior eſt domo mea.

a quibus ex tua area in meam domum deſcendam: aut vice verſa, quibus ex mea domo in tuam aream aſcendam. b ſcalas.

c an in tua area? videri poſſit. Cur? ſi iter ita fractum & corruptum ſit, vt iri non poſſit, niſi opere aliquo facto, licet fodiendo & aperiendo iter facere, *l.10.ſ.de ſeru.l.11. ſ. comm.prædior.* Contrarium dicendum hic videbatur, nimirum vt per meum tantum ire poſſim & in meo gradus vel cliuos facere, *l.1 l. ſ de aqua pluuia. Capola 1 de ſeruit.43.* d id eſt, cui ſeruitus conceditur, ei omnia videntur conceſſa, ſine quibus ea vti non poteſt, *l.10.ſ.de ſeruit. l 3. §.31. l.ſ.ſ.tit prox. v.l.6.ſ.de alim.* t Ratio hæc dubitandi eſt. Finge ſtillicidium eadem qualitate & ſpecie repoſitum eſſe: ius ſtillicidij eſtne amiſſum, ſi ius ſtrictum intuemur amiſſum videtur: nam iure ſtricto aliud eſt ſtillicidium quod ante fuit, aliud quod repoſitum eſt. Deinde ſublato ædificio fructuario vſusfructus ædificij ita interit, vt ne in eius quidem area perſeueret. Ita ius eſt, in quam, in vſufructu igitur & in ſeruitute vrbani prædij & ſtillicidio. Atqui vtilitas in ſeruitutibus vrbanis aliud exigit *hac lege.*

f aliud ex æquo, v. quæ ſcripſi ad *l.vlt. §.1.C.de Iudæis.* Vnde notant deſtructam Eccleſiam non amittere priuilegium. *Innocent. & Bald. in c. cùm ininucto. ext. de oper. noui nunt.*

g *l.36.ſ.de vſu: l 65. in fin. ſ. de leg.1.*

h *l.ſ.§.2.ſ.de vſufr.* † diſtingue, *vt ſ. eod. in fin.* i Caſſitare dicuntur quæ ſæpius cadunt. Græcis eſt πίπτειν τῶν κεραμων *58. Eclog.2.c.20.* adde *Feſt. in Caſſabundus.* k Cur ita? collige ex *l.9.ſ.de ſeruitut. l.13.§.1. ſ.de ſeruit. ruſt.*

l *al.* cadit. m lenius, *vt ſ.* lenior.

n *ſub.* vi venti. Nam quo altius ſtillicidium eſt, eò ventis magis expoſitum: eo facilius in alium quam ſeruientem locum diripitur ſeu abripitur vi venti, *vt hic.* ſed ea ratione poſſis quoque dicere, latius quoque in ſeruientem fundum vi venti poſſe diripi. Porrò *diripiuntur*, quæ de vno loco in alium rapiuntur.

a ſtillicidij & fluminis differentia.

b Retrò ducimus ſtillicidium, in noſtrum & nos verſus producimus in alienum, & vicinum verſus. Hoc προβαίνειν εἰς ἕτερον τόπον τοῦ δουλεύοντος. Illud ἀπυβαίνειν εἰς τὰ ἴδια. *Eclog. eod. c. 20.*

c etiam incluſiue dum tamen ſtillicidium recipiat.

d ex hoc & ſuperiori §. collige, domino prædij vel ſuperioris vel ſeruientis non licere quid in damnum ſeruitutis facere.

e Ex pluribus ſeruitutib. vnam remittens, aliam remittere non intelligitur. adde *l.93. ſ. de reg. iur.*

f qui vnum ex pluribus iuribus ſibi competentibus remittit. is præciſè aliud remiſiſſe non cenſetur. adde *l. 20. ſ. tit. prox.*

g Quid ſi nominatim de futuris ſeruitutibus nihil actum eſt? vide diſtinctionem *l.23. ſ eod.*

h *al.* Lumina vti nunc ſunt, ita ſint. adde *Ciceronem 1. de oratore*, & quæ ſcripſi ad *l.17.§.3. ſ. eod.*

i Verbum præſentis temporis non extenditur ad futurum. ſed verbum generale & indefinitum.

k adde *l.76.§.1. leg.89. l.125.ſ.de verb oblig.*

l præſentibus, & futuris: *vide ſ.*

m Generalis & indefinita oratio ambigua eſt: cùm ad præſentia & futura poſſit extendi.

n Humanior ſententia in formulis ſeruitutum interpretandis ſequenda.

o indefinito vniuerſali.

p præſens & futurum.

q etiam futurum: atque ita ſi Romanus ſtipulatus à Carthaginenſibus ne ſociis bellum inferretur, tacitè videntur excepti Saguntini poſt huiuſmodi conuentionem in fœdus Romanum adſciti. *Liuius 3. dec. lib. 1.*

r & templo *v.l.2 ſ.ſ. de alimentis l.10.ſ. de ſeru. ruſt.*

ſ vi & priuilegium. vide tamen *c. pen. extra de Eccleſ. ædif. Cardinalem, c. abbate de re iudicat. in 6.*

t Atqui non entis nullæ qualitates ſunt? Præſentes quidem non entis qualitates nullæ ſunt: ſed tamen aliquæ conſtitui poſſunt, quandocunque ex non ente, ens eſſe cœperit.

u ſuperiora ædificia ἀνώγεα, inferiora, κατώγεα. *Eclog. eodem cap.24. 2. Harmen.4.§.80.* adde quæ ſcripſi ad *l.3.§.7.ſ. vti poſſidetis.*

x *v.l.1 ſ.eod.* y *l.2. l.20.ſ.eod.*

z ſubaudi, immiſſo, vt *in l.3. §.7.ſ. vti poßidetis*

a *l.13.ſ.eod. l.8.C.eod.*

b citra ſeruitutem.

c Quum tres ædes eſſent, mediæ ſuperioribus ſeruiebant. hic dominus inferiorum ædium communem inter ſuas & medias ædes parietem tollere poteſt, *58. Ecl.2.c.25.* vel ita inferiorem ædium dominus parietem cum vicino communem habens, poteſt eum parietem altius tollendo, officere vicino vicini, cui vicinus ſeruitutem debeat.

d licet communem parietem domus vicinæ ſeruientis tolleret, inuito domino fundi dominantis.

a l. 28. ſ. commun. diuid.
b pars tamen maior ſociorum poteſt, arg. l. 11. ſ. tit. prox.
c Suæ rei nemo ſeruitutem impoſuit, vt hic, ſuam rem nemo preſcribit.
d l. 31. in fin. ſ. de ſeru. ruſtic. l. 10. ſ. com. præd. l. 45. ſ. de regulis.
e Diuiſio ob immenſas contentiones neceſſaria: eamque ob cauſam diuiduum fit, quod indiuiduum aliàs foret vide l. 72. ſ. de verb. obl.
f l. 74. §. 20. ſ. de leg. 2. l. 4. in fin. ſ. de ſeru. legat.
g l. 14. in fin. ſ. ſi ſeru. vindic.
h v. hic Duar.
i tunc enim melior eſt cauſa prohibentis. vide leg. 28. ſ. comm. diuid.
k Conclaue eſt locus ſecretior domus.
l Triclinium locus eſt tribus lectis conſtructus ad diſcumbendum.
m διὰ τῶν κατακλυσιν ad effundendas ſordes mearum ædium in tuas.
n Cur? quam aquam proluendi mei pauimenti cauſa in tuum per foramen emitto, ea aqua manu à me immittitur: non eſt igitur flumen, niſi ex cælo aliquid aquæ in id foramen veniat. id ſi non fuerit, flumen dici non poterit, nec perpetuam cauſam habere.

An ſeruitus in re communi conſiſtat.

26. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

IN re communi nemo dominorum, iure ſeruitutis neque facere quicquam, inuito a altero poteſt b, neque prohibere, quo minus alter faciat c: nulli enim res ſua ſeruit d. itaque propter immenſas e contentiones plerunque res ad diuiſionem peruenit f. ſed per communi diuidundo actionem conſequitur ſocius, quo minus opus fiat: aut vt id opus quod fecit, tollat, ſi modò toti ſocietati prodeſt, opus tolli.

De eo quod fit ex ædibus communibus, in ædes proprias, vel contra. 1. Si in area communi ædificetur.

27. *Pomponius* lib. 33. ad Sabinum.

SEd ſi inter me, & te communes ſunt Titianæ ædes, & ex his aliquid non iure in alias ædes meas proprias immiſſum ſit: nempe tecum mihi agere licèt g, aut rem perdere h.

¶ Idem fiet, ſi ex tuis propriis ædibus in communes meas & tuas ædes quid ſimiliter eſſet proiectum: mihi enim ſoli tecum eſt actio.

1 Si in area communi ædificare velis, ſocius prohibendi ius habet i, quamuis tu ædificandi ius habeas à vicino conceſſum; quia, inuito ſocio, in iure communi non habeas ius ædificandi.

De his quæ perpetuam cauſam habent, vel non.

28. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

FOramen in imo pariete conclauis k, vel triclinij l, quod eſſet proluendi m pauimenti cauſa, id neque n flumen eſſe, neque o tempore acquiri placuit p. hoc ita verum eſt, ſi in eum locum nihil ex cælo aquæ veniat q. neque enim perpetuam r cauſam habet, quod manu fit ſ. at quod ex t cælo cadit, etſi non aſſiduè fit, ex naturali u tamen cauſa fit: & ideo perpetuò fieri exiſtimatur.

* Omnes autem ſeruitutes prædiorum perpetuas x cauſas habere debent. & ideo neque ex lacu y, neque eſt ſtagno z concedi aquæductus poteſt.

¶ Stillicidij quoque immittendi, naturalis, & perpetua cauſa eſſe debet.

29. *Pomponius* lib. 32. ad Quintum Mutium.

SI quid igitur ex eo foramine a, ex quo ſeruitus non conſiſtit, damnum vicinus ſenſiſſet: dicendum eſt, damni infecti b ſtipulationem locum habere.

De confuſione ſeruitutis. 1. De retentione ſeruitutis pro parte. De acquiſitione vſusfructus.

30. *Paulus* libro 15. ad Sabinum.

SI quis ædes c, quæ ſuis ædibus ſeruirent, cùm emiſſet, traditas ſibi accepit: confuſa d, ſublatáque ſeruitus eſt, & e ſi rurſus vendere vult, nominatim imponenda ſeruitus eſt: alioquin liberæ veniunt.

1 ¶ Si partem prædij nactus ſim, quod mihi f, aut cui ego ſeruiam, non confundi ſeruitutem placet; quia pro parte ſeruitus retinetur g. itaque ſi h prædia mea prædiis tuis ſeruiant: & tuorum partem mihi, & ego meorum partem tibi tradidero; manebit ſeruitus.

¶ Item vſusfructus in alterutris prædiis acquiſitus, non interrumpit ſeruitutem.

De ædificio depoſito & reſtituto.

31. *Idem* lib. 48. ad Edictum.

SI teſtamento damnatus heres a, *Ne officeret vicini luminibus, ſeruitutémque præſtare*, depoſuit ædificium: concedenda erit legatario vtilis actio, qua prohibeatur b heres ſi poſtea extollere ſupra priorem modum ædificium conabitur.

De vſucapione libertatis, & poſſeſſione ſeruitutis.

32. *Iulianus* lib. 7. Digeſtorum.

SI ædes meæ ſeruiant ædibus Lucij Titij, & ædibus Publij Mæuij, ne altiùs ædificare mihi liceat: & à Titio precario petierim, vt altiùs tollerem: atque ita per ſtatutum tempus c ædificatum habuero libertatem aduerſus Publium Mæuium vſucapiam d. non enim vna ſeruitus Titio, & Mæuio debebatur, ſed duæ: e argumentum f rei præbet, quòd ſi alter ex his ſeruitutem mihi remiſiſſet, ab eo ſolo liberarer, alteri nihilominùs ſeruitutem deberem.

1 ¶ Libertas g ſeruitutis vſucapitur h ſi i ædes poſſideantur. quare, ſi is, qui altius ædificatum habebat, ante ſtatutum k tempus ædes poſſidere deſiit, interpellata l vſucapio eſt. Is m autem, qui poſtea eaſdem ædes poſſidere cœperit, integro ſtatuto tempore libertatem vſucapiet. natura enim ſeruitutum ea eſt, vt poſſideri n non poſſint o. ſed intelligatur poſſeſſionem earum habere, qui ædes poſſidet.

De ſeruitute oneris ferendi.

33. *Paulus* lib. 5. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

EVm p debere columnam reſtituere, quæ onus vicinarum ædium ferebat, cuius eſſent ædes, quæ ſeruirent: non eum, qui imponere vellet q. nam cum in lege ædium ita ſcriptum eſſet, *paries oneri ferundo, vti r nunc eſt, ita ſit*: ſatis apertè ſignificari, in perpetuum parietem eſſe debere, non ſ enim hoc his verbis dici, *vt in perpetuum idem paries æternus eſſet*, quod ne t fieri quidem poſſet. ſed *vti u eiuſdem modi paries in perpetuum eſſet, qui onus ſuſtineret.* quemadmodum ſi quis alicui cauiſſet, vt *ſeruitutem præberet*, qui onus ſuum ſuſtineret. ſi ea res, quæ ſeruit, & tuum onus ferret, periſſet: alia in locum eius dari debeat x.

De ſeruitute rei, quæ alienatur imponenda.

34. *Iulianus* lib. 2. ex Minicio.

ET qui duas areas habet, alteram tradendo, ſeruam alteri efficere poteſt y.

35. *Marcianus* lib. 3. Regularum.

SI binarum ædium dominus dixiſſet z. *Eas quas venderet, ſeruas fore*: ſed in traditione a non feciſſet mentionem ſeruitutis: vel ex vendito agere poteſt, vel incertum b condicere, vt ſeruitus imponatur.

De eadem contiguatione duarum ædium duobus legatarum, aut ceſſarum.

36. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

BInas c quis ædes habebat vna contiguatione tectas: vtraſque diuerſis legauit. dixi: quia magis,

a poteſt enim ad id damnari, l. 16. ſ. comm. præd.
b poteſt enim prohiberi, ſi quid faciat ad ſeruitutis impedimentum l. 15. ſ. eod. poteſt etiam agi reſtituto ædificio, in id vt ſeruitutem renouet, leg. 14. ſ. quemadm. ſeru. amit.
c decennij inter præſentes, vicennij inter abſentes, l. 13. C. eod.
d non aduerſus Titium, leg. 10. in pr. ſ. ſi ſeru. vind. Bart. tamen diſtinguit, ad conſeruandum interdictum retinendæ poſſeſſionis ſufficere, vt ab aduerſario vitioſè non poſſideam: vt autem acquiratur ius præſcriptione, requiri vt à nemine poſſideatur, ad l. 1. C. eod.
e nam ſi plura ſunt prædia dominantia, plures quoque dicentur ſeruitutes. Bart.
f Argumentum à pacto ad vſucapionem & præſcriptionem, adde l. non ſatis. §. 1. ſ. quemadm. ſeru. amit.
g vide quæ ſcripſi ad leg. 1. §. 1. ſ. de vſucap. Libertati ſeruitutis contrarium eſt ius ſeruitutis, de quo in l. 2. ſ. quemadmod. ſeruit. Libertatem porro ſeruitutis

o Seruitutes in quibus longi temporis præſcriptio requiritur, continuam vel quaſi continuam cauſam habere debent.
p hoc quidem perſonæ concedi poteſt, prædio non poteſt, cùm perpetuam cauſam non habeat.
q Seruitutes in quarum vſu requiritur factum hominis, perpetuam cauſam, vel quaſi non habent: ideóque longo tempore non præſcribuntur.
r vide l. 7. ſ. de ſeruit.
ſ quod manu immittitur.
t Aqua hæc, *Iouialis & pluuia* dicitur.
u Naturæ ordo certus eſt & perpetuus. Naturæ leges certæ & perpetuæ: veluti Solis & Lunæ defectionis. Quæ hominum opera fiunt, omnia incerta ſunt & mutabilia.
x non continuas aſſiduas & ſine intermiſſione, ſed naturales: quod naturaliter fit, videtur etiam eſſe perpetuum, tametſi non fiat aſſiduè. *Ariſt. 1. de demonſtr. 7.* propterea quod naturæ cauſa certa & perpetua eſt.
y id eſt, lama vel lacuna quæ viuam aquam non habeat; nam ex lacu viuo cur non poſſit; vt ius nauigandi? l. 23. §. 1. ſ. tit. prox. An & eodem modo è ciſterna, piſcina, puteo? vide leg. 1. §. 4. ſ. de fonte, & l. 1. §. 5. & 8. ſ. de aqua quotidiana.
z quod in plano continetur, & ſtagnat: nam & ſtagnum cogitur, non fluit. vide Cuiac. 11. obſ. 3.
a de quo vide l. 27. ſ. eod.
b l. 18. ſ. eod.
c Finge, feudum Caij (de quo Caius à Sempronio inueſtitus fuerat quémque eo nomine dominum agnoſcebat) Rex publicauit ob delictum aliquod Caij, verbi gratia, ob crimen Maieſtatis. Feudum illud Rex poſtea donauit Titio: Titius feudum illud recognoſcere debebit à Sempronio priore domino; redintegratur ita fidelitas immediato domino, vt dixi plenius 2. Feudor. 5. Ad Regem (& ſic mediatum dominum) feudum, hic quidem rediit, non ideo tamen hic reditus feudi ad Regem ius immediati domini extinxit.
d l. 1. ſ. quemadmodum ſeruit. amit.
e Extinctionis ſeu extinctæ ſeruitutis perpetua eſt natura. Ideóque extincta ſeruitute per acquiſitionem fundi ſeruientis, non redintegratur tacitè ſeruitus eiuſdem fundi, ſeruientis venditione. Proinde hoc caſu, nominatim ſeruitus imponenda.
f ſeruiat ſc.
g l. 7. ſ. de ſeru. l. 34. ſ. de ſeru. ruſtic.
h adde l. 8. ſ. de ſeruit. l. 34. ſ. tit. prox.

vſucapere, eſt eam occidere, perdere, tollere: ſic vt ſeruiens fundus, ex ſeruiente fiat liber.
h etiamſi in vſucapiente fuerit mala fides, l. 1. §. 27. ſ. de vſucap.
i atque ita fundus per ſe non præſcribit libertatem, ſed is qui fundum poſſidet. Cæterum Bartolus hanc legem reſtringit ad præſcriptionem ſeruitutis vrbanæ, in qua putat requiri factum hominis cum bona fide, (vel etiam cum mala fide, ſi ſit præſcriptio triginta annorum non decennij tantùm) libertatem autem ſeruitutis in ruſtico prædio, ſola non vtentis negligentia ſine bona fide amitti putat: & ita reſtringit l. 1. §. 17. ſ. de vſucap. Eandem opinionem ſequitur Cynus. in l. 2. C. de ſeruit. Alexander in l. vltim. ſ. de eo per quem. Felinus in c. illud de præſcr. Baldus in repetit. l. vlt. C. de præſcript. long. temp. Verum opinio Bartoli communiter reprobatur.
k præſcribendi & vſucapiendi tempus.
l ſuccedente ei altero.
m ſucceſſor.
n vide quæ notaui ad l. 43. §. 1. ſ. de acq. ver.
o ſunt enim incorporales vide l. 14. ſ. de ſeru.
p Hic caſus ſpecialis eſt; v. l. 8. §. 2. l. 15. §. 2. ſ. ſi ſeruitus vindicetur. l. 11. ſ. comm. prædior. regulariter enim qui ſeruitutem debet, eam reficere non cogitur. Finge, te debere altius ædes tuas tollere vel luminibus meis officere, l. 2. ſ. eod. onus reficiendi tuum videtur eſſe, & quidem ab initio, iure conuentionis: poſt conſtitutam iam ſeruitutem, iure reſtitutionis.
q Columnam vel parietem oneri ferendo neceſſarium qui debet, ea reficere cogitur, l. 6. §. 2. l. 8. ſ. ſi ſeru. vind. Id ergo ſpeciale eſt contra naturam ſeruitutum, in quibus non agitur, vt aliquid fiat, ſed vt præſtetur patientia, l. 15. in fin. ſ. de ſeruit.
r vide quæ ſcripſi ad l. 18. §. 4. ſ. eod.
ſ Verba legum referenda ſunt ad ea quæ accidere & eſſe poſſunt, vide Cynum in l. 5. C. de iuris & facti ignor.
t Cicero in ſomnio. Infra Lunam nihil eſt niſi mortale, præter animos generi hominum, munere deorum datos.
u Perpetuum fit aliquid per ſubrogationem.
x perpetuum nihil poteſt eſſe in hoc mundo, niſi per ſubrogationem. Bart. Ita natura ἀθανασίαν immortalitatem quandam hominum excogitauit, per matrimonium & ex eo liberorum procreationem: & rurſus eorum quæ procreata ſunt charitatem, educationem, ſucceſſionem, Theoph. Inſt. de iure naturali, l. 14. C. de legitimis heredib.
y l. 19. ſ. de vſufr. l. 3. §. 9. ſ. comm. præd.
z ante traditionem, & ſic tempore contractus. Hoc non ſufficit ad realem ſeruitutem conſtituendam.
a vide d. l. 6. §. vlt.
b condictione indebiti, v. l. 5. §. 1. ſ. de uſufruct. earum verum. l. 39. ſ. de condict. indeb. l. 8. ſ. de act. empt.
c Si ædes legantur, vel venduntur, videtur actum, vt contiguationes vti ſunt, ita ſtent. Bart.

placet

placet tignum poſſe duorum *a* eſſe,ita vt certæ *b* partes cuiuſque ſint contignationis:ex regione cuiuſque domini fore tigna : nec vllam inuicem habituros actionem, ius non eſſe immiſſum habere. Nec intereſt,purè vtriſque, an ſub conditione alteri ædes legatæ ſint.

37. *Iulianus* lib. 7. Digeſtorum.

IDémque *c* eſſe,& ſi duobus ædes ceſſerint.

De ædibus diſtantibus.

38. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

SI ædes meæ à tuis ædibus tantum diſtent, vt proſpici non poſſint *e*, aut medius mons *f* earum conſpectum auferat,ſeruitus imponi non poteſt *g*.

39. *Idem* lib. I. Mænualium.

NEmo enim proprijs ædificijs ſeruitutem imponere poteſt,niſi & is,qui cedit,& is cui creditur, in conſpectu habeant ea ædificia,ita vt officere alterum alteri poſſit.

De feneſtris in communi pariete.

40. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

EOs,qui ius *h* luminis immittendi non habuerunt, aperto pariete communi *i*, nullo iure feneſtras immiſiſſe reſpondi.

De aditu ob præſumptam teſtatoris voluntatem concedendo. 1. De ianua in publico aperienda.

41. *Scæuola* lib. I. Reſponſorum.

OLympico habitationem, & horreum , quod in ea domo erat,quoad viueret, legauit:iuxta eandem domum hortus,& cœnaculum quod Olympico legatum non eſt,fuerunt:ad hortum autem,& cœnaculum ſemper per domum,cuius habitatio relicta erat , aditus fuit. Quæſitum eſt,an Olympicus aditum præſtare deberet ? Reſpondi,ſeruitutem quidem non eſſe : ſed heredem tranſire *k* per domum ad ea , quæ commemorata ſunt,poſſe:dum non noceat legatario.

1 ¶ Lucius *l* Titius , aperto pariete domus ſuæ, quatenus *m* ſtillicidij rigor , & tignorum protectus competebat *n*, ianuam in publico aperuit *o*. Quæro, cùm neque luminibus *p* Publij Mæuij vicini *q*,neque itineri ‖vicini‖ officeret,neque ſtillicidium ne *r* vicini domo *ſ* cadat *t*:an aliquam actionem Publius Mæuius vicinus ad prohibendum haberet:Reſpondi,ſecundùm ea,quæ proponerentur,nullam habere.

a pro indiuiſo, vt ſit cuiuſque vicini pro rata regionis domuſque ſuæ , quamdiu tignum cohæret : exemptum alioqui commune erit pro diuiſo vide *Bart. hic.*
b Pro rata ædificiorum , tignum commune duorum vicinorum eſſe poteſt.
c quod de legato dixit, id nunc extendit ad quoſcunque alios adquirendi modos.
d *fortè*, ceſſæ erunt.
e id eſt,longiſſimè diſtent, *vt l.39 j.eod*
f *v.l.7.in fin.infr. tit.prox.*
g tunc ſcilicet, cū diſtantia vnius vel modus impedit cōmoditatem prædij venire ad aliud, alias ſecus : Ideo aquęductus ſeruitus non impeditur : rectè enim duci poteſt per montis circuitum. *Bart.* adde caſus legis 14. *in fin. de alimen.*
h δίκαιοι φωταγωγῶν , θυρίδων ἔχειν, eſt ius luminis immittendi habere,aut potius feneſtrarum lumina. *Eclog.eod.c.37.* adde *Cuiac.1.obſ.3.*
i pariete cæco. Nā hic ita Græci *Eclo. eod. c.37. 2. Harmen.4.l.76.& 43.* οὐ δύναται τυφλὸν τεῖχον ἀνοίγειν. non poteſt cæcum parietem aperire. Eſt verò *cæcus* paries qui feneſtras non habet. *Varro 2. de re ruſtica:* adde quæ ſcripſi ad Feſtum *in Cæcum vallum* : vide *Cuiac.1.obſ.31.*
k vide *l.44.in fin.j.de legat.1.*
l Rectè in domo mea (intra ſtillicidium tecti tamen) ianuam aperio,modo vicini ſeruitutibus hoc eſt itineri eius non officiam. 58. *Eclog.2.cap.38.*
m ἐντὸς τοῦ σταλαγμοῦ τῶν θυρίδων, hoc eſt, intra ſtillicidium tecti , *Eclog. eod cap.38.*
n nec enim aliter quiſquam poteſt.
o i.ita ianuam in publicum reiecit,vt eius fores in publicam viam aperirentur, nec tamen egrederentur ambitum ædium. *Duar. 1. diſp.12.* ſed Cuiacius 13. *obſ.* 27. probat id vni Publicolæ fratri Romæ accidiſſe. Mauult igitur huius cauſæ ſtatum ita conſtitui , vt quæratur an ianuam de nouo , aduerſus vicinum quis aperire poſſit : multi enim inuidentia quadam id non magis ſeruat, quam è regione ſuarum ædes nouas conſtrui,è quibus ſit proſpectus in ſuas. Reſpondet autem,huiuſmodi inuidentiæ actionem non eſſe paratam.
p quæ de cœlo,fortè χαλὸν σωιδηλίψιν, capiebat.
q Vicinum hîc Cuiacius accipit pro eo qui ex aduerſo domum habet : alij pro contiguo & ad latus proximo.
r ante vicini domum. *Hot.*
ſ in vicini domum cadat,quidam legunt:ſed Cuiacius ibidem ſic interpretatur: noue ianuæ apertura vicini non eſſe cohibendum ſtillicidium, nec efficiendum vt contra quam ſolebat,ſtillicidium à vicini domo cadat.
t ſed Harmenopulus 2.tit.4.ſic interpretatur:Non rectè, inquit, quis prohibet, ne vicinus ianuam ſuam, publicum verſus, aperiat, modo ſtillantis aquæ caſum apertura non prætergrediatur,intra quem publicæ viæ minimè officiat. Hæc ille. Et meritò,cum locus quem complectitur aquæ caſus, minimum proſit viæ publicæ. Robert 4.ſent.6. u 58. *Eclog.3.*
x μεσοπάτιον, πάροδος, ὁδὸς, πλατεῖα, ὑδραγώγιον. 58. *Eclog.3.cap.1.* adde 2. Obſ. §.5. Imò, iter, interdum non eſt ſeruitus. *l.1.§.2.j.ſi ſeruitus vindicetur.*
y Imò ſeruitus aquæductus vt & aquæ hauſtus, perſonalis eſt. *l.14.§.3.j.de alimentis.l.1.§.præterea. j. de aqua pluuia.* Vtraque ſeruitus prædiorum eſt, quoties prædio debetur: perſonalis, quoties perſonæ debetur.
z i.iter,qua irare homo poteſt pedes vel equos.
a Imus ſoli:ambulamus cum alio:vel ambulare eſt ire & reuerti vel circumire.
b ſiue ipſe pedibus ambulet:ſiue à ſeruis ſuis vehatur ſella aut lectica. *l.7.* denique quò quis pedes vel etiam eques ire poteſt. *l.12.j.eod.*
c *Actus*,quà agi iumentum vel vehiculum poteſt, *vt hic.*
d ὑποζύγιον, *d.cap.1.* Vnde colligas perperam hic legi à quibuſdam, *armentum* Hotom.2.obſ.7.& alioque Theophilus, *Inſtit. de ſeru.* Actum definit ius eſſe, διὰ τοῦ ἐλαύνειν ἀγροῦ, μετὰ ὑποζυγίου, ἢ ὀχήματος , tranſire per tuum agrum cum iumento vel vehiculo. Quinetiam hanc lectionem defendit *l.7. j. eod.* licèt autem actum habens armentum traijcere poſſit. *l.12.j.eod.* non continuò tamen ſequitur hic legendum armentum.

DE *u* SERVITVTIBVS prædiorum ruſticorum.

TIT. III.

De itinere, actu, via, aquæductus. 1. Aquæ hauſtu, pecoris ad aquam appulſu, iure paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. 2. De traditione & patientia ſeruitutem.

Vlpianus lib. 2. Inſtitutionum.

SEruitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ: iter *x*, actus, via, aquæductus *y*.

¶ *Iter z* eſt ius eundi *a*, ambulandi homini *b*, non etiam iumentum agendi.

¶ *Actus* eſt ius agendi *c* vel iumentum *d* vel *a* vehiculum *b* : itaque qui iter habet , actum non habet : qui actum habet, & iter habet *c* etiam *d* ſine iumento *e*.

¶ *Via* eſt ius eundi *f* & *g* agendi , & ambulandi *h*. nam & iter, & actum, & *i* ſe via continet.

¶ *Aquæductus* eſt ius aquam ducendi per fundum alienum.

1 ¶ In ruſticis computanda ſunt, aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.

2 ¶ Traditio *k* planè, & patientia *l* ſeruitutum inducet officium prætoris.

De ſeruitute altius tollendi , & officiendi prætorio vicini , cloaca, protecti. 1. De aquæductu, vel hauſtu pluribus conceſſo.

2. *Neratius* lib. 4. Regularum.

RVſticorum prædiorum ſeruitutes ſunt : licere altius tollere, & officere prætorio vicini,vel cloacam *m* habere licere per vicini domum : vel prætorium, vel protectum habere licere.

¶ 1 Aquæductus , & hauſtus aquæ , per eundem locum vt ducatur,etiam pluribus concedi poteſt:poteſt etiam vt diuerſis diebus vel horis ducatur.

2 ¶ Si aquæductus,vel hauſtus aquæ ſufficiens eſt : poteſt & pluribus *n* per eundem locum concedi, vt & iiſdem diebus vel horis ducatur.

De iure paſcendi. 1. Fructus cogendi,coactóſque habendi : pedamenta ſumendi. 2. Lapides proijciendi , prouoluendi, & exportandi. 3. De itinere ad hauſtum.

3. *Vlpianus* libro 17. ad Edictum.

ITem ſic poſſunt ſeruitutes imponi, & vt boues, per quos fundus colitur , in vicino agro paſcantur : quam ſeruitutem poni *o* poſſe Neratius lib. 2. Membranarum ſcribit.

1 ¶ Idem Neratius etiam vt fructus in vicini villa cogantur,coactíque habeantur, & pedamenta *p* ad vineam ex vicini prædio ſumantur , conſtitui poſſe ſcribit,

2 ¶ Eodem libro ait, vicino, cuius lapidicinæ fundo tuo immineant , poſſe te cedere , ius ei eſſe , terram , rudus , ſaxa iacere , poſita habere : & vt in ‖ tuum ‖ lapides prouoluantur , ibíque poſiti habeantur, indéque exportentur.

3 ¶ Qui habet hauſtum, iter quoque *q* habere videtur ad hauriendum , & (vt ait Neratius libro 3. membranarum) ſiue ei ius hauriendi , & adeundi ceſſum ſit, vtrumque habebit : ſiue tantùm hauriendi, ineſſe & aditum : ſiue tantùm adeundi ad fontem, ineſſe & hauſtum. hæc de hauſtu, & fonte priuato. Ad flumen *r* autem publicum, idem Neratius eodem libro ſcribit iter debere cedi , hauſtum non oportere : & ſi quis tantùm (hauſtum) ceſſerit, nihil eum agere.

De emptore & herede.

4. *Papinianus* lib. 2. Reſponſorum.

PEcoris paſcendi ſeruitutes , item ad aquam appellendi,ſi prædij fructus maximè in pecore conſiſtat, prædij magis quam perſonæ videtur. Si *ſ* tamen teſtator perſonam † demonſtrauit , cui ſeruitutem præſtari voluit , emptori , vel heredi non eadem præſtabitur ſeruitus.

De ſeruitute vindicanda. 1. De habente vel non habente vicinum fundum.

5. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

ERgo ſecundum eum & vindicari poterit *t*.

1 ¶ Neratius ‖ libris ‖ ex Plautio ait,nec hauſtum pecoris , nec appulſum , nec cretæ eximendæ, calcíſque coquendæ ius poſſe in alieno eſſe , niſi *u* fundum vicinum *x* habeat. &,hoc Proculum , & Atilicinum exiſtimaſſe , ait : ſed ipſe dicit , vt maximè calcis coquendæ, & cretæ eximendæ ſeruitus conſtitui poſſit , non *y* vltra poſſe *k*, quàm quatenus ad eum ipſum fundum opus ſit.

1. De calce coquenda , lapide eximendo , arena fodienda , ſylua cædenda , tugurio habendo.

6. *Idem* libro 15. ad Plautium.

a non etiam vehiculum , *l.23.j.eod. l.13.ſ. de ſeruitut.* ac præterea latitudo actus , vehiculum agi non patitur, & à vehiculo aut vehendo via dicitur:niſi dicat actum eſſe qua vehiculum corpore agi poteſt ſine equis.
b vel plauſtrum. *l.7.* ad hæc armenta traiiciendi, *l.12. j. eod.*
c per conſequentiam. *Bart. Inſt.eod.* ex præſumpta mēte paciſcentium. *Duar. 1. diſput. 31.* aliàs via , & actus ex ſuperioribus non differrent. Differre autem in aliis vult Robert. 4. *ſent.* 5. quod viæ certa ſit & determinata latitudo: actus , non prius certa ſit quàm determinata fuerit.
d hæc verba, *etiam ſine iumento* , ex gloſſa in contextū irrepſiſſe putat Antonius Faber 1. *Coniect. vlt.*
e *al.* ſine armento. *Hot. ibid.*
f lego *vehendi.* via enim à vehendo : ac præterea verbum *eūdi* hic ineptè poſitum eſſet, cùm illico addat, *ambulandi.* ſi *vehendi* legas , via hæc tria complectetur, vehere, agere, ambulare: & ſic actum & iter continebit : & eò amplius ius vehēdi, quod eius proprium eſt.
g Ire & ambulare itineris eſt,& hominis: agere, actus & iumenti : vehere, viæ & vehiculi. Græci ita legunt , πεφυρέναι, διωχνεῖν ἐλαύνειν.
h & trahendi lapidem uel tignum, & haſtam rectam ferendi, *l. 7 j. eod.*
i *al.* in ſe quod admitti iure poteſt. Vix eſt enim vt ſe via contineat : & alioqui author ſynopſis. Baſilic. *d. cap. 1.* ſimpliciter legit viam & iter & actum continere, niſi dicat, *ſe via* continet id eſt ius vehendi, quod viæ proprium eſt.
k Aut ita legendum, aut hic ſenſus eſt. Patientia planè vt traditione ſeruitutem inducet officium prætoris. Neque interea diſplicet quod à Baldo traditum ſeruitutes tradi patiendo ſeu patientia : deberi, officio iudicis.
l vide quæ notaui ad *l.43. de acq.rer.dom.*
m *l.7.ſ.de ſeruitutib.* n vide *l.3.j.de aqua quotid.*
o generaliter, quoties vnius prædij libertas minuitur,ad vſum ſeu vtilitatem perpetuam alterius prædij ruſtici,toties ſeruitus ruſtica rectè dicitur. *Duar. hic*
p i. ad pedamenta. q Cur ita ? vide quæ notaui ad *l.6.j. de alimentis.*
r quia publica flumina non ſubiiciuntur priuatorum conuentionibus.
ſ alias ſecus:tranſeunt enim ſeruitutes ad quemcunque ſucceſſorem. *l.25.j. eod.l.3.j.quemadm ſeruit.* † *l.pen.in fin.j.eod. l.6.in fin.j. de ſeruit.legat.* vide *l.1.§.43. j.de aqua quotid.*
t proprium etiam eſt harum ſeruitutum, vt vindicari poſſint, *l.2.j.ſi ſeruitus.*
u *l.1.§.1.j. comm præd.*
x Vicinum tantum fundum habenti ſeruitus hauſtus & appulſus pecoris, cretæ eximendæ, & calcis coquendæ conſtitui poteſt.
y ſeruitus calcis coquendæ & cretæ eximendæ, vicinum fundum habenti , in infinitum conſtitui non poteſt , ſed quatenus ad eum ipſum fundum opus ſit. *l.29.in fin.j.eod.*
z ipſo iure : ſecus tuitione prætoria, *l.2. j. comm.præd.* quæ lex eiuſdem authoris & libri eſt.

VEluti a ſi figulinas haberet, in quibus ea vaſa fie-
rent, quibus b fructus eius fundi exportarentur,
ſicut in quibuſdam fit, vt amphoris c vinum euehatur
aut ‖ vt ‖ dolia fiant, vel tegulæ [vel] ad villam ædi-
ficandam. Sed ſi, vt vaſa venirent, figulinæ exerceren-
tur: vſusfructus d erit.

1 ¶ Item longè recedit ab vſufructu ius calcis co-
quendæ, & lapidis eximendi, & arenæ fodiendæ ædifi-
candi eius gratia, quod in fundo eſt. Item ſiluæ cæ-
duæ, vt pedamenta e in vineas non f deſint.

¶ Quid ergo g, ſi prædiorum meliorem cauſam
hæc faciant? Non eſt dubitandum, quin ſeruitutis ſit:
& hoc ‖ & ‖ Mecianus probat: in tantum vt & talem
ſeruitutem conſtitui poſſe putet, vt h *tugurium* i *mihi
habere liceret in tuo*: ſcilicet ſi habeam paſcui ſeruitu-
tem, aut pecoris appellendi: vt, ſi hiems ingruerit, ha-
beam, quò me recipiam.

Quid interſit inter iter, actum, & viam. 1. Si medium prædium ſit liberum.

7. *Idem* lib. 21. ad Edictum.

QVi ſella k aut lectica l vehitur m, ire n, non age-
re, dicitur. Iumentum verò ducere non o poteſt,
qui iter tantùm habet.

¶ Qui actum habet: & plauſtrum p ducere q, & iu-
menta r agere poteſt. Sed trahendi lapidem, aut tignũ,
neutri eorum ius eſt: quidam ſ, nec haſtam rectam t ei
ferre licere: quia u neque eundi, neque agendi gratia
id faceret: & poſſent fructus eo modo lædi.

¶ Qui viam habent eundi x, agendique ius habent
plerique, & trahendi y quoque, & rectam haſtam refe-
rendi z, ſi modò fructus non lædat.

1 ¶ In ruſticis autem prædijs impedit ſeruitutem
medium a prædium, quod non ſeruit.

De viæ latitudine.

8. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

VIæ latitudo b ex lege duodecim tabularum in
porrectum c octo d pedes habet: in anfractum e, id
eſt, vbi flexum eſt ſedecim.

De aquaductu vel hauſtu.

9. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

SEruitus aquæ ducendæ, vel hauriendæ niſi ex capi-
te, vel ex fonte, conſtitui non † poteſt: hodie tamẽ
ex quocumque loco conſtitui ſolet.

De aqua quærenda & ducenda.

10. *Idem* libro 49. ad Edictum.

LAbeo ait f, talem ſeruitutem conſtitui poſſe, *vt
aquam quærere g, & inuentam ducere liceat.* Nam ſi liceat
nondum h ædificato ‖ ædificio ‖ ſeruitutem i conſti-
tuere: quare non æquè liceat, nondum inuenta aqua
eandem conſtituere ſeruitutem k, &, ſi, vt quærere li-
ceat, cedere poſſumus: etiam vt inuenta ducatur, cedi
poteſt.

De ſeruitute imponenda fundo communi.

11. *Celſus* lib. 27. Digeſtorum.

PEr fundum, qui plurium eſt, ius mihi eſſe eundi a-
gendi poteſt ſeparatim cedi: ergo ſubtili l rati one

a Cretæ appellatione generali vti videtur, vt creta comprehendat eam omnem materiam quæ ad figulina & vaſa facienda neceſſaria eſt.
b Vaſis ex figulina confectis ac fictilibus, veteres, fructus etiam fundi exportabant.
c Amphoræ ex luto factæ.
d id eſt, ius quoddam perſonale.
e *l. 1. §. 1. ſ. eod.*
f Non deeſſe pedamenta intelligentur, ſi quantum vineæ ſatis fuerint.
g quia, inter cæteras ſeruitutum ruſticarum proprium eſt, vt prædiorum vtilitatem reſpiciant, quod hic fit. *l. 15. ſ. de ſeruit.*
h paſcendi aut ius appellendi pecoris habens, tugurium ſibi facere poteſt, hyeme ſe eo recipiendi cauſa. 58. *Eclog. 3. c. 5.*
i vel vt inhabitem: hæc exceptio partem pretij facit, *l. 21. j. de act. empt.*
k Sella hic non eſt curulis, qua magiſtratus vehebantur, ſed quæcunque geſtatoria, cuius fit mẽtio in *l. 49. j. de leg. 3. & apud Suet. in Nerone cap. 26. & in Vitellio 16.* De ſella dixi ad *Theop. de iure natu.*
l Lecticam ſedem in qua magiſtratus inter ius reddendũ & quandoque aliàs ius reddere ſolet, interpretatur Zoanetus, *reſtit. 26.* Sed ſi ita eſt huiuſmodi ſeruitus, paucorum erit hominum, nempe magiſtratum. placet ergo lecticam ad quoſcunque ingenuos referri, vt ita hæ duæ voces iungantur, *l. 43. j. de leg. 3.* ſex vel octo ſeruis plerumque vehebantur. *l. 8. § ſi ita legatum j. de leg. 1.* m à ſeruis.
n Iter habens ſella aut lectica vehi poteſt: at non iumentum ducere, *vt hic, & l. 1. §. iter. ſ. eod.* Idem pedes & eques ire poteſt, *l. 12. j. eo.* o atqui eques ire poteſt 8. 12. *j. eod* inſidendo fortè, non ſeorſim, non ſeparatim. p etiam onuſtum lapidibus & lignis. Atqui paulo poſt vetatur lapidem aut tignum trahere.
q Ducit qui præcedit & trahit: agit qui ſequitur. *Virg. Eclo.* r *l. 1. ſ. eo l. 9. ſ. de ſeruitutib.* porrò agere, eſt abigere. ſ addunt ſc. t *al.* erectam. Vero modo legas, meritò quæri poteſt, quid ſit *haſtam rectam vel erectam ferre vel referre.* Non placent qui idem eſſe exiſtimant, quod exercitum vel peditatum per alterius agrum ducere. Id enim iuris eſt publici, ac nomine publico citra ius ſeruitutis fieri, id poteſt per quorumcunq; agros. An legemus, *hauſtoriam rotam?* Demus haſtâ recta ſignificatione ſumi, cum ſtans ſoleat ferri. *Varro 4. de lingua.* & ſit contus cum ferro, cuius diminutiuum haſtile. 17. *Iſid. 7.* cur non qui actum habeat, haſtam rectam feret, cum qui iter habeat, ſella & lectica vehi poſſit, *ſ. eo.* aut eques commeare. *l. 12. j. eo.* An dicemus lege colonia prohibitum fuiſſe apud veteres. Ne quis haſtam rectam ferret propter aſſiduas arbores fructiferas, ne minimo ictu perticæ arbor quateretur: ac præter cautionem illam legis, priuatos quoſque ſtipulatione ſua id nominatim complexos fuiſſe: In via nihil tale periculi fuit. latior enim via eſt actu, at in actu anguſto & arbitrio cuius ſtatus lege definitus non erat, vel ſe contingere poſſunt arbores, nexis (vt inquit poëta) per mutua vincula ramis, quod ſit propter anguſtiam ſpatij inter vtraſque arbores interiecti. Porro quod ad haſtam rectam, attinet eam rectam ferre ſoliti veteres: idque Romana marmora docere poſſunt, in quibus expreſſi milites habitu geſtantium haſtam rectam. Id etiam poëtarum loci indicant. Ex his patet viæ modum non tantum in rectum & flexum; ſed & cœlum verſus fuiſſe. u Haſta recta in actu dimittenda, quod haſta nihil pertineat ad iter vel actum. x *al.* vehendi. & ita *Connanus 4. comm. 11.* y *ſub.* lapidem & tignum. z *al.* ferendi. *al.* qui haſtam tenet, is occupat viam. *v. Bart. 1. Conſult 135.* mirificè hanc legem ad caſum nouum inducentem, *& Zaſ hic. n. 24.*
a *l. 38. l. 39. ſ. tit. prox. l. 14. in fi. ſ. de ſeru.* b *l. 13. §. 2. j. eo. l. 6. circa fi. j. quemadmodum ſeru. amit.* Via duos actus continet. c indirectum dixit Varro 6. *de lingua.* eiς ὀρθὸν. *Synop. Baſil. d. c. 1.* d *l. 23. j. eo.* e in anfractum eſt in flexum *j. eod.* eiς καμψιν. *Synop. Baſil. d. c. 1.* Dixi ad leges duodecim Tabularum. Gloſſis καμψις ὁδȣ̃ flexura anfractum. † hæc ſententia mox abrogatur. f *l. vlt. j. ſi ſeruitus.* Imò negat *l. 2. j. ſi ſeruitus.* g in tuo fundo ſc. h *v. l. 20. in fi. ſ. de ſeruit. vrb.* futuro ædificio. Ita ſeruitus non habenti prædium etiam legatur, *l. 23. ſ. de ſeruit. vrb.* i tigni immittendi, ſtillicidij. k atqui idem Labeo negat aqua nondum apparente iter eius conſtitui poſſe. *l. vlt. inf. ſi ſeruitus vindic.* Accurſius ait Labeonem ſibi contrarium eſſe *Gouzanus 1. Variar. 17.* iter aquæ ab aquæ ductu ſeparat, & ita ſoluit leges contrarias. l ſubtile ius æquitati poſtponendum.

non aliter meum fiet ius, quàm ſi omnes cedant a: &
nouiſſima b demum ceſſione ſuperiores omnes con-
firmabuntur. Benignius tamen dicetur, & antequàm c
nouiſſimus ceſſerit, eos d, qui antea ceſſerunt, vetare
vti ceſſo iure non poſſe e.

Quid interſit inter actum & iter.

12. *Modeſtinus* lib. 9. Differentiarum.

INter actum & iter, nonnulla f eſt differentia g.

¶ Iter eſt enim, qua quis pedes, vel eques h com-
meare poteſt. Actus verò, vbi & armenta i traiicere k,
& vehiculum ducere liceat.

De vineis. 1. Si totus ager ſeruiat. De ſeruitute determinanda. 2. De latitudine actus, itineris, viæ. 3. De ſeruitute determinanda.

13. *Iauolenus* lib. 10. ex Caſſio.

CErto l generi agrorum adquiri ſeruitus poteſt, ve-
lut vineis m: quòd ea ad ſolum magis, quàm ad
ſuperficiem n, pertinet o: ideo ſublatis vineis p, ſerui-
tus manebit: ſed, ſi in contrahenda ſeruitute aliud
actum erit, doli mali exceptio erit neceſſaria q.

1 ¶ Si totus ager itineri, aut actui ſeruit: dominus
in eo agro nihil facere poteſt, quo ſeruitus impedia-
tur, quæ ita diffuſa eſt, vt omnes glebæ ſeruiant r.

¶ At ſi iter, actúſve ſine vlla determinatione lega-
tus ‖ eſt ‖: modò determinabitur: &, qua ſ primum iter
determinatum eſt, ea ſeruitus conſtitit: cæteræ partes
agri liberæ ſunt: igitur arbiter t dandus ‖ eſt ‖, qui
vtroque caſu viam determinare debet.

2 ¶ Latitudo u actus, itineriſque ea eſt, quæ de-
monſtrata eſt, quòd ſi nihil dictum eſt, hoc ab arbi-
tro x ſtatuendum eſt.

¶ In via aliud iuris eſt: nam ſi dicta latitudo non
eſt, legitima y debetur.

3 ¶ Si locus, non adiecta latitudine, nominatus
eſt: per eum qualibet iri poterit: ſin autem præter-
miſſus eſt æquè, latitudine non adiecta, per totum fun-
dum vna poterit eligi via dumtaxat eius latitudinis,
quæ lege comprehenſa eſt: pro z quo ipſo, ſi dubita-
bitur, arbitri officium inuocandum eſt.

Aſſyſtata.

14. *Pomponius* lib. 32. ad Quintum Mucium.

PEr quem locum viam alij a ceſſero, per eundem
alij aquæductum cedere non potero b: ſed, & ſi
aquæductum alij conceſſero, alij iter per eundem lo-
cum vendere, vel aliàs cedere non potero c.

De aquæductu.

15. *Pomponius* lib. 31. ad Quintum Mucium.

QVintus Mucius ſcribit: cum iter d aquæ vel quo-
tidianæ, vel æſtiuæ, vel quæ interualla longiora
habeat, per alienum fundum erit: ‖ licere ‖ fiſtulam
ſuam vel fictilem, vel cuiuſlibet generis in riuo po-
nere, quæ aquam latiùs exprimeret e: & quod vellet,
in riuo facere licere, dum ne f domino prædij aqua-
gium g deterius faceret.

De aucupio.

16. *Calliſtratus* lib. 3. de Cognitionibus.

DIuus Pius aucupibus ita reſcripſit: ȣ̓κ ἔςιν εὔλο-
γον ἀκόντων τῶν δεσποτῶν ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις χω-
ρίοις ἰξεύειν. id eſt, *Non eſt conſentaneum vt per aliena præ-
dia h, inuitis dominis i, aucupium* k *faciatis.*

a vide quæ notaui ad *l. 9. j. ad municip* b *l. vlt. infr. comm. præd.*
c Prohibitio vnius vim habet maiorem, quàm plurium conceſſio: *l. 28 inf. communi diuid. l. 27. ſ. de ſeruit. vrban. præd. cap. 16. de reg. in 6.*
d Seruitutem in fũdo communi ſolus tibi ceſſi? Subtili ratione hæc ſeruitus tua aliter non fiet quam ſi omnes mei ſocij eandem tibi ſeruitutem cõfirmauerint. Nouiſſima hac ceſſione à ſocijs facta mea anterior confirmabitur, *vt hic. & l. 18. j. comm. prædior.* Ergo ante eorum ceſſionem, te vtentem ſeruitutem prohibere potero? Strictè iure potero, benigno non item, *vt hic.* Et ſic aduerſus factum meum (licet iure nondum teneat) venire non poſſunt.
e Imo tenentur de euictione, ſi vt ſoli domini ſeruitutem ceſſerunt *l. 46. §. 1. j. de euict.* nec alle-gare poterunt ceſſionem impoſſibilem fuiſſe. *arg. l.* [illegible] *§. 1. inf. de verborum oblig.*
f i. aliqua: duo enim abnutiua affirmant, *l. 237. j. de verb.* [illegible]
g adde *l. 1. 7.* [illegible]
h Iter habens, [illegible] ques ire poteſt, [illegible] *hic.* ſed & ſella [illegible] lectica vehi, [illegible] *eod.*
i vide quæ [illegible] ad *l. 1. ſ. eo.* [illegible] autem boum, [illegible] lige ab aranda [illegible] *§. 3 j. de leg.* [illegible] *j. de verb. ſig.* [illegible]

legunt armamenta, quæ Accurſius refert ad agros inſtruendos. k *al* trahere, [illegible] Ducit qui præcedit: agit, qui ſequitur: [illegible]
Connanus 4. Comment. 11. Armenta trahit qui præcedit: agit, qui ſequitur: hanc etiam [illegible] qui manu trahit, Virgil. & ipſe capellas Protinus æger ago, hanc etiam [illegible] re duco. Huc referenda eſt actus definitio. Actum enim ita definit Annianus [illegible] *Pauli ſent. 17. §. 1.* quâ pecora minare conſueuimus. Eſt verò minare, ante ſe agere, vt dixi ad Feſtum in verbo, *Agaſo.*
l Seruitus poteſt conſtitui ad partem diuiſam agri. m i. loco vineis conſito, [illegible]
9. *ſ. de ſeru.* n Superficies vineæ, vitis: arui, ſeges. o ideóq; partiarius vineæ [illegible] ctus quoque arborum in ea exiſtentium, communicabat. *Bart.*
p hæc fuit ratio dubitandi: quia itineris vel viæ ad vineas cauſa perpetua [illegible] videtur, cùm vineæ poſſint extirpari.
q licet ipſo iure ſeruitus ad tempus non poſſit conſtitui, *l. 4. ſ. de ſeruit.* [illegible] ciuiliter tamen, vide [illegible]
r vt qualibet iri poſſit. *§. vlt. j. eod.* id eſt, totus fundus tuus ſeruiet. *l. 22. j.* [illegible] in infinitum: omnes eius partes ſeruient. *l. 23. §. 3. j. eod.*
infr de ſeruitut. l. 25. inf. eod.
ſ *l. 9. ſ. eod. l. 20. §. 4. §. 5. ſ. de ſeruit. vrb.*
t *§. vlt. j. eod* u Actus & itineris latitudo, conuentionalis eſt, aut arbitraria: viæ [illegible] ſpatium arbitrarium non eſt, ſed certum ac legitima. x Imò, actus latitudo ſeu ſpatium in longitudinem 120. vide *Boëtium* [illegible] mum. Eſt enim quatuor pedum, *Feſtus*, *Geometria*: *Varronem 4. de lingua*: *Senecam 5. epiſt. 38.*
y de qua *l. 8. ſ. eod.* z In his quæ lege finita non ſunt, ad arbitrium & officium iudicis recurrimus. Eſt igitur officium iudicis pro lege aut loco legis.
a ſeruitutem ſecundo conſtituere non poſſum, per quam impediatur ſeruitus primo conſtituta
b ſupra iter alienum, arcus aquæ ducendæ cauſa non iure fit. vide *l. 11.* [illegible] *aqua pluu.*
c ſeruitus aquæ ducendæ & itineris habendi, loco, id eſt ſimul, non concedi [illegible] altero enim conceſſo, alterum conſtitui non poteſt. *Zaſ.*
d ὑδραγώγιον, *Synopſis Baſil. 3. c. 15.* infrà, aquagium. Feſto, aquæductus. Eſt [illegible] aquæ ducendæ, ius, quo facto riuo & plerumq; fiſtulis poſitis vti poſſumus [illegible] conſtet, quàm differat aquæductus à riuo & fiſtulis.
e *fortè* excipere: vt Græcis ἐφ᾽ ᾧ δέχεσθαι.
f riualibus ſcilicet. *l. 3. §. penul. j. de aqua quotid.*
g i. aquæ ductum: dicitur autem quaſi aquæ agium, *Sext. Pomp.* ſupra iter [illegible] Græcis ὑδραγώγιον. adde *l. 9. j. quemadm. ſeruit. l. 3. §. 5. j. de aq. quot.*
h vide *l. 3. §. 1. j. de adquir. rer. dom. l. vlt. §. 3. j. quod vi.*
i aliud erit dicendum ſi ſeruitutis ius adquiſiero. vide *l. 13. in fin. infr. de alimentis* [illegible]
k vel piſcationem, *l. 14.* aut vindemiam, vide *l. 14. in fin. j. de* [illegible] *C. de ſeruitutib.*

De aqua

[illegible handwritten marginal note] [illegible handwritten marginal note]

De aqua ex flumine publico deducenda.

17. *Papirius Iuſtus* libro I. de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus, & Verus Auguſti reſcripſerunt, aquam de flumine publico, pro modo poſſeſſionum, ad irrigandos agros diuidi oportere: niſi *a* proprio quis iure plus ſibi datùm oſtenderit.

¶ Item reſcripſerunt, aquam ita demum permitti duci, ſi ſine iniuria alterius *b* id fiat.

De via per plures fundos impoſita.

18. *Vlpianus* lib. 14. ad Sabinum.

VNa eſt via, etſi per plures fundos *c* imponatur: cùm vna *d* ſeruitus ſit.

¶ Denique quæritur: an, ſi per vnum fundum iero, per alium non, per tantum tempus, quanto ſeruitus amittitur: an retineam ſeruitutem? & magis eſt, vt aut *e* tota amittatur, aut tota retineatur: ideóque, ſi nullo vſus ſum, tota amittitur, ſi vel vno *f*, tota ſeruatur.

De fundo communi.

19. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

SI vnus ex ſociis ſtipuletur iter ad communem fundum, inutilis eſt ſtipulatio *g*: quia nec dari ei poteſt. Sed ſi omnes ſtipulentur, ſiue communis ſeruus *h*; ſinguli ex ſociis, ſibi dari oportere, petere poſſunt; quia iter dari eis poteſt à te: ‖ne‖ſi ſtipulator viæ plures *i* heredes reliquerit, inutilis ſtipulatio fiat.

Si ex duabus ſeruitutibus altera remittatur. 1. Si ſeruitus fundum ſeruientem lædat. 2. De emptione fundi medij. 3. De aquæ hauſtu.

20. *Pomponius* libro 33. ad Sabinum.

SI mihi eodem tempore conceſſeris *k* & ire agere per tuum locum, & vti frui eo ius eſſe; deinde ego tibi conceſſero, ius mihi vti frui non eſſe: non aliter eo loco vteris frueris, quàm vt ire agere mihi rectè *l* liceat.

¶ Item ſi & ducere per tuum fundum aquam iure potuero, & in eo tibi ædificare, inuito me, ius non fuerit: ſi tibi conceſſero ius eſſe ædificare: nihilominus hanc ſeruitutem mihi præſtare debebis, ne aliter ædifices, quàm vt ductus aquæ meus maneat. Totiúſque‖eius‖rei conditio talis eſſe debet, qualis eſſet, ſi vna dumtaxat initio conceſſio facta eſſet.

1 ¶ Seruitus naturaliter *m*, non manufacto lædere poteſt fundum ſeruientem. Quemadmodum ſi imbri creſcat aqua in riuo, aut ex agris in eum confluat, aut aquæ fons ſecundùm riuum, vel in eo ipſo inuentus poſtea fuerit.

2 ¶ Si fundo Seiano confinis fons fuerit, ex quo ‖fonte‖ per fundum Seianum aquam iure ducebam: meo facto fundo Seiano, manet ſeruitus.

3 ¶ Hauriendi ius non *n* hominis, ſed prædij eſt.

De aquæductu ſimpliciter conceſſo.

21. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

SI mihi conceſſeris *o* iter aquæ per fundum tuum non deſtinata *p* parte, per quam ducerem, totus fundus tuus ſeruiet *q*.

22. *Pomponius* lib. 33. ad Sabinum.

SEd quæ loca eius fundi tunc, cùm ea fieret ceſſio, ædificiis, arboribus, vineis vacua fuerint, ea ſola *r* eo nomine ſeruient.

De latitudine viæ. 1. De ſeruitute nauigandi. 2. De fundi publicatione. 3. Seruitutem omnibus fundi partibus deberi.

23. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

VIa conſtitui vel latior octo *ſ* pedibus, vel anguſtior poteſt: vt tamen eam *t* latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt; alioquin iter erit non via *u*.

1 ¶ Si lacus perpetuus *x* in fundo tuo eſt; nauigandi quoque ſeruitus, vt perueniatur ad fundum vicinum imponi poteſt.

2 ¶ Si fundus ſeruiens, vel is, cui ſeruitus debetur, publicaretur: vtroque caſu durant ſeruitutes: quia cum *y* ſua conditione quiſque fundus publicaretur *z*.

3 ¶ Quæcunque ſeruitus fundo debetur, omnibus *a* eius partibus *b* debetur. & ideo, quamuis particulatim venierit, omnes partes ſeruitus ſequitur: "&" ita, vt ſinguli rectè agant, ius ſibi eſſe fundi *c*. Si tamen fundus cui ſeruitus debetur, certis regionibus inter plures dominos diuiſus eſt: quamuis omnibus partibus ſeruitus debeatur: tamen opus eſt, vt hi, qui non proximas partes ſeruienti fundo habebunt, tranſitum per reliquas partes fundi diuiſi *d* iure habeant: aut ſi proximi patiantur, tranſeant *d*.

De aquæductu.

24. *Pomponius* libro 33. ad Sabinum.

EX meo aquæductu Labeo ſcribit, cuilibet poſſe me vicino commodare. Proculus "contra *b*": vt ne in meam partem fundi aliam, quàm ſeruitus acquiſita ſit, vti ea poſſit. Proculi ſententia verior eſt *c*.

De aquæ diuiſione.

25. *Idem* lib. 34. ad Sabinum.

SI partem fundi mei certam tibi vendidero, aquæductus ius *d*, etiam ſi alterius partis cauſa plerumque ducatur, te *e* quoque ſequetur: neque ibi aut bonitatis agri, aut vſus eius aquæ ratio habenda eſt: ita vt eam ſolam partem fundi, quæ pretioſiſſima ſit, aut maximè vſum eius aquæ deſideret, ius eius ducendæ ſequatur: ſed pro *f* modo agri detenti, aut alienati, fiat eius aquæ diuiſio.

De ſeruitute ſimpliciter legata.

26. *Paulus* lib. 47. ad Edictum.

SI via, iter, actus, aquæductus legetur ſimpliciter per fundum: facultas *g* eſt heredi, per quam *h* partem fundi *i* velit conſtituere ſeruitutem: ſi modò nulla captio legatario in ſeruitute fit.

De emptione fundi ſeruientis.

27. *Iulianus* lib. 7. Digeſtorum.

SI communi *i* fundo meo & tuo ſeruiat fundus Sempronianus, & eundem in commune redemerimus, ſeruitus extinguitur *k*: quia par vtriuſque domini ius in vtroque fundo eſſe incipit. At ſi proprio meo & proprio tuo idem ſeruiat: manebit ſeruitus; quia proprio fundo per communem ſeruitus deberi poteſt *l*.

De itinere ad prædiorum duorum legato.

28. *Idem* lib. 34. Digeſtorum.

ITinere ad prædium commune duorum legato: niſi *m* vterque de loco itineris conſentiat, ſeruitus neque acquiritur, neque deperit.

De aqua educenda.

29. *Paulus* lib. 2. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

IS,

QVi duo prædia confinia habuerat, ſuperiorem fundum vendiderat: in lege ita dixerat, *vt aquam, ſulco aperto, emptori educere in fundum inferiorem rectè liceat.* Si emptor ex alio *n* fundo aquam acciperet, & eam in inferiorem ducere vellet: quæſitum eſt, an poſſit id ſuo iure facere; nécne? Reſpondi, nihil amplius, quàm quod ipſius *e* fundi ſiccandi cauſa deriuaret, vicinum inferiorem recipere debere.

Si venditor fundi aquam & circa eam latè pedes decem exceperit.

30. *Idem* lib. 4. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

QVi duo prædia habebat, in unius venditione *aquam*, quæ in fundo naſcebatur, & *circa eam aquam latè* p *decem pedes exceperat*. Quæſitum eſt, vtrùm dominium loci ad eum pertineat: an, vt per eum locum accedere poſſit? Reſpondit: ſi ita recepiſſet, *circa eam aquam latè pedes decem*, duntaxat videri venditoris eſſe.

Vtrum locus medius conſtitutionem ſeruitutis impediat.

31. *Iulianus* libro 2. ex Minicio.

TRia *r* prædia continua trium dominorum adiecta *ſ* erant. Imi prædij dominus, ex ſummo fundo,

a Probare is cogitur, qui ſibi aliquid vltra ius publicum licere ait. b *l. 3. in princ.].de aqua quotid.* c vnius ſc. *Cuiac. obſ. 11.* d *v. l. 6. verſ ſed ſi]. quemadm. ſeruit.* e Indiuiduum aut totum amittitur, aut totum retinetur. Igitur indiuiſibilia & inſecabilia, pro parte amitti non poſſunt. f Vſu partis, tota retinetur ſeruitus, *l. 8. 9.]. quemadm. ſeruit.* g *v. l. 5. l. 6. §. 3.]. tit. prox.* h *v. l. 12. ≡. de ſeruit.* adde *l. 2.]. de ſeruit. legat.* i *v. l. 2. §. 2.]. de verb. oblig.* k adde *l. 21. ≡. de ſeruit. vrban.* l de hac voce Rectè dixi ad *l. 11. in fin.]. de duobus reis.* m i. ob læſionem ſeruitutis naturaliter contingentẽ, non tenetur dominus *Bart.* adde *l. 1. §. 16.]. de aqua pluuia.* n Imó aquæ hauſtus eſt ſeruitus perſonæ, *l. 14. in fi.]. de alimentis.* o *Concedendi* verbo continetur traditio, *l. 11. ≡. eod.* translatio iuris, *l. pen. ≡. de donat.* p non definita. 58. *Ecl. 3. c. 21.* q vbi non eſt via diſcreta, totum via eſt. adde *l. 22. ≡. eod. v. l. 13. §. 1. ≡. eo. l. vlt.]. de aqua quotidiana.* r Indefinita permiſſio reſtringitur ad loca minus damnoſa. *Bald. l. 13. §. 1. ≡. eo. l. 9. ≡. de ſeruit.* ſ *v. l. 8. ≡. eo.* t Viæ latitudo neceſſaria ea eſt, vt eam latitudinem via ſaltem habeat qua vehiculum ire poſſit. u Quod vt via nõ prodeſt, vt iter prodeſt, *l. 13. ≡. de ſeru.* x id eſt, qui perpetuam cauſam habeat ob fontem ſcilicet, *v. l. 8. in fi. ≡. de ſeruit. vrban.* y Publicato fundo dominante, publicantur & in publicum ſeruitutes tranſeunt, ſeruitutes fundi, fundum publicatum ſequuntur. z *v. l. 4. ≡. eo. l. 12.]. com. præd. l. 20. §. 3.]. de acq. rer. l. 3. C. h. t. l. fi.]. ſi ſeruit.* a Indiuiſibilia & incorporabilia tota in toto, & in qualibet parte totius ſui ſunt. b *v. l. 13. §. 1. ≡. eo. l. 26.]. ≡.* Ius ſeruitutis, totum eſt in toto & qualibet eius parte, ciuiliter tamen. *Bart. v. l. 1. §. 16.]. de aqua quotid.* c hoc enim fieri poſſe, is qui ſeruitutem conſtituit, proſpicere debuit vt, eo non præuiſo, ſibi imputare debeat. d *al.* diuiſionis iure *& ita Cuiac. 9. ad Afric. in princ.* Diuiſionis autem iure conſtituitur ſeruitus quoties pactum diuiſionis traditioni adiicitur incontinenti.

a vt in venditione non intelligitur ſeruitus conceſſa, niſi id expreſſum ſit à contrahentibus *l. 66.] de contrah. empt.* Ita & in diuiſione, quæ venditionem imitatur, *l. 1. C. comm. vtoiuſque præd.* b ſic reſtituo. Proculus ita [vt nemo in ea parte fundi alia quàm ad quã, &c. *arg. l. 4.]. de aqua quotid.* ex qua lege hæc interpretationem ſumere debet. adde quæ notaui ad *l. 1. §. 15. §. 16.]. de aqu. quotid.* ſententia igitur hæc fuerit: Ex aquæductu meo, vicino me rectè commodaturum, *vt d. l. 4.* ſed non alia parte, quàm ad quam ſeruitus conſtituta ſit, *hac lege* hoc eſt, ex aquæductu meo alij commodare nihil poſſum, antequam in meum fundum peruenerit: hac enim ratione ſeruitus eſſet ſeruitutis: poſtquam autem ad agrum meum aquæductus peruenit (quia factus ſum eius dominus,) rectè poſſum aquæductum commodare, vt ex fundo mihi proprio. Atque ita Proculus Labeonis ſententiam nõ euertit, ſed temperat, niſi ſi Proculi hæc ſententia ſit: vt ſeruitutem certæ parti fundi mei debitam deriuare in aliam partem non poſſum; ita nec ſeruitutẽ aquæductus à te mihi cõceſſam alteri, te inuito, cõcedere non poſſum. Cur? ſeruitutis modum nemo mutare poteſt, eo inuito cuius intereſt, *l. 5. in fin. ≡. eo. l. 33. in fin.]. eo. l. 12. C. de ſeruitut.* c vt nemo ſcilicet poſſit ex ſuo aquæductu (quẽ habet ex fundo alieno) aquam alteri concedere. *Bart. l. 33. in fin.]. eo. v.* tamen *l. 1. §. 1. §. 16. §. 44.]. de aqua.* & quæ ſuperius dixi. d *l. 23. §. 3. ≡. eo.*
e Seruitus per ſe indiuiſibilis: commoditas tamen eſt diuidua.
f Emptor partis prædij dominantis, pro rata partis empta ius ſeruitutis conſequitur à domino prædij ſeruientis, æquè ac is qui optimam partem prædij dominantis acquiſierit. Hinc ait Bart. diuiſionem aquæ fieri ad menſuram prædij dominantis, non inſpecta partium bonitate vel neceſſitate.
g Indefinita, ſimplex & indeterminata conceſſio ſeruitutis finitur à debitore: & intelligenda eſt ex debitoris electione. h *v. l. 25. §. 3 ≡. eo.*
i Fundo nobis communi, ſi fundum ſeruientem emimus ſeruitutem extinguemus, Quid ſi non communi, ſed meo proprio ac tuo proprio ſeruiat in commune emerimus? ſeruitus minimè extinguetur. k ſi ſocij fundum emunt qui communibus prædiis ſeruiat, ſeruitus extinguitur, *Zaſius.*
l Poteſt ſeruitus à communi fundo propriis ſociorum prædiis deberi. *Zaſius n. 21.* & ita pars fundi (qui mihi cum altero communis eſt) ei fundo (qui mihi proprius erit) ſeruire poteſt *Idem num. 27. hic.* m adde *l. 2. §. vlt. ≡ quemadmodum vſusfructus.* n Conceſſio determinata hoc operatur, vt quis ea non poſſit vti, niſi ſecundum formam limitationis, *Bald. i.* in alio prædio quàm dominante. *vt hic.* & in alium quàm nominatim ſeruientem, *l. 24. ≡. eo.*
o *l. 5. in fin. ≡. eo.* p in latitudinem.
q id eſt, qui fundum vendit, & aquam latam pedes decem excipit, non dominium loci, ſed ſeruitutem excipit: adde *l. 27. §. 32.]. ad l. Aquiliam.*
r *v. l. 7. §. 1.]. tit. prox.*
ſ *vulgata*, obiecta id eſt, ita oppoſita, vt ex ſummo prædio aqua duci poſſet

ij imo

ad fundum inferiorem. Nam Accurſius obiecta malè interpretatur,ſimul coniuncta.
a Medium vti eſt, ita impeditur acquiſitio. aut conceditur retentio.
b aliàs, ſine conceſſione, medium prædium ſeruitutem ruſtici prædij impedit, *l.7.in fin.ſ.eod.*
c tali emptione videtur ſeruitus extingui, *leg.27.ſ.eod.* & hinc naſcitur ratio dubitandi.
d Confuſione fundi ſeruientis & dominantis, interit ſeruitus.
e Ratio decidendi, à ſimili ſumpta.
f *d.l.27.*
g Id eſt, niſi tempore imi fundi venditi.
h Dominus trium prædiorum,in imũ fundum venditũ, ſeruitutem retinere poteſt, ſi tempore imi venditi, in eum,à medio & ſuperiore fundo aqua decurrebat. Quòd ſi tunc non decurrebat, ius ſeruitutis amittit: ac ſi tria ipſa prædia vendidiſſet,vide *leg.13.ſ.quemadm. ſeruitus amit.*
i & ita communis eſſe deſiit:proinde hic non ſtipulor ſeruitutem fundo communi,vel meo futuro, (vt hic in fine perperam legitur(ſed iam meo ac proprio facto per traditionem.
k *l.7.in fin.ſ.de ſeruit.*

imo fundo ſeruitutem aquæ quæſierat : & per medium *a* fundum, domino concedente *b*, in ſuum agrum ducebat, poſtea idem ſummum fundum emit, *c* : deinde imum fundum, in quem aquam induxerat, vendidit. Quæſitum eſt,num imus fundus id ius aquæ amiſiſſet : quia cùm *d* vtraque prædia eiuſdem domini facta eſſent : ipſa ſibi ſeruire non potuiſſent ? Negauit amiſiſſe ſeruitutem : quia prædium, per quod aqua ducebatur, alterius fuiſſet, & * quemadmodum *e* ſeruitus ſummo fundo, vt in imum fundum aqua veniret, imponi aliter non potuiſſet *f*, quàm vt per medium quoque fundum duceretur : ſic eadem ſeruitus eiuſdem fundi amitti aliter non poſſet, niſi eodem tempore *g* etiam per medium fundum : aqua duci deſiiſſet, aut omnium tria ſimul prædia vnius domini facta eſſent *h*.

De parte fundi communis ſocio tradita.

32. *Africanus* lib. 6. Quæſtionum.

FVndus mihi tecum communis eſt, partem tuam mihi tradidiſti *i* : & ad eundem viam per vicinum tuum proprium. Rectè eo modo ſeruitutem conſtitutam ait. Neque quod dici ſoleat *k*, *per partes nec acquiri,nec imponi ſeruitutes poſſe*, iſto caſu locum habere ; Hic enim non per partem ſeruitutem acquiri : vt pote *l* cum in id tempus acquiratur, quo proprius meus fundus futurus ſit.

Si in diuiſione ſeruitus imponatur. 1. *De hauſtu & aquaductu.*

33. *Idem* lib. 9. Quæſtionum.

CVm eſſent mihi & tibi fundi duo communes, Titianus & Seianus : & in diuiſione conueniſſet, *Vt mihi Titianus, tibi Seianus cederet*, inuicem *m* partes eorum tradidimus ; & in tradendo dictum eſt *n*, *vt alteri per alterum aquam ducere liceret*. Rectè eſſe ſeruitutem impoſitam ait : maximè ſi pacto ſtipulatio ſubdita ſit *o*.

1 ¶ Per plurium prædia aquam ducis,quoquo modò *p* impoſita ſeruitute ; niſi pactum, vel ſtipulatio etiam de hoc † ſubſecuta eſt : neque eorum cuiuis, neque alij vicino poteris hauſtum ex riuo *q* cedere *r*. pacto enim : vel ſtipulatione interuenientibus,& hoc concedi ſolet ; quamuis nullum prædium ipſum ſibi ſeruire,neque ſeruitutis fructus *ſ* conſtitui poteſt *t*.

An ſeruitus pro parte imponatur, retineatur, remittatur.

1. *Si fons exaruerit.*

34. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

VNus ex ſociis fundi communis permittendo ius eſſe ire agere, nihil agit *u*. & ideo, ſi *x* duo prædia,quæ mutuò ſeruiebant,inter eoſdem fuerint communicata *y* ; quoniam ſeruitutes pro parte retineri *z* placet ; ab altero ſeruitus alteri remitti non poteſt : quamuis enim vnuſquiſque ſociorum ſolus ſit, cui ſeruitus debetur ; tamen quoniam non perſonæ ; ſed prædia deberent, neque *a* acquiri libertas, neque remitti ſeruitus per partem poterit.

1 ¶ Si fons exaruerit *b*,ex quo ductum aquæ habeo, iſque poſt conſtitutum tempus ad ſuas venas redierit ; an aquæductus amiſſus erit, quæritur ;

35. *Paulus* lib. 15. ad Plautium.

ET Atilicinus ait, Cæſarem Statilio Tauro *c* reſcripſiſſe in hæc verba; *Hi qui ex fundo Sutrino aquam ducere ſoliti ſunt, adierunt me : propoſuerúntque aquam, qua per aliquot annos vſi ſunt ex fonte, qui eſt in fundo Sutrino, ducere non potuiſſe quod fons exaruiſſet* a : *& poſtea ex eo fonte aquam fluere cœpiſſe : petierúntque ‖ à ‖ me, vt quod ius non negligentia aut culpa ſua amiſerant, ſed quia ducere non poterant, his reſtitueretur. Quorum mihi poſtulatio cùm non iniqua viſa ſit, ſuccurrendum* b *his putaui. Itaque quod ius habuerunt ‖tunc,‖ cùm primùm ea aqua peruenire ad eos non potuit, id eis reſtitui placet.*

De venditione fundi cui ſeruitus debetur.

36. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

CVm fundo, quem ex duobus retinuit venditor, aquæ ducendæ ſeruitus impoſita ſit, empto prædio quæſita ſeruitus, diſtractum denuò prædium *c* ſequitur : nec ad rem pertinet quòd ſtipulatio,qua pœnam promitti placuit *d* ad perſonam emptoris, ſi ei fortè frui non licuiſſet, relata eſt *e*.

De vſu aquæ perſonali.

37. *Idem* libro 3. Reſponſorum.

Λούκιος Τίτιος Γαΐῳ Σεΐῳ τῷ ἀδελφῷ πλεῖστα χαίρειν. Ὕδατος τοῦ ῥέοντος εἰς τὴν κρήνην τὴν κατασκευασθεῖσαν ἐν ἰσθμῷ ὑπὸ τοῦ πατρός μου, δίδωμι καὶ χαρίζομαί σοι δακτύλιον εἰς τὴν οἰκίαν σου τὴν ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἢ ὅπου δὲ ἂν βούλει. *i*.

LVcius Titius G. Seio frat. S. P. *De aqua fluente in fontem quem pater meus in Iſthmo inſtruxit, do, concedóque tibi, gratuito digitum, ſiue ad domum, quam in Iſthmo tenes ; ſiue quocunque tandem volueris.* Quæro an ex hac *f* ſcriptura vſus aquæ etiam ad heredes Gaij Seij pertineat ? Paulus reſpondit,vſum aquæ perſonalem ad heredem Seij quaſi vſuarij tranſmitti non oportere *g*.

An flumine interueniente, via conſtitui poſſit.

38. *Idem* lib. 1. Manualium.

FLumine interueniente,via conſtitui poteſt *h* ſi aut vado tranſiri poteſt,aut pontem habeat. Diuerſum; ſi pontonibus *i* traiiciatur *k*. hæc ita,ſi per vnius prædia flumen currat : alioquin, ſi tua prædia mihi vicina ſint, deinde flumen, deinde Titij prædia, deinde via publica,in quam iter mihi acquiri volo : diſpiciamus, ne nihil vetet, à te mihi viam dari vſque ad flumen, deinde à Titio vſque ad viam publicam. Sed videamus, num, & ſi tu eorum prædiorum dominus ſis, quæ trans flumen intra viam publicam ſint,idem iuris ſit : quia via *l* conſummari ſolet, vel ciuitate tenus, vel vſque ad viam publicam, vel vſque ad flumen *m*, in quo pontonibus traiiciatur, vel vſque ad proprium aliud eiuſdem domini prædium. Quod ſi eſt : non videtur interrumpi ſeruitus, quamuis inter eiuſdem domini prædia flumen publicum intercedat.

COMMVNIA *n* PRÆDIORVM TAM vrbanorum, quàm ruſticorum.

TIT. IV.

Quæ ſunt prædia vrbana. 1. Cur ſeruitutes prædiorum appellantur, & quibus deberi poſſunt.

Vlpianus lib. 2. Inſtitutionum.

ÆDificia vrbana quidem prædia appellamus cæterum & ſi in *o* villa ædificia ſint æquè ſeruitutes vrbanorum prædiorum conſtitui poſſunt.

1 ¶ Ideo autem hæ ſeruitutes *prædiorum* appellantur : quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt. Nemo enim poteſt ſeruitutem acquirere vel vrbani, vel ruſtici prædij niſi qui habet prædium *p*.

De aqua per rotam tollenda ex flumine, vel haurienda, & de ſeruitute caſtello impoſita.

2. *Idem* lib. 17. ad Edictum.

DE aqua per rotam *q* tollenda ex flumine *r*, vel haurienda, vel ſi quis ſeruitutem caſtello *ſ* impoſuerit, quidam dubitauerunt, ne hæ ſeruitutes non eſſent *t* : ſed reſcripto Imperatoris Antonini ad Tullianum adiicitur, licèt ſeruitus iure *u* non valuit, ſi tamen hac lege comparauit, ſeu alio quocunque legitimo modo ſibi hoc ius acquiſiuit, tuendum eſſe *x* eum, qui hoc ius poſſedit.

a *l.34 in fin.ſ.eo.* vide *Alexand. ab Alex.4.genial.5.*
b id eſt, qui non ſua culpa ius fontis amiſerunt : ex æquo & bono iuuandi ſunt : nam ob iuſtam cauſam reſtitutio ſolet concedi, *l.1. in fin. ſ. ex quib. cauſ.maiores.*
c *v.l.4.ſ.eo.*
d eo caſu quo contra factum eſſet, *l.2.& pen.de verb.oblig.*
e nec enim tantæ ſunt authoritatis priuatorum ſtipulationes, vt naturã ſeruitutis mutent, exque reali, perſonalem faciant,aget ergo in hac ſpecie ſecundus emptor in primum venditorem confeſſoria.
f Vis, opinor, latet in verbo, *volueris*.(hoc eſt ſeruitus perſonalis facta eo verbo eſt) aut potius in verbo *Tibi*, vt ea ratione,heres ceſſionarij non contineatur.
g Cur ita? collige ex *l.4.in fin. ſ.eod.*
h Flumen publicum viam non impedit,ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habeat.
i ponto genus eſt Gallici nauigij teſte Cæſare, *in bac.*
k tunc enim magnitudo fluminis, eſt impedimento tranſeunti, *l.17.§.2.ſ. de aqua pluuia.*
l *l.vlt.ſ. de locis & itineribus.*
m ad flumen publicum in quo,&c. *Gouuenus* 1. *var.* 36. quo vocabulo intelligit perennem, non aquam torrentem.
n 58. *Ecl.*4.
o ἐν ἀγρῷ 58. *Ecl.* 4.
p quod non de ſingulari tantum perſona, ſed & de municipio, ciuitate & vniuerſitate accipiendum eſt, *l.12.ſ.de ſeru.*
q *l.40. in fin. ſ.de contrah. empt.*
r non quærit Vlp. liceat, néc ne ex priuato flumine: aquam ſitulis, vrceis,vel vrnis haurire : ſed an ſeruitus prædio imponi poſſit, vt aqua ex eo per rotam, tympanum cochleum, vel aliud quoduis organum hydraulicum hauriatur à priuato : nam fruſtrà ceditur aquæ hauſtus ex flumine publico, *l.3.§.vlt. ſ.tit prox.*
ſ in quod, quod rota extulit, infundit, 17. *Vitruu.9.*
t & meritò, quia caſtellum perpetuam cauſam non habet,neque naturaliter: ſed vel manu,vel organis aqua in illud infunditur. Præterea vix eſt,Vt prædia tanta aquæ copia indigeant, vt adhiberi organa oporteat vide Cuiac 3.*obſeru.* 26. vbi etiam ſelecta de Rotæ tormento notat.
u ſummo ſcilicet, ex rationibus ſuperius adductis.
x per prætorem ex æquo & bono facit *l.1.in fin.§.9. ſ.tit.prox.*
y eo ſcilicet modo quo id ius poſſideri poteſt. Nec enim neceſſe fuit à Iuriſconſultis, particulam *quaſi*, omnibus locis inſeri. Res corporales,verè. incorporales fictione Illæ & natura & legibus tenentur : hæ prudentum authoritate & imagine ſeu ficte.

l Verius fortaſſe dixiſſet Africanus, in hac ſpecie,fundo mihi proprio planè ac iam quæſito ſeruitutem à te conſtitutam,proprio,inquam,ac meo,id eſt,poſt traditionem tuæ partis mihi factam, cùm nulla amplius tibi pars eſſet in eo fundo. Traditione partis tuæ mihi facta,partem eam tuam eſſe deſiiſſe : proinde cùm nihil tibi amplius commune eſſet in fundo. Itaque melius vel Africanus dixiſſet,aut certè melius apud eum ita legeretur, *vtpote, cum per id tempus acquiratur, quo proprius meus fundus factus ſit*, niſi antea legas, *mihi traditurus ad eundem, &c.*
m Diuiſio fit permutatione partium : ob id dicitur vicem emptionis obtinere, *l.1.C.de rer.permut.* n *l.6.§.2.ſ.comm.præd.* o vel pœna, *v.l.15.ſ.de tranſact.l.2.in fin.ſ.de riuis.* p hoc eſt,vel pacto vel ſtipulatione. † vt poſſem ex riuo à te mihi conceſſo, alij etiam hauſtum concedere. q Riui rectè hic fit mentio. Nam cui ius aquæ ducendæ conceditur, & riui faciendi conceditur. *l.30.ſ.de damno.* Riuus,eſt iter aquæ. Aquæductus,ius habendi aquam in prædio alieno. r quia nemo niſi dominus fundi ſeruitutem conſtituere poteſt, *l.1.§.1.ſ.tit.prox.* niſi *vt ſ. eod.* dicitur.
ſ vel ſeruitus, *l.1.ſ. de vſufr.legato.* Seruitutis ſeruius prædialis vel perſonalis non eſt. Eſt enim ſeruitus qualitas prædij. Qualitas autem qualitatis : vt & accidentis accidens, non eſt. τὸ γὰρ συμβεβηκός, οὐ συμβεβηκότι συμβεβηκός. Ariſt.3.Metaph.4. Igitur non poſſum ex riuo, quem in alieno fundo habeo, iure ſeruitutis, vel domino eiuſdem fundi, vel alij cedere ſeruitutem hauſtus, vel prædialem, vel perſonalem. Hoc tamen loco Antonius Faber 5. *coniect.* 11. legit, cum ſeruitutis ſeruitus conſtitui non poſſit, fructus poſſit, & reprehendit etiam Caſtrenſem *fructus* nomen accipientem pro commoditatis conceſſione, quæ ſeruitus quædam eſſe videtur.
t Atque ita conſtituta ſeruitus vires capiet, non ab eo qui ceſſit, ſed ab eo qui cedi permiſit. *Duar.*
u *l.2. ſ.de ſeruit.*
x adde *l.8.ſ.de ſeruit.l.30.in fin.ſ.de ſeruit.vrban.*
y Inter ſeruientem & dominantem prædiis communicatis, ſeruitus prædij non extinguitur, *vt hic* æquè ac ſi in commune emerimus prædium quod meo ac tuo fundo ſeruiat : & tamen ſi in ſocietate fundum emerimus qui communibus prædiis ſeruiat, ſeruitus extinguetur, *l.27.ſ.eo.*
z *l.30.§.1.ſ.de ſeruit.vrban. l.8.ſ.de ſeruit.l.140.ſ.de verb.oblig.* licet conſtitui non poſſit, *l.6.§.1.ſ.comm.prædiorum.*
a Pro parte indiuiſa libertas communi fundo acquiri : vt & eadem ſeruitus debita pro parte remitti non poteſt, *vt hic. & lege 5. infra comm. prædiorum.*
b *l.35.ſ. eod.* alia ex cauſa quam æſtatis : nam ex tali fonte ſeruitus concedi non poteſt, *arg.l.27. in fin.ſ.tit.prox.*
c al. ſeuero *vt inſt.de milit. teſtam.*

De. per

De prædio quod alienatur.

3. *Gaius* libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

DVorum prædiorum dominus ſi *a* alterum ea lege tibi dederit: *vt id prædium quod datur, ſeruiat ei, quod ipſe retinet*, vel contra: iure impoſita ſeruitus intelligitur.

De monumento.

4. *Iauolenus* lib. 10. ex Caſſio.

CAueri, *vt ad certam altitudinem monumentum ædificetur*, non poteſt *b*: quia id, quod humani iuris eſſe deſiit, ſeruitutem non recipit: ſicut nec illa quidem ſeruitus conſiſtere poteſt, *vt certus c numerus hominem in vno loco humetur.*

Si quis ſibi & alteri ſeruitutem receperit.

5. *Idem* lib. 2. Epiſtolarum.

PRoprium *d* ſolum vendo: an ſeruitutem talem iniungere poſſim, *vt mihi & vicino ſeruiat*? ſimiliter ſi commune ſolum vendo: *vt mihi & ſocio ſeruiat*. an conſequi poſſim? Reſpondi * Seruitutem *e* recipere, niſi ſibi *f* nemo poteſt: adiectio itaque vicini pro ſuperuacuo habenda eſt: ita vt tota ſeruitus ad eum, qui receperit, pertineat. Solum autem commune vendendo, *vt mihi & ſocio ſeruiat*, efficere non poſſum: quia per vnum ſocium communi ſolo ſeruitus adquiri non poteſt.

De prædio quod totum, vel pro parte alienatur. 4. De exceptione ſeruitutis.

6. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

SI quis duas ædes habeat, & alteras tradat, poteſt legem traditioni dicere *g*: *vt vel iſtæ quæ non traduntur, ſeruæ ſint his quæ traduntur*, vel contra, *vt traditæ retentis ædibus ſeruiant*: paruíque refert, vicinæ ſint ambæ ædes, an non.

¶ Idem erit & in prædiis ruſticis. nam & ſi quis duos fundos habeat: alium alij poteſt ſeruum facere tradendo. Duas autem ædes ſimul tradendo non poteſt efficere alteras alteris ſeruas: quia neque adquirere alienis *h* ædibus ſeruitutem, neque imponere poteſt.

¶ 1 Si quis partem ædium tradat, vel partem fundi: non poteſt ſeruitutem imponere: quia per *i* partes *k* ſeruitus imponi non poteſt, ſed nec adquiri.

¶ Planè ſi diuiſit fundum regionibus, & ſic partem tradidit pro diuiſo *l*, poteſt alterutri ſeruitutem imponere quia non eſt pars fundi, ſed fundus: quod & in ædibus poteſt dici, ſi dominus, pariete medio ædificato, vnam domum in duas diuiſerit, vt plerique faciunt *m*: nam & hic pro duabus domibus accipi debet.

2 ¶ Item: ſi duo homines binas *n* ædes communes habeamus: ſimul trahendo, idem efficere poſſumus, ac ſi ego ſolus proprias binas ædes haberem. Sed, & ſi ſeparatim tradiderimus, idem fiet: ſic tamen, vt nouiſſima *o* traditio efficiat etiam præcedentem traditionem efficacem.

3 ¶ Si tamen alteræ vnius propriæ ſint ædes, alteræ communes: neutris ſeruitutem vel adquirere, vel imponere me *p* poſſe, Pomponius libro octauo ex Sabino ſcripſit.

SI in venditione quis dixerit, *ſeruas fore ædes, quas vendidit*: neceſſe non habet liberas tradere *q*: quare vel ſuis ædibus eas ſeruas facere poteſt, vel vicino concedere ſeruitutem, ſcilicet ante traditionem. Planè ſi Titio ſeruas fore dixit: ſi quidem Titio ſeruitutem conceſſerit, abſolutum eſt: ſi verò alij conceſſerit, ex empto tenebitur *r*: à quo non abhorret, quod quod Marcellus libro ſexto Digeſtorum ſcribit: ſi quis in tradendo dixerit *fundum Titio ſeruire* cùm ei non ſeruiret, eſſet autem obligatus venditor Titio ad ſeruitutem præſtandam: an agere poſſit ex vendito, vt emptor ſeruitutem imponi patiatur prædio, quod mercatus eſt: magiſque putat, permittendum agere. Idemque ait, & ſi poſſit venditor Titio ſeruitutem vendere, æquè agere permittendum. hæc ita demum, ſi recipiendæ ſeruitutis gratia id in traditione expreſſum eſt: cæterum, ſi *a* quis (inquit) veritus, ne ſeruitus Titio debeatur, ideo hoc excepit: non erit ex vendito actio, ſi nullam ſeruitutem promiſit.

a vide *l. 6. ſ. eod.*
b Reperio tamen apud Ciceronem 2. *de legib.* Athenienſium lege cautum fuiſſe, ne quis ſepulchrum extrueret operoſius quàm quod decem homines effeciſſent triduo, nec id opere etiam tectorio cooperiri, nec Hermas, quos vocant, licebat ei imponi, Demetrius verò noluit ſuper terræ tumulum quid etiam ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam aut labellum. Plato vetat ſepulchrũ extrui altius, quam quod quinque homines quinque diebus abſoluerint, nec è lapide excitari plus, nec imponi quàm quod capiat laudẽ mortui inciſam quatuor heroicis verſibus, quos longos appellat Ennius. Hæc cicero. vide *Platonem vltimo de legibus.*
c vide *l. 11. ſ. de religioſis.*
d *Eclog. eod. c. 5.*
e *v. l. 34. ſ. de ſeruitut. ruſticor.* vbi dixi: adde *l. 6. §. 3. ſ. eod.*
f vide *l. 8. ſ. eod.*
g *l. 3. ſ. eod. l. 19. ſ. de vſufr. l. 33. ſ. tit. prox.*
h vide *l. 8. ſ. eod.*
i vide *l. 8. ſ. de ſeruitutib.*
k *ſubaudi* indiuiſas.
l Pars diuiſa, ſeu pro diuiſo non eſt pars propriè, ſed totum, id eſt prædium, non pars prædij. *vt hic. & l. 25. inf. ſ. de verborum ſignifi.* Pars pro diuiſo certa eſt: pars pro indiuiſo, incerta: pars, inquam, pro diuiſo certa, vnde fit vt certæ parti, pars pro indiuiſo legibus noſtris opponatur. *l. 25. ſ. quibus modis vſusfr. amittitur: l. 1. §. 7. ſ. vti poßidetis.* Pars pro diuiſo, ſenſu corporis: pro indiuiſo, ſenſu mentis percipitur: Pars pro indiuiſo intellectu magis partes habet quàm corpore. *l. 5. ſ. de ſtipulat. ſeruorum.* intellectu, hoc eſt, non vt quæ pro diuiſo eſt, corpore percipitur. Hinc ſolui poteſt quæſtio illa nobilis, cur ſeruitus adquiri vel imponi non poſſit parti pro indiuiſo? Finge, fundum inter me & te communem eſſe, cur ego parti meæ non poſſum imponere vel adquirere ſeruitutem? cur fundo mihi tecum communi id non imponam, quod ſaltem valere poſſit pro parte mea? aut cur iure meo non vtar iure communi? Poſſis dicere, quia pars mea non continetur regione certa, ſed fuſa eſt per totum fundum, ita vt impoſitam vel adquiſitam parti meæ ſeruitutem neceſſe ſit diffundi in totum fundum: aut certè nullam in partem inuito te: quia quælibet gleba eſt mea, quælibet eſt tua. Poſſis & aliter dicere, Seruitus, eſt ius in corpore. Parti pro indiuiſo nullum ſubeſt corpus, nec enim eſt, ſed intelligitur. Poſſis & id fortaſſe apertius. Plus mea parte in re communi vti non poſſe: quod fieret, ſi in re communi mihi ius eſſet inuito ſocio ſeruitutem imponere. In hac enim ſpecie, ipſo vteretur fundo, & ſeruitute in eodem is cui id ius à me ceſſum eſſet. Eadem ratione neque prædij libertas adquiri, neque ſeruitus remitti poteſt. *l. 5. ſ. eod l. 34. ſ. de ſeruitutibus ruſticorum.* Dices, poſt ſeruitutem, in prædio communi à me conſtitutam, me prohibere non poſſe eum vtentem cui ſeruitutem ceſſerim? ſic ſanè: ſed meus ſocius eum vtentem prohibere poterit. vide *l. per fundum 11. ſ. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.* vbi plenius dixi. adde *l. 86. infr. ad l. Falcidiam.*
m ex vno & eodem vel fundo vel ædificio, duo fieri poſſunt. vide *l. 36. ſ. de ſeruitutibus vrbanorum.*
n *l. 33. ſ. tit. prox.*
o vide *l. vlt. in princ. ſ. eodem.*
p non poſſe. *Haloand.* ſed poſſe conſtat *l. 27. ſ. tit. prox.*
q quid ſi ignorans ædes ſeruas vel liberas, neutrum dixerit? vide *l. 59. ſ. de contrahend. empt.* quid ſi ſciens ſeruas eſſe, non admonuit emptorem? vide *l. 39. ſ. de act. empt.* r Intereſt enim emptoris non decipi, ac certò ſciuiſſe cui ſeruitutem fundus debeat.

1. *An locus medius impediat ſeruitutem.*

7. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

IN tradendis vnis ædibus ab eo, qui binas habet, ſpecies ſeruitutis exprimenda *b* eſt: ne *c* ſi generaliter *ſeruire* dictum erit, aut nihil valeat, quia incertum ſit, quæ ſeruitus excepta *d* ſit: aut omnis *e* ſeruitus imponi debeat.

1 ¶ Interpoſitis quoque alienis ædibus imponi poteſt: ‖ veluti, ‖ *vt altius tollere, vel non tollere liceat*: vel etiam, ſi iter debeatur, *vt ita f conualeſcat ſi mediis ædibus ſeruitus poſtea impoſita fuerit*: ſicuti per plurium prædia *g* ſeruitus imponi etiam diuerſis temporibus poteſt: quamquam dici poteſt, ſi tria prædia *h* continua habeam, & extremum tibi tradam, vel tuo, vel meis prædijs ſeruitutem adquiri poſſe: ſi verò extremo, quod retineam: quia & medium meum ſit, ſeruitutem conſiſtere: ſed ſi rurſus aut id, cui adquiſita ſit ſeruitus, aut medium alienauero: interpellari eum donec medio prædio ſeruitus imponatur.

De duabus inſulis eodem momento duobus traditis.

8. *Pomponius* lib. 8. ad Sabinum.

SI, cùm duas haberem inſulas, duobus eodem *i* momento tradidero: videndum eſt, an ſeruitus alterutris impoſita valeat: quia * alienis quidem ædibus, nec imponi, nec adquiri *k* ſeruitus poteſt: ſed ante traditionem peractam, ſuis magis acquirit, vel imponit is, qui tradit: ideoque valebit ſeruitus.

De confuſione, & reſtitutione ſeruitutis.

9. *Idem* lib. 10. ad Sabinum.

SI ei, cuius prædium mihi ſeruiebat, hæres exſtiti, & eam hereditatem tibi vendidi, reſtitui *l* in priſtinum ſtatum ſeruitus debet: quia id agitur, vt quaſi tu heres videaris extitiſſe.

De exceptione ſeruitutis.

10. *Vlpianus* lib. 10. ad Sabinum.

QVidquid venditor, ſeruitutis nomine, ſibi recipere vult: nominatim recipi oportet: nam illa generalis *m* receptio, *quibus n eſt ſeruitus, vtique o eſt*, ad extraneos pertinet: ipſi nihil proſpicit venditori ad iura eius conſeruanda *p*: nulla enim habuit: quia nemo *q* ipſe ſibi ſeruitutem debet: quinimo, & ſi debita fuit ſeruitus, deinde dominium *r* rei ſeruientis peruenit ad me: conſequenter dicitur extingui ſeruitutem.

Quæ iura tacitè ſequuntur ſeruitutem.

11. *Pomponius* libro trigeſimotertio ad Sabinum.

REfectionis gratia accedendi ad ea loca, quæ non ſeruiant facultas tributa eſt his, quibus ſeruitus debetur: quà tamen accedere eis ſit neceſſe *ſ*: niſi in ceſſione ſeruitutis nominatim præfinitum ſit, quà accederetur: & ideo nec ſecundũ riuum, nec ſupra eum, ſi fortè ſub terra aqua ducatur, locum religioſum dominus ſoli facere poteſt: ne ſeruitus intereat. & id verum eſt, ſed & depreſſurum *t*, vel adleuaturum riuum *u*, per quem aquam iure duci poteſtatem habes: niſi ſi, ne id faceres, cautum ſit.

1 ¶ Si propè *x* tuum fundum ius eſt mihi *aquam riuo ducere*: tacita hæc iura ſequuntur: vt *y* reficere mihi riuum liceat: vt adire, quà proximè poſſim ad reficiendum eum ego, fabrique mei: item vt ſpatium relinquat mihi dominus fundi, quò, dextra, & ſiniſtra, ad riuum adeam, & quò terram, limum *z*, lapidem, arenam, calcem iacere poſſim.

Seruitutes ſequi prædium. De prædijs vrban. & ruſtic.

12. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

CVm fundus fundo ſeruit, vendito quoque fundo, ſeruitutes ſequuntur *a*. Ædificia quoque fundis, & fundi ædificijs eadem conditione ſeruiunt.

a Seruitutem alteri nemo excipere poteſt, niſi ei cui certò ſeruitus, non ex opinione debetur.
b Genus omne incertum & ambiguum. *l. 15. §. 1. ſ. ne ſa ſis.*
c nominatim. *l. 10. inf. eod.*
d qui vult ſeruitutem excipere, debet eam certam excipere. *Bart.*
e congrua tamen, prædio dominanti *Accurſ. Bart.*
f *l. 4. & 5. ſ. ſi ſeruitus: l. 17. in fin. ſ. de aqua pluuia.*
g vide *l. vlt. ſ. tit. prox.*
h vide *l. 31. ſ. tit. prox.*
i Si duobus eodem momento, diuerſarum rerum fiat traditio, non valet ſeruitus alteri impoſita: ſecus ſi ſeparatim. *Bart.*
k *l. 5. 6. ſ. eo. l. 19. ſ. tit. prox. l. 64. ſ. de contrah. emp.*
l Quæ ſeruiunt ciuiliter (veluti ſi hereditatem debitoris mei adii. *l. 18. ſ. de ſeruit.*) extinguuntur, eæ, vendita (ſcil. ea hereditate) reuiuiſcere poſſunt *l. 2. §. 18. ſ. de heredit. vel act. vẽd. l. 7. C. de pact.*
m Generali ſermone loquentis perſona non continetur.
n Generalis fuit hæc ſeruitutem recipiendarum formula, de qua dixi ad *l. 39. inf. de act. empt.* de ſpeciali vide *l. 17. §. 1. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum.*
o *al.* vti, quæ, ſic in *l. 1. ſ. de minoribus.* vti quæque res erit animaduertam, & idem infra in edicto de aleatoribus.
p id eſt, qui excipiendo ſeruitutem dixit *eis manere ſeruitutem debere quibus conſtituta ſit*, his verbis non ſibi, ſed extraneis ſeruitutem excipit, *vt hic.* Quid ſi nemini debita ſit? hæc verba nihil conferent. *Zaſ hic numero* 8. 9.
q Seruitutem nemo ſibi debet. *l. 26. ſ. de ſeruit. vrban.*
r Seruitus confuſione dominantis & ſeruientis fundi extinguitur.
ſ idque quia ſeruitute conceſſa, videntur conceſſa omnia ſine quibus quis vti ſeruitute non poteſt. *Bart.* nec enim tantùm prohibemur quid facere contra ſeruitutem, ſed etiam aduerſus ea quæ tacitè ſeruituti accedunt. *§. 1. inf. eod.*
t vide *l. 1. in fin. ſ. de riuis.*
u atqui illa duo non ſunt promiſſa ei cui ſeruitus aquæ competit *l. 3. §. pen. infr. de itinere actuque.*
x Riuum habenti tacitè conceditur riuum reficere, & adire vtrinque cum fabris, & ad opus materiam depromere. *Eclog eodem.*
y vide *l. 1. ſ. de itinere.*
z τὴν ὕλην ἐκ τοῦ ὁλκοῦ ἀναφερομένην, materiam quæ ex riuo educta fuerit 2. *Harm.* 4. §. 122.
a Realia iura fundum & emptorem fundi ſequuntur. vide *l. 23. §. 2. ſuprà tit. proxim.*

a De thynno & eius capturâ adde Plinium 9.c.15.
b Mare natura omnibus patet, id eſt liberum eſt ad piſcandum.
c *l.1. in fin. infr. de acquir. rer. dom.*
d vide *l.14. inf. de iniurijs.* Mari ſeruitus imponi à priuato non poteſt, *vt hic*, à Principe poteſt.
e Seruitutis iure quiddam ſubſiſtere non poteſt, quod iure obligationis poſſit rectè ſubſiſtere.
f *l.4. C. de oblig.*
g *l.11. §.1. ff. de act. empt.*
h heres enim iuris eſt ſucceſſor. *l. 9. § heredes ff. de heredib. inſtit.*
i *l.2. in prin. ff. de his qui ſunt ſui : l. vlt. in fin. C. de pactis.*
k v. quæ notaui ad *Nou.* 85 ſic Cic. 2. *offic.* videndum, inquit, erit ei qui Rempublicam adminiſtrat, vt ſua quiſque teneat, neque de bonis priuatorum publicè deminutio fiat.
l Conſuetudo loci tantum præſtat, quantum lex eius *v. l.3. §.4. inf quod vi aut clam.*
m Conſueto iure vti qui deſiderat, id, quod ipſe eo nomine debet, antea præſtare cogitur.
n Conſuetudine quis cogi poteſt ad res ſuas diſtrahendas, honeſto tamen pretio, *Bart.* vide Pragmaticam Iuſtiniani, *cap.* 18.
o ſiquidem publica vtilitas priuatæ anteponitur.
p i. temporibus ſecerni *l.45. ſupr. de ſeruitut.*
q durum enim eſſet, cuiquam licere noctu per noſtras ædes iter facere.
r *l.2. §.1. ff. titul. prox.*
ſ Seruitus conſtitui teſtamento poteſt.
t *l.3. ff. de vſufructu: l.5. ſupr. de ſeruitut. l.31. ſuprà de ſeruitut. vrban. §. vlt. Inſtit. de ſeruitut.*
u id eſt, quamdiu volam, *l.1. l.15. l. vlt. ff. de precario l. 4. ff. de ſeruitutibus.*

De piſcatione thynnaria. 1. De lapide cædendo.

13. *Vlpianus* lib. 6. Opinionum.

VEnditor fundi Geroniani, fundo Botroiano, quem retinebat, legem dederat, *ne contra eum piſcatio thynnaria a exerceatur*, quamuis mari b, quod natura omnibus c patet, ſeruitus imponi priuata d lege non poteſt, quia e tamen * bona f fides contractus legem ſeruari venditionis g expoſcit, perſonæ poſſidentium, aut in ius eorum ſuccedentium per ſtipulationis, vel venditionis legem obligantur h.

1 ¶ Si conſtat, in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te i, nec priuato, nec publico nomine k quiſquam lapidem cædere poteſt, cui id faciendi ius non eſt : niſi talis conſuetudo l in illis lapidicinis conſiſtat, vt, ſi quis voluerit ex his cædere, non m aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum ſolatium n pro hoc domino præſtat: ita tamen lapides cædere debet, poſtquam ſatisfaciat domino : vt neque vſus neceſſarij o lapidis intercludatur, neque commoditas rei, iure, domino, adimatur.

De modo itineris.

10. *Iulianus* lib. 41. Digeſtorum.

ITer nihil prohibet ſic conſtitui p, *vt quis inter diu dumtaxat eat* : quod ferè circa prædia vrbana etiam neceſſarium eſt q.

De eadem ſeruitute pluribus conceſſa.

15. *Paulus* lib. 1. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

QVi per certum locum iter, aut actum alicui ceſſiſſet : eum pluribus r per eundem locum, vel iter, vel actum cedere poſſe, verum eſt. quemadmodum, ſi quis vicino ſuas ædes ſeruas feciſſet, nihilominùs alijs quot vollet, multis eas ædes ſeruas facere poteſt.

De teſtamento.

16. *Gaius* libro ſecundo Rerum quotidianarum ‖ ſiue aureorum. ‖

POteſt etiam ſ in teſtamento t heredem ſuum quis damnare, *Ne altiùs ædes ſuas tollat: Ne luminibus ædium vicinarum officiat*: vel, *Vt patiatur eum tignum in parietem immittere* : vel, *Stillicidia aduerſus eum habere* ; vel, *Vt patiatur vicinum per fundum ſuum, vel heredis ire agere, aquámve ex eo ducere.*

De precario.

17. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

SI precario u vicinus in tuo maceriam duxerit, interdicto, *quod precario " habet, "* agi non poterit, nec x maceria poſita, donatio ſeruitutis perfecta intelligitur y, nec vtiliter intendetur, *ius ſibi eſſe inuito te ædificatum habere*: cùm z ædificium a ſoli conditionem ſecutum inutilem faciat intentionem b. Cæterùm, ſi in ſuo maceriam precario qui ſeruitutem tibi debuit, duxerit : neque libertas vſucapietur c, & interdicto *quod precario " habet, "* vtiliter cum eo agetur. Quòd ſi donationis cauſa permiſeris : & interdicto agere non poteris, & * ſeruitus d donatione tollitur.

De pluribus dominis ſeruitutem imponentibus vel acquirentibus.

18. *Paulus* lib. 1. Manualium.

REceptum eſt, vt plures domini & non e pariter cedentes, ſeruitutes imponant, vel adquirant: vt tamen ex nouiſſimo f actu etiam ſuperiores confirmentur : perindéque ſit, atque ſi eodem tempore omnes ceſſiſſent: & ideo, ſi is, qui primus ceſſit, vel defunctus ſit, ‖ vel alio genere ‖ vel alio modo partem ſuam alienauerit poſt deinde ſocius ceſſerit, nihil agetur : cum enim poſtremus cedat, non retro adquiri ſeruitus videtur: ſed perinde habetur, atque ſi ‖ poſt, ‖ cùm poſtremus cedat, omnes ceſſiſſent. Igitur rurſus hic actus pendebit g, donec nouus ſocius cedat.

¶ Idem iuris eſt, & ſi vni ex dominis cedatur, deinde ‖ in perſona ſocij ‖ aliquid horum acciderit.

¶ Ergo & ex diuerſo, ſi ei, qui ‖ non ‖ ceſſit, aliquid ‖ tale ‖ eorum contigerit, ex integro omnes cedere debebunt: tantum enim tempus eis remiſſum eſt, quo dare facere ‖ poſſunt ‖ vel diuerſis temporibus poſſint: & ideo non poteſt vni, vel vnus cedere.

¶ Idemque dicendum eſt, ‖ & ‖ ſi alter cedat, alter leget ſeruitutes, nam, ſi omnes ſocij legent ſeruitutes, & pariter eorum adeatur hereditas : poteſt dici, vtile eſſe legatum : ſi diuerſis temporibus, inutiliter dies legati cedit: * nec enim ſicut a viuentium, ita & b defunctorum c actus ſuſpendi, receptum eſt.

SI d SERVITVS VINDICETVR, vel ad alium pertinere negetur.

TIT. V.

Cui datur actio de ſeruitute, de ſepulchro, & via ad ſepulchrum

Vlpianus lib. 14. ad Edictum.

ACtiones e de ſeruitutibus ruſticis, ſiue vrbanis, eorum ſunt, quorum prædia ſunt. Sepulchra autem noſtri dominij non ſunt : atquin viam ad ſepulchrum poſſumus vindicare f.

De actione confeſſoria & negatoria. 1. Cui detur confeſſoria. 2. An fructuario detur confeſſoria. 3. Vel interdictum.

2. *Idem* lib. 17 ad Edictum.

DE ſeruitutibus g in rem h actiones competunt nobis (ad i exemplum earum, quæ ad vſumfructum pertinent) tam confeſſoria, quàm negatoria : confeſſoria ei, qui ſeruitutes ſibi k competere contendit : negatoria domino qui negat.

1 ¶ Hæc autem in rem actio confeſſoria nulli alij, quàm domino fundi, competit l: ſeruitutem enim nemo vindicare poteſt, quàm is, qui dominium in fundo vicino habet: cui ſeruitutem dici deberi.

2 ¶ Rectè Neratius ſcribit, ſi medij loci vſusfructus legetur iter m quoque ſequi: per ea ſcilicet loca fundi, per quæ ‖ qui ‖ vſumfructum ceſſit, conſtitueret, quatenus eſt ad fruendum neceſſarium. namque ſciendum eſt, iter n, quod fruendi gratia fructuario præſtatur, non eſſe ſeruitutem: neque enim poteſt ſoli o fructuario ſeruitus deberi, ſed ſi fundo debeatur, & ipſe fructuarius ea vtetur.

3 ¶ Pomponius dicit, fructuarium interdicto p de itinere vti poſſe, ſi hoc anno vſus eſt : alibi enim de iure, id eſt, in confeſſoria actione : alibi de facto, vt in hoc interdicto, quæritur q: quod & Iulianus libro quadrageſimo octauo digeſtorum ſcribit. Pro ſententia Iuliani facit quod Labeo ſcribit, etiam ſi teſtator vſus ſit, qui legauit vſumfructum, debere vtile interdictum fructuario dari : quemadmodum heredi, vel emptori r competunt hæc interdicta.

3. *Idem* lib. 70. ad Edictum.

SEd, & ſi partem fundi quis emerit, idem dicendum eſt ſ.

De iure eius cui ſeruitus debetur. 1. De eo qui habet iter ſine actu, vel contra. 2. De fructibus. 3. Si plurium fundus dominetur. 4. Vel ſeruiat. 5. Quibus ex cauſis datur confeſſoria vel affine remedium. 6. De hauſtu. 7. Cui & aduerſus quem datur negatoria. 8. De ſeruitute ne altius tollatur.

4. *Idem* lib. 17. ad Edictum.

LOci t corpus non eſt dominij ipſius, cui ſeruitus debetur, ſed ius eundi u habet x.

1 ¶ Qui iter ſine actu, vel actum ſine itinere habet actione de ſeruitute vtetur.

2 ¶ In confeſſoria actione, quæ de ſeruitute mouetur, fructus y etiam veniunt.

¶ Sed videamus, qui eſſe fructus ſeruitutis poſſunt & eſt verius, id demum fructuum nomine computandum, ſi quid ‖ ſit, quod ‖ interſit agentis ſeruitute non prohiberi. Sed & in negatoria actione (vt Labeo ait) fructus computantur quanti intereſt petitoris, non vti fundi ſui itinere aduerſarium: & hanc ſententiam & Pomponius probat.

3 ¶ Si fundus cui iter debetur, plurium ſit: vnicuique in ſolidum a competit b actio : (& ita & Pomponius libro quadrageſimo primo ſcribit) ſed in æſtimationem id quod intereſt veniet : ſcilicet, quod eius intereſt, qui experietur. Itaque de iure quidem ipſo ſinguli experientur, & victoria & alijs proderit c: æſtimatio autem ad quod eius intereſt reuocabitur: quamuis per d vnum adquiri ſeruitus non poſſit.

4 ¶ Sed & ſi duorum fundus ſit, qui ſeruit: aduerſus vnumquemque poterit ita agi: & (vt Pomponius libro eodem ſcribit) quiſquis defendit, ſolidum debet reſtituere: quia diuiſionem f hæc res non recipit.

5 ¶ Si quis mihi itineris, vel actus, vel viæ cótrouer-

[illegible] vbi dixi. x Qui maceriam (hoc eſt murum, ſine calce) in ſuo poni patitur, [illegible] donare ſeruitutem non intelligitur. Vnde colligunt, præſumi precarium po- [illegible] tius quàm donationem.
y Qui in ſuo vel ſeruiente prædio maceriam poni precario patitur, ius ſeruitutis ædificanti non concedit : ideóque ſi ædificans maceriam tollere negligit, qui permiſit, eam demoliri poteſt. *l.26. ff. de ſeruitut. vrban. l.29. ff. ad l. Aquil.*
z id eſt, cum ſi ſummo iure velis agere, poſſis etiam ei obijcere, ædificium ſolo cedere. *l.2. C. de rei vindicat.*
a maceriam, ſeu murum ſine calce, ſolo cedere hinc conſtat.
b id eſt, actionem.
c Precario poſſidens, aduerſus concedentem non præſcribit. *l.10. ff. tit. prox.*
d donari ſeruitus poteſt.
e id eſt, non eodem tempore. *verſ. atque ſi eodem tempore. ff. eod.*
f Vnus ſociorum ſeruitutem cedere poteſt: ſed huius ceſſionis vis pendet, donec conſocij cedant *l.6. §.2. ff. eod. l.11. ff. de ſeruit. ruſtic. Zaſ.*
g Imo non pendebit. *l.26. ff. de ſtipulatione ſeruorum.*

de rei vindicat. l.50. in fin. ff. de admin. tut. t Locus ſeruiens non eſt in eius dominio, cui ſeruitus debetur, ſed ius eundi habet. *Eclog. eod. cap. 3.*
u tantum ſcilicet.
x vide *l.30. in fin. ff. de ſeruit. ruſtic.* huius tamen iuris dominus non incipit [illegible] cetur cui ius tale debetur. *l.25. ff. de verborum ſignificatione.*
y *l.6. §.6. ff. eod.* vt & in vſusfructus petitione. *l.5. §. fin. ff. ſi vſusfr. petat.*
z Immò non poſſunt. *l.39. in fin. ff. de ſeruitutibus ruſticorum.* vide [illegible]
a *l.6. §.4. l.17. ff. de ſeruitutibus. l.19. ff. de ſeruitutibus ruſticorum. inf. de arboribus cædendis.*
b aliud in vſufructu, qui pro parte poteſt conſtitui *l.5. ff. de vſufr.* Immò non [illegible]
c *l.10. §.4. infr. de appellat. l.10. inf. quemadmodum ſeruitus.* vide *l. vnicam. C. ſi in communi eademque cauſa.*
d *l.7. ff. de ſeruitut. l.5. ff. comm. præd. l.140. §.1. inf. de verborum obligat.*
e non pro parte, vt in vſufructu. *l.5. in fin. ff. de vſufr.*
f *l.17. ff. de ſeruitut.*

a In pendenti contractus eſſe poſſunt, at non voluntates vltimæ, *Roman. ſingulari* 38.
b & iudiciorum. *l.36. ff. de iudicijs.*
c Imò, defunctorum actus ſuſpendi poſſunt. *l.26. ff. de ſtipul. ſeruorum.*
d vide *l.2. ff. de ſeruitute legata.*
e confeſſoria ſcilicet & negatoria [illegible] 2. *Inſtit. de act.* [illegible] *quibus l.2. ff. eod.*
f licet in ſe non [illegible] cipiat ſeruitutem [illegible] *l.4. ff. comm. præ-dior.* Illa ad ſeruitutem : altera [illegible] libertatem pertinet [illegible] ſeu dirigitur [illegible] formula vtriuſque actionis vide *l.* [illegible] *in fin. ff. de ſeruitutibus.* Illa intendimus ſeruitutem [illegible] bis deberi: hac [illegible] uitutem non [illegible] debere alteri.
g realibus [illegible]
h *v. l.7. ff. eod.*
i Imò [illegible] magis videntur [illegible] quam actiones [illegible] *Paponem* [illegible] *ſtorum* 1. [illegible]
k ratione [illegible] licèt fundo [illegible] quàm perſonæ [illegible] beantur. [illegible] *ſeruitut.* [illegible]
l directo [illegible] lis datur [illegible] *l.16. ff. de* [illegible] vſufructuarius [illegible] *vnic. §.* [illegible] *miſſionibus* [illegible] ficiario. [illegible] *de ſuperficie* [illegible] fidei emp[illegible] *arg. l.18.* [illegible] *Accurſ.*
m iter ſequitur [illegible] tusfructus [illegible] *l.1. §.1.* [illegible] *vſusfr. peta.*
n Iter quod [illegible] di gratia [illegible] ctuario, [illegible] uitus.
o id eſt, [illegible] tantum [illegible] rius, prop[illegible] ſeruitutem [illegible] non poteſt [illegible] fundo [illegible] ſeruitus [illegible] ipſe fructuarius [illegible] vtetur.
p *l.3. §.* [illegible] *nere.*
q Diſtinctio [illegible] *ctionum* [illegible] *dictorum* [illegible] in actione [illegible] iure quæ[illegible] paliter, in [illegible] ctis de [illegible] poſſeſſione [illegible]
r *l.1. §.* [illegible] *aqua quotid.*
ſ quod de [illegible] emptione [illegible]

Pega de ces. legat. c. 2. n. 30 [illegible]

ſiam non faciat : ſed reficere, ſternere *a* non patiatur: Pomponius libro eodem ſcribit, confeſſoria actione mihi vtendum. Nam & ſi arborem impendentem habeat vicinus *b*, qua viam, vel iter inuitum, vel inhabile facit : Marcellus quoque apud Iulianum notat, iter petendum, vel viam vindicandam. Sed de refectione viæ & interdicto vti poſſumus, quod de itinere actúque reficiendo competit: non tamen ſi ſilice quis ſternere velit *c* : niſi nominatim id conuenit.

6 ¶ Sed & de hauſtu, quia ſeruitus eſt, competunt nobis in rem actiones.

7 ¶ Competit autem de ſeruitute actio *d* domino ædificij, neganti ſeruitutem ſe vicino debere, cuius ædes non in totum liberæ ſunt, ſed ei, cum quo agitur, ſeruitutem non debent *e*, verbi gratia; Habeo ædes, quibus ſunt vicinæ Seianæ, & Sempronianæ : Sempronianis ſeruitutem debeo : aduerſus dominum Seianarum volo experiri altius me tollere prohibentem, in rem actione experiar, licèt enim ſeruiant ædes meæ: ei tamen, cùm quo agitur, non ſeruiunt. Hoc igitur intendo, habere me ius altius tollendi, inuito *f* eo, cum quo ago. Quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo.

8 ¶ Si cui omnino altius tollere non liceat : aduerſus eum rectè agetur, ius ei non eſſe tollere. Hæc ſeruitus & ei qui vlteriores ædes *g* habet, deberi poterit.

5. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

ET ideo, ſi inter meas & Titij ædes, tuæ ‖ædes‖ intercedant, poſſum Titij ædibus ſeruitutem imponere, *ne liceat ei altius tollere*, licèt tuis non imponatur : quia donec tu non extollis, eſt vtilitas ſeruitutis.

1. De poſſeſſore. 2. De ſeruitute oneris ferendi. 3. Qualis eſt hæc actio, cui datur, & aduerſus quem. 4. De ædibus communibus. 5. De modo refectionis. 6. De fructibus. 7. Si paries melioretur, vel deterioretur.

6. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

ET ſi fortè qui medius eſt, quia ſeruitutem non debebat, altius extulerit ædificia ſua, vt iam ego non videar luminibus tuis obſtaturus, ſi ædificauero, fruſtrà intendes, *ius mihi non eſſe ita ædificatum habere, inuito te*. Sed, ſi intra tempus ſtatutum rurſus depoſuerit ædificium ſuum vicinus, renaſcetur tibi *h* vindicatio.

1 ¶ Sciendum tamen in his ſeruitutibus poſſeſſorem eſſe eum iuris, & petitorem. Et ſi fortè non habeam ædificatum altius in meo, aduerſarius meus poſſeſſor eſt. Nam, cùm nihil ſit innouatum, ille poſſidet, & ædificantem me prohibere poteſt, & ciuili actione, & interdicto, *quod vi aut clam*: idem, & ſi lapilli iactu *i* impedierit. Sed & ſi, patiente eo, ædificauero, ego poſſeſſor ero effectus.

2 ¶ Etiam de ſeruitute, quæ oneris ferendi cauſa impoſita erit, actio nobis competit : *vt k & onera ferat, & ædificia reficiat ad eum modum, qui ſeruitute impoſita comprehenſus eſt*, & Gallus putat, non poſſe ita ſeruitutem imponi, *vt quis facere aliquid cogeretur*: ſed *l*, *ne me facere prohiberet*. nam * in *m* omnibus *n* ſeruitutibus refectio ad eum pertinet, qui ſibi ſeruitutem aſſerit, non ad eum, cuius res ſeruit. Sed eualuit Seruij ſententia in propoſita ſpecie, vt poſſit quis defendere, *ius ſibi eſſe, cogere aduerſarium reficere parietem ad onera ſua ſuſtinenda*. Labeo autem, hanc ſeruitutem non hominem debere, ſed rem: denique licere *o* domino rem *p* derelinquere *q*, ſcribit.

3 ¶ Hæc autem actio in rem magis eſt, quam in perſonam : & non alij *r* competit, quàm domino ædium, ‖&‖ aduerſus dominum: ſicuti cæterarum ſeruitutum intentio.

4 ¶ Si ædes plurium dominorum ſint, an in ſolidum agatur, Papinianus libro 3. Quæſtionum : tractat? & ait ſingulos dominos in ſolidum *ſ* agere, ſicuti de cæteris ſeruitutibus, excepto *t* vſufructu *u* : ſed non idem reſpondendum inquit, ſi communes ædes eſſent, quæ onera vicini ſuſtinerent.

5 ¶ Modus autem refectionis in ‖hac actione ad eum modum pertinet, qui in ſeruitute impoſita continetur : fortè vt reficiat lapide quadrato, vel lapide ſtructili, vel quovis alio opere, quod in ſeruitute dictum eſt *x*.

6 ¶ Veniunt & fructus *y* in hac actione, id eſt commodum, quod haberet, ſi onera ædium eius vicinus ſuſtineret.

7 ¶ Parietem autem meliorem quidem, quàm in ſeruitute impoſitum eſt, facere licet. Deteriorem ſi facit, aut per hanc actionem, aut per operis noui nuntiationem *z* prohibetur.

Euentus horum iudiciorum.

7. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

HArum actionum *a* euentus hic eſt, vt victori officio iudicis aut res præſtetur, aut *b* cautio. Res ipſa hæc eſt, vt iubeat aduerſarium iudex emendare vitium parietis, & idoneum præſtare: cautio ‖hæc eſt, ‖ *vt eum iubeat de reficiendo pariete cauere, neque ſe, neque*

a v leg. 4. ĵ. *de itinere*.
b vel ſi quod aliud faciat quo via corrumpatur, *l. 11. de aqu. pluu.*
c nec enim ita reſtitui debet, *l. 17. §. 1. ĵ. de aqua pluuia.*
d Quæ? negatoria. *Bald.* Imò confeſſoria. *Fulgoſius.*
e vt nemo ad agendum admittitur, niſi ius agendi habeat, *l. 29. ſ. de negotiis.* ita nemo reſtituere tenetur, niſi ei qui ſuam implet intentionem, *l. 28. C. de rei vindic.*
f adde quæ notaui ad *l. 8. ĵ de vi.*
g *v. l. 7. §. 1. ſ. comm. prædior.*
h renaſcitur tacitè interdum ſeruitus, adde *l. 9. ſ. comm. prædiorum.*
i de quo *v. l. 5. §. 10. ĵ. de noui operis nunt.*
k forma libelli in actione confeſſoria ſeruitutis oneris ferendi.
l *l. 15. in fin. ſ. de ſeruit.*
m 58. *Ecl. 5. c. 6.*
n eſt ergo ſpecialis caſus in *l. 33. ſ. de ſeruit. vrb.*
o Derelinquere prædium ſeruiens, eius dominus poteſt, atque ita ſeruitutis præſtationem euitare, Galli, *deguerpir* appellant.
p domum derelinquens non reficit, *Ecl. d. c. 6.*
q adde *l. 48. l. 64. ſ. de vſufruct. & quemadm.*
r *v. l. 2. §. 1. ſ. eod.*
ſ *v. l. 4. §. 3. ſ. eo.* An & excipienda ſeruitus oneris ferendi? *v. Cuiac. ad l. 85. ĵ. de verb. oblig.*
u qui diuidi poteſt, cùm cæteræ ſeruitutes ſint indiuiduæ, *l. 1. §. 9. ĵ. ad l. Falc.*
x ſi id deſit, conſuetudo ſeruabitur, *l. 17. §. 1. ĵ. de aqua pluuia.*
y *v. l. 4. §. 2. ſ. eo.*
z *l. 15. ſ. de ſeruit.*

a Euentum actionis de ſeruitute oneris ferendi & altius non tollendi obſerua.
b Cautio rei nomine interpoſita, rei ipſius loco acce eſt : vt cui cautum ſit rei nomine, rem habere videatur, *v. l. 2. ſ. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſum.*

a ſucceſſores ſuos prohibituros altius tollere, ſublatumque habere, &, ſi cauerit, abſoluetur: ſi verò neque rem præſtat, neque cautionem; tanti condemnet quanti actor in litem iurauerit *b*.

De fultura ædificiorum quibus ſeruitus oneris ferendi debetur.

1. De ſeruitute tigni immittendi, ſupráque aliquid habendi. 2. Quid interſit inter ſeruitutem oneris ferendi, & ſeruitutem tigni immittendi. 3. Diſtinctio poſſeſſoris & petitoris. 4. De euentu iudicij. 5. De ſeruitute fumi, aquæ, vel alius rei immittendæ. 6. De ſeruitute, vt quis in ſuo facere poßit, vel non. 7. De cuniculo pergente in ædes vicini.

8. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

SIcut autem refectio parietis ad vicinum *c* pertinet; ita *d* fultura ædificiorum vicini : cui ſeruitus debetur quandiu paries reficietur, ad inferiorem vicinum non debet pertinere. Nam, ſi non vult ſuperior fulcire, deponat, & reſtituet, cùm paries fuerit reſtitutus *e*. Et hic quoque, ſicut in cæteris ſeruitutibus, actio contraria *f* dabitur: hoc eſt, ius tibi non eſſe me cogere.

1 ¶ Competit mihi actio aduerſus eum, qui ceſſit mihi ‖ talem ſeruitutem, vt in parietem eius tigna immittere mihi liceat, ſupráque ea tigna (verbi gratia) porticum *g* ambulatoriam facere, ſupérque eum parietem columnas ſtructiles *h* imponere quæ tectum porticus ambulatoriæ ſuſtineant.

2 ¶ Diſtant autem hæ actiones *i* inter ſe: quòd ſuperior quidem locum habet etiam ad compellendum vicinum *k* reficere parietem ‖ meum: *h* ‖ hæc verò locum habet ad hoc ſolum, vt tigna ſuſcipiat : quod non eſt contra genera ſeruitutum.

3 ¶ Sed ſi quæritur, quis poſſeſſoris, quis petitoris partes ſuſtineat; ſciendum eſt, poſſeſſoris partes ſuſtinere, ſi quidem tigna immiſſa ſint, eum, qui ſeruitutem ſibi deberi ait *m* : ſi verò non ſunt immiſſa, eum qui negat.

4 ¶ Et ſi quidem is obtinuerit qui ſeruitutem ſibi defendit, non debet ei ſeruitus cedi : ſiue rectè pronunciatum eſt, quia habet : ſiue perperam, quia per *n* ſententiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt declarari. Planè ſi non vtendo amiſit dolo malo domini ædium, poſt litem *o* conteſtatam, reſtitui ei oportet, quemadmodum placet in domino ædium.

5 ¶ Ariſto Cerellio Vitali reſpondit *p* non putare ſe, ex taberna caſearia *q* fumum *r* in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe, niſi ei rei ſeruitus talis admittatur. Idémque ait, & ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet. * in ſuo enim alij hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat : fumi autem, ſicut aquæ, eſſe immiſſionem : poſſe igitur ſuperiorèm cum inferiore agere, ius illi non eſſe id ita facere. Alfenum denique ſcribere ait poſſe ita agi, *ius illi non eſſe in ſuo lapidem cadere, vt in meum fundum fragmenta cadant* : dicit igitur Ariſto, eum, qui tabernam caſeariam à Minturnenſibus conduxit à ſuperiore prohiberi poſſe fumum immittere : ſed Minturnenſes ei ex conducto teneri. Agíque ſic poſſe dicit cum eo, qui eum fumum immittat, *ius ei non eſſe fumum immittere*: ergo per contrarium agi poterit, *ius eſſe* ‖ *fumum immittere.* ‖ quod & ipſum videtur Ariſto probare. Sed & interdictum *vti ſ poßidetis* poterit locum habere, ſi quis prohibeatur, qualiter velit ſuo vti *t*.

6 ¶ Apud Pomponium dubitatur libro 41. lectionum, an quis poſſit ita agere *licere fumum u non grauem, puta ex foco, in ſuo facere, aut non licere?* Et ait, magis non poſſe agi, ſicut agi non poteſt *x*, ius eſſe in ſuo ignem facere, aut ſedere, aut lauare.

7 ¶ Idem in diuerſum probat: nam & in *y* balneis (inquit) vaporibus *z*, cùm Quintilla cuniculum pergentem in Vrſi Iulij † inſtruxiſſet, placuit, potuiſſe tales *a* ſeruitutes imponi.

Si ædificetur in loco ſeruiente. 1. Si quis plus vtatur quàm debet, aut minus.

9. *Paulus* libro 21. ad Edictum.

SI eo loco per quem iter mihi debetur, tu ædificaueris: poſſum intendere, *ius mihi eſſe ire agere* b. quod ſi probauero, inhibebo opus tuum. ¶ Item Iulianus ſcripſit : ſi vicinus, in ſuo ædificando effecerit *c*, ne ſtillicidium meum reciperet : poſſe me agere de iure meo, *id eſt, ius eſſe immittendi ſtillicidium* d : ſicut in via

a nam Mutianæ cautionis vtilitas conſiſtit in conditionibus quæ non faciendo conſiſtunt. *leg. 7. ĵ. de cond. & demonſtr.*
b Cur ita collige ex *l. 2. in fin. l. 5. ĵ. de in litem iur.*
c i. eum à quo ſeruitus debetur, *v. l. 32. ſ. de ſeruit. vrb. & l. 6. §. 2. ĵ. eod.*
d ſuperior fulcire debet : aut ſua diruere, donec vterque parietem ſuū reficit. 58. *Ecl. 5. c. 7.*
e atque ita reuiuiſcit ius ſeruitutis, *vt l. 6. ſ. c. l. 34. 35. ſ. de ſeru. ruſt.*
f ἀντιδεικτικὴ ἀγωγὴ, actio negationem opponens, *d. c. 7.*
g διαπεριπατητικὸν σκεπαστὸν. 58. *Ec. 5. c. 8.* adde *leg. 242. §. 2. ĵ. de verbor. ſign.*
h ſtructiles colūnæ quid eſſent, dixi *l. 6. §. 5. eod.*
i oneris tui ferendi, & tigni tui ſuſtinendi.
k i. eum qui ſeruitutem debet, *d. l. 31.*
l i. mihi ſeruientem, *meum* ita accipitur interdum. *l. 32. ĵ. de reb cred. leg. 1. in fin. ĵ. quod cum eo.*
m & hoc quidem ſpeciale eſt. Nam in realibus ordinarium eſt, vt qui non poſſidet agat. *l. 12. in fin. ĵ de acquir. poſſeſſ.* v. quæ notaui ad §. 2. *Inſt. de act.*
n Officium iudicis arguit antecedentem partium obligationem.
o adde *l. 18. ſ. de rei vind.*
p Fumum ex fullonica, vel fumario balnei in vicinum immittere, vel ſterquilinium, vel aquam proiicere non licet, 2. *Har. 4. §. 83.*
q in qua ſolent caſei maligni ligni vel culmi fumo colorari. *v. Columel. 8.* his enim fumus gratiam interdum addit. 21. *Plin. 42.* huiuſmodi fumum citra ſeruitutem immittere non licet, *vt hic Martialis in Xeniis.* Non quemcunque locum nec fumum caſeus omnem : ſed Velabrenſem qui bibit, ille ſapit. adde Briſſonium 4. *ſelect. 15.*
r multo minus animo iniuriæ inferendæ, *l. 44. ĵ. de iniur.* adde huic tractatui §. 6. 7. ĵ. c. *l. 17. in fin. ĵ. eo.* & ſi aër peſtilentioſus reddatur tali odore, *v. l. 2. §. 29. ĵ. ne quid in loco publico.* idem dicendum ſi ex ſterquilinio talis odor reddatur, *l. 17. in fin. h. tit.* Nam in graui odore idem ſentiendum, 2. *Har. 4. §. 83. in fin.* † Fumum in ſuperiora : aquam in inferiora loca citra ius ſeruitutis immittere non poſſumus. *Ecl. eo. c. 8. & Har. 2. §. 83.*
ſ v quæ notaui ad *l. 1. §. 6. ĵ. vti poßidetis.* Interdicto vti poſſidetis ſeu retinendæ poſſeſſionis agens ſe poſſidere ait, & in ſua poſſeſſione turbari conqueritur. Itaque vt contrarius audiendus non eſt v. Soc. *reg. 129.*
t *l. 1. §. 4. ĵ. de aqua pluuia.*
u καπνὸν ἐλαφρὸν, fumum leuem ex foco facere licet. ſicut & ius eſt in ſuo ſedere ac lauare 58. *Ecl. 5. 8.*
x poterit etiam iniuriarum agere, *v. l. 13. §. vlt. l. 14. ĵ. de iniur.*
y ἐπὶ δὲ τοῦ καπνοῦ τοῦ γυλαρίου. in balinei fumo, ſeruitus imponitur ad c. 8.
z adde *l. 15. ſ. de ſeruit.* fortè legendum *vaporariis.* † Græcus mos dicendi vt apud Ciceronem per Varronis, per locuſtæ; in Saturni ad Concordiæ.
a *v. l. 9. ſ. de ſeruit. vrb.*
b *v. l. 13. §. 1. ſ. de ſeruit. ruſtic.*
c *v. l. vlt. ſ. de ſeruit. vrb.*
d ςαλακτικὸν κεράμιον, *Ecl. eo. c. 9.*

a πλατεῖαν ὁδὸν viam latam, d. c. 9.
b quæ vt ſubſidiaria dari ſolet, quoties alia deficit. adde l. 5. in fi. §. quib. mod. vſusfruct.
c l. 11.]. quemadm. ſeruit. amitt.
d i. longo tempore ſeruitus vſu diuturno acquiritur, vt hic. at non vſucapitur. Nam aliud eſt vſucapere, aliud vſu diuturno acquirere. Vectigalia, tributaria, & ſtipendiaria prædia vſucapi non poſſunt, longo tempore acquiri poſſunt, l. 12. §. 2.]. de Publiciana, l. 15. §. 26.]. de damno. Vſucapio poſſeſſionem exigit lõgi temporis, poſſeſſio quaſi poſſeſſione contenta eſt. Illa directam hæc vtilem actionem parit. Illa ſine titulo non procedit, in hac titulum doceri non eſt neceſſe, v. Cuiac. ad l. 2.]. de vſucap.
† Vtilitatis cauſa receptum eſt vt ſeruitutes vſucaperentur, vt hic. & l. 1. 2. C. aliàs, earum natura id minimè patitur, & lex etiam Scribonia vel Voconia repugnat, l. 4. in fi.]. de vſu. v. Gorraſium 5. Miſcell. 5.
e v. l. vlt.]. de aqua pluuia.
f id eſt, de ſuo titulo. Sic enim Accurſius interpretatur, vel ſaltem neceſſario allegãdum eſſe titulum, non tamen requiri vt probetur directo, ſed per vſum à quo Duarenus 1. diſput. 34. diſſentit, exiſtimans his verbis ſignificari non cogi probare ſibi acquiſitam eſſe iure ſeruitutem his modis quibus iure ciuili acquiritur puta à domino prædij venditam, donatam, legatam, v. Balb. 4. de præſcript. 2. qu. 2.

Sed ſi quidem nondum ædificauit: ſiue vſumfructum ſiue viam *a* habet: *ius ſibi eſſe non ire agere, vel frui intendere poteſt*, quòd ſi iam ædificauit dominus: is, qui iter & actum habet, adhuc poteſt intendere ius ſibi eſſe: fructuarius autem non poteſt: quia amiſit vſumfructum. Et ideo de dolo *b* actionem dandam hoc caſu Iulianus ait. Contra ſi in itinere, quod per fundum tibi debeo, ædifices: rectè intendam *ius tibi non eſſe ædificare, vel ædificatum habere*: quemadmodum ſi in area mea quid ædifices.

1 ¶ Qui latiore via vel anguſtiore vſus eſt, retinet ſeruitutem *c*: ſicuti qui aqua, ex qua ius habet vtendi, alia mixta vſus eſt, retinet ius ſuum.

De diuturno vſu, & longa poſſeßione ſeruitutis. 1. Qui tenentur confeſſoria.

10. *Vlpianus* lib. 53. ad Edictum.

SI quis diuturno *d* vſu & longa quaſi poſſione, ius aquæ ducendæ nanctus ſit †: non eſt ei neceſſe docere *e* de iure *f*, quo aqua conſtituta eſt, veluti ex legato, vel alio modo: ſed vtilem habet actionem: vt oſtendat *g per annos fortè tot vſum ſe, non vi h, non clam i, non precario* k ‖*poſſediſſe.*‖

1 ¶ Agi autem hac actione poterit non tantum cum eo, in cuius agro aqua oritur, vel per cuius fundum ducitur, verumetiam cum omnibus agi poterit, quicumque aquam ‖non‖ ducere impediunt, exemplo cæterarum ſeruitutum.

¶ Et generaliter, quicumque *l*, aquam ducere impediat, hac actione cum eo experiri potero.

De eo qui ſociis inuitis ædificat in loco communi.

11. *Marcellus* lib. 6. Digeſtorum.

AN vnus ex ſociis in communi loco inuitis cæteris iure ædificare poſſit, id eſt, an ſi prohibeatur à ſociis, poſſit cum his ita experiri, *ius ſibi eſſe ædificare*: & an ſocij cum eo ita agere poſſint, *ius ſibi prohibendi eſſe*, vel *m*, *illi* ‖*ius*‖ *ædificandi non eſſe*: & ſi ædificatum iam ſit, non poſſit cum eo ita experiri, *ius tibi non eſſe ita ædificatum habere*: quæritur? Et magis dici poteſt, * prohibendi *n* potius quàm faciendi *o*, eſſe ius ſocio; quia ‖magis‖ ille, qui facere conatur ‖ (vt dixi) ‖ quodammodo ſibi alienum quoque ius præripit, ſi quaſi ſolus ad ſuum arbitrium vti iure communi velit.

De tignis non immittendis.

12. *Iauolenus* lib. 2. Epiſtolarum.

EGi, *ius illi non eſſe tigna in parietem meum immiſſa habere*, an & de futuris non immittendis cauendum eſt? Reſpondi: Iudicis officio *p* contineri puto, vt de futuro *q* quoque opere caueri debeat *r*.

Si fiſtulæ ruptæ parietem vicini inundent.

13. *Proculus* lib. 5. Epiſtolarum.

FIſtulas, quibus aquam duco in via publica habeo: & hæ ruptæ *ſ* inundant parietem tuum, puto, poſſe te mecum rectè agere, *ius mihi non eſſe flumina ex meo in tuum parietem fluere.*

De tignis non immittendis. 1. Si paries opere facto inclinetur.

14. *Pomponius* libro 33. ad Sabinum.

SI, cùm meus proprius eſſet paries, paſſus *t* ſim ‖te‖ immittere tigna; quæ antea habueris: ſi noua velis immittere, prohiberi à me poteſt: imò etiam agere tecum potero, *vt ea, quæ noua immiſeris, tollas u*.

1 ¶ Si paries communis, opere abs te facto, in ædes meas ſe inclinauerit *x*: potero tecum agere, *ius tibi non eſſe parietem illum ita habere.*

De tutore vel curatore.

15. *Vlpianus* libro 6. Opinionum.

ALtius ædes ſuas extollendo: vt luminibus domus minoris annis 25. vel impuberis, cuius curator, vel tutor erat, officiatur, efficit. Quamuis hoc quoque nomine actione ipſe, heredéſque teneantur: quia * quod alium facientem prohibere ex officio neceſſe habuit, id ipſe committere non debuit: tamen & aduerſus poſſidentem eaſdem ædes danda eſt impuberi, vel minori actio: *vt quod non iure factum eſt, tollatur y.*

g Seruitutes diuturno vſu, & longa quaſi poſſeſſione acquiruntur, *l. 28.]. de ſeruit. vrban. l. 1. §. vlt.]. de aqua pluu. l. 5. §. pen.]. de itinere, l. 1. l. 2. C. de ſeruitut. v. Balbum ibid. q. 1. 3. 4. 5.* & deinceps.
h His tribus modis ſeruitus mala fide poſſidetur. Hæc tria vitia ſi abſint, poteſt ſeruitus acquiri non ipſo iure, ſed prætoris fictione non decreto iudicis, ſed vtiliter.
i Scientia hic non requiritur, *l. vlt. C. de præſcript. long. temp. l. 2. C. de ſeru. & aqua, l. 5. §. ſed &]. quod vi. Balbus d. q. 1.*
k *l. 17. in fin.]. comm. prædior.*
l *v. l. 3. C. de ſeruitutib.*
m Negatoria poteſt concipi verbis affirmatiuis vel negatiuis.
n Diſſentientis & prohibentis ſocij potior eſt conditio: adde *l. Sabinus]. com. diuid.* vel ſic: Qui conſortem habet, liberam poteſtatem non habet.
o *l. 28.]. comm. diuid.*
p de quo *v. l. 7.]. eo.*
q *v. l. 7.]. eo.*
r *l. 18.]. de ſeruit. vrb.*
ſ indirecto etiam in alienum quid immittere non licet.
t num ſimpliciter vt vetus interpres Richardus putat? an iure ſeruitutis? agitur enim hoc titulo, non de precario, ſed de ſeruitute? Prior ſententia probabilior videtur: vt patientia in vno præiudicium in altero non afferat.
u *l. 8. C. de ſeruitutib.*
x *l. 26.]. de ſeruit. vrban.*
y *l. 5. l. 9. C. de ſeruitutib.*

De titulo & quaſi poſſeſſ. ſeruitutis.

16. *Iulianus* lib. 7. Digeſtorum.

SI à te emero, *vt mihi liceat, ex ædibus meis in ædes tuas ſtillicidium immittere*: & poſtea, te ſciente, ex cauſa emptionis immiſſum habeam: quæro, an ex hac cauſa, actione quadam, vel *a* exceptione tuendus ſim? Reſpondi vtroque *b* auxilio me vſurum.

De pariete procumbente in domum vicini. 1. De poſitis in loco ſeruiente. 2. De ſterquilinio iuxta vicini parietem.

17. *Alfenus* lib. 2. Digeſtorum.

SI quando inter ædes binas paries eſſet, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domum ſemipedem, aut amplius procumberet *c*: agi oportet, *ius non eſſe, illum parietem ita proiectum in ſuum eſſe inuito ſe.*

1 ¶ Cum in domo Gaij Seij locus quidam ædibus Annij ita ſeruiret, *vt in eo loco poſitum habere ius Seio non eſſet*: & Seius in eo ſiluam *d* ſeuiſſet, in qua labra *e*, & [teneas] *f* cucumellas *g* poſitas haberet: Annio conſilium omnes iuriſperiti dederunt: vt cum eo ageret, *ius ei non eſſe in eo loco ea poſita habere inuito ſe.*

2 ¶ Secundum *h* cuius parietem vicinus ſterculinum *i* fecerat, ex quo paries madeſcebat, conſulebatur quemadmodum poſſet vicinum cogere, vt ſterculinum *k* tolleret? Reſpondi, ſi in loco publico id feciſſet, per interdictum *l* cogi poſſe: ſed ſi in priuato, de ſeruitute agere oportere: ſi damni infecti ſtipulatus eſſet, poſſe per eam ſtipulationem *m*, ſi quid ex ea re ſibi damni datum eſſet, ſeruare.

Si dominus prædij ſeruientis, ſui poteſtatem non faciat.

18. *Iulianus* lib. 6. ex Minicio.

IS: cuius familia vicinum prohibebat aquam ducere, ſui poteſtatem non faciebat, ne ſecum agi poſſet: quærit actor, quid ſibi faciendum eſſet? Reſpondi oportere prætorem, cauſa cognita, *iubere bona aduerſarij poßideri n, & non ante inde diſcedere, quam is actori ius aquæ ducendæ conſtituiſſet: & ſi quid, quia aquam ducere prohibitus eſſet, ſiccitatibus detrimentis cepiſſet*, veluti ſi prata arboréſue exaruiſſent.

Si ſententia de communi ſeruitute contra vnum lata fuerit.

19. *Marcianus* lib. 5. Regularum.

SI de communi ſeruitute quis bene quidem deberi intendit, ſed aliquo modo litem perdidit culpa ſua: non eſt æquum, hoc cæteris damno eſſe: ſed, ſi per colluſionem *o* ceſſit litem aduerſario, cæteris dandam eſſe actionem de dolo Celſus ſcripſit. Idque ait Sabino placuiſſe.

De fundo legato, & caſis ei iunctis. 1. De iure compaſcui.

20. *Scæuola* lib. 4. Digeſtorum.

TEſtatrix fundo *p*, quem legauerat, caſas iunctas habuit: quæſitum eſt, ſi hæ fundo legato non cederant, eúmque legatarius vindicaſſet, an iſte fundus aliquam ſeruitutem caſis *q* deberet: aut ſi, ex fideicommiſſi cauſa eum ſibi dari legatarius deſideraret, heredes ſeruitutem aliquam *r* caſis excipere deberent? Reſpondi, deberi *ſ*.

1 ¶ Plures ex municipibus, qui diuerſa prædia poſſidebant, ſaltum communem, *vt ius compaſcendi t haberent*, mercati *u* ſunt: ídque etiam à ſucceſſoribus eorum eſt obſeruatum *x*: ſed nonnulli ex his, qui hoc ius habebant, prædia ſua illa propria venum dederunt. Quæro, an in venditione etiam ius illud ſecutum ſit prædia, cùm eius voluntatis venditores fuerint, vt & ‖ hoc alienarent? Reſpondi, id obſeruandum, quod actum inter contrahentes eſſet *y*. ſed ſi voluntas contrahentium manifeſta non ſit, & hoc ius ad emptores tranſire *z*.

¶ Item quæro, an, cùm pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem tranſmiſſa ſit, aliquid iuris ſecum ‖ huius ‖ compaſcui traxerit? Reſpondi: cùm id quoque ius fundi, qui legatus eſſet, videretur: id quoque ceſſurum legatario.

De aqua quærenda & ducenda.

21. *Labeo* lib. 1. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI qua aqua nondum apparet, eius iter ductus conſtitui non poteſt. † paulus: Imò puto, idcirco id falſum eſſe, quia cedi *a* poteſt, vt aquam quæreres, & inuentam ducere liceret.

a *l. 9.]. eo.* Ex titulo & quaſi poſſeſſione ſeruitutis conſequimur actionem & exceptionem.
b actionis, cum venditor poſſidet: exceptionis, cum ipſe, i. emptor poſſidet.
c *l. 14. in fin.]. eo.*
d i. Viridarium, *Cuiac. 10. obſ. 15.*
e Galli, *Cuue, Tinette, bagnoire.*
f alij terreas vel areas legunt. *Cuiac. 10. obſ. 15.* leues vel lines, *v. l. 15.]. de act. empt.* quid ſi tinas legamus quibus vtebantur Romani ad compluuium? *Varro 4. de lingua.* & in conuiuiis, *idem Varro 1. de vita populi Romani.*
g Vaſis genus eſt Cucumella, *l. 1. §. pen.]. de ſicar.* Galli *paëlon de fer ou d'airain.*
h ſterculini à vicino ita facti, vt meus paries madeſcat, nomine ergo ex interdicto, ſi in publico factum ſit: de ſeruitute, ſi in priuato: damni infecti, ſi damni infecti ſtipulatus ſum. *Ecl. eo. c. 18.*
i Idem ſi terram congeſſit, *l. 57.]. locati.*
k v. quæ notaui ad *l. 8. §. 5.]. eod.*
l ne quid in loco publico, *l. 2.]. ne quid in loco publ.*
m *l. 18. l. 29.]. de ſeruit. vrban.*
n *l. 45.]. de damno infecto.*
o adde *l. 7. §. pen.]. de dolo.*
p per quem ſolebat ire ad caſas. *Accurſ.*
q Ruſticum prædium vrbano ſeruire poteſt, vt hic.
r puta itineris.
ſ *v. l. 41.]. de ſeru. vrb.*
t Compaſcendi ius confeſſoria peti debet, *v. Capolam lib. de ſeruit. ruſt. de iure paſcendi & Balbum 4. de præſcript. 2. q. 3.*
u prædium vniuerſitatis poteſt ſeruire prædiis priuatorum.
x ius compaſcendi tranſit ad ſucceſſores.
y i. ius compaſcendi emptum alteri cedi poteſt.
z ſeruitutes domini mutatione non pereunt, *v. l. 23. §. 2.]. de ſeruit. ruſtic.*
† hoc mox corrigitur, *v. l. 10.]. de ſeruitutib.*
a Futuræ aquæ ius acquiri poteſt vt hic. Ita futuro ædificio ſeruitus acquiri poteſt, *l. 23. in fi.]. de ſeruit. vrban.*
b 58. *Ecl. 6.* [illegible]

QVEMADMODVM *b* SERVITVTES amittuntur.

TIT. VI.

De confuſione.

Gaius lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

Seruitutes

SEruitutes prædiorum confunduntur, ſi idem vtriuſque prædij dominus eſſe cœperit *a*.

Si iter & actum habens, tantum ierit.

2. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

QVi iter, & actum habet, ſi *b* ſtatuto tempore tantum ierit, non periſſe actum, ſed manere Sabinus, Caſſius, Octauenus aiunt: nam ire quoque per ſe eum poſſe, qui actum haberet.

De morte & cap. deminutione.

3. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

IVra prædiorum *c* morte, & capitis deminutione non *d* perire, vulgo traditum eſt *e*.

Si quis itinere ad ſepulchrum non vtatur.

4. *Paulus* lib. 27. ad Edictum.

ITer *f* ſepulchro debitum non vtendo, nunquam amittitur *g*.

De ſocio fructuario, & bonæ fidei poſſeſſore.

5. *Idem* libro 66. ad Edictum.

SEruitus *h* & per ſocium *i*, & fructuarium, & bonæ fidei poſſeſſorem *k* nobis retinetur.

De diuiſione fundi.

6. *Celſus* lib. 5. Digeſtorum.

NAm ſatis eſt fundi nomine *l* itum eſſe.

2 ¶ Si ego via quæ nobis per vicini fundum debebatur, vſus fuero: tu autem conſtituto tempore ceſſaueris: an ius tuum amiſeris? & è contrario: ſi vicinus, cui via per noſtrum fundum debebatur, per meam partem ierit, egerit, tuam partem ingreſſus non fuerit: an partem tuam liberauerit? ‖Celſus‖ reſpondit: Si diuiſus *m* eſt fundus inter ſocios regionibus: quod ad ſeruitutem attinet, quæ ei fundo debebatur, perinde eſt atque ſi ab initio duobus fundis debita ſit: & ſibi quiſque dominorum vſurpat *n* ſeruitutem, ſibi non vtendo deperdit: nec *o* amplius in ea re cauſa " eorum fundorum miſcentur: nec ſi vlla iniuria ei, cuius fundus ſeruit, imò ſi quo melior: quoniam alter dominorum, vtendo, ſibi, non toti fundo, proficit.

¶ Sed ſi is fundus, qui ſeruierit, ita diuiſus eſt *p*, pluſculum dubitationis ea res habet. nam ſi certus ac finitus viæ locus eſt: tunc ſi per *q* longitudinem eius fundus diuiſus eſt, eadem omnia ſeruanda erunt, quæ ſi initio conſtituendæ eius ſeruitutis ſimiliter hi duo fundi fuiſſent *r*. Si verò per latitudinem viæ fundus diuiſus eſt, (nec multum refert, æqualiter id factum eſt, an inæqualiter) tunc manet idem ius ſeruitutis, quod, fundo indiuiſo, fuerat *ſ*. nec aut vſu *t* detineri, aut, non vtendo deperire, niſi tota via poterit. nec ſi fortè inciderit, vt ſemita quæ per alterum dumtaxat fundum erit vteretur, idcirco alter fundus liberabitur: quoniam vnum, atque eo modo indiuiduum viæ ius eſt. Poſſunt tamen alterutrum fundum liberare, ſi *u* modò hoc ſpecialiter conuenit. Certè ſi is, cui ſeruitus debebatur, alterum ex ea diuiſione fundum redemerit *x*, num ideo minus ea re fundi alterius ſeruitus permanebit? Nec video, quid abſurdi conſecuturum ſit eam ſententiam, fundo altero manente ſeruo: ſi modò & ab initio potuit *y* anguſtior conſtitui via, quàm lege *z* finita eſt. & adhuc id loci ſupereſt in eo fundo cui remiſſa ſeruitus non eſt, vt ſufficiat viæ. quod ſi minus loci ſupereſt, quam viæ ſufficiat, vterque fundus liberabitur: alter propter redemptionem alter, quia *a* per eum locum qui ſupereſt, via conſtitui non poteſt. Cæterum ſi ita conſtitutum eſt ius viæ, vt per quamlibet partem fundi ire agere liceat: idque vel ſubinde mutare, " nihil prohibet, " atque ita diuiſus eſt fundus: ſi per quamlibet eius partem æquè ire, atque agi poſſit, tunc perinde obſeruabimus atque ſi ab initio duobus fundis duæ ſeruitutes iniunctæ fuiſſent: vt altera retineri, altera non vtendo poſſit deperire.

¶ Nec me fallit *b*, alieno facto ius alterius immutatum iri: quoniam ante ſatius fuerat, per alteram partem ita ire agere, vt idem ius ei in altera parte fundi retineretur. Contra, illud commodum acceſſiſſe ei cui via debebatur, quod per duas pariter vias ire agere poſſit, biſque octonos in porrectum, & ſenos denos in anfractum.

De ſeruitute cuius vſus non eſt continuus.

7. *Paulus* lib. 13. ad Plautium.

SI ſic conſtituta ſit aqua, vt vel *c* æſtate ducatur tantum, vel vno menſe, quæritur quemadmodum non vtendo amittatur: quia non eſt continuum tempus: quo cum vti non poteſt, non ſit vſus. itaque & ſi alternis annis, vel menſibus quis aquam habeat: duplicato *d* conſtituto tempore amittitur. Idem & de itinere cuſtoditur *a*. ſi verò alternis diebus, aut die tantùm, aut tantùm nocte: ſtatuto legibus tempore amittitur; quia vna ſeruitus eſt. nam ſi & alternis horis *b*, vel vna hora quotidie ſeruitutem habeat: Seruius ſcribit, perdere eum, non vtendo, ſeruitutem; quia, id quod habet, quotidianum ſit.

Si quis in loco ſeruiente permiſerit aliquid facere. 1. Si quis per partem itineris eat.

8. *Idem* lib. 15. ad Plautium.

SI ſtillicidij immittendi ius habeam in aream tuam: & permiſero *c* ius tibi in ea area ædificandi: ſtillicidij immittendi ius amitto. Et ſimiliter ſi per tuum fundum via mihi debeatur: & permiſero tibi, in eo loco per quem via mihi debetur, aliquid facere, amitto ius viæ.

1 ¶ Is: qui per partem *d* itineris it, totum ius vſurpare videtur.

Si aqua per partem aquagij influxerit.

9. *Iauolenus* lib. 3. ex Plautio.

AQua.

SI in partem aquagij *e* influxit, etiam ſi non ad vltima loca peruenit, omnibus tamen partibus vſurpantur †.

De pupillo & ſocio. 1. Si quis alio tempore, vel eo modo, quo non debuit vtatur.

10. *Paulus* lib. 15. ad Plautium.

SI communem *f* fundum ego, & pupillus haberemus, licet vterque non vteretur: tamen propter *g* pupillum *h* & ego viam retineo *i*.

1 ¶ Si is *k*, qui nocturnam *l* aquam habet, interdiu per conſtitutum ad amiſſionem tempus vſus fuerit, amiſit *m* nocturnam *n* ſeruitutem qua vſus non eſt. Idem eſt in eo, qui certis horis aquæ ductum habens, alijs vſus fuerit, nec vlla parte earum horarum.

1. De fundo ſub conditione legato.

11. *Marcianus* lib. 4. Digeſtorum.

IS, cui via vel actus debebatur, *vt vehiculi o certo genere vteretur*, alio genere fuerat vſus, videamus, ne amiſerit *p* ſeruitutem: & alia ſit eius conditio, qui amplius oneris, quam licuit, vexerit: magiſque hic plus quàm aliud, egiſſe videatur: ſicuti latiore itinere vſus eſſet, aut ſi plura iumenta egerit, quàm licuit, aut aquæ admiſcuerit aliam. ideóque in omnibus iſtis quæſtionibus ſeruitus quidem non amittitur: non autem conceditur plus quam pactum eſt in ſeruitute habere.

1 ¶ Heres, cum legatus eſſet fundus ſub conditione, impoſuit ei ſeruitutes *q*: extinguentur, ſi legati conditio exiſtat *r*. Videamus, an acquiſitæ ſequantur legatarium? & magis dicendum eſt, vt ſequantur.

Quomodo retinetur ſeruitus.

12. *Celſus* lib. 23. Digeſtorum.

QVi fundum alienum bona fide emit, itinere, quod ei fundo debetur vſus eſt, retinetur id ius itineris, atque etiam ſi precario, aut vi deiecto domino poſſidet. * fundus *ſ* enim qualiter *t* ſe habens, " ita *u* " cum in ſuo habitu *x* poſſeſſus eſt, ius *y* non *z* deperit, neque refert, iuſtè, néc ne, poſſideat qui talem eum poſſidet. Quare fortius, & *a* ſi aqua per riuum ſua *b* ſponte *c* perfluxit, ius aquæ ducendæ retinetur. quod & Sabino rectè placuit, vt apud Neratium lib. 4. membranarum ſcriptum eſt.

Si quis fundi dominantis locum ſeruienti proximum vendiderit: deinde acquiſierit.

13. *Marcellus* libro 17. Digeſtorum.

SI quis ex fundo, cui viam vicinus deberet, vendidiſſet locum proximum ſeruienti fundo, non im-

a *l.30. ff. de ſeru. vrb. l.10. in fin. ff. com. præd. l.116. in fin. ff. de leg 1.*

b *l.20. ff. quib. mod. vſ. fr.*

c Aliud in vſufructu, vſu & perſonalibus.

d ſunt enim realia. Res diutius durant quam homines.

e rem enim ſequuntur non perſonas, *l.4. ff. de ſeruit. ruſtic.*

f Ea ratione, merum imperium nõ vtendo amitti negant: etiamſi quis 100. annis eo vſus non ſit, *arg. l 35. ff. de ſeruit. ruſtic.*

g Cur ita? An quia ad ſepulchrum rarò iter ſuſcipitur, ſed tum demum tantum, cum mortuus in id infertur? An potius quia natura id æquum ſit ius quod non exercetur niſi morte, non vtendo non amitti?

h vt & iuriſdictio *Bald.*

i *l.12. l.16. verſ. quod ſi. l.20. ff. eo.*

k *l.12. §.2. ff. de vſufruct. leg.*

l adde *l.20.21. ff. eod.*

m Diuiſi regionibus fundi plures fundi ſunt.

n id eſt vſum retinet. *Accurſ. ex l.2. ff. de vſucap.*

o Separata ſeparato iure cenſentur, *l.3. ff. de off. aſſeſſoru.*

p qui ſeruierit, ſemita diuiſus, *vel* via diuiſus eſt. *Hot. 1. obſeru. 31.* quam lectionem improbat Cuiac. 14. *obſ. 11.* rectè, *ita diuiſus*, hoc eſt per regiones.

q Fundi diuiduntur per longitudinem vel latitudinem.

r nam diuiſio viæ per longitudinem, duas vias facit, non duas ſemitas.

ſ nam diuiſio viæ, per latitudinem duas ſemitas facit ſemita autem eſt ſemis via, ἡμίοδιον *Cuiac. d. loco.*

t ſeruitus hoc caſu tempore amittitur.

u ſeruitus pacto tolli, & in libertatem mutari poteſt.

x Redemptione ſeruitus hoc caſu non amittitur.

y *l.23. ff. de ſeruit ruſticor.*

z *l.8. ff. de ſeruitutibus ruſticorum.*

a *dicta l.23.*

b id eſt non ignoro hinc concludit Accurſius, ſcientiam non falli, *l.1. in fi. ff. de act. empt.* vel hic *me non fallit*, idem eſt, quod non me mouet id quod obiici poteſt.

c v. quæ ſcripſi 3. *Harmen.4.§.113 l. vlt. C. de ſeruitutib. & aqua.*

d facit *lex vlt. C. de ſeruitutib.*

a quod perpetuam cauſam non habet *l.1.§.2. ff. de itinere actuque priuato.*

b *v. l.4. ff. de ſeruitutib.*

c *l.17. ff. commun. prædior.* Per actum contrarium videtur quis ius ſuum deſerere. *Bald.*

d *l.18. ff. de ſeruit. ruſticor.*

e id eſt aquæ ductus, *leg.15. ff. de ſeruitutib. ruſtic. l.3 §.5. ff. de aqua. quot.*

† *al.* vſurpatur.

f & indiuiduum ita hunc locum accipit *Couarruuias 1. practic. 38.*

g & ita propter minorem, maior iuuatur, *vt hic.* Imò non iuuatur. *leg. vnic. C. in communi.*

h cuius res vſucapi non poteſt, *v. l.48. ff. de acq. rer.* Cicero 1. *ad Atticum 4.* Mirabamur te ignorare de tutela legitima. (in qua dicitur eſſe puella) nihil vſucapi poſſe.

i ſecus eſt in caſibus *l.2. C. ſi vnus ex pluribus* vt per alium retineant quod per me retinere non poſſum. *Accurſ.*

k Seruitute indebita vtens eam neque vtendo acquirit & ſibi debitam amittit; ſecus ſi laxius iure ſeruitutis ſibi debitæ vtatur. Eſt enim differentia inter plus & aliud, *vt hic. & l.11. ff. eo.*

l *l.17 in princ. ff. de aqua pluu. l 2. ff. de aqua quotid.* ſed diurna aqua acquiri poterit. *l. 14. ff. comm. prædior.*

m *l.38. ff. eo.*

n Accuſans de facto diurno & probans de nocturno nihil agit.

o Actus eſt etiam ius vehendi, *l. 1. l.7. l.16. ff. de ſeruit. ruſticor.* Imò non eſt *l. 13. ff. de ſeruit.*

p *l.9. in fin. ff. ſi ſeruitus vindicetur.*

+V. Chesz lib. 1. diſer. cap. 42 n°. 17. ubi reſp. ſeruitu[illegible] quæ a domino conſtituitur, a quo [illegible] diſcedere domini, poſſe conſtitui, & ſtatim transferri, & g[illegible] deduci. ſi domin[illegible] cedat ad conſtitut[illegible] ſeruitu[illegible] extinguitur, tamen non poteſt dici conſtituta ad conditionem quæ conditio illa non exdurſit [illegible] ne [illegible], ſed venit a [illegible]; & [illegible] ſeruitus diceretur conſtitui ad conditionem [illegible] cœremus eis modis quibus ſeruitutes tollitur.

q id enim poteſt, quia pendente conditione rei legatæ cenſetur dominus, *v. l.12. §.2. ff. familiæ.*

r Extincto iure concedentis, extinguitur ius accipientis, *arg. legis 105. ff. de conditionib. & demonſtr.*

ſ Iura prædiorum, nihil aliud ſunt quàm prædia qualiter ſe habentia, hoc πεποιωμένα, id eſt, qualitatibus affecta *l.86. ff. de verb. ſignif.*

t qualiter, qualiter: *al.* qualitercunque.

u *al.* ſi ita in ſuo, *&c.*

x habitus fundi duplex ſeruitus & libertas.

y id eſt ſeruitus non amittitur.

z atqui non duxiſſe aquam videtur, ſed natura ipſa aquam fudiſſe, *v. l.1. ff. de aqua quotidiana.*

a hinc colligit Bart. per malæ fidei poſſeſſorem & eum qui Tyrannum eiecit non acquiri, ſed retineri ſeruitutem, adde *l.42. ff. eod.*

b & ita ius ſeruitutis quæſitum retinetur ſine facto hominis: ſeruitutis, inquam, cauſatæ & formatæ, interueniente aliquo titulo qui à domino ſit comparatus idque ius facto hominis egere non videtur, etiamſi mille annis eo iure non vtatur. Facto ipſius fundi, ſine facto hominis id ius retinetur. Aliud erit ſi libertas nondum eſt acquiſita, ſed acquirenda ſit præſcriptione: in ea enim requiritur factum hominis *l.32. §.1. ff. de ſeru. vrb.* factum hominis, inquam, cum bona fide, quæ rei inanimatæ non tribuitur, *v. Bald 94. de præſcript. part. 3. qu.3.* c Seruitus retinetur per aquam naturaliter currentem, *l. 1. §.22. ff. de aqua quot.* & ita fundus ex ſe præſcribit & retinet ius ſeruitutis: cui obſtat *lex 32. §.1 ff. de ſeru. vrban.*

poſita

poſita ſeruitute : & intra legitimum tempus *a*, quo ſeruitutes pereunt, rurſus enim locum acquiſiſſet, habiturus eſt ſeruitutem quam vicinus debuiſſet.

De impetu fluminis, & ruina.

14. *Iauolenus* lib. 10. ex Caſsio.

SI locus, per quem via, aut iter, aut actus debebatur impetu fluminis occupatus eſſet : & intra tempus, quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, alluuione facta reſtitutus eſt, ſeruitus quoque in priſtinum ſtatum reſtituitur. quòd ſi id tempus præterierit vt ſeruitus amittatur *b*, renouare eam cogendus eſt.

1 ¶ Cùm *c* via publica "vel" fluminis impetu, vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viam præſtare debet *d*.

De medij predij acquiſitione.

15. *Idem* lib 2. Epiſtolarum.

SI, cùm ſeruitus mihi per plures fundos deberetur, medium fundum acquiſiui: manere ſeruitutem puto, quia* toties ſeruitus confunditur, quoties vti ea is, ad quem pertineat non poteſt. medio autem fundo acquiſito *e*, poteſt conſiſtere : vt per primum, & vltimum, iter debeatur.

De aquaductu debito pluribus fundis, aut fundo communi.

16. *Proculus* lib. 1. Epiſtolarum.

AQuam, quæ oriebatur in fundo vicini, plures per eundem riuum iure ducere ſoliti ſunt, ita vt ſuo quiſque die è capite duceret : primò per eundem riuum, eúmque communem: deinde vt quiſque inferior erat ſuo quiſque proprio riuo; "&" vnus ſtatuto tempore quo ſeruitus amittitur, non duxit: exiſtimo eum ius ducendæ aquæ amiſiſſe: nec *f* per cæteros, qui duxerunt, eius ius vſurpatum eſſe. proprium enim cuiuſque eorum ius fuit : neque per alium vſurpari potuit. Quod ſi plurium fundo *g* iter aquæ debitum eſſet, per vnum eorum omnibus his, inter quos is fundus communis fuiſſet, vſurpari potuiſſet. Item ſi quis eorum quibus aquæductus ſeruitus debebatur, & per eundem riuum aquam ducebant, ius aquæ ducendæ non ducendo eam, amiſit : nihil iuris eo nomine cæteris, qui riuo vtebantur, accreuit. idque commodum eius eſt, per cuius fundum id iter aquæ, "quod", non vtendo, pro parte vnius amiſſum eſt : libertate enim huius partis ſeruitutis fruitur.

Si hauſtum habens, ierit, non hauſerit.

17. *Pomponius* lib. 11. ex variis lectionibus.

LAbeo ait : ſi is, qui hauſtum habet, per tempus, quo ſeruitus amittitur, ierit ad fontem, nec aquam hauſerit : iter quoque eum amiſiſſe *h*.

Si quis alia aqua vtatur quàm qua debet. 1. De tempore authoris ſucceſſori imputando. 2. De eo qui non potuit immittere.

18. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

SI quis alia aqua vſus fuerit, quàm de qua in ſeruitute imponenda actum eſt, ſeruitus amittitur *a*.

1 ¶ Tempus, quo non eſt vſus præcedens fundi dominus cui ſeruitus debetur, imputatur ei, qui ‖in‖ eius loco ſucceſſit *b*.

2 ¶ Si cum ius haberes immittendi, vicinus ſtatuto tempore ædificatum non habuerit, ideóque nec tu immittere potueris, non ideo magis ſeruitutem amittes: quia* non poteſt videri vſucepiſſe vicinus tuus libertatem ædium ſuarum, qui ius *c* tuum non interpellauit *d*.

Vtrum ſeruitus, quæ nunquam vti cœptum eſt, amittatur.

19. *Pomponius* lib. 32 ad Sabinum.

SI *e* partem *f* fundi vendendo, lege *g* cauerim, *vti per eam partem in reliquum fundum meum aquam ducerem* : & ſtatutum tempus interceſſerit, antequam riuum facerem, nihil iuris amitto : quia *h* nullum *i* iter aquæ fuerit *k* : ſed manet mihi ius integrum. quòd ſi feciſſem iter, neque vſus eſſem, amittam.

1 ¶ Si per fundum meum viam tibi legauero *l*, & adita mea hereditate, per conſtitutum tempus ad amittendam ſeruitutem ignoraueris eam tibi legatam eſſe, amittes viam non vtendo : quod ſi intra ‖idem‖ tempus, antequam reſcires tibi legatam ſeruitutem, tuum fundum vendideris : ad emptorem via pertinebit, ſi reliquo tempore ea vſus fuerit : quia ſcilicet tua eſſe cœperat, vt iam nec ius repudiandi *m* legatum tibi poſſit contingere, cum ad te fundus non pertineat.

Per quos retinetur ſeruitus.

20. *Scæuola* lib. 1. Regularum.

VSu retinetur ſeruitus, cum ipſe, cui debetur, vtitur. quíve *n* in poſſeſſione eius eſt, aut mercenarius, aut hoſpes, aut medicus *o*, quíve ad viſitandum dominum venit : vel colonus, aut fructuarius.

21. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

FRuctuarius, licet ‖ſuo nomine.

22. *Scæuola* lib. 1. Regularum.

DEnique quicunque quaſi debita via vſus fuerit.

23. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

SIue ad fundum noſtrum facit, vel ex fundo.

24. *Scæuola* lib. 1. Regularum.

LIcèt malæ fidei poſſeſſor ſit *p*, retinebitur ſeruitus.

Quid ſit ſeruitute vti.

25. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

SEruitute vſus non videtur, niſi *q* is *r*, qui ſuo iure vti ſe credidit, ideóque ſi quis pro via publica, vel pro alterius ſeruitute vſus ſit, nec interdictum, nec actio vtiliter competit.

a v. l. 23. *Cod. de ſeruitut.*
b Alluuio accedens, vt ius ſeruitutis adimit, ita decedens reſtituit, *v. l. 23. l. 24. ſ. quibus mod. vſufr.*
c *Ecl.* περὶ ὁδοῦ *c. 15. l. vlt. §. 15. ſ. de munerib.*
d *leg. 1. §. 25. ſ. ne quid in loco public.* ſed impenſa publica. *arg. l. 13. ſ. com. prædior. leg. 2. c. quib. ex cauſ. ſeru.*
e *v. l. 31. ſ. de ſeru. ruſtic.*
f quoties ab vno fundo duorum vel plurium communi pluribus ſeruitus debetur, plures ſunt ſeruitutes : quo caſu non vtentis pars vtentibus non accreſcit. ſatis eſt enim ſi quid eis non decreſcat. *Bart.*
g quoties vni & eidem fundo plurium communi ſeruitus debetur, vnica cenſetur ſeruitus, quæ aut aut tota ab vno eorum retinetur vel amittitur. *Duar.*
h Principale, qui amittit, perdit acceſſorium. *Bartol. l. 339. ſ. de regulis*

a *l. 10. §. 1. ſ. eo.*
b Tempus negligentiæ authoris, ſucceſſori imputatur. *Bart.*
c Græcis id eſt, διακόπτειν θυρίδας, 58 *Eclog. 6. c. 18.*
d *l. 6. ſ. de ſeruitut. vrban.*
e 2. *Harm. 4. §. 123 Ecl. eo c 19.*
f certam *l. 6. ſ. de ſeruitut. l. 6. §. 3. ſ. com. prædior.*
g id eſt, pacto.
h *l. 20. ſ. de regul. iur.*
i ſed tantum actio perſonalis ad ſeruitutem hinc collige actionem perſonalem, pro ſeruitute, non tolli tempore quo amittitur ſeruitus conſtituta, *v. Bal. bwn. 4. de præſcript. 2. q. 7.*
k Conſtituta ſeruitute inter viuos non conſtituitur ius in re, niſi ſecuta quaſi traditione. *Bart.*
l conſtituta ſeruitute in vltima voluntate, ius reale ſeruitutis conſtituitur, etiam ignoranti, *l. 46. in fin. ſ. de furt.* itaque non vtendo ius illud amittitur: certis tamen de cauſis reſtitui poteſt, *l. 1. ſ. ex quib. cauſ. maior.*
m Cedens alteri ius legatæ ſibi ſeruitutis legatum agnoſcit : qui legatum ſemel agnouit, in alterius detrimentum repudiare id poſtea non poteſt, *v. l. 81. §. ſi Titius ſ. de leg. 1.*
n id eſt qui poſſidet, *Ecl. eo. c. 20. v. l. 111. in fin. ſ. de verb. oblig.*
n aut amicus, *v. l. 41. ſ. de itinere actúque.*
p *v. l. 12. ſ. eo.*
q Seruitutes non temerè acquiruntur.
r *l. vlt. ſ. de itinere actúque priuato. v.* exemplum apud Papon. 14. *Arreſt. 1. §. ſi*

LIBER NONVS.

SI QVADRVPES *a* PAVPERIEM *b* Feciſſe *c* dicatur *d*.

Summ. legis 12. Tabularum. 1. Quid ſit noxia. 2. Ad quas quadrupedes hæc actio pertinet. 3. Quid ſit pauperies 4. Si quadrupes commota feritate, vel ob aliam cauſam nocuerit. 5. De cane qui euaſit. 6. De fera inſtigatu alterius. 7. Vel contra naturam mota. 8. Si quadrupes quadrupedem ſociauit. 9. Si quadrupes corpore ſuo, vel per aliam rem damnum dederit. 10. De beſtiis. 11. Si arietes vel boues commiſerint. 12. In quem datur hæc actio. 13. De morte quadrupedis ante litem conteſtatam. 14. Quid ſit noxæ dedere. De quadrupede communi. 15. Si dominus quadrupedem ſuam eſſe negauerit. 16. Si quadrupes poſt litem conteſtatam ab alio occidatur. 17. De ſucceſſoribus.

Vlpianus libro octauodecimo ad Edictum.

SI quadrupes pauperiem *e* feciſſe dicatur, actio ex lege duodecim Tabularum deſcendit : quæ lex voluit, *aut f ‖ id, ‖ quod nocuit, id eſt, id animal dari ‖ quod noxiam commiſit : aut æſtimationem noxiæ offerre.*

1 ¶ *Noxia g* autem eſt ipſum delictum.

2 ¶ Quæ actio ad omnes *h* quadrupedes pertinet.

3 ¶ Ait prætor *pauperiem feciſſe*. Pauperies eſt damnum ſine iniuria facientis datum. nec *a* enim poteſt animal iniuriam *b* feciſſe, quod ſenſu caret.

4 ¶ Itaque, vt Seruius ſcribit, tunc hæc actio locum habet cum commota feritate *c* nocuit quadrupes: puta ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu *d* petere ſolitus, petierit *e* : aut mula propter nimiam ferociam. Quid ſi propter loci inquitatem *f*, aut propter culpam *g* mulionis, aut ſi plus iuſto onerata quadrupes, in aliquem onus euerterit, hæc actio ceſſabit, damnique iniuriæ *h* agetur.

5 ¶ Sed & ſi canis, cum duceretur ab aliquo, aſperitate ſua euaſerit: & alicui damnum dederit, ſi contineri firmius ab alio potuerit, vel "ſi" per eum locum induci non debuit, hæc actio ceſſabit : & tenebitur *i*, qui canem tenebat.

6 ¶ Sed & ſi inſtigatu *k* alterius fera damnum dederit, ceſſabit hæc actio.

7 ¶ Et generaliter hæc actio locum habet, quoties contra naturam *l* fera mota pauperiem dedit. ideóque

a Quæ non ſit beſtia, *l. 1. §. 10. ſ. eo.* Quid ſi non quadrupes, ſed ſerpens, vel auis vel piſcis nocuit? vtilis actio ex hac lege dabitur, *l. 4. ſ. eo.*
b id diuerſum à damno & iniuria, *l. 1. §. 2. §. eo.*
c commota contra naturam, *l. 1. §. 7. ſ. eod.*
d 4. *Inſt. 9. & Paulus 1. ſent. 15. 19. Syn. Baſ. ex lib. 60, tit. 2. 6. Harm. 1.*
e vel depaſtionem idque ex *l. 12. tab. arg. l. 14. in fin. ſ. de præſcriptis. §. 1. apud, Paul. 1. ſent.* 15. Talem legem tulerat Solon, teſte Plutarcho *in eius vita*, & Plato 11. *de Legibus.*
f formula libelli in actione legis Aquiliæ innuitur. *Syn. Baſil. c. 1.*
g Noxia, delictum, *vt hic, & l. 238. in fin. ſ. de verb. ſign.* Sueton. *Tib.* Nonius.
h beſtias excipe §. 10.

a *Ariſt. 5. Ethic. 9.*
b v. quæ notaui ſ. ad *l. 2. de legib.*
c ἀγριότητι. *Syn. Baſ. ibi. 6. Harm. 1. §. 3.* cauſa efficiens huius actionis eſt genitalis, ac non extrinſecus excitata ipſorum animalium feritas; non ſi loci iniquitate, aut imperitia mulionis damnum dederint.
d *l. 43. ſ. eo.*
e ἐκερατισε cornu petierit. *Syn. Baſ. & Harm. ibid.*
f *l. 52. §. 2. ſ. titul. prox.* Græci δυσχωρίαν appellant ſitum loci.
g ἀπειρίαν, *Syn. Baſ.* id eſt, imperitiam.
h id eſt, lege Aquilia Græci illo loco intelligunt dupli, ex inficiatione, ſimpli ex confeſſione.
i Aquilia vt Cyrillus ait.
k *l. 11. §. 5, ſ. tit. prox.*
l Imò, ſi quadrupes genitali feritate nocuit, ceſſat hæc actio. *Inſt. eo. in princ.* ad hæc ſi datur hæc actio, quoties contra naturam fera nocet : dabitur etiam quoties dolore concitata nocuerit, (morbus enim & dolor ſunt contra naturam) quod tamen hic negatur. Reſpondeo dari hanc actionem quoties fera, genitali, id eſt, ſpontanea feritate nocuit & tamen contra naturam, id eſt naturalem conſuetudinem omnium eius generis animalium.

ſi equus dolore *a* concitatus, calce petierit, ceſſare iſtam actionem. ſed eum, qui equum percuſſerit, aut vulnerauerit, in factum magis, quàm lege Aquilia teneri: vtique ideo, quia non ipſe ſuo corpore damnum dedit. at ſi cùm equum permulſiſſet quis, vel palpatus eſt, [&] calce eum percuſſerit, erit actioni locus.

8 ¶ Et, ſi alia quadrupes aliam concitauit, vt damnum daret, eius, quæ concitauit, nomine agendum erit.

9 ¶ Siue autem corpore ſuo pauperiem quadrupes dedit, ſiue per aliam rem, quam tetigit quadrupes: hæc actio locum habebit vtputà ſi plauſtro bos obtriuit aliquem, vel alia re deiecta.

10 ¶ In *b* beſtiis autem propter naturalem *c* feritatem, hæc actio locum non habet. & ideo, ſi vrſus fugit, & ſic nocuit, non poteſt quondam dominus conueniri: quia deſinit *d* dominus eſſe, vbi fera euaſit. & ideo, & ſi eum occidi, meum corpus eſt.

11 ¶ Cùm arietes, vel boues commiſiſſent, & alter alterum occidit, Quintus Mucius diſtinxit: vt, ſi quidem is periſſet, qui aggreſſus erat *e*, ceſſaret actio: ſi is, qui non prouocauerat, competeret actio: quamobrem eum ſibi aut noxam ſarcire, aut in noxam dedere oportere.

12 ¶ Et, cùm etiam in quadrupedibus *f* noxa caput ſequitur: aduerſus dominum hæc actio datur non cuius fuerit quadrupes, cùm noceret, ſed cuius nunc eſt.

13 ¶ Planè, ſi ante litem conteſtatam deceſſerit animal, extincta erit actio.

14 ¶ *Noxæ* autem *dedere g* eſt, animal tradere viuum *h*. Demum, ſi commune plurium ſit animal, aduerſus ſingulos erit in ſolidum noxalis *i* actio, ſicuti in homine.

15 ¶ Interdum autem dominus in hoc non conuenietur, vt noxæ dedat, ſed etiam in ſolidum, vt puta, ſi in iure interrogatus *k*, an ſua quadrupes eſſet, reſponderit non eſſe ſuam: nam ſi conſtiterit eſſe eius, in ſolidum condemnabitur *l*.

16 ¶ Si *m* poſt litem conteſtatam, ab alio ſit animal occiſum: quia domino legis Aquiliæ actio competit, ratio in iudicio habebitur "legis Aquiliæ:" quia dominus noxæ dedendæ facultatem amiſerit. ergo ex iudicio propoſito, litis æſtimationem *n* offeret niſi paratus fuerit actionem mandare aduerſus eum, qui occidit.

17 ¶ Hanc actionem nemo dubitauerit heredi dari, cæteriſque ſucceſſoribus: item aduerſus heredes, cæteróſque, non iure ſucceſſionis, ſed eo iure, quo domini ſint, " competit".

De eo cuius intereſt. 1. *De cane.*

1. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

HÆc actio *o* non ſolùm domino, ſed etiam ei, cuiùs intereſt, competit, veluti ei, cui res commodata eſt. item fulloni: quia, eo quod tenentur, damnum videntur pati.

1 ¶ Si quis aliquem euitans, magiſtratum fortè, in taberna proxima ſe immiſiſſet, ibíque à cane feroce læſus eſſet: non poſſe agi canis nomine, quidam putant; at, ſi ſolutus *p* fuiſſet, contra.

De libero homine ceſo.

3. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

EX hac lege, iam non dubitatur, etiam liberarum perſonarum nomine agi poſſe: fortè ſi patremfamilias, aut filiumfamilias vulnerauit quadrupes, ſcilicet, vt non deformitatis *q* ratio habeatur, cùm * liberum corpus æſtimationem non recipiat *r*: ſed impenſarum † in curationem factarum: & operarum amiſſarum, quáſque amiſſurus quis eſſet, inutilis factus.

De actione vtili.

4. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

HÆc actio vtilis *ſ* competit, & ſi non quadrupes, ſed aliud animal pauperiem fecit.

Si mula quam equus olfecit calce percuſſerit.

5. *Alfenus* lib. 2. Digeſtorum.

AGaſo cùm in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit *t*: mula calcem reiecit, & crus Agaſoni fregit: conſulebatur, poſſétne cum domino mulæ agi, quòd ea pauperiem feciſſet? Reſpondi, poſſe *u*.

AD LEGEM AQVILIAM.

TIT. II.

De effectu. 1. *Et auctore huius legis.*

Vlpianus lib. 18. ad Edictum.

a dolore *l. 52. §. 1. ff. ad l. Aquil.*
b Beſtiæ, quæ natura feræ, *Synopſis eo loco.*
c Qualitas naturalis in beſtiis feritas: *vt hic.* in homine, diſſentire, *l. 17. §. 6. ff. de arbitris.* in fœmina, imbecillitas, *l. 2. §. 2. ff. ad Velleianum.* Accidens qualitas, feritas in equo & cane. *vt hic.* ſeparabilis, vt manſuetudo in beſtiis, *l. 5. §. 5. ff. de acq. rer. dom.* inſeparabilis, vt morbus ſonticus, *l. vlt. §. 1. ff. de ædilitio.*
d *l. 3. §. fi. ff. de acq. rer. §. 12. verſ. planè Inſt. de rer. diuiſ.*
e *v. l. 52. §. 1. ff. tit. prox. & l. 10. in fi. ff. de ſeruo corrupto.*
f & inanimatis, *ſl. 6. l. 7. §. 1. ff. de damno.*
g παραδοῦναι *Syn. Baſil. ea.*
h idem eſt in hominis debitore, *l. 33. ff. de ſolut. Bart.*
i id eſt, ſi quadrupes.
k *l. 7. ff. de interrogationib. in iure.*
l *v. l. ff. 43. de reg. iur.*
m *l. 37. §. 1. ff. tit. prox.*
n id quod intereſt, *v. l. 21. in fin. ff. tit. prox.*
o Secus in actione legis Aquiliæ, *l. 11. §. cum. ff. tit. prox.*
p Canis ſolutus ſi noceat, non tenetur eius dominus directa de pauperie, *vt hic.* ſed vtili *Accurſ.*
q Deformitatis ratio non habetur in libero corpore, *vt hic & l. vlt. ff. de his qui deiecerunt. Syn. Baſil. 10. c. 2. 6. Harm. 1. §. 5.* quod in mare, interpretes quidem admittunt, at non in fœmina *Rauennas & Alber. hic.*
r *l. 1 §. ſed cùm liber. leg. fin. ff. de his que deiecerunt: l. 2. §. 3. verſ. corporum, ff. de l. Rhodia.*
† Impenſas medicorum repetit, qui vulneratur à cane.
ſ nam directa cõpetit, ſi quadrupes nocuit *Græci.*
t ὀσφρανθῇ *Synop. Baſil. ibid cap. 4. 6. Harm. 1. §. 4.* honeſtò eo vocabulo vſus eſt, vt ſignificaret, equum coitum appetiiſſe.
u Imò non poteſt: ſua enim culpa videtur infortuniũ ſibi quæſiuiſſe, *l 2. in fin. ff. eod.*
x *4. Inſt. 3. & 3. C. 33. 35. Synop. Baſil.* περὶ φόνων *ex lib. 60. tit. 3.*

LEx *a* Aquilia omnibus *b* legibus, quæ ante ſe de damno iniuria locutæ ſunt, derogauit: ſiue duodecim Tabulis, ſiue alia quæ fuit. * quas ‖ leges ‖ nunc referre non eſt neceſſe.

1 ¶ Quæ lex Aquilia plebiſcitum eſt *c*: cum eam Aquilius tribunus plebis à plebe rogauerit.

Caput primum. 1. *De pœna inficiantis.* 2. *De quadrupedibus & ſeruis exæquatis. Quæ continentur appellatione pecudum: an pecudes, beſtiæ, & quæ mixtæ naturæ ſunt.*

2. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

LEge Aquilia, capite primo cauetur *d*: [vt] *qui ſeruum, ſeruámve, alienum alienámve, quadrupedem vel pecudem, iniuria occiderit; quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto.*

1 ¶ Et infra deinde cauetur, *Vt aduerſus inficiantem in duplum e actio eſſet.*

2 ¶ Vt igitur apparet, ſeruis ‖ noſtris ‖ exæquat quadrupedes *f* quæ *g* pecudum *h* numero ſunt, & gregatim habentur: veluti oues, capræ, boues, equi, muli, aſini: ſed, an ſues pecudum appellatione continentur, quæritur? & rectè Labeoni placet, contineri. ſed canis inter pecudes non eſt longè magis beſtiæ *i* in eo numero non ſunt: veluti vrſi, leones, pantheræ: elephanti autem, & cameli, quaſi mixti *k* ſunt: nam *l* & iumentorum *m* operam præſtant, & natura eorum fera eſt": & ideo primo capite contineri eas oportet.

Ratio verbi, Iniuriæ.

5. *Vlpianus* libro 79. ad Edictum.

SI ſeruus, ſeruáve iniuria occiſus, occiſáve fuerit: lex Aquilia locum habet. *Iniuria "occiſum eſſe"*, meritò adiicitur: non enim ſufficit occiſum: ſed *n* oportet, iniuria id eſſe factum.

De latrone, fure, aggreſſore.

4. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

ITaque, ſi ſeruum tuum latronem, inſidiantem mihi occidero, ſecurus ero: nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere *o*.

1 ¶ Lex *p* duodecim Tabularum furem noctu deprehenſum occidere permittit *q*: vt tamen id ipſum

a *Cicero in Bruto.*
b plures enim fuerunt; vide *l. 56. ff. de oblig. & act.*
c *Nou. 18. c. 8.*
d i primo capite legis Aquiliæ agitur de homine occiſo.
e *l. 23. §. pen. ff. eod. l. 4. 5. Cod. eod. Nou. 18. c. 8. §. 1. Inſtit. de pœna temerè litigantium.*
f vide quæ notaui de ſeruis ad *l. 3. ff. de capite minutis.*
g Quadrupedum aliæ pecudes, aliæ beſtiæ, aliæ mixtæ, *vt hic.*
h vide *l. 65. §. 4. ff. de legat. 3.*
i *Vlpianus 19. §. 1.*
k Mixtæ quadrupedes dicuntur, quæ iumentorum operam præſtant, & tamen natura ſua feræ ſunt.
l Plinius 8. c. 18. camelos inter armenta paſcit oriens. omnes autem iumentorum in iis terris, dorſo funguntur: atque etiam equitantur in præliis.
m vide *l. 28. §. 4. ff. de ædilitio.*
n *l. 4. ff. eod.*
o *l. 45. §. 4. ff. eod. l. 3. ff. de iuſtitia: l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi.* Nemo igitur punietur quod maluerit reſiſtere quàm fugere: Nec enim lex ea fugam imperat, quæ vim vi repellere, nec tantùm protegere, ſed & propulſare permittit, etiam miniſtris dum ſacris vacant. vide *Panorm. in cap. clerici, de vita & honeſtate.* An etiam bannitis & iis qui lege permittente offendi poſſunt, lex permitti vim vi repellere? Bartolus negat permitti: quòd iniuſta ſit defenſio, vbi iuſta eſt offenſio, quòd in hac ſpecie quiuis ex populo, legis ſit miniſter: quòd banniti ſint hoſtes. Verum Salomonius contrariam ſententiam defendit: non enim continuo ſequi, vt exceptio ei denegetur, in quem actio conſtituatur. Accurſii ſententia (*in l. 10. C. de his que vi*) euinci, non priuatos homines, ſed ipſos tantùm iudices legis miniſtros eſſe. Ridiculè *hoſtes* dici, qui ad euitandas legum ignominias, id eſt, Pœnas legibus conſtitutas, peregrinantes nihil in patriam moliuntur. Hæc illi in defenſione licita. Hoc amplius quæritur, an aggreſſorem interficere liceat? id concedi conſtat, ſi modò id metu mortis fecerimus, *l. 5.* vel tuendi noſtri cauſa, non vlciſcendi, *l. 4. 5. §. pen. hoc tit. l. 2. 3. 4. Cod. de ſicariis.* ſi aliter ei ſine periculo noſtro parcere non potuimus, *l. 9. ff. de ſicariis.* ſi clamore prius teſtati fuerimus nobis vim inferri. *hac l.* Non ergo fugientem aggreſſorem, vel furem res noſtras exportantem interficere impunè licebit? non licet: cùm pœna legis Corneliæ in facientem ſit conſtituta, *l. 5. hoc tit.* vide *Cuiac. 5. obſeruat. 15.* Sed tamen Salomonius, *in d. l. 3. ff. de iuſtitia,* ſcribit, ignoſcendum eſſe ei, qui prouocatus ſe etiam vlciſci voluerit; non hic idem eſſe, quod in præceptore qui modum in caſtigatione exceſſit: emendationem enim tranquillo animo fieri oportere: defenſionem, ſine perturbatione non poſſe fieri. Quid ſi noctu loco deſerto, vel nemine præſente Titius Sempronium interfecerit? an continuò excuſandus eſt, quod ad ſui defenſionem interfeciſſe Sempronium dixerit? an potius eius confeſſio diuidetur, vt ex delicto damnetur? Bartolus eius confeſſionem diuidi poſſe ait: quòd aduerſus interficientem ipſum homicidium faciat (quod regulariter arguit delictum) factique ipſius atrocitas, quæ præſumptione delicti interfectorem onerat. Ius enim malè præſumit aduerſus eum qui interfecit. Onus ergo probationis in eum, qui dicit transferendum eſt. Quid ſi teſtibus careat, num continuò vel torqueri veritatis eliciendæ cauſa, aut damnari debet? iudex, eo caſu, facti qualitatem æſtimabit: cuius ſi probatio fuerit facilis, nec tamen ea facta fuerit, magna aduerſus interfectorem ſuſpicio erit: ſin ſecus, putà quòd in deſerto loco homicidium factum ſit, circumſtantiam perſonæ interfectoris cum ipſo facto cumulabit. quid enim ſi vitæ ſequioris homo, rixoſus, manúque audax, quædam olim odia in interfectum exercuit? quid ſi antea homicidij accuſatus? his ceſſantibus exceptionem interfectoris admitti Salomonius (poſt alios interpretes) putat, vt in huiuſmodi dubio homicidium præſumatur factum ad defenſionem: & hæc de ſuiipſius defenſione dicta ſint. adde quæ ſcripſi ad *l. 9. ff. de except.* Quid ſi magiſtratum, parentem, filium, vxorem, maritum, patronum, dominum, fratrem, vicinum, infantem, conciuem, quemuis denique defendens, aggreſſorem earum perſonarum, interfecerit? Solon dictabat beatam illam Rempublicam fore, in qua quiſque alterius iniuriam ſuam exiſtimaret. Apud Ægyptios etiam rei mortis fiebant, qui iniuriam patienti opem non tulerant. Alij putant deberi eo caſu defenſionem, ſi petatur: Alij eodem caſu neminem interfici poſſe. vide *Salomonium 21. l. 3.* de homicidio per imprudentiam admiſſo alibi dixi. vide etiam *Cuiac. 5. obſeru. 18.* in Gallia, qui cùm poteſt homicidium non prohibet, literas innocentiæ petere debet Iulius Clarus *lib. 5. quæſt. 87.*
p dixi ad leges 12. Tabularum plenius.
q verba legis 12. Tabularum ea ſunt: *Si nox furtum ſaxit, ſi vim aliquas occiſis. iur. caſus eſto. 1. Macrob. 6. 11. Gell. 28. ff. cr. pro Muren. Plato 9. de legib. Aug. 2.*
ciun'

quæſt.ſuper Exod.
a vel teſtatione vti debet, etiam noctu vt alicui ſaltem conſtet de iniuria ei illata, & furi parcere ſine periculo ſuo non potuiſſe, *l.9.ĵ.de ſicarijs.* vel noctu etiam inclamare debet auxilium publicũ vel magiſtratus, *v. Cuiac.11.obſ.19.in fi.& c.17.eo lib* in Vrbe præſertim; quo referenda eſt, *d.l.9.* in agris autem non adſtringitur, eóque referenda eſt, *l.54.ſ.de furtis, v.Cuiac.14.obſ.15.*
b de interdiario fure, *v.l.54.§.2.ĵ.de furtis.*
Occidere licet eũ à quo ferro petimur: ſed & furem, quoties ab eo metum mortis patimur, *vt hic,* adde *l.furem, ĵ. ad legem Corneliam de ſicarijs c.2.extra de homicidio. Clement. vni.de homicidio, l. ſi pignore. §. furem. ĵ.de furtis.* Ita marito adulterum vxoris deprehenſum licet occidere, ſi adulter ſit vilis perſona, *l. marito, l.ſi adulterum, §.pen.ĵ. de adulteriis: l. Gracchus, C.de adulter.* Idem patri permiſſum, dum filiam quoque occidat, *l. patri. l. nec in ea, l. quod tit.lex.§ pe.& vlt.ĵ.de adult.* Eodem modo maritus ſuſpectum cum vxore ſua adulterij ſi quem habuerit, & conteſtato ter eum admonuerit, nec is adire vel conuenire mulierem ceſſauerit, poterit eum maritus iure interficere, *Auth. ſi quis ei quem, C. de adult. Nouell. vt liceat matri, & auia. §. hic quoque.* Ita licet occidere transfugam & hoſtem ciuitatis *l.3. in fin. infra de ſicarijs. c.cum homo 23.qu.5.l.proditores.inf.de re militari,* nocturnum agrorum depopulatorem & deſertorem militiæ *l.1.2.C. quando liceat ſe ſine iudice vindicare,* aduerſarium in duello licito. *Bald. & alij in c.1. de pace tenenda.* v. Canoniſtas in *rubr. de Clerico pugnante.*

cum clamore teſtificetur *a*. interdiu *b* autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat vt tamen æquè cum clamore teſtificetur.

Iniuria, quid ſignificat. 2. De furioſo, quadrupede, tegula, infante, impubere. 3. Magiſtro.

5. *Vlpianus* lib.18. ad Edictum.

SEd & ſi quemcunque *c* alium ferro ſe petentem quis occiderit *d*, non videbitur iniuria occidiſſe: &, ſi metu quis mortis furem occiderit: non dubitabitur, quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem, cùm poſſet adprehendere, maluit occidere: magis eſt, vt iniuria feciſſe videatur: ergo & Cornelia tenebitur.

1 ¶ *Iniuriam* autem hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem, contumeliam *e* quandam: ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt contra ius, id eſt ſi culpa quis occiderit: & ideo interdum ‖ vtraque ‖ actio concurrit, & legis Aquiliæ, & iniuriarum. ſed duæ erunt æſtimationes, alia damni, alia contumeliæ. Igitur *iniuriam f* hic damnum accipiemus culpa datum, etiam ab eo, qui nocere noluit.

2 ¶ Et ideo quærimus *g*, ſi furioſus damnum dederit, an legis Aquiliæ actio ſit? Et Pegaſus negauit, quæ *h* enim in eo culpa ſit, cùm ſuæ mentis non ſit *i*? Et hoc eſt veriſſimum: ceſſabit igitur Aquilia actio, quemadmodum *k*, ſi quadrupes damnum dederit, " Aquilia ceſſat." aut " ſi tegula ceciderit *l*.

¶ Sed & ſi infans damnum dederit, idem erit dicendum. ¶ Quòd ſi impubes *m* id fecerit, Labeo ait, quia furti *n* tenetur, teneri & Aquilia eum: & hoc puto verum, ſi ſit iam iniuriæ capax.

3 ¶ Si magiſter in diſciplina *o* vulnerauit ſeruum, vel occiderit, an Aquilia teneatur, quaſi damnum iniuria dederit? Et Iulianus ſcribit, Aquilia teneri eum, qui eluſcauerat *p* diſcipulum in diſciplina: multo magis igitur in occiſo idem erit dicendum.

¶ Proponitur autem apud eum ſpecies talis: Sutor (inquit) puero diſcenti, ingenuo *q*, filiofamilias, parum benè facienti quod demonſtrauerat *r*, forma *ſ* calcei ceruicem percuſſit, vt oculus *t* puero perfunderetur *u*. dicit igitur Iulianus, iniuriarum quidem actionem non competere: quia non faciendæ iniuriæ cauſa percuſſerit, ſed mouendi, & docendi cauſa: an ex locato, dubitat: quia * leuis *x* duntaxat caſtigatio conceſſa eſt docenti. ſed lege Aquilia poſſe agi, non dubito.

6. *Paulus* lib.22. ad Edictum.

PRæceptoris *y* enim nimia ſæuitia culpæ adſignatur.

1. Si quis telo vel ſine telo occiderit. 2. De onere deiecto, vel lapſu. 3. De impulſu. 4. De colluctatione, pancratio, pugilatu. 5. De ſeruo ægroto percuſſo. 6. De eo qui cauſam mortis præſtitit. 7. Si quis aliquem de ponte præcipitauit, aut puerum ſaxo illiſit. 8. De medico.

7. *Vlpianus* lib.18. ad Edictum.

QVa *z* actione patrem *a* conſecuturum ait, quod minus *b* ex operis filij ſui propter vitiatum oculum ſit habiturus: & impendia, quæ pro eius curatione fecerit.

1 ¶ *Occiſum* autem accipere debemus, ſiue gladio, ſiue etiam fuſte, vel alio telo *c*, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauit eum, vel calce petit, vel capite, vel qualiter *d* qualiter.

2 ¶ Sed ſi quis plus iuſto oneratus deiecerit onus & ſeruum occiderit: Aquilia locum habet: fuit enim ‖in‖ ipſius arbitrio, ita ſe non onerare. Nam & ſi lapſus aliquis, ſeruum alienum onere preſſerit, Pegaſus ait, lege Aquilia eum teneri: ita demum, ſi vel plus iuſto ſe onerauerit, vel negligentius per lubricum *e* tranſierit.

3 ¶ Proinde ſi quis, alterius impulſus *a* damnum dederit, Proculus ſcribit, neque eum, qui impulit teneri, quia non occidit: neque eum, qui impulſus eſt, quia damnum iniuria non dedit. ſecundùm quod in factum actio erit danda in eum, qui impulit.

4 ¶ Si quis ‖ in colluctatione *b*, vel *c* in pancratio *d*, vel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit: ſi quidé in publico certamine ‖ alius alium occiderit, ‖ ceſſat Aquilia: quia gloriæ cauſa, & virtutis, non iniuriæ gratia videtur damnum datum. hoc autem in ſeruo non procedit: quoniam ingenui ſolent certare *e*: in filio familia vulnerato procedit. Planè ſi cedentem vulnerauerit, erit Aquiliæ locus: aut ſi non in certamine ſeruum occidit: niſi ‖ſi‖ domino committente hoc factum ſit *c* tunc enim Aquilia ceſſat.

5 ¶ Sed ſi quis ſeruum ægrotum leuiter percuſſerit & is obierit: rectè Labeo dicit, lege Aquilia teneri: quia aliud alij mortiferum eſſe ſolet *f*.

6 ¶ Celſus autem multumg intereſſe ‖ dicit ‖ occiderit. an mortis cauſam præſtiterit: vt, * qui mortis cauſam præſtitit *h*, non Aquilia ſed in factum actione teneatur: vnde adfert eum qui venenum pro medicamento dedit ‖ & ait, ‖ cauſam mortis præſtitiſſe: quemadmodum eum, qui furenti gladium *i* porrexit: nam nec hunc lege Aquilia teneri, ſed in factum.

7 ¶ Sed ſi quis de *k* ponte aliquem præcipitauit: Celſus ait, ſiue ipſo ictu perierit, aut continuò ſubmerſus eſt, aut laſſatus vi fluminis victus perierit, lege Aquilia teneri: quemadmodum, ſi quis puerum ſaxo illiſiſſet.

8 ¶ Proculus ait, ſi medicus ſeruum imperitè ſecuerit *l*, vel ex locato *m*, vel ex lege Aquilia *n* competere actionem.

De mulione, & eo qui equo vehitur.

8. *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

IDem iuris eſt, ſi medicamento perperam *o* vſus fuerit. Sed & qui bene ſecuerit *p*, & dereliquit curationem, ſecurus non erit ſed culpæ reus intelligitur.

1 ¶ Mulionem quoque, ſi per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, ſi eæ alienum hominem obtriuerint, vulgo *q* dicitur culpæ nomine teneri. Idem dicitur, & ſi propter infirmitatem, ſuſtinere mularum impetum, non potuerit. Nec videtur iniquum, ſi * infirmitas *r* culpæ adnumeretur, cùm *ſ* affectare *t* quiſque non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram. Idem iuris eſt in perſona eius, qui impetum equi, quo vehebatur, propter imperitiam, vel infirmitatem, retinere non poterit.

De obſtetrice. 1. De medicamento & veneno. 2. De fame. 3. De equo concitato. 4. De luſu.

9. *Vlpianus* lib.18. ad Edictum.

ITem ſi obſtetrix *u* medicamentum *x* dederit, & inde mulier perierit, Labeo diſtinguit: vt, ſi quidem

duxerit, & ſpoliatus ſit, damnum illatum ſarcire ei tenetur. vide tamen Socinum *regul.325.*
a *l.52.§.2.ĵ.eod.*
b Plato *7.de legib.* & Demoſt. *in oratione contra Ariſtocratem,* legem Atticam his verbis refert: ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελών, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας τούτου ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα.
c ἐν τῷ παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν *Synop.Baſil illo loco* Illud luctari, hoc pugillari.
d certamine mixto ex pugillatu & lucta. *Ariſtot.1.Rhet. Plutarc. 2. Sympoſ. 4. v.Gell.13.c.13.* Alij, vt Barbarus apud Plinium, putant παγκράτιον fuiſſe illos ludos, quorum meminit Iuriſconſultus *in l. 2.inf.de aleatoribus,* nempe haſtæ, vel pilæ iactum, curſum ſaltum, luctam, pugnam. Verùm Lucianus παγκράτιον pro diuerſa ludicri ſpecie ſumit, dum paleſtram ludum eſſe ait, qui lutea aſpergine fiebat: qui autem in puluere fit recto ſtadio ſe percutiendo, παγκράτιον: cuius ludi meminit Syneſius libro *de ſomnijs.* Thucydides 5. Propertius in illo carmine. Dum patitur duro vulnera Pancratio. quod optimè huic loco conuenit. Pancratio quoque fit mentio apud Senecam *in declam. & 5.de beneſic.3. Plin.35. Gell.3. l.vn.C.de athletis* in Nouella 105.c.1. πάγκαρπον leges, non παγκράτιον. A Pancratio: παγκρατιαστής. Pugil & Pugillator: Pancratiaſtis mos erat ſe puluere inſpergere, vt teſtis eſt Statius in pugna Tydei & Achillidis: & Virgilius ille ver. Fulua luctantur arena Et Pollux inter gymnica inſtrumenta numerat κονίστραν pulueris ſportulam. adde *Senecam 7. epiſt.58. & de breuitate vitæ 8,* vbi de ceromate.
e *arg.l.2.§ vlt.l.3.4.ſ. de his qui not. infam.* cuius tituli edictum ad ſeruos non pertinet.
f aliud tamen eſſe quo ad Aquiliam pertinet dicitur, ſanum quis hominem occidat aut imbecillem, *l.24.§.5.in fin.ĵ.de damno.*
g Immo nihil, *l.15.ĵ.de ſicarijs.* h Exemplum? *l.9.l.49.ĵ.eod.l.4.§.14 ĵ.de bonorum: l.6.C.de vi publica:* vide *Hyppolitum conſ.7.num 51.*
i Vel reddidit: habuit enim is qui reddidit, iuſtam cauſam non reddendi: quia tacitè hæc conuentio ſtipulationi ineſſe creditur, *Si is cui promiſſum eſt, in eodem ſtatu manſerit.* & Cicero *1.officiorum,* tradit, promiſſa non eſſe ſeruanda, ſi ei cui promiſeris plus noceant quàm proſint.
k *§.vlt.verſ.Sed ſi quis de ponte. Inſtit.eod.*
l Medicorum munus inter cætera alia, fuiſſe ſecare, hic locus eſt argumento: quod & aliàs à me notatum eſt *l.4.in fi.ĵ.ad l.Corn.de ſicarijs.*
m idem dicendum, ſi aurifex imperitia ſua gemmam includendam ſibi datam fregerit *l.13.§.5.in fi.ĵ.locati.* n adde *l.5.in fi.ſ.eod.*
o non ex artis præceptis *l.6.§.7.ſ.de offic.præſid. v.l.9.§.pen.inf.locati.* idque locum etiam habet quoties gratis curatorem ſuſcepit. *Faber ad §.6. Inſt. eod.* vide *Paul.5.ſent.22.§.vlt.* Tria ſunt autem in curatione medicorum ſpectanda, euentus, imperitia, vel culpa & delictum.
p Medicos chirurgiam ſimul exercuiſſe oſtendi *ad l.4.in fi.j.ad l.Corn.de ſicarijs.§.6.Inſt.ad l.Aquil.* q Imperitia culpæ adnumeratur.
r Infirmitas culpæ adnumeratur. ſ Affectare nemo debet id, in quo intelligit vel intelligere debet infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram. Punitur igitur affectatum munus, *vt hic.* vt & adfectata tutela, *§. item tria. Inſtit. de excuſat.tutor. Theoph ibidem:* dixi ad Feſtum *in Adfectare.*
t vide *l.36.j.de regulis iuris.§.6. Inſt.eod.* Eo caſu à medico tanquam iniquo poſſeſſore hereditas auferri debet, *l.3.de his quæ vt indignis.*
u adde *l.15.j.de ſicarijs:* & ſpeciem *l.vlt.C.de aſſeſſorib.*
x putà πέσσους quæ & πρόσθετα, & ἐγκολπισμοὶ dicuntur & ἐπομφάλια, quæ firmandis fœtibus apponuntur: quorum meminit Fulgentius *3.Myth.* Huiuſmodi obſtetricibus, medicinæ vſus, neceſſitatis atque pudoris gratia, tandem ab Athenienſibus, teſte Hygino, conceſſus fuit. ἰατρίαιναι vocantur in Baſilicis, *l.pen. C. de poſthered.* quibus, vt maribus medicis, culpa imputatur, *vt hic.& §.5.j.eo.* harum arbitrio æſtimabatur, mulier prægnans eſſet, nécne, *l.1.j.de ventre inſpiciendo.* De earum mercedib. extra ordinem ius dicitur *l.1.§.3.j.de extraord.cognit. v.Cuiac.17.obſ.17.* ſuis.

d etiam armis imparibus, præſertim ſi à fortiore, grandiore & robuſtiore quis prouocatus ſit. e adde *l.1 ĵ.de iniuriis.*
f *l.1.ĵ.de iniuriis.* g *l.49.§.1.ĵ.eo.& d.l.1.§.2.Inſt.eo.*
h Culpam non admittit qui ſuæ mentis non eſt. i *v.l.13.ſ.de off.Præſidis.*
k Furioſus nocens, quadrupedi damnum danti, & tegulæ cadenti comparatur.
l de tegularum caſu, cui is noceat, *v.l.43.ĵ.de damno.*
m Impubes iniuriæ capax, furti teneri poteſt, adde *l.22.§.1.ĵ.de furt.*
n *l.9.§.2.ſ.de minor.v.l.23.ĵ.de furt.* o *v.l.6.ĵ.eo.* p de eluſcato *v.l.13. in fi.§.de triticar.l.13.§.4.ĵ.de locati.* q Ingenui Romæ etiam diſcebant ſeruiles artes, vt hic ſutrinam, & Alfenus noſter, Iuriſconſultus, relicta tonſtrina, factus eſt. *Hora*
r *al.*demonſtrauerat.* ſ Forma calcei hic & *l.13.§.4.ſ.locati.* muſtricola dicitur Feſto, ſeu machinula ex regulis, in qua nouus calceus ſuitur. Afranius. Muſtricolam in dentes impingam tibi. Alio ſenſu gloſſis muſtricola μυάγρα ἢ παγὶς ἐπὶ μυῶν, Muſcipulum & muſcipula ad adſtringendos mures machinula.
t de oculo, adde *l.52.§.1.ĵ.eo.l.13.§.4.ĵ.locati.l.6.ĵ.de variis & extr.cognit.*
u *al.*effoderetur. *v.l.13.§.4.ĵ.locati.* x Docenti leuis caſtigatio permiſſa adde *l.25.§.38.ĵ.de iniur.* y *l.5.§.vlt.ſ.eo.in pr.& fi.l.17.§.1.ſ.de vſufr.l.13.§.4.inf. locati, l.16.§.2.ĵ.de pœnis.* z Aquilia, *l.5.in fi.ſ.eo.*
a pueri, cui forma calcei oculus perfoſſus à ſutore præceptore. b *v l.vlt.ĵ.de his qui effuderunt.* c οἵῳ δήποτε ὀργάνῳ, id eſt quocunque inſtrumento *36. Syn. Baſ.ex lib.60.tit.13.c.*
d vt qui alimenta denegat, *l.4.ĵ.de liberis agnoſc.*
d Promittens per viam atque iter ſecurum Titium deducere, ſi per viam inſolitam

ſuis manibus ſuppoſuit videatur occidiſſe : ſin verò dedit, vt ſibi mulier offerret, in factum actionem dandam, quæ ſententia vera eſt : magis *a* enim cauſam mortis præſtitit, quam occidit *b*.

1 ¶ Si quis per vim, vel ſuaſum, medicamentum alicui infundit, vel ore *c*, vel clyſtere *d*, vel ſi eum vnxit malo *e* veneno : lege Aquilia "eum teneri." quemadmodum obſtetrix ſupponens tenetur.

2 ¶ Si quis hominem fame *f* necauerit : in factum actione teneri, Neratius ait.

3 ¶ Si ſeruum meum equitantem, concitato equo effeceris in flumen præcipitari, atque ideo ‖homo‖ perierit : in *g* factum eſſe dandam actionem, O filius ſcribit : quemadmodum *h* ſi ſeruus meus ab alio in inſidias deductus, ab alio eſſet occiſus.

4 ¶ Sed ſi per luſum *i* à iaculantibus ſeruus fuerit occiſus : Aquiliæ locus eſt. ſed ſi, cùm alij in campo iacularentur, ſeruus per eum locum tranſierit : Aquilia ceſſat : quia non debuit per campum iaculatorium *k* iter intempeſtiuè facere, qui tamen data opera in eum iaculatus eſt, vtique Aquilia tenebitur.

10. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

NAm luſus quoque noxius in culpa eſt *l*.

1. Si alius tenuit, alius interemit. 2. Si plures percuſſerint. 4. aut trabem deiecerint. 5. De cane irritato. 6. De domino. 7. De homine redhibendo. 8. De bonæ fidei poſſeſſore. 9. De commodatario. 10. De fructuario, & vſuario.

11. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

ITem Mela ſcribit : ſi *m*, cum pila *n* quidam luderent, vehementius quis pila *o* percuſſa, in tonſoris manus eam deiecerit : & ſic ſerui quem tonſor radebat, gula ſit præciſa adiecto cultello : in quocunque eorum culpa ſit, eum lege Aquilia teneri. Proculus, in tonſore eſſe culpam. Et ſanè, ſi ibi tondebat, vbi ex conſuetudine ludebatur, vel vbi tranſitus frequens erat : eſt, quod ei imputetur, quamuis nec illud malè dicatur, ſi in loco perículoſo ſellam habenti tonſori ſe quis commiſerit, ipſum de ſe queri debere *p*.

1 Si alius tenuit *q*, alius interemit : is, qui tenuit, quaſi *r* cauſam mortis præbuit, in factum actione tenetur.

2 ¶ Sed ſi plures ſeruum percuſſerint : vtrum omnes, quaſi occiderint, teneantur, videamus. & ſi quidem apparet, cuius ictu *ſ* perierit; ille, quaſi occiderit, tenetur. quod ſi *t* non apparet : omnes, quaſi occiderint, teneri, Iulianus ait : &, ſi cum vno agatur, cæteri non liberantur. nam, * ex lege Aquilia quod alius præſtitit, alium non releuat, cum *u* ſit pœna.

3 ¶ Celſus ſcribit, ſi alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſtea exanimauerit *x* : priorem *y* quidem non teneri, quaſi occiderit *z*, ſed quaſi vulnerauerit : quia ex alio vulnere periit. poſteriorem teneri, quia occidit. quod & Marcello videtur, & eſt probabilius.

4 ¶ Si plures trabem deiecerint, & hominem oppreſſerint : æquè veteribus placet, omnes lege Aquilia teneri.

5 ¶ Item cum eo, qui canem irritauerat *a*, & effecerat, vt aliquem *b* morderet, quamuis eum non tenuit, Proculus reſpondit Aquiliæ actionem eſſe. ſed Iulianus eum demum Aquilia teneri ‖ait,‖ qui tenuit, & effecit, vt aliquem morderet : cæterum, ſi non tenuit, in factum agendum.

6 ¶ Legis autem Aquiliæ actio hero competit, hoc eſt domino *c*.

7 ¶ Si in eo homine, quem tibi redhibiturus eſſem, damnum iniuria datum eſſet, Iulianus ait, legis Aquiliæ actionem mihi competere : méque, cùm cœpero redhibere, tibi *d* reſtituturum.

8 ¶ Sed, ſi ſeruus bona fide alicui ſeruiat, an ei competit Aquiliæ actio ? Et magis in factum *e* " actio" erit danda.

9 ¶ Eum, cui veſtimenta commodata ſunt, non poſſe, ſi ſciſſa fuerint, lege Aquilia agere *f* Iulianus ait : ſed domino eam competere.

10 ¶ An fructuarius, vel vſuarius, legis Aquiliæ

a Cauſam mortis præſtans non tenetur de occiſo & differt ab eo qui occidit.
b vt interim ſciamus alibi dici, nihil intereſſe quis occidat, an cauſam mortis præbeat *l.15. ȷ. de ſicariis.*
c Vt ſi eius generis ſit medicamentum, vt ore ſumatur.
d Clyſterem homines docuit *Ibis* auis, roſtri aduncitate, per eam partem ſe perluēs qua reddi ciborū onera maximè ſalubre eſt. *Cic. 2. de Nat. Plin. c. 27.*
e eſt enim aliquod bonum. v. *l. 3. ȷ. de ſicariis.*
f v. *l. 5 C. eo.*
g Imò vtilis Aquilia danda eſt, §. 16. *Inſt. eo.*
h vtilis Aquilia datur, quod non occiderit, ſed dolo ad inſidiatores deduxerit.
i §. 4. *Inſt. eo.*
k v. *l. 7. §. 4. ſ. eo.*
l §. 9. *ſ. de conſtit. ad Anteceſſores, l. 50. in fin. ȷ. de furtis* §. 11. *Inſtitut. de obl. ex delicto.*
m *l. 36. Syn. Baſ. ex lib. 66. tit. 3. c. 11.* vbi penè hæc tota lex continetur.
n adde *l. 52. in fin. ȷ. eo.*
o Pilæ luſus in vſu apud veteres Romanos. v. *l. 52. in fin. ȷ. eo.* v. *Senecam 2. de benef. 19. 31. & 5. de benef. 8. & 7. de benef. 18.*
p adde *l. fi. ȷ. commodati.*
q occidendum; tenendo ei manus.
r verbum *quaſi* non denotat hic fictionem ſed veritatem.
ſ ictus enim cuiuſque contemplari oportet colliguntur autem ex teli genere. v. *leg. vlt. ȷ. de ſicariis.*
t v *Clarum 5. ſent. §. vlt. q. 60. n. 23.*
u Sic habeto : Titium, ſi pluribus vulneribus vno impetu Sempronium occiderit, teneri de occiſo : Si prius vulnerauerit, poſtea occidit, de vulnerato & occiſo *l. 32. §. 1. ȷ. eod.* at ſi idem Sempronius poſt acceptum vulnus ruina, aut naufragio periit, Titius de vulnerato tantum tenebitur, *l. 15. §. ȷ. eod.* Quemadmodum ſi Tertius eundem Sempronium vno ictu exanimauerit, *vt hoc §.* Quod ſi Tertius vno ictu, ſed ſimpliciter, Sempronium à Titio vulneratum vulnerauit, iſque poſtea moriatur, vterque de occiſo tenebitur, *l. 51. ȷ. eo.* Scio nonnullis videri hic agi de liberis occiſis : *in dicta l. 51.* de ſeruis Aliam conciliandi rationem affert Zaſius *2. intellect. 2.* ſed meo iudicio operoſiorem.
x Exanimare eſt animam tollere, occidere. hinc exanimis, occiſus. Virgil. corpus vbi exanimum poſitum Pallantis. Exanimatus verò perturbatus, conterritus, Terent. Andr. exanimatum video *Donatus & Arruntius Celſus.*
y v. Tiraq. *tractatu de pœnis temperandis, cauſa 61.*
z *l. 1. §. 6 ſ. tit prox.* a *l. 13. 43. ȷ. eo.*
b Quid ſi quis irritatu ſuo feram beſtiam vel aliam quamcumque quadrupedem in ſe proritauit, eóque damnum acceperit (ita legendum, non *dederit*, niſi legas, *ſibi dederit*) neque in eius dominum, neque in cuſtodem datur actio. *Paul. 1. ſent. 15. §. 2.*
c An in dominum ? v. *l. 19. ȷ eod.*
d tibi quicquid fuero conſecutus. *Hal.* v. *l. 24. ȷ. de ædilit. edict.*
e in duplum *Baſilica.*
f de pauperie tamen poteſt. *l. 2. ſ. tit. prox.*

actionem haberet, Iulianus tractat ? Et ego puto, melius vtile *a* iudicium ex hac cauſa dandum.

18. *Paulus* libro 10. ad Sabinum.

SEd & ſi proprietatis dominus vulnerauit ſeruum, vel occiderit *b*, in quo vſusfructus meus eſt : danda eſt mihi, ad exemplum legis Aquiliæ, actio in eum pro portione vſusfructus : vt etiam ea pars anni in æſtimationem veniat, quia nondum vſusfructus meus fuit.

De libero homine. De ſeruo fugitiuo. 1. De bonæ fidei poſſeſſore. 2. De ſeruo hereditario. 3. De ſeruo legato.

13. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

LIber homo, ſuo *c* nomine vtilem Aquiliæ habet actionem : directam enim non habet : quoniam * dominus *d* membrorum ſuorum nemo videtur. Fugitiui *e* autem nomine dominus *f* habet.

1 ¶ Iulianus ſcribit, ſi homo liber bona fide mihi ſeruiat, ipſum lege Aquilia mihi teneri *g*.

2 ¶ Si ſeruus hereditarius occidatur : quæritur, quis Aquilia agat, cum dominus nullus ſit huius ſerui ? Et ait Celſus legem domino damna ſalua eſſe voluiſſe. dominus ergo hereditas *h* habebitur. quare, adita hereditate, heres poterit experiri.

3 ¶ Si ſeruus legatus, poſt aditam hereditatem ſit occiſus ? competere legis Aquiliæ actionem legatario, ſi non poſt mortem ſerui agnouit legatum, quod ſi repudiauit : conſequens eſſe ait Iulianus dicere, heredi competere.

14. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

SEd ſi ipſe heres *i* eùm occiderit, dictum eſt, dandam in eum legatario actionem.

1. Si ſeruus mortifere vulneratus, poſtea ex alia cauſa moriatur, vel manumittatur, vel alienetur, vel heres à domino inſtituatur.

15. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

HVic ſcripturæ conſequens eſt dicere : vt ſi ante *k* aditam hereditatem occidatur legatus ſeruus, apud heredem *l* remaneat Aquiliæ actio, per hereditatem acquiſita. Quod ſi vulneratus ſit ante aditam hereditatem, in hereditate quidem actio remanſit : ſed cedere ea *m* legatario heredem oportet.

1 ¶ Si *n* ſeruus vulneratus mortiferè, poſtea ruina vel naufragio, vel alio ictu maturius perierit, de occiſo agi non poſſe, ſed quaſi de vulnerato *o*. Sed ſi manumiſſus, vel alienatus, ex vulnere periit, ‖quaſi‖ de occiſo agi poſſe, Iulianus ait. hæc ita tam variè : quia verum eſt, eum à te occiſum tunc, cum vulnerabas : quod mortuo eo demum apparuit : in ſuperiore non eſt paſſa ruina apparere an ſit occiſus. Sed ſi vulneratum mortifere, liberum & heredem eſſe iuſſeris : deinde deceſſerit : heredem eius agere Aquilia non poſſe *p*.

16. *Marcianus* lib. 4. Regularum.

QVia *q* in *r* eum caſum res peruenit, à quo incipere non poteſt *ſ*.

De ſeruo bona fide poſſeſſo, vel pignerato. 1. De ſeruo duobus coniunctim legato.

17. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

SI dominus ſeruum ſuum occiderit : bonæ fidei poſſeſſori *t*, vel ei, qui pignori accepit *u*, in factum actione tenebitur.

1 ¶ (Si *x* coniunctim *y* duobus legetur Stichus, & alter eorum occiſum repudiauerit : puto, coniunctim ſolum poſſe Aquilia agere : quia retro accreuiſſe dominium ei videtur.)

De ſeruo pignerato.

18. *Paulus* lib. 10. ad Sabinum.

SEd & ſi is, qui pignori ſeruum accepit, occidit eum vel vulnerauit, lege Aquilia, & *z* pigneratitia conueniri poteſt, ſed alterutra contentus eſſe debebit actor.

De ſeruo communi.

19. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

SEd ſi communem ſeruum occiderit quis, Aquilia teneri cum Celſus ait. Idem eſt, & ſi vulnerauerit *a*.

20. *Idem* lib. 42. ad Sabinum.

SCilicet pro ea parte, pro qua dominus eſt, qui agat.

De damni æſtimatione. 1. De anni computatione. 2. De æſtimatione corporis, & eius quod intereſt.

21. *Idem* lib. 18. ad Edictum.

AIt lex, *quanti " is homo " in eo* b *anno plurimi fuiſſet*, quæ clauſula æſtimationem *c* habet damni, quod datum eſt.

1 ¶ Annus autem retrorſus *d* computatur, ex quo quis occiſus eſt. Quod ſi mortiferè fuerit vulneratus, & poſtea poſt longum interuallum mortuus ſit : inde annum numerabimus, ſecundùm Iulianum ex quo vulneratus

a *l. 12. ȷ. eo. l. 17. in fi. ſ. de vſufruct.*
b *l. 7 § 4. l. 18. §. 2. ſ. de dolo.*
c de damno ſibi dato.
d Membrorū ſuorum dominus nemo videtur : v. quæ ſcripſi ad *Nouellam Leonis 5. & l. 4. ȷ de cuſtodia.*
e læſi vel occiſi in fuga.
f v. *l. 11. §. 6. ſ. eod.*
g Cur ita ? v. *l. 54. §. 1. ȷ. de acquir. rer.*
h *l. 43. ȷ. eod l. 36. §. 2. ſ. de petitione hered.* v. *l. 31. in fin. ȷ. de heredib. inſtit.*
i *l. 7. §. 5. ſ. de dolo.*
k Legati dominiū à die mortis tranſit in legatarium, fictè : ab adita hereditate, verè, *l. ſi tibi. §. ſeruus, ȷ. de legat. 1.* Fictio requirit duo extrema *Bald.*
l *leg. 66. §. 2. ȷ. ad Treb.*
m *al.* eam.
n *Synop. Baſ. d. loco c. 16.*
o aduerſus eum qui prior vulnerauit, v. *l. 11. §. 2. ſ. eodem.*
p *l. 16, l. 36. §. 1. ȷ. eod.*
q Theoph. §. 6. *Inſt. de noxal.*
r Quod in eum caſum peruenit à quo incipere non poteſt, id irritum eſt.
ſ *l. 11. ſ. de ſeruitutib. l. 85. §. 1. ȷ. de reg. iur.*
t *l 11. §. 7. ſ. eod.*
u *l. 27 ȷ. de pign.*
x hunc paragraphum Auguſt. 3. *Emend.* 1. authoritate Baſilicon motus tollit.
y *l. 34. ſ. eod.*
z id eſt alterut. *a* *vt in l. 27. §. 11. ȷ. eod.*
a quid ſi ſeruus communis mihi nocuerit v. *l. 27. §. 1. ȷ. eo.*
b *l. 23 §. 2. ȷ. eo.*
c Quanti plurimi clauſula, æſtimationem rei continet.
d hoc eſt ante, vnde *retrorſior* apud Tertullianum *cap. 19. apologetici.* Cæteri, inquit, quoque Prophetæ, etſi Moyſi poſtumant, extremiſſimi tamen eorum non retrorſiores (ita legendum, non *recentiores*) deprehenduntur primoribus veſtris facientibus & legiferis & hiſtoricis ? ita legendum eſt cum interrogatione. quæ duo errata doctiſſimus ſanè interpres Pammelius non obſeruauit. vult enim Tertullianus, vltimos Prophetarum, ſapientibus & Philoſophis gentilium tempore antiquiores : niſi *retrorſiorem* accipiat

omnes tenentur quia publi-
ca vtilitas ea poſcit cum
priuatus damnum cedit et
nec non obſtat intelligi vbi
omnes non admittuntur
ex publica vtilitate

vulneratus eſt a: licet Celſus contra ſcribit.
2 ¶ Sed vtrum corpus eius ſolum æſtimamus quā-
ti fuerit, cùm occideretur: an b potius, quanti inter-
fuit noſtra, non eſſe occiſum? Et hoc iure vtimur,
vt eius, quod intereſt c, fiat æſtimatio.

22. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

PRoinde ſi ſeruum occidiſti, quem ſub pœna traden-
dum promiſi: vtilitas d venit in hoc iudicium.
1 ¶ Item * cauſæ e corpori f cohærentes æſtiman-
tur, ſi quis ex comœdis g, aut ſymphoniacis aut ge-
mellis, aut quadriga h, aut ex pari mularum vnum,
vel vnam occiderit: non ſolum "enim" perempti cor-
poris, æſtimatio facienda eſt, ſed & eius ratio haberi
debet, quo cætera corpora depretiata ſunt.

8. De ſucceſſoribus. 9. Si ſeruus dolo occiſus ſit. 10. De confitente aut negante. 11. De falſa confeßione.

23. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

INde Neratius ſcribit, ſi ſeruus heres inſtitutus occi-
ſus: ſit, etiam hereditatis æſtimationem k venire l.
1 ¶ Iulianus ait: ſi ſeruus liber, & heres eſſe iuſſus
occiſus fuerit: neque ſubſtitutum, neque legitimum,
actione legis Aquiliæ hereditatis æſtimationem con-
ſecuturum, quæ ſeruo competere non potuit. quæ
ſententia vera eſt. pretij igitur ſolummodo fieri æſti-
mationem, quia hoc intereſſe ſolum ſubſtituti videre-
tur. Ego autem puto, nec pretij fieri æſtimationem:
quia, ſi heres eſſet m, & liber eſſet.
2 ¶ Idem Iulianus ſcribit: ſi inſtitutus fuero ſub
conditione, *Si Stichum manumiſero*, & Stichus ſit occi-
ſus poſt mortem teſtatoris: in æſtimationem etiam
hereditatis pretium me conſecuturum: propter occi-
ſionem enim defecit conditio. quod ſi viuo teſtatore
occiſus ſit, hereditatis æſtimationem ceſſare: quia
retrorſum n, quanti plurimi fuit inſpicitur.
3 ¶ Idem Iulianus ſcribit æſtimationem hominis
occiſi ad id o tempus referri, quo plurimi in eo anno
fuit. & ideo, & ſi pretioſo pictori pollex fuerit præci-
ſus: & intra annum, quo præcideretur fuerit occiſus:
poſſe "eum" Aquilia agere: pretióque eo æſtimandum,
quanti fuit prius quàm artem cum pollice amiſiſſet.
4 ¶ Sed & ſi ſeruus, qui magnas fraudes in meis
rationibus commiſerat, fuerit occiſus, de quo quæ-
ſtionem habere deſtinaueram, vt p fraudium partici-
pes eruerentur: rectiſſimè Labeo ſcribit, tanti æſti-
mandum quanti mea intererat, fraudes ſerui per eum
commiſſas, detegi q, non quanti noxa eius ſerui va-
leat.
5 ¶ Sed & ſi bonæ frugi ſeruus, intra annum mutatis
moribus occiſus ſit: pretium id æſtimabitur, quanto
valeret prius, quàm mores mutaret.
6 ¶ In ſumma, omnia commoda, quæ intra annum
quo interfectus eſt, pretioſiorem ſeruum facerent,
hæc accedere ad æſtimationem eius, dicendum eſt.
7 ¶ Si infans r ſit occiſus nondum anniculus ſ,
verius eſt ſufficere hanc actionem: vt æſtimatio refe-
ratur ad id tempus, quo t intra annum vixit.
8 ¶ Hanc actionem & heredi u, cæteriſque ſucceſ-
ſoribus dari conſtat. Sed in heredem, vel cæteros hæc
actio non dabitur, cùm ſit pœnalis x: niſi fortè ex
damno locupletior heres factus ſit.
9 ¶ Si dolo ſeruus occiſus ſit: & lege Cornelia y
agere dominum poſſe conſtat: &, ſi lege Aquilia ege-
rit, præiudicium fieri Corneliæ z non debet a.
10 ¶ Hæc actio aduerſus confitentem competit in
ſimplum, aduerſus negantem in duplum b.
11 ¶ Si quis hominem viuum falsò confiteatur oc-
cidiſſe: & c poſtea paratus ſit oſtendere, hominem
viuum eſſe: Iulianus ſcribit ceſſare Aquiliam: quam-
uis confeſſus ſit ſe occidiſſe. hoc enim ſolùm remit-
tere actori confeſſoriam actionem, ne neceſſe habeat
docere, eum occidiſſe. cæterum occiſum eſſe homi-
nem à quocunque oportet d.

24. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

HOc apertius eſt circa vulneratum hominem. nam
ſi confeſſus ſit vulneraſſe, nec ſit vulneratus: æſti-
mationem cuius vulneris faciemus? vel ad quod
tempus recurremus?

1. De confeßione procuratoris, tutoris, curatoris. 2. De officio iudicis in confitentem.

25. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

PRoinde ſi occiſus quidem non ſit, mortuus autem
ſit: magis eſt, vt non teneatur de mortuo, licet
faſſus ſit.
1 ¶ Si procurator, aut tutor, aut curator, aut qui-

pro eo qui ſequitur; hoc ſenſu. Extremiſſimi Prophetarum, non retroſiores ſunt Ethnicorum ſapientibus, legiferis & hiſtoricis, id eſt, non ſunt illis recentiores vel *retroſior*, eſt qui retro
a tunc enim fingitur occiſus, *l.* 15. § 1. ſ. *eo*
b id quod intereſt non metimur ex ſolo ſerui occiſi corpore, ſed vlterius etiam.
c *l.* 22 *l.* 23. §. 1. 4. 6. *l.* 37. §. 1. *l.* 51. *ver. æſtimatio. l.* 55. *verſ. quanti igitur.* ſ. *eo leg.* 1. §. *pen.* ſ. *tit prox.*
d ſeu id quod intereſt, *l.* 21. ſ. *eod. Vtilitatis* enim verbo, hic id quod intereſt intelligitur.
e Cauſæ corpori cohærentes, vtilitates, acceſſiones. *l.* 37. §. 1. ſ. *eod.*
f *Corpus* hic non id quod corpus in homine eſt, vocat ſimpliciter, ſed id quod ex diſtantibus & pluribus corporibus perficitur. Eſt enim corpus comœdorum, Symphoniacorum, gemellorum, quadrigæ, paris mularum.
g *l.* 34 *in fin. l.* 38. *in fin.* ſ. *de ædilitio.*
h *d. l.* 38.
i *ſub.* antequam etiam adiret hereditatem iuſſu domini §. 10. *Inſt. eo.*
k *l.* 11. ſ. *ad exhib. l.* 52. § *penult.* ſ. *de furtis.*
l Imo non venit, *l.* 63. ſ. *ad Falc.*
m §. *Inſt.* 1. *de her. inſt. l. pen. C. de neceſſariis.*
n *l.* 21. §. 1. ſ. *eo.*
o *v. l.* 15. §. 41. ſ. *de iniuriis.*
q ſic de cautione ſubrepta aut corrupta & inſtrumentis competit condictio & damni iniuriæ actio *l.* 10. *in fin. ſuprà de damno.*
r de infante, *v. leg.* 70. ſ. *de verb. oblig.*
ſ id eſt, cum nondum annum compleuiſſet.
t non ſit æſtimatio totius anni eius, qui nondum anniculus occiſus. ſed eius temporis quo intra annum vixit.
u v. *l.* 36. §. 1. ſ. *eod.*
x *l.* 1. §. 1. ſ. *de priuatis delictis.*
x *l.* 111. *in fin de reg. iur.* pœnales actiones non dantur in heredes, niſi locupletiores factos.
y v. *l.* 3. *C. eo.*
z *l.* 2. §. 1. ſ. *vi bonorum raptorum.*
a imo poteſt, *l.* 7. §. 1. *in fin.* ſ. *de iniuriis.*
b v. *l.* 2. §. 1. ſ. *eod.*
c Notorietas innocentiæ poteſt purgari, *l.* 13 *in fin.* ſ. *de interrog. cap. vltim. de confeſſis Bellamera deciſione* 404.
d adde *l.* 24. ſ. *eo. l.* 4. ſ. *de confeſſis.*

uis alius a confiteatur b "aut" abſentem vulneraſſe:
confeſſoria in eos c vtilis actio danda eſt.
1 Notandum, quod in hac actione, quæ aduerſus
confitentem datur, Iudex non rei iudicandæ, ſed æ-
ſtimandæ datur: nam * nullæ partes ſunt iudicandi
† in confitentes d.

26. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

PVta enim, quod qui conuenitur, fateatur ſe occi-
diſſe, & paratus ſit æſtimationem ſoluere, & ad-
uerſarius e magni f litem æſtimat.

De ſeruo ſeruum ſurripiente & occidente. 1. De ſeruo com-
muni. 3. Qui tenentur nomine ſerui. 4. Caput ſecundum.
5. Caput tertium. 6. De homine, vel pecude, ruptis, fractis,
vſtis. 7. De arbuſto, ædificio, & rebus inquilini exuſtis. 10. De
furno ſecundùm parietem communem. 11. De ædificio exuſto.
12. De apibus exuſtis. 13. Quid ſit rumpere. 14. De lolio, aut
auena in ſegetem iniectis. 15. De vino corrupto. 16. De fracto
vel vſto. 17. De ſeruo vulnerato, vel cæſo. 18. De veſtimen-
tis ſciſſis, vel inquinatis. 19. De milio, vel frumento effuſo.
20. Si quid frumento immixtum ſit. 21. De nummis excuſſis.
22. De partu eiecto. 23. De mulo nimium onerato. 24. De
naue perforata. 25. De fructibus perceptis. 26. De ſylua cæ-
ſa. 27. de ſalicto. 28. De puero caſtrato. 29. De artifice qui
calicem fregit. 30. De margaritis ab vxore perforatis. 31. De
foribus fractis: aut ædificio diruto. 32. De aquæductu diruto.
33. Si lapis ex plauſtro ceciderit. 34. De mulo qui pollicem
ſerui, ad quem erat alligatus, auulſit. 35. De lacu pertuſo &
vino effuſo.

27. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

SI ſeruus ſeruum alienum ſubripuerit, & occiderit:
"&" Iulianus, & Celſus ſcribunt, & furti, & damni g
iniuriæ competere actionem.
1 ¶ Si ſeruus communis, id eſt meus & tuus, ſer-
uum meum occiderit: legi Aquiliæ locus eſt aduerſus
te, ſi tua voluntate h fecit: & ita Proculum exiſtimaſſe
Vrſeius refert. quod ſi non voluntate tua fecit, ceſſare
noxalem actionem: ne i ſit in poteſtate ſerui k vt tibi
ſoli ſeruiat. quod puto verum eſſe.
2 ¶ Item ſi ſeruus communis, meus & tuus l, ſit oc-
ciſus à ſeruo Titij: Celſus ſcribit, alterum ex dominis
agentem, aut litis æſtimationem conſecuturum pro
parte, aut noxæ dedi ei in ſolidum oportere: quia hæc
res diuiſionem non recipit.
3 ¶ Serui autem occidentis nomine dominus tene-
tur m: is verò, cui bona fide ſeruit, non n tenetur. Sed
an is, qui ſeruum in fuga habet teneatur nomine eius
Aquiliæ actione, quæritur: & ait Iulianus, teneri o. &
eſt veriſſimum: cui & Marcellus conſentit.
4 ¶ Huius legis ſecundum quidem capitulum in
deſuetudinem abiit p.
5 ¶ Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia:
Cæterarum q *rerum præter hominem & pecudem occiſos, & ſi*
quis alteri damnum faxit, quod vſſerit, fregerit, ruperit iniuria:
quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs do-
mino dare damnas eſto.
6 ¶ Si quis igitur non occiderit hominem, vel pe-
cudem: ſed vſſerit, fregerit, ruperit: ſine dubio ex his
verbis legis agendum erit r. Proinde, ſi facem ſeruo
meo obieceris, & eum aduſſeris, teneberis mihi.
7 ¶ Item ſi arbuſtum meum, vel villam meam in-
cenderis ſ: Aquiliæ actionem habebo.
8 ¶ Si quis inſulam voluerit meam exurere: & ignis
etiam ad vicini inſulam peruenerit: Aquilia tenebitur
etiam vicino; non minus etiam inquilinis tenebitur,
ob res eorum exuſtas. 9 ¶ Si fornicarius t ſeruus
coloni ad fornacem obdormiſſet, & villa fuerit exu-
ſta; Neratius ſcribit, ex locato conuentum u præ-
ſtare debere, ſi negligens in eligendis miniſteriis x
fuit. cæterum ſi alius ignem ſubiecerit fornaci, alius

a velut defenſor, *l.* 9. §. 4. ſ. *de interrog.*
b ſine mandato & tamen falſo.
c Præiudicium nō faciunt domino, pupillo, adulto, niſi mandatum ſpeciale confitendi habuerit procurator, tutor, curator, aut confeſſio eius rata poſtea habita fuerit, *l.* 6. §. 4. ſ. *de confeſſ. l.* 20. ſ. *de interrog.*
† *al.* iudicantis.
d niſi in condemnando, idque in ciuilibus, non in criminalibus. *Bart.*
e confitentis.
f cum is qui confeſſus eſt, minus æſtimet.
g id eſt duas actiones, *l.* 2. *in fin.* ſ. *de priuatis delictis.*
h *l.* 1. §. *quod ergo additur, de vi & vi.*
i Ratio infirma. v. Cuiac. 17. *obſeru.* 15. adde quæ ſcripſi ad *l.* 21. *Cod. de furtis.*
k ſimilis eſt ratio in *l.* 13. ſ. *de acquir. poſſeſſ.*
l *l.* 19. 20. ſ. *eod.*
m Imo non tenetur, *l.* 11. ſ. *de noxalib.* Solue, vt mox dicetur.
n imo tenetur noxali bonæ fidei poſſeſſor, *l.* 13. & *l.* 28. ſ. *de noxalib.* 8. ſ. *de interrog.* Ne dicas cum Græcis hic non agi de noxali, ſed de alia actione. Nam de noxali actione hæc lex prorſus loquitur, cum dicat: *ſerui nomine.* Ne dicas bonæ fidei poſſeſſorem bonæ fidei deſiiſſe quo tempore cum eo ageretur noxali iudicio: hæc enim commenta ſunt. Dic potius, bonæ fidei poſſeſſorem non teneri noxali actione, vt vel æſtimationem litis ſufferat, vt ſeruum actoris faciat (quia & illud iniquum eſt, & hoc præſtare
non poteſt, cum ipſe dominus non ſit) ſed teneri, vt ſeruum dimittat, & to-
ſuo iure cedat. Dominum autem propriè teneri vt ſeruum actoris faciat; quia
vindicandi ſerui à bonæ fidei poſſeſſore facultatem habet. *argum. l.* 22. ſ. *de no-*
xalib. Atqui negatur dominum ſerui nomine ab alio bona fide poſſeſſi, furti
teneri, *l.* 11. ſ. *de noxalibus.* Dic dominum ita non teneri, vt electo bonæ fidei
poſſeſſore non teneatur, cum ab initio liberum ſit actori vel cum domino ex-
periri, vt litis æſtimationem præſtet: vel cum bonæ fidei poſſeſſore, vt eum à
ſe dimittat, ſi nolit pro eo ſubire litis æſtimationem: quod fortè ſeruatur in
verſiculi ſequentis hypotheſi.
o Immò non tenetur dominus noxali actione de furto à ſuo ſeruo fugitiuo
commiſſo, *l.* 17. §. 3. ſ. *de furtis: l.* 21. §. 3. ſ. *de noxalibus. Paul.* 2. *ſent.* 31. §. 23.
p Secundum hoc legis Aquiliæ caput videtur fuiſſe de intercepta nobis vti-
litate aliqua, cuius exemplum ex 9. *Plin.* 59. citat *Cuiac.*
q *al.* Cæterarum rerum ſi quis alteri damnum faxit, quod aliquod animal
præter hominem & pecudem occiderit, quod vſſerit, fregerit. *Hot.* 4. *obſeru.* 2.
Verum hæc lectio minimè neceſſaria eſt, reſtringitur enim ad animalia contra
mentem Iuriſconſulti, qui ad res etiam inanimatas extendit hanc legem, ibi
cæterarum rerum. Vnde de arbuſto, villa, inſula, furno dicitur Aquiliæ quoque
actionem competere, §. 7. 8 9. 10. ſ. *eod.*
r primo capite legis agitur de occiſo: ſecundo, de intercepta nobis aliqua
vtilitate, vt antea expoſui: tertio de vſto, fracto, rupto, *vt hic.*
ſ v. *l.* 30. §. 3. ſ. *eod. l.* 1. 2. *C. eo.*
t exemplum vide apud Feſtum, *in Salinum.* Antea legebatur, Fornicarius, ſi-
nopſis Baſil. φουρνάριος.
u an & ſequentium annorum? an vero etiam totius villæ æſtimationem.
x an hoc ita accipi oportet vt colonus etiam negligentiæ teneatur.
negligen

negligenter cuſtodierit:an tenebitur, qui ſubiecerit? nam qui cuſtodijt, nihil fecit. qui rectè ignem ſubiecit, non peccauit *a*. quid ergo" eſt"? Puto vtilem competere actionem tam in eum, qui ad fornacem obdormiuit, quàm in eum, qui negligenter cuſtodiit *b*. nec quiſquam dixerit in eo, qui obdormiuit, rem eum humanam, & naturalem paſſum: cùm *c* deberet vel ignem extinguere, vel ita munire, ne euagaretur.

10 ¶ Si furnum ſecundùm parietem communem haberes, an damni iniuria tenearis? Et ait Proculus, agi non poſſe, quia nec cum eo, qui focum haberet *d*. & ideo æquius puto, in factum actionem dandam. ſc. ſi paries exuſtus ſit: ſi autem nondum mihi damnum dederis, ſed ita ignem habeas, vt *e* metuam, ne mihi damnum des: damni infecti puto ſufficere cautionem.

11 ¶ Proculus ait: cùm coloni ſerui villam exuſſiſſent: colonum vel ex locato, vel ex lege Aquilia teneri: ita vt colonus poſſit ſeruum noxæ dedere *f*: &, ſi vno *g* iudicio res eſſet iudicata, altero ampliùs non agendum. ſed hæc ita, ſi culpa *h* colonus careret. ceterum, ſi noxios ſeruos habuit *i*, damni eum iniuria teneri, cur tales habuit. Idem ſeruandum & circa inquilinorum *k* inſulæ perſonas ſcribit. quæ ſententia habet rationem.

12 ¶ Si cùm apes meæ ad tuas aduolaſſent, tu eas exuſſeris *l*, legis Aquiliæ actionem competere, Celſus ait.

13 ¶ Inquit lex *ruperit* ‖ Rupiſſe ‖ verbum ferè omnes veteres ſic intellexerunt, corruperit.

14 ¶ Et ideo Celſus quærit: ſi lolium, aut auenam *m* in ſegetem alienam inieceris, quo eam ‖ tu ‖ inquinares, non ſolùm *quod vi aut clam*, dominum poſſe agere uel, ſi locatus fundus ſit, colonum: ſed & in factum agendum: & ſi colonus eam exercuit, cauere eum debere, *amplius n non agi*: ſcil. ne dominus amplius inquietet. nam alia quædam ſpecies damni eſt, ipſum quid corrumpere, & mutare, vt lex Aquilia locum habeat: alia, nulla ipſius mutatione applicare aliud, cuius moleſta ſeparatio ſit.

15 ¶ Cum eo planè, qui vinum *o* ſpurcauit *p*, vel effudit *q* vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit: agi poſſe Aquilia, Celſus ait, quia etiam effuſum, & acetum factum. corrupti appellatione continetur.

17 ¶ Et non negat fractum, & vſtum contineri *corrupti* appellatione. ſed non eſſe nouum, vt lex, ſpecialiter quibuſdam enumeratis: generale ſubijciat verbum, quo ſpecialia complectatur. quæ ſententia vera eſt.

17 ¶ *Rupiſſe* eum vtique accipiemus, qui vulnerauerit: vel virgis, vel loris, vel pugnis cecidit, vel telo, vel quo alio, vt ſcinderet alicui corpus: vel tumorem fecerit: ſed ita demum, ſi damnum iniuria datum eſt. cæterùm, ſi nullo ſeruum pretio, viliorem deterioremve fecerit: Aquilia ceſſat: iniuriarúmque *r* erit agendum dumtaxat. Aquilia enim eas ruptiones, quæ damna dant, perſequitur. Ergo etſi pretio quidem non ſit deterior ſeruus factus, verùm ſumptus in ſalutem eius & ſanitatem facti ſunt; in hæc mihi videri damnum datum *ſ*, atque ideo lege Aquilia agi poſſe.

18 ¶ Si quis veſtimenta ſciderit, vel inquinauerit *t*, Aquilia quaſi ruperit, tenetur.

19 ¶ Sed & ſi quis milium *u* vel frumentum meum *x* effuderit in flumen; ſufficit Aquiliæ actio.

20 ¶ Item ſi quis frumento arenam *y* vel aliud " quid " immiſcuit, vel difficilis *z* ſeparatio ſit; quaſi de corrupto agi poterit.

21 ¶ Si quis de *a* manu mihi nummos excuſſerit *b*, Sabinus exiſtimat, damni iniuriæ eſſe actionem, ſi ita perierint, ne ad aliquē peruenirent. putà ſi in flumen *c*, vel in mare, vel in cloacam ceciderunt. quòd ſi ad aliquem peruenerunt; ope *d*, conſilio furtum factum agendum, quod & antiquis placuit; Idem, etiam in factum dari poſſe actionem ait.

22 ¶ Si mulier pugno, vel equa ictu à te percuſſa

a Incendium ergo non imputatur colono, quoties vel à ſe, vel ab eius ſeruo ignis camino vel fornaci rectè ſubiectus fuit. eóque caſu, ſi incendium oriatur, non ex culpa ſed fortuitò venit: ideo nec colonus tenebitur, *l*. 11.]. *de incend. v. l*. 3. §. 1. ſ. *de off. præf. vigilum*.

b Negligens cuſtos tenetur. Negligere videtur qui circa ignem commiſſum obdormit.

c Somnus etſi res humana & naturalis eſt, imputatur tamen ei qui vigiliam in ſe recipit. Somnus an excuſet facientem, *v. Tiraquel. tract. de pœnis temperandis cauſa* 5. *& ca. maiores de baptiſ. Clementin. vnicam, de homicidio*,

d Quiſque foco & igne in ſuo impune vti poteſt, *l*. 15. ſ. *de ſeruitutib. l*. 8. *in fi*. ſ. *ſi ſeru. vind*. exceptis tubulis: id enim quiddam extraordinarium videtur, *l*. 13. ſ. *de ſeruit. vrban*.

e fumi vel ignis nomine cautio exigi poteſt. vide tamen *l*. 24. §. *præterea*. j. *de damno*.

f quid iuris, ſit hodie, ſi miniſter, qui nobis ſeruit, cuiuſque deditio noxæ nobis competit? ignem ſubiecerit?

g *l*. 43. j. *locati*.

h Colonus tenetur de incendio ſua culpa dato. v. quæ notaui ad *l*. 11. j. *de incendio*. Quod ſi culpa careat, dedere ipſum ſeruum qui incendium fecit poteſt.

i Colonus in culpa quodammodo eſſe videtur, qui noxijs ſeruis vtitur. adde ſpeciem *l*. 25. §. 4. j. *locati*.

k Quod ius eſt in colono incendij ratione, idem in inquilino eſſe debet.

l hoc enim tertium caput legis Aquiliæ de exuſtis agit §. 5. 6. ſ. *eod*.

m ἄγρωςιν Græci vertunt i. verbenam. Idem ſi arenam in frumentum, *l*. 20. *infr. eod*. tametſi eo loco legant quidam *auenam*, vt hic, & apud Ciceronem 5. *de finibus*. Tertullianus *lib. de præſcript. c*. 30. Parabola, bonum ſemen frumenti à domino ſeminatum primo conſtituit, auenarum autem ſterilis fœni adulterium ab inimico poſtea ſuperducit. Huc tamen pertinere verſus Virgilianus poteſt: infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ. Infelix lolium, vel eo dici putat Iſidorus quod ſit inutile & infœcundum, *lib*. 17. *c*. 9.

n de hac formula dixi ad *l*. 15. j. *ratam rem*.

o *Theoph*. §. 13. *Inſt. eo*. vel aquas *v. l*. 1. j *de extraord. crimin*.

p Spurcat vinum, qui aquam infundit, adde Feſtum *in ſpurcum vinum*, vide prouerbium, ἀπώλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ perdidiſti vinum aqua infuſa.

q idem eſt ſi frumentum, ſ. 19 j. *eod*. r *l*. 7. *in fin*. j *de iniurijs*.

ſ ſenſus eſt lege Aquilia agi poſſe & ſanato vulnerato ſeruo *l*. 45. §. 1. j. *eo*. aliàs qui ſeruum curauit alienum, ſumptus in eo factos recuperare poteſt, *v. l*. 10. *C. de negotijs*. t vel ſi fimo corrupto aliquem perfuderit *l*. 2. §. 1. *de extraor. crim*.

u a milio, miliarium: vas ad coquendum milium *l*. 19. §. 12. j. *de auro* θέρμηρον *Gloſſis*. x vel vinum, §. 15. j. *eod*.

y idem ſi auenam. z vide §. 14. ſ *eodem*.

a manu nummos qui alteri excutit, ita vt ad nullum perueniant, ſed pereant, damni iniuriæ: ſi vt ad aliquem peruenirent, excuſſit, furti vel in factum tenetur.

b *l*. 52. §. 13. j. *de furtis*. c adde *l*. 14. §. 2. j. *de præſcr. verbis*.

d vide *l*. 50. §. 1. j. *de furtis*.

eiecerit *a*: Brutus ait, Aquilia teneri quaſi rupto.

23 ¶ Et ſi mulum plus iuſto onerauerit *b*: & aliquid membri ruperit: Aquiliæ locum fore,

24 ¶ Si nauem venaliciarum mercium perforaſſet: Aquiliæ actionem eſſe, quaſi ruperit, Viuianus ſcribit.

25 ¶ Si oliuam immaturam *c* decerpſerit, vel ſegetem *d* deſecuerit immaturam, vel vineas crudas: Aquilia tenebitur: quòd ſi iam maturas, ceſſat Aquilia, nulla enim iniuria eſt, cùm tibi etiam impenſas donauerit *e*, quæ in collectionem huiuſmodi fructuum impenduntur. Sed ſi collecta hæc interceperit, furti *f* tenetur Octauenus in vuis adijcit: niſi (inquit) in terram vuas proiecit, vt effunderentur.

26 ¶ Idem & in ſilua cædua ſcribit: vt, ſi immatura *g*, Aquilia *h* teneatur: quòd ſi matura *i* interceperit, furti teneri *k* eum, & arborum *l* furtim cæſarum.

27 ¶ Si ſalictum maturum ita, ne ſtirpes læderes, tuleris: ceſſare Aquiliam.

28 ¶ Et, ſi *m* puerum quis caſtrauerit, & pretioſiorem *n* fecerit: Viuianus ſcribit, ceſſare Aquiliam, ſed iniuriarum erit agendum, aut ex edicto ædilium, ‖ aut ‖ in quadruplum *o*.

29 ¶ Si calicem diatretum *p* faciendum dediſti ſiquidem imperitia *q* fregit, damni iniuria tenebitur ſi ‖ verò ‖ non imperitia fregit, ſed rimas habebat vitioſas, poteſt eſſe excuſatus, & ideo plerunque *r* artifices conuenire ſolent, cùm eiuſmodi materiæ dantur, non periculo ſuo ſe facere. quæ res, ex locato tollit actionem, & Aquiliæ.

30 ¶ Si cùm maritus vxori margaritas extricatas *ſ* dediſſet in vſu: eáque inuito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis in linea *t* vteretur: teneri eam lege Aquilia *u*, ſiue diuertit, ſiue nupta eſt adhuc.

31 ¶ Si quis ædificij mei fores confregerit, vel refregerit, aut ſi ipſum ædificium *x* diruit, lege Aquilia tenetur.

32 ¶ Si quis aquæductum meum diruerit: licet cementa mea ſunt, quæ diruta ſunt, tamen quia terra mea non ſit *y*, quia aquam duco: melius eſt dicere, actionem vtilem dandam.

33 ¶ Si ex plauſtro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plauſtrarium teneri, placet, ſi malè compoſuit lapides, & ideo lapſi ſunt.

34 ¶ Si quis ſeruum conductum *z* ad mulum regendum, commendauerit ei mulum: ille ad pollicem ‖ ſuum, ‖ eum alligauerit de loco: & mulus eruperit ſic, vt & pollicem auelleret ſeruo, & ſe præcipitaret, Mela ſcribit, ſi pro perito imperitus locatus ſit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptum, vel debilitatem: ſed, ſi ictu, aut terrore mulus turbatus ſit, tum dominum eius, (i. muli, & ſerui) cum eo, qui turbauit, habiturum legis Aquiliæ actionem. mihi autem videtur, & eo caſu, quo ex locato actio eſt, competere ‖ etiam ‖ Aquiliæ.

35 ¶ Item ſi tectori *a* locaueris laccum *b* vino plenum curandum *c*: & ille eum pertudit, vt vinum ſit effuſum: Labeo ſcribit in factum agendum.

De foueis. I. De cauſa cognitione.

28. *Paulus* libro 10. ad Sabinum.

QVi foueas vrſorum, ceruorúmque capiendorum cauſa faciunt, ſi in itineribus *d* fecerunt, eóque aliquid decidit, factumque deterius eſt lege Aquilia obligati ſunt. at ſi in alijs locis, vbi *e* fieri ſolent, fecerunt, nihil tenentur.

1 ¶ Hæc tamen actio ex cauſa danda eſt: ſi neque denuntiatum eſt *f*, neque ſcierit, aut prouidere potuerit. (& multa huiuſmodi deprehenduntur, quibus ſummouetur petitor, ſi euitare periculum poterit.)

De laqueis. 1. De protecto vel aquæductus reciſo. 2. De nauibus 6. De animalibus læſis quæ pecudes non ſunt. 7. De magiſtratibus & pignoribus. 8. De verbo plurimi ſupplendo in tertio capite.

29. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

QVemadmodum ſi laqueos *g* eo loci poſuiſſes, quo *h* ius ponendi non haberes, & pecus vicini in eos eos ‖ laqueos ‖ incidiſſet.

1 ¶ Si protectum meum quod ſupra domum tuam nullo iure habebam, recidiſſes: poſſe me tecum damni iniuria agere, Proculus ſcribit: de-

a i. abortum fecerit, *v. l*. 39. *inf. eod*.

b v. quæ notaui ad *l*. 48. ſ. *de vſufr*.

c *l*. 20. §. 2. j. *locati*. Adde de eo qui immaturam virginem ſtuprauit, *l*. 25. j. *de iniurijs*: *l*. 38. §. 3. *inf. de pœnis*.

d vide *l*. 21. *inf. de furtis*.

e an id ſemper præſumatur, collige ex his quæ adnotaui ad *d. l*. 48. f *l*. 25. *in fin*. j. *de furtis*.

g *al*. immaturi, *l*. 1. *C. eod. l*. 18. *inf quod vi aut clam*.

h Imò quod vi aut clam *l*. 18. j. *quod vi*

i *al*. maturam, maturam autem & immaturam ſyluam cæduam interpretor, quæ ante conſuetu cædendi tempus cæſa ſit.

k *v. l*. 1. *inf. arborum furtim cæſarum*.

l Imò nihil præſtabit *d. l*. 18.

m 19. *Synop. Baſil*. περὶ εὐνούχων *cap*. 74. §. 2.

n nam caſtratis & Eunuchis cubicularijs vtebantur principes *v. l*. 4. *Cod. de propoſitis ſacri cubiculi. & ibid. Cuiac*. Quintilianus 5. *cap*. 12. Mancipiorum negotiatores, formæ puerorum virilitate exciſa lenocinantur. *& poſt*. ſed mihi naturam intuenti, nemo non vir ſpadone formoſior erit, nec tam aduerſa vnquam videbitur ab opere ſuo prouidentia, vt debilitas inter optima inuenta ſit. Nec id ferro ſpecioſum fieri putabo, quod ſi naſceretur, monſtrum erat, libidinem iuuet, ipſū effœminati ſexus mendacium, nunquam tamen hoc co tinget malis moribus regnum, vt ſi qua pretioſa fecit & bona, *&c*.

o v. quæ notaui ad *Nou*. 142. *c*. 1. *de pœna eorum qui alios caſtrant*.

p i, calicem ex lapillo vel gemma perforandum. vnde Diatretarij qui perforant margaritas, οἱ τριτῶντες τὲς μαργαρίτας *in l*. 1. *C. de excuſat. artificum*. vide etiam Turneb. 27. *aduerſ*. 31. q *l*. 13. ſ. *locati*. r Conuentione fieri poteſt, vt ne Aquiliæ actionis nomine quis teneatur. ſ ἀτρύτες. *Baſil*. exaluminatas Plinio à detracto alumine, nondum tamen pertuſas & coniectas in lineam *v. Cuiac*. 18. *obſ*. 37.

t Linea margaritarum quid, *v. in l. lineam* 26. j. *ad l. Falcid*.

u *l*. 2. *C. rerum amot. l*. 37. j *de donat. inter virum*. x *l*. 50. j. *eod*.

y adde *l*. 30. ſ. *de ſeruit. ruſtic*. z adde *l* 60. §. 7. j. *locat*.

a vletori, *Bud*. ſed Baſilica habent, κονιατῇ, i. tectori, qualis is eſt, qui tectorium ciſternæ inducit alias legitur, victori, *Cuiac*. 10. *obſ*. 9 Porrò tectoris fit mentio *l*. 5. §. 7. j. *commodati*.

b non excipulum muſti defluentis è torculari, ſed ciſternam vini, de qua *v. l*. 21. §. 3. j. *de furtis*. c i. incruſtandum ἐπὶ τῷ φροντίσαι, vel φιλοκαλῆσαι, vel ἀναχρίσαι τὰς πλευρὰς αὐτοῦ. *v. Cuiac*. 10. *obſ* 9.

d *l*. 7. §. *antepenult*. j *quod vi*. e vt ſi quis rete, quo tempore fruges colliguntur, tetenderit, & in illud collapſum animal interierit, indemnis eſt retis dominus. 6. *Harm. in Georgicis* 6. §. 5. adde *l*. 29. j. *eod*.

f *l*. 3. *infra eod*.

g *l*. 55. *inf. de acqu. rer. dom*.

h putà in alieno, non in tuo vt hinc conſtet laqueos & retia cuique iure permitti in ſuo ponere, ſuorum fructuum ab animalibus conſeruandorum cauſa.

buſti

buiſti enim mecum, *ius mihi non eſſe proiectum a habere* agere : nec eſſe æquum, damnum me pati, reciſis à te meis tignis.

¶ Aliud eſt dicendum ex reſcripto Imperatoris, Seueri: qui ei per cuius domum traiectus erat aquædu-ctus citra ſeruitutem, reſcripſit, *iure ſuo poſſe eum intercidere*. & meritò : intereſt enim, quod hic in ſuo protexit, ille in alieno fecit.

2 ¶ Si nauis tua impacta in meam ſcapham, damnum mihi dedit: quæſitum eſt, quæ actio mihi competeret? Et ait Proculus, ſi in poteſtate nautarum fuit, ne id accideret, & culpa eorum factum ſit, lege Aquilia cum nautis agendum: quia parui refert, nauem immittendo, aut ſeruaculum *b* ad nauem ducendo, an tua manu damnum dederis. quia omnibus his modis per te damno adficior. Sed *c* ſi, fune rupto, aut cùm à nullo regeretur nauis, incurriſſet: cùm domino agendum non eſſe.

3 ¶ Item Labeo ſcribit: ſi cùm vi *d* ventorum nauis impulſa eſſet in funes anchorarum alterius ‖ & ‖ nautæ funes præcidiſſent: ſi *e* nullo alio modo, niſi præciſis funibus, explicare ſe potuit, nullam actionem dandam *f*. idémque Labeo, & Proculus, & circa retia piſcatorum : in quæ nauis ‖ piſcatorum ‖ inciderat, æſtimauerunt. Planè, ſi culpa nautarum id factum eſſet, lege Aquilia agendum. Sed vbi damni *g* iniuria agitur, ob retia, non piſcium, qui ideo capti non ſunt, fieri æſtimationem *h* : cùm incertum fuerit, an caperentur.

¶ Idémque *i* & in venatoribus, & in aucupibus probandum.

4 ¶ Si nauis alteram contra ſe venientem obruiſſet: aut in gubernatorem, aut in ducatorem *k*, actionem competere damni iniuriæ, Alfenus ait, ſed ſi tanta vis naui facta ſit, quæ temperari non potuit : nullam in dominum dandam actionem. ſin autem culpa nautarum id factum ſit: puto Aquiliæ ſufficere.

5 ¶ Si funem quis, quo religata nauis *l* erat, præciderit: de naue, quæ periit, in factum agendum.

6 ¶ ‖ Hac actione ‖ ex hoc legis capite de omnibus animalibus læſis quæ pecudes non ſunt, agendum eſt: putà, vt de cane: ſed & de apro, & leone, ceteríſque feris, & auibus idem erit dicendum *m*.

7 ¶ Magiſtratus municipales *n*, ſi damnum iniuria dederint, poſſe Aquilia *o* teneri. Nam & cùm pecudes aliquis pignori cepiſſet, & fame eas *p* necauiſſet, dum non paritur ‖ te ‖ eis cibaria adferre : in factum actio danda eſt. Item ſi, dum putat ſe ex lege capere pignus, non ex lege ceperit : & res tritas *q* corruptáſque *r* reddat *ſ*: dicitur legem Aquilliam locum habere, quod dicendum eſt, & ſi ex lege pignus cepit : Aliquid tamen magiſtratus aduerſus *t* reſiſtentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia. Nam & cum pignori ſeruum cepiſſet, & ille ſe ſuſpenderit, nulla datur actio.

8 ¶ Hæc verba, *quanti u in triginta diebus proximis fuit*: etſi non habent *plurimi*, ſic tamen eſſe accipienda conſtat.

De adultero. 1. aut pignerato ſeruo occiſo. 2. De vino vel frumento conſumpto. 3. De dolo & culpa. De ſegete aut vinea læſa progreſſu ignis. 4. Si ſeruus non mortiferè vulneratus negligenter perierit.

30. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

Qvi occidit adulterum deprehenſium ſeruum alienum *x*, hac lege non tenebitur.

1 ¶ Pignori datus ſeruus, ſi occiſus ſit, debitori *y* actio *z* competit.

¶ Sed an & creditori danda ſit vtilis: quia poteſt intereſſe eius, quod debitor ſoluendo non ſit, aut quòd litem tempore amiſit: quæritur? Sed ‖ hic ‖ iniquum eſt, & domino, & creditori eum teneri. niſi ſi quis putauerit nullam in ea re debitorem iniuriam paſſurum, cum proſit ei ad debiti quantitatem *a* : &, quod ſit amplius, conſecuturus ſit ab eo: vel ab initio in id, quod amplius ſit, quàm in debito, debitori dandam actionem: & ideo in his caſibus, in quibus creditori danda eſt actio propter inopiam debitoris, vel quod litem amiſit, creditor quidem vſque ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem, vt proſit hoc debitori : ipſi autem debitori in id *b* quod debitum excedit, competit Aquiliæ actio.

2 ¶ Si quis alienum vinum, vel frumentum conſumpſerit, non videtur damnum iniuria dare. ideoque vtilis danda eſt actio.

3 ¶ In hac ‖ quoque ‖ actione, quæ ex hoc capitulo oritur, dolus & culpa punitur. Ideóque ſi quis in ſtipulam *c* ſuam, vel ſpinam *d* comburendæ eius cauſa, ignem immiſerit : & vlterius euagatus, & progreſſus ignis alienam ſegetem, vel vineam læſerit *e* : requiramus, num imperitia eius, aut negligentia id accidit. nam, ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt. nam & * qui occaſionem *f* præſtat, damnum feciſſe videtur *g*. in eodem crimine eſt, & qui non obſeruabit, ne ignis longiùs procederet. at ſi omnia quæ oportuit, obſeruauit: vel ſubita vis *h* venti longiùs ignem produxit, caret culpa.

4 ¶ Si vulneratus fuerit ſeruus non mortiferè, negligentia autem *i* perierit: de vulnerato actio erit, non de occiſo.

Si quid putator, vel machinarius deiecerit.

31. *Idem* lib. 10. ad Sabinum.

SI *k* putator *l* ex arbore ramum cùm deijceret, vel machinarius *m* hominem prætereuntem occidit, ita tenetur, ſi is in publicum decidat, nec *n* ille proclamauit *o*, vt caſus eius euitari poſſit. ſed Mucius etiam dixit, ſi in priuato idem accidiſſet, poſſe de culpa agi. culpam *p* autem eſſe, quod, cùm à diligente prouideri poterit, non eſſet prouiſum *q*, aut tum denunciatum eſſet, cùm periculum euitari non poſſit, ſecundùm quam rationem non multum refert per publicum an per priuatum iter fieret: cùm plerunque *r* per priuata loca vulgò iter fiat. Quòd ſi nullum iter erit : dolum dumtaxat præſtare debet, ne immittat in eum, quem viderit tranſeuntem. nam * culpa ab eo exigenda non eſt: cum diuinare *ſ* non potuerit *t*, an per eum locum aliquis tranſiturus ſit.

Si familia damnum dederit. 1. quis ſeruum vulnerauerit vel occiderit.

32. *Gaius* ad Edictum Prouinciale.

ILlud quæſitum eſt, an quod proconſul, in furto obſeruat, quod à familia factum ſit, (id eſt, vt non in ſingulos detur pœnæ perſecutio, ſed ſufficere *u* id præſtari, quod præſtandum foret, ſi id furtum vnus liber feciſſet) debeat & in actione damni *x* iniuriæ obſeruari. Sed magis viſum eſt, idem eſſe obſeruandum *y*. & meritò, cùm *z* enim circa furti actionem hæc ratio ſit ne ex vno delicto tota familia dominus careat: eáque ratio ſimiliter & in actionem damni iniuriæ interueniat: ſequitur, vt idem debeat æſtimari, præſertim cùm interdum leuior *a* ſit hæc cauſa delicti : veluti ſi culpa, & non dolo, damnum daretur.

1 ¶ Si idem eundem ſeruum vulnerauerit, poſtea

a vel murum, *l. 17. ſ. ſi ſeruitus*, vel arborem, *l. 2. inf. de arborib.*

b ſcapham, cui vel interdum nautæ tempeſtatis tempore ſe committunt, vel ipſos piſces ſeruandos. *Turne. 27. aduerſ. 51.* Græci *κόντον* ... ferraculum, *vulg.* gubernaculum. *Hugol. à Porta*, ferriculum. *Haloan. Alij.* verriculum: *alij*, ſeraculum : Antonius Auguſtinus apud Feſtum *in Sorracum*, legiſſe videtur, *ſorraculum*, vel *ſerraculum* : à ſerraco, *vel* ſarraco. Cicero *in Piſonem* apud 8. *Quintil.* 3. Tibi tota cognatio in ſerraco aduehitur, Vitruuius 10. c. 1. Portationes eorum non eſſent, niſi plauſtrorum aut ſarracorum per terram : nauicularum, per aquam inuentæ eſſent machinationes. Quib. ex locis ſanè colligas, non legendum eſſe *ferraculum*, vel *ſarraculum*: cum hac lege non agatur de vehiculo aut machinatione terreſtri, ſed aquatili, & nauigio: & alioquin ex Feſto conſtat ſoracum eſſe, quo ornamenta portentur ſenicorũ. Plaut. *in Perſa*. Librorum ecce illum plenum ſorracum habeo. & Gloſſis ſarraca, ... Proinde legunt alij *Lenunculum* ex Nonio. *Alij* remunculum ex *Gl.* Cuiac. 9. *obſ.* 10. ſerraculum ex Gloſsis legit, & 14. *obſ.* 13.

c Sed etſi fune rupto. ita emendat Antonius Faber 5. *Coniect.* 17. idem monet Cuiacius 25 *obſer.* 9. particulam ſed accipiendum hic eſſe pro coniunctiua & rationali, vt tamen non coniungat, ſed diſiungat & diſcretiua ſit particula, vt ſit ſenſus. ſuperiore caſu agendum eſt cum nautis qui in culpa fuerunt : hic non item : quia fortuitus caſus fuit, non culpa. Eo ſenſu verbum *ſed* interdum accipitur vt dixi ad *l. 32. §. 19. ſ. de donat. inter virum.*

d adde *l. 15. l. 16. §. 8. infr de public.*

e vide *l. 3. §. pen. ſ. de incend.*

f an eo caſu debetur naulum? *v. l. 15. l. vlt. §. ſi propter. ſ. de public.*

g de hac formula ſcripſi ad Ciceronem *in oratione pro Roſcio Comœdo*.

h in emptione autem iactus retis, agitur ad incertum, ſi piſcator rete facere noluit: ſi extraxit, nec velit reddere, quod extraxit, æſtimabitur *l. 12. ſ. de act. empt.*

i Argumentum à piſcatione ad venationem & aucupium.

k ductorem.

l idem in Pontone (Galli *Bac* appellant) dicendum eſt, quod ſæpiſſimè occurrit.

m & in omnibus rebus quæ anima carent. *§. 13. Inſt. eod.*

n 1. minores, ſine imperio *l. 32. in fin. ſ. de iniurijs.*

o *l. 12. ſ. de iuriſd.*

p adde *l. 9. §. 2. ſ. eod. l. 4. ſ. de agnoſ. liber. l. 2. §. 20. ſ. vi bonor. rapt.*

q Pignus detritum reddens tenetur in id quod intereſt domino : quod notari poteſt aduerſus fœneratores, pignora detrita reddentes debitori.

r In pignoribus cuſtodiendis, operæ aliquid eſt & laboris. Fieri enim non poteſt, vt pignus tempore ipſo non alteretur : vt hinc colligas, fideiuſſoris dandi promiſſorem ſeu debitorem, non poſſe multo creditori, fideiuſſoris loco, pignus dare: quamuis meliorem conditionem creditoris videatur efficere. Eſt enim labor, vt ſuperius dictum eſt, in pignore cuſtodiendo. *§. præterea. Inſt. de act. l. vlt. ſ. de vſu.* vide Neguzantium *tract. de pignorib. membro 1. parte 3. n. 2.*

ſ *l. 25. ſ. de pignoratitia.*

t *l. ſi ſeruus. C. de his qui ad Eccleſ.*

u *§. 14. in Inſt eod.*

x vide *l. 24. infra de adulter.*

y Cur? quia pignorari ſerui occiſi dominus eſt.

z quia pignoris dominus eſt, *l. 41. §. 6. ſ. eod. lege Aquilia.*

a quod creditor ex pignore conſequitur, debitori prodeſt ad debiti quantitatem extenuandam, vt de ſuperfluo tantùm poſtea teneatur.

b *v. l. 24. §. 2. inf. de pignorat act. l. 21. ſ. de pignorib.*

c *Deuteronomij 22, & 6. Harm. 12 §. 5.*

d *v. Exod. 21. Harmen. 6. tit. 12.* & apud eundem in *Legib Georg. c. 8.*

e *Deuteronomij 22.* id eſt, ſi in ſtipulam igne coniecto (dumquid aliud legit) ignis fugit & proceſſit, non Aquilia, ſed in factũ actione tenebitur : *v.* collationem legum Moſaicarum, *tit. 14. de incendio.* igitur tres actiones competere videntur: Criminalis ex dolo, *l. 9. ſ. de incendio*, ciuilis in factum, vt hac ſpecie *d. tit. 12.* & dupli. *l. 1. C. eod. Paul. 5. ſent. 2. §. vlt.*

f Occaſio inter cauſas efficientes numeratur, *l. 51. ſ. eod.* vt & origo, *l. 1. §. ſexus. ſ. de poſtulando.*

g *l. 15. ſ. de ſicarijs.*

h Vis ſubita excuſat incendium, vt *hic.* adde *l. 29. §. 3. ſ eod.*

i ſuadet ſi non patiatur ſe à medicis curari *Bal.*

k 30 *Synopſis Baſil. ex lib. 60. tit. 3. c. 29.* adde 6. *Harmen.* in *Georgicis 6. §. 1.*

l ligni cæſor, cùm arborem putaret. Idem dixeris de fabro ædificante, vel tegulas imponente ædificio

m Machinarius, qui in machina, aut de machina, operatur.

n aut ſignum aliquod vel perticam ſigni loco non poſuit.

o Proclamatio excuſat factum machinarij occidentis: eiúſve qui inſidiatorem interficit. Cæterum proclamationis hæc formula fuiſſe videtur. *Caue.* vt ex Ciceronis 2. *de Oratore* colligimus, *l. 7. ſ. de ſicarijs. §. 5. inſtit h. t.*

p Culpa eſt non præuidere quod à diligente præuideri poteſt. eſt igitur culpa diligentiæ oppoſita.

q *l. 26. §. 7. ſ. ex quib cauſ maiores: l. 9. §. 1. ſ. locati.*

r Iter vulgò fit plerunque per priuata loca.

ſ Diuinare nemo cogitur, *l. 29. §. 2. ſ. mandati.* ideóque qui non diuinat, culpam non admittit. Eſt verò diuinatio diuerſa à prouidentia quæ in diligentem hominem cadit. Huius enim non illius priuatio, culpa eſt. Prouidentia ratiocinatione per cauſas perficitur: Diuinatio eſt citra cauſam futuri prænotio.

t *l. 29. §. 2. ſ. mandati*: vide *l. 4. §. 23. inf. de except. doli mali.*

u vide *l. 1. in fin. inf. ſi famil. furtum.*

x Aquilia.

y quod in furto vt ſcil. dominus liberetur, ſi vnius nomine damnum præſtiterit: ſed aliud definitur, quoties familia album corrupit, quoties iniuriam intulit, *l. 9. ſ. de iuriſd.* Ibi igitur plura facta non vnum: hic vnum non plura (Interpretatione prudentum ſcilicet non à Prætore : ſic enim intelligi poteſt quod extat in *l. 9. ſ. de iuriſd.*) fingimus. Cur tam variè? non ideo placet, quod furti & damni iniuria dati nominatæ ſint actiones : alibi corrupti, non item. *Bart.* aut quòd in furto animus ſolus, in reliquis factum ipſum conſideretur. *Alciat.* aut quòd in furto res non corrumpatur, vtcumque rem eandem plures contrectent, *Baro.* Placet potiùs, id ideo conſtitutum, quòd iniuria damno pecuniario grauius toleretur. *Goueanus.* quòd in furto & Aquilia licèt plures rem contrectent, vnica res tamen furtiua intelligitur, cuius reſtitutione domino fit ſatis. In albo corrupto & iniuria aliud fit, quæ grauior eſt, à pluribus quam ſi ab vno illata ſit, vt meritò vnius luitione cæteros hic liberari non oporteat, *Zaſ.* vide etiam *Cuiac. 8. obſer. 20.*

z Ratio vbi eadem, ibi ius idem eſſe debet, *l. vltim. Cod. de conſtituta pecunia.*

a Leuior eſt cauſa damni iniuria dati, quàm furti. Cur leuior? damnum iniuria culpa dari poteſt, furtum dolo ſemper committitur.

de inde

deinde etiam occiderit: tenebitur & de vulnerato *a*, & de occiſo: duo enim ſunt delicta. aliter atque ſi quis, vno impetu, pluribus vulneribus aliquem occiderit: tunc enim vna erit actio de occiſo.

De rei æſtimatione. 1. *De actione in factum.*

33. *Paulus* lib. 2. ad Plautium.

SI ſeruum meum occidiſti: * non *b* affectiones æſtimandas eſſe puto, (veluti ſi filium tuum naturalem quis occiderit, quem tu magno emptum velles) ſed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait, pretia *c* rerum, non ex affectione, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter *d* fungi *e*. Itaque eum, qui filium naturalem poſſidet, non eo locupletiorem eſſe, quod eum plurimo, ſi alius poſſideret, redempturus fuit, nec illum, qui filium alienum poſſideat, tantum habere quanti eum patri vendere poſſet. in lege enim Aquilia ‖ damnum ‖ conſequimur: & amiſiſſe *f* dicemur, quod *g* aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur.

1 ¶ In damnis, quæ lege Aquilia non tenentur, in factum datur actio *h*.

Si ſeruus legatus occiſus ſit.

34. *Marcellus* lib. 21. Digeſtorum.

TItio, & Seio Stichum legauit: deliberante Seio, cùm Titius vindicaſſet legatum, Stichus occiſus eſt: deinde Seius repudiauit legatum, perinde *i* Titius agere poſſit, ac ſi ſoli legatus eſſet.

35. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

QVia retro *k* adcreuiſſe dominium ei videretur.

Si dominus ſeruum vulneratum heredem inſtituerit.

36. *Marcellus* lib. 21. Digeſtorum.

NAm ſicut, repudiante *l* legatario legatum, heredis eſt actio, perinde *m* ac ſi legatus non eſſet: ita huius actio *n* eſt, ac ſi ſoli legatus eſſet.

1 ¶ Si dominus ſeruum quem Titius mortiferè vulnerauerat, liberum & heredem eſſe iuſſerit: eique poſtea Mæuius exſtiterit heres: non habebit Mæuius cum Titio legis Aquiliæ actionem: ſcilicet ſecundùm Sabini opinionem qui putabat, ad heredem actionem *o* non transmitti, quæ defuncto competere non potuit, nam ſanè abſurdum accidet, vt heres pretium quaſi occiſi conſequatur eius cuius heres exſtitit. Quòd ſi ex parte eum dominus heredem cum libertate eſſe iuſſerit: coheres eius mortuo eo, aget lege Aquilia.

Si quis iuſſu alterius damnum dederit. 1. *De quadrupede, cuius nomine actio eſt occiſa.*

37. *Iauolenus* lib. 14. ex Caſſio.

LIber homo, ſi iuſſu *p* alterius, manu iniuriam dedit: actio legis Aquiliæ cum eo eſt, qui iuſſit, ſi modò *q* ius imperandi habuit. quòd ſi non habuit: cum eo agendum eſt, qui fecit.

1 ¶ Si quadrupes, cuius nomine actio eſſet cum domino, quòd pauperiem feciſſet *r*, ab alio occiſa eſt, & cum eo lege Aquilia agitur, æſtimatio non ad corpus quadrupedis, ſed *ſ* ad cauſam eius, in quo de pauperiè actio eſt, referri debet: & tanti damnandus eſt is, qui occidit, iudicio legis Aquiliæ: quanti actoris intereſt, noxæ *t* potiùs *u* deditione defungi *x*, quam litis æſtimatione.

Si ſeruum meum bona fide tibi ſeruientem ſeruus tuus vulnerauerit.

38. *Idem* lib. 9. Epiſtolarum.

SI eo tempore quo tibi meus ſeruus, quem bona fide emiſti, ſeruiebat, ipſe à ſeruo tuo vulneratus eſt: placuit omnimodo me tecum rectè lege Aquilia experiri *y*.

De eiectione. 1. *De pecore, quod quis in agro ſuo deprehendit.*

39. *Pomponius* lib. 17. ad Quintum Mucium.

QVintus Mucius ſcribit: Equa, cum in alieno paſceretur, in cogendo *z*, quod prægnans erat, eiecit *a*. quærebatur, dominus eius poſſetne cum eo, qui coëgiſſet, lege Aquilia agere: quia equam in iciendo *b* ruperat *c*: ſi percuſſiſſet, aut conſulto vehementius egiſſet, viſum eſt agere poſſe.

1 ¶ Pomponius.

a v. l. 11. § 3. ſ. eo.
b Imò affectiones æſtimandæ, *l. 54. ſ. mandati*. Dic, affectionem non conſiderari in æſtimatione. ſed in actione: hoc eſt, vt quis agere poſſit, Iudex me ad agendum admittet ob affectum meum: non tamen ſequetur in iudicando æſtimationem quam ex affectu meo facio.
c *l. 62. in fi. l. 63. ſ. ad l. Falc.*
d *v. l. 10. §. 1. ſ. de diuerſis & temporalibus præſcription.* Porrò hoc ex verſiculo *& amiſiſſe. inf.* colligitur, eius quòd intereſt communiter, ſeu communis intereſſe definitio, adde *l. 13. ſ. ratam rem haberi.*
e Communiter fungi pretia dicuntur, quæ ex affectione & vtilitate totius populi, non ſingulorum petuntur, *d. l. 62. & 63.*
f Damni ſpecies eſt, amiſiſſe. *d. l. 13.*
g Id quod intereſt, ita definiri poteſt, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur. Prius lucrum amiſſum: poſterius, damnum, *l. vlt. inf. de prætorijs ſtipul. l. ſi commiſſa. 13. ſ. ratam rem.*
h *l. 11. in fin. inf. de præſcript.*
i adde *l. 35. 36. ſ. eo l. 17. in fin. ſ. eod.* ius adcreſcendi etiam retro trahitur *Bald. v. l. 44. §. 1. ſ. de leg. 1.*
k Retrò dominium adquiſitum interdum fingitur. Aquilia retro oculos habet. Idem in alluuione, *v. l. 17. ſ. eo. l. 2. ſ. quorum legatorum.*
l Legatario repudiante, heredis eſt actio.
m Paria ſunt, legatum non eſſe, & legatum repudiari.
n *v. l. 26. C. de fideicom.*
o legis Aquiliæ, *v. l. 15. in fi. ſ. eod.*
p Iubens iniuriam fieri, iniuriæ tenetur. adde quæ ſcripſi ad *l. 1. §. 13. ſ. de vi & vi armata.*
q *l. 10. in fin. inf. de his quæ vt indignis: l. 13. ſ. ad l. Falcid. l. 167. in fin. l. 169. ſ. de reg. iur.* r *l. 1. §. pen. ſ. tit. proxim.*
ſ Corpus & cauſa rei hic opponuntur, *v. l. 22. §. 1. ſ. eod.*
t Noxæ deditio vtilior eſt actori, quàm litis æſtimatio.
u noxæ deditio & litis æſtimatio hic opponuntur.
x Defungitur noxæ deditione is, qui noxæ dedit animal.
y Quid ſi hereditatem petis? mihi non imputabis ſi quid detrimenti ſeruo tuo illatum fuerit, quia re mea me abuti puto, *l. 25. §. conſuluit ſ. de petitione*, nec etiã tenebor, ſi tuus ſeruus eo tempore alium corruperit, *l. 1. §. 1. ſ. de ſeru. corrupt.*
z Cogit equum, qui icit, *infr. eo. ibi in iciendo*, agit, aut abigit, *infr. eo. ibi. vehementius egiſſet.* ἀπήλασας abegiſti. *Synop. Baſil. 19. titul. 50. ex lib. 60. tit. 1. c. 35.*
a *l. 27. § 22. ſ. eod. l. 35. ſ. eod.*
b id eſt, percutiendo ἐὰν ἔπληξας, ἢ σφοδρῶς ἤλασας; ſi percuſſiſti & vehementius egiſti. vide Feſtum *in icit, percuſſit.* Plaut. *Truculento.* Frendit, icit femur. Idem *Aulularia.* ſuſcina ici vitulum. Pacuuius *Armorum iudicio.* Canit quando percuſſa eſt lapide, non tam appetit illum qui ſe icit, quàm illum lapidem quo icta eſt. *Nonius in Icit.* Alij legunt *hic* eiiciendo.
c *§. vltimo Inſtitut. eodem.* adde *l. 51. inf. de furtis.*

QVamuis alienum pecus in agro ſuo quis deprehendiſſet, ſic illud expellere debet, quomodo ſi ſuum deprehendiſſet: quoniam, ſi quid ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones *a*. Itaque qui pecus alienum in agro ſuo deprehenderit *b*, non iure id includit *c*: nec agere illud aliter debet, quàm (vt ſupra diximus) quaſi ſuum: ſed vel abigere debet ſine damno, vel admonere dominum, vt ſuum recipiat.

De chirographo, vel teſtamento, vel inſtrumento deleto.

40. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

IN lege Aquilia: ſi deletum chirographum mihi eſſe dicam, in quo ſub conditione mihi pecunia debita fuerit, & interim teſtibus quoque id probare poſſim: qui *d* ‖ teſtes ‖ poſſunt non eſſe eo tempore, quo conditio extitit *e*: & ſi, ſummatim re expoſita ad ſuſpicionem iudicem adducam: debeam vincere. ſed tunc condemnationis exactio *f* competit, cùm debiti conditio extiterit: quòd ſi defecerit, condemnatio nullas vires habebit.

Pro teſtamento deleto non competit actio l. Aquil. teſtatori, ſed heredi, vel legatario. Bal.

41. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

SI quis teſtamentum deleuerit *g*, an damni iniuriæ actio competat, videamus, & Marcellus lib. 5. Digeſtorum dubitans negat competere. quemadmodum ‖ enim ‖ (inquit) æſtimatio inibitur *h*? Ego apud eum notaui, in teſtatore quidem hoc eſſe verum: quia quod intereſt eius, æſtimari non poteſt: verumtamen in herede, vel legatarijs diuerſum: quibus *i* teſtamenta bene chirographa ſunt.

¶ Ibidem Marcellus ſcribit, chirographo deleto *k* competere legis Aquiliæ actionem. Sed & ſi quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas deleuerit, vel pluribus præſentibus legerit: vtilius eſt, in factum, & iniuriarum *l* agi, ſi iniuriæ faciendæ cauſa, ſecreta iudiciorum publicauit.

1 ¶ Interdum euenire Pomponius eleganter ait, vt quis tabulas delendo, furti non teneatur, ſed tantùm damni *m* iniuriæ: vt putà *n* ſi non animo furti faciendi, ſed tantùm damni dandi deleuit. nam furti non tenebitur. * cum *o* facto enim etiam animum furis furtum exigit *p*.

42. *Iulianus* lib. 48. Digeſtorum.

QVi tabulas teſtamenti depoſitas *q*, aut alicuius rei inſtrumentum ita deleuit, vt legi non poſſit: depoſiti actione, & ad *r* exhibendum tenetur: quia corruptam rem reſtituerit, aut exhibuerit: legis quoque Aquiliæ actio ex eadem cauſa competit: corrupiſſe *ſ*. enim tabulas rectè dicitur, & qui eas interleuerit *t*.

a de paſtu ſcil. de quibus *l. 14. in fin. ſ. de præſcriptis.*
b Damni æſtimatio quemadmodum hic inibitur? dixi *l. 8. ſ. arborum furtim cæſarum.*
c quidam tamen volunt in hac ſpecie locorum conſuetudines ſpectãdas, non ius ſcriptum: quas iuri ſcripto interdum cõtrarias eſſe in eo caſu ſcribit Petrus Ratus ad *conſuetud. Pict.* & Pyrrhus *ad conſuetud. Aurel.* Speculator *in tit. de actore verſ. ſed pone inuento.* tradit, pecus in hac hypotheſi includi & detineri poſſe, ſed tantiſper dum eius dñs appareat, vt in eum poſſit actio inſtitui reſtituto pecore. ſed ſi propiùs ſpectemus, leges reperientur, quæ detentionem pecoris tãtiſper videtur permittere, dum cautio præſtita ſit *l. 9. §. 1. ſ. de damno: l. 8. ſ. de incendio.* adde *l. 25. infr. de adult.* eamq; opinionem tuentur Bartol. & Zaſius *in d. l. 9.* Beſſianus *ad conſuetud. Aruer.* Franc. Mingonius *ad conſuetud. Andegauenſ.* quod tamen Oldradus authoritate huius legis non admittit.
d Lex eſt vtiliſſima, Vſus autem ita obtinuit, teſtes ante litis conteſtationem (ne alioquin lis nulla ſit) non eſſe recipiendos *argu. c. 1. c. accedens 2. c. quoniam frequenter 5. extr. vt lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem.* Sed quia auctoris vel rei intereſt, ne ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus rerum geſtarum memoria pereat, vel probationis facultas in vtriſque admiſſum eſt, vt ante litis conteſtationem petere poſſint teſtes à ſe productos interrogari & examinari. De actore prius videamus, quibus ex cauſis ſeu quando, à quo, & qua forma id impetrare debeat. Actor, quoties timet de ſuorum teſtium morte, aut diuturna ac longinqua abſentia, (addamus & de eorum obliuione & leuitate) Iudicem ſuum vel teſtium (apud Gallos regiæ literæ impetrandæ ſunt ad iudices regios eo fine *Papon. 2. notat. lib. 10.*) ſummatim re expoſita, interpellabit, vt teſtes à ſe productos ob eas cauſas examinet, ad rei, in futurum, memoriam. Huic petitioni Iudicem ſubſcribere æquum eſt, *vt hic*, Reus autem (etſi officium iudicis impetrare poſsit vt aduerſarius intra certum tempus agat, & id niſi fecerit, perpetuum illi indicatur ſilencium. *arg. l. 5. C. de ingen. manumiſſ.*) eodem modo, & iiſdem pene de cauſis teſtes ſuos ante litis conteſtationem producere, ac petere vt interrogentur poteſt: idque tuendæ in futurum exceptionis ſuæ cauſa. Demus enim præſentibus teſtibus liberationem ei legatam *c. ſignificauit 41. extr. de teſtib.* demus, damnum in re depoſita, commodata, locata, vel communi ei datum eſſe, vel naufragium accidiſſe. *l. 2. C. de naufragiu lib. 11. tit. 5.* Quid ſi damnatus contumaciæ, innocentiam ſuam teſtibus probare cupiuerit, num id poſtulare poterit? Io. Papo *ibid.* negat poſſe, idque (hoc noſtris Gallis dico) ex Franciſci 1. conſtitutione, fore alioquin in poteſtate rei vt criminalem cauſam in ciuilem conuertat. Singulare eſt, quod notat Imbertus *in Enchiridio, in verbo, ſimplex ſignatura.* Vi ſimplicis ſignaturæ beneficiarium petere poſſe, vt argentarij Romani, ſuper ſignatura conceſſi beneficij interrogentur: vt ita demum beneficij recreantia impetretur, cùm alioquin moleſtiæ & magni diſpendij ſit, ad eam impetrandam, Bullas Pontificias authenticas proferre. Silentio non eſt etiam prætereunda differentia duarum interrogationum, ab interpretibus notata, *ex c. quoniam frequenter 5. & c. ſignificauit 41. ext. de teſtib.* Nam & hoc *c.* omnes: in illo, valetudinarii, & mox ab futuri tantum interrogantur. Qui ex hoc *c.* deponunt, perpetuò: qui ex illo, intra annum tantùm probant. Depoſitio teſtium *ex d. c. 41.* facta continuò publicatur ex illius verò capitis præſcripto facta, obſignata tantũ penes iudices manet, nec ante litis conteſtationem publicatur. *v.* Mynſing. 4. *obſ. 71. 72. &* Gail. 1. *obſ. 92. & 92.* Hartmannum Harmanni *tit. 15. de Teſtib. obſ. 10.* & Vvormſerum *tit. 18. de teſtib. obſ. 18.* Ferrarienſ. *in forma 8. ad perpetuam rei memoriam.* Adde & illud, Teſtes parte præſente & non citata regulariter non recipi lite nõ conteſtata, *c. quoniam in pr. vt in lite non conteſtata.* cuius ſententiæ v. plures exceptiones apud Socin. *reg 404. & 242. & 243.* e *al.* exſtabit. f ſeu actio. *l. 36. in fi. ſ. de reb. cred.* g *l. 42. ſ. eo l. 31. de furt.* v. quæ notaui *ad l. 5. in fi. ſ. de præſcript.* h *Iniri æſtimatio* dicitur, cùm inuenitur modus rei æſtimandæ. ita *iniri ratio* dicitur Terẽtio *Hautontim. act. 4. Scæna 1.* Antea malè legebatur hic *inhibetur* i *l. 10. in fi. ſ. de edendo.* k *l. 27. 28. 29. 30. 31. 32. ſ. de furtis.* l doli. *l. 35. ſ. de do o:* depoſiti *l. 1. §. 38. ſ. depoſiti:* & falſi, *l. 1. §. 6. ſ. de falſis.* criminaliter, ad metallum vel deportationem, *l. 38. §. 9. ſ. de pœnis.* m Cur ita? Quod actum malè ſemper iniuriam continet. n Animus facientis diſtinguit iniuriam à damno. o Furtum non fit ipſo ac nudo facto: ſed facto ſimul & animo. p *v. l. 53. ſ. de furtis.* q *v. l. 41. ſ. eod.* r & ſuppreſſarum rerum. ſ Corrumpit tabulas, qui eas interleuit. Eſt igitur interleuio in tabulis corruptionis ſpecies. t *v. l. 12. C. de æſtim. eod.*

De damno in rebus hereditarijs.

43. *Pomponius* lib. 19. ad Sabinum.

OB id, quod antequam hereditatem adires, dam-
num admiſſum in res hereditarias eſt *a*, legis A-
quiliæ actionem habes: quòd poſt mortem eius, cui
heres ſis, acciderit. *dominum b* enim lex Aquilia ap-
pellat, non vtique eum, qui tunc fuerit, cùm damnum
daretur. nam iſto modo ne ab eo quibem, cui heres
quis erit, tranſire ad eum ea actio poterit: neque ob
id, quod tum commiſſum fuerit, cùm in hoſtium po-
teſtate eſſes, agere poſtliminio reuerſus poteris: &
hoc aliter conſtitui ſine magna captione poſthumo-
rum liberorum, qui parentibus heredes erunt non
poterit.

¶ Eadem dicemus & de arboribus eodem tempore
furtim cæſis. Puto eadem dici poſſe etiam de ‖ hac ‖
actione, *Quod vi aut clam*, ſi modò quis aut prohibitus
fecerit: aut apparuerit eum intelligere debuiſſe ab eis,
ad quos ea hereditas pertineret, ſi reſciſſent, prohibi-
tum iri *c*.

De culpa leuiſſima. 1. Si ſeruus, domino ſciente damnum dederit.

44. *Vlpianus* lib. 42. ad Sabinum.

IN lege Aquilia & leuiſſima *d* culpa *e* venit.

1 ¶ Quotiens ſciente domino ſeruus vulnerat, vel occidit, Aquilia dominum teneri dubium non eſt.

Scientia domini quomodo accipitur. 1. Si ſeruus vulneratus conualuerit. 2. Si quis ſeruum quem liberum putabat occiderit. 3. De duobus concurrentibus. 4. De damno ſui defendendi cauſa dato 5. De pariete ſublato.

45. *Paulus* lib. 10. ad Sabinum.

SCientiam *f* hîc pro patientia *g* accipimus: vt qui prohibere potuit, teneatur ſi non faciat.

1 ¶ Lege Aquilia agi poteſt, & ſanato vulnerato ſeruo *h*.

2 ¶ Si meum ſeruum, cùm liberum putares *i*, occideris: lege Aquilia teneberis.

3 ¶ Cum ſtramenta *k* ardentia tranſilirent duo concurrerunt: ambóque ceciderunt *l*: & alter flamma conſumptus eſt. nihil eo nomine poteſt agi, ſi non intelligitur, vter ab vtro euerſus ſit.

4 ¶ Qui, cùm *m* aliter tueri ſe non poſſunt, damni culpam dederint, innoxij ſunt. *vim enim n vi defendere omnes leges, omniáque iura permittunt.* ſed ſi, defendendi mei cauſa, lapidem in aduerſarium miſero, ſed non eum, ſed prætereuntem percuſſero: tenebor lege Aquilia, illum enim ſolùm qui vim infert, ferire conceditur: & hoc, ſi tuendi dumtaxat, non etiam vlciſcendi *o* cauſa factum ſit.

5 ¶ Qui idoneum parietem ſuſtulit, damni iniuria domino eius tenetur.

Si vulnerato ſeruo actum ſit & eo mortuo, iterum agatur.

46. *Vlpianus* lib. 51. ad Sabinum.

SI, vulnerato ſeruo, lege Aquilia *p* actum ſit: poſtea mortuo ex eo vulnere, agi lege Aquilia *q* nihilominus poteſt *r*.

47. *Iulianus* lib. 86. Digeſtorum.

SEd ſi priore iudicio æſtimatione facta, poſtea mortuo ſeruo, de occiſo agere dominus inſtituerit: exceptione doli mali oppoſita compelletur: vt ex vtroque iudicio nihil amplius conſequatur, quàm conſequi deberet, ſi initio de occiſo homine egiſſet *ſ*.

De damno dato in re hereditaria.

48. *Paulus* lib. 39. ad Edictum.

SI ſeruus ante aditam hereditatem damnum in re hereditaria dederit. & liber factus, in ea re damnum det, vtraque *t* actione tenebitur: quia alterius, & alterius facti hæ res ſunt.

De apibus fumo fugatis, vel necatis. 1. Quid ſit damnum iniuria datum. De ædibus interciſis incendij arcendi gratia.

49. *Vlpianus* lib. 9. Diſputationum.

SI quis, fumo *u* facto apes alienas fugauerit *x*, vel etiam necauerit: magis cauſam mortis præſtitiſſe videtur, quàm occidiſſe: & ideo in factum *y* actione tenebitur.

1 ¶ Quod dicitur *z* damnum iniuria datum Aquilia perſequi, ſic erit accipiendum, vt videatur damnum iniuria datum, quod cum damno iniuriam attulerit: niſi, magna vi cogente, fuerit factum, vt Celſus ſcribit circa eum, qui, incendij *a* arcendi gratia, vicinas *b* ædes intercidit. nam hic ſcribit ceſſare legis Aquiliæ actionem: iuſto enim metu ductus, ne ad ſe ignis perueniret, vicinas ædes intercidit. &, ſiue peruenit ignis, ſiue ante extinctus eſt: exiſtimat, legis Aquiliæ actionem ceſſare.

De domo demolita & balneis extructis.

50. *Idem* lib. 6. Opinionum.

QVi domum *c* alienam, inuito domino, demolit *d*: & eo loco balneas extruxit: præter naturale ius,

a v. l. 13. §. 2. ſ. eod.
b Cui datur Aquilia, l. 11. §. 6. ſ. eod.
c ne melioris conditionis ſint ſtulti, quàm periti, *l. 4. in fin. ȷ. quod vi. l. 13. ȷ. de noxalib.*
d Leui ex culpa Aquilia competit. *Baſil.* imò ex leuiſſima *Graci.*
e *l. 13. ȷ. de liberali cauſa.*
f id eſt, voluntatem eo ſenſu. Velle hic videtur, qui patitur: qui ſcit & prohibere poteſt, nec tamen prohibet.
g Qui non prohibet, ſed volens patitur quid fieri, pro ignorante non habetur, *l. 2. ȷ. de noxalib.* adde *l. 4. C. de noxalib.*
h *l. 27. §. 17. in fi. ſ. eod.*
i *l. 15. §. 45. inf. de iniurijs.*
k pyram, φρύγανα *Baſil.*
l ſi cum ſtramenta ardentia tranſilirent, duo concurrerint, amboque ceciderint *Hug. à Porta.*
m Neceſſitas excuſat eum qui neceſſitate damnum dedit.
n *v. l. 4. ſ. eod.*
o v. quæ notaui ad *l. 3. §. 9. ȷ. de vi & vi.*
p id eſt, ex 3. c. legis Aquiliæ, *v. l. 27. §. 5. ſ. eo.*
q idque ex 1. cap. *c. 2. ſ. eo.* An & accuſatio in eum inſtitui de occiſo poteſt: ita vt fideiuſſores priore iudicio dari non teneantur? *v. Bald. & Albericum hic.*
r *l. 32. in fin. ſ. eod. l. 47. ȷ eod.*
ſ id eſt, deducto eo quod ex 3. cap. præſtitum erit, *l. 11. §. 10. ȷ. de act. empt. l. 32. in fin. infr de euict.*
t putà in factum, ex dolo ante libertatem commiſſo. *l. 2. inf. ſi is qui teſtamento*, & lege Aquilia, ex eo quod commiſit poſt libertatem, atque ita diuerſitas factorum exigit diuerſitatem pœnarum.
u Cur fumo? Nam ſi igne admoto combuſſerit, directa Aquilia tenebitur. *Graci.*
x id fieri notant interpretes διὰ τὸ ϛενώπορον εἶναι αὐτῶν τὴν ὀσφρησιν. vide in hunc locum *Cuiac. 15. obſ. 26.* Liuius 4. Dictator flammis occurrit: claraque voce. Fumóve victi, inquit, velut examen apum loco veſtro exacti, inermi cedetis hoſti.
y in duplum. *Baſil.* z *l. 1. l. 5. ſ. eod.*
a Incendij arcendi cauſa à ſuis ædibus, vicinus poteſt domum vicini diruere, vt hic, *l. 3. §. pen. ȷ. de incendio: 6. Harm. 1. §. 7. Synopſ. Baſil. 19. ti. 10. ex lib 60. tit. 3. c. 46. in fin.*
b *v. l. 3. §. pen. inf. de incendijs.*
c idoneam & firmam.
d demolitur, *l. 27. §. 31. l. 45. in fin. ſ. eod l. 2. C. eod.*

quòd ſuperficies ad dominum ſoli pertinet, etiam damni dati nomine actione ſubijcitur.

Si inſtitutum ſeruum mortiferè vulneratum, deinde heredem alius ita percuſſerit, vt maturius moreretur. Si plures trabem furandi cauſa ſuſtulerint, quam ſinguli ferre non poſſent.

51. *Iulianus* lib. 86. Digeſtorum.

ITa vulneratus ‖ eſt ‖ ſeruus, vt eo ictu certum eſſet moriturum: medio deinde tempore heres inſtitutus eſt, & poſtea ab alio ictus deceſſit. Quæro, an cum vtroque de occiſo, lege Aquilia agi poſſit? Reſpondit: * occidiſſe dicitur vulgo quidem, qui mortis cauſam *a* quolibet modo præbuit: ſed lege Aquilia is demum teneri viſus eſt, qui adhibita vi, & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet: tracta videlicet interpretatione *b* vocis à cædendo, & à cæde.

¶ Rurſus Aquilia lege teneri exiſtimati ſunt, non ſolum qui ita vulneraſſent, vt confeſtim vita priuarent, ſed etiam hi, quorum ‖ ex ‖ vulnere certum eſſet aliquem vita exceſſurum. Igitur ſi quis ſeruo mortiferum vulnus inflixerit: eundémque alius ex interuallo ita percuſſerit, vt maturius interficeretur, quam ex priore vulnere moriturus fuerat: ſtatuendum eſt, vtrumque *c* eorum lege Aquilia teneri.

1 ¶ Idque eſt conſequens auctoritati veterum: qui, cùm à *d* pluribus ‖ idem ‖ ſeruus ita vulneratus eſſet, vt non appareret, cuius ictu periiſſet, omnes lege Aquilia teneri iudicauerunt.

2 ¶ Æſtimatio autem perempti non eadem in vtriuſque perſona fiet. nam qui prior vulnerauerit, tantum præſtabit quantum in anno proximo homo plurimi fuerit: repetitis *e* ex die vulneris trecentum *f* ſexaginta quinque *g* diebus. Poſterior in id tenebitur, quanti homo plurimi venire poterit in anno proximo quo vita exceſſit, in quo pretium quoque hereditatis erit.

¶ Eiuſdem ergo ſerui occiſi nomine alius maiorē, alius minorem æſtimationem præſtabit. Nec mirum: cùm vterque eorum ex diuerſa cauſa, & diuerſis temporibus, occidiſſe hominem intelligitur *h*. Quòd ſi quis abſurdè à nobis hæc conſtitui putauerit: cogitet, longè *i* abſurdius conſtitui, neutrum lege Aquilia teneri: aut alterum potius: cùm * nec impunita maleficia eſſe oporteat *k*: nec facilè conſtitui poſſit, vter potius lege teneatur. Multa autem iure ciuili, contra rationem diſputandi, pro vtilitate *l* communi recepta eſſe, innumerabilib. rebus probari poteſt. Vnum *m* interim poſuiſſe contentus ero. Cùm plures *n* trabem alienam, furandi cauſa, ſuſtulerint, quam ſinguli ferre non poſſent: furti actione omnes teneri exiſtimantur: quamuis *o* ſubtili ratione dici poſſit, neminem eorum teneri: quia neminem verum ſit eam ſuſtuliſſe.

De ſeruo ex plagis mortuo. 1. De rixa & mutua percuſſione. 2. De duobus plauſtris, quæ in cliuo ducebantur. 3. Si bos in experiundo ſeruum percuſſerit. 4. De ludo pilæ.

52. *Alfenus* lib. 2. Digeſtorum.

SI ex plagis ſeruus mortuus eſſet: neque id medici inſcientia *p*, aut domini negligentia *q* accidiſſet: rectè de iniuria, occiſo eo, agitur.

1 ¶ Tabernarius in ſemita, noctu, ſupra lapidem, lucernam poſuerat: quidam præteriens eam ſuſtulerat, & tabernarius eum conſecutus, lucernam repoſcebat, & fugientem retinebat: ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolon *r* inerat, verberare tabernarium cæperat, vt ſe mitteret: ex eo maiore rixa *ſ* facta, tabernarius ei, qui lucernam ſuſtulerat, oculum effoderat. conſulebat, num damnum iniuria ‖ non ‖ videtur dediſſe, quoniam prior flagello percuſſus eſſet? Reſpondi niſi data opera effodiſſet oculum, non videri damnum iniuria feciſſe: culpam enim penes eum qui prior flagello percuſſit, reſidere. Sed, ſi ab eo non prior vapulaſſet, ſed cùm ei lucernam eripere vellet, rixatus eſſet, tabernarij culpa factum videri.

2 ¶ In *u* cliuo capitolino duo ploſtra onuſta multæ ducebant: prioris *x* ploſtri muliones conuerſū ploſtrū

ſubleua

d Cauſam præbens mortis vulgò occidiſſe dicitur, *l. 7. §. 6. l. 13. §. 3. ſ. eod.* ſed lege Aquilia is tantum qui adhibita vi & quaſi manu apud Nicetam, *in Iſaacio Angelo*, hanc ſententiam rex Siciliæ ita vſurpat, μὴ διαφέρειν τὸ φονεῦσαι, ἢ φόνου παρέσχειν πρόφασιν. *v. Cuiac. 15. obſer. 26.*
*
b Argumentum ab Etymologia & interpretatione vocis.
c vide quæ notaui ad *l. 11. §. 3. ſ. eo.*
*
d *l. 21. §. pen. ȷ. de furtis.*
e id eſt, retrorſum computatis, *v. l. 3. ȷ. de fid. inſtr.*
f trecentis, vt in *l. 4. §. 5. ȷ. de ſtatulib.*
g Annus tot diebus conſtat, vt oſtendi ad *l. 4. §. 5. ȷ. de ſtatuliber.* Cicero 2. de *natura*: Circuitus Solis orbium quinque & ſexaginta & 300. quarta ferè diei parte addita conuerſionem faciunt annum. Conſtat, inquam, 365. diebus continuis annus continuus: vt vtilis, vtilibus totidem.
h non eadem æſtimatio præſtatur, cùm diuerſi ex diuerſa cauſa & diuerſis temporibus occiderunt.
i Abſurdis ex duobus minus eligendum.
k v. *l. 14. C. de pen.*
l Vtilitas publica ac communis, ſubtili diſputandi rationi, vt hic, ſtricto iuri, *l. 8. C. de iudicijs.* præſertim in ambiguis quæſtionibus religionum, *l. 43. ȷ. de religioſis.* duriori interpretationi, *l. 25. ſ. de legibus*, præfertur. de apicibus iuris non diſputat. *l. 29. §. 4. ȷ. mandati.* ſed ut πλάτει, id eſt, ſolutius. vide *l. 13. ȷ. de ſolutionib.* & ſingulus res conſilio ſubuenit. *l. pen. ȷ.* & in confirmatione rat. *l. 14. inf. de exceptione rei iudic.* omiſſis ſolemnibus iuris, & in reſtitutionibus, interdum quib. cauſ. maior. eadem laxat iuris habenas in reſtitutionibus, ſerui præura functi decretis, *l. 3. ſ. de offic. præt.* filijfamilias mutuum, & innumbratæ quæ *l. 3. inf de Senatuſc. Maced.* & minoris *l. 24. §. 1. ſ. de minorib.* vtiles actiones parit. *l. 11.* furioſi actiones ſuſtinet, *l. 5. §. 2. ſup. de Publiciana.* rebus præſentibus ſe accommodat, *l. 14. infr. de diuerſ.* *infr. de præſcript. verb.* inter ſocios attenditur, ignorantes & abſentes obligat, *l. 5. in pr. infr. de obl.* pupillum per inſtitorem obligat. *l. 17. §. 2. infr. de in v. l. 21. infr. comm. diuid.* vtilitas ipſa habetur iuſti propè mater & *ſtitoria.* Denique paucis vt dicatur, *æqui Horat. 1. Ser. 3.*
m Exemplis res fit manifeſtior. *v. l. 3. §. 2. ȷ. de collat. bon.*
n *l. 21. §. 9. ȷ. de furtis.*
o Subtilis hæc ratio non attenditur: ſingulos ideo furti non teneri, quod ſinguli trabem non ſuſtulerint, ſed coniuncti.
p καὶ μὴ ἐξ ἀμαθείας τοῦ ἰατροῦ ἢ ἐξ ἀμελείας τοῦ δεσπότου. 36. *Syn. Baſ. ex l. 60. tit. 3. c. 48.* hoc caſu de occiſo actio competit.
q ſecus ſi negligentia. *l. 30. in fin. ſ. eod.*
r Dolon, id eſt flagellum, intra cuius virgam latet pugio, Heſych. Δόλωνες ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα, & Dolon dicitur ἀπὸ τοῦ δόλου, à fallendo, quod decipiat ferro, cum habeat ſpeciem ligni, huius vocis fit mentio in *l. 1. §. 7. ſ. tit. pr.* in qua pro dolôre, dolone legendum eſt: huius etiam meminit *Suet. in Claud. c. 13.*
ſ Quando fiat. *v. l. 4. §. 3. ȷ. vi bon. raptor.*
t *l. 1. §. 11. ſ. tit. prox.*
u & ſic in loco decliui, vel auguſto. x *al.* priores.

ſubleuabant, quo facilè mulæ ducerent, interim ſuperius ploſtrum ceſſim *a* ire cœpit: & cùm muliones, qui inter duo ploſtra fuerunt, è medio exiſſent, poſterius ploſtrum à priore percuſſum, retrò redierat, & puerum cuiuſdam obtinuerat. Dominus pueri conſulebat cum quo "ſe" agere oporteret? Reſpondi in cauſa *b* ius eſſe poſitum.

¶ Nam ſi *c* muliones, qui ſuperius ploſtrum ſuſtinuiſſent, ſua ſponte ſe ſubduxiſſent; & ideò factum eſſet, vt mulæ ploſtrum retinere non poſſent, atque onere ipſo retraherentur: cum domino mularum nullam eſſe actionem: cum hominibus, qui conuerſum ploſtrum ſuſtinuiſſent, lege Aquilia agi poſſe. Nam nihilominus eum *d* damnum dare, qui, quod ſuſtineret, mitteret ſua voluntate, vt "id" aliquem feriret, veluti ſi quis aſellum, cùm agitaſſet, non retinuiſſet. Æquè ſi quis ex manu telum *e*, aut aliud quid immiſiſſet, damnum iniuria daret.

¶ Sed ſi mulæ quia aliquid reformidaſſent: & muliones timore permoti ne opprimerentur, ploſtrum reliquiſſent: cum hominibus actionem nullam eſſe: cum domino mularum eſſe.

¶ Quòd ſi neque mulæ, neque homines in cauſa eſſent; ſed mulæ retinere onus nequiſſent: aut, cùm conniterentur, lapſæ concidiſſent, & ideo ploſtrum ceſſim rediſſet: atque hi, quò conuerſum fuiſſet, onus ſuſtinere nequiſſent: neque cum domino mularum, neque cum hominibus eſſe actionem.

¶ Illud quidem certè, quoquomodo res ſe haberet, cum domino poſteriorum mularum agi non poſſe: quoniam non ſua ſponte, ſed percuſſæ retrò rediſſent.

3 ¶ Quidam boues vendidit ea lege, *vti f daret experiundos*: poſtea dedit experiundos. Emptoris ſeruus in experiundo percuſſus ab altero boue cornu eſt. Quærebatur num venditor emptori damnum præſtare deberet? Reſpondi, ſi emptor boues emptos haberet, non debere præſtare: ſed ſi non haberet emptos: tum, ſi culpa hominis factum eſſet, vt à boue feriretur, non debere [præſtari:] ſi vitio bouis, debere.

4 ¶ Cùm *g* pila *h* complures luderent, quidam ex his ſeruulum, cùm pilam percipere conaretur, impulit: ſeruus cecidit, & crus fregit: quærebatur, an dominus ſeruili lege Aquilia cum eo, cuius impulſu ceciderat, agere poteſt? Reſpondi, non poſſe; cum *i* caſu *k* magis, quàm culpa, videretur factum.

De bobus in anguſtum locum coactis.

53. *Neratius* lib. I. Membranarum.

BOues alienos in anguſtum locum coëgiſti *l*; eóque effectum eſt vt deiicerentur *m*. datur in te, ad *n* exemplum legis Aquiliæ, in factum *o* actio.

Si creditor animal ſibi debitum vulnerauerit, aut occiderit.

54. *Papinianus* lib. 37. Quæſtionum.

LEgis Aquiliæ debitori *p* competit actio, cùm reus ſtipulandi ante moram promiſſum animal vulnerauit. Idem eſt, & ſi occiderit animal. Quod ſi poſt moram promiſſoris, qui ſtipulatus fuerat, occidit? debitor quidem liberatur: lege autem Aquilia hoc caſu non rectè experietur: nam creditor ipſe ſibi potius quàm alij, iniuriam feciſſe videtur.

Si creditor alterum ex duobus ſeruis ſibi alternatim debitis, ante moram occiderit.

55. *Paulus* lib. 22. Quæſtionum.

STichum aut Pamphilum promiſi Titio: cùm Stichus eſſet decem [millium] Pamphilus viginti. Stipulator Stichum ante moram occidit. Quæſitum eſt de actione legis Aquiliæ? Reſpondi: Cùm viliorem occidiſſe proponitur, in hunc tractatum, nihilum differt ab extraneo creditor *r*. quanti igitur fiet æſtimatio? vtrum decem [millium] quanti fuit occiſus: an *ſ* quanti eſt, quem neceſſe habeo dare, id eſt, quanti mea intereſt, & quid dicemus, ſi [&] Pamphilus deceſſerit ſine mora? iam pretium Stichi minuetur, quoniam liberatus eſt promiſſor? & ſufficiet fuiſſe pluris, cùm occideretur, vel intra annum. Hac quidem ratione, etiam ſi *t* poſt mortem Pamphili intra annum occidatur, pluris videbitur fuiſſe.

De vxore damnum dante.

56. *Idem* lib. 2. Sententiarum.

MVlier, ſi in rem *u* viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliæ conuenitur.

Si equus commodatus ab alio equo percuſſus fuerit.

57. *Iauolenus* lib. 6. ex Poſterioribus Labeonis.

EQuum tibi commodaui, in eo tu cùm equitares, & vnà cùm plures equitarent, vnus ex his irruit in equum, téque deiecit: & eo caſu crura equiti fracta ſunt? Labeo negat, tecum vllam actionem eſſe *x*, ſed ſi equitis culpa factum eſſet, cum equite ſanè, non cum equi domino, agi poſſe verum puto.

a Ceſſim quid, *v. l. 43. ſ. de ædilitio.*
b alibi ex re conſtituendum, *l. 1. §. dimus ſ. de fic.* i. ex circunſtantia negotij controuerſi apparere quid pro iure ſtatuendum ſit. *Olden.* & breuiter ius in cauſa poſitum, eſt ius in facto, & facti cognitione poſitum.
c Diſtinctionis huius tres partes. Prima hic incipit: ſecunda *in verſiculo*, ſed ſi mulæ; Tertia in *ver.* quod ſi neque.
d Damnum dat, qui ploſtrum voluntate ſua mittit, quod ſuſtinet.
e idem ſi cui telum ex manu caſu fugerit. *Paulus 5. ſent. 23. §. 2.* Onkolos ſeu Paraphraſtes Chaldæus Deut. 19. & Cicer, *in Topicis, & 3. de Oratore.* ſi telum manu fugit, magis quàm iecit, & Auguſt. *de libero arbitrio.* Cui inuito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videtur peccare, cum hominem occidit. & *23. q. 5. c. ſi homicidium*, adde *l. 45. §. pen. ſ. eod.* adde *Senecam 4. de beneſ. 34.*
f vendebantur interdum boues, hac lege, vt emptori ius eſſet eos experiendi.
g Pila ludere, *hic & l. 11. ſ. eo.* σφαιρίζειν *Syn. Baſil. d. c 48.*
h adde *l. 11. ſ. eod.* vbi de pilla plura diximus.
i Ludo ſeu in ludo quod fit, non præſumitur fieri animo nocendi.
k Caſus Aquilia lege non punitur, ſed culpa.
l *l. 39. ſ. eo. l. nam. 51. ſ. de furtis.*
m fortè eiicerent, *vt l. 39. ſ. eod.* vel deiicerentur, i. præcipitarent ſe.
n Ad exemplum legitimarum actionum dantur in factum actiones.
o vtilis & innominata.
p *l. 55. ſ. eo.*
q v. quæ notaui ad *l. 48. ſ. de vſufr.*
r qui debitori in eo tenetur, *vt leg. 54. in pr. ſ. eo.*
ſ *v. l. 21. in fin. ſ. eod.*
t Ratio? *v. l. 5. in fin. ſ. de ſeruo corrupto.*
u *l. 27. §. 30. ſ. eod.*
x *l. fin. ſ. commodati.*

DE *a* HIS QVI EFFVDERINT *b*, vel deiecerint *c*.

TIT. III.

Edictum de deiectis, vel effuſis. 1. vtilitas ſupraſcripti edicti. 2. De loco publico, vel priuato per quem commeari ſolet, vel non. 3. De eo quod ſponte decidit vel effuſum eſt. 4. Qualis ſit hæc actio: in quem detur, ob quam cauſam detur, & quid perſequatur. 5. De libero homine occiſo. 6. Si libero homini nocitum ſit. 7. Si ex cœnaculo conducto ſi à filioſam. 8. vel in quo ſeruus habitat deiectum vel effuſum ſit. 9. quid ſit habitare, de hoſpite. 10. De pluribus habitantibus.

Vlpianus lib. 23. ad Edictum.

PRætor ait de his, qui deiecerint, vel effuderint: *Vnde in eum locum, quo vulgo* d *iter fiet, vel in* e *quo conſiſtetur, deiectum, vel* f *effuſum quid erit, quantum ex ea re damnum datum, factúmve erit, in eum* g*, qui ibi habitauerit, in duplum iudicium dabo. Si eo ictu homo liber periſſe diceretur, quinquaginta* h *aureorum iudicium dabo. Si viuet, nocitúmque ei eſſe dicetur, quantum ob eam rem æquum iudici videbitur, tum cum quo agetur condemnari, tanti iudicium dabo. Si ſeruus inſciente domino, feciſſe dicetur, in iudicio adjiciam aut noxam dedere.*

1 ¶ Summa cum vtilitate id prætorem edixiſſe, nemo eſt, qui neget. * publicè enim vtile eſt, ſine metu, & periculo per itinera *i* commeari *k*.

2 ¶ Parui autem intereſſe debet, vtrum publicus locus ſit, an verò priuatus: dummodò per eum vulgò iter fiat: quia *l* iter facientibus proſpicitur, non publicis viis ſtudetur. Semper enim ea loca per quæ vulgò iter ſolet fieri, eandem ſecuritatem debent habere. Cæterùm ſi aliquando *m* vulgus in illa via non commeabat: & tunc deiectum quid, vel effuſum, cùm adhuc ſecreta *n* loca eſſent: modò cœpit commeari; non debet hoc edicto teneri.

3 ¶ Quod cùm *o* ſuſpenderetur, decidit; [magis] deiectum videri. Sed & quod ſuſpenſum decidit *p*, pro deiecto haberi magis eſt. Proinde & ſi quid pendens effuſum ſit, quamuis nemo hoc effuderit: edictum tamen locum habere, dicendum eſt.

4 ¶ Hæc in factum actio in eum *q* datur, qui inhabitat, cùm quid deiiceretur, vel effunderetur non in dominum ædium; culpa enim penes eum eſt *r*, nec adiicitur culpæ mentio, vel inficiationis, vt in duplum detur actio, quamuis damni iniuriæ vtrumque exiget *ſ*.

5 ¶ Sed cùm homo liber periit; damni æſtimatio non fit in duplum: quia * in nomine *t* libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt *u*. ſed quinquaginta aureorum *x* condemnatio fit.

6 ¶ Hæc autem verba, *ſi viuet, nocitúmque ei eſſe dicetur*; non *y* pertinent ad damna, quæ in rem hominis liberi facta ſunt, ſi fortè veſtimenta eius, vel quid aliud ſciſſum, corruptúmve eſt; ſed ea, quæ in corpus eius admittuntur.

7 ¶ Si filiusfamilias *z* cœnaculum conductum *a* habuit: & inde deiectum, vel effuſum quid ſit: de peculio in patrem non datur; quia *b* non *c* ex contractu venit *d*. in ipſum itaque filium hæc actio competit.

8 ¶ Cùm ſeruus habitator eſt: vtrum noxalis actio danda ſit, quia non eſt ex negotio geſto: an de peculio, quia non ex delicto ſerui venit? neque enim rectè ſerui dicitur noxa, cùm ſeruus nihil nocuerit. Sed ego puto, impunitum ſeruum eſſe non oportere: ſed extra ordinem, officio iudicis, corrigendum.

9 ¶ *Habitare* autem dicimus, vel in *e* ſuo *f*, vel in conducto *g*. vel gratuito *h*.

¶ Hoſpes *i* planè non tenebitur: quia non ibi habitat, ſed tantiſper hoſpitatur. Sed is tenetur, qui hoſpitium dederit. multum autem intereſt inter habitatorem *k*, & hoſpitem: quantum *l* intereſt inter domicilium habentem, & peregrinantem.

10 ¶ Si plures in eodem cœnaculo habitent, vnde deiectum eſt, in quemuis hæc actio dabitur *m*.

(2. *Gaius* lib. 6. ad Edictum Prouinciale.

CVm *n* ſanè impoſſibile eſt ſcire, quis deieciſſet, vel effudiſſet.)

3. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

ET quidem in ſolidum. Sed, ſi cum vno fuerit actum, cæteri liberabuntur.

a *60. Baſil.*
b liquida.
c ſolida.
d *v. §. 1. ſ. eod.*
d ἢ ὅπου τινὸς κατὰ συνήθειαν ἵσανται. vbi ex more quidam conſiſtunt, *Syn. Baſil. 89. titul. 10. ex lib. 60. tit. 4. §. 1.*
f *§. 3. ſ. eo.*
g *§. 4. ſ. eo.*
h *§. 5. ſ. eo.*
i itineri ac viæ ſecuritas à metu & periculo publica debetur.
k *in pr. ſ. eo. §. 2. ſ. eo l. 6. ſ. eo. l. 3. ſ. ad l. Aquil.*
l Edictum de effuſis non ad itinera, ſed ad iter facientes pertinet.
m i. antea.
n Secreta loca quibus hic opponuntur loca quibus vulgus commeat.
o adde *l. 7. §. 2. ſ. de iuriſdict.*
p *l. 5. §. 12. ſ. eo.*
q *in pr. ſ. eo.*
r debet enim ſuorum culpam præſtare. *l. 6. §. pen. ſ. eo.*
ſ *l. 2. §. 1. ſ. ad leg. Aquil.*
t Liberi hominis nulla æſtimatio eſt.
u *v. l. vlt. in fin. ſ. eo. l. 2. §. 2. verſ. corporum, ſ. de leg. Rhodia.*
x *in princ. ſ. eod.* tanti ergo æſtimatur liber ſi periit, alibi in ducentos ſolidos fit æſtimatio ex non valde diſſimili cauſa, *l. 42. ſ. de ædilitio.* quid ſi non periit? *v. leg. vlt. ſ. eo.*
y Perſonalis iniuria ad realem non extenditur.
z Filiusfamilias ex omni cauſa conuenitur: puta ex contractu vel delicto, *v. l. 39. ſ. de oblig.*
a & ſic non conceſſum ſibi à patre *l. 5. §. 1. ſ. eo.*
b id eſt, quia ex pœnalibus cauſis actio in patrem non datur *l. 58. ſ. de reg. iur.*
c οὐ γάρ ἐστι συνάλλαγμα ἀλλ' ὡσανεὶ ἁμάρτημα *Syn. d. §. 1.* id eſt, non contractus eſt, ſed quaſi delictum: vnde colligitur, filiumfamilias in maleficiis poſſe in iudicio conſiſtere ſine conſenſu patris, facit *l. 2. & l. quoties. ſ. tit. prox. l. filium ſ. de adult. l. ex cauſa furtiua, ſ. de condict. furtiua.*
d ſecus ſi ex negotio, *l. vlt. §. 3. ſ. de aleatorib.*
e notandum eſt tamen mortuo filio poſt litis conteſtationem, transferri iudicium in patrem etiam de peculio, *l. 57. ſ. de iudiciis.*
e Habitatio multiplex eſt: aut enim propria, aut conducta, aut gratuita eſt.
f *l. 18. ſ. de in ius.* g *l. 1. § 2. ſ. de liberis agnoſcend. l. 4. §. 6. ſ. de damno.*
h *l. 5. §. 1. ſ. eo.* i Habitationem in hoſpitio, hoſpes habere non dicitur.
k Habitatoris & hoſpitis: habitationis & hoſpitij differentia eſt. Igitur vectigalibus habitatoribus impoſitis, immunes erunt ab iis peregrini.
l Domicilium habentis & peregrini differentia: vnde colligunt, hoſpitem in hoſpitio rectè non citari. m *v. l. 1. ſ. de exercitoria.* n incertitudinis ratione actiones in ſingulos dirigimus, quoties videlicet authorem damni ignoramus, & ſic in hac actione certi hominis factum argui minimè neceſſe eſt.

a l 18. in fin. ĵ. de conſtitut. l. 32. ĵ. de peculio.
b §. 2. ĵ. eod.
c in quod intereſt actoris.
d l. 1. §. 9. ŝ. eo.
e Clientes hic iũguntur libertis, vt & alias: ideo, quia domeſtici l 3. ŝ. de vſu.
f ipſe verò in eos habet actionem in factum.
g Cur? quia illi propriè non dicuntur habitare.
h modica hoſpitiola, infra vocare videtur hoſpitacula.
i Cœnacularius ex eo dicitur, quia totas domos conducit, vt ſingula cœnacula inquilinis locet quæſtus faciendi cauſa
k in princ. ŝ. eod.
l i. cella, quales ſunt cellæ Monachorum.
m Cœnaculariam qui exercent, cœnacula habent variis conſtantia cubiculis, cellis, exedris. medianum eſt commune & promiſcuum cellarum iter euntibus in ſuas exedras, v. l. 17. §. 15. ĵ. de ædilit.
n damnatus eſt. Hugo à porta: condemnatus eſt. Hal.
o Repræſaliarum iure pro alio captum & condemnatum, ſolutum repetere ab eo cuius nomine ſoluit, Baldus hinc colligit.
p an quod rei perſecutionē contineat, vt Accurſ. ſentit? an cùm ex priori parte huius Edicti agitur, idque iter faſientium cauſa, vt Zaſius ſcribit?
q eſt enim pœnalis, vt ĵ. eo. l. 16. §. de iudiciis.
r §. vlt. ĵ. eo.
ſ le. 3. in fin. ĵ. de popularibus.
t Pecuniaria cauſa non eſt, cum libero homini nocetur.
u Imo ſtricta eſt hæc actio vt ſepulchri violati, quæ datur ex æquo & bono. leg. pen. ĵ. de ſepulchro.
x ἐν ἐξώςῃ κρεμάμενοί τι, in protecto ſuſpēſum quid. Syn. Baſ. l. 1. titul. 4. c. 4. Gloſſ. ἐξώςης Mænianum, proiectus, proiectio.

4. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

PErceptione, non litis conteſtatione a præſtaturi partem damni, ſocietatis iudicio, vel vtili actione, ei, qui ſoluit.

De horreario: conductore apothecæ: & eo qui locum conduxit, vt ibi opus faciat, vel doceat. 4. Qua actione conueniatur deiector ab eo qui hoc iudicio damnatus eſt. 5. intra quod tempus hæc actio datur, de ſucceſſoribus. 6. Edictum de periculosè poſitis. 7. & eius ratio. 8. Interpretatio verbi. Nequis. 9. De loco in quo poſitum eſt 10. De eo qui poſitum patitur. 11. Si poſitum nocere non potuit, aut nocere potuit, aut nocuit. 12. Si poſitum decidit & nocuit 13. Qualis ſit hæc actio de ſucceſſoribus.

5. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

SI verò plures, diuiſo inter ſe cœnaculo habitent: actio in eum b ſolùm datur c, qui inhabitabat eam partem, vnde effuſum eſt.

2 ¶ Si quis gratuitas d habitationes dederit libertis, & clientibus e, vel ſuis, vel vxoris: ipſum f eorum g nomine teneri, Trebatius ait, quod verum eſt.

¶ Idem dicendum erit: & ſi quis amicis ſuis modica h hoſpitiola diſtribuerit. Nam & ſi quis cœnaculariam exercens i ipſe maximam partem cœnaculi habebat, ſolus tenebitur. Sed & ſi hoſpitaculi habeat: ſolus tenebitur. [ſed ſi quis cœnaculi ipſe ſolus æquè tenebitur.] Sed ſi quis cœnaculariam exercens, modicum ſibi hoſpitium retinuerit, reſiduum locauerit pluribus: omnes tenebuntur, quaſi in hoc cœnaculo habitantes, vnde deiectum, effuſúmve eſt.

2 ¶ Interdum tamen) quod ſine captione actoris fiat) oportebit prætorem, æquitate morum, in eum k potiùs dare actionem, ex cuius cubiculo, vel exedra l deiectum eſt, licet plures in eodem cœnaculo habitent. Quòd ſi ex mediano cœnaculi quid deiectum ſit: verius eſt, omnes teneri m.

3 ¶ Si horrearius aliquid deiecerit, vel effuderit: aut conductor apothecæ; vel qui in hoc dumtaxat conductum locum habebat, vt ibi opus faciat, vel doceat: in factum actioni locus eſt: etiam ſi quis operantium deiecerit, vel effuderit; vel ‖ſi quis‖ diſcentium.

4 ¶ Cùm autem legis Aquiliæ actione propter hoc quis condemnatus n eſt: meritò ei, qui ob o hoc, quòd hoſpes, vel quis alius de cœnaculo deiecit: in factum dandam eſſe Labeo dicit aduerſus deiectorem: quod verum eſt. Planè, ſi locauerat deiectori, etiam ex locato habebit actionem.

5 ¶ Hæc autem actio quæ competit de effuſis, & deiectis, perpetua eſt p: & heredi competit. ‖in heredem verò non datur q ‖. Quæ autem de eo competit, quòd liber periſſe dicitur, intra annum duntaxat competit; ‖ neque in heredem, ſed nec heredi, ſimilibúſque perſonis; ‖ nam eſt pœnalis, & popularis: r dummodo ſciamus, ex pluribus deſiderantibus hanc actionem ei potiſſimum dari debere ſ, cuius intereſt; vel qui affinitate, cognationéve defunctum contingit. Sed, ſi libero nocitum ſit, ipſi perpetua erit actio; ſed, ſi alius velit experiri, annua erit hæc actio: nec enim heredibus iure hereditario competit, quippe * quod in corpore libero damni datur, iure hereditario tranſire ad ſucceſſores non debet, quaſi t non ſit damnum pecuniarium, nam u ex bono & æquo oritur.

6 ¶ Prætor ait; *Ne quis in ſuggrunda x protectóve y, ſupra eum locū qua volgo iter fiet, inve quo conſiſtetur, id poſitum habeat, cuius caſus nocere cui poſſit. Qui aduerſus ea fecerit. in eum ſolidorum decem in factum, iudicium dabo: ſi ſeruus, inſciente domino feciſſe dicetur, aut æſtimationem dari, aut noxæ dedi iubebo.*

7 ¶ Hoc edictum ſuperioris z portio a eſt, conſequens etenim fuit, prætorem etiam in hunc caſum proſpicere; vt ſi quid in his partibus ædium periculoſè poſitum eſſet, non noceret.

8 ¶ Ait prætor, *ne quis in ſuggrunda protectóve*: hæc verba *nequis* ad omnes b pertinent, vel inquilinos, vel dominos ædium ſiue inhabitent, ſiue non, habent tamen aliquid expoſitum his locis.

9 ¶ *Supra eum locum, qua volgo iter fieret: inve quo conſiſtetur, id poſitum habeat.* Accipere debemus *poſitum*, ſiue in habitationis, vel cœnaculi, ſiue etiam in horrei c vel cuius alterius ædificij.

10 ¶ * Poſitum habere etiam is rectè videtur, qui ipſe quidem non poſuit, verùm ab alio poſitum patitur d. quare ſi ſeruus poſuerit, dominus autem poſitum patiatur: non noxali iudicio dominus, ſed ſuo nomine tenebitur.

11 ¶ Prætor ait. *cuius caſus nocere poſſet.* Ex his verbis manifeſtatur: non omne, quidquid poſitum eſt; ſed quidquid ſic poſitum eſt, vt nocere poſſit: hoc ſolùm proſpicere prætorem, ne poſſit nocere. Nec ſpectamus, vt noceat: ſed omnino, ſi nocere poſſit, edicto locus ſit. Coërcetur autem, qui poſitum habuit: ſiue nocuit id, quod poſitum erat, ‖ ſiue non nocuit.

12 ¶ Si id quod poſitum erat deciderit ‖ & nocuerit: in eum competit actio, qui poſuit, non in eum, qui habitauerit: quaſi hæc actio non ſufficiat: quia poſitum habuiſſe non vtique videtur, qui poſuit: niſi vel dominus fuit ædium, vel inhabitator. Nam & cùm pictor in pergula a Clypeum b, vel tabulam expoſitam habuiſſet: eáque excidiſſet, & tranſeunti damni quid dediſſet: Seruius reſpondit, ad c exemplum huius actionis, dari oportere actionem; hanc enim non competere palam eſſe; quia neque in ſuggrunda d, neque in protecto e tabula fuerat poſita. Idem ſeruandum reſpondit, & ſi amphora ex reticulo f ſuſpenſa decidiſſet, & damni g dediſſet; quia & legitima & honoraria actio deficit.

13 ¶ Iſta autem actio popularis h eſt, i & heredi ſimilibúſque competit; in heredes autem non competit, quia pœnalis eſt.

Ad qua loca hoc edictum pertinet. 1. Si interdiu, vel nocte deiectum ſit. 2. quorum culpam habitator præſtet. 3. Si de naue deiectum ſit.

6. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

HOc edictum non tantùm ad ciuitates & vicos, ſed & ad vias k, per quas vulgò iter fuit, pertinet.

1 ¶ Labeo ait locum habere hoc edictum, ſi interdiu deiectum ſit, non l nocte, ſed quibuſdam locis & nocte iter fit.

2 ¶ Habitator m ſuam, ſuorúmque n culpam præſtare debet.

3 ¶ Si de naue o deiectum ſit, dabitur actio vtilis in eum, qui naui præpoſitus ſit.

De libero homine caſo.

7. *Gaius* lib. 6. ad Edictum Prouinciale.

CVm liberi hominis corpus ex eo, quod deiectum effuſúmve quid erit, læſum p fuerit q: iudex computat mercedes Medicis præſtitas, cæteráque impendia, quæ in curatione facta ſunt: præterea operarum r, quibus caruit, aut cariturus eſt ob id, quòd inutilis factus eſt. Cicatricum autem, aut deformitatis ſ nulla fit æſtimatio; quia * liberum t corpus nullam recipit æſtimationem.

a ἐξ ὑπερῴου e protecto. Syn. Baſ. d. c. 4. Gloſ. s ὑπερῷον ſuperficium. ſuperficies, cœnaculum, locus aptus exponendis & vendendis mercibus. Plinius de Apelle ſic loquitur; idem, inquit, perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia quæ notarentur, auſcultabat, lib. 53 c. 10. Vlp. iſta omnia coniungit, tabernulam, pergulam, horreum, armarium ſeu officinam, l. 19 §. 2. ŝ. de iudiciis. pergulæ huiuſmodi erát magiſtrales in quibus magiſtri artium profiteb antur vel indicabát quid docerent. Vopiſcus in vita Saturnini: Romæ frequentauerat pergulas magiſtrales; ſic Craſsitius in pergula docuit, Suet. de claris gram. Hinc pergulæ meretriciæ Plauto Pſeudo & pergula Iuuenali 11. eſt cœnatio in qua ſtructores profitebantur. Dicuntur autem à pergendo.
b Clypeus, grammaticis inter cætera etiam imaginem ſignificat, fortaſſis inde quod Clypei imaginibus pingi & inaurari ſolerent: vide Soſipatrum 1. Gram. vt hic mirum eſſe non debeat quod Clypeus pictori tribuatur. Et Varro 6. de lingua Latina notat, Elephantos lucas appellari, quod longè relucerent propter inauratos regios Clypeos, quibus eorum erant ornatæ turres. Ceterum Synopſis Baſilicon legit d. c. 4. ἐὰν σκεῦος ζωγράφου, ſi vas pictoris.
c Ad exemplum edicti de ſuſpenſis exſugruenda, & ſed pergula.

DE NOXALIBVS u ACTIONIBVS x.

TIT. IV.

Defini tio.

Gaius libro 2. ad Edictum Prouinciale.

NOxales y actionns appellantur, quæ non ex contractu, ſed ex noxa, atque z maleficio a ſeruorum b aduerſus nos inſtituuntur. Quarum actionum vis, & poteſtas hæc eſt: vt, ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditio, ne ipſius corporis, quod deliquerit, euitare litis c æſtimationem d.

De ſcientia domini. 1. Si dominus maneat, aut in totum, vel in partem eſſe deſinat.

SI ſeruus, ſciente e domino occidit: in ſolidum dominum obligat; ipſe f enim videtur dominus occidiſſe: ſi autem inſciente, noxalis eſt: nec enim debuit ex maleficio ſerui in plus teneri, quàm vt noxæ eum dedat.

y Protecta ſunt proiecta tecta, quæ Græci ἔκθετα. Proiectionum nomen latius patet, nam & mœniana complectitur, & ſtillicidia, & porticus, & quæcunque extra ædes proiiciuntur. Cuiac. ĵ. de damno.
Subgruendas dicimus tabulas circum ædificia à ſummo extenſas, quæ ædes tuentur ab iniuria imbrium atque etiam ſi larignæ ſint, ab incendio, Palladio & Vitruu. auctoribus: ſuggruendæ autem dictæ quod ædes extra gradiantur & Varro 3. de ruſt. 3. apes ſubter ſubgrundas, ab initio, villatico vſæ tecto: de columna Mænia, v. Pædianum de diuinat.
z quod extat in l. 1. ŝ. eod.
a Cùm in ſuperiore de damno iam facto agitur, deiectione vel effuſione: in hoc autem damni infecti curam gerit Prætor, ne quid in ſupradictis ædium partibus periculosè poſitum habeatur. Igitur huic edicto locus eſt hoc ſolo nomine, quod poſitum habeatur; cuius caſus nocere poſſit. b adde l. 1. ĵ. de verb. ſign.
c habitationibus, vel cœnaculis, ſiue etiam in horreis, Hal. d Poſitum habet qui poſitum patitur adde l. 18. ĵ. mandati. Imò non l. 3. in fin. ĵ. tit. prox.

protecto, datur actio de ſuſpenſis ex pergula. d §. 6. ŝ. e ſed pergula.
f fortè reſticulo. g al. damni quid h καθολικῇ Syn. Baſ. d. c. 4. i adde §. 5. ŝ. e. vt & pauperiei l 1. in fin. ŝ. ſi quadrupes. k l. 1. §. 2. ŝ. eo. ĵ. quod vi.
l Vrinam itaque de nocte ſi quis in aliquem deiecerit, edicto de effuſis minimè tenebitur, Fulg. m ἔνοικος Syn. Baſ. d. tit. c. 4. in fin. n v. l. 1. §. 4 ŝ. e. o Nauem in mobilibns rebus cenſeri hoc ex loco notatur: adde quæ ſcripſi ad l. 20. §. 4. ĵ. quod vi. aut clam. p quid ſi interfectum? v. l 1. §. 5. ŝ. eo. q vulnerato igitur per iniuriam homini libero, hæc quæ ſequuntur ſunt præſtanda; adde l. 3. ŝ. ſi quadrupes. l. 7. in pr. & §. 4. l. 13. ŝ. ad l. Aq. r Ingenui & liberi ſuas etiam operas locabant Romæ, Varro de lingua, l. 88. ĵ. locati. ſ Deformitatis nulla fit æſtimatio, vt hic. In maſculo hoc interpretes admittunt, in fœmina verò negant Rauennas & Albericus ad l. 3. ŝ ſi quadrupes t v. l. 1. §. 5 ŝ. e. l. 106. ĵ. de reg. u 3. C. 41. & 4. Inſt. 8. & 18. Syn. Baſ. ex lib. 60. t. 5. De noxalibus actionibus v. quæ ſcripſi ad l. 1. §. 8. ŝ. de his qui deiecerunt. x in genere: ſunt enim plures, l. 3. ĵ. eod. y Syn. Baſil. d. t. 5. c. 21. z fortè noxia, eſt enim noxia, ipſum delictum, l. 1. §. §. ŝ. ſi quadrup. Adde Theoph. §. 1. Inſt. de noxal. a Inſt. eo. in pr. b nec enim dantur liberi hominis cauſa, v. l. 21. in fin. C. de furtis, §. vlt. Inſt. de noxalib. c eſt igitur noxæ deditio: litis æſtimationis ſubſidiaria: vnde talis actoris petitio erit, vt ob ſerui maleficium, aut litis æſtimatio ei præſtetur, aut ipſe ſeruus noxæ ei dedatur. Hinc illa formula ſententiæ in hac actione: P Mænium Lucio Titio in decem aureos condemnato aut noxæ dedere, §. 1. Inſt. de offic. iud. hinc in l. 6. §. 1. ĵ. de re iud. poſt pecuniariam condemnationem noxæ deditio ſequitur. d ante latam ſententiam ſcil. l. 40. §. 5. ŝ. de pet. her. e v. l. 3. ĵ. eod. f Occidiſſe dominus videtur, qui ſeruum ſciuit occiſurum, Syn. Baſil. dicto titulo 5. capite 2.

1 ¶ Is

1 ¶ Is, qui non *a* prohibuit, ſiue dominus manet, ſiue deſiit eſſe dominus, hac actione tenetur: ſufficit enim, ſi eo tempore dominus, quo non prohibeat, fuit. in tantum vt Celſus putet, ſi fuerit alienatus ſeruus in totum, vel in partem, vel manumiſſus, noxam caput non ſequi nam ſeruum nihil deliquiſſe, qui domino *b* iubenti obtemperauit. Et ſanè, ſi iuſſit, poteſt hoc dici. ſi autem non prohibuit, quemadmodum factum ſerui excuſabimus? Celſus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam, & legem duodecim tabularum. nam in lege antiqua *c*, ſi ſeruus ſciente domino furtum fecit, vel aliam nec noxam commiſit ſerui nomine actio eſt noxalis, nec dominus ſuo nomine tenetur. At in lege Aquilia (inquit) dominus ſuo nomine tenetur, non ſerui: vtriuſque legis reddit rationem: duodecim tabularum, quaſi voluerit ſeruos dominis in hac re non obtemperare: Aquiliæ, quaſi ignouerit ſeruo, qui domino paruit, periturus *d* ſi non feciſſet. Sed ſi placeat, quod Iulianus libro octuageſimo ſexto ſcribit, ſi ſeruus furtum faxit, noxiámve nocuit, etiam ad poſteriores *e* leges pertinere: poterit dici, etiam ſerui nomine cum domino agi poſſe noxali iudicio: vt quòd detur Aquilia aduerſus dominum, non ſeruum excuſet, ſed dominum oneret: nos autem ſecundum Iulianum probauimus, quæ ‖ ſententia ‖ habet rationem: & à Marcello apud Iulianum probatur.

De ſcientia domini.

3. *Idem* lib. 3. ad Edictum.

IN omnibus noxalibus actionibus, vbicumque ſcientia exigitur domini, ſic accipienda eſt, ſi *f*, cum prohibere poſſet, non prohibuit. aliud *g* eſt enim, auctorem eſſe ſeruo delinquenti, aliud, pati delinquere.

1. Si extraneus ſeruus, ſciente me fecit: eumque redemero. 2. De concurſu actionis in ſolidum, & noxalis.

4. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

IN delictis ſeruorum, ſcientia *h* domini quemadmodum accipienda eſt? vtrùm cum conſilio, an & ſi viderit tantùm, quamuis prohibere non potuerit? Quid enim, ſi ad libertatem proclamans, domino ſciente faciat? aut qui *i* contemnat dominum? vel, cùm trans flumen ſit ſeruus, vidente quidem, ſed inuito domino, noxiam noceat? Rectius *k* itaque dicitur, ſcientiam eius accipiendam, qui prohibere poteſt *l*, & hoc in toto edicto intelligendum eſt circa ſcientiæ verbum.

1 ¶ Si extraneus ſeruus ſciente me fecerit: eúmque redemero: noxalis actio in me dabitur: quia non videtur, domino ſciente, feciſſe: cùm eo tempore dominus non fuerim.

2 ¶ Cùm *m* dominus ob ſcientiam teneatur, an ſerui quoque nomine danda ſit actio, videndum eſt, niſi fortè prætor vnam pœnam à domino exigi voluit. ergo dolus ſerui impunitus erit *n*: quod eſt iniquum: imo vtroque modo dominus tenebitur. Vna autem pœna exacta, quam actor elegerit, altera tollitur.

3 ¶ Si *o* detracta noxæ deditione, quaſi cum conſcio domino actum ſit, qui non erat conſcius abſolutione facta, & finito iudicio, amplius agendo cum noxæ deditione, exceptione rei iudicatæ ſummouebitur: quia res in ſuperius iudicium deducta, & finita eſt. Donec autem prius *p* iudicium agitatur, licentia agenti eſt. ſi eum de ſcientia domini arguenda pœniteat, tunc ad noxalem cauſam tranſire *q*. Contra quoque, ſi cum eo, qui ſcit, cum noxæ deditione actum ſit: amplius in dominum, detracta noxæ deditione, danda actio non eſt. In ipſo autem iudicio ſi voluerit & ſcientiam domini arguere, non eſt prohibendus.

De ſeruo plurium. 1. Differentia actionis noxalis, & non noxalis. De herede. De ſeruo manumiſſo.

5. *Vlpianus* lib. 3. ad Edictum.

SI plurium ſeruus deliquerit, omnibus ignorantibus noxale iudicium in quemuis *r* dabitur *ſ*. Sed ſi omnibus ſcientibus: quiuis eorum tenebitur, detracta noxæ deditione: quemadmodum ſi plures deliquiſſent. nec, altero conuento, alter liberabitur: ſed, ſi alter ſcit, alter ignorauerit: qui ſcit, detracta noxæ deditione, conuenitur: qui neſcit, cum noxæ deditione.

1 ¶ Differentia autem harum actionum non ſolùm illa eſt, quòd qui *t* ſcit, in ſolidum tenetur, verùm illa quoque, quòd ſiue alienauerit *u* ſeruum, qui ſcit, ſiue manumiſerit, ſiue deceſſerit ſeruus, dominus tenetur: ſed, ſi ipſe dominus deceſſerit, heres eius non tenetur.

6. *Idem* lib. 18. ad Edictum.

SEd ‖ & ‖ ipſe ſeruus manumiſſus tenetur.

De eo apud quem eſt ſeruus. 1. De emptore venditore.

7. *Idem* lib. 3. ad Edictum.

NOxalis ‖ autem ‖ non aliàs datur, ‖ niſi *a* apud me ſit ſeruus: & ſi apud me ſit, licet eo tempore non fuit, quo delinquebat, teneor. & heres meus tenetur, ſi noxius viuat.

1 ¶ Pomponius ait, ſi emptor ſerui noxali conuentus ſit; venditorem, quo ſciente factum eſt, conueniri iam non poſſe.

De ſeruo communi, vel familia communi.

8. *Idem* lib. 37. ad Edictum.

SI ſeruus communis furtum fecerit, quiuis *b* ex dominis in ſolidum noxali iudicio tenetur: eóque iure vtimur. Sed non alias poterit *c* ‖ is, ‖ qui conuentus eſt, euadere litis æſtimationem, niſi in ſolidum noxæ dederit ſeruum, nec ferendus, etſi partem *d* dedere fuerit paratus. Planè ſi propter hoc quòd ſocij debere parati non fuerint, in ſolidum fuerit condemnatus: communi diuidundo *e*, vel familiæ erciſcundæ iudicio aduerſus eos experietur. ante noxale ſanè iudicium acceptum poterit, ſua parte cedendo, ſecuritatem conſequi *f*: ne neceſſe habeat ſuſcipere iudicium: quamquam quis poſſit dicere euenire, vt, dum pars ei cedatur, amittat actionem: dominus enim pro parte factus, non poteſt cum ſocio noxali experiri *g*: fortaſsis nec communi diuidundo agere poſsit eius maleficij nomine, quod ante communionem admiſſum eſt. quod ſi non poteſt, euidenti iniuria afficietur, ſed melius eſt dicere, competere ei communi diuidundo iudicium *h*.

Sui facti nomine ſoluens, non repetit à ſocio.

9. *Paulus* lib. 39. ad Edictum.

SI communis familia, vel communis ſeruus furtum fecerit, altero ex dominis ſciente: is, qui ſcit, omnium nomine tenebitur: & conuentus, alterum quoque liberat: nec à ſocio quicquam debebit conſequi: ſui enim facti *i* nomine pœnam meruit. Quòd ſi is, qui ignorauit, duplum præſtiterit: à ſocio ſimplum conſequetur.

10. *Idem* lib. 22. ad Edictum.

SEd & eo domine agere cum ſocio poterit, quòd ſeruum communem deteriorem fecit: quemadmodum cum quolibet alio, qui rem communem deteriorem feciſſet. Ceterum, ſi nihil præterea poſt noxæ deditionem commune habebit, pro ſocio: vel ſi ſocij non fuerunt, in factum agi poterit.

De ſeruo bona fide poſſeſſo.

11. *Vlpianus* lib. 7. ad Edictum.

BOna fide ſerui poſſeſſor *k*, eius nomine, furti actione tenebitur: dominus non *l* tenetur. ſed noxæ *m* dedendo non facit quidem actoris: cùm autem cœperit iſtum ſeruum dominus vindicare *n*: doli *o* exceptione ſummouebitur: vel officio *p* iudicis conſequetur, vt indemnis maneat.

Si bonæ fidei poſſeſſor ſeruum dimiſerit

12. *Paulus* lib. 7. ad Edictum.

SI bona fide poſſeſſor eum ſeruum, quem bona fide poſſidebat, dimiſerit: ne agi cum eo ex noxali cauſa poſſit: obligari eum actione, quæ datur aduerſus eos, qui ſeruum in poteſtate habeant, aut dolo fecerint *q*, quo minus haberent: quia per hoc adhuc poſſidere videntur.

De ſeruo mala fide poſſeſſo.

13. *Gaius* lib. 13. ad Edictum Prouinciale.

NOn ſolùm aduerſus bona fide poſſeſſorem *r*: ſed etiam aduerſus eos, qui mala fide poſſident: noxalis actio datur.* nam ‖ & ‖ abſurdum videtur, eos quidem, qui bona fide poſſiderent, excipere actionem: prædones verò ſecuros eſſe *ſ*.

De pluribus delictis eiuſdem ſerui. 1. De ſtatulibero. De ſeruo legato ſub conditione. De cautione actori præſtanda.

14. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

SI *t* quis à multis conueniatur ex noxa eiuſdem ſerui: vel ‖ ſi ‖ ab vno, ex pluribus tamen delictis, non neceſſe habet, quia omnibus dedere non poteſt, litis æſtimationem offerre his, quibus dedere non poteſt. Quid ergo ‖ eſt, ‖ ſi à pluribus conueniatur? ſiquidem vnus occupauit, an melior ſit conditio, vt ipſi ſoli dedatur? an verò vel omnibus dedi debeat, vel cauere debeat defenſum iri aduerſus cæteros? & veriùs eſt, *occupantis u meliorem eſſe conditionem*. Et itaq; dedetur, non qui prior egit, ſed qui *x* prior ad ſententiam peruenit: & ideo ei qui poſtea vicerit, actionem denegari iudicari.

1 ¶ Sed & *y* ſi ſtatuliber ſit, & ante deditionem extiterit conditio, per fideicommiſſum libertas fuerit ante præſtita, vel exiſtente conditione legati dominium fuerit tranſlatum: arbitrio iudicis abſolui cum

a ſub. cùm poſſet. *l. 6. ff. de iure patronatus: l. 50. ff. de reg. iur.*
b vide tamen *l. 157. inf. de reg. iur.*
c *lex antiqua* pro lege xij. tabularum *v. l. 1. ff. de hered. pet.* vbi *ius vetus* appellatur.
d *v. l. 157. ff. de reg. iur.*
e ἐκ τῶν πρεσβυτέρων νόμων οἱ μεταγενέστεροι κανονίζονται. ex legibus prioribus poſteriores reguntur, *Synopſ. d. c. 2.*
f ſi ſeruus ſciente domino occidit, in ſolidum dominum obligat. *l. 2. ff. eod.* Scit dominus, qui cum prohibere poteſt, non prohibet. *l. 4. ff. eod.* hinc illud Senecæ *in Troade.* Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet: adde *l. 13. ff. de his qui notant.*
g Pati & autorem eſſe delicti differunt. Imò non differunt *l. 3. §. 10. ff. de his qui effuderint.*
h Scire in delictis virum is dicatur, qui conſilium dat? an verò qui vidit tantùm, nec prohibere potuit? an potius is qui vidit, & potuit prohibere.
i *al.* aut quid ſi contemnat dominum.
k In omnibus noxalibus ſcientiam domini dicimus, ſi quum poſſet, non prohibuit. *Synopſ. Baſil. eo. c. 3.*
l *l. 50. l. 109. inf. de reg. iur. v. l. 3. §. 2. ff. de Syllaniano.*
m Dominus cùm ſcit, tam ſuo nomine quam noxali iudicio conuenitur. Vna verò pœna exacta, quam actor elegerit, altera tollitur *Synopſis eod. c. 4. in prin.*
n *v. l. 6. inf. de except. rei iudicatæ.*
o ſiue quis noxali actione dominum conuenit, ſiue altera, qua ſuo nomine dominus tenetur, ante ſententiam quidem alterutram relinquere poteſt, & experiri alteram: verum poſt ſententiam, toti negotio res iudicata obeſt, quæ actorem excludit, *Synop. Baſil. d. c. 4.*
p quod quaſi cum conſcio domino inſtitutum eſt.
q Ante ſententiam licet errorem corrigere. *v. l. vlt. C. de errore aduoc.*
r *l. 8. l. 10. l. 26. §. 1. l. 39. ff. eod. l. 4. ff. ſi ex noxali: l. 11. §. 3. inf. de aqua pluuia.*
ſ in ſolidum. t Sciens dominus ſeruum delinquere, in ſolidum tenetur, etiam poſt ſerui ipſius alienationem, manumiſſionem, & mortem.
u Alienationis & mortis differentia.

a *l. 14. §. vlt. l. 42. §. vlt. ff. eo. § 3. Inſt. eod.*
b *v. l. 5. ff. eod.*
c ſcil. non alias, *Cuiac. 17. obſ. 15.*
d Noxæ deditio partem nō recipit, *vt hic.* litis tamen æſtimatio poteſt nonnunquam pro parte præſtari: & hoc etiam modo vtrique ſatis fieri *l. 27. § 2. ff. ad l. Aquil.* vbi dixi.
e *v. l. 61. ff. de furtis.*
f Imo: non videtur audiendus ſi pro parte tantum velit defendere, *l. 4. ff. ſi ex noxali.*
g pro ſua parte, *l. 43. in fin. ff. de furtis.*
h *l. 61. in prin. ff. de furtis.*
i *v. l. 17. §. 1. ff. eo.*
k *v. l. 21. C. de furtis & ſeruo corrupto.*
l Imo tenetur *l. 27. §. 1. ff. ad l. Aquil.* ſolue vt ibidem notatum eſt.
m Atqui bonæ fidei poſſeſſorem noxæ dedere non poſſe videtur: cum dominium ſerui, quod non habet, transferre non poſſit. Nulla fit autem noxæ deditio quæ dominium in actorem non transferat. Dic quali quali noxæ deditione liberari. v. quæ ſcripſi ad *l. 28. ff. de noxali.*
n ab eo cui noxæ deditus fuit à bonæ fidei poſſeſſore.
o v. quæ ſcripſi ad *l. 28. ff. eod.*
p Cur officio iudicis? quia vindicatio rei, arbitraria actio eſt: & doli exceptio quæ ineſt bonæ fidei iudicijs, in arbitrarijs omiſſa, officio iudicis ſuppleri poteſt, *l. 48. ff. de rei vindic. l. 38. l. vlt. ff. de pet. hered.*
q *l. 21. in pr. ff. eo. v. l. 22. ff. de rei vind.*
r Imo, ſerui occidentis nomine non tenetur is cui bona fide ſeruit. *l. 27. §. 3. ff. ad l. Aquil.*
*
ſ *l. 36. §. antep. ff. de pet. hered.* ſic abſurdum eſt, melioris eſſe iuris, ſtultos, quàm peritos, *l. 4. ff. quod vi aut clam,* qui vi rapuerunt, quam qui clam, *Inſt. vi bonorum in princ.* ſic mali, bonis: pauperes, ditioribus non præferendi ff *arg. l. 3. de don. inter virum.* adde *l. 44. in fin. ff. ad l. Aquil.*
t Si à pluribus actione noxali ex eiuſdem ſerui delicto conueniar, qui prior vicerit, accipit eum: nec illis obligatus ſum, qui poſtea vicerint, quamuis priores egerint *Synop. Baſil. eod. c. 13.*
u eius qui prior meruit ſententiam, *vt hic.* procuratoris, *l. 32. ff. de procurat.* agentis de peculio, *l. 10. l. 52. ff. de peculio.* de legato & fideicommiſſo. *l. 33. in pr. ff. de legat. 1.* at non in tributoria. *l. 6. ff. de tributoria:* ſi quis priuilegiarius veniat *l. 3. ff. quod cum eo.*
x Occupantis in ſententia obtinenda melior eſt conditio. *l. 10. ff. de peculio. v. l. 9. ff. de verb. oblig.*
y Statuliber ſi nocuit, & ante ſententiam, exiſtente conditione manumiſſus eum,

ll. d. duabus regg. obst. l. 27. §. serui ff. ad l. Aquil. v. Cuiac. lib. 7. Pauli ad Edict. in hac l. 12. et quae notaui in lg. 25.

immo ipse dominus serui tenetur l. 4. §. vlt. ff. de vsucapionibus

vel legatario dedero, liberòr: quemadmodum ſi & antè ſententiam ei fideicommiſſariam libertatem præſtitero. *Synop. Baſil. d.c.13.*

a *v.l.5.inf.de verb. oblig.*

b Qui ſeruum noxæ dedit, de euictione ob ſuum factum contingente alteri cauere debet, *d.c.13.in fin.*

c Cur? noxa caput ſequitur.

d Tranſlatio iudicij plerumque fit in extraneum, qui videlicet neque hæres ſit vniuerſalis, neque ſpecialis.

e i. in quondam ſtatuliberum, nunc liberum. *v. Petr. Fabr.1.ſemeſt.13.in fin.*

f Pendens libertas, eſſe nondum videtur: & ideo ſtatuliber rectè noxæ deditur, cum adhuc ſeruus ſit, *v.l.16.l.25.l.26.l.39. inf.de ſtatulib.*

g ex ſententia rem qualiſcunq; ea ſit, præſtari ſufficit.

h *Synopſ. Baſil. eo. c.20.*

i Dolus caſu non purgatur.

k Poſt iudicium acceptum, poſt moram, *v.l.26.§.4.ſ.eo.*

l *ut l.5.inf.ſi familia furtum feciſſe.*

m Beneficium vnius non eleuat alterius delictum.

n *ſub.* qui nocuit.

o *l.9.ſ.eo. l.46.§. antep.ſ.de procur.*

p vel è contra.

q eodem modo, vſufructuario non defendente ſeruum vſufructuarium, vſusfructus perſecutionem fructuarius amittit, *l.3.ſ. ſi ex noxali.*

x *l.17.§.9. inf. de iniuriis.*

ſ adde *l.25. in fin. inf.de cond.indeb.*

t Communia, in communionem referenda.

u Vni ſocio ſi nonæ ſeruum dominus dederit, ab alio ſocio liberatur.

x *l.7. ſ. comm. diuid.*

y *Vicarius* ſeruus eſt, quem ſeruus ordinarius in peculio ſuo habet: & ſic ſeruus ſerui eſt: ſeruus aliquis eo caſu ſeruum alium ſub ſe habet: eius quaſi dominus eſt.

z Vicarij ſerui nomine tenetur ipſe dominus.

a Vicarius eſt in peculio ordinarij, ideóq; ex eiuſdem vicarij delicto cùm teneatur dominus, vicariũ ipſum dedere tenetur.

b *l.1.in fin.l.2.ſ.ſi ex noxali.*

c *l.29.inf. eod.*

oporret. Et officij iudicis a hoc quoque erit, vt b caueatur ei, cui deditur, ob euictionem ob ſuum factum contingentem.

35.*Gaius* lib.6.ad Edictum Prouinciale.

PRætor decernere debet c tranſlationem d iudicij in ſtatuliberum e fieri.

¶ Si verò rei iudicandæ, tempore adhuc in ſuſpenſo f ſit ſtatuta libertas: Sabinus, & Caſſius liberari heredem putant, tradendo ſeruum: quia g toto ſuo iure cederet, quod & verum eſt.

Dolus caſu non purgatur. Bald.

*16. Iulianus lib. 22. Digeſtorum.

SI h heres dolo malo fecerit, ne ſtatuliberum in poteſtate haberet, & propter hoc Iudicium ſine noxæ deditione acceperit: ‖ & ‖ impleta conditione ſtatutæ libertatis, condemnari debebit: ſicuti i mortuo ſeruo k, condemnaretur.

De ſeruo communi. 1. vel fructuario.

17.*Paulus* lib.22. ad Edictum.

SI ex duobus dominis vno ſciente l, altero ignorante, ſeruus deliquit? ſi ante cum altero, qui neſciebat, actum ſit, & noxæ dediderit ſeruum: * iniquum m eſt, viliſſimi n hominis deditione alterum quoque liberari.

¶ Igitur agetur & cum altero: &, ſi quid amplius eſt in damni perſecutione, conſequetur, computato pretio hominis noxæ dediti: ipſi tamen inter ſe ‖ ſic ‖ debent penſare communi diuidundo iudicium vt (ſi) ille, quo ſciente fecit, præſtiterit: non totius partem ferat ſed partem eius, quanti ſeruus eſt: ſic, & ſi alter aliquid præſtiterit, eius partem fieri.

¶ Illud iniquum eſt, eum, qui iuſſit ſeruum facere, conſequi aliquid à ſocio o: cùm ex ſuo delicto damnum patiatur.

1 ¶ Si plures eiuſdem ſerui nomine, noxali mecum agere velint: vel ‖ ſi ‖ vnus pluribus iudiciis eiuſdem ſerui nomine agat, in quo vſusfructus tuus, proprietas mea ſit: officio iudicis continebitur, cùm eum noxæ dedero, vt etiam vſumfructum actoris faciam: ſed per prætorem id conſequar ego dominus proprietatis, vt aut cogat prætor te pro æſtimatione vſusfructus conferre ad litis æſtimationem, aut vſumfructum cedere, ſi hoc expediat: &, ſi ego dominus proprietatis eum ſeruum nolui defendere p, defenſio tibi permittenda eſt: &, ſi damnatus hominem tradas, ‖ & ‖ aduerſus me tueris q.

18.*Pomponius* lib.18.ad Sabinum.

IS, qui vſumfructum in ſeruo habet, perinde r cum domino habet actionem furti, atque ſi quilibet alius eſſet: ſed cum eo non eſt quamuis ſeruiat ei: & ideo dominus damnatus fructuario noxæ dedens liberabitur.

De re communi. 1. De ſeruo in quo vſusfructus alienus eſt. 2. De ſeruo vicario nauta.

19.*Paulus* libro 22. ad Edictum.

SI in re communi mea & tua damnum nobis dederit Titij ſeruus: ſi cum eo agemus: erit noxali Aquiliæ actioni locus: ne, damnatus in ſolidum ſingulis noxæ dedere cogatur. Sed poteſt dici, * quaſi vnius damnum ſit, & vna obligatio, aut ſ vtriſque t pecuniam offerendam, aut officio iudicis ſimul vtriſque noxæ dedendum. Sed & ſi alterutri noſtrum inſolidum noxæ deditus fuerit, & ob id ab vtroque dominus ſit abſolutus u rectè dicitur, eum, qui noxæ deditus ſit, alteri teneri communi diuidundo iudicio x, vt communicet ſeruum noxæ ſibi deditum, cùm ob rem communem ‖ aliquid ‖ ad ſocium peruenerit.

1 ¶ Si ſerui, in quo vſusfructus alienus eſt, dominus proprietatis operas conduxerit: verba efficiunt, vt cum noxæ deditione damnetur.

2 ¶ Si ſeruus tuus nauem exercuerit: eiúſque vicarius y & idem nauta in eadem naue damnum dederit: perinde in te actio danda eſt z, ac ſi is exercitor liber, & hic vicarius ſeruus eius eſſet, vt de peculio ſerui tui ad noxam dedere vicarium a damneris: vt tamen ſi ſerui tui iuſſu vel ſciente, & patiente eo, damnum vicarius dederit: noxalis actio ſerui tui nomine eſſe debeat: idémque fit, etiam ſi nautã facere iuſſerit.

De ſeruo qui ſæpius deliquit.

20. *Gaius* lib.7. ad Edictum Prouinciale.

QVi ex pluribus noxis, diuerſis temporibus, experitur: ex vna noxia ſerui dominium nactus nullam amplius actionem habet: aduerſus eum, qui dominus fuerat: cùm actio noxalis caput ſequatur.

¶ At ſi maluit dominus priori iudicio litis æſtimationem ſufferre: vel eidem, vel alij ex alio maleficio agenti, nihilominus tenetur b.

Si dominus iudicium recuſet. 1. De ſeruo abſente. 2. Edictum de eo, qui negat ſe habere in poteſtate. 3. Verbum in poteſtate quomodo accipitur. 4. Si reus iurare nolit. 5. De tutore, curatore, & procuratore. 6. Vtrum poſt iuſiurandum detur actio noxalis.

21. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

QVotiens dominus ex noxali cauſa conuenitur, ſi nolit ſuſcipere iudicium: in ea cauſa res eſt, vt c debeat noxæ dedere eum, cuius nomine iudicium non ſuſcipitur: aut, ſi id non faciat: iudicium ſuſcipietur a omnimodo b: ſed c non aliàs condemnabitur, quam ſi in poteſtate habeat d, dolóve malo fecerit e, quo minus haberet.

1 ¶ Eos, quorum nomine noxali iudicio agitur, etiam abſentes defendi poſſe placuit f: ſed hoc ita demum, ſi proprij ſint ſerui: nam ſi alieni præſentes eſſe oportet: aut ſi dubitetur, vtrum proprij ſint, an alieni: quod ita puto accipiendum, vt, ſi conſtet, vel bona fide ſeruire, etiam abſentes poſſint defendi.

2 ¶ Prætor ait: *ſi is in cuius poteſtate eſſe dicetur, negauit ſe in ‖ ſua ‖ poteſtate ſeruum habere: vtrum actor volet* g, *vel deierare* h *iubebo* i, *in poteſtate ſua non eſſe neque ſe dolo malo feciſſe, quominus eſſet: vel iudicium* k *dabo ſine noxæ deditione.*

3 ¶ *In poteſtate* l ſic accipere debemus, vt facultatem & poteſtatem exhibendi eius habeat: ceterum, * ſi in fuga ſit, vel peregrè, nõ m videbitur eſſe in poteſtate o.

4 ¶ Quòd ſi reus iurare nolit, ſimilis p eſt ei, qui neque defendit abſentem, neque exhibet: qui condemnantur quaſi contumaces.

5 ¶ Si tutor, vel curator extent: ipſi iurare debent in poteſtate domini non eſſe: ſi autem procurator ſit: dominus ipſe iuret, neceſſe eſt.

6 ¶ Si iuſiurandum exegit actor, reúſque iurauit deinde poſtea noxali velit actor experiri: videndum eſt, an exceptio iuriſiurandi debeat aduerſus actorem dari. Et Sabinus putat, non eſſe dandam, quaſi de alia re ſit iuratum: hoc eſt, tunc non fuiſſe in poteſtate: modo vero q, cùm in poteſtate deprehendatur, de facto eius poſſe agi. Neratius quoque dicebat, poſt exactum iuſiurandum poſſe actorem, detracta noxæ deditione, experiri: ſi modo hoc contendat, poſteaquam iuratum eſt, cœpiſſe in poteſtate habere.

De ſeruo depoſito, commodato. 1. Pignori dato: Precariò conceſſo. 2. Quid ſit habere facultatem repetendi pignus. 3. Si dominus fateatur. 4. Aut neget ſe habere in poteſtate.

22. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

SI ſeruus depoſitus, vel commodatus ſit: cum domino agi poteſt noxali actione: ei enim ſeruire intelligitur r: & quod ad hoc edictum attinet, in poteſtate eius eſt: maximè ſi copiam habeat recuperandi hominis ſ.

1 ¶ Is, qui pignori accepit, vel qui precario t rogauit, non u tenetur noxali actione: licèt enim iuſtè poſſideant x, non y tamen opinione z domini poſſident a: ſed hos quoque in poteſtate domini intelligi, ſi facultatem repetendi eos dominus habeat.

2 ¶ Quid eſt, *habere facultatem repetendi*? habeat b pecuniam, ex qua liberari poteſt. nam non debet cogi vendere res ſuas, vt ſoluat pecuniã, & repetat ſeruũ c.

3 ¶ Dominus, qui ſeruum in ſua poteſtate eſſe confitetur, aut exhibere eum debet, aut abſentem defendere: quod niſi faciat, punitur d, atque ſi præſentem non noxæ dederit.

4 ¶ Si negauit dominus in ‖ ſua ‖ poteſtate eſſe ſeruum: permittit prætor actori arbitrium, vtrum iureiurando id decidere e, an iudicium dictare ſine noxæ deditione velit: per quod vincet, ſi probauerit eum in poteſtate eſſe, vel dolo eius factum, quo minus eſſet. Qui autem non probauerit in poteſtate aduerſarij eſſe ſeruum, rem amittit.

De eo qui poſtea cœpit habere in poteſtate.

23. *Gaius* libro 6. ad Edictum Prouinciale.

SEd etſi poſtea f aduerſarius eius in poteſtate habere cœperit ſeruum: tenetur ex noua poſſeſſione, denegata ei exceptione.

De eo qui dolo deſiit habere in poteſtate.

24. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

DE illo videndum, vtrum aduerſus eum tantum, qui dolo fecit, quominus in poteſtate haberet, actio locum habeat noxalis g: ſi ex dolo eius acciderit, vt ceſſet noxalis actio: forte ſi ſeruo ſuo fugam mandauit: an & ‖ ſi ‖ poſſit, nihilominus cum alio agi f: quod accidit, cùm alienatus, manumiſſúſve eſt. Quod eſt verius: in quo caſu electio eſt actoris, cum quo velit agere.

¶ Iulianus autem ait de eo, qui manumiſit, ſi paratus ſit defendere ſe manumiſſus, exceptionem dandam ei, qui manumiſit: hoc & Labeo.

25. *Gaius* lib.6. ad Edictum Prouinciale.

IDem eſt, & ſi nouus dominus ſerui iudiciũ patiatur

a *l.31.l.32.ſ.eo.*

b *Omnimodo*: hæc inquam particula preciſa eſt. Vnde colligit Baldus, Reum cogit præciſè litem conteſtari.

c Defenſiones ſaluas habet, qui litẽ conteſtari cogitur. Nemo igitur litem conteſtari cogitur: niſi ſaluis defenſionibus.

d *l.42.in fi.inf.eod.*

e *l.12.in fi.ſ.eod.*

f excipe caſũ *l.1.& 2.inf.de publicanis.*

g *l.34.§. ait Prætor. inf.de iureiur.*

h i. iurare. *§.4.§.5.§.6. inf.eo.l.22. in fi.inf.eo. l.vlt.ſ. qui ſatiſdare.*

i *§.4.inf.eo.l.21. in fin.inf.eod.*

k directum.

l in poteſtate habet, cui poteſt exhibere.

m Imò videbitur, nam eius nomine tenetur *l.27.§.3.ſ. ad l Aquil.*

n Qui in fuga ſunt, vel peregre, in poteſtate non eſſe intelliguntur, *l.5.in fi.inf.ad exhibendũ. Pau.2. ſent.31.§.23.* vt non tam dominium ſeruorum, quàm facultas eos habendi ſpectetur, *l.1.§.vlt.inf.de peculio.* ideóque & ſi per eos inhibeatur vſucapio, non tamẽ eorũ dominus furti tenebitur, *l.17. in fin. inf. de furt.* Quare *poteſtatis* verbũ in noxali actione præſẽtis corporis copiã facultatẽque ſignificat, *l.215 in fi.inf.de verb.ſig.*

o ad hoc ſolùm tenebitur, vt caueat ſe exhibiturum, ſi in poteſtatem eius peruenerit, *l.5.in fi.inf.ad exhibendũ.*

p ſic alibi legimus, manifeſtę turpitudinis eſſe & confeſſionis, nec iurare, nec iuſiurãdum referre, *l.38. inf. de iureiurando.*

q *v l.23. inf.eod.*

r Deponendo & commodando, dominium rerum noſtrarum non amittimus.

ſ eóque caſu cauere tenetur. *l.2.§.vlt. ſ.ſi ex noxali. l.5.in fin. inf.ad exhib.*

t Precaria poſſeſſio iuſta eſt, donec reuocetur. *inf. de precario.*

u tenetur tamen creditor ſeruum defendere, aut pignus amittit.

x *l.1.§.15.inf.de adquir.poſſ.* y excipe caſum legis 101. *in fin.pr.inf.de leg.3.* adde *l.21.C.de furtis.* z ψύχῃ τοῦ δεσπόζοντος. *Synop. Baſil.50.tit.2,c.60.in fi.* a Qui pignori accepit, vel qui precario rogat, poſſidere quidem intelligitur: ſed citra opinionem dominij, *vt hic.l.27.in fi.inf.eo.* b ſi habeat *Hal.* Soluendi facultatem habere non intelligitur, qui pecuniã non habet, licet plura latifundia habeat. c Facultatem rei repetendæ habere intelligitur qui pecuniam habet, non qui pecuniam ex rerum ſuarum diſtractione reparare poteſt. nec enim facultas poſſe videtur, quod incommodè tantùm fieri poteſt *l.125.in fi.inf.de verb.ſign.* d εἰς τὸ διαφέρον καταδικάζεται, damnatur in id quod intereſt *Ecl.20.c.21* e *v.l.21.in fi.ſ.eo.* fortè iuſiurandum deferre, vt in *Syn.Baſ.d.c.2* ἢ ὅρκῳ ἐπιτρέπειν ἢ ἐνάγειν εἰς τὸ διαφέρον, aut iuſiurandum deferre, aut ad id quod intereſt agere. f *l.21.in fin.ſ.eod.* g nam qui dolo deſiit, in poteſtate habere intelligitur; dolus enim poſſeſſionem repræſentat. h qui dolo deſiit poſſidere tenetur, etiam ſi in alium ſit regreſſus, *l.32.§.2.inf.eod.*

1 ¶ Si

1. Si plures dolo deſierint habere in poteſtate. 2. Si ex pluribus dominis quidam dolo deſierit poſſidere. 3. Si quis ſeruum alienum ſuum eſſe reſponderit. 4. De morte ſerui delinquentis. 5. Si quis falsò negauerit ſe habere in poteſtate. 6. De ſeruo ducto iuſſu prætoris.

26. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

ELectio vero alterum liberabit *a*. id enim prætor introduxit, ne eluderetur actor, non vt etiam lucrum faceret, ideóque exceptione à ſequenti ſummouebitur.

1 ¶ Iſtis conſequens eſt: vt ſi plures *b* dolo fecerint, quo minus in poteſtate haberent, eligere debeat actor, quem velit conuenire.

3 ¶ Item ſi ex pluribus dominis quidam dolo malo partes ſuas deſierint poſſidere: electio erit actoris, vtrum directò agere velit cum eo, qui poſſidet, an prætoria cum eo, qui deſiit poſſidere.

3 ¶ Si ſeruum alienum alius in iure ſuum eſſe reſponderit: altero ſoluente, alter liberatur.

4 ¶ Si is, quem deſieris dolo poſſidere, deceſſerit *c* prius, quàm hac actione conuenireris *d*, liberaris *e*: quia hæc actio in locum directæ actionis ſuccedit. diuerſum dicemus, ſi moram feceris in iudicio accipiendo.

5 ¶ Neque *f* heredi neque in heredem, quod defunctus mentitus eſt, actio danda eſt, nec in ipſum quolibet tempore Nam liberum eſſe debet defendenti abſentem ſeruum, huius edicti pœnam euitare; id eſt, vt ſine noxæ deditione conueniatur.

¶ Et ideo ſi negaueris ſeruum in tua poteſtate eſſe, poſtea fateri poteris: niſi ſi iam lis aduerſus te conteſtata eſt: nam tunc audiri non debebis *g*, vt Labeo ait. Octauenus, ex cauſa etiam lite conteſtata tibi ſuccurrendum: vtique ſi ætas tua ea ſit, vt ignoſci tibi debeat.

6 ¶ Si, abſente domino, ductus ſit ſeruus, vel etiam præſente, & in eadem *h* cauſa ſit, vt in integrum reſtitui poſſit: defenſo permittitur eius nomine, qui ductus eſt: poſtulantibus enim exhiberi eum ad defendendum indulgere prætor debet.

¶ Idem concedendum eſt fructuario, vel cui pignoris nomine obligatus eſt, ſi præſens dominus defendere noluerit: ne alterius dolus, aut deſidia aliis noceat. Idem præſtandum eſt in ſeruo communi, quem alter ex dominis "præſens" noluit defendere. Sed & actoris his caſibus ſuccurrendum eſt *i*: quia placet, dominij *k* acquiſitione extingui actionem. Iuſſu enim prætoris ductus *l*, in bonis fit eius qui duxit.

De ſeruo pignorato, vel cuius vſusfructus alienus eſt. 1. De eo qui ſeruum alienum ſuum eſſe reſpondit.

27. *Gaius* libro 6. ad Edictum Prouinciale.

SI noxale iudicium agitur de ſeruo, qui pignoris iure tenetur: aut de eo, cuius vſusfructus alterius eſt: admonendi ſumus: ſi creditor vel vſufructuarius præſens defenſionem ſuſcipere noluerit *m*: proconſulem interuenturum, & pignoris perſecutionem, vel vſusfructus actionem negaturum. Quo caſu dici poteſt, ipſo iure pignus liberari: nullum *n* enim pignus eſt, cuius perſecutio negatur. Vſusfructus autem, etiam ſi perſecutio "eius" denegetur, ipſo iure durat eouſque, donec non vtendo conſtituto tempore pereat *o*.

1 ¶ Ex his, quæ diximus de ſeruo, qui alicui pignoris iure obligatus eſt *p*, déque ſtatu libero *q*, &, "de eo", cuius vſusfructus *r* alienus eſt: apparet eum, qui alienum ſeruum in *ſ* iure ſuum eſſe reſponderit, quamuis noxali iudicio teneatur, non *t* tamen poſſe noxæ deditione ipſo iure liberari: quia nullum ad actorem dominium transferre poſſunt, cùm *u* ipſi domini non ſint *x*. Certè tamen, ſi ex ea cauſa traditum poſtea dominus vindicet, nec litis æſtimationem offerat, poterit per exceptionem doli mali repelli.

De ſeruo bona fide poſſeſſo.

28. *Africanus* lib. 6. Quæſtionum.

ET generaliter ſi alieni ſerui nomine, qui *y* tibi iuſtam *z* ſeruitutem ſeruaret *a*, noxali *b* tecum egerim: túque eum mihi noxæ dederis: ſiue me poſſidente, dominus eum vindicet: exceptione *a* doli mali, niſi litis æſtimationem offerat, eum ſummouere poſſum: ſiue *b* ipſe poſſideat: Publiciana mihi datur: & aduerſus excipientem *ſi c dominus eius ſit*, vtilem mihi replicationem doli mali profuturam: & ſecundùm hæc, vſu quoque me capturum. Quamuis ſciens alienum poſſideam *d*. alioquin, ſi aliter conſtituatur, futurum, vt ſumma iniquitate bonæ fidei poſſeſſor afficiatur: ſi, cùm ipſo iure noxalis dictio aduerſus eum competit, neceſſitas ei imponatur, vt litis æſtimationem ſufferat.

¶ Eadémque dicenda ſunt, & ſi, cùm ab non defenderetur, iuſſu prætoris eum *e* duxerim *f*: quoniam iſto quoque caſu iuſtam cauſam poſſidendi habeo.

De iudicio noxali recuſando.

29. *Gaius* lib. 6. ad Edictum prouinciale.

NOn *g* ſolùm autem, qui in poteſtate non habet, recuſare poteſt noxale iudicium, verumetiam habenti in poteſtate liberum eſt *h* euitare iudicium, ſi indefenſam eam perſonam relinquat. Sed huic neceſſe eſt, ius ſuum ad actorem transferre, perinde ac ſi damnatus eſſet.

An ſententia noceat abſentibus.

30. *Idem* libro ad Edictum prætoris vrbani, titulo de damno infecto.

IN noxalibus actionibus eorum, qui bona fide abſunt, ius non corrumpitur, ſed reuerſis *i* defendendi ex bono & æquo poteſtas datur, ſi domini ſint, ſiue aliquid in ea re ius habeant: qualis eſt creditor, & fructuarius *k*.

Si familia furtum fecerit.

31. *Paulus* lib. 7. ad Plautium.

QVod ait *l* prætor, *Cum familia n furtum faciat, ad eum modum ſe actionem daturum: vt tantum actor conſequatur, quantum, ſi liber feciſſet o, conſequeretur*, quæritur, vtrum ad pecuniæ præſtationem reſpiciat; an etiam ad noxæ deditionem, vt puta "ſi" ex pretiis noxæ deditorum duplum colligatur: ſequentes actiones inhibeantur? Sabinus, & Caſſius putant, pretium quoque noxæ deditorum imputari debere. Quod Pomponius probat, & eſt verum. Nam, & ſi ſeruus indefenſus ductus ſit, æſtimatio eius imputanda eſt. Certè non tantùm duplationis, ſed & condictionis *p* rationem habendam, Iulianus putat. Sed & furti *q* faciendi tempus ſpectandum eſſe, an eiuſdem familiæ ſint ſerui. Nam ſi hi, qui plurium dominorum erunt, vnius eſſe poſtea cœperint: locus edicto non erit.

Si ſeruus non defendatur.

32. *Calliſtratus* libro 2. Edicti monitorij.

IS, qui in aliena poteſtate eſt, ſi noxam commiſiſſe dicatur, ſi non defendatur, ducitur *r*. &, ſi præſens eſt dominus, tradere eum, & de dolo malo promittere debet.

De eo qui non vult defendere. De liberis qui ſunt in poteſtate.

33. *Pomponius* lib. 14. ad Sabinum.

NOxali iudicio inuitus nemo cogitur alium defendere *ſ*: ſed carere debet eo, quem non defendit *t*, ſi ſeruus eſt. Quòd ſi liber eſt, qui in poteſtate ſit: indiſtinctè ipſi ſui defenſio danda eſt *u*.

34. *Iulianus* lib. 4. ad Vrſeium "Ferocem."

QVoties enim nemo filiumfamilias ex cauſa delicti defendit, in eum iudicium datur.

35. *Vlpianus* lib. 40. ad Sabinum.

ET, ſi condemnatus fuerit filius, iudicatum facere debet *x*: tenet enim condemnatio. Quinimo etiam illud dicendum eſt, patrem quoque poſt condemnationem filij, duntaxat de *y* peculio *z* poſſe conueniri.

De eo cui poteſt ſeruus auocari.

36. *Idem* lib. 37. ad Edictum.

SI quis ſeruum pignoratum, deinde à debitore ſubreptum, emerit à debitore: nomine eius furti tenebitur, dominio Serui acquiſito, nec oberit, quod Seruiana *a* poteſt ei homo auocari. Idémque, & ſi à minore quis vigintiquinque annis emerit, vel

a *l.9.* ff. *eo.* imò nō liberabit, *l.13.§.14.* ff. *de hered. pet. l.95.§.9.* ff. *de ſolut.*
b *l.5.* ff. *eo.*
c *v. l.45.* ff. *de obligat.*
d *v. l.14. in fin.* ff. *de publicanis.*
e Imò condemnari debet, *l.16.* ff. *eodem.*
f differt in eo prætoria à ciuili, vt dixi *l.39.* ff. *eod.*
g *l.25. in fin.* ff. *de rei vindic.* ratio? *v. l.11. in fin.* ff. *de interrogat.*
h id eſt, neceſſitatis, *l.2. in fin.* ff. *ſi ex noxali.*
i vt priſtina actio reſtituatur, *d. l.2.*
k miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, ſtatim fit dominus, v. quæ ſcripſi ad *l.5.* ff. *de damn. infect.*
l Ductio facit eum dominum qui ducit, ſi dominus nō defendat, *vt hic, & l.2. in fin.* ff. *ſi ex noxali.* quia pro traditione dominij cedit, (*l.32. eod.*) Contra ductio non facit dominum, ſi bonæ fidei poſſeſſor non defendat, ſed tuetur tamen eum prætor quaſi dominum: data aduerſus dominū & alium quemlibet actione Publiciana. *l.6.* ff. *de Publiciana*: & exceptione vel replicatione doli mali.
m Vſufructuarius ſeruum non defendens priuatur vſufructu, *l.3.* ff. *ſi ex noxali.*
n Pignus inutile eſt, cuius perſecutio negatur, *vt hic*: ut & cuius venditio non permiſſa, *v. l.4.* ff. *de pigneratitia*: *l.9. l.14. C. de diſtr. pign.*
o *v. l.69.* ff. *de ſolutionib.*
p *l.22.§.1.* ff. *eo.*
q *l.19.§.1.* ff. *eo.*
r *l.19.§.1.* ff. *eo.*
ſ *l.8.* ff. *de interrogat.*
t Noxæ deditio nulla eſt, quæ dominium in actorem non transfert.
u Dominium rei transferre non poteſt, qui dominium rei non habet
x *v. l.22.§.1* ff. *eo.*
y Noxalis Aquilia non datur aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem.
z Iuſta ſeruitute vtitur, qui bona fide ſeruo vtitur, adde de iuſta ſeruitute quæ ſcripſi ad *l.34.* ff. *de ſtip. ſeruor.*
a hinc colligit Cuiac 18. *obſer.* 25. Scientiam rei alienæ non eſſe malam fidem nec malæ fidei poſſeſſorem eſſe qui ſeruum quem ſcit alienum noxæ accipit: adde & in cauſa damni infecti, *l.15.§.26.* ff. *de damno.*
b Noxali actione aduerſus bonæ fidei ſerui poſſeſſorem agi non poſſe ex eo videbatur, quod noxæ dedere non poſſe videatur. Nulla enim noxæ deditio eſt quæ dominium in actorem non transferat. Verum placet magis vt teneatur; & qualicunque noxæ deditione fungi poſſit. Quæ etſi bonæ fidei poſſeſſorem non liberat ipſo iure, tamen eundem vſum actori præbet, atque ſi dominus factus eſſet. Nam domino ſeruum vindicante, nec offerente æſtimationem litis, opponit exceptionem doli mali, *l.27. in fin.* ff. *eo.* vel (vt *l.11.* ff. *eo.* dicitur) officio iudicis conſequitur vt indemnis maneat vt ibidem dixi. Atqui videtur, noxali etiam agi non poſſe aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem, cùm ſerui corrupti bonæ fidei poſſeſſor non conueniatur. v. quæ ſcripſi ad *l.1.§.1.* ff. *de ſeruo corrupto.* Qui ne noxali quidem omnino agi poſſe videtur ex *l.27.§.3.* ff. *ad l. Aquil.* v. quæ ibidem ſcripſi.

a *l.11.* ff. *eo.*
b Noxalis ſerui amiſſa poſſeſſione, & eadem ad dominum reuerſa nō minus Publiciana contra dominum competit quàm contra alium, *vt hic. & l.5.* ff. *de Publiciana.*
c Formula exceptionis iuſti dominij (Cuiac. tamen *6. ad Africanum* putat, hic legendum eſſe, ſi non dominus eius ſit. *vt l. vltim.* ff. *de publiciana, l.24.* ff. *except. rei iudicat.*) quæ vulgo dicitur obſtare agenti Publiciana. *l. penult. l. vlt.* ff. *de Publiciana.* vt & elidi replicatione doli mali, ſi litis æſtimatio non ſoluitur, v. quæ ſcripſi ad *l.16.* ff. *de Publiciana.*
d eſt igitur hic caſus ſpecialis: nec enim ordinario iure vſucapit, qui ſciens rem eſſe alienam poſſidet, *l.7.§.4.* ff. *pro emptore.* diuerſitatis rationem eam affert Bart. quod in hac ſpecie à non domino nihil ſit, quod non eſſet ab ipſo vero domino, ſi adeſſet, præſtandum.
e nam is iuſtè poſſidet, qui authore prætore poſſidet, *leg.11.* ff. *de acquir. poſſeſſ.*
f id enim iuſta de cauſa impetrare poteſt, *l.32.* ff. *eo. l.2. in fin.* ff. *ſi ex noxali.*
g Noxali iudiciu experiri non cogitur, qui ſeruum non habet in poteſtate. Quid ſi habet, ſed ius ſuum actori ceſſit? idem. *Syn Baſ. eo. c.25.*
h quia nemo inuitus noxali iudicio alium defendere cogitur, *l.33.* ff. *eo.*
i *l.26.§. vlt.* ff. *eo.*
k Creditor & fructuarius ius in re habent.
l in edicto ſuo, Titulo de lege Aquilia.
m Si familia furtum fecit: neque eam noxæ dedere voluero, tantum præſto, quantum ſi vnus homo liber furtum feciſſet, hoc eſt duplum & rei pretium *Syn. Baſ. eo. c.27.*
n omnis ſcilicet alicuius.

o *v. l.1. in fin.* ff. *ſi familia furtum feciſſe dic.* p *l.2.* ff. *ſi familia.* q ſed & furti. *Hal.* r *l.21. l.27. in fin.* ff. *eo.* ſ *l.29.* ff. *eod. l.156.* ff. *de reg. iur. & arbitrari.* v. tamen *l.32.§.1. & ſeq.* ff. *de arbitriis.* & eſſe procurator, v. tamen *l.8.§. vlt. & l.9. & ſeq.* ff. *de procuratorib.* & ſocius vide *l. vlt. C. comm. diuid.* t *l.17. in fin.* ff. *eo. l.2.§. ſi ex noxali.* u *l.24.* ff. *eo. §. vlt. Inſt. eo.* neque noxæ deditur: atque ita actio furti directè datur in filiumfamilias, à patre non defenſum. x de caſtrenſi vel quaſi peculio fortè conſentiente patre *Accurſius hic.* adde *Socinum regula* 338. y Filio condemnato, executio fit in eius peculium, *l.1.§. idem ſcribit,* ff. *de peculio*: poteſt tamen filius eo caſu peculio cedere. *l. pen. C. de ceſſ. bonorum.* z profectitio. *l.3.§.12.* ff. *de peculio.*
a hypothecaria *§.7. Inſt. de act.*

a §. 6. verſ. vnde ſi alienus Inſt. eo.
b d. §. 6. verſ. ideoque, l. 18. in fin. ꝟ. de furtis.
c l. 1. l. 2. l. vlt. ꝟ. pro derelicto, l. 36. ꝟ. de ſtipul. ſeruor.
d Pro derelicto rem habens, rei dominium ſtatim amittit vnde notat Baldus, paria eſſe, tradere poſſeſſionem, & rem vacuam dimittere.
e l. 27. §. 21. ꝟ. ad leg. Aquil. l. 52. §. ſi quis de manu. ꝟ. de furtis. §. 11. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.
f v. l. 7. C. de furtis.
g al. actionem, i. noxalem. Noxalis enim eſt ciuilis, vt hic, & directa, l. 26. §. 2. §. 4. ꝟ. e. hæc quæ ſequitur, prætoria & honoraria. Noxalis datur heredi & in heredem. l. 42. §. 2. ꝟ. eo. l. 1. in fin. ꝟ. ſi quadrupes; hæc non l. 26. §. 1. 5. ꝟ. eod.
h de quo dixi l. 24. l. 26. §. 2. §. 4. ꝟ. eod.

in fraudem creditorum ſciens. Hi enim, quamuis auferri eis dominium poſſit, interim tamen conueniendi ſunt.

Si ſeruum, qui furtum fecit, actor vel externus emerit.

37. *Tryphoninus* lib. 15. Diſputationum.

SI alienus ſeruus a furtum mihi fecerit, qui poſtea in meum dominium peruenerit: extinguitur furti actio, quæ mihi competierat, nondum in iudicium deducta. nec, ſi poſtea alienauero b eum, quem ante litem conteſtatam emeram, furti actio reſtaurabitur. Quòd ſi poſt litem conteſtatam eum redemero, condemnandus erit venditor.

1. De ſeruo habito pro derelicto. 2. Si quis nummos ex re ſibi à ſeruo ſubtracta redactos ei excuſſerit. 3. Si ſeruus creditoris nummos ſibi ſolutos interceperit.

38. *Vlpianus* lib. 37. ad Edictum.

QVemadmodum, ſi alij vendidiſſet. Parui enim refert cui vendiderit: aduerſario, an alij.* ſiáque culpa litis æſtimationem ſublaturum: qui, vendendo, noxæ deditionem ſibi ademit.

1 ¶ Iulianus autem lib. 22. Digeſtorum ſcribit, ſi ſeruum pro derelicto c habeam, qui tibi furtum fecerat, liberari me, quia ſtatim d meus eſſe deſinit, ne eius nomine, qui me domino ſit, furti ſit actio.

2 ¶ Si ſeruus meus rem tuam ſubtraxerit, & vendiderit: túque nummos, quos ex pretio habebat, ei excuſſeris e: locus erit furti actioni vltro citróque: nam & tu aduerſus me furti ages noxali ſerui nomine, & ego aduerſus te nummorum nomine.

3 ¶ Sed & ſi ſeruo creditoris mei ſoluerim nummos, vt is eos domino ſuo det: æquè locus erit furti actioni, ſi is nummos acceptos interceperit f.

Si omnes domini dolo deſierint habere in poteſtate. 1. An reus ſatiſdare debeat. 2. Si dominus dolo deſiit habere in poteſtate. 3. Si poſt iudicium acceptum cum domino ſeruus ductus ſit. 4. De morte ſerui.

39. *Iulianus* lib. 9. Digeſtorum.

i l. 5. ꝟ. eod.
k Satiſdare iudicatum ſoluj debet, qui ſeruum alienum defendit.
l v. l. 25. in fin. ꝟ. eo.

SI plurium ſeruus furtum fecerit: & omnes dolo fecerint, quo minus eum in poteſtate haberent: ſubſequi debet prætor iuris ciuilis actione g, & iudicium h honorarium, quod ex hac cauſa pollicetur, in eum ‖ dare ‖ quem actor elegerit i. neque enim amplius præſtare actori debet, quàm vt detracta noxæ deditione agere poſſit cum eo: cùm noxali iudicio experiri potuiſſet, ſi ſeruus exhiberetur.

1 ¶ Qui alienum ſeruum, ſuum eſſe fatetur: quamuis noxali actione obligetur: nihilominus, cauſa cognita, ſatiſdare k debet. Qui autem pro ſeruo conueniatur, ſatiſdatione onerandus non eſt: non enim offert ſe defenſioni alieni ſerui.

2 ¶ Si quis dicet dominum dolo feciſſe, quo minùs in poteſtate eius ſeruus eſſet: ille autem contendat l, eum ſeruum ab alio defendi cum ſatiſdatione, doli mali exceptioni locus erit.

3 ¶ Sed & ſi poſt iudicium acceptum cum domino, ſeruus apparuerit: & , quia non defendebatur a, ductus ſit; exceptione doli mali oppoſita dominus abſoluetur.

4 ¶ Sed "&" mortuo ſeruo b, antequam iudicium accipiatur, omnino hac actione non tenebitur dominus.

Si ſeruus legatus ante aditam hereditatem furatus ſit.

40. *Idem* lib. 22. Digeſtorum.

SI ſeruus legatus, ante aditam hereditatem, rem heredis futuri ſubtraxerit: poterit is cum legatario, qui legatum agnouerit, furti agere: ſed, ſi idem ſeruus hereditariam rem ſubtraxerit, furti actio ceſſabit: quia c huiuſmodi rerum furtum non fit: ad exhibendum autem actio competit.

De ſeruo communi.

42. *Idem* lib. 2. ad Vrſeium Ferocem.

CVm ſeruus communis alteri dominorum damnum iniuria d dedit: idcirco legis Aquiliæ actio non eſt e: quia ſi extraneo damnum dediſſet, cum altero in ſolidum lege Aquilia agi poſſet, ſicuti cùm ſeruus communis furtum fecerit, cum altero f domino furti agi non poteſt, ſed communi diuidundo "agi poteſt".

Si ad libertatem proclamauerit is, cuius nomine noxaliter agebatur. 1. De iudicio accepto pro ſeruo mortuo. 2. Quando quibus, & aduerſus quos actio noxalis competit.

42. *Vlpianus* lib. 37. ad Edictum.

SI ad libertatem proclamauerit is cuius nomine noxale iudicium ſuſceptum g eſt: ſuſtineri h debet id iudicium, quoad de ſtatu eius iudicetur i, & ‖ ſic: ‖ ſi quidem ſeruus fuerit pronunciatus, noxale iudicium exercebitur: ſi liber k, inutile videbitur.

1 ¶ Si quis pro ſeruo mortuo ignorans eum deceſſiſſe, noxale iudicium acceperit: abſolui debet: quia deſiit verum eſſe, propter eum dare oportere.

2 ¶ Hæ l actiones perpetuæ ſunt, locúmque habebunt tamdiu, quamdiu m ſerui dedendi facultatem habemus.

¶ Nec tantum nobis, verumetiam ſucceſſoribus noſtris competunt.

¶ Item aduerſus ſucceſſores: ſed n non quaſi in ſucceſſores, ſed iure dominij. Proinde & ſi ſeruus ad alium perueniſſe proponatur; iure dominij, noxali iudicio, nouus dominus conuenietur.

Vbi ſeruus defendi, aut exhiberi debet. Si dominus defendere nolit.

43. *Pomponius* lib. 8. Epiſtolarum.

SErui, quorum noxa caput ſequitur, ibi o defendendi ſunt, vbi p deliquiſſe arguentur. Itaque ſeruos dominus eodem loco exhibere debet, vbi vim intuliſſe dicentur: & carere q omnium dominio poteſt r, ſi eos non defendat.

a eſt enim liberū domino non defendere, l. 29. ꝟ. eo.
b l. 15. in fin. ꝟ. de interrogat.
c quia hereditariæ rei furtum nō fit, niſi pignori data ſit, aut commodata: aut cuius vſusfructus eſt alienatus, l. 68. 69. 70. ꝟ. de furtis.
d vel furtum fecit Baſil.
e v. l. 27. §. 1. ꝟ. ad l. Aquil. l. 16. in ꝟ. familiæ erciſc.
f l. 61. ꝟ. de furtis.
g & ſic poſt litem conteſtatam ante ſententiam tamē.
h Iudicium liberale, præiudiciale eſt aliis iudiciis & futuris & inceptis.
i fieri enim poteſt vt liber pronuncietur, l. 14. ꝟ. de interrogatoriis.
k l. 23. 24. ꝟ. eod. 13. in fin. ꝟ. de interrogatoriis. l. 11. in fin. C. de furtis.
l Noxales, ciuiles non prætoriæ, vt dixi l. 26. §. 3. ꝟ. eod.
m l. 7. ꝟ. eo.
n Noxales actiones heredibus & in heredes competunt; non vt heredes, ſed vt dominos: vt poſt alienationem nouus quoque dominus conuenitur. Syn. Baſ. eo. c.
o Vbi ſerui delinquerunt, ibi exhiberi & defendi debent.
p l. 12. Cod. de criminibus.
q πάντων ... του omnes ... Synop. Baſ. ... Fuerit igitur ... lege, τὸ ... quod debet.
r Poteſt pro ...

LIBER DECIMVS.

FINIVM a REGVNDORVM.

a 3. C. 39. & §. 6. Inſt. de officio iudicis. Syn. Baſilic. 58. περὶ ὅρων, tit. 9. 1. Paul ſent. 26. v. Frontinum & Aggenum Vrbicum.
b id eſt, mixta eſt in rem & in perſonam, Bart. Fulgoſ. quinimo magis eſt in rem quā in perſonam, l. 29. ꝟ. comm. diuid. leg. furioſus 46. ꝟ. de oblig. vbi dixi.
c hoc eſt iudiciū finium regundorū προσωπικὸν ἐστὶ, perſonale eſt, licèt rei vindicationem contineat. Syn Baſil. eo. c. 1.
d id eſt, hæc actio mixtam cautem obtinet, l. 10. ꝟ. e. §. 20. Inſt. de actionib.
e & fructuum, adde l. 10.
f d. cap. 1.
g & cur? v. l. 4. §. 10. ꝟ. eo.
h Adiudicatio in mixtis iudiciis fit officio iudicis, §. 6. Inſt. de offic. iud.
i Adiudicatio & condemnatio vti fieri debeat mox l. 3. ꝟ. exponit.

Qualis ſit hæc actio.

Paulus lib. 23. ad Edictum.

FInium regundorum actio in perſonam b eſt, licèt c pro vindicatione rei d eſt e.

Ad quæ prædia pertinet. 1. De adiudicatione.

2. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

HÆc f actio pertinet ad prædia ruſtica g, quamuis ædificia interueniant. Neque enim multum intereſt, arbores quis in confinio, an ædificium ponat.

1 ¶ Iudici finium regundorum permittitur, vt, vbi non poſſit dirimere fines, adiudicatione h controuerſiam dirimat, & ſi fortè, amouendæ veteris obſcuritatis gratia per aliam regionem fines dirigere iudex velit poteſt hoc facere per adiudicationem, & i condemnationem.

3. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

QVo caſu opus eſt, vt ex alterius prædio alij adiudicandum ſit. Quo nomine is, cui adiudicatur, " inuicem pro eo, quod ei adiudicatur," certa pecunia condemnandus eſt.

1. De eo quod intereſt. 2. De fructibus. 3. De eo, qui iudici non paruit. 4. De terminis deiectis, vel exaratis. 5. Si alter fundus duorum, alter trium ſit. 6. De his qui communem fundum habent. 7. Si ex duob. ſociis alter vicinum fundum habeat. 8. Inter quos fundos hæc actio locum habet. 9. De agris vectigalibus, fructuariis, pigneratis. 10. De prædiis vrbanis & ruſticis. 11. Si via publica, vel flumen, vel riuus interueniat.

4. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

SEd & loci a vnius controuerſia in partes ſcindi adiudicationibus poteſt, prout cuiuſque dominium in eo loco iudex compererit.

1 ¶ In iudicio finium regundorum etiam eius ratio fit, quod intereſt b. quid enim, ſi quis aliquam vtilitatem ex eo loco percepit, quem vicini eſſe appareat? iniquè damnatio eo nomine fiet? Sed & ſi menſor ab altero ſolo conductus a ſit: condemnatio érit facienda eius, qui non conduxit, in partem mercedis.

2 ¶ Poſt litem autem conteſtatam d etiam fructus venient e in hoc iudicio, nam & culpa, & dolus exinde præſtantur. Sed ante iudicium percepti non omnimodo hoc in iudicium venient. Aut enim bona fide percepit: & lucrari eum oportet, ſi eos conſumpſit: aut mala fide, & condici oportet.

3 ¶ Sed & ſi quis iudici non pareat in ſuccidenda arbore, vel ædificio in fine poſito deponendo, partéve eius condemnabitur f. 4. ¶ Si dicantur termini deiecti, vel exarati g; iudex qui de crimine cognoſcit etiam

a v. l. 5. C. ...
b id eſt, ... perceptæ, ... quæ intereſſe ... poteſt. Bald. ... §. 1. ꝟ. ſi ſeru. vendicetur.
c impropriè ... dicitur con... l. 1. ꝟ. ſi menſ...
d adde l. 8. ... de precario.
e l. pen. ꝟ. ...
f hinc ... Bartol. quòd ... cunque quis ... paret iudici, ... ramentum ... tem deferatur.
g Turbantur ... ſi terminus ex... tur vel deijcia... vt hic. ſuccida... aut in iis ædi... ponatur, §. 3. ... confunduntur ... minis irrupti... l. 8. ꝟ. eod. variet... ſucceſſionum ... arbitrio po... rum leg. 11. ꝟ. ... In eum etiam ... terminum ... extra ordine... aimaduertitu...

etiam de *a* finibus cognoſcere poteſt. 5 ¶ Si alter fundus duorum, alter trium ſit: poteſt iudex vni parti adiudicare locum, de quo quæritur, licet plures dominos habeat: quoniam magis fundo, quam perſonis *b* adiudicari fines intelliguntur, hic autem, cum ſit adiudicatio pluribus, vnuſquiſque portionem habebit, quam in fundo habet & pro indiuiſo.

6 ¶ Qui *c* communem fundum habent, inter ſe non condemnantur: neque enim inter ipſos accipi videtur iudicium *d*.

7 ¶ Si communem fundum ego, & tu habemus: & vicinum fundum *e* ego ſolus: an finium regundorum iudicium accipere poſſumus? Et ſcribit Pomponius, non poſſe, nos accipere: quia ego, & ſocius meus in hac actione aduerſarij eſſe non poſſumus: ſed vnius loco habemur. idem Pomponius ne vtile quidem iudicium dandum dicit: cum poſſit, qui proprium habeat, vel communem, vel proprium fundum alienare, & ſic experiri.

8 ¶ Non ſolum autem inter duos fundos, verumetiam inter tres, pluréſve fundos accipi iudicium finium regundorum poteſt. vtputa, ſinguli plurium fundorum confines ſunt, trium fortè, vel quatuor.

9 ¶ Finium regundorum actio & *f* in agris vectigalibus *g*, & inter eos, qui vſumfructum habent *h*, vel fructuarium, & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos, qui iure pignoris poſſident, competere poteſt.

10 ¶ Hoc iudicium locum habet in confinio prædiorum ruſticorum *i*: in vrbanorum diſplicuit. neque enim confines *k* hi, ſed magis vicini dicuntur: & ea communibus parietibus plerunque diſterminantur: & ideo etſi *l* in agris ædificia iuncta ſint, locus huic actioni non erit. & in vrbe hortorum latitudo contingere poteſt, vt etiam finium regundorum agi poſſit.

11 ¶ Siue *m* via *n* publica interuenit, confinium non intelligitur *o*: & ideo finium *p* regundorum agi non *q* poteſt *r*.

5. *Idem* lib. 15. ad Sabinum.

QVia magis in confinio meo via publica, vel flumen ſit, quàm ager vicini.

6. *Idem* lib. 23. ad Edictum.

SEd ſi riuus priuatus interuenit, finium regundorum agi poteſt.

De ſuo loco cuique tribuendo.

7. *Modeſtinus* lib. 10. Pandectarum.

DE modo agrorum *ſ* arbitri *t* dantur, & is qui maiorem locum in territorio habere dicitur *u*, cæteris, qui minorem locum poſſident, integrum locum aſſignare compellitur *x*: idque ita reſcriptum eſt.

1. *De menſoribus, de officio iudicis.*

8. *Vlpianus* libro 6. Opinionum.

SI *y* irruptione fluminis fides agri confudit *z* inundatio: ideoque vſurpandi quibuſdam loca, in quibus ius non habent, occaſionem præſtat: præſes prouinciæ alieno eos abſtinere *a*, & domino ſuum reſtitui, terminoſque per menſorem declarari iubet.

1 ¶ Ad officium de finibus cognoſcentis pertinet, menſores mittere, & per eos dirimere *b* ipſam finium quæſtionem, vt æquum eſt, ſi ita res exigit, oculíſque *c* ſuis ſubiectis locis.

Si ſocij communi diuidundo egerint, aut alienauerint fundum.

9. *Iulianus* lib. 8. Digeſtorum.

IVdicium finium regundorum manet. quamuis ſocij communi diuidundo egerint, vel alienauerint fundum.

De iudiciis duplicibus.

18. *Idem* lib. 51. Digeſtorum.

IVdicium communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, finium regundorum, tale eſt, vt in eo ſingulæ perſonæ duplex *d* ius habeant: agentis, & eius, quo cum agitur.

De veteribus monumentis, & cenſus authoritate.

11. *Papinianus* lib. 2. Reſponſorum.

IN *a* finalibus quæſtionibus vetera *b* monumenta cenſus *c* authoritas ante litem inchoatam ordinati ſequenda eſt: modò ſi non varietate *d* ſucceſſionum, & *e* arbitrio poſſeſſorum fines, additis vel detractis agris, poſtea permutatos probetur.

Qui termini ſunt obſeruandi.

12. *Paulus* lib. 3. Reſponſorum.

EOs terminos, quantum ad dominij quæſtionem pertinet, obſeruari oportere *g* fundorum, quos demonſtrauit *h* is *i*, qui vtriuſque prædij dominus fuit, cum alterum eorum venderet: non *k* enim termini qui ſingulos fundos ſeparabant *l*, obſeruari debent: ſed demonſtratio affinium *m* nouos *n* fines inter fundos conſtituere *o*.

De lege Solonis.

13. *Gaius* lib. 4. ad Legem 12. Tabularum.

SCiendum eſt in actione finium regundorum illud obſeruandum eſſe: quod ad exemplum quodammodo eius legis ſcriptum eſt, quam Athenis Solonem dicitur tuliſſe: nam illicita eſt: Ἐάν τις αἱμασιὰν *p* παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύγῃ τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν· ἐὰν τειχίον *q*, πόδα ἀπολείπειν· ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο *r* πόδας. ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολείπειν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν *ſ* ἐλαίαν δὲ, καὶ συκῆν ἐννέα *t* πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα *u* δένδρα πέντε *x* πόδας. id eſt, *Si quis ſepem ad alienum prædium fixerit, infoderitque terminum, ne excedito: Si maceriam, pedem relinquito: Si verò domum, pedes duos: Si ſepulchrum, † aut ſcrobem foderit quantum profunditatis habuerint, tantum ſpacij relinquito. Si puteum paſſus latitudinem. At verò oleam, aut ficum ab alieno ad nouem pedes plantato: cæteras arbores ad pedes quinque.*

FAMILIÆ *y* ERCISCVNDÆ.

TIT. II.

Origo & ratio huius actionis. 1. De eo qui partem ſuam poßidet, vel non, & de eo qui negatur eſſe coheres.

Gaius libro 7. ad Edictum Prouinciale.

HÆc actio proficiſcitur à lege *z* duodecim *a* Tabularum *b*. namque coheredibus volentibus *c* à communione diſcedere neceſſarium videbatur *d* aliquam actionem conſtitui, qua inter eos res hereditariæ diſtribuerentur.

1 ¶ Quæ quidem actio nihilominus ei quoque ipſo iure competit *e* qui ſuam partem non poſſidet: ſed ſi is qui poſſidet neget eum ſibi coheredem eſſe: poteſt eum excludere per hanc exceptionem *f* *ſi in ea re, qua de agitur, præiudicium hereditati non fiat*. quod ſi poſſideat eam partem, licet negetur eſſe coheres non nocet talis exceptio. quo fit, vt eo caſu ipſe iudex, apud quem hoc iudicium agitur, cognoſcat, an coheres ſit. niſi enim coheres ſit, neque adiudicari quidquam ei oportet, neque aduerſarius ei condemnandus eſt *g*.

Quæ hereditas hoc iudicio diuiditur. 1. De quarta ex conſtitutione Diui Pij. 2. De peculio caſtrenſi. 3. De actore & reo. 5. De creditis & debitis.

Vlpianus lib. 19. ad Edictum.

C. de accuſat. v. l. 3. ⁊. de termino moto.
a Iudex maleficiorum poteſt cognoſcere etiam ciuiliter *Bart.* ſi ita res incidat. *Zaſ.* Incidenter cognitio permittitur interdum, quæ non permitteretur directo.
b hinc Quintus Fabius Labeo, arbiter Nolanis & Neapolitanis datus, malitioſè intermedium locum Romanis adiudicauit, *Cic. 1. offic.*
c Sabini verba hæc videntur eſſe, quibus mox ſubiicitur interpretatio Pomponij in §. 7.
d Imo, accipi poteſt, *l. 27. ſ. de ſeruit. vrb.*
e proprium.
f Agrorum alij vectigales, alij fructuarij, alij proprij, alij pignori poſſidentur.
g *l. 5. in fin. ⁊. arborum furtim, v. ſ. ſi ager vectigalis.*
h Imò, illi non habent, *d. l. 5. §. pen.*
i *l. 2. ſ. eo.*
k Confines & vicini diſtinguuntur Vicini, in Vrbanis: confines in ruſticis prædiis dicuntur.
l forte legendum eſt, *vt ſi*: & poſt *ita* pro *&*: hoc ſenſu, finium regundorum actio in agris & prædiis ruſticis propriè locum habet, non in vrbe. Imo in vrbe; nam vt hæc actio interdum locum nõ habet in prædiis ruſticis, puta in ædificiis vrbanis, in agro poſitis: ita in vrbe, ſi de hortis vrbanis quæretur, hæc actio locum habebit.
m Confinium impeditur ſi flumen, riuus vel via publica intercedit: *vt hic, & l. 5. ⁊. eo*, ſecus ſi riuus priuatus.
n ſi verò flumen vel via. *Hal.* rectè. Nam mox in *l. 6. ⁊. eod.* ſequitur. Sed ſi riuus.
o regiones tamen & prouinciæ ita diuidi plerumque ſolent.
p quo igitur iure? officio iudicis.
q etſi plus occupet de via quam oporteat.
r directa, ſed vtili fortè, quia periculum talis viæ ad nos pertinet, *l. 14. in fin ſ. quemadmodum ſeruit.*
ſ aſſignatorum ſcilicet, quorum certus modus formis & ære continetur.
t tres ſcilicet agrimenſores, *l. 3. C. eo. v. Cuiac. 5. obſer. 21. in fin.*
u quam ære continetur.
x controuerſia ſcilicet modi reuocata ad æs, ſiue publicam formam, quæ vicinos obligat inter ſe. *v. Cuiac. 10. obſer. 2.*
y ſi fines inundatio confuderit, per præſidem prouinciæ menſore dato demonſtrantur. Nam iudicis eſt menſorem dare. ita Synopſis Baſil. *eod. c. 8.* vbi confundit ἄρχοντα καὶ δικαστήν, Præſidem & iudicem. Verum iudicem ſumit pro eo, cuius officium eſt de finibus cognoſcere, §. 1. ⁊. eo.
z *v. l. 4. §. 4. ſ. eod.*
a & ſuo contentos eſſe, *l. 4. C. eod.*
b *v. l. 44. de arbitris.*
c *leg. 3. C. eod.*
d mixtam inde habere naturam dicuntur, *l. 1. ſ. eo. §. 20. Inſt. de actionib. l. 37 in fin. ⁊. de obligationib.*

a In finalibus quæſtionibus cenſum ſequimur, niſi probetur à poſſeſſoribus immutationẽ in agris, per adiectionem vel detractionem factã eſſe, *Syn. Baſ. eod. c. 11.*
b *l. 6 C. de religioſis.*
c *v. l. 4. ⁊. de cenſib.*
d *l. 2. C. eo.*
e *v. l. 4. §. 4. ſ. eo. l. 2. C. eo.*
f ex terminis finiũ teſtimonia ſumũtur: *Cuiac. apud Paulum hoc tit.*
g inter venditorem & emptorem ac eius ſucceſſores.
h *ſub.* venditor.
i Teſtis inter duos emptores, venditor admitti poteſt cum parem in vtrumque affectionem & obligationem habeat.
k id eſt, hoc caſu non Veteres termini, ſed noui & qui nouè demonſtrati ſunt à venditore, ſunt ſequendi.
l olim ſcilicet.
m vide Feſtum *in Affines*.
n quæ nouos fines inter fundos conſtitui. *Halo.* Senſus eſt autem, in contractu emptionis & vẽditionis ſimplex demonſtratio finium vim pacti habet, & conſtituit nouos fines etiam contra antiquum modum: conſtat enim in traditionib quodcunque pactum valere. *l. 48. ſ. de pact.* & noſtra deſtinatione fundos augeri & minui, *l. 24. §. penult. ⁊. de leg. 1. v. Zaſ. 2. intell. 4.*
o *v l. 5. C. eod. l. 12. C. de ædific. princ. Alciat. 1. Parer. 18. & 2. diſput. 6. Cuiac. 10. obſeru. 2. Cic. 1. de legib.*

p δημόσιον τόπον ἢ ὁδὸν ἢ πηγήν, locum publicum, aut viam, aut fontem. *2. Harmen. 4. ⁊. 102.*
q τοῖχον, murum, *Harm.*
r ἕξ, ſex, *Harm.*
ſ addit Harmenopul. εἰ μήπω φρέαρ προϋπάρχει τοῦ γείτονος, καὶ διὰ τοῦ καινοῦ ἔργου βλάπτεται. id eſt, ſi necdum antea vicini eo loco puteus erat, neque nouo læditur opere.
t Cur nouem, cum in aliis quinque pedes tantum requirantur? Nempe quod radices hæ agant longius: neque ſit omnibus earum innocens vicinia, ſed & alimentum tripiant, & halitum præſtent aliquibus infeſtum. *Plutarc. in Solone.*
u Quid aluearia? Idem Solon conſtituit vt ab alieno pedibus 300. ponerentur. *Plutarchus illo loco.* quod ſpatium ſanè maximum eſt.
x ita Plutarchus: ita Harmenopulus. Quidem legunt δύο. *v. Alciat. tract. de quinque pedum præſcriptione. Hotom. 5. obſeru. 3.* † *v. Nou. Leonis 71.*
y *l. 3. C. 36. Paul. 1. ſent. 18. & §. 4 de oblig. ex quaſi contr. §. 4. Inſt. de offic. iud.*
z *v. l. 2. ⁊. eod.*
a Dixi ad Leges 12. Tabularum, *tit. familiæ erciſcundæ.*
b vt & hereditates ex iiſdem deferuntur, *l. 1. ſ. de pet. her.*
c vt antea non naſcatur hæc actio, quam cum velint diuidere. An etiam poſt 30. annos audietur: ſocius diuidere volens? Martinus, Placentinus & Zaſius aiunt: alij negant. *arg. l. 1. §. 1. C. de annal. except.* priorum ſententia videtur verior, quia nemo inuitus in communione & ſocietate detinetur, vide *l. vlt. Cod. commun. diuid.* Nec ſocietatis in æternum coitio eſt, *l. 70. ⁊. pro ſocio.* deinde, cùm pactum id non poſſit efficere, ergo nec tempus.
d quia communio diſcordiam parit, *leg. 26. ſ. de ſeruit. vrban. l. 77. §. 20. ⁊. de leg. 2. l. fin. C. commun. diuid.*
e *l. 1. 5 §. 2. ⁊. eo.* f nota exceptionem, qua quis negatur eſſe heres, *vt hic*, & ſocius. adde *l. 16. 18. ⁊. de exception.*
g quamuis autem non ſit hoc iudicium, niſi inter coheredes, ad impediendam tamen repetitionem ſufficiet quod quis ſe putet condemnatum. *leg. 36. ⁊. eodem.*

Per

PEr *a* familiæ erciſcundæ actionem diuiditur here-
ditas ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue ex
lege 12. Tabularum, ſiue ex aliqua lege deferatur
hereditas, vel ex Senatuſconſulto, vel etiam *b* conſti-
tutione * & generaliter eorum duntaxat diuidi here-
ditas poteſt, quorum peti poteſt" hereditas."

1 ¶ Si *c* quarta ad aliquem ex conſtitutione Diui
Pij adrogatum deferatur *d*: quia hic *e* neque heres,
neque bonorum poſſeſſor ſit: vtile *f* erit familiæ er-
ciſcundæ iudicium neceſſarium.

1 ¶ Item, ſi filiifamilias militis peculium ſit: for-
tius defendi poteſt, hereditatem effectam *g* per con-
ſtitutiones: & ideo hoc iudicio locus erit.

3 ¶ In familiæ erciſcundæ iudicio vnuſquiſque he-
redum & rei, & actoris partes ſuſtinet *h*.

4 ¶ Dubitandum autem non eſt, quin familiæ er-
ciſcundæ iudicium & inter *i* pauciores heredes ex
pluribus accipi poſſit.

5 ¶ In hoc iudicium etſi nomina non veniunt *k*:
tamen ſi ſtipulationes interpoſitæ fuerint[de diuiſio-
ne eorum vt ſtetur ei, & ||vt|| alter alteri mandet actio-
nes, procuratorémque eum in ſuam rem faciat: ſtabi-
tur diuiſioni.

3. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

PLanè ad officium iudicis nonnunquam pertinet,
vt debita, & credita ſingulis pro ſolido *l*, aliis alia
attribuat: quia * ſæpè & ſolutio, & exactio partium
non minima incommoda habet *m*. Nec tamen ſcilicet
hæc attributio illud efficit, vt quis ſolus totum de-
beat, vel totum alicui ſoli debeatur: ſed vt ſiue agen-
dum ſit, partim *n* ſuo, partim procuratorio nomine
agat *o*: ſiue cum eo agatur, partim ſuo, partim procu-
ratorio nomine conueniatur. Nam licet libera pote-
ſtas[eſſe]maneat creditoribus cum ſingulis experiun-
di: tamen & his libera poteſtas eſt, ſuo loco ſubſti-
tuendi eos, in quos onera actionis officio iudicis
tranſlata ſunt.

De venenis & libris improbatæ lectionis. De iniuſtis lucris.
3. *De tabulis teſtamenti.*

4. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

CÆteræ itaque res præter nomina *p* veniunt in
hoc iudicium. Sin autem nomen vni ex heredi-
bus legatum ſit, iudicio familiæ erciſcundæ hoc he-
res conſequitur.

1 ¶ Mala medicamenta, & venena *q* veniunt qui-
dem in iudicium: ſed iudex omnino interponere ſe in
his non debet. * boni *r* enim, & innocentis viri officio
eum fungi oportet.

¶ Tantumdem debebit facere" & "in libris *ſ* impro-
batæ lectionis, magicis forte, vel "his" ſimilibus: hæc
enim omnia protinus corrumpenda ſunt.

2 ¶ Sed & ſi quid ex peculatu *t*, vel ex ſacrilegio
acquiſitum erit, vel vi, aut latrocinio, aut aggreſſura *u*:
hoc non diuidetur.

3 ¶ Sed & tabulas teſtamenti debebit, aut apud
eum, qui ex maiore *x* parte heres eſt, iubere manere,
aut in æde deponi. Nam & Labeo ſcribit, vendita he-
reditate tabulas teſtamenti deſcriptas deponi opor-
tere, heredem enim exemplum debere dare: tabulas
verò authenticas ipſum retinere *y*, aut in æde *z* de-
ponere.

De cautionibus hereditariis.

5 *Gaius* libro 7. ad Edictum Prouinciale.

SI quæ ſunt cautiones *a* hereditariæ: eas iudex *b*
curare debet, vt apud eum maneant, qui *c* maiore ex

a Omnis heredi-
tas, quæ peti po-
teſt per familiæ
erciſcundæ iudi-
cium diuiditur,
*Syn. Baſ. 35. ex lib.
42. tit. 3. c. 2.*
b *v. l. 5. ſ. eo. l. 2.
ſ. de pet. her.*
c *d. c. 2.* εἰ τὸ τεί-
ταρτον τῆς οὐσίας, id
eſt, ſi tertia bono-
rum pars: ſic Græ-
ci apud Leuncla-
uium.
d *vt l. 22. ſ. de a-
dopt. l. 9. §. antepen.
ſ. de inoff.*
e Adrogatus ab
adrogatore quar-
tam ex conſtitu-
tione D. Pij con-
ſequutus, neque
heres eſt, neque
bonorum poſſeſ-
ſor.
f Vtile iudicium
familiæ erciſcun-
dæ datur ei, qui
neque heres, ne-
que bonorum poſ-
ſeſſor: veluti ei
qui quartam tan-
tum ex lege ali-
qua ſibi debitam
petit.
g Peculium ca-
ſtrenſe (mortuo
milite filiofami-
lias) poſt aditio-
nem ſcripti here-
dis locum heredi-
tatis obtinet, *l. 18.
ſ. de ſtipulat. ſeruor.*
h *v. l. 44. §. 4. ſ. eo.*
i *v. l. 43. ſ. eod.*
k *v. l. 25. §. 1. ſ. eo.*
l *l. 11. in fin. ſ. de
iuriſdict.*
m *l. 22. §. 1. ſ. eod.
l. 8. §. 9. ſ. de tran-
ſact. l. 7. ſ. commun.
diuid. l. 17. §. pen.
ſ. commodat. l. 3. ſ.
de aliment.*
n In eodem libel-
lo poteſt quis age-
re partim ſuo no-
mine, partim alie-
no, *v. l. 9. C. ſi cert.
petatur.*
o Vno libello agi
poteſt, partim no-
mine proprio, par-
tim iure ceſſo,
Bald.
p *v. l. 25. §. 1. ſ.
eod.*
q Venena mala di-
xit, quædam enim
bona dicuntur, *l.
236. ſ. de verbor.
ſign.*

parte heres ſit: cæteri *a* deſcriptum, & recognitum *b*
faciant cautione interpoſita: vt cum res exegerit:
ipſæ *c* exhibeantur.

¶ Si omnes iiſdem ex partibus heredes ſint, nec
inter eos conueniat, apud quem potius eſſe debeant,
ſortiri *d* eos oportet: aut ex conſenſu, vel ſuffragio
eligendus eſt amicus, apud quem deponantur: vel in
æde ſacra *e* deponi debent.

6. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

NAm ad licitationem *f* rem deducere: vt, qui lici-
tatione vicit, hæc habeat inſtrumenta heredita-
ria: non placet *g*: neque mihi, neque Pomponio.

An victoria heredis proſit coheredi.

7 *Venuleius* lib. 7. Stipulationum.

SI heres vnus, cùm ſub conditione adiectum cohe-
redem, aut apud hoſtes adiectum[eo]haberet, dixe-
rit *ſe heredem eſſe*: & actione expertus vicerit: deinde
conditio heredis extiterit, vel poſtliminio redierit, an
victoriæ commodum debeat cum eo communicari *h*?
nam indubitare iudicati actio ei in ſolidum compe-
tit. & electionem coheredi dandam," id eſt" aut com-
municandam eam, aut experiendi faciendam poteſta-
tem huic, qui poſt victoriam coheredis effectus ſit
heres, aut reuerſus ſit in ciuitatem.

¶ Idémque obſeruandum, ſi poſtea natus ſit poſthu-
mus. * non enim his perſonis ſilentium *i* imputari
poteſt, cum ad hereditatem poſt victoriam cohere-
dis peruenerint *k*.

*De rationibus heredi, vel ſeruo actori prælegatis. 1. De columbis.
De apibus. 2. De pecore à beſtia erepto.*

8. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

POmponius ſcribit, ſi vni ex heredibus prælegatæ *l*
fuerint rationes, non prius ei tradendas, quàm co-
heredes deſcripſerint. Nam & ſi ſeruus actor (inquit)
fuerit legatus: non alias eum tradendum, quàm ratio-
nes reddiderit. Nos videbimus, nunquid & cautio ſit
interponenda: vt, quoties deſideratæ fuerint ratio-
nes, vel actor prælegatus, copia eorum fiat. * plerum-
que enim authenticæ *m* rationes ſunt neceſſariæ acto-
ri *n* ad inſtruenda *o* ea, quæ poſtea emergunt, ad noti-
tiam eius ſpectantia? & neceſſarium eſt, cautionem ab
eo ſuper coheredibus præſtari. idem* Pomponius".

1 ¶ Pomponius ait, columba *p*, quæ emitti ſolent
de columbario, venire in familiæ erciſcundæ iudi-
cium: cùm noſtræ ſint tamdiu, quamdiu *q* conſuetudi-
nem *r* habeant ad nos reuertendi. quare ſi quis eas
apprehendiſſet, furti nobis competit actio.

¶ Idem & in apibus dicitur *ſ*: quia in patrimonio
noſtro computantur.

2 ¶ Sed & ſi quid è pecoribus noſtris à beſtia ere-
ptum ſit, venire in familiæ erciſcundæ iudicium putat,
ſi feram euaſerit: nam * magis eſſe, ve non deſinat no-
ſtrum eſſe, inquit, quod *t* à lupo eripitur, vel alia be-
ſtia, tamdiu quamdiu ab eo fuerit conſumptum.

De rebus vſucaptis ab heredibus.

9. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

VEniunt in hoc iudicium res, quas heredes vſucepe-
runt *u*, cum defuncto traditæ eſſent. hæ quoque
res, quæ heredibus traditæ ſunt, cum defunctus
emiſſet.

*De prædiis noſtris, vel vectigalibus, vel ſuperficiariis.
De rebus bona fide poſſeſſis.*

10. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

ITem prædia, quæ noſtri patrimonij ſunt; ſed & ve-
ctigalia, vel *x* ſuperficiaria *y* nec minus hæ quoque
res, quas alienas defunctus bona fide poſſedit.

De partu.

11. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

PArtum quoque editum & poſt aditā hereditatem.

a cæteris deſcri-
ptum & recogni-
tum faciat. *Hal.* id
eſt, det coheredi-
bus exemplum te-
ſtamenti & cau-
tionum heredita-
riarum, authenti-
ca apud ſe reti-
neat, *d. l. 4. ſ. eod.*
b Deſcriptio &
recognitio inſtru-
menti fidem facit,
ſi diem, quantita-
tem & cauſam cō-
tinet, *l. vltim. ſ. de
probat. Authentica
ſi quis in aliquo, C.
de edend.*
c id eſt, authenti-
cæ, *l. 8. ſ. eod. l. 43.
ſ. de pign. act. l. 48.
in fin. l. 52. ſ. de act.
empt. leg. 1. 15. ſ. de
reb. auctorit. iudic.
v. l. 24. C. de fidei-
commiſſ.*
d Sorte quæ dirimi
poſſunt: vide
quæ notaui ad leg.
*vlt. in princ. Cod.
comm. de leg.*
e De depoſitione
in æde, vide *l. 4. in
fin. ſ. eod. v. l. 1. §.
36. verſ. ſed etſi, in
fin. ſ. depoſiti, l. 19.
C. de vſuris: Cicero-
nem 5. ad Atticum
vltim.*
f ὑπερθεματισ-
μὸν. *Syn. Baſ. d. c. 5.
in fin.*
g licitationes, e-
nim ſunt odioſæ:
Zaſ. hic n. 29.
h ſic eſt, *arg. l. 19. ſ.
de noxal.* id eſt,
communicabitur.
i & ſolutio facta
ab herede ſcripto,
l. 3. ſ. de cond. indeb.
k heredi, qui ſub
conditione ſcri-
ptus erit, aut apud
hoſtes fuerit, item
poſthumo ſilentiū
imputari non de-
bet, ſi ad heredita-
tem poſt victoriā
coheredis perue-
nerit: vel agno-
ſcendo heres ap-
paruerit.
l Rationes, cau-
tiones, tabulæ he-
reditariæ, authen-
ticæ, apud vnum
heredem, non tan-
tum ſortitione aut
conſenſu cohere-
dum, aut quia ex
maiori parte he-
res eſt, *l. 4. 5. ſ. eod.*
ſed & ſi prælega-
tæ ei ſint, rema-
nent, *vt hic.*

r Iudex bonus & innocens vir eſſe debet.
ſ v. quæ notaui ad *l. 6. C. de hæreticis, v. Apoſtolorum can. 19. Paul. 5. ſent. 21.
§. 4. ibi tit. 23. §. 12. Liuium 29.* dixi quædam ad Ciceronem *3. de officiis*: adde
eundem *libro de vniuerſitate*: qua parte colligitur veteribus fuiſſe periculoſum
de natura deorum dicere aduerſus vulgi opinionem.
t Quid ſi ex vſuris diuidendum erit. Eſt enim in hereditate & dominio here-
dum, *Malumbra, Baldus.*
u aut falſo, hoc non diuiditur: quia eius heredibus eripitur, *l. 26. ſ. de falſ.*
x *v. l. 5. ſ. eod.*
y Heres maiori ex parte, cautiones hereditarias (δικαιώματα τῆς κληρονο-
μίας appellant Græci, hoc eſt inſtrumenta hereditatis, *Synop. eod. c. 5.*) retinet, &
cæteris dat exempla (Græci ἴσον, Galli dicerent, *autant*) vt cum res exegerit,
etiam principales (Græcè αὐθέντικα) exhibeat. Quid ſi æquis partibus here-
des ſint, neque inter eos conueniat apud quem ſint tabulæ? ſortiri eos oportet,
aut ex conſenſu vel ſuffragio apud amicum, aut in æde ſacra deponuntur, *hac
l.* adde quæ ſcripſi ad *l. vlt. ſ. de fide inſtrumentorum, & c. de edendo.*
z vendita hereditate tabulæ teſtamenti authenticæ apud heredem manere
debent. *Bald.* quid ſi nomen ſit venditum? idem dici poteſt, *Bald. arg. l. 43. in
princ. ſ. de pignorat. act.* vide tamen *l. 2. in fin. ſ. eodem.* Sed Lucius 9. *Placitor.* 1.
Senatuſconſultum Pariſienſe omnino contrarium refert, moderatum tamen ea
parte lege quinta, ſ *eodem*, in qua de cautione agitur exhibendi authentici, ſi
res exegerit.
a idem in teſtamenti ſcriptura. *lege quarta in fin. ſ. eodem. l. 6. ſ. de fide inſtru-
mentorum.*
b poteſt etiam id fieri heredum conſenſu, *in fin. infra eodem.* & iure legati,
l. 8. ſ. eodem.
c vide *l. 5. in fin. ſ. eodem.*

m vide *l. 5. in verſ. ipſæ exhibeantur, ſ. eod.* de authenticis inſtrumentis, vide *leg.
fin. ſ. quemadm. teſt. aper. l. 3. C. de diuerſ. reſcript.*
n Actor ſeruus qui actum domini gerit, de quo *l. 82. ſ. de cond. & demonſtr.
l. vlt. ſ. de offic. præſid. v. Cuiacium 3. obſer. 33.*
o *v. l. 1. ſ. de fide inſtrumentorum.*
p Columbas ex alieno columbario euolantes etiam in noſtro fundo capere
non poſſumus: furtum enim ea ratione committitur, & furti actio naſcitur, vt
hic. adde Capulam tract. de ſeru. vrbanorum præd. c. de columbario 77.
q *l. 5. §. 5. verſic. ſeruor. ſ. de acq. rer. dom.*
r Conſuetudo hæc, alibi animus dicitur & λογισμὸς & διάνοια *§. 4. Inſt. &
ibid. Theophil. de rer. diuiſ.*
ſ Imo, non idem dicitur: nec enim apes noſtræ amplius cenſentur, cum in
conſpectu non ſunt, & earum difficilis eſt perſecutio: item ab alio alueo inclu-
di poſſunt, *l. 5. §. 2. 3. 4. ſ. de acq.*
t Lupus quod nobis eripit tamdiu noſtrum manet, quandiu ab eo conſum-
ptum non eſt, *l. 44. de acq. rer.*
u quod coheres ante iudicium familiæ ex re hereditaria vſucapit, non ſibi
tantum, ſed etiam coheredibus vſucapit, *vt hic.* at heres ſcriptus, quod pro
emptore, ex re hereditaria vſucepit, heredi ab inteſtato non vſucapit, ſed ſibi
l. 10. §. 1. ſ. de pet hered.
x hinc colligi poteſt, vectigalia & ſuperficiaria prædia, propriè non eſſe in
noſtro patrimonio.
y Superficiei nomine in rem actio de ſuperficie datur, *l. 1. §. 6. ſ. de ſuperficieb.*

L. De rebus

1. De rebus datis ſeruo hæreditario. 2. De re ſub conditione legata. De ſtatulibero.

12. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

ET poſt litem conteſtatam, Sabinus ſcribit in familiæ erciſcundę iudicium venire, & adiudicari poſſe.

1 ¶ Idem erit, & ſi ſeruis hereditariis ab extraneo aliquid datum ſit.

2 ¶ * Res, quæ ſub conditione legata eſt, interim heredum eſt *a*: & ideo venit in familiæ erciſcundæ iudicium, & adiudicari poteſt, cum ſua ſcilicèt cauſa *b*: vt, exiſtente conditione, eximatur ab eo cui adiudicata eſt: aut deficiente conditione ad eos reuertatur à quibus relicta eſt.

¶ Idem & in ſtatulibero *c* dicitur: qui interim *d* eſt heredum: exiſtente autem conditione ad libertatem perueniat.

De alienationibus poſt iudicium acceptum.

13. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

ALienationes enim poſt *e* iudicium acceptum interdictæ ſunt duntaxat voluntariæ *f*: non quæ vetuſtiorem cauſam, & originem iuris habent neceſſariam.

De re vſucapta. 1. De vſufructu.

14. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

SEd & ſi vſucapio fuerit cœpta ab eo, qui heres non erat *g* ante litem conteſtatam & poſtea impleta fuerit: rem de iudicio ſubducit.

1 ¶ Vſusfructus *h* an in iudicium deducatur, quæritur: vt puta, ſi deducto vſufructu, fundus fuit ab heredibus legatus.

15. *Paulus* libro 23. ad Edictum.

VEl ſi ſeruo hereditario vſusfructus legatus ſit, nec enim à perſonis diſcedere ſine interitu ſui poteſt.

1. Si alij fundus, alij vſusfructus adiudicetur. 2. De tempore adiudicationi vſusfructus adiecto. 3. De eo quod amnis fundo illuit. 4. De dolo & culpa coheredis. 5. De rationibus deletis à coherede. 6. Si ſeruus hereditarius rem propriam heredum vnius ſurripuerit.

16. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

ET puto officio iudicis contineri; vt, ſi volent heredes à communione vſusfructus diſcedere, morem eis gerat cautionibus interpoſitis *i*.

1 ¶ Iulianus ait, ſi alij fundum *k*, alij vſumfructum fundi iudex adiudicauerit, non *l* communicari vſumfructum.

2 ¶ Vſusfructus & ex certo tēpore, & vſque ad certum tempus & alternis *m* annis adiudicari *n* poteſt.

3 ¶ Id quod amnis fundo *o* poſt litem conteſtatam illuit *p*, ęque venit in hoc iudicium.

4 ¶ Sed & ſi dolo, vel culpa quid in vſumfructum ab vno ex heredibus factum ſit: hoc quoque in iudicium venire, Pomponius ait. Nam "&" omnia, quæ quis in hæreditate dolo aut culpa fecerit, in iudicium familiæ erciſcundæ veniunt. Sic tamen, ſi quaſi heres fecerit. Et ideo ſi, viuo teſtatore, vnus ex heredibus pecuniam ſuſtulerit, in familiæ erciſcundæ iudicium ea non *q* venit: quia tunc nondum heres erat *r*, vbi autem quaſi *ſ* heres fecit: etſi aliam præterea quis actionem habeat: tamen teneri eum familiæ erciſcundæ iudicio, Iulianus ſcribit.

5 ¶ Denique ait, ſi vnus ex heredibus rationes hereditarias deleuerit, "vel interleuerit" teneri quidem lege Aquilia *t*, quaſi corruperit: non minus autem etiam familiæ erciſcundæ iudicio.

6 ¶ Item ſi ſeruus hæreditarius propriam rem heredum vnius ſubripuerit: Ofilius ait, eſſe familiæ erciſcundæ actionem, & communi diuidundo: furtique actionem *u* ceſſare. Quare agentem familiæ erciſcundæ iudicio conſecuturum, vt aut ei ſeruus adiudicetur, aut litis æſtimatio in *x* ſimplum offeratur.

De damno dato à coherede.

17. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

DAmno commiſſo ab vno herede, conueniens eſt dicere, ſimpli *y* habendam æſtimationem in familiæ erciſcundæ iudicio.

Si optetur ſeruus qui tabulas hereditarias corrupiſſe dicitur, 1. De quæſtione. De morte teſtatoris, vel vxoris vel liberorum eius. 2. De his quæ teſtator iuſſit. 3. De vſuris ſumptuum à coherede factorum. 4. De eo quod creditoribus, 6. Aut legatariis ſoluendum eſt. 7. De debito ſoluto, ne pignus veneat.

18. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

HIs conſequenter Iulianus ait: Si ex pluribus heredibus vni ſeruus ſit generaliter per optionem legatus, & heredes Stichum tabulas hereditarias interleuiſſe dicant, vel corrupiſſe: & propter hoc renuntiauerint, *ne optaretur ſeruus*, deinde optatus vindicetur, poterunt, ſi eis vindicetur, doli mali exceptione vti *a*: & de ſeruo quæſtionē habere.

1 ¶ Sed, an in familiæ erciſcundæ iudicium de morte teſtatoris, vel de morte vxoris, liberorúmque ſuorum habebunt quæſtionem heredes, quæritur? & rectiſſimè Pomponius ait, hæc ad diuiſionem rerum hereditariarum non pertinere *b*.

2 ¶ Idem quærit, ſi quis teſtamento cauerit, *vt c ſeruus exportandus veneat*. officio familiæ erciſcundæ iudicis contineri, vt voluntas defuncti non *d* intercidat. Sed & cùm monumentum iuſſit teſtator fieri familiæ erciſcundæ agent *e*, vt fiat. Idem tamen tentat: quia heredum intereſt, quos ius monumenti ſequitur præſcriptis *f* verbis poſſe eos experiri, vt monumentum fiat.

3 ¶ Sumptuum *g*, quos vnus ex heredibus bona fide fecerit, vſuras quoque conſequi poteſt à coherede ex die moræ ſecundum reſcriptum Imperatorum Seueri, & Antonini.

4 ¶ Celſus etiam illud eleganter adiicit, coheredem etſi non ſoluit, habere familiæ erciſcundæ iudicium, vt *h* cogatur coheres ſoluere, cum aliàs non ſit liberaturus rem creditor, niſi in ſolidum ei ſatisfiat.

5 ¶ Si filiusfamilias patri heres pro parte extitiſſet, & à creditoribus peculiarib. conueniretur: ‖ cùm ‖ paratus ſit ſoluere id omne, quod debetur per doli exceptionem *i* conſequetur à creditoribus mandari ſibi actiones *k*: ſed etiam familiæ erciſcundæ iudicium cum coheredibus habet *l*.

6 ¶ Cùm vnus ex heredibus legatum exſoluit ei, qui miſſus fuerat in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa: putat Papinianus, & verum eſt, familia erciſcundæ iudicium ei competere aduerſus coheredes: quia non aliàs diſcederet legatarius ‖ à ‖ poſſeſſione, quam vice pignoris erat conſecutus, quàm ſi *m* totum ‖ ei ‖ legatum fuiſſet exſolutum.

7 ¶ Sed & ſi quis Titio debitum ſoluerit *n*, ne pignus veniret: Neratius ſcribit, familiæ erciſcundæ iudicio eum poſſe experiri.

De eo quod coheres percepit aut ſtipulatus eſt.

19. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale

ITem ex diuerſo ſimiliter proſpicere iudex debet, vt quod vnus ex heredib. ex re hereditaria percepit *o*, ſtipulatúſve eſt, non *p* ad eius ſolius lucrum pertineat. Quæ ita ſcilicet conſequetur iudex: ſi aut reputationes inter eos fecerit: aut ‖ ſi ‖ curauerit cautiones interponi, quibus inter eos communicantur commoda, & incommoda *q*.

De dotis collatione. 1. De filiofam. obligato. 2. De dote præcipienda. 3. De diuiſione facta à patre. 4. Si ſemel hoc iudicio actum fuerit. 5. De onere vni ex heredibus iniuncto. 6. De reliquatione filijfam. 7. De impenſis à filio factis in honorem ſuſcipiendum. 8. De onere dotis ſoluendæ vni ex heredibus iniuncto. 9. De eo quod ſtatuliber vni ex heredibus dedit.

20. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

SI filia nupta, quæ dotem conferre debuit *r*, per errorem coheredum ita cauit *ſ*: *vt quod à marito recuperaſſet t, pro partibus hereditariis ſolueret*: nihilominùs arbitrum familiæ erciſcundæ ſic arbitraturum Papinianus ſcribit, vt etiam ſi conſtante matrimonio ipſa diem ſuum obierit *u*, conferatur dos: nam * imperitia (inquit) coheredum iuriſdictionis formam mutare non potuit.

1 ¶ Si *y* filiusfamilias iuſſu patris obligatus ſit, debebit hoc *z* debitum præcipere. Sed & ſi *a* in rem patris vertit, idem placet. Et, ſi *b* de peculio, peculium præcipiet. Et ita Imperator noſter reſcripſit.

2 ¶ Hoc amplius, filiusfamilias heres inſtitutus dotem *c* vxoris ſuæ præcipiet *d*, nec immeritò: quia ipſe *e* onera matrimonij ſuſtinet. Integram igitur dotem pręcipiet: & cauebit *f*, *defenſum iri coheredes, qui ex ſtipulatu poſſunt conueniri*. *g*. Idem, ‖ & ‖ ſi alius dotem dedit, & ſtipulatus eſt. Nec ſolùm vxoris ſuæ dotem ſed *h* etiam filij ſuæ vxoris: quaſi hoc quoque matrimonij onus ad ipſum ſpectet: quia filij onera, & nurus ipſe adgnoſcere neceſſe habet. Præcipere autem non ſolùm patri datam dotem filium oportere, verumetiam ipſi filio Marcellus ſcribit: ſed filio datam tamdiu, quamdiu peculium patitur, vel in rem patris verſum ſit. 3 ¶ * Si pater inter

a l. 66. ſupr. de rei vendic. l. 1. §. 4. ff. de Syllaniano: v. l. 4. §. ſi vſusfructus petatur, l. 11. in fin. ff. quemad. ſeruit.
b res tranſit cum ſuo onere, ſuaque conditione, licèt adiudicetur, & publicetur. v. l. 23. §. 2. ff. de ſeruitut. ruſticor. m.
c quis ſit, v. l. 1. ff. de ſtatuliber.
d l. 45. ff. de fideic. libert. Inde dicitur ſtatuliberam, quidquid pepererit, ſeruum parere, & partum heredis fieri l. 16. ff. de ſtatuliberis. l. 26. §. 5. ff. de fideic. libertat. l. 3. C. de fideic. libert. adde l. 13. §. 1. ff. de pignorib.
e v. l. 1. C. comm. diuidund.
f alienatio, quæ aliàs prohibetur, ſi ex neceſſitate fiat, recipitur; nam & neceſſitatis cauſa, etiam venditiones excuſat. vide l. 49. ff. eod. Quare etſi lite pendente res voluntariè alienari non poſſunt, neceſſariò tamen poſſunt. Vnde vitium litigioſi non pertinet ad alienationem neceſſariam, Baldus, Zaſ. hic num. 30 adde l. 5. ff. de petit. heredit. & ſic intellige l. 1. in fi. C. commun. diuid.
g putà à genero defuncti, idque dotis cauſa, leg. vlt. ff. pro dote.
h adde l. 15. l. 16. ff. eod. id eſt, vſusfructus inter coheredes aut adiudicatur vni, aut alterna fruitione communicatur. I. Zaſ. hic n. 16. adde l. 7. § 10. ff. tit. prox. idem in vſu, arg. l. 10. §. 1. ff. tit. prox.
i qualiter fruantur l. 13. §. 3. ff. de vſufructu.
k leg. 6. §. antepen. ff. tit. proxim.
l Atqui amittente Vſumfructum legatario, iure adcreſcendi vſusfructus proprietario adcreſcit, l. 3. §. 2. ff. de vſufructu adcreſcendo: eſt igitur inter fructuarium & proprietarium quædam communicatio.
m l. 4. in fin. ff. de vſufructu: l. vnica. §. penult. ff. quando dies vſusfructus, l. 13. ff. de vſufructu legato. vel diuiſis regionib. l. 7. §. 10. ff. tit. prox.
n poteſt enim eo modo conſtitui l. 6. §. 1. ff. de vſufr. & quemad.
o Idem eſt in pignore v. l. 16. ff. de pignorib.
p Alluuio auget hereditatis partes, legitur aliàs hic *alluit*: vel *attullit*.
q Imò venit l. 15. §. 29. ff. eo.
r nec enim hereditas eſt viuentis l. 1. ff. de hæreditate vel actione vendita, l. 1. ff. pro herede.
ſ oportet enim eum geſſiſſe tanquam heredem, l. 44. §. 3. l. 49. in fi. ff. e.
t l. 42. ſupr. ad l. Aquil.
u & Aquiliæ, l. 41. ſupr. de noxalib.
x v. quæ notaui ad l. 61. ff. de furtis.
y l. 20. § 4. in fi. ſupr. de petit. heredit.

a legatarius ſeruum dolo malo vindicat, cui, antequam eum ſeruum optaret, heredes denuntiarunt tabulas hereditarias ab eo deletas vel corruptas eſſe: hinc ſequitur fruſtra ſeruum optari à legatario ſi iuſtam cauſam contra denuntiandi heredes habuerint.
b Puto id innui, ius vindicandæ necis defuncti, vni heredum non attribui vel aſſignari, ſed omnibus heredibus ex æquo id onus incumbere l. 1. C. de his quib. vt indig.
c adde l. 5. C. eod.
d niſi iram mutauerit, l. 5. C. eod.
e Inuicem: ab extraneo non poſſunt cogi niſi à Pontificibus vel Prætore. vide quæ notaui ad l. 42. in fin. ff. de legatis 3.
f cenſetur enim eſſe inter teſtatorem & heredem grauatum contractus innominatus, do vt facias. Zaſ. hic num. 33.
g vide l. 18. in fi. C. eod.
h l. 20. §. 3. l. 44. §. 7. ff. eod.
i eadem doli exceptione vti poteſt aduerſus coheredes hoc iudicio agentes partem ſumptuum ſoluere detrectantes, l. 39. ff. eo.
k vide l. 95. §. antepen. ff. de ſol.
l vide l. 38. in pr. verſ. idque maximè. ff. de condict. indebiti.
m licet Prætoriæ ſtipulationes omnes ſint diuiduæ, ita vt heredes, ex eis tantummodo in partem teneantur vide l. 2. in fi. inſ. de prætoriis ſtipulat. in prætorio tamen pignore tuendo & redimendo, totum exſolui debebit, alias heres non liberabitur, vt hic.
n Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto non poteſt cogi pignus omittere, donec ei ſoluatur, l. 11. ibi a. Bar. §. 1. inſ. de pignorat.
o §. 4. verſ. eo quoque, Inſt. de officio iudicis.

p Aliud ſentire videtur Cic. in *oratione pro Roſcio Comœdo in fin.*
q l. 47. ff. eo.
r Si filia vult ſuccedere patri ab inteſtato, vel ex teſtamento, dotem conferre debet: niſi pater expreſſim deſignauerit ſe nolle collationem ab ea fieri. *Nou. 18. c. 6.*
ſ dixi ad *l. 5. C de collat.*
t ipſa ſcilicet: & ſic nullam in cautione coheredum eius mentionem fecit.
u aliàs, conſtante matrimonio dos vel ab ipſa vxore peti non poteſt *l. 5. ff. de collationibus.*
x de dote ſcilicet, quæ talis eſt vt dotem conferat filia, vel minus accipiat, *d. l. 4. Accurſius.*
y Hereditatis iudicio, filiusfamiliàs præcipit id in quo iuſſu patris obligatus eſt, ſed & id quod in rem patris vertit, *vt hic*, vt & dotem vxoris, §. 2. ff. eodem.
z Cur ita? vide *l. 18. in fin. C. eod.*
a καὶ ἐὰν διαλεσάμενος εἰς πρᾶγμα τοῦ πατρὸς δαπανήσῃ, id eſt, ſed & ſi foeneratus in rem patris verterit *Synopſis Baſil. eo. c. 17.*
b *v. l. 13. C. eod.*
c *l. 2. C. eod.*
d hoc eſt ante capiet.
e *v. l. 65 in fin. inf. pro ſocio.*
f *l. 25. §. 15 inf. eo.*
g ſubaudi de dote reddenda, vt in *Synopſi Baſil.* * h *l. 83. ff. ad l. Falcidiam.*

filios,

[illegible]

filios, ſine ſcriptura, bona diuiſit *a*: & onera æris alieni pro modo poſſeſſionum diſtribuit, non videri ſimplicem donationem, ſed potius ſupremi iudicij diuiſionem, Papinianus ait. Planè inquit, ſi creditores eos pro portionibus hereditariis conueniant, & vnus placita detrectet *b*, poſſe cum eo *c* præſcriptis verbis agi, quaſi certa lege permutationem fecerint, ſcilicet, ſi omnes res diuiſæ ſint.

4 ¶ Familiæ erciſcundæ iudicium amplius, quàm ſemel *d* agi non poteſt, niſi cauſa cognita *e*. quòd ſi quædam res indiuiſæ *f* relictæ ſunt, communi diuidundo de his agi poteſt.

5 ¶ Papinianus ait:

SI vni ex heredibus onus æris alieni iniungitur citra ſpeciem legati, officio iudicis familiæ erciſcundæ cognoſcentis ſuſcipere eum id oportere: ſed non vltra dodrantem portionis ſuæ, vt quadrantem *g* illibatum habeat. indemnes igitur coheredes ſuos præſtare cauebit.

6 ¶ Idem ſcribit, ‖&‖ ſi filius in muneribus publicis, in quibus pater ei conſentit, reliquatus *h* eſt, & pro parte heres ſcriptus eſt, hoc quoque debere præcipere *i*; quia & hoc patris æs alienum fuit *k*. ſed ſi qua munera poſt mortem patris ſuſcepit, ab his heredes patris ſoluti ſunt *l*.

7 ¶ Neratius autem reſpondit, eum, qui plures filios haberet, vnum ex filiis ἀγωνοθεσίαν, *i. conſtituendi deſignandique certaminis munus* ſuſcepturum profeſſum eſſe, omnibus filiis heredibus inſtitutis: & quæſitum eſſe, an is filius, quod in eam rem impendiſſet, familiæ erciſcundæ conſequatur. ‖eique‖ reſpondiſſe, nulla actione idem *m* conſequi poſſe. quod meritò diſplicet, debet itaque hoc in familiæ erciſcundæ iudicium venire *n*.

8 ¶ Idem Papinianus ſcribit ſi maritus alterum ex heredibus onus dotis ſoluendæ quæ in ſtipulationem venit ſuſcipere iuſſit, & mulier aduerſus vtrumque dirigat dotis petitionem: coheredem eſſe defendendum *o* ab eo, qui ſuſcipere onus iuſſus eſt. Sed legata, quæ ab vtroque pro dote data, electa dote retinentur, in compendio coheredis eſſe, qui debito leuatur, non oportet *p*, videlicet vt coheres, qui onus æris alieni ſuſcepit, officio iudicis legatum conſequatur. Et verum eſt hoc, niſi aliud teſtator edixit.

9 ¶ Item ſcribit, quod vni ex coheredibus ſtatuliber conditionis implendæ nomine dedit de peculio *q*, in hoc iudicium non venire, nec communicari debere.

De theſauro effoſſo. 1. De adiudicatione. 3. Et ſeruitutibus imponendis. 4. De rebus & præſtationibus. 5. De re quæ eſt apud hoſtes.

21. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

IDem & in communi diuidundo.

22. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

ITem Labeo ſcribit, ſi vnus heredum theſaurum *r* relictum à teſtatore effodit, familiæ erciſcundæ iudicio eum teneri *ſ*, etſi cum extraneo conſcio partitus ſit.

1 ¶ Familiæ erciſcundæ iudex ‖ita‖ poteſt pluribus eandem rem adiudicare, ſi aut *t* pluribus fuerit vnius rei præceptio relicta, (vbi etiam neceſſitatem facere Pomponius ſcribit, vt pluribus adiudicetur) vel ſi certam partem vnicuique coheredum adſignet: ſed poteſt *u* etiam, licitatione *x* admiſſa, vni rem adiudicare.

2 ¶ Sed & regionibus diuiſum fundum poſſe adiudicare ſecundùm diuiſionem, nemo dubitauerit.

3 ¶ Sed etiam, cùm adiudicat, poterit imponere aliquam ſeruitutem *y*, vt alium alij ſeruum faciat ex his, quos adiudicat. ſed ſi purè alij adiudicauerit fundum, alium adiudicando, ampliùs ſeruitutem imponere non poterit.

4 ¶ Familiæ erciſcundæ iudicium ex duobus conſtat: *z* rebus, atque præſtationibus: quæ ſunt perſonales actiones *z*.

5 ¶ Papinianus de re, quæ apud hoſtes eſt, Marcellum reprehendit, quod non putat præſtationes *a* eius rei venire *b* in familiæ erciſcundæ iudicium, quæ apud hoſtes eſt. quid enim impedimentum eſt, rei præſtationem venire, cùm & ipſa veniat?

23. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

PRopter ſpem poſtliminij *c*: ſcil. cum cautione: quia poſſunt non reuerti *d*. niſi ſi tantum æſtimatus ſit dubius euentus *e*.

De re extincta. 1. De ſucceſſoribus.

24. *Vlpianus* libro 19. ad Edictum.

SEd & eius rei, quæ in rebus humanis *a* eſſe deſiit, veniunt præſtationes. & ego Papiniano conſentio.

1 ¶ Familiæ erciſcundæ iudicium, & inter bonorum poſſeſſores *b*, & inter eum, cui *c* reſtituta eſt hereditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto, & ceteros honorarios *d* ſucceſſores, locum habet.

De eo qui apud hoſtes decedit. 1. De diuiſione facta à milite. De nominibus. 2. De poſſeſſione. 3. De pluribus hereditatibus. 6. Si pars rei veniat in hoc iudicium. 7. De eo quod coheres poßidet titulo ſingulari. 8. De fundo cuius partem pro emptore, partem pro herede coheres poſſidet. 9. De ſtipulatione indiuidua. 11. De via legata. 12. De ſtipulatione. Neque per ſe, neque heredem ſuum fieri. 13. De pecunia promiſſa à teſtatore ſub pœna. 14. De pignore luendo. 15. De his quæ pro parte expediri non poſſunt. 16. De dolo culpa & negligentia. 17. De electione impedita. 18. De ſeruitutibus amißis culpa coheredis. 19. De filio condemnato patris nomine. 20. Ne quid indiuiſum relinquatur. 21. De cautione his, quib. adiudicatur, præſtanda. 22. De pecunia prælegata, quæ in hereditate non eſt inuenta.

25. *Paulus* libro 23. ad Edictum.

HEredes eius, qui apud hoſtes deceſſit, hoc iudicium *e* experiri poſſunt *f*.

1 ¶ Si miles alium caſtrenſium, alium ceterorum bonorum heredem fecerit: non eſt locus familiæ erciſcundæ iudicio. diuiſum eſt *g* enim per conſtitutiones inter eos patrimonium. quemadmodum * ceſſat familiæ erciſcundæ iudicium, cùm nihil in corporibus, ſed omnia in *h* nominibus ſunt.

2 ¶ Quantum verò ad accipiendum familiæ erciſcundæ iudicium: nihil intereſt *i*, poſſideat quis hereditatem, nécne.

3 ¶ De pluribus hereditatibus, quæ inter eoſdem ex diuerſis cauſis communes ſint, vnum *k* familiæ erciſcundæ iudicium ſumi poteſt.

4 ¶ Si inter me, & te Titiana hereditas communis ſit: inter me autem, & te & Titium Seiana: poſſe *l* vnum iudicium accipi inter tres, Pomponius ſcribit.

5 ¶ Item, ſi plures hereditates inter nos communes ſunt, poſſumus de vna familiæ erciſcundæ iudicium experiri.

6 ¶ Si teſtator rem communem cum extraneo habebat, ſiue rei ſuæ partem alicui legauit, aut heres, ante iudicium familiæ erciſcundæ acceptum, partem *m* ſuam alienauit, ad officium iudicis pertinet, vt eam partem, quæ teſtatoris fuit, alicui iubeat tradi.

7 ¶ Quod pro emptore, vel pro donato (puta) coheres poſſidet *n*, in familiæ erciſcundæ iudicium venire *o* negat Pomponius.

8 ¶ Idem ſcribit: Cùm ego, * & tu heredes Titio extitiſſemus: ſi tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, à Sempronio petieris: & victus fueris: mox eandem partem à Sempronio emero & traditus mihi fuerit: agente te familiæ erciſcundæ iudicio, non veniet non ſolùm *p* hoc, quod pro herede poſſidetur, ſed nec id, quod pro emptore *q*, cum enim, per iudicem priorem apparuit, totam *r* non eſſe hereditatis: quemadmodum in familiæ erciſcundæ iudicium veniat?

9 ¶ An ea ſtipulatio, qua ſinguli *ſ* heredes in ſolidum habent actionem, veniat in hoc iudicium, dubitatur: veluti ſi is, qui viam, iter, actum ſtipulatus erat, deceſſerit *t*, quia talis ſtipulatio per legem duodecim tabularum non diuiditur *u*: quia nec poteſt? Sed verius eſt, non venire eam in iudicium, ſed omnibus in ſolidum competere actionem. &, ſi non præſtetur via, pro *x* parte hereditaria condemnationem fieri oportet.

10 ¶ Contrà, ſi promiſſor viæ deceſſerit pluribus *y* heredibus inſtitutis: nec diuiditur obligatio, nec dubium ‖eſt,‖ quin duret: quoniam viam promittere & is poteſt qui fundum non habet *z*. igitur, quia ſinguli inſolidum *a* tenetur, officio iudicis cautiones interponi debere, vt ſi quis ex his conuentus litis æſtimationem præſtiterit, id pro parte à ceteris conſequatur *b*.

11 ¶ Idem dicendum eſt, & ſi teſtator viam legauerit.

12 ¶ In illa quoque ſtipulatione proſpiciendum eſt coheredibus, ſi teſtator promiſerat *neque per ſe, neque per heredem ſuum fieri, quo minus ire agere poßit* quoniam, vno prohibente, inſolidum committitur ſtipulatio *c*: ne vnius factum ceteris damnoſum ſit *d*.

13 ¶ Idem iuris eſt in pecunia ‖promiſſa‖ à teſtatore, ſi ſub pœna promiſſa ſit. nam licet hæc obligatio diuidatur *e* per legem duodecim tabularum: tamen quia * nihilum prodeſt ad pœnam euitandam, partem

a addе *l.33. l.39. in fi. inf. eod. l. vlt. C. eod.*
b *l.18.§.4.ʒ.eod.*
c vide *l.69.§.2.ʒ. de legat.*
d & ideo arbiter familiæ erciſcundæ plus quàm ſemel dari non poterit. *Paul. 1 ſent. 18.* ſed partitio hereditatis pluriſariam ac pluries inſtitui poteſt. Ferra, *in forma libelli 15.*
e vt *in l.35.ʒ. de pactis.*
f *v.l.1.C.eod.*
g lege Falcidia, quadrans illibatus apud heredem remanere debet, *Cuiac. 1. de leg. 1.*
h Reliquatio λοιπογραφία. Reliquari porro is dicitur, apud quem initis ſubductiſque accepti expenſique rationibus, pecuniæ ſuperſunt aliquæ, quique æs alienum ex reliquis rationibus contrahit. *l.6.§.1. ʒ. de minorib.*
i i. præcipuum habiturus eſt, vide diſtinct. in *l. 1. §. 16. ʒ. de coll.*
k Cœptum munus perficiendum de communi: Ferra. cur ita? vide *l.2. ʒ. ad municip.* ſed eo caſu partem impenſarum faciendarum coheres ſuſtinebit, *d. l. 1. §. 16.*
l Nec enim fratres, morte patris effecti ſui iuris, dignitates & honores mutuo ſibi debent: nec debita ſigillatim contracta diſſoluere tenentur, *l.39.§.3.ʒ. eod.*
m idem, i. eum, vide *Cuiac. 3. obſ. 38.* veteres ita plerumque ſunt locuti.
n idque iure profeſſionis paternæ; aliàs non tenerentur coheredes, *d. l. 39.*
o *l.53.ʒ. de leg. 2. l.7.§.3.ʒ. de liberat. legata.*
p cur enim commodum ſentiat ſine onere?
q id enim ſtatulibero licet *l.3. §. vlt. ʒ. de condict. cauſa data: l.3. §. 2. infrà de ſtatuliberis.*
r Theſaurus hic improprius eſt, *l.3. §.1. ʒ. de adq. rerum dominio* vt & *l.15. ʒ. ad exhib.*
ſ ſecus eſt, ſi ſolemniter à depoſitario partem ſuam accepit. vide *l. vlt. C. depoſiti l.1.§ 36. ʒ. depoſiti.*
t vide *l.3. ʒ. eod.*
u rarius tamen *arg. l.6. ʒ eod.*
x dixi ad Feſtum *in Liciſare.*
y *l.7. §.1. l.18. ʒ. tit. prox.* Seruitutem imponere poteſt arbiter familiæ erciſcundæ.
z i. rerum ſit diuiſio: quæ ſi commodè fieri non poterit, attributio earum ſeu adiudicatio neceſſaria erit in perſonam. Hic adde *l.4.§ 3.ʒ. comm. diuid.*
a factas in eam rem ab vno cohæredum expenſas.
b interim ſc.
c Per quam, alio caſus parens hoſtium potius, obſtat liberis ſuis in petenda bonorum poſſeſſione liberti, *l.4.§.2. ʒ. de bonis liber.*
d reuerſi verò omnem dubietatem in eo tollunt, *l.16.ʒ. de interrogationib.*
e Dubius euentus quoties emptus eſt, ſi poſtea non contigit, emptori nihil redditur, vide *l.11. ʒ. de hær. vendit. l.12. ʒ. de act. empt.*

a *l.31.ʒ. eod. l.11. ʒ. commun. diuid.*
b Hi enim in omnibus vice heredum ſunt. *l.2. ʒ. de bonorum poſſeßione.*
c i. fideicommiſſario, *l.8.§.1.ʒ. eod. l.40.ʒ. eod.*
d Honorarij ſucceſſores, hic, & in *l.9.§.6.ʒ. de interrogat. act. l.10.ʒ. ad Vellcianum. l. 1. §. 8. ʒ. vt legatorum nomine caueatur,* ſucceſſores iuris prætorij ſunt.
e *al.* iudicio.
f ſunt enim per fictionem heredes, *l. 28. infr. de vulgari.*
g licet enim militibus patrimonia ſeparare, *l.16.§.6. ʒ. ad Trebell.*
h *l.51. in fi. ʒ. eod.* Nomina per ſe in hoc iudicium non veniunt: quia ipſo iure diuiſa ſunt per legem XII. Tabularum, *l.6. C. eod.* quia ſingulis heredibus, pro portione hereditaria competit actio in ſingulos debitores: Quandoque tamen vni heredum aſſignantur, ſi vel præceſſit ſtipulatio, *l.2. in fin. ʒ. eod.* vel ſi vni ſit legatum nomen, *l.4.ʒ. eod.*
i *l.1.ʒ. eod. l. pen. ʒ. commun. diuid.*
k Plures actiones vno libello poſſunt proponi.
l vide *Cuiac. 21. obſ. 40.*
m *l.52.§ 14. ʒ. pro ſocio.*
n poteſt enim res ex pluribus cauſis à nobis poſſideri, *l.9. ʒ. eod. l.3.§.4. ʒ. de adq. poſſ.*
o hinc colligit Accurſius familiæ erciſcundæ iudicium non dari contra titulo poſſidentem.
p non ſolùm non veniet.
q ordo hic inuerſus Petro Fabro videtur 3. ſemeſt. 23. ſic itaque legendum exiſtimat non veniet n. ſ. h. pro emptore poſſidetur ſ. n. id quod qui pro herede.
r *al.* totum.
ſ *l.2.§.2.ʒ. de verb. oblig.*
t *l.17.ʒ. de ſeruitutib.*
u *l.2.§.2. infr. de verb. oblig.*
x *l.2. C. de hær. vel act.*
y *l.17.ʒ. de ſeruitutibus: l.2. §.2. ʒ. de verb. oblig.*
z *l.46.§. 1. ʒ. de euict.*
a vide tamen *l.2. in fin. ʒ. de verb. oblig.* nam vbi vnus ex heredibus prohibetur, non poteſt coheres ex ſtipulatu agere cuius nihil intereſt, niſi pœna ſit ſubiecta.
b *l.2.§.2. verſ. ſed quo caſu. ʒ. de verb. oblig.*
c prohibet vbi vnus ex heredibus, omnes heredes tenentur. Intereſt enim prohibiti à nemine prohiberi, *l.3. in fi. ʒ. de verb. obl. l.11.§. antepen. ʒ de leg. 2.* quoniam licet ab vno prohibeor, non tamen in parte prohibeor, *l.85.§.3. ʒ. de verb. obl.*
d quibus ideo competit aduerſus coheredem prohibentem actio, *l.44.§.5. ʒ. in fin. l.85.§.3. ʒ. de verb. oblig.*
e ratione ſortis & pœnæ, *l.44.§.6. ʒ.*

ſua m

inam ſoluere *a*: ſiue nondum ſoluta eſt pecunia, nec dies venit, proſpiciendum eſt per cautionem, vt de indemnitate caueat, per quem factum fuerit, ne omnis pecunia ſolueretur: aut vt caueat, *ſe ei, qui ſolidum ſoluerit, partem præſtaturum*: ſiue etiam ſoluit vnus vniuerſam pecuniam, quàm defunctus promittit, ne pœna committeretur, familiæ erciſcundæ iudicio à coheredibus partes recipere poterit *b*.

14 ¶ Idem obſeruatur in pignoribus ſoluendis *c*. nam niſi *d* vniuerſum, quod debetur, offerretur, iure pignus creditor vendere poteſt.

15 ¶ Si vnus ex coheredibus noxali iudicio ſeruum hereditarium defenderit, & litis æſtimationem obtulerit, cùm hoc expediret: id pro parte hoc iudicio conſequatur *e*.

¶ Idem eſt, & ſi vnus legatorum nomine cauerit, ne in poſſeſſionem mitterentur. & omnino *f* quæ pro parte expediri non poſſunt, ſi vnus cogente neceſſitate fecerit, familiæ erciſcundæ iudicio locus eſt.

16 ¶ Non tantum dolum *g*, ſed & culpam, in re hereditaria præſtare debet coheres: quoniam * cum coherede non contrahimus, ſed incidimus in eum *h*. non tamen diligentiam præſtarè debet, qualem diligens paterfamilias, quoniam hic propter ſuam partem, cauſam habuit gerendi, & ideo negotiorum geſtorum ei actio non competit *i*. talem igitur diligentiam præſtare debet, qualem in ſuis rebus.

¶ Eadem ſunt, ſi duobus res legata ſit: nam & hos coniunxit ad ſocietatem *k* non conſenſus, ſed res.

17 ¶ Si incerto homine legato, & poſtea defuncto legatario, aliquis ex heredibus legatarii non conſentiendo impedierit legatum *l*: is qui impedit, hoc iudicio cæteris quanti interſit eorum, damnabitur.

¶ Idem eſt, ſi è contrario vnus ex heredibus, à quibus generaliter homo legatus eſt, *quem ipſi elegerint*, *m*, noluerit conſentire, vt præſtetur, quem ſolui omnibus expediebat: & ideo conuenti à legatario iudicio, pluris damnati fuerint.

18 ¶ Item culpæ nomine tenetur, qui cum ante alios ipſe adiſſet hereditatem, ſeruitutes prædiis hereditariis debitas paſſus eſt non vtendo amitti *n*.

19 ¶ Si filius, cum patrem defenderet, condemnatus ſoluerit *o*, vel viuo eo, vel poſt mortem: poteſt æquius dici, habere petitionem à coherede in familiæ erciſcundæ iudicio.

20 ¶ Iudex familiæ erciſcundæ nihil debet indiuiſum relinquere.

21 ¶ Item curare debet *p*, vt de euictione caueatur his, quibus adiudicat.

22 ¶ Si pecunia, quæ domi relicta non eſt, per præceptionem *q* relicta ſit, vtrum vniuerſa à coheredibus præſtanda ſit, an pro parte hereditaria, quemadmodum ſi pecunia in hereditate relicta eſſet, dubitatur? & magis dicendum eſt, vt id præſtandum ſit, quod præſtaretur, ſi pecunia eſſet inuenta *r*.

26. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

OFficio *ſ* || autem iudicis conuenit iubere rem hereditariam venire vnam pluréſve: pecuniámque ex pretio *t* redactam ei numerari, cui legata ſit.

De condemnationibus, abſolutionibus, in omnium perſona faciendis,

27. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

IN *u* hoc iudicio condemnationes, & abſolutiones in omnium perſona faciendæ ſunt: & ideo ſi in alicuius perſona omiſſa ſit condemnatio, in cæterorum quoque perſona quod fecit iudex, non valebit: quia* non *x* poteſt ||ex|| vno iudicio res iudicata in partem valere, in partem non valere.

Si res pignorata per præceptionem legetur.

28. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

REm pignori creditori datam, ſi per præceptionem legauerit teſtator officio iudicis continetur, vt ex communi pecunia luatur *y*, eámque ferat is, cui eo modo fuerat legata.

De re quam defunctus pignori acceperat.

29. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

SI pignori res data defuncto ſit: dicendum eſt in familiæ erciſcundæ iudicium venire: ſed is, cui adiudicabitur *z*, in familiæ erciſcundæ iudicio pro parte *a* coheredi erit damnandus: nec cauere debet coheredi, indemnem eum fore aduerſus eum qui pignori dederit: quia pro eo erit, ac ſi hypothecaria, vel Seruiana actione petita litis æſtimatio oblata ſit *b*. vt & is, qui obtulerit, aduerſus dominum vindicantem exceptione tuendus ſit. *c*.

¶ Contra quoque, ſi is heres, cui pignus adiudicatum eſt, velit totum reddere, licet debitor nolit, audiendus eſt *d*.

¶ Non idem dici poteſt, ſi alteram partem creditor emerit: adiudicatio enim neceſſaria eſt, emptio voluntaria: niſi ſi obiiciatur creditori, quod animosè licitus *a* eſt. ſed huius rei ratio habebitur; quia quod creditor egit, pro eo habendum eſt ac ſi debitor per procuratorem egiſſet *b*: & eius quod propter neceſſitatem impendit, etiam vltro eſt actio creditori *c*.

a leg. 5. in fin. ȷ. de verb. oblig.
b l. 20. §. 3. ſ. eo.
c in quibus omnis pecunia exſoluta eſſe debet aut eo nomine ſatisfactū l. 9. §. 3. ȷ. de pign. d l. 6. C. de diſtract. pignor.
e ſumptus enim repeti poſſunt, v. l. 18. in fin. ſ. eo.
f omnino in iis quæ.
g l. 16. §. 4. ſ. eo.
h adde §. 4. Inſt. de oblig. ex quaſi contract.
i Imò competit, v. l. 40. ſ. de negot.
k Impropriè ſumptam. nam inter eos res communis eſt ſine ſocietate §. 3. Inſt. de oblig. ex quaſi contract. quin imo alibi nullam inter ſe habere ſocietatem dicuntur l. 15. ȷ. de pecul. igitur collegatarij non conſenſu, ſed re inter ſe obligantur.
l Atqui hoc caſu iudicem fortunā & ſortem eſſe receptum eſt l. 3. Cod. commun. de leg.
m Alioquin ſi teſtator id non dixerit, electio legatarij erit, §. 22. Inſt. de leg.
n hoc tamen ei non imputabitur ſi pauciſſimi ſupererant dies ad perficiendam vſucapionem. v. l. 16. in fin. ȷ. de fundo dotali.
o v. l. 18. in fin. C. eod.
p l. 14. C. eo. adde l. 5. ȷ. de verb. obl.
q Paul. 3. ſent. 6. §. 1
r Quod iuris eſt pecunia inuenta, idem erit ea non inuenta, l. 23. in fi. ȷ. de adimendis.
ſ Paul. 3. ſent. 6. §. 1. in fin.
t id eſt, ex venditione, vt l. 12. ȷ. de leg. 2.
u v Cuiacium 13. obſer. 1.
x Imo poteſt, l. 41. in fin. ȷ. eo. l. 25. ſ. de arbitr.
y ſoluatur. l. 33. ȷ. eo. l. 57. ȷ. de leg. 1.
z pignori res defuncto data venit in iudicium familiæ erciſcundæ, nō diuidenda, ſed adiudicanda. Bart.
a An rei ipſius an eius æſtimationis? vide hic Bart. n. 2.
b is cui pignus defuncto datum, adiudicatum eſt, ſimilis eſt poſſeſſori conuento hypothecaria, qui noluit rem reſtituere, ſed litis æſtimationem.
c Niſi reſtituat id omne quòd ſoluit etiam vltra debitum. Bart.
d Debitor, pignus integrum ab eo herede cui adiudicatum eſt, tenetur luere nec audiendus eſt heredi offerens eam tantum partem quæ iure ſucceſſionis illi competit.

De loco religioſo.

30. *Modeſtinus* lib. 6. Reſponſorum.

FVndus mihi communis eſt & pupillæ coheredi, in eo fundo reliquiæ ſunt conditæ, quibus religio ab vtriuſque patribus debebatur: nam parentes quoque eiuſdem pupillæ ibi ſepulti ſunt. ſed tutores diſtrahere fundum volunt, ego non conſentio: ſed portionem meam poſſidere malo, cùm vniuerſitatem emere non poſſum, & velim pro meo arbitrio exequi ius religionis. Quæro, an rectè arbitrum communi diuidundo ad hunc fundum partiendum petam: an etiam is arbiter, qui familiæ erciſcundæ datur, iiſdem partibus fungi poſſit, vt hanc poſſeſſionem, exemptis cæteris corporibus hereditariis, pro iure cuique nobis patiatur? Herennius Modeſtinus reſpondit, nihil proponi, cur familiæ erciſcundæ iudicio addictus arbiter officium ſuum etiam in eius fundi, de quo agitur, diuiſione, interponere non poſſit: ſed *d* religioſa loca in iudicium non deduci, eorúmque ius ſingulis heredibus in ſolidum competere *e*.

De luitione & morte ſerui.

31. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

SI ſeruus pignori obligatus luatur, ab vno ex heredibus, quamuis poſtea decedat *f*, officium tamen arbitri durat: ſufficit enim communionis cauſa, quæ præceſſit, quæque hodie duraret, ſi res non intercidiſſet *g*.

De diuiſione facta à defuncto.

32. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

QVæ pater inter filios non diuiſit: poſt datas *h* actiones vice diuiſionis, ad ſingulos pro hereditaria *i* portione pertinent: modo ſi cætera quæ non diuiſit, in vnum generaliter non contulit, vel res datas non *k* ſequuntur.

Quod vni ex heredibus obuenit ex diuiſione ſi eſt obligatum pro omnibus eſt luendum. Bart.

33. *Idem* lib. 7. Reſponſorum.

SI paterfamilias, ſingulis heredibus fundos legando, diuiſionis *l* arbitrio fungi voluit: non aliter partem ſuam coheres præſtare cogetur, quam ſi vice mutua *m* partem nexu pignoris liberam conſequatur.

De ſeruis æſtimatis & mortuis.

34. *Idem* lib. 8. Reſponſorum.

SEruos *n* inter coheredes tempore diuiſionis æſtimatos non emendi, ſed *o* diuidendi animo pretiis adſcriptos videri placuit: quare ſuſpenſa conditione mortuos, tam heredi, quam fideicommiſſario deperiiſſe *p*.

De prædiis, dotis cauſa filiæ traditis.

35. *Idem* lib. 12. Reſponſorum.

POmponius Philadelphus dotis cauſa prædia filiæ, quam habebat in poteſtate, tradidit: & reditus eorum genero ſolui mandauit. an ea præcipua filia retinere poſſit, cum omnes filios heredes *q* inſtituiſſet, quærebatur. iuſtam cauſam retinendæ poſſeſſionis habere † filiam. quoniam pater prædia, de quibus quærebatur, dotis eſſe voluit: & matrimonium poſt mortem quoque patris ſteterat, reſpondi: filiam etenim, quæ naturaliter agros tenuit, ſpecie dotis, cuius capax fuiſſet, defendi.

De diuiſione facta cum opinato herede.

36. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

CVm putarem te coheredum meum eſſe: idque verum non eſſet, egi tecum familiæ erciſcundæ iudicio: & à iudice inuicem adiudicationes, & condemnationes factæ ſunt. Quæro rei veritate cognita, vtrum condictio inuicem competat, an vindicatio: & an aliud in eo, qui heres eſt, aliud in eo qui heres non ſit, dicendum eſt? Reſpondi. * Qui ex aſſe heres erat, ſi, cum putaret ſe Titium coheredem habere, acceperit cum eo familiæ erciſcundæ iudicium, & condemnationibus factis ſoluerit pecuniam, quoniam ex cauſa iudicati ſoluit, repetere non poteſt *r*. Sed tu videris eo moueri, quod non eſt iudicium familiæ erciſcundæ, niſi inter coheredes *ſ* acceptum. ſed, quamuis non ſit iudiciū, tamē, ſufficit ad impediendā repetitionem, quod quis ſe putat condemnatum *t*. Quod ſi neu-

a al. Licitatus v. leg. 19. §. 1. §. 3. ȷ. comm. diuid.
b Procurator iuſta de cauſa litis retentione vti poteſt, l. 25. in fin. l. 26. ſ. de procurat.
c id eſt is cui pignus adiudicatum eſt, aduerſus debitorem ius retentionis & actionis habet pro omnibus impenſis in rem neceſſario vel vtiliter factis.
d Fundus in quo locus eſt religioſus, venit in hoc iudicium, loco religioſo excepto. Bart.
e Hanc legem explica ex l. 53. §. 1. ȷ. de act. empt.
f leg. 9. in princ ȷ. comm. diuid.
g Fuit enim vtiliter cœptum negotium: quod hic ſufficit, licet euentus non reſpondeat, l. 10. in princ. & fin. l. 12. in fin. l. 22. ſ. de neg. adde l. 11. §. 3. ſ. de minorib.
h aſſignatas vnicuique.
i v. l. 11. 21. C. eo.
k dixi ad l. 21. C. eod.
l de qua v. l. 20. §. 5. ſ. eo.
m v. l. 28. ſ. eo.
n v. Cuiacium. 24. obſ. 27.
o Diuiſionis & emptionis differentia hæc eſt, in emptione periculum eſt emptoris. In diuiſione ante traditionem periculum non eſt eius cui res diuiſione tradi debuit, ſed omnium coheredum.
p Si pēdente conditione res extinguuntur, perimitur emptio, ſtipulatio, & legatum conditionale, vt hic, & l. 8. ȷ. de peculio.
q æqualiter, vt l. 14. ȷ. de dot. præl.
† olim dos præcipua filiæ manebat, ſi eius nulla facta fuerat mentio in teſtamento patris, l. 14. in fin. ȷ. de dote prælegata, hodie dotem filia conferre tenetur. l. 8. C. de collationib niſi expreſſim teſtamen o ei legata ſit, v. Nou. 18. c. 6.
r Opinato heredi quod ſolutum eſt authoritate ſententiæ iudicis, non reperitur vt indebitum, Bart. v. tamen l. 37. in fin. ȷ. de except. rei iudic. l. 35. ȷ. de re iud. l. 4. C. de re iud. Quod autem ſolutum eſt coheredi in diuiſione apud arbitrum celebrata, hoc repetitur l. 8. in fin. C. de collationibus. * ſ l. 1. in fin. ſ. eod t hæc exceptio, *Tibi non competit ius agendi*, poſt ſententiam obiici non poteſt: nec iudicium retro nullum reddit Bartolus.

ter eorum

ter eorum heres fuit, ſed quaſi heredes eſſent acceperint familiæ erciſcundæ iudicium de repetitione; idem in vtriſque dicendum eſt, quod diximus in altero. Planè ſi ſine iudice *a* diuiſerint res: etiam condictionem earum rerum, quæ ei ceſſerunt, quem coheredem eſſe putauit, qui fuit heres, competere dici poteſt. non enim tranſactum inter eos intelligitur, cùm ille coheredem eſſe putauerit *b*.

De effectu huius actionis.

37. *Scæuola* lib. 12. Quæſtionum.

Qvi familiæ erciſcundæ iudicio agit, ‖ non eſt confitetur aduerſarium ſibi eſſe coheredem *d*.

Si quis de diuiſione queratur.

38. *Paulus* lib. 3. Reſponſorum.

Lvcius, & Titia fratres *e* emancipati à patre, adulti curatores acceperunt. hi communes pecunias ex reditibus redactas ſingulis ſubminiſtrauerunt: poſtea ‖omne‖ patrimonium diuiſerunt: & poſt diuiſionem Titia ſoror Lucio fratri ſuo cœpit quæſtionem mouere, quaſi amplius accepiſſet, quàm ipſa acceperat: cum *f* Lucius frater eius non amplius ſua *g* portione: imò minus, quàm dimidiam conſecutus ſit. Quæro, an Titiæ competat aduerſus fratrem actio? Paulus reſpondit, ſecundum ea, quæ proponuntur ſi Lucius *h* non amplius ex reditu prædiorum communium accepit, quàm pro hereditaria portione ei competeret, nullam ſorori eius aduerſus eum competere actionem *i*.

¶ Idem reſpondit: cùm ex decretis alimentis à prætore amplius fratrem accepiſſe diceretur, quàm ſororem: non tamen vltra partem dimidiam.

De ſumptibus à coherede in litem communem factis. 1. De diuiſione facta à patre, & de dotis collatione. 2. De alimentis relictis ſtatu libero. 3. De debitu à fratre coherede poſt mortem patris contractis. 4. Si ſeruus prælegatus cum peculio, viuo teſtatore manumiſſus deceſſerit. 5. De diuiſione facta à patre: & de eo quod frater coheres debet.

39. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

Ex parte heres inſtitutus, cauſam de totis bonis, quam omnes heredes patiebantur ‖ ob inultam mortem *k*‖ ſuſcepit, & obtinuit: coheres ab eo partem ſuam petebat, nec partem ſumptuum factorum in litem præſtare volebat. Quæſitum eſt, an doli exceptio noceret? Reſpondi, ſi idcirco amplius erogatum eſſet, quod ipſius quoque cauſa defenſa eſſet, habendam rationem ſumptuum *l*. Sed & ſi omiſerit doli exceptionem, agere poteſt de recipienda portione ſumptuum.

1 ¶ Inteſtato *m* moriens, codicillis *n* prædia ſua omnia & patrimonium inter liberos diuiſit: ita vt longe amplius filio, quàm filiæ relinqueret. Quæſitum eſt, an ſoror fratri dotem conferre deberet? Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, ſi nihil indiuiſum reliquiſſet, rectius dici ex voluntate defuncti collationem dotis ceſſare *o*.

2 ¶ Seruo libertatem dedit, qui erat annorum quindecim, *Cum p erit annorum triginta*, eidem ex die mortis ſuæ quoad viueret, cibariorum nomine denarios denos: veſtiarij, denarios vigintiquinque præſta, i ſe velle ſignificauit. Quæſitum eſt, an vtile eſſet cibariorum, & veſtiariorum legatum, cùm Stichus ante libertatis tempus deceſſerit: & an, ſi non eſt vtile, heres qui præſtiterat, à coherede repetere poſſit, apud quem morabatur? Reſpondi, non quidem debita conſtitiſſe *q*: ſed ſi id quod datum eſt in alimenta, conſumptum ſit, repeti non poſſe.

3 ¶ Filius Reipublicæ debita, quæ poſt mortem patris contraxit, fratri ſuo pro parte hereditaria reputare non poteſt, ſi non in omnibus ſocij eſſent: licet hereditatem paternam communem haberent, & pater pro altero filio in patria magiſtratu functus deceſſit.

4 ¶ Duos filios ſcripſit heredes, & certos homines *ſ* vnicuique eorum prælegauit, in quibus vni Stephanum cum peculio. Is viuo teſtatore manumiſſus deceſſit *t*: deinde pater: Quæſitum eſt, an id, quod in peculio habuit Stephanus prius, quàm manumitteretur, ad vtroſque filios pertineat: an verò ad eum ſolum cui cum peculio prælegatus fuerat? Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, ad vtroſque *u*.

5 ¶ Pater in filios diuiſit *x* bona: & eam diuiſionem teſtamento confirmauit: & cauit, *vt æs alienum, quod vnuſquiſque eorum habet, ſiue habebit, ſolus ſuſtineret.* poſtea, vnus ex filiis cum pecuniam mutuaretur *y* interuenit pater: eiúſque conſenſu prædia, quæ filio aſſignauerat, pignori data ſunt. poſt mortem patris eadem prædia idem filius poſſedit, vſuras ſoluit. Quæro, an familiæ erciſcundæ iudicio, ſi prædia pignori data diſtrahat creditor, aliquid ei à coherede præſtandum ſit? Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur, non eſſe præſtandum.

a Vel arbitri ſententia, *d.l.8.*
b adde *l.51.52.ſ. de pactis.*
c In Baſilicis deeſt negatio v. *Cuiac.9. obſ.36.* vtrumque verum eſt, v. *Hot.4 obſer.21*
d Non fatetur qui errat, niſi ius ignorauit, *l.2.ſ. de confeſſ.* adde *l.52. ſ. de pact. l.13. C. de probat. v.l.9.ſ. de exceptionib.* dixi,
e *Fratrum* appellatione ſorores contineri, hinc collige, *vt l.35. in princ. ſ. de pact. leg. 93. ſ. de leg.3.*
f Si non amplius mea portione acceperò à meis & fratris mei curatoribus, ex communibus reditibus aut alimentis, nobis decretis: nō rectè frater meus mecum experitur, quaſi me minus acceperit: *Syn. Baſ. eod. c.14.*
g v. quæ ſcripſi ad *l. vlt. C. depoſiti.*
h Adultus ſcilicet Hinc collige, minores inter ſe diuidere poſſe prædia, quoad culturam & reditus. nō quoad proprietatem.
i Cur ita: collige ex *l. vlt. circa fin. C. depoſiti.*
k *v l.1.ſ. de Syllani.*
l *v.l.18. in fin. C. eodem.*
m dixi *ad l.1. C. de collat.*
n Idem ſi ſine ſcriptura, *l.20. §.3. ſ. eodem.*
o v. quæ notaui *ad l.35. ſ. eod.* hinc colligit Bart. bona diuiſa à teſtatore per prælegata, vim portionis hereditariæ aſſumere.
p *v.l.46. ſ. de manum. teſt. v. Vlpianum 1. §.12.*
q ciuiliter, ſed tamen naturaliter: qua ex cauſa, per officium iudicis rectè petuntur, *v. l.17. in fin. ſ. de alimentis.*
r *v.l.20. §.6.7. ſ. eodem.*
ſ *Homines* pro ſeruis hic accipe.
t *l.1. l.2. ſ. de peculio legato.*
u Cur ita? *v.l 1.2. ſ. de peculio legato.*
x aſſignatione ſingulis facta certarum rerum mobilium & immobilium. de hac diuiſione *v.l. 20. §.3. ſ. eod.*
y pecuniam mutuam acciperet.

De herede & fideicommiſſario.

48. *Gaius* lib. 2. Fideicommiſſorum.

SI ex aſſe heres inſtitutus, rogatus *a* ſit mihi partem aliquam reſtituere, veluti dimidiam: vtile familiæ erciſcundæ iudicium rectè inter nos agetur.

De libertorum & alimentorum eis debitorum diuiſione.

41. *Paulus* libro 1. Decretorum.

Qvædam mulier ab iudice appellauerat *b*, quod diceret *eum de diuidenda hereditate inter ſe & coheredem, non tantum res ſed ‖&‖ libertos diuiſiſſe: & alimenta quæ dari teſtator certis libertis iuſſiſſet: ‖ nullo enim iure id eum feciſſe.* Ex diuerſo reſpondebatur, *conſenſiſſe eos diuiſione: & multis annis alimenta ſecundum diuiſionem præſtitiſſe* placuit ſtandum eſſe alimentorum præſtationi *c*. ſed & illud adiecit, nullam *d* eſſe libertorum diuiſionem.

De eo, quod defuncto debetur, prælegato.

42. *Pomponius* lib. 6 ad Sabinum.

SI ita legatum fuerit vni ex heredibus *e*, *quod mihi debet præcipito*: officio iudicis familiæ erciſcundæ continetur, ne ab eo coheredes exigant. nam, & ſi, quod alius deberet, præcipere vnus iuſſus fuerit: officio iudicis actiones ei præſtari debebunt pro portione coheredis.

De arbitro petendo.

43. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

ARbitrum *f* familiæ erciſcundæ vel vnus *g* petere poteſt: nam prouocare apud *h* iudicem, vel vnum heredem poſſe, palam eſt. Igitur & præſentibus *i* cæteris & inuitis *k* poterit vel vnus arbitrum poſcere *l*.

De communi diuidundo. 1. De effectu adiudicationis. 2. De dolo coheredis. 3. De fructibus ante aditam hereditatem à coherede perceptis. 4. De actore & reo: & de iureiurando calumniæ. 5. Si ob factum vnius heredis commiſſa ſit ſtipulatio. 6. De ſtipulatione Titium heredémque eius ratum habiturum. 7. De vſufructu vxori legato donec ei dos ſoluatur. 8. De ſumptibus à coherede factis.

44. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

INter coheredes etiam communi diuidundo agi poteſt *m*: vt res duntaxat *n*, quæ eorum communes ſint, & cauſæ ex his rebus pendentes in iudicium veniant: de cæteris verò in integro ſit familiæ erciſcundæ iudicium.

1 ¶ Si familiæ erciſcundæ vel communi diuidundo actum ſit: adiudicationes prætor tuetur, exceptiones, aut actiones dando *o*.

2 ¶ Si coheredes, abſente vno coherede, rem vendiderunt: & in ea re dolo malo fecerunt, quo plus ad eos perueniret: vel familiæ erciſcundæ iudicio præſtabunt ei, qui abfuit, vel hereditatis petitione *p*.

3 ¶ Fructus, quos ante aditam hereditatem ex fundo hereditario heres capit, non aliter familiæ erciſcundæ iudicio præſtare eum Iulianus ait, quàm *q*, ſi, cum ſciret hereditarium fundum eſſe, cœperit.

4 ¶ Qui familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, & finium regundorum agunt; & actores ſunt, & rei *r*, "&" ideo iurare debet non calumniæ cauſa litem intendere, "&" non *ſ* calumniæ cauſa ad *t* inficias ire.

5 ¶ Quod ex facto ſuo vnus ex coheredibus ex ſtipulatione hereditaria præſtat, à coherede non repetet. veluti ſi à ſe, *heredéque ſuo dolum malum abfuturum defunctus ſpopondit: vel, neque per ſe, neque per heredem ſuum fore, quo minus quis eas agat.* imò & ſi reliqui *u* propter factum vnius teneri cœperint, quaſi conditio ſtipulationis hereditariæ extiterit, habebunt familiæ erciſcundæ iudicium cum eo, propter quem commiſſa ſit ſtipulatio.

6 ¶ Si quis ſtipulatus fuerit, *Titium heredem eius ratum habiturum x*, & Titius pluribus heredibus relictis deceſſerit: eum ſolum teneri *y*, qui non habuit ratum: & ſolum ex heredibus ſtipulatoris acturum, à quo fuerit petitum.

7 ¶ Vſufructu vxori legaro *donec ei dos ſoluatur*, per arbitrum familiæ erciſcundæ tam id, quod coheredis nomine ex dote ſolutum ſit, recuperare *z* "poteſt" quàm *a*, vt *b* coheres ſoluat, effici poſſe, Caſſius ait: & verum eſt.

8 ¶ Si duo coheredes damnati ſint *ſtatuam c ponere*: & altero ceſſante, alter eam fecerit: non eſſe iniquum familiæ erciſcundæ iudicium dare, vt Iulianus ait, pars *d* impendiorum boni viri arbitratu præſtetur,

Si poſſeſſor neget rem eſſe hereditariam. 1. De dolo admiſſo à ſeruo heredis.

45. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

a *v.l.2. §.1. l.24. in fin. ſ. eod.*
b *v.l. vlt. ſ. de iure patronatus.*
c Nullitatis cauſam pertinere ad iudicem, qui poſſit ſententiam pro parte confirmare, pro parte nullam pronunciare, hinc colligi *Bart.*
d Cur liberti in iudicium familiæ erciſcundæ non veniunt? an quia in bonis non cenſentur:
e *l.4. ſ. eo.*
f *l.52. §.2. l.57. ſ. eod.*
g *l.2. §. pen. ſ. eod. l.8. ſ. tit. prox.*
h *Apud* pro *ad*, *vt hic*; vt *ad* pro *apud* dixi ad *l.41. §.10. ſ. de leg.3.*
i adde *l.13. ſ. de minoribus.*
k *v. l. vlt. C. commun. diuid.*
l v. in hanc *l. Cuiac.9 obſer.14.*
m Communi diuidundo iudicio requiri maiores probationes dominij, vel quàm in iudicio familiæ erciſcundæ hoc ex loco notat Bald.
n *l.34. in fin. ſ. pro ſocio.*
o Tuetur qui vel exceptionem aut actionem dat.
p *v.l.20. in fin. ſ. eo.*
q *v.l.16. §.4. ſ. eo.*
r *l.2. §.3. ſ. eo. l.10. in fin. ſ. de iuriſd. l.13. ſ. de iudiciis, l.10. ſ. tit. prox. l.37. in fin. ſ. de oblig. & act.*
ſ v. quæ ſcripſi ad *Nou.49. c. vlt.*
t ad inficias ire eſt negare.
u *v.l.25. §.11. ſ. eod.*
x Stipulatio facti diuidui contra heredem facientem tantum committitur, *Bart.* adde *l.4. §.1. ſ. de verbor. oblig.*
y vide *d.l.25. §.10.12. ſ. eod.* adde *l.4. §.1. ſ. de verb. oblig.*
z *v.l.18. C. ead.*
a Vſusfructus relictus vxori, donec ei dos ſoluatur, dote ſoluta amittitur.
b *v.l.18. §.4. ſ. eod.*
c Statuam ponere interdum heredes damnabantur à teſtatore, de quo *l.7. ſ. de annuis legatis.*
d *vt d.l.18. C.*

si quid

SI quid *a* contendis ex hereditate mihi tecum commune eſſe, quod *b* ego ex alia cauſa meum proprium eſſe dico: id in familiæ erciſcundæ iudicium non venit *c*.

1 ¶ Dolus, quem ſeruus heredis admiſit, in iudicium familiæ erciſcundæ non venit *d*: niſi domini culpa in hoc erat, quòd non idoneum *e* ſeruum rei communi applicuerit.

De præceptione dotis.

46. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

SI maritus ſub conditione à patre "heres" inſtitutus ſit, interim vxoris de *f* dote actionem pendere. Planè ſi poſt mortem ſoceri diuortium factum ſit: quamuis pendente conditione inſtitutionis *g*: dicendum eſt præceptioni "dotis" locum eſſe: quia mortuo patre quædam *h* filios ſequuntur, etiam antequam fiant heredes: vt matrimonium, vt liberi *i*, vt tutela *k*. igitur & dotem præcipere debet *l*, qui onus matrimoni poſt mortem patris ſuſtinuit. & ita Scæuolæ quoque noſtro viſum eſt.

De actionibus intentandis pendente iudicio diuiſorio.

47. *Pomponius* lib. 21. ad Sabinum.

IN iudicio familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo: ſi dum res in arbitrio ſit, de iure prædij controuerſia ſit; placet omnes eos, inter quos arbiter ſumptus ſit, & agere, & opus nouum nuntiare pro ſua quemq; parte poſſe: &, cùm adiudicationes ab arbitro fiant, ſi vni adiudicetur totus fundus, caueri oportet *m*: *vt, quæ ex his actionibus recepta fuerint, reddantur, aut quæ in eas impenſæ factæ fuerint præſtentur.* & ſi, cùm res in iudicio eſſet, eo nomine actum non fuerit, eum conſequi integram actionem, cui totus fundus adiudicatus *n* "fuerit:" aut pro quacumque parte adiudicatus erit.

1 ¶ Item quæ res moueri poſſint, & in ea iudicia veniant, ſi interea ſubreptæ ſint, furti agere eos, quorum iſtæ res periculo fuerunt, poſſe.

De pluribus heredibus vnius litigatoris.

48. *Paulus* lib. 12. ad Sabinum.

SI familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo, vel finium regundorum actum ſit: & vnus *o* ex litigatoribus deceſſerit, pluribus heredibus relictis: non poteſt in partes iudicium ſcindi: ſed aut omnes heredes accipere id debent, aut dare vnum procuratorem *p*, in quem omnium nomine iudicium agatur.

An repetitio detur aduerſus coheredem.

49. *Vlpianus* libro ſecundo Diſputationum.

QVi erat heres ex parte inſtitutus, teſtatorem iuſſus à *q* prætore ſepelire ſeruum, cui erat teſtamento data libertas, ideo diſtraxit: duplámque promiſit: & ex ea cautione conuentus præſtitit. Quæſitum eſt an familiæ erciſcundæ iudicio conſequatur, quod ex duplæ ſtipulatione abeſt. Primò videamus, an hic debuerit duplam cauere? & mihi videtur non debuiſſe *r*. * hi enim demum ad duplæ cautionem compelluntur qui ſponte ſua diſtrahunt *ſ*. cæterùm ſi officio diſtrahentis fungitur, non debet adſtringi, non magis quàm ſi quis ad exſequendam ſententiam à prætore datus, diſtrahat *t*. nam & hic in ea conditione eſt, ne cogatur implere, quod coguntur hi qui ſuo arbitrio diſtrahunt. nam *inter officium ſuſcipientis & voluntatem* u *diſtrahentis multum intereſt* quapropter re quidem integra ſtipulationem duplæ interponere non debuit. Sed decernere prætor debet, eſſe actori, aduerſus heredem exiſtentem, actionem ex empto, ſi res diſtracta fuiſſet euicta. ſi autem heres errauit & cauit, & ſeruus perueniat ad libertatem: ſtipulatio committetur *x*. quæ ſi fuerit commiſſa: æquum erit, vtilem actionem ei aduerſus coheredem dari, defecto *y* iudicio familiæ erciſcundæ, ne in damno moretur. nam vt familiæ erciſcundæ iudicio agere quis poſſit, non tantum heredem eſſe oportet, verùm ex ea cauſa agere, ‖ vel conueniri, ‖ quam geſſit, quódque admiſit, poſteaquàm heres effectus ſit. ceterum ceſſat familiæ erciſcundæ actio. & ideo ſi *z*, antequam quis sciret ſe heredem eſſe, in hereditate aliquid geſſerit, familiæ erciſcundæ iudicio non erit locus: quia non animo heredis geſſiſſe videtur. Quare qui ante aditam hereditatem quid geſſit, veluti ſi teſtatorem ſepeliuit *a*, familiæ erciſcundæ iudicium non habet *b*. Sed ſi poſt aditam hereditatem id fecit, conſequenter dicemus, familiæ erciſcundæ iudicio conſequi eum poſſe ſumptum quem fecit in funus.

De eo quod pater filio ſtudiorum cauſa ſubminiſtrauit.

50. *Idem* lib. 6. Opinionum.

QVæ *c* pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregrè agenti ſubminiſtrauit, ſi non credendi *a* animo pater miſiſſe fuerit comprobatus, ſed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur.

De dotis præceptione. 1. De concurſu huius iudicij & petitionis hereditatis.

51. *Iulianus* lib. 8. Digeſtorum.

FVndus qui dotis *b* nomine ſocero traditus fuerit, cùm ſocer filium ex aliqua parte heredem inſtituerit, per arbitrum familiæ erciſcundæ præcipi ita debet, vt ea cauſa filij ſit, in qua futura eſſet, ſi dos per præceptionem legata fuiſſet. quare *c* fructus poſt litem conteſtatam percepti, ad eum redigendi ſunt, habita ratione impenſarum: qui verò ante litem conſtatam percepti fuerint, æqualiter *d* ad omnes heredes pertinebunt. & impenſarum ratio haberi debet: quia nullus caſus interuenire poteſt, qui hoc genus deductionis impediat *e*.

1 ¶ Si ego à te hereditatem petere vellem, tu mecum familiæ erciſcundæ agere: ex cauſa vtrique noſtrum mos gerendus eſt *f*. nam ſi ego totam hereditatem poſſideo, & te ex parte dimidia heredem eſſe confiteor, ſed à communione diſcedere volo: impetrare debeo familiæ erciſcundæ iudicium *g*: quia aliter diuidi inter nos hereditas non poteſt.

¶ Item ſi tu iuſtam cauſam habes, propter quam per hereditatis petitionem potiùs, quàm per familiæ erciſcundæ iudicium, negotium diſtrahere velis: tibi quoque permittendum erit hereditatem petere. nam* quædam veniunt in hereditatis petitionem, quæ in familiæ erciſcundæ iudicio non deducuntur: veluti ſi ego debitor hereditarius ſim iudicio familiæ erciſcundæ non *h* conſequeris id, quod defuncto debui: per hereditatis petitionem conſequeris.

De re quam defunctus cum alio communem habuit. 1. De eo quod ex rationibus penes ſe retinetis quem teſtator liberum & heredem eſſe iuſſerit. 2. De compenſatione condemnationum. 3. De rerum æſtimatione.

52. *Idem* lib. 2. ad Vrſeium Ferocem.

MÆuius qui nos heredes fecit, rem communem habuit cum Attio, ſi cum Attio communi diuidundo egiſſemus, & *i* nobis ea res adiudicata eſſet: venturam eam in familiæ erciſcundæ iudicio, Proculus ait.

1 ¶ Seruus liber & heres eſſe iuſſus, id, quod ex rationibus quas patrifam. geſſiſſet, ‖ & ‖ penes ſe retineret, iudicio familiæ erciſcundæ coheredibus ſuis præſtabit *k*.

2 ¶ Arbiter familiæ erciſcundæ inter me, & te ſumptus, quædam mihi, quædam tibi adiudicare volebat: pro his rebus alterum alteri condemnandos eſſe intelligebat. quæſitum eſt, an poſſit penſatione *l* vltro citróque condemnationis facta, eum ſolum, cuius ſumma excederet, eius dumtaxat ſummæ quæ ita excederet, damnare. & placuit poſſe id arbitrum facere.

3 ¶ Cum familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo agitur: vniuerſæ res æſtimari debent: non ſingularum rerum partes *m*.

De pecunia à filio credita.

53. *Vlpianus* lib. 2. Reſponſorum.

PEcuniam, quam filius emancipatus ita credidit, vt patri ſolueretur, ita demum in hereditatem patris numerari, ſi patri aduerſus filium eiuſdem quantitatis nomine actio competebat *n*.

De re cuius partem ſuam coheres alienauit.

54 *Neratius* lib. 3. Membranarum.

EX hereditate Lucij Titij quæ mihi, & tibi communis erat, fundi partem meam alienaui: deinde familiæ erciſcundæ iudicium inter nos acceptum eſt. neque ea pars quæ mea fuit, in iudicio veniret, cum alienata de hereditate exierit *o*: neque tua, quia etiam ſi remanet in priſtino iure, hereditariáque eſt, tamen alienatione meæ partis exit de communione. vtrùm autem vnus heres partem ſuam non alienauerit, an plures, nihil intereſt: ſi modò aliqua portio alienata ab aliquo ex heredibus hereditaria eſſe deſiit.

De difficili diuiſione.

55. *Vlpianus* libro 2. ad Edictum.

SI familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo iudicium agatur, & diuiſio tam *p* dificilis ſit, vt penè impoſſibilis eſſe videatur: poteſt *q* iudex in *r* vnius perſonam totam condemnationem conferre, & adiudicare omnes res.

De fructibus.

56. *Paulus* lib. 25. ad Edictum.

NOn ſolum in finitum regundorum, ſed & familiæ erciſcundæ *ſ* iudicio præteriti quoque temporis fructus veniunt.

Si fratres hoc iudicio pendente hereditatem diuiſerint.

57. *Papinianus* lib. 2. Reſponſorum.

ARbitro *t* quoque accepto, fratres communem

heredita

---

a *aliàs*, quòd.
b Familiæ erciſcundæ iudicium excludit titulus ſingularis.
c hoc enim iudicium non datur niſi inter eos, qui coheredes ſunt, *l.1. in fin. ſ. eod.*
d Imò venit, *l.16. in fin. ſ. eod.*
e & negligentem, *§. vlt. Inſt. de ſociet.*
f *v. l.2. C. eod.*
g Quamuis filij inſtitutio pendeat, tamen mortuo patre interim dotem à ſuis coheredibus præcipiet.
h *v. Cuiacium* 14. *obſeruation.* 31.
i *l.56. §.2. j. de iure dot.*
k legitima, *l.16. in fi. j. de tutel.*
l *l.20 §.2. ſ. eod. l.65. in fin. j. pro ſocio, l.2. C. hoc tit.*
m *l.19. in fi. ſ. eod.*
n In ſucceſſorem ſingularem neceſſarium inſtantia iudicij tranſit.
o Plures heredes vnius coheredis decentis pendente iudicio familiæ erciſcundæ vice vnius perſonæ habentur.
p Imò pluribus in iudicio, familiæ erciſcundæ non eſt permittendum vnum procuratorem dare, *l.42. §.6. ſ. de procuratore.*
q Sepelire teſtatorem prætor heredum eius vni mandare poteſt.
r Qui vendit neceſſitate, de dupla promittere non tenetur *Bar.* quod in licitationibus valde notandum eſt, *v. l.13. ſ. eod.*
ſ adde *l.13. l.19. ſ. eod. l.14. j. de condict. furtiua.*
t vel ceſſet à tutela *l 32. in fi. j. de minorib.* vel ſoluat minori, *l.7. ſupr. de minor.*
u voluntate. *Hal.* rectè: vt ſit ſenſus multum intereſt, voluntate quis diſtrahat, an officij ſuſcepti neceſſitate ac munere.
x atqui ei, qui errorem cauet, datur aduerſus agentem exceptio, *v. l.4. in fin. ſ. ſi quis cautionib.*
y deſtituto, quia deſtituitur iudicio familiæ erciſcundæ.
z Sepeliens mortuum ſumptus donare non videtur, *v: hic*, adde *l. pro herede. §.1. j. de adq. her.*
a *l.16. §.4. ſ. eod.*
b ſed aliud *l.1. §.12. j. de religi.*
c Studiorum cauſa ſubminiſtrata à patre, filius in portionem legitimam non imputat. Filius emancipatus in portionem ſuam non computat quod e à patre ſubminiſtratum eſt peregrè literis operam danti, niſi probatum fuerit, quòd animo credendi ſubminiſtrauerit, non pietate ductus. *Synop. Baſil. eod. C.56.* adde *l.79. j. de verb. ſign.*
a vt quia filio aliunde facultates ſuppetebant: tunc enim præſumitur parens de filij bonis has impenſas potius fuiſſe quam de ſuis, *arg l.34. ſ. de negotijs*, non vt pater, ſed vt adminiſtrator, adde *l. fi. ſ. de petit.* Interdum ergo impenſæ filij cauſa in ſtudijs factæ, conferendæ ſunt, interdum non conferendæ. *v. l.17. C. de coll.* vbi dixi.
b *v. l.2. C. eod.*
c *l.38. §.14. inf. de vſuris.*
d *l.11. C. eod.*
e *l.7. j. ſoluto matrimonio.*
f vt vtrumque ſimul admitti poſſit ſi præiudicium alteri non fiat *Bart.*
g *l.1. ſ. eod.*
h Cur ita? *v. l.25. ſ. eod.*
i Quod fuit defuncti, vel eius occaſione obuenit, in hoc iudicium venit. *v. l.41. j. de rebus creditis.*
l Poteſt arbiter portiones heredum compenſare, & eum qui plus habeat cæteris condemnare.
m Æſtimanda res eſt provt valet tota, non provt valet diuiſa *Bart.*
n adde *l.9. §. pen. j. de reb. creditis.*
o Imò etſi alienata ſit, ad officium tamen iudicis pertinebit, vt eam partem quæ teſtatoris fuit, tradi iubeat, *l.25. §.4. ſ. eod.*
p *§.5. verſ. quod ſi commodè, Inſtit. de officio iudicis.*
q *l.22. §.1. eod.*
r ἑνὶ προσκυρῦται vni res adiicitur, *Synop. Baſil eo c.31.*
ſ *l.44. §.3. l.9. l.17. C. eod.*
t Poſt litem conteſtatem apud arbitrum familiæ, fratres inter ſe poſſunt hereditatem diuidere: eaque diuiſio non reſcinditur, niſi quis eorum minor ſit. Ita Græci hanc legem reddunt. *Synopſis Baſil. eod. c.33.* non reſcinditur, inquam huiuſmodi diuiſio, etiamſi arbiter ſumptus ſententiam non dixerit.

hereditatem conſenſu diuidentes ; pietatis a officio funguntur, quam reuocari non oportet b, licet arbiter ſententiam iurgio perempto non dixerit. ſi non intercedat ætatis c auxilium.

COMMVNI d DIVIDVNDO.

TIT. III.

Ratio huius actionis, de rebus non communibus.

Paulus lib. 23. ad Edictum.

COmmuni diuidundo iudicium ideo neceſſarium fuit e, quod pro ſocio actio magis f ad perſonales inuicem præſtationes pertinet, quam ad communium rerum diuiſionem g. Denique ceſſat communi diuidundo iudicium, ſi res communis non ſit h.

De ſocietate, de actore & reo.

2. *Gaius* libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

NIhil autem intereſt, cum ſocietate, an ſine i ſocietate res inter aliquos communis ſit. nam vtroque caſu locus eſt communi diuidundo iudicio. cum ſocietate res communis eſt, ‖ veluti ‖ inter eos, qui pariter k eandem rem emerunt l : ſine ſocietate communis eſt, ‖ veluti ‖ inter eos quibus eadem res teſtamento legata eſt m.

1 ¶ In tribus duplicibus n iudicijs, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, quæritur, quis actor intelligatur : quia par cauſa omnium videtur o. ſed magis placuit, eum videri actorem, qui ad iudicium prouocaſſet p.

De re & præſtationibus. 1. De pactis.

3. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

IN communi diuidundo iudicio nihil peruenit vltra q diuiſionem rerum ipſarum, quæ communes ſint: & ſi quid in his damni datum, factúmve eſt : ſiue quid eo nomine aut abeſt alicui ſociorum r, aut ad eum peruenit ex re communi ſ.

1 ¶ Si quid ipſi ſine dolo malo t inter ſe pepigerunt: id in primis & familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo iudex ſeruare debet.

De rebus corporalibus noſtris, de hereditate. 1. De puteo. 2. Quale ſit hoc iudicium. De re omiſſa & hoc iudicio iterando. 3. De re & præſtationibus. 4. De damno infecto.

4. *Idem* lib. 19. ad Edictum.

PEr hoc iudicium u corporalium rerum fit diuiſio quarum rerum dominium habemus: non etiam hereditatis.

1 ¶ De puteo, quæritur, an communi diuidundo iudicio agi poſſit? Et ait Mela, ita demum poſſe, ſi x ſolum eius commune ſit.

2 ¶ Hoc iudicium bonæ fidei eſt y. quare, ſi vna res indiuiſa relicta ſit, valebit vtique ‖ & ‖ ceterarum diuiſio. & poterit iterum z communi diuidundo agi de ea quæ indiuiſa manſit.

3 ¶ Sicut autem ipſius rei diuiſio venit in communi diuidundo iudicio, ita etiam præſtationes a veniunt. & ideo ſi quis impenſas b fecerit, conſequatur. ſed ſi non cum ipſo ſocio agat, ſed cum herede ſocij: Labeo rectè exiſtimat, impenſas, & fructus à defuncto perceptos venire.

¶ Planè fructus ante c percepti, quàm res communis eſſet, vel ſumptus ante facti, in communi diuidundo iudicium non veniunt.

4 ¶ Ea propter ſcribit Iulianus: ſi miſſi in poſſeſſionem damni infecti ſimus: & antequàm poſſidere iuberemur, ego inſulam fulſero: ſumptum iſtum communi diuidundo iudicio conſequi me non poſſe d.

5. *Iulianus* libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.

SEd ſi res non defenderetur, & ideo iuſſi ſumus à prætore eas ædes poſſidere, & ex e hoc dominium earum nanciſcerentur f, reſpondit Proculus, communi diuidundo iudicio partem eius impenſæ me ſeruaturum eſſe.

De errore in perſona ſocij. 1. Si quis partem ſuam alienauerit. 2. De locatione & cultura fundi communis. Quid interſit inter hanc & negotiorum geſtorum actionem. 3. De impenſis. 4. De partu. 5. De acceſſione, & deceſſione poſt iudicium acceptum. 6. De illatione mortui. 7. De cautione damni infecti. 8. De oppigneratione rei communis. 9. Si ſocius ſocio partem ſuam pignori dederit. 10. De adiudicatione. 11. Collatio familiæ erciſcundæ, & huius Iudicij. 12. De noui operis nunciatione.

6. *Vlpianus* lib. 19. ad Edictum.

SI quis putans a ſibi cum Titio fundum communem eſſe, fructus perceperit, vel ſumptum fecerit, cùm eſſet cum alio communis : agi poterit ‖ vtili ‖ communi diuidundo iudicio.

1 ¶ Quare & ſi fundum Titius alienauerit, licet hic communi diuidundo iudicio locus non ſit, quia à communione diſceſſum eſt, vtili tamen locum futurum b, quod datur de præſtationibus, quoties communis eſſe deſiit.

2 ¶ Siue autem locando fundum communem, ſiue colendo, de fundo communi quid ſocius conſecutus ſit : communi diuidundo iudicio tenebitur c. & ſi quidem communi nomine id fecit : neque lucrum, neque damnum ſentire eum oportet. ſi verò non communi nomine, ſed vt d lucretur e ſolus : magis eſſe oportet, vt & damnum ad reſpiciat. Hoc autem ideo præſtat communi diuidundo iudicio: quia videtur partem ſuam non potuiſſe expeditè locare. Ceterùm non aliàs communi diuidundo iudicio locus erit, (vt & Papinianus ſcribit) niſi id demum geſſit, ſine quo partem ſuam rectè adminiſtrare non potuit. alioquin, ſi potuit, habet negotiorum geſtorum actionem f, eáque tenetur.

3 ¶ Si quid, poſt acceptum communi diuidundo iudicium, fuerit impenſum : Nerua rectè exiſtimat, etiam hoc venire.

4 ¶ Sed & partum venire, Sabinus, & Atilicinus reſponderunt.

5 ¶ Sed & acceſſionem, & deceſſionem hoc iudicium accipere, ijdem exiſtimauerunt.

6 ¶ Si quis in communem locum mortuum intulerit : an religioſum fecerit, videndum ‖ eſt. ‖ Sanè ius quidem inferendi in ſepulchrum vnicuique in ſolidum competit g : locum autem purum alter non poteſt facere religioſum. Trebatius autem, & Labeo quamquam putant non eſſe locum religioſum factum tamen putant in factum agendum h.

7 ¶ Si damni infecti in ſolidum prædibus i caueris Labeo ait, communi diuidundo iudicium tibi non eſſe : cùm neceſſe tibi non fuerit in ſolidum cauere k, ſed ſufficere pro parte tua : quæ ſententia vera eſt.

8 ¶ Si fundus communis nobis ſit, ſed pignori datus à me: venit quidem in communi diuidundo : ſed ius pignoris creditori manebit l, etiam ſi adiudicatus fuerit. nam & ſi pars ſocio tradita fuiſſe, integrum maneret. Arbitrum autem communi diuidundo hoc minoris m partem æſtimare debere, quòd ex pacto vendere eam rem creditor poteſt, Iulianus ait.

9 ¶ Idem ‖ Iulianus ‖ ſcribit, ſi is, cum quo ſeruum communem habebam, partem ſuam mihi pignori n dederit, & communi diuidundo agere cœperit, pigneraticia exceptione eum ſummoueri debere : ſed, ſi exceptione vſus non fuero, officium iudicis erit, vt cùm debitori totum hominem adiudicauerit, partis æſtimatione eum condemnet, manere enim integrum ius pignoris. Quòd ſi adiudicauerit iudex mihi : tanti dumtaxat me condemnet, quanto pluris pignus ſit, quàm pecunia tradita : & debitorem à me iubebat liberari.

10 ¶ Officio iudicis etiam talis adiudicatio fieri poteſt, vt alteri fundum, alteri vſumfructum adiudicet o.

11 ¶ Cetera eadem p ſunt quæ in familiæ erciſcundæ iudicio trauimus q.

12 ¶ Vrſeius ait, cùm in communi ædificio, vicinus nunciauit, *ne quid operis fieret*, ſi vnus ex ſocijs ex hac cauſa damnatus fuiſſet r, poſſe eam pœnam à ſocio pro parte ſeruare. Iulianus autem rectè notat, ita demum hoc verum eſſe, ſi interfuit ædium hoc fieri.

De agro vectigali. 1. De adiudicatione & ſeruitute imponenda. 2. De eo cui competit Publiciana. 3. De eo cui non datur vindicatio. 4. De prædone, de precaria vel clandeſtina poſſeſſione. 5. Si is qui prouocat, dicatur vi aut precario, aut clam poſſidere. 6. De pignore. 7. De vſufructu. 8. De his qui miſſi ſunt in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa. de duobus ventribus. 9. Damni infecti. 10. De vſufructu. 11. De colonis & depoſitarijs. 12. De pignore. 13. De parte prædij communis pignerata aut vendita, & de ceteris iudicijs.

7. *Idem* lib. 10. ad Edictum.

COmmuni diuidundo iudicium locum habet & in vectigali agro. ¶ Vectigalis ſ ager an regionibus diuidi poſſit, videndum. Magis autem debet iudex

a Pij ſunt fratres qui hereditatem paternam inter ſe diuidunt, vel nullo petito aut adſumpto arbitro, vel etiam adſumpto, antequam tamen arbiter ipſe diuidat. Pij ſunt, & cùm præueniunt arbitri ſumpti ſententiam.
b atqui ab ea ſententia appellari poſſe videtur l. 9. l. 10. §. qui ſatiſdare.
c l. 34. in fin. §. de minoribus.
d l. 3. Cod. 39. §. 3. Inſtit. de oblig. ex quaſi contr. Synop. Baſil. 12. tit. 2. περὶ κοινῶν πραγμάτων, &c.
e præter iudicium familiæ erciſcundæ, ſcil. quo diuiduntur res vniuerſæ l. 4. §. eo. & præter actionem pro ſocio, &c.
f Perſonales præſtationes hic dicuntur, quæ in l. 22. §. 4. §. familiæ. præſtationes & perſonales actiones.
g i. nominum rationem habet, & adiudicationem nõ admittit, l. 42. §. pro ſocio.
h l. 19. C. communia vtriuſ. iud. & è contra, ſi res communis ſit inter aliquos, ſine ſocietate tamen hoc iudiciũ oritur, §. 2. Inſt. de oblig. ex quaſi contr.
i §. 3. Inſt. de oblig. quæ ex conſenſu.
k animo ſocietatis contrahendæ.
l l. 31. §. pro ſocio.
m d. §. 3.
n Duplicia iudicia in quibus vterque actor eſt, & vterque reus.
o cùm dominio, tùm poſſeſſione.
p vide l. 13. l. 29. §. de iudic. quod ſi ambo prouocant, ſorte res decerni ſolet.
q l. 3. l. 4. C. eod.
r vt ſumptus, impenſæ, & impendia, l. 4. §. 3. l. 14. §. 1. §. eod. l. 4. in fi. C. eod.
ſ vt fructus : idque maximè ſi dolo & culpa, d. l. in fin.
t putà vt æqualiter lucrentur, arg. l. 6. §. 2. inf. eod. Pacta autem nuda in hoc iudicio valebunt ad exceptionem, l. 43. §. de pact.
u Directum : nam vtili iudicio res incorporales veniunt, l. 19. in fin. inf. eod. vide l. 13. §. eod.
x Quorum commune ſolum eſt, eorum & res ſolo cohærentes ſunt communes.
y l. 14. §. 1. §. eod. §. 28. Inſt. de act.
z id non eſt in iudicio familiæ erciſcundæ : quod ſemel competit l. 20. §. 4. §. tit. prox.
a l. 22. §. 4. §. tit. prox.
b vide l. 14. §. 1. §. eod.
c adde §. 4. §. eo. facit l. 49. in fin. §. familia.
d quia ſtricto iure, qui ex primo decreto mittuntur in poſſeſſionem, vmbram potius communionis quàm communionem habent: Ex æquo & bono aliud eſt, eóque pertinet, l. 15. §. 20. §. de damno.
e Dominium transfertur ex ſecundo decreto, vide l. 5. §. de damno.
f ex ſecundo Decreto ſententia dominium transferri, l. 5. §. de damno.

a l. 14. §. 1. verſ. diuerſorum, l. 29. infr. eod.
b Vtile communi diuidundo iudicium datur, quoties cõmunis eſſe res deſiit, pertinétque ad præſtationes. Datur itaque hoc iudicium principaliter ad petendam diuiſionem, ſed tamen illud incidunt præſtationes : Ita ex contrario actio pro ſocio principaliter ad præſtationes perſonales refertur, interim tamen diuiſionis effectum adfert.
c Fructus in hoc iudicium veniunt ſiue immediatè percipiantur à ſocio, ſiue locentur colono nomine communi. Bart.
d vide l. 5. Cod. de ædificijs priuatis.
e Si fructus rei communis locantur nomine proprio, damnum ad locantem ſpectat, lucrum verò eſt commune. Bart.
f Communi diuidundo iudicium exerceri non poteſt, niſi demum geſſerit ſocius aliquid, ſine quo partem ſuam rectè adminiſtrare non potuit : ſi potuit, tunc negotiorum geſtorum aget : l. 40. in fin. §. de negot.
g quoniam ſepulchro ad hoc vtimur, l. 2. §. 2. l. 6. §. de religioſis.
h alibi pro ſocio, l. 39. infr. pro ſocio. alibi familiæ & communi diuidundo, l. 2. §. 1. §. de religioſis.
i pro ædibus, Haloand.
k Imò in ſolidum caueri oportuit, vide l. 23. infr. de damno.
l vide l. 7. in fin. infr. quibus modis pignus.
m res eo ipſo minoris æſtimatur, quod ab extraneo, putà à creditore, vendi poteſt, vt hic, per contrarium res maioris eò æſtimabuntur, quòd nulli extraneo ius ſit earum diſtrahendarum.
n Creditor habens pignus debitoris non poteſt à debitore ad iudicium communi diuidundo prouocari : diſtinctionem tamen quæ hic proponitur obſerua.
o l. 16. §. 1. ſup. tit. prox. l. 6. §. 1. §. de vſufructu.
p excipe l. 4. §. 2. §. eod.
q l. 19. in fin. infr. eod.
r vt quia citra voluntatem ſocij, aliàs vbi facta denuntiatio omnibus facta intelligitur, l. 5. §. ſi plurium. §. de noui operis.
ſ de quo ſupra titul. ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius.

abſtinere

abſtinere huiuſmodi diuiſione : alioquin *a* præſtatio vectigalis confundetur *b*.

¶ Neratius ſcribit, arbitrum, ſi regionibus fundum non vectigalem diuiſum duobus adiudicauerit, poſſe, quaſi in duobus fundis, ſeruitutem imponere *c*.

2 ¶ Qui in rem Publicianam habent, etiam communi diuidundo iudicium poſſunt exercere.

3 ¶ Ex quibuſdam autem cauſis vindicatio ceſſat? ſi tamen iuſta cauſa eſt poſſidendi, vtile communi diuidundo competit, vtputa ſi ex cauſa indebiti ſoluti res poſſideatur *d*.

4 ¶ Inter prædones autem hoc iudicium locum non habet *e* : nec, ſi precario poſſideant, locum habebit : nec, ſi clam ; quia iniuſta eſt poſſeſſio iſta *f* : precaria verò iuſta quidem, ſed quæ non pergat ad iudicij vigorem *g*.

5 ¶ Iulianus ſcribit, ſi alter poſſeſſor prouocet, alter dicat eum vi poſſidere, non debere hoc iudicium dari, nec poſt annum quidem : quia placuit etiam *h* poſt annum in eum, qui vi deiecit, interdictum reddi. &, ſi precario (inquit) dicat eum poſſidere, adhuc ceſſabit hoc iudicium : quia & de precario interdictum datur *i*. Sed & ſi clam dicatur poſſidere, qui prouocat : dicendum eſſe ait, ceſſare hoc iudicium : nam de clandeſtina poſſeſſione competere interdictum inquit.

6 ¶ Si duo ſint, qui rem pignori acceperunt, æquiſſimum eſſe, vtile communi diuidundo iudicium dari *k*.

7 ¶ Sed & ſi de vſufructu ſit inter duos controuerſia, dari debet *l*.

8 ¶ Item ſi duo à prætore miſſi ſint in poſſeſſionem legatorum : eſt enim iuſta cauſa poſſidendi, cuſtodiæ gratia *m*. Ergo & ſi duo ventres *n*, idem erit dicendum : quod habet rationem.

9 ¶ Planè ſi iam damni infecti miſſus iuſſus ſit poſſidere, non erit huic vtili iudicio locus, cùm vindicationem habere poſſit.

10 ¶ Cùm de vſufructu *o* communi diuidundo iudicium agitur, iudex officium ſuum ita diriget, vt vel regionibus *p* eis vti frui permittat, vel locet vſumfructum vni ‖ ex illis ‖ vel tertiæ perſonæ, vt hi penſiones ſine vlla controuerſia percipiant *q* : vel ſi res mobiles ſint, etiam ſic poterit, vt inter eos conueniat, caueantque per tempora *r* ſe vſuros & fruituros : hoc eſt, vt apud ſingulos mutua vice certo tempore ſit vſusfructus *ſ*.

11 ¶ Neque colonis *t*, neque eis, qui depoſitum ſuſceperunt, hoc iudicium competit, quamuis naturaliter poſſideant *u*.

12 ¶ Inter eos, qui pignori acceperunt, talis *x* diuiſio fieri debet, vt non vero pretio æſtimetur pars ſed in tantum duntaxat, quantum pro ea parte debetur, & adſignetur quidem pignus vni ex creditoribus : licentia tamen non denegetur debitori, debitum offerre, & pignus ſuum luere.

¶ Idémque dicitur, & ‖ ſi ‖ poſſeſſor pignoris, litis æſtimationem pigneratitiam *y* in rem agenti offerat *z*.

13 ¶ Si debitor communis prædij partem pignori dedit, & à domino alterius partis prouocatus creditor eius, aut ab alio creditore alterius debitoris, licendo ſuperauit, & debitor eius cui res fuit adiudicata velit partem ſuam prædij reciperare ſoluto eo, quod ipſe debuit, eleganter dicitur, non eſſe audiendum, niſi & eam partem paratus ſit reciperare, quam creditor per adiudicationem emit. Nam & *a* ſi partem vendideris rei ;, & prius quam traderet emptori, communi diuidundo iudicio prouocatus fueris, aliaque pars tibi adiudicata ſit, conſequenter dicitur, ex empto agi non poſſe : niſi totam rem ſuſcipere fuerit paratus : quia hæc pars beneficio alterius venditori acceſſit : quinimo etiam ex vendito poſſe conueniri emptorem vt recipiat totum : ſolum illud ſpectandum erit, num fortè fraus aliqua venditoris interuenit.

¶ Sed & ſi, diſtracta parte, ceſſerit victus licitatione venditor, æquè, pretium vt reſtituat, ex empto tenebitur.

¶ Hæc eadem & in mandato, ceteríſque huius generis iudiciis ſeruantur.

Si non omnes diuidere deſiderant. 1. De parte incerta. 2. De re communi deteriorata. 3. De cauſa noxali. 4. De peculio.

8. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

ET ſi non omnes *b*, qui rem communem habent, ſed certi ex his diuidere deſiderant, hoc iudicium inter eos accipi poteſt.

1 ¶ Si incertum ſit, an lex Falcidia locum habeat, inter legatarium, & heredem, communi diuidundo agi poteſt : aut incertæ *c* partis vindicatio datur.

a v. l. 5. ſ. *familia.*
b id eſt, agi poteſt non ſolùm vt diuidatur res priuata, Verumetiam publica, veluti vectigalis ager : ſolum hoc intereſt, quod fundus non vectigalis regionibus poſſit diuidi : vectigalis, non item : ne cõfundatur cẽſus præſtatio propter varietatem partium, quæ plerumque eſt incommoda *l. 3. ſupr. tit. prox. l. 3. j. de alim.*
c *l. 22. §. 3. ſuprà familia.*
d bona fide, tunc enim res vſucapi poteſt, *v. l. 3. j. pro ſuo.*
e Res in hoc iudicio cõmunes eſſe oportet ex honeſta cauſa. facit *l. 3. in fin. ſ. eod.*
f Clam poſſeſſio iniuſta eſt, arg. *l. 3. j. vti poßidetis.*
g nam qui precario poſſidet, nõ eſt dominus *l. 13. §. 1. ſ. de Publicana*, agere tamen poteſt interdicto vti poſſidetis, quia ex iuſta cauſa poſſidet *d. l. 3.*
h *l. 1. l. 3. §. 12. j. de vi & vi.*
i non datur prouocanti hæc actio, niſi cauſa poſſeſſionis prius cognita.
k duo creditores communi diuidundo iudicio agere poſſunt. *vt hic. v. §. 12. j. eod* & familiæ erciſcundæ, *l. 19. ſ. familiæ.*
l inter duos fructuarios hoc iudicium redditur, *l. 15 § 3. ſ. de vſufr. l. 4. in fi. j. de aqua quotidiana.*
m Poſſident enim prætore authore. Talis poſſeſſio, iuſta eſt, *l. 11. j. de adquir. poſſeſſ.*
n ſi vni & eidem Titio duæ ſint grauidæ vxores, ambæ mittuntur in poſſeſſionem.
o *v. l. 13. j. eod.*
p *l. 5. C. eod.*
q poteſt enim penſio annua inter eos commodè diuidi, vel etiam diuiſim ſolui.
r *l. 4. l. 5. j. de aqua quotidiana.*
ſ per hanc autem diuiſionem vſuſfructui nihil adimitur, ſed commoditas eius vnicuique diſtribuitur, quoad eius fieri poteſt.
t de colono adde *l. 1. §. 3. j. pro empt.*
u Coloni, inquilini, & depoſitarij naturaliter poſſident, i. rem detinent & habent, *vt hic & l. 3. 4. j. ad exhib.* alias non ſibi ſc. ſed alteri poſſident : & licèt ſint in prædio non poſſident tamen. *l. 9. in fin. ſupr. de rei vind. l. 52. j. de adq. poſſ. l. 6. §. 2. j. de precario.* adde *l. 38. §. 10. j. de vſuris, l. 2. C. de præſc. 30.* & coguntur dominum nominare, *l. 2. C. vbi in rem.*
x de qua *l. 30. inf. de furtis.*
y *al.* pigneratitia. z hoc iudicio pignus vni creditorum aſſignari poteſt, vt ab eo debitor pignus luat, vtque eo ſoluto, correo credendi pars crediti ſua reſtituatur. a *v. l. 13. §. 17. j. de act. empt.* b arbitrum communi diuidundo vel vnus petere poteſt, *v. l. 43. ſ. tit. prox.* c *l. 76. §. 1. ſ. de rei vend.*

¶ Similiter ſit, & ſi peculium legatum ſit : quia, in quantum res peculiares deminuit, id quod domino debetur, incertum eſt.

2 ¶ Venit in communi diuidundo iudicium, etiam ſi quis rem communem deteriorem fecerit *a* : fortè ſeruum vulnerando, aut animum eius corrumpendo, aut arbores ex fundo excidendo.

3 ¶ Si communis ſerui gratia, noxæ nomine plus præſtiterit *b*, æſtimabitur ſeruus, & eius partem conſequetur.

4 ¶ Item ſi vnus in ſolidum de peculio conuentus *c*, & damnatus ſit, eſt cum ſocio communi diuidundo actio, vt partem peculij conſequatur.

9. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum.

SEd poſtquam Socius, ſerui communis nomine de peculio in ſolidum damnatus eſſet, ſi apud ſocium res peculiares intercidant *d*, nihilominus vtile erit iudicium communi diuidundo ad reciperandam partem pecuniæ. alioquin iniquum fore, ſi tota ea res ad damnum eius qui iudicium acceperit, pertineat, cùm* vtriuſque *e* domini periculum in rebus peculiaribus eſſe debeat. Nam & eum, qui mandato domini defenſionem ſerui ſuſcepit, omne, quod bona fide præſtiterit, ſeruaturum : quamuis peculium poſtea interciderit *f*. Hæc ita, ſi neutrius culpa interuenerit. Etenim dominum, cum quo de peculio agitur, ſi paratus ſit rebus peculiaribus petitori cedere *g*, ex cauſa audiendum putauit : ſcilicet ſi ſine dolo malo & fruſtratione id faciat.

De eo quod defunctus in re communi admiſit. 1. De vſu. 2. De æſtimatione, de euictione.

10. *Paulus* lib. 23. ad Edictum.

ITem *h*, quamuis legis Aquiliæ actio in heredem *i* non competat, tamen hoc iudicio heres ſocij præſtet *k*, ſi quid defunctus in re communi admiſit, quo nomine legis Aquiliæ actio naſcitur.

1 ¶ Si vſus tantùm noſter ſit, qui neque venire *l*, neque locari poteſt, quemadmodum diuiſio poteſt fieri in communi diuidundo iudicio : videamus ſed prætor interueniet, & rem emendabit. vt, ſi iudex alteri vſum adiudicauerit, non videatur alter, qui mercedem accepit, non vti : quaſi plus faciat qui videtur frui. quia hoc propter neceſſitatem fit.

2 ¶ In communi diuidundo iudicio, iuſto *m* pretio rem æſtimare debebit iudex. & de euictione *n* quoque cauendum erit.

De præſtationibus perſonalibus, re communi extincta.

11. *Gaius* lib. 7. ad Edictum Prouinciale.

IN ſumma admonendi ſumus, quòd, ſi poſt interitum rei communis, is cui aliquid ex communione præſtari oportet, eo nomine agere velit, communi diuidundo iudicium vtile datur *o* : veluti ſi actor impenſas aliquas in rem communem fecit : ſiue ſocius eius ſolus aliquid ex ea re lucratus eſt, velut operas ſerui mercedéſve, hoc iudicio eorum omnium ratio habetur.

De ædibus aut pariete.

22. *Vlpianus* lib. 71. ad Edictum.

SI ædes communes ſint, aut paries communis, & eum reficere, vel demolire *p*, vel in eum immittere quid opus ſit, communi diuidundo iudicio erit agendum *q*, aut interdicto *r* vti poſſidetis experimur.

De rebus exceptis vel non.

13. *Idem* lib. 75. ad Edictum.

IN * iudicium communi diuidundo omnes res *ſ* veniunt : niſi ſi quid fuerit ex communi conſenſu exceptum nominatim ne veniat.

De eo qui ſcit aut ignorat ſe habere ſocium, 1. De pacto.

14. *Paulus* libro 3. ad Plautium.

IN hoc iudicium ‖ hoc ‖ venit, quod communi nomine actum eſt aut agi debuit ab eo, qui ſcit ſe ſocium habere.

1 ¶ Impendia *t* autem, quæ, dum proprium meum fundum exiſtimo, feci, quæ ſcilicet, ſi vindicaretur fundi pars, per exceptionem doli retinere poſſem, an etiam, ſi communi diuidundo iudicio mecum agetur, æquitate ipſius iudicij retinere poſſim, conſiderandum eſt. quod quidem magis puto : quia bonæ fidei iudicium eſt communi diuidundo *u*, ſed hoc ita, ſi mecum agatur. Ceterùm, ſi alienauero partem meam, non erit vnde retinere poſſim : ſed is qui à me emerit, an retinere poſſit, videndum eſt. nam ‖ & ‖ ſi vindicaretur ab eo pars, impendiorum nomine, quæ ego feciſſem, ita vt ego, poterat retentionem facere ? & verius eſt, vt & in hac ſpecie expenſæ retineantur *x*. Quæ cùm ita ſint, rectiſſimè dicitur, etiam impendiorum nomine vtile iudicium dari debere mihi in ſocium, etiam manente rei communione. ¶ Diuerſum eſt enim, cùm quaſi in rem meam impendo, quæ ſit aliena, aut communis : hoc enim caſu, vbi quaſi *y* in rem meam impendo, tantùm retentionem *z* habeo *a* : quia neminem mihi obligare volui : at cùm puto rem Titij eſſe, quæ ſit Mæuij, aut eſſe mihi communem cum alio, quàm eſt, id ago, vt alium mihi obligẽ & ſi

a agi poteſt hoc iudicio vt ſarciat damnum, qui rem communem fecit deteriorem.
b actori ſcilicet, quam pro ſua parte, ſuperfluum illud ſocius à ſocio repetet, *v. l. 15. j. eod.* ſi vnus ſociorum cõdemnatus plus parte ſua ſoluit, id iudicio communi diuidundo à ſocio poteſt repetere : *l. 28. in fi. j. de pecul.*
c poteſt enim in ſolidum conueniri. *l. 4. ſ. ſi ex noxali.*
d *l. 25. j. eod.* vide *l. 31. ſ. famil.*
e Peculij communis periculum commune.
f arg. *l. 37. l. 50. j. mandati.*
g Poteſt autem cedere ante iudicium noxale acceptum, *l. 8. ſ. de noxalibus.*
h *Synopſis. Baſilicon eo. d. 10. §. 13.*
i *l. 23. §. 8. ſ. ad l. Aquil.*
k *al.* præſtat.
l vide *l. 8. ſ. de vſu.*
m De iuſto pretio dixi ad *l. 50. j. de furtis.*
n In hac actione iudex ex officio ſuo, iuſto pretio rem æſtimari, & alterum alteri de euictione cauere iubet.
o Poſt interitum rei communis, agitur vtiliter ad expenſas : vel ad id, quod ſocius ex ea, antequam periret, lucratus eſt.
p *al.* demoliri, & ſic in re communi inuito ſocio ea agere licet, quæ pertinent ad eum vſum, ad quem res communis deſtinata eſt, *vt hic*, ſecus ſi ad abuſum, *vt l. 28. j. eod.*
q ex neceſſaria cauſa, vt quia non erat idoneus, *l. 15. j. de damno.* eamque ob cauſam ſocius expenſas reperet. *l. 4. C. de ædific. priuatis.* quas minuit veteris parietis pretium, *l. 38. in fi. & 59. j. de damno.*
r *l. 3. §. 9 inf. vti poſſidetis* : adde *Synop. Baſil. 58. tit. 17. c. 3. 1. Harm. 4. §. 81.*
ſ corporales, *l. 8. ſ. eod.* idque directo : ſeruitus vero perſonalis. *l. 7. §. 10 ſ. eod.* & realis. *l. 19. §. 4. j. eo.* iudicio vtili : nã incorporalia per ſe diuidi non poſſunt.
t *l. 3. l. 4. §. 2. ſ. eo. l. 4. in fin. C. eo. l. 12. in fin. C. de reb. cred.*
u vide *l. 4. §. 2. ſ. eo.*
x Singularis ſucceſſor retentionem habet propter expenſas factas à ſuo authore. *Zaſ.* & à ſe ipſo, *l. 45. §. 1. j. de act. empt.* y *v. l. 29. j. eod.*
z Imo, quot es proprium negotium gerimus, retentione non vtimur, *l. 58. §. 2. in fin. infra ad Trebell.* a ſi morum ius ſpectamus ſcil. alias ex æquo datur, com-

petitque actio. *Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1 gloſ. 5. num.* 110.
a Quid? valetne pactum vt non fiat diuiſio ad 30. 40. *vel* 100. annos? Albericus valere putat: quem vide hac lege.
b vel ſocietas diſſoluatur. *l. 70. ſ. pro ſocio.*
c ſecus ſi quis paciſcatur, ne ſocius partẽ ſuam petat. *v. §. vlt. ſ. eod.*
d fortaſsis commodius legitur, *ſin autem, vt ne intra certum tempus*: vel dic de illo pacto hic agi vt intra certum tempus diuiſio fiat.
e *l. 14. ſ. pro ſocio.*
f *v. l. 16. in fin. inf. pro ſocio.*
g his verbis inducitur remiſsio totius iuris quod ſocius habet in parte ſua.
h Nam poſt condemnationem & ſolutionem eo nomine factam poteſt *l. 8. §. 3. 4. ſ. eod.*
i *al.* tradatur.
k *al.* reddat.
l *l. 27 l. 28. ſ. pro ſoc.*
m cui teſtator vendendi poteſtatem fecerat. poteſt autem quilibet cũ totare etiam partem ſuam emere, *v. l. 13. in fi. ſ. de in diem.*
n *l. 22. §. 3. ſ. fam.*
o id eſt, ſententia naturæ petitionis & libelli aptanda eſt: alias non hoc innuitur, iudicem iuxta petitionem iudicare cogi. Si igitur libellus & ſententia diſcrepent, ſentẽtia nulla fuerit. *l. vlt. C. de fideicommiſſ. libert.* diſcrepant autem ſi iudex actori plus tribuit quã petiit. *§. 34. Inſtit. de act.* v. Olden. *in tract. de de ſent. cap.* 7. An id locũ habet in criminalibus? non habet: vide Mynſingerum *4. obſ.* 81. on plus enim vel minus poteſt iudex condemnare in illis cauſis. Alii præterea ſunt caſus in quibus fallit ſuperior regula de qua v. Socin *regul.* 357.
p *v. l. 83. ſ. pro ſoc.*
q *l. 5. ſ. de rei vin. §. 27. 28. Inſt. de rer. diuiſ.* *

cur negotiorum geſtorum actio datur aduerſus eum cuius negotia curaui, cùm putarem alterius ea eſſe: ita & in propoſito: igitur & ſi ab alienauero prædium quia in ea cauſa fuit, vt mihi actio dari deberet, danda mihi erit (vt Iulianus quoque ſcribit) negotiorum geſtorum actio.

2 ¶ Si conueniat, *ne omnino a diuiſio fiat* b. huiuſmodi pactum nullas vires habere, manifeſtiſſimum eſt c. Sin d autem *intra e certum tempus*, quod etiam ipſius rei qualitati prodeſt, valet.

3 ¶ Si inter ſocios conueniſſet, *ne intra certum tempus ſocietas diuideretur*, quin vendere f liceat ei, qui tali conuentione tenetur, non eſt dubium, quare emptor quoque communi diuidundo agendo, eadem exceptione ſummouebitur, qua auctor eius ſummoueretur.

4 ¶ Si paciſcatur ſocius, *ne partem ſuam petat*, effectu tollitur ſocietas g.

De ſolutione ob ſeruum communem.

15. *Idem* lib. 5. ad Plautium.

SI ſocius ſerui communis nomine conuentus, & condemnatus ſit: aget communi diuidundo, & antequam h præſtet. nam, & ſi noxali iudicio cum vno actum ſit. ſtatim aget cum ſocio, *vt ei pars traderetur* i: cautionibus interpoſitis. *vt ſi non dederit, reddet.*

De eo quod ſub conditione debetur.

16. *Idem* libro ſexto ad Plautium.

CVm ſocij diuidunt ſocietatem, de eo, quod ſub conditione deberetur l, cautiones interuenire ſolent.

Si coheres fundum comparauerit à creditore.

17. *Modeſtinus* lib. 9. Regularum.

QVi coheredes habet ſi fundum pignori datum à teſtatore ſuo, comparauerit à creditore m, non debet à coheredibus iudicio communi diuidundo conueniri.

De ſeruitute imponenda, & de poteſtate iudicis.

18. *Iauolenus* lib. 2. Epiſtolarum.

VT fundus hereditarius fundo non hereditario ſeruiat, arbiter diſponere non poteſt n: quia vltra id, quod in iudicium deductum eſt, excedere poteſtas iudicis non poteſt o.

De his quæ ſunt in confinio. 1. De veſtibulo. 2. De via, & impenſis in eam factis. 3. De ſeruo qui in fuga eſt. 4. De aquæductu.

19. *Paulus* libro 6. ad Sabinum.

ARbor quæ in confinio nata eſt p, item lapis, qui per vtrunque fundum extenditur, quamdiu cohæret fundo è regione cuiuſque finium, vtriuſque ſunt: nec in communi diuidundo iudicium veniunt: ſed cùm aut lapis exemptus, aut arbor eruta, vel ſuccisa eſt, communis pro indiuiſo fiet: & veniet in communi diuidundo iudicium, nam quod erat finitis partibus, rurſus confunditur. Quare duabus maſsis duorum dominorum conflatis, tota maſſa communis eſt q, etiam ſi aliquid ex prima ſpecie ſeparatum maneat. ita arbor, & lapis ſeparatus à fundo, confundit ius dominij.

1 ¶ De r veſtibulo ſ communi binarum ædium arbiter communi diuidundo inuito vtrolibet dari non debet: quia * qui de veſtibulo t liceri cogitur, neceſſe habeat interdum totarum ædium pretium facere, ſi aliàs aditum non habet u.

2 ¶ Si per eundem locum via nobis debeatur, & in eam impenſa facta ſit, duriùs ait Pomponius communi diuidundo, vel pro ſocio agi poſſe: quæ enim communio iuris x ſeparatim intelligi poteſt? ſed negotiorum geſtorum agendum y.

3 ¶ Iudex communi diuidundo, item familiæ erciſcundæ de ſeruo, qui in fuga eſt z, iubere debet, liceri eos inter quos iudex eſt: & tunc eum adiudicare ei, penes quem licitatio remanſit. nec erit periculum, ne ex ſenatuſconſulto pœna legis Fauiæ committatur.

4 ¶ Aquarum iter a in iudicium communi diuidundo non venire, Labeo ait. nam aut ipſius fundi eſt, & ideo in iudicium non venit: aut, ſeparatum à fundo, diuiſum tamen aut menſura, aut temporibus b. Sed poſſunt iura interdum & ſeparata à fundo eſſe, ‖ & ‖ nec menſura c, nec temporibus diuiſa: veluti cùm is, cuius fuerunt, plures heredes reliquit, quod cùm accidit, conſentaneum eſt, & ea in arbitrio familiæ erciſcundæ venire, nec videre, inquit Pomponius, quare d minùs in communi diuidundo, quàm familiæ erciſcundæ iudicium veniat. Igitur in huiuſmodi ſpeciebus ‖ etiam ‖ in communi diuidundo iudicio venit, vt præfata iura aut menſura, aut temporibus diuidantur e.

De damno quod culpa ſocij contigit.

20. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

SI is, cum quo fundum communem habes, ad delectum a non reſpondit, & ob id motu b iudicis villa diruta eſt, aut arbuſta ſucciſa ſunt, præſtabitur tibi c detrimentum d iudicio communi diuidundo: quidquid enim culpa ſocij amiſſum eſt, eo iudicio continetur.

De officio iudicis.

21. *Vlpianus* libro 30. ad Sabinum.

IVdicem in prædiis diuidundis, quod omnibus vtiliſſimum e eſt, vel quod malint litigatores ſequi conuenit.

Si quis ſuo, & vicini nomine ædificet.

22. *Pomponius* lib. 33. ad Sabinum.

SI f meo, & vicini nomine parietem ædificem, vel repetiturus ab eo pro parte impenſam, vel donationis gratia g, communis fiet paries.

Si conuenerit inter ſocios vt fructus alternis annis perciperent.

23. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

SI conuenerit inter te & ſocium tuum, vt alternis annis fructum perciperetis, & non patiatur te ſocius tui anni fructum percipere, videndum, vtrùm ex conducto ſit actio, an verò communi diuidundo.

¶ Eadem quæſtio eſt, & ſi ſocius, qui conuenerat, vt alternis annis frueretur, pecus immiſit h, & effecit vt futuri anni fructus, quos ſocium percipere oportuit, corrumperentur. & puto magis communi diuidundo iudicium, quàm ex conducto, locum habere: quæ enim locatio eſt, cùm merces non interceſſerit i: aut certè actionem incerti ciuilem reddendam.

De acquiſitu à ſeruo communi. 1. De alienatione iudicij mutandi cauſa.

24. *Iulianus* lib. 8. Digeſtorum.

COmmunis ſeruus ſi ex re alterius dominorum acquiſierit, nihilominus k commune id erit: ſed is, ex cuius re acquiſitum fuerit, communi diuidundo iudicio eam ſummam percipere l poteſt: quia fidei bonæ conuenit, vt vnuſquiſque præcipuum m habeat, quod ex re eius ſeruus acquiſierit.

1 ¶ Cùm agere tecum communi diuidundo vellem, partem tuam Titio tradidiſti, mutandi n iudicij cauſa teneris mihi prætoria actione, quod feciſſes, ne tecum communi diuidundo ageretur.

De ſolutione ſerui communis nomine.

25. *Idem* lib. 12. Digeſtorum.

SI Stichus communis meus & tuus ſeruus habuerit Pamphilum vicarium aureorum decem, & mecum actum de peculio fuerit, condemnatúſque decem præſtitero, quamuis o poſtea Pamphilus deceſſerit, nihilominus actione communi diuidundo, vel pro ſocio, quinque [millia] præſtare debebis, quia te hoc ære alieno liberaui. longè magis conſequar, ſi Stichus poſt mortem Pamphili alium vicarium acquiſierat.

Si ſeruus apud alterum ex dominis crus fregerit.

26. *Alfenus Varus* lib. 2. Digeſtorum.

COmmunis ſeruus, cum apud alterum eſſet, crus fregit p in opere: quærebatur, alter dominus quid cum eo, penes quem fuiſſet, ageret? Reſpondi, ſiquidem culpa illius magis, quàm caſu, res communis damni cepiſſet, per arbitrum communi diuidundo poſſe reciperare.

De quæſtione de communi ſeruo.

27. *Paulus* libro 3. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

DE communi ſeruo vnus ex ſociis quæſtionem habere q niſi cõmunis negotij cauſa, iure non poteſt.

De eo quod vnus ex dominis facere vult, aut fecit in re communi.

28. *Papinianus* lib. 7. Quæſtionum.

SAbinus r, in re communi neminem dominorum iure facere quicquam ſ, inuito altero, poſſe. Vnde manifeſtum eſt, prohibendi t ius eſſe: * in re enim pari potiorem cauſam eſſe prohibentis conſtat u. Sed etſi in communi prohiberi ſocius a ſocio, ne quid faciat, poteſt: vt tamen factum opus tollat, cogi non poteſt x, ſi, cùm prohibere poterat, hoc prætermiſit: & ideo per communi diuidundo actionem damnum ſarciri poterit. Sin autem facienti conſenſit, nec pro damno habet actionem y. Quod ſi quid abſente ſocio, ad læſionem eius fecit, tunc etiam tollere cogitur.

a edictum delectum, *l. 4 §. 1. inf. de re militari. Duar. 1. diſp. 4. al.* dilectum.
b i. indignatione, *vt l. 12. Cod. de offi. rect. prou. l. 14. C. de teſtibus.* qua impulſus iudex, non reſpondentis ad delectum domum euertit, vt alias accidiſſe legimus apud Halicarnaſ. lib. 8. τὸν ςρατιωτικὸν ἐποίει κατάλογον, ἢ τοὺς μὴ ὑπακούοντας τοῖς νόμοις εἰς χρήματα ἐζημίου ὅσοις μὲν χώρα ὑπῆρχον ἐκκόπτοντες ταῦτα, ἢ τὰς αὐλὰς καθαιροῦντες. *v. Cuiac.* 13. *obſ.* 29. Poſſunt itaque propter contumaciam, villæ domus: vineæ, arces deſtrui, *2. Feu.* 53. §. 2. adde quæ ſcripſi ad *l. 41. §. 5. 6. 7. ſ. de leg. 1.* & ad *l. 24. ſ. de pœnis.*
c Si culpa ſocij mei, res communis iudicis motu diruitur, actio in ſocium mihi competit: non contra diruentem, ſi modò res diuiſionem non recipiebat. *Zaſ. hic num. vlt.*
d i. detrimẽti æſtimatio.
e *v. l. 65. §. 5. inf. pro ſocio.*
f ſi meo & vicini nomine parietem ædificem, communis ſit, ſiue repetiturus impenſæ partem, ſiue gratuito feci. *Synop. Baſil. c. 22.*
g arg. *l. 2. in fi. C. de rei vind.*
h *v. l. 35. §. 1. inf. locati.* adde quæ notaui ad *l. 48. ſ. de vſufruct.*
i Locatio non eſt, vbi nulla merces conſtituta eſt, *l. 51. inf. de donat. inter virum: Inſtit. de locat. in princ.*
k *l. 45. inf. de acquir. rer.*
l *al.* præcipere.
m *v. l. 39. inf. de ſtipul. ſeru.*
n Prohibitio alienationis mutandi iudicij cauſa facta locum etiam habet in iudiciis diuiſoriis, hoc eſt, in iis alienationib. quæ fiunt in iudiciis diuiſoriis, *v. l. 1. ſupr. de alienat. iudicij.*
o *v. l. 9. ſ. eod.*
p adde *l. pen. ſ. de act. emp.* q ex cauſis variis, *v. l. 1. infra de Syllanian.* r *v. Zaſ. 1. intell. 1. numero* 12.

ſ Commune veſtibulum binarum ædium, vtrolibet dominorum inuito non diuiditur, ſi aliàs aditus nullus ſit. *Syn. Baſil. eod. c.* 19. Commune
Harmen. diuerſo paulo ſenſu hunc locum profert 3. *tit.* 10. §. 31. Commune veſtibulum binarum ædium, vel inuito altero ex dominis diuiditur, vbi alias non pateat aditus: quæ lectio mihi videtur apertior.
ſ Veſtibulum πυλεων *Syn. H... illo loco*: προθυρον. *Non. Leon.* 59. 105.
t Liceri eſt in mercando pugnare atque contendere. *Feſtus in licitari. v. l. 29. ſup. famil.* u i. aditus qui eſt communis pluribus ad diuerſas domos, diuidi non poteſt: nec in licitationem venit. *Zaſ.* x i. rei incorporalis y Quantum quis vicino præſtat, tantum ab eo conſequitur *l. 39. ſ. de damno.* z *v. l. 6. C. ad l. Fab. de plagiar.* a *v. l. 13. ſupra eo.* b Circa ſeruitutes hoc obſeruandum eſt medium, vt ſecundum menſuram prædiorum, aut pro ratione temporis earum vſus diuidatur, *l. 5. §. fi. ſ. de ſeruit. l. 5. inf. de aqua quotid.* c vide *l. 5. ſ. de aqua quotidiana.* d vide *l. 6. §. pen. ſ. eod.* e dic v. ſ. eod. §.

i alienum, ſcil. ab vſu rei communis: *v. l. 12. ſ. eo.* ideóque mortuum in commune ſepulchrum inuito ſocio, quis inferre poteſt *l. 6. §. 3. ſupra de rer. diuiſ.*
t Obſeruandæ ſunt hac lege ſocij quatuor actiones: prohibitio, *vt hic*, patientia, *ibi, abſente ſocio.* Priore caſu factum opus deſtruitur: Secundo, agitur ad intereſſe: Tertio, nullo modo agitur: Quarto, opus deſtruitur, vt priore caſu. *ibi, hoc prætermiſit.* conſenſus, *ibi, conſenſit*, ignorantia,
u Prohibentis conditio in re communi potior eſt, *vt hic & l. 11. ſ. de ſeruitut. ruſticorum prædiorum: c. 56. de reg. in ſexto*: adde quæ ſcripſi ad *leges XII. Tabularum*, vbi de iuſtis imperiis agitur, niſi prohibentis non interſit, niſi res eo fine à ſociis comparata fuit, vt opus fieret: niſi ædificium reficiatur: niſi de ſepeliendo mortuo agatur: niſi inter donatorem & donatarium res agatur. *vide hic Accurſ. & Alber.*
x Imò poteſt, præſertim ſi agentis interſit: *l. 26. in fin. ſ. de ſeruitut. vrban.*
y Qui opus facienti conſenſit, de damno poſtea conqueri non poteſt.

D 6 ... 2

De eo qui ſcit aut ignorat ſe habere ſocium. 1. De iudice poſcendo. De ſocio muto.

29. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

SI quis *a*, cùm exiſtimauerit fundum communem ſibi cum Mæuio eſſe, quem cum Titio communem habebat, impendiſſet, rectè dicitur etiam communi diuidundo iudicium ei ſufficere: hoc enim eſt, ſi ſciam rem communem eſſe, ignorem autem, cuius ſocij: neque enim negotia ſocij gero, ſed propriam rem tueor, & magis ex re, in quam impenditur, quàm ex perſona ſocij, actio naſcitur. Denique ea actione pupillum teneri dicimus *b*, vt impendia reſtituat officio iudicis.

¶ Diuerſa cauſa eſt eius, qui putat ſe in rem propriam impendere, cùm ſit communis: huic enim nec communi diuidundo iudicium competit, nec vtile dandum eſt. ille enim, qui ſcit rem eſſe communem, vel aliena negotia eo animo gerit, vt aliquem ſibi obliget, & in perſona labitur.

1 ¶ Pomponius ſcripſit, poſci *c* iudicem poſſe à quolibet ſociorum: ſed etiam ſi vnus ex ſociis mutus erit, rectè cum eo communi diuidundo agi.

Si neuter vel alter ſociorum poßideat.

30. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

COmmuni diuidundo iudicio rectè agi, ſiue neuter poſſideat, ſiue alter ſociorum fundum non poſſideat *d*.

De mancipiis, quæ miniſterij cauſa pupillis reſeruata ſunt.

31. *Paulus* lib. 15. Reſponſorum.

BIna mancipia, quæ ex hereditate paterna iuſſu prætoris, pupillis, miniſterij cauſa reſeruata eſſent, diuiſa non videri: ſed omnium communia *e* permanſiſſe.

---

a *v. l. 6. l. 14. §. 1. verſ. diuerſum, ff. eo. leg. 5. l. 45. §. vlt. ff. de negotiis.*

b nam pupillus, vbi ex re actio venit, obligatur, *leg. 46. ff. de obligat. & act.*

c *l. fin. C. eo.*

d Quantum ad accipiendum hoc iudicium nihil intereſt poſſideat quis, necne, *v. l. 25. §. 3. ff. familiæ.*

e Sociorum adhuc communia ſunt, quæ diuiſa non reperiuntur.

f *3. C. 42. §. 3. Inſt. de officio iudicis. Synopſis Baſil. 15. tit. 4.* περὶ παραστάσεως ἤτοι ἐπιδείξεως πραγμάτων καὶ ἀποκαταστάσεως αὐτῶν καὶ ἀγωγῆς. id eſt, De exhibitione rerum, earúmque reſtitutione ac perſecutione. Huc etiam facit *lib. 43. ff. titulus de tabulis exhibendis: & 29. de libero homine exhibendo: & 30. de liberis exhibendis.*

g *l. 3. §. 7. ff. eo.*

h *v. l. 3. §. 1. ff. de liberis exhibendis: l. 1. ff. de priuatis delictis.*

i *l. 3. §. 3. ff. eod. l. 1. C. eod.* quarum eſt præparatoria, arg. *l. 6. l. 63. ff. de procurat.* atque ita, hic titulus differt à titulo *de edendo*, quo non dominium inſtrumenti; ſed ex eo tantum probationes petuntur: propter alios etiã contractus datur, puta depoſiti, locati, commodati, *l. 4. ff. eo.* propter res mobiles etiam datur, non propter immobiles quæ ſe ipſas ſua natura oſtendunt & exhibent.

k *Syn. Baſil. c. 2. l. 3. §. 8. 9. ff. de tabulis exhibendis, l. 22. l. 246. ff. de verb. ſign.*

l dic vt *in l. 1. §. 6. ff. de fugitiuis.*

m ſi ea non ignoret, *§. 7. ff. eo.*

n ex hac lege & ſuperiore collige formulam libelli huius actionis. adde *leg. 6. ff. de rei vind.*

o ſufficiet vt eius interſit. *§. 9. ff. eod.*

p *Syn. Baſ. 22. tit. 6 & lib. 15 tit. 4. c. 3.*

q *l. 10. ff. de dolo.*

AD EXHIBENDVM f.

TIT. IV.

Vtilitas huius actionis & vſus.

1. *Vlpianus* lib. 21. ad Edictum.

HÆc actio per quam neceſſaria *g* eſt, & vis eius in vſu quotidiano eſt, & maximè *h* propter vindicationes *i* inducta eſt.

Quid ſit exhibere.

2. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

EXhibere * *k* eſt facere in publico *l* poteſtatem, vt ei qui agat, experiundi ſit copia.

1. *De forma libelli.* 2. *De iureiurando in litem.* 3. *Qualis ſit hæc actio de vindicatione.* 4. *De vſufructu.* 5. *De interdictis.* 6. *De optione legata.* 7. *De noxali actione.* 8. *De tabulis exhibendis.* 9. *De eo cuius intereſt exhiberi.* 10. *quamuis vindicationem non habeat.* 11. *De cauſa exhibitioſtis.* 12. *Si plures agant.* 13. *De exceptionibus.* 14. *De actione in factum.* 15. *De Ciuili vel naturali poſſeßione. De pignore.*

3. *Vlpianus* lib. 24. ad Edictum.

IN hac actione actor omnia noſſe debet, & dicere *m* argumenta rei, de qua agitur *n*.

1 ¶ Qui ad exhibendum agit non vtique *dominum* ſe dicit, nec debet oſtendere: cùm multæ ſint cauſæ ad exhibendum agendi *o*.

2 ¶ Præterea in hac actione notandum eſt, quòd reus *p* contumax per in litem iuſiurandum *q* petitoris damnari poſſit ei, iudice *r* quantitatem taxante.

3 ¶ Eſt autem perſonalis hæc actio: & ei competit, qui *ſ* in rem acturus eſt qualicunque in rem *t* actione: etiam pignoratitia *u*, Seruiana, ſiue hypothecaria, quæ creditoribus competunt.

4 ¶ Sed & vſumfructum *x* petituro competere ad exhibendum Pomponius ait. 5. ¶ Sed & ſi quis interdicturus *y* rem exhiberi deſideret, audietur.

6 ¶ Item ſi optare velim ſeruum, vel quam aliam rem, cuius optio mihi relicta eſt *z*, ad exhibendum me agere poſſe conſtat, vt exhibitis poſſim vindicare.

7 ¶ Si quis noxali iudicio experiri velit, ad exhibendum ei eſt actio neceſſaria, Quid *a* enim, ſi dominus quidem paratus ſit defendere; actor verò deſignare non poſſit, niſi *b* ex præſentibus? quia aut ſeruum non recognoſcit, aut nomen non tenet? nonne æquum eſt ei familiam exhibere, vt noxium ſeruum agnoſcat? quod ex cauſa debet fieri, ad deſignandum eum, cuius nomine, *c*, noxali quis agit, recenſitione ſeruorum facta.

8 ¶ Si *d* quis extra heredem *e* tabulas teſtamenti vel codicillos, vel quid aliud ad teſtamentum pertinens exhiberi velit, dicendum eſt, per hanc actionem agendum non eſſe: cùm ſufficiunt "ſibi" interdicta *f* in hanc rem competentia: & ita Pomponius.

9 ¶ Sciendum eſt autem, non ſolùm eis, quos diximus, competere ad exhibendum actionem: verùm ei *g* quoque, cuius intereſt exhiberi: iudex igitur ſummatim debebit cognoſcere *h*, an eius interſit: non, an eius res ſit; & ſic iubere vel exhiberi, vel non; quia nihil intereſt.

10 ¶ Plus dicit Iulianus, etſi *i* vindicationem non habeam; interim *k* poſſe me agere ad exhibendum, quia mea intereſt *l* exhiberi. vt puta ſi mihi ſeruus legatus ſit, quem Titius optaſſet: agam enim ad exhibendum, "quia mea intereſt exhiberi", vt Titius optet, & ſic vindicem: quamuis exhibitum ego optare non poſſim.

11 ¶ Si mecum fuerit actum ad exhibendum, ergo ob hoc, quòd conuentus ſum ad exhibendum actione, agere ad exhibendum non poſſum: quamuis videatur intereſſe mea ob hoc, quod teneor ad reſtituendum. Sed hoc non ſufficit. Alioquin & qui dolo *m* fecit, quo minus poſſideret poterit ad exhibendum agere: cùm neque vindicaturus, neque interdicturus ſit *n*: & fur, vel raptor poterit *o*, quod nequaquam verum eſt. Eleganter igitur definit Neratius, iudicem ad exhibendum hactenus cognoſcere, an *p* iuſtam & probabilem cauſam habeat "actionis", propter quam exhiberi ſibi deſideret.

12 ¶ Pomponius ſcribit eiuſdem hominis nomine rectè plures ad exhibendum agere poſſe: fortè ſi homo primus ſit, ſecũdus in eo vſuſfructus ſit, tertius poſſeſſionem ſuam contendat, quartus pigneratum ſibi eum affirmet *r*. omnibus igitur ad exhibendum actio competit: quia omnium intereſt exhiberi hominem.

13 ¶ Ibidem ſubiungit, iudicem per arbitrium ſibi ex hac actione commiſſum etiã exceptiones, æſtimare, quas poſſeſſor obiicit: & ſi qua tã euidens ſit, vt facilè repellat agentem, debere poſſeſſorem abſolui. ſi obſcurior, vel quæ habeat altiorem quæſtionem *r* differendam in directum iudicium, re exhiberi iuſſa: de quibuſdam tamen exceptionibus omnimodo ipſum debere diſceptare, qui de ad exhibendum actione iudicat: veluti pacti conuenti, doli mali iuriſiurandi, rei "quæ" iudicata eſt.

14 ¶ Interdum æquitas *ſ* exhibitionis efficit, vt, quamuis ad exhibendum agi non poſſit, in factum tamen actio detur, vt Iulianus tractat. Seruus (inquit) vxoris meæ rationes meas conſcripſit: hæ rationes à te poſſidentur: deſidero *t* eas exhiberi: ait Iulianus, ſi quidem in mea charta ſcriptæ ſint locum eſſe huic actioni: quia & vindicare eas poſſum *u*: nam cùm charta mea ſit, & quod ſcriptum eſt, meum eſt *x*. ſed ſi charta mea non fuit, quia vindicare non poſſum, nec ad exhibendum experiri. In factum igitur mihi actionem competere.

15 ¶ Sciendum eſt, aduerſus poſſeſſorem hac actione agendum: non ſolùm eum *x*, qui ciuiliter *y*, ſed & eum, qui naturaliter incumbat poſſeſſioni.

¶ Denique *z* creditorem qui pignori rem accepit, ad exhibendum teneri placet *a*.

De re depoſita, commodata, locata.

4. *Pomponius* libro 6. ad Sabinum.

NAm & cum eo, apud quem depoſita, vel cui commodata, vel locata res ſit, agi poteſt.

ſ Eſt enim actio ad exhibendam arbitraria. §. 31. *in fin. Inſt. de action.*

ſ Ad exhibendum actio competit ei qui habet in rem actionem & pigneratitiam, *vt hic.* & qui vſumfructum, §. 4. interdictum aliquod, §. 5. optionem, §. 6. vel noxalem ad exhibendam familiam, §. 7. ita Synopſis Baſilicon in vnum coëgit has omnes ſententias. *c. 3.*

t *l. 1. ff. eodem.*

u Pignoratitia directa agit debitor, ſoluto pignore pignus repetens. Contraria creditor impenſas circa pignus factas: Seruiana verò, creditor tacitas hypothecas: quaſi Seruiana ſeu hypothecaria expreſſas perſequitur.

x ex hoc & 5. 6. 7. §. collige actionem ad exhibendum, competere vindicaturo interdicturo vtrubi, optaturo, & noxali iudicio acturo. *Cuiac. 9. obſeruationum. 2. in princ.*

y non precario, ſed vtrubi, *v. Cuiac. 5. obſeru. 23.*

z datur enim in rem actio legatario, igitur & ad exhibendum, v. quæ notaui ad *l. 6. ff. de optione: l. 80. §. 2. ff. de furtis.*

a Actio ad exhibendam familiam competit ei qui noxalem aduerſus ſeruum actionem habet. Nam fortè ſeruum qui deliquit, non nouit: aut nomen eius non tenet *Syn. Baſ. d. c. 1.*

b v. quæ notaui ad *Nou. 90. c. 1.*

c ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, nam vtrouis modo agatur, Cuiac. notat ad exhibendum agi poſſe, 20. *obſeru. 10.*

d Extra heredem, teſtamentum vel codicillos, vel quã aliam ſupremam voluntatem nemo exigit per actionem ad exhibendum, ſed per interdicta, *Syn. Baſ. d. c. 3.*

e competit enim heredi, *l. 1. 2. ff. quemadmod. teſt. aper.*

f *v. l. 30. §. 10. ff. de tabulis exhib.*

g adde *l. 1. §. 10. ff. de tabulis exhib.*

h Summaria cognitio locum habet in actione ad exhibendum, *vt hic.* vbi de alimẽtis de poſſeſſione, filio vel ventri danda & ſimilibus agitur, *v. hic Accurſ.*

i Ad exhibendum actio competit iis quorum intereſt, etſi res ipſorum non ſit, nec vendicationem habeant vtputà ſi mihi ſeruus legatus ſit, quem Titius ſit optaturus agam ad exhibendum, vt optet, *Syn. Baſ. d. c. 3.*

k qui vindicare, idem & ad exhibendum agere poteſt. At non è contra, *vt hic.*

l ad exhibendum agit, cui probabilis aliqua agendi cauſa competit; probabilis videtur, ſi eius interſit.

m *v. l. 131. ff. de reg. iur.*

n Qui poſſeſſionem petit, non vindicatione, ſed interdicto agit.

o Furti actio malæ fidei poſſeſſori non datur, quamuis interſit eius rem non ſubripi, *l. 12. §. 1. ff. de furtis.*

p Ad exhibendum non quiuis, cuius intereſt agit, ſed is cuius ex iuſta cauſa intereſt. *Syn. Baſ. d. c. 3.*

q i. ratione dominij, fructus, poſſeſſionis, pignoris: & in pluribus competit hæc actio ob eandem rem exhibendam. Hinc colligunt vnum à pluribus in carcere detineri poſſe.

r Exceptiones quæ requirunt altiorem quæſtionem, &, vt loquuntur, indaginem, in cauſis ſummariis non admittuntur: ſed in cauſam principalem reſeruantur, *Bart.*

ſ *l. 7. C. eod.*

t Inſtrumenta ſua ſibi exhiberi quiſque rectè poſtulat, *l. 4. l. 6. C. e. l. 3. §. 5. ff. de tabulis*

u *v. §. 10. ff. eo.*

y Ciuiliter poſſidet, qui animo: naturaliter, qui corpore poſſidet: hinc colligit Bartolus rem poſſe vindicari ab eo, qui ciuiliter tantùm poſſidet.

y ὅθεν, id eſt, proinde. Synopſis Baſilicon *eo. c. 4.* vt ſit ſenſus, Actionem ad exhibendum dari, etiam aduerſus eos qui naturaliter tantùm poſſident: proinde & aduerſus creditorem pignus tenentem, depoſitarium, commodatarium, conductorem. a *l. 16. ff. de vſucap.*

a Heres poſſeſſoris ; ſuo nomine hac actione tenetur, l. 12. in fin. ff. eo.
b Ab omnibus qui tenent & habent, exhibendi & reſtituẽdi facultas peti poteſt l. 9 in fin. ff. de rei vind.
c Vt non computatur fructus ſi alter poſſidet : ita nõ impeditur poſſeſſio ſi alter fruatur, v. l. pen. ff. de acquir. poſſeſſ.
d Ruta ſunt quæ eruta, vt arena, creta, & ſimilia: cæſa, vt arbores cæſæ, carbones, & ſimilia. In iis ea regula prodita eſt: Ruta, cæſa, ſi non ſpecialiter venierunt, ad exhibendum de his agi poteſt, l. 17. §. 6. ff. de act. empt.
e v. l. 9. §. 3. ff. de damno.
f vide quæ notaui ad l. 15. in fin. ff. eod.
g v. l. 8. ff. de incendio.
h l. 11. in fin. ff. eo. v. l. 21. §. 3. ff. de noxalibus.
i ὡς ἐπὶ τοῦ φυγάδος vt eſt in ſeruo fugitiuo. Syn. Baſ. eo. c. 5.
k adde leg. 12. §. pen. ff. eo.
l κἂν μὴ ἐστὶ φυγάς, etiam ſi non ſit fugitiuus. Syn. Baſil. d. c. 5.
m Gemma non vindicatur auro incluſa, niſi ſeparata exhibeatur. inde Baldus: quãdo, inquit, obſtaculum in medio eſt, debet prius agi ad remotionem obſtaculi. Hic interea notanda eſt actio qua petimus ſeparari rem noſtram alteri coniunctam, l. 23. §. 5. ff. de rei vind.
n v. l. 1. ff. de tigno.
o v. l. 1. §. 3. & l. 62. ff. de verb. ſign.
p Dixi ad leges 12. Tabularum.
q quæ & naſus, v. Feſtum in naſiternæ.
r v. l. 3. §. 1. ff. de tritic.
ſ al. intexueris.
t v. l. 23. §. 2. ff. de rei vind.
u Vniuerſitas ad exhibendum teneri poteſt.
x l. 2. ff. de acquir. poſſ.
y id eſt, exceptio qua non intereſt, actori etiam poſt litem conteſtatam opponi non poteſt, ſi iuri opponatur, ſecus ſi perſonæ, Zaſius.

De mercibus quas in horreo poſuit qui eas vehendas conduxit. 1. De eo qui eſt in poſſeſſione rerum, vel legatorum ſeruandorum cauſa. De vſufructuario. 2. De rutis, cæſis. 3. De ſtercore in alia area congeſto. 4. De rate in agrum alterius vi fluminis delata. 5. De iis quæ ruina in alterius aream, vel ædes deciderunt. 6. De eo qui poſſidet ſed reſtituendi facultatem non habet.

5. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

Celſus ſcribit. Si quis merces, quas euehendas conduxit, in horreo poſuit, cum conductore ad exhibendum agi poteſt. Idem ſi mortuo conductore heres exiſtat, cum herede agendum a. ſed, ſi nemo heres ſit, cum horreario agendum, nam ſi à nullo (inquit) poſſidentur, verum eſt, aut horrearium poſſidere, aut certè ille eſt, qui poſſit exhibere. Idem ait : Quomodo autem poſſidet, qui vehendas conduxit? an quia pignus tenet? quæ ſpecies oſtendit, etiam eos, qui facultatem exhibendi habent, ad exhibendum teneri b.

1 ¶ Iulianus autem ita ſcribit, ad exhibendum actione teneri eum, qui rerum, vel legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſione ſit. Sed & eum, qui vſusfructus nomine rem teneat: quamuis nec hic c vtique poſſideat.

¶ Inde Iulianus quærit quatenus hos oporteat exhibere, & ait priorem quidem ſic, vt actor poſſeſſionem habeat: is autem, cum quo agetur, rei ſeruandæ cauſa ſit in poſſeſſione : eum verò, qui vſumfructum habeat, ſic, vt actor rem poſſideat : is, cum quo agetur, vtatur fruatur.

2 ¶ Idem Iulianus ſcribit, emptorem, qui ruta cæſa d non reſtituit, ad exhibendum teneri, in quantum in litem iurauero. Sed ibi adiicit, ſi emptor poſſideat, aut dolo fecit, quominus poſſideat.

3 ¶ Item Celſus ſcribit, ſtercus, quod in aream meam congeſſiſti, per ad exhibendum actionem poſſe te conſequi, *vt tollas* e: ſic tamen, *vt totum tollas*: cæterum aliàs non poſſe.

4 ¶ Sed & ſi ratis f delata ſit vi fluminis in agrum alterius, poſſe eum conueniri ad exhibendum, Neratius ſcribit.

¶ Vnde quærit Neratius, vtrum de futuro dumtaxat damno, an & de præterito, domino agri cauendum ſit? Et ait etiam de præterito g caueri oportere.

5 ¶ Sed & ſi de ruina aliquid in tuam aream, vel in tuas ædes deciderit, teneberis ad exhibendum, licet non poſſideas.

6 ¶ Item, ſi quis facultatem reſtituendi non habeat h, licèt poſſideat, tamen ad exhibendum non tenebitur: vt i puta ſi in fuga ſeruus ſit, ad hoc planè ſolùm tenebitur, vt caueat ſe exhibiturum k, ſi in poteſtatem eius peruenerit. Sed & l ſi non ſit in fuga, permiſeris autem ei, vbi velit, morari, idem erit dicendum: aut peregrè à te miſſus ſit, vel in prædiis tuis agat, ad hoc ſolùm teneberis, vt caueas

De rebus incluſis, de tigno iuncto.

6. *Paulus* lib 14. ad Sabinum.

Gemma incluſa auro alieno, vel ſigillum candelabro, vindicari non poteſt, ſed m, *vt excludatur*, ad exhibendum agi poteſt.

¶ Aliter atque in tigno iuncto ædibus: de quo nec ad exhibendum agi poteſt, quia lex duodecim n Tabularum ſolui vetaret: ſed actione de tigno iuncto ex eadem lege in duplum agitur.

1. De veta vehiculo aptata. 2. & aliis rebus iunctis. 3. De municipibus & cæteris corporibus. 4. Quo tempore poſſeſſio. 7. vel intereſſe ſpectatur.

7. *Vlpianus* libro 24. ad Edictum.

Tigni o appellatione omnem materiam in lege p 12. Tabular. accipimus, vt quibuſdam rectè videtur.

1 ¶ Sed, ſi rotam meam vehiculo aptaueris, teneberis ad exhibendum. & ita Pomponius ſcribit: quamuis tunc ciuiliter non poſſideas.

2 ¶ Idem, & ſi armario, vel naui tabulam meam, vel anſam q ſcypho iunxeris, vel emblemata r phialæ, vel purpuram veſtimento intexeris ſ, aut brachium ſtatuæ t coadunaueris.

3 ¶ Item municipes u ad exhibendum conueniri poſſunt: quia facultas eſt reſtituendi. Nam & poſſidere x, & vſucapere eos poſſe conſtat. Idem "&" in collegiis, cæteriſque corporibus dicendum erit.

4 ¶ Si y quis non poſſideat litis conteſtatæ tempore, "ſed" poſtea ante ſententiam poſſidere cœperit, oportere dici putamus, debere condemnari, niſi reſtituat.

5 ¶ Si quis, cùm iudicij accepti tempore poſſideret, poſtea ſine dolo malo poſſidere deſierit, abſolui eum oportet, quamuis ſit (inquit Pomponius) quod ei imputetur, cur non ſtatim reſtituit : ſed paſſus eſt ſecum litem conteſtari.

6 ¶ Idem ſcribit, ſi quis litis conteſtatæ tempore poſſederit, deinde deſierit poſſidere, mox cœperit ſiue ex eadem cauſa, ſiue ex alia z, condemnari eum oportere, niſi reſtituat.

7 ¶ Ibidem non malè Pomponius iungit, eius, qui ad exhibendum egit, vtroque tempore intereſſe oportere, rem ei reſtitui: hoc eſt, & quo lis conteſtatur, & a quo fit condemnatio. & ita Labeoni placet.

De herede.

8. *Iulianus* lib. 9. Digeſtorum.

Si ad exhibendum actum eſt cum eo, qui neque poſſidebat, neque dolo malo fecerat, quo minus poſſideret: deinde b eo defuncto heres eius poſſidet rem, exhibere eam cogendus erit c. Nam ſi fundum, vel hominem petiero, & heres ex eadem cauſa poſſidere cœperit, reſtituere cogitur.

De eo qui dolo deſiit poſſidere. 1. De glande, vel materia quæ decidit in agrum alienum. 2. De eo qui fecit rem ad alium peruenire. 3. De rei mutatione. 4. Si vni decem ſub conditione, alteri eorumdem decem vſusfructus purè legetur. 5. Quid ſit exhibere. 7. De omni cauſa.

9. *Vlpianus* lib. 24. ad Edictum.

Iulianus ſcribit. Si quis hominem, quem poſſidebat, occiderit, ſiue ad alium tranſtulerit poſſeſſionem, ſiue ita rem corruperit, ne haberi poſſit, ad exhibendum tenebitur : quia dolo d fecit, quo minus poſſideret.

¶ Proinde & ſi vinum, vel oleum, vel quid aliud effuderit e, vel confregerit, ad exhibendum tenebitur.

1 ¶ Glans ex arbore tua in fundum meum incidit : eam ego immiſſo pecore depaſco : qua actione poſſum teneri? Pomponius ſcribit, competere actionem ad exhibendum, ſi dolo pecus immiſi, vt glandem comederet. Nam & ſi glans extaret, nec f patiens, me tollere, ad exhibendum teneberis, quemadmodum ſi materiam meam delatam in agrum ſuum quis auferre non pateretur. Et placet nobis Pomponij ſententia, ſiue glans extet, ſiue conſumpta ſit. Sed ſi extet, etiam interdicto de glande, legenda, vt mihi tertio g quoque die legendæ glandis facultas eſſet, vti potero, ſi damni infecti cauero.

2 ¶ Si quis rem fecit h ad alium peruenire, videtur dolo feciſſe, quò minus poſſideat : ſi modò hoc dolo ſè fecerit.

3 ¶ Sed ſi quis rem i deteriorem exhibuerit, æquè ad exhibendum eum teneri, Sabinus ait, ſed "hoc" ibi vtique verum eſt, ſi dolo malo in aliud corpus res ſit tranſlata : veluti ſi ex ſcypho maſſa facta ſit, quanquam enim maſſam exhibeat, ad exhibendum tenebitur. nam * mutata k forma propè interemit ſubſtantiam l rei m.

4 ¶ Marcellus ſcribit, ſi tibi decem nomiſmata ſint n ſub conditione legata, & mihi decem vſusfructus purè, deinde heres pendente conditione, non exacta cautione decem fructuario ſoluerit : ad exhibendum eum actione teneri o: quaſi dolo fecerit, quò minus poſſideret. Dolus autem in eo eſt, quòd cautionem exigere ſuperſedit à fructuario p : effectúmque, vt legatum tuum euaneſceret q, cùm iam nummos vindicare non poſſis. Ita demum autem locum habebit ad exhibendum actio, ſi conditio extiterit legati. Potuiſti tamen tibi proſpicere ſtipulatione r legatorum. [&] ſi proſpexiſti, non erit tibi neceſſaria ad exhibendum actio ſ. Si tamen ignarus legati tui, à fructuario ſatis non exegit, dicit Marcellus, ceſſare ad exhibendum ; ſcilicet quia nullus dolus eſt. Succurrendum t tamen legatario, in factum aduerſus fructuarium actione, ait.

5 ¶ Quantum [autem] ad hanc actionem attinet, *exhibere eſt* u, *in eadem cauſa præſtare in qua fuit, cùm iudicium acciperetur* : vt quis copiam rei habens poſſit experiri qui actione, quam deſtinauit, in nullo caſu x, quam intendit, læſa : quamuis non de reſtituendo, ſed de exhibendo agatur.

6 ¶ proinde ſi poſt litem conteſtatam vſucaptum exhibeat : non videtur exhibuiſſe y : cùm petitor intentionem ſuam perdiderit, & ideo abſolui eum non oportere, niſi paratus ſit, reperita † die, intentionem ſuſcipere : ita vt fructus ſecundùm legem æſtimentur.

7 ¶ Qui tamen cauſa petitori in hac actione reſtituitur, Sabinus putauit, partum quoque reſtituen-

p Heres, qui vnius eiuſdémque rei nomine, vni legatario ſub conditi[one] alteri purè tenetur, vni rem legatam ſoluere non debet niſi exacta cauti[one] l. 5. §. 1. ff. vſufr. quemadm. cau. argument. l. 9. in fin. de tribut. leg. 14. ff. ad legem [Fal]cidiam.
q Vſusfructus pecuniæ, proprietatem eius, forma ipſa, ſecum trahit: [...] fructuarius pecuniæ eius proprietatem adipiſcatur quoque. Neque tamen [...] ſequitur, proprietatis eſſe legatarium, cum cautio quæ ab eo interponitur [...] præſtatur : ipſi proprietario, proprietatis loco ſit apud ipſum propriet[...]
r v. l. 9. C. de leg.
ſ cum agere poſſis ex ſtipulatu, arg. l. 75. §. 7. ff. de verb. oblig.
t l. 63. ff. de leg. 2.
u l. 48. ff. de leg. 1.
x *Hal.* nulla cauſa. ſanè hic locus parum ſincerus mihi videtur.
y §. 3. Inſt. de offic. iudic. v. l. 2. ff. eo.
z id eſt, retrorſum petita.

a Actoris in hoc iudicio, intereſſe debet & litis conteſtatæ, & condemnationis tempore.
b hinc colligunt poſſeſſionem heredi ſuperuenientem parere condemnationem [...] inſtantia cœpta cum defuncto.
c Heres poſſeſſoris ſuo nomine tenetur, leg. 12. in fin. ff. eod.
d l. 1. Cod. eo.
e v. l. 25. §. 15. [...] 25. ff. ad l. Aquil.
f v. quæ notaui [ad] l. 15. in fin. ff. eo.
g l. 1. ff. §. de glan[de] adde quæ ſcrip[ſi] ad l. vlt. C. de [...] aduoc.
h v. l. 3. C. eo.
i putà à ſe volu[...] ratum hominem v. l. 13. in fin. [...] verbor. oblig. [...] eod.
k v. l. 76. ff. [...] diciis.
l Subſtantia [...] ſpecies eſt [...] poſita ex ma[teria] & forma : qu[...] terit abeunte [...] ma Significa[...] materia, vt i[...] §. 2. ff. de con[...] empt. more St[...] rum qui ma[...] dicebant du[...] ter appellari [...] teriam & ſu[...] tiam, vt La[...] ſcribit in Z[...] hæc, abeunte [...] ma, non i[...] ſimpliciter, ſe[...] cundum qu[...] quæ ſubeat [...] formam id[...] hic & in d. l. [...] adiicitur vo[...] pe.
m Si eſt ide[m] materiæ, diu[...] formæ, res d[...] eſſe dicitur [...] §. pen. ff. de p[...] titia. hinc le[...] non durat, q[...] ſua ſpecie permanet, [...] fin. de auro [...] trario, q[...] ſpecies ca[...] ſiſtit, res [...] eſſe exiſtima[...] 76. in fin. ff. [...] diciis.
n impropri[...] ptus, l. 28. §. [...] fruct.
o Cautio [...] eum cui in[...] ta eſt, pro [...] (cuius reſti[...] dæ nomine [...] interponitur [...] vice rei eſt.

dum

dum: ſiue prægnans fuerit mulier, ſiue poſtea conceperit: quam ſententiam & Pomponius probat.

8 ¶ Præterea vtilitates *a*, ſi quæ amiſſæ ſunt ob hoc, quod non exhibetur, vel tardius ‖ quid ‖ exhibetur æſtimandæ à iudice ſunt: & ideo Neratius ait, vtilitatem actoris venire in æſtimationem, non *b* quanti res ſit. quæ vtilitas, inquit, interdum minoris *c* erit, quàm res ‖ erit. ‖

De optione intra certum tempus data.

10. *Paulus* libro 26. ad Edictum.

SI optione intra certum tempus data, iudicium in id tempus extractum eſt, quo fruſtrà exhibetur, vtilitas petitoris conſeruetur. quod ſi per heredem non ſtetit, quo minus exhiberet tempore iudicij accipiendi, abſoluendus eſt heres.

De hereditate amiſſa ob ſeruum non exhibitum. 1. Quo loco & cuius ſumptibus exhiberi debet. 2. De pluribus rebus.

11. *Vlpianus* lib. 24. ad Edictum.

SEd & ſi hereditas amiſſa ſit ob *d* hoc, quòd ſeruus non exhibeatur, æquiſſimum eſt æſtimari officio iudicis damnum hereditatis *e*.

1 ¶ Quo autem loco exhiberi rem oporteat, vel cuius ſumptibus, videamus: & Labeo ait, ibi *f* exhibendum, vbi fuerit, cùm iis conteſtaretur *g*, periculo, & impendiis actoris perferendam, perducendámve eo loci, vbi actum ſit, Paſcere planè ſeruum, veſtire, curare, poſſeſſorem *h* oportere ait. ego autem arbitror ‖ interdum etiam hæc actorem agnoſcere oportere: ſi fortè ipſe ſeruus ex operis, vel artificio ſuo ſolebat ſe exhibere, nunc verò cogitur vacare. Proinde & ſi apud officium fuerit depoſitus exhibendus, cibaria debebit agnoſcere, qui exhiberi deſiderauit, ſi non ſolebat poſſeſſor ſeruum paſcere. nam ſi ſolebat, ſicuti paſcit, ita & cibaria poteſt non recuſare. Interdum *i* tamen eo loci exhiberi debet ſuis ſumptibus: ſi fortè proponas, data opera eum in locum abditum *k* res contuliſſe, vt actori incommodior eſſet exhibitio. nam in hunc caſum, ſuis ſumptibus, & periculo, debebit exhiberi in eum locum, vbi agatur: ne ei calliditas ſua proſit.

2 ¶ Si *l* de pluribus rebus quis conueniatur, & litis conteſtatæ tempore omnes poſſedit, licèt poſtea quaſdam deſierit, quamuis ſine dolo ‖ malo, ‖ poſſidere, damnandum, niſi exhibeat eas *m*, quas poteſt.

De eo quem quis in libertatem vindicare vult. 1. De filiofamilias. 2. Si ſæpius agatur. 3. De ſpecie facta ex alterius materia. 4. De homine mortuo poſt iudicium acceptum. 5. Cautio de re exhibenda. 6. De herede.

12. *Paulus* lib. 26. ad Edictum.

DE *n* eo exhibendo, quem quis in libertatem vindicare velit, huic actioni locus eſſe poteſt *o*.

1 ¶ Et filiusfamilias ea actione tenetur, ſi facultatem rei exhibendæ habet.

2 ¶ Sæpiùs ad exhibendum agenti, ſi ex eadem cauſa *p* agat, obſtaturam exceptionem, Iulianus ait, Nouam autem cauſam interuenire, ſi is, qui vindicandi gratia egiſſet, poſt *q* acceptum iudicium eam ab aliquo accepit: & ideo exceptionem ei non officere.

¶ Item, ſi ei, qui furti acturus, ad exhibendum egiſſet, iterum furtum factum ſit.

¶ Denique ſi quis optandi *r* gratia ad exhibendum egiſſet, & poſt litem conteſtatam, alterius teſtamento *ſ* optio data ſit, ad exhibendum agere poteſt.

3 ¶ Si quis ex vuis meis muſtum fecerit, vel ex oliuis oleum, vel ex lana veſtimenta, cùm ſciret hæc aliena eſſe, vtriuſque nomine ad exhibendum actione tenebitur: quia * quod ex re noſtra fit, noſtrum eſſe verius eſt *t*.

4 ¶ Si *u* poſt iudicium acceptum homo mortuus ſit, quamuis ſine dolo malo, & culpa poſſeſſoris, tamen interdum tanti damnandus eſt, quanti actoris interfuerit per eum non effectum, quo minus tunc, cùm iudicium acciperetur, homo exhiberetur: tanto magis, ſi apparebit, eo caſu mortuum eſſe, qui non incidiſſet, ſi tum exhibitus fuiſſet.

5 ¶ Si iuſta *x* ex cauſa ſtatim exhiberi res non poſſit, iuſſu iudicis cauere debebit, ſe illo die exhibiturum.

6 ¶ Heres, non quaſi heres, ſed ſuo nomine hac actione vti poteſt. Item heres poſſeſſoris ſuo *y* nomine tenetur *z*.

¶ Igitur non procedit quærere, an heredi, & in heredem danda ſit. Planè ex dolo defuncti danda

a l. 10. l. 11. j. eo.

b Quanti res, & vtilitas actoris hic ſeparantur, nam vtilitas interdum minoris eſt, quàm res eſt.

c interdum maioris, *l. 1. in fin. j. de act. empt. l. 11. j. de re iudicata.*

d id eſt ob hoc quod ſeruus meus heres inſtitutus, hereditatem ſibi relictam, meo iuſſu adire non potuit, hoc ipſo quod ab aduerſario nō fuit exhibitus.

e *l. 9. l. 10. ſ. eod. l. 23. ſ. ad l. Aquil. f v. l. 12. §. 1. j. depoſiti. l. 10. ſ. de rei vind.*

g Siue res ibi extet, ſiue non extet: ſed hoc caſu, actor ſumptus itineris, nauigationis, & alimenta debet, *vt hic*: quemadmodū & is qui depoſuit. *d. l. 12.* & qui commodatum accepit, *l. 5. §. 12. in fin. j. commodati.* qui teſtes aduocauit ad actionem vel accuſationem, *l. 11. C. de teſt.* ſumptus debet.

h ἐναγόμενον, id eſt, reum. *Synopſ. Baſil. eod. cap.* 11. vnde mox ſequitur actorem.

i Poſſeſſor, ſi dolo malo rei poſſeſſionem tranſtulit debet ſuis ſumptibus rem ibi exhibere vbi petitur, *vt hic, l. 12. ſ. de rei vind. l. 47. j. de leg. 1.*

k id eſt, tranſlatum.

l Si quis, etiam ſine dolo malo, poſt conteſtationē poſſidere deſinat, condemnatur ad reſtituendum ea, quæ apud ipſum extant. *Synopſis Baſil. d. c. 11. in fi.*

m *l. 5. in fin. ſuprà eod.*

n Qui vindicare quem in libertatem, ſuámve poteſtatem velit, actionem ad exhibendum habet. *Synop. Baſil. eod. c. 12.*

o ſi pecuniariter intereſt: aliàs, interdicto agitur, *l. 13. j. eod.*

p ſecus ſi ex noua, *l. 3. C. eo.*

q *l. 3. C. eod.*

r *l. 3. §. 10. in fin. ſ. eod.*

* ſ notarum vitio huius vocis loco, *teſtimonio*, apud aliquos legi notat Petrus Faber 1. ſemeſtr. 14. *ſol.* 125. ſed *teſtamentum* interdum pro teſtimonio ſumitur.

t *l. 49. in fin. ſuprà de rei vind. v. l. 25. inf. de verb. ſign.*

u ſi poſt litis conteſtationem. *Syn. Baſil. eo. c. 12.*

x *l. 5. §. fin. ſ. eo. §. 3. Inſt. de offic. iudic.*

y in ſolidum, quoniam realis poſſeſſio ſequitur poſſeſſorem.

z *l. 5. §. 6. ſuprà eod.*

eſt in heredem hæc actio, ſi locupletior hereditas eo nomine facta ſit: veluti quod pretium rei conſecutus ſit.

De libero homine exhibendo.

13. *Gaius* lib. ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

SI liber homo detineri ab aliquo dicatur, interdictum aduerſus eum, qui detinere dicitur, de exhibendo eo poteſt quis *a* habere. nam *b* ad exhibendum actio in eam rem inutilis videtur *c*: quia hæc actio ei creditur competere, cuius peculiariter *d* intereſt.

De nummis mala fide impenſis.

14. *Pomponius* lib. 14. ad Sabinum.

SI vir nummos ab vxore *e* ſibi donatos ſciens ſuos factos non eſſe *f*, pro re empta dederit, dolo malo fecit, quo minus poſſideat: & ideo ad exhibendum actione tenetur.

De theſauro qui eſt in fundo alterius.

15. *Idem* lib. 18. ad Sabinum.

THeſaurus *g* meus in tuo fundo eſt, nec eum pateris me effodere: cùm eum loco non moueris, furti quidem, aut ad exhibendum eo nomine agere rectè non poſſe me, Labeo ait: quia neque poſſideres eum, neque dolo feceris, quo minus poſſideres: vtpote cùm fieri poſſit, vt neſcias ‖ eum ‖ theſaurum in tuo fundo eſſe. Non eſſe autem iniquum, iuranti mihi *non calumniæ cauſa id poſtulare*, vel interdictum, vel iudicium ita dari, vt ſi per me non ſtetit, quo minus damni infecti tibi operis nomine caueatur, *ne vim facias mihi* h. *quo minus eum theſaurum effodiam, tollam, exportem.* Quòd ſi etiā furtiuus iſte theſaurus eſt, etiam furti agi poteſt.

Si quid ſeruus tenet aut, dolo fecit, quo minus habeat,

16. *Paulus* lib. 10. ad Sabinum.

CVm ſeruus tenet aliquid *i*, dominus ad exhibendum ſuo *k* nomine tenetur, ſi autem ſeruus, citra ſcientiam domini, dolo fecit, quo minus habeat; vel furti actio, vel de dolo malo noxalis, ſerui nomine danda eſt: ad exhibendum autem vtilis nulla *l* conſtituenda eſt *m*.

De re deteriorata.

17. *Vlpianus* lib. 9. de omnibus Tribunalibus.

SI quis hominem debilitatum exhibeat, vel eluſcatum, ad exhibendum quidem abſolui debet: (exhibuit enim, & nihil impendit directam actionem talis exhibitio) poterit tamen agere actor ex lege Aquilia de hoc damno.

De inſtrumentis.

18. *Idem* lib. 6. Opinionum.

SOlutione chirographo inani *n* facto, & pignoribus liberatis *o*, nihilominus creditor *p*, vt *q* inſtrumenta ad eum contractum pertinentia ab alio, quàm debitore *r*, exhibeantur, agere poteſt.

De eo quod intereſt.

19. *Paulus* lib. 4. Epitomarum Alfeni.

AD exhibendum poſſunt agere omnes, quorum intereſt. Sed quidam cònſuluit, an poſſit efficere hæc actio, vt rationes aduerſarij *ſ* ſibi exhiberentur, quas exhiberi magni eius intereſſet. reſpondit, * non oportere ius ciuile calumniari *t*, neque verba captari, ſed, qua mente quid diceretur, animaduertere conuenire. nam illa ratione etiam ſtudioſum alicuius doctrinæ poſſe dicere, ſua intereſſe, illos aut illos libros ſibi exhiberi: quia ſi eſſent exhibiti, cùm eos legiſſet, doctior & melior futurus eſſet *u*.

De ſeruo quæſtionis cauſa exhibendo.

20. *Vlpianus* lib. 2. Regularum.

QVæſtionis habendæ cauſa *x* ad exhibendum agitur ex delictis ſeruorum ad *y* vindicandos *z* conſcios ſuos.

a *l. 3. §. 9. j. de homine libero.*

b Differentia interdicti de exhibendo, & actionis ad exhibendum

c niſi peculiariter interſit *v. l. 12. ſuprà eod.*

d pecuniariter.

e vel è contra, *l. 3. §. 20. inf. de donat. inter virum.*

f nam quæ inter virum & vxorem donationis cauſa geruntur, ipſo iure nullius ſunt momenti. *l. 3. §. 9. 10. j. de donat. inter virum.*

g Impropriè hæc vox vſurpatur, vt in *l. 22. ſuprà familiæ*, propriè, vt in *l. 31. in fin. j. de adq. rerum.*

h Actio ad præſtandam patientiā competit, ſi, vt id quod factum non eſt, fiat, agatur: eáque petitur, vt poſſeſſor loci patiatur me rem tollere & auferre, puta theſaurum effodere, *vt hic*, ſtercus quod in aream eius cōgeſſi, *l. 5. §. 3. ſuprà eo.* glandem meam quæ in eius fundum decidit, *l. 9. §. 1. ſuprà eo. l. vn. j. de glande legend.* res meas, quæ vi fluminis in eius agrum importatæ ſunt, *l. 9. §. 1. j. de damno*: fructus in eius fundo ſatos: cretam, lapidem ex emptum eius voluntate tollere, *l. 34. ſuprà de dolo, l. 16. §. fin. j. de præſcriptis.* ire, agere per eius fundum, aut alia ſeruitute vti, *l. 15. in fi. ſuprà de ſeru.*

i voluntate domini.

k quia dominus tenere intelligitur.

l atqui exhibendi ſerui facultatem habet: hic non agitur de exhibitione ſerui, ſed de rei exhibitione.

m Cur. ſeruus voluntate domini nō tenuit, nec eius conſenſu tenere deſiit.

n Inane fit chirographum, ſolutione debiti facta creditori, *v. l. vlt C. eod.*

o & ſi debiti ſolutione chirographum inane redditur, & pignora liberantur, poteſt tamen creditor agere cum extraneo, vt chirographum exhibeatur: cum de eo reſtituendo debitori teneatur, *v. l. vlt. C. eo.* eoque iudici poſſit probare pecuniam non fuiſſe indebitam, *l. 27. j. de furtis.*

p debitor, *Cuiac. 9. obſ. 7.* & meritò ita legendum eſt. Debitor enim eo ſoluto quod debet, ad exhibendum actionem habet aduerſus creditorem: nempe vt exhibeat & chirographum, & inſtrumenta cætera quæ ad contractum & obligationem debitoris pertinent: ac non modo vt ea exhibeat, ſed vt exhibita reſtituat, *Syn. Baſil. eod. cap. 18.*

q *l. 27. j. de furtis.*

r Creditore *Cuiac. ibid.*

ſ vide *l. 11. C. de petit. hered.*

t id eſt, falsò & ſcienter impugnare.

u hic ergo id quod cuiuſque intereſt non attenditur, niſi honeſta & probabilis cauſa videatur. *l. 3. §. 11. in fin. ſuprà eod.*

x *l. 2. C. eod.*

y adde *l. 6. j. de cuſtod. reor. l. 6. C. de ſeru. l. 5. C. ad legem Iuliam maieſt. l. 12. §. de Mathematicis. l. 1. C. de falſa moneta: l. vlt. C. de accuſat. l. 10. C. de teſtibus.* ad de Oldendorp. *cap. 4. de teſtibus.* z *al.* iudicandos.

LIBER VNDECIMVS.

DE *a* INTERROGATIONIBVS IN IVRE *b*, faciendis, & interrogatoriis *c* actionibus *d*.

De herede interrogando. 1. De vſu interrogationis.

Calliſtratus lib. 2. Edicti monitorij.

TOTIENS heres ‖ in iure ‖ interrogandus eſt, *qua e ex parte here. ſit*, quotiens aduerſus eum actio inſtituitur, & dubitat *f* actor qua ex parte is, cum quo agere velit, heres ſit. Eſt autem interrogatio tunc neceſſaria, cùm in perſonam ſit actio *g*: & ita, ſi certum petetur: ne dum ignoret actor, qua ex parte aduerſarius defuncto heres extiterit, intereum plus *h* petendo aliquid damni ſentiat.

1 ¶ Interrogatoriis autem actionibus hodie *i* non vtimur: quia * nemo cogitur ante iudicium *k* de ſuo iure aliquid reſpondere: ideóque minus frequentantur, & in deſuetudinem abierunt, ſed tantummodo *m* ad probationes litigatoribus ſufficiunt ea, quæ ab aduerſa parte expreſſa *n* fuerint apud iudices, vel in hereditatibus, vel in aliis rebus quæ in cauſis vertuntur.

Ratio huius edicti.

2. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

EDictum de interrogationibus ideo prætor propoſuit, quia ſciebat difficile *o* eſſe ei, qui heredem, bonorúmve poſſeſſorem conuenit, probare aliquem eſſe heredem, bonorúmve poſſeſſorem *p*.

3. *Paulus* lib. 17. ad Edictum.

QVia plerumque difficilis probatio ‖ aditæ ‖ hereditatis eſt.

1. *Interpretatio verbi, In iure.*

4. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

VOluit prætor adſtringere eum, qui conuenitur, ex ſua in iudicio reſponſione, vt vel confitendo vel mentiendo ſeſe oneret: ſimul etiam portionis, pro qua quiſque heres extitit, ex interrogatione certioretur.

1 ¶ Quod ait prætor, *qui in iure interrogatus reſponderit*, ſic accipiendum eſt, apud magiſtratus populi Romani, vel præſides prouinciarum, vel alios iudices: *ius* enim eum ſolum locum eſſe, vbi iuris dicendi, vel iudicandi gratia conſiſtat: vel ſi domi, vel itinere hoc agat.

De tempore petendo ad interrogandum.

5. *Gaius* lib. 3. ad Edictum Prouinciale.

QVi interrogatur, *an ſ heres*, vel *quota ex parte ſit*, vel an in poteſtate habeat eum, cuius nomine noxali iudicio agitur, ad deliberandum tempus *t* impetrare debet, quia ſi perperam confeſſus fuerit, incommodo adficitur *u*.

1. *Quo caſu interrogatus non cogitur reſpondere.*

6. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

ET (quia hoc * defunctorum intereſt, vt *x* habent ſucceſſores intereſt & viuentium, ne præcipitentur,) quamdiu iuſtè deliberant.

1 ¶ Interdum interrogatus quis, *an heres ſit* non cogitur reſpondere: vtputa ſi controuerſiam hereditatis ab alio patiatur: (& ita Diuus Hadrianus conſtituit) ne aut, negando ‖ ſe ‖ heredem, præiudicet ſibi: aut dicendo heredem, illigetur *y*, etiam ablata ſibi hereditate.

Interrogatio de quadrupede.

7. *Idem* lib. 18. ad Edictum.

SI quis in iure interrogatus, *an quadrupes a, quæ pauperiem fecit, eius ſit*, reſponderit; tenetur.

Interrogatio de ſeruo.

8. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

SI quis interrogatus de ſeruo, qui damnum dedit, reſpondit *ſuum* b *eſſe ſeruum*; tenebitur lege Aquilia, quaſi dominus *c*: & ſi cum eo actum ſit, qui reſpondit, dominus ea actione liberatur *d*.

Reſponſio ſine interrogatione. 1. Si prætor vel aduerſarius interroget. 2. De ſeruo. 3. Si quis pro alio interrogetur. 4. De defenſore. 5. Interpretatio reſponſionis. 6. Quid reſpondendum. 7. De fideicommiſſario vniuerſali. 8. Si de peculio agatur.

9. *Vlpianus* libro 22. ad Edictum.

SI ſine interrogatione quis reſponderit *ſe heredem*, pro *e* interrogato habetur *f*.

1 ¶ Interrogatum non ſolùm à prætore accipere debemus, ſed & ab aduerſario.

2 ¶ Sed ſi ſeruus interrogetur, nulla erit interrogatio, non magis, quàm ſi ſeruus interroget.

3 ¶ Alius pro alio non debet reſpondere cogi, an heres ſit de ſe *g* enim debet quis in iudicio interrogari, hoc eſt, cùm ipſe conuenitur.

4 ¶ Celſus libro quinto digeſtorum ſcribit.

SI defenſor in iudicio interrogatus, *an is quem defendit heres, vel quota ex parte ſit*, falsò reſponderit; ipſe quidem defenſor aduerſario tenebitur *h*: ipſi autem quem defendit, nullum facit præiudicium: veram itaque eſſe Celſi ſententiam dubium non eſt.

¶ An ergo non videatur defendere, ſi non reſponderit, videndum? Quod vtique & conſequens erit dicere: quia non plene defendit.

5 ¶ Qui interrogatus *heredem ſe reſponderit*, nec adiecerit, ex qua parte, ex aſſe *i* reſpondiſſe, dicendum eſt *k*: niſi fortè ita interrogatur, *an ex dimidia parte heres ſit*, & reſponderit *heres ſum*: hic enim magis ‖ eum ‖ puto ad interrogatum reſpondiſſe.

6 ¶ Illud quæritur, an quis cogatur reſpondere, *vtrum ex teſtamento heres ſit, & vtrùm ſuo nomine ei quæſita ſit hereditas, an per eos, quos ſuo iuri ſubiectos habet, vel per eum, cui heres extitit*. Summatim igitur prætor cognoſcere debebit, cùm quæratur, an quis reſpondere debeat, quo iure heres ſit: vt, ſi valdè intereſſe compererit, plenius reſponderi iubeat *l*. Quæ obtinere debent non ſolùm in heredibus ſed etiam in honorariis *m* ſucceſſoribus.

7 ¶ Denique Iulianus ſcribit, eum quoque, cui eſt hereditas reſtituta, debere in iure interrogatum reſpondere, *an ei hereditas ſit reſtituta*.

8 ¶ Si de peculio agatur, non oportere reſponderi à patre, vel domino *n*, an in poteſtate habeat filium, vel ſeruum: quia hoc ſolùm quæritur, an peculium apud eum, cum quo agitur eſt.

Interrogatio de ædibus.

19. *Paulus* libro 6. ad Edictum.

NOn alienum eſt, eum *o*, à quo damni infecti ſtipulari velimus interrogare in iure, *an ædes eius, vel locus ſit ex quo damnum timeatur: & pro p qua parte*: vt, ſi neget *q* ſuum prædium eſſe, nec caueat damni infecti, aut *r* cedere, aut reſiſtendum putauerit, quaſi dolo verſatus, tradere compellatur.

Interrogatio de ætate. 1. De falſa reſponſione. 4. De ſilentio. 5. De inepta reſponſione. 6. De eo qui reſpondit heredem eſſe ex parte. 7. De negatione, ſilentio, & obſcura reſponſione. 8. Quibus caſibus ſuccurritur ei qui reſpondit. 9. Effectus interrogationis. 10. De errore. 11. De culpa. 12. De pœnitentia.

11. *Vlpianus* libro 22. ad Edictum.

DE ætate quoque interdum interrogatus reſpondere debebit *ſ*.

1 ¶ Si quis *t*, cum heres non eſſet, interrogatus reſponderit, *ex parte heredem eſſe*, ſic conuenietur *u*, atque ſi ex ea parte heres eſſet: fides enim ei contra ſe habebitur *x*.

2 ¶ Qui ex quadrante heres, vel omnino cùm heres non eſſet, reſponderit *ſe heredem ex aſſe*, in aſſem inſtituta actione conuenietur.

3 ¶ Si cùm eſſet quis ex ſemiſſe heres, *dixerit ſe ex quadrante*, mendacii hanc pœnam feret, quòd in ſolidum *y* conuenitur *z*: non enim debuit mentiri, dum ſe minoris portionis heredem adſeuerat.

a περὶ τῶν ἐν δικαστηρίῳ ἐρωτωμένων ἢ ἀποκρινομένων. 42. *Syn. Baſil.* 4.
b *v. l.* 4. §. 1. ĵ. *eo.* ἐν δικαστηρίῳ. *Synopſis Baſil. eo.* alias, ἐν βήματι.
c Interrogatoria actio, quæ aduerſus interrogatum ex reſponſio datur actio: vt confeſſoria quæ datur aduerſus ſponte confitentem.
d non quibus cogitur reſpondere aduerſarius, ſed quæ ex interrogati reſponſione dantur, perinde ac ſi obligatus eſſet, *l.* 11. §. 9. *l. vlt. inf. eod.* confeſſoriæ ob hãc cauſam vocantur, *l.* 25. §. 2. *ſupr. ad l. Aquil.* vide Duar. 1. *diſp.* 43.
e *l.* 10 ĵ. *eod.*
f propter periculum pluſpetitionis, *vt inf.* o. Viciſſim ſpatium reo dabatur, antequam interrogatus reſponderet. *Senec.* 9. *de beneficiis* 26. Permitte, me interloqui, ne interrogatione inſidioſa capiar.
g qua procurator etiam tenetur, *l.* 39. ſ. *de procurator.*
h De pluſpetitionibus & earum periculo, dixi ad rubricam *tit. C. de plus petitionibus*: *l.* 36. ĵ. *de ſolutionib.*
i frequenter ſc, vide Robertum 4. *ſent.* 18. Zaſius ſic interpretatur interrogationes hodie nõ more actionis, vt olim, ſed ſummatim proponuntur. Veriſimile eſt autẽ hanc particulam, *hodie*, non eſſe Calliſtrati, ſed Triboniani vetera iura, ad tempus ſuum adcommodantis.
k niſi interrogetur, an ſit heres & pro qua parte, *leg.* 5. & qualiter, *l.* 8. §. 6. an fundum, & pro qua parte, *l.* 20. §. *penult.* an ædes poſſideat, quarum nomine caueri ſibi poſtulet, & pro qua parte, *l.* 10 an ſua ſit quadrupes, *l.* 7. an peculium penes ſe habeat, *l.* 9. *in fin.* an eum in poteſtate habeat de quo noxaliter agitur, *l.* 5. cuius ætatis ſit, *l.* 11. niſi denique æquitas iudicem mouerit, vt interroget, *l. pen.* ĵ. *eo.*
l vide *l.* 11. *C. de petitione hered.*
m Ad ſolam probationem ſufficit aduerſæ partis interrogatio, tam in hæreditatibus quam in aliis rebus. *Syn. Baſil.* 42. *tit.* 4. *cap.* 2. *Harm.* 1. *tit.* 2. §. 31.
n & confeſſa, *l.* 6. §. 2. ĵ. *de confeſſis.*
o Probatio hereditatis aditæ & bonorum poſſeſſionis difficilis eſt, *vt hic.* ſic alibi dicitur eſſe difficilis probatio eius quod intereſt, *l. vlt.* ĵ. *de præt. ſtipulat.*
p cum extraneus heres nuda voluntate fiat, & contraria voluntate repellatur §. *vlt. in fin. Inſtit. de heredum qualitate.*
q adde legem vltimam *in fin. ſupr. de iuſtitia & iur.* r non ſi domi. *Hotoman.* 1. *obſ.* 40. reprehenſus à Cuiac. 14. *obſ.* 11. *in fin.* & à Robert. 1. *recept.* 13.
ſ *l.* 1. §. 12. *inf. de ſucceſſorio edicto.*
t *l.* 1. §. 12. *in fin. inf. de ſucceſſor.*
u vide *l.* 11. §. 3. *infra eodem.*
x *l.* 1. *in princ. inf. de ſucceſſorio* §. 2. *verſ. adhuc. Inſt. de bonorum poſſeſſ.*
Qui laqueum timet captionis, non cogitur reſpondere: Zaſ.

a *l.* 1. §. *antep.* ſ. *ſi quadrupes.*
b *l.* 2. §. 1. ſ. *de noxalibus* hoc eſt, bona fide à ſe poſſeſſum. Vt hinc conſtet noxali lege Aquilia facto ſerui, bonæ fidei poſſeſſorem conueniri. De quo vide plura quæ ſcripſi ad *l.* 27. §. 3. *ſupr. ad l. Aquil.*
c adde *l.* 6. §. 2. *verſiculo ſi alia inf. de confeſſis.*
d *l.* 20. *inf. eod.*
e Interrogatus quis nonnunquam fingitur.
f Qui vltro reſpondet non interrogatus, ſe obligat. idẽ eſt in tutore, *l.* 3. ĵ. *de author tut.*
g ideóque filius de patre interrogari non debet *l.* 19 ĵ. *eod.*
h vt in eum detur ex hoc titulo confeſſoria actio *l.* 25. §. 1. ſ. *ad l. Aq.*
i Qui ſimpliciter reſpondet, ſuper toto reſpondiſſe cenſetur, niſi prius de parte interrogatus, poſtea ſimpliciter reſpondeat Zaſ.
k licèt appellatio rei, non genus, ſed ſpeciem ſignificet, *l.* 6. ſ. *de rei vind.* licèt meum aliquid pro parte eſſe poſſit, *l.* 2. ĵ *de condit. inſt.*
l vbi maius vertitur intereſſe, ibi plenius & diſtinctius eſt reſpondendum. Zaſ.
m Honorarij ſucceſſores, prætorij: dixi ad *l.* 29. *inf. ſup. familia.*
n hinc colligit Zaſ. impertinenti interrogationi non eſſe reſpondendum: eum tamen qui reſponderit, obligari. addit et item hinc emergere practicam peritorum procuratorum qui, cum reſpondent, proteſtantur de ſaluo iure impertinentium poſitionum. hæc ille, *num.* 10. 11.
o *l.* 20. *in fi. inf.*
p *l.* 1. ſ. *eod.*
q Damni infecti non cauet qui interrogatus prædium ſuum eſſe negauit.
r *al.* aut ſi cedere
ſ adde *l.* 3. §. *ſ. de minorib.* ideoque ſua ex confeſſione tenebitur, niſi reſtituatur, *l.* 6. §. *pen.* ĵ. *de confeſſis.*
t *Syn. Baſil. eo. c.* 11
u *l.* 12. *inf. eod.*
x *v. l.* 7. *C. de pro.* *Nov.* 48. *c.* 1. §. 1.
y *l.* 1. §. 1. *de ventre inſpiciendo.*
z Menientis hæc eſt pœna, vt ſi primo pro parte tenebatur, poſteà in ſolidum teneatur, Bart.

¶ Inter

¶ Interdum tamen iuſta ratione poteſt opinari eſſe heredem ex minore parte. Quid enim, ſi neſcit ſibi partem accreuiſſe, vel ex incerta parte fuit inſtitutus? cur ei reſponſum noceat?

¶ ¶ Qui tacuit quoque apud prætorem, in ea cauſa eſt, vt inſtituta actione in ſolidum conueniatur, quaſi negauit ſe heredem eſſe. Nam qui omnino non reſpondit, contumax eſt *a*: contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, vt in ſolidum conueniatur, quemadmodum ſi negaſſet: quia prætorem contemnere videtur *b*.

5 ¶ Quod autem ait prætor, *Omnino non reſpondiſſe* poſteriores ſic exceperunt, vt* omnino non reſpondiſſe videatur, qui ad interrogatum non reſpondit, id eſt, πρὸς *c* ἔπος.

6 ¶ Si interrogatus quis, *an ex aſſe heres eſſet*, reponderit ex parte: ſi ex dimidia eſſet, nihil ei nocere reſponſum. Quæ ſententia humana eſt.

7 ¶ Nihil *d* intereſt, neget quis, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpondeat, vt incertum dimittat interrogatorem *e*.

8 ¶ Ex cauſa ſuccurri ei, qui interrogatus reſpondit, non dubitamus. Nam & ſi quis interrogatus, *an patri heres eſſet*, reſponderit: mox, prolato teſtamento, inuentus ſit exheredatus, æquiſſimum eſt, ſuccurri ei *f*. & ita Celſus ſcribit. hic quidem & alia ratione, quod *ea quæ poſtea emergunt, auxilio indigent* g: quid enim, ſi occultæ tabulæ, & remotæ, poſtea prolatæ ſunt? cur noceat ei, qui id reſponderit, quod in præſentiarum videbatur? idem dico & ſi qui heredem ſe reſponderit, mox falſum, vel inofficioſum, vel irritum teſtamentum fuerit pronuntiatum. Non enim improbè reſpondit, ſed ſcriptura ductus.

9 ¶ Qui interrogatus reſponderit, ſic *i* tenetur, quaſi ex contractu obligatus, pro quo pulſabitur *k*, dum ab aduerſario interrogatur. Sed & ſi à prætore fuerit interrogatus, nihil facit prætoriis auctoritas: ſed ipſius reſponſum, ſiue mendacium *l*.

10 ¶ Qui iuſto errore ductus negauerit *ſe heredem*, venia dignus eſt *m*.

11 ¶ Sed & ſi quis ſine dolo malo, culpa tamen reſponderit, dicendum erit, abſolui eum debere niſi *n* culpa dolo proxima ſit.

12 Celſus ſcribit, licere *o* reſponſi pœnitere, ſi nulla captio ex eius pœnitentia ſit actoris *p*. quod veriſſimum mihi videtur. Maximè ſi quis poſtea plenius inſtructus quid faciat, inſtrumentis, vel epiſtolis amicorum iuris ſui edoctus.

De filio qui ſe abſtinuit hereditate paterna. 1. De exceptionib.

12. *Paulus* lib. 17. ad Edictum.

SI filius, qui abſtinuit ſe paterna hereditate, in iure interrogatus reſponderit *ſe heredem* eſſe, tenebitur. nam *q* ita reſpondendo pro herede geſſiſſe videtur.

¶ Sin autem filius qui ſe abſtinuit, interrogatus tacuerit, ſuccurrendum eſt ei: quia hunc, qui abſtinuit, prætor non habet heredis loco.

1 ¶ Exceptionibus *r*, quæ inſtitutis in iudicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is *ſ* vti poteſt, qui ex ſua reſponſione conuenitur: veluti pacti conuenti, rei iudicatæ, & cæteris.

De falſis confeßionibus.

13. *Idem* lib. 2. ad Plautium.

COnfeſſionibus *t* falſis reſpondentes, ita obligantur, ſi eius nomine de quo quis interrogatus ſit, cum aliquo ſit actio: quia quæ cum alio actio eſſet, ſi dominus eſſet, in noſmet confeſſione noſtra conferemus. Et ſi eum, qui in poteſtate patris eſſet, reſpondiſſem *filium meum eſſe*, ita me obligari, ſi ætas *u* eius pateretur, vt filius meus eſſe poſſit, quia falſæ *x* confeſſiones naturalibus conuenire deberent: propter quæ fiat vt patrisfamilias nomine reſpondendo, non obliget.

1 ¶ Eum qui patremfamilias, *ſuum eſſe* reſponderit *ſeruum*, non teneri noxali actione. Ac ne ſi bona fide liber *y* homo mihi ſeruiat, mecum noxali iudicio agi poteſt: & ſi actum fuerit, manebit integra actio cum ipſo, qui admiſit *z*.

14. *Iauolenus* lib. 9. ex Caſsio.

SI is, cuius nomine noxæ iudicium acceptum eſt, manente iudicio liber iudicatus eſt, reus abſolui debet: nec quidquam interrogatio in iure facta proderit. quia eius perſonæ, cuius nomine quis cum alio actionem habet, obligationem transferre non poteſt in eum, qui in iure ſuum eſſe confitetur: velut alienum ſeruum, *ſuum eſſe* confitendo. liberi autem hominis nomine, quia cum alio actio non eſt, ne per interrogationem quidem, aut confeſſionem transferri poterit. Quo caſu eueniet, vt non rectè hominis liberi nomine actum ſit cum eo, qui confeſſus eſt.

1 ¶ In totum autem confeſſiones ita ratæ ſunt, ſi id, quod in confeſſionem venit, & ius & naturam recipere poteſt *a*.

De ſeruo hereditario. 1. De morte ſerui.

15. *Pomponius* lib. 18. ad Sabinum.

SI ante aditam hereditatem, ſeruum hereditarium *meum eſſe* reſpondeam, teneor: quia domini *b* loco habetur hereditas *c*.

1 ¶ Mortuo ſeruo, quem in iure interrogatus ſuum eſſe confeſſus ſit, non tenetur is, qui reſpondit. Quemadmodum, ſi proprius eius fuiſſet, poſt mortem eius non teneretur *d*.

De ſeruo capto ab hoſtibus. 1. Si ſeruus reſpondentis eſſe non potuit.

16. *Vlpianus* lib. 37. ad Edictum.

SI ſeruus ab hoſtibus captus ſit, de quo quis in iure interrogatus reſponderit *in ſua poteſtate eſſe*, quamuis iura poſtliminiorum poſſint efficere dubitare nos *e*: attamen non puto locum eſſe noxali actioni: quia non eſt in noſtra poteſtate *f*.

1 ¶ Quamquam autem placet, etiam eum teneri, qui *alienum ſuum ſeruum* faſſus eſſet: attamen rectiſſimè placuit, eum demum teneri, qui ſuum potuit *g* habere: cæterùm, ſi dominium quærere non potuit, non *h* teneri.

De pluribus dominis.

17. *Idem* lib. 38. ad Edictum.

SI ſeruus non ſit vnius, ſed plurium, & omnes mentiti ſunt, *eum in ſua poteſtate non eſſe*, vel quidam ex illis, aut dolo fecerunt, quo minus ſit in poteſtate, vnuſquiſque illorum tenebitur in ſolidum *i*. quemadmodum tenerentur, ſi haberent in poteſtate. Is verò qui nihil dolo fecerit, quo minus in poteſtate haberet, vel non negauit, non tenebitur.

An confeßio vnius liberet alium.

18. *Iulianus* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

QVi ex parte *k* dimidia heres erat, cùm abſentem coheredem ſuum defendere vellet, vt ſatiſdationis onus euitare poſſit, reſpondit *ſe ſolùm heredem eſſe* & condemnatus eſt. Quærebat actor, cùm ipſe ſoluendo non eſſet, an, reſciſſo ſuperiore iudicio in eum, qui reuera heres erat, actio dari deberet. Proculus reſpondit, reſciſſo iudicio poſſe agi *l*. Idque eſt verum.

Si filius pro patre agens non reſponderit.

19. *Papinianus* lib. 8. Quæſtionum.

SI filius, cùm pro patre ſuo ageret *m*, taceat interrogatus, omnia perinde obſeruanda erunt, ac ſi non eſſet interrogatus *n*.

An confeßio vnius liberet alium. 1. Interrogatio de fundo 2. vel de ædibus.

20. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

QVi ſeruum alienum reſponderit *ſuum eſſe*, ſi noxali iudicio conuentus ſit, dominum liberat *o*. atque aliter ſi quis confeſſus ſit *ſe occidiſſe ſeruum*, quem alius occidit: vel ſi quis reſponderit *ſe heredem*. Nam his caſibus non liberatur, qui fecit *p*, vel qui heres eſt. Nec hæc inter ſe contraria ſunt. Nam ſuperiore caſu ex perſona ſerui duo tenentur, ſicut in ſeruo communi dicimus, vbi altero conuento, alter quoque liberatur *q*: at is, qui confitetur *r* ſe occidiſſe, vel vulneraſſe, ſuo nomine tenetur. Nec debet impunitum eſſe delictum eius qui fecit, propter eum, qui reſpondit: niſi quaſi defenſor eius qui admiſit, vel heredis litem ſubiit hoc genere *ſ*: tunc enim in factum exceptione data, ſummouendus eſt actor: quia ille negotiorum geſtorum, vel mandati actione recepturus eſt, quod præſtitit.

¶ Idem eſt in eo, qui mandatum heredis *heredem ſe eſſe* reſpondit, vel cum eum alias defendere vellet.

1 ¶ In iure interrogatus, *an fundum poßideat*: quæro, an reſpondere cogendus ſit, & quota ex parte fundum poſſideat: reſpondi. Iauolenus ſcribit, poſſeſſorem fundi *t* cogi debere reſpondere, quota ex parte fundum poſſideat: vt ſi minore ex parte poſſidere ſe dicat, in aliam partem, quæ non defenderetur *u*, in poſſeſſionem actor mittatur.

2 ¶ Idem, & ſi damni infecti *x* caueamus. Nam & hic reſpondere debet, quota ex parte eius ſit prædium; vt ad eam partem ſtipulationem accommodemus. Pœna autem non repromittentis hæc eſt, vt in poſſeſſionem eamus. & ideò eò pertinet ſcire, an poſſideat.

a v. l. 19. ☞ eo. l. 18. §. 2. ☞ *de prob.*
b Baldus addit, Tacentem iniuſtè poſt iudicis interrogationem aliquando pro contumace, aliquando pro confeſſo, ſæpè pro negante haberi.
c πρὸς ἔπος, id eſt, ad verbum non reſpondet, qui factæ ſibi interrogationi congruenter non reſpondet. Eſt verò ſpecies parœmiæ, dixi ad §. 21. *conſtit. de confirmatione Digeſtorum* Cicero pro *Flacco* dixit reſpondere adrogatum.
d Negare tacere, obſcurè reſpondere paria ſunt.
e obſcurè, & nihil reſpondere paria ſunt. *Bart.*
f Ex cauſa iuſti erroris poteſt quis ſuam confeſſionē reuocare, §. 18. ☞ e. v. l. 57. ☞ *de obl. & act.*
g Emergentia nouo egent auxilio, *l. 10. in fin. ☞ qui ſatiſdare. l. 7. in fin. ☞ de ſeriis l. 12. in fin. ☞ de tranſ. l. 8. in fi. l. 9. & ſeq. ☞ de procurat. l. 16. ☞ de arbitr. l. 19. circa fin. ☞ de inoffic. l. 12. ☞ de cond. indeb. l. 1. in fin. ☞ quando actio de peculio, l. 4. in fi. ☞ de teſt. tutel. l. fi. in fin. ☞ de hered. inſt. l. 3. in fin. ☞ de adimendis l. 13. ☞ ad Treb. l. 11. ☞ de except. rei iudic. l. 1. §. vlt. ☞ de quæſtionib. l. 27. in princ. ☞ de pœn. l. fi. Cod. de reb. cred. l. 1. 2. 3. C. ſi ex falſ. inſtrum. §. 5 & finali. Inſt. de hered. qualit. c. nulli, de electionib. in 6.*
h al. quis.
i Reſpondens interroganti, contrahere videtur.
k *l. 4.* ☞ *eod.*
l Confeſſio iudicialis, obligat: extraiudicialis habens cauſam probat, non obligat: cauſam non habens, nec probat, nec obligat. *Bolog.*
m *v.* ☞ *8.* ☞ *eo.*
n *adde l. 11. in fin.* ☞ *de incendio.*
o *Syn. Baſ.* ☞ *32. v. Nou. 18. c. 15.*
p Pœnitere, re integra, interrogatio licet, id eſt, ſi actori ius non fiat deterius. vide tamen Accurſium hic.
q Pro herede gerit, qui interrogatus in iure reſpondet ſe heredem.

r vide Cuiac. 12. *obſeru.* 27. ſ & ita quiſque ſua confeſſione vti quadam ex conſequentia poteſt. t *Syn. Baſ. eod. cap* 13. u vide *l. 14. in fin.* ☞ *eod.*
x Falſæ confeſſiones naturalibus conuenire debent, *vt hic.* ita confeſſiones non aliter ratæ ſunt habendæ, quam ſi ius & naturam recipiant, *l. 14. in fin.* ☞ *eodem.*
y *l. 21. in fin. C. de furtis.* z adde *l. 47.* ☞ *de noxali.*

al. 13. ☞ *eo.* confeſſio quæ *ab im*potentia falſa eſt, non præiudicat. *Zaſ.*
b Domini loco hereditas habetur.
c *v. l. 31. in fin.* ☞ *de heredib. inſtituend.*
d *leg. 39. in fin.* ☞ *de noxalib.*
e & quia ſpem poſtliminij habemus *l. 22. 23.* ☞ *ſimilig.* iúſque abſentis pendet, *l. 15.* ☞ *de vſucap.*
f eſt enim hoſtiū.
g Simplex confeſſio minimè nos dominos conſtituit ſed vtres ipſa in noſtro dominio eſſe poſſit, amplius exigitur.
h Cur? falſæ confeſſiones naturalibus conuenire debent, *l. 13.* ☞ *eo.*
i *v. l. 5.* ☞ *de noxal.*
k *l. 25.* ☞ *de fideiuſſoribus.*
l Qui confeſſioni tuæ adhæret in vno iudicio, poteſt ab ea recedere in alio iudicio quod fuerit cum aliquo tertio intentatum. Imò fortius confeſſio tua in vno iudicio facta, tibi ipſi non nocebit in alio iudicio, reſpectu eorum quos prius iudicium non tangebat. Non enim prodeſt confeſſio tua tertio abſenti à iudicio, *l. fi.* ☞ *eo.* ſi tamen aliud iudicium inter eaſdem perſonas ſit, noceret, *hæc Zaſ. hic num. vlt.*
m *al.* agens.
n *v. l. 9. §. 4.* ☞ *eo.*
o *v. l. 23.* ☞ *de ſolutionibus.*
p Homicidium in vno punitum, verum homicidam non excuſat à pœna. *Bald.*
q *l. 4. § 2.* ☞ *de ſeruo corrupto.*
r Ex duobus Seiis vnus ſeruum interfecit. Qui reipſa non interfecit, quaſi verus homicida capite plexus eſt. An verus homicida liberatur? non liberatur, vt argumento huius legis colligit Bald. *c. 1. §. iniuria, de pace iuramento firmanda, in feudis: & in l. duob. §. 1.* ☞ *de iureiur* Angelus & Imola *in l. quoties,* ☞ *ſoluto.* Corſetus *ſingulari Homicidium.*
ſ poteſt enim procurator noſtro nomine interrogari & reſpondere. *l. 39* ☞ *de procurato.*
t *leg. 36.* ☞ *de rei vind. v. l. 11. C. de pet her.*
u *l. 7. § 17.* ☞ *quib. ex cauſis in poſſeſſ. l. 1.*

Quibus caſibus interrogari oportet.

21. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

Vbicunque a iudicem æquitas b mouerit, æquè oportere fieri interrogationem c, dubium non eſt.

De effectu reſponſionis.

22. *Scæuola* lib. 4. Digeſtorum.

PRocuratore Cæſaris ob debitum fiſcale d interrogante, vnus ex filiis, qui nec bonorum poſſeſſionem acceperat, nec heres erat, reſpondit ſe heredem eſſe, an quaſi interrogatoria creditoribus cæteris teneatur? Reſpondit *, ab his, qui in iure non interrogaſſent, ex reſponſo ſuo conueniri non poſſe e.

DE f QVIBVS REBVS AD EVNDEM Iudicem eatur.

TIT. II.

De iudiciis quibus res diniduntur, aut diſtinguuntur.

Pomponius libro 13. ad Sabinum.

SI inter g plures familiæ erciſcundæ agetur, & inter eoſdem communi diuidundo aut finium regundorum, eundem iudicem ſumendum. Præterea, quo facilius coïre coheredes, vel ſocij poſſint, in eundem locum omnium præſentiam fieri oportet.

De tutoribus.

2. *Papinianus* lib. 2. Quæſtionum.

CVm ex pluribus h tutoribus vnus: quòd cæteri non ſint idonei, conuenitur, poſtulante eo omnes ad eundem iudicem mittuntur i: & hoc reſcriptis principum continetur.

DE SERVO CORRVPTO k.

TIT. III.

Edictum. 1. De bona fidei poſſeſſ. 2. Quid ſit recipere. 3. Quid ſit perſuadere. De dolo perſuadentis. 4. De ſeruo bono, vel malo. 5. Quibus modis ſeruus corrumpitur.

Vlpianus lib. 23. ad Edictum.

AIt Prætor: *Qui l ſeruum, ſeruam, alienum, alienam recepiſſe* m, *perſuaſiſſéve quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eam deteriorem faceret, in eum, quanti* n *ea res erit, in duplum iudicium dabo.*

1 Qui bona fide ſeruum emit, hoc edicto non o tenebitur p: quia nec ipſe poterit ſerui corrupti agere: quia nihil eius intereſt, ſeruum non corrumpi: & ſanè, ſi quis hoc admiſerit, eueniet, vt duobus actio ſerui corrupti competat, quod eſt abſurdum. Sed nec eum cui bona fide homo liber ſeruit, hanc actionem poſſe exercere opinamur.

2 ¶ Quod autem prætor ait, *recepiſſe* q, ita accipimus, ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. & eſt r propriè recipere, refugium s abſcondendi cauſa ſeruo præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco, ædificióve.

3 ¶ Perſuadere autem eſt plus b, quàm compelli, atque cogi ſibi parere. Sed d perſuadere τῶν μέσων eſtiν, *id eſt, ex mediis (ſcilicet verbis) eſt.* Nam & bonum conſilium quis dando poteſt ſuadere, & malum. & ideo f prætor adiecit, *dolo malo, quo eum deteriorem faceret.* Neque enim delinquit, niſi qui tale aliquid ſeruo perſuadet, ex quo eum faciat deteriorem. qui igitur ſeruum ſollicitat g ad aliquid vel faciendum, vel cogitandum improbè, hic videtur hoc edicto notari.

4 ¶ Sed vtrum ita demum tenetur, ſi bonæ h frugi ſeruum perpulit ad delinquendum, an verò & ſi malum hortatus eſt, vel malo monſtrauit, quemadmodum faceret? Et eſt verius, etiamſi malo monſtrauit, in quem modum delinqueret, teneri eum. Imò & ſi erat ſeruus omnimodo fugiturus, vel furtum facturus, hic verò laudator huius propoſiti extitit, tenetur. * Non enim oportet laudando augeri malitiam. Siue i ergo bonum ſeruum fecerit malum, ſiue malum fecerit deteriorem, corrupiſſe videbitur.

5 ¶ Is quoque deteriorem facit, qui ſeruo perſuadet, vt iniuriam faceret, vel furtum k, vel fugeret vel alienum ſeruum vt ſollicitaret, vel vt peculium intricaret, aut amator exiſteret, vel erro l, vel malis m artibus eſſet deditus, vel in ſpectaculis nimius n, vel ſeditioſus, vel ſi actori o ſuaſit verbis, ſiue p pretio, vt rationes dominicas intercideret q, adulteraret r, vel etiam vt rationem ſibi commiſſam turbaret.

2. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

VEl luxurioſum s, vel contumacem t fecit: quive vt ſtuprum u pateretur x, perſuadet.

De dolo perſuadentis & luſu. 1. Si quis perſuaſerit in tectum aſcendere, vel in puteum deſcendere.

3. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

DOlo malo adiecto calliditatem y notat prætor eius, qui perſuadet. cæterùm, ſi quis ſine dolo deteriorem fecerit, non notatur. & ſi luſus z gratia fecit, non tenetur a.

1 ¶ Vnde quæritur, ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit in tectum aſcendere, vel in puteum b deſcendere: & ille parens aſcenderit, vel deſcenderit, & ceciderit, crúſque c vel quid aliud fregerit, vel perierit, an teneatur? Et ſi quidem ſine dolo malo fecerit, non tenetur: ſi dolo malo tenebitur.

4. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

SEd commodius eſt, vtili lege Aquilia eum teneri d.

De dolo recipientis. 1. Si quis perſuaſeris ſeruo, quem liberum putabat. 2. De confitente. 3. Si ſeruus feciſſe dicetur. 4. ad quod tempus refertur hæc actio.

5. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

DOli verbum etiam ad eum, qui recepit e, referendum eſt: vt non alius teneatur, niſi qui dolo malo recepit. Cæterùm ſi quis, vt f domino cuſtodiret, recepit, vel humanitate, vel miſericordia g ductus, vel approbata, atque iuſta ratione, non tenebitur.

1 ¶ Si quis dolo malo perſuaſerit quid ſeruo, quem h liberum putabat, mihi videtur teneri eum oportere: maius enim delinquit qui liberum putans corrumpit: & ideo, ſi ſeruus fuerit, tenebitur.

a Iudex in quacunque parte iudicij, etiam poſt concluſionem in cauſa, ex officio ſuo nobili & principali, merè in perſona eius reſidente, poteſt facere poſitiones & interrogationes. Bart. in repetitione huius legis n. 7.
b vtilitas publica, cauſæ cognitio, æquum & bonum, quod iudici ſemper ob oculos eſſe debet, *l. 4. ff. de eo quod cert. loc.* non cerebrinum tamé, ſed iure informatum & ſtricto iuri præferendum, *l. 8. C. de iudiciis.*
c *l. 9. C. de iudiciis:* vt ſatiſdari & caueri, etiam ante diem & conditionis euentum *l. 12. in fin. ff. qui ſatiſd.* *l. 41. ff. de iudiciis, l. 31. ff. de rebus auth. iud.* facta per reſtitutionem reuocari, *l. 3. l. 7. in princ. ff. de reſtitut. in integr.* reſtitutiones concedi etiam maioribus, *l. 1. in fin. l. 26. §. vlt. l. 27. l. 28. ff. ex quib. cauſ. maior.* edi inſtrumenta, rationes, tabulas, ἀντιγραφὰς aduerſario, vide *l. 1. C. de edend.* vel ex iis deſcribi, *l. 15. ff. de reb. auth. iud.* vel eorum editionem differri etiã pluries, *l. 7. l. vlt. ff. de feriis,* excuſari quem iudicio ſiſtendi cauſa *l. 2. 3. 4. 5. ff. ſi quis cautio. iudicio, l. 7. ff. de receſſit.* tranſactiones alimentorum probari vel improbari *l. 8. ff. de tranſact.* & pacta *l. 7. § 7. ff. de pactis.* Abſentium nomine geſtores admitti, eóque nomine abſentes obligari, *v. l. 5. ff. de oblig. & act.* reſtitui ſi læſi ſint. in poſſeſſionem mitti legatorum ſeruandorum cauſa, ventris nomine, damni infecti, ſi non caueatur, *l. 1. 2. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ff.* bona pupillorum vendi, *l. 22. C. de admin. tut.* & contumacium bona diſtrahi & euerti, *l. 7. §. 1. d. tit. l. 20. ff. comm. diuid* impartiri iudicem ofiicium ſuum non peritum, vide quæ notaui ad *l. 4. §. antepen. ff. de damno.* adiudicationes fieri bonorum coheredi, ſocio, vicino, *v. § 4. 5. 6. Inſt. de off. iud.* bonorum poſſeſſionem, poſſeſſionem bonorum, tutores pupillis, iudices litigantibus, *l. 2. ff. de iuriſdict.* & aduocatos dari, *v. l. 1. §. 4. ff. de poſtul.* & quæ huiuſmodi aduocatis deſunt ſuppleri, *C. vt quæ deſ. adu. part.* poſſe me aggerem in agro alieno reſtituere qui factus mihi prodeſſe poterit, domino verò fundi nihil nociturus, *l. 2. §. 5. ff. de aqu. pluu.* condemnati nomine pecuniam recluſam in arca capi, vt iudicato ſatisfiat, *l. 15. in fin. ff. de re iud.* teſtes & ſubſignatores teſtari volentibus dari *l. 22. ff. de teſtib. l. 37. ff. de verb. ſign.* addе de officio iudicis, *l. 25. §. 28. l. 31. §. 11. ff. de ædilit.* d Fruſtra hoc non adiectum: Procuratoris enim Cæſaris erat, debita fiſcalia exigere, *l. 47. in fin. ff de iur. fiſc.* adde quæ ſcripſi ad titulum *de officio procuratoris Cæſaris,* e confeſſio præiudicat quoad perſonam interrogantis, non quoad alios: vel, Reſponſio facta in iudicio non præiudicat reſpondenti, niſi reſpectu interrogantis, *Bart.* Confeſſio per errorem facta, probato errore, reuocari poteſt. vide tamen Socinum *reg. 69.* f De reconuentione & mutuis actionibus, adde *l. 11. ff. de iuriſd. & l. 21. ff. de iudiciis.* g Connexa natura vbi ſunt cauſæ, vt in familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum iudicio, huiuſmodi negotia coram vno explicari debent etiam ſi perſonæ ſint diuerſæ iuriſdictionis, ſeu fori: vel ideo quod continentia cauſæ diuidi non debeat, *l. 10. C. de iud.* Quòd reconuentio eiuſdem cauſæ, eundem iudicem efflagitet, vtpote iam antea de cauſa inſtructum: vt denique euitetur abſurditas, ne in quo vnus iudex condemnat, alter abſoluat, & contrariæ ſententiæ ferantur in vna & eadem cauſa, *l. 14. C. de ſent.* tum etiam quòd omnibus præſentibus ſententiam ferri magis expedit, quin etiam cauſa conuentionis & reconuentionis eadem ſententia terminanda eſt, *v. Soc. reg. 41.* h *l. 5. C. arbitr. tutelæ.* i Cur? vt ſciatur quatenus locupletes ſint, facit *l. 6. §. 1. in fin. ff. de edend.* k *6. Cod. 2. §. 8. Inſt. de oblig. ex delicto, Syn. Baſ. 60. tit. 6.* l *Syn. eod. c. 1.* m *v. §. 2. ff. eo.* n *l. 9. §. 2. eo.* o Bonæ fidei poſſeſſor non tenetur actione ſerui corrupti, *vt hic.* Imò tenetur noxali: *l. 28. ff. de noxalib.* Dic, bonæ fidei poſſeſſorem ſerui corrupti actione non conueniri, quia ſua re abuti ſe exiſtimauit: neque dolo malo ſeruum corrupit in fraudem domini. Noxali verò conueniri ex facto ipſius ſerui. p atqui tenetur lege Aquilia, *l. 38. ff. ad l. Aquil.* q *§. 1. ff. eo. l. 2. l. 9. C. ad l. Fab. de plagia.*
r *l. 13. §. 7. ff. de vſufruct.*

a Recepti ſerui tenetur, qui abſcondendi cauſa ſeruum recepit in ſuo vel alieno, *Syn. eo. c. 1.*
b *ſub.* quam recipere.
c *Perſuadere* plus eſt quam *recipere,* qui recipit ſeruum refugium tantum præſtat: qui perſuadet impellit atque cogit ſibi obtemperare, plus eſt etiam perſuadere ſeruo aliquid mali quam eum vi ad malum compellere & cogere. Hoc enim caſu ſeruus animo innocens eſſe poteſt: imò eſt, quia vi cogitur: priore caſu prorſus corruptus eſt.
d *al.* ſed perſuadet etiam bonum conſilium quis dando, poteſt ſuadere & malum: Budæus ita conatur emendare; ſed perſuadet, Græcè καταπείθει etiam bonum conſilium. quam lectionem ieiunam velut ieiunam & inanem relinquo.
e Vocabula hæc Gellius 12. c. 9. appellat *media communia,* quæ ſignificare & capere poſſint duas inter ſe res contrarias: ancipitia ex vtroque verſu. Huius generis ſunt, tempeſtas, valetudo, facinus, dolus, gratia, induſtria periculum, venenum, contagium, honor. *Gellius illo loco.* iure noſtro, dolus *l. 1. ff. de dolo.* ſic in Doli vocabulo. Venenum *l. 35. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 3. §. ff. de ſicariis, l. 236 ff. de verb ſign.* ad eandem rem citatur Homeri verſus, & apud authorem *Syn. Baſ. 1. tit. c. 236.* τῶ μέσων ἐστὶ τὸ ὄνομα τὸ φαρμάκου ἢ καὶ προσίθεσθαι καλὸν ἢ κακόν.

f adde *l. 52. §. 19. in fin. ff. de furt.* g *l. 4. C. de furt.* h καλὸν bonum *Syn. Baſ. eo. c. 1.* Porrò *frugi* dicebantur, conſummatè probita L. Calpurnius Piſo, Frugi appellatus ob mores. *Pedianus in Piſonianam Ciceronis in Verrem.* Porrò à fruendo, frux, frugis eſt. i *Corrumpit,* qui facit deteriorem, vt ſi quis fugituro modum monſtret, vel fugam eius laudet. *Syn. Baſ. eo. c. 1.* Corrumpit denique qui vel ex bono malum, vel ex malo deteriorem facit. k *d. §. 19.* l *v. l. 225. ff. de verb. ſign.* m κακότεχνος, *Syn Baſ. ibid. c. 1.* n minus. o *ſubaudi.* ſeruo. Actoris enim ſerui munus, rationes dominicas conficere, *vt hic. v. l. vlt. ff. de off. præſid.* p ſuaſio fit pretio: vel verbis. q ἀπαλείψῃ, ἢ πλαστεύσῃ, ἢ φυφάσῃ, hoc eſt, deleat, adulteret, turbet, *d. c. 1.* r Adulterare dixit, μεταφορικῶς, pro corrumpere (ad metaphoras autem vel neceſſitatis & penuriæ, vel elegantiæ cauſa deſcendimus) ſic adultera moneta, nummi adulteri, pro falſis: Ambulatoria voluntas, pro libera: cunabula, pro initiis, & ſexcenta alia in iure, de quibus vide Alciatum *tract. de verb. ſign. & Oldend. in fin. oper.* ſ ἄσωτον, id eſt, prodigum, *Syn Baſ. ibid. v. l. 15. ff. de cur. fur.* t erga dominum, *arg. l. 5. ff. de extraord. crim.* u αἰσχρουργηθῆναι, *Synopſ. ibid.* vbi Scholiaſtes exponit τὰ τῶν γυναικῶν ὑπομεῖναι. x *l. 6. ff. de adult.* y *l. 1. §. 2. ff. de dolo.* z Luſus gratia quod fit delictum non obligat eum qui facit, *vt hic,* aliàs nemo ex luſu & ioco obligatur, dixi ad *l. 3. in fin. ff. de oblig. & act.*
a ſi modò luſus non fuit pernicioſus, *l. 10. ff. ad l. Aquil.*
b *§. vlt. Inſt. de leg. Aquil.* c adde *l. 54. ff. de act. empt.* d *d. §. vlt.*
e *l. 1. ff. de receptatorib.* f *Syn. eo. c. 3.* adde *l. 43. §. 3. ff. de furtis.* g Miſericordia qui alienum ſeruum retinet, non tenetur, *vt hic.* at is qui miſericordia ductus ſoluit compeditum in factum actione tenetur, *l. 7. §. 7. ff. de dolo, §. vlt. in fin. Inſt. de lege Aquilia.* & qui eadem miſeratione cuſtodiam mittit, militiam mutat, *l. vlt. §. 2. ff. de cuſtod. reorum.*
h *Syn. Baſ. eo. c. 4. de ſeruo corrupto, & lege Aquilia §. 45. §. 2. ff. ad legem Aquiliam.*

2 ¶ Et

2 ¶ Hæc actio etiam aduerſus fatentem in duplum eſt *a*, quamuis *b* Aquilia inficiantem duntaxat coërceat *c*.

3 ¶ Si ſeruus ſerváve feciſſe *d* dicetur, iudicium cum noxæ deditione redditur.

4 ¶ Hæc actio refertur ad tempus ſerui corrupti, vel recepti: non ad præſens, & ideo‖&‖ ſi deceſſerit, vel alienatus *e* ſit, vel manumiſſus, nihilominus locum habebit actio *, nec extinguitur manumiſſione ſemel nata actio *f*.

6. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

PRæteritæ enim vtilitatis æſtimatio in hoc iudicium verſatur.

7. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

NAm & mali ſerui forſitan conſequuntur libertatem *h*: & poſterior cauſa interdum tribuit manumiſſionis iuſtam rationem.

An heres agat.

8. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

SEd & heres eius, cuius ſeruus corruptus eſt, habet hanc actionem *h*: non ſolum ſi manſerit in hereditate ſeruus, ſed & ſi exierit, fortè legatus *i*.

De ſeruo communi. 1. Aut cuius vſusfructus alienus eſt, recepto, vel corrupto. 2. De duplo. 3. De ſeruo depretiato.

9. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

SI quis ſeruum communem meum: & ſuum corruperit, apud Iulianum libro 9. Digeſtorum quæritur, an hac actione teneri poſſit? Et ait, teneri eum ſocio *k*: præterea poterit & communi diuidundo,‖ & pro ſocio, ſi ſocij ſint,‖ teneri, vt Iulianus ait. Sed cur deteriorem facit Iulianus conditionem ſocij, ſi cum ſocio agat, quàm ſi cum extraneo agit? nam qui cum extraneo agit, ſiue receperit, ſiue corruperit, agere poteſt: qui cum ſocio, ſine *l* alter natione, id eſt, ſi corrupit. niſi fortè non putauit Iulianus, hoc cadere in ſocium *m*: nemo enim ſuum recipit. Sed ſi celandi animo recepit, poteſt defendi, teneri eum.

1 ¶ Si in ſeruo ego habeam vſumfructum, tu proprietatem; ſi quidem à me ſit deterior factus, poteris mecum experiri. ſi tu id feceris, ego agere vtili actione poſſum. ad omnes *n* enim corruptelas hæc actio pertinet. & intereſſe fructuarij *o* videtur, bonæ frugi ſeruum eſſe, in quo vſumfructum habet. Et ſi fortè alius eum receperit, vel corruperit, vtilis actio fructuario competit.

2 ¶ Datur autem actio, quanti *p* ea res erit, eius dupli *q*.

3 ¶ Sed quæſtionis eſt, æſtimatio vtrum eius duntaxat fieri debeat, quod ſeruus in corpore, vel in animo damni ſenſerit, hoc eſt, quanto vilior ſeruus factus ſit: an verò & cæterorum. & Neratius ait, tanti *r* condemnandum corruptorem, quanti *ſ* ſeruus ob id quod ſubreptus ſit, minoris ſit.

De rebus quas ſecum ſeruus abſtulit.

10. *Paulus* lib. 19. ad Sabinum.

IN hoc iudicium etiam rerum æſtimatio *t* venit, quas ſecum ſeruus abſtulit: quia omne damnum duplatur *u*. neque intererit, ad eum perlatæ fuerint res, an ad alium: ſiue etiam conſumptæ ſunt. etenim iuſtius eſt, eum teneri, qui princeps *x* fuerit delicti, quàm eum quæri, ad quem res perlatæ ſunt.

De furtis poſtea factis. 1. De inſtrumentis corruptis. 2. De concurſu huius & aliarum actionum.

11. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

NEratius ait, poſtea furta facta in æſtimationem non venire: quam ſententiam veram puto. nam & verba Edicti, *quanti y ea res erit*, omne detrimentum recipiunt.

1 ¶ ſeruo perſuaſi, vt chirographa debitorum corrumpat: videlicet tenebor. ſed ſi conſuetudine peccandi poſtea & rationes *z* cæteráque ſimilia inſtrumenta ſubtraxerit, vel interleuerit *a*, deleuerit, dicendum erit, corruptorem horum nomine non teneri.

2 ¶ Quamuis autem, rerum ſubtractarum nomine, ſerui corrupti competat actio, tamen & *b* furti agere poſſumus. ope enim & conſilio ſollicitatoris videntur res abeſſe *c*. nec ſufficiet, alterutra actione egiſſe: quia altera alteram non minuit. Idem & in eo, qui ſeruum recepit *d*, & celauit, & deteriorem fecit, Iulianus ſcribit. ſunt enim diuerſa *e* maleficia iuris, & eius, qui deteriorem ſeruum facit. Hoc amplius, & condictionis nomine tenebitur quamuis enim condictione hominem, pœnam autem furti actione conſecutus ſit: tamen &, quod intereſt, debebit conſequi actione ſerui corrupti.

12. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

QVia manet reus obligatus etiam rebus redditis.

De tempore huius actionis de ſucceſſoribus. 2. De ſeruo hereditario corrupto.

13. *Vlpianus* lib. 23. ad Edictum.

HÆc actio perpetua *a* eſt, non temporaria: & heredi *b*, cæteriſque ſucceſſoribus competit. in heredem non dabitur *c*, quia pœnalis eſt.

1 ¶ Sed & ſi quis ſeruum hereditarium corruperit, hac actione tenebitur. ſed & petitione *e* hereditatis *d*, quaſi prædo, tenebitur.

De filiofam. corrupto. 2. Si communis. 3. Vel fructuarius ſeruus corruperit. 4. De ſeruo pignerato corrupto 5. De duplo. 6. De furto. 7. De damno, de ſeruo locato. 8. de ſeruo depretiato. 9. Vel facto inutili.

14. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

VT tantum veniat in hereditatis petitionem, quantum in hanc actionem.

1 ¶ De filio filiáve familias corruptis, huic edicto locus non eſt *e*: quia ſerui corrupti conſtituta actio eſt, qui *f* in patrimonio noſtro eſſet: & pauperiorem ſe factum eſſe dominus probare poteſt, dignitate & fama domus integra manente: ſed *g* vtilis *h* competit, officio iudicis æſtimanda: quoniam *intereſt noſtra *i*, animum liberorum noſtrorum non corrumpi.

2 ¶ Si ſeruus communis, meus & tuus, proprium meum ſeruum corruperit *k*: Sabinus, non poſſe agi cum ſocio: perinde atque ſi proprius meus ſeruus corrupiſſet conſeruum. Idem ſi ſeruus communis extraneum corruperit, videndum eſt, vtrum cum duobus agi debeat, an & cum ſingulis, exemplo cæterarum noxarum. & magis eſt, vt vnuſquiſque in ſolidum teneatur: altero autem ſoluente, alterum liberari *l*.

3 ¶ Si is, in quo vſumfructum habeo, ſeruum meum corruperit, erit mihi actio cum domino proprietatis.

4 ¶ Pignoris dati *l* nomine debitor habet hanc actionem *m*.

5 ¶ In hac actione non *n* extra rem duplum eſt, id enim quod damni datum eſt, duplatur *o*.

6 ¶ His conſequenter & illud probatur,‖vt‖ ſi ſeruo meo perſuaſeris, vt Titio furtum faciat, non *p* ſolum in id teneris, quo deterior ſeruus effectus eſt, ſed & in id, quod Titio præſtaturus ſim.

7 ¶ Item non ſolum, ſi mihi damnum dederit conſilio tuo, ſed etiam *q* ſi extraneo, eo quoque nomine mihi teneris, quod ego lege Aquilia obnoxius ſim: aut ſi ex conducto *r* teneor alicui *ſ*, quod ei ſeruum locaui, & propter te deterior factus ſit: teneberis & hoc nomine: & ſi qua talia ſint.

8 ¶ Æſtimatio autem habetur in hac actione, quanti *t* ſeruus vilior factus ſit. quod officio iudicis expedietur.

9 ¶ Interdum tamen & inutilis ſit, vt non expediat talem ſeruum habere. vtrum ergo & pretium cogitur dare ſollicitator, & ſeruum dominus lucrifaciat? an verò cogi debet dominus reſtituere ſeruum, & pretium ſerui accipere? Et verius eſt, electionem domino dari: ſiue ſeruum detinere cupit, & damnum, quanti deterior ſeruus factus eſt, in duplum accipere: vel ſeruo reſtituto, ſi copiam huius rei habeat pretiũ conſequi. quod ſi non habeat, pretium quidem ſimili modo accipere debet: cedere autẽ ſollicitatori periculo eius de dominio ſerui actionibus. Quod tamen de reſtitutione hominis dicitur, tunc locum habet, cum homine viuo agitur. quod autem ſi manumiſſo eo agatur, non facilè apud iudicem audietur, dicendo, ideo ſe manumiſiſſe, quoniam habere noluerat domi: vt &

De contemptione domini.

15. *Caius* lib. 6. ad Edictum Prouinciale.

COrrumpitur *u* animus ſerui, & ſi perſuadeatur ei, vt dominum contemneret *x*.

pretium habeat, & libertum.

De ſeruo manumiſſo.

17. *Alfenus* ‖Varrus‖ lib. 2 Digeſtorum.

DOminus ſeruum diſpenſatorem *y* manumiſit, poſtea rationes ab eo accepit. &, cum eis non con-

---

a *v. l. 9. §. 2. ĵ. eo.*

b Serui corrupti actio in duplum coercet confitentem: Aquilia, inficiantem, *vt hic, d. c. 4.*

c ſimplo *l. 23. §. 10. ſ. ad l. Aquil.*

d hoc eſt ſollicitaſſe alium, ὑποσεύειν, *Græcis dict. c. 4.*

e *v. l. vlt. ĵ. arborum furtim cæſar.*

f *l. 56. ĵ. de oblig. & act.* adde *l. 55. in fin. ſ. ad l. Aquil.*

g vt & nequam liberi à patre interdum cum conuicio inſtituuntur heredes, & ex eius teſtamento aliquid percipiunt *l. 48. §. 1. ĵ. de heredib. inſtit. l. 13. C. quib. ex cauſ. infamiæ.*

h *l. 13. in princ. & §. 1. ĵ. eo.*

i idem in actione furti *l. 47. ĵ. de fur.*

k Socius ſi quid in re communi commiſit, tenetur ſocio, *leg. 16. §. 4. ſ. fam. l. 10. ſ. comm. diuid. leg. 47. ĵ. pro ſocio.*

l Socius non agit aduerſus ſocium, ſerui recepti vel corrupti tantum, Cur? quia ſocius recepti vix teneri poteſt, qui ſuum ſeruum recepit, niſi celandi animo receperit.

m *v. l. 51. ĵ. pro ſocio.*

n Ergo & ad adulteria, *v. l. 6. ĵ. de adulteriis.* adde *l. 1. in fin. l. 2. ſ. eod.* adde & exempla ex *l. 52. §. 23. ĵ. de furtis.* tametſi apertius hic legeretur, *omnium*, quam *omnes*, omnium inquam, vt referas ad proprietarium & fructuarium, de quibus in hac facti ſpecie agitur.

o *l. 11. in fin. ſ. ad l. Aquil.*

p *l. 1. in pr. ſ eod.*

q *d. l. 1. l. 5. §. 2. ſ. eod. l. 13. l. 14. in pr. §. 5. ĵ. eod.*

r *Syn. Baſ. eod. c. 8.*

ſ *l. 1. ſ. eo. l. 14. §. 8. ĵ. eod.*

t *v. l. 8. ĵ. arborum furtim cæſarum.*

u *v. l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*

x facit *l. 1. §. 11. ſ. ſi quadrupes, l. 52. §. 1. ſ. ad l. Aquil.*

y *Quanti res eſt* formula, omne detrimentum continetur.

z *l. 1. §. 5. ſ. eo.*

a *v. l. 12. C. de teſt. ordin.*

b *l. 16. in fin. ĵ. eo.*

c *v. l. 36. ĵ. de furt.*

d *v. l. 14. C. de furtis.*

e id eſt, duo facit. *l. 2. §. pen. ĵ. de priuatis delict. l. 4. C. hoc tit.*

a *Synopſis Baſil. eo. c. 11.*

b *l. 8. ſ. eod.*

c *l. 11. l. 14. ſ. de pet. her.*

d in quam tantum venit quantum in hanc actionem, ſerui corrupti ſcilicet & ita in duplum actio hereditaria ſerui corrupti datur, cum tamen actio legis Aquiliæ in petitionem hereditatis ad ſimplum veniat, *l. 20. §. 4. ſ. de pet her.* non ad duplum: quod ex inficiatione creſcit. Cur tam variè? vel ideo quòd hæc, ſerui corrupti ſcilicet, ab initio pœnalis eſt, illa non item. Hæc igitur in hereditate inuenta eſt: illa, non æquè. Reus enim à defuncto nondum conuentus, negare nihil potuit, & ita hereditati dupli nomine teneri non debuit, cum Aquilia in duplum aduerſus ſolum inficiantem ſit concepta. Eſt autem receptum: vt, quæ in corpore hereditatis non includuntur, ea heredem non reſpiciant, *v. Zaſ. 1. Reſp. 14.*

e* Cur potius quæ ſerui? vel ideo quod ſeruo corrupto minuitur ſolum domini patrimonium, dignitate ſalua familiæ, in filio omnino ſecus. Prætor autem neminem ſuum exiſtimauit promulgaturum ſuam infamiam: poterit tamen parens in corruptorem filij vtili actione experiri verbis obſcuris, temperatis, mollioribus, vt nõ faciat mentionem probri, quod ſuæ contigit domui, in qua officio iudicis æſtimabitur, quidquid ex filio commodi perciperet pater, ſi eſſet bonus & frugi, adde *leg. 14. §. 13. ĵ. de furtis. v Cuiac. 17. obſeru. 11.*

f Serui corrupti actio conſtituta eſt de ſeruo qui ſit in noſtro patrimonio: vnde conſtat ob filium & filiam corruptam, directam ſaltem non competere ſerui corrupti actionem: vt qui non ſint in noſtro patrimonio, ſed vtilem adde *Synopſim Baſil. eod. c. 11.*

g Actio vtilis de filiofamilias corrupto competit, *vt hic.* vt & Aquilia de eo vulnerato, *l. 5. in fin. ſ. ad l. Aquil.* h *v. l. 11. ĵ. de præſcriptis.*

i Ex eo tentat Zaſ. hic probare hanc actionem hodie locum habere in iis qui nobis ſeruiant. k *v. l. 27. §. 1. ſ. ad l. Aquil.*

l *l. 10. ſ. de interrog.* m *l. 30. §. 1. ſ ad l. Aquil.*

n id eſt duplum ſeu dupli pœna non præſtatur vltra rem ipſam: ſed res ipſa tantum duplatur. o *v. l. 9. §. pen ſ. eo.*

p *Syn. Baſ. d. c. 11.* q *d. c. 11.* r *v l. 52. § 3. ĵ. de furtis.*

ſ adde *l. 45. in fin. ĵ. locati.*

t *v. l. 9. in fin ſ. eod.*

u *Syn. Baſ. eod. c. 13.*

x puta vt contumax eſſet, peculium intricaret, rationes dominicas intercideret adulteraret turbaret, *l. 1. in fin l. 2. ſ. eod.* ad infamandum dominum confugeret, ad ſtatuam, *l. 5. ĵ. de extr. crim.*

y *Diſpenſatoris* dicebatur, cuius munus ſτοιχεῖν ἢ δανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα administrare, vel fœnori occupare pecuniam domini. *Synopſis Baſil. eod. c. 14.*

ſtaret

ſtaret, competit apud quandam mulierculam pecuniam eum conſumpſiſſe. quærebatur, poſſetne agere ſerui corrupti cum ea muliere, cùm is ſeruus iam liber eſſet. reſpondi, poſſe: ſed etiam *a* furti de peculiis, quas ſeruus ad eam detuliſſet.

Si vxor conueniatur.

17. *Marcianus* lib. 4. Regularum.

SErui corrupti nomine, & conſtante matrimonio, marito in mulierem datur actio: ſed, fauore *b* nuptiarum, in ſimplum *c*.

DE FVGITIVIS *d*.

TIT. IV.

De eo qui fugitiuum celat. 1. De iis qui fugitiuum admittunt, aut protegunt & de his qui reddunt, vel exhibent. 2. De fugitiuo inquirendo. 3. Et in publicum deducendo. 4. Et cuſtodiendo. 5. Quæ dicuntur fugitiui. 6. Quid ſit in publicum deducere. 7. De fugitiuo cuſtodiendo 8. Et ad magiſtratum deducendo: eius nomine, & notis domino edendis.

Vlpianus lib. 1. ad Sabinum.

IS qui fugitiuum celauit, fur eſt *e*.

1 ¶ Senatus cenſuit, ne fugitiui *f* admittantur in ſaltus *g*: neque protegantur à villicis *h*, vel procuratoribus poſſeſſorum: & multam ſtatuit. his autem, qui intra viginti *i* dies fugitiuos vel dominis reddidiſſent, vel apud magiſtratus exhibuiſſent, veniam in anteactum dedit.

¶ Sed & deinceps eodem Senatusconſulto impunitas *k* datur ei qui iura præſtituta tempora, quam repetit fugitiuos in agro ſuo, domino, vel magiſtratibus tradiderit.

2 ¶ Hoc autem Senatusconſultum aditum *l* etiam dedit militi, vel pagano, ad inueſtigandum fugitiuum in prædia Senatorum, vel paganorum *m*. Cui rei etiam lex Fauia proſpexerat, & Senatusconſultum Modeſto *n* conſule factum vt fugitiuos inquirere volentibus literæ *o* ad magiſtratus dentur, multa etiam centum ſolidorum in magiſtratus ſtatuta, ſi literis acceptis, inquirentes non adiuuent. Sed & in eum, qui quæri apud ſe prohibuit, eadem pœna ſtatuta.

¶ Eſt etiam generalis epiſtola Diuorum Marci & Commodi, qua declaratur, & præſides, & magiſtratus & milites ſtationarios *p* dominum adiuuare debere in inquirendis fugitiuis: & vt inuentos redderent: & vt hi, apud quos deliteſcant, puniantur, ſi crimine contingantur *q*.

3 ¶ Vnuſquiſque eorum, qui fugitiuum apprehendit, in publicum deducere debet.

4 ¶ Et meritò monentur magiſtratus, eos diligenter *r* cuſtodire, ne euadant.

5 ¶ *Fugitiuum* accipe, & ſi quis error ſit. Fugitiui autem appellatione, ex fugitiua natum non contineri, Labeo primo ad Edictum ſcribit.

6 ¶ *In publicum deduci* intelliguntur, qui *ſ* magiſtratibus municipalibus traditi ſunt, vel publicis miniſteriis.

7 ¶ Diligens cuſtodia etiam vincire permittit.

8 ¶ Tamdiu autem cuſtodiuntur, quamdiu ad præfectum vigilum *t* vel ad præſidem deducantur, eorumque nomina & notæ, & cuius ſe quis eſſe dicat, ad magiſtratus deferantur: vt facilius agnoſci, & percipi fugitiui poſſint. *Notæ u* autem verbo etiam cicatrices continentur. Idem iuris eſt, ſi hæc *x* in ſcriptis publicè, vel in ædes proponas.

Pœna fugitiui.

2. *Calliſtratus* lib. 6. de Cognitionibus.

FVgitiui ſimplices *y* dominis reddendi ſunt. ſed, ſi pro libero ſe geſſerint grauius *z* coërceri ſolent.

De fugitiuo inquirendo.

3. *Vlpianus* libro 7. de Officio Proconſulis.

DIuus Pius reſcripſit, eum qui fugitiuum vult requirere in prædiis alienis, poſſe adire præſidem literas *a* ei daturum: &, ſi ita res exegerit, apparitorem quoque, vt ei permittatur ingredi *b* & inquirere: & pœnam eundem *r* ſidem in eum conſtituere, qui inquiri non permiſerit.

¶ Sed & Diuus Marcus oratione, quam in Senatu recitauit, facultatem dedit ingrediendi tam Cæſaris quàm Senatorum *a*, & paganorum prædia volentibus fugitiuos inquirere, ſcrutaríque cubilia, atque veſtigia occultantium.

De fugitiuo cuſtodiendo, & ad præſidem tranſmittendo.

4. *Paulus* lib. 1. Sententiarum.

LImenarchæ *b*, & ſtationarij *c* fugitiuos deprehenſos; rectè in cuſtodia retinent. Magiſtratus municipales ad officium præſidis prouinciæ, vel proconſulis comprehenſos fugitiuos rectè tranſmittunt.

Si fugitiuus in arenam ſe dederit.

5. *Triphoninus* lib. 1. Diſputationum.

SI in arenam fugitiuus ſeruus ſe dederit, ne iſto quidem periculo diſcriminis *d* vitæ tantum *e* ſibi irrogato, poteſtatem domini euitare poterit. Nam Diuus Pius reſcripſit, omnimodo eos dominis ſuis reddere *f*: ſiue ante pugnam ad beſtias, ſiue poſt pugnam: quoniam interdum, aut pecunia interuerſa, aut commiſſo aliquo maiore maleficio, ad fugiendam inquiſitionem vel iuſtitiam animaduerſionis, in arenam ſe dare mallent. reddi ergo eos oportet.

a l.11.§.2.ℨ. eod. nec enim manumiſſione extinguitur ſemel nata actio l.5. in fin.ℨ. eo.
b Fauor is eſt nuptiarum aut potius matrimonij, vt actio coniugi in alterum coniugem detur in ſimplum, quæ in alium daretur in duplum.
c id eſt, de damno in factum, *l.2. Cod. r. amot.*
d 6. C.1.60. *Synopſ. ex lib.54. tit.7. Baſ.6. ℨ. de plagiariis.*
f *l.12. C. de agricolis.*
g vnde ſaltuarius qui Gloſſis ἀγροφύλαξ & ὀρεοφύλαξ.
h Mulctantur, οἰκονόμοι καὶ προκουράτορες τῶν κτητόρων, id eſt, œconomi & procuratores poſſeſſorum, qui fugitiuum recipiunt & celant. *Syn. Baſ. eod. c.1.* Fuerint igitur Villici, de quibus *hic* οἰκονόμοι vnde Gloſſis Villicus, οἰκονόμος, ἐργολόγος καὶ ὁ κατ' ἀγρὸν οἰκονόμος.
i *Syn. Baſ. d. c.4.*
k *v. l.65. ℨ. de furtis.*
l *l.3. in fin. ℨ. eo.*
m & hoc ſpeciale eſt. nam hodie requiſitio rei furtiuæ non admittitur, vt olim, §.4. *circa fin. Inſt. de obl. quæ ex delicto. v.* tamen *l.3. ℨ. eo.*
n Senatusconſultum Modeſtinum obſerua. adde *l.3. infra.*
o *l.3. ℨ. eod.*
p *l.4. ℨ. eod.*
q *Contingi crimine*, eſt criminis conſcium aut participem eſſe.
r ἀσφαλῶς tuto. *Syn. Baſ. d. c.1.*
ſ *l.3. §.9. ℨ. de tabul. exhib.*
t *l. vlt. in fin. ℨ. de off. præf. vrb.*
u Solebant fugitiui notis vel litteris compungi. Tales *ſtigmatiæ* ſeu *ſubuerbuſtæ* dicebantur: ſubuerbuſtæ, inquam, quaſi verubus vſti, ſeu ſubueruſtæ. *Feſtus, Plautus.* Tertull. *de pallio*: libertinos, in equeſtribus: ſubuerbuſtos, in liberalibus: dedititio, in ingenuis: rupicos, in vrbanis: ſcurras, in forenſibus; paganos, in militaribus. Hinc illud τῶν δραπετῶν (inquit Clemens Alexandr. 3. παιδείας) ςίγματα δείκνυσι. & Petronius Arbiter, *Notum fugitiuorum epigramma*: & Quintilianus: *ſi quis fugitiuo ſtigmata ſcripſerit.* Solebant interdum pedum amputatione multari, ſi ad barbaricum confugiſſent, *l.3. C. hoc tit.* ita deſertoribus crura & poplites incidi iuſſit Caſſius: *Volcatius Gallicanus in eius vita.* Plerique reorum in cruribus, ſuris & frontibus notabantur, veluti lege Remmia, quorum poſtremum ſublatum fuit, *v. l.17. C. de pœnis.* Porro vt ad ςίγματα reuertar, ſtigmata etiam fabricenſibus & aquariis inurebantur, v. quæ notaui ad *l.3. C. de fabricenſib. v. Auſ. epiſt.5.* adde *Vlpianum in fragmentis 1 tit. de libertis, §.11.* & tyronibus: qua de re aliàs dixi ex Vegetio. Huc refer Phocylidis verſum: ςίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.
x Fugitiuis conquirendis, domini publicè vel in ædes *fugitiuum ſibi eſſe* proſcribebant.
y fugitiui ſimplices opponuntur fugitiuis qui pro liberis ſe gerunt, *hac lege.*
z *l.5. in fin. ℨ. de manum.*
a *l.1 §.2. ℨ. eod.* b Fugitiuos noſtros, vel in alienis ædibus inuito domino conquirere poſſumus, *vt hic.* quod ius Tholoſæ & Biturigibus non ſeruatur vbi ſerui ipſo ingreſſu ciuitatis ſpeciali priuilegio, fiunt liberi, ita vt non poſſint vindicari à ſuis dominis. *Boërius, §.1. conſ. Bituricenſium.*

DE ALEATORIBVS *g*.

TIT. V.

Edictum. 1. De mutuis rapinis colluſorum. 2. De loco & tempore. 3. Quæ actiones furto facto negantur. 4. De eo qui compulit ludere.

Vlpianus lib. 23. ad Edictum.

PRætor ait, *Si h quis cum apud quem alea luſum eſſe dicetur, verberauit damnúmve ei dederit ſiue quid eo tempore dolo eius ſubtractum eſt, iudicium non dabo i. in eum qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, vti quæque res erit animaduertam.*

1 ¶ Si rapinas fecerint inter ſe colluſores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio, ſuſceptorem enim duntaxat prohibuit vindicari, non & colluſores, quamuis & hi indigni videantur.

2 ¶ Item notandum, quod ſuſceptorem verberatum quidem, & damnum paſſum vbicunque, & quandocunque non vindicat. verùm furtum factum domi, & eo tempore, quo alea ludebatur, licèt luſor non fuerit, quidquid eorum fecerit, impunè fit. Domum autem pro habitatione & domicilio nos accipere debere certum eſt.

3 ¶ Quòd autem prætor negat, ſe furti actionem daturum videamus, vtrum ad pœnam actionem ſolam pertineat, an & ſi ad exhibendum velit agere vel vindicare, vel condicere. & eſt relatum apud Pomponium, ſolummodo pœnalem actionem denegatam, quod non puto verum. prætor enim *l* ſimpliciter ait, *ſi quid ſubtractum erit, iudicium non dabo.*

4 ¶ *In eum*, inquit, *qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, vti quæque res erit animaduertam.* hæc clauſula pertinet ad animaduerſionem eius qui compulit ludere: vt aut multa multetur, aut in latumias *m*, vel in vincula publica dentur.

De ludis tam conceſſis, quàm vetitis.

4. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

SOlent enim quidam & cogere ad luſum, vel ab initio, vel victi, dum retinent.

1 ¶ Senatusconſultum vetuit in pecuniam ludere: præterquam *n* ſi quis vertet haſta *o*, vel pilo iaciendo, vel currendo, ſaliendo *p*, luctando *q*, pugnando: quod virtutis cauſa fiat.

30. *Marcianus* lib. 5. Regularum.

IN quibus rebus ex lege Titia, & Publicia, & Cornelia etiam ſponſionem *r* facere licet. ſed ex aliis *ſ*, vbi pro virtute certamen non ſit *t*, non licet.

1. Si ſeruus aut filiusfamilias inſerit. 2. De parente & patrono.

4. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

QVod in conuiuio *u* veſcendi cauſa ponitur, in eam rem familiæ ludere permittitur.

1 ¶ Si

a *d. §.1.*
b Portuum maritimorum (ex quibus frequens erat traiectus ad exteras nationes) cuſtodes *l.18. §.10. ℨ. de munerib. l.38. C. de liberali.* Ariſtoteles eos vocat 6. Polit. λιμενοφύλακας: horum munus videtur adumbrari in *l.2. §.1. C. de off. Præf. Præt. Afric.*
c & hoc ſpeciale eſt: nam vtcunque crimina diſcernerent iudicibus, vetiti ſunt tamen aliqué (licet pro manifeſto crimine) apud ſe habere in cuſtodia *l.1 in fin. C. de curioſis. l.1. C. de cohortal. ib. lib. 12.* fortè quod eorum officium abiectum eſſet, *l.6. C. de dignitatib.* hoc interea conſtat limenarchis adfuiſſe ſuos ſtationarios, ita dictos à portuum ſtatione, *arg. l.59. ℨ. de verb. ſign.*
d quod ſubit in arenam ſe dando.
e lego *tanto*: magnum enim periculum vitæ ſibi irrogat, qui ſe dat in arenam.
f id eſt reddendos.
g *l.3. C.43.* vbi de aleatoribus quædam notaui. adde *Nou. Leonis 87. & Syn. Baſ.* περὶ κυβευτῶν ἤτοι κυβιστῶν *3. tit.2. ex lib. 60. tit 8.*
h v. quæ ſcripſi ad *l.1. C. de furtis. l.11. C. de plagiariis* adde *Syn. Baſ. eo. c.1.*
i Suſceptor aleatorū impune furtum & iniuria fieri poteſt.
k *l.5. §.2. ℨ. de iniuriis. l.8. in fin. leg. 22. §.2. ℨ. de adult. §. 8. verſ. damnum. Inſt. de iniur.*
l Generaliter & ſine diſtinctione prolata, generaliter & ſine diſtinctione accipiuntur. *Accurſ.*
m alii latumias, & ita legetur 5. in *Vert.* duobus locis, quos vide; ſed aliter apud Senecam, *ne nunc quemquam veſtrum*, inquit, *decipiat, nomen lautumia: illa autem meo lauta res eſt Seneca 9. decl. v. Cuiac. 6. obſeru.7.* adde quæ ſcripſi ad *l.9. ℨ. ex quib. cauſ. maior.* Græci legunt εἰς λιϑοτομίας *Syn. Baſ. 2. ex lib. 60. tit. 8.*
n *v. l.2. C. eod.* & quæ ibi notaui.
o *al.* diſco, & ita Forocatulus legit. *c. 20. Cupidinis Iuriſperiti* Et vero Feſtus *in voce Pentathlum & Quinquertium*, πένταϑλον ſeu Quinquertium, his quinque artibus conſtare ſcribit, iactu diſci iaculatione, curſu, ſaltu, lucta. Iſidorus 18. c.18. *& ſeq.* iactum, virtutem, curſum, ſaltum, luctationem n mer *Lex 1. & vlt. C. eod.* totidem ludos recenſet; hos nimirum μονόβολον, κοντομονόβολον, κωνταχόν, κόντακα χωρὶς τῆς πόρπης, περιχύτην, ἱππικήν. Hic otidem numerantur, haſta, vel pili iactus, curſus, ſaltus, lucta, & ſi voce pugnando, quæ in hac lege eſt, pugilatum intelligimus, aut ſextus ludus erit, aut idem erit haſtam & pilum iacere. Quod ſi ita fuerit, vix concordia erit inter ſuperiora.
p *al.* ſaltando.
q luctabantur toto corpore pugnabant ipſis tantum pugnis.
r adde 108. ℨ. *de verb. oblig.*
ſ ſponſionem facere (*gager, parier*) non in omnibus ludis licet.
t adde *l.18. in fin. ℨ. de præſcript.*
u Alea ludere conuiuij cauſa licet.

1 ¶ Si ſeruus, vel filius familias victus fuerit, patri vel domino competit repetitio *a*. Item ſi ſeruus acceperit pecuniam, dabitur in dominum de peculio actio, non noxalis; quia ex negotio geſto agitur. Sed non amplius cogendus eſt præſtare, quàm id quod ex ea re in peculio ſit.

2 ¶ Aduerſus parentes, & patronos repetitio eiuſe quod in alea luſum eſt, vtilis ex hoc edicto danda eſt.

SI *b* MENSOR *c* FALSVM modum dixerit.

TIT. VI.

1. De dolo, culpa, imperitia menſuris. 2. De renuntiatione.

Vlpianus libro 24. ad Edictum.

ADVERSVS menſorem agrorum prætor in factum actionem propoſuit, à quo falli nos non oportet. nam intereſt *d* noſtra ne fallamur in modi renunciatione: ſi forte vel *e* de finibus cõtentio ſit, vel emptor ſcire velit, vel venditor cuiuſmodi ager veneat. Ideo autem hanc actionem propoſuit, quia non crediderunt veteres, inter talem perſonam *f* locationem"& *g* conductionem" eſſe: ſed magis operam beneficij loco præberi & id, quod datur, ei ad remunerandum dari: & inde honorarium appellari. ſi autem ex locato‖conducto‖fuerit actum, dicendum erit, nec tenere intentionem.

1 ¶ Hæc actio dolum *h* malum duntaxat exigit. viſum eſt enim, ſatis abundéque coërceri menſorem, ſi dolus malus ſolus conueniatur eius hominis, qui ciuiliter obligatus non *i* eſt. proinde, ſi imperitè verſatus eſt, ſibi *k* imputare debet, qui eum adhibuit. ſed & ſi negligenter, æquè menſor ſecurus erit.*lata culpa planè dolo comparabitur *l*. Sed & ſi mercedem accepit, non omnem culpam eum præſtare, propter verba edicti. vtique enim ſcit prætor, & mercede eos interuenire.

2 ¶ Is autem tenetur hac actione, qui renuntiauit" ſed renuntiaſſe & "eum accipere debemus, qui per *m* alium renuntiauit.

1. De dolo eius cui menſor mandauit.

2. *Paulus* libro 25. ad Edictum.

VEl *n* per literas *o*. 1 ¶ Sed ſi ego tibi, cùm eſſes menſor, mandauerim, vt menſuram agri ageres, & tu id Titio delegaueris *p*, & ille dolo ‖malo‖ quid in ea re fecerit, tu tenebris: quia dolo malo verſatus es, qui tali homini credidiſti *q*.

De dolo plurium menſorum. 1. De eo cuius intereſt. 2. Si emptor. 3. Aut venditor plus dederit. 4. De menſore propter iudicium adhibito. 5. De ſucceſſoribus. 6. De ſeruo menſore.

3. *Vlpianus* libro 24. ad Edictum.

SI duobus mandauero, & ambo doloſè fecerint, aduerſus ſingulos in ſolidum agi poterit: ſed altero conuento, ſi ſatisfecerit, in alterum actionem denegari oportebit.

1 ¶ Competit autem hæc actio ei, cuius interſuit, falſum modum renuntiatum non eſſe. hoc eſt, vel emptori, vel venditori *r*, cui renuntiatio offuit.

2 ¶ Pomponius tamen ſcribit, ſi emptor plus dederit venditori ptopter renuntiationem, quia condicere poteſt‖, quod plus dedit, agi cum menſore non poſſe: nihil enim emptoris intereſſe, cùm poſſit condicere, niſi ſoluendo venditer non fuit: tunc enim menſor tenebitur *ſ*.

3 ¶ Sed ſi venditor maiorem modum tradiderit fraudatus à menſore, conſequenter dicit Pomponius, non eſſe actionem aduerſus menſorem: quia eſt ex vendito actio aduerſus emptotem: niſi & hic emptor ſoluendo non ſit.

4 ¶ Idem Pomponius ſcribit, ſi propter iudicium adhibitus menſor fraudauerit me in renuntiatione, teneri eum, ſi ob hoc de iudicio minus tuli. Planè ſi à iudice adhibitus, contra me renuntiauerit dolo malo: dubitat, an teneri mihi debeat‖ quod magis admittit *t*.

5 ¶ Hanc actionem heredi, ſimilibúſque perſonis dandam, Pomponius ſcribit: ſed in heredem ſimiléſque perſonas denegandam ait *u*.

6 ¶ Serui autem nomine magis noxale, quàm de peculio, competere ait: quamuis ciuilis actio de peculio competat.

De tempore huius actionis.

4. *Paulus* libro 25. ad Edictum.

HÆc actio perpetua eſt: quia initium rei non à circumſcriptione, ſed à ſuſcepto negotio originem accepit *x*.

a l. 10. ȷ. de iniur. l. 25. ȷ. de verb. ſign.
b περὶ μετρηтῶν ψευσαμένων περὶ τὸ μέτρον. Synopſ. Baſil. c. 60. tit. 9.
c de menſore machinario agitur l. 7. §. 1. ȷ. eod. de architecto. ib §. 3.
d Intereſt noſtra non falli in renunciatione modi.
e Menſor aſſumitur in finalib. quæſtionibus, aut ſi quæſtio ſit, cuiuſmodi ager veneat.
f Agriculturam & rem ruſticam, maximo honore inter veteres habitam fuiſſe, hinc conſtat: hic enim, menſoris opera beneficij loco accipitur. Idem eſſe ait Bartolus in aduocato, doctore, & medico, vt illis non locari, ſed in factum competat actio.
g Menſor qui falſum modum agri litigoſi aut venditi dixerit in duplum tenetur. Nec enim eſt locatio: ſed & in eum inutiliter locati‖ conducti agitur. Nam quod menſori datur, non eſt merces, ſed remuneratio, ſeu ἀντίδτρον. Ita Synop. Baſil. c. 1.
h Menſor ex dolo tantùm, & magna negligentia tenetur, etiamſi mercedem acceperit Syn. Baſil. eo.
i ſed ex delicto ob dolum & latam culpam.
k Negligenti quiquid committit; ſi damnum accidat, de ſe queri debet, §. 3. Inſt. quib. mod. re. §. vlt. in fin. Inſtit. de ſocieta.
l l. 29. ȷ. mandati. adde l. 8. §. 5. ȷ. de precario.
m Per alium qui modum agri renunciat menſor, ipſe renunciaſſe videtur.
n Renunciat igitur modum menſor per ſe, per alium, per literas: hoc eſt, præſens vel abſens.
o Literis quod agimus, ipſimet reapſe feciſſe intelligimur.
p i. mandaueris, Syn. d. c. 1.
q Electio mala culpæ ſpecies eſt l. 21. in fin. ȷ. de negotiis.
r vide l. 40. ȷ. de contr empt.
ſ in reſiduum, adde l. 5. 1. 1. ȷ. eo.
t adde l. 18. §. 3. ȷ. de dolo.
u quatenus eſt pœnalis.
x id eſt, hæc actio rem perſequitur & ex negotio originem habet.

De renuntiatione dilata. 1. Si cum venditore actum ſit. Quibus in rebus hæc actio locum habet.

5. *Vlpianus* libro 24e ad Edictum.

SI menſor non falſum modum renuntiauerit, ſed *a* traxerit renuntiationem, & ob hoc euenerit, vt venditor liberetur *b*, qui adſignaturum ſe modum intra certum diem *c* promiſit, hæc actio locum non habet. ſed nec dari vtilem debere, Pomponius ait erit ergo ad actionem de dolo decurrendum *d*.

1 ¶ Si, cùm falſus modus renuntiatus eſſet, emptor cum venditore ex empto egiſſet, agere poterit etiam cum menſore. ſed, ſi nihil eius intereſt, condemnari menſorem non oportet. quòd ſi non de toto modo qui deerat, cum venditore egerit, ſed de minore: conſequenter ſcribit Pomponius, de reſiduo cum menſore agi poſſe.

2 ¶ Hoc iudicium latiùs *e* prætor porrexit. nam, & ſi cuius alterius rei *f* menſuram falſam renuntiauiſſe dicetur, hæc actio competit. proinde ſi in ædificij menſura fefellit, vel ‖in‖ frumenti, vel‖in‖vini.

6. *Paulus* lib. 24. ad Edictum.

SIue de itineris latitudine, ſiue de ſeruitute immittendi proiiciendíque quæratur, ſiue aream, vel tignum, vel lapidem metiendo mentitus fuerit.

1. De menſore machinario. 2. De non menſore. 3. De architecto, redemptore. 4. de Tabulario.

7. *Vlpianus* libro 24. ad Edictum.

VEl cuius alterius rei, tenebitur. 1 ¶ Et ſi menſor machinarius *g* fefellerit, hæc actio dabitur.

2 ¶ Nec non illud quoque Pomponius dicit, etiam in eum, qui menſor non fuit, fefellit tamen in modo, competere hanc actionem.

3 ¶ Hoc exemplo etiam aduerſus architectum ‖ actio ‖ dari debet, qui fefellit. nam & Diuus Seuerus aduerſus architectum *h*, & redemptorem *i* actiones dandas decreuit.

4 ¶ Ego etiam aduerſus tabularium *k* puto actiones dandas, qui in computatione fefellit.

DE RELIGIOSIS *l*, ET SVMPTIBVS funerum *m*, & vt funus ducere liceat.

TIT. VII.

Vlpianus lib. 10. ad Edictum.

QVI propter funus *n* aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum herede *o*.

De ſeruo ſepulto. 1. De illatione in locum alienum. De fructuario, de ſocio. 2. Edictum de eo qui mortuum, oſſave intulit quò non debuit. 3. Definitio illationis. 4. Loci puri. 5. Sepulchri. 6. Monumenti. 7. De loco in quo vſusfructus alienus eſt. 8. De loco ſeruiente. 9. De agro pignerato.

2. *Idem* lib. 25. ad Edictum.

LOcum, in quo ſeruus *p* ſepultus eſt, religioſum eſſe Ariſto ait *q*.

1 ¶ Qui mortuum in locum alienum intulit, vel inferre curauit, tenebitur in factum actione. In locum alterius accipere debemus, ſiue in agro, ſiue in ædificio *r*. ſed hic ſermo domino dat actionem, non bonæ fidei poſſeſſori *ſ*. nam cùm dicat, *in locum alterius*, apparet de domino eum ſentire, id eſt, eo cuius locus eſt, ſed & fructuarius inferendo tenebitur domino proprietatis.

¶ An & ſocius teneatur, ſi ignorante ſocio intulerit, tractari poteſt? Eſt tamen verius familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo conueniri eum poſſe.

2 ¶ Prætor ait, *ſiue homo mortuus, oſſave hominis mortui in locum purum‖alterius aut in"id"ſepulchrum in quo ius non*

a Trahit renunciationem qui eam differt.
b læderetur, Zoannetus & ex Baſilicis Cuiac. 7. obſ. 35.
c adde l. 40. ȷ. de contr. empt.
d eſt igitur huic affinis de dolo actio. Eodem modo tradunt interpretes, officij iudicis imploratione huic actioni affinem, per quam imploratur emendari renuntiatio modi, & poſtulatur exactius iudicium peritiorum in ea arte: quod ad relationem medicorum extendit Iaſon in l. 9. n. 10. ȷ. qui ſatiſd.
e Non tantùm in agro locus eſt huic in duplum actioni, ſed & in aliis rebus: veluti domo, vino, frumẽto, ſeruitutibus & lapide, Syn. eo. c. 5.
f l. 7. §. 1. & 2. ȷ. eo. non malè hòc referri poteſt ad mẽſores frumentarios, quorum meminit lex 26. ȷ. de excuſat. tutorum.
g Hæc actio competit, κατὰ μηχανικοῦ, aduerſus mechanicum fallentem dolo malo, & aduerſus non menſorem, qui tamen in modo fefellit, & aduerſus architectum, & redemprorem & tabularium,‖ qui in computatione fefellit, Syn. Baſil. d. c. 5. mechanicus vero eſt, qui machinula, norma ſeu quadra vtitur, ad deſignandum agrũ quadratum aut trigonum; ſicut menſor *decem pedator* nuncupatur, quod decempeda ſeu pertica ad hoc vti ſoleat. De controuerſiis agrorum, quæ per menſores dirimuntur, vide Cuiac. 10. obſ. 2 aude titulum de menſoribus 12. C. vigeſimoſeptimo.
h Hic enim diuiſiones partium omnium inciſioneſque ſeruat, & menſuris & inſtitutis fabricationibus ſtringit; vide l. 2. C. de excuſat. artif. i κατὰ ἐργολάβου. Syn. Baſil. d. c. 8. qui ſint ἐργολάβοι, vide l. 39. de rei vindic. k qui & calculator, l. 1. §. 6. inf. de variis & extraord. Græci ψηφιστὸς vocant, qui pueros computandi artem docet.
l ſub. iocis 3. C. 44. & 13. qu. 2. & 3. Extr. 20. & 3. ſex 17. Syn. Baſil. 60. titul. 1. περὶ μνημείων καὶ δαπάνης ταφῆς. de monumentis & ſumptu funeris, apud Paul. 1. ſent. 21. de ſepulchris & lugendis. Sanè ſepulchra, loca religioſa: imò & ſacra, lege 12. Tabul. inde, mortui ſacri Plutarcho in Numa, & Plin. 7. inde etiam factum eſſe ſuſpicio eſt, vt theſauri in ſepulchro, velut in ſacro conderentur Apul 4. Metam. Plaut. in Pſeudolo. inde etiam natum prouerbium ἀκίνητα κινεῖς, i. non mouenda moues: Zenodorus opinatus eſt. Cæterùm de ratione ſepulturæ quando mortuus diceretur eſſe ſuper terram, de vſtrina, funere denicali ſacro, humatione, ſepultura, & ſito cadauere, dixi ad l. 28. in fin. ȷ. de ſtip. ſeru. & Varronem 5. de lingua Lat. adde Platonem 1. περὶ νόμων.
m id eſt, de actione funeraria, Paul. 1. ſent. 21. de ſepulchris & lugendis, l. 14. §. 6. inf. eodem.
n εἰς ταφὴν, Syn. eod. c. 1. & morbum, l. 3. C. eod.
o ab eo tamen recipit. vt & à patre vel domino, Paul. d. loco. §. vlt. l. 12. §. 2. l. 29. in fin. l. 31. §. 1. ȷ. eo. idque primo loco deducitur, l. penult. inf. eod.
p Seruus tametſi iure ciuili nullus ſit, ſepultura tamen eius locus ſit religioſus.
q dubitandi rationem præbebat abiecta ſeruorum conditio, de qua v. l. 3. in fin. ȷ. de capite minutis.
r adde l. 7. §. 1. l. 8. §. 3. ȷ. eodem.
ſ hinc conſtat aliud eſſe bona fide rem poſſidere, & eius dominium habere.
fuerit,

a v. Macrob. 3. Saturnal. 3.
b l. 1. §. 2. ꝭ. titul. prox. l. 6. §. 5. ꝭ. cōmu. diuid. i. in quē nemo illatus l 9. pura poſſeſſio, l. 2. C. eo. purus ager, l. 9 C. eo. purum monumentum, l. 6. in fi. ꝭ. eod. aliàs interdū purus locus ædificato opponitur. hinc etiā puræ arcę Varron. 14. de ling.
c l. 3. §. 2. inf. de ſepulchro.
d Sepulchrum religioſum fit corpore aut oſſibus hominis conditis.
e vide l. 4. C. eod. Non fit locus religioſus, niſi in eum mortuus ſit reipſa illatus, l. 4 §. 6. ꝭ. ad l. Iul. peculat. Ideóque κενοτάφιον non eſt locus religioſus. dixi ad l. 6. in fin. ꝭ. eod. qu[o]niam, locus omnis vbi mortuus quis erat, non erat religioſus, ſed is tantū cui iniecta gleba, Cic. 2. de legibus. ſic purus ager monumenti, profani iuris eſt, l. 4 l. 9. C. eo. & lapides, quibus monumentum ædificatum, etiam exēpti, religioſi l. 43. ꝭ. de rei vindic. at non ſpatium circa ſepulchrum l. 73. ꝭ. de contrah. empt. Siculus Flaccus. niſi ſpeciatim teſtator deſignabat monumentum, quantum terræ ſpacium religioni cederet, v. Cic. Philip 9. Hinc illæ notæ IN. FR. P. X. IN. AGR P. XX. i. in fronte pedes decem: in agrū, pedes 20. patere. Hinc Horatius 1. Satyr. 8. Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum, His dabit: heredes monumentum ne ſequeretur. Quibus locis in fronte, eſt in latitudine: in Agrum, eſt in longitudine. Atque ita certo ambitu ſepulchri locus titulo id teſtante, co[n]cludebatur. ſic Aggenus Vrbicus in lib. de limitib. agrorum, c. de locis ſacris. Mœſilea verò habent iuris ſui hortorum modum circumiacentem, vel præſcriptum agri fine[m]. adde 2. Briſſ. ſelect. 15.

fuerit, illata eſſe dicentur: qui hoc fecit, in factum actione tenetur, & pœna pecuniaria ſubiicietur.

3 ¶ De ea autem illatione prætor ſenſit, quæ ſepulturæ cauſa fit.

4 ¶ Purus a autem locus b dicitur, qui neque ſacer, neque ſanctus ‖eſt,‖ neque religioſus: ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus vacare videtur.

5 ¶ Sepulchrum eſt c, vbi corpus, oſſáve d hominis condita ſunt. Celſus autem ait: Non totus, qui ſepulturæ deſtinatus eſt, locus religioſis fit: ſed quatenus e corpus humatum eſt.

6 ¶ Monumentum f eſt g, quod memoriæ h ſeruandæ gratia exiſtat.

7 ¶ Si vſumfructum quis habeat religioſum locum non facit. Sed & ſi alius proprietatem, alius vſumfructum habuit, non faciet locum religioſum: nec proprietarius, niſi fortè ipſum, qui vſumfructum legauerit, intulerit: cùm in alium locum inferri tam opportunè non poſſet, & ita Iulianus ſcribit. aliàs autem, inuito fructuario, locus religioſus non fiet. ſed, ſi conſentiat fructuarius, magis eſt vt locus religioſus fiat i.

8 ¶ Locum, qui ſeruit, nemo religioſum facit: niſi conſentiat is, cui ſeruitus deberetur: Sed ſi k non minùs commodè per alium locum ſeruitute vti poteſt, non videtur ſeruitutis impediendæ cauſa id fieri: & ideo religioſus fit. & ſanè habet hoc rationem.

9 ¶ Is, qui pignori dedit agrum, ſi in eum ſuorum l mortuum intulerit, religioſum eum facit. ſed, & ſi ipſe inferatur, idem eſt. cæterùm alij concedere non poteſt.

3. Paulus libro 27. ad Edictum.

Ex conſenſu tamen omnium vtilius eſt dicere, religioſum poſſe fieri: idque Pomponius ſcribit.

De loco defuncti hereditario vel legato.

4. Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

Scriptus heres priùs, quàm hereditatem adeat, patremfamilias mortuum inferendo, locum facit religioſum. nec quis putet, hoc ipſo pro herede m eum gerere. finge enim, adhuc eum deliberare de adeunda hereditate. ego, etiam ſi non heres eum intulerit, ſed quiuis alius, herede vel ceſſante, vel abſente, vel verente, ne pro herede gerere videatur: tamen locum religioſum facere puto plerunque enim defuncti ante ſepeliuntur, quàm quis heres eis exiſtat. ſed tunc locus fit religioſus, cùm defuncti fuit: * (naturaliter enim videtur ad mortuum pertinere locus, in quem infertur) præſertim ſi in eum locum inferatur, ‖ in ‖ quem ipſe deſtinauit: vſque adeo, vt etiamſi in legatum locum ſit illatus ab herede, in latione tamen teſtatoris fit religioſus: ſi modò n in alium locum tam opportunè inferri non potuit.

De ſepulchris familiaribus & hereditariis.

5. Gaius lib. 19. ad Edictum Prouinciale.

Familiaria o ſepulchra dicuntur, quæ quis ſibi, familiæque ſuæ conſtituit. Hereditaria p autem, quæ quis ſibi, heredibúſque ſuis conſtituit.

De monumento & cenotaphio.

6. Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

Vel quod paterfamiliàs iure hereditario acquiſiit q. Sed in vtroque r heredibus quidem, ceteriſque ſucceſſoribus, qualeſcunque ſ fuerint, licet ſepeliri t, & mortuum inferre: etiam ſi ex minima parte heredes ex teſtamento, vel ab inteſtato ſint: licèt non contentiant alij. Liberis u autem cuiuſcunque ſexus, vel gradus, etiam filiisfamiliàs, & emancipatis, idem ius x conceſſum eſt: ſiue extiterint heredes, ſiue ſeſe abſtineant y. Exheredatis autem, niſi z ſpecialiter teſtator iuſto odio commotus eos vetuerit, humanitatis gratia tantùm ſepeliri, non etiam alios præter ſuam poſteritatem inferre licet.

f μνημεῖον. Syn. eo. c. 2.
g vide l. 42. ꝭ. eo. h vt ſunt fana, porticus, ſcripta carmina: quæ quamuis morſi cauſa facta ſint non tamen ſignificant ibi ſepultum. Feſtus in monum.
i Proprietarius inuito vſufructuario, & è contrà, purum locum non facit religioſum, vt hic, & l. 3. & l. vlt. ꝭ. eo. dominus fundi ſeruientis facit, ſi ius ſeruitutis non impedit §. 8. ꝭ. eo. & is qui p[i]gnori dedit, ſi vel ipſe, vel eius familia inferatur, §. 9. ꝭ. eo. k vt quæ ſcripſi ad l. 45. §. 2. ꝭ. mandati. l al. ſuum.
m Sepeliens mortuum, non ſe gerit pro herede, Bart. v. l. 14. §. 1. ꝭ. eo. adde l. 49. in fin. ſup. familiæ erciſcundæ l. 20. §. 1. ꝭ. de adq. her. n l. 53. §. 7. ꝭ. de leg. 1.
o l. 4. l. 8. l. 13. C. eo. ſepulchra habere communia magnum eſt, Cic. 1. Offic.
p l. 3. §. 3. ꝭ. de ſepulchro. q ergo, per alium aperiri non debent ſepulchra, nec alius in iis ſepeliendus eſt domino inuito. r An id ſignificatur, tam in eo quod ſibi, ſuiſque heredibus conſtituit: quàm in eo quod hereditario iure acquiſiuit? vide Briſſonium 2. ſel. 14. ſ vt ſi eis bona addicta ſint, aut bonorum poſſeſſores, l. 4. §. 21. ꝭ. de fideicom. libert. t al. ſepelire.
u An ad agnatos & cognatos familiaria ſepulchra tranſeunt? Minimè, niſi heredes inſtituti ſint, l. 8. C. eo x l. 8. C. eod. y Renuncians hereditati paternæ, ius ſepulchri paterni non amittit, vt hic, ſed nec is, cui indigno aufertur hereditas ius ſepulchri amittit, l. 33. ꝭ. eo. z Exheredati liberi retinent ius hereditarij ſepulchri quamuis ius heredum & filiorum amiſerint: niſi teſtator ſpeciali odio commotus eos iure ſepulchri quoque vti vetuerit, vt hic. Ceterum teſtatores ponere interdum ſolebant: Ne monumentum heredes ſequeretur, idque his notis ſcribebatur, H. M. H. N. S. quæ à Valerio Probo in antiquis inſcriptionibus exponuntur: Heredes monumentum hoc ne ſequatur, Horatius. Satyr. 8. heredes monumentum ne ſequeretur. Idem probatur ex veteri inſcriptione quæ in Italia viſitur, quæque relata à Briſſonio 2. ſelect. 16.

¶ Liberti a autem nec b ſepeliri, nec alios inferre poterunt c, niſi heredes extiterint patrono: quamuis quidam inſcripſerint d. monumentum ſibi. libertiſque e ſuis feciſſe. & ita Papinianus reſpondit. & ſæpiſſimè idem conſtitutum eſt.

1 ¶ Si adhuc monumentum purum f eſt, poterit quis hoc & vendere & donare. Si κενοτάφιον g ſit, poſſe hoc venire, dicendum eſt. nec enim eſſe hoc religioſum, Diui fratres reſcripſerunt.

De eo qui mortuum intulit in locum. 1. Aut monumentum alienum.

7. Gaius libro 19. ad Edictum Prouinciale.

Is h, qui intulit mortuum in alienum locum, aut tollere id, quod intulit, aut loci pretium præſtare cogitur per in factum actionem, quæ tam heredi, quàm in heredem competit, & perpetua eſt.

1 ¶ Aduerſus eum, qui in alterius arcam i lapideam k, in qua adhuc mortuus non erat conditus, mortuum intulerit, vtilem l actionem in factum proconſul † dat: quia non propriæ vel in ſepulchrum, vel in locum alterius intuliſſe dici poteſt.

Si loci dominus oſſa aut corpus illatum effodiat. 1. De eo qui locum religioſum pro puro vendidit. 2. De illatione in locum publicis vſibus deſtinatum. 3. Quid ſit locus purus. 4. Quibus datur hac actio. 5. De eo qui prohibitus eſt inferre quò ius inferendi habuit.

8. Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

Oſſa m, quæ ab alio illata ſunt, vel corpus an liceat domino loci effodere, vel eruere ſine decreto Pontificum n, ſeu iuſſu principis, quæſtionis eſt? Et ait Labeo, expectandum o vel permiſſum pontificale p, ſeu iuſſionem principis q: alioquin iniuriarum r fore actionem aduerſus eum qui eiecit.

1 ¶ Si locus religioſus pro ſ puro veniſſe dicetur, prætor in factum actionem in eum dat ei, ad quem ea res pertinet: quæ actio & in heredem competit, cùm quaſi ex empto actionem contineat.

2 ¶ Si in locum publicis vſibus t deſtinatum intulerit quis mortuum, prætor in eum iudicium dat, ſi dolo fecerit ‖&‖erit extra ordinem plectendus, modica tamen coërcitione: ſed ſi ſine dolo, abſoluendus eſt.

3 ¶ In hac autem actione loci puri appellatio & u ad ædificium producenda eſt.

4 ¶ Nec ſolùm domino hæc actio competit, verùm ei quoque, qui eiuſdem loci habet vſumfructum, vel aliquam ſeruitutem x, quia ius prohibendi etiam hi habent.

5 ¶ Ei, qui prohibitus y eſt inferre in eum locum, quò ei ius inferendi eſſet, in factum actio competit, & interdictum: etiam ſi non ipſe prohibitus ſit, ſed procurator eius z: quia intellectu a aliquo ipſe prohibitus videtur.

9. Gaius lib. 19. ad Edictum Prouinciale.

Liberum eſt ei, qui prohibetur, mortuum ‖ oſſáve mortui ‖ inferre, aut ſtatim interdicto b vti, quo prohibetur ei vis fieri: aut alio inferre, & poſtea in factum agere, per quam conſequitur actor, quanti eius interfuerit, prohibitum non eſſe. in c quam computationem cadit loci empti pretium, aut conducti merces: item ſui loci pretium, quem quis, niſi coactus ‖eſt,‖ religioſum facturus non eſſet. vnde miror d, quare conſtare videatur, neque hæredi, neque in heredem dandam hanc actionem e, nam f, vt apparet, pecuniariæ quantitatis ratio in eam deducitur. certè perpetuò g ea inter ipſos competit.

De via ad ſepulchrum.

10. Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

Si venditor fundi exceperit h locum ſepulchri ad hoc, vt ipſe poſterique eius illo inferrentur, ſi via vti prohibeatur, vt mortuum ſuum inferret, agere poteſt: * videtur enim etiam hoc exceptum inter ementem, & vendentem, vt ei i per fundum, ſepulturæ cauſa, ire liceret.

a l. 6. C. eo.
b Cur? liberti in familia patroni ſui ea parte eſſe non cenſentur.
c Imò poterunt: quia familiæ appellatione continentur liberti, l. vlt. C. de verb. ſign. deinde gentilitium nomen patronorū ferunt, & eorum originem ſequuntur, l. 108. ꝭ. de cond. & dem.
d Probant, publicè in æs inſcripta ſeu inſcriptiones publicæ. vide quæ notaui ad l. 10. ꝭ. de probat.
e Hinc illa inſcriptio, Telaunius Genetlius nummularius: de Baſilica Iulia natione Beſſ. ſibi & coniugi, liberis, libertis, libertabúſque deinceps de domo ſua deſcendentib. poſuit. v. Briſſonium 2. ſelect. 14.
f Purum monumentum in quod nullus adhuc illatus, l. 5. §. 10. ꝭ. de donat. inter virum.
g l. 42. in fi. ꝭ. eod. l. 7. l. 8. ꝭ. de rerum diuiſ.
h Synopſis Baſilicon 59. tit. 1. c. 4.
i adde l. 39. ꝭ. eo. plebeium ſepulchri genus. Lucanus 8. Da vilem magno plebei funeris arcam. & Horatius: Conſeruus vili portanda locabat in arca. v. Cuiac. 11. obſ. 11. Et tamen Scipionis corpus arca conditum, legimus apud Senecam lib. 17. epiſtolarum. De hoc ſepeliendi genere in arca, v. Caſſiodorum Variarum 3. Frontinum de menſuris agrorum. Ceterùm hunc locum Græci d. c. 4. interpretantur de eo qui ſepultus ſit, ἐν ἀλλοτρίᾳ σορῷ in alterius oſſuario.
k v. l. 2. §. 1. inf. ꝭ. eod.
l Scoliaſtes d. c. 4. notat hanc actionē eſſe αὐθαίρετον ἐντὸς ἐνιαυτοῦ χρόνου, continuò ſcribit Gaius ad Edictum prouinciale.

& intra annum inſtitui. † Proconſulis cur ſit hic mentio? m adde l. 38. inf. eo & Cic 2. de leg. n Pontifices de ſepulturis cognouere. Fuit igitur lis & cauſa Pontificalis, ſepultura, adde l. 1. §. 6. l. vlt. ꝭ. de mortuo, Paulum 1. ſent. 21. c. 1.
o idque fauore religionis: ſecus in aliis cauſis, v. l. 29. §. 1. ꝭ. ad legem Aquil.
p vide l. vlt. in fin. ꝭ. tit. prox.
q l. 14. ꝭ. eo. adde l. vlt. ꝭ. vt in poſſeſſ. legat. adde l. 44. in fin. ꝭ. hoc vti.
r adde l. 1. §. 6. ꝭ. de iniur.
ſ Purus enim locus eſt qui neque ſacer, neque ſanctus, neque religioſus. l. 1. §. 4. l. 6. §. 1. ꝭ. eod.
t His affine, in vrbem apud veteres, corpus inferri non licuiſſe, ne (ea fuit perſuaſio gentilibus) ſacra ciuitatis funeſtarentur. de quo dixi l. 12. C. eo.
u adde l. 2. §. 1. in pr. §. 4. ꝭ. eod. x l. 1. §. 7. §. 8. ꝭ. eo.
y l. 1. §. 1. ꝭ. de mortuo inferendo.
* z vel emptor, vel colonus, vel inquilinus, l. 12. l. 18. l. vlt. ꝭ. de vi & vi.
a Intellectu aliquo prohiberi, eſt vi ipſa, effectu ipſo, per conſequentias.
b de mortuo inferendo, l. 1. §. 4. ꝭ. de mortuo inferendo.
c Id quod intereſt in hac actione aut ſpecie, quemadmodum computetur.
d Hinc conſtat, non omnium quæ à maioribus conſtituta eſſent, rationem à prudentibus redditam fuiſſe. vide l. 20. ꝭ. de legibus.
e ſubaudi, funerariam.
f Heredibus, & in heredes dantur pecuniariæ actiones.
g l. 31. in fin. ꝭ. eo h vide l. 5. ꝭ. de ſepulchro.
i l. 12. ꝭ. eo. vide l. 53. §. 1. ꝭ. de act. empt.

De lege

De lege venditionis ne mortui inferantur.

11. *Paulus* lib. 27. ad Edictum.

QVod ſi locus monumenti hac lege venierit, *ne in eum inferrentur, quos ius eſt inferri*, pactum quidem ad hoc non ſufficit *a*: ſed ſtipulatione *b*, id caueri oportet *c*.

Si via ad ſepulchrum. 1. De vſu ſepulchri. 2. Edictum de actione funeraria. 3. Et eius ratio. 4. Qui funus facere debent. 5. De quantitate ſumptus funeris. 6. De magiſtratu ſumptus decernente. Qua pecunia funus ſit.

12. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

SI quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat, & à vicino ire prohibeatur, Imperator Antoninus cum patre reſcripſit, iter ad ſepulchrum peti precario *d*, & concedi ſolere: vt quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habeat. non tamen hoc reſcriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit: ſed extra ordinem interpelletur. Præſes etiam compellere debet, iuſto pretio *e* iter ei præſtari. ita tamen, vt iudex etiam de opportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.

1 ¶ Senatuſconſulto cauetur, *ne vſus ſepulchrorum permutationibus* f *polluatur*. id eſt, ne ſepulchrum aliæ † conuerſationis vſum accipiat.

2 ¶ Prætor ait, *quod funeris cauſa ſumptus factus erit, eius reciperandi nomine, in eum, ad quem* g *ea res pertinet, iudicium dabo.*

3 ¶ Hoc edictum iuſta ex cauſa propoſitum eſt: vt *h* qui funerauit, perſequatur id *i*, quod impendit. Sic enim fieri, ne inſepulta corpora iacerent, néve quis de alieno funeretur.

4 ¶ Funus autem eum facere oportet, quem decedens elegit. ſed, ſi non ille fecit, nullam eſſe huius rei pœnam, niſi *k* aliquid pro hoc emolumentum ei relictum eſt: tunc enim, ſi non *l* paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur. Sin *m* autem de hac re defunctus non cauit, nec vlli delegatum id munus eſt, ſcriptos heredes ea res contingit; ſi nemo ſcriptus eſt, legitimos, vel cognatos, quovſque ſuo ordine, quo ſuccedunt.

5 ¶ Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus *n*, vel dignitate *o* defuncti *p*.

6 ¶ Prætor vel magiſtratus municipalis ad funus ſumptus decernere debet: ſi *q* quidem eſt pecunia in hereditate, ex pecunia: ſi non eſt, diſtrahere debet ea, quæ tempore peritura ſunt, quorum retentio onerat hereditatem *r*: ſi minus, ſi quid auri, argentíque *ſ* fuerit, diſtrahi, aut pignerari iubebit, vt pecunia expediatur.

13. *Caius* lib. 19. ad Edictum Prouinciale.

VEl à debitoribus, ſi facilè exigi poſſit.

Si is, cui teſtator mandauit, funus non duxerit. 3. Qui ſunt ſumptus funeris. 5. Quæ non debent cum corporibus condi. 6. Qualis ſit actio funeraria: quid in eam veniat. 7. Et quibus competit. 8. De his qui teſtantur ſe pietatis cauſa facere. 9. De parte ſumptus recuperanda. 10. De modico ſumptu. 11. De eo qui ſe heredem putat, funerante. 12. An actio funeraria cum aliis concurrat. 13. Si quis herede prohibente. 15. Vel mandato alicuius. 16. Vel quaſi negotium heredis gerens funerauerit. 17. Aduerſus quos datur funeraria & primum de ſucceſſoribus.

14. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

ET *t* ſi quis impediat eum, qui emit, quo minus res tradantur, prætorem interuenire oportere, tueríque huiuſmodi factum, ſi quid impediat quo minus ei res venditæ tradantur.

1 ¶ Si colonus, vel inquilinus ſit is qui mortuus eſt, nec ſit vnde funeretur, ex inuectis illatis eum funerandum. Pomponius ſcribit: &, ſi *u* quid ſuperfluum remanſerit, hoc pro debita penſione teneri.

¶ Sed & ſi res legatæ ſint à teſtatore, de cuius funere agitur, nec ſit vnde funeretur, ad eas quoque manum mittere oportet.* *ſatius* x *eſt enim, de ſuo teſtatorem funerari quàm aliquos legata conſequi.* Sed, ſi adita fuerit poſtea hereditarias res emptori auferenda non eſt: quia bonæ fidei poſſeſſor eſt, & dominium habet, qui auctore iudice comparauit *y*. legatarium tamen legato carere non oportet, ſi poteſt indemnis ab herede præſtari. quod ſi non poteſt," *melius*, z *eſt legatarium non lucrari, quam emptorem damno affici.*

2 ¶ Si *a* cui funeris ſui curam teſtator mandauerit, & ille accepta pecunia, funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam, Mela ſcripſit. credo tamen, & extra ordinem eum à prætore compellendum funus ducere.

3 ¶ Funeris cauſa ſumptus factus videtur is demum, qui ideo *a* fuit, vt funus ducatur, ſine quo funus duci non poſſit, vtputa ſi *b* quid impenſum eſt in delationem *c* mortui: ſed & ſi quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus i feretur, funeris cauſa videri impenſum, Labeo ſcribit: quia neceſſario locus paratur, in quo corpus conditur.

4 ¶ Impenſa peregrè *d* mortui quæ facta eſt, vt corpus perferretur, funeris eſt, licet nondum homo funeretur.

¶ Idémque & ſi quid ad corpus cuſtodiendum, vel etiam commendandum *e*, factum ſit. vel ſi quid in marmor, vel veſtem *f* collocandam *g*.

5 ¶ Non *h* * autem oportet ornamenta cum corporibus condi *i*: nec quid aliud huiuſmodi, quod homines *k* ſimpliciores *l* faciunt.

6 ¶ Hæc actio, quæ funeraria dicitur, ex bono & æquo oritur: continet *m* autem funeris cauſa tantum impenſam, non etiam cæterorum ſumptuum.

¶ Æquum *n* autem accipitur ex dignitate *o* eius qui funeratus eſt ex cauſa, ex tempore, & ex bona fide: vt neque plus imputetur ſumptus nomine, quàm factum eſt: neque tantum, quantum factum eſt, ſi immodicè factum eſt: deberet enim haberi ratio facultatum eius, in quem factum eſt: & ipſius rei *p* quæ vltra modum ſine cauſa conſumitur. Quid ergo, ſi ex voluntate teſtatoris impenſum eſt? Sciendum eſt, nec voluntatem ſequendam *q*, ſi res egrediatur iuſtam ſumptus rationem: pro modo autem facultatium ſumptum fieri.

7 ¶ Sed interdum is, qui ſumptum in funus fecit, ſumptum non recipit, ſi pietatis *r* gratia fecit: non hoc animo, quaſi recepturus ſumptum, quem fecit: & "ita * Imperator noſter reſcripſit. igitur æſtimandum erit arbitro, & perpendendum, quo *ſ* animo ſumptus factus ſit: vtrum negotium quis vel defuncti, vel heredis gerit, vel ipſius humanitatis: an verò miſericordiæ, vel pietati tribuens, vel affectioni. poteſt tamen diſtingui & miſericordiæ modus: vt in hoc fuerit miſericors, vel pius, qui funerauit, vt eum ſepeliret, ne inſepultus iaceret, non etiam, vt ſuo ſumptu *t* fecerit. quod ſi iudici liqueat, non debet eum qui conuenitur, abſoluere. * quis *u* enim ſine pietatis intentione alienum cadauer funerat? oportebit igitur teſtari *x* quem, quo animo funerat: ne poſtea patiatur quæſtionem.

8 ¶ Plerique filij cum parentes ſuos funerant, vel alij, qui heredes fieri poſſunt, licet ex hoc ipſo neque pro herede geritio *y* neque aditio præſumitur: tamen ne vel miſcuiſſe ſe neceſſarij, vel cæteri pro herede geſſiſſe videantur, ſolent teſtari, pietatis gratia facere ſe ſepulturam. quid, ſi ſupervacuo fuerit factum? ad illud ſe munire videntur, ne miſcuiſſe ſe cre-

a At enim quodcunque pactū traditioni appoſitum valet. *l.* 48. *de pactis.*
b pœnali ſcilicet ex qua etiam agit, cuius nihil intereſt *l.* 38. §. 1. *ĵ. de verb. oblig.* adde *l.* 7. *ĵ. de ſeruis exportandis. l.* 48. *ſ. pactis.*
c Sed ſi ita ſit, cur alibi dicitur illa ſeruitus conſiſtere non poſſe, vt certus hominum numerus in vno loco humetur? *l.* 4. *ſ. comm. præd.*
d *v. l* 10. *ſ. eo. &* *l.* 53. §. 2. *ĵ. de act. empt.*
e id eſt, vero rei pretio, non eius dimidio. idem in communi diuidūdo, *l.* 10. *in fin. ĵ. commun. diuid.* an idem eſt vt reſcindatur venditio? vide quæ notaui ad *l.* 2. & 8. *Cod. de reſcind. vend.*
f & venditionibus, obligationibus, *l.* 2. *in fin. C. eo.* ſic legari non poſſunt monumenta, ſed ius inferendi mortui, *l.* 14. *C. de legat.* Græci *in Synopſi Baſil.* 59. *tit.* 1. *c.* 9. hunc locum ita paucis explicant: ſepulchra in alium vſum non commutantur.
† *al.* alienæ: *al.* alius.
g ſucceſſorem, patrem, dominum, *v. l.* 1. *ſ. eo.*
h Funeraria ad ſumptus funeris recipiendos datur.
i *l.* 1. 2. *ſ. eod.* adde *l.* 12. *in fin. ĵ. mandati.*
k Funus non faciens ex præſcripto teſtatoris, relictum amittit. adde *l.* 14. §. 2. *ĵ. eo.*
l *v. l. pen. in fin. C. de legatis.*
m Funus facere is debet, qui à teſtatore electus eſt: ſi nullus ſit electus, heres ſcriptus: ſi nullus ſit ſcriptus heres legitimus.
n *l.* 14. §. 6. *in medio & fin. ĵ. eo.*
o *d. l.* 114. §. 6. *in princ. l.* 21. *ĵ. eo. v. l.* 12. *ĵ. de adminiſt. tut.*
p in aliis cauſis, præter hæc attenditur conſuetudo defuncti in ſumptibus faciendis, *l.* 54. *in fin. ſ. de petit. hered.*
q Ordinem elegātem diſtrahendorum bonorū alienorum obſerua, & vide in *l.* 15. §. 2. *ĵ. de re iudic.*
r Retentio eorum quæ tempore peritura ſunt, onerat hereditatem.
ſ infecti ſcilicet, t *al.* At.
u atque ita funeris impenſa pignori tacito præfertur. *vt hic*, quinetiam domini: & generaliter omni credito ſiue creditori. *l.* 45. *ĵ. eod.*
x § 13 *ĵ. eod.*
y & qui eo authore poſſidet, *l.* 11. *ĵ. de acq. poſſeſſ.*
z Vide *l.* 41. *ĵ. de reg. iur.* a adde *l.* 12. §. 4. *ſ. eod.*

a *al.* qui ideo ... vt adde *l* 37. *ĵ. eo.*
b Funeris hæ ſunt impenſæ, elatio mortui, loci ſepulturæ pretium delatio mortui ex peregrino loco, cadaueris cuſtodia veſtitus, arca, depoſitio, *hic, &* §. 4. *ĵ eo. Syn. eo. c.* 10.
c ἐκκομιδὴν. *Syn. Baſ.* Porro delatio mortuorum fiebat lectica, vt ex Aſconio, Martiali 2. & 6. & Gellio probat Lipſius 1. *Electorum* 19. honeſtiorum lectica hexaphoros: tenuiorum ſandapila cui ſubiuncti ſaltem homines quatuor.
d *l.* 112. §. *pen. ĵ. de cond & demonſtr.*
e commendandum 12. *Columell.* 18. hinc pollinctorum munus, v. Cuiac. 2. *obſ.* 17. καὶ τὸ παραθέσθαι αὐτοῦ *Baſil.* Cuiac. 11. *obſ.* 11. poteſt tamen aptè dici *commendare* nihil aliud eſſe, quàm deponere, quoad iuſtæ ſepulturæ tradatur. *Cuiac.* 2. *obſer.* 17.
f καὶ τὴν ἔνδοτιν 59. *Synop.* 1. *c.* 10. Cadauera honeſtiſſima veſte efferri mos erat quæ in vulgo ciuium & eorum funere, vulgata: in magiſtratibus toga prætexta: in cenſoribus, purpurea tota Polyb. 6. Adde Suetonium *in Auguſto cap.* 100. cum purpura crematos fuiſſe mortuos teſtatur Liuius 34. Adde de veſtibus funerariis, & mortuorum §. 5. *ĵ. eo. l.* 13. *in fin. ĵ de leg.* 1. *l. vlt. in fin. ĵ. de auro.* g elocandam.
h Rebuffus tamen hoc permittit Epiſcopis.
i Veſtes vna cum mortuo cremari ſuperius oſtendi ex Liuij 34. De veſtium mortuis iniectione; adde *l.* 113. *in fin. ĵ. de leg.* 2. *l. vlt. in fin. ĵ. de auro.* Plutarchus *de doctrina Epicuri.* Solon apud Plutarchum, οὐκ εἴασεν συντιθέναι πλέον ἱματίων τριῶν, Cicero 2. *de legib.* extenuatum ſumptum tribus riciniis, dicit.
k Ineptæ voluntates defunctorum circa ſepulturam non valent, *vt hic, & l.* 113. *in fin. ĵ. de leg.* 1. (talis iuſſus teſtatoris extat *in l. vlt. in fin. ĵ. de auro*: adde Lactantium: 2. *Inſt.* 4.) idem dicendum ſi teſtator iuſſerit ne mancipium, ne domus, ne veſtis, ne res aliæ periculo ſubiectæ vendantur, *l.* 5. §. *pen. ĵ de admin. tut.* vt reliquiæ eius in mare abiiciantur ab herede, *l.* 27. *ĵ. de cond. inſt* vt ſumptus fiat in fraudem creditorum, § 6 *in fin. ĵ. eo. arg. l.* 1. *in fin. ĵ ad l. Falcid.* vt ſpectaculum edatur in ciuitate quod ibi non liceat edere, puta inhoneſtum, *l.* 10. *ĵ. de vſufr. leg.* Quod diligenter heredibus legatariis, executoribus, curatoribus notandum eſt. Vt obiter dicam lectori diligenter ſpectandum eſſe, quod in caſu *d. l.* 16. refertur, huiuſmodi legatum, heredum lucro non cedere: ſed conſenſu & iudicio primorum ciuitatis in rem aliam conueniri debere, vt memoria teſtatoris alio & licito genere celebretur. adde, non ſemper pupillum morari teneri, vbi mater iuſſerit, *v. l.* 7. *in fin. ĵ. de annuis.* l Simplicior, ſuperſtitioſus. eſt autem ſuperſtitio vitanda in omni religione, *arg. l.* 30 *ĵ. de pœnis.*
m Funeraria actio funeris impenſas petit, non cæteras neque plus petit quam ſit impenſum. Æquum ergo ſumptum ſpectat ex dignitate, facultatibus, tempore & bona fide 59. *Syn.* 1. *c.* 10.
n Æquum (quod Græcis hic δίκαιον) circunſtantias admittit dignitatis, cauſæ, temporis, bonæ fidei, facultatum modi, dignitatis, id eſt τῆς ἀξίας, Græci.
o *v. l.* 12. §. 5. *ſ. eo.* p id eſt, hereditatis. q adde *l.* 1. *in fin. ĵ. ad l. Falcid.*
r vel humanitatis & miſericordiæ gratia. *vt ĵ. eod.* vel rei quæ inſumi iubetur.
ſ Donare ſumptus etiam funeris nemo præſumitur. adde *l.* 20. §. 1. *ĵ. de acq. her.*
t ſed defuncti *l.* 14. §. 1. *ſ. eo.* u Pius eſſe præſumitur, qui cadauer funerat. Ita Chriſtus *Marci* 14. *initio*, defendens mulierem à qua nardo piſtica delibutus, καλὸν ἔργον, inquit, εἰργάσατο εἰς ἐμέ: & poſt, προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν, bonum opus operata eſt erga me, præuenit enim vngere corpus meum in ſepulturam. x Proteſtatio, noſtræ voluntatis ſententiam arguit: vt & conteſtatio ſeu inuentarij confectio, non modo impedit, vt in maiorem ſummam non obligemur: ſed vt etiam nobis obligetur alius. facit *l.* 1. § 3. *ſ. de vſufr. & quemadm.* ſic teſtatione referre debet qui nouum opus nunciat, quid iam operis factum ſit, cum nunciat vt appareat, quid poſtea factum erit, *l.* 8. §. 1. teſtatum facit, qui modulis ſumptis opus factum dimenſus eſt, §. 5. *ſ. de nou. oper. nunt.* tales proteſtationes efficiunt, vt auia à nepotibus, mater à liberis, *l.* 34. *ſ. de neg.* *l.* 11. gener à ſocero, *l.* 13. vitricus à priuignis, *l.* 13. frater à ſorore, factos ſumptus repetere poſſit, *l.* 16. *C. de neg. geſt.* & impenſas ab alio factas ne lucremur, *l. vlt. C. de neg. geſt.* y *v. l.* 4. *ſ. eo. l.* 20. §. 1. *ĵ. de acq. her.*

datur,

dantur,ad illud non,vt ſumptum conſequantur:qui p-
pe proteſtantur pietatis gratia id ſe facere. plenius
igitur eos teſtari oportet,vt & ſumptum poſſint ſer-
uare.

9 ¶ Fortaſſis qui poſſit dicere, interdum partem
ſumptus facti poſſe reciperari:vt quis pro parte qua-
ſi negotium gerens,pro parte,pietatis gratia id faciat:
quod eſt verius, partem igitur ſumptus conſequetur,
quem non donandi animo fecit.

10 ¶ Iudicem,qui de ea æquitate cognoſcit, inter-
dum ſumptum omnino non debere admittere modi-
cum factum,ſi a fortè in contumeliam defuncti ho-
minis locupletis modicus factus ſit b: nam non debet
huius rationem habere, cum contumeliam defuncto
feciſſe videatur, ita eum funerando c.

11 ¶ Si quis,dum ſe heredem putat, patremfami-
lias funerauerit, funeraria actione vti non poterit:
quia non hoc animo fecit, quaſi alienum negotium
gerens. & ita Trebatius, & Proculus putat. Puto ta-
men,& ei ex cauſa dandam actionem funerariam d.

12 ¶ Labeo ait,quoties quis aliam e actionem ha-
bet de funeris impenſa conſequenda, funeraria eum
agere non poſſe. & ideo, ſi familiæ erciſcundæ agere
poſſit f, funeraria non acturum. planè, ſi iam familiæ
erciſcundæ iudicio actum ſit poſſe agi.

13 ¶ Idem Labeo ait,ſi prohibente g herede fune-
raueris teſtatorem, ex cauſa competere tibi funera-
riam,quid enim,ſi filium teſtatoris heres eius prohi-
buit?huic contradici poteſt, *ergo pietatis gratia funeraſti,*
ſed pone me teſtatum: habiturum me funerariam a-
ctionem: de ſuo h enim expedit mortuos funerari. &
quid, ſi teſtator quidem funus mihi mandauit, heres
prohibet,ego tamen nihilominus funeraui? nonne æ-
quum eſt mihi funerariam competere? Et generaliter
puto,* iudicem"iuſtum"non meram i negotiorum ge-
ſtorum actionem imitari, ſed ſolutius æquitatem ſe-
qui, cum hoc ei & actionis natura indulget.

14 ¶ Diuus autem Marcus reſcripſit, eum here-
dem,qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator ele-
git,non rectè facere: pœnam tamen in eum ſtatutam
non eſſe k.

15 ¶ Qui mandato alterius funerauerit, non ha-
bet funerariam actionem, ſed is ſcilicet, qui manda-
uit funerandum: "ſiue"ſoluit ei,cui mandauit,ſiue de-
bet. quod ſi pupillus mandauit ſine tutore auctore:
vtilem funerariam dandam aduerſus heredem ei qui
impendit.lucrari enim heredem iniquum eſt,ſi autem
pupillus funus ad ſe pertinens ſine tutoris auctori-
tate mandauit, dandam in eum actionem arbitror, ſi
& heres extiterit ei qui funeratus eſt, ſoluendóque
hereditas eſt.Contra ſi quis mandato heredis funera-
uit,non poſſe eum funeraria agere,Labeo ſcribit:quia
habet mandati actionem.

16 ¶ Si tamen quaſi negotium heredis gerens fune-
rauit, licet ratum non habeat, tamen funeraria eum
agere poſſe, Labeo ſcribit.

17 ¶ Datur autem hæc actio aduerſus eos, ad quos
funus pertinet: vtputa aduerſus heredem,bonorúm-
ve poſſeſſorem, cæteroſque ſucceſſores l.

De patrono qui petiit bon. poſſ. contra Tab,

15. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

FVneris impenſam & patronus m,qui bonorum poſ-
ſeſſionem petit contra Tabulas, præſtat.

Si mulier funeretur.

16. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

IN eum, ad quem n dotis nomine quid peruenerit,
dat prætor,funerariam actionem. * æquiſſimum
enim viſum eſt veteribus, mulieres, quaſi de o patri-
moniis ſuis, ita de dotibus funerari:& eum,qui mor-
te mulieris dotem lucratur,in funus conferre debere:
ſiue pater mulieris eſt, ſiue maritus.

17. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum

SEd ſi nondum pater dotem reciperauerit, vir ſolus
conuenietur, reputaturus patri,quod eo nomine
præſtiterit.

18. *Iulianus* lib. 10. Digeſtorum.

IMpenſa enim funeris æs alienum p dotis eſt.

19. *Vlpianus* lib. 15. ad Sabinum.

IDeoque etiam dos ſentire hoc æs alienum debet.

20. *Idem* lib. 25. ad Edictum.

NEratius quærit, ſi is, qui dotem dederat pro mu-
liere, ſtipulatus eſt duas partes dotis reddi, ter-
tiam apud maritum remanere, pactus ſit,ne quid ma-
ritus in funus conferret, an funeraria maritus tenea-
tur? & ait,ſi quidem ipſe ſtipulator mulierem funera-
uit,locum eſſe pacto, & inutilem ei funerariam fore:
ſi verò alius funerauit,poſſe eum maritum conuenire:
quia * pacto hoc publicum ius infringi non poſſit q.
quid tamen ſi quis dotem hac lege dederit pro mulie-
re, *vt ad ipſum rediret, ſi in matrimonio mortua eſſet, aut*
quoquo modo ſoluto matrimonio? nunquid hic a in funus
non conferat b? Sed cum dos morte mulieris ad eum
peruenerit, poteſt dici conferre eum.

1 ¶ Si maritus c lucratur dotem, conuenietur fu-
neraria: pater autem non. Sed in hunc caſum,puto, ſi
dos,quia permodica fuit, in funus non ſufficit, in ſu-
perfluum in patrem debere actionem dari d.

2 ¶ Cum materfamilias decedit,nec eſt "eius" ſol-
uendo hereditas, funerari eam ex dote tantum e
oportet. & ita Celſus ſcribit.

De parte funerati.

21. *Paulus* lib. 27. ad Edictum.

IN patrem f, cuius in poteſtate fuerit is,cuius funus
factum erit, competit funeraria actio pro dignita-
te & facultatibus g.

Si mulier funeretur.

22. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

CElſus ſcribit: Quoties mulier decedit,ex dote quæ
penes virum remanet,& cæteris h mulieris bonis,
pro portione i funeranda eſt.

23. *Paulus* lib. 27. ad Edictum.

VEluti ſi in dote centum ſint. in hereditate du-
centa, duas partes, vnam vir conferet.

24. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

IVlianus ſcribit, non deductis legatis.

25. *Paulus* lib. 27. ad Edictum.

NEc pretiis manumiſſorum.

26. *Pomponius* lib. 15. ad Sabinum.

NEc ære alieno deducto.

27. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

SIc pro rata & maritum, & heredem conferre in
funus oportet.

8 ¶ Maritus funeraria non conuenietur,ſi k mu-
lieri in matrimonio dotem ſoluerit, vt Marcellus
ſcribit, quæ ſententia vera eſt,in his tamen caſibus,in
quibus hoc ei facere legibus permiſſum l eſt.

2 ¶ Præterea maritum puto funeraria in id de-
mum teneri, quod facere poteſt,id enim lucrari vide-
tur, quod præſtaret mulieri, ſi conueniretur.

28. *Pomponius* lib. 15 ad Sabinum.

QVòd ſi nulla dos eſſet,tunc omnem impenſam pa-
trem m præſtare debere, Atilicinus ait,aut here-
des eius mulieris,puta emancipatæ. quòd ſi neque he-
redes habeant, neque pater ſoluendo ſit, maritum in
quantum facere poteſt,pro hoc n conueniri:ne iniu-
ria eius videretur, quondam vxorem eius inſepultam
o relinqui.

29. *Gaius* lib. 19. ad Edictum Prouinciale.

SI mulier poſt diuortium alij nupta deceſſerit, non
putat Fuldinius priorem maritum, licet lucri do-
tem faciat; funeris impenſam præſtare.

1 ¶ Is,qui filiamfamilias funerauit,antequam p dos
patri reddatur, cum marito rectè agit: reddita dote,
patrem obligatum habet. vtique autem,ſi cum marito
actum fuerit, is eo minus patri mulieris reſtituturus
eſt.

30. *Pomponius* libro 15. ad Sabinum.

COntra quoque quod pater in funus filiæ impen-
dit, aut, alio agente ſecum funeraticia præſtitit,
ipſe actione de dote à marito recipit q.

3 ¶ Sed ſi emancipata in matrimonio decedat,
collaturos heredes,bonorúmve poſſeſſores,& patrem,
" pro portione dotis,quam receperat:& virum," pro
portione dotis, quam lucratus eſt.

*Si funeratur filiusfamilias miles. 1. De domino funerati ſune-
ratave. 2. De tempore huius actionis. De ſucceſſoribus.*

31. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

SI filiusfamilias miles ſit, & habeat caſtrenſe pecu-
lium, puto ſucceſſores eius ante teneri: ſic deinde
ad r patrem venire.

1 ¶ Qui ſeruum alienum, vel ancillam ſepeliuit,
habet aduerſus dominum ſ funerariam actionem.

2 ¶ Hæc actio non eſt annua, ſed perpetua t: &
heredi, cæteriſque ſucceſſoribus & in ſucceſſores
datur.

*Si poſſeſſor hereditati funus fecerit. 1. De viro & vxore,
eodem momento mortuis.*

32. *Paulus* lib. 27. ad Edictum.

---

a ſyn.eod. l.10.in fin.
b Diuiti ſit iniuria,ſi modico ſumptu ſepeliatur, vt hic. etſi de ea re ſuperius quædam notaui ad leg.4.ſ. *comm præd.* hoc tamen addo, rectè ſcripſiſſe Senecã. Non defunctorum cauſa, ſed viuorum inuentam eſſe ſepulturam, vt corpora viſu & odore fœda amouerentur: in eo nô defunctis, ſed noſtris oculis parci, *lib. de remed. fortuit.*
c An vt eo caſu heredi & exceptio vt hic, & actio competat? arg.l.1.§.6. j.de iniur. hoc extremum improbatur: ſatis eſt enim ſi in amici defunctique rebus vel in paucis conſulamus, l.20.C.de neg. geſt. nec cuiquam homini vtcunque locupleti, ſi provt potuit, amicum hominem ſepeliit, imputatur.
d l.32.j.eo.v.l.50. ſ.de pet.her.
e puta mandati, §.15. in fin.j.eod.
f vt l.49. in fin.ſ. familiæ.
g aliud eſt in aliis cauſis non piis, arg.l.vlt.C.de neg.
h §.1.§.7.in fin.ſ.eod.
i Mera negotiorũ geſtorum actio eſt ſtrictè & exactè conſiderata, cui opponitur id quod ſolutius, ex æquitate, & actionis natura, indulgere poſſumus.
k Leges quæ quid prohibent, & factum non coercent, imperfectas vocat Vlp. in frag. tit.1. id eſt, inutiles: vt quas nemo metuat. Pœnę, ſanctiones & minæ legum efficiunt, vt eas quiſque metuat, & à vitio ſaltem metu abſtineat. *Iuſtin. proœmio Inſtitutionum l. ſanctio j. de pœn.*
l Patrem etiam & dominum, *Paul.1. ſent. vlt. §.vlt.* & patronum, l.15.j. eodem.
m leg.6. in fin. ſ. ſi pars heredit.
n l.17.18.19.20. §.1.j.eod. l.13.C. de negot.
o Dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt, v.l.2. §.5.ſ. de minorib. l.4.j.de collationib.
p Funeris impenſa, dotis, æris, alieni loco habetur.
* q l.38.ſ.de pactis. l.1.§.9.j.de magiſt. conueniendis l.15.in pr.j.ad leg. Falcidiam.

a qui dotem dedit.
b al. conferet.
c l.16.ſ eo.arg.l.29.in fin.j.eo.
d aut eo non ſoluendo, exiſtente in maritum, l.28.j.eod.
e vt ita funeris impenſa omne creditum excludat, l.45.j.eod. & ex ſuperfluo ſatisfiat creditoribus defunctæ.
f l.16.17.18.ſ.eo. l.28.l.31.j.eo.
g v.l.13.§.5.ſ.eo. id eſt, pro dignitate familiæ & patris: vt ſic immodici ſumptus ne ſeruentur.
h quæ præter dotem habet l.16.j. eodem. Vxor cuius ſumptibus funeranda ſit, dixi ad l.4.C.ſolut.matrim.
i quando maritus lucratur dotem, l.23.24.25.26.27. l.30.in fin.j.eo.
k adde l.29.in fin.j.eo.
l vt ſi maritus dote abutatur. tunc enim dotis adminiſtrationem ei auferri, eamque ſequeſtrari oportet, exque ea vxorem cum familia ali. l.22.§.2.inf.j.ſoluto.
m l.10.§.1.l.21.ſ. eod.
n hæc lex regulæ exceptio eſt, quæ continetur in l.[illegible] ff. de neg.
o inſepultum relinqui iniuria eſt leg.43.j.eod. Has tamen iniuria affecti patriæ proditores *Xenophon.1.* ἑλλην. *Thucidid.1.* Sanè ſepulturæ actionem, primum opus eſſe omnibus confeſſum, idque teſtatur Pauſanias *in Atticis*: Ammianus Marcellinus 31. Author dialogi, qui Pal[illegible]nurus inſcribitur, tradit Charonem inſepultos vltra Acherontem fluuium minimè traiicere. Hinc laudi datum Herculi, quod hoſtium cadauera ſepeliri primus permiſerit, *Ælian.12. de varia hiſtor.* Proinde meritò deteſtandi qui ſepulturam contemnunt: quales apud veteres, Diogenes, & Demoſthenes, teſte Strabo & Luciano.
p adde l.17.l.1[illegible] §.1.l.27.§.1.ſ.eo.
q ſtatim, pro ea parte qua funerauit: ſuperfluum de[illegible] tis, ſtatuta die, l.60.j.ſolut.matr.
r Qui alienũ mortuum ſepelierit, in funus eius al[illegible]

quid impenderit, recipere id ab herede, vel à patre vel domino poteſt. Paul. 1.
ſent. vlt. §.vlt.
ſ Paul.1.ſent.vlt.§.vlt.
t l.9.in fin.ſ.eodem.

Si

SI poſſeſſor hereditatis funus fecerit, deinde victu, in reſtitutione non deduxerit, quod impenderit, vtilem eſſe ei funerariam *a*.

1 ¶ Si eodem momento *b* temporis vir, & vxor deceſſerint, Labeo ait, in heredem viri pro portione *c* dotis dandam hanc actionem: quoniam id ipſum dotis nomine ad eum peruenit.

Cui dantur iura ſepulchrorum.

33. *Vlpianus* lib. 68. ad Edictum.

SI quis fuit heres, deinde hereditas ablata ſit ei quaſi indigno, magis eſt, vt penes eum iura ſepulchrorum remaneant *d*.

Si heres in locum ſub conditione legatum intulerit.

34. *Paulus* lib. 64. ad Edictum.

SI locus ſub conditione legatus ſit *e*, interim heres, inferendo mortuum, non facit locum religioſum.

Qui lugeri non debent.

35. *Marcellus* lib. 5. Digeſtorum.

MInimè maiores lugendum *f* putauerunt eum *g*, qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendos venerit. quem ſi filius patrem, aut pater filium occidiſſet *h*, ſine ſcelere, etiam præmio adficiendum omnes conſtituerunt.

De locis captis ab hoſtibus; & poſtliminio.

36. *Pomponius* lib. 26. ad Quintum Mucium.

CVm loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa, vel ſacra *i* eſſe: ſicut homines liberi in ſeruitutem perueniunt. quòd ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi "quodam" poſtliminio reuerſa, priſtino ſtatui reſtituuntur *k*.

Qui ſunt ſumptus funeris. 1. De monumento.

37. *Macer* libro primo ad legem vicenſimam hæreditatium.

FVneris ſumptus accipitur, quidquid *l* corporis cauſa, veluti vnguentorum *m* erogatum eſt: & pretium loci, in quo defunctus humatus eſt: & ſi qua vectigalia *n* ſunt, vel ſarcophagi *o*, & vectura *p*: & quidquid corporis cauſa, antequam ſepeliatur, conſumptum eſt, funeris impenſam eſſe exiſtimo.

1 ¶ Monumentum autem ſepulchri id eſſe, Diuus Hadrianus reſcripſit, quod *q* monumenti, id eſt cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. itaque ſi amplum *r* quid ædificari teſtator iuſſerit, veluti in circum porticationes *ſ*, eos ſumptus funeris cauſa non eſſe.

De officio præſidis circa corpus aut oſſa mortuorum.

38. *Vlpianus* libro 9. de Omnibus tribunalibus.

NE corpora, aut oſſa mortuorum detinerentur *t*: aut vexarentur *u* néve prohiberentur, quo minùs via publica transferrentur, aut quo minùs *x* ſepelirentur, præſidis prouinciæ officium eſt.

De corpore condito non inquietando.

39. *Marcianus* libro 3. Inſtitutionum.

DIui fratres edicto *y* admonuerunt, ne iuſtæ *z*, ſepulturæ traditum, id eſt *a* terra conditum, corpus inquietetur. videtur autem terra conditum, & ſi in arcula *b* conditum hoc animo ſit, vt non alibi transferatur. ſed arculam ipſam, ſi *e* res exigat, in locum commodiorem licere transferre, non eſt denegandum.

a quia ignorans ſepeliit, *v. l.* 14. §. 11. ꝭ. *eodem.*
b v de *l.* 9. §. 2. *inf. de reb. dubiis.*
c *v. l.* 22. ꝭ. *eod.*
d quemadmodum & penes eum, qui hereditate ſe abſtinuit, *v. l.* 6. ꝭ. *eo.*
e i. quamuis pendente conditione heres dominus habeatur, *l.* 12. *ſupra famil.*
f *l.* 11. §. 3 ꝭ. *de his qui notantur.* huc pertinere poteſt quod legimus, vnũ Horatiorum, ſororem ſponſum ſuum Curiatium ab hoſte interfectum lugentem, interemiſſe. *Liuius* 1.
g Proditor ſuæ patriæ non lugetur: ſed & abſque vituperatione filius patrem, qui talis ſit, interficit: ac vice verſa, quinetiam præmiis dignus cenſetur, *Syn. Baſ. eod. c.* 37.
h quòd olim duos nobiles de Falckenſtein feciſſe ait Zaſ. *hic. n.* 12.
i ideóque lapides inde ſublatos in quécumque vſum conuertere poſſumus: nec ſepulchri violati competit actio. *l.* 4. ꝭ. *de ſepulchro violato.* Id Chriſtianos inualeſcente religione Chriſtiana, feciſſe in gentilium lucis & ſepulchris teſtatur Aggenus Vrbicus *lib. de limit. agror.*
k v. apud Quintilianum 5. *cap.* 10. Hot. 5. *illuſtr.* elegantiſſimam & doctiſſimam quæſtionem: An ſcilicet ciuitas bello capta ſi in libertatem vindicetur, iura quoque ſua priſtina omnia recuperet.
l *v. l.* 14. §. 3. 4. 5. ꝭ. *eod.*
m vngebantur mortuorum corpora, *v. l.* 7. §. 3. ꝭ. *de in rem verſo.*

40. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

SI quis ‖ enim ‖ eo animo corpus intulerit, quòd cogitaret inde aliò poſteà transferre, magiſque temporis gratia deponere, quàm quòd ibi ſepeliret mortuum, & quaſi æterna ſede *a* dare deſtinauerit, manebit locus profanus.

De illatione in locum plurium.

41. *Calliſtratus* lib. 2. Inſtitutionum.

SI plures ſint domini eius loci, vbi mortuus infertur, omnes conſentire debent, cùm extranei inferantur. nam ex ipſis dominis quemlibet rectè ibi ſepeliri conſtat, etiam ſine cæterorum conſenſu *b*: maximè cùm alius non ſit locus in quo ſepeliretur.

Definitio monumenti, ſepulchri, cenotaphij.

42. *Florentinus* lib. 7. Inſtitutionum.

MOnumentum *c* generaliter *d* res eſt memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua ſi corpus, vel reliquiæ *e* inferantur, fiet ſepulchrum: ſi verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ cauſa factum, quod Græci κενοτάφιον *f* id eſt, *inane ſepulchrum* appellant.

De his qui religioſum locum facere non poſſunt, interdicto tamen de mortuo inferendo vtiliter agunt.

43. *Papinianus* lib. 8. Quæſtionum.

SVnt perſonæ, quæ quanquam religioſum locum facere non poſſunt, interdicto tamen de mortuo inferendo vtiliter agunt. vtputat dominus proprietatis *g*, ſi in fundum, cuius fructus alienus eſt, mortuum inferat, aut inferre velit. nam, ſi intulerit, non faciet iuſtum ſepulchrum: ſed, ſi prohibeatur, vtiliter interdicto, qui *h* de iure dominij quæritur, aget. eadémque ſunt in ſocio, qui in fundum communem inuito ſocio mortuum inferre vult. nam *propter* i *publecam vtilitatem* k, *ne inſepulta* l *cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus* m: quæ nonnunquam *n* in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet. nam ſummam *o* eſſe rationem, quæ pro religione facit.

De ſepulchro in diuerſis locis. 1. Si reliquia transferantur.

44. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

CVm in diuerſis locis ſepultum eſt, vterque quidem locus religioſus non fit, quia * vna *p* ſepultura plura ſepulchra efficere non poteſt: mihi autem videtur, illum religioſum eſſe, vbi, quod eſt principale, conditum eſt: id eſt, caput *q*, cuius *r* imago *ſ* ſit, inde cognoſcimur.

1 ¶ Cúm autem impetratur *t*, vt reliquiæ *u* transferantur, deſinit *x* locus religioſus eſſe.

Priuilegia funeraria.

45. *Marcianus* lib. 8. Fideicommiſſorum.

IMpenſa funeris ſemper ex hæreditate deducitur: quæ etiam omne creditum *y* ſolet præcedere, cùm bona ſoluendo non ſint.

Si defunctus omnium prædiorum vſumfructum ſeparatim legauerit. 1. De herede & marito defuncta. 2. Si veſtimenta legata in funus erogentur.

46. *Scæuola* lib. 2. Quæſtionum.

SI plura prædia quis habuit, & omnium vſumfructum ſeparatim legauerit, poterit in vnum inferri: *&* electio erit heredis, & gratificationi *z* locus: ſed fructuario vtilem actionem *a* in heredem dandã ad id

a & quaſi æternam ſedem daret. *Hal.* æternam ſedem hic appellat, quæ perpetua alibi dicitur, *l.* 10. *C. eod. l.* 3. §. 4. *inf. de ſepulchro.*
b Religionis fauore in communi fundo inuito ſocio ſepelire ſocium licet: vt, & ex cauſa neceſſitatis, adde *l.* 2. *Cod. de commu. rerum, l.* 1. *C. de commun. ſeruo.*
c *l.* 2. §. 6. ꝭ. *eod.*
d Monumentum vox generis eſt & ſpeciei. eſt enim aliud ſepulchrum, aliud monumentum, ſeu κενοτάφιον.
e reliquiæ. *v. l.* 1. *C. eod.*
f *l.* 6. *in fin. ſupr. eod.* Ex huiuſmodi cenotaphiis templa initium ſumpſiſſe ſuſpicio eſt. Nam ex ſepulchris templa initium ſumpſiſſe tradit Euſebius & Lactantius, & Clemens Alexandrinus ἐν τῷ προτρεπτικῷ. ex 9. hiſtoriarum Antiochi.
g *l.* 1. §. 8. ꝭ. *eo. l.* 1. §. 2. *inf. tit. prox.*
h *al.* quo.
i præter. *Haloan.*
k de qua vide *l.* 51. *in fin.* ꝭ. *ad l. Aquil.*
l De inſepultis dixi *l.* 28. *ſupr. eo.*
m inſuper habemus. *Haloand.* Sed Balduinus *ad l. Falcid.* vnicam eſſe vocem ait, quæ idẽ ſit quod *negligimus.* Eum reprehendit Robertus 2. *recept.* 5. ſed tamen eo ſenſu Cuiacius 3. *obſeru.* 21. ait dici inſuper haberi fructus, *l.* 17. ꝭ. *de his quæ vt indign.* & lachrymas. Apuleius 4. *de Aſin.* iudicium defuncti, *l.* 2. *C. ſi vt omiſſa cauſa.* Quo nomine ab eodem Roberto 3. *Animad.* 15. notatur: defenditur tamen ab Anton. Mercatore, 3. *not.* 15. Omiſeram eundem Cuiacium 11. *obſeru.* 11. ex Baſilicis id confirmare, quæ ſic habent, παρόρᾶται τὸ ἀκριβὲς. vt inſuper habere, ſit παρορᾶν vel ἀμελεῖν. addit Hieronymum 19. *Eccleſ.* Agellium 1. & Symmachum hoc verbo vti.

n veſtiaria, ſed *Cuiac.* 5 *obſ. vlt.* ex Baſilic. legi ait, καὶ τὸ τέλος καὶ ἡ στερὸς καὶ ἡ στολὴ, intelligit autem vectigalia, quæ in itinere præſtantur, dum corpus ex vno loco in alium defertur: quæ ſublata eſſe teſtatur, *l. vlt. C. eod.* v. Cuiac. 11. *obſ.* 21.
o *v. l.* 18. *in fi.* ꝭ *de alim.* Sarcophagus lapis in quo condita corpora quadrageſimo die abſumuntur, exceptis dentibus, cui contrarius eſt Chernites, qui cadauera à putredine vindicat *Plin.* 2. *c.* 96. & 37. *c.* 17. & 16. *Iſidor.* 4. Nonio, ſarcophagus eſt ſepulchrum *c.* 1. *in capulum.*
p ἡ στολὴ: Græci ita legunt: i. veſtiaria circumpotationum non meminit. An quod legibus XII. Tabularum ſublatæ? de huiuſmodi comporationibus Varro ita loquitur, funus exequiati lautè ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus. i. περίδειπνον quo pranſi diſcedentes dicimus alij aliis, vale, & Tertullianus, quo differt ab epulo Iouis ſilicernium: v. Cuiac. 11. *obſ.* 21. Adde in circumpotationibus funebribus, leguminibus vſos fuiſſe vt & in mortuorum euocationibus: cùm aliàs caſtimoniam ſeruantes leguminibus abſtinerent, *v. Plut. Roman. quæſt.* 95. q *l.* 2. §. 6 *ſupr. eo. l.* 42. *inf. eod.*
r *l.* 27. *inf. de cond. & demonſt.* ſ Porticus *l.* 5. *C. de ſepulchro.*
t *l.* 3. §. 4. *inf. de ſepulchro*: *v. Nou.* 60 *c.* 1. 115. *c.* 5.
u putà eruantur, extrahantur, *l. vlt.* ꝭ. *de ſepulchro* contrectentur, *l.* 4. *in fin. Cod. de ſepulchro.* x *l.* 8. ꝭ. *de ſepulchro, v. l.* 6. *C. de ſepulchro.*
y *v. l.* 12. ꝭ. *de edendo.*
z Iuſtæ ſepulturæ traditus dicebatur, qui terra conditus erat.
a Terra conditi, aut ſepulti, aut humati. Sepulti dicebantur, qui quoquo modo conditi: humati, qui humo, *Plinius* 7. *c.* 54.
b v. quæ ſcripſi ad *l.* 7. §. 1. ꝭ. *eod.*
e Plerumque enim, ob incurſum fluminis, vel metum, corpus iam perpetuæ ſepulturæ traditum transferri in alium locum poterat. Poterat, inquam, per nocte & ſolennibus redditis ſacrificiis *Paul.* 1. *ſent.* 21. §. 1. Huc referri poteſt hoc Epitaphium vetus Creſtinæ: Ne quis nos inquieret ex arca noſtra, neque ante alium ponat, aut commutet.

n quæ nunquam, *Haloan. Hugo à Porta.* eámque lectionem defendit Robertus 2. *recept.* 5.
o Religionem quæ conſeruat ratio, ſumma ratio eſt.
p vnius. *Haloand.*
q Caput, i. vnde qualis cuiuſque imago ſit, cognoſcitur, ita legit Haloan. Hinc capiunt initium ſenſus & Nerui (inde caput dictum, vt Varro ad Cicer. ſcribit apud *Lactant.* 1. *de opificio*) & vt Plinius 11. *c.* 37. ſcribit, hanc habent ſenſus arcem: huc venarum omnis à corde vis tendit, hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. Omnium animalium in priora pronum, quia & ſenſus ante nos tendunt. Ab eo proficiſcitur ſomnus, hinc capitis nutatio.
r His quæ de capite diximus, adde quæ de facie & eius commendatione extant, *l.* 17. *C. de pœnis.*
ſ Hinc Ambroſius: Sola ære fuſa Principum capita & ducti vultus de ære vel marmore adorantur. v. Cuiac. 21. *obſ.* 4.
t Reliquiarum ſeu cadaueris translatio impetratur: adde *l.* 39. ꝭ. *eod.*
u *al.* reliquiæ.
x Religioſus locus eſſe deſinit cadaueris in alium locum translatione.
y pignoris taciti *l.* 14 §. 1. ꝭ. *eod.* & dotis: eſt etiam actio funeraria priuilegiata, *l. vlt. in fin.* ꝭ. *eod.* & breuiter, quidquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco deducitur. *Paul.* 1. *ſent. vlt.* §. 4.
z Gratificationi interdum locus eſt: ita vt vni ex legatariis poſſit interdum heres gratificari magis quam alteri
a *l.* 17. *ſupr. de vſufruct. l.* 66. §. 4. ꝭ. *de leg.* 2.

recipien

recipiendum, quod propter eam electionem minutus eſt vſuſfructus.

1 ¶ Si heres mulieris inferat mortuam in hereditarium fundum, à marito, qui debet in funus conferre, pro æſtimatione loci conſequatur.

2 ¶ Ei, cui veſtimenta legantur, ſi in funus erogata ſunt, vtilem actionem in heredem dandam placuit: privilegium funerarium.

DE MORTVO *a* INFERENDO *b*, & ſepulchro ædificando.

TIT. VIII.

Interdictum de mortuo inferendo. 1. Quid ſit prohibere inferre. 2. De domino proprietatis. 3. Si quis via prohibeatur, & de aliis ſeruitutibus 4. Quale ſit hoc interdictum. 5. Interdictum de ſepulchro ædificando. 6. Et eius ratio. 7. De ſepulchro, vel monumento faciendo. 8. Quid ſit prohibere ædificare. 9. Quid ſit ædificare. 10. De eo, qui agit, vt labatur ſepulchrum.

Vlpianus lib. 18. ad Edictum.

PRÆTOR ait: *quo quáve illi mortuum inferre inuito te, ius eſt, quominus illi, eo cáve mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, vim fieri veto.*

1 ¶ Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur inferre *c*. prohiberi autem inferre videtur, ſiue in locum inferre prohibeatur, ſiue itinere arceatur.

2 ¶ Hoc interdicto *d* de mortuo inferendo dominus proprietatis *e* vti poteſt. quod etiam de loco puro competit.

3 ¶ Item ſi mihi in fundum via debeatur, in quem fundum inferre volo, & via prohibear *f*: hoc interdicto poſſe me experiri placuit: quia inferre prohibeor, qui via vti prohibeor: ídque erit probandum, & ſi alia ſeruitus debeatur.

4 ¶ Hoc interdictum prohibitorium *g* eſſe palam *h* eſt.

5 ¶ Prætor ait *i*: *quo illi ius eſt inuito te mortuum inferre, quo minus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto.*

6 ¶ Interdictum hoc propterea propoſitum eſt, quia * religionis intereſt *i*, monumenta extrui & exornari.

7 ¶ Facere ſepulchrum, ſiue *k* mònumentum in loco, in quo ei ius eſt, nemo prohibetur.

8 ¶ Ædificare *l* videtur prohibere, & qui prohibet eam *m* materiam conuehi, quæ ædificio neceſſaria ſit. proinde, & ſi operi neceſſarios prohibuit quis venire, interdictum locum habet. & ſi machinam alligare quis prohibeat: ſi tamen eo loci prohibeat, qui ſeruitutem debeat. Cæterùm ſi in meo ſolo velis machinam ponere, non tenebor interdicto, ſi iure *n* te non patiar.

9 ¶ Ædificare *o* autem, non ſolùm qui nouum opis molitur, intelligendus eſt, verùm is quoque qui vult reficere.

10 ¶ Is qui id agit, vt labatur ſepulchrum, hoc interdicto *a* tenetur.

De prægnante defuncta.

2. *Marcellus* lib. 28. Digeſtorum.

NEgat lex Regia *b*, mulierem quæ prægnans *c* mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur: qui *d* contra fecerit, ſpem animantis *e* cum grauida peremiſſe videtur.

Si propius ædificium alienum aut ædificetur ſepulchrum.

1. Aut mortuus inferatur.

3. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

SI propius *f* ædes tuas quis ædificet [&] ſepulchrum opus nouum nuntiare poteris: ſed facto opere, nullam habebis actionem, niſi quod vi aut clam.

1 ¶ Si propius ædificium alienum intra legitimum *g* modum, mortuus illatus ſit, poſtea eum prohibere non poterit ædificij dominus, quo minus alium mortuum eò inferat, vel monumentum ædificet, ſi ab initio domino ſciente hoc fecerit.

De iure ſepulchri acquirendo.

4. *Vlpianus* lib. 2. Reſponſorum.

LOnga *h* poſſeſſione ius ſepulchri non tribui ei, cui iure non competit *i*.

De monumento perficiendo. 1. De loco religioſo reficiendo.

5. *Idem* lib. 1. Opinionum.

SI in eo monumento, quod imperfectum eſſe dicitur, reliquiæ hominis conditæ ſunt: nihil *k* impedit, quo minùs id perficiatur *l*.

1 ¶ Sed ſi religioſus locus iam factus ſit, pontifices *m* explorare debent, quatenus, ſalua *n* religione, deſiderio reficiendi operis medendum ſit.

a 3. Ext. 28. & 39. Synopſis Baſil. 2.
b ſub. in ſepulchrum.
c l. 8. in fin. ſ. tit. prox.
d l. 8. in fin. ſupr. de religioſis.
e vide l. 43. ſupr. tit. prox.
f al. prohibeatur.
g l. 9. ſupr. de religioſis. §. 1. Inſt. de interdict.
h ait enim prætor in edicto: *vim fieri veto.*
i Inter in edicto: *vim fieri veto.*
i Intereſt religionis monumenta extrui & exornari, vt hic. Cauſæ igitur ſepulchrorũ, Pontificiæ ſunt, & ad ius Eccleſiaſticum pertinent, v. l. 8. ſupr. de religioſis.
k Sepulchrũ aliud fuit a monumento. vide l. 43. ſupr. tit. prox. l. 4. C. de religioſis.
l Ædificia fieri vetare is videtur & qui conuectam iam materiam ædificio imponi vetat, ſed & qui nondum conuectam, conuehi non patitur.
m eò. *Halo.* adde l. 4. l. 5. ſ. de itinere actúque priuato.
n ſ. d iure. *Halo.* ſi ire. *Hugo à Porta.*
o Ædificare is etiam videtur qui reficit tantùm, licet nouum ædificium non poſuerit. hoc quid comprehendatur, vide in l. 3. §. pinult. inf. de itinere.

a & ſepulchri violati, l. 2. l. 3. ſ. de ſepulchro.
b Lex Regia de regis imperio & poteſtate eſt, l. 2. ſ. de conſtitu. principum. Inſtit. de iure naturali. §. ſed & quod principi. l. 1. §. cùm enim. C. de veteri iure enucleando. l. 2. §. nouiſſimè ſ. de origine iuris. hic autem videtur lex Regia eſſe, quæ ab aliquo regum lata fuerit. & fortaſſis hæc lex Regia Numæ fuerit, regis, nimirum religioſi. eò etiam refero Numæ regis Poſtumiam legem (fortaſſis eò dicta fuit, quòd ad poſtumos, hoc eſt, mortuos & humatos pertineret) quæ eſt apud Plinium 14. cap. 12. Vino rogum ne reſpergito. Quam legem funerariam fuiſſe colligimus ex Feſto in Reſperſum. Reſperſum, inquit, vinum dicebant, quia vino ſepulchrum ſpargebatur. vnde ſepulchralis illa lex apud Cic. de leg. Ne ſumptuoſa reſperſio fieret.
c l. 18. ſ. de ſtatu hom. l. 3. ſ. de pœnis. vide quæ notaui infra titul. de ventre in poſſeſſ.
d Prægnantem qui humat priùs quàm ei partus excidatur, perimere partum videtur. Synopſis Baſil. 58. tit. 2. cap. 3.
e refert enim Valerius 1. cap. vlt. Gorgiam quendam Epirotam in funere matris ſuæ vtero elapſum, & inopinato vagitu ſuo, lectum ferentes conſiſtere coegiſſe: & ita matrem fato functam peperiſſe. Gorgiam ante elatum, quàm natum fuiſſe.
f l. 9. l. 11. C. de ædific priuat.
g vide l. vlt. ſ. finium regundorum.
h in ſepulchris longa poſſeſſio non prodeſt ei qui nullum ius habet. Syn. eo tit.
i Imò, præſcriptio libertos in eo iure tuetur, l. 6. C. de religioſis.
k non enim videtur ſepulchrum violari refectione, ſi quis id reficiat, vel etiam perficiat.
l Sepulchra reficere ſine notione Pontificum non licuit. de poteſtate Pontificum in cauſis ſepulchralibus, & funerum v. l. 8. ſ. de Religioſis.
m ad quos cura ſepulchrorum pertinebat, l. 8. ſ. tit. prox. l. 5. in fi. ſ. de pet. her. & hoc refer l. 3. §. 4. verſ. diuus inf. de ſepulcr.
n Clauſulam obſerua: *ſalua religione ſepulchri, id refici permitto, ſalua religione,* id eſt, ne piaculum admittatur.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM
PARS TERTIA *a*.
LIBER DVODECIMVS.
DE REBVS CREDITIS, SI CERTVM *b*, petetur, & de condictione *c*.

Expoſitio tituli de rebus creditis.

Vlpianus libro viceſimoſexto ad Edictum.

ERE eſt, prius quàm ad verborum *d* interpretationem perueniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli *e* referre. Quoniam igitur multa ad contractus varios pertinentia iura ſub hoc titulo *f* prætor inſeruit, ideo rerum creditarum titulum præmiſit. omnes enim contractus, quos alienam fidem ſecuti inſtituimus, complectitur: nam, vt libro primo quæſtionum Celſus *a* ait, credendi generalis appellatio eſt. ideo *b* ſub hoc titulo prætor, & de commodato, & de pignore edixit. nam cuicunque rei adſentiamur, alienam fidem ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur.

a quam Græci Αντιπαπινιανοῦ appellabant, quòd ea traderetur iuris diſcipulis, vice librorum Papiniani, ex conſtitutione Iuſtiniani v. Cuiac. 7. obſer. 5. Quarta pars incipit inf. à libro 20. tit. de pignorib.
b 4. C. 2. & Inſtit. quibus modis re contrah. in princ. 2. Pan. 3. 5. Harm. 5.
c Condictionem Græci definiunt, τὸν ὀνομαστικὸν λόγον τοῦ οἰκείου δανείου.
d mutui, l. 2. certi, l. 6 inf. eod.
e Titulorum iuris ſignificationes, iuris interpretibus non negligendæ.
f Tituli ſeu Rubricæ iuris num vim legis obtinent? Sic videtur modò perfectam orationem habeant, nec à textu reſtringantur, amplientur, ſupplcantur. vide Euerard. in loco à Rubro 92.

a Artifici ſua in arte credi oportere, hinc colligunt, de quo v. quæ notaui ad l. 36. inf. de ſolut.
b an id ſit hunc titulum generalem? negat Cuiacius 7. obſer. 32. vt & paſſim in Pandectis vllum titulum generalem reperiri. Idem ſentit 2. ad African. ſed Robertus 1. animad. cum reprehendit. Idque etiam ſentit Hugo Donellus hic numero 11. & ſeq. Cuiacium defendit Antonius Mercator 2. nota. 26. Certè ſi propius ſpectentur qui de in integrum reſtitutionibus, tutelis, legatis, bonorum poſſeſſionibus, manumiſſionibus, exceptionibus, prætoriis ſtipulationibus, priuatis delictis & publicis iudiciis inſcripti ſunt, ſpecierum ſuarum tractationem ambiunt. Hic autem titulus, & de pignoribus, mixti ſunt: in quibus vox credendi, mutui, pignoris expreſſi tractationem anteuertit, vt meritò mihi videantur.

¶ Re

¶ Rei *a* quoque verbum vt generale *b* prætor elegit.

Mutuum quomodo. 1. *Et quibus in rebus contrahitur.* 2. *De Etymologia & effectu mutui.* 3. *Quid interſit inter creditum, & mutuum.* 4. *Qui mutuum dare poſſunt.* 5. *Si verbis credatur.*

2. *Paulus* lib. 28. ad Edictum.

MVtuum *c* damus recepturi non eandem ſpeciem *d*, quam dedimus, (alioquin commodatum erit, aut depoſitum) ſed idem genus *e*. nam *f* ſi aliud genus, veluti, vt pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum.

1 ¶ Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ *g* pondere, numero, menſura conſiſtunt: quoniam eorum *h* datione poſſumus in *i* creditum ire: quia *k* in genere *l* ſuo functionem *m* recipiunt *n* per ſolutionem, quam *o* ſpecie *p*. nam in *q* cæteris rebus ideo in creditum *a* ire non poſſumus, quia aliud pro alio *b* inuito *c* creditori ſolui non poteſt.

2 ¶ Appellata eſt autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit *d*: & ideo ſi non fiat tuum, non naſcitur obligatio.

3 ¶ Creditum ergo à *e* mutuo differt, quà *f* genus à ſpecie. nam creditum conſiſtit extra eas res *g*, quæ pondere, numero, menſura continentur: ſicut, ſi eandem rem recepturi ſumus, creditum eſt. Item mutuum non poteſt eſſe, niſi proficiſcatur *h* pecunia *i*: creditum autem interdum, etiam ſi nihil proficiſcatur: veluti ſi poſt nuptias dos promittatur *k*.

4 ¶ In mutui datione oportet dominum eſſe dantem *l*, nec obeſt, quòd filiusfamiliàs, & ſeruus dantes peculiares nummos obligant: id enim tale eſt, quale, ſi voluntate mea tu des pecuniam: nam mihi actio adquiritur, licèt *m* mei nummi non fuerint.

5 ¶ Verbis quoque credimus *n*, quodam actu *o* ad obligationem comparandam interpoſito: veluti ſtipulatione.

Qualis res in mutuo reddi debet.

3. *Pomponius* libro 27. ad Sabinum.

CVm quid mutuum dederimus & ſi non cauimus, vt æque bonum nobis redderetur, non *p* licet debitori deteriorem rem *q*, quæ ex eodem genere ſit, reddere.

a & debiti. τὸ χρέος καθολικώτερον ἐστὶ τοῦ δανείου 3. *Harm.* 5.
b Rei verbum generale. Quid enim in hac vniuerſa natura reperiri poteſt, quod res non ſit? Quare vt vocabulum tranſcēdens pecuniam, *l.* 5. *inf. de verborum ſign.* delicta, *l.* 4. *inf. de verb oblig.* contractus, obligationes, *l.* 6. *inf. de verb. ſign.* mancipia & homines, *l.* 32. §. 2. *in fin. inf. de leg.* 2. & negotia, *arg. l.* 32. *inf. de regulis iuris* complectitur, & quæ ſunt extra patrimonium. *Inſt. de rerum diuiſ.* ſ. d in rei vindicatione, res corporales, *l.* 1. §. 1 *ſupr. de rei vindic.* in legato, & donatione rerum, immobilia *l.* 79. §. 1. *inf. de leg.* 3. & è contra, legato eorum quæ ſunt in domo. *l.* 86. *inf. de leg.* 2. & rerum mearum actiones, *l.* 27. §. 2. *inf. de auro*, & ſeruitutes *e.* 73. *inf. de leg.* 3. non continentur: ſecus eſt in vniuerſali rerum mearum fideicommiſſo. *l.* 30. §. 1. *inf. ad Trebell.* Tunc enim fideicommiſſarius perſonam defuncti repræſentat. Porrò de latiſsima rei ſignificatione vide Franciſcum de las Caldàs *in repetitione legis, ſi minorem*, in verbo, Res, C. *de in integrum reſtit. minorum.*
c vide *Theophil.* §. 2. *Inſt. quib. alienare: & in pr. Inſt. quib. mod. re contr.*
d Species hic aliter quàm apud Philoſophos ſumitur. Philoſophis ſpecies eſt id, quod de pluribus indiuiduo differentibus prædicatur: hic, ſpecies eſt ipſum indiuiduum. Contra, genus, de quo mox, ſpecies eſt, non genus Philoſophis. Docendi cauſa ſpeciem & genus ſumamus vt à Iuriſconſulto hic vſurpatur. Species eadem eſt id ipſum triticum quod mutuo datum eſt. Idem genus, triticum Africanum pro Africano. Aliud genus, triticum pro vino. His poſitis, tritico mutuo dato, non id agitur vt idem ipſum quod mutuo datum eſt, reddatur, ſed vt idem genus, non aliud. Idem Africanum pro Africano. Non idem, vinum pro tritico.
e i. non eadem res eſt in indiuiduo, ſed eadem in ſpecie. f Nota. Rerum traditiones fieri, vel vt nihil (hinc donatio) vel vt idem (hinc commodatum, precarium, depoſitum, pignus, mandatum, locatio) vel vt aliud in diuerſo genere (hinc permutatio, emptio) vel vt aliud in eodem genere nobis reddatur, vt mutuum, *vt hic.* g Conſiſtet igitur in omnibus rebus mutuum, in veſte, ſuppellectile, lapidibus & lignis. Nihil enim dici, fingique poteſt in hoc vniuerſo quod non vel pondere vel numero, vel menſura conſtet? Sic cenſeo: Res pondere, numero & menſura conſiſtentes hic appellari, non res omnes paſsim, ſed quæ vſu hominū exigente & commerciis dari nominatim ad pondus, ad numerū & menſurā ſolent, hoc eſt, pondere, numero & menſura expreſsis, vt ſi quis mutuo det certum olei pondus, mille ſolidos, tot frumenti modios: ſunt enim quædam quæ aliis damus nullo neque pondere, neque numero, nulla denique menſura expreſsis. h *lego*, earum, nam loquitur de rebus. i. In creditum ire, hic eſt, in mutuum ire: mutuum contrahere: ſic alibi, in creditum ire, pro mutuum dare, *l.* 19. §. *circa finem. inf. ad Velleianum*, & creditum, pro mutuo *l.* 3. §. 2. *inf. de Senatuſc. Macedon.* ſic credita pecunia, pro mutuo data, *l.* 6. §. 6. *inf. mand.* k In genere ſuo magis quàm ſpecie functionem ea per ſolutionem, ſeu cum ſoluuntur, recipere dicuntur. quorum genus ſi ſoluerit debitor, ſpeciem non ſoluerit, ſtatim liberatur: vel, quorum ea natura eſt, vt ſi idem eorum genus præſtetur, liberatio contingat debitori. Hunc locum ita interpretor verè, &, vt opinor, facillimè, qui à multis aliis miſerè tractatus eſt. Nec enim placet quod Forcatulus *c.* 13. *penus* ita diſpungit: eorum datione poſſumus in creditum ire (quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem) quam ſpecie. l i. in rebus eiuſdem naturæ, nominis, & vſiæ. Cicero 1. *de orat.* Roſcius in ſuo genere. m Functionem recipere, eſt alterius loco & vice fungi *l.* 2. *inf. de S. C. Macedoniano.* vice mutua funguntur, quæ tantundem præſtant. *l.* 6. *inf. eo.* n i. ſolutio, non idem quod acceptum eſt) niſi euentu, occaſione, accidenti, præter primum propoſitum debitor, reparatis aliunde pecuniis, eoſdem nummos quos accepit, creditori reſtituat) reddit, ſed tantundem: *Seneca* 6. *de benefic.* 5. tantundem, inquam, quia id quod ex cauſa mutui redditur, ſubſtantia, quantitate, genere, ſeu qualitate, *l.* 1. §. 2. *inf. de obl.* vi, bonitate. vſu & valore ſuoit, ſuſtinet, & repreſentat rem ipsā quæ mutuo data fuit. o *al* magis quàm per ſpecie: qua exlectione Zaſius colligit, mutuum etiam in ſpecie conſiſtere, ſed minus frequenter quàm in genere. In ſpecie, inquam, mutuum conſiſtere exiſtimat, dummodo ſolutio vniformis ſequatur: hoc eſt, vt id quod datum eſt numero ad numerum, menſura ad menſuram reddatur. Atqui, non hic quæſtio eſt an ſpecies mutuo dari, ſed an eadem ſpecies ſolui poſsit. Species ſanè, in mutuo eſſe, ſeu mutuo dari poteſt, at non eadem ſolui poteſt. Speciem damus, idem genus ſoluimus. Igitur aliud? non aliud, quia genus ſolutum fungitur planè loco ſpeciei mutuo datæ. Ita res in mutuo comparatæ ſunt, vt ſi loco ſpeciei mutuo datæ genus ſoluas, idem ſoluas: imò magis idem ſoluas, quam ſi ſpeciem eandem ſolueres. Vix enim fit, aut raro, vt eadem ſpecies mutuo accepta, dum mutuo debitor ipſe vtitur aut abutitur, ad eundem debitorem reuertatur, & eandem omnimodo creditor reddat. Eſt igitur τοῦ, ſeu *Magis* particulæ hoc loco vis ea ac poteſtas, vt non cōparet, ſed eligat, *vt in l.* 1. *ſup. comm. diui.* æquè ac in illo, magis volo eſſe diues quam pauper. Plautus in Perſa. Adoleſcens vis vendere iſtam? S. magis lubet quam perdere, dixi *ad l.* 31. §. 23. *inf. de ædilitio.* p Per ſolutionem in genere ſuo quam in ſpecie res functionem recipiunt, quarum ſpecies magis quàm indiuiduum: forma, quàm materia: quantitas, vis, & valor, quàm corpus reſpicitur: quæque vel natura, vel hominum artificio ad hoc formatæ reperiuntur, vt in iis altera (ſine cuiuſquam iniuria, apertè & euidenter & citra fictionem aut impoſturam) alterius loco vice fungatur, ac tantumdem præſtet homini, in eodem vſu, quantum altera: quia in iis pondus ponderi, quantitas quantitati, qualitas qualitati, vſus vſui exæquatur. q Cur in cæteris rebus, quæ non ad pondus, numerum & menſuram dantur in creditum ire ſeu mutuum dare non poſſumus? hoc eſt, cur ſi ſpeciem in illis acceperis, genus reddere non poſsis, vt in mutuo? quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt, *vt hic.* hoc eſt, Hæ res ita comparatæ ſunt natura, vt eadem ſpecies accepta reſtitui debeat. In his rebus genus non fungitur loco ſpeciei: ſi genus redderetur pro ſpecie, aliud pro alio ſolueretur creditori. Vel ita: in cæteris rebus, hoc eſt in negotiis, & contractibus cæteris, damus quidem res, quæ pondere, numero vel menſura conſiſtunt: quia tamen eas non ad pondus, non ad numerum, aut menſuram damus, vt fiant accipientis ſed vt vſum & vtilitatem aliam ei præbeant, non in creditum imus, ſeu mutuum contrahitur, ſed aliud negotij genus: cuius ea lex eſt & natura, vt eadem omnimodo ſpecies reddi debeat: cuius loco etiam ſi genus idem redderes, aliud tamen redderes: vt ecce, libros non ad pondus, numerum aut menſuram tibi dedi, vt tui eſſent, ſed vt eſſent tibi pignori, depoſito, commodato, precario, locato. in hac hypotheſi eoſdem libros reddere teneris, neque liberari poteris eiuſdem generis præſtatione. Cur tam variè? in his negotiis, quia res ſemper mea manſit nunquam tua fuit, ſi non eandem, ſed idem genus reddas, aliud reddas. In mutuo res mea eſſe deſiit, tua facta eſt, non ea lege, vt eandem ſpeciem redderes (id enim fieri non poteſt, cuius rei à me tibi mutuo datæ, alienandæ habeas: & eo fine rem à me accipias vt eam in alium transferas) non vt pro tritico pecuniam redderes, (id enim venditio eſt) ſed vt idem genus. id enim ſupereſt in rerum natura quo liberari poſsis, cùm rem tibi donare noluerim.

a id eſt, in mutuum. b vt pro pecunia. nomen. *l.* 16. *C. de ſolut. v. l.* 2. *inf. eod.*
c ſecus ſi conſentiat: tunc enim pro pecunia numerata, res, vide *l.* 17. operæ, *l.* 20. *C. de ſolut.* pecora in ſolutum dari poſſunt *l.* 9. *C. de reſcindenda venditione.*
d ita tamen vt idem à te ſim recepturus (alias hæc definitio donationi competeret) eiuſdem bonitatis & qualitatis. *l.* 1. §. 2. *inf. de obligat. & actionibus.*
e τὸ χρέος καθολικώτερον ἐστὶ δανείου, Crediti appellatio latius patet quàm mutui. Creditum genus eſt, mutuum ſpecies, *vt hic.* In credito aliud interdum non recipimus: in mutuo, aliud recipimus, *vt hic.* Creditum extra pecuniā etiam conſiſtit: mutuum verò, niſi pecunia interuenerit, non conſiſtit, *verſ. Item mutuum.* Creditum eſt interdum etſi nihil proficiſcatur: in mutuo à nobis aliquid proficiſci oportet. *verſ. creditum.* In credito dantem dominum eſſe oportet: in mutuo neceſſe non eſt. §. 4. *inf.* Credimus etiam verbis: mutuum damus non item. §. 5. *inf.* adde *Harm.* 3. §. 1. f ita populus à plebe differt. §. 4. *Inſt. de iure naturali.*
g *l.* 10. *inf de verb. ſignificat.*
h i. niſi reipſa fiat numeratio, mutuum naturale non contrahitur: v. quæ notaui ad *princ. Inſt. quib. mod. re.* i id eſt, res pondere, numero & menſura conſiſtens §. 1. *ſupr. eo. l.* 30. *inf de leg.* 1. (de hac dictione vide *l.* 2 *in fin. C. de conſt. pecul.* vel loco pecuniæ res æſtimata *l.* 4. *inf. eo. & l.* 8. *C. eo.* k id enim licet. vide *l.* 1, *de pactis dotalibus.* eóque caſu maritus creditor iure ciuili cenſetur, licèt ab eo nihil ſit profectum. *l.* 19. *inf. de verb. obl.* Paulus ſcripſerat *dicatur*, vide Cuiac. 23. *obſ.* 18.
l Nec enim de non meo, mutuum fieri poteſt. Sed tamen vtilitatis cauſa receptum eſt, vt certis caſibus mutuum, & ſi ab initio non conſtitit, conualeſcat: puta, conditionis euentu (quando mutuum ſub conditione datum eſt) *l.* 7. *l.* 8. *in pr. inf. eo.* ſi dominium rei mutuatæ adipiſcamur, *d. l.* 8. *in fin.* ſi dominus pecuniæ mutuatæ ratum habeat, *arg. l.* 6. *inf de condict. indeb.* ſi mandet mihi ſuas actiones, *l.* 2. *C. hoc tit.* ſi is, cui credidi, pecuniam conſumpſit, *l.* 13 *inf. eo. l.* 56. §. 2. *inf. de fideiuſſ.* vel vſucepit. *l.* 15. §. 2. *inf. de condict. indeb.* m vide *l.* 2. *C. per quas perſonas.* Tale mutuum ciuile dicitur. Quæ vox, ne quem turbet, ſciendum eſt, mutuū Naturale dici, quoties rei intercedit: Ciuile, quoties numeratio non interuenit, ſed ſpes eius. Illud, vel merum ac nudum eſt, vel adiutum à iure ciuili: merè naturali mutuo mihi obligaris, cùm meos nummos à me accipis: adiuto à iure ciuili, cum paternos vel dominicos à me accipis. Ciuiliter vero tantum mihi obligaris, quoties ſpe futuræ numerationis mihi chirographum tradis (húcque pertinent Tituli Cod. de non numerata, de dote cauta, ſi pignoris conuentionem) vel verbis fateris debitum. §. *vlt. inf. eo.* Ciuiliter verò & poſtea naturaliter, quoties traditionem chirographi pecuniæ numeratio ſequitur. n & mutuum damus ciuiliter ſcilicet, *vt ſupr. eod.* o id eſt, præcedente interrogatione, & ſubſequente congrua reſponſione, *v. l.* 51. §. 2. *inf. de obl. & act.* p apertius legerimus, *non licet tamen debitori*: vt ſit ſenſus: In mutuo, ex eodem genere: ſeu idem genus debitor poteſt ſoluere, at non ex eodem genere rem deteriorem. Vinum nouum & vetus, genere ipſo eadem. ſed vſu Romano genus deterius reddit qui pro veteri vino nouum reddit. Itaque idem genus quidem reddiderit, ſed quia deterius ſit non idem genus videbitur: non idem, inquam, id eſt, non eadem bonitate, ſeu qualitate genus. q deteriorem rem in mutuo reddit, qui aliud pro alio. *l.* 2. §. 1 *ſupr. eod.* partem pro toto, *l.* 13. §. 8. *inf. de act. empt.* v. Hotom. *quæſt. illuſtr.* 20. nomen pro pecunia. *l.* 16. *C. de ſolut.* acetum pro vino, æs pro auro plumbum pro argento, *l.* 9. *in fin. inf. de contrahen. emp.* vinum pro tritico, & è contra, *l.* 2. *ſupr. eo.* nouum vinum pro vetere, *vt hic*, (non idem è contrario eſſe putat Accurſ.) vetus acidum, pro veteri vino quod optimum datum eſt, *l.* 1. *in pr. inf. de peric.* (Non idem eſt in nouo frumento, quod veteris loco ſolui poteſt, at non è contra: nouum enim melius eſt, *l.* 1. *C. de cond. in publ. hor.*) inuito creditori offert. Aureos debes? æroſam pecuniam & edicto publico ſublatam creditori offerens, nihil agis, *l.* 192. *inf. de ſolution.* æſtimatos debes? æſtimatione liberaris, *arg. l.* 7. *in fi. ſupr. de vſufruct.* earum rerum: *l.* 1. *in fi. inf de æſtimatoria, v. l.* 22. *inf. rerum amot. v. Arreſtum Pariſienſe apud Lucium* 10. *Plac.* 6. *n. vlt.* nominatim in ſpecie aúreos debes? ſpeciem redde, non æſtimationem: lex enim contractus ſeruanda eſt, *l.* 1. §. 6. *inf. depoſiti.* atqui à tempore contracti mutui, aureorum poteſtas excreuit? poterat & eadem lege vel communi rerum omnium vtilitate vel edicto Principis decreſcere creditoris detrimento: quod commodum cum aduerſarij damno conſequi potueris, æquiſsimum eſt, vt talionis æquitate ipſe quoque vtatur, *ſupr. quod quiſque iuris.* Hucque refero *l.* 99. *inf. de ſolut.* negantem, creditorem in alia forma cogendum nummos accipere, at neque æſtimatos, neque nominatim in ſpecie debes. ſed decem aureos ſimpliciter? puto, te æſtimationem offerentem creditori audiendū: ſibi. n. creditor imputet, qui legem cōtractui non dixit apertius, *l.* 79 & 91. *inf. de ſolut.* aduerſus debitorē cui nominatim leges fauere in ambiguis ſcire potuit *v. l.* 47. *ſ. oblig.* eaque interpretatio, non vnius contrahentis deſiderio, ſed communi omnium hominum vſui conſentanea eſt. inter quos, quacunque in prouincia, aureos certa lege æſtimatos paſsim cum ſua ac publica æſtimatione permutari conſtat: tales autem interpretationes, præſertim in rerum pretiis recipiendæ ſunt, quæ communiter intelliguntur, *v. legem* 63. *inf. ad legem Falc.* At hic quæritur, à quo tempore æſtimatio ſit ducenda, an contractus quo minimi: an ſolutionis, quo maioris pretij aurei ſunt? an & ſententiæ? ſi dictum ſit, quo tempore reddantur, quanti tunc fuiſſet: ſi non, quanti tunc cùm petitum eſſet *l.* 22 *inf. eod.* Tentari poteſt, vt in aliis rebus, quàm pecunia, id verum ſit: & in pecunia (cuius

dere : veluti vinum nouum *a* pro vetere, nam * in
contrahendo quod agitur *e*, pro cauto *d* habendum
eſt *e* : id autem agi intelligitur, vt eiuſdem generis,
& eadem bonitate ſoluatur, qua datum ſit.

De depoſito futuri mutui cauſa contracto. De eo qui rem vendendam accepit, vt pretio vteretur. 1. De pignore & fructibus. 2. De his quæ flumen abſtulit.

4. *Vlpianus* lib. 34. ad Sabinum.

SI quis nec cauſam, nec propoſitum fœnerandi habuerit, & tu empturus prædia, deſideraueris mutuam pecuniam, nec volueris *f* creditæ nomine, antequam emiſſes, ſuſcipere, atque ita creditor, quia neceſſitatem fortè proficiſcendi habebat, depoſuerit apud te hanc eandem pecuniam, vt, ſi emiſſes, crediti nomine obligatus eſſes, hoc depoſitum periculo, eſt eius, qui ſuſcepit. Nam & qui rem vendendam acceperit, *vt pretio vteretur*, periculo *g* ſuo rem habebit.

1 ¶ Res pignori data, pecunia ſoluta, condici poteſt *h*, & fructus ex iniuſta *i* cauſa percepti, condicendi ſunt. Nam & ſi colonus poſt luſtrum *k* completum, fructus perceperit, condici eos conſtat *l* ita demum ſi non ex voluntate domini percepti ſunt : nam ſi ex voluntate, proculdubio ceſſat condictio.

2 ¶ Ea, quæ vi *m* fluminum importata ſunt *n*, condici *o* poſſunt *p*.

De re perempta, & de mora.

5. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

QVod te mihi dare oporteat *q*, ſi id poſtea perierit, quàm per te factum erit, quo minus id mihi dares, tuum fore id detrimentum conſtat *r*.

¶ Sed cum quæratur, an per te factum ſit, animaduerti debebit, non ſolum in poteſtate tua fuerit id, necne : aut dolo *ſ* malo feceris, quo minus eſſet, vel fuerit, necne : ſed etiam, ſi aliqua iuſta cauſa ſit, propter quam intelligere deberes, te dare oportere.

Certi definitio.

6. *Paulus* lib. 28. ad Edictum.

CErtum eſt *t* cuius ſpecies, vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ nominis vice *u* fungitur, qualis, quantáque ſit *x* oſtenditur. Nam & Pedius libro primo de ſtipulationibus * nihil *y* referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito *z* oſtendatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur : quatenus *a* mutua vice fungantur, quæ tantundem præſtent *b*.

Quæ inſeri mutuo poſſunt. De mutuo conditionali.

7. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

OMnia, quæ inſeri ſtipulationibus poſſunt, eadem poſſunt etiam numerationi pecuniæ : ‖ & ‖ ideo & *c* conditiones *d*.

a *Vetus* vinum eſt anni prioris : niſi aliud ex vſu teſtatoris colligatur. dixi ad *l. 9. in fin. l. 10. l. 11. l. 12. j. de tritico & vino leg.* Decipitur itaque hac lege Bartolus, qui putat vinum vetus dici, cum primum clarum eſſe incipit, ſi modò vltra annum ſeruari non poſſit.

b In contrahendo, quod agitur pro cauto habendum eſt : hoc eſt, Cùm contrahimus, quædam, etſi non ſint verbis nominatim expreſſa, ſubintelligûtur tamen ex natura ipſius actus quem agimus ſeu gerimus : ea pro cautis & expreſſis habenda ſunt. Perinde præſtantur ea ac ſi cauta & expreſſa fuiſſent.

c *ſub.* tacite, vt Titul. Cod. *Plus valere quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur* : Verbis interdum quædam extrinſecus exprimimus, aliud tamen agimus re ipſa. Id quod ita agitur ſeu ſubintelligitur, plus valet quam quod ſimulatè conceptum. τὸ itaque *agitur* hic, idem eſt quod intel igitur.

d hoc eſt, pro expreſſo pacto, conuento, promiſſo.

e De tacito v. quæ notaui j. *ad tit. ex quibus cauſis pign.*

f nec voluerit crediti nomine accipere *v. l. 11. inf. eo.*

g an, vt præſtet etiam caſum fortuitum ? ſic puto : caſus enim fortuiti ad dominum rei pertinent. *l. 6. C. de pign.* qualis eſt in hac hypotheſi, is qui accipit : ideóque non obſtabit lex 1. §. 36. j. *depoſit.* quæ negat, eum qui depoſito ſe obtulit, de caſu fortuito teneri: nec enim depoſitarius in ea lege dominus eſt. Sed demus in hac ſpecie, accipientem dominum non fuiſſe, quod hic venditio non antea contracta fuiſſe videatur, quam res vendita fuerit. quòd minimè ſucceſſit: id tamen conſtabit, hoc negotium, de quo nunc quæritur, innominatum eſſe, *l. 20. inf. de præſcr.* in contractibus innominatis deperditæ rei, ante venditionem, periculum ad eum pertinere qui depoſito ſe obtulit *l. 7. in fin. j. de præſcr.* depoſitum autem (de quo in *d. l. 1.* agitur) nominatus eſt contractus : & ita cum Lorioto, aduerſus Zaſium ſentire poſſis.

h quia creditor qui ſoluto debito pignus non reſtituit, fur eſt, *v. l. 54. j. de furt.* atqui furi res etiam noſtras condicimus. *v. l. 1. in fin. j. de condict. tritic. l. 1. inf. de condict. furt.* i Iuſta. *Hal.* & malè.

k i. quinquennium, vt *l. 13. in fi. j. locati. l. 67. in fi. j. de furtis : l. 30. §. 1. inf. de leg. 3.* dixi ad Varr. & Feſt.

l tunc enim qui inuito domino percipit, furtum facit, *l. 67. in fi. j. de furtis.*

m aliud ſi non vi, ſed per latens incrementum ſeu alluuionem *l. 7. §. 1. inf. de adq. rer. dom.* Cur ita ? an quia vis videtur, non alluuio ? an potiùs quod vim fluminis repellere non ita quis poſſit, vt latens incrementum facto fluminis impedire ? n *ſub.* in alienum fundum.

o & interdicto peti : quale datum fuit à prætore cum Tiberis abundaſſet, & res multas multorum in aliena prædia importaſſet, *l. 9. §. 1. inf. de damno.*

p licèt noſtra remaneat, quod ſpeciale eſt.

q actione perſonali, ſcil. §. 15. *Inſt. de actionibus.*

r Debitor qui moram admiſit, rei peremptæ æſtimationem præſtat, *vt hic.* ſed & omnes acceſſiones, quales ſunt fructus, viæ, & id quod intereſt. *v. l. 23. l. 82. in fi. inf. de verb. obl.* niſi præſtationis difficultas aut alia iuſta cauſa eum excuſet. v. hic interpretes de mora tractantes. ſ *l. 17. §. 1. verſ. quod ſi dolo j. de rei vind.*

t *Certum* eſt, quod ex ſe vel ex circumſtantiis ſuis apparet, quid, quale, quantúmque ſit. *l. 74. §. 1. l. 75. inf. de verb. obl.* u *v. l. 34. inf. de cond. & dem.*

x *Certum* cenſeri etiam dicendum eſt, quod ad aliud refertur, putà ad teſtamentum *l. 5. §. 1. inf. de re iud.* ad locum certum, *l. 75. §. 5. inf. de verb. obl.*

y *Certa* res fit proprio nomine, digito demonſtratione, aut vocabulo quo mutua vice, hoc eſt, proprij nominis vice fungatur. Digito quod monſtratur, certum eſt. z ad rei certitudinem, ſufficit digito demonſtrari, *vt hic*, & ad certam poſſeſſioné ad prehendendam, oculo percipi *l. 18. §. antep. inf. de adq. poſſ.* a quatenus, i. quia, vt in *l. Antæus. inf. de aqua plu.* b Æquipollentib. aliquid fiat interdum nihil intereſt. adde *l. 11. inf. de leg. 3* c Mutuum non tantùm purè, ſed & ſub conditione poteſt contrahi. d nam purè vel in diem ſtipulamur, *§. 2. Inſt. de verb. oblig.*

8. *Pomponius* lib. 6. ex Plautio.

PRoinde mutui datio interdum pendet, vt ex poſt facto confirmetur: veluti ſi dem tibi mutuos nummos, *Vt ſi conditio a aliqua extiterit, tui fiant, eiſque mihi obligatus.* Item ſi legatam pecuniam heres crediderit, deinde legatarius eam noluit ad ſe pertinere: quia heredis *b* ex die aditæ hereditatis videntur nummi fuiſſe, vt credita pecunia peti poſſit. Nam Iulianus ait, & traditiones ab herede factas, ad id tempus redigi, quo hereditas adita fuerit, cùm repudiatum ſit legatum, aut adpoſitum *c*.

Quibus ex cauſis certi condictio competit. 2. De obligatione ſuo vel alieno nomine. 3. Quibus ex cauſis certi condictio competit. 4. Si numerationem ſequatur ſtipulatio inutilis. 8. De pecunia credita nomine alieno. 9. Si depoſitario permittatur vti re depoſita.

9. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

CErti condictio competit ex omni cauſa *d*, ex omni obligatione *e*, ex qua certum petitur : ſiue ex certo *f* contractu petatur, ſiue ex incerto: licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo præſens ſit obligatio : cæterùm ſi in diem ſit, vel ſub conditione obligatio, ante diem *g*, vel conditionem *h* non potero agere.

1 ¶ Competit hæc actio etiam ex legati cauſa, & ex lege Aquilia : ſed & ex cauſa furtiua *i* per hanc actionem condicitur: ſed & ſi ex ſenatuſconſulto agetur, competit hæc actio: veluti ſi is, cui fiduciaria *k* hereditas reſtituta eſt, agere volet.

2 ¶ Siue autem ſuo nomine quis obligatus ſit, ſiue alieno, per hanc actionem rectè conuenitur.

3 ¶ Quoniam igitur ex omnibus contractibus hæc certi condictio competit, ſiue re fuerit contractus factus, ſiue verbis, ſiue coniunctim *l* : referendæ ſunt nobis quædam ſpecies, quæ dignum habent tractatum, an hæc actio ad petitionem eorum ſufficiat.

4 ¶ Numeraui tibi decem, & hæc alij *m* ſtipulatus ſum *n* ; nulla eſt ſtipulatio *o*. An condicere decem per hanc actionem poſſim *p*, quaſi *q* duobus contractibus interuenientibus : vno, qui re factus eſt, id *r* eſt numeratione: alio qui verbis, id eſt inutiliter: quoniam alij *ſ* ſtipulari non potui ? Et puto poſſe *t*.

5 ¶ Idem erit ſi, à pupillo fuero ſine tutoris auctoritate ſtipulatus, cui tutore (auctore) credidi. nam & tunc manebit mihi condictio ex numeratione *u*.

6 ¶ Item quæri poteſt, & ſi, quod tibi numeraui, ſub impoſſibili conditione ſtipuler. cùm enim nulla ſit ſtipulatio, manebit condictio *x*.

7 ¶ Sed & ſi ei numerauero, cui poſtea bonis interdictum eſt, mox ab eo ſtipuler, puto pupillo eum comparandum : quoniam & ſtipulando ſibi adquirit *y*.

8 ¶ Si nummos meos tuo nomine dedero, velut tuos abſente te, & ignorante Ariſto ſcribit, adquiri tibi condictionem *z*. Iulianus quoque de hoc interrogatus libro decimo ſcribit, veram eſſe Ariſtonis ſententiam : nec dubitari, quin, ſi meam pecuniam tuo nomine, voluntate tua, dedero, tibi adquiratur obligatio : cùm quotidie *a* credituri pecuniam mutuam, ab alio poſcamus, vt noſtro nomine creditor *b* [meus &] futuro debitori noſtro.

9 ¶ Depoſui apud te decem : poſtea permiſi tibi vti *c* : Nerua, & Proculus, etiam antequam moueantur, condicere, quaſi *d* mutua tibi hæc poſſe aiunt : & eſt verum, vt & Marcello videtur : animo enim cœpit poſſidere *e* : ergo tranſit *f* periculum ad eum, qui mutuum rogauit, & poterit ei condici.

10. *Vlpianus* libro 2. ad Edictum.

QVòd ſi ab initio *g* cùm deponerem, vti tibi, ſi voles, permiſero, creditam non eſſe antequam mota ſit : quoniam debitum iri non eſt certum.

a in conditionali mutuo, res ex futuro euentu fieri poteſt mea. vide quæ notaui ad *l. 2. §. 4. §. eo. l. 19. inf. eo.*
b *l. 44. §. 1. v. l. 86. §. 2. inf. de leg. 1.*
c agnitum Bart. adquiſitum. Duarenus : adquiſitum Cuiac. 8. obſ. 7. v. l. 15. inf. de rebus dubiis.
d & contractu. l. 3. inf. eod.
e contractu, maleficio, vel quaſi. Accurſ. Bart. Zaſ. 3. inf. eo. facto. Ciat. æquo & bono. Loriot.
f *v. l. 74. j. de verb. oblig.*
g *v. l. 46. inf. verb. oblig.*
h *l. 36. l. 54. inf. eo. l. 213. inf. verb. ſign. l. 161. fi. inf. de reg. iur.*
i *v. l. 1. in fi. j. condict. tritico.*
k Fiduciaria hereditas eſt, quæ de fideicommiſſo restituitur.
l re & verbis.
m *ſub.* reddi.
n hic præcedit numeratio, ſequitur ſtipulatio.
o *l. 3. C. de contr. ſtipul.*
p poſſum, nam obligatio v. d. *v. l. 126. §. 2. verb. oblig.*
q vno vtili, altero inutili. Ex hoc apparet vtilem ſtipulationem inutilem non vitiari.
r Re fit contractus per numerationem.
ſ *v. l. 38. §. verb. oblig.*
t rei condictione agere, vbi ſtipulatio numeratio p. *v. d. l. 126.* tio naſcitur ex numeratione, ſtipulatio ti lis eſt ſtipulatio *l. 126. §. 2. verb. oblig.*
u non ex ſtipulatione : at pupillus ſoluendo mittendo, etiam tutore debet, re debet, ne damno afficiatur.

obligatus eſt : vel ideo, ne plurium actionum damno afficiatur. facta non notant, pupillum non obligari, *hic.* etiam ſi res eius rior.

x aliud eſt in teſtamentis, in quibus conditio impoſſibilis non vitiat, ſed reiicitur. *l. 1. inf. de cond. Inſt.*

y Is cui bonis eſt interdictum non poteſt ſe obligare, quia redigitur ad furioſi, *v. l. 6. inf. de verb. oblig.*

z Qui ſuam pecuniam, abſentis nomine, mutuo dat, abſenti adquirit condictionem. *l. 2. §. penult. ſupr. eo. l. 2. Cod. per quas perſonas. l. 126. §. 2. verſ. de verb. oblig.*

a Argumentum à ſolitis & conſuetis valet. adde *l. 6. in fi. j. de precario. inf. de eo quod certo loco l. 60. §. 2. inf. de leg. 3. l. 4. §. 2. inf. de pen. leg.* licèt ab eo, quod vſitatum eſt, diſcedi poſſit ex æquo & bono *l. 21. in fin. inf.*

b *Hal. creditor numeret futuro debitori noſtro* : quæ lectio mihi non ita placet. quid enim hic confert vox, *creditor* ? Reſcribo potius, *credamus futuro debitori noſtro*, vel *credatur futuro debitori noſtro.*

c *v. l. 24. inf. depoſiti. Hot. 4. obſ. 1.*

d Si depoſita pecunia vel commodata poſtea tibi vti permiſero, etiam antequam mota ſit, dicitur mutua.

e Idque facile eſt, cum pecuniæ corporalis adprehenſio prius fuerit penes depoſitarium : aliàs, ſolo animo nemo poſſidere incipit. *l. 8. inf. de adquir.* qua in ſpecie non apprehenſio pecuniæ mutatur, ſed eius cauſa. *§. 44. Inſt. de rerum diuiſ.*

f vide *l. 4. ſupr. eodem.*

g Qui initio depoſitæ rei, eius vſum accipientis arbitrio permittit, depoſitum non mutat aut vertit in mutuum, antequam accipiens depoſito vtatur. Atſi poſt contractum depoſitum, accipiens vſum petit, ſolo illo conſenſu depoſitum naturam mutui recipit, etiam antequam depoſitarius re depoſita vſus ſit, *l. 9. ſupr. eodem.*

a Alia etiam in re quàm pecunia, mutuum conſiſtere poteſt, vt hic & *l.4 §.eo.v.l.8.C.e.l.12. 23.25.C.de vſur l.1.ʃ. de æſtimatoria. l.20.ʃ.de præſcript.*
b Lex enim celeritate coniungendarum inter ſe actionem vnam actionnm occultat, *l.3.§.11.ʃ. de don. inter vir. & vxor.* & me, breui manu, pretium ab emptore accepiſſe tibique illud crediſſe fingit, *l.15.ʃ. eod. l.43.§.1.ʃ. de iure dot.*
c Imò, qui cùm mutuam pecuniam dare vellet, argentum vendendum dedit, nihilo magis pecuniam creditam petet. *l.34.ʃ. mandat.* v. quæ notaui ad *l.15.ʃ.* ſimilem hic eſſe diſſidij rationem, Cuiac. *tract. 8. ad Afric. fol. 176.* ſcribit, quæ fuit in *d. l.15.*
d *v.l.9. C de non num. pecun.*
† ſeruus peculiatus mutuum dare poteſt, *l.28.in fin. ſ.de pact.*
f quia fugitiuus amittit liberam peculij adminiſtrationem, *l.49.ʃ.de pecul.*
g Tui nummi apud Titium extãt? vindica: dolo malo deſiit poſſidere? age ad exhibendũ: conſumpti ſunt? condicere potes.
h *v.l.24.ʃ.de oblig.*
i l. licèt furioſus pecuniam credendo non faciat accipientis, ſi tamen ea conſumpta eſt, mutuum conualeſcit, v. quæ notaui ad *l.2.§.4. ſ.e.v.l.24. in princ. ʃ. de obl. & act.*
k *d.l.24.§.1.*
l *v.d.l.24.§.pen.*
*
m idem ſi pignorandi animo. *l.22.§.2.ʃ. de pign.* vel commodandi, *l.16.ʃ.commodati,* deponendi, *l.1.§.39.ʃ. depoſiti,* vel ſi iuratum eſt in litem, *l.64.§.de iudic.*
n *v.l.94.§.2.ʃ.de ſolut.*
o tenetur enim furti, *v.l.1.in fin.ʃ. de cond. triticar.*
p al. in quintum.
q *l.94.§.1.ʃ.de ſolut.*

Si res vendenda detur futuri mutui cauſa. 1. De credito vt minus vel plus debeatur. 2. Si ſeruus crediderit.

11. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

ROgaſti me, vt tibi pecuniam *a* crederem: ego, *cùm non haberem, lancem tibi dedi vel maſſam auri, vt eam venderes, & nummis vtereris. Si vendideris, puto *b* mutuam pecuniam factam *c*. Quòd ſi lancem, vel maſſam ſine tua culpa perdideris prius, quàm venderes, vtrum mihi, an tibi perierit, quæſtionis eſt? Mihi videtur Neruæ diſtinctio veriſſima; exiſtimantis, multum intereſſe, venalem habui hanc lancem, vel maſſam, necne: vt, ſi venalem habui, mihi perierit: quemadmodum ſi alij dediſſem vendendam: quòd ſi non fui propoſito hoc vt venderem, ſed hæc cauſa fuit vendendi, vt tu vtereris, tibi eam periiſſe: & maximè ſi ſine vſuris credidi.

1 ¶ Si tibi dedero decem ‖ſic,‖ *Vt nouem debeas,* Proculus ait, & rectè, non amplius te ipſo iure debere, quam nouem *d*. Sed ſi dedero, *Vt e vndecim debeas,* putat Proculus amplius, quàm decem condici non poſſe.

2 ¶ Si fugitiuus ſeruus nummos tibi crediderit, an condicere tibi dominus, poſſit, quæritur? & quidem ſi ſeruus meus, cui conceſſa eſt peculij adminiſtratio, crediderit tibi, erit mutua †: fugitiuus autem, vel alius ſeruus, contra voluntatem domini credendo, non facit accipientis *f*. quid ergo? vindicari nummi poſſunt, ſi extant: aut, ſi dolo malo deſinant poſſideri, ad exhibendum agi. Quòd ſi ſine dolo malo conſumpſiſti, condici tibi poterunt *g*.

An furioſo detur hæc actio.

12. *Pomponius* lib. 6. ex Plautio

SI à *h* furioſo, cùm eum compotem mentis eſſe putares, pecuniam quaſi mutuam acceperis, eáque in rem tuam verſa fuerit, condictionem furioſo acquiri *i* Iulianus ait. Nam ex quibus cauſis ignorantibus nobis actiones acquiruntur, ex iiſdem etiam furioſo acquiri.

¶ Item ſi is, qui ſeruo crediderat, furere cœperit, deinde *k* ſeruus in rem domini, id verterit, condici furioſi nomine poſſe.

¶ Et ſi alienam pecuniam *l* credendi cauſa quis dederit, deinde furere cœperit, & conſumpta ſit ea pecunia, condictionem furioſo acquiri.

Si fur crediderit. 1. De nummis alienis. 2. Si ſeruus communis crediderit. 3. De pecunia communi.

13. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

NAm & ſi fur nummos tibi credendi *m* animo dedit, accipientis non facit: ſed conſumptis *n* eis naſcitur condictio *o*.

1 ¶ Vnde Papinianus libro 8. Quæſtionum ait: Si alienos nummos tibi mutuo dedi, non ante mihi teneris, quàm eos conſumpſeris. Quòd ſi per partes eos conſumpſeris, an per partes tibi condicam, quærit? Et ait condicturum, ſi admonitus alienos nummos fuiſſe, ideo per partem condico, quia nondum totos conſumptos compereram.

2 ¶ Si ſeruus communis decem crediderit: puto, ſiue adminiſtratio ſeruo conceſſa eſt, ſiue non, & conſumantur nummi, quinum *p* competere actionem. Nam & ſi communes *q* tibi nummos credidero centum, poſſe me quinquaginta *r* condicere, libro 8. Quæſtionum Papinianus ſcribit: etiam ſi ſingula corpora communia fuerint.

Si filiusfam. pecuniam mutuatus ſoluerit.

14. *Idem* libro 29. ad Edictum.

SI filiusfamilias contra Senatuſconſultum *ſ* mutuatus *t* pecuniam ſoluerit *u*, patri nummos vindicanti nulla exceptio obiicietur *x*. ſed ſi fuerint conſumpti à creditore *y* nummi, Marcellus *z* ait, ceſſare condictionem: quoniam * toties condictio datur, quoties ex ea cauſa numerati ſunt, ex qua actio eſſe potuiſſet, ſi dominium ad accipientem tranſiſſet: in propoſito autem non ita eſſe. Denique per errorem ſoluta *a* contra SC. crediti, magis eſt ceſſare repetitionem.

Quibus modis contrahitur mutuum.

15. *Idem* libro 31. ad Edictum.

SIngularia *b* quædam recepta *c* ſunt circa pecuniam creditam. Nam ſi tibi debitorem meum iuſſero dare pecuniam, obligaris mihi quamuis *c* meos nummos non acceperis. quod *b* igitur in duabus perſonis recipitur, hoc & *c* in eadem perſona recipiendum eſt: vt cùm ex cauſa mandati pecuniam mihi debeas, & conuenerit *Vt crediti nomine eam retineas,* videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta.

Si ſocius crediderit.

16. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

SI ſocius propriam pecuniam mutuam dedit, omnimodo creditam ‖pecuniam‖ facit, licèt cæteri diſſenſerint. Quòd ſi communem numerauit, non aliàs creditam efficit, niſi cæteri quoque conſentiant; quia ſuæ *e* partis tantùm alienationem habuit *f*.

Si filiusfamilias viaticum ſuum crediderit.

17. *Vlpianus* lib. 1. Diſputationum.

CVm filiusfamilias viaticum *g* ſuum *h* mutuum dederit, cùm ſtudiorum cauſa Romæ ageret, reſponſum eſt à Scæuola, extraordinario *i* iudicio eſſe illi ſubueniendum.

De diſſenſu in ſpecie contractus.

18. *Idem* lib. 7. Diſputationum

SI ego pecuniam tibi quaſi donaturus dedero, tu quaſi mutuam accipias, Iulianus ſcribit, donationem non eſſe: ſed an mutua ſit, videndum? & puto *k*, nec mutuam eſſe: magiſque nummos accipientis non fieri, cùm alia *l* opinione acceperit. Quare ſi eos conſumpſerit, licèt condictione teneatur, tamen doli exceptione vti poterit: quia ſecundùm voluntatem dantis nummi ſunt conſumpti

1 ¶ Si ego quaſi deponens tibi dedero, tu quaſi mutuam accipias, nec depoſitum, nec mutuum eſt. Idem eſt, & ſi tu quaſi mutuam pecuniam dederis, ego quaſi commodatã oſtendendi *m* gratia accepi, ſed in vtroque caſu conſumptis nummis, condictioni ſine doli exceptione locus erit.

An numeratio obliget accipientem. 1. Si pupillus crediderit aut ſoluerit.

19. *Iulianus* lib. 10. Digeſtorum.

NOn omnis numeratio eum, qui accepit, obligat ſed quoties idipſum agitur, vt confeſtim obligaretur. Nam & is, qui *mortis cauſa* pecuniam donat, numerat pecuniam: ſed non aliter obligauit *n* accipientem, quàm *o* ſi extitiſſet caſus, in quem obligatio collata fuiſſet: veluti ſi donator conualuiſſet *p*, aut is, qui accipiebat, prior deceſſiſſet. Et cùm pecunia daretur, *vt aliquid fieret.* Quandiu in pendenti eſſet, an id futurum eſſet, ceſſabit obligatio: cùm verò certum eſſe cœpiſſet, futurum id non eſſe, obligabitur, qui accepiſſet. Veluti ſi Titio decem dedero, *Vt Stichum intra Kalendas manumitteret:* ante Kalendas nullam actionem habebo: poſt Kalendas ita demum agere potero, ſi manumiſſus non fuerit.

1 ¶ Si pupillus *p* ſine tutoris auctoritate crediderit *r*, aut ſoluendi cauſa dederit, conſumpta *ſ* pecunia condictionem habet, vel liberatur: non alia ratione, quàm quòd facto eius intelligitur ad eum qui acceperit, perueniſſe. quapropter ſi eandem pecuniam is, qui in creditum, vel in ſolutum acceperat, alij porrò in creditum, vel in ſolutum dederit, conſumpta ea, & ipſe pupillo obligatur, vel eum à ſe liberabit: & eum cui dederit, obligatum habebit, vel ſe ab eo liberabit. Nam omnino qui alienam pecuniam credendi cauſa dat, conſumpta ea, habet obligatum eum qui acceperit. Item qui in ſolutum dederit, liberabitur ab eo qui acceperit.

a ratio hæc dubitandi ſumitur ex *l.2.§.2.ſ. eod.* Nam mutuum hoc caſu fit, etiamſi nummi fiat non ex meo, ſed ex alieno.
b Singularia duo hac lege proponuntur in mutuo. Mutuum propriè eſt quod ex meo tuum fit. *l.2.§.2.ſ.* Atqui ſi iuſſero tibi debitorem meũ dare pecuniam, mutuum mihi debebis: licèt quod meo iuſſu tibi datam fuit, meum nõ fuerit: ſed alienũ, *vt ſ. eod.* Hoc in duabus perſonis cernitur: idem in vna eſſe poteſt: Pecuniam ex aliqua cauſa mihi debes, conuenit inter te & me vt eam crediti nomine retineres, mutuum debes, licet id quod crediti nomine accepiſti, neque meũ neque alienũ fuerit, ſed tuum. Sunt hæc ſingularia: & tamen recepta. Videtur enim, vel potius fungitur, vtroque caſu mihi data pecunia à meo debitore vel à teipſo, & à me eodem momento ad te profecta, tibíque numerata.
c v. Robert. 2. *ſent.* 5. ac ſi diceret Vlpianus, Africanus perperam negat: ſi debitorem meum iuſſero ſibi ipſi retinere pecuniam quaſi creditam, creditam non fieri, *l.34.ʃ.mand.* Cur? nã ſi per aliũ poſſũ pecuniam, non meam, tibi credere & per te ipſum igitur etiam tuam nulla etiam interpoſita perſona; Quinimo, facilior fictio, breuiórque manus ibi eſt, vbi vna tantum eſt manus, vt tu ſe, videaris mihi ſoluiſſe, & breui manu protinus à me accepiſſe, *arg. l.43.§.1.ʃ.de iur.dot.* At Africanus accipit benignè receptum illud eſſe, vt per alium poſſim pecuniam tibi credere; ideóque non eſſe ſimile in hac hypotheſi, vel trahendum in exemplum, *d.l.34.* Vlpianus qui poſt eum ſcripſit fatetur non eſſe producendum ad ea quæ minus ſunt probabilia, ſed ad ea quæ ſunt veriſimilia & probabilia: magis probabilius eſſe, fictionem induci in vna perſona quam in duabus. Et breuiter audentior eſt Vlpianus, qui quod vno caſu receptum eſt, vult etiam recipi in altero: Africanus, religioſior iuris, ſed tamen Vlpiani opinio præualuit. Vnde poſſis generaliter conſtituere, hodie ex quolibet contractu, nuda pactione, creditam pecuniam fieri poſſe, admiſſa in omnibus fictione breuis manus. Et rectè Fulgoſius & Molinæus cenſent, nullam eſſe quærendam inter interpretes rationem componendi diſſidij inter Vlpianum & Africanum, quam dant enim interpretes, quis probauerit? Hoc ideo ex Cuiacij doctiſſimis in Afric commentariis, *tract. 8. fol. 175. 176.* ſcripſi, quod diſertiſſimè, veriſſimè ac breuiter, ex omnibus viſus eſt mihi hanc legem explicaſſe.
d *v.l.1.ʃ.de nouationib.*
e non maioris, *l.68.ʃ.pro ſocio.*
f *v.l.1.§.1.ʃ.de ſucc.edict.* Vide elegans exemplum apud Ciceronem *orat. pro Roſcio Comœdo.*
g pecuniam ſibi datam ad alimenta, *v.l.36.ʃ.ad munic.*
h ſibi datum à patre. i an vtili? in factum? iudicis officio? Princis beneplacito? v. Loriotum hic, vbi notat, filium ſine patre agere poſſe, actione in factum, depoſiti, commodati, bonorum poſſeſſionis, caſtrenſis peculij cauſa, *v.l.9. l.13. l.39. ʃ.de oblig.*
k Imò fiunt, & proprietas tranſit in accipientem, *l.36.ʃ.de acquir.*
l *v.l.37.ʃ.de oblig. & act.* m Oſtentandi, *l.3.in fin.ʃ.commodati.*
n ad reſtituendam pecuniam acceptam mortis cauſa. o *l.8.ſ.eod.*
p *l.39.ʃ.de mort.cauſ. donat.*
q §.2. & ibi Theoph. *Inſt. quib. alienare licet vel non.*
r *v.l.9.ʃ.de auth.tut.* ſ *l.94.§.ʃ.de ſolut.*

addε *l.26.in fin.ʃ.pro ſocio.*
Macedonianum, de quo *ʃ. de SC. Macedoniano.*
i. mutuam accepit.
creditori ſuo.
Cur ita? *v.l.19.ʃ.de cond.indeb.*
cui pecuniam ſoluit.
Iulianus rei vindicationem videtur concedere, *l.9.§.1.ʃ.de SC. Maced.*
v.l.9.§.1.l.10.ʃ.de SC. Macedoniano.
ἐπὶ τοῦ δανείου τινὰ παρὰ τὴν ἀκρίβειαν καὶ παρὰ κανόνας ἐδέχθησαν. In mutuo quædam contra ius ſtrictum & regulas generales recepta ſunt. Ita Baſilica apud Cuiac. 8. *ad Africanum.* ſingularia porrò recepta, idem quod benigna, *l.23.§.3.ʃ.de fideicommiſſ. liber.*
al. præcepta, malè, nam mox ſequitur, *recipiendum eſt.*

De pecunia donata vt donatori credatur.

20. *Idem* lib. 18. Digeſtorum.

SI tibi pecuniam donaſſem, *vt a tu mihi eandem credenes*, an credita fieret? Dixi in huiuſmodi propoſitionibus non propriis verbis nos vti. Nam talem contractum neque donationem eſſe, neque pecuniam creditam: donationem *b* non eſſe, quia non ea mente pecunia daretur, vt omni modo penes accipientem maneret: Creditam *c* non eſſe, quia exſoluendi cauſa magis daretur, quam alterius obligandi. Igitur ſi is, qui pecuniam hac conditione accepit, vt mihi in creditum daret, acceptam dederit, non fore creditam: magis enim meum accepiſſe intelligi debeo. Sed hæc intelligenda ſunt propter ſubtilitatem verborum; benignius tamen eſt, vtrumque valere.

De partis ſolutione.

21. *Idem* lib. 48. Digeſtorumm.

QVidam *d* exiſtimauerunt, neque eum, qui decem peteret, cogendum quinque accipere & reliqua perſequi: neque eum, qui fundum ſuum diceret, partem dumtaxat iudicio perſequi. Sed in vtraque cauſa humanius *e* facturus videtur prætor, ſi actorem compulerit ad accipiendum id *f* quod offeratur: cum ad officium eius pertineat *g* lites diminuere *h*.

Cuius temporis & loci æſtimatio ſit.

22. *Idem* lib. 4. ex Minicio.

VInum quod mutuum datum erat, per iudicem petitum eſt. Quæſitum eſt, cuius temporis æſtimatio fieret: vtrum cùm datum eſſet, an cùm litem conteſtatus fuiſſet, an cùm res iudicaretur? Sabinus reſpondit: ſi *i* dictum eſſet, quo tempore redderetur, quanti tunc *k* fuiſſet: (ſi *l* non quanti tunc) quum petitum eſſet *m*.

¶ Interrogaui, cuius loci pretium ſequi oporteat? Reſpondit, ſi conueniſſet *vt n certo loco redderetur*, quanti eo loco eſſet: ſi dictum non eſſet *o*, quanti vbi *p* eſſet petitum.

De ſeruo alieno vendito, & mortuo.

23. *Africanus* lib. 2. Quæſtionum.

SI eum ſeruum, qui tibi legatus ſit, quaſi mihi legatum poſſederim, & vendiderim: mortuo eo poſſe te mihi pretium condicere, Iulianus ait: quaſi *r* ex re tua locupletior factus ſim *ſ*.

De ſtipulatu certi.

24. *Vlpianus* lib. ſingulari Pandectarum.

SI quis certum *t* ſtipulatu fuerit, ex *u* ſtipulatu actionem non *x* habet *y*: ſed illa condictitia actione id perſequi debet, per quam certum petitur.

De pecunia credita ob ſtipulationem ædificij.

25. *Idem* lib. ſingulari ‖de Officio‖ Conſularium.

CReditor, qui ob reſtitutionem *z* ædificiorum crediderit, in pecuniam, quam crediderit, priuilegium exigendi habebit *a*.

Si procurator militis crediderit.

26. *Idem* lib. 5. Opinionum.

SI pecuniam militis, procurator eius mutuam dedit fideiuſſorémque accepit: exemplo eo *b*, quo ſi tutor pupilli, aut curator iuuenis pecuniam alterutrius eorum creditam ſtipulatus fuerit, actionem dari militi *c*, cuius pecunia fuerit, placuit.

An ciuitas mutui datione obligetur.

27. *Idem* lib. 10. ad Edictum.

CIuitas mutui *a* datione *b* obligari poteſt, ſi ad vtilitatem eius pecuniæ verſæ ſunt *c* alioquin *d* ipſi ſoli, qui contraxerunt, non ciuitas, tenebuntur.

De pignore non idoneo.

28. *Gaius* lib. 21. ad Edictum Prouinciale.

CReditor *e*, qui non idoneum pignus accepit, non amittit exactionem eius debiti quantitatis, in quam pignus non ſufficit *f*.

De contractu tum ſeruo inſtitore.

29. *Paulus* lib. 4. ad Plautium.

SI inſtitorem ſeruum dominus habuerit, poſſe dici Iulianus ait, etiam condici ei *g* poſſe: quaſi iuſſu eius contrahatur, à quo præpoſitus ſit.

De promiſſione ob pecuniam accipiendam.

30. *Idem* lib. 5. ad Plautium.

QVi pecuniam creditam accepturus, ſpopondit creditori futuro *h*, in poteſtate *i* habet *k*, ne accipiendo ſe ei obſtringat *l*.

Quid reſtituendum ſit hoc iudicio. 1. Si ſeruus furtiuus bona fide emptus, ex peculio quod ad dominum pertinebat, hominem emerit.

31. *Idem* lib. 17. ad Plautium.

CVm fundus, vel homo per condictionem petitus *m* eſſet, puto, hoc nos iure vti, vt poſt *n* iudicium acceptum *o* cauſa omnis reſtituenda ſit: id eſt omne, quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandæ *p* tempore ſolutus fuiſſet.

1 ¶ Seruum tuum imprudens *q* à fure bona fide emi, is ex peculio, quod ad te pertinebat, hominem parauit, qui mihi traditut eſt. Sabinus, Caſſius, poſſe te mihi hominem *r* condicere. Sed ſi quid mihi abeſſet ex negotio, quod is geſſiſſet, inuicem me tecum acturum: & hoc verum eſt: nam & Iulianus ait, videndum, ne *ſ* dominus integram ex empto actionem habeat, venditor autem condicere poſſit bonæ fidei emptori. Quod ad peculiares nummos attinet, ſi extant, vindicare eos dominus poteſt: ſed actione de peculio tenetur venditori, vt pretium ſoluat: ſi conſumpti ſint, actio de peculio euaneſcit. Sed adiicere debuit Iulianus, non aliter domino ſerui venditorem ex empto teneri, quàm ſi *t* ei pretium ſolidum, & quæcunque, ſi cum libero contraxiſſet, deberentur, dominus ſerui præſtaret. Idem dici debet, ſi bonæ fidei poſſeſſori ſoluiſſem: ſi tamen actiones, quas aduerſus eum habeam, præſtare domino paratus ſim.

Si quis à debitore vnius, quaſi à debitore alterius mutuum acceperit.

32. *Celſus* lib. 5. Digeſtorum.

SI ‖ & ‖ me, & Titium mutuam pecuniam rogaueris, & ego meum debitorem tibi promittere iuſſerim, tu ſtipulatus ſis, cùm putares eum Titij debitorem eſſe? an mihi obligaris? ſubſiſto: ſi quidem nullum negotium mecum contraxiſti. Sed proprius eſt, vt obligari te exiſtimem: non *u* quia pecuniam tibi credidi (hoc enim niſi inter conſentientes fieri non poteſt) ſed quia pecunia mea, ‖ quæ ‖ ad te peruenit *x*, eam mihi à te reddi bonum & æquum eſt.

De Præſide, & his, qui circa eum ſunt, & Officialibus.

33. *Modeſtinus* lib. 10. Pandectarum.

PRincipalibus conſtitutionibus cauetur, ne *y* hi qui *z* prouinciam regunt, quíve circa *a* eos ſunt, negotientur *b*, mutuúmve pecuniam dent, fœnúſve exerceant.

34. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

PRæſidis prouinciæ officiales *c*, quia perpetui *d* ſunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere poſſunt.

a *l. 3. §. 1. de donationibus.*
b Donatoris ea mens eſt, vt res donata omnimodo penes accipientem maneat.
c Creditor ea mẽte credere intelligitur vt ſibi alium obliget, non vt ſe liberet: hoc eſt, obligare alium ſibi, non ſe ab alio liberare intelligitur: & breuiter mutuum quidem numeratio pecuniæ eſt, at non ſolutio.
d Creditor partem debiti accipere nõ cogitur, *vt hic*, vide tamen exceptiones apud Socilium *regula*, *creditor*, 75. & Negantium 3. *de pignorib. membror.* 5. *num.*
e quid enim ſi partem debiti fateatur, alteram neget? Seneca 2. *de beneficiis* 17. Malè audire ſolet fœnerator, ſi acerbè exigit: æquè ſi in recipiendo tardus ac difficilis, moras quærit.
f id eſt, partem, *l. 8. in fin. ʒ. ſi pars hereditatis*, *l vlt. ʒ. quib. mod pign.*
g Imò non pertinet, *v. l. 41. §. 1. ʒ. de vſuris.*
h dirimere, *v. l. 1. §. 10. ʒ. de nou. oper. nuntiat.*
i Imò aliud eſt, *l. 27. ʒ. de obl. & act.*
k In re dubia, vini debitor æſtimationem vini à ſe debiti præſtare tenetur, non ex die contractus, vel ſententiæ, ſed petitionis & litis conteſtationis: an in pecunia id verum ſit, v. quæ notaui ad *l. 4. ʒ. eo.*
l Vini pretium ſi nullum ſit conuẽtum, quanti cùm petitur eo loco vbi dari vinum conuenit, præſtatur. Quid ſi locus nullus adiectus fuit? quanti eo loco eſt, vbi petitur, *vt hic.*
m *v. l. 3. ʒ. de cond. tritic.* n *v. l. 1. ʒ. de vſuris.* o *v. l. vlt. in fin. ʒ. de cond. tritic.*
p Imò non ibi, *l. 3. in fin. ʒ. de act. empt.*
q v. ad hanc legem Cuiac. 2. *Ad Africanum.*
r quia pretium rei tuæ habui. ſ ergo condictione, ex obligatione naturali? an indebiti, ob rem dati? ſine cauſa? de bene depenſis? ſine cauſa? *Cuiac. ibid.*
t *v. l. 74. ʒ. de verb. oblig.* u *v. Inſt. de verb oblig.*
x Atqui certum ſtipulatus eſt: cur non certi ex ſtipulatu aget, *arg. l. 14. Cod. de pactis. l. vnic. §. 1. C. de rei vxoriæ act. §. fuerat. Inſt. de act. l. 28. ʒ. de act. empt.* Dic ibi agere certi condictione ex ſtipulatione, & actionem ex ſtipulatu plerunque accipi pro certi condictione, *l. 85. §. 6. ʒ. de verb. oblig.*
y actione ex ſtipulatu, incertum: ex ſtipulatione certum ſtipulanti promiſſum petitur, *Zaſius.*
z *l. 1. ʒ. ex quib. cauſ. pign. l. 1. ʒ de ceſſ. bon l. 24. §. 1. de reb. auth. iud.* ad rem conſeruandam, putà, ad nauem armandam, reficiendam, & nautas eius alendos, *l. 5. & 6. ʒ. qui potiores*, nauem exſtruendam, inſtruendam, emendam, *l. 26. ʒ. de reb. auct. iud. poſſ.* fabricandam, vel ob venditam, vel quoquo modo credidit, *l. 34. ʒ. de reb auct. iud.* vel ſi domino mandante redemptori nummos ſubminiſtrauit *d. l. 2. ʒ. in quib. cauſ. l. 24 §. 1. ʒ. de reb. auct. ind. poßid.*
a temporis, vt quamuis ſit poſterior tempore, priores excludat, *d. l. 5. & 6.* & poſt fiſcum tamen. *d. l. 34.* ſuccedat: quia fiſcus tacitam ſemper hypothecam habet.
b Tutor, pupillo, curator, iuueni: procurator, militi, mutui condictionem & fideiuſſorem acquirere poſſunt
c in cuius perſonam obligatio collata fuit, idque ſinu ceſſione, quæ omnia in pagano non ſunt, v. *Zaſium hic.*

a & pignoris, *l. 1. ʒ. de pign. act. l. 3. §. 4. ʒ. quod vi.*
b & delicto, *l. 9. §. 1. ʒ. quod met. cauſ.*
c *l. 4. in fin. ʒ. quod vi.* Nemo igitur ciuitatis creditor prius exiſtimabitur, quam probauerit creditum in vtilitatem ciuitatis verſum. *Nouell.* 120. *c. 6. §. 2. circa fin. & c. 1. Auth. hoc ius. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* quod tamen ſecus eſſe arbitratur Zaſius, ſi per eos qui ciuitatem repræſentant, pecunia fuerit accepta.
d ſi pecuniæ ad vtilitatem eius verſæ non ſunt.
e Creditor pignus minoris vendens, reſidui petitionem habet, *vt hic.* Quid ſi pluris vendidit pignus? ſuperflui petitio competit debitori, *l. 24. §. 2. ʒ. de pign. orat.*
f vt debitor eo caſu non audiatur, pignori cedẽs creditoribus, *l. 1. C. de pign. v. l. 26. ʒ. de ſolut.*
g *l. 17. in fin. ʒ. de inſtitoria. §. fin. Inſt. quod cum eo.*
h Future creditori ſpondere poſſumus pecuniam [illegible] eo mutuam [illegible] accepturos: in poteſtate tamen noſtra eſt, pœnitere & eam non accipere mutuã [illegible] notandum propter *l. 5. C. de oblig.* [illegible] contractus ex poſt facto dicuntur [illegible] ceſſitatis eſſe.
i *l. 11. ʒ. qui potiores.*
k *v. l. 4. in fin. ʒ. quæ res pign.* idem [illegible] doctrina contractiuorum, ſeruandum eſſe in credit[illegible] poſt Iaſonem [illegible] dit Zaſius.
l at, inquit, creditor, niſi tua [illegible] pecuniam bona[illegible] de tibi ſeruando [illegible] aliis eam crederem [illegible] lucrum feciſſem [illegible] Iaſon & Zaſius [illegible] dunt, id quod [illegible] tereſt hic [illegible] ſoluendum eſſe.
m *v. l. 8. §. 6. ʒ. de precario.*
n In bonæ fidei iudiciis à [illegible] pore moræ, veniunt acceſſiones & fructus & commoda, *l. 32. §. 2. ʒ. de vſuris*; [illegible] ſtricti iuris iudiciis, paucis exceptis, ſecus eſt: Iaſon tamen & Zaſius, hodie [illegible] nes contractus eſſe bonæ fidei ſcribunt, idque ex æquo bonóque, præſertim cum Principe habiti fuerint.
o *l. 2. ʒ. de vſuris.*
p Iudicium acceptum dicitur cum lis eſt conteſtata.
q *l. 24. §. 1. ʒ. de act. empt.* r i. ſeruum.
ſ ἀποσιώπησις, de qua dixi in *l. 48. ʒ. de legatis. 2.*
t *l. 13. §. 8. ʒ. de act. empt. l. 8. in fin. C. de act. empt.*
u i. non ex mutuo.
x Qui rem meam ſine cauſa detinet, mihi condictione tenetur: adde *l. 4. in* [illegible] *C. ſi certum.*
y quæ ſcripſi ad *Nou. 95. c. 1. §. 2. v. l. 3. C. eo.*
z οἱ ἄρχοντες τῶν ἐπαρχιῶν Prouinciarum præſides 3. *Harm. 5. §. 2. Syn.* [illegible] *6. tit. 2. & lib. 23. tit. 1. cap. 82.*
a an adſeſſores? an domeſtici? v. *C. de contract. iudicum.*
b Præſidibus prouinciam in ſuis prouinciis tria hæc interdicta, negotiari [illegible] mutuum, fœnus, quod Græcis πραγματεύεσθαι, δανείζειν, τοκίζειν, huic loco [illegible] de legem Thebanorum, cuius meminit Ariſtoteles 3. *Politic.* 3.
c ταξεῶται. *Syn. ibid.* vnde conſtat hæc verba apud Harmenopulum lo[illegible] periore, οἱ δὲ εἰς τὰς αὐτὰς τάξεις, perperam ab interprete reddita [illegible] mirum cum vertit, magiſtratus, cùm ſint nihil aliud illi, quam ταξεῶται [illegible] officiales præſidum. d Officiales perpetui poſſunt mutuo dare, vt & [illegible] pere, etiam ſub vſuris; temporales, non poſſunt niſi caſus, vel nece[illegible]

1 ¶ Præſes

1 ¶ Præſes prouinciæ mutuam pecuniam fœnebrem ſumere non prohibetur *a*.

De periculo nominum.

35. *Modeſtinus* libro 3. Reſponſorum.

PEriculum *b* nominum ad eum *c*, cuius culpa deterius factum probari poteſt, pertinet.

Si pecunia debita promittatur alteri ſub conditione, voluntate creditoris.

36. *Iauolenus* lib. 1. Epiſtolarum.

PEcuniam, quam mihi ſine conditione debebas, iuſſu meo promiſiſti Attio ſub conditione *d*. cùm pendente conditione, in eo ſtatu ſit obligatio tua aduerſus me, tanquam ſub contraria conditione *e* eam mihi ſpopondiſti: ſi pendente conditione petam, an nihil acturus ſum? Reſpondit, Non dubito, quin mea pecunia, quam ipſe ſine conditione ſtipulatus ſum, etiam ſi conditio in perſona Attij, qui ex mea voluntate eandem pecuniam ſub conditione ſtipulatus eſt, non extiterit, credita eſſe permaneat: perinde eſt enim ac ſi nulla ſtipulatio interueniſſet. pendente autem cauſa conditionis *f*, idem petere non poſſum *g*: quoniam cùm incertum ſit, an ex ea ſtipulatione deberi poſſit, ante tempus petere videor.

An conditio ſtipulationem ſuſpendat.

37. *Papinianus* libro 1. Definitionum.

CVm ad præſens *h* tempus conditio confertur, ſtipulatio non ſuſpenditur *i*: &, ſi conditio vera ſit, ſtipulatio tenet: quamuis *k* tenere contrahentes conditionem ignorent: velut, *ſi l rex Parthorum viuit*, centum ‖ milia ‖ dare ſpondes? eadem ſunt, & cùm in præteritum conditio confertur.

38. *Scæuola* lib. 1. Quæſtionum.

REſpiciendum enim eſſe, an, quantum in natura *m* hominum ſit, poſſit ſcire eam debituri.

39. *Papinianus* lib. 6. Definitionum.

ITaque tunc *n* poteſtatem conditionis obtinet, cùm in futurum confertur *o*.

De pacto ex continenti ſtipulationi adiecto.

40. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

LEcta eſt in auditorio Æmilij Papiniani, præfecti prætorio, iuriſconſulti, cautio *p* huiuſmodi. *Lucius Titius ſcripſi q me accepiſſe à Publio Mæuio quindecim mutua numerata mihi de r domo: & hæc quindecim ſ proba t rectè u dari x Calendis futuris: ſtipulatus eſt Publius Mæuius. ſpopondi ego Lucius Titius. Si ʒ y die z ſupra ſcripta ſumma Publio Mæuio, eiue, ad quem ea res pertinebit, data, ſoluta ſatiſue eo nomine factum non erit, tunc a eo amplius quo poſt ſoluam, pœnæ nomine, in dies b triginta, inque c denarios centenos, denarios ſingulos dari ſtipulatus eſt Publius Mæuius. ſpopondi ego Lucius Titius. Conuenitque d inter nos, uti pro Mæuio e ex ſumma ſupraſcripta menſtruos f refundere debeam denarios trecenos ex omni ſumma, ei heredive g eius.*

aliud ſuadeat, *vt hic.* Ideóque hæc lex Gallis parum vtilis eſt, apud quos perpetui ſunt magiſtratus, vtpote pretio comparati.
a Imo eo caſu creditor, quaſi emptor legum atque prouinciæ, intelligitur, *l. 16. C. eod.*
b non caſus fortuitus.
c Puta ad negotiorum geſtorem, ſi quædam nomina contraxit. *l. 37. §. 1. ȷ. de negot.* ad tutorem, ſi chirographis pupillaribus exuſtis debitores non conuenit, aut ad ſolutionem aut ad nouationem faciendam. *l. 37. ȷ. de adminiſt. tut.* vide *l. 2. C. arbitr. tutelæ.*
d vt in *l. 30. in fi. ȷ. de pactis.*
e tanquam ſub contraria conditione: *Haloand. l. 13. in fi. ȷ. de ſtatuli.*
f vide *l. 9. ȷ. eod.* Puta obligatio, ſub conditione in perſonam tertij ex interuallo collata, interea ſuſpenditur, nec peti ex ea poterit: at verò exiſtente conditione nouatur.
g fiſcus tamen ob neceſſitatem publicam. *l. 1. Cod. de condict. ex lege*: priuatus, ob fugam debitoris, argum. *l. 14. ȷ. de pignorib.* ante diem agere & cautionem exigere poteſt. vide quæ notaui ad *l. 21. ȷ. de interr. in iure.* Non tantum autem agi, ſed etiam quis ſiſti corporaliter poteſt ante diem & conditionem iuſta de cauſa, *arg l. 54. C. de decurionib. l. 10. §. 16. inf quæ in fraudem creditorum.*
h Præſens conditio actum non ſuſpendit Cur? impropriè conditio eſt, *l. 39. ȷ. eo.*
i eſt enim iam vera vel falſa: ideóque ſtatim agi poteſt. Hinc conſtat, conditionem de præterito & præſenti, mutuum non ſuſpendere: cum tamen de futuro conditio ſuſpendat. adde *l. 38. 39. ȷ. eo. l. 16. ȷ. de iniuſto. l. 80. ȷ. de cond. & dem. l. 100. l. 120. ȷ. de verb. oblig. §. 6. Inſt. de verborum oblig.*
k dubitandi ratio ab errore contrahentium ducitur. vide *l. 57. ȷ. de obl.*
l Conditiones huiuſmodi de vita Regis Parthorum in vſu Romanis fuiſſe ſuſpicio eſt, cum Romanis bellum eſſet aduerſus Parthos.
m Ratio decidendi ea eſt, in affirmatione de præſenti aut præterito, ad naturã, id eſt, ad facti veritatem recurrendum eſt, *vt hic.* in ea quæ de futuro eſt, naturæ occulta & ſecreta non ſunt intuenda, ſed id quod fieri aliquando ſolet; atque ita hanc legem concilia cum *l. 28. in fin. ȷ. de iudiciis.*
n *Conditiones* propriè dicuntur, quæ in futurum, non in præſens tempus conceptæ, *vt hic. & l. 37. ȷ. eo.* nam quæ in præſens tempus conceptæ, aut ſtatim perimunt obligationem, aut non differunt. Perimunt, ſi ita non ſit: non differunt, ſi ita ſit.
o *Conditio* proprie dicitur quæ futurum tempus, reſpicit.
p debitoris: cauebat enim creditori ſuo qui pecuniam accipiebat. vide *l. Tit. 4. inf. quæ res pign.* q ſortis mutuo datæ in hoc caſu, quantitatem obſerua Porrò hoc verbum *ſcripſi*, vſitatiſſimum in cautionibus *l. eum qui. 5. §. Iulianus. inf. de pecunia conſtituta.* r De domo, *vt hic.* & ex arca: *l. quidam 26. ȷ. de pecunia conſtituta.* pecuniam ſe numeraſſe creditores profitebantur, ad differentiam eius pecuniæ, quam debitoribus plerique numerabant ex menſæ ſcriptura. *Donat. in Adelph. Terent. act. 2. Scæna. 4. & in Phorm. Act. 5. Scæna 8.* Seneca 1. *Epiſtol. 26.* Expecta puſillum, & de domo fiet numeratio.
ſ ſubaudi, millia denariorum, vt in *l. 40. §. 3. ȷ. de ſtatuliberis.* εἴκοσι χιλιάδας Græci exponunt.
t Probos nummos reddi promittebant debitores, *vt l. 24. ȷ. de pecunia conſtit.*
u *Rectè dari* quid: & de hac voce ſcripſi ad *l. 3. in fin. ȷ. de duobus reis.*
x ſtipulationem ſortis reddendæ obſerua.
y ſtipulatio vſurarum ob moram ſortis non ſolutæ hic obſeruetur.
z ſi ea die. Cuiac. *in quadam prælectione.*
a *l. 1. §. 3. ȷ. de pign. l. 13. §. 26. ȷ. de act. empl. l. 9. §. 1. ȷ. de vſuris.* Cæterùm hanc pactionem eſſe vſurariam notat Paponius 12. *Arreſtor. 7. §. 8.*
b ſtipulari vſuras, in dies 30. veteribus mox interdum fuit, *vt hic. & l. ſi ita quis promiſerit 135. ȷ. de verb. oblig.*
c Vſura hæc centeſima eſt legitima, *l. ſi pro mutua 8. C. ſi certum petatur. & Cod. Theod. de vſuris.*
d Pactum de ſorte per menſes ſoluenda obſerua.
e vt P. Mæuio *vulgat.* quam lectionem probat Cuiac.
f Solutionem plerumque per menſes promittebant, vt in *l. 122. ȷ. de verb. oblig* per tres menſes: vt in *l. 12. de vſuris.*
g Heredibus ſuis quoque ſolui ſtipulantur plerunque creditores: ne fortè vi tatur perſonalis ſtipulatio. In dubio tamen ſibi ſuiſque ſtipulari præſumuntur.

Quæſitum *a* eſt de obligatione vſurarum: quoniam numerus menſum, qui ſolutioni competebat, tranſierat. Dicebam, quia pacta incontinenti facta ſtipulationi ineſſe creduntur *b*, perinde eſſe, ac ſi per ſingulos menſes certam pecuniam ſtipulatus, quoad tardius *c* ſoluta eſſet, vſuras adieciſſet: igitur finito primo menſe, primæ penſionis vſuras currere: & ſimiliter poſt ſecundum & tertium tractum vſuras non ſolutæ ‖ pecuniæ ‖ penſionis creſcere: nec antè ſortis non ſolutæ vſuras peti poſſe, quàm ipſa ſors peti potuerat. Pactum autem, quod ſubiectum eſt, quidam dicebant ad ſortis ſolutionem tantum pertinere, non etiam ad vſurarum, quæ priore parte ſimpliciter in ſtipulationem veniſſent, pactúmque id tantùm ad exceptionem prodeſſe: & ideo, non ſoluta pecunia ſtatutis penſionibus, ex die ſtipulationis vſuras deberi, atque ſi id nominatim eſſet expreſſum. Sed cùm ſortis petitio dilata ſit, conſequens eſt, vt etiam vſuræ ex eo tempore, quo moram fecit accedant: & ſi (vt ille putabat) ad exceptionem tantùm prodeſſet pactum, (quamuis ſententia diuerſa obtinuerit) tamen vſurarum obligatio ipſo iure non committetur: non *d* enim in mora eſt is, à quo pecunia propter exceptionem peti non poteſt. Sed (ſi) quantitatem, quæ medio tempore colligitur, ſtipulamur, cùm conditio extiterit, ſicut eſt in fructibus, idem & in vſuris poteſt exprimi: vt ad diem non ſoluta pecunia, quod *e* competit *f* vſurarum nomine, ex *g* die interpoſitæ ſtipulationis præſtetur.

Si diſpenſator ignorans ſe à domino liberum, & ex parte heredem ſcriptum pecunias exigat, vel credat.

41. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

EIus qui in prouincia Stichum ſeruum *i* Kalendario *k* præpoſuerat, Romæ teſtamentum *l* recitatum erat, quo idem Stichus liber, & ex parte heres erat ſcriptus: qui ſtatus ſui ignarus *m*, pecunias defuncti aut exegit, aut credidit: vt interdum ſtipularetur, & pignora acciperet. conſulebatur, quid de his iuris eſſet: placebat, debitores quidem ei qui ſoluiſſent, liberatos *n* eſſe: ſi modo ipſi quoque ignoraſſent *o* dominum diſceſſiſſe †: earum autem ſummarum nomine, quæ ad Stichum perueniſſent, fami-

a ... impleuerit an, & quo tempore vſuræ debeantur.
b Paulus Papiniani, præfecti Prætorio, adſeſſor, prior forte interrogatus, ſententiam ſuam ita profert, reo eidemque debitori vtilem: Pacta, inquit, incontinenti ſtipulationi adiecta, ſtipulationis antecedentis vim obtinent: adeò vt ſtipulatione in ſcripturam redacta, ſcriptæ cautionis partem, non diuerſam aut aliam cautionem efficiant. Poſteriorum ſtipulationum eam eſſe vim atque naturam vt prioribus detrahant, eáſque immutent: hinc conſequi vt huiuſmodi pacto ſortis ſolutione per vices, inque ſingulos menſes diſtributa, ante primum menſem nullæ vſuræ: finito verò primo menſe eius tantùm ſummæ debeantur, quæ ex lege cautionis creditori præſtanda fuit, non ſortis ipſius integræ ac vniuerſæ. Nam ſi integra ſors priori menſe nec debita fuit, nec peti potuit, ſequitur ſortis integræ vſuras non rectè peti, cùm in ſorte ſoluenda nulla mora à debitore fuerit commiſſa. Nec enim mora fieri dici poteſt, vbi eſt quidem actio, ſed inanis *l. 127. inf. de verborum oblig.* Præpoſterè igitur hic vſuras peti ante ſortem, cum vſuras, hac in lite, ex mutua partium conuentione, non ex mora, venire conſtet, *verſ. igitur. inf. eo.* Quidam autem (fortè Vlpianus) creditoris partes eiuſdemque actoris ſuſtinens dicebat, ſuperioris pacti longè aliam vim eſſe, quàm Paulus ipſe diceret. Pactum enim illud ſortis integræ ſolutionem in ſingulos menſes diſtribuiſſe: vſuras verò earúmque legem ſecunda ſtipulatione comprehenſam minimè ſuſtuliſſe, ideoque tale pactum debitori ad exceptionem tantùm profuturum, ſi creditor finito primo menſe integram ſortem petiiſſet, & ſtatutæ penſionis illationem anteuertere voluiſſet. Id cùm non euenerit, ſequi à debitore (ex lege ac die prioris ſtipulationis) deberi integræ ſortis vſuras, non autem pro rata portionis atque penſionis ab eo inferendæ: *verſic. Pactum autem*: Atqui (inquit Paulus) hoc interim ſemper conſtat, pacto huiuſmodi ſortis ſolutionem dilatam eſſe igitur & vſurarum, quæ ſortis ſolutionem ſequerentur. Sortem integram primo menſe indebitã, non rectè peti potuiſſe: nec ideo vſuras. Quin etiam, ſi tale pactum reo ad exceptionem prodeſſet vt ipſe Vlpianus diceret, non rectè tamen vſuras peti ab eo qui exceptione tutus ſit. Porrò, reum creditori agenti ad integram ſortem poſt primum menſem pacti legem obiicere poſſe. Moram ſortis ſoluendæ ab eo non committi, à quo peti non poſſit. Se interea largiri, in cautionem hoc deduci poſſe, vt ſi conditio extiterit, vſuræ & fructus creditori præſtentur, non à die conditionis, ſed contractæ ſtipulationis, *l. 64. de verb. oblig.* Quid iuris ſit? Pauli ſententiam vt veriorem hic referri conſtat. Hinc conſequitur, Pactum incontinenti appoſitum, (quo differtur dies ſolutionis, in ſtipulatione mutui antecedente adiectus) & in ſorte & in vſuris moram committi impedire, niſi natura conuentionis aliud exegerit.
c quo tardius, *vulgat.*
d Moram in ſoluendo non admittit is à quo pecunia propter exceptionem peti non poteſt. vide *l. 88. ȷ. de regulis iuris.*
e *al.* quod.
f alij quod comperit.
g vide *l. 64. inf. de verborum oblig.*
h vide doctiſſimam & elegantem huius legis interpretationem apud Cuiacium 8. *tractatu ad Afric. fol. 150. & ſequent.*
i diſpenſatorem ſcilicet, cuius officium erat credere & exigere: vnde hic naſcitur quæſtio de creditis & exactis ab eo poſt mortem domini pecuniis. adde *l. 62. inf. de ſolut.*
k i. fœneratitiis cautionibus & pecuniis deſtinatis fœnori: ſolebant enim creditores ſtipulari vſuras in Kalendas ſingulas, vt hac, ſcilicet ratione vſuræ duplum excederent: nam per partes ſolutæ ſupra duplum deberi poterant, *l. 2. C. de vſuris.* Quod tamen eſt ſublatum à Iuſtiniano in Nouellis: & eam ob rem menſes à Baſilio dicuntur τόκων πατέρες: & fœneratores, menſtrui exactores: & ait Lactantius, ſimiles eſſe fœneratores dæmonibus, qui, recurrente luna, morbo comitiali homines quoſdam affligunt: & in Comœdiis Ariſtophanis, quidam debitor optat Lunæ carcerem & vincula. quòd ſi nunquam redierit ea in orbem, nunquam ſit debiturus: ſolebant tamen veteres differre vſurarum exactionem in Idus argum. *l. 89. in fin. inf. de ſolutio. Cicero in Catil. 4. & 14. ad Attic. 2. in Ant.* Hinc Horat. *Epod. 2.* Omnem relegit Idibus pecuniam, quærit Calendis ponere: inde etiam Calendarium, Iduarium dicitur, Calendarium, ex conuentione. Iduarium verò ab exactione, *Cuiac. ibid.* De Idibus adde quæ ſcripſi ad *l. 24. ȷ. de pecunia conſtituta.*
l Teſtari fœneratores & vſurarios Romæ potuiſſe, hinc colligit Couarruuias 3. *Reſolutionum 3. numer. 8.* Graſſus §. *Teſtamentum quæſt. 33.*
m & ita poſt manumiſſionem, *l. 18. inf. de ſolut.*
n *l. 32. inf. de ſolut.*
o vide *l. 12. §. 12. inf. de ſolut.* † *al.* exceſſiſſe.

næ erciſcundæ quidem actionem non a competere
coheredibus b, ſed negotiorum geſtorum dari debere
c:quas verò pecunias ipſe crediđiſſet, eas non ex ma-
iore parte, quàm ex qua ipſe heres ſit alienatas eſſe.
nam & ſi tibi in hoc dederim nummos, vt eos Sticho
credas, deinde mortuo me, ignorans dederis, accipien-
tis non facies d: neque enim ſicut illud receptum
eſt, vt debitores ſoluentes ei, liberentur: ita hoc quo-
que receptum, vt credendo nummos alienaret: qua-
re ſi e nulla ſtipulatio interueniſſet, neque, ‖vt‖
creditam pecuniam, pro parte coheredis peti poſſe:
neque pignora teneri: quòd ſi ſtipulatus quoque eſ-
ſet, referret quemadmodum ſtipulatus eſſet. nam ſi
nominatim, fortè Titio domino ſuo mortuo iam,
dari ſtipulatus ſit f, proculdubio inutiliter eſſet ſti-
pulatus: quod ſi ſibi g dari ſtipulatus eſſet, dicendum
hereditati eum acquiſiſſe: ſicut enim nobiſmet ipſis
ex re noſtra per eos qui liberi, vel alieni ſerui bona
fide ſeruiunt, acquiritur, ita hereditati quoque ex re
hereditaria acquiri. poſt aditam verò à coheredibus
hereditatem, non æquè idem dici ‖poteſt:‖ vtique ſi
ſcierint, eum ſibi coheredem datum: quoniam tunc h
non poſſunt videri bonæ fidei poſſeſſores eſſe, qui nec
poſſidendi animum haberent. Quòd ſi proponatur,
coheredes eius id ignoraſſe, quod fortè ipſi quoque
ex neceſſariis fuerint, poteſt adhuc idem reſponderi,
quo quidem caſu illud euenturum, vt ſi ſuæ condi-
tionis coheredes, iſte ſeruus habeat, inuicem bona fi-
de ſeruire videantur.

De promiſſione quanto minus à debitore exigi poterit.

1. *De ſtipulatione decem curari.*

42. *Celſus* libro 6. Digeſtorum.

SI ego decem ſtipulatus à Titio i, deinceps ſtipuler
à Seio, *quanto minùs* k *à Titio conſequi poſſim*, ſi de-
cem petiero à Titio, non liberatur Seius: alioquin
nequicquam mihi cauetur: at, ſi iudicatum fecerit Ti-
tius, nihil vltra Seius tenebitur. Sed ſi cum Seio ege-
ro, quantumcunque eſt, quo minùs à Titio exigere
potuero eo tempore, quo iudicium inter me, & Se-
ium acceptum eſt, tanto minus à Titio poſtea petere
poſſum.

1 ¶ Labeo ait, cùm *decem curari* l ſtipulatus ſis, ideo
non poſſe te decem dari oportere intendere, quia
etiam reum locupletiorem m dando promiſſor libe-
rari poſſit: quo ſcilicet ſignificet, non eſſe cogendum
eum accipere iudicium, ſi reum locupletem offerat.

DE IVREIVRANDO n SIVE voluntario, ſiue neceſſario, ſiue iudiciali.

TIT. II.

Vſus. 1. Et effectus iuriſiurandi.

1. *Gaius* lib. 5. ad Edictum Prouinciale.

MAXIMVM remedium expediendarum litium
o in vſum venit iuriſiurandi religio p: qua
vel ex q pactione ipſorum litigatorum, vel ex
auctoritate r iudicis diciduntur controuerſiæ.

2. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

IVſiurandum ſ ſpeciem tranſactionis t continet: ma-
ioremque u habet auctoritatẽ, quam res iudicata x.

*Prima verba edicti de reo qui iurauit. De eo cum quo age-
tur, de delatione. 1. Qua actiones iureiurando tolluntur. 2. De
conditione perſonæ. 3. De ventre. 4. Quibus modis iuretur.*

3. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

AIt prætor, *ſi is cum quo agetur, conditione delata iurane-
rit.* Eum, cum quo agetur, accipere debemus ipſum
reum. Nec fruſtrà adiicitur *conditione delata* y. nam ſi
reus iurauit, nemine z ei iuſiurandum deferente, pre-
tor id iuſiurandum non tuebitur: ſibi enim iurauit:
alioquin a faciliimus quiſque ad iuſiurandum decur-
rens, nemine ſibi deferente iuſiurandum, oneribus
actionum ſe liberabit.

1 ¶ Quacunque b actione quis conueniatur, ſi iura-
uerit, proficiet ei iuſiurandum: ſiue a in perſonam,
ſiue in rem, ſiue in factum, ſiue pœnali actione, vel
quauis alia agatur: ſiue de b interdicto.

2 ¶ Sed & ſi de conditione perſonæ fuerit iura-
tum, prætor iuſiurandum tuebitur: vtputa, detuli
iuſiurandum, & iuraſti *in poteſtate mea te non eſſe*. tuen-
dum erit iuſiurandum.

3 ¶ Vnde Marcellus ſcribit, etiam de eo iurari
poſſe, an c prægnans ſit mulier, vel non ſit: & iuriiu-
rando ſtandum: denique ait, ſi de poſſeſſione erat
quæſtio, ſeruari oportere: ſi fortè quaſi prægnans ire
in poſſeſſionem volebat, & cùm ei contradiceretur,
vel ipſa iurauit ſe prægnantem, vel contra eam iu-
ratum eſt. nam ſi ipſa, ibit in poſſeſſionem ſine metu:
ſi contra eam, non ibit, quamuis verè prægnans fue-
rit, proderítque (inquit Marcellus) mulieri iuranti
iuſiurandum, ne conueniatur, quaſi calumniæ cauſa
ventris nomine fuerit in poſſeſſionem, néve vim pa
tiatur in poſſeſſione d. ſed an iuſiurandum eo vſque
proſit, vt poſt editum partum non quæratur, ex eo
editus an non ſit, cuius eſſe dicitur, Marcellus tractat:
& ſit, veritatem eſſe quærendam: quia* iuſiurandum
alteri neque prodeſt, neque nocet: matris igitur iuſ-
iurandum partui non e proficiet, nec nocebit, ſi ma-
ter detulerit, & iuretur ex eo prægnans non eſſe.

4 ¶ Iurare autem oportet, vt f delatum eſt iuſiu-
randum. cæterùm ſi ego detuli, vt *per* g *Deum* iurares
tu *per* h *caput tuum* iuraſti.

4. *Paulus* libro 18. ad Edictum.

VEl filiorum tuorum.

2. *De effectu iuſiurandi. 3. De iureiurando illicito. 4. Si ne-
que iuratum ſit, neque rem ſſum iurandum.*

5. *Vlpianus* libro 22. ad Edictum.

NOn erit iuratum † habendum iuſiurandum: quòd
ſi exegi vt *per* i *ſalutem tuam* iurares, & iuraſti:
ſtabitur. omne k enim omnino licitum iuſiurandum,
per quod voluit quis ſibi iurari, idoneum eſt: &, ſi
ex eo fuerit iuratum prætor id tuebitur.

1 ¶ Diuus Pius iuriiurando, quod propria l ſuper-
ſtitione m iuratum eſt, ſtandum reſcripſit.

2 ¶ Dato iureiurando, non aliud quæritur, quàm
an n iuratum ſit: remiſſa o quæſtione, an debeatur:
quaſi ſatis probatum ſit iureiurando.

3 ¶ Sed ſi quis illicitum iuſiurandum detulerit,
ſcilicet improbatæ p publicæ religionis, videamus,
an pro eo habeatur, atque ſi iuratum non eſſet? quod
magis exiſtimo dicendum.

4 ¶ Si neque iuratum eſt, neque remiſſum iuſiu-
randum, pro eo debet haberi, atque ſi res in iuſiuran-
dum admiſſa non eſſet: proinde ſi q poſtea iurare pa-
ratus ſit, nihil ei hoc iuſiurandum proficiet: quia ex
eo, quod delatum eſt, iuratum non eſt.

Quid ſit remittere iuſiurandum.

6. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

REmittit g *iuſiurandum*, qui deferente ſe, cùm para-
tus eſſet aduerſarius iurare, gratiam ſ ei facit,
contentus voluntate ſuſcepti iuriſiurandi. Quod ſi
non ſuſcepit iuſiurandum, licèt poſtea t parato iurare
actor nolit deferre, non videbitur remiſſum. nam,
quod u ſuſceptum eſt, remitti debet.

Reliqua verba edicti de reo qui iurauit.

7. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

AIt prætor: *eius rei de qua iuſiurandum delatum fuerit,
neque in ipſum, neque in eum, ad quem ea res pertenet
actionem* x *dabo.* ¶ *Eius rei*: ſic y erit accipiendum, ſiue
tota de re, ſiue de parte ſit iuratum. Nam de z eo quod
iuratum eſt, pollicetur ſe actionem non daturum: ne-
que in eum, qui iurauit, neque in eos, qui in locum
eius, cui iuſiurandum delatum eſt, ſuccedunt a.

8 *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

ETiam ſi in rem ſucceſſerint.

a Imò, *l.52. §.1. ſ. familiæ erciſcundæ.* vide hic Zaſ. *num.* 20. Cuiac. 8. *ad Afr.*
b quia non geſſe-runt, *l.16. §.3. l.49. in fin. ſ. famil.*
c *l.31. ſ. de procur.*
d *l.2. §.6. infr. de donat.*
e Qualitas & accidens ſine ſubiecto eſſe non poteſt. *v. l.83. infr. de reg. iur.*
f *l.2. C. ſi certum.*
g *v. l.16. ſ. de ſtip. ſeru.*
h Argumentum à toto accidentis; Non poſſidet, ne igitur quidem bona fide.
i *l.21. ſ. de ſolut.*
k *l.116 ſ. de verb. oblig.*
l *l.67. §.1. inf. de verb. oblig.*
m *l.21. ſ. de conſtit. pecun.*
n 2. *C.59.* & 4. C. 1. *Syn. Baſil.* 22. *tit.* 5. 2 *Harm.* 7.
o vide *l. Rem non nouam* 14. *C. de iu-diciis,* & *tit de ie-iurando propter calumniam dando.* Suetonius *in Iulio* 85. Apud eam longo tempore ſacrificare, vota ſuſcipere, controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iureiurando diſtrahere perſeuerauit. Mimo ſanè dicitur Iuſiurandum, emplaſtrum æris alieni, 16. *Gell.* 17. & Pacuuio, iuſiurandum eſſe traditur nihil aliud quam mantile, quo noxæ quotidie extergantur. Tal s apud Ariſtophan. *in Nebulis* Strepſiades; & apud Plautum Balio Hæſychius ἀρ-ξιυτελες appellat faciles ad iurandum.
p Religio ſua iureiurando ineſt.
q Iuſiurandum etiã priuatus deferre poteſt.
r Compendium litium, *l.3. §.8. C. de iureiurando propter calum. Paul. 2. ſent.* 1. §.1. εἰς βεβαίωσιν πάσης ἀντιλογίας πέρας ὁ ὅρκος. *Hebr.* 6. τὴν μεγίστην τὴν παρ … ἀπις πίστιν vocarunt Ægyptij *Diodor.* finis dicitur, *l.4. verſ. curatores inf. tit. prox.* Difinitur autem ab Ariſtotele, μετὰ θείας παραλήψεως φάσις ἀναπόδεικτος. à Clemente Alexandrino ὁμολογία κατὰ … ἐξαιρετικὴ μετὰ προσπαραλήψεως θείας. à Cicerone, adfirmatio ſancta. adde *Nou. 74. c.3.* adde *l.3. C. hoc tit.*
ſ Iuſiurandum vel ab aduerſario vel à iudice delatum controuerſiam decidit: Nam ſimilitudinem tranſactionis habes, & maius quiddam eſt quam res iudicata. *Syn. Baſil.* 22. *Tit* 2. *c.1.* 1. *Harm.* 7. §.3.
t Iuſiurandum, tranſactionis ſpecies qui iurat, tranſigit: vt tranſactione, ita iureiurando exceptionem acquirit: hic qui iurat, ſoluiſſe intelligitur. *l.27. ſ. eo.* quaſi ſententiam obtinet, *vt hic.*
u Iuſiurandum maiorem vim obtinet quàm res iudicata: *vt hic.* denique vim habet pacti ſolutionis, iudicii, *l.35. §.1. ſ. eo.* acceptilationis *l.40. ſ. eo.*
x *l.13. in fin. ſ. quib. mod. pig. ſol. l.1. ſ. quar. rer. act.*
y *l.25. §.1. ſ. de conſtituta.*
z i. vltro *l.23. inf. de dolo.* Iuſiurandum nemine deferente præſtitum, nihil proficit, *vt hic Syn. eo. c.1. in fin.*
a Suſpectus eſt qui ad iurandum ſe offert: ſic alibi ſuſpectus, qui operas ingerit.
b *l.34. in princ. ſ. eo.* Iurans, in quacunque actione iurauerit, liberatur. *Syn. ibid. c.3.*

a Iuramentum in actione præſtatur, ſiue in perſonam, ſiue in rem vel in factum ſit.
b Iuratur etiam in interdictis, *vt hic.* vt & de poſſeſſione. *§.3. ſ. eod.*
c *l.10. ſ. de Carboniano.*
d *l.9. in fin.* vide *l.10. l.11. l.12. in fi. ſ. eo. l.7. C. eo. l.7. §.7. ſ. de Public.*
e vide *l.1. ſ. ſi mulier ventris nomine.*
f iurare ita oportet, vti iuſiurandum delatum eſt, *vt hic. Synopſis Baſilica eadem c.3. l.33. infra eod.*
g iurare per Deum veteres quoque ſoliti, licet multitudinem Deorum fi-terentur, vt & *l.33. ſ. eod.* Tert. *de Teſtimonio animæ*: Lactantius 2. c. 1.
h Iurare per caput ſuum: vt & per caput alterius. veteres ſoliti. *Ouid.* 1. *Triſtium* 8. & in *epiſtola Briſeidis* & 3. *de Ponto* 3. *Martial.* 9 *epigr.* 49. *Silius Italicus* 10. *Iuuenalis ſatyr.* 6. *Apuleius* 3. *de Aſino.*
† *al.* ratum.
i Iurabant interdum veteres per ſalutem ſuam, *vt hic,* & *l.33. ſ. eod.* vbi dixi.
k Iuſiurandum non omne licitum, ſed id demum licitum quod delatum, ab aduerſario probatum eſt.
l Iurant enim aliter Iudæi, aliter Ethnici. Denique cuique genti, ſua in iurando religio & formula eſt.
m Superſtitio pro religione, & ſecta religionis cuiuſque hic ſumitur, vt ſit ſenſus: … mentum cuiuſque quæ ſecta & religionis ſit, inter … qui ita iurauerit ratum haberi … tere, & breuiter Propria ſuperſtitio iurantem eo caſu vel obligat vel excuſat. Iudæis in Camera Spirenſi quemadmodum iuſiurandum deferatur, vt iurare tacto Decalogo debeant, v. … Myntingerum 5. *obſ.* 6. & 6. *obſ.* 20.
n *l.29. in fin. ſ. eod. §.12. Inſt. de act.*
o *l.9. l.28. in fin. ſ. eod.*
p Religionis publicæ improbatæ iuſiurandum, pro iuramento non habetur … hinc quoque conſtet, Religionum quaſdam publicè probatas, quaſdam improbatas, facit *l.4. ſ. famil. erciſc* Imò non alij dij admiſſi, quàm qui à ſenatu probati. *Tert c.4. apologetici.* vnde nouos Deos & aduenas non admittit ſuis legibus Cicero *lib. 2. de legib.*
q non admittitur iuramentum, quod delatum, incontinenti non ſuſceptum eſt. *Zaſ.* Ineſt ergo iuramento voluntario & iudiciali tacitè hæc conditio, ſi incontinenti iuretur. *idem Zaſ.* ideóque ſi reus, cui iuſiurandum defertur, deliberandi tempus impetrauerit, actor poterit interea, ſi voluerit, reuocare delationem iuramenti. Tutius itaque erit reo, ſi iuramentum protinus ſuſceperit, & deliberandi ſpatium poſtulauerit, … modo iurandi cogitet, & negotii, quo de agitur, circunſtantias ſpectet diligentiùs. *Bart. Zaſ.*
r Remittit iuſiurandum, qui eius à ſe delari iurare parato gratiam facit.
ſ Gratiam iuriſiurandi facere quid? adde *l.32. l.41. ſ. eod.*
t *l.5. in fin. ſ. eod. Paul. 2. ſent. 1. §.3.*
u & è contrario, ſi non fuit ſuſceptum, non poteſt dici remiſſum. *Zaſ.*
x dat etiam exceptionem. *l.40. ſ. eod.*
y rei appellatione res tota, imò & pars eius intelligitur. z Iurans, liberatur ab actione aduerſarij. Poſtquam iuratum eſt, denegatur in eum qui iurauit actio, *vt hic. l.8. l.9. ſ. eo.* a ex iureiurando actoris *l.1 §.2. ſ. quarum rer.* …

1. De

1. De actione, vel exceptione ex iureiurando. 2. De condemnatione poſt iuſiurandum. 3. De actione perpetuanda. 4 De iureiurando delato à minore. 5. Vel in fraudem creditorum. 6. De iureiurando defenſoris, vel procuratoris 7. De iureiurando petitoris. Quibus nocet iuſiurandum.

9. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

NAm, poſteaquam iuratum eſt, denegatur actio: au ſi controuerſia erit, id eſt ſi ambigitur, an iuſiurandum datum ſit, exceptioni locus eſt.

1 ¶ Iureiurando dato vel remiſſo, reus quidem acquirit exceptionem *a* ſibi, aliiſque: actor verò actionem acquirit in qua hoc ſolùm quæritur, an iurauerit dari ſibi oportere: vel, cùm iurare paratus eſſet, iuſiurandum ei remiſſum ſit.

2 ¶ Si damnetur quis poſt *b* iuſiurandum *c* ex *d* famoſo iudicio, famoſum eſſe magis eſt *e*.

3 ¶ Si is, qui temporaria *f* actione mihi obligatus erat, detulerit iuſiurandum, vt iurem *eum dare oportere*, egóque iurauero, tempore non liberatur: quia poſt *g* litem conteſtatam cum eo perpetuatur aduerſus eum obligatio.

4 ¶ Si *h* minor 25. annis iuſiurandum detulerit & hoc ipſo captum ſe dicat, aduerſus exceptionem iuriſiurandi replicari debebit, vt Pomponius ait: ego autem puto, hanc replicationem non *i* ſemper eſſe dandam, ſed plerumque ipſum: prætorem debere cognoſcere an captus ſit, & ſic in integrum reſtituere, nec *k* enim vtique, quòd minor eſt, ſtatim & circumſcriptum *l* docuit. Præterea exceptio iſta, ſine cognitio ſtatutum tempus *m* poſt *n* annum 25, non debet egredi.

5 ¶ Sed & ſi quis in *o* fraudem creditorum iuſiurandum detulerit debitori, aduerſus exceptionem iuriſiurandi, replicatio fraudis creditoribus debet dari. Præterea ſi fraudator detulerit iuſiurandum creditori *p*, vt iuret *ſibi decem dari oportere*, mox, bonis eius venditis, experiri volet, aut denegari debet actio, aut exceptio opponitur fraudatorum creditorum.

6 ¶ Iuſiurandum defenſoris *q*, vel procuratoris rei ab aduerſario delatum prodeſſe, exceptionémque domino parere *r* Iulianus ſcribit.

¶ Idem ergo dicendum erit, & ſi datus ad petendum procurator, reo deferente, iurauerit dari mihi oportere: nam actionem mihi parit. quæ ſententia habet rationem.

7 ¶ Si petitor *ſ* iurauit, poſſeſſore deferente, *rem ſuam eſſe*, actori dabitur actio: ſed hoc dumtaxat aduerſus eum, qui iuſiurandum detulit: eóſque, qui in eius locum ſucceſſerunt: cæterum aduerſus alium *t* ſi velit prærogatiua iuriſiurandi vti, nihil ei proderit.

10. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

QVia *u* non deberet alij nocere, quod inter alios actum *x* eſſet.

De iureiurando poſſeſſoris, rem petitoris ‖*non eſſe.* 1. *Aut ſuam eſſe.* 2. *De vſufructu.* 3. *De hereditate, quibus noceat iuſiurandum.*

11. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

SEd ſi poſſeſſori *y* fuerit iuſiurandum delatum, iurauerítque *rem petitoris non eſſe*, quamdiu quidem poſſidet, aduerſus eum, qui detulit iuſiurandum, ſi petat, exceptione iuriſiurandi vtetur: ſi verò amiſerit poſſeſſionem, actionem non habebit: ne quidem ſi is poſſideat, qui ei iuſiurandum detulit: non enim rem ſuam eſſe iurauit, ſed eius non eſſe *z*.

1 ¶ Proinde ſi, cùm poſſideret [&] deferente petitore *rem ſuam eſſe* iurauit, conſequenter dicemus, amiſſa quoque poſſeſſione, ſi is, qui detulit iuſiurandum, nanctus ſit poſſeſſionem, actionem in factum ei dandam, & fructus perceptos ex re, quam meam eſſe iuraui, reſtitui mihi placuit. Sed & partum editum, fœtúſque pecorum reſtituendos conſtat poſt iuſiurandum delatum.

2 ¶ Item ſi iurauero, *vſumfructum alicuius rei vel meum eſſe, vel dari mihi oportere*, eatenus mihi competit actio, quatenus *a*, ſi verè *b* vſumfructum haberem, duraret *c*. quibus verò caſibus amitteretur non competit mihi actio. Sed ſi *a* rerum, in *b* quibus vſusfructus propter abuſum conſtitui non poteſt iurauerit *vſumſe habere* vel *ſibi deberi*, effectum *c* iuriſiurandi ſequendum arbitror *d*: ideóque tunc quoque videri eum rectè iuraſſe, puto. & ex iureiurando poſſe petere vſumfructum, cautione oblata *e*.

3 ¶ Si, cùm de hereditate inter me, & te controuerſia eſſet, iurauero *hereditatem meam eſſe*, id conſequi debeo, quod haberem, ſi ſecundùm me de hereditate pronunciatum eſſet *f*: & non ſolùm eas res reſtituere debes, quas tunc poſſidebas, ſed & ſi quas poſtea cœpiſſes poſſidere: perindéque haberi, quod iuratum eſt, atque ſi probatum eſſet: idcirco vtilis *g* actio mihi competit. Quòd ſi ego ex eadem hereditate poſſiderem, túque cœpiſſes petere eam à me, cùm aduerſus te iuraſſem, exceptione me vti debere iuriſiurandi.

¶ Planè ſi alius à me hereditatem petere cœperit, dubium non erit, (vt & Iulianus ſcribit) nihil mihi iuſiurandum prodeſſe *h*.

12. *Iulianus* lib. 9. Digeſtorum.

IDem eſt, & ſi ego ‖à‖ quolibet alio poſſidente res hereditarias petere velim. quia & ſi petiſſem à te hereditatem, & probaſſem meam, nihilominus ab altero petendo, idipſum probare neceſſe haberem.

De duobus patronis. 1. *De longi temporis præſcriptione.* 2. *De furto.* 3. *De venditione.* 4. *De ſocietate.* 5. *De pignore: de dote.* 6. *De periurij pœna.*

13. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

SI duo patroni eſſent, & libertus, altero deferente *i*, iuraſſet, *ſe k liberum eius non eſſe*, vtrum alteri ‖totius‖ debitæ patronis portionis, an verò dimidiæ debitæ eis partis bonorum poſſeſſio competeret? Et ait ſi is, cui iuratum eſt, patronus fuiſſet, alteri ſuæ partis bonorum poſſeſſionem competere: nec ei prodeſſe, quòd aduerſus alterum libertus iuraſſet *l*: multum tamen fidei, & auctoritatis apud iudicem patronum habiturum, quo magis ſolum ſe patronum probaret, quòd libertus iuraſſet, alterum patronum non eſſe.

1 ¶ Iulianus ait, eum, qui iurauit *fundum ſuum eſſe*, poſt longi temporis præſcriptionem *m* etiam vtilem actionem habere debere.

2 ¶ Idem Iulianus ſcribit eum, qui iurauit *furtum ſe non feciſſe*, videri de toto iuraſſe *n*, atque ideo neque furti *o*, neque *p* condictitia teneri: quia condictitia (inquit) ſolus fur tenetur.

¶ Nunquid ergo, qui iurauit *ſe furtum non q feciſſe*; hoc ſolo nomine, condictione ſi conueniatur, exceptione vtetur? cæterum ſi contendat, qui condicit, quaſi cum herede ſe furis agere non debet repelli? & quaſi *r* μονομερῶς id eſt, *vnimembris ſ* condictio dari debet aduerſus furis heredem *t*: nec pati eum iudex debet, ſi cœperit *u* tentare *x* probare furem.

3 ¶ Si quis iurauerit *vendidiſſe me ei rem centum*, ex *y* empto agere poterit, vt ei cætera *z* præſtentur: id eſt *a*, res tradatur, & de euictione caueatur. An *b* tamen, ad pretium conſequendum, ex vendito conueniri poſſit, videndum? Et ſi quidem ‖&‖ de hoc ipſo iuratum eſt, quòd pretium ſolutum eſt: nulla pro pretio actio ſupereſt, ſi verò hoc non fuerit iuratum, tunc conſequens eſt, de pretio eum teneri.

4 ¶ Idem dicemus, & ſi quis *ſocietatem feciſſe* iurauerit. Nam & is pro ſocio poterit conueniri.

a *l. 40. ʃ. eod.*
b i. ſi vltra quod iuratum eſt aduerſus eum, contigerit, vt iudicium in quo iuratum eſt, famoſum ſit.
c reus enim potuit quodam percore omittere exceptionem iuriſiurandi à ſe quondã præſtiti.
d rectè: nam ſi dãnetur actione in factum ex iureiurando, famoſus non efficitur.
e ſententia contra, iuramentum lata, valet: & in cauſa famoſa, famoſum reddit, Zaſ.
f *v. Inſt. de perpetuis & temporalib. actionib.*
g *v. l. 8. ʃ. de fideiuſſor. tut. l. 29. ʃ. de nouationib.* Iuramentum vim habet litis conteſtationis, dixi *l. 2. l. ſed etſi reſtituatur* 28. § *ex quib. ʃ. de iudiciis.*
h Iuſiurandum quod non debebat, ſi minor per circumſcriptionem detulerit, intra ſtatutum tempus reſtituitur. *Syn. eo. cap. 7.*
i Reſtitutio in integrum datur minori cauſa cognita: neque ſtatim reſtituitur quod minor fuerit, ſed quòd captus & deceptus, *v. l. 1. C. ſi aduerſus venditionem, l. 3. circa fin. C. ſi minor ſe maiorem.*
k Minor non ideo reſtituitur quod minor, ſed quòd captus & deceptus.
l Probare circumſcriptionem debet qui ſe deceptum conqueritur.
m quadriennij, *l. 7. Cod. de temporib. in integrum, l. 4. C. de in integ. reſt. minor. Nou. 155. c. 1.*
n Aduerſus iuſiurandum minor poteſt reſtitui.
o Iuſiurandum in fraudem creditorum deferre debitori ſuo non licet: quòd ſi iuratum ſit habent creditores replicationem deferentis aduerſus eum qui iurauit. *Syn. eo. c. 8.*

a Iuramentum ‖in‖telligitur ſecundũ actus, cui interponitur, ‖naturam. Zaſ.
b Vſusfructus verus non conſtituitur in rebus quæ abuſu conſumuntur.
c Sententia ſuper inepto libello lata ipſo quidem iure nulla eſt. *Gloſſ. Inſt. de act. in pr.* verùm hoc ; fallit, niſi libellus ſeruata improprietate verborũ defendi poſſit. *vt hic* Tres alias exceptiones vide apud Socinum, *reg.* 358.
d atque ita, appellatione *vſusfructus* venit quaſi vſusfructus commentitius & improprius: hinc etiam concludit Zaſius libelli, id eſt, actionis verbis propriam interpretationem non admittentibus, ad impropriam decurrendum, & impropriè ſaltem verba interpretanda eſſe. Præterea, non ſolum verba impropriè ſumi, vt iuramentum ſuſtineant, ſed etiam vt probent. duo enim operatur iuramentum: accipitur impropriè, & vim probationis nihilominus habet.
e *v. l. 1. 2. ʃ. de vſufr. earum rer.*
f Iuramentum vim ſententiæ obtinet, *l. 2. ʃ. eod.* tantum igitur eo quantũ ſententia definitiua conſequetur: proinde & fructus hic venient, *§. 1. ʃ. eod.*
g Ex iuramento oritur vtilis vindicatio vel petitio hereditatis: ſum enim dominus præſumptus poſtquam iuraui.

p Iuſiurandum ei qui non eſt creditor, debitor deferre non poteſt, in fraudem veri creditoris, *vt hic. & Syn. ibid. c. 8.*
q *v. l. vlt. §. pen. ʃ. eo.*
r Imò exceptionem domino non parit, *c. 39. §. 1. ʃ. de proeuratorib.*
ſ Iurans rem ſuam eſſe petitor, actionem tantum habet aduerſus poſſeſſorem qui detulit iuramentum, eiúſque ſucceſſores, at non aduerſus alium. Nam quæ inter aliquos acta ſunt, aliis non nocent, *vt hic, l. 10. ʃ. eo. Syn. eod. c. 8.*
t *l. 3. § pen. ʃ. eo.*
u Iuramentum vno deferente præſtitum, aliis, qui non id detulere non nocet.
x i. iuratum, *vt d. l. 3.* pactum, *l. 37. §. 4. in fin. l. 19. C. de iur. dot.* ſtipulatum, *l. 38. §. 17. ʃ. de verb. obl.* actum *l. 1. C. res inter alios acta.*
y *l. 7. §. 7. verſ. ſed etſi poſſeſſoris. ʃ. de Publiciana.*
z Cum poſſeſſor iurat *rem non eſſe petitoris*, ex eo non infertur rem ad eum pertinere, hinc contendit Zaſius, ab oratione negatiua argumentum à contrario ſenſu non ſumi. a Iuramentum occaſione vſusfructus, vel quaſi delatum, viuit & moritur ad veri vſusfructus ſimilitudinem. Zaſ. b Iuramentum habetur pro veritate ficta vel præſumpta. c ſicut vſusfructus verus finitur morte & capitis diminutione & aliis modis, ita etiam iuratus tanquam fictus & præſumptus non latius durat quam ſi eſſet verus. Zaſ.

h An probationes vnius cauſæ in altera valeant, alibi dicam.
i adde *l. 30. §. pen. ʃ. eod.*
k iurabat libertus deferente patrono ſe libertum eius non eſſe, *vt hic. & l. 30. §. 4. ʃ. eo.*
l ſi plures eiuſdem liberti, ſe patronos in ſolidum aſſerunt, vnius ex iis per iuramentum facta excluſio, alteri, quod ad ius accreſcendi, non prodeſt, niſi quod ad præſumptionem, Zaſ.
m Præſcriptionis effectus concurrere cum effectu iuramenti poteſt. Alterum igitur altero non tollitur: & ſic poterit poſt iuramentum præſcriptio, & è contra, currere. n Iurans negatiuè ſuper facto, conueniri non poteſt aliqua actione quæ ex illo facto fluat. Nam cùm factum remouetur, intelligitur remota omnis actio inde deſcendens Zaſ. o bifariam enim pro furto agitur.
p Imò condictitia tenetur, *l. 52. §. 7. ʃ. de furtis.* q *al.* non fuiſſe. r μονομερῶς cauſa dicitur, quòd ex hac tantum parte condicitur, qua furis eſt heres non ex illa qua & fur eſt ipſe, rémque dolo malo contrectauit. v. Cuiac. 4. *obſer.* 31. *l. vlt. ʃ. ad Treb.*
ſ i, qui abſolutus eſt vt principalis, adhuc teneri poteſt, vt heres defuncti.
t apud quem res furtiua reſedit, aliàs ex delictis in heredes non agitur, *l. vnic. C. ex delict. defunctorum.* u Iudex controuerſiam de re iuramento deciſa admittere non debet. Zaſius. x Iudex poſitiones impertinentes admittere non debet: nec teſtes vltra productos articulos examinare Zaſius. y Cur non actionem ex facto de iureiurando, *vt l. 8. C. de iureiurand. §. ſi quis poſtulante. Inſtit. de actionib.* Hic cauſa adiecta iuratum eſt v. quæ ſcripſi ad *l. 8.* vbi Cuiac. & *l. 25. §. 1. ʃ. de pecunia conſtituta. l. 7. §. 7. ff. de Publiciana.* z Verbum, *Et cætera* in iure & apud Notarios, includit ea, quæ naturalia ſunt contractus & diſpoſitionis, adde *l. 5. & 7. ʃ. de reb. eor.*
a Ex iuramento ſecundùm formam contractus venditionis præſtito, venit in conſequentiam rei traditio & euictio.
b Ex iuramento præſtito ſecundùm formam contractus (nam informiter præſtatur, cùm nulla cauſa contractus exprimitur) datur actio vtilis ex eo contractu, ex quo, ſi eſſet verè probatus contractus, daretur actio directa *Alexand.*

5 ¶ Marcellus etiam ſcribit, ſi quis iurauerit *ob decem pignori dediſſe fundum*, non aliàs eum pignoratitia agere poſſe, quàm ſi decem ſoluerit *a*. ſed & illud adiici, fortaſſis eum etiam in decem ex iureiurando ſuo poſſe conueniri, quod magis probat: cui Quintus Saturninus conſentit. Argumentoque vtitur eius, qui iurauit, eam, *quæ vxor ſua fuerit, rem ſibi in dotem dediſſe*. Nam & hic vxori ait vtilem de dote actionem dandam quæ non eſſe extra æquitatem poſita, non negauerim.

6 ¶ Si quis iurauerit in lite pecuniaria *per b genum Principis*, dare ſe non oportere, & peierauerit: vel dari ſibi oportere: vel intra certum tempus iurauerit ſe ſoluturum, nec ſoluit: Imperator noſter cum patre reſcripſit *c*, fuſtibus *d* eum caſtigandum *e* dimittere: & ita ei ſuperdici *f*, προπετῶς μὴ ὄμνυε, *i. petulanter ne iurato*.

De iureiurando propter rem non remittendo.

14. *Paulus* lib. 3. ad Edictum.

QVoties *g* propter rem iuratur, nec parenti, nec patrono remittitur iuſiurandum. propter *h* rem autem iuſiurandum exigitur, veluti de pecunia credita, cùm iurat actor *ſibi dari oportere*. vel reus, *ſe dare non oportere*. Idem eſt, cùm de pecunia conſtituta iuſiurandum exigitur.

Ad quos domum mittitur iurandi cauſa.

15. *Idem* lib. 6. ad Edictum.

AD perſonas *i* egregias *k*, eóſque, qui valetudine *l* impediuntur, domum mitti oportet *m* ad iurandum.

An patronus iurato cogatur.

16. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

SI patronus libertam ſuam vxorem duxerit, non compelletur *n* iurare de rerum amotarum iudicio, ſed & ſi ipſe deferat iuſiurandum libertæ ſuæ, de calumnia non debet iurare.

De iureiurando extra iudicium delato. 1. Si iuſiurandum detulerit pupillus. 2. Vel tutor, vel procurator, vel curator.

17. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

IVſiurandum *o*, quod ex conuentione extra iudicium defertur, referri non poteſt *p*.

1 ¶ Pupillus tutore auctore iuſiurandum deferre debet. Quod ſi ſine *q* tutore auctore detulerit, exceptio quidem obſtabit, ſed replicabitur *r*: quia rerum adminiſtrandarum ius ei non competit.

2 ¶ Si tutor *ſ*, qui tutelam gerit aut curator furioſi prodigíve, iuſiurandum detulerit, ratum id haberi debet. Nam & alienare res, & ſolui eis poteſt: & agendo, rem in iudicium deducunt.

3 ¶ Procurator quoque quod detulit, ratum habendum eſt: ſcilicet *t*, ſi aut *u* vniuerſorum bonorum adminiſtrationem ſuſtinet, aut ſi idipſum nominatim mandatum ſit, aut ſi in *x* rem ſuam procurator ſit.

18. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

ALiàs autem procuratorem deferentem iuſiurandum non eſſe audiendum, Iulianus lib. 10. Digeſtorum ſcribit. Nec † poſtea reus, qui ſemel iurauit, à domino conueniatur. Nec multum ei proficere, ſi fuerit ei de rato cautum, ſiue enim dominus petat, cogetur docere reus liquidò *y* ſe iuraſſe, poſita ſcilicet exceptione: ſiue ex ſtipulatione de rato agat, neceſſe habebit ipſe de periurio ſuo docere.

19. *Idem* lib. 26. ad Edictum.

SI itaque mandatum fuit procuratori, vt petat, ille iuſiurandum detulit: aliud *a* fecit, quàm quod mandatum eſt.

De ſeruo & filiofam.

20. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

SEruus quod detulit, vel iurauit, ſeruetur *b*, ſi peculij adminiſtrationem habuit.

21. *Gaius* lib. 5. ad Edictum Prouinciale.

HVic *c* enim ſolui *d* quoque rectè poteſt. & *e* nouandæ *f* obligationis ius habuit.

22. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

QVidam *g* & de peculio actionem dandam in dominum, ſi actori detulerit ſeruus iuſiurandum.

¶ Eadem de filiofamilias dicenda ſunt.

23. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

SI ſeruus iurauerit *dominum dare non oportere*, exceptio domino *h* indulgenda eſt: ſibíque aduerſarius imputabit, qui ſeruo detulit iuſiurandum.

24. *Paulus* lib. 28. ad Edictum.

MVlto magis proderit patri *i* religio *k* filij, cum quo etiam iudicium conſiſtere poteſt.

¶ Ipſi autem referentes conditionem eorum, quibus ſubiecti ſunt, non faciunt deteriorem.

25. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

SEd & ſi ſeruus *l* meus, delato, vel relato "ei", iureiurando, iurauit *rem domini eſſe, vel ei dari oportere*: puto dandam mihi actionem, vel pacti exceptionem, propter religionem & conuentionem.

De ſexu & ætate iurantis. 1. De effectu iuriſiurandi.

26. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

QVi *m* iuraſſe dicitur, nihil refert, cuius ſexus *n*, ætatíſve ſit *o*: omni enim modo cuſtodiri debet iuſiurandum aduerſus eum, qui contentus *p* eo, cùm deferret, fuit: quamuis pupillus non videatur peierare: quia *q* ſciens *r* fallere non videatur *ſ*.

1 ¶ Si pater, *filium dare non oportere* iurauerit, Caſſius reſpondit, & patri, & filio dandam exceptionem iuriſiurandi. Si pater iurauerit, *in peculio nihil eſſe*, filius conueniri poterit: ſed & pater ita conuenietur, vt poſt acquiſiti peculij ratio habeatur.

2 ¶ Iuriſiurandi conditio ex numero eſſe poteſt videri nouandi *t*, delegandíve; quia proficiſcitur ex conuentione: quamuis habeat & inſtar iudicij *u*.

27 *Gaius* libro 5. ad Edictum Prouinciale.

IVſiurandum etiam loco *x* ſolutionis cedit *y*.

De duobus reis ſtipulandi. 1. De reo & fideiuſſore. 2. De eo qui debitorem exhibere promiſit. 3. De duobus reis promittendi. 4. Quæ actiones iureiurando tollantur. 9. De furto & condictione furtiua. 10. De actione & exceptione iuriſiurandi, ſi & actor & reus iurauerit.

28. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

IN *z* duobus reis ſtipulandi, ab altero delatum iuſiurandum etiam alteri nocebit.

1 ¶ Quod reus iurauit *a*, etiam fideiuſſori proficit. à fideiuſſore exactum iuſiurandum, prodeſſe etiam *b* reo, Caſſius, & Iulianus aiunt. Nam quia in locum *c* ſolutionis ſuccedit, hic quoque eodem loco habendum eſt. Si modò ideo interpoſitum eſt iuſiurandum, vt de ipſo contractu, & de re, non de perſona iurantis ageretur.

2 ¶ Si ei *d*, qui debitorem meum in iudicium exhibere promiſit, iuſiurandum detulerim. Iſque iurauerit, *ſe omninò exhibitionem eius non promiſiſſe* prodeſſe debitori *e* meo id non debet. Si verò iurauerit, ſe nihil mihi præſtare oportere, diſtinguendum ſit, & replicatione emendandum, vtrum ideo iurauerit, "an" quia poſt promiſſionem exhibuerit, an verò quia ſoluerit. Quod & in fideiuſſore debiti diſtinguendum eſt.

3 ¶ Ex duobus reis *f* promittendi eiuſdem pecuniæ alter iurauit; alteri quoque prodeſſe *g* debebit.

a Qui iurat ſe rem pignori ob certam ſummam dediſſe vel dotem accepiſſe, pignus fatetur, nec ſolutionem factam eſſe iurat, & de dote reſtituenda ex eo iuramento tenetur.

b Iurabant nonnunquam veteres *per Genium principis*. de quo dixi ad *l. 2. C. de reb. credit.* adde Senec. 1. *ep.* 11. Tertull. 28. *apologetici, in fin.* Minutium Fœlicem *in Octauio.* Suetonium *in Iul. c.* 85.

c *l.* 16. *C. ex quib. cauſis infamia.*

d ex quadam Nouella Leonis & Conſtantini periuro lingua abſcinditur v. Cuiac. 7. *obſeru.* 14. *v. Harm.* 1. *Tit.* 7. §. 21.

e Imò, periurij nulla pœna eſt, *l.* 2. *C. de reb. cred.*

f Superindici eſt ne ſcriptio, vt putat Duarenus, vtque crucis Chriſti inſcriptio innuit? an verò *per præconem*, vt Contius exiſtimat? arg. *d. l.* 26. vtrumque factum videtur. v. quæ notaui ad *d. l.* 16. Poſterius tamen verius eſt, & huic loco aptius. ſimilis vox eſt Præconis ἐσυκοφάντησας *in leg. Fuſtibus, C. ex quib. cauſ. infamia.* Legatum P. Romani, homo plebeius temerè amplecti noli, *apud Spartianum.* Quod tibi non vis fieri alteri non feceris. Lamprid. *in Alexandro.* Fumo punitur, qui fumum (aulicum ſcilicet) vendidit. *ibid.* Impoſturam fecit & paſſus eſt. *Trebell. Pollio in Gallieno.* Polycarpus tertiò confeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe, *Euſeb.* 4. *c.* 5. Agnes ſacrilega virgo, Diis blaſphemiam inferés, ſcortum lupanaribus data. *Ambr ſerm.* 90. adde Zonaram 3. *Annalium in Valentiniano*, vbi de Rhodano præpoſito, móſque ille ſuperdicendi Præconianus adumbratur. Præter id genus ſuperindictionis, Titulus nonnunquam appenſus vel affixus erat, cui cauſam pœnæ indicaret: qui inde αἰτία *Mat.* 27. ἐπιγραφὴ *Marc.* 15. *& Luc.* 23. τίτλος. *Ioan. c* 19. Titulus, *Suet. in Caligula* 33. πίναξ *Euſeb.* 5. *hiſt.* 1. Formula verò huiuſmodi fuit. Hic eſt rex Iudæorum: Rex Iudæorum: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. *Mat. Luc. Marc. Ioan. ibid.* Impiè locutus parmularius. *Suet. ibid.* Hic eſt Attalus Chriſtianus *Euſeb. d. loco.*

g Iuſiurandum de re non remittitur.

h Iuſiurandum de re, eſt de mutuo ſeu pecunia credita. i Egregias perſonas Græci appellant ἐνδόξους, hoc ſenſu: Iurare domi illuſtres & valetudinarios. *Syn. Baſ.* 22. *Tit.* 5. *c.* 11. *in pr.* k putà Epiſcopos. *Nou.* 123. *c.* 7. adde & mulieres honeſtas. *Nou.* 124. *c.* 1. *verſ. ſi verò mulier.* Publicanos, *l.* 19. *ĵ. de teſtib.* adde *l.* 2. §. 1. *C. de iureiur. propter calumn.* vide plura apud Menoch. 2. *de arbitrar. iudic.* 2. *caſu* 70. l adde & ſenes arg. *Nou.* 1. *c.* 1. §. 1.

m Imò non oportet, *l.* 37. *in fin. C. de Epiſcopis.* n *l.* 34. §. 4. *ĵ. eo.*

o Iuſiurandum quod extra iudicium defertur, non refertur. *Syn. eo. c.* 11. *in fin.*

p quidni? arg. *l.* 38. *ĵ. eo.* q *l.* 1. §. 1. *ĵ. quar. rer. actio.* r idem dicendum eſt, ſi tutori detulerit, *l.* 4. *C. eo.* ſ *l.* 35. *ĵ. eo.* t Procuratoris vniuerſorum bonorum, ſpeciale mandatum habentis, & in rem ſuam dati, cognatio. u *l.* 58. *l.* 63. *ſ. de procurat.* x adde *l.* 13. *in fin. ſ. de procurat.* † *al.* ne poſtea.

y apertè. *Accurſ.* quod non debeat: σαφῶς. Cuiac. 5. *obſeru.* 33. *ex Demoſthene* 2. *in Aphobum & notis Petr. Diacon.* Q. D. R. P. L. IV. id eſt, qua de re peto liquidò iures: *& libro Magnonis ad Carolum*: Duarenus verò, liquido iurare idem eſſe ait quod verè 1. *diſputationum* 2. *ex* 4. *in Verrem*, 37. *Plinio* 2. *Ouidio* 2. *de Ponto* 1. 4. *Elegiarum* 6. *Sen.* 7. *de benef.* 9. hinc liquida fides apud Valerium 6. *c.* 5. liquidò dicere, *Cicero* 3. *in Verr.* ſed Robertus Accurſium defendit, quem v. 3. *ſent.* 2. Gloſſis εὐορκῶ, liquido iuro.

a *v. l.* 13. *ſ. de pact.*

b *v. l.* 23. *l.* 24. *ĵ. eod.*

c Peculij adminiſtrationem habens ſolutum accipere poteſt; & ideo nouare de quo dixi plenius *l.* 25. *ĵ. de nouationib.*

d *l.* 35. *ĵ. de ſolut.*

e *l. vlt. ĵ. de nouationib.*

f Imò, nouandæ obligationis ius non habet *l.* 27. *ſ. de pactis l.* 10. *ĵ. de nouat.*

g Ex Proculianis ſcilicet. v. *Cuiac.* 8. *obſeru.* 11.

h *v. l.* 20. *ſ. eod.*

i *l. vlt. ĵ. de exceptionibus.*

k *Religio* pro iureiurando hic ſumitur.

l *v. l.* 20. *ſ. eo.*

m Idem author Synopſeos *Baſ. eo. c.* 20. *Harmen. Tit.* 7. *cap.* 1.

n Iurare mulier poteſt.

o Iurare pupillus poteſt.

p Volenti non fit iniuria. *leg.* 9. *ĵ. de aqu. pluu.* & quod ſemel placuit, amplius diſplicere nó poteſt, *l.* 9. *ſ. de neg.*

q Peierare non videtur qui ſciens non fallit. Peierare igitur is videtur qui ſciens decipit.

r Iuriſiurandi hæc interdum ſolemnis formula, *Si ſciens fallo, ita me diſpiter ſalua vrbe arcéque, bonis eiiciat vt ego hunc lapidem*, Cic. 7. *fam.* 1. *& Acad.* Liuius 2. 2. *&* 21. Plaut. 3. *Amphit.* 2. Seneca *de conſolatione ad Albinam*: Ouid. 5. *Faſt.* Tacitus 1. *Annal.* Propert. 2. Eleg. 15. *&* 4. *eleg.* 7. *& vlt.* Apul. 10. *de aſino.* Plinius in Panegyrico: Eumenius Rhetor *in oratione pro ſcholis inſtaurandis.* Feſtus *in* Feretrius. Polyb. 3. *hiſtor.*, & in execrationibus addebatur, Vt dij iratiſ eſſent fallentibus *Halicarnaſſ.* 9. Plutarc. ἐν αἰτίοις ad de Cuiacium 1. obſeruat. 21. adde leg. 2. §. 2. *Codice de iureiurando propter calumniam*, *lege vltima infrà de iuris & facti ignorantia.*

ſ nam is demum periurij reus eſt, qui ſciens fefellit.

t Iuramentum vim habet nouationis, *vt hic.* facit *lex* 21. *ſ. eod.* & delegationis, *vt hic.* tranſactionis *leg.* 2. *ſuprà eod.* iudicij, *vt hic.* ſolutionis, acceptilationis, *l.* 40. *ĵ. eo. l.* 27. *l.* 28. §. 1. *ĵ. eo.* actionem & exceptionem inducit, *leg.* 28. §. 10. *ĵ. eod.*

u an quod deferatur inuito, vt inuitum iudicium redditur? *l.* 83. *ĵ. de verbor. oblig.*

x *l.* 28. §. 1. *ĵ. eod.*

y Subſtitutum vel ſubrogatum eius naturæ eſt, cuius eſt id cui ſubſtituitur. v. Socinum *reg.* 83.

z *al.* Duobus reis.

a *l.* 42. *in fin. ĵ. eo.*

b *v. l.* 23. *in pr. ſ. de pactis.*

c *l.* 27. *ſ. eod.*

d i. fideiuſſori, vt in *l.* 1. §. 3. *ĵ. quarum rerum actio.*

e Iuramentum ab vno reorum ſtipulandi delatum, alteri correo nocet, vt hic: quemadmodum per contrarium iuramentum præſtitum ab vno reorum promittendi, alteri prodeſt, §. 3. *ĵ. eo.*

f *l. vlt.* §. *antepen. ĵ. eo. l.* 1. §. 3 *ĵ. quarum rerum actio.*

g & non reo; adde quæ ſcripſi initio *huius legis.*

4 ¶ Exce

4 ¶ Exceptio iuriſiurandi, non tantùm ſi ea actione quis vtatur, cuius nomine exegit iuſiurandum, opponi debet: ſed *a* etiam, ſi alia: ſi modò *b* eadem quæſtio in "hoc" iudicium deducatur: fortè ſi ob actionem mandati, negotiorum, geſtorum, ſocietatis, cæteraſque ſimiles iuſiurandum exactum ſit: deinde ex iiſdem cauſis certu *c* condicatur: quia per alteram actionem altera quoque conſumitur.

4 ¶ Si quis iurauerit, *ſe non rapuiſſe*, non *e* debet adiuuari hoc iureiurando in actione furti, aut condictione: quia aliud eſt furtum feciſſe, quod vel clam fieri poteſt.

6 ¶ Colonus, cum quo propter ſucciſas *d* fortè arbores agebatur ex locato, ſi iurauerit, *ſe non ſuccidiſſe*, ſiue *e* è lege duodecim tabularum de arboribus ſucciſis, ſiue lege Aquilia damni iniuria, ſiue interdicto, *quod vi aut clam* poſtea conuenietur, per exceptionem iuriſiurandi defendi poterit.

7 ¶ Quæ iurauit *diuortij cauſa rem ſe non amouiſſe*, non debet defendi per exceptionem, ſi cum ea in rem agatur. &, ſi contendat ſuam eſſe, alio iureiurando opus eſt. contra, ſi iurauerit *ſuam eſſe*, debet in actione rerum amotarum defendi, & omnino hoc obſeruandum eſt, licet *f* per aliam actionem eadem quæſtio moueatur, vt exceptio iuriſiurandi locum hrbeat.

8 ¶ Igitur ſi quis iurauit, *ſe non eſſe condemnatum*, etiam ſi ex ſtipulatu iudicatum ſolui, ob rem iudicatam, conueniatur, defendetur per exceptionem. Contra, ſi cum ex ſtipulatu iudicatum ſolui conueniretur, iurauit *ſe dare non oportere*, agenti iudicati non vtique obſtabit exceptio: poteſt enim fieri vt non ſit commiſſa ſtipulatio, licet res indicata ſit: niſi ideo iuraſſet, quod nec damnatum ſe eſſe diceret.

9 Item Pomponius ait, eum, qui *furtum ſibi factum alicuius rei* iurauit, non ſtatim *g* etiam condictionis cauſam nanciſci.

9 ¶ Item Pomponius ait, eum, qui *furtum ſibi factum alicuius rei* iurauit, non ſtatim *g* etiam condictionis cauſam nanciſci.

10 ¶ Item cum ex hac parte iuſiurandum & *h* actionem, & exceptionem inducat, ſi fortè reus extra iudicium, actore inferente, iurauerit, *ſe dare non oportere*, & actor, reo deferente *dari ſibi oportere*, vel contra: poſterior *i* cauſa inriſiurandi potior habebitur, nec tamen præiudicium periurio alterius fiet: quia non quæretur, an dare eum oportet *k*, ſed an actor iurauerit.

29. *Tryphoninus* lib. 6. Diſputationum.

QVòd ſi iuraui, te deferente, *non iuraſſe te dare tibi oportere.* "& " aduerſus vtilem actionem: qua hoc quæritur, an iuraueris *tibi dari oportere*: opponenda eſt exceptio iuriſiurandi perimentis quæſtionem actione comprehenſam.

De actione quæ inficiando creſcit. 1. De ſeruo mortuo. 2. De dote. 3. De popularibus actionibus. 4. De liberto 5. De vſufructu.

30. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

EVm, qui iurauit, ex ea actione quæ inficiando creſcit *l*, aliquid ſibi deberi, ſimpli, non dupli perſecutionem ſibi acquirere *m*. Pedius ait. abundè enim ſufficere, exonerare petitorem probandi neceſſitate. cum omiſſa hac parte edicti, dupli actio integra maneat. & poteſt dici, hoc iudicio non principalem cauſam exerceri, ſed iuſiurandum actoris conſeruari.

1 ¶ Si iurauero *te Stichum mihi dare oportere*, qui non ſit in rerum natura, nec æſtimationem mihi præſtare reus debet, niſi ex cauſa furtiua, vel propter moras: tunc enim etiam poſt mortem ſerui æſtimatio præſtatur.

2 ¶ Si mulier iurauerit, *decem dotis ſibi deberi*, tota ea ſumma præſtanda eſt: ſed ſi iurauit, *decem ſe dediſſe in dotem*, hoc ſolum non erit quærendum an data ſint: ſed quaſi data ſint, qood ex eo reddi oportet, præſtandum erit.

3 ¶ In popularibus *n* actionibus iuſiurandum exactum ita *o* demum aduerſus alios proderit, ſi bona fide exactum fuerit. nam & ſi quis egerit, ita demum conſumit publicam *p* actionem, ſi non per colluſionem actum ſit.

4 ¶ Si libertus *q* deferente patrono, iurauit *ſe* r *libertum non eſſe*, ratum habendum eſt iuſiurandum: vt nec operarum petitio, nec bonorum poſſeſſio contra tabulas dari debeat.

5 ¶ Si iurauero vſumfructum *mihi dari oportere*, non aliter dari debet, quàm ſi caueam boni viri arbitratu me vſurum, & finito vſufructu reſtituturum.

An cauſa poſt iuſiurandum retractetur.

31. *Gaius* lib. 30. ad Edictum Prouinciale.

ADmonendi ſ ſumus, interdum *t* etiam poſt iuſiurandum, exactum permitti conſtitutionibus Principum, ex integro *a* cauſam agere, ſi *b* quis noua inſtrumenta *c* ſe inueniſſe dicat, quibus nunc ſolis vſurus ſit. ſed hæ conſtitutiones tunc videntur locum habere, cum à iudice aliquis abſolutus fuerit, ſolent *d* enim ſæpè *e* iudices in dubiis *f* cauſis, exacto *g* iureiurando, ſecundum eum iudicare, qui iurauerit. Quod ſi alias *h* inter ipſos iureiurando tranſactum ſit negotium, non conceditur eandem cauſam retractare.

a §.7.ſ.eod.
b addle *l.22. de except.rei iudic.*
c quia ad remotionem ſpeciei, nõ ſequitur remotio generis, *Bart.*
d *v Cuiac.9.obſeru.12.in fin.*
e *v.l.1.ſ.arbor.furtim cæſar.*
f §.4.ſ.eod.
g qui iurauit furtum factum ſibi fuiſſe, non ſemper habet condictionem furtiuam. *Iaſ.*
h Iuſiurandum actionem & exceptionem inducit.
i Vltimo iuramento ſtari oportet, vltimum enim primo derogat, *Iaſ.*
k *l.5.* §.2.ſ.*eod.l.29.ſ.eo.l.1.C.l.21.ſ.de dolo.*
l id eſt quæ inficiando duplatur: hac ſententia: Si iurauero mihi deberi ex actione quæ inficiando duplatur, ſimplum dumtaxat ex iureiurando petam. Poſſum autem & poſt iuſiurandum præſtitum cauſam principalem exercere, probatóque aliunde debito duplum perſequor, *Syn.Baſ.eod.c.26.& 1.Har.6.* §.16.
m In actionibus quæ in duplum inficiando, creſcunt, licèt reus primo negauerit, ſi tamen poſtea detulit actori iuramẽtum non fit condemnatio ad duplum: vel ideo, quod actor non eſt grauatus onere probandi, ſed releuatur potius per iuramentum. *Iaſ.*
n velut de albo corrupto, *l.7.ſ.de iuriſd.* vel ſepulchri violati. *l.3.in fin. ſ. de ſepulch. violat.*
o v.Socinum *regul.* 366.
p adde *l.27.*§.4.ſ.*de pact.*
q *v.l.13.in princ.ſ.eod.*
r Idem *in l.13.ſ.eod.*
ſ hanc legem diffuſè tractat Iaſon, Ripenſis, & alij. v. Cuiac.18 *obſeruat.25.* & Accurſ. *in l.1. Cod. de reb.cred.* Laufrancum *in repet.huius legis.*
t non regulariter vt ſciamus hanc litis deciſionem eſſe contra iuris regulas, *l.interdum 29.ſ.de condict.indeb. l. ſub ſpecie. C. de re iud.*

De remiſſione iuriſiurandi

32. *Modeſtinus* lib. (3.) Differentiarum.

IVriſiurandi gratiam *i* facere pupillus non poteſt.

33. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

QVi *per ſalutem* k *ſuam* iurat, licet *per* l *Deum* iurare videtur: (reſpectu enim diuini numinis ita iurat) attamen, ſi non ita ſpecialiter iuſiurandum ei delatum eſt, iuraſſe non videtur *m*. & ideo ex integro ſolemniter iurandum eſt.

Quibus de rebus iuratur ſi promiſſor Stichi putet eum deceſſiſſe. 1. De defenſore vniuerſitatis. 2. De pupillo. 3. De procuratore & defenſore. 4. De iureiurando calumniæ. 5. De forma iuramenti. 6. Edictum vt reus ſoluat aut iuret. 7. De relatione iuriſiurandi. 8. Et eius forma. 9. De abſolutione vel condemnatione.

34. *Idem* lib. 26. ad Edictum:

IVſiurandum *n* & ad pecunias, & ad omnes res *o* locum habet. Etiam de operis iuſiurandum deferri poteſt. nec de iniuria queri aduerſarius poteſt, cum poſſit iuſiurandum referre.

¶ Quid tamen, ſi ideo dicat reus ſe liberatum, quoniam Stichum, quem promiſerat, putat deceſſiſſe? Non erit tutus per relationem. & ideo ex hac cauſa putat Marcellus, & rectè, aut remittendum ei iuſiurandum, aut ſpatium *p* dandum: vt certioretur, & ſic iuret.

1 ¶ Defenſor municipum, vel cuiuſvis corporis, iuſiurandum deferre poteſt, ſi ſuper hoc mandatum *q* habeat.

2 ¶ Pupillo *r* non defertur iuſiurandum.

3 ¶ Procurator *ſ* non *t* compellitur iurare, nec defenſor. & ita Iulianus ſcribit lib. 10. Digeſtorum defenſorem iurare non compelli *u*: ſufficeréque ad plenam defenſionem, ſi paratus ſit iudicium accipere.

4 ¶ Qui *x* iuſiurandum defers, prior *y* de calumnia

a Imo, ex integro agi non debet, *l. 1. C.de reb. cred.*
b *1.Harm.7.* §.2. *Syn.Baſ.eo.c.28.*
c Imo, eo prætextu non debet, *l.29. C. de tranſact.*
d Iuſiurandi inopia probationum iudicibus defertur, idque in actionibus iis, quæ aliunde veritatem certam non habent, *1. Harm.7.* §.1.
e Igitur non ſemper.
f id eſt cum iis non liquet: & eo redacti ſunt propter paritatem probationum, vt hęſitent & in vtramque partem propendeant, & inclinent. *Duar.2. diſput.33.* alij volunt his verbis innui, ob ſemiplenam probationem (puta ei qui vnum teſtem habeat) iuſiurandum à iudice deferri, idque vel actori, vel reo ſupplendæ probationis cauſa, quod, vt iniquum, reprehẽdit ibid. Duarenus & obſeruari tamẽ id & fieri hodie plerumque ſolet.
g Iuſiurandũ hoc, inde *ſuppletorium* dicitur interpretibus.
h Iuſiurandum hoc voluntarium & extraiudiciale.
i Gratiam iuriſiurandi pupillus facere non poteſt. *Syn.eo.c.29.* adde *l.6.ſ.eo.l.41.ſ.eod.* princeps poteſt, *l.vlt.ſ.ad municipalem.*
k Iurabant *per ſalutem ſuam* quoque veteres *l.5.ſ.eo. c.30.1. Harm.7.*§.11. Plinius 2. *epiſt.vlt.* Per ſalutem filij qui peierauit: *& poſt*, iram deorum in caput infelicis pueri deteſtantur. Religioſiſſimum verò erat parentum iuſiurandum, vt ſuperſtites filios relinquerent. *Terent. Heautontimorum, act.5. ſcæna 4. Seneca 9. controuerſ.4. & lib.5.*
l De iuramento *per Deum* dixi *ad l.3.in fin.ſ.eo.*
m Forma delati iuramenti adeò præciſè ſeruanda eſt, vt non ſufficiat iurare per æquipollens: Ideóque de nouo iurandum eſt *Iaſon. v.l.3.in fin.ſ.eod.*
n Iuſiurandum deferre ac referre licet de pecuniis, de rebus, de operis. *Syn. eod.cap.31.*
o De omni re poteſt iuramentum deferri, *Iaſon.*
p In iuramento veritatis deferendo poteſt quis petere tempus ſeu dilationem ad deliberandum. *Iaſon.*
q *l.17.*§.3.ſ.*eod.*
r *Syn.eo.c.31.1.Harm.7.*§.12. adde *l.32.ſ.eod.*
ſ Procurator hic, συνήγορος, id eſt aduocatus dicitur authori Synopſeos *eod. c.31.* & Harmenopalo *1.Tit.7.*§.12. Defenſor verò ἐκδικητὴς & διοικητής.
t Compellitur tamen, ſi mandatum non habeat intra certum tempus efficere principales vt perſonæ iurent, *l.2.*§.5. *C.de iureiur.propter calumn.*
u *l.11.*§.2.ſ. *de rer.amot.*
x *Syn.eo.c.32.*
y Iurare prior de calumnia cogitur, qui iuſiurandum defert, *l.37. in fin.ſ.eod. l.9.C.eod.Nou.Leonis 90.* De quo iureiurando hoc notandum eſt, veteres olim decima parte litis multaſſe eum qui temerè egiſſet, §.1.*Inſt.de pœna temerè litigantium.* Poſtea id viſum conducibilius, vt de calumnia iuriſiurandi religione deterrerentur à temerè litigando, *d.*§.1.*l.9.C.hoc tit.l.37.ſ.eod.l.11.*§.1.*ſ.rer.amot.l.de pupillo.*§.*qui opus.ſ.de oper.noui nuntiat.l qui bona 13.*§.*qui damni 3.ſ.de damn.infect.l.Theſaurus ſ. ad exhibend.44.*§.4. ſ. *familiæ erciſcundæ l.cum plures,*§.*vlt.de rebus auctor.iud.poſſit. Paulus 2. ſent.1.*§.2. Cuius iuriſiurandi formula conditióque à Iuſtiniano poſtea perpolita *l.1.l.2. C.de iureiurando propter calumniam dando. & Nouella 49.c.3.124.cap.1.* Hac nimirum ſententia: vt qui ſcripturas aut probationes ab alio exigit, id iuſiurandum præſtet: vt & is qui ſeruum alienum ad quæſtionem poſtulat, vt eius confeſſione res hereditariæ detegantur. Idque quotieſcunque exigebat actor, præſtare cogebatur *d.l.1.* Hodie ſufficit actorem initio litis iuraſſe, nihil ſe calumnioſè, in toto negotio exacturum *d.c.1 Authentica hoc ſacramentum, C.de iureiur.propter calumn.* Ita reſtricta laxitas ſuperioris iuriſiurandi ſtrictius coërcita eſt iure Feudiſtico, vt quo vaſallus à domino: vt per contrarium dominus à vaſallo id iuſiurandum non exigat. *2.Feudor.33.*§.1. quemadmodum etiam iure ciuili non exigit id à patrono libertus, non à parente filius, hac *lege & l.16.ſ.eod.l.licet.ſ.de obſequiis.* quemadmodum & vſu Galliæ id genus iuriſiurandi non exigitur. *Rebuff. in procœmio Gallic.conſtitut. Gloſſa 5.num.50.* Hoc deinde diſtinctius adiecit Iuſtinianus, vt ſcripturis ante iudicem propoſitis, id iuſiurandum prius præſtetur ab actore, deinde à reo, poſtremo ab aduocatis actoris & rei, *d.l.2.*§.1. *Inſt.de pœna temerè litig.* Cuius formula elegans extat apud Iulianum Patricium *conſtit.44. c.183.* Quin eo iureiurando vult Iuſtinianus litigatores hoc complecti, Nullam in tota lite ſe exacturos probationem niſi neceſſariam. *Auth.in iſto C.de iureiur. propter calumn.Nouell.49.c.3.* vt hinc conſtet: in notoriis de calumnia non iurari. quod & à Caſtrenſi notatum eſt, *d.l.1.* Quin & hæc litigatores iurare debent; Nihil iudici aut alij patrocinij nomine dediſſe, promiſiſſe, aut poſt daturos per ſe vel per alium, his exceptis, quæ iure licet iudici vel patrono dare. *Auth.principales perſonæ.C.de iureiur.propter calumn.Nouella 124.c.1.* Quin hoc iuſiurandum non apud iudices tantùm, ſed etiam in conſiſtorio principis præſtari ab eo qui in conſiſtorio principis litigat vel conſulit. *d.Auth. Principales.* §.1.

debet

debet iurare, ſi hoc exigatur : deinde ſic ei iurabitur. Hoc iuſiurandum de calumnia neque *a* patrono *b*, neque parentibus remittitur *c*.

5 ¶ Si de qualitate *d* iuramenti fuerit inter partes dubitatum, conceptio *e* eius arbitri iudicantis eſt.

6 ¶ Ait Prætor: *Eum à quo iuſiurandum petetur, ſoluere, aut iurare f cogam* : alterum *g* itaque eligat *h* reus : aut ſoluat, aut iuret, ſi non iurat, ſoluere cogendus erit à prætore.

7 ¶ Datur autem & alia facultas reo, vt, ſi malit, referat iuſiurandum & ſi *i* is, qui petet, conditione iuriſiurandi non vtetur: iudicium ei prætor non dabit : æquiſſimè enim hoc facit, cum non deberet diſplicere conditio iuriſiurandi ei, qui detulerit: ſed *k* nec iuſiurandum de calumnia referenti defertur : quia non eſt ferendus actor, ſi conditionis nomine, quàm ipſe detulit, de calumnia velit ſibi iurari.

8 ¶ Non *l* ſemper autem conſonans eſt, per omnia referri iuſiurandum, quale *m* defertur : forſitan ex diuerſitate rerum *n*, vel perſonarum, quibuſdam emergentibus, quæ varietatem inducunt : ideóque, ſi quid tale inciderit, officio *o* iudicis conceptio *p* huiuſcemodi iuriſiurandi terminetur.

9 ¶ Cum res in iuſiurandum dimiſſa ſit, iudex iurantem abſoluit *q* : referentem audiet: & ſi actor iuret, condemnet reum: nolentem iurare reum, ſi ſoluat, abſoluit : non ſoluentem condemnat : ex relatione, non iurante actore abſoluit reum.

De tutore. 1. De prodigo, & ſimili. 2. Qui iurare non coguntur.

35. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

TVtor pupilli, omnibus probationibus aliis deficientibus, iuſiurandum deferens *r* audiendus eſt : quandoque *ſ* enim pupillo denegabitur actio.

1 ¶ Prodigus *t*, ſi deferat iuſiurandum, audiendus non eſt *u*.

¶ Idémque in cæteris § ſimilibus ei dicendum eſt : nam ſiue pro † pacto conuento, ſiue pro ſolutione, ſiue pro iudicio hoc iuſiurandum cedit, non ab aliis delatum probari debet, quam qui ad hæc habiles ſunt *x*.

2 ¶ Qui *y* non compelluntur Romæ *z* iudicium accipere, nec *a* iurare compellendi ſunt : vt legati prouinciales *b*.

De conſtituta pecunia, & priore obligatione.

36. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

SI actor deferat iuſiurandum de ſola conſtituta pecunia & reus iurauerit, exceptione vtetur, ſi de conſtituta conueniatur : ſed, ſi de ſorte, id eſt, de priore obligatione conueniatur, exceptio ceſſabit *c* : niſi de hac quoque iurauerit, aduerſario deferente.

De iureiurando calumniæ.

36. *Vlpianus* lib. 33. ad Edictum.

SI non fuerit remiſſum iuſiurandum ab eo, qui detulerit, ſed *d* de calumnia non iuratur *e*, conſequens eſt, vt debeat denegari ei actio *ſ*. ſibi enim imputet, qui proceſſit ad delationem iuriſiurandi, nec prius de calumnia iurauit : vt ſit iſte remittenti ſimilis.

Si quis nec iuret, nec referat.

38. *Paulus* lib. 37. ad Edictum.

MAnifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis *h* eſt *i*, nolle *a* nec iurare, nec iuſiurandum referre.

De cauſa in iuſiurandum deducta.

Iulianus libro 10. Digeſtorum.

SI quis cum debitore ſuo pepigerit, ne ab eo *b* pecunia peteretur, ſi iuraſſet *ſe Capitolium non aſcendiſſe*, vel aliud quodlibet feciſſe, vel non feciſſe, iſque iurauerit, & exceptio iuriſiurandi dari debebit, & ſolutum repeti poterit: eſt enim *c* iuſta *d* conuentio, ſi qualibet cauſa in conditione iuriſiurandi deducta fuerit.

De iureiurando debitoris.

13. *Idem* libro 13. Digeſtorum.

IVſiurandum à debitore exactum efficit, vt pignus liberetur *e*: eſt enim hoc acceptilationi *f* ſimile : & perpetuam certè exceptionem parit : idcirco pœnam quoque petentem creditorem exceptione ſummoueri oportet : & ſolutum repeti poteſt : vepote cum interpoſito eo, ab omni controuerſia diſcedatur.

De remiſſione iuriſiurandi.

41. *Pomponius* lib. ſingulari Regularum.

LAbeo, etiam abſenti †, & ignoranti iuriſiurandi gratiam *g* fieri poſſe, reſpondit. ſed & per epiſtolam *h* gratia iuriſiurandi fieri poteſt.

De iureiurando pupilli 1. Fideiuſſoris. 2. Defenſoris. 3. Rei.

42. *Idem* lib. 18. Epiſtolarum.

CReditore, qui de mutua pecunia contra pupillum contendebat, iuſiurandum deferente, pupillus iurauit ſe *i dare non oportere*: eandem pecuniam à fideiuſſore eius petit: an excludendus ſit exceptione iuriſiurandi, quid tibi placet, reſcribe mihi? Reſpondi, Eam rem apertius explicat Iulianus. nam ſi controuerſia inter creditorem, & pupillum fuerit, an omnino pecuniam mutuam accepiſſet, & conuenit, vt ab omni conditione diſcederetur, ſi pupillus iuraſſet: iſque iurauerit *ſe dare non oportere*, naturalis *k* obligatio hac pactione tolletur : & ſoluta pecunia repeti poterit : ſin verò creditor quidem ſe mutuam dediſſe contendebat, pupillus autem hoc ſolo defendebatur, quod tutor eius non interueniſſet *l* : & hoc tale iuſiurandum interpoſitum eſt : hoc caſu fideiuſſorem prætor non tuebitur. Si autem liquidò probari non poteſt quid actum ſit : & in obſcuro erit, (vt plerunque "fit") de facto *m*, an de iure inter creditorem, & pupillum controuerſia fuerit, deferente creditore, pupillum iuraſſe : intelligere debemus, id actum inter eos, vt, ſi iuraſſet ſe dare non oportere, ab omni conditione diſcederetur *n*, atque ita & ſolutam pecuniam repeti poſſe, & fideiuſſoribus exceptionem dari debere exiſtimauimus.

1 ¶ Si fideiuſſor iurauerit *ſe dare non oportere o*, exceptione iuriſiurandi reus promittendi *p* tutus *q* eſt. atquin ſi *r*, quaſi omnino idem non fideiuſſiſſet, iurauit, non debet hoc iuſiurandum reo promittendi prodeſſe.

2 ¶ Sed & ſi actore deferente, defenſor *ſ* abſentis, vel præſentis iurauit, eum quem defendit, *dare non oportere*: exceptio iuriſiurandi, ei, cuius nomine iuratum fuerit, dari debebit.

¶ Eadem ratio eſt, & ſi fideiuſſoris defenſor iurauerit. reo enim datur exceptio.

3 ¶ Item, ſi reus iurauerit *t*, fideiuſſor tutus ſit. quia & res iudicata ſecundum alterutrum eorum vtrique proficeret.

DE *u* IN LITEM *x* IVRANDO. §

TIT. III.

De effectu iuriſiurandi.

Vlpianus lib. 57. ad Sabinum.

REm in iudicio deductam non *y* idcirco pluris eſſe opinamur, quia creſcere " condemnatio " poteſt, ‖ ex ‖ contumacia non

---

a *al.* æquè.

b Imo patrono remittitur, *l.* 16. ſ. *eod.* V. quæ ſcripſi ad *l.* 13. §. 14.). *de damno.*

c An quia de re eſt, & tale non remittitur, *l.* 14. ſ. *eod.* Sanè Cuiacio id diſplicet. ait enim iuramentum de calumnia eſſe de perſona, non de re. Et tamen Leunclauius & Cuiac 9 *obſer.* 37. notant in Baſilicis contra rium legi his verbis, ὃν οὐκ ὀμνύσι πατὴρ ἢ πάτρων. & ita vero legitur apud authorem Synopſeos Baſilic. *eod. cap.* 32. quod non iurat pater & patronus; & Noricus codex ita legit hoc iuſiurandum de calumnia æquè patrono & parentibus remittitur. & ita legit Baldus in *l.* 2. *C. de iureiur. propter calumn.* idque confirmat *l.* 16. *in fin.* ſ. *eod. l.* 7. §. 3. ȷ. *de obſeq.*

d verbi gratia, an tactis ſcripturis: an in Eccleſia: an domi apud ſe. *l.* 12. §. 5. *C. eo. l.* 2. §. 2. *C. de iureiur. propter calumn.*

e Iuramenti deferendi forma à iudice petenda, ſi de eius qualitate dubitatur, *vt hic.* Eadem ratione, relati iuriſiurandi diſceptatio in arbitrio iudicis fuit, §. 8. ȷ. *eod.*

f *l.* 38. ȷ. *eo. l.* 9. *C. eod. l.* 21. §. 2. ſ. *de nox.*

g Iurare, aut ſoluere, aut referre iuſiurandum reus cogitur, *vt hic*, *Synopſis eo. c.* 32.

h *v. l.* 20. *in fin.* ȷ. *de iur. dot.*

i Iuſiurandum relatum recuſans condemnatur. *Synop. ibid. c.* 32.

k Iuſiurandum relatum præſtans, iuſiurandum de calumnia non exigit. *Synop. ibid. c.* 32.

l Iuſiurandum vti defertur, non per omnia ita refertur, itaque iudex huiuſmodi quæſtionem definit. *Syn. Baſ. d. c.* 3.

m Ex cauſa poteſt iuramentum referri, aliter quam delatum ſit. *Iaſ.*

n adde *l.* 4. §. 1. *in fin.* ȷ. *de inten.*

o Officio iudicis relati iuriſiurandi forma concipitur, *vt hic*, vt & eius delatio, §. 5 ſ. *eo.*

p §. 5. ſ. *eo. l.* 12 *circa fin. C. eod.*

q adde *l.* 40. ȷ. *eod.* r *l.* 17. §. 1. ſ. *eo.* ſ Id eſt, quandocunque.

t Iuſiurandum non deferunt prodigi & eis ſimiles. Curſilli duntaxat deferunt, quo paciſci, vel ſoluere, vel experiri poſſunt, *Syn. Baſ. eo. c.* 32. *in fin.*

† Iuſiurandum vim pacti, ſolutionis, iudicij habet, *vt hic: v. l.* 1. *l.* 2. ſ. *eod.*

u quia rerum ſuarum adminiſtrationem non habet, *arg. l.* 17. §. 1. §. 2. ſ. *eo.*

x licet iuramentum habeat executionem paratam adeo vt omnis exceptio intelligatur excluſa; poteſt tamen his non obſtantibus, ſemper opponi de inhabilitate perſonæ quæ detulit iuramentum; *Iaſ.* y verbi gratia, legati prouinciales Romam miſſi publici negotij cauſa. z *l.* 28. §. 2. ſ. *de iud.*

a Exceptionem fori habens, non cogitur iurare, nec reſpondere interrogationi iudicis, nec poſitionibus aduerſarij, *Iaſ.* b *l.* 21. §. 4. ȷ. *de Tutorib. datis.*

c Iuramentum reſtringitur ad eam cauſam, ſuper qua iuratum eſt. *Iaſ.*

d *al.* nec de. ſed præſtat legi, *& de*, hac ſententia. Qui defert iuramentum, vel id remittere delatum debet, vel prior de calumnia iurare : ſi neutrum præſtat, denegatur ei actio, & remittenti ſimilis eſt: hoc eſt, perinde ac ſi iuſiurandum delatum remiſiſſet. adde *l. delata* 9 *ff. eod.* vel ita iuſiurandum remittere videtur : & actione cadit qui iuſiurandum detulit, neque de calumnia iurauit, *Syn. Baſ. eo.* c. 34. 1. *Harm.* 7. §. 10. e nec de calumnia iuretur, conſequens eſt, &c. *Halo.*

f Deferre iuſiurandum prior actor poteſt : contrarium autem de calumnia reo competit, *Paul.* 2. *ſent.* 1. §. 2.

g deferens iuramentum, & de calumnia non iurans, remittenti ſimilis eſt. *Syn. Baſ.* 22. *tit.* 5. *c.* 35.

h Pro confeſſo eſt qui nec iurat, nec iuſiurandum refert. *Syn. Baſ.* 22. *tit.* 5. *c.* 35. non tamen habetur pro confeſſo, niſi ſecuta ſuper hoc ſententia, *l.* 29. *verſ. ſed enim in fin.* ȷ. *de iure fiſci.* i Imo non eſt, quia nemo cogitur referre iuſiurandum *l.* 17 *l.* 31 ſ. *eo.* Sed ibi de voluntario & iudiciali, hic de neceſſario agitur. Verum his opponitur *l.* 12, *l.* 13. *l.* 14. ȷ. *rer. amot.* dixi ibid.

a Interdum tamen iuramentum recuſari poteſt, puta ratione deferentis, *l.* 17. §. 1. *& vlt. l.* 26. ſ. *eod.* eius cui defertur, *l.* 34. §. 2. ſ. *eo.* loci vbi defertur, *l.* 35. *in fin.* ſ. *eo.* actionis ſuper qua defertur. *l.* 16. ſ. *eod.* exceptionis propoſitæ, *l.* 14. §. 3. *C. de non numerat.* ignorantiæ & erroris, *l.* 34. §. 1. ſ. *eo.* metus periurij, *l.* 16. ſ *eod.* damni actoris, *l.* 30. ſ. *eo.* qualitatis ac modi delati iuramenti, *l.* 34 §. 5. §. *pen.* ſ. *eo. Bartol.* adde Socinum *reg.* 205. Beſſianum *in conſuet. Armenia, c.* 3. *art.* 1.

b hæc lex reſtringitur per *l.* 12. §. 2. non autem tollitur: *d l.* 12. ait cuique liberum eſſe recuſare iuramentum ſi cauſas habeat non iurandi: hæc autem manifeſtæ turpitudinis eſſe, ſi cum nullam recuſandi iuramenti cauſam habeas, iurare nolis.

c ſut in *l.* 6. *C. com. vtriuſque.*

d Imo iniuſta videtur, *leg.* 8. ȷ. *de cond. inſt.*

e *l.* 13. ȷ. *quib. mod. pign. ſolui.*

f *l.* 7. 9. *l.* 34. *in fin.* ſ. *eo.* §. 4. *in fin.* ȷ. *de except.*

† *l.* 12. §. 4. ...

g *v. l.* 6. *l.* 5 2. ſ. ...

æ Epiſtola, ſeu abſens per epiſtolam iuriſiurandi gratiam facere quis poteſt, *vt hic*, vt hinc conſtet, præciſè non exigi præſentiam remittentis, in eius generis actu per contrarium, abſenti gratia iuriſiurandi fieri poteſt, ſ. *eo.* vt nec eius quoque præſentia exigatur.

i ex his verbis noſcitur cauſa dubitandi : talis enim formula iuramenti, nunc in ſolam perſonam pupilli iurantis, (ideoque fideiuſſori non vtilis *arg. l.* 7. §. 8. ſ. *de pact.*) nunc in rem concepta: & ita inutilis videri poteſt, *l.* 40. ſ. *de pact.*

k *l.* 95. §. 4. ȷ. *de ſolut. v. l.* 59. ȷ. *de oblig.*

l diſtinguendæ ſunt in hac lege, duæ illæ reſponſiones pupilli: Vna *non deberi*, Altera *non deberi*, *quia tutor non interuenit* : Prior liberat fideiuſſorem iurando; Altera non æque. illa facti, hæc iuris eſt: ideoque pupillus liberatur, non eius fideiuſſor, *v. l.* 25. ȷ. *de fideiuſſorib. Inſt. de author. tut. in princ.*

m Controuerſiæ & cauſæ aliæ facti, aliæ iuris.

n nam in dubio fauendum eſt reo, *l.* 47. ȷ. *de oblig. & act.* & iuramentum, in rem præſumitur potius, quam in perſonam.

o ſe dare oportere. *Hal. v. Auguſt.* 4. *emen.* 17.

p promittentis. *Anton. Auguſt.* 3. *c.* 17.

q *v l.* 18. §. 1. ſ. *eo.*

r adde *l.* 18. §. 2. ȷ. *eo.*

ſ *l.* 9 §. *pen.* ſ. *eo. l.* 12. §. 4. *C. eo.*

t *l.* 28. §. 1. ſ *eo.*

u ὅρκον ἐνδικαζόμενον καὶ ἔνδικον appellant. *Syn. Baſ.* 22. *Tit.* 6. adde ſpeciem legis 5. ȷ. *ſi quid in fraudem patroni.*

x 5. *C.* 53. id eſt de iureiurando actori à iudice delato, eius rei, quæ in iudicium deducta eſt, æſtimandæ cauſa. *Cuiac. hic.* Porrò, per in litem iuſiurandum interdum res ipſa controuerſa æſtimatur ex affectione agentis, *vt hic.* interdum vero ſecundum iuſtam æſtimationem rei interdum etiam præter veram rei æſtimationem, vtilitas quædam petitur. primum affectionis. ſecundum veritatis dicitur. tertium commune ac veritatis id quod perſequitur extra rem intereſſe. *Zaſ.* y Non quia res pluris æſtimari poteſt per iuſiurandum id litem, & contumacia, idcirco & pluris ſit, *Syn. eo. cap.* 1.

reſtituen

reſtituentis, per iuſiurandum in litem *a*. non enim res pluris fit per hoc, ſed ex contumacia æſtimatur vltra rei pretium.

De culpa & dolo, aut contumacia.

2. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

Siue noſtrum quid petamus, ſiue ad exhibendum agatur.

1 ¶ Interdum *b*, quod interſit agentis, ſolùm æſtimatur: veluti cùm culpa non reſtituentis, vel non exhibentis punitur *c*. cùm verò dolus, aut contumacia non reſtituentis, vel non exhibentis, quanti in litem iurauerit actor.

De nummis depoſitis.

3. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

Nvmmis depoſitis, iudicem non *d* oportet in litem iuſiurandum deferre, vt iuret quiſque, quod ſua interfuit: cùm *e* certa *f* ſit nummorum æſtimatio. niſi *g* fortè de eo quis iuret, quòd ſua interfuit *h*, nummos ſibi ſua die redditos eſſe. quid enim, ſi ſub pœna pecuniam debuit, aut ſub pignore, quod, quia depoſita ei pecunia adnegata *i* eſt, diſtractum eſt.

De pupillo & eius tutore, vel matre. De adoleſcente & eius curatore. 1. De delatione iuriſiurandi. 2. De modo. 3. De effectu iuriſiurandi. 4. De culpa.

4. *Idem* lib. 36. Edictum.

Videamus in tutelari cauſa quis iurare, & aduerſus quem poſsit. Et quidem ipſe pupillus, ſi impubes eſt, non poteſt *k*: hoc enim ſæpiſsimè reſcriptum eſt: ſed nec tutorem cogendum, vel matrem pupilli admittendam *l*, etſi parata eſſet iurare, Diui fratres reſcripſerunt. graue enim videbatur, & ignorantes *m*, & inuitos tutores, ſub alieni *n* compendij emolumento, etiam periurium anceps ſubire.

¶ Curatores quoque pupilli, vel adoleſcentis non eſſe cogendos in litem iurare, reſcriptis Imperatoris noſtri, & Diui patris eius continetur. Si tamen tantam affectionem pupillo ſuo, vel adoleſcenti, tutores, vel curatores præſtare volunt, auctoritas iuris non refragabitur, quin iudicio, quod inter ipſos acceptum eſt, finis eiuſmodi poſſit adhiberi *o*. non *p* enim ad ſuam vtilitatem iuriſiurandi referenda æſtimatio eſt, ſed ad domini cuius nomine tutelæ ratio poſtuletur *q*.

¶ Adoleſcens verò, ſi velit, iurare poteſt.

1 ¶ Deferre *r* autem iuſiurandum iudicem oportet *ſ*. cæterùm ſi alius detulerit iuſiurandum, vel, non delato, iuratum ſit: nulla erit Religio, nec vllum iuſiurandum. & ita conſtitutionibus expreſſum eſt Imperatoris noſtri, & Diui patris eius.

2 ¶ Iurare autem in *t* infinitum *u* licet. Sed, an iudex modum iuriiurando ſtatuere poſſit, vt intra certam quantitatem iuretur, ne, arrepta occaſione in immenſum iuretur, quæro? Et quidem in *x* arbitrio eſſe iudicis, deferre iuſiurandum necne, conſtat. An igitur qui poſſit iuſiurandum non deferre, idem poſſit & taxationem iuriiurando adiicere, quæritur: Et arbitrio bonæ fidei iudicis etiam *y* hoc congruit.

3 ¶ Item *z* videndum eſt an poſſit iudex, qui detulit iuſiurandum, non ſequi id: ſed vel prorſus abſoluere, vel etiam minoris condemnare, quàm iuratum eſt. &, magis eſt vt ex magna cauſa, & poſtea repertis probationibus poſſit.

4 ¶ Ex *a* culpa autem non eſſe iuſiurandum deferendum, conſtat, ſed æſtimationem à iudice faciendam *b*.

De actionibus in rem & ad exhibendum, & bona fidei. 1. De modo. 2. Et effectu iuriſiurandi. 3. De dolo, & culpa. 4. De iudiciis ſtrictis.

a Ideóque fideiuſſores rei contumacis in amplius non tenentur, quàm fideiuſſerint *l. vlt. de fideiuſſ.*

b Si culpa non reſtituit aut exhibet reus, rei vindicatione, vel ad exhibendum actione condemnatur actori ad id quod intereſt: ſin autem dolo, quanti iurauerit in litē actor, *Syn. Baſil. eod c. 2.* Priore igitur caſu ita punitur culpa: poſteriore dolus non reſtituentis vel non exhibentis.

c Si culpa quis non reſtituit, ad intereſſe: ſi dolo aut contumacia, in litem iuratur.

d Si nummi depoſiti non reſtituuntur, iuratur in litem à deponente, non ex affectione: eſt enim certa nummorum æſtimatio. Et tamen permittitur præter veram nummorum æſtimationem, quanti ſua verè interſit, petere, ȷ. *eod.*

e iurari in litem, in re certa non ſolet.

f Certa nummorum æſtimatio eſt, *l.42. in fin. ȷ. de fideiuſſ.* v. Theophilum §. 2. *Inſt. de vſufructu.*

g Pecunia, licèt certa ſit, incertam tamen ex accidenti æſtimationē complecti poteſt: veluti, ſi ſua die non ſit reddita ei, qui pecunium alteri debuit ſub pœna vel pignore.

h In damno & etiam in lucro, ſi deponens mercator fuit; & negotiari ſolitus: tunc enim etiam venit intereſſe lucri.

i *al.* abnegata. *al.* negata.

k adde *l. 9. ȷ. de adquir heredit.*

l An quia nimia eſt affectio matris in filium, vt Gloſſa ait? An quia nemo iuramentum in litem præſtat niſi litis dominus vel quaſi? *l.7. ȷ. eo.* vt Zaſ. ſcribit.

m hinc fit, vt heredi eius cum quo contractum eſt, iuſiurandum deferri non poſſit, quoniam vt inquit Paulus, contractum ignorare poteſt, *l.2 ſent. 1. §.4. v. l.11. §. pen. ȷ. rerum amot.* Iurare autem oportet ſcientem animo ſuo. Hæreditarium hæredis differt admodum à principali.

n Pupillus periurio tutoris locupletari non debet: nec eò adigere debet tutorem ſuum vt iuret, ſi tutor pelerare metuat.

o ſunt enim quaſi domini litis, v. quæ not. ad *l.7. inf. eod.*

p v. quæ ſc. ipſi ad *vlt. ſ. ſi quis cautionibus.*

q Sed qua forma iurabunt? An pupillum tali ſumma nolle carere? *vt Accur.* An ſi eſſent loco pupilli ſe tanti rem æſtimaturos? *vt Bar.* An id tantum pupillo prodeſſe potuiſſe, idque ſe certò æſtimare, cùm pupilli facultates notas habeant? *vt Zaſ.*

r Iuſiurandum in litem ſolus iudex defert, in cuius arbitrio eſt deferre vel differre *Syn. Baſil. eod. c.4.* adde *l.5. §.1. ȷ. eod.*

ſ Iuſiurandum in litem à iudice defertur, non ab aduerſario.

t Infinitum in iureiurando in litem nonnunquam admittitur.

u Iurare in infinitum licet, modo tamen prius à iudice adiecto, intra quem iuretur, ȷ *eod.* aliàs vt in naturalibus, ſic in moralibus infinitas vitanda *l.11. §.18. ȷ. de leg. 3.* ideoque vſusfructus municipibus centum annis finitur: ne admiſſo infinito vſufructu proprietas ſit inutilis, *l.8. ȷ. de vſufructu.* præſtatio tamen rei perpetua legari poteſt, *l.20. in fi. ȷ. de annuis.*

x *l.5. §.1. inf. eod.*

y Cur? ſi poteſt non deferre, poteſt & modum iurandi deferre.

a Iureiurando in litem exacto, poteſt iudex ex magna cauſa, & poſtea repertis probationibus reum vel ex parte vel prorſus abſoluere *Syn. eod. c.4.*

a Iuſiurandum in litem ea culpa non defertur: ſed iudex æſtimationem facit. *Syn. d. c.4. in fin. l.5. §.3. inf. eod.*

b quæ per teſtes, non per iuramentum probabitur, Zaſ.

5. *Marcianus* lib. 4. Regularum.

In actionibus in *a* rem *b*, & in ad exhibendum *c* & in bonæ fidei iudiciis *d* in litem iuratur.

1 ¶ Sed iudex poteſt præfinire certam ſummam, vſque ad quam iuretur: licuit *e* enim & à primo nec deferre.

2 ¶ Item & *f* iuratum fuerit, licet iudici vel abſoluere, vel minoris condemnare.

3 ¶ Sed in his omnibus ob *f* dolum ſolum in litem iuratur: non *g* etiam ob culpam. hæc enim iudex æſtimat.

4 ¶ Planè interdum & in actione ſtricti iudicij *h* in litem iurandum eſt. veluti ſi promiſſor Stichi moram fecerit, & Stichus deceſſerit, quia iudex æſtimare ſine relatione iuriſiurandi non poteſt rem, quæ non extat.

6. *Paulus* lib. 26. ad Edictum.

Aliàs, ſi ex ſtipulatu, vel ex teſtamento *i* agatur, non ſolet in litem iurari.

Qui iurant.

7. *Vlpianus* libro 18. ad Edictum.

Vulgò præſumitur alium in litem non debere iurare, quàm dominum litis *k*. denique Papinianus ait, alium non poſſe iurare, quàm eum, qui litem ſuo nomine conteſtatus eſt.

Si tutor rem adulto reſtituere nolit.

8. *Marcellus* lib. 8. Digeſtorum.

Tvtor rem adulti, quam poſſidet, reſtituere ei non vult: quæro, vtrum, quanti res eſt, an quanti in litem iuratum fuerit, condemnati debet? reſpondi, non eſt æquum, pretio (id eſt, quanti res eſt) litem æſtimari, cùm *l* & contumacia *m* punienda ſit: & arbitrio potiùs domini rei pretium ſtatuendum ſit, poteſtate petitori in litem iuranti conceſſa.

De actione furti & forma iuriſiurandi.

9. *Iauolenus* lib. 15. ex Caſſio.

Cvm *n* furti agitur, iurare ita oportet tanti rem fuiſſe, cùm furtum factum ſit, non *o* adiici, *eo pluriſve. p* quia *q* quod pluris eſt, vtique tanti eſt.

De inſtrumentis exhibendis.

10. *Calliſtratus* lib. 1. Quæſtionum.

In inſtrumentis *r*, quæ quis non exhibet, actori permittitur in litem iurare, quanti ſua intereſt, ea proferri: vt tanti condemnetur reus. idque etiam Diuus Commodus reſcripſit.

De periurio.

11. *Paulus* libro 3. Reſponſorum.

De *ſ* periurio eius, qui ex neceſſitate *t* iuris in litem iurauit, quæri facilè *u* non ſolere.

a & ſic in actione furti. *v. l.38. ſ. de iur.*

b in rei vindicatione *l.68. ſ. de rei vind. l.16. §.3. in fin. ȷ. de pign.* ergo & in Publiciana *l. 7. §.8. ſ. de Publiciani*, & hypothecaria, *l.16. §.3. inf. de pignorib.*

c *l.3. §.2. ſ. ad exhib.*

d *l.3. C. de iureiur.* quæ enumerantur in *§.28. Inſt. de act.* vt in depoſito, *l.1. §.26. l.5. ȷ. depoſit.* petitione hereditatis, *l.25. §.10. ſ. de pet. hered.* & in venditione, ſi venditor poteſtatem reſtituendi habet, nec reſtituit: ſic enim poteſt intelligi *l.1. inf. de act. empt.* in obligatione facti poſt ſententiam. *Zaſ. hic.*

e *l.4. §.2. ſ. eod.*

f *l.41. §.1. inf. de re iudicat.*

g *l.4 in fi. ſ. eod.*

h vt in obligatione facti poſt ſententiam in Fauiana. *l. 5. in fi. ȷ. ſi quid in fran. patr.* contra eum qui vocatum in ius exemit, *l. pen. §.1. 3. inf. ne quis eum qui in ius.*

i *l.60. §.1. inf. ad l. Falcidiam.* Actio teſtamenti actioni ex ſtipulatu comparatur, *vt hic* quæ ſtricti iuris eſt, habet tamen multa accidentia cum iudiciis bonæ fidei, *l. 3. Cod. in quibus cauſ. in integr. reſtit. & C. de vſuris & fruct. legatorum.*

k vel quaſi: exemplum pone in tutore, *arg. l.21. §.2. ſ. de nou. l.7. §.4. in fi. ȷ. pro empt. & l.4. in pr. ſ. eod.*

l Pupillus pubes factus, contra tutorem ſuum iura non reſtituentem, iurat in litem.

m *l.70. ſ. de rei vindicat.*

n iurare in actione furti oportet, tanti rem fuiſſe, quum furtum fieret, non pluris fuiſſe. *Syn. Baſil. eo. c.9.*

o oportet ſcilicet: poteſt tamen cautionis maioris gratia. *l.17. C. de teſtam.*

p Certa tamen reddenda eſt in proceſſu hæc clauſula. *v. l.19. §.3. ȷ. de furt.*

DE CONDICTIONE CAVSA *y* data, cauſa non ſecuta.

TIT. IV.

De mancipatione manumiſsione, diſceſsione à lite. 1. De conditione hereditatis, vel legati.

Vlpianus lib. 26. ad Edictum.

Si ob rem non inhoneſtam data ſit pecunia, vt filius emanciparetur, vel ſeruus manumitteretur, vel à lite diſcederetur, cauſa ſecuta, repetitio ceſſat.

1 ¶ Si, parendi conditioni cauſa, tibi dedero decem *z*, & mox repudiauero hereditatem, vel legatum, poſſum condicere.

2. *Hermogenianus* lib. 5. Iuris epitomarum.

Sed & ſi falſum teſtamentum ſine ſcelere eius, qui dedit, vel inofficioſum pronuntietur, veluti cauſa non ſecuta, decem repetentur.

De pecunia data ne ad iudicem eatur. 1. De manumiſsione. 5. De eo qui bona fide ſeruit. 6. De ſtatulibero opinato, aut verè ſtatulibero. De ſpe remunerationis, vel amicitiæ.

3. *Vlpianus* libro 26. ad Edictum.

Dedi tibi pecuniam *ne ad iudicem iretur*: quaſi *a* decidi. an poſſim condicere, ſi mihi non caueatur, ad iudicem non iri? Et eſt verum: multum intereſſe, vtrùm ob hoc ſolum dedi *ne eatur*, an *vt & mihi repromittatur non iri*. ſi ob hoc, *vt & repromittatur*, condici poterit, ſi non repromittatur. ſi, *vt ne eatur*, condictio ceſſat *b*, quamdiu non itur.

q Senſus eſt, cum furti agitur, non iuratur rem pluris valuiſſe, ſed tanti: vel ideo, quòd qui iurat rem minus valere, quam valeat, periurus non ſit.

r Contra non exhibentem inſtrumenta iuratur in litem, *v. l.4. C. eo.* vel ita Iuſiurandum in litem etiam is præſtat, qui de inſtrumentis agit, intereſſe ſua ſc. ea proferri: & tanti reus condemnatur, *Syn. eo. c. 10.*

ſ De periurio eius qui iurauit in litem, non facilè quæritur, *Syn. Baſil. eo. c. 11.*

t atqui vnicuique fauori ſuo, & ſic vt non iuret in litem, renunciare licet; *l.29. C. de pactis.*

u ſed ex magna tantùm cauſa.

x 4. C. 6. y *Cauſa* hic quibuſdam idem videtur eſſe quod res. *arg. l.2. infr. eod.* Atqui contra potius videtur res ibi eſſe idem quod cauſa vel factum: cauſa nihil aliud eſt hic quam res cuius intuitu datur aliquid, puta vt tu inuicem des vel facias aliquid.

z Si dedi tibi pecuniam ob aliquam cauſam euenturam, & per me ſtat quominus eueniat (putà quia repudio hereditatem) poſſum repetere. Zaſ.

a id eſt, perinde eſt ac ſi tranſegiſſem.

b Imò, cautio Mutiana videtur admittenda, *l.7. infra de cond. & demonſt.*

1 ¶ Idem

a datum ne ires ad iudicem, *in pr. ſupr. eo* vel ne Stichum manumitteres, *vt hic*, repeti non poteſt, licèt mihi non caueris de non eundo, aut de non manumittendo niſi & vt caueretur datum ſit.
b ſi dedi, vt manumitteres; *vt hic*, vel vt intra certum tempus manumitteres, licet mihi pœnitere re integra, & datum condicere: res non eſt integra ſi poſt tempus conditionis mortuus eſt. §. 3. ĩ. *eod.* An idem erit ſi dedero Eccleſiæ piæ alicuius cauſæ gratia? Ludouicus Romanus ita cenſet exemplo libertatis, *vt hic.* quam piam cauſam eſſe conſtat: Zaſius, contra.
c Pœnitentiæ re integra locus eſt in contractibus innominatis. Imò locus pœnitentiæ eſſe nõ videtur. *arg. l. 4. ſi mancip. ita ſuer.*
d nec ſit manumiſſus ſc.
e i. manumiſſus ante id tempus.
f Quoties cauſa per caſum fortuitum, non poteſt impleri, tantùm abeſt, vt dati competat condictio, *l.* 10. *C. eod.* vt ſi non datum ſit, promiſſum tamen condici poſſit *vt hic.*
g amita. *Tacit.* 13. *Dion. in Nerone.* v. Cuiac. 18 *obſ.* 23.
h qui bona fide mihi ſeruiens vel quaſi, non verè tamen ſtatuliber pretium manumittendi ſui cauſa dedit, liber detectus pretium repetit.
i Quod ſpe mei fauoris conſequendi ſoluitur, non repetitur. Hinc Zaſ. propoſitum animo retentum propter captãdam beneuolentiam, repetitionem non inducit: ita verba honorifica non inducunt obligationem.

1 ¶ Idem *a* erit: & ſi tibi dedero, *vt Stichum manumittas.* nam ſecundum diſtinctionem ſuprà ſcriptam, aut admittenda erit repetitio, aut inhibenda.

2 ¶ Sed ſi tibi dedero, *vt Stichum manumittas*, ſi non facis, poſſum condicere: aut ſi me *b* pœniteat, ‖ condicere poſſum. ‖

3 ¶ Quid ſi ita dedi, *vt intra certum tempus manumittas*? ſi nondum tempus præteriit, inhibenda erit repetitio, niſi pœniteat *c*. quòd ſi præteriit *d*, condici poterit.

¶ Sed ſi Stichus deceſſerit, an repeti, quod datum eſt, poſſit? Proculus ait; ſi poſt id temporis deceſſerit, quo manumitti potuit, repetitionem eſſe: ſi *e* minùs, ceſſare.

4 ¶ Quinimmo & ſi nihil tibi dedi, vt manumitteres, placuerat tamen, vt darem, vltrò tibi competere actionem, quæ ex hoc contractu naſcitur, id eſt, condictionem defuncto *f* quoque eo.

5 ¶ Si liber homo, qui bona fide ſeruiebat, mihi pecuniam dederit, *vt eum manumittam.* & fecero, poſtea liber probatus, an mihi condicere poſſit, quæritur? Et Iulianus lib. 11. digeſtorum ſcribit, competere manumiſſo repetitionem. Neratius etiam libro Membranarum refert, Paridem Pantomimum à Domitia Neronis filia *g* decem, quæ ei pro libertate dederat, repetiſſe *h* per iudicem: nec fuiſſe quæſitum, an Domitia ſciens liberum accepiſſet.

6 ¶ Si quis, quaſi ſtatuliber, mihi decem dederit, cùm iuſſus non eſſet, condicere eum decem, Celſus ſcribit.

7 ¶ Sed ſi ſeruus, qui teſtamento heredi iuſſus erat *decem dare, & liber eſſe*, codicillis purè libertatem accepit, & id ignorans, dederit heredi decem, an repetere poſſit? Et refert, patrem ſuum Celſum exiſtimaſſe, repetere eum non poſſe. Sed ipſe Celſus naturali æquitate motus, putat repeti poſſe, quæ ſententia verior eſt. quamquam *i* conſtet (vt & ipſe ait) eum, qui dedit ea ſpe, quod ſe ab eo qui acceperit, remunerari exiſtimaret, vel amiciorem ſibi eſſe eum futurum, repetere non poſſe, opinione falſa deceptum.

8 ¶ Subtiliùs quoque illud tractat, an ille, qui ſe ſtatuliberum putauerit, nec *k* fecerit nummos accipientis, quoniam heredi dedit, quaſi ipſius heredis nummos daturus, non quaſi ſuos, qui vtique ipſius fuerunt, adquiſiti ſc. poſt libertatem ei ex teſtamento competentem? Et puto, ſi *l* hoc animo dedit, non fieri ipſius. nam & cùm tibi nummos meos quaſi tuos, do, non facio tuos.

¶ Quid ergo, ſi hic non heredi, ſed alij dedit, cui putabat ſe iuſſum? Si quidem peculiares dedit, non fecit accipientis. Si autem alius pro eo dedit, aut ipſe dedit iam liber factus, fient accipientis.

9 ¶ Quamquam permiſſum *m* ſit ſtatulibero, etiam de peculio dare implendæ conditionis cauſa, ſi tamen vult heres nummos ſaluos facere, poteſt eum vetare dare. ſic enim fiet, vt ‖ & ‖ ſtatuliber perueniat ad libertatem, quaſi impleta conditione, cui parere prohibitus eſt: & nummi non peribunt. Sed is, quem teſtator accipere voluit, aduerſus heredem in factum actione agere poteſt, vt teſtatori pareatur.

De acceptilatione.

4. *Vlpianus* lib. 39. ad Edictum.

SI quis accepto tulerit *n* debitori ſuo, cùm *o* conueniret, *vt p expromiſſorem q* daret, nec ille det, poteſt dici, condici poſſe ei, qui accepto ſit liberatus.

Si per accipientem non ſtetit, quo minus iret. I. De manumiſſione.

5. *Vlpianus* lib. 2. Diſputationum.

SI pecuniam ideo acceperis *vt r Capuam eas*, deinde parato tibi ad proficiſcendum conditio temporis vel valetudinis, impedimento fuerit, quo minùs proficiſcereris, an condici poſſit, videndum *ſ*? Et cùm per te non ſteterit, poteſt dici repetitionem ceſſare.

ſed cum liceat pœnitere *a* ei, qui dedit, proculdubio repetetur id, quod datum eſt. niſi forte tua intereſt, non accepiſſe te ob hanc cauſam pecuniam. nam ſi ita res ſe habe[a]t, vt licèt nondum profectus ſis, ita tamen rem compoſueris *b*, vt neceſſe habeas proficiſci: vel ſumptus, qui *c* neceſſarij fuerunt ad profectionem, ia[m] feciſti, vt manifeſtum ſit, te plus fortè, quàm accepiſti, erogaſſe condictio ceſſabit, ſed, ſi minus erogatum ſit, condictio locum habebit. ita tamen, vt indemnitas tibi præſtetur eius quod expendiſti.

1 ¶ Si ſeruum quis tradiderit alicui ita, *vt ab eo intra certum tempus manumitteretur.* ſi pœnituerit *d* eum, qui tradiderit, & ſuper hoc eum certiorauerit. & fuerit manumiſſus poſt pœnitentiam: attamen actio propter pœnitentiam competit ei qui dedit. planè ſi non manumiſerit, conſtitutio ſuccedit: facitque eum liberum ſi nondum pœnituerat eum, qui in hoc dedit.

2 ¶ Idem ſi quis dederit Titio decem, *vt ſeruum emat & manumittat.* deinde pœniteat, ſi quidem nondum emptus eſt, pœnitentia dabit condictionem, ſi hoc ei manifeſtum fecerit, ne *f*, ſi poſtea emat, damno adficietur *g*: ſi verò iam ſit emptus *h*, pœnitentia non facit iniuriam ei, qui redemit: ſed pro *i* decem, quæ accepit, ipſum ſeruum, quem emit, reſtituet: aut ſi antè deceſſiſſe proponatur, nihil præſtabit, ſi modò per eum factum non eſt. quod ſi fugit, nec culpa eius contigit, qui redemit, nihil præſtabit: plane repromittere dum oportet, ſi in poteſtatem ſuam peruenerit, reſtituri.

3 ¶ Sed ſi accepit pecuniam, *vt ſeruum manumittat*, iſque fugerit priùs, quàm manumittatur, videndum, an condici poſſit, quod accepit. & ſi quidem diſtracturus erat *k* hunc ſeruum, & propter hoc non diſtraxit, quod acceperat, vt manumittat, non oportet ei condici. planè cauebit, vt, ſi in poteſtatem ſuam peruenerit ſeruus, reſtituat id quod accepit, eo minus, quo vilior *l* ſeruus factus eſt propter fugam.

¶ Planè ſi adhuc eum manumitti velit is, qui dedit, ille verò manumittere nolit propter fugam offenſus *m*, totum, quod accepit, reſtituere eum oportet. Sed ſi eligat is qui decem dedit, ipſum ſeruum conſequi neceſſe eſt, aut ipſum ei dari aut, quod dedit reſtitui. Quod ſi diſtracturus non *n* erat eum, oportet id, quod accepit, reſtitui, niſi fortè diligentiùs *o* eum habiturus eſſet, ſi non accepiſſet, vt manumitteret; tunc enim non eſt æquum eum, & ſeruo, & *p* toto pretio carere.

4 ¶ Sed vbi accepit, *vt manumitteret*, deinde ſeruus deceſſit, ſi quidem moram fecit manumiſſioni, conſequens eſt, vt dicamus refundere eum, quod accepit. quòd ſi moram non fecit, ſed cum profectus eſſet ad præſidem, vel apud quem manumittere poſſet, ſeruus in itinere deceſſerit, verius eſt, ſi quidem diſtracturus erat vel quo ipſe vſurus; oportere dici nihil eum refundere debere. Enimuerò ſi nihil eorum facturus erat, ipſi adhuc ſeruum dicimus obiſſe. decederet enim & ſi non accepiſſet, vt manumitteret. niſi *q* fortè profectio *r* manumiſſionis gratia morti cauſam præbuit: vt vel à latronibus ſit interfectus, vel ruina in ſtabulo oppreſſus, vel vehiculo obtritus, vel alio quo modo, quo non periret, niſi manumiſſionis cauſa proficiſceretur.

De eo quod datum eſt nomine dotis.

6. *Vlpianus* lib. 3. Diſputationum.

SI extraneus pro muliere dotem dediſſet, & pactus eſſet *vt quoquo modo finitum eſſet matrimonium dos ei redderetur ſ*, nec fuerint nuptiæ *t* ſecutæ: quia de his caſibus ſolummodo fuit conuentum, qui matrimonium ſequuntur, nuptiæ autem ſecutæ non ſint, quærendum erit, vtrùm mulieri condictio, an ei, qui

a in contractibus innominatis datum condicimus, vel ex pœnitentia, vel ſi cauſa non ſit ſecuta.
b Itineris cauſa in contractu innominato ab vno contrahentium parata & erogata, non faciunt vt res non ſit integra: ideoque datum eo nomine condici non poteſt, niſi huiuſmodi res emptæ, pecuniam acceptam faciendi cauſa, conſumant, *vt hic*: & niſi de nuptiarum, rei publicæ vel neceſſitatis cauſa agatur.
c vt ſi equum, ocreas, veſtes, pileum, bulgam, enſem & his ſimilia emerit,
d Pœnitere etiam licet in cauſa libertatis, & ſic in negotio fauore digno, *vt l.* 3. §. 1. ĩ. *eod.*
e Quoties mandatum reuocatur, certiores faciendi ſunt ij, quorum intereſt ſcire mandatum reuocatum. v. tamen *l.* 1. §. 1. ĩ. *de action. emp.*
f Denuntianda animi ſeu voluntatis mutatio eſt ei cuius intereſt: qui niſi admonitus eſſet, damnum pateretur, *vt hic*: *l. ſi pater* 4. ĩ. *de manumiſſis vindicta.*
g *al.* adficiatur.
h Pœnitentiam ſeu condictionem dati ob cauſam, nõ impediunt ſumptus in ipſam rem iam facti & inſtituti, ab eo qui ob cauſam accepit.
i i. non ipſa decem, quæ accepit reſtituturus eſt, ſed ſeruũ ipſum quem emit, atque ita cõdictio ob cauſam in id non competit quod datum non fuit, ſed in aliud. Cur ita? ſeruus quaſi datus videtur.
k Accepta pecunia, vt venalis ſeruus manumittatur, non poteſt repeti ſeruo fugiente *Zaſ.* l Fugitiuus alio ſeruo vilior eſt *Zaſius.*

k qui errat, non transfert dominium. l Dominium traditione non transfertur quoties error interuenit, *vt hic.* Quid ſi traditio facta eſt authoritate iudicis? *l. Pomponius* 13. §. *ſi iuſſu* 9. *inf. de adquir. poſſ.* vel arbitri? *l. cum ſpecialis.* 18. *C. de iud.* Quid ſi à lege? idem: *l. ſi is cui* 19. *de leg.* 2. Quid ſi ea traditione aliqua liberatio contigerit? Idem quoque, *l. ſi ego.* 18. ſ. *de reb. cred.* Quid ſi error in recipiente, non in tradente? æquè idem. *l. regula* 9. §. 4. *qui ignoranti.* ĩ. *de iuris & facti ignorantia*: *l. eius qui* 4. ſ. *ſi cert. pet.* Cætera vide apud Socinum *regula* 96.
m *l.* 20. *in fin.* ſ. *fam. erciſc.*
n Liberatio facta ob cauſam, cauſa non ſecuta, condicitur *l.* 10. ĩ. *eo.*
o id eſt, cùm conueniſſet, & ſic hæc acceptilatio facta fuerat ſub conditione.
p Acceptilatio fieri poteſt ſub modo. An in diem? an ſub conditione? vide quæ notaui ad *l.* 5. *inf. de acceptil.*
q Expromiſſor eſt qui pro non obligato, veluti pro ſeruo *l.* 7. §. 8. ſ. *de dolo.* vt fideiuſſor, qui pro obligato datur. Interdum tamen illa duo confunduntur. coniunge huic legi, *l.* 9. *inf. de præſcript. verb.*
r id eſt, ſi dedi vt faceres. An hic contractus eſt innominatus, an potius nominatus, locatio ſc. & conductio? vide *l.* 5. §. 2. ĩ. *de præſcr. verb.*
ſ In contractibus innominatis, ei qui impleuit, licet pœnitere, altero inuito, antequàm is ſua ex parte impleat: idque iure ciuili, *vt hic*, & Canonico. *Iaſ. Z ſ.* niſi agatur de pia cauſa, de dote, libertate, de lite renouanda: niſi poſt dationem aliquid fieri, ex interuallo conuenit: niſi pœnitendi facultati renuntiatum ſit: niſi de permutando, niſi ſub conditione, niſi de contractu aliquo innominato, non reſpectiuo, actum ſit: niſi talis contractus ſit veſtitus publica ſcriptura, aut iuramento partium, *Iaſ. Zaſ.*

m Offenſas non eſt iuſta cauſa recedendi à contractu. *Zaſ.*
n Si rem diſtracturus eram, niſi tibi commodaſſem, eaque periit, caſus fortuitus te reſpicit: Zaſius id tentat his ex verbis colligere.
o Excuſatur à negligentia is, qui cuſtodire debet hominem, ſi præſumptio erat hominem iſtum non fugiturum. *Zaſ.* nec enim tanta cuſtodia neceſſaria eſt in perſona ſerui manumiſſionem exſpectantis, quàm alterius. *Iaſ.* non etiam tam arctè cuſtodiendus eſt, is qui in carcere eſt, mox tamen abſoluendus: aut qui genere vel dignitate conſpicuus ſit, vel nobilis, aut miles. Ideoque iudex ſatisfacere videtur ſtatuto diſponenti, vt accuſatus delicti cauſa in carcerem conijciatur, ſi ei vt nobili, integrum palatium, vel totam ciuitatem carceris cuſtodiæque loco deſtinauerit vel adſignauerit, *Iaſon.*
p *v. l. vlt. in fin.* ĩ. *quarum rerum actio.*
q Non omnis igitur qui in itinere moritur ſemper præſumitur ex itinere mortuus, niſi rei iſti ſit aliud probationis adminiculum.
r Damnum in profectione aut itinere alterius cauſa inſtitutis acceptum, condici ab eo poteſt, cuius cauſa inſtituta profectio eſt. Vnde notant iacturam in altero defendendo acceptam, ab eo ſarciri oportere. Bart. *in l. quoniam multa. Cod. ad l. Iuliam de vi.* Bald. *in l. fideiuſſ. C. mandati.* Butrigarius *in c. olim, de reſtitutione ſpoliat.*
ſ Qui tenetur dotem reſtituere ſoluto matrimonio, eandem matrimonio nunquam ſecuto, reſtituere tenetur. Nam caſus finiti morte vel diuortio matrimonij caſum etiam nunquam contracti matrimonij continent.
t Dotis promiſſioni tacita hæc ineſt conditio, ſi nuptiæ ſequantur, *l.* 4. §. 2. ſ. *de pactis.*

dotem

dotem dedit, competat. & veriſimile *a* eſt *b*, in hunc *c* quoque caſum, eum, qui dat, ſibi proſpicere. nam *d* quaſi cauſa non ſecuta, habere poteſt condictionem, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato *e*, niſi fortè euidentiſſimis probationibus *f* mulier oſtenderit, hoc eum ideo feciſſe, vt ipſi magis *g* mulieri quàm ſibi proſpiceret.

1 ¶ Sed & ſi pater pro filia det, & ita conuenit, niſi euidenter aliud *h* actum ſit, condictionem patri competere *i* Marcellus ait.

Error dantis facit vt ei competat condictio, non mulieri Duarenus.

7. *Iulianus* lib. 16. Digeſtorum.

QVi ſe debere pecuniam mulieri putabat, iuſſu eius dotis nomine promiſit ſponſo, & ſoluit. nuptiæ deinde non interceſſerunt. quæſitum eſt, vtrum ipſe poteſt repetere "eam" pecuniam, qui dediſſet, an mulier? Nerua, & Atilicinus reſponderunt: quoniam putaſſet *k* quidem debere pecuniam, ſed exceptione doli mali tueri ſe potuiſſet, ipſum repetiturum: ſed ſi *l* cum ſciret ſe nihil mulieri debere, promiſiſſet, mulieris eſſe actionem: quoniam pecunia ad eam pertineret? ſi autem verè debitor fuiſſet, & ante nuptias ſoluiſſet, & nuptiæ ſecutæ non fuiſſent, ipſe poſſit condicere, cauſa debiti integra mulieri ad hoc ſolum manente, vt ad nihil aliud debitor compellatur, niſi vt ad nihil aliud debitor compellatur, niſi vt cedat ei condictitia actione.

1 ¶ Fundus dotis nomine traditus, ſi nuptiæ inſecutæ non fuerint, condictione repeti poteſt: fructus *m* quoque "condici" poterunt. idem iuris eſt de ancilla, & partu eius.

Datum cauſa dotis non repetitur, donec matrimonium putatur ſubeſſe, vel ſpes eſt quod contrahetur. Bartolus.

8. *Neratius* lib. 2. Membranarum.

QVod Seruius in libro de dotibus ſcribit,* ſi inter eas perſonas, quarum altera nondum iuſtam ætatem *n* habeat, nuptiæ factæ ſint, quod dotis nomine interim datum ſit, repeti poſſe, ſic intelligendum eſt: vt ſi diuortium *o* interceſſerit prius, quam vtraque perſona iuſtam ætatem habeat, ſit eius pecuniæ repetitio: donec autem in eodem *p* habitu matrimonij permanent, non magis id repeti poſſit, quàm quod ſponſa ſponſo dotis nomine dederit, donec maneat inter eos *q* affinitas *r* quod enim ex ea cauſa, nondum coïto matrimonio datur, cum ſic detur, tanquam in dotem peruenturum, quamdiu *ſ* peruenire poteſt, repetitio eius non eſt.

De eo quod promiſſum eſt per errorem nomine dotis.

9. *Paulus* lib. 17 ad Plautium.

SI donaturus mulieri iuſſu eius, ſponſo numeraui *t*, nec nuptiæ ſecutæ ſint, mulier *u* condicet. Sed ſi ego contraxi cum ſponſo, & pecuniam in hoc dedi, *vt, ſi nuptiæ ſecutæ eſſent, mulieris dos acquireretur, ſi non eſſent ſecutæ, mihi redderetur*: quaſi ob rem datur, &, re non ſecuta, ego à ſponſo condicam.

1 ¶ Si quis indebitam *x* pecuniam, per errorem iuſſu mulieris, ſponſo eius promiſiſſet, & nuptiæ ſecutæ

a Veriſimilia in cauſis definiendis ſequimur vt per contrarium, non veriſimilia non ſequimur; vt falſa, vel falſi imaginem Vnde colligunt: Veriſimilia ea iure cenſeri, in quibus par aut maior ſit ratio Quid enim veriſimilius, quàm vt extraneus qui dotem dedit, ea mente fuerit, vt dotem non ſecuto matrimonio reciperet, qui ea mente fuit, vt eam reciperet ſecuto, etiam matrimonio? facit *l. Titius* 25. *§. Lucius. ꝟ. de liberis & poſthumis. l. vlt. C. de poſthum.*

b Expreſſum in caſum qui ſibi proſpicit, idem & in omiſſum ſibi proſpexiſſe intelligitur, ſi par ſit ratio, vel maior. Zaſius quem ſi in ſpecie cogitaſſet, ſine dubio non omiſiſſet: tunc enim talis caſus omiſſus habetur pro expreſſo: vel ita: omiſſus caſus, omiſſus quidem intelligitur: rerum diſpoſitioni iuris communis committitur: ad eius deciſionem, ius cõmune quærimus, facit *l. commodiſſime* 10. *ꝟ. de liber. & poſthumis. Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum d. ſit. de liber. & poſth.* vnde rurſus notãt, Cautionem hominis, cautionem legis ordinariam nõ impedire, adde *l. vlt. C. de pact. conuent.*

c id eſt, in eum, quo nunquam matrimonium ſecutum fuerit: atque ita matrimonium finitum fingitur, quod nunquam fuit contractum: qua fictione dicitur id deſinere, quod nunquam cœpit, *l.* 3 §. 1. *ꝟ. vſufructu, quemadmodam caueat.*

d Argumentum à contrario ſenſu conſtare hinc colligunt, adde *l. inter ſocerum* 26. *§. cum inter* 2. *ꝟ. de pactis dotalib.*

e Qui ob matrimonium dedit, matrimonio non ſecuto, datum condicere poteſt, quaſi cauſa non ſecuta.

f Quia oneratur præſumptionibus iuris. Probationibus igitur euidentiſſimis vtendum eſt aduerſus eum qui pro ſe iuris præſumptionem habet. facit, *l. vltima ꝟ. quod met. cauſ.*

g v. quæ ſcripſi ad *l.* 31. *§.* 23. *ꝟ. de ædilit. edict.*

h poteſt enim filiæ dotem donare, etiamſi matrimonium non ſequatur. Eáque dos veræ dotis priuilegium habitura eſt, *v. l.* 17 18. 19. *ꝟ. de reb. authorit.*

i Cur competit? nempe quia donare filiæ in poteſtate pater non poteſt, *Gloſſ. & Doct. in l. ſi donatione. C. de collat.* niſi donet filiæ pro dote, *l. Pomponius* 8. *ꝟ. familiæ.*

k Qui ſe putãs debitorem, iuſſu mulieris, eius marito dotis nomine ſoluit, nuptiis non ſecutis, repetit, non mulier.

l Donare videtur qui ſcienter indebitum ſoluit. vide *l.* 53. *ꝟ. de reg. iur.*

m Condictione cauſa dati, repetitur non modo res ipſa, ſed omnis etiam fructus & naturalis acceſſio. Cur ita? Condictiones hæ, licet re contrahantur & ſtricti iuris ſint, *§. Idem, Inſt. quib. modis re contrah.* æquitate tamen conſtant: vt id condicamus quo aduerſarius factus locupletior eſt, *l.* 26. *§.* 6. *ꝟ. de cond. indeb. l.* 32. *in fin. ꝟ. eod. l.* 38. *ꝟ. de vſuris.*

n *v. l.* 4. *ꝟ. de ritu.*

o id eſt repudium. Sponſa dotem numeratam non repetit, niſi miſſo repudio: nec vxor, niſi facto diuortio.

p Idem habitus matrimonij, idem matrimonium.

q Impropriè ſumpta, *v. l.* 4. *§.* 3. *ꝟ. de gradibus*, huc refer *l.* 5. *C. de hered inſtitutionibus.*

r Affinitatem inter ſponſum & ſponſam, virum & vxorem eſſe hinc colligitur.

ſ dos data non repetitur donec matrimonium ſeu ſponſalia ſperantur effectum ſuum conſecutura. Zaſ.

t Condictio ob cauſam mulieri acquiritur per liberam perſonam, dotem ei conſtituentem animo donandi. An id receptum fauore dotis, vt Bald. putat? An potius iure ſeu vi ipſius numerationis, vt Iaſon? *arg. l.* 1. *C. de acq. poſſ. l.* 1. *C. per quas perſonas l. traditio*, 20. *in fin. ff. de req. rer. dom.*

u *l.* 7. *verſ. ſed ſi cum. ꝟ. eod.*

x *v. l.* 78. *in fin. ꝟ. de iur. dot.*

fuiſſent, exceptione doli mali vti non poteſt *a*. maritus enim ſuum *b* negotium gerit, & nihil dolo facit, nec decipiendus eſt *c*. quod fit, ſi cogatur indotatam *d* vxorem habere. Itaque aduerſus *e* mulierem condictio ei competit: vt aut repetat ab ea quod marito dedit, aut vt liberetur, ſi nondum ſoluerit. Sed ſi, ſoluto matrimonio, maritus peteret, in eo dumtaxat exceptionem obſtare debere, quod mulier receptura eſſet.

De acceptilatione.

10. *Iauolenus* lib. 1. ex Plautio.

SI mulier ei, cui nuptura erat cũ dotem dare vellet, pecuniam, quæ ſibi debebatur, acceptam *f* fecit; neque nuptiæ inſecutæ ſunt, rectè ab eo pecunia condicetur: quia nihil intereſt *g*, vtrum ex numeratione pecunia ad eum ſine cauſa, an per *h* acceptilationem *i* peruenerit.

De monumento faciendo.

11. *Iulianus* lib. 10. Digeſtorum.

SI heres arbitratu *k* liberti certa ſumma monumentum iuſſus facere, dederit liberto pecuniam, & is accepta pecunia monumentum non faciat, condictione tenetur *l*.

De mortis cauſa donatione.

12. *Paulus* libro 6. ad legem Iuliam & Papiam.

CVm quis mortis cauſa donationem, cum conualuiſſet donator, condicit *m*, fructus *n* quoque *o* donatarum rerum, & partus, & quod accreuit rei donatæ, repetere poteſt.

De collatione.

13. *Marcianus* lib. 3. Regularum.

SI filius contulerit *p* fratri, quaſi agniturus bonorum poſſeſſionem, & non agnouit *q*; repetere eum poſſe, Marcellus libro 5. Digeſtorum ſcribit.

De indebito ſoluto falſo procuratori.

14. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

SI procuratori falſo indebitum ſolutum ſit, ita demum à procuratore repeti non poteſt, ſi dominus ratum habuerit *r*, ſed ipſe dominus tenetur, vt Iulianus ſcribit: quòd ſi *ſ* dominus ratum *t* non habuiſſet, etiam ſi debita pecunia ſoluta fuiſſet, ab ipſo procuratore repetetur. non enim quaſi indebitum datum "repetetur" ſed quaſi ob rem datum, nec res ſecuta ſit, ratihabitione non intercedente: vel quòd furtum faceret pecuniæ falſus procurator, cum quo non tantum furti agi, ſed etiam condici *u* ei poſſe.

Si res data perierit.

15. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

CVm ſeruus tuus in ſuſpicionem furti Artio veniſſet, dediſti *x* eum in quæſtionem ſub ea cauſa, vt, ſi id repertum in eo non eſſet, redderetur tibi: is eum tradidit *y* præfecto *z* vigilum, quaſi in facinore deprehenſum. præfectus vigilum eum ſummo *a* ſupplicio affecit. ages cum Artio, *dare eum tibi oportere*, quia & ante mortem dare tibi eum oportuerit: Labeo ait, poſſe etiam ad exhibendum agi: quoniam fecerit, quominus exhiberet. Sed Proculus dari oportere ita ait, ſi feciſſes eius hominem: quo caſu ad exhibendum agere te non poſſe. ſed ſi tuus manſiſſet, etiam furti te acturum cum eo: quia re aliena ita ſit vſus, vt ſciret ſe inuito domino vti, aut dominum ſciret, prohibiturum eſſe.

a Exceptio quæ obſtat deleganti, non obſtat ei, cui facta eſt delegatio ex cauſa oneroſa. *Angel.*

b *v. l.* 55. *ꝟ. de reg. iur.*

c Lucrum dotis merum lucrum nõ eſt, cum oneris in matrimonio ſuſtinendi cauſa concedatur.

d quod eſſe non oportet *l.* 4. *§.* 21. *ꝟ. de doli mali except.*

e *l.* 7. *in fin. ꝟ de cond. indeb. l.* 2. *C. de cond. indeb.*

f Donat, qui debitum remittit, *l.* 4. *ꝟ. eod.*

g Numerationis & acceptilationis ſimilitudo. Remittere, & dare paria. *c. veniens extra de teſtibus.*

h Purum debitum acceptolatum ſtatim exigi poteſt, ſi cauſa non fuerit ſecuta.

i Qui fert accepto, dare intelligitur, *v. l.* 115. *ꝟ. de regulis iuris.*

k Arbitratu heredis aut liberti, teſtatores plerunque ſibi funus, epulum aut monumentum fieri iubebant, *l.* 6. *l.* 40. *§.* 5. *ꝟ. de conditionibus & demonſtrationib* Vnde arbitrium ſeu arbitraria, pro funeris impenſa. dixi ad Ciceronem *in oratione poſt reditum, & in Piſoniana.*

l Executores teſtamentarios cogi reddere rationem adminiſtrationis ſuæ hinc Zaſius colligit: & ab ea regula ne quidem excipi fratres qui viuo parente res paternas adminiſtrarunt: ſuper expenſis tamen credi eorum iuramento, vbi probatio ſit difficilis, *argum l. fin. §. in computationem. Cod. de iure delib.*

m Et etiam vindicat *l.* 29. *ꝟ. de mortis cauſa donat.*

n Aliud eſt in eo, cui inter viuos donatum eſt, & à quo poſtea donatio propter ingratitudinem reuocatur. Titulus enim mortis cauſa donationis vel à ſuo fonte reuocabilis eſt: inter viuos autem donatio à principio ſimplex & ſine conditione eſt.

o Donator mortis cauſa conualeſcens, non modo rem ipſam, ſed & fructus rei ita donatæ, condicit *vt hic*: in donatione inter viuos aliud eſt. Nec enim iis caſibus, in quibus permiſſa eſt rerum donatarum reuocatio, fructus ipſi quoque reuocantur, *l. vlt C. de reuocand. donat.*

p Conferre bona ſua fratribus, non eſt bonorum poſſeſſionem agnoſcere: non hoc facit, qui illud facit. Cauſa hæc eſt. Bonorum poſſeſſio iudicis præſentiam exigit, *l vlt. C. qui admitti.* Quid, cenſetur ne adire? non cenſetur: cum adire nemo poſſit, niſi qui ius & nomen heredis habeat. *Bald. Angel. Salic. Alex. Iaſ. hic* Quid ſi non contulit, ſed vel conditionem impleuit, *vt l.* 1. *ꝟ. eod.* vel querelam inofficioſi propoſuit, *vt l. qui de inofficioſo* 20. *ꝟ. de inoff.* teſtamentum falſum vel nullum dixit? Idem Bartol. *in l. cum quidam* 14. *ff. de bonorum poſſeſſ. l. cum falſum*, 46. *ꝟ. de acquir. hered.*

q *v l.* 3. *§. pen ꝟ. de collat. bonorum.*

r *l.* 6. *§.* 9. 10. *ꝟ. de negotiis*: *l.* 57. *in fin. ꝟ. de condict. indebit. l.* 80. *§.* 4. *ꝟ. de furtis.*

ſ Ea lege ſcilicet, *v. l.* 14. *ꝟ. de ſolutionib.*

t *l.* 6. *§.* 1. *ꝟ. de condict. indeb. v. l.* 8. *ꝟ. de ſolut.*

u adde *l.* 22. *§* 2. *ꝟ. de pignoratitia.*

x *l.* 13. *in princ ꝟ. de præſcriptis.*

y ſine vlla probatione ſcilicet: cum alius ei impoſuiſſet, ſeruum illum ſuum eſſe.

z Præfectus vigilum imperium habuit in ſeruos, *vt hic, & lege* 1. *§.* 2. *ꝟ. de officio præfecti vigilum*, & viles perſonas, *lege* 3. *§.* 1. *ꝟ. de officio præfecti vigilum.*

a id eſt morte hinc conſtat falli eos qui negant iure ciuili pœna mortis interdum fures affectos fuiſſe. huc facit, *lege* 56. *§.* 2. *ꝟ de furtis.* vide Cuiacium 9. *obſeru.* 37. Vetat certè Iuſtinianus, *Nouell.* 134. *c.* 34. furi mortem infligi: an membrum aliquod abſcindi, ſed aliter puniri; nec ibi furis nomine rapto intelligitur.

De pecunia

De pecunia data vt Stichus detur.

16. *Celſus* lib. 3. Digeſtorum.

DEdi tibi pecuniam : *vt a mihi Stichum dares.* vtrum id contractus genus pro *b* portione emptionis & venditionis eſt? an nulla *c* hic alia obligatio eſt, quam ob rem dati re non ſecuta? in quod *d* procliuior ſum. & ideo, ſi mortuus eſt Stichus, repetere poſſum *e* : quod ideo tibi dedi, vt mihi Stichum dares *f*. finge alienum eſſe Stichum, ſed te tamen eum tradidiſſe : repetere à te pecuniam potero : quia *g* hominem accipientis non feceris : & rurſus ſi tuus eſt Stichus, & pro euictione eius promittere non vis : non liberaberis, quo minus à te pecuniam repetere poſſim *h*.

a Datur hic pecunia non vt pretiū, ſed ex mutuo quodam officio. Nam ſi vt pretium daretur, emptio & venditio eſſet omnimodo *l. vltim. C. de prædiis decurionum.*
b Pro portione quid hic eſt? an ſymmetria ſeu analogia ſeruata, vt quidā obſcurè volunt? an pro parte vt alij? *l. 2. §. adeo. ͡ʃ. locati.* An quia ſpecies pro quantitate promittitur, non genus? *vt Bar. l. 2. ͡ʃ. ſi certum : Coraſius 2. Miſcell. 6.* An idem quod emptio aut emptionis ſpecies? quod magis cenſeo. Nam proportione (ſic lego coniunctim) cōtractus emptionis & venditionis eſt, qui alterutrius ſpecies eſt.
c Cur in hac ſpecie nulla alia obligatio quam ob rē dati? An non pecunia data eſt, vt Stichus daretur: & ſic emptio contracta? Putant nonnulli promitti hic ſpeciem pro quantitate & ita contractum eſſe innominatum: ſecus ſi genus pro quātitate promittatur : Atqui veriſimilius eſt, vt ante dixi, pecuniā hic non numerari vt pretium, ſed ex mutuo quodam officio. Vnde ruſus obſeruatur, permutationem interdum nummis fieri, *leg. 8. §. 24. ͡ʃ. de tranſactionib. l. 26. ͡ʃ. de iur. dot. l. 21. ͡ʃ. de pactis dotalib. §. conſtituitur, Inſt. de vſufructu, 3. Plin.* 8. & eodem modo emptionem ſine nummis, vide Forcatulum 49. *Necyomant.*
d Imo, id genus cōtractus emptio eſt & venditio, *l. 5. §. 1. ͡ʃ. de praſcript. v. Zaſ. 2. Antinom.* 3. v. Forcatulum 49. *Necyomantia* 5.

DE CONDICTIONE *i* OB TVRPEM, vel iniuſtam cauſam.

TIT. V.

De datis ob cauſam vel rem honeſtam, vel turpem. 1. De dato ob rem honeſtam. 2. De turpitudine accipientis.

Paulus lib. 10. ad Sabinum.

OMne *k*, quod datur, aut ob rem datur, aut ob cauſam, & ob rem, aut turpem, aut honeſtam: turpem autem, aut vt dantis ſit turpitudo, non accipientis : aut "vt" accipientis duntaxat, non etiam dantis : aut vtriuſque.

1 ¶ Ob rem *l* igitur honeſtam datum ita repeti poteſt, ſi res propter quam datum eſt, ſecuta non eſt.

2 ¶ Quòd ſi turpis *m* cauſa accipientis fuerit, etiam ſi res ſecuta ſit, repeti poteſt.

De eo quod datur Iudici.

2. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

VTputa, dedi tibi, *ne ſacrilegium facias*, ne furtum : ne hominem occidas : in qua ſpecie Iulianus ſcribit, ſi tibi dedero ne hominem occidas, condici poſſe.

1 ¶ Item ſi tibi dedero *n* vt rem mihi reddas depoſitam apud te, vel vt inſtrumentum "mihi redderes".

2 ¶ Sed ſi dedi, *vt ſecundum me in bona cauſa index o pronuntiaret* : eſt quidem relatum, condictioni locum eſſe, ſed hic quoque crimen contrahit : iudicem enim corrumpere videtur, & non ita pridem Imperator noſter conſtituit, litem eum perdere.

De turpitudine dantis & accipientis.

3. *Paulus* lib. 10. ad Sabinum.

VBi autem & dantis *p*, & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus : veluti ſi pecunia detur, *vt q malè indicetur.*

2. De turpitudine accipientis. 3. De meretrice. 4. De indicio.

4. *Vlpianus* lib. 26. ad Edictum.

IDem, ſi *ob ſtuprum*, datum ſit, vel ſi quis in adulterio deprehenſus redemerit ſe : ceſſat *r* enim repetitio. idque Sabinus, & Pegaſus reſponderunt.

1 ¶ Item ſi dederit fur, *ne proderetur*, quoniam vtriuſque turpitudo verſatur, ceſſat repetitio.

2 ¶ Quoties autem ſolius accipientis turpitudo verſatur ; Celſus ait, repeti poſſe. veluti ſi tibi dedero. *ne mihi iniuriam facias.*

3 ¶ Sed quod meretrici datur, repeti non poteſt, vt Labeo & Marcellus ſcribunt. ſed noua ratione *ſ* non ea, quod vtriuſque turpitudo verſatur, ſed ſolius dantis. illam enim turpiter facere quòd ſit meretrix : non turpiter accipere, cùm ſit meretrix.

4 ¶ Si tibi indicium *t* dedero *u*, *vt fugitiuum meum indices*, vel furem rerum mearum, non poterit repeti quod datum eſt. nec enim turpiter accepiſti. quod ſi *b* à fugitiuo meo acceperis, *ne eum indicares*, condicere tibi hoc, quaſi furi, poſſim : ſed ſi ipſo fur indicium à me accepit, vel furis, vel fugitiui ſocius, puto condictionem locum habere.

5. *Iulianus* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

SI à ſeruo meo pecuniam quis accepiſſet, *ne c furtum ab eo factum indicaret.* ſiue indicaſſet, ſiue non, repetitionem fore eius pecuniæ *d*, Proculus reſpondit.

De eo quod ex iniuſta cauſa apud aliquem eſt.

6. *Vlpianus* lib. 18. ad Sabinum.

PErpetuo Sabinus probauit veterum opinionem, exiſtimantium, *id quod ex iniuſta cauſa apud aliquem ſit, poſſe condici, in qua ſententia etiam Celſus eſt.

De ſtipulatione per vim extorta.

7. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

EX ea ſtipulatione, quæ per vim extorta eſſet, ſi exacta eſſet pecunia, repetitionem eſſe conſtat.

De promiſſo ob turpem cauſam.

8. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

SI ob turpem cauſam promiſeris Titio, quamuis, ſi petat, exceptione doli mali, vel in factum ſummouere eum poſſis, tamen, ſi *e* ſolueris, non poſſe "te" repetere : quòniam ſublata proxima cauſa ſtipulationis, quæ propter exceptionem inanis feſſet, priſtina cauſa, id eſt turpitudo, ſupereſſet. Porrò autem ſi & dantis, & accipientis turpis cauſa ſit, poſſeſſorem *g* potiorem eſſe ; & ideo repetitionem ceſſare, tametſi ex ſtipulatione ſolutum eſt.

De dato, vt reddatur quod gratis reddi debuit.

9. *Idem* libro 5. ad Plautium.

SI veſtimenta vtenda tibi commendauero *h*, deinde pretium, *vi reciperem* dediſſem, condictione me rectè acturum *i*, reſponſum eſt. quamuis enim propter rem datum ſit, & cauſa ſecuta ſit, tamen turpiter datum eſt.

1 ¶ Si *k* rem locatam tibi, vel venditam à te, vel mandatam vt redderes pecuniam acceperis, habebo tecum ex locato vel vendito, vel mandati actionem. quod ſi, vt id, quod ex teſtamento *l*, vel ex ſtipulatu debebas, redderes mihi, pecuniam tibi dederim, condictio dumtaxat *m* pecuniæ datæ eo nomine erit. idque & Pomponius ſcribit.

DE *n* CONDICTIONE INDEBITI.

TIT. VI.

Continuatio. 1. De ignorantia, & ſcientia ſoluentis.

Vlpianus lib. 26. ad Edictum.

NVnc videndum de indebito ſoluto.

1 ¶ Et quidem ſi *p* quis indebitum ignorans ſoluit, per hanc actionem condicere poteſt ; ſed ſi ſciens *q* ſe non debere, ſoluit, ceſſat repetitio.

De ſoluto vt, ſi appareat indebitum, reddatur. 1. De ſoluto ex teſtamento.

2. *Idem* lib. 16. ad Sabinum.

SI quis ſic ſoluerit, vt *r*, *ſi apparuiſſet eſſe indebitum, vel Falcidia emerſerit, reddatur*, repetitio locum habebit : negotium enim contractum eſt inter eos.

1 ¶ Si quid ex teſtamento ſolutum ſit, quod poſtea falſum *ſ*, vel inofficioſum, vel irritum, vel ruptum apparuerit, repetetur *t* : vel ſi poſt multum temporis emerſerit

a Indicium accipere licet, *d. l. 15.*
b Hinc colligi poſſe videtur; iure ciuili neminem teneri furem indicare, *vt hic*, non igitur furti conſcius erit, ſi non indicauerit, *l. 48. §. 1. ͡ʃ. de furtis.* atque illud eſt quod Iul. Clar. *li. 5. ſent. §. fin. q. 87.* tradit, hanc quæſtionem examinans. Regulariter ſolam ſciētiam non eſſe punibilem Zaſius addit, ne quidem iure Canonico & conſcientiæ, Epiſcopo furtum alicuius denunciandum. An iudici vel domino ex officio inquirentibus delictum indicandum eſt? Indicandum eſt. An etiam non inquirētibus? quid ſi in eos conn... tur, aut crimen ſit publicum? Bartol. detegendum puta... maleficium : quod multis non placet. Dicam quod ſentio: in primis ſpectandum eſſe quibus legibus viuatur, vt ſi lege municipali, denuncia... delicti cuiuſque ... quouis exigatur, id præſtetur : ſi minus, non paſſim iudicis inquiſitionem anteuert... *arg. l. 31. in princ. depoſiti* nec in ... nibus alterum ... feras, ſed in ... uioribus, *l. 2. ... ad l. Pompeiam parricid.* & futu... præſertim delict... *arg. l. 6. ͡ʃ. de pæ...* Item, ne ſolus ... cum alio teſte ... feras : quid en... ſi ſolus denunc... & reus (verus ...) quin, ſed non ... nifeſtus) act... legis 5. *C. de ing...* te conuenire ... lit? Et indign... quoque eſt, ... uidiam ac p... pati, legis præ... pto ſeruientem ... quis innocens ... contrario ſi denunciaſſe, vel alium detuliſſe ſuffecerit, quis innocens ... futurus erit?

e Imo tuo periit periculo, *l. 5. §. 1. ͡ʃ. de præſcriptis verbis.*
f id eſt meum faceres quod in emptione non requiritur, *l. 11. §. 2. ͡ʃ. de act. empt.*
g *v. l. 167. ͡ʃ. de reg. iur.*
h Atque ita tria conſequuntur contractum dandi, quod ſcilicet caſus fortuitus non liberet ab interitu ſpeciei: quod alienam rem dando nihil agatur : quod propriè res non cenſeatur data, niſi de euictione caueatur. *Zaſ.*
i 4 *C. 7.*
k Condictio re in cauſam honeſtam collata, locum habet cauſa non ſecuta, *vt hic.* in turpem vero cauſam collata ſi fuerit, non repetetur pecunia, niſi accipientis duntaxat verſabitur turpitudo, *§. 2. ͡ʃ. eo. Zaſ.*
l *l. 23. l. 52. l. 65. §. 4. ͡ʃ. de cond. indeb.*
m *l. 4. C. eo.*
n *l. fin. ͡ʃ. depoſiti: l. 5. ͡ʃ. de tutela & rationibus diſtrahendis.*
o dic idem in teſte *Zaſ.*
p *l. 4. §. 3. l. 8. in fin. ͡ʃ. eo. l. 2. C. eod l. 5, §. 1. ͡ʃ. de calumniator. l. 9. ͡ʃ. de dol. except.*
q v. Socinum *regula* 3.
r Imo non ceſſat, *l. 7. l. 8. ͡ʃ. quod met. cauſ.*
ſ id eſt. Quamuis ignominioſa conditione turpiter ſuſcipiatur, merces tamen eius conditionis non turpiter accipitur, ideóque nec cōdici poterit, *vt hic*: & de huiuſmodi quæſtu quis teſtari poterit, vt olim Flora meretrix teſtata eſt. Ad hæc eiuſmodi conditio, non eam perſonam repellit à ſucceſſionibus teſtamentariis, & ab inteſtato *Zaſ. hic.* Idem tamen negat, ex promiſſione ſtupri cauſa facta. eam agere poſſe: quinimo eo nomine datum pignus ait non retineri, cum pignus non poſſit adiici obligationi, quæ per ſe nulla ſit.
t Indicium præmium eſt, quod indici præſtatur, *l. 43. §. 8. §. 9. ͡ʃ. de furtis.* vbi dixi *l. 15. in fin. ͡ʃ. de præſcriptis.* Adde quæ de mercedulis ſcripſi ad Edictum Iuſtiniani de Alexandrinis.
u Ob indicium comprehendi furis præmium promiſſum iure debetur, *Paul. 2. ſent. 31. §. 10.*

c *l. 4. in fin. ͡ʃ. eo. l. 1. 2. ͡ʃ. de receptatorib.*
d Quinimo, rem ſi euulgauerit, ſuſpendi poſſe, Bart. exiſtimat
e Solutio ſpontanea (etiam vſurarum) *Iaſ.* poſt metum adhibitum, metum purgat & turpitudinem commiſſam in contractu, *l. 2. Cod. de his quæ vi metuſ... cauſ.* etiam reſidui ratione, vt in illud competat actio. An & principis voluntaria coronatio eiuſdem meticuloſam electionem purgat? ſic putat Iaſon.
f De inani dixi ad *l. 6. ͡ʃ. de dol.*
g In pari cauſa turpitudinis potior eſt cauſa poſſidentis.
h *al.* commodauero.
i Gratuitam qui reſtitutionem debet, turpiter pecuniam, reſtituendi cauſa accipit.
k *al.* ſi ob rem, *Hal.*
l Actio ex teſtamento ſtricti iuris eſt. Iaſ. ex *l. 6. ͡ʃ. de in litem iurando.* In ea tamen veniunt fructus, & vſuræ à tempore moræ, nec anguſtiis temporis ... tur ad inſtar actionum bonæ fidei, quas in eo imitatur. Iaſ. *ad l. 5. de eo quod ...* *in princ. ͡ʃ. eod.* nec actio ex eo con...
m Non vſuræ, vt in bonæ fidei iudiciis ... ſi debitum ex bonæ fidei contractu non dederis *Alberic. hic.* Accurſ. cum tamen actio quoque bonæ fidei detur, ſi debitum ex bonæ ... ctu.
n 4. *C. 5.*
o Indebitum eſt quadruplex. Naturaliter & ciuiliter : naturaliter non ciuiliter, ciuiliter non naturaliter; ope exceptionis non naturaliter & ciuiliter.
p Indebitum qui per ignorantiam non ſciens & prudens ſoluit, condicit, *Syn. Baſ. 52. Tit. 3. ex lib. 24. Tit. 6. c. 1.*
q Sciens qui indebitum ſoluit, non reperit, *v. l. 9. C. eo.* aut potius animo conſe...
r id eſt, ſi quis dubitans ſoluerit, *v. l. 11. C. eod.*
ſ Teſtamenti hæc vitia, falſum, inofficioſum, irritum, ruptum.
t Hoc in legato ad pias cauſas non admittit Bald. *in l. 2. C. de fideic. libert.* quod Iaſoni diſplicet hic ; cum non ſit eadem ſemper ratio libertatis & piæ cauſæ alterius iuris, *l. 12. ͡ʃ. de bon. poſſ. contra tab.*

a Prolatis codicillis, vel alio teſtamento, quibus ademptum eſt legatum, vel certè reſciſſum, perperam ſoluta repetuntur, *Paul. 3. ſent. 6. §. vlt.*
b Condictionem indebiti. Vnde colligas, Teſtamento ob falſum vitiato, ſeu falſo pronuntiato, legatorum futuram ſolutionem non tantùm impediri, ſed etiã præteritam iam reuocari: *vt hic.* Quid ſi libertas bona fide ex teſtamento præſtita, & id teſtamentum, pòſt falſum pronunciatum eſt? hic caſus excipitur: libertas non retractatur, *l. 2. C. de fideicom. libert.*
c *l. 5. in fi. ℑ. eo.*
d *l. 7. in fi. ſ. familia.*
e Locupletior factus bonæ fidei etiã poſſeſſor tenetur. Dicamus apertius: Bonæ fidei poſſeſſor & legatarius, quibus bona fide ſoluta legata ſunt, non tenentur niſi quatenus facti locupletiores ſunt. Ideóque legatis conſumptis non tenentur: *vt hic.* Cur ita? indebiti condictio eatenus datur quatenus accipiens factus locupletior eſt *l. 26. §. 12. l. 65. §. 6. hoc tit.*

emerſerit æs alienum, vel codicilli *a* diu celati, prolati, qui ademptionem continent legatorum ſolutorum: vel deminutionem per hoc, quia aliis quoque legata relicta ſunt. Nam Diuus Hadrianus circa inofficioſum, & falſum teſtamentum reſcripſit, actionem *b* dandam ei *c*, ſecundum quem de hereditate iudicatum eſt.

3. *Papinianus* lib. 28. Quæſtionum.

IDem eſt, & ſi ſolutis legatis, noua & inopinata cauſa hereditatem abſtulit: veluti, nato *d* poſthumo, quem heres in vtero fuiſſe ignorabat: vel etiam ab hoſtibus reuerſo filio, quem pater obiiſſe falsò præſumpſerat. Nam vtiles actiones poſthumo, vel filio, qui hereditatem euicerat, dari oportere in eos, qui legatum perceperunt, Imperator Titus Antoninus reſcripſit: ſcilicet quòd bonæ *e* fidei poſſeſſor, in quantum locupletior factus eſt, tenetur. Nec periculum huiuſmodi nominum ad eum, qui ſine culpa ſoluit pertinebit.

4. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

IDem Diuus Hadrianus reſcripſit, & ſi *f* aliud teſtamentum proferatur.

5. *Vlpianus* lib. 16. ad Sabinum.

NEc nouum, vt *g*, quòd alius ſoluerit, alius repetat. Nam & cùm minor viginti quinque annis inconſultè *h* adita hereditate, ſolutis legatis *i*, in integrum reſtituitur: non ipſi repetitionem competere, ſed ei *k*, ad quem bona pertinent, Arrio Titiano reſcriptum *l* eſt.

De procuratore & tutore.

6. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

SI procurator tuus indebitum ſoluerit, & tu ratum non habeas, poſſe repeti, Labeo libris poſteriorum ſcripſit: quòd ſi debitum fuiſſet, non *m* poſſe repeti. Celſus: ideo, * quoniam *n* cùm quis procuratorem rerum ſuarum conſtituit, id quoque mandare videtur, vt ſoluat *o* creditori: neque *p* poſtea exſpectandum ſit, vt ratum habeat.

1 ¶ Idem Labeo ait, ſi procuratori indebitum ſolutum ſit, & dominus *q* ratum non habeat, poſſe repeti.

2 ¶ Celſus ait, eum, qui procuratori debitum ſoluit, continuò liberari: neque ratihabitionem conſiderari. Quòd ſi indebitum acceperit: ideo exigi ratihabitionem, quoniam *r* nihil de hoc nomine exigendo mandaſſe videretur. ‖ & ‖ ideo, ſi ratum non habeatur à procuratore repetendum.

3 ¶ Iulianus ait, neque *ſ* tutorem, neque *t* procuratorem ſoluentes *u* repetere poſſe: neque intereſſe ſuam pecuniam, an pupilli vel domini ſoluant.

f Legata ex primo teſtamento ſoluta, poſſunt per heredem in ſecundo teſtamento inſtitutum repeti. g *l. 2. in fi l. 3. 4. ſ. eo. l. 46. inf. eo.*
h Minor in integrum reſtituitur aduerſus hereditatem inconſultè aditam; vt eam nimirum omittat, *C. ſi vt abſtineat: l. 44. inf. de re iudicata: l. 44. inf. de adq. hær.*
i *ſubaudi* indebitis, nam debita ſoluta non repeterentur, *l. in integ. ſ. de minor.*
k *d. l. 2.* hic minor heres ſoluit, cognati repetunt. l Hoc notandum, datas ab eo interim libertates, ex fideicommiſſo, non reuocari *l. 31. ſ. de minorib. l. 30. §. 10. §. 11. inf. de fideic. libert.* nec pretium ſeruorum manumiſſorum à minore acceptum reſtitui, *l. 22. ſ. de minor.* Sed nec ea pecunia quæ quibuſdam creditoribus hereditariis ſoluta erit, communicabitur cæteris creditoribus, *d. l. 31.*
m *l. 87. ℑ. de ſolution.* n *l. 87. inf de ſolution.* adde *l. 46. inf de pecul.*
o Procurator generale mandatum habens, mandatum quoque ſoluendi habere intelligitur *vt hic.* ſoluendi, inquam, quod ciuiliter debetur, non quod natura tantùm, *l. ſi is cui 94. §. Fauius 3. inf. de ſolution.* p Procurator ſecutus mandatum, quod facit, ratum per ſe eſt, neque indiget alia ratihabitione: vnde notant clauſulam rati mandato adiectam, ſuperuacuam eſſe, cùm tacitè intelligatur. At Angelus putat ſuperiore clauſula concedi generalem, & liberam adminiſtrationẽ, eo effectu vt poſſit tranſigere, compromittere & procuratorem conſtituere, *l. quam Tuber. 7. §. 1. inf. de peculio.* Verùm communiter exploſa ea opinio eſt, hac ſententia: Liberam poteſtatem procuratori nunquam conceſſam intelligi, niſi expreſsè conceſſa ſit, *d. l. 7. §. 1.* vt poſt Gloſſas iuris Canonici, Cuneum, Bartolum, Baldum, Salicetum, Geminianum, Ludouicum, tenet Iaſon.
q *l. 14. ſ. de condictione cauſ. dat.* r Mandato quantumcunque generali, & cum libera & irreuocabili, nunquam intelligitur mandatum procuratori, vt indebitum recipiat *vt hic, & l. 57. §. 1. ℑ. eo.* aut illicitum faciat, aut id quo dominus incidat in pœnam: item, vt opponat exceptiones calumnioſas, & articulos criminoſos: vt poſſit compromittere, appellare ab executione ſententiæ, recuſare iudicem, in carcerem coniicere debitorem mandantis, indignum eligere ſuo loco, negare aut facere aliquid in præiudicium mandantis, & eius famæ: & breuiter, Procurator generaliter datus non cenſetur datus ad illicita, *Iaſon. hic.* apud quem vide limitat. huius regul. vide etiam *l. 46. inf. de pecul. l. 6. inf. de pign.* Canoniſtæ addunt, generali mandato & conceſſione non intelligi ea concedi quæ mandanti reſeruata ſunt iure priuilegij. Quæ omnia obtinent, etiam ſi procurator mandatum habeat cum libera: *l. ſi pater 12. inf. de his quæ in fraudem.* etiamſi dominus iurauerit ratum habiturum geſtum à procuratore: nam cùm iuramentum iuris ſit diuini, meritò extendi non debet ad res iuri diuino contrarias, hoc eſt, iniquas & iniuſtas. Quid ſi procurator quod temere litigaret, quòd contumax eſſet, quòd peteret eam rem, quam non peti dominus ipſe ſub pœna promiſit, in pœnam incidit? Quid ſi geſtum à procuratore dominus ratum habuit tacitè vel expreſsè? Quid ſi procuratorem iniuſta poſtulantem dominus ipſe ſciens vel præſens, non prohibuit? Quid ſi conſuetam pœnam promiſit? Quid ſi iuſto errore ductus indebitum ſine vlla culpa ſua & diligentiſſimus alias recepit? Procuratoris facto dominum in pœnam incidere: ipſum denique procuratorem rectè indebitum recipere notat Iaſon *hic.*
Syn. Baſil. 37. Tit. 11. ex lib. 24. Tit. 6. c. 4. 5. Harmen. 11. §. 46. adde *l. 14. §. 2. ſ. de adminiſtr. tutorum.*
t Imò poteſt: ſi ratum non habeat dominus, *l. 6. C. eo.* dic, directa non poſſe, *vt* vtili & ſubſidiaria poſſe, *vt hic.* u indebitum ſcilicet.

Quid repetitur.

7. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

QVod indebitum per errorem ſoluitur, aut ipſum, *a* aut tantundem *b* repetitur.

De eo quod mulieri debetur à marito, qui non eſt ſoluendo.

8. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

QVod nomine mariti, qui ſoluendo non ſit, alius mulieri ſoluiſſet, repetere non poteſt: adeò debitum eſſet mulieri.

9. *Vlpianus* lib. 66. ad Edictum.

NAm & maritus, ſi *c*, cùm facere nihil poſſit, dotem ſoluerit *d*, in ea cauſa eſt, vt repetere non poſſit *e*.

De debito in diem.

10. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

IN *f* diem debitor, adeo debitor eſt, vt ante *g* diem ſolutum *h* repetere non poſſit *i*.

Si de peculio condemnatus plus, quàm in eo ſit, ſoluerit.

11. *Vlpianus* lib. 35. ad Sabinum.

SI is *k*, cum quo de peculio *l* actum eſt, per imprudentiam plus *m*, quàm in peculio eſt, ſoluerit *n* repetere *o* non *p* poteſt *q*.

De herede.

12. *Paulus* lib. 17. ad Sabinum.

SI fundi mei vſumfructum tibi dedero, falsò exiſtimans me eum tibi debere, & antequàm repetam deceſſerim, condictio eius *r* ad heredem quoque meum tranſibit.

De naturali obligatione ſerui. 1. Vel pupilli.

13. *Idem* lib. 10. ad Sabinum.

NAturaliter *ſ* etiam ſeruus obligatur: & ideo ſi quis nomine eius ſoluat, vel ipſe manumiſſus *t* (vt Pomponius ſcribit) ex peculio, cuius liberam adminiſtrationem habeat, repeti non *u* poterit: & ob id & fideiuſſor pro ſeruo acceptus ‖ tenetur *x*: ‖ & pignus pro eo datum tenebitur. & ſi ſeruus qui peculij adminiſtrationem habet, rem pignori in id, quod debeat, dederit, vtilis pigneratitia reddenda eſt.

1 ¶ Idem quod pupillus ſine tutoris auctoritate mutuum accepit, & locupletior *y* factus eſt, ſi pubes factus ſoluat non repetit.

14. *Pomponius* lib. 21. ad Sabinum.

NAm * hoc natura *z* æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem *a*.

Quid repetitur. 1. De nummis alienis. De poſſeſſione. 2. De re cuius vſusfructus alienus eſt.

15. *Paulus* libro 10. ad Sabinum.

a ſi ſpecies eſt.
b ſi quantitas, *l. 26. in fi. inf. de præſcript.*
c Dotis nomine non côuenitur maritus in ſolidum, ſed quatenus poſſit facere, ne egeat: *l. maritum 12. & ſeq. inf. ſoluto. l. non tantum 20. inf. de re iudicata l. in condemnatione. 171. inf. de regulis.* Quid ſi pauper maritus totam dotem ſoluit? non repetit: ſuperius enim beneficium maritus habet, retinendo, non repetendo: *vt hic.* Quid ſi dos in re, immobili conſiſtat, eaque extet? vt extraneus conueniri poteſt, *l. 1. §. cum ante. C. de rei vxor. act.* Quid ſi mulier ipſa æquè inops? Quid ſi maritus ideo inops, quod decoxerit? Quid ſi cum dotem reciperet, ſe idoneum & ſoluendo profeſſus eſt? in ſolidum conueniri poſſe notat hic Iaſ. Quid ſi dote fiſco vindicata, à fiſco conueniatur? Bartolus putat in ſolidum rectè conueniri: à quo Alexander & Iaſon diſſentiunt. Rectè: nihil n. ſpeciale fingendum eſt in fiſco, niſi lex id nominatim adiiciat *Gloſſ. in l. 1. C. de pet. her.* Deinde fiſcus ſuccedens priuato, priuati iure vtitur, *l. fiſcus 6. inf. de iure fiſci.* Poſtremo ius apertum eſt *in l. ſi maritus 36. ff. ſol.* d *l. 5. §. 2. in fi. de liberatione legata.* e Eo neglecto quòd egere poſſit: An quod deducendi priuilegium marito tantùm competat retinendo, non autem repetendo, vt poſt Baldum ait Iaſon? f Exceptione temporali, & ſic dilatoria tutus, per errorem ſoluens, repetit: quod non modò verum in exceptione quauis aperta, ſed etiam in tacita & à lege præſumpta: ſeu quam lex dilatoriam præſumit, *Iaſ. hic.* g Quid, num ante diem ſoluere cogi quis poteſt? in genere non eſt cogendus, niſi debitor ſit fiſci, & magnæ fiſco neceſſitates immineant, *l. 1. C. de condict. ex lege.* h Pone ante diem ſoluiſſe eum qui 40 poſt annos ſummam certam ſiue quantitatem ſoluere debuit: num interuſurium quoque temporis repetet? Negat Bartolus *in l. 1. ſ. eod. & in l. cùm quis 10. C. de iuris & facti ignorant.* arg. *l. nam ſi cùm moriar. 17. ℑ. eo* vt & Baldus, hoc argumento: quod cum ſortem ipſam repetere non poſſit, non poſſit & vſuras, *l. 26. C. de vſur.* In eadem ſententia eſt Angelus & Salicetus *hic,* in *l. 1. ſ. eod.* Iacobus Butrigarius & Albericus communem eſſe putant. Contrà Iaſon (putat poſſe repeti: poſt Gloſſam in *d. l. cum quis.* Butrigarium quoque Baldum, Raphaëlem, Fulgoſ. Martinum Sillium, Albericum, Imo iam imo & Bartolum in ea ſententia ſibi varios fuiſſe in *l. ſi ſocer. 44. §. Lucius ff. ſolum.* Mouetur autem quod plus tempore ſolutum æque repeti debeat. Vt plus quantitate ſeu re, ſolutum: cum dies pars ſit obligationis, *l. 1. §. editiones. ff. de edendo l. 19. in fi. l. 23. in fi. l. 25. l. 40. ℑ. eo.* cum argumentum à re ad tempus valeat *l. militis 41. ℑ. de teſt. milit.* eo quòd indebiti condictio æquitate & natura conſiſtat, *l. 14. ℑ. eo. l. non debet. 41. §. in re inf. de reg. iuris.* Et alias interuſurium temporis deduci, quoties coactus aut per errorem ſoluit, iure conſtare, *l. ſi conſtante. 24. §. quoties 2. inf ſoluto, l. ait 10. §. ſi cum 12. l. omnes 17. in fi. inf. quæ in frau. cred.* Gloſſ. & Bart. *in l. 1. C. de cond. ex lege l. 39. ℑ. eo. l. ſi mandauero tibi vt pro me fideiubeas, 22. ff. mandati l. mulier. 7. l. rerum inf. rerum amot.* Poſtremò indebiti condictione id omne repeti, quo quis factus eſt locupletior, *l. 26. §. 12. inf. eo.* i Non idem eſt in debito conditionali: quia pendente conditione ſolutum repeti poteſt, *l. 16. inf. eo.* k Dominus vel pater. l ſerui vel filij. m cum fini peculij tantùm conueniri deberet, *l. 44. inf. eo.* n nomine filij, non ſuo. o Imò poteſt, *l. 19. §. 1. inf. eo.* p Cur? an quia creditor ſuum recepit: an ſufficit debitum ex parte fuiſſe debitum: an potius nomine filij ſoluit, non ſuo, adde *l. 1. C. ne filius pro patre.* q Dominus vltra peculium ſoluens non repetit. r Condictio indebiti, puta vſusfructus, tranſit ad heredem ſoluentis, *Iaſon* per quam fructus præteriti præcepti repetuntur, *l. 6. inf. de vſufr. legat.* ſ Naturalis obligatio (quæ in ſeruum cadit) impedit repetitionem ſoluti, qui etiam ei accedere poteſt fideiuſſor, & pignus, *vt hic, & l. 14. inf. de obl.* t *l. 21. §. 2. ℑ. de fideiuſſ. l. 83. ℑ. de ſol.* u *l. 21. §. 2. ℑ. de fideiuſſ.* x *l. 16. inf. de fideiuſſ.* y Id autem accidit quoties illud ſoluit, quod de ſuo fuiſſet ſoluturus, *vt l. 4. §. 4. ℑ. de doli except.* z *l. 66. ℑ. eo. l. 206. ℑ. de regulis iuris.* vide *l. 2. §. 10. inf. ne quid in loco publ. l. 12. §. 1. inf de diſtract. pig. l. 3. in fin. l. 6. in fi. inf. de iure dotiũ: l. 7. l. 25. ℑ. rerum amotarũ: l. 17. §. 4. ℑ. de inſtitoria l. 6. §. 3. ſ. de negotiis.*
a Quo igitur iure vſucapiones introductæ? an vt negligentia dominorum puniatur, an vt ne in incerto dominia ſint? an quod rigor in ſpecie, æquitati, (ſi ea in genere tantùm eſt) præferendus ſit? *Iaſon.*

Indebiti

INdebiti ſoluti condictio naturalis *a* eſt. & ideo etiam quod rei ſolutæ acceſſit, venit in condictionem: vt puta partus *b*, qui ex ancilla natus ſit: vel quod alluuione acceſſit. immò & fructus, quos is, cui ſolutum eſt, bona fide percepit, in condictionem veniunt.

1 ¶ Sed & ſi nummi alieni dati ſint, condictio competet, vt vel poſſeſſio eorum reddatur, quemadmodum ſi falsò exiſtimans poſſeſſionem me tibi debere alicuius rei tradidiſſem *c*, condicerem. Sed & ſi poſſeſſionem tuam feciſſem, ita vt tibi per longi temporis præſcriptionem auocari non poſſit, etiam ſic *d* rectè tecum per indebitam *e* condictionem agerem.

2 ¶ Sed & ſi vſusfructus in re ſoluta alienus ſit, deducto vſufructu, à te condicam.

De debito ſub conditione, vel ſub die incerto.

16. *Pomponius* lib. 15. ad Sabinum.

SVb conditione debitum, per errorem ſolutum *f*, pendente *g* quidem conditione, repetitur: conditione autem exiſtente, repeti non poteſt.

1 ¶ Quod autem *h* ſub incerto die, debetur, die exiſtente *i* non repetitur.

17. *Vlpianus* lib. 2. ad Edictum.

NAm ſi, *cùm moriar*, dare promiſero, & antea ſoluam, repetere me non poſſe, Celſus ait, quæ ſententia vera eſt *k*.

18. *Idem* lib. 47. ad Sabinum.

QVòd ſi ea conditione debetur, quæ omnimodo exſtatura eſt, ſolutum repeti non poteſt: licèt ſub alia conditione, quæ an impleatur, incertum eſt, ſi ante ſoluatur, repeti poſſit.

De debitore ob pœnam creditoris liberato. 1. Si non debitor creditori ſoluat. 2. De communi pecunia ſoluta. 3. De ſoluto quaſi ex alternata obligatione. 4. De duobus reis. De reo & fideiuſſore.

19. *Pomponius* libro 22. ad Sabinum.

SI pœnæ *l* cauſa eius cui debetur, debitor liberatus eſt, naturalis obligatio *m* manet: & ideo ſolutum repeti non poteſt.

1 ¶ Quamuis debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is, qui dat, non debitum dat, repetitio competit *n*. veluti ſi *o* is, qui heredem ſe, vel bonorum poſſeſſorem falsò exiſtimans, creditori hereditario ſoluerit. hic enim neque *p* verus heres liberatus erit: & is, quod dedit, repetere poterit. ‖ quamuis enim debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is, qui dat, non debitum dat, repetitio competit ‖ *q*.

2 ¶ Si falsò *r* exiſtimans debere, nummos ſoluero, qui pro parte alieni, pro parte mei fuerunt, eius ſummæ partem dimidiam, non *ſ* corporum, condicam.

3 ¶ Si putem me Stichum aut Pamphilum debere, cùm Stichum debeam, & Pamphilum ſoluam, repetam *t*, quaſi indebitum ſolutum, nec enim pro eo, quod debeo, videor id ſoluiſſe.

4 ¶ Si duo rei, qui decem debebant, viginti pariter ſoluerint, Celſus ait, ſingulos quina repetituros: quia, cùm decem deberent, viginti ſoluiſſent: & quod amplius ambo ſoluerint *t*, ambo repetere poſſunt.

20. *Iulianus* lib. 10. Digeſtorum.

SI reus, & fideiuſſor ſoluerint pariter, in hac cauſa non differunt à duobus reis promittendi: quare omnia, quæ de his dicta ſunt, & ad hos *u* transferre licebit.

21. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

PLanè ſi duos reos non eiuſdem pecuniæ, ſed alterius obligationis conſtitueris, vtputa Stichi aut Pamphili & pariter duos datos, aut rogam vel denaria mille, non idem dici poterit in repetitione, vt partes repetant: quia nec ſoluere ab initio ſic *x* poterunt *y*. igitur hoc caſu electio eſt creditoris, cui velit ſoluere: vt alterius repetitio impediatur.

Si quis quaſi adiecto ſoluerit. 1. De itinere.

22. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

SEd & ſi me putem tibi aut Titio promiſiſſe, cùm aut neutrum factum ſit, aut Titij perſona in ſtipulatione comprehenſa non ſit, & Titio *z* ſoluero, repetere à Titio potero.

1 ¶ Cùm iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi, incerti condicam *a*, vt iter mihi concedatur.

De tranſactione, 4. De actione dupli vel quadrupli.

23. *Vlpianus* libro 43. ad Edictum.

ELeganter Pomponius quærit, ſi *b* quis ſuſpicetur tranſactionem *c* factam ‖ vel ‖ ab eo cui heres eſt, vel ab eo, qui procurator eſt, & quaſi ex tranſactione dederit, quæ facta non eſt, an locus ſit repetitioni? & ait, repeti poſſe. ex falſa enim cauſa datum eſt.

¶ Idem puto dicendum, & ſi tranſactio ſecuta non fuerit, propter quam datum eſt.

¶ Sed & ſi reſoluta ſit tranſactio, idem erit dicendum.

1 ¶ Si poſt *a* rem iudicatam quis tranſegerit, & ſoluerit, repetere poterit: idcirco, quia placuit tranſactionem nullius eſſe momenti. hoc enim Imperator Antoninus cum Diuo patre ſuo reſcripſit. retineri tamen *b*, atque compenſari in cauſam iudicati, quod ob talem tranſactionem ſolutum eſt poteſt.

¶ Quid ergo, ſi appellatum ſit: vel hoc ipſum incertum ſit, an iudicatum ſit, vel an ſententia valeat? magis eſt, vt tranſactio vires habeat. tunc enim reſcriptis locum eſſe credendum eſt, cum de ſententia indubitata, quæ nullo remedio attentari *c* poteſt, tranſigitur.

2 ¶ Item ſi ob tranſactionem alimentorum teſtamento relictorum datum ſit, apparet, poſſe repeti, quod datum eſt: quia tranſactio ſenatuſconſulto *d* infirmatur.

3 ¶ Si quis poſt tranſactionem nihilominùs condemnatus fuerit, dolo quidem id fit, ſed tamen ſententia valet. potuit autem quis, ſiquidem ante litem conteſtatam tranſegerit, volenti litem conteſtari opponere doli exceptionem. ſed ſi poſt litem conteſtatam tranſactum eſt, nihilominus poterit exceptione doli vti poſt ſecuti *e*, dolo enim facit, qui contra tranſactionem expertus, amplius petit. & ideo condemnatus repetere poteſt, quod ex cauſa tranſactionis dedit. ſanè quidem *f* ob cauſam dedit: neque repeti ſolet, quod ob cauſam datum eſt, cauſa ſecuta. ſed hic non videtur cauſa ſecuta, cùm tranſactionis non ſtetur. Cùm igitur repetitio oritur, tranſactionis exceptio locum non habet. neque *g* enim vtrumque debet locum habere & repetitio, & exceptio.

4 ¶ Si qua lex, ab initio dupli, vel quadrupli ſtatuit actionem, dicendum eſt, ſolutum ex falſa eius cauſa repeti poſſe.

De exceptione perpetua.

24. *Idem* libro 46. ad Sabinum.

SI is, qui perpetua exceptione tueri ſe poterat, cùm ſciret *h* ſibi exceptionem profuturam, promiſerit aliquid vt liberaretur, condicere non poteſt.

De reo & fideiuſſoribus.

25. *Idem* lib. 47. ad Sabinum.

CVm duo pro reo fideiuſſiſſent decem, deinde reus tria ſoluiſſet, & poſtea fideiuſſores quina, placuit eum, qui *i* poſterior ſoluerit, repetere tria poſſe. hoc meritò: quia, tribus à reo ſolutis, ſeptem ſola debita ſupererãt: quibus perſolutis tria indebita ſoluta ſunt.

De vſuris. 3. De exceptione perpetua. 4. Si plus ſolutum ſit. 7. De exceptione perpetua. 8. De peculiari debitore & peculio adempto. 9. Si filiusfamilias mutuatus ſoluerit. 10. De opinata condemnatione ex compromiſſo. 11. De ſucceſſoribus. 12. De operis libertorum. 13. De obligatione alternata.

26. *Idem* libro 26. ad Edictum.

SI *k* non ſortem quis, ſed vſuras indebitas ſoluit, repetere *l* non poterit, ſi ſortis debitæ ſoluit. ſed ſi ſupra legitimum modum ſoluit, Diuus Seuerus reſcripſit, (quo iure vtimur) repeti quidem non poſſe, ſed ſorti imputandum *m*: & ſi poſtea ſortem ſoluit, ſortem quaſi indebitam repeti poſſe. Proinde & ſi ante *n* ſors fuerit ſoluta, vſuræ *o* ſupra legitimum modum ſolutæ quaſi ſors indebita repetuntur, quid ſi ſimul ſoluerit? poterit dici, & tunc repetitionem locum habere.

1 ¶ Supra *p* duplum *q* autem vſuræ, & vſurarum *r* vſuræ, nec in ſtipulatum deduci, nec exigi poſſunt: & ſolutæ repetuntur: quemadmodum futurarum vſurarum vſuræ.

2 ¶ Si quis falsò ſe ſortem debere credens, vſuras ſoluerit, poteſt condicere: nec videtur ſciens indebitum ſoluiſſe.

3 ¶ Indebitum autem ſolutum accipimus, non ſolùm ſi omnino non debeatur, ſed & ſi per aliquam exceptionem perpetuam *ſ* peti non poterat, quare hoc quoque repeti poterit: niſi ſciens *t* ſe tutum exceptione ſoluit.

4 ¶ Si centum debens, quaſi ducenta deberem fundum ducentorum ſolui; competere repetitionem, Marcellus libro 20. Digeſtorum ſcribit: & centum manere ſtipulationem. licèt enim placuit, rem *u* pro pecunia ſolutam, parere liberationem, tamen ſi ex falſa debiti quantitate maioris *x* pretij res ſoluta eſt, non ſit confuſio partis rei cum *y* pecunia *: nemo enim inuitus *z* compellitur ad communionem. ſed & condictio integræ rei manet, & obligatio incorrupta. ager autem retinebitur, donec debita pecunia ſoluatur.

a l.66. inf. eod.
b l.26. §.12. l.65. §.5 ʒ. eod. l.28. §.3. ʒ. de vſuris, l.27. in fin. ʒ. de vſufructu legato.
c l.16. in fin. ʒ. de petit. hered.
d l.2. §.4. ʒ de rebus creditis.
e al. indebiti.
f l.48 ʒ. eod. l.38. §.4. inf. de ſolution.
g Debitum conditionale ſolutum pendente conditione, poteſt repeti tanquam obligatione nondum nata.
h item. & ita forte, legendum cenſet Antoninus Faber 4. coniect. 20.
i die non exiſtente vel die pendente, Cuiac. 13. obſ. 29. vt §.1. Inſt. de Atiliano. alioquin nulla eſſet differentia inter debitum ſub conditione, & debitum ex die incerto: Idem Cuiac. in quadam prælectione ad me tranſmiſſa.
k quia licèt dies mortis in indiuiduo ſit incerta, tamen in genere certa eſt, adde l.1. §.1. 2. inf. de cond. & demonſtr. Incertum eſt quando morituri ſimus, & certum tamen eſt nos aliquando morituros.
l l.40. inf. eod.
m l.10. inf. de S.C. Macedon.
n Imò non competit l.11. ʒ. eod.
o l.65. in fin. infr. eod.
p l.31. ʒ. de petit. heredit.
q Imò non competit, l.43. inf. eo.
r Putatiuus heres vel bonorum poſſeſſor quod hereditario creditori ſoluit, repetere poteſt.
ſ v. quæ ſcripſi ad l.94. §.1. inf. de ſolutionib.
t Imò non repetet, l.19. ʒ. de leg. 2.
u hodie tamen reus principalis ante fideiuſſorem conueniri debet. Nou. 4. c. 1.
x adde l.34. §.1. ʒ. de ſolut.
y al. potuerunt.
z Puta falſo procuratori, creditori, l.8. C. eo.
a l.35. ʒ. de ſeruitut. vrbanorum l.6. §. fin. ʒ. comm. prædior.
b Tranſactio poſt rem iudicatam & ratam habitam nullius eſt momenti. itaque ſi quis ex tali tranſactione ſoluerit, repetit: vel potius quod ſolutum eſt, in ſatisfactionem compenſatur: ſi verò poſt ſententiam ſequuta ſit appellatio, vel incertum ſit, an omnino iudicatum ſit, vel an ſententia valeat, vires habet tranſactio, Syn. Baſil. 11. Tit. 2. ex lib. 24. Tit. 6. c. 18. adde 1. Harm. 10. §.4.
c Aut comprom. iſſum, l.26. §.10. inf. eod.

a vide l.12. C. de tranſactionibus.
b l.7. §.1. 2. ʒ. de tranſactionibus.
c al. ad temperari.
d Imo, oratione Diui Marci. l.8. ʒ. de tranſact. De vtrumque verum, vel id, o quod orationes principum in ſenatu recitatas ſenatuſconſulta ſequebantur, Cuiac. dixi plenius ad l.16 inf. de ritu nuptia. l.7. C. de prædiis minor.
e Cur ita? vide l.2. Cod. ſententiam reſcindi.
f al. ſane ſi quid ob cauſam.
g Duæ lucratiuæ cauſæ non concurrunt.
h vide l.26. §.[illegible] inf. eod.
i l.67. §.2. inf. eod.
k Indebitas vſuras qui ſoluit, cum ſortem deberet, non repetit. Quòd ſi ſupra legitimum modũ vſuras ſoluit, non repetit, [illegible] ſed ſorti imputat. Quòd ſi ſortem quoque ſoluerit, repetet ſolutas, [illegible] qui ſortem non debeat: ſiue adeo [illegible] ſortem vſuras ſoluerit, ſiue poſt, ſiue ſimul. Synopſis Baſil. 52. Titul. 3. ex lib. 24. tit. 6. c. 20.
l l.3. ʒ. in fin. C. de vſuris.
m l.102. inf. ʒ. de ſolutionib.
n l.18. C. de vſuris.
o Vſuræ quæ centeſimam excedunt per errorem ſolutæ repeti poſſunt. Paul. 2. ſent. 14. §.4.
p l.4. in fin. ʒ. de nautico fœnore. Paul. 2. ſent. 14. §.1. & ibidem Cuiac.
q Vſuris ſortem adæquantibus, vſurarum ratio ſiſtitur. Ea ratione, centeſimas Kalendas rectè ſtipulandas vſuras licuit, ſi enim temporis [illegible] tio ſortem ad[æ]quabant vſuræ centeſimæ, l. centeſimis. 46. ʒ. de verb. oblig.
r l.28. C. de vſuris.
ſ l.40. inf. eo.
t l.24 ʒ. eo. l.21. §.1. ʒ. de inofficioſo.
u v. l.17. C. de ſolut.
x l.8. ʒ. de regulis iuris.
y hæc verba, *cum pecunia*, Hotomannus expungit 3. obſ.
* excipe caſum Nouellæ Leonis [illegible]
z vide l. vlt. C. comm. diuid. 2. Feud. 55. §.2.

r ¶ Idem

5 ¶ Idem Marcellus ait, ſi pecuniam debens, oleum dederit pluris pretij, quaſi plus debens, vel cùm oleũ deberet, oleum dederit, quaſi maiorem modum debens, ſuperfluum olei eſſe repetendum, non totum, & ob hoc peremptam eſſe obligationem.

6 ¶ Idem Marcellus adiicit, ſi cùm fundi pars mei deberetur, quaſi totus deberetur æſtimatione facta, ſolutio pecuniæ ſolidi pretij fundi facta ſit, repeti poſſe non totum pretium, ſed partis indebitæ, pretium.

7 ¶ Adeò autem perpetua *a* exceptio parit condictionem, vt Iulianus libro decimo ſcripſit, ſi emptor fundi damnauerit heredem ſuum, vt venditorem nexu venditi liberaret, mox venditor ignorans, rem tradiderit, poſſe eum fundum condicere. idémque, & ſi debitorem ſuum damnauerit liberare, & ille ignorans ſoluerit.

8 ¶ Qui filiofamilias ſoluerit, cùm eſſet eius peculiaris debitor, ſi quidem ignorauit *b* ademptum ei peculium, liberatur, ſi ſcit *c*, & ſoluit, condictionem non habet: quia ſciens *d* indebitum ſoluit.

9 ¶ Filiusfamilias contra Macedonianum mutuatus *e* ſi ſoluerit, & patri ſuo heres affectus, velit vindicare nummos, exceptione ſummouebitur à vindicatione nummorum.

10 ¶ Si quis quaſi ex compromiſſo condemnatus, falsò ſoluerit, repetere poteſt.

11 ¶ Hereditatis, vel bonorum poſſeſſori, ſi quidem defendat hereditatem, indebitum ſolutum condici poterit: ſi vero is non defendat, etiam debitum ſolutum repeti poteſt.

12 ¶ Libertus cùm ſe putaret operas *f* patrono debere, ſoluit: condicere *g* eum non *h* poſſe, quamuis putans ſe obligatum ſoluit. Iulianus libro decimo digeſtorum ſcripſit: natura *i* enim operas *k* patrono libertus debet. ¶ Sed & ſi *l* non operæ patrono ſunt ſolutæ, ſed, cùm officium ab eo deſideraretur, cum patrono decidit *m* pecunia, & ſoluit, repetere non poteſt. ¶ Sed ſi operas patrono exhibuit, non officiales *n*, ſed fabriles *o* veluti pictorias *p*, vel alias, dum putat ſe debere, videndum, an poſſit condicere *q*? Et Celſus libro ſexto digeſtorum putat, eam eſſe cauſam operarum, vt non ſint eædem, neque eiuſdem hominis, neque eidem exhibentur *r*. nam plerunque *ſ* robur hominis, ætas temporis *t*, opportunitáſque naturalis *u* mutat cauſam operarum: & ideo nec volens quis reddere poteſt. Sed hæ (inquit) operæ recipiunt æſtimationem *x*: & interdum licet aliud *y* præſtemus (inquit) aliud condicimus. vt puta fundum in debitum dedi, & fructus *z* condico: vel hominem indebitum, & hunc ſine fraude, modico diſtraxiſti: nempe hoc ſolùm refundere debes, quod ex pretio habes; vel meis ſumptibus pretioſiorem hominem feci: nónne *a* æſtimari hæc debent? ſic & in propoſito ait, poſſe *b* condici quanti operas eſſem conducturus. Sed ſi *c* delegatus *d* ſit à patrono officiales *e* operas, apud Marcellum libro vicenſimo digeſtorum quæritur? Et dicit Marcellus: non *f* teneri eum, niſi *g* fortè in artificio *h* ſint: hæ enim, iubente patrono, & alij edendæ ſunt. Sed ſi ſoluerit officiales delegatus, non poteſt *i* condicere; neque ei cui ſoluit, creditori *k*, (cui alterius contemplatione ſolutum eſt, quique ſuum recipit) neque patrono: quia natura ei debentur.

13 ¶ Si decem aut Stichum ſtipulatus, ſoluam quinque, quæritur, an poſſim cõdicere? quæſtio ex hoc deſcendit an liberer in quinque. nam, ſi *l* liberor, ceſſat condictio: ſi non liberor, erit condictio; Placuit autẽ (vt Celſus libro ſexto, & Marcellus libro vicenſimo digeſtorum ſcripſit) non perimi partem dimidiam obligationis: ideóque eum, qui quinque ſoluit, in *a* pendenti habendum, an liberetur, petíque ab eo poſſe reliqua quinque, aut Stichum: &, ſi præſtiterit reſidua quinque, videri eum & in priora *b* debita ſoluiſſe: ſi autem Stichum præſtitiſſet, quinque eum poſſe condicere, quaſi indebita. Sic poſterior ſolutio comprobabit, priora quinque vtrum debita, an indebita ſoluerentur. ¶ Sed & ſi poſt ſoluta quinque, & Stichus ſoluatur, & malim ego habere quinque, & Stichum reddere, an ſim audiendus, quærit Celſus? Et putat natam eſſe quinque *c* condictionem: quamuis vtroque ſimul ſoluto, mihi *d* retinendi quod vellem, arbitrium daretur.

14 ¶ Idem ait, & ſi duo heredes ſint ſtipulatoris, non ſic poſſe, alteri quinque ſolutis, alteri partem Stichi ſolui. Idem, & ſi duo ſint promiſſoris heredes. Secundum quæ liberatio non contingit, niſi aut vtrique quina, aut vtrique partes Stichi fuerunt ſolutæ.

Vbique condicitur.

27. *Paulus* lib. 28. ad Edictum.

QVi loco certo debere exiſtimans, indebitum ſoluit, quolibet *e* loco repetet: non enim exiſtimatione ſoluentis, eadem ſpecies repetitionis ſequitur.

Si debitor abſolutus ſoluerit.

28. *Idem* lib. 32. ad Edictum.

IVdex ſi malè abſoluit *f*, & abſolutus *g* ſua *h* ſponte ſoluerit *i*, repetere non *k* poteſt.

De pupillo, furioſo, prodigo.

29. *Vlpianus* lib. 2. Diſputationum.

INterdum *l* perſona locum facit repetitioni: vtputa ſi pupillus *m* ſine tutoris auctoritate, vel forioſus, vel is, cui bonis interdictum eſt, ſoluerit. nam in his perſonis generaliter repetitioni *n* locum eſſe non ambigitur. Et ſi quidem exſtant nummi, vindicabuntur *o*: conſumptis verò, condictio locum habebit.

De eo qui creditor & debitor eſt.

30. *Idem* lib. 10. Diſputationum.

QVi inuicem creditor, idémque debitor eſt, in his caſibus, in *p* quibus *q* compenſatio locum non habet, ſi ſoluit, non habet condictionem, veluti indebiti ſoluti: ſed ſui crediti petitionem.

De indebito promiſſo.

31. *Idem* libro 1. Opinionum.

IS qui plus, quàm hereditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit *r*, indebiti promiſſi habet condictionem.

De obligatione alternata. 1. De fideiuſſore. 2. De eo quod mulier dedit nomine dotis. 3. De obligatione generis.

32. *Iulianus* lib. 10. Digeſtorum.

CVm is qui Pamphilum aut *ſ* Stichum debet, ſimul vtrumque ſoluerit, ſi poſteaquam vtrumque ſoluerit, aut vterque, aut alter ex his deſiit in rerum natura eſſe, nihil repetet *t*: id enim remanebit in ſoluto, quod ſupereſt.

1 ¶ Fideiuſſor cùm paciſcitur, *ne ab eo pecunia petatur*, & per imprudentiam ſoluerit, condicere ſtipulatori poterit: & ideò *u* reus quidem manet obligatus, ipſe autem ſua exceptione tutus eſt: nihil autem intereſt, fideiuſſor, an heres eius ſoluat: quòd ſi huic fideiuſſori

a Perpetuam qui exceptionem habet, ſolutum per errorem repetere poteſt, *l. 40. ʒ. eo.*
b Ignorantia ac iuſtus error, ſolutionem factam filiofamilias, excuſat, *l. 27. in prin. ʒ. de pactis*: adde *l. 14. § pen. ʒ. quando dies legati.*
c *l. 21. §. 1. ʒ. de inofficioſo.*
d Ideoque videtur donare: proinde non repetit.
e *mutuatus* dicitur, qui mutuum accepit.
f de operis libertorum, vide hic Bart. Iaſon. & Zaſ. 1. *Reſp.* 3.
g Si per errorem operæ indebitæ datæ ſunt, ipſæ repeti non poſſunt *l. pen. ʒ. de præſcript.*
h Facta repeti regulariter non poſſunt, *arg. l. pen. ʒ. de præſcriptis.* Quin illud notant: Obligationem antidoralem in liberto ita potentem eſſe, vt ſi operas officiales patrono præſtiterit, quas ſola natura ei debet, non repetat. Vide interea hic Iaſonẽ ſedecim effectus enumerantem naturalis ſeu antidoralis obligationis.
i Cur natura? quia lex eſt naturæ, beneficio beneficium penſare, *l. ſed & ſi 25. §. conſuluit. 11. ʒ. de pet. heredit.*
k Operas patrono libertus natura debet, vt hic: operas officiales *in fi. §.*
l Operarum & officij diſcrimen,
m Tranſigere & compromittere de operis cum patrono ſuo libertus poteſt.
n Operarum aliæ officiales, aliæ fabriles.
o Operæ *fabriles* an eæ ſunt quæ ſine vlla diſciplina præſtantur? Bart. ita putat: Iaſ. contra ſentit, argumento huius loci.
p vel pictorias. *Cuiac. ad tit. de adquiſit. per adrogationem*, vt in *l. 23. 24. ʒ. de operis liber.* q Dic poſſe condicere, quando eſſet conducturus, *verſ. ſic in propoſito ʒ.*
r *al.* exhibeantur. ſ Varietate circunſtantiarum, variantur eiuſdem hominis operæ, vt nec eædem, neque eiuſdem ſint, neque eidem præſtentur. adde *l. Nemo 5. ʒ. de duobus reis. l. 31. ʒ. de ſolut.* vide tamen *l. 15. in fin. C. de contr. ſtip.*
t *al.* tempus. operæ vnius & eiuſdem hominis vno die præſtitæ ab operibus eiuſdem alterius diei diſtinguntur. ſed & hoc notant; Quæ tempore diſtinguantur, eadem ſemper non eſſe. u *al.* naturalem. x Æſtimatio rei condicitur, quoties res ipſa non poteſt, *l. pen. ʒ. de præſcr. verb. l. vlt. ʒ. de offic. indic. l. non amplius 26. §. cum bonorum 1. inf. de leg. 1.*
y Indebitum ipſum non ſemper condicimus, ſed nonnunquam eius loco aliud.
z *l. 17. ſup eo. l. 65. §. 5. inf. eo.*
a aliàs, *non æſtimari hæc debent*, & ita eſt in vulgata editione. Vnde colligunt, eum, qui indebitum ſeruum acceperit, & eum pretioſiorem fecerit, ſumptus non poſſe repetere, aut retinere æſtimationem eius, quo prætioſior eſt: hac nimirum ratione, quod huiuſmodi conditio intrinſeca ſit. b Indebitum omni iure, ſolutum condici poteſt. c al. *ſed ſi delegat. alij ſic à patrono.* mallem ita: *ſed ſi delegatus ſit à patrono ad officiales operas.* d Delegari operæ officiales non poſſunt, *vt hic. & l. 4. inf. de nou.* Quid ita? cohærent perſonæ patroni, *l. operæ 9. ʒ. de operis liber.*
e aliàs, *inofficiales.* f Cur non tenetur: cum liberto conſentiente fiat delegatio? *l. 1. ʒ. de nouat.* Operæ officiales à perſona patroni ſeparari non poſſunt *l. 41. ʒ. de operis libert.* adde tamen *l. ſi libertus. ff. de operis libert.*
g Operæ artificiales, ſicut reales operæ tranſeunt ad filios: imo & ad extraneos, *Iaſ.* & ſic delegari poſſunt.
h Operæ artificiales delegari poſſunt, *vt hic.* Cur poſſunt? nempe quia perſonæ Patroni non cohærent, ſed ab eo poſſunt ſeparari.
i aliàs, *non poterit.* k Delegatio creditori fieri ſolet.
l Eadem ſolutio non poteſt operari liberationem, & inducere repetitionem, *l. 32. §. 4. in fin. ʒ. eo. l. 34. in fin. ʒ. de ſolut.*

a *l. 2. §. 2. inf. de verb. oblig.*
b vide *l. 51. ʒ. de fideiuſſoribus.*
c *al.* in quinque.
d Creditori ſcilicet: verum id abrogatur: *l. 10. in fin. C. eod.* data ei electione recipiendi, qui & dandi habuit, *v. l. 32. ʒ. eod.*
e & etiam in eo in quo ſoluit indebitum: & ſic non tantùm ratione contractus, ſed quaſi forum ſortimur: Gloſſ. Iaſ. & quos ille vocat Citramontanos, à quibus diſſentiunt Vltramontani, hi mouentur, quod errantes non tribuant iuriſdictionẽ: quòd qui repetit antè geſta improbet, & ita quodlibet forum attributum reos quòd in loco domicilij rei, res ſit petenda, *l. 65. ʒ. de iudiciis. l. 2. C. de furtis.* Illi verò, & ex quaſi contractu (puta negotiorum geſtorum) ſortiri quemque forum probant, *l. 33. ʒ. eod. l. 12. C. de ratiocin. oper.* v. vbicumque quis obligetur ibi contrahere videatur, *l. 20. ʒ. de iudiciis.*
f Debitorem meum ſcilicet.
g Abſolutus per ſententiam iniuſtam debitor, ſi ſoluit. non repetit: licet indebitum ſoluerit. Indebitum etiam dici poteſt quod quis iniuſta ſententia iudicis ſoluere iuſſus eſt.
h Id eſt, non coactus in iudicio.
i Creditori ſuo, cui reipſa debebat, quique cum prouocare ſeu appellare à ſententia abſolutoria deberet, ab ea non appellauerat, k *l. 60. inf. eo. l. 1. C. eo.* Imò poteſt, *l. 2. ʒ. de condict. ſine cauſa*, & res iudicata pro veritate accipitur, *l. 207. ʒ. de reg. iur.*
l Vox *interdum*, à regula excipit, *v. l. 78. ʒ. de verb. ſign.*
m *l. 14. in fin. ʒ. de ſolut. §. fin. Inſtit. quib. alienare.* n Quid repetitio hæc datur ne per in integrum reſtitutionem vt Vltramontanis videtur? an ſine reſtitutione, vt Placentino & Citramontanis? Et ſi per in integrum reſtitutionem datur, an ad ipſam condictionem indebiti datur vt quidam putant? an ad ipſam rem omnimodo, vt Butrigarius? an ad obligationem naturalem, vt Iacobus Aretinus? An ad id quod ciuiliter tantum debitum ſolutum eſt, vt Iacobus Arena & Vltramontani? an ad ipſam ſolutionem, quam conſecuta eſt conſumptio vt Rau. & Sal. Placentini & Citramontanorum opinionem ſequitur Bart. & Iaſon, hoc ſenſu: Perſonas hic enumeratas indebitè ſolutum condictione indebiti repetere, vbi aliæ perſonæ non repeterent. o *l. 46. in fi. l. 53. in fi. ʒ. eo.* p Qui tutus exceptione compenſationis ſoluit, condicere ſolutum, vt indebitum non poteſt: vt creditum, poteſt: crediti, non verò indebiti condictionem habet. q Vt puta debebas decem ex mutuo, ego decem ex cauſa depoſiti, *l. vlt. in fi. C. de compenſat.* v. plura in *l. 1. l. 2. inf. de appellationibus.*
r Cautiones factæ per errorem condici poſſunt, *l. 3. C. eod. l. 5. in fin. ʒ. de act. empt. l. 2. §. 3. 4. ʒ. de donat.*
ſ Alternationis debitor, ſi rem vtramque ſoluerit, & vna res apud accipientem perierit, eam, quæ ſupereſt, vt indebitam condicere non poterit. Quæ perierit, illi ſoluenti perierit: quæ ſupererit, in ſoluto apud eum qui accepit, manebit, *vt hic.* Vt ea ratione præſumatur periiſſe res indebitè ſoluta, potius quam debita. Quid ſi ſub alternatione non ſpecies, ſed ſpeciem & quantitatem debuit? ſpeciem eum repetere poſſe notant: cùm quantitas perire non poſſit. arg. *l incendium. C. ſi cert.* Quid ſi creditor in mora recipiendi fuerit? *v. l. Stich. aut Pamph. 95. inf. de ſolut.* Quid ſi vtraque ſpecies, non eodem momento ſoluta? *v. l. cum duo. ʒ. eo.* Quid ſi creditor mala fide vtramque accepit? Aliud hoc eſt, vbi ſuperiora occurrunt, re perempta, quæ ſupererit poterit condici.
t Quid ſi neuter deſiit in rerum natura eſſe, cuinam ius eligendi erit? Hæc lex Iulianum habet authorem, quem lex 10. *C. eo.* teſtatur dediſſe electionem debitori. v. Cuiac 8. *obſ.* 35. v. etiam quæ notaui ad *l. 26. §. pen. in fin. ʒ. eo.*
u Eadem ſolutio non inducit repetitionem fideiuſſori & liberationem reo principali, pareret enim effectus contrarios: quod nulli actui tribuitur, *l. 26. §. 4. §. 12. ʒ. eodem.*

reus heres extiterit, & ſoluerit, nec repetet *a*, & liberabitur. 2 ¶ Mulier *b*, ſi *c* in ea opinione ſit, vt credederit ſe pro dote obligatam, quicquid dotis nomine dat, non repetit: ſublata enim falſa opinione, relinquitur pietatis *d* cauſa *e*, ex qua ſolutum repeti non poteſt. 3 ¶ Qui hominem generaliter *f* promiſit *g*, ſimilis *h* eſt ei, qui hominem aut decem debet *i*. & ideo, ſi cùm exiſtimaret ſe Stichum promiſiſſe, eum dederit, condicet *k*: alium autem quemlibet *l* dando, liberari poterit.

Si quis in alieno ſolo ædificauerit, aut inſulam alienam fulſerit.

33. *Idem* lib. 39. Digeſtorum.

SI in area tua ædificaſſem, & *m* tu ædes poſsideres, condictio locum non habebit *n*: quia *o* nullum negotium inter nos contraheretur. nam is, qui *p* non debitam pecuniam ſoluerit, hoc ipſo aliquid negotij gerit. cùm autem ædificium in area ſua ab alio poſitum dominus occupat, nullum negotium contrahit.

¶ Sed ‖ & ‖ ſi is, qui in aliena area ædificaſſet, ipſe poſseſsionem tradidiſſet, condictionem non *q* habebit. quia nihil accipientis faceret, ſed ſuam rem dominus habere incipiat. Et ideò conſtat, ſi quis cùm exiſtimaret ſe heredem eſſe, inſulam hereditariam *ſ* fulſiſſet, nullo *r* alio modo, quàm per retentionem impenſas ſeruare poſſe.

De conditione fideicommiſſi.

34. *Idem* libro 40. Digeſtorum.

IS, cui hereditas tota per fideicommiſſum relicta eſt, & præterea fundus *t*, ſi *u* *decem dediſſet heredi*, & heres ſuſpectam *x* hereditatem dixerit, & eam ex Trebelliano reſtituerit, cauſam dandæ pecuniæ non *y* habet: & ideo quod eo nomine, quaſi implendæ conditionis gratia dederit, condictione repetet.

De ſoluto ob rem non defenſam.

35. *Idem* libro 45. Digeſtorum.

QVi ob rem non defenſam *z* ſoluit *a*, quamuis *b*, poſtea defendere paratus eſt, non repetet quod ſoluerit.

Si ſeruus qui rem commodauit creditori, cui commodatarius eam rem pignorauit, pecuniam dederit.

36. *Paulus* lib. 5. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

SEruus cuiuſdam, inſciente domino, magidem *c* commodauit: is, cui commodauerat, pignori eam poſuit & fugit; qui accepit, non aliter ſe redditurum aiebat, quàm ſi pecuniam accepiſſet *d*: accepit à ſeruulo, & reddidit magidem. Quæſitum eſt an *a* pecunia ab eo repeti poſſit. Reſpondit, ſi is, qui pignori accepiſſet magidem alienam, ſcit *b* apud ſe pignori *c* deponi, furti eum ſe obligaſſe: ideóque, ſi pecuniam à ſeruulo accepiſſet redimendi furti cauſa, poſſe repeti *d*: ſed ſi neſciſſet alienum apud ſe deponi, non eſſe furem.

¶ Item ſi pecunia eius nomine, à quo pignus acceperat, à ſeruo ei ſoluta eſſet, non poſſe ab eo repeti.

De eo qui ſuum ſeruum emit.

37. *Iulianus* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

SEruum meum *e* inſciens à te emi *f*, pecuniámque tibi ſolui: eam me à te repetiturum, & eo nomine condictionem mihi eſſe omnimodo puto: ſiue ſciſſes meum eſſe, ſiue ignoraſſes.

De eo quod frater fratri. 1. Vel filius patri. 2. Vel pater filio naturaliter debet. 3. De fideiuſſore.

38. *Africanus* lib. 9. Quæſtionum.

FRater *g* à

a v. quæ notaui ad *l.* 26. §. 13. *in pr. ſupr. eod.*

b Mater, arg. *l.* 24. *inf. de neg.* ſic emẽdat Cuiac. in quadam *prælectione ad me tranſmiſſa.*

c v. quæ ſcripſi ad *l.* 26. *inf. de donat. inter virum.*

d Pietatis ratio efficit vt indebiti ſoluti ceſſet repetitio. Ex hoc quoque loco notant, dotis cauſam piam eſſe, non ex ſe, ſed ſi à matre vel ſorore promiſſa fuerit.

e v. *l.* 5. *ſupr. de ſeruo corrupto.* *l.* 14. §. 7. *ſupr. de relig.*

f *l.* 2. §. 1. *inf. de ver. oblig.*

g Quilibet dandi facultatem habet. Nam electio, in obligatione generis, eſt debitoris: æquè ac in ſtipulatione alternatiua, *l.* 2. §. 1. *inf. de ver. oblig.*

h Generalis obligationis & alternatiuæ ſimilitudo *vt hic &* *l.* 2. §. 1. *inf. de verb. obl.* Interdũ tamen differunt de quo vide Zaſ. 2. *Reſp. vlt.*

i Is enim (vtpote debitor ſub diſiunctione) electionem habet ſoluendi quẽ velit.

k Imo, nihil repetet, *l.* 19. *in fi. inf. de leg.* 2. v. Cuiac. *obſ.* 35. 1 *l.* 52. *inf. mand.* adde *l.* 35. *C. de don.* m Impenſas in alieno faciens, eas ſeruat non condicendo, ſed retinendo, *vt hic.* Atqui indebitum qui accipit, tenetur condictione: cur non eodem iure qui fundum ſuum occupauit, in quo alius expenſas fecit, expenſarum ratione condictione indebiti non tenebitur? is cui non debitam pecuniam ſoluit (ita hic legendum videtur) hoc ipſo quòd indebitum accipit, aliquid negotij gerit. Cùm autem ædificium in ſua area ab alio poſitum occupat, nullum negotium contrahit, *verſ. nam.* Cur tam variè? Cui indebitam pecuniam ſolui, hoc ipſo quòd omnimodo indebitum accipit, negotium gerit, contrahere videtur, & contractu obligari. Poſteriore caſu haud omnino non ſuum nec omnino indebitum accipit. Nã etſi ædificium quidem ab alio poſitum accipit, quia tamen in area ſua poſitum occupat, non tam indebitum quam ſuum occupaſſe intelligitur. Quidquid enim areæ alienæ inædificatur, ſolo cedit. Ponamus areæ dominum, eius poſſeſsionem non occupaſſe, ſed ab eo qui ædificium poſuit accepiſſe: Ne hoc quidem caſu qui ædificium poſuit, condictionem habiturus ſit. Quo iure? condicere ea quiſque ſolet, quæ accipientis fecit. In hac ſpecie qui poſſeſsionem tradidit, nihil accipientis fecit, cùm rem ſuam dominus habere cœperit, *verſu, ſed etſi.* Ex his conſtat eum qui cum ſe heredem exiſtimaret, inſulam hereditariam fulſerit, impenſas nullo alio modo quam per retentionem ſeruare poſſe. *verſ. & ideo* Quod vti verum ſit, ſtricto an æquo iure mox explanabo. n Qui in alieno ædificat, ſi poſsidet: repetit, ſi non poſsidet, non condicit ſtricto iure, *vt hic.*

o Vt competat condictio indebiti, requiritur, vt aliquod negotium geſtum ſit inter partes: & meritò, quia condictiones ſunt actiones perſonales, quæ præſupponunt obligationem inter partes, *Iaſ.* p fortè legendum: *cui non debitam pecuniam ſolui*, vt ſ. notatum eſt, niſi dicas indebitam pecuniam ſoluentem obligare ſibi accipientem. b Imò habebit, *v. l.* 40. §. 1. *inf. eo.* r Ad expenſas factas bona fide in re aliena nullum aliud habeo remedium ad eos conſequendas, quam retentionis, *Iaſ.* niſi ex æquo & bono, *arg. l.* 32. *ſup. de reb. cred.* Caſtrenſ. Sed Molinæus *ad Conſ. Pari. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 5. *n.* 101. *& ſeq.* ait etiam malæ fidei ædificatorem ad eos ſumptus repetendos (quibus ſcilicet domini fundi conditio facta eſt melior) actionẽ habere: idque probat *l.* 6. §. 3. *ſup. de neg.* *l.* 38. *ſup. de pet. her.* *l.* 2. *in fi. C. de rei vind.* *l.* 14. *inf de don.* & leges omnes contrarias ad ius ſtrictum & iuris rigorem refert.

ſ Retentione tantum quædam ſeruantur. t *ſub.* ipſius heredis proprius.

u Hereditate relicta ex cauſa futura, condictione ob cauſam: ex cauſa præterita, indebiti condictione agitur. x Heres qui inuitus hereditatem fideicõmiſſa obnoxiam adit, neque incommodum, neque lucrum ex ea hereditate, conſequitur, *l. quia poterat. inf. ad Treb.* x Cur non habet: nempe quia decem dare iuſſus eſt, non hereditatis ſed fundi nomine, ac præterea hereditatem fideicommiſſo obnoxiam ab herede inuito & adire coacto accepit: vt ea de cauſa decem quoque præſtare ei non debuerit. Non fundi quoque nomine decem dedit, quem hic ſubintelligere debemus ad herede non præſtitum. adde *l.* 65. §. 1. *inf. eo.*

z Adde *l.* 14. §. *vlt. inf. iudic. ſolui.*

a Facta executione à lege, *l.* 19. *inf. de leg.* 2. vel ab homine, non admittitur purgatio moræ, *vt hic Iaſ.* b Moræ purgatio non admittitur poſt executionem factam à lege vel ab homine, *l. ſi is cui. inf. de leg.* 2. *l. traiectitia.* §. *de illo. inf. de oblig* Bart. *in l. inſulam. inf de verb. oblig.*

c Id eſt, vas quo farina ſubigitur. *Pollux* 6. *cap.* 12. aliàs μαγὶς, vel lancem. *Plin.* 13. *cap.* 1. (dictam magidem à magnitudine Varro teſtatur *de lingua*) vel menſam ſignificat, *Pollux* 6. *cap.* 12.

d Qui rem alienam pignori ſciens accipit, is furtum committit, *vt hic.* & argum. *l.* 12. *in fin. C. de furtis.* an aliud erit ſi neſciens accipit? ſic putat Caſtrenſis vt merito Iaſon ſtatutum Iudæorum reprehendat, apud quos nemo cogitur pignus furtiuum reſtituere) atque ita videtur retineri pignus poſſe, quouſque credita pecunia reſtituatur: ſi ita eſt, hoc caſu reſtringitur, *l.* 2. *C. de furt.*

a v. quæ dixi ad *l.* 2. *C. de furt.*

b Furti tenetur, qui ſcit rem alienam apud ſe pignori deponi: qui ſciens rem alienam pignori accipit. Quod quidam extendunt ad eos qui alea pecuniam alienam ſcientes lucrantur: putà dominicam, à ſeruo, vel inſtitore: patriam ſeu paternam à filio.

c Depoſiti ſpecies eſt pignori poſi-tum, *vt hic.* & apud Paul. 2. *ſent.* 5. §. 1. Quid ita? Pignus eſt contractus, quo res apud creditorem deponitur: hypotheca vero, quo res tantum ei obligatur.

d Si tamen conſumpta eſt; vel ratum habuit dominus, vel ſolui noluit: aliàs ſi extaret, vindicaretur. *Alber.* e Suæ rei emptio non valet, eóque nomine ſolutum pretium repetitur. f *l.* 16. *l.* 34. §. 4. *inf. de contrah. empt.*

g Non pigebit, poſt tot interpretes ad hanc legem, ſatis inuolutam, aliquid etiam proferre. Statum eius ad vſum fori accommodaſſe, nunc ſufficiet: & verò paucis. Nam ſentio me voluminis huius breuitate circũſcriptum. Extant alioquin doctiſsimorum anteceſſorum ſelectiſsimi ad hanc legem commentarij. Secundus filius, mortuo Tertio patre (cui duodecim ſolidos facto Primi fratris debebat) peculium profectitiũ (aliud eſt enim in caſtrenſi vel quaſi *l.* 12. §. 2. *C. de coll.*) totidem ſolidis conſtans, hereditati intulit, Primo fratri coheredi, communicandum *l.* 13. *C. familiæ erciſc.* Diuiditur hæreditas. Primus, vnum ſemiſſem. Secundus, alterum capit. Eidem Primo Secundus, ignoratione ſummæ illa duodecim (quæ patri quondam ita debuerat) integra ſoluit: quæ poſtea, iuris ſui admonitus, Primo vt indebitè accepta condicit. Huius actionis prima hæc ſit intentio. Primus ſemiſſem vnum rectè repeti à Secundo pro qua parte is patri hæres extitiſſet, non negat: ſed alterum iniuſtè: cum eum habeat à Secundo, diſſoluendæ obligationis naturalis cauſa. Naturalis enim obligationis eam eſſe vim, vt à patre ſemel adquiſita, non tantum in eius perſona conſiſtat, ſed vt in eius hæreditate relicta, velis eam reflexa ipſis liberis, ideóque & ipſi Primo, pro ſua parte communicata conſeatur. Iuris diſpoſitione receptum eſſe, vt quæ diſſoluendæ naturalis obligationis cauſa ſoluta ſint, minimè repetantur. Huius exceptionis ſubſtantia, ex replicatione Secundi nunc ſequente colligitur. Hic obiter monebo magnas controuerſias huiuſce naturalis obligationis ratione, inter doctiſsimos interpretes motas fuiſſe. Alij, filium patri naturaliter obligari poſſe aiunt: alij negant, quod ſit vna perſona eum patre. Alij peculiatum filium patri obligari poſſe naturaliter per alteram filium peculiatum negant, quòd inde ſequatur, vnum & eundem patrem ſibi pecuniá credere & accipere: alij fieri poſſe aiunt, puta Accurſius inter veteres, & inter Neotericos Zaſ. Nec enim eſſe ἀδύνατον, vt vnus & idem pater, diſtinctis filiorum peculiis, vni per alterum obligetur: & vnum per alterum ſibi obliget: ſibi inquam ac maximè quidem, ſi filiorum peculia ſepararit. Nihil impedire quominus vna & eadem perſona, vnius eiuſdémque rei ratione, actio & paſsio reperiatur que vnus & idem pater vnius filij miniſterio alterum ſibi obliget naturaliter. Vnum & eundem auum neptis ſuæ miniſterio, progenerum: pronepotis verò pronurum accipere: vnum & eundem, vxorem pronepoti accipere, pronepotem tem eidem nepti matrimonio coniungere: vide *l.* 67. §. 2. *inf. de ritu nupt.* Nullam conuentionem eſſe in qua quis ſeipſum voluntariè non obliget, ac alteri volens etiam non obligetur: Nihil obſtare, quominus deſtinatione patris diſtincta filiorum peculia, conuentiones & obligationes iuris naturæ mutuas admittant. perinde ac ſi à diuerſis & extraneis hominibus contractæ fuiſſent: vtque ipſe, pater in ſua perſona, inque filiorum diſtinctis peculiis huiuſmodi conuentiones ſeruet: quas in aliorum perſonis admitteret: Pacta iuris naturæ talia eſſe, vt etiam inter parentes & liberos ſint ſeruanda: Æquitatis eam eſſe vim & poteſtatem, vt ſolutius & πλάτει res ipſas conſideret, & ſic deſtinatione patris, diſtinctis filiorum peculiis duos in iis eundem naturaliter obligari permittat: Fictione iuri non inimica, fas eſt dicere, homines in vno homine, ob diuerſa filiorum eius peculia conſiderari poſſe, licet ad eundem eúmque vnum, dati & accepti ius integrum, breui manu, redeat: Medij ciuilis interuentu, naturalem obligationem contrahi poſſe: bus locis, hac in lege, naturalis obligationis, inter parentem & filios mentionem fieri, eamque à fratre fratri obiici: fruſtra & malè ſublatam & remanere dicitur quædam extiterit: cùm, nec manere, nec tolli quidquam poſsit, niſi antea fuerit hæc, vel ipſo iure naſcendi, ac re ipſa, filium non eundem eſſe qui ſit pater: tremnon eum eſſe qui ſit filius: inde conſtare, identitatem perſonæ parentis filij, non tam naturalem eſſe quàm ciuilem, ac fictitiam. Et cùm pater ac filius duo ita ſint, huiuſmodi naſcendi legem nihil obſtare quominus inter ipſos naturalis obligatio rectè contrahatur. Duas enim reipſa perſonas eſſe, quarum vna alteram obligare, altera obligari poſsit. Id etiam magis perſpici, quod alter alteri pietatem & alimenta debeat. Neminem debitorem eſſe, niſi vel iure naturæ, gentium vel ciuili. Quod ſi receptum ſit, vt vnus liberorum patri obligari poſsit, admittendum eſſe, vt reliqui liberi eidem obligari poſsint. Fratrem fratri mutuum dando, facto ipſo eum ſibi obligare, vtcumque patri res credita acquiratur. Hinc ſequi, vt frater, qui mutuum ſibi accipit, patri obligetur, cùm eum nemo patri obligare poſsit, quin pariter obligetur. Sed hæc plus ſatis, nam, ſi licet dicere, plus vtilitatis eſſe puto, ſi, neglectis huiuſmodi controuerſiis quæſiuerimus potius ecquid hodie filij parentibus adquirant, vſu reducto *legis* 6. *Codic. de bon.* *lib.* Sed ad rem redeo. Secundus duo illa priora enunciata fratri Primo, concedit, ſaltem in his non diſputat, ſed interea, cuique hoc conſtare ait, naturalem obligationem à Primo fratre ſibi obiici, quæ ſit extincta, quæque nullas vires habeat Extinctam ex eo animaduerti, quòd ipſe Primus, non iſto ſemiſſe (contentioſo ſcilicet ac controuerſo) ex peculio Secundi conſequutus ſit (his verbis innuens ſe vna ſolutione ſatis liberatum eſſe.) Hæc ſit replicatio Secundi, quam expreſsit Iaſon his verſibus, Ad reliquam partem Mæuio (id eſt Primo) manet actio (id eſt obligatio) ſalua: Sed perit obuentu facti cum fratre peculij. Quid hic Primus faciat, niſi fortè reſpondeat, debiti præſtatione naturalem obligationem generaliter extingui, ſed in cauſa peculij, ac iudicio familiæ erciſcundæ, præſertim inter fratres, ius quoddam eſſe ſingulare? Hæc ſit Primi duplicatio. Si pater (inquit Secundus) mihi duodecim vel aſſem crediſſet, peculiúmque aſſe conſtans mihi prælegaſſet, ex eo prælegato atque aſſe, ſemiſſem vt heres patris creditoris mei diuidi tibi poſtulaſſes, (hinc conſtat: legato culio à patre non cenſeri liberationem filio legatam.) Quod ſi tui ſemiſſis conſeruandi cauſa, tibi de meo peculio ſatisfieri poſtulaſſes, æquum

fratre

fratre a, cùm b in eiuſdem poteſtate eſſent, pecuniam mutuatus c, poſt mortem patris ei ſoluit. Quæſitum eſt an repetere poſſit? Reſpondit, vtique quidem pro d ea parte, qua ipſe patri heres extitiſſet, repetiturum e: pro ea verò, qua frater heres extiterit, ita f repetiturum, ſi g non minus ex peculio ſuo ad fratrem perueniſſet: naturalem h enim obligationem, quæ i fuiſſet, hoc ipſo ſublatam videri, quòd k peculij partem frater ſit conſecutus adeo vt ſi prælegatum l filio eidémque debitori ‖id‖ fuiſſet, deductio huius debiti à fratre ex eo fieret, idque maximè conſequens eſſe ei ſententiæ, quam Iulianus probaret: ſi extraneo quid debuiſſet, & ab eo poſt mortem patris exactum eſſet, tantum iudicio eum familiæ m erciſcundæ reciperaturum à coheredibus fuiſſe, quantum ab his creditor actione n de peculio conſequi potuiſſet. Igitur ‖&‖ ſi a re integræ familiæ erciſcundæ agatur: ita peculium diuidi b æquum eſſe, vt ad quantitatem eius indemnis c à coherede præſtetur. Porò d eum quem aduerſus extraneum defendi oportet, longè magis in eo, quod fratri debuiſſet, indemnem ‖eſſe‖ præſtandum.

1 ¶ Quæſitum eſt, ſi e pater filio crediderit, íſque emancipatur f ſoluat, an repetere poſſit? Reſpondit: ſi nihil ex peculio apud patrem remanſerit, non repetiturum. Nam manere naturalem g obligationem: argumento eſſe, quòd extraneo agente intra annum de peculio, deduceret pater, quod ſibi filius debuiſſet.

2 ¶ Contra h ſi pater, quod debuiſſet, eidem emancipato ſoluerit, non repetet. Nam hic quoque, manere naturalem i obligationem, eodem argumento probatur: quod ſi extraneus intra annum de peculio agat, quod etiam pater ei debuiſſet, computetur. Eadémque erunt, & ſi extraneus heres exheredato filio ſoluerit id, quod ei pater debuiſſet.

3 ¶ Legati k ſatis accepi l, & cùm fideiuſſor mihi ſoluiſſet, apparuit indebitum fuiſſe legatum, poſſe eum repetere exiſtimauit.

De cautione omiſſa.

39. *Marcianus* lib. 8. Inſtitutionum.

SI quis m, cùm à fideicommiſſario ſibi cauere poterat, non cauerit n, quaſi debitum o plus debito eum ſolutum repetere poſſe, Diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

De exceptione perpetua. 1. De impenſis deducendis. 2. De operis liberti

40. *Idem* lib. 3. Regularum.

QVi exceptionem p perpetuam q habet, ſolutum per errorem repetere poteſt r, ſed hoc non eſt perpetuum. Nam ſi quidem eius ſ cauſa exceptio datur, cum quo agitur, ſolutum repetere poteſt: vt accidit in SC. t de interceſſionibus u. vbi x verò in odium eius, cui debetur, exceptio datur, perperam ſolutum non repetitur, veluti ſi filiusfamilias contra Macedonianum mutuam pecuniam acceperit, & paterfamilias factus ſoluerit: non repetit.

1 ¶ Si pars domus, quæ in diem per fideicommiſſum relicta eſt, arſerit ante diem fideicommiſſi cedentem, & eam heres ſua impenſa refecerit, deducendam eſſe impenſam ex fideicommiſſo conſtat. & ſi y ſine deductione domum tradiderit, poſſe incerti z condici a, quaſi plus debito dederit.

2 ¶ Si pactus fuerit patronus cum liberto, ne operæ ab eo petantur, quidquid poſtea ſolutum b fuerit à liberto, repeti poteſt c.

De pupillo.

41. *Neratius* lib. 6. Membranarum.

QVod pupillus d ſine tutoris auctoritate ſtipulanti promiſerit e, ſoluerit, repetitio eſt t quia f nec natura g debet.

De pœnis.

42. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

nunc eadem ratione fuerit, vt idem ſemis peculij mei à te perceptus, extinguat in hac ſpecie naturalem obligationem, quã tu mihi paulò ante oponebas. Quorſum enim ex peculio meo ſemiſſem poſtulaſſes, niſi vt aliquam obligationem extingueres? Præterea ſi extraneo quid debuiſſem (Res ita habet, filiumfamilias peculiatum, patre mortuo à creditoribus peculij nomine conueniri, *l. 18. §. 5. ff. familiæ erciſcundæ.* & eiſdem condemnari poſſe, *l. 13. C. famil.* condemnatum actiones ſibi cedi à creditoribus rectè poſtulare, *d. l. 18.* vt à coheredibus tantum iudicio familiæ erciſcundæ reciperet, quantum creditores ab iis, actione de peculio, fuiſſent conſecuti, *vt hac lege*, i. tantam quantitatem in quantam creditoribus condemnatus fuerit, *d. l. 13.*); & à me poſt mortem patris exactum eſſet, tantum familiæ erciſcundæ à te coherede meo, recuperaturus fuiſſem, quantum à me creditor actione de peculio conſequi poteſt. e Vnde conſtat, mutuum à filiofamilias peculiato contractum, ex eius peculio ſoluendum eſſe. Atque ita eius perceptione obligationem filijfamilias extingui. Igitur cùm ſemiſſem ex eo perceperis, ſequitur naturalem illam ac meam obligationem extinctam eſſe. Quòd ſi iterum contendis, nihil ex ſuperioribus ſequi, quòd nullus in hac ſpecie extraneus debitor reperiatur: hoc tamen honeſtatis & æquitatis ratione euincetur, me non deterioris conditionis aduerſus fratrem eſſe oportere, quàm aduerſus extraneum. Extraneus ſi ageret, de peculio ſatisfieret. Ex peculio igitur, ſi experiri cœperis; tibi ſatisfieri neceſſe fuerit. Si extraneo ex peculio fuiſſet ſemel ſatisfactum, extincta eius obligatio diceretur. Quid etiam & aduerſus patrem extraneus? Imò ipſe emancipatus, peculio tale mutuum imputaſſem, *§. 1. & 2. ff. eo.* Quod cùm hic ſit: conſtat ſemiſſem alterum de quo mota quæſtio eſt, apud te eſſe ex nulla obligatione, ne quidem naturali, cùm ea ſit extincta, eúmque tibi tanquam indebitum, à me iuſtè condici. *Iaſon* his id verſibus ſic expreſſit. *Namque profectitio ſic ſunt affixa peculo* (i. peculio) *Iura* (i. onera) *quòd id ſemper velut Ægrum lepra ſequatur.*

a Quid? hæc lex num locum tantùm habet in duobus fratribus: an etiam locum habitura eſt in pluribus? Bart. & Angel. hic negant in pluribus locum habere. Quid? locúmne habet in duobus ſeruis vnius & eiuſdem domini? Bald. in *l. l. vlt. C. quod cum eo.* ita putat: contrarium verò exiſtimat Iaſon ex *l. 1. in fin. C. an ſeruus ex ſuo facto.* b Mutuum frater in poteſtate à fratre in poteſtate quoque poſito, mutuum, inquam accipere poteſt. Atqui in poteſtate filius nihil ſuum habere poſſe videretur. Imò poteſt, idque variè. Primùm enim, peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe habere poteſt: quod ſi habeat, & vſumfructum & dominium quoque habet, *l. vlt. C. de inofficioſo l. aduocati C. de aduocatis diuerſ. iud. & tit. de caſtrenſi peculio ff.* Deinde peculium aduentitium habere poteſt, hoc eſt quod neque caſtrenſe, neque quaſi caſtrenſe, neque à patre profectum, ſed aliunde, *l. cùm oportet, 6. C. de bonis quæ liberis.* cuius proprietas veteri iure patris erat, hodie, nudus vſusfructus, *d. l. cùm oportet: l placet. 79. ff. de acq. her.* Præterea profectitium peculium, hoc eſt à patre acceptum, habere poteſt: Imò & pecuniam paternam. Hæc à rationibus patris ſeparata non eſt: peculium profectitium ſeparatum eſt. *l. peculium 39. ff. de peculio.* In pecunia paterna patrem non obligat: in peculio obligare poteſt, *ff. de peculio.* vnde publicatis bonis patris, ſeparatur peculium profectitium tanquam filij fuerit, *l. 3. §. ſed vtrum 4. in fin. ff. de minorib.* c Frater mutuam pecuniam ex ſuo peculio profectitio (cuius dominium eſt patris) mutuans fratri, dominium transfert (id enim mutui natura eſt, *l. 2. §. appellata ff. de reb. cred.*) Imò non transfert dominium in fratrem: aut certè momentariè tantùm transfert. Nam qui eam pecuniam accipit frater, ſtatim acquirit patri. Quid? num dicemus hic pecuniam non peculij, ſed ex peculio partam mutuo dari? An momentaneam illam dominij amiſſionem & recuperationem vi legis non hominis fieri dicemus? An potius momentaria illa omnia à lege non negligi, quòd ſecum trahant vtilitatem ſuam, hoc eſt, ius pecuniæ ita acceptæ commodius adminiſtrandæ, per vnum filium quàm per alium: An verò momentariam illam tranſlationem pecuniæ à ſeipſo in ſeipſum tolerari, cùm expreſsè ita contrahatur, non tacitè? An eius dominium acquiri per accipientem, non per eum qui mutuum dedit, ſi modò pater id habeat? An potius acquiri, ſi pecunia ipſa ab accipiente conſumpta?

d Creditore debitori ſuccedente, vel è contra, obligatio ſimul & actio permiſcetur, *l. Vranius, 71. ff. de fideiuſſ. l. a debitori tuo 7. C. de pactis.* Nam cùm obligatio ſit vinculum quo quis adſtringitur, *Inſt. de oblig.* conſtat, neminem ſeipſum ſibi rectè obligari poſſe, ſiue initium, ſiue conſequentia omnia, ſeu poſt facta ſpectemus, *l. pen. ff. de arbitris.* ne idem inueniatur creditor & debitor.

e non repetiturum Hotom. reprehenſus à Roberto 1. *recept.* 30. & Cuiacio 9. *ad Afr.* f obligatio naturalis non parit actionem, ſed reſtitutionem, *l ſi pœna. 19. l. ſi non ſortem, 26. ff. eo* g Peculium enim filij, patre mortuo, inter omnes liberos defuncti diuiditur: & ſic pro ea quantitate qua peculium ad aliquem venit, pro eadem tranſit onus debitorum & creditorum. Tranſit autem non pro quota hereditatis, ſed quatenus eſt peculium, & in eo differt vtilitas ex peculio percepta ab vtilitate hereditatis.

h obligationem naturalem tantùm inter patrem & filium eſſe hinc colligunt: ciuilem verò nullam rectè contrahi putant, *l. interpoſitas. 13. C. de tranſact.* cùm iure ciuili pater & filius ſint vna & eadem perſona, *l. nam ciuium, 4. ff. de his qui ſunt ſui: l. vlt. C. de impub.* ſed & hoc colligitur, Naturalem obligationem naſci inter fratres in eadem poteſtate exiſtentes, ſi inter ſe contraxerint.

i Quid: quæ naturalis obligatio eſſe poteſt inter patrem & filium? Peculij ratione, pater naturaliter obligatur. Obligatio ita contracta peculij onus eſt, peculium afficit: æs contractum à filio peculiato, ex eo ſoluendum eſt.

k Peculium à patre acceptum, eo mortuo, fratribus conferendum ſeu communicandum: quo nomine iudicio familiæ erciſcundæ, qui peculium habet, conueniri poteſt: *l. certum eſt, 13. C. familiæ. l. 12. C. de collat.* l *l. 12. C. de coll.* Prælegato peculio vni liberorum omne peculium eius eſt, non aliorum heredum.

m *l. 13. C. familiæ.* Heres quidquid neceſſitate ſoluit, id iudicio familiæ erciſcundæ repetit à reliquis coheredibus. Hoc amplius notetur, Heredibus pluribus vni exiſtentibus quemque heredem pro ſua parte poſſe ſoluere, licet defunctus pro parte ſoluere non potuiſſet, *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.*

n Qui extraneus cum filio contrahit filium ipſum in ſolidum obligatum habet. ac præterea patrem ipſum, non in ſolidum, ſed de peculio, *l. ſi quis cum fil. of. 44. ff. de peculio.* Ea ratione fit vt filius ita peculiatus indemnis ſit ſeruandus per heredes coheredis.

a Retentio facilius re integra cõceditur, quam actio poſt rem non integram.

b Peculium diuidi inter heredes poteſt, vt & quæuis alia res hereditaria, *l. licet. C. de collat. l. certum C. familia.*

c Heres vnus damnatus, aliquid ex ipſa hereditate ſoluere tempore diuiſionis, id ex ipſa hereditate deducere non poteſt, ſed à coheredibus indemnitatem tãtum exigere. v. Iaſonem *hic.*

d Qui quem aduerſus extraneum defendere & indemnem præſtare debet. cum multò magis à ſe indemnem præſtare debet, *l. venditrici. 3. C. de reb. alienis non alien.* Nam qui defendere debet, impugnare non debet.

e Mutuum filio peculiato pater dare poteſt: atque ita ſibi filium obligare naturaliter.

f Mutuum quod quis à patre filius familias accepit, ſi id emancipatus ſoluerit, repetet, ſi peculium apud patrem remanſit: ſi nihil peculij apud patrem remanſit, non repetet, *vt hic* Cur non repetet? quia ſemel naturali iure patri debuit, id debitum nulla peculij redditione ſuſtulit, ſi peculium pater occupaſſet, naturale & id debitum ſuſtuliſſet. Cùm igitur in hac ſpecie filius patri ſoluit quod ex naturali obligatione debuit, non repetet *vt hic. ibi ſi nihil ex peculio.* Poſſis querere, quo iure conſtet obligationem illam naturalem manere inter patrem & filium, poſt ipſius filij emancipationem? manere hinc conſtat, quòd filio emancipato occupans eius peculium pater, creditoribus filij agentibus teneatur intra annum. *ff. quando actio de peculio eſt annalis.* quòd ea actione pater mihi deducere poſſet, quod mihi filius debuit: *vt hic in f.*

g ſi pater filio peculiato, *vt hic.* & è contra, mutuum crediderit, contrahitur inter eos naturalis obligatio, quæ etiam poſt emancipationem filij durat, ſi nihil apud patrem ex peculio remanſerit, *§. prox. ff. eo.*

h mutuum quod pater à filiofamiliàs ſuo accepit, ſi id emancipato ſoluerit, non repetit. i Pater filio naturaliter obligatur ex mutuo.

k i mihi ſatiſdatum fuit ab herede legati nomine, *l. 8. §. 4. ff. qui ſatiſdare.*

l Fideiuſſori indebitum ſuo nomine ſoluenti competit repetitio *l. indebitam 47. ff. eo.* m *ſub.* heres.

n i. non conſecutus eſt cautionem, vnde notant ſoluentem non recepta cautione ſolutum repetere.

o Cautio omiſſa, ſeu non petita per errorem, condici poteſt, *l. 3. §. 5. §. vltim. ff. ſi cui plus quàm.* p v. hic Albericum. q aut quaſi perpetuam, vt ff. dicetur. r *l. 26. §. 3. ff. eod. l. 54. ff. eo. l. 34. in fin. ff. de ſolutionib.*

ſ Velleiani exceptio inducta eſt eius cauſa cum quo agitur, hoc eſt mulieris ſeu mulierum gratia. Macedoniani verò eius cauſa qui agit, hoc eſt fœneratoris. t de quo dixi, *l. 10. C. ad Velleianum, & l. 15. ff. ad Velleian.*

u mulierum ſc. ſeu, Velleiano: hinc collige SC. Velleianum conſtitutum eſſe fauore eius perſonæ cum qua agitur, *vt hic*, Macedonianum vero, in odium eius qui agit, *ff. eo* Priori caſu ſolutum repetitur: Altero, non repetitur, *vt hic. & l. 19. in pr. ff. eo. l. 9. §. pen. & vlt. ff. ad SC. Mace.*

x Præſumimus quid odio ſingulariter inductum eſſe, quoties dolo alicui lex occurrit. Contra fauorẽ inductum præſumimus, quoties aliquid lex conſtituit, mota imbecillitate eius cui fit conceſſio.

y Omiſſa deductio impenſarum condici poteſt.

z i. poſſeſſio condicitur, adde *l. 21. ff. ad Treb.* condictione incerti repetit heres quod retineri potuit.

a Imò non condicetur, *l. 33. ff. eo*

b Facti iuriſque ignorantia, *l. 5. in fin. C. de pactis.*

c *l. 32. §. 1. ff. eo.*

d infantiæ proximus. e ne quidem naturaliter in eo ſe obligauerit ideóque quod ex ea cauſa ſoluerit, rectè condicet. f *l. 1. §. 2. ff. de conſt. l. 59. ff. de obligationibus.* g Imo natura debet, *l. 21. ff. ad l. Falcid.*

De pœnis.

42. *Vlpianus* lib. 68. ad Edictum.

POEnæ *a* non ſolent repeti, cùm depenſæ ſunt *b*.

De exceptione iuriſiurandi.

43. *Paulus* lib. 3. ad Plautium.

SI *c* quis iuraſſet, *ſe dare non oportere*, ab omni contentione diſcedetur *d*, atque ita ſolutam pecuniam repeti poſſe, dicendum eſt.

De eo, qui ſuum recepit.

44. *Idem* lib. 14. ad Plautium.

REpetitio nulla eſt ab eo, qui ſuum *e* recepit: tametſi ab alio *f*, quàm vero debitore, ſolutum eſt.

De eo quod debetur venditori hereditatis.

45. *Iauolenus* lib. 2. ex Plautio.

SI is, qui hereditatem vendidit, & emptori tradidit, id quod ſibi mortuus debuerat *g*, non retinuit, repetere poterit *h*: quia * plus debito ſolutum per condictionem rectè recipietur.

De eo qui legata ſoluit nomine heredis.

46. *Idem* lib. 4. ex Plautio.

QVi heredis nomine legata non debita ex nummis ipſius heredis ſoluit, ipſe quidem repetere non poteſt *i*. ſed, ſi ignorante herede nummos eius tradidit, dominus, ſ[illegible], eos rectè vindicabit.

¶ Eadem cauſa rerum corporalium *k*.

Si fideiuſſor indebitum ſoluerit.

47. *Celſus* lib. 6. Digeſtorum.

INdebitam pecuniam per errorem promiſiſti. Eam, qui pro te fideiuſſerat, ſoluit. ego exiſtimo ſi nomine tuo ſoluerit fideiuſſor, te fideiuſſori, ſtipulatorem tibi obligatum fore; nec expectandum eſt *l*, vt ratum habeas: quoniam *m* potes videri idipſum mandaſſe, vt tuo nomine ſolueretur. Sin autem fideiuſſor ſuo nomine ſoluerit quod non debebat, ipſum à ſtipulatore repetere poſſe: quoniam indebitum iure gentium pecuniam ſoluit. Quo minus autem conſequi poterit ab eo, cui ſoluit, à te mandati iudicio conſecuturum: ſi modo, per ignorantiam petentem exceptione non ſummouerit,

De eo quod ſub conditione, vel ſub die incerto debetur.

48. *Idem* lib. 6. *n* Digeſtorum.

QVi promiſit, *ſi aliquid à ſe factum ſit*, vel *o*, *cùm aliquid factum ſit dare ſe decem*: ſi prius *p*, quàm id factum fuerit, quod promiſit, dederit, non videbitur feciſſe quod promiſit. atque ideo repetere poteſt *q*.

Quibus condicitur.

49. *Modeſtinus* lib. 3. Regularum.

HIs ſolis pecunia condicitur, quibus quoquo *r* modo ſoluta eſt *ſ*: non quibus proficit *t*.

De eo qui ſciens ſoluit.

50. *Pomponus* lib. 5. ad Quintum Mucium.

QVod quis ſciens *u* indebitum dedit hac mente *x*, vt poſtea repeteret: repetere non poteſt.

De his quæ retineri, non peti poſſunt.

51. *Idem* lib. 6. ad Quintum Mucium.

EX * quibus cauſis retentionem *y* quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea, ſi ſoluerimus *z*, repetere non poſſumus.

Quid interſit inter datum ob cauſam, & datum ob rem.

52. *Idem* lib. 27. ad Quintum Mucium.

DAmus aut *a* ob cauſam, aut ob rem.

¶ Ob cauſam, præteritam: veluti cum ideo do, *quod* b *aliquid à te conſecutus ſum*, vel *quia aliquid à te factũ eſt*: vt etiam ſi falſa cauſa ſit repetitio eius pecuniæ non ſit.

¶ Ob rem verò datur, *vt aliquid ſequatur*. quo non ſequente *c*, repetitio competit.

De conditione libertatis legata.

53. *Paulus* lib. 2. Epiſtolarum.

DOminus teſtamento ſeruo ſuo libertatem dedit, *ſi decem det* a. ſeruo ignorante id teſtamentum non valere, data ſunt mihi decem *b*. quæritur, quis repetere poteſt? Proculus reſpondit, Si ipſe ſeruus peculiares *c* nummos dedit, cum ei à domino id permiſſum non *d* eſſet, manent nummi domini: eóſque non per condictionem, ſed in rem actione petere debet. Si autem alius, rogatu ſerui, ſuos nummos dedit, facti ſunt mei, eóſque dominus ſerui, cuius nomine dati ſunt, per condictionem petere poteſt, ſed tam benignius, quam vtilius *e* eſt recta *f* via *g*, ipſum qui nummos dedit, ſuum recipere.

Quibus ex cauſis condictio competit.

54. *Papinianus* lib. 2. Quæſtionum.

EX his omnibus *h* cauſis, quæ iure non valuerunt *i*, vel *k* non habuerunt effectum, ſecuta per errorem ſolutione, condictioni locus erit.

Si prædoni ſolutum ſit.

95. *Idem* lib. 6. Quæſtionum.

SI vrbana prædia locauerit prædo, quod mercedis nomine cœperit, ab eo qui ſoluit, non repetetur *m*: ſed domino erit obligatus.

¶ Idémque iuris erit in vecturis nauium, quas ipſe locauerit, aut exercuerit. Item mercedibus ſeruorum quorum operæ per *n* ipſum fuerint locatæ. Nam ſi ſeruus non locatus mercedem, vt domino, prædoni retulit, non fiet accipientis pecunia. Quòd ſi vecturas nauium, quas dominus locauerat, item penſiones inſularum acceperit, ob indebitum ei tenebitur, qui non eſt liberatus ſoluendo. Quod ergo dici ſolet, prædoni fructus poſſe condici, tunc locum habet, cùm domini fructus fuerunt.

Si incertum ſit temporaria ſit. an perpetua exceptio.

56. *Idem* lib. 8. Quæſtionum

SVfficit ad cauſam indebiti, incertum *o* eſſe *p*, temporaria ſit, an perpetua exceptionis defenſio *q*. Nam ſi quis, *ne conueniatur, donec* r *Titius conſul fiat*, paciſcatur *ſ*, quia poteſt Titio decedente *t*, perpetua *u* fieri exceptio, quæ ad tempus eſt, Titio conſulatum ineunte, ſumma ratione dicetur *x*, quod interim ſoluitur, repeti. vt *y* enim pactum *z*, quod in tempus certum collatum eſt, non magis inducit condictionem, quàm ſi ex *a* die debitor ſoluit, ita *b* prorſum defenſio *c* iuris, quæ cauſam incertam habet, condictionis inſtar obtinet.

De tutore, de procuratore.

57. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

CVm indebitum *d*, impuberis nomine tutor numerauit, impuberis *e* condictio eſt.

1 ¶ Creditor, vt procuratori ſuo debitum redderetur, mandauit: maiore *ſ* pecunia ſoluta, procurator indebiti *g* cauſa conuenietur. Quòd ſi nominatim, vt maior pecunia ſolueretur, delegauit; indebiti cum eo, (qui) delegauit, erit actio: quæ non *h* videtur perempta, ſi fruſtrà cum procuratore lis fuerit inſtituta.

De conditione impoſſibili.

58. *Idem* lib. 9. Reſponſorum.

---

a Pœnã depenſa non repetitur. *Syn. Baſ.* 52. *tit.* 3. *ex li.* 24. *Tit.* 6. *c.* 37. *l.* 35. *ſ. eo.*

b *l.* 46. *ĩ. de reg. iur.* v. Cuiac. 8. *obſer.* 39. *l.* 22. *ĩ. de pignorat.*

c Qui iurauit ſe non debere, ſi iam ſoluit, repetit. *Syn. ibid.* Quid ita? iuramenti, vis hæc eſt, vt qua in re iuratũ ſit, ea parte naturalem obligationem tollat. Igitur ſi quid inde, hoc eſt à præſtito iureiurando ſolutum erit, indebitũ fuerit, vt indebitum meritò condicetur.

d *l.* 3. *§* 1. *ſ. de iureiur.*

e An rem propriã, vt Stella ſentit? An ſuum debitum, vt Albericus & Zaſius *tract. aduerſus Stellam, & 1. Antinomia.* 14. *l.* 5. *§.* 5. *ĩ de dol. except. l.* 12. *ĩ. de donat.*

f Imò ſi ab eo recepit, condicet, *l.* 19. *ſ. eod.* v. Zaſium *in tractat. aduerſus Stellam.*

g Venditor hereditatis ſi ſibi debitum (etiam naturaliter, vt notat Bart. arg. *l. Stichum* 95. *§.* 2. *verſ. aliquando ĩ. de ſolutionibus*) non retinuit, id ab emptore poteſt petere.

h *l.* 2. *§. pen. & vlt. ĩ. de hered. vel act. vend.*

i Quod quis meo nomine, ſciente me Indebitum ſoluit, condico: quod ignorante, vindico: priori caſu dominium altero non transfertur.

k Res corporales à nummis (quorum ſuperius mentionem fecit) diſtinguere hic videtur. Nummos autem eſſe rem incorporalem ex eo conſtat, quod is qui nummos debeat, quantitatem debeat, non corpora, adde *l.* 94. *ĩ. de ſolut.*

l Ratihabitio in his quæ vel expreſſi vel taciti mandati geſta sũt non exigitur, *Iaſ.* in Mandatum habens vt ſe obliget, is etiam habere mandatum vt ſoluat intelligitur. *Bald.*

n lib. 26. Petr. Fab. *apud Cuiac. l.* 38. *ĩ. de verb. oblig.*

o Dictiones *Si* & *Cum* faciunt conditionem. *Iaſon.* Obſtat *l.* 100. *in fin. ĩ. de verb. obl.* p *v. l.* 38. *§.* 16. *ĩ. de verb. oblig.* q Incertum in diem quod promiſſum eſt, ante diem tuto vel irreuocabiliter non ſoluitur, poteſt enim condici, quia debitum iri non eſt certum, *l.* 56. *ĩ. eo.* r *v. l.* 75. *in fin. ĩ. de verb. oblig.*

ſ Condictio indebiti eſt perſonalis non in rem ſcripta. Oritur enim ex quaſi contractu. t *l.* 44. *ſ. eo. v. l.* 13. *C. de oblig. & actionib.*

u *l.* 9. *C. eo.* x *l.* 7. *de cond. ob cauſ.* Soluens ſcienter indebitum non repetit, etiamſi animum repetendi habuerit. Vnde notant, Propoſitum ſeu intentionem animi intrinſecam, repetitionem non inducere. facit *l. ſi repetendi* 17. *C. de cond. ob cauſ.* y facti, non iuris. Nam ex quibus cauſis retentionem ipſo iure habemus petitionem non habemus, ea ſi ſoluerimus, certi condictio eſt, *l.* 30. *ĩ. de act. empt. l.* 5. *§. pen. ĩ. de impenſ.* Cuiac. *Inſt. de rer. diuiſ.*

z per errorem ſcilicet.

a *Cauſa* præteritum & præſens: Res, futurum reſpicit. v. Bart. *l. demonſtratio falſa,* 17. *ĩ. de cond. & demonſtr.* Ex hac differentia cauſæ & rei, naſcitur condictionis indebiti, & ob rem quoque diſſimilitudo. Indebiti condictio datur ob cauſam præteritam: ob rem verò datur ex cauſa futura.

b *l.* 65. *§.* 2. *ĩ. eo.*

c *l.* 1. *§. pen. ĩ. de condic. ob turp.*

a tertio cuidam nõ hæredi.

b [illegible] poſſunt. *l.* 54. *ĩ. eo.*

c Peculiares nummos, ſi conditionis libertatis teſtamento ſibi relictæ adimplendæ cauſa ſeruus extraneo dederit, heres eoſ vendicabit. ſin verò extraneus ſuos nummos, rogatus ab ipſo ſeruo, extraneo dedit, ſerui quidem ipſius dominus iure ſtricto extraneus ipſe ex æquo & bono eos nummos repetet.

d Cur hic dicimus ſeruo non fuiſſe permiſſum conditionis implendæ cauſa nummos peculiares ſoluere? An quia teſtamentum in hac facti ſpecie non valuit *ibid. teſtamentum non valere. ſ. eo.* vt putat Bald. An potius, quod nulla eiuſce rei facti mentio eſt, vt Iaſ. refert.

e ex æquo & bono.

f Circuitus vitandi ſunt, æquo & bono id nobis ita præſcribente, ad. de *l. ſi ita* 37. *ĩ. de ſtatulib. l.* 4. *§.* 6. *C. de arbitri*; *l. vlt. C. de adopt. l.* 1. *§.* 3. *ſ. ſi pars hereditatis petatur*, *l.* 15. *ſ. ſi certum.*

g vt vitentur circuitus: Iaſ. arg. *Nouell.* 39. *in pr.*

h iunge *l.* 27. *ĩ. de oblig.*

i *l.* 40. *in pr. l.* 53. *ſ. eod.*

k Paria ſunt in iure, nullum & inefficax, *vl hic.* vnde dicitur obligationi quæ nulla ſit pignus accedere non poſſe, *Gl. l.* 2. *§.* [illegible] *de offic. eius cui mandata eſt iuriſdict.* *de condict. ob turpem.* v. Iaſ. in *l. vltim. ſ.*

l Furtum facit prædo, hoc etiam ipſo quod fructus & mercedes rei alienæ percipit.

m Solutum prædoni ex eius contractu, liberat ſoluentem bona fide, nec repetitur vt indebitum v. *l.* 88. *ĩ. de ſolutio.* nec ſoluens conuenietur à domino, qui cum eo nullum contractum habuit. v quæ notaui ad *l.* 1. *ĩ. de SC. Macedoniano.*

n Solutæ mercedes & vecturæ prædoni eidémque locatori rei alienæ, an conductorem ſoluentem liberant? ſi conductor contraxit cum ipſo prædone, ea quæ ex cauſa prædoni ſoluit, liberatur conductor: niſi ſciens prædonem, ei ſoluerit. Sin verò cum contraxiſſet ſeu conduxiſſet ab ipſo domino eiúſve ſeruo, prædoni ſoluit, non liberatur: facit *l. ſi filia* 88. *ĩ. de ſolutionib.* Cur tam variè? priore caſu contraxit cum ipſo prædone, licèt in re aliena: ſuo ex contractu prædoni obligatus fuit, nec ipſi domino. adde *l. ſeruus* 33. *ĩ. depoſiti. l. commodare* 15. cum *l. ſeq. ĩ. commodat. l. ſi pignore* 22. *§. ſi prædo.* 2. *ĩ. de pignoratitia*, *l.* 1. *§. ſi rem* 31. *ĩ. depoſiti*

o Dubia & incerta exceptio ſoluti condictionem parit. p v. quæ notaui ad *l.* 48. *ſ. eod.* q *ſub.* cuius euentus vinculum naturale diſſoluit. r *Donec* particula an & quomodo inducat conditionem, & ſuſpendat, v. hic apud Iaſonem. ſ hæc dictio conditionem facit, v. Iaſ. *hic.* t *ſub.* ante conſulatum. u Dubia & incerta (vt ſunt diſpoſitiones, dignitates, honores & ſimilia) præſumuntur eſſe peremptoria & perpetua. x in re dubia magis fauendum repetitioni, quam aduentitio lucro *Iaſ.* & cauſæ magis impedienti, *Bart. l. non debet* 41. *§. in re obſcura. ĩ. de reg. iur.* y Similitudo à contrariis, vt quemadmodum dies certus in obligatione contrahenda & diſſoluenda repetitionem non parit, ita & incertus. z *ſub.* de non petendo, vt hinc colligatur, diem incertum in contractibus, vt in vltimis voluntatibus, pro conditione haberi, *l. dies incertus* 75. *ĩ. de cond. & demonſtr.*

a *al.* ex ea die. b Hinc Iaſon colligit: Ea quæ fine, effectu & forma conueniunt & differunt, ſimpliciter conuenire vel differre. c i. exceptio. d v. *l.* 13. *§.* 2. *ĩ. de admin. tut.* e in hac igitur ſpecie tutor ſoluit, impuberi condicit. f Indebitum ſolutum procuratori non habenti mandatum, repetitur ab ipſo procuratore, non à domino.

g *v. l.* 6. *§.* [illegible] *ſ. eo.*

h In electione perſonarum conueniendarum non nocet mala actio: ſecus in electione remediorum vel actionum, *Iaſ. l. quod in herede* 9. *eligere* 1. *ĩ. de trib. act.* vel ita: malè inſtituta aduerſus vnum actio non efficit, vt ne aduerſus alterum debitorem agi poſſit.

Seruo

SGCB2021

SEruo manumiſſo fideicommiſſum ita reliquit, *a ſi ad libertatem ex teſtamento* b *peruenerit*, poſt accep[t]am c ſine iudice pecuniam, ingenuus d pronuntiatus eſt, indebiti fideicommiſſi repetitio erit e.

De fideiuſſore & reo.

59. *Idem* lib 2. Definitionum.

SI fideiuſſor iure f liberatus, ſoluerit errore pecuniam, repetenti non oberit: ſi verò reus promittendi per errorem, & ipſe poſtea pecuniam ſoluerit, non repetet: cum prior g ſolutio *h*, quæ fuit irrita, naturale *i* vinculum non diſſoluit, nec ciuile, ſi reus promittendi tenebatur.

Si debitor poſt litem conteſtatam ſoluerit. 1. De debito purè, & ſub conditione.

60. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

IVlianus *k* verum debitorem poſt litem conteſtatã, manente adhuc iudicio, negabat ſoluentem repetere poſſe: quia *l* nec abſolutus, nec condemnatus repetere poſſet: licèt enim abſolutus ſit, natura *m* tamen debitor permanet. Similémque eſſe ei dicit, qui ita promiſit *n, ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit*: quia ex *o* vna cauſa alterius ſolutionis origo proficiſcitur.

1 ¶ Vbi autem quis, quod purè debet, ſub conditione nouandi animo promiſit, plerique putant, pendente nouatione ſolutum repetere poſſe: quia, ex qua obligatione ſoluat, adhuc incertum ſit. Idemque eſſe, etiam ſi diuerſas perſonas ponas eandem pecuniam purè & ſub conditione, nouandi animo promiſiſſe: ſed hoc diſſimile eſt: in ſtipulatione enim pura, & conditionali, eundem debiturum certum eſt.

De tutore qui plus ſoluit, deinde pupillum abſtinuit.

61. *Scæuola* lib. 5. Reſponſorum.

TVtores pupilli quibuſdam creditoribus patris ex patrimonio paterno ſoluerunt: ſed poſtea, non ſufficientibus bonis, pupillum abſtinuerunt *p*, quæritur, an quod amplius creditoribus per tutores pupilli ſolutum eſt, vel totum, quod acceperunt, reſtituere debeant? Reſpondi: ſi nihil dolo factum eſſet. Tutori quidem vel pupillo non deberi: creditoribus autem *q* aliis in id, quod amplius ſui debiti ſolutum eſt, teneri.

De fideicommiſſo in ſtipulationem deducto.

62. *Mæcianus* libro 4. Fideicommiſſorum.

FIdeicommiſſum in ſtipulatione *r* deductum *ſ*, tametſi non debitum fuiſſet *t*, quia *u* tamen à ſciente *x* fidei *y* explendæ *z* cauſa promiſſum eſſet, debetur.

Si hominem debens, ſtatuliberum dederit.

63. *Gaius* libro ſingulari de caſibus.

NEratius caſum refert, vt quis id, quod ſoluerit, repetere non poſſit: quaſi debitum dederit, nec tamen liberetur: velut ſi is, qui cùm certum hominem deberet, ſtatuliberum *a* dederit. Nam ideo *b* eum non c liberari, quòd non *d* in *e* plenum ſtipulatoris hominem fecerit: nec tamen repetere eum poſſe, quòd debitum dederit.

De naturali obligatione.

64. *Triphoninus* lib. 7. Diſputationum.

SI quod dominus ſeruo debuit, manumiſſo ſoluit, quamuis exiſtimans ei ſe aliqua teneri actione, tamen repetere non poterit, quia naturale *f* adgnouit debitum. Vt *g* enim libertas *h* naturali iure continetur: & dominatio *i* ex gentium iure introducta eſt *k*: ita debiti vel non debiti ratio in condictione naturaliter intelligenda eſt.

In quibus cauſis de repetitione quæritur. 1. De dato ob tranſactionem. 2. ob cauſam. 3. propter conditionem. 4. ob rem. 5. De acceſſionibus. 6. De frumento. 7. De habitatione. 8. De ſeruo manumiſſo ab eo cui indebitè ſolutum eſt. 9. quid ſit indebitum.

65. *Paulus* lib. 17. ad Plautium.

IN * ſumma *l*, vt generaliter de repetitione tractemus, ſciendum eſt dari, aut *m* ob tranſactionem *n*, aut ob cauſam *o*, aut propter conditionem *p*, aut ob rem *p*, aut indebitum *r*, in quibus omnibus quæritur de repetitione.

1 ¶ Et quidem quod tranſactionis nomine datur, licet res *ſ* nulla media fuerit, non repetitur *t*. nam ſi *u* lis fuit, hoc ipſum, quod à lite diſceditur, cauſa videtur eſſe: ſin *x* autem euidens calumnia *y* detegitur, & tranſactio *z* imperfecta eſt, repetitio *a* dabitur.

2 ¶ Id quoque, quod ob cauſam datur, puta quod negotia mea adiuta ab eo putaui, licèt non ſit factum quia donari *b* volui, quamuis falsò *c* mihi perſuaſerim, repeti non poſſe.

3 ¶ Sed agere per condictionem propter conditionem legati, vel hereditatis *d*, ſiue non ſit mihi legatum, ſiue ademptum ſit legatum, poſſum, vt repetam, quod dedi: quoniam *e* non contrahendi animo dederim. Quia cauſa, propter quam dedi, non eſt ſecuta.

¶ Idem, & ſi hereditatem adire nolui *f*, vel non potui Non idem poteſt dici, ſi ſeruus meus ſub conditione heres inſtitutus ſit, & ego dedero, deinde manumiſſus adierit. Nam hoc caſu ſecuta res eſt.

4 ¶ Quod ob rem *g* datur, ex bono & æquo habet repetitionem, veluti ſi dem tibi, *vt aliquid facias* h, nec feceris.

5 ¶ Ei, qui indebitum repetit, & fructus *i* & partus reſtitui debent, deducta *k* impenſa.

6 ¶ In frumento indebito ſoluto & bonitas *l* eſt: &, ſi conſumpſit frumentum, pretium repetet.

7 ¶ Sic habitatione data *m*, pecuniam condicã: non

a Conditio quæ poſſibilis viſa eſt teſtatori, impoſſibilis tamen e at, pro poſſibili habetur, & vitiat diſpoſitionem, ſeu legatum, *vt hic*. ſecus ſi putaret teſtator poſſibilẽ cùm impoſſibilis eſſet: hoc enim caſu vitiatur diſpoſitio legati, nõ legatum *l. 3. inf. de cond. & dem. §. vlt. Inſt. de hæred. inſtit.* Quid ſi τῶισῳ ſeu per id quod tantundem valeat vel efficiat, impleri poſſit ea conditio? vt *l. huiuſm. § ſi ita 84. ĵ. de leg. 1.* Quid ſi finem honeſtum & licitum conditioni adiecit teſtator? *vt l. legatum ciuitati 16. ĵ. de vſufructu legato.* Quid ſi poſt impoſſibilẽ ſciuit, & tamẽ eam factis codicillis confirmauit: vt poſt Angel. & Aretinum tenet Iaſon? Quid ſi incertus fuit, impoſſibilem eſſe eam conditionem? vt Bartolus notat in *l. ab omnibus 104. §. in teſtam. ĵ. de leg. 1.* (à quo Raphaël diſſentit.) Quid ſi de libertate: *vt l. cum tale. 72. § falſam, inf de cond. & d mon. l Stichus 24. inf. de ſtatulib.* Quid ſi de pia cauſa agitur? arg. *l. 1. in fi. C. de commun. ſeruo.* Aliud eſſe dicitur.

b *ſub.* in quo relictum erat fideicommiſſum. c *ſub.* ab hærede. d Ingenuus legatum non capit, quod ei vt liberto relictum eſt: & ſi ceperit, tenetur condictione indebiti.

e Cur erit? Nempe quòd teſtatoris verba interpretari nos oporteat, ex eiuſdem teſtatoris ſententia & opinione. *l. quo loco 20. §. 1. ĵ. de heredib. inſtit.* Vnde notant teſtimonia inter ſe contraria, vna parte ſuſtineri poſſe, ſi vna parte, id quod verum ſit, ſpectabitur: altera verò id quod in opinione. f non acceptilatione, non in rem pacto, ſed in perſonam. *Accur l. 32. §. 1. ſ. eo.* aliàs liberatur reus *l. 13. §. 7. ĵ. de acceptil.* g Quod fideiuſſor ſoluit iure liberatus id ipſe condicere poteſt. Quod reus promittendi principalis poſt eidem creditori ſoluit, non poteſt. At ſolutio facta iam erat creditori per fideiuſſorem facta quidem, ſed contra ius vnde irrita. Solutio autem irrita fideiuſſoris, nullam diſſoluit rei principalis obligationem. Nullam, hoc eſt neque naturalem, neque ciuilem. Natura debuit, quia accepit: ciuili iure debuit, quia ſtipulanti promiſit.

h Pacto liberati fideiuſſoris per errorem ſolutio, rei principalis debito non eſt imputanda. i Stipulationi ineſſe vinculum etiam naturale, hinc colligitur, ſeu ex ſtipulatione etiam oriri naturalem obligationem, licèt ſtipulatio ſit iuris ciuilis. *§. de conſtituta. 9. Inſt. de actionibus.* hoc ideo, quòd ſtipulatio ſine conſenſu fieri non poſſit, & quæ conſenſu perficiuntur, ea iuris ſint gentium & naturæ *l. 1. §. 1. ſ. de pactis.* k diffusè hanc legem interpretantur Bart. Albert. & Iaſ. vide etiam ad hanc legem Ant. Fabrum 4. *coniectur. vltimo.*

l Quod lite conteſtata & adhuc manente iudicio, verus debitor ſoluit, repetere non poteſt: quia ſiue abſolutus, ſiue condemnatus ſoluerit, repetere non poſſit. At iniquum dixeris eum qui ſententia iudicis abſolutus ſoluerit, ſolutum repetere non poſſe? Iniquum non eſt: cum id quod natura (hic. n. agitur de vero debitore, *ibi, verum debitorem, ſ. eo.*) debuit, ſoluerit. At ſententia iudicis abſolutus fuit? ſententia, qua verus debitor abſoluitur, naturalem obligationem non tollit. arg. *l. 1. C. de leg. l. placuit. C. de iudiciis: l. 1. ĵ ſi quis teſtamento.* Solutum non repetitur, quod vel ſola natura debitum fuit, licèt iure ciuili indebitum. Id vt melius intelligamus, iungendus eſt ſuperiori is qui ita promiſit: Centum dabo, ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit. *verſ. ſimilémque*: promiſſio hæc duab. condition. contrariis conſtat. Quod ita promittitur, purè debetur: vt ſi ſoluatur, repeti non poſſit. *l. neceſſario. §. 1. ĵ. de periculo & commod. rei venditæ.* ex vna cauſa alterius ſolutionis origo proficiſcitur, *vt hic.* hoc eſt, quod ex vna earum ſolutum ante diem dicetur, ex altera rectè ſolutum intelligetur; ſi ex priore perperã ſolutum dixeris, ex poſteriore non inutiliter ſolutum dixeris: quod ex vna deficit, ex altera ſuppletur. Vtrauis cauſa ſolutum fuerit, ſi non ex hac ſubſiſteret ſolutio, ex illa rectè ſubſiſteret. m Ciuilis tolli per ſe ſola poteſt, manente naturali, *vt hic.* & naturalis, manente ſola ciuili, veluti pacto de non petendo. Duplex itaque ciuilis obligatio, vt & naturalis Naturalis ciuilis, quæ actionem parit: & naturalis, quæ inhibet repetitionẽ. Cuia. ad *l. 127. ĵ. de verb. obl.* n An idem in teſtamentis non idem. *Gl. d. §. 1. Iaſ. hic, n. 4. & 27.* o hæc verba paulò antè interpretatus ſum. p *v. l. ſi minor ab hered.* q Non ſolum ipſi ſoluenti, (puta tutori eiuſque pupillo) datur indebiti condictio, ſed & his ad quos ex poſt facto (vt ſunt etiam creditores patris pupilli) negotiũ cœpit pertinere. *Iaſ.* facit *l. 5. ſ. eo.* r Stipulationi ineſſe etiam naturalem obligationem, hinc colligitur. ſ poteſt enim deduci in ſtipulationem arg *l. 23. C. de fideic.* t *ſub.* cum effectu u Debitum natura à ſciente promiſſum vel ſolutum, debetur & non repetitur. x *l. 21. §. 1. ſ. de inofficioſ.* y *l. 5. §. 14. ĵ. de donat. inter virum.* z Fidem bonam qui agnoſcit, licet

non ſit obligatus non repetit: ſed & hoc additur: Æquũ, eſſe bonam fidem etiam præſtare in iis, ad quæ præſtãda iure ſtricto non ſit obligatus. Inde fieri, vt ex æquo, & bono, ex nudo pacto obligatio & actio oriatur. licet aliud ſit ſtricto iure. *l. iuriſgentium 7. §. ſed cùm nulla ſ. de pactis.*

a *l. 72. §. vlt. l. 73. ſ. de ſolut.*

b Speciei non integræ ſolutio, liberationem non inducit.

c Imò liberatur. *l. 92. in fin ĵ. de ſolut.*

d Quid ita? qui dat ſtatuliberum hominem, eum non in plenum facit accipientis, quia ſtatuliber eueniente cõditione libertatis, libertatem adipiſcitur. *v. l. 5. l. 25. l. 33. ĵ. de ſtatulib.*

e *In plenum* alicuius hominem facere, eſt totum facere alterius.

f Dominus obligatur ſeruo naturaliter, eáque obligatio ſequitur ſeruum etiam manumiſſum *Iaſ.*

g Seruo natura obligatur dominus: iure gentium neque obligari, neque debere poteſt, nec ciuili, vide Senec. 2. *de beneficiis* 19.

h Libertas à natura cuique eſt: vnde Natura omnes liberi ſumus, *l. 1. ſ. de his qui ſunt ſui. Inſtit. de libertinis.* Natura omnes æquales ſunt *l. quod attinet. 32. inf. de regul. iuris.* Natura eſt omnibus communis, & ideo parricidij tenetur qui parentes naturales ſeu ſeruos occidit, ac ſi legitimos occidiſſet. *l. 12. §. 2. inf. de accuſat.*

i Dominatio, κυριότης dominica poteſtas, vel domino ſubiici, quod eſt δουλεία ſeruitus, ius ſeruitutis. k Libertas vt iure naturali continetur, & ſeruitus iure gentium (quod & ipſum naturale eſt) ita & in condictionum quæſtione, debitum & indebitum naturaliter accipitur id eſt, iure gentium, non ciuiliter & indebitum quidem natura condicitur: debitum natura, non condicitur. Cuiac. *ad tit. de iure perſonarum.* * l In ſumma ſeu quiſſummariè dicit, aut dicere iuſſus eſt. omnia membra, omnes præcipuas partes complecti, nullas denique id genus omittere debet. m Tranſactionis, cauſæ, conditionis, rei, ſiue litis, & indebiti differentia. n *§. 1. ĵ. eo.* o *§. 2. ĵ eo.* p *§. 3 ĵ eo.* q *§. 4. inf. eod.*

r *§. 8. ĵ. eo.* quia debitum putaui, debitum tamen non fuit.

ſ id eſt, lis: hinc apparet verbum *tranſactionis*. hic impropriè ſumi: eſt enim tranſactio rei litigioſæ. *l. 1. ſ. de tranſact.* Alij, vt Accurſius *rei* vocabulo debitum hic intelligunt. Quin, hoc ex loco, notant beneficium legis ſecundæ, *C. de reſcind. vend.* in tranſactionis contractu non dari, de quo vide Sociuum *reg. 220. & 436.* t vt & in proximo caſu. vide *l. 2. C. eod.*

u Tranſactionis cauſa datum, ideo non repetitur, quòd dari intelligatur ob cauſam veram: nempe vt à lite diſcedatur. x Tranſactio ipſo iure nulla eſt, quæ euidenti aduerſarij calumnia interpoſita eſt, *vt hic.* ſecus ſi tacita calumnia interceſſit: aut non ita euidens. *l. ſub. prætextu. 19. C. de tranſaction.*

y ambitio. *l. 1. C. de tranſact.* z Tranſactio, ſtricti quidem iuris eſt: ſi tamen dolus tranſigentis euidens in ea fuerit, ipſo iure nulla fuerit.

a & repetitio. *Haloand.* aliàs quæri poteſt, quando tranſactio imperfecta dicitur. b *al.* donare. c etiamſi dandi falſa cauſa ſit condictio impeditur *l. 52. ſ. eod.* d vel teſtamenti *l. 2. ſ. de condict. cauſa dat.*

e *quanquam non contrahendi*, vt ſit ſenſus: Ea quæ dantur conditionis implendæ cauſa, ab hærede ſcripto omiſſa hereditate, quaſi ob rem data, re non ſecuta condici. Cuiac. ad *l. 19. ĵ. de vſucap.* adde *l. 34. ſ. eod.*

f adde *l. 61. ſ. eod.*

g futuram: quæ non ſecuta, quæque vel mihi vel alteri vtilis. *l. 52. ſ. eod.*

h *l. 1. §. penult. ſ. de cond. ob turp.* i *l. 15. l. 26. §. 13. ſ. eod.*

k Cur? fructus ſunt, qui deducta impenſa ſuperſunt. l Bonitas in frumento indebitè dato ſpectatur, non ſola menſura, vel quantitas *l. 3. ſ. de reb. cred.* m indebitè, ſcilicet idque vel à me, vel alio concedente. Si ab alio habueris, eique ſolueris, ſatis tutus es, *l. 55. ſ. eo.* ſi à me ſub ſpe tamen recipiendæ penſionis, recurretur ad arbitriũ boni viri: arg. *l. 2. ĵ. de variis.* Quid ſi ab inquilino, pignori domum meam habeas, an tanti mihi teneberis, quanti cõducturus fuiſſes: vt vult Speculator; an quanti locari cõmuniter potuiſſet: vt alij volunt. *v. Iaſ. hic.* In ſumma qui indebitè domum meam inhabitat, ex bona fide penſionem reſtituere debet: non quãti locaturus fuiſſẽ, ſed quãti ipſe fuiſſet ab alio conducturus. *vt hic.*

quidem quanti locare potui, ſed quanti tu conducturus fuiſſes *a*.

8 ¶ Si ſeruum indebitum tibi dedi, eúmque manumiſiſti, ſi ſciens hoc feciſti, teneberis ad pretium eius: ſi neſciens, non *b* teneberis: ſed propter operas eius liberti, & vt hereditatem eius reſtituas.

9 ¶ *Indebitum c* eſt non tantùm, quod omnino non debetur, ſed & quod alij debetur, ſi alij ſoluatur: aut ſi id, quod alius debebat, alius *d*, quaſi ipſe debeat, ſoluat.

Ratio & effectus huius condictionis.

66. *Papinianus* lib. 8. Quæſtionum.

HÆc condictio *e* ex bono *f* & æquo *g* introducta, quod alterius apud alterum ſine cauſa deprehenditur, reuocare conſueuit.

De conditione libertatis legatæ. 1. Si tutor plus ſolueris. 2. cui ex duobus idem debitum ſoluentibus repetitio datur. 3. De pacto pariationi adſcripto. 4. an reſtitutio minoris, ne ſoluat proſit, vt ſolutum repetatur.

67. *Scæuola* lib. 5. Digeſtorum.

STichus teſtamento eius, quem hominum ſuum arbitrabatur, libertate accepta, ſi decem annis ex die mortis annuos decem heredib. præſtitiſſet, per octo annos præfinitam quantitatem, vt iuſſus erat, dedit, poſtmodum ſe ingenuum comperit: nec reliquorum annorum dedit: & pronuntiatus eſt ingenuus: quæſitum eſt, an pecuniam, quam heredibus dedit, vt indebitam datam repetere, & qua actione poſſit? Reſpondit, ſi eam pecuniam dedit, quæ neque ex operis ſuis, neque ex re eius, cui bona fide ſeruiebat, quæſita ſit, poſſe *i* repeti *k*.

1 ¶ Tutor creditori pupilli ſui plus *l*, quàm debebatur, exſoluit *m*: & tutelæ iudicio *n* pupillo non imputauit *o*: quæro, an repetitionem aduerſus creditorem haberet? Reſpondit, habere.

2 ¶ Titius cum multos creditores haberet, in quibus & Seium, bona ſua, priuatim facta venditione, Mæuio conceſſit, vt ſatis creditoribus faceret *p*: ſed Mæuius ſoluit pecuniam Seio tanquam debitam, quæ iam à Titio fuerat ſoluta: quæſitum eſt, cùm poſtea reperiantur apochæ *q* apud Titium debitorem, partim ſolutæ pecuniæ, cui magis repetitio pecuniæ indebitæ ſolutæ competit, Titio debitori, an Mæuio, qui in *r* rem ſuam procurator factus eſt? Reſpondit ſecundùm ea quæ proponerentur, ei *ſ*, qui poſtea ſoluiſſet.

3 ¶ Idem quæſiit, an pactum, quod in pariationibus *t* adſcribi ſolet *u* in hunc modum, *ex x hoc contractu nullam y inter ſe controuerſiam amplius eſſe*, impediat repetitionem? Reſpondi, nihil proponi, cur impediret *z*.

4 ¶ Lucius Titius Gaio Seio minori annis viginti quinque pecuniam certam credidit, & ab eo aliquantum vſurarum nomine accepit *a*: ‖ & ‖ Gaij Seij minoris heres aduerſus Publium *b* Mæuium à præſide prouinciæ in integrum reſtitutus eſt, ne debitum hereditarium *c* ſolueret. ‖ & ‖ nec *d* quicquam de vſuris eiuſdem ſortis, quas Seius minor annis vigintiquinque exſolueret, repetendis tractatum eſt apud præſidem *e*, aut ab eo eſt pronuntiatum: quæro, an vſuras, quas Gaius Seius minor annis vigintiquinque quoad viueret, creditori exſoluerat, heres *f* eius repetere poſſit? Reſpondit, ſecundùm ea, quæ proponerentur, condici id *g*, quod vſurarum nomine defunctus ſoluiſſet, non poſſe.

¶ Item quæro, ſi exiſtimes repeti non poſſe, an ex alio debito heres retinere eas poſſit? Reſpondit, ne hoc quidem.

DE CONDICTIONE SINE CAVSA *b*. TIT. XII.

De promiſſione ſine cauſa: & ſolutione indebiti. 1. De cauſa non ſecuta. 2. De promiſſione ſine cauſa. De cauſa finita, vel non ſecuta. 3. De non iuſta cauſa.

Vlpianus lib. 43. ad Sabinum.

EST & hæc ſpecies condictionis, ſi quis ſine cauſa promiſerit, vel ‖ ſi ‖ ſoluerit quis indebitum *c*. qui *d* autem *e* promiſit ſine cauſa, condicere quantitatem *f* non poteſt, quam *g* non dedit: ſed ipſam *h* obligationem.

1 ¶ Sed etſi ob cauſam promiſit, cauſa tamen ſecuta non eſt, dicendum eſt, condictionem locum habere.

2 ¶ Siue ab initio ſine cauſa promiſſum eſt, ſiue fuit cauſa promittendi, quæ finita eſt, vel ſecuta non eſt, dicendum eſt, condictioni locum fore.

3 ¶ Conſtat id demum poſſe condici alicui, quod vel non ex iuſta cauſa ad eum peruenit, vel *i* redit *k* ad non iuſtam cauſam.

De fullone.

2. *Idem* libro 32. ad Edictum.

SI fullo *l* veſtimenta la Banda *m* conduxerit *n*, deinde, amiſſis eis, domino pretium, ex locato conuentus *o*, præſtiterit, poſteáque dominus inuenerit *p* veſtimenta, qua *q* actione debeat conſequi pretium *r*, quod dedit? Et ait Caſſius, eum non ſolum ex conducto agere, verùm condicere domino poſſe. Ego puto, ex conducto *ſ* omnimodo eum habere actionem: an autem & condicere poſſit, quæſitum eſt; quia non indebitum dedit: niſi fortè, quaſi ſine cauſa datum, ‖ ſic ‖ putamus condici poſſe: etenim veſtimentis inuentis, quaſi ſine cauſa datum videtur *t*.

De obligato ſine cauſa.

3. *Iulianus* lib. 8. Digeſtorum.

QVi ſine cauſa obligantur, incerti condictione conſequi poſſunt, vt *u* liberentur: nec *x* refert, omnem quis obligationem ſine cauſa ſuſcipiat, an maiorem *y*, quàm ſuſcipere eum oportuerit: niſi *z* quòd aliàs condictione id agitur, vt omni obligatione liberetur *a*: aliàs, vt exoneretur *b*: veluti qui decem promiſit. Nam ſi quidem nullam cauſam promittendi habuit, incerti condictione conſequitur, vt tota ſtipulatio accepto fiat: at ſi, cùm quinque promittere deberet, decem promiſit, incerti *condictione* conſequetur, vt in quinque liberetur.

De dato ſine cauſa, & de cauſa non ſecuta.

4. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum *c*.

NIhil *d* refert *e*, vtrúmne ab initio ſine cauſa quid datum ſit, an cauſa, propter quam datum ſit, ſecuta non ſit.

De pecunia in dotem ob nuptias illicitas, quæ ſecutæ non ſunt, data.

5. *Papinianus* lib. 11. Quæſtionum.

AVunculo *f* nuptura *g*, pecuniam in dotem dedit *h*,

a quod ex perſona & qualitate habitantis iudex æſtimabit.
b vide quæ ſcripſi ad *l.91. §. 2. inf. de verb. obl.*
c Indebitum varijs modis tibi ſoluo, vel quod omnimodo tibi non debetur, vel quod alij debetur, non tibi, vel quod alius tibi debet, non ego. Eſt igitur indebitum ſimplex, & ſecundum quid.
d putà heres, *l.5. C. eod.*
e An indebiti? an ſine cauſa? Indebiti, vt hæc lex titulo reſpondeat. Indebitum à me ſi accepiſti, ſine cauſa etiam accepiſti.
f Condictio ex æquo & bono introducta reuocat quod alterius ſine cauſa apud alterum deprehenditur.
g *l.65 §.4. ff. eo. v. l.25. in fi. ff. rer. amot.*
h Octo qui etiam annis indebitum ſoluit, repetere poteſt, *Iaſon.*
i datum pro libertate, ſeu pro conditione implendæ relictæ ſibi libertatis ab eo qui reperitur ingenuus, repetitur, *Bart.*
k an condictione ob cauſam futurã, vt Accurſius & Caſtrenſis putant? An indebiti, vt Bartolus, Albericus, Fulgoſius, Iaſon? hoc verius & ad titulum magis.
l vide *l.13. §.2. ff. de adminiſt. tut.*
m pecunia ſua vel pupilli eiuſque nomine.
n Contrario vel directo.
o quod per tutorem non eſt rationibus pupilli adſcriptum, ad rationem tutoris pertinet: & ſic quod indebitum pupilli nomine ſoluit tutor, neque imputauit pupilli rationibus, id ipſe tutor exigere poteſt. *Iaſ.*

a Reſtitutio in integrum ad vſuras conſequendas impetrari poteſt: antequam tamen impetrata ſit reſtitutio, earum nomine compenſatio obiici non poteſt: cùm nullo iure debeantur, licèt deberi ſperentur. Vnde notant reſtitutionem in integrũ incidenter iure compenſationis opponi non poſſe. Sed & hic colligunt, Quæ ſpeciali iure impetrari ſolent, ea negligi antequam impetrata ſint. arg. *l.4. in fi. ff. de fideicom. lib. l. exceptiones quæ perſonæ 7. inf. de exceptionibus.*
b *lib.4. C.9.*
c Condictio ſine cauſa, generaliſſima eſt: cùm contineat in ſe condictionẽ indebiti *vt hoc tit.* & condictionem ob cauſã, quæ ſequuta poſtea non eſt. §.1. *inf. eod.*
d Condicimus ſine cauſa quantitates & obligationes: quantitates, numeratas: obligationes, quantitatis nõ numeratæ.
e ex hac aduerſatiua quidam colligunt: Condictionem indebiti non dari ad promiſſa non ſoluta: hoc eſt, non ad incerta: cùm hic locum habeat condictio ſine cauſa.
f Cur? Priuatio indebitum præſupponit. *l.116. ff. de verb. obl. l. manumiſſiones, ff. de Iuſtitia.*
g Condici pecunia non poteſt, niſi data ſit.
k vide *l.3. ff. eod.*
i *l.54. ff. de cond. indeb. l.6 ff. de donat. inter virum.*
k Cauſa redacta ad non cauſam, non retinendi non paria

p & ſuperfluum accipientis eſſet.
q Apocha, ſoluenti: antapocha, recipienti datur, vide *l. plures apochis 19. C. de fide inſtrum.* r Procurator in rem ſuam etiam à reo poteſt conſtitui: adde Accurſium *in l. ſi actor. 29. ff. de procur.* ſ ex duobus idem debitum ſoluentibus, vltimo ſoluenti competit condictio. adde *l.25. ff. eo.* t i. computationibus hinc & inde ita factis, vt nihil debeatur. adde *l.81. inf. de cond. & demonſt. l.40. in fin. inf. de ſtatulib. Pariatio* eſt cum par eſt ſumma accepti & dati. u ab eo qui ſoluit indebitum per errorem *d. l.40. §.3.* x *l.13. C. de ſolut.* y Generalis remiſſio non extenditur ad ea de quibus non eſt cogitatum. z quia in omni promiſſione & renuntiatione, verbi gratia exceptionis non numeratæ pecuniæ, clauſula *ſaluo iure erroris* intelligitur. Nec enim actus agentium vltra eorum intentionem valere debent: quin etiam nullus conſenſus errantis eſt. Dices, renunciantem condictionem indebiti in genere non ignoraſſe, cum renuntiaret? reſpondeo eandem cauſam erroris quæ principales promiſſiones irritas facit & ſolutiones, eandem quoque renuntiationes erroris proponendi in ipſis principalibus irritas facere. Verum ætas peior auis mox datura progeniem vitioſiorem, remedium iſtis attulit: dum plus æquo vigilantes notarij, inſtrumentis inſerunt vnam & alteram clauſulam. *Talis ſciens* (vide *l.76. inf. de regulis*) *ſe ad inf. ſcripta non teneri. promiſit.* Item *ſi poſthac apparuerit prædicta indebitè vel ſine cauſa ſoluta: ex nunc prout ex tunc dedit & donauit, l.6. C. de ſolut. quicquid per condictionem indebiti, vel ſine cauſa, vel prætextu cuiuſcunque erroris poſſet repetere. Iaſ.*
a hinc duæ naſcuntur quæſtiones; vna, an minori eiuſque heredibus detur reſtitutio aduerſus creditores: reſpondetur dari. vide *C. ſi aduerſus cred. l.6. ff. de in integr.* Altera, an reſtitutio aduerſus ſortem heredibus conceſſa, ad vſuras ſortis iam illatas condicendas aut compenſandas extendatur? reſpondetur, non extendi.
b L. Titium. *Hot. 5. obſ. 13.* c ſeu principale, vel ſortem. d Iudex nihil ex ſuo officio in iudicio reſtitutionis in integrum ſupplere poteſt.
e cognoſcentem de cauſa reſtitutionis in integrum. f Reſtitutionis beneficium competens minori, tranſit ad eius heredem, *l. non ſolum 6. ſupra de in integrum.*
g Reſtitutio legitima rei principalis ad eius acceſſiones extenditur: *Authentica, Idem. C. de hereticis.* An idem in reſtitutione hominis? non idem. Romanus *ſingulari 545. vel 543.*

addé §.2. ff. eo. l *l.13. §.6. ff. locati:* κναφεύς. *l.1. §. pen. ff. de via publ. l.12. l.82. ff. de fur.* adde *l.13. §. fin. ff. de vſufr. l.3. ff. de aqua pluuia.*
m lauantur autem creta quo ordine, quoque modo præſcripſit lex Metella, fullonibus dicta: nam & hæc res curæ fuit maioribus, auctore Plinio *l.35.* vide Cuiac. 11. *obſ. 8. cogere & conciliare* verba fullonibus vſitata τὸ σωπιλεῖν, πιέζειν ἢ συμπατῆσαι. Titinius, terra hæc noua eſt, quaſi vbi tu ſolitus pedibus argutarier, dum compeſcis cretam & veſtimenta eluis; hinc ſaltus fullonius Senecæ *epiſt. 15.* Hæc Ioſephus Scalig. *ad Varron. 5. de ling.*
n Conduxerit, id eſt, in ſe receperit: vt mercedem acciperet: & ita in operis conductor mercedem accipit: in rerum & fundorum conductionibus, mercedem numerat. o Solutum per ſententiam, cuius cauſa reducta eſt ad non cauſam, repeti poteſt; qua in ſpecie in ipſa ſententia iniquitas non notatur, ſed cauſæ ceſſatio. p Pretio veſtimentorum amiſſorum recepto à fullone, poteſt etiam ipſe dominus veſtimenta reperta furi condicere.
q an ex conducto? an condictione ſine cauſa? An vtraque, ſeu alterutra?
r In contractibus bonæ fidei venit ex æquo & bono etiam id de quo cogitatum non eſt. Hoc enim in contractu fullo de mercede à domino veſtimentorum accipienda tantum cogitauerat, & tamen pretium veſtimentorum quod locatori dedit condicit. adde *l. ſi is qui 13. in fi. l. in commodato. 17. in fi. ff. commodati.* de quo contractus ipſius initio non cogitauit. ſ Ad reſoluendum contractum, agi poteſt actione ex eo contractu deſcendente. t vel potius ratio redit ad non iuſtam cauſam, *l.1. in fi. ſupr. eo.* u *l.1. ff. eod.* x Totius ad totum, eadem, quæ partis ad partem ratio eſt *l. quæ de tota. 76. ff. de rei vind. l. an pars. 3. ff. pro derelicto. l. ſeruus 14. ff. de adquir. poſſ.* & diuiſio. *l. tres 55. inf. de adm. tut.* Cuius ſententiæ exceptiones vide hic apud Iaſonem y *l.4. C. de condict. ob cauſ. dat.*
z Libelli alia ratio eſt in totius & partis petitione.
a quoties totum ſine cauſa promiſit.
b quoties partem ſine cauſa promiſit.
c vide Cuiac. in hanc legem *8. ad Afric.* d in condictione ſine cauſa ſcilicet quia hæc ſemper datur. ad hæc paria ſunt ab initio tale eſſe, vel ex poſt facto tale fieri. *l.1. §.2. ſup. eod.* e ex cauſa quæ non ſit ſecuta, & ſine cauſa aliquid habere paria ſunt. f Datum ob cauſam iure impoſſibilem, quæ tamen ſecuta fuerit, repetitur ab ignorante datum *c.1. c. ſi neceſſe. de donat. inter virum. v. l.38. ff. de ritu nupt.* Hi tamen factum ſciuerunt, & g contra iuris regulas. ignorarunt. k ei ſcilicet.

neque

neque nupſit, an eandem repetere poſſit, quæſitum eſt? Dixi, cùm ob turpem cauſam dantis & *a* accipientis pecunia numeretur, ceſſare condictionem: & in delicto *b* pari potiorem eſſe poſſeſſorem. quam rationem fortaſſis aliquem ſecutum, reſpondere, non habituram mulierem condictionem: ſed rectè defendi, non *tam* turpem cauſam in propoſito *c*, quàm *d* nullam fuiſſe; cùm pecunia, quæ daretur, in dotem conue[n]ti nequiret *a*. non *b* enim ſtupri, ſed matrimonij *c* gratia datam eſſe.

1 ¶ Nouerca priuigno, nurus ſocero pecuniam dotis nomine dedit, neque nupſit, ceſſare condictio prima facie videtur: quoniam iure *d* gentium inceſtum *e* committitur. atquin ‖ vel ‖ magis ea in ſpecie, nulla *f* cauſa dotis dandæ fuit. condictio igitur competit.

a *l.3.de condictione ob turpem.*
b *v.l.2 C.de cond. ob turpem.*
c. i. quæ deſtinauit auunculo nubere, eique pecuniam eo nomine in dotem dedit, non tam ex turpi, quàm ex nulla cauſa, id facere videtur. Ideóque hæc dandi ſpecies non eſt cōparanda cum ea cauſa, ex qua datur aliquid turpiter.
d Cauſæ turpis, & nullius differentia, Turpe & nullum ſeparantur.

a quia nuptiæ prohibitæ dotem non habent, §. 12. *de Inſt.de nupt.*
b Titulus coloratus excuſat maleficium, verbis tantùm contractum: non tamen re ipſa perfectum. adde *l. ſi adulterium cum inceſtu 38. ȷ. de adulteriis.*
c i. alia ob turpem cauſam, alia ob matrimonium dādi & repetendi cauſa eſt.
d *l.vlt.ȷ.de ritu.*
e inter huiuſmodi perſonas, *l.17.C.de nupt.*
f i. hic idem dicēdum eſt quod in caſu ſuperiore huius legis dictum eſt.

LIBER DECIMVS-TERTIVS.

DE CONDICTIONE FVRTIVA *a*.

Cui datur hæc actio.

Vlpianus lib. 18. ad Sabinum.

IN furtiua re, ſoli domino *b* condictio competit.

De furioſis & infantibus.

2. *Pomponius* lib. 16. ad Sabinum.

Condictioni *c* ex cauſa furtiua & furioſi, & infantes obligantur *d*, cùm *e* heredes neceſſarij exiiterunt, quamuis cum eis agi non poſſit *f*.

De ſeruo condicendo.

3. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

SI condicatur ſeruus ex cauſa furtiua, id venire in condictionem certum eſt, quod intereſt agentis: veluti ſi heres ſit inſtitutus *g*, & periculum ſubeat dominus hereditatis perdendæ. quod ‖&‖ Iulianus ſcribit.

¶ Item ſi mortuum hominem condicat, conſecuturum ait pretium hereditatis *h*.

De ſeruo & filiofamilias.

4. *Vlpianus* libro 41. ad Sabinum.

SI ſeruus, vel filiusfamilias furtum commiſerit, condicendum eſt domino *i* id, quod ad eum peruenit. in reſiduum, noxæ ſeruum dominus dedere poteſt.

5. *Paulus* lib. 9. ad Sabinum.

EX furtiua *k* cauſa filiofamilias *l* condici poteſt *m*. nunquam *n* enim ea condictione alius, quàm qui fecit *o*, tenetur, aut heres eius.

6. *Vlpianus* lib. 38. ad Edictum.

PRoinde & ſi ope *p*, conſilióve alicuius furtum factum ſit, condictione non tenebitur: & *q* ſi furti *r* tenetur.

De furti deciſione. 1. De concurſu huius actionis, & aliarum. 2. De herede furis. De interitu rei furtiuæ.

7. *Idem* lib. 42. ad Sabinum.

SI pro fure damnum deciſum *ſ* ſit, condictionem non impediri *t*, veriſſimum eſt. deciſione *u* enim furti quidem actio, non autem condictio tollitur.

1 ¶ Furti *a* actio pœnam *b* petit legitimam, condictio rem ipſam. ea res facit, vt *c* neque furti actio per condictionem, neque condictio per furti actionem conſumatur. is itaque, cui furtum factum eſt, habet *d* actionem furti, & condictionem, & vindicationem: habet & ad exhibendum actionem.

2 ¶ Condictio rei furtiuæ quia *e* rei habet perſecutionem, heredem *f* quoque furis obligat: nec tantùm, ſi viuat ſeruus furtiuus: ſed etiam ſi deceſſerit. ſed & ſi apud furis heredem diem ſuum obiit ſeruus furtiuus, vel non apud ipſum, poſt mortem tamen furis, dicendum eſt condictionem aduerſus heredem durare.

¶ Quæ in herede diximus, eadem erunt & in cæteris ſucceſſoribus *g*.

De interitu. 1. Et æſtimatione rei furtiuæ. 2. De fructibus.

8. *Idem* libro 27. ad Edictum.

IN re furtiua condictio ipſorum corporum competit. ſed vtrum tamdiu, quamdiu extent: an verò & ſi deſierint eſſe in rebus *h* humanis? Et ſi quidem obtulit fur, ſine dubio nulla erit condictio. Si non obtulit, durat condictio æſtimationis *i* eius: corpus enim ipſum præſtari non poteſt.

1 ¶ Si ex cauſa furtiua, res condicatur, cuius temporis æſtimatio fiat, quæritur, placet tamen, id tempus ſpectandum, quo *k* res vnquam plurimi fuit: maximè cùm deteriorem rem factam fur dando non liberatur. * ſemper *l* enim moram fur facere videtur *m*.

2 Nouiſſimè dicendum eſt, etiam fructus in hac actione venire.

Quatenus heres tenetur.

9. *Idem* libro 30. ad Edictum.

IN condictione ex cauſa furtiua non pro parte, quæ peruenit, ſed in ſolidum *n* tenemur, dum ſoli heredes ſumus. pro parte autem heres, pro ea parte, pro qua heres eſt, tenetur.

De fure. 1. De bonorum raptore. 2. De re alienata. 3. vel legata.

10. *Idem* lib. 38. ad Edictum.

SIue manifeſtus fur, ſiue nec manifeſtus ſit, poterit ei condici. Ita demum autem manifeſtus *o* fur condictione tenebitur, ſi deprehenſa non fuerit à domino poſſeſſio eius. Cæterùm * nemo furum condictione tenetur, poſteaquam *p* dominus ‖ poſſeſſionem ‖ apprehendit. & ideo Iulianus, vt procedat in fure manifeſto tractare de condictione, ita proponit: furem deprehenſum, aut occidiſſe, aut fregiſſe, aut effudiſſe id quod interceperat.

1 ¶ Ei quoque *q*, qui vi bonorum raptorum *r* tenetur, condici poſſe, Iulianus libro 22. Digeſtorum ſignificat.

2 ¶ Tamdiu *ſ* autem condictioni locus erit, donec domini facto dominium eius rei ab eo recedat, & ideo ſi eam rem alienauerit *t*, condicere non poterit.

3 ¶ Vnde Celſus libro 12. Digeſtorum ſcribit, ſi rem furtiuam dominus purè *u* legauerit furi, heredem ei condicere non poſſe.

¶ Sed & ſi non ipſi furi, ſed alij, idem dicendum eſt, ceſſare condictionem, quia dominium facto teſtatoris, id eſt, domini, diſceſſit.

a 4.C.8. condictio hæc dominis datur odio furum, aliàs dominus rem ſuam non condicit, §. *ſic itaque diſcretis* 14. *Inſt.de actionib.* Datur heredi, *l.10.in fin.l.11.ȷ.eod.* facit *l.cum heredes* 23.ȷ. *de acq.poſſ.* datur & tutoribus nomine pupilli: datur & quaſi dominis ſeu vtile dominiū habentibus. *l.1.* §. *ſi ager vectigal.* interim nota hanc actionem differre ab actione furti, *v.l.7.§.1.ȷ.eod.*
b *v.l.11 ȷ. eo.*
c *al.* condictione.
d Imò, non obligantur, *l. quod infans. 60.* §. *de rei vind.* Dic in delictis quæ ex re deſcendunt, obligari, *l.furioſus. 46. ȷ. de oblig.* vel obligantur vt heredes, non ex proprio facto, *l, impuberem. ȷ. de furtis.*
e licèt aliàs furtū non committere intelligantur.
f ſed cum eorum tutoribus & curatoribus, *l.48.in fin. ȷ. de leg.2.*
g id quod intereſt noſtra lucri ratione, ſeu extra rem conſideratur. Imò non conſideratur. *l.2.* §.*portio* 4.ȷ.*ad l. Rhodiam. l. ratio* 3. §. *ſi per venditorem* 3.ȷ. *de action. empt.* An hic caſus ſpecialis: ille generalis? An potius hic id quod intereſt, certum eſt: ibi, incertum? An id quod hic intereſt, circa rem eſt? An quia hic agitur aduerſus furem nō ex non facto, ſed ex re furto ſubtracta? An quia in re mea aliquid facit me inuito?
h *l.53.§.28.ȷ.de furtis.* adde *l.23.§.2.3.*§.*ad l.Aquil.* i vel patri, *l.19.ȷ.eod.*
k obligatur etiam filiusfamilias non tantum ex delicto, *vt hic.* ſed etiam ex contractu, vel quaſi, præterquam ex mutuo & voto, *l.filiusfam.39.ȷ. de oblig.l.1. ȷ.ad SC.Maced.l.2.§.1. ȷ. de pollicitat.* l filiusfamilias obligari ex delicto poteſt, *l.3.§.pen.ȷ.de pecul.* m *ſub.* in ſolidum: non patri, ad quem nihil peruenit.
n *ſub.* etiam noxaliter: licèt in domino ſecus, §.*vlt.Inſt.de noxalib.*
o *ſub.* furtum. p *v.l.13. ȷ. de verb. ſign.* q Condictio furtiua ſtrictior eſt furti actione. Furti actio datur aduerſus cum cuius ope conſilióve furtum factū eſt: condictio verò furtiua non datur. Contrarium videbatur dicendum: hoc eſt, furti actionem, vtpote pœnalem, & magis odioſam, non dari aduerſus eum cuius ope vel conſilio furtum factum eſſet: contrà hanc dari, cùm rei perſecutoria ſit. Differentiæ cauſam vide apud Accurſ. in *l.ſed nec legatarius, 11.ȷ.eod.*
r is cuius ope & conſilio furtum committitur, furti tenetur. adde *l.59.§.19.ȷ. de furt.* ſ hinc illud legis 12. Tab. *Duplione damnum decidito.* licebat enim de furto paciſci. *l.7.§.4 in fin.l.17.§ 1.*§.*de pact.* hinc *l.13.C.de furt.* Poſt deciſionem furti leges agi prohibent. Porrò quod lex 12. Tab. furem domino addixerit, 11. & *ll. vlt.* intellige, niſi quis pro fure damnum decideret, *v.*Cuiac. 10. *obſ.* 11.
t i. extingui. u Pacto tollitur ipſo iure furti actio, at non condictio. Qui de furto paciſcitur, vt ne furti teneatur, hoc tantùm ſibi acquirit, vt ne fur habeatur, at non hoc acquirit, vt ne rem furtiuam reſtituat. A pœna furti liberat ſe: at non à rei furtiuæ reſtitutione: hæc enim diſtant, §.2...*eod.* vt hinc conſtet, Pactum in actione furti interpoſitum, non extendi ad furtiuæ rei condictionem. Cæterum. *deciſionis* verbo, quidam rectè tranſactionem, alij malè ſententiam interpretantur.

a furti actionis & condictionis furtiuæ differētia. Prior pœnam: poſterior rem ipſam tantùm perſequitur.
b *l.vlt.in fin. C.de noxalib.l.12 Cod.de furt.l.1.ȷ.de priuat. delictis.*
c Perſecutoria actio, pœnali: & è contra, non tollitur, quoties ex delicto deſcendunt (cùm vtrúque peti poſſit, & res & pœna (ſecus ſi ex contractu; tunc enim alterutrum petendum, *l.reſcriptum* 10.§.1.§. *de pact. l.apud Celſum 4.* §.*idem Labeo* 5. ȷ.*de dol mal.&met. except.* niſi dictum fuerit *rato manente pacto, l.qui fidem* 16 §.*de tranſact.*
d Furto facto, ei cui furtum factū eſt variæ competunt actiones; actio furti, condictio vindicatio, ad exhibendum actio.
e Ad heredes trāſeunt actiones rei perſecutoriæ.
f Heres furis, furti actione tenetur, adde *l.1. ȷ. de priuatis delict.* adde *l.9. ȷ. eod.*
g Furis ſucceſſores, furti tenentur *vt hic, l.6.* §.1.ȷ.*de furtis.*
h *l.vlt.ȷ.eo.*
i *Reſtitui* clauſula, factum & quidem primò continetur: deinde, id quod intereſt, *Zaſ. 2. Reſponſor.* 20.
k *l.pen.in fin.ȷ.rer. amot. l.2.* §.3.ȷ.*de priuatis delictis.*
l excipe legem 29. *in fin. ȷ. de verbor. oblig.*
m *d.l.vlt.in fin.*
n tentat Cuiacius probare *7.obſ.37.* condictionem furtiuam in heredem in ſolidum non dari; hoc tamen improbat Antonius Faber 4. *coniect.* 1.
o Fur manifeſtus dicitur qui in furto deprehenſus, licèt ei res prærepta non fuerit à domino, *v.l.2.l.3.& ſeq.ȷ.de furtis.*
p *l.54.§.3.ȷ.de furtis.*
q Cur? quia fur eſt, & quidem improbiſſimus. *Inſt.vi bonorum raptorum.*
r *l.1.in fin.ȷ. de cond. tritic.*
ſ *Tamdiu* particula quam vim habeat, v.Caſtrenſem in *l.ſufficit* 56.§. *de cond. ind.* t *l.56.in fin.ȷ.de oblig.& actionib.*
u Secus ſi ſub conditione, *l.14.ȷ. eod.*

26. *Paulus* lib. 39. ad Edictum.

SEd nec legatarius condicere poteſt.* ei enim competit condictio, cui *a* res ſubrepta eſt, vel heredi eius. Sed vindicare rem legatam ab eo poteſt.

Si res mihi ſubrepta, tua maneat, vel non. De rei ſubreptæ æſtimatione.

11. *Vlpianus* lib. 39. ad Edictum.

ET ideo eleganter Marcellus definit lib. 7. ait enim Si res mihi ſubrepta, tua remaneat, condices *b*. Sed & ſi dominium non tuo facto amiſeris, æquè condices.

1 ¶ In communi igitur re eleganter ait intereſſe, vtrum tu prouocaſti communi diuidundo iudicio, an prouocatus es: vt ſi prouocaſti communi diuidundo iudicio, amiſeris condictionem, ſi prouocatus es retineas.

2 ¶ Neratius libris membranarum *c* Ariſtonem exiſtimaſſe refert, eum, cui pignori res data ſit, incerti condictione acturum, ſi ea ſubrepta eſt *d*.

Etiam ſpecies facta ex materia mea venit in hac condictione, & in ea habetur ratio meliorationis facta etiam ſumptibus furis. Bart.

13. *Paulus* lib. 39. ad Edictum.

EX *e* argento ſubrepto pocula *f* facta condici poſſe, Fulcinius ait. Ergo in condictione poculorum *g*, etiam cælaturæ *h* æſtimatio fiet, quæ impenſa furis facta eſt. Quemadmodum, ſi infans *i* ſubreptus adoleuerit, æſtimatio fit adoleſcentis, quamuis cura, & ſumptibus furis creuerit.

De ſeruo fugitiuo ſub conditione legato. 1. An reo cauendum ſit. 2. De boue & eius corio, carne, cornibus. 3. De vuis, muſtoque & vinaciis.

14. *Iulianus* lib. 22. Digeſtorum.

SI ſeruus fugitiuus ſub conditione legatus fuerit, pendente ea, heres *k* condictionem habebit. & ſi lite conteſtata, conditio extiterit, abſolutio ſequi debebit, perinde ac ſi idem ſeruus ſub conditione liber eſſe iuſſus fuiſſet, & lite conteſtata conditio extitiſſet. Nam nec petitoris iam intereſt, hominem recipere, & res ſine dolo malo furis eius eſſe deſiit.

¶ Quod ſi pendente conditione iudicaretur, iudex æſtimare debebit, quanti emptorem *l* inuenerit.

1 ¶ Cauere autem ex hac actione petitor ei, cum quo agitur, non debebit,

2 ¶ Boue ſubrepto, & occiſo, condictio *m* & bouis, & corij, & carnis domino competit. ſcilicet ſi & corium, & caro contrectata fuerunt, cornua quoque condicentur *n*. ſed ſi dominus condictione bouis pretium conſecutus fuerit, & poſtea aliquid eorum de quibus ſupradictum eſt, condicet: omnimodò exceptione ſummouebitur.

¶ Contra ſi corium conduxerit, & pretium eius conſecutus, bouem condicet: offerente fure pretium bouis, detracto pretio corij, doli mali exceptione ſummouebitur.

3 ¶ Idem iuris eſt, vuis ſubreptis *o* nam & muſtum, & vinacia *p* iure condici poſſunt.

De fure manumiſſo.

15. *Celſus* lib. 11. Digeſtorum.

QVod *q* ab alio ſeruus ſubripuit, eius nomine liber furti tenetur *r*. condici autem ei non poteſt *ſ*, niſi liber contrectauit.

De commodatario, & depoſitario.

16. *Pomponius* lib. 38. ad Quintum Mucium.

QVi furtum *t* admittit, vel re commodata *u*, vel depoſita *x* vtendo: condictione quoque ex furtiua cauſa obſtringitur. Quæ differt *y* ab actione commodati hoc, quod etiam *z* ſi ſine dolo malo, & culpa eius interierit *a* res, condictione tamen tenetur: cum * in commodati actione non facilè *b* vltra culpam, & in depoſiti, non *c* vltra dolum *d* malum teneatur is, cum quo depoſiti agetur.

a l. 1. ſ. eod. l. 14. §. 16. in fin. j. de furt. Differentiam interim obſerua ſucceſſoris vniuerſalis & particularis. Huic cōdictio furtiua non datur, illi datur.

b datur enim condictio furtiua dominis contra naturam condictionis, v. l. 1. ſ. eo. l. 1. ſ. in fin. j. de condict. triticar. l. 2. §. 26. j. vi bonorum raptorum.

c Membranarum libros ſeptem hic Neratius ſcripſit.

d quia eius intereſt rem ſaluam eſſe. l. 22. j. de pign. depoſitario verò commodatario, & ſimilibus rei detentatoribus in factum actione, vel officio iudicis conſulitur: bonæ fidei poſſeſſoribus, triticaria l. 2. j. de tritic. Accurſ.

e Furtiua actione condicitur res facta ex materia furtiua quod ſi res nō reſtituitur petitur æſtimatio. Sed & habetur ratio rei melioris factæ furis opera.

f ſub. contrecta, l. 52. §. 14. j. de furtis.

g ſub. peremptorū ante moram purgatam.

h l. 19. §. 11. j. de auro,

i v. l. 67. §. 2. j. de furtis.

k nam pendente conditione heres rei legatæ dominium habet, l. 12. §. 2. ſ. fam. l. 21. ſ. de interrog. l. 34. ſ. de relig. l. 36. ſ. de reb. cred.

l i. quanti vendi poteſt, l. 1. §. 16. j. ad Treb. Valere res quæque dicitur, quantum vendi poteſt.

m v. l. 53. §. 5. j. de leg. 1.

n aliud eſt in vſufructu, nec enim caro & corium mortui pecoris in fructu eſt, l. 30. ſ. quibus modis vſusf. l. 49 in prin. j. de legatis 2.

o l. 52. §. 14. j. de furtis.

De oblatione & nouatione.

17. *Papinianus* lib 10. Quæſtionum.

PArui refert ad tollendam *a* condictionem offeratur *b* ſeruus furtiuus, an in *c* aliud nomen, aliúmque ſtatum obligationis *d* transferatur. Nec me mouet, præſens *e* homo fuerit, necne. Cùm mora, quæ eueniebat ex furto, veluti quadam delegatione finiatur.

De procuratore ſoluente indebitum ſcienti.

18. *Scæuola* lib. 4. Quæſtionum.

QVoniam furtum fit, cùm *f* quis indebitos nummos ſciens acceperit, videndum, ſi procurator ſuos nummos ſoluat, an ipſi furtum fiat. & Pomponius epiſtolarum lib. 8. ipſum condicere ait ex cauſa furtiua. Sed & me condicere, ſi ratum habeam quod indebitum datum ſit, ſed altera condictione altera tollitur.

De filiusfamilias quæ res amouit.

19. *Paulus* lib. 3. ad Neratium

IVlianus ex perſona filiæ, quæ res amouit, dandam in patrem *g* condictionem in peculium reſpondit.

De rei interitu.

20. *Triphoninus* lib. 15. Diſputationum.

LIcet fur paratus fuerit excipere condictionem, & per me ſteterit, dum in rebus humanis res fuerat, condicere eam, poſteà autem perempta eſt *h*, tamen durare condictionem veteres voluerunt: quia videtur qui primò inuito domino rem contrectauerit, ſemper in reſtituenda ea, quam nec debuit auferre, moram *i* facere.

DE CONDICTIONE EX *k* LEGE *l*.

TIT. II.

Paulus lib. 2. ad Plautium.

SI obligatio lege noua *m* introducta ſit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege *n* agendum eſt *o*.

DE CONDICTIONE TRITICARIA *p*.

TIT. III.

De pecunia numerata, & aliis rebus. 1. De re ſua. De re furtiua, vel vi rapta.

Vlpianus lib. 27. ad Edictum.

QVi *q* certam pecuniam numeratam petit, illa actione vtitur, *ſi certum petatur*, qui *r* autem alias res, per triticariam condictionem petet.

¶ Et *ſ* generaliter dicendum eſt, eas res per hanc actionem peti, quæ ſint præter pecuniam numeratam *t*: ſiue in pondere, ſiue in menſura conſtent: ſiue mobiles ſint, ſiue *u* ſoli. Quare fundum quoque per hanc actionem petimus, & ſi vectigalis ſit. Siue ius ſtipulatus quis ſit, veluti vſumfructum *x*, vel ſeruitutem vtrorumque prædiorum.

1 ¶ Rem autem ſuam *y* per hanc actionem nemo petet, niſi ex cauſis, ex quibus poteſt: veluti ex cauſa furtiua *z*, vel re mobili vi abrepta *a*.

a Fur non liberatur condictione furtiua, niſi rem præſentem domino offerat, v. l. 72. §. 3. j. de ſolutionib. Atqui abſentis ſerui poteſt fieri nouatio? vt hac l. v. quæ ſcripſi ad l. 1. j. de contr. empt. Cur non eadem opera liberari poterit ſeruum abſentem domino offerendo?

b l. 9. C. de furtis.

c Nouare dicitur qui in aliud & nouum nomen, veterem obligationem mutat, v. l. 1. j. de nouat.

d putà ſtipulationis, l. 26. §. fin. j. de verb. obl.

e v Cuiac. ad l. 19 in fin. j. de verb. obl.

f l. 38. §. 1. j. de ſolut. adde l. 21. §. 1. j. de furtis.

g v. l. 4. ſ. eo.

h l. 7. §. 2. l. 8. l. 16. ſ. e. l. vlt. C. eo. l. 30. j. de act. empt. l. 1. §. 34. j. de vi & vi armata, l. 46. l. 47. in fin. j de furt. l. 7. C. de cond ob turpem

i l. 8. §. 1. in fin. ſ. eod.

k Condictiones ex legibus tales nasci ſolent. Theoph. §. 24. Inſt. de act. l. 4. C. 9. Actiones in perſonam, aut ciuiles ſunt, aut Prætoriæ, aut ex legibus vel conſtitutionibus, l. 1. C. de quadr. præſcr. circa fin. principij. adde, & ex moribus & ſtatutis, quales ſunt hodie actiones feudales, retractus municipales, & ſtatuta quibus fœminæ maſculis extantibus à ſucceſſione excluduntur. adde nonnunquam ex mente legis dari actionem vtilem, vel in factum. item ex principis reſcripto d. §. 24. quinetiam ex iniquo iure, quale eſt, *vt quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe iure vtatur.*

p Vinacia granula vuarum, interdum & reliquiæ vuæ tortæ. *Colum. & Var.*

q furtum ſi ſeruus alij fecit actione furti in duplum poſt libertatem tenetur, non condictione furtiua, niſi liber contrectauerit. *Syn. Baſ.* 15. *tit.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 10. *cap.* 12.

r quia intereſt maleficia puniri; & ne cum aliena iactura locupletetur. *Bart.*

ſ quia condictio furtiua ſimilitudinem habet cum contractibus: ſeruus autem ex contractibus poſt manumiſſionem non tenetur. *Bart.*

t Furtum facit, qui commodato, vel depoſito, in alium vſum vtitur.

u *v l. 5. §. 8 j. commodati.* x *§ 6. Inſt. de oblig. quæ ex delict.*

y Furtum committit, qui re commodata abutitur Quid? qua actione in hac ſpecie tenebitur furtiua condictione: *vt hic* An eadem illa fuerit quæ commodati non eadem. Nam commodati actione non facilè vltra culpam agitur: furtiua verò condictione, etiam ſi ſine culpa commodatarij qui ea abuſus eſt, res perierit, peti poteſt.

z Si prius quàm fur rem offerat, rem perire contigerit, iuris periculum eſt. *Syn. d tit. c.* 17. a *v. l vlt. j. eo.*

b Commodatarius non facilè vltra culpam tenetur, *vt hic* vt tamen vltra culpam teneatur & hic vt caſum etiam præſtet paciſcendo fieri poteſt: *l.* 7. §. 15. *l.* 27. §. 3. ſ. *de pact.*

c *l.* 13. §. 1. j. *depoſiti*, Depoſitarius non facilè vltra dolum malum tenetur,

d Imò depoſitarius tenetur etiamſi ſine dolo malo res perierit, *l.* 1. §. 25. j. *depoſiti*.

m Lex noua dicitur quæ de nouo introducta. Aliis, lex noua, quæ poſt leges 12. Tabularum lata ſit. n Talis eſt condictio ex lege Iulia, & Cincia, & legibus Talariis, Cuiac. *hic*, & *C. eo.* adde *l.* 35. §. 5. *Cod. de donat.* adde *l.* 46. § 6 *C. de Epiſc.* Tales quoque actiones quæ ex nouo ſtatuto vel conſuetudine noua competunt. o Noua ſcilicet: ſed tamen vtere actione etiam vti poſſumus: niſi noua nominatim id vetuerit, *l.* 41. j. *de oblig.* p *Triticaria* ſic dicta, quòd qui hanc actionem primus dari ſibi poſtulauit, fortè ei res erat de æſtimando tritico. Cuiac. *hic*: & Stephanus Græc. interpr. q Condictio, ſi certum petetur datur ex pecunia numerata: triticaria ex aliis rebus numeratis.

r Differentiam huius actionis ſiue condictionis à condictione ſi certum petetur, obſerua. Illa condictione, certum petimus: hac incertum. ſ Differentiam alteram huius actionis à condictione ſi certum petetur, obſerua: condictione ſi certum petetur, quantitas pecuniæ petitur: hac condictione omnis alia quantitas præter pecuniam t per hanc actionem res immobiles, incertæ, & incorporales petuntur: actione ſi certum petetur, non æquè. In illa iudex inſeruit contractui, arbitrij inops: in hac triticaria rem petitam æſtimat habita ratione loci & temporis Cuiac. *hic*. vt meritò condictionis huius vſus hodie non ſit ſuperuacuus. u Differentiam tertiam obſerua. Condictione ſi certum petetur, pecunia quæ eſt res corporalis & mobilis petitur: hac vero condictione etiam immobilis. *vt hic*. & incorporalis, vt iura *verſ ſiue*. x quia qui vſumfructum ſtipulatur, incertum ſtipulatur, *l.* 57. §. 3. j. *de verb. obl.* y Differentiam quartam obſerua. Condictione ſi certum, rem debitam nobis poſcimus: hac condictione interdum propriam, *vt hic*. eiúſve poſſeſſionem *l.* 2. j. *eod.* z Odio furum receptum eſt, vt furibus etiam res noſtras condicamus, *l.* 1. ſ. *de cond. furt. l.* 9. §. 1. ſ. *de reb. cred.* & creditori, qui pignus non reddit, *l.* 4. §. 1. ſ. *de reb. cred.* tunc enim fur habetur. *l.* 54. j. *de furt.* & prædoni, *vt hic.* & *l.* 20. §. 1. ſ. *de cond. furt.* & malæ fidei poſſeſſori *d. l.* 4. & colono qui poſt tempus conductionis finitum fructus percipit: item ſi quid vi fluminis nobis ablatum, *d. l.* 4.

a *v. l.* 2. §. 26. j. *vi bon. raptor. l.* 25. §. 1. j. *de furtis*

De fundo vi poſſeſſo.

2. *Idem* lib. 18. ad Sabinum.

SEd & ei *a*, qui vi aliquem de fundo deiecit, poſſe fundum *b* condici, Sabinus ſcribit. & ita & Celſus. ſed ita, ſi dominus ſit, qui deiectus condicat. cæterum ſi non ſit, poſſeſſionem *c* cum condicere Celſus ait.

De rei petitæ æſtimatione.

3. *Idem* lib. 27. ad Edictum.

IN hac actione *d* ſi quæratur res *e*, quæ petita *f* eſt, cuius temporis æſtimationem recipiat, verius *g* eſt, quod Seruius ait, condemnationis *h* tempus ſpectandum *i*. Si verò deſierit eſſe in rebus humanis *k* mortis *l* tempus *m*: ſed ἐν πλάτει *n*, *quod latius*, ſecundum Celſum, erit ſpectandum: non *o* enim debet nouiſſimum vitæ tempus æſtimari: ne ad exiguum pretium æſtimatio redigatur in ſeruo fortè mortiferè vulnerato *p*.

¶ In *q* vtroque autem, ſi poſt moram deterior res facta ſit, Marcellus ſcribit libro 20. habendam æſtimationem, quanto deterior res facta ſit. Et ideo, ſi quis poſt moram ſeruum eluſcatum *r* dederit, nec liberari *ſ* eum quare ad tempus moræ *t* in his erit reducenda æſtimatio.

De tempore ad locum idem eſt iudicium. Bart.

4. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SI merx *u* aliqua *x*, quæ certo die dari debebat, petita *y* ſit, veluti vinum, oleum, frumentum tanti *z* litem æſtimandam Caſſius ait, quanti fuiſſet eo die, quo dari debuit. ſi de die nihil conuenit, quanti tunc *a*, cum iudicium acciperetur.

¶ Idémque iuris, in loco eſſe: vt primùm æſtimatio ſumatur eius loci *b*, quo dari debuit: ſi de loco nihil conuenit, is locus ſpectetur *c*, quo peteretur. Quod & de cæteris rebus iuris eſt.

p Id eſt ab eo.
b id eſt, poſſeſſionem: nec enim fundi dominiũ amiſſũ condici poteſt.
c quam non habet. *vt l. 56. §. 6. ĵ. de verb. oblig.* ſeu rei poſſeſſionem.
d ſubaudi triticaria: adde huic legi quæ dicturus ſum ad *l. 4. ĵ. eo.*
e id eſt ſpecies. & verò hic agitur de mancipio, vt ex ſequentibus conſtat.
f ſubaudi dari ex contractu bonæ fidei vel ſtricti iuris.
g id eſt verum, *l. vlt. C. de furtis, l. 1. ſ. de dolo.*
h *v. l. 4. ĵ. eo.*
i ſubaudi, ſi tunc res pluris valuit: nec culpa, nec mora præceſſit.
k ſubaudi, culpa poſſeſſoris.
l ſi tunc pluris fuit à mora, idque ſi culpa præceſſit, non dolus.
m nec enim rei æſtimatio vnquam creſcit poſt eius interitum. Bald. adde *l. pen. ĵ. de rei vind.*
n ἐν πλάτει ſpectare aliquid, eſt ſolutius latiuſque id ſpectare, non ita exactè, *l. 25. ĵ. de prob. l. 13. ĵ. de ſolut. l. 12. §. 2. ĵ. ratam rem.*
o tempus mortis ἐν πλάτει non ipſum momentum mortis, ſed quod circa mortem paulo ante.

DE *d* EO QVOD CERTO LOCO dari oportet *e*.

TIT. IV.

Ratio huius actionis.

Gaius lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

ALio *f* loco *g*, quàm in quem ſibi dari quiſque ſtipulatus eſſet, non videbatur agendi facultas competere. ſed quia *h* iniquum erat, ſi promiſſor ad eum locum in quem daturum ſe promiſiſſet, nunquam accederet, quod vel data opera faceret, vel quia aliis *i* locis neceſſario diſtringeretur *k*, non poſſe ſtipulatorem ad ſuum peruenire: ideò *l* viſum eſt, vtilem actionem *m* in eam rem comparare *n*.

p vel longo tempore infirmo vt poſtea perierit. q niſi mora præceſſit.
r de eluſcato. adde *l. 5. §. vlt in princ. ſ. ad leg. Aquil.*
ſ ab actione de dolo. t inducendæ per litis conteſtationem. u *al.* res.
x vt vinum, oleum, frumentum, *ĵ. eo.* & breuiter vel aliqua quantitate conſiſtens. y Poſt moram debitoris: & quidem hac actione. z Solutio ſit rei ipſius vel æſtimationis: hæc, illius ſubſidiaria eſt; de cuius forma tota hæc quæſtio eſt, in qua finienda hæc duo maximè nobis ſpectanda, tempus & locus. Quod ad tempus attinet, priore loco rei æſtimationem metimur ex eo die, quo dari res debuit, hoc eſt quo rem dari conuenit, *vt hic* Quid ſi de die nihil conuenit? tanti res æſtimanda, quanti tunc fuit cum iudicium acciperetur, hoc eſt, quanti tunc fuit, cum res peteretur, *l. 22. ſ ſi certum, l. 18. ĵ. de conſtituta.* imo verius eſt tempus condemnationis ſpectari, & ad id tempus æſtimationem referri rei, *l. 3. ſ. eo.* Sic ſentio, tempus litis conteſtatæ ſpectari, ſi tunc plurimi res fuit, *vt hic.* ſin minus, tempus condemnationis & ſententiæ, *d. l. 3.* Quid ſi non quantitas, ſed ſpecies debebatur, & culpa poſſeſſoris res eſſe deſiit? æſtimationem à rei peremptæ tempore, ſeu à morte rei vel ſpeciei ducemus: vt quanti tunc fuerit, cum eſſe deſiit, tanti præſtetur eius æſtimatio, *l. 3. ver. ſi verò deſierit ſ. eo.* Quid: mortis tempus, ipſúmne moriendi momentum accipimus, an potius quoddam tempus non ita ſtrictum; ſed latius quod ante mortem fuerit? non ipſum momentum mortis inſpicimus, ſed id quod etiam paulo ante, ne ad exiguum pretium æſtimatio redigatur. Periniquum eſt enim æſtimari ſeruum mortiferè vulneratum tunc cum mortuus fuerit, ac non potius qualis fuit antequam vel vulneraretur, vel moreretur ex vulnere, *d. l. 3. verſ mortis tempus* Et breuiter in vtroque, id eſt ſiue condemnationis, ſiue mortis tempus ſpectemus, habenda ſemper æſtimatio eſt quanto res deteriores factæ ſint. Quid enim ſi poſt moram, debitor ſeruum eluſcatum det? vtique eum liberari non dicemus. Vt hinc conſtet, ad tempus moræ reducendam ſemper eſſe æſtimationem, *verſ. in vtroque.* Et hæc de die ac tempore. De loco videamus: nam pro locorum varietate rerum varia ſunt pretia. Si de loco conuenit, æſtimatio ſumetur eius loci, ſi nihil de loco conuenit, ex eo inibitur æſtimatio quo res petita fuerit, *vt hac l.*
a *l. 3. ſ. eo. l. 22. ſ. de reb. cred.* b *v. l. 1. in pr. ĵ. de vſuris.* c *l. 22. in fin ſ. de reb. cred. l. 22. ĵ. de oblig.* d Actio hæc arbitraria eſt, *l. 2. l. 4. in fin. ĵ. eo* e 3. C. 18. id eſt. Num id, quod certo loco debetur, alio loco peti poteſt? f Qui certo loco dari ſibi ſtipulatus eſt, alio quoque loco actione vtili experiri poteſt, *vt hic,* ſpectante tam ad rei quam ad actoris vtilitatem eáque de cauſa quantitas augetur vel minuitur, *l. 2. ĵ. eo Syn. Baſ. 24. tit. 9. c. 1.* g *l. 8. C. de ſolut.* hinc conſtat; Solutionis deſtinatæ ratione forum ſortiri nos in alio quàm domicilii loco h Stipulationem quamque ita interpretari nos oportet, vt non inutilis ſit, *l. quoties 80. ĵ. de verb. obl.* Præſumptiones in dubio non ducimus ad ea quæ acta geſta dicuntur impugnanda, adde *l. diuus 22. ſ. de vſur.* i Debitor alio quàm deſtinato loco poteſt conueniri, ex mora, neque eum excuſat quod aliis locis diſtringatur, moram enim committit etiamſi aliis locis diſtringatur. k Vt debitor poſſit alibi conueniri, non eſt neceſſe, vt fuerit in mora ad locum deſtinatum ſolutioni accedendi: is, alioqui carcere vel cuſtodia qui continetur, moram nunquam committeret, vt qui carcere ſiue cuſtodia neceſſariò diſtringatur, *l. 2. ĵ. de vſuris Iaſ. l. 80. ĵ. de ver. obl.* l Ne alioquin ſtipulatio reddatur inutilis, id enim in dubio eſt. m arbitrariam *l. 2. l. 3 in pr. l. 4. in fin ĵ. eo. §. 33. ver. loco. Inſt. de act.* n Vt vbicunque repertus fuerit, in eum agi poſſit. Poteſtne reus petere,

De vtilitate actoris & rei. 1. De cauſa huius actionis. 2. De forma libelli in obligatione alternata. 3. De effectu promiſſionis alternatæ. 4. De ſtipulatione, Epheſi, & Capuæ 5. De inſula facienda. 6. De die expreſſo, vel ſubaudito. 7. De adiectio. 8. De vtilitate rei, & actoris, & de officio iudicis.

2 *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

ARbitraria *a* actio vtriuſque *b* vtilitatem continet, tam actoris, quàm rei. quod ſi *c* rei intereſt, minoris ſit pecuniæ condemnatio, quàm intentatum eſt. aut, ſi actoris *d*, maioris ‖ pecuniæ ‖ fiat.

1 ¶ Hæc *e* autem actio ex illa ſtipulatione venit, vbi ſtipulatus ſum à te, *Epheſi decem dari*

2 ¶ Si quis *Epheſi decem aut Capuæ hominem dari* ſtipulatus, experiatur, non debet, detracto altero loco, experiri: ne auferat loci vtilitatem reo.

3 ¶ Scæuola 15. quæſtionum ait.

NOn *f* vtique ea, quæ tacitè *g* inſunt ſtipulationibus, ſemper in rei eſſe poteſtate. ſed quid debeat, eſſe in eius arbitrio an debeat, non eſſe. Et ideo eum *h* qui *Stichum* k *aut* l *Pamphilum* promittit, eligere *m* poſſe. quod ſoluat, quamdiu ambo viuunt. cæterum vbi *n* aliter deceſſit, extingui eius electionem *o*: ne ſit in arbitrio eius, an debeat, dum non vult viuum præſtare, quem ſolum debet. Quare & in propoſito eum, qui promiſit *Epheſi p aut Capuæ*: ſi fuerit in ipſius arbitrio, vbi ab eo petatur, conueniri non potuiſſe. Semper enim alium locum electurum, ſic euenire, vt ſit in ipſius arbitrio, an debeat. quare putat poſſe ab eo peti altero loco, & ſine loci adiectione. damus igitur actori electionem petitionis: * Et generaliter definit Scæuola, petitorem electionem habere *q*, vbi petat: reum, vbi ſoluat: ſcilicet ante petitionem. Proinde mixta *r* (inquit) rerum alternatio *ſ* locorum alternationi, ex neceſſitate facit actoris electionem, & in rem propter locum. alioquin tollis ei actionem, dum vis reſeruare reo optionem.

4 ¶ Si quis ita ſtipulatur, *Epheſi & Capuæ*: hoc ait *t*, vt Epheſi partem, m Capuæ partem petat.

5 ¶ Si quis *inſulam fieri* ſtipuletur, & locum *u* non adiiciat, non valet ſtipulatio.

6 ¶ Qui ita ſtipulatur, *Epheſi decem dari*, ſi ante diem, quàm Epheſum peruenire poſſit, agat, perperam ante diem agi. quia & Iulianus putat, diem tacitè *x* huic ſtipulationi ineſſe. Quare verum puto, quod Iulianus ait, eum, qui Romæ ſtipulatur, *hodie Carthagine dari*, inutiliter *y* ſtipulari.

7 ¶ Idem Iulianus tractat, an is, qui *Epheſi ſibi aut Titio dari*, ſtipulatus eſt, ſi alibi Titio ſoluatur, nihilominus poſſit intẽdere, ſibi dari oportere. & Iulian. ‖ ſcribit liberationẽ non contigiſſe *z*: atque ideo poſſe peti, quod intereſt, Marcellus autem & alias, tractat, & apud Iulianum notat, poſſe dici, & ſi mihi alibi ſoluatur, liberationem contigiſſe. quamuis inuitus accipere non cogar: planè, ſi non contigit liberatio, dicendum ait ſupereſſe petitionem integræ ſummæ, quemadmodum ſi quis inſulam alibi feciſſet, quam vbi promiſerat; in nihilum liberaretur. Sed mihi videtur ſummæ ſolutio *a* diſtare à fabrica inſulæ: & ideo quod intereſt, ſolum petendum.

ſuo vt ex domicilio deſtinatæ ſolutionis ad locum remittatur? non poteſt, niſi reus iuramento interpoſito certo loco ſolutionem promiſit niſi lis loco deſtinato inchoata, niſi fori priuilegio renũciauit; niſi promiſit ſe iudicio ſiſtere petente quãdocunque aduerſario ſeu creditore; niſi iunctius certo loco, die certa adiecta ſolutionem promiſerit, *Iaſ.*
a Arbitraria actio eſt hæc de eo quod certo loco, *l. 3. l. 4. in fin. ĵ.*
b id eſt ἑκατέρῳ. in hanc actionem venit æſtimatio eius quod alterutrius interfuit, *l. 8. ĵ. eo. l. vnic. C. eod.* in arbitrariis actionibus ratio habetur eius quod intereſt actoris & rei.
c *§. vlt. in pr. ĵ. eo.* id eſt, in hac actione; habetur ratio vtilitatis, quæ promiſſori competitura fuiſſet, ſi illo loco ſoluiſſet, quo ſe ſoluturum ſpopondit, *§. 33. verſ. propter quam cauſam. Inſt. de act.*
d *l. vnic. C. vbi conueniatur qui certo loco.*
e Actio, loci ratione, arbitraria eſt, ſi eſt ſtricti iuris (vt ſi, ex ſtipulatione mutuo teſtamẽto) ſecus eſt, ſi eſt bonæ fidei, *Iaſ.*
f Tacitè quæ inſunt ſtipulationi, non ſemper ſunt in rei poteſtate.
g *Ineſſe* dicuntur, quæ verbis non expreſſa, vt electio, tempus locus. h In alternatione rerum (puta cum quis Petrum aut Paulum promittit quandiu ſuperſtites ambo ſunt, reus electionem habet, vtrum præſtare velit. Cæterum vbi deceſſit alter, alterum præſtare cogitur. In alternatione vero locorum, electionem reus habet, vt vbi velit ſoluat: cum autem non ſoluit, actor vbi vult petit. Quod ſi mixta fuerit alternatio rerum & locorum, actor electionem habet, quid & quo loco petere velit, & ita quidem *Syn Baſ. 24. tit. 6. c. 2.*
i antea legebatur: *cùm qui, Aug. l. 3. Emend. 9.*
k Alternatio hæc rerum eſt. Cæterum hic notandum, alternatiuas non vnius eſſe generis; ſunt enim rerum, perſonarum, temporis locorum: Et & mixta ex loco & tempore, vel ex rebus, locis & perſonis, vt promittis mihi dare Stichum aut Pamphilum mihi Titióve Lutetiæ vel Lugduni. Eſt & mixta ex rebus, perſonis, loco & tempore ſimul.
l In alternatiua rerum, quandiu vtraque res ſupereſt, debitoris electio eſt, *l. 10. in fin ĵ. rer. amot* in locorum verò (*verſic. Quare. ĵ. eod.*) & in mixta (*verſ. proinde ĵ. eo.*) rerum & locorum alternatiua, creditori electio competit.
m in alternatiua rerum electio eſt debitoris quandiu vtraque ſupereſt; vna perempta, deſinit eius eſſe electio, *l. plerumque, 10. in fin. ĵ de iur. dot.*
n *l. 95. in pr. & §. 1. ĵ. de ſolutionib.*
o Poſtquam vna res alternatiuæ promiſſionis ſublata eſt, tollitur debitori electio: & altera præciſè remanet in obligatione.
p Alternatio hæc locorum eſt. In hac alternatiua electio eſt ſemper creditoris: quia poſſet reus alioqui ſemper variare. Eadem ratione in pluribus iudicibus defenſoris ſeu rei, creditoris profeſſor, vel electio eſt, niſi reus vel iuris ſtudioſus ſit. *Auth. habita. C. ne filius pro patre,* aut iudicium anteuertit ex *l. diffamari C. de ingenuis.*
q interdum reo ſit poteſtas agendi, vbi velit, puta ſi priuilegium habeat, vt ſcholaris: item ſi alium præuenit, vt in ſpecie *l. 5. C. de ingen. manum.*
r Alternatio mixta eſt, quæ ex rebus & locis eſt. In hac alternatione electio eſt creditoris: vt cum loci electionem habeat, idem & rei quoque electionem conſequatur.
ſ Alternatiuam rerum & locorum mixtam obſerua.
t Copula, &, poſita inter plura loca, diuidit ſolutionem pro rata, *l. reos, §. cum tabulis, 1. ĵ. de duob. reis.* Iaſon.
u *v. c. 84. 115. ĵ. de verb. oblig.* ſic incertitudo loci vitiat ſtipulationem inſulæ faciendæ: vt & alias relictum, arg. *l. 71. ĵ. de leg. 1.* niſi pia cauſa ſit.
x Temporis tacitè ineſt promiſſioni certo loco dandi, *l. 2. §. pen. ſ. ſi quis caut. l. 21. in fin. ĵ. de cond. & demonſtr. l. 24. ĵ. de oper. libert. l. 41. §. pen. l. 73. l. 137. §. 2. ĵ. de verb. obl. § loca, 5. Inſt. de verb. obl.*
y Anguſtiæ temporis vitiant ſtipulationem. *Iaſon.*
z Debitor ſoluens adiecto, alibi quàm in loco deſtinato, non liberatur.
a quia factũ certo loco promiſſum, ſubſtãtialiter vitiatur ex locorũ diuerſitate.

S ¶ Nunc

a Officium iudicis interdum actioni deſeruit, interdum eam excedit, interdum minuit.
b Vſurarum centeſimarum ratio in traiectitiis pecuniis non ſeruatur: quinetiam dupliu in iis excedi poteſt, ſecus ac in eo quod intereſt.
c de quo dixi ad l.1.§.3 ĵ.de pign.
d hinc colligunt intereſſe lucri ceſſantis per locum à ſolitis probari Iaſ. v. quæ ſcripſi ad l. 9. §.8. ſ. ſi certum. De loco à ſolitis v. Euerardum in loco à ſolitis 104.
e v.l.13.ĵ.rat.rem hab.v.l.8. §.1.ſ.de negotiis, leg.36. ĵ. mandati.
f l.2.ſ.eo.
g ex hac lege modum articulandi circa valorem rerum colligũt.Bald. Articulandus rerum valor vti quoue modo fiat, ex hac lege colligas:
h v.l.63.ĵ. ad l. Falc. §.33. Inſt. de act.
i v.l.24.ĵ. de reg. iur.
k l.2.l.3.ſ.eod.
l iure informatam, & quæ ex iure poſſit colligi, non cerebrinam. Abbas apud Iaſ. de æquitate. v.l.21. ſ. de interrog.
m Interdum iudex actioni inſeruit, interdum eam excedit, interdum minuit.
n actiones arbitrariæ propter locum,ſunt quatuor: ex ſtipulatione ex teſtamento,ex mutuo, l.6. ĵ. eod. ex conſtituto. Iaſ.
o ſub. ſi agatur alio loco.
p In bonæ fidei iudiciis actio arbitraria, quod certo loco, locum non habet.

2 ¶ Nunc de officio iudicis huius actionis loquendum eſt, vtrum quantitati contractus debeat ſeruire a, an vel excedere, vel minuere quantitatem debeat, vt ſi, interfuiſſet rei Epheſi potius ſoluere, quàm eo loci, quo conueniebatur, ratio eius haberetur? Iulianus Labeonis opinionem ſecutus, etiam actoris habuit rationem: cuius interdum potuit intereſſe, Epheſi recipere, itaque vtilitas quoque actoris veniet. quid enim ſi traiectitiam b pecuniam dederit, Epheſi recepturus, vbi ſub pœna debebat pecuniam, vel ſub pignoribus? & distracta pignora ſunt, vel pœna commiſſa mora tua? vel fiſco aliquid debebatur, & res ſtipulatoris viliſſimo diſtracta eſt? in hanc arbitrariam, ‖quod interfuit, veniet. & quidem vltra legitimum c modum vſurarum. quid d, ſi merces ſolebat comparare? & an & lucri ratio habeatur, non ſolius damni: puto & lucri e habendam rationem.

3. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

IDeo in f arbitrium g iudicis refertur hæc actio, quia ſcimus, quàm varia h ſint pretia rerum per ſingulas ciuitates, regionéſque: maximè vini, olei, frumenti: pecuniarum quoque, licet videatur vna & eadem poteſtas vbique eſſe, tamen aliis locis facilius, & leuibus vſuris inueniuntur, aliis difficilius, & grauibus vſuris.

De reo abſoluendo.

4. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum

QVòd ſi Epheſi petetur, ipſa ſola ſumma petetur, nec amplius quid: niſi ſi quid eſſet ſtipulatus, vel ſi temporis i vtilitas interuenit.

1 ¶ Interdum iudex, qui ex hac actione cognoſcit, cùm ſit arbitraria k, abſoluere reum debet, cautione ab eo exacta de pecunia ibi ſoluenda, vbi promiſſa eſt. quid enim, ſi ibi vel oblata pecunia actori dicatur, vel depoſita, vel ex facili ſoluenda? nonne debebit interdum abſoluere? in ſumma, æquitatem l ‖quoque‖ ante oculos habere debet iudex, qui huic actioni addictus m eſt.

De iuſſu teſtatoris.

5. *Paulus* lib. 28. ad Edictum.

SI heres à teſtatore iuſſus ſit, certo loco quid dare, arbitraria n actio competit o.

De mutuo.

6. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

AVt mutua pecunia ‖ſic‖ data fuerit, vt certo loco reddatur.

7. *Paulus* lib. 28. ad Edictum.

IN p bonæ fidei iudiciis: etiam q ſi in contrahendo, conuenit, vt certo loco quid præſtetur, ex empto, vel vendito, vel depoſiti actio competit r: non ſ arbitraria ‖ actio. ‖

2 ¶ Si tamen certo loco traditurum ſe quis ſtipulatus ſit, hac actione vtendum erit.

De bonæ fidei iudiciis. 1. De ſtipulatione.

8. *Africanus* lib. 3. Quæſtionum.

CEntum Capuæ dari ſtipulatus, fideiuſſorem acceptiſti, ea pecunia ab eo t ſimiliter, vt ab ipſo promiſſore, peti debebit. id eſt, vt ſi alibi u, quàm Capuæ, petantur, arbitraria agi debeat: iſque tanti æſtimetur, quanti x eius, vel actoris interfuerit eam ſummam Capuæ potius, quàm alibi ſolui. Nec oportebit quod forte per reum ſteterit, quo minus tota centum Capuæ ſoluerentur, obligationem fideiuſſoris augeri. a neque b enim hæc cauſa rectè comparabitur obligationi vſurarum: ibi enim duæ c ſtipulationes ſunt, hic autem vna pecuniæ ‖ creditæ ‖ eſt. circa cuius executionem æſtimationis ratio arbitrio iudicis committitur, eiuſque differentiæ manifeſtiſſimum argumentum eſſe puto, quòd ſi poſt moram factam pars pecuniæ ſoluta ſit, & reliquum petatur, officium iudicis tale eſſe debeat, vt æſtimet quanti actoris interſit, eam duntaxat ſummam, quæ petetur, Capuæ ſolutam.

Vbi ſolui debet.

9. *Vlpianus* lib. 47. ad Sabinum.

IS, qui certo loco dare promittit, nullo d alio loco, quàm in quo promiſit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt.

De fideiuſſore poſt moram accepto.

10. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

SI poſt moram factam, quo minus Capuæ ſolueretur, cùm arbitraria vellet agere, fideiuſſor acceptus ſit, eius actionis nomine, videamus, ne ea pecunia, quæ ex ſententia iudicis accedere poteſt, non debeatur, nec ſit in obligatione: adeò vt nunc quoque ſorte ſoluta, arbitrium iudicis ceſſet. niſi ‖ ſi ‖ quis dicat, ſi iudex centum & viginti condemnare debuerit, centum ſolutis ex vniuerſitate e, tam ex ſorte, quàm ex pœna ſolutum videri: vt ſuperſit petitio eius, quod excedit ſortem: & accedat pœna pro eadem quantitate? quod non puto admittendum: tantò magis quod * creditor accipiendo pecuniam f, etiam remiſiſſe pœnam videtur.

ctum non obtinent, ſed eorum diuerſa deciſio eſt. Non rectè comparari hanc præſentem cauſam, in qua agis ad intereſſe, cum obligatione vſurarum, id eſt, ei negotio in quo vſuræ petuntur à fideiuſſore, eo conſtat, quòd illo caſu duæ obligationes reperiũtur: vna ſcilicet ſortis, altera vſurarum, l.4.C.depoſiti. Hic autem vna tantum ſtipulatio & obligatio ſortis ſc. & vſurarum nulla. Quod ſi dixeris hic intereſſe peti, non repugnabo. Sed adde id genus intereſſe, ſiue vtilitatis, à ſolo iudicis arbitrio, l. 49. in fin. ĵ. de act. empt. non ab vlla obligatione deſcendere. Sint igitur iſta arbitrio iudicis diiudicanda ex æquo & bono: vt ne putes iudicem huic obligationi adſtrictũ. Petatur id quanti tua intereſt iudicis arbitrio, non ex obligatione: non hac enim, ſed illo tibi teneor. Hæc eo quoque manifeſtiora his erunt, ſi partem ſortis acceptaſſes, ad reſiduum egiſſes, & officio iudicis poſtulaſſes æſtimari quanti tua interfuiſſet reſiduum illud Capuæ tibi ſolutum eſſe, ĵ. eod. in fin. Quòd ſi idem in reſidui petitione ſeruatum fuiſſet, idem ſanè nunc quoque fuerit nulla parte debiti ſoluta toto ac integro manente debito: vt quod ius in parte recipi potuiſſet, idem totius

DE g PECVNIA CONSTITVTA b
TIT. V.

Ratio. 1. & verba edicti. De muliere. 2. De pupillo. 3. De filiofam. 4. De ſtipulatione inutili. 5. Si aliud pro debito conſtituatur, 6. de debito ex contractu. 7. vel naturaliter. 8. vel iure prætorio. De his qui de peculio tenentur.

1. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

HOc edicto prætor fauet naturali i æquitati: qui conſtituta ex conſenſu facta cuſtodit: quoniam * graue eſt k fidem l fallere.

1 ¶ Ait Prætor, *qui pecuniam debitam* m *conſtituit. Qui* n ſic accipiendum eſt, *quæve*: nam & mulieres o de conſtituta tenentur, ſi non interceſſerint.

2 ¶ De pupillo p, & ſi nihil ſit expreſſum edicto, attamen, ſine tutoris auctoritate conſtituendo, non obligatur q.

3 ¶ Sed ſi filiusfamilias conſtituerit, an teneatur, quæritur. ſed puto verum, & ipſum conſtituentem teneri, & patrem de peculio

4 ¶ Eum qui inutiliter r ſtipulatus eſt, cum ſtipulari voluerit, non conſtitui ſibi dicendum eſt de conſtituta experiri non poſſe: quoniam non ſ animo conſtituentis, ſed promittentis factum ſit.

q Loci adiectione bonæ fidei actio non fit arbitraria nec eo iudicis poteſtas reſtringitur.
r id enim quod intereſt ex earum actionum natura conſequimur.
ſ nulla actio bonæ fidei, propter adiectionem loci poteſt fieri arbitrarla. Iaſ. in princ. niſi contractus bonæ fidei deducatur in ſtipulationem. tunc enim aſſumit naturam contractus ſtricti iuris vt hic. §.1.ĵ.eo. Iaſ. num. 4. vbi notat Bart. ea in re fuiſſe ſibi contrarium, additque eam in rem vtile eſſe vt Tabelliones & Notarij ſuis inſtrumentis ſtipulationem inferant.
t fideiuſſore, v.l.3.ĵ.de fideiuſſoribus tutorum.
u Loco certo qui debet, inuitus alibi conueniri poteſt. ſic vt arbitraria actione tanto minus ſoluat, quanti intereſt eius condicto potius loco, quàm quo conuenitur, ſoluere. v.l.2.§.3.ſ.eod.
x is ſit cauſæ noſtræ ſtatus. Secundus centum Capuæ ſe mihi Primó, Kalendis Martiis daturum promiſit: & eam ob cauſam mihi fideiuſſorem Tertium dedit. Neuter Kal. Martiis Capuæ ſatisfacit. Hic, Epheſi Tertium offendo, cui ſortem ſupradictam condico: eóque amplius, quanti mea interfuit eam ſummam Capuæ potius, quàm hic Epheſi ſolutam eſſe. Non diſputabo (inquit Tertius) tibi ius ſit nécne principali debitore neglecto, in me vnum agere. Item, rectè nécne poſtules ſortem quodque tua interſit. Hoc vnum poſtulo, vt eo minoris tibi tenear, quo mea interſit, eam ſummam potius Capuæ quam alibi ſolui; cum mihi libertas Capuæ ſoluendi ſit prærepta: vbi leuioribus vſuris pecuniæ mutuo poſſunt accipi, quàm hic Epheſi, idque eo magis, quod in hac actione, non tui, ſed & mei meæque vtilitatis habenda ſit ratio, v.l.vnic.C.eo. At ſi præterea nimium vrges, tanti me vlla obligatione tibi teneri, negari poteſt, cum per me non ſteterit (impeditum ſcilicet Reip. cauſa, & aduerſa valetudine grauiter afflictum) ſed per ipſum reum principalem, quominus tibi Capuæ ſatisfactum fuerit. Notum quippe, non omnem dilationem moræ adnumerari. l. 21. ĵ. de vſuris. ſed iuſtis de cauſis moram excuſari, l.5.ſ.de reb.cred. Vt res ita ſit (inquit Primus) hoc tamen conſtat: moram principalis, eius fideiuſſori nocere, vt in vſuras ipſe quoque teneatur, l.54.ĵ.locati 88.ĵ. de verb.eod. Hæc ita ſint (inquit Tertius) ſed nihil ad me pertinent: cum hæc cauſa valdè diſſimilis ab eo ſit caſu, quem nunc profers. Porrò, quæ diſſimilia ſunt eundem eſſe-

ratione & in toto recipi debeat. a Mora rei obligatio fideiuſſoris non augetur, vt hic, licet perpetua reddatur, v.l.95.ĵ. de verb.oblig.
b Inſtantia ſeu obiectio hæc eſt: Mora rei creſcit quidem vſurarum aduerſus fideiuſſorem obligatio: & tamen mora, de qua hic agitur, non augetur fideiuſſoris obligatio. Cur tam variè? vſuræ ſtipulanti promiſſæ, à reo debentur: igitur & à fideiuſſore. Id verò quod intereſt, in arbitrariis actionibus, non ſtipulatione, non promiſſione rei, ſed officio tantum iudicis debetur: vt hinc colligas, id ipſum quod interſit à fideiuſſore promiſſum non eſſe.
c v.l.4.C.depoſit.l.18.ĵ.de acceptil.l.9.ſ.de reb.cred.
d l.2.§.2.ſ.eo.l.5.§.7.ĵ.depoſit.l.122.ĵ.de verb.obl.l.16.§.1.ĵ.de fideiuſſ.l.9.C.de ſolut. e Centum ſolutis ex vniuerſitate, &c. ſic emendauit Cuiac. in quadam prælectione ad me tranſmiſſa. f vel hominem l.4.§.7.in fin.ĵ.de doli except. & è contrario, qui pecuniam ſub pœna promiſſam accipit, venditioni ſub pœna contractæ renuntiat, qui vſuras accipit ſortis petitionem differt, v.l.2.§.6.d.tit. l.28.l.49.ĵ.de act.empt. g 4. C.18.§.8. & 9.Inſt.de actionib. Paulus 2.ſent.1.
h Conſtitutum, eſt conuentio qua quis reſpondet citra ſtipulationem ſe ſoluturum quod ipſe vel alius debet, Cuiac.hic. Porrò, conſtitutum à fideiuſſione differt, quod quis & pro ſe, & nudo pacto, & abſens & aliud pro alio conſtituere poſſit, fideiuſſio vero iſta non admittat. v Olden.claſ.4.act.8.in pr. & quod conſtituti reus decem dies ad ſoluendum habeat, l.15.§.1.ĵ eo. cum qui ſtipulanti promiſit, ſtatim poſſit exigi, l.118.§.1.ĵ.de verb.obl. i A naturali ratione edicta ſua Prætores commendant plerumque, vt hic. v.l.1.ſ.de pactis. dixi ad l.38. ſ.de rei vind.
k imo non eſt graue certis caſibus fidem fallere. dixi ad l.38. ſ.de rei vind. l.1.§.4.ĵ depoſiti.
l Fidem fallere, graue eſt, l.25.ĵ.eo.l.1.ſ.de pact. l.1.§.4.ĵ depoſiti. ſi id quod mihi Lucius debet, ſoluturum te conſtituas, teneris actione pecuniæ conſtitutæ.
m Subaudi ab alio. Paul. 2.ſent.2.§.vn.
n v.l.1 ĵ.de verb.ſign.l.3.§.1.ĵ.de homine libero.
o Conſtituere pro alio mulier poteſt, ſi tamen non interceſſerit, vt hic: Synopſis Baſilicon eſt. 26. Tit.7.c.1.
p Conſtituere tutore auctore pupillus poteſt: eo non auctore, non poteſt.
q ne quidem natura, v.l.41. ſ.de cond indeb.l.1.ĵ de nouat. l.1.§.2.ĵ.de verbor. oblig.
r Inutilis ſtipulatio vim non habet conſtituti, lege 1. § 2. ĵ. de verbor. oblig. Vt interceſſit quidem ſtipulatio & promiſſio, at non conſtituendi animus.

5 ¶ An

5 ¶ An poteſt aliud *a* conſtitui, quàm quod debetur, quæſitum eſt: Sed cùm *b* iam placet rem *c* pro re ſolui poſſe *d*, nihil prohibet, & aliud pro debito conſtitui. denique ſi quis centum debens, frumentum eiuſdem pretij conſtituat, puto valere conſtitutum *e*.

6 ¶ Debitum autem ex quacunque cauſa *f* poteſt conſtitui, id eſt, ex quocumque contractu *g*. ſiue certi *h* ſiue incerti *i*: & ſi ex cauſa emptionis quis pretium debeat, vel ex cauſa dotis, vel ex cauſa tutelæ, vel ev quocumque alio contractu.

7 ¶ Debitum autem vel *k* natura ſufficit *l*.

8 ¶ Sed & is, qui honoraria *m* actione, non *n* iure ciuili *o* obligatus eſt *p*, conſtituendo tenetur. * videtur enim debitum, & quod iure honorario debetur, & ideo & pater, & dominus de peculio obſtricti, ſi conſtituerint, tenebuntur vſque ad eam quantitatem, quæ tunc fuit in peculio, cùm conſtituebatur. cæterum ſi plus ſuo nomine conſtituit, non tenebitur in id, quod plus eſt.

2. *Iulianus* lib. 11. Digeſtorum.

QVòd ſi filij nomine conſtituerit ſe decem ſoluturum, quamuis in peculio quinque fuerint, de conſtituta in decem tenebitur.

De marito. 1. De obligatione ciuili tantum. 2. De obligatione in diem.

3. *Paulus* libro 27. ad Edictum.

QVòd ſi maritus plus *q* conſtituit ex dote, quàm facere poterat. quia debitum conſtituerit, in ſolidum quidem tenetur: ſed mulieri, in quantum facere poteſt, condemnatur.

1 ¶ Si quis autem conſtituerit, quod iure ciuili debebat, iure *r* prætorio non debebat, id eſt per *ſ* exceptionem, an conſtituendo teneatur, quæritur? Et eſt verum, vt ‖&‖ Pomponius ſcribit, eum non teneri. quia debita iuribus *t* non eſt pecunia, quæ conſtituta eſt.

2 ¶ Si is, qui ‖&‖ iure ciuili, & prætorio debebat, in diem *u* ſit obligatus, an, conſtituendo teneatur? Et Labeo ait teneri ‖ conſtitutum. ‖ quam ſententiam & Pedius probat. & adicit Labeo, vel propter *x* has potiſſimum pecunias, quæ nondum peti poſſunt, conſtituta inducta. quam ſententiam non inuitus probarem. habet enim vtilitatem, vt ex die obligatus, conſtituendo ſe eadem die ſoluturum, teneatur.

4. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

SEd, & ſi citeriore *y* die conſtituat ſe ſoluturum, ſimiliter tenetur.

De loco. 1. de legato. 2. Debitum quomodo accipitur. 3. De epiſtola. 4. De perſona ſolutura. 5. & cui ſoluendum eſt. 6. De procuratore, Tutore, actore municipum, curatore. 10. De ſeruo.

5. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

EVm, qui Epheſi promiſit ſe ſoluturum, ſi conſtituat alio *z* loco ſe ſoluturum, teneri conſtat.

1 ¶ Iulianus, legatum Romæ conſtituentem, quod in prouincia acceperat, putat conueniri debere *a*. quod & verum eſt. Sed ‖&‖ ſi non cùm Romæ eſſet, ſed in prouincia adhuc, conſtituit ſe Romæ ſoluturum, denegatur in eum actio de conſtituta.

notant. Conſtitutum fieri poſſe ex interrogatione & reſponſione. adde *l. 7. §. 12. ff. de pactis.*

a Conſtitui aliud poteſt quàm quod debetur. Nihil intereſt an id quod conſtituitur, ſit debitum, dummodo conſtituatur nomine debiti.

b Argumentum à ſolutione ad conſtitutum.

c Solui res vna pro alia re poteſt.

d creditori volenti non inuito.

e at non fideiuſſio, *l. 42. ff. de fideiuſſoribus.*

f Conſtitui poteſt debitum ex quocunque contractu.

g etiam delicto, *l. 29. inf. eo.* v. quæ notaui ad *l. 26. ff. eodem.*

h Contractuum alij certum, alij incertum continent. adde *l. vnicam, C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.*

i Incertum etiam poteſt conſtitui, v. quæ ſcripſi ad *l. 14. inf. eod.*

k i. ſaltem. Conſtitui poteſt etiam id quod natura tantùm debetur.

l naturaliter eodem modo legata debentur propter teſtatoris voluntatem, etiam ſi teſtamentum non ſit ſolemne, *v. l. 12 l. 17. inf. de iniuſto.* ideóque debitum ex teſtamento conſtitui poteſt. Zaſius ad *d. §. 9. n. 8.*

m Conſtitui poteſt id quod iure tantùm honorario debetur. n Ius honorarium aliud à ciuili. Porrò honorarium ius prætorium.

o nam quod iure ciuili tantùm debetur, conſtitui non poteſt quia dici poteſt indebitum, quod eſt iure tantùm ciuili debitum, *v. l. 3. §. 1. ff. eod.*

p Quid ita: cum ciuili debito fideiuſſor poſſit accedere: cur non & eadem ratione ciuile debitum conſtitui poterit? omnes penè tradunt nullam rationem afferri poſſe. Sed Zaſius *ibi*, ait, conſtituti eam eſſe naturam, vt confirmet: nihil autem confirmari poſſe, niſi id quod firmabile ſit: confirmat, inquam, i. adiicit alias qualitates, monetam, tempus, locum, & his ſimilia: fideiuſſionis non eam eſſe vim vt ita firmet, cum in ea plus eſſe non poſſit, quàm in debito ſit. Zaſ. Mynſin. ad *d §. 9. Inſt. de actionib.*

q Conſtituere vxori ſolidam dotem maritus quidem poteſt, vt ex conſtituto in ſolidum teneatur: non tamen in ſolidum condemnatur. Solida quidem obligatio eſt, condemnatio non eſt: Vt his conſtet, paria non eſſe promittere & ſoluere, contra *l. vlt. C. ad l. Falcid.*

r Debentur quædam ciuili iure, quæ prætorio iure non debentur, *vt hic & l. 30. ff. eod.* Dedi tibi mutua decem: pactus ſum poſtea ea abs te non peti? Ciuili iure mares obligatus *l. 3. l. 27. §. 2. l. 51. in fin. ff. de pactis.* at non prætorio: ob pactum & naturalem pacti æquitatem. Eodem ſenſu legimus, nihil intereſſe ipſo iure quis actionem non habeat, an habeat, ſic tamen vt per exceptionem infirmetur *l. 113. ff. de reg. iur.* Per iocum qui ſpopondit, iure ciuili obligatus eſt, at non prætorio v. tamen *l. 3. in fi. ff. de obl.* Iuraſti me deferente: vel ſeruus in ſuo peculio contraxit? Prætorio iure obligatus ſum.

ſ *l. 14. inf. de compenſationib.* Conſtitui debitum non poteſt, cuius petitio exceptione elidi poteſt.

t *Vulg.* viribus, quid ſi legas: quia debita iure prætorio non eſt pecunia, quæ conſtituta eſt

u non ſolum debitum purum, ſed etiam in diem conſtitui poteſt. *vt hic.* de quo tamen à veteribus dubitatum fuit, *l. 2. verſ. & dubitaretur. Cod. de conſtituta pecunia.*

x Conſtitutum tenet, licèt in eo plus ſit tempore vel loco, *vt hic.* At fideiuſſor in duriorem cauſam obligatus, quàm reus ipſe obligatus ſit teneri non poteſt, *l. Græcè, § illud inf. de fideiuſſ.* An hoc ideo fit, quòd fideiuſſor acceſſionis locum magis ſubeat quàm qui conſtituit, (nec enim poteſt eſſe ſine principali, *l. ſi heres pecuniam, 73. ff. ad Treb.*) vt ea ratione naturam ſui principalis eò magis conſequatur, quàm qui conſtituit?

y *Citerior* dies, qui nobis vicinior.

z Conſtitui alio loco poteſt quod alio loco debetur.

a Imo non eſt conueniendus, *l. 8. ff. de iudiciis.* Cuiac. 13. *obſ.* 17.

2 ¶ Quod exigimus *a*, vt ſit debitum, quod conſtituitur, in rem exactum eſt. non vbique vt is, cui conſtituitur, creditor ſit. nam & quod ego debeo *b*, tu conſtituendo teneberis *c*: & quod tibi debetur, ſi mihi conſtituatur, debetur.

3 ¶ Iulianus quoque lib. 11. ſcribit: Titius Epiſtolam *d* ad me talem emiſit: *Scripſi e "me" ſecundum f mandatum Seij, ſi g quid tibi debitum adprobatum erit, me tibi cauturum, & ſoluturum ſine controuerſia.* tenetur Titius de conſtituta pecunia.

4 ¶ Sed & ſi quis conſtituerit *alium ſoluturum*, non ſe pro alio, non *h* tenetur. & ita Pomponius libro octauo ſcribit.

5 ¶ Item, ſi mihi conſtituas te ſoluturum, teneberis. Quod ſi mihi conſtitueris, *Sempronio te ſoluturum*, non teneberis.

6 Iulianus libro 11. Digeſtorum ſcribit, procuratori *i* conſtitui poſſe *k*. quod Pomponius ita interpretatur, *vt ipſi l procuratori conſtituas te ſoluturum*, non domino *m*.

7 ¶ Item *n* tutori *o* pupilli conſtitui poteſt, & actori municipum, & curatori furioſi.

8 ¶ Sed & ipſi conſtituentes tenebuntur.

9 ¶ Si actori *q* municipum, vel tutori *r* pupilli, vel curatori furioſi, vel adoleſcentis ita conſtituatur, *municipibus ſolui*, vel *pupillo*, vel *furioſo*, vel *adoleſcenti*, vtilitatis gratia puto dandam municipibus, vel pupillo, vel furioſo, vel adoleſcenti vtilem *ſ* actionem.

10 ¶ Seruo quoque conſtitui poſſe conſtat *t*. & ſi ſeruo conſtituatur, *domino ſolui*. vel *ipſi ſeruo*, qualem qualem *u* ſeruum domino, adquirere obligationem.

De eo qui bona fide ſeruit.

6. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

IDem eſt, & ſi ei *x*, qui bona fide mihi ſeruit, conſtitutum fuerit.

De filiofam. 1. De adiecto.

7. *Vlpianus* libro 27. ad Edictum.

SEd & ſi filio familias *y* conſtituatur, valet conſtitutum.

1 ¶ Si *mihi aut z Titio* ſtipuler, Titio conſtitui ſuo nomine non poſſe Iulianus ait: quia *a* non habet petitionem *b*: tametſi *c* ſolui *d* ei poſſit.

8. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

SI verò *mihi aut Titio* conſtitueris *te ſoluturum*, mihi competit actio. quòd ſi poſteaquam ſoli *e* mihi te ſoluturum conſtituiſti, ſolueris Titio: nihilominus mihi tenebris *f*.

9. *Papinianus* lib. 8. Quæſtionum.

TItius tamen indebiti condictione tenebitur: vt quod ei perperam ſolutum eſt, ei, qui ſoluit, reddatur.

De duobus reis ſtipulandi.

10. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

IDem *g* eſt, & ſi ex duobus reis ſtipulandi poſt alteri conſtitutum, alteri poſtea ſolutum eſt: quia loco eius cui iam ſolutum eſt, haberi debet is, cui conſtituitur.

Si non apparet debitor. §1. Si plus. lxiij. ff. vel minus conſtituatur quàm debitum ſit.

11. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

HActenus igitur conſtitutum valebit *h* ſi quod conſtituitur, debitum ſit: etiam *i* ſi nullus apparet, qui interim debeat, vt puta ſi ante aditam hereditatem debitoris *k*, vel capto eo ab hoſtibus *l*, conſtituat quis ſe ſoluturum. nam & Pomponius ſcri-

a *l. 2. C. eod.*

b non ſolum debitum proprium, ſed etiam alienú conſtitui poteſt.

c An hoc caſu conſtituenti beneficium diſcuſſionis poſtulare permittitur? poſt Fabrum ita tenet Zaſius, *d. §. 9. Inſt. de act.* arg. *Nou. 4. c. 1. & Authentica Præſente. C. de fideiuſſorib.* qua beneficium diſcuſſionis cuiuis pro alio intercedenti permittitur, & nominatim conſtituentib. id beneficij datur, *l. vlt. C. hoc tit.* hinc Faber: omne quod in iure de fideiuſſore diſponitur, habet etiã locum in conſtituente, *l. 2. C. eod.* Quid ſi conſtituta ſit pecunia incerti debiti, ac debitor moriatur, antequã putatis rationibus debitum certum appareat, num conſtituens tenebitur? non teneri videtur. *v. l. 122. § antepen. ff. de verb. oblig.*

d *v. l. 24. inf. eo.*

e *Scripſi* particula, ſeu vox hæc *ſcripſi* vſitata in cautionibus debitorum, *v. l. 40. ff. de rebus creditis.* Poſſis ex hoc loco colligere, quibuſuis verbis & ſcripto conſtitutum fieri poſſe, de quo dixi ad *l. 14. in fin. ff. eo.*

f idem ſi ſine mandato, *l. 27. ff. eo.*

g Conſtitutum verbis futuri temporis concipi hinc colligunt: hac tamen parte mentem potiùs quàm verba ſpectari.

h *v. l. 38. ff. de verb. oblig.* ſed omnium maximè. *authenticam ſi quando. C. eo. & Nou. 115. c. 6.*

i Procuratori creditoris conſtitui poteſt. k voluntate domini. l i. vt etiam ipſi. m qui conſenſit ſuo procuratori ſolui. n Differentiam obſerua procuratoris vulgaris à tutore, procuratore, aut (propriè magis vt loquaris) actore municipum, & curatore furioſi. Huic conſtituimus rectè etiam ignorantibus dominis: Illi, non rectè conſtituimus niſi conſentiente domino.

o Conſtituatur tutori an pupillo vtrùm interſit. v. Albericum *in l. quoties. 9. inf. de admin. tutor.*

p Vtili actione *§. 9. ff. eod.*

q Conſtitui actori municipum poteſt, quod municipibus debetur.

r Conſtitui tutori & curatori poteſt quod pupillo, furioſo, vel adoleſcenti debetur. ſ *v. l. 2. inf. quando ex facto tutor.*

t ſeruo conſtitui poteſt quod domino debetur.

u qualis qualis ſeruus hic dicitur qualiſcunque ſiue ordinarius, (qui & actor dicitur, & diſpenſator) ſiue vicarius: nec enim idem de conſtituta, quod de ſoluta pecunia dicimus: actori ſolui poteſt, non vicario, *arg. l. 19. C. de ſolut.* conſtitui autem poteſt tam actori, quàm vicario. v Cuiac. 11 *obſ* 35.

x Conſtitui bonæ fidei poſſeſſori poteſt, quod ei debetur qui bona fide poſſidetur. y Conſtitui filiofamilias poteſt quod eius patri debetur.

z Conſtitui adiecto non poteſt quod quis præſens ſibi & adiectis ſtipulatur.

a Conſtitui non poteſt iis qui neque petitionem habetur, neque obligationem.

q facit *l. 56. §. 2. ff. de verb. obl. ſubaudi*: nec obligationem, *l. 1. in fi. ff. eo. l. is qui promiſit 33. ff. de pign.* c Conſtituti & ſolutionis non eſt eadem ratio.

d Solui adiecto poteſt, non tamen conſtitui

e aliud erit ſi mihi tantùm fuerit conſtitutum, tunc enim poterit adhuc adiecto ſolui, *l. 59. ff. de ſolut.* f *v. l. 69. inf. de ſolut.*

g *ſubaudi*, vt liberatio non contingat & vt ſoluens repetere poſſit.

h hinc conſtat, ſcienter conſtituentem indebitum, nunquam actione de conſtituta pecunia teneri: quod conſtitutum non valeat, niſi præcedat debitum, *l. 2. C. eod.*

i conſtitutum valet, etiamſi nulla adhuc perſona appareat quæ debeat. v. tamen Nouellam 115. *c. 6. Auth ſi quando. C. de conſtit. pecunia.* k *ſub.* defuncti.

l Pendente, id eſt, vacante per mortem dignitate, quæ fiunt, valere hinc colligitur, cùm & præſcriptio iacente hereditate currat, *l. ſi ſeruus 4. ff. de diuerſi & temp. præſcript.*

bit

bit valere conſtitutum:quoniam debita pecunia conſtituta eſt *a*.

¶ Si quis centum aureos debens, *ducentos* conſtituat, in centum tantummodo *b* tenetur, quia *c* ea pecunia debita eſt. ergo & is, qui ſortem, & vſuras, quæ *d* non debebantur, conſtituit, tenebitur in ſortem duntaxat.

12. *Paulus* lib. 13. ad Edictum.

SEd & ſi decem debeantur, *& decem & Stichum* conſtituat, poteſt dici, decem tantummodo *e* nomine teneri.

13. *Idem* libro 29. ad Edictum.

SEd ſi quis viginti debens, *decem* conſtituit ſe ſoluturum, tenebitur *f*.

De certa vel incerta quantitate. 1. De pignore. 2. vel fideiuſſore danda. 3. Quibus modis, & per quas perſonas cõſtituitur.

14. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

QVi autem conſtituit ſe ſoluturum, tenetur, ſiue adiecit certam quantitatem, ſiue non *g*.

1 ¶ Si quis conſtituerit *ſe pignus h daturum*, cùm vtilitas pignorum irrepſerit *i*, debet etiam hoc conſtitutum admitti.

2 ¶ Sed & ſi quis *certam perſonam fideiuſſuram pro ſe* cõſtituerit *k* nihilominus tenetur, vt Põponius ſcribit.

¶ Quid tamen ſi ea perſona nolit fideiubere? Puto teneri eum, qui conſtituit: niſi aliud actum eſt. Quid ſi ante deceſſit? ſi mora interueniente: æquum eſt, teneri eum, qui conſtituit, vel in id, quod intereſt *l*, vel vt aliam *m* perſonam non *n* minus idoneam fideiubentem præſtet: ſi nulla mora interueniente, magis puto non teneri.

3 ¶ Conſtituere autem & præſentes *o* & abſentes poſſumus: ſicut *p* paciſci *q*, & per nuntium *r*, & per noſmetipſos, & quibuſcunque *ſ* verbis *t*.

15. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

ET licèt libera *u* perſona ſit, per quam tibi conſtitui, non erit impedimentum, quod per liberam perſonam adquirimus *x*: quia *y* miniſterium *z* tantummodo hoc caſu præſtare videtur.

De duobus conſtituentibus. 1. De loco, & tempore. 2. verba edicti. 3. Si per rerum naturam ſtetit quo minus fieret. 4. quo tempore conſideratur an reus fecerit.

16. *Vlpianus* lib. 27. ad Edictum.

SI duo quaſi *a* duo rei conſtituerimus, vel cum altero agi poterit in ſolidum *b*.

1 ¶ Sed & certo *c* loco, & tempore conſtituere quis poteſt. nec ſolùm eo loci "poſſe eum" petere, vbi ei conſtitutum eſt: ſed, exemplo arbitrariæ actionis, vbique poteſt.

2 ¶ Ait prætor: *Si appareat eum qui conſtituit, neque ſoluere, neque d feciſſe: neque per actorem e ſtetit quo minus fieret, quod conſtitutum eſt.*

3 ¶ Ergo ſi non ſtetit per actorem, tenet actio: etiam *f* ſi per rerum naturam *g* ſtetit. ſed magis dicendum eſt ſubueniri reo debere *h*.

5 ¶ Hæc *i* autem verba prætoris: *neque feciſſe reum "quod conſtituit,"* vtrùm ad tempus conſtituti pertinent an verò vſque ad litis conteſtationem trahimus *k*, dubitari poteſt. & puto, ad tempus conſtituti *l*.

17. *Paulus* libro 29. ad Edictum.

SEd & ſi alia die offerat, nec *m* actor accipere voluit, nec vlla cauſa iuſta fuit non accipiendi:

æquum eſt, ſuccurri reo aut exceptione, aut iuſta *a* interpretatione, vt factum actoris vſque ad tempus iudicij *b* ipſi noceat: vt illa verba, *neque feciſſe*, hoc ſignificent, vt neque in diem, in quem conſtituit, fecerit, neque poſtea *c*.

Quo tempore conſideratur an per actorem ſteteris. 1. vel an debitum ſit. 2. quid perſequitur hæc actio. 3. an qui hac actione egit, ſortis obligationem conſumat.

18. *Vlpianus* libro 27. ad Edictum.

ITem illa verba prætoris, *neque per actorem ſteiiſſe*, eandem recipiunt dubitationem. & Pomponius dubitat, ſi forte ad diem conſtituti per actorem non ſtetit; an ante ſteterit, vel poſtea; & puto, & hæc ad diem conſtituti referenda, proinde ſi *d* valetudine impeditus, aut vi aut tempeſtate, petitor *e* non venit, ipſi nocere, Pomponius ſcribit.

1 ¶ Quod adiicitur, *eámque pecuniam, cùm conſtituebatur, debitam f fuiſſe*, interpretationem pleniorem exigit. nam primùm illud efficit, vt ſi *g* quid tunc debitum fuit cùm conſtitueretur, nunc non ſit, nihilominùs teneat conſtitutum: quia retrorſum ſe actio refert. Proinde temporali actione obligatum, conſtituendo, Celſus & Iulianus ſcribunt teneri debere: licèt poſt conſtitutum dies temporalis actionis exierit. Quare & ſi poſt *h* tempus obligationis ſe ſoluturum conſtituerit, adhuc idem Iulianus putat: quoniam eo tempore conſtituit, quo erat obligatio: licèt in id tempus quo non tenebatur.

2 ¶ Eſt re autem eſt, hic ſubiungere, vtrùm pœnam contineat hæc actio, an rei perſecutionem? & magis eſt, vt etiam Marcellus putat, vt rei *i* ſit perſecutio *k*.

3 ¶ Vetus fuit dubitatio, an, qui hac actione egit, ſortis *l* obligationem conſumat? Et tutius eſt dicere ſolutione *m* potius ex hac actione facta liberationem contingere, non *n* litis conteſtatione: quoniam ſolutio ad vtramque obligationem proficit.

De conditione. 2. De peculio.

19. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

ID, quod ſub *o* conditione *p* debetur, ſiue purè *q*, ſiue certo die conſtituatur, eadem conditione ſuſpenditur: vt exiſtente conditione, teneatur *r*: deficiente; vtraque actio depereat.

1 ¶ Sed is qui purè debet, ſi ſub conditione conſtituat, inquit Pomponius, in hunc vtilem *ſ* actionem eſſe.

2 ¶ Si pater vel dominus conſtituerit ſe ſoluturum, quod fuit in peculio, non minuetur peculium, eo *t* quòd ex ea cauſa obſtrictus eſſe cœperit. & licet interierit peculium, non tamen liberatur.

20. *Idem* libro 4. ad Plautium.

NEc enim, quod creſcit peculium, aut decreſcit, pertinet ad conſtitutoriam *u* actionem.

De pretio rei peremptæ poſt moram 1. De conſtituto ſine die. 2. Quomodo ſatisfaciendum eſt conſtituto.

21. *Idem* lib. 29. ad Edictum.

PRomiſſor Stichi, poſt moram ab eo factam, mortuo Sticho, ſi conſtituerit ſe pretium *x* eius ſoluturum, tenetur.

1 ¶ Si ſine die conſtituas, poteſt quidem dici, te non teneri, licèt verba edicti latè pateant. alioquin & confeſtim agi tecum poterit, ſi ſtatim, vt conſtituiſti, non ſoluas. ſed modicum tempus ſtatuendum eſt, non minus dem *y* dierum *z*, vt exactio celebretur *a*.

2 ¶ Conſtituto ſatis non facit qui *b* ſoluturum ſe conſtituit, ſi offerat ſatisfactionem.

¶ Si quis autem conſtituat *ſe ſatisfacturum*, & fideiuſſorem *e*, vel pignora dedet, non tenetur, quia nihil inter ſit, quemadmodum ſatisfaciat.

a An verò conſtituens ſciens indebitum, donare intelligitur? ſic videtur, arg. *l. 35. ff. de reg. iur. l. 9. Cod. de condict. indeb.* Et Dinus ait, conſtitutum ſuper indebito, ſi à ſciente fiat, donatum præſumi. Id tamen negant Faber, Iaſon & Zaſius.

b Vtile conſtitutum per inutile non vitiatur.

c Conſtituti ea quãtitas tantùm poteſt, quæ debetur, *hac l. in pr. & l. 2. verſ. & liceat pro debito. C. eodem.*

d Conſtitui non poſſunt quæ non debentur.

e & ſic vtile per inutile non vitiatur, *l. 1. §. pen. ff. de verb. oblig.*

f v. *l. cùm furti. 9. ff. de in litem iurando.* Cur ita? In eo quod plus eſt, minus eſt.

g Conſtitui etiam incertum poteſt, *vt hic.* Si tamen relatio fiat ad certum, *l. Quintus 28. ff. depoſiti, l. cùm poſt, 69. §. gener. 4. ff. de iure dot.* Nec obſtat *l. 1. §. debitum, 6. ff. eod.* quia debitum ibi erat certum.

h hoc eſt conſtituti actione qui pignus conſtituit, *vt hic.* Pignus enim ſi non ſorti accedit, ſortis firmandæ gratia adiicitur. Dicamus apertius: In conſtituto plus eſſe poteſt, quàm in debito principa i, ſi modò, plus illud ad cautionem obligationis refertur: non ad eam augendam: enimuero conſtitui poſſunt debiti acceſſaria, licèt principaliter non ſint debita, *Bart.* Pignus, licèt non debeatur, accedit tamen debite, & ideo poteſt conſtitui. i i. in vſum venit ex edicto prætoris, *l. ſi tibi 17. §. ex pign. 2. ff. de pact.* k i. ſe curaturum certam perſonam pro ſe fideiuſſuram, aliàs nemo factum alienum promittendo obligatur, *l. 38. ff. de verb. obl.*

l *ſub.* creditoris. m *l. 25. in fin. ff. de arbit.* v. quæ ſcripſi ad *l. 45. §. 2. ff. mandati.* n Idoneum æquè qui præſtant, conuentioni ſatisfacere videntur.

o Abſens conſtituere poteſt, *l. 27. ff. eo.* p Argumentum à pacto ad conſtitutum.

q *l. 2. ff. de pactis.* r Nuntio vti poſſumus in conſtituto faciendo ſeu conſtituenda alteri pecunia. adde *l. 24. ff.* ſ *ſub.* idoneis generale enim ad id tantum, quod idoneum ſit, tacitè reſtringere debemus.

t Verborum ſolemnitas non exigitur in conſtituto, *vt hic.* poteſt & alio verbo quàm *conſtituendi* fieri: & ſi vox ea omiſſa ſit, conſtitutum tenet, arg. *l. 5. §. 3. ff. eo l. 24. l. 26. ff. eo. l. ſi ſub vna. 136. ff. de verb. oblig.*

u *l. 24. §. 2. ff. de vſur. l. 3. ff. quod vi aut clam. l. iudicium 58. ff. de iudiciis.*

x non adquirimus, *Hot. 4. obſ 12.* Nuncius in perſona domini conuentionem concipit: procurator in ſuam & propriam. Ille nudum miniſterium præſtat alter, præter miniſterium quod præſtat, ipſe quoque interuenit: de hac differentia procuratoris & nuncij, adde *C. bonæ memoriæ ad ipſum; de elect. c. cùm dilecti. extrà de dolo. l. multum 6. C. ſi quis alteri vel ſibi.*

y Nuncij & procuratoris differentia hæc eſt,

z *l. 18. ff. de adq poſſeſſ.*

a Conſtitui duo rei promittendi poſſunt.

b ſtricto iure ſi pro alio conſtituerint: aliàs habent beneficium Epiſtolæ D. Adriani, *l. vlt. C. eod.* ſin autem pro ſe conſtituerint, opponere poſſunt beneficium Nouellæ 99. cap. 1. vt ſc. pro rata parte conueniantur.

c Conſtituente ſe aliquo certo loco ſoluturum, naſcitur actio arbitraria.

d *Soluere* & *facere* differunt. Hinc tamen colligit Ioannes, conſtitui factum, pro dato poſſe.

e *ſub.* neque per eum, vt mora admittenti noceat.

f v. quæ notaui ad *l. 23. infr. de verb. oblig.*

g Natura præſtat iuſtas excuſationes.

h re perempta: niſi fuerit in mora.

i de quibus §. 2. *ff. eod.*

k Cur ita? ne reus de interitu teneatur, niſi lite aduerſus eum conteſtant?

l *ſub.* vt ſi tunc creditori non offerat, inde conſtituatur in mora.

m Mora conſtituta quemadmodum purgetur.

a id eſt, ipſo iure quando ſpecies erat in obligatione, quæ oblata periit.

b i. vſque ad litem conteſtatam *l. in tribus iſtis iudiciis. 13. ff. de indic.* vt in *l. 17. §. vlt. ff. de damno:* v. Cuia. ad *l. 84. ff. de verb. obl.* quaſi diceret, mora conſtituentis ad litem vſque conteſtatam purgari poteſt: poſt conteſtationem, ſecus: niſi intra paucos dies moram ſuam purgare velit.

c idque cum quodam temperamento, *l. 105. ff. de ſolut.*

d Difficultas non excuſat creditorem à mora, *vt hic.* Debitorem excuſat, *l. quod te. 5. ff. ſi certum.* Cur tam variè? hic de damno ille de lucro ſollicitus eſt.

e Solutionem offerre creditori debitor debet, ſi eiuſdem ſit fori: ſin diuerſi fori, creditor in foro debitoris, ſolutionem exigere debet. Interpretes *hic.* arg. *l. iuris ordinem 2. C. de iuriſdict.*

f hactenus enim conſtituta pecunia valet, ſi id quod cõſtituitur, debitum ſit, *l. 11. ff. eo. l. 2. in pr circa med. C. eo.*

g Conſtituti tempore ſufficit eſſe debitum, licèt poſtea deſinat eſſe debitum. Actio de conſtituta pecunia, adiicit, non nouat.

h v. *l. 37. ff. de fideiuſſ.*

i tantùm, non pœnæ.

k ſi prima erat rei perſecutoria; ſecus ſi pœnalis *vt l. 29. ff. eo.*

l Id eſt, principalem actionem.

m ſola.

n Petitione ſola ex hac actione non tollitur vetus actio ſed ſolutione, *l. 4. ff. de his qui deiecer.*

o Conſtitutum accedens conditionali debito, nihil ei adiicit. nam ſi conditio extabit, valebit: ſi non exſtabit, nõ valebit etiã. p Conſtitui non ſolum re, ſed etiam ſpe debitum poteſt vt conditionale: ſed tunc conſtitutum naturam primi debiti imitatur, & recipit omnes conditiones & qualitates quæ principali contractui inſunt, Alcia. ad *l. 18. ff. de adq. poſſ. n. 20.* vt antea non competat huius actionis exercitium, quam principalis actio poſſit exerceri. *Oldend claſſ. 4 act. 8. n. 8.*

q Conſtitui purè poteſt quod ſub conditione debetur, *vt hic,* & è contra ſub conditione quod purè debetur. §. 1. *ff. eo.* adde *l. 2. verſ. & dubitaretur an pro debito ſub conditione. verſ. & liceat pro debito pure. C. eod.*

r hac actione & principali.

ſ i. efficacem.

t Conſtituti tempus conſideratur.

u Conſtitutoria actio datur ex conſtituto ſiue antiphona, quoties quis alieno nomine ſe ſoluturum conſtituit, tametſi interdum locus eſſe poſſit huic actioni, ſi ſuo nomine conſtituit. Græcis conſtitutoria acti, ἐπὶ τῇ ἀντιφωνήσει ἀγωγή Syn. Baſil. 26 *Tit. 3. c. 3. Harm. 6. §. 2. & 5. Theoph. §. 8. Inſt. de actionib.*

x Conſtitui pretium hominis mortui poteſt ab eo cui is homo poſt moram mortuus eſt, *vt hic.* Quid homo mortuus? *v. l. 23. ff. eod.*

y Conſtitutum factum ſine die, in decimum diem collatum videtur. Conſtituens ſine die ſeu purè, decendium ad ſoluendum habet. Omne enim conſtitutum eſt ad diem: idque conſtituendi verbum ſignificat. Contra eſt in ſtipulatione, vel hac enim die promiſſum poteſt ſtatim exigi, *l. 118. §. 1. infr. de verb. obl. l. 14. infr. de reg. iur.*

z vt petatur ſc. nam quatuor menſium ſpatium datur iudicato ſatisfaciendo, *l. 2. in fin C. de vſur. rei iudic.* Bar.

a Nec enim creditor cum ſacco debitorem adire debet. *v. l. 105. ff. de ſolut.*

b Soluere non videtur, qui offert ſatisfactionem. aliud igitur eſt ſatisfacere, aliud ſoluere.

c Conſtituens ſe ſatiſdaturum pignus aut fideiuſſorem dare debet, *vt hic.* Syn. Baſil. 26. tit. 5. ex Tit. 7. c. 21.

De here

De hereditate reſtituta vel euicta.

22. *Idem* lib. 6. Breuium

SI poſt conſtitutam *a* tibi pecuniam hereditatem *b* ex Senatuſconſulto Trebelliano reſtitueris, quoniam ſortis petitionem tranſtuliſti ad alium, deneganda eſt tibi pecuniæ conſtitutæ actio.

¶ Idem eſt in hereditatis poſſeſſore poſt euictam *c* hereditatem. Sed magis eſt, vt fideicommiſſario, vel ei, qui vicit, decernenda eſſet *d* actio *e*.

De re poſt moram perempta.

23. *Iulianus* lib. 11. Digeſtorum.

PRomiſſor hominis *f*, homine mortuo *g*, cum per eum ſtaret, quo minus traderetur, & ſi hominem daturum ſe conſtituerit, de conſtituta pecunia tenebitur *h*, vt pretium eius ſoluat.

De Epiſtola.

71. *Marcellus* lib. ſingulari Reſponſorum.

TItius *i* Seio *k* epiſtolam emiſit in hæc verba: *Remanſerunt* l *apud m quinquaginta ex credito tuo, ex contractu pupillorum meorum, quos* n *reddere debebo Idib.* o *Maiis probos* p. *quòd ſi ad diem ſuperſcriptum non dedero, tunc dare debitor vſuras* q *tot.* quæro, an Lucius Titius in locum pupillorum hac cautione *r* reus ſucceſſerit? Marcellus reſpondit, ſi interceſſiſſet ſtipulatio *ſ* ſucceſſiſſe *t*.

¶ Item quæro, an, ſi non ſucceſſiſſet *u*, de conſtituta teneatur? Marcellus reſpondit, in ſortem teneri: *x* eſt enim humanior, & vtilior iſta interpretatio.

De obligatione alienata. 1. De iureiurando.

25. *Papinianus* lib. 8. Quæſtionum.

ILlud, aut *y* illud debuit, & conſtituit alterum, an vel alterum, quod non conſtituit, ſoluere poſſit, quæſitum eſt? dixi non eſſe audiendum, ſi velit hodie fidem *x* conſtitutæ rei frangere.

1 ¶ Si, iureiurando *a* delato, *deberi tibi iurauerit*, cum habeas eo nomine actionem, *z* recte de conſtituta agis. ſed & ſi non vltro detulero iuſiurandum, ſed referendi neceſſitate *b* compulſus, id fecero, quia nemo *c* dubitat moleſtius facere, qui referat, quàm vt ipſe iuret, nulla diſtinctio adhibetur: tametſi, ob tuam facilitatem, ac meam verecundiam ſubſecuta ſit referendi neceſſitas.

De Epiſtola.

26. *Scæuola* libro 1. Reſponſorum.

QVidam ad creditorem literas eiuſmodi *d* fecit: *decem quæ Lucius Titius, ex* e *arca tua mutuò acceperat, ſalua ratione vſurarum* f *habes* g *penes me domine.* reſpondit, ſecundum *h* ea, quæ proponerentur, actione de conſtituta pecunia eum teneri *i*.

De debitore præſente, vel abſente, vel inuito.

27. *Vlpianus* lib. 14. ad Edictum.

VTrum præſente debitore, an abſente *k*, conſtituat quis, parui refert. Hoc amplius, etiam inuito *l* conſtituere eum poſſe, Pomponius libro 34. ſcribit. vnde falſam putat opinionem Labeonis exiſtimantis, ſi, poſtquam qui conſtituit pro alio, dominus ei denunciet, ne ſoluat, in factum exceptionem dandam: nec immerito Pomponius: nam cum ſemel ſit obligatus, qui conſtituit, factum debitoris non debet eum excuſare.

De effectu conſtituti.

38. *Gaius* lib. 4. ad Edictum Prouinciale.

VBi quis pro alio conſtituit ſe ſoluturum *a*, adhuc *b* is, pro quo conſtituit, obligatus manet.

De obligatione ex delicto.

29. *Paulus* lib. 24. ad Edictum.

QVi iniuriarum *c*, vel furti, vel vi bonorum raptorum tenetur actione, & conſtituendo tenetur *d*,

De adiecto.

30. *Idem* lib. 2. Sententiarum.

SI quis *e* duobus pecuniam conſtituerit, *tibi aut Titio* & ſi ſtricto iure propriæ *f* actioni *g* pecuniæ conſtitutæ manet obligatus, etiamſi Titio ſoluerit, tamen per exceptionem adiuuatur.

De errore conſtituentis.

31. *Scæuola* lib. 5. Digeſtorum.

LVcius Titius *h* Seiorum debitor deceſſit: hi perſuaſerunt Publio Mæuio, quòd hereditas *i* ad eum pertineret *k*: & fecerunt, vt epiſtolam *l* in eos exponeret *m*, debitorem ſeſe eſſe, quaſi heredem patrui ſui *n* confitentem. qui & addidit epiſtolæ ſuæ, *quod in* o *rationes* q *ſuas eadem pecunia peruenit*: quæſitum eſt, cum ad Publium Mæuium ex hereditate Lucij Titij nihil *q* peruenerit, an ex ſcriptura propoſita de conſtituta pecunia conueniri poſſit, & an doli exceptione vti poſſit. Reſpondit, nec ciuilem eo nomine actionem competere. ſed nec de conſtituta, ſecundùm ea, quæ proponerentur. Idem quæſiit, vſurarum nomine quod ex cauſa ſupra ſcripta datum ſit, an repeti poſſit, reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, poſſe *r*.

COMMODATI ſ VEL CONTRA

TIT. VI.

Edictum. 1. De commodato, & vtendo dato. De rebus mobilibus & immobilibus. De habitatione. 2. De pupillo & furioſo.

11. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

AIt Prætor *t*: *quod quis commodaſſe dicetur, de eo iudicium* u *dabo* x.

1 ¶ Huius edicti interpretatio non eſt difficilis. vnum ſolummodo notandum, quod qui edictum concepit, commodati fecit mentionem, cum Pacuuius *y* vtendi fecit mentionem. Inter commodatum *z* autem, & vtendum datum, Labeo *a* quidem ait tantum intereſſe quantum inter genus *b* & ſpeciem. commodari enim rem mobilem, non etiam ſoli: vtendam dari, etiam *c* ſoli. ſed vt apparet, propriè commodata res dicitur, & *d* quæ ſoli eſt *e*. idque "&" Caſſius *f* exiſtimat. Viuianus "amplius" etiam *g* habitationem *h* commodari poſſe ait *i*.

2 ¶ Impuberes commodati actione non tenentur *k*: quoniam nec *l* conſtitit commodatum in pupilli perſona ſine tutoris auctoritate. vſque adeo, vt etiam *m* ſi pubes factus, dolum aut culpam admiſerit, hac actione non *n* tenetur: quia ab *o* initio non conſtitit *p*.

a à debitore hereditatis.
b v. quæ ſcripſi ad *l. 37. ff. ad Trebell.* Hereditatis reſtitutione facta, actiones heredi ex proprio contractu quæſitæ, ex æquo & bono tranſeunt in fideicommiſſarium. Idem eſt in eo qui hereditatẽ euicit poſſeſſori.
c à ſubſtituto directo vel herede legitimo teſtatoris.
d *al.* ſit.
e vtilis ex facto poſſeſſionis: atqui eius conuentio neque nocet, neque prodeſt euincenti, *l. 17. in fin. ff. de pact.* Solue, conſtitutum eſt acceſſio principalis obligationis, ſequitur ergo heredem, penes quem eſt ſortis obligatio. Pactum autem acceſſio dici nullo modo poteſt, v. Cuiac. in *d l. 17.* ſ. cerri.
g mortuus homo licet in ſtipulationem deduci non poſſit, quia tamen poſt moram remanet in obligatione, ideo poteſt in conſtitutum deduci. *Bart.*
h Conſtitui etiam mortuus homo poteſt ab eo, cui is Poſt moram mortuus ſit, *vt hic.* homo, inquam, certus. Quid pretium eius? v. *l. 21 ff. eo.*
i tutor.
k creditori pupillorum.
l v. quæ ſcripſi ad *l. 14. in fin. ff. eo. & l. Lucius 24. ff. depoſiti.*
m tutorem tuorum debitorum.

n Epiſtola inducit obligationem, ſi verbis diſpoſitiuis concepta ſit, *vt hic.* ſecus ſi enũciatiuis *l. Publia 26. in fin. ff. depoſiti.*
o Idus, veteribus ſolutionis dies fuit vſitatus, vt in quem ſolutionis diem conferent, *l. ex pluribus 89. in fin. ff. de ſolut. Cicero 20. ad Attic. 5. & idem 14. epiſt. 20.* Sed & pueri qui in ludum ibant, ſingulis Idib. octonos aſſes æris referebant pro mercede diſciplinæ. *Horat. 1. Satyr. 6.*
p Probos nummos creditori dari & ſolui debitores plerique in cautionibus promittebant, *v. l. 40. ff. de reb. cred.* Plautus *Perſa act. 3. ſcen. 3.* Nummi ſexcenti hic erunt. Probe numerati, *& ibi act. 4. ſcen. 3.* Probum & numeratum argentum vt accipiat face. Idem *Bacchidibus act. 4. ſcen. 8.* Ducentos nummos aureos Philipos probos, Dabin? Probi autem nummi redduntur, qui ſunt eiuſdem bonitatis.
q *ſub.* certas ne obſtet *l. Tutor 41. in fi. l. quod in ſtipulatione 31. ff. de vſuris.*
r Epiſtolam prius vocauit, *v. l. vlt. ff. eod.* ſed tamen Bart. hinc colligit epiſtolam inducere obligationem in his, quæ geri poſſunt per Epiſtolam (vt inter mercatores) non in aliis, *l. 26. in fin. ff. depoſiti.*
ſ Atqui per epiſtolam non contrahitur ſtipulatio? *l. 1. ff. de verb. oblig. l. 52. ff. de pactis.* vt id ſit, probatur tamen inducta, *Bart.* t in ſorte & vſuris.
u per ſtipulationem, quia nulla ſtipulatio interpoſita fuit.
x v. tamen *l. vlt. ff. de inſtitoria.* y Conſtitui pars vna poteſt obligationis ſub alternatione conceptæ, quia in alternatiuis, vtrumque eſt in obligatione.
z *v. l. 1. in princ. ff. eod.*
a conſtitui poteſt, quod ex iureiurando delato vel relato debetur.
b *l. 3. l. 38. ff. de iureiur. l. 12. C. de reb. cred.*
c Iuſiurandum relatum, Modeſtino eſt delatum.
d notam formulam conſtituendæ pecuniæ. Sic Paulus Epiſtola ad Philemonem, v. 18. 19. *Quare laſit te Philemo, aut quod is tibi debet, mihi imputato. ego Paulus manu mea ſcripſi, ego reddam,* adde *l. 5. §. 3. ff. eo. Auth. ſi quando. C. eo.*
e Ex arca ſua numeraſſe ij dicebantur, qui de domo ſua numerauerant, *vt l. 40. ff. de reb. cred.* ad eorum differentiam, quæ quis numerauerat ex menſa, ſeu ex menſæ ſcriptura, vt ibidem dixi.
f quæ debebantur ex primo contractu.
g v. quæ ſcripſi ad *l. 14. in fin. ff. eo.*
h Conſtitutum per epiſtolam poteſt contrahi, *v. l. 24. ff. eod.*
i etiam ad vſuras.
k Conſtitui debitum poteſt abſente ipſo debitore, *vt hic.* Imò & inuito, *verſ. hoc amplius, ff. eo.* vt abſentia vel diſſenſus obligationem impedire non poſſit.
l debitore ſcilicet, *l. 91. ff. de ſolutionib.* atqui beneficium in inuitum non confertur, *l. 19. §. 2. ff. de donation.* non confertur, quoties eius ſolum commodum ſpectatur, *vt ibi.* ſecus quoties alterius. *vt hic & l. 39 ff. de negot.*

aniſi ſolutum ſit debitum, *l. 18. in fi. ff. eod.*
b Conſtitutum nõ tollit primam actionem, ſed potius aliam adiicit, *leg. 15. ff. de in rem verſo.*
c Conſtitui debitũ ex delicto poteſt.
d quia debitum ex quacunque cauſa conſtitui poteſt, *l. 1. §. antepen. ff. eo.*
e *ſub.* Obligatus tibi principali creditori ſimpliciter, non ſub alternatione: hac enim poſtrema parte Accurſius peccat.
f priori actioni. *Cuiac. 13. obſ. 20. in fin.* verum reprehenditur ab Antonio Fabro 5. *Coniecturarum 3.*
g Actio pecuniæ conſtitutæ, ea eſt in quam venit pecunia in conſtitutum deducta.
h Patruus P. Mæuij, de quo ff.
i *ſub.* L Titij.
k *ſub.* quæ non pertinebat.
l id eſt, cautionem vt *l. 24. ff. eo.* quæ inter præſentes etiam perficitur, *l. 1. C de contrahend. ſtipul.* Talibus epiſtolis nomen ſuum veteres præponere ſoliti videntur, *v. l. 26. §. vlt. in pr ff. depoſiti.* ſed & diem & conſulem, v. & nota *l. 15. ff. de pign.* v. Duar. 1. *diſp. 45.*
m hoc eſt, vt conſtitueret ſe debitorem eſſe.
n Lucij Titij.
o v. quæ ſcripſi ad *l. Lucius 24. ff. depoſiti.*
p hoc eſt: vtilitatem ſuam.
q Conſtituens alienum debitum, tanquam debitum proprium non tenetur. r qua condictione? indebiti, *l. ſi non ſortem, 26. ff. de cond. indeb.* ſ *4. C. 23. §. 2. Inſt. quib. modis re. Paul 2 ſent 4.*
t Quid actio commodati eſtne Prætoria? non eſt, ſed ciuilis, Accurſ. & Diuus. *Inſt. de act. §. ſed iſtæ.* u Directum & contrarium, Nam ex commodato datur directa commodanti, & contraria actio ei qui commodatum accepit, *vt in rubrica Commodati vel contra.* x hoc ad approbationem, non ad originem referendum eſt, quia actio commodati ex contractu iuris gentium deſcendit.
y *al.* Pacunnius. z Commodati, & ad vtendum dati differentia, hoc generis illud ſpeciei vicem ſuſtinet.
a Inter tres Iuriſconſultos hæc pugna eſt, Labeo putabat non commodati res ſoli: Caſſius contra. Viuianus hoc amplius, ſeruitutes etiam commodari poſſe.
b Generis & ſpeciei differentia. c *Etiam* particula incluſiua, quaſi diceret, Dari vtenda, non modo quæ mobilia ſint, ſed etiam immobilia.
d Commodantur res etiam ſoli, fundi, immobilia, habitationes.
e mobilia, immobilia, & incorporalia commodari poſſunt.
f notans Labeonem. g Commodari etiam ſeruitutes poſſunt, *vt hic.* vt & precario concedi, *l. 3. & l. 15. habet, & §. precario 2. ff. de precario.*
h Non vt domus tranſeat in commodatarium, ſed commodum habitandi. Quid quæ actio eo nomine competit? Commodati, *vt hic,* non præſcriptis verbis, vt malè ſentit Accurſ. arg. *l. ſi gratuitam, ff. de præſcriptis* datur enim præſcriptis verbis actio, cum alia deſierit, *l. 1. 2. ff. de præſcript. verb.* datur autem hic commodati. Quid: qui habitationem gratis habet: qui vſum habet, qui ſeruitutem vrbanam vel ruſticam habet, poteſtne eam commodare? Prior non poteſt, ſecundus poteſt, Tertius ruſticam ſeruitutem commodare poteſt, *l. ſi habitatio, 10. ff. de vſu. l. arborib. 12. § vſufructuarius, 2. ff. de vſuf. uct.* v. Albericum *hic.* Quid cui habitatio commodatur, habétne ſeruitutem vel ius ſeruituti? hoc velle videtur Accurſius, contra Gulielmus & Andreas apud Albericum *hic.*
i ergo & commodati agi poterit. Idem tamen Viuianus ait, tutius eſſe eo caſu præſcriptis verbis agi, *l. 17. ff. de præſcriptis.*
k niſi facti locupletiores ſint, *l. 3. ff. eod.*
l Commodati impubes non tenetur, ſine tutoris authoritate. m Atqui paria ſunt dolum admittere, & locupletiorem factum, *l. 1. §. an in pupillum ff. depoſiti.* poſteriore caſu tenetur pupillus. *l. 3. ff. eo.* ergo & priore, maximè in delictis, *l. 1. l. 2 C. ſi aduerſ. delict.* An hic locus corrigitur per dictam, *l. 3. ff. eo.* An potius hic de infante, ibi de maiori infante agitur? n Imò doli tenetur, *l. 1. C. ſi aduerſ. delict.* etiam in commodato, *l. 2. ff. de fideiuſſorib.* o Nullum ab initio ex poſtfacto non ſit validum. p Quoties contractus ab initio non tenet, ratione inhabilitatis perſonæ, nunquam conſummatur, aut reconualeſcit. *Bald.*

2. *Paulus*

a etiamſi ſit locu-
ple-ior, *l. in negotiis* 5. ꝗ. *de regulis.*
b *l.* 13. ꝟ. *de cond. indeb. l.* 10. ꝗ. *de inſtitoria, l.* 5 *in pr. &* §. 1. *de authorit. tut.*
c Verè nõ fictione.
d *ſub.* culpa commodatarij, *l.* 10. ꝗ. *eodem.*
e Deterior redditur res, cui ius aliquod deeſt: quæ euictioni obnoxia: cuius forma mutata.
f res reddita, quæ non deterior redditur, *Hol.* 5. *obſ.* 13. Atqui res eodem redit, vt neceſſaria non ſit mutatio. Non ſoluit, qui deterius reddit: Soluit, qui deterius non reddit, *l.* 18. §. 36. ꝗ. *depoſiti.*
g v. *l.* 5. ꝟ. *de in litem iurando.*
h *v. Nou.* 115. Imò obligationis, *l. hominem* 37 ꝗ. *mandati.* Imò moræ vel litis conteſtatæ, *l. in hac.* ꝗ. *de condict. tritic.*
i idẽ in depoſito.
k Commodati actio in heredem datur, *l.* 17. §. 2. ꝗ. *eo. l.* 3. *C. eo.*
l ob eandem cauſam vnus heres interdũ cogitur rationes ſolus reddere, *l.* 6. §. 1. ꝟ. *de edendo.*
m ante litem conteſtatam.
n *ſub.* in ſolidum: at non cum ſeruo.
o *l.* 28. ꝗ. *de peculio.*
p *ſub.* aduerſus patrem vel dominum ratione doli vel culpæ.
q Commodari non dicitur, quod vſu conſumitur: niſi non conſumendi, ſed oſtentandi potius animo accipiatur.

2. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

NEc in furioſum commodati actio danda eſt *a*, ſed ad exhibendum aduerſus eos dabitur, vt res exhibita vindicetur.

De rei dete-ioratione. 2. De in litem iurando. De tempore æſtimationis ineunda. 3. De herede. 4. De his qui ſunt in aliena poteſtate. 6. De eo quod vſu conſumitur.

3. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum

SEd mihi videtur, ſi locupletior *b* pupillus factus ſit *c*, dandam vtilem commodati actionem, ſecundum Diui Pij reſcriptum.

1 ¶ Si reddita quidem ſit res commodata, ſed deterior reddita, non videbitur reddita, " quæ deterior facta *d* aedditur:" niſi quod intereſt, præſtetur: "propriè enim dicitur res *e* non reddita, quæ deterior *f* redditur.

2 ¶ In hac actione ſicut in cæteris bonæ fidei iudiciis, ſimiliter in litem *g* iurabitur: & rei iudicandæ *h* tempus quanti res ſit, obſeruatur. quamuis in ſtricti, litis conteſtatæ tempus ſpectetur.

3 ¶ Heres *i* eius, qui commodatum *k* accepit, pro ea parte, qua heres eſt, conuenitur: niſi *l* fortè habuit *m* facultatem totius rei reſtituendæ, nec faciat. tunc enim condemnatur in ſolidum: quaſi hoc boni iudicis arbitrio conueniat.

4 ¶ Si filiofamiliâs, ſeruóve commodatum ſit, duntaxat de peculio agendum erit. cum filio autem familias ipſo & directo quis poterit *n*.

¶ Sed & ſi ancillæ, vel filiæfamilias commodauerit, & duntaxat *o* de peculio "erit" agendum *p*.

5 ¶ Sed non tantùm ex cauſa doli earum perſonarum, pater, vel dominus condemnetur, ſed & ipſius quoque domini, vel patris fraus duntaxat venit: vt Iulianus lib. 11. circa pignoratitiam actionem diſtinguit.

6 ¶ Non *q* poteſt commodari id, quod vſu conſumitur *r*, niſi fortè ad pompam *ſ*, vel oſtentationem quis accipiat.

De pecunia numerata

4. *Gaius* lib. 1. de Verborum obligationibus.

SÆpè etiam ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis *t* gratia numerationis loco intercedant.

De loco & tempore. 1. De litis æſtimatione ſoluta. 2. De dolo, culpa, diligentia. 3. De re æſtimata. 4. De ſenectute morbo, vi latronum, incendio, ruina, damno fatali 5. De cuſtodia. 6. Hominis commodati. 7. De morte. De ſeruo, qui de machina cecidit. 8. De vſu rei commodatæ. 9. De re quæ ſequitur rem commodatam. 10. Quibus caſibus dolus tantum præſtatur. 11. In quibus ſpeciebus agitur commodati. 12. De re data, vt pignori detur, vel pro alio pignorata. 13. De ſeruo commodato cum lance. 14. De triclinio ſtrato, & argento ibi relicto. 15. De re duobus commodata.

5. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

SI *vt certo loco, vel tempore reddatur commodatum*, conuenit officio *u* iudicis ineſt, vt rationem loci, vel temporis *x* habeat,

1 ¶ Si quis hac actione egerit, & oblatam *y* litis æſtimationem *z* ſuſceperit, rem offerentis facit *a*.

2 ¶ Nunc videndum eſt, quid *b* veniat in commodati actionem: vtrum dolus, an & culpa, an verò & omne *c* periculum. Et quidem in contractibus *d* interdum dolum ſolum, interdum & culpam præſtamus: dolum *e*, in depoſito. nam, quia

a nulla vtilitas eius verſatur apud quem deponitur, meritò dolus præſtatur ſolus *b*, niſi fortè & merces *c* acceſſit: tunc enim (vt eſt & conſtitutum) etiam culpa *d* exhibetur. aut ſi hoc ab initio conuenit *e*, vt & culpam, & periculum: præſtet is, penes quem deponitur *f*. Sed vbi vtriuſque vtilitas vertitur, vt in empto *g*, "vt "in locato, "vt "in dote, "vt "in pignore, "vt "in ſocietate, & dolus, & culpa *h* præſtatur.

¶ Commodatum autem plerumque *i* ſolam vtilitatem continet eius, cui commodatur. & ideo verior eſt Quinti Mucij "ſententia exiſtimantis, & culpam *k* præſtandam & diligentiam *l*.

3 ¶ Et ſi fortè res æſtimata *m* data ſit, omne periculum *n* præſtandum ab eo, qui æſtimationem ſe præſtaturum recepit.

4 Quod vero ſenectute contigit, vel morbo, vel vi latronum ereptum eſt, aut quid ſimile accidit, dicendum eſt, nihil *o* eorum eſſe imputandum ei, qui commodatum accepit: niſi aliqua culpa interueniat. proinde & ſi incendio *p*, vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale *q* non tenebitur, niſi *r* fortè, cum poſſit res commodatas ſaluas facere, ſuas *ſ* prætulit.

5 ¶ Cuſtodiam planè commodatæ rei etiam diligentem *t* debet præſtare.

6 ¶ Sed, an etiam hominis commodati cuſtodia præſtetur, apud veteres dubitatum eſt *u*. nam interdum & hominis cuſtodia præſtanda eſt, ſi *x* vinctus *y* commodatus eſt: vel eius ætatis *z*, vt cuſtodia indigeret. certè ſi *a* hoc actum eſt, vt cuſtodiam is, qui rogauit, præſtet, dicendum erit, præſtare.

7 ¶ Sed interdum & mortis *b* damnum ad eum, qui commodatum rogauit, pertinet: nam ſi tibi equum commodauero, vt ad villam adduceres, tu *c* ad bellum duxeris, commodati teneberis. idem erit & in homine. Planè ſi ſic commodaui, vt *d* ad bellum duceres, meum erit periculum. Nam & ſi ſeruum tibi rectorem *e* commodauero, & de machina ceciderit, periculum meum eſſe Namuſa ait. Sed ego ita hoc verum puto, ſi tibi commodaui, *vt " & " in machina operaretur*. cæterum ſi, vt de pleno *f* opus faceret, tu eum impoſuiſti in machina, aut ſi machinæ culpa factum minus diligenter non *g* ab ipſo ligatæ, vel funium, perticarúmque vetuſtate, dico periculum, quod culpa contigit rogantis commodatum, ipſum præſtare debere. nam & Mela ſcripſit, ſi ſeruus lapidario commodatus ſub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligauit.

8 ¶ Quinimò & qui aliàs re commodata vtitur, non ſolùm commodati, verum furti *h* quoque tenetur, vt Iulianus libro 11. digeſtorum ſcripſit.

¶ Denique ait, ſi tibi codicem *i* commodauero, & in eo chirographarium debitorem tuum cauere feceris, egóque "hoc" interleuero, ſiquidem ad hoc *k* tibi commodauero, vt caueretur tibi in eo, teneri me tibi contrario iudicio *l*. ſi minus, neque me certioraſti *m* ibi *n* chirographum eſſe ſcriptum, etiam teneris mihi (inquit) commodati. imò (ait) etiam furti *o*: quoniam aliter re commodata vſus es. quemadmodum qui equo (inquit) vel veſtimento aliter, quàm commodatum eſt, vtitur, furti tenetur.

9 ¶ Vſque adeo autem diligentia in re commodata præſtanda eſt, vt etiam in ea *p*, quæ ſequitur *q* rem commodatam *r* præſtari debeat. vt putà equam tibi commodaui, quam pullus *ſ* comitabatur. etiam *t* pulli "te" cuſtodiam præſtare debere, veteres *u* responderunt.

10 ¶ Interdum planè dolum ſuum *x* in re commodata *y*, qui rogauit, præſtabit. vtputa ſi quis ita cõmodauit: vel ſi ſua duntaxat cauſa commodauit, ſponſæ *z* fortè ſuæ, vel vxori, quò honeſtius *a* culta ad ſe deduceretur *b*, vel ſi quis ludos edens prætor ſcenicis

a Depoſitum non fit gratia depoſitarij.
b *ſub.* & lata culpa, *l. quod Neruas* 32. ꝗ. *depoſiti.*
c Non propriè, ſed impropriè: tunc enim eſſet locatio, *d. l.* 1. §. 9.
d *ſub.* leuis.
e *d. l.* 1. §. 6. *l.* 7. §. 15. ꝟ. *de pactis.*
f idem in commodatario, *l.* 1. *in fin. C. eod.*
g *l.* 23. ꝗ. *de regulis.*
h *ſub.* leuis.
i id eſt regulariter *l. tutela plerumque* 16. ꝗ. *de tutelis.*
k *ſub.* leuiſſimam.
l *v. l. ſi cum,* 13 *in fi.* ꝗ *de pign. l.* 8. §. 3. ꝗ. *de precario.*
m *v. l.* 1 *in fin* ꝗ. *de æſtimatoria.*
n ex culpa proueniens.
o Sunt enim caſus fortuiti quos nullum humanum cõſilium præuidere poteſt, *l.* 2, §. 7. ꝗ. *de admin. tut.* quos nullus regulariter præſtat, *l.* 23. *in fin.* ꝗ. *de reg. iur. l.* 6. *C. de pign. act. Paul.* 2. *ſent.* 4. §. 2.
p *l.* 1. §. 4. *de obl.*
q Fatale damnum non imputatur commodatario.
r Culpa eſt, ſi quis res ſuas ſaluas fecit, & commodatas amiſit, adde *l.* §. 1. ꝗ. *de admin. tut.*
ſ Commodatarius res commodatas non minus cuſtodire debet, quàm ſuas, hoc eſt, tenetur commodatarius cuſtodiam ſuis præferre debet: *c. bona fides extra de depoſiti.* Verum præualuiſſe videtur, vt ſuas præferre poſſit, *l.* ... *ſeruandarum* ... *de præſcriptis* ... *ſis* 6. *C. de ſeruitutibus.*
t Sed quæ diligens cuſtodia, *v. l.* ... *diligens* 8. §. ... *fugitiuis.*
u id eſt minus tenetur de cuſtodia in homine quam in aliis

r quia in commodato res eadem reſtituenda eſt, *l.* 26. *de reb. cred.* ſed quæ vſu conſumuntur, eadem reddi non poſſunt. ſ ad pompam & oſtentationem accipere, eſt idem quod dicis gratia accipere, *l.* 4. ꝗ. *eod.* vt quaſi fucum facias & imponas ſpectatori, vt eo vtaris ad breue admodum tempus.
t *l.* 1. §. 34. ꝗ. *de Sylla. Varro* 5. *ling. Lat.* ex Græcis, & in Lexico B. Germani νόμου χάριν, id eſt verbi gratia, id eſt vt ſatisfiat legis ſolemnitatibus: alij λόγου χάριν, id eſt vt ſe dicere poſſint numeraſſe. Cuiac. 10. *obſeru.* 37. adde eundem 5. *obſeru.* 33. Modeſtinus, ἀφοσιώσεως χάριν, *l.* 15. §. 6. ꝗ. *de excuſ. tut.* & ὁσίας χάριν, *v. l.* 2. ꝗ. *qui pet. tut.* v. Aug. 2. *Emenda.* 2. *Varro* 5. *de ling.* dicis ergo, dicis cauſa Arnob. 3. & 4. *contra gentes*, hanc vocem caſu genitiuo reperiri docet Chariſi. 1, *Ciarma. apud Duar.* 1. *diſp.* 47. v etiam Turneb. 11. *Aduerſ.* 12. *Cic. ad Attic.* 1. *epiſt.* 15. & Corn. Nep. *in Attici vita*: Dicis gratia, *Haloan.* & malè: quæ res effecit vt Accurſ. pro diuite eam vocem vſurpet. Dantis gratia. Alc. 4. *diſp.* 15. adde Pet. Pith 2. *aduerſ.* 8. Certè hic: dicit gratia, nihil aliud quam vel ad pompam & oſtentationem, *l.* 3 *in fin.* ꝟ. *eod.* vt publicè ac palam pauciſſimas ad horas vel aliquot tantum momenta vtaris. Sic dicis cauſa epulari apud *Plin.* 28. *c.* 2. eſt publicè pro populo. Hoc ipſo dicendi genere vſus Apuleius *lib. de Philoſophia.* adde quæ ſcripſi ad Varronem 5, *de ling.*
u Officium iudicis deſeruit actionibus bonæ fidei.
x moræ. In bonæ fidei iudiciis moræ habetur ratio. *l.* 7. ꝟ. *de eo quod certo.*
y Æſtimationem rei commodatæ recipiens, dominium rei ipſius transfert in commodatarium.
z litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni, *v. l.* 3. ꝗ. *pro empt.*
a Cur ita? *v. l* 3. ꝗ. *pro emptore.*
b Commodati actione commodatarius præſtat regulariter dolum, culpam latam & leuiſſimam. Quid ſi commodatum vtriuſque gratia factum eſt? leuem tantum præſtabit. Quid ſi commodantis tantum? latam. Quid? caſum nunquam præſtabit? Imò præſtabit, ſi eius mora, culpa, vel conuentio, in id concepta, caſum præceſſit.
c etiam caſu fortuiti.
d In contractibus qui dantis tantum gratia habentur venit dolus & lata culpa: qui accipientis tantum leuis & leuiſſima: qui vtriuſque lata & leuis: de caſu fortuito quis non tenetur, niſi conuentio, æſtimatio, vel culpa præcedens aliud inducat, *Bart.*
e *l.* 1. §. 8. *in fin.* ꝗ. *depoſit. l.* 23. ꝗ. *de reg. iur.*

poteſt enim ſeipſum cuſtodire. *Bart.* x Cuſtodia maiore digni ſunt, qui ... adde quæ de vinctis ... y *d. l.* 23. *l.* 21. *in princ.* ꝟ. *de rei vind.* ... cti commodantur. z Cuſtodiendi ſunt diligentius iuuenes quam ſenes. ... ſcripſi ad *l.* 7. §. 7. ꝟ. *de dolo.* ... *l. qui petitorio* 36. §. 1. ꝟ *de rei vind.* adde *l. ſi hominem* 7. ꝗ *depoſ.* b Mortis damnum quemadmodum ... a Pacto cuſtodiæ legem dicere poſſumus. c Commodatarius tenetur de caſu, quando culpa præceſſit caſum. *Bart.* d v. quæ not. §. 10. *in fin.* ꝗ. *eo.* e *v. l.* 13. ... Præſtet commodatarius. f id eſt æquo loco, non edito, *vt l.* 9. §. 3 ꝟ. *de off. præſ.* ... *fin.* ꝟ. *ad l. Aquil.* χαμόθεν, *l.* 13. §. 10. ꝗ. *de excuſ. tut. v. l* 11. §. 3. ꝗ *de inſtitoria.* h *l.* 16. ꝟ. ...
g Fabri malè reficientes machinam vel pontes tenentur. i Furti etiam tenetur ... *dict. furtiua, l.* 34. §. 1. ꝗ. *de oblig. & act. l.* 76. ꝗ *de furtis.* ... qui codice vtitur ad alium vſum quàm conceſſum, *vt hic.* iuncto verſ. Imò ...
k id eſt ad cautionem. l non furti. m Certiorandus eſt qui ignorat ... n Chirographum rationum libro inſcribi poteſt. *l.* 1. *in fin.* ꝗ. *de act. empt.*
o Furti tenetur qui commodato abutitur. p vel quæ ei agnata ... q in acceſſionibus quoque commodati ... uo veſtis. *l.* 14. §. 15. ꝗ. *de furt.* r Vel precario datam, *v. l.* ... cuſtodiam præſtare commodatarius tenetur. ſ *v. d. l.* 14. ... *precario.* An idem in depoſito? *v. l.* 1. §. *quæ depoſitu.* ꝗ. *depoſiti.*
t Pullus an cenſeatur venditus, equa vendita, v. hic Alber.
u Veteres illi qui fuere? fortè Brutus, Sabinus, Caſſius, *l. vetus* 68 ꝟ. ... *l.* 11. ꝗ. *eod.* veterum appellatione hi ſolent intelligi. Labeo *l. veterib.* 39 ꝟ. *de pact. l. Labeo* 21. ꝗ. *de contr. empt.* x Commodatarius dolum tantum & latam culpam præſtat, quoties vel ſua ipſius cauſa rem commodauit: §. 2. ꝟ. *eod.* vel ita conuenit. y Aliud eſt in re dotali, *l.* 6 ꝗ. *de pact. dotalib.*
z Iocalia & veſtes heredibus mariti vxorem reſtituere cogi hinc colligitur. a *v. l.* 9. *C. de don. ant. nupt.* b More vetuſto nouæ nuptæ deducebantur in domum mariti: de quo more dixi ad *l. pen.* ꝗ. *de don. int. vir. l.* 15. ꝗ. *de cond.* ...

commoda

commodauit *a*, vel "ipſi" prætori quis vltro commodauit.

11 ¶ Nunc videndum, in quibus *b* ſpeciebus commodati actio locum habeat, & eſt apud veteres de huiuſmodi ſpeciebus dubitatum.

12 ¶ Rem tibi dedi, *vt creditori tuo pignori dares*, dediſti. non repignoras *c*, vt mihi reddas. Labeo ait, commodati actionem locum habere *d*, quod ego puto verum eſſe, niſi *e* merces *f* interuenit: tunc enim vel in factum *g*, vel ex locato *h* conducto agendum erit. Planè, ſi ego pro te rem pignori dedero tua voluntate, mandati erit actio.

¶ Idem Labeo rectè dicit, ſi à me culpa abſit repignorandi, creditor autem nolit reddere pignus, competere tibi ad hoc duntaxat commodati, vt tibi actiones *i* aduerſus eum *k* præſtem. Abeſſe autem culpa à me videtur, ſiue iam ſolui pecuniam, ſiue ſoluere ſum *l* paratus. Sumptum planè litis *m* cæteráque, æquum eſt eum *n* agnoſcere, qui commodatum accepit *o*.

13 ¶ Si me rogaueris, *vt ſeruum tibi cum p lance commodarem*, & ſeruus lancem perdiderit, Cartilius ait, periculum ad te reſpicere: nam & lancem videri commodatam. quare culpam in eam quoque præſtandam. planè ſi ſeruus cum ea fugerit, eum qui commodatum accepit, non teneri: niſi fugæ præſtitit culpam.

14 ¶ Si de *q* me petiiſſes, *vt triclinium r tibi ſternerem, & argentum ad miniſterium ſ praberem*, & fecero: & deinde petiiſſes, vt idem ſequenti die facerem, & cùm commodè argentum domi referre non poſſem, ibi hoc reliquero, & perierit: qua actione agi poſſit, & cuius eſſet periculum? Labeo de periculo ſcripſit *t*, multum *u* intereſſe, cuſtodem poſui, an non. Si poſui ad me periculum ſpectare. ſi minùs, ad eum, penes quem *x* relictum eſt. ego puto commodati quidem agendum: verùm *y* cuſtodiam eum præſtare debere, penes quem res relictæ ſunt: niſi aliud nominatim conuenit.

15 ¶ Si *z* duobus vehiculum commodatum ſit, vel locatum ſimul. Celſus filius ſcripſit lib. 6. |digeſtorum quæri poſſe, vtrum vnuſquiſque eorum in ſolidum, an pro parte teneatur? Et ait, * duorum quidem in ſolidum *a* dominium *b*, vel *c* poſſeſſionem *d* eſſe non poſſe. nec quemquam partis corporis dominum eſſe: ſed totius corporis pro indiuiſo *e* pro parte dominium habere. Vſum autem balinei quidem, vel porticus, vel campi vniuſcuiuſque in ſolidum eſſe: neque enim minus me vti, quòd & alius vteretur. Verùm in *f* vehiculo commodato, vel locato, pro parte quidem effectu *g* me vſum habere, quia non omnia loca vehiculi teneam: ſed eſſe verius ait, & dolum & culpam *h*, & diligentiam *i*, & cuſtodiam, in totum me præſtare debere. quare duo quodammodo *k* rei habebuntur *l* &, ſi alter conuentus præſtiterit, liberabit *m* alterum: & ambobus competit furti actio *n*.

6. *Pomponius* libro 5. ad Sabinum.

VT *o* alterutro agente, alterius actio contra furem tollatur *p*.

7. *Vlpianus* libro 28. ad Edictum.

VNde quæritur, ſi alter furti egerit an ipſe ſolus debeat commodati conueniri. & ait Celſus, ſi alter conueniatur, qui furti non egit, & paratus ſit periculo ſuo conueniri alterum, qui furti agendo lucrum ſenſit ex re commodata, debere eum audiri *q*, & abſolui.

1 ¶ Sed ſi legis Aquiliæ *r* aduerſus ſocium eius habuit commodator actionem *ſ*: videndum erit, ne

a Quid ſi quis alicui equos & arma ad bellum commodauerit, & ibi ea amiſerit, an commodati competet in eum actio? non competit, §. 7. ſ. eo. neque enim commodatarius eo caſu fines commodati exceſſit, cùm eo vſu arma & equos acceperit. Idem dicendum ſi eodem fine arma & equos conduxero, & in acie perierint, *l. 13. §. 3. in fi. inf. locati.*
b Commodati, an alia actio detur certis caſibus dubitatur.
c *l. pen. C. eo.*
d in id quod re vera intereſt.
e *l. 19. in fin. inf. de præſcriptis verbis.*
f Atqui debet eſſe gratuitum commodatum.
g i. præſcriptis verbis, quoties ſc. merces eſt vel incerta, vel non in pecunia numerata.
h Quando merces certa eſt in pecunia numerata conſiſtit.
i directas.
k creditorem.
l *l. 9. §. 1. ȷ. quib. modis pignus.*
m mouendæ contra ipſum creditorem.
n nempe commodatarium: aliud eſt in deponente, *v. l. 12. §. 1. inf. depoſiti: l. 11. §. 1. ſ. ad exh.*
o At non commodantem qui agit iure ceſſo.
p commodatarij periculo eſt ſeruus cum lance commodatus.
q i. à me, vide *l. huiuſm. §. Stich. ȷ. de leg. 1.*
r Triclinium locus tribus lectis conſtructus, ſeu in quo ires lecti conſtructi, *l. 28. ſ. de ſeruit. vrb.* Nemo (inquit Varro 8. *de lingua.*) facit triclinij lectos, niſi pares & materia & altitudine & figura. κλίνη Græcè lectus eſt. *Iſid. 15. Orig. 3.* poteſt & accipi pro tribus ipſis lectis", v. Forc. *c. 26. penu.* ſ triclinij fortè, vel aliud.
t malè ſecundum Azonem. bene ſecundum Ioannem. u *l. 51. inf. de adqu. poſſ.*
x Non penes cuſtodem. An quia nullus fuit vt Martinus putat? An quia alioquis, vt Accurſius? y Appoſitio cuſtodis facta, ex poſt facto non remittit onus cuſtodiæ commodatario. *Bart.* z Duo in ſolidum non habent eiuſdem rei dominium vel poſſeſſionem: vſum habere poſſunt.
a Domini in ſolidum plures eiuſdem rei vel iuris eſſe non poſſunt, *vt hic. & l. 3. §. ex contr. inf. de adq. poſſ.* Imò poſſunt, ſi res communis ſit, *l. ea qua. 6. C. fam. l. in rebus 30. C. de iure dot.* ſed & vnus verò, alter ficte. *l. in ſuis 11. inf. de liberis & poſt.* vnus natura, alter iure ciuili, ſeu diuerſo reſpectu, *l. 1. ſ. ſi ager vect.* vnus actu, alter habitu, *l. 1. C. comm. de leg. l. cum filius. 76. §. variis 8. inf. de leg. 2.* quatuor alios caſ s v. apud Socin. *reg. 99.* adde hic Alber.
b Atqui duobus in ſolidum pecunia dari poteſt. *l. 5. C. de rebus cred.*
c Ligius vaſallus duorum eodem modo quis eſſe non poteſt: quia impoſsibile eſt duos eſſe in ſolidum dominos, eodem iure. Laudenſis 1. *feudorum.*
d Ciuilem ſeu naturalem eandem, *l. 3. §. 5. ȷ. de adq. poſſ.*
e Pars pro indiuiſo quid ſ alias dixi. f Sic duo rei locationis eſſe poſſunt, *l. 13. §. 8. inf. loc.* g *al.* euectus: *id eſt*, euectionis. *Hot.*
h leuem. i i. culpam leuiſsimam.
k *Quodammodo* improprietatis nota: nec enim verè ſunt duo rei.
l vehiculo amiſſo dixi. *l. 9. inf. de duobus reis.* m Bona enim fides non patitur idem bis exigi, *l. 57. inf. de reg. iur.* n In ſolidum, quia cùm vterque teneatur in ſolidum, vtriuſque intereſt in ſolidum. o *al.* Et.
p Quia cùm vtrique in ſolidum ex vna eadémque cauſa defertur furti actio, vni per alterum præiudicatur. *Accurſ.*
q ex æquo.
r vide quæ notaui ad *l. 18. §. 1. inf. eod.*
ſ ob damnum ab eo datum in re commodata.

cedere debeat *a*, ſi fortè damnum dedit *b* alter, quod hic, qui conuenitur, commodati actione ſarcire compellitur. nam &, ſi, aduerſus ipſum habuit Aquiliæ actionem commodator, æquiſsimum eſt, vt commodati agendo, remittat actionem, niſi fortè quis dixerit *c*, agendo eum ex lege Aquilia, hoc minus conſecuturum quàm ex cauſa commodati conſecutus eſt. quod videtur habere rationem.

De poſſeßione & proprietate rei commodatæ.

8. *Pomponius* libro 5. ad Sabinum.

REi *d* commodatæ & poſſeſsionem, & proprietatem retinemus *e*.

9. *Vlpianus* lib. 2. ad Edictum.

NEmo enim commodando, rem facit eius *f*, cui commodat.

De vſu rei. De culpa. De deterioratione. 1. *De re inſpectori data.*

10. *Idem* lib. 29. ad Sabinum.

EVm, qui rem commodatam accepit, ſi in *g* eam rem ſus eſt, in quam accepit, nihil præſtare: ſi eam in nulla parte, culpa ſua, deteriorem *h* fecit, verum eſt. nam, ſi culpa ||eius|| fecit deteriorem, tenebitur.

1 ¶ Si rem inſpectori *i* dedit *k*, an ſimilis *l* ſit ei, cui commodata res eſt, quæritur. & ſi quidem mea *m* cauſa dedi, dum volo pretium exquirere, dolum mihi tantùm præſtabit: ſi ſui, & cuſtodiam. & ideo *n* furti habebit actionem. Sed & ſi, dum refertur *o*, periit, ſi quidem ego mandaueram per *p* quem remitteret, periculum meum erit: ſi verò ipſe cui voluit, commiſit, æquè culpam mihi præſtabit, ſi ſui cauſa accepit.

11. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

QVi non tam idoneum *q* hominem elegerit, vt rectè id perferri poſsit.

11. *De eo qui miſſus eſt, vt rem commodatam repeteret.*

12. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

SI mei cauſa, dolum tantùm. *

1 ¶ Commodatam rem miſſus qui repeteret. cùm *r* recepiſſet aufugit, ſi *ſ* dominus ei dari iuſſerat, domino perit. ſi commonendi *t* cauſa miſerat, vt referretur res commodata, ei qui *u* commodatus eſt.

De re non apparente. 1. *De quæſtu.* 2. *De eo qui bona fide ſeruit commodanti.*

13. *Pomponius* lib. 11. ad Sabinum.

IS, qui commodatum accepit, ſi non *x* apparentis *y* rei nomine commodati condemnetur: cauendum ei eſt, vt repertam dominus ei præſtet.

1 ¶ Si quem quæſtum fecit is, qui experiendum *z* quid accepit, veluti ſi iumenta fuerint, eáque locata ſint, id ipſum præſtabit, qui experiundum dedit. neque *a* enim ante eam rem quæſtui cuique eſſe oportet, ||prius|| quàm periculo eius ſit.

2 ¶ Si libero homini, qui mihi bona fide ſeruiebat, quaſi ſeruo, rem commodauero, videamus, an habeam commodati actionem. nam & Celſus filius aiebat, ſi iuſsiſſem *b* eum aliquid facere *c*, vel mandari cum eo, vel præſcriptis verbis experiri me poſſe. Idem ergo & in commodato erit dicendum.

¶ Nec obſtat quod non hac mente cum eo, qui liber bona fide nobis ſeruiret contraheremus quaſi eum obligatum habituri: plerunque *d* enim id accidit, vt *e* extra id quod ageretur; tacita obligatio naſcatur: veluti cùm per errorem indebitum ſoluendi cauſa datur.

De ſeruo commodante.

14. *Vlpianus* libro 48. ad Sabinum.

SI ſeruus meus rem meam tibi ſcienti *f* nolle me tibi commodari, commodauerit, & commodati *g*, & furti naſcitur actio, & *h* præterea condictio ex cauſa furtiua.

De re aliena.

15. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

COmmodare poſſumus *i* etiam alienam rem, quam poſſidemus: tametſi ſcientes alienam poſſidemus.

a *ſub.* actionem Aquiliæ.
b culpa vel negligentia.
c & malè. *Iacobus de Arena*: vt verba hæc, in fine huius legis, *quod videtur habere*, huc non referantur, ſed ad ſuperiora.
d Seneca *epiſt. 63.* Rebus non me trado ſed commodo: commodans rei proprietatem & poſſeſsionem non amittit: contra cómodatarius neutrum habet, ſed detentionem tantùm.
e In eo commodatum differt à mutuo, *l. 2. ſ. de reb. cred.*
f *l. 8. ſ. eod. §. 2. Inſtit. quib. mod. re.* adde *l. 2. §. 1. inf. pro herede. l. 2. in f. inf. de precario.*
g Commodato qui ad ſui & verũ vſum vtitur, interitum rei non præſtat.
h *l. 18. §. 1. inf. eo.*
i *Inſpector* eſt is cui rem inſpiciendam trado, vt rei verum pretium ab eo explorem: vel qui vltro rem à me petiit, vt eam inſpiceret.
k *v. l. 18. in pr. ȷ. de præſcriptis.*
l |Commodatarij & inſpectoris an & quæ ſimilitudo ſit: ſeu, an idem ſit rem commodare, & inſpiciendam dare. vtilis enim hæc eò quæſtio eſt, vt ſciatur an & quatenus inſpector teneatur.
m Inſpiciendas res noſtras alteri damus vel noſtra cauſa, vel accipientis. Noſtra cauſa, quoties per accipientem exquirimus noſtræ rei pretium.
n Inſpiciendam rem qui accepit ſuo periculo furti agere poteſt, *l. 78. inf. de furtis.*
o remittens rem domino an & quomodo tenetur de interitu rei ſi res, dum remitteretur perierit? Dic remitti periculo mandantis: ſi nihil ſit mandatum, periculo remittentis, ſi modò ſui cauſa accepit.
p *l. 12. inf. eodem.*
q Electio mala culpæ tribuitur.
r vide quæ ſcripſi ad *l. 7. C. de furtis.*
ſ Nuncio commodatum impunè redditur, ſi recipiendi, non commonendi tantùm mandatum habuit. commonendi tantùm mandatum habet, qui iuſſus eſt monere commodatarium, vt remitteret, *vt hic.* Quid ſi ad recipiendum commodatum ſe miſſum dixerit? non ſtatim ei credere commodatarius debebit.
t tantùm ſcil.
u cui commodata res eſt. *Hal.*
x Commodata re non apparente, commodatarius rectè conueniri poteſt.
y *ſub.* culpa eius.
z *l. 21. in pr. inf. de præſcriptis.*
a Lucrum & quæſtum ex re commodata commodatarius facere non poteſt, niſi cum periculum commodati ad eum ſpectat.
b vide *l. 54. §. 3. inf. de adq. rerum dominio.*
c Putà, vt gereret mea negotia, *l. 59. §. 2. ſ. de negot.*
d *Plerumque* vox, regulæ index.
e Tacita plerunque obligatio naſcitur extra id quod agimus.
f vide *l. 14. C. de furtis.*
g Vt hæc verba accipienda ſint, v. Cuiac. 17. *obſ.* 12.
h Actiones exercitio non origine contrariæ, ex eodem facto naſci poſſunt. vide Dinum. ad *c. nullus pluribus t de regulis.*
i Commodare rem etiam alienam qui non dominus eſt, poteſt *l. 16. ȷ. eo.*

16. *Marcel*

a Fur commodare rem furtiuam poteſt.
b Prædo commodati actionem adquirit, cum rem à ſe raptam commodat.
c Ad æſtimationem rei, vel id quod ſua intereſt l.64.ſ. de iudiciis.l.13.ſ.de reb.creditis l.13.circa fin.j.depoſiti.
e Pactum, ne dolus futurus præſtetur, nõ valet: occaſio enim delicti pacto adquiri non poteſt.
f l.27. §. 3.ſ. de pact.l.1. §.7.j. depoſiti:v.l.23.inf. de regulis.
g Commodati contraria agi poteſt etiam ſine directa. Porro directæ & vtiles actiones propria non ſunt nomina actionum, ſed qualitates tantùm. v.l.47.ſ.de negot.
h pro expenſis factis in re commodata, l.18.§.3.§.4. inf.eod.
i l.18.in fi.j. eod. l.10.ſ. de negot. v. l.1 in fin.j. de cont. tutel.
k Commodatarij: puta quod rem deteriorem fecerit.
l Heres ex ſuo facto conuenitur in ſolidum.
m aliàs datur heredem, l.3.§.3.ſ.eo.
n Commodatum ab initio officij eſt, & voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis.
o Commodatum (quia in eo certus vſus præfinitus eſt) non poteſt ante tempus expletum reuocari: in quo differt à precario l.1. in fin.inf. de precario. hoc eſt, commodatum à precario differt in reuocatione ſeu reuocandi facultate. Precarium enim vel intempeſtiuè reuocari poteſt nec contraria pactione impediri, l.12.inf.de precario.

16. *Marcellus* lib. 5. Digeſtorum.

ITa vt, & ſi fur *a*, vel prædo *b* commodauerit, habeat commodati actionem *c*.

De pacto, ne dolus præſtetur. 1. Si contraria actio moueatur ſine principali. 2. De herede commodatorij. 3. De effectu commodati. 4. De duabus rebus commodatis. 5. De pretio ſoluto.

17. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

IN commodato *d* ‖ hæc ‖ pactio *e ne dolus præſtetur*, rata non eſt *f*.

1 ¶ Contraria commodati actio etiam *g* ſine principali moueri poteſt *h*: ſicut & cæteræ, quæ dicuntur contrariæ *i*.

2 ¶ Si ex facto heredis *k* agatur commodati, in *l* ſolidum condemnatur, licet ex parte heres *m* eſt.

3 ¶ * Sicut *n* autem voluntatis, & officij magis, quàm neceſſitatis eſt commodare, ita modum commodati, finemque præſcribere eius eſt, qui beneficium tribuit. cùm autem id fecit (id eſt, poſtquam commodauit) tunc finem præſcribere, & retrò agere, atque intempeſtiuè *o* vſum commodatæ rei auferre, non officium tantùm impedit: ſed & ſuſcepta obligatio eſt inter dandum accipiendumque. geritur enim negotium inuicem. & ideo inuicem propoſitæ ſunt actiones, vt appareat, quod principio beneficij, ac nudæ voluntatis fuerat, conuerti in mutuas præſtationes, actioneſque ciuiles *p*, vt accidit in eo, qui abſentis negotia gerere inchoauit. neque ‖ enim ‖ impunè peritura deſeret. ſuſcepiſſet enim fortaſsis alius, ſi is non cœpiſſet: * voluntatis eſt enim ſuſcipere mandatum, neceſsitatis *r* conſummare.

¶ Igitur ſi pugillares *ſ* mihi commodaſti, *vt debitor mihi caueret*, non rectè facies importunè repetendo. nam ſi negaſſes, vel emiſſem, vel teſtes adhibuiſſem.

¶ Idemque eſt, ſi ad fulciendam inſulam tigna commodaſti, deinde protraxiſti, aut etiam ſciens vitioſa *t*, commodaueris. * adiuuari quippe nos, non decipi, beneficio oportet. Ex quibus cauſis etiam contrarium iudicium vtile eſſe dicendum eſt.

4 ¶ Duabus rebus commodatis, rectè de *u* altera commodati agi poſſe Viuianus ſcripſit. quod ita videri verum, ſi ſeparatæ ſint, Pomponius ſcripſit. nam eum qui carrucham, puta, vel lecticam commodauit, non *x* rectè *y* acturum de ſingulis partibus.

5 ¶ Rem commodatam perdidi *z*, & pro ea pretium dedi. deinde *a* res in poteſtate *b* tua venit. Labeo ait, contrario iudicio aut *c* rem mihi præſtare te debere, aut, quod à me accepiſti, reddere.

De dolo, culpa, diligentia, caſibus quibus reſiſti non poteſt. 1. De re deteriorata. 2. De impenſis à commodatario factis. 3. De vaſibus vitioſis. 4. De contrario iudicio. & iure penſationis.

18. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

IN *d* rebus commodatis talis *e* diligentia præſtanda eſt, qualem *f* quiſque diligentiſſimus *g* paterfamilias ſuis rebus adhibet. ita vt tantùm eos caſus non præſtet, quib. reſiſti non poſſit. veluti mortes ſeruorum, quæ ſine dolo, & culpa eius accidunt: latronum, hoſtiúmve incurſus: piratarum inſidias: naufragium, incendium, fugas ſeruorum *h*, qui cuſtodiri non ſolent. Quod autem de latronibus & piratis, & naufragio diximus, ita ſcil. accipiemus, ſi in hoc commodata ſit alicui res, vt eam rem peregrè ſecum ferat: alioquin ſi cui ideo argentum commodauerim, quòd *i* is amicos ad cœnam inuitaturum ſe diceret, & id peregrè ſecum portauerit, ſine vlla dubitatione etiam piratarum *k*, & latronum, & naufragij caſum præſtare debet. Hæc ita, ſi duntaxat accipientis gratia, commodata ſit res.

¶ At ſi vtriuſque, veluti ſi communem amicum ad cœnam inuitauerimus, túque eius rei curam ſuſcepiſſes, & ego tibi argentum commodauerim, ſcriptum quidem apud quoſdam inuenio, quaſi dolum tantùm præſtare debeas: ſed videndum eſt, ne & culpa præſtanda ſit: vt ita culpæ fiat æſtimatio, ſicut in rebus pignori datis, & dotalibus æſtimari ſolet.

1 ¶ Siue autem pignus, ſiue commodata res, ſiue depoſita, deterior *a* ab eo qui acceperit, facta ſit, non ſolum iſtæ ſunt actiones, de quibus loquimur: verum etiam legis Aquiliæ *b* ſed ſi qua earum actum fuerit, aliæ tolluntur *c*.

2 ¶ Poſſunt iuſtæ cauſæ interuenire, ex quibus cum *d* eo qui commodaſſet, agi deberet *e*, veluti de impenſis in valetudinem *f* ſerui factis, quæve poſt fugam requirendi reducendique eius cauſa factæ eſſent. nam * cibariorum *g* impenſæ, naturali ſcilicet ratione, ad eum pertinent, qui vtendum accepiſſet. Sed & id, quod de impenſis valetudinis *h*, aut fugæ diximus, ad maiores impenſas pertinere debet: modica *i* enim impendia verius eſt, vt ſicuti cibariorum *k*, ad eundem pertineant.

3 ¶ Item qui ſciens vaſa vitioſa *l* commodauit, ſi ibi infuſum vinum, vel oleum corruptum, effuſúmve eſt, condemnandus eo nomine eſt.

4 ¶ Quod *m* autem contrario *n* iudicio conſequi quiſque poteſt *o*, id etiam recto *p* iudicio, quo cum eo agitur, poteſt ſaluum habere iure *q* penſationis *r*. Sed fieri *ſ* poteſt vt amplius *t* eſſet, quod inuicem aliquem *u* conſequi oporteat *x*: aut iudex penſationis *y* rationem non habeat, aut ideo de reſtituenda re cum eo non agatur, quia ea res caſu intercidit, aut ſine iudice reſtituta eſt: dicemus neceſſariam eſſe *z* contrariam *a* actionem.

De damno iniuria dato.

19. *Iulianus* lib. 1. Digeſtorum.

AD eos, qui ſeruandum aliquid conducunt *b*, aut vtendum accipiunt *c*, damnum iniuria ab alio datum non pertinere, proculdubio eſt. qua *d* enim curatum, aut diligentia conſequi poſſumus, ne aliquis damnum nobis iniuria det?

De re ei qui perferebat, intercepta.

20. *Idem* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

ARgentum *e* commodatum *f* ſi tam idoneo *g* ſeruo *h* meo *i* tradidiſſem ad te perferendum, vt *k* non debuerit quis æſtimare futurum, vt à quibuſdam malis hominibus deciperetur, tuum, non meum detrimentum erit; ſi id mali homines intercepiſſent.

De domino. 1. Aut eius ſeruo rem commodatam ſurripiente.

21. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

REm mihi commodaſti: eandem ſubripuiſti: deinde, cùm commodati ageres, nec à te ſcirem eſſe ſubreptam, iudex me condemnauit & ſolui: poſtea comperi à te eſſe ſubreptam, quæſitum eſt, quæ mihi tecum actio ſit? Reſpondit, furti quidem non eſſe, ſed *l* commodati *m* contrarium iudicium vtile mihi fore.

cruſtes, & piratæ qui captos verberant & in ignem viuos imponunt: & alibi 1. decla. 32. ita raptæ pepercere Piratæ, vt lenoni venderent, Cic 3. off. Pirata, inquit, non eſt ex perduellium numero definitur, ſed communis hoſtis omnium, cum hoc nec fides eſſe debet, nec iuſiurandum commune.
a l.3.§.1.l.10.ſ.eo.
b l.7.ſ.eod.
c Niſi fortè aliquid ſuperſit, quod per alteram actionem non fuerit cõſecutus commodator. d.l.7.ſ.eo.l.71. inf.de furt.
d Commodati contraria datur aduerſus eum, qui commodauit.
e reſtituendo. v. l.vlt.C.eod.
f & curationem v.l.22.j.eod.
g Alimentorum expenſas naturali ratione præſtare is debet, ad quem vſus vel hominis vel equi pertinet. adde l.eos.6.§.2.C.de appell. Quid libertus & vaſallus: num ſuo ſumptu operas præſtant? dixi l. ſi victu 18. inf. de oper.libert.
h adde l.30.inf.de ædilitio.
i Imò modica curantur, l. ſi proprietarius 22.j.de donat. §.gallinarum. Inſt.de rer.diuiſ. l. eſt 10.ſ.de dolo.l. ſcio 4.ſ.de integ.
k l.17.§.3.inf. ſ. eod.
l Vitioſa res commodata à commodatore ignorante noceat commodatario, commodator non tenetur, accipientis cauſa vt hic. & l.pen.

Quid ſi depoſita res vitioſa ab ignorante? tenetur deponeus. ſit enim depoſitarii eius cauſa: & officium depoſitario noxium eſſe inciuile eſt, l.ſi ſeruus 61.§. vero.5.inf.de furt. Quid ſi res vendita vitioſa nocuit emptori? Venditor ſciens rectè tenetur, quia vitioſam vendere non debuit, etiam ignorans, cùm pretium accipiat: ſi tamen ignorans vendidit quanto minoris emptor empturus fuiſſet: ſciens, id omne, quod emptoris intereſt, præſtat, l.tenetur 6.ſi vas 4. l. Iulianus pr.13 & §.1.j.de act.empt. Quid ſi locata? ſi vitioſum mancipium ſciens locauit, in id omne quod intereſt: ſi ignorans noxaliter tantum tenetur, l ſi domum 45. 1.l.cum in plures 60.§.ſeruum.7.j.locati. ſi res alia à mancipio, id omne quod intereſt, præſtabit. l.ſed addes 19.§.1.j.loc. Cur tam variè? fugitiui vitium facilius ignoramus quàm doli.
m Commodatarius conuentus actione commodati, quod ſibi debetur compenſare poteſt. ſin illud amplius ſit, aut iudex compenſationem non admittet, aut commodatum caſu interciderit, aut extra iudicium reſtitutum ſit, actioni contrariæ locus eſt. Syn. Baſil. 13. Tit. 1. cap. 37.
n Contraria commodati actio quibus ex cauſis introducta v. Oldendorp. Claſſ. actione 15. c. adſignauit remedia num. 6. o vt expenſas magnas.
p Rectum iudicium, directum. q l.vlt.C.eo.v.l.20.in fi.j.de adq.poſſ.
r opponendæ ab homine. ſ i. fieri poteſt vt commodator commodatario plus debeat, quàm ei debeatur à commodatario.
t Atque ita commodatarius ſibi compenſare non poteſt: vt ea de cauſa neceſſaria ſit illi contraria commodati actio.
u ſub. commodatarium. u ſub. ratione expenſarum.
x petitæ. l.7.§.1.j.de compenſat. z v.l.17.§.1.ſ.eod.
a Contraria agi poteſt, etiam ſi non agatur directa, l.17.§.1.ſ.eod.
b Damnum quod præuideri non poteſt, conductor & commodatarius non præſtant.
c ſub. gratis. d l.41.j.locati. e in maſſa: aliàs mutuum eſſet.
f à te mihi. g v.l.11.ſ.eod.
h Eligi communi opinione idoneum ſufficit ad commodatum perferendum commodatori.
i vel tuo, l.21.in fi. j. de præſcriptis.
k Communis opinio excuſat. l v.l.17.in fin ſ.eod.
m Cur non furti? an quia eius non intereſſit, cum ſit liberatus actione commodati: vt aliud futurum ſit, ſi eius intereſit? An quia nemo furtum rei ſuæ facit?

p Commodati actio an ciuilis? dixi ad l.1.ſ.eo. q l.6.in fi.ſ. de negot.
r v.l.5.§.1.& ſeq.l.22.in fin. j.mand.
ſ Pugillares, tabellæ cereæ Inſtrumentum tabulis cereis ſcribi poſſe hinc colligunt & ita præſcriptum. inſtrumentum à tabellione, ſucceſſor eius in mundum referre tenetur, vt & edere contrahenti. t adde l.18. §. pen. inf.eod.
u Separatæ res commodatæ, ſeparatim peti poſſunt. x adde l.3.ſ.famil. l.5. §.7.inf.iudic. ſol. y ſub. culpa mea. z facit l.21.inf. eod.
a Cur? quia lectica vel carrucha, corpus eſt, cuius partes ſeparatæ nullum vſum præſtant. v.l.3.ſ.fam.erciſc. b al. poteſtatem.
c Commodatarius pretio rei commodatæ ſoluto commodanti, ad rem commodatam varias actiones habet: in rem vtilem l.ſi culpa 63.ſ de rei. vind. ad æſtimationem condictionem ſine cauſa, l.2.ſ.de condictione ſine cauſa ad rem, vel æſtimationem alternatiuè, commodati contrariam, de qua hic vt ea parte ſit electio commodatarij. Nam cùm habeat electionem actionum, rerum quoque ipſarum electionem habere debet, l.reſcriptum 10. §. ſi pacto 1. ſ. de pact.l.3.§.1.ſ.de co quod certo. d Syn. Baſil. 13. Tit. 1. c.17. * e In commodato commodatarius præſtat dolum, & culpam omnem, hoc ſt, latam, leuem, leuiſſimam: (niſi vtriuſque gratia commodatum factum ſit: tunc enim leuis tantum culpa præſtatur) caſum verò, ſi culpa eius præceſſit caſum. Porrò lata culpa eſt omittere, quod omnis: leuis, quod diligens: leuiſſima, quod diligentiſſimus quiſque faceret, l.ſi mercet. 25.§.pen.j.locati. *
f Imo maiorem, l.1.§.4.j.de oblig.& act.
g vide quæ ſcripſi ad l.35.j.de contrah.empt.& ſic leuiſſimam culpam præſtat.
h Qui cuſtodiri non ſolent. adde l.5.§.13.ſ.eo.l.1.§.4.j.de obl.
i d.§.4.in fin.
k l.3. §.1. ſ. nautæ, Nou. 134. c.13. πειραταὶ ἐν ὕδασι λῃσταί, Seneca 4. de benefic.25. ſi deos imitaris, da & ingratis beneficia. Nam & ſceleratis ſol oritur, & piratis parent maria. Vox autem piratæ vel à πεῖρα, quod deceptionem ſignificat; vel à περᾷν. i. peretrando deducitur. De piratarum crudelitate, Seneca 1.de clemen. c.4. nec contenti interficere ſæuiunt, vt Buſiris ille, & Pro-

1 ¶ In exercitu contubernalibus *a* vaſa vtenda communi periculo dedi: ac deinde meus ſeruus, ſubreptis his, ad hoſtes profugit: & poſtea ſine vaſis receptus eſt? Habiturum me commodati actionem cum contubernalibus conſtat pro cuiuſque parte? ſed *b* & illi mecum furti ſerui nomine, agere poſſunt: quando & noxa caput ſequitur: & ſi tibi rem periculo tuo vtendam commodauero, eáque à ſeruo meo ſubripiatur, agere mecum furti poſſis ſerui nomine.

Si ſeruus commodatus commodatario furtum fecerit.

22. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

SI ſeruus, quem tibi commodauerim, furtum *c* ſecerit, vtrum ſufficiat *d* contraria commodati actio quemadmodum competit, ſi quid in curationem *e* ſerui impendiſti: an furti agendum ſit, quæritur? Et furti quidem noxalem habere, qui commodatum rogauit, proculdubio eſt: contraria autem commodati tunc eum teneri, cùm ſciens *f* talem eſſe ſeruum, ignoranti commodauit.

De equo deteriorato.

23. *Pomponius* lib. 21. ad Quintum Mucium.

SI *g* commodauero tibi equum, quo vtereris vſque ad certum locum, ſi *h* nulla *i* culpa tua interueniente, in ipſo itinere deterior equus factus ſit, non teneris commodati. nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodaui, qui eum laborem ſuſtinere non potuit.

DE PIGNERATITIA *k* ACTIONE, vel contra.

TIT. VII.

De traditione, & nudo conſenſu. 1. Si æs pro auro obligetur.

Vlpianus lib. 40. ad Sabinum.

PIgnus contrahitur non *m* ſola traditione *n*, ſed etiam *o* nuda *p* conuentione *q*, & ſi non traditum eſt.

1 ¶ Si igitur contractum *r* ſit pignus nuda conuentione, videamus, an ſi *ſ* quis aurum oſtenderit quaſi pignori daturus, & æs *t* dederit, obligauerit aurum pignori: & conſequens eſt, vt aurum obligetur: non autem æs: quia in hoc non conſenſerint.

2 ¶ Si quis tamen cùm æs *u* pignori daret, adfirmauit *x* hoc aurum eſſe, & ita pignori dederit, videndum erit, an æs pignori obligauerit: & nunquid, quia in corpus conſenſum eſt pignori eſſe videatur: quod magis eſt: tenebitur tamen pigneratitia contraria actione, qui dedit: præter *y* ſtellionatum *z* quem fecit.

Si pignus venditum oppignoretur ſecundo creditori.

2. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

SI ‖ debitor ‖ rem pignori datam vendidit, & tradidit, túque ei nummos credidiſti, quos ille ſoluit ei creditori, cui pignus dederat, tibique cum eo conuenit, vt ea res quam iam vendiderat, pignori tibi eſſet, * nihil te egiſſe conſtat: quia *a* rem alienam pignori acceperis *b*: ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cœpiſſet: neque ad rem pertinuiſſe, quòd tua pecunia pignus ſit liberatum.

De dolo debitoris in ſolutione.

3. *Idem* lib. 18. ad Sabinum.

SI quaſi recepturus à debitore tuo comminus pecuniam reddidiſti ei pignus. íſque per feneſtram id miſit *a* excepturo eo, quem de induſtria ad id poſuerit, Labeo ait, furti te agere cum debitore poſſe *b*, & ad exhibendum. & ſi agente ‖ te ‖ contraria pigneratitia, excipiat debitor de pignore ſibi reddito, replicabitur de dolo & fraude, per quam nec redditum, ſed per fallaciam ablatum id intelligitur.

De venditione pignoris.

4. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

SI *c* conuenit de diſtrahendo pignore, ſiue ab initio, ſiue poſtea, non *d* tantùm venditio valet, verum incipit emptor dominium rei habere.

¶ Sed etſi non conuenerit de diſtrahendo pignore, hoc tamen iure vtimur, vt *e* liceat diſtrahere: ſi modò non conuenit, ne liceat. Vbi *f* verò conuenit *ne diſtraheretur*, creditor, ſi diſtraxerit, furti *g* obligatur: niſi ei ter fuerit denunciatum, vt ſoluat, & ceſſauerit.

5. *Pomponius* lib. 19. ad Sabinum.

IDque iuris eſt, ſiue omnino fuerint pacti *ne veneat*, ſiue in ſumma, aut conditione, aut loco contra pactionem factum ſit *h*.

Creditor non cogitur vendere pignus, ſed cogitur oſtendere, cautione accepta.

6. *Idem* lib. 35. ad Sabinum.

QVamuis conuenerit, *vt fundum pignoratitium tibi vendere liceret*, nihilo *i* magis cogendus es vendere, licèt ſoluendo non ſit is, qui pignus dederit: quia tua cauſa id caueatur: ſed Atilicinus, ex cauſa cogendum *k* creditorem eſſe ad vendendum, dicit: quid enim, ſi multo minus ſit, quod debeatur: & hodie pluris venire poſſit pignus, quàm poſtea. Melius autem eſt dici, eum *l*, qui dederit pignus, poſſe vendere: &, accepta pecunia, ſoluere id, quod debeatur: ita tamen, vt creditor neceſſitatem habeat oſtendere rem pignoratam, ſi mobilis ſit prius idonea cautela *m* à debitore pro indemnitate *n* ei præſtanda: inuitum *o* enim creditorem cogi vendere, ſatis inhumanum eſt.

1 ¶ Si creditor *p* pluris *q* fundum pignoratum vendiderit, ſi id *r* fœneret *ſ*, vſuram eius pecuniæ præſtare debet ei, qui dederit pignus: ſed & ſi ipſe vſus *t* ſit ea pecunia, vſuram præſtari oportet: quod ſi *u* eam depoſitam *x* habuerit *y*, vſuras non debet *z*.

7. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

SI autem tardius ſuperfluum reſtituat creditor ‖ id ‖ quod apud eum depoſitum eſt, ex mora ‖ etiam ‖ vſuras debitori hoc nomine præſtare cogendus eſt.

De impenſis à creditore factis. 1. De venditione pignoris.

8. *Pomponius* lib. 35. ad Sabinum.

SI neceſſarias *a* impenſas fecerim in ſeruum, aut in fundum, quem pignoris cauſa acceperim, non tantùm retentionem *b*, ſed etiam contrariam *c* pigneratitiam actionem habebo: finge enim medicis *d*, cum ægrotaret ſeruus, dediſſe me pecuniam, & eum deceſſiſſe: item inſulam fulſiſſe: vel refeciſſe, & poſtea deuſtam eſſe: nec *e* habere quod poſſem retinere *f*.

1 ¶ Si pignori † plura mancipia data ſint, & quædā certis pretiis ita vendiderit creditor, *vt euictionem eorum præſtaret*, & creditum ſuum habeat, reliqua mancipia poteſt *g* retinere, donec ei caueatur, quod euictionis nomine promiſerit, indemnem eum futurum.

2 ¶ Si vnus ex heredibus portionem ſuam ſoluerit, tamen tota *h* res pignori data venire poterit, quemadmodum ſi ipſe debitor portionem ſoluiſſet *i*.

3 ¶ Si annua, bima, trima die, ‖ triginta ‖ ſtipulatus

a Prima verior videtur. Contubernium teſte Vegetio 1. *de re militari*, ſignificat decem milites ſub vno papilione degentes: *contubernales* autem dicuntur à tabernis, quæ fiebant ex tabulis: vnde & *tabernacula* dicta ſunt, licèt extentis pellibus fiāt: ſic enim legit apud Feſtum Ioſeph Scaliger. Quin Iſidorus 9. *orig. vlt.* Contubernium ad tempus coëundi conuentionem appellat: & tabernacula quæ modo huc & illuc præfigantur. Contubernales itaque ſunt commilitones qui eodem tabernaculo vtuntur: *qui ſont camarades enſemble.*

b Atque ita dolus ſerui non præiudicat commodatori, licèt pro eo noxaliter teneatur. *Bart.*

c vide *l. 6. §. 1. ꝗ. de furt* & *l. 45. §. 1. inf. locati.* quæ eſt eiuſdem libri, vt ibi dixi.

d Id eſt, comperat: hoc enim ſenſu verbum *ſufficere* ſumitur in *l. 29. ꝗ. comm. diuid. l. Titius 43. ꝗ. de act. emp. l. ſi domum 45. §. 1. inf. locati.* Cui contrarium eſt *deficit.*

e Quidquid in rem commodatam ob morbum vel aliam rationem impenſum eſt, à domino recipi poteſt, Paul. 2. *ſent.* 4. adde *l. 18. §. 2. eod.*

f adde *l. 31. ꝗ. tit. prox.*

g *Syn. Baſil.* 13. *tit.* 1. *cap.* 20. §. 4. & 1. *Harm.* 10 §. 4.

h Commodatarius non eſt in culpa qui vtitur re commodata ad vſum ſibi conceſſum. i vt in caſu *l. vlt. ꝗ. ad l. Aquil.* adde *l. 27. §. pen. d. tit.*

k 4. *C.* 24. §. *vlt. Inſt. quib. mod. re. Paul. 2 ſent.* 5. huic actioni æmulam eſſe hypothecariam (de qua *ꝗ. de pign.*) teſtatur Iuſtinianus, *l. 2. §. 5. C. de veteri iure.* ſunt tamen diuerſæ: hac debitor aduerſus creditorem ſoluto debito directè agit, in eum verò creditor ob ſumptus, contraria hypothecaria autem creditor, in quemlibet poſſeſſorem directò experitur. l De qua *l. 16. §. 1. inf. eod.*

m Id eſt, non ſolum: ſic Græci, οὐ μόνον παραδόσει. *Synopſ. Baſil.* 25. *Tit.* 1. *cap.* 1.

n Rei ſcilicet. *l. 1. §. 6. infr. de oblig.*

o *l. 4. infr. de pign. l. 17. §. 2. ꝗ. de pact.*

p Imò non ſolo conſenſu perficitur pignus. *l. 26. ꝗ. eod.*

q Quid, pignore nudo conſenſu contracto, num ius in re vel actio realis adquiritur? Gulielmus ita putat, *arg. l. 1. l. grege 13. §. in ſuperficiariis. ꝗ. de pign. l. enim qui 14. inf. de furtis.* & *inf. tit. de Saluiano interd. ôio.*

r Contractum pignus, nihil aliud eſt quàm hypotheca: atque ita impropriè pignus, Pignus enim traditur, hypotheca conſtituitur: ſiue ſit mobilis, ſiue immobilis, *l. ſciendum. 15. §. creditor 12. ꝗ. qui ſatiſd.* Nam quod ait Iuriſconſultus, pignus rei mobilis propriè eſſe, *l. 238. §. 2. ꝗ. de verb. ſign.* propriiſſimè dicere voluit.

ſ Aeris pro auro ſubiecto, ſtellionatus crimine tenetur, *vt hic*, apud Pau. 5 *ſent.* 25. §. 4. qui æs inaurauit, argentauit, quáve cùm argentum, vel aurum poneret, æs ſtannúmve ſubiecerat, falſi pœna coërcetur.

t *l. 36. inf. eod.*

u Qui oſtenſo auro quaſi hoc pignori daturus, æs dederit, non æs, ſed aurum obligatum eſt. ſi verò qui æs, quod aurum adfirmauit eſſe, pignori dederit: & actione pigneratitia tenetur, & ea lege, quæ ſtelliones (δολιευομένους) punit. *Syn. Baſil.* 25. *tit.* 1. *cap.* 1. x Et ita ſciens dedit. vide *l. 22. ꝗ. de verb. oblig.*

y Præter dictio an includat, vel excludat, vide *l nullum 9. ꝗ. de reρnd.*

z Stellionatus crimine tenentur æris pro auro ſubiectores, *vt hic. l. 16 §. 1. ꝗ. eod.* Imò falſi, vt paulo ante dixi ex Paulo, & eò quidem magis, quòd ſtellionatur crimen ſubſidiarium ſit, & ei locus ſit, vbi nulla alia pœna lege conſtituta eſt. An hoc ſcripſit Vlp. nondum ea edita ſuperiore conſtitutione? an potius ignorata.

a *l. 2. l. 6. in fin. l. 7. l. 8. C. ſi res aliena pignori: l. 6. C. quæ res pignori: l. 13. in fin. C. de donat. inter virum*: vide *l. vlt. C. de pactis.*

b Poteſt tamen res aliena obligari ſub conditione *l. 16. §. antepen.* adde *l. 18. de pign.* voluntate domini, *l. 20. inf. eod.* Num verò rem alienam, mihi inſcienti pignoratam, retinere poſſum aduerſus dominum quouſque mutuam pecuniam recepero? vide *l. 36. ꝗ. de cond. indeb.*

a Id eſt, demiſit pecuniam.

b Fidem de pretio non habet, qui putat ſtatim ſibi ſolui. *Bart.*

c Pignus creditor vendere poteſt, ſi ita conuenit, vt liceret vendere, *vt hic.* Quid ſi nihil conuenit de venditione? Rectè creditor, diſtrahit & emptorem dominum facit, *vt hic.* Quid ſi nominatim conuenit *ne diſtraheretur*, & tamen creditor diſtraxerit? furti tenebitur, niſi quum ter debitori denuntiatum eſſet, vt ſolueret, is ceſſauerit: ſiue omnino conuenerit, *ne diſtractio fiat*, ſiue in conditione, ſiue in ſumma, ſiue in loco cōtra pactionem fecerit. *Syn. Baſil.* 25. *tit.* 1. *c.* 4.

d vide *l. 3. C. de iure dominij impetr. l. 1. C. de pactis pignor.*

e *l. 9. l. 14. C. de diſtract. pign.* Creditor ſi ſimpliciter (id eſt, nulla diſtrahendi vel non diſtrahendi ſtipulatione interpoſita) ſibi pignus depoſitum diſtrahere velit, ter antè debitori ſuo denunciare debet, *Vt pignus luat*, ne à ſe diſtrahatur. *Paul.* 2. *ſent.* 5 *c.* 1.

f Si inter creditorem & debitorem conuenerit vt fiduciam ſibi vendere non liceat non ſoluente debitore, creditor denuntiare ei ſolemniter poteſt & diſtrahere. Nec enim ex tali conuentione fiduciæ actio naſci poteſt, *Paul.* 2. *ſent.* 13. § 4. vide quæ ſcripſi ad *l. 1. l. 3. C. de iure dominij impet.*

g *l. 63. ꝗ. de furtis.* id eſt, eo nomine creditor debitori fiduciæ actione non tenetur.

h Etſi conuentum eſt de non vendendo pignore, pignus tamen vendi poterit trina denuntiatione præmiſſa. *Bart.* vide Paulum 2 *ſent.* 5. §. 1. & *tit.* 11 §. 5.

i *l. 51. § antepen. ꝗ. de fideiuſſ.* id eſt, non cogitur pignus vendere cùm poſſit, ſi velit vti actione perſonali, *v. l. 4. §. 4. inf. de re iudicata.*

k *l. 15. §. 4. ꝗ. de re iudicata.* l *Nou.* 112. *c.* 1. m *l. 8 §. 10. ꝗ. quib. modis pignus.*

n & ſuperfluo debiti: de quo *l. 36. ꝗ. mandati.* o Inuitus creditor, hoc eſt, ſine cauſa cogi non poteſt, pignus quod habet diuendere. p priuatus: quinimo & fiſcus. *vt l. 45. §. 12. ꝗ. de iure fiſci.* q *l. 7. §. 17. l. 24. ꝗ. eo. l. 4. C. eo. l. 21. in fi. ꝗ. de pign.* r *al.* ſi id quod plus eſt fœneret. ſ Quid ſi rem emit? vide *l. vlt. C. de diſtract. pign.*

t Vſuras præſtat pecuniæ ex pignoris venditione redactæ creditor, ſi ea vſus ſit; vſus igitur ratio vſuram parit. u vti re non videtur, qui eam tantum apud aliquem depoſuit. x nomine debitoris. y Imò vt depoſitam habuerit, vſuras debet, *l. 2. C. de vſuris.* z niſi ex mora

a vide *l. 25. ꝗ. eo.* aliud in non neceſſariis. *l. 7. in fi. C. eod. l. 6. C. de pign.* Idem tamen in vtilibus. b Retentio pignoris datur creditori. *l. 25. ꝗ. de pign. l. vnic. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri poſſe.*

c Contraria pigneratitia actio plus tribuit quàm ius retinendi.

d Impenſa neceſſaria eſt, quod quis pro ægroto medicis præſtat: vel pro inſula fulcienda vel reficienda. e *l. 3. C. de diſtr. pign.*

f *l. 12. infr. de vi & vi armata: l. 65. ꝗ. de rei vindicat.*

† *l. 7. in fin. C. eo. l. 6. C. de pign.*

g Pignus retinere creditor poteſt non modò propter impenſas in ipſo pignore factas, ſed ob futurum imminens periculum euictionis rei pignoratæ.

h Indiuidua eſt pignoris liberatio. *l. 11. §. 4. in fi. ꝗ. eo. l. 65. ꝗ. de euict.*

i Qui pro parte heres extitit, niſi totum debitum ſoluat, ſuam portionem pignoris recipere non poteſt, *l. 1. C. de luitione pignor.* vel ita, vnus ex heredibus debitoris id ſoluendo quod ab ea actione perſonali peti potuit, facultatem diſtra-

O

acceperim pignus, pactúſque ſim, *vt, niſi ſua a quaque*
die pecunia ſoluta eſſet, vendere eam mihi liceret, placet, an-
tequam omnium penſionum dies veniret, non poſſe
me pignus vendere: quia eis verbis omnes *b* penſio-
nes demonſtrarentur: nec verum eſt, ſua quaque die
non ſolutam pecuniam antequam omnes dies veni-
rent: ſed omnibus penſionibus præteritis, etiam *c* ſi
vna portio ſoluta non ſit, pignus poteſt venire. Sed
ſi ita ſcriptum ſit, *ſi qua pecunia ſua die ſoluta non erit*,
ſtatim *d* competit ei pacti conuentio.

4 ¶ De vendendo pignore in *e* rem pactio conci-
pienda eſt *f*, vt omnes contineantur: ſed, & ſi credi-
toris duntaxat perſona fuerit comprehenſa, etiam
heres eius iure vendet, ſi nihil in contrarium *g*. actum
eſt.

5 ¶ Cum *h* pignus ex pactione venire poteſt, non
ſolùm ob ſortem non ſolutam venire poterit, ſed ob
cætera quoque, veluti vſuras *i*, & quæ in id impenſa
ſunt *k*.

De re aliena. 1. Ob quam cauſam pignus dari poteſt, 2. Quid
ſit inter pignus, & hypothecam. 3. De ſolutione & ſatisfactio-
ne. 4. De re aliena. 5. Si ante ſolutionem agatur.

9. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

SI rem alienam mihi debitor pignori dedit, aut ma-
litioſe *l* in pignore verſatus ſit, dicendum eſt, lo-
cum *m* habere contrarium iudicium.

1 ¶ Non tantùm autem ob pecuniam, ſed *n* & ob
aliam cauſam pignus dari poteſt: veluti ſi *o* quis pi-
gnus alicui dederit, *vt pro ſe fideiubeat*.

2 ¶ Propriè *p* pignus *q* dicimus, quod ad credito-
rem tranſit: hypothecam, cùm non tranſit, nec poſ-
ſeſſio ad creditorem.

3 ¶ Omnis *r* pecunia exſoluta eſſe debet, aut eo no-
mine ſatisfactum *ſ* ‖ eſſe, ‖ vt naſcatur pigneratitia
actio: * ſatisfactum *t* autem accipimus, quemadmo-
dum voluit creditor, licèt non ſit ſolutum: ſiue aliis *u*
pignoribus ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat *x*, ſi-
ue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue pretio aliquo,
vel nuda conuentione, naſcitur pigneratitia actio: &
generaliter dicendum erit, quotiens *y* recedere voluit
creditor à pignore, videri ei ſatisfactum, ſi, vt ipſe
voluit, ſibi cauit: licèt in hoc deceptus ſit.

4 ¶ Is quoque, qui rem alienam pignori dedit, ſo-
luta pecunia poteſt pigneratitia experiri.

5 ¶ Qui ante ſolutionem egit pigneratitia licèt
non rectè egit, tamen, ſi offerat in iudicio pecuniam,
debet rem pigneratam. & quod ſua intereſt, conſequi.

10. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale

QVòd ſi non ſoluere *z*, ſed alia ratione ſatisface-
re paratus eſt, fortè ſi expromiſſorem dare vult,
nihil ei prodeſt.

De litis conteſtatione. 1. De nouatione. 2. De pecunia non
credita. De acceptilatione. De conditione deficiente. De pacto.
3. De ſorte, & vſuris. 4. De pluribus heredibus creditoris. 5 Cui
ſoluendum. 6. De procuratore & tutore.

11. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

SOlutum non videtur, ſi lis *a* conteſtata *b* cum de-
bitore ſit de ipſo debito: vel ſi fideiuſſor conuentus
fuerit.

1 ¶ Nouata *c* autem debiti obligatio, pignus peri-
mit. niſi *d* conuenit, vt pignus repetatur.

2 ¶ Si quaſi daturus tibi pecuniam, pignus accepe-
ro, nec dedero, pigneratitia actione tenebor, & nulla
e ſolutione facta. Idémque, & ſi accepto *f* lata ſit pe-
cunia, vel conditio defecit, ob quam pignus contra-
ctum eſt: vel ſi pactum *g*, cui ſtandum eſt, de pecu-
nia non petenda factum eſt.

3 ¶ Si in ſortem duntaxat *h*, vel *i* in vſuras ob-
ſtrictum eſt pignus, eo ſoluto, propter quod obliga-
tum eſt locum habet pignoratitia. Siue autem vſuræ
in ſtipulatum ſint deductæ, ſiue non *k*: ſi tamen pi-
gnus & in eas obligatum fuit; quamdiu quid ex his
debetur, pigneratitia *l* ceſſabit. Alia cauſa eſt earum,
quas *m* quis ſupra licitum *n* modum promiſit. nam
hæ penitus illicitæ ſunt.

4 ¶ Si creditori plures heredes exſtiterint, & vni e
ex his pars eius ſoluatur, non debent cæteri heredes
creditoris iniuria affici: ſed poſſunt totum *p* fun-
dum vendere, oblato debitori eo, quod coheredi co-
rum ſoluit, quæ ſententia non eſt ſine ratione.

5 ¶ Solutam ‖ autem ‖ pecuniam accipiendum, non
ſolùm ſi ipſi, cui obligata res eſt, ſed & ſi alij *a* ſit ſolu-
ta voluntate eius: vel ei, cui heres exſtitit, vel procu-
ratori eius, vel ſeruo pecuniis exigendis præpoſito.
Vnde ſi domum conduxerit, & *b* eius partem mihi
locaueris, egóque locatori tuo penſionem ſoluero *c*,
pignoratitia aduerſus te potero experiri. nam Iulia-
nus ſcribit, ſolui ei poſſe: & ſi partem tibi, partem ei
ſoluero, tantundem erit dicendum: planè in eam *d*
duntaxat ſummam inuecta mea & illata tenebuntur,
in quam cœnaculum *e* conduxi: non enim credibile
eſt hoc conueniſſe, vt ad vniuerſam penſionem inſulæ
friuola *f* mea teneantur. Videtur autem tacitè & cum
domino ædium hoc conueniſſe, vt non pactio cœna-
cularij proficiat domino, ſed ſua propria.

6 ¶ Per liberam autem perſonam pignoris obliga-
tio nobis non *g* adquiritur: adeo vt ne per procurat
torem plerunque *h*, vel tutorum *i* adquiratur: &
ideo ipſi actione pigneratitia conuenientur. Sed nec
mutat, quod conſtitutum eſt ab Imperatore *k* no-
ſtro, poſſe *l* per liberam perſonam poſſeſſionem ad-
quiri. nam hoc eò *m* pertinebit, vt poſſimus pignoris
nobis obligari poſſeſſionem per procuratorem, vel
tutorem adprehendere: ipſam autem obligationem li-
bera perſona nobis non ſemper adquiret.

7 ¶ Sed ſi procurator meus, vel tutor rem pignori
dederit, ipſe agere pignoratitia poterit: quod in pro-
curatore ita procedit, ſi *n* ‖ ei ‖ mandatum fuerit pi-
gnori dare.

12. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

VEl *o* vniuerſorum bonorum adminiſtratio ei per-
miſſa eſt ab eo *p*, qui ſub pignoribus ſolebat *q* mu-
tuas pecunias accipere.

De pacto creditoris cum emptore. 1. De dolo, culpa
cuſtodia, vi maiore.

13. *Vlpianus* lib. 38. ad Edictum.

SI, cùm venderet creditor pignus, conuenerit inter
ipſum, & emptorem, *vt r ſi ſoluerit debitor pecuniam*
pretij emptori, liceret ei recipere rem ſuam. ſcripſit Iulianus,
& eſt reſcriptum, ob hanc conuentionem pignorati-
tiis actionibus teneri creditorem, vt debitori mandet
ex vendito actionem aduerſus emptorem: ſed & ipſe
debitor aut vindicare rem poterit, aut in factum
actione aduerſus emptorem agere.

1 ¶ Venit autem in hac actione *ſ* & dolus *t*, & cul-
pa *u*, vt *x* in commodato: venit & *y* cuſtodia: vis ma-
ior *z* non venit.

De diligentia.

14. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

EA *a* igitur, quæ diligens *b* paterfamilias in ſuis *c* re-
bus præſtare ſolet, à creditore exiguntur.

De repromiſſione creditoris reſtituentis pignus.

15. *Vlpianus* libro 28. ad Edictum.

CReditor *d*, cum pignus reddit *e*, de dolo debet
debitori repromittere *f*: & ſi prædium fuit pigne-
ratum, & de iure eius repromittendum ‖ eſt: ‖ ne fortè
ſeruitutes *g*, ceſſante vti creditore, amiſſæ ſint.

De tutore & curatore. 1. Si res aliena vel obligata, vel mor-
boſa pignori detur. 2. De vectigali, vel ſuperficiario prædio.

16. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

TVtor, lege non refragante *h*, ſi dederit rem pu-
pilli pignori, tuendum *i* erit: ſcilicet *k* ſi in *l* rem
pupilli pecuniam accipiat. Idem ‖ eſt ‖ & in curatore
adoleſcentis, vel furioſi.

1 ¶ Contrariam *m* pignoratitiã creditori *n* actionẽ

competere

hendi res obligatas creditori non adimit. *l. 16. C. de diſtra. pignor.*

a vide *l. 12. inf. de vſuris.*

b Oratio vniuerſalis, vnius falſitate, tota falſa redditur: particularis, non item. vide *l. 29. inf. de heredib. inſt.* adde *l. ſi is qui ducenta. 13. §. vtrũ ȷ. de reb. dub.*

c Quamdiu non eſt integra pecunia creditori numerata, diſtrahendi facultatem creditor non amittit. *l. 6. C. de diſtr. pign.*

d Vt initio primi diei poſſit vendere. vide *l. 122. in fi. pr. ȷ. de verb. obl.*

e Pactum in rem tranſit ad heredes.

f Pacti in rem efficacia ad heredes tranſit. *l. 7. §. 8. l. 40. ȷ. de pactis.*

g Dic vt *l. 40. in fin. l. 5. ȷ. eod.*

h *Syn. Baſil. 25. tit. 1. c. 8.*

i Facit *l. 11. §. 3. ȷ. eod. l. 13. in fin. ȷ. de pign.*

k vide 3. *Harm.* 5. §. 14.

l vide *l. 54. inſ. de fideiuſſ.*

m id eſt, actione pignoratitia tenentur, *Syn. Baſil. ibid. c. 8.*

n Res hypothecæ dari poteſt, pro quacunque obligatione, *l. 5. infr. de pignor.*

o Pignus pro facto obligari poteſt. facit *l. 5. ȷ. de pign.* ibi, *vel mandatum. l. 9. in fin. ȷ. de præſcriptis verbis.*

p Pignus eſt, quod creditori traditur: hypotheca, quod non eſt traditum, ſed quod tantum conuenit. *Syn. Baſil. eod. cap. 9. 3. Harm. 5. § 7.*

q *v. l. 5. in fin.*

r Pignoratitia naſcitur ſoluto debito vel ſatisfacto. *v. l. 2. C. debitorem venditionem pignoris.*

ſ *v. l. 13. §. 4. ȷ. de pignorib.*

t adde *l. 5. §. 17. ȷ. vt in poſſ. leg.*

u Repudiata Atilicini ſententia *l. 6. in fi. ȷ. quib. mod. pignus ſoluit. l. 50. in fin. ȷ. de iure dotium.*

x vide Romanum *ſingul. 552.* incipiente: *Ego legi.* y vide *l. 5. inf. quibus mod. pignus ſoluitur.* z vide *l. 6. § 1. inf. quibus mod. pignus ſoluit.*

a Soluiſſe non videtur, qui ſuper debito litem conteſtatus eſt.

b Dic amplius, etſi iudicatus ſit debitor, *l. 13 §. 4. infr. de pign. l. vnic. C. etiam ob chirographar.* c Pignus tollitur nouatione, niſi dictum fuerit, vt nihil in cauſa pignoris nouatum eſſet: hoc eſt, vt pignus maneret, *l. 18. de ȷ. nouat.*

d Nouatione ſeu in nouanda obligatione pignus antiquum pacto retineri poteſt. e Pignus citra vllam ſolutionem repetere à creditore poteſt debitor, cui nihil creditum fuerit ab aduerſario. f Acceptilatio quippe vim naturalis ſolutionis habet. g *l. 5. inf. quib. mod. pignus ſoluit.*

h Pignus limitatum, fines ſuos non excedit: vt diſſoluta vna ſpeciali cauſa pignoris, pignus ipſum ob aliam cauſam retineri non poſſit.

i Nec in vſuras: Cuiac. 5. *obſ.* 28. reprehenſus à Roberto 1. *Recepta lect.* 27. vide eiuſdem Cuia. replicationem in 10. *obſ.* 27. & eiuſdem Roberti duplicationem: 1. *animad.* 26. triplicationem vero pro Cuiac. apud Ant. Mercat. 1. *Notator.* 26

k Pignus etiam pro debito tantum naturali obligari poteſt l directa. m *l. 1. §. 3. ȷ. de pign.* n Vſurarum licitus modus, centeſima vſura, dixi ad *d. §* 3. o Indiuidua eſt, vt debitori, ita creditori pignoris liberatio. p *v. l. 8. §. 2. §. 10.* vbi dixi

a Pignus liberatur ſolutione debiti, ſiue ipſi creditori, ſiue alij eius voluntate expreſſa vel tacita ſoluatur.

b Conductor relocare poteſt, *vt hic*, niſi aliud conuenit, *l. 6. C. de locato.*

c Conductor ſecundus, ſoluendo ſuam penſionem primo locatori, liberatur.

d Imò, in nullam. *l. 5. ȷ. ex quib. cauſ. pignus.*

e *Cœnacula* Feſto dicuntur ad quæ ſcalis aſcenditur.

f Vaſa fictilia Feſtus: Fribola *Iſidor.* 9. *orig. in fin.* Gloſſis, σκευάρια, i. friuola. σκευάριον, vaſcellium. Seneca 3. *controuerſiar.* Ego illos in friuola inuitaui noſtra, quibuſdam videntur vocari lumen vnicum, & breuis ſupellex. *in l. 6. § 5. ȷ. de off. præſ.* Malim tamen illo loco *lumen vnicum* accipere pro habitatione vnam feneſtram habente. *Friuola* ſunt aliquæ res minimi momenti Ea forma fribulculum in *l. 32. §. 13 inf. de donat. inter virum.* videtur ſimendum pro in leuiuſcula.

g vide *l. 1. C. per quas perſon. nobis adquir.* imo adquiritur. Poteſt enim pignoribus obligatis inter abſentes contrahi, *l. 23. in fin. ȷ. de pign.*

h Plerunque dicit, quoniam certis caſibus obligatio nobis adquiritur per procuratorem.

i *l. vlt. C. quando fiſc. tut.*

k Alexandro Seuero. *l. 1. C. de acquir. poſſeſſ.*

l vide *l. 20. in fi. ȷ. de acquir. rer.*

m Poſſeſſionem pignoris nobis iam obligati per alium (putà per procuratorem vel tutorem) adquirimus. Pignoris nouam obligationem non adquirimus. n Procurator pignori dare poteſt, ſi mandatum habuerit, *vt hic*: vel ſi vniuerſorum bonorum adminiſtrationem habuerit, ab eo ſibi commiſſam, qui ſub pignoribus ſolebat mutuas pecunias accipere. *l. 12. ȷ. eo.*

o Procuratoris mandatum habentis & vniuerſorum bonorum ſimilitudo.

p id eſt, Ex conſuetudine mandantis. *l. 13. in fin. ȷ. de vſuris.*

q Conſuetudinem domini in pignore dando, procurator ſequi ſeu imitari poteſt, *vt hic.* adde *l. 3. C. de epiſcop. aud.*

r Pignus vendens creditor, poteſt ſtipulari debitori pignoris ita venditi redhibitionem, quoties debitor petierit, *l. 7. §. 1. ȷ. de diſtract. pign.*

ſ *ſub.* directa. t vide *l. 19. C. de pign.*

u vide in hanc *l. Cuiac. 19. obſ. 24.* x *al.* ſicut, & ita Albericus legit, hanc particulam *ſicut* non innuere omnem omnino ſimilitudinem.

y Quatuor hic conſiderantur, Cuſtodia, dolus, culpa, vis maior.

z Cui reſiſti non poteſt. adde *l. 30. ȷ. eo. l. 2. ȷ. quod metus.*

a Culpam leuem in pignore præſtat creditor.

b Diligens paterfamilias quis? adde *l. 35. §. 4. ȷ. de contrah. empt.*

c ergo non exactiſſimam, quam alij exactiſſimi præſtant.

d vt & emptor qui redhibet. *l. 21. §. 1. ȷ. de ædilitio.*

e & maritus cùm dotem *l. 25. §. 1. ȷ. ſoluto matrimon.*

f Pignus debitori reddens creditor, cauere debet pignus ſuo facto, ſuáve negligentia deterius factum non eſſe.

g debitæ ipſi prædio. h adde *l. 7. §. 5. ȷ. de rebus eorum qui ſub tutela.*

i *al.* tuendus, *l. 7. §. 1. ȷ de reb. eorum qui ſub tutela.*

k *l. 3. C. ſi aliena res pignori.*

l Pignus pro pupillo accipere tutor poteſt: dare pupilli nomine non poteſt, niſi lex refragetur. Hodie neceſſaria eſt inquiſitio tam in rebus mobilibus, quàm præſertim, quàm ſoli. *l. 22. C. de adm. tut.* m de qua *l. 9. ȷ. eo. l. 32. ȷ. eod.*

n Contraria pignoratitia creditori competit, ſi à debitore in pignore deceptus ſit.

competere *a* certum eſt. Proinde ſi rem alienam, vel alij pignoratam, vel in publicum obligatam dedit, tenebitur: quamuis & ſtellionatus *b* crimen committat. Sed vtrum ita demum ſi ſcit, ian & ſi ignorauit? & quantum ad crimen pertinet, excuſat *e* ignorantia. Quantum ad contrarium iudicium ignorantia ‖ eum ‖ non excuſat: vt Marcellus lib. 6. Digeſtorum ſcribit. Sed ſi *d* ſciens creditor accipiat vel alienum, vel obligatum, vel morboſum, contrarium ei non competit.

2 ¶ Etiam *e* vectigale *f* prædium pignori dari poteſt, ſed & ſuperficiarium *g*: quia hodie vtiles actiones *h* ſuperficiariis dantur.

17. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam *i* hypothecariam.

SAnè Diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt, vt ſine *k* deminutione mercedis ſoli obligaretur.

De nomine debitoris. 1. De eo quod accedit rei pignoratæ. 2. De venditione pignoris. 3. De naui facta ex ſylua pignorata. 4. De ſeruo & filiofamilias.

18. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

SI conuenerit, vt *nomen* l *debitoris mei pignori tibi ſit*, tuenda eſt à prætore hæc conuentio: vt & te in exigenda pecunia, & debitorem aduerſus me, ſi eum eo experiar, tueatur. Ergo, ‖ ſi *m* id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum penſabis. ſi verò corporis alicuius: id, quod acceperis, erit tibi pignoris loco.

1 ¶ Si nuda *n* proprietas pignoris data ſit, vſusfructus, qui poſtea accreuerit pignori erit. Eadem cauſa eſt alluuionis *o*.

2 ¶ Si fundus pignoratus venierit *p*, manere *q* cauſam pignoris: quia cum ſua cauſa *r* fundus tranſeat. Sicut in partu *ſ* ancillæ, qui poſt venditionem natus ſit.

3 ¶ Si quis cauerit, *vt ſylua* u *ſibi pignori eſſet*, nauẽ ex ex ea materia factam non eſſe pignoris, Caſſius ait: quia aliud *x* ſit materia *y*, aliud nauis, & ideo nominatim in dando pignore adiiciendum eſſe ait: *quæque ex ſylua facta* ‖ *natáve* ‖ *ſint.*

4 ¶ Seruus rem peculiarem *z*, ſi pignori dederit, tuendum *a* eſt *b*, ſi liberam *c* peculij adminiſtrationem habuit. Nam *d* & alienare eas res poteſt *e*.

19. *Marcianus* libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

EAdem & de filiofamilias dicta intelligemus.

De re aliena pignori data. 1. Si pluribus ſimul pignori detur. 2. Quibus ex cauſis pignoratitia competit, vel non.

28. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

ALiena res pignori dari voluntate *f* domini poteſt. Sed & ſi, ignorante eo, data ſit, & ratum *g* habuerit *h*, pignus valebit *i*.

1 ¶ Si pluribus res ſimul pignori detur, æqualis *k* omnium *l* cauſa eſt.

2 ¶ Si per creditorem ſtetit *m*, quominus ei ſoluatur rectè agitur pignoratitia.

3 ¶ Interdum, & *n* ſi ſoluta ſit pecunia, tamen pignoratitia actio inhibenda eſt, veluti ſi creditor pignus ſuum emerit *o* à debitore.

De domo & area.

DOmo pignori data, & area *p* eius tenebitur. eſt n. *q* pars eius, & contra *r*, ius ſoli ſequetur ædificium.

a ‖ in id quod intereſt.
b ſtellionatus tenetur qui ſciens pignorat rem alienam, vel alij obligatam, vel in publicum obligatam, *l. 1. in fin. ff. eo. l. 36. ff. eod. ff. vlt. ff. de crimine ſtellion. l. 2. C. de crimine ſtellion.*
c Ignorantia excuſat à crimine ſtellionatus eum qui rem alienam vel obligatum pignorat.
d Scienti dolus non infertur.
e Quaſi diceret, non ſolum directum: ſed vtile dominium pignorari poteſt.
f Pignorare poteſt etiam is qui vtile tantùm dominium habet, ſaluo tamen iure directi dominij, *l. 31. ff. de pignoribus, l. 1. C. de fundis patrimonial.* v. quæ notaui ad *l. 3. C. de pactis inter emptor. l. 1. & paſſim, ff. ſi ager vectigalis.*
g Superficiarium prædium, *v. l. 19. §. 3. ff. de pignorib. & tit. de ſuperficieb. ff.*
h *l. 74. & l. 75. ff. de rei vind.*
i Formula hypothecaria, eſt actio hypothecaria, vel actionis hypothecariæ formula huiuſmodi, *Si patet conueniſſe, vt ea res mihi pignori eſſet, nec ſolutam mihi eſſe pecuniam, neque res reſtituatur aut pecunia ſoluatur, condemnat eum iudex.* Cuiac. *ff. de pignor.*
k *l. 42. ff. de pactis*, id eſt, id pignus nõ nocet d rectumdominium habenti.

l *l. 12. in fin. ff. de pign. l. 4. C quæ res pignori.* eodem modo rem mihi pignoratam, alteri pignorare poſſum, *l. 13. §. 2. ff. de pignorib.* m Pignoris nomen obligari poteſt. Huius obligationis effectus is eſt, vt quod ex eo creditor exegerit, in ſuum debitum imputare, vel loco pignoris retinere teneatur. in debitum imputare, ſi pecunia ſit: loco pignoris retinere, ſi ſpecies ſit, vel corpus aliud. n Pignorata proprietate vſusfructus ei accreſcens, imò quidquid proprietati alluuione accreuit, pignoratum quoque intelligitur, vt proprietas augetur, ita & pignus. o Vt ſcilicet alluuione ager maior factus, totus obligetur Alluuio pignus auget, *l. 16. ff. de pign.* p a debitore. q Cum ſuo pignore aut pignoris onere vendita res tranſit, *l. 33. §. pen. in fin. ff. de don. l. 14. l. 15. C. de pign. l. 3. l. 10. C. de rem. ſſ. pign. l. 12. C. de diſtract. pign. Nou. 112. c. 1.* r Cauſa pignoris, eius acceſſio: ſic partus ancillæ, cauſa eſt, *vt hic.* ſ *v. l. 1. C. de partu pignoris.* t Partus pignoratæ ancillæ apud debitorem conceptus, eſt in cauſa pignoris, *vt hic. & l. 1. C. de partu pignoris.* apud extraneum non eſt, *l. 29. §. 1. ff. de pign.* u Pignorata ſilua, nauis ex ea ſilua facta non eſt pignori, niſi ſilua ita pignorata ſit, *Quæque ex ſilua facta natáve ſint.* x Imò non eſt aliud *l. 7. in fin. pr. ff. de except. rei iudicatæ.* y Si eſt identitas materiæ, diuerſitas formæ, res diuerſitas formæ, res diuerſa eſſe dicetur: de materia dixi ad *l. 12. ff. de vſufr.* z Rem peculiarem obligare creditori ſuo ſeruus peculiatus poteſt, ſi liberam peculij adminiſtrationem habuerit. a *al.* tuendus. b Imò non eſt tuendus, cum non poſſit pignori dare, *l. 1. §. 1. ff. quæ rei pignori.* c *l. 11. C. quod cum eo.* d *v. l. 9. §. 1. ff. de pign.* Pignorare poteſt, qui poteſt alienare plus enim eſt in alienatione quàm in pignore. e Non tamen donare, *l. 28. §. vlt. ff. de pact.* f *l. 27. in fin. ff. eo.* g Pignorare rem alienam poſſumus voluntate ipſius domini præcedente vel ſequente. h *l. 6. §. 1. ff. de pign.* i Ab eo tempore quo conuenit, *v. l. 25. in fin. C. de don. int. vir.* k Pares tempore, pares iure. Imò pares non ſunt, *v. l. 16. §. 8. ff. de pign.* l Poteſt ergo res pluribus eſſe obligata: non tamen pluribus eſſe in dominio. *Bart.* m Pignus tollitur oblatione debiti iudiciaria facta à debitore creditori: ſic vt ab ea oblatione, pignus pignoratitia actione poſſit perſequi Atqui conſignatio & depoſitio præterea requiritur, *l. acceptam. 19. C. de vſuris.* Quid num dicemus legem contrariam ad oblationem extra iudicium factam pertinere? vt in *l. 34. ff. eo.* n Pignoratitia etiam ſoluto debito debitor experiri non poteſt, ſi pignus ipſum creditori ipſe vendidit. o *v. l. 11. in fin. ff. de pign.* p Area pignorata, intelligitur domus pignorata, *l. 29. §. pen. ff. de pign.* q Toto pignorato, pars pignorata intelligitur. r Ædificio pignorato, area: area pignorata, ædificium pignoratum intelligitur. Prioris ratio eſt, quòd pars totius ſui rationem ſequatur: poſterioris, quod ædificium, ſoli conditionem ſequatur, ſ *v. l. 29. §. 2. ff. de pign.*

De eo quod creditor ob pignus ſubreptum. 1. Aut metus cauſa traditum, percepit. 2. De prædone, & fructibus. 3. Si debitor poſſeſſionem diſtracti pignoris non reſtituat. 4. De creditore qui duplam, vti ſimplam præſtitit.

22. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

SI pignote ſubrepto, furti *a* egerit creditor, totum *b*, quidquid *c* percepit, debito ‖ eum ‖ imputare Papinianus *d* confitetur *e*. & eſt verum. etiam ſi culpa creditoris furtum factum ſit. multo magis hoc erit dicendum in eo quod ex condictione *f* conſecutus eſt. Sed quod ipſe debitor furti actione præſtitit creditori, vel condictione *g*, an debito ſit imputandum, videamus? Et quidem non *h* oportere id ei reſtitui *i*, quod ipſe ex furti actione præſtitit, peræquè relatum eſt, & traditum. & ita Papinianus libro 9. quæſtionum ait.

1 ¶ Idem Papinianus ait, ‖, & ſi metus cauſa ſeruum pignoratum debitori tradiderit, quem bona fide pignori acceperat. Nam ſi egerit *k* quod metus cauſa factum eſt, & quadruplum ſit conſecutus, ‖ nihil ‖ neque reſtituet ex eo, quod conſecutus eſt, nec debito imputabit.

2 ¶ Si prædo *l* rem pignori dederit, competit ei & de fructibus pignoratitia actio, quamuis ipſe fructus ſuos non faciet: à prædone enim fructus & vindicari errantes poſſunt, & conſumpti condici *m*. proderit *n* igitur ei, quòd creditor bona fide poſſeſſor fuit.

3 ¶ Si poſt diſtractum *o* pignus debitor, qui precario *p* rogauit, vel conduxit pignus, poſſeſſionem non reſtituat. contrario iudicio tenetur *q*.

4 ¶ Si creditor, cùm venderet pignus, duplum promiſit, (nam vſu *r* hoc euenerat, ‖ & ‖ conuentus ob euictionem "erat", & condemnatus) an haberet regreſſum pignoratitiæ contrariæ actionis? Et poteſt dici eſſe regreſſum, ſi modò ſine dolo, & culpa ſic vendidit, &, vt paterfamilias diligens *ſ*, id geſſit: ſi verò nullum emolumentum talis venditio *t* attulit, ſed tanti venderet, quanto vendere potuit, etiam ſi hæc non promiſit, regreſſum non habere.

Creditor vſuras à debitore ſtipulatus ſi duplum præſtet, eas conſequetur: ſi ſimplum tantùm nequaquam. Hot.

23. *Tryphoninus* lib. 8. Diſputationum.

NEc enim amplius à debitore, quàm debiti ſummam, conſequi poterit *n*. Sed ſi ſtipulatio vſurarum fuerat, & poſt quinquennium fortè, quàm pretium ex re obligata (conſecutus eſt) victus eam emptori reſtituit: etiam medij temporis vſuras à debitore petere poteſt: quia nihil ei ſolutum eſſe, vt auferri non poſſit, palam factum eſt: ſed ſi ſimplum præſtitit, doli exceptione repellendus erit ab vſurarum petitione: quia habuit vſum pecuniæ pretij, quod ab emptore accpeerat.

De iure dominij impetrato, & de euictione. 1. De reprobis nummis ſolutis. 2. De pignore pluris vendito, quàm debitum erat. 3. De pignore deteriorato à creditore.

24. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

ELeganter apud me quæſitum eſt, ſi *x* impetraſſet creditor *y* à Cæſare, *vt z pignus poſſideret*, a idque euictum *b* eſſet, an habeat contrariam pignoratitiam? Et videtur finita *c* eſſe pignoris obligatio *d*, & à contractu *e* receſſum. Imò vtilis *f*, ex empto accommodata eſt: quemadmodũ ſi pro ſoluto ei res data fuerit vt in quãtitatẽ debiti ei ſatisfiat, vel in quantũ eiùs interſit: &

a Creditori furti actio pignoris nomine competit, *vt hic.* Aquilia non competit, *l. qui occidit. 34. §. 1. ff. ad l. Aquil.* hoc ideo, quia Aquilia ſoli domino datur.
b Pignoris cauſa quidquid (ſiue id ſit rei æſtimatio vel pœna) ab extraneo creditor conſequitur, id ipſum debito imputat: ſed & ſuperfluum debitori reddit. Quid ſi pœnam ab ipſo debitore conſequutus ſit; neque debito imputat, neque reddit.
a *l. 24. §. pen. ff. eo.*
d adde *l. vlt. §. 2. C. commodat. l. 1. l. 2. l. 3. l. vlt. C. eo.*
e Imò id videtur non imputare, Nam commodatarius nõ imputat, *l. vlt. §. ſed tamen. C. de furtis. §. item. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.* differt: commodatarij vſus rei eſt, non creditoris.
f Furtiua.
g incerti, hæc enim etiam datur non domino: furtiua, ſoli domino, *l. 1. ff. de cond. furt.*
h Pœnæ depenſæ repeti non poſſunt, *l. 42. ff. de cond. indebiti. leg. 1. ff. ad l. Iuliam de ambitu. l. 4. §. condemnatio. ff. de tabulis exhib. l. 79. l. 87. ff. de furtis.* Imò poſſunt, *l. 23. §. 9. ff. de ædititi.* ſed ibi de redhibitoria actione agitur, quæ eius eſt naturæ, vt in ea omnia in integrum reſtituatur.
i Nec enim pœnæ repeti ſolent, cùm depenſæ ſunt, *l. 42. ff. de condictione indebiti.* depenſæ à debitore, lucro creditoris cedunt, *l. 74. ff. de ſolut.* nullo modo recipiuntur, *l. 79. ff. de furtis.* non reſtituuntur debitoris, *l. 46. ff. de regulis iuris.*

k Atqui agere poſſe non videtur: *l. ſed & partus 12. §. 1. ff. quod metus cauſa.*
l adde *l. 9. §. pen. ff. eo.*
m *l. 13. ff. de reb. cred. l. 14. in fin. ff. de cond. ex cauſ. l. 3. C. de cond. ex lege.*
n Imò prodeſſe non videtur. *l. ſi nauis 62. ff. de rei vind.*
o contractum *Hot. 5. obſ. 12.*
p Precariò habere & conducere rei noſtræ poſſeſſionem poſſumus, ab eo, cuius ea poſſeſſio eſt.
q In id quod intereſt iurare etiam in litem hoc caſu actorem poſſe quidam exiſtimant. & cùm de fide rupta agat, reum fieri infamem, *l. furti. §. mandati. ff. de his qui notantur infamia.* Habet etiam poſſeſſor hoc caſu interdictum de precario, hypothecariam, & interdictum vnde vi quaſi expulſus Azorius & Accurſius, *hic.*
r Non eſt in culpa qui facit quod conſuetum eſt fieri.
ſ *l. 9. in fin. C. eo.*
t conditin, *Hot. 5. obſeru. 12.*
u Quare ſi quid à creditore plus debito receptum fuerit, non ei proficiet, ſed debitoris lucro erit, *l. 12. §. 1. ff. de diſtract. pignor.*
x v. quæ ſcripſi ad *l. 8. C. de ſententiis & interlocutionibus.*
y *v. l. 2. C. de iur. dom. impetr. l. 59. ff. ad Treb. l. 63. in fin. ff. de acq. rer. dom.*
b Princeps dominium rei priuatis auferre poteſt legem condendo, vel reſcribendo, *l. omnes 2. C. de quadr. præſcr*, iudicando: *vt hic.* contrahendo, *l. bene à Zonone. 3. C. de quadr. præſcr.*
a vt in *l. 59. ad Treb.*
b atqui res vendita à principe euinci non poteſt? *d. l. bene à Zonone.*
c Imò non videtur finita, ſed prima competere, *l. libera 8. C. de ſent. & interloc. l. ſi plus, 74. §. 1. ff. de euict.*
d propter confuſionem, quia res pignorata effecta fuit creditori, *Bart.*
e Imò non videtur à contractu receſſum, *l. debitor. 39. ff. ad Treb. l. ex ſextante 30. §. Lainus ff. de except. rei iud.*
f Qui pignus ex iudicati cauſa habet, emptoris loco eſt, ideóque eo euicto in debitorem, non pignoratitia, ſed vtili ex empto experiretur.

compenſationem habere poteſt creditor, ſi fortè pi-
gneratitia, vel ex alia cauſa cum eo agetur.

1 ¶ Qui reprobos a nummos ſoluit creditori, an habet pignoratitiam actionem, quaſi ſoluta pecunia quæritur? Et conſtat, neque pignoratitia eum agere, neque liberari poſſe: quia * reproba pecunia b non liberat ſoluentem, reprobis videlicet nummis reddendis c.

2 ¶ Si d vendiderit quidem creditor pignus pluris, quàm debitum erat, nondum autem pretium ab emptore exegerit, an pignoratitio iudicio conueniri poſſit e ad ſuperfluum reddendum: an verò vel expectare debeat, quoad emptor ſoluat, vel ſuſcipere actiones aduerſus emptorem? Et arbitror non eſſe vrgendum ad ſolutionem creditorem: ſed aut expectare debere debitorem, aut ſi non expectat, mandandas ei actiones aduerſus emptorem, periculo tamen venditoris. Quòd ſi accepit iam pecuniam, ſuperfluum f reddit.

3 ¶ In pignoratitio iudicio venit, & ſi res pignori datas malè g tractauit creditor, vel ſeruos deuilitauit. Planè ſi h pro malaficiis ſuis coërcuit, vel i vnxit vel obtulit præfecturæ k, vel præſidi, dicendum eſt, pignoratitia creditorem non teneri. Quare ſi l proſtituit ancillam, vel aliud improbatum facere coëgit: illico pignus ancillæ ſoluitur.

De pignore meliorato à creditore.

25. *Idem* lib. 31. ad Edictum.

SI ſeruos pigneratos, artificiis m inſtruxit n creditor, ſi quidem iam o imbutos, vel p voluntate debitoris, erit actio contraria: ſi verò nihil horum interceſſit, ſi quidem artificiis neceſſariis q, erit actio contraria: non tamen ſic vt r cogatur ſeruis carere pro quantitate ſumptuum debitor. Sicut enim negligere creditorem ſ dolus & culpa, quam præſtat, non patitur: ita nec talem efficere rem pignoratam, vt grauis ſit debitori ad reciperandum. puta ſaltum grandem pignori datum ab homine, qui vix luere poteſt, nedum excolere: tu acceptum pignori excoluiſti ſic, vt magni pretij faceres. alioquin non eſt æquum, aut quærere me alios creditores, aut cogi diſtrahere, quod velim receptum, aut ibi penuria coactum t derelinquere: * mediè" u igitur hæc à iudice erunt diſpicienda: vt neque delicatus debitor, neque oneroſus x creditor audiatur.

De prætorio pignore.

26. *Idem* lib. 3. Diſputationum

NOn eſt mirum, ſi ex quacunque cauſa magiſtratus y in poſſeſſionem aliquem miſerit, pignus z conſtitui: cùm a teſtamento b quoque pignus conſtitui poſſe, Imperator noſter cum patre ſæpiſſimè reſcripſit.

1 ¶ Sciendum eſt, vbi iuſſu c magiſtratus pignus conſtituitur, non aliàs conſtitui, niſi d ventum fuerit in poſſeſſionem.

De re data vt pignori detur.

27. *Idem* lib. 6. Opinionum.

PEtenti mutnam pecuniam creditori, cùm præ manu debitor non haberet, ſpecies g auri dedit, vt pignori apud alium creditorem poneret: ſi iam ſolutione liberatas receptáſque eas, is, qui ſuſceperat, tenet, exhibere iubendus eſt. Quòd ſi etiam nunc apud creditorem creditoris ſunt, voluntate f domini nexæ videntur: ſed, vt liberatæ traduntur, domino earum propria actio aduerſus ſuum creditorem competit.

De poſſeſſore qui litis æſtimationem ſoluit creditori. 1. De ſeruo pignus accipiente.

28. *Iulianus* lib. 11. Digeſtorum.

SI creditor, qui rem pignori acceperat, amiſſa eius poſſeſſione, Seruiana actione petierit, & litis æſtimationem conſecutus ſit, poſtea debitor eandem rem petens, exceptione ſummouetur: niſi a offerat ei debitor quod pro eo ſolutum eſt.

1 ¶ Si ſeruus "pro" peculiari nomine pignus acceperit, actio pignoratitia aduerſus dominum debitori competit.

Si is cui competit Publiciana, pignori dederit: & creditor domino ſucceſſerit.

29. *Idem* lib. 44. Digeſtorum.

SI rem alienam bona fide emeris, & mihi pignori dederis, ac precario b rogaueris, deinde me dominus heredem inſtituerit, deſiuit c pignus eſſe: & ſola precarij rogatio ſupererit: idcirco vſucapio tua interpellabitur.

De rate à creditore in flumine retenta.

30. *Paulus* lib. 5. Epitomarum Alfeni Vari Digeſtorum.

QVi ratiario crediderat, cùm ad diem pecunia non ſolueretur, ratem in flumine ſua auctoritate d detinuit poſtea flumen creuit & ratem abſtulit. Si, inuito ratiario, retinuiſſet, eius periculo ratem fuiſſe, reſpondit. Sed ſi e debitor ſua voluntate conceſſiſſet, vt retineret, culpam duntaxat ei præſtandam: non vim f maiorem.

De furto admiſſo à ſeruo pignorato.

31. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

SI ſeruus pignori datus, creditori furtum faciat, liberum eſt debitori ſeruum pro noxæ g deditione relinquere: quòd ſi ſciens h furem, pignori mihi dederit, etſi paratus fuerit pro noxæ dedito apud me relinquere, nihilominus habiturum me pignoratitiam i actionem, vt indemnem me præſtet.

¶ Eadem k ſeruanda eſſe Iulianus ait, etiam cùm depoſitus l, vel commodatus m ſeruus furtum faciat.

De re aliena.

32. *Marcianus* lib. 4. Regularum.

CVm debitore, qui alienam rem pignori dedit, poteſt creditor contraria pignoratitia agere, etſi n ſoluendo debitor ſit o.

De antichreſi.

33. *Idem* lib. ſingulari ad Formulam Hypothecariam.

SI pecuniam debitor ſoluerit p, poteſt pignoratitia actione vti ad reciperandam *ἀντίχρησιν* q: nam cum pignus ſit r, hoc verbo ſ poterit vti.

Si creditor pignus emerit.

34. *Marcellus* lib. ſingulari Reſponſorum.

TItius t cùm crediſſet pecuniam Sempronio, & ob eam pignus accepiſſet, futurúmque eſſet, vt diſtraheret [eam] creditor, quia pecunia non ſolueretur: petiit à creditore, vt u *fundum certo pretio emptum haberet*: &, cùm impetraſſet, epiſtolam x, qua ſe vendidiſſe fundum creditori ſignificaret, emiſit. Quæro, an hanc venditionem debitor reuocare poſſit, offerendo ſortem, & vſuras, quæ debentur? Marcellus reſpondit, ſecundum ea, quæ propoſita eſſent, reuocare y non poſſe.

Pecunia redacta ex venditione pignoris. 1. De proprietate & poſſeſſione pignoris.

35. *Florentinus* lib. 8. Inſtitutionum.

CVm & ſortis nomine, & vſurarum, aliquid debetur ab eo, qui ſub pignoribus pecuniam debet, quidquid ex venditione pignorum recipiatur, primum z vſuris quas iam tunc deberi conſtat, deinde, ſi quid ſupereſt, ſorti accepto ferendum eſt. Nec audiendus eſt debitor, ſi, cùm parum idoneum ſe eſſe ſciat, eligit, quo nomine exonerari pignus ſuum malit.

1 ¶ Pignus a manente proprietate debitoris ſolam c poſſeſſionem transfert d ad creditorem: poteſt tamen & precario e, & pro conducto f debitor re ſua g vti.

De ære ſubiecto pro auro. 1. De re aliena, vel alij obligata.

36. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

a Soluere non videtur, qui reprobos nummos ſoluit.
b & res, l. 3. §. 1. ͞J. commodati: l. 1. §. 16. ͞J. depoſiti l. 33. in fin. ͞J. de ſolut.
c vt eos donaſſe non videatur, l. 50. ͞J. de ſolutionib.
d Debitor diſtractis fiduciis à creditore, de ſuperfluo aduerſus eum habet actionem. Paul. 1. ſent. 13. §. 1 Quid ſi minoris vendidit? reſidui petitio creditori ſupereſt, l. 28. ͞J. de reb. cred.
e debitor diſtractis fiduciis à creditore, de ſuperfluo aduerſus eum habet actionem, Paul. 2. ſent. 13. §. 1. l. 22. ͞J. eo. l. 30. §. 1. §. ad l. Aquil. l. 21. in fi. ͞J. de pign. l. 15. ͞J. de furtis. l. 20. Cod. de diſtr. pignorum.
f dixi ad l. vlt. C. de diſtract. pignor.
g l. 3. in fi. l. 7. C. eo.
h v. l. 23. §. 1. ͞J. de vſufruct. v. l. 96. ͞J. de verb. oblig.
i in caſtro pignori accepto, ius eſſe creditori iuriſdictionem exercere hinc colligit Romanus ſingulari 554. incipiente: *Quæritur à me.*
k Vrbanæ, l. 1. §. 5. ͞J. de officio præfect. vrbi. vel vigilum, l. 15 ͞J. de condict. cauſa data.
l adde l. 12. Cod. de Epiſc. audientia: l. 6 C. de ſpectaculis
m l. 8. ͞J. eo. vel diſciplinis, v. l. 13. §. 22. ͞J. de act. empt.
n Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ad ea recuperanda quæ impendit, iudicio fiduciæ debitorem habebit obnoxiũ, Paul. 2. ſenent. 13. §. 7.
o Conſuetudo ſuperſtitis domini, in impenſis, eius in rebus faciendis ſeruatur adde l. 1. §. ſi defunctus, ͞J. de reb. eorum.
p Impenſas in pignore factas creditor repetit, ſi cœptas à debitore ipſe eius voluntate expreſſa vel tacita perfecit: vel ſi neceſſarias fecit: non tamen immoderatas.
q v. l. 7. in fin. C. eo. r v. l. 38. ͞J. de rei vind.
ſ Creditor pignus negligere non debet, l. 29. §. pen. ͞J. ad l. Aquil.
t Vide quæ notaui ad l. 15. §. 34. ͞J. de damno.
u hoc eſt, temperamento ſeruato, facit l. 137. §. 3. ͞J. de verb. obl. Virtus eſt medium vitiorum vtrinque reductum. Horatius: Medium eſt virtus inter duo extrema, l. 6. § 3. ͞J. de offic. proconſ. x l. ſi bene 23. ͞J. de vſuris, l. 1. C. de commerciis.
Cuius extat exemplum in l. 105. ͞J. de ſolut. y Ob cauſam iudicati pignus teneri poteſt, l. 3. §. 1. ͞J. de reb. eor. l. 1. C. ſi in cauſa iudicati. z v. l. 5. ͞J. vt in poſſeßionem. a Argumentum à teſtamento ad contractum, v. l. 46. ͞J. de leg. 1.
b l. 12. ͞J de alimentis: Quin qui legat tacitè, pignori ea obligat legatariis, l. 1. C. commun. de legatis. l. creditorib. 4. ͞J. de ſeparat. l. heres ſeruum. 58 de euict.
c Pignus prætorium iuſſu magiſtratus conſtituitur. v l. 1 l. 2. C. de prætorio pign.
d Imo etſi ventum non ſit in poſſeſſionem, ſed ſolus iuſſus interceſſerit, cap. contingit, extr. de dolo.
e Species auri, eſt aurum factum, putà vas aureum vel quid tale. Alio ſenſu ſpecies auri eſt id quod auri ſpeciem refert, non tamen aurum eſt. Aurum accepiſti, aurum redde: nolo mihi alia pro aliis ſubiicias: nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulẽter æramenta ſupponas; nolo auri ſpeciem, ſed naturam planè. *Vincent Lirin. aduerſus profanas nouat.*
f l. 20. ͞J. eod.

a l. 9. in fin. ͞J. de act. empt. l. 1. lin fin. C. ſi vendito pignor.
b Poteſt enim precario rogare. l. 35. in fin. ͞J. eo.
c v. l. 45. ͞J. de reg. iur. Imò deſinere poſſe non videtur, cum ab initio non tenuerit, l. 1. in fin. ͞J. quib. mod. vſufr. l. Titio, 71 ͞J. de cond. & demonſtr. Dicendum, hic tenuiſſe pignus, cum debitor bona fide rem emiſſe hic dicatur, & eo nomine Publicianam habuiſſe, l. pen ͞J. de Publiciana. leg. ſi ab eo. 18. ͞J. de pign.
d Quod eſſe non debet, niſi conuentio vel iuſſus magiſtratus præcedat, l. 11. C. eod. Quid ſi ex pacto, propria authoritate pignus detinuit creditor: vtrum culpæ tenebitur? Accurſ. negat: hoc tamen Alber non probat.
e Pactum valet vt creditori liceat propria authoritate pignus capere.
f Vis enim maior à nemine præſtatur, l. 13. in fin. ͞J. eod.
g Pignoratus ſeruus furtum faciẽs dominum obligat liberatur tamen ipſe dominus noxæ deditione ſi ſciens furem pignorauit hoc enim caſu debitor pignoratitia actione creditorem indemnem præſtare cogitur.
h l. 22. in fin. ͞J. ſi ſeru. prox.
i ſub. contrariam.
k pignoris, depoſiti, & commodati ſimilitudo.
l l. v l. 61. §. 5. ͞J. de furtis.
m d. l. 12.
n adde l. ſi quis ſtipulatus, 112 infra ͞J. de verb. oblig.
o Poteſt enim poſſe ſta ſoluendo non eſſe, eámque ob cauſam actio illi permittitur, arg. l. 35. ͞J. de negotiis eſt autẽ plus cautionis in rem quam in perſonam. l. 25. ͞J. de reg. iur.
o Pignoratitia de petit ſoluto debito. q ἀντίχρησιν non habet: creditor

pignoris ſpecies. Pignus enim aliud ſimplex, cuius vſum creditor non habet, l. 11. §. 1. ͞J. de pign. l. 39. ͞J. eo. aliud ἀντίχρησις, cuius vſum habet, l. 11. §. 1. ͞J. de pign.
r Imò ἀντίχρησις, non eſt pignus, ſed quiddam diuerſum, l. 11. §. 1. ͞J. de pign.; vel Dic, non idem eſſe propriè: vel ἀντίχρησις conditio eſt pignori adiecta; pignus vtilitatem vtendi fruendi in vicem debiti continens.
ſ Id eſt, hac pignoratitia actione. t Si debitor pignus creditori vendiderit, non poteſt, poſt ſoluendo ſortem & vſuras venditionem reſcindere. Syn. lib. 25. Tit. 1. c. 27. u v. l. 20. in fin. ͞J. eo. x v l. vlt ͞J. de conſt. pecun.
y Aliud erit ſi pignus debitoris creditor per ſuppoſitam imaginarij emptoris perſonam emit, & ita ſemper poſſeſſionem tenuit, l. 10. C. de diſtract. pignorum. z Pecunia ex pignore redacta, primò in vſuras, ſecundò in ſortem imputatur, l. 5. §. pen. in fin. l. 101. in fin. ͞J. de ſolut.
adde l. vlt. ͞J. de contrak. empt.
a conuentionale.
b l. 9. C. eo. c l. 16. ͞J. de vſucap.
d Imò non transfert: cùm ipſe poſſideat, l. 36. ͞J. de acq. poſſ. conſentiente ita creditore
e Precario re ſua pignorata vti debitor ipſe poteſt, v. l. 6. in fin. ͞J. de precario.
f Conducere rem ſuam pignoratam debitor poteſt, vide l. 16. infrà hoc titulo.
g alij pignori obligata.

SI quis in pignore pro auro æs a ſubiecisset creditori qualiter teneatur, quæſitum eſt? in qua ſpecie rectiſſime Sabinus ſcribit: ſi quidem dato auro, æs ſubiecisset, furti b, teneri, quòd ſi in dando æs ſubiecisset, turpiter feciſſe, non furem eſſe: ſed ‖ & ‖ hic puto pignoratitium iudicium locum habere. & ita Pomponius ſcribit: ſed & extra ordinem ſtellionatus c nomine plectetur: vt eſt ſæpiſſimè reſcriptum.

1 ¶ Sed & ſi quis rem alienam mihi pignori dederit ſciens prudénſque, vel ſi quis alij obligatam d, mihi obligauit, nec me de hoc certiorauerit, eodem crimine plectetur. Planè ſi ea res ampla eſt, & ad modicum æris fuerit pignorata, dici debebit, ceſſare non ſolùm ſtellonatus crimen, ſed etiam pignoratitiam, & de dolo actionem e quaſi in nullo captus ſit, qui pignori ſecundo loco accepit.

Si debitor pignus conduxerit.

37. *Paulus* lib. 5. ad Plautium.

SI pignus mihi traditum locaſſem domino, per e locationem retineo poſſeſſionem f, quia, antequam conduceret debitor, non fuerit eius poſſeſſio: cùm & animus mihi retinendi ſit, & conducenti non g ſit animus poſſeſſionem adipiſcendi.

De pupillo pignus accipiente.

38. *Modeſtinus* lib. 1. Differentiarum.

PVpillo capienti pignus, propter metum pignoratitiæ actionis, neceſſaria eſt tutoris auctoritas h.

Si debitor ſignauerit teſtamentum creditoris in quo ſe emiſſe pignus creditor expreſſit.

39. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

GAius Seius ob pecuniam mutuam fundum ſuum Lucio Titio pignori dedit: poſtea pactum inter eos factum eſt, *vt creditor pignus ſuum i in compenſationem pecuniæ ſuæ certo tempore poſſideret.* Verùm ante expletum tempus creditor, cùm ſuprema k ſua ordinaret l, teſtamento cauit, *vt alter ex filiis ſuis haberet eum fundum*, & addidit, *quem de Lucio m Titio emi*: cùm non n emiſſet: hoc teſtamentum inter cæteros ſignauit & Gaius Seius, qui fuit debitor. Quæro, an ex hoc, quòd ſignauit o, præiudicium p aliquod ſibi fecerit: cùm nullum inſtrumentum venditionis proferatur, ſed ſolum pactum, vt creditor certi temporis fructus caperet: Herennius Modeſtinus reſpondit, * contractui pignoris non obeſſe, quod q debitor r teſtamentum creditoris, in quo ſe emiſſe pignus expreſſit, ſignaſſe proponitur ſ.

Si debitor. 1. Aut eius filius pignus emerit à creditore. 2. De effectu ſolutionis.

40. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

DEbitor à creditore pignus, quod dedit, fruſtrà t emit: cùm * rei ſuæ nulla u emptio ſit: nec ſi minoris emerit, & pignus petat, aut dominium vindicet, ei non totum debitum offerenti creditor poſſeſſionem reſtituere cogetur.

1 ¶ Debitoris filius, qui manet in patris poteſtate fruſtra pignus à creditore patris peculiaribus nummis comparat: & ideo ſi patronus debitoris contra tabulas eius poſſeſſionem acceperit, dominij partem obtinebit. nam pecunia, quam filius ex re patris in pretium dedit, pignus liberatur.

2 ¶ Soluta x pecunia, creditor poſſeſſionem pignoris, quæ corporalis y apud eum fuit, reſtituere debet: nec quicquam amplius præſtare cogitur. Itaque ſi medio tempore pignus z creditor pignori dederit, domino ſoluente pecuniam, quam a debuit, ſecundi pignoris neque perſecutio dabitur, neque retentio relinquetur.

De re aliena.

31. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

REm alienam pignori b dediſti c, deinde dominus d rei eius eſſe cœpiſti: datur vtilis e actio pigneratitia creditori.

a *l. 1. §. vlt. l. 3. §. eod. l. 54. inf. de fideiuſſor. l. 20. inf. de furtis*: vide quæ notaui ad *l. 27. ſup. eod.*
b vt & pignoratitia contraria.
c vide *l. 16. §. 1. ſ. eod. l. 3. §. 1. verſ. ſed etſi. infr. ſtellionatus.*
d vide *l. 3. infr. de crimine ſtellionat.* Imo falſi, non ſtellionatus. *l. qui duobus 21. infr de falſis.*
e & per debitorem poſſidere videor, *l. 37. ſ. de adquir. poſſeſſ.* vt conductio idem præſtet, quaſi apud creditorem res eſſet, *l. 33. in fin. de vſucap.*
f Poſſeſſionem rei retinet, qui rem locat.
g Deficiente animo poſſidendi (qui cauſa poſſeſſionis eſt) deficit poſſeſſio.
h ſi factus ſit locupletior. argum. *l. vlt. C. de vſucap. pro emptore.*
i id eſt, pignoris fructus, quod tacitè intelligitur, *l. 2. l. 3. C. eod. l. 1. C. de distract. pign.* niſi fortè hic de ἀντιχρήσει agatur.
k *Suprema* vocat, vltimam voluntatem, teſtamentum.
l Ordinat teſtamentum qui id vel ſcribit, vel nuncupat.
m legendum videtur *C. Seio*, Hot. 5. obſ. 12.
n ſed vt fructibus debitum compenſaret.
o Subſcribens ſeu ſignans inſtrumentum vel teſtamentum non voluntate, ſed quaſi neceſſitate, vel vt teſtis, ſibi non præiudicat. *l. 34. §. 2. ſ. de leg. 2.* non id ſignat quaſi contrahens, aut vt ſe contrahendo obliget: vnde notant, Quæ nobis inuitis poſſunt fieri, ea conſenſum, nobis etiam præſentibus, non induſe, & breuiter: Qui vt teſtis ſubſcribit, probare ea non intelligitur quibus ſubſcripſit. vide *l. 14. C. ſi certum petetur l. 6. C. de fideiuſſoribus.* vide Socinum Regula, *ſubſcribent* 385.
p Poteſt enim minus eſſe in pignore quàm in debito. adde *lib. 26. §. 1. de pignoribus.*
q *l. 8. in fin. inf. de reſcind.*
r putant quidam hic eſſe ἀπόνοιαν: & hic vocari debitorem, qui prius vocatus ſit creditor: malè. adde *l. 65. ſ. de verb. oblig.*
ſ filio tamen obeſt, cùm patris iuſſu, pignori, manu ſua ſubſcribendo, domum ſuam ſubiicit, *l. 26. §. 1. ſ. de pign.*
t Nullum ipſe iure, nullum effectum habet: ideóque actus nullus, alium actum tollere non poteſt.
u *l. 22. §. 2. ſ. mandati*: *l. 16. inf. de contrah empt.*
x *l. 13. §. 2. ſ. de pign. l. 6. ſ. quibus modis pignus.*
y pignus corporaliter poſſidet creditor. *l. 9. §. 2. ſ. eo.*
z pignus pignori dare creditor poteſt. *l. 1. C. ſi pignus pignori datum ſit. l. 13. §. 2. inf. de pignoribus.*
a Pignus acceptum creditor alteri maiorem in quantitatem pignori dare non poteſt, quam ipſe debitori crediderit eam igitur ſoluente debitore, pignus liberatur: neque ius eſt creditori creditoris, pignus vel retinere vel actione perſequi.
b *l. 20. ſ. eod.* idem ſi vendidiſti. *l. 46. inf. de actionibus empti.*
c ſcil. ignoranti.
d contractu inter viuos: vt differat à ſpecie §. ſequentis.
e *l. 1. infra de pign.*

¶ Non a eſt b idem dicendum, ſi ego Titio, qui rem meam obligauerat ſine mea voluntate, heres extitero: hoc enim modo pignoris perſecutio concedenda non eſt creditori c: neque vtique ſufficit ad d competendam vtilem pignoratitiam actionem, eundem eſſe dominum, qui etiam pecuniam debet. Sed ſi conueniſſet de pignore, vt ex ſuo mendacio arguatur, improbè reſiſtit, quo minùs vtilis actio moueatur.

De pignore pluris vendito quàm debitum erat.

42. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

CReditor iudicio, quod de pignore dato e proponitur, vt ſuperfluum f pretij cum vſuris g reſtituat, iure cogitur: nec audiendus erit, ſi velit emptorem delegare: cùm in venditione, quæ fit ex facto h, ſuum creditor negotium gerat.

Si debitor ob inſtrumenta ſibi à creditore non tradita damnum paſſus ſit. 1. De interitu rei pigneratæ.

43. *Scævola* lib. 5. Digeſtorum.

LOcum purum i pignori creditori obligauit, eíque inſtrumentum k emptionis tradidit: &, cùm eum locum inædificare vellet, mota ſibi controuerſia à vicino de l latitudine, quòd aliàs probare m non poterat, petit à creditore, vt inſtrumentum n à ſe traditum auctoritatis o exhiberet: quo non exhibente, minorem p locum ædificauit: atque ‖ ita ‖ damnum paſſus eſt. quæſitum eſt, an ſi creditor pecuniam petat, vel pignus vindicet, doli exceptione poſita, iudex huius damni rationem habere debeat? Reſpondit, ſi operam non dediſſet, vt inſtrumenti facultate ſubducta, debitor caperetur, poſſe debitorem, pecunia ſoluta, pigneratitia agere: opera autem in eo data, tunc & ante pecuniam ſolutam, in id, quod intereſt, cum creditori agi.

1 ¶ Titius ‖ cum ‖ pecuniam mutuam accepit à Caio Seio ſub pignore culleorum q, iſtos culleos cùm Seius in horreo haberet, miſſus ex officio r annonæ

a Si heres extitero ei qui rem meam me ignorante obligauit, ex poſt facto pignus non conualeſcet directò, ſed vtilis tantùm actio in me dabitur. Modeſtinus in *l. ſi Titio. 22. inf. de pignorib.* Imo hoc modo ſeu in hac ſpecie pignoris perſecutio concedenda, non eſt creditori, *hac lege.* Varias ad hanc antinomiam ſoluendam rationes adferunt varij, *Accurſius*, Bartolus *hic.* Connanus 4. *Comment.* 13. Alcia. 7. *pareng.* 14. Duarenus 2. *diſp.* 4. Robertus 2. *receptarum* 1. Cuiac. 19. *obſ.* 26 Hot. 5. *obſ.* 7. Sic cenſeo. Tribonianum Pauli verba nonnihil hic immutaſſe: nec tamen ad conciliandam hanc legem cum *l. 22. inf de pignorib.* neceſſarium eſſe dicere, Modeſtini ſententiam, velut recentioris
iuriſconſulti tandem præualuiſſe & vſu obtinuiſſe, vt qui ſub Gordianis vixerit.
l. 5. C. ad exhibendum. Hoc potius nobis tenendum eſt, vt dicamus Modeſtinum à
Paulo non diſſentire, quod ex Pauli ſpeciebus hic ſubiectis & expoſitis fidelius
liquido patere poterit. Rem meam Titio pignori dediſti: tu mihi poſtea ſucceſſiſti: quæ pignoratitia Titio ab initio non competiit, ea ex poſtfacto in te conualeſcit, qui dominium rei pignoratæ mihi ſuccedendo conſecutus es. *h. l. in pr.*
Tua voluntate initio pignus conſtitit: at nunc dominium rei conſecutus es: hic concurſus dominij & voluntatis tuæ facilè efficit, vt pignus conualeſcat, vt in te vtilis pignoratitia detur. Num idem dicendum eſt, ſi me inuito rem meam Titio pignoraſti, & poſtea tibi ſucceſſi? Prima facie dixerit aliquis, Titio creditori pignoratitiam aduerſus me actionem non conualeſcere: nec enim vtique ſufficere (vt Paulus hic ait) ad competendam vtilem pignoratitiam actionem, eundem eſſe dominum qui etiam pecuniam debet, id eſt, aut ſanè ita legendum eſt: non vtique ſufficit dominum (rei pigneratæ ſc.) hæredem eſſe eius qui pecuniam debuit. Cur? quia hic ſeu in hoc caſu ne quidem initio inſpecto obligatio in me conſtitit: defuncto meam rem inuito me obligante. Si tamen æquum bonúmque quis intuebitur, dicendum eſt, etiam hoc caſu vtilem in me pignoratitiam Titio creditori concedendam eſſe: nam ſi defunctus conuenit de pignore rei meæ, improbe ſanè reſiſto, quominus vtilis actio pignoratitia in me moueatur: quia ſic reſiſtendo Titio efficio, vt defunctus, cui ſucceſſi ex mendacio ſuo arguatur. *verſ. ſed ſi conueniſſ.* qui defuncto debitori ſucceſſi factum eius probare debeo obligationem rei meæ per eum factam improbare non debeo, ne mendacij arguatur: qui rem meam obligando ſuam eſſe adſeuerauit ſaluam defuncti, cui ſucceſſi, æſtimationem tueri & conſeruare debeo: ideóque in hac ſpecie eam ob cauſam vtilis pignoratitia in me actio creditori defuncti dabitur. Hæc eſt Pauli ſententia: à qua ſanè ſententia non diſſentit Modeſtinus in *l. 22. ſ. de pign.* ait enim in hac ſpecie (me ſuccedente ei qui rem meam alteri obligauit) ex poſt facto (cùm ita videlicet debitori ſuccedo) pignus quidem directò non conualeſcere ſed vtilem pignoratitiam tamen dari creditori. Ergo Modeſtinus à Paulo non diſſentit: ait enim Modeſtinus in me vtilem dari, non directam: Paulus ait improbe me facere, creditori defuncti agenti in me pignoratitia, reſiſtendo, & contradicendo: quia efficio, vt defunctus, qui me hæredem fecit, mendacij ſui arguatur. His verbis Paulus ſatis innuit creditori defuncti vtilem in me pignoratitiam actionem dari. Et ita re nunc melius perſpecta quam olim ad hunc locum fuerit, ſic Modeſtinum Paulo conciliandum exiſtimo.
b num eſt idem dicendum? Alciatus *7. Parerg. 14* reprehenſus à Roberto *2. receptar.* c datur tamen vtilis, *l. 22. ſ. de pign.* vide Cuiac. *19. obſ. 26* Hotom. *5. obſ. 7.* Conan. *4. Comment. 13.* d vel hic ſtilus prodit ſatis, Tribonianum in hanc legem adtentaſſe, & ſcripturam Pauli interpolaſſe. e *videtur legendum*, vendito. Nam hic ſpecies ponenda eſt in pignore vendito: ex cuius pretio creditor primo quidem loco pecuniam ſibi debitam deducere poſtremo, quod plus erit debitori cum vſuris reſtituere cogitur: vel iudicium quod de pignore dato proponitur, eſt iudicium pignoratitium, actiove pignoratitia, qua ago aduerſus creditorem, qui pignus meum vendidit, & eius venditione plus pretij conſequutus eſt, quàm ei deberetur, vt videlicet illud ſuperfluum cum vſuris reddat.
f *l. 3. §. 4. verſ. ſin autem minus. C. de iure dominij.* g *l. 40. ſ. de vſuris.*
h pacto, ita legit Cuiac. *C. de diſtract. pign. arg. §. creditor. Inſt. quibus alienare.* quia ſit ex pacto *l. 7. C. de diſtract. pignorum.* i Purus locus hic opponitur ædificato. Fuerit igitur purus locus non ædificatus.
k *vt l. 20. inf. de pign.*
l ſine ædificio probantur fines & ſpatia prædiorum per inſtrumenta, adde *l. Titius. inf. de act. empt.*
m vide *l. 5. C. finium regundorum.*
n Originale, id eſt Authenticum inſtrumentum interdum exhiberi neceſſe eſt, *l. 10. in pr. ſ. de edend. l. 5. in princ. ſ. famil.*
o *Auctoritatis* inſtrumentum, eſt venditionis inſtrumentum.
p hoc eſt, minus ſpacium ædificio occupauit
q frumentariorum ſcilicet, *vt l. 12. §. 1. in fi. ſ. de inſtr.* eſt autem culleus vter ex corio factus, Iſidor. *5. cap. 27.* erant alij vinarij: de quibus *l. 17. ſ. de granaria.* Varro 4. *de lingua.* cum in dolium aut culleum vinum addunt ruſtici, prima vina addita, dicunt etiam nunc *mulis*; & Columell. *3. cap. 3.* in grædiis Senecæ vinearum, iugera ſingula culleos octonos reddidiſſe compertum eſt, aliàs ſignificat maſculum patricidiale, *vt l. 9. infr. de parric.* r *Officium annonæ*, officiales

præfecti annonæ, an cuius cura annona. vide *l.* 102. *inf. de ſolut.*

centurio culleos ad annonam ſuſtulit : ‖ ac ‖ poſtea inſtantia *a* Gaij Seij creditoris reciperati ſunt : quæro , intertrituram *b* , quæ ex operis *a* facta eſt, vtrum Titius debitor, an Seius creditor , agnoſcere debeat ? Reſpondit , ſecundùm ea, quæ proponerentur, ob id, quod eo nomine intertrimenti *b* accidiſſet, non teneri.

a *Inſtantia* hic,opera,cura,ſollicitudo. b *Intertritura*, idem quod intertrimentum j. *eo*. Vtrumque eſt rei deminutio: ſed cùm loquatur de culleorũ intertrimento, cur mentionem facit intertrituræ ex operis factæ ? aut operas referemus ad culleos, vt operarum intertrimentũ ſit vſus deminutio, ac depretiatiu culleorum? aut legendum erit, inter ritura quæ culleis facta eſt. a hic vſu,vel vtendo. b *Intertrimentum* eſt euanida argenti pars quæ in excoctione deperit. *Liu.* 42.44. Teren. *Heaut.* 3. *ſcen.* 1. *Galli*, *Empirance*.*Tarr*. Hic verò eſt depretiatio, ſeu deminutio rei ob vſum.

LIBER QVARTVSDECIMVS.

DE *a* EXERCITORIA *b* ACTIONE.

TITVLVS I.

a 4.C.35. *Paul.* 1. *ſent.* 6.§.2. *Inſt. quod cum eo qui in aliena* Exercitoria hæc actio nomen, habet ab eo qui præpoſuit : inſtitoria, ab eo qui præpoſitus eſt: ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia à magiſtro, quem exercitor naui præponit, magiſterianæ actionis nomen inelegans videbatur. *Cuiac. C. eod.*

b Pertinet enim ad ſummam Rempublicam, §. 20. *inf. eo.*

c Formula huius edicti hæc , vel ſimilis videtur fuiſſe: *Quod cum magiſtro nauis geſtum eſſe dicetur, in exercitorem, qui eum præpoſuit. in ſolidum iudicium dabo.*

d adde *l.* 1. j. *quod falſo tutore.*

e *v.* §. 1. §. 3. §. 5. j. *eod.*

f id eſt , exercitorem dominum vel poſſeſſorem nauis, ad quem quotidiani nauis quæſtus & obuentiones pertinent : quique nauem per magiſtrum & præſidem exercet.

g quid enim intereſt naui aliquẽ præponas , an tabernæ, an negotio ?

h dic vt in *verſiculo, quippe.* j. *eod.*

i vt in ſpecie, *l.* 1. §. 2. j. *depoſiti.*

k mare ipſum.

l ipſa tempeſtas,

m Magiſter nauis, Græcis πιςικὸς τȣ̃ πλοίȣ. *Syn. Baſilicon.* 53. *tit.* 1. *cap.* 16. 2. *Harmen.* 11. §. 7. & *lib.* 6. *tit.* 3. §. 15.

n Eſtque exercitoris inſtitor, πιςικὸς. *Harm.* 2. *tit.* 11.

a Nauium aliæ marinæ , fluuiatiles , ſtagnorum , ſchediæ.

b de qua *l.* 5. §. 5. j. *de iure immunitatis.*

c Quales piſcatoriæ, actuariæ, voluptatis cauſa paratæ, & ſimiles, *l. ſecunda* j. *de captiuis.* rates *l.* 1. § 14. *inf. de fluminibus.*

d *Schedia* nauis genus nauigij inconditum, trabibus inter ſe tantum nexis factum , *v. Feſtum ſchedia.*

e Ex iis magiſtri contractib. exercitor tantùm tenetur qui ad eam rem pertinent, cui præpoſitus fuit.

f *l.* 7. *verſ. itaque* & *illud* j. *eod.*

g Magiſter ſi mutuã pecuniam ſumpſerit reficiendæ nauis cauſa, vel ad alendos nautas, & pecuniam in ſuos vſus conuerterit, exercitor tenetur *vt hic*. non itidem ſi ab initio fraudulentum animũ habuit , nec expreſſit ſe ad nauis cauſam accipere. §. 9. & ſi in rerum emptarum pretiis fefellerit exercitorem damno adficit. §. 10. j. *eo.* *Syn. Baſil.* 53. *tit.* 1. *c.* 16.

h v. quæ notaui ad *l.* 25. ȷ. *de reb. cred.*

i *d l.* 7. *in princ.*

† Præpoſitio exercitoris certam legem dat contrahentib. cum magiſtro, & ita lex præpoſitionis ſpectanda.

k Certa indefinite accipi non debent ne incerta efficiatur.

l Formam præpoſitionis egreſſus magiſter exercitorem non obligat.

m Præpoſitus ad nauis vecturas tantùm exigendas, nauem locare non poteſt.

Vtilitas huius edicti. 1. *Magiſtri nauis definitio.* 2. *De contractibus, & delictis nautarum.* 3. *Quibus rebus magiſter imponitur.* 4. *De conditione & ætate magiſtri.* 5. *Qui magiſtrum præponunt.* 6. *De naui.* 7. *Quibus ex cauſis datur exercitoria.* 13. *De pluribus magiſtris.* 15. *Exercitoris definitio.* 16. *Sexus, conditio, ætas.* 17. *De concurſu actionis exercitoriæ, & directæ.* 18. *An detur actio exercitori.* 19. *Si exercitor ſit in alterius poteſtate.* 24. *De concurſu actionis exercitoriæ, & directæ.* 25. *De pluribus exercitoribus.*

Vlpianus lib. 28. ad Edictum.

VTilitatem *c* huius edicti patere, nemo eſt, qui
ignoret. Nam cùm interdum ignari *d* cuius ſint
conditionis, vel quales, cum magiſtris *e* prop-
ter nauigandi neceſſitatem contrahamus , æ-
quum fuit, eum *f*, qui magiſtrum naui impoſuit, teneri:
vt *g* tenetur, qui inſtitorem tabernæ, vel negotio præ-
poſuit : cùm *h* ſit maior neceſſitas contrahendi cum
magiſtro, quàm inſtitore : quippe res patitur , vt de
conditione quis inſtitoris diſpiciat, & ſic contrahat :
in nauis magiſtro, non ita. nam interdum *i* locus *k*,
tempus *l* non patitur plenius deliberandi conſilium.

1 ¶ Magiſtrum *m* nauis accipere debemus, cui to-
tius nauis cura mandata eſt.

2 ¶ ‖ Sed ‖ ſi cum *o* quolibet nautarum ſit contra-
ctum, non datur actio in exercitorem *p* : quamquam
ex delicto cuiuſuis eorum, qui nauis *q* nauigandæ cau-
ſa in naue ſint, detur actio in exercitorem. *alia enim
eſt contrahendi cauſa, alia delinquendi: ſiquidem qui
magiſtrum præponit, contrahi cum eo permittit: qui
nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit: ſed *r*
culpa, & dolo carere eos, curare debet.

3 ¶ Magiſtri autem imponuntur locandis nauibus,
vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamen-
tiſve *ſ* emendis : ſed etiam ſi mercibus emendis , vel
vendendis fuerit præpoſitus, etiam hoc nomine obli-
gat exercitorem.

4 ¶ Cuius autem conditionis *t* ſit magiſter iſte, nihil
intereſt, vtrum liber an ſeruus: & vtrum exercitoris,
an alienus. ſed nec cuius ætatis ſit, intererit : ſibi im-
putaturo qui præpoſuit.

5 ¶ Magiſtrum autem accipimus non ſolùm quem
u exercitor præpoſuit, ſed *x* & eum, quem magiſter: &
hoc conſultus Iulianus in ignorante exercitore reſ-
pondit. Cæterùm * ſi ſcit *y*, & paſſus eſt, eum in naue
magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur *z* : quæ
ſententia mihi videtur probabilis: *omnia enim facta
magiſtri debet præſtare, qui *a* eum præpoſuit: alioquin
contrahentes decipientur : & facilius *b* hoc in magi-
ſtro, quàm inſtitore, admittẽdum propter vtilitatem.
Quid tamen, ſi ſic magiſtrum præpoſuit, ne alium ei
liceret præponere ? an adhuc Iuliani ſententiam ad-
mittimus , videndum eſt : finge enim & nominatim
eum prohibuiſſe, ne Titio magiſtro vtaris? dicendum
tamen erit, eo vſque producendam vtilitatem naui-
gantium.

6 ¶ Nauem accipere debemus , ſiue *a* marinam *b*,
ſiue fluuiatilem *c*, ‖ ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſi-
ue ſchedia *d* ſit.

7 ¶ Non *e* autem ex omni cauſa prætor dat in
exercitorem actionem : ſed *f* eius rei nomine , cuius
ibi præpoſitus fuerit. id eſt, ‖ſi‖ in eam rem præpoſitus
ſit : vtputà ſi ad ‖onus vehendum locatum ſit: aut ali-
quas res emerit vtiles nauiganti : vel ſi quid, reficien-
dæ nauis cauſa, contractum, vel impenſum eſt : vel ſi
quid nautæ, operarum nomine petent.

8 ¶ Quid *g*, ſi mutuam pecuniam ſumpſerit? an eius
rei nomine videatur geſtum? & Pegaſus exiſtimat, ſi ad
vſum eius rei, in quam præpoſitus eſt , fuerit mutua-
tus, dandam actionem: quam ſententiam puto veram:
quid enim , ſi ad armandam , inſtruendámve nauem
vel nautas exhibendos mutuatus eſt?

9 ¶ Vnde quærit Ofilius, ſi ad reficiendam *h* nauem
mutuatus, nummos in ſuos vſus conuerterit , an in
exercitorem detur actio, & ait : ſi hac *i* lege accepit,
quaſi in nauem impenſurus , mox mutauit volunta-
tem, teneri exercitorem, imputaturum ſibi, cur talem
præpoſuerit: quòd ſi ab initio conſilium cepit frau-
dandi creditoris, & hoc ſpecialiter non expreſſerit ,
quod ad nauis cauſam accipit , contrà eſſe : quam di-
ſtinctionem Pedius probat.

10 ¶ Sed & ſi in pretiis rerum emptarum fefellit
magiſter, exercitoris erit damnum, non creditoris.

11 ¶ Sed ſi ab alio mutuatus, liberauit eum, qui in
nauis refectionem crediderat ? puto etiam huic dan-
dam actionem, quaſi in nauem crediderit.

12 ¶ Igitur præpoſitio † certam *k* legem *l* dat con-
trahentibus: quare ſi eum præpoſuit naui ad hoc ſo-
lùm, vt *m* vecturas exigat, non vt locet, quod fortè ipſe
locauerat, non tenebitur exercitor ſi magiſter loca-
uerit *n*. vel ſi *o* ad locandum tantùm, non ad exigen-
dum; idem erit dicendum: aut ſi ad *p* hoc, vt vectori-
bus locet, non vt mercibus nauem præſtet , vel con-
trà: modum *q* egreſſus, non obligabit exercitorem.

¶ Sed & ſi vt certis mercibus eam locet, præpoſitus
eſt, puta legumini, cannabæ *r*, ille marmoribus , vel
alia *ſ* materia locauit: dicendum erit non teneri:
quædam *t* enim naues onerariæ , quædam (vt ipſi di-
cunt) ἐπιβατηγοὶ *u*, id eſt, *vectorum ductrices*, ſunt : &
pleroſque mandare ſcio, ne vectores recipiant. & ſic,
vt certa regione, & certo mari negotietur : vt ecce,
ſunt naues, quæ Brunduſium à Caſſiopa *x*, vel à Dyr-
rachio vectores traiiciunt, ad onera inhabiles. item
quædam fluuij capaces, ad mare non ſufficientes.

13 ¶ Si plures ſint magiſtri, non *y* diuiſis officiis,
quodcunque cum vno geſtum erit, obligabit exerci-
torem, ſi diuiſis, vt alter locando, alter exigendo, pro
cuiuſque officio obligabitur exercitor.

o Ex contractibus nautarum exercitor non tenetur: ex delictis autem ipſorum tenetur. Nam facere debet, vt dolo & culpa, hoc eſt, vt malitia careant. *Syn, Baſilic.* 53. *tit.* 1. *cap.* 15. 2. *Harmen.* 11. §. 5. 6.

p Dominum vel poſſeſſorem nauis.

q Simile dicendi genus *in l.* 3. j. *de nautico fœnore.*

r *l.* 7. §. 4. ȷ. *nautæ, caupones.* vide *l.* 45. *in fi.* ȷ. *fam. erciſc.* §. *vlt. Inſt. de obl. ex quaſi delicto.*

ſ nonnulli ſtrenuè fabricant nauigia, nec conſummata perinde inſtruunt armamentis, miniſtriſque *Collum.* 4. *cap.* 3, *in pr.* Porrò *armamenta* ſunt nauium inſtrumenta, *l.* 3. §. 1. ȷ. *de rei vind. l.* 6. j. *de leg. Rhodia.* hic obiter notandum patres ciuitatum, armamentariorum curam habuiſſe, quæ Nou. 85. *cap.* 2. δημοσίας ὁπλοθήκας vocat: & ab Iſidoro 5. *orig.* 5. armamentarium vocari locum vbi tenentur tela armorum. Cæterùm, armamentum Græci ἐξαρτίαν appellant *Harm.* 2. *tit.* 11. *exarmatur* nauis, cùm armamentis ſpoliatur, *l.* 2. §. 1. j. *de leg. Rhodia.*

t In conditione cuiuſque hæc ſpectantur vt ſæpius, Vtrum liber in ſeruus ſit: an huius vel illius : cuius ætatis. u Magiſtri nauium ab exercitoribus præficiebantur. x Magiſter nauis à magiſtro eiuſdem nauis primo ſecundarius conſtitui poterat.

y Sciens & patiens exercitor ſubmagiſtrum à magiſtro imponi , ipſe ſubmagiſtrum impoſuiſſe intelligitur.

z *l.* 18. *infra mandati.*

a *l*, 1. *C. eod.* b Qui magiſtrum mari præpoſuit, tenetur, velut is qui inſtitorem tabernæ vel negotiationi propoſuit *Syn. Baſil.* 35. *tit.* 1. *cap.* 16.

n Cur ita? colligе ex *l.* 5. §. 18. j *de inſt.* o præpoſitus ad locandum, mercedem ipſam locationis exigere non poteſt. p Præpoſitus ad nauem locandã vectoribus eandem mercibus præſtare non poteſt: vel contra. q mandatarius modum mandati egredi nõ debet. r Canaba, *vt hic*. vel cannabum. 3. *Paul.* 5. χάνναβις canabis *Iſidor.* 16. *orig.* 27. vnde Canabetum in vetere inſcriptione ſepulchri. *Retro vſque ad Canabetum, huic area cedent.* v. Briſſonium 2. *ſel.* 16. ſ *al.* alij materiæ. t Nauium aliæ ad onera ferenda, aliæ ad vecturas, aliæ marinæ, quibus certo tantùm mari negotiantur homines, aliæ fluuiatiles. adde §. 6. ȷ. *eo.* u ἐπιβάδες *Haloand.* Budæus ναῦς ἐπιβάτας ἐπιβατου, quaſi ſcanſiles & vectoribus traiiciendis aptæ, hinc diei *l. vlt.* §. 2. ȷ. *nautæ.* videntur, Florentina lectio probatur ab Ant. Aug. 4. *Emend.* 11. Budæus legit emphractæ. Sunt igitur naues onerariæ, & ἐπιβατηγοί, vtiles comparatæ & deſtinatæ tantum ad deuehendos homines, oneribus ferendis plerumque inhabiles *bateaux paſſages*, *vt hic*. aliæ ſunt etiam ξυλήγοι, de quibus, *l.* 55. §. ȷ. *de leg.* 3. x alij, Caſſiopa vel Capua. & malè , cum apud Strabum conſtet lib. Καςιοπλῶ portum Epyri à Brunduſio diſtare ſtadiis 1300. & totidem à Tarento, idem Ptolemæus teſtatur.

y indiuiduis in officiis, quod vnus gerit, alterum obligat : in diuiduis, ſecus *vt hic.* & §. 14. j. *eod.*

14 ¶ Sed

14 Sed & ſi ſic præpoſuit, vt plerumque faciunt, *ne alter ſine altero quid gerat*, qui contraxit cum vno, ſibi imputabit.

15 Exercitorem *b* autem eum dicimus, ad quem obuentiones *c* & reditus omnes perueniunt: ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino nauem per auerſionem *d* conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

16 ¶ Parui autem refert, qui exercet, maſculus ſit, an mulier *e*: paterfamilias, an filiusfamilias *f*, vel ſeruus: pupillus autem ſi nauem exerceat, exigemus tutoris auctoritatem.

17 ¶ Eſt autem nobis electio, vtrum exercitorem, an magiſtrum conuenire velimus.

18 ¶ Sed ex contrario, exercenti nauem aduerſus eos, qui cum magiſtro contraxerunt, actio non pollicetur *g*: quia non eodem auxilio indigebat. Sed aut ex locato *h* cum magiſtro, ſi mercede operam ei exhibet: aut, ſi gratuitam, mandati agere poteſt.

¶ Solent planè præfecti propter miniſterium annonæ, item in prouinciis præſides prouinciarum extra ordinem *i* eos iuuare ex contractu magiſtrorum.

19 ¶ Si *k* is *l* qui nauem exercuerit, in aliena *m* poteſtate *n* erit, eiúſque *o* voluntate nauem exercuerit, quod cum magiſtro *p* eius geſtum erit, in *q* eum, in cuius poteſtate is erit, qui nauem exercuerit, iudicium *r* datur *ſ*.

20 ¶ Licèt autem detur actio in eum, cuius in poteſtate eſt, qui nauem exercet, tamen ita demum datur, ſi voluntate eius exerceat. Ideo autem ex voluntate in ſolidum tenentur, qui habent in poteſtate exercitorem, quia ad ſummam *t* rempublicam *u* nauium exercitio pertinet. At inſtitorum non idem viſus eſt: ea propter in tributum duntaxat vocantur, qui contraxerunt cum eo, qui in merce peculiari, ſciente domino, negotiatur. Sed ſi, ſciente duntaxat, non etiam volente, cum magiſtro contractum ſit, vtrum quaſi in volentem damus actionem in ſolidum, an verò exemplo tributoriæ dabimus. * In re igitur dubia melius eſt, verbis *x* edicti ſeruire: & neque ſcientiam ſolam & nudam patris dominíve in nauibus onerare: neque in peculiaribus mercibus voluntatem extendere ad ſolidi obligationem. & ita videtur & Pomponius ſignificare: ſi ſit in aliena poteſtate, ſi quidem voluntate gerat, in ſolidum eum obligari: ſi minus, in peculium.

21 ¶ In poteſtate autem *y* accipiemus vtriuſque ſexus vel filios, vel filias, vel ſeruos, vel ſeruas.

22 ¶ Si tamen ſeruus peculiaris volente filiofamilias, in cuius peculio erat: vel ſeruo, vicarius eius nauem exercuit, pater, dominúſve, qui volutatem non accommodauit duntaxat de peculio tenebitur: ſed filius ipſe in ſolidum. Planè, ſi voluntate domini, vel patris exerceant, in ſolidum tenebuntur. & præterea & filius, ſi & ipſe voluntatem accommodauit, in ſolidum erit obligatus.

23 ¶ Quanquam autem, ſi cùm magiſtro eius geſtum ſit duntaxat, polliceatur prætor actionem, tamen (vt Iulianus quoque ſcripſit) etiam ſi cum ipſo exercitore ſit contractum, pater *z*, dominúſve in ſolidum tenebitur.

24 ¶ Hæc actio ex *a* perſona magiſtri in exercitorem dabitur. & ideo, ſi cum vtro eorum actum eſt, cum altero agi non poteſt. Sed ſi quid ſit ſolutum *b*, ſiquidem à magiſtro, ipſo *c* iure minuitur obligatio. Sed & ſi ab exercitore, ſiue ſuo nomine, id eſt, propter honorariam obligationem, ſiue magiſtri nomine ſoluerit, minuetur obligatio: quoniam & alius *d* pro me ſoluendo, me liberat.

25 ¶ Si *e* plures nauem exerceant, cum quolibet *f* eorum in ſolidum agi poteſt.

2. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

NE in *g* plures *h* aduerſarios diſtringatur, qui cum vno contraxerit.

3. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

NEc quicquam facere, quotam quiſque portionem in naue habeat, eúmque qui *i* præſtiterit, ſocietatis iudicio à cæteris conſecuturum.

2. De ſeruo plurium exercitore. 3. De alienatione, aut morte ſerui exercitoris. De morte magiſtri. 4. De tempore harum actionum. De heredibus.

a Conſilium adiuncti ſui quemque ſequi cogi, hinc colligunt, de quo vide Alberic. *hic*.
b Exercitor quis dicatur.
c *Obuentiones* hic ſeparantur à reditibus.
d ἐν ὁμάδε, id eſt in vniuerſo, vide quæ notaui ad *l*. 4. §. 1. ff. *de peric. l*. 62. *in fin*. ff. *de contrahend. empt*.
e *l*. 4. *C. eod*.
f §. 19. §. 21. ff. *eo*.
g paſſiuè, hoc eſt, non promittitur, niſi hic legas, actionem non pollicentur.
h *l*. 5. ff. *eo*.
i Imo officio iudicis id fit, *l. cum filiusfamilias* 17. ff. *de reb. cred. l. ſalarium* 7. ff. *mandat*.
k Videntur hæc verba edicti fuiſſe.
l Quid ſi plures exercuerint? vide §. 25. *l*. 2. *l*. 3. *l*. 4. ff. *eod*. quid ſi ſeruus plurium? *l*. 4. §. 2. quid ſi vt mas, ita fœmina? §. 21. ff. *eo*.
m vt filius, *v* §. 23. ff. *eo*. vel ſeruus.
n §. 11. ff. *eo*.
o in cuius poteſtate eſt.
p vide §. 24. ff. *eo. eod*. quid ſi cum ipſo exercitore contractum? idem §. 23. ff. *eo*.
q §. 20. ff. *eod*.
r Quatenus in ſolidum, *l*. 1. *l*. 2. *Cod. de inſtitoria*. §. 2. *Inſt. quod cum eo*. Diuerſum eſt in inſtitoria. Nam ſi voluntate patris filius merces peculiares exercet, tum ex eius contractu vel inſtitoris à filio præpoſiti, pater non tenetur in ſolidum, ſed vocatur in tributum, i. tenetur actione tributoria, *vt hic*, & §. 23. ff. *eod. l*. 3. §. *ſi filiusfamilias*, ff. *Nautæ. Paul. 2. ſent*. 6. §. *vnic*.
ſ Quouſque etiam poſt annum, *l*. 4. §. 4. ff. *eo*.
t De hoc genere loquendi, *ad ſummam rempublicam pertinere*, aliàs ſcripſi.
u Reipublicæ, ideo huius tituli vtilitas ſumma eſt, *l*. 1. *in princ*. ff. *eod*. hanc tamen actionem defendit ingenioſiſſimè & doctiſſimè Cuiac. 12. *obſeru*. 32.
x *l*. 69. ff. *de leg*. 3. *l*. 12. §. 1. ff. *qui & à quibus manum*. non tamen id ſemper verum eſt.
y §. 16. ff. *eo*.
z §. 19. ff. *eo*. filiusfamilias ſi voluntate patris nauem exercet, patrem in ſolidum, ob ea, quæ ſalua receperit, obligat, §. 19. ff. *eo. Paulus* 2. *ſent*. 6.
a Exercitoriæ origo, eſt ex perſona magiſtri: obiectum, exercitor ipſe.
b *l*. 23. *l*. 32. ff. *de ſolut*.
c ipſo iure obligatio tollitur per ſolutionem.
d *l*. 38. *l*. 39. ff. *de negotiis*: *l*. 91. ff. *de ſolut. Inſt. quib. mod. tollitur obligatio. l*. 8. *in fin*. ff. *de nou*.
e Vbi plures ex contractu vnius conueniuntur, quilibet conuenitur in ſolidum, ſecus ſi plures ex ſuo contractu proprio.
f *l*. 2. *l*. 4. ff. *eod. l*. 1. *in fin. de his qui deiecerunt*.
g *l*. 38. ff. *de procurat*.
h Domine monente relictis pluribus heredibus vaſallos non cogi hominum vni præſtare, hinc colligitur, v. tamen Accurſium in *l. ſi quis*. 13. §. 1. ff. *de vſufructu*.
i *l*. 13. *in fin*. ff. *de inſtitoria*.

4. *Vlpianus* lib. 4. ad Edictum.

SI tamen plures per ſe nauem exerceant, proportionibus exercitionis conueniuntur, neque enim inuicem ſui magiſtri videntur.

1 ¶ Sed ſi plures exerceant, vnum autem de numero ſuo magiſtratum fecerint, huius nomine in ſolidum poterunt conueniri.

2 ¶ Sed ſi ſeruus plurium *a* nauem exerceat voluntate eorum, idem placuit, quod in pluribus exercitoribus. Planè ſi vnius ex omnibus voluntate exercuit, in ſolidum ille tenebitur, & ideo puto, & in ſuperiore caſu in ſolidum omnes teneri.

3 ¶ Si ſeruus ſit, qui nauem exercuit valuntate domini, & alienatus *b* fuerit, nihilominus is, qui eum alienauit, tenebitur: proinde, & ſi deceſſerit ſeruus, tenebitur: nam, & magiſtro defuncto, tenebitur.

4 ¶ Hæ actiones *c* perpetuò, & heredibus, & in heredes dabuntur. Proinde & ſi ſeruus, qui voluntate domini exercuit, deceſſit, etiam poſt annum dabitur hæc actio: quamuis de peculio vltra annum non detur.

Si quis cum ſeruo ſuo exercitore alterius, vel cum ſeruo communi. 1. Vel cum ſerui ſui magiſtro contraxerit. 2. Si vnus ex multis exercitoribus cum magiſtro contraxerit.

5. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

SI eum, qui in mea poteſtate ſit, magiſtrum nauis habeas, mihi quoque in te competit actio, ſi quid cum eo contraxero. Idem "eſt", ſi communis ſeruus nobis erit, ex locato *d* tamen mecum ages, quòd operas ſerui mei conduxeris. Quia, & ſi cum alio contraxiſſet, ageres mecum, vt actiones, quas eo nomine habui, tibi præſtarem. Quemadmodum cum libero, ſiquidem conduxiſſes, experieris: quod ſi gratuitæ operæ fuerint, mandati ages.

1 ¶ Item ſi ſeruus meus nauem exercebit *e*, & cum magiſtro eius contraxero, nihil obſtabit *f*, quominus aduerſus magiſtrum experiar actione *g*, quæ mihi vel iure ciuili *h*, vel honorario competit. Nam & cuiuis alij non obſtat hoc edictum, quo minus cum magiſtro agere poſſit. Hoc enim edicto non transfertur actio, ſed adiicitur *i*.

2 ¶ Si vnus ex his exercitoribus cum magiſtro *k* nauis contraxerit, agere cum aliis exercitoribus poterit *l*.

Si ſeruus non voluntate domini exerceat. 1. De ſeruo communi.

6. *Paulus* lib. 6. Breuium.

SI ſeruus non *m* voluntate *n* domini nauem exercuerit, ſi ſciente *o* eo, quaſi, *p* tributoria: ſi ignorante, de peculio actio dabitur.

1 ¶ Si communis *q* ſeruus voluntate dominorum exerceat nauem in ſingulos dari debebit in ſolidnm actio.

Si quæratur an creditum ſit in id cui magiſter, 1. Vel inſtitor præpoſitus erat.

7. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

LVcius Titius Stichum magiſtrum nauis *r* propoſuit is pecuniam mutuatus, cauit, *in refectionem nauis eam accepiſſe*, quæſitum eſt, an non aliter Titius exercitoria teneretur, quàm ſi creditor probaret *t*, pecuniam in refectionem nauis eſſe conſumptam. Reſpondit, creditorem vtiliter acturum *u*, ſi *x*, cùm pecunia crederetur, nauis in ea cauſa fuiſſet, vt refici deberet. Etenim vt non oportet creditorem ad hoc aſtringi, vt ipſe reficiendæ nauis curam ſuſcipiat, & negotium domini gerat, (quod certè futurum ſit, ſi neceſſe *y* habeat probare, pecuniam in refectionem erogatam eſſe) ita illud exigendum, vt ſciat in hoc ſe credere, cui rei magiſter quis ſit præpoſitus. Quod certè aliter fieri non poteſt, quam ſi illud quoque ſcierit, neceſſariam refectioni pecuniam eſſe. Quare etſi in ea cauſa fuerit nauis, at refici deberet multo tamen maior pecunia credita fuerit, quàm ad eam rem eſſet neceſſaria, non debere in ſolidum aduerſus dominum nauis actionem dari.

1 ¶ Interdum etiam illud æſtimandum, an in eo loco pecunia credita ſit, in quo id, propter quod credebatur, comparari potuerit. quid enim (inquit) ſi ad velum emendum in eiuſmodi inſula pecuniam quis crediderit, in qua omnino velum comparari non poteſt? & in ſumma: aliquam *z* diligentiam in ea creditorem debere præſtare.

a *l*. 6. ff. *eo*.
b Exercitoria actio durat, ſeruo exercitoris etiam alienato, vel mortuo.
c Exercitoria, *vt hic*, inſtitoria, *l*. 5. ff. *de inſtitoria*. tributoria, *leg*. 8. ff. *de tributoria*. de in rē verſo. *l*. 1. *in fin*. ff. *quando actio de peculio*.
d *l*. 1. §. 18. ff. *eo*.
e *al*. exercuerit
f *l*. 1. ff. *de inſtitoria*.
g *ſub*. competente cum eo celebrato.
h non tamen in ipſum ſeruum meū *l*. 11. *in fin*. ff. *de inſtitoria*.
i Augmenta quæ inducunt deminutionem inducere non debent *l. cùm tale* 71. *in fin*. ff. *de cond. & dem*.
k *ſubaudi*, communi.
l *ſub*. pro illis partibus quas habeat in merce nauis.
m *l*. 12. ff. *de furtis*
n *ſub*. expreſſa.
o *l*. 1. §. 20. *verſ. ſed ſi ſciente* ff. *eo*.
p quaſi tributoria tenetur qui ſcit ſeruum ſuum nauem exercere.
q *l*. 4 §. 2. ff. *eo*.
r *al*. naui.
ſ *vt l*. 1. §. 9. ff. *eo*.
t Probare an & quando teneatur creditor, pecuniam à ſe mutuo datam in rem vtilitatémque accipientis, vel eius domini verſam fuiſſe.
u Quatuor ei qui credidit, ad refectionē nauis, conſideranda ſunt, vt nominatim mutuet ad refectionem: vt res in ea cauſa ſit, vt neceſſatio debeat refici, vt ei qui ſit ad eam rem præpoſitus credat, ne plus neceſſario credat. vt autem curam ſuſcipiat, vt in eam rem pecunia credita erogetur, non eſt neceſſarium, *vt hic*. v. tamen *l*. 5. ff. *qui potiores*.
x Credens pecuniam ad refectionem nauis, hæc obſeruare diligenter debet. Primò, vt cùm pecuniam credit, nauis in ea cauſa ſit, vt refici debeat. Non autem cogitur ipſe nauis reficiendæ curam ſuſcipere, *vt hic*. Deinde vt ſciat ſe credere magiſtro nauis ad eam rem præpoſito, *verſ. ita illud exigendum*. Tertiò vt ſciat neceſſariam refectioni pecuniam eſſe, *verſ. quod certè*. Quartò, vt non maiorem pecuniam credat, quàm quæ ad eam rem neceſſaria ſit, *verſ. quare etſi*. Interdum etiam requiritur vt ſciat ſe credere ad eas res, quæ in ea prouincia vbi credit, comparari poſſint, §. *interdum*. ff. *eod*.
y aliud eſt in minorum cauſa, *l*. 2. *C. ſi aduerſ. credit*. & ciuitatis interdum, *v. l*. 27. ff. *de reb. cred*.
z Curioſum creditorem eſſe oportet, quoties pecuniam credit ad nauis refectionem.

2 Eadem ferè *a* dicenda ait, & ſi de inſtitoria actione quæratur. Nam tunc quoque creditorem ſcire debere, neceſſariam eſſe mercis comparationem, cui emendæ ſeruus ſit præpoſitus, & ſufficere, ſi in hoc crediderit: non etiam illud exigendum, vt ipſe curam *b* ſuſcipiat, an in hanc rem pecunia eroganda eſt.

a Ferè, hæc particula, inquam, non eſt παρέλκον: temperat enim comparationem quæ fit inſtitoris & magiſtri, quia non licet ſemper vti, *l. 1. §. 5. §. 9. ſ. eod.* vnde hæc particula ab Accurſio *temperamentum* vocatur. Macrobius 1. *in ſomnium.* Vocem inquit, quæ hanc definitionem temperat, adiecit, *Ferè.*
b id eſt, vt ſit curioſus, *v. l. 3. §. 9. ſ. de in rem verſo.*
c al. ad leg. Rhodiam, *Hal.* adde Paulum *2. ſent. 7. Syn. Baſ. 53. tit. 3. 2. Harm. 11. 13. C. Theod. 9.* Tertull. 3. *aduerſus Marcionem* ſcilicet Nauclero illi, non quidem Rhodia lex, ſed Pontica cauerat, curare Iudæos.
d *Tit. 7. §. 1.*
e Extat hæc ſententia apud Paulum, *d. §. 1.*
f vexatam fluctibus nauem iactura leuis defendit, *l. 4. C. Theo. eo.*
g τὸ ῥιφέν. id quod abiectum eſt. *Syn. Baſ. eod. cap. 1.*
h i. prior vt in *l. 1. §. 6. in fin. ſ. vti poſſidetis.* ſic vltrò accuſare. *Liuius 1.* vltrò arridere, *Donat. Cuiac. 3. obſer. 2. & in l. 10. in princ. ſ. de negotiis.* ſed an vltrò? &c. id eſt, dominus negotiorum prior agere poteſt?
i conduxerint; ex conducto agent. *Cuiac. ibid. & 13. obſ. 11.* id confirmat ex Baſilicis. εἰ δὲ μὴ τὸ πλοῖον ὅλον
k hinc locarium. *Varro 4. de lingua.* & locare Martiali. v. quæ notaui ad *l. 15. in fin. ſ. qui potiores.*
l armamentis ſpoliauerit: de armamentis dixi ad *l. 1. §. 3. ſ. tit. prox.*
m omnibus contribuentibus ſarciuntur res iactæ quin & nauis ipſa pro rerum iactarum æſtimatione contributioni ſubiacet: exceptis liberis capitibus & cibariis.
n Omnes res etiã ex quibus nauis non oneratur, & ipſa quoque nauis pro æſtimatione ſua, nomine contributionis obligatæ ſunt, exceptis liberis capitibus & annona. Nam ea confertur in commune pro iis qui ſunt in naui, & victu deſtituuntur. *Syn. Baſ. eo. c. 1.* adde *Hor. 11. §. 16.*

DE LEGE RHODIA *c* de iactu.

TIT. II.

Summa huius legis.

Paulus lib. 2. Sententiarum.

Lege Rhodia cauetur, vt *e*, ſi leuanda *f* nauis gratia iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod *g* pro omnibus datum eſt.

Quæ actiones dantur pro contributione. 1. De naue deteriorata, aut armamentis ſpoliata. 2. Qui & quantum & pro quibus rebus conferunt. 3. De naui à Piratis redempta. De rebus oblatis à prædonibus. 4. Quantum conferri debet. 5. De ſeruis qui in mari perierunt. 6. Si quis ex vectoribus ſoluendo non ſit, & res iacta apparuerunt. 8. De dominio ei iacta.

2. *Idem* libro 34. ad Edictum.

Si laborante naue, iactus factus eſt, amiſſarum mercium domini, ſi merces vehendas locauerant, ex locato cum magiſtro nauis agere debent: is deinde cum reliquis, quorum merces ſaluæ ſunt, ex conducto, vt detrimentum pro portione communicetur, agere poteſt. Seruius quidem reſpondit, ex locato agere cum magiſtro nauis debere, vt cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præſtent. Imò, etſi retineat merces magiſter, vltro *h* ex locato habiturus eſt actionem cum vectoribus: quid enim, ſi vectores ſint, qui nullas ſarcinas habeant? Planè commodius eſt, ſi ſint, retinere eas. ¶ At, ſi non [&] totam nauem conduxerit, ex conducto aget *i*: ſicut vectores, qui loca *k* in naue conduxerunt: æquiſſimum enim eſt, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amiſſas res aliorum conſecuti ſunt, vt merces ſuas ſaluas haberent.

1 ¶ Si conſeruatis mercibus deterior facta ſit nauis, aut ſi quid exarmauerit *l*, nulla facienda eſt collatio: quia diſſimilis earum rerum cauſa ſit, quæ nauis gratia parentur, & earum, pro quibus mercedem aliquis acceperit. nam & ſi faber incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei qui locauerit opus: ſed ſi voluntate vectorum, vel propter aliquem metum id detrimentum factum ſit, hoc ipſum ſarciri oportet.

2 ¶ Cùm in eadem naue varia mercium genera complures mercatores coëgiſſent, prætereáque *m* multi vectores ſerui, liberíque in ea nauigarent, tempeſtate graui orta, neceſſariò iactura facta erat. ¶ Quæſita deinde ſunt hæc, an omnes *n* iacturam præſtare oporteat, & ſi qui tales merces impoſuiſſent: quibus nauis non oneraretur velut gemmas, margaritas: & quæ portio præſtanda eſt: & an etiam pro liberis capitibus dari oporteat: & qua actione ea res expediri poſſit? Placuit *, omnes quorum interfuiſſet iacturam fieri, conferre oportere: quia id tributum obſeruatæ *o* res deberent. Itaque dominum etiam nauis pro portione obligatum eſſe. Iacturæ ſummam pro rerum pretio diſtribui oportet. Corporum liberorum æſtimationem *p* nullam fieri poſſe. Ex *q* conducto dominos rerum amiſſarum cum nauta, id eſt cum magiſtro acturos. ¶ Itidem agitatum eſt, an etiam veſtimentorum cuiuſque, & annulorum æſtimationem fieri oporteat? & omnium viſum eſt: niſi ſi qua conſumendi cauſa impoſita forent: quo in numero eſſent cibaria: eò magis, quòd, ſi *r* quando ea defecerint in nauigationem, quod quiſque haberet, in commune conferret.

3 ¶ Si nauis à Piratis redempta ſit, Seruius, Ofilius, Labeo omnes conferre debere, aiunt: quod *ſ* verò prædones abſtulerint *t*, eum perdere, cuius fuerint, nec conferendum ei, qui ſuas merces redemerit.

4 ¶ Portio autem pro æſtimatione rerum, quæ ſaluæ ſunt, & earum, quæ amiſſæ ſunt, præſtari ſolet: nec *a* ad rem pertinet ſi hæ, quæ amiſſæ ſunt, pluris veniri *b* potuerunt *c*: quoniam detrimenti *d*, non lucri, fit præſtatio. Sed in his rebus, quarum nomine conferendum eſt, æſtimatio debeat haberi, non quanti emptæ ſint, ſed quanti venire poſſunt.

5 ¶ Seruorum quoque, qui in mare perierunt, non magis æſtimatio facienda eſt, quam ſi ‖ qui ‖ ægri in naue deceſſerint, aut aliqui ſeſe præcipitauerint.

6 ¶ Si quis ex vectoribus ſoluendo non ſit, hoc detrimentum magiſtri nauis non erit. Nec enim fortunas cuiuſque nauta excutere debet.

7 ¶ Si res, quæ iactæ ſunt, apparuerint *e*, exoneratur collatio. Quòd ſi iam contributio facta ſit, tunc hi, qui ſoluerint, agent ex locato cum magiſtro, vt is ex conducto experiatur, &, quod exegerit, reddat.

8 ¶ Res autem iacta domini manet, nec fit apprehendentis, quia pro derelicto non habetur.

o al. ob ſeruatas res.
p *l. 3. ſ. ſi quadrupes pauperiem.*
q Datur aduerſus magiſtrum nauis actio, dominis amiſſarum mercium, *Synopſ. ibid. c. 1.*
r hinc colligit Bartolus, in caritate annonæ, id eſt, arctioris annonę tempore omnia eſſe communia. Baldus paulò lepidius negat furtum committi, ſi quis eo caſu panem veſcendi cauſa ſubripiat.
ſ Differentia piratæ & prædonis.
t Pretium redemptionis; non reum perditarum, ab omnibus conferendum.

De inſtrumento nauis deiecto.

3. *Papinianus* lib. 19. Reſponſorum.

Cvm arbor *f*, aut aliud nauis inſtrumentum, remouendi communis periculi cauſa, deiectum eſt, contributio debetur.

De mercibus in ſcapham traiectis. 1. De mercibus pro vrinatores extractis. 2. De mercibus, quæ in naui remanſerunt, deterioratis.

4. *Calliſtratus* lib. 2. Quæſtionum.

Nauis *g* onuſtæ leuandæ cauſa (quia intrare flumen, vel portum non potuerat cum onere) ſi quædam merces in ſcapham *h* traiectæ ſunt, ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipſo oſtio, vel portu, eáque ſcapha ſubmerſa eſt, ratio haberi debet inter eos, qui in naue merces ſaluas habent, cum his, qui in ſcapha perdiderunt, proinde tanquam ſi iactura facta eſſet. idque Sabinus ‖ quoque ‖ libro 2. Reſponſorum probat. ¶ Contra, ſi ſcapha cum parte mercium ſalua eſt, nauis periit, ratio haberi non debet eorum, qui in naui perdiderunt: quia iactus in tributum naue ſalua venit.

1 ¶ Sed ſi nauis, quæ in tempeſtate, iactu mercium vnius mercatoris, leuata eſt, in alio loco ſubmerſa eſt, & aliquorum mercatorum merces per vrinatores extractæ ſunt data mercede, *i* rationem haberi debere eius, cuius merces in nauigatione, leuandæ nauis cauſa, iactæ ſunt, ab his, qui poſtea ſua per vrinatores ſeruauerunt, Sabinus æquè reſpondit *k*. Eorum verò, qui ita ſeruauerunt, inuicem rationem haberi non debere ab eo, qui in nauigatione iactum fecit, ſi quædam ex his mercibus per vrinatores extractæ ſunt. eorum enim merces non poſſunt videri, ſeruandæ nauis cauſa iactæ eſſe, quæ periit.

2 ¶ Cùm autem iactus de naue factus eſt, & alicuius res, quæ in naui remanſerunt, deteriores factæ ſunt, videndum, an conferre cogendus ſit: quia non debet duplici *l* damno onerari, & collationis, & quòd res deteriores factæ ſunt? Sed defendendum eſt, hunc conferre debere pretio præſente rerum. Itaque (verbi gratia) ſi vicenum merces duorum fuerunt, & alterius *m* aſpargine *n* decem eſſe cœperunt: ille, cuius res integræ ſunt, pro viginti conferet, hic pro decem. Poteſt tamen dici etiam illa ſententia, diſtinguentibus nobis, deteriores ex qua cauſa factæ ſunt, id eſt, vtrum, propter iacta nudatis rebus, damnum ſecutum eſt, an verò alia ex cauſa: veluti quòd alicubi iacebant merces in angulo aliquo, & vnda penetrauit. Tunc enim conferre debebit. ¶ An *o* ex priore cauſa, collationis onus pati non debet, quia iactus etiam hunc læſit. Adhuc numquid & ſi aſpargine propter iactum "res" deteriores factæ ſunt? ſed diſtinctio ſubtilior adhibenda eſt, quid plus ſit, in damno, an in collatione? ‖ ſi ‖ (verbi gratia) hæ res viginti fuerunt, & collatio quidem facit decem, damnum autem duo: deducto hoc, quòd damnum paſſus eſt, reliquum conferre debeat. ¶ Quid ergo, ſi plus in damno erit, quàm in collatione? vtputa decem aureis res deteriores factæ ſunt, duo autem collationis ſunt? indubitatè vtrumque onus pati non debet. Sed hic videamus, num & ipſi conferre oporteat. quid n. *p* intereſt, iactatas res meas amiſerim, an nudatas deteriores habere cœperim? nam

a In contributione, res amiſſæ quanti emptæ ſunt æſtimantur, non quanti venire potuerunt: non enim lucri, ſed detrimenti habetur ratio. Res ſaluæ, quanti venire poſſunt, æſtimantur. *Syn. ibid. c. 3.* Cur tam varie? Damnum vti fieri poteſt, minuendum; lucrum propagandum. Ita denique vtriſque conſulitur, & iis qui iacturam fecerunt, & qui res ſuas ſaluas habent. *2. Harm. §. 11. & 17.*
b *al.* venire.
c *al.* poterant.
d Contra quam *l. 2. in fin.* quod certo loco.
e hæ domini permanent, *l.* ... *fin. ſ. de acq. rer. domin. l. 43.* ... *ſ. de furtis.*
f *l. 5. in fin.* ... expreſſit ... naue vel arbore tempeſtatis ... vectores ad contributionem tenetur ... arborem ... cauſa fruere ... nauis ſalua ... *ſent. 7. §. 3.*
g Leuandæ gratia merces in ſcapham tr... atque ideo in tributum ... rum, quæ ſaluæ ſunt conuenit ... tem perdit... ſeruatę cum ... bus ſcapha ... non habet ... *lus 2. ſent.* ... vt ſit ſenſus ... cibus trai... ſcapham ... uandæ cauſa ... pha ſubmerſa ... ue ſalua ... tioni lo... Naue a... pha ſalua ... butioni ... locum, ... fragium ... eſt.
h quæ ... κα & κ... citur, *Ha...* 11. §. 9 ... minit ... c. 1. à q... naui, ... ad littus ... ait.
i Vrina... qui ſub... natantes ... in illo ... ſpiritum ... vrinant... gunt. *V...* *gua Lab...* *nius.*
k Paulus ...

exprimit, 2. *ſent. 7. §. 2.* Iactu nauis leuata ſi perierit, extractis aliis vrinatores mercibus, eius quoque rationem haberi placuit, qui m... naue iactauit.
l ſic punitus ſatis non debet ex ea cauſa iterum puniri, *l. 43. in fin.* ... *gari & pupillari ſubſtit.* huc referri poſſunt *l. 14. ſ. de officio præſidis* ... *pœnis.*
m *al.* alterius merces adſpergine.
n adſpergine. *Hal.* eſt autem vitium ex pluuia vel vnda contract... buſdam περίκλυμα, ὑδρασία & adſpergines parietum, guttæ ſunt humiditate contractæ ſunt Hinc Virgilius 3. *Æneid.* falſa ſpumant... cautes hæc vox vti pingi ſolita ſit, vide apud Cuiacidm 12. *obſ.* vlt...
o *al.* At.
p Æquipollentibus aliquid fiat nihil intereſt, *v. l. 6. ſ. de reb. cred.*

ſicut

ſicut ei, qui perdiderit, ſubuenitur, ita & ei ſubueniri oportet, qui deteriores propter iactum res habere cœperit. hæc ita Papirius Fronto *a* reſpondit.

De mercibus ex naufragio liberatis. 1. De arbore caſa.

5. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris epitomarum.

AMiſſæ *b* nauis damnum collationis conſortio non *c* ſarcitur per eos *d*, qui merces ſuas naufragio liberauerunt. nam huius æquitatem tunc admitti placuit, cum iactu remedio cæteris in communi periculo, ſalua naui conſultum eſt.

¶ ¶ Arbore cæſa *e*, vt nauis cum mercibus liberari poſſit, æquitas contributionis habebit locum.

De ſumptu inſtruendæ nauis cauſa facto.

6. *Iulianus* libro 86. Digeſtorum.

NAuis *f* aduerſa tempeſtate depreſſa, ictu fulminis deuſtis armamentis *g*, & arbore *h*, & antenna, Hipponem *i* delata eſt: ibique tumultuariis *k* armamentis ad *l* præſens comparatis, Hoſtiam *m* nauigauit, & onus integrum pertulit. quæſitum eſt, an hi quorum onus fuit, nautæ pro damno conferre debeant? Reſpondit, non debere. hic enim ſumptus inſtruendæ magis nauis, quam conſeruandarum mercium gratia factus eſt.

De ſeruatis ex naue depreſſa, vel deiecta.

7. *Paulus* li. 3. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

CVm *n* depreſſa nauis, aut deiecta eſſet, quod quiſque ex ea ſuum ſeruaſſet, ſibi ſeruare reſpondit, tanquam ex incendio.

De rei iactæ dominio.

8. *Iulianus* lib. 2. ex Minicio.

QVi leuandæ nauis gratia res aliquas proiiciunt, non *o* hanc mentem habent, vt eas pro *p* derelicto habeant, quippe, ſi inuenerint eas, ablaturos: & ſi ſuſpicati fuerint, in quem locum eiectæ ſunt, requiſituros: vt perinde ſint, ac ſi quis onere preſſus, in *q* viam rem abiecerit, mox cum aliis reuerſurus, vt eandem auferret.

De his qui naufragium fecerunt direptis à publicanis. De authoritate legis Rhodiæ.

9. *Voluſius Mecianus* ex lege Rhodia *r*.

ΑΞίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυφάγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης: τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.

id eſt.

DEprecario Eudæmonis Nicomedienſis ad Antoninum Imp. *Domine Imperator Antonine naufragium in Italia facientes, directi ſumus à Publicanis Cyclades inſulas habitantibus.* Reſpondit Antoninus Eudæmoni. *Ego quidem mundi dominus* x: *lex autem maris: lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præſcripta eſt, iudicetur; quatenus* y *nulla ei noſtrarum legum aduerſatur. Hoc autem Diuus quoque Auguſtus iudicauit.*

De morte mancipij in nauem impoſiti. 1. De rebus quæ cum naue perierunt aut die ſtatuto non ſunt eo loci, quo vehi debuerunt, expoſitæ.

10. *Labeo* lib. 1. Pithanôn à Paulo Epitomatorum.

SI vehenda *a* mancipia conduxiſti pro eo mancipio, quod in naue mortuum eſt *b*, vectura tibi non debetur. Paulus. Imò *c* quæritur, quid actum eſt: vtrum ||vt|| pro his qui impoſiti, an pro his, qui deportati eſſent, merces daretur. quod ſi hoc apparere non potuerit, ſatis erit pro nauta, ſi probauerit, impoſitum eſſe mancipium.

1 ¶ Si ea conditione nauem conduxiſti, vt ea merces tuæ portarentur, eáſque merces nulla nauta neceſſitate coactus, in *d* nauem deteriorem, cum id ſciret te fieri nolle, tranſtulit, & merces tuæ cum ea naue perierunt, in qua nouiſſimè vectæ ſunt: habes ex conducto||locato|| *e* cum priore nauta actionem. Paulus: Imò contra: ſi modo ea nauigatione, vtraque nauis periit, cum id ſine dolo, & culpa nautarum factum eſſet.

¶ Idem iuris erit, ſi prior nauta publicè retentus, nauigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit.

¶ Idem iuris erit, cum ea conditione à te conduxiſſet, vt certam pœnam tibi præſtaret, niſi ante conſtitutum diem merces tuas eo loci expoſuiſſet, in quem deuehendas eas merces locaſſet *f*, nec per eum ſtaret, quo minus remiſſa *g* ſibi ||ea|| pœna ſpectaret.

¶ Idem iuris in eodem genere cogitationis *h* obſeruabimus, ſi probatum fuerit *i*, nautam morbo impeditum, nauigare non potuiſſe.

¶ Idem dicemus, ſi nauis eius vitium fecerit ſine dolo malo, & culpa eius.

2 ¶ Si conduxiſti nauem amphorarum duo milium, & ibi amphoras portaſti, pro duobus milibus amphorarum pretium *k* debes: Paulus: Imò ſi *l* auerſione *m* nauis conducta eſt, pro duobus milibus debetur merces *n*: ſi pro numero impoſitarum amphorarum merces conſtituta eſt, contra ſe habet: nam pro tot amphoris pretium debes, quot portaſti.

DE *o* INSTITORIA *p* ACTIONE.

TIT. III.

De actionibus ei qui inſtitorem præpoſuit, aut in eum competentibus.

Vlpianus lib. 28. ad Edictum.

AEquum *q* prætori viſum eſt, ſicut *r* commoda ſentimus ex actu inſtitorum ita *ſ* etiam obligari nos ex contractibus ipſorum, & conueniri.

¶ Sed non idem facit circa eum, qui inſtitorem præpoſuit, vt experiri poſſit. ſed ſi quidem ſeruum proprium inſtitorem habuit, poteſt eſſe ſecurus, acquiſitis ſibi actionibus: ſi autem vel alienum ſeruum, vel etiam hominem liberum, actione deficietur. ipſum tamen inſtitorem, vel dominum eius conuenire poterit, vel mandati, vel negotiorum geſtorum. Marcellus autem ait, debere dari *t* actionem ei, qui inſtitorem præpoſuit, in eos, qui cum eo contraxerint.

2. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

EO nomine, quo inſtitor contraxit, ſi modo aliter rem ſuam ſeruare non poteſt.

Inſtitoris etymologia. Qui dicuntur inſtitores.

3. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

INſtitor appellatus *u* eſt ex eo, quòd negotio gerendo inſtet. nec multum facit, tabernæ ſit præpoſitus, an cuilibet *x* alij *y* negotiationi.

4. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

CVm interdum etiam ad homines honeſtos afferant merces, & ibi vendant *z*, nec mutat cauſam actionis *a* locus *b* vendendi emendíve: cum vtroque modo verum ſit, inſtitorem emiſſe aut vendidiſſe.

8. *De libitinario & pollinctore.* 9. *De ſeruo piſtoris vendente panem.* 10. *De diſcipulo fullonis.* 11. *Quibus ex cauſis hæc actio competit.* 16. *De fideiuſſore inſtitoris.* 17. *Si deceſſerit is qui præpoſuit.* 18. *Si procurator, tutor, curator præpoſuerit.*

a Cuius meminit *l.* 220. §. 1. ϳ. *de verb. ſign.*

b Amiſſa naue qui res ſuas naufragio liberauerunt, non conferunt. Tunc enim fit contributio, quum ſalua naue fit iactus, vt cætera ſeruentur. *Syn. eod. c.* 12.

c Cur? quod quiſque ex naufragio ſibi ſeruat, id ſibi ſeruat velut ex incendio, *l.* 7. ϳ. *eod.*

d *l.* 7. ϳ. *eod.*

e *v. l.* 3. ϳ. *eo.* Contributio fit, malo cæſo ſeruãdæ nauis & mercium cauſa. *Syn. ibid. c.* 12.

f Quum inſtrumentum nauis tempeſtate periit & aliud exercitor comparauit, atque ita nauigans merces integras pertulit, domini cum eo conferre debent. *Syn. ibid. c.* 12. Si noua nauis armamenta ab exercitore comparata ſunt, collationi locus non eſt, 2. *Harm.* 11. §. 13.

g *l.* 2. §. 1. ϳ. *eod.*

v. quæ de armamentis notaui ad *l.* 1. §. 3. ϳ. *de exercitoria.*

h id eſt malo, *v. l.* 242. ϳ. *de verb. ſign.*

i quidam volunt eſſe Locrorũ coloniam cuius meminit 3. Plin. 5. quam Strabo 6. vocat *ἱππώνιον*, à qua Hipponiates ſinus non malè tamen poteſt intelligi altera duarum Hipponum Africæ, cuius meminit Polybius 1. quarum in vna quæ Diarrhytos Melæ 1. arrhytos Straboni 7. (dicitur) præfuit epiſcopatui D. Aug. Ea fuit etiam memorabilis Delphini manſuetudine ex hominis manu cibum capientis. 9. *Plin.* 8. refert Aug. 16. *de ciuit.* 8. in ea fuiſſe natum hominem quaſi lunatas habentem plantas, & in eis binos tantummodo digitos, ſimiles & manus. k ſubitis. l id eſt ad præſentem vſum. m Ὠστία Straboni 3. ab Anco ædificata, Romæ nauale fuit. n Naue depreſſa quod ex ea quiſque de ſuis rebus ſeruauerit, ſibi ſeruat tanquam ex incendio. *Syn. Baſil. ibid. c.* 14. o *l.* 2. *in fin.* ϳ. *eo. l.* 9. *in fin.* ϳ. *de acq. rer. l.* 21. §. 1. ϳ. *de acq. poſſ. l.* 7. ϳ. *pro derelicto, l.* 43 §. *pen.* ϳ. *de furtis.* §. *vlt. Inſt. de rer. diuiſ.* Imò aliquando habent, *l.* 43. §. *pen.* ϳ. *de furtis.* p *v. Authentic. Nauigia. C. de furtis* 2. *Harm.* 11. §. 19. q *al.* vnam rem. r Leges nauticas complures à Rhodiis (quorum diſciplina nauali & gloria tunc maximè excellebat) Romani ſumpſere. Et *Harm.* 2. *tit.* 15. teſtatur nauticarum omnium legum Rhodias eſſe vetuſtiſſimas. *Strabo* 1. maris imperium eos habuiſſe teſtatur. Idem *lib.* 14. Rhodum omnibus maritimis legibus anteponit, & eorum in maritimis legibus εὐνομίαν καὶ ἐπιμέλειαν, puta de architectis inſtrumentis, armamentariis; Maſſilienſibus & Cyzicenis comparat. Rhodi appellatione Cyclades intelliguntur. *Nou.* 41. earum enim caput erat. claram enim fuiſſe teſtatur Horatius in *Odis*, id eſt quod Soli expoſita, *Porphyrion. ib.* aut vt apertius id exponamus, quòd Rhodi (vt & Syracuſis) nunquam tanta nubila obducantur vt non aliqua hora Sol cernatur. 2. *Plin.* 62. fuit porrò Rhodus nobilis ob ſtudia, & in ea Profeſſores, in quibus Apollonius clariſſimus dicendi magiſter, cuius auditores Iulius Cæſar & Cicero, teſte *Plutarcho & Suetonio.* ſ alias *ναυάγιον*. t ὑπερβολή. Nec enim Scythis, Perſis & Sarmatis Antoninus imperauit: de hyperbole dixi ad *l. vlt. C. de prœat.* u legendum eſt ita, θαλάσσης, vt ſit ſententia, Mundi ſiue terræ lex, princeps, ipſe quidem eſt: lex maris, ex lege Rhodia petenda, in iis, in quibus nulla ipſius principis lex contraria eſt. Hunc locum ita nobis exprimit Harm. 2. *Tit.* 1. §. 4 Nautica omnia, & quæcunque in mari controuerſiæ incidunt, lege Rhodia deciduntur, & ex præſcripto legum Rhodiarum diſceptantur, atque iudicantur, vbicunque lex alia non extiterit, quæ Rhodiis aduerſetur. Sunt enim legum nauticarum omnium leges Rhodiæ vetuſtiſſimæ. x v. quæ notaui de principis iure ad *Nou.* 85. & 105. Num quicunque Reges ſunt Imperatori ſubſint quæſtionis eſt? v. Bart. ad *l.* 1. §. *ex hac,* ϳ. *de rei vind.* y quod & nos Galli de Romanorum iure prorſus cenſemus, eo ſcilicet vti nos quatenus ei lex Gallica non aduerſatur. *Cuiac. apud Paul.* 2. *ſent.* 7.

a huius legis interpretationem v. apud Cuiac. 4. *obſeru.* 2.

b & è contrario, natum: idem pro infante, *l.* 19. §. 7. ϳ. *locati.*

c Conduxiſti vehenda mancipia: mancipium vnum in naui mortuum eſt. quæritur num vectura debeatur? ſi de mancipiis vehendis inita conuentio eſt, non debetur: ſi de mancipiis tantum naui imponendis, debetur: quemadmodũ & ſi dubitetur de verbis conuentionis, *vt hic. Romanus ſingulari* 555. incipiente. *Conduxi mulionem.*

d *l.* 13. §. 1. ϳ. *locati.*

e ſic enim appellatur actio ex conducto. *Cuiac.* 3. *obſeru.* 2. ex *Var.* 2. *de re ruſt.*

f locaſſes, *Cuiac.*

g remiſſam ſibi eã pœnam *Cuiac.*

h cognitionis *Cuiac.*

i *v. l.* 2. §. 3. ϳ. *ſi quis cautionibus.*

k id eſt mercedem *v. l.* 2. ϳ. *locati.*

l Differentiam obſerua conductæ nauis peruerſionem, & pro numero impoſitarum amphorarum.

m *Auerſione* conducere & vendere quid dixi ad *l.* 62. §. 2. ϳ *de contrahend. emptione.*

n id eſt merces, de qua conuenerít integra debebitur, etiamſi parum aut nihil in nauem cõductor immiſerit. *Cuiac.*

o 4. *C.* 22. *Paul.* 2. *ſent.* 8.

p *Syn. Baſ.* 8. *tit.* 1. ab inſtitore, negotio præpoſito, ſic dicta: vt exercitoria à præponente quia magiſteriæ actionis nomen inelegans videbatur, vt dixi ϳ. *de exercitoria.*

q Qui præpoſuit inſtitorem tabernæ, conueniri quidem poteſt ab iis qui cum eo contraxerunt, *vt hic.* non autem experiri poteſt aduerſus eos niſi proprium ſeruum tabernæ præpoſuerit. *verſ. ſed non idem, Syn. d. tit.* 8. *c.* 1. 1. *Harm.* 2. §. 57. ſi verò ſeruus alienus aut homo liber eſt, habet aduerſus ipſum ante dominum actionem mandati, vel negotiorum geſtorum. *verſ. ſi autem.* Habet & actionem in eos qui cum tabernæ propoſito contraxerunt *verſ. Marcellus.* ſi aliter rem ſuam ſeruare non poteſt, *l.* 2. ϳ. *eo. Syn. Baſ.* 18. *Tit.* 1. *c.* 1. r Sicut commoda ſentimus ex actu præpoſiti inſtitoris: ita & incommoda ſentire debemus. Et ideo qui ſeruum, ſiue filium, filiamve familias, ſiue ancillam præpoſuit negotiis vel mercibus exercendis, eorum nomine in ſolidum conuenitur. Paul. 1. *ſent.* 8. §. 1.

ſ *l.* 146. ϳ. *de reg. iur.*

t cur ita? *v. l.* 79. ϳ. *de verb. oblig. l.* 5. ϳ. *de præt. ſtipul.*

u *Inſtitor,* qui negotio inſtat, *l.* 18 ϳ. *eod.*

x *Inſtitor* qui præeſt tabernæ vel cuilibet alij negotiationi. *vt hic. & l.* 5. ϳ. *eod.* Cuilibet, puta inſulæ ædificio frumento coemendo, pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis redempturis, menſæ, veſtibus & linteis circumferendis, mulis, fulloniæ, ſarciendis veſtibus, ſtabulo, mercibus emendis, libidinæ, pani, *l.* 5. §. 1. & *ſeq* ϳ.

y etiamſi tabernæ alicui præpoſitus.

z adde *l.* 27. *in fin.* ϳ. *de pet. her.* a Locus durat cauſam actionis.

b Locus vendendi & emendi non mutat cauſam actionis inſtitoriæ, adde *l.* 18. ϳ. *eod.*

5. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

CVicunque *a* igitur negotio præpoſitus ſit, inſtitor rectè appellabitur.

1 ¶ Nam & Seruius libro 1. ad Brutum ait, ſi quid cum inſulario *b* geſtum ſit, vel eo quem quis ædificio præpoſuit, vel frumento coëmendo, in ſolidum eum teneri.

2 ¶ Labeo quoque ſcripſit, ſi quis *e* pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redempturiſque *d* faciendis præpoſuerit, in ſolidum eum teneri.

3 ¶ Sed & ſi in menſa habuit, quis *e* ſeruum præpoſitum, nomine eius tenebitur.

4 ¶ Sed etiam eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarij, vel lintearij *f* dant veſtem circumferendam, & diſtrahendam. quos vulgò circitores *g* appellamus.

5 ¶ Sed & muliones quis propriè inſtitores appellet.

6 ¶ Item fullonum: & ſarcinatorum præpoſitus, ſtabularij quoque loco inſtitorum habendi ſunt.

7 ¶ Sed & ſi tabernarius ſeruum ſuum peregrè mitteret ad merces comparandas, & ſibi mittendas loco inſtitoris habendum, Labeo ſcripſit.

8 ¶ Idem ait, ſi libitinarius *h*, quos Græci νεκροθάπτας, *i* id eſt, *mortuorum ſepultores* vocant, ſeruum pollinctorem *k* habuerit, iſque mortuum ſpoliauerit, dandam in eum quaſi inſtitoriam actionem: quamuis & furti & iniuriarum actio competeret.

9 ¶ Idem Labeo ait, Si quis piſtor ſeruum ſuum ſolitus fuit in certum locum mittere, ad panem vendendum, deinde is, pecunia accepta præſenti, *ut* per dies ſingulos eis panem præſtaret, conturbauerit, dubitari non oportet, quin, ſi permiſit ei ita dari ſummas, teneri debeat.

10 ¶ Sed & cum fullo peregrè proficiſcens, rogaſſet, vt diſcipulis ſuis *l*, quibus tabernam inſtructam tradiderat, imperaret, poſt cuius profectionem veſtimenta diſcipulus accepiſſet, & fugiſſet, fullonem non teneri, ſi quaſi procurator fuit relictus: ſin verò quaſi inſtitor, teneri eum. Planè ſi *m* affirmauerit mihi, ſi rectè me credere operariis ſuis, non inſtitoria, ſed ex locato tenebitur.

11 ¶ Non tamen omne, quod cum inſtitore geritur, obligat eum, qui *n* præpoſuit: ſed *o* ita ſi eius rei gratia, cui præpoſitus fuerit, contractum eſt: "id eſt duntaxat ad id, ad quod eum præpoſuit".

12 ¶ Proinde ſi præpoſui ad mercium diſtractionem, tenebor nomine eius ex empto actione. ¶ Item ſi fortè ad emendum "eum" præpoſuero, tenebor, duntaxat ex vendito. Sed neque, ſi ad emendum, & ille vendiderit, neque ſi ad vendendum, & ille emerit, debebit teneri, idque Caſſius probat.

13 ¶ Sed ſi pecuniam quis crediderit inſtitori ad emendas merces præpoſito, locus eſt inſtitoriæ. ¶ Idémque *p*, & ſi ad penſionem *q* pro *r* taberna exſoluenda. Quod ita verum puto, niſi prohibitus fuit mutuari.

14 ¶ Si ei, quem ad *ſ* vendendum, emendúmve oleum præpoſui, mutuum oleum datum ſit, dicendum erit, inſtitoriam locum habere.

15 ¶ Item ſi *t* inſtitor, cùm oleum vendidiſſet, annulum *u* arræ nomine acceperit, neque eum reddat, dominum inſtitoria teneri. nam eius rei, in quam præpoſitus eſt, contractum eſt, niſi *x* fortè mandatum ei fuit, præſenti pecunia vendere.

¶ Quare *a* ſi fortè pignus inſtitor *b* ob pretium acceperit, inſtitoriæ locus erit.

16 ¶ Idem fideiuſſori *c*, qui pro inſtitore interuenerit, inſtitoria competit. eius enim rei ſequela eſt.

17 ¶ Si "ab alio" inſtitor ſit præpoſitus, is tamen deceſſerit, qui præpoſuit, & heres *d* ei extiterit: qui eodem inſtitore vtatur, ſine dubio teneri eum oportebit nec non ſi ante aditam hereditatem cum eo contractum eſt, æquum eſt ignoranti dari inſtitoriam actionem.

18 ¶ Sed & ſi procurator meus *e*, tutor, curator, inſtitorem præpoſuerit, dicendum erit, veluti à me præpoſito, dandam inſtitoriam actionem.

6. *Paulus* libro 30. ad Edictum.

SEd & in ipſum procuratorem, ſi *f* omnium rerum procurator eſt, dari debebit inſtitoria.

Si negotiorum geſtor præpoſuit. 1. De inſtitoris & præponentis ſexu conditione. 2. Et ætate.

7. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

SEd & ſi quis meam rem gerens præpoſuerit, & ratum *g* habuero, idem erit dicendum.

1 ¶ Parui *h* autem refert, quis ſit inſtitor, maſculus an fœmina: liber *i*, an ſeruus: proprius, vel alienus. item quiſquis *k* præpoſuit. Nam & ſi mulier præpoſuit competet inſtitoria, exemplo *l* exercitoriæ *m* actionis: &, ſi mulier *n* ſit præpoſita, tenebitur etiam ipſa. ¶ Sed & ſi *o* filiafamilias ſit, vel ancilla præpoſita, competit inſtitoria actio.

2 ¶ Pupillus autem inſtitor obligat eum, qui eum præpoſuit *p*, inſtitoria actione: quoniam ſibi *q* imputare debet, qui eum præpoſuit.

8. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

NAm "*x*" plerique pueros, puelláſque tabernis *r* præponunt.

6. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

VErum ſi ipſe pupillus præpoſuerit, ſi quidem tutoris auctoritate, obligabitur: ſi minus †, non.

10. *Gaius* libro 9. ad Edictum Prouinciale.

EAtenus tamen dabitur in eum actio, quatenus *ſ* ex ea re locupletior eſt.

1. De proſcriptione ne contrahatur. 7. An concurrant inſtitoria, & tributoria. 8. Si vicarium ſerui tui inſtitorem fecero, túque eum eo contraxerit.

11. *Vlpianus* lib. 28 ad Edictum.

SEd ſi pupillus heres *t* extiterit ei, qui præpoſuerat, æquiſſimum erit, pupillum teneri, quamdiu præpoſitus manet. remouendus *u* enim fuit a tutoribus, ſi nollent opera eius vti.

1 ¶ Sed & ſi minor 25. annis erit, qui præpoſuit, auxilio *x* ætatis vtetur, non ſine cauſæ *y* cognitione.

2 ¶ De quo palam *z* proſcriptum fuerit, "Ne cum eo contrahatur", is præpoſiti loco non habetur. non enim permittendum erit cum inſtitore contrahere: ſed, ſi quis nolit contrahi, prohibeat. cæterum, qui præpoſuit, tenebitur ipſa præpoſitione.

3 ¶ *Proſcribere palam a* ſic accipimus: claris *b* literis, vnde de plano *c* rectè legi poſſit: ante *d* tabernam ſcilicet, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur; non in loco remoto, ſed in euidenti. Litteris vtrum Græcis, an Latinis? Puto ſecundum *e* loci conditionem: ne *f* quis cauſari poſſit ignorantiam

a facit *l.* 16 ꝫ. *eo.*
b Inſularius, inſulæ cuſtos, v. quæ ſcripſi ad *l.* 16. §. 1. ꝫ. *de vſu & habit.*
c *v. Paul. 2. ſent.* 8. §. 2.
d fortè captiuorum
e argentarius ſc.
f ita iunguntur veſtiarij & lintearij in *l.* 7. *C. de excuſat. muner.*
g *Circuitores*, ſiue *Circitores* qui veſtem circumferunt diſtrahendam.
h *Libitina*, (quæ alia eſt à Libentina cuius meminit Varro 5. *de ling.* Aug. 4 *de ciuit.* 8.) de Dea Venere dicitur: in cuius templo vendebantur ea quæ ad ſe vlturam pertinebant, vide Plutarchus *in Problemat. Romanis n* 23. ante Aruntium & Aretium & exteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas, eadem habere quæ deſignatores & libitinarios, vota? Seneca 6. *de benef.* 38. Hinc Romæ Libitinenſis porta. Lampridius *in Commodo*: per quam efferebantur cadauera: quoniam lege cautum erat, *Ne quis in vrbe ſepeliretur*: Libitina ſumitur etiam pro ſepulturæ impenſis v. x Libitina ſuffecit. *Liu.* 40. pro arte ſepeliendi, hinc libitinam exercere. 5. *Val.* 2. libitinæ quæſtus. *Horat.* 2. *ſer.* 6. pro lecto mortuorum. *Horat.* 3. *Carm.* 3.
i χτεισῶ legit *Halo.* quem Græci ταφέα. Alciatus ad *l. Maximarum. C. de excuſ. muner.* Gloſſis νεκροθάπτης viſpillo, Libitinarius νεκροκαύστης rogarius, buſtuarius: alibi ἐνταφιοπώλης Libitinarius.

a vt idem ius ſit in pignore dato quod in arra data.
b Præpoſitus ad vendendum, pignus ob pretium accipere poteſt.
c Præpoſitus ad vendendum, vel emendum, fideiuſſorem rei venditæ vel pretij nomine dare poteſt, qui ita fideiuſſit, actionem inſtitoriam habet aduerſus eum qui præpoſuit. *Syn. ibi.*
d *l.* 15. ꝫ. *eod.*
e *l.* 1. *in fin. inſ. quod iuſſu.*
f *vt l.* 58. 59. ꝫ. *de procurat.*
g Ratihabitio tantumdem facit poſt negotium, quantū mandatum ante.
h *l.* 1. §. 16. ꝫ. *de exercitoria.* Inſtitoria actione tenetur mulier, ſi præpoſuerit vel præpoſita fuerit; & pupillus, ſi modo id fecerit, authoritate tutoris 1. *Har.* 2. 9. 58
i §. 2. *in fi. Inſt. quod cum eo.*
k Quilibet etiam præponit. *Syn. Baſ.* 18. *tit.* 2. *c.* 4.
l Inſtitoriæ & exercitoriæ actionis ſimilitudo.
m *l.* 1. §. 16. ꝫ. *de exercitoria.* quia tenetur is qui ſeruū ſuum magiſtrum naui præpoſuit. *Syn. d. c.* 4.
n *d.* §. 16.
o Inſtitoria tenetur qui quem præpoſuit tabernæ, etiam filiumfamilias, ancillam, ſpupillum, §. 2. *d.* §. *infra eod. Syn. d. cap.* 4.
p is autem non obligatur, *d.* §. 16. *in fine.*
q vt in *l.* 27. §. 11. ꝫ. *de arbitriis.*
r Procuratores eodem modo eſſe poſſunt pueri & puellæ.

k *vulg.* pollicitator, malè *Pollinctor* Nonio eſt, qui pollincit, lauat & abluit corpora mortuorum: de quo *v. l.* 14. §. 4. ꝫ. *de relig.* & Tertullianus in *Apologetico*, mortuis parari ſilicernium, obbam, pollinctorem ſcripſit, vnde pollinctorum negociatio. Alciatus in *l. Maximarum Cod. de excuſat. munerum.* pollinctores eos eſſe putat, qui in funeribus cœnas oppiparas & panes ex polline, comparant, quique Polluci & Græcis ἐνταφιωπῶλαι. Gloſſis Pollinctor ἐνταφιαστής.
l huc refero Pauli ſententiam, 2. *ſent.* 8. §. *vlt.* Quod cum diſcipulis, inquit eorum qui officinis vel tabernis præſunt, contractum eſt, in magiſtros vel inſtitores tabernæ in ſolidum actio datur.
m *v. l.* 12. §. 13 ꝫ. *mandati.*
n Qui præpoſuit non eorum omnium nomine tenetur, quæ ab inſtitore contracta, ſed quæ ab eo ita contracta, vt ad id pertinerent, ad quod ipſe inſtitor præpoſitus, *Syn. Baſ. eo. c.* 3.
o *l.* 11. §. 5. ꝫ. *eod.*
p Præpoſito ad emendum, pecunia credi poteſt ad penſionem tabernæ ſoluendam. Qui ita credidit, inſtitoriam actionem habet etiam aduerſus eum qui præpoſui, niſi prohibitus fuit mutuari. *Syn. ibid. c.* 3.
q ἐνοίκιον Græcis *illo loco.*
r id eſt pro penſione tabernæ ſoluenda.
ſ Præpoſito ad vendendum & emendum oleum, mutuo dari poteſt: eóque nomine inſtitoria actione tenebitur qui eum præpoſuerit oleo vendendo & emendo. Cur ita? qui permittit emere, idem mutuum accipere quoque permiſiſſe dicendus eſt.
t Præpoſitus ad vendendum arram accipere, ſeu fidem de pretio habere poteſt, niſi mandatum ſit vt præſenti pecunia venderet, vt ſtatim pretium acciperet, *Syn. ibid.*
u Annulus interdum dabatur arræ gratia, vt in *l.* 11. §. 6. *verſ. ego illud.* ꝫ. *de act. empt.*
x Fidem de pretio habere non poteſt, qui iuſſus eſt præſenti pecunia vendere.

† *d.* §. 16. ſ Notanda eſt hæc regula, vt hic in inſtitoria, in venditione, *l.* … *de vſucap. pro empt.* in indebito accepto, *l.* 13. *in fi.* ꝫ. *de cond. indeb.* commodato, *l.* 3. *in prin.* ꝫ. *commodati.* in ſolutione, *l.* 4. §. 4. *inf. de doli exceptio. l.* 47. ꝫ. *de ſolut.* §. *vlt. circa finem, Inſtit.* & generaliter in quocunque contractu facto à pupillo, vide *l.* 7. *in fin.* … *quibus alienare licet, vel non.* Idem in heredibus dicendum, … *tribut.*
t *l.* 17. §. 2. ꝫ. *eod.*
u Inſtitoria tenetur pupillus ſi heres extiterit ei qui præpoſuit, donec eum tutores remoueant, *Syn. ibid. c.* 4.
x id eſt, reſtituetur in integrum, non ſine iuſta cauſa, *Syn. ibid.*
y nec enim paſſim minoribus ſubuenitur, ſed cauſa cognita, *l.* 11. §. 3. ꝫ. *de minor.*
z Inſtitoria tenetur qui præpoſuit, niſi proſcriptione prohibuit, ne cum præpoſito contraheretur. *Syn. ibi. c.* 5. §. 3. ꝫ. *e.* §. 5. *verſ. ſed & ſi denuntiauit.* ꝫ. *eo. l.* 17 §. 1. *in fin.* ꝫ. *eadem.*
a *Palam proſcribit* qui has ſequentes conditiones in proſcribendo ſeruat, qui videlicet claris literis, qui quod de plano rectè legi poſſit, qui ante tabernam vel locum in quo negotiatio exercetur, qui ibidem non in loco remoto, ſed euidenti qui literis eo loco frequentius vſitatis, ſeu idiomate eo loco vſitato proſcribit, *vt hic.* quippe ſi hæc obſeruentur, dicere non poteſt is qui contraxit, non propoſitas fuiſſe literas, aut eas ſe non vidiſſe. *Syn Baſ.* 17. *tit.* 2. *c.* 5. *& ibi Scholiaſtes.*
b *Claræ literæ*, hic opinor, quæ non per notas ſcriptæ.
c ἐξ ἐπιπέδου. *Syn. ibid v l.* 5. §. 7. ꝫ. *commodati.* Ex antiquo ære regiæ Francorum & incomparabilis Bibliothecæ hæc verba citat Cuiac *apud forum palam, vnde de plano rectè legi poſſitur proſcriptam habuerint.* & ex Ioſepho 19. ὅθεν ἐξ ἐπιπέδου καλῶς ἀναγινώσκεσθαι δύναται. Hæc eſt proponendarum legum conditio vulgaris. Vnde apud Suetonium *in Caio cap.* 14. Caius Cæſar Caligula calparum quòd minutiſſimis literis & anguſtiſſimo loco legem de vectigalibus propoſuit, vt ne cui deſcribere liceret. *Cuiac.* 7. *obſeru.* 29. v. quæ notaui ad *l.* 13. §. 10. *inf. de excuſ. tut.*
d *l.* 47. *inf. de peculio.*
e Loci conſuetudo in proſcriptionibus publicis ſpectanda.
f Ignorantia ſupina non toleratur. *Supina* eſt, id ignorare quod propoſitum eo loco ſit vbi contrahas, quodque ibidem multi legunt.

literarum

literarum. Certè ſi quis dicat ignora e *a* ſe literas, vel non obſeruaſſe, quod propoſitum erat, cùm multi *b* legerent, cúmque palàm eſſet propoſitum, non audietur.

4 ¶ Proſcriptum *c* autem *d* perpetuo *e* eſſe oportet. Cæterùm ſi ‖ per ‖ id temporis, quo propoſitum non erat, vel obſcurata *f* proſcriptione, contractum ſit, inſtitoria locum habebit. Proinde ſi dominus quidem mercis proſcripſiſſet, alius *g* autem ſuſtulit, aut vetuſtate, vel pluuia, vel quo ſimili *h* contingit, ne proſcriptum eſſet, vel non pareret, dicendum, eum, qui præpoſuit teneri.

¶ Sed ſi ipſe inſtitor decipiendi mei cauſa detraxit, dolus *i* ipſius præponenti nocere debet, niſi *k* particeps doli fuerit, qui contraxit.

5 ¶ Condicio *l* autem præpoſitionis ſeruanda eſt. Quid enim, ſi *m* certa lege, vel interuentu cuiuſdam perſonæ, vel ſub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certam rem? Æquiſſimum erit, id ſeruari, in quo præpoſitus eſt.

¶ Item ſi plures habuit inſtitores, vel cum omnibus ſimul contrahi voluit, vel cum vno ſolo: ſed & ſi denuntiauit *n* cui, ne cum eo contraheret, non debet inſtitoria teneri. nam & certam perſonam poſſumus prohibere contrahere, vel certum genus hominum, vel negotiatorum: vel certis hominibus permittere. Sed ſi *o* aliàs cum alio contrahi vetuit, continua *p* variatione *q*, danda eſt omnibus aduerſus eum actio. neque enim decipi *r* debent contrahentes.

6 ¶ Sed ſi *ſ* in totum prohibuit cum eo contrahi, præpoſiti loco non habetur. cùm magis *t* hic cuſtodis ſit loco, quàm inſtitoris. ergo nec vendere mercem hic poterit, nec modicum quid ex taberna.

7 ¶ Si *u* inſtitoria rectè *x* actum eſt, tributoria ipſo iure locum non habet. neque enim poteſt habere locum tributoria in merce dominica: quòd ſi non fuit inſtitor dominicæ mercis, tributoria ſupereſt actio.

8 ¶ Si à ſeruo tuo operas vicarij eius conduxero, & eum merci meæ inſtitorem fecero, iſque tibi mercem vendiderit, emptio eſt. nam cùm *y* dominus à ſeruo emit, eſt emptio; licèt *z* non ſit dominus obligatus. vſque adeo, vt etiam pro emptore & poſſidere, & vſucapere *a* dominus poſſit.

12. *Iulianus* lib. 11. Digeſtorum.

ET ideo vtilis *b* inſtitoria actio aduerſus me tibi competet. mihi verò aduerſus te, vel de peculio diſpenſatoris, ſi ex conducto agere velim: vel de peculio vicarij, quòd ei mercem vendendam mandauerim: pretiúmque, quo emiſti, in rem tuam verſum videri poterit, eo quòd debitor ſerui tui factus eſſes.

Si ſæpius agatur inſtitoria. 1. De nouatione. 2. De pluribus præponentibus.

13. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

HAbebat quis ſeruum merci *c* oleariæ *d* præpoſitum Arelatæ *e*: eundem & mutuis pecuniis accipiendis. acceperat mutuam pecuniam. putans creditor ad merces eum accepiſſe, egit propoſita *f* actione: probare non potuit, mercis gratia eum accepiſſe, licèt conſumpta eſt actio, nec amplius agere poterit, quaſi pecuniis quoque mutuis accipiendis eſſet præpoſitus. tamen Iulianus vtilem ei actionem competere ait.

1 ¶ Meminiſſe autem oportebit, inſtitoria dominum ita demum teneri, ſi non nouauerit *a* quis eam obligationem, vel ab inſtitore, vel ab alio nouandi animo, ſtipulando.

2 ¶ Si duo pluréſve tabernam exerceant, & ſeruum, quem ex diſparibus partibus habebant, inſtitorem *b* præpoſuerint, vtrùm pro dominicis partibus teneantur, an pro æqualibus: an pro portione mercis, an verò in ſolidum, Iulianus quærit? Et verius eſſe ait, exemplo exercitorum, & de peculio actionis, in ſolidum vnumquemque conueniri poſſe. & quidquid is præſtiterit, qui conuentus eſt, ſocietatis iudicio *c*, vel communi diuidundo conſequetur. quam ſententiam & ſuprà probauimus.

14. *Paulus* libro 4. ad Plautium.

IDem erit, & ſi alienus ſeruus communi merci præpoſitus ſit. nam aduerſus vtrumque *d* in ſolidum actio dari debet. & quod quiſque præſtiterit, eius partem, ſocietatis, vel communi diuidundo iudicio, conſequetur. Certè vbicunque actio ſocietatis, vel communi diuidundo ceſſat, quemque pro parte ſua condemnari oportere, conſtat. veluti, ſi is, cuius ſeruo creditum eſt, duobus heredibus inſtitutis, ei ſeruo libertatem dederit. nam heredum *e* quiſque pro ſua parte conueniendi ſunt: quia ceſſat inter eos communi diuidundo iudicium.

De tempore harum actionum, de herede.

15. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

NOuiſſimè ſciendum eſt has *f* actiones perpetuò *g* dari, & in heredem *h*, & heredibus.

De villico.

16. *Paulus* lib. 29. ad Edictum.

SI *i* cum villico *k* alicuius contractum ſit, non datur in dominum actio *l*. quia villicus propter *m* fructus percipiendos, non *n* propter quæſtum præponitur. Si tamen villicum diſtrahendis quoque mercibus præpoſitum habuero, non erit iniquum, exemplo *o* inſtitoriæ, actionem in me competere.

Si quis mancipiis, vel iumentis pecoribúſve emendis vendendiſve præpoſitus ſit. 1. De ſeruo alieno præpoſito. 2. De morte eius qui præpoſuit. 4. De denuntiatione, ne inſtitori credatur. 5. De actione directa.

17. *Idem* lib. 30. ad Edictum.

SI quis mancipiis, vel iumentis, pecoribúſve emendis, vendendíſve præpoſitus ſit, non ſolùm inſtitoria competit aduerſus eum, qui præpoſuit, ſed etiam redhibitoria, vel ex ſtipulatu duplæ ſimplæve in ſolidum actio danda eſt.

1 ¶ Si ſeruum Titij inſtitorem habueris, vel tecum ex hoc edicto, vel cum Titio ex inferioribus edictis agere potero. Sed ſi tu cum eo contrahi vetuiſti *p*, cum Titio duntaxat agi poterit.

2 ¶ Si impubes patri habenti inſtitores heres extiterit, deinde cum his contractum fuerit, dicendum eſt, in pupillum dari actionem, propter vtilitatem promiſcui vſus *q*. quemadmodum vbi poſt mortem tutoris, cuius authoritate inſtitor præpoſitus eſt, cum eo contrahitur *r*.

3 ¶ Eius contractus certè nomine qui ante aditam hereditatem interceſſit, etiam ſi furioſus heres exiſtat, dandam ‖ eſſe ‖ actionem, etiam Pomponius ſcripſit. non enim imputandum eſt ei qui ſciens *ſ* dominum deceſſiſſe, cum inſtitore exercente mercem contrahat.

4 ¶ Proculus ait, ſi denunciauero tibi, ne ſeruo à me propoſito crederes, exceptionem dandam *t*, *ſi ille illi non denuntiauerit, ne illi ſeruo crederet.* Sed ſi ex eo contractu peculium habeat *u*, aut in rem meam verſum ſit, nec velim, quo locupletior ſim, ſoluere, replicari de dolo malo ‖ oportet. nam videri *x* me dolum ‖ malum facere qui ex aliena iactura lucrum quæram.

5 ¶ Ex hac cauſa *y* etiam condici *z* poſſe, verum eſt.

Definitio inſtitoris

18. *Idem* libro ſingulari de variis lectionibus.

INſtitor *a* eſt, qui tabernæ locóve *b*, ad emendum,

a Ignorantia an præſumatur & toleretur, dixi ad *l* 6. *C. qui militare*. Sanè hic ſcientia (quæ animi inuiſibilis qualitas eſt) ſignis aut coniecturis, colligitur.
b præſumitur nemo ignorare, quod multi legunt, quódque palam propoſitum. At id mihi generalius quàm par ſit, videtur. Tutius ita loquamur: Præſumitur nemo proſcriptũ id ſignoraſſe, quod eo loco propoſitum eſt vbi contrahas, quódque ibidem multi legerunt, *v. l. 9. §. 2. inf. de iuris & facti ignor.*
c Proſcriptio ſemper propoſita eſſe debet, ac lectu facilis. Proinde ſi quàm vetuſtate, vel pluuia, vel qua re alia (fumo ſcil. vel puluere) fuerit obſcurata, vel ab ipſo præpoſito ſublata, contraxerit cum eo quiſpiam, doli minimè particeps: actionem aduerſus eos qui præpoſuerunt habet. *Synop. Baſil. c. 5.*
d hinc & ex §. ſuperiori collige, quinque neceſſaria in hac proſcriptione: vt proſcriptio claris literis, quæque intelligi poſſit, ante locum negotiationis, de plano poſita, perpetuò maneat.
e v. Accurſium *in l. 2. in fin. inf. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*
f Idem ſi vetuſtate, pluuia vel fumo contigit ne proſcriptum eſſet. *j. eo.*
g tertius.
h fumo vel luto.
i Dolus inſtitoris nocet præponenti.
k Dolus dolo compenſatur: verbi gratia emptoris cum venditore.
l ὅρος modus, finis, poteſtas, lex, *Syn. ibid.* Conditio in qua quis præponitur ſeruanda.
m *l. 5. §. 11. ſ. eod.*
n de eo dixi §. 2. *ſ. eodem.*
o Inſtitoria actione qui præpoſuit inſtitorem, tenetur, ſi interdum cum inſtitore contrahi permittit, interdum prohibet: idque propter continuam variationem, *Synop. ibid.*
p Variationis continuæ exemplum hoc profertur à Græcis. Hodie proſcribendo vetuit quis de vino cum inſtitore contrahi: cras de oleo: hoc modo variè proſcriptio mutatur. *Scholiaſtes apud authorem Syn. ibid.*
q Variatio continua in homine ſeu præponente inſtitorem, non ferenda.
r Deceptio contrahentibus nocere non debet.
ſ Qui cum inſtitore in totum contrahi prohibet, non præpoſitus, ſed cuſtos eſt: nec alienare quidquam poteſt. *Syn. ibid.*
t Cuſtodis & inſtitoris differentia. Cuſtos tabernæ, vendere mercem non poteſt: inſtitor poteſt.
u Inſtitoria qui agit, ex contractu in merces dominicas experitur. Tributoria verò in peculio datur, non in merce dominica. Priore qui rectè agit, ad aliam redire non poteſt. vnde notant contrarias actiones ſimul non oriri: ſed & eum qui priore loco, iuſta actione experiatur, ad ineptam recurrere non poſſe: qui inepta vtatur, apta, vt ſubſidiaria, vti poſſe. arg. *l. 1. C. de furtis.*
x quia contraxerunt in merce dominica.
y vide *l. 5. §. 1. ſ. de exercitoria.*
z facit *l. 4. ſ. de iudiciis.*
a Vſucapionem perfici ex contractu qui iure ciuili non valeat, hinc colligunt.
b *l. 10. inf. eod. l. pen. C. eod.*
c ſeruos etiam præficiebant veteres mercibus & mutuis pecuniis dandis.
d *l. 5. §. 14. ſ. eodem.*
e Arelati. *Halo.* vrbs ea Ἀρελάτου Straboni dicitur *lib. 3.* in quam pater Tiberij Cæſaris colonias deduxit, teſte Suetonio in Tiberio: in eadem Conſtantinus Magnus Synodum conuocauit, *Euſeb. 20. Hiſt. Eccleſ. 5.* Conſtantinus Theatrales ludos ſumptuoſiſſimè edidit anno imperij ſui 30. teſte Ammiano 14. Iuſtinianus Francis eam attribuit vt iis aduerſus Gotthos vteretur: *Procop. 3. de bello Got.* Plinius Coloniam Sextanorum eam vocat: quoniam ex ſexta legione coloni eò deducti ſunt. Reipublicæ Arelatenſium meminit lex 34. *inf. de vſufructu legato.*
f i. inſtitoria.

a v. Bartolum *in l. ciuitas. 27. ſ. de reb. cred.*
b Inſtitoria contra dominum non cõpetit, vbi prima actio nouatur.
c *l. 3. ſ. de exercitoria.*
d *l. 4. §. 1. ſ. de exercitoria.*
e *l. 15. ſ. eod.*
f inſtitorias & exercitorias.
g etiam mortuo inſtitore vel magiſtro.
h *l. 5. §. pen. ſ. eo.*
i Ex villici contractibus, non datur in præponentem actio, eſt enim fructuum tantùm ſuſceptor: niſi fortè permiſſum ei ſit aliquid diſtrahere. *Synop. Baſil. 18. tit. 1. c. 9.*
k *villicus*, qui Græcis ϛοιχυτης χωρίου, actor fundi. *Synop. Baſil. eod. cap. 9.* eſt præpoſitus rationibus ruſticis, fructibus percipiendis, vniuerſóque operi ruſtico, *l. 8. infr. de inſtructo. l. 31. inf. de adim. leg.* Sed Poëtæ transferunt eam appellationem ad Præfectos quoslibet: vt Iuuenal. ad Præfectum vrbi *Satyr. 4.* & Parauina inſcriptio, ad Præfectum ærarij. v. Cuiac. 10. *obſ.* 37.
l *ſub.* Inſtitoria, Eſt enim villicus alius ab inſtitore.
m Villicus propter fructus percipiendos præponitur, non propter quæſtum.
n Cuſtodes caſtrorum fundos in emphyteuſim dare non poſſe, ex hoc loco colligit vetus, interpretes Cuneus.
o Cur ita? collige ex *l. 5. ſ. eo. v. l. 19. j. eod.*
p *v. l. 11. §. 2. 3. ſ. eodem.*
q commerciorum. *Liuius* 34. 38. adde *l. 14. §. 1. ſ. de minor. l. 12. §. 1. in fin. infra de author. tut.*
r hinc collige. morte eius qui inſtitorem præpoſuit mercaturis faciendis, non finiri præpoſitionem & inſtitoris officium: ſed inſtitorem remouendum eſſe, *l. 11. ſ. eod.* interim notandum, ſi tibi in hoc dederim nummos, vt Sticho crederes, & me mortuo ignorans dederis, te non eos facere accipientis, *l. pen. ſ. de reb. cred.* Cur tam variè? an quòd inſtitor à diſpenſatore ſeparandus ſit? Qua in re tandem? quod illius negotium ad rempub. ſpectet, *l. 1. §. 20. ſ. de exercit.* huius autem mandatum priuatæ potius accedit quàm præpoſitioni publicæ. vide Cuiac. 8. *ad Afr.*
ſ neſciens: & ita emendandum putat Antonius Faber 2. *Coniectur.* 11.
t *ſub.* ſi velis me in ſolidum conuenire inſtitoria.
u i. in peculium vertat.
x Dolo facit qui aliena iactum lucrum quærit, vide *l. 14. ſ. de cond. indeb.*
y *l. 29. ſ. de rebus cred.*
z directo, *v. l. 5. §. 1. ſ. de exercitoria.*
a *Inſtitor eſt*, qui ad emendum, vendendúmve præpoſitus eſt loco alicui, vel ſine loco, *Syn. Baſil. eo. c. 11.*
b alicui ſcilicet alteri.

vendendúmve præponitur *a*: quique ſine loco *b* ad eundem *c* actum præponitur.

De procuratore accipiendis pecuniis præpoſito, 1. De manumiſſione inſtitoris. 2. Si pater pro filio inſtitore fideiuſſerit. 3. Quibus ex cauſis inſtitoria competit.

19. *Papinianus* libro 3. Reſponſorum.

IN eum, qui *d* mutuis accipiendis pecuniis procuratorem præpoſuit, vtilis ad *e* exemplum inſtitoriæ dabitur actio. quod æquè faciendum erit, & ſi procurator ſoluendo ſit, qui ſtipulanti pecuniam promiſit.

1 ¶ Si *f* dominus, qui ſeruum inſtitorem apud menſam pecuniis accipiendis habuit, poſt libertatem quoque datam, idem per libertum negotium exercuit, varietate ſtatus *g* non mutabitur periculi cauſa.

2 ¶ Tabernæ præpoſitus à patre filius, merc um cauſa mutuam pecuniam accepit: pro eo pater fideiuſſit, etiã *h* inſtitoria ab eo petetur: cum *i* acceptæ pecuniæ ſpeciem *k*, fideiubendo, negotio tabernæ miſcuerit.

3 ¶ Seruus *l* pecuniis tantùm *m* fœnerandis præpoſitus, per interceſſionem æs alienum ſuſcipiens, vt inſtitorem *n*, dominum in ſolidum iure prætorio non adſtringit. quod autem pro eo, qui pecuniam fœnerauit *o*, per delegationem *p* alij promiſit, à domino rectè petetur, cui pecuniæ creditæ contra eum, qui delegauit, actio quæſita eſt.

De morte præponentis.

20. *Scæuola* lib. 5. Digeſtorum.

LVcius Titius menſæ numulariæ, quam exercebat, habuit libertum *q* præpoſitum: is Gaio Seio cauit in hæc verba: *Octauius r Terminalis, rem agens Octauij ſ Felicis, Domitio Felici ſalutem. habet t penes menſam patroni mei denarios mille, quos denarios vobis numerare debebo pridie Kalendas Maias.* quæſitum eſt, Lucio Titio defuncto, ſine herede, bonis eius venditis, an ex epiſtola iure conueniri Terminalis poſſit? Reſpondit, nec iure his verbis obligatum, nec æquitatem conueniendi eum ſupereſſe: cùm id inſtitoris officio, ad fidem menſæ proteſtandam, ſcripſiſſet.

a quique inſiſtit *l.3.l.5.* ſ. *eod.* §.2. *verſ. inſtitoria. Inſt. quod cum eo.*
b facit *l.4.* ſ. *eo.*
c emendi, vendendi.
d vt *l.5.l.6. C. eo.*
e *l.16. in fi.* ſ. *eod. l.5. C. eo. l.10.§.5.* ſ. *mandati.*
f ſi præpoſitus à me ſeruus poſt libertatem quoque datam permanſerit in negotiatione inſtitoria, obligatus maneo. *Synopſ. ibid. c.12.*
g *l.58.§.2.* ſ. *pro ſocio.*
h *Etiam* dictio implicatiua.
i Inſtitoriam actionem fideiuſſoria obligatio non tollit, i. etiamſi pro filio in cauſa mercium paternarum contrahente, ipſe fideiuſſerit pater, datur inſtitoria etiã actio in patrem, non tantùm ex fideiuſſione. Qui ita fideiubet, non tollit naturam inſtitoriæ ſeu actionem inſtitoriam.
k i. cauſam.
l A qui pro ſeipſo fideiuſſiſſe pater videtur, *l. heres.1.§. ſeru.2.* ſ. *de fideiuſſ.* Imo pro filio, *l. item ſi.7.* §. *interdum 11.* ſ. *ad Macedon.*
m *l. vltim.* ſ. *quod cum eo.*

DE TRIBVTORIA *u.* actione.

TIT. IV.

Vtilitas edicti. 1. Mercis appellatione quid contineatur. 2. Differentia mercis peculiaris, & peculij. 3. De ſcientia, & patientia domini. 4. Poteſtatis verbum quomodo accipitur. 5. De his qui bona fide ſeruiunt, vel in quibus vſumfructũ habemus.

Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

HVius *x* quoque *y* edicti non minima vtilitas eſt: Vt *x* dominus priuilegiũ *b* habet, (quippe cùm de peculio dũtaxat teneatur *z*, cuius peculij æſtimatio, deducto *c*, quod domino debetur, fit) tamen ſi ſcierit *d* ſeruũ peculiari merce negotiari, velut extraneus creditor, ex hoc edicto in *e* tributũ vocatur *a*.

1 ¶ Licet *mercis b* appellatio anguſtior ſit, vt neque ad ſeruos fullones, vel ſarcinatores, vel textores, vel venaliciarios *c* pertineat: tamen Pedius lib. 15. ſcribit, ad omnes negotiationes porrigendũ edictum.

2 ¶ *Peculiarem* autem *mercem*, non *d* ſicuti peculium accipimus: quippe peculium deducto *e* quod domino debetur accipitur: merx peculiaris, etiamſi *f* nihil ſit in peculio, dominum tributoria obligat: ita demum, ſi ſciente eo negotiabitur.

3 ¶ *Scientiam g* hic eam accipimus, quæ habet & voluntatem: ſed (vt ego puto) non voluntatem, ſed patientiam *h*: non *i* enim velle debet dominus, ſed non nolle: ſi igitur ſcit, & non proteſtatur, & contradicit, tenebitur actione tributoria.

4 ¶ *Poteſtatis k* verbum ad omnem ſexum, item *l* ad omnes, qui ſunt alieno iuri ſubiecti, porrigendum erit.

5 ¶ Non ſolùm ad ſeruos pertinebit tributoria actio, verùm ad eos quoque, qui *m* nobis bona fide ſeruiunt: ſiue liberi, ſiue ſerui alieni ſunt: vel in quibus vſumfructum habemus.

2. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

VT tamen merx qua *n* peculiariter negotietur ad nos pertineat.

De ſeruo communi. 1. De ſeruo pupilli vel furioſi.

3. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SEd ſi *o* ſeruus communis ſit, & ambo ſciant domini, in vtrumlibet ex illis dabitur actio. at ſi alter ſcit, alter ignorauit, in eum, qui ſcit, dabitur actio: deducetur tamen ſolidum, quod ei qui ignorauit debetur. Quod ſi ipſum quis ignorantem conuenerit, quoniam de peculio conuenitur. deducetur etiam id, quod ſcienti debetur: & quidem in ſolidum: nam & ſi ipſe de peculio conuentus eſſet, ſolidum, quod ei deberetur, deduceretur. & ita Iulianus libro duodecimo Digeſtorum ſcripſit.

1 ¶ Si ſeruus pupilli vel furioſi, ſciente tutore, vel curatore, in merce peculiari negotietur, * dolum quidem tutoris, vel curatoris nocere pupillo *p*, vel furioſo non debere puto: nec tamen lucroſum eſſe debere. & ideo hactenus eum ex dolo tutoris tributoria teneri, ſi quid ad eum peruenerit. idem & in furioſo puto, quamuis Pomponius libro octauo *q* epiſtolarum, ſi ſoluendo tutor ſit, ex dolo eius pupillum teneri ſcripſit: & ſanè hactenus tenebitur vt actionem, quam contra tutorem habeat, præſtet.

2 ¶ Sed & ſi ipſius pupilli dolo factum ſit, ſi eius ætatis *r* ſit, vt doli capax ſit, efficere vt teneatur. quamuis ſcientia eius non *ſ* ſufficit ad negotiationem quid ergo eſt? ſcientia quidem tutoris, & curatoris debet facere locum huic actioni. dolus autem quatenus noceat, oſtendi *t*.

4. *Paulus* libro 30. ad Edictum.

SI pupillus, cuius tutor ſcierit, pubes factus; vel furioſus, ſanæ mentis *u*, dolo admittant, tenentur ex hoc edicto.

De ſcientia & dolo procuratoris. 1. De ſeruo vicario. 2. De ancilla. 3. De inſtitore ſerui. 4. De merce & eo quod eſt extra mercem. 6. Qui vocantur in tributum. 7. De cauſa ex qua domino debetur. 8. De merce pignerata. 9. Si domino vel eis debeatur qui ſunt in eius poteſtate. 10. De pluribus dominis. 11. De peculio & merce & pretio mercis. 13. De inſtrumento tabernæ, & cæteris quæ ſeruus habet extra peculium. 14. De mancipiis. 15. De pluribus creditoribus ſeparatis. 16. De duabus tabernis eiuſdem negotiationis. 17. Qui ſunt potiores vel non. 19. De tribuendo pro rata ſi vnus agat tributoria.

5. *Vlpianus* libro 29. ad Edictum.

PRocuratoris *x* autem ſcientiam, & dolum nocere debere domino, neque Pomponius dubitat, nec nos dubitamus.

1 ¶ Si vicarius ſerui mei negotietur, ſi quidem me ſciente, tributoria tenebor: ſi me ignorante, ordinario ſciente, de peculio eius actionem dandam, Pomponius lib. 60. ſcripſit: nec deducendum *y* ex vicarij peculio, quod ordinario debetur: cùm id, quod mihi debetur, deducatur.

¶ Sed ſi vterque ſcierimus, & tributoriam, & de peculio actionem competere ait. tributoriam vicarij nomine: de peculio verò, ordinarij. eligere tamen debere agentem, qua potiùs actione experiatur. ſic tamen, vt vtrumque tribuatur, & quod mihi & quod ſeruo debetur: cùm ſi ſeruus ordinarius ignoraſſet, deduceretur integrum, quod ei à vicario debetur.

merces peculiares ſerui qui magnum æs alienum contraxit, quæ quidem inter creditores atque dominum merces pro rata diuidit, *Scholiaſtes apud authorem Syn. Baſil. 18. tit. 1. c. 1.*
a ad æquam tributionem primum vocatur: ſi iniquè partitus fuerit, hac etiam actione tenebitur, quæ correctoria eſt iniquæ tributionis mercium peculiarium à patre vel domino factæ dolo malo inter eum & alios mercium creditores, in quibus eo ſciente filiusfam. vel ſeruus negotiabatur, *Cuiac. hic.*
b *Mercis* appellatione propriè non continentur mancipia, ſed lata ſignificatione. adde *l. Mercis 66. & l. Mercem 207. inf. de ver ſign.*
c *l.5.§.14.* ſ. *eod. l.207. infr. de verb. ſign.*
d *Peculij & peculiaris mercis* differentia.
e *Peculium* dicitur quod ſupereſt eo deducto quod domino debetur.
f Tributoria actio locũ habet etiamſi nihil ſit in peculio. *Synop. ibid. cap. 1.*
g Scientiam in tributoria actione accipimus, non pro voluntate, ſed pro patientia, quippe ſi dominus ſciat, nec proteſtetur, aut contradicat, actione tributoria tenetur. *Synopſ. ibid.*
h *Patientia* quid eſt? nec eſt velle expreſsè: ſed non nolle, non proteſtari aut contradicere.
i *Nolle* eſt ſcienter & palam reſiſtere ac negari. *Velle*, ei contrarium: *non nolle*, medium eſt, & patientiam denotat & factum tacendo comprobare, v. quæ notaui ad *l.4.* ſ. *de reg. iur.*
k *l.215.* ſ. *de verb. ſign.*
l Tributoria actio competit de quouis, qui juris alieni eſt, bonáque fide ſeruit. vt *hic*, tam libero quam ſeruo alieno, & in quo vſumfructum habemus. §. 5. ſ. *eod.*
m ſi tamen peculiaris merx qua negotiatur, ad eum pertineat *l.2.* ſ. *eo. Syn. Baſil. ibid.* m *l.1. in fi.* ſ. *de peculio.*
n *al.* in qua.
o vide *l.11.§. vlt.* ſ. *de peculio.*
p vide *l.3.* ſ. *quando ex facto tut.*
q vide *l.60 l.61.* ſ. *de admin. tut.* quæ ſunt ex eodem libro.
r vide *l.2.§.19.* ſ. *vi bon. rapt.*
ſ vide *l.100.§.2.* ſ. *de reg. iur.*
t debet ſc. ab eo qui doló dicit factum eſſe, *l.18 §.1.* ſ. *de probat.*
u factus ſc.
x generalis... 58. ſ. *de procur.* cui omnium rerum adminiſtratio data eſt, *l.4. in fi. l.6.* ſ. *de inſtitoria*: aliàs ſi talis non ſit procurator, dolus eius minimè nocebit, *l.4.§.18. in fin.* ſ. *de doli except.*
y Imò, deducendum eſt, *l.17. in fin. de peculio.*

n vt inſtitor. *Hal.* i. inſtitor non obligat dominum niſi in id ad quod præpoſitus eſt. *Bart.* Cõtrahens appoſito nomine officij, in dubio contemplatione officij, non ſuo nomine contrahere videtur. *Bar.* ideoque, ſi curator, citra fraudẽ, dotem nomine pupillæ vt curator pollicetur, poſt æs alienum pupillæ emergens, ſupra vires patrimonij eius non tenebitur, *l.43.§.1.* ſ. *de adm. tut.* idem dicendum eſt, ſi eo quem diximus modo curator, vel tutor pecuniam ſe ſoluturam cauit. *v. l.5. in pr. & fin.* ſ. *quando ex facto tut.* ſecus ſi vt procurator & proprio nomine ſe obligauit, *l. ſeruum 49.* ſ. *mandati.*
o an fœnori recepit? an potiùs fœnori dedit? Illud verius.
p fœnerandis tantùm pecuniis præpoſitus fideiubendi pro alio mandatum habere non intelligitur: neque ſi fideiuſſoris dominum inſtitoria obligabit. Quid ſi cum fœnori pecuniam dare vellet Titio, ab eodem delegatus fuerit Seio: rectè Seius pecuniam petierit ab inſtitoris domino? cui viciſſim actio datur aduerſus Titium: quo delegante inſtitor Seio pecuniam promiſit.
q Octauium Terminalem de quo *inf.*
r Prænomen patroni liberti adſumebant: vt hic Octauius Terminalis libertus rem agens Octauij Felicis.
ſ qui & paulò ante Lucius Titius dictus eſt: vt hinc colligas, veteres interdum quadrinomios fuiſſe.
t v. quæ ſcripſi ad *l. Lucius 24.* ſ. *depoſiti: l.64. ſupra de procur.*
u ſic enim legendum eſt, non tributaria. *§.2. inf. eo. §.1. Inſt. quod cum eo* Cur ita appellatur: *v. l.1. inf. eod.*
x Qui ſequitur.
y Hic ſermo ad ſuperiores titulos refertur, *l.1. in pr. ſupra de exercit. l.1. ſupra de inſtitor.*
z Actione de peculio mota, deducit dominus quod ſibi debetur, ſi quidem ignorabat: ſi verò ſciebat ſeruum negotiari in merce peculiari, veluti extraneus creditur, venit id in actionem (quæ tributoria διαιρετικὴ dicitur) quæ inter dominum & eos, qui cum ſeruo contraxerunt, pro rata lucrum diuidit, qualiſcunque ſit tandem negotiatio ſiue terra, ſiue mari: verbi gratia, ſi contigerit ſeruum, diuerſis atque etiam domino ſuo debere, cogitur in medium proferre merces ſuas, quarum pro rata æris alieni fit diuiſio: nec in vlla dominus potior eſt, ſed debitorum æqualiter diuiditur, *Syn. Baſil. 18. tit. 2. c. 1. & ibid. Scholiaſt.*
a vide §.2. *inf. eod. l.3. inf. eod.*
b vt ſit prior, *l.12. in pr. inf. a de pecul.*
c Peculium æſtimauit deducto eo quod domino debitur: *v. hic & §.2.*
d Differt hæc actio in eo ab exercitoria. Nam in exercitoria voluntate domini ſeruum contrahere oportet: hic patiente tantum, *l.1.§ licet. l.6.* ſ. *de inſtitoria.*
e ἀναλόγως διαιρεῖται τὰ φορτία. Tributoria actio ab inſtitoria differt. Inſtitoria agitur in ſolidum aduerſus eum qui præpoſuit: Tributoria ad peculiũ. Et inſtitoria quidem ſemper agitur aduerſus eum qui præpoſuit. Tributoria verò ad

2 ¶ Sed, & ſi ancilla *a* negotiabitur adm ttendam tributoriam dicimus.

3 ¶ Item parui refert, cum ipſo ſeruo contrahatur, an cum inſtitore eius.

4 ¶ *Mercis* b *nomine* meritò adiicitur *c*, ne *d* omnis negotiatio cum eo facta tributoriam inducat.

5 ¶ Per hanc actionem tribui iubetur, quod *e* ex ea merce, & quod eo nomine receptum eſt.

6 ¶ In *f* tributum autem vocantur, qui in poteſtate habent, cum creditoribus mercis.

7 ¶ Sed eſt quæſitum, dominus vtrum ita demum partietur ex merce, ſi quid ei mercis nomine debeatur. an verò & ſi ex alia cauſa? Et Labeo ait, ex quacunque cauſa *g* ei debeatur. paruique referre, ante mercem, an poſtea ei debere quid ſeruus cœperit: ſufficere enim, quod priuilegium deductionis perdidit.

8 ¶ Quid tamen ſi qui contrahebant, ipſam mercem pignori acceperint? Puto debere dici præferendos *h* domino iure pignoris.

9 ¶ Siue autem domino, ſiue his, qui in poteſtate eius ſunt, debeatur, vtique erit tribuendum.

10 ¶ Sed ſi duo pluréſve domini ſint, vtique omnibus pro rata debiti ſui.

11 ¶ Non *i* autem totum peculium venit in tributum: ſed *k* id duntaxat, quod ex ea merce eſt: ſiue merces manent, ſiue pretium earum receptum, conuerſúmve eſt in peculium.

12 ¶ Sed & ſi adhuc debeatur mercis nomine à quibuſdam, quibus ſolebat ſeruus diſtrahere, hoc quoque tribuetur, provt fuerit receptum.

13 ¶ Si præter mercem ſeruus iſte in taberna *l* habeat inſtrumentum, an hoc quoque tribuatur? Et Labeo ait, & hoc tribui. & eſt æquiſſimum. plerumque enim hic apparatus *m* ex merce eſt, imò ſemper *n*. Cætera tamen, quæ extra hæc in peculium habuit, non tribuentur, vtputa argentum habuit, vel aurum, niſi ſi hæc ex merce comparauit.

14 ¶ Item ſi *o* mancipia in negotiatione habuit ex merce parata, etiam hæc tribuentur.

15 ¶ Si plures habuit ſeruus *p* creditores, ſed quoſdam in mercibus certis *q*, an omnes in iiſdem confundendi erunt *r*, & omnes in tributum vocandi? vtputa duas negotiationes exercebat, (puta ſagariam *ſ* & linteariam) & ſeparatos habuit creditores? Puto ſeparatim eos in tributum vocari. vnuſquiſque enim eorum merci magis quàm ipſi credidit.

16 ¶ Sed ſi *t* duas tabernas eiuſdem negotiationis exercuit, & ego fui tabernæ (verbi gratia) quam ad Bucinum *u* habuit, ratiocinator, alius eius, quam trans Tiberim, æquiſſimum puto, ſeparatim *x* tributionem faciendam: ne ex alterius re mercéve, alij indemnes fiant, alij damnum ſentiant.

17 ¶ Planè ſi in eadem *y* taberna merces deferebantur, licet hæ, quæ exiſtent, ex *z* vnius creditoris pecunia ſint comparatæ, dicendum erit, omnes in tributum venire niſi fuerint creditori pigneratæ.

18 ¶ Sed ſi dedi mercem meam vendendam, & extat, videamus, ne iniquum ſit in tributum me vocari? & ſiquidem in creditum ei abij, tributio locum habebit. enimverò ſi non abij, quia res venditæ non alias deſinunt eſſe meæ, quamuis vendidero, niſi *a* ære ſoluto vel fideiuſſore dato, vel alias ſatisfacto: dicendum erit vindicare *b* me poſſe.

19 ¶ Tributio autem fit pro *c* rata eius, quod cuique debeatur: & ideo, ſi vnus creditor veniat, deſiderans tribui integram portionem, conſequitur: ſed quoniam fieri poteſt, vt alius quoque vel alij exiſtere poſſint mercis peculiaris creditores, cauere *d* debet creditor iſte, pro rata ſe refuturum, ſi fortè alij emerſerint creditores.

a *v.l.7.§.1.l.8.ſ. de inſtitor. l. 27.ȷ. de pecul.*
b Tributoriam actionem inducit non omnis contractus, ſed is qui mercis nomine initur, *Syn. eo. c. 9.*
c *l.1.§.1.ſ.eod.*
d *v.l.1.§.2.ſ.eo.*
e Tributoria actione tribuitur quod ex mercibus, & quod eo nomine ſeruus habet. *Syn. ibid.*
f μερίζεται. Partitur ex merce is, qui habet in poteſtate contrahentem eum creditoribus, *vt hic.* ſiue mercis nomine debeatur, ſiue quacunque alia ex cauſa, ſiue tam ipſi domino, quam aliis qui in eius poteſtate ſunt, deberi cœperit ante quã negotiaretur is qui eſt in poteſtate, ſiue poſtea, §.7.§.9. §.10. ȷ. *eo.* quod ſi merces extraneis oppigneratæ ſunt, domino præferũtur, §.8.ȷ. *eo. Syn. ibid.*
g ſiue ex contractu, ſiue ex rationum libris, ſiue ex delicto, *l.9.§.5. ȷ. de peculio.*
h Creditorem qui ſemen ad ſeminandum dedit, aliis etiam anterioribus creditoribus præferri hinc colligunt, cum ſit cauſa fructuum percipiẽdorum. Pet. de Ferraria *in forma libelli, §. ſub ea. verſ. quid autem.*
i Non totum peculium, ſed quidquid ex merce eſt, tribuitur: tum quod ex ea receptum eſt quodque comparatum eſt ex ea peculium: quæque ſunt in taberna inſtrumenta. Hæc enim ſemper domini eſſe creduntur, *vt hic,* §.11. 12. 13. 14. *Syn. ibid.*

k §.5.ſ.*eod.* §.13.ȷ.*eod.* 11.ȷ.*eo.* l *al.* in tabernam. m *v.l.12.ȷ.de inſtructo.*
n dixit paulo ante *plerumque*: nunc mutata oratione, dicit *ſemper.*
o *l.1.§.1.ſ.eo.* p cuius nomine dominus tributoria conuenitur.
q & quoſdam in aliis. r vt omnes ſimul merces contribuant.
ſ hiſce ſagaria communio, *l.52.§.4.ȷ pro ſocio. ſagarius* ſagorum venditor.
t Duas ſi quis negotiationes, exercet, vel in diuerſis locis tabernas, habet, quarum diuerſi ſunt ratiocinatores, ac ſeparatim earum nomine mutuum ſumit alterius negationis aut tabernæ creditores in tribulationem mercium alterius non vocantur, *vt hic.* ſi in eandem tabernam omnia deferantur, vocantur omnes: etiamſi videantur ex vnius pecunia omnia comparata, niſi fortè pignorata illi fuerunt. §.17.ȷ *eo.* Quòd ſi mercium vendendarum nomine dedi, ſi quidem dominium transtuli, vocantur in tributum omnes: ſin minus non tribuuntur: ſed ego eas vindico, quippe res venditoris eſſe non deſinunt, niſi vel pretium, vel ſatiſdatorem, vel fideiuſſorem acceperit, *vt hic Syn. ibid.*
u Buccinum. *Hal.* quod magis placet. nam Publius Victor in quarta vrbis Romæ regione, Buccinam auream vel Buccinum aureum collocat.
x Separata coniungi non oportet. *Accurſ.*
y *al.* eandem tabernam.
z Meum ſtatim non eſt quod ex mea pecunia comparatum eſt, *l.1.C.ſi quis ſibi vel alteri.* niſi ſim miles, *l.8.C.de rei vind.* Quid ſi pupilli vel minoris pecunia res comparata eſt? *v.l.52.verſ.planè.ȷ.de peculio, l.88.ȷ.de ſolut. l.3.C. arbitr. tut. l.2.C. quando ex fact. tut.* Quid ſi pecunia Eccleſiæ res empta ſit? *v.l.32.C. de Epiſcopis.* Quid ſi pecunia vxoris? *v.l.12.C. de iur. dot. l. vlt. C. de ſeruo pignori dato manum. l.54.ȷ.de iur. dot.* Quid ſi pecuniam apud menſam argentarij vel menſularij ſub fide publica depoſui, & ea pecunia rem tibi emeris? *v.l.24.§.2.ȷ.de reb. author. iudic.* v. etiam quæ notaui ad *l.48. in fin. ȷ. de furtis.*
a §.41. *Inſt. de rer. diuiſ.*
b v. quæ notaui ad *l.24.§.2. in fin. ȷ. de reb. author. iud.*
c *l.7.§.2.ȷ.eo. §.2. verſ. is quoque. Inſt. quod cum eo.*
d adde *l.57. in fin. ſ. de pet. hered.*

6. Paulus lib. 30. ad Edictum.

NOn *a* enim hæc actio, ſicut de peculio occupantis *b* meliorem cauſam facit: ſed *c* æqualem conditionem quandoque agentium.

1. Si dominus tribuere nolit. 2. Si minus tributum ſit. 3. Si dominus mercem perire paſſus eſt, aut auertit, aut vilius diſtraxit, aut pretium non exegit. 4. Si negauerit cuiquam deberi. 5. De tempore huius actionis: de ſucceſſoribus.

7. Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

ILlud quoque cauere debet, ſi quid aliud domini debitum emerſerit, refuſurum ſe ei pro rata: finge enim conditionale debitum imminere, vel in occulto eſſe. hoc quoque admittendum eſt. nam iniuriam dominus pati non debet, licet in tributum vocatur.

1 ¶ Quid tamen ſi *d* dominus tribuere nolit, nec hanc moleſtiam ſuſcipere: ſed peculio, vel mercibus cedere paratus ſit? Pedius refert, audiendum eum. quæ ſententia habet æquitatem, & plerumque arbitrum in hunc rem prætor debebit dare, cuius interuentu tribuantur merces peculiares.

2 ¶ Si cuius dolo malo factum eſt, quo minus ita tribueretur, in eum tributoria *e* datur, vt quãto minus tributum ſit, quàm debuerit, præſtet: quæ actio dolum malum coërcet domini.

¶ Minus *f* autem tribuere videtur, etiam ſi nihil tributum ſit.

¶ Si tamen ignorans in merce ſeruum habere minus tribuit, non videtur dolo minus tribuiſſe: ſed *g* re comperta, ſi non tribuat, dolo "nunc" non caret. Proinde ſi ſibi ex ea merce ſolui fecit, vtique dolo videtur minus tribuiſſe.

3 ¶ Sed & ſi mercem perire paſſus eſt, aut eam auertit, aut vilioris data opera diſtraxit, vel ſi ab emptoribus pretium non exegerit, dicendum erit, teneri eum tributoria, ſi dolus interuenit.

4 ¶ Sed etſi negauerit dominus cuiquam deberi, videndum erit, an tributoriæ locus ſit, & eſt verior Labeonis ſententia, tributoriam locum habere. alioquin expediet domino negare *h*.

5 ¶ Hæc actio & perpetuo *i*, & in heredem datur, de *k* eo duntaxat quod ad eum peruenit.

8. Iulianus lib. 11. Digeſtorum.

QVia *l* non de *m* dolo eſt, ſed rei perſecutionem continet, quare etiam mortuo ſeruo dominus, item heres eius perpetuò teneri debebit, propter factum defuncti: quamuis non aliter, quàm dolo interueniente, competat.

De concurſu actionis, de peculio, & tributoria. De herede.

9. Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

QVod in herede dicimus, idem erit & in cæteris ſucceſſoribus.

1 ¶ Eligere *n* quis debet, qua actione experiatur vtrum de peculio, an tributoria. cùm ſcit *o* ſibi regreſſum ad aliam non futurum *p*. planè ſi quis velit ex alia cauſa tributoria agere, ex alia cauſa de peculio, audiendus erit.

2 ¶ Si *q* ſeruo teſtamento manumiſſo peculium legatum ſit, non debere heredem tributoria teneri, quaſi neque ad eum peruenerit, neque dolo fecerit, Labeo ait. ſed Pomponius libro 60. ſcripſit, heredem, niſi curauerit caueri ſibi à ſeruo, vel deduxit à peculio, quod tribuendum erat, teneri tributoria. quæ ſententia non eſt ſine ratione. ipſe enim auctor doli eſt qui "id" egit, ne id tribueret: toties *r* enim in heredem damus actionem de eo. quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex ſuo.

De emptore ſerui.

10. Paulus lib. 36. ad Edictum.

DE peculio actione etiam *ſ* cum emptore ſerui agi poteſt: tributoria non poteſt.

Collatio actionis de peculio, & tributoria.

11. Gaius lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

ALiquando *t* etiam agentibus expedit potius *u* de peculio agere, quàm tributoria. ‖ nam in ‖ hac

a Tributoria & de peculio actionis differentia.
b Occupantis nõ ſemper melior eſt conditio, *l.10. l. 52. ȷ. de peculio.*
c Cur æqualem? An quia merci videntur crediſſe, non perſonæ?
d Cedere bonis poſſe, cum etiam qui ſoluendo ſit, hinc colligunt hac nimirum ratione in bonis ſuis diuidendis laborem inſumere cogatur: quod vt falſum meritò reiiciendum eſt. Eſt enim ceſſionis beneficium inductum in ſubſidium, & inopis tantum bono, *l. cum & filij, 7. Cod. qui bonis cedere.*
e *§. pen. ȷ. eo. l. 1. in fin. ſ. eo. l. 10. l. 12. ȷ eo. l. 1. ȷ. tit. prox. §. 3. Inſt. quod cum eo.* non tributoriam, vt in Epigraphe Florentina huius tituli.
f Minus etiam facit qui nihil facit: atque ita cõparatiuus non ſemper facit cõparationem, *l. 12. in fin. l. 32. l. 82. l. 117. ȷ. de verb. ſign.* vnde notant pœnam committendam ei qui ex duobus minus cucurrerit, præſtari etiam ab eo qui omnimodo non cucurrerit.
g *l. 13. ȷ depoſiti.*
h Negatione melioris conditionis quem fieri hinc notant ſanè interdum qui negat, deterioris eſt conditionis, & à lege punitur, *l. 10. ȷ. de fideiuſſ. l. cum de indebito, 25. ȷ. de probat. Auth. contra qui propriã C. de non numerata.*
i Tributoria actione, perpetuo dominus tenetur, *vt hic.* actione verò de peculio, intra annũ. *Scholiaſtes apud authorem Syn. Baſ. 18. tit. 2. c. 3.*
k *l. 26. ſ. de dolo.*
l Doli actio perpetuo non datur.

m Eſt tamen propter dolum. *Caſtr.*
n Electionem creditor habet, vtrum actione de peculio, an tributoria velit experiri. Regredi quidem ad alteram non poteſt: diuerſis autem ex cauſis vtraque poteſt agere. *Syn. Baſ. 18. tit 2 c. 3.* vel ita: Quoties actiones plures eidem, eadem de cauſa, ad idem & in eundem competunt, cogitur actor alteram eligere: qua electa ad alteram redire non poteſt: ſecus ſi ex diuerſis competant. Electionem actori nonnunquam competere hinc etiam colligunt, *l. eſt in arbitrio 14. C. de oblig.* dixi ad *l. 2. §. 3. ſ. de eo quod certo loco.*
o *v. l. 6. ȷ. de except rei iud.* p niſi contrarium antea fuerit proteſtatus, *l. 1. §. 4. ȷ. quod legatorum*: niſi errore fuerit deceptus, *l. 4. in fin. ȷ. tit. prox.*
q Heres ex dolo proprio, vero vel præſumpto, tenetur etiam ſi nihil ad eum peruenit, vel apud eum reperiatur: ex dolo defuncti non conuenitur niſi quatenus ad eum peruenit.
r *v l. 44. ȷ. de reg. iur.* ſ *l. 32. §. pen. ȷ. de peculio.*
t Tributoria actione interdum expedit agere potius quàm actione de peculio: & è contra. Nam in tributoriam merces negociationis veniunt, & quod ex iis receptum eſt. At in actionem de peculio, totum peculium pariter & merx, atque etiam vſu venire poteſt, vt patri dominóve nihil debeatur, *Syn. Baſ. ibid. c. 4. §. 5. verſ. is quoque Inſt. quod cum eo.*
u *§. 5. verſ. rurſus, Inſt. quod cum eo qui in aliena.*

actione

actione,de qua loquimur, hoc *a* ſolum in diuiſionem venit,quod in mercibus eſt,quibus negotiatur, quód- que eo nomine receptum eſt:at in actione de peculio totius peculij quantitas ſpectatur : in quo & merces continentur & fieri poteſt, vt dimidia fortè parte pe- culij , aut tertia , vel etiam minore negotietur , fieri præterea poteſt vt patri, dominóve nihil debeat.

Si quis ab vno de peculio, ab alio tributoria conueniatur.

12. *Iulianus* lib. 12. Digeſtorum.

ALius duntaxat de peculio , alius tributoria ſerui nomine cum domino agit.quæſitum eſt,an dedu- cere dominus de peculio debeat , quod tributoria agenti præſtaturus ſit.reſpondit,* Tributoria actione tunc demum agi poteſt,cum *b* dominus,in diſtribuen- do pretio mercis,edicto prætoris non ſatisfecit:id eſt cum maiorem partem debiti ſui deduxit,quam credi- toribus tribuit , veluti ſi , cum in merce triginta fuiſ- ſent, in quam ipſe quidem quindecim crediderat, duo autem extranei triginta,tota quindecim deduxerit, & creditoribus reliqua quindecim dederit:cum deberet ſola decem deducere , extraneis dena tribuere : cum igitur hoc fecit , nec intelligendus eſt ſeruum à ſe lia beraſſe:eo quod quinque adhuc,nomine eius,tributo- ria actione præſtaturus ſit.quare ſi agi de peculio cœ- perit, cum fortè extra mercem peculium eſſet : quin- que,tanquam adhuc creditor ſerui, deducere debebit.

QVOD *c* CVM EO QVI IN ALIENA *d* poteſtate *e* eſt, " negotium" geſtum *f* eſſe dicetur.

TIT. V.

Actiones competentes ex contractibus eorum qui in aliena poteſtate ſunt.

31. *Gaius* lib. 30. ad Edictum Prouinciale.

OMnia proconſul *g* agit, vt qui contraxit cum eo,qui in aliena poteſtate ſit,etiamſi deficient ſuperiores actiones (id eſt, exercitoria, inſti- toria , tributoriáve) nihilominus tamen , in quantum ex bono & æquo res patitur , ſuum conſe- quatur:ſiue *h* enim iuſſu eius, cuius *i* in poteſtate ſit,ne- gotium geſtum fuerit in ſolidum eo nomine iudi- cium pollicetur : ſiue non iuſſu,ſed tamen in rem eius verſum fuerit, eatenus introducit actionem,quatenus in rem eius verſum fuerit : ſiue neutrum eorum ſit , de peculio actionem conſtituit.

Edictum. 1 De filio circa emancipationem ſui iuris effecto, vel in adoptionem dato, vel ex minima parte inſtituto.

2. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

AIt Prætor : *in eum,qui emancipatus* *k* *erit, quive* *l* *abſtinuit ſe hereditate eius, cuius in pote- ſtate , cum is moritur fuerit , eius* *m* *rei nomine, quæ cum eo contracta erit,cum" n" in poteſtate eſſet , ſiue ſua voluntate , ſiue iuſſu eius,in cuius poteſtate erit,contraxerit ; ſiue in peculium ipſius,ſiue in patrimonium eius cuius in poteſtate fuerit, ea res redacta fuerit, actionem, cauſa cognita, dabo* *n* *in quod facere po- teſt.*

1 ¶ Sed & ſi citra *o* emancipationem ſui iuris fa- ctus ſit,vel in adoptionem datus , deinde pater natu- ralis *p* deceſſerit:item ſi quis ex minima *q* parte ſit in- ſtitutus,æquiſſimum eſt, cauſa cognita,etiam in hunc dari actionem in id, quod facere poteſt.

An in hac actione detrahi debeat , quod debetur aliis , vel po- ſtea contrahentibus non aliis. Bart.

3. *Idem* lib. 3. Diſputationum.

SEd an hic detrahi debeat,quod aliis debetur,tracta- ri poteſt. & ſi quidem ſint creditores , qui cum eſ- ſent alienæ poteſtatis, cum eo contraxerunt:rectè di- cetur,occupantis *r* meliorem eſſe conditionem : niſi ſi quis priuilegiarius veniat. huius enim non ſine ratio- ne prioris ratio habebitur. quòd ſi qui ſint, qui po- ſteaquam ſui iuris factus eſt , cum eo contraxerunt, puto horum rationem habendam.

De filio ex parte non modica inſtituto. 1. De eo qui patremfami- lias ſe mentitus eſt. 2. De delicto. 3. De herede filij. 4. Si ex continenti,vel poſt multos annos agatur. 5. Si is qui de pecu- lio egit , quod iuſſu agere velit.

4. *Idem* lib. 29. ad Edictum.

SEd ſi ex parte *a* non modica ſit heres ſcriptus filius, in arbitrio eſt creditoris , vtrum pro portione he- reditaria,an in ſolidum eum conueniat. Sed & hic iu- dex æſtimare debet,ne fortè in id,quod facere poteſt, debeat conueniri.

1 ¶ Interdum autem, & ſi exheredatus filius , vel emancipatus ſit, in ſolidum actio aduerſus eum dabi- ur.vtputa ſi *b* patremfamilias ſe mentitus *c* eſt. cùm contraheretur cum eo. nam libro 2. Digeſtorum Marcellus ſcripſit, etiam ſi facere non poſſit , conue- niendum propter mendacium *d*.

2 ¶ Quamquam autem ex contractu in id , quod facere poteſt, actio in eum datur, tamen ex delictis *e* in ſolidum conuenietur.

3 ¶ Soli autem filio ſuccurritur,non *f* etiam here- di *g* eius, nam" &" Papinianus libro 9. Quæſtionum ſcribit , in heredem filij in ſolidum *h* dandam actio- nem,

5 ¶ Sed an etiam temporis haberi debeat ratio,vt ſi *i* quidem ex continenti cum filio agatur , detur actio in id,quod facere poteſt : ſin verò poſt multos annos, non debeat indulgeri ? Et mihi videtur rationem ha- bendam eſſe.in hoc enim cauſæ cognitio vertitur.

5 ¶ Is, qui de peculio egit,cum poſſet.Quod iuſſu, in ea cauſa eſt, ne *k* poſſit Quod iuſſu poſtea agere & ita Proculus exiſtimat. Sed ſi deceptus,de peculio egit *l* , putat Celſus ſuccurrendum, ei. quæ ſententia ha- bet rationem.

Si filiusfam. viuo patre condemnatus fuerit. 1. Si fideicom- miſſum acceperit. 2. Aut reſtituerit.

5. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

SI filiusfamilias viuo patre conuentus , & condem- natus ſit , in eum emancipatum vel exheredatum poſtea iudicati *m* actio in id, quod facere poteſt , dan- da eſt.

1 ¶ Si filio exheredato , ex SC. Trebelliano here- ditas patris reſtituta *n* ſit , non debebit , in quantum facere poteſt , ſed in ſolidum condemnari , quia effe- ctu *o* quodammodo heres eſt.

2 ¶ Sed ſi coactus immiſcuerit ſe , vt reſtituat he- reditatem,perinde obſeruandum,ac ſi ſe abſtinuiſſet.

De eo qui ſe patremfam. ſimulauit.

6. *Vlpianus* lib. 2. Diſputationum.

EVm,qui ſe patremfamilias ſimulauit *p*, & mandante aliquo ſtipulatus eſt , mandati teneri Marcellus ſcripſit, quamuis rem præſtare non poſſit. & ſanè ve- rum eſt, teneri eum debere : quia dolo fecit. hoc & in omnibus bonæ fidei iudiciis dicendum erit.

Si pater filio permiſerit vt mutuam pecuniam acciperet , & creditori mandauit vt ei crederet.

7. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

PAter filio permiſit mutuam pecuniam accipere , & per epiſtolam creditoris mandauit *q* , vt ei crede- ret.filius ex minima *r* parte patri heres extitit,reſpon- di, eſſe in poteſtate creditoris, vtrum filium, cui cre- didiſſet in ſolidum *ſ* , an heredes, pro qua parte quiſ- que ſucceſſiſſet , mallet conuenire. ſed filius condem- natur in quantum facere poteſt.

Si diſpenſator pro emptore debitum ſuſceperit.

8. *Paulus* lib. 1. Decretorum.

TItianus primus præpoſuerat *t* ſeruum,mutuis pe- cuniis dandis, & pignoribus accipiendis. is ſeruus etiam negotiatoribus hordei ſolebat pro emptore ſu- ſcipere debitum, & ſoluere. cùm fugiſſet ſeruus, & is, cui delegatus fuerat dare pretium hordei,conueniret dominum inſtitoris, negabat, eo nomine ſe conueniri poſſe : quia *u* non in eam rem præpoſitus fuiſſet, cùm autem & alia quædam geſſiſſe,& horrea conduxiſſe, & multis ſoluiſſe idem ſeruus probaretur : præfectus an- nonæ contra dominum dederat ſententiam diceba- mus , quaſi *x* fideiuſſionem eſſe videri , cum pro alio ſolueret debitum :" non pro aliis ſuſcipit debitum :" non ſolere autem ex ea cauſa in dominium dari actionem : nec videtur *y* hoc dominium mandaſſe. ſed quia *z* videbatur in omnibus eum ſuo nomine ſubſti- tuiſſe , ſententiam conſeruauit *a* Imperator.

a l.5.§.11.ſ.eo.
b l.7.§.2.ſ.eo.nec enim ſcientia ſola huic actioni domi- num ſubiicit , ſed dolus, id eſt iniqua diuiſio , *l. 3. §. pen. & vlt. l. 4. l. 5. l. 8. ſ. eo. l. 13. j. quando ex facto tutoris.*
c *l. 4. C. 26. & 4. Inſt. 7.*
d patris vel domi- ni,eſt enim hic Ti- tulus generalis ad vtroſque *l. vlt. j. eo.*
e *v. l. 215. j. de ver. ſign.*
f id eſt contractu.
g Cur proconſul ? ſumpta eſt hæc lex ex Gaij libris ad edictum prouin- ciale.
h filius tuus nego- ciatione ſua in rē tuam aliquid ver- tit ? de in rem ver- ſo. Iuſſiſti quacun- que in re filium negotiari ? quod iuſſu, in rebus ma- ritimis ? exercito- ria, in taberna? in- ſtitoria: in peculio ſuo negotiari paſ- ſus es ? de peculio creditoribus & cō- trahentibus in te dabitur actio. Quid ſi ipſemet ei pecu- liato credidiſti ? Tributoria vti po- tes. Nec peculium habuit, nec in rem tuam vertit , nec iuſſu tuo mutuum accepit ? non tene- ris, *j. ad SC Maced.*
i Emancipatus non tenetur ex contra- ctu ante emanci- pationem habito, *vt hic.* Quid ſi poſt contracta debita illico in fraudem creditorum eman- cipatus ſit ? aliud: arg. *l. 1. j. ſi quis te- ſtam. lib. eſſe iuſſ. l. 32. §. 3. j. de leg. 2.* quid ſi pro parte heres ſit vel non ex contractu ſed delicto obligatus ? Aliud: *l. 4. §. 2. j. eo. l. ſi ex parte. §. quā- quam,* v. Socin. *re- gula* 157. Quid ſi cum contraheret, ſe patremfamilias mentitus eſt ? non iuuatur hoc edicto *l. 4. §. 1. j. eod.*
k *v. l. 49. j. de re iud.*
l *l. 2. l. 4. C. eod.*
m Renunciare huic beneficio , vt ſæ- pius ſolent filii famil. quoties ſe vna cum parente obligant, & eodem momento renun- ciant huic legi: hanc formulā re- fert Alberic. *Renunciauit ipſe filius beneficio quo factus ſit iuris non tenetur in ſolidum, ſed quatenus facere poſſit.*
n adde *l. 2. C. eod.*
o *vt l. 1. §. 4. j. quando actio de pe- culio.* idque vel ſa- cerdotio vel ſacerdotio veſtali vel ſacerdotio Dial. 1. *Gell.* 13.
p Pater adoptiuus *Cuiac. hic.*
q Heres in minima parte inſtitutus , heres non videtur, minima autem pars videtur quæ minor legitima , *v. l. 4. j. eod.*
r Occupantis melior conditio, *v. l. 10. j. de peculio.*

a *l. 2. in fin. l. 7. §.*
b *l. 6. j. eod.*
c Mendacium pu- nitur, *l. 6. j. eo.* dixi *l. 3. j. de SC. Maced.*
d Mendacij nomi- ne quis interdum in ſolidum conue- nitur. qui non in ſolidum poterat aliàs cōueniri. aliàs coueniri. quod vt puniatur , *v. Nou. c. 10.*
e Emācipatus poſt emancipationem tenetur ex delictis, cum ſui iuris non eſſet, à ſe admiſſis.
f vt in caſu *l. 63. §. 3. j. pro ſocio.*
g Heredi filij non datur beneficium huius edicti, *l. 11. & ſeqq. j. ſolut.*
h & ita quædam accuratius obſer- uantur in herede quam in defuncto.
i Emancipatus, ob contractus à ſe ini- tos (cum eſſet in poteſtate) factus ſui iuris non con- uenitur , niſi qua- tenus facere po- teſt. Imo etiam quatenus facere poteſt, non conue- nitur , niſi in con- tinenti , poſt mul- tos annos ab ema- cipatione, non po- teſt in id quod fa- cere poſſit conue- niri, niſi cauſa co- gnita.
k cur ita ? collige ex *l. 22. j. de except. rei iudic.*
l exiſtimans eam actionem tantum ſibi competere.
m Vtrum exceptio huius edicti poſſit in executione ſen- tentiæ obiici.
n Hereditatē pa- ternam non obti- nere, aut nudo ti- tum nomine , ſed ſine re vel effectu obtinere pares ſunt. Ideóque à- teri reſtituta he- reditate patris, fi- lius effectu heres non eſt : vnde non conuenitur factus ſui iuris , eorum nomine quæ in poteſtate patris poſitus contraxit iuſſu patris.
o *Non. 1. c. 1. §. 1.* id eſt, qui per ſuc- ceſſionem quamuis longiſſimam de- functo heredes ex- titerunt , non mi- nus heredes intel- liguntur , quam qui principaliter heredes extiterunt *l. 194. j. de reg. iur.*
p *l. 4. § 1. ſ. eo.* adde *tit. C. ſi minor ſe maior. dix. v. l. 10. j. de re ind.*
q *l. 9. C. eod.*

r adde *l. 4. ſ. eod.* ſ *l. 1. j. quod iuſſu.* t Cuiac. putat hanc legem fugitiuam eſſe, id eſt aberrare à Titulo de inſtitoria: vt & legem penultimam , Quæ res pi- gnori, à Titulo ſequente , Qui potiores in pignore.
u *l. 19. §. vlt. ſ. de inſtitoria.*
x Paria ſunt fideiubere , expromittere, & iudicium pro alio ſuſcipere, Cuiac. 13. *obſeru. 5. in fin.*
y nec videri.
z qui ſeruum aut alium in omnibus ſuo nomine ſubſtituit , de eius contra- ctibus tenetur.
a confirmauit *Hal.* ſed Florentinam lectionem defendit Cuiac. 15. *obſer.* 10. *in fin.*

DE SENA

DE a SENATVSCONSVLTO b Macedoniano c.

TIT. VI.

Senatuſconſultum. 1. Si pendeat ius poteſtatis. 2. De emancipatione arrogati. 3. De dignitate filijfam. de caſtrenſi peculio.

Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

VErba ſenatuſconſulti Macedoniani hæc ſunt: *Cum d inter cæteras ſceleris cauſas Macedo, quas illi natura e adminiſtrabat f, etiam æs alienum adhibuiſſet, & ſæpe materiam peccandi malis moribus præſtaret qui pecuniam (ne quid ampliùs diceretur) incertis g nominibus crederet, placere h ne cui, qui filiofamiliàs i mutuam pecuniam dediſſet, etiam k poſt mortem parentis eius, cuius in poteſtate fuiſſet, actio petitióque daretur: vt l ſcirem, qui peſſimo exemplo m fœnerarent, nullius poſſe filiifamiliàs bonum n nomen o expectata patris morte fieri.*

1 ¶ Si pendeat, an ſit in poteſtate filius, vtputa quoniam patrem apud hoſtes habet, in pendenti p eſt, an in ſenatuſconſultum ſit commiſſum. nam ſi reciderit in poteſtatem ſenatuſconſulto locus eſt: ſi minùs, ceſſat: interim igitur deneganda eſt actio.

2 ¶ Certè q ſi adrogatus mutuam pecuniam acceperit, deinde ſit reſtitutus, vt emanciparetur, ſenatuſconſultum locum habebit. fuit enim filiusfamiliàs.

3 ¶ In filiofamiliàs nihil r dignitas ſ facit, quo minùs ſenatuſconſultum Macedonianum locum habeat nam etiam ſi conſul ſit, † vel cuiuſuis dignitatis, ſenatuſconſulto locus eſt. niſi fortè caſtrenſe t peculium habeat; tunc enim ſenatuſconſultum ceſſabit.

2. *Idem* libro 64. ad Edictum.

VSque ad quantitatem caſtrenſis peculij: cùm* filij familiàs in u caſtrenſi peculio vice patrumfamiliarum fungantur x.

De filiofamiliàs qui paterfamiliàs exiſtimatur. 1. Puta qui vectigalia conducta habebat. 2. Si minor vel pupillus, vel filiusfamiliàs crediderit. De mutuo & aliis contractibus. 4. Si quis à filiofamiliàs ſtipuletur, & patrifamiliàs facto numeret.

3. *Vlpianus* libro 29. ad Edictum.

SI quis patremfamiliàs eſſe credidit y, non vana ſimplicitate deceptus, nec iuris ignorantia; ſed quia publice z paterfamiliàs pleriſque a videbatur, ſic agebat, ſic contrahebat, ſic b muneribus fungebatur: ceſſabit ſenatuſconſultum.

1 ¶ Vnde Iulianus libro duodecimo in eo, qui vectigalia conducta habebat, ſcribit, & eſt ſæpe conſtitutum ceſſare ſenatuſconſultum.

2 ¶ Proinde & in eo, qui ſcire non potuit, an filiusfamiliàs ſit, Iulianus libro duodecimo ceſſare ſenatuſconſultum ait: vt puta c in pupillo, vel minore d vigintiquinque annis. Sed e in minore cauſa f cognita, & à prætore ſuccurendum. In pupillo autem etiam alia ratione debuit dicere ceſſare ſenatuſconſultum: quod * mutua pecunia non fit, quam ſine tutoris auctoritate pupillus dat. quemadmodum ipſe dicit Iulianus libro duodecimo.

a l. 8. Syn. 4. Theop. §. 7. *Inſtit. quod cum eo*: *Duenaz. reg.* 369.

b 4. C. 23. §. 7. *Inſt. quod cum eo.* Pau. 20. *ſent.* 10.

c à Macedone quodam *l.* 1. ǰ. *eo.* vnde conſtat non omnia ſenatuſcõſulta, (vt nec omnes leges: cuius rei exemplũ exſtat in lege Scantinia & ſenatuſconſulto Papyriano) denominari ab eo conſule qui ea referebat. Porrò hoc ſenatuſconſultum latum fuiſſe ſub Claudio 4. & Vitellio 3. Coſſ. anno vrbis 799. tradit Petrus Faber 1. *Semeſt. vlt.*

d Ex præfatione legis vel ſenatuſconſulti colligitur ratio & mens legiſlatoris vel ſtatuentis; adde *l. vlt.* ǰ. *de hered. inſt.*

e Natura hic, pro impetu naturæ.

f ſuggerebat.

g *Nomen incertum*, num eſt cautio in qua cauſæ ac tituli credendi particulares non exprimuntur: ne ſi Tituli expreſſi eſſent, eorum turpitudo detegeretur, cui contrarium ſit, nominibus certis, pecuniam debere? *Cic.* 3. *Verr.* An verò cautio in mortem parentis concepta cuius dies incerta eſt? ǰ. *eod. in fin.*

h qui filiofamiliàs contra interdictum ampliſſimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, poſt mortem patris ex eo quod viuo patre credidit, cum eo agere non poteſt *Paul* 2. *ſent.* 10. i vel nepoti vel pronepoti *l.* 6. *C. eo.*

k Mutuam pecuniam dans filiofamiliàs, ne quidem poſt mortem parentis eius, pecuniæ petitionem habet. *Syn. eod. c.* 1.

l Macedonianum inductum non fauore filiorumfaliàs, ſed odio fœneratorum.

m Exempli peſſimi contractus in Republica non ferendi.

n *Nomen bonum*, debitor idoneus, (*vt l.* 26. §. 2. ǰ. *mandati*: *l.* 19. ǰ. *ad Velleian.*) *l.* 13. §. 1. *l.* 35. *l.* 44. ǰ. *adm. tut. l.* 31. §. *Lucius ff de ann. leg. l.* 89. ǰ. *ad l. Falcid. l.* 102. *in pr.* ǰ. *de ſol. l.* 2 ǰ. *de cuſtodia.* Columella, Alphius fœnerator optima, nomina non appellando fieri mala dixit; Nomini bono, malum & deterius opponitur, *l.* 37. ȿ. *ſi certum l.* 30. ǰ. *ad leg. Falc. l. vlt in fin.* ǰ. *de adm. rer.*

o filiusfam non eſt idoneus pecuniæ mutuæ debitor, & ſic filiofam. credere, propè perdere eſt. p § 5. *Inſt. quibus modis ius patr. poteſt.*

q Hic agitur de reſtitutione in integrum, quæ retro non ducit ſed nouum ius inducit ſuperiore paragrapho agitur de poſtliminio quod fingit retrò fuiſſe ius. Et hæc differentia fictionis & reſtitutionis in integrum eſt.

r nec enim dignitate quauis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.

ſ Mutuum accipere prohibetur filiusf. cuiuſcumque dignitatis ſit, *vt hic. Syn. eo.*

† Hodie id abrogatum eſt. *Nou.* 81. Nam his & aliis quibuſdam dignitatibus patria poteſtas hodie tollitur. t Mutuam pecuniam ad Caſtrenſis vſque peculij quantitatem filiusfamiliàs ſumere poteſt, *vt hic. & l.* 2. ǰ. *eo. Syn. eo. l. vlt. C. eo.*

u Filiusfam. in Caſtrenſi peculio vice patrisfam. fungitur, *d. l. vlt.*

x *fungi vice alterius*, eſt vicem alterius obtinere, τάξιν ἔχειν. *Syn. eo. l.* 6. ȿ. *de rebus credit.* y adde *l.* 52. §. 15. *infra de furtis.*

z Iuſtè creditur, quod communiter creditur. Communis atque publica opinio excuſat in mutuo dando, *l.* 7. § 8. *l.* 19. ǰ. *eo. l.* 1. *C. eo. l.* 10. ǰ. *de admin. tut.* ſententias latas à ſeruo ſuſtinet, *l.* 3. ȿ. *de off. prat.* confugium ad aſylum, *l.* 17. §. 2. *infr. de ædili.* ſolutionem factam inſtitori, *l.* 17. §. 2. ȿ. *de Inſt.* ſeruo, *l.* 19. *inf. de ſol.* matrimonium contractum contra leges, *l.* 4. *C. de inteſtis.* contractum cum furioſo, *l.* 7. §. 2. ȿ. *de publ.* vel putatiuo poſſeſſore initum, *l.* 55. ȿ. *de cond. indeb.* aditionem hereditatis, *l.* 30 §. 34. *inf de adq. hered.* ſuſtinet.

a *Fama* eſt quod à pleriſque aut à maiori parte dicitur: vel vox totius populi inueterata. *v l.* 3. §. 2. *inf. de teſtib.* fama excuſat

b Frequentia actuum publicorum facit, vt perſonæ habilitas præſumatur. *v. Bal. l.* 1. *C. eod.*

c Mutuum dans pupillus, dominium pecuniæ non transfert: *vt* ȿ. *eod. & verſ. in pupillo.* ǰ. *eod.* minor ſeu pubes transfert: vnde non aliàs iuuatur, quàm ſi reſtitutus ſit in integrum: *vt hic*. d *l.* 11. *in fin. ſupra de minor. l.* 9. ǰ. *de iuris & facti ignor.* e Præſumitur ignorantia facti in pupillo & minore. f *l.* 44. *ſupra de minorib.*

SI filiusfamiliàs crediderit a, ceſſare ſenatuſconſultum: quod mutua pecunia non ſit, quamuis liberam peculij adminiſtrationem habuit: non b enim perdere c ei peculium pater concedit, cùm peculij adminiſtrationem permittit: & ideo vindicationem nummorum patri ſupereſſe ait.

3 ¶ Is autem ſolus d ſenatuſconſultum offendit, qui mutuam pecuniam filiofamiliàs dedit: non e qui aliàs contraxit: puta vendidit, locauit, vel alio modo contraxit f. nam pecuniæ datio pernicioſa parentibus eorum viſa eſt. & ideo etſi in creditum abiit filiofamiliàs g, vel ex cauſa emptionis, vel ex alio contractu, in quo pecuniam non numeraui: & ſi ſtipulatus ſim, licet cœperit eſſe mutua pecunia, tamen, quia pecuniæ numeratio non concurrit, ceſſat ſenatuſconſultum, quod ita demum erit dicendum, ſi non fraus h ſenatuſconſulto ſit cogitata: vt i, qui credere non potuit, magis ei venderet, vt ille rei pretium haberet in mutui vicem.

4 ¶ Si à filiofamiliàs ſtipulatus ſim, & patrifamiliàs facto crediderim, ſiue capite deminutus ſit, ſiue morte patris, vel aliàs ſui iuris ſine k capitis deminutione fuerit effectus, debet dici ceſſare ſenatuſconſultum: quia mutua iam l patrifamiliàs data eſt.

4. *Scæuola* lib. 2. Quæſtionum.

QVia quod vulgò dicitur, filiofamiliàs credi non licere, non m ad verba n referendum eſt, ſed ad numerationem o.

5. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

ERgo hic & in ſolidum damnabitur p, non in id, quod facere poteſt.

Si quis à patrefamiliàs ſtipuletur, & filiofamiliàs facto numeret.

6. *Scæuola* lib. 2. Quæſtionum.

COntrà etiam rectè dicitur, ſi à patrefamiliàs ſtipulatus ſis, credas poſtea filiofamiliàs facto, ſenatus poteſtatem exercendam: quia expleta eſt q numeratione ſubſtantia obligationis.

De filiofamiliàs fideiuſſore. 1. Vel correo. 2. Si patre abſente dotem pro filia promiſerit, & rem patris pignori dederit. 3. De re mutuata. 4. Si filiusfamiliàs poſt mutuum acceptum in alterius poteſtate eſſe cœperit. 5. Si pater in ciuitate eſſe deſierit. 6. De ſucceſſoribus mutuantis. 7. Si alius mutuum dedit, alius ſtipulatus eſt. 8. De duobus filiisfamiliàs reis. 9. De mutuo & fœnore. 10. De herede & patre mutuati. 11. De filiofamiliàs inſtitore. 12. De in rem verſo. 13. De eo qui mutuatus eſt ſtudiorum cauſa. 14. Vel vt creditori ſuo ſolueret. 15. Si quid ſolutum ſit mutuanti.

7. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

ITem ſi filiusfamiliàs fideiuſſerit r, Neratius libro primo, & ſecundo reſponſorum ceſſare ſenatuſconſultum ait. idem Celſus libro quarto.

SEd Iulianus adiicit: ſi color ſ quæſitus ſit, vt filiusfamilias, qui mutuam accepturus erat, fideiuberet alio reo dato, fraudem ſenatuſconſulto factam nocere: & dandam exceptionem tam filiofamilias, quàm reo, quoniam & fideiuſſori filij ſubuenitur.

1 ¶ Idem ait, ſi duos reos accepero, filiumfamiliàs, & Titium, cùm ad filiumfamiliàs eſſet peruentura pecunia. ideo autem reum Titium acceperim, ne quaſi fideiuſſor auxilio ſenatuſconſulti vteretur, vtilem eſſe exceptionem aduerſus fraudem dandam.

2 ¶ Sed & ſi filiusfamiliàs patre ſuo relegato, vel longo tempore abſente, dotem pro filia t promiſerit u, & rem x patris pignori dederit, ſenatuſconſultum ceſſabit: patris tamen res non tenebitur.

¶ Planè, ſi patri heres exſtiterit filius, & pignus perſequatur, exceptione doli ſummouebitur.

3 ¶ Mutui dationem non ſolùm numeratæ pecuniæ, verùm omnium, quæ mutuo dari poſſunt an accipere debeamus, videndum. ſed verba videntur mihi ad y numeratam pecuniam referri: ait enim ſenatus *mutuam pecuniam dediſſet*: ſed z ſi fraus ſit ſenatuſconſulto adhibita, puta frumento, vel vino, vel oleo mutuo dato, vt, his diſtractis fructibus, vteretur pecunia, ſubueniendum eſt filiofamilias.

4 ¶ Si filius in alterius erat poteſtate, cùm mutua daretur: nunc in alterius: mens ſenatuſconſulti non ceſſat: dabitur itaque exceptio.

5 ¶ Sed & ſi patri eius non mors, ſed alia a cauſa inciderit, quo minùs ſit in ciuitate, dicendum ſenatuſconſulto locum eſſe.

6 ¶ Non ſolùm ei, qui mutuam dediſſet, ſed & ſucceſſoribus b eius deneganda eſt actio.

a id eſt, mutuum dederit, *l.* 2. ȿ. *de rebus credit.*

b Adminiſtrationem rei habens, ius perdendi non habet.

c filiusfamiliàs qui credit mutuum, *perdere* dicitur.

d *l.* 7. §. 3. ǰ. *eo.*

e *l.* 3. *C. eo.*

f putà fideiuſſit *l.* 7. *in pr.* ǰ. *eod.* nouauit *l.* 13. ǰ. *eod.*

g *al.* filiusfamilias. *Abire in creditum* filiusfamiliàs dicitur, qui ex credito obligatur, vel abire in creditum filiofamiliàs ex cauſa emptionis dicor, ſi ei credidi ex cauſa emptionis.

h *l.* 7. §. 3. vel color. *d. l.* 7. ǰ. *eod.*

i Fraus fit de contractu ad contractum. Prohibetur autem hic venditio in fraudem mutui: vt ſi quis vendat filiofamiliàs rem aliquam, vt ea rurſus alteri vendita pretium conſequatur.

k putà flaminio diali, aut Veſtali ſacerdotio. 1. *Gel.* 10. *l.* 2. *in fi.* ȿ. *quod cum eo.*

l Tempus numerationis non ſtipulationis aut mutui in Macedoniano inſpicitur.

m *Credendi* verbum ad verba & numerationem refertur

n Cur ita? vide *l.* 5. *C. de legib.*

o *d. l.* 7. §. 3. ȿ. *eo.*

p quia cum patrefamiliàs facto contraxit, *l.* 13. *in fin.* ȿ. *tit. prox.*

q *v. l.* 7. ǰ. *de nou.*

r Fideiubendo filiusfamilias obligatur, niſi in fraudem Macedoniani fideiuſſerit.

ſ i. fraus quæſita *l.* 3. §. *pen. in fi.* ȿ. *eod.* Porrò, *color*, hoc loco prætextum & rationem ſignificat, *l.* 2. ȿ. *de inof. l.* 49. *infr. de donat. inter virum.* ſic apud Senecam 10. *Contrauerſ.* 5. colorem facere. Colorem quærere, eſt factum diſſimulare, ac regere, *l.* 2. ȿ. *de inoff.* vel ſub titulo facere, *l.* 21. *inf. de captiuis.*

t vt & pro ſorore, *l.* 17. *inf. eod.*

u adde *l.* 5. §. 8. ǰ. *de iur. dot.*

x Filiusfamiliàs mutuum in rem patris accipere poteſt: licèt non poſſit res patris obligare: & ideo pignoratitia pater non tenebitur, ſed perſonali tantum.

y *Pecuniæ* verbum in Macedoniano ſtrictè ſumitur, pro pecunia numerata: patet aliàs latiſſimè *pecunia* verbum, *l.* 5. *l.* 88. *l.* 97. *l.* 178. *l.* 122 ǰ. *de verb ſign.* z *vt l.* 3. §. 3. *in fin. ſupr. eod.*

a puta deportatio, §. 1. *Inſt. quib. modis ius patr. poteſt.*

b Macedoniani exceptio eſt in rem, ex parte eius cui opponitur: hoc eſt, opponi ſucceſſoribus & creditoribus poteſt.

7 ¶ Proinde

a dic *vt ſ. eod. in princ.*
b Ignorantia hic ita prodeſt,nec nocet,*v.l.3.ſ.eo.* adde *l.3.pen.ȷ.de Sillaniano:l.18.§.pen.ȷ. de iniuriis.*
c *v.l.3.C.eod.*
d Exceptio in dubio præſumitur realis : hoc eſt heredibus etiam competere.
e *§.6.ſ.eod.*
f Hæc particula,*tamen*, bis hic repetitur,*vt & l.1.§.2. ſ. de vſufru. accreſ.* vt & particula *ſi.* in *l.1.§.3.ȷ.de extr. cognit.* & particula *eos*, in *l.71.ȷ. de legat.3.*
g *l.4 §.3.in fi.ȷ. reg.*adde *l.6.§.1.2. l.19.§.1.ſ.de inſtitoria: & l.1.§.16. ſ.de exercitoria.*
h Macedoniano non iuratur filius familias eiúſve pater, quoties ipſi filiofamilias vt inſtitori patris mutua pecunia data eſt,*vt hic.* Vel ita : ſi filiusfamiliàs inſtitor mutuam pecuniam acceperit, ille quidem, qui cum præpoſuit, actione inſtitoria conuenitur : ipſe verò ſenatuſconſulti exceptionem habet, niſi pater cum merci ſuæ præpoſuit, vel in peculio negotiari paſſus eſt. Nam ſi ſcit eum negotiari, etiam hoc permittere videtur, niſi nominatim prohibuerit,*Syn.Baſil.*18 *tit.4.c.3.§.7.*
i Si filiusfamiliàs mutuum in rem patris vertit, quámuis hoc animo mutuum non acceperit, ſenatuſconſultum ceſſat. Sin pecuniam, ignoranti patri mutuatam in proprium debitum ſoluit, in rem patris vertiſſe non videtur,& ſenatuſconſulto locus eſt. k *l.17. inf. eod.*

7 ¶ Proinde & ſi alius mutuam dedit, alius ſtipulatus eſt,dabitur aduerſus eum exceptio,licèt hic non
dederit. Sed & ſi alteruter eorum ignorauit in patris eſſe poteſtate ſe,veriùs dicendum eſt vtrique nocere. ‖ idem eſt & in duobus reis ſtipulandi. ‖
8 ¶ Idem ſi duos filiosfamilias accepero reos , ſed alterum putaui *d* patremfamiliàs, intererit,ad quem pecunia peruenit : vt ſi eum ſciui filiumfamilias ad quem peruenit pecunia, exceptione ſummouear:ſi ad eum, quem ignorem non ſummouear *b*.
9 ¶ Siue autem ſub *c* vſuris mutua data ſunt , ſiue ſine vſuris, ad ſenatuſconſultum ſpectat.
10 ¶ Quamquam *d* autem non declaret ſenatus cui exceptionem det , tamen ſciendum eſt , & heredem *e* filij, ſi paterfamiliàs deceſſerit,& patrem eius, ſi filiusfamiliàs deceſſerit, exceptione vti poſſe.
11 ¶ Interdum tamen *f* etſi ſenatuſconſulto locus ſit, tamen in alium datur actio. vtputa *g* filiusfamiliàs inſtitor *h* mutuam pecuniam accepit. ſcribit enim Iulianus lib.12. ipſum quidem inſtitorem exceptione ſenatuſconſulti vſurum , ſi conueniatur : ſed inſtitoriam actionem aduerſus eum , qui præpoſuit , competere. quamquam (inquit) ſi ipſe pater eum præpoſuiſſet merci ſuæ, vel peculiarem exercere paſſus eſſet, ceſſaret ſenatuſconſultum : quoniam patris voluntate contractum videretur. nam ſi ſcit enim negotiari,etiam hoc permiſiſſe videtur, ſi non nominatim prohibuit merces accipere.
12 ¶ Proinde *i* ſi acceperit pecuniam, & *k* in rem patris vertit , ceſſat ſenatuſconſultum : patri enim, non ſibi accipit.
¶ Sed & ſi ab initio non ſic accepit, verùm poſtea in rem patris vertit,ceſſare ſenatuſconſultum,lib.12. Digeſtorum Iulianus ait : intelligendúmque † ab initio ſic accepiſſe,vt in rem verteret : Non tamen vertiſſe videbitur, ſi mutuam pecuniam acceptam , patri in proprium debitum ſoluit. & ideo , ſi pater ignorauit,adhuc ſenatuſconſulto locus erit.
13 ¶ Quod dicitur in eo, qui ſtudiorum *l* cauſa abſens mutuum acceperat,ceſſare ſenatuſconſultum,ita locum habet,ſi probabilem *m* modum in mutua *n* non exceſſit:nempè eam quantitatem, quam pater ſolebat ſubminiſtrare.
14 ¶ Si filius accepit mutuam pecuniam , vt *o* eum liberaret, qui,ſi peteret exceptione non ſummoueretur, ſenatuſconſulti ceſſabit exceptio.
15 ¶ Hoc ampliùs ceſſabit ſenatuſconſultum , ſi pater ſoluere *p* cœpit , quod filiusfamiliàs mutuum ſumpſerit : quaſi *q* ratum habuerit.
16 ¶ Si *r* paterfamiliàs factus ſoluerit *ſ* partem *t* debiti *u* , ceſſabit ſenatuſconſultum : nec *x* ſolutum repetere poteſt.

8. *Paulus* libro 30. ad Edictum.

CVm tamen à curatore per ignorantiam ſolutum ſit, repeti debet.

Si paterfamiliàs factus rem pignori dederit. 1. Si filius pecuniam ſibi donatam ſoluerit. 2. De filiaſam. 3. Quibus ſuccurritur. 4. An ſolutum repetatur, de exceptione poſt ſententiam opponenda.

9. *Vlpianus* lib.29. ad Edictum.

SEd ſi paterfamilias factus rem pignori dederit *y*, dicendum erit, ſenatuſconſulti exceptionem ei denegandam vſque ad pignoris quantitatem.
1 ¶ Si *z* ab alio donatam ſibi pecuniam filius creditori ſoluerit,an pater vindicare,vel repetere poſsit & ait *a* Iulianus, ſi quidem hac conditione ei donata ſit pecunia,*vt creditori ſoluat*, videri à donatore profectam protinus ad creditorem , & fieri *b* nummos accipientis:ſi verò ſimpliciter ei donauit,alienationem eorum filium non habuiſſe:& ideo,ſi ſoluerit, condictionem patri ex omni euentu *c* competere.
2 ¶ Hoc ſenatuſconſultum ‖&‖ ad *d* filias quoque familiarum pertinet. nec *e* ad rem pertinet ſi adfirmetur, ornamenta ex ea pecunia comparaſſe. nam & ei quoque, qui filiofamilias credidit, decreto ampliſſimi ordinis actio denegatur:nec intereſt, conſumpti ſint nummi,an exſtent in peculio. Multo igitur magis, ſeueritate *f* ſenatuſconſulti , eius contractus improbabitur,qui filiæ familiàs mutuum dedit.
3 ¶ Non ſolùm filiofamiliàs , & patri *g* eius ſuccurritur, verum fideiuſſori *h* quoque , & mandatori eius : qui *i* & ipſi mandati *i* habent *k* regreſſum:niſi *l* fortè nouandi animo interceſſerunt. tunc *m* enim, cùm nullum regreſſum habeant,ſenatuſconſultum locum non habebit *n*. Sed ‖ & ‖ ſi non donandi animo, patris tamen voluntate *o* interceſſerunt, totus *p* contractus à patre videbitur comprobatus.
4 ¶ Et hi tamen qui pro filiofamiliàs ſine voluntate patris eius interceſſerunt , ſoluendo *q* non repetent.hoc enim & Diuus Hadrianus conſtituit, & poteſt dici non repetituros. at quin perpetua *r* exceptione tuti ſunt. ſed & ipſe filius:& tamen non repetit. quia * hi demum ſolutum non repetunt, qui *ſ* ob *t* pœnam *u* creditorum actione liberantur : non quoniam exonerare eos lex voluit.
5 ¶ Quamquam autem ſoluendo *x* non repetant *y*.

10. *Paulus* lib.30. ad Edictum.

QVia naturalis *z* obligatio manet.

11. *Vlpianus* libro 29. ad Edictum.

TAmen *a*, ſi *b* non oppoſita exceptione condemnati *c* ſunt, vtentur ſenatuſconſulti exceptione , & ita Iulianus ſcribit in ipſo filiofamiliàs , exemplo *d* mulieris intercedentis *e*.

De ſcientia, iuſſu & pœnitentia patris.

12. *Paulus* lib.30. ad Edictum.

SI tantùm ſciente *f* patre creditum ſit filio , dicendum eſt ceſſare ſenatuſconſultum.* Sed ſi iuſſerit *g* pater filio credi, deinde, ignorante *h* creditore, mutauerit *i* voluntatem, locus ſenatuſconſulto non erit : quoniam * initium *k* contractus ſpectandum eſt.

Si filiusfam. nouandi cauſa promiſerit.

13. *Gaius* lib.9. ad Edictum Prouinciale.

SI, quod alij mutuum dedimus , à filiofamiliàs nouandi cauſa ſtipulemur , non *l* eſſe impedimento ſenatuſconſultum, Iulianus ſcribit.

Si nepos iuſſu patris mutuum acceperit.

14. *Iulianus* lib.12. Digeſtorum.

FIlium habeo, & ex eo nepotem;nepoti meo creditum eſt iuſſu patris eius,quæſitum eſt,an contra ſenatuſconſultum fieret. Dixi, etiam ſi verbis ſenatuſconſulti filij *m* continerentur , tamen & in perſona nepotis *n* idem ſeruari debere. Iuſſum autem huius patris non efficere, quo minùs contra ſenatuſconſultum creditum exiſtimaretur: cum ipſe in ea cauſa eſſet , vt pecuniam mutuam inuito patre ſuo accipere non poſſit.

Si ciuitas crediderit.

15. *Marcianus* lib.14. Inſtitutionum.

a multi iuris authores cum quid veriſsimum eſſe ſignificare volunt,& Iulianum id dicũt ſcribere, & veriſſimum eſſe , cùm & Marcellus diſſentiat. *l.27.§.3.ȷ.eo. l.2.in fin. ſ. de noxali.* diſſentit autem Marcellus *in l.14.ſ.de rebus cred.* ab hoc reſponſo Iuliani. v. Cuiac. 14. *obſ.35.*
b *l.21.§.8. infra mandati.*
c i.ad extremum; omnimodo, condictionem competere,Cuiac.14 *obſ 35.*
d *Filiorumfamiliàs* appellatione in Macedoniano filiæfam. quoque continentur.
e Macedonianum locum habet etiam in filiafamiliàs , quamuis ex pecuniis creditis ornamenta comparauerit. Nam & in filio ſiue mutuum conſumptum ſit, ſiue in peculio extet, ſenatuſconſulto locus eſt. *Synopſis & Scholiaſtes ibid.*
f *v.l.7.§.7.ſ.eo.*
g Exceptio Macedoniani etiam patri competit.
h Macedoniani exceptio, etiam fideiuſſoribus & mandatoribus filiorumfamil. competit,&ea parte realis eſt: niſi fideiuſſerint animo donandi,*l.9. §.1.ȷ.de excepi.*
i Mandati regreſſum habent aduerſus reum principalem fideiuſſor & mandator.
k i. habere poſſunt.
l Macedoniani exceptio competit fideiuſſoribus & mandatoribus filiisfamilias , εἰ μὴ ὁλοψύχω προθέσει παρενέβαλον ὥστε τὸ συνάλλαγμα βεβαιῶσαι. i. niſi toto animi propoſito interceſſerunt, vt totum contractum ratum facerent. *Scholiaſtes adud authorem Syn.18. Tit 9. cap.3.§.7.*
m Donator nullum regreſſum mandati aduerſus donatarium habet.
n *al.* ſed ſi non donandi. o vt ſi fuit inſtitor patris, *l.7.§.11.ſ eo.*
p Contraxiſſe pater videtur, quod filiusfamiliàs eius voluntate contraxit.
q Macedoniano renunciant filiifamiliàs fideiuſſor ſoluendo,adde *l.7.§.15.ſ.eo*
r Macedoniani exceptionem quidem perpetuam habet ipſe filiusfam. mutuum accipiens,& qui pro eo intercedit,ſi tamen ſoluerint,non repetent. Nam talis exceptio non eorum fauore,ſed actoris odio introducta eſt, & naturaliter tenentur,*Syn.Baſil.28. Tit.4.c.3.* ſ *l.40.ſ.de cond.indeb.*
t Macedonianum inductum in odium creditorum.
u Exceptio Macedoniani pœnalis eſt.
x i.ſi ſoluta pecunia ſit, *l.9.ȷ.eo.l.11.in fi.ſ.de cond.indeb.l.9.ȷ.de obl. & act.*
y ipſi filiifamilias. y *l.16.§.4.ȷ.de fideiuſſ.*
a i.ipſo quidem iure eſt actio, ſed opponenda eſt exceptio S. C. ne ſequatur condemnatio. Cuiac. *apud Paul.2. ſent.10.*
b tamen etſi. *Hal.* malè. *arg.l.9.ſ.eod.*
c Macedoniani vt & Velleiani exceptio etiam poſt ſententiam obiici poteſt, quia vtraque exceptio peremptoria eſt: dixi *l.43 in fi.ȷ.de fideiuſſ.*
d Macedoniani & Velleiani ſimilitudo : ſeu argumentum à muliere, cóve quod in muliere conſtitutum eſt,ad filiosfamilias.
e ſed mulier poteſt renunciare Velleiano, ergo & filiusfam. Macedoniano,idque maximè,cùm renunciatio non ſit donatio,*arg.l.28 in fi.ſ.de pact. v. Zaſ.* in *Reſp.28.*
f Macedoniano non iuuatur pater , quo ſciente vel iuuante filiusfam. contrahit.
g *l.vlt.C.eod.*
h vide *l.12.§.2. inf. de ſolut.*
i mutare voluntatem nemo poteſt,eo ignorante qui lædi poſſit.
k *l.1.§.13.§.30.ȷ.depoſiti : l.8.ȷ.mandati. l.58. §.2.ȷ. pro ſocio.*
l Cur ita ? collige ex *l.3.§.3.ſ.eod.*
m *Filij* appellatio in Macedoniano extenditur ad nepotes,vt vtriſque competat Macedoniani exceptio.
n *l.6.in fin.C.eod.*

† Præſumitur animus contrahendi ab initio fuiſſe , ex poſt facto ſeu ex iis quæ quis poſt facit : vel ita, Præſumitur pecuniam quiſque in eam cauſam ſumpſiſſe, in quam ea pecunia verſa reperitur.
l Studiorum is eſt fauor, vt Macedoniani ſenatuſconſulti authoritas petitionem eius pecuniæ non impediat,quæ filiofam.ſtudiorum cauſa credita eſt,*l.2.l.5.C.eo.* Vnde colligitur,mutuum filio ſtudioſo factum,poſſe ab eius patre repeti:Macedoniani exceptionem ceſſare, quoties filiofam. credita pecunia eſt ſtudiorum cauſa,*vt hic, & l.Macedoniani 5.C.eo.* niſi inuito patre ſtudiis det operam. hoc tamen caſu credi in eius alimenta poſſe putant : pro ea parte quam domi apud patrem expenſurus erat.*l.3.§.proinde.ȷ.de in rem verſ. l.Stich.12.ȷ.de leg.3.* niſi quantitatem à patris conſuetudine deſtinatam creditor exceſsit,*vt hic*:niſi vltra vires patrimonij patris credidit, *vt hic* : niſi ſumptus iam præſtiti à patre filio fuerint,qui tamen in ſpecie mutuum ab ignorante creditore factum, peti à patre quidam exiſtimant,*l.ſed ſi pupillus 11.§.præſcribere.3 ſ.de inſtit. l vlt.ȷ.pro ſoc. Duenar. reg.370.* notat lege Regia apud Hiſpanos mutuum ſtudioſo datum ipſi filio condici, non patri.
m i. ſi neceſſarios ſumptus, quos pater filio non recuſauit, crediderit,*d.l.5.*
n *al.* in mutua pecunia non exceſsit maximè eam,&c.
o Macedoniani exceptio ceſſat, quotiens filiusfam. pecuniam mutuam accipit in cauſam neceſſariam.
p Macedoniani exceptio non competit ei qui partem mutui accepti ſoluere iam cœpit:Partis ſolutio Macedonianum impedit. Partis ſolutione an quis teneatur alteram partem ſoluere,vide *in l.4.C.ne vxor pro marito*:adde *l.9.§.4.ȷ.eo.*
q Quaſi ratum mutuum habet, qui mutui partem ſoluit:partis adprobatione, totum adprobamus. *v.l.7.C.eod.* r Filiusfamiliàs ſc.
ſ vel rem pignori dederit, *l.9. inſr.eod.*
t adde *l.4. C. de non numerata.*
u contracti, cùm eſſet filiusfamilias.
x An nondum ſolutam alteram partem ſoluere cogitur ? Id non videtur.
y vel ſoluerit, *l.7. in fin.eod.* vel ſe obligauerit, *l.2.C.eod.*
z Si filiusfamilias donatam ſibi pecuniam creditori ſoluerit, omnimodo pater eam repetit.Non enim filius eius alienationem habebat , niſi donator ea conditione donauerit, vt creditori ſolueret. *Syn. ibid.*

Nihil

NIhil intereſt, qu's filiofamiliàs crediderit vtrùm priuatus, an ciuitas *a*. nam in ciuitate quoque ſenatuſconſultum locum habere, Diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

De ſcientia patris.

16. *Paulus* lib. 4. Reſponſorum.

SI filiusfamiliàs abuente patre quaſi ex mandato *b* Seius pecuniam acceperit, cauiſſet, & ad patrem literas *c* emiſit, vt eam pecuniam in prouinciam *d* ſolueret: debet *e* pater, ſi actum filij ſui improbat, continuo *f* teſtationem interponere contrariæ voluntatis.

Si filiusfam. pecuniam mutuatus ſit, vt eam pro ſorore ſua in dotem daret.

17. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

FIliusfamiliàs ſi in id acceperit mutuam pecuniam *vt eam pro ſorore* g *ſua in dotem* h *daret* pater eius de in rem verſo actione tenebitur: ipſi enim, mortua in matrimonio puella, repetitio dotis *b*.. atur.

De fideiuſſore poſt mortem filijfam. accepto.

18. *Venuleius* lib. 2. Diſputationum.

CReditorem filiifamiliàs, mortuo eo, fideiuſſorem *c* accipere non † poſſe, Iulianus ſcribit: quia *d* nulla obligatio aut ciuilis aut naturalis ſuperſit, cui fideiuſſor accedat: planè à patre, eius actionis nomine, quæ de peculio aduerſus eum competat, fideiuſſorem rectè accipi.

De ſcientia vel ignorantia creditoris.

19. *Pomponius* lib. 7. ex variis Lectionibus.

IVlianus ſcribit, exceptionem ſenatuſconſulti Macedoniani nulli obſtare, niſi *e* qui ſciret *f* aut *g* ſcire potuiſſet, filiumfamiliàs eſſe eum, cui credebat.

De nouatione.

20. *Idem* lib. 5. Senatuſconſultorum.

SI is cui, dum in poteſtate patris eſſet, mutua pecunia data fuerat, paterfamiliàs *h* factus, per *i* ignorantiam facti, nouatione facta, eam pecuniam expromiſit: ſi petatur ex ea ſtipulatione, in factum excipiendum erit *k*.

a Macedoniani exceptio poteſt obiici, vt creditori priuato, ita & ciuitati: quod aduerſus eos facit, qui putant contractus ciuitatis vim legis habere.
b aliud eſt in minore: minor enim aduerſus filiumfamilias, reſtituitur vt in *l.11.in fi.ſ.de minor.* vnde colligitur, ciuitates ipſis minorib. minùs eſſe priuilegiatas.
c Literas qui recipit, coniunctionis fauore, præſumitur probare ea omnia quæ in literis comprehenſa, niſi continuo ſeu illico contradicat. adde *l.34.inf. mandati.* d *al.* in prouincia. e Probare enim actum is videtur qui non reiicit, qui contra non proteſtatur. *v. l.vnic ʃ. furti aduerſus nautas.* f Continuo hoc arbitrio iudicis finitur, vt recipienti literas non denegetur legendi, cogitandi & conſulendi peritiores tempus: veriſimilis enim conſenſus eſſe debet, qui præſumptioni legis innititur. Pone eum ad quem literæ ſcriptæ ſunt, literas ipſas recepiſſe, mortuo iam ſcribente, poteſt.n. id caſu euenire. Ancharanus 1. q. 48. negat, recipientem teneri, cum mortuo ſcribente, defendi poſſit ſcripturam eius non loqui. Quid ſi literæ, de quib. agitur, neque ſcriptæ manu propria mittentis, aut eius ſigno ſignatæ? Qui literas id genus recipit, non obligatur. Anchar. *ibid.* Quid ſi teſtib. præſentib. literæ traditæ, receptæ, lectæ? Recipientem & legentem obligari, niſi contra proteſtetur, putat Cepola *cautela* 24. g vt & pro filia, *l.7.§.2.ſ.eo.* h *ſub.* ſine liberis. vnde à contrario notant, Dotem profectitiam mortua muliere ad eius liberos pertinere, non ad eum qui dedit reuerti. dixi *ad Vlpianum* 6. §. 34.

a Dotem ſorori ſi filius accepta pecunia mutuò dederit, tenetur pater, quaſi creditum in rem eius verſum eſſe. Nam filia in matrimonio moriente, patri dotis repetitio datur. *Syn. Baſil.* 18. *Tit.* 4. *cap.* 10. & *ibi Cyrill. Scholiaſtes.*
b *ſub.* profectitiæ.
c *l.* 11. *l.* 12. *inf. de fideiuſſ.*
† Cur non poteſt quia hoc iure filius familiàs non habebat heredem: hodie habet: & ita fideiuſſor poteſt accipi. *Bald. hic.*
d Fideiuſſor eſſe non poteſt, niſi ciuilis, aut naturalis aliqua ſuperſit obligatio.
e *l.3. ſupr. eo.*
f Macedoniani exceptio rectè obiicitur creditori, qui ſciens filio familiàs credidit. g Paria ſunt ſcire aut ſcire potuiſſe. h Macedoniani exceptio competit ei qui cùm filiusfamiliàs mutuum accepiſſet, paterfamiliàs factus per errorem mutuum confirmauit: per errorem, hoc eſt, cum neſciret Macedoniani exceptionem ſibi competere. i *l. 8. ſ. eo.* ſecus ſi ſcienter. *l.vlt.C.eo.* Quid ſi ignorans ſoluit? non idem, *l.9. l.10. ſ. eod.* k quia imprudenter, non vt heres & ſciens: quemadmodum in *l.2.C.eo.* vt ita hæc lex cum *d.l.* concilietur.

LIBER QVINTVSDECIMVS.

DE *a* PECVLIO.

TITVLVS I.

Continuatio. 1. *Diuiſio.* 2. *Et verba edicti.* 3. *De ſexu.* 4. *Et ætate perſonæ peculiatæ.* 5. *Poteſtatis verbum quomodo accipitur.* 6. *De ſeruis propriis, vel alienis. De his qui bona fide ſeruiunt.*

Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

ORDINARIVM *b* prætor arbitratus eſt prius eos contractus exponere eorum, qui alienæ poteſtati ſubiecti ſunt, qui *c* in ſolidum tribuunt actionem: ſic deinde ad hunc peruenire, vbi de peculio datur actio.

1 ¶ Eſt autem triplex *d* hoc edictum: aut enim de peculio, aut de in rem verſo, aut quod iuſſu: hinc oritur actio.

2 ¶ Verba autem edicti talia ſunt: *Quod e cum eo, qui in alterius poteſtate eſſet negotium geſtum erat.*

3 ¶ De *eo* loquitur, non de *ea*: ſed *f* tamen & ob *g* eam, quæ eſt fœminini ſexus, dabitur ex hoc edicto actio.

4 ¶ Si cum impubere filiofamiliàs, vel ſeruo contractum ſit, ita dabitur in dominum, vel patrem de peculio, ſi *h* locupletius eorum peculium factum eſt.

5 ¶ *Poteſtatis i* verbum communiter accipiendum eſt, tam in filio *k*; quam in ſeruo.

6 ¶ Nec magis dominium ſeruorum eſſe ſpectandum, quàm facultatem *l* habendi eos: non *m* enim ſolùm ſeruorum propriorum nomine conueniemur, item communium, verùm *n* eorum quoque qui bona fide nobis ſeruiunt, ſiue liberi ſint, ſiue ſerui alieni.

De ſeruo cuius vſusfructus, vel vſus alienus eſt.

2. *Pomponius* lib. 5. ad Sabinum.

EX ea cauſa ex qua ſoleret ſeruus fructuarius, vel vſuarius adquirere, in eum, cuius vſusfructus, vel vſus ſit, actio duntaxat de peculio, cæteræque honorariæ dantur: ex reliquis *o* in dominum proprietatis.

De ſeruo nullius, veluti hereditario. 1. *De ſeruo ſubſtituto.* 2. *De ſexu.* 3. *Et ætate* 4. *Et furore domini.* 5. *De interuentione ſerui pro alio.* 7. *De eo qui pro filio vel ſeruo alterius fideiuſſit vel ſoluit.* 8. *De compromiſſo, vel condemnatione ſerui.* 9. *De interuentione.* 10. *Compromiſſo.* 11. *Condemnatione filij.* 12. *De condictione furtiua. de actione rerum amotarum.* 13. *De filiofamiliàs duumuiro qui rem pupilli ſaluam fore caueri non curauit.*

3. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

LIcèt tamen prætor *ſi cum eo qui in poteſtate ſit, geſtum ſit*, polliceatur *a* actionem, tamen ſciendum eſt, & ſi in nullius ſit poteſtate *b*, dari de peculio actionem: vtputa, ſi cum ſeruo hereditario *c* contractum ſit ante aditam hereditatem.

1 ¶ Vnde Labeo ſcribit: & ſi ſecundo, tertióve gradu ſubſtitutus ſit ſeruus, &, deliberantibus primis heredibus, cum eo contractum ſit, mox, repudiantibus eis, ipſe *d* liber, heréſque extiterit, poſſe dici, de peculio eum conueniri, & de in rem verſo.

2 ¶ Patui autem refert *e*, ſeruus quis maſculi, an *f* alterius fuerit. Nam de peculio & mulier conuenietur.

3 ¶ Pedius etiam impuberes dominos de peculio obligari ait: non enim cum ipſis impuberibus contrahitur, vt tutoris auctoritatem ſpectes.

2 Idem adiicit, pupillum *g* non poſſe ſeruo peculium conſtituere, nec tutoris auctoritate

4 ¶ In furioſi *h* quoque curatorem dicimus dandam de peculio actionem. Nam & huius ſeruus peculium habere poteſt: non ſi fuerit conceſſum vt habeat: ſed *i* ſi non fuerit prohibitum, ne habeat,

5 ¶ Si filiusfamiliàs *k*, vel ſeruus pro aliquo fideiuſſerint *l*, vel aliàs interuenerint *m*, vel mandauerint, tractatum eſt, an ſit de peculio actio? Et eſt verius, in ſeruo cauſam *n* fideiubendi, vel mandandi ſpectandam: quam ſententiam & Celſus libro ſexto probat in ſeruo fideiuſſore: ſi igitur quaſi *o* interceſſor ſeruus interuenerit, non *p* rem peculiarem agens, non obligabitur dominus de peculio.

6 ¶ Iulianus quoque libro duodecimo Digeſtorum ſcribit, ſi ſeruus mandauerit, *vt creditori meo ſolueretur*, referre ait, quam cauſam mandandi habuerit. Si pro creditore ſuo ſolui *q* mandauit, eſſe obligatum dominum de peculio: quòd ſi *r* interceſſoris officio functus ſit non obligari dominum de peculio.

7 ¶ Cui congruit, quod idem Iulianus ſcribit: ſi à filio meo fideiuſſorem accepero, quidquid à fideiuſſore accepero, id me, non de in rem verſo, ſed de peculio actione mandati præſtaturum. Idem accipias & in ſerui fideiuſſore. Idémque, ſi alius mihi pro filio meo debitore ſoluiſſet.

¶ Quod ſi filius meus debitor non fuiſſet, exceptione doli fideiuſſorem vſurum: &, ſi ſoluiſſet, condicturum ſcribit.

a 4. C. 26. & §. 4. *inſtit. quod cum eo qui in aliena:* adde *lib. 33. ʃ. tit. 8.*
b i. ordine fieri, vt *l.1.ſ. de poſſ. hæred. pet.* ex ordine, *l.1.ſ. de fideic. hæred. pet.*
c *v. l.1. ſup. quod cum eo.*
d Edictum de peculio triplex, id eſt, Ex hoc edicto poteſt tripliciter agi aduerſus dominum vel patrem.
e De peculio actionē habet, qui cum ſeruo vel ancilla contrahit. *Syn. Baſil.* 18. *tit.* 5. *c.* 1.
f *Maſculi* appellatione fœmina hic continetur.
g *l.27. inf. eod. l.5. §.2. ſ. de tributoria. l.11. Cod. quod cum eo.*
h Si qui contraxit filiusfamiliàs aut ſeruus impubes eſt, tunc competit hæc actio, cùm peculium locupletius factum eſt. *Synopſis ibid.* vide *l.11.C.eo. l.10.ſ. de inſtitoria:* adde *l.6.§.7. ſupr. de negot.*
i *Poteſtatis* verbo continentur ſerui proprij, communes, alieni bona fide poſſeſſi, fructuarij: ſed & domini vtriuſque ſexus maiores, minores, furioſi.
k Peculij actio datur ex contractu filij & ſerui.
l vide quæ notaui ad *l.25. §.3.ſ. de noxalib.*
m *Syn. Baſil. ib.*
n *l.1. in fin. ſupr. de tributoria.*
o Imò, ex omnibus in fructuarium, *l.49.§.1.ʃ.eod.*

a Actio de peculio datiua eſt *Bart.*
b extraneus, *v.l.* 28. *in fin. inf. de ſtipul. ſeruorum.* nam res hereditariæ, antequam aliquis heres extat, nullius in bonis ſunt. *v.l.1.§. de rer. diu.*
c Hereditarius ſeruus ante aditam hereditatem eſt in poteſtate heredis, iure, nō facto. Nam hereditas factum non habet, *l. ſi prædio* 15. *inf. de in diem: l.1.§. Scæuola: ʃ. ſi quis teſtamento liber.* adde *l.31. inf. de heredib. inſtituendis.* Atque ita verbum *poteſtatis* in edicto poſitum in *l.1.§.2.ſ. eo.* locum habet in eo qui in nullius eſt poteſtate, ſi factum ſpectes. Nam hereditas iure repræſentat heredem.
d *l.30.§.1. inf. eo.*
e facit *l.3.§.1. inf. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.*
f Verbum alterius locum habet in ſexu vtroque.
g *l.7.§.1.ʃ. eod.*
h Libellus in perſonam curatoris concipitur, quoties agitur in furioſum.
i Peculium concedit non tantùm is qui nominatim concedit, ſed & qui non prohibet ne peculiū habeatur. Igitur nō prohibere ne quid habeas, & concedere concedere eſt.
k *l.5.C. quod cum eo.*
l Fideiubentis, interuenientis, & mandantis ſimilitudo.
m *Negotium geri* dicitur cùm quis fideiubet, interuenit, mandat. n Cauſa fideiubendi & mandandi ſpectanda. o §.6. ʃ. eo. *l.20. inf. de fideiuſſ.* p extra cauſam peculiarem. q *l.47.§.1.ʃ.eo. l.30.§.1.ſ. de pactis.* r §.5 ʃ. eo.

8 ¶ Si ſeruus cùm ſe pro libero gereret, compro- miſerit *a*, quæritur an de peculio actio ex pœna *b* compromiſſi quaſi ex negotio geſto danda ſit: ſicuti traiectitiæ *c* pecuniæ datur? Sed hoc & Neruæ filio, & mihi videtur verius *d*, ex compromiſſo ſerui non *e* dandam de peculio actionem, quia *f* nec, ſi *g* iudicio condemnetur ſeruus, datur in eum actio.

9 ¶ Sed ſi filius fideiuſſor, vel quaſi interuentor acceptus ſit, an de peculio patrem obligat, quæritur: & eſt vera Sabini & Caſſij ſententia exiſtimantium, ſemper *h* obligari *i* patrem de peculio: & diſtare *k* in hoc à *l* ſeruo.

10 ¶ Quare ‖ & ‖ ex compromiſſo *m* pater tenebitur: & ita Papinianus quoque libro nono Quæſtionum ſcribit: nec intereſſe ait, ex qua cauſa compromiſerit, vtrùm ex ea cauſa, ex qua potuit cum patre de peculio agere: an verò ex ea, qua non potuit, cùm ex ſtipulatu pater conueniatur.

11 ¶ Idem ſcribit, iudicati quoque patrem de peculio actione teneri. Quod ‖ & ‖ Marcellus putat, etiam eius actionis nomine, ex qua non potuit pater de peculio actionem pati. Nam ſicut *n* ‖in‖ ſtipulatione contrahitur cum filio, ita *o* iudicio contrahi. proinde *p* non *q* originem *r* iudicij ſpectandam, ſed ipſam iudicati velut obligationem *ſ*. Quare & ſi quaſi defenſor condemnatus ſit, idem putat.

12 ¶ Ex furtiua cauſa *t* filio quidem familias conueniri in patrem, vel in dominum de peculio danda eſt, quæritur, & eſt verius, in quantum *x* locupletior dominus factus eſſet, ex furto facto actionem de peculio dandam. Idem Labeo probat: quia * iniquiſſimum eſt, ex furto *y* ſerui dominum locupletari *z* impunè. Nam & circa *a* rerum amotarum actionem, filiæfamiliàs nomine, in id, quod ad patrem peruenit, competit actio de peculio.

13 ¶ Si filius familiàs duumuir *b* pupilla rem ſaluam fore caueri non *c* curauit, Papinianus libro nono Quæſtionum, de peculio *d* actionem competere ait. Nec quicquam mutare arbitror, an *e* voluntate patris decurio factus ſit. Quoniam rempub. ſaluam fore pater obſtrictus eſt *f*.

Quid ſit peculium. 1. De nuda voluntate domini. 2. De ignorantia & voluntate domini. 4. Si opem ferente ſeruo, extraneus furtum fecerit. 5. Si ære alieno dominico exhauriatur peculium. 6. De peculio vicarij.

4. *Pomponius* lib. 7. ad Sabinum.

PEculij * eſt, non id, cuius ſeruus ſeorſum à domino rationem habuerit; ſed *g* quod dominus ipſe ſeparauerit, ſuum à ſerui ratione diſcernens. Nam cùm ſerui peculium totum adimere, vel augere, vel minuere dominus poſſit, animaduertendum eſt, non quid ſeruus, ſed quid dominus, conſtituendi ſeruilis peculij gratia fecerit.

1 ¶ Sed hoc ita verum puto, ſi debito ſeruum liberare *h* voluit dominus: vt, etiamſi nuda voluntate remiſerit *i* dominus, quod debuerit, deſinat ſeruus debitor eſſe: ſi vero nomina ita fecerit dominus, vt quaſi debitorem ſe ſeruo faceret, cùm ‖ re vera ‖ debitor non eſſet, contrà puto: re *k* enim, non verbis ‖, peculium augendum eſt.

2 ¶ Ex his apparet, non *a* quid ſeruus ignorante domino habuerit, peculij eſſe: ſed quod volente: alioquin & quod ſubripuit ſeruus domino, fiet ‖ peculij, quod non eſt verum.

3 ¶ Sed ſæpe fit, vt *b* ignorante domino, incipiat minui ſerui peculium, veluti cùm damnum domino dat ſeruus, aut furtum *c* facit.

4 ¶ Si, opem *d* ferente ſeruo meo, furtum mihi feceris: id ex peculio deducendum *e* eſt, quo minus ob rem ſubreptam conſequi poſſim.

5 ¶ Si ære alieno dominico exhauriatur peculium ſerui: res tamen in cauſa peculiaria *f* manent *g*: nam ſi aut ſeruo donaſſet debitum dominus, aut nomine ſerui alius domino intuliſſet, peculium ſuppletur, nec eſt noua conceſſione domini opus.

6 ¶ Non *h* ſolùm id in peculio vicariorum *i* ponendum eſt, cuius rei à domino, ſed etiam id, cuius ab eo, cuius in peculio ſint, ſeorſum rationem habeant.

De depoſito. 1. De precario. 2. De iureiurando. 3. Etymologia. 4. Et definitio peculij.

5. *Vlpianus* libro 29. ad Edictum.

DEpoſiti *k* nomine, pater *l*, vel dominus *m* dumtaxat de peculio conueniuntur, & ſi quid dolo malo eorum captus ſum.

1 ¶ Sed etſi precario res filiofamiliàs, vel ſeruo *n* data ſit, dumtaxat de peculio pater, dominúſve obligantur.

2 ¶ Si filiusfamiliàs iuſiurandum detulerit, & iuratum ſit, de peculio danda eſt actio, quaſi *o* contractum ſit. Sed *p* in ſeruo diuerſum *q* eſt.

3 ¶ *Peculium* dictum eſt, quaſi puſilla *r* pecunia, ſiue patrimonium *ſ* puſillum.

4 ¶ Peculium autem Tubero quidem ſic definit *t*, (vt Celſus lib. ſexto Digeſtorum refert) quod ſeruus domini permiſſu *u*, ſeparatum *x* à rationibus dominicis habet *y*, deducto *z* inde, ſi quid domino debetur.

6. *Celſus* lib. 6. Digeſtorum.

DEfinitio peculij, quam Tubero expoſuit, ‖ vt ‖ Labeo ait, ad vicariorum *a* peculia non pertinet. Quod falſum eſt. Nam eo *b* ipſo, quòd dominus ſeruo peculium conſtituit, etiam vicario conſtituiſſe exiſtimandus eſt.

1. De domino pupillo vel furioſo, de libera adminiſtratione peculij. 2. De ſcientia domini. 3. De ætate & furore peculiati. 4. Quæ in peculio computantur.

7. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

QVam Tuberonis *c* ſententiam & ipſe Celſus probat.

1 ¶ Et adiicit pupillum *d* vel furioſum conſtituere quidem peculium ſeruo non poſſe. Verùm *e* ante conſtitutum (id eſt ante furorem, vel à patre pupilli) non adimetur ex his cauſis: quæ ſententia vera eſt. Et congruit cum eo, quod Marcellus apud Iulianum notans adiicit, poſſe fieri, vt ex dominis ſeruus peculium habeat, apud alterum non. vt putà ſi alter ex dominis furioſus ſit, vel pupillus: ſi, vt quidam (inquit) putant, peculium ſeruus habere non poteſt, niſi concedente domino. ego autem puto, non eſſe opus concedi peculium à domino ſeruum habere: ſed *f* non adimi, vt habeat. alia eſt cauſa peculij liberæ adminiſtrationis: nam *g* ‖ hæc ‖ ſpecialiter *h* concedenda eſt.

2 ¶ Scire *i* autem non vtique ſingulas res debet *k*, ſed παχυμερέςερον, id eſt *pinguius*: & in hanc ſententiam Pomponius inclinat.

3 ¶ Pupillum autem, tam filium, quàm ſeruum peculium habere poſſe, Pedius libro quintodecimo ſcribit, cum ‖ in ‖ hoc (inquit) totum ex domini conſtitutione pendeat. Ergo & ſi furere cœperit ſeruus, vel filius, retinebunt *m* peculium.

4 ¶ In peculio autem res eſſe poſſunt omnes, & mobiles, & ſoli: vicarios *n* quoque in peculium poteſt habere, & vicariorum peculium: hoc amplius *o*, & *p* nomina *q* debitorum.

5 ¶ Sed & ſi quid furti actione ſeruo deberetur, vel alia actione, in peculium computabitur. hereditas quoque, & legatum, vt Labeo ait.

6 ¶ Sed & id, quod dominus ſibi debet, in peculium

---

a Compromiſſa obligari non poteſt qui iudicio obligari non poteſt. Seruus compromittere in arbitrum non poteſt.
b Nullum quod eſt compromiſſum, pœnam committi non facit. Pœnam itaque non præſtat, qui compromiſſo, quod nullum ſit, non ſtat.
c i. ſicuti teneretur dominus, ſi ſeruo traiectitia pecunia credita fuiſſet. *l.* 1. §. 16. *ſ. de exercitoria.* ratio diuerſitatis eſt, quod negotiis priuatis domini, ſeruus intereſſe poteſt iudiciis, non poteſt, *vt hic*: *l.* 13. *ſ. ſi quis cautionibus.*
d De peculio actio non datur in dominum ex compromiſſo ſerui cum pœna, *vt hic.*
e *l.* 32. §. 8. *ſ. de arbitr.*
f ergo & ex interceſſionis cauſa fideiuſſor à ſeruo datus non tenetur. vide in hanc *l.* Cuiac. 8 *obſ.* 11. Interim hic argumentum ſumitur à iudiciorum ratione ad arbitria & compromiſſa: vt qui iudicio obligari non poſſunt, iidem non poſſint etiam obligari compromittendo: ſed nec eum cõpromittere poſſe, qui mandatum negotij gerendi habeat.
h Actio de peculio nõ datur in dominum, ex eo ipſo quod ſeruus eius ſuſcepit iudicium.
h Eadem numero eſt obligatio, qua tenentur pater & filius.
i niſi filius donauerit, *l.* 28. *in fi. ſ. de pact. l.* 2. *j. de donat.* k de peculio actio non datur in dominum ex fideiuſſione ſerui: & in eo diſtat ſeruus à filio, qui patrem actione de peculio obligat, ſiue contrahat, ſiue fideiubeat, ſiue compromittat, etiam ſine conſenſu patris.
l qui dominũ de peculio tenus non ſemper obligat fideiubendo. *l.* 19. *j. de fideiuſ.*
m Compromittere filius poteſt etiam ſine conſenſu patris, *vt hic.* licèt in iudicio eſſe non poſſit ſine conſenſu patris, *l. vlt.* §. *neceßitatem. C. de bonis quæ liberis.*
n iudicij & ſtipulationis ſimilitudo.
o In iudicio, quaſi contrahitur, *vt hic.* vt & per iuſiurandum *l.* 5. §. 2. *j. eod.*
p In iudicio duplex contractus eſt, inſtantiæ, quæ fit per litis conteſtationem debiti, per ſententiam. Conteſtatio litis, origo iudicij: finis, iudicatum ſeu ſententia, *l.* 11. *in fi. j. de nouat. l.* 5. *C. de nouat.*
q Imò non origo iudicij, ſeu titulus actionis, ſed ipſa iudicati obligatio ſeu debiti cauſa reſpicitur, *l.* 69. *j. de fideiuſſ.*
r Subſtituta & ſubrogata actio non ſemper eiuſdem eſt naturæ, cuius ea actio eſt, cui fit ſubrogatio. ſ Sententia obligationem parit.
t *l.* 5. *ſ. de condict. furtiua.* u *l.* 58. *j. de reg. iur.*
x *l.* 4. *ſup. de condict. furtiua*: *l.* 16. *j. de vi & vi.*
y Actio de peculio non datur ex maleficio, niſi qua peculium locupletius eſt.
z Locupletari ex furto ſerui dominos iniquiſſimum.
a citra, *vulgata*: adde *l.* 3. §. 4. *j. rer. amot. l.* 19. *ſup. de condict. furt.*
b *v. l.* 1. *in fi. j. de magiſt. conuen.* c & ita litem ſuam fecit. d tantùm.
e adde *l.* 3. *C. ne vxor. l.* 1. *C. quod cum eo qui in aliena.*
f non rem pupilli v. in hanc *l.* Cuiac. 7. *obſ.* 31.
g *v. l.* 5. §. *vlt. j. eod.* peculij natura tota atque conditio à voluntate & deſtinatione vnius, id eſt, ipſius domini dependet. Vnde non continuo peculium erit, quod ſeruus ipſe habet ſeorſim à ratione domini, ſed quod ipſe dominus peculium eſſe voluit. Peculium ſola voluntate domini conſtituitur, interueniente vera traditione, vel ficta. h Liberationis & obligationis differentia eſt. Hæc facti excuſationem requirit, non illa. i Remittere eſt dare, *Bart. arg. l.* 10. *in fin. ſup. de condict. cauſ. dat.* k Peculium re non verbis augendum. Verbis auget peculium dominus, quoties ſe peculij debitorem facit, cum non ſit ipſe debitor: re auget, cum debitum remittit ſeruo peculium habenti. Remittere, dare eſt. Qui remittit, donat. Cui debitum mittitur, peculium auget. *l.* 8. *j. eod. v. l.* 26. *j. de donationib.*

a Peculium domino ignorante conſtitui non poteſt, licèt deminui poſſit.
b Peculium minuit ſeruus delinquendo: cùm ex delicto obligetur.
c *v. l.* 9. §. 1. *inf. de pecu. leg.*
d Peculium delicto minuit ſeruus, non tantùm cùm furtum facit, ſed & cum opem fert furtum facienti.
e adde *l.* 11. §. 6. *j. eod.*
f *al.* peculiari.
g Ius vniuerſale minui poteſt, etſi corpora ipſa vniuerſitatis non minuantur.
h In peculio voluntas domini & ſerui ordinarij inſpicitur.
i *l.* 6. *j. eod.*
k Peculio tenus obligantur patres & domini ex filiorum vel ſeruorum depoſito, precario, iuramento.
l *l.* 1. §. 42. *inf. depoſiti*: *l.* 3. §. 4. *ſup. commodati.*
m *l.* 26. *j. eod.*
n *l.* 13. *j. de preca.*
o per iuſiurandum quaſi contrahitur, ſicut per ſententiam. *Bal.* adde *l.* 3. §. 11. *ſup. eo.*
p Argumentum à liberto ad ſeruum corruit data diſſimilitudine, *din. l.* 1. §. 1. *ſup. ſi ce. tum.*
q Imò, idem & in ſeruo, *l.* 23. *j. de iureiurando.*
r facit *l.* 79. *j. de leg.* 3. Peculium, pecunia præſidij cauſa repoſita, *d. l.* 79. interdum vniuerſitas εἰστικῶς vniuerſæ facultates, *l.* 16. *j. ad Trebell.* quod olim Romæ maximi reditus & cenſus in pecore. *ſa. ro.* Eſt & peculium patrimonium parſimonia quæſitum.
l. 39. *j. eod.*
ſ *l.* 39. *j. eod.*
t vide Theophil. §. 10. *Inſt. de act.*
u i. voluntate, *l.* 4. §. 2. *ſ. eod.*
x *l.* 4. *ſ. eo.*
y traditum, vel nuda voluntate, de *l.* 4. *j. eo.*
z *l.* 53. *inf. ſoluto.*
a *l.* 4. *in fin. ſup. &* *l.* 6. §. 2. *inf. de pecul. legato.*
b Peculium qui ordinario ſeruo conſtituit idem & ordinarij ſerui vicario peculium conſtituiſſe intelligendus eſt.
c *l.* 5. *in fin. l.* 6. *ſup. eod.* d *l.* 3. §. 3. §. 4. *ſup. eod.*
e Furore domini ſuperueniente, peculium ſeruo adimi non intelligitur.
f Peculium conſtituitur non tantùm ſi conceditur, ſed & ſi non adimitur.
g Procurator vt habeat liberam, oportet dominum ei liberam concedere. *Bald.*
h Specialiter libera rei adminiſtratio concedenda eſt ſeruo peculiato, vt & procuratori. i Scientia duplex. Vna ſpecialis & exacta rerum etiam ſingularum. Altera generalis. qua παχυμερέςερον, id eſt, pinguius & ſolutius res ſcimus. k vide *l.* 49 *in pr. j. eod.*
l hoc Latino verbo vtitur Iuriſconſultus, *l.* 49. *in fi. inf. de re iud. l.* 14. *inf. de excep. rei iud. pinguius* autem, eſt craſſius, ſolutius, non ita exactè ac ſpecialiter.
m Furore patris peculiatus filiusfamilias peculium non amittit, *vt hic*, eodem modo furore domini, ſeruus peculium non amittit. §. 1. *ſupr. eod.*
n & ſic res mouentes. o Mobilium & immobilium appellatione, nomina non continentur: hæc enim tertiam rerum ſpeciem conſtituunt. adde *legem mouentium* 93. *inf. de verb. ſign.* p & ſic res incorporales. q *v. l.* 25. *inf. ſoluto.*

habebitis

habebit, ſi fortè in domini rationem impendit *a*, & dominus ei debitor manere voluit: aut ſi debitorem eius dominus conuenit. Quare ſi fortè ex ſerui emptione euictionis nomine, duplum dominus exegit, in peculium ſerui erit conuerſum, niſi fortè dominus eo propoſito fuit, vt nollet hoc eſſe in peculium ſerui.

7 ¶ Sed & ſi quid ei conſeruus *b* debet, erit peculij, ſi modò ille habeat peculium, vel "prout" habebit.

De nuda voluntate domini, & de traditione.

8. *Paulus* lib. 4. ad Sabinum.

NOn *c* ſtatim, quod dominus voluit ex re ſua peculij eſſe, peculium fecit: ſed *d* tradidit, aut, cum apud eum eſſet, pro *e* traditio habuit, deſiderat enim res naturalem dationem: Contra *f* autem, ſimul atque noluit peculium ſerui, deſinit peculium eſſe.

Si dominus. 1. vel conſeruus damnum, vel furtum fecerit. 2. De eo quod debetur domino. 3. aut his qui ſunt in eius poteſtate. 4. aut tutela, aut cura, vel quorum negotia adminiſtrant. 5. Si creditor ſuccedat ei, qui tenetur de peculio. 6. De cauſis ex quibus ſeruus domino debet. 7. De damno dato à ſeruo in ſua perſona. 8. De eo quod dominus debet, aut præſtitit pro ſeruo.

9. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SEd ſi damnum ſeruo dominus dederit, in peculium hoc non imputabitur; non magis, quàm ſi ſubripuerit *g*.

1 ¶ Planè ſi conſeruus dedit *h* damnum vel ſubripuit, in peculium videtur haberi: & ita Pomponius libro 11. ſcribit. Nam & ſi quid dominus ab eo qui rem peculiarem ſubripuit, vel conſecutus eſt, vel conſequi poteſt *i*, in peculium eſſe ei imputandum, Neratius libro 2. Reſponſorum ſcribit.

2 ¶ Peculium *k* autem deducto *l*, quod *m* domino debetur, computandum eſſe: quia præueniſſe *n* dominus, & cum ſeruo ſuo egiſſe *o* creditur.

3 ¶ Huic definitioni Seruius adiecit, *Et ſi quid his debeatur, qui ſunt in eius poteſtate,* quoniam hoc quoque domino deberi nemo ambigit.

4 ¶ Præterea id etiam deducetur, quod his perſonis debetur, quæ ſunt in tutela, vel cura domini, vel patris: vel quorum negotia adminiſtrant, dummodo dolo careant. Quoniam & ſi *p* per dolum peculium vel ademerint, vel imminerint, tenentur: Nam ſi ſemper præuenire dominus, & agere videtur, cur non dicantur etiam hoc nomine eum ſecum *q* egiſſe, quo "nomine" vel tutelæ, vel negotiorum geſtorum, vel vtili actione tenebitur. Nam vt eleganter Pedius ait, ideo hoc minus in peculio eſt, quod *r* domino, vel patri debetur, quoniam *ſ* non eſt veriſimile *t* dominum id concedere ſeruo in peculium habere, quod ſibi debetur, Sanè cùm ex cæteris cauſis *u* ipſum à *x* ſemetipſo exegiſſe dicimus, qui negotia vel tutelam geret, cur non etiam in ſpecie peculiari exegerit, quod exigi debuit? defendendum igitur erit, quaſi *y* ſibi eum ſoluere, cum quis agere de peculio conabitur.

5 ¶ Sed & creditor ſerui, qui heres extitit domino eius, deducit de peculio, quod ſibi debetur, "ſi conueniatur," ſiue libertatem ſeruus acceperit, ſiue non. Idémque & ſi legatus ſit purè ſeruus. Nam quaſi præuenerit, & ipſe ſecum egerit, ſic deducet, quod ſibi debetur, licèt nullo *z* momento dominium in manumiſſo, vel legato purè habuerit: & ita Iulianus libro 12. ſcribit.

¶ Certè ſi ſub conditione ſeruus libertatem acceperit, minus dubitanter Iulianus eodem loco ſcribit, heredem deducere. Dominus enim factus eſt. Ad defenſionem ſententiæ ſuæ, Iulianus etiam illud affert, quod, ſi ei, qui poſt mortem *a* ſerui, vel filij, intra annum potuit conueniri de peculio, heres extitero, proculdubio deducam *b*, quod mihi debetur.

6 ¶ Siue autem ex contractu *c* quid domino debeat, ſiue ex rationum reliquiis, deducet dominus. Sed ſi ex delicto ei debeat, vtputa ob furtum, quod fecit, æquè deducetur.

¶ Sed eſt quæſtionis, vtrum ipſa furti æſtimatio, id id eſt "id" ſolum, quod domino abeſt, an verò tantum, quantum, ſi alienus ſeruus commiſiſſet, id eſt, cum furti pœnis? ſed prior ſententia verior eſt, vt ipſa furti æſtimatio ſola deducatur.

7 ¶ ei *d* ipſe ſeruus ſeſe *e* vulnerauit, non debet hoc damnum deducere, non magis, quàm ſi ſe occiderit, vel præcipitauerit: licet *f* enim * "etiam" ſeruis naturaliter *g* in ſuum corpus ſæuire. Sed ſi *h* à ſe vulneratum ſeruum dominus curauerit, ſumptuum nomine debitorem eum domino puto effectum. Quanquam ſi ægrum eum curaſſet, rem ſuam potius egiſſet.

a venit autem in hanc actioné quod in rem domini verſum eſt, *l. 19. in fin. ȷ. de in rem verſ.*
b *l. 9. §. 2. l. 17. in fin. ȷ. eo. l. 8. §. 2. ȷ. de peculio legato.*
c ſeparata à rationibus domini quæ dicantur.
d Peculium conſtituitur traditione naturali, vel quaſi: adimitur verò etiam nudis verbis, *l. 4. §. 1. in fin. ſ. eod. l. 26. ȷ. de donat.*
e Pro tradito habetur quod quaſi traditur, vt ſi rem meam eſſe apud te patior.
f Facilior eſt peculij ademptio, quàm datio. Hæc naturalem rationé requirit, *vt ſ.* illa ſimul atque noluit dominus, ſit.
g *v. l. 9. §. 1. ȷ. de peculio legato.*
h *l. 9. §. 1. ȷ. de pecul. leg.*
i *l. 11. §. 2. ȷ. eo.*
k Deducere ſeu deduxiſſe ex peculio quando dominus dicatur: & quibus ex perſonis deducat.
l dominus enim priuilegium habet in peculio ſerui, *l. 3. in pr. ſ. de tributoria.*
m Peculium intelligitur eo deducto quod domino debetur.
n Qui deducit, cœpiſſe intelligitur.
o *l. 11. §. 2. ȷ. eo.* Cur ita? *v. §. 4. ȷ. eo.*
p *l. 21. in pr. ȷ. eo. leg. 19. ȷ. de in rem verſo.*
q ſecum agere quis interdum dicitur.
r *l. 6. §. 4. ȷ. de peculio legato.*
ſ In peculio ſerui eſſe non videtur, quod ipſi domino debetur.
t Veriſimilia quoque in cauſis decidendis ſequimur.
u puta negotiorum geſtorum, *l. 6. in fin. l. 8. l. 38. ſ. de neg. geſt.*
y Quaſi ſibi ſoluit, qui debitori ſuccedit.
z Legatæ rei dominium nullo momento eſt penes heredem. Nam legata recta via ab eo qui legauit, tranſeunt ad eum cui legata ſunt, *l. 64. in fin. ȷ. de furtis.*
a vel manumiſſionem *l. 6. ȷ. qui & à quib. manum.*
b *§. vlt. ȷ. eo.*
c *l. 30. ȷ. de act. empt. l. 5. §. 7. ȷ. de tributoria.*
d Hoc modo ſeruus nocet domino: verum hic modus facti eſt, non iuris, vt dixi *l. 3. C. de pact.*
e *vt l. 23. §. 3. ȷ. de ædilitio edicto.*
f Atqui nemo dominus eſt membrorum ſuorum, *l. liber homo 13. ſ. ad l. Aquil.* Licet, i. diligentia domini vix id prohiberi vel impediri poteſt.
g Naturaliter in ſeipſum ſæuit, qui ſe vulnerat.
h Ex peculio ſerui dominus deducit id omne quod impendit in ſeruum, qui ſeipſum vulnerauit, curando: at non quod impendit in eum ægrum tantum curandum.

8 ¶ Item deducetur de peculio, ſi *a* quid dominus ſerui nomine obligatus eſt, aut præſtitit obligatus. Item ſi quid ei creditum eſt iuſſu domini. Nam hoc deducendum Iulianus lib. 12. Digeſtorum ſcribit. Sed hoc ita demum verum puto, ſi non in rem domini, vel patris, quod acceptum eſt, peruenit: alioquin ſecum debebit compenſare. Sed & ſi pro ſeruo fideiuſſerit, deducendum Iulianus libro 12. Digeſtorum ſcribit. Marcellus autem in vtroque, ſi nondum quicquam domino abſit, * melius *b* eſſe ait, præſtare creditori, vt *c* caueat "ille," refuſurum ſe, ſi quid præſtiterit dominus hoc nomine conuentus; quam ab initio deduci: vt medij temporis interuſurium magis creditor conſequatur.

¶ Sed ſi de peculio conuentus dominus, condemnatus eſt, debebit in ſequenti actione de peculio deduci. Cœpit enim dominus, vel pater iudicati teneri. Nam & ſi quid ſerui nomine non condemnatus præſtitiſſet creditori, etiam hoc deduceret.

De occupatione.

10. *Gaius* libro 9. ad Edictum Prouinciale.

SI verò adhuc in ſuſpenſo eſt prius iudicium de peculio, & ex poſteriore iudicio res iudicaretur, nullo modo debet prioris iudicij ratio haberi in poſteriore condemnatione: quia * in actione de peculio occupantis *d* melior eſt conditio. Occupare autem videtur, non qui prior litem conteſtatus eſt, ſed qui prior *e* ad *f* ſententiam iudicis.

De iudicio noxali. 1. Si dominus pro ſeruo, aut ſeruus domino promiſerit. 2. Si ſeruus à debitore dominico exegerit. 3. An idem debitum ſæpius deducatur. 6. An dominus de peculio deducat. quod aliunde conſequi poteſt. 7. De ſeruo vendito cum peculio. 8. Si quis ſeruum emerit, cum quo contraxerat. 9. An dominus deducat quod alij debetur.

11. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SI noxali iudicio conuentus dominus, litis *g* æſtimationem obtulerit, de peculio deducendum eſt: quod ſi noxæ dederit, nihil eſt deducendum *h*.

1 ¶ Sed & ſi quid dominus ſoluturum ſe ſerui nomine repromiſit *i*, deduci oportebit. Quemadmodum ſi *k* quid domino ſeruus pro debitore expromiſerat.

¶ Idem eſt & ſi pro libertate quid domino expromiſit: quaſi debitor domino, ſit effectus, ſed ita demum, ſi manumiſſo *l* eo agatur.

2 ¶ Sed ſi à debitore dominico ſeruus exegerit, an domini debitorem ſe fecerit, quæritur. Et Iulianus libro 12. Digeſtorum, non *m* aliter dominum deducturum, ait, quàm ſi ratum habuiſſet, quod exactum eſt. Eadem & in filiofam. dicenda erunt. Et puto veram Iuliani ſententiam. * naturalia *n* enim debita ſpectamus in peculij deductionem: eſt autem naturæ æquum, liberari filium, vel ſeruum obligatione eo *o* quod indebitum videtur exegiſſe.

3 ¶ Eſt autem quæſtionis, an id, quod dominus ſemel *p* deduxit, cum conueniretur, rurſus ſi conueniatur de peculio, eximere debeat. An verò veluti ſolutum ei videatur, ſemel facta deductione? Et Neratius & Nerua putant. Item Iulianus lib. 12. ſcribit, ſi *q* quidem abſtulit hoc de peculio, non debere deduci, ſi verò eandem poſitionem *r* peculij reliquit, debere eum deducere *ſ*.

4 ¶ Denique ſcribit, ſi ſeruus vicarium *t* quinque valentem in peculium habuit, & domino quinque deberet, pro quibus vicarium dominus deduxiſſet, & mortuo poſtea vicario alium eiuſdem pretij ſeruus comparauerit, non deſinere domini eſſe debitorem, quaſi vicarius ille domino deceſſerit. Niſi forté, cum eum ſeruo ademiſſet, & ſibi ſoluiſſet. tunc deceſſerit.

5 ¶ Idem rectè ait, ſi cùm vicarius valeret decem, dominus conuentus de peculio, quinque pro ſeruo præſtitiſſet, quoniam quinque debebantur; mox vicarius deceſſiſſet, aduerſus alium agentem de peculio, decem dominum deducturum, quia "&" in eo quod iam pro eo ſoluit, debitorem ſeruum ſibi fecerit. Quæ ſententia vera eſt; niſi ſeruo ademit vicarium, vt ſibi ſolueret.

6 ¶ Quod autem deduci debere diximus *u* id, quod debetur ei, qui de peculio conuenitur: ita accipiendum eſt, ſi non *x* hoc aliunde conſequi potuit.

7 ¶ Denique Iulianus ſcribit, venditorem qui ſeruum cum peculio vendidit, ſi de peculio conueniatur, non debere deducere, quod ſibi debetur. Potuit enim hoc ex ratione peculij detrahere, & nunc condicere quaſi indebitum. Quoniam non *y* eſt in peculio, quod domino debetur, poteſt (inquit) etiam ex vendito agere: quod ita erit probandum, ſi *a* tantùm fuit in

a Ex peculio ſerui vel filij deducit pater vel dominus id quod ſerui vel filij nomine præſtitit, aut præſtare cogitur, niſi ſuperiores perſonæ id in rem patris, vel domini verterint. *§. 6. ſ. eo.*
b Hæc duo verba *melius eſſe*, Hotom. putat ſupereſſe 15. *obſ. 16.*
c *l. 52. in fin. eo. l. 5. in fin. ſ. de pet. her. l. 2. §. 1. ȷ. de coll. bon.*
d Occupantis melior eſt conditio, vbi æqua omnium conditio eſt, *l. 52. ȷ. eo. l. 6. ſ. de tributoria, l. 3. ſ. quod cum eo qui in aliena.*
e *l. 14. ſ. de noxalibus act. l. 9. ȷ. de verb. oblig.*
f qui prior ſententiam obtinuit.
g De peculio ſerui deducit dominus litis æſtimationem noxali iudicio præſtitam, ſeu id quod noxali iudicio ſerui nomine conuentus præſtitit, *vt hic.* An idem ſi ſeruum ipſum pro noxa dederit? non idem: *verſ. quod ſi noxæ.*
h in hoc caſu: ſed in vicario diſtingue ex *l. 16. ȷ. de peculio legato.*
i De peculio ſerui deducit dominus quod ſerui nomine expromiſit.
k De peculio deducit dominus quod ſeruus ipſe pro alio debitore apud ipſum dominum expromiſit: ſed & ſi quid domino pro libertate obtinenda compromiſit.
l *ſub.* inter viuos: ne obſtet *l. denique 8. his conſequenter, 5. ȷ. de peculio legato.*
m *v. l. 9. §. 1. ſ. eo.*
n non ciuilia, *l. 41. l. 49. in fin. ȷ. eo.*
o *l. 9. §. 2. ſ. eo.*
p Semel re & verbo deductum ex peculio, amplius deduci non poteſt: verbis vero tantum deductum, deduci poſtea poteſt.
q Re ex peculio deducit, qui aufert ex peculio debitum: verbis tantum, qui eandem poſitionem peculij relinquit.
r *Poſitio eadem peculij*, eſt idem ſtatus peculij, apud Albericum à quibuſdam legitur, *poſſeſſionem.* Cæterum idem ſtatus peculij eſt, cùm nihil
h Idum deductum eſt per dominum. ſ quia videtur eam partem in compenſationem deſtinaſſe, *l. 13. ȷ. de compenſationibus.*
t Vicarius, ſerui ordinarij ſeruus. *Scholiaſt. Syn. Baſ. 18. Tit. 5. c. 16. Theoph. §. 1. Inſt. quod cum eo.* u *l. 9. §. 2. ſ. eo.* x De peculio deduci non poteſt, quod aliunde alia ve actione dominus poteſt conſequi, *l. 4. §. antepen. ſ. eod.*
y In peculio non eſt, quod domino debetur.

peculio, cùm venderet, vt ſatisfacere debito dominus
poſſit. Cæterùm ſi poſtea quid acceſſit, conditionibus
debiti exiſtentibus, quod dominus non diſtraxerat *b*,
contra erit dicendum.

8 ¶ Idem ſcribit ſi quis ſeruum, cuius nomine de
peculio habebat actionem, comparaſſet, an poſſit de-
ducere, quod ſibi debetur, quoniam *c* aduerſus vendi-
torem habeat actionem de peculio? Et rectè ait poſſe
Nam & quivis alius poteſt eligere, vtrum cum em-
ptore *d*, an cum venditore ageret. Hunc igitur eligere
pro actione deductionem. Nec video quid habeant
creditores, quod querantur, cùm poſſint ipſi vendito-
rem conuenire, ſi quid fortè putant eſſe in peculio.

9 ¶ Non ſolùm autem, quod ei debetur, qui conue-
nitur, deducendum eſt, verumetiam ſi *e* quid ſocio
eius debetur. Et ita Iulianus libro 12. Digeſtorum
ſcribit. Nam * qua ratione in ſolidum alteruter con-
uenitur, pari ratione deducere eum oportet, quod al-
teri debetur quæ ſententia recepta *f* eſt.

12. *Iulianus* lib. 12. Digeſtorum.

QVia hoc caſu etiam cum eo agi poteſt, penes
quem peculium non eſt.

13. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SEd in emptore, & venditore vera non eſt. Item in
fructuario, & proprietario, & cæteris, qui *g* non
ſint ſocij, & in domino, & bonæ fidei emptore. Nam
& Iulianus libro 12. ſcribit, neutrum horum deduce-
re id quod alteri debetur.

14. *Iulianus* lib. 12. Digeſtorum.

ITem cum teſtamento; præſenti die ſeruus liber eſſe
iuſſus eſt *h*, cum omnibus heredibus *i* de peculio
agendum *k* eſt. nec quiſquam eorum amplius dedu-
cet, quàm quod ipſi debeatur.

1 ¶ Item cùm ſeruus viuo domino mortuus eſt,
deinde domino intra annum plures *l* heredes reliquit,
& de peculio actio, & deductionis ius ſcinditur *m*.

15. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SEd ſi duo ſint bonæ fidei poſſeſſores: adhuc dicen
dum erit, neutrum plus deducturum, quàm quod ſi-
bi debetur. Idémque & ſi duo ſunt fructuarij. quia
nullam *n* inter ſe habent ſocietatem. Idem dicetur
interdum & in ſociis: ſi fortè ſeparata apud ſe peculia
habeant: vt alter alterius peculij nomine non conue-
niatur: Cæterùm ſi commune ſit peculium, & in ſoli-
dum conuenientur, & deducetur quod vtrique de-
betur.

Quibus caſibus peculium ſerui communis non eſt commune.

16. *Iulianus* lib. 12. Digeſtorum.

QVis *o* ergo caſus eſt, quo peculium ſerui commu-
nis ad alterum ex dominis ſolùm pertineat? ni
primis, ſi quis ſerui partem dimidiam vendiderit, nec
peculium ei conceſſerit. *p* Deinde ſi quis ſeruo com-
muni pecuniam, vel res aliquas ea mente dederit *q*, vt
proprietatem eorum retineret; adminiſtrationem au-
tem ſeruo concederet: Marcellus notat.

¶ Eſt etiam ille caſus, ſi alter ademerit, vel ſi omni
quidem modo conceſſerit dominus: ſed in *r* nomini-
bus erit conceſſio. *ſ*

De peculio vicarij & ordinarij.

17. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SI ſeruus meus ordinarius *t* vicarios habeat. id quod
vicarij mihi debent, an deducam ex peculio ſerui
ordinarij? & prima illa quæſtio eſt, an hæc peculia in
peculio ſerui ordinorij computentur. & Proculus, &
Atilicinus exiſtimant *, ſicut ipſi vicarij *u* ſunt *x* in
peculio, ita etiam peculia eorum. & id quidem quod
mihi dominus *y* eorum id eſt ordinarius ſeruus debet,
etiam ex peculio eorum detrahetur. Id verò, quod
ipſi vicarij debent, dumtaxat ex ipſorum peculio. Sed
ſi quid non mihi, ſed ordinario ſeruo debent, deduce-
tur de peculio eorum, quaſi conſeruo debitum. Id ve-
rò quod ipſis debet ordinarius ſeruus, non *a* deduce-
tur de peculio ordinarij ſerui: quia peculium eorum in
peculio ipſius eſt: & ita Seruius reſpondit *o* ſed pecu-
lium eorum augebitur *b*, vt opinor, quemadmodum ſi
domiuus *c* ſeruo ſuo debeat.

18. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

CVi conſequens eſt, vt ſi Sticho *d* peculium ſuum
legatum ſit, iſque ex teſtamento agit: non aliter
cogetur id. quod vicarius eius teſtatori debet, relin-
quere; niſi is, id eſt vicarius, peculium habeat.

1. De ſeruo datali, aut fructuario, aut bona fide à duobus poſſeſſo.
2. De fructuario & domino, de duobus dominis.

19. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

HInc quæritur, ſi ordinarij ſerui nomine actum
ſit de peculio, an agi poſſit & vicariorum. & puto
non poſſe. Sed ſi actum ſit de peculio vicarij, agi po-
terit & de peculio ordinarij *e*.

1 ¶ Poteſt eſſe apud me duplicis *f* iuris peculium,
vt putà ſeruus eſt dotalis *g*, poteſt habere peculium,
quod ad me reſpiciat: poteſt, & quod ad mulierem.
Nam * quod *h* ex re mariti quæſiit, vel ex operis ſuis *i*,
id ad maritum pertinet. Et ideo ſi reſpectu *k* mariti
heres ſit inſtitutus, vel ei legatum datum, id eum non
debere reſtituere, Pomponius ſcribit. Si igitur me-
cum agatur ex eo contractu qui ad me reſpicit,
vtrum omne deducam, quodquod debetur mihi, ſiue
ex mea cauſa, ſiue ex ea, quæ ad vxorem reſpicit. an
verò ſeparamus *l* cauſas, quaſi in duobus peculiis, vt
& cauſa debiti, quod petitur, ſpectetur? vt ſiquidem ex
eo peculio agatur, quod ad mulierem ſpectat, id de-
ducam, quod ex eo contractu debeatur: ſi ex eo
contractu, qui ad me reſpicit, meum deducam?

¶ Quæ quæſtio dilucidius eſt in fructuario *m* tracta-
ta: vtrum ex eo demum contractu poteſt de peculio
conueniri, quod ad ſe pertinet, an ex omni? & Mar-
cellus etiam fructuarium teneri ſcribit, & ex omni
contractu *n*. eum enim, qui contrahit, totum ſerui pe-
culium, velut patrimonium, intuitum. Certè illud ad-
mittendum omnino dicit, vt priore conuento ad
quem res reſpicit, in ſuperfluum is cui quæſitum non
eſt, conueniatur. Quæ ſententia probabilior eſt, & à
Papiniano probatur. Quod & in duobus bonæ fidei
emptoribus erit dicendum. Sed in marito melius eſt
dicere, ſimpliciter eum de peculio teneri: Sin autem
maritus, huiuſmodi ſerui nomine, aliquid præſtiterit
o, an aduerſus mulierem agentem dotis nomine de-
ducere id poſſit? Et ait, ſi id quod creditori præſti-
tum eſt. Ad vtriuſque generis peculium pertinebit,
pro rata vtrique peculio decedere debere: ex quo in-
telligi poteſt, ſi ad alterum peculium contractus per-
tinebit, modò ſoli vxori detrahi, modò non detrahi, ſi
ad id peculium pertinuit contractus, quod apud mari-
tum reſedit.

2 ¶ Interdum *p* & ipſi *q* fructuario *r* aduerſus do
minum datur actio de peculio: vtputà ſi apud eum
habeat peculium: apud ipſum verò aut nihil, aut mi-
nus, quàm fructuario debetur. Idem etiam contra *ſ*
eueniet: quamuis in duobus dominis ſufficiat pro ſo-
cio *t*, vel communi diuidundo actio.

20. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

NAm inter ſe agere ſocij de peculio non poſſunt.

De doli domini. 1. Vel tutoris, vel curatoris, vel procuratoris. 2. vel venditoris, vel defuncti. 3. Ante vel poſt iudicium acceptum. 4. Si recuſetur actio de peculio.

21. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SVmma cum ratione etiam hoc peculio prætor im-
putabit, quod dolo *u* malo domini factum eſt, quo
minus in peculio eſſet.

¶ Sed *dolum malum* accipere debemus, ſi ei ademit
peculium: ſed & ſi eum intricare *x* peculium in ne-
cem creditorum paſſus eſt, Mela ſcribit dolo malo
eius factum. Sed & ſi quis, cùm ſuſpicaretur alium ſe-
cum acturum, aliò peculium auertat, dolo non caret.
Sed ſi alij ſoluit, non dubito de hoc, quin non tenea-
tur: quoniam creditori ſoluitur: & * licet creditori vi-
gilare *y* ad ſuum *z* conſequendum.

a facit *l.* 35. §. 1. §. 2. ſ. *de negotiis.*
b *al.* detraxerat, & ita notat quoque legi Albericus.
c Excipere de iure tertij, niſi ab eo cauſam habeat, neminem poſſe hinc Baldus colligit.
d *l.* 32. §. *pen.* ĵ. *eo.*
e Ex peculio ſocius deducit, non tantum quod ſibi debetur, ſed & quod ſocio: vbi nimirum communio ei cum ſocio eſt rui prius & eius peculij, ſecus ſi vel ſerui, vel peculij vel vtrius eſt cõmunio, *l.* 51. *circa fin.* ĵ. *eod. l.* 4. ſ. *de tributor.*
f Inter Iuriſconſultos, in foro & iudicando.
g veluti quod pariter eis donata ſit vel legata, §. 3. *Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contractu.*
h *ſub.* à domino peculij nomine obligato.
i *ſub.* domini.
k *ſub.* pro parte hereditaria
l adde *l.* 30. §. 1. ĵ. *eodem.*
m quia ſeruus deſiit eſſe communis, *m d.* §. 3. *v. l.* 25 §. 16. ſ. *fam.*
o *l.* 38. §. 2. ĵ. *eo. v.* Bart. *in l. ſolutum* 11. §. *per liberam* ſ. *de pignoratitia.*
p debet enim ſpecialiter concedi. Nam quoties ſeruus venit cum peculio, non diſtrahitur, *v. l.* 39. ĵ. *de contrah. empt.*
q *v. l.* 37. §. 1. ĵ. *de acq. rer. dom.*
r Obligationes & nomina non ita transferuntur vt iura realia, *l.* 1. *in fin. l.* 2. *l.* 3. ĵ. *pro ſocio.* Cur ita? obligationes & actiones magis inhærent perſonæ.
ſ Ceſſio nominum facienda eſt: v. quæ ſcripſi ad *l.* 3.
t Seruus ſerui & peculium eius ſunt primi ſerui: (primus ſeruus hic, ordinarius: ſeruus ſerui, vicarius dicitur) Quod igitur domino debetur à primo ſeruo, ex eius quoque peculio deducitur, qui ſerui ſeruus eſt: quod autem à ſeruo ſerui debetur, non ex primi ſerui, ſed ex ipſius tantùm peculio deducitur, ſiue domino, ſiue primo ſeruo debeat. Quòd autem primus ſeruus ſeruo ſuo debet non deducitur illud quidem, ſed eius tamen qui ſerui ſeruus eſt peculium auget: quemadmodum ſi dominus ſeruo ſuo debeat, *Syn. Baſ. & ibid. Scholiaſtes* 18 *tit.* 5. *c.* 16.
* *l.* 4. *in fin. l.* 6. ſ. *eod. l.* 6 § 2. ĵ. *de pecul. leg. ito.* §. 4. *in fi. Inſt. quod cum eo qui in aliena*, adde *l.* 5. ĵ. *de euictionib.* adde quæ ſcripſi *ad l.* 2. *C. qui manumittere.*
u Vicarius vnà cum ſuo peculio, in peculio eſt ſerui ordinarij,
x peculiares inde ſerui dicti. *l.* 21. ĵ. *de pecul. leg.*
y Eſt igitur ordinarius dominus vicarij, i. veluti dominus, ſicuti pæculium eſt quaſi patrimonium ſerui, *l.* 39. ĵ. *eo.* Aliæ ſunt in iure naturalia nomina alia ciuilia *Peculium* eſt naturale nomen: *patrimonium*, ciuile. *Contubernium* naturale: *matrimonium* ciuile. *Cognatio*, naturale: *Agnatio*, ciuile: veluti dominus, inde vicarius. Siue vicarius eſt qui ſeruo paret, vti mos veſter ait, ſeu conſeruus. Horat. 2. *ſerm* 7. quam, quia conſeruus eſt alter alteri. Et aliò loco, Conſeruus vili portanda locabit in arca. Cuiacius 8. *ad Africanum ad legem* 38. §. 2. *infrà eodem.*

a Imò non deducendum ex vicarij peculio, quod conſeruo debetur, *l.* 5. §. 1. ſ. *de Tributoria.*
b huiuſmodi debito *l.* 7. *in fin.* ſ. *eo.*
c Seruus ordinarius, ſerui ſui vicarij quaſi dominus: vnde notant, dominum dici nuda ratione præminentiæ ſeu prærogatiuæ. Inde rurſus notant vxorem domina & magiſtra relicta, dominium rei non intelligi ei relictum, ſed vſumfructum tantum.
d *l.* 38. §. 2. ĵ. *eo.*
e quia maiori ſummæ ineſt minor, *v. l.* 6. §. 3. *in fin.* ĵ. *eodem.*
f Peculium duplici iure apud aliquem eſſe poteſt.
g De peculio ſerui dotalis maritus tenetur indiſtinctè: ſiue eius, ſiue vxoris ſit peculium in ſeruo.
h Mariti eſt quidquid dotalis ſeruus ex re ipſius vel operis ſuis acquiſiuit.
i & ſic fructus ſerui dotalis mariti eſt, *l. vlt.* ĵ. *ſoluto matrimonio.*
k Contemplatione cuius quidque fiat conſiderandum, vt ecce dotalis ſeruus non ipſius domini ſed eius mariti contẽplatione heres inſtitutus eſt, quid ei legatum eſt, id non domino, ſed eius domino acquiritur.
l ſeparantur. Nam quæ ſerui dotales ex quacunque cauſa (niſi ex re mariti vel operis ſuis) acquiſierunt, ad mulierem pertinent, *l. vnic.* §. 9. *C. de rei vxor. act.*
m De peculio ſerui fructuarij, quemadmodum quis teneatur.
n imo, non ex omni, *l.* 2. *in fin.* ĵ. *eo.*
o & ita crediderim *v. l.* 27. §. 6. ĵ. *eo.*
p *vt l.* 37. *in fi.* ĵ. *d.*
q De peculio actio datur fructuario contrahenti cum ipſo ſeruo fructuario peculium proprietatis domino habente.
r *ſub.* qui contraxit cum ſeruo peculium hebente à proprietario.
ſ De peculio ſerui fructuarij aduerſus fructuarium dominum experiri poteſt qui proprietatem in ſeruo habet: quoties proprietarius ipſe contraxit cum ipſo ſeruo fructuario, peculium habente ab ipſo fructuario domino.
t *l.* 27. *in fin.* ĵ. *eod.*
u Actio de peculio datur in id quod dolo conuenti deſiit eſſe in peculio, *l.* 8. §. 4. ſ. *eo. l.* 26. §. 6. ĵ. *eod.* Dolo facit qui rem in alium transfert cùm ſuſpicatur alium acturum.
x Dolo facere videtur dominus, qui ſeruum intricare peculium patitur, *v. l.* 17. §. 1. ĵ. *quæ in fraudem creditorum*, *l. vlt. in fin.* ĵ. *de ſtip. ſeruorum.*
y Vigilare creditoribus licet ad ſuum conſequendum, *v. l.* 24. *in fin.* ĵ. *quæ in fraudem creditorum.*
z ſuum, id eſt, ſibi debitum.

a ¶ Si

1 ¶ Si *a* dolo tutoris, vel curatoris furioſi, vel procuratoris factum ſit, an pupillus, vel furioſus, vel dominus de peculio conueniatur, videndum? & puto, ſi ſoluendo tutor ſit, præſtare pupillum ex dolo eius. maximè ſi quid ad eum peruenit. & ita Pomponius libro octauo epiſtolarum ſcribit. idem‖&‖in curatore, & procuratore erit dicendum.

2 ¶ Emptor autem ex dolo venditoris non tenebitur, nec heres, vel alius ſucceſſor: niſi in id, quod ad ſe peruenit.

3 ¶ Siue autem poſt iudicium acceptum *b*, ſiue antè dolo factum ſit, continetur officio iudicis.

4 ¶ Si dominus, vel pater recuſet de peculio actionem, non eſt audiendus, ſed cogendus *c* eſt, quaſi aliam quamuis perſonalem actionem ſuſcipere.

De cautione damni infecti ædium peculiarium nomine. De iudicio noxali, vicarij nomine.

22. *Pomponius* libro 7. ad Sabinum.

SI damni infecti, ædium peculiarium nomine, promiſerit dominus, ratio eius haberi debet. & ideo *d* ab eo, qui de peculio agit, domino cauendum eſt.

23. *Idem* lib. 9. ad Sabinum.

ÆDium autem peculiarium nomine in ſolidum damni infecti promitti debet *e*: ſicut vicarij nomine noxale iudicium in ſolidum pati. quia *f* pro pignore eas ſi non defendantur, actor‖abducit, vel‖poſſidet.

De curatore furioſi.

24. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

CVrator *g* furioſi adminiſtrationem peculij *h* & dare, & denegare poteſt tam ſeruo furioſi, quàm filio.

De veſtimentis ſeruo conceſſis.

25. *Pomponius* lib. 23. ad Sabinum.

ID veſtimentum *i* peculij eſſe incipit, quod ita dederit dominus, vt eo veſtitu ſeruum perpetuò *k* vti vellet: eóque nomine ei traderet, ne quis alius eo vteretur, idque ab eo eius vſus, gratia cuſtodiretur. ſed quod veſtimentum ſeruo dominus ita dedit vtendum, vt non ſemper, ſed ad certum vſum, certis temporibus eo vteretur, veluti cum ſequeretur eum, ſiue cœnanti miniſtrabit, id veſtimentum non eſſe peculij.

De dolo domini.

26. *Paulus* libro 30. ad Edictum.

SI ſemel ex ea cauſa, ‖id eſt‖quod dolo *l* fecerit, dominus præſtiterit de peculio conuentus, cæteris ex eadem cauſa nihil *m* præſtabit *n*. Si tantundem ſeruus ei debeat, quantum dolo minuit, non erit condemnandus. his conſequens erit, vt, manumiſſo quoque, vel alienato ſeruo, ex cauſa‖etiam‖ doli intra annum teneatur.

De ancilla & filiafamil. 1. Quid deducit heres. 2. De ſeruo alienato. 8. De ſeruo communi.

27. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

ET ancillarum *o* nomine *p*, & filiarumfamiliàs in peculio actio datur. maximè ſi qua ſarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat, datur propter eam actio. depoſiti quoque & commodati *q* actionem dandam earum nomine Iulianus ait: ſed & tributoriam *r* actionem, ſi peculiari merce, ſciente patre, dominóve, negotientur, dandam eſſe. longè magis non dubitatur, & ſi in rem verſum eſt, quod iuſſu *ſ* patris, dominíve contractum ſit.

1 ¶ Conſtat heredem domini id *t* quoque deducere debere, quod ſeruus, cuius nomine cum eo de peculio ageretur, ante *u* aditam hereditatem ex bonis hereditariis amouiſſet, conſumpſiſſet *x*, corrupiſſet.

2 ¶ Si ſeruus alienatus ſit, quamuis in eum, qui alienauerit, intra annum prætor de peculio actionem polliceatur, tamen nihilominus & in nouum dominum actio datur. & nihil intereſt, aliud apud eum adquiſierit peculium, an quod pariter, cùm ‖eum emerit, vel ex donatione acceperit, eidem conceſſerit.

3 ¶ Illud quoque placuit, (quod & Iulianus probat) omnimodo permittendum creditoribus *y*, vel in *z* partes cum ſingulis agere, vel cum vno in ſolidum.

4 ¶ Sed ipſi *a*, qui vendiderit ſeruum, non putat Iulianus de eo, quod ante venditionem crediderit, eum emptore de peculio agere permittendum.

5 ¶ Sed & ſi alieno credidero, eúmque redemero, deinde alienauero, æquè non putat mihi in emptorem dari debere ‖ iudicium. ‖

6 ¶ In *a* venditorem autem dumtaxat intra annum poſt redemptionem numerandum, de eo, quod adhuc alieno crediderim, dandam eſſe mihi actionem exiſtimat: deducto *b* eo, quod apud me peculij ſeruus habebit.

7 ¶ Sicut autem de eo, quod *c* ipſe crediderim ſeruo meo, non putat Iulianus in emptorem, alienato eo, actionem mihi dari debere: ita & de eo, quod ſeruus meus ſeruo meo crediderit: ſi is, cui creditum fuerit, alienatus ſit, negat permitti mihi debere cum emptore experiri.

8 ¶ Si quis cum ſeruo duorum *d*, pluriúmve contraxerit, permittendum eſt ei, cum quo velit dominorum in ſolidum experiri. * eſt enim iniquum in plures *e* aduerſarios diſtringi *f* eum, qui cum vno contraxerit: nec huius dumtaxat peculij ratio haberi debet, quod apud eum, cum quo agitur, is ſeruus haberet: ſed & eius, quod apud alterum. Nec tamen res damnoſa futura eſt ei, qui condemnatur, cùm poſſit rurſus ipſe iudicio ſocietatis *g*, vel communi *h* diuidundo, quod amplius ſua portione ſoluerit, à ſocio ſociiſve ſuis conſequi: quod Iulianus ita locum habere ait, ſi apud alterum quoque fuit peculium: quia eo caſu, ſoluendo *i* quiſque etiam ſocium ære alieno liberare videtur. at ſi nullum ſit apud alterum peculium, contra eſſe. quia nec liberare vllo modo ære alieno eum intelligitur.

28 *Iulianus* lib. 11. Digeſtorum.

QVare & ſi ſocio neque heres, neque bonorum poſſeſſor extitiſſet, eatenus damnari debet is, cum quo actum fuerit, quatenus *k* peculium apud eum erit, & quantum ex bonis conſequi poteſt.

Si plures creditores domino ſuccedant. 1. De prohibitione domini.

29. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SI quis ſeruum teſtamento *liberum eſſe* iuſſerit, relictis heredibus his, qui cum ſeruo contraxerunt, poſſunt inter ſe coheredes vel de peculio agere: quia de eo quiſque peculio, quod apud eum eſſet, quolibet alio agente teneatur.

1 ¶ Etiam ſi prohibuerit *l* contrahi cum ſeruo dominus, erit *m* in eum de peculio actio.

Quo tempore ſpectatur an ſit in peculio de actione ad exhibendum, vel in rem. 1. Quatenus tenetur heres. 4. Si ſæpius agatur. 5. De ſeruo vendito. 6. Si dolus obiiciatur domino. 7. Vel heredi.

30. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

QVæſitum eſt, an teneat actio de peculio, etiam *n* ſi nihil ſit in peculio, cùm *o* ageretur: ſi *p* modò ſit rei iudicatæ tempore? Proculus, & Pegaſus, nihilominus teneri, aiunt. intenditur enim rectè, etiam ſi nihil ſit in peculio.

¶ Idem & circa ad exhibendum, & in rem actionem placuit. quæ ſententia & à nobis probanda eſt.

1 ¶ Si cum ex parte *r* herede domini, vel patris agatur, dumtaxat de peculio condemnandum: quod apud eum heredem ſit, qui conuenitur. idem & de in *ſ* rem verſo pro parte. niſi ſi quid in ipſius heredis rem vertit. nec quaſi vnum ex ſociis eſſe hunc heredem conueniendum: ſed pro parte dumtaxat.

2 ¶ Sed ſi ipſe ſeruus ſit *t* heres ex parte inſtitutus, æquè cum eo agendum erit.

3 ¶ Sin vero filius ſit, quamuis ex pprte inſtitutus, nihilominùs in ſolidum actionem patietur. ſed ſi velit pro parte nomen coheredis redimere, audiendus eſt. quid enim, ſi in rem patris verſum ſit? cur non conſequatur filius à coherede, quod in patris re eſt? idem, & ſi peculium locuples ſit.

4 ¶ Is, qui ſemel *u* de peculio egit, rurſus, aucto peculio, de reſiduo debiti agere poteſt.

5 ¶ Si annua exceptione *x* ſit repulſus à venditore creditor, ſubueniri ei aduerſus emptorem debet. ſed ſi alia exceptione, hactenus‖ſubueniri, ‖vt deducta ea quantitate, quam à venditore conſequi potuiſſet, ab emptore reſiduum conſequatur.

6 ¶ In dolo obiiciendo temporis ratio habetur. fortaſſis enim, poſt *y* tempus de dolo actionis, non patietur dolum malum obiici prætor: quoniam *z* nec de dolo actio poſt ſtatutum tempus datur.

7 ¶ In heredem *a* autem doli clauſula in id, quod ad eum peruenit, fieri debet: vltra non.

31. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

SEd ſi ipſe heres dolo fecit, ſolidum præſtat.

Electione vnius ex pluribus non habentibus communionem ſerui, & peculij, alij liberantur: ſed de æquitate in reſiduo cæteri tenebuntur: & quantum ſit in peculio, ſententiæ tempore inſpicitur. Bartolus.

---

a Ex dolo tutoris & curatoris, procuratoris, & breuiter, geſtoris, quis tenetur, quatenus locupletior factus eſt.

b *l. 7. §. 11. ſ. de pactis.*

c Inuitum libello reſpondere, & litem conteſtari quemque cogi hoc ex loco notant.

d *l. 5. l. 6. ſ. de tributoria.*

e quia ædes cum decidunt quaſi deliquiſſe videntur, *l. 7. §. 1. inf. de damno.*

f Decretum primum & ſecundum in cauſa noxali interponi in re mobili, hinc Iacobus Aretinus & Baldus colligunt aduerſus Gloſſam *l. item ſi ſeruum 6. ſ. de Publiciana. & in l. iubere 4. ſ. de iuriſd. arg. l. quæ legatorum 14. ĩ. vt in poſſeſſ.*

g iunge ex eodem libro 1. *l. 8. ſupr. de adopt. l. 4. inf. de diuortiis. l. 9. ĩ. de ritu.*

h non poteſt autem ipſum peculium dare *l. 3. §. 3. in fin. §. 4.* & arg. *l. 7. §. 1. ſ. eo.*

i Peculij ea veſtis eſt, quàm dominus ſeruo dederit, vt ea ſolus ipſe perpetuo vteretur, & apud ipſum eius vſus, gratia cuſtodiretur. Si verò ad certum vſum, certúmve tempus dedit, vt ea ſcilicet vteretur, quum eum ſequeretur, vel miniſtraret, non eſt peculij. *Syn. Baſ. 18. tit. 5. c. 22.*

k i. quandiu durabit. Nam alioquin veſtimenta vſu deteruntur. §. *. *Inſt. de vſufr.* vide quæ ſcripſi ad *l. 66. inf. ſoluto.*

l putà, minuerit, auerterit, conſumpſerit peculium, *l. 21. ſupr. eo.*

m Compenſationem hic ipſo iure fieri notat Albericus.

n quia ipſo iure pluſquam ſemel deberi non poteſt. *l. 18. ĩ. de verb. obl. l. 57. ĩ. de reg. iur.*

o De peculio actio aduerſus patrem vel dominum datur, etiam ancillarũ & filiarum nomine. *l. 3. §. 2. ſ. eo. l. 5. §. 2. ſup. de tributoria.*

p *l. 14. ſupr. de negotiis.*

q *l. 3. §. antepenul. in fin. ſupr. commodati.*

r *d. l. 5. §. 2. ſupra de tributo.*

ſ *l. 1. §. quod iuſſu.*

t id eſt æſtimationem.

u *l. 1. infr. ſi is qui teſtamento.*

x *leg. 1. inf. ſi is qui teſtamento.*

y *l. 13. in fin. ſupra eodem*

z De peculio actio creditori datur contra ſerui peculiati venditorem & emptorem. in partes, ſi cum ſingulis: in ſolidum, ſi cum vno egerit.

a Actio de peculio datur venditori ſerui aduerſus eius emptorem, non de eo quod ante venditionem cum ſeruo contraxit, ſed quod poſt.

a Actio de peculio quatenus emptori ſerui detur aduerſus eiuſdem ſerui venditorem.

b *l. 15. in fin. ſ. eo. l. 37. in fin. l. 47. §. antepen ĩ. eod.*

c Vbi eſt communio ſerui & peculij, quilibet poteſt conueniri in ſolidum, *Bart.*

d Actione de peculio in ſolidum quis tenetur, vbi ſerui & peculij eius communionẽ cum alio habet.

e In plures aduerſarios diſtringi iniquum eſt.

f *Diſtringendi* verbum reperitur in *l. 2. ſup. de exercit. l. vlt. inf. rem pupilli, l. 5. §. 7. inf. iudicatum ſolui.*

g *l. 19. in fin. ſup. eod.*

h Quod vnus ſociorum plus parte ſua ſoluit, poteſt id à ſocio communi diuidundo repetere. *l. 8. in fin. ſup. com. diuidundo.*

i Soluendo pro ſocio, ſocius ſocium liberat.

k *l. 1. §. 8. ĩ. quando de peculio actio annalis eſt. l. 1. §. 10. inf. de dote prælegata.*

l Inuitum etiam dominus ſeruus actione de peculio obligat. *l. 47. infra eod.*

m *l. 47. inf. eo.* Imò non erit, quia nouo pacto, in deterius cauſam domini reformare ſeruus non poteſt *l. 3. C. de pact.* & prohibitio domini obſtat. *l. 17. §. 4. ſ. de inſtitoria.*

n *l. 14. ſ. de negotiis.*

o *v. l. 1. ſ. de in litem iur. l. 61. ſ. de iudiciis.*

p *l. 16. ſ. de pet. hered. l. 27. § 1. ſ. de rei vindic.*

q Peculij quantitas, ſeu quantum in peculio ſit, inſpicitur tempore rei iudicatæ.

r *l. 14. in pr. ſupra eod.*

ſ *l. 32. ĩ. eod.*

t *l. 3. §. 12. ſ. eod.*

u De peculio actor iterum experiri poteſt, qui prima actione vel non ſolidum exegit, vel nihil exegit cùm nihil eſſet in ipſo peculio.

x Exceptio authori competens in ſucceſſorem non tranſit, ſi in perſona ipſius authoris deficiat cauſa exceptionis.

y imo, ſine temporis præfinitione de dolo replicari poteſt. *l. 6. C. de exceptionibus.* & actio de dolo in heredem datur *l. 17. ſupr. de dolo.* Cuiacius *in d. l. 17.* negat *l. 17.* de replicatione doli intelligendam.

z Replicationi ita præſcribitur, vt actioni: & ita æquè tempore finiuntur replicationes, vt actiones.

a Actio de peculio datur in heredem; quatenus locupletior factus eſt.

An vno conuento cæteri liberentur. 1. Quo tempore ſpectatur quantitas peculij. 2. De ſeruo vendito.

32. *Vlpianus* lib. 2. Diſputationum.

SI ex duobus, vel pluribus heredibus eius, qui ma-numiſſo ſeruo, vel libero eſſe iuſſo, vel alienato, vel mortuo intra annum conueniri poterat, vnus fuerit conuentus, omnes heredes liberabuntur: quamuis non in maiorem quantitatem eius peculij, quod pe-nes ſe habet, qui conuenitur, condemnetur. idque ita Iulianus ſcripſit. Idémque eſt & ſi in *a* alterius rem fuerit verſum. Sed & ſi plures ſint fructuarij, vel bonæ fidei poſſeſſores, vnus conuentus cæteros liberat: quamuis non maioris peculij, quàm penes ſe eſt, con-demnari debeat. Sed (ſi) licet hoc iure *b* contingat, tamen æquitas *c* dictat, iudicium in eos dari, qui oc-caſione iuris *d* liberantur. vt *e* magis eos perceptio, quàm intentio *f* liberet. nam * qui cum ſeruo con-trahit, vniuerſum peculium eius quod vbicumque eſt *g*, veluti *h* patrimonium, intuetur.

1 ¶ In hoc autem iudicio, licèt reſtauretur præce-dens *i*, tamen & augmenti, & deceſſionis rationem haberi oportet. & ideo, ſiue hodie nihil ſit in peculio, ſiue acceſſerit aliquid, præſens ſtatus peculij ſpectan-dus eſt. Quare circa venditorem quoque, & empto-rem, hoc nobis videtur verius, quod acceſſit peculio, poſſe nos ab emptore *k* conſequi: nec retrorſus, velut in vno iudicio, ad id tempus conuentionem reducere emptoris, quo venditor conuentus ſit.

2 ¶ Venditor ſerui, ſi cum peculio ſeruum vendi-derit, & tradiderit peculium, ne intra annum quidem de peculio conuenietur. neque enim hoc pretium ſerui, peculium eſt, vt Neratius ſcripſit.

33. *Iauolenus* lib. 12. ex Caſſio.

SEd ſi quis ſeruum ita vendidit, vt pretium pro pe-culio acciperet, * penes *l* eum videtur eſſe pecu-lium, ad quem pretium peculij peruenit.

34. *Pomponius* lib. 12. ex variis lectionibus.

NOn penes quem res peculiaris ſit.

35. *Iauolenus* lib. 12. ex Caſſio.

AT cùm heres iuſſus eſt peculium dare, accepta certa ſumma, non videtur *n* penes heredem eſſe peculium.

De contractibus bo. fid. & dolo.

36. *Vlpianus* libro 2. Diſputationum.

IN bonæ fidei contractibus *o* quæſtionis eſt, an *p* de peculio, an in ſolidum pater, vel dominus teneren-tur: vt eſt in actione de dote agitatum, ſi filio dos da-ta ſit, an pater dumtaxat de peculio conueniretur? Ego autem arbitror, non ſolum de peculio, ſed & ſi quid præterea dolo malo patris *q* capta fraudatáque eſt mulier, competere actionem. nam ſi habeat res, nec reſtituere ſit paratus, æquum eſt eum, quanti ea res eſt, condemnari. nam quod in ſeruo, cui res pi-gnori *r* data eſt, expreſſum eſt, hoc & in cæteris bo-næ fidei iudiciis accipiendum eſſe, Pomponius ſcrip-ſit. namque ſi ſeruo res pignori data ſit, non ſolum de peculio, & in rem verſo competit actio: verùm, hanc quoque habet adiectionem, *& ſi quid dolo malo do-mini captus fraudatúſque actor eſt.* * videtur autem dolo facere dominus, qui *ſ* cùm haberet reſtituendi facul-tatem, non vult reſtituere.

Si pater creditori filij ſuccedat & hereditatem vendat. 1. De ſeruo vicarium emente pecunia domini. 2. De venditione ſerui communis. 3. De ſeruo cuius vſusfructus alienus eſt.

37. *Iulianus* lib. 12. Digeſtorum.

SI creditor filij tui heredem te inſtituerit, & tu he-reditatem eius vendideris, illa parte ſtipulationis *quanta t pecunia ex hereditate ad te peruenerit*, teneberis de peculio.

1 ¶ Si ſeruo tuo permiſeris *u* vicarium *x* emere au-reis octo *y*, ille decem *z* emerit, & tibi ſcripſerit *a* ſe octo emiſſe, túque ei permiſeris eos octo ex tua pe-cunia ſoluere, & is decem ſoluerit: hoc nomine duos aureos tantùm vindicabis: ſed hi venditori præſta-buntur dumtaxat de peculio ſerui.

2 ¶ Seruum communem, quem cum Titio, aut cum Sempronio habebam *b*, Titio vendidi, antequàm eius nomine ageretur mecum de peculio: quæſitum eſt; ſi de peculio cum Titio, aut cum Sempronio agere-tur, an eius peculij: quod apud me eſſet, ratio haberi deberet? Dixi, ſi cum Sempronio ageretur nunquam rationem eius peculij, quod apud me eſſet haberi de-bere: quia is nullam aduerſus me actionem haberet, per quam id quod præſtitiſſet, conſequi poſſet. Sed & ſi cum Titio poſt annum, quam vendidiſſem, agere-tur, ſimiliter non eſſe *c* computandum peculium, quod apud me eſt: quia iam mecum agi de peculio non poſſet. Sin autem intra annum ageretur, tunc quoque habendam huius peculij rationem, poſtquam placuit, alienato homine, permittendum creditori, & cum venditore & cum emptore agere.

3 ¶ Si actum ſit de peculio cum eo, qui vſumfructū *d* in ſeruo habet, & minus conſecutus ſit creditor, non eſt iniquum, vt ex vniuerſo eius peculio, ſiue apud fru-ctuarium, ſiue apud proprietarium erit, rem conſe-quatur. Nihil intereſt, operas ſuas conduxerit *a* ſeruus à fructuario, an pecuniam mutuam ab eo acceperit. dari itaque debebit actio ei *b* aduerſus dominum pro-prietatis, deducto *c* eo quod ſeruus peculij nomine apud fructuarium habet.

De pecunia depoſita apud filiumfam. 1. Si ſoluto matrimo-nio petatur liberatio à promiſſione dotis. 2. De eo quod vica-rius non peculiatus, domino debet. 3. De ſeruo vendito.

38. *Africanus* lib. 8. *d* Quæſtionum.

DEpoſui apud filiumfamiliàs decem, & ago depo-ſiti de peculio: quamuis nihil patri filius debet, & hæc decem *e* teneat *f*; nihilo magis tamen patrem damnandum exiſtimauit, ſi nullum præterea pecu-lium ſit, hanc enim pecuniam, cùm g mea maneat, non eſſe peculij, denique quolibet alio agente de peculio, minimè dubitandum ait, computari non oportere. ita-que *h* ad exhibendum *i* agere me, & exhibitam vin-dicare debere.

1 ¶ Si *k* nuptura filiofamiliàs, dotis nomine certam pecuniam promiſerit, & diuortio facto agat de dote cum patre, vtrúmne tota promiſſione, an deducto eo, quod patri filius debeat, liberari eam oporteret? Reſ-pondit, tota promiſſione *l* eam liberandam eſſe: cùm certè, &, ſi *m* ex promiſſione cum ea ageretur, excep-tione doli mali tueri ſe poſſet.

2 ¶ Stichus *n* habet in peculio Pamphilum, qui eſt decem. idem Pamphilus debet domino quinque. ſi agatur de peculio Stichi nomine, placebat, æſtimari debere pretium Pamphili *o*: & quidem totum, non deducto eo, quod domino Pamphilus debet. * nemi-nem *p* enim poſſe intelligi ipſum in ſuo peculio eſſe. hoc ergo caſu damnum dominum paſſurum: vt pate-retur, ſi cuilibet alij ſeruorum ſuorum peculium non habenti crediſſet. idque ita ſe habere euidentius ap-pariturum ait, ſi *q* Sticho peculium legatum eſſe pro-ponatur. qui certè, ‖ſi‖ ex teſtamento agat, cogendus non eſt, eius quod vicarius ſuus debet, aliter, quàm ex peculio ipſius, deductionem pati. alioquin futurum, vt, ſi tantundem vicarius domino debeat, ipſe nihil in peculio habere intelligatur, quod certè eſt abſurdum.

3 ¶ Seruo *r*, quem tibi vendideram, pecuniam cre-didi, quæſitum eſt, an ita mihi in te actio de peculio dari debeat, vt deducatur id, quod apud me ex eo re-manſerit? Quod quidem minimè verum eſt. nec inter-erit, intra annum, quàm vendiderim, an poſtea expe-riar. nam nec cæteris quidem, qui tunc cum eo con-traxerint, in me actio datur. in contrarium quoque agentibus mecum his, qui antea cum eo ſeruo contra-xiſſent, non deducam id *ſ*, quod poſtea mihi debere cœperit. ex quo apparet, onus eius peculij, quod apud me remanſerit, ad poſterioris temporis contra-ctus pertinere non debere.

Quæ ſunt in peculio.

39. *Florentinus* lib. 11. Inſtitutionum.

PEculium & ex eo conſiſtit, quod parſimonia ſua quis parauit *t*, vel officio meruerit à quolibet ſibi donari. idque velut *u* proprium patrimonium ſeruum ſuum habere quis voluerit.

De ortu, augmento, decremento, & interitu peculij.

40. *Marcianus* lib. 5. Regularum.

PEculium naſcitur, creſcit, decreſcit, moritur *y*. & ideo eleganter Papirius Frouto dicebat, peculium ſimile eſſe homini.

1 ¶ Quomodo autem peculium naſcitur, quæſitum eſt. & ita veteres diſtingunt: ſi id adquiſiit ſeruus, quod dominus neceſſe non habet præſtare, id eſſe pe-culium: ſi verò tunicas, aut aliquid ſimile, quod ei dominus neceſſe habet præſtare, non eſſe peculium. ita igitur naſcitur peculium.

¶ Creſcit, cùm auctum fuerit.

¶ Decreſcit, cùm ſerui vicarij moriuntur, res in-tercidunt.

¶ Moritur, cùm *z* ademptum ſit.

41. *Vlpianus* libro 43. ad Sabinum.

NEc ſeruus quicquam debere poteſt, nec ſeruo po-teſt deberi. ſed, cùm eo verbo abutimur, factum *a* magis demonſtramus, quàm *b* ad ius ciuile *c* referrimus obligationem itaque quod ſeruo debetur, ab extra-

a *l.* 30. §. 1. *ſ. eod.*
b i. ipſo iure, vi-de quæ notaui ad *l.* 122. § 5. *inf. de verb. oblig.*
c Æquitas ſtricto iuri præfertur *l.* 8. *C. de iudiciis.*
d ſtricti.
e *l.* 4. *ſ. de his qui deiecerunt.*
f actio inſtituta.
g Æs alienum non loci eſt, ſed vniuer-ſarum facultatum, *l.* 50. §. 1. *ſ. de iud. l.* 19. §. 1. *ſ. hoc titul.*
h Peculium ſerui, eius quaſi patri-monium, *l.* 47. *in fi. ſ. eod.*
i recedens. *Fulgo.*
k *l.* 11. §. *pen. l.* 27. §. 2. *ſ. eo. l.* 10. *ſ. de tributoria.*
l Peculium penes quem eſſe intelli-gatur.
m nam qui rei pretio fruitur, non minus rem habere intelligitur, quam qui principali re fruitur, *l.* 39. *ſ. de vſufructu.*
n Imò, peculium penes eum eſt, qui in tradendo à lega-tario ſe liberauit, *l.* 1. §. 7. *inf. quando de peculio.*
o *ſub.* à filio vel ſeruo initis.
p De peculio actio datur in bonæ fidei contractibus aduer-ſus patrem & do-minum, quatenus in ipſo tantùm pe-culio eſt: niſi alte-ruter eorum dolū admiſerit, tūc enim in ſolidum tenen-tur.
q *l.* 1. §. 42. *ſ. depoſiti.*
*
r & commodata. *l.* 3. § 4. *ſ. commod.*
ſ *l.* 1 *in fin. inf. depoſiti.*
t adde *l.* 2. §. 6. *ſ. de hered. ven.*
u Permiſſu domini vicarium ſeruum ordinarij interdum emebant.
x *Vicarius* eſt ſer-uus ordinarij.
y Pretium ſerui obſerua, aureorum octo: aliud v. in *l.* 2. *Cod. de communi ſeruo manumiſſo.*
z permiſſionem tuam exceſſerit.

a Falſo, & ſic tibi impoſuerit.
b Communem, quem cum Sempro-nio habebam Cu-iac. 24. obſ. 8.

c Cur ita? v. *l.* 32. *in fin. ſ. eod.*
d Si de peculio agitur cum fru-ctuario, eatenus proprietarius li-beratur, quatenus à fructuario perci-pitur, ſeu ſoluitur.

a *l.* 25. §. *antepen. ſ. de vſufruct.*
b fructuario *l.* 19 *in fin. ſ. eod.*
c *l.* 27 §. 6. *ſ. eod.*
d vide Cuiacium 8. *ad Africanum.*
e vide *l.* 36. *ſ. de pet. hered.*
f Tenere naturalis poſſeſſionis eſt ver-bum: vt *poſſidere*, ciuilis: *habere & incubare*, vtriuſque ſit: hoc tamen ma-lam in partem ſo-let accipi. vide *l. vlt. in fin. C. ne rei dominicæ vel tem-plorum lib.* 7. *tit.* 38.
g v. quæ notaui ad *l.* 24. §. 2. *in fin. inf. de rebus auctor. iudic.*
h De peculio non agitur vbi nihil eſt in peculio ſed alia actione.
i *l. pen. ſ. depoſiti.*
k vide Cuiac. d. loco in hunc §.
l *l.* 30. *in fin. ſ. ſo-luto matrimonio.*
m *Debitor* non eſt qui exceptione ſe tueri poteſt, *l. vel obligatus* 8. §. 3. *ſ. de liberali cauſa.*
n ſeruus ſcilicet qui & ordinarius ac diſpenſator. vi-eſt autem ordina-rius ſine peculio, cuius eſt quaſi do-minus *l.* 17. *ſ. eod. Cuiac. ibid.*
o nam omnis vi-carius ſeruus pecu-liaris eſt: non è contra: ſi quidem, filijfamiliàs pecu-liaris ſeruus non eſt vicarius. Huius rei is effectus eſt, vt ſi Titius Sem-pronio ſuos ſeruos Pamphilo peculii cum libertate lega-uerit, vicarius ſe-quatur Pamphi-lum, non Sempro-nium. *l.* 73. *in fin. infr. de legat.* 3. *l.* 15. *ſ. de peculio leg.*
*
p *l.* 16. *in fin. ſ. de peculio legato.*
q *l.* 18. *ſ. eod.*
r vide Cuiacium in hunc §. *ibid.*
ſ *l.* 47. §. *pen. ſ. eo.*
t vel, vt ait Te-rentius *in Phormio-ne act.* 1. *ſcena* 1. Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo, ſuum defrau-dans genium com-parſit miſer.
u de eo diſi ad *l.* 17. *ſ. eod.* adde *l.* 47. *in fin. ſ. eod.*
x i. non tantùm habet ſuas acceſ-ſiones & deceſſio-nes in partu, fœtu, fructu, ſed etiam decedit cùm adimi-tur. §. 1. *ſ. eo. l. vlt. inf. quando act. de peculio.*
y Num prætermi-ſit ἀκμὴν, cuius Ariſt. meminit 3 *de anima*, *illo loco.* ἀνάγκη τὸ φύσιμον αὔξησιν ἔχειν ἀκμὴν, καὶ φθίσιν Cuiac 9. *ad Afric.* mihi non videtur: eam enim ſatis expreſ-ſiſſe verbo *creſcendi* intelligitur Iuriſconſultus.
z *l.* 8 *in fin. ſ. eod.*
a Factum & ius opponuntur.
b vid. *l.* 49. § *vlt. ſ. eod.*
c Seruus ratione iuris non debet, nec ei debetur. Nam quæ ipſi debentur, do-minus petit: De iis verò quæ ſeruus debet, actione de peculio, vel de in rem verſo conuenitur. *Syn. Baſil.* 18. *Tit.* 5. *c.* 2.

neis

neis *a* dominus rectè petet: quod ſeruus ipſe debet, eo nomine in *b* peculium, & ſi quid inde in erm domini verſum eſt, in dominum actio datur.

De adrogatore.

42. *Idem* lib. 12. ad Edictum.

IN adrogatorem *c* de peculio actionem dandam, quidem rectè putant. Quamuis Sabinus, & Caſſius, ex antegeſto de peculio actionem non eſſe dandam exiſtimant.

De ſeruo vendito poſt litem conteſtatam.

43. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

SI *d* poſteaquam tecum de peculio egi, ante rem iudicatam ſeruum vendideris, Labeo ait, etiam eius peculij nomine, quod apud emptorem *e* quæſierit, damnari te debere, nec ſuccurrendum tibi, culpa enim tua ‖id‖ accidiſſe, qui ſeruum vendidiſſes.

De contractu filiifamil.

44. *Vlpianus* lib. 63. ad Edictum.

SI quis *f* cum filiofamilias contraxerit, duos *g* habet debitores: filium in ſolidum, & patrem duntaxat de peculio.

45. *Paulus* lib. 61. ad Edictum.

IDeóque, ſi pater filio peculium ademiſſet, nihilominus creditores cum filio agere poſſunt.

De adminiſtratione peculij.

46. *Idem* lib. 60. ad Edictum.

QVi *h* peculij adminiſtrationem concedit, videtur permittere generaliter *i*, quod & ſpecialiter permiſſurus eſt.

De prohibitione domini. 1. De ſeruo fideiubente. 2. De futuro incremento peculij. 3. De ſeruo alienato.

47. *Idem* libro 4. ad Plautium.

QVoties in taberna *k* ita ſcriptum fuiſſet, *cum Ianuario ſeruo meo geri negotium veto*: hoc ſolùm conſecutum eſſe dominum conſtat, ne inſtitoria teneatur, non etiam de peculio.

1 ¶ Sabinus reſpondit, non *l* alias dandam de peculio actionem in dominum, cùm ſeruus fideiuſſiſſet, niſi in rem domini, aut ob rem peculiarem fideiuſſiſſet.

2 ¶ Si ſemel actum ſit de peculio, quamuis minus inueniatur rei iudicandæ tempore in peculio, quàm debet, tamen cautionibus locum eſſe non placuit de futuro incremento peculij. Hoc enim in pro ſocio actione locum habet *m*: quia ſocius vniuerſum debet,

3 ¶ Si creditor ſerui ab emptore eſſet partem conſecutus, competere in reliquum in venditorem vtile iudicium, Proculus ait: ſed re integra *n* non eſſe permittendum actori, diuidere *o* actionem, vt ſimul cum emptore, & cum venditore experiatur Satis enim eſſe, hoc ſolum ei tribui, vt reſciſſo ſuperiore iudicio, in alterum detur ei actio, cùm, electo reo, minus eſſet conſecutus, & hoc iure vtimur.

4 ¶ Non tantùm autem quivis creditor cum venditore ex ante geſto agere poteſt, ſed & ipſe emptor. idque & Iuliano videtur. Quamuis & deducere ipſe poteſt aduerſus alium agentem: dum tamen id quod apud ſe habet, computet.

5 ¶ Si ſeruus, deducto peculio, venditus ſit, procedit, vt venditor & deductione vti poſſit: &, ſi poſt *p* venditionem cœperit aliquid venditori ſeruus debere, non minuit peculia: quia non domino debet.

6 ¶ Quæ diximus in emptore & venditore, eadem ſunt, & ſi alio quovis genere dominium mutatum ſit: vt legato *q*, dotis datione: quia, quaſi *r* patrimonium liberi hominis, peculium ſerui intelligitur, vbicumque eſſet.

De adminiſtratione peculij.

48. *Idem* lib. 17. ad Plautium.

LIbera peculij adminiſtratio non permanet, neque in fugitiuo *ſ*, neque in ſubrepto, neque in eo, de quo neſciat quis, viuat, an mortuus ſit *t*.

1 ¶ Cui peculij adminiſtratio data eſt, delegare *u* debitorem ſuum poteſt.

Quæ ſunt in peculio. 1. De ſeruo negotia domini ignorantis gerente. 2. Quibus ex cauſis ſeruus domino debet, vel contra.

49. *Pomponius* lib. 4. ad Quintum Mucium.

NOn ſolùm id peculium eſt, quod dominus ſeruo conceſſit: verùm *x* id quoque, quod ignorante quidem eo acquiſitum ſit: tamen, ſi reſciſſet, paſſurus *y* erat eſſe in peculio.

a §. 1. *Inſt. de ſtip. ſeruorum*, §. 1. *Inſt. per quas perſonas.*
b *l. 7. C. quod cum eo.*
c De peculio actio datur in patrem adrogatorem, vt in patrem legitimum *l. 45. ff. de adopt. l. 7. ff. de peculio legato.*
d Si poſt litem in actione de peculio conteſtatam, ſeruus venditus fuerit, eius quoque peculij nomine venditor tenetur, quod apud emptorem quæſitum erit, ſeu quod deinde quæſitum erit. *Syn. ibid. & Scholiaſtes c. 33.*
e *v. l. 23. in fin. ff. de action. empt.*
i idem *Syn. ibid. c. 33.*
g *l. 57. ff. de iudiciis. l. 39. ff. de oblig. & actionib.*
h Idem *Syn. Baſ. ibid. c. 36.*
i Generali conceſſione adminiſtrationis ſpecialis conceſſio continetur. ciuiliter tamen hoc intelligendum eſt, vt notaui ad *l. 6. §. pen. ff. de cond. indeb.* hoc eſt, non cenſetur ea generaliter concedens permiſiſſe, quæ non permitteret ſpecialiter.
k Proſcriptiones ad tabernam fieri ſolitæ ad impediendam negotiandi facultatem, *vt hic*: qua de re vide quæ notaui ad *l. 11. §. 2. ff. de inſtitoria*: adde etiam huiuſmodi proſcriptiones ad ædes fieri ſolitas recuperandi ſerui fugitiui, *l. 1. in fin. ff. de fugitiuis.* indicandæ rei amiſſæ & repertæ, *l. 43. §. 8. 9. ff. de furtis.* & denunciationis faciendæ gratia, *l. 4. §. 5. in fin. ff. de damno.*
l idem *Synop. ibid. c. 37.*
m in qua ſocius promittere debet de eo quod in futurum ſocius facere non poterit, *l. 63. §. 4. ff. pro ſocio.* eodem modo maritus cauere debet, ſe, ſi meliorem ad fortunam peruenerit, quod minus perſoluit, id reſtituturum, *l. vn. §. 7. C. de rei vxoriæ act.*
n i. nondum parte conſecuta.
o atqui licet alibi aduerſus mandatorem agere, *l. 60. ff. mandati.*
p *l. 38. ff. eod.*
q *l. 20. ff. de verb. ſign. Vlp. 1. in fragmentis 19. §. 17.*
r *v. l. 49. ff. eod.*
ſ *l. 11. in fin. ff. de reb. cred.*
t Cur ita? hæc omnia collige ex *l. 38. de ſolutionib.*
u *l. 15. ff. de ſolut. l. vlt. in princ. ff. de non.*
x *l. 7. §. 2. ff. eod.*
y *l. 39. ff. eod. l. 17. ff. de aliment. l. 5. §. 2. C. de neceſſariis ſeruis.*

1 ¶ Si, ignorante me, ſeruus meus negotia mea adminiſtrauerit; tantidem debitor mihi intelligetur, quanti tenebatur, ſi liber negotia mea adminiſtraſſet.

2 ¶ Vt debitor vel ſeruus domino, vel dominus ſeruo intelligatur: ex cauſa ciuili *a* computandum eſt. ideóque ſi dominus in rationes ſuas referat, ſe debere ſeruo ſuo, cùm omninò neque mutuum acceperit, neque vlla cauſa præceſſerat debendi, nuda *b* ratio non facit eum debitorem.

Si nihil ſit in peculio. 1. Si pater creditori filij ſuccedat. 2. De obligatione ſerui. 3. De eo quod bon. fid. poſſ. accepit vt manumitteret.

95. *Papinianus* lib. 9. Quæſtionum.

EO tempore, quo in peculio nihil eſt, pater latitat: in bonorum poſſeſſionem, eius rei ſeruandæ cauſa, mitti non poſſum *c*, qui de peculio cum eo acturus ſum: quia* non *d* fraudationis cauſa latitat, qui, ſi iudicium acciperet, abſolui deberet. Nec ad rem pertinet, quòd fieri poteſt, vt damnatio ſequatur. Nam & ſi in diem, vel ſub conditione debeatur, fraudationis cauſa non videtur latitare: tametſi poteſt iudicis iniuria *e* condemnari.

¶ Sed fideiuſſorem datum eo tempore, quo nihil in peculio eſt, teneri putat Iulianus, quoniam fideiuſſor futuræ *f* quoque actionis accipi poſſit: ſi tamen ſic acceptus eſt.

1 ¶ Si creditor patrem, qui de peulio tenebatur, heredem inſtituerit: quia mortis tempus in Falcidiæ ratione ſpectatur, illius temporis peculium conſiderabitur.

2 ¶ Etiam poſtquam *g* dominus de peculio conuentus eſt, fideiuſſor pro ſeruo accipi poteſt. & ideo qua ratione, ſi poſt actionem dictatam ſeruus pecuniam exſoluerit, non magis repetere poteſt, quàm ſi iudicium dictatum non fuiſſet. Eadem ratione fideiuſſor quoque vtiliter acceptus videbitur. Quia naturalis obligatio *h*, quam etiam ſeruus ſuſcipere videtur in litem tranſlata non eſt,

3 ¶ Seruus alienus, cùm bona fide ſeruiret mihi, nummos à Titio mutuatos mihi dedit, vt eam *i* manumitterem: & manumiſi. creditor quærebat, quem de peculio conueniret? dixi, quanquam creditur electionum alias haberet, tamen in propoſito dominum eſſe conueniendum: & eum *k* ad exhibendum mecum acturum pecuniæ nomine, quæ ipſi eſſet acquiſita *l*, nec in eam cauſam alienata, quæ pro capite ſerui facta proponeretur. Neque enim admittendam eſſe diſtinctionem exiſtimantium, ſi non manumittam, domini pecuniam eſſe: manumiſſione verò ſecuta, videri pecuniam ex re mea quæſitum mihi: quoniam magis propter *m* rem meam *n*, quàm ex re mea, pecunia mihi daretur.

De eo quod extranei debent.

51. *Scæuola* lib. 2. Quæſtionum.

QVod debetur ſeruo ab extraneis, agenti de peculio, non *o* omnimodo dominus ad quantitatem debiti condemnandus eſt: cùm & ſumptus in petendo, & euentus exſecutionis poſſit eſſe incertus: & cogitanda ſit mora temporis *p*, quod datur iudicatis: aut venditionis bonorum, ſi id magis faciendum erit: ergo, ſi paratus ſit actiones mandare, abſoluetur: quod enim dicitur, ſi *q* cum vno ex ſociis agatur, vniuerſum peculium computandum, quia ſit cum ſocio actio: in eodem redibit, ſi actiones paratus ſit præſtare, & in omnibus, quos idcirco teneri dicimus, quia habent actionem, delegatio pro *r* iuſta præſtatione ſit.

De priuilegiis creditorum.

52. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

EX facto quæritur, qui tutelam, quaſi liber, adminiſtrabat, ſeruus pronuntiatus eſt: an, ſi conueniatur eius dominus à pupillo, (cuius quidem potiorem *ſ* cauſam quàm creditorum cæterorum ſerui habendam reſcriptum eſt) ‖an‖ vel id deducatur ex peculio, quòd domino, debetur? &, ſi putaueris poſſe deduci, an interſit, vtrum, cùm adhuc in libertate ageret, domini debitor factus eſt, an poſtea; & an de peculio impuberi competat? Reſpondi: * Nullum priuilegium præponi patri, vel domino poteſt: cum ex perſona filij, vel ſerui, de peculio conueniuntur. Planè in *t* cæteris creditoribus habenda eſt ratio priuilegiorum: quid enim, ſi filius dotem accepit, tutelam adminiſtrauit? meritò igitur & in ſeruo, qui pro tutore egit, id reſcriptum eſt. *& quia occupantis melior ſolet eſſe conditio, quam cæterorum*; inhibebitur actio.

¶ Planè ſi ex re pupilli nomine fecit, vel pecuniam in arca depoſuit, datur ei vindicatio nummorum, & aduerſus debitores vtilis actio, ſcilicet ſi nummos conſumpſerunt: hic enim alienare eos non

a quoties quæritur num ſeruus domino obligetur, & è contra; toties non loqui de obligatione ciuili intelligendum eſt. Nam ciuili iure inter dominum & ſeruum nulla eſt obligatio, *l. 41. ff. eod.*
b *l. 26. ff. de donat.*
c Imò, tametſi mihil ſit in peculio: poſſunt tamen eo caſu latitantis bona poſſideri, & venire, *l. 7. §. 15. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem.*
d Latitare animo fraudandi non videtur, qui ſi iudicium acciperet, abſoluendus eſſet.
e de quo *v. l. 95 §. 2. ff. ad Treb.*
f *l. 35. in fin. ff. de iudiciis, leg. 4. ff. de fideiuſſor. §. 3. Inſt. de fideiuſſorib.*
g i. poſt litem conteſtatam, *l. 8. §. 3. ff. de fideiuſſorib.*
h naturaliter enim ſeruus obligatur, non ciuiliter, *l. 41. ff. eo.*
i vt eum *Hal.*
k i. eo caſu verus dominus ſerui à creditore conueniendus eſt, qui mox ad exhibendum ſeruum, ac pecuniæ à me acceptæ mecum eſt acturus.
l dominio tenus, arg. *l. 41. ff. de acq. rer. l. 1. §. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.*
m *Propter & Ex*, dictionum differentia. *Propter*, cauſam remotam: *Ex*, proximam demonſtrat, adde *l. vn. C. ſi ſeruus extero.* Quod diximus de voce *Propter*, idem eſt de dictione *Ob: l. nõ dubium Cod. de leg.* Dictioni verò *Ex*, reſpondet particula *De*, *l. 1. §. nunc videamus, ff. de coniungendis cum emancipato liberis.*
n ſimilis penè locutio eſt in *l. 1. §. 1. ff. de coniungendis cum emancipato.*
o Actionis non ea æſtimatio eſt, quæ quantitatis in ipſa actione comprehenſæ. Minus enim æſtimatur actio ob ſumptus in eam faciendos, & dubium actionis euentum.
p *l. 15. in pr. ff. vt in poſſeſſ. leg.* olim duorum menſium, hodie quatuor, *l. ſi debitori 21. ff. de iudiciis. l. 2. C. de vſuris rei iudic.*
q *l. 11. in fin. ff. eo.*
r *l. 16. §. vlt. l. 20. §. 17. ff. de pet. her. l. 2. §. 3. ff. de hered. vendit.*
ſ *l. 2. ff. de tributoria.*
t i. vbi cæteri creditores agunt.
u *v. l. 10. ff. eo.*

potuit. Quod & in quovis a tutore dicendum eſt. Nec tamen intereſſe puto, quando domino debere cœpit, vtrum cùm in libertatis poſſeſſione eſſet, an poſtea. Nam & ſi Titij ſeruo credidero, eiúſque dominus eſſe cœpero, deducam quod prius credidi, ſi conueniri de peculio cœpero. Quid ergo eſt? quia de peculio actio deficit, vtilis actio in dominum quaſi tutelæ erit: vt quod ille pro patrimonio habuit, peculium eſſe intelligatur.

1 ¶ Si dos filiofamilias ſit data, vel tutelam adminiſtrauerit, habenda erit ratio priuilegiorum in actione de peculio, dilata interim cæterorum creditorum actione: vel interpoſita cautione b, ſi priores agant, qui Priuilegium non habent, reſtitutiri, quod acceperunt, ſi inferatur poſtea cum parte actio priuilegij.

Si peculium manumiſſo non adimatur.

53. *Idem* lib. 11. Quæſtionum.

SI Sticho peculium, cùm manumitteretur, ademptum non eſt. videtur c conceſſum: debitores autem conuenire, niſi mandati d ſibi actionibus, non poteſt.

De ſeruis, qui domino debebant, prælegatis.

54. *Scæuola* libro 1. Reſponſorum.

FIliofamilias vni ex heredibus c prædia prælegauit, *vt inſtructa erant. cum ſeruis.* hi ſerui domini debitores fuerunt. Quæſitum eſt, an cæteris heredibus aduerſus eum actio de peculio competat? Reſpondit, non competere.

Si conuentus de peculio vi eximatur.

55. *Neratius* libro 1. Reſponſorum.

IS, cum quo de peculio agebam, à te vi exemptus eſt, quod f tunc, cùm vi eximeres, in peculio fuerit, ſpectari.

Si ſeruus domino expromiſerit.

56. *Paulus* lib. 2. ad Neratium.

QVod ſeruus meus pro g debitore meo mihi expromiſit, ex peculio deduci debet, & à debitore nihilo h minus debetur.

¶ Sed videamus, ne credendum ſit, peculiare fieri nomen eius, pro quo expromiſſum eſt? Paulus: Vtique, ſi de peculio agente aliquo deducere velit, illud nomen peculiare facit.

Quo tempore quantitas peculij ſpectatur.

57. *Tryphoninus* libro 8. Diſputationum.

SI filius, vel ſeruus, cuius nomine dumtaxat de peculio actum eſt, ante i finitum iudicium deceſſerit, id peculium reſpicietur, quod aliquis eorum, cùm moriebatur, habuit.

1 ¶ Sed eum, qui ſeruum teſtamento liberum eſſe iubet, & ei peculium legat, eius temporis peculium legare intelligi, Iulianus ſcribit, quo libertas competit: ideóque * omnia incrementa k peculij quoquo modo ante aditam hereditatem acquiſita ad manumiſſum pertinere.

2 ¶ At ſi quis extraneo peculium ſerui legauerit, in coniectura voluntatis teſtatoris quæſtionem eſſe, & veriſimiliùs eſſe, id legatum, quod mortis tempore in peculio fuerit: ita vt, quæ ex rebus peculiaribus ante aditam hereditatem acceſſerint, debeantur velvti partus ancillarum, & fœtus pecudum, quæ autem ſeruo donata fuerint, ſiue‖quid‖ex operis ſuis acquiſierit, ad legatarium non pertinere.

De ſeruis qui domino debebant prælegatis.

58. *Scæuola* lib. 5. Digeſtorum.

VNi l ex heredibus prædia legauit m, vt inſtructa erant, cum ſeruis & cæteris rebus, & quidquid ibi eſſet. Hi ſerui domino debitores fuerunt tam ex aliis cauſis, quàm ex ratione Kalendarij n. quæſitum eſt, an cæteris heredibus aduerſus eum pecuniæ ‖ab‖ his debitæ actio de peculio competit? Reſpondit, Reſpondit, non competere.

a l. 11. ʒ. de admin. tut.
b l. 9. in fin. ʒ. eo.
c Peculium ſequitur ſeruum manumiſſum inter viuos l. 3. ʒ. de manumiſſionib. quæ ſeruis. leg. vn. C. de pecul. eor. qui libertatem.
d Inuitus quis interdum cogitur actionem cedere.
e l. vlt. ʒ. eod.
f l. 12. §. 1. ʒ. ſi quis cautionibus.
g De peculio ſerui, dominus deducit, quod ſeruus mihi pro debitore meo expromiſit.
h l. 56. §. 1. ʒ. de fideiuſſorib.
i Si is de cuius peculio agitur lite pendente deceſſerit, peculij quantitatem ad ipſum mortis tempus referemus, *vt hic.* Quid ſi legatum ei ſit peculium? tempus quo cedit legati dies inſpiciemus vnà cum omni ſuo incremento, §. 1. ʒ. eod. Quid ſi extraneo legatum ſit? v. §. 2. ʒ. eo.
k l. 8. §. vltim. ʒ. de peculio legato.
l Actione de peculio heredibus teſtatoris non tenetur is cui à teſtatore ſeruus legatus eſt, Non tenetur inquam, ob id quod ſeruus legatus domino ſuo debuit.
m prædia prælegauit. *Hal. l.* 54. ʒ. *eod.*
n v. quæ not. ad l. 41. ʒ. *de reb. cred.*
o *ſub.* liberorum & ſeruorum.
p aduerſus parentes & dominos? Dic, poſt mortem, emancipationem, manumiſſionem, & alienationem eorum. Eſt enim aliàs perpetua de peculio actio.
q nec vltra annum datur, & in eo differt ab exercitoria, *l. 4. in fin. ʒ. de exercitoria*, inſtitoria & de in rem verſo.
r Peculium his modis extinguitur morte, emancipatione, manumiſſione, alienatione, *vt* §. 3. ʒ. *eod.*
ſ ad filios hoc referendum, §. 4. ʒ. *eod.*
t ad ſeruos hoc refertur, §. 4. ʒ. *eod.* §. 1. ʒ. *eod. l. 7. Cod. quod cum eo. l. 5. C. ad SC. Maced.*

QVANDO DE PECVLIO ACTIO annalis p eſt q.

TIT. II.

Edictum. 1. *Quibus caſibus actio de peculio eſt perpetua, vel annalis.* 2. *Quomodo annus computatur.* 3. *Ratio edicti.* 4. *Quibus ex cauſis incipit actio eſſe annalis.* 5. *De ſpeciebus alienationum.* 7. *De ſeruo legato.* 8. *Si hereditas præcepto ſeruo & peculio reſtituatur.* 9. *De vſufructu extincto.* 10. *Si poſt actionem annalem agatur perpetua.*

Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

PRætor ait *poſt mortem* r *eius qui in alterius poteſtate fuerit poſteáve, quàm is emancipatus* ſ, *manumiſſus* t, *alienatúſve fuerit dumtaxat de peculio, & ſi quid dolo malo eius, in cuius poteſtate eſt, factum erit, quo minus peculij eſſet, in* [illegible] *anno, quo primum de ea re experiundi poteſtas erit, iud. cium dabo.*

1 ¶ Quamdiu ſeruus, vel filius in poteſtate eſt: de peculio actio perpetua a eſt. poſt b mortem autem eius, vel poſtquam emancipatus, manumiſſus, alienatúſve fuerit, temporaria eſſe incipit, id eſt, annalis.

2 Annus c autem vtilis computabitur, & ideo ‖&‖ ſi conditionalis ſit obligatio, Iulianus ſcripſit ex eo computandum annum, non ex quo emancipatus eſt, ſed ex quo peti potuit conditione exiſtente.

3 ¶ Meritò autem temporariam in hoc caſu fecit prætor actionum. Nam cùm morte d, vel alienatione extinguitur peculium, ſufficiebat, vſque ad annum perduci obligationem.

4 ¶ Alienatio autem & manumiſſio, ad ſeruos pertinet, non e ad filios: mors autem tam ad ſeruos quàm ad filios refertur, emancipatio f verò ad ſolum filium. Sed & ſi alio modo ſine emancipatione deſierit eſſe in poteſtate, annalis erit actio.

¶ Sed & ſi morte patris, vel deportatione, ſui iuris fuerit effectus filius, de peculio intra annum heres patris, vel fiſcus tenebuntur.

5 ¶ In alienatione g accipitur vtique venditor, qui actione de peculio intra annum tenetur.

6 ¶ Sed & ſi donauit ſeruum, vel permutauit, vel in dotem dedit, in eadem cauſa eſt.

7 ¶ Item heres h eius, qui ſeruum legauit non cum peculio, nam ſi cum peculio vel legauit, vel liberum eſſe iuſſit, quæſtionis fuit. & mihi verius videtur, non dandam neque in manumiſſum. neque in eum, cui legatum ſit peculium, de peculio actionem. an ergo teneatur heres? Et ait Cæcilius teneri: quia peculium penes eum ſit i, qui tradendo id legatario, ſe liberauit. Pegaſus autem, caueri heredi debere ait, ab eo, cui peculium legatum ſit: quia ad eum veniunt creditores. ergo, ſi tradiderit ſine cautione, erit conueniendus.

8 ¶ Si, præcepto ſeruo, & peculio, rogatus ſit heres reſtituere hereditatem? ſi de peculio conueniatur, Trebelliani exceptione non vtetur, vt Marcellus tractans admittit. is autem, cui reſtituta eſt hereditas, non tenetur, vt Scæuola ait: cùm k peculium non habeat, nec l dolo fecerit, quo minùs haberet.

9 ¶ Vſufructu quoque extincto, intra annum actionem dandam in vſufructuarium, Pomponius lib. 61. ſcripſit.

10 ¶ Quæſitum eſt apud Labeonem.

SI, cum filius viueret, tu credens eum mortuum, annali actione egeris: &, quia annus præter erat, exceptione ſis repulſus, an rurſus experiri tibi, comperto errore, permittendum eſt? & ait, permitti debere dumtaxat de peculio, non etiam m de in rem verſo: nam priore iudicio de in rem verſo rectè actum eſt: quia annua exceptio ad peculium, non n ad in rem verſum pertinet.

Quæ actiones ſunt annales poſt mortem filij. 1. *De ſeruo qui eſt apud hoſtes.*

2. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

CVm o poſt mortem filiifamilias annua aduerſus patrem actio eſt: quemadmodum aduerſus eum eſſet perpetua, viuo filio; ideo, ſi ex cauſa redhibitionis erat de peculio actio, ſex menſium p erit poſt mortem filij, ‖idémque‖ dicendum in omnibus temporalibus actionibus.

1 ¶ Si ſeruus cui creditum eſt, apud hoſtes ſit, de peculio actio in dominum non anno finienda eſt, quamdiu poſtliminio reuerti poteſt.

De augmento & decremento peculij poſt ſerui mortem.

3. *Pomponius* lib. 4. ad Quintum Mucium.

DEfinitione peculij interdum vtendum eſt, etiam q ſi ſeruus in rerum natura eſſe deſiit, & actionem prætor de peculio intra annum dat. Nam & tunc r & acceſſionem, & deceſſionem, quaſi peculij, recipiendam: quanquam iam deſiit morte ſ ſerui, vel manumiſſione, eſſe peculium: vt poſſit ei accedere vt peculio, vt fructibus, ‖vel‖ pecorum fœtu, ancillarúmque partubus: & decedere, veluti mortuum ſit animal, vel alio quolibet modo perierit.

a in perpetuum competit, *Syn. Baſ.* 18. *tit.* 6. *c.* 1.
b v. l. 6. ʒ. *qui & à quibus.*
c Actionis de peculio annalis, annus continuus eſt, incipiens ex quo facultatem agendi quis habuit. Ideóque annus in conditionali debito, non ab ipſa filij emancipatione cóputabitur, ſed ex quo conditio extitit. *Syn. ibid. c. 1. in medio.* vtilis autem annus qui hic dicitur côtinuus hodie facturus, *v. leg. vltim. C. de temp. in integrum reſtitut.*
d Peculium ſerui morte vel alienatione extinguitur.
e *Manumitti & alienari* non dicuntur liberi, ſed ſerui, *vt hic.* Imò liberi etiam manumitti dicuntur, ʒ. ſi *à parente quis manumiſſus ſit.*
f v. l. 2. ʒ. *quod cum eo.* id eſt, ſacerdotio Veſtali, aut Flaminio Diali 1. Gell. 13.
g *l. 47. §. vlt. ʒ. de peculio.*
h *l. 3. in princ. ʒ. de peculio.* Alienat qui vendit, *vt hic.* qui donat, permutat, in dotem dat, §. 6. ʒ. *eod.*
i cùm heres iuſſus eſt dare peculium accepta certa ſumma, non videtur penes eum eſſe peculium, *l. 35. ʒ. ita prox.*
k *l. 28. ʒ. de peculio.*
l In actione de peculio etiam ſſ[illegible]tur, in quantum minus factum eſt peculium dolo eius qui hominem in poteſtate habet. *Syn. Baſ. ibid. c. 1. in fin.*
m v. l. 4. ʒ. de in rem verſo.
n v. quæ not. ad l. 4. *in fin. ʒ. de exercitoria.*
o Cùm de debito poſt filiifamilias mortem pater conuenitur, ſiquidem de peculio actio, annalis eſt: redhibitoria vel vitioſæ, ſex menſium datur poſt mortem filij. Idem & in omnibus temporalibus actionibus dicendum *Syn. Baſ. ibid. c. 2. in princ.*
p v. l. 19. in fin. ʒ. 55. *de ædilitio.*
q Mortuus interdum fingitur habere peculium.
r v. quæ notaui l. 10. ʒ. de peculio.

DE IN REM t VERSO.

TIT. III.

Quibus caſibus locum habet hæc actio, & quid differt ab actione de peculio.

Vlpianus lib. 29. ad Edictum

ſ Peculium etſi morte & manumiſſione ſerui deſinat, tamen ſi poſt mortem eius annalis actio moneatur, tam incrementum quàm deceſſio peculij conſideratur, *Syn. Baſ. ibid. c. 2. in fin.*

t 4. C. 25. §. 4. *verſ. in rem autem, Inſt. quod cum eo Paulus* 2. *ſent.* 9. *Syn. Baſ.* ... *tit.* 7. Illud diligenter obſeruandum eſt quod ſcribit Cuiac. 8. *ad Africanum* *l.* 17. *§. vltim. ʒ. eodem.* vnam eſſe actionem de peculio, & de in rem verſo: peculio principalem intentionem eſſe: de in rem verſo, adiectionem: tamen neceſſaria eſt, & tranſit in proprium nomen actionis, cum poſt mortem ſerui actio de peculio finiatur anno.

SI hi, qui in poteſtate aliena ſunt, nihil in peculio habent, vel habeant, non in ſolidum tamen: teneantur qui eos habent in poteſtate, ſi in rem eorum: quod acceptum eſt conuerſum ſit: quaſi *a* cum ipſis potius, contractum videatur.

1 ¶ Nec *b* videtur fruſtra de in rem verſo actio promiſſa, quaſi ſufficeret de peculio. rectiſſimè enim Labeo dicit fieri poſſe, vt & in rem verſum ſit, & ceſſet de peculio actio. quid enim ſi dominus peculium ademit ſine dolo malo? quid ſi morte ſerui extinctum eſt peculium, & annus vtilis præteriit? de in rem verſo, námque actio perpetua *c* eſt: & locum habet, ſiue ademit ſine dolo malo, ſiue *d* actio de peculio anno finita eſt.

2 ¶ Item ſi plures agant de peculio, proficere hoc ei *e*, cuius pecunia in rem verſa eſt, debet: vt ipſe vberiorem *f* actionem habeat.

¶ Certè ſi *g* præuentum ſit ab aliquo, & actum de peculio, de in rem verſo actio an ceſſet, videndum? Et refert Pomponius, Iulianum exiſtimare, de peculio actione perimi de in rem verſo actionem: quia in peculium conuerſum eſt, quod in domini rem erat verſum. & pro ſeruo ſolutum eſt, quemadmodum ſi ipſi ſeruo à domino fuiſſet ſolutum: ſed ita demum, ſi præſtiterit ex actione de peculio dominus, quod ſeruus in rem eius verterat. cæterum ſi non præſtiterit, manet *h* actio de in rem verſo.

2\. *Iauolenus* lib. 12. ex Caſſio.

QVi *i* nummis acceptum *k* ſeruum manumiſit *ſ* agi cum eo de in rem verſo non poteſt: quia, dando libertatem locupletior ex nummis *l* non fit.

1\. *Quid ſit in rem verſum.* 3. *De ſumptu in alimenta, & veſtimenta ſerui vel filijfam.* 4. *De domo dominica exornata.* 5. *De pecunia credita.* 6. *Si bono domini ceſſerit quod conſumptum eſt.* 7. *Si in rem verſum periit.* 9. *De creditore decepto à ſeruo.* 10. *Si nummi ad comparandam veſtem accepti, perierint. Si veſtis quoque perijt.*

3\. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

QVòd ſi ſeruus domino quantitatem dederit, vt manumittatur, quàm à me mutuam accepit, in peculium quidem hanc quantitatem non computaui: in rem autem videri verſum &, ſi quid plus ſit in eo, quod ſeruus dedit, quàm eſt in ſerui pretio.

1 ¶ *In rem* in autem *verſum* videtur, ſiue idipſum, quod ſeruus accepit, in rem domini conuertit: veluti ſi triticum acceperit: & idipſum in familiam domini, cibariorum nomine conſumpſerit: aut ſi pecuniam à creditore acceptam dominico creditori ſoluerit: ſed & ſi errauit in ſoluendo: & putauit creditorem eum, qui non erat, æquè in rem verſum eſſe. Pomponius libro 61. ait, quatenus indebiti repetitionem *n* dominus haberet. ſiue cum ſeruus domini negotij gerendi adminiſtrandíve cauſa quid geſſit: (veluti ſi mutuatus ſit pecuniam, vt frumentum compararet *o* ad familiam alendam, vel ſi ad veſtiendam) ſiue peculiariter mutuatus, poſtea in rem domini vertit. hoc enim iure vtimur, vt etiam ſi prius *p* in peculium vertit pecuniam, mox in rem domini, eſſe de in rem verſo actio poſſit.

2 ¶ Et regulariter *q* dicimus, toties *r* de in rem verſo eſſe actionem, quibus caſibus procurator mandati, vel qui negotia geſſit, negotiorum geſtorum haberet actionem, quotieſque aliquid conſumpſit ſeruus, vt aut meliorem rem dominus habuerit, aut non deteriorem.

3 ¶ Proinde ſi ſeruus ſumpſit pecuniam, vt *ſ* ſe aleret *t*, & veſtiret *u* ſecundùm conſuetudinem *x* domini: (id eſt vſque ad eum modum, quem dominus ei præſtare conſueuerat) in rem videri domini vertiſſe, Labeo ſcribit.

a §. *vlt. Inſt. quod cum eo.*

b Actio de in rem verſo creditori neceſſaria eſt, quum ſeruus id quod accepit, in rem domini vertit. Quid enim ſi nullum ſit peculium? vel minus ſit debito? vel ſine dolo malo ademptum? vel is, qui erat in poteſtate mortuus ſit, & annus præterierit, vt actio de peculio locum non habeat? Quippe de in rem verſo & perpetua eſt actio, & competit extincto quoque peculio. *Syn. eo. cap.* 1.

c *l.* 7. *C. quod cum eo.* & ſic intra 30. annos moneri poteſt.

d *l.* 10. §. 3. *j. eo.*

e *l.* 52. § *verſ. planè, ſ. de peculio.*

Actionum aliæ aliis vberiores ſunt.

g *l.* 10. *in fin. j. de peculio.*

h Cur peculio & actione peculij finitis, non finitur actio de in rem verſo? Poteſt enim dici in peculio ſerui eſſe quod ſeruus in rem domini vertit. vt differentia eſt inter peculium & mercedem peculiarem, *l.* 1. §. *peculiarem. ſ. de Tributoria* peculiam & ſeruum peculiarem, *l.* 1. *l.* 4. *j. de peculio legato* ita inter peculium & in rem verſum, quamuis & hoc ipſum in peculio ſit. Quod ſi finita non ſit actio de peculio, ineſt ei actio de in rem verſo? id eſt qui agit de peculio, agit etiam de in rem verſo.

i in rem verſum non videtur, quod pro libertate datum eſt, niſi quod ſeruus ipſe dederit, pretium excedat ipſius ſerui. *Synopſ. Baſ.* 7. *Tit.* 6. *ex lib.* 18. *Tit.* 7. *c.* 2.

k nummis acceptis *vulgat* & ita Græci ὁ λαβὼν νομίσματα. Alij legunt, qui minus accepit. & quidem ab alio non à ſeruo, *l.* 54. *j. mandati.*

l Datum pro libertate non videtur in rem verſum, niſi quatenus excedit ſerui pretium, *Bartolus.*

m *l.* 10. §. 4. *j. eodem.*

n Indebiti à ſeruo ſoluti repetitio domino competit. at ſi negotiorum geſtor indebitum ſoluit, ei, cuius negotium geſtum eſt, non competit, *l.* 23. *ſ. de negotiis.*

o hic enim ſumptus neceſſarius eſt, *l.* 22. *ſ. de negotiis.*

p *l.* 5. *in fin. j. eod.*

q hanc regulam ſic expreſſit Paulus 2. *ſent.* 9. *Seruus vel filiusfamilias, ſi acceptam pecuniam in rem patris, vel domini verterit hoc modo: agrum putà colendo, domum fulciendo, mancipia veſtiendo, mercando, vel creditori ſoluendo, vel quid tale faciendo. de in rem verſa in ſolidum dominum, vel patrem obligat: ſi tamen ob hanc cauſam pecunia data ſit.*

r Actioni de in rem verſo tunc regulariter locus eſt, quum homo liber qui in rem vertit, negotiorum geſtorum actionem habiturus eſt, & quoties ſeruus, qui conſumpſit, meliorem aut non deteriorem rem domini fecerit, *vt hic. Syn. ibid. cap.* 2.

ſ *l.* 19. *l.* 20. *l. vlt. j. eod.*

t *In rem domini vertiſſe* intelligitur, qui mutuam pecuniam accepit, vt ſe aleret & veſtiret.

u alimenta & veſtitum ſeruis dominus præſtare debet.

x Conſuetudo patrisfam. ſpectanda: vt eatenus mutuum patrisfam. factum ſubſtat, quatenus conſuetudinem domini ſecutus eſt creditor in mutuo dando.

¶ Ergo idem *a* erit & in filio *b*.

4 ¶ Sed ſi mutua pecunia accepta, domum dominicam exornauit *c* tectoriis, & quibuſdam aliis, quæ magis ad voluptatem pertinent, quàm ad vtilitatem, non videtur verſum. quia nec *d* procurator hæc imputaret, niſi fortè mandatum domini, aut voluntatem *e* habuit: nec debere ex eo onerari dominum, quod ipſe facturus non eſſet. quid ergo eſt? Pati debet dominus, creditorem hæc auferre *g*, ſine domus ſuæ videlicet iniuria *h*, ne *i* cogendus ſit dominus vendere domum: vt, quanti pretioſior facta eſt, id præſtet.

5 ¶ Idem Labeo ait: ſi ſeruus mutuatus nummos à me, alij eos crediderit, de in rem verſo dominum teneri, quod *k* nomen ei acquiſitum eſt. quam ſententiam Pomponius ita probat, ſi non peculiare nomen fecit, ſed quaſi dominicæ rationis. ex qua cauſa hactenus erit dominus obligatus: vt, ſi non putat ſibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actionibus, procuratorémque eum faciat.

6 ¶ Nec non illud quoque in rem domini verſum Labeo ait, quod mutuatus ſeruus, domino emit volenti *l* ad luxuriæ materiam: vnguenta ferrè: vel ſi quid ad delicias, vel ſi quid ad turpes ſumptus ſubminiſtrauit. neque enim ſpectamus, an bono domini ceſſerit, quod conſumptum eſt, ſed an in negotium domini.

7 ¶ Vnde rectè dicitur, & ſi frumentum comparauit ſeruus ad alendam domini familiam, & in horreo dominico repoſuit, & hoc periit, vel corruptum eſt, vel arſit, videri *m* verſum.

8 ¶ Sed & ſi ſeruum domino neceſſarium emiſſet *n*, íſque deceſſiſſet: vel inſulam *o* fulſiſſet, eáque ruiſſet: dicerem, eſſe actionem de in rem verſo.

9 ¶ Sed ſi ||ſic|| accepit. quaſi in rem domini verteret, nec vertit, & decepit creditorem, non videtur verſum: nec tenetur dominus: * ne credulitas *p* creditoris domino obeſſet, vel calliditas ſerui noceret. quid tamen, ſi is fuit ſeruus, qui ſolitus erat accipiens vertere? Adhuc non *q* puto nocere domino, ſi alia mente ſeruus accepit: aut ſi, cum hac mente accepiſſet, poſtea alio vertit. curioſus *r* igitur debet eſſe creditor, quò vertatur.

10 ¶ Si mutuatus ſit pecuniam ſeruus ad veſtem *ſ* comparandam, & nummi perierint, quis de in rem verſo agere poſſit, vtrum creditor, an venditor? Puto autem, ſi quidem pretium numeratum ſit, creditorem de in rem verſo acturum, etſi veſtis perierit. ſi autem non fuit pretium ſolutum, ad hoc tamen data pecunia, vt veſtis emeretur, & pecunia perierit, veſtis tamen familiæ diuiſa eſt: vtique creditorem de in rem verſo habere actionem. An & venditor habeat, quia res eius peruenerunt in rem domini: ratio hoc facit, vt teneatur. vnde incipit † dominus teneri ex vna *t* cauſa duobus *u*. Proinde etſi tam pecunia, quàm veſtis periit, dicendum erit, vtrique dominum teneri: quoniam ambo in rem domini vertere voluerunt.

De occupatione.

4\. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SEed dicendum eſt, * occupantis *x* meliorem conditionem eſſe debere. nam, vtriſque *y* condemnari dominum de in rem verſo, iniquum eſt.

De re empta domino. 1. *De ratihabitione domini.* 2. *De re empta domino.* 3. *Si ſeruus ab initio negotium peculiare geſſerit.*

5\. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SI *z* res domino non neceſſarias emerit ſeruus quaſi domino neceſſarias, veluti ſeruos, hactenus videri in rem eius verſum, Pomponius ſcribit, quatenus ſeruorum *a* verum *b* pretium facit: cum ſi neceſſarias,

a Actio de in rem verſo datur ex contractu filii vel ſerui. *vt hic Syn. d. c.* 2. Argumentum interim obſerua a ſeruo ad filiumfamilias.

b cui, ſi quis mutuum dederit, vt ſe aleret, veſtimenta haberet & neceſſaria, pater obligatur de in rem verſo, arg. *l.* 19. *j. eod.* adde *l.* 5. *C. ad SC. Maced.*

c In rem domini mutuum acceptum vertiſſe non videtur ſeruus, qui ex mutuo accepto opera ad voluptatem fecit, quæ dominus facturus nō erat. Quid igitur licentiam habet dominus permittendi, vt ea opera ſine domus iniuria creditores auferant, ne cogatur propter reſtitutionem domum vendere: quippe nec procurator citra voluntatem, mandatúmve domini ſumptus huiuſmodi faciens repetitionem habet. *Syn. ibid.*

d Procurator contra mandatum non imputat impenſas voluptuarias, *l.* 27. *ſ. de negotiis.*

e id eſt ratihabitionem. Ratihabitio, eſt voluntas, *vt hic, l.* 26. §. 1. *ſ. de pign. l.* 9. §. 2. *j. de donat. l.* 46. §. 8. *j. de iure fiſci.*

f *l.* 10. *l.* 11. *ſ. de negotiis.*

g poteſt tamen ea quæ impendit auferre, *l.* 38. *de rei vind. l.* 10. §. 10. *j. mandati.*

h id eſt ſi ea recipiunt ſeparationem, *v. l.* 28. *in fin. ſ. de rei vind. l.* 9. *j. de impenſis.*

i id eſt finge pauperem cui (ſi id reddere cogatur) laribus ſepulchriſque auitis ſit carendum, *l.* 38. *ſ. de rei vind.*

k id eſt quia actio domino acquiritur, videtur in rem verſum.

l fallit in minore mandante, *l.* 12. §. 11. *j. mandati.* & muliere *l.* 11. *j. de impenſ.*

m ſufficit enim vtiliter cœptum fuiſſe, *l.* 10. *l.* 12. *l.* 22. *ſ. de negotiis.*

n *v. l.* 11. §. 4. *ſ. de minorib. v. l.* 31. *ſ. fam.* vel curaſſe, *l.* 10. *ſ. de negotiis, l.* 10. *C. de negotiis,*

o *l.* 10. *ſ. de negotiis.* p Imò vtiliter cœptum fuiſſe videtur, *l.* 12. *in fin. ſ. de negotiis.* ſed & credulitas creditori prodeſſe poſſe videtur, *v. l.* 3. *j. ad SC. Maced.* q Imò, eam ob cauſam videtur creditor eſſe iuuandus, §. 3. *ſ. eod.*

r contra quam in exercitoria receptum eſt, *l. vlt. in fin. ſ. de exercitoria.*

ſ In veſtes ſeruorum mutuum dominum obligat, adde §. 3. *ſ. eod.*

† dic vt *l.* 4. *j. eod.*

t id eſt quia in vnius vtilitatem verſa eſt: alias hic ex duabus cauſis teneturmutuo ſcilicet & venditione.

u Imo videtur vnius tantum de in rem verſo agere poſſe, *l.* 18. *j. eo.*

x Occupantis melior eſt conditio, vbi pluribus competit actio de in rem verſo.

y *v. l.* 26. *ſ. de peculio, l.* 18. *j. de verb. oblig. l.* 57. *j. de reg. iur.*

z In iis quæ neceſſario emuntur, in ſolidum quidquid expenditur, in rem verſum eſt: quamuis dominus ratum non habuerit, ſin res non neceſſariæ, ſed quaſi neceſſariæ tamen emantur, eatenus in rem verſum eſt, quatenus eſt verum pretium: quippe ſi non ſeruum ſed, fundum ſeruis emebat, & præſumptione putabat, ſe illum quaſi neceſſarium emiſſe: quanti dignus eſt emptus ille fundus, in tantam quantitatem dominus tenetur, *Syn. Baſ. & ibi Scholiaſtes* 18. *Tit.* 7. *c.* 2. vel ita: In rebus neceſſariis iuſtum: in non neceſſariis conuentum pretium inſpicitur. a *v. l.* 12. *j. eodem.*

b Verum pretium quod eſt communne, *l. pretia.* 63. *j. ad l. Falcid.*

emiſſet

emiſſet, in ſolidum, quanto veniſſent, teneretur.

1 ¶ Idem ait, ſiue ratum habeat ſerui contractum dominus, ſiue non, de in rem verſo eſſe actionem.

2 ¶ Quod ſeruus domino emit ſiquidem voluntate eius emit, poteſt quod iuſſu agi: ſin vero non ex voluntate, ſiquidem dominus ratum *a* habuerit, vel alioquin rem neceſſariam, vel vtilem domino emit, de in rem verſo actio erit: ſi vero nihil eorum eſt, de peculio erit actio.

3 ¶ Placet, non ſolum eam pecuniam in rem verti quæ ſtatim à creditore ad dominum peruenerit: ſed & quæ *b* prius fuerit in peculio: hoc autem toties verum eſt, quoties ſeruus rem domini gerens, locupletiorem *c* eum facit nummis peculiaribus: alioquin ſi ſeruo peculium dominus adimat, vel "ſi" vendat eum cum peculio, vel rem eius peculiarem, & pretium exigat, non videtur in rem verſum.

6. *Tryphoninus* lib. 1. Diſputationum.

NAm ſi hoc verum eſſet, etiam antequam venderet rem pec[...]liarem, de in rem verſo teneretur: quia hoc ipſo, quòd [...]ſeruus rem in peculio haberet, locupletior fieret *d*, quod apertè falſum eſt.

5. De erogatis in funus ad dominum pertinentibus. 4. Si dominus enincat hereditatem, quam ſeruus vendiderat. 5.

5. De pecunia in dotem data

7. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

ET ideo, & ſi donauerit ſeruus domino rem peculiarem, actio de in rem verſus ceſſabit: & ſunt iſta vera.

1 ¶ Planè ſi mutuum ſeruus acceperit, & donandi animo ſoluit *e*, dum *f* non vult eum debitorem facere peculiarem, de in rem verſo actio eſt.

2 ¶ Illud verum non eſt, quod Mela ſcribit, ſi ſeruo meo argentum dederis, vt pocula tibi faceret ex quolibet argento, mox factis poculis ſeruus deceſſerit, eſſe tibi aduerſus me de in rem verſo actionem: quoniam *g* poſſum pocula vindicare.

3 ¶ Illud planè verum eſt, quod Labeo ſcribit, ſi odores *h* & vnguenta ſeruum emerit, & *i* ad funus erogauerit, quod ad dominum ſuum pertinebat, videri in rem domini verſum.

4 ¶ Idem ait *k*, & ſi hereditatem à ſeruo tuo emero, quæ ad te pertinebat, & creditoribus pecuniam ſoluero: deinde "hanc" hereditatem abſtuleris mihi ex empto actione me id ipſum conſecuturum, videri enim in rem tuam verſum. nam & ſi hereditatem à ſeruo emero: vt, quod mihi ab ipſo ſeruo debebatur, compenſarem, licet nihil ſolui, tamen conſequi me ex empto, quod ad dominum peruenit. Ego autem non puto, de in rem verſo eſſe actionem emptoris: niſi hoc animo geſſerit ſeruus, vt in rem domini verteret.

5 ¶ Si filiusfamilias pecuniam mutuatus, pro *l* filia ſua dotem *m* dederit, in rem verſum patris *n* videtur, quatenus *o* auus pro nepte daturus fuit: quæ ſententia ita demum mihi vera videatur, ſi hoc animo dedit, vt patris negotium gerens.

8. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

ET nihil intereſſe Pomponius ait, filiæ ſuæ nomine, an ſororis *p*, vel neptis ex altero filio natæ dederit.

¶ Idem ergo dicemus, & ſi *q* ſeruus mutuatus fuerit, & domini ſui filiæ nomine in dotem dederit.

9. *Iauolenus*, lib. 12. ex Caſſio.

SI verò pater dotem daturus non fuit *r*, in rem patris verſum eſſe non videtur.

Si filius pro patre obligatur, vel iudicium ſuſcipiat. 4. De parte. 5. De ſorte & vſuris. 6. Si duret verſum vel non. Si dominus vel extraneus ſoluerit ſeruo vel filio. 7. De eo quod ſeruus debet domino, & de eo quod creditori domini eo ſoluit. 8. Si ſeruus poſtquam in rem domini venit, deinde eius debitor, mox creditor factus ſit. 10. Si filius ſoluat, quod & ipſe, & pater debet.

20. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SI *ſ* pro patre filius fideiuſſerit, & creditori ſoluerit, in rem patris videtur verſum: quia patrem liberauit.

1 ¶ Cui ſimile eſt, quod Papinianus libro 9. Quæſtionum ſcribit: ſi *t* filius quaſi defenſor patris iudicium ſuſceperit. & ſit condemnatus, de in rem verſo teneri patrem: namque filius eum iudicio *u* ſuſcepto liberauit.

2 ¶ Idem tractat Papinianus: & ſi quod patrem dare oportet, à filio ſum ſtipulatus: & ita conuenerim filium, nam & hic de in rem verſo fore actionem, niſi ſi donare patri filius voluit, dum ſe obligat.

3 ¶ Quare poteſt dici, etſi de peculio actionem quaſi defenſor patris ſuſceperit, teneri patrem de in rem verſo vſque ad peculij quantitatem. cuius ſententiæ id erit emolumentum: vt, ſi finita ſit actio de peculio *a*, de in rem verſo conueniatur. ergo & ante condemnationem, poſt iudicium patris nomine acceptum, de in rem verſo patrem teneri puto.

4 ¶ In rem autem verſum videtur, prout *b* aliquid verſum eſt: proinde, ſi pars verſa eſt, de parte *c* erit actio.

5 ¶ Sed vtrum in ſortem duntaxat tenebitur dominus, an & in vſuras? Et ſi quidem promiſit vſuras, Marcellus libro 5. Digeſtorum ſcribit, dominum præſtaturum, ſed ſi non ſint promiſſæ, vtique non debebuntur, quia in ſtipulatum deductæ non ſunt.

¶ Planè ſi contemplatione domini pecuniam dedi non gerenti ſeruo negotia domini, ſed ipſe gerens, negotiorum geſtorum actione potero etiam de vſuris experiri.

6 ¶ Verſum autem ſic accipimus, vt *d* duret *e* verſum *f*. Et ita demum de in rem verſo competit actio, ſi non ſit à domino ſeruo ſolutum, vel filio.

¶ Si tamen in necem *g* creditoris, id eſt, perdituro ſeruo, vel filio ſolutum ſit, "quamuis ſolutum ſit," deſinit quidem verſum: æquiſſimum autem eſt, de dolo malo aduerſus patrem, vel dominum competere actionem. Nam & peculiaris debitor, ſi fraudulenter ſeruo ſoluerit quod ei debebat, non liberatur.

7 ¶ Si domini debitor ſit ſeruus, & ab alio mutuatus, ei ſoluerit, hactenus non vertit, quatenus *h* domino debet: quod excedit, vertit. proinde ſi cum domino deberet triginta, mutuatus quadraginta, creditori eius ſoluerit, vel familiam exhibuerit *i*, dicendum erit, de in rem verſo in decem competere actionem: aut ſi tantumdem debeat, nil videtur verſum. nam (vt Pomponius ſcribit) aduerſus lucrum *k* domini videtur ſubuentum. Et ideo, ſiue debitor fuit domino, cùm in rem verterat, nihil videri verſum: ſiue poſtea debitor eſſe domino cœperit, deſinere verſum. idémque & ſi ſoluerit ei.

¶ Plus dicit, etſi tantumdem ei donauit dominus, quantum creditori ſoluit pro ſe, ſi quidem remunerandi animo? non videri verſum: ſi verò alias donauit *l*, durare verſum.

8 ¶ Idem quærit, ſi decem in rem domini vertit, & poſtea tantumdem ſummam à domino mutuatus ſit, habeat præterea & peculium decem, "videndum ait," vtrum deſiit eſſe verſum, an verò, quoniam eſt peculium, vnde trahatur debitum, de in rem verſo non tollimus actionem: an potius ex vtroque pro rata detrahimus? Ego autem puto, ſublatam de in rem verſo actionem: cum debitor domini ſit conſtitutus.

9 ¶ Idem quærit, ſi in rem tuam verterit, & debitor tuus factus ſit, mox creditor eiuſdem ſummæ, quam tibi debuit: an renaſcatur de in rem verſo actio, an vero ex poſtfacto non conualeſcat? quod verum eſt *m*.

10 ¶ Idem tractat, an ex *n* euentu poſſit in rem patris filius vertere, veluti ſi duo rei, pater & filius fuerint, & filius mutuatus ſuo nomine ſoluat: vel ſi filio iuſſu patris crediditi, & filius creditum tibi ſoluiſſet? Mihi videtur *o*, ſiquidem pecunia ad patrem peruenerat, videri in rem verſum: quòd ſi non fuit, & ſuum negotium gerens filius ſoluit, non eſſe de in rem verſo actionem.

Si ſeruus creditori ſuo ſoluit.

11. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

QVod ſeruus in hoc mutuatus fuerit, vt creditori ſuo ſolueret, non erit in rem verſum: quamuis actione de peculio liberatus ſit dominus.

De re empta patri vel domino.

12. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SI *p* fundum patri, dominóve emit ſeruus, vel filiusfamilias verſum quidem eſſe videtur. ita tamen vt, ſiue minoris *q* ſit, quàm eſt emptus, tantum videatur in rem verſum, quanti dignus ſit: ſiue pluris ſit, non plus videatur in rem verſum, quam emptus eſt.

De ſeruo communi.

13. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SI in rem alterius ex dominis verſum ſit, vtrum is ſolus *r*, in cuius rem verſum eſt, an & ſocius poſſit conueniri, quæritur. & Iulianus ſcribit, eum ſolum conueniri, in cuius rem verſum eſt: ſicuti cum *ſ* ſolus iuſſit, quam ſententiam puto veram.

a l. 1. §. 6. ſ. *quod iuſſu*.
b l. 3. §. 1. *in fin*. ſ. *eod*.
c hæc enim exceptio *locupletior factus es*, iuſtiſſimè obiicitur, v. quæ notaui ad l. 10. ſ. *de inſtit. via*, l. 1. §. 4 d. *de peculio*.
d eſſe in peculio ſerui, & in rem domini verſum eſſe, diuerſa ſunt.
e Domino ſuo.
f [...] ſeruus dominum ſibi obligare non poteſt, l. 41. ſ. *eod*. iure, non poteſt *vt ibi*. facto, poteſt, *vt hic*.
g In rem verſo actione non vtitur, cui rei vindicatio competit.
h v l. 37. ſ. *de religioſis*.
i v. l. 30. ſ. *de religioſis*.
k & malè, *vt verſ. ego autem non puto*.
l Si vt gerens negotium pro patre meo, pecuniam mutuatus, pro filia mea dotem dedero, in rem verſum eſt, *vt hic*. Idem eſt ſi pro ſorore vel nepte patris mei ex alio fratre dotum dedero l. 8. ſ. eo. Syn. 18. *Tit*. 7. c. 3. §. 2.
m Dos, ſeu dotandi onus, res ſeu onus patris eſt.
n id eſt aui, vt videatur dos ab auo profecta, l. 5. §. 8. ſ. *de iure dotium*.
o l. 1. §. 8. ſ. *de iure dotium*.
p non vterinæ, ſed conſanguineæ, *arg*. l. 12. § p n. ſ. *de admin. tut*.
q In rem domini vertiſſe intelligitur, qui ex pecunia quam mutuo accepit, filiam domini dotauit, *vt hic*, *Syn. ibid*.
r Quid: quando pater dotem dare non tenetur, cum ſemper dare teneatur? l. *fin. verſ. neque enim leges incognitæ*, C. *de dotis promiſſione*, l. 19. ſ. *de ritu nuptiarum*: v. tamen caſum in l. 19. §. 1. C. *de hæreticis*. Reſpondeo: auus maternus nō cogitur, quia nec mater cogitur, l. 14. C. *de iur. dot*. nec naturalis pater, *arg*. l. 41. §. 11. ſ. *de leg*. 3.
ſ filius ſi pro patre fideiuſſerit & ſoluerit, in rem verſum eſt: quippe liberat eum, l. 15. ſ. eo. *Syn. ibid*. c. 5.
t In rem patris vertiſſe videtur, qui ſuſcepta patris defenſione condemnatus fuit. Namque filius eum iudicio ſuſcepto liberat. *Syn. Baſ. d*. c. 5.
u v l. 23. ſ. *de ſolutionib*.

a l. 1. ſ. eo.
b l. 3. §. 1. ſ. *eod*. §. 4. *Inſt. quod cum eo*.
c Parte in rem alicuius verſa, datur de in rem verſo pro parte actio.
d Verſum & factū cenſetur, quod durat, l. 6. §. *pen*. ſ. *quod cuiuſque vniverſ*. l. 15. §. 1. ſ. *de inofficioſo* l. 2. §. 6. ſ. *de heredit. vendit*. l. 4. §. 12. ſ *de vſucap*. v. tamen l. 17 ſ. *eod*.
e Verſum num videtur, ſi momento quodam verſum fuerit? Minimè: verſum non videtur, quod momento tantum aliquo verſum fuit, dixi plura, l. *vlt*. *Cod. de bonis quæ liberis*.
f vide conciliationem antinomiarū ad hunc locum apud Zaſ. 2. *Antinom*.
g id eſt in fraudē.
h In rem accipiētis vertiſſe non videtur, qui quod ipſe debuit, accipienti ſoluit, *vt hic*. Quid ſi quod accepit id reddidit? deſinit verſum, §. 8. ſ. eo. l. 18. ſ. eo. l. 20. ſ. *de dolo*.
i id eſt aluerit.
k actione de in rem verſo creditori ſerui ſubuenitur aduerſus lucrum domini.
l Principaliter, non animo remunerandi, *vt* l. 11. ſ. *mandati*.
m Non reuiuiſcit ſemel extincta obligatio, l. 98. §. *vlt*. ſ. *de ſolut*.
n Ex euentu in rem verſum & lucrum non æſtimamus, ſed ex conſilio ſerui. Nec enim exigimus vt lucri fecerit ex negotio ſerui dominus, quia vt negotium illud domino gerere ſeruus voluerit, & cauerit ſe accipere in rem domini, *vt hic*. ita demum obligatur dominus, ſi in eam rem pecunia credita ſit, *Paul*. 2. *ſent. tit*. 9. Exigimus vt ſciat creditor in rem domini pecuniam ſumi, imo & conſumi, l. 3. §. *ſed ſi acceperit*, ſ. *eod*.
o id eſt lucrum vel in rem verſum non æſtimamus ex euentu & lucro domini, ſed ex conſilio ſerui, id eſt an domini negotium gerere voluerit.
p In rem verſum eſt, ſi fundum patri dominóve ſeruus aut filiusfamilias. Quid ſi fundus pretij minoris eſt. veri pretium computatur in rem verſum. Quid ſi pluris quam pretium? tantum id quod ſolutum eſt, *Syn. Baſ*. 18. *tit*. 7. *cap*. 6.
q l. 5. ſ. *eod*.
r Solus is tenetur ex domini actione de in rem verſo & iuſſu, in cuius ſolius rem verſum eſt, aut qui ſolus iuſſit.
ſ l. *vlt*. ſ. *quod iuſſu*.

14. Iuliānus

14. *Iulianus* libro vndecimo Digeſtorum Marcellus notat.

INterdum & propter hoc, quod in rem alterius ſocij verſum eſt, de in rem verſo cum altero agi poteſt: qui conuentus, à ſocio petere poteſt id, in quo damnatus fuerit. quid enim dicemus, ſi peculium ſeruo ab altero ademptum fuerit *a*? Paulus: Ergo hæc quæſtio ita procedit, ſi de peculio agi non poteſt.

De conſtituto.

15. *Vlpianus* libro 2. Diſputationum.

SI filiusfamilias conſtituerit *b*, quod pater debuit, videndum eſt, an de in rem verſo actio dari debeat. atquin non liberauit patrem. nam qui conſtituit *c*, ſe quidem obligat, patrem verò non liberat. planè ſi ſoluat poſt conſtitutum, licèt pro ſe videatur ſoluiſſe (hoc eſt ob id quod conſtituit) in rem *d* tamen vertiſſe patris meritò dicetur.

De re vendita, aliáque eiuſdem generis empta.

16. *Alfenus* lib. 2. Digeſtorum.

QVidam fundum colendum ſeruo ſuo *e* locauit, & boues ei dederat: cùm hi boues non eſſent idonei, iuſſerat eos venire: & his nummis, qui recepti eſſent, alios reparari *f*. ſeruus boues vendiderat *g*: alios redemerat: nummos venditori non ſoluerat: poſtea conturbauerat: qui boues vendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rem domini verſum eſſet: cùm boues, pro quibus pecunia peteretur, penes *h* dominum eſſent? Reſpondit, non videri peculij quicquam eſſe: niſi ſi quid, deducto *i* eo, quod ſeruus domino debuiſſet, reliquum fieret: illud ſibi videri, boues quidem in rem domini verſos eſſe, ſed pro ea re ſoluiſſe tantum, quanti priores boues veniſſent: ſi quo amplioris pecuniæ poſteriores boues eſſent, eius oportere dominum condemnari *k*.

Si in rem domini pecuniam mutuatus ſine culpa eam perdidit. 1. De vicario.

17. *Africanus* lib. 8. *l* Quæſtionum.

SEruus in rem domini pecuniam mutuatus, ſine culpa eam perdidit, nihilominus poſſe cum domino de in rem verſo agi exiſtimauit *m*. nam etſi procurator *n* meus *o* in negotia mea impenſurus, pecuniam mutuatus, ſine culpa eam perdiderat, rectè *p* eum hoc nomine mandati, vel negotiorum *q* geſtorum acturum.

1 ¶ Cum Sticho vicario ſerui tui Pamphili contraxi. actio de peculio, & in rem verſo "ita" dari debet, vt quod *r* vel in tuam ipſius rem, vel in peculium Pamphili verſum ſit, comprehendatur. ſcilicet etiam ſi mortuo, vel alienato Sticho agatur: quòd ſi Pamphilo mortuo agam, magis eſt, vt, quamuis Stichus viuat, tamen de eo, quod in peculio Pamphili verſum eſt, non, niſi intra annum *ſ*, quàm is deceſſit, actio dari debeat. etenim quodammodo de peculio Pamphili tum experiri videbor: ſicuti ſi, quod iuſſu eius crediſſem, experirer.

¶ Nec nos mouere debet, quòd Stichus de cuius peculio agitur viuat: quando non aliter ea res in peculio eius *t* eſſe poteſt, quàm ſi Pamphili peculium maneat.

¶ Eadem ratio efficiet, vt id quod in peculio Pamphili verſum ſit, ita *u* præſtari debere dicamus, vt prius eius, quod tibi Pamphilus debuerit, deductio fiat. quod verò in tuam rem verſum fuerit, præſtetur etiam non deducto eo quod Pamphilus tibi debet.

De fideiubente pro ſeruo.

18. *Neratius* lib. 7. Membranarum.

QVamuis in eam rem pro ſeruo meo fideiuſſeris, quæ ita contracta eſt, vt in rem meam verſaretur *x*, veluti ſi cùm ſeruus frumentum emiſſet, quo familia aleretur, venditori frumenti fideiuſſeris, propius eſt tamen, vt de peculio eo nomine, non de in rem verſo agere poſſis: vt vnius *y* duntaxat in quoquo contractu de in rem verſo ſit actio, qui id ipſum credidit, quod in rem domini verſum eſt.

De toga quam filius emit, & pater dedicauit in funus eius.

19. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

FIliusfamiliàs togam emit: mortuo deinde eo, pater ignorans, & putans ſuam eſſe, dedicauit, *z* eam in funus eius. Neratius libro reſponſorum ait, in rem patris verſum videri. in actione autem de peculio, quod in rerum natura non eſſet, vno modo

a non fuerit. ita emendat Cuiac. 8. *ad Africanum explicatione legis* 17. *huius tituli*. ſed ab Antonio Fabro reprehenditur 1. *coniect.* 9.

b filius ſi pro patre conſtituerit, tunc in rem patris vertit quum ſoluerit. Etenim pecunia videtur in rem eius verti, eúmque ſolùm ſpectat. Nam quod à patre cum effectu debebatur, filiusfamiliàs conſtituit. *Synop. Baſil.* 18. *tit.* 7. *cap.* 8. & *ib. Scholiaſtes*, *l.* 10. ſ. *eodem*.

c Conſtituens non nouat: obligat quidem ſe non tamen liberat eum cuius nomine conſtituit.

d v. quæ notaui ad *l.* 36. *inf. de fideiuſſorib.*

e peculium habenti.

f *Reparare vina* eſt in locum priorum alia emere: vt *l.* 122. §. 1. *inf. de verb. obl. Sic Horatius* 1. *Odar.* 31. vina Syra reparata merce.

g & tradiderat fide habita de pretio.

h *l.* 36. ſ. *de pet. hered.*

i *l.* 10. §. 7. *ſupra eod.*

k vt ad hunc locum Bart. *ad l.* 22. *in fin.* ſ. *ſolut.*

l v. Cuiac. ad hanc *l.* 8. *ad Africanum*.

m Cur ita? collige ex iis quæ notaui ad *l.* 10. *in fin.* ſ. *eod.*

n Sæpe fit in hoc titulo Procuratoris comparatio cum ſeruo, *l.* 3. §. 2. §. 4. ſ. *eod.*

o i. priuati, non Eccleſiæ; nec enim ſufficit creditori probare creditum: cum vlterius probare verſum teneatur. *Nou.* 120. *l.* 27. ſ. *de reb. creditis*.

p Imò non rectè. Nam vel hoc Titulo verſum intelligitur, quod durat verſum, *l.* 10. §. *verſum.* ſ. *eodem*. Dic, durare verſum ſatis, quod durat in extremam vſque fortunam & caſum, *vt hic*.

q Procuratorem itaque hoc caſu accipe pro voluntario procuratore, i. negotiorum geſtore, qui mandatum non habeat, *l.* 6. §. 2. *l.* 58. ſ. *de negotiis*: *l.* 51. ſ. *de ædilitio.*

r vide *l.* 7. §. 1. ſ. *de iuris & facti ignor.*

ſ Sciendum eſt, actionem de peculio, viuo ſeruo, eſſe perpetuam: mortuo, annalem: actionem verò de in rem verſo, tam mortuo quam viuo ſeruo, perpetuam eſſe, *Cuiac. ibid.*

t i. vicarij: vt ex Ioanne hic notat Cuiacius.

u quod verſum eſt in peculium Pamphili debet Pamphilus Sticho, vt alius domini ſeruo *Ioannes ibid.*

x *al.* verteretur. Actio in de rem verſo competit ei qui principaliter contrahit, vt in rem domini vertatur. y vide *l.* 3. *l.* 4. ſ. *eod.*

z i. deſtinauit. veſtibus olim vtebantur in funeribus, & cum veſtimentis etiam mortuos ſepeliebant, *v. l.* 14. §. 5. ſ. *de religioſis*.

æſtimari debere, ſi dolo *a* malo eius, quo cum agatur, factum eſſet. atquin ſi filio pater togam emere debuit *b*, in rem patris ‖ res ‖ verſa eſt: non nunc, quo funerabitur, ſed quo tempore emit. funus enim filij, æs alienum patris eſt. & ‖hoc‖ Neratius quoque: qui de in rem verſo patrem teneri putauit, oſtendit, negotium hoc (id eſt ſepulturam *c*, & funus filij) patris eſſe æs alienum, non filij, factus eſt ergo debitor peculij, quamuis res non extet, vt etiam de peculio poſſit conueniri. in quam actionem venit, & *d* quod in rem verſum eſt, quæ tamen adiectio *e* tunc neceſſaria eſſet, cùm annus poſt mortem filij exceſſit.

De filiafam. quæ pecuniam à viro creditam conſumpſit in alimenta. 1. De verſo in rem pupilli. De promiſſione tutoris.

20. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

PAter pro filia dotem promiſit: & conuenit, vt *f* ipſe filiam aleret *g*: non præſtante patre, filia à viro mutuam pecuniam accepit, & mortua eſt in matrimonio: reſpondi, ſi ad ea id, quod creditum eſt, erogatum eſſet, ſine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet, dandam de in rem verſo vtilem *h* actionem.

1 ¶ Seruus abſentis reipublicæ cauſa, pupilli *i* ſeruis pecuniam credidit, ſubſcribente tutore, ſtipulatione in perſonam tutoris tranſlata: quæſitum eſt, an aduerſus pupillum competat actio? reſpondit: ſi, cùm in rem pupilli daretur, id in rem eius verſum eſt, & quo magis actus ſeruorum confirmaretur, tutor ſpopondit, poſſe nihilominus dici, de in rem verſo cum *k* pupillo actionem fore.

De filiafam. quæ pecuniam à viro creditam, aliámque eius pecuniam conſumpſit in alimenta.

21. *Idem* lib. 5. Digeſtorum.

FIliamfamiliàs duxit vxorem, patre dotem promittente. & conuenit inter omnes perſonas vti eam *l* pater, aut ipſa ſe tueretur *m*. maritus ei mutuos nummos dedit *n*: cùm iuſtè putaret, patrem eius miniſtraturum tantum ſalarium, quantum dare filiæ ſuæ inſtituerat: eos nummos illa in vſus neceſſarios ſibi & in ſeruos, quos ſecum habebat, conſumpſit: aliquantum & cùm ei res familiares creditæ eſſent, ex pecunia mariti in eaſdem cauſas conuertit: deinde priùs, quàm pater ſalarium expleret, moritur filia; pater impenſam recuſat: maritus res mulieris retinet: Quæro, an de in rem verſo aduerſus patrem actio competat? Reſpondit: ſi ad ea id, quod creditum eſt, erogatum eſſet, ſine quibus aut ſe tueri, aut ſeruos paternos exhibere non poſſet, dandam de in rem verſo vtilem actionem.

QVOD IVSSV *p*.

TIT. IV.

Ratio edicti. 1. Quibus modis iubetur. 2. De iuſſu vel mandato reuocando. 3. De mandato. 4. vel ſubſcriptione 5. Vel fideiuſſione. 6. Vel ratihabitione domini vel patris. 7. De iuſſu pupilli. 8. Vel fructuarij, vel bon. fid. poſſeſſoris. 9. Vel curatoris vel procuratoris.

Vlpianus lib. 29. ad Edictum.

MErito ex iuſſu domini in ſolidum *q* aduerſus eum iudicium datur. nam * quodammodo cum eo contrahitur, qui iubet *r*.

1 ¶ Iuſſum autem accipiendum eſt, ſiue *ſ* teſtato quis, ſiue per epiſtolam *t*, ſiue verbis, aut per nuntium; ſiue ſpecialiter in vno contractu iuſſerit, ſiue generaliter. & ideo, & ſi ſic conteſtatus ſit, *quod u voles cum Sticho ſeruo meo negotium gerere periculo meo*: videtur ad omnia iuſſiſſe, niſi certa lex *x* aliquid prohibet.

2 ¶ Sed ego quæro an reuocare *y* hoc iuſſum antequam creditur, poſſit? Et puto poſſe quemadmodum *z* ſi mandaſſet, & poſtea ante contractum contraria voluntate mandatum reuocaſſet, & me certioraſſet.

a *l.* 9. §. 4. *ſupr. de peculio.*

b vide quæ notaui ad *l.* 3. §. 3. *ſupra eod.*

c *l.* 7. §. 3. *ſupr. eod.*

d Actio de peculio licèt vna ſit, duas tamen habet condemnationes. §. 4. *Inſt. quod cum eo.*

e De in rem verſo, de peculio, tributoria, inſtitoria formulæ, actionum propria non ſunt nomina, ſed adiectiones tantùm.

f adde *l.* 3. §. 3. ſ. *eo. l.* 21. *in pr.* ſ. *eod. l.* 17. ſ. *de doli excep.*

g Actione de in rem verſo pater tenetur quoties mutuum filiafamiliàs in alimenta vertit.

h *Vtilis* actio hic nihil aliud quàm efficax.

i Actionem de in rem verſo contra pupillum promiſſio tutoris non tollit.

k *l.* 2. ſ. *quod iuſſu.*

l *v. l.* 20. *in pr.* ſ. *eo.*

m i. ſe alere: vt in *l.* 4 *in fin. l.* 12. §. 1. ſ. *de pact. de talib.*

n eorum nomine aduerſus patrem agere poteſt, *vt hic*.

o 4. *C.* 26. §. 1. *Inſt. quod cum eod. Syn. Baſil.* 18 *tit.* 8. Hac voce incipiebant nonnullæ apud veteres formulæ.

p domini vel patris ſcilicet contractum fuerit cum eius filio vel ſeruo.

q *l. penult.* ſ. *quod cum eo.* §. 1. *Inſtit. quod cum eo.*

r & mandat, *l.* 152. §. 1. *l.* 69. ſ. *de reg. iur.*

ſ ſiue quis teſtatò (ἐπὶ μαρτύρων) iuſſerit, vt cum ipſius ſeruo contraham, ſiue per epiſtolam, ſiue nudis verbis, ſiue per nuntium, ſiue in vno negotio, ſiue generaliter, ſiue his verbis, *Quod voles cum hoc ſeruo meo contrahe.* in ſolidum, ſicut & is qui contraxit tenetur, niſi quid lex ſpecialis prohibeat *Syn. Baſil.* 18 *tit.* 8. *c.* 1.

t Epiſtola, & ſic abſens iubere quis poteſt, *l.* 1. §. 1. *inf. mandati.*

u Generalis iuſſus his verbis concipitur.

x i. vel ſpecialiter expreſſa, vel tacitè intellecta. nam vtcunque libera peculij adminiſtratio concedatur ſeruo, non poteſt tamen donare *l.* 28. §. 2. *ſupra de pact.*

y Iuſſum reuocare licet, priuſquam contrahatur cum ſeruo iubentis, & contracturum ea de re certiorem facere: ſic enim in mandato eſt.

z Mandati & iuſſus in reuocando ſimilitudo, *vt hic*. Non tamen eadem vis, idémque effectus mandati & iuſſus. Nam quum iuſſit dominus, poteſt is qui facere iuſſus eſt, iuſſum exſequi. Verùm vbi mandans iniunxerit, recuſare factum vel mandatum non poteſt, quod ſemel recepit, propter generalem mandatorum naturam. Nam iubere quidem domini vel patris eſt, iuberi verò ſerui & filij. *Scholiaſtes apud authorem Eclog.* 18. *tit.* 8. *cap.* 38.

3 ¶ Sed

3 ¶ Sed & ſi mandauerit *a* pater, dominúſve, videtur iuſſiſſe.

4 ¶ Sed & ſi ſerui chirographo ſubſcripſerit *b* dominus, tenetur *c* quod iuſſu.

5 ¶ Quid ergo, ſi fideiuſſerit *d* pro ſeruo? Ait Marcellus, non teneri quod iuſſu: quaſi extraneus enim interuenit. neque *e* hoc dicit ideo, quòd tenetur ex cauſa fideiuſſionis: ſed quia aliud eſt iubere.

¶ Denique idem ſcribit, etſi inutiliter *f* fideiuſſerit, tamen cum non obligari quaſi iuſſerit, quæ ſententia verior eſt.

6 ¶ Si ratum *g* habuerit quis, quod ſeruus eius geſſerit, vel filius, quod iuſſu actio in eos datur.

7 ¶ Si pupillus dominus iuſſerit, vtique non *h* tenetur, niſi tutore auctore iuſſit.

8 ¶ Si iuſſu fructuarij erit cum ſeruo contractum, item eius, cui bona fide ſeruit. Marcellus putat, quod iuſſu dandam in eos actionem: quam ſententiam & ego probo.

9 ¶ Si curatore adoleſcentis, vel furioſi, vel prodigi iubente, cum ſeruo contractum ſit, putat Labeo dandam quod iuſſu actionem in eos, quorum ſeruus fuerit. Idem & *i* in vero procuratore.

¶ Sed ſi procurator verus non ſit, in ipſum potiùs dandam actionem, idem Labeo ait.

De iuſſu tutoris. 1. De ancilla & filia. 2. Si is qui iuſſit poſtea dominus fiat.

2. *Paulus* libro 30. ad Edictum.

SI, tutoris iuſſu, ſeruo pupilli creditum ſit, puto, ſi ex vtilitate *a* pupilli fuerit creditum, in pupillum eſſe dandam actionem, quod iuſſit tutor.

1 ¶ Si iuſſu domini ancillæ, vel iuſſu patris filiæ creditum ſit, danda eſt in eos quod iuſſu actio.

2 ¶ Si iuſſu meo cum alieno ſeruo contractum fuerit, eúmque poſtea redemero, quod iuſſu non teneborne actio, quæ ab initio inutilis fuerit, euentu confirmetur.

De mutuo & pignore.

3. *Vlpianus* lib. 2. Reſponſorum.

DOminum, qui iuſſit ſemiſſibus *b* vſuris ſeruo ſuo pecuniam mutuam credi, hactenus teneri, quatenus iuſſit: nec pignoris obligationem locum habere in his prædiis, quæ ſeruus non ex voluntate domini obligauit.

De iuſſu adminiſtratoris rerum ciuitatis.

4. *Idem* lib. 10. ad Edictum.

SI iuſſu eius, qui adminiſtrationi rerum ciuitatis præpoſitus eſt, cum ſeruo ciuitatis negotium contractum ſit, Pomponius ſcribit, quod iuſſu *c* cum eo agi poſſe.

Si pecuniam accepturus iuſſerit ſeruo filióve numerari. 1. De ſeruo communi.

5. *Paulus* lib. 4. ad Plautium.

SI dominus, vel pater pecuniam mutuam accepturus, iuſſerit ſeruo, filióve numerari, nulla quæſtio eſt, quin ipſi condici poſſit, immò hoc caſu de *d* iuſſu actio non *e* competit.

1 ¶ Si vnus ex ſerui dominis iuſſit contrahi cum eo, is ſolus tenebitur, ſed ſi duo iuſſerunt, cum quouis in ſolidum agi poteſt: quia ſimiles ſunt duobus mandantibus.

a Iubet, qui mandat. Actioni quod iuſſu locus eſt, ex mandato patris vel domini. *Syn. ibi. l. 9. C. quod cum eo. l. 7. ſup. quod cum eo.*

b Subſcribens, iubere videtur. facit *l. 3. C. quod cum eo.*

c iubere etiam videtur qui ſubſcribit, qui mandat *l. 3. C. quod cum eo. l. 8. §. 51. inf. quib. modis pignus ſoluitur.* qui ratum habet, *l. 60. inf. de regulis iuris*: ergo & qui ſigillo ſuo contractum confirmauit. Hinc colligunt recognoſci debere non modò ſubſcriptiones, ſed etiam ſigilla, *l. 4. ī. quemadmo. teſt. aper. l. 20. C. de fide inrum.*

d Iuſſu actione non obligatur qui pro ſuo ſeruo fideiuſſit. *Syn. ibid.*

c id eſt, non negat dominum teneri ex fideiuſſione, tenetur enim.

f inutilis fideiuſſio pro iuſſu non habetur.

g Iuſſu actione tenetur, qui ratum habuit quod à filio vel ſeruo geſtum eſt, *Syn. ib. l. 5. §. 2. ſup. de in rem verſo. l. 7. in fi. C. quod cum eo.* Qui ratum habet, iubere intelligitur, vt hac actione teneatur *in fi. ī. ex quibus cauſis in poſſeſſ.*

h Imò teneri videtur, *l. 3. §. 1. in fi. ī. ex quibus cauſis in poſſeſſ.*

i *l. 5. in fi. ſup. de inſtitoria.*

a *l. 20. in fin. ſup. tit. prox.*

b Semiſſes vſuræ, ſunt cùm ſemis aurei in centenos quot menſibus penditur: nam Centeſima (cuius pars dimidia eſt ſemis vſura) dicitur, cùm in centenos aureos vnus aureus ſingulis menſibus penditur: & ſic centeſima vſura centeſimo, ſemis ducenteſimo menſe ſortem exæquat.

c adminiſtrator rerum ciuitatis ex ſuo iuſſu tenetur, adde *l. 3. §. 2. inf. de admin. rerum.*

d hæc actio & de iuſſu, *vt hic.* & quod iuſſu appellatur, *vt ſupr. eo. toto tit.*

e Si pater vel dominus pecuniam mutuam accepturus, iuſſerit ſeruo filióve numerari, non actione quod iuſſu, ſed ex credito conuenitur, *Syn. Baſil. ib. c. 5.*

LIBER SEXTVSDECIMVS.

AD SENATVSCONSVLTVM *a* VELLEIANVM.

Summa. 1. Et ratio S. C. 2. Quomodo mulieri ſuccurritur.

Paulus lib. 30. ad Edictum.

VElleiano ſenatuſconſulto pleniſſimè comprehenſum eſt, ne pro vllo fœminæ intercederent *b*.

1 ¶ Nam ſicut moribus *c* ciuilia *d* officia adempta ſunt fœminis, & pleraque ipſo iure non valent: ita multò magis adimendum eis fuit, id officium, in quo non ſola opera *e* nudúmque miniſterium *f* earum verſaretur, ſed etiam periculum rei familiaris *g*.

2 ¶ Æquum autem viſum eſt, ita mulieri ſuccurri *h*, vt in veterem debitorem, aut in eum, qui pro ſe conſtituiſſet mulierem ream, actio daretur. magis enim ille, quàm creditor, mulierem decepit.

De edictis Auguſti & Claudij. 1. Senatuſconſultum. 2. Et eius commendatio. 3. De mulieribus deceptis, vel decipientibus. 4. De contractibus. 5. De defenſione alterius.

2. *Vlpianus* libro 29. ad Edictum.

ET primò quidem temporibus Diui Auguſti, mox deinde Claudij, edictis eorum erat interdictum, ne fœminæ pro viris ſuis intercederent.

1 ¶ Poſtea factum eſt ſenatuſconſultum *i*, quo pleniſſimè fœminis omnibus ſubuentum eſt, cuius Senatuſconſulti verba hæc ſunt: *Quod Marcus Silanus & Velleius tutor conſules verba fecerunt de obligationibus fœminarum quæ pro aliis reæ fierent, quid de ea re fieri oportet, de ea re ita conſuluerunt a, quod ad fideiuſſiones b, & mutui dationes c pro aliis quibus interceſſerint, fœminæ, pertinet, tametſi antè videtur ita ius dictum eſſe, ne d eo nomine ab e his petitio f, néve in eas actio detur, cùm eas virilibus g officiis fungi, & eius generis obligationibus obſtringi non ſit æquum: arbitrari h ſenatum rectè atque ordine facturos, ad quos de ea re in iure aditum erit, ſi dederint operam, vt in ea re ſenatus voluntas ſeruetur.*

2 ¶ Verba itaque ſenatuſconſulti excutiamus, priùs prouidentia ampliſſimi ordinis laudata: quia opem tulit mulieribus, propter ſexus imbecillitatem *i*, multis huiuſcemodi caſibus ſuppoſitis atque obiectis.

3 ¶ Sed ita demum eis ſubuenit, ſi non callidè *k* ſint verſatæ. hoc enim Diuus Pius & Seuerus reſcripſerunt. nam deceptis *l*, non decipientibus opitulatur. & eſt & Græcum Seueri ‖ tale ‖ reſcriptum: τοῖς ἀπατώσαις γυναιξὶν τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βουλῆς οὐ βοηθεῖ. i. *Decipientibus mulieribus ſenatuſconſultum auxilio non eſt.* infirmitas enim fœminarum non calliditas *m* auxilium demit.

4 ¶ Omnis *n* omnino obligatio ſenatuſconſulto Velleiano comprehenditur: ſiue verbis, ſiue re, ſiue quocunque alio contractu interceſſerint.

5 ¶ Sed etſi mulier defenſor *o* alicuius extiterit

a 4. C. 29. *Paulus* 2. *ſen.* 11. 1. *Harmenop.* 13. Huius tituli Epitome ea eſt. In omni genere negotiorum & obligationum, tam pro viris, quam fœminis intercedere mulier prohibetur. *Paulus* 2. *ſent.* 11. §. 1. niſi pro libertate *l. ... en. Cod. eod.* dote *l. fin.* niſi poſt biennium ſecundo caueat *l. 22. C. eod.* niſi pretium fideiubendi nomine capiat, *l. 23. C. eod.* niſi in rem ſuam accepit, *l. 3. l. 13.* niſi ei ſucceſſit cuius nomine interceſſit, *l. 8. §. 13.* niſi decipiat, *l. 30. ī. eo.* niſi renuntiauit, *l. final. §. pen. ī. eod.* poteſt. n. ſenatuſconſulto renuntiare: quod non eſt in Macedoniano. Prætetea Velleiano nó iuuatur, ſi renunciat in iure, aut iuris auctoritate, ſi iuramento interpoſito fideiuſſit. vide Socinum *regula* 274. Porrò vt ſe mulieres obligent vtiliter, requiritur, vt in inſtrumento publicè confecto tribus præſentibus teſtibus fideiubeant, *l. 23. circa fin. C. codem.*

b i. alterius obligationem in ſe transferrent, *l. 4. l. 14. C. eod.*

c de iure moribus recepto, v. quæ notaui ad *l. 1. inf. de don. int. vir. l. 2. inf. de vulgari & pupillari ſubſtitut.*

d vide caſus in quibus mulier viro deterioris conditionis eſt, à me obſeruatos *ad lib. 10. C. tit. 62.*

e ciuilis. f ciuile.

g eadem penè ratio extat in *d. l. 1.*

h ſuccurritur mulieribus, exceptione ſi nondum ſoluerint: replicatione, vt in ſpecie *l. 17. §. 1. l. vlt. §. 2. inf. eod.* condictione, ſi ſoluerint *l. 8. §. interdum. l. 24. §. 1. l. 31. inf. eodem.*

i nota quatuor tempora in hac fideiuſſione, Auguſti, Claudij, huius ſenatuſconſulti, & Authenticæ, *ſi qua mulier C. eo. Nou. 134. c. 8.* quæ requirit vt pecunia ob quam fideiuſſit, eius in vtilitatem vertatur.

a cenſuerunt. *Hot. 1. obſ. 14. in fin.*

b Interceſſionis duo genera hic inueniuntur: nimirum veteris & nouæ obligationis ſuſceptio. Quæ fideiubet, veterem, Cui mutuum datur, nouam pro alio obligationem in ſe ſuſcipit, ... dixi ad *l. 8. §. 1. ...*

c mutuationes, *Hot. 1. obſer. 5. & 4. obſ. 14.* nec enim ſenatuſconſultum prohibet ne mulieres dent mutuam pecuniam, ſed ne pro aliis accipiant. *Hot. 1 obſ. 14. in fin.* ſed *Cuiac. 4. ad Afric. ad l. 17. ad Velleian.* ſic accipit mutui dationes, i. cum mulier alij datura, vel ab eo qui alij daturus erat mutuum accepit: & eodem tract. ad *l. 19. ī. eod.* oſtendit pro fideiuſſione pro alio, recipi veterem alienam obligationem: mutui datione pro alio, nouam recipi.

d His verbis, *Eis*, vt & mox, *In eos* ſignificantur actiones actiuæ & paſſiuæ: i. quas dictamus, quaſque patimur. His verbis autem *Ab his* & *In eos*, actiones in rem & in perſonam. Vindico à te: Ago in te.

e Hæc verba, *Ne ab his petitio néve actio* non impediunt obligationem aut actionem oriri, ſed exceptionem parant. vt & *l. 1. ſup. de S. C. Macedoniano.*

f Petitionis nomine, vindicatio: *actionis* condictio hic intelligitur. & ita ex interceſſionis cauſa alias datur condictio, aliàs vindicatio, ſed vtrique obſtat exceptio interceſſionis. Vindicatio autem hic datur ſi res ſuas pignori dedit.

g *l. 2. inf. de reg. iur.*

h Hac formula, *Arbitrari*, ſenatus vtebatur in ſenatuſconſulti conceptione *Plin. 11. ep. 2. Cicero 5. Philip.*

i Qualitas hæc fœminis naturalis, de qua dixi ad *l. 1. §. 10. ſupr. ſi quadrupes.*

k mulieribus non decipientibus, in omni obligatione ſubuenitur. *Syn. Baſil. 26. tit. 7. c. 33.*

l Prouiſio facta fauore alicuius propter eius dolum amittitur. *Bar. l. 30. ī. eo. l. 43. §. 1. ver. præterea ī. de adm. tut. l. 37. §. 1. ī. de minor. l. 1. 2. C. ſi minor ſe maiorem. De*ceptis non decipientibus ſubuenitur.

m Dolo, ſeu ob dolum ſuum mulier amittit priuilegium. Et breuiter: *Interceſſionis* verbo omnis obligatio intelligitur. intercedit mulier, quæ quoquo modo pro alio ſe obligat.

n i. alieno, vetus, noua *l. 18. Cod. eodem.*

o Mulieri ſubuenitur etiam cùm alium defendit, *Synopſis d. c. 33.*

rit *a*, proculdubio intercedit *b*. ſuſcipit *c* enim in ſe alienam obligationem. quippe cum ex hac re ſubeat condemnationem: proinde neque *d* maritum *e*, neque *f* filium, neque patrem *g* permittitur mulieri defendere.

3. *Paulus* libro 30. ad Edictum.

SEd ſi *h* eum defendat; qui damnatus regreſſum ad ad eam habeat. (veluti cùm venditorem hereditatis ſibi venditæ *i*, vel fideiuſſorem ſuum defendat) intercedere non videtur.

De ignorantia creditoris. 1. Si mulier donatura mutuetur, aut rem ſuam vendat.

4. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SEd ſi ego cum muliere ab initio contraxerim, cum ignorarem *k*, cui hæc factum vellet, non dubito, Senatuſconſultum ceſſare. & ita Diuus Pius, & Imperator noſter reſcripſerunt.

1 ¶ Proinde ſi, dum vult Titio donatum *l*, accepit à me mutuam pecuniam, & eam Titio donauit: ceſſat Senatuſconſultum. Sed etſi tibi donatura, creditori tuo nummos numerauerit *m*, non intercedit. Senatus enim obligatæ *n* mulieri ſuccurrere voluerit, non donanti. hoc ideo, quia * facilius *o* ſe mulier obligat, quàm alicui donat.

5. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

NEc intereſt, pecuniam ſoluendi cauſa numeret, an quamlibet ſuam *p* rem in ſolutum det. nam etſi vendiderit rem ſuam ſiue pretium acceptum pro alio ſoluit, ſiue emptorem delegauit creditori alieno, non puto Senatuſconſulto locum eſſe.

De his qui mandato mulieris fideiuſſerunt.

6. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

SI fideiuſſores pro defenſore abſentis filij, "ex" mandato *q* matris eius interceſſerint, quæritur, an etiam his Senatuſconſulto ſubueniatur? Et ait Papinianus libro 9. Quæſtionum, exceptione eos vſuros, nec multum facere, quod pro defenſore fideiuſſerunt: cum contemplatione mandati matris interuenerunt.

¶ Planè (inquit) ſi, qui accepit eos fideiuſſores, matrem eis mandaſſe ignorauit, exceptionem Senatuſconſulti, replicatione doli repellendam.

7. *Papinianus* lib. 9. Quæſtionum.

QVamquam igitur fideiuſſor, doli replicatione poſita, defenſionē exceptionis admittat, nullam tamen replicationem aduerſus mulierem habebit *r*: quia *ſ* facti non poteſt ignorationem prætendere. Sed *t* non erit iniquum dari negotiorum *u* geſtorum actionem in defenſorem: quia mandati cauſa per Senatuſconſultum conſtituitur irrita, & pecunia fideiuſſoris liberatur.

De pignore dato vel reddito. 1. De promiſſione indemnitatis. 2. De duabus interceßionibus ſubordinatis. 3. De repetitione ſoluti. De delegatione. 7. De acceptilatione. De ſolutione. 11. Quibus & in quos actio reſtituitur. 12. Si creditor mulieri. 13. Vel mulier debitori ſucceſſerit. 14. Si mulier pro alio contraxerit. 15. De interceßione pro pupillo, vel minore 25. annis vel filiofam. l. ix. Vel ſeruo alieno.

8. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

QVamuis pignoris *x* datio interceſſionem faciat, tamen Iulianus libr. 12. Digeſtorum ſcribit, redditionem *y* pignoris, ſi creditrix mulier rem quam pignori acceperat, debitori liberauerit, non eſſe interceſſionem.

2 ¶ Si mulier interuenerit apud *z* tutores filij ſui, ne ‖ hi ‖ prædia eius diſtraherent, & indemnitatem eis repromiſerit, Papinianus libro nono Quæſtionum non putat eam interceſſiſſe? nullam enim obligationem alienam recepiſſe, neque *a* veterem, neque

a ſine mandato.
b intercedit pro alio, qui eum defendit: qui defenſione ſua condemnationem ſubit.
c intercedit, qui alienam obligationem in ſe ſuſcipit.
d Mulieri maritum, filium vel patrem defendere nō eſt permiſſum. *Syn. ibid.* & ideo ſi defenderit, Velleiano iuuabitur.
e in cauſa libertatis, *l. 3. §. 2. ſ. de liber. cauſ.*
f *l. 3. C. eod.*
g Imo mulier pro parente & liberis poſtulare poteſt, *l. 1. in fin. ſ. de poſtul.* & eorum negotia gerere, *l. 41. ſ. de procurator.*
h Mulier intercedere ſeu conſtituere (id Græcis ἀντιφωνεῖν) non dicitur quoties eum defendit qui aduerſus eam experiri poteſt, *Syn. Baſ. ibid.*
i quidē monet hoc loco legendum eſſe *veluti cum emptorem hereditatis à ſe venditæ, vel fideiuſſorem:* &c. nec enim is qui vendit hereditatem mulieri, damnatus regreſſum habet in mulierem, ſed emptor *arg. l. 17. §. 5. l. 32. ſ. de pactis.*
k aliud eſt ſi ſciā, *l. 11. ſ. eod.* Ita Mulier intercedendo Velleiano iuuatur, ſi creditor ſciuit tam intercedere, ſecus ſi ignoranit: hoc eſt, Velleiano non iuuatur quæ apud ignorantem creditorem interceſſit.
l *l. 5. l. 8. §. 5. ſ. eo. l. 1. l. 4. C. eod.*
m *l. 21. in fin. ſ. eo.*
n Velleiano non iuuatur quæ donat.
o Facilius quæ fiunt eo diligentius ſunt tollenda. Pronis & promiſcuis deceptionibus occurrendum eſt magis quam raris vel raro contingentibus, ius adaptatur magis ad id quod ſæpè fit vel accidit, *l. 3. & ſequentibus ſ. legibus.*
p Velleiano non iuuatur, quæ rem ſuam agit.
q Velleiano iuuatur mulier ſiue fideiubeat, ſiue alteri, fideiubere mandet, *l. 5. C. eo. l. 30. in fin. ſ. hoc tit. v. l. 8. in princ. ſ. eod.*
r pro pecunia creditori ſoluta.
ſ Ignorantia in facto proprio non eſt tolerabilis, *vt hic.* niſi agatur de vitando damno, *vt l. 22. in fin. de condictione indebiti.* Parcitur enim iuſtæ ignorantiæ non ſcienti, aut qui ſcire debuit. Præſumitur quiſque memor eorum eſſe quæ fecit. adde *l. filio 31. ſ. de adimendis, l. magnam 12. C. de contrahenda ſtipulatione, l. ſi quis ſ. de nouationib.* an in factis antiquis, *v. l. 44. ſ. de acquirenda poſſeſſ.*
t Inutile mandatum non impedit actionem negotiorum geſtorum oriri.
u Negotiorum geſtorum actionem habet, qui alienum negotium gerit.
x *Intercedere* videtur qui pignus dat, at non qui reddit. Plus eſt dare pignus, quàm reddere: pignus obligare, quàm liberare. Vnde in hac ſpecie mulier interceſſiſſe non videbitur, cum pignus reddiderit: proinde nec Velleiano iuuabitur, adde *l. 5. l. 7. C. eod.*
y Ideoque conſtante etiam matrimonio, ius hypothecæ ac pignoris marito remittere mulier poteſt, *l. 11. C. eo. add. l. … §. 1. ſ. hoc tit.*
z Intercedere mulier non dicitur quæ indemnitatem promittit, *l. 6. C. eod.*
a *Intercedere* eſt recipere alienam obligationem veterem aut nouam, *l. 2. §. 1. ſ. eo.* dixi *l. 6 C. eod.* veterem obligationem mulieres recipiunt participando, aut eam in ſe transferendo, *l. 4. C. eod.* Participando, vt ſi fideiubeant, conſtituant, mandent, pignori dent. Transferendo verò, per expromiſſionem quando, vel in iudicio alium defendendo. *l. 2. in fin. ſ. eod l. 2. C. de pactis.* Nouam autem obligationem recipit, quam alius erat ſubiturus, niſi ipſa interueniſſet.

nouam: ſed ipſam feciſſe hanc obligationem *a*.

2 ¶ Si mulier *b* apud Primum pro Secundo interuenerit, mox pro Primo apud creditorem eius, duas interceſſiones factas, Iulianus libro 12. Digeſtorum ſcribit: vnam pro Secundo apud Primum, aliam pro Primo apud creditorem eius: & ideo ‖&‖ Primo reſtitui *c* obligationem, & aduerſus eum. Marcellus autem notat, eſſe aliquam differentiam: vtrum hoc agatur, vt ab initio mulier in alterius locum ſubdatur, & onus debitoris, à quo obligationem transferre creditor voluit, ſuſcipiat, an verò quaſi debitrix delegetur, ſcilicet vt ſi quaſi debitrix delegata eſt, vna ſit interceſſio. proinde ſecundum hanc ſuam diſtinctionem, in prima viſione *d*, vbi quaſi debitrix delegata eſt, exceptionem ei Senatuſconſulti Marcellus non daret. ſed condemnata, vel ante condemnationem, condicere vtique ei à quo delegata eſt, poterit, vel quòd ei abeſt, vel ſi *e* nondum abeſt, liberationem.

3 ¶ Interdum intercedenti mulieri & condictio competit. puta ſi contra *f* Senatuſconſultum obligata, debitorem *g* ſuum delegauerit. nam hic ipſi competit condictio. quemadmodum, ſi pecuniam ſoluiſſet, condiceret *. ſoluit *h* enim & qui reum delegat *i*.

4 ¶ Sed ſi is, qui à muliere delegatus eſt, debitor eius non fuit, exceptione *k* Senatuſconſulti poterit vti, quemadmodum mulieris fideiuſſor.

5 ¶ Planè ſi mulier interceſſura, debitorem ſuum delegauerit, Senatuſconſultum ceſſat: quia, etſi pecuniam numeraſſet *l*, ceſſaret Senatuſconſultum, mulier enim per Senatuſconſultum releuatur: non quæ *m* deminuit, reſtituitur.

6 ¶ Sed ſi eum delegauerit, qui debitor eius non fuit, fraus *n* Senatuſconſulto facta videbitur: & ideo exceptio datur.

7 ¶ Quoties pro debitore interceſſerit mulier, datur in eum priſtina actio, etſi ille prius acceptilatione liberatus ſit, quàm mulier interceſſerit.

8 ¶ Si conuenerit cum debitore, vt expromiſſorem *o* daret, & acceptum ei latum ſit, deinde is dederit mulierem, quæ auxilio Senatuſconſulti munita eſt, poteſt ei condici, quaſi non dediſſet. quid enim intereſt non det, an talem *p* det? Non erit igitur actio vtilis neceſſaria, cùm condictio competat.

9 ¶ Marcellus quoque ſcribit, ſi mulieri poſt interceſſionem accepto tulerit creditor, nihilominus reſtitutoriam actionem ei dari debere. inanem *q* enim obligationem dimiſit *r*.

10 ¶ Si mulier poſt interceſſionem ſic ſoluerit, ne repetere poſſit, iuſtè prior debitor actionem recuſat. Sed cum releuatur reus, ſi mulier ſic ſoluit, vt repetere non poſſit, & cum ei mulieri, quæ repetere non poterat, ſi ſoluiſſet, accepto tulit creditor, ſimiliter releuatur reus.

11 ¶ Quamquam in omnes *ſ*, qui liberati ſunt, reſtituitur *t* actio, non tamen omnibus † reſtituitur. vt puta duo rei ſtipulandi fuerunt: apud alterum mulier interceſſit: ei ſoli reſtituitur obligatio, (apud) quem interceſſit.

12 ¶ Si mulieri *u* heres extiterit creditor, videndum, an reſtitutoria vti non poſſit? Et ait Iulianus libro 12. reſtitutoria eum nihilominus vſurum: non immeritò: cùm non obligatæ cum effectu ſucceſſerit. Denique in Falcidia hoc æs alienum non imputabitur.

13 ¶ Planè ſi mihi proponas, mulierem veteri debitori ſucceſſiſſe, dicendum erit reſtitutoria eam conueniri poſſe: ſed & directa actione: nihil enim eius intereſt, qua actione *x* conueniatur.

14 ¶ Si, cum eſſem tibi *y* contracturus, mulier interuenerit, vt cum ipſa potius contraham, videtur interceſſiſſe, quo caſu datur in te actio, quæ inſtituit *z* magis, quàm reſtituit obligationem: vt perinde *a* obligeris eodem genere obligationis, quo mulier eſt obligata. Verbi gratia, ſi per ſtipulationem mulier, & tu quaſi ex ſtipulatu conuenieris.

a id eſt ſuum quodammodo negotium geſſiſſe, *d. l. 6. Paulus 2. ſent. 11. §. 2.* ſic expreſſit: mulier quæ pro tutoribus filiorum ſuorum indemnitatem promiſit ad beneficiū Senatuſconſulti non pertinet.
b Velleiano iuuatur mulier aduerſus primum debitorem, vt & aduerſus eum cui delegata eſt.
c *v. l. 16 C. eod.*
d id eſt quæſtione, v. quæ notaui ad *l. 25. §. 15. ſ. de pet. her.* Haloander legit. *in Primi fideiuſſione.*
e Exceptio, actioni affinis. Prior tamen facilius datur *l. 156. ſ. de regulis.* adde *l. 8. ſ. de doli mali except.*
f Velleiani exceptione vtitur mulier, quoties ſoluit iuris ignorantia: quod in aliis non eſt, *v. l. 10. C. de iuris & facti ignorantia.*
h Velleiano iuuatur mulier ſi pro alio obligata, pro eodem, vel ſoluat, vel deleget debitorem ſuum, vel non ſuum, *vt hic.* Quid ſi quid horum fecerit non obligata? cum donaſſe videatur, Velleiano non iuuabitur.
h Soluit, qui reum delegat.
i ideoque bonum nomen facit creditor qui admittit debitorem delegatum, *v. l. 18. ſ. de fideiuſſor. l. 26. §. 2. ſ. mandati: l. 68. ſ. de verb. ſign.*
k de qua dixi ad *l. 23. ſ. eod.*
l *v. l. 4. in fin. ſ. eo.*
m non in his, quæ &c. *Hal.*
n in fraudem Velleiani facta reſcinduntur, perinde ac ſi facta non eſſent.
o *l. 22. ſ. eod.*
n Paria ſunt nullum dare expromiſſorem vel mulierem dare, *vt hic.* Ita paria ſunt non cauere & vitioſè cauere, *l. 6. ſ. qui ſatiſd.* Nam qui promittit, id facere tenetur quod iure valere poſſit: adde *l. ſi nomen 4. ſ. de hered. vend.* & vitioſa cautio, cautio non eſt. Eodem modo paria ſunt, non extare actionem, & extare, ſed inutilem, *l. 6. ſ. de dolo.* non eſſe tranſactionem, & eſſe ſed imperfectam, *l. 1. in fin. ſ. ad Tert.* & vt paucis dicatur, inutile & nullum paria ſunt. An idem eſt ad acquirendam, vel excludendam cauſam retractus, ſi quis imperfectè pretium offerat? v. Imbertum *in Encheridio, in verbo Retract.*
q De inani dixi ad *l. 6. ſ. de dolo.*
r obligationem ei dimiſſam, *Hal.* Mulier eſt inanis fideiuſſor, ideóque acceptilatio ei facta non prodeſt reo principali.
ſ reos debendi.
t de hac reſtitutoria actione, *v. §. 14. ſ. eo.*
† reis ſtipulandi.
u *ſub.* quæ debet.
x id eſt an directa, ex ſua promiſſione: vel vtili, id eſt reſtitutoria, qua defunctus tenebatur: atque ita, hodie fideiuſſoris obligatio non tollitur, ſi fideiuſſor debitori heres extiterit, Cuiac. 13. *obſeru.* 12.
(y) id eſt, tecum.
z muliere à veteri, quam ſuſceperat, obligatione, vi Velleiani liberata, priſtina actio in veterem debitorem reſtituitur, quæ reſtitutoria & ἀποκαταστατικὴ dicitur. Eadem à noua quam ſuſceperat obligatione liberata, in reum principalem magis inſtituitur actio, quàm reſtituitur, eaque actio *reſtitutoria* Accurſio dicitur vtraque muliere ex obligatione ſubducta, creditori datur à prætore. v. Cuiac. 16. *obſer.* 27. a ac proinde, *Hotom. 5. obſe. 23.*

25 ¶ Illud videndum eſt ſi mulier pro *a* eo interuenit, qui, ſi cum ipſo contractum eſſet, non obligaretur, an hac actione ille debeat teneri, vtputa ſi *b* pro pupillo interceſſit, qui ſine tutoris auctoritate non obligatur? Et puto non obligari pupillum, niſi locupletior factus eſt ex hoc contractu.

¶ Item ſi minor 25. annis ſit, pro quo mulier interceſſit, in integrum reſtitutionem poterit implorare. vel filius contra Senatuſconſultum contracturus eſt.

9. *Paulus* lib. 6. Regularum.

SEd ſi pro alieno *c* ſeruo intercedat, quemadmodum in patremfamilias priorem reum reſtituitur actio, ita in dominum quoque reſtituenda erit.

De ſucceſſoribus. De rei perſecutione. De tempore, harum actionum.

10. *Vlpianus* lib. 29. ad Edictum.

HÆ *d* actiones *e*, quæ in eos, pro quibus mulier interceſſit, dantur, & heredibus *f*, & in heredes *g*, & perpetuò competunt: habent enim *h* rei perſecutionem. cæteris quoque honorariis ſucceſſoribus *i* dabuntur, & aduerſus eos.

De ſcientia vel ignorantia creditoris.

11. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

SI mulier tanquam *k* in vſus *l* ſuos pecuniam acceperit, alij *m* creditura: non eſt locus Senatuſconſulto. alioquin nemo cum fœminis *n* contrahet: quia ignorari poteſt, quid acturæ ſint.

12. *Idem* libro 6. ad Breuium.

IMò tunc locus eſt Senatuſconſulto, cùm *o* ſcit creditor eam intercedere.

Quibus caſibus mulier obligatur. 1. De pignore prioris debitoris. 2. De interceſſione conditionali, vel in diem.

13. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

ALiquando *p* licet alienam obligationem ſuſcipiat mulier, non adiuuatur hoc Senatuſconſulto quod tum accidit, cum prima facie quidem alienam, re *q* vera autem ſuam obligationem ſuſcipiat. vt ecce, ſi ancilla ob pactionem libertatis *s* expromiſſore *r* dato, poſt manumiſſionem id ipſum ſuſcipiat, quod expromiſſor debeat: aut ſi hereditatem emerit *ſ*, & æs alienum hereditarium in ſe tranſcribat *t*: aut ſi pro fideiuſſore ſuo intercedat.

1 ¶ De pignoribus prioris debitoris non eſt creditori noua *u* actione opus: cum quaſi *x* Seruiana, quæ ‖&‖ hypothecaria vocatur, in his vtilis ſit: quia verum eſt, conueniſſe de pignoribus, nec ſolutam eſſe pecuniam.

2 ¶ Si ſub conditione, vel in diem mulier pro alio interceſſerit, etiam *y* pendente conditione, volenti creditori, cum priore actio danda eſt reſtitutoria quo *z* enim bonum eſt, expectare conditionem vel diem cum in ea cauſa ſit prior iſte debitor, vt omnimodo ipſe debeat ſuſcipere actionem?

In quos actio reſtituitur.

14. *Iulianus* lib. 12. Digeſtorum.

SI mulier contra Senatuſconſultum interceſſerit, æquum eſt, non ſolum in *a* veterem debitorem, ſed & in fideiuſſores *b* eius actionem reſtitui- nam, * cum mulieris perſona ſubtrahatur creditori propter Senatuſconſultum, integra *c* cauſa priſtina reſtituenda eſt.

Si mulier alij debitum exegerit, & de rate cauerit.

15. *Idem* lib. 51. Digeſtorum.

SI mulieri ſoluero id, quod tibi debebam, & ab ea ratam rem te habiturum, ſtipulatus fuero, & forte, te ratum non habente, agere ex ſtipulatu inſtituero; exceptio Senatuſconſulti, quod de interceſſionibus fœminarum factum eſt, non proderit mulieri. non enim videri poteſt alienam *d* obligationem recuſare, cum potius reddere cogatur, quod non debitum acceperat, quàm pro alio ſoluere.

Si debitor mulieri intercedenti ſoluerit. 1. De fideiuſſore.

16. *Idem* lib. 4. ad Vrſeium Ferocem.

SI mulier contra Senatuſconſultum " Velleianum " pro me interceſſiſſet Titio, egóque mulieri id ſoluiſſem *a*, & ab ea Titius eam pecuniam peteret, exceptio ‖huius‖ Senatuſconſulti non eſt profutura mulieri. neque enim eam periclitari, ne eam pecuniam perdat, cum *b* iam eam habeat.

1 ¶ Si ab ea muliere, quæ contra Senatuſconſultum interceſſiſſet, fideiuſſorem *c* accepiſſem, Gaius Caſſius reſpondit, ita *d* demum fideiuſſori exceptionem dandam, ſi à muliere rogatus fuiſſet. Iulianus autem rectè putat, fideiuſſori exceptionem *e* dandam, etiam ſi mandati actionem aduerſus mulierem non habet: quia totam *f* obligationem Senatus improbat. & à prætore reſtituitur *g* prior debitor creditori.

*De *ignorantia creditoris. 1. Si mulier conſentiat obligationi rei ſibi pigneratæ. 2. Si mulier vna cum alio mutuata ſit: l. xviij. vel interceſſerit.*

17. *Africanus* lib. 4. *h* Quæſtionum.

VIr vxori *i*, donationis cauſa *k*, rem viliori *l* pretio addixerat *m*, & in id pretium creditori ſuo delegauerat? Reſpondit venditionem nullius momenti eſſe: & ſi creditor pecuniam à muliere peteret, exceptionem vtilem *n* fore *o*, quamuis creditor exiſtimauerit, mulierem debitricem mariti fuiſſe. nec id contrarium videri debere ei, quod placeat, ſi quando in hoc mulier mutuata *p* eſt, vt marito crederet, non obſtaturam exceptionem, ſi creditor ignorauerit, in *q* quam cauſam mulier mutuaretur, quoniam quidem plurimum interſit, vtrum cum muliere quis ab initio contrahat, an alienam obligationem in eam transferat: tunc enim diligentiorem *r* eſſe debere.

1 ¶ Si mulier dixiſſet †, ſibi rem dotis nomine obligatam, & creditor curaſſet, ei pecuniam dotis ſolui, qui idem pignus *ſ* acciperet, mulieri *t* etiam pecunia credita deberetur. ‖ſi‖ poſſeſſor creditor aduerſus eam Seruiana agentem exciperet, *ſi non voluntate eius pignus datum eſſet*. replicationem *u* mulieri Senatuſconſulti non *x* profuturam: niſi creditor feciſſet, etiam aliam pecuniam ei deberi.

2 ¶ Mulier, & Titius, cum in rem communem mutuarentur, eiuſdem pecuniæ rei facti ſunt. non omnimodo mulierem *y* pro parte ſocij videri interceſſiſſe dicebat. nam ſi *z* ob eam *a* cauſam mutuati fuerint, ex *b* qua, ſi creditor pecuniam non dediſſet, maius damnum mulier paſſura fuerat: (veluti quod communis inſula fulta non eſſet. vel quod fundus communis in publicum committeretur) potius eſſe, vt Senatuſconſulto locus non ſit *c* at ſi in *d* aliquam emptionem mutua pecunia ſit accepta, tunc pro parte interceſſionem factam videri: & ideo creditorem partem duntaxat pecuniæ à muliere petere poſſe. quod ſi totum petierit, exceptione pro parte ſummouetur.

18. *Paulus* lib. 8. ad Plautium.

IDem *e*, & ſi pro debitore meo Titius & mulier duo rei interceſſerint.

De promiſſione indemnitatis. De hereditate adita mandato mulieris. 3. De emptione hereditatis. 4. De promiſſione. Quanto minus à debitoribus hereditariis ſeruari poterit. 5. De creditore delegato à muliere.

19. *Africanus* lib. 4. *ſ* Quæſtionum.

TVtor pupilli deceſſerat, herede inſtituto Titio. dum de adeunda hereditate dubitaret *g* quoniam malè geſta *h* tutela exiſtimaretur, perſuadente *i* matre pupilli, vt ſuo periculo adiret, adiit: ſtipulatúſque de ea, eſt, *indemnem* *k* *ſe eo nomine præſtari*: ſi ex ea cauſa Titius pupillo aliquid præſtitiſſet; iſque matrem conueniret,

a puta, pro pupillo, *vt hic, & 26. Syn. 7. c. 33.* pro minore, *verſ. item* ſ. an idem ſi pro ſeruo alieno? *v. l. 9. l. vlt.* ſ. *eod.*
b Si pro eo qui obligari non poteſt, (puta pro pupillo qui ſine tutoris auctoritate non obligatur) mulier interuenerit, ceſſat actio reſtitutionis in integrum, niſi pupillus ex hoc contractu locupletior factus eſt, *Syn. 26. tit. 7. c. 39.* ſ. 0.
c *l. vlt. in fin.* ſ. *eo.*
d Inſtitutoria & reſtitutoria, *l. 8.* §. 14. ſ. *eo.*
e i. actionum adiectiones. nec enim propria ſunt actionum nomina. ſed cognomina, vt exercitoria, inſtitoria, de peculio, & ſimiles.
f *l. 26. C. eod.* Cur ita? habet enim mulier rei vindicationem. *Olden. in tract. de iure ſing.*
g debitoris.
h Heredibus & in heredes dantur actiones rei perſecutoriæ.
i id eſt, bonorum poſſeſſoribus dixi ad *l. 24. in fin.* ſ. *familiæ.*
k i. cum ignorarem cui hoc factum vellet, *l. 4.* ſ. *eod. l. 19. §. 5. in princ.* perſonam mulieris ſecutus, *l. 27.* ſ. *eod.* cum illa negotium geſturus, *l. 10. C eo.*
l Tunc enim non iuuatur cum eſt principalis debitrix, *l. 20. l. 23. C. eo.*
m Cum id factum vellet alteri.
n eadem eſt ratio in minore, *l. 24* §. 1. ſ. *de minor.*
a Velleianum non obiicitur creditori, niſi ſciens mulieri intercedenti credidit. Nec enim continuo, qui credit mulieri, eidem vt intercedenti credit: cum poſſit eidem vt res ſuas ac proprias gerenti cedere.
q Quoties vi & effectu obligatio ſpectat ad mulierem, Velleiano mulier non iuuatur *v. l. 3.* ſ. *eod.*

Expromiſſor eſt qui pro non obligato datur, vt in *l. 7. §. 8.* ſ. *de dolo.* vt differat expromiſſor à fideiuſſore, v. quæ notaui ad *l. 37. in fi.* ſ. *de oper. lib.* ſ *vt l. 32.* ſ. *eo.* *al. 41. §. 9.* ſ. *de leg. 3.* de hoc vocabulo dicam.
t i. hereditarium æs ſuſcipiat: atqui eædem res à poſteriore debitore non poſſunt obligari ſine conſenſu prioris, *vt l. 30.* ſ. *de nouationib.* u x Pignora & hypothecas quaſi Seruiana actione perſequimur. y Conditio non expectatur, cuius euentus nihil operatur, *v. hic, & l. 24. §. 2.* ſ. *eo. l. 24.* ſ. *de liberis & poſthu. v. l. 5.* ſ. *de iniuſto.* z *Quo bonum*, i. cui bono, vt in *l. 13. §. 2.* ſ. *de vſufr. & quemad. quis vtatur.* vbi dixi. a *v. l. 9.* ſ. *eo.* b Etiam fideiuſſori mulieris quæ interceſſit, ſubuenitur: licet aduerſus eam mandati actionem non habeat. Nam obligatio tota fit irrita, & creditor reſtituitur in primum debitorem, *Syn. Baſ. 6. tit. 36. ex li. 26. tit. 7. c. 47.* c Reſtitutionis hæc natura eſt, vt in integrum priſtinam cauſam reſtituat, *v. l. 22. l. 35. l. 73. l. 75. l. 81. l. 246. §. 1.* ſ. *de verb. ſign.* d Velleiano non iuuatur mulier, cum propriam obligationem defendit. Propriam defendit, cum alienum accipiens promittit dominum rem ratam habiturum In hac enim ſpecie pro alio non ſoluit ſed magis indebitum accepit, quod danti reſtituere poſtea cogitur domino factum illud ratum non habente, *vt hic.* e & egó de damno. f Mulier de præda ſollicita Velleiano non iuuatur, *l. 6. l. 21.* ſ. *in fin.* ſ. *eod. l. 25. in fin.* ſ. *de admin. tut.*

a Idem dicendum ſi mulieri pecuniã dedi, vt eam creditori meo ſoluat, *l. 12.* ſ. *eod.*
b perdidiſſe nemo cenſetur, quod ipſe habeat.
c Fideiuſſor pro fideiuſſore poteſt accipi. *l. Græcè, 8. in fin.* ſ. *de fideiuſſorib.*
d i. Exceptio Velleiani mulieri cõpetens, & eius fideiuſſori voluntario competit. *Bart.*
e *l. 7. in fin.* ſ. *de except.*
f i. omnem: quocunque modo interceſſerit pro alio.
g Reſtituitur actio, *vt hic.* vel inſtituitur, *l. 29.* ſ. *eod.*
h v. in hanc legem *Cuiac. 4. ad Afric.*
i conſtante ſcilicet matrimonio.
k *v. l. 38.* ſ. *de contrah. empt.* i. de donandi animo.
l Vendere pretio viliori rem aliquã extraneus extraneo poteſt, *l. ſi quis donationis. 38.* ſ. *de contra. empt.* vir vxori, non poteſt: inter maritos non valet hæc venditio. Fit enim in fraudem iuris ciuilis quo inter maritos prohibitæ ſunt donationes, *l. 1.* ſ. *de donat. inter virum.*
m vendiderat.
n mulieri.
o oportet enim creditorem in hac ſpecie curioſum eſſe alias non cogitur, *v. l. 19. in fin.* ſ. *de nouationibus.*
p mutuum accepit
q *l. 28. in fin.* ſ. *eo.*
r i. curioſiorem. Curioſus ènim creditor eſſe debet, quo vertatur huiuſmodi pecunia, *l. 3.* §. *ſed ſi accepit* ſ. *de in rem verſ.* *l. vlt.* ſ. *de exercitor.* alia in creditore curioſitatem non exigimus, *l. de dolo 19* §. *vlt.* ſ. *de nouat.*
† hodie nihil eſt neceſſe pignus dari mulieri propter dotem, quia mulier habet tacitam hypothecam, *v. Cuiac. 4. ad Afric.* in hanc legem.
ſ Pignus propter dotem maritus hic vxori dat, de quo plenius dixi.
t & cum mulieri. *Hal.*
u Mulier intercedens, inter cæteris iuuatur replicatione, vt hic: *& l. vlt.* ſ. *eod.*
x quia redhibitio pignoris non eſt interceſſio, *l. 8. in pr.* ſ. *eod.*
y quia duo rei debendi non videntur vice mutua fideiubere, niſi id actum ſit nominatim, *l. 11.* ſ. *de duobus reis.*
z *al.* N. ſi ob eam cauſam, &c.
a Velleiano non iuuatur mulier mutuum cum alio accipiens in rem communem neceſſariam, *vt hic*; Quid ſi in cauſam voluntariam? non tenetur, niſi pro parte.
b Cauſa hæc neceſſaria eſt.
c vtcunque id etiam ignorauerit creditor: tunc enim doli mali replicatio mulieri opponi poteſt, *l. 18. C. eod.*
d Cauſa hæc voluntaria eſt.
e Imò non idem eſt: nam in ſpecie huius legis nullam partem à muliere petere creditor debet, *l. 48.* ſ. *de fideiuſſor.* in ſpecie verò, *l. 17. in fin.* ſ. *eod.* partem petit.
f v. Cuiac. in hanc *l. 4. ad Afric.*
g Titius.
h per tutorem.
i Ex hac perſuaſione non naſcitur obligatio (vt nec aliàs, niſi dolus malus interuenerit, *l. vlt.* ſ. *de dolo.* ſic alias ex dicto non naſcitur, *l. Nam quod 14.* §. *vlt.* *l. ſi hereditatem 32. l. cogi §. idem quærit,* ſ. *ad Treb.* licet ex mandato naſcatur, *l. ſi* ... *mandati.* ſ. ſed ex cautione indemnitatis: Cautio igitur hic neceſſaria.
k Vtrum cautio indemnitatis præſtita hic à muliere, interceſſione facit non facit? Cur non facit? mulier in hac ſpecie obligationem Propriam facit, non alienam

negauit

recipit. Eſt verò *intercedere*, alienam in ſe ſuſcipere, *l.8. §. 1. ſuprà eod.* At hic pro herede tutoris ſe obligauit? imò heredi potius quàm pro herede ſe obligauit. Quod ſi heredi non pro herede, quia nemo ſe eidem pro eodem obligat, *l.Granius, 71. inf. de fideiuſſ.* Interceſſor, medius quidam & ſequeſter inter duos eſt.

a Mulier quæ pro tutoribus filiorum ſuorum indemnitatem promiſit, ad beneficium ſenatuſconſulti non pertinet, *Paul. 1. ſent.11.§.2.* ſi videlicet pro tutoribus non pro filiis, ſed tutoribus ipſis indemnitatem repromiſit.

b Nemo poteſt ſe eidem pro eodem obligare.

c *Propoſitio* hic, quid ſit, dixi in *l. 20.§.1. ĩ. de hered. vend.*

d *Agitare* eſt tractare, reſpondere, verbum Africano familiare, *l.45.inf. de act. emp.*

e id eſt fiduciarius. *Accurſ.* & malè, nã cùm vterque manet in eadem poteſtate, vt in hac ſpecie, pubes impuberi tutor eſt legitimus, *l.1.inf.de legit. tut. l.9.§.1. inf.de tut. & ration. l.3. C. de except.* quemadmodum ex conſtitutione Anaſtaſij, emancipatus fratri ſuo legitimus eſt, *l. 4. C. de legit. tut. l.5. C. de curat. furioſ. Cuiac. d. loco.* Emancipato impuberi pubes frater ſuus aut emancipatus tutor eſt fiduciarius.

f Emptio hereditatis, & quæ eam conſequitur: indemnitatis cautio, interceſsio non eſt: licet penuria debitorum mulier oneretur: nec enim id agitur principaliter, vt pro eis intercedat. Et ad ſummam, quæ per conſequentias venit interceſsio, neque principaliter fit, non pertinet ad Velleianum; excipe tamen caſum ſequentẽ. *Cuiac. ibid.*

g vt in ſpecie *l.18. inf. de hered. vend.*

negauit a exceptioni ſenatuſconſulti locum eſſe, quando vix ſit, vt aliqua apud b eundem pro eo ipſo interceſſiſſe intelligi poſſit.

1 ¶ Nec diſſimilem huic propoſitioni c ex facto agitatam d: cùm quidam vir prætorius deceſſiſſet duobus filiis ſuperſtitibus, quorum alter impubes eſſet, & alter legitimus e tutor fratri eſſet, & cùm paterna hereditate abſtinere vellet: mandatu vxoris defuncti quæ mater pupillo eſſet, abſtento pupillo ſolùm ſe hereditati miſcuiſſe. vbi ſimiliter ſe reſpondiſſe Iulianus ait, ſi ex ea cauſa agente pupillo damnum eo nomine paſſus eſſet, non impediri eum ſenatuſconſulto, quominus à muliere rem ſeruaret.

2 ¶ In propoſita ſpecie & illud tractandum eſt, an is, qui mandato mulieris adierit, ſi damnum ob id patiatur, quod debitores hereditarij ſoluendo non fuerint, ſenatuſconſulto locus ſit: quaſi quodammodo eorum obligationes mulier ſuſceperit. magis autem eſt, vt ne ob hanc quidem cauſam ſenatuſconſultum locum habeat: quando non ea mente fuerit, vt pro his intercederet: ſed tutoris aduerſus pupillum, & cæteros fortè creditores indemnem hereditatem præſtaret.

3 ¶ Denique ſi ponamus mulierem in emptionem f hereditatis eo nomine damnum pati g, quod debitores hereditarij ſoluendo non ſint: nulla (puto) dubitatio erit, quin ſenatuſconſulto locus non ſit: etiam ſi maximè creditoribus aliquantum præſtiterit.

4 ¶ Quid ergo, ſi, cùm propterea de adeunda hereditate dubitaret Titius, quod parum idonea nomina debitorum viderentur: mulier hoc ipſum repromiſit, vt quanto minùs à quoquo eorum ſeruari poſſet, ipſa præſtaret: propè eſt, vt ſit interceſſio.

5 ¶ Cùm haberes Titium debitorem, & pro eo mulier intercedere vellet, nec tu mulieris nomen propter ſenatuſconſultum ſequereris, petiit à me mulier mutuam pecuniam ſolutura tibi, & ſtipulanti mihi promiſit, ignoranti †, in quam rem mutuaretur: atque ita numerare me tibi iuſſit. deinde ego, quia ad manum nummos non habebam, ſtipulanti tibi promiſi. quæſitum eſt, ſi eam pecuniam à muliere petam, an exceptio ſenatuſconſulti ei proſit? Reſpondit h videndum, ne non ſine ratione dicatur, eius loco, qui pro muliere fideiuſſerit, haberi me debere: vt, quemadmodum illi, quamuis ignorauerit mulierem intercedere, exceptio aduerſus creditorem detur, ne in mulierem mandati actio competat, ita mihi quoque aduerſus te vtilis exceptio detur, mihíque in mulierem actio denegetur: quando hæc actio periculo mulieris futura ſit. & hæc paulò expeditius dicenda, ſi prius, quàm ego tibi pecuniam ſoluerim, comperetim eam interceſſiſſe. cæterum ſi ante ſoluerim, videndum, vtrúmne nihilominus mulieri quidem exceptio aduerſus me dari debeat, & ego tibi condicere pecuniam poſſim, an verò perinde habendum ſit, ac ſi initio ego pecuniam mulieri credidiſſem, ac rurſus tu mihi in i creditum iſſes k. quod quidem magis dicendum exiſtimauit l: vt ſic ſenatuſconſulto locus non ſit. ſicuti & cùm debitorem ſuum mulier deleget, interceſſioni locus non ſit. quæ m poſtea non n rectè comparari ait: quando delegatione debitoris facta, mulier non obligetur: at in propoſito, alienam obligationem in ſe tranſtulerit: quod certè ſenatus fieri noluerit.

De interceſsione pro vno ex duobus reis.

20. *Idem* lib. 8. Quæſtionum.

SI pro vno reo n interceſſit o mulier, aduerſus vtrumque p reſtituitur q actio creditori.

Si in rem mulieris intercedentis vertatur. 1. De donatione pro patre.

21. *Calliſtratus* lib. 3. Inſtitutionum.

SI pro aliquo mulier interceſſerit, ſed in rem eius, quod acceptum eſt, verſaretur, exceptio ſenatuſconſulti locum non habet: quia r non ſit pauperior.

1 ¶ Item ſi quid liberaliter fecerit, veluti ne iudicatus pater eius, propter ſolutionem vexetur, non erit tuta ſenatuſconſulto: oneribus ſ enim earum ſenatus ſuccurrit.

Si mulier pecuniam accepit vt ſolueret, vel expromitteret.

22. *Paulus* lib. 6. Regularum.

SI mulieri dederim pecuniam: vt eam creditori meo ſoluat a, vel expromittat b: ſi ea expromiſerit, locum non eſſe ſenatuſconſulto, Pomponius ſcribit: quia mandati c actione obligata, in rem ſuam videtur obligari.

De interrogatione in iure.

23. *Idem* libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Velleianum.

SI mulier in iure interrogata, reſponderit *ſe heredem eſſe*, ſi ſciens d ſe heredem non eſſe, reſponderit, minimè interceſſiſſe videri: quia e decepit. quòd ſi exiſtimauit ſe heredem, & f eo nomine decepta reſponderit, in eam, actionem quidem dari, plerique exiſtimauerunt: ſed exceptione ſenatuſconſulti adiuuari.

De muliere delegata. 1. Vel pecuniam promittente ne delegetur. 2. De reſtituenda actione. 3. Temporali.

24. *Idem* libro ſingulari de interceſſionibus fœminarum.

DEbitrix g mulier à creditore delegata, pro eo, cui delegata eſt, promiſit. non vtetur exceptione.

1 ¶ Sed ſi pecuniam promiſit h ne i delegetur, interceſſiſſe videtur.

2 ¶ Si ſenatuſconſulti beneficium interuenerit, vtrùm ſtatim, cùm mulier interceſſerit, actio in priorem debitorem competit: an, ſi mulier ſolutum condiſat? Puto ſtatim k, & non exſpectandam ſolutionem.

3 ¶ Si pro eo, qui temporali l actione tenetur, mulier interceſſerit, temporalis actio reſtituetur m. ſic tamen, vt ex præcedenti cauſa, continua n tempora numerarentur poſt reſtitutionem: quamuis o ſtatim, atque interceſſit mulier, competierat p.

Si domina ſeruo ſuo credi iuſſerit. 1. Vel pro eo fideiuſſerit.

25. *Modeſtinus* lib. ſingulari de Eurematicis q

SI domina ſeruo ſuo credi iuſſerit, actione honoraria r tenebitur.

1 ¶ Quòd ſi pro eo fideiuſſerit, exceptione ſenatuſconſulti Velleiani, iudicio conuenta, aduerſus creditorem tueri ſe poterit: niſi pro ſuo negotio ſ hoc fecerit.

De interrogatione in iure.

26. *Vlpianus* lib. 57. ad Edictum.

SI mulier, intercedendi animo t, ſeruum alienum, *ſuum eſſe* reſponderit u, quaſi interceſſerit, auxilio ſenatuſconſulti vtetur x. Planè ſi pro bona fide ſeruiente ſibi reſponderit y, non videtur interceſſiſſe.

De bona fide creditoris. 1. De interceſsione apud ſeruum. 2. Si mulier pro debitrice ſua, quam delegauit, promiſerit.

27. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

BOna z fide perſonam mulieris in contrahendo ſecutus, ob ea, quæ inter virum, & vxorem accepta pecunia, geſta ſunt, exceptione ſenatuſconſulti non ſummouetur a.

1 ¶ Cùm ſerui ad negotiationem præpoſiti, cum alio contrahentes, perſonam mulieris, vt idoneæ ſequuntur, exceptione b ſenatuſconſulti dominum ſummouet c, nec videtur deterior cauſa domini per ſeruum fieri d, ſed nihil eſſe domino quæſitum non magis, quàm ſi litigioſum prædium ſeruus, aut liberum hominem emerit.

2 ¶ Vxor debitricem ſuam viro delegauit, vt vir creditori eius pecuniam ſolueret: ſi fidem ſuam pro ea quam delegauit, apud virum obligauerit, locum exceptio ſenatuſconſulti non habebit: quia e mulier ſuum negotium geſſit.

De confeſsione teſtatoris. 1. De muliere mutuata, vt pro marito ſoluat.

28. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

SEia mancipia emit, & mutuam pecuniam accepit ſub fideiuſſore f marito, eámque ſoluit venditori; poſtea maritus, decedens non ſoluendo, in fraudem creditoris cauit g teſtamento, *ſe eam pecuniam vniuerſam debere*: quæritur, an interceſſiſſe mulier videretur: Re-

ſpondi

a adde *l.16.ĩ.eo.*

b pro alio, idque nouandi animo, *l. 8.§.8.ĩ.eo.*

c Mandato obligatur, qui ab aliquo pecuniam accipit, vt eam alieri ſoluat. Quæ pecuniam mulier ita accipit, intercedere non videtur, ſed rem ſuam agere & in rem ſuam obligari.

d & ſic, dolo.

† Imò videtur interceſſiſſe, *l.26.inf. eod.*

e *v l.30.inf.eo.*

f vt in caſu *l. 20. inf.eo.*

g Velleiano non iuuatur, quæ verè debitrix delegatur, *vt hic.* ſecus ſi quid promittat vt ne delegetur, *§.1. inf.eo.* Priore caſu à priore creditore liberatur: poſteriore, non liberatur, ſed nouo etiam ſe adſtringit, vt in *l. 2. C.eod.*

h Qui promittit pecuniam, ne delegetur intercedit.

i id eſt, Interceſsiſſe videtur mulier ſi maluit promittere quam delegari.

k *§.3.ĩ.eod.l.13.in fi.ĩ.eo.* Actio directa & vtilis, (quæ & reſtitutoria & reſciſſoria) ipſo iure mulieri competit, ſtatim atque ipſa mulier interceſsit. legitimæ reſtitutiones ſine vllo temporis interuallo ſi ministactum hominis non exſpectant.

l *v l.vlt.ĩ. de minorib.*

m in veterem debitorem.

n *Competit* actio quæ naſcitur. *Competere* enim eſt naſci.

o quoniam ſtatim. Cuiac. ad *l. vlt. ſuprà de minorib.*

p id eſt continuata.

q περὶ εὑρηματικῶν. *Halo* Eurematica, ſunt quæ hodie vocantur *Cautelæ.*

r id eſt quod iuſſu, *Accurſ.*

ſ *v l.3.ſup.eod.*

t Animus facta diſtinguit, *vt hic.* Mulier ſcienter reſpondens Erotem ſeruum ſuum eſſe, cùm non eſſet eius ſeruus interceſſiſſe videtur: ideóque iuuatur Velleiano, *vt hic.* Imo non iuuatur, quia decepit, *l.23.ſupr.eo.* Dici poteſt actorem ſciuiſſe, mulierem falſum reſpondere, proinde ſcientem non videri deceptum, *l.1.ĩ.de act. empt.*

u ſine mala fide & non animo decipiendi.

x eſt enim decepta, *l.23.in fin.ſuprà eod.*

y ſuum eſſe.

z Color quæſitus inter mulierem & debitorem, creditori non nocet. addе *l.ſi fœnebris 13. C.eod.*

a alias nemo cum fœminis contraheret *l.11. ſupr.eod.*

b exceptio ſenatuſconſulti. *Halo.* c Serui inſtitoris culpa nocet domino.

d nec etiam poteſt, *l.pen.ĩ.depoſiti.* adde & diſtingue, vt in *l.vlt.in fin.C.de adq. poſſeſſ.*

e vt in *l.3.l.22.ſup.eo.l.1.in fi.ĩ.de pignorib.*

f Fideiubere pro vxore maritus poteſt, *vt hic.* pro marito vxor non poteſt, *l.2. ſuprà eod.*

g Teſtatoris verba enunciatiua creditoribus non præiudicant.

† hinc naſcitur quæſtio, an ignoranti creditori noceat exceptio interceſsionis.

h Iulianus ſcilicet cuius auctoritas etiam ſine ratione Africano valet. *Cuiac.*

i idest in mutuum *l. 2. ſupr.de reb.cred.*

k in creditum ire, eſt mutuum aut promutuum contrahere: & pro mutuum contrahit qui vicè debitoris ſe reum creditori delegat. *Cuiac.*

l Iulianus *ſcilicet.*

m ſed & poſtea, &c. hinc collige, iuriſconſultos interdum in ſuis opinionibus variaſſe. *Cuiac. 2. ad Af. & 20. obſ.37.l.75.inf de reg. iur.*

n ſub. debendi. o pura expromiſit, vel iudicium ſuſcepit quaſi defenſor.

p Cur in vtrunque? quia intercedendo mulier vtrunque liberauerat: proinde reſciſſa poſt interceſſione mulieris, in vtrũque eſt actio vtilis reſtitutoria creditori.

q Interceſſerat igitur mulier nouandi animo, alioquin non reſtitueretur actio, *v. Cuiac in hanc l.8.ad Afr.* adde *l.8.§.11 ſupr.eo.*

r vt in caſu *l.3.l.13.ſuprà eo. l.22. inf.eo.*

ſ *l.4. in fin. ſuprà eod.*

ſpondi, ſecundum ea, quæ proponerentur *a*, non intercesſiſſe.

2 ¶ Fundum vxoris ſuæ maritus obligauit Sempronio ob conductionem, mox mulier à Numerio ſua fide mutuam pecuniam acceptam ſub obligatione eiuſdem fundi, ſoluit‖ſtatim‖Sempronio pro marito ſuo: quæſitum eſt, an aduerſus ſenatuſconſultum obligata ſit? Reſpondi, ſi Numerius ſciſſet *b* eam intercedere *c*, fore Senatuſconſulto de quo quæreretur locum.

De muliere mutuata pro aliis pignuſque creditori dante & à debitoribus accipiente. 1. Si fraus Senatuſconſulto fiat.

29. *Paulus* lib. 16. Reſponſorum

QVidam voluit heredibus Lucij Titij mutuam pecuniam dare, & cum eis contrahere: ſed quoniam facultates eorum ſuſpectas habuit, magis *d* voluit vxori teſtatoris dare pecuniam, & ab ea pignus accipere. mulier eandem pecuniam dedit heredibus, & ab his pignus accepit. quæro, an interceſſiſſe videatur, & an pignora, quæ ipſa accepit, teneantur creditori? Paulus reſpondit, ſi creditor, cùm contrahere vellet cum heredibus Lucij Titij, euitatis his, magis mulierem ream elegit, & in ipſius perſona Senatuſconſulto, quod de *e* interceſſionibus factum eſt, locum eſſe *f*, & pignora ‖ ab ea ‖ data non teneri? eas autem res, quas mulier ab his pro quibus intercedebat, pignori accepit, creditori mulieris obligatas non eſſe: ſed non ſine ratione prætorem facturum, ſi non tantum ‖in‖ perſona, ſubducta muliere, in principales debitores dederit *g* actionem, ſed etiam in res, quæ mulieri obligatæ ſunt.

1 ¶ Paulus reſpondit ea, quæ in *h* fraudem Senatuſconſulti, quod de interceſſione fœminarum factum eſt, excogitata probari poſſunt, rata haberi non oportere.

De dolo mulieris. 1. De procuratore qui mandato mulieris interceßit.

30. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

SI decipiendi *i* animo, vel cùm ſciret ſe non teneri, mulier pro aliquo interceſſerit, exceptio ei Senatuſconſulti non datur. actionem *k* enim quæ in dolum mulieris comperit, ampliſſimus ordo non excludit.

1 ¶ Procurator, ſi mandatu mulieris pro alio interceſſerit, exceptione *l* Senatuſconſulti Velleiani adiuuatur: ne aliàs actio intercidat.

Si mulier nolit ſolutum repetere, ſed mandati agere.

31. *Idem* lib. 1. ad Neratium

‖PAulus: Si mulier, quod ex interceſſione ſoluit: nolit repetere, ſed mandati agere, & cauere velit de indemnitate reo, audienda eſt.

De aditione hereditatis. 1. De pignore. 2. De venditione in fraudem Senatuſconſulti. 3. Si quis intercedat mandato mulieris. 4. De muliere iudicium ſuſcipiente. De renunciatione exceptionis. 5. De interceßione pro ſeruo alieno.

32. *Pomponius* lib. 1. Senatuſconſultorum.

SI mulier hereditatem *m* alicuius adeat, vt æs alienum eius ſuſcipiat, vix eſt, vt ſuccurri ei debeat: niſi ſi fraude creditorum id conceptum ſit. * nec *n* enim loco minoris vigintiquinque annis circumſcripti per omnia habenda eſt mulier.

1 ¶ Si mulier rem à ſe pignori datam per *o* interceſſionem recipere velit: fructus *p* etiam liberos *q* recipit. & ſi res deterior facta fuerit, eo nomine magis æſtimetur *r*.

¶ Sed ſi creditor, qui pignus per interceſſionem acceperit, hoc alij *ſ* vendidit *t*, vera eſt eorum opinio, qui petitionem dandam ei putant & aduerſus bonæ fidei emptorem *: ne melioris conditionis emptor ſit, quàm fuerit venditor *u*.

2 ¶ Item, ſi *x* mulier creditori viri fundum vendidit, ‖& tradidit‖ ea conditione, *vt emptor acceptam pecuniam viro referret*, & hunc fundum vindicat: exceptio quidem opponitur *y* ei de re empta & tradita: ſed replicabitur *z* à muliere, *aut a ſi ea venditio contra Senatuſconſultum facta ſit*. & hoc procedit ſiue ipſe creditor emerit, ſiue interpoſuerit alium, quò mulier ea ratione careat re ſua.

¶ Idem eſt, & ſi non pro viro, ſed pro alio debitore rem ſuam tradidit.

3 ¶ Si mulier, ne ipſa intercederet, alij *b* mandaret, ut id faceret, an in huius perſona locus huic ſenatuſconſulto ſit, qui rogatu mulieris id faceret. totus enim ſermo ſenatuſconſulti ad petitionem non dandam aduerſus ipſam mulierem ſpectat? Et puto rem ita eſſe diſtinguendam vt ſi quidem creditor, cui me obligaui, mandante muliere hoc in fraudem ſenatuſconſulti egiſſet, ne ipſa interueniret contra ſenatuſconſultum, daret autem alium; excludendum eum exceptione fraudis ſenatuſconſulti factæ *c*: ſi verò is ignoraſſet, ego autem ſciſſem, tunc mandati me agentem cum muliere, excludendum eſſe: me autem creditori teneri.

4 ¶ Si mulier, pro eo pro quo interceſſerit, iudicium parata ſit accipere, vt non in veterem debitorem actio detur: quoniam ſenatuſconſulti exceptionem opponere poteſt: cauere debebit *a*, *exceptione ſe non vſuram*; & ſic ad iudicem ire.

5 ¶ Intercedere mulierem intelligendum eſt etiam pro eo, qui obligari non poſſit: veluti ſi pro ſeruo alieno intercedit. ſed reſciſſa *b* interceſſióne, in dominum reſtituenda eſt actio.

a & ita falſa teſtatoris confeſſio veritati non præiudicat, *l. 39. in fin. ſ. de pignorat. l. 3. §. 1. j. de Silaniano.*
b *l. 8. §. 14. ſ. eod.* Velleiani exceptio nocet creditori ſcienti, non ignoranti: ſcienti, inquam, id eſt, qui ſicut inquam rem mulier mutuaretur.
c id eſt interceſſiſſe pro marito ſuo.
d id eſt fideiuſſionem mulieris colerate voluit quories autē per creditorem coloratur mulieris interceſſio, toties mulier Senatuſconſulto iuuatur.
e *l. 2. ſ. eod.*
f Cur ita? *v. l. 8. §. 14. ſ. eod.*
g actio duplex mulieri, directa vel reſtitutoria: inſtituitur ſeu datur, & reſtituitur per prætorem, *vt hic, & l. 8. 14. l. 16. in fin. ſ. eod.*
h In fraudem Senatuſconſulti Velleiani facta, rata non habentur, *vt hic.* Idem in Macedoniano, *l. 3. §. 3. l. 7. ſ. de SC. Macedoniano.*
i *l. 2. §. 3. l. 23. ſ. eod. l. 110. in fin. j. de reg. iur.*
k Velleiano non vtitur mulier quæ decepit. Velleianum Senatuſconſultum doli actionem, qua teneri poteſt mulier, non excludit.
l hic obiter nota, Senatuſconſulto Velleiano multiſeriam mulieribus ſubueniri, puta exceptione, ſi nondum ſoluerint replicatione, *l. 17. §. 1. in fin. ſ. eod. l. vlt. §. 2. j. eod.* & condictione, ſi ſoluerint, *l. 1. §. 3. l. 24. §. 2. ſ. eod. l. 40. ſ. de cond. indeb.*
m *l. 13. in pr. ſ. eod.*
n Reſtitutio in integrum, quæ ætatis ratione datur, circumſcriptis non datur ſolius ſexus ratione. *v l. 12. ſ. de minorib.*
o id eſt ex cauſa interceſſionis & fideiuſſionis à ſe factæ.
p Velleiano vtens mulier non tantùm pignus ſuum reuocat, ſed & pignoris fructum. q integros.
r *al.* æſtimabitur, id eſt habenda rei erit ratio quæ deterior facta eſt.
ſ Velleiano vtitur mulier non modò aduerſus eum cum quo ἀμέσως, ſeu immediatè contraxit, (putà cum fundum proprium, pro tertio quodam intercedens, vendidit) ſed & cum eo qui mediatè cauſam ab ipſa muliere habet: hoc eſt, aduerſus emptorem & ſucceſſorem emptoris. t adde *l. 7. C. eod. l. 39. in fin. ſ. de rei vind.* u quod eſſe non debet, *l. 175. j. de reg. iur.*
x Intercedit pro alio mulier quæ pro eodem fundum proprium vendit.
y Imò non opponitur *l. 4. C. eod.* x *v. l. 17. §. 1. ſ. eod.* quia ſollicitata fuit ab emptoribus, ſecus ſi eos ſollicitauit, vt in *l. 4. C. eod.* vt eo pacto veræque leges concilientur. a ac ſi ea. *Vide.*
b Intercedere videtur mulier non tantùm cum ipſa palam & apertè intercedit ſed & cum alicui mandat vt intercedat. Proinde & in hac quoque ſpecie Velleiano iuuabitur.

DE COMPENSATIONIBUS c. TIT. II.

Definitio.

Modeſtinus lib. 6. Pandectarum.

COmpenſatio, eſt debiti *d* & crediti inter ſe contributio *e*.

Effectus.

12. *Iulianus* lib. 90. Digeſtorum.

VNuſquiſque *f* creditorem ſuum, eundémque debitorem petentem ſummouet *g*, ſi paratus eſt *h* compenſare *i*. *Vtilitas.*

3. *Pomponius* lib. 25. ad Sabinum.

IDeo compenſatio neceſſaria *k* eſt, quia intereſt *l* noſtra potius non ſoluere *m* quam ſolutum repetere.

De fideiuſſore.

4. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

VErum eſt quod & Neratio placebat, & Pomponius ait, ipſo iure *n* eo minus fideiuſſorem *o* ex omni con

a Poteſt igitur mulier non tantùm in iudicio ſed & extra iudicium renuntiare beneficio huius ſenatuſconſulti, *vt hic, & l. 21. C. eod. l. vlt. & auth. matri & auiæ in prin. C. quando mul. tut. off. Nouell. 118. c. 5.* quod Bartolus reprehendit. Nam qua facilitate pro alio obligari, eadem renuntiare Velleiano poteſt. A qui priore caſu mulieribus ſenatuſconſultū ſubuenit: ergo & altero illis ſubueniri æquum eſt. Ad hæc Renuntiatio aliena nomine ex facto emergens (nam tacitè renūtiare Velleiano videtur mulier, quæ obligatione pro alio ſuſcepta creditori ſoluit) ei, quæ verbis contrahitur, comparatur: ſed illo caſu mulier iuuatur ſolutum enim condicit, *l. §. 3. ſ. eod.* Cur non æquè iuuabitur in huius legis ſpecie Velleiano renuntians? Sed hæc ſumma iuris ratio dictare videtur, cui conſuetudo legeſque ſuperiores repugnant. Eſt tamen mulier ſui beneficij monenda à notariis cum Velleiano renuntiat. *Acc.* quod in qualibet renuntiatione admittendum videtur *arg. l. ...* *tranſact.* Sunt enim renuntiationes ſtricti iuris, in quibus ea tantum veniunt quæ ſunt nominatim expreſſa, *arg. l. 35. l. 47. §. 1. ſ. de pactis l. 9. in fi. ſ. de tranſ. l. ... quid adſtringendæ. j. de verb. obl.* & eo quidem magis, quod renuntiationes eiuſmodi leuiter plerunque fiant, & ſine cauſæ cognitione, & ex quidam potius notariorum conſuetudine, quàm certa eorum, qui contrahunt, ſcientia. Quid ſi enim renuntiaſſe Velleiano ſcripto conſtiterit? præſumitur admonita. *arg. §. 16. Inſtit. de inutil. §. vlt. Inſt. de fideiuſſ. l. 30. l. 134. §. pen. j. de verb. obl. l. 1. C. de contr. ſtip.* Aliud eſſe puto ſi non conſtiterit in inſtrumento, eam Velleiano renunciaſſe, vt in dubia renuntiaſſe non præſumatur, *vt hic Bart.* eóque in dubio interrogari poteſt notarius à iudice de priuilegio Velleiani. Quod ſi ignorauerit, haud dubiè mulier neque renuntiaſſe, neque monita fuiſſe intelligitur. Addunt interpretes, mulierem in iurata renuntiatione præſumi admonitam, eóque caſu Velleiano non iuuandam. *arg. Auth. Sacramenta puberum. C. ſi adue. ſ. vend.* niſi ... modicè læſa ſit; tunc enim circumſcriptam præſumi: & iuramentum vinculum iniquitatis eſſe non oportere.
b de reſciſſoria hac actione, dixi *l. 8. §. 14. ſ. eod.*
c 40 *C. 31. 3. Harm. 9. §. 30. 39. Inſt. de act.* quæ hodie ipſo iure tam in bonæ fidei quam ſtricti iuris iudiciis fiunt, excepta depoſiti actione. vide *l. vlt. C. ...* 30. poſſunt etiam in cauſa appellationis compenſationes peti & opponi, *v. ... pellam Tholoſanam qu. 262.*
d liquidi, &c. dic. vt notaui ad *l. 22. j. eo.*
e ἀντέλλογος. *Theop. d. §. 30. Inſt. de act.* eſt etiam vice ſolutionis, *l. 4. inf. ...* tiores. f *ſub.* creditor & debitor in genere & quantitate.
g *ſub.* oppoſita compenſationis exceptione. h & debitum ipſum qua de re agitur, compenſari debeat vel poſſit; idque concurrentem ad vſque quantitatem i in vicem debiti: ita tamen, vt ſi quid amplius debeatur, iudicialiter offeratur & deponatur, *l. 12. C. eod.* k Compenſatio neceſſaria, id eſt, vtilis eſt quoties debitum iure ciuili exigi potuit: quod ſi iure tantum naturæ exigi potuit ... non potuit, tunc propriè ac verè neceſſaria eſt compenſatio *l. ſi ambo 10. §. ſi quis igitur. j. eo. l. fideiuſſ. 16. § fideiuſſ. 3. j. de fideiuſſoribus.*
l id eſt cum lis poſſit vno iudicio definiri ſcilicet per actionem & exceptionem pluralitas ſeu multitudo iudiciorum non debet admitti vt quæ incommoda ſæpiuſque adferat: quinetiam compenſationem æquitas poſcere videtur. Nam dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt, *l. 8. j. de except. doli.* Interim ſciendum eſt ... reconuentionem locum habere, vbi non poteſt fieri compenſatio. De reconuentione extat tit. *extra de mutuis petitionib. v. l. 11 §. 2. ſ. de iuriſdictione.*
m *§. 39. Inſt. de act. l. 15. inf. de fideiuſſor.* Cicero 3. *in Verrem.* Vtrùm æquius eſt ... decumanum petere, an curatorem repetere: iudicium integra re, an perdita, fieri?
n vt miniſterium operáve iudicis non exigatur, ſed extraiudicialis conuentio ſufficiat. *Bart.* quod ad impediendam cauſam vſurarum valere debet, *l. 11. j. eo. ... C. eo.* & pœnæ ob moram ſoluendæ. Hic effectus compenſationis diligenter notandus eſt, emphyteutæ Canonem non ſoluenti, ſi dominus ei quid debeat: ... enim expelli ab emphyteuſi non poterit ob huius compenſationis effectum. ... ber ad *d. §. 30.* An idem eſt in eo qui iurauit intra certum tempus ſe ſoluturum, vt euiter periurium, exceptionem compenſationis opponens? ait Faber ibid. ... ad euitandam tamen condemnationem ... gat Zaſius ex *cap. ad noſtram, extra de iureiurando*: ad euitandam tamen condemnationem ... tionem iudicis, opponenda eſt iudicialiter. An & poſt condemnationem oppoſita ſententiæ executioni poteſt compenſatio? videtur opponi poſſe: ideóque oppoſita ſententiæ executionem impediet. Cur? Omnis exceptio peremptoria non impugnans ſententiam ... eam moderans, etiam poſt ſententiam opponi poteſt, *l. 6. j. eodem.* Compenſatio autem non impugnat ſententiam, cum compenſans ſatisfacere videatur: ... enim qui compenſat.
o Compenſare fideiuſſor poteſt, id quod etiam reo principali debetur.

hi *a* contractu debere. quod ex compenſatione reus retinere poteſt, ſicut enim cùm totum peto à reo, male peto, ita & fideiuſſor *b* non tenetur ipſo *c* iure in maiorem *d* quantitatem, quàm *e* reus condemnari poteſt.

5. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SI quid à fideiuſſore petatur, æquiſſimum eſt, eligere fideiuſſorem, quod ipſi, an quod *f* reo debetur compenſare malit. ſed &, ſi vtrumque velit compenſare, audiendus eſt *g*.

De debito naturali.

6. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

ETiam quod natura *h* debetur, venit in compenſationem *i*.

De debito in diem. 1. Vtrùm non admiſſa compenſatione ſalua maneat petitio.

7. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

QVod in *k* diem debetur *l*, non compenſabitur, antequàm *m* dies venit, quanquam dari oporteat.

1 ¶ Si rationem compenſationis iudex non habuerit *n*, ſalua manet petitio: nec enim rei *o* iudicatæ exceptio obiici poteſt: aliud dicam, ſi reprobauit *p* penſationem, quaſi non exiſtente debito. tunc enim rei iudicatæ mihi nocebit exceptio.

De litis conteſtatione.

8. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

IN compenſationem etiam id deducitur *q*, quo *r* nomine cùm actore lis *ſ* conteſtata eſt *t*, ne *u* diligentior *x* quiſque deterioris conditionis habeatur, ſi compenſatio ei denegetur.

De debito peculiari. 1. De eo quod patri rei debetur.

9. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

SI cum filiofamilias *y*, aut ſeruo contracta ſit ſocietas, & agat dominus, vel pater: ſolidum per compenſationem ſeruamus. quamuis, ſi ageremus, duntaxat de peculio præſtaretur.

1 ¶ Sed ſi cum † filiofamilias agatur, an, quæ patri debeantur, filius compenſare poſſit, quæritur: & magis eſt admittendum, quia vnus contractus eſt: ſed cum conditione, vt caueat, patrem ſuum ratum habiturum: id eſt, non exacturum, quod is compenſauerit.

De ſociis. 1. De condictione indebiti. 2. De maleficiis. 3. De ſtipulationibus prætoriis.

10. *Vlpianus* lib. 63. ad Edictum.

SI ambo ſocij *z* parem negligentiam ſocietati adhibuimus: dicendum eſt, deſinere nos inuicem eſſe obligatos ipſo iure cõpenſatione negligentiæ *a* facta. ¶ Simili modo probatur, ſi alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam exhibuerit, quæ eadem quantitate æſtimatur, compenſationem factam videri, & ipſo *b* iure inuicem liberationem.

1 ¶ Si quis igitur cõpenſare potens *c*, ſoluerit, condicere *d* poterit, quaſi indebito ſoluto. 2 ¶ Quotiens ex maleficio oritur actio, vtputà ex *e* cauſa furtiua *f*, cæterorúmq; maleficiorum, ſi de ea pecuniariè *g* agitur, compenſatio locum habet. Idem eſt *h*, & ſi condicatur ex cauſa furtiua. ¶ Sed & qui noxali iudicio conuenitur, compenſationem opponere poteſt.

3 ¶ In ſtipulationibus quoque, quæ inſtar *a* actionum habent, ‖ id eſt, prætoriis, ‖ compenſatio locum habet: &, ſecundum Iulianum, tam in ipſa ſtipulatione *b*, quàm in ex ſtipulatu *c* actione poterit obiici compenſatio.

De vſuris, de fiſco.

11. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

CVm alter alteri pecuniam ſine vſuris *d*, alter vſurariam debet, conſtitutum eſt à Diuo *e* Seuero, concurrentis *f* apud vtrumque quantitatis vſuras non eſſe præſtandas *g*.

12. *Idem* libro 64. ad Edictum.

IDem *h* iuris eſt non ſolùm in priuatis, verumetiam in cauſa *i* fiſci conſtitutum.

¶ Sed & ſi inuicem ſit vſuraria pecunia, diuerſæ tamen ‖ ſint ‖ vſuræ, compenſatio nihilominus locum habet eius, quod inuicem debetur.

Si ſæpius obiiciatur compenſatio.

13. *Idem* libro 66. ad Edictum.

QVod Labeo ait, non eſt ſine ratione, vt, ſi *k* cui petitioni ſpecialiter deſtinata eſt compenſatio, in cæteris *l* non obiiciatur.

Se obligatione cui obſtat exceptio.

14. *Iauolenus* lib. 15. ex Caſſio.

QVæcunque *m* per exceptionem *n* perimi poſſunt, in compenſationem non veniunt.

De eo quod certo loco.

15. *Iauolenus* lib. 2. Epiſtolarum.

PEcuniam certo *o* loco à Titio dari ſtipulatus ſum: is petit à me, quam ei debeo, pecuniam: quæro, an hoc quoque penſandum ſit, quanti mea interfuit, certo loco dari. Reſpondit: Si Titius petit: eam quoque pecuniam, quam certo loco promiſit, in compenſationem deduci oportet, ſed cum ſua cauſa, id eſt, vt ratio habeatur, quanti Titij *p* interfuerit *q* eo loco, quo conuenerit, pecuniam dari *r*.

De eo quod alius quam actor debet. 1. De re iudicata.

16. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

CVm *ſ* militi caſtrenſium bonorum alius, cæterorum *t* alius hæres extitit, & debitor alteri hæredum obligatus, vult compenſare, quod ab *u* alio debetur: non audietur.

1 ¶ Cùm intra diem ad iudicati *x* exſecutionem datum, iudicatus Titio, agit cum eodem Titio: qui & *y* ipſe pridem *z* illi iudicatus eſt, compenſatio admittetur. aliud eſt enim, diē obligationis non veniſſe: aliud *a*, humanitatis *b* gratia tempus indulgeri ſolutionis.

De ædili condemnato ob arctiorem annonam publicam.

17. *Idem* lib. 1. Reſponſorum.

IDeo *c* condemnatus, quòd arctiorem *d* annonam ædilitatis *d* tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor non videbitur. & ideo compenſationem habebit.

De procuratore in rem ſuam. 1. De eo quod alij quam reo debetur.

18. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

IN *f* rem ſuam *g* procurator datus, poſt litis conteſtationem, ſi vice mutua conueniatur, æquitate compenſationis vtetur.

1 ¶ Creditor *h* compenſare non cogitur, quod *i* alij debetur.

---

perinde ac ſi ei deberetur, *vt hic*, & *l. 5. inf. eod.*
a vide quæ ſcripſi ad *l. 36. ȷ. de adminiſt. tut.*
b Fideiuſſoris intereſt cõpenſare potius quam ſoluere, & poſt ſolutum repetere. Hac ratione colligitur, fideiuſſorem in negotio, cauſave principalis debitoris teſtimonium dicere non poſſe: cum eius cauſa, ſiſque propria eſſe videatur, adde *l. omnibus 10. C. de teſtib.*
c Ipſo iure non obligari in maiorem quantitatem, eſt, non teneri in maiorem quantitatem. non modò in iudicio, ſed etſi extra iudicium verſeris, quamuis extra iudicium facta denunciatione, cõpenſationem poſſe obiici: vt & ea extra iudicium etiam facta, obligationem tolli ipſo iure videatur.
d Fideiuſſor in maiorem quantitatem obligari, quã reus ipſe debeat, non poteſt.
e v. §. 5. *Inſt. de fideiuſſoriq.*
f *l. 4. ſuprà eod.*
g eodem modo pater filio debitũ: vt & dominus quod ſeruo tuo debetur, *l. 9. ȷ. eod.* & procurator in rem ſuam, quod cedenti debitum fuit tribus caſibus *l. 18. inf. eod.* vt & ſocius quod ſocio debetur, *l. 10. inf. de duobus reis*, compenſare poteſt: alia, aliena debita non compenſatur, *l. 9. C. eod.* h Compenſari poteſt etiam id quod ſola natura debetur. i niſi exceptione peremptoria perimi poſſit, *l. 14. ȷ. eo.* veluti ſi debitum præſcriptione vel ſententia abſolutoria inane redditũ ſit, *Caſtr.* k Compenſari id quod in diem debetur poteſt, ſed non antequam dies venerit: ſtatim quidem debetur, *l. Cedere diem 213. ȷ. de verb. ſign.* ſed non ante diem compenſatur. l *l. 16. §. 1. inf. eod.*
m Compenſatio fit liquidi tantùm confeſſi & præſentis, *vt hic l. vlt. ȷ. eod. l. 22. l. vlt. C. eod.*
n Compenſatio à iudice repudiata, poſt obiici non poteſt: omiſſa, poteſt, *l. 8. §. 2. ȷ. de negot. l. 1. §. 4. ȷ. de contrar. tutelæ: l. 18. in fin. ſuprà commodati.*
o Sententia dicta in principali non præiudicat incidenti, niſi ſua ſententia incidenti quoque præiudicium facere iudex voluerit.
p adde *l. 9. ȷ. de except. rei iudic.* q Officio iudicis, *l. 7. ſuprà eod.*
r id eſt, id cuius nomine. ſ litem conteſtantis deterior eſſe conditio non debet, quàm non conteſtantis.
t olim ſcilicet, vel in alio iudicio.
u In compenſationibus deterioris conditionis eſſe non debet diligens quàm negligens, *l. 29. ȷ. de nouat. l. 86. ȷ. de Regulis iuris.* x Diligentioris cauſa melior.
y vide *l. 5. ȷ. eod.* † Compenſationem filius poteſt ſuo nomine obiicere eius quod patri debetur, dummodo de rato caueat.
z Compenſatio in ſocietate ipſo iure locum habet. a Compenſatio in delictis ipſo iure fit. Negligentiæ ad negligentiã fit cõpenſatio, *vt hic.* ſic dolus dolo cõpenſatur, *l. 36. ȷ. de dolo: arg. l. 4. §. 13. ȷ. de excep. doli.* & delictum, vide §. 2. ȷ. eo.
b Ipſo iure fit compenſatio, etiamſi ab homine non obiiciatur.
c Si qui compenſare potuit, nec tamen compenſauit, ſed ſoluit, ſolutum poteſt condicere. Nam vbi lege compenſatio fit, ſolutum repetitur tanquam indebitum.
d *l. 5. §. pen. ȷ. de impenſis.* ſi modo res talis ſit, vt compenſari poſſit. vide *l. 30. ȷ. de cond. indeb.* e Condictio furtiua oritur ex maleficio, *vt hic.* licet alij putent ex variis cauſarum figuris oriri, *l. 1. inf. de obligat.*
f Vel rebus amotis, *l. 1. C. rerum amot. l. 7. §. ob donationes, ȷ. ſoluto.*
g id ſignificat, pecuniariæ actioni ex maleficio compenſationem opponi, non pœnali, id eſt, criminali. Hic quæri poteſt vtiliter, An iniuriæ (vt ſi *fur* appellatus à Titio cum *latronem* appellauerit) compenſari debeant? id textus affirmare videtur, vt & Bart. & *lex 25. ȷ. de procur.* purgare conuicium cuique permuti, idque eo magis, quod vita & fama æquiparátur, *l. 9. ȷ. de manumiſſ. vind.* & retorquere crimen in alium ſit permiſſum. Ad hæc *lex 14. §. 6. ȷ. de bon. liber.* & *l. 29. ȷ. ſoluto*, tradit, paria delicta mutuò inter virum & vxorem compenſari. Sed ſuperioribus obſtat lex 29. *C. qui accuſ.* quæ negat facultatem accuſatis recriminandi in pari vel maiore crimine: ideóque notat Speculator, eo caſu quemlibet de iniuria ſibi illata agere poſſe. h alias *id eſt*, Cuiac. 13. *obſ.* 37. idque confirmari Baſilicis ait, qui ita habent, ὁ ἐναγόμενος χρηματικῶς ἀπὸ κλοπῆς, τῇ τοῦ κλοπιμαίου ἀπαιτήσει, ἢ noxalia ἀντιπελλαργίζεσθαι.

a Stipulationes prætoriæ inſtar iudiciorum habent, quod ab inuitis extorqueantur, *l. 1. §. cautiones 2. inf. de prætor. ſtipul.*
b *ſub.* interponenda.
c hoc eſt, interpoſita iam ſtipulatione.
d Compenſare qui poteſt, vſuras non præſtat, ſiue eas ex mora, ſiue ex ſtipulatione debuit, vt notat *hic* Albericus. Quid qui compenſandi ius habet, nũ etiam pœnã quam debere poteſt, compenſare poteſt? Richardus Malumbranus ita cenſuit: exemplo ſuperiore vſurarum, *l. lecta, 40. ȷ. de rebus cred. l. Gaius 11. ȷ. de vſuris. l. pen. ȷ. de condict. indeb. c. conſtitutus extr. de pœnit.* vnde dicitur, Emphyteutam, mora in ſoluendo canone admiſſa, Emphyteuſi non decidere: ſi quid ei viciſſim à domino debebatur, ſi moram ſuã cum mora ſibi debiti compenſare poſſit.
e id eſt Alexandro, Cuiac. 8. *obſ.* 16.
f vide *l. 4. l. 5. C. eo. l. 1. inf. quæ ſent. ſine app. l. 7. C. de ſolut.*
g Mutui in iudicio (licèt ſtrictum iudicium ſit) fit etiam compenſatio ipſo iure, *v. l. 21. ȷ. eod.*
h Cõpenſantur vſuraria debita hinc inde vt in priuatis negotiis ita & in fiſci.
i *v. l. 1. C. eodem.*
k Compenſationes plures fieri nõ poſſunt eiuſdem debiti. vel ita: compenſatio quæ vnicum debitum perimit alij debito obiici non poteſt: cum ſemel effectum ſuum ſit ſortita. Non poteſt autem vna cauſa diuerſos effectus ſortiri. l vna cauſa non poteſt operari circa diuerſos effectus, *Bart.* m Compenſationem nemo rectè petit eorum quæ petere quidem poteſt ſtricto iure, non poteſt tamen cum effectu petere, cùm exceptione poſſit repelli. n *v. l. 6. ȷ. eo.* o Compenſari vbique poteſt quod certo loco debetur, ſi modo præſtetur aduerſario id quod eius intereſt debitum ſuo loco ſolui. vnde notant, Compenſationes non modo ſortis, ſed & eorum quæ ſorti accedunt: putà eius quod intereſt, poſſe peti: & breuiter, nec dum liquida debita, interdum compenſari. p Quanti tua, *vulgata*, quæ lectio defenſa à Molinæo *in tractatu, de eo quod intereſt, n. 10.* Quanti tua autem hic, eſt, quanti tua, qui agis, intereſt. q *l. 2. §. vlt. ȷ. de eo quod cer. loco.* r al. reſtituiri: *Florentina*, daturi. *Ant. Auguſt.* datuiri? ſ ſi cum militi. *vulg. Hal.* t id eſt non caſtrenſium, paganorum.
u *v. l. 18. §. vlt. ȷ. eo.* x Tempus ad iudicati exſecutionem datum iudicarit, primùm fuit vnius menſis, tum duorum, ad extremum quatuor, *v. l. 2. C. de vſuris rei iudic.* y *v. l. 2. in fin. C. eod.* z Pridem, pro quatuor menſibus hic accipi notat poſt Richardum Baldus. a Compenſationem non impedit tempus quod humanitatis gratia indulgetur. b vt & Græci dicunt πρὸς προθεσμίαν. Cuiac. *ad l. 118. de verb. obl.* c Compenſatio criminali condemnationi obiicitur ex debito ciuili, *Bald.* d arctiorem annonam præbet, qui de ea frumenti quantitate ſubducit, quam vitium populo præberi oportet. *Robert. 3 ſent. vlt.* de quo *v. l. 53. ȷ. de iud.* Liu. 26. Adſidendo diutius arctiorem annonam ſociis, quam hoſti faciebat, interim nota ædilem à curatore rei frumentariæ differre. hic, ſi ex curationis cauſa condemnetur, compenſatione vti non poteſt, *l. 20. ȷ. eod.* Ædilis verò quam curator annonam redegerit, in ea præbenda ipſe operam nauat: & ſi annonam fraudauit, compenſatione aduerſus fiſcum vti poteſt, *d. l. 53.* Præterea curatori pecunia datur: ædili annona, non pecunia v. Cuiac. 2. *obſ.* 23 *in fin.* e Budæus, Alciat. & Hal. legunt *edulitatis*: quo vocabulo intelligunt, rerum edulium largitionem & præbitionem fieri ſolitam à Principe tempore carioris annonæ. *Lamp. Alex. v. Duar. diſp.* 25. & malè: *ædilitatis tempore*, id eſt, cùm in ædilitate eſſet Cuiac. 2. *obſ.* 23. ἐν τῷ ἀγορανομεῖν. Cuiac. *obſ.* 12. *ex Baſ.* vbi reprehendit Duarenus, monétque apud Lampridium legendum eſſe *vtilitatem*, & veteres *adulitatem* & *ædilitatem* promiſcuè ſcripſiſſe. Hinc illud Tertulliani *in Apologetico*, Philoſophi Tyrannidem affectant, Chriſtianus verò nec ædilitatem.
f Compenſare procurator in rem ſuam poteſt, quod ei debetur ex mandatu ceſſaque ei actione.
g v. Cuiac. 24. *obſ.* 38. h v. Rom. *ſing.* 534. incipiente, *Debitor meus.*
i *v. l. 9. C. eod. l. 16. ȷ. eodem.*

quam debitori ſuo, debet: quamuis creditor eius pro eo qui conuenitur ob debitum proprium velit compenſare.

De pecunia ſoluta ſeruo publico.

19. *Idem* lib. II. Reſponſorum.

DEbitor pecuniam publicam ſeruo publico citra *a* voluntatem eorum ſoluit, quibus debitum rectè ſolui potuit: obligatio priſtina manebit, ſed dabitur ei compenſatio peculij fini *b*, quod *c* ſeruus publicus habebit.

De curatore rei frumentariæ condemnato.

20. *Idem* lib. 13. Reſponſorum.

OB negotium copiarum, expeditionis tempore mandatum, curatorem *d* condemnatum, pecuniam iure compenſationis retinere non placuit, quoniam ea non compenſantur.

De procuratore conuentu.

21. *Paulus* lib. I. Quæſtionum.

POſtea quam placuit inter omnes, id, quod inuicem debetur ipſo iure *e* compenſari, ſi procurator abſentis conuenietur, non debebit de rato cauere, quia nihil compenſat, ſed ab initio minus ab eo petitur.

De debito alternato.

22. *Scæuola* lib. 2. Quæſtionum.

SI debeas decem||millia||aut *f* hominem, vtrum aduerſarius volet, ita *g* compenſatio huius debiti admittitur, ſi *h* aduerſarius palam dixiſſet *i* vtrum voluiſſet.

De eo quod tutor debet qui pro pupillo agit.

23. *Paulus* lib. 9. Reſponſorum.

ID * quod *k* pupillorum nomine debetur, ſi tutor petat, non poſſe compenſationem, obIci eius *l* pecuniæ, quam ipſe tutor ſuo nomine aduerſario debet.

De fiſco.

24. *Idem* libro 3. Decretorum.

IVſſit Imperator audiri adprobantem, ſibi à fiſco *m* deberi, quod ipſe *n* conuenitur.

DEPOSITI *o*, VEL CONTRA.

TIT. III.

Definitio & Etymologia depoſiti. I. Edictum. 2. Ratio edicti. 3. Quid ſit deponere tumultus vel cæterarum cauſarum gratia. 4. Ratio edicti. 5. De his quæ accedunt rei depoſitæ. 6. Pactum de culpa. 7. Vel dolo. 8. De veſtimentis ſeruandis balneato i datis. 9. De ſeruo in priſtinum coniecto. II. De re perferenda. 13. De re recipienda & cuſtodienda. 14. De re iuſſu vnius depoſita apud alium. 15. De pupillo depoſitario. 16. De re deteriorata. 17. De ſeruo deponente. 18. Vel recipiente. 19. De ſucceſſoribus. 20. De dolo præterito vel futuro. 21. Quo tempore ſpectatur facultas reſtituendi. 22. De eo qui non reddit depoſitum. 23. De bona fide. 24. De fructibus & omni cauſa. 25. De venditione & redemptione. De interitu rei depoſitæ. 26. De iureiurando in litem. 27. Si ſeruus noſter vel is qui bona fide ſeruit. 28. Vel ſeruus fructuarius. 29. Vel hereditarius depoſuit. 30. De morte, manumiſſione, alienatione ſerui qui depoſuit. 31. Si ſeruus communis depoſuit. 32. De re domino opinato reddita. 33. De pecunia depoſita à ſeruo, vt pro eius libertate detur domino: quid ſit reddere depoſitum. 34. De vſu. 35. Et periculo rei depoſitæ. 36. De heredibus depoſitum repetentibus. 38. De teſtamento recitato à depoſitario. 39. De prædone, vel fure deponente. 40. De forma libelli. 42. De filiofam. & ſeruo. 43. De duobus depoſitariis. 44. Vel depoſitoribus. 45. De tempore præſtituto. 47. De dolo de venditione rei depoſitæ.

Vlpianus lib. 30. ad Edictum.

DEpoſitum *p* eſt, quod cuſtodiendum alicui datum eſt. dictum ex eo, quod ponitur. præpoſitio enim *de q* auget depoſitum: vt oſtendat, totum *r* fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet.

1 ¶ Prætor ait: *quod ſ neque tumultus, neque incendij, neque ruinæ, neque naufragij cauſa depoſitum ſit, in ſimplum t: (ex) earum autem rerum quæ ſuprà comprehenſæ ſunt, in ipſum in duplum u: in heredem eius, quod dolo malo eius factum eſſe dicetur, qui mortuus ſit, in ſimplum x: quod ipſius, in duplum, iudicium y dabo.*

2 ¶ Meritò has *z* cauſas deponendi ſeparauit prætor, quæ continent fortuitam cauſam depoſitionis ex neceſſitate deſcendentem, non *a* ex voluntate proficiſcentem.

3 ¶ Eum *a* tamen deponere tumultus, vel incendij vel cæterarum cauſarum gratia intelligendum eſt, qui nullam aliam cauſam deponendi habet, quàm imminens *b* ex cauſis ſuprafcriptis periculum.

4 ¶ Hæc autem ſeparatio cauſarum iuſtam rationem habet, quippe cùm quis fidem elegit, nec depoſitum redditur, contentus eſſe debet ſimplo: cùm verò, ex ante neceſſitate deponat, creſcit perfidiæ crimen *c*, & publica vtilitas coërcenda eſt *d*, vindicandæ reipublicæ cauſa. eſt enim inutile *e* in cauſis huiuſmodi fidem *f* frangere.

5 ¶ Quæ *g* depoſitis rebus accedunt, non *h* ſunt depoſita, vtputà ſi homo veſtitus deponatur: veſtis enim non eſt depoſita, nec ſi equus cum capiſtro: nam ſolus equus depoſitus eſt *i*.

6 ¶ Si conuenit, *vt in depoſito & culpa* k *præſtetur*, rata eſt conuentio. contractus enim legem *l* ex conuentione accipiunt.

7 ¶ Illud non proVaVis dolum *m* non eſſe præſtandum ſi conuenerit. nam hæc conuentio contra bonam fidem, contráque bonos *n* mores eſt: & ideo nec ſequenda eſt.

8 ¶ Si *o* veſtimenta ſeruanda balneatori data perierunt, ſi quidem nullam *p* mercedem ſeruandorum veſtimentorum accepit, depoſiti eum teneri, & dolum duntaxat præſtare debere puto: quòd ſi accepit, ex conducto.

9 ¶ Si quis ſeruum cuſtodiendum coniecerit fortè in priſtinum *q*, ſi *r* quidem merces interuenit cuſtodiæ, puto eſſe actionem aduerſus piſtrinarium ex conducto: ſi verò mercedem accipiebam *ſ* ego pro hoc ſeruo, quem in piſtrinum accipiebat, ex locato me agere poſſe: quod ſi operæ eius ſerui cum cuſtodia penſabantur, quaſi genus locati & conducti *t* interuenit: ſed *t*, quia pecunia non datur, præſcriptis verbis datur actio. ſi vero nihil aliud, quam ciVaria præſtabat, nec de operis quicquam conuenit, depoſiti actio eſt,

10 ¶ In conducto & locato, & in negotio, ex quo diximus præſcriptis verbis dandam actionem: & dolum *u*, & culpam præſtabunt, qui ſeruum receperunt. at ſi ciVaria tantum dabant, dolum duntaxat. ſequemur tamen, (vt Pomponius ait) & quid habuerunt proſcriptum, aut quid conuenerit, dummodo ſciamus, & ſi quid fuit proſcriptum, dolum tamen eos præſtaturos, qui receperunt, qui ſolus *x* in depoſitum venit.

11 ¶ Si *y* te rogauero, *vt rem meam perferas* z *ad Titium, vt is eam ſeruet*, qua actione tecum experiri poſſum, apud Pomponium quæritur? & putat, tecum mandati: cum eo vero, qui eas res receperit, depoſiti. ſi verò tuo nomine receperit, tu quidem mihi mandati teneris, ille tibi depoſiti, quam actionem mihi præſtabis *a*, mandati iudicio conuentus.

12 ¶ Quod ſi *b* rem tibi dedi, *vt ſi Titius "rem" non recepiſſet tu cuſtodires*, nec eam recepit: videndum eſt vtrum depoſiti tantum, an & mandati actio ſit, & Pomponius dubitat. puto *c* tamen, mandati eſſe actionem: quia plenius fuit mandatum, habens & cuſtodiæ legem.

13 ¶ Idem Pomponius quærit ſi tibi mandauero, *vt rem ab aliquo, meo nomine receptam cuſtodias*, idque feceris, mandati, an depoſiti tenearis. & magis probat, mandati eſſe actionem. quia hic eſt *d* primus contractus.

a *l.12.C.de ſolut.*
b Imo in ſolidum. *l.9.ſ.eod.* Ceterum *peculij fini compenſationem dari* hic nihil aliud eſt quã ad quantitatem peculij dari.
c qua *Duar. 1. diſput.12.*
d *l.3.C.eod.l.46.§.5.inf. de iure fiſci.* vide quæ notaui ad *l.17.ſ.eod.*
e vt exceptionem doli opponi non ſit neceſſe: quinetiam, vtcunque per errorem ſoluta ſit pecunia, condici poteſt *l.10.§.1.ſ.eod.*
f & ſic ſub alternatione poſita in ſtipulantis electione.
g Cur? debitum ſub alternatione eſt incertum, *l.75.ſ.de verb.obl.*
h non ſit compenſatio, niſi debiti liquidi, confeſſi, præſentis: nã controuerſi vel incerti cõpenſatio non fit, *vt hic. & l.3.ſ.de tutela & rat.* vt nec in depoſito, etiam ante Iuſtinianum 2 *Paul.12. §. vlt. l.3. inf.de tutelæ & rationib. diſtrah.* adde *l.vlt. C.eo.hoc Tit.*
i Cur? electione res fit certa.
k Non compenſatur tutoris propriũ debitum, tutore petente quod pupillas debetur. *Syn. Baſ.lib.7 tit.6. & pit.19.c.23.*
l ὁ συμψηφίζεται χρέος ἴδιον τοῦ ἐπιτρόπου *Ecl. lib.7. tit. 6. ex Baſil.10 c 23.*
m Compenſationem fiſcus ſubit. ſi petit & debeat. *Syn.ibid. c.24.*
n quod & ipſe, *Haloand.l.13.C.eo. l.46.§.5.ſ. de iure fiſci.* legendum videtur, id in quod: vel, in quo ipſe.
o 4.*C.34.§.3.Inſt. quibus modis re cõtrahitur obligatio: l 1.§.5.ſ. de oblig. Nou.88.2. Paul.4. & 12.13.Ecl.* 2. 3. *Harm.9.3.ext a 16.*
p *Synopſ. Baſil.13. Tit.2.cap.1.*
q De præpoſitio auget ſignificationem verbi, vt ſit idem quod Valdè, Feſtus in *Deculta.* vunt, valde occultarunt. Idem in *Dedita, Def ui. Deperco.* Nonius in *Deamare, & Demagis.* r ita tamen, vt & proprietas & poſſeſſio maneat penes deponentem, *l.17.in fin.ſ. eo.*
ſ De iis quæ tumultus, vel incendij, vel ruinæ, vel naufragij cauſa depoſita ſunt, in eum quidem qui accepit, in duplum actio competit, in hæredem quod dolo teſtatoris factum eſt, in ſimplum: quod ipſius, in duplum. De cæteris verò depoſitis, in ſimplum actio datur, *Syn.ibid.cap.1.*
t alias, ſi tumultus cauſa depoſitum eſt, dupli agetur, *§.17. in fin. Inſt. de action.*
u *§.17. Inſt. de act.*
x *l 18.inf.eodem.*
y actionem depoſiti.
z tumultus, incendij, ruinæ, naufragij.
a eſt ergo duplex deponendi cauſa voluntas & neceſſitas: neceſſitas, vt in his caſibus adde ſequeſtrum: adde & illud depoſitum quod ſit impediendarum vſurarum cauſa, de quo *l.9.C.de vſuris l 9.C.de ſolutionibus.*

a Deponere tumultus, incendij, ruinæ vel naufragij cauſa videtur, qui duntaxat propter imminens ex hiſce cauſis periculum, non vllam aliã ob cauſam deponit, *Syn. Baſil.ibid.*
b id eſt inſtãs, vt *l.1.§.quod metus cauſ.*
c & ſic pœna criminis.
d Publica vtilitate coërcendum eſt, &c. *vulg.* vtilitas coërcendo vindicanda. *Haloand.* publica inutilitas coërcendo. Cuiac. ad *l. 2. C.de fide & iure haſte.* reprehenſus à Roberto *1.recepta. 31.* adde quæ notaui ad *l. vlt. C. de ſeruitutibus.* & Robertum *22. Animaduerſ. 26.* Antoniũ Mercatorem *2. Notat. 26.* legendum videtur coërcenda & vindicanda, reipublicæ cauſa.
e *al.* inciuile, ſed Duarenus *1.diſp.11.* putat, *Inutile* hic eſſe, idem quod repugnans vtilitati. Præſtat tamen *inutile* hic ſumi pro moleſto & incommodo: imo pro inhoneſto, pernicioſo & graui. Quo ſenſu Græci ἀχρηστον & ἀχρηστίαν vſurpant. 5. *Pollux* 30. *Suidas, Heſych.* Et certè grauius eſt depoſitum negare, quam mutuum. *Ariſt. in Ploblem. Herodot. in Erato* adde *Stobæi in ſermone περὶ ἰπορκίας.* item *ſermone περὶ ...σεως.*
f *l.1.ſ.de conſtitu...*
g Quæ depoſitum comitantur, non ſunt depoſita: puta ſerui veſtis, & capiſtrũ equi *Syn. ibid.*

h Imo ſunt depoſita, quæ rebus depoſitis accedunt. vide *l.10. inf. de precar.* k *l.1.C...*
i pro iis tamen quæ ita accedunt, competet actio. vide *§.41.ſ.eo.*
l vide *l.52.ſ.de verb.obl. Nou. 16.c.1. & c.85.de reg.in 6.*
m Pactum vt ne quis doli actione teneatur in depoſito non valet. vide *l...* *commodati.* n optima hæc ratio eſt. vide *l.6.C.de pactis.*
o Si veſtimenta ſeruanda balneatori data perierunt, ſi quidem ſine mercede ſeruanda accepit, locus eſt actioni depoſiti, dumtaxat ex dolo: ſin cum mercede, locati in duplum actio competit. *Syn.ibid.* p *l.5.§.12.ſ commodati.*
q In piſtrinum coniiciebant nonnunquam ſeruos ſuos domini, cuſtodiendos ... dem & coërcendos: eóque nomine mercedem piſtrinario dabant.
r Seruum cuſtodiendum dedi, ſi mercedem dedi, ex conducto. ſi mercedem acce... pturus, ex locato: ſi operæ eius cum cuſtodia penſabantur, quaſi genus locati ... conductionis eſt; non tamen datur locati aut conducti actio, ſed præſcriptis verbis. Cur? quia nulla pecunia hic interuenit, quod in locatione neceſſarium eſt. Quid ſi nihil de operis ſerui conuenit, & ſeruo cibaria præſtita ſint à cuſtode? depoſiti actio erit. Ex hac actionum varietate notant, contractum innominatum ... iudicari ex natura contractus nominati, cui magis conuenit.
ſ nec enim ſine mercede locatio eſſe poteſt, *l.3.§.1.ſ.nautæ, caupones, l.5.§...* *ſ.de præſcriptis. l.52.ſ.de donat.inter virum.* t Notandum eſt contractum ... locationem pertinentem, præſcriptis verbis actionem parere, *l.1.ſ.de præſcr. verb.*
u *d.l.3.§.1.ſ.nautæ.*
x vide *l.23.ſ.de regulis iuris.*
y Si te rogauero vt rem meam perferas ad Petrum, vt is eam ſeruet, aduerſus te quidem mandati actionem habeo, ſed aduerſus Petrum, qui eam recepit, actionem depoſiti, quam mihi per actionem mandati præſtas. *Syn.ibid.* Et breuiter cui res datur perferenda, mandati: cui cuſtodienda, depoſiti tenetur.
z Cui res perferenda datur, mandati: cui cuſtodienda, depoſiti tenetur.
a *vt in l.16.ſ.eodem.*
b Si tibi dixi, ſi Petrus rem meam non receperit, tu eam mihi cuſtodito, ille verò non accepit, tantùm aduerſus te mandati actionem habeo: velut, ſi tibi commiſero, vt rem ab aliquo meo nomine recipias & cuſtodias Prior eſt enim mandati contractus, *vt hic. & §.13. ſ.eod. Syn.ibid.*
c Quotiens contractus perfectus præcedit, & adiicitur conuentio quæ poteſt ... dere in nomen contractus, potius inducitur informatio primi, quam nouus contractus *Bart. hic. Bald.in Rubrica, C.eod num.7.*
d *v.l.12.ſ.de SC. Maced.*

14 ¶ Idem

14 ¶ Idem "Pomponius" quærit, ſi *a* apud te volentem me deponere, *iuſſeris* b *apud libertum tuum deponere*, an poſſim tecum depoſiti experiri. & ait, ſi tuo nomine, hoc eſt, quaſi te cuſtodituro, depoſuiſſem, mihi tecum depoſiti eſſe actionem. ſi verò *ſuaſeris mihi, vt magis apud eum deponam*, tecum nullam *c* eſſe actionem: cum illo depoſiti "actio eſt." nec mandati teneris: quia rem meam geſſi. Sed ſi *mandaſti mihi, vt periculo tuo apud eum deponam*. cur non ſit mandati actio, non video.

¶ Planè ſi fideiuſſiſti *d* pro eo, Labeo omnimodo fideiuſſorem teneri ait, non tantùm ſi dolo fecit is, qui depoſitum ſuſcepit; ſed & ſi non fecit; eſt tamen res apud eum. quid enim, ſi fureret is, apud quem depoſitum ſit? vel pupillus ſit, vel neque heres *e*, neque bonorum poſſeſſor, neque ſucceſſor eius extaret? tenebitur ergo, vt id præſtet, quod depoſiti actione præſtari ſolet.

15 ¶ An in pupillum *f*, apud quem ſine tutoris auctoritate depoſitum eſt, depoſiti actio detur, quæritur. Sed probari oportet, ſi apud doli mali iam capacem depoſueris, agi poſſe, ſi dolum commiſit. Nam "&" in quantum *g* locupletior factus eſt, datur actio in eum, & ſi dolus non interuenit.

16 Si res depoſita deterior *h* reddatur, quaſi *i* non reddita, agi depoſiti poteſt. cùm enim deterior redditur, poteſt dici *k*, dolo malo redditam non eſſe.

17 ¶ Si ſeruus meus depoſuerit, nihilominus depoſiti habebo actionem.

18 ¶ Si *l* apud ſeruum depoſuero, & cum manumiſſo agam, Marcellus ait, nec tenere actionem *m*: quamuis ſolemus dicere, doli etiam in ſeruitute commiſſi teneri quem debere: quia & * delicta & noxæ caput *n* ſequuntur. Erit igitur ad alias actiones competentes decurrendum,

19 ¶ Hæc actio bonorum poſſeſſoribus, cæteríſque ſucceſſoribus, & ei, cui ex Trebelliano Senatuſconſulto reſtituta eſt hereditas, competit.

20 ¶ Non tantum præteritus dolus in depoſiti *o* actione veniet, ſed etiam futurus, id eſt poſt litem conteſtatam.

21 ¶ Inde ſcribit Neratius, ſi res depoſita ſine dolo malo amiſſa ſit, & poſt *p* iudicium acceptum reciperaretur *q*, nihilominus rectè ad *r* reſtitutionem rerum compelli: nec debere abſolui, niſi reſtituat.

¶ Idem Neratius ait, quamuis tunc tecum depoſiti actum ſit, cum reſtituendi facultatem non habeas, horreis forte clauſis, tamen *ſ*, ſi ante condemnationem reſtituendi facultatem habeas, condemnandum te, niſi reſtituas: quia res apud te eſt, Tunc enim quærendum, an dolo feceris, cùm rem non habes.

22 ¶ Eſt autem & apud Iulianum libro 13. "Digeſtorum ſcriptum, eum, qui rem depoſuit, ſtatim poſſe depoſiti actione agere: hoc enim ipſo dolo *t* facere eum, qui ſuſcepit, quod repoſcenti rem non reddat. Marcellus autem ait. * non ſemper videri poſſe dolo facere eum, qui repoſcenti non reddat. Quid enim ſi in prouincia res ſit, vel in horreis: quorum aperiendorum condemnationis tempore non ſit facultas? vel condicio *u* depoſitionis non extitit?

23 ¶ Hanc actionem bonæ fidei eſſe *x*, dubitari non oportet.

24 ¶ Et ideo *y* & fructus *z* in hanc actionem venire, & omnem cauſam, & partum, dicendum eſt: ſic nuda res veniat.

25 ¶ Si rem depoſitam vendidiſti, eámque poſtea redemiſti *a* in cauſam depoſiti: etiam ſi ſine dolo malo poſtea perierit, teneri te *b* depoſiti: quia ſemel dolo feciſti, cùm venderes.

26 ¶ In depoſiti quoque actione *c* in litem *d* iuratur *e*.

27 ¶ Non ſolùm ſi ſeruus meus, ſed & ſi is, qui bona fide mihi ſeruiat, rem depoſuerit, æquiſſimum erit dari mihi actionem, ſi rem ad me pertinentem depoſuit.

28 ¶ Simili modo, & ſi vſumfructum in ſeruo habeam: ſi id, quod depoſuit ex eo peculio fuit, quod ad me pertinebat, vel res mea fuit, eadem actione agere potero.

29 ¶ Item ſi ſeruus hereditarius *f* depoſuerit, heredi poſtea adeunti competit actio.

30 ¶ Si ſeruus depoſuit, ſiue viuat, ſiue deceſſerit, vtiliter dominus hac actione experietur. Ipſe autem ſeruus manumiſſus non *g* poterit agere: ſed & ſi fuerit alienatus, adhuc ei competit actio, cuius fuit ſeruus, cùm deponeret: initium *a* enim contractus ſpectandum eſt.

a Si me volente apud te rem deponere, iuſſeris apud libertum tuũ deponere, ſi quaſi te cuſtodituro depoſui, tecum mihi depoſiti actio eſt. ſi vero ſuaſeris mihi vt apud libertum deponam, cum illo quidem mihi depoſiti actio eſt. tecum verò, nec depoſiti, nec mandati actionem habeo: niſi mihi mandaueris, vt periculo tuo apud eum deponam: *Syn. ibid.*

b Tres quæſtiones hic oriuntur ex his verbis iuſſeris, ſuaſeris, mandaſti tuo periculo deponi.

c ita nemo ex cõſilio obligauit. *l.4. in fin. ff. mandati.*

d Depoſiti actio contra pupillum doli capacem datur, ſi dolum committit, vel eſt locupletior. 3. *Harm.* 9. §. 19.

e *l.95. §.1. in fin. ff. de ſolut.* Imò, fideiuſſor non tenetur quoties perſona obliganda eſt, *l.5. in pr. ff. vt leg.*

f adde *l.3. in fin. ff. quando ex facto tutoris.*

g *v.l.10. ff. de inſtitoria: l.1. §.4. ff. de peculio l.5. in fin. ff. de in rem verſo.*

h *l.42. ff. ad legem Aquil. l.17. §.3. ff. commodati.*

i Paria ſunt depoſitum non reddi, & deterius reddi hoc eſt, nullum & deterius.

k *v.l.24. §.1. ff. de pignoratitia* nec n. reddi videtur quod deterius, quam ſit datum, redditur.

l Seruus qui depoſitum acecpit, poſt manumiſſionem actione depoſiti non conuenitur, quamuis & de dolo deque commiſſis in ſeruitute teneatur, quippe delicta caput ſequuntur: ideóque actionibus aliis vtendum erit, *Syn. ibid.*

m niſi rem teneat, *l.21. ff. eod.*

n i. perſonam delinquentis, *l.21. in fin. ff. commodati, l.4. C. an ſeruus ex ſuo facto.*

o vt in petitione hereditatis, *l.25. §.7. in fin. ff. de pot. her.*

p Depoſiti actione veniunt, quæ poſt litem conteſtatam accidunt. q *l.3. ff. eo.* r Finis huius actionis eſt, vt res depoſita reſtituatur, *vt hic, & l.1. §.2. ff. de obl.* & ideo rei perſecutoria dicitur, *l.9. §.1. ff. eod.* ſ idem eſt in eo qui agit ad exhibendum, *l.7. in fin. ff. ad exhib.* t *§. vlt. ff. eo.* u Si depoſitum eſt ſub conditione, ante conditionis euentum agi non poteſt depoſiti, *l.5. C. eo.* v. tamen *§. pen. ff. eo.* x Depoſiti actio bonæ fidei eſt. *Syn. d. loco. §.28. Inſt. de act.* y in bonæ fidei iudicio venit fructus, omnis cauſa, partus. *Syn. lib.3. Har.9. §.3.* z *l.65. in fin. ff. de furtis, l.38. §.10. ff. de vſuris.* a Dolus commiſſus in vendendo non purgatur rem redimendo. b aliqui redempta in poteſtatem deponentis rediit, *l.4. §.10. ff. de vſuc.* res autem domino perit. præterea depoſitarius dolum ſuum purgauit redimendo, nec tenetur vltra dolum, *l.16. ff. de cond. furt.* c directa ſc. non contrrria, *v.l.5. ff. eod.* d Iureiurando in litem locus eſt in actione depoſiti, *Syn. Baſ.* 22.1.9. ex *li.13. tit.2. c.2.* e eſt enim bonæ fidei, *§.23. ff. eod.* in his actionibus in litem iuratur, *l.3. ff. de in litem iurando, l. fin. C. vnde vi.* f *l.9. C. eo. l.16. ff. de oblig. & act.* g datur tamen ei doli exceptio, *l.7. §. pen. ff. de pactis.*

31 ¶ Si duorum ſeruus ſit, qui depoſuit: vnicuique *b* dominorum, in partem competit depoſiti.

32 ¶ Si rem à ſeruo depoſitam Titio, quem dominum eius putaſti *c*, cùm non eſſet, reſtituiſſes, depoſiti actione te non teneri, Celſus ait: quia nullus dolus interceſſit. cum Titio autem, cui res reſtituta eſt, dominus ſerui aget *d*. ſed, ſi exhibuerit, vindicabitur. ſi verò, cùm ſciret eſſe alienum, conſumpſerit, condemnabitur: quia dolo fecit, quo minus poſſideret.

33 ¶ Eleganter apud Iulianum quæritur, ſi pecuniam ſeruus apud me depoſuit, *ita vt dominus pro libertate eiuſdem*, egóque dedero, an teneat depoſiti. & libro 13. Digeſtorum ſcribit, ſi quidem ſic dedero, quaſi *e* ad hoc penes me depoſitam, téque certiorauero, non competere tibi depoſiti actionem: quia *f* ſciens recepiſti: careo igitur dolo. Si verò, quaſi meam, pro libertate eius numerauero, tenebor, quæ ſententia vera mihi videtur. hic enim non tantùm ſine dolo malo non reddidit, ſed nec reddidit. aliud *g* eſt *h* enim reddere, aliud quaſi de ſuo dare.

34 ¶ Si pecunia apud te, ab initio hac lege, depoſita ſit: *vt ſi voluiſſes vtereris*: prius, quàm vtaris, depoſiti teneberis.

35 ¶ Sæpè euenit, vt res depoſita, vel nummi periculo *i* ſint eius, apud quem deponuntur, vtputa ſi *k* hoc nominatim *l* conuenit. Sed & ſi ſe quis depoſito obtulit *m*, idem Iulianus ſcribit, periculo ſe depoſiti illigaſſe: ita tamen, vt non ſolùm dolum, ſed etiam culpam, & cuſtodiam *n* præſtet: non tamen caſus fortuitos.

36 ¶ Si pecunia in ſacculo *p* ſignato depoſita ſit, & vnus ex heredibus eius, qui depoſuit, veniat repetens, quemadmodum *q* ei ſatisfiat, videndum eſt. promenda pecunia eſt vel coram prætore *r*, vel interuenientibus *ſ* honeſtis *t* perſonis, & exſoluenda pro parte hereditaria. Sed etſi reſignetur, non contra legem depoſiti fiet: cùm vel prætore auctore, vel honeſtis perſonis interuenientibus hoc eueniet: reſiduo *u* vel apud eum remanente, ſi hoc voluerit: ſigillis videlicet prius ei impreſſis vel à prætore, vel ab his, quibus coram ſignacula remota ſunt: vel ſi hoc recuſauerit, in æde *x* deponendo. Sed ſi res ſunt, quæ diuidi *y* non poſſunt. Omnes debebit tradere, ſatiſdatione idonea à petitore ei præſtanda in hoc, quod ſupra eius partem eſt. ſatiſdatione autem non interueniente, rem in *z* ædem deponi, & omni *a* actione depoſitarium liberari.

37 ¶ Apud Iulianum lib. 13. Digeſtorum talis ſpecies relata eſt, ait enim, ſi depoſitor deceſſerit: & duo *b* exiſtant, qui inter ſe contendant, vnuſquiſque ſolum ſe heredem dicens ei *c* tradendam rem, qui paratus eſt, aduerſus alterum, reum defendere: " hoc eſt, eum qui depoſitum ſuſcepit. ‖ quòd ſi neuter hoc onus ſuſcipiat, commodiſſimè dici ait, non eſſe cogendum à prætore iudicium ſuſcipere: oportere igitur rem deponi in *d* æde aliqua, donec de hereditate iudicetur

38 ¶ Si quis tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas, pluribus præſentibus *e* legit *f*, ait Labeo, depoſiti actione rectè de tabulis agi poſſe. ego arbitror. & iniuriarum agi poſſe, ſi hoc animo recitatum teſtamentum eſt quibuſdam præſentibus, vt iudicia ſecreta *g* eius qui teſtatus eſt diuulgarentur.

39 ¶ Si prædo *h*, vel fur depoſuerint: & hos Marcellus libro 6. Digeſtorum putat rectè depoſiti *i* acturos: nam intereſt eorum, eo quod teneantur.

40 ¶ Si quis argentum, vel aurum depoſitum petat, vtrum ſpeciem *k*, an & pondus complecti debeat? Et

a *v.l.12. ff. de SC. Maced.*

b *l.4. ff. de ſtip. ſeruorum.*

c Depoſitum putatiuo domino ignoranter reſtituens liberatur.

d ad exhibendum *l.1. C. eo.*

e Depoſitum reddere non videtur qui quaſi de ſuo rem reddit.

f *v.l.1. in fin. ff. de act. empt.*

g Reddere & dare de ſuo differunt.

h Imò, qui reddit, dare intelligitur, *l.94. ff. de verb. ſign.*

i *l.5. §.2. ff. commodati, l.39. ff. mandati, l.5. §.15. ff. de pactis.*

k Depoſitarius culpam etiam leuiſſimam præſtat ſi ita conuenit.

l idem dicendum, ſi vel mora, vel culpa, vel dolus præceſſit caſum, aut depoſitum fuit cauſa accipientis. *Accurſ.*

m Depoſitarius culpam quoque leuiſſimam præſtat, ſi ſe depoſito obtulit.

n An vt leuiſſimam culpam? præſtet? plerique ita putant, hic enim dicitur, eum præſtare etiam culpam (quo nomine leuem culpam intelligunt, & cuſtodiã & ſic leuiſſimam culpam. Alij vero *&* hic accipiunt pro *id eſt.*

o qui à nemine præſtantur regulariter, *v.l.5. C. de pignoratitia.*

p *l.29. ff. e. l.82. ff. de cond. & demonſt.*

q Sigillum deponentis reſignare licet vel coram prætore, vel honeſtis perſonis, *vt hic.* aduerſus eum qui hac forma neglecta id fecerit, dolus præſumitur, adde edictum *Iuſtinia* i c.4.

r vt ita dolo exuiſſe videatur, *leg. 81. §.1. ff. de ſolut. l.2. C. quomodo teſtament. aperiant.* ſ Præſentia honeſtarum perſonarum idem præſtat quod præſentia iudicis.

t Interueniſſe dicuntur hic, qui rogati facere, vt interuenire & rogari idem ſit. *Nou. 90. c.1.*

u Diuiduum depoſitum vni reddi poteſt. Atque ita diuidua eandem vtilitatem præſtant in parte reſpectu partis: quæ tota in toto, reſpectu totius.

x *l.5. in fin. ff. eod. l.7. §.2. circa medium. ff. de minor.* adde *leg.6. in fin. ff. familiæ l.77. §.26. de leg.2.*

y *§.3. Inſt. de officio iudicis.* Diuiduum depoſitum, vni ex heredibus repetenti ſolui poteſt. Indiuiduum, ſolui ſolidum poteſt, ſi modo ipſe heres caueat. ſin minus depoſitarius apud alium rectè deponi poſtulabit.

z De in ædem ſeu templum depoſitione, adde *§.37. ff. eod. l.5. in fin. ff. eod. l.73. ff. de procur. l.5. ff. ad leg. Iul. peculatus.*

a *al.* omnino. quam vocem pro eo quod ipſo iure valeat, accipit Accurſius & Bald. *hic* Romanus *ſing.* 1. vt in *l. obſignatione* 9. *C. de ſolutio.* b Depoſitum duobus heredibus repetentibus, & ſe heredes eſſe mutuò contendentibus, depoſitarius vni depoſitum reddere poteſt, exacta ab eo defenſionis cautione.

c Id eſt, ſi duo ſe heredes contendant, licet debitori ſoluere cui eorum voluerit, exacta cautione ſe aduerſus alium defenſum iri. *Bart.*

d vt ſupra dictum eſt §.37.

e *v.l.41. verſ. ſed & ſi quis ff. ad leg. Aquil.*

f Depoſiti & iniuriarum tenetur, qui tabulas teſtamenti apud ſe depoſitas (ne ſecreta teſtatoris vulgarentur) legis.

g v. quæ ſcripſi ad *l.2. C. de alimentis pupillo praſt.* h Depoſiti agere poteſt etiam fur & prædo, *l.3. §.1. l.31. §.1. ff. eod. l.64. ff. de iudiciis.*

i *v.l.13. ff. de reb. cred.*

k Depoſitam ſpeciem argenteam petens, libello ſpeciem & pondus complecti debet, niſi ſe ignorare iurauerit, *v. l.6. ff. de rei vind.*

a Imò, non eſt adiiciendum. leg. 19. §. 1. J. de furtis.
b Ciſta vas eſt, veſtis ponendæ cauſa dicitur ἀπὸ τοῦ ἐγχεῖσθαι, Pollux 6. & Heſychius.
† dic vt in verſic. ego. J. eo.
† dic vt d. verſ. §. ego. J. eo.
c Deponens ciſtam plenam & ſignatam, rerum ſingularum nomine experiri poteſt, ſi modo cum ciſtam deponeret, depoſitario res ſingulas oſtendit: ſin minus, ciſtam in genere petet.
d Hæc Vlpiani verba Trebatij & Labeonis ſententiam emendant, vt depoſita ciſta, non ſit neceſſe ciſtam præciſè petere, i. ſufficere ſi res ipſæ petantur.
e Quid, quibus modis rerum in ciſta depoſitarum numerus probabitur? ſi ciſta depoſita, à depoſitario, dolo adhibito, aperta ſuit, iuramento deponentis ſtabitur, §. 26. J. eod. vt deponens non plenè probare cogatur de rebus omnibus in ciſta poſitis: ſin autem culpa, aut caſu fortuito, onus probandi in depoſitarium transfertur. Bart. hic. & ita intellige §. 5. J. eod.
f l. 5. J. de peculio.
g Si apud eum ſit depoſitum, §. 18. J. eod. l. 21. J. eod.
h Si apud duos depoſita res fuerit, & vnus conueniatur, alter electione non liberatur, ſed ſolutione. Quare ſi ambo dolo fecerunt, & alter quod intereſt præſtiterit, alter exemplo tutorum liberatur, Syn. Baſ. c. 3.
i Depoſitarij plures depoſiti in ſolidum tenentur: ſed & doli, ſi modò illi omnes dolum admiſerint. ſecus ſi vnus tantum. Quarum obligationum prior illa depoſiti, primaria eſt: ſecunda doli ſecundaria.

magis eſt, vt vtrumque complectatur. Scyphum fortè, "vel lancem, vel pateram dicendo, & materiam, & pondus addendo. Sed || & ſi, purpura ſit infecta, vel lana: pondus ſimiliter adiiciendum *a*. Saluo eo, vt, ſi de quantitate ponderis incertum eſt, iuranti ſuccurratur.

41 ¶ Si ciſta *b* ſignata depoſita ſit, vtrum ciſta tantùm petatur, an & ſpecies comprehendendæ ſint? Et ait Trebatius †, ciſtam repetendam, non ſingularum rerum depoſiti agendum. Quod || & || ſi res oſtenſæ ſunt, & ſic depoſitæ, adiiciendæ ſunt & ſpecies veſtis. Labeo † autem ait, eum, qui ciſtam deponit, ſingulas *c* quoque res videri deponere: ergo & de rebus agere eum oportet.

¶ Quid ergo, ſi ignorauerit is qui depoſitum ſuſcipiebat, res ibi eſſe? non multum facere, cùm ſuſcepit depoſitum: Ego *d*, & rerum depoſiti agi poſſe exiſtimo: quamuis *e* ſignata ciſta depoſita ſit.

42 ¶ Filiumfamilias *f* teneri depoſiti conſtat: quia & cæteris actionibus tenetur. Sed & cum patre eius agi poteſt, dumtaxat de peculio.

¶ Idem & in ſeruo *g*: nam cum domino agetur. Planè & Iulianus ſcripſit & nobis videtur: Si eorum nomine, qui ſunt in poteſtate, agatur, veniet in iudicium: & ſi quid per eum, in cuius iure ſunt, captus fraudatúſve eſt: vt & dolus eorum veniat, non tantùm ipſorum, cum quibus contractum eſt.

43 ¶ Si *h* apud *i* duos ſit depoſita res, aduerſus vnumquemque eorum agi poterit, nec liberabitur alter, ſi cum altero agatur *k*: non enim electione, ſed ſolutione liberantur. Proinde ſi ambo dolo fecerunt, & alter, quod intereſt, præſtiterit, alter non conuenietur, exemplo duorum *l* tutorum. Quòd ſi alter vel nihil, vel minùs facere poſſit, ad alium peruenietur. Idémque, & ſi alter dolo non fecerit, & idcirco ſit abſolutus: nam ad alium peruenietur.

44 ¶ Sed ſi duo *m* depoſuerint, & ambo agant, ſi quidem ſic depoſuerunt, vt vel vnus tollat totum, poterit in ſolidum agere. Sin verò pro *n* parte, pro qua eorum intereſt, tunc dicendum eſt, in partem condemnationem faciendam.

45 ¶ Si depoſuero apud te *vt* o *poſt mortem tuam reddas*: & tecum *p*, & cum herede tuo poſſum depoſiti agere. poſſum *q* enim mutare voluntatem, & ante mortem tuam depoſitum repetere.

46 ¶ Proinde & ſi ſic depoſuero, *vt poſt mortem meam reddatur*: potero, & ego, & heres meus agere depoſiti: "ego" mutata *r* voluntate.

47 ¶ Quia autem dolus *ſ* duntaxat in hanc actionem venit: quæſitum eſt: ſi heres: rem apud teſtatorem depoſitam, vel commodatam, diſtruxit, ignarus depoſitam, vel commodatum, an teneatur? & quia dolo non fecit, non tenebitur de re. An tamen vel de pretio *u* teneatur, quod ad eum peruenit? Et verius eſt, teneri eum. Hoc enim ipſo dolo *x* facit, quòd id quod ad ſe peruenit, non reddit.

2. *Paulus* lib. 31. ad Edictum.

QVid ergo, ſi pretium nondum exegit? aut minoris, quàm debuit, vendidit? actiones *y* ſuas tantummodò *z* præſtabit.

3. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

PLanè ſi poſſit rem redimere † & præſtare, nec velit, non caret culpa, quemadmodum ſi redemptam, vel alia ratione ſuam factam noluit præſtare, cauſatus quod ſemel ignarus vendiderit.

4. *Paulus* lib. 5. ad Plautium.

SEd etſi non ſit heres, ſed putauit ſe heredem & vendidit: ſimili modo lucrum a ei extorqueVitur.

De actione contraria, & iureiurando in litem. 1. De ſequeſtro.

5. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

EI, apud quem depoſitum eſſe dicetur, contrarium *b* iudicium depoſiti datur *c*, in quo iudicio meritò in *d* litem non iuratur. Non *e* enim *f* de fide rupta agitur, ſed de indemnitate eius, qui depoſitum ſuſcepit.

1 ¶ In *a* ſequeſtrem *b* depoſiti actio competit. Si tamen cum ſequeſter conuenit, vt certo loco rem depoſitam exhiberet, nec ibi *c* exhibeat, teneri eum palam eſt. Quod ſi de pluribus locis conuenit, in arbitrio *d* eius eſt quo loci exhibeat. Sed ſi nihil conuenit, denuntiandum eſt ei vt apud prætorem exhibeat.

2 ¶ Si velit ſequeſter officium deponere *e* quid ei faciendum ſit? Et ait Pomponius, adire *f* eum *g* prætorem oportere: & ex eius auctoritate denuntiatione facta his, qui eum elegerant, ei rem reſtituendam, qui præſens fuerit, ſed hoc non ſemper verum puto. Nam plerumque non eſt permittendum officium, quod ſemel ſuſcepit, contra legem depoſitionis deponere: niſi iuſtiſſima *h* cauſa interueniente. & cùm permittitur, rarò *i* ei res reſtituenda eſt, qui venit. Sed oportet eam, arVitratu iudicis, apud ædem *k* aliquam deponi.

6. *Paulus* lib. 2. ad Edictum.

PRopriè || autem || in ſequeſtre eſt depoſitum, quod à pluribus *l* in ſolidum certa conditione *m* cuſtodiendum reddendúmque traditur.

1. De heredibus depoſitorum. 2. De nummulariis.

7. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

SI hominem apud ſe depoſitum, vt quæſtio de eo *n* haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam manſionem extenſum, ſequeſter ſoluerit miſericordia *o* ductus: dolo proximum eſſe, quod factum eſt, arbitror: quia cùm ſciret cui rei pararetur, intempeſtiuè miſericordiam exercuit, cùm poſſet non ſuſcipere talem cauſam, quàm *p* decipere.

1 ¶ Datur actio depoſiti in heredem ex dolo *q* defuncti in ſolidum: quamquam enim aliàs ex dolo defuncti non ſolemus teneri, niſi pro ea parte, quæ ad nos peruenit: tamen hic dolus ex contractu, reique perſecutione deſcendit. Ideóque in ſolidum vnus heres tenetur. Plures verò pro *r* ea parte, qua quiſque heres eſt.

2 ¶ Quoties foro *ſ* cedunt nummularij, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum, hoc eſt eorum qui depoſitas pecunias habuerunt, non *t* quas fœnore, apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipſos exercebant: & ante *u*: priuilegia igitur ſi bona venierint, depoſitariorum ratio habetur: dummodo eorum, qui vel poſtea vſuras *x* acceperunt, ratio non habeatur, quaſi renuntiauerint depoſito.

3 ¶ Item quæritur, vtrum ordo ſpectetur eorum qui depoſuerunt *y*, an verò ſimul omnium depoſitariorum ratio habeatur? Et conſtat, ſimul admittendos *z*: hoc enim reſcripto principali ſignificatur.

8. *Papinianus* lib. 9. quæſtionum.

QVod priuilegium exercetur, non in ea tantùm quantitate, quæ in bonis argentarij. ex pecunia depoſita reperta eſt, ſed in omnibus fraudatoris facultatibus. Idque propter neceſſarium *a* vſum argentariorum ex vtilitate publica *b* receptum eſt. Planè ſumptus cauſa, qui neceſſariò *c* factus præcedit. Nam deducto eo, bonorum calculus ſubduci ſolet.

De heredibus.

9. *Paulus* lib. 17. ad Edictum.

IN depoſiti actione, ſi *d* ex facto defuncti agatur aduerſus vnum ex pluribus heredibus, pro *e* parte hereditaria agere debeo. Si verò ex ſuo delicto, pro parte non ago merito: quia æſtimatio refertur ad dolum, quem in ſolidum ipſe heres admiſit.

10. *Iulianus* lib. 2. ex Minicio.

NEc aduerſus coheredes eius, qui dolo carent, depoſiti actio competit.

De ſeruo deponente.

11. *Vlpianus* lib. 41 ad Sabinum.

a Depoſiti etiam in ſequeſtrem actio datur, qua actione rem exhibere in loco conuento, vel vno ex locis conuentis cogitur.
b l. 12. §. 2. J. eo.
c l. 9. J. de eo quod certo loco.
d v. l. 10. in fin. J. de iur. dot.
f Sequeſter ſuum officium ſua ſponte deponere non poteſt, niſi ex cauſa, & iudice interueniente.
g v. l. 21. §. 1. J. de ſolutionib.
h Cauſa ſequeſtro iuſtiſſima ſequeſtrarij muneris deponendi eſt, ſi abfuturus ſit, aut ſimilis cauſa, l. filiumfamilias in fin. cum l. ſeq. J. de procur.
i Cito. ita videtur legiſſe Bartolus, quærens quid cito dicatur. ad l. 9. §. 3. J. de dol.
k v. l. 1. §. 37. ...
l l. 17. J. eo. l. 11 ... J. de verb. ſign.
m & certo ordine ſeruato, l. vnic. ... prohib. ſequeſt. pecuniæ.
n de qua in l. ... §. 41. J. de ini... Græcis malam manſionem, τὸ ... appellari ... Fornerius 1. ...
1. Malæ manſionis vero vocabulo ſignificari ... nem, Terent. ... nuch. act. 4. ... & Hecyra ... ſcen. 1. in ... Noxiuo in ... Patibulum, ... Iuſt. lib. 4. ... manſionis ... ptionem ... in Toxari ... nec diſſimile ... ſupplicium ... Socratem ... 42. Cuiac. ... malam man... notat in ... vocari ξύλον ... ξυλον εἰς ... λθη τα... eandem ... κακεχια... ligneam ... appellari ... cta Apoſt... ξύλον: lign... apud Prud... ligno plan... diuaricatu... ξύγον, inqui... apud Eu...

τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διαστάσεις τῶν ποδῶν. & Lucianus, τὰ σκέλη ἐν τῷ ξύλῳ ... Jακεκλεισμένα ποδοκάκῃ. vires ſit; nota, extendi ſolitos fuiſſe reos in ma... lam manſionem, *vt hic.*
o Miſericordiam intempeſtiuè exercens dolum committere præſumitur. ... cere, dolus eſt præſumptus, *v. l. 5. J. de ſeruo corrupto.*
p i. potius quàm. q *l. 49. J. de obl. & act.* r *l. 18. J. eod.* ſ foro ce... nummularij, v. quæ notaui ad *l. vlt. J. de cur. bon. dando. l. 15. §. 7. J. de i...*
t Deponi duobus modis ſolent apud nummularios pecuniæ, nimirum cu... aut fœnoris gratia, *vt hic. & l. 50. J. de admin. tut.* Huius meminit Plau... ſtellaria; illius verò, in captiuis.
u *l. 3. J. eo. l. 24. §. 2. J. de reb. auth. iud.* Imò poſt *l. 14. §. 2. J. de reb. auct. iud.*
x dixi ad *l. 2. de iure dominij impetrando.*
y Deponentium eadem inter ſe conditio eſt. Ipſi tamen præferuntur ... ribus, *l. 24. §. 2. J. de reb. auct. ind. poſſid.*
z Occupantis tamen melior erit conditio, *l. 19. J. de re iudic.*
a Argentariorum vſus neceſſarius *Nou. 136.*
b de qua v. quæ not. ad *l. 51. §. vlt. J. ad l. Aquil.*
c in conſeruandis verbi gr. bonis foro cedenti, & eorum venditione ... *Bart.*
d Heres ex dolo defuncti tenetur pro portione hereditaria: ex propri... dum. e *l. 18. J. eod.*

Quod

k Imo in duobus reis hoc receptum eſt, vt ſi ab vno petatur, ipſo iure alter liberetur, *l. 2. J. de duob. reis.* l *l. 15. J. de tutela & rationib.* Argumentum obſerua à duobus tutoribus ad duos depoſitario. m Deponentes plures in ſolidum experiri poſſunt, niſi actum ſit vt vni ſolui poſſit.
n *l. 17. in pr. J. eo.* o In diem deponi poteſt p Depoſitum etiam ante tempus ſtatutum & conuentum repeti poteſt, *vt hic, & prox. J.* q vt ſequeſter, ſi cauſa iuſta ſit, *l. 5. in fin. J. eo.* r *§. 22. J. eo.* ſ Depoſitarius non tenetur niſi de dolo & lata culpa, *l. 23. J. de reg. iur.* t Heres rem depoſitam apud defunctum vendens, iuſtam ignorantiæ cauſam habet: *vt hic, & l. 42. J. de reg.* proinde hac ſpecie non tenebitur, niſi de eo quod ad eum peruenit. u Pretium ſuccedit loco rei. & ſi exactum non ſit; ceſſio actionis ſuccedit, *vt hic, & l. 2. J. eo.*
x *§. 22. J. eo. l. 36. in fin. J. de peculio.* y Ceſſio actionum ſuccedit loco pretij non exacti, & rei. z niſi dolum admiſerit, *l. 7. §. pen. J. de tributiria.* † *l. 1. §. 21. J. eo.* a *l. 12. §. 3. in pr. J. mandati: l. 28. J. de pet. her.* b Depoſiti contraria actio depoſitario datur: directa, deponenti.
c v. quæ not. ad *l. 1. §. 26. J. eo.* adde *l. 5. in fin. J. de his qui notantur.*
d Iurare in litem depoſitarius non poteſt: non iuratur in litem in contraria depoſiti actione.
e Depoſiti contraria actione non agitur de fide rupta, ſed de indemnitate depoſitarij,
iuratur in litem vbi de fide rupta agitur: ſeu aduerſum eum qui fidem rupit.

SGCB2021

QVod a ſeruus depoſuit, is apud quem depoſitum eſt, ſeruo † rectiſſimè reddet ex bona fide: nec enim conuenit bonæ fidei, abnegare id, quod quis accepit, ſed debebit reddere ei à quo accepit, ſic tamen, ſi ſine dolo omni reddat, hoc eſt, vt nec culpæ quidem ſuſpicio ſit. denique Sabinus hoc explicuit addendo, *nec b vlla cauſa interuenit, quare putare poſſet, dominum reddi nolle*: hoc ita eſt, ſi potuit ſuſpicari, iuſta ſcilicet ratione motus. cæterum ſufficit bonam fidem adeſſe. ſed & ſi antè eius rei furtum fecerat ſeruus, ſi tamen ignorauit is, apud quem depoſuit, vel credidit dominum non inuitum fore huius ſolutionis, liberari poteſt. bona enim fides exigitur. Non tantum autem ſi remanenti in ſeruitute fuerit ſolutum, ſed etiam ſi manumiſſo, vel alienato, ex iuſtis cauſis liberatio contingit: ſcilicet ſi quis ignorans c manumiſſum, vel alienatum, ſoluit: idémque & in omnibus debitoribus ſeruandum Pomponius ſcribit.

Res ibi debet reſtitui, vbi depoſita eſt, niſi alibi expenſis petentis petatur. Bart.

De loco. 1. De actione ſequeſtraria. 3. De periculo rei depoſitæ.

12. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

SI in Aſia depoſitum fuerit *vt Romæ reddatur*, videtur d id actum, vt non impenſa eius id fiat, apud quem depoſitum ſit, ſed eius, qui depoſuit e.

1 ¶ Depoſitum eo f loco reſtitui debet, in quo ſine dolo malo eius eſt; apud quem depoſitum eſt. vbi verò depoſitum eſt, nihil intereſt.

¶ Eadem dicenda ſunt communiter & in omnibus bonæ fidei iudiciis. Sed dicendum eſt, ſi velit actor ſuis impenſis, ſuóque periculo perferri rem Romam, vt audiendus ſit: quoniam & in ad exhibendum actione id ſeruatur.

2 ¶ Cum ſequeſtre g rectè agetur depoſiti ſequeſtraria h actione: quam & in heredem eius reddi oporteat.

3 ¶ Quemadmodum quod ex ſtipulatu, vel ex teſtamento dari oporteat, poſt k iudicium acceptum cum detrimento rei periret, ſic depoſitum quoque eo l die quo depoſiti actum ſit, periculo eius, apud quem depoſitum fuerit, eſt, ſi iudicij accipiendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit.

De inficiatione depoſitarij. 1. De condictione.

13. *Paulus* lib. 31. ad Edictum.

SI quis inficiatus ſit non aduerſus dominum, ſed quod m eum, qui rem depoſitam petebat, verum procuratorem non putaret: aut eius, qui depoſuiſſet, heredem: nihil dolo malo fecit. poſtea n autem o ſi cognouerit, cum eo agi poterit: quoniam nunc p incipit dolo malo facere, ſi reddere eam non vult.

1 ¶ Competit etiam condictio q, depoſitæ rei nomine, ſed r non antequam id dolo admiſſum ſit. non enim quemquam hoc ipſo, quòd depoſitum accipiat, condictione obligari, verùm quòd dolum malum admiſerit.

De heredibus depoſitarij. 1. De naturali interitu rei depoſitæ.

14. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SI plures heredes extiterint ei, qui depoſuerit, dicitur, ſi ſ maior pars t adierit, reſtituendam rem præſentibus. maiorem u autem partem non ex numero vtique perſonarum x, ſed ex magnitudine portionum hereditariarum intelligendam, cautela idonea reddenda.

1 ¶ Siue autem cum ipſo, apud quem depoſita eſt, actum fuerit, ſiue cum herede eius, & ſua y natura res ante rem iudicatam interciderit, veluti ſi homo mortuus fuerit, Sabinus, & Caſſius, abſolui debere eum, cum quo actum eſt, dixerunt: quia æquum eſſet, naturalem interitum ad actorem z pertinere: vtique cum a interitura eſſet ea res, etſi reſtituta eſſet actori.

De eo qui rem ſuam ex depoſito, vel alia cauſa accepit.

15. *Iulianus* lib. 13. Digeſtorum.

QVi rem ſuam b deponi apud ſe patitur c, vel vtendam rogat, nec depoſiti d, nec commodati actione tenetur: ſicuti qui rem ſuam conducit, aut precario rogat, nec precario tenetur, nec ex locato.

De depoſitario deponente.

16. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum.

SI is e, apud quem rem depoſueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiſerit; ob dolú eius, apud quem poſtea ſit depoſitum, eatenus eum teneri, apud quem tu depoſueris, vt actiones a ſuas tibi præſtet.

Apud ſequeſtrem plures tantùm deponunt: & tunc poſſeſſio amittitur. Delegatio pro iuſta præſtatione hic fuerit. Bart.

De ſequeſtro, proprietate, & poſſeſſione rei depoſitæ.

17. *Florentinus* lib. 7. Inſtitutionum.

LIcèt deponere tam plures, quàm vnus poſſint, attamen b apud ſequeſtrem nonniſi plures c deponere poſſunt. nam tum d id fit, cùm aliqua res in controuerſiam deducitur e. itaque hoc caſu in f ſolidum vnuſquiſque videtur depoſuiſſe g, quod h aliter i eſt, cùm rem communem plures deponunt.

1 ¶ Rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet, ſed k & poſſeſſio: niſi l apud ſequeſtrem depoſita eſt: nam tum demum ſequeſter poſſidet m. id enim agitur ea n depoſitione, vt neutrius poſſeſſioni id tempus procedat.

De re depoſita ex quatuor cauſis edicti.

18. *Neratius* lib. 2. Membranarum.

DE o eo, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa depoſitum eſt, in heredem p de dolo mortui actio eſt pro hereditaria q portione, & in ſimplum o, & intra annum quoque: in ipſum & in ſolidum, & in duplum, & in perpetuum datur.

De filiofamiliàs.

19. *Vlpianus* lib. 17. ad Edictum.

IVlianus, & Marcellus putant, filiumfamiliàs ſ, depoſiti t rectè agere poſſe.

De re amiſſa à depoſitario.

20. *Paulus* lib. 18. ad Edictum.

SI ſine u dolo malo rem depoſitam ‖tibi,‖ à miſeris, nec depoſiti teneris, nec x cauere debes, ſi deprehenderis, eam reddi. ſi tamen ad te iterum peruenerit, depoſiti teneris.

De emancipatione. 1. Vel manumiſſione depoſitarij.

21. *Idem* libro 60. ad Edictum.

SI apud filiumfamiliàs res depoſita ſit, & emancipatus y rem teneat, pater nec intra annum de peculio debet conueniri, ſed ipſe filius.

1 ¶ Plus Trebatius exiſtimat, etiam ſi apud ſeruum depoſitum ſit, & manumiſſus rem teneat, in ipſum z dandam a actionem, non in dominum: licèt ex cæteris cauſis in manumiſſum actio non datur.

De heredibus depoſitarij.

22. *Marcellus* lib. 5. Digeſtorum.

SI duo heredes rem apud defunctum depoſitam dolo interuerterint, quodam vtique caſu in partes tenebuntur. nam ſi b diuiſerint c decem ‖millia‖ quæ apud defunctum depoſita fuerant, & quina ‖millia‖ abſtulerint, & vterque ſoluendo eſt, in partes obſtricti erunt. nec enim amplius actoris intereſt. Quòd ſi lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo paſſi fuerint, aliáve quæ ſpecies dolo eorum interuerſa fuerit, inſolidum d conueniri poterunt, ac ſi ipſi ſeruandam ſuſcepiſſent. nam certè verum eſt, in ſolidum quemque dolo feciſſe: &, niſi pro ſolido, res non poteſt reſtitui. nec tamen abſurdè ſentiet, qui hoc putauerit. planè, niſi integræ rei reſtitutione, eum, cum quo actum fuerit, liberari non poſſe: condemnandum tamen, ſi res non reſtituetur, pro qua parte heres exſtitit.

De impenſis factis à depoſitario.

23. *Modeſtinus* lib. 2. Differentiarum.

ACtione e depoſiti conuentus f, ſeruo conſtituto g cibariorum h nomine, apud eundem iudicem vtiliter experitur.

De commendato. de reſtitutione corporis, vel tantidem. De vſuris.

24. *Papinianus* lib. 9. ad Edictum.

L*Vcius Titius Sempronio ſalutem. Centum nummos quos hac die commendaſti mihi, adnumerante ſeruo Sticho actore, eſſe*

a ¶ Depoſitum reddi ei qui depoſuit, iuſtiſſimè poteſt, etiamſi ſeruus ſit, niſi iuſta cauſa fuerit credendi, dominum id permiſſurum non fuiſſe.
† vide *l. 35. ſ. de ſolutionibus.*
b *l. 5. in fin. ſup. de reb. cred.*
c *l. 38. ſ. de ſolutionibus.* adde §. 10. *Inſt. de mandato.*
d Depoſiti pactitia exportatio, ſeu alium in locum tranſlatio expenſis deponentis fieri debet: meritò, res enim eius eſt.
e quo nomine competit depoſitario actio, *l. 23. ſ. eod.*
f Depoſitum eo loco reſtitui debet, quo depoſitum fuit, niſi alio loco, idque actoris expenſis petatur, *l. 38. ſ. de iudiciis: l. 10. l. 11. l. 12. ſ. de rei vindicat. l. 11. in pr. ſ. ad exhib. l. 3. in fin. inf. de act. emp. l. 47. §. 1. verſ. ſed ſi alibi. ſ. de leg. 1.*
g *l. 5. §. 1. ſ. eod.*
h Sequeſtraria actio in ſequeſtrem datur.
i Sequeſtraria actio etiam in heredem ſequeſtri datur, *l. 25. ſ. eo. 8. C. eo. v. Robert. 2. ſent. 23.*
k Depoſitarius periculum rei depoſitæ præſtat poſt litem conteſtatam.
l Caſum præſtat depoſitarius, ſi culpa eius præceſſit caſum.
m vide *l. 2. ſ. quod falſo tutore.*
n Dolo malo facere quis ab ea die videtur, qua non iuſtam litigandi cauſam habuit.
o *l. 7. §. 2. in fin. ſupr. de tributoria: l. 2. §. 5. inf. de doli except.*
p Ab initio quis delegetur, an ex poſtfacto, nihil intereſſe hinc colligunt. *l. 17. §. 4. ſ. de ædilitio, l. 25. §. 5. ſ. de her. pet.*
q Depoſitarius furtiua, & ſine cauſa condictione teneri poteſt.
r *l. 16. ſ. de condict. furt.*
ſ Depoſitum diuiduum maiori parti heredum reddi debet, *vt hic.* Diuiduum, enim vni reddi poteſt. *l. 1. §. Idem Pomponius ſupr. eo.*

t Pars maior heredum quod facit, petitve, præferendum, *vt hic.* Pars ita maior quod decernit de rerum Eccleſiaſticarum alienatione ſequendum eſt. *Nov. 120. c. 6. verſ. ſi vero noluerit.* u Maior pars heredum non ex numero perſonarum æſtimatur, ſed ex magnitudine portionum hereditariarum.
x *v. l. 8. ſ. de pact.* y Depoſita res ſi eo modo perit apud depoſitarium quo peritura erat apud deponentem, depoſitarius liberatur. z 1. ad dominum, cui res perire ſolet. *l. 6. & 9. C. de pignoratitia.* a *l. 14. ſ. quod metus cauſa. v. l. 44. ſupr. ex quibus cauſis maiores.* b Depoſitum ſuæ rei non conſiſtit, neque eo caſu depoſiti agitur.
... ignorans ſc. *vtil. 31. §. 1. verſ. ſi tamen ignorans. ſ. eo. v. l. 81. ſ. de verb. obl.* aliàs, rei ſuæ nemo depoſitarius eſt, *l. 45. ſ. de reg. iur.* ordinariè ſc.
Suam rem ex depoſiti, commodati, conducti, precariive cauſa nemo habere poteſt. e Depoſitarius ſi apud aliú depoſuerit, tenetur depoſitori præſtare quanti eius intereſt, vel ſuas actiones aduerſus ſecundum depoſitarium cedere.

a *l. 1. §. 11. ſ. eod.*
b Sequeſtri & depoſiti differentia. Deponere etiam vnus poteſt: apud ſequeſtrem vero nõ deponunt n ſi plures, *vt hic, ſyn. Baſil. 13 cap.* περὶ μεσεγγυητῶν.
c vide *l. 6. ſ. eod.*
d Sequeſtro locus eſt, cùm aliqua res in controuerſiam deducitur cum deponi res vltrò poſſit.
e vel expectatur cautio *l. 7. in fin. ſ. qui ſatiſdare.*
f Apud ſequeſtrem qui deponunt, ſinguli in ſolidum deponunt, non pro parte.
g & tenetur depoſiti ſequeſtraria *l. ſ. §. 1 ſupr. eod.*
h Sequeſtri & depoſiti ſecunda differentia. Qui rem communem deponunt, pro parte: qui apud ſequeſtrem litigioſum deponunt, ſinguli in ſolidum deponunt.
i tunc enim quilibet pro ſua parte depoſuiſſe videtur. *l. 1. §. 44. ſ. eod.*
k vide *l. 2. §. 1. ſ. pro herede.*
l Sequeſtri & depoſiti tertia differentia. Qui deponis ſimpliciter, proprietatem & poſſeſſionem retinet: qui apud ſequeſtrē cõſenſu deponunt, poſſeſſionem amittunt, *vt hic. l. intereſſe 39. ſ. de adquir. poſſeſſ.* niſi authoritate iudicis res ſequeſtretur, inuito poſſeſſore. arg. *l. 3. de adquir. poſſeſſ.* Butrigarius, Aret. Cynus *l. 1. 2. C. de prohibita ſequeſtr.*
m Neuter ergo poſſidet, vt quoties inter eos conflictus eſt de poſſeſſione, fiat ſequeſtratio, *vt hic.* ſecus ſi conſenſum eſt ab iis, tunc enim ſequeſter poſſidet in victoris cõmodum. *l. 39. inf. de adquirer. poſſeſſ.*
n Sequeſtrum eſt ſpecies depoſiti.
o *v. l. 1. §. 1. ſ. eo.*
p *l. 7. §. 1. ſ. eo.*
q *l. 9. ſupr. eod.*
r *l. 1. §. 1. in fin. ſ. eodem.*

ſ Filiofamiliàs etiam reddendum eſt depoſitum. *l. 9. inf. de obl.* t Nec tantum depoſiti, ſed de omnibus aduentitiis. *l. vlt. C. de bonis quæ liberis.*
u vide *l. 1. C. eod.*
x Imo, cauendum videtur. *l. 5. §. 2. in fin. ſupr. de cond. cauſa data.*
y Depoſiti poſt emancipationem, filius: poſt manumiſſionem, ſeruus etiam tenetur.
z vide *l. 1. §. 18. ſupr. eod.*
a Imo, non datur, *l. 1 §. ſi apud. ſup. eo. l. Pomponius. 15. ſ. de negotiis.*
b Heredes depoſitarij defuncti, ſi pecuniam depoſitum diuiſerint inter ſe, pro parte: ſi non diuiſerint, ſed ex pecunia depoſita lancem vel taleſquid conflauerint, in ſolidum tenentur.
c Eodem modo tenentur tutores, ſi inter ſe diuiſerint tutelam. *l. 55. §. 1. verſ. planè. inf. de adminiſtr. tut.*
d adde *l. 3. §. 3. ſup. commodati.*
e directa.
f is videlicet apud quem depoſita ſunt mancipia vel animalia.
g hæc duo verba *ſeruo conſtituto* deſunt in fragmentis collationis legum Moſaicarum tit. 10. Per. Pithœus, vir doctiſſimus mihique amicus, *ibid.* notat, ſuperiora verba non rectè legi: reponit itaque *ſeruo reſtituto.*
h Depoſiti actione impenſæ in depoſitum factæ repetuntur, nec enim depoſitarius ad impenſas circa depoſitum faciendas tenetur. *l. 12. ſupr. eod.*

a Apud ſe res alienas eſſe qui ſcribit depoſitum fateri ſeu agnoſcere videtur.
b Nummularij ad fidem menſæ conteſtandam plerumque notum creditoribus faciebant, quantum penes ſe eſſet pecuniæ adnumeratæ, vel ab ipſo creditore, vel eius actore, *vt hic, & l.28. inf. eod. l. emptor. §. 1. ſ̄. de pactis: l.24. l. vlt. ſ̄. de pecunia conſtituta; l. vlt. ſ̄. de inſtitoria actione: l. vlt. j. inf. de obligationibus: l. 34. inf. mandati.*
c *l.186. j. de verb. ſign.* Commendatum eſt depoſitum. ideóque Cuiac. ad 2. *Paul.* 12 §. *vlt.* notat iuris compoſitores in *l. vlt C. eo.* perperam legiſſe *commodati* pro *commendati*. Ambroſ. in *lib. de Tobia cap.* 10. Pignus dicunt, quod pro mortuo ære ſuſceptum eſt. Cõmendatum autem & depoſitum, quod cuſtodiatur cauſa alicuius commiſſi. Hæc ille, & Paulus 2. *ſent apud autiorem collationis legum Moſaicarum, tit.* 10. deponere videtur qui rem cuſtodiendam commendat.
d Corpora nummorum hic diſtinguuntur à quantitate. vide *l. 94. inf. de ſolutionib.* Corpus idem: quantitas tantundem efficit.
e vide Hotom. 4. *obſ.* 1. *& l. 9. §. vlt. ſ̄. de reb. cred.*

+ Ad l. 32. §. vlt. ff. de negocijs gest. Rᵉ. hic conuenien te filiarchi ignoran te.

apud a me vt b *notum haberes, hac epiſtola, manu mea ſcripta tibi notum facio, quæ quando voles, & vbi voles, confeſtim tibi numerabo.* quæritur propter vſurarum incrementum: Reſpondi depoſiti actionem locum habere. quid eſt enim aliud commendare *c*, quàm deponere? quod ita verum eſt, ſi id actum eſt, vt corpora *d* nummorum eadem redderentur. nam ſi, vt tantundem ſolueretur, conuenit, egreditur ea res depoſiti notiſſimos terminos. in qua quæſtione ſi depoſiti actio non teneat, cùm conuenit tantundem, non idem reddi, rationem *e* vſurarum haberi, non facilè dicendum eſt. & eſt quidem conſtitutum, in *f* bonæ fidei iudiciis, quod ad vſuras attinet, vt tantundem poſſit officium arbitri *g*, quantum ſtipulatio, ſed contra bonam fidem, & depoſiti naturam eſt, vſuras ab eo deſiderare temporis *h* ante moram, qui beneficium in ſuſcipienda pecunia dedit. ſi tamen ab initio de vſuris præſtandis conuenit *i*, lex contractus ſeruabitur.

De patre res puellæ oblatas accipiente. 1. De reſtitutione tantidem. de vſuris.

25. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

DIe ſponſaliorum, aut poſtea, res oblatas puellæ, quæ ſui iuris fuit, pater *k* ſuſcepit: heres *l* eius, vt exhibeat, rectè conuenietur etiam actione depoſiti *m*.

1 ¶ Qui pecuniam apud ſe non obſignatam, vt tantundem redderet, depoſitam, ad vſus proprios *n* conuertit: poſt moram in *o* vſuras quoque, iudicio depoſiti, condemnandus eſt.

Reddendum eſſe depoſitum. 1. Pactum de vſuris. 2. De epiſtola qua quis fatetur ſe res accepiſſe, & creditorem eſſe.

26. *Paulus* libro 4. Reſponſorum.

PVblia Mæuia, cùm proficiſceretur ad maritum ſuum, arcam cluſam *p*, cum veſte, & inſtrumentis commendauit *q* Gaiæ Seiæ, & dixit ei: *Cùm ſalua ſanáve venero, reſtitues mihi. certè, ſi r aliquid mihi humanum ſ contigerit; filiomeo, quem ex alio marito ſuſcepi.* Defuncta ea inteſtata, deſidero, res commendatæ cui reſtitui debeant: filio, an marito? Paulus reſpondit, filio *t*.

1 ¶ Lucius Titius ita cauit: Ἔλαβον, καὶ ἔχω εἰς λόγον παρακαταθήκης τὰ προγεγραμμένα τοῦ ἀργυρίου δηνάρια μυρία: καὶ πάντα ποιήσω, καὶ συμφωνῶ, καὶ ὡμολόγησα, ὡς προγέγραπται, καὶ συνεθέμην χορηγῆσαι σοὶ τόκον ὀβολοὺς τέσσαρας, μέχρι τῆς ἑκάστης μνᾶς ἑκάστου μηνὸς ἀποδόσεως παντὸς ἀργυρίου. id eſt, *Suſcepi, habeóque apud me titulo depoſiti ſuprà ſcripta denarium argenti decem millia: & promitto, & profiteor u, conuentione ſcilicet inita, vt, quo ad omne argentum reddatur in ſingulos menſes, ſingulâſque libras, vſurarum nomine quaternos tibi obolos ſubminiſtrem.* Quæro, an vſuræ peti poſſunt? Paulus reſpondit, eum contractum, de quo quæritur, depoſitæ pecuniæ modum excedere. † ‖ & ‖ ideo ſecundum *x* conuentionem vſuræ quoque actione depoſiti peti poſſunt.

2 ¶ *Titius Sempronijs ſalutẽ y, habere me à vobis auri pondo plus minus decem, & diſcos duos, ſaccum ſignatũ, ex quib debetis mihi decẽ quos apud Titiũ depoſuiſtis: item quos Trophimati z decem: item ex ratione patris veſtri decem, & quod excurrit a.* quæro *a*, an ex huiuſmodi ſcriptura aliqua obligatio nata ſit; ſcilicet quod ad ſolam pecuniæ cauſam attinet? Reſpondit, ex *b* epiſtola, de qua quæritur, obligationem quidem nullam natam videri, ſed probationem depoſitarum rerum impleri poſſe, an *c* autem is quoque, qui deberi ſibi cauit in eadem epiſtola decem, probare poſſit hoc, quod ſcripſit, iudicem æſtimaturum.

Si detur in dotem ſeruo, & ſub titulo depoſiti in cautionem conferatur.

27. *Paulus* lib. 7. Reſponſorum.

LVcius Titius cum haberet filiam in poteſtate Seiam, Pamphilo ſeruo *d* alieno in matrimonium collocauit, cui etiam dotem dedit, quam ſub *e* titulo depoſiti in cautionem contulit, & poſtea, nulla denuntiatione à *f* domino facta, pater deceſſit: mox & Pamphilus ſeruus *g*. quæro, qua actione Seia pecuniam petere poſſit, cùm ipſa patri heres extiterit? Paulus reſpondit, quoniam dos conſtitui non *h* potuit, ex cauſa depoſiti actione de peculio pecuniam repetendam.

De vſuris.

28. *Scæuola* libro 1. Reſponſorum.

QVintus Cæcilius Candidus ad Paccium Rogatianum epiſtolam ſcripſit in verba infrà ſcripta: *Cæcilius Candidus Paccio Rogatiane ſuo ſalutem. vigintiquinque nummorum, quos apud i me eſſe voluiſti, notum tibi "iſta" hic epiſtola facio, ad ratiunculam meam ea perueniſſe, quibus vt primùm proſpiciam, ne vacua k tibi ſint" id eſt, vt vſuras eorum accipias, "cura l habebo.* quæſitum eſt, an ex ea epiſtola *m* etiam vſuræ peti poſſunt? Reſpondi *n*, deberi ex bonæ fidei iudicio ‖ vſuras: ‖ ſiue *o* percepit, ſiue pecunia in re *p* ſua vſus eſt.

De contrectatione. 1. Et vſu rei depoſitæ, de vſuris.

29. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

SI ſacculum *r* vel argentum ſignatum depoſuero, & is, penes quem depoſitum fuit, me inuito contrectauerit, & depoſiti *ſ*, & furti actio mihi in eum competit.

1 ¶ Si ‖ex‖ permiſſu *t* meo depoſita pecunia is, penes quem depoſita eſt, vtatur, vt in cæteris bonæ fidei iudiciis, vſuras *u* eius nomine præſtare mihi cogitur.

De litis æſtimatione.

30. *Neratius* lib. 1. Reſponſorum.

SI fideiuſſor pro te, apud quem depoſitum eſt, litis æſtimatione damnatus ſit, rem *x* tuam fieri.

Bona fides quomodo accipitur. 1. De re depoſita apud dominum.

31. *Tryphoninus* lib. 9. Diſputationum.

BOna *y* fides, quæ in contractibus *z* exigitur, æquitatem ſummam deſiderat. Sed eam vtrum æſtimamus ad merum *a* ius gentium *b*, an *c* verò cum præceptis ciuilibus, & prætoriis? veluti reus *d* capitalis iudicij depoſuit apud te centum: is deportatus eſt: bona eius publicata ſunt: vtrúmne ipſi hæc reddenda, an in publicum deferenda ſunt *e*? ſi *f* tantùm naturale, ius, & gentium ius intueamur, ei qui dedit, reſtituenda ſunt. ſi *g* ciuile ius, & legum ordinem, magis *h* in publicum deferenda ſunt. nam malè meritus publicè, vt *i* exemplo *k* aliis ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debet.

1 ¶ Incurrit hic & alia inſpectio, an bonã fidem inter *l* eos tãtùm, quos cõtractum eſt, nullo extrinſecus *m* adſumpto *n*, æſtimare debeamus: an reſpectu etiam aliarum perſonarum ad quas id, quod geritur, perti-

a Epiſtola an & quemadmodum fidem faciat pro ſcribente, & aduerſus eundem vel tertiũ dixi ad *l. 34. §. 1. j. de pign. l. 24. inf. de fideiuſſ.*
b Verba enuntiatiua non inducunt diſpoſitionem in contractibus, ſed probationem. vide quæ notaui ad *l. 29. j. de probat.*
c Epiſtola interdum pro ſcribente probat: nimirum quoties capita debiti & crediti connexa habet. vt vnũ pro ſcribente alterum aduerſus ſcribentem faciat. huiuſmodi epiſtolam, is ad quem miſſa eſt, ſi recepit, nec improbauit, nec contradixit, vel ſi aduerſus id caput non poteſtatus eſt, intelligitur eam epiſtolæ partem comprobaſſe, *arg. l. filiusfamilias ſup. ad Macedonianum.* ſic tamen vt eo caſu plurimum poſſe iudicis arbitrium dicamus *inf. eo. iudicem æſtimaturum,* his adde quæ tradit Socinus *reg.* 186.
d vide *l. vnic. C. ad S.C. Claudian.* Vlp. *Vlp.* 11.
e vide Titulum Cod. *plus valere quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur.*
f nulla denunciatione domino facta. Hoto. 5. obſ. 3. *C. de nuptijs & Tertull.* 2. *vxorem.*
g an liber fuerit vide *Nou* 22. c.
h Nupſit enim libera ſeruo: quo ſu dos non eſt. *l. vlt. Inſt. de nup.*
i v. quæ ſcripſi *l. 24 ſup. eod.*
k Vacua pecunia otioſa. *vt l. 13.* *vſuris: l. 25.* *adulter.*

f Vſuræ à tempore mortis in depoſiti actione debentur officio iudicis: quod in bonæ fidei iudiciis tantundem præſtat, quod in ſtricti iuris ſtipulatio expreſſa, *vt hic.* g vide *l. 54. inf. de locati.* vide quæ notaui de officio iudicis ad *l. 21. ſ̄. de interr.* De iudice id proditum *l. 7. ſ̄. de negotiis.* h *l. 40 in fi. ſ̄. de reb. creditis.* i *vt l. 26. §. 1. j. eod.* Vſuræ in depoſito nuda etiam conuentione debentur. vide *l. 30. inf. de vſuris.* k Depoſiti tenetur qui me præſente rem meam recipit. vide tamen *l. fideiuſſor. 32. §. ignorante 1. ſupr. de negotiis.* l *l. 12. §. 2. ſ̄. eod.*
m Imò non depoſiti, ſed actione negotiorum. *l. 32. in fin. ſup. de negotiis.*
n vide *l. 28. j. eo.* o vide *l. 32. §. 2. j. de vſuris: Paul. 2. ſent. 12. §. 2.*
p Cluſam, id eſt, clauſam. q Commendare, idem quod deponere.
r Depoſitum in hac ſpecie filio reſtituendum non ex pacto matris (mater enim filio vtiliter ſtipulari aut actionem adquirere non poteſt, *l. 26. C. de iure dotium.*) ſed ex fideicommiſſo: quod hæc verba oſtendere videntur. vide Antonium Fabrum 1. *Coniect.* 4. ſ His verbis mors innuitur. *l. 162 j. de verb ſign. §. 1. Inſt. de donation.*
t Heredi. *l. 8. C. ad exhibendum.* u Valet talis conuentio. *l. 24. in fin. ſupr. eod.*
† non excedere. Hotom. 4. *obſer.* 10. x Vſuræ pacto etiam nudo in bonæ fidei contractibus debentur. *l. 5. C. de pactis inter emptorem & venditorem.* adde *l. 24. in fin. ſupr. eod l. 30. inf de vſuris.*
y Epiſtolæ ſalutatione dignoſcuntur. *Duar. diſp.* 45. non neceſſariò tamen: extant enim multæ antiquorum epiſtolæ ſine inſcriptione. Deinde mandatorum ſcripturæ inſcriptiones habent. *l ſi procuratorem 65. ſ̄. de procurat. l. ſi verò non remunerandi. 12. § cum quidem 12. l. ſi mandatu 59. §. 5. j. mandati.* vt & Imperatorum reſcripta & Iuriſconſultorum reſponſa. *l. interdum 16. in princ. & §. pen. j. de public. l. Domitius 27. j. de teſt. l. Proculus 67. j. de iure dotium.* & tamen epiſtolæ non ſunt. vide Robertum 4. *ſent.* 20.
z id eſt, nutriciis. *Aug. 4. Emend.* 16. legit: χυρατροφεῖον. *Hal.* χυροτροφεῖον. malè: Trophimas enim nomen eſt viri, cui Sempronij decem dederant ex cauſa depoſiti: dicitur & τρόφιμος 2. *ad Timoth. in fin.*
a i. quod ordinem, numerem, & menſuram egreditur. hinc Auguſt. 12. *de ciuitate, quod nos modo quærimus poſt quinque millia, & quod excurrit annorum: & lib. 5. nunquid credibile eſt, per mille quadringentos & quod excurrit annos,* &c. Hinc Cicero *in Oratore*, excurrentia verba appellat, quæ vltra rhythmum legitimum adduntur: & Quintilianus 4. quadrans, dicitur ſumma & ſolida, in qua nihil excurrit. *Budæus hic.* Voluſius Mæcianus *in lib. de aſſe, Ingenioſiſſimè,* inquit, *cum ad denarium ratio conficietur, excurrentis æris nota inuenta eſt.* Optatus 1. *ad Parmenianum, fermè antè annos 60. & quod excurrit per totam Africam perſecutionis eſt deneg ata poteſtas: & lib. 3. ante annos 60. & quod excurrit, fuerat Annulinus.* Vegetius 1. *ad finem: Poſt primum Punicum bellum, viginti & quod excurrit annorum, ex ea Romanos otio eneruauit, vt ſecundo bello Punico Hannibali pares eſſe non poſſent.* Cuiac. 1. *obſ. vlt.*

l Curam depoſitæ pecuniæ intra certum tempus fœnerandæ promittens, vſuras eius pecuniæ præſtat. m Epiſtola vſuræ conſtitui poſſunt.
n Depoſitarius vſuras debet, ſi vſuras ex depoſito percepit, aut rebus depoſitis vſus fuit. Idem & in aliis bonæ fidei iudiciis, *Syn. Baſil. 13. tit. 2. c. 28. in pr.*
o *l. 29. §. 1. j. eod.* p *l. 25. in fin. ſupr. eo. l. 3. 4. C. eod.* q *Tit. 12. §. 1.*
r σάκκον *Ecloga ibid*, ſacellum *tit. 10. collationis legum Moſaicarum.* vt ſit ſenſus eum qui depoſito à me argento vel ſacco ſignato vtatur præter voluntatem meam tam depoſiti, quàm furti in duplum teneri. *Syn. ibid. cap. 28. in fin. §. 2.* *de act.* ſ *l. 3. C. eod.*
t nec enim aliter poteſt, ſine furti vitio. *§. 5. Inſt. de obl. ex delicto.*
u Dic vt in *l. 28. in fin. ſ̄. eo.* x vide *l. 46. ſ̄. de rei vindic.*
y Bona fides in contractibus æquitatem ſummam deſiderat: hoc eſt, id exigit, vt res depoſita deponenti reſtituatur, niſi extrinſeca & ſpecialis ratio id impediat.
z *l. 4. C. de obl.* a Merum ius, ipſum ius.
b quod naturale etiam paulo poſt appellat.
c Bona fides in depoſito an æſtimanda ſit ex iure gentium, ciuili, vel prætorio.
d Depoſitum an ſit reſtituendum reo capitalis iudicij, deportato, & bonis eius publicatis?
e ante inquiſitionem bonorum rei. v. quæ notaui ad *l. 4. §. vlt. ſup. de condict. ob turpem.*
f Iuris naturalis ſeu gentium cum ciuili hæc pugna eſt. Naturali iure, depoſitum ei qui depoſuit reddendum: ciuili iure, non eſt reddendum, ſi reus capitis damnatus ſit, & bona eius publicata. Depoſitum eo caſu in publicum deferendum eſt. Ius ciuile, publicum, præfertur priuato. Ita debitores hominis damnati, cuius bona publicata ſunt, fiſco, non priuato ſoluere debent.
g quod præualet præferendumque eſt h Æquitas non ex mero iure naturali & gentium cuique conſideranda, ſed ex iure ciuili potius & prætorio.
i vide *l. 6. in fin. j. de cuſtodia. l. 1. in pr. C. ad l. Iuliam repetund.*
k Pœnarum exemplo à delictis homines deterrentur.
l Officium iudicis bonæ fidei actioni deſeruiens, vltra perſonas actoris & rei porrigitur. m Extraneæ perſonæ in iudiciis admittuntur ex æquo & bono, ſi eorum intereſt. n *vt in Nouell. 88. c. 1.*

net

net: exempli loco, latro *a* ſpolia, ‖quæ‖ mihi abſtulit, poſuit apud Seium inſcium de malitia deponentis, vtrum *b* latroni, an mihi reſtituere Seius debeat? Si per ſe dantem accipientémque intuemur, hæc eſt *c* bona fides, vt commiſſam rem recipiat is *d*, qui dedit. Si totius rei æquitatem quæ ex omnibus perſonis, quæ negotio iſto continguntur, impletur, mihi *e* reddenda ſunt quæ facto ſceleſtiſſimo adempta ſunt. & probo *hanc eſſe iuſtitiam, quæ ſuum* f *cuique ita tribuit, vt non diſtrahatur ab vllius perſona iuſtiore repetitione.* Quod ſi ego ad petenda ea non veniam, nihilominus ei reſtituenda ſunt, qui depoſuit, quamuis malè quæſita depoſuit. Quod & Marcellus in prædone, & fure ſcribit. Si tamen ignorans latro cuius filio, vel ſeruo rem abſtuliſſet, apud patrem, dominúmve eius depoſuit ignorantem, nec *g* ex iure gentium conſiſtet depoſitum. Cuius hæc eſt poteſtas, vt alij, non domino ſua ipſius res quaſi aliena ſeruanda detur. Et ſi rem meam fur, quam me ignorante ſubripuit, apud me etiam tunc delictum eius ignorantem depoſuerit, rectè dicetur non contrahi depoſitum, quia * non eſt ex bona fide, rem ſuam dominum prædoni reſtituere compelli. Sed & ſi etiam nunc ab ignorante domino tradita ſit, quaſi ex cauſa depoſiti: tamen indebiti dati condictio competit.

a *l.2.§.39.s̄.eo.*
b Deponenti latroni, dominus præferendus eſt, hoc eſt, depoſitum vero domino potius reſtituendum, quàm latroni qui depoſuit.
c notanda eſt hic æqui & boni pugna.
d *l.11.s̄.eo.*
e domino ſcilicet, non prædoni.
f Imò, deponenti potius quàm domino, reſtituenda res videtur, arg. *l.1.§. pen.s̄.nautæ, caupones.*
g *v.l.15.s̄.eo.*
h Comparatiuus pro poſitiuo hic ſumitur. *Zaſ. Gl. in hanc legem, & Corraſ.4. Miſcell.* Eſt tamen qui legat, leuiorem *Hotom.3. obſer.2.* ineptiſſimè Hic enim agitur de latiore, id eſt lata culpa, *verſ. Nam & ſi quis non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat diligens eſt. ſ. eod.* quæ latioris culpæ definitio eſt. Quemadmodum & latæ culpæ ſpeciem poſſis dicere, hanc vocem tantum, ſine conſequentibus legiſſe, quod is facit, qui pro latiore culpa leuiorem hic ſubſtituit. Veteres Interpretes quinque Culparum ſpecies conſtituunt, latiſſimam, latiorem, latam, leuem, leuiſſimam, quod Zaſius reprehendit, quòd magis & minus non conſtituant diuerſas ſpecies. Oldendorpius leuem & leuiorem. Corraſius leuem, leuiorem, leuiſſimam *ibid.* admittit.
i Hanc negatiuam, ſiue relinquas, ſiue expungas, ſenſus eſt: Latam culpam duobus iudiciis deprehendi. Primo, ſi quis quid non ad eum modum faciat, quo omnes homines faciunt: altero, ſi quis non eodem modo in re aliena, ac in ſuis

De lata culpa.

32. *Celſus* lib. 11. Digeſtorum.

QVod Nerua diceret, latiorem *h* culpam dolum eſſe, Proculo diſplicebat, mihi veriſſimum videtur: nam & ſi quis non *i* ad eum modum, quem hominum *a* natura deſiderat, diligens eſt, niſi tamen ad ſuum *b* modum curam in depoſito præſtat, fraude non *c* caret. nec *d* enim ſalua fide minorem iis, quàm ſuis rebus, diligentiam præſtabit.

De ſeruo deponente apud ſequeſtrem.

33. *Labeo* libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

SEruus *e* tuus pecuniam cum Attio in *f* ſequeſtre depoſuit apud Mæuium ea conditione, *vt ea tibi redderetur, ſi tuam eſſe probaſſes: ſi minus, vt Attio ‖ redderetur.‖* poſſe dixi cum eo, apud quem depoſita eſſet, incerti agere, id eſt, ad *g* exhibendum, & exhibitam vindicare. Quia ſeruus in deponendo, tuum ius, deterius *h* facere non potuiſſet.

De depoſito non gratis reddito.

34. *Idem* lib. 2. Pithanon.

POtes agere depoſiti *i* cum eo, qui *k* tibi non *l* aliter, quam nummis à te acceptis, depoſitum reddere voluerit, quamuis ſine mora, & incorruptum reddiderit.

rebus verſetur, *vt ſ.eo.* vtrumque dolo proximum eſt. Leuis eſt, quoties eandem in alienis, quam in ſuis rebus diligentiam & eandem præſtat, non tamen eam, quam circumſpectiores homines & diligentiſſimi adhibēt & vt paucis dicam leuis culpa eſt conſueta in rebus ſuis & alienis negligentia, *l.22.§.3.ſ. ad Treb.* Lata eſt in ſuis diligentia, in alienis negligentia. Leuiſſima, ſi quæ eſt, ex imperitia non affectata naſcitur. Similis eſt quæ ratione ætatis, ſexus, ruſticitatis, facilè excuſatur.

a omnium ſcilicet. b Quem in ſuis rebus ſeruat. c Fraude caret. *Hot.3. obſ.1.* & hic alterum quoque erratum eſt, dempta negatione hunc locum affirmatione ſubſtituta legere, cum hoc diſertim velit Iuriſconſultus. Eum qui non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, diligens ſit, fraude non carere. Generalis hæc ſententia eſt, à qua hunc caſum illico Iuriſconſultus excipit. niſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito præſtat. Vides, quiſquis hæc lecturus es, lector, apertam Iuriſconſulti ſententiam eſſe, fraude non carere, qui non ad eum modum diligens ſit quem hominum natura deſiderat, & tamen fraudem in aliena re & depoſito excuſari, ſi quis ad ſuum modum curam in depoſito cuſtodiendo præſtet, hoc eſt ſi non minorem in depoſito quàm in ſuis rebus rebus diligentiam præſtitit, *vt hic.* ſed hæc ſatis.
d Qui in depoſito non præſtat eam diligentiam quam in ſuis rebus dolum committit. *Syn. Baſ. c. 13. tit. 2. c. 2. 3. Harm. 6. §. 14.*
e Depoſita apud ſequeſtrum per ſeruum, poteſt ipſe ſerui dominus petere.
f In ſequeſtre, eſt aliud ſequeſtrum. g *l.38. s̄. de peculio.*
h *v.l.27.s̄.ad Velleianum, l.22.§.1.ſ. de verb. oblig. l.175.ſ. de reg. iur.*
i Quem in finem? vt pecuniam quam apud eum depoſuiſti recipias.
k Depoſiti tenetur, qui pecuniam accepit vt depoſitum redderet.
l *l.2.§.1.s̄.de cond. ob turpem.*

LIBER DECIMVS-SEPTIMVS.
MANDATI *a* VEL CONTRA.

De conſenſu. 1. De nuntio, & epiſtola. 2. De verbis mandati. 3. De die & conditione. 4. De gratuito & mercede.

Paulus lib. 32. ad Edictum.

OBligatio mandati, conſenſu *b* contrahentium conſiſtit.

1 ¶ Ideò *c* per nuntium quoque, vel per epiſtolam mandatum ſuſcipi poteſt.

2 ¶ Item ſiue *rogo* d, ſiue *volo*, ſiue *mando*, ſiue alio *e* quocunque verbo *f* ſcripſerit, mandati *g* actio eſt.

3 Item mandatum *h* & in *i* diem differri, & ſub conditione contrahi poteſt.

4 ¶ Mandatum *k*, niſi gratuitum †, nullum eſt, nam *l* originem *m* ex officio, atque amicitia *n* trahit: contrarium ergo eſt officio *o* merces: interueniente *p* enim *q* pecunia *r*, res ad locationem & conductionem potius reſpicit.

a *lib 4. C. 33. & 3. Inſt. 27. & Paulus 2. ſent. 15.* Vide elegantem locum de mandato apud Ciceronem pro *Roſcio Amerino.*
b *Inſt. de oblig. ex contractu*, vel patientia, *l.6.§.2.ſ. eo.* τῶν περὶ συμφωνίας ἀγωγῆς ἐστι eſt ex earum actionum numero quæ conſenſu contrahuntur. *Syn. Baſ. 14. tit. 1. c. 1.*
c Per nuntium & epiſtolam ſuſcipere & contrahere poſſumus, quæcunque ſolo contrahi, adde *l.2. §. 2. ſ. de oblig.*
c Mandatum vno rogante, altero recipiente perficitur. Hæc duo verba, *Rogo & Recipio*, citra ſtipulationem perficiunt mandatum, adde *l. quidam 46. ſ. de her. inſt. l.1.§. exceptio. ſ. quarum rerum actio non detur. l. ſi ſerui mei. 42. s̄. de negotiis.* Virgilius. Idem orans mandata dabat. Nam & *mando* verbum eſt precarium. Mandamus libero homini: imperamus villico aut ſeruo. Cic. 1. *de orat.* Cuiac. *C. eod.* e Mandat, qui rogat, qui imperat, qui velle ſe ait.
f Mandandi verba, libera. g Modò non ſit rei inhoneſtæ *l.6.§.3.ſ.eo* Notandum eſt interea per verba commendatoria, exhortatoria, vel conſilij, mandatum non contrahi, *l.12 §.12.ſ.eo. l.fin. C. quod cum eo qui.* Idem tradunt eſſe interpretes in literis credentiæ generalibus: quæ quod nimis generales & obſcuræ ſunt, non obligant. Bart. ad *l.24 ſ. de fideiuſſ.* niſi periculo ſuo literas deferenti, ſcribens credi voluerit, vel niſi generalitas, laxitáſque litterarum quibuſdam circunſtantiis ad ſpeciem aliquam certam reſtringatur, veluti, ſi inſtitor ipſe literas credentiæ deferat, qui ſcripſit, præſumitur ei mandaſſe facultatem in ea merce negotiandi. h Sic procurator ad lites in diem & ſub conditione conſtitui poteſt, *l.3. §.4.s̄. de procur.* i Mandare in diem & ſub conditione poſſumus: mandatum diem & conditionem recipit. adde *§.12. Inſt. eo. Syn. eo. c.1.*
k Commodatum eadem ratione gratuitum, *l 5.§.12.ſ. commodati. §.2. Theoph. Inſt. quib. mod. re contrahitur obligatio.* † Nam ſi datur pecunia, locatio: ſi res alia, contractus erit innominatus, *do vt facias.* excipe tamen quod remunerandi gratia datur. *l. 6. ſ. eo.* l *Gratuita* dicimus, quæ originem ex officio & amicitia trahunt. Proinde quod quis ex officio & amicitia fecerit, eius nomine mercedem iure non poſtulabit. m Ex origine cuiuſque rei naturas rerum metimur.
n Amicitia factum non videtur quod ſit mercede interpoſita. o Officio contraria eſt merces. p Gratuitum non eſt quod pecunia interueniente ſit.
q Mandatum gratuitum eſſe oportet. Nam interueniente pecunia locatio eſt, *Syn. eo. c. 3.* r aut quauis re alia, *l.22. ſ. de præſcript. verbis.*
Locatio & conductio propriè ſit intercedente pecunia & mercede.

Cuius cauſa mandatum contrahitur.

2. *Gaius* libro 2. Rerum quotidianarum, ſiue aureorum.

MAndatum inter nos contrahitur, ſiue mea tantùm gratia tibi mandem, ſiue aliena tantùm, ſiue mea & aliena, ſiue mea & tua, ſiue tua & aliena. quod ſi tua tantùm gratia tibi mandem, ſuperuacuum eſt mandatum, & ob id nulla *a* ex eo obligatio naſcitur.

1 ¶ Mea tantùm gratia interuenit mandatum, veluti, ſi tibi mandem, vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emeres, vel vt pro me fideiubeas.

2 ¶ Aliena tantùm, veluti, ſi tibi mandem, vt Titij negotia gereres, vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo fideiubeas.

3 ¶ Mea, & aliena, veluti, ſi tibi mandem, vt mea, & Titij negotia gereres: vel vt mihi, & Titio *b* fundum emeres: vel vt pro me, & Titio fideiubeas.

4 ¶ Tua & mea, veluti, ſi mandem tibi, vt ſub vſuris crederes ei, qui in rem meam mutuaretur.

5 ¶ Tua & aliena, veluti, ſi ‖tibi‖ mandem, vt Titio ſub vſuris crederes: quod ſi vt ſine vſuris crederes, aliena tantùm gratia interuenit mandatum.

6 ¶ Tua autem gratia interuenit mandatum, veluti, ſi mandem tibi, vt pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloces, quàm fœneres: vel ex diuerſo, vt fœneres potius, quàm in emptiones prædiorum colloces. Cuius generis mandatum, magis conſilium eſt, quàm mandatum: & ob id non eſt *c* obligatorium: quia nemo ex conſilio *d* obligatur, etiam ſi non expediat ei, cui dabatur. Quia liberum eſt cuique, apud ſe explorare, an expediat ſibi conſilium.

Si melior, vel deterior fiat cauſa mandantis. 1. De re empta pluris.

a Ex contractu obligatio: ex obligatione actio naſcitur, *l.42. §.2.s̄. de procurat.*
b Hoc caſu mandati, in mandatarium: negotiorum verò geſtorum, in Titium erit actio, *l.14. C. de neg.*
c Niſi aliàs non contracturo conſilium dederis, *l.9. §.5. ſ. eo.* Quid ſi contracturus eram adhuc teneberis, ſi fraudulenter in conſilio mihi dando ſis verſatus. Fraus adhibetur, ſi lucri captandi cauſa conſilium dediſti. *l 8. s̄. de dolo.* Citra fraudem, *leg. 47. ſ. de regulis iuris.* aut cautionem de damno præſtitam, non teneris, quo refer *l 6. §.5. l. 32. infrà eodem.* Quid ſi delictis vtroque modo, qui conſuluit, tenetur damnum paſſo. Nam due conſulto ſi non aliàs commiſſurus erat delictum, teneris, quod ex bono malum: ſi facturus erat, ex malo deteriorem feceris, *l.1.§.3.s̄. de ſeruo. cor.* conſultori tamen non tenetur, quia liberum habuit non parere.
d Conſilio nudo ac non fraudulento nemo obligatur, adde *l.47. ſ. de regulis iuris. c. 62. de reg. iur. in 6.*

3. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

PRæterea in *a* cauſa mandati etiam illud vertitur, vt interim nec *b* melior cauſa mandantis fieri poſſit, interdum melior *c*, deterior verò nunquam.

1 ¶ Et quidem ſi mandaui tibi, vt aliquam rem mihi emeres, nec *d* de pretio quidquam ſtatui: túque emiſti: vtrinque actio naſcitur.

2 ¶ Quod ſi pretium ſtatui, túque pluris emiſti, quidam *e* negauerunt †, te mandati habere actionem, etiamſi paratus eſſes, id quod excedit, remittere. Namque iniquum *f* eſt *g*, non eſſe mihi cum illo actionem, ſi nolit: illi *h* verò, ſi velit, mecum eſſe.

4. *Gaius* lib. 2. Rerum quotidianarum, vel aureorum.

SEd Proculus rectè eum, vſque ad pretium ſtatutum *i*, acturum exiſtimat. quæ ſententia ſanè benignior eſt.

De finibus mandati custodiendis. 1. De mandato non impleto. 2. De emptore alius rei. 3. De re minoris vendita. 5. De re minoris empta: vel tantidem, vt tamen aliud accederet.

5. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

DIligenter *k* igitur fines *l* mandati cuſtodiendi *m* ſunt. Nam qui exceſſit *n*, aliud *o* quid facere videtur.

1 ¶ Et ſi ſuſceptum non *p* impleuerit, tenetur.

2 ¶ Itaque ſi mandauero tibi, *vt domum Seianam centum emeres*, túque Titianam emeris, longè maioris pretij, centum tamen, aut etiam minoris, non videris impleſſe mandatum.

3 ¶ Item ſi mandauero tibi, *vt fundum meum centum venderes* r, túque eum nonaginta vendideris, & petam fundum, non obſtabit mihi exceptio *ſ*, niſi & reliquum mihi, quod deeſt mandato meo præſtes, & indemnem *t* me per omnia conſerues.

4 ¶ Seruo quoque dominus ſi præceperit, *certa ſumma rem vendere*, ille minoris vendiderit, ſimiliter vindicare eam dominus poteſt, nec vlla exceptione *u* ſummoueri *x*, niſi indemnitas *y* ei præſtetur

5 ¶ Melior *z* autem cauſa mandantis fieri poteſt, ſi cum tibi mandaſſem, *vt Stichum decem emeres*, tu eum minoris emeris, vel tantidem, vt aliud quicquam ſeruo accederet. vtroque enim caſu aut non *a* vltra pretium, aut intra pretium feciſti.

De honorario. 1. De negotiis gerendis. 2. De tacito conſenſu. 3. De re turpi. 4. De eo quod intereſt. 6. De mandato generali, vel ſpeciali. 7. De eo qui mercede pacta, vel accepta fideiubet. De redemptore litis.

6. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

SI remunerandi gratia honor *b* interuenit *c*, erit mandati actio.

1 ¶ Si cui fuerit mandatum, *vt d negotia adminiſtraret*, hac actione erit conueniendus, nec rectè negotiorum geſtorum cum eo agetur. nec enim ideo eſt obligatus, quod negotia geſſit: verùm idcirco, quod mandatum ſuſceperit: denique tenetur, etſi non geſſiſſet.

2 ¶ Si paſſus *e* ſim *f*, aliquem pro me fideiubere, vel aliàs interuenire, mandati teneor: & niſi pro inuito *g* quis interceſſerit, aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio.

3 ¶ Rei turpis *h* nullum mandatum eſt, & ideo hac actione non agetur.

a Mandatarius interdum meliorem facit conditionem mandantis: deteriorem verò, nunquam *Syn. eo. c. 3.* parem & meliorem facere poteſt, at non deteriorem.
b Mandatum emendi habens, nullo pretio ſibi conſtatuto à mandatore, etiamſi pluris emerit, mandantem obligat, *vt hic.* Certo pretio adiecto, emendi mandatum habens, qui pluris emerit, eum mandantem non obligat, ſed ad pretium vſque cōſtitutum tantùm: nam eatenus tantùm obligat. *§. proximo & l. ſeq.*
c Meliorem mandantis cauſam non facit, qui id præciſè præſtat, quod rogatus ſit, qui fines mandati non egreditur, *l. 5. ſ. eo.*
d *l. 5. §. 5. ſ. eod.* Sabinus & Caſſius *§. 8. Inſt. eo.*
† Hoc emendatur. *l. 4. ſ. eod.*
f Eſt enim mandati actio ex æquo & bona fide, *v. l. 5. ſ. de oblig.*
g Claudicaret enim contractus, *l. 21. §. pen. ſ. de arbitr.* Certo tamen caſu claudicat mādati actio, *l. eo tempore 50. in fin. ſ. de peculio.*
h *v. ſ. quod quiſque iuris.*
i id eſt, ſi remittat mandatori ſuperfluum ſtatuti pretij, *l. 5. in fin. ſ. eod.* Eadem ratione dabimus vtilem actionem mandatori ad rem recipiendam, qui ratum habet quod excedit, id eſt, qui integrū pretium reddere paratus eſt inuito altero, Cuiac. 12. *obſer.* 54.
k Mandati fines cuſtodiri diligenter oportet, *vt hic.* niſi ſint actus inter ſe cohærentes, & alij ab aliis quaſi dependentes; tunc enim vno mandato, alterum quoque mandatum intelligitur, *l. qui procuratorem. ſ. de procuratorib.* Idem eſt ſi procurator præſente domino & iacente mandatum excedit. vide Socin. *regulæ* 252.
l Finis hic, forma eſt, *l. 41. ſ. eod.* hinc illa lex mandatario datur in Tragœdia Sophoclis, ἕρπε καὶ φύλασσε πρῶτα μὲν μόνον, τὸ μὴ πιθυμεῖν, πομπὸς ὢν, περισσὰ δρᾶν. m *l. 10. §. 6. ſ. eo.* n Præſcriptos fines ſcilicet. Idem ſi contra mandatum reuocatum & denuntiationem fecerit, *l. 30. ſ. eod.*
o Mandati fines non implet, qui aliud facit. Formæ omiſſio vitiat.
p *l. 6. §. 1. l. 8. §. 4. l. 22. in fin. l. 27. §. 2. ſ. eod. l. 9. l. 11. C. eod. §. 11. Inſt eod. l. 17. §. 3. ſ. commodati.* q aliud emitur re vel quantitate. Mandatum itaque non ſeruat, qui vel aliud, vel non eadem quantitate emit, qua rogatus eſt emere.
r Mandatum vendendi habens conſtituto certóque pretio, minoris vendere non poteſt, *vt hic, & §. ſequent.*
Certo pretio iuſſus rē diſtrahere, ſi minoris vendiderit, mandati iudicio pretij, ſummam poterit integrare: venditionem enim diſſolui non placuit. *Paulus 2. ſent. 15. §. vlt.* t indemnitatis præſtatione ſatisfit aduerſario, *vt hic, & §. proximo.* u rei venditæ & traditæ meo mandato.
x à rei vindicatione. y i. niſi ſuppleatur pretium, vel id futurum promittatur. z Meliorem cauſam mandantis facit qui vel non vltra pretium, vel intra pretium facit. a *v. l. 4. ſ. eo.* b i. ſalarium: Honor ſeu remuneratio diſtinguatur à mercede c promiſſus ſit.
t Ex mandato gerendi, non negotiorum: ſed mandati actio oritur
t Quid ſi vetui? vide *l. 40. ſ. eod.*
ſ Qui patitur pro ſe alium fideiubere vel interuenire, mandare videtur: mandati denique tenetur Mandati actio fideiuſſori in reum principalem competit, v de *l. 18 l. 40. l. 53. ſ. eo. §. 6. Inſt. de fideiuſſorib.* g *l. 40. ſ. eod.*
h Turpis rei nullum mandatum eſt. *Syn. Baſ.* 14. *tit.* 1. *c.* 6. *§. 3. l. 22. §. 6. ſ. eod. §. Inſt. eod. l. 35. §. 2. in fin. de contrah. empt. l. 26. ſ. de verb. oblig.*

4 Si tibi mandauero, quod mea *a* non intererat *b*, veluti, *vt pro Seio interuenias*, vel *vt Titio credas*, erit *d* mihi tecum mandati *c* actio, vt Celſus libro 7. Digeſtorum ſcribit, & ego tibi ſum obligatus.

5 ¶ Planè ſi tibi mandauero, quod tua intererat, nulla erit mandati actio, niſi *f* mea quoque interfuit: aut ſi non eſſes facturus, niſi ego mandaſſem *g*, & ſi mea non interfuit, tamen erit mandati actio.

6 ¶ Apud Iulianum libro 13. Digeſtorum quæritur: Si dominus iuſſerit, *procuratorem ſuum certam pecuniam ſumere* h, *& fœnerare periculo ſuo, ita vt certas vſuras domino penderet* ‖ *duntaxat*, ‖ ſi pluris fœnerare potuiſſet, ipſe lucraretur, in creditam *e* pecuniam videtur (inquit) accepiſſe. planè *k*, ſi omnium negotiorum erat ei adminiſtratio mandata, mandati quoque eum teneri: quemadmodum ſolet mandati teneri ‖ debitor, ‖ qui *l* creditoris ſui negotia geſſit.

7 ¶ Mauius Paulus quidam fideiuſſerat pro Daphnide, mercedem pactus ob ſuam fideiuſſionem, & ſub nomine alterius ex *m* euentu litis cauerat, ſibi certam quantitatem dari. Hic à Claudio Saturnino prætore maiores *n* fructus inferre iuſſus erat: ‖&‖ aduocationibus *o* ei idem Saturninus interdixerat. Videbatur autem mihi *p* iudicatum ſolui fideiuſſiſſe, &, quaſi redemptor litis extitiſſet, velle à Daphnide mandati iudicio conſequi, quod erat condemnatus. ſed rectiſſimè Diui fratres reſcripſerunt, * nullam *q* actionem eum propter ſuam calliditatem habere: quia mercede pacta acceſſerat ad talem redemptionem. Marcellus autem ſic loquitur de eo qui pecunia accepta ſpopondit, vt, ſi quidem ‖hoc‖ actum eſt, ‖vt ſuo periculo ſponderet, nulla actione agat, ſin verò non hoc actum eſt, vtilis *r* ei potius actio competat: quæ ſententia vtilitati rerum conſentanea eſt.

De ſalario procuratoris.

7. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

SAlarium *ſ* procuratori conſtitutum *t*, ſi extra ordinem peti cœperit, conſiderandum erit, laborem dominus remunerare voluerit *u*, atque ideo fidem adhiberi placitis *x* oporteat: an euentum *y* litium, maioris pecuniæ præmio, contra *z* bonos mores procurator redemerit.

De procuratore non reddente inſtrumenta. 1. De colluſione procuratoris. 2. De executione litis. 3. Si procurator procuratorem faciat. 4. Si tutor contutori mandauerit. 5. De mandato bona fide ſeruientis, vt redimatur, & manumittatur. 6. De eo quod intereſt. 7. Si fideiuſſores ex ſubſtantia debitoris ſoluerunt. 8. Vel condemnati non appellarunt. 9. Quid eſt reſtituendum. 10. De emptione ſerui.

8. *Vlpianus* lib. 13. ad Edictum.

SI procuratorem dedero, nec *a* inſtrumenta *b* mihi cauſæ reddat, qua actione mihi teneatur? Et Labeo putat, mandati eum teneri, nec eſſe probabilem ſententiam exiſtimantium, ex hac cauſa agi poſſe depoſiti. vniuſcuiuſque enim contractus initium *c* ſpectandum, & cauſam.

1 ¶ Sed *d* & ſi per colluſum *e* procuratoris abſolutus ſit aduerſarius, mandati eum teneri. Sed ſi ſoluendo non ſit, tunc de dolo *f* actionem aduerſus eum: qui per colluſionem *g* abſolutus ſit, dandam ait.

2 ¶ Sed & de lite *h*, quam ſuſcepit *i* exſequendam, mandati eum teneri conſtat.

3 ¶ Si quis mandauerit alicui *gerenda negotia eius* k: *qui ipſe ſibi mandauerat*, habebat mandati actionem, quia & ipſe tenetur *l*, tenetur autem, quia agere poteſt quā-

a *al.* quod mea interetat. Græci hunc locum ita reddunt: Si tibi mandauero vt pro alio aliquid agas, mandati actio inter te & me naſcitur, *vt hic.* ſin pro te ſolum, non tamen extra quàm ſi facturus non fuiſſes, niſi ego mandaſſem, vel ſi mea quoque interfuit, *Syn. cod. d. §. 3.* Albericus ita, quod mea non intererat, nec tua, ſed tertij.
b peculiariter.
c principaliter ſcilicet Hotom. 4. *obſeru.* 32.
d atque mandati actio tunc competit, cum cœpit intereſſe mandantis *l. 5. §. 6. ſ. eo. v.* Cuiacium 17. *obſeru.* 29.
e vt eam ſcilicet cedam ei cuius intereſt, *l. vlt. C. de iure dotium. Albericus.*
f Mandatum conualeſcit, cùm primum intereſſe incipit.
g & cauiſſem damnum tibi præſtari, *v. l. 32. ſ. eo.* alias non teneor. v. quæ notaui ad *l. 2. inſ. ſ. eo.*
h adde *l. 10. §. 13. ſ. eod.*
i id eſt mutuam *l. 2. ſ. de reb. cred.*
k id eſt, mandati hoc caſu ſuperiore, ex mutuo tenebitur.
l vide *l. 38. in pr. ſ. de negot.*
m Pactum de quota litis non eſt obligatorium, *vt hic & l. 7. ſ. eo.* vt fideiubeas obligatorium eſt, & actionem mandati parit.
n id eſt, duplos dixi *l. 12. ſ. de diſtract. pignor.* Cuiac. 5. *obſer.* 21.
o poteſt enim *l. 6. in fin. ſ. de poſtulando*, *l. 9. ſ. de poſtulando*, [illegible] nit.
p mihi quaſi iudicatum ſolui fideiuſſiſſet, non quaſi redemptor litis extitiſſet *Hot. 5. obſeruat. 9.*
q *v. l. 134. in fin. ſ. de regulis iuris.* r Non mandati, quia merces interuenit, *l. 1. in fin. ſ. eod.* ſed præſcriptis in factum, *de vt fideiubeas.* adde *l. 19. §. 1. 2. ſ. de donat. Bart.*
ſ ὀψώνιον, Salarium procuratori litis conſtitutum extra ordinem petitur, & conſiderat iudex, an pro labore de eo conuenerit, tunc enim ſolui debet: non qua litis euentum multa pecunia procurator nefariè redemit. *Syn. Baſ. 1. c. 7.*
t promiſſum, *l. 1. C. eod.*
u Conſiderandum eſt etiam, certúmne fuerit, an incertum, *v. l. 17. Cod. eod. l. 1. ſ. de proxeneticis.* adde *l. 56. §. 3. ſ. eod.* adde Cuiacium 16. *obſ.* 16.
x Pacto etiam nudo ſalarium promiſſum debetur.
y *l. 6. in fin. ſ. eod.*
z *l. 53. ſ. de pactis.*
a Procurator inſtrumenta litis non reddens, mandati tenetur, non depoſiti. Cur ita? Huius contractus origo eſt à mandato, non à depoſito.
b *v. l. 10. ſ. de edendo.*
c Initium contractus ſpectandum facit *l. 10. §. 4. ſ. eod. l. 12. ſ. de SC. Maced.*
d Procurator colludens cum aduerſario, mandati conueniri poteſt; in ſubſidium verò eius, is qui colluſione procuratoris abſolutus eſt.
e colluſionem. f *v. l. 7. §. 9. ſ. de dolo.* g Colluſio duorum tertio non nocet.
h Procurator qui litem ſuſceptam non exequitur, tenetur mandati. Ita tria hic vitia ſunt procuratorum, inſtrumenta non reddere, colludere, *vt ſ. eo.* litem ſuſceptam non exequi.
i adde *l. 6. in fin. ſ de negotiis, l. 17. §. 2. ſ. commodati.*
k Procurator ad negotia, ſubſtituere ſuo loco alium procuratorem poteſt, ad iudicia procurator non poteſt, niſi poſt litem conteſtatam, *l. 28. ſ. de negotiis.*
l *l. 14. ſ. cod.* ſi res non magni ſit præiudicij: aliàs primi mandatoris permiſſio requiritur, *l. 15. §. 1. ſ. de diuerſis.*

quam

quam enim vulgò dicatur, procuratorem ante *a* litem conteſtatam facere procuratorem non poſſe, tamen mandati actio eſt: ad *b* agendum enim duntaxat hoc facere non poteſt.

4 ¶ Si tutores mandauerint contutori *c* ſuo *mancipium emendum pupill* *o* & ille non emerit, an ſit mandati actio? & vtrum tantum mandati, an verò & tutelæ? Et Iulianus diſtinguit: referre enim ‖ ait ‖ cujus generis ſeruum, tutores vni tutorum mandauerint, vt emeret. nam ſi ſuperuacuum ſeruum, vel etiam oneroſum, mandati actione tantum eum teneri, tutelæ non teneri. Si verò neceſſarium ſeruum, tunc & tutelæ eum teneri, ‖non‖ ſolum, ſed & cæteros. nam & ſi (non) mandaſſent, tenerentur tutelæ, cur ſeruum pupillo neceſſarium non comparauerint. Non ſunt igitur excuſati *d*, puod contutori mandauerunt, quia emere debuerubt planè habebunt nihilominus mandati actionem, quia mandato non eſt obtemperatum. Contra *e* quoque Iulianus ait, tutorem, qui emit, mandati actionem habere aduerſus contutores ſuos.

5 ¶ Si liber *f* homo, cum bona fide ſeruiret, mandauerit Titio, *vt redimeretur*, & nummos *g* ex eo pecutlio dederit, quod ipſum ſequi, non apud bonæ fidei emptorem relinqui debuit: Titiuſque, pretio ſoluto, liberum illum manumiſerit, mox ingenuus pronunciatus eſt, habere eum mandati actionem, Iulianus ait, aduerſus eum, cui ſe redimendum mandauit, ſed hoc tantum ineſſe mandrti judicio, *vt ſibi* *h* *actiones mandet, quas habet aduerſus eum, à quo comparauit.*

¶ Planè ſi *i* eam pecuniam dederit, quæ erat ex peculio ad bonæ fidei emptorem pertinente, nullæ ei (inquit Iulianus) mandati actiones poſſunt, quia *k* nullas habet, cum *l* ei ſuos nummos emptor dederit, quinimo (inquit) ex vendito manebit obligatus. ſed & hæc actio inutilis eſt, quia quantum *m* fuerit conſecutus, tantum empti iudicio neceſſe habebitur præſtare.

6 ¶ Mandati actio tunc competit, cum *n* cœpit intereſſe *o* eius, qui mandauit. cæterum, ſi nihil intereſt, ceſſat mandati actio. & eatenus *p* competit, quatenus intereſt: Vtputa mandaui tibi, *vt fundum emeres*, ſi intererat mea emi, teneberis. cæterum ſi eundem hunc fundum, ego ipſe emi, vel alius mihi, neque intereſt aliquid, ceſſat mandati actio.

¶ Mandaui, *vt negotia gereres*, ſi nihil deperierit quamuis nemo geſſerit, ‖ nulla actio eſt. ‖ aut ſi alius idoneè geſſerit, ceſſat mandati actio. & in ſimilibus hoc idem erit probandum.

7 ¶ Si ignorantes *q* fideiuſſores debitorem ſoluiſſe *r*, vel etiam acceptilatione *ſ*, ſiue pacto *t* liberatum, ex *u* ſubſtantia debitoris ſoluerunt, non tenebuntur mandati.

8 ¶ Quod & ad actionem fideiuſſoris pertinet, & hoc reſcripto Diuorum fratrum intelligere licet, huius verba hæc ſunt Catullo Iuliano. Si hi qui pro te fideiuſſerant, in maiorem quantitatem damnati, quàm debiti ratio exigebat, ſcientes *x* & prudentes auxilium appellationis omiſerunt *y*: poteris, mandati agentibus his, æquitate iudicis tueri te. Igitur, ſi ignorauerunt, excuſata ignorantia eſt. ſi ſcierunt, incumbebat eis neceſſitas *z* prouocandi, cæterum dolo verſati ſunt, ſi non prouocauerunt. quid tamen, ſi paupertas eis non permiſit? excuſata eſt *a* eorum inopia: ſed & ſi teſtato conuenerunt debitorem, vt, ſi ipſe putaret, appellaret, puto rationem eis conſtare.

9 ¶ Dolo autem facere videtur, qui id quod poteſt reſtituere, non *b* reſtituit.

10 ¶ Proinde ſi tibi mandaui, vt hominem *c* emeres, túque emiſti, teneberis mihi vt reſtituas.

¶ Sed & ſi dolo emere *d* neglexiſti (fortè enim pecunia *e* accepta, alij ceſſiſti vt emeret) aut ſi lata culpa (fortè ſi gratia *g* ductus, paſſus es alium emere) teneberis: Sed & ſi ſeruus, quem emiſti, fugit, ſi quidem dolo tuo, teneberis: ſi dolus non interuenit, nec culpa, non *h* teneberis, niſi ad hoc, vt caueas, ſi in poteſtatem tuam peruenerit, te reſtituturum.

¶ Sed & ſi reſtituas, ‖&‖ tradere debes, & ſi cautum eſt de euictione, vel potes deſiderare, vt tibi caueatur, puto ſufficere, ſi mihi hac actione cedas, vt procuratorem me in rem meam facias, nec amplius præſtes, quàm conſecuturus ſis.

9. *Paulus* libro 32. ad Edictum.

DE tuo etiam facto *h* cauere debes.

De emptione fundi. 1. *vel ſerui.* 2. *De fructibus.* 3. *De vſuris.* 4. *De mutuo.* 5. *De fideiuſſore.* 6. *De ſtipulatione. De dote* 7. *De monitione & conſilio.* 8. *De vſuris.* 9. *De fructibus & impenſis.* 11. *De ſolutione.* 12. *De exceptione omiſſa à fideiuſſore.* 13. *Si creditor fideiuſſori acceptum ferat, aut donet, aut liberationem leget, aut eum heredem inſtituat.*

10. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

a *l.* 4. *in fin.* ʒ. *de appell. l.* 8. *l.* 11. *circa fin. C. de procuratorib.*

b id eſt procurator ad iudicia conſtitutus.

c Procuratorem meum facere, contutorem meum poſſum.

d Cur ita? v. titulum Codicis. *ſi tutor non geſſerit.*

e Mandante aliquid tutore contutori, hinc inde inter mandantem & mandatarium naſcitur actio mandati, non tutelæ.

f *v. l.* 54. §. *vlt* ʒ. *eod.*

g *l.* 7. *Cod. de act. empt.*

h Procurator actionem ſibi quæſitam occaſionem mandati, mandanti cedere tenetur, *l.* 45. ʒ. *eod.*

i Quoties pecunia ſoluta pretij nomine non fit accipientis, & res tradita euincitur, ceſſant hinc inde actiones.

k Nullum quod eſt, cedi non poteſt.

l *l.* 22. §. 8. *in fin.* ʒ. *eod.*

m §. *vlt.* ʒ. *eo.*

n Imo etiam ſi non interſit, *v. l.* 6. §. 4. ʒ. *eod.*

o Mandati actio ei cuius intereſt datur: vbi nihil intereſt, ceſſat.

p Mandati actio quatenus intereſt datur.

q Fideiuſſori qui notanter ſoluit indebitum, conſulitur, agendo & excipiendo, *vt hic, &* §. 8. ʒ. *eod. l.* 29. §. 2. ʒ. *eod.*

r & ita naturaliter & ciuiliter liberatum.

ſ & ita ciuiliter.

t & ita naturaliter.

u Fideiuſſores bona debitoris principalis diſtrahere poſſunt, ne in cuſtodiam publicam vel carcerem conijciantur, *Bart. & Caſtrenſis in Auth. ſi captiui* 37. *C. de Epiſcop.*

x Idque contra bonam fidem, *l.* 10. *in fin. C. eod.*

y & ita deſerta fuit appellatio.

z *l.* 31. §. 2. *in fin.* ʒ. *de negotiis, l.* 17. *C. de procuratorib.*

a Paupertas & inopia excuſat à prouocatione, *vt hic*, à multa, *l.* 6. *in fin.* ʒ. *de offic. præſid.*

b *l.* 35. ʒ. *eod.*

c Certum ſcilicet, puta Stichum.

d *l.* 5. §. 2. ʒ. *eo.*

e Dolum pecunia accepta *vt hic.* latam culpam, gratia arguit *infra eo*

f Procuratoeem gratiam facere non poſſe, hinc colligit Baldus.

g Improuiſus enim caſus à mandatario non præſtatur, *l.* 13. *C. eod.*

h Cedens iura tenetur ceſſionarium procuratorem facere in rem ſuam. adde *l. quod ſi minor* 24. ʒ. *de minorib. l. planè.* 3. ʒ. *familiæ.*

IDémque & in fundo, ſi fundum emit procurator. nihil enim *a* amplius, quam bonam *b* fidem *c* præſtare eum oportet, qui procurat.

1 ¶ Sed & ſi de ſanitate ſerui procuratori cautum eſt, aut caueri poteſt, aut de cæteris vitiis, idem erit dicendum: aut, ſi culpa caueri non curauerit, condemnabitur.

2 ¶ Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus *d* conſecutus eſt, hos quoque officio iudicis præſtare eum oportet.

3 ¶ Si procurator meus pecuniam meam habeat, ex mora vtique vſuras *e* mihi pendet *f*. Sed & ſi pecuniam meam fœnori dedit, vſuráſque conſecutus eſt, conſequenter dicemus, debere eum præſtare, quantumcunque emolumentum ſenſit, ſiue ei mandaui, ſiue non. quia bonæ fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum ſentiat: Quòd ſi non exercuit pecuniam, ſed ad vſus ſuos conuertit, in vſuras conuenietur, quæ *g* legitimo *h* modo in regionibus frequentantur.

¶ Denique Papinianus ait, etiamſi vſuras exegerit procurator, & in vſus ſuos conuertit, vſuras *i* eum præſtare debere.

4 ¶ Si quis Titio mandauerit, *vt ab actoribus ſuis mutuam* k *pecuniam acciperet*, mandati eum non acturum, Papinianus libro 3. Reſponſorum ſcribit, quia *l* de mutua pecunia, eum habet obligatum, & ideo vſuras eum petere non poſſe, quaſi ex cauſa mandati, ſi in ſtipulationem deductæ non ſunt.

5 ¶ Idem Papinianus libro eodem refert, fideiuſſori condemnato, qui ideo fideiuſſit, quia dominus procuratori mandauerat, vt pecuniam mutuam acciperet, vtilem actionem dandam, quaſi *m* inſtitoriam: quia & hic quaſi præpoſuiſſe eum mutuæ pecuniæ accipiendæ videatur.

6 ¶ Si cui mandauero, *vt à Titio ſtipuletur*, potero *n* cum eo, cui mandaui, agere mandati, vt eum accepto liberet, ſi hoc velim: vel ſi malim, in hoc agam, vt eum *o* deleget mihi, vel ‖ſi‖ cui alij voluero.

¶ Et Papinianus libro eodem ſcribit, ſi mater pro filia dotem dederit, eámque mandante filia, vel illico *p* ſtipulata ſit, vel etiam poſtea, mandati *q* eam teneri, quamuis ipſa ſit, quæ dotem dederit.

7 ¶ Si quis ea quæ procurator ſuus, & ſerui gerebant, ita demum rata eſſe mandauit, ſi interuentu Sempronij geſta eſſent; & malè pecunia credita ſit Sempronium, qui nihil dolo fecit, non teneri. & eſt verum eum, qui non animo *r* procuratoris interuenit, ſed affectionem amicalem *ſ* promiſit in monendis procuratoribus, & actoribus, & in regendis conſilio mandati *t* non teneri *t* ſed ſi quid dolo fecerit, non mandati, ſed magis de dolo teneri.

8 ¶ Si mandauero procuratori meo, vt Titio pecuniam meam credat, ſine vſuris, íſque non ſine vſuris crediderit *u*, an etiam vſuras mihi reſtituere debeat, videamus? Et Labeo ſcribit, reſtituere eum oportere, etiam ſi hoc mandauerim, vt gratuitam pecuniam daret: quamuis ſi *x* periculo ſuo credidiſſet, ceſſaret (inquit Labeo) in vſuris actio mandati.

9 ¶ Idem Labeo ait, & verum eſt, reputatione *y* quoque hoc iudicium admittere, & ſicuti fructus *z* cogitur reſtituere is, qui procurat, ita ſumptum *a*, quem in fructus percipiendos fecit, deducere eum oportet. ſed & ſi ad vecturas ſuas, dum excurrit in prædia, ſumptum fecit, puto hos quoque ſumptus reputare eum oportere. niſi ‖ſi‖ ſalarius *b* fuit, & hoc conuenit vt ſumptus de ſuo faceret ad hæc itinera, ‖ hoc eſt, de ſalario. ‖

10 ¶ Idem ait, ſi quid procurator citra mandatum

a Puta ſi quod ante traditionem non obligaueris, non manumiſeris, ſeruitutem non impoſueris, *l.* 2. *in pr.* ʒ. *de hered. vend.* facit *l.* 6. ʒ. *de acquir. rer. dom. l. ſi quis à multis* 14. ʒ. *de noxalib.*

b *l.* 59. §. 1. ʒ. *eo.*

c Procurator bonam fidem præſtare debet.

d §. 9. ʒ. *eo. l.* 13. §. 1. *de vſuris.*

e Vſuræ, actione mandati veniunt. Procurator vſuras præſtat ex mora, *vt hic.* ſi pecuniam domini fœnori dedit, *verſ. ſed etſi.* ʒ. *eod.* ſi in vſus ſuos pecuniam vertit, *v. vſ. quod ſi* ʒ. *eod.*

f quæ ſcilicet legitimo modo in regionibus frequentantur, *vt* ʒ. *eodem.* eamque verborum hic traiectionem notat Cuiac. 13. *obſ.* 15.

g Vſuras legitimas præſtat procurator quibus caſibus eas præſtare mandanti cogitur.

h de vſurarum legitimo modo dixi ad *leg.* 1. §. 3. ʒ. *de pign.*

i Centeſimas, exemplo, tutorum & curatorum & Duumvirorum qui Reip. negotia geſſerunt: nam ab his procuratores, vel geſtores differre non ſinit lex 38. ʒ. *de negotiis.* Cuiac. *d. l.* Porro quod de anatociſmo hic adfertur, nimis contrarium eſt. Dixi interim de anatociſmo ad *l.* 28. *C. de vſuris.*

k *vt l.* 6. §. 6. ʒ. *eodem.*

l Mandati non agit, cui ex mutuo competit actio. Cur ita? Agendum ex eo contractu eſt, qui præcipuè geritur, non ex alio: facit *l.* 8. *in principio ſu. vt eodem.*

m *l.* 31. ʒ. *de neg. l.* 19. ʒ. *de Inſt. l. pen. & l. vlt. C. de inſtitoria, l.* 13. §. 25. ʒ. *de act. empt.*

n Cedenda nobis actione, hoc eſt qua nobis cedenda eſt à procuratore etiam abuti poſſumus. Proinde mihi aduerſus eum, qui actionem quæſitam reddere debet, experiri licet, vel vt debitorem ipſum liberet, vel vt eum mihi vel alij deleget.

o *l.* 45. ʒ. *eod.*

p illicò facit, qui eodem momento facit.

q Dos mandati actione reſtituenda non matri, etſi numerauit, ſed filiæ, quæ matri mandauit dotem ſtipulari.

r *Mandatum* eſt conuentio, qua is qui quid rogatur, procuratoris animo, in ſe recipit gratuito daturum facturúmve, *vt hic, & l.* 2. ʒ. *de proxeneticis.*

ſ adde *l.* 41. ʒ. *de negot.*

t Mandati non tenetur qui rogatus eſt conſilium alteri impertiri. Si tamen dolo quid fecerit, doli tenebitur, *v. l.* 2. *in fin.* ʒ. *eod.*

u Quid ſi maiores, quàm teſtator rogauerit, vſuras tutores ſtipulati ſunt, an eis lucro, an verò eorum pupillis cedent: *v l.* 47. §. 4. ʒ. *de admin. tut.*

x Vſuras ſortis creditæ voluntate domini, procurator non reſtituit, ſi ſortem ſuo periculo credidit: hoc eſt, niſi conſenſu domini ſuo ac proprio periculo credidit: cur enim dominus vſuras ex ea pecunia expectet, quam ſuo periculo credi noluit?

y Mandati iudicio continentur mutuæ præſtationes, vt fructuum, ita ſumptuum & impenſarum.

z §. 2. ʒ. *eod. l.* 59. §. 1. ʒ. *eod.*

a *l.* 12. §. 9. ʒ. *eod.*

b *Saliarius* ea forma dicitur, qua fideicommiſſarius, legatarius, depoſitarius: alij legunt, *ſalarium fuit*: fortè legendum, *ſalarius* fuit, vt ſalariatus ſit qui ſalarium habet; velut *peculiatus*, qui peculium.

in vo

in voluptatem *a* fecit, permittendum ei *b* auferre, quod ſine damno domini fiat, niſi rationem ſumptus iſtius dominus admittit.

11 ¶ Fideiuſſores, & mandatores *c*, etſi ſine *d* iudicio ſoluerint, habent actionem mandati.

12 ¶ Generaliter Iulianus ait, ſi fideiuſſor *e* ex ſua perſona omiſerit exceptionem, qua reus vti non potuit, ſi *f* quidem minus *g* honeſtam *h*, habere eum mandati actionem. quod ſi eam, qua reus vti potuit, ſi ſciens *i* id fecit, non habiturum mandati actionem, ſi modo habuit facultatem rei conueniendi deſiderandique, vt ipſe ſuſciperet potius iudicium *k* vel ſuo, vel procuratorio nomine.

18 ¶ Si fideiuſſori donationis *l* cauſa *m* acceptum factum ſit à creditore, puto ſi fideiuſſorem remunerari voluit creditor, habere eum mandati actionem. Multò *n* magis, ſi mortis cauſa accepto tuliſſet creditor, vel ſi eam *o* liberationem legant.

11. *Pomponius* libro 3. ex Plautio.

SI ei, cui damnatus ex cauſa fideiuſſoria fueram, heres poſtea extitero: habebo mandati *p* actionem.

1. *Si fideiuſſori & filiofam. vel ſeruo donaturus pro eo ſoluit.* 3. *De ſeruo.* 4. *vel filiofamil. fideiuſſore.* 5. *Si filiofam. mandetur vt ſoluat.* 7. *Cui datur actio contraria.* 8. *Si patronus prædium emens, & partem pretij ſoluens, iuſſerit liberto reliquum ſoluturo tradi, iſque reliquum ſoluerit, deinde patrono prædium vendenti conſenſerit.* 9. *De ſumptibus à mandatario factis, & de vſuris* 10. *De pecunia data, vt creditori ſoluatur.* 11. *De mandato adoleſcentis luxurioſi.* 12. *De epiſtola commendatoria.* 13. *De eo qui pro filiofamil. mutuante fideiuſſit.* 14. *De mandato poſt pecuniam creditam.* 15. *De mandato tutoris.* 16. *De reuocatione mandati.* 17. *De monumento faciendo.*

12. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

SI verò *q* non *r* remunerandi cauſa, ſed principaliter donando *ſ*, fideiuſſori remiſit actionem; mandati *t* eum non acturum *u*.

1 ¶ Marcellus autem fatetur, ſi quis donaturus *x* fideiuſſori, pro *y* eo ſoluerit creditori, habere fideiuſſorem mandati actionem.

2 ¶ Planè, inquit, ſi filiusfamilias, vel ſeruus fuit fideiuſſor, & pro his ſoluero donaturus eis, mandati patrem, vel dominum non *z* acturos. hoc ideo, quia non patri donatum voluit, qui ſoluit.

3 ¶ Planè ſi *a* ſeruus fideiuſſor ſoluerit, dominum mandati acturum.

5 ¶ Idem Marcellus ibidem ait, ſi filiusfamilias non iuſſu patris fideiuſſerit *b*, ceſſat mandati actio, ſi nihil ſit in peculio. quod ſi iuſſu, vel ex peculio ſolutum eſt, multo magis habet pater mandati.

5 ¶ Si filiofamilias mandaui, *vt pro me ſolueret*, patrem, ſiue ipſe ſoluerit, ſiue filius ex peculio, mandati acturum Neratius ait, quod habet rationem nihil *c* enim mea intereſt, quis ſoluat.

6 ¶ Si filiofamilias mandauero, *vt me pro ſolueret*, & emancipatus ſoluat, verum eſt in *d* factum actionem filio *e* dandam, patrem *f* autem, poſt emancipationem ſoluentem, negotiorum geſtorum actionem habere.

a ad voluptatem fecit. *Haloan.*
b *v. l. 3. §. 4. ſ. de in rem verſ.*
c id eſt mandatarij, qui alterius mādato alicui pecuniam credunt: vel dic, mandatores, qui mandarunt alicui pecuniam credi.
d id eſt, ſponte & ſine controuerſia.
e Fideiuſſor mandati actionem habet, etiamſi ſciens omiſerit exceptionem minus honeſtam, qua ipſa vti potuit ex perſona ſua, reus non potuit. Mandati actionem non amittit, qui exceptionem inhoneſtam rei principalis iudicio omiſit: poteſt enim fideiuſſor inhoneſtá exceptionem omittere.
f Quæ ſit minus honeſta exceptio, hic quæritur? Poteſt ſumi exemplū de exceptione ex edicto, quod quiſque iuris, quam Græci vocant exceptionem ſtellionatus, videlicet cum is qui decoxit creditoribus, impetratis nouis tabulis, agit cum debitoribus ſuis. Repellitur enim exceptione ſtellionatus: quia vt ſtellionatus eſt in creditore, qui non numeratam pecuniam, vel numeratam iterum accipit, etiamſi ex ſententia iudicis, ei ſoluatur, *l. 29. in fin. j. eod.* ita & in debitore qui decoquit creditoribus, licet legis beneficio (id eſt nouarum tabularum) ei debitum remittatur, *l. bona fides 50. j. de act. empt.* Decoctor autem aduerſus decoctorem hac exceptione non vtitur, quia abſurdum eſt, vitium, in quo ipſe ſit, obiicere ipſum alteri. cætera v. apud Cuiac. 11. *obſeru.* 40.
g Quid ſi honeſtam omiſit? mandati actionem non habebit vt ἐξ ἀντιδιαστολῆς hinc colligitur, (vt ſi omiſit exceptionem pacti in ſuam perſonam concepti vel interceſſionis, vel temporis qua reus vti non potuit) quod ita procedit, niſi reo cauere velit de indemnitate, *l. 29. in fin. j. eod. l. pen. ſ. ad Velleian.* quæ cautio non deſideratur ab eo qui exceptionem inhoneſtam omiſit. Cuiac. *ibid.*
h Cur licet ei minus honeſtam omittere? Excuſatus eſt pudor eius qui minus honeſta exceptione vti noluit, *l. 48. j. eod.*
i *l. 29. j. eod.*
k *v. l. 1. in fin. j. de eo qui pro tutore.*
l Mandati actione aduerſus reum principalem fideiuſſor experiri poteſt, cui creditor remunerandi animo, debitum rei principalis inter viuos, vel mortis cauſa donatione accepto tulit, vel liberationem legauit, *vt hic.* Secus ſi ſimpliciter ei donauit, *l. 12. j. eod.*
m *l. 9. l. 10. l. 11. j. pro ſocio.* facit *l. 29. §. 1. de donationib.*
n Remunerandi cauſa præſumitur fieri mortis cauſa donatio & legatum.
o *al.* ei p Imo ex ſtipulatu, non mandati, *l. 21. in fin. j. de fideiuſſ.*
q *verò.* particula aduerſaria. r Remunerationis & donationis ſimplicis differentia Qui principaliter donat, citra obligationem vllam nouum beneficium refert: qui remuneratur, donat, ſed prouocatus. Hinc etiam colligunt, in donatione remuneratoria, donatorem euictionis non teneri. v Bart. *l. 131. §. 1. j. de verb. oblig.*
ſ *ſub.* inter viuos. t Imò, ſi creditori fideiuſſoris acceptum tulero, fideiuſſor ex mandato agere poterit, *l. 26. §. 3. j. eod.* u Cur ita? ei nihil abeſt: creditori verò nihil adeſt. Remiſſæ actionis ea conditio eſt.
x *ſub.* inter viuos. y Soluit creditori fideiuſſor, ſi per alium ſoluit, & ſic ſolutione vtroque modo facta, mandati actio eſt fideiuſſori in reum principalem.
z Cur non acturi? patri vel domino donatum noluit, qui ſoluit. Qui fungitur filio vel ſeruo donare, patri vel domino donare non intelligitur, fictionis fictio non eſt, *l. cum poſt 60. ſ. gener. 4. j. de iure dotium.*
a Mandati agit dominus ex ſolutione ſerui fideiuſſoris.
b & condemnatus ſit pater.
c mandati pater agit, ſiue ipſe, ſiue eius filius fideiuſſoria ex cauſa ſoluerit.
d quæ vtilis dicitur, *l. 16. j. de hered. inſt.* ex æquo.
e v, quæ ſcripſi ad *l. 78. j. de verb oblig.*
f Mandatum filiofamilias factum, pater exequi poteſt, filio ipſo emancipato: qua in ſpecie patri, negotiorum, non mandati, actio competit.

7 ¶ Contrario *a* iudicio experiuntur, qui mandatum ſuſceperunt, vtputa qui rerum, vel *b* rei vnius procurationem ſuſceperunt.

8 ¶ Inde Papinianus quærit, ſi patronus prædium, quod emerat, pro quo pretij beſſem *c* exſoluerat, iuſſerit liberto ſuo tradi *d*, *vt ille reſiduum* e *pretij redderet*, deinde, reddito pretio, vendenti fundum patrono libertus conſenſerit, trientis pretium an libertus poſſit repetere. & ait, ſi mandatum ſuſcepit initio libertus, non donatum accepit, contrario iudicio poſſe eum pretium repetere, quod deductis mercedibus, quas medio tempore percepit, supereſt. quod ſi donationem patronus in libertum contulit, videri *f* & poſtea libertum patrono donaſſe.

9 ¶ Si mihi mandaueris, *vt rem tibi aliquam emam*, egóque emero meo pretio *g*, habebo mandati actionem de pretio recuperando. ſed & ſi tuo pretio, impendero *h* tamen aliquid bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio, aut ſi rem emptam nolis recipere. Simili modo, & ſi quid aliud mandaueris, & in id ſumptum fecero. Nec tantum id *i* quod impendi, verùm *k* vſuras *l* quoque conſequar. Vſuras *m* autem non tantùm ex mora eſſe admittendas; verùm iudicem æſtimare debere, ſi exegit à debitore ſuo quis, & ſoluit, cùm vberrimas vſuras conſequeretur, (æquiſſimum enim erit rationem eius rei haberi) aut ſi ipſe mutuatus grauibus vſuris, ſoluit.

¶ Sed & ſi reum vſuris non releuauit, ipſi autem & vſuræ abſunt, vel ſi minoribus releuauit, ipſe autem maioribus fœnus accepit, vt fidem *n* ſuam liberaret, non dubito, debere eum mandati iudicio & vſuras conſequi. & (vt eſt conſtitutum) totum hoc ex æquo & bono iudex arbitrabitur.

10 ¶ Dedi *o* tibi pecuniam, *vt creditori meo exſoluat.* non feciſti. præſtabis mihi *p* vſuras *q*. quo caſu & à me creditor pecuniam debitam cum vſuris recepturus ſit: & ita Imperator Seuerus Hadriano Demonſtrati reſcripſit.

11 ¶ Si adoleſcens *r* luxurioſus mandet tibi, *vt* *ſ* *pro meretrice fideiubeas*, idque tu ſciens mandatum ſuſceperis, non habebis mandati actionem: quia ſimile *t* eſt, quaſi *u* perdituro pecuniam ſciens credideris.

¶ Sed & ſi vlterius directo mandauerit tibi, *vt meretrici pecuniam credas*, non *x* obligabitur mandati, quaſi aduerſus bonam fidem mandatum ſit.

12 ¶ Cum quidam talem epiſtolam *y* ſcripſiſſet amico ſuo, *rogo te, commendatum* z *habeas Sextilium Creſcentem amicum meum*, non obligabitur *a* mandati. quia *b* commendandi magis *c* hominis, quam mandandi *d* cauſa ſcripta eſt.

13 ¶ Si quis mandauerit *filiofamilias credendam pecuniam*, non *e* contra Senatuſconſultum accipienti, ſed ex ea cauſa, ex qua de peculio, vel de in rem verſo, vel quod iuſſu pater teneretur, erit licitum mandatum.

¶ Hoc amplius dico, ſi cum dubitarem vtrum contra Senatuſconſultum acciperet, an non, nec eſſem daturus contra Senatuſconſultum accipienti, interceſſerit, qui diceret, non accipere *f* contra Senatuſconſultum, *& periculo meo crede*, dicat, *bene* g *credo*, arbitror, locum eſſe mandato, & mandati eum teneri *h*.

14 ¶ Si poſt creditam pecuniam mandauero creditori credendam, nullum *i* eſſe mandatum rectiſſimè

a Mandati contrario iudicio experiuntur procuratores, ſiue omnium rerum, ſiue vnius rei paocuratores ſint.
b rerum conſideratione duæ ſunt mandati ſpecies, generalis, & ſpecialis, *vt hic*: con. conſenſu inſpecto, tres, *l. 1. in pr. & §. 1. ſ. eod.* puta, ſi quis vel mandet, vel non prohibeat, vel ratum habeat, *l. 60. j. de reg. iur.* Perſonarum verò contemplatione, quinque, *vt l. 2. ſ. eod. Inſt. eod. in pr.*
c Bes, octo vnciæ, *§. hereditas. Inſt. de hered. Inſt.*
d & ita donari, vt *l. 8. C. de reuoc. don.*
e id eſt, tertiam partem.
f Vnus actus donationis facit aliā donationem præſumi, *Bart.*
g mea pecunia, *Paul. 2. ſent. 15. §. 2.* adde *l. 10. §. 9. ſ. eod.*
h Mandati actione pretium, *vt ſ. eod.* impenſas, *vt hic*, ſumptus *ver. ſimili modo.* vſuras conſequimur, *verſ. nec tantum.*
i *l. 10. l. 27. §. 4. l. 56. in fin. j. eod. leg. 11. in fin. l. 14. l. 10. C. eod.*
k *Paulus ibid.*
l *l. 1. C. eod.*
m Vſuras mandati iudicio procurator conſequitur, etiam in ſoluendo moram dominus ipſe non admiſerit: verbi gratia, procurator exegit ſortem à debitore ſuo, et qua forte vberrimas vſuras conſequebatur: eas, pecunia accepta, mandantis creditori ſoluit: eaque ſolutione mandantem liberauit, *vt hic.* Item procurator mutuum accepit grauibus vſuris, & ex ea pecunia mandantem qui vſuras alteri debuit, liberauit, *verſ. aut ſi ipſe*, his caſibus vſuras procurator conſequenter Quid ſi ſolutione nullis vſuris mandantem liberauit? etiam vſuras, ſi quæ ipſi abfuerint, conſequitur. *verſ. ſed etſi.* Quid ſi procurator maioribus vſuris pecuniam accepit, & minoribus vſuris mandantem liberauit? & hoc quoque caſu vſuras procurator conſequetur, cum vt fidem ſuam liberaret, ſed vt munus mandati ſuſceptum exequeretur, eas ſolutiones fecerit, *verſ. ſed ſi minorib.* n Fidem ſuam liberare procurator periculo mandantis debet.
o adde *l. ſi tibi 25 j. de donat.*
p Vſuras mandati præſtat etiam procurator, vt ſi pecuniam acceptam à mandante, vt vſuras creditori mandantis ſolueree, nen ſoluit.
q actione mandati, *l. 17. j. de ſolut.*
r Num in alio quàm adoleſcente diuerſum ius eſt? ſic videtur. nam etſi meretrix turpiter viuit, non eſt tamen excluſa donationibus, *l. 5. j. de donat.* commerciis & contractibus, *v. l. 4. §. 3. ſ. de cond. ob turp.* præſertim cum patrefamilias, arg. *l. 3. §. 6. ſ. de in rem verſ.* excipe caſum legis 11. *j. de impenſis.*
ſ Mandati non agit, qui fideiubet ex inhoneſta cauſa.
t Paria ſunt perdituro & meretrici credere.
u Luxurioſo quod creditur, perdituro creditur.
x *l. 24. § 4. ſ. de minor.*
y Mandati non obligatur, cui mandatur inhoneſtum.
z Epiſtola commendatoria ſcribentem non obligat.
a *l. vlt. C. quod cum eo qui.*
b Commendatoria verba non obligant.
c verbum *commendandi*, cum ad perſonam refertur, obligationem non inducit, *vt hic.* ſecus ſi ad rem, tunc enim deponere ſignificat, *l. 24. in pr. ſ. depoſiti.* adde *l. vlt. verſ. neque, C. quod cum eo.* d *Commendare* aliud eſt quam mandare.
e aliud ſi mandaſſet. *l. 7. C. eod.* f Mandati agit, qui mandati filiofamilias credi in caſu permiſſo, neque per Senatuſconſultum Macedonianum prohibito.
g *Puto ita legendum*, non accipit contra Senatuſconſultum, periculo meo crede, bene credis: vt ſint tres fideiubendi pro filiofamilias formulæ.
h Qui affirmat creditori, eum rectè & idoneè crediturum, nec tenetur mandati, *l. 9. ſ. de dolo. l. 5. §. 10. ſ. de inſtitoria, l. 4. in fin. j. de fideiuſſoribus tutorum, l. 24. j. de fideiuſſorib.* ſed tamen cognita cauſa, *l. 7. in fin. ſ. de dolo.*
i Mandatum futuri eſt, non facti, Mandatum præcedere obligationem debet nam facti præteriti non ſequi, vt ſit mandati actio, requiritur vt res ſit futura.

Papinianus

Rapinianus ait: planè ſi *vt expectares, nec a vrgeres debitorem ad ſolutionem.* mandauero tibi, vt ei des interuallum, periculóque meo pecuniam fore dicam, verum puto, omne nominis periculum debere ad mandatorem pertinere.

15 ¶ Idem ait, ſi tutor mandet, *ſuſcipi, vel probari nomen b*, quod fecerat, teneri eum mandati, ſcilicet quondam pupillo ſuo, vel curatori eius.

16 ¶ Si mandauero *exigendam pecuniam*, deinde voluntatem mutauero c; an ſit mandati actio vel mihi, vel heredi meo? Et ait Marcellus, ceſſare mandati actionem, quia extinctum *d* eſt mandatum, finita voluntate. Quòd ſi mandaueris exigendam, deinde prohibuiſti, exactámque *e* recepiſti, debitor liberabitur.

17 ¶ Idem Marcellus ſcribit, Si, *vt f poſt mortem ſibi monumentum fieret*, quis mandauit, hæres eius poterit mandati agere g. Illum verò, qui mandatum ſuſcepit, ſi ſua pecunia fecit, puto agere mandati, ſi non ita ei mandatum eſt, vt ſua pecunia faceret monumentum: potuit enim agere etiam cum eo, qui mandauit, vt *h* ſibi pecuniam daret ad faciendum, *i* ſi iam quædam ad faciendum parauit.

De fundo heredibus emendo.

13. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

IDem eſt, & ſi mandaui tibi, *vt poſt mortem meam heredibus meis emeres fundum.*

Si heres fideiuſſoris, aut emptor hereditatis ſoluerit. 1. Si heres fideiuſſoris à coherede emens hereditatem, totum ſoluerit.

14. *Vlpianus* lib. 51. ad Edictum.

HEredem *l* fideiuſſoris *m*, ſi ſoluerit, habere mandati actionem dubium non eſt.

¶ Sed ſi vendiderit hereditatem, & emptor *n* ſoluerit, an habeat mandati actionem, quæritur? Et Iulianus lib. 13. ſcribit, idcirco heredem habere mandati ctionem *o*, quia *p* tenetur iudicio ex empto *q*, vt præſtet actiones *r* ſuas, idcircóque competere ex empto actionem, quia *ſ* poteſt præſtare.

1 ¶ Si fideiuſſori duo heredes extiterint, & alter eorum à coherede emerit hereditatem, deinde omne, quod defunctus fideiuſſerat, ſtipulatori ſoluerit: habebit aut ex ſtipulatu, aut ex empto obligatum coheredem ſuum: idcirco is mandati actionem habebit.

De riuocatione mandati.

15. *Paulus* lib. 2. ad Sabinum.

SI mandatum *t* tibi, *vt fundum emeres*, poſtea ſcripſiſſem, ne emeres, tu antequàm *u* ſcias me vetuiſſe, emiſſes, mandati tibi obligatus ero, ne damno adficiatur, is, qui ſuſcipit mandatum.

De mandato vt, quid fiat in loco mandatarij.

16. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

SI quis mihi mandauerit, *in meo x aliquid facere*, & fecero: quæſitum eſt, an ſit mandati actio *y*? Et ait Celſus lib. 7. Digeſtorum, hoc reſpondiſſe ſe, cùm Aurelius Quietus hoſpiti ſuo medico mandaſſe diceretur, *vt in hortis eius quos Rauennæ habebat, in quos omnibus annis ſecedere ſolebat, ſphæriſterium z, & hypocauſta a, & quædam ipſius valetudini apta, ſua impenſa faceret.* deducto, igitur, quanto ſua ædificia pretioſiora feciſſet, quod amplius impendiſſet, poſſe eum mandati iudicio perſequi.

Quo tempore ſpectatur an mandatarius exegerit.

17. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

SI mandauero tibi *vt à Titio decem exigeres*, & ante exacta ea, mandati tecum egero, ſi ante *a* rem iudicatam exegeris, condemnandum te eſſe conſtat.

ratihabitio quidem ſed non mandatum eſſe poteſt, *vt hic.* adde & illa duo requiri, vt mandatum ſc. ſit grauitum, & res honeſta: adde quæ ſcripſi ad §. 3. *Theoph. Inſtit. de fideiuſſorib.*

a *l.* 58. §. 1. ȷ. *eod.*

b vt in *l.* 16. *inf. de admin. tut.*

c non ſufficit tamē mandatorem mutaſſe voluntatem: requiritur amplius vt mandatario voluntatis indicetur mutatio: alias qui cœpit gerere negotium, poſt reuocatum etiam mandatum, rectè agere poterit.

d Mandatum extinguitur voluntate finita.

e *v. l.* 31. *in fi.* ſ. *de petit. hered.*

f Mandatum, quod poſt mortem confertur, morte non finitur.

g *l.* 12. §. 3. *ſup. de religioſ.*

h Procurator ſagit mandati, vt pecuniam conſequatur, ad negotij mandati executionem.

i Mandati agit fideiuſſor ſi ſoluit: Imò non tantùm fideiuſſor, ſed & eius heres.

k Contraria mandati actione, mandatarius non ſolùm excipiendo reputat ſumptus & vſuras, ſed etiam eas perſequitur per actionem: quinimò agere poteſt, vt pecuniam à mandatore accipiat ad exequendū mandatum.

l Atqui mandatum morte finitur, *l.* 26. *inf. eod.*

m & tutoris *l. pen. de contr. tutelæ.*

n Reuocati mandati iuſta ignorantia procuratori mandatum exequēti non nocet. adde *l.* 12. §. 2. *inf. de ſolutionibus.*

o aduerſum reum principalem, debendi ſc.

p conuentus hypothecaria.

q eadem eſt ratio in *l.* 8. §. 3. ſ. *eod.*

r emptori ſc. *l.* 11. *in princ.* ȷ. *de act. empt.* ſ quæ ſc. poſt huiuſmodi ſolutionem factam, non prius, fideiuſſori in mandatorem competere cœperunt. hinc collige, in emptorem hereditatis transferri eas tantùm actiones, quæ tunc temporis competebant cùm hereditas ei venderetur. *Bart. hic.* Et licèt ceſſiones non ſint ſtricti iuris, ſed extendantur ad ſuas conſequentias, hoc tamen intelligi oportet de iis conſequentiis, quæ tempore venditionis exiſtebant, non de aliis quæ poſtea cœperunt competere. Bald. ad *l.* 6. *C. de ſolut.* notat tamen Bartolus dicto loco, hodie in contractibus emptionis & venditionis venditorem cedere ius omne quod habet & habere ſperat. t *al.* mandaſſem. u *l.* 11. §. 2. *inf. de act. empt.*

x Mandatum vt in meo ædificem ad tuum commodum, mandati actionem parit: atque ita, vel in re mandantis mandatum conſiſtit. y eſt: ſed quomodo? vide *l.* 22. §. 2. ȷ. *eo.* z Sphæriſterium & hypocauſtum, apta valetudini: vtrumque rectè balneis iungitur, 9. Plin. *ep.* 6. Ibid. cubiculum, hyeme tepidiſſimum, quia plurimo ſole perfunditur: cohæret *hypocauſtum:* & ſi dies nubilus, immiſſus vapor, ſolis vicem ſupplet. Inde, *apodyterium* balnei laxum, excipit cella frigidaria, & poſt, Apodyterio ſuppoſitum eſt *ſphæriſterium*, quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit nec procul à balineo ſcalæ, &c. erat ergo locus balnei rotundus, in quo veteres frictiones ſuas & varia exercitationum genera facere ſolebant. Suetonius in *Veſpaſiano c.* 20. valetudine proſperrima vſus eſt, quamuis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces, ceteráque membra ſibimet ad numerum in ſphæriſterio defricaret. Erat etiam Sphæriſterium locus ad pilæ exercitium aptiſſimus Lampridius *in Alexandro*, poſt lectionem, operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſus aut luctaminibus dabat.

a de Hypocauſtis vide *l.* 55. §. 3. *inf. de legatis* 3.

De tacito conſenſu.

18. *Vlpianus* libro 40. ad Sabinum.

QVi *b* patitur *c* ab alio mandari, vt ſibi credatur, mandare intelligitur.

Si ſeruus ſe emi mandauerit.

19. *Idem* lib. 43. ad Sabinum.

SEruus meus ſi de ſemet *d* emendo mandaret, vt redimatur, Pomponius eleganter tractat, an is, qui ſeruum redemerit, vltrò conuenire poſſit venditorem *e*, vt ſeruum recipiat: quoniam mandati actio vltrò *f* citróque eſt? Sed eſſe iniquiſſimum Pomponius ait, ex *g* facto ſerui mei cogi me ſeruum recipere, quem in perpetuum alienari volueram. Nec magis in hunc caſum debeo mandati teneri, quàm vt eum tibi venderem.

De lucro vel damno mandatarij. 1. De fideiuſſore abſentis.

20. *Paulus* lib. 11. ad Sabinum.

EX mandato, apud eum, qui mandatum ſuſcepit, nihil *h* remanere oportet. Sicuti nec damnum pati debet, ſi exigere fœneratam pecuniam non potuit.

1 ¶ Fideiuſſori negotiorum geſtorum *i* eſt actio, ſi pro *k* abſente fideiuſſerit *l*: nam mandati actio non poteſt competere, cùm non anteceſſerit mandatum *m*.

Si quis pro aliquo mandato alieno fideiuſſerit, vel ſpoponderit.

21. *Vlpianus* libro 47. ad Sabinum.

CVm mandato alieno *n*, pro te *o* fideiuſſerim, non poſſum aduerſus te habere actionem mandati. quemadmodum qui alienum mandatum intuitus, ſpopondit. Sed ſi non vtique vnius, ſed vtriuſque mandatum intuitus id fecerim, habebo mandati actionem etiam aduerſus te: Quemadmodum ſi duo mihi mandaſſent, vt tibi crederem, vtrumque haberem obligatum.

De fideiuſſore ſoluente ante diem. 2. Si mandetur de re mandatarij. 5. De mandato eius, cuius bona publicata ſunt. 6. De re turpi. 7. De pecunia data vt alteri detur. 8. Si debitor ſeruo creditoris mandet, vt ſoluat. 9. De re empta à ſeruo fugitiuo & tradita extraneo. 10. De venditione bonorum: & de creditoribus tam præſentibus, quàm abſentibus. 11. De mandato ſuſcipiendo, & implendo, vel renuntiando.

22. *Paulus* libro 32. ad Edictum.

SI mandauero tibi *vt pro me in diem fideiubeas*, túque *p* purè *q* fideiuſſeris, & ſolueris, vtilius reſpondebitur, interim non eſſe tibi mandati actionem: ſed cùm *r* dies venerit.

1 ¶ Item tractatum eſt, ſi, cum in diem deberem, mandato meo in diem fideiuſſeris, & ante diem ſolueris, an ſtatim habeas mandati actionem: Et quidam putant *ſ*, præſentem quidem eſſe mandati actionem, ſed tanti minorem, quanti mea interſit, ſuperueniente die ſolutum fuiſſe. ſed *t* melius eſt dici, interim *u* nec huius ſummæ mandati agi poſſe, quando nonnullum adhuc commodum, meum ſit, vt *x* nec hoc ante diem ſoluam.

2 ¶ Interdum euenit, vt meum negotium geram *y*, & tamen *z* vtilem habeam mandati actionem: veluti cum debitor meus periculo ſuo debitorem ſuum mihi delegat, aut cùm *a* rogatu fideiuſſoris cū reo experior, nam quamuis debitum meum perſequar, nihilominus & illius negotium gero: igitur, quod minus ſeruauero, conſequar mandati actione.

3 ¶ Si hi *b*, quorum res veneunt, quas pignori dederunt, ſuppoſuerunt emptores, & eis emendas res mandent, mandatum intelligitur *c*: licet, quantum ad meram rationem, mandatum non conſtitit. Nam cùm rem tuam emas, nulla *d* emptio eſt in tua perſona rei tuæ.

4 ¶ Iulianus ſcripſit, mandati obligationem conſiſtere etiam *e* in re eius, qui mandatum ſuſcipit, ex eo maximè probari: quod ſi plurib. heredib. vendentibus vni mandauero *f*, vt rem hereditariam emeret, etiā *g* pro ea parte, qua heres ſit, obligatur mādati *h* actione, & obligat *i*: & ſane ſi ille propter hoc extraneo rē nō

a Actio superueniens pendente iudicio ex cauſa præterita, actori ad cōdemnationem rei prodeſt.

b Mandat, qui patitur ab alio mandati vt ſibi credatur.

c Patientia habetur pro mandato & conſenſu, in his quæ vtilia ſunt ei qui patitur, ideo mandati tenetur, *l.* 6. §. 2. ſ. *eod. l.* 6. *C. eod. l.* 35. ȷ. *eo. l.* 60. ȷ. *de reg. iuris. l.* 5. §. 10. ſ. *de his qui deiecerunt*, *l.* 1. §. 5. *ſup. de exercitoria. l.* 1. §. *fin. inf de fluminib.*

d *l.* 54. *inf. eod.*

e ſub. mandati contraria.

f *l. Labeo. infr. de verb. ſign.*

g Facto ſerui mandantis domini cōditio deterior fieri non poteſt. vide *l.* ȷ. 133. ſ. *de regulis iuris.*

h Mandatum gratuitum eſſe debet: Procurator neque lucrum neque dānum ſentire debet *l.* 10. §. 2. ſ. *eod.*

i *l.* 3. 4. *ſup. de negotiis.*

k *v. l.* 3. *in fi. ſup. de negotiis. l.* 30. *ſup. de fideiuſſorib.*

l & ſoluerit. §. 6. *Inſt. de fideiuſſorib.*

m ſecus ſi anteceſſerit *l.* 23. *l.* 56. §. 1. *inf. eo.*

n Mandati actio conſiſtit, inter mandantem & mandatarium, at non cum eo qui mandatum exſequitur ab alio ſuſceptum.

o *l.* 53. *infra eod.*

p Mandatum excedit qui vel purè fideiubet, vel ſoluit, cum in diem fideiubendi mandatum acceperit his caſibus procurator mandati actionem non habet, mandatum enim, exceſſit.

q *l.* 51. *inf. eod.*

r vide *l.* 1. *C. de condiction. ex lege.*

ſ & malè *vt inf.*

t Mandati agitur ex forma fideiubendi præſcripta, non ex forma ſolutionis, hoc eſt procurator mandato fideiubendi in diem accepto, ante diem ſoluens, mandati non agit. Nam ſoluendo, commodum diei præſcripſit, id eſt, abſtulit mandatori. u id enim tēpus intermedium liberum eſt promiſſori *l.* 38. §. 6. *inf. de verb. oblig. l.* 31. *inf. de fideiuſſ.* adde *l.* 43. §. *pen. inf. de ædilit.*

x In obligatione ante diem non naſcitur obligatio, niſi poſt diem.

y vt in *l.* 16. *ſupra eod.*

z Mandati vtilem actionem habet interdum qui negotium gerit.

a *l.* 45. §. *fi. inf eo.* §. 2. *Inſt. eo.*

b Mandatum de re mea à tertio (qui eam iure poteſt vendere) emenda valet. Vnde colligitur, in publica ſubhaſtatione, quemque dominum, pignus ſuum emere poſſe: poſſe, inquam, vt quiuis poteſt, nam vt dominus non poteſt.

c de æquitate, *Accurſ.* ex æquo & bono.

d *v. l.* 10. *ſup. de pign.*

e Mandatum etiam in re mandatarij conſiſtit.

f *v l.* 85. *infr.*

g mandare tibi poſſum vt id emas quod pro parte tuum eſt.

h *ſubaudi*, directa. i *ſubaudi*, contraria.

addixeris

addixerit, quòd mandatum ſuſceperat ex bona fide eſſe, præſtare ei pretium, quanti vendere poterat: & contrà: ſi emptor ad emptionem rei ſibi neceſſariæ, idcirco non acceſſerat, quod heredi *a* præcepiſſet, *ſe ei empturum*, æquiſſimum eſſe, mandati iudicio præſtari, quanti eius interfuit, emptam rem habere.

5 ¶ Is cuius bona publicata ſunt *b*, mandare alicui poteſt, vt ea emat: & ſi emerit, vtilis erit mandati actio, ſi non præſtet fidem, quod ideò receptum eſt, quia publicatis *c* bonis, quidquid poſtea adquiritur, non ſequitur fiſcum *d*.

6 ¶ Qui ædem *e* ſacram ſpoliandum, hominem vulnerandum, occidendum, mandatum ſuſcipiat, nihil mandati iudicio conſequi poteſt, propter turpitudinem mandati.

7 ¶ Si tibi centum dedero *vt f ea Titio dares*, túque *g* non dederis, ſed conſumpſeris, & mandati *h*, & furti teneri te, Proculus ait. aut ſi ita dederim, vt quæ velles, dares *i*: mandati tantummodo *k*.

8 ¶ Si mandauerim ſeruo tuo *l*, *vt quod tibi debeam, ſoluerit meo nomine*, Neratius ſcribit, quamuis mutuatus ſeruus pecuniam, rationibus tuis quaſi à me receptam intulerit, tamen ſi nummos à creditore non ita acceperit, vt meo nomine daret *m*, nec liberari me *n*, nec te mandati *o* mecum acturum. quòd ſi ſic mutuatus ſit, vt pecuniam meo nomine daret, vtrumque contra eſſe *p*. nec referre *q*, alius ‖quis‖ ad idem ipſe ſeruus nomine tuo, quod pro me ſoluebatur, acceperit: & hoc verius eſt, quoniam *r*, quotiens ſuos *ſ* nummos accepit creditor, non contingit liberatio debitori.

9 ¶ Fugitiuus meus, cùm apud furem eſſet, pecuniam adquiſiit, & ex ea ſeruos parauit, eóſque Titius per traditionem à venditore accepit. Mela ait, mandati actione me conſecuturum, vt reſtituat mihi Titius: quia ſeruus meus mandaſſe Titio videbatur, vt per traditionem acciperet, ſi modo *t* rogatu ſerui hoc fecerit: quòd ſi ſine voluntate eius venditor Titio tradiderit, tunc poſſe me ex empto agere, vt mihi eos venditor traderet; venditorémque per condictionem *u* à Titio repetiturum, ſi ſeruos tradiderit Titio, quos non debuerit, cùm debere ſe exiſtimaret.

10 ¶ Si *x* curator *y* bonorum venditionem quidem fecerit, pecuniam autem creditoribus non ſoluerit, Trebatius, Ofilius, Labeo reſponderunt, his, qui præſentes fuerunt, competere aduerſus eum mandati actionem: his autem, qui abſentes fuerunt, negotiorum geſtorum actionem eſſe. atquin ſi præſentium mandatum exſecutus id egit, negotiorum geſtorum actio abſentibus non eſt, niſi *z* fortè aduerſus eos, qui mandauerunt curatori, tanquam ſi negotia abſentium geſſerint. quòd ſi cùm ſoli *a* creditores ſe eſſe exiſtimarent, id mandauerint, in factum actio abſentibus danda eſt in eos, qui mandauerint.

11 ¶ Sicut *b* autem liberum *c* eſt, mandatum non ſuſcipere, ita ſuſceptum conſummari oportet, niſi renuntiatum ſit. renuntiari autem ita *d* poteſt, vt integrum *e* ius mandatori reſeruetur, vel per ſe, vel per alium eandem rem commodè explicandi, aut ſi redundet in eum captio, qui ſuſcepit mandatum. Et quidem ſi is, cui mandatum eſt, vt aliquid mercaretur *f*, mercatus non ſit, neque renuntiauerit ſe non empturum, ídque ſua, non alterius culpa fecerit, mandati actione teneri eum conuenit. hoc amplius tenebitur (ſicuti Mela quoque ſcripſit) ſi eo tempore per fraudem renuntiauerit, cùm iam rectè emere non poſſet.

23. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris epitomarum.

SAnè *g* ſi valetudinis *h* aduerſariæ, vel capitalium inimicitiarum.

24. *Paulus* lib. 2. Sententiarum *a*.

SEu ob inanes *b* rei actiones.

25. *Hermogenianus* lib. Iuris Epitomarum.

SEu ‖ ob ‖ aliam *c* iuſtam cauſam excuſationes alleget, audiendus eſt,

De morte mandantis. 2. De fideiuſſore delegante. 3. vel per donationem liberato. 4. vel ſoluente. 5. procuratori creditoris. 6. De damno fortuito. 7. Si ſeruus ex mandato emptus mandatario furtum fecerit. 8. De ſeruo empto, edocto & vendito à mandatario.

26. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

INter cauſas omittendi mandati etiam mors *d* mandatoris eſt. nam mandatum ſoluitur morte. ſi tamen per ignorantiam impletum eſt, competere actionem vtilitatis *e* cauſa dicitur. Iulianus quoque ſcripſit, mandatoris morte ſolui mandatum: ſed *f* obligationem aliquando *g* durare.

1 ¶ Si quis debitori ſuo mandauerit, *vt Titio ſolueret*, & debitor mortuo *h* eo, cùm *i* id ignoraret, ſolueri, liberari eum oportet.

2 ¶ Abeſſe intelligitur pecunia fideiuſſori, etiam *k* ſi debitor ab eo delegatus *l* ſit creditori: licet is ſoluendo non fuerit, quia * bonum *m* nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum *n*.

3 ¶ Si is, qui fideiuſſori donare vult, creditorem eius habeat debitorem ſuum, eúmque liberauerit, continuò aget *o* fideiuſſor mandati: quatenus *p* nihil interſit, vtrùm nummos ſoluerit creditori, an eum liberauerit.

4 ¶ Præterea ſciendum eſt, non *q* plus fideiuſſorem conſequi debere mandati iudicio *r*, quàm ‖quod‖ ſoluerit.

5 ¶ Mandato tuo fideiuſſi in decem, & procuratori creditoris ſolui, ſi verus procurator fuit, ſtatim mandati agam. quod ſi *ſ* procurator non eſt, repetam ab *t* eo.

6 ¶ Non *u* omnia *x*, quæ impenſurus non fuit, mandatori imputabit: veluti quod ſpoliatus *y* ſit à latronibus, aut naufragio res amiſerit, vel languore ſuo, ſuorúmque adprehenſus, quædam erogauerit. nam *z* hæc magis caſibus quàm mandato imputari oportet.

7 ¶ Sed cùm ſeruus, quem mandato meo emeras, furtum tibi feciſſet, Neratius ait, mandati actione te *a* conſecuturum, vt ſeruus tibi noxæ dedatur: ſi tamen ſine culpa tua *b* id acciderit. Quòd ſi ego ſciſſem talem eſſe ſeruum, nec prædixiſſem, vt poſſis præcauere, tunc *c* quanti tua interſit *d*, tantùm tibi præſtari oportet.

8 ¶ Faber mandato amici ſui emit ſeruum decem, & fabricam docuit, deinde vendidit eum viginti *e*, quos mandati iudicio coactus eſt ſoluere: mox, quaſi homo non erat ſanus, emptori damnatus eſt *f*. Mela ait, non præſtaturum *g* id ei mandatorem, niſi poſteaquam emiſſet, ſine dolo malo eius hoc vitium habere cœperit ſeruus. Sed ſi *h* iuſſu mandatoris eum docuerit, contrà fore *i*. tunc enim & mercedem, & cibaria conſecuturum, niſi ‖ſi,‖ vt gratis doceret, rogatus ſit.

De liberatione. 1. De manumiſſione. De pœnitentia mandantis. 2. De mandato implendo vel renuntiando. 2. De morte mandatarij. 4. De impenſis à mandatario factis. 5. De mutuo.

27. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SI quis alicui ſcripſerit: vt *k* debitorem ſuum liberet, ſéque eam pecuniam, quem is debuerit, ſoluturum, mandati actione tenetur.

1 ¶ Si ſeruum ea lege tibi tradidero *l vt eum*,

---

a al. quòd heres recepiſſet.
b ſine capitis diminutione maxima & media ſc. puta relegari, non deportati, vt infra dicetur.
c Publicatis bonis, futura ſeu poſt quæſita bona non publicantur. Publicatio bonorum ad præſentia tantum bona reſtringitur. *l. certa forma 4. C. de iure fiſ. i.* & ita deportatus adquirit ex contractu, iure gentium.
d ſecus eſt in deportato, (deportatio autem ſucceſſit in locum aquæ & ignis interdictionis) hinc enim ſequitur omnium bonorum publicatio, & quæ adquirit poſt ſententiam, fiſco adquiri *l. 2. C. de bon. proſcriptor.* quam legem cum hac ita conciliat Cuiac. in *l. 8. inf. de teſt.* hoc etiam probatur ex iis quæ notaui ad *l. 7. in fin. ĵ. de bon. damn.* huc pertinet propriè lex 11. §. 4. *ĵ. de publicanis.*
e Mandatum rei turpis non parit mandati actionem *v. l. 6. §. 3. ſ. eo.*
f *l. 7. C. de furtis. l. 12. §. 10. ſ. eod.*
g Mandati non agit, qui mandatum non impleuit.
h vide quæ ſcripſi ad *l. 3. C. depoſiti. l. 1. C. de furtis.*
i ac poſtea conſumpſeris.
k non furti. nam cum arbitrio tuo mandator vſum eius pecuniæ reliquerit non videris eam conſumendo contra eius voluntatem contrectaſſe.
l qui mihi pecuniam credidiſti.
m ſed vt in peculio haberet.
n quia dominium mihi non fuit quæſitum.
o *ſub.* contraria.
p quia eo caſu, mihi per eum quæſitum inane eſt dominium pecuniæ mutuo acceptæ *l. 1. §. 19. §. 20. ĵ. de adq. poſſ.* q Soluere creditori, vt per quemcunque alium, ita per ſeruum eiuſdem creditoris ipſe debitor poteſt. r Si ſeruus tuus meo nomine pecuniam tuam tibi ſoluit, non liberor, *vt hic.* ſi ab alio mutuò acceptam meo nomine, tibi ſoluit, liberor: habes tamen aduerſus me actionem, vt ſeruum tuum indemnem reddam. Quid ſi mutuam accepit, non meo nomine, & eam tibi ſoluit, non liberor: nec tibi aduerſus me mandati eſt actio, vt *ſupra eod.*
ſ Soluendo non liberatur debitor, qui nummos ipſos creditoris, ipſi creditori ſoluit *l. 8. §. 5. ſ. eo.* vide *l. 7. in fi. C. de act. empt.*
t *l. 19. v. ſed ſi alij. inf. de ſolut.*
u Solutio indebitè facta inducit repetitionem.
x i. vt curator bonis datus diſtrahens mandato quorundam creditorum, eis tenetur mandati: ſic illi, aliis abſentibus creditoribus eo nomine tenentur actione in factum, ſi ſe ſolos creditores exiſtimarunt: negotiorum, ſi eſſe alios creditores non ignorarunt. y *v. inf. de curatore bonis dando.*
z Negotium proprium facimus ratihabitione.
a *l. vlt. inf. de curatore bonis dando.*
b Mandatum ſuſcipere, voluntatis: ſuſceptum perficere; neceſſitatis: niſi iuſta cauſa ſit renuntiandi.
c *l. 27. §. 2. ĵ. eo. §. 11. Inſt. eo.* vide Ciceronem *pro Roſcio Amerino*: *l. 17. §. 3. ſup. commodati.* d Renuntiare mandatum intempeſtiuè mandatarius non poteſt.
e Renuntiat intempeſtiuè, qui re non integra renuntiat: qui renuntiat mandatori, eo tempore quo vel ipſe per ſe, vel per alium rem æquè commodè explicare non poteſt. f *l. 5. §. 2. ſupra eod.*
g Renuntiandi mandati quæ iuſtæ cauſæ ſint.
h adde *l. 24. 25. ĵ. eo l. 20. l. 21. ſ. de procurat* ob ſubitam valetudinem, ob neceſſariam peregrinationem, ob inimicitiam & inanes rei actiones, integra adhuc cauſa mandati, negotio renuntiari poteſt. *Paul. 2. ſent. 15 §. 1.*

a *tit. 15.*
b *Inanes* ſunt actiones, quæ vel inopia vel exceptione debitoris excluduntur. De inani dixi ad *l. 6. ſ. de dolo.*
c *l. 16. 17. 18. ĵ. de procurat.*
d *v. l. 27. §. 3. ĵ. eod.*
e Vtilitatis cauſa quæ his dicitur, eſt, ne officium ſeu benignitas mea mihi noceat: *l. 240. ĵ. de verb. ſig. l. 7. inf. quem. teſt. aper. l. 61. §. 5. ĵ. de furtis, l. 19. C. de teſtibus.* ne te mandati vſus, vtilitatis gratia inter homines inuentus, retardetur.
f *l. 58. ĵ. eod.*
g Quis ille eſt caſus quo morte mandatoris ſoluitur mandatum, obligatio tamen mandati durat? Non eſt certè ille quem poſuit Paulus antè, ſi per ignorantiam impletum ſit mandatum: ſed qui proponitur in *l. 34. §. 1. inf. eo.*
h Mandati actio finito etiam mandato morte vel capitis deminutione mandatoris re nondum ſecuta duobus caſibus competit, Vno caſu, quoties procurator ignorans mortem domini, mandatum expleuit, *vt hic.* Altero, de quo in *l. 34. §. 1. inf. eo.*
i *l. 19. §. 3. inf. de donat.*
k Mandati fideiuſſor agit, quoties ei aliquid abeſt. Abeſt autem aliquid fideiuſſori, ſi ſuum debitorē rei principalis creditori delegauit.
l *l. 18. inf. de fideiuſſorib.*
m Solutionis vicem eſt delegatio. Soluit, qui delegat. Solutum accipit, qui delegatum accipit.
n ſibi imputaturus quod non magis idoneum admiſerit. *l. 1. §. 11. ĵ. de ſeparation.* o Imò non aget mandati, *l. 12. §. 1. ſup. eo. l. 14. C. de fideiuſſ.* p i. quandoquidem, quoniam vt *l. 3. §. 1. ſ. de in rem verſ.*
q Mandati iudicio fideiuſſor plus non conſequitur, quàm quod verè vel quaſi ſoluerit: niſi acceſſione nomini, quid amplius debeatur.
r adde *l. 8. §. 8. l. 22. in pr. & §. 1. ſupr. eod.*
ſ Fideiuſſor, mandati tum demum agit, cùm ſoluendo reum liberauit. Reum non liberat qui ſoluit falſo creditoris procuratori.
t Condictione ob cauſam *l. 14. in fin. ſupr. de condict. cauſ. dat.*
u Mandatarius non repetit ea quibus ſpoliatus eſt à latronibus, vel quæ naufragio amiſit, vel quæ in ſuorum morbum erogauit. Nam hæc caſus non ex mandato acciderunt *Syn. Baſil. 14. tit. 1. lib. 53. tit. 1. c. 5. §. 2.* x quædam tamen. *§. 7. ĵ. eod.*
y Mandatarius, mandatum exſequendo: ſi quid damni (captiuitate puta, vel ſimilibus,) ſenſerit, mandatori non imputat, licet aliàs (ſi mandatum illi non fuiſſet) id damni percepturus non erat, *vt hic*: non idem eſt in cauſa ſocietatis, *l. 52. §. 4. inf. pro ſocio.* Placet tamen quod Accurſius hic notat, hunc paragraphum, de curialitate, vt loquitur, non obſeruari, i. à bono & honeſto mandatore negligi.
z Mandati actione procurator non conſequitur damna quæ magis caſu, quàm ex mandati cauſa accepit.
a Iuſtiſſimè enim procurator allegat, ſe id damni non fuiſſe paſſurum, ſi id non fuiſſet mandatum, *l. 61. §. 5. ĵ. de furtis.* b *mea.* ita emendat Antonius Faber 3. coniect. 5. Simili errore putat in *l. 45. §. 7. ĵ. eo.* legendum, *tuam*, pro *meam.*
c Mandato meo à te emptus ſeruus ſi tibi furtum fecerit (me furem eum eſſe ignorante) noxæ eum tibi dedendo, liberor: ſi furem eſſe ſciui, nec prædixi, quanti tua interſit, teneor. d præter ſeruum noxæ tibi deditum. ſc. e vulgari ſc. ſeruorum pretio, *l. 1. C. de comm. ſeruo manumiſſ.* f per actionem redhibitoriam.
g i. mandatario mandator pretium ſerui reſtituet eo caſu: ſi modo ſine dolo mandatarij is ſeruus tale vitium contraxerit. facit *l. 8. in fin. ſupr. eod.*
h Mandatum docendi ſuſcipiens, intelligitur mandatum ea lege ſuſcepiſſe, vt me gratis doceret, ſed mercede accepta. i i. tenebitur mandatario, etiamſi ante emptionem fuerit vitioſus. Quid ita? quia factū mādatarij, videtur adprobaſſe mandator. cum de ſeruo empto docēdo, mādatariū rogauerit. *Io. Acc.* k Mādatario quod ei mandati nomine abſit, mandator præſtare cogitur. l Qui tradit, dominiū ſ...

poſt

oſt a mortem meam manumitteres, conſtitit obligatio: poteſt autem & in mea quoque perſona agendi cauſa inteſt autem & in mea quoque perſona agendi cauſa interuenire, veluti ſi, pœnitentia recta *b*, ſeruum reciperare velim.

2 ¶ Qui mandatum ſuſcepit, ſi poteſt id explere *c*, deſerere promiſſum officium *d* non debet. alioquin, quanti *e* mandatoris interſit, damnabitur: ſi verò intelligit, explere ſe id officium non poſſe, idipſum, cum primum poterit, debet mandatori nuntiare: vt is, ſi velit alterius opera vtatur. quòd ſi, cum poſſit nuntiare, ceſſauerit, quanti mandatoris interſit, tenebitur: ſi aliqua *f* ex cauſa non poterit nuntiare, ſecutus erit.

3 ¶ Morte *g* quoque *h* eius, cui mandatum eſt, ſi is integro adhuc mandato deceſſerit, ſoluitur mandatum *i*. & ob id heres eius, licet exſecutus fuerit mandatum, non habet mandati actionem.

4 ¶ Impendia *k*, mandati exſequendi gratia, facta, ſi bona fide facta ſunt, reſtitui omnimodo debent. nec *l* ad rem pertinet *m* quod is qui mandaſſet, potuiſſet, ſi ipſe negotium gereret, minus impendere.

5 ¶ Si, mandatu *n* meo, Titio credideris, & mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quam *o* ſi actiones *p* quas aduerſus Titium habes, mihi præſtiteris: ſed ſi cum Titio egeris, ego *q* quidem non liberabor: ſed in *r* id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio ſeruare non potueris.

De mandatore ſoluente.

28. *Vlpianus* lib. 14. ad Edictum.

PApinianus libro 3. Quæſtionum ait, mandatorem debitoris ſoluentem, ipſo iure *ſ* reum non liberare: propter *t* mandatum enim ſuum *u* ſoluit, & ſuo nomine, ideóque mandatori actiones putat aduerſus reum cedi debere.

De exceptione omiſſa à fideiuſſore. 1. De ſolutione. 4. De exceptione procuratoria. 5. De repetitione indebiti. 6. De fideiuſſore ſoluente.

29. *Idem* lib. 7. Diſputationum

SI fideiuſſor conuentus, cum *x* ignoraret non fuiſſe debitori numeratam pecuniam, ſoluerit ex cauſa fideiuſſionis, an mandati iudicio perſequi poſſit id quod ſoluerit, quæritur. & ſi quidem ſciens *y* prætermiſerit exceptionem vel doli, vel non numeratæ pecuniæ videtur dolo verſari. diſſoluta *z* enim negligentia prope *a* dolum eſt. Vbi verò ignorauit, nihil quod ei imputetur *b* pari ratione, & ſi aliqua exceptio *c* debitori competebat, pacti fortè conuenti, vel cuius alterius rei, & ignarus hanc exceptionem non exercebit *d*: dici oportet *e* ei mandati actionem competere: * potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare *e* fideiuſſorem ſuum, ne fortè ignarus ſoluat indebitum.

1 ¶ Non malè tractabitur ſi, cum ignoraret fideiuſſor, inutiliter ſe obligatum, ſoluerit, an mandati actionem habeat? & * ſi quidem factum *f* ignorauit, recipi ignorantia eius poteſt: ſi verò ius *g*, aliud dici debet.

2 ¶ Si, cùm debitor ſoluiſſet, ignarus fideiuſſor ſoluerit, puto eum mandati actionem. * ignoſcendum eſt enim ei, ſi non diuinauit *h* debitorem ſoluiſſe, debitor enim debuit *i* notum facere fideiuſſori, iam ſe ſoluiſſe: ne fortè creditori obrepat *k*, & ignorantiam eius circumueniat, & excutiat ei *l* ſummam in quam fideiuſſit.

3 ¶ Hoc idem tractari & in fideiuſſore poteſt, ſi *m* cùm ſoluiſſet, non certiorauit reum, ſic deinde reus ſoluit, quod ſoluere eum non oportebat. & credo, ſi, cum poſſet "eum" certiorare, non fecit, oportere mandati agentem fideiuſſorem repelli. dolo enim proximum eſt, ſi poſt ſolutionem non nunciauerit debitori. cedere autem reus indebiti actione fideiuſſori debet. ne *n* duplum creditor conſequatur.

a Talia mandari poſſunt, *l. 12. in fin. l. 13.* ſ. *eod.*

b Finitur enim mãdatum mutata voluntate, *l. 12. §. pen. l. 22. §. vlt.* ſ. *eod.* huc refer. *l. 2. §. 2.* ſ. *de cond. cauſ. dat.*

c *l. 5. § 1.* ſ. *eod.*

d Officium præſtat mandatori procurator.

e Mandatum deſerens, quanti mandatoris interſit, tenetur.

f Impotentia non denunciantem excuſat.

g Morte mandatũ reuocatur, *vt hic, l. 26.* ſ. *eo. l. 37.* j. *eod. l. 15. Cod. eod. §. 10. Inſt. eod. l. vlt.* j. *de ſolut. l. 8. C. de oblig. & act.* Quid ſi res deſiit eſſe integra, aut mandatum interpoſito iureiurando factum? aut eius rei ſit, quam tradi neceſſe eſt? Quid ſi mandator factum eſt à iudice? aut ad pias cauſas? Quid ſi mandator procuratori ſeu mandatario ſatiſdedit, cum eo caſu res integra deſiiſſe videatur? aut mandatum in poſt mortem tempus collatum? Quid ſi inſtitori mandatum, vt *leg. ſi quis mancipiis 17. §. ſi impubes, 2.* ſ. *de inſtitoria?* Mandatum morte non reuocari notot Spcin, *reg. 254.*

h hoc eſt, non tantum mandatoris, vt *l. 26.* ſ. *eo.* Mandatum finitur morte te mandatarij vt mandatoris.

i v. tamen *l. 58.* j. *eodem.*

k *l. 12. § 9.* ſ. *eod.*

l Mandatarius impenſas bona fide factas repetit, licet mandaror minores feciſſet.

m Imo inſpiciendum eſt quod dominus facere ſolitus eſt, *l. 54.* ſ. *de pet. her. l. 38.* ſ. *de rei vind. l. 12.* ſ. *de pignorat.*

n *v. l. 7. C. eod.*

o *l. 36. in fin.* j. *de fideiuſſ.*

p Cedendæ ſunt mandatori actiones à mandatario aduerſus reũ principalem.

4 ¶ Quædam tamen etſi ſciens omittat fideiuſſor, caret fraude. vtputa ſi exceptionem procuratoriam *a* omiſit, ſiue ſciens, ſiue ignarus: * de bona fide enim agitur, cui *b* non congruit de apicibus *c* iuris *d* diſputare: ſed de hoc tantum, debitor fuerit, nécne.

5 ¶ In omnibus autem viſionibus *e* quæ propoſitæ ſint, vbi creditor vel non numeratam pecuniam "accipit" vel numeratam iterum accepit, repetitio contra eum competit: niſi ex condemnatione fuerit ei pecunia ſoluta. tunc *f* enim propter auctoritatem rei iudicatæ, (repetitio quidem ceſſat) *g*: ipſe autem *h* ſtellionatus *i* crimine propter ſuam calliditatem *k* plectetur.

6 ¶ Fideiuſſor, ſi ſolus tempore liberatus tamen ſoluerit creditori, rectè mandati *l* habebit actionem aduerſus reum: quamquam enim iam liberatus ſoluit, tamen fidem *m* impleuit, & debitorem liberauit. ſi igitur paratus ſit defendere reum aduerſus creditorem, æquiſſimum eſt, mandati iudicio eum, quod ſoluit, reciperare. & ita Iuliano videtur.

De procuratore prohibente, quod à domino mandatum eſt.

30. *Iulianus* lib. 13. Digeſtorum.

SI hominem tibi dedero, *vt cùm manumitteres*, & poſtea procurator meus prohibuerit *n*, ne manumitteres: an mandati agere poſſim, ſi tu eum manumiſeris? Reſpondi. Si procurator iuſtam cauſam habuit interpellandi manumiſſionem ſerui, quem in hoc ſolum acceperam, vt manumitterem, veluti *o* ſi compererit eum poſtea falſas rationes confeciſſe, inſidias vitæ prioris domini ſtruxiſſe, tenebor *p*, niſi denunciationi procuratoris paruero: ſi verò nulla iuſta cauſa procuratori fuit denunciandi, ne ſeruus manumitteretur, non poterit mecum agi, quamuis ad libertatem eum perduxerim.

Si procurator à ſe non exegerit.

31. *Idem* lib. 14. Digeſtorum.

SI negotia mea mandauero gerenda ei, qui mihi actione, in quadruplum tenebatur *q*, poſt annum verò in ſimplum, etſi poſt annum cum eo mandati agam, præſtare mihi quadruplum debebit. nam * qui alterius negotia adminiſtranda ſuſcepit, id *r* præſtare debet in *ſ* ſua perſona, quod in aliorum.

De aditione hereditatis. De legato.

32. *Idem* lib. 2. ad Vrſeium Ferocem.

SI *t* hereditatem *u* aliter aditurus non eſſem *x*, quàm cautum mihi fuiſſet *damnum præſtari*, & hoc *y* mandatum interceſſiſſet, fore mandati actionem exiſtimo. Si quis autem mandauerit alicui, *ne legatum à ſe repellat*, longè ei diſſimile eſſe. nam * legatum acquiſitum nunquam *z* illi damno eſſe potuit: hereditas *a* interdum damnoſa eſt *b*.

¶ In ſumma quicunque contractus tales ſunt, vt "quicunque" eorum nomine fideiuſſor obligari poſſet, & mandati obligationem conſiſtere puto. neque enim multum referre præſens *c* quis interrogatus fideiubeat, an abſens mandet. præterea vulgò *d* animaduertere licet, mandatu creditorum *e* hereditates ſuſpectas adiri: quos mandati iudicio teneri, proculdubio eſt.

De ſumma in quam obligatur fideiuſſor.

33. *Idem* lib. 4. ex Minicio.

ROgatus, *vt fideiuberet*, ſi *f* in minorem ſummam ſe obligauit, rectè tenetur *g*: ſi in maiorem "Iulianus" verius putat, quod à pleriſque reſponſum eſt, eum, qui maiorem ſummam, quam rogatus erat fideiuſſiſſet, hactenus mandati actionem habere, quatenus *h* rogatus eſſet: quia id feciſſet quod mandatum ei eſt. nam vſque ad eam ſummam, in quam rogatus erat, fidem eius ſpectaſſe videtur, qui rogauit.

De procuratore qui pecuniam quam exegit, ſe debiturum ſcripſit. 1. De emptione rei communis mandatario cum alio.

a Procuratoris exceptio ad iuris apices pertinet.

b adde *l. 51. in fin.* ſ. *ad l. Aquil.*

c Apices iuris fideiuſſores rectè omittit hoc eſt. Fideiuſſori non patitur, ſi omiſit exceptiones quæ ad iuris apices pertineant. *Apices* autem *iuris* dicuntur, qui ſola in iuris ſubtilitate poſiti ſunt. Apices huiuſmodi iuris bona fides negligit, neque de apicibus diſputat.

d & verborum, *l. 2. in fin. C. de conſtituta pecunia.*

e viſio, quæſtio, dixi ad *l. 25. §. 15.* ſ. *de pet her. l. 25. §. 3.* j. *de probat.*

f *l. 60. in princ.* ſ. *de cond. indeb. l. 1. C. de cond. indeb.*

g Imo non ceſſat, *l. 5. §. 7.* j. *de donat. inter virum.*

h Stellionatus tenetur creditor, qui non numeratam pecuniam, vel numeratam iterum accepit, etiamſi ex ſententia iudicis ei ſoluatur, *vt hic*: adde quæ ſcripſi ad *l. 18. §. 12* ſ. *eod.*

i Cur potius ſtellionatus quam alio? collige ex *l. 3. § 1.* j. *ſtellionatus.*

k caluitatem. *Hal.* facit *l. 23.* j. *de ver. ſign.*

l *v l. 37.* j. *eod.*

m Poſt præſcriptionem, hoc eſt, etſi tutus ſis præſcriptione, licet bonam fidem implere facit *l. 48.* j. *eod.*

n Procurator generalis reuocare non poteſt ea quæ per ipſum dominũ geſta ſunt, hoc eſt factum domini niſi cauſa aliqua ſuperueniat, ex qua, ſi dominus ipſe præſens fuiſſet, reuocaſſet.

o Procurator generaliter datus poteſt ea immutare quæ à domino ſpecialiter cauta ſunt ex ea cauſa, quam ſi ſciſſet dominus, reuocaſſet.

q *l. 71. §. 2.* j. *de fideiuſſ.*

r *v. l. 13.* j. *de fideiuſſ.*

ſ ſed per exceptionem. adde *l. 36. de fideiuſſ.*

t eadem eſt ratio in *l. 31.* ſ. *de pet. her.* u Præſumitur quiſque ſuo nomine facere, quod facit, etiamſi id potuit alieno quoque nomine facere, arg. *l. pro herede, 10* j. *de acquir. hered.* x *v. l. 42.* j. *de reg. iur.*

y *l. 8. §. 8.* ſ. *eo. l. 43. in princ.* j. *eod. l. 10. in fin. C. eod.*

z Negligentia diſſoluta eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt, *l. 12. 13. in fin.* lata culpa. *l. 223.* j. *de verb. ſign.* latior culpa, *l. 32.* ſ. *depoſiti.* quæ contrahitur etiam in non faciendo, *l. 91.* j. *de verb. oblig. l. 1. §. 1.* ſ. *ſi menſor.* lata culpa dolo proxima, *l. 11* j. *de incend.*

a id eſt dolo proxima, *l. 1. §. 2.* j. *ſi is cui teſt. lib.* dolo comparatur. *l. 1. §. 1.* ſ. *ſi menſ.* b quia hæc ignorantia ſupina non eſt, *Bart.* c adde *l. 8. §. 7. 8.* ſ. *eod.* d *al.* exercebat, *al.* non exercuit. e *v. § 2.* j. *eod.* f Ignorantia facti excuſat. g *l. 23.* ſ. *de neg.* h Diuinare nemo cogitur, *l. 31 in fin.* ſ. *ad l. Aquil. c. vnic. Extr. vt Eccl. beneficia ſine diminutione conferantur.* i *in pr.* ſ. *eo. l. 2. §. 2.* ſ. *de cond. cauſ. data, l. 11. §. 2.* ſ. *de inſtitoria*: adde *l. 42.* j. *de reg. iur.* k Obrepit fideiuſſori creditor, cùm celat ſibi ſatisfactum eſſe, *v. l. 29.* ſ. *de falſis.* l iterum.

m Fideiuſſor ſoluens reum principalem certiorem facere ſolutionis debet: alioquin, ſoluente poſt reo principali fideiuſſor mandati actionem non habet in ipſum reum principalem, niſi vt ceſſione accipiat condictionem indebiti aduerſus creditorem. n id enim bona fides non patitur, *l. 55.* j. *de reg. iur.*

p hoc verbum vt & ſequentia (puta *paruero, perduxerim mecum*) commodius meo iudicio in ſecunda perſona legentur, quam in prima.

q puta ob res per vim raptas, vel ob calumniam, metúmve. *Accurſ*

r *v. l. 38. in princ.* ſ. *de negot.*

ſ Procurator à ſe ipſo exigere debet vt ab extraneo: in ſua perſona præſtare debet, quod in aliorum perſona præſtat.

t *l. 90.* ſ. *de acq. hered.*

u Mandans adiri hereditatem, mandati obligatur legatum verò agnoſci mandans vel non repelli, conſilium dat potius quàm mandat: ideóque nec obligatur. Eſt igitur illud mandatum obligatorium: hoc, non item.

x *l. 6. §. 5.* ſ. *eo. §. 6. in fin. Inſt. eo. l. 4. in pr.* j. *de dol. except.*

y adeundæ ſcilicet hereditatis.

z Imò interdum legatum onus habet, *l. 78.* j. *de leg. 2.* & in eo quis fallitur, *l. 7. §. 7.* ſ. *de minorib.*

a Hereditatis & legati differentia. Legatum ſemper lucroſum: hereditas interdum damnoſa Illam adiri mandans, onus mandat legatum verò agnoſci, non æquè. b *l. 7. §. 5.* ſ. *de minor.* Interdum etiam lucroſa, vt meritò dici poſſit titulus lucratiuus ſi eſt ſoluendo hereditas arg. *l. 108. §. 4.* j. *de leg. 1. l. 83. §. 6.* j. *de verb. oblig. §. 6 in fin Inſt. de leg.*

c Fideiuſſor verbis tantum & per ſtipulationem obligatur.

d Argumentum à conſuetudine, & eo quod vulgo ſit.

e *l. vlt.* ſ. *de dolo, l. 4* j. *de doli except l. 7. §. 17.* ſ. *de pactis.*

f Fideiubens in minorem mandati quantitatem, mandati rectè agit: in maiorem, hactenus tantum, quatenus rogatus ſit.

g quippe maiori ſumma minor ineſt, *§. 8. Inſt. eod.*

h *l. 4.* ſ. *eodem.*

34. Africanus

34. *Africanus* a lib. 8. Quæſtionum.

QVi negotia *b* Lucij Titij procurabat *c*, is cum à debitoribus eius pecuniam exegiſſet, epiſtolam ad eum emiſit, qua ſignificaret *certam ſummam ex adminiſtratione apud* d *ſe eſſe: eámque creditam ſibi ſe debiturum cum vſuris ſemißibus*; quæſitum eſt, an ex ea cauſa, credita pecunia peti poſſit, & an vſuræ peti poſſint? Reſpondit non eſſe *e* creditam: alioquin *f* dicendum *g*, ex omni contractu, nuda pactione *h*, pecuniam creditam fieri poſſe.

¶ Nec *i* huic *k* ſimile eſſe, quod ſi pecuniam apud te depoſitam *l*, conuenerit, vt creditam habeas, credita fiat: quia *m* tunc nummi, qui mei erant, tui fiunt. Item *n* quod, ſi à debitore meo iuſſero te accipere pecuniam, credita fiat: id enim benignè *o* receptum eſt. His *p* argumentum eſſe, eum qui, cùm mutuam pecuniam dare vellet, argentum *q* vendendum dediſſet, nihilo magis *r* pecuniam creditam rectè petiturum: & tamen pecuniam ex argento redactam, periculo eius fore, qui accepiſſet argentum. "&" in propoſito igitur *ſ* dicendum *t*, actione mandati obligatum fore procuratorem: vt quamuis ipſius periculo nummi fuerint, tamen vſuras, de quibus conuenerit, præſtare debeat *u*.

1 ¶ Cùm heres ex parte eſſes, mandaui tibi, *vt prætium hereditarium mihi emeres certo pretio*: emiſti *x*: pro coheredum quidem partibus, non dubiè mandati actio eſt inter nos: pro tua autem parte poſſe dubitari ait, vtrúmne *y* ex empto, an mandati agi oporteat? neque *z* enim ſine ratione quem exiſtimaturum, pro hac parte ſub *a* conditione contraham emptionem: quod quidem maximè quæri pertinere ait: vt ſi fortè prius, quam emptio fieret, deceſſerim, & tu, cùm ſcires me deceſſiſſe, propter mandatum meum alij vendere nolueris, an heres meus eo nomine tibi ſit obligatus: & retro, ſi alij vendideris, an heredi meo tenearis? nam ſi quidem ſub conditione *a* emptio facta videtur, poteſt agi *b*, quemadmodum ſi quæuis alia conditio poſt mortem extitiſſet: ſin verò perinde mandati agendum ſit, ac *c* ſi alienum fundum emi mandaſſem: nullam *d* tibi actionem cum herede meo fore. Sed & ſi morte inſecuta, cùm id ſcieris, reſoluto mandato, mandati agendum eſſet *e*, eadem præſtanda, quæ præſtarentur, ſi ex empto ageretur.

Si mandauero vt emas rem, quam habet communem cum alio, certo pretio: aliorum partibus emptis, tuam pro reſiduo pretio dare teneris, ſed ſi pretium determinatum non fuerit, tua pars boni viri arbitrio æſtimabitur. h. d. cum princ. l. ſeq. Bart.

35. *Neratius* lib 5. Membranarum.

SI fundum, qui ea parte tuus eſt, mandaui tibi, *vt emeres* mihi. verum eſt, mandatum poſſe ita conſiſtere, vt mihi, cæteris partibus redemptis, etiam tuam partem præſtare debeas. ſed ſi quidem certo pretio emendas eas mandauerim, quanticunque aliorum partes redemeris, ſic *f* & tua pars coarctabitur: vt non adundet mandati quantitatem *p*, in quam tibi emendum totum mandaui: ſin autem, nullo certo pretio conſtituto, emere tibi mandauerim, túque ex diuerſis pretiis partes cæterorum redemeris, & tuam partem, viri *h* boni arbitratu, æſtimato *i* pretio dari oportet.

De emptione partium.

56. *Iauolenus* lib. 7. ex Caſſio.

ITa *k* vt omnes ſummas, maiores & minores, coaceruet: & ita portionem ei, qui mandatum ſuſcepit, præſtet, quod & plerique probant.

1 ¶ Simili modo & in illa ſpecie, vbi *certo l pretio tibi emere mandaui* m, & aliarum partium nomine commodè *n* negotium geſſiſti, & vilius *o* emeris, pro tua parte tantum tibi præſtatur, quanti *p* intereſt tua *q*: dummodo intra id pretium, quod mandato continetur. quid enim fiet, ſi exiguo pretio hi, cùm quibus tibi communis fundus erat, rem abijcere *r*, vel neceſſitate rei familiaris, vel alia cauſa *ſ* cogerentur? non etiam tu ad idem diſpendium deduceris. ſed nec lucrum *t* tibi ex hac cauſa acquirere debes: cùm mandatum *u* gratuitum eſſe debet. neque enim tibi concedendum eſt, propter *x* hoc venditionem impedire, quod animoſiorem eius rei emptorem eſſe, quam tibi mandatum eſt, cognoueris.

2 ¶ Quod ſi fundum, qui per partes venit, emendum tibi mandaſſem, ſed ita, *vt non aliter mandato tenear, quam ſi totum fundum emere s*, ſi totum emere non potueris, in partibus emendis tibi negotium geſſeris: ſiue habueris in eo fundo partem, ſiue non: & eueniet, vt is cui tale mandatum datum eſt, periculo ſuò interim partes emat: & niſi totum emerit, ingratus *y* eas retineat. Propius eſt, vt cum huiuſmodi incommodis *z* mandatum ſuſcipi poſſit, præſtarique officium & in partibus emendis, perinde atque in toto, debet ab eo, qui tale mandatum ſua ſponte ſuſcepit.

3 ¶ Quòd ſi mandaſſem tibi, *vt fundum mihi emeres*, non addito eo, vt non aliter mandato tenear, quam ſi totum emeres, & tu partem, vel quaſdam partes eius emeris? tum habebimus ſine dubio inuicem mandati actionem, quamuis reliquas partes emere non potuiſſes.

De tempore æſtimationis ineundæ.

37. *Africanus* a lib. 8. Quæſtionum.

---

a v Cuiacium ad hanc *leg. 8. ad Africanum, fol. 173. & 8. obſer. 8.* Alciatum ad *lig. 31. ff. de reb. cred.* Cora. 6. *Miſcell.* 16. Molineum *tract. de Vſuris 6. Robert. 2. ſent.* 4.

b de procuratore ad negotia, non ad lites hic agi obſerua.

c Titij mandato ſcilicet.

d v quæ ſcripſi ad *l. 24. ff. depoſiti.*

e Imò credita eſſe poteſt, *l. 57. in fin. ff. de don. inter vir.*

f Argumentum ab abſurdo. Creditum nuda pactione cōtrahi non poteſt: quia pactione nuda non transfertur dominium. non eſt autem creditū niſi transferatur dominium. Creditum fit re, id eſt traditione, numeratione, alienatione, tranſlatione dominii non pactione nuda.

g Quidni dicatur? *l. 7. in fin. C. ſi cert.*

h Epiſtola cui conſentit is ad quem mittitur pro pacto eſt, vt in *l. 15. ff. de fundo dotali: l. 16. ff. ad SC. Maced.*

i Cur non ſimile eſt? Quod tibi ex cauſa depoſiti debeo tuum eſt Et quia tuum, meum fieri ex mutuo poteſt: ea enim natura mutui eſt, vt ex tuo meum fiat. At quod ex cauſa mandati tibi debeo, tuum non eſt: minus itaque in mutuum verti poteſt. Quia enim ratione mutuum fiat, hoc eſt, meum, quod nunquam tuum fuit? *vt hic: ibi, quia tunc nummi.* Atqui ſi iuſſero te à debitore meo pecuniam accipere, credita ſit pecunia, & mutuum rectè ita contrahitur? Contrahitur quidem: ſed benigna ratione, hoc eſt contra rationem iuris, iure ſingulari, quod cum ſingulare ius ſit, & ſingulariter receptum, non continuo dixeris, in hac quoque ſpecie recipiendum eſſe. Nam quæ benignè ſunt recepta, ſingularia ſunt, nec ad alios caſus producenda, *verſ. item quod, ibi, benignè. ff. eo* Cur benigne (inquies) hoc receptum eſt? fictione breuis manus, *l. licet 43. § 1. ff. de iure dotium.* Fingitur ea pecunia mihi à debitore ſoluta, & mox à me tibi credita, *l. 3. §. ſed ſi debitorem. ff. de don. int vir. & vxor.* At enim ſi hæc ita ſint, dices. in tribus perſonis, vt quod debitor mihi debeat id fingatur breui manu ad me primum, non inde ad ea perueniſſe cur non in duobus tantum id quoque recipiendum eſſe dixeris, vt quod ipſe mihi ex mandato debes, id in mutuum poſſis quoque vertere? Ita ſanè Vlpianus ſenſit, *l. 15. ff. de rebus creditis, & l. rogaſti. ff. de præſcriptis.* Africano contraria ſententia eſt, *vt hic*, malè: Cur enim negemus benigne recepta eſſe producenda ad ea quæ veriſimilia ſunt & probabilia magis? Africanus iuris ſtricti. Vlpianus æqui religioſior eſt, Africanus opinionem ſuam nondum receptam recipi cupit: Vlpianus ſententiam iuris proponit. Pater vero ſententia iuris latius, quàm opinio. Et hæc inter vtrumque Iuriſconſultum diſſidij componendi ratio eſt, vt ne cum interpretibus putes, in ſpecie huius legis pecuniam conſumptam eſſe, *in d. l. 15.* non conſumptam. Nam ſi in eo cardo rei verteretur, Iuriſconſulti ipſi non prætermiſiſſent. Deinde vt hic eſſet conſumpta pecunia, obligatio tamen conſumptæ pecuniæ ſupereſſet. Poſtremo nequidem in *d. l. 15.* pecunia in mutuum verteretur. Nam ſi conſumpta pecunia ex ſpecie huius legis non ſit credita: multò minùs non conſumpta, in ſpecie *d. l. 15.* Ex his itaque Vlpiani ſententia ſic conſtabit Hodie ex quolibet contractu, nuda pactione creditam pecuniam fieri poſſe, admiſſa in omnibus actione breuis manus, v. Cuiac. 8. *ad Afric. in hanc legem.*

k Imo ſimile eſſe debet, v. quæ notaui ad *l. 15. ff. de reb. cred.*

l Depoſitum in mutuum verti poteſt. Poteſt conueniri vt pecunia mea apud te depoſita tibi ſit credita: quia ex meo, tuum fit in illa ſpecie.

m Item, vt pecunia quam à debitore acceperis tibi ſit credita,

n eo caſu ſcilicet, *l. 9 in fin. ff. de reb. cred.*

o contra rationem iuris, ideoque produci non poteſt ad conſequentias. Etenim communia, non ſingularia ad ſimilia producuntur: hæc ſtrictius accipiuntur.

p In depoſito, nummi mei ſunt, & quia mei, à me mutuo tibi dari poſſunt: at quod meum non eſt, à me tibi mutuum eſſe non poteſt.

q vel maſſam auri, *l. 11. ff. de reb. cred.*

r quidam exponunt, *nihilominus*, malè, v. quæ ſcripſi ad *l. 2. §. 1. ff. vi bonorum raptorum.*

ſ Concluſio ſuperiorem eſt. Quid autem concludat, videndum eſt. Pecunia ex mandati cauſa debita, in mutuum verti non poteſt, & pacto tamen poteſt effici vt ea pecunia ſit debitoris periculo: Imo vt & vſuras præſtet eius pecuniæ.

t Probaturus Africanus, Pecuniam, quæ apud me ſit ex cauſa mandati, in mutuum verti non poſſe, ita argumentatur. pacto non poteſt effici vt pecunia ex me argenti venditione à te redacta, tibi ſit credita: nec igitur poteſt pacto pecunia ex cauſa mandati debita in creditum verti. Et tamen quia pacto poteſt effici vt pecunia ex argenti mei venditione redacta, tuo ſit periculo, poteſt quoque pacto effici, vt pecunia mihi à te ex cauſa mandati debita, tuo periculo ſit: Pactum hoc licet inutile ſi ad debitum ex cauſa mandati in mutuum vertendum, non eſt tamen inutile, vt pecunia ex ea cauſa debita, periculo ſit eius qui eam debet.

u non debeat. Hot: 1. *obſer.* 34. reprehenſus à Roberto. 1. *recep.* 12.

x Si tibi heredi ex parte mandauero, vt mihi fundum hereditarium emeres, etiam pro tua parte teneris mandati actione: in qua idem veniet quod in actione empti: etiamſi deceſſero antequam emeres & ſcires me deceſſiſſe. Summam huius tituli à Græcis ſua lingua redactam ſic tranſtulit & ſuppleuit Cuiac. 8. *ad Afric.* z Si tibi heredi ex parte mandauero, vt mihi fundum hereditarium emeres, etiam pro tua parte teneris mihi mandati, in qua idem veniet quod in actione empti, etiamſi deceſſero antequam emeres & ſcires me deceſſiſſe, hoc caſu durat actio mandati, quia habetur pro actione empti. & hic eſt caſus quo mandatum quidem ſoluitur, obligatio tamen durat, de quo in *l. 26. ff. eod.*

z id eſt. Poteſt in hac ſpecie defendi, agi ex empto, quia videtur emptio parti ſuæ contracta ſub conditione. vt mox dicetur.

a Quæ hæc conditio fuit? ſi cæterorum partes emerentur. Conditio hæc tacita fuit, quia ſcilicet non potes partem tuam emere, quin emas & cæterorum.

a Emptio ſub conditione contrahi poteſt, *l. ſicut 20. ff. locati: §. pen. Inſt. de empt.* quod ad differentiam mancipationis notandum eſt.

b poteſt enim ita contrahi emptio *d. l. 20. ff. locati.*

c Neque enim in hac ſpecie mandaui vt alienum ſimpliciter emeres ſed vt mihi tecum hereditarium emeres.

d Mandati actio ſoluto interdum mandato morte, vel capitis minutione mandatoris finitur duobus caſibus: Vno ſi heredi ex parte mandauerim, vt fundum hereditarium emeret, & emerit ſciens, poſt mortem meam, vt hic. Altero, de quo in *l. 26. §. 1. ff. eod.* vt non abs re olim dubitatum fuerit. an actio mandati daretur in heredem, quæ non cœpiſſet in defunctum. Conſtat enim ex Cicerone *ad Herennium* M. Druſum prætorem reddidiſſe iudiciū. Quod cum herede mandati ageretur, Sextum varo Iulium non reddidiſſe.

e Sicuti agendum eſt inſpecto initio contractus quamuis morte mandatoris reſoluto mandatarius ſciret eſſe mandatum, inſtar tamen eſſe eam actionem iudicij empti venditi: nec eſſe neceſſe potius agi ex empto vendito, cum non minus illa qui iſta contineatur.

f v *l. 44. ff. mandati*

g id eſt ſummam ac pecuniam mandato comprehenſam. *v. Robert. 1. ſent. 6.*

h Viros bonos præcepta accipere à Iuriſconſultis hic locus indicio eſt. Et vero quis vir bonus, niſi Iuriſconſultus, æquitatis magiſter & ſacerdos?

i Pretium æſtimare vir bonus quomodo debeat 3 explicat mox ſequenti lege. Quin rectè Ioannes notat, media pretia ea eſſe, quæ inter maiora & minora ſunt.

k v. Cuiac. ad Afric. & ad *l. 34. §. cum heres in fin. ff. eod.*

l puta centum.

m fundum tibi cum aliis communem.

n ἐπωφελῶς *Baſ.* Cuiac. *ad l. 34. ff. eod. tract. 8. ad Afric.*

o puta viginti.

p Vendere ſuam hereditatis partem nemo cogitur eo pretio, quo aliorum partes redemit.

q id eſt iuſtum pretium non integre 80. ne lucrum facias ex mandato.

r addicere *Budæus*, bene reprehenſus à Cuiacio *ibi.* Nam abiicere & proiicere proprium eſt verbum vendentium viliſſimo pretio, *l. 50. ff. de euict.* & prodigentium non donantium. Seneca *in epiſt.* multi ſunt qui non proiiciunt ſed donant.

ſ id eſt æris alieni.

t lucrum eſt emere exiguo pretio: Martialis, lucrifecit, adeo bene emit. & alio loco lucrifieri bombycina poſſunt. id eſt exiguo pretio emi, M. Tullius *pro Flacco.* Emit aliquid quod multo pluris eſſet, dat de lucro.

u Gratuitum mandatum eſſe debet, *l 1. §. 4. ff. eod.*

x Senſus eſt, non ideo licere mandatario augere pretium partis ſuæ, quod cognouerit mandatorem ea duci cupiditate habendæ eius rei, vt ſit multo pluris empturus, quàm mandauerit, ſi quis difficiliorem ſe præbeat.

y id eſt inuitus, non grato ſeu lubenti animo. Terent. *in Eunucho.* ingratus vt dormiam: alius *ingratis* eodem ſenſu legit, & apud Terent. *in Heautont. act. 3 ſcen.* legi ait *ingratiis*, poſt illa cœpit victum vulgo quærere. ſed Cuiacius dicto loco legit *ingratiis*: & ita Latinos omnes locutos fuiſſe, non Comicos tantum, ſed & Ciceronem *pro Quintio*, extorquendum eſt inuito atque ingratiis, *& 6. in Verrem*: dicent quæ neceſſe erit ingratiis, & ſimili forma gratiis, Plautus *Captiuis* cuius vultum nunquam tranquillaui gratiis.

z Inuitus emere quis interdum cogitur, *vt hic*, adde quæ ſcripſi ad *l. 2. ff. de diſtract. pign.*

a Cuiac. 8. *ad Afric. fol.* 170.

Hominem

HOminem certum *a* pro te dari fideiuſſi, & ſolui, cùm mandati *b* agatur, æſtimatio eius ad id *c* potiùs tempus *d*, quo ſolutus ſit, non quo agatur *e*, referri debet. & ideo, etiam ſi *f* mortuus fuerit nihilominus vtilis ea actio eſt.

¶ Aliter *g* in ſtipulatione *h* ſeruatur. nam tunc id tempus *i* ſpectatur, quo agitur. niſi fortè aut per promiſſorem ſteterit, quo minùs ſua die ſolueret, aut per creditorem, quò minùs acciperet, etenim neutri eorum fruſtratio *k* ſua prodeſſe debet.

An reus teneatur liberare pignus. I. *Vel fideiuſſorem.*

38. *Marcellus* lib. ſing. Reſponſorum.

LVcius Titius Publio Mæuius filio naturali domum communem permiſit, non donationis cauſa creditori filij obligare. Poſtea Mæuio defuncto, relicta pupilla, tutores eius iudicem aduerſus Titium acceperunt, & Titius de mutuis *l* petitionibus. quæro, an domus pars quam Titius obligandam filio ſuo accommodauit, arbitratu *m* iudicis liberari debeat? Marcellus reſpondit, an, & quando debeat liberari, ex perſona debitoris, itémque ex eo, quod inter contrahentes actum eſſet, ac tempore *n*, quo res, de qua quæreretur, obligata fuiſſet, iudicem æſtimaturum. eſt enim earum ſpecierum iudicialis quæſtio, per quam res expediatur.

1 ¶ Non abſimilis *o* illa, quæ frequentiſſimè agitari ſolet: fideiuſſor *p* an & prius, quam ſoluat, agere poſſit vt liberetur. nec tamẽ ſemper exſpectandũ eſt, vt ſoluat, aut iudicio accepto condemnetur, ſi diu in ſolutione reus ceſſabit, aut certè bona ſua diſſipabit *q*: præſertim ſi domi pecuniam fideiuſſor non habebit, qua numerata creditori, mandati actione conueniat.

Pactum de rei periculo.

39. *Neratius* lib. 7. Membranarum.

ET Ariſtoni & Celſo patri placuit, poſſe rem hac conditione deponi *r*, mandatúmque *ſ* ſuſcipi *vt res periculo eius ſit, qui depoſitum, vel mandatum ſuſcepit.* quod & mihi verum eſſe videtur.

De fideiubente pro inuito.

40. *Paulus* lib. 9. ad Edictum.

SI pro te præſente, & vetante *t* fideiuſſerim, nec mandati actio, nec negotiorum geſtorum eſt. ſed quidam vtilem putant dari " oportere, " quibus non conſentio. ſecundùm quod & Pomponio videtur.

De finibus mandati non cuſtoditis.

41. *Gaius* lib. 3. ad Edictum Prouinciale.

POteſt & ab vna *u* duntaxat parte mandati iudicium dari. nam ſi is qui mandatum ſuſcepit egreſſus *x* fuerit mandatum, ipſi quidem mandati iudicium non competit: at ei, qui mandauerit, aduerſus eum competit.

De dolo mandatarij.

42. *Vlpianus* libro 11. ad Edictum.

SI mandauero tibi, *vt excuteres vires hæreditatis y*, & tu, quaſi *z* minor ſit, eam à me emeris, mandati mihi teneberis. Tantundem & ſi tibi mandaui vt vires excuteres eius, cui eram crediturus, & renunciaueris, eum *a* idoneum eſſe.

De pecunia in diem credenda De actionibus à mandatario cedendis.

43. *Idem* lib. 23. ad Edictum.

QVi mandatum *b* ſuſcepit, *vt pecuniam in diem c collocaret* íſque hoc fecerit, mandati conueniendus eſt, vt cum dilatione *d* temporis actionibus *e* cedat.

De dolo.

44. *Idem* libro 62. ad Edictum.

a An idem ſi incertum? Accurſius ita putat: quo nomine à Cuiacio notatur, *ibid.* arg. *l.* 23. ꝟ. *de verb. oblig. l. pen. C. de vſuris rei iudic.*

b per fideiuſſorem aduerſus reum principalem debendi.

c v. quæ notaui ad *l.* 59. *& l.* 60. ꝟ. *de verb. oblig.*

d Pretium rei cuiuſque pro tempore eſt. Senec. 3. *de benef.*

e *ſub.* mandati, ſeu litis conteſtatæ: rectè. Poſſet enim minoris eſſe ſeruus tempore inſtitutæ mandati actionis aduerſus reum, qui pluris fuerit, cum creditori ſolueretur à fideiuſſore. Proinde vt pretium ſerui ita ſoluti fideiuſſor conſequatur, pretij initur æſtimatio à die ſoluti ſerui. Sicut per contrarium non augetur fideiuſſoris actio, ſi ſerui pretium, à die ſolutionis creuerit.

f *l.* 50. *in fin.* ꝟ. *eo. l.* 9. ꝟ. *comm. diuid.*

g In ſtipulationibus pretium ſerui promiſſi reducitur ad tempus litis conteſtatæ, hoc eſt, tanti homo æſtimatur, quanti fuerit, quantique eſt litis conteſtatæ tempore: niſi poſt moram promiſſoris deterior factus fuerit. hoc enim caſu ad tempus moræ refertur æſtimatio. Atqui in actione mandati, non ſpectatur litis conteſtatæ tempus, ſed ſolutionis: Cauſas differentiæ aliàs attuli, de quibus v. Cuiac. *ad Africanum ad hanc l.*

h Certi hominis, putà Stichi.

i pretium cuiuſque rei pro tempore eſt. Seneca 3. *de benef.* Cuiac. *ibid. fin. inf. de vſuris.*

k Fruſtratio mora eſt: qui fruſtratur, moratur, *v. l.* 3. *in*

l vide *l.* 1. *in fin.* ꝟ. *de variis & extra. cognit. l.* 1. *C. rerum amot.*

m Fideiuſſor diu nécne pignora ſua obligata habuerit, ſeu, an diu ſteterit obligatus, arbitrio iudicis finitur. Illud autem *Diu* colligitur ex perſona debitoris, ex conuentione, ex tempore rei obligatæ, *vt hic.* ſi diu in ſolutione eius ceſſauit, Si bona ſua diſſipauit, aut diſſipare cœpit, præſertim ſi pecuniam præſentem domi fideiuſſor ipſe non habeat, §. 1. *inf. eo.*

n i. ſi diu ceſſatum eſt in ſolutione, vt *l.* 25. §. 2. *inf. ſoluto.*

o Fideiuſſorem enim & pignus dare, penè paria.

p Fideiuſſor & mandatarius agere poſſunt aduerſus mandatorem prius quàm ſoluat. Si reus in ſolutione diu ceſſauit; ſi bona ſua diſſipat: *vt hic.* ſi id inter reum & fideiuſſorem ſeu mandatarium conuenit, ſi creditori ſit condemnatus, *vt* ꝟ. *eo.* adde *l.* 10. *C. eo. l.* 44. ꝟ. *de fideiuſſ.*

q *l.* 10. *C. eo.* vel diſſipare cœpit: qua in ſpecie vulgi opinio ſpectanda *l. vlt. C. de iure dot.*

r *l.* 7. §. 15. *l.* 27. §. 3. ꝟ. *de pact. v. l.* 1. §. 35. ꝟ. *depoſiti: l.* 5. §. 2. ꝟ. *commodati: l.* 1. *C. de commodato l.* 6. *in fin. C. de pignorat.*

ſ mandatum, mandatarij, vt depoſitum, depoſitarij, periculo ex conuentione eſſe poteſt. *l.* 22. *C. de negotiis.*

t *l.* 6. §. 2. ꝟ. *eo. l.* 53. *inf. eo. l. vlt. C. de negotiis.* Prohibitio tollit actionem mandati.

u Claudicare mandati contractus ex iuſta cauſa poteſt.

x *d. l.* 5. ꝟ. *eod l.* 20. *inf. locati.*

y *Sub.* mihi delatæ.

z Mandatarius decipiens mandatorem, mandati tenetur.

a *l.* 9. ꝟ. *de dolo.* b *l.* 8. ꝟ. *de dolo.* c adde *l.* 22. ꝟ. *eod.*

d i. vt actiones cedas in illam diem in quam contraxiſti: & ita hic prius agitur vt fiat, quàm vt detur *l.* 45. §. 5. ꝟ. *eod.*

e Cedere actiones etiam ante diem procurator debet; *vt hic,* vnde notant, in negotio in diem, naſci obligationem.

DOlus *a* eſt, ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt *b*: aut ſi quis *c* non exegerit, quod exigere, ſoluere *d*.

De emptione fundi, & pretio nondum ſoluto. 1. *De Iudicio.* 2. *De promiſſione mandata.* ij. 5. *De obligatione.* 6. *De ſumptibus factis à fideiuſſore.* 7. *De donatione.* 8. *Si mandato fideiuſſoris cum reo agatur.*

45. *Paulus* lib. 5. ad Plautium.

SI mandatu meo fundum emeris, vtrùm cùm dederis pretium, ageres *e* mecum mandati, an & antequam *f* des; ne neceſſe habeas res tuas vendere? & rectè dicitur, in hoc eſſe mandati actionem, vt *g* ſuſcipiam obligationem, quæ aduerſus te venditori competit. nam & ego tecum agere poſſum, vt præſtes mihi aduerſus venditorem empti actiones.

1 ¶ Sed ſi mandatu meo iudicium ſuſcepiſti, manente iudicio. ſine *h* iuſta cauſa non debes mecum agere, vt transferatur iudicium in me, nondum enim perfeciſti mandatum.

2 ¶ Item ſi, dum negotia mea geris, alicui de creditoribus meis promiſeris, & antequàm *i* ſoluas, dicendum eſt, te agere poſſe, vt obligationem ſuſcipiam: aut ſi *k* nolit creditor obligationem mutare, cauere tibi debeo, defenſurum *l* te.

3 ¶ Si iudicio ſiſti te promiſero, nec exhibuero, & antequàm præſtem, mandati agere poſſum, vt *m* me liberes, vel te, ſi pro te reus promittendi factus ſim.

4 ¶ Sed ſi mandauero tibi, vt creditori meo ſoluas, túque expromiſeris, & ex ea cauſa damnatus ſis, humanius eſt & in hoc cauſa mandati actionem tibi competere.

5 ¶ Quotiens ‖ autem ‖ ante *n* ſolutam pecuniam mandati agi poſſe diximus, faciendi *o* cauſa, non dandi, tenebitur reus, & eſt æquum ſicut mandante aliquo actionem nacti cogimur *p* eam præſtare iudicio mandati, ita ex eodem caſu obligatos, habere mandati actionem, vt liberemur:

6 ¶ Si fideiuſſor multiplicauerit *q* ſummam, in quam fideiuſſit, ſumptibus *r* ex iuſta ratione factis: totam eam præſtaVit is, pro quo fideiuſſit.

7 ¶ Quod mihi debebas, à debitore *ſ* ſtipulatus ſum periculo *t* tuo, poſſe me agere tecum mandati in id, quod minùs ab illo ſeruare potero, Nerua, Atilicinus aiunt: quamuis *u* id mandatum ad tuam *x* rem pertineat. & meritò: tunc enim liberatur is, qui debitorem delegat *y*, ſi nomen eius creditor ſecutus ‖ eſt, ‖ non cùm periculo debitoris ab eo ſtipulatur.

8 ¶ Idem iuris eſt, ſi mandatu *z* fideiuſſoris cum reo egiſſem: quia ſequenti mandato liberaretur ex priore cauſa.

Quomodo implendum ſit mandatum.

46. *Paulus* lib. 74. ad Edictum.

SI quis pro eo ſpoponderit, qui ita promiſit, *Si Stichum non dederis centum millia daVis*: & *a* Stichum redemerit viliùs *b*, & ſoluerit, ne centum milium ſtipulatio committatur: conſtat, poſſe eum mandati agere. Igitur commodiſſimè illa forma in mandatis ſeruanda eſt: vt * quotiens certum *c* mandatum ſit, recedi *d* à forma non debeat. at quotiens incertum *e* vel plurium cauſarum, tunc licèt aliis præſtationibus exſoluta ſit cauſa mandati, quàm quæ ipſo mandato inerant *f*, ſi tamen hoc mandatori expedierit, mandati erit actio.

Si creditor fideiuſſori ex titulo oneroſo promittat, quod ei debet ex cauſa fideiuſſoria. 1. *Si fideiuſſor alienum hominem dederit.*

47. *Pomponius* lib. 3. ex Plautio.

IVlianus ait, ſi fideiuſſori vxor doti *g* promiſerit, quod ei ex cauſa fideiuſſoria debeat, nuptiis ſecutis confeſtim mandati aduerſus debitorem agere eũ poſſe:

a Dolus eſt non perſequi, non exigere, non ſoluere quod poſſis. Qui hæc facit procurator, dolum admittit.

b *l.* 11. *C. eod.*

c aut ſi quis nolit ſoluere quod exegerit, editio Roberti Stephani, à qua facit *l.* 8. §. 9. ꝟ. *eo.* ſi quis nõ exegerit quod exigere poteſt, aut ſoluere. *Hal.*

d fortè legendum, *ſolet.*

e *al.* ages.

f Mandatarius mãdati non agit ante impletum mandatum, *v. l. vlt. inf. de contr. tutel.*

g vide §. 5. *infra eod.*

h multæ ſunt autem huiuſmodi cauſæ *l.* 8. *in fin.* ꝟ. *de procurat.*

i *in pr.* ꝟ. *eod. v.* §. 5. *j. eod.*

k Inuitus nemo perſonam fideiuſſoris mutare cogitur: etiamſi æquè idoneus offeratur. Quidam putãt creditorẽ accepti iam fideiuſſoris perſonam mutare cogi non poſſe, nondum accepti cogi *l.* 14 §. 1. ꝟ. *de pecun. conſt.* Decius eandem in accipiendo, quæ in accepto ſit, rationẽ eſſe exiſtimat: perperam: cùm ex *d.* §. 1. tum quòd differentia ſit inter facta, & necdum facta. Nec illũ iuuat lex 10. ꝟ. *quod metus cauſa.* quia fideiuſſores per vim liberati coguntur ſe in obligationem reponere. Non obſtat *lex* 25. ꝟ. *de arbitriis:* quia ſemel iuſtè liberati fideiuſſores, non coguntur ſe in obligationem fideiuſſionis reponere, Non obſtat *l.* 9. *in fin.* ꝟ. *locati.* Vbi locator, qui non poteſt domum alienam, te conductore inſcio locatã, conductori, ob euictionem ipſius domus ſecutam, præſtare, aliam domum præſtando liberatur. Non obſtat lex 3. §. 8. ꝟ. *de religioſis.* eſt enim ſpecialis illic caſus fauore religionis Non obſtat regula, quæ dicitur. Nobis id facere permitti, quod nobis proſit, alteri non noceat *l.* 1. §. *denique.* ꝟ. *de aqua plun.* Quoniam ſuperior illa regula locum non habet in iure alteri iam quæſito, *l.* 2. § *ſi quis à principe.* ꝟ. *ne quid in loco publico.* vide Pyrrhum *diſſert. penult. ad conſuet. Aurelian.* l *al.* defenſum iri te.

m Fideiuſſor ſi nondum ſoluit, ad factum non ad ſolutionem agit.

n vide §. 2. ꝟ. *eod.* o factum petit, qui ſe liberari poſtulat. Qui in id agit, ad factum non ad dandum experitur.

p *in pr. ſup. eo. l.* 8. §. 5. *l.* 12. *l.* 43. *ſup. eo. l.* 59. ꝟ. *eod.*

q Fideiuſſori reus præſtat id omne quo creuit obligatio ſeu condemnatio *l.* 50. *in fin.* ꝟ. *eo.* r Fideiuſſor à reo ſumptus litis repetit. ſ *al.* à debitore tuo.

t Nouatio quæ fit periculo debitoris, debitorem ipſum non liberat.

u Cur ita? collige ex *l.* 22. §. 2. *ſupra eod.*

x meam, & ita poſt Accurſium legendum putat Antonius Faber 3. *coniect.* 6. vt ꝟ. *l.* 26. §. 7 *ita pro mea.* * y Soluit enim & qui reum delegat *l.* 8. §. 3. ꝟ. *ad Velleian.*

z aut rogatu. *d. l.* 22. §. 2. *ſupr. eod.*

a Fideiuſſor interdum ſoluere poteſt quod in obligatione non ſit: eo effectu, vt ſi id ſoluerit, & reum ipſum principalem liberet, & id mandati quoque actione à reo principali conſequatur.

b Fideiuſſor ſoluens vile quiddam, vt maiori obligatione reum liberet, mandati actione à reo repetit quod ita ſolutum fuerit.

c Certa mandati forma excedi non poteſt: incertam vtiliter expediri ſat eſt.

d Forma mandati interdum poteſt negligi, *v. l.* 5. *ſupr. eod.*

e vide *l.* 3. *ſupr. eod.*

f *al.* inerat. *Hal.*

g *al.* dotem. Sed veteris iuris reliquiæ hic hærent. Scripſerat enim Pomponius *doti dixerit.*

quia

quia intell'gitur abeſſe *a* ei pecunia,eo quod *b* onera matrimonij ſuſtineret.|

1 ¶ Si is,qui pro te hominem dare fideiuſſit, alienum *c* hominem ſtipulatori dederit, nec ipſe liberatur,nec te liberat. & ideo mandati actionem tecum non habet. Sed ſi ſtipulator eum nominem vſucepe-rit,dicendum|eſſe Iulianus ait,liberationem *d* contingere. eo ergo caſu mandati actio poſt vſucapionem demum tecum erit.

De fideiuſſore qui vſuras ſoluit. 1. De mandato quod ſit gratia mandantis. 2. Vel mandatarij.

48. *Celſus* lib. 7. Digeſtorum.

QVintus Mucius Scæuola ait,ſi quis ſub vſuris creditam pecuniam fideiuſſiſſet , & reus in iudicio conuentus cum recuſare vellet ſub vſuris creditam eſſe pecuniam,||&|| fideiuſſor ſoluendo vſuras poteſtatem recuſandi eas reo ſuſtuliſſet *e*, eam pecuniam à reo non petiturum. Sed ſi reus fideiuſſori denunciaſſet,vt recuſaret,ſub vſuris debitam eſſe:nec is, propter *f* ſuam exiſtimationem, recuſare voluiſſet , quod ita ſoluerit,à reo petiturum. Hoc bene cenſuit Scæuola.e|parum enim fideliter facit fideiuſſor in ſuperiore caſu,quod poteſtatem eximere reo videtur , ſuo *g* iure vti. ceterùm in poſteriore caſu non oportet eſſe noxiæ fideiuſſori,ſi ipſe pepercitſet pudori ſuo *h*.

1 ¶ Cùm mando tibi,vt credendo pecuniam,negotium mihi geras,mihíque id nomen præſtes *i*, ||meum *k* in eo||periculum,meum emolumentum ſit : puto , mandatum poſſe conſiſtere.

2 ¶ Ceterùm vt *l* tibi negotium geras, tui arbitrij ſit nomen,id eſt,vt cuiuis credas,tu *m* recipias vſuras, periculum,dumtaxat|ad me pertineat,iam extra mandati formam eſt *n*,quemadmodum ſi mandem,vt mihi *o* quamuis fundum emas.

Si quis rem ſuam nomine procuratorio vendiderit,aut rem ſuam ex aliqua cauſa,quaſi ſuam ex alia cauſa vendi mandauerit.

49. *Marcellus* lib.6.Digeſtorum.

SEruum Titij emi ab alio bona fide,& poſſideo.mandatu meo eum Titius'vendidit,cùm ignoraret ſuum eſſe.vel contra,ego vendidi illius mandatu,cùm fortè is,cui heres extiterit,eum emiſſet.de iure euictionis, &||mandato||quæſitum eſt?Et puto,Titium quamuis *p* quaſi procurator vendidiſſet, obſtrictum *q* emptori , neque ſi rem tradidiſſet,vindicationem ei concedendam.& idcirco mandati agere poſſe,ſi quid eius interfuiſſet:quia fortè venditurus non fuerit.

¶ Contrà, mandator, ſi rem ab eo vindicare velit, exceptione doli ſummouetur , & aduerſus venditionem *r* teſtatoris ſui habet ex empto,iure hereditario, actionem.

Si quis pro fideiuſſore ſoluerit 1. Quid repetit fideiuſſor.

50. *Celſus* lib. 38. Digeſtorum.

SI is,qui negotia fideiuſſoris *ſ* gerebat,ita ſoluit ſtipulatori,*vt reum fideiuſſorémque liberaret*,*t* idque vtiliter fecit, negotiorum geſtorum actione fideiuſſorem habet obligatum *t*:nec refert,ratum habuit nécne *u* fideiuſſor *x*, etiam antequàm ſolueret procuratori pecuniam, ſimul *y* ac ratum habuiſſet , haberet tamen mandati actionem.

1 ¶ Siue,cùm frumentum deberetur,fideiuſſor Africum *z* dedit , ſiue quid ex neceſſitate *a* ſoluendi plus impendit, quam eſt pretium ſolutæ rei, ſiue Stichum ſoluit,iſque deceſsit,aut debilitate,flagitióve ad nullum pretium ſui redactus eſt,id mandati iudicio conſequeretur *b*.

De fideiuſſore ſoluente ante diem.

51. *Iauolenus* libro nono ex Caſſio.

FIdeiuſſor *c*,quamuis per errorem ante *d* diem *e* pecuniam ſoluerit,petere *f* tamen ab eo non poteſt.ac ne mandati quidem actionem,antequam dies ſoluendi veniat,cum reo habebit.

De bonitate rei ſolutæ à fideiuſſore.

52. *Iauolenus* libro 1. Epiſtolarum.

FIdeiuſſorem,ſi ſine *g* adiectione bonitatis tritici , pro altero triticum ſpopondit *h*, quodlibet triticum dando,||reum|| liberare poſſe exiſtimo. à reo autem non aliud triticum repetere poterit, quàm|quo peſsimo tritico liberare ſe à ſtipulatore licuit:itaque ſeparatus fuerit reus,quod dando ipſe creditori liberari potuit,fideiuſſori dare, & fideiuſſor id,quod dederit,(id eſt,melius triticum) condicet , exceptione eum doli mali ſummoueri exiſtimo.

De eo qui mandato alterius pro alio fideiuſsit, vel ſoluit.

53. *Papinianus* lib. 9. Quæſtionum.

QVi fide alterius pro alio fideiuſſit præſente *a* , & *b* non recuſante,vtroſque *c* obligatos habet iure mandati. quod ſi pro inuito *d*,vel ignorante alterutrius mandatum ſecutus fideiuſsit , eum ſolum conuenire poteſt,qui mandauit,non etiam reum promittendi.nec me mouet , quòd pecunia fideiuſſoris reus liberetur. id enim contingit , etſi meo mandato pro alio ſoluas.

Si ſeruus. 1. aut bona fide ſeruiens ſe emi mandauerit.

54. *Idem* lib. 27. Quæſtionum.

CVm ſeruus *e* extero ſe *f* mandat emendum,nullum mandatum eſt.Sed ſi in hoc mandatum interceſsit *vt ſeruus manumitteretur*, nec manumiſerit, & pretium conſequetur dominus vt venditor,& affectus ratione mandati agetur. finge filium naturalem , vel fratrem eſſe.* placuit enim prudentioribus , affectus *g* rationem in bonæ fidei iudiciis habendam *h*. Quòd ſi de ſuis *i* nummis emptor pretium dederit, (neque enim aliter iudicio venditi liberari poteſt) quæri ſolet, an vtiliter de peculio agere poſsit ? Et verius , & vtilius videtur,prætorem de huiuſmodi contractibus ſeruorum non cogitaſſe, quò ſe ipſi mala *k* ratione dominis auferunt *l*.

1 ¶ Si liber homo bona fide ſeruiens , redimi ſe mandauerit,ídque nummis emptoris factum ſit contraria mandati actione agi poſſe, conſtat : vt tamen actiones præſtentur,quas habet emptor aduerſus venditorem. finge , non manumiſiſſe liberam perſonam emptorem.

De rebus reddendis à procuratore.

55. *Idem* libro 1. Reſponſorum.

PRocurator qui *m* non res incluſas ſubtraxit , ſed traditas non reddidit,iudicio mandati, non furti *n* tenetur.

De mandatore conueniendo. 1. De fideiuſſore qui pecuniam debitam publicè depoſuit. 2. De bona fide. De inſtauratione mandati 3. De promiſsione ſalarij incerti. 4. De ſumptibus à procuratore factis.

56. *Idem* libro 3. Reſponſorum.

QVi mutuam pecuniam dari mandauit,omiſſo reo promittendi, & pignoribus non diſtractis,eligi *o* poteſt †:quod vti liceat,ſi *p* literis exprimatur,diſtractis quoque pignoribus,ad eum creditor redire poterit *q*:etenim quæ dubitationis *r* tollendæ cauſa contractibus inſeruntur,ius commune *ſ* non lædunt.

1 ¶ Fideiuſſor, qui pecuniam in iure obtulit *t*, & propter ætatem eius, qui petebat,obſignauit *u*,ac publicè depoſuit,confeſtim agere mandati *x* poteſt.

2 ¶ Non ideò minus omnis temporis bonam fidem explorari oportet, quod dominus poſt annos quinque prouincia reuerſus *y*, mox reipub. cauſa profecturus, non acceptis rationibus mandatum inſtaurauerit *z*. cùm igitur ad officium procuratoris pertinuerit, quicquid *a* ex prima negotiorum geſtorum adminiſtratione debuit,ad ſecundam rationem transferre , ſecundi temporis cauſa priorem litem ſuſcipiet.

3 ¶ Salarium incertæ *b* pollicitationis neque *c* extra ordinem rectè petitur,neque iudicio mandati, vt ſalarium tibi conſtituat.

a Abeſſe dos ei videtur qui onera matrimonij ſuſtinet.

b Lucratiua cauſa non videtur, dotis expromiſſio *l.19.ȷ. de oblig.& act.*

c *l.17.l.78.ȷ. de ſolut.*

d vt eo caſu minimè de euictione teneatur *l.55.infra de euict.*

e quod non poteſt inuito reo *l. 29. ȷ. eod.*

f Excuſatus eſt pudor eius qui minus honeſta exceptione vti noluit. adde quæ ſcripſi ad *l.10.§.10.ȷ.eo.*

g Suo iure vti nemo rectè prohibetur. Ius id alteri non auferctur rectè. *l.26.ȷ. de damno : l.3.§.7.ȷ. de incendio : l.55.inf.de regulis :l.13.inf.de iniuriis.*

h Cur ? eſt enim pudori fideiuſſori promiſſas vſuras præſtare nolle.

i præſtes & vt periculum & emolumentum ſit. *Hal.*

k *al.* & meum.

l Si vt t n.g. tuique arbitrij,&c.

m *al.* & tu.

n Eſt enim potius conſilium quàm mandatum, *Accur.*

o tibi *Hal.*

p Qui velut procurator vendit , euictionis tenetur. & ideo ſi euincit, tenetur. *Bart.*

q Atqui vt obſtringatur procurator , videtur requiri , nominatim fidem vt ſuam euictionis cauſa obſtrinxerit. *l.67.ſupr.de procur.* ad hæc , dominus (procurator rei ſuæ per errorem) rem ſuam per ignorantiam vendit,ſed nemo errans rem ſuam amittit *l. 7. in fin. ȷ. de reſcindenda.l.5.ȷ.de adq. rer. l.18.Cod. de rei vindi.*

r *al.* venditorem. *Hal.*

ſ Soluens pro fideiuſſore , non ipſum tantùm fideiuſſorem , ſed & ipſum reum principalem obligatum habet.

t Ratihabitio non eſt neceſſaria, vbi præceſſit mandatum.

u Qui pro fideiuſſore creditori ſoluit procurator, poteſt id à fideiuſſore repetere.Quid ſi fideiuſſor à creditoris procuratore conuenitur?Habet eo nomine,vel antequam ſoluat procurator, mandati actionem aduerſus reum principalem.

x *al.* ſed fideiuſſor.

y Ratihabitio deſideratur in iis quæ alicui ſine ceſſione adquiruntur.

z Frumentum Africanum pro meliore hic poni videtur : licèt Plinius Italico principatum det.

a Ex iuſta ratione *l.45. §.6.ſupr.eod.*

b conſequetur. *Hal.*

c Fideiuſſor à reo plus petere non poteſt, quàm poſſit ipſe creditor à reo.

d *l.22.ſupr.eod.l.31.ȷ.de fideiuſſoribus.*

e Soluens ante diem procurator,neque ante diem mandati agere,neque ſolutum repetere poteſt. f repetere. *Hal.*

g Soluendo etiam id quod minimum ſit,liberatur generis debitor ; veluti cui in genere triticum, frumentum debet, vel quid ſimile. *

h *l.4.ȷ.de tritico:v.l.75.ȷ.de verb.obl.v.l.32.ſup.de cond. indeb.*

a *l.6.§.2. ȷ. eod.* adde *l.40.ȷ.eo.*

b *v.l.18.ȷ.eod.*

c Fideiuſſor ſoluens pro aliquo mandato alterius , vtrumque, hoc eſt, & mandatorem & reum ipſum principalem obligatum habet.

d *v.l.40.ſupr.eo.*

e Serui mandantis ſe emi, mandatum nullum eſt.

f *v.l.vnic.C.ſi ſeruus extero ſe emi mandauerit:&* Cyn. *ibi.*

g Affectus ratio in bonæ fidei iudiciis habetur, *vt hic:& l.7.inf.de ſer.expor. l.35.ſupr.de minor, l.36.ȷ. de bon. lib.* Imò non eſt habenda *l.33.ſupr.ad l. Aqu.*

h Ideóque in delictis , qui ad finem aut cognatum receptat, mitiùs punitur *l.2.ȷ.de receptatoribus.* De intereſſe affectonis v. *Bart.in l. vn. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.*

i *v.l.7. C. de act. empt.*

k Malo more maláque ratione ſerui ſe dominis ſuis ignorantibus auferunt, dum extraneo ſe emi mandant & manumitti. de quo vide Titulum *C. ſi ſeruus extero ſe emi mandauerit.* ſic malo more pecuniam ſibi promiſſam prohibetur petere,qui de lite pactum ſe eſſe confitetur, *l.1. §.12. ȷ. de var. & extraor. cognit.*

l Et ita de peculio ſerui ſui,domini non tenentur, *vt hic. & l.1.2. ȷ. de in rem verſo.* Item, ſi ſeruus intercedat , non in cauſa peculiari *l.19.ȷ.de fideiuſſ.* ſi donet *l.28.§. ſi ſup.de pact.* ſi voueat, arg. *l.2. §.2.ȷ. de pollicit.* ſi iudicium vel arbitrium ſuſcipiat *l.ȷ. §.8.ȷ. de pecul.* v. Cuiac.15.*obſ.32.*

m Furtum non committit procurator cùm id non reſtituit quod domino debet. Qua igitur actione eo caſu conueniri poterit ? mandati,Cur ita?Ab initio conſenſum domini habuit.

n Quia furtum ſine contrectatione non committitur,adde *l.8.§.9.l.59.ȷ.eo.*

o *l.50.§.3.ȷ.de fideiuſſ.* † Hodie non poteſt. *Nou.4.c 1.*

p Superuacua cautio contractum non reſtringit. q *l.25.C.de fideiuſſ.*

r Dubitationis tollendæ cauſa addita ius commune non lædunt *l.46.in fin.ȷ.de cond.& demon.l.81.ȷ.de reg iur.l.17.C.de teſt.l. 1.§.7.ȷ.de ædil.*

ſ Ius autem commune eſt vt creditor vel reum vel eius fideiuſſorem,vel eorum pignus eligere poſſit,& vt vno electo poſſit ad alium redire, *v.l.3.l.5.l.24.C. de fideiuſſ.*vt ſuperfluū ac reſiduum ſui debiti ab alio obtineat *l.25.C.de fideiuſſ.*

t Soluere videtur qui pecuniam in iure offert & obſignat. vnde mandati actio perinde fideiuſſori pecuniam offerenti & obſignanti competit,ac ſi ſoluiſſet. Paris enim hæc ſunt ſoluiſſe, & ita obſignaſſe.

u vide *l.9.C.de fideiuſſ.*

x *l.64.inf.de fideiuſſ.*

y Mandatum reuocatum intelligitur,domino reuertente ac preſente,*c. ſi quidem extr.de proc.in 6.*ſi modo dominus reuerſus iudiciis ac negotiis ipſis ſeipſum immiſcuerit.Ideóque notarij actis,aduocati cauſæ inſerunt, *Titium compareret in iudicio non animo reuocandi ſuos procuratores,* v. Bart.

z Mandatum inſtauratur,quod antea reuocatum interuentu atque præſentia ipſius domini,abſentia noua eiuſdem inſtaurati videtur.abſentia, inquam maximè ſi reuerſus nondum rationes à procuratore accepit,& rurſus abeſſe cœpit.

a Mandato reuocato, pòſt iterato ſeu redintegrato,debitum ex priore mandato in iteratum ſeu redintegratum deuoluitur.

b Incerta ſalarij pollicitatio non obligat *l 17.C.eod.*

c Imò extra ordinem petitur *l.diuus,4.ȷ.de var.& extraor. cognit.*

4 ¶ Sumptus

1 ¶ sumptus *a* bona fide neceſſariò factos *etſi b* negotio finem *c* adhibere procurator non potuiſſe, iudicio mandati reſtitui neceſſe eſt.

De morte mandatarij.

57. *Idem* lib. 10. Reſponſorum.

MAndatum diſtrahendorum *d* ſeruorum, defuncto, qui mandatum ſuſcepit, intercidiſſe conſtitit *e*. Quoniam tamen heredes eius errore lapſi, non animo furandi, ſed exſequendi, quod defunctus ſuæ curæ fecerat, ſeruos vendiderant, eos ab emptoribus vſucaptos videri placuit. ſed venaliciarium *f* ex prouincia reuerſum, Publiciana *g* actione non vtiliter, *h* acturum, cùm exceptio *i* iuſti dominij, cauſa cognita detur,* neque oporteat eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum, adfici damno.

De morte mandantis. de negotiis hereditariis. 1. An decretum prætoris noceat creditori abſenti.

58. *Paulus* libro 4. Quæſtionum.

SI præcedente mandato Titium defenderas, quamuis mortuo eo, cùm hoc ignorares ‖ego‖ puto mandati actionem aduerſus heredem Titij competere: quia* mandatum morte mandatoris, non *k* etiam mandati actio ſoluitur. Quòd ſi ſine mandatu defenſionem ſuſcepiſti, negotium quodammodo defuncti gerere inſtitueras. ‖&‖ quemadmodum, ſi illum liberaſſes, competeret tibi negotiorum geſtorum actio: ita poteſt dici, & heredem eius eadem actione teneri.

1 ¶ Lucius Titius creditori ſuo mandatorem *l* dedit, deinde defuncto debitore, maiore *m* parte creditorum conſentiente *n*, à prætore decretum eſt, vt portionem creditores ab heredibus ferant, abſente eo creditore apud quem mandator exſtiterat *o*. quæro, ſi mandator conueniatur, an eandem habeat exceptionem, quam hæres debitoris? Reſpondi: Si preſens apud prætorem ipſe quoque conſenſiſſet, pactus *p* videtur iuſta ex cauſa: eáque exceptio & fideiuſſori danda eſſet, & mandatori, ſed cum proponas, eum affuiſſe, iniquum eſt, auferri ei electionem, ſicut pignus *q*, aut priuilegium, qui potuit præſens idipſum proclamare, nec deſiderare decretum prætoris. Nec enim ſi quis dixerit, ſummouendum creditorem, heredi conſulitur, ſed mandatori, vel fideiuſſori, quibus mandati iudicio eandem partem præſtaturus eſt. Planè ſi ab herede partem accepiſſet, an in reſiquum permittendum eſſet creditori fideiuſſorem conuenire, dubitatum eſt. ſed videVitur conſentire decreto, conueniendo heredem.

De eo qui ſtipulatur mandato alterius. 1. de fideiuſſore emente rem pigneratam. 2. De die adiecto in mandato. 3. De pluribus mandatoribus. 4. De pignore euicto. 5. De die adiecto in mandato. De morte rei. 6. De cautione idonea.

59. *Idem* lib. 4. Reſponſorum.

SI mandatu Titij Calpurnius pecuniam, quam Titius credebat ſtipulatus eſſet, non *r* donandi animo, mandati iudicio eum ab herede Titij poſſe conueniri, vt actiones *ſ* ſuas præſtet.

¶ Idem eſt, & ſi exacta eſt à Calpurnio pecunia *t*.

1 ¶ Paulus reſpondit, fideiuſſorem, qui rem pignoris iure obligatam à creditore emit *u*, mandati iudicio conuentum ab herede debitoris, ablato *x* omni debito, reſtituere cum fructibus *y*, cogendum: neque *z* habendum ſimilem extraneo emptori: cùm *a* in omni contractu bonam *a* fidem præſtare debeat.

2 ¶ Paulus reſpondit, die *b* adiecto in mandato, intra quem præſtaturum ſe Lucius Titius ſcripſit, non eſſe impedimento, quo minus *c* etiam poſt eum diem conueniri mandati iudicio poſſit.

3 ¶ Paulus reſpondit, vnum ex mandatoribus *d* in ſolidum eligi poſſe, etiam ſi non ſit conceſſum in mandato, poſt *e* condemnationem autem in duorum perſonam collatam, neceſſario ex cauſa iudicati ſingulos pro parte *ſ* dimidia conueniri poſſe, & debere.

4 ¶ Creditor *g* pignus vendidit: quæro, an ſi euicta ſit poſſeſſio emptori, regreſſum creditor ad mandatorē habere poſſit; & an interſit creditoris, iure *h* vendiderit, an communi iure *i* promiſerit? Paulus reſpondit, ſi creditor ex pretio pignorum debitum conſecutus non ſit, mandatorem liberum non videri. Ex hoc reſponſo apparet, ſi euictionis *a* nomine non teneatur, proficere eam rem ad liberationem.

5 ¶ *Ille illi ſalutem Mando tibi, vt Blæſio Seuero adfini meo octoginta credas, ſub pignore illo "&" illo" in quam pecuniam, & quidquid vſurarum nomine acceſſerit, indemnem rationem tuam me eſſe ex cauſa mandati* b, *in eum diem quoad vixerit Blæſius Seuerus, præſtaturum*; poſtea ſæpe conuentus mandator, non reſpondit: Quæro, an morte debitoris liberatus ſit? Paulus reſpondit, mandati obligationem perpetuam, *c* eſſe: licèt in mandato adiectum videatur, indemnem rationem tuam eſſe ex cauſa mandati, in eum diem, quoad vixerit Blæſius Seuerus, præſtaturū.

6 ¶ Paulus reſpondit, non videri mandati conditione *d* paritum, cùm in mandato adiectum ſit, vt idonea *e* cautio à debitore exigeretur, ſi *f* neque fideiuſſor *g*, neque pignora accepta ſint.

Si mandator appellauerit. 1. De mandatore qui pro alio, non tamen eius cauſa promiſit. 2 De duobus mandatariis. 3. De exhibitione vxoris. 4. De libera adminiſtratione conceſſa.

60. *Scæuola* libro 1. Reſponſorum.

CReditor *h* mandatorem conuenit: is condemnatus prouocauit: quærendum eſt, an manente appellatione debitor à creditore conueniri poteſt? Reſpondi *i* poſſe.

1 ¶ Ad eum qui vxorem ducturus erat, literas fecit tales: *Titius Seio ſalutem: Sempronium pertinere ad animum meum cognouiſti: ideóque cùm ex voto meo nuptura tibi ſit, velim certus ſit ſecundùm dignitatem tuam contrahere te matrimonium, & quamuis idoneè repromiſſuram tibi Titiam matrem puellæ dotem ſciam, tamen & ipſe quo magis conciliem animum tuum domui k meæ fidem l meam interponere non dubito, quare ſcias quodcunque ab ea ex hac cauſa ſtipulatus fueris, id me meæ fide eſſe iuſſiſſe, ſaluum te habiturum*, atque ita Titia, quæ neque Titio mandauerat, neque ratum habuerat, quod ſcripſerat, dotem Seio promiſit. Quæro ſi hæres Titij ex cauſa mandati præſtiterit, an actione mandati heredem Titiæ conuenire poteſt? Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponuntur non *m* poſſe.

¶ Item quæſitum eſt, an nec negotiorum geſtorum? Reſpondi, nec hoc nomine iure agere poſſe. palam enim facere Titium, non *n* tam Titiæ nomine, quàm, quod conſultum vellet *o*, mandaſſe.

¶ Item, ſi maritus aduerſus mandatorem ageret, an aliqua exceptione ſummoueatur? Reſpondi, nihil proponi, cur ſummouendus ſit.

2 ¶ Duobus quis mandauit negotiorum adminiſtrationem, quæſitum eſt, an vnuſquiſque mandati iudicio in ſolidum teneatur? Reſpondi, vnumquemque *p* pro ſolido conueniri debere: dummodo ab vtroque non amplius debito exigatur.

3 ¶ Si inter *q* maritum & ſocerum id actum eſſet, vel tacito *r* intellectu, vt onus exhibendæ *ſ* vxoris ad maritum rediret, præſtante patre dotis vſuras, nullam actionem ſuperfore ad recipiēdum, quod negetur conſumptum *t*. quod ſi pater puellæ exhibitionem mandaſſe ſe doceat, actionem mandati competere.

3 ¶ Lucius Titius fratris filio commiſit rerum ſuarum adminiſtrationem ita:

Σείῳ τέκνῳ χαίρειν. ἐγὼ μὲν κατὰ φύσιν εἶναι νομίζω, τὸ ὑπὲρ πατρὸς καὶ τῶν τοῦ πατρὸς υἱῶν πραγματεύεσθαι, δίχα τοῦ τινὰ ἐπιτροπικὸν αἰτεῖν: εἰ δὲ δεῖ καὶ τοιαύτης τινὸς ἐπιτρέπω σοι, περὶ πάντων ἐμῶν ὡς θέλεις πραγματεύεσθαι, εἴτε πωλεῖν θέλεις, εἴτε ὑποτίθεσθαι, εἴτε ἀγοράζειν, εἴτε ὁτιοῦν πράττειν, ὡς κυρίῳ ὄντι τῶν ἐμῶν, ἐμοῦ πάντα κύρια εἶναι τὰ ὑπὸ σοῦ γινόμενα ἡγουμένου, καὶ μηδὲν ἀντιλέγοντός σοι πρὸς μηδεμίαν πρᾶξιν. id eſt, *Seio filio ſuo S. Ego quidem ſecundùm u naturam eſſe exiſtimo pro patre & patris filiis negotiari ſine aliqua conceſſionis inquiſitione: ſi autem neceſſitas alicuius talis erit, concedo tibi de omnibus meis x, vt y vis z negotiari, ſiue vendere vis, ſiue paciſci, ſiue emere, ſiue quodcunque operari, vt domino omnium meorum, me omnia firma eſſe à te facta exiſtimante, & non contrarium dicente tibi ad vllam operationem.* Quæſitum eſt, ſi quid non adminiſtrandi animo, ſed *a* fraudulenter alienaſſet, vel mandaſſet, an valeret? Reſpondi, eum, de quo quæreretur, plenè quidem, ſed quatenus res ex fide *b* agenda eſſet, mandaſſe.

¶ Item quæro, an, cùm Seius magiſtratu functus, debitor extitiſſet, Lucius Titius eo nomine conueniri poſſit, vel res eius obligatæ eſſent, propter verba epiſtolæ ſupra ſcripta? Reſpondi, neque conueniri poſſe, neque res obligatas eſſe.

a l. 12. § 9. ſ. eo.
b v. l. 4. C. eo l. 10. § 1. ſ. de negot. Officium feciſſe ſufficit, tametſi finem non ſis adſecutus. Ita finis ab officio ſecernitur. Finis ſcopus ipſe: officium, iuſta ac legitima ad finem via.
c Procurator ſumptus neceſſario repetit, etiamſi litis euentus non ſucceſſerit, vel nondum lis finita ſit.
d Mandans diſtrahi, induſtriam perſonæ eligit. Id itaque genus mandati ad heredem non tranſit.
e Quia videtur electa perſonæ induſtria.
f Mangonem, qui & venalitius. l. 44. § 1. l. vlt. ſ. de ædilit. vbi pro ex venalitio, Baſilica παρὰ σωματεμπόρου. Cic. pro Cornel. multi venalitij, mercatoréſque Sueton. de claris Rhetor. venalitij cum gregem venalitium naui educerent. vide Cuiac. 10. obſ. 6.
g Quia Publiciana non competit contra dominum.
h Non inutiliter, Auguſt. 1. Emend. 2. Zoanetus c. 18. Ruſſar. Ranconet. Char. reprehēſi à Roberto 2. recept. lect. 10.
i Putatiuus procurator vſucapiendi cōditionem, & Publicianam præſtat, non tamē excludit dominium exulem: v. quæ ſcripſi ad l. 10. ſ. de Publiciana.
k Mandatum morte finitur, at non mandati actio, vel negotiorum geſtorum, l. 26. ſ. eo.
l Mandatores huiuſmodi plerumque creditori mandabant, non tantùm debitori credi, verùm etiam debitorem non vrgeri ad ſolutionem, ſed expectari. l. 12. § 24. ſ. eod.
m v. l. 7. ſ. de pact.
n ſc. ante aditam hereditatem, l. in exigendum 7. in fin. ſ. de pactis.
o exſtiterat.
p Paciſci videtur ſeſtaturum decreto, qui ei conſentit.
q Imo priuilegium abſentibus auferri poteſt l. 10. in pr. ſ. de pact. Hic Paulus reſpondet ex ratione iuris: ibi Vlpianus ex Pij reſcripto, quod Paulus ignorauit, Cuiac. ibid. r Donare mandatario rem non præſumitur qui eum ad ſtipulandum adhibuit. ſ l. 45. in pr. ſ. eod.
t Hanc enim reſtituere cogitur l. 5. ſ. eod.
u Pignus à creditore emere fideiuſſor rei principalis poteſt, v. l. 1. C. de dolo: v. l. 26. inf. de pign. x al. oblato. y v. l. 10. § 9. ſ. eod.
z Quod quis vt ipſe non poteſt, vt alius non poteſt, vt hic.
a vide l. 10. in pr. ſ. eod. l. 26. in pr. inf. de pignorib.
b Dilatio ſeu id quo quid differtur, non tollit obligationem: dies differendæ obligationis cauſa adiectus, obligationem non tollit.
c Qui poteſt vt procurator intra diem ſolutionis aduerſus debitorem agere, idem & poſt eundem diem agens citra mandatum, non agit.
d vide Cuiac. 1 obſ. 14. in fin. e Plures mandatores in ſolidum ab initio conueniri poſſunt: à ſententia, pro parte tantum.
f vide quæ notaui ad l. 43. inf. de re iudicata.
g l. 10. C. de fideiuſſorib. § 4. Inſt. de fideiuſſ.
h quo creditor vendens pignus, euictionem non præſtat. vide l. 2. C. venditorem pignoris euictionem non præſtare. i quo venditor euictionis tenetur.

a Euictionis nomine non tenetur qui iure creditoris vendit v. l. 10. ſ. de diſtr. pign.
b Mandatum temporariū poſt mortem perpetuum efficitur: vel ita incerta non conditio ſed demonſtratio non reddit obligationem temporariam.
c Mandatum tempore finitum, poſt moram fit perpetuum.
d conditioni.
e Idonea cautio fit dato fideiuſſore vel pignore. Idoneè vox cautioni adiecta, promiſſorem obligat vel ad pignus vel ad fideiuſſorem præſtandum.
f Atqui cautionis nomine tacitè non venit fideiuſſor, l. 3. C. de verb. ſign.
g adde l. 4. § 8. ſ. de fideicom. lib.
h Lis appellationis aduerſus mandatorem inſtituta, non impedit quominus reus principalis conueniri poſſit.
i l. 116. ſ. de verb. oblig.
k al. domi.
l Atenim fideiuſſores, vel mandatores dotium non dantur, l. 2. C. ne fideiuſſores vel mandatores dotium.
m Cur non poſſit? mandatum quod fit mandatoris gratia aduerſus tertium, mandati actionem non parit.
n i. non tam Titiæ, quàm ſuum egit negotium.
o Conſultum ſibi vellet. Hal. adde l. 6. § 3. ſ. de neg.
p Mandatarij vniuerſales vt in ſolidum mādatum habent, ita in ſolidum conueniri poſſunt.
q Dotis vſuras maritus ſuas facit, quas iure mariti percipit: ſuas, inquam, facit, tametſi vniuerſas in vxorē non eroget, impendátve. Quid ſi nudum miniſterium vſuris percipiendis præſtiterit? aliud.
r i. etiam tacitè.
ſ alendæ.
t i. ad recipiendum id quod minus erogatum fuerit. multum autem intereſt an conuenerit inter ſocerum & generum, vt ex vſuris dotis maritus alat vxorem, an cum pater ipſe alere deberet, mandauit alendam marito. Priore caſu, reſiduum, ſi quod eſt, maritus non reddit: poſteriore reddit, quia vt miniſter eſt electus. Acc. v. l. 88. § 1. ſ. de leg. 2. u Exemplum v. in l. 2. inf. de curat. furioſo & aliis. x vel concedo plenam poteſtatem l. 10. C. de procur. volo te facere quidquid ego coram poſſem l. 132. § 1. inf. de verb. obl.
y Volo verbum liberam adminiſtrationem ſeu liberum arbitrium confert.
z Et ſi his verbis innuitur concedi libera adminiſtratio, non ideo dolus permittitur, vt hic. Poteſt tamen indignus à procuratore eligi citra dolum l. 24. ſ. de leg. 2. Mandato igitur generali tacitè ineſt, vt mandatarius dolum non committat, vt boni patrisfamilias vicem ſuſtineat, ne profuſè dilapidet donando vel perdendo. a Hinc colligit Acc. In generali mandatu bonam fidem intelligi, quæ dolo ſit contraria, arg. l. 71. § 2. ſ. de cond. & dem. Generalis adminiſtrationis conceſſione dolum non remitti: ſed potius id mandatum videri, vt res bona fide geratur. b l. 5. § 7. inf. de admin. tut.

Si filiofamilias mandatur.

61. *Paulus* lib. 2. ad Neratium.

QVod filiofamilias, vt peteret, mandaui, emancipatus exegit, de peculio *a* intra annum vtiliter agam. Paulus. Sed & cum filio agendum eſt.

De literis quibus declaratur commune futurum, quod ex euentu litis peruenerit. 1. Si is cui mandatum eſt vt fideiubeat mandauerit.

62. *Scæuola* lib. 6. Digeſtorum.

CVm controuerſia eſſet de hereditate defunctæ, inter ſcriptum heredem, & patruum Mæuium & amitas, Mæuius, litteris ad ſorores ſuas factis *b*, declarauit, *commune futurum, quidquid ad eum ex c euentu litis hereditariæ perueniſſet.* neque ſtipulatio *d* litteras ſecuta eſt. quæſitum eſt, cùm transegerit idem Mæuius cum ſcripto herede, ita vt prædia, & aliæ quædam res ex ea transactione ad eum peruenirent, an *e* ex literis ſuis poſſit à ſororibus conueniri? Reſpondit, poſſe.

1 ¶ Mandaui in hæc verba: *Lucius Titius Gaio Seio ſalutem. Peto, & mando tibi, vt fidem dicas f pro Publio Mæuio apud Sempronium, quæque à Publio ſoluta tibi non fuerint, me repræſentaturum, hac epiſtola, manu mea ſcripta, notum tibi facio.* quæro, ſi non fideiuſſiſſet *g*, ſed *h* mandaſſet creditori, & aliàs egiſſet, quàm ‖quod‖ ei mandatum eſſet, an actione mandati teneretur? Reſpondit, (teneri.)

PRO *i* SOCIO.

TIT. II.

Quibus modis ſocietas contrahitur. 1. De ſocietate omnium bonorum.

Paulus lib. 32. ad Edictum.

SOcietas coïri poteſt vel in perpetuum †, id eſt, dum viuunt *k*, vel ad *l* tempus, vel ex tempore, vel ſub *m* conditione.

1 ¶ In *n* ſocietate omnium bonorum omnes *o* res, quæ coëuntium ſunt, continuo communicantur *p*.

2. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

QVia, licet *q* ſpecialiter traditio non interueniat, tacita *r* tamen creditur interuenire.

2. De iuſta hereditate. 3. De dolo.

3. *Paulus* libro 32. ad Edictum.

EA verò, quæ in nominibus *ſ* erunt, manent, in ſuo ſtatu *t*, ſed actiones inuicem præſtare debent.

1 ¶ Cùm ſpecialiter omnium *u* bonorum ſocietas coïta eſt, tunc & hereditas *x*, & legatum, & quod donatum eſt, aut quaqua ratione adquiſitum, communioni adquiretur.

2 ¶ De illo quæritur, ſi ita ſocietas *y*, *vt ſi z qua iuſta hereditas alterutri obuenerit, communis ſit*: quæ iuſta hereditas, vtrum quæ iure legitimo *a* obuenit, an etiam ea, quæ teſtamento? Et probabilius eſt, ad legitimam hæreditatem tantùm hoc pertinere.

3 ¶ Societas, ſi dolo *b* malo, aut fraudandi cauſa coïta ſit, ipſo iure nullius momenti eſt. quia * fides bona contraria *c* eſt fraudi, & dolo.

Quibus modis contrahitur. 1. vel diſſoluitur ſocietas.

4. *Modeſtinus* lib. 3. Regularum.

SOcietatem *d* coire & re *e*, & verbis *f*, & per nuntium *g* poſſe nos, dubium non eſt.

1 ¶ Diſſociamur renuntiatione *h*, morte *i*, capitis minutione *k*, & egeſtate *l*.

Quarum rerum contrahitur. 1. De his qui non ſunt æquis facultatibus. 2. De donatione.

5. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

SOcietates *a* contrahuntur ſiue vniuerſorum *b* bonorum, ſiue negotiationis *c* alicuius, ſiue vectigalis *d*, ſiue etiam rei *e* vnius *f*.

1 ¶ Societas autem coïri poteſt, & valet etiam inter eos: qui *g* non ſunt æquis facultatibus, cùm plerumque pauperior *h* opera *i* ſuppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deeſt.

2 ¶ Donationis cauſa ſocietas rectè non *k* contrahitur *l*.

De partibus lucri & damni.

6. *Pomponius* libro 9. ad Sabinum.

SI ſocietatem ‖mecum‖ coïeris ea conditione *m*, *vt partes ſocietatis conſtitueres*: ad boni viri arbitrium ea res redigenda eſt: & conueniens *n* eſt viri boni arbitrio, vt non vtique ex æquis partibus ſocij ſimus: veluti ſi *o* alter plus operæ, induſtriæ, pecuniæ in ſocietatem collaturus ſit.

De ſocietate ſimpliciter contracta.

7. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

COïri ſocietatem & *p* ſimpliciter *q* licet: &, ſi non fuerit diſtinctum *r*, videtur coïta eſſe vniuerſorum, quæ ex quæſtu *ſ* veniunt. hoc eſt, ſi *t* quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione deſcendit.

De quæſtu.

8. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

QVæſtus enim intelligitur, qui ex opera *u* cuiuſque deſcendit.

9. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

NEc adiecit Sabinus, hæreditatem *x*, vel legatum, vel donationes mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa: fortaſſis hæc ideo, quia *y* non ſine cauſa obueniunt, ſed ob *z* meritum *a* aliquod accedunt.

10. *Paulus* libro 6. ad Sabinum.

ET quia plerunque vel à parente, vel à liberto, quaſi *b* debitum nobis hereditas obuenit.

11. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

ET ita de hereditate, legato, donatione, Quintus Mucius ſcribit.

12. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

SEd nec æs *c* alienum, niſi quod ex quæſtu pendebit, veniet in rationem ſocietatis.

De lucro.

13. *Idem* lib. 30. ad Edictum.

SEd & ſi adiiciatur, *vt & quæſtus d, & lucri ſocij ſint*, verum eſt, non ad aliud lucrum quàm quod ex quæſtu venit, hanc quoque adiectionem pertinere.

De pacto ne res diuidatur: aut ne abeatur à ſocietate.

14. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

SI conuenerit inter ſocios, *ne e intra certum tempus communis res diuidatur*, non videtur conueniſſe, *ne f abeatur*; ſocietate abeatur. quid tamen, ſi hoc conuenit *ne* an valeat? eleganter Pomponius ſcripſit, fruſtra hoc conuenire. nam & ſi non conuenit, ſi tamen intempeſtiuè *g* renuntietur ſocietati, eſſe pro ſocio actionem. ſed etſi conuenit, *ne h intra certum tempus ſocietate abeatur*, & ante tempus renuntietur, poteſt rationem habere renunciatio: nec *i* tenebitur pro ſocio, qui ideo renunciauit, quia conditio *k*

a Mandatum filij eo emancipato non expirat *l. 46. §. 4. in fin. ſ. de neg.*
b miſſis, ſcriptis.
c Euentum litis qui communicare cogitur, idem transactionis inſecutæ emolumentum communicare cogitur. hoc ideo quod ex euentu litis percipi intelligatur, quod ex transactione percipitur.
d adde *l. 1. Cod. de contr. ſtipul.*
e *v. l. 38. ſ. de obl. & act.*
f Vt mea fide dicas. *Hal.* fidem autem *dicere* eſt fideiubere.
g Hinc colligit Accurſius nihil intereſſe quid fiat ex æquipollentibus. adde *l. 28. ſ. 2. ſ. de iudiciis.* hinc Alexander quoque *conſ. 40. vol. 5.* ex hac lege infert, eum qui mandatum habeat compromittendi, tranſigere poſſe, quod compromiſſum & tranſactio ſint æquipollentia.
h Fideiubere mandatarius videtur: etiam cum mandat creditori. Idem enim effectu, fideiubere & mandare. mandato ſatisfit re veriſimili. Cum ita ſatisfit, mandati poteſt agi.
i 4. C. 3. 73. *Inſtit.* 26. *Paul. 2. ſent. 16. Synop. Baſil. 12. tit.*
l *Harm. 3. tit. 20.*
† Perpetuum pro vitæ ſpatio. adde quæ notaui ad *l. 9. §. 46. C. de epiſc.*
k dum viuunt qui eam contraxere. *Harm.* aliàs nulla in æternum ſocietatis coitio eſt. *l. 70. ĵ. eod.* nulla vltra mortem porrigitur. *l. 52. §. 9. ĵ. eod.* nec ad heredes extenditur.
l Societas diem & conditionem recipit *Syn. eo. c. 1.*
m *l. 6. C. eod.*
n Societate omnium bonorum. res continuò omnes fiunt communes, tanquam tacitè traditæ, exceptis nominibus, *vt hic. l. 2. l. 3. inf. eo Syn. eod. c. 2.* o *l. 52. §. 16. ĵ. eod.*
p Vt dominium & poſſeſſio de vno in alium æquis portionibus transeat, 1. *Acc.*
q Societas omnium bonorum conſenſu nudo ita contrahitur, vt neceſſaria non ſit traditio, non mancipatio: ſed quaſi ea interuenerit, dominia rerum inter ſocios ſtatim communicantur, *vt hic.* r i. ficta: aliud eſt in vera: ad quam refer *l. 10. C. de pact.* ſ Incorporalia (vt nomina, iura & actiones) ſine ceſſione non transferuntur, *vt hic.* Cur ita? Veram traditionem non recipiunt: igitur nec fictam. Nec enim, niſi veri, fictio eſſe poteſt, *l. 3. in fin. ĵ. de hereditate vel action. vend.*
t Hinc nota, difficiliùs iura & actiones ſeparari, quàm res corporales.
u Societate omnium bonorum inita, communicatur hereditas, legatum, donatio, omne lucrum. *Syn. eod.* x *l. 37. ĵ. eo.* y coïta ſit ſcilicet.
z Paciſci de hereditate viuentis generaliter licet, at non ſpecialiter.
a vide *l. 1. ſ. pet. hered.* b Societas malo dolo vel fraude inita nullius eſt momenti. Nam his fides contraria eſt, *Syn. eo. c. 3.* c Contraria fides eſt fraudi & dolo. d *Syn. eo. c. 4.* e i. tacito conſenſu. Cuiac. *hic.* rebus in commune relatis. Idque colligitur ex actibus ipſi ſocietati conuenientibus, veluti ſi duo ſimul habitant. ſi quæſtus & lucra ſimul participant, ſi damna communiter tolerant, ſi ad ſocietatem contrahendam apti ſint & idonei: tunc enim actiuè & paſſiuè ſunt ſocij. v. Roland. à Valle, 1. *conſ. 91. n. 27.*
f expreſſo conſenſu. Cuiac. *hic.* Nam vt re & verbis contrahere, duo ſunt genera contrahendi inter præſentes, ita inter abſentes dupliciter contrahitur: per Nuntium (i. epiſtolam viuam) & per Epiſtolam (i. nuntium tacitum.) Quid enim eſt epiſtola? tacitus nuntius, inquit Epictetus. Hæc Cuiac. Porro verba cum hic dicimus, ſolemnem verborum formulam non exigimus, *l. 2. inf. de oblig.* * g Per nuntium ſocietas poteſt contrahi, *vt hic*: igitur & inter abſentes. nam quæ per nuntium poſſumus, abſentes gerimus, vide *l. 1. §. 1. ſ. mandati: l. 2. C. de pact.*
h Contrario conſenſu, vide *l. 5. C. eod.* i *l. 65. §. 9. inf. eod.*
k vide *l. 63. §. vlt. ĵ. eod.*
vide *l. 65. §. 12. inf. eod.*

a *Synop. d. c. 4.*
b Nomine & ſigno vniuerſali. Prudentius tamen faciunt notarij qui adducunt ſocietatem generalem contrahi, ſuper omnib. bonis præſentibus & futuris, quocunque modo, licito tamen & honeſto, adquiſitis & adquirendis, tam ex induſtria quàm fortuna, tam ex contractibus inter viuos, quàm vltimis voluntatibus, *l.* [...] *§. 1. ſ. eod. Inſt.* [...] *in pr.* Ferrarienſ.
c Puta vini, frumenti, lanæ, in huiuſmodi ſocietate communicantur omnia, quæ et[...] proueniunt, [...] aliunde: puta induſtria perſonæ, [...] fortuna quæſita. [...] 52. §. 5. ĵ. eod.
d *l. 63. §. 8. inf.* *l. 3. C. eod.*
e Puta equi [...] dendi.
f etiam mini[...] Seneca 10. *epiſt.* ſocium effici[...] quod ex m[...] parte commu[...] adde quartam [...] ciem, de qua [...] *inf. eod.*
g Societas in[...] dem quodam [...] fraternitatis [...] *inf. eod.* con[...] men poteſt [...] ter eos qui [...] æquis facul[...] *vt hic.*
h vide *l.* [...] *eod.* quid ſi [...] *pauperiorum* [...]
i Opera [...] plerunque [...] patrimonij [...] ctum.
k *v. l. 35.* [...] *inf. de m*[...] *donat.*
l Quid? vt [...] vt donatio, ſi non valet vt ſocietas? ita cenſet Accurſius: quod Iacobo Ar[...] probatur. Cur enim valeat vt donatio, quod vt ſocietas principaliter [...] eſt? *l. 1. §. eum. ſ. de conſtit.* Quid, quòd communio hic naſceretur ſi dona[...] mine hic contractus ſubſtitiſſet, ac proinde ſocietas eſſet: quod tamen [...] tur. Alioqui id mirum cùm transactio nullo dato, ne quidem iure pacti [...] *l. 2. C. de repud. hered. l. ſi ego. 18. ſ. de reb. cred.* m Sub conditione fit ſocieta[s] [...] qua de re tamen dubitabatur, propterea quòd ſocietati mancipatio ind[...] emptione, quæ etiam imaginaria conditionem non recipiebat. Verùm [...] ginariæ emptiones ſublatæ, *l. contractus 54. ĵ. de oblig.* & conſequenter [...] die venditionem contrahi ſub conditione. *l. ſicut 20. ĵ. locati. §. empt.* [...] *& vend.* n Poteſtas alicui conceſſa, in dubio ſignificat arbitrium boni [...] *hic*: & in emptione *l. 7. ĵ. de contrah. empt.* & in locatione, *l. 24. inf. locati.* o *l. 81. in fi. l. 83. inf. eo. Nou. Leonis 103.*
p Societate ſimpliciter coïta, re non expreſſa, inita videtur ſocietas lucri [...] dentis ex emptione, venditione, locatione conductione. *Syn. eod. c. 7.* hoc [...] induſtria quæſitas & lucra perſonalia, at non ea quæ extra perſonæ in[...] poſita, vt ſunt donationes & legata. q Non adiecto ſigno vniuerſali, non [...] certo genere negotiationis; ſiue ea ſit expreſsè contracta vel tacitè: quod [...] notat Rol. à Valle 1. *conſ. 91. n. 28. 29. 30. 31.* r *al.* dictum.
ſ id eſt, ex operis, non ex fortuna & vltimis voluntatibus: ideóque he[...] legata & donationes in tali ſocietate non communicantur *l. 8. & ſeq.* [...]
t Quæſtus lucrum continet. u Ergo & ex cauſa militiæ factus quæſtus co[...] tur. Quid ſi theſaurus inuentus ſit? alibi dicam. Quid ſi nulla opera inter[...] amicitia impellente, vel ſponte aliquis nobis donauerit? non commun[...] *l. 9. ĵ. eo.* adde *l. 45. §. 2. ĵ. de adq. her.* x *l. 71. in fi. ĵ. eo* y Beneficium præſup[...] præſumit merita. *Bart.* z Imo interdum ſine merito venit hereditas, *l.* [...] *de her. inſt.* Dic: extraneis non ſine merito obuenire: ſuis quodam ſemper [...] *d. §. 1. & l. 10. ĵ. eo.* a Præſumitur liberalitas conferri in meritum: *vt hic* [...] in demeritum: adde *l. Centurio. ĵ. de mann. teſt.* b Hereditas parentum, [...] bertorum, patronis quaſi debita. adde *l. 7. ĵ. de bon. dam.* c vide *l. 27. inf.* [...] d Lucrum (aliàs generale vocabulum) hic reſtringitur ratione adiuncti [...] quæſtus. e Pactum ne intra certum tempus res communis diuidatur, [...] ſtat, vt ne ſine iuſta cauſa ante id tempus renuntiari poſſit ſocietati. f Pactum *ne à ſocietate diſcedatur* hoc præſtat, vt ne à ſocietate diſced[...] iuſta & legitima cauſa. g *l. 17. in fin. l. 62. §. 5. ĵ. eo.* h *l. 14. §. 2. § 3. ſ. com. diuid.* i Fidem frangenti fidem ſeruari non e[...] *v. l. 21. C. de pact.* k Conditio tacita ineſt ſocietati, vt hinc inde fides [...] Quid ſi non ſeruetur? poterit abiri à ſocietate quaſi conditione non [...] e. iamſi ita contracta fuerit ſocietas, ne abeatur.

quædam

quædam, quis ſocietas erat coïta, ei non præſtatur aut quid, ſi ita "iniurioſus a, &" damnoſus ſocius ſit, vt non expediat eum pati?

15. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

VEl quod b ea re frui non liceat, cuius gratia negotiatio ſuſcepta ſit?

1. Ius excipiendi tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. h. d. cum principio l. ſeq. Bart.

16. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

IDémque erit dicendum ſi c ſocius renuntiauerit ſocietati, qui Reipublicæ d cauſa diu & inuitus ſit abfuturus, quamuis nonnunquam ei obiici poſſit, quia potuit & per alium ſocietatem adminiſtrare, vel ſocio committere. Sed hoc non aliàs, niſi valde ſit idoneus ſocius, aut facilis e abſuturo etiam per alium ſocietatis adminiſtratio.

1 ¶ Qui igitur paciſcitur, *ne diuidat* f, niſi aliqua iuſta g ratio intercedat, nec h vendere poterit, nec alia l ratione efficiet, vt diuidatur. ſed ſanè poteſt dici venditionem quidem non impedire, ſed exceptionem k aduerſus emptorem locum habere, ſi ante diuidat, quàm diuideret is qui vendidit.

Si renuncietur abſenti. 1. Pactum de renuntiatione.

17. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

SEd & ſocius, qui alienauerit, contra pactionem accipit l, committit, & tenetur ſocietatis, aut m communi diuidundo iudicio.

1 ¶ Si n abſenti renunciata ſocietas ſit quoad o is ſcierit, quod is acquiſiuit, qui renunciauit, in commune redigi: detrimentum autem ſolius eius eſſe qui renuntiauerit, ſed quod abſens acquiſiuit, ad p ſolum eum pertinere, detrimentum ab eo factum commune eſſe.

2 ¶ In ſocietate autem coëunda, nihil attinet de renuntiatione cauere "eundem" quia ipſo q iure ſocietatis intempeſtiua r renuntiatio in æſtimationem venit.

De renuntiatione ſocietatis à ſeruo contracta.

18. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

SI ſeruus ſocietatem coïerit, non ſ ſufficiet, ſi iubeatur à domino ſeruus abire à ſocietate: ſed ſocio renuntiandum eſt.

De ſocio ſocij. De ſeruo propoſito ſocietati, de compenſatione lucri & damni.

19. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

QVi admittitur ſocius, ei t tantùm ſocius eſt, qui admiſit. & rectè: cùm enim ſocietas conſenſu contrahatur, ſocius mihi eſſe non poteſt, quem ego ſocium eſſe nolui: quid ergo, ſi ſocius meus eum admiſit? ei ſoli ſocius eſt.

20. *Idem* lib. 31. ad Edictum.

NAm ſocij u mei ſocius, meus ſocius non eſt x.

21. *Idem* lib. 30. ad Sabinum.

ET quidquid fuerit de ſocietate noſtra conſecutus, cum illo, qui eum aſſumpſit, communicavit: nos [ei] cum eo non communicabimus. Sed factum eius præſtabitur ſocietati, id eſt, aget ſocius, & ſocietati præſtabit, quod fuerit conſecutus.

22. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

EX contrario factum quoque ſociorum debet ei præſtare, ſicuti ſuum, quia ipſe aduerſus eos habet actionem. Item certum eſt, nihil vetare, prius [quàm] inter eum qui admiſerit, & eum qui admiſſus fuerit, ſocietatis iudicio agi, quàm agi incipiat inter cæteros, & eum qui † admiſerit.

1. Qui tenetur ratione culpæ non liberatur cedendo actionem: & lucrum contingens ex induſtria, non compenſatur cum damno contingente ex culpa. Bald.

23. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

DE illo Pomponius dubitat, vtrum actionem eum mandare ſociis ſufficit, vt, ſi facere ille non poſſit, nihil vltra ſociis præſtet. An verò indemnes eos præſtare debeat? Et puto, omnimodo y eum teneri eius nomine, quem ipſe ſolus admiſit: quia difficile eſt negare, culpa ipſius admiſſum.

1 ¶ Idem quærit, an a commodum, quod propter admiſſum ſocium acceſſit, compenſari cum damno, quod culpa præbuit, debeat? Et ait, compenſandum: quod non b eſt verum c. Nam & Marcellus lib. 6. Digeſtor. ſcribit, ſi ſeruus vnius ex ſociis, ſocietati à domino præpoſitus, negligenter d verſatus ſit, dominum ſocietati, qui præpoſuerit, præſtaturum: nec compenſandum commodum, quod per ſeruum e ſocietati acceſſit, cum damno. & ita Diuum Marcum pronuntiaſſe: nec † poſſe dici f ſocio, *abſtine commodo, quod per ſeruum acceſſit (ſi) damnum* g *petis* h.

24. *Idem* lib. 31. ad Edictum.

PLanè ſi ambo ſocij ſeruum alterius præpoſuerint, non tenebitur dominus eius nomine, niſi dumtaxat de peculio i *. commune k enim periculum eſſe oportet, cùm ambo eum præponamus l.

25. *Paulus* lib. 6 ad Sabinum.

NOn ob eam rem minus ad periculum ſocij pertinet, quod negligentia m eius periiſſet, quòd in pleriſque aliis induſtria eius ſocietas aucta fuiſſet. & hoc ex appellatione Imperator pronunciauit.

26. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

ET ideo, ſi ſocius quædam negligenter in ſocietate egiſſet, in pleriſque autem ſocietatem auxiſſet: non compenſatur compendium cum negligentia, vt Marcellus libro 6. Digeſtorum ſcripſit.

De re aliena.

27. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

OMne æs alienum n, quod manente ſocietate contractum a eſt, de communi ſoluendum eſt p: licèt poſteaquàm ſocietas diſtracta eſt, ſolutum ſit q. igitur etſi ſub conditione promiſerat r, &, diſtracta ſocietate, conditio extitit, ex communi ſoluendum eſt: ideóque, ſi interim ſocietas dirimatur, cautiones ſ interponendæ ſunt.

28. *Idem* lib. 60. ad Edictum.

SI ſocij ſumus, & vnus ex die pecuniam debeat t, & diuidatur u ſocietas: non debet hoc deducere ſocius, quemadmodum præſens debet: ſed omnes diuidere, & cauere x, cum dies venerit, defenſum iri ſocium.

De partibus lucri & damni.

29. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

SI non fuerint partes y ſocietati adiectæ, æquas z eas eſſe conſtat a. Si verò placuerit, vt quis duas partes, vel tres habeat, alius vnam, an valeat? placet valere: ſi modò aliquid plus contulit ſocietati vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuſcunque alterius rei "cauſa".

1 ¶ Ita coïri ſocietatem poſſe: vt nullius partem b damni c alter ſentiat, lucrum verò commune ſit, Caſſius putat, quod ita d demùm valeVit, (vt & Sabinus ſcribit) e ſi tanti ſit opera, quanti damnum eſt *. plerunque enim tanta eſt induſtria ſocij, vt f plus ſocietati conferat, quam pecunia. Item ſi ſolus nauiget, ſi ſolus peregrinetur, periculo g ſubeat ſolus.

2 ¶ Ariſto refert, Caſſium reſpondiſſe, ſocietatem h talem coïri non poſſe, vt alter lucrum tantùm, alter damnum ſentiret: & hanc ſocietatem leoninam i ſolitum appellare: & nos conſentimus, talem ſocietatem nullam eſſe, vt alter lucrum ſentiret, alter verò nullum lucrum, ſed damnum ſentiret *. iniquiſſimum enim genus ſocietatis eſt, ex qua quis damnum, non k etiam lucrum ſpectet l.

Lucrum dicitur deducto damno, & damnum dicitur deducto lucro. Bald.

30. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

MVcius libro quartodecimo ſcribit non poſſe ſocietatem coïri, vt aliam damni, aliam lucri partem ſocius ferat. Seruius in notatis Mucij ait, nec poſſe ſocietatē ita contrahi: neque m enim lucrū intelligitur, niſi omni dāno n deducto o, neq; damnū niſi

a Societati iniurioſi hominis & damnoſi ſocij renunciare licet. adde l.7.ff.de reb.eom.
b Hæc & ſuperior cauſa fratribus diligenter notanda, grauatis à parte diuidant. *Bart.*
c Abſentia diuturna, iuſta cauſa eſt diſſoluendæ ante tempus ſocietatis, ſi qui abfuturus eſt, ſocietatis negotia per alium æquè commodè explicare non poſſit.
d Sponſalibus ob hanc cauſam, vt renuncietur, v.l.2.C. de repud.
e Excuſatur qui procuratorem non miſit, ſi facile nanciſci procuratorem non potuit. Id hinc Bald. colligit.
f nec diuidatur, *Hal.*
g Generalis promiſſio iuſtas, ſemper exceptiones admittit.
h Prohibetur cum aliquid, prohibentur etiam media ad illud tendentia, l.16.ff.de ſponſal.
i Prohibita ſocietatis diſſolutione, prohibentur, & omnia quæ ad eam diuidendam pertinent.
k Excipiendi ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem, v.d.l.14.
l contra pactionem committit. *Hal.*
m Quoties ſc. res deſinit eſſe ſociorum communis, l.1.ff.com.diuid.
n Abſenti ſocio renunciata ſocietate, quæcunque renuncians acquirit, quod abſens ſcierit, in commune rediguntur, licet detrimentum non ſit commune ſed eius tantùm qui renunciauit. Per contrarium, quod abſens ille ſocius lucrum facit, ſibi tantum, non ſocio facit: detrimentum, commune. *Syn.eod. cap.* 17.
o Renunciatio ſocio renunciāti præiudicat ſtatim: abſenti, non ante quàm renunciationis fuerit admonitus.
p l.67.§.1.ff.eo. q κατὰ φύσιν τῆς κοινωνίας, &c. natura ſocietatis tenetur, qui intempeſtiuè ſocietati renunciauit, *Syn. ibid.*
r v.l.14.ff.eod.
ſ Societatem ſerui iuſſus domini non diſſoluit, cùm ea res etiam factum ipſius ſerui exigat.
t Socij ſocius, non eſt mihi ſocius, l.19.eod.l.105.ff.de verb.ſign.l.47.§.fin.ff.de reg. iur.
u Socius ſocij, non eſt ſocius meus *vt hic.* ſic libertus liberti, non eſt meus libertus: vaſallus vaſalli, non eſt meus vaſallus. Doctores in l.Pater.38.§ duob.1.ff.de leg.3. Contrà, amicus inimici, aut inimicus amici inimicus eſſe videri poteſt, facit lex 1.§.cùm patronus, ff.de offic.præf.vrbi.
x Nec enim poteſt ſocius, mihi inuito, ſocium parare, *vt hic.* non poteſt ſeruitutem fundo communi imponere, l.2.ff.de ſeruit.(contra eſt in vſufructu, l.5.ff.de vſufructu) rem communem celare, amouere, l.45.l.46. alienare plus parte ſua, l.68. damnum in ea re dare, l.47.48.49. in eam, niſi ſit ſepulchrum, mortuum inferre, l.39. nec ſocium obligare æris recepti, niſi æs in communem arcam intulerit, l.82. an & filiam dotare ex communi pecunia? v.l.81.hoc tit. poteſt tamen partem rei communis pro indiuiſo alteri donare, l.12.C.de donationib. at non parietem demoliri, & reficere, l.8.ff.de ſeruit.vrb. Item prohibere potius quàm facere poteſt, l.11.ff.ſi ſeru.vind.
y quem *Florentina.*
z Cedendo actiones non liberatur qui culpa ſua obligatus eſt.

a Lucrum induſtria contingens non compenſatur cum damno contingente ex culpa.
b Imò eſt, & eſt compenſatio, l.6.ff.de compenſat.
c Imò verum eſt, l.11.in fin.ff.de negot.
d Ita vt eius negligentia obfuerit ſocietati.
e Id eſt, per induſtriam ſerui.
† Socio in hoc caſu dici non poteſt: *Si vis me vniuerſum damnum ſerui per me præpoſiti negligentia contractum ſubire, commodo per eum acquiſito abſtine, vt hic.* nec enim cum lucro negligentia compenſatur, 12.Eclog. 1.c.25.
f *ſub.* per eum qui ſeruum præpoſuit.
g i. quod intereſt.
h *al.* non petis.
i i ſi damnum culpa intulit ſocietati.
k Commune eſſe debet quod communiter fit à pluribus.
l cùm præpoſuerint. *Hal.*
m Negligentia ſocij in vno excuſatur quod in aliis rebus diligens fuerit. Ex hac lege & ſequenti reſtitui poteſt, c.25.12.Ecl. tit. 1. quod mutilum eſſe conſtat.
n l.12.ff.e.l.113.§.1.ff.de verb.ſign.
o Ab vno ſociorum in ſocietatis commodum.
p vide tamen l.82.ff.eo.
q *ſub.* pretium rei in ſocietate emptæ.
r Societate conſtante contractum debitum, ea diſſoluta, creditori ſoluendum eſt in præſenti, ſi purum eſt debitum: ſi vero ſub conditione vel in diem interponitur cautio.

ſ De ſocio ſcilicet defendendo euenïente condictione ſub qua obligatus eſt nomine ſocietatis, l.28.l.38.l.67.ff.eodem.
t *ſub.* ſocietatis cauſa. u pendente die. x *ſub.* ſocio in diem obligato.
y lucri & damni.
z Præſumitur æquis partibus coïta ſocietas, *vt hic. Syn.eod.c.29.* ita lex partes tacitè colligit, quæ expreſſæ à contrahentibus non ſunt.
a Si æquale fuit capitale, i. ſi vterque eandem ſortis pecuniæve quantitatem, vel eaſdem operas contulit. Si inæquale fuit, partes lucri & damni inæquales erunt, iuxta quantitatem capitalis ſiue ſortis, id enim tacitè actum intelligitur, l.16. in fin.ff.eod l.81.in fin.ff.eod. b vt nullam partem. *Hal.*
c pecuniæ ab alio ſocio collatæ, vt ſi ea pereat, ſocio non teneatur: cùm tuas operas in vicem rei pecuniæve per ſocium collatæ perdideris. Nam & ſi ea dumtaxat ſalua fuerit, tota reuertetur ad eum qui eam contulit. At enim, inquies, te operas perdidiſſe? res ita eſt ſed alter viciſſim pecuniam otioſam in ſocietate habuit. d v.Theoph.§.2.Inſt.eod.
e Societas poteſt ita iniri, vt nullam partem damni ſentias, & tamen lucri partem ſentias, ſi tanti opera tua eſt, quanti damnum: veluti ſi ſolus nauiges, peregrineris, vel pericula ſubeas, *Syn ib.c.29.in fin.*
f l.1.C.eod.l.5.§.1.ff.eod l.80.ff.eod.§.2.Inſt.eod.
g *al.* pericula. h Societas ea pactione contrahi non poteſt, vt tu damnum tantum capias, alter lucrum, *Syn.d.c.29.* i Nam Leo (vt eſt in Apologo) communem ex venatione prædam ſic diuidebat cum vulpe, vt ſibi ferme totam retineret, vulpi vix minimam concedens partem: Seneca 2. *epiſt.vlt.* ſine amico viſceratio leonis ac lupi vita eſt. k v.l.53.in fin.ff.eod. l al. ſperet.
m Lucri norma, damnum: damni, lucrum: Lucrum eſt quod damno deducto ſupereſt: damnum quidquid lucro deducto reliqui eſt.
n *ſub.* caſuali, fortuito.
o Imo lucrum percipitur damno non deducto, l.25.in fin.ff.eod.

omni lucro deducto. ſed poteſt coïri ſocietas ita, vt eius lucri, quod reliquum in ſocietate ſit, omni damno deducto, pars alia feratur: & eius damni, quod ſimiliter relinquatur, pars alia capiatur.

De actione pro ſocio, & iudiciis diuiſoriis.

31. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

VT ſit pro ſocio actio, ſocietatem intercedere oportet. Nec enim ſufficit, rem eſſe communem, niſi ſocietas intercedit: communiter autem res agi poteſt etiam citra *a* ſocietatem: ‖vt‖ putà cùm non affectione ſocietatis incidimus in communionem, vt euenit in re duobus legata: item ‖ *b* ſi à duobus ſimul empta res ſit: aut ſi hereditas, vel donatio communiter nobis obuenit: aut ſi à duobus ſeparatim emimus partes eorum, non ſocij futuri.

32. *Idem* lib. 2. ad Edictum.

NAm cum *c* tractatu *d* habito ſocietas coïta eſt, pro ſocio actio eſt: cùm ſine tractatu in re ipſa & negotio, communiter geſtum videtur.

33. *Idem* libro 31. ad Edictum.

VT in conductionibus publicorum *e*, item in emptionibus. Nam qui nolunt inter ſe contendere, ſolent per nuntium rem emere in commune. Quod à ſocietate longè remotum eſt: & ideò ſocietate ſine tutoris auctoritate coïta, pupillus non *f* tenetur: attamen de *g* communiter geſto tenetur.

34. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

QVibus caſibus, ſi quid fortè vnus in eam rem impenderit, ſiue fructus, mercedéſve vnus perceperit, vel deteriorem fecerit rem, non ſocietatis iudicio locus eſt: ſed inter coheredes quidem familiæ erciſcundæ iudicio agitur: inter cæteros communi diuidundo.

¶ Inter *h* eos quoque, quibus hereditario iure communis res eſt, poſſe & communi diuidundo agi.

De heredibus.

35. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

NEmo poteſt ſocietatem heredi *i* ſuo ſic parere *k*, vt ipſe heres ſocius ſit.

¶ In heredem *l* autem ſocij proponitur actio, vt *m* bonam fidem præſtet.

36. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

ET acti etiam culpam *n* quam is præſtaret, in cuius locum ſucceſſit licèt *o* ſocius (non ſit.)

37. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

PLanè ſi hi, qui ſociis heredes extiterint, animum inierint *p* ſocietatis in ea hereditate; nouo conſenſu, quod poſtea geſſerint, efficitur, vt in pro ſocio actionem deducatur.

Cautiones de futuro damno vel lucro. 1. De impenſis & fructibus.

38. *Paulus* libro 6. ad Sabinum.

PRo ſocio arbiter *q* proſpicere *r* debet cautionibus *ſ* in futuro damno, vel lucro, pendente ex ea ſocietate: quod Sabinus in *t* omnibus bonæ fidei iudiciis exiſtimauit, ſiue generalia *u* ſunt, veluti pro ſocio, negotiorum geſtorum, tutelæ: ſiue ſpecialia, veluti mandati, commodati, depoſiti.

1 ¶ Si tecum ſocietas *x* mihi ſit, & res ex ſocietate communes, quam impenſam *y* in eas fecero, quóſve fructus ex his rebus ceperis, vel pro ſocio, vel communi diuidundo *z*, me conſecuturum: & altera actione alteram tolli *a*, Proculus ait.

39. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

SI fundus mihi tecum communis ſit, & in eum mortuum intuleris, agam *b* tecum pro ſocio.

De herede.

46. *Idem* lib. 17. ad Sabinum.

HEres ſocij quamuis *d* ſocius non eſt, tamen ea, quæ per defunctum inchoata ſunt, per heredem explicari debent *e*. in quibus *f* dolus *g* eius admitti poteſt *h*.

De ſtipulatione pœnali.

41. *Vlpianus* lib. 20. ad Edictum.

SI quis à ſocio pœnam *i* ſtipulatus ſit pro ſocio non aget, ſi *k* tantumdem in pœnam ſit, quantum eius interfuit.

42. *Idem* lib. 45. ad Sabinum

QVòd ſi ex ſtipulatu *l* eam conſecutus ſit, poſtea pro ſocio agendo, hoc minus accipiet, pœna ei *m* in ſortem imputata.

a Actio pro ſocio oritur ex contractu, non ex nuda communione; & ex antecedenti cõuentione ſit, non ex incidenti: *l. 2. ſ. commun. diuid. l. 4. commun. diuid. §. 3. Inſt. de oblig. qua ex quaſi contr.*
b *l. 2. C. eod.*
c Societas ſeu κοινωνία fit tractatu habito, ſeu conuentione: χειροπραξία, ſeu communiter geſtum, ſine tractatu & conuentione. *Syn. eod. c. 32. 3. Harm. 10. §. 1.*
d id eſt, quoties conuentio contractum præcedit ἀπὸ συναινέσεως *Synop. c. 37.*
e putà vectigaliũ. vt *l. 5. ſ. eo. l. 63. §. 8. j. eo.*
f Cur ita? vide *l. 110. § 2. j. de regul. iuris.*
g Cur ita collige ex *l. 29. verſ. denique ſ. comm. diuid.*
l. 46. j. de obl. & act.
h *l. 20. § 4. l. 44. ſ. fam.*
i Societas ad heredem non tranſit, niſi dictum ſit, *l. 59. j. eo. & al.* parare.
l *l. 63. § 8. j. eo.*
m Societas non tranſit ad heredem licèt eo quod ipſe geſſerit teneatur: cœpta à defuncto perficere teneatur: hæc enim bonæ fidei propria ſunt, *l. 40. j. eo.*
n *l. 40. j. eo.*
o *d. l. 63. § 8. j. eo.*
p adde *l. 41. j. eod.*
q datus à prætore *v. l. 10. in fin. ſ. qui ſatiſdar.*
r Futuri cautio ad Iudicem pertinet in iudiciis, ſiue generalia ſint, ſiue ſpecialia: idque quoties æquitas ſuadet.
ſ *l. 27. in fin. ſ. eo.*
t *v. l. 41. ſ. de iudiciis.*
u iudiciorum bonæ fidei alia generalia, alia ſpecialia.
x *ſub.* conuentionalis.
y *l. 52. § 4. j. eod.* Pro ſocio actione expenſas pro ſocio factas ſocius conſequitur.
z *l. 43. v. l. 47. in fin. j. eod.*
a *l. 41. l. 50. j. eod.*
b An vt tollas mortuum? An vt partis fundi æſtimatio præſtetur? An potius vt omne damnum quódque mea planè intereſt?
c alibi in factum, *l. 6. § 6. ſ. comm. diuid.*
d Heres ſocius non eſt, *l. 63. in fin. ſ. eo. l. 63. § 8. j. eod.*
e Imò non cogitur, *l. 19. j. de aceuſ.*
f *ſub.* explicandis.
g *d. l. 36.*
h ideo tenetur.
i Pœna conuentionalis ſuccedit loco rei: ideoque pœna exacta, res, vt per contrarium, re exacta, pœna peti non poteſt, niſi plus in re quàm in pœna ſit. adde *l. vlt. ſ. de reb. cred.*
k Cur ita? *v. l. 38. in fin. ſ. eod.*
l hoc eſt, certi condictione ex ſtipulatione, ſi certa; ex ſtipulatu ſi incerta.
m Imò, quod pœnæ nomine à debitore exactum eſt, lucro debet cedere creditoris, *l. 74. j. de ſolut. v. l. 4. § 7. j. de doli except.*

De concurſu actionis pro ſocio, & communi diuidundo.

43. *Idem* lib. 28. ad Edictum.

SI actum ſit communi diuidundo *a*. non tollitur pro ſocio actio. quoniam *b* pro ſocio & nominum *c* rationem habet *d*, & adiudicationem non admittit *e*. ſed ſi poſtea pro ſocio agatur, hoc minus ex ea actione conſequitur, quàm ex prima actione conſecutus eſt.

De re vendenda data.

44. *Idem* libro 31. ad Edictum.

SI margarita tibi vendenda dedero, vt *ſi ea decem vendidiſſet, redderes mihi decem: ſi pluris, quod excedit, tu haberes:* mihi videtur, ſi *f* animo *g* contrahendæ *h* ſocietatis id actum ſit, pro ſocio eſſe actionem: ſi minus, præſcriptis verbis *i*.

45. *Idem* lib. 30. ad Sabinum.

REi communis nomine cum ſocio furti *k* agi poteſt, ſi per fallaciam, dolóve malo amouit, vel rem communem celandi animo contrectet: ſed & pro ſocio actione obſtrictus eſt. nec *m* altera actio alteram tollet *n*. Idémque in omnibus bonæ fidei iudiciis dicendum eſt.

46. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

IDem eſt & *o* in colono *p*, & in eo, qui negotia gerit *q* & qui mandatum noſtrum exequitur, & in tutore *r*.

De damno dato in re communi.

47. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinumm.

SEd ſi ex cauſa furtiua condixero, ceſſaVit pro ſocio actio, niſi ſi pluris mea interſit.

1 ¶ Si damnum *ſ* in re communi ſocius dedit, Aquilia *t* teneri eum, & Celſus, & Iulianus, & Pomponius ſcribunt.

48. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

SEd nihilominus & pro ſocio tenetur.

49. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

SI hoc facto ſocietatem læſit: ſi, verbi gratia, negotiatorem ſeruum vulnerauerit, vel occidit *u*.

50. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

SEd actione pro ſocio conſequitur, vt altera *x* actione contentus eſſe debeat, quia vtraque actio ad rei perſecutionem reſpicit: non, vt furti, ad pœnam duntaxat.

De furto. 1. De plagio.

51. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

MEritò autem adiectum eſt *y*, Ita demum furti actionem *z* eſſe, ſi per fallaciam, & dolo malo amouit *a*: quia, cum ſine dolo malo fecit, furti non tenetur: & ſane * plerumque credendum eſt, eum *b*, qui partis dominus eſt, iure potius ſuo "re" vti, quàm furti conſilium inite.

1 ¶ Et ideò videVimus, an Fauia *c* teneatur. & ratio *d* quidem facit, ne teneatur: verùm, ſi plagium fecit *e*, vel ſuppreſſit; Fauia teneri *f*.

Si is qui mandauit alteri vt emeret, & ſibi partem cederet, ipſe emit. 1. De bona fide. 2. De dolo, culpa, & caſu fortuito. 15. De argentariis ſociis. 6. De fratribus parentum hereditates indiuiſas habentibus. 7 De ſociis, quorum vnus pecuniam, alter operam contulit. 8. De fratribus ſociis. 9. De morte ſocij. 10. De refectione communis inſulæ. 11. De ſocietate ad emendum. 12. De refectione rei communis. 13. De vſu rei communis. 14. De pluribus ſocietatibus inter eoſdem. 15. De ſumptibus. 16. De ſocietate omnium bonorum. De delictis.

52. *Idem* lib. 31. ad Edictum.

CVm duobus vicinis fundus "coniunctus", venalis eſſet, alter ex his petit ab altero, *vt eum fundum emeret, ita vt ea pars quæ ſuo fundo iuncta eſſet, ſibi cederetur.* Mox ipſe eum fundum, ignorante vicino, emit. Quæritur, an aliquam actionem cum eo vicinus habeat. Iulianus ſcripſit, implicitam *g* eſſe facti quæſtionem. nam *h* ſi hoc ſolùm actum eſt, *vt fundum Lucij Titij vicinus emeret & mecum communicaret,* aduerſus me qui emi nullam actionẽ vicino cõpetere. ſi vero id actũ eſt, vt

a *l. 38. in fin. ſ. eo. v. l. 47. in fin. j. eo.*
b Pro ſocio actionis & communi diuidundo hæc differentia en pro ſocio actio, qua nominum rationem habet à ſocio contractorum ea parte ſuperat actionem communi diuidundo, qua verò adiudicationem nõ admittit, in eo ſuperatur à communi diuidundo actione,
c ab vno ſociorum contractarum.
d poſſunt enim cõmunicari nomina non diuidi. Interim nota differentiam actionis pro ſocio, & communi diuidundo: eſt enim mutua inter eas relatio, vt ... cedentis & exce...
e quia pro ſocio actio efficit, ... conferatur in cõmunionem, q... antea communem fuit: ad quam cõmunionem ... facit adiudica... Communi diuid... do iudicium ... ſatur circa res ... communes ... qualiter diuid... das
f Socius & ... & pro ſocio ... ne teneri ... nec alteram ... tollit *Syn. ...*
g *v. l. 37. ...*
h i. ſocietas ... demum contra... tur, cum ſocie... contrahendæ ... mus adeſt, ... qualitate ... colligitur.
i vt quia ego ... tu operam cõ... liſti.
k *l. 51. j. eo.*
l Hoc eſt, do... cias.
m Actio rei perſe... cutoria, ... perſecutoria ... tur: pœnalis ... tollitur: & ... tra.
n ſi pluris ... ter..., *l. 47. j. eo.*
o i. & colon... iac. 9. obſeru... *fin.*
p *l. ſi locatio... 42. j. locati.*
q *ſub.* fine ...

r v. tamen *l. Tres tutores, 55. j. de admin. tut.* ſ *l. 59. in fin. j. eod. l. 9. ſ. de ſeruo corrupto.*
t adfinia remedia actionis pro ſocio ſunt legis Aquiliæ, *vt hic,* communi diuidundo, *l. 38. in fin. l. 43. ſ. eod.* & furti actiones. *l. 45. ſ. eod. l. 51. j. eo.*
u *v. l. 19. ſ. ad l. Aquil.*
x *v. l. 38. ſ. eod.*
y *l. 45. ſ. eo.* z *ſub.* contra ſocium.
a *ſub.* rem communem. b adde *l. 9. § 1. ſ. de ſeruo corrupt. l. 15. § 36. j. ...* c De plagiariis. d prima quidem facie ſcilicet *Accurſ.* addet... *l. 14. C. ad l. Fabiam.* Dic potius, *rationis* voce hic intelligi præſumptionem ... de qua paulò ante dictum eſt.
e Præſumitur in dubio caſu quiſque ſuo iure potius vti, quàm alteri nocere aut obeſſe velle, adde *l. 4. C. ſi ſeruus exportandus.* v. Alciatum 3. *præſump...* interpretationem in dubio accipimus quæ delicto careat. *c. eſtote, de regulis iuris.* ... à prouidis & honeſtis perſonis interpoſitus, præſumitur iuſtè ac legitimè ... *c. niſi eſſent viri prouidi. De præbendis: d. c. eſtote.* Et cùm actus referri ad ... ctum & non delictum poteſt, ad eam partem potius referre eum oportet, ... delicto careat, quàm quæ delictum habeat vel inducat. *Gloſſ. in c. abſit ...* Magna enim præſumptio ex qualitate perſonarum ducitur: & breuiter, dolus ... gulariter non præſumitur, niſi probetur, *l. dolum. 6. C. de dolo.*
f vendendo ſeruum dolo malo.
g *ſub.* criminaliter, & ciuiliter.
h Implicita facti quæſtio: in qua facti controuerſia accuratè ſpectanda ... & breuiter. Mandati agitur, vbi mandatum, pro ſocio, vbi animus ſocietatis contrahendæ fuit.

quaſi

quaſi commune negotium gereretur *a*, ſocietatis iudicio tenebor, vt tibi deducta parte *b*, quam mandaueram, reliquas partes præſtem.

1 ¶ Venit autem in hoc iudicium pro ſocio bona fides *c*.

2 ¶ Vtrum ergo tantum dolum, an etiam culpam *d* præſtare ſocium oporteat, quæritur? Et Celſus libro ſeptimo Digeſtorum ita ſcripſit. * Socios inter ſe dolum *e*, & culpam præſtare oportet. Si *f* in coëunda ſocietate (inquit) artem *g*, operámve pollicitus eſt alter, veluti cùm pecus in commune paſcendum, aut agrum politori *h* damus in commune quærendis *i* fructibus: nimirum ibi etiam *k* culpa præſtanda eſt, pretium enim operæ artis *l* eſt velamentum *m*. Quòd ſi rei communi ſocius nocuit, magis admittit, culpam quoque venire.

3 ¶ Damna *n*, quæ imprudentibus *o* accidunt, hoc eſt damna fatalia, ſocij non cogentur præſtare: ideoque ſi pecus æſtimatum datum ſit, & id latrocinio, aut incendio perierit, commune damnum eſt, ſi nihil dolo, aut culpa acciderit ‖ eius qui æſtimatum pecus acceperit. ‖ Quòd ſi à furibus *p* ſubreptum ſit, proprium eius detrimentum eſt: quia cuſtodiam præſtare debuit, qui æſtimatum accepit. Hæc vera ſunt: & pro ſocio erit actio: ſi modò ſocietatis contrahendæ cauſa paſcenda data ſunt, quamuis æſtimata.

4 ¶ Quidam *q* ſagariam *r* negotiationem *ſ* coïerunt; alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit, ‖ ſuamque ‖ pecuniam perdidit, ſerui eius vulnerati ſunt; réſque proprias perdidit. Iulianus dicit damnum eſſe *t* commune, ideóque actione pro ſocio damni partem dimidiam agnoſcere debere, tam pecuniæ, quàm rerum cæterarum quas ſecum non tuliſſet ſocius, niſi ad merces communi *u* nomine comparandas proficiſceretur. Sed & ſi quid in medicos impenſum eſt, pro parte ſocium agnoſcere debere, rectiſſimè Iulianus probat. proinde & ſi naufragio quid periit, cùm non aliàs merces, quàm naui ſolerent *x* aduehi, damnum ambo ſentient: Nam * ſicuti *y* lucrum, ita damnum quoque commune eſſe oportet, quod non culpa ſocij contingit.

5 ¶ ‖ Cùm ‖ duo erant argentarij ſocij, alter eorum aliquid, ſeparatim *z* quæſierat, & lucri *a* ſenſerat, quærebatur, an commune eſſe lucrum oporteret & Imperator Seuerus Flauio Felici in hæc verba reſcripſit: * Etiam ſi maximè argentaria ſocietas inita eſt, quod quiſque tamen *b* ſocius non ex argentaria cauſa quæſiit, id ad communionem non pertinere, explorati iuris eſt.

6 ¶ Papinianus ‖ quoque lib. tertio reſponſorũ ait. Si fratres *a* parentium indiuiſas *b* hereditates ideo retinuerunt *c*, *vt emolumentum, ac damnum in dis commune ſentirent*, quod aliunde *e* quæſierint, in commune non redigetur.

7 ¶ Item ex facto conſultum reſpondiſſe ſe ait libro tertio reſponſorum; Inter Flauium victorem *f*, & Vellicum Aſianum placuerat *g* vt, *locis emptis pecunia Victoris, monumenta fierent opera & peritia Aſiani: quibus diſtractis, pecuniam Victor cum certa quantitate reciperet. ſuperfluum Aſianus acciperet, qui operam in ſocietatem contulit.* erit pro ſocio *h* actio.

8 ¶ Idem Papinianus eodem libro ait *i*: Si inter fratres voluntarium conſortium *k* initum fuerit, & ſtipendia *l*, cæteráque ſalaria in commune redigi iudicio ſocietatis. Quamuis filius emancipatus hæc non cogatur conferre fratri (inquit) in poteſtate manenti. quia, etſi in poteſtate maneret, præcipua *m* ea haberet.

9 ¶ Idem reſpondit, ſocietatem *n* non *o* poſſe vltra *p* mortem porrigi. & ideo nec libertatem *q* de ſupremis iudiciis conſtringere quis poterit, vel cognatum vlteriorem proximioribus præferre.

10 ¶ Idem reſpondit, Socius *r* qui ceſſantis *ſ*, ceſſantiúmve portiones inſulæ reſtituerit *t*, quamuis aut ſortem cum certis vſuris *u*, intra quatuor menſes, poſtquam opus refectum erit, recipere poteſt, exigendóque priuilegio vtetur, aut *x* deinceps propriam rem habebit, poteſt tamen pro ſocio agere ad hoc, vt conſequatur quod ſua intererat: finge *y* enim, malle eum magis ſuum conſequi *z*, quàm dominium inſulæ. oratio *a* enim Diui Marci idcirco quatuor menſibus finit certas vſuras, quia poſt *b* quatuor dominium dedit.

11 ¶ Si qui ſocietatem, ad emendum *c* coïerint, deinde res, alterius dolo, vel culpa, empta non ſit, pro ſocio eſſe actionem, conſtat. Planè ſi conditio ſit adiecta *ſi intra illum diem veniret*, & dies ſine culpa ſocij pręterierit, ceſſabit actio pro ſocio.

12 ¶ Item ſi in communem riuum reficiendum impenſa facta ſit, pro ſocio eſſe actionem ad recuperandum ſumptum, Caſſius ſcripſit.

13 ¶ Item Mela ſcribit, ſi vicini ſemipedes *d* inter ſe contulerunt, vt ibi cratitium *e* parietem inter ſe ædificarent ad onera vtriuſque ſuſtinenda, deinde ædificato pariete, alter in eum immitti non patiatur, pro ſocio agendum.

¶ Idémque, & ſi aream in commune emerint, ne luminibus ſuis officeretur, & alteri tradita ſit, nec præſtet alteri quod conuenit; pro ſocio actionẽ eſſe.

a 1. Si mandaui vicino meo, vt fundum venalem Titij vicinum, mihique vtilé emeret, eumque emi, conueniri non poſſum. Quòd ſi ei mãdaui, vt eum fundum emeret, futurum nobis communem, eúmque poſtea emi, aduerſus contractam ſocietatem venio: ideóque actione pro ſocio teneor. Cur tam variè? vel ideo quòd in mandato pœnitere liceat: in ſocietate, non æquè.

b proxima fundo meo.

c ideoque ſocius ſocio de dolo & culpa tenebitur. §. 2. Ĩ. eod. l. 7. C. eo. vtrumque enim bonæ fidei contrarium eſt.

d latam & leuem.

e Socius doli tenetur. *Synop. Baſil. eo. cap.* 49.

f *Ecloga c.* 49.

g *Ars* hic pro induſtria, pro *opera* denique.

h Pollicitori *Haloand. Budæus* licitatori, id eſt, colono partiario plurimo omnium licitanti, reprehenſi ab Antonio Auguſtino 4. *Emend.* 9. Politores sũt, qui agros excolere atque polire conſueuerunt. Hinc Nonio, *politiones agrorum.* Ennius 3. *Satyr. Africa campos politos gerit*: & *Annal.* 9. *raſtros dente fabros carpſit cauſa poliendi agri*: Varro, *ex agri de politionibus eijciuntur*: & apud Catonem de re ruſtica, *Politor, ordeum quinto modio diuidat*: adde Feſtum, *in Polimenta.* Huc refer *poliendi* verbum ex *l.* 9. §. 5. *inf. locati.* Politio verò eſt, cùm ager colendus, alicui locatur pactione certæ partis frugum; vt ſextæ, aut ſeptimæ, aut nonæ. Turnebus 30. *aduerſ.* ex Catonis 163.

i Colonus partiarius non deducit impenſas factas ratione fructuum, cùm teneatur præſtare operam ac partem.

k Socius etiam culpam præſtat, ſi in coëunda ſocietate artem vel operam pollicitus eſt. *Synop. ibid.* Artifex culpam præſtat.

l operæ & artis, *Hal.* & meo iudicio rectè. Hoc ſenſu: qui boues paſtori dat animo ſocietatis in bobus contrahendæ, rem ipſam præſtat: paſtor autem, operam: valet hæc ſocietas. Nam *velamentum*, id eſt præſtatio collatióque operæ & artis, pretium eſt. Perinde eſt ac ſi pretium paſtor conferret: quippe induſtria eius, ac opera, vicem pretij ſuſtinet: ac, vt ſocietas valet, vno rem, altero pretiũ ſeu pecuniam conferente; ita hoc caſu valebit, vno boues, altero operas & artem cõferente. *Velamentum*, id eſt præſtatio operæ & artis, pretium eſt: pretij loco eſt.

m quidam *hoſtimentum*: *Velamentum*, Budæus poſſe legi monet, & ſi barbarè, vt ſit πμη ἀντάξιος τῆς τε ἐργασίας ϗ τῆς τέχνης. ſed Arnoldus Ferronius apud Cuiacium *Inſt. eodem* legit *leuamentum*, id eſt, examen ſiue ſacoma, eadémque voce vſum Vlpianum monet in *l.* 3. §. 2. *inf. ſi familia.* Interim peſſimè hunc locum is interpretatur, qui eum ita reddit: pecunia ſupplet & valeat quod & in arte & opera deeſt, cùm ſit omnino ita reddendum, ars & opera velat & ſupplet quod in pecunia deeſt. Hotom. *de vſur.* 7. & 4. *obſ.* 7. æquamentum legi à nonnullis notat, & ita quidem Auellanus quoque legendum exiſtimat, *cap.* 24. *Reſtitutionum legit.*

n Socius caſus fortuitos non agnoſcit. Ideoque ſi pecus æſtimatum datum ſit, idque à latronibus raptum ſit, commune damnum eſt: ſi à furibus ſubreptum ſit, tantùm eius detrimentum qui pecus habuit: quippe cuſtodiam præſtare debet, qui æſtimata accepit. Datur itaque in eum pro ſocio actio, ſi modo ſocietatis cauſa paſcenda data ſunt, quamuis æſtimata *Syn. Baſil. eod. cap.* 49. & 3. *Harm.* 10. §. 24.

o prudentibus, Gilbertus Regius 2. *Enantiop.* 40. reprehenſus à Roberto 2. *recepta*, 31. Hotomannus quoque legit, prudentibus 4. *obſer.* 16. vbi qui ſint caſus fatales vide.

p Socius ſocio non præſtat damnum fatale à latronibus acceptum: licèt à furibus præſtet, hoc ideo, quod aduerſus latrones parum prodeſt cuſtodia. aduerſus furem prodeſſe poteſt, ſi quis aduigilet. Latrocinium, fatale damnum ſeu caſus fortuitus eſt: at non furtum.

q Socius, communis negotiationis cauſa peregrè profectus in latrones incidit & pecuniam réſve ſuas perdidit, quas niſi negotiationis cauſa ſecum non tuliſſet? reſpondetur, ſocium partem damni adgniturum, ac præterea impenſarum in medicos factarum, *vt hic.* Idem eſt, & ſi nauigans cum mercibus naufragium fecerit, & damno adfectus ſit: quum non niſi mari merces aduehi conſueuerunt. *Syn. eod c.* 49.

r *Sagaria* negotiatio quid ſit, vide *l.* 5. §. 15. *ſup. de tributoria.*

ſ Sic negotiatio lignaria Capitolino *in Pertinace*: negotiatio Aſiatica Ciceroni 16. *epiſt famil.*

t aliud eſt in caſu *l.* 25. §. 6. ſ. *mandati.*

u *aliàs*, non communi nomine. *malè.*

x Culpa facere non videtur, qui facit vt ſolet fieri.

y Paulus 2. *ſent.* 16. ait, lucrum ita & damnum inter ſocios communicari, niſi quid culpa ſocij vel fraude euerſum eſt.

z Actione pro ſocio non præſtantur, quæ alter ex ſociis extra ſocietatem quæſiit.

a *aliàs* lucrum.

b Vnius negotiationis ſocietas ad alium non porrigitur. *Bartolus.*

a 5. *Harm.* 10. §. 25. non minores ſcilicet: nec enim id fieri debet ſine auctoritate tutoris, *l.* 33. *ſup. eod.*

b Societas tacitè omnium omnino bonorum non cenſetur contracta inter fratres, hoc ipſo quod hereditatem paternam inter ſe non diuiſerint, hac mente, vt emolumentum & damnum in his cõmune ſentirẽt. Cuius rei is effectus eſt, vt non teneantur eo nomine inter ſe iudicio ſocietatis conferre quidquid lucri extrinſecus fecerint.

c expreſsè, quid ſi tacitè? & ſi tacitè, quibus ſignis atque argumẽtis deprehendantur ſocietatem iniſſe? non ſatis eſt, vt qui negotiatur, maior ſit. requiritur, & conſenſus tutoris, ſi aliqui minores ſint, *d. l.* 33. & inter maiores non ſufficit ad præſumendam tacitam ſocietatem quod vnius & eiuſdem parentis hereditatem poſſideãt, Bartol. *hic num.* 3. Item non ſufficit, vt ſimul viuant, vtque eorum vnus negotietur alterius nomine. Requiritur ergo, vt res ſolitæ ſint ſemper in commune redigi. *v. l.* 4. ſ. *eod.* vt interea moneamus non cenſeri inter eos contractam ſocietatem omnium bonorum, ſed illius tantum actus qui geſtus eſt, adde ſuperioribus præſumi tacitam ſocietatem inter duos, ſi inter ſe communiter negotiati ſint: ſi confecta negotiatione vnus eorum res ſocietatis diſtraxerit: ſi ambo interfuerint rationes quas calculatas ſiue computatas oportebat cum creditorib. ſubducere: ſi reus, ſocietatis iudicio, habitationis & alimentorum nomine, pro actore eiuſdem iudicij ſoluerit: ſi pluries idem diuerſis locis & coram diuerſis perſonis communionem agnouerit: ſi ambo promiſcuè ſocietate vſi fuerint: ſi conſtabit actorem negotiationi præfuiſſe: adde ſuperioribus, ſi ambo ſimul habitauerint, de quo v. Mynſing. 2. *Reſp.* 18. *n.* 33. & *ſeq.*

d Lucri ſocietas in reb. certis, non extenditur ad lucra aliundè quæſita.

e adde *l.* 4. ſ. *de caſtrenſi.*

f Hi duo referuntur in *l.* 13. §. 5. *de act. emp.* niſi quod non Flauius Victor, *vt hic*, ſed Terentius Victor appellatur: ſed fortè hic Flauius Victor coheres fuit Terentij.

g Vt obſeruetur ſocietatis pactum, competit actio pro ſocio, *vt hic.* & *l.* 17. ſ. *eo.*

h Pro ſocio actione petimus pacta ſocietatis nomine inita conſeruari.

i Quamuis frater emancipatus non conferat in poteſtate manenti ea quæ adquirit in militia, nec etiam ſtipendia (quando, tametſi maneret in poteſtate, patri tamen non adquireret) tamen ſi ſocietatem fratres inierint, etiam hæc in commune rediguntur. *Syn. eo. c.* 79.

k omnium quæſtuum ſc. *Acc.*

l de quib. *l.* 9. *C. de procur.*

m *v. l.* 1. §. 15. *inf. de collat. bon.*

n Societas vltra mortem ſociorum porrigi non poteſt, *vt hic.* Imo nec id mandari à teſtatore poteſt. v. Clarum 3. *ſent.* §. 1. q. 9.

o Imo poteſt, *l.* 65. §. 9 *inf. eo.*

p *v. l.* 59. *inf. eo.*

q Nemo etiam per indirectum, libertatem teſtandi ſibi auferre poteſt perpetuæ ſocietatis conuentione habita: *vt hic. v.* Cuiac. *obſ.* 10. 21. reſponſione ad ſtipulationem facta, *l.* 61. *inf. de verb. obl.* donando. *l. vlt.* circa *fin. C. de pact.* ſed nec iurando: quia contra bonos mores eripitur alicui libertas teſtandi. *d. l.* 61. *d. l. vlt.* & iuramentum contra bonos mores præſtitum, non eſt obligatorium: etiam in teſtamentis, cùm nemo poſſit efficere, vt leges locum in ſua diſpoſitione non habeant. *v. l.* 55. ſ. *de leg.* 1. ideóque tale iuramentum nec impediet, quominus ſecundum fiat teſtamentum. *v l.* 1 *C. qui teſtamenta*: *v. hic Bart.* v. tamen, *l.* 59. ſ. *eo.*

r Si ſocius, ceſſantib. aliis, cõmunem domum reſtituerit, optionem habet, vel vt impenſas recipiat, cum vſuris intra quatuor menſes poſt refectionem (& tum priuilegium in exigendo nomine refectionis habet) vel vt poſt quadrimeſtre tempus dominium domus conſequatur: aut potius actione pro ſocio domum retinet. Propterea verò quatuor menſib. vſuræ definitæ ſunt, quoniam poſt quadrimeſtre lex dominium refectori dat, *Syn Baſil. eo. c.* 50. 3 *Harm.* 12. §. 28.

ſ quid in non faciente? *v. l.* 5. *C. de ædif. priu.*

t depoſitas repoſuerit, *l.* 25. ſ. *de reb. cred.*

u μετὰ τόκον Græci centeſimis vſuris, quidam legunt apud Accurſium, *arg. l.* 4. *C. de ædif. priu.*

x i. qui ædificium ſocij abſentis reſtituit, ius ſumptuum & vſurarum repetendarum habet, & priuilegium hypothecæ, de quo *v. l.* 5. ſ. *qui potiores.* & poſt quatuor menſes, dominij ius. *v. d. l.* 4. *C. de ædif. priu.* adde *l.* 46. *in fi. inf. de damno infecto.*

y hinc collige, Plures vias habentem leuiorem eligere poſſe, *Bart.*

z ſuum non conſequi *Hal.*

a Senatuſconſultum in *l.* 1. *inf. in quib. cauſ. pign.* Cuiac. 19. *obſ.* 20.

b ſtatim dederat Hadrianus *d. l.* 5.

c Societas ad emendum coiri poteſt. *v. l.* 69. ſ. *eo.*

d atque ita murus, ſemipede à quoquo ſociorum collato, pede conſtabat. Huc referendum quod Vitruuius *lib.* 2. legibus publicis vetitum fuiſſe commemorat, maiores craſſitudines, quam ſeſquipedales loco communi conſtitui. lateritios verò, niſi diſplinthij aut triſplinthij fuiſſent, ſeſquipedali craſſitudine non potuiſſe plus quàm vnam contiguationem ſuſtinere. *Plin.* 3. *c.* 13. & hæc de craſſitudine parietum. Dixi de altitudine ad *l.* 1. *in fi. C. de ædif. priu.*

e Cratitius paries, Feſto Contratitius, adde 2. *Vitr.* 8 & *lib.* 7. *c.* 3. intergerinus 35. Plin. 15. Feſtus *in Intergerinus*: mur mitoyen. μεσότοιχος *Gloſſis.* medius paries.

14 ¶ Si plures ſint inter eoſdem ſocietates coïtæ, ad omnes ſocietates ſufficere *a* hoc vnum *b* iudicium, conſtat.

15 ¶ Si quis ex ſociis propter ſocietatem profectus ſit, veluti ad merces emendas, eos duntaxat ſumptus *c* ſocietati imputabit, qui in eam *d* penſi ſunt. Viatica igitur, & meritoriorum, & ſtabulorum *e*, iumentorum, carrullorum vecturas, vel ſui, vel ſarcinarum ſuarum gratia, vel mercium rectè imputavit.

16 ¶ Socium *f* vniuerſa *g* in ſocietatem conferre debere, Neratius ait, ſi omnium bonorum ſocius ſit. & ideo, ſiue ob iniuriam ſibi factam, vel ex lege Aquilia, ſiue ipſius, ſiue filij corpori nocitum ſit, conferre debere reſpondit.

17 ¶ Ibidem ait, ſocium omnium bonorum non cogi conferre, quæ ex prohibitis *h* cauſis adquiſierit.

1 ¶ Per *i* contrarium quoque apud veteres tractatur, an ſocius omnium bonorum, ſi quid ob iniuriarum actionem damnatus præſtiterit, ex communi conſequatur, vt præſtet, & Atilicinus, Sabinus, Caſſius reſponderunt, ſi iniuria iudicis damnatus ſit, conſecuturum *k*: ſi ob maleficium ſuum *l*, ipſum tantùm damnum ſentire debere. cui congruit quod Seruium reſpondiſſe Aufidius refert, ſi ſocij bonorum fuerint, deinde vnus, cùm ad iudicium non adeſſet, damnatus ſit, non debere eum de communi id conſequi: ſi verò præſens iniuriam iudicis paſſus ſit, de communi ſarciendum.

53. *Idem* lib. 30. ad Sabinum.

QVod autem ex *m* furto, vel ex alio maleficio quæſitum eſt, in ſocietatem *n* non *o* oportere conferri, palam eſt: quia * delictorum turpis atque fœda communio eſt. Planè, ſi in medium collata ſit, commune erit lucrum.

54. *Pomponius* libro 13. ad Sabinum.

QVod enim ex maleficio contulerit ſocius, non aliter recipere debet, quàm *p* ſi damnatus ſit.

55. *Vlpianus* libro 30. ad Sabinum.

SI igitur ex hoc conuentus fuerit, qui maleficium admiſit, id, quod contulit, aut ſolùm, aut cum pœna auferret. ‖ſolum auferret.‖ ſi mihi proponas, inſciente ſocio eum in ſocietatis rationem hoc contuliſſe: quod ſi ſciente, etiam pœnam ſocium agnoſcere oportet. * æquum eſt enim, vt, cuius participauit lucrum *q*, participet & damnum.

56. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

NEc quicquam intereſt, vtrum manente *r* ſocietate præſtiterit ob furtum, an diſſoluta ea.

¶ Idémque eſt in omnibus turpibus *ſ* actionibus: veluti iniuriarum, vi bonorum raptorum, ſerui *t* corrupti, & ſimilibus, & in omnibus pœnis pecuniariis *u*, quæ ex publicis iudiciis accidunt.

De re honeſta, vel inhoneſta.

57. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

NEc prætermittendum eſſe, Pomponius ait, ita demum hoc eſſe verum, ſi honeſtæ & licitæ rei ſocietas coïta ſit. cæterùm ſi maleficij ſocietas coïta ſit, conſtat, nullam eſſe ſocietatem: * generaliter enim traditur, rerum inhoneſtarum *x* nullam eſſe ſocietatem *y*.

De interitu rei in ſocietatem collatæ. 2. *De emancipatione filijfam.* 3. *Vel alienatione ſerui, qui ſocietatem contraxerat.*

58. *Idem* libro 31. ad Edictum.

SI id, quod quis in ſocietatem contulit, extinctum *z* ſit, videndum, an pro ſocio agere poſſit: tractatum ita eſt apud Celſum libro 7. Digeſtorum ad epiſtolam Cornelij Felicis: Cùm tres equos haberes, & ego vnum, ſocietatem coïmus, *vt, accepto equo meo, quadrigam venderes, & ex pretio quartam mihi redderes.* ſi igitur ante *a* venditionem *b* equus meus mortuus ſit, non putare ſe Celſus ait, ſocietatem manere, nec ex pretio equorum tuorum partem deberi. non enim habendæ quadrigæ *c*, ſed *d* vendenda coïtam ſocietatem: cæterùm ſi id actum dicatur, vt quadriga fieret, eáque communicaretur, túque in ea tres partes haberes, ego quartam, non dubiè adhuc ſocij ſumus.

1 ¶ Item Celſus tractat, ſi pecuniam *a* contuliſſemus *ad mercem emendam*, & mea pecunia periſſet, cui perierit ea? & ait, ſi poſt collationem euenit, vt pecunia periret, quod non fieret, niſi ſocietas coïta eſſet, vtrique perire, vtputa ſi pecunia, cùm peregrè portaretur ad mercem emendam, periit: ſi verò ante collationem, poſteáquam eam deſtinaſſes *b*, tunc perierit, nihil eo nomine conſequeris, inquit: quia non ſocietate periit.

2 ¶ Si filiusfamilias ſocietatem coïerit, deinde emancipatus *c* à patre fuerit, apud Iulianum quæritur, an eadem ſocietas duret. an verò alia ſit, ſi fortè poſt emancipationem in ſocietatem duratum eſt. Iulianus ſcripſit libro quartodecimo digeſtorum, eandem ſocietatem durare *d*, initium *e* enim his contractibus inſpiciendum duabus autem actionibus agendum eſſe, vna aduerſus patrem, altera aduerſus filium: cum patre, de eo, cuius dies ante emancipationem ceſſit: nam eius temporis, quo poſt emancipationem ſocietas durauit, nihil præſtare patrem oportet: cum filio autem de vtroque tempore. id eſt, de tota ſocietate. nam & ſi quid (inquit) ſocius filij, poſt emancipationem filij, dolo fecerit, eius non patri, ſed filio actio danda eſt.

3 ¶ Si ſeruus meus ſocietatem cum Titio coïerit, & alienatus in eadem permanſerit, poteſt dici, alienatione ſerui & priorem ſocietatem finitam, & ex integro alteram inchoatam. atque ideo & mihi, & emptori actionem pro ſocio competere. item tam aduerſus me, ‖quàm aduerſus emptorem,‖ ex his cauſis, quæ ante alienationem inciderunt, dandam actionem: ex reliquis aduerſus emptorem ſolùm.

De morte ſocij. 1. *De eo quod ſocius malè perdidit. de dolo.*

59. *Pomponius* libro 12. ad Sabinum.

ADeò morte *f* ſocij ſoluitur ſocietas, vt nec *g* ab initio paciſci *h* poſſimus, *vt heres "etiam" ſuccedat ſocietati.* hæc ſita‖in priuatis ſocietatibus ait: in ſocietate vectigalium nihilominus manet ſocietas *i*, & poſt mortem alicuius: ſed *k* ita demum ſi pars defuncti ad perſonam heredis eius adſcripta ſit, vt heredi quoque conferri oporteat: quod *l* ipſum ex cauſa æſtimandum eſt: quid enim, ſi is mortuus ſit, propter cuius operam maximè ſocietas coïta ſit? aut ſine quo ſocietas adminiſtrari non poſſit?

1 ¶ Quod in alea *m*, aut adulterio perdiderit ſocius: ex medio non eſt laturus *n*. ſi quid verò dolo noſtro ſocius damni ceperit, à nobis repetet *o*.

De vſuris & eo quod intereſt. 1. *Quæ communicantur, vel non.*

60. *Idem* lib. 13. ad Sabinum.

SOcium *p*, qui in eo, quod ex ſocietate lucri faceret *q*, reddendo moram adhibuit, cùm ea *r* pecunia ipſe vſus ſit, vſuras quoque ‖eum‖ præſtare debere Labeo ait, ſed *ſ* non quaſi vſuras *t*, ſed quod ſocij intereſt, moram eum non adhibuiſſe *u*: ſed ſi aut vſus ea pecunia non ſit, aut moram non fecerit, contrà eſſe. Item poſt mortem ſocij nullam talem æſtimationem ex facto heredis faciendam, quia morte *x* ſocij dirimatur ſocietas.

1 ¶ Socius cùm reſiſteret cõmunib. ‖ſeruis‖ venalib. ad fugam erumpentibus vulneratus *y* eſt. impenſam, quam in curando ſe fecerit, non † conſecuturũ pro ſo-

a Vno iudicio ac libello plurium ſocio nomine ſocietatis agi poteſt.
b *l.* 25. §. 5. ſ. *fam. l.* 10. *circa fin. inf. de act. empt.*
c Impenſas iudicio ſocietatis conſequitur à ſocio ſocius.
d hoc in ſocio omnium bonorum fallit. is enim impenſas in dotandis filiabus factas ſocietati imputat. v. quæ notaui ad *l.* 81. j. *eo.* vide Rolandum à Valle 1. *Conſ.* 91. *num.* 49.
e *al.* ſtabulariorum.
f Vniuerſorum bonorum ſcilicet, idque expreſſim, *l.* 3. §. 1. ſ. *eod.* non ſimpliciter, *l.* 7. ſ. *eod.* adde *l.* 73. j. *eo. l.* 3. *C. eod.*
g Socius omnium bonorum ſocietati confert vniuerſa, etiam ea quæ ex iniuriarum actione veniunt, & quæ ex lege Aquilia: ſiue ipſius, ſiue filij corpori nocitum ſit, *vt hic*, non tamen confert ea quæ ex prohibitis cauſis adquiſiuit, §. 17. j. *eo. Syn. d. c.* 50.
h *l.* 53. *l.* 54. j. *eod.*
i Socio vel iniuriarum, vel quòd ad iudicium non adfuiſſet, iniuria iudicis damnato, ex communi ſocietatis, condemnatio præſtatur: iuſtè dãnato non præſtatur. *Syn. eo. c.* 50.
k hinc conſtat, ſocio illatam iniuriã ſocium contingere, *vt hic. &* j. *eod. in fin.* quod non eſt inter emptorem & venditorem, *l.* 51. j. *de euict.*
l *l.* 59. *in fin.* j. *eod.* vide *l.* 16. *l.* 203. j. *de reg. iur. l.* 20. ſ. *commun. diuid.*
m Socius adquiſita ex furto vel maleficio ſociis non cõmunicat: turpis enim delictorum communio eſt, *vt hic.* Quid ſi contulerit? commune fiet: nec aliter iudicio ſocietatis recipiet, quam ſi damnatus ſit. *verſ. planè* j. *eo. l.* 54. j. *eod.* Tunc enim res ita collatas ſolum aufert, ſi inſciis ſociis intulit: ſin ſcientibus, pœnam quoque participat, *l.* 55. *inf. eod. Syn. eod. c.* 50.
n & bonæ fidei iudicia, *l.* 5. *inf. de vſuris.* *o* atqui inhoneſtos quæſtus poſſeſſor breuitatis heredi reſtituere cogitur, *l.* 52. *de pet. hered.*
p 12. *Syn. Baſil.* 1. *c.* 50 *in fin.* adde *l.* 2. §. 10. *inf. de hered. vend.*
q Lucrum qui ſentit, idem & damnum participare debet, *l.* 29. *in fin.* ſ. *eo. l.* 2. §. 9. *inf. de hered. vendita*: *l.* 10. *inf. d. reg. iur.*
r *v. l.* 17. 27. *in prin.* ſ. *eod.* *ſ* Famoſæ & turpes actiones quæ?
t Corrupti ſerui actio famoſa, *l.* 6. *inf. de obſequiis.*
u Poſſumus enim vel ciuiliter vel criminaliter agere ex publico iudicio, *l.* 16. *l. pen. l. vlt. C. de falſis.* *x* Inhoneſtarum rerum nulla ſocietas eſt. Sen. 2. *de benef.* 14.
y *l.* 52. §. *pen. l.* 53. *l.* 54. ſ. *eo. l.* 35. §. 2. j. *de contr. empt.* emptionem, mandatum, *l.* 1. §. 14. *inf. de tut. & rationib.* fideiuſſionem, *l.* 70. *in fin. inf. de fideiuſſorib.*
z *l.* 63. §. *vlt. inf. eodem.*
a ſi res perit antequam coïta ſocietas ſit, res ipſa ei cuius eſt, perierit: ſin poſt perfectam iam ſocietatem, communiter.
b ſic quadrigæ legatum, mortuo equo perit, *l.* 65. §. 1. j. *de leg.* 2.
c Re ſocietas, rerum ipſarum collatione perficitur: ſiuæ contractu initur, eo perfecto celebrata intelligitur.
d habendæ & vendendæ quadrigæ diſcrimen. Haberi quadriga ante venditionem poteſt. Intereſt inter illa duo: quòd ſocietate tantùm habendæ quadrigæ inita, vt primum ea habita eſt, quicquid ex ea perit, ſocietati pereat: vendendæ inita, quicquid pereat, non ante pereat ſocietati, quàm ipſa quadriga ſit vendita, vnde Bald. intereſſe notat, ſocietas concepta ſit pretij futuri, an corporum ipſorum.

a Pecuniæ iam cõmunicatæ periculũ eſt commune: communicandæ, ſolius proprietarij, hoc eſt eius, cuius pecunia eſt.
b Deſtinatio ſola non reponendæ, ſed nunc primum faciẽdæ alicuius rei, non facit rem eſſe in actu: ac proinde deſtinata ad affigendum non habẽda pro affixis, *l.* 17. §. *pen. & vlt. l.* 18. j. *de act. empt.* ſic carbonibus legatis lignum deſtinatum ad carbones faciendos, *l.* 55. §. 7. *de leg.* 3. argento facto, cœptum: libris legatis, cœpti, *l.* 52. *in fin. inf. de leg.* 3. cinctorum appellatione, cingendi: mobilium noſtrorum, pecuniæ deſtinatæ vt mutuæ darentur, non continebuntur, *l.* 79. §. 1. j. *de leg.* 3. Hinc Baldus decidit, determinationem non ſumi ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt. quod verum eſſe ait Zaſius: niſi deſtinatio ad rem reponendam in vſitatum morem referatur *d. l.* 17. niſi res deſtinata parũ abſit, & modicum à ſua perfectione diſtet. vt liber niſi dum claiculatus ſeu malleatus pro compacto: cingendus proximè, pro cincto, *l. pen. inf. de militari teſtamento.* contractus ſponſalibus fundus in dotem datus, habeatur pro dotali: eadem ex cauſa, crimen mendacium & crimen falſi, (de quo *l. penult. C. de falſ.*) deſtinatus ad officium ſcribæ Doctoris, poteſt Doctor, & ſcriba appellari. v. Zaſium ad *l.* 41. *in fin.* j. *de leg.* 1. E contrario pecunia deſtinata in emptionem prædiorum, prædij naturæ, id eſt, rei immobili comparatur. vide tamen *l.* 3. §. 6. j. *de contraria tutelæ.*
c Emancipatione, ſocietatis iudicium non euitat filius. Ideóque ſocietatis, cùm in poteſtate eſſet, nomine contractæ tenetur, etiamſi emancipatus ſit, hoc eſt, etiam poſt emancipationem *d* *v. l.* 63. §. 11. j. *eod.* adde *l.* 8. ſ. *de cap. diminut. l. pen.* ſ. *de inſtitoria.* *e* Initium ſpectandum, *l.* 8. ſ. *mandati.*
f *l.* 52. §. 9. ſ. *eod. l.* 60. *l.* 63. §. 8. *l.* 65. §. 9. j. *eod.* *g* Imò poſſumus, *l.* 65. §. 9. j. *eod.*
h Pacto ſocietas in poſt mortem tempus prorogari etiam non poteſt, v. *l.* 11. *de Macedon.* *i* v. quæ notaui ad *l.* 52. §. 9. ſ. *eod.* & Cuiac. 19. *obſ.* 25.
k id eſt ſocietas, vt ad heredem tranſeat, requiritur vt ſit vectigalium conductio, vt ea lege facta ſit conductio, vt heredes in eandem conductionem ſuccedant, et hic. addit Accurſius, vt perſona ſuccedẽs ſit idonea: vt ipſi ſocij non tantùm cum locatore vectigalium, ſed id inter ſe paciſcantur. *l* Morte ſoluitur ſocietas, nec paciſci permittitur, vt ad heredes tranſeat, niſi publicis in vectigalibus; quod ipſum cum ratione æſtimandum eſt: quid enim ſi propter operam mortui, ſocietas coïta ſit, & ſine ipſo adminiſtrari non poſſit? *Syn. Baſil. eod. c.* 53.
m Alea res turpis. Lucrum aleæ ſocius ſocio non communicat.
n Cur ita? collige ex *l.* 52. *in fin.* ſ. *eod.* *o* Cur? ex dolo noſtro obligamur.
p Vſuram lucri ſocius non præſtat, niſi ex mora, vel ſi lucro vſus ſit. De herede non nihil eiuſmodi dicimus, quippe ſoluta ſocietas eſt: quin & ſocius ſuperſtes non quaſi vſuras, ſed vt id quod intereſt, præſtat. Ita Græci hunc locum explicant. Syn. Baſil. 12. *Tit.* 1. *c.* 54. adde 3. *Harm.* 10. §. 11. vel ita, vſuræ poſt moram veram vel fictam, actiones ſocio præſtantur à ſocio, at non ab herede ſocij.
q *al.* fecit. *r* aut cum ea. Cuiac. 13. *obſ.* 15. *ſ* Vſuræ & eius quod intereſt, diſcrimen eſt. *t* nam ſi quaſi fœnus, etiam citra moram aut abuſionem eius pecuniæ proculdubio deberentur, *l.* 17. §. 3. *in fin.* j. *de vſuris.* Cuiac. *ibidem.*
u id eſt, non paruiſſe interpellationi, aut non feciſſe moram in re ipſa, pecunia verſa in ſuos vſus nam hic *mora* nomine, comprehendi volumus vtramque, eam quæ fit ex perſona, quæ propriè eſt mora, & eam quæ fit ex re ipſa. Cuiac. ibid.
x *l.* 59. ſ. *eodem.*
y Impenſas vulneris, occaſione ſocietatis accepti, ſocius à ſocio conſequitur. vide *l.* 61. *inf. eodem.* quæ hanc emendat.
† hos emendatur *l. prox. inf. eod.*

cio,

cio actione, Labeo ait: quia id non *a* in *b* ſocietatem, quamuis propter *c* ſocietatem impenſum ſit: ſicuti ſi *d* propter ſocietatem eum heredem quis inſtituere deſiiſſet, aut legatum prætermiſiſſet, aut patrimonium ſuum negligentius adminiſtraſſet. Nam nec compendium, quod propter *e* ſocietatem ei contigiſſet, veniret in medium, veluti ſi propter *f* ſocietatem heres fuiſſet inſtitutus, aut quid ei donatum eſſet.

61. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

SEcundum Iulianum *g* tamen, & quod medicis pro ſe datum eſt, recipere poteſt: quod verum eſt.

De pretio rei communis diuiſo inter verum ſocium & opinatum.

62. *Pomponius* lib. 13. ad Sabinum.

SI Titius, cum quo mihi ſocietas erat, deceſſerit, egóque, cùm putarem *h* Titij hereditatem ad Seium pertinere, communiter cum eo res vendiderim, & partem pecuniæ ex venditione redactæ ego, partem Seius abſtulerit, te, qui re vera Titio heres es, partem ad me redactæ pecuniæ ſocietatis iudicio non conſecuturum, Neratio & Ariſtoni placebat: quia meæ *i* duntaxat partis pretia percepiſſem: neque intereſſe, vtrum per ſe *k* partes meas vendidiſſem, an communiter cum eo qui reliquas partes ad ſe pertinere diceret. Alioquin euenturum, vt etiam ſi duo ſocij rem vendiderint, vnuſquiſque, quod ad ſe peruenerit, partem alteri, ſocietatis iudicio, præſtare debeat. ſed nec te ex parte quam hereditatis petitione fortè à Seio conſecuturus ſis, quicquam mihi præſtare debere: quia quòd ad Seium peruenerit, tuarum partium pretium ſit. Nec ad me habentem meum, quicquam ex eo redire debeat.

Quatenus condemnatur ſocius. 1. Vel eius fideiuſſor vel defenſor 2. Vel pater, vel dominus, vel ſucceſſor. 3. De æſtimatione eius quod ſocius facere poteſt. 4. De cautione eius quod facere non poteſt. 5. De occupatione. 6. Quo tempore ſpectatur, an ſocius facere poſſit. 7. De æſtimatione eius quod facere poteſt. 8. De herede. 9. Si ſocius ſeruo communi legauerit. 10. Quibus modis ſocietas ſoluitur.

63. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

VErum eſt quod Sabino videtur, etiam *l* ſi non vniuerſorum bonorum ſocij ſunt, ſed vnius rei, attamen in id, quod facere poſſunt *m*, quódve dolo malo fecerint, quo minus poſſint, condemnari oportere. hoc enim ſummam rationem habet: cùm * ſocietas ius quodammodo *n* fraternitatis *o* in ſe habeat.

1 ¶ Videndum eſt, an & fideiuſſori ſocij id præſtari debeat: an verò perſonale beneficium ſit. quod magis verum eſt. Sed ſi hic fideiuſſor, quaſi defenſor *p* ſocij iudicium ſuſceperit, proderit ſibi. Namque Iulianus libro 14. Digeſtorum ſcripſit, defenſorem ſocij in id, quod ſocius facere poteſt, condemnari oportere.

¶ Idémque & in patroni defenſore accipere debere ait.

¶ Et vtique idem erit in vniuerſis, qui in id, quod facere poſſunt, conueniuntur.

2 Patri *q* autem, vel domino ſocij, ſi iuſſu eorum ſocietas contracta ſit, non eſſe hanc exceptionem dandam, quia nec heredi ſocij, cæteriſque ſucceſſoribus hoc præſtabitur. quia *r* nec cæterorum *ſ* heredibus, ſucceſſoribúſve, quos in id, quod facere poſſunt, conuenimus, idem præſtatur.

3 ¶ Id quod facere ſocius poteſt, quemadmodum *t* æſtimandum ſit? & placuit, non debere deduci æs alienum, quod debetur à ſocio. ita & Marcellus libro 7. Digeſtorum ſcripſit, niſi *u* fortè (inquit) ex ipſa ſocietate debeatur.

4 ¶ Idem videndum, an cautio *x* veniat in hoc iudicium eius, quod facere ſocius non poſſit, ſcilicet *y* nuda promiſſio, quod magis dicendum arbitror.

5 ¶ Si, cùm tres ſocij eſſent, egerit cum vno ex ſociis ſocius, & partem ſuam integram ſit conſecutus; deinde alius ſocius cum eodem agat, & partem conſequi integram non potuerit, quia facere ſolidum non poteſt, an hic, qui minus conſecutus eſt, cum eo agere poſſit, qui ſolidum accepit, ad *x* communicandas partes inter eos, id eſt exæquandas: quaſi iniquum ſit, ex eadem ſocietate, alium plus, alium minus conſequi: ſed magis eſt, vt pro ſocio actione conſequi poſſit, vt vtriuſque portio exæquetur: quæ ſententia habet æquitatem.

6 ¶ Tempus autem ſpectamus, quantum facere ſocius poſſit, rei *a* iudicandæ.

7 ¶ Hoc *q* quoque facere quis poſſe videtur, quod dolo fecit, quo minus poſſit, nec *c* enim æquum eſt, dolum ſuum quemquam releuare. Quod & *d* in cæteris, qui in id, quod facere poſſunt, conueniuntur, accipiendum eſt. Si *e* tamen non dolo, ſed culpa ſua facere poſſe deſiit, dicendum eſt, condemnari eum non debere.

8 ¶ In heredem *f* quoque ſocij pro ſocio actio competit, quamuis heres *g* ſocius non ſit. * licet enim ſocius non ſit, attamen emolumenti ſucceſſor eſt. & circa ſocietates vectigalium *h*, cæterorúmque idem obſeruamus, vt heres ſocius non ſit, niſi fuerit adſcitus; verumtamen omne emolumentum ſocietatis ad eum pertineat, ſimili modo & damnum agnoſcat, quod contingit, ſiue adhuc viuo ſocio vectigalis, ſiue poſtea. quod non ſimiliter in voluntaria *i* ſocietate obſeruatur.

9 ¶ Si ſeruo *k* communi legatum ſine libertate vnus ex dominis reliquit, hoc ad ſolum ſocium pertinet, an tamen pro ſocio iudicio communicari debeat cum herede ſocij, quæritur, & ait Iulianus Sextum Pomponium referre Sabinum reſpondentem, non communicari. & poſſe hanc ſententiam defendi, Iulianus ait: non enim propter communionem hoc acquiſitum eſt, ſed ob ſuam partem. nec oportet id communicari, quod quis non propter ſocietatem, ſed propter ſuam partem acquiſierit.

10 ¶ Societas ſoluitur ex perſonis *l*, ex rebus *m*, ex voluntate *n*, ex actione *o*. Ideóque ſiue homines, ſiue res, ſiue voluntas, ſiue actio interierit, diſtrahi videtur ſocietas.* Intereunt *p* autem homines quidem maxima, aut media capitis deminutione *q*, aut morte.

¶ Res *r* verò, cùm aut nullæ relinquantur, aut conditionem mutauerint. neque enim eius rei, quæ iam nulla ſit, quiſquam ſocius eſt: neque eius quæ conſecrata *ſ* publicatáve *t* ſit.

¶ Voluntate *u* diſtrahitur ſocietas renuntiatione *x*.

64. *Calliſtratus* lib. 1. Quæſtionum.

ITaque cùm ſeparatim ſocij agere cœperint, & vnuſquiſque eorum ſibi negotietur: ſine dubio ius ſocietatis diſſoluitur.

2. De morte. 3. De renuntiatione. 7. Si procurator renunciet. 8. Aut ei renuncietur. 9. De morte. 10. De negotio finito. 11. De arrogatione & emancipatione. 12. De publicatione. 13. De impenſis. 14. Si cui ſociorum quid abſit. 15. Quibus caſibus manente ſocietate agitur pro ſocio. 16. De dote.

65. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

ACtione *y* diſtrahitur, cùm aut ſtipulatione *z* aut iudicio *a* mutata ſit cauſa ſocietatis. Proculus enim ait, hoc ipſo, quòd iudicium ideo dictatum eſt vt ſocietas diſtrahatur, renunciatam ſocietatem, ſiue totorum bonorum, ſiue vnius *b* rei ſocietas coïta ſit.

1 ¶ Item bonis à creditoribus venditis *c* vnius ſocij, diſtrahi ſocietatem Labeo ait.

2 ¶ Si in rem certam emendam, conducendámve coïta ſit ſocietas, tunc etiam poſt alicuius mortem quidquid lucri detrimentíve factum ſit commune eſſe Labeo ait.

3 ¶ Diximus *d*, diſſenſu ſolui ſocietatem. Hoc ita eſt ſi *e* omnes diſſentiunt *f*. quid ergo, ſi vnus renuntiet? Caſſius ſcripſit, eũ, qui renũtiauerit ſocietati, à ſequidẽ liberare ſocios ſuos, ſe autẽ ab illis nõ liberare: Quod

a In ſocietatem venit. quidam ita legunt.
b in ſocietatem quod impenditur, actione pro ſocio peti poteſt: at non continuò, quod propter ſocietatem ſit impenſum. Hæc enim diſtinguuntur, vt Græcis, περὶ τὴν κοινωνίαν, & διὰ τὴν κοινωνίαν. *Syn. ibid. c. 34.*
c *Propter*, cauſam remotam oſtendit, & occaſionem potius quam cauſam.
d ſicuti nec ſi. *Hal.*
e atqui maritus præſtare cogitur quicquid ad eum quaſi patronum ex bonis liberti peruenerit, *l. 64. §. 5. j. ſoluto.* adde caſum *l. 59. in fin. j. ad Treb.*
f i. ex occaſione quadã remota ſocietatis ex ſua perſona tamen, veluti ſi occaſione quadã ſocio, vel legato apud Principem, res ſocietatis ageti, caſtrum ſit donatum: ſecus ſi propter ſocietatem, id eſt, contemplatione ſocietatis: bifariam enim poſſunt intelligi hæc verba. *Bart. hic.*
g Cuius ſententia præualuit Labeonis ſententiæ, de qua *l. 69. in fin. ſ. eod.*
h Si pretium rei communis cum ſocio putatiuo diuiſero, à vero ſocio putatiuo ille conuenietur, non ego: cùm partem meam receperim. *Bart.*
i *v. l. vlt. C. depoſiti.*
k i. ſeparatim.
l Imò vniuerſorum bonorum ſocio tãtum id priuilegij dari videtur, *l. 16. j. de re iud.*
m Condemnatur ſocius ſocio, non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, niſi erogauerit bona ſua, in fraudẽ futuræ huius actionis, *l. 68.* niſi negauerit ſe ſocium eſſe. *l. 67. in fin.* niſi agatur aduerſus eius fideiuſſorem, *§. 1. j. eod.*
n Societas non eſt propriè fraternitas ſeu communio, ſed per ſocietatem inducitur communio iuſta lucri & damni, *l. 1. §. planè j. de tutelæ & rationi diſtrah.* ius quodammodo fraternitatis in ſe continet, non eſt tamen vera fraternitas.
o v. Cic. *pro Roſcio Amer. Fraternitatis* nomine etiam communitas ſignificatur in Paneg. *Flauienſium.* Fratrum quoque nomine & communitas apparet, & æqualitas dignitatis. Quint. *declam.* 320. ſacra res eſt vnitas & quædam fraternitas animorum.
p *v. l. 3. j. de re iudicata.*
q Priuilegium ſocij (vt ne conueniatur niſi in quantum facere poſſit) non tranſit ad eius patrem, dominum, heredem.
r ſimilium idem eſt iudicium, *§. 7 j. eod.*
ſ puta filij, *l. 4. §. 3. ſ. quod cum eo.* mariti *l. 24. in fin. l. 25. l. 41. j. de re iud.*
t adde *l. 49. j. de re iud.*
u Socius cum in quantum facere poteſt conuenitur, æs alienum eius non deducitur, niſi ob ipſam ſocietatem ſit contractum.
x Socius cùm in quantum facere poteſt conuenitur, cauere debet de ſolida quantitate præſtanda, cùm ad meliorem fortunam peruenerit, adde *l. 17. §. 2. ſ. de pecul. l. vn. §. 7. C. de rei vxoriæ actione: l. 8. C. ſolut.*
y *Cautionis* verbo nuda promiſſio intelligitur.
z *l. 67. j. eod.*

a Socius vtrum ſolidũ facere poſſit necne, ſpectamus tempus rei iudicatæ, *l. 31. j. de re iud.*
b Facere poſſe videtur, qui dolo fecit, ne poſſet facere, ſecus ſi culpa.
c Dolo proprio nemo releuatur.
d Similium enim eadem ratio eſt, *§. 2. ſ. eod.*
e Culpa mitius punitur quam dolus.
f *l. 35. in fin. l. 36. l. 40. ſ. eo. l. 65. §. 9. j. eo. l. 3. C. eod.*
g Heres ſocij, non eſt ſocius, licet ſit emolumenti ſucceſſor. adde *l. 69. §. 5. j. eod.*
h *l. 3. C. eodem.*
i Quid: an non vectigalium cæterorúmque ſocietates voluntariæ ſunt? reſpondeo, voluntarias fuiſſe cum defuncto: nego eſſe voluntarias cum herede: & ita cum eſſet inter Sextum Næuium, & Caium Quinctium coïta ſocietas rerum, quæ in Gallia comparabantur, mortuo Caio, cum herede eius P. Quintio nõ fuit ſocietas voluntaria, ſed, vt Cicer. loquitur, hereditaria. comunio enim neceſſaria eſt cum herede, non ſocietas voluntaria. Hæc Cuiac. 10. *obſer.* 25.
k Communi ſeruo cum libertate & ſine libertate relinqui poteſt, totumque legatum ſocio teſtatoris acquiritur. *Paul. 3. ſent. 6. §. 4. l. 49. j. ad l. Falcid. Vlp. 2. ſ. Tit. 7.*
l Societas ſoluitur intereuntibus perſonis, rebus, voluntate, vel actione, *3. Har. 1. §. 1.*
m peremptis ſc. vel publicatis.
n renuntiatione, *in fin. j. eo. l. 4. §. 1. ſ. eod. l. 5. C. eod.*

o *l. 65. j. eod.*
p Moritur homo ſeu perſona cùm damnatus mortis, aut relegationis, aut publicationis pœnam ſubiit, aut etiam communi morte deceſſerit. *Har. ibid.* & breuiter mors eſt à natura vel lege.
q i. non tantùm naturaliter, putà morte, ſed etiam ciuiliter, putà maxima & media capitis diminutione, cum libertatem & ius ciuitatis amittunt; ſic deperditi mortuorum loco habentur, *v. l. 1. §. pen. j. de contra tabulas.*
r Moritur res, cum prorſus nulla relicta eſt, aut conditionem mutat: Mutat autem, ſi conſecrata vel publicata. *Har. ibid.*
ſ adde *l. 5. ſ. de religioſis.* t *v. l. 65. §. 9. j eod.*
u Societas voluntate diſtrahitur expreſsè vel tacitè. Expreſsè, ſi ſocii renuntiauerint ſocietati, *vt hic.* Tacitè cùm ſeparatim vnuſquiſque ſibi negotiari cœperit, *l. 64. j. eod. Har. ibid.*
x expreſſa, *l. 65. §. 3. j. eo.* vel tacita, *l. 64. j. eo.* malè fit abſenti, *l. 17. §. 1. ſ. eod.* abſens autem non eſt qui procuratorem reliquit, ideóque procuratori abſentis renuntiari poteſt ſocietas, *l. 65. §. 8. j. eo.* malè ſit etiam ante tempus conuentum, niſi ſocius contra pacta ſocietatis quid faciat, vel rixoſus ſit, vel damnoſus ſocietati, *l. 14. in fin. ſ. eod.* malè fit etiam dolo: qui vt adhibeatur, *v. l. 65. §. 3. j. eod.*
y Societas actione diſſoluitur, cùm aut ſtipulatione, aut iudicio mutatur ſocietatis cauſa. Qui enim ideo iudicium dictat, vt ſocietas diſtrahatur, haud dubiè ſocietati renuntiat. *Har. ibid.*
z per ſtipulationem, interrogando & reſpondendo, contractus ſocietatis transfunditur in nouam obligationem, & conuentionis formulam, priore perempta, *l. 1. j. de nouationib.* vel ſi alius ſocius delegetur, *l. 11. in fin. j. de nouat.*
a idque ſi actio pro ſocio ideo dictetur, vt ſocietas diſtrahatur. Oldendorp. 4. *Claſſ. act. 21. num. 8.*
b Societas vnius etiam rei eſſe poteſt: cuiuſmodi tres quæſt inter venaliciarios, *l. 44. §. 1. j. de ædilitio. Inſt. de ſocietate in princ.*
c vel ceſſione bonorum, *§. 1. Inſt. eod.*
d *l. 63. in fin. ſ. eod.*
e Societas ſoluitur ſi omnes ſocij renuntient, *vt hic. Syn. Baſ. eod. c. 59. §. 3.*
f hoc eſt, conſentiunt, vt à ſocietate recedatur.

vtique obſeruandum eſt, ſi dolo a malo renuntiatio facta ſit, veluti ſi, cùm omnium bonorum ſocietatem iniſſemus, deinde cùm obueniſſet vni hereditas, propter hoc renuntiauit. Ideoque ſiquidem damnum attulerit hereditas: hoc ad eum, qui renuntiauit, pertinebit: commodum autem communicare cogetur actione pro ſocio. Quod ſi quid poſt renuntiationem acquiſierit, non erit communicandum: quia nec dolus b admiſſus eſt in eo.

4 ¶ Item ſi ſocietatem ineamus ad aliquam rem emendam, deinde ſolus volueris eam emere, ideoque renuntiaueris ſocietati, vt ſolus emeres, teneberis quanti intereſt mea. ſed ſi ideo renuntiaueris, quia emptio tibi diſplicebat, non teneberis, quamuis ego emero: quia hic nulla fraus eſt. eáque & Iuliano placent.

5 ¶ Labeo autem poſteriorum libris ſcripſit, ſi renuntiauerit ſocietati vnus ex ſociis, eo c tempore d, quo interfuit ſocij non dirimi ſocietatem, committere eum in pro ſocio actione e. nam ſi emimus mancipia, inita ſocietate; deinde renunties mihi eo tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc caſu, quia deteriorem cauſam meam facis, teneri te pro ſocio iudicio. Proculus hoc ita verum eſſe, (ſi) ſocietatis non intersit dirimi ſocietatem: ſemper enim non f id quod priuatim intereſt vnius ex ſociis, ſeruari ſolet, ſed quod ſocietati expedit. hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil de hoc in coëunda ſocietate conuenit.

6 ¶ Item qui ſocietatem in tempus coit, eam ante tempus renuntiando, ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat. Itaque, ſi quid compendij poſtea factum erit, eius partem non fert. at ſi diſpendium, æquè præſtabit portionem, niſi renuntiatio ex neceſſitate g quadam facta ſit. quod ſi tempus finitum eſt, liberum eſt recedere: quia ſine dolo malo id fiat.

7 ¶ Renunciare ſocietati etiam per alios poſſumus. & ideo dictum eſt, procuratorem h quoque poſſe renuntiare ſocietati.

¶ Sed vtrum de eo dictum ſit, cui omnium bonorum adminiſtratio conceſſa eſt: an de eo, cui hoc i ipſum nominatim mandatum eſt, videamus; an vero per vtrumque rectè renuntietur? quod eſt verius, niſi ſi prohibuerit eum dominus ſpecialiter renuntiare.

8 ¶ Item ſcriptum eſt, poſſe procuratori k quoque ſocium meum renuntiare. quod Seruius apud Alfenum ita notat, eſſe in poteſtate domini, cùm procuratori eius renunciatum eſt, an l velit ratam habere renuntiationem. igitur is, cuius procuratori renuntiatum eſt, liberatus eſſe videbitur. an autem ipſe quoque (qui) renuntiauit procuratori, liberetur, in poteſtate eius erit, quemadmodum diximus in eo, qui ſocio renuntiat.

9 ¶ Morte m vnius ſocietas diſſoluitur, etſi conſenſu omnium coita ſit, plures n vero ſuperſint: niſi o in coëunda ſocietate aliter conuenerit, nec heres p ſocij ſuccedit. ſed quod ex re communi poſtea quæſitum eſt: item dolus, & culpa in eo, quod ex ante geſto pendet, tam ab herede, quàm heredi præſtandum eſt.

10 ¶ Item ſi alicuius rei ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus, finitur ſocietas. Quod ſi, integris omnibus manentibus, alter deceſſerit; deinde tunc ſequatur res de qua ſocietatem coïerunt, tunc eadem diſtinctione vtemur, qua in mandato, vt ſi quidem ignota fuerit mors alterius, valeat ſocietas: ſi nota, non valeat.

11 ¶ Societas quemadmodum ad heredes q ſocij non tranſit, ita nec ad adrogatorem. ne alioquin inuitus r quis ſocius efficiatur, cui non vult. Ipſe autem adrogatus ſocius permanet: nam, etſi filiusfamilias emancipatus ſ fuerit, permanebit ſocius.

12 ¶ Publicatione t quoque u diſtrahi ſocietatem diximus, quod videtur ſpectare ad vniuerſorum bonorum publicationem, ſi ſocij bona publicentur. nam cùm x in eius locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur.

13 ¶ Si poſt diſtractam ſocietatem y aliquis z in rem communem impenderit, ſocius actione pro ſocio id non conſequitur; quia non eſt verum, pro ſocio communitérve id geſtum eſſe. ſed communi diuidundo iudicio huius quoque rei ratio habebitur. Nam, etſi diſtracta eſſet ſocietas, nihilominus diuiſio rerum a ſupereſt.

14 ¶ Si communis pecunia penes aliquem b ſociorum ſit, & alicuius c ſociorum quid abſit, cum eo d ſolo agendum, penes quem ea pecunia ſit. qua deducta, de reliquo quod cuique debeatur omnes e agere poſſunt. f.

15 ¶ Nonnunquam g neceſſarium eſt & manente ſocietate agi pro ſocio: veluti cùm ſocietas vectigalium h cauſa coita eſt: propterque varios contractus neutri expediat i recedere à ſocietate, nec refertur in medium k, quod ad alterum peruenerit.

16 ¶ Si vnus ex ſociis maritus ſit, & diſtrahatur ſocietas, manente l matrimonio, dotem m maritus præcipere debet, n: quia apud o eum eſſe debet, qui onera ſuſtinet: quod ſi iam diſſoluto matrimonio ſocietas diſtrahatur, eadem die recipienda eſt dos, qua & ſolui debet.

66. *Gaius* libro 10. ad Edictum Prouinciale.

Quod ſi eo tempore, quo diuiditur ſocietas, in ea cauſa dos ſit, vt certum ſit, eam, vel partem eius reddi non oportere, diuidere p eam inter ſocios iudex debet.

De venditione rei communis. 1. De vſuris. 2. De impenſis. 3. Quatenus ſocius condemnatur.

67. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

Si vnus ex ſociis rem communem vendiderit q conſenſu ſociorum, pretium diuidi debet ita, vt ei caueatur, indemnem eum futurum. quod ſi iam damnum paſſus eſt, hoc ei præſtabitur. ſed ſi pretium communicatum ſit ſine cautione, & aliquid præſtiterit is qui vendidit: an ſi non omnes ſocij ſoluendo ſint, quod à quibuſdam ſeruari non poteſt, à cæteris debeat ferre? Sed Proculus putat *, hoc ad cæterorum r onus pertinere, quod ab aliquibus ſeruari non poteſt: rationéque defendi poſſe, quoniam ſocietas cum contrahitur, tam lucri quàm ſ damni communio initur.

1 ¶ Si vnus ex ſociis qui non t totorum bonorum ſocij erant, communem pecuniam fœnerauerit, vſuráſque perceperit, ita demum vſuras partiri debet, ſi ſocietatis u nomine fœnerauerit. Nam ſi ſuo nomine, quoniam x ſortis periculum ad eum pertinuerit: vſuras ipſum retinere oportet.

2 ¶ Si quid vnus ex ſociis neceſſario de ſuo impendit in communi negotio, iudicio ſocietatis ſeruabit: & vſuras y, ſi fortè mutuatus z ſub vſuris, dedit. ſed & ſi ſuam pecuniam dedit, non ſine cauſa dicetur, quod vſuras quoque percipere debeat, quas a poſſit habere, ſi alij mutuum dediſſet.

3 ¶ Non aliàs ſocius in id b, quod facere poteſt, condemnatur, quàm c ſi confitetur ſe ſocium fuiſſe. †

De alienatione. 1. Quid ſit facere quo minus facere poßit.

68. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

Nemo ex ſociis plus d parte e ſua f poteſt alienare, etſi g totorum bonorum ſocij ſint.

1 ¶ Illud quæritur, vtrum is demum facere videtur, quo minus facere poſſit, qui erogat bona ſua in fraudem futuræ actionis: an & qui occaſione h adquirendi i non vtitur. ſed verius eſt, de eo ſentire proconſulē, qui erogat bona ſua. idq; ex interdictis colligere

a vt in hoc exemplo & §.4.j.eo. & l.17.§.1.ff.cod.§.4. *Inſt.eod.*
b Dolum ad futura, de quibus cogitatum non erat, extendi hinc colligit Baldus.
c ſocietatis renuntiatio intempeſtiua etiam punitur, vt res ſit, renuntiantem non liberat.
d v. hic Accurſ.
e actionem. *Hal.*
f Societati, quid expediat, nō quod vni ſigillatim ex ſociis expedit, ſpectamus. *Synop. d.§.* 3. Societatem ipſam ſpectamus, nō ſingulos ſocios. Sic vtilitas communis priuatæ præfertur, adde *l.21.ff.comm. diuid.*
g vt *l.14. in fin.ff. eo.* vel ſi contraxit matrimonium, vel pater ei mortuus fuerit. *Bart.*
h Procurator ſiue ſpecialis, ſiue generalis ſit, ſocietati renuntiare poteſt, niſi prohibitus ſit renuntiare, *l.vltim.C.eod.* Quidam etiam hic legunt, *per procuratorem poſſe renuntiari.*
i Proteſtatio poteſt fieri per procuratorem ſi iuſta cauſa ſit, etiam ſi non habeat ſpeciale mandatum, Bart. adde *l.20.§.11.ff.de pet.her. l.2.in fin. j.de diuortiis.*
k Procuratori ſocietas renuntiari poteſt.
l Ratihabitio domini interdum neceſſaria eſt, vbi procurator interuenit.
m Morte vnius ſocij ſocietas extinguitur, etiam quoad alios & ſuperſtites ſocios, niſi actum fuerit vt duraret. Durat tamen communio & agitur communi diuidundo, *l.1. in pr.l.4.§.1.l.52.§.9.l.59.ff.eo.*
n *l.59.ff.eo.* Morte vnius ſocij ſocietas omnium diſſoluitur, & ſi plurium conſenſu coita ſit, pluses verò, &c. Cuiacius 10.*obſ.*26. o *l.35.ff.eo.* atqui conuentione id effici non poteſt, *l.52.§.9.l.59.ff.eo.*
p *l.63.§.8.ff.eo.* atqui reliqui contractus legem ex conuentione accipiunt, & actiuè ac paſſiuè ad heredes tranſeunt, quin, vnuſquiſque ſibi & ſucceſſoribus proſpicere rectè poteſt. Cur tam variè? Faber exiſtimat, ſocietatem ad heredes non tranſire, vel ideo, quòd ſocietas diſcordiam pariat, (eſt autem diſcordia legibus inimica) néve libertas teſtandi tollatur, *l.52.§.9.ff.eod.* Fallit tamen ſuperior regula in ſocietate vectigalium *l.59.ff.eo.* niſi quis ſocietatem pro ſe & ſuis heredibus iuramento inierit; idque iure canonico. Faber per *c. cùm contingat. extra de iureiurando*: adde & reſtrictionem legis 63.§.8.ff.eo.
q Societas, mutata perſona, ad alium non tranſit.
r Inuitus nemo fit ſocius.
ſ poſt ſocietatem ab eo contractam. t *l.63. in fin. ff.eo. §.7. Inſt.eod.* & ſic egeſtate, *l.4.in fin.ff.eo.v.§.7.Inſt.eo.* adde *l.1.j.de bonis damnatorum.*
u Mors ciuilis & naturalis comparantur, ſi eundem effectum habent.
x Pro mortuo is habetur cui viuo etiam ſucceditur, *vt hic.* Deportato, cui omnia bona confiſcata ſunt, fiſcus ſuccedit.
y adde *l.11.ff.comm.diuid.*
z aliquid *Hal.*

a quæ remanſerunt, in communi diuidundo.
b hoc Albericus refert ad maſſarium & caneuarium ſocietatis, arg. *l.ve-rum.§.ſi cum tres.ff. eod.*
c *al.* alicui.
d adde *l.6.§.1.ff. de edend.*
e is etiam qui egit pro expenſis factis.
f *ſub.* contra eundem.
g aliud ergo regulariter.
h *l.5.l.63.§.8.ff. eodem.*
i vel, vt olim, non liceat, *v.l.11.in fin.j.de publicianis.*
k in communem ſocietatis vtilitatem.
l Societate diſtracta, manente matrimonio, ſocius dotem vxoris præcipuam aufert ... ſoluto matrimonio, diſtracta ſocietate, dotem ea ... percipiet maritus quia dotem ipſe vxori reſtituere debet, *vt hic.* ... ſi dos vxori ... non debebit, ... detur inter ſocios *l.prox.j.eo.*
m *l.81.j.eod. familia erciſc.*
n *ſub.* ex ipſa ſocietate, de communi. Dos apud eum eſſe debet qui onera matrimonij ſuſtinet.
o *l.20.§.... in fin.l.51... lia, l.9. in ... 56.§.1.ff.... dotium, l.2... adde l.10... Inſtit.de legi...*
q ergo à contrario, vt ſocietatem ſociu...

tam lucratur, eius quoque filiam dotare ex communi pecunia cogitur.
q Socius vendens rem communem pretium ex venditione redactum communicare cogitur.
r Vnus ex ſociis, tenetur pro alio, quando non eſt ſoluendo. *Bald.*
ſ tunc duo rei dicuntur ſocij. *Aret. Bart.*
t vſuras ex fœnore perceptas ſociis non communicat ſocius particularis ... communi nomine ſociorum fœnerauerit.
u Quod ſocius non vniuerſorum bonorum emit vel mercatus eſt, vel ... dedit nomine communi, ex pecunia communi, alteri ſocio acquiritur ... parte: ſi proprio nomine acquiſiuit, non communicabit, *vt hic j.eo.* niſi ... Bart. ad *l.52.§.6.ff.eo.* adde *l.17.§.1.ff.eo.l.48.j.de furtis.*
x Vſuras is ſolus ſibi percipit, qui ſuo periculo ſortem fœnori datam ...
y Vſuras nomine ſocietatis à ſe depenſas ſocius à ſociis repetit, *l.52.§.* ...
z Sub vſuris mutuum accipere ſocietatis explicandæ cauſa ſocius poteſt.
a Vſuras propriæ pecuniæ nomine ſocietatis numeratæ ſocius à ſociis ... ſequitur, quas nimirum habere potuiſſet, ſi alij mutuum dediſſet.
b de eo dixi *l.63.§.1.ff.eo.*
c Igitur ſi ſe ſocium negauerit, vltra id quàm facere poſſit condemnatur ... *hic.* ita mendacij ratione fideiuſſor beneficium diuiſionis amittit, *l.10.* ... *fideiuſſ.*
† vel adſcitum in ſocietatem fuiſſe, *l.63.§.8.ff.eo.*
d Hoc locum habet, quoties vnus eſt in dolo, *l.63.ff.eo.* & cæteri co... cant. *Bart.* ideóque hæc lex locum non habet in ſocio, filiam ſuam ex communi pecunia dotante: nec enim dolum committit, qui filiam dotat, v. qua... *l.81.j.v.l.12.ff.com.diu.l.16.in fin.ff.de reb.cred.*
e Socius partem ſuam alienare & de ea tranſigere cum extraneo poteſt ... & *l.16.ff.de reb.cred.* Cuius rei elegantem tractatum v. apud Cic. *pro Roſcio Comœdo.*
f mercium ſc. atque venalium rerum: idque dolo & contradicentibus ... ſociis In aliis rebus non venalibus, nullo modo poteſt, niſi Procuratoris generalis exemplo, cui tantum permittitur res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, diminuere. Ideóque licet ſocij inter ſe à lege tacitum mandatum gerendi ... re videantur, huiuſmodi tamen mandatum porrigitur ad ea tantum ... quæ ſocietati expediunt, ſuntque vtilia. *Bart.*
g multo igitur minus ſi quorumdam tantùm bonorum, *l.16.ff.de reb.cred.*
h *v.l.30.§.4.j.de leg.3.* ſocius non affectare præſumitur quominus ... poſſit, occaſione acquirendi non vtendo, ſed bona ſua tantùm erogando ... *quæ in fraud.* excipe *l.25.8.ff.de pet her.*
i Acquirere ſocius non cogitur, non tenetur denique ſocius ſocio ex ... non acquiſiuit, hoc tantum præſtat, quod erogauit, alienauit, & diſſipauit.

poſſumus,

poſſumus, in quibus ita eſt, *quod dolo feciſti, vt deſineres poſſidere.*

De ſocietate ad emendum, & epulis præſtandis.

69. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

CVm ſocietas ad emendum coiretur, & conueniret, *vt vnus reliquis nundinas, id a eſt epulas, præſtaret* b, *eóſque à negotio dimitteret* c, ſi eas eis non ſoluerit d, & pro ſocio e, & ex vendito † cum eo agendum eſt.

De tempore ſocietatis.

70. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

NVlla ſocietatis ſin æternum g coïtio h eſt i.

De ſtipulatione pœnali. 1. De lucro, quæſtu, compendio.

71. *Idem* lib. 3. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

DVo ſocietatem coïerunt, vt k grammaticam l docerent, &, quod ex eo artificio m quæſtus feciſſent, commune eorum eſſet: de ea re, quæ voluerunt fieri in pacto conuento ſocietatis præſcripſerunt n, deinde inter ſe his verbis ſtipulati ſunt, *Hæc quæ ſupra ſcripta ſunt, ea ita dari fieri, neque aduerſus ea fieri: ſi ea ita data, facta non erunt, tum viginti millia dari.* Quæſitum eſt, an, ſi quid contra factum eſſet, ſocietatis actione agi poſſet? Reſpondit, ſi quidem pacto conuento inter eos "de" ſocietate facto ita ſtipulati eſſent, *hæc ita dari, fieri ſpondes?* futurum fuiſſe, vt o, ſi nouationis cauſa id feciſſent, pro ſocio agi non poſſit, ſed tota res in ſtipulationem tranſlata videretur. ſed quoniam non ita eſſent ſtipulati, *ea ita dari fieri ſpondes* p? ſed, *ſi ita facta non eſſent, decem dari?* non videri ſibi, rem in ſtipulationem perueniſſe, ſed duntaxat pœnam. non enim vtriuſque rei promiſſorem obligari, vt ea daret, faceret, &, ſi non feciſſet, pœnam ſufferret. & ideo ſocietatis iudicio agi poſſe.

1 ¶ Duo colliberti ſocietatem coïerunt *lucri* q, *quæſtus* r, *compendij*. poſtea vnus ex his à patrono heres inſtitutus eſt, alteri legatum datum eſt. neutrum ſ horum in medium referre debere reſpondit.

De culpa.

72. *Gaius* libro 2. Quotidianarum rerum, ſiue Aureorum.

SOcius ſocio etiam t culpæ nomine tenetur, id u eſt, deſidiæ, atque negligentiæ. culpa x autem non y ad exactiſſimam z diligentiam dirigenda eſt, ſufficit etenim, talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet. quia qui parum diligentem ſibi ſocium acquirit, de ſe queri debet.

De ſocietate vniuerſarum fortunarum.

73. *Vlpianus* libro 1. Reſponſorum Maximino reſpondit.

SI a ſocietatem vniuerſarum b fortunarum coïerint c, id eſt earum quoque rerum, quæ poſtea cuique acquirentur, hereditatem cuiuis eorum delatam, in commune redigendam d.

1 ¶ Idem Maximinæ reſpondit, ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum ita coierint, *vt quicquid erogetur, vel quæreretur* e, *communis lucri, atque impendij eſſet*: ea quoque, quæ in honorem, alterius liberorum erogata ſunt, vtrinque imputanda.

De re empta à ſocio.

74. *Paulus* lib. 62. ad Edictum.

SI quis ſocietatem contraxerit, quod emit f, ipſius ſit, non g commune: ſed ſocietatis iudicio cogitur rem communicare h.

De partibus ſocietatis collatis in arbitrium alterius.

75. *Celſus* lib. 15. Digeſtorum.

SI coïta ſit ſocietas *ex his partibus, quas Titius arbitratus fuerit*, ſi Titius antequam arbitraretur, deceſſerit, nihil agitur i? nam idipſum k actum eſt, ne aliter ſocietas ſit, quàm vt Titius arbitratus ſit.

Sententiæ arbitri omnino eſt parendum. Sententia verò arbitratoris reducitur ad arbitrium boni viri. Bart.

76. *Proculus* lib. 5. Epiſtolarum.

SOcietatem mecum coïſti ea conditione, *vt a Nerua amicus communis partem ſocietatis conſtitueret*: Nerua conſtituit, *vt tu ex triente ſocius eſſes, ego ex beſſe.* quæris, vtrum b ratum id iure ſocietatis ſit, an nihilominus ex æquis partibus ſocij ſimus? Exiſtimo autem melius te quæſiturum fuiſſe, vtrum ex his partibus ſocij eſſemus, quas is conſtituiſſet, an ex his, quas virum c bonum conſtituere oportuiſſet. * *Arbitrorum* d *enim genera ſunt duo.* Vnum e eiuſmodi, vt, ſiue f æquum ſit, ſiue iniquum, parere debeamus: quod obſeruatur, cùm ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. Alterum eiuſmodi, vt ad boni g viri arbitrium redigi debeat, etſi nominatim h perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat.

77. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

VEluti cùm lege locationis i comprehenſum eſt, vt opus arbitrio locatoris fiat.

78. *Proculus* lib. 5. Epiſtolarum.

IN propoſita autem quæſtione arbitrium viri boni exiſtimo ſequendum eſſe. eo k magis, quòd iudicium pro ſocio bonæ l fidei eſt.

79. *Paulus* lib. 4. Quæſtionum.

VNde ſi Neruæ arbitrium ita prauum eſt, vt manifeſta iniquitas eius appareat, corrigi poteſt per m iudicium bonæ fidei.

80. *Proculus* lib. 5. Epiſtolarum.

QVid enim, ſi Nerua conſtituiſſet, vt alter ex milleſima parte, alter ex duabus n milleſimis‖ partibus‖ ſocius eſſet? Illud poteſt conueniens eſſe viri boni arbitrio, vt non vtique ex æquis partibus ſocij ſimus, veluti ſi alter o plus operæ, induſtriæ, gratiæ, pecuniæ in ſocietatem collaturus erat.

Pactum de filia dotanda ex pecunia communi.

81. *Papinianus* lib. 9. Quæſtionum.

‖SI‖ ſocius pro filia dotem promiſit, & prius, quàm ſolueret, herede ea relicta deceſſit, quæ poſtea p cum marito de exigenda dote egit, accepto liberata eſt. quæſitum eſt, an, ſi pro ſocio ageret, dotis quantitatem præcipere deberet, ſi fortè q conueniſſet inter

---

a *Nundinæ* pro epulis nundinalibus. Sic Galli *Nundinas* vocant dona, quæ Nundinarum occaſione vel tempore fiunt: *donner la foire.*

b *ſub.* cæteris ad negotiandum euntibus.

c vt vnus reliquis nundinarias epulas præſtaret, eóſque ad negotium admitteret. *Hal.* dimitteret. Cuiac. quem diligenter, *v. 4. obſer.* 17. adde tamen Antonium Fabrum 5. *coniectur.* 4.

d *ſub.* pretio epularum ſibi ſoluto, vel ſatisfacto.

e *ſub.* actione informata tali pretio.

† Cur ex vendito? Emptum quod ſocio communicant ſocij, ei vendidiſſe videntur, *l. 74. j. eodem.*

f vel communionis *l. 14. §. 2. ſ. com. diuid.*

g Æterna nulla ſocietas eſſe poteſt: perpetuum tamen, id eſt, dum viuent ſocij, eſſe poteſt, *l. 1. ſ. eod.*

h *al.* conuentio, vt *l. 14. § ſi conuenerit. ſ. com. diuid.* Græcis eſt συνίστασθαι. *Syn. eod. c.* 63. Verum coïtio ſocietatis dici rectè poteſt, *l. 1. ſ. eod.*

i eſt enim ex conſenſu: nec re, vt communio perficitur.

k Societas profeſſionis & artificij eſſe poteſt. Simile quiddam eſt apud Ciceronem *orat. pro Roſcio Comœdo.*

l *al.* grammatica: grammaticæ profeſſio, artificium dicitur *vt hic.* vnde colligunt, Quaſi caſtrenſia non eſſe, quæ ex grammatices profeſſione quæſita ſint.

n huic pacto ſtipulatio ſubiicitur. o Pacto ſtipulatio in continenti adiecta, nouum contractum parit, ſeu nouationem inducit, ſi hoc actum fuerit: ſi nouandi animus non fuit, tantum eſt pœnalis. Priori caſu, & res principalis & pœna, quæ in pacto & ſubſequente ſtipulatione comprehenſa fuerit, petitur: Altero, pœna tantum.

p nota diuerſitatem harum formularum. Prior, pura nouatio eſt, & in ea res pacto comprehenſa continetur. Altera, vt merè pœnalis, non nouat, nec rem pacti continet, ſed pœnam tantum. Vnde colligunt nonnulli, Pœnalem ſtipulationem non ſemper cenſeri nouationem, *v. l. 28. j. de act. empt.*

q *v. l. 13. ſ. eo. l. 45. §. 2. j. de acq. hered.*

r Societas lucri, quæſtus & compendij non extenditur ad ea quæ extrinſecus quæſita, ſed ad ea quæ operis tantū quæſita. Lucri quidem generalis vox eſt, reſtringitur tamen vocibus his, *quæſtus compendij*, ſubſequentibus: vnde volunt generale verbum reſtringi per ſpeciale. Genus denique per ſpeciem ſubſequentem reſtringi. Quid ſi genus antecedat, indiuidua ſequantur? Genus reſtringitur ad indiuidua expreſſa, v. Dynum *c. generis de reg. in 6.* ſ *l. 9. ſ. eod.*

t id eſt non tantum doli, ſed & culpæ, *l. 52. §. 2. ſ. eod. §. vlt. Inſt. eod.*

u Culpa eſt deſidia atque negligentia, hoc eſt, leuis: id enim culpæ verbum in dubio innuit.

x Culpam leuem non leuiſſimam ſocio præſtat ſocius.

y Socius ſocio magnam diligentiam non præſtat, ſed qualem ſuis rebus adhibet, *Syn. eo. c. 65.* z μεγάλην *Eccl. c. 65.*

a Societate inita omnium rerum, etiam futurarum, hereditas, *vt hic.* lucrum & damnum, etiam quod in honorem liberorum vnius erogatum eſt, omnibus imputabitur. *§. 1. j. eo. Syn. eod. c. 66.* b non ſimplex, vt *l. 7. ſ. eod.*

c aliqui ſcilicet. d Cur ita? *v. l. 3. §. 1. l. 52. §. 16. ſ. eod.*

e *Eccl. 16. c. 66.* f *v. l. 67. §. 1. ſ. eod.*

g ipſo iure, dixi *l. 8. C. ſi quis ſibi vel alteri, l. 47. §. 6. j. de admin. tut.*

h Imò non tenetur communicare, *l. 4. C. comm. vtriuſque iud.*

i idem eſt in emptione, *l. vlt. in fin. C. de contr. empt.* in locatione, *l. 25. j. locat.* & ſtipulatione, *l. 43. l. 144. j. de verb. oblig.*

k Ita arbitrium hoc, licet in contractu bonæ fidei, ſtrictè interpretabimur: nempe quia ita conuenit, v. quæ ſcripſi ad *l. 76. j. eod.*

a In arbitrium tertij, tanquam boni viri, modus & forma contractus conferri poteſt.

b Arbitri ſententiæ ſtandum, arbitratoris verò ſtari non eſt neceſſe; cùm poſſit reduci ad arbitrium boni viri.

c *l. 24. inf. locati.*

d Arbitrium (qui & arbitratus, Græcis, δοκιμασία & δοκιμαζόμενος) duplex. Merum quod ſtrictè accipitur; & arbitrium boni viri. Merum in perſonam certam confertur: Boni viri, modò in certam, modò in incertam. Mero adſtringuntur etiam in quo, qui ſe illi ſubiecerunt: Boni viri, non adſtringuntur, *vt hic.* Illius iniquitas non corrigitur, niſi dolus aduerſarij interuenerit, *l. 3. C. de arbit. l. ita demum, 31. ſ. de arbitr.* Huius iniquitas qualibet corrigitur. Illud perſonam non egreditur, *l. in compromiſsis 45. ſ. de arbitris.* Hoc egredi perſonam poteſt, quia etſi certæ perſonæ nomen inſeratur, tamen non tam perſonæ, quam ipſum æquitatis arbitrium inſeri videtur. Aequitas autem certis perſonis non circumſcribitur. Igitur, ſi hic, cuius nomen inſertum eſt, æquum non ſtatuerit, alium adire licebit, *l. vlt. C. de contrah. ſtipul. l. vlt. § ſed & ſi quis, C. comm. de legatis.* In ſtipulationibus, ſtrictè, in bonæ fidei contractibus (niſi aliud conuenit, *l. ſi coïta 75. ſ. eod.* aut natura rei ſit incerta, *l. vltim. C. de contr. empt.*) & teſtamentis, (niſi pœna ſit adſcripta: pœnas enim ſtrictè accipimus, *l. 6. j. de verb. oblig. l. 27. inf. de cond. & demonſt.*) arbitrium latius accipimus *vt hic*: adde Cuiac. ad *l. 43. inf. de verb. oblig.*

e *v. l. 13. §. 2. ſ. de arbitris.* f *v. l. 19. §. 2. ſ. de arbitr.*

g *v. l. 18 inf. iudicatum ſolui.*

h *vt l. 43. j. de verb. oblig.* Priores vt iudices, ordinem iudiciarium ſeruant in procedendo & definiendo: Secundi, non vt iudices eliguntur, nec ſeruant ordinem iudiciarium, ſed ex æquo & bono iudicant. Coram eis non eſt iudicium, ideóque vel ipſe principalis aduerſarius arbitrator eſſe poteſt, non arbiter aut iudex, *C. ne quis in ſua cauſa: l. pen. ſ. de arbitr.* ab eis ideo non appellatur (niſi ex iuſta cauſa vt vult Bart.) ſed eorum ſententia reducitur ad arbitrium boni viri: in qua reductione, grauatus obſeruare tempore appellationis non cogitur. Ferrar *formula 17. ſummario 14. num. 4. verſ. de arbitris & arbitratoribus*, v. hic Bart. & Cortaſij nouam opinionem 4. *Miſcell.* 18. i *v. l. 25. j. locati.*

k præſumimus viri boni arbitrium intercedere debere in bonæ fidei iudiciis.

l *l. 52. §. 1. ſuprà eod. l. 3. C. eod. §. 28. Inſt. de act.*

m Arbitratus iniquus ad boni viri arbitrium reduci poteſt ex eo contractu quo prius agi poterat. n Enormiter læſus quis dicitur, quando fit vltra dimidiam partem exceſſus, *v. l. 27. §. 2. ſuprà de arbitr.* & vltra dimidiam partem læſus eſt, *l. 2. l. 8. C. de reſcind.* o *l. 6. ſ. eo. vt l. 29. §. 1. ſ. eod.*

p poſtea quam, *Hal.* q Ergo à contrario ſenſu colligitur, filiam vnius ſocij non eſſe dotandam de communi, niſi ex pacto ita actum ſit inter ſocios, vt de communi dos conſtitueretur: *vt hic.* vt dotādi facultas, non ex ipſo iure ſocietatis, ſed pacto profluat, *l. fin. C. de dotis promiſſ.* cum onus dotandæ filiæ, perſonæ patris cohæreat eámque afficiat, *l. fin. C. de dotis promiſſ.* (talia ad alium non tranſeunt) quinetiam, cùm in communem arcam ea pecunia non vertatur, nec directè vel indirectè ſocietatis ad commodum pertineat, *l. 52. §. 15. ſ. eo. l. 82. j. eo.* cum ei perſonæ præſtetur, quæ operas ſocietati non tribuit, *l. 8. ſ. eod.* cum nemo alterius partem, aut plus ſua parte donare poſſit, *l. 68. ſ. eod.* cum ſocius quinque filiarum parens contra legem ſocietatis inæqualitatem ſeruet quinque filias dotando in præiudicium alterius ſocij, trium tantum filiarum, aut fortè nullius parentis. Ea inæqualitas magis perſpicitur, quod illæ quinque filiæ dotem ſuam præcipuam habituræ ſint; & præterea, mortuo ſuo parente, æqualitater res ſocietatis cum ſocio diuiſuræ. Ad hæc, expenſas profuſas pro fratris ſtudio ab altero fratre ſocio factas nō imputari ſocietati: eámque penè communem eſſe opinionem refert Rolandus à Valle 1. *Conſ. 91. n. 1. ad* 31. à qua tamen idem mox diſcedit. Mouetur autē, quod omnis impenſa ſocietati imputetur, arg. *l. 57. in fin. ſ. eod.* ergo & dotis: ſed & ea quæ in honorem alterius liberorum erogantur, *l. 73. ſ. eod.* non eſſe nouum, vt ſocius onus non proueniens ex ſocietate, ſed ex eo facto fratris, etiam ſentiat, *l. 39. §. 3. ſ. famil.* &, quod magis eſt, quod actione iniuriarum ſocius præſtiterit, *d. l. 52. in fin. ſ. eod.* ſocio omnium bonorum, ſpe ſaltem & iure, adquiri hereditatem ſocio delatam, *l. 3. §. 1. ſ. eo.* & conſequenter onus hereditatis, puta dotandæ filiæ ſocij ad eum delatæ transferendum: & ex huius legis fine, ibi, *non eſſe referendam pecuniam ſocietati*, perſpici filiam (etiam citra pactum initum à parente cum eius ſocio) dotem præcipuam habere, ſi modo ei ſoluta fuerit. Amplius, in ſocietate bonorum omnium, non attendi: vtrum vnus plus lucretur quàm alius, vel vnus plus impendat, quam alter, ſed omnia generaliter partienda: dotem ab vno ſociorum adquiſitam, ſocio cōmunicari: *l. 66.* eadem lege, dotata ab vno ſociorum filia, huiuſmodi onus ſocietati imputandum: familias ſociorum ex communi alendas: ergo & dotandas: nam qui tenetur alere, tenetur dotare, quod de vno ad aliud argumentum valeat, *l. fin. j. de his quib. vt indign.* Idem Rolandus *nu.* 45. fuſiſſimè oſtendit, hanc eſſe communem opinionem, vt in ſocietate omniū bonorum

ſocios,

ſocios, *vt a de communi dos conſtitueretur*? Dixi pactum non eſſe iniquum, vtique ſi *b* non de alterius tantum filia conuenit. nam ſi commune hoc pactum fuit, non intereſſe, quòd alter ſolus filiam habuit. cæterum ſi numeratam dotem pater, defuncta in matrimonio filia, reciperaſſet, reddi pecuniam ſocietati debuiſſe, pactum ex æquitate ſic nobis interpretantibus. quod ſi, ſalua ſocietate, diuortio matrimonium ſolutum fuiſſet, cum *c* ſua cauſa dotem reciperari, ſcilicet vt ea vel alij *d* marito dari poſſit. nec, ſi prior maritus facere non poſſet, denuò de ſocietate conſtituendam dotem; niſi ‖ſi‖ nominatim ita conueniſſet. Verùm in propoſito largiter eſſe *e* videVatur, dos numerata *f* eſſet, an verò promiſſa. Nam ſi filia datam dotem, poſteaquam patri heres extitit, iure ſuo recepiſſet, non eſſe referendam pecuniam ſocietati, quam *g* mulier habitura fuit, etſi al us heres extitiſſet. quod ſi accepto à marito liberata eſſet, nequaquam imputari poſſe ſocietati, non ſolutam pecuniam.

De ære alieno.

82. *Idem* libro 3. Reſponſorum.

IVre ſocietatis per ſocium ære alieno ſocius non obligatur, niſi *h* in communem arcam *i* pecuniæ verſæ ſunt *a*.

De his quæ erant in confinio exempta.

83. *Paulus* lib. 1. Manalium.

ILlud quærendum eſt: arbor *b* quæ in confinio *c* nata eſt, item lapis, qui per vtrumque fundum extenditur, an cùm ſucciſa arbor eſt, vel lapis exemptus, ‖eius ſit‖ cuius fundus: pro ea quoque parte ſingulorum eſſe debeat, pro qua parte in fundo fuerit: an, qua *d* ratione duabus maſſis *e* duorum dominorum flatis, tota maſſa communis eſt: ita arbor hoc ipſo quòd ſeparatur à ſolo, propriámque ſubſtantiam in vnum corpus redactam accipit, multò magis pro indiuiſo *f* communis ſit, quam maſſa ſed naturali conuenit rationi, & poſtea tantam *g* partem vtrumque habere tam in lapide, quàm in arbore, quantam & in terra habebat.

De ſocietate iuſſu alicuius contracta.

84. *Labeo* libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno epitomatorum.

QVoties iuſſu alicuius vel cum filio eius, vel cum extraneo ſocietas coitur; directo *h* cum illius perſona agi poſſe, cuius perſona in contrahenda ſocietate ſpectata ſit.

rum hæc lex habeat locum, citra pactum. Qui hanc opinionem negent vel admittant, v. Manſuerium apud *Ferrarienſem hoc tit.*
a Pactum initum inter ſocios, vt filiæ dotentur de communi, validum eſt.
b tunc enim æquitas inter ſocios ſeruatur, *vt l.21. §.pen. ∬. de arbitr l. vlt. Cod. de fructibus & lit. expenſ.*
c *l.65. in fin. ∬. eod.*
d Dotem priorem ſeu eandem viduæ filiæ pater reddere tenetur ſi ſecundas nuptias contrahat, *v. l. 68. ∬. de iure dot.*
e *al.* intereſſe.
f Dotis numeratæ & promiſſæ differentia. Dos ex ipſa ſocietate ſoluta, matrimonio per mortem ſoluto, ad ſocietatem redit: ſecus, ſi promiſſa tantum.
g nam filia exheredata dotem ſemper præcipuam habet, *l. unic. C. de rei uxor. act.*
h εἰ μὴ εἰς τὸ κοινὸν niſi in commune pecuniæ venerint. *syn. eod. cap. 75* Extra ſocietatem geſta, ſocios vel conſortes non obligant, ſed ipſos tantum contrahentes.
i Arcam communem ſocij habere poſſunt, licet non ſint collegiati, licet non faciant collegium. adde *l. verum, 63. §. ſi cum ∬. eod. l. 1. § quibus, ∬. quod cuiuſque vniverſ.*

a & ſic intellige. *l.27. ∬. eod.*
b Quantam partem quis in ſolo ac terra habet, tantam in arboribus & lapidibus ſeparatis habet. adde *l. arbor. 9. ∬. comm. diuid.*
c duorum fundorum.
d Separatio aliud à ſpecificatione.
e diſtingue vt in *§. 25. Inſtit. de rer. diuiſ.*
f ſicut dum terræ coherebat, communis erat pro indiuiſo.
g *l. 19. ∬. commun. diuid. l. 7 in fin. l. 8. ∬. de acq. rer.*
h directo agi poteſt cum eo qui iuſſit. *§. vltim. Inſt. quod cum eo.* Inde notant, Iubentem in contractibus nõ ex interpretatione tantum, ſed etiam directo teneri. In delictis, ſecus *l. 1. §. deieciſſe 12. ∬. de vi & vi armata.*

LIBER DECIMVS-OCTAVVS.

DE CONTRAHENDA *a* EMPTIONE, ET DE pactis *b* inter emptorem, & venditorem compoſitis, & quæ *c* res venire non poſſunt.

De origine emptionis, & venditionis, eiuſque & permutationis differentia. de nummis. 1. Quibus modis emptio contrahitur.

Paulus lib. 33. ad Edictum.

ORigo *d* emendi vendendíque à permutationibus cœpit *e*. Olim enim non ita *f* erat nummus *g*; neque aliud merx *h*, aliud pretium vocabatur. ſed vnuſquiſque ſecundùm neceſſitatem temporum, ac rerum, vtilibus inutilia *i* permutabat. quando plerumque euenit, vt, quod alteri ſupereſt, alteri deſit. Sed *k* quia non ſemper nec facilè concurrebat, vt, cùm tu haberes, quod ego deſiderarem, inuicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia *l* eſt, cuius publica, ac perpetua *m* æſtimatio difficultatibus *a* permutationum, æqualitate *q* quantitatis ſubueniret, eáque ‖materia‖ *c* forma *d* publica *e* percuſa, vſum dominiúmque non *f* tam ex ſubſtantia *g* præbet, quàm ex quantitate *h*. nec *i* vltra merx vtrumque, ſed alterum pretium vocatur.

1 ¶ Sed, an ſine nummis venditio dici hodiéque *k*, poſſit, dubitatur *l*. veluti ſi ego togam dedi, *vt tunicam acciperem*. Sabinus & Caſſius, eſſe emptionem & venditionem putant *m*. Nerua & Proculus, permutationem, non emptionem hoc eſſe. Sabinus Homero teſte vtitur, qui exercitum Græcorum ære *n*, ferro hominibúſque vinum emere refert, illis verſibus *o*.

a 4. C. 38. 3. *Inſt. 24. Eccl. 19. tit. 1. 3. Har. 3. & 3. extra 17.*
b 4. C. 54. c 4. C. 40.
d Origines notare & ab origine res quaſque repetere, vt contractus, *l. ex hoc iure. ∬. de iuſtitia.* magiſtratus, & ſimilia, Iuriſconſulti & Legiſlatores etiam ſolent, *l. 2. ∬. de origine iuris.*
e hinc permutatio & emptio dicuntur vicinæ, *l. 2. ∬. de rer. permutat.* non ſunt tamen idem *§. 1. in fin. ∬. eod. l. 1. ∬. de rer. permut. l. 5. §. 1. ∬. de præſcriptis.* vt altera ab altera diſcerni poſſit: v. quæ notaui ad *l. 6. §. 2. ∬. de act. empt.*
f Nummus initio non ita fuit, vt nunc eſt. Quid? hócne innuitur, nummos initio non fuiſſe ex argento vel metallo? Iaſon ex corio primum fuiſſe cenſet; atque ita iure gentium nummum fuiſſe. Verum coriaceus nihilo plus quam metallicus à iure gentium eſt, ſed nec in nummo hic ſubſtantia inſpicitur. (Coriaceorum autem meminit Seneca 3. *de beneficiis* 14. quei & vſos Lacedæmonios ſcribit. Ita coriacea moneta ſub Friderico cuſa 2. *Pandulphus Collenucius: Antonius Chronicor. anno 1240. addit. ad Chronica Vrſperg. Naucler. generat. 42.* Helmodus Chronic. *cap. 395.* refert apud Ranos, pãno lineo commercia iniri. Quid? num dicemus potius id ſignificari Nummos ab initio non ita fuiſſe, hoc eſt, nullo modo? nam & hæc verba, *non ita*, alibi ſumuntur pro nullo modo, *l. ædiles 38. §. ſed enim 6. ∬. de ædilitio.* Græcorum interpretatio mihi multo ſimplicior videtur: Olim permutationem rebus hinc inde traditis conſtitiſſe, poſtea ſequutam fuiſſe venditionem nummis ſubminiſtratis. *Syn. Baſ. 19. tit. 1. c. 1.*
g De nummi vſu & inuentione. v. Ariſtotelem 1. *Politic. 6. & 5. Ethic. 5.* A Græca voce νόμος dicitur, nempe quod à lege ſit, non à natura. Lydis inuentionem nummi tribuit Herodotus *lib. 1.* Indubiè conſtat, apud alias atque alias gentes citius ac tardius nummorum vſum receptum eſſe. Vix ſanè nummi apud Germanos ſeculo Taciti: vt ipſe Tacitus refert *libello de morib. Germanor.*
h Notanda eſt differentia vtriuſque. In permutatione ſpecies certa pro ſpecie: in venditione, pretium in genere, pro ſpecie datur.
i Inutilia nobis vtilibus contrahendo & permutando acquirere ſolemus. Eſt verò inutile, quod nobis ſupereſt: quod aut penitus inutile aut minus vtile. Viciſſim quod permutatione ab alio accipio, vt mihi vtile, aduerſario minus eſt vtile. Ita neceſſitate atque penuria effectum eſt, vt quod nobis deſit, vtiliter apud alios quæreremus: per contrarium vt à nobis alius quærat, quod ſibi deſit: quærat, inquam inutilis cum vtili permutatione.
k Nummus cur inuentus? ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ νομίσματος ἐπορίσθη χρῆσις. *Ariſt. 1. Politic. 6.*
l In nummo hæc ſpectamus, materiam ſeu ſubſtantiam, æſtimationem eius, & quidem publicam & perpetuam, *vt hic.* formam publicam, vſum.
m *Perpetua æſtimatio* hic non eſt generalis, vt putat Accurſius, ſed nullo tempore mutabilis: ne ſi mutetur in horas, ipſis poſſeſſoribus nummorum vſus noceat.

a Permutatio fit difficilius quam emptio. Fuit tamen & initio in nummis & venditione ſua difficultas, menſurabantur enim, expendebantur, appendebantur per trutinam, cuius rei veſtigium hoc refert Varro, trutinam id genus in æde Saturni manſiſſe. Hinc Ennius, *Pœni ſtipendia pendunt*, & apud Liuium extat locus elegans de ære Gallis appenſo. Ex ambigua illa conſuetudine libripens in venditionibus & teſtamentis adhibitus, *§. 1. Inſt. de teſtamentis.* b Nummi vſus in eo verſatur, vt cum re permutatus æqui quantitatis tantum præſtet venditori emptor, quantum ipſe venditor emptori tradidit: æqualitate quantitatis id perficitur, *vt hic.* non tam ex ſubſtantia quàm ex quantitate, *∬. eod.* Quantitas nummi, ipſa æſtimatio eſt publica & perpetua *∬. eod.* Igitur æqualitate quantitatis, non ſua ſubſtantia, nummus venditori id quaſi re præſtat. quod ipſe emptori tradit: æqualitate, inquam, quæ fieri poteſt maximè: interdum enim vſus exigit vt ab ea recedi poſſit, *l. 2. C. de reſcind. vend.* c Materia nummi, metallum: forma publica, non tantum figura nummi, aut effigies inſculpta, ſed æſtimatio publica.
d Moneta forma publica percuſa debet (& quidem in monetis publicis, *l. 2. C. de falſa moneta.*) aut adultera eſt.
e Monetam ſeu nummos cudere non cuiuſvis eſt, non priuati, non cuiuſvis ciuitatis, ſed eius tantum qui magiſtratum gerit. Id enim ius inter regalia censetur, *l. 1. l. 2. C. de falſa moneta. Titulo Quæ ſint regalia in feudis: & Titulo* ... *dicis de veteris numiſmatis poteſtate.*
f A permutatione diſtinguitur emptio & venditio. Permutatio ex ipſa ſubſtantia vſum præbet, nummus ex quantitate.
g *Subſtantia*, cui opponitur hic quantitas, paulò ante *materia* dicta eſt, ... *§. 20. ∬. de vſurpat.*
h vide *l. 94. §. 1. ∬. de ſolut.* qualitate, *Budæus.* Florentinam defendit Duarenus *diſp. 6.* atque *quantitatem* hic ſignificare æſtimationem publicam & perpetuam valorem: cuius ſignum & nota ſit character nummo impreſſus: alij hac voce pondus nummi intelligunt. Ferrandus 1. *Explicat. 19.* putat nummum non ex ſua ſubſtantia, ſed ex ſua qualitate æſtimari: vt quo maior ſit eius qualitas, maiorem vſum præbeat. Sed Robertus 3. *Sent. 6.* quantitatis nomine illam metiendi ſiue æſtimandi vim, quæ nummo tributa ſit, intelligit. Huius diſputationis progreſſum Ariſtoteles 1. *Polit. 6.* ſic definit, τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ὁριζόμενον μεγέθει καὶ σταθμῷ. τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιβαλλόντων, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτούς. ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐτέθη τοῦ ποσοῦ σημεῖον.
i venditio in hoc quoque differt à permutatione, quod in permutatione vtrumque merx ſit, in venditione vnum merx, alterum verò pretium.
k Venditio olim ſine nummis fuit. An hodie eſſe poſſit? Sabinus & Caſſius aiunt: Nerua & Proculus negant. Illi, & olim & hodie ſine nummis putabant: Hi olim, at non hodie ſine nummis poſſe perfici exiſtimabant.
l hodie non poteſt, *vt l. pen. C. de rer. permut.*
m de heredibus Caſſianorum, Sabinianorum, & Proculianorum, adde *l. 2. ∬. de orig. iur. l. 40. ∬. de pet. her. l. 7. §. 7. ∬. de acq. rer. l. 3. §. 3. ∬. de acq. poſſ.*
n ſpeciebus, non nummis. o Ιλιαδ. η. verſu 482.

Ἔνθεν

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν. id eſt,
Hinc quidem vinum emebant comati Achiui:
Alij quidem ære, alij autem ſplendido ferro,
Alij verò pellibus, alij autem ipſis vaccis,
Alij autem mancipiis.

Sed hi verſus permutationem ſignificare *e* videntur, non emptionem, ſicut illi *d*:

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν. id eſt,
Hic rurſus Glauco Saturnius mentes exemit Iupiter,
Qui cum Tydide Diomede arma mutauit.

Magis autem pro hac *e* ſententia illud diceretur, quòd aliàs idem poëta idem dicit *f*.
-- πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν. id eſt,
-- *emit poſſeſſionibus ſuis.*

Sed verior eſt Neruæ & Proculi ſententia. nam vt aliud eſt vendere *g*, aliud emere, alius emptor, alius venditor, ſic aliud eſt pretium, aliud merx, quod in permutatione diſcerni non poteſt *h*, vter emptor, vter venditor ſit.

2 ¶ Eſt autem emptio iuris gentium *i*. & ideo *k* conſenſu *l* peragitur; & inter *m* abſentes contrahi poteſt, & per nuntium *n*, & per literas.

De patre & filio. 1. De patre.

2. *Vlpianus* lib. 1. ad Sabinum.

INter *o* patrem, & filium *p* contrahi emptio non *q* poteſt *r*, ſed *ſ* de rebus caſtrenſibus *t* poteſt.

1 ¶ Sine *u* pretio *x* nulla venditio eſt. Non *y* autem pretij numeratio, ſed conuentio perficit ſine ſcriptis *z* habitam emptionem.

De pacto vt ſi res diſplicuiſſet, eſſet inempta.

3. *Vlpianus* libro 28. ad Sabinum.

SI res ita diſtracta ſit, *vt a ſi diſplicuiſſet, inempta eſſet*, conſtat, non eſſe ſub conditione *b* diſtractam, ſed reſolui *c* emptionem ſub conditione *d*.

De his quæ non ſunt in commercio.

4. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

ET liberi hominis, & loci ſacri, & religioſi, qui haberi non poteſt, emptio intelligitur, ſi *e* ab ignorante emitur.

5. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

QVia difficilè *f* dignoſci poteſt liber homo à ſeruo.

De lege commiſſoria. 2. De pactis contrariis.

6. *Pomponius* libro 9. ad Sabinum.

SEd Celſus filius ait, hominem liberum *g* ſcientem *a* re emere non poſſe: nec cuiuſcumque *b* rei, ‖ ſi‖ ſcias alienationem eſſe *c*: vt *d* ſacra *e*, & religioſa loca: aut quorum commercium non ſit: vt publica, quæ non in *ſ* pecunia populi, ſed in publico vſu habeantur: vt eſt campus Martius.

1 ¶ Si fundus annua *g*, bima, trima die, ea *h* lege veniiſſet *i*, *vt ſi in diem ſtatutum pecunia ſoluta non eſſet, fundus inemptus foret*: & vt *ſi interim emptor fundum coluerit fructúſque ex eo perceperit inempto eo facto reſtituerentur*, &‖vt‖ *quanti minoris poſtea alij veniiſſet, vt id emptor venditori præſtaret*: ad diem pecunia non ſoluta, placet venditori *k* ex vendito eo nomine actionem eſſe. Nec conturbari debemus, quòd inempto fundo facto, dicatur, actionem ex vendito futuram eſſe. * in emptis enim & venditis potiùs id, quod actum *l*, quam id, quod dictum ſit, ſequendum eſt *m*. & cùm lege id dictum ſit, apparet hoc dumtaxat actum eſſe, ne venditor emptori, pecunia ad diem non ſoluta, obligatus eſſet: non *n* vt omnis obligatio empti & venditi vtrique *o* ſolueretur.

2 ¶ Conditio quæ initio contractus dicta eſt, poſtea alia *p* pactione immutari *q* poteſt. ſicuti etiam abiri tota *r* emptione poteſt, ſi *ſ* nondum impleta ſunt, quæ vtrinque præſtari debuerunt.

De conditione in arbitrium collata. 1. De emptione, quanti emiſti. Vel, quantum pretij in arca habeo. 2. Vel centum, & quanto pluris ab emptore vendetur.

7. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

HÆc venditio ſerui, *Si rationes domini computaſſet arbitrio*, conditionalis eſt. * conditionales autem venditiones tunc perficiuntur, cùm *t* impleta fuerit conditio. Sed *u* vtrùm hæc eſt venditionis conditio, *ſi ipſe dominus putaſſet ſuo arbitrio*, an verò *ſi arbitrio viri boni*? nam ſi arbitrium domini *x* accipiamus, venditio nulla eſt: quemadmodum ſi quis ita vendiderit, *Si voluerit y*: vel ſtipulanti *z* ſic ſpondeat, *Si voluero a, decem dabo*, neque enim debet in arbitrium rei *b* conferri, an ſit obſtrictus. Placuit itaque veteribus, magis in *c* viri boni arbitrium id collatum videri, quàm domini. ſi igitur rationes potuit accipere, nec accepit: vel accepit, fingit autem ſe non accepiſſe: impleta conditio emptionis eſt, & ex empto venditor conueniri poteſt.

1 ¶ Huiuſmodi emptio, *quanti d tu eum emiſti: quantum pretij in arca habeo*, valet. nec enim incertum *e* eſt pretium tam euidenti *f* venditione. magis enim ignoratur quanti emptus ſit, quàm in rei veritate incertum eſt.

2 ¶ Si quis ita emerit, *eſt mihi fundus emptus centum, & quanto g pluris eum vendidero*: valet venditio, & ſtatim *h* impletur. habet enim *i* certum pretium *k* centum: augebitur autem pretium, ſi *l* pluris emptor fundum vendiderit.

De re vendita, de re futura. 1. De ſpe.

8. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

NEc emptio, nec venditio ſine re *m*, quæ veneat, poteſt intelligi. & tamen *n* fructus *o*, & partus futuri *p* rectè emuntur *q*, vt, cùm editus eſſet partus, iam tunc, ‖cùm contractum eſſet negotium,‖ venditio facta intelligatur: ſed ſi id egerit venditor, ne naſcantur, aut ne fiant, ex empto agi poſſe.

1 ¶ Aliquando *r* tamen & ſine re venditio intelli-

a Venditionem ſine nummis dici poſſe ex hoc verbo, οἰνίζοντο; & alio ſequente πρίατο probat Sabinus, aut potius, Permutationē eſſe emptionem. Poteſt Sabini ſententia ex eo quoque probari, quod emptio ſit iuris gentium *l. ex hoc 5. ſ. de Iuſtitia.* Nummus autem à iure ciuili *ſ. eo. ibi. forma publica*; & Plin. 7. *cap.* 56. emptionis antiquam eſſe originem refert. Idem probatur ex verſibus Vlyſſis in Cyclope, vbi narrat Vlyſſes Sylenum agrum pro ſcypho vno ſibi vēdidiſſe, & Iuſtinus 2. refert Lycurgum ſtatuiſſe vt omnia emerentur compenſatione mercium. ſic Virgilius, *Mutandi* verbum pro Emendi voce vſurpat, teſte Seruio 3. *Georgicon.* ibi, *vellera mutentur*, & eo ſenſu *mutandi* verbum apud Plinium eſt 7. c. 56. Vice verſa, Permutatio cum pecunia ſignata eſſe poteſt *l. vlt. ſ. de condict. cauſa data.*
b Caue de nummo boue id intelligas cum Budæo & Alciat. 9. Parerg. 17. Nam manifeſta hic eſſet planè venditio: de quo tamen dubitatur. v. Pollucem *libro ſexto.*
c hoc eſt, comprobare ſententiam Neruæ & Proculi. d Ἰλιάδ. ζ. *verſu.* 234. e hoc eſt, Sabini & Caſſij. f Ὀδυσσ. α. *verſu* 430.
g In quibus conueniant, vide *l. 2. C. de rer. permut.*
h hæc ſit, Prima differentia: Secunda, emptionem conſenſu, permutationem re perfici *l. 1. §. 2. ʃ. de rer. permut.* Item, emptio, nominatus: permutatio, innominatus (hoc tamen non fatetur Corraſius) contractus eſt *l. 17. ſ. de pactis.* In hoc, re integra, admittitur pœnitentia: in illo, non æquè, *l. 5. ſ. de condict. cauſ. data.* Præterea, venditor re tradita, emptore pretium non ſoluente, ad pretium tantùm agit, non ad rem ipſam *l. 12. C. de rei vind.*, in permutatione ſecus. *d. l. 5. & l. 1. in fin. ʃ. de rer. permutat.* i *l. 5. de iuſtit. & iur.*
k *Syn. Baſil.* 16. *Tit.* 1. *c.* 1. *Harmen.* 3. *§.* ἀγορασία. facit *l. 7. in pr. ſupr. de pactis.* Quæ iuris ſunt gentium, & conſenſu, & inter abſentes & per nuntium, & per literas poſſunt contrahi.
l vide *l. 2. & l. 48. ʃ. de obl. & action.* m *l. vlt. C. ſi quis alteri vel ſibi.*
n διὰ μέσου per intermediam perſonam. *Syn. ibid.*
o Synopſis *eod. c.* 2. 3. *Harm.* 3.
p *ſub.* in poteſtate poſitum.
q Immò poteſt. Nam & mutuum poteſt etiam contrahi, *l. 40. ſ. de rebus creditis.*
r nec lis *l. 4. ſ. de iudiciis.*
ſ *d. l. 4. Inſt. eod. in fine principij.*
t Venditio inter patrem & filium non contrahitur, niſi de re caſtrenſi, vel quaſi. *vt hic.* Cur in Caſtrenſi, vel quaſi? Filiusfamilias in id genus peculij vicem patrisfamilias obtinet *l. 2. ſ. de S. C. Macedon.*
u vide *l. 9. C. eod. Syn. ibid. & Harm.* Ideóque ſi inſtrumentum factam fuiſſe venditionem continet, nec pretij mentionem facit, tale inſtrumentum venditionem non probat. Hinc etiam innuitur, quod vbicumque in aliqua diſpoſitione fit mentio *pretij*, intelligitur propriè de emptione & venditione.
x Venditio ſine pretio nulla eſt. Pretium, nota emptionis, *vt hic.* vel, Conductionis: aut potius nummus in conductione non eſt pretium ſed merces.
y Venditio ſine ſcripto contracta, nuda etiam conuentione pretij perficitur, neque requirit traditionem pretij, *vt hic.* Quæ ſcripto contrahitur alias & maiores ſolemnitates requirit *l. 17. C. de fide inſtrum. Syn. Baſil.* 19. *Tit.* 1. *c.* 2. *& ibi Scholiaſtes* 23. *Harm.* 3.
z poteſt enim ſine ſcripto fieri, vide *l. 10. C. de fide inſtrumentorum.*
a *l. 4. C. de ædilitiis actionibus.*
b Conditio quæ emptionis diſſolutionem ſpectat, non ipſam emptionem, contractum ipſum conditionalem non reddit, ſed purum eſſe ſinit.
c *l. 5. inf. de in diem addict.*
d Quid, quod diſcrimen eſt emptionis puræ & ſub conditione contractæ? In pura, emptor fructus lucratur & præſcribit *l. 2. l. 3. inf. de in diem addict.* *
e Vendi ignoranti poteſt liber homo, locus ſacer, religioſus, res denique cuius non eſt commercium: Vendi, inquam, non vt transferatur res in emptorem, (nec enim poſſunt res huiuſmodi in alium transferri) ſed vt venditor teneatur emptori in id quod intereſt, *§ vlt. Inſt. eod. v. l. 7. ʃ. eod.*
f Difficultas cognoſcendi excuſat. quo iure excuſari cenſent eum, qui bannitos receperit, cùm difficile ſit bannitos & ſeruos ab aliis diſtinguere.
g *l. 34. § 2. inf. eodem.*

a Emere rem cuius non ſit commercium, ſciens emptor non poteſt.
b *l. 34. §. 1. ʃ. eod.*
c non eſſe, vel prohibitam eſſe. *Hal.*
d In commercio non ſunt ſacra, religioſa, publica.
e adde *l. 22. l. 23. inf. eod.*
f In pecunia populi eſſe dicuntur, quæ non ſunt ſingulorum, ſed in publico tantùm vſu.
g Annua, bima, trima die, adde *l. ſi neceſſarias. 8. §. annua. ſ. de pignorat.*
h Tria hic pacta adiiciuntur.
i i. lege commiſſoria *l. 38. ſ. de minorib. l. 2. ʃ. de diuerſis & temporalib. præſcriptionibus.*
k vbi contractus ex conuentione reſoluitur, agitur actione ex eo contractu ad id quod actum eſt, *v. l. 4. ʃ. de lege commiſſoria.*
l Id quod actum in contractibus, nihil aliud quàm veritas: dictum verò, id quod quocunque modo dictum eſt, & ſimulatum eſſe poteſt, aut calumnioſæ interpretationi obnoxium.
m id eſt, iudex à Prætore datus, non eatenus hic iudicat, quatenus lingua nuncupatum eſt, ſed ex æquo & bono, *l. 11. §. 1. inf. de act. empt.* ſecus quam in ſtipulatione, *l. 99. inf. de verb. oblig.*
n Claudicare contractus emptionis poteſt, hoc eſt, vna tantum parte reſcindi.
o *al.* vtrimque.
p pacto contrario mutari conditiones poſſunt quæ pacto ſunt contractæ.

q vide *l. 72. inf. eod.* r A parte poteſt recedere, qui poteſt à toto: & à qualitate, qui poteſt ab ipſa ſubſtantia recedere.
ſ i. antequam res fuerit ſecuta *l. 3. infra de reſcindenda. vend.*
t Conditionalis venditio perficitur impleta conditione *l. 37. in fin. ʃ. eod l. 8. ʃ. de periculo & commodo rei vend.*
u Venditio collata in arbitrium vnius contrahentium, putà venditoris vel emptoris, intelligitur collata in arbitrium boni viri: ita, *Arbitrij* appellationes boni viri arbitrium intelligitur. quod ſi arbitrium contractus ſit adiectum conditionis modo, contractus non perficitur, niſi arbitrio conſecuto.
x vide *l. 13. C. eo.* Venditio nulla eſt, quæ collata eſt in merum arbitrium emptoris vel venditoris. y vide *l. 8. ʃ. de oblig. & act.*
z vide *l. 17. l. 46. in fin. ʃ. de verb. oblig.*
a An idem eſt ſi dicatur, *Si volam*? vide *l. 8. inf. de oblig.*
b *d. l. 17.*
c *l. 1. ʃ. de leg. 2.* adde *l. 68. inf de verb. ſign.*
d Certum eſt pretium cum ita emitur, *quanti tu eum emiſti emo*: huius enim pretij quantitas re ipſa certa eſt. Certum fit aliquid, relatione: certa denique pretij quantitas eſt, per relationem ad aliud quod certum ſit.
e Incertum non videtur quod ex alio poteſt certum fieri, *Bart. l. 75. §. 5. infra de verb. oblig.*
f Euidentia dicuntur, quæ ad aliud relatione facta certa & explorata ſunt.
g vt in *l. 13. §. 24. inf. de act. empt.*
h Statim quod impletur, purum eſt.
i Venditio pura eſſe poteſt, & tamen pars pretij conditionalis.
k Pretium autem in emptione certum eſſe debet, *§. 1. Inſt. eod.*
l *Pluris* adiectio incerta, niſi alterius relatione certa fiat.
m Venditio ſine re quæ veneat non eſt, *l. 2 §. 1. inf. eod.*
n Res propriè non eſt, quæ nondum eſt, vt fructus futuri.
o Frumentum in herba, num vendi poteſt? dixi ad *l. 78. in fin. ʃ. eod.*
p Futura rectè emuntur, *vt hic. l. 34. §. 2. ʃ. eod.* Ita vendita re non valet venditio, niſi res exiſtat Si dubius euentus venditus ſit, tenet quidem venditio, etſi nihil euenerit, denique emptio conſiſtit rectè, ſiue res ſiue ſpes vendatur. *
q & pignorantur, *v. l. 15. ʃ. de pign.* leguntur, *l. 24. inf. de leg. 1. §. 7. Inſt. de legatis*, promittuntur *l. 37. ʃ. de verb. oblig.* ſed tamen ſemper ineſt tacita conditio, ſi naſcantur *l. 1. in fin. ʃ. de conditionib. & demonſt.*
x *l. 11. §. vlt. inf. de act. empt.*

gitur:

gitur: veluti cùm quaſi *a* alea emitur. quod *b* fit, cùm captus piſcium *c*, vel auium, vel miſſilium *d* emitur. emptio enim contrahitur, etiam ſi nihil inciderit: quia ſpei *e* emptio eſt, & quod miſſilium *f* nomine eo caſu captum eſt, ſi euictum *g* fuerit, nulla eo nomine ex empto obligatio contrahitur *h*, quia id actum intelligitur.

De conſenſu & diſſenſu, & errore contrahentium.

9. *Vlpianus* libro 28. ad Sabinum.

IN venditionibus & emptionibus conſenſum *i* debere intercedere palàm eſt. cæterùm ſiue *k* in ipſa emptione diſſentient, ſiue in pretio, ſiue in quo alio, emptio imperfecta eſt. Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putaſti, quia in corpore *l* diſſenſimus *m*, emptio *n* nulla *o* eſt.

¶ Idem eſt, ſi ego me Stichum, tu Pamphilum abſentem vendere putaſti. nam cùm in corpore diſſentiatur, apparet nullam eſſe emptionem *p*.

1 ¶ Si in nomine diſſentiamus, verùm de corpore conſtet, nulla dubitatio eſt, quin valeat emptio & venditio.* nihil enim facit error nominis *q*, cùm *r* de corpore conſtat.

2 ¶ Inde quæritur, ſi in ipſo corpore non erratur, ſed *ſ* in ſubſtantia error ſit, vt puta ſi acetum pro vino veneat, æs pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento ſimile, an emptio & venditio ſit? Marcellus ſcripſit libro ſexto Digeſtorum, emptionem eſſe & venditionem: quia in corpus conſenſum eſt, etſi in materia ſit erratum. ego in vino quidem conſentio, quia eadem propè *t* ὀσίᾳ, i. *ſubſtantia* eſt, ſi *u* modò vinum acuit. cæterùm ſi vinum non acuit, ſed ab initio acetum fuit, vt embamma *x*, i. *intinctum*, aliud pro alio veniſſe videtur. in cæteris *y* autem nullam eſſe venditionem puto, quotiens in materia *z* erratur.

10. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

ALiter atque ſi aurum *a* quidem fuerit, deterius autem, quàm emptor exiſtimaret, tunc enim emptio valet.

11. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

ALioquin quid dicemus, ſi cœcus emptor *b* fuit, vel ſi in materia erratur? vel *c* in minus perito *d* diſcernendarum materiarum? in corpus eos conſenſiſſe dicemus? & quemadmodum conſenſum *e* qui non vidit *f*.

1 ¶ Quòd ſi ego me virginem emere putarem, cùm eſſet iam mulier *g*, emptio valevit: in ſexu *h* enim non eſt erratum. cæterùm ſi ego mulierem venderem, tu puerum emere exiſtimaſti, quia in ſexu error eſt, nulla emptio, nulla venditio eſt.

Inſpicitur diſſenſus vel conſenſus contrahentis: non autem illorum, quibus acquiritur. Bald.

12. *Pomponius* lib. 31. ad Quintum Mucium.

IN huiuſmodi autem quæſtionibus *i* perſonæ ementium & vendentium ſpectari debent, non *k* eorum quibus adquiritur ex eo cõtractu actio. nam ſi ſeruus meus vel filius, qui in mea poteſtate eſt, me præſente, ſuo nomine emat, non eſt quærendum, quid ego exiſtimem; ſed *a* quid ille, qui contrahit.

13. *Idem* libro 9. ad Sabinum.

‖SEd‖ ſi ſeruo meo, vel ei cui mandauero, vendas ſciens fugitiuum, illo ignorante, me ſciente, non teneri ex empto verum eſt.

14. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

QVid tamen dicemus, ſi in materia *b*, & *c* qualitate ambo errarent? vt puta ſi & ego me vendere aurum putarem, & tu emere, cùm æs eſſet? vt puta coheredes viriolam *d*, quæ aurea dicebatur, pretio exquiſito vni hæredi vendidiſſent, eáque inuenta eſſet magna ex parte ænea? venditionem eſſe conſtat; ideo quia *e* auri aliquid habuit. nam ſi inauratum aliquid ſit, licèt ego aureum putem, valet *f* venditio. ſi *g* autem æs *h* pro auro veneat, non valet.

De interitu rei. 1. De ignorantia emptoris. 2. De emptione rei ſuæ.

15. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

ETſi conſenſum fuerit in corpus, id tamen in rerum natura ante venditionem eſſe deſierit *i*, nulla emptio eſt.

1 ¶ Ignorantia *k* emptori prodeſt, quæ non in ſupinum *l* hominem cadit.

2 ¶ Si rem meam mihi ignoranti *m* vendideris, & iuſſu meo alij tradideris, non putat Pomponius, dominium *n* meum tranſire: quoniam non ‖hoc‖ mihi propoſitum *o* fuit, ſed quaſi tuum dominium ad eum tranſire. & ideo etiam ſi *p* donaturus *q* mihi rem meam, iuſſu meo, alij tradas, idem dicendum erit.

1. De re cuius vſusfructus eſt emptoris.

16. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

SVæ *r* rei emptio non valet, ſiue ſciens, ſiue ignorans, emi, ſed ſi ignorans emi, quod ſoluero, repetere potero. quia *ſ* nulla obligatio fuit.

1 ¶ Nec tamen emptioni *t* obſtat, ſi in ea re vſusfructus *u* duntaxat ementis ſit.

17. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

OFficio *x* tamen *y* iudicis *z* pretium minuetur.

De emptione rei communis. 1. De finium demonſtratione. De vacua poſſeſſione.

18. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

SEd ſi communis ea res emptori cum alio ſit, dici debet ſciſſo pretio pro *a* portione, pro parte emptionem valere, pro parte non valere *b*.

1 ¶ Si ſeruus *c* domini iuſſu, in demonſtrandis finibus *d* agri venditi, vel errore, vel dolo plus demonſtrauerit, id tamen demonſtratum accipi oportet, quod *e* dominus ſenſerit. & idem Alphenus ſcripſit de vacua *f* poſſeſſione per ſeruum tradita.

De tranſlatione dominij in emptorem.

19. *Idem* libro 31. ad Quintum Mucium.

QVod vendidi, non aliter fit accipientis, quàm *g* ſi aut pretium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum *h*, vel etiam fidem *i* habuerimus emptori ſine vlla ſatisfactione.

Differentia emptionis & locationis.

20. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

SAbinus reſpondit, ſi *k* quam rem nobis fieri velimus ‖ etiam: ‖ veluti ſtatuam, vel vas aliquod, ſeu

---

a Quaſi alea emi poteſt: quæ ſit ita venditio, rem præſentem non habet, ſed futuram.

b Aleæ ſpecies captus piſcium, auiũ, miſſilium.

c *l. 12. inf. de act. empt.*

d *Miſſilia*, nummi qui à magiſtratu liberalitatis ſeu largitionis titulo in populum ſparguntur. §. 46. *Inſt. de rerum diuiſ. Nou.* 105. *c.* 2. §. 1.

e Spei emptio eſt: ſpes pretio emi poteſt *l. 11. in fin.* ǰ. *ex quib. cauſ. in poſſ.*

f vide *l. 5. in fi.* ǰ. *pro derelicto.*

g Euictio non debetur, vbi ſpes vendita eſt.

h *v. l. 10. in fin.* ǰ. *de hered. vend.*

i Venditio ſine conſenſu non eſt *l.* 5. ǰ. *de act. empt. l.* 116. ǰ. *de reg. iuris.* ſubſtantialia emptionis ac venditionis ſunt, conſenſus, *vt hic. & l. 2. C. eo.* res & merx *l. 8. C. eod.* pretium certum *l. 2.* ſ. *eo.*

k Venditio non eſt, vbi diſſenſus eſt, vel in ipſa emptione, vel pretio, vel quo alio, putà corpore.

l *l. 4.* ǰ. *de leg. 1.*

m diſſenſus venditionis probatur, ſi oſtêditur error (vel in corpore, ſubſtãtia, materia, ſexu, *l.* 11. §. 1. *inf. eo.* pretio, contractu ipſo, *vt hic.*) infantia, §. 9. *Inſt. de inutil. ſtipul.* furor *l. 2. C. eo.* cœcitas *l.* 11. ǰ. *eod.* ſomnus aut morbus vehemens, *l. 1. in fi.* ǰ*nf. de auth. tut. l.* 1. §. 3. ǰ. *de adq. poſſ.* ebrietas *l. 11. §. 2.* ǰ. *de pœnis.* Ironica aut per iocum facta reſponſio. vide *l. 3. inf. de act. & oblig.* adde *l. 55. inf. eod. l. 21. C. de tranſact.* Proteſtatio, *v. l. 16. ſupr. de S. C. Macedon.* Impoſſibilis conditio *l. 31. inf. de oblig. & act.* iuſtus metus *l. 1. l. 3.* ſ. *quod met. cauſ.* dolus *l. 7. in pr.* ǰ. *de dolo.*

n *v. l. 34.* ǰ. *de adq. poſſeſſ.*

o Immo, talis ſtipulatio valet, *v. l. 22. inf. de verb. oblig.*

p & vſucapionem *l. 2. §. 6. inf. pro emptore.*

q Error nominis reo non obeſt, ſi de re ipſa eiúſque corpore conſtiterit, *v. l. 4. C. de teſtam.* r quia rei venditæ corpus certum eſt.

ſ ſubſtantia quæ & materia. & ὀσίᾳ, *inf. eo.* materia in *l. 3. §. 20.* ǰ. *de vſurpat.* ſanè hic diſtinguitur à corpore ipſo. quid eſſet dixi *l. 9. §. 3.* ſ. *ad exhibendum.*

t Rectè *propè* adiecit. Per ſe enim incorrupta vini ὀσίᾳ manet, ſed per accidens corrumpitur. dixi ad *d. §. 3.*

u Acetum vel fit, vel ab initio tale eſt. Fit ex vino acido: Ab initio eſt ex omphacio ſeu vuis inmaturis. Prioris generis acetum ὀσίᾳ propè idem eſt quod vinum: ſi id vendas pro vino, venditio eſt, neque in corpore, neque in ſubſtantia erratum eſt: Vinum denique propè venditũ illo caſu intelligitur. In alterius generis aceto, ſecus eſt, cùm ab initio acetũ fuerit, nunquam vinum. Primum illud ὄξος ἀπὸ οἴνου. Alterum, σκουάστον ἐξ ἀρχῆς ὄξος, τυχὸν ὀμφάκων σταφύλων. *Syn. Baſil.* 19. *tit. 1. c. 7. & ibi Scholiaſtes. 3. Harm.* 3. §. 8.

x Embamma quid *v. l. 9. inf. de tritico.*

y putà ſi æs pro auro veneat *l. 14. in fin.* ǰ. *eod.* menſa cooperta auro, pro ſolido auro *l. 41. in fin.* ǰ. *eo.* menſa quaſi citrea, pro verè citrea *l. 21. §. 2.* ǰ. *de act. empt.*

z Error in materia rei, vitiat emptionem.

a in materia auri non errat, qui aurum quidem præſtat, ſed deterius.

b emptori igitur conſulitur? vide *l. 1. §. 12.* ǰ. *ſi quid in fran. patro.*

c Videre verè non poteſt cæcus: præſumptiuè verò non videt, minus peritus diſcernendi, vt paria ſint hic cæcus & minus peritus diſcernendi.

d erretur, à minus perito, &c. *Halo.* e quemadmodum conſenſit. *Halo.*

f Conſentire non videtur qui non videt.

g vel virginem ducere, cum ſit corrupta vel meretrix. Idem putant dicendum 29. q. 1. *in fin.* matrimonium ſc. valere, ſed tamen Moſes *Deut.* 22. iubet huiuſmodi mulierem ſupplicio affici: ad hæc *l. 11. §. 5.* ǰ. *de act. empt.* ait quidem, eſſe eo caſu emptionem, ſed actione ex empto reſolui. adde *Nouell. Leonis* 93.

h In ſexu errat, qui puerum ſe emere putat, venditore fœminam vendente: huiuſmodi error emptionem vitiat. At in ſexu non errat, qui virginem emit, quæ tamen mulier ſit, ideóque huiuſmodi error emptionem non vitiat. Error in ſexu vitiat emptionem. Cur? ſexu differentia admodum differunt. i erroris ſc. ſeu opinionis in emptione. k Ementium & vendentium ſcientia & conſenſus inſpicitur, non eorum quibus ex contractu adquiritur.

---

a *l. 7. §. 3.* ſ. *de publiciana, l. 51. inf. de adilitio.*

b ne quis decipiatur his vocibus in hac *l. & l. 1.* ſ. *eod.* vinum, acetum, æs, aurũ, corpora ſunt; licèt illa liquida, hæc metalla. Corpore ita cõueniunt, Alia tamen rerum earum eſt ſubſtantia materia, & ὀσία intrinſeca. Corpore conueniunt, quia rebus ſunt illis eædem qualitates inter ſe ſpecie tenus & extrinſecus quodammodo reſpondentes; *l. 14.* ǰ. *eod. l. 21. §. 2.* ǰ. *de act. empt.* intrinſecus tamen & ſpecie differentes.

c *Materia & qualitas* hic pro eodem.

d viriola *l. 8. §. 1.* ǰ. *de optione. l. 25. §. 10. l. 40. in fin.* ǰ. *de auro.* ornamenti genus, Cuiac. *obſ.* 4. manuum ſc. non colli ex gemmis viridibus, vt putat Bayſius. Hinc etiam cõſtat viriolas ex auro factitari, Græci ψέλλια, χλανίσα, πεχ[illegible] *Viriæ* etiam dicuntur, vt probat Tertullianus lib. *de pallio*: & Ambroſius 1. *de Abraham.* Cuiac. 10. *obſ.* 17. in *fin.* v Alciatum 4. *Parerg.* 8. ex Iſidoro

e Auri aliquid habere in ſe, & inauratum eſſe differunt. Auro vendito, valet venditio, ſi id quod venditum eſt [illegible] præſtetur vt auri aliquid habeat [illegible] cus ſi inauratum tantùm præſtetur. Priore caſu non erratur in materia & qualitate; poſteriore, erratur plane. Sufficit in aliqua parte rei venditæ, verum fuiſſe conſenſum contrahentium. f Imò, non valet, [illegible] *l. 22. inf. de verb. obl. in fin.* ǰ. *eo.* v. conciliationem apud Cuiac. 2. *obſ.* 4. & ad

g Errat in materia qui æs pro auro comparat.

h *l. 9. §. 2.* ſ. *eo.* aurichalcum. Anton. Mercat. 1. *c.* 4. *in fin.* i vide *l. 8.* ſ. *eo.*

k Ignorantia ſupina emptori non prodeſt.

l *Supinus homo*, ſummè negligens & nimio plus ignorans quàm par ſit. vide *l. 9. §. 2. inf. de iur. & facti. l. 43. §. 1.* ǰ. *eod. l. 55.* ǰ. *de adilitio. edict.* *l. 54.* ſ. *de rei vind.*

m *l. 16.* ǰ. *eo. l. 10. C. eo. l. 84. §. 3.* ǰ. *de leg. 1. l. 45. inf. de reg. iur. l. 18. C. d. 1.*

n Error dominij tranſlationem impedit, ſi ignorans rem meam emi, iuſſu meo alij tradideris, non abſcedit à me rei dominium.

o Propoſitum ſeu animus in contrahente inſpicitur.

p vide *l. 9.* ǰ. *de donationib.* q Donari mihi mea res non poteſt.

r *l. 45.* ǰ. *de regul. iur. l. 15. in fin.* ſ. *eod.* excipe *l. 34. §. 4. inf. eod.*

ſ Condicere poſſumus, quod ex nulla obligatione ſoluimus.

t totius fundi, qui vſufructuarij reſpectu alienus eſt *l. 1. §. 1.* ǰ. *de Syllan.*

u Emere id quod meum ſit non poſſum: rem tamen, in qua nudum vſumfructum habeo, poſſum emere.

x διαιτητικῇ cognitione *Syn. eo. c.* 17. y §. 9. *Inſt. de leg. l. 82. §. 2.* ǰ. *de legatis* [illegible]

z Officio iudicis pretium venditionis quæ nulla eſt minui poteſt ex pacto, ſi pactum contractui adiectum *l. 2. §. 1. ſup. eod.*

a Pro parte contractus valere poteſt. b Cur ita? collige ex *l. 13. in fin. inf. de* [illegible] *diem addict.* c *Eclog. c.* 14. d Confinium error, emptionem non vitiat: ſi falſa demonſtratio nihil adiicit contractui. e Procurator ſpecialis quid ſenſerit contrahendo non inſpicimus, ſed quid dominus vel mandator.

f *l. 68.* ǰ. *eod.* g Venditor tribus caſibus rei venditæ dominium amittit, ſi pretium rei ei ſolutum ſit, vel ſatisfactum eo nomine, vel ſidem de pretio habuerit: tamen vltimum ceſſat in iis negotiis in quibus fidem de pretio habere non poteſt, *l. de pretio.* 8. ſ. *de Publiciana. l. ſi procurator.* 5. *inf. de iure fiſci. l. qui Romæ* §. *Callimachus inf. de verb. oblig.* & hunc quidem in modum ſine ſcriptis venditio peragitur: ſcripta vero, cùm inſtrumentum venditionis abſolutum. *Syn. eod.* [illegible] *& ibid. Scholiaſtes.*

h *l. 53. inf. eo. l. 38. §. 2. inf. de liberali.* §. 41. *Inſt. de rer. diuiſ.*

i *d. §. 41.* facit *l. 12. C. de rei vind.*

k Emptio eſt, vbi nullum corpus do, ſed nudam pecuniam, vt mihi quid fiat in eo corpore, [illegible] pecuniam ſimul & corpus aliquod do vt mihi quid fiat in [illegible] veſtem.

veſtem, vt nihil aliud quàm pecuniam dar[e]mus, emptionem videri. nec poſſe vllam locationem eſſe, vbi a corpus ipſum non detur ab eo, cui id fieret. aliter atque ſi aream darem, vbi inſulam ædificares, quoniam tunc à me ſubſtantia proficiſcitur.

De pacto obſcuro.

21. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

LAbeo ſcripſit b, obſcuritatem c pacti nocere potius debere venditori, qui id dixerit, quàm emptori, quia potuit re integra apertius dicere.

De pacto: Si quid ſacri, vel religioſi eſt, eius venit nihil.

22. *Vlpianus* libro 28. ad Sabinum.

HAnc legem venditionis: *Si quid ſacri. vel religioſi eſt, eius venit nihil.* ſuperuacuum d non eſſe, ſed ad e modica loca pertinere. cæterùm ſi omne f religioſum, vel ſacrum, vel publicum venierit, nullam eſſe emptionem.

23. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

ET quod ſoluerit eo nomine, emptor condicere g poteſt.

24. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

IN modicis autem ex empto eſſe actionem: quia non ſpecialiter locus h ſacer i, vel religioſus venit, ſed emptioni maioris partis acceſſit k.

De venditione alternata. 1. De tranſlatione dominij in emptorem vel ſtipulatorem.

25. *Idem* libro 34. ad Sabinum.

SI ita diſtrahatur, *illa aut illa res* vtram l eliget m venditor? hæc erit empta.

1 ¶ Qui n vendidit, neceſſe non habet fundum emptoris facere: vt cogitur o, qui fundum ſtipulanti ſpopondit p.

De eo qui vendendi ius non habet. de venditione in fraudem creditorum.

26. *Pomponius* lib. 17 ad Sabinum.

SI ſciens emam ab eo, cui q bonis interdictum ſit, vel cui tempus ad deliberandum de hereditate ita datum ſit, vt ei deminuendi r poteſtas non ſit, dominus non ero: diſſimiliter atque ſi à debitore, ſciens creditorem fraudari, emero ſ.

De bona fide.

27. *Paulus* libro 8. ad Sabinum.

QVi à quolibet rem emit, quam t putat u ipſius eſſe, bona fide emit. at qui ſine x tutoris auctoritate y à pupillo emit z, vel falſo tutore auctore, quem ſcit tutorem non eſſe, non videtur bona fide emere, vt ‖ & ‖ Sabinus ſcripſit.

De re aliena.

28. *Vlpianus* lib. 41. ad Sabinum.

REm alienam a diſtrahere quem poſſe, nulla dubitatio eſt. nam emptio eſt & venditio: ſed res emptori auferri a poteſt b.

De ſeruo vendito, & de peculio.

29. *Idem* lib. 43. ad Sabinum.

QVoties ſeruus venit, non c cum peculio diſtrahitur. & ideo, ſiue non ſit exceptum, ſiue exceptum ſit, ‖ne cum peculio veneat; ‖non cum peculio diſtractus videtur. vnde d ſi qua res fuerit peculiaris à ſeruo ſubrepta, condici poteſt, videlicet quaſi furtiua: hoc ita, ſi res ad emptorem peruenerit.

30. *Idem* lib. 32. ad Edictum.

SEd ad exhibendum agi poſſe nihilominus, & ex vendito, puto.

31. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

SEd & ſi quid poſtea e acceſſit peculio, reddendum eſt venditori: veluti partus, & quod ex operis vicarij perceptum eſt.

De his quæ ſunt in ſolo publico.

32. *Vlpianus* lib. 44. ad Edictum.

QVi tabernas f argentarias, vel cæteras, quæ in ſolo publico ſunt, vendit, non ſolùm, ſed g ius vendit. cùm h iſtæ tabernæ publicæ ſunt, quarum vſus ad priuatos pertinet.

De pacto, ſeruitutes, vti nunc ſunt, vt ita ſint.

33. *Pomponius* libro 33. ad Sabinum.

CVm in lege i venditionis ita ſit ſcriptum, *flumina, ſtillicidia, vt nunc ſunt, vt k ita ſint.* nec additur, quæ flumina l, vel ſtillicidia: primum m ſpectari oportet, quid acti ſit: ſi non id appareat, tunc id accipitur, quod venditori n nocet: ambigua o enim oratio eſt.

De diſſenſu contrahentium in acceſſorio. 1. Quæ res vendi poſſunt vel non. 2. De libero homine. 3. De re furtiua. 4. De emptione rei ſuæ ſeu poſſeſſionis. 5. De guſtu & menſura. 6. De alternatione. de rei interitu. 7. De tutore, curatore, procuratore, negotiorum geſtore.

34. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

SI in emptione fundi dictum ſit, *accedere p Stichum ſeruum*. neque intelligatur, quis ex pluribus acceſſerit, cùm de alio emptor, de alio venditor ſenſerit: nihilominus fundi venditionem valere conſtat. Sed Labeo ait, eum Stichum deberi, quem venditor q intellexerit, nec refert, quanti ſit acceſſio r, ſiue plus in ea ſit, quàm in ipſa re cui accedat, an minus: pleraſque ſ enim res aliquando propter acceſſiones emimus: ſicut cùm domus propter marmora, & ſtatuas, & tabulas pictas ematur.

1 ¶ Omnium t rerum quas quis habere u, vel poſſidere x vel perſequi y poteſt, venditio rectè fit. quas verò natura, vel gentium z ius, vel mores a ciuitatis commercio exuerunt, earum nulla venditio eſt b.

eſt. His ſignis dignoſcitur à conductione emptio. In emptione facti nudum pretium do nullum corpus: in conductione operarum ſeu facti, ſubſtantia quædam à me proficiſcitur. & corpus aliquod à me datur ac præterea pecunia, *vt hic: l. 65. ʃ. eod.*

a adde *l. 65. ʃ. eod. v. l. 2. in fin. ʃ locati. §. 4. Inſt. de locat.*

b Obſcuritas pacti nocet venditori, non emptori. Cur venditori? quia pactum eius cauſa adiectum eſt. Eadē ratione oberit emptori, ſi pactum ab emptore, eiúſve gratia adiectum fuerit.

c *Obſcurum* eſt, quod nullo modo *ambiguum*, quod duobus vel tribus modis intelligi poteſt. In illo quid dictum ſit: In hoc, vtrum dictum ſit, quærimus. Porrò obſcuritatis in hac ſpecie hoc exemplum Græci afferunt: Vendidi alicui agrum duodecim libris, & dixi, me tribus annis huiuſmodi quantitatē recipere velle. Completo igitur anno petebam 4. libras. Ille reſpondit, ſe quatuor annis totum ſoluturum. Quoniam ergo non perſpicuè dixi in venditione, quomodo accipere debuerim, mihimet nocui. d Sacra res, penitus vendi non poteſt. Quid ſi quid in quo ſacrum aliquid ſit, venditum ſit? ſi eam partem quæ ſacra ſit vendas nominatim venditio non valebit. Quòd ſi pars ſacra excepta ſit, vendita non erit, ſiue proprietatem ipſam ſiue ius ſepulchri ſpectes, & ſpecie vel ad menſuram vendas. Quòd ſi ita vendidero, *ſi quid ſacri vel religioſi erit, venit, nihil id præſtare nolo.* Sacræ & religioſæ partes, vnà cum aliis partibus non ſacris, vnà denique & cum ipſa vniuerſitate transferentur: conſequentia alterius, pars ſacra tranſit: per ſe, non eſt in commercio cum alio eſt. Vnde hæc notant, ſpiritualia iura, cum vniuerſitate rem porali transferri, donato, vel vendito caſtro: ſiue in ſpecie ſiue ad menſuram rem conſtituas venditam. Sed & illud; ſacrum non eſſe quidem in commercio, & tamen à commercio poſſe excipi.

e *Quid*, particula: ad modica refertur. Ita qui fundum vendit hac lege *vt, ne, ſi quid ſacri vel religioſi fuerit, teneatur*, non tenebitur ſi quæ partes ſacræ modicæ fuerint: hac, inquam, exceptione venditor innuit, modicas quaſdam partes ſacras eſſe poſſe, at non maiorem partem. Fortè, ne nihil vendidiſſe intelligatur. adde *l. 24. ʃ eod.*

f *l. 6. ʃ. eod.* g *v. l. 41. in fin. ʃ. eod.* h *d. l. 6. l. 22. ʃ. eod.*

i vide quæ ſcripſi ad *l. quæ religioſis. ʃ. de rei vind.*

k facit *l. 53. § 1. ʃ. eo.* l in alternatiua venditione electio eſt venditoris, *vt hic.* Cur venditoris? quia debitor: adde *l plerumque. ʃ. de iur. dot. c. in alternatiuis, de regulis in 6.* m *l. 34. § 6. ʃ. eod.*

n Venditor rem emptoris facere non tenetur: promiſſor, tenetur, *vt hic.* Cur tam variè? Speciale eſt in venditione; nec enim neceſſario venditor cogitur rem facere accipientis, niſi ipſe rei ſit dominus. Dare, in executione eſſe poteſt licet non ſit in obligatione. In cæteris contractibus. Promiſſor rei dandæ debitor eſt, & ius, non merum factum promittit. adde *l. cum ſtipulatus 113 ʃ. de verb. oblig. l. cum mota 6. C. de tranſ.* o neceſſe habet, &c vel ſic, neceſſe non habet fundum emptoris facere, vel non cogitur. Rauard. 4. *Var.* 19. reprehenſus à Robert. 1. *recept.* 23. p vt etiam cogitur pretium venditoris facere, qui emit, *l. 11. ʃ. de act. empt. l. 75. in fin. ʃ. de verb. oblig.* q Vendendo is cui bonis à iudice vel lege interdictum, vel deminuendi poteſtas eſt negata, dominium non transfert. Vtriuſque prohibitio dominij translationem impedit, *vt hic.* Quid enim ſi prodigus ſit cui interdicta bonorum adminiſtratio eſt? r *l. 10. ʃ. de curator furioſo.*

ſ tunc enim ſit dominus, ſed res per Paulianam reuocatur. Dominij reuocandi translatio facilius permittitur, quàm perpetuò manſuri.

t Emiſſe bona fide tum dicimur, cum opinione noſtra à domino accepimus, nec tantum à domino, ſed & ab eo qui bonorum ſuorum adminiſtrationem habeat, *Syn. eod. cap. 22.*

u *l. 2. C. de præſcr. longi.*

x Emere bona fide is non videtur, qui vel à pupillo ſine tutoris auctoritate quid comparat, vel alio auctore quem ſcit falſum eſſe tutorem.

y *l. 9. C. de vſuc. pro emptore.* z Paria ſunt nullo tutore auctore emere, & eo auctore, quem falſum tutorem eſſe ſcias.

a Alienum emi vendi poteſt, *vt hic.* An legati? *l. 10. C. de leg.* donari? *l. 13. l. 33. ʃ. de mortis cauſa donat.* pignorari? *l. 20. ʃ. de pignorat.* mandari? *l. 6. § 4. ʃ. mandat.* permutari? vide *l. 1. § 3. de rer. permut.* in feudum dari, & quidem in concedentis præiudicium? *Laudenſis 1. feud. 27. in fine*, precario rogari? *l. 21. in fin. ʃ. de acquirenda poſſeſſione.*

a An ſemp[er] id verum ſit, [illegible] notaui ad *l. 3* [illegible] *de cond. indeb.* [illegible] *de furtis, & C. de* [illegible] *alienis.*

b eaque euicta emptor in venditorē aget, vt defendatur, *l 47. §. 2. ʃ. de euict. l. 6. C. de euictionib.* ſed & de euictione, *l. 16 ʃ. de euict.* ante euictionem etiam venditorem conuenire poteſt, ab eoque petere quanti ſua intereſt dominium rei in ſe fuiſſe translatum, idque maximè ſi ſtipulatio interceſſit, dolum malum abfuturum, *l. 30. §. 1. ʃ. de act. empt.* ea remedia emptor habet in venditorem rei alienæ.

c Vendens ſeruum ſerui peculium vna vendidiſſe non intelligitur, niſi nominatim cum peculio diſtrahat: & breuiter, venditum ſeruum, peculium ipſius non ſequitur, *Syn. eod. c. 23. l. 16 ʃ. de peculio, l. 3. ʃ. de euict. l. 1. §. 1. ʃ. de pignorib. l. 24. ʃ. de peculio legato.* Cur acceſſorium hic non ſequitur ſuum principale? An quia peculium non eiuſdem naturæ cuius eſt ſeruus? An quod ſeruo non cohæret? an potius quòd peculium ipſo ſeruo plerunque pretioſius ſit: An quod venditæ rei conditionem non extendamus aduerſus venditorem?

d Venditus ſeruus non cum peculio, ſi rem aliquam peculiarem ſubripuerit, eaque ad emptorem peruenerit, venditori aduerſum emptorem competit eo nomine condictio furtiua, *vt hic.* ad exhibendum, & ex vendito, inquam, ad pretium, *Syn. d. c. 23.* Imo vltrà pretium; tametſi id officio iudicis petatur, vt poſt Petrum & Cynum tenet Albericus.

e & ante, arg. *l. 2. C. de act. empt.* f Vendens tabernam in publico ſolo poſitam non ſolum ipſam, ſed ius vendit, *vt hic. l. 23. ʃ. de inſtructo.* ſic qui legat fundum vectigalem, non ipſum fundum, ſed ius quod in fundo habet, *l. 71. in fin. ʃ. de l. 1.* Superioribus caſibus ſoli ipſius proprietas, vel publici, vel alterius eſt, ius in ſolo venditoris. In dubio autem id tantum quiſque vendere intelligitur, quod ſuum ſit non alienum. adde *c. quod autem ʃ. de iur. patron.* Adde quæ de tabernis ſcripſi ad *l. 15. §. 7. ʃ. de iniuriis.*

g quod in dubio præſumitur. *Bart. l. 71. in fin. ʃ. de leg. 1. l. 15. §. 6. ʃ. de damno.*

h eadem ratione Bart. tradit, præſcribi poſſe in foſſis vrbis ius horti, in templo, ius inferendi mortui, quin etiam ius ſedendi, adde *l. 18. C. de oper. publ.*

i Lex pro pacto hic vſurpatur. k Formula hæc verius ſeruitutum recipiendarum fuit, quæ extat apud Varronem 4. *de lingua.* de eadem dixi ad Ciceronem *1. de oratore l. 17. §. 3. ʃ. de ſer. vrb.*

l Stillicidia & flumina in dubio dominantia intelligimus potius, quam ſeruientia. m In contractibus priore loco ſpectamus quid actum ſit: hoc eſt, id quod nominatim lingua nuncupatum atque expreſſum deinde quod veriſimile.

n *l. 21. ʃ. eod. l. 17. in fin. ʃ. de ſeru. vrb.*

o Ambiguam orationem interpretamur contra venditorem, *vt hic. & l. 21. ʃ. eod.* cur aduerſus venditorem? nempe quia ipſe eam protulit; imputare ſibi merito debet, quod non locutus ſit apertius. p In fundi venditionibus plerumque hoc addebatur, fundo vendito ſeruos quoſdam accedere.

q quem emptor. Cuiac. *1. obſeru.* 10. quem emendationem reprehendit Fornerius *2. ſelect.* 18. Veteres interpretes hunc locum ita accipiunt, vt in incerto de certis electio ſit debitoris. Atqui ſi quis hunc locum quoque inſpiciat diligentius, comperiet haud dubiè emptoris eſſe electionem, quod hæc verba ſatis innuunt, *nec refert quanti ſit acceſſio.* & poſt, *pleraſque res aliquando propter acceſſiones emimus.* Vnde rectè Albericus notat, non quærendum eſſe, à quo pactum venditioni adiectum proferatur, ſed in cuius fauorem, hic autem conſtare pactum adiectum eſſe, emptoris intuitu. r *l. 44. ʃ. de ædilitio.* licet acceſſorium ſit maioris pretij ac valoris. ſ Acceſſionum intuitu plerumque res ipſas Principales emimus; veluti domum, propter marmora, ſtatuas, tabulas pictas, fundum propter ſeruos. t Vendi res quælibet poteſt, cuius ſit nobis proprietas, vel poſſeſſio, vel perſecutio. u *Habere* ea dicimur, quorum proprietas: *poſſidere*, quorum poſſeſſio: *perſequi*, quorum actio nobis competit. Alij *habere*, ciuilis; *poſſidere*, naturalis poſſeſſionis verbum eſſe notant. x Vendi poſſeſſio poteſt.

y vendere actiones poſſumus, *v. ʃ. de hered. vend.* z *l. 6. ʃ. eod.*

a venditio ſtatuto prohiberi poteſt, *l. in quorum 24. ʃ. de pign.*

b & breuiter omnes res vendi poſſunt, & emi, niſi expreſſim à lege ſint prohibitæ: hæ res vendi & emi non poſſunt, res ſua, *vt hic.* aliena *v. l. 28. ʃ. eo.* litigioſa *l. vlt. C. de litigioſis*, quæ non eſt vnquam futura, *l. 44. l. 57. ʃ. eo.* ad vſum ſacrum vel publicum perpetuò deſtinata, *§. vlt. Inſt. eod.* fundus dotalis, *Inſt. quib. alienare*, res minorum pretioſæ, ſine decreto, *l. 3. C. de præd. minor.* & beneficium militare, ſine permiſſu domini, *Tit. de prohib. feud. alien. per Lothar. & Frider.* liber homo, *l. 4. ʃ. eo.* arma hoſtibus imperij, *l. 2. C. quæ res exportari*, frumentum

2 ¶ Libe

exercitui miſſum, l. fin. C. quæ res vend. res furtiua à ſciente l. 34. §. 3. ſ. eod. venena, l. 35. §. 2. ſ. eod.
a d. l. 6.
b emi liber homo non poteſt. Quid ſi ita, emero, cùm ſeruus erit? non erit emptio, vt hic. Atqui liberum qui ſe vendiderit, emere licet? Fit ea venditio à volente: abſens is, de cuius venditione agitur, non ita vendi poteſt. Vt liberum eum, ita nec cum ſeruus erit, poſſis vendere: inhoneſta vtrobique actio & cogitatio eſt, ſiue liberum vendas, ſiue cum ſeruus erit. Cur? Collige ex l. 83. §. 5. de verb. oblig.
c Futuras res emere poſſumus, l. 8. ſ. eod. adde quæ ſcripſi ad l. 22. §. 9. ſ. de falſis.
d triſtes ſcil. verbi gratia, ſeruitutes & ſimiles d. §. 5.
e Furtiuæ rei venditio vtroque, id eſt emptore & venditore ſciente facta, neutram partē obligat: ſciente tātum emptore facta, emptorem obligat, venditorem non obligat: ſciente tantum venditore facta, vtrumque, hoc eſt emptorem & venditorem obligat.

2 ¶ Liberum a hominem ſcientes emere non poſſumus. ſed nec talis b emptio aut ſtipulatio admittenda eſt, *cùm ſeruus erit*: quamuis dixerimus, futuras c res emi poſſe. nec enim fas eſt, eiuſmodi caſus d expectare.

3 ¶ Item ſi & e emptor, & venditor ſcit furtiuum f eſſe, quod venit, à neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor ſolus ſcit, non obligabitur venditor. nec tamen ex vendito quidquam conſequitur, niſi vltro, quod conuenerit, præſtet. Quod ſi venditor ſcit, emptor ignorauit, vtrinque obligatio g contrahitur h & ita Pomponius quoque ſcribit.

4 ¶ Rei ſuæ i emptio tunc valet, cùm ab initio agatur, vt poſſeſſionem emat, quam fortè venditor habuit: & in iudicio poſſeſſionis potior eſſet.

5 ¶ Alia cauſa eſt deguſtandi k, alia metiendi: guſtus enim ad hoc proficit, vt improbare liceat. menſura l verò non eo proficit, vt aut plus, aut minus veneat, ſed vt appareat, quantum ematur.

6 ¶ Si emptio ita m facta fuerit, *eſt mihi emptus Stichus n, aut Pamphilus*: in poteſtate eſt venditoris, quem velit, dare: ſicut b in ſtipulationibus. ſed vno p mortuo, qui ſupereſt, dandus eſt: & ideo prioris periculum ad venditorem, poſterioris ad emptorem reſpicit, ſed & ſi pariter deceſſerunt, pretium debebitur: vnus enim vtique periculo emptoris vixit. idem dicendum eſt, etiam q ſi emptoris fuit arbitrium, quem vellet habere: ſi modo hoc ſolum arbitrio eius commiſſum ſit, vt quem voluiſſet, emptum haberet: non & illud, ſan emptum haberet.

7 ¶ Tutor rem pupilli emere non poteſt r, idémque porrigendum eſt ad ſ ſimilia t: id eſt, ad curatores, procuratores, & qui negotia aliena gerunt u.

De arrhis. 1. De pretio collato in arbitrium emptoris. 2. De venenis. 3. De ſeruo fugitiuo. 4. De periculo rei venditæ. 5. De ſpecie & quantitate. 6. De grege. 7. De periculo vini venditi. 8. Si venditor confinem celauerit.

35. *Gaius* libro 10. ad Edictum Prouinciale.

Qvod ſæpe x arrhæ y nomine pro emptione datur, non eo z pertinet, quaſi ſine arrha conuentio nihil proficiat: ſed vt euidentius a probari poſſit conueniſſe de pretio.

1 ¶ Illud conſtat, imperfectum b eſſe negotium, cùm emere volenti ſic venditor dicit, *quanti velis c, quanti æquum putaueris, quanti æſtimaueris, habebis emptum.*

2 ¶ Veneni mali d quidam putāt non contrahi emptionem: quia e* nec ſocietas f, aut mandatum flagitioſæ rei vllas vires habet. quæ g ſententia poteſt ſanè vera videri de his, quæ nullo modo adiectione alterius materiæ, vſu nobis eſſe poſſunt. de his verò, quæ mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, vt ex his antidoti h, & alia quædam ſalubria medicamenta conficiantur, aliud dici poteſt.

f §. 2. *Inſt. de vſuc.* g Imo nulla eſt obligatio, *l. 57. §. 1. ſ. eod.*
h de eo dixi *l. 16. ſ. eod.* i Suæ rei poſſeſſionem ab alio emere quis poteſt quoties à venditore poſſeſſionem ipſam auocare nullo interdicto poteſt: quod ſi poſſit auocare, non poſſit eam quoque emere. Tum demum autem quis poſſeſſionem interdicto auocare non poſſe intelligitur, cum aduerſarius in iudicio poſſeſſionis eſt potior, *vt hic.* Græci verò ita hanc legem reddunt. Venditoris mei poſſeſſionem vtiliter emo ab eo qui eam habet, & in iudicio poſſeſſionis potior eſſe poſſit, *Syn. eod. cap. 27.*
k Guſtandi & metiendi vini in venditione differentia. Guſtu, quale ſit vinum: menſura, quantum vini venditum ſit probamus. Guſtus allicit emptorem, non menſura, niſi fortè iniqua ſit. Ideo guſtatur vinum, vt guſtu conſtet emptio contracta ſit an non ſit: menſuratur, vt appareat quantum vini emptum ſit: guſtatur denique vt iudicemus emptum futurum ſit, necne: menſuratur, non vt emptum ſit, ſed quia iam emptum, Græci *eod. c. 27.* ita hunc locum reddunt, qui emit improbare poteſt. Qui ſub menſura emit, nec addere, nec demere poteſt, *l. 4. §. 1. ſ. de periculo.* l *l. 1. in fin. ſ. de periculo.* m *v. l. 5. ſ. eod.*
n In alternatiua venditione electio eſt venditoris, vtra res vendita ſit, vtpote debitoris; vna tantum perempta, altera vendita intelligitur. Prioris periculum ad venditorem, alterius ad emptorem pertinet. Quid ſi ambæ perierint? pretium debebitur, *vt hic Syn. Baſ. eod. c. 27. in fin.* o *l. 95. in pr. ſ. de ſolutionib.*
p *v. l. 10. in fin. ſ. de iur. dot.* q *d. l. 95.*
r 5. *Harm.* 5. c. 40. niſi in auctione publica, & palam cùm ipſe, tum eius vxor: *l. 5. C. eod. l. 18. ſ. de aut. tut.*
ſ Similium eadem eſt ratio. t Sit hoc primum exemplum eorum qui emere vetantur: puta tutor vel curator à pupillo, *vt hic*: parens à filio, & è contra: v. tamen *l. 2. ſ. eod.* furioſus, *l. 2. C. eod.* prodigus, *l. 6. ſ. de verb. oblig.* adminiſtrator publicus, vel priuatus eas res, quas in ſua adminiſtratione habet, emere prohibetur, *l. 46. l. 62. ſ. eod.* An inuitus quis emere vel vendere cogi poteſt? v. quæ notaui ad *l. 11. C. eod.* u *l. 8. l. pen. §. 1. & l. vlt. ſ. de reb. eor. qui ſub tutela.*
x *Inſt. eod. in princ.* y Arrha venditio non contrahitur ſed probatur: arrha emptionis probatio eſt, non ſubſtantia non deſinit res eſſe integra arrha data, *l. 2. C. quando liceat ab empt.* Quid arrhæ contractus, cuius naturæ eſt? Alij nominatum, alij pignoris contractum eſſe putant: impropriè tamen, *l. 1. C. ſi rector: leg. Iulianus 13. §. offerri 8. ſ. de act. empt.* z Arrha ſolet duobus modis dari: vno modo, vt ſit argumentum & probatio emptionis, *vt hic*, altero, vt ſit pars pretij: priore caſu, venditore inuito emptor pœnitere poteſt, ſed arrham datam amittit: altero non licet ei pœnitere a etiam ſi neget aduerſarius, probatur tamen conuentum eſſe de pretio per arrham, *vt hic.* per ſcripturam & teſtes, *l. 17. C. de fid. inſtr.* ſi aliquid pecuniæ, pretij nomine ſit acceptum, *l. 12. ſ. de euict.*
b Incertum eſt pretium ita conceptum, quanti volueris, quanti æquum putaueris, quanti æſtimaueris. *vt hic.* Aliis certum videtur, verba illa accipientibus pro boni viri arbitrio quod ſemper certum eſt, v. quæ ſcripſi ad *l. 25. ſ. locati.*
d *l. 17. ſ. eod. l. 3. in pr. ſ. de ſicariis.* e Argumentum à ſocietate & mandato ad venditionem. f *l. 57. ſ. pro ſocio, l. 1. §. 14. in fin. ſ. de tutela & rationib. l. 70. in fin. ſ. de fideiuſſ.* g Venenum emere non poſſumus niſi adiectione alterius materiæ vſui nobis eſſe poſſit. h & remediamalè quidam, & parum prudenter legunt Antidota. Antidoti fit mentio in *l. 5. ſ. de pen.* hac voce vtitur. Quotidianus 1. *Inſt.* 30. Antidotus, Gell. 17.

3 ¶ Si quis amico peregrè eunti mandauerit a, *vt fugitiuū ſeruum quæras, & ſi inueneris, vendas*: nec ipſe contra Senatuſconſultum committit, quia non b vendidit: neque amicus eius, quia præſentem vendit. emptor quoque, qui præſentem emit, rectè negotium gerere intelligitur.

4 ¶ Si res vendita per furtum perierit c, prius animaduertendum d erit quid e inter eos de cuſtodia rei conuenerat. Si nihil appareat conueniſſe, talis f cuſtodia deſideranda eſt à venditore, qualem bonus g paterfamilias ſuis rebus adhibet, quam ſi præſtiterit, & tamen rem perdidit, ſecurus eſſe debet: vt h tamen ſcilicet vindicationem rei, & condictionem exhibeat i emptori. vnde videbimus in perſona eius, qui alienam rem vendiderit, cùm is nullam vindicationem, aut condictionem habere poſſit, ob id k ipſum damnandus eſt: quia ſi ſuam rem vendidiſſet, potuiſſet eas actiones ad emptorem transferre l.

5 ¶ In his quæ pondere, numero menſuráve conſtant, (veluti frumento, vino, oleo, argento) modò m ea ſeruantur, quæ in cæteris, vt ſimul atque de pretio conuenerit, videatur perfecta venditio: modo vt etiam ſi de pretio conuenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quàm n ſi admenſa, adpenſa, adnumeratáve ſint. Nam ſi omne vinum, vel oleum, vel frumentum, vel argentum, quantumcunque eſſet, vno o pretio p venierit, idem iuris eſt, quod in cæteris rebus. Quod ſi vinum ita venierit, vt in ſingulas amphoras: item oleum, vt in ſingulos metretas: item frumentum, vt in ſingulos modios: item argentum, vt in ſingulas libras certum pretium diceretur: quæritur, quando videatur emptio perfici? quod ſimiliter ſcilicet quæritur & de his, quæ numero conſtant, ſi pro numero corporum pretium fuerit ſtatutum? Sabinus & Caſſius tunc perfici emptionem exiſtimant, cum adnumerata, admenſa, adpenſáve ſint; quia venditio quaſi ſub hac conditione videtur fieri: vt in ſingulos metretas, aut in ſingulos modios quos quáſve admenſus eris, aut in ſingulas libras, quas adpenderis: aut in ſingula corpora, quæ adnumeraueris.

6 ¶ Ergo & ſi grex q venierit, ſiquidem vniuerſaliter vno pretio, perfecta videtur, poſtquam de pretio conuenerit: ſi vero in ſingula corpora certo pretio, eadem erunt, quæ proximè tractauimus.

7 ¶ Sed & ſi ex oleario r pars vini venierit, veluti metretæ centum, veriſſimum eſt, (quod & conſtare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere. nec intereſt, vnum pretium omnium centum metretarum an ſemel dictum ſit, an in ſingulos eos.

8 ¶ Si quis in vendendo prædio confinem ſ celauerit t, quem emptor ſi u audiſſet, empturus non eſſet, teneri venditorem x.

De donationis cauſa.

36. *Vlpianus* lib. 43. ad Edictum.

Cvm in venditione quis pretium rei ponit y do-

a *l. 2. §. 1. ſ. de plagiariis.*
b Cur non vendit, qui vendi mandauit? An quia procurator, quod facit, contractu in ſuam perſonā concepto facit, vt ne dominus feciſſe ſeu contraxiſſe videatur? An quod directè venditio ſit à procuratore, obliquè à mandatore, *l. quæcunque 11. ſ. de oblig.* Inde tamen notant, perſonaliter non comparere, qui per procuratorem iudicio ſe ſiſtat, *l. vlt. C. de procur.* non vt ſicariū teneri, qui interfici mandauerit, ſed vt mandantem.
c *Periiſſe* dicitur, quod furto ſubreptum. vnde emphyteutica res periiſſe dicitur, quæ à prædonibus occupata eſt: vt in ea ſpecie penſionem emphyteuta præſtare non teneatur, quaſi re perempta.
d §. 3. *verſ. quòd ſi fugerit. Inſt. eod.*
e Pacto, cuſtodiæ lex definiri poteſt.
f *l. 3. l. 11. in fin. ſ. de periculo.* adde *l. 11. ſ. de incendio.*
g Cuſtodia & diligentia boni patrisfamilias hic deſideratur, vt alibi diligentis, *l. 14. ſ. de pignoratitia.* alibi diligentiſſimi, *l. 18. ſ. commod.* hanc qui non præſtat, leuiſſimam, quam priorem, leuem culpam admittit. Supina eſt, non intelligere quod omnes intelligunt. *l. 212. ſ. de verb ſign.* vſitatam in ſuis rebus diligentiam, in aliorum rebus non ſeruare, *l. 32. ſ. depoſiti.* h *l. 32. ſ. de act. empt.*
i Cedi rei vindicatio, & condictio furtiua poteſt.
k An vt actiones cedat? an vt eo nomine teneatur emptor, quod ſuas actiones ei cedere non poſſit? *v. l. 80. ſ. de furt.* l *l. 80. ſ. de furtis*
m Venditio eorum quæ pondere, numero & menſura conſtant, dupliciter perficitur. Priore modo, ſi res ſuperiores ſimpliciter vendantur. Poſteriore, ſi ad pondus, numerum & menſuram. Cùm ſimpliciter venduntur vel ab initio quam primum de pretio conuenit, contractus perfectus exiſtimatur, ſiue actionem, ſiue periculum emptoris ſpectes. Cum ad pondus, numerum & menſuram, ſub conditione contractum videtur ponderandi numerandi, menſurandi. Fit enim conditio, cum quid ex futuro ſperatur naſci. n *l. 1. §. 1. ſ. de periculo. §. 6. ſ. eod.*
o Venduntur res plures vel vno pretio in omnes, vel ſingulis pretiis in ſingulas res conſtitutis In res ſingulas, hoc eſt in ſingulas amphoras, ſingulos metretas, ſingulos modios, ſingulas libras, aut ſi pro numero corporum pretium ſit ſtatutum, *ſ. eod.* ſi in ſingula corpora certum pretium ſit, cui opponitur vniuerſaliter vnum pretium, *§. 6. ſ. eod.* p non ad menſuram, pondus, ac numerum, ſed in vniuerſum, *l. 2. C. de periculo.* q Grex, quid vniuerſum eſt, grex corpus efficit quoddam ex capitibus diſtantibus. r doliario. *Hal.* doliari, *Bud.*
ſ Vicinum confinem, & vt Columella loquitur, conterminum malum qui celat in vendendo, emptori actione ex empto tenetur, *vt hic.* dixi ad *l. 1. §. 6. ſ. ſi quid in fraud. patroni, Nouell. 63. c. 1. in fin.* Minoris enim res valet propter vicinum malum. Themiſtoclem ferunt cum ædes diſtraheret, per præconem iuſſiſſe id edici. Ædibus, quas auctioni ſubiiceret, bonum eſſe vicinum. *Plutarchus.* Hinc Columella 1. *cap.* 3. Malam, inquit, ſibi fortunam facit, qui nequam vicinum ſibi nummis parat cum à primis cunabulis, ſi modo liberis parentibus eſt oriundus, audiſſe potuerit, μηδὲ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽ εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη, quod non ſolum de boue dicitur, ſed de omnibus partibus rei noſtræ familiaris, adeo quidem v. multi prætulerint carere penatibus, & propter iniurias vicinorum edibus profugere relicto patrio ſolo. vt Achæi, Hiberi, Albani, Siculi, Pelaſgi, Aborigenes, Arcades, *& poſt*, Ne vicinum meum nominem, qui nec arborem prolixiorem ſtare noſtræ regioni, nec inuiolatum ſeminarium, nec pedamenti quidquam annexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius paſci ſinit. Iure igitur quantum mea fert opinio, M. Porcius talem peſtem vitare cenſuit Virgilius, Et mala vicini pecoris contagia lædent. Heſiodus πῆμα κακὸς γείτων ὅσσον τ᾽ ἀγαθὸς μέγ᾽ ὄνειαρ. v. Eraſmum in prouerbio: Aliquid mali propter vicinum malum. v. Gayllum 1. obſ. 69. n. 10. t Celare malum fraus eſt. Falſum committitur vt falſum dicendo; ita & tacendo verum, facit *Auth. Presbyteri, C. de Epiſcopis.* u *v l. 39. ſ. de act. empt.*
x *al.* teneri venditorem dicimus, *vulg.* vbi Accurſius ſubintelligit ad intereſſe, quæ verba interpretes rerum eſſe exiſtimantes putarunt. *Intereſſe* vocem eſſe Latinam, de quo dixi ad *l. 82. ſ. de leg. 2.*
y *l. 3. l. 9. C. eo.* Venditio donandi animo facta, ſimulata eſt, venditio non eſt, vbi

natio

nationis *a* cauſa non exacturus, non videtur vendere.

De pretio incerto.

37. *Idem* lib. 3. Diſputationum.

SI quis fundum iure hereditario ſibi delatum ita vendidiſſet, *erit tibi emptus "tanti," quanti à teſtatore emptus eſt*, mox inueniatur non emptus, ſed donatus teſtatori: videtur quaſi ſine pretio facta venditio: ideóque ſimilis erit ſub conditione factæ venditioni: quæ *b* nulla eſt, ſi conditio *c* defecerit.

De donationis cauſa emptione.

38. *Idem* libro 7. Diſputationum.

SI quis, donationis cauſa, minoris *d* vendat, venditio valet: totiens enim dicimus, in totum venditionem non valere, quotiens *e* vniuerſa venditio donationis cauſa facta eſt: quotiens verò viliore *f* pretio res, donationis cauſa, diſtrahitur, dubium non eſt, venditionem valere, hoc inter cæteros. inter *g* virum verò, & vxorem donationis cauſa venditio facta pretio viliore, nullius momenti eſt.

De emptione rei ſuæ pignoratæ. 1. De venditione fructuum futurorum & ſtipulatione pro certa quantitate.

39. *Iulianus* lib. 15. Digeſtorum.

SI debitor rem pigneratam à creditore *h* redemerit, quaſi ſuæ *i* rei emptor, actione ex vendito non tenetur: & omnia in integro ſunt creditori.

1 ¶ Veriſimile eſt eum, qui fructum oliuæ pendentis vendidiſſet, & ſtipulatus eſt *decem pondo olei, quod k natum* eſſet: pretium conſtituiſſe ex eo, quod natum eſſet, vſque ad decem pondo olei. idcirco ſolis quinque collectis, non amplius emptor petere poteſt, quàm quinque pondo olei, quæ collecta eſſent; à pleriſque reſponſum eſt.

De pacto, vt emptor intra certum tempus metiatur & de modo agri renuntiet. 1. De pacto vt aqua accedat. 2. De ſtipulatione pretij in ſingula agri venditi iugera. 3. De exceptione manu ſatorum. 4. De exceptione fructuum. 5. Pactum de doliis. 6. De rota per quam aqua trahitur, & ſitula.

40. *Paulus* libro 4. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

QVi fundum vendebat, in lege ita dixerat, *vt emptor in diebus l triginta proximis fundum metiretur, & de modo renuntiaret: & ſi ante eam diem non renuntiaſſet, vt venditoris fides ſoluta eſſet.* emptor intra diem menſuræ, quo minorem modum eſſe credidit, renuntiauit, & pecuniam pro eo accepit: poſtea eum fundum vendidit: &, cùm ipſe emptori ſuo admetiretur, multò minorem modum agri, quàm putauerat, inuenit. quærebat, an id quod minoris eſſet, conſequi à ſuo venditore poſſet. reſpondit intereſſe, quemadmodum lex diceretur. nam ſi ita dictum eſſet, *vt m emptor diebus 30. proximis fundum metiatur, & domino renuntiet quanto modus agri minor ſit*: quod poſt diem trigeſimum renuntiaſſet, nihil ei profuturum: ſed ſi ita pactum eſſet *vt emptor in diebus proximis fundum metiatur, & de modo agri renuntiet* & *a* ſi in diebus triginta renuntiaſſet, minorem modum agri eſſe, quamuis multis pòſt annis, poſſe eum, quo minoris modus agri fuiſſet, repetere.

1 ¶ In lege fundi aquam *b* acceſſuram dixit. quærebatur, an etiam iter *c* aquæ acceſſiſſet? reſpondit, ſibi videri id actum eſſe: & ideo iter quoque venditorem tradere oportere.

2 ¶ Qui agrum vendebat, dixit *fundi iugera decem & octo eſſe: & quod d eius admenſum erit, ad ſingula e iugera certum pretium ſtipulatus erat.* viginti inuenta ſunt. pro *f* viginti deberi pecuniam, reſpondit.

3 ¶ Fundi venditor frumenta *manu g ſata receperat h* in eo fundo ex ſtipula ſeges erat enata. quæſitum eſt *i*, an pacto contineretur? Reſpondit, maxime referre, quid eſt actum. cæterùm, ſecundum verba, eſſe *k* actum, quod ex ſtipula *l* naſceretur, non magis quàm ſi quid ex ſacco ſaccarij cecidiſſet: aut ex eo quod auibus ex aëre cecidiſſet, natum eſſet.

4 ¶ Cùm fundum quis vendiderat, & *omnem m fructum receperat.* & arundinem *n* cæduam, & ſyluam in *o* fructu eſſe, reſpondit.

5 ¶ Dolia, quæ in fundo domini *p* eſſent, acceſſura *q* dixit: etiam ea, quæ ſeruus, qui fundum coluerat, emiſſet, peculiaria *r* emptori ceſſura reſpondit.

6 ¶ Rota *ſ* quoque per quam aqua traheretur, nihilo *t* minùs ædificij eſt, quàm ſitula *u*.

De pignore vendito luendo. 1. De errore contrahentium.

41. *Iulianus* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

CVm ab eo, qui fundum alij obligatum habebat, quidam ſic emptum rogaſſet, *vt x eſſet is ſibi emptus ſi eum liberaſſet, dummodo ante y Kalendas Iulias z liberaret*: quæſitum eſt, an vtiliter agere poſſit ex empto in hoc, vt venditor eum liberaret? reſpondit; Videamus, quid inter ementem & vendentem actum ſit. nam ſi id actum eſt, *vt omni modo intra Kalendas Iulias venditor fundum liberaret*, ex empto erit actio, vt liberet: nec ſub conditione emptio facta intelligetur: veluti ſi hoc modo emptor interrogauerit, *erit mihi fundus emptus ita vt eum intra Kalendas Iulias liberes*: vel ita, *vt eum intra Kalendas à Titio redimas.* ſi verò ſub conditione facta emptio eſt, non poterit agi vt conditio impleatur.

1 ¶ Menſam argento coopertam mihi ignoranti pro ſolida *a* vendidiſti imprudens, nulla eſt emptio *b*, pecuniaque eo nomine data condicetur *c*.

De venditione ſerui, vt cum beſtiis pugnet.

42. *Marcianus* lib. 1. Inſtitutionum.

DOmini neque per ſe, neque per procuratores ſuos poſſunt ſaltem *a* criminoſos ſeruos vendere, *vt e cum beſtiis pugnarent.* & ita Diui fratres reſcripſerunt.

De commendatione rei vendita. 1. De promiſſione. 2. Et dolo venditoris.

43. *Florentinus* lib. 8. Inſtitutionum.

EA, quæ commendandi *f* cauſa in venditionibus dicuntur, ſi *g* palam appareant, venditorem non obligant

& *l. 3. l. 9. in fi. C. eod.* Venditio quidem expreſſa eſt, ſed re ipſa & effectu tacita donatio eſt. Pretij quidem mẽtio fit, non tamen vt exigatur. adde *Syn. Baſil. eod. c. 30.* An idem eſt, ſi in inſtrumento venditionis vel tranſactionis illa verba appoſita reperiantur: *quod plus valet, Sempronius dedit & donauit Titio emptori, meritorum ſuorum ratione.* vt in eo contractu locum non habeat lex 8. *C. de reſcindenda*? idem eſſe ait Bart. *in l. 36. ff. de verb. obl. n. 4. 5.*

a Quid? videturne donare, vt actus valeat: vt donatio? ſic ſanè: quia donandi animus fuit: adde quæ ſcripſi ad *l. 5. in fin. ff. pro ſocio.* valet vt donatio, quod non valet vt emptio, quia donandi animus fuit: ſi non fuit, ſecus.

b Conditione venditionis deficiente, deficit venditio.

c *d. l. 7. ſupr. eodem.*

d Venditio minori ſeu viliori pretio facta, venditionem non infirmat: donationis cauſa, penitus infirmat. Donationis cauſa venditio eſt, in qua nullum pretium: quippe mera largitio, merum denique beneficium eſt donatio. Et hæc inter cæteros valent: non inter virum & vxorem. Porrò minore pretio poſſis rem vendere & hypothecam, ſeu hyperocam pretij donare. quod quia vſitatum, ſummè notandum eſt. e *l. 17. ff. ad Velleian. l. 12. ff. de iure dot.* f *v. l. 36. ff. eo.* vel vno nummo, *l. 46. ff. locat. l. 10. in fin. de adq. poſſ.* quibus contraria quodammodo videtur lex *66. de iure dotium.*

g Venditio viliore pretio inter virum & vxorem facta, non conſiſtit: licet inter cæteros valeat, *vt hic.* Diuerſitatis hæc eſt ratio, quod viliore pretio donandi animo facta venditio, donationis ſpecies eſt: Inter virum autem & vxorem donationes prohibitæ. *l. 5. §. 5. ff. de donat. inter virum.*

h *l. 40. inf. de pignoratitia.*

i Emens rem ſuam pignoratam à creditore ſuo actione ex vendito, ab eo conueniri non poteſt. Cur non poteſt? ſuæ rei emptio non eſt: ſi non eſt emptio, neque venditio eſt. ita fit vt ex vendito creditor experiri non poſſit, quaſi nulla venditione.

k hæc verba, quod natum erit. adde *l. 5. inf. de triti.* quod admenſum *l. 40. §. 2. inf. eod.* quicquid ad te peruenit *l. 41. §. 1. inf. de leg. 2.* taxationis ſunt loco. *Taxationes* dicuntur in teſtamentis & contractibus, præſcriptiones quædam verborum, quibus oratio aut coërcetur aut dilatatur: quæ plerumque efficiunt, vt minus, quam dictum ſit debeatur, interdum vt plus *l. 40. §. 2. ff. eo.* ſic, quod veteres in vino diis offerendo ſoliti erant dicere: Macte vino inferi eſto, Cato *de re ruſtica*: Arnob. 7. *aduerſus gentes.* taxationis vim habebat. v. Cuiac. 2. *obſ. 2.* Taxationis, inquam, i. conditionis. Hinc colligit Bartolus relatiuum *Qui, Quæ, Quod*, iunctum verbo futuri temporis, facere conditionem, vt perinde ſit dici, *quod natum erit*, atque illud, *ſi natum erit.* Item, in talibus formulis relatiua inducere conditionem diſtributiuè, i. quatenus natum erit: ſiue in totum ſiue in partem. Item verbum præteriti imperfecti, vel pluſquam perfecti, optatiui, vel ſubiunctiui modi, vt hic *quod natum eſſet*, trahi ad futurum tempus.

l Quid ſi de menſurando fundo conuenit, nec dies menſurandi ſit adiectus? Intra 60. dies fiet dimenſio *l. 31. §. 22. inf. de ædilit.* Quid ſi nihil de menſuratione dictum eſt? vſque ad triginta annos, de modo agri querela perferri poterit. argum. *l. 3. C. de præſcr. 30.* Coſtalius adde *l. 5. ff. ſi menſor.* Sed quæ menſura, aut qui modus ſeruabitur? *v. l. 1. §. 1. ff. eod.*

m Venditioni duplex hæc menſurandi conditio poteſt adiici: videlicet, *vt in diebus 30. proximis fundum metiatur emptor, & modum renuntiet*: vel ita, *vt in dieb. proximis metiatur, & renuntiet.* Priore caſu emptor poſt triceſimum diem de modo agri renuntians, non admittitur: poſteriore, etiam ſi poſt 30 diem admenſus fuerit & renunciauerit, poterit, quò minor modus agri fuerit, repetere: et non illis diebus (ita negatione adiecta hunc locum legendum puto) renunciauerit minorem modum agri eſſe quamuis etiam pòſt multis annis Diuerſitatis hæc ratio eſt: quòd quæ certo ac finito temporis ſpatio conceduntur, ea horum ſpatium excedere non poſſint. quippe certa ac finita egredi non oportet. Indefinitè dicta quocunque tempore poſſunt rectè perfici. Et aliàs inane eſt quod Baldus hic exiſtimat, tempus priore caſu adiectum menſurationi & relationi: poſteriore, menſurationi tantùm.

a Hæc particula & deeſt vulgatæ editioni.

b Aqua vendita venditum iter ad aquam intelligitur. *Syn. eod. c. 34.*

c *l. 3. § fin. ff. de ſeruit. ruſtic.* adde *l. 5. inf. de ſepulchro.*

d v. quæ notaui ad *l. 39. §. 1. ff. eod.*

e Fundus cùm ad menſuram venditur, ſi maior modus inuentus quàm dictus fuerit, totius pretium debebitur.

f in venditionibus, pro maiore modo menſuræ, ſi non ſi pretium augetur: pro minore minuitur.

g Manu ſata ſeu ſata non videntur, quæ ex ſtipula enata, vt nec ſatum videtur quod vel ex ſacco ſaccarij, vel auium ore ex aëre in agrum cecidit. Proinde qui manu ſata (ſeu pendentes fructus) exceperit, quæ ita in agro enata fuerint excepiſſe non videbitur.

h i. exceperat: aliàs, ſi non recepiſſet, fructus ſata ad emptorem pertinerent *l. 13. §. 10. ff. de act. empt. l. 13. C. d. t.* & legatarium *l. 27. ff. de vſufr.* An idem dicendum de penſionib. & cenſibus? v. quæ notaui ad *l. vlt. inf. de iure fiſci.*

i v. ad deciſionem huius caſus *l. 8. inf. eodem.*

k non eſſe actum, &c *Hal.* non eſſe ſignificatum.

l Stipula quid ſit, vide *l. 30. §. 1. ff. de verb. ſign.*

m Fructu omni excepto, arundineti & ſyluæ fructus intelligitur exceptus.

n *v. l. 10. ff. de vſufr.*

o *al.* in fructu.

p Domini fuiſſe dolia in fundo videntur, vel ea quæ ſeruus eius, fundi colonus, emerit.

q ergo, niſi dictum fuerit, fundo vendito dolia emptoris non erunt. Cur ita? collige ex *l. 17. inf. de act. empt.*

r Doliorum fundi venditione, dolia à ſeruo, eiuſdem fundi colono empta, emptori cedunt. ſ vide *l. 2. ſup. com. præd.*

t Ædificio cedit rota aquaria & ſitula.

u vide *l. 47. inf. eo.* Situla, antlia, hauſtrum.

x *Vt*, particula, natura ſua modum, interdum conditionem facit, *l. eas cauſas 80. inf. de cond. & dem.*

y *ante Kalendas*, idem quod intra Kalendas, & è contrà *l. ſi ita quis, 135. §. Seia 12. inf. de verb. oblig.*

z Ex his verbis Antonius Auguſtinus 4. *Emend.* 4. notat, à Ciceronis ætate conſuetum fuiſſe apud Romanos kalendis Quintilibus, ſeu Iulijs è domo conducta migrare, eúmque diem conductionum primum fuiſſe. *Cic. 2. ep. ad Qu fratr. Mar. 2. Epigr. Suet. in Tiberio. l. 60. ff. locati l. 9. ff qui potiores, l. 12. ff. de precario.*

a Solida ex argento non ſunt, quæ cooperta tantùm. *Solidum* dicitur, cui nihil deeſt. b Eſt enim erratum in materia, vt in *l. 45. in fi. ff. eo.* Separanda ſunt aurem inaurata & inargentata ab iis quæ auro vel argento cooperta ſunt. Illis aurum vel argentum immixtum & infuſum eſt. ideóque qui rem inauratam emit pro aurea, non omnino errat in materia nam in ea ineſt auri aliquid. His autem quæ argento cooperta ſunt, argentum infuſum vel immixtum non eſt. talia cùm emuntur ab aliquo pro auro, erratur in materia. Nulla enim parte aurea ſunt, ſed operimento duntaxat laminæ veſtita (vt de quadam Tiberij menſa lignea loquutus eſt Plinius 13. c. 15.) vel incluſa argento *l. 9. §. 1. in fi. ff. de ſupellectile.* Et ita conciliat Cuiac. 2. *obſ.* 4. hanc legem cum *l. 14. in fi. ff. eo.* quæ ait, valere venditionem cùm rem auream puto me emere, & inaurata reperitur.

c *l. 16. l. 23. ff. eod. l. 52. in medio. l. 57. in pr. ff. eod. l. 7. infra de hered. vend. l. 8. ff. de pericul. l. 11. §. 5. ff. de act. empt.* d *Saltem*, pro *etiam*: hoc ſenſu, Vendere ſeruum ſuum etiam criminoſum dominus non poteſt, vt cum beſtiis pugnet: Eſt enim inhumana feráque nimis huiuſmodi adiectio: turpis autem conditio vel modus venditioni non debet adiici. e *l. 11. §. 1. ff. de ſicar.* adde *§. vlt. Inſt. de his qui ſui. l ſeruus, 7. ff. de ſeruis export.* f *l. 37. ff. de dolo: l. 19 inf. de ædi.*

g Commendatio generalis rei venditæ, non refertur ad ea vitia quæ emptor non ignorat, qualia ſunt ea quæ palàm apparent.

obligant, veluti ſi dicat ſeruum a ſpecioſum, domum b benè ædificatam: at c ſi dixerit, hominem l teratum, vel artificem d, præſtare debet e: nam hoc ipſo pluris vendit.

1 ¶ Quædam etiam pollicitationes venditorem non obligant, ſi ita in f promptu res ſit, vt eam emptor non ignorauerit. veluti ſi quis hominem luminibus effoſſis emat: & de ſanitate g ſtipuletur h. nam de cætera i parte corporis potius ſtipulatus videtur, quàm de eo in quo ſe k ipſe decipiebat.

2 ¶ Dolum malum l à ſe abeſſe præſtare venditor debet, qui non tantùm in eo eſt qui fallendi m cauſa obſcurè loquitur, ſed etiam, qui n inſidioſè, obſcurè diſſimulat.

De interitu vnius ex rebus venditis.

44. *Marcianus* libro 3. Regularum.

SI duos quis ſeruos emerit pariter vno pretio, quorum alter ante venditionem mortuus eſt, neque in viuo conſtat emptio o.

De ignorantia vel ſcientia contrahentium.

45. *Idem* libro 4. Regularum.

LAbeo libro poſteriorum ſcribit, ſi veſtimenta interpola p quis pro nouis emerit. Trebatio placere, ita emptori præſtandum, quod intereſt, ſi ignorans interpola emerit. quam ſententiam & Pomponius probat. in qua & Iulianus eſt, qui ait: ſi quidem q ignorabat venditor, ipſius rei nomine teneri: ſi ſciebat, etiam damni, quod ex eo contigit. quemadmodum ſi vas aurichalcum r pro auro vendidiſſet ignorans: tenetur, vt aurum, quod vendidit, præſtet.

De adminiſtrantibus officia.

46. *Idem* libro ſingulari de Delatoribus.

NOn licet ex officio ſ, quod adminiſtrat quis, emere quid vel per ſe, vel per t aliam perſonam alioquin non tantùm rem amittit, ſed & in quadruplum conuenitur ſecundum conſtitutionem Seueri & Antonini, & hoc ad procuratorem u quoque Cæſaris pertinet: ſed hoc ita ſe habet, niſi x ſpecialiter y quibuſdam hoc † conſenſum eſt.

Quæ ſequuntur prædium venditum.

47. *Vlpianus* libro 29. ad Sabinum.

SI aquæductus debeatur prædio, ‖ & ‖ ius aquæ z tranſit ad emptorem: etiamſi nihil dictum ſit: ſicut a & ipſæ fiſtulæ b, per quas aqua ducitur.

48. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

LIcèt extra c ædes ſint.

49. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

ET quamquam ius aquæ non ſequatur, quod amiſſum eſt: attamen fiſtulæ, & canales, dum ‖ ſibi ‖ ſequuntur, quaſi d pars e ædium ad emptorem perueniunt, & ita Pomponius libro decimo putat.

Si per emptorem ſtet quominus conditio compleatur.

50. *Idem* lib. 11. ad Edictum.

LAbeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam f ita vendideris ſi decuriones Campani locum mihi vendidiſſent in quo eam ponerem, & per g me ſtet, quo minùs is à Campanis impetrem, non eſſe dubitandum, quin præſcriptis h verbis agi poſſit. ego, etiam i ex vendito agi poſſe, puto: quaſi impleta conditione, cùm per k emptorem ſtet, quo minùs impleatur.

De his, quæ non ſunt in commercio, cohærentibus fundo vendito.

51. *Paulus* lib. 21. ad Edictum.

LIttora l, quæ fundo vendito coniuncta ſunt, in modum non computantur: quia nullius m ſunt, ſed iure gentium a omnibus vacant. nec viæ b publicæ, aut loca religioſa, vel ſacra. itaque, vt proficiant venditori, caueri ſolet, vt viæ. item littora, & loca publica in modum cedant.

Ne ædificium diruatur venditionis cauſa.

52. *Idem* libro 54. ad Edictum.

SEnatus cenſuit, Ne quis c domum villàmve dirueret, quo plus ſibi adquireretur: néve quis negotiandi cauſa, eorum quid emeret, venderétve. pœna d in eum, qui aduerſus ſenatuſconſultum feciſſet, conſtituta "eſt," vt duplum eius, quanti emiſſet, in ærarium inferre cogeretur: in eum verò, qui vendidiſſet, vt irrita fieret venditio.

¶ Planè ſi mihi pretium ſolueris cùm tu duplum ærario debeas, repetes e à me, quod à mea parte irrita facta eſt venditio.

¶ Nec ſolùm huic ſenatuſconſulto locus erit, ſi quis ſuam villam, vel domum, ſed & ſi alienam vendiderit.

De translatione dominij in emptorem.

53. *Gaius* lib. 28. ad Edictum Prouinciale.

VT res emptoris fiat, nihil f intereſt, vtrùm ſolutum ſit pretium, an g eo nomine fideiuſſor datus ſit: quod autem de fideiuſſore diximus, pleniùs h acceptum eſt, qualibet ratione "ſi" venditori de pretio ſatisfactum eſt: veluti, expromiſſore i, aut pignore dato proinde ſit, ac ſi pretium ſolutum eſſet.

De reſcindenda venditione.

54. *Paulus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

REs bona fide vendita propter k minimam l cauſam inempta fieri non debet.

De nuda & imaginaria venditione.

55. *Idem* libro 2. ad Edictum ædilium curulium.

NVda m, & imaginaria n venditio pro non facta eſt, & ideo nec alienatio o eius rei intelligitur p.

De pacto primi venditoris.

56. *Idem* lib. 50. ad Edictum.

SI quis ſub hoc pacto vendiderit ancillam, ne q proſtituatur, & ſi contra factum eſſet, vti r liceret ſ ei abducere: & ſi per plures emptores mancipium cucurrerit t, ei, qui u primo vendidit, abducendi x poteſtas ſit.

De domo exuſta.

57. *Paulus* lib. 5. ad Plautium.

DOmum emi, cùm eam & ego, & venditor combuſtam ignoraremus y. Nerua, Sabinus & Caſſius, nihil veniſſe, quamuis area z maneat, pecuniámque ſolutam condici a poſſe, aiunt.

¶ Sed ſi pars domus maneret, Neratius ait in hanc quæſtionem multum intereſſe, quanta pars domus incendio conſumpta permaneat: vt, ſi quidem amplior b domus pars exuſta eſt, non compellatur c emptor perficere emptionem: ſed etiam quod fortè ſolutum ab eo eſt, repetet. Sin verò vel dimidia pars, vel minor, quam dimidia, exuſta fuerit, tunc coarctandus eſt emptor venditionem adimplere, æſtimatione viri boni arbitratu habita, vt quod ex pretio propter incendium decreſcere fuerit inuentum, ab huius præſtatione liberetur.

1 ¶ Sin autem venditor quidem ſciebat domum

a quî tamen ſit deformis.
b quæ tamen malè ædificata ſit.
c Palam videri vel in momẽto poteſt, ſeruus ſi ſpecioſus ſit, vel domus bene ædificata; libere ædificata; literatus, vel artifex ſeruus ſit an non, non ita videri poteſt. Ita fiet, vt commendatio perſuaſoria venditorem non obliget priore caſu: poſteriore verò, obliget.
d vt l. 13. §. 4. ĩ. de act. empt.
e Iſta enim non videntur.
f In promptu quid eſt: in oculis, viſu, præſentia, conſpectu vel ſenſu aliquo.
g Sanus quidem non eſt, qui luminibus eſt effoſſis: qui tamen cæcum palam ita emit & de ſanitate ſtipulatur, de alio ſanitatis genere ſibi ignorato intellexiſſe potiùs videtur, quàm de eo quod non ignorauit.
h Cur ergo qui ſe ẽs fugitiuũ emit, & eum fugitiuum non eſſe ſtipulatur, agere ex ſtipulatu poteſt? l. 4. §. 5. inf. de doli mali.
i quàm de oculis ipſis.
k & ideo de ſe, non de alio queri debet.
l l. 1. §. 2. ĩ. de act. empt.
m Fallit & qui obſcurè loquitur, & qui diſſimulat inſidioſè vel obſcurè.
n Falſum committit, qui tacet quod dicere debuit, vel loquitur inſidioſè, vt teſtis: facit l. 8. in fi. C. de epiſcopis: vt notarius. adde Cicer. 3. offic. l. 39. ĩ. de act. empt. o quia, vt familiæ, ita & ſeruorum in hoc caſu vna fuit ſtipulatio & emptio, v. l. 29. ĩ. de verb. obl.
p poliendo propè renouata, frippés & regrattés, facit l. 37. inf. de ædil. q l. 21. §. 2. ĩ. de act. empt. r vt æs pro auro l. 9. §. 2. l. 14. v. l. 41. in fi. ĩ. eo. Aurichalcum autem hic adiectiuè ſumi obſerua: de aurichalco, adde quæ ſcripſi ad l. 4. ĩ. de leg. 1. ſ Officialis nihil quidquam horum quæ adminiſtrat iure emere per ſe, vel per alium poteſt, niſi ſpecialiter ei ſit conceſſum. vide varias exceptiones apud Socinum regula 278. l. 62 inf. eo. l. 8. inf. repetundarum. l. 46. §. 2. inf. de iure fiſci. v. l. vn. C. de contractib. iudicum.
t διὰ μέσου. Syn. 39. 3. Harm. 3. Suppoſitas etiam per perſonas emere is vetatur, qui per ſe emere prohibetur, l. 91. inf. de adq. her. l. 46. §. 1. ĩ. de iure fiſci: l. 1. C. de contract. iudic. l. 2. §. ĩ de admin. rerum ad ciuit. pertinent. l. 3. Cod. ſi certum: l. 34. in fin. inf. de pœnis. l. 20. C. Th. de Epiſc. l. 48. C. Th. de hæreticis.
u Procurator Cæſaris nihil quidquam emere poteſt, quæ Cæſaris ſunt, niſi ſpecialiter id ei ſit conceſſum. x Harm. 3. tit. 3. §. 11. §. 12. quem vide.
y Specialiter concedi interdum emptio debet: aliàs in genere emptio iuſque emendi omnibus permiſſum. † Nouella Leonis 84. id abrogat. v. Cuia. 16. obſ. 13.
z Aquæ ſeruitus tranſit vnà cum prædio in emptorem (niſi fortè ius aquæ ſit amiſſum, l. 49. inf. eo.) etiam ſi nihil dictum ſit: eſt enim ius reale.
a l. 40. in fin. ĩ. eo. l. 48. l. 49. l. 78. inf. eo. l. 38. in fin. inf de act. emp.
b Aquæductus fiſtulis ducitur, vt hic. aquæ hauſtus, ſine fiſtulis, in ipſo fonte vel lacu, fit. c Extra ædes poſitæ fiſtulæ aquæductus, emptorem ædium ſequuntur.
Quid ſi aquæductus non vtendo ſit amiſſus? etiam fiſtulæ emptorem ſequentur.
Quid ita? Fiſtulæ pars ædium ſunt.
d & ſic, iure acceſſionis aliquid debetur l. 78. inf. eo. l. 38. in fin. inf. de act. emp. l. 41. §. 6. l. 24. l. 91. §. pen. & vlt. inf. de leg. 3.
e Pars ſuum totum conſequitur. f Bibliothecæ olim venditæ. Eſt verò bibliotheca, numerus librorum, v. l. 52. §. 7. ĩ. de leg. 3.
g Conditio impleta videtur ei, per quem ſtat quo minus impleatur, v. l. 24. ĩ. de cond. & dem. h Præſcriptis verbis agere poteſt, cui conditio non ſeruatur.
i Præſcriptis verbis actio poteſt concurrere cum actione ex vendito.
k vide l. 7. ĩ. eodem.
l Littora & viæ publicæ, in modum & menſuram venditi agri non computantur, vt hic. aggeres & foſſæ computantur l. prædia 27. §. ita legatũ. 4. ĩ. de inſtructo.
m Littora nullius ſunt, & omnibus vacantia.

a l. 7. §. 1. ĩ. de periculo
b Nullius quæ ſũt, omnibus vacant.
c Syn. Baſ. 19. Tit. 1. ex lib. 61. Tit. 48. c. 42. vide l. 43. §. 1. §. 3. §. 5. ĩ. de leg. 2. l. vl. ĩ. de damn.
d Pœna eſt contractus irritatio.
e vide l. 4. 3. in fin. ſupr. eo.
f Paria ſunt emptorẽ ſoluiſſe pretium venditori, & fideiuſſorẽ dediſſe.
g l. 19. ĩ. eodem.
h Satisfit venditori, ſolutione debiti, fideiuſſore, expromiſſore vel pignore. Satisfactionis ſunt hæc genera: l. 52. ĩ. de ſolutionib.
i Expromiſſor à fideiuſſore diſtinguitur. adde §. 41. Inſt. de rerum diuiſ.
k vide l. 4. ĩ. de in integr. reſtit. l. 3. l. 8. C. de reſcin.
l Minima cauſa irritam venditionẽ non facit bona fide contractam, vt hic: vt nec minor penſio, locationem l. 25 inf. locati. l. 21. C. de locato.
m l. 12. inf. de aqua pluuia, l. 54. inf. de obligationib. l. 16. ĩ. de reg. iur. l. 21. C. de tranſactionib.
n εἰκονικὴ. Syn. Baſil. 19. Tit. 1. & lib. 58 Tit. 1. cap. 3. Harmen. 3. quæri poteſt, quibus indiciis probetur ſimulata & imaginaria? reſpondeo, ſi donandi animo fiat l. 36. ĩ. eod. ſi vno nummo fiat. arg. l. 46 inf. locat. ſi lrio vltra dimidiũ pretij: ſi pactum ſit de retrouendendo, tunc enim præſumitur contractus, non venditionis, ſed fœneratitius, etiam ſi emptor non ſit ſolitus fœnerari. v. Mynſ. 3. obſ 61.
o nec translatio dominij vel poſſeſſionis. Bart. ad l. 12. ĩ. de aqua pluuia. Atqui ex inutili contractu poſſeſſio transfertur? meritò, quia in contractu inutili non deficit conſenſus: in ſimulato deficit, & ſic ſubſtantia deficit: nam in adquirenda poſſeſſione animus requiritur, l. 3. §. 3. ĩ. de adq. poſſeſſ. Quid? huiuſmodi actus etſi non valeat vt emptio, num valebit vt donatio? textus hic videtur id negare ſi quidem, qui donat, alienat. hic autem negatur imaginaria venditione alienationem rei intelligi. num ſaltem vt locatio. vel alius contractus valebit? Non videtur, cùm hic animus agentium non fuerit. Et vtilis tamen fuerit venditio, ſi donandi animo facta réſque tradita fuerit inde eo caſu exactio pretij nulla competet l. 3. l. 9. in fin. C. eo. l. vlt. inf. pro donato.
p Quid? qui imaginarium contractum habuit, potéſtne de eo ſimulato conqueri poteſt. Goffredus 11. qu. v. tit. C. plus valere quod agitur.
q vide l. 1. C. ſi mancip. ita venierit ne proſtituatur.
r adde caſum l. 3. C. de pignorib.
ſ Pactum manus iniectionis rem ipſam perſequitur, penes quem ea ſit. adde l. creditores 3. C. de pignorib.
t ambulauerit vt in l. 25. §. 8. ſupr. de petit. hered.
u v. quæ ſcripſi ad l. 1. C. ſi ſeruus extero.
x redit dominium ad eum ſine traditione, dixi l. 20. C. de pactis.
y Venditio domus combuſtæ, inter ignorantes facta, ita nullius eſt momenti, vt ne in area quidem domus ipſius combuſtæ ſubſiſtat, vt hic. Quid ſi pars aliqua ipſius domus combuſtæ ſupereſt? ſi pars amplior combuſta fuerit, emptor non cogetur perficere emptionem: Imo ſi quid pretij nomine prorogauit repetere poterit? verſ. ſed ſi pars. ĩ. eo. Quid ſi vel dimidia, vel minor dimidia? emptor venditionem implere cogitur, æſtimatione viri boni arbitratu habita. Quid? ea æſtimatione quid continetur: hoc ſc. vt quod ex pretio propter incendium decreuiſſe fuerit inuentum, ab huius præſtatione liberetur. Quid ſi venditor ſciebat domum eſſe exuſtam? v. §. 1. ĩ. eo. Quid ſi emptor? v. § 2. ĩ. eod. Quid ſi vterque? v. § 3. ĩ. eo.
z Cur non in area (quæ maior pars domus eſt) non conſiſtit vt l. qui res 98. §. aream. 8. inf. de ſolutionib. Empta hic domus fuit, non ſolo ſiui ſeu contemplatione fundi ac ſoli, ſed ædificij.
a vide l. 41. in fin. ĩ. eod.
b Pars amplior ea dicitur quæ dimidiam exſuperat, vt hic.
c Non tantum compellatur. Halo. non tantùm non compellatur. Hotom. l. obſeruat. 34. reprehenſus à Roberto 1. recepta. 16. Florentinam defendit Cuiac. aduerſus eundem 14. obſeru. 11. & aduerſus quendam Iuriſconſultum, quem Chriſtiano iudæum vocat, 9. obſeruat. 17. puto Emanuelem Zoarem intelligi 1. obſeruat. 17. & 34.

eſſe

eſſe exuſtam, emptor autem ignorabat, nullam a venditionem ſtare b, ſi tota domus ante venditionem exuſta ſit: ſi verò quantacunque pars ædificij remaneat, & ſtare venditionem, & venditorem emptori, quod intereſt, "reſtituere.

2 ¶ Similiquoque modo ex diuerſo tractari oportet, vbi emptor quidem ſciebat, venditor autem ignoraVat: & hic enim oportet, & venditionem ſtare, & omne pretium ab emptore venditori, ſi non depenſum eſt, ſolui: vel, ſi ſolutum ſit, non repeti.

3 ¶ Quòd ſi vterque ſciebat, & emptor & venditor, domum eſſe exuſtam totam, vel ex parte, nihil actum fuiſſe, dolo c inter vtramque partem compenſando: & iudicio, quod ex bona fide deſcendit, dolo ex vtraque parte veniente, ſtare non concedente.

De arboribus deiectis vel abſumptis.

58. *Papinianus* libro 10. Quæſtionum.

ARboribus d quoque vento deiectis, vel abſumptis igne, dictum eſt, emptionem fundi non videri eſſe contractam, ſi e contemplatione illarum arborum (veluti oliueti) fundus comparabatur, ſiue ſciente, ſiue ignorante venditore: ſiue autem emptor ſciebat, vel ignoraVat, vel vterque eorum, hæc obtinent, quæ in ſuperioribus caſibus pro ædibus dicta f ſunt.

Qualis præſtatur fundus à venditore.

59. *Celſus* lib. 8. Digeſtorum.

CVm venderes fundum, non g dixiſti *ita vt optimus maximúſque*: verum eſt, quod Quinto Mucio placebat; non h liberum, ſed qualis eſſet, fundum præſtari oportere: idem & in vrbanis prædiis dicendum.

De electione.

60. *Marcellus* lib. 6. Digeſtorum.

COmprehenſum erat lege venditionis, *dolia ſexaginta emptori acceſſura*: cùm eſſent centum. in venditoris i fore poteſtate, reſponſum eſt, quæ k vellet, dare.

De emptione conditionali rei ſuæ.

61. *Idem* libro 20. Digeſtorum.

EXiſtimo, poſſe me id, quod meum eſt, ſub l conditione, emere m: quia fortè ſperatur n meum eſſe deſinere.

De his, qui officij cauſa in prouinciis ſunt. 1. De his, quæ non ſunt in commercio. 2. De auerſione.

62. *Modeſtinus* libro 5. Regularum.

QVi officij o cauſa in prouincia agit, vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non poteſt: præterquam ſi paterna p eius q à fiſco r diſtrahantur.

1 ¶ Qui neſciens ſ, loca ſacra, vel religioſa vel publica pro priuatis comparauit: licèt emptio non teneat, ex t empto tamen aduerſus venditorem experietur: vt conſequatur, quod interfuit eius, ne deciperetur.

2 ¶ Res in u auerſione x empta, ſi non dolo venditoris factum ſit, ad periculum emptoris pertinebit: etiam ſi res adſignata y non ſit.

Si alij vendatur, quàm cui dominus iuſſerit. 1. De demonſtratione fundi & nominatione finium.

63. *Iauolenus* libro ſeptimo ex Caſſio.

CVm ſeruo dominus rem vendere certæ perſonæ iuſſerit, ſi alij vendidiſſet, quàm cui iuſſus erat, venditio non valet z: idem a iuris in libera perſona eſt; cùm perfici venditio non potuit in eius perſona, cui dominus venire eam noluit.

1 ¶ Demonſtratione fundi facta b, fines nominari ſuperuacuum eſt c. ſi nominentur, etiam ipſum venditorem nominare oportet, ſi fortè alium agrum confinem poſſidet.

Si quis ſibi & alij emerit.

64. *Iauolenus* lib. 2. Epiſtolarum.

FVndus ille eſt mihi & Titio d emptus. quæro, vtrum in partem, an in totum e venditio conſiſtat, an nihil actum ſit? Reſpondi, Perſonam Titij ſuperuacuò f accipiendam, || puto: || ideóque a totius b fundi emptionem ad me pertinere.

Differentia emptionis, & locationis.

65. *Iauolenus* lib. 11. Epiſtolarum.

COnuenit mihi tecum, *vt certum numerum regularum mihi dares certo pretio*: quod vt c faceres, vtrum emptio ſit, an locatio? Reſpondit: Si d ex meo fundo regulas tibi factas vt darem conuenit, emptionem puto eſſe, non conductionem. * totiens e enim conductio alicuius rei eſt, quotiens materia, in qua aliquid præſtatur, in eodem ſtatu eiuſdem manet: quotiens verò & immutatur, & alienatur, emptio magis, quàm locatio, intelligi debet.

Quid præſtat venditor fundi. 1. De venditore qui ſciens ſeruitutem deberi reticuit. 2. De rutis cæſis.

66. *Pomponius* lib. 31. ad Quintum Mucium.

IN vendendo fundo quædam f etiam ſi g non condicantur, præſtanda ſunt: veluti h *ne fundus euincatur, aut vſusfructus eius*: quædam ita demum, ſi dicta ſint i, veluti viam, iter, actum, aquæductum præſtatum iri. idem & in ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.

1 ¶ Si cum ſeruitus venditis prædiis deberetur k, nec l commemorauerit venditor, ſed ſciens eſſe reticuerit, & ob id per ignorantiam rei emptor non vtendo per ſtatutum tempus eam ſeruitutem amiſerit, quidam rectè putant venditorem teneri ex empto ob dolum.

2 ¶ Quintus Mucius "ſcribit, qui" ſcripſit *ruta* m *cæſa, "quæque" ædium, fundive non ſunt*, bis n idem ſcriptum: nam ruta o cæſa ea ſunt, quæ neque ædium, neque fundi ſunt.

De cauſa rei.

67. *Idem* lib. 39. ad Quintum Mucium.

ALienatio p cùm fit, cum ſua cauſa q dominium ad alium transferimus, quæ eſſet futura, ſi apud nos ea res manſiſſet: idque toto iure ciuili ita ſe habet, præterquàm ſi aliquid nominatim ſit conſtitutum.

De dolo & culpa venditoris.

68. *Proculus* lib. 6. Epiſtolarum.

SI cùm fundum venderes, in lege dixiſſes, *quod mercedis nomine à conductore exegiſſes, id emptori acceſſurum eſſe*: exiſtimo te in exigēdo non ſ ſolum bonam fidem, ſed etiam diligentiam t præſtare debere, id u eſt, non ſolum, vt à te dolus malus abſit, ſed etiam vt culpa.

1 ¶ Ferè aliqui ſolent hæc verba adiicere, *dolus malus à venditore aberit*, qui, etiam x ſi adiectum non eſt, abeſſe debet.

2 ¶ Nec videtur abeſſe, ſi per eum factum eſt, aut y fiet z, quo minus fundum emptor poſſideat. erit ergo ex empto actio: non vt venditor vacuam a poſſeſſionem tradat, cùm multis modis accidere poterit, ne tradere poſſit: ſed vt ſi quid dolo malo fecit, aut facit, dolus malus eius æſtimaretur.

Si lacus venditus creuerit.

69. *Idem* lib. 11. Epiſtolarum.

RVtilia Polla emit b lacum Sabatenem angularium c, & circa d eum lacum pedes decem. quæro: nunquid e "&" decem pedes, qui tunc acceſſerunt, ſub aqua ſint, quia lacus creuit, an proximi pedes decem ab f aqua Rutiliæ Pollæ iuris ſint? Proculus reſpondit: Ego exiſtimo, eatenus lacum, quem emit Rutilia Polla, veniſſe, quatenus g tunc h fuit, & circa eum decem pedes, qui tunc fuerunt. nec ob eam rem, quod lacus poſtea creuit, latiùs eum poſſidere debet, quàm emit.

a Imo, vtrimque obligatio oritur. *l.* 34. §. 3. ſ. *eod.*
b *l.* 9. j. *de periculo.*
c Compenſatur vtrimque dolus, vide *l. vlt. in fin.* ſ. *de eo per quem* d. vide *l.* 9. j. *de periculo & commodo rei vendita.*
e Contractus nominati (vt emptio & venditio) interdum reſoluuntur, quando ſub modo contractum eſt, ſine quo pars alia non fuit contractura, *Coſtalius.*
f *l.* 37 ſ. *eod.*
g Quid ſi *fundum optimum maximum* vendidiſti? Fundum non ſentire, præſtare debes: at non ei ſeruiri: quod tamen Siculus Flaccus *libro de conſtitutionibus limitum* non admittit. adde *l.* 20. §. 1. j. *de adquir. rerum dominio.*
h Qui fundum vel vrbanum prædium vendit, non cogitur eum liberum præſtare: liberatur, ſi eum vti eſt præſtiterit, *l.* 35. ſ. *de ſeruitut. vrb. l.* 6. §. 4. ſ. *comm. prædior. l.* 22. ſ. *de cond. indeb. l.* 8. *in princ.* j. *de act. empt. l.* 75. j. *de euictionib. leg.* 90. j. *de verb. ſign.*
i Cur venditoris? quia debitor. Electio eſt in re dubia debitoris.
k integra tamen. *l. pen. in fin. infr. de action. empt.*
l Sub conditione res etiam noſtras emere poſſumus.
m vt & ſtipulari. *l.* 31. j. *de verb. obl.*
n Spei habetur ratio.
o *Synopſis Baſil.* 1. *tit.* 1. *c.* 61. vide *l.* 46. ſ. *eod.* & Cicer. *action.* 6. *in Verrem.*
p Cur paterna bona militi vel officiali in ſua prouincia ius eſt emere? Affectionem ſingularem in huiuſmodi rebus habere præſumitur. *l. ſi in emptionem.* 35. *ſupr. de minorib.*
q *Harmenop.* 3. *tit.* 3. §. 11.
r vel ab alio diſtrahente propter tributa, vel alia debita non ſoluta. ſ adde *l.* 70 j. *eod.* t Ex empto agitur in id quod intereſt, aduerſus venditorem, qui ſciens rem ſacram ignoranti vendidit.
u Quid ſi iunctim legas, *in auerſione. l. vlt. in fin.* ſ. *ad l. Rhod.*
x l. 1. §. 15. ſ *de exercitoria. v. l.* 4. §. 1, 2 j. *de pericul. l.* 36. j. *locat.* ἐν ὁμάδι, id eſt in vniuerſo. ἐν κοπίδι. *Edict.* 13. 53. *Syn.* 17. *c.* 10. in alea, in aggere ἀθρόα τὰ φορτία πέπρασθαι. *engros', en bloc*: cui opponitur κοτυλίζειν & πυγχίζειν. *Cuiac.* 8. *obſeru.* 15. διὰ τῶν ἐπικλώσαι, vno pretio, quod ſcilicet quaſi auerſi quodammodo negotium contrahamus; re omni neque perſpecta, neque explorata bene. Non vno verò pretio venire res dicuntur, cùm in ſingula fundi iugera pretium ſtatuitur. Cuiac. *Inſtit. de empt.* In huiuſmodi venditione, res empta non confusè perſpicitur, ſed exploratur diligentiſſimè.
y tradita: atqui re emptori non tradita, venditoris res manet *l.* 14. *inf. de furtis l. vlt. C. de commodo & pericul* ergo & eius periculum eſſe debet, non autem emptoris. *l.* 14. j. *de furtis.* z alias enim venditurus non erat.
a Mandati fines in emendo excedere nemo debet, ſiue liber ſit, ſiue ſeruus.
b ſufficienter ſcilicet. c aliàs confines non ſunt celandi *l.* 35. *in fin.* ſ. *eod.* & d eos oſtendendos actione tenetur venditor, *l.* 48. j. *de act. empt.* Error eorum in legato, legatum non vitiat. *l.* 35 §. 1. j. *de leg.* 3.
d abſenti. *l. penult. C. de verb ſign.* e eſt in totum, *inf. eod.*
f Copulam cuique partem tribuere hinc colligunt, ne aliquod abſurdum conſequatur. adde *l.* 5. §. 1. ſ. *de conſtituta, l.* 5. ſ. *com. præd.*

a Iuri adcreſcendi in contractibus locus eſt quoties promiſſoris intereſt, *vt hic*, aliàs non eſt, *l. ſi mihi & Titio.* 110. *inf. de verb. oblig. l. Iulianus* 13. §. *idem Celſus* 17. j. *de actio. empt.* Alij ita: in contractibus ex cauſa onerosa diuidua vel indiuidua, ius adcreſcendi locum habet.
b Imo partis, *l.* 41. §. 9. j. *de leg.* 2.
c quas tu faceres.
d Venditio tegularum eſt cùm quis ex ſuo fundo tibi tegulas præſtat: cùm ex tuo, conductio. Cur ita? In venditione materiam præſtat qui vendit: In cōductione operarum, operas præſtat, conductor, non materiam. Hac nota venditio ab operarum conductione diſtinguitur. adde *l.* 20. ſ. *eod.* vbi alienatur materia, venditio eſt: vbi eiuſdem manet, cuius fuit, alio in ea operas tantùm præſtante, conductio.
e id eſt, in hoc caſu, ſi tua materia eſt ex qua fiunt tegulæ, venditio eſt: ſin mea, conductio eſt. Nam in venditione dominium materiæ immutatur: in conductione, eiuſdem manet. *Syn. eod. c.* 54.
f Vendens ſimpliciter fundum, & ſi neque dixit *liberum eſſe vel optimum maximum*, præſtare tamen hoc debet, *vt ne pars fundi vel vſusfructus euincatur*: continet enim fundi emolumentū vſusfructus, etſi pars fundi non ſit, *vt hic.* An & id præſtare cogitur ne ſeruitus ruſtici vel vrbani prædij euincatur? non tenetur, *verſ. quædam inf.* Cur tam variè? qualis fundus fuit, talē vendidit. Seruitus hæret prædio, qualitáſque prædii eſt. Vt hæc tamen ita ſint, neque venditor ex empto actione teneatur, in id quod intereſt: æſtimatoria tamen tenetur, id eſt quanto minoris *l.* 61. *inſ. de ædilit. edict.*
g Naturaliter quæ inſunt pro expreſſis habentur. h Excipe *l.* 1. 2. *Cod. de euict.* i ſi condicta ſint. *Halo.* ſi nominatim dicta. *l.* 57. *inf. de euict. l.* 6. § 5. j. *de action. empt.* k Seruitutes prædij, venditor indicare emptori tenetur. Ideoque ſi emptor eas ſeruitutes non vtendo amiſerit, tenebitur emptori venditor, ex empto ob dolum. l fundo vendito *l.* 1. §. 1. vel tributum celauit *leg.* 21. § 1. j. *de action. empt.* & libertatem rei empræ, *l.* 69. §. 5. j. *de euict.* m De rutis & cæſis, *l.* 10. §. 6. *l.* 38. *in fin.* j. *de act emp.* n Cur his idem ſcripſiſſe intelligitur? quia ruta cæſa, neque ædium ſunt, neque fundi. o vide *l.* 17. §. 6. j. *de act empt.* p traditio. *l.* 20. *inf de adquir. rer.* q id eſt, non tantùm dominium, *l.* 20. ſed & fructus, *l.* 13. *C. de act. empt.* & è contra, onera, *l.* 23. ſ. *de ſeruit. ruſtic. l.* 12. §. 2. ſ *famil. l.* 54 j. *de reg. iur.* Porro, *cauſa*, hic onus eſt: & quidquid rei cohæret. r Lex enim dicebatur à venditore. vide *l.* 34. ſ. *eod.* non ſemper tamen. ſ *l.* 13 §. 16. j. *de act. empt.* t Diligentiam in mercede exigenda vt ex pacto præſtet emptori, venditor præſtare cogitur. u Diligentiam qui præſtas, dolo & culpa carere debet. x facit *l.* 60. §. *pen. in fin.* ſ. *eod.* y Dolum ante contractum, in contractu & poſt contractum præſtat venditor emptori. z in futurum. *v. l.* 7. §. 3. ſ. *de dolo.*
a *Vacua poſſeſſio* eſt quæ à nemine tenetur. *l.* 18. *in fi.* ſ. *eod. l.* 3. § 6 ſ. *de cond. ex lege: l.* 52. j. *de acq poſſ l.* 4. §. 22. j *de vſucap l.* 18. j. *de vi & vi. l.* 52. *l.* 75. §. 7. *inf. de verb. obl l.* 3. *C. de adqu. poſſ. Cic.* 3. *de oratore*: *Quint. declam.* 12.
b Priuilegia venditorum ad emptorem tranſeunt.
c Sabatianenſem angularium. *Hal.* Angularius autem fortè eſt, qui angulo fundi potius. Horat. O ſi angulus ille Proximus accedat qui nunc denormat agellum.
d *Circa* eſt circumcirca, vtrinque, *Bal.*
e *v. l.* 24. *in fin.* j. *de aqu. pluu.*
f *Ab* ſeparationis nota.
g Verba contractus referuntur ad tempus contractus. *Bart.* adde *l.* 2 §. 1. *inf. de hæred. vend.*
h Tempus contractus in venditionis cauſa dubia inſpicimus potius quam conſe-

De emptione hominis liberi.

70. *Licinius Ruſinus* lib. 8. Regularum.

LIberi hominis emptionem contrahi poſſe, plerique exiſtimauerunt: ſi modò inter *a* ignorantes *b* id fiat. Quod idem placet. etiam *c* ſi venditor ſciat, emptor autem ignoret: quod ſi emptor ſciens liberum eſſe, emerit, nulla *d* emptio contrahitur.

De menſura & pretio vini.

71. *Papirius Iuſtus* lib. I. Conſtitutionum.

IMperatores Antoninus, & Verus Auguſti Sextio Vero in hæc verba reſcripſerunt: Quibus menſuris *e* aut pretiis negotiatores vina compararent, in *f* contrahentium poteſtate eſſe. neque enim quiſquam cogitur vendere, ſi aut pretium aut menſura diſpliceat: præſertim ſi nihil *g* contra conſuetudinem † regionis fiat.

De pacto ex interuallo. I. De pacto ſi quid ſacri, aut religioſi, aut publici eſt. eius venit nihil.

72. *Papinianus* *h* lib. 10. Quæſtionum.

PActa conuenta *i*, quæ poſtea *k* facta detrahunt *l* aliquid emptioni, contineri contractu *m* videntur: quæ vero adiiciunt *n*, credimus ‖ſi hoc‖ non ineſſe *o*: quod locum habet in his, quæ adminicula *p* ſunt emptionis: veluti *ne q cautio dupla præſtetur*: aut *ut cum r fideiuſſore cautio dupla præſtetur*. ſed *ſ* quo caſu, agente emptore, non valet pactum. idem vires habebit iure exceptionis, agente *u* venditore.

¶ An *x* idem dici poſſit, aucto poſtea vel deminuto *y* pretio, non immeritò quæſitum eſt: quoniam emptionis ſubſtantia *z* conſtitit ex pretio *a*, Paulus notat: Si omnibus integris *b* manentibus, de augendo vel de minuendo pretio rurſum conuenit, receſſum à priore contractu, & noua *c* emptio interceſſiſſe videtur *d*.

1 ¶ Papinianus: Lege venditionis illa facta, *si e quid ſacri aut religioſi, aut publici eſt, eius nihil venit*. ſi res non in vſu publico, ſed in patrimonio fiſci erit, venditio eius valebit *f*: nec venditori proderit exceptio, quæ non habuit locum.

quens vllum aliud: vnde notant, monetam quæ tempore contractus initi vſitata fuerit, ſoluendam creditori. Vide id genus plura apud Albericum, vbi probat, præſentem rerum ſtatum in dubiis inſpiciendum eſſe.

a Imò, vtcunque ignoranter homo liber ematur, naturali ratione inutilis eſt venditio. arg. *l. 1. §. 9. ℥. de obl.*

b *l. 4. 5. 6. ſup. eo. §. fin. Inſt. eod. l. 4. verſ. reſpondit. ℥. quibus ad libertatem.*

c Liberum hominẽ quis ſciens vendere poteſt, *vt hic*. emere non poteſt, *verſ. quod ſi emptor*. Priore tamen caſu, liber non ita venditus cẽſetur vt præſtetur, ſed vt obligetur.

d Imò aliqua *C. de patribus qui filios diſtra.*

e Quibus menſuris res venditæ menſurentur, in arbitrio eſt contrahentium.

f *l. 18. §. 3. ℥. de dolo* g hinc conſtat, re ad menſuram vendita, menſuram loci contractus ſequendam. His ex verbis etiam conſtat, licèt admittatur & toleretur deceptio in pretio, nulla tamen toleratur in pondere vel menſura, cum ſit ſemper certa regionis menſura.

† Conſuetudini renuntiari vel derogari poteſt per pactum, *vt hic*: niſi conſuetudo ſit prohibitoria, *l. 1. C. ne fideiuſſor. dot.* h vide *Cont. 1. diſp. 27.* Hot. *quæſt.* 35.

i quæ & nuda, quaſi ſola ſine nomine & cauſa: qua in re differunt à contractu. Contractus enim nomẽ habet: aut ſi nomine vacat, certè cauſam habet: Cauſam vt ſi datione vel facto ſumpſit effectum. Cuiac. 2. *obſ.* 15. k poſtea facta, hoc eſt, ex interuallo: eſt enim verbum *poſtea*, interualli nota. l ea detrahunt emptioni quæ non tantùm pretium minuunt, ſed augent. Mutato enim pretio natura emptionis mutatur. Detrahere itaque hic, eſt recedere ab emptione, Cuiac. 14. *obſ* 28. idem quoque 2. *obſ.* 15. notat, Pactis detrahentibus, leuiorem fieri conditionem emptoris: adiicientibus, grauiorem. Sic ſentio, ea pacta detrahere emptioni, quæ emptioni detrahunt, quæ emptoris conditionem minuunt, quæ emptori nocent, proſunt venditori: cuius generis hic adfertur pactum, *ne cautio duplæ præſtetur*, ſeu *vt ne teneatur venditor ob euictionem*. Id genus ſanè pacti nocet quàm maximè emptori, prodeſt venditori, detrahit emptionis adminiculis, detrahit emptori. Pacta vero ea adiiciunt emptioni, quæ emptori proſunt, nocẽt venditori, vt eſt hoc pactum, *vt cum fideiuſſore cautionem duplæ præſtet venditor*. Hoc enim pactum adiicit emptioni, meliorem facit conditionem emptoris, prodeſt emptori, nocet venditori: neutrum pactum eſt de ſubſtantia emptionis, ſed de adminiculis tantùm. Non eſt de ſubſtantia, quia non eſt de conſenſu vel pretio: Eſt de adminiculis, quoniam ad euictionem pertinet.

m ſunt ex eodem contractu, ex natura emptionis, quæ his potiſſimum conſtant, re, pretio, conſenſu, id eſt, inſunt ex parte actoris, formant actionem: inſunt etiam ex parte rei, quia reum ipſo iure tutum reddunt, etiam non oppoſita exceptione pacti, vide *l. 3. inf. de reſcind.* n adiicere, eſt paciſci de adminiculis & acceſſionibus, &, vt Iuſtinianus loquitur, pediſſequis emptionis: ſalua & integra emptionis ſubſtantia, Cuiac. 14. *obſ.* 28.

o & ex parte actoris (vt pariant & forment actionem) & rei: quia tametſi ad exceptionem proficiant, tamen exceptionem opponi neceſſe eſt. Nec enim ipſo iure tutus eſt reus: & ineſſe ea tantùm dicuntur ex parte rei, quorum exceptionem opponi neceſſe non eſt, id eſt, quæ reo etiam tacenti, nec ea allegantiproficiunt, *l. 3. ℥. de reſcind.* valent ergo tantùm ad exceptionem: ne dicas autem detrahere emptioni pacta negatiua, adiicere affirmatiua: nam adiiciunt etiam negatiua, Cuiac *ibid.* p & pediſſequa, non ex ipſo contractu. *Adminicula emptionis* dicuntur, quæ non perficiunt ipſam emptionem, ſed quæ iam perfectæ emptioni, ſubſidio & auxilio ſunt. Huius generis euictio eſt ſeu euictionis pactum, quod emptionem nec perficit, ſed ei tantùm adiumento eſt.

q id eſt, ne venditor teneretur ob euictionem, *l. 37. inf. de euiction.*

r i. vt venditor ſatiſdaret de euictione, cùm non cogatur niſi repromittere.

ſ Pactum quod inutile eſt emptori ad actionem, vtile eſt venditori ad exceptionem. t πλοχῆ, id eſt, litem faciente.

u id eſt, defendente venditore cauſam ſuam aduerſus emptorem, qui agit de euictione, vel de euictionis cautione præſtanda, & eſt ſimilis πλοχῆ in *l. 1. ℥. de edendo.* x Quæ ſequuntur pacta referenda ſunt ad ſubſtantialia emptionis, non ad adminicula: pertinent enim ad pretium auctum vel minutum

y id eſt, an idem eſt in pactis detrahentibus, quod in eis quæ adiiciunt?

z Subſtantia emptionis pretium, *vt hic*: res, conſenſus, quibus nimirum emptio ipſa perficitur. Pactum circa ſubſtantiam emptionis interpoſitum ex interuallo, ſi res non ſit integra, nullam parit actionem: ſi ſit integra, emptio tollitur mutuo diſſenſu, vel etiam reformatur, renouatur, repetitur: & hoc quidem caſu datur actio, non quidem ex pacto ſed noua emptione.

a & re & conſenſu. b id eſt, nondum impletis quæ vtrinque præſtari debent, vel in integrum reſtitutis, *l. 55. ſup. de pactis.*

c *l. 27. §. 2. ſup. de pactis.* ſed & repeti, *l. 7. §. 6. ſup. de pact. l. 2. ℥. de reſcind.*

d hæc opinio vulgaris eſt, ſubtilis eſt, reformari tantum, renouari, repeti, *d. l. 7. §. 6.* e vide *l. 5. ℥. ne ſepulchro.*

f Imò, non valebit, argum. *l. 39. inſtit. ℥. de leg. 1.*

De æde diruta. I. De locis puris intra materiam Sepulchrorum.

73. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

AEde ſacra *a* terræ motu diruta, locus ædificij non eſt profanus *b*, & ideo venire non poteſt.

1 ¶ Intra *c* materiam ſepulchrorum hortis vel cæteris culturis loca pura ſeruata, ſi *d* nihil venditor nominatim excepit, ad emptorem pertinent.

De traditione clauium.

74. *Idem* lib. I. Definitionum.

CLauibus *e* traditis, ita mercium in horreis *f* conditarum poſſeſſio tradita videtur *g*, ſi claues *h* apud horrea traditæ ſint, quo facto, confeſtim emptor dominium & poſſeſſionem adipiſcitur, & ſi non aperuerit horrea: quod ſi venditoris merces non fuerunt, vſucapio *i* confeſtim inchoabitur.

Etiè implendis.

75. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris epitomarum.

QVi fundum vendidit, *vt k eum l certa mercede conductum ipſe habeat*. vel, ſi vendat, *non alij ſed ſibi in diſtrahat*: vel ſimile aliquid paciſcatur: ad *n* complendum ‖id,‖ quod pepigerunt, ex vendito agere poterit.

De doliis defoſſis. I. De ſucceſſore emptoris.

76. *Paulus* lib. 6. Reſponſorum.

DOlia *o* in horreis defoſſa *p*, ſi non ſint nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni *q* ceſſiſſe videri.

1 ¶ Eum, qui in locum emptoris ſucceſſit, iiſdem defenſionibus *r* vti poſſe, quibus venditor ‖eius‖ vti potuiſſet, ſed & longæ *ſ* poſſeſſionis præſcriptione *t*, ſi vtriuſque poſſeſſio impleat tempora conſtitutionibus ſtatuta.

De lapidicinis exceptis.

77. *Iauolenus* libro quarto ex poſterioribus Labeonis.

IN lege fundi vendundi lapidicinæ *in eo fundo, vbique u eſſent, exceptæ erant* ‖&‖ poſt *x* multum temporis in eo fundo repertæ erant lapidicinæ: eas quoque venditoris eſſe Tubero reſpondit. Labeo, referre, quid actum ſit: ſi non *y* appareat, non videri eas lapidicinas eſſe exceptas: *neminem. n. nec vendere, nec excipere, quod non *z* ſit: & lapidicinas nullas *a* eſſe, niſi *b* quæ *c* appareant *d*, & cædantur: aliter *e* interpretantibus, totum fundum lapidicinarum fore, ſi fortè toto eo ſub terra eſſet lapis. hoc probo.

De fiſtulis, & caſtello. I. De emptore, qui tutelam filij venditoris gerere cœpit. 2. De pacto, vt ſoluta pecunia, tradatur emptori poſſeſſio. 3. De eo, quod vi, aut tempeſtate factum eſt.

78. *Labeo* libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

FIſtulas *f* emptori acceſſuras in lege dictum *g* erat: quærebatur an caſtellum, ex *h* quo fiſtulis aqua duceretur, accederet? Reſpõdi, apparere id actum eſſe, vt id quoque accederet, licèt ſcriptura non cõtineretur *i*.

1 ¶ Fundum ab eo emiſti, cuius *k* filij poſtea tutelã adminiſtrans †, nequaquam accepiſti poſſeſſionẽ. dixi

a Sacrum manet ſolum, etiam æde diruta.

b niſi ſit hoſtium, *l. 36. ℥. de religioſis.*

c Sepulchro excepto, non intelligitur locus circa ſepulchrum purus exceptus, ſed ad ſepulchrum tantum deſtinatus.

d vide *l. 53. §. 1. ℥. de act. empt.* Huiuſmodi loca religioſa non erant. vide quæ ſcripſi ad *l. 2. §. 3. ſup. de relig.* Interim ex hoc loco poſſis obſeruare, maceriis ſepulchra includi olim conſueuiſſe: quod et duabus inſcriptionibus probat Briſſonius, 2. *ſelect.* 16.

e vide *l. 1. §. 21. in fin. inf. de adquir. poſſ.*

f adde quæ ſcripſi ad *l. 7. ℥. de inſtructo*

g tradita cenſetur, id eſt. Quaſi traditio (quæ fictione iuris ciuilis perficitur in tranſlatione dominij idem operatur quod vera, *l. 77. ℥. de rei vind.* de vera fit mentio in *l. 2. C. de pactis*. Quaſi traditio fit, claues tradantur, *vt hic*, per precarii conſtitutionẽ *l.* ... *inf. de adq. poſſ.* *l. 15. ℥. de rebus cred.* confeſſionem ... *l. 57. ℥. de pact.* ... ſtrumenti conſignationem, *l. 1. C. de* ... *nat.* vſusfructus ... malis retentionem, *l. 21. C. de donat.* ... patientiam præcedente contractu, *l.* ... *de adq. poſſ.* celeritatem ad cuius actus qui alium ... cultet. arg. *l. 3. §. 10. inf. de don. int.* ... appoſitionem cuſtodis, *l. 51. inf. de adq.* ... *qui. poſſ.* per inte... ſtituram. vide Bald.

in *l. 20. C. de pact.* h Clauibus apud horrea traditis, videtur tradita poſſeſſio eorum quæ ſunt ſub clauibus: ſymboli namque traditione, res ſymbolo ſignificata tradita intelligitur.

i adde *l. 46. ℥. de adq. rerum dom.* k *l. 21. §.* ... *inf. de act. empt.* l Venditor ea etiam lege fundum vendere poteſt, vt conductum ipſe ab emptore habeat (quia in ſpecie agere poteſt, vt conductum habeat) vel vt nulli alij, quàm ipſimet venditori, reuendat. m id eſt, venditori ipſi, *l. 122. §. 3. inf. de verb. oblig.*

n arg. *l. 2. Cod. de pact. inter empt.* o an & torcularia? p *l. 18. ℥. de act. empt.* defixa *l. 93. §. 4. inf. de leg. 3.* & ſic immobili ſolo cohærentia: eis contraria ſunt infoſſa, *l. penult. in fin. ℥. de action. empt.* q Imo, quæ ſunt defoſſa, fundo vendito, aut villa diſtracta, vel legata, emptorem non ſequuntur, *l. 17. inf. de act. empt.* & legatarium, *l. 93. §. 4. ℥. de leg. 3.* Tiraquellus *de retractu. §. 1. gl. 7. n. 8.* tradit mendum eſſe in *d. l. 93.* Albericus de doliis immobilibus agi hic exiſtimat.

r Emptori, venditoris iura proſunt, *l. 2. §. 2. ℥. pro empt. l. 156. §. 2. inf. de reg. iur.* *l. 26. C. de euict.* Iura, vt tempus ad vſucapiendum, *l. 2. §. 2. inf. pro empt.* inter eos enim coniunguntur tempora, *§. inter. 8. fi Inſt. de vſuc.* ſ Emptori venditoris iura proſunt: vt & poſſeſſio ad longi temporis præſcriptionem *Syn. eod. cap.* 65. adde *l. 177. ℥. de regulis iuris.* t Ius excipiendi tranſit ad emptorem. In iure excipiendi par conditio eſt ſucceſſoris ſingularis & vniuerſalis.

u vbicunque *Hal.* quod probatur ab A Auguſt. 4. *Emend.* 17. & Cuiacio *Inſtit. de ſeruit.* qui addit *l. 20. in fin. ℥. de operis liber.* x Exceptio generalis lapidicinarum referenda eſt ad eas lapidicinas quæ patent, non quæ occultæ.

y Paria ſunt, non eſſe, & non apparere, *Bart.*

z quod nondum ſit.

a Paria, nullum & non apparens. b niſi præſentes c Tempus contractus in omni exceptione inſpicimus. d hic non cenſetur exceptus lapis, qui nondum erat: atqui vſufructu legato transfertur lapis & metallum quæ nondum erant, *l. 8. §. 2. §. 3. ℥. de vſufructu.* e Abſurda interpretatio, & omnia quæ nimia, vitanda. f ἀπὸ τοῦ στέλλειν, à mittenda aqua. 19 *Iſid.* 10 alij à fundendo: hinc *Varro* 4. *de lingua* fiſtula aquæ, fuſus aquæ. g imò, vt non dicatur, id intelligitur, vt accedant emptori, *l. 47. 48. 49. ℥. eod.*

h Excepto aliquo ea quoque excepta intelliguntur quibus ad id peruenitur.

i explicitè: implicitè tamen continetur, *Baldus*.

k vide quæ ſcripſi ad *l. 8. C. qui dare tutores.*

l hodie, creditor pupilli tutelam eius gerere non poteſt *Auth. ni minorum* ... *tor. C. qui dare tutores.*

tradere

tradere te tibi *a* poſſeſſionem *b* hoc modo poſſe, vt pupillus, & familia eius decedat de fundo, tunc demum tu ingrediaris poſſeſſionem.

2 ¶ Qui fundum ea lege emerat, *vt ſoluta pecunia traderetur ei poſſeßio*, duobus heredibus relictis deceſſit, ſi vnus omnem pecuniam ſoluerit, partem familiæ erciſcundæ iudicio ſeruabit: nec *c*, ſi partem ſoluat, ex empto cum venditore aget. quoniam ita contractum æs alienum, diuidi *d* non potuit.

3 ¶ Frumenta, quæ in *e* herbis erant, cùm vendidiſſes, dixiſti *f* te, *ſi quid vi, aut tempeſtate factum eſſet, præſtaturum*. ea frumenta niues corruperunt. ſi immoderatæ fuerunt. & contra *g* conſuetudinem tempeſtatis, agi tecum ex empto poterit.

De pacto, vt is qui emit, alteram partem conductam habeat.

79. *Iauolenus* lib. 5. ex Poſterioribus Labeonis.

FVndi partem dimidiam ea lege vendidiſti, *vt emptor alteram partem, quam* h *retinebas, annis decem certa pecunia in annos ſingulos conductam habeat.* Labeo, & Trebatius negant poſſe ex vendito agi, vt id, quod conuenerit, fiat, ego contra puto: ſi modò ideo vilius fundum vendidiſti, vt hæc tibi conductio præſtaretur. nam hoc ipſum pretium fundi videretur, quod eo pacto venditus fuerat. eóque iure vtimur.

De except. de manu ſatis. 1. de ſeruitutibus. 2. De ſylua cædua. 3. Si actum ſit, ne dominium ad emptorem tranſeat.

80. *Labeo* libro 5. poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

CVm manu *i* ſata *k* in venditione fundi excipiuntur, non quæ in perpetuum ſata ſunt, excipi videntur: [ſed] quæ ſingulis annis ſeri ſoleat, ita vt fructus eorum tollantur. Nam aliter *l* interpretantibus, vites & *m* arbores omnes exceptæ videbuntur.

1 ¶ Huius rei emptionem poſſe fieri dixi, *quæ ex meis ædibus in tuas ædes proiecta ſunt, vt ea mihi ita habere liceat*: déque ea re ex empto agi.

2 ¶ Sylua cædua *n in quinquennium* o *venierat*. quærebatur, cùm glans decidiſſet, vtrius eſſet. Scio Seruium reſpondiſſe primum ſequendum eſſe, quod appareret actum eſſe. Quòd ſi in obſcuro eſſet, quæcunque glans ex his arboribus, quæ cæſæ non eſſent, cecidiſſet, venditoris eſſet. eam autem, quæ in arboribus fuiſſet eo tempore, cùm hæ cæderentur, emptoris.

3 ¶ Nemo *p* poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat. Sed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus.

De pacto vt ſi fideiuſſor pro reo ſoluerit, emptum habeat prædium pignoratum. 1. De fundo ex quo venditor frumentum annuum alij promiſerat.

81. *Scæuola* lib. 7. Digeſtorum.

TItius cum mutuos acciperet tot aureos ſub vſuris, dedit pignori ſiue hypothecæ prædia, & fideiuſſorem Lucium: cui promiſit, *intra triennium proximum ſe eum liberaturum, quòd* q *ſi id non fecerit die ſupra ſcripta, & ſoluerit debitum fideiuſſor creditori, iuſſit* r *prædia empta eſſe, quæ creditoribus obligauerat.* quæro, cùm (non) ſit liberatus Lucius fideiuſſor à Titio, an, ſi ſoluerit creditori, empta haberet ſuprascripta prædia. Reſpondit: ſi non, vt in cauſam obligationis; ſed, vt empta habeat, ſub conditione emptio facta eſt: & contractam *ſ* eſſe obligationem.

1 ¶ Lucius Titius promiſit de fundo ſuo centum millia modiorum frumenti annua præſtare prædiis Gaij Seij: poſtea Lucius Titius vendidit fundum, additis verbis his: *quo iure, quáque conditione ea prædia Lucij Titij hodie ſunt, ita veneunt itaque habebuntur.* quæro an emptor Gaio Seio ad præſtationem frumenti ſit obnoxius? Reſpondit, emptorem Gaio Seio, ſecundum ea quæ proponerentur, obligatum *a* non eſſe.

DE IN *b* DIEM ADDICTIONE *b*.

TIT. II.

Quomodo in diem addictio fit.

Paulus lib. 5. ad Sabinum.

IN diem addictio ita *d* fit: *ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi ſi quis intra Kalendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat.*

Vtrum ſit emptio pura, an conditionalis. 1. De vſucapione & acceßionibus, & periculo rei addictæ.

2. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

QVoties fundus in diem addicitur, vtrum pura *e* emptio eſt, ſed ſub conditione reſoluitur: an verò conditionalis ſit magis emptio, quæſtionis eſt. & mihi videtur verius, intereſſe *f* quid actum ſit. Nam ſi quidem hoc actum eſt, *vt meliore allata conditione diſcedatur*, erit pura emptio, quæ *g* ſub conditione reſoluitur: Sin autem hoc actum eſt, *vt perficiatur emptio, niſi melior conditio offeratur*, erit emptio conditionalis.

1 ¶ Vbi igitur, ſecundùm quod diſtinximus, pura venditio eſt, Iulianus ſcribit, hunc, cui res in diem addicta eſt, & vſucapere poſſe, & fructus *h* & *i* acceſſiones lucrari, & periculum ad eum pertinere, ſi res interierit.

3. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

QVoniam *k* poſt interitum rei iam nec afferri poſſit melior conditio.

De vſucapione, & fructibus rei ſub conditione addictæ. 1. De interitu rei. 3. De dominio & oppigneratione rei addictæ. 4. Quod vi aut clam. 5. Quæ requiruntur vt à priore emptione abeatur. 6. Quid ſit meliorem conditionem afferre.

4. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

VBi *l* autem conditionalis venditio eſt, negat Pomponius, vſucapere eum poſſe; nec fructus ad eum pertinere.

1 ¶ Idem Iulianus libro 15. quærit.

SI res in diem addicta interciderit, vel ancilla deceſſerit, an partus, vel fructus eius nomine, adiectio admitti poſſit. & negat admittendam adiectionem: quia *m* alterius rei, quàm eius, quæ diſtracta eſt, non ſolet adiectio admitti.

2 ¶ Idem Iulianus eodem libro ſcribit.

SI ex duobus ſeruis viginti venditis, & in diem addictis, alter deceſſerit, deinde vnius nomine, qui ſupereſt, emptor extiterit, qui ſupra viginti promitteret, an diſcedatur à priore contractu? Et ait, diſſimilem eſſe hanc ſpeciem partus *n* ſpeciei *o*: & ideo hic diſcedi à priore emptione, & ad ſecundam *p* perueniri.

3 ¶ Sed & Marcellus libro 5. Digeſtorum ſcribit, purè vendito, & in diem addicto fundo, ſi melior conditio allata ſit, rem pignori *q* eſſe deſinere, ſi emptor eum fundum pignori dediſſet. ex quo colligitur quod emptor medio *r* tempore dominus eſſet, alioquin nec pignus teneret.

---

2 Imò: tutori, eodem auctore, non poteſt à pupillo reſtitui hereditas, *l. 1. §. 13. ʒ. ad Treb.* Corraſius *6. Miſcell. 15. num. 3.* nouo intellectu tradit, hic non requiri ſolemnitatem iudicis, vel contutoris: quod tutor hic exſequatur contractum cum patre pupilli defuncto habitum, *l. 1. Cod. quando decreto opus non eſt.* Sed tamen paſſim hoc vidétur recipi. vt ſibi ſoluat, *l. 9. §. 5. ʒ. de admin. tut. l. 2. C. qui dare tutores*: alia obiectio afferri poteſt, quod inter dantem & accipientem debeat eſſe diuerſitas, v. Bart. ad *l. 2. ʒ. de ſtip. ſeruor.*

b Poſſeſſionem ſibi debitam tutor poteſt ſibi propria authoritate ſine decreto iudicis tradere, ſi tamen pupillus ipſe vnà cum ſua familia extra poſſeſſionem fundi prius deceſſerit: náquamdiu quis in fundo eſt, vacua non eſt poſſeſſio. Ita tradere poſſeſſionem videtur is, qui è fundo decedit ea mente, vt alius in eum ingrediatur.

c *l. 57. ʒ. de ædilit.*

d Indiuidua venditio, inuito venditore, facto plurium heredũ emptoris diuidi non poteſt.

e Frumentum in herbis vendi poteſt.

f i. te venditorem periculo ſubiecisti, *l. 1. in princ. in poſ. ſed ſi vendit. ʒ. de periculo.*

g caſus fortuitus, intelligitur inopinatus, non ex conſuetudine veniens. *Bart.* hinc nonnulli etiam colligunt, ſermonem quantumuis generalem nunquam intelligi de inſolitis. Generalem renuntiationem caſuum fortuitorum non complecti caſum inſolitum, & contra conſuetudinem, veluti ſiccitatis, adde *l. Seio. 10. § medico. ʒ. de annuis legatis.* Schenkium 1. *Viridarij* 34. adde Gayll. 2. *obſeru.* 22. & 18. v. quæ notaui ad *l. 8. C. de locato.* Sanè, caſu in emptorem frumenti in herbis pactione reiecto, caſum inſolitum non patitur emptor, ſed venditor, *vt hic.*

h Reſeruatio, ſeu exceptio (quæ Gallis *grace & retenue*, partem facit contractus, *vt hic.* vnde colligit Imbertus *in Enchiridio, in verbo Retraict.* Venditorem (qui ſibi facultatem iúſque retrahendi reſeruauit, i. excepit) tali conuentione propinquiorem excludere, vel dominum, iure gentilitio vel. dominico fundum venditum retrahere volentes, licet realiter & ante eum pretium emptori obtulerint.

i *l. 40. ʒ. eo.* k Sata manu, intelliguntur, non quæ perpetuo ſata; ſed quæ ſingulis annis ſeri ſolent. Perpetuo ſata, arbores & vites: ſingulis annis, fruméta.

l Interpretationes abſurdæ vitandæ.

m notanda differentia, inter ea quæ ſingulis annis, & quæ in perpetuum ſeruntur. n Sylua cædua vendita, glans ſeu omnes fructus, *ʒ. de glande legenda.* emptoris ſunt, *l. Iulianus 13. §. ſi fructibus. 10. ʒ. de act. empt.* Iure cædendæ ſyluæ de quinquennio in quinquennium vendito, glans quæ decidit ante tempus cædendi, eſt venditoris, *vt hic.* nec enim hic propriè ſylua venditur, ſed ius ſyluæ. o & ſic in diem. p Venditio non eſt, cum id agitur vt ne dominium rei venditæ tranſeat in emptorem. Quid igitur? vel locatio, vel alius contractus. Cur non eſt venditio cùm pretij facta hic ſit mentio? quia hoc agitur, ne hac venditione dominium transferatur, quod venditionis proprium eſt.

q *l. 16. in fin. ʒ. de pignorib.* r Fideiuſſor, ex pacto cum ipſo debitore principali inito, poteſt pignus eius emere, *vt hic.* An citra pactum emere poteſt? *l. 3. l. de diſtractione pignorum.* ſ Valet ergo pactum commiſſorium ſeu lex commiſſoria in pignore, ſi & quatenus vtile fuerit tertio, *vt hic.* adde ſi conuenit, vt ematur iuſto pretio *l. 16. in fin. ʒ. de pignorib.* ſi ex interuallo id conuenit, *ʒ. de pignorat.*

a Perſonalis obligatio non ſequitur fundum, nec eius poſſeſſorem, *l. 1. & 2. ʒ. ad Velleian. l. 1. §. ſi heres. ʒ. ad Treb. l. vlt. C. de hered. act. l. 15. C. de don.*

b *Ecl. 9. tit. 2. c. 3.*

c in hoc titulo frequentia ſunt hæc tria verba. primum *addicere*, quod eſt proiicere. *l. 50. ʒ. de euictionib.* Gallis *eſtre ouffer*. Secundum *adiicere*, id eſt meliorem conditionẽ afferre: auctuarium addiicere, ſupra adiicere, liceri. Tertium *abiicere*, id eſt adiectionem nõ recipere, *l. 9. ʒ. eod. l. 1. Cod. de vendend. reb. ciuit. l. pen. C. de omni agro deſerto. l. 2. Cod. de locatione præd. ciuil.* Addicere eſt auctione conſtituta rem penes eum collocare qui pluris licitus fuerit. In diem addicere, eſt rem penes emptorem collocare, hac lege. *niſi quis intra certum diem meliorem conditionem attulerit.* Cuiac. ad *l. 18. ʒ. e.* addictiones προσκυρώσεις adiectiones ὑπερθεματισμοὺς Græci vocant. Tertull. *in Apologet.* ſub eadem annotatione quæſtoris, diuinitas addicta conducitur. Cuiac. ad *tit. de fide, & iure haſtæ.* hæ, ad pretium, illæ ad rẽ referuntur. In diem addictio hoc ſenſu à Græcis definitur, emptio & venditio ea lege contracta ſubſequuta licitatione ſine auctione pretij, (γενομένου ὑπερθεματισμοῦ ἤτοι ἐπαυξήσεως) intra diem, de quo in contrahenda venditione conuenit, venditio reſcindatur. *Synop. Baſ. 19. tit. 2. c. 3.*

d formula in diem addictionis, adde *l. 2. §. 4. ʒ. pro empt.* Plaut. *Captiuis act. 1. ſcena 2.* Ageſis, roga emptum niſi quis meliorem adferet, quæ tibi atq; amicis placeat conditio magis. Quaſi fundum vendam, me meis addicam legibus. Adde *l. ſi quis hac l. 41. ʒ. de rei vindic. l. ſi res. ʒ. quib. modis pignus.*

e Puta emptio ſub conditione interdum reſolui poteſt, quod etſi accidat, non tamen conditionalis eſt emptio Si hoc conuenit, *vt meliore allata conditione diſcedatur ab emptione*, pura emptio eſt, quæ ſub conditione reſoluitur. ſin ita, *vt perficiatur emptio niſi melior conditio offeratur*, conditionalis eſt emptio, verbum enim *niſi* facit conditionem. f *d. l. 2. l. 3. ʒ. de contrah. empt.* g Differentiam inter contractum conditionalem, & purum reſoluendum ſub conditione, obſerua, *vt l. 1. 2. ʒ. de leg. commiſſor.* Priori caſu licèt res ſit tradita pactum tamen in diem addictionis (quod & formula eiuſdem ſatis oſtendit) ipſo iure contractum reſoluit, etſi non interueniat retro traditio. Iaſon ad *l. 58. ʒ. de pact. num. 7.* alias differentias v. in *§. 1. ʒ. eo. l. 3. 4. ʒ. eo.* h *v. l. 6. ʒ. eo.* i Statim atque res in diem addicta, & pura venditio eſt (quod vt accidat ſup. diximus) is cui res addicta eſt, vt vſucapit, fructus & acceſſiones lucratur, ita periculum rei, eius eſt (is effectus eſt in diem addictionis, quæ puram venditionem continet, *vt hic.*) Cur eius eſt periculum? Quia poſt interitum rei, nulla amplius melior conditio afferri poteſt, *l. 3. ʒ. eo.* Quid ſi in diem addictio conditionalis eſt? is cui res addicta, neque vſucapit, neque fructus ſuos facit. *l. 4. ʒ. eo.* His conſtat, puræ & conditionalis venditionis magnum diſcrimen eſſe. k adde *l. 4. §. 1. ʒ. eod.*

l *l. 2. §. 4. ʒ. pro empt.* m adde *l. 2 in fin. l. 3. ʒ. eo.*

n alias, *à partus ſpecie.* o de qua dictum eſt §. 1. ʒ. eo.

p Principali vno ſublato, aliud æquè principale conſtare poteſt.

q *l. 3. ʒ. quibus mod. pign.* adde *l. 3. ʒ. de pignorib.*

r *l. 41. in princ. ʒ. de rei vind.*

4 ¶ Idem Iulianus libro 88. Digeſtorum ſcripſit, eum, qui emit fundum in diem, interdicto *Quod vi aut clam* vti poſſe. Nam hoc interdictum ei competit, cuius intereſt, opus non eſſe factum. Fundo autem (inquit) in diem addicto, & *a* commodum, & incommodum omne ad emptorem pertinet, antequam venditio transferatur: & ideo, ſi quid tunc vi aut clam factum eſt, quamuis melior conditio allata fuerit, ipſe vtile interdictum habebit, ſed eam actionem, ſicut fructus *b*, inquit, quos percepit, venditi iudicio præſtaturum.

5 ¶ Cùm igitur nunc recedatur ab emptione, vbi purè contrahitur: vel tunc non impleatur, vbi ſub conditione ſit, cùm melior conditio ſit allata: ſi falſus *c* emptor ſubiectus ſit; eleganter ſcribit Sabinus, priori rem eſſe emptam: quia non videatur melior conditio allata eſſe, non exiſtente vero emptore: ſed & ſi exiſtat filius emptor, meliorem tamen conditionem non afferat, æquè dicendum erit, perinde haberi, ac ſi non exiſteret.

6 ¶ Melior *d* autem conditio afferri videtur, ſi *e* pretio ſit additum.

¶ Sed etſi nihil pretio addatur, ſolutio tamen offeratur facilior pretij, vel maturior, melior conditio afferri videtur. Præterea, ſi *f* locus opportunior ſoluendo pretio dicatur, æquè melior conditio allata videtur, & ita Pomponius libro 9. ex Sabino ſcribit. Idem ait, & ſi perſona *g* idoneior accedat ad emptionem, æquè videri meliorem conditionem allatam. Proinde ſi quis accedat eiuſdem pretij emptor, ſed qui leuioribus emat conditionibus, vel qui ſatiſdationem nullam exigat, melior conditio allata videtur. Ergo idem erit probandum, & ſi viliori pretio emere ſit paratus, ea tamen remittat, quæ venditori grauia erant in priore emptione.

5. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

QVidquid *h* enim ad vtilitatem venditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet.

De fructibus.

6. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

ITem quod dictum eſt *i*, fructus *k* interea captos emptorem priorem *l* ſequi, toties verum eſt, quoties nullus emptor exiſtit, qui *m* meliorem conditionem afferat: vel falſus exiſtit. ſin verò extitit emptor poſterior, fructus refundere priorem debere conſtat," ſed venditori." & ita Iulianus libro 48. Digeſtorum ſcripſit.

1 ¶ Si quis extiterit, qui meliorem conditionem afferat, deinde *n* prior emptor aduerſus eum licitatus ſit, & penes eum emptorem manſerit: dubitari poterit, vtrum fructus *o* ipſe habeat, quaſi nulla meliore conditione allata: an verò *p* venditoris ſint, licet eadem ſit perſona, quæ meliorem conditionem attulit? quod ratio facere videtur, intererit tamen quid acti ſit. & ita Pomponius ſcribit.

De effectu adiectionis.

7. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

LIcèt autem venditori, meliore allata conditione, addicere *q* poſteriori: niſi *r* prior paratus ſit plus adicere *ſ*.

De emptore admonendo melioris conditionis allatæ.

8. *Idem* lib. 33. ad Edictum.

NEceſſe autem habebit venditor, meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere, vt, ſi quid alius adicit, ipſe *t* quoque adicere poſſit.

De effectu adiectionis.

9. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

SAbinus ſcribit, licere venditori *u* meliorem conditionem oblatam abiicere *x*, ſequíque primam quaſi meliorem, & ita vtimur. Quid tamen, ſi hoc erat nominatim actum, *vt liceret reſilire emptori meliore conditione allata?* dicendum erit diſſolutam priorem emptionem, etiam ſi venditor ſequentem non admittat.

De diſtractione pignoris.

10. *Iulianus* lib. 13. Digeſtorum.

SEd ſi proponatur, à creditore pignus in diem addictum, non poteſt videri bona fide negotium agi, niſi adiectio recipiatur. Quid ergo eſt, ſi inops *y* emptor, & impediendæ tantummodo venditionis cauſa interuenit? poteſt creditor, ſine periculo, priori emptori addicere.

An res addicta poſſit iterum addici. 1. De pluribus venditoribus.

11. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

QVod autem Sabinus ſcribit, fundum in diem addici non poſſe rurſus, qui ſemel fuerit in diem addictus, ratione eiuſmodi defendit: quia prioris, inquit, emptoris ſtatim ſit, ſcilicet quaſi non videatur melior conditio allata, ſi non ſecurè ſecundo emptori fundus addicitur, ſed alia licitatio proſpicitur. Sed Iulianus *a* lib. 15. Digeſtorum ſcripſit, intereſſe multum, quid inter contrahentes actum ſit, nec impedire quidquam, vel hoc agi, vt *b* ſæpius "fundus" collocetur †, dum vel prima, vel ſecunda, vel tertia adiectione res à venditore diſcedat.

1 ¶ Item quod Sabinus ait: ſi tribus vendentibus, duo poſteriori addixerint, vnus non admiſerit adiectionem, huius partem priori, duorum poſteriori emptam, ita demum verum eſt. ſi variis pretiis partes ſuas diſtraxerunt.

12. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

ET ſi diſpares partes vendentium fuerint.

13. *Vlpianus* lib. 28 ad Sabinum.

QVod ſi vno pretio vendiderint, dicendum eſt, totam priori emptam manere: quemadmodum ſi quis mihi totum fundum ad diem addixiſſet, poſtea verò pretio adiecto, dimidiam *c* alij addixerit. Celſus quoque lib. 8. Digeſtorum refert, Mucium, Brutum, Labeonem, quod Sabinum exiſtimare. Ipſe quoque Celſus idem probat. & addicit: mirari ſe, à nemine animaduerſum, quòd ſi prior emptor ita contraxit, *vt d niſi e totum fundum empturus nollet habere*, non habere eum eam partem emptam, quam vnus ex ſociis poſteriori emptori addicere noluit.

1 ¶ Verum eſt autem, vel vnum *f* ex venditoribus poſſe meliorem afferre conditionem; emere enim cum *g* tota re etiam noſtram partem poſſumus.

De adiectione ſimulata. 1. De emptore non idoneo. 3. De pupillo, vel filiofamilias, vel ſeruo plus offerentibus. 5. De fructibus.

14. *Paulus* libro 5. ad Sabinum.

SI venditor ſimulauerit, *h* meliorem allatam conditionem, cum minoris *i*, vel etiam tantidem alij venderet, vtrique emptori in ſolidum erit obligatus *k*.

1 ¶ Sed ſi emptor alium non idoneum ſubiecerit, eíque fundus addictus eſt, non video (inquit) quemadmodum priori ſit emptus, cùm alia venditio & vera poſtea ſubſecuta ſit. Sed verum eſt, venditorem deceptum ex vendito actionem habere cum priore emptore, quanti ſua interſit, id non eſſe factum. per quam actionem & fructus, quos prior emptor percepit, & quo deterior res culpa vel dolo malo eius facta ſit, recipiet venditor: & ita Labeoni, & Neruæ placet.

2 ¶ Sed ſi neuter ſubiecit emptorem, maiore autem pretio addictum eſt prædium ei, qui ſoluendo non eſt, abitum eſt à priore emptione: quia ea *l* melior intelligitur, quam venditor comprobauit, cui licuit non addicere.

3 ¶ Sed & ſi pupillus poſtea ſine tutoris auctoritate pluris emerit, conſentiente venditore adbibitur *m* à priore emptione. Idem & de ſeruo alieno.

¶ Aliter *n* atque ſi ſeruo ſuo *o*, vel filio, quem in poteſtate habet, vel domino rei per errorem id addixerit: quia non eſt emptio his caſibus. Quod ſi alieno ſeruo, quem putauerit liberum eſſe, addixerit, contra ſe habebit, & erit hic ſimilis egenti emptori, qui meliorem conditionem attulerit.

4 ¶ Emptorem, qui meliorem conditionem attulerit, præter *p* corpus nihil ſequitur, quod venierit.

5 ¶ Non tamen ideo, ſi tantumdem pretium alius det, hoc ipſo quod fructus *q* eum non ſequantur, qui ſecuturi eſſent priorem emptorem, melior conditio videtur allata: quia non id agitur inter emptorem, & venditorem.

De morte venditoris ante adiectionem. 1. Quid ſit meliorem conditionem afferre.

15. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

SI prædio in diem addicto, ante diem venditor mortuus ſit, ſiue poſt diem heres ei exiſtat, ſiue omnino non exiſtat, priori prædium emptum eſt: quia * melior conditio allata, quæ domino placeat, intelligi non poteſt, cùm *r* is qui vendat, non exiſtat. Quòd ſi intra diem adiectionis heres exiſtat, melior conditio ei afferri poteſt.

a l. 11. §. 10. ℑ. *quod vi aut clam.*
b vide *l. 6. ℑ. eod.*
c *l. 55. ſ. de contrah. empt.* & falſus tutor, *l. 225. ℑ. de verb. ſign.*
d Melior conditio venditionis intelligitur ſi pretij additio, ſi ſolutio pretij facilior vel maturior, ſi locus opportunior ſoluendi pretij: ſi idonior perſona ſit noui emptoris: ſi emptor nouus remittat ſatiſdationem venditori, aut non eas conditiones exigit, quas prior emptor: & breuiter, melior conditio, quæ vtilior venditori, *vt hic*, *& l. 5. ℑ. eod.* conſiderata pretij, temporis, loci, perſonæ & conditionum qualitate, *vt hic. Syn. Baſ. eo. c. 3.*
e propria & vera eſt hæc adiectio.
f v. quæ notaui ad *l. 8. ſ. quod certo loc.*
g Perſona quò magis idonea eſt, eò plus eſſe in obligatione efficit, adde *l. 112. in fin. ℑ. de verb. oblig. 4. Ecl. c. 4.*
h Melior conditio cenſetur venditoris quæ vtilior, ac magis conducit venditori, *Syn. eod. c. 3. in fin. Harm. 3.*
i *l. 2. in fin. ſ. eod. l. 16. ℑ. eod. l. 2. §. 4. ℑ. pro emptore.*
k adde *l. 5. ℑ. de lege commiſſoria, l. fructus, ℑ. ſoluto matr.* vide Beroum *quæſt.* 59.
l Prior emptor hic eſt, cui priori res vendita, ſub pacto in diem addictionis, poſt quem admitti ſolet alius meliorem conditionem offerens.
m *l. 4. §. 4. verſ. fundo, ſ. eo. l. 14. § 1. l. vlt. ℑ. eo.*
n *l. vltim. ℑ. de iure fiſci.*
o *l. 16. ℑ eo.*
p Emptor poſterior rem ſolam nō fructus accipit: Cur? Non propterea quod pretium priori refundat, venditoris conditio melior fieri videtur, ſi fructus ipſe lucraturus ſit, *Syn. Baſ. eo. c. 10.*

q προσχυρεῖν 19. *Syn.* 2. *c.* περὶ ὑπερθεματισμοῦ. *& ibi. Scholiaſtes*: *& 3. Har. 3. c. 108.*
r Imò, plus licèt adiiciat, venditor eam conditionem abiicere poteſt, *v. l. 9. ℑ. eod.*
ſ ὑπερθεματίζειν *Syn. ibid.*
t adde caſum *l. 35. ſ. de minorib.*
u Pactum addictionis nonnunquam fauore venditoris, nonnunquam emptoris adiicitur. Venditoris, in dubio, & generaliter: Emptoris, ſi ita conuenerit, vt liceret emptori reſilire ab emptione, meliore conditione allata. multum igitur intereſt, cuius cauſa pactum reſolutorium ſit adiectum.
x id eſt, adiectionem non recipere (vide quæ notaui ad epigraphen huius tituli) id eſt ſuo beneficio renuntiare, *l. 2. ℑ. de lege commiſſ. leg. penultim. Cod. de pactis.*
y Adiicere pretio aut plus offerre nemo intelligitur; niſi qui magis idoneus ſit ad ſoluendum, adde *l. 4. circa fi. ſ. eod.*

a *Ecl. c. 8.*
b Poteſt & illi … plus adiicit, … in diem quis add… cere: vt adimat… ſcilicet ei res ven… dita, ſi alius add… ciat: idque ad te… tium vſque empt… rem. *Synop. eod. c.* … Pactum adiectio… in diem ſemel, … rum, ac ſæpius p… teſt adiici,
† *Collocare* eſt a… dicere ei qui li… tatione vicerit. … enim legendum … *in l. 35. ſ. de mi…* Varro 4. *de lin…* ab eo præco di… tur locare quo… vſque res emit… quoad in a … conſiſtit preti… Cuiacius ad *l.* … Hoc verbum re… ritur in *l. 4. Cod.* … *vectigal. l. 1. l.* … *de locat. præd.* … *l. 10. ℑ. de ſponſ…* Cuiac. ad *d. l.* …
c partem ſcil. …
d Vnitas preti… efficit, vt inte… contractus man… Quæ tota a… integra tantum… mere volumus, … pro parte nobis … ferri non poſ… Nam vt indiui… fuit ſtipulatio, … præſtatio eſt.
e adde *l. 47. in…* *ſ. de minorib.*
f Ex duobus … ciis rem com… nem vendent… addicentibus … vnus ex eis p… adiicere, atque … cum tota re, … ſuam partem … re, *vt hic.* A… in duobus ſ… ementibus, *v. l.* … *ℑ. eod.*
g ſecus ſi ſepa… tim, *l. 17. ſ. com… diuid. l. 41. de p… act. l. 17. ſ. de c… trah. empt. l. 8…* *4. ℑ. leg. 2.*
h Simulato co… tractu, a vero … di non poteſt … iuſtóque con… ctu, a vero … poteſt.
i Simulatio … ſtantiæ in hoc … tractu non ad… titur, ſed quan… tis.
k nec enim … ma eſt diſſe… *l. 4. §. 5. ſ. …*
l Comprobat … malum ſcien… ligit.
m quemadmo… id fiat, *v. l.* … *nomat.*
n Verus co… ctus non reſol… per contractum … iure non tene… cus ſi teneret … quo iure.

o Emptio non eſt inter ſeruum & dominum: filium & patrem.
p Emptori, cui plus adiicienti res addicitur, ſolum rei corpus addicitur … ter corpus rei, nihil conſequitur, adde §. 1. *ſ. eod.*
q vide *l. … ſ. eod.*
r adde *l. 3. ſ. eod.* & morte finitur voluntas, nolle autem non dicitur qui … non poteſt, *l. 4. ℑ. de acquirenda hereditate.*

1 ¶ Si

1 ¶ SI *a* fundus in diem addictus fuerit, pluris, vt quædam ei *b* accedant, quæ non acceſſerint priori emptori, ſi non minoris ſint hæres, quàm quo pluris poſtea fundus venierit, prior venditio valet, quaſi melior conditio allata non ſit, ſi minoris ſint.

¶ Idémque æſtimandum eſt, ſi dies longior pretij ſoluendi data fuerit, vt quæratur *c* quantum ex vſura eius temporis capi potuerit.

De fructibus & ſumptibus.

16. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

IMperator Seuerus reſcripſit, Sicut fructus *c* in diem addictæ domus, cùm melior conditio fuerit allata, venditori reſtitui neceſſe eſt: ita rurſus, quæ *d* prior emptor medio tempore neceſſario proVauerit *e* erogata, de reditu retineri: vel, ſi non ſufficiat, ſolui æquum eſt: & credo *f* ſenſiſſe principem de empti venditi *g* actione.

De duabus rebus duobus ſeparatim addictis.

17. *Iulianus* lib. 15. Digeſtorum.

CVm duo ſerui duobus ſeparatim denis in diem addicti ſint, & extiterit, qui pro vtroque triginta det, refert *h*, vnius pretio decem, an ſingulorum quina adiiciat: ſecundum ſuperiorem adiectionem, is ſeruus inemptus erit, cuius pretio adiectio facta fuerit: ſecundum poſteriorem ‖ adiectionem, ‖ vterque ad poſteriorem emptorem pertinebit. Quod ſi incertum *i* ſit, ad vtrius pretium addiderit, à priore emptione non videbitur eſſe diſceſſum.

De re addicta duobus ſociis.

18. *Africanus* lib. 3. *k* Quæſtionum.

CVm in diem duobus *l* ſociis fundus ſit addictus, vno ex his pretium adiiciente, etiam pro ipſius parte à priore venditione diſcedi rectius exiſtimatur.

Si præter rem in diem addictam alia quoque veneat.

19. *Iauolenus* lib. 2. ex Plautio.

FVndo in diem addicto, ſi *m* poſtea pretium adiectum eſt, & venditor, alio *n* fundo applicito, eum ipſum fundum poſteriori emptori addixit, & id ſine dolo malo fecit, priori emptori obligatus *o* non erit. nam quamuis non id tantùm, quod in diem addictum erat, ſed aliud quoque cum eo venierit, tamen, ſi venditor dolo caret, prioris emptoris cauſa abſoluta eſt *p*: id enim ſolum intuendum eſt, an *q* priori venditori bona fide facta ſit adiectio.

An datur actio priori emptori contra ſecundum.

20. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

PRior *r* emptor poſt meliorem conditionem oblatam, ob pecuniam in exordio venditori de pretio ſolutam, contra ſecundum emptorem, citra delegationem iure ſtipulationis interpoſitam, agere non poteſt *ſ*.

a ſi de nouo res acceſſerit ei, qui plus adiicit, quæ res non minoris ſit, quàm id quod ab ipſo adiectum eſt, prior venditio non reſcinditur: quemadmodum & die longiore pretij ſoluendi conceſſo, non tanta capi vſura poterit, quanti eſt facta acceſſio, *Syn. Baſil. eod. cap.* 11. 3. *Harm.* 3. §. 11.

b *l.* 19. *inf. eod.*

c vide *l.* 6. ꝟ. *eod.*

d Fructus percepti per emptorem, vt meliore conditione oblata reſtituuntur venditori, ita primò eidem emptori reſtitui oportet, quod bona fide impenderit.

e Sumptus neceſſarij reſtitui debent emptori cui res aufertur.

f Argumentum à Tituli diſpoſitione. Ita lex quæque ad eam actionem erit referenda, de qua titulus ipſe loquetur.

g ſic dicitur empti venditi.

h cui duæ res venduntur, duplici pretio, hoc pacto, *vt aliquid addatur ad pretium*, illius venditio reſoluitur ad cuius pretium fuit additum: quod ſi nõ apparet, neutra. vide *l.* 34. ꝟ. *de ædilitio: l.* 29. *inf. de verb. ſign.*

i Incertitudinis ratione, actus irritus efficitur.

k v. Cuiac. 3. *ad Afric. fol.* 30.

l Duobus ſociis ementibus quibus res in diem communiter addicitur, vnus ex eis adiicere poteſt, ac ſimiliter cum tota re partem ſuam emere, *vt hic.* adde *l.* 13. §. 1. ꝟ *eod.*

m *Commodius hunc locum ita legemus*, ſi poſtea pretium adiectum eſt alio fundo applicito, & venditor eum ipſum fundum poſteriori emptori addixit, & id ſi ſine dolo malo fecit, priori emptori obligatus non erit hac ſententia, licèt venditor priori emptori, fundum in diem addixerit, poteſt tamen venditor, fundo ita vendito alium applicare, eóque ita applicato, nouum emptorẽ qui plus pretio adiiciat, quærere. Id, inquam, poteſt venditor facere bona fide. In hac ſpecie, id ſolum intuendum eſt, an poſteriori à venditore bona fide facta ſit adiectio, ſic enim videtur legendum in fine huius legis.

n vt in *l.* 15. §. 1. *ſupr. eod.*

o *ſub.* venditor.

p i. à prima venditione videtur receſſum eſſe.

q *ita videtur legendum*, an poſteriori, *ſub.* emptori à venditore bona fide facta ſit adiectio: i. id ſolum inſpicimus, in hac hypotheſi, an venditor bona fide fundo priori emptori vendito, fundum alium adiecerit, vt priorem melius venderet: ſi bona fide id fecerit, nullum dubium eſt, à priore venditione receſſum eſſe.

r Prior emptor, cui in diem res addicta eſt à venditore, licèt ipſi venditori pretium rei ſoluerit, contra ſecundum emptorem (cui plus adiicienti res à venditore addicta eſt) agere non poteſt, niſi ei ſtipulanti venditor ſecundum ipſum emptorem delegauerit. Cur prior emptor in ſecundum experiri non poteſt? quia perſonalis actio fundum non ſequitur.

ſ niſi in ſubſidium, venditore non ſoluendo, *l.* 2. 3. 4. *C. quando fiſc. vel priuat.*

t 19. *Ecl.* 3. *facit* 2. *Paulus ſent.* 13. & 4. *C.* 54. *l.* 3.

u i. conuentione commiſſoria, ideo minus Latinè dicitur *pactum legis commiſſoria* Duarenus *Lex enim* eſt conuentio quæ contractui adiicitur. Cuiac. *hic.*

x *Lex committitur*, vt ſtipulatio committitur, cùm aduerſus ſtipulationem aliquid factum eſt. Hæc pactio, olim & veteribus dicebatur *fiducia*. Eſt autem *fiducia* pignus, quod creditori mancipatur, aut in iure ceditur ea lege vt, ſoluta ad diem pecunia, remancipetur: non ſoluta creditori pleno iure committatur. v Cuiac. *apud Paul.* 2. *ſent.* 13. *Commiſſoriam* dici idem author hic notat, quòd qui in eam committit, in vniuerſam venditionem committat. Ideoque ſtatim atque hæc commiſſa lex eſt, hoc eſt, cùm per culpam emptoris, qui eam commiſit, locum habere cœpit pactum, puta elapſo die in ea comprehenſo, ſtatuere debet venditor, atque eligere, vtrum commiſſoriam exercere malit aduerſus emptorem, an potius verum pretium petere, nec poteſt poſt electionem variare.

y Formulam commiſſoriæ legis v. in *l.* 2. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 8. *inf. eod.*

z Quid? pignus poteſtne lege commiſſoria contrahi, vt venditio non poteſt: Pactum commiſſorium ſeu lex commiſſoria in pignoribus reprobatur, ne fœneratoribus graſſandi via pateat, *l. vlt. C. de pactis pignorum.*

DE *t* LEGE *u* COMMISSORIA *x*.

TIT. III.

Effectus.

Vlpianus lib. 28. ad Sabinum.

SI fundus commiſſoria *y* lege venierit *z* magis *a* eſt, vt ſub conditione reſolui *b* emptio, quàm ſub conditione contrahi videatur *c*.

De electione venditoris.

2. *Pomponius* libro 35. ad Sabinum.

CVm venditor fundi in lege ita *d* cauerit, *ſi ad diem pecunia ſoluta non ſit* ‖ *vt fundus inemptus e ſit*, ita accipitur inemptus eſſe fundus, ſi venditor inemptum eum eſſe velit. quia *f* id venditoris cauſa caueretur. nam ſi *g* aliter acciperetur, exuſta villa, in poteſtate emptoris futurum, vt non dando pecuniam inemptum faceret fundum, qui eius periculo fuiſſet.

3. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

NAm legem commiſſoriam, quæ in venditionibus adiicitur, ſi volet venditor exercebit, non *h* etiam inuitus *i*.

Quæ actio datur venditori, reſoluta venditione. 1. *De fructibus.* 2. *De electione venditoris.* 3. *De pacto, vt quanto minoris res vendetur, exigatur à priore emptore.* 4. *Quo caſu locus eſt commiſſoriæ.*

4. *Vlpianus* libro 32. ad Edictum.

SI fundus lege commiſſoria venierit, hoc eſt, *vt niſi intra certum diem pretium ſit exſolutum, inemptus* k *fieret*: videamus, quemadmodum venditor agat tam de fundo, quam de his, quæ ex fundo percepta ſint: itémque ſi deterior fundus effectus ſit facto *l* emptoris: & quidem finita *m* eſt emptio: ſed iam deciſa quæſtio eſt, ex *n* vendito actionem competere: vt reſcriptis Imperatoris Antonini, & Diui Seueri declaratur.

1 ¶ Sed, quod ait Neratius, habet rationem: vt interdum fructus ‖ emptor ‖ lucretur, cùm *o* pretium, quod numerauit, perdidit. Igitur ſententia Neratij tunc habet locum, quæ eſt humana quando emptor aliquam partem pretij dedit *p*.

2 ¶ Eleganter Papinianus libro tertio reſponſorum ſcribit, ſtatim *q* atque commiſſa lex eſt, ſtatuere venditorem debere, vtrum commiſſoriam velit exercere, an potius pretium petere: nec poſſe, ſi commiſſoriam elegit *r*, poſtea variare *ſ*.

2 ¶ In commiſſoriam etiam hoc ſolet *t* conueniri, *vt ſi venditor eundem fundum venderet, quanto* u *minoris*

a ſub conditione reſolui & contrahi differunt. Sub conditione contrahitur venditio, quæ ab initio eſt conditionalis ſub conditione verò reſoluitur, quæ initio pura eſt, exitu conditionalis.

b Illud omnium longè vtiliſſimum eſt, quæri: An ita reſoluta venditione, venditor ſit immunis à laudimiis domino ac patrono præſtandis? Molinæus 1. *conſuet.* §. 23. *num.* 10. & *ſequentibus*, tradit, vẽditione facta ſub clauſula reſolutiua cadente in legem commiſſoriam, pecunia in diem non ſoluta, reſolui contractum. Ideoque omnia eius acceſſoria, & ab illo dependentia reſoluta eſſe. Conſequens eſſe, vt eo caſu, iura feudalia ex eodem contractu orta, exceptionis huius vel actionis ope reſoluantur. Hic enim, per non ſolutionem, venditionem ipſo iure retro annullatã eſſe, & ad non cauſam redactam: quod idem Molinæus confirmat 2. *conſuet.* §. 55. *gl.* 1. *n.* 162. vbi *n.* 165. 166. 167. tradit, ſuperiora intelligi, quando lex commiſſoria ad modicum tempus relata eſt: tunc enim non dici alienatum quod breui reuertitur. Secus ſi in ſeptennium vel amplius hæc lex ſit concepta. tunc enim ex conditione tam inſolenti fraudem præſumi: & aliud agi videri, vt dominus directus toto decennio, nec tutè retrahere poſſit, nec vllo modo laudimia petere. tũc autem ſtatim & ſemel iura dominicalia de venditione deberi, non de reſolutione. Quid ſi laudimia per errorem ſoluta, an repetentur? vide quæ notaui ad *l.* 4. *C. de pact. inter empt.* c *l.* 2. §. 3. *inf. pro emptore.* interim tamen eſt pura. Lorior. *hic.*

d De formula legis commiſſoriæ, adde *l.* 2. *l.* 3. *C. de pact. pign.* 1. *Feuder.* 27. & 2. *tit.* 51. §. 6. & *l.* 4. *l.* 5. *l.* 8. *inf. eo.*

e ὡς ἀγοραστὸς *Syn.* 19. *tit.* 3. *c.* 1. *Inempti* verbum ſolenne in lege commiſſoria. *l.* 4. *l.* 5. *l. vlt.* ꝟ. *eod. l. Æmilius* 38. ꝟ. *de minor. l. ſed Celſus* 6. §. *ſi fundus* 1. ꝟ. *de contr. empt. l. ſi duobus* 6. §. 1. ꝟ. *de diuerſ. & temp. præſcr. l. traiectitiæ.* ꝟ. *de oblig* vt & *Inuenditi* vox, *l. vlt.* §. 1. ꝟ. *de reſcindenda vendit.* Sed & illud vſitatum, vt res reddatur, ſi diſplicuerit, *l.* 6. ꝟ. *de reſcindenda*, aut ſi contractus reſcindetur, *Syn. Baſil.* 19. *tit.* 3. Idem dicendum eſt, ſi aliis verbis directis (lex enim nudis verbis non eſt imponenda *l.* 2. *C. comm. de leg.*) ita conuentum fuit, *res habeatur pro infecta*, vel *res ſit inempta*. Vtrumque enim verbum eſt directum: conſequẽter idem fuerit ſi verba executionem facti demonſtrantia vel importantia addita fuerint Talia namque reſolutionem ipſo facto teſtantur & arguunt: vt ſi ita conuentum ſit, *vendẽrem poſſe ſine miniſterio iuſtitiæ ſe reinſinuare*, id eſt, reaſſumere remque poſſidere & ex propria authoritate. Idem dicendum, ſi ita venditio concepta fuerit: *ſi ad diem pecunia non ſoluta ſit, alteri vendere mihi licebit*: quia expreſſo effectu, pariter ipſum efficiens cenſetur expreſſum. vt hinc conſtet hæc verba *ſit inemptus*, non eſſe formalia, cùm ſufficiant quæcunque importantia reſolutionem contractus ipſo iure. Molinæus 1. *conſuet.* §. 23. *num.* 10. & *ſequentibus.*

f adde *l.* 6. ꝟ. *de pigneratitia.* quæ eſt ex eodem libro Pomponij ad Sabinum, v. *l.* 6. *C. de legibus.* g Interpretationes abſurdæ vitandæ.

h Si venditor legem commiſſoriam non exercet inuitus, ea vti liberum eſt venditori. Factum legis commiſſoriæ adiicitur gratia venditoris.

i aliàs quod in fauorem eius introductum fuiſſet, in eius iniuriam retorqueri iniquum eſſet, *l.* 6 *C. de legibus*, volens tamen ei renunciare, poteſt. *l. pen. C. de pact.*

k *v. l.* 2. *ſupr. eod.* l vide *l.* 6. §. 1. *inf. de ſeruis exportandis.*

m lex enim commiſſoria conditionalem emptionem non facit, ſed eam puram, eueniente conditione, reſoluit. *Bald.*

n Lege commiſſoria venditioni adiecta, & emptore intra ſtatutum tempus pretium non ſoluente, finita intelligitur emptio, *vt ſupra* Rem autem ipſam, rei fructus, damna rei illata ab emptore venditor repetit actione ex vendito, *vt hic.* & ita Sabinus cenſuit *l.* 6. ꝟ. *de reſcindenda.* Proculiani vero vt & Paulus in factum dabant: *d. l.* 6. ſed res eſt iam deciſa ex pacto legis commiſſoriæ, dari ex empto vendito actiones, *vt hic.* & ita verbum *deciſa* hic accipe Pro Vlpiano etiam facit *l.* 2. *C. de pactis inter emptorem.* Quid ſi partem pretij emptor venditori numerauit? fructus lucratur eo caſu, §. 1. ꝟ. *eo.* & ita obtinuiſſe refert Rom *ſingulari* 538. 540. o *l.* 6. §. 1. *ſupr. de contrah. empt. l.* 3. *C. de pactis inter empt.*

p Nota humanum eſſe, emptorem fructus lucrari, ſi pretij partem perdidit. Quid ſi partem pretij intulit, & nullos fructus percepit? partem fructuum amittit. Eſt igitur lex commiſſoria odioſa.

q Lege commiſſoria ſtatim vti debet venditor: ſtatim, inquam, ſeu cùm primum lex ipſa commiſſa eſt.

r Commiſſoriam elegit, qui pretij vſuras petiit aut percepit, ideoque huiuſmodi petitione commiſſoriæ renuntiare videtur. vide *l.* 4. *C. de pact. inter empt.*

ſ Variatio regulariter prohibita. *l.* 7. ꝟ. *eod.* quia electione ius eſt quæſitum emptori, quod variatione venditoris interuerti illi nequit. vide *l.* 20. *inf. de option. legat.*

t Conſueta adiici contractibus, non præſumi adiecta ſi aliquid adiiciant obligationi, hinc notat Bald. adde *l. vlt. Cod. de fide iuſſor. l. ſciendum.* 30. *infra de verb. oblig.*

u *l.* 6. §. 1. *ſupr. de contrahenda emptione.*

vendiderit,id à priore emptore exigat: erit itaque aduerſu eum ex vendito actio.

4 ¶ Marcellus libro viceſimo dubitat,commiſſoria vtrum *a* tunc locum habet, ſi interpellatus non ſoluat,an verò ſi non obtulerit: & magis arbitror, offerre *b* eum debere,ſi vult ſe legis commiſſoriæ poteſtate ſoluere: quod ſi *c* non habet,cui offerat, poſſe eſſe ſecurum.

De fructibus.

5. *Neratius* lib. 5. Membranarum.

LEge fundo vendito dicta, *vt d, ſi intra certum tempus pretium ſolutum non ſit, res inempta ſit*, de fructibus *e*, quos interim emptor percepiſſet,hoc agi intelligendum eſt,vt emptor interim eos ſibi ſuo quoque iure perciperet:ſed ſi fundus reueniſſet *f*, Ariſto exiſtimabat,venditori de his iudicium in emptorem dandum eſſe:quia nihil *g* penes eum reſidere oporteret ex re in qua fidem *h* fefelliſſet.

De reſolutione emptionis: & eo, quod datum eſt à venditore.
1. De acceſſionibus 2. De tacita renuntiatione.

6. *Scæuola* lib. 2. Reſponſorum.

DE lege commiſſoria interrogatus ita reſpondit,ſi per emptorem factum ſit, quo minus legi pareretur,& ea lege vti venditor velit fundos inemptos fore,& id,quod arrhæ *i* vel alio nomine datum eſſet, apud venditorem remanſurum.

1 ¶ Idem reſpondit,ſi ex lege inempti ſint fundi, nec *k* id,quod acceſſurum dictum eſt,emptori deberi.

2 ¶ Poſt *l* diem lege commiſſoria comprehenſum, venditor partem reliquæ pecuniæ accepit.Reſpondit, ſi *m* poſt ſtatutum diem reliquæ pecuniæ, venditor legem dictam non exercuiſſet,& partem reliqui debiti accepiſſet, videri receſſum à commiſſoria.

7. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris Epitomarum.

POſt diem commiſſoriæ legi præſtitutum,ſi *n* venditor pretium petat,legi commiſſoriæ renunciatum videtur *o*,nec variare *p*, & ad hanc redire poteſt.

De emptore qui ex iuſta cauſa non ſoluit.

8. *Idem* lib. 7. Reſponſorum.

MVlier fundos Gaio Seio vendidit,& acceptis arrhæ *q* nomine certis *r* pecuniis, ſtatuta ſunt tempora ſolutioni reliquæ pecuniæ: quibus ſi non paruiſſet,emptor pactus eſt *ſ*, *vt arrham perderet, & inempta t villa eſſent.* die ſtatuto emptor teſtatus eſt,ſe pecuniam omnem reliquam paratum fuiſſe exſoluere, & ſacculum cum pecunia ſignatorum *u* ſiguis abſignauit,defuiſſe *x* autem venditricem,poſteriore autem die nomine fiſci teſtato *y* conuentum emptorem, ne *z* antè mulieri pecuniam exſolueret,quàm fiſco ſatisfaceret. Quæſitum eſt,an fundi non ſint in ea cauſa, vt à venditrice vindicari debeant ex conuentione venditoris? Reſpõdit,ſecundum ea,quæ proponerentur,non † cõmiſiſſe in legem venditionis emptorem.

DE HEREDITATE *a*, VEL actione vendita.

TIT. IV.

De hereditate qua non eſt.

Pomponius lib. 9. ad Sabinum.

SI hereditas venierit eius qui viuit *b*,aut nullus *c* ſit,nihil eſſe acti: quia in *d* rerum natura non ſit, quod venierit.

De ſatiſdatione à venditore hereditatis præſtanda.
1. Quo tempore ſpectatur quantitas hereditatis. 2. De hereditate teſtatoris & impuberis. 3. De eo quod ad venditorem hereditatis, 4. vel ad eius heredẽ peruenit. 5. Vel ob eorum dolum, aut latam culpam non peruenit. De re deperdita aut deminuta. 6. De eo quod ſeruus filiúſve venditoris defuncto debuit. 7. De indebito quod heres exegit, vel ſoluit. 8. De obligationibus, & actionibus hereditariis, vel ab herede conſtitutis. 9. De lucro & damno. 10. De re hereditaria ab herede vendita. 11. Si quid abſit venditori hereditatis, vel non. 12. De ſeruo excepto ſine peculio. 13. Vel cum peculio. 14. De ædibus, quarum nomine damni infecti promiſſum fuerat, exceptis. 15. De venditore hereditatis, qui emptori ſucceßit, & eius hereditatem vendidit. 16. De vectigalibus & tributis. 17. De impenſa funeris. 18. De eo qui vendit hereditatem debitoris ſui. 19. De ſeruientibus. 20. De venditore obligato propter hereditatem.

2. *Vlpianus* libro 49. ad Sabinum.

VEnditor hereditatis ſatiſdare *a* de euictione *b* non debet: cùm ‖id‖ inter ementem,& vendentem agatur, vt neque *c* amplius, neque minus iuris emptor habeat, quàm apud heredem futurum eſſet: planè de *d* facto *e* ſuo venditor ſatiſdare *f* cogendus eſt.

1 ¶ In hereditate vendita vtrum ea quantitas ſpectatur, quæ fuit mortis tempore,an ea,quæ fuit,cùm aditur hereditas: an ea quæ fuit cùm hereditas venumdatur, videndum erit? Et verius eſt,hoc eſſe ſeruandum, quod actum eſt: plerumque autem hoc agi videtur, vt quod ex hereditate peruenit in *g* id tempus,quo venditio fit, id videatur veniſſe.

2 ¶ Illud poteſt quæri ſi etiam impuberi ſit ſubſtitutus is,qui vendidit hereditatem teſtatoris,an etiam id, quod ex impuberis hereditate ad eum qui vendidit hereditatem, peruenit, exempto actioni locum faciat? Et magis eſt, ne *h* veniat: quia alia *i* hereditas eſt; licet enim vnum teſtamentum ſit, alia tamen,atque alia hereditas eſt. Planè ſi hoc actum ſit, dicendum erit,etiam impuberis hereditatem in venditionem venire: maximè ſi iam, delata impuberis hereditate, venierit hereditas.

3 ¶ *Perueniſſe k* ad venditorem hereditatis quomodo videatur, quæritur? Et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus venditor fuerit, hactenus videri ad eum perueniſſe, quatenus *l* mandare poteſt earum rerum perſecutionem actionéſque tribuere. enim verò vbi corpora nactus eſt, vel debita exegit, pleniùs *m* ad eum videri perueniſſe.

¶ Sed & ſi rerum venditarum ante hereditatem, venditam pretia fuerit conſecutus,palam eſt, ad eum pretia rerum perueniſſe.

¶ Illud tenendum eſt cum *n* effectu videri perueniſſe,non prima ratione: idcirco, quod *o* legatorum nomine quis præſtitit, non videtur ad eum perueniſſe:ſed & ſi quis æris alieni eſt,vel cuius alterius oneris hereditarij, perueniſſe meritò negabitur. Sed & rerum ante venditionem donatarum *p* pretia præſtari,æquitatis ratio exigit.

4 ¶ Non tantùm autem, quod ad venditorem hereditatis ‖ peruenit, ‖ ſed & quod *q* ad heredem eius ex hereditate peruenit, empti reſtituendum eſt, & non ſolùm quòd iam peruenit, ſed & quod quandoque peruenerit, reſtituendum eſt.

5 ¶ Sed & quid dolo malo eorum factum eſt, quo *q* minùs ad eos perueniat, & hoc emptori præſtandum eſt. Feciſſe *ſ* autem dolo malo, quo minùs perueniat,videtur, ‖ſiue‖ alienabit aliquid,vel etiam accepto quem liberabit: vel id egit dolo malo, ne *t* de hereditate adquireretur, vel ne poſſeſſionem adipiſceretur, quam *u* poſſet adipiſci.

¶ Sed & ſi non dolo malo, ſed lata *x* culpa admiſerit aliquid, vtique tenebitur.

a Lege commiſſoria qui vult ſe liberare emptor intra ſtatutum ſolutioni tempus,ſolutionem offerre debet:neque exigitur vt à venditore,ſolutionis nomine interpelletur, cùm primum ad diem ſtatutum ſolutum pretium non eſt, ſtatim venditio committitur, & fit irrita, neque conualeſcit oblato poſtea pretio,niſi oblatum accipiat venditor, vel non oblatum petat. *l. 6. l. 7. ∫. eod.*

b Dies enim interpellat, *vt hic.* vt & eum qui ſub pœna aliquid debet. *l. 12. C. de contrahend. & commit. ſtipul.* vel ſub vſuris. *l. 9. §. vlt. ∫. de vſuris*, vel ex cauſa emphyteuſeos, *l. 2. circa finem. C. de iure emphyteutico.* eodem modo iudex appellanti, licet non petenti apoſtolos concedere debet, *l. 6. in fin. C. de appellationibus.*

c Ei non imputabitur, neque dicetur lex eſſe commiſſa. vide *l. vlt. in fin. inf. eod. l. cum quidam 17. §. ſi pupillo 3. ∫. de vſuris. Aſſiceus 73. ſupr. de procurat.*

d ea lex eſt commiſſoria. *l. 2. ∫. eod.*

e Fructus, dum legis commiſſoriæ tempus exſpectatur, ſunt emptoris: lege tamen commiſſa, deſtituendi ſunt venditori. Reſoluto contractu, fructus reſtituendi ſunt venditori, vide *l. 6. ∫. de in diem addictione:* vbi dixi.

f *Reuenire* dicitur res, quæ reuertitur.

g excipe *l. 4. §. 1. ∫. eod.*

h Fidem qui fefellit omni commodo indignus eſt.

i Commiſſoria electa à venditore, emptor quod arrhæ aut pretij nomine dedit, amittit *l. 4. §. eod. vt hic*: facit *l. 25. in pr. ∫. de pet. hered.*

k Ratio: nempe ius eſt, vt cùm reſciſſa ſit in principali emptio, non tenetur acceſſorio. l Præſumitur venditor remittere legem commiſſoriam emptori, cùm ab ea poſt diem ſtatutum ſolutionis, ſolutionem ſeu rei pretium recipit, *vt hic.* Eadem ratione remitti legem commiſſoriam vaſallo notant, ſi poſt ſtatutum tempus, dominium ſeu homagium à vaſallo recipiat dominus. m *v. l. 4. C. eod.* n Renuntiare legi commiſſoriæ videtur, qui poſt legem commiſſum pretium rei venditæ exigit. *v. l. 4. C. de pact. inter emptor.*

o Imò non videtur. *l. 2. in verbo licere. C. de iure emphyteutico.* vbi dixi.

p *v. l. 1. §. 2. in fin. ∫. eod.* q Arrhæ nomine interdum certa ſumma, *vt hic*, interdum etiam annulus dabatur, *l. 21. §. 6. ∫. de act. empt.* r *l. vlt. C. quando licitas ab emptione.* ſ *l. 1. C. de pact. inter empt.* t v. quæ ſcripſi ad *l. 2. ∫. eo.*

u vide quæ notaui ad *l. 39. ∫. de ſolutionib.* x *l. 4. in fin. ſupr. eod.*

y Proteſtatio facta per iudicem vel officialem debitori, *ne ſoluat creditori*, excuſat eum, ne in moram incidat. Quid ſi à priuato? idem videtur, ſi iuſta cauſa inhibendi fuerit. *l. 4. in fin. ∫. quæ res pign. l. 3. C. de nouat.* aliàs non ita valet facta proteſtatio, vel inhibitio. *l. 14. ſupr. de Public. l. 27. ſupr. de conſtituta.*

z dixi ad *Auth. ſed iam. l. 11. C. depoſiti* † Quia per eum non ſtetit quominus antea ſoluerit, *l. 25. circa fi. ∫. de oblig. & act.*

a *l. 4. C. 39. Ecl. 19. tit. 4.* b Viuentis hereditas non eſt, *vt hic*, & *l. 1. ∫. pro hered.*

c aut nullius ſit, *Hal.* puto legendum eſſe, aut quæ nulla ſit, ex *l. 7. & l. 8. ∫. eod.* quod etiam extrema huiuſce legis verba ſatis innuunt, vel hanc vocem accipe pro eo qui nunquam fuerit. *v. l. 39. §. 1. ∫. de liberis & poſth.* vbi dixi.

d Quod in rerum natura eſt, aut eſſe non poteſt, vendi non poteſt.

a id eſt, cauere fideiuſſores dare; nam neque aliàs venditor de euictione dat fideiuſſorem.

b Euictionem emptori non præſtat hereditatis venditor: de facto tamen ſuo ſatiſdat, *vt hic.* Cur non præſtat euictionem? quia quoties hereditas venditur, id tacitè agitur inter emptorem & venditorem, vt ius omne venditoris penes emptorem ſit, *vt hic.*

c *l. 23. ∫. eod. l. 5.* [...] *eod. l. 95. ∫. de leg.* [...]

d De ſuo facto ſatiſdare, *de ſes faits & promeſſes*, add. *l. 9. de tuo. ∫. mandat.* de dolo ſuo. [...] *5. ∫. eod.*

e *v. l. 9. ∫. mandati.*

f Repromitten[...] Repromiſſionis verba illa ſunt: Quanta pecunia [...] hereditate, &c. [...] de *l. 50. ∫. de* [...] *oblig.* vide Cuiac. *obſ.* 30. vendi[...] enim etſi præ[...] debeat hereditatem eſſe, & ſe here[...] eſſe: ſi quid tamen ex corporibus hereditatis euin[...]tur, vt eo nomine cauere non de[...] ita nec eo nomine tenetur, quo[...] hoc agitur, vt [...] ea tantum [...]tione emptor [...]beat, quantum [...]biturus foret [...]ditor. Cuiac. [...]

g Tempus con[...]ctæ venditionis inſpicitur: a[...] mortis defun[...] aut aditæ hereditatis, vt *l. 69.* [...] *∫. de contrah.* [...] in hereditatum [...]ditionem ve[...] non ea tantum [...] fuerunt morti[...] aditionis tem[...] ſed etiam e[...] poſt mortem [...] aditionem acceſſerunt. Quid ſi heredis facto quid deceſſerit, ante factam [...]ditionem, puta venditum ſit, vel donatum; pretium eius præſtare debet, [...] apparet, in inquirenda quantitate hereditatis ita venditionis tempus ſpect[...] vt acceſſiones hereditatem augeant, deceſſiones verò heredis facto non con[...]gentes, diminuant: quod in ponenda ratione legis Falcidiæ non obſeruatur, [...] qua mortis tempus inſpicitur: nec vel acceſſionibus augetur, vel deceſſ[...] minuitur hereditas. Tempus quidem mortis, hoc etiam caſu vel ſaltem ad[...]nis ſpectari conueniebat, vt in lege Falcidia: ſed ideo venditionis temp[...]ſpicitur, quia plerumque id inter venditorem & ementem agi videtur. Cuiac. [...]

h Venditor hereditatis, ius ſubſtitutionis quod habet in ea hereditate, [...]bio non intelligitur vendere. Cur non intelligitur vendere? quia alia e[...]reditas. Quid ſi hoc actum ſit vt veniret? venditum cenſebitur, maximè ſi [...] delata impuberis hereditate venierit, *vt hic.* i Hereditas ſubſtitutione de[...] non eſt hereditas teſtatoris, ſed inſtituti: alia eſt à teſtatoris hereditate [...] vno teſtamento ſit delata k *l. 17. ∫. quod metus. l. 23. §. 1. ∫. de pet. hered. l. 17* [...] *verb. ſignif.* l *l. 51. in fin. ∫. de pecul.* Perueniſſe res ad aliquem videtur, ſi [...] perſecutionem & actionem mandare poteſt. m *Perueniſſe pleniùs* ſeu cum [...]fectu ad aliquem res videtur, cuius corpus ipſum poſſeſſor nactus eſt, *vt hic* [...] ſi pretium rei nactus ſit, *verſ. ſed et ſi ∫. eod* Minus plenè qui rei perſecutionem [...] actionem tantum mandare poteſt. *ſupr. eod.* n *Perueniſſe cum effectu* res dic[...] cuius corpus aut pretium ad aliquem peruenit: ſine effectu, ſi perſecutio [...] actio *l. 164. in fin. ∫. de verb. ſign.* o Perueniſſe id ad heredem non videtur, [...] alij reſtituere coactus eſt titulo vel legati, vel mutui, vel alterius oneris here[...]tarij *l. 165. ∫. de verb. ſign* p Hereditatis venditor, ſi quid ante venditionem [...]ſius hereditatis ex eadem donauerit, rei ita donatæ pretium emptori pr[...] cogitur. q Hereditatis venditoris heres etiam emptori tenetur in id omne [...] ad eum peruenit, aut quandocunq; peruenerit, reſtituere, *vt hic.* Imò & id [...] dolo malo ad eum non peruenerit, reſtituendum eſt emptori. r *v. l. 4. ∫.* [...] *amot.* ſ Dolo malo facit ne res ad ſe perueniant, qui alienat, vel accepto li[...] qui non adquirit hereditatem quam poteſt, aut non adipiſcitur poſſeſſionem [...] poteſt adipiſci. t Adquirendi occaſionem omittere, doli ſpecies eſt. v. [...] *l. 134. ∫. de regul. iur.* u *l. 7. §. 3. ∫. de tributaria. l. 44. ∫. mandat.* x Here[...] venditor latam culpã præſtat in non adquiſitis. Eſt verò lata culpa dolo pr[...]

¶ De perdi

¶ Deperdita *a* autem, & deminuta ſine dolo malo venditoris non præſtabuntur.

6 ¶ Illud quæſitum eſt, an venditor hereditatis *b* ob debitum à filio ſuo, qui in poteſtate eius eſſet, ſeruóve eius, cuius hereditatem vendidiſſet, præſtare *c* debeat emptori, & viſum eſt, quicquid duntaxat de peculio filij, ſeruíve, aut in ſuam rem verſum inueniatur *d*, præſtare eum debere.

7 ¶ Solet quæri, an, & ſi quid lucri occaſione hereditatis venditor ſenſerit, emptori reſtituere id debeat? & eſt apud Iuliannm *e* hæc quæſtio tractata lib. 6. Digeſtorum. Et ait, quod non debitum exegerit *f*, retinere heredem, & quod non debitum ſoluerit *g*, non reputare. Nam hoc ſeruari, vt heres emptori non præſtet, quod non debitum exegerit: neque ab eo conſequatur, quod non debitum præſtiterit. Si autem condemnatus præſtiterit: hoc ſolum heredi ſufficit, eſſe eum condemnatum *h* ſine *i* dolo malo ſuo. etiam ſi maximè creditor non fuerit is, cui condemnatus eſt heres, quæ ſententia mihi placet.

8 ¶ Non ſolùm autem hereditarias actiones, ſed *k* etiam eas obligationes, quas ipſe heres conſtituit, dicendum erit præſtari debere. Itaque & ſi fideiuſſorem acceperit ab hereditario debitore, ipſam hanc actionem, quam habet heres, præſtare emptori debebit. ſed & ſi nouauerit, vel in iudicium deduxerit actionem, præſtare debebit hanc ipſam actionem, quam nactus eſt.

9 ¶ Sicuti lucrum omne ad emptorem hereditatis reſpicit, ita *l* damnum quoque debet ad eundem reſpicere.

10 ¶ Denique ſi rem hereditariam heres vendiderit, ac per hoc fuerit condemnatus, non habet contra emptorem actionem: quia non *m* ideo condemnatur, quod heres eſſet, ſed quod vendiderit. Sed ſi pretium rei distractæ emptori hereditatis dedit, videamus, an locus ſit ex vendito *n* actioni? Et puto eſſe.

11 ¶ Siue ipſe venditor dederit aliquid pro hereditate, ſiue procurator eius, ſiue alius quis pro eo, dum negotium eius gerit, locus erit ex vendito actioni, dummodo aliquid abſit *o* venditori hereditatis. Cæterùm ſi nihil abſit venditori, conſequens erit dicere, non competere ei actionem.

12 ¶ Apud Iulianum ſcriptum eſt, ſi venditor hereditatis *excceperit ſeruum ſine* p *peculio*, & eius nomine cum eo fuerit actum de peculio, & in rem verſo, id duntaxat eum conſequi, quod *q* præſtiterit eius peculij nomine, quod emptorem ſequi debeat, aut quod in rem defuncti verſum eſt: his enim caſibus æs alienum emptoris ſoluit: ex cæteris cauſis ſuo nomine condemnatur.

13 ¶ Quid ergo, ſi *ſeruum cum* r *peculio exceperit* venditor hereditatis, conuentúſque de peculio præſtitit? Marcellus libro 6. Digeſtorum, non petere eum, ſcripſit: ſi modo hoc actum eſt, vt, quod ſuperfuiſſet ex peculio, hoc haberet. at ſi contra actum eſt, rectè repetere *ſ* eum poſſe, ait. Si verò nihil expreſſim inter eos conuenit, ſed tantummodo peculij mentio facta eſt, ceſſare ex vendito actionem conſtat.

14 ¶ Si venditor hereditatis *ædes ſibi exceperit*, quarum nomine damni infecti promiſſum fuerat intereſt, quid acti ſit. Nam ſi ita excepit, vt damni quoque infecti ſtipulationis onus ſuſtineret, nihil ab emptore conſequeretur. Si verò id actum erit, vt emptor hoc æs alienum exſolueret, ad illum onus ſtipulationis pertinebit: ſi non apparebit, quid acti ſit, veriſimile *t* erit, id actum, vt eius quidem damni nomine, quod *u* ante *x* venditionem datum fuerit, onus ad emptorem, alterius temporis ad heredem pertineat.

15 ¶ Si Titius Mæuij hereditatem Sejo vendiderit, & à Sejo heres inſtitutus, eam hereditatem Attio vendiderit, an ex priore venditione hereditatis cum Attio agi poſſit? Et ait Iulianus, quod venditor hereditatis petere à *y* quolibet extraneo *z* herede potuiſſet, id *a* ab hereditatis emptore conſequatur. & certè ſi Sejo alius heres extitiſſet, quicquid venditor Mæuianæ hereditatis nomine præſtitiſſet, id ex vendito actione conſequi ab eo potuiſſet. Nam & ſi duplam hominis à Sejo ſtipulatus fuiſſem, & ei *b* heres extitiſſem, eámque hereditatem Titio vendidiſſem, euicto homine, rem à Titio ſeruarem.

16 ¶ Si quid, publici *c* vectigalis nomine, præſtiterit venditor hereditatis, conſequens erit dicere, agnoſcere emptorem ei hoc debere. Namque hereditaria *d* onera etiam hæc ſunt. & ſi fortè tributorum nomine aliquid dependat, idem erit dicendum.

17 ¶ Quòd ſi funere facto, heres vendidiſſet hereditatem, an impenſam funeris ab emptore conſequatur? Et ait Labeo, emptorem impenſam funeris præſtare debere, quia & ea, inquit, impenſa hereditaria *e* eſt: cuius ſententiam & Iauolenus putat veram, & ego arbitror.

18 ¶ Cùm quis debitori ſuo heres extitit, confuſione *f* creditor eſſe deſinit. Sed ſi vendidit hereditatem, æquiſſimum videtur, emptorem *g* hereditatis *h* vicem *i* heredis obtinere; & idcirco teneri venditori hereditatis, ſiue, cùm moritur, teſtator debuit, quamuis poſt mortem debere deſiit, adita à venditore hereditate: ſiue quid in diem debeatur ſiue ſub conditione, & poſtea conditio extitiſſet. ita tamen, ſi eius debiti aduerſus heredem actio eſſe poterat: ne fortè etiam ex his cauſis, ex *k* quibus cum herede actio non eſt, cum emptore agatur.

19 Et ſi ſeruitutes *l* amiſit heres inſtitutus, adita hereditate ex vendito, poterit experiri aduerſus emptorem vt ſeruitutes ei reſtituantur.

20 ¶ Sed & ſiquid venditor nondum præſtiterit, ſed quoquo *m* nomine obligatus ſit propter hereditatem, nihilominus agere poteſt cum emptore.

De pecunia à venditore hereditatis exacta & perdita.

3. *Pomponius* lib. 27. ad Sabinum.

SI venditor hereditatis exactam pecuniam, ſine *n* dolo malo, & culpa, perdidiſſet, non *o* placet eum emptori teneri.

Quid præſtat venditor nominis.

4. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

SI *p* nomen *q* ſit diſtractum, Celſus libro 9. Digeſtorum ſcribit, locupletem *r* eſſe debitorem non debere præſtare: debitorem *ſ* autem eſſe præſtare, niſi aliud conuenit.

5. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

ET quidem ſine *t* exceptione quoque, niſi in contrarium actum ſit. Sed, ſi certæ *u* ſummæ debitor dictus ſit; in eam ſummam tenetur venditor: ſi incertæ *x*, & nihil debeat, quanti *y* interſit emptoris.

6. *Idem* lib. 5. Quæſtionum.

EMptori nominis etiam *z* pignoris perſecutio præſtari debet: eius quoque, quod poſtea *a* venditor accepit *. nam beneficium *b* venditoris prodeſt emptori *c*.

De hereditate quæ non eſt, vel non ad venditorem pertinet.

7. *Idem* lib. 14. ad Plautium.

CVm hereditatem aliquis vendidit, eſſe *d* debet hereditas, vt ſit emptio. nec *e* enim alea emitur, vt *f*

---

a Hereditatis venditor, non præſtat emptori res deperditas, aut diminutas ſine dolo ſuo.

b Si creditor filij patrem heredem ſcripſit, & is porrò hereditaté vendiderit, emptori de peculio tenebitur, quod fuit venditionis tempore, *l.* 37. ī. *de peculio.*

c *Præſtandi* verbum ſolenne eſt ſtipulationis emptæ & venditæ hereditatis & actionis ex empto, dixi ad *l. penult.* ī. *eod.*

d Id eſt verſum durat, *v. l* 10. §. 6. ī *de in rem verſ.*

e *l. quod ſi* 18. *in fi.* ī. *de pet. her.*

f Venditor hereditatis id quod indebitum exegit, emptori non præſtat: & breuiter, iniuſta lucra emptori non reſtituit.

g Venditor hereditatis, id quod indebitum ſoluit emptori non imputat, *vt hic.* niſi ſine dolo ſuo condemnatus, & ſententia iudicis coactus, indebitum ſoluerit, *verſ. ſin autem condemnatus.* ita iniuſta ſententia in cauſa hereditatis venditæ lata, nocet emptori, at non venditori. hoc ideo quòd omne periculum hereditatis ad emptorem pertineat.

h Fideiuſſorē condemnatum indebitum ſoluere, id à reo principali poſſe repetere, hoc ex loco notant.

i aliud ſi dolo. §. 10 ī. *eod.*

k Venditor hereditatis emptori nō ſolum actiones in hereditate repertas cedere debet, ſed etiam actiones proprias ex ſuo ac proprio facto competentes. *Bald.* vt ſi quid conſtituit, nouauit, in iudicium deduxit.

l Lucri & damni par ratio, *v l.* 55. *in fin.* ī *pro ſocio, l. fin. Cod. de furtis.*

m §. 7. *in fin.* ī. *eod.*

n Hereditatis emptor venditori tenetur pretium quod ab eo accepit rei hereditariæ alicuius diſtractæ, reſtituere, ſi venditor per iudicem id reſtituere damnatus fuerit.

o purà, quod ſit obligatus, *§. vlt.* ī. *eod.*

p Hereditatis venditor qui ſeruum excipit ſine peculio, quidquid actione de peculio, ſerui nomine alij præſtiterit, ab emptore hereditatis recuperat.

q aut venditor ſoluit pro onere quod ſequi debet emptorem, & repetit, aut pro onere quod ſequi ipſum venditorem debet, & non repetit.

Hereditatis venditor qui ſeruum excipit cum peculio, quatenus onera peculij agnoſcit, eatenus non repetit ab emptore quidquid ei venditor hereditatis ſoluit pro onere: quod emptorem ſequitur, id ab emptore poteſt repetere: quod pro re ad ſuum & proprium onus pertinet, id non repetit, *vt hic.*

Dubitationis enim tollendæ cauſa quæ contractibus inſeruntur; ius commune non lædunt. *l.* 56. *in princ.* ī. *mandati.*

Veriſimilia magis in interpretationibus ſunt ſpectanda.

v. l. 1. *in fin.* *C. de periculo.*

Damnum ante & poſt venditionem contingens an & quando periculo ſit emptoris vel venditoris?

Hereditatis emptor id venditori præſtat, quod extraneus heres præſtaret.

Cui hereditatem non vendidiſſet.

a hinc collige defunctum, ſi venditori quid debuit hoc ab emptore, poſſe repetere, & venditorem hereditatis ea dumtaxat bona alienare, quæ in hereditate fuerunt, non ea autem transferre, quæ ſibi debita fuerunt à defuncto. Ea igitur ab emptore hereditatis petere poteſt, non minus quàm à quouis herede.

b *l.* 48. ī. *ad legem Falcid.*

c Hereditatis venditor, quæ vectigalia ac tributa ſoluit, ab emptore repetit.

d Vectigalia & tributa, inter onera hereditaria numerantur, facit *l.* 42. ī. *de pactis.* adde *l.* 45. ī. *de cond. indebit*

e Vel ideo, quod qui in funus impendit, contrahere videtur cum defuncto, non cum herede, *l.* 1. ī. *de religioſis.*

f *l.* 95. ī. *de ſolut. l.* 7. *C. de pactis.*

g Ita fideicommiſſarius, cui reſtituta eſt hereditas, vicem heredis obtinet, *l. ſi filiusfamilias,* 5. §. 1. ī. *quod cum eo. v. l.* 1. §. 1. *l. quia perinde* 4. §. 1. ī. *ad Treb.*

h Qui alius eſt ab emptore bonorum, de quo Caius, & Imperator in *Inſt.* bonorū enim emptor eſt, qui emit ea quæ diſtrahunt creditores.

i Hereditatis emptor vicem heredis obtinet, *vt hic.* & *l.* 9 *in fin.* ī. *comm. præd.* imò non obtinet, *l.* 2. *C. eod. l. arx.* 15. *C. de donat.*

k putà delicti, §. 1. *Inſtit. de perpet.* & *temporalibus.*

l quæ debebantur à prædio hereditario, prædio venditoris hereditatis, *l.* 9. ī. *comm. præd.*

m Emptor hereditatis (vtpote quaſi heres) quemcunque eiuſdem hereditatis fideiuſſorem tenetur liberare. Ergo & ipſum venditorem eiuſdem hereditatis, ſi hereditatis nomine fideiuſſerit §. 15. ī. *eod.*

n *l.* 2. §. 7. *in fin* ī. *eod.*

o Cur? res empta perit emptori.

p Incipit tractare de huius tituli altera parte, nempe de actione vendita.

q An quodcunque? an iniuriarum? ſic videtur: quia (licèt iniuriæ actio non tranſmittatur ad heredes ante litis conteſtationem, quòd ea non ſit in bonis, *l.* 28. ī *de iniuriis*: & poſt factam conteſtationem ſit res litigioſa; ideoque nullo actu in alium tranſmitti poſſit, *l.* 2. *C. de Litigioſis.*) eam proponimus per nos & per alios, & talem actionem cedere poſſumus, arg. *l.* 17. §. 10. ī. *de iniuriis. Accurſ.* r Emptoris nominis, de periculo in ſubſtantia non in qualitate venditor tenetur, *l.* 5 ī. *eo. l.* 74. §. *vit.* ī. *de euict. l.* 4. §. 6. ī *de doli mali except.*

ſ Nomen qui vendit debitorem præſtare cogitur; at non idoneum debitorem, niſi aliud conuenit. vendi enim ita poteſt, *vt hic,* & *l* 5. *l.* 6. *l.* 17. *l.* 19. *l.* 23. §. 1. ī. *eo.* t Creditor impropriè dicitur cui exceptio poteſt obiici. *l. vel obligatus* 20. ī. *de liberali.* u Nomen certæ ſummæ venditum, ad eam ſummam, quæ dicta eſt, præſtari debet.

x Nomine incertæ ſummæ vendito, nomen aliquod eſt præſtandum; quod ſi nullum ſit nomen, venditor quantum emptoris intereſt præſtat.

y adde *l.* 9. *in fin.* ī. *eod.* z Pignus perſequi poteſt, qui nomen emit. *l.* 6. *l.* 7. *C. de oblig.* Emptori nominis cedi actio aduerſus fideiuſſorem debet. Cui perſonalis ceditur, eidem cedi debet & hypothecaria.

a Sine ceſſione hypothecaria non tranſit in emptorem, quæ à venditore poſt venditionem factam quæſita eſt.

b Beneficium venditoris prodeſt emptori, *vt hic.* dum ne ſit perſonale, *l. locatio* 9. *in fin.* ī. *de publ.* c *l.* 5. *C. eo.*

d *v. l.* 1. ī. *eo. l.* 8. ī. *de contr. empt.* excipe *l.* 10. ī. *eod.*

e Hereditatis venditio ab aleæ venditione differt, *vt hic.* Imò non differt, *l.* 11. *in fin.* ī. *eod.*

f i. non ita eſt accipienda hereditatis venditio quaſi alea aut ſpes venlaturæ niſi aliud actum ſit. *l.* 10. *l.* 11. ī. *eodem.*

venatione, & ſimilibus *a*, ſed res, quæ ſi non eſt (non) contrahitur emptio: & ideo pretium condicetur.

8. *Iauolenus* lib. 2. ex Plautio.

QVòd ſi nulla hereditas ad venditorem pertinuit; quantum emptori præſtare debuit *b*, ita diſtingui oportebit: vt ſi eſt quidem aliqua hereditas, ſed ad venditorē non pertinet, ipſa æſtimetur: ſi nulla eſt, de quà actum videatur, pretium duntaxat, & ſi quid *c* in eam rem impenſum eſt, emptor à venditore conſequatur.

9. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

ET ſi *d* quid emptoris intereſt.

10. *Iauolenus* lib. 2. ex Plautio.

QVòd *e* ſi in venditione hereditatis id actum eſt, *ſi quid f iuris eſſet venditoris, venire, nec poſtea quidquam præſtitu iri*, quamuis ad venditorem hereditas non pertinuerit, nihil tamen ‖eo‖ præſtabitur: quia id actum eſſe manifeſtum eſt, vt quemadmodum emolumentum negotiationis, ita periculum ad emptorem pertineret.

11. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

NAm hoc *g* modo admittitur eſſe venditionem: *ſi qua ſit hereditas, eſto tibi empta*, & quaſi *h* ſpes *i* hereditatis, ipſum enim incertum *k* rei veneat, vt in retibus *l*.

12. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

HOc autem ſic intelligendum eſt, niſi ſciens *m* ad ſe non pertinere, ita vendiderit: nam tunc ex dolo tenebitur.

13. *Paulus* lib. 14. ad Plautium.

QVòd ſi *n* ſit hereditas, ‖ei‖ ſi ‖ non ita conuenit, *vt quidquid o iuris haberet venditor, emptor haberet*: tunc heredem ſe eſſe, præſtare debet. illo vero adiecto: liberatur venditor, ſi ad eum hereditas non pertineat.

De nomine filijfam. 2. De rebus hereditariis, & quantitate hereditatis.

14. *Idem* libro 33. ad Edictum.

QVi filijfamilias *p* nomina vendidit, actiones *q* quoque *r*, quas cum patre *ſ* habet, præſtare debet.

1 ¶ Si hereditas venierit, venditor res hereditarias tradere *t* debet. quanta *u* autem hereditas eſt, nihil intereſt.

15. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

NIſi de ſubſtantia eius affirmauerit *x*.

Si fideicommiſſarius quaſi heres vendiderit.

16. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

SI quaſi *y* heres *z* vendideris hereditatem, cùm tibi ex Senatuſconſulto Trebelliano *a* reſtituta eſſet hereditas, quanti emptoris interſit, teneberis *c*.

De nominibus, ſub conditione, vel in diem.

17. *Vlpianus* lib. 43. ad Edictum.

NOmina eorum, qui ſub *c* conditione *d*, vel in diem debent, & emere, & vendere *e* ſolemus. ea enim res eſt, quæ emi, & venire poteſt.

Si venditor hereditatis pro parte quoque cohæredum ſoluerit.

18. *Iulianus* lib. 15. Digeſtorum.

SI ex pluribus vnus, antequam cæteri adirent hereditatem, pecuniam, quæ ſub *f* pœna debebatur à teſtatore, omnem ſoluerit, & hereditatem vendiderit, nec à coheredibus ſuis propter egeſtatem eorum quidquam ſeruare poterit. Cum *g* emptore hereditatis, vel ex ſtipulatu, vel ex vendito rectè experietur. omnem enim pecuniam hereditario nomine datam eo manifeſtius eſt, quòd in iudicio familiæ erciſcundæ ducitur *h*, per quod *i* nihil amplius vnuſquiſque à coheredibus ſuis conſequi poteſt, quàm quod tanquam heres impenderit.

De conditione.

19. *Idem* lib. 25. Digeſtorum.

MVltum *a* intereſt *b*, ſub conditione aliqua obligatio teneat, an cùm ipſa obligatio ſub *c* conditione ſit, purè veneat. Priore *d* caſu, deficiente conditione, nullam ‖eſſe‖ venditionem. Poſteriore *e* ſtatim venditionem conſiſtere: nam ſi Titius tibi decem ſub conditione debeat, & ego abs te nomen eius emam: confeſtim ex *f* empto vendito agere potero, vt vel acceptum ei facias.

Si venditor hereditatis debitori defuncti ſucceſſerit. 1. De eo qui vendit hereditatem creditoris ſui.

20. *Africanus* lib. 7. Quæſtionum.

SI hereditatem mihi Lucij Titij vendideris, ac poſt debitori *g* eiuſdem heres exiſtas, actione ex empto teneberis.

1 ¶ Quod ſimplicius *h* etiam in illa propoſitione *i* procedit, cùm *k* quis ipſe creditori ſuo heres extitit, & hereditatem vendidit.

Quid præſtat venditor emptori.

21. *Paulus* lib. 16. Quæſtionum.

VEnditor ex hereditate, interpoſita ſtipulatione, rem *l* hereditariam perſecutus, alij vendidit. Quæritur, quid ex ſtipulatione præſtare debeat. Nam bis *m* vtique non committitur ſtipulatio, vt & rem, & pretium debeat. & quidem ſi poſteaquam rem vendidit heres, interceſſit ſtipulatio, credimus, pretium in ſtipulationem veniſſe. Quòd ſi anteceſſit ſtipulatio, deinde rem nactus eſt, tunc rem debebit. Si ergo hominem vendiderit, & is deceſſerit, an pretium eiuſdem debeat? non enim deberet Stichi promiſſor *n*, ſi eum vendidiſſet, mortuo eo, ſi nulla mora proceſſiſſet. ſed vbi hereditatem ‖vendidi,‖ & poſtea rem ex ea vendidi, poteſt videri, vt negotium eius agam, quàm *o* hereditatis, ſed *p* hoc in re ſingulari non poteſt credi. Nam ſi *q* eundem hominem tibi vendidero, &, nec dum tradito eo, alij quoque vendidero, pretiúmque accepero, mortuo eo, videamus, ne nihil tibi debeam ex empto. (quoniam moram in tradendo non feci. Pretium enim hominis venditi non *r* ex re, ſed propter negotiationem percipitur:) & ſic fit, quaſi alij non vendidiſſem, tibi enim debebam, non *ſ* actionem. at cùm hereditas venit, tacitè *t* hoc agi videtur, vt, ſi quid tanquam heres feci, id præſtem emptori: quaſi illius negotium agam. quemadmodum fundi venditor fructus præſtet bonæ fidei ratione. Quamuis, ſi neglexiſſet *u*, vt alienum, nihil *x* ei imputare poſſit: niſi culpa eius argueretur. Quid ſi rem quam vendidi, alio poſſidente petij, & litis æſtimationem accepi: vtrum pretium illi debeo, an rem? vtique rem: non enim actionem rei, ſed rem præſtare debeo. Et ſi *y* vi deiectus, vel propter furti actionem duplum abſtulero, nihil hoc ad emptorem pertinebit: nam ſi ſine *z* culpa deſiit detinere venditor, actiones ſuas præſtare debebit, non rem: & ſic æſtimationem quoque, nam & aream tradere debet, exuſto ædificio.

Si pars pretij ſoluta ſit.

22. *Scæuola* lib. 2. Reſponſorum.

HEreditatis venditæ pretium pro parte accepit, reliquum emptore non ſoluente, quæſitum eſt, an corpora hereditaria pignoris *a* nomine teneantur? Reſpondi, nihil proponi, cur non teneantur *b*.

Quid præſtat venditor actionis.

23. *Hermogenianus.* lib. 2. Iuris Epitomarum.

VEnditor actionis *c*, quam aduerſus principalem reum habet, omne ius, quod ex ea cauſa ei competit, tam aduerſus ipſum reum *d*, quam aduerſus interceſſores huius debiti cedere debet, niſi aliud actum eſt.

1 ¶ Nominis venditor, quidquid vel compenſatio-

a puta piſcatione. *l. 12. ſ. de act. empt.* & ſic alea emi poteſt, *vt hic.* venatio *vt hic.* piſcatio *d. l. 12.* ſpes miſſiliū. ſpei enim emptio eſt, *l. 8. in fin. ſ. de contrah. empt.* vt ita ſine re interdum venditio conſiſtat, *vt hic.* ſed & donari ſpes poteſt, *l. 3. C. de donation.*
b *al.* debeat.
c *v. l. 18. ſ. de liberat. legata.*
d *l. 5. in fin. ſ. eod.* ſi venditor alienam hereditatem vendidit, ad ſe non pertinentem, eius æſtimationem debet; & in id quod emptoris intereſt, tenetur.
e Vendere hereditatem, & quidquid iuris habeas in hereditate differunt, poſterior venditio titulum non confert, niſi e iure auctoris ſit probatum. Incertò enim auctoris iure ius ſucceſſoris incertum eſt. Emptor iure emptionis vti non poteſt, niſi de iure venditoris probauerit.
f adde *l. 12. l. 13. ſ. eodem.*
g Hereditas vendi poteſt, vt iactus retis. Quum ita venditur hereditas venditor hereditatem aliquam eſſe emptori non præſtat.
h Quaſi ſpes hereditatis iam delatæ vendi poteſt, etſi incerta ſit.
i *l. 8. ſ. de contrah. empt.*
k Incertum hereditatis vendi poteſt, *l. 1. C. de pactis.*
l *l. 11. ſ. de act. emp.*
m *l. 6. in fin. ſ. de act. empt.*
n Si prius ita non conuenit, vt quidquid iuris haberet venditor, id venditum eſſet, emptor ſe heredem probare cogitur. *Syn. Baſ. 19. titul. 4. c. 1.*
o vt in *l. 10. ſ. eo.*
p Hoc eſt, id ipſum quod filiusfamilias debet.
q *l. 22. ſ. eod.*
r Nomine debitoris vendito, venditum nomen & aduerſus eius fideiuſſorem intelligi hinc colligitur, facit *l. 23. ſ. eod.*
ſ Fideiuſſor filij fortè fuit pater, *l cum filiusfam. 49. ſ. de verb. oblig.* adde *l. 3. §. ſed vtrum ſ. de minorib.* t Si hereditas vendita ſit, emptori ad eam tradendam empti actio competit, niſi viuentis ſit *l. 1.* vel niſi hereditas nulla ſit, aut ad venditorem non pertineat, *l. 7. ſ. eod.* niſi nondum ſolutum pretium, *l. 22. ſ. eod.* niſi venditor perſuaſus ab emptore fuerit exiguam eſſe hereditatem, quæ erat alioqui ampla, *v. l. 4. C. eo.* u Quanta hereditas eſt tanta præſtanda. g *l. 18. ſ. de adilitio.* y Quaſi heres eſt fideicommiſſarius vniuerſalis, cui reſtituta eſt ex Senatuſconſulto Trebelliano hereditas. z Hereditatem, vt heres directus, fideicommiſſarius, vendere non poteſt. Proinde ſi eam vendiderit, eo nomine emptori tenebitur in id quod intereſt. Vnde notant, *Heredis* nomen in quocunque actu adiectum, directum heredem innuere. a i. vendens tanquam heres, cum ſit fideicommiſſarius, tenetur in id quod intereſt emptoris *Bald.* b actione ex empto. c *l. 19. ſ. eo.* d Nomen, conditionalis, vel in diem debitoris vendi emique poteſt. e & donare, *l. 3. C. de donationib.* f qui pecuniam à defuncto debitam ſub pœna ſoluit vendita hereditate eam pecuniam à ſuis coheredibus repetit: aut ſi ij ſoluendo non ſint ab ipſo emptore repetit. g Venditor hereditatis quod à coheredibus ſuis ſeruare non poteſt, id omne ab eiuſdem hereditatis emptore recuperat: puta expenſas, & ſi quæ ſimilia. h *al.* deducitur, & ita vulgat. i iudicio familiæ erciſcundæ nihil amplius vnuſquiſque à coheredibus conſequitur quàm quod vt heres impenderit, *l. 16. §. 4. in fin. l. 48. circa medium ſ. famil.*

a Purè debitum ſub conditione: debitum ſub conditione, purè vendi poteſt. Priore caſu ſi conditio defecerit nulla. Poſteriore, ſtatim venditio conſiſtit.
b Obligatio ſub conditione vendi poteſt: Poteſt & obligatio ſub conditione purè vendi. Inter hæc duo, diſcrimē eſt. Priore caſu, pura obligatio venditur, venditio tamen ipſa conditionalis eſt, Poſteriore, obligatio conditionalis; pura verò venditio Priore caſu ante euentum conditionis emptor agere non poteſt: poſteriore ſtatim poteſt.
c ſub conditione contracta ſit, ita Fulgoſius.
d Obligatione ſub conditione vendita, ſtatim venditio non conſiſtit: ſed deficiente conditione, nulla eſt venditio.
e Obligatio conditionalis, ſeu nomen conditionale purè vendi poteſt. Vendito ita nomine emptor ſtatim agere poteſt.
f Actio ex empto ex empto vendito dicitur nonnunquam, vt *l. 33.* ... *act. empt.* vbi ...
g Quid ſi ex contrario eius creditori ſuccedas? *v. l. 13.* ... *eod.*
h vt in *l. 35.* ... *cati*, i. rudius, ... tracta ſcrupuloſitate, controuerſia ... diſtinctione ... Nam ſcrupuloſitas in priori parte ... Iuliano (quantum exiſtimo) ponitur tempore venditionis debitum ... fuiſſe confuſum. Cuiac. 7. ad Afr. hanc legem.
i Propoſitio, hypotheſis, facti ſpecies, *l. 20. ſ. de* ... *cred.* Sic Rhetoricam non dialecticam quæſtionem ... Africanus & Iulian. vocant, *hic & d. l. 21. l. 19. §. 1. ad SC. Velleian. l. ſi pecunia 6. ſ. vt in poſſeſſ.*
k aut creditor debitori, aut debitor creditori heres exiſtens, hereditatem tibi vendidi. Priore caſu, licèt confuſione deſierim eſſe creditor, mihi tamen teneris ex empto, altero, eodem modo confuſione deſino eſſe debitor: tibi tamen teneor non priſtina actione, quæ confuſione ſublata eſt, ſed ex empto. *Cuiac. ibid.*
l Hereditaria res ſingularis, vel ipſa hereditas vendatur, intereſt. m Bis ſtipulatio non committitur, bis autem committitur quoties quis & rem & pretium debet. n *l. 91. ſ. de verb. oblig.* o potius quam 4. *Aug. 7.* p Notanda eſt differentia inter venditionem hereditatis, & rei ſingularis.
q v. quæ ſcripſi *l. 13. §. 1. ſ. de act. empt.*
r Imò pretium dicitur eſſe ex re, *l. 68. ſ. de procur.* v. quæ ſcripſi ad *l. 48. in fi.* *ſ. de furtis.* ſ Res ab actione diſtinguitur, *vt hic, & ſ. eod.* t Tacitè id agi videtur hereditate vendita vt venditor id præſtet emptori, quod vt heres fecerit. u Negligere alienum quis poteſt: Vnde notant, eum qui rem actione perſonali debeat, fructus tollere non cogi neque de fructibus percipiendis teneri. x qui debet rem actione perſonali, non tenetur eam tradere, & ſic non tenetur de fructibus percipiendis. *Bart.* y Venditor hereditatis quicquid pœnæ nomine occaſione hereditatis conſequitur, id emptori eiuſdem non præſtat. z Hinc colligit Molineus poſt Odofredum. Vendentem rem duobus, non incidere in crimen falſis, ſi primus emptor pecuniam non ſoluit 1. *conſil. §. 23. numero 12.*
a Pignoris loco venditor rem venditam retinere poteſt, donec emptor ſatisfaciat, *l. 31. §. 8. ſ. de ædil. l. 13. §. 8. ſ. de act. empt. l. 14. §. 1. ſ. de furt.* dixi ad Nou. 136. c. 3. b Cur ita? collige ex *l. 13. §. 8. ſ. de act. empt.* c Actione vendita ius omne aduerſus reum eiuſque interceſſores, venditum intelligitur. *Syn. Baſ.* ... *tit. 4. c. 20.* d vt *l. 14. ſ. eod.*

ne, vel

ne, vel exactione *a* fuerit conſecutus, integrum emptori reſtituere compellitur.

Si hereditatis venditor legatario ſucceſſerit.

24. *Labeo* libro 4. Poſteriorum à Iauoleno. Epitomatorum.

HEreditatem Cornelij vendidiſti, deinde Attius, cui à te herede Cornelius legauerat, prius, quam legatum ab emptore perciperet, te fecit heredem. rectè puto ex vendito te acturum, vt tibi præſtetur *c*: quia ideo eò *d* minus hereditas venierit, vt id legatum præſtaret emptor: nec quicquam interſit, vtrum Attio, qui te heredem fecerit, pecunia debita ſit, an legatario.

De eo quod venditor hereditatis acquiſierit nomine fundi excepti.

25. *Idem* lib. 2. Πειθανῶν.

SI, excepto *e* fundo hereditario, veniit hereditas, deinde eius fundi nomine venditor aliquid acquiſiit, debet id præſtare emptori hereditatis. Paulus: Imò ſemper quæritur in ea re quid actum fuerit. ſi autem id non apparebit? præſtare eam rem debebit emptori venditor. nam id ipſum ex ea hereditate ad eum perueniſſe videbitur, non ſecus ac ſi eum fundum in hereditate vendenda non excepiſſet.

DE RESCINDENDA *f* VENDITIONE, & quando liceat *g* ab emptione diſcedere.

TIT. V.

De re peculiari.

Pomponius lib. 15. ad Sabinum.

CElſus filius putabat *h*, ſi vendidiſſet mihi filiusfamilias rem peculiarem, etiam ſi conueniat, *vt abeatur ab ea venditione*, inter patrem & filium, & me conuenire debere: ne, ſi cum patre ſolo pactus ſim, filius non poſſit liberari: & quæratur vtrúmne nihil agatur ex ea pactione, an verò ego quidem liberer, filius maneat obligatus: ſicuti *i* ſi pupillus ſine *k* tutoris auctoritate paciſcatur, ipſe quidem liberatur, non etiam qui cum eo pactus eſt. nam quod Ariſto dixit, poſſe ita paciſci, vt vnus maneat obligatus, non *l* verum: quia pro *m* vna parte contrahentium abiri pacto ab emptione non poſſit: & ideo ſi ab vna parte renouatus ſit contractus, dicitur non *n* valere eiuſmodi pactionem. ſed dicendum eſt, * patre *o* paciſcente, & liberato aduerſario, filium quoque obiter liberari.

De iterata emptione.

2. *Idem* lib. 24. ad Sabinum.

SI quam rem à te emi, eandem rurſus ‖ à te ‖ pluris minoriſve emero, diſceſſimus à priore emptione.* poteſt enim, dum *p* res integra eſt, conuentione noſtra infecta fieri emptio: atque ita conſiſtit poſterior emptio, quaſi nulla præceſſerit: ſed non poterimus eadem ratione vti poſt *q* pretium ſolutum, emptione repetita, cùm poſt pretium ſolutum † infectam emptionem facere non poſſumus.

De contrario conſenſu.

3. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

EMptio & venditio, ſicut *r* conſenſu contrahitur, ita contrario *ſ* conſenſu reſoluitur, antequam fuerit res ſecuta.

¶ Ideóque quæſitum eſt, ſi emptor fideiuſſorem *t* acceperit, vel venditor ſtipulatus fuerit, an nuda voluntate reſoluatur obligatio? Iulianus ſcripſit, ex empto quidem agi non poſſe, quia * bonæ fidei iudicio exceptiones *u* pacti inſunt. *x* an autem fideiuſſori vtilis ſit exceptio, videndum. & puto, liberato *y* reo & fideiuſſorem liberari.

¶ Item venditorem ex ſtipulatu agentem, exceptione ſummoueri oportet.

¶ Idémque iuris eſſe, ſi emptor quoque rem in ſtipulationem deduxerit.

a facit *l.3. in fin. C. de nouat.*

b Hereditatẽ Cornelij vendidi Titio. Attius (cui legatũ reliquerat idem Cornelius) antequã legatum peteret à Titio hereditatis Cornelij emptore, heredem me inſtituit: quæritur, vtrũ à Titio (cui hereditatem Cornelij vendidi) legatum quod Attio in ea hereditate debebatur, poſſim petere? Sic ſanè. At eidem hereditatem (quæ id legatum debet) vendidi? Sanè vendidi: ſed eò minus, vt ea ratione Titius ipſe legatum Attio præſtaret. Itaque mihi Titius emptor in hac ſpecie tenebitur legati nomine, vt teneretur, ſi Attio non legatum eſſet, ſed pecunia ex mutuo vel alio contractu deberetur: *verſ. nec quidquam interſit.* ǰ. *eod.*

c *Præſtare* verbum ſolemne ſtipulationis emptæ & venditæ hereditatis, & actionis ex empto, *vt hic.* facit *l.2. §. 6. ſ. eod. l. is à quo, 57. ſ. de rei vindic.* Cicero 3. *de legib.* Tu ſi tabellariam tuleris, ipſe præſtabis: & 3 *Officiorum.* Qui ſcire debuit, de fuga & furtis, præſtat edicto Ædiliũ.

d *l.79. in fin. ſ. de contrah. empt. l.6. in fin. ǰ. de ſeruis exportandis.*

e *ſub.* à venditore hereditatis.

f 4. *C.* 44. *Inſtit. de empt. in fin. pr.* 19. *Ecl.* 5. 2. *Harm.* 3.

g 4. *C.* 45.

h & malè, vt in *fin. ǰ. eod.*

i Contractus interdum non ſunt reciproci, neque vtrinque obligatorij.

k *l.7. §.1. in pr. ſ. eod.*

l Imo verum eſt. *l. ſi conuenerit* 56. *ſ. de pactis.*

m Multò minus altero inuito, ne quidẽ reſcripto principis, *l.3. C. eodem.* quamuis duplum offeras pretium, *l.6.* quamuis tu emptor emptioni ſatis non feceris, *l.* 14. quamuis inæquali pretio res diſtracta, *l.4. C. eod.*

n Imò, valere videtur huiuſmodi pactio, *l.56. ſ. de pactis.*

o Ab emptione contracta cum ſolo filio in re peculiari, poteſt recedi pacto inito cum ſolo patre.

p Venditio re integra, ſola conuentione infecta fieri poteſt, re non integra, non poteſt, adde *l. pacta 72. ſ. de contrah. empt. l.7. §.6. l.58. circa fin. ſ. de pact. §. vlt. Inſt. quib. mod. tollit. l.1.2. C. quando lic. ab empt.*

q In venditione res non eſt integra poſt pretium ſolutum.

† vel rem traditam. *l.1. C. quando lic. ab empt.*

r Contrariis ſuis quæque diſſoluuntur. Conſenſu emptio contrahitur: conſenſu diſſoluitur ſi res non ſit ſecuta. Nam re ſecuta res quaſi contrahi dicitur.

ſ *d.l.7. d.l.58. l.6. §. vlt. ſ. de contrah. empt. l.100 ǰ. de reg. iur. l.12. C. de pactis, l.8. C. de pact. int. empt. § ſi Inſt quib. mod. tollitur.*

t Integra res eſſe non deſinit vel fideiuſſore emptori dato, vel ſtipulatione à venditore interpoſita.

u id eſt habetur à iudice ratio pacti, etiam ſi eius pacti exceptionem reus omiſerit. *Cuiac.*

x *ineſſe contractui* id dicitur, quod nomine exprimi non eſt neceſſe. Sic exceptiones pacti bonæ fidei iudiciis ineſſe dicuntur, quia vi ſua inſunt, licet non ſint expreſſæ. y Fideiuſſor liberatur reo liberato.

De venditione alternata.

4. Lib. 8. Digeſtorum Iuliani Paulus notat.

SI emptio contracta ſit, togæ (puta) aut lancis, & pactus ſit venditor, ne alterutrius *a* emptio maneat: puto reſolui obligationem huius rei nomine duntaxat *b*.

De acceptilatione. 1. De nudo conſenſu. 2. De rei interitu.

5. *Iulianus* lib. 15. Digeſtorum.

CVm emptor venditori, vel emptori venditor acceptum faciat *c*, voluntas vtriuſque *d* oſtenditur id agentis, vt à negotio diſcedatur, & perinde habeatur, ac ſi conueniſſet inter eos, vt neuter *e* ab altero quicquam peteret. ſed vt euidentius appareat, acceptilatio *f* in hac cauſa non ſua natura, ſed poteſtate *g* conuentionis valet.

1 Emptio nuda *h* conuentione diſſoluitur, ſi res ſecuta non fuerit.

2 Mortuo *i* autem homine, perinde habenda eſt venditio, ac ſi traditus fuiſſet. vtpote cum venditor liberetur, & emptori homo pereat. quare, niſi iuſta *k* conuentio interuenerit, actiones ex empto & vendito manebunt.

De re, ſi diſplicea t, reſtituenda.

6. *Paulus* lib. 2. ad Edictum.

SI conuenit, *vt* l *res quæ venit, ſi intra certum tempus diſplicuiſſet* m, *redderetur*, ex empto actio eſt, vt Sabinus putat, aut proxima *n* empti in factum datur.

De poſteriore emptione conditionali. 1. De pupillo emente.

7. *Idem* lib. 5. Quæſtionum.

SI id quod purè emi ſub *o* conditione rurſus emam, nihil agitur poſteriore emptione *p*.

1 ¶ Si pupilli perſona interuenit, qui ante ſine *q* tutoris auctoritate, deinde tutore auctore emit, quamuis venditori iam ei obligatus fuit, tamen, quia pupillus non tenebatur, renouata venditio efficit, vt inuicem obligati ſint. Quòd ſi ante tutoris auctoritas interuenerit, deinde ſine tutore auctore emit, nihil actum eſt poſteriore emptione.

¶ Idem poteſt quæri ſi ſine tutoris auctoritate pactus fuerit, vt diſcedatur ab emptione: an proinde ſit, atque ſi ab initio ſine tutoris auctoritate emiſſet, vt ſcilicet ipſe non teneatur, ſed agente eo retentiones competant? Sed nec illud ſine ratione dicetur, quoniam initio rectè emptio ſit contracta, vix bonæ fidei conuenire, eo pacto ſtari, quod alteri captioſum ſit, & maximè ſi iuſto errore *r* ſit deceptus.

De ſubſcriptione per errorem facta.

8. *Scæuola* libro 2. Reſponſorum.

TItius Seij procurator, defuncto Seio, ab eo ſcriptus heres, cùm ignoraret, fundum vendente ſeruo hereditario, quaſi procurator ſubſcripſit, quæſitum eſt, an cognito eo, prius quàm emptio perficeretur, à venditione diſcedere poſſit? Reſpondit, Titium, ſi non ipſe vendidit, non idcirco actionibus ciuilibus teneri, quod ſeruo vendente ſubſcripſerat *ſ*: ſed ſerui nomine prætoria *t* actione teneri.

De ſententia præſidis.

9. *Idem* lib. 4. Digeſtorum.

FVndus, qui Lucij Titij erat, ob vectigale *u* Reipublicæ venit, ſed cum Lucius Titius debitor profeſſus eſſet *x*, paratum ſe eſſe vectigal exſoluere ſolidum, cum minore *y* veniſſet fundus, quàm debita ſumma eſſet, præſes *z* prouinciæ reſcidit *a* venditionem, eúmque reſtitui iuſſit Lucio Titio. quæſitum eſt, an poſt ſententiam præſidis, antequam *b* reſtitueretur, in bonis Lucij Titij fundus emptus eſſet? Reſpondit, non prius *c*, quàm emptori pretium eſſet illatum: vel ſi pretium nondum eſſet ab emptore ſolutum, in vectigal ſatisfactum eſſet.

a Venditionis ſub alternatione conceptæ, pars etiam vna tantum conuentione reſolui poteſt.

b Imò, exceptio pacti conuenti in totum obſtabit, *l. 27. §.6. ſ. de pact.*

c *l. vlt. ǰ. de acceptilat.*

d In contractibus qui hinc inde obligant, contractu vna parte reſoluto, ex altera quoque parte reſolutus intelligitur.

e Imò, vnus petere poſſe ab altero videtur, *l. 56. ſ. de pact.*

f Hinc nonnulli colligũt, ſtipulationem inutilem habere vim pacti: mouentur etiam *lege 27. §. pen. ſ de pactis, l.2. l.10. ǰ. de acceptilat.* Sed illæ leges loquuntur de acceptilatione, non de ſtipulatione. ſtipulatio obligationem parit acceptilatio liberationem: propenſiores ſumus ad liberandum quàm ad obligandum. Inutilis acceptilatio habet pactum. Inutilis ſtipulatio, non habet pactum. Cuiac. ad *l.1. ǰ. de ver. oblig.*

g id eſt, quatenus eſt acceptilatio, nõ tollit, niſi obligationem verbis contractam, quatenus conſenſum habet, valet vt pactum ad exceptionem.

h Nuda conuentione, ſi res non ſit ſecuta, emptio diſſolui poteſt, *l.2. ſ. eod.*

i ante traditionẽ.

k Quæ? vt periculum hominis ante traditionem pertineat ad venditionem.

l adde *l. 31. §. 2. ǰ. de ædilit.*

m Vendebatur res plerunque hunc in modum, vt ſi diſplicuiſſet redderetur, *vt hic.* redhiberetur, *l. quod nolit, 31. § ſi quid ita 22. ǰ. de ædilitio. inempta eſſet. l.3. ſ. de contr. empt.*

n In factum actio proxima empti actioni, v. quæ ſcripſi ad *l.4. ſ. de lege commiſſoria.* o Contractus purus, contractu conditionali non reſoluitur. Emptum purè, ſub conditione emere ampliùs non poſſumus.

p non idem è contra: quia per plenam à ſemiplena, non per ſemiplenam à plena emptione receditur. *arg. l.11. in fin. pr. ſ. de in diem addict. l.108. §.9. ǰ. de leg. 1.* vide *hic.* Accurſ.

q *l.1. ſ. eod.*

r Errans nemo rem ſuam amittit, *l.35. ǰ. de acq. rer. l.18. C. de rei vind.*

ſ Subſcribens per errorem, & ſic errans in ſubſcribendo, ſibi non præiudicat, *l.39. ſ. de pign.* t Serui contractu dominus teneaur prætoria actione non ciuili, adde *§. in perſonam. Inſt. de act.*

u Hinc colligit Baldus ſubhaſtationem ſemper requiri, vbi res abſentis venditur, *l.3. C. de execut rei iudic.*

x Reſciſſo per ſententiam contractu petente id venditore poteſt emptor excipere atque etiam poſtulare, vt pretium & expenſas recipiat.

y *l.3. C. ſi aduerſus fiſcum. l.3. C. ſi vendito pignore agatur, v. l.3. C. de iure fiſci.*

z Imo procurator Cæſaris. *l.3. C. de iure fiſci.* Prouinciarum aliæ Proconſulares, aliæ Præſidiales, Suet *in Aug. 1. Harm. 2.* In quibus Procurator Cæſaris non erat, in eis Præſes erat quoties de fiſcali cauſa agebatur vt erret. Alciatus *in d. l.3.* dum in Proconſulares, procuratores miſſos eſſe ſcribit. Nam indifferenter εἰς τὰ ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου, *teſte Dione* 53. procuratores Cæſaris miſſi fuere.

a Reſciſſum, ſatis ſuperque intelligi contractum, ſi iudex dixerit, ſe iubere reſciſſum eſſe, hinc colligit Baldus, de quo v. Albericum.

b Antequam ei. *Hal.* c *v. l.28. ſ. de pign.* Hinc colligit Bart. non impediri alienationem & ſubhaſtationem, ſi quis tantum dicit ſe paratum offerre pretium; ſed requiri, vt pecunia offeratur.

De lege

De lege commiſſoria.

10. *Idem* lib. 7. Digeſtorum.

SEius à Lucio Titio emit fundum lege dicta, *vel, ſi ad diem pecuniam non ſoluiſſet, res inempta fieret.* Seius parte pretij præſenti die ſoluta, defuncto venditore, filiis eius pupillaris ætatis, & ipſe tutor cum aliis datus, neque *a* contutoribus pretium ſecundum legem numerauit, nec rationibus tutelæ retulit: quæſitum eſt, an irrita emptio facta eſſet? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, inemptam videri.

1 ¶ Emptor prædiorum, cùm ſuſpicaretur, Numeriam, & Semproniam controuerſiam moturas, pactus *b* eſt cum venditore, *vt ex pretio aliqua ſumma apud ſe maneret, donec c emptori fideiuſſor daretur à venditione.* poſtea venditor eam legem inſeruit, *vt ſi ex die pecunia omnis ſoluta non eſſet, & venditor ea prædia veniſſe nollet, inuendita d eſſent.* interea de aduerſariis alteram mulierem venditor ſuperauit, cum altera tranſegit, ita vt ſine vlla quæſtione emptor prædia poſſideret: quæſitum eſt, cum *e* neque fideiuſſor datus ‖eſt‖, nec omnis pecunia ſecundum legem ſuis diebus ſoluta ſit, an prædia inuendita ſint? Reſpondit, ſi conueniſſet, vt non prius pecunia ſolueretur, quàm fideiuſſor venditi cauſa daretur, nec id factum eſſet, cùm per emptorem non ſtare, quo minus fieret, non poſſe poſteriorem legis partem exerceri.

a tenetur autem in ſua perſona & in ſe præſtare, quod aduerſus alios, *l.69. ff. de fideiuſſorib.* Et breuiter, ſoluendi pupillo poteſtatem tutor habuiſſe intelligitur, qui contutoribus ſuis ſoluere potuit. Ita fiet vt tutor in legem commiſſoriam incidere poſſit, qui intra conditũ ſolutioni ex cauſa emptionis tempus partem pretij contutoribus ſuis non ſoluerit. Alioquin in legem commiſſoriam non incidit, qui non habuit cui pretium ſolueret.

b Fideiuſſor ob euictionis ſuſpicionem rectè petitur.

c Interdum tamen conueniebat, vti ne venditor vadem, fideiuſſorémve daret. dixi ad Varronem 5. *de lingua.*

d *Inuenditi* vox, nota legis commiſſoriæ. dixi ad *l.2. ff. de lege commiſſoria.*

e *l.18. §.vlt. ff. de periculo & commodo.*

f 4.C.48.39. *Ecloga 6.*

g Interitu ſcilicet & incommodo accidente, vel dolo, vel culpa, vel negligentia vel caſu fortuito.

h Perfectæ aut minus. Baro huius edicti formulam ſic reſtituit: futuram huic tit. vice ſummæ: *Ante perfectam emptionem, venditoris: poſt emptionem, emptoris (niſi aliud conuenit) periculum commodùmque erit.*

i perfectè, *l.8. ff. eo. vt in ſpecie l. 35. §. 5. ff. de contrah. empt.*

DE f PERICVLO g, ET COMMODO rei venditæ h.

TIT. VI.

De vino. 2. De dolio ſignato. 3. De die ad metiendum præſtituto. 4. De vino doliari.

Vlpianus lib. 28. ad Sabinum.

SI vinum venditum *i* acuerit *k*, vel quid aliud vitij *l* ſuſtinuerit, emptoris erit damnum: quemadmodum ſi vinum eſſet effuſum, vel vaſis contuſis, vel qua alia ex cauſa.

¶ Sed ſi *m* venditor ſe periculo *n* ſubiecit, in id tempus periculum ſuſtinebit, quoad ſe ſubiecit: quod ſi non deſignauit tempus, eatenus periculum ſuſtinere debet, quoad deguſtetur vinum. videlicet quaſi tunc pleniſſimè veneat, cùm fuerit deguſtatum *o*. Aut igitur conuenit, *quoad periculum vini ſuſtineat,* & eatenus ſuſtinebit: aut non conuenit, & vſque ad deguſtationem ſuſtinebit. ſed ſi nondum ſunt deguſtata, ſignata *p* tamen ab emptore vaſa, vel dolia, conſequenter dicemus, adhuc periculum eſſe venditoris: niſi ‖ſi‖ aliud conuenit.

1 ¶ Sed & cuſtodiam ad diem menſuræ venditor præſtare debet. prius quàm enim admetiatur vinum, ‖prope‖ quaſi nondum venit: poſt menſuram factam, venditoris deſinit eſſe periculum. & ante menſuram periculo liberatur, ſi *q* non *r* ad menſuram vendidit, ‖ſed‖ fortè amphoras, vel etiam ſingula dolia.

2 ¶ Si dolium ſignatum *ſ* ſit *t* ab emptore, Trebatius ait, traditum id videri. Labeo contra, quod & verum eſt. magis enim ne ſummutetur *u*, ſignari ſolere, quàm vt tradere tum videatur.

k Vino vendito periculum eſt emptoris. Periculum puta acoris, & vitia eiuſmodi, effuſio, valorum contuſio, ſimilis denique cauſa, *vt hic.*

l puta mucoris, vt ſuperius acoris, *l.4. ff. eod.*

m Vini venditi periculum in ſe venditor poteſt ſuſcipere. Quid ſi ſuſceperit ad certum vſque tempus? intra tempus conſtitutum tantum periculum præſtat, non poſt tempus. Quid ſi non deſignato tempore, vini venditi periculum in ſe ſuſcepit? eatenus periculum præſtabit, quatenus vinum deguſtatum fuerit. Cur ad vini deguſtationem vſque? quia tunc pleniſſimè vinum veniſſe intelligitur, *vt hic.* Ante deguſtationem igitur plenè venditum non videtur. Quid ſi non deguſtatum vinum, ſed ſignata vaſa vel dolia vini fuerint ab emptore? periculum vini eſt emptoris, niſi aliud conuenit, *vt hic.* Magnum igitur diſcrimen eſt deguſtati vini, & vaſorum ſignatorum. atqui ſignatione doliorum facta ab emptore, traditum ei vinum cenſetur, *§.2. ff. eo.* proinde ei vt domino vinum perierit? ita Trebatius ſenſit: à Labeone tamen notatus eſt, *ibid.* n *v.l.78. in fin. ff. de contr. empt.*

o Deguſtatio ſola non facit vinum eſſe venditum: deguſtationem ſequi debet voluntas & conſenſus emendi. Et hoc ita eſt, ſi ſingulatim emptæ ſint vini amphoræ. At ſi quis ad certam menſuram vinum emerit, ita vt in ſingulas amphoras pretium ſit ſtatutum, talis emptio generis, non ſpeciei eſſe videtur, habens eam conditionem, *vt quantum admenſum fuerit, tantum ſit emptum.* ita fiet, vt ad menſurationem vſque periculum ſit venditoris, non emptoris. Periculum (inquam) non qualitatis (puta acoris aut mucoris, *l.4. ff. eod.*) ſed ſubſtantiæ, vt ſi vinum pereat, non emptori, cui nihil eſt admenſum, ſed venditori pereat, & ita concilianda ſunt iura quæ hac de re variè loquuntur, ſcilicet *hac lex, l.4. §.1. in fin. l.15. ff. eo l.34. §.5. l.33. §. pen. ff. de contr. empt.* Vveſemb. *hic.*

p Quia non videtur tradita: materia contra tradita videtur, quoties ſignata, *l.14. in fin. ff. eod.* v. Hot. *q. illuſtr. 12.* q *v.l.2. §.1. ff. eod.* r Vino ad amphoras vel dolia vendito, vini periculum venditor non præſtat: neque vinum ad menſurationem vſque cuſtodire cogitur; quia non ad menſuram, ſed ad amphoras & dolia venditum eſt *vt hic.* Sin autem ad menſuram ſit venditum, ad diem menſuræ cuſtodiam præſtare debet. Hoc enim caſu priuſquam vinum ſit admenſum, prope quaſi nondum venit, *vt ff. eo.* Imò ne quidem venit, quia ad menſuram venditum. ſ *l.2. C. eo. l.35. §.5. ff. de contr.* t Signatione doliorum facta ab emptore, vinum emptori non intelligitur traditum. Quid ita? Signare vinum emptor non intelligitur, vt vinum ei traditum videatur. ſed vt ne immutetur, *vt hic.* u ſubmitteretur. *(al.)* Id eſt ſupponeretur alia pro alia amphora.

3 ¶ Licet *a* autem venditori vel effundere vinum, ſi diem ad metiendum præſtituit, nec intra diem admenſum eſt: effundere autem non ſtatim poterit priuſquam teſtando *b* denuntiet *c* emptori, vt aut tollat vinum, aut ſciat futurum, vt vinum effunderetur *d*. ſi tamen, cùm poſſet effundere, non effundit, laudandus *e* eſt potius. ea propter mercedem quoque doliorum poteſt exigere. ſed ita demum, ſi interfuit eius inania *g* eſſe vaſa, in quibus vinum fuit. veluti ſi locaturus ea fuiſſet, vel ſi neceſſe habuit alia conducere dolia. commodius eſt *h* autem conduci vaſa, nec reddi vinum, niſi quanti conduxerit ab emptore reddatur, aut vendere vinum bona fide, id eſt, quantum ſine ipſius incommodo fieri poteſt, operam dare, vt quàm minimo detrimento ſit ea res emptori.

4 ¶ Si doliare *i* vinum emeris, nec de tradendo ‖eo‖ quicquam conuenerit, id videri actum, vt ante euacuarentur, quàm ad vindemiam opera eorum futura ſit neceſſaria. quòd ſi non ſint euacuata, faciendum *k*, quod veteres putauerunt, per corbem *l* venditorem menſuram facere, & effundere. veteres enim hoc propter menſuram ſuaſerunt, ſi quanta menſura eſſet non appareat, videlicet vt appareret, quantum emptori perierit.

De cuſtodia.

2. *Gaius* lib. 2. Quotidianarum rerum.

HOc ita verum eſt, ſi *m* is eſt venditor, cui ſine noua vindemia non ſint iſta vaſa neceſſaria. ſi verò mercator eſt, qui emere vina, & vendere ſolet, is dies ſpectandus eſt, quo ex commodo venditoris tolli poſſint.

1 ¶ Cuſtodiam *n* autem, ante admetiendi diem, qualem præſtare venditorem oporteat, vtrum plenam *o*, vt & diligentiam præſtet, an verò dolum dumtaxat, videamus? Et puto, eam diligentiam venditorem exhibere debere, vt *p* fatale *q* damnum, vel vis magna, ſit excuſatum *r*.

3. *Paulus* libro 5. ad Sabinum.

CVſtodiam autem venditor talem præſtare debet *ſ*, quam præſtant hi, quibus res commodata *u* eſt, vt diligentiam præſtet exactiorem quàm in ſuis rebus adhiberet.

De vino intra diem deguſtando. 1. De auerſione.

4. *Vlpianus* lib. 28. ad Sabinum.

SI quis vina vendiderit, *& intra certam diem deguſtanda dixerit*, deinde per venditorem ſteterit, quo minus deguſtarentur: vtrum præteritum *x* duntaxat periculum acoris *y* & mucoris venditor præſtare debet? an verò etiam die præterito, vt, ſi fortè corrupta ſint, poſteaquàm dies deguſtandi præteriit, periculum ad venditorem pertineat? an verò magis emptio ſit ſoluta, quaſi ſub conditione venierint, hoc eſt, ſi ante diem illum fuiſſent deguſtata? Et intererit, quid

a prædurum quidem, ſed ita ſcriptum eſt. M. Cato inter leges venditi vini ſimilem refert licentiam: dominus, inquit, vino, quod volet, faciet.

b adde caſum *l.9. ff. de actionib. empt.*

c Atque ita cogere emptorem non poteſt vt tollat: quia res etiam tũ venditoris eſt, v. Zaſium ad *l.9. §.1. ff. de damno.*

d *(al.)* effundatur.

e Laude dignus eſt, qui cum etiam iure, alteri nocere poſſit, non noceat tamen.

f Vinũ igitur non effundet venditor, ſed vel mercedem ſuorum doliorum ab emptore vini exiget (ſi modo eius interfuit vaſa eſſe inania, puta quod vel ea locaturus erat: aut neceſſe habuit, alia nouis fortè vindemiis, conducere): ita venditor non præciſè mercedes doliorum ſuorum exigit ab emptore, ſed illis duobus caſibus) vel alia vaſa conducet, (qua in ſpecie, vinum emptori reddere non cogitur, ante quam ab eo conductorum mercedem receperit) vel vinum ipſum bona fide vendet, quàm minimo emptoris aduerſarij incommodo, *vt hic* quo ex loco ſatis conſtat, falli & errare eos tota via qui putant, hac ſpecie, venditorem, vinum emptoris effundere poſſe. Maior ſanè religio hic iuriſconſulto fuit, quàm vt vinum effundere venditori patiatur. His enim gradibus, ad æquitatem quaſi aſcendit, vt venditor dolia ſua emptori gratis concedat, vel locet: aut ſi neutrum faciat, aliena locet dolia: ſi id etiam non procedat, vt vinum vendat bona fide, minimo aduerſarij detrimento, neque huic ſententiæ repugnabit, qui mox ſequetur paragraphus. Quod conſilium Iuriſconſulti, quoties apud me diligentius retracto, audenter iam dicam, inter Iuriſconſultum & virum bonum nihil intereſſe, certiſſimam denique ad cœlum viam eſſe noſtram iuris profeſſionem, ſi ad æquum & bonum reuocetur.

g Inania vaſa, vacua, euacuata. §. 4.

h Humanius conſilium, ne malitiis indulgeatur, *l.38. circa fin. ff. de rei vindic.* Cæterum Accurſius ait, hoc vocabulo neceſſitatem venditori non imponi: quod improbo. Laudator enim facti & propoſiti à monitore & ſuaſore minimè differt, *l.1. ff. de ſeruo corrupto.* v. Robert. 3. *ſent.* 12.

i Vinum doliare, ſeu de dolio & cupa: nouum, nondum diffuſum ex dolio in amphoras & cados. De hac vendendi lege. v. Canonem, *c.148. de re ruſtica.* Budæus verò ait, doliare vinum emi, cum in doliis emitur, ſine menſuratione, ad differentiam vini pendentis, quod adhuc in vuis eſt, vt doliare vinum ſit vinum, quod dolio continetur.

k Vinum igitur effundere venditori licebit; Facetias hic & iocos, mea ſententia moleſtiſſimo lectori reponit Vlpianus. Nam ſuperiore paragrapho dixit venditorem laudandum eſſe, ſi non effundat cum poſſit effundere: hortatur eum denique vt dolia gratis concedat, aut ſi id nolit, locet; ſi neutrum placeat alienа conducat; ſi ne ita quidem venditori ſedeant, vt vinum vendat minimo aduerſarij detrimento. Vt ad rem redeam, mera hic εἰρωνεία eſt, qualis illa Virgiliana, I, ſequere Italiam ventis *9. Quint. 2.*

l Facere dictum, ac ſi diceret, per cribrum, corbis enim fit ex viminibus, colligendis retinendíſque liquidis inepta. Varro 1 *de re ruſtica 22.* & vt maximè fiat ex viminibus (quemadmodum naues fieri Cæſar, Plinius, Lucanus auctores ſunt) corbis tamen menſuræ genus non eſt. Cuiac. *2. obſeru. 36.* quæ tamen ſententia, cuidam anonymo (cuius extant notæ ad hanc legem impreſſæ cum reliquis Duareni) diſplicet. m Præſumitur tempus adiectum, ex qualitate perſonarum, adde *l. nec ſemel, 12. §. ſi in habitatione 5. l. Firmio 26.) quando dies legati, l. Eum qui certarum 138. ff. de verb. oblig.*

n *l.1. §.1. ff. eod.* qualem? *v.l.3. ff. eod.*

o Plena cuſtodia non tantùm dolum abfuturum, ſed & diligentiam continet.

p *al.* vt fatali damno, vel vi magna ſit excuſatus.

q Fatale damnum excuſat, *v.l.31. ff. de act. empt.*

r *al.* excuſata. *al.* eum excuſet. v. quæ ſcripſi ad *l.2. C. eod.*

ſ venditor cuſtodiam vini debens, eam diligentiam præſtare debet, quam commodatarius in rebus commodatis: quam quiſque in ſuis rebus.

t *l.11. in fin. ff. eod. l.35. §.4. ff. de contr. empt.* u *l.5. §.2. ff. commodati.*

x Venditor vini, moram deguſtando vino afferens; emptori periculum vini præſtat, non modò quod ante diem deguſtando vino præfinitum, ſed & poſt eum diem quia per ipſum factum eſt. y *§.1. in fin. ff. eod. l.1. in princ. ff. eod.*

actum

actum ſit. Ego autem arbitror, ſi hoc occulto ſit, debere dici, emptionem manere: periculum autem ad venditorem reſpicere, etiam vltra diem deguſtando præfinitum: quia per ipſum factum eſt.

1 ¶ *Si auerſione a* vinum venit, cuſtodia tantùm præſtanda eſt. ex hoc apparet, ſi *b* non ita vinum venit, *vt deguſtaretur*, neque acorem, neque mucorem venditorem, præſtare debere, ſed omne periculum ad emptorem pertinere. difficile *c* autem eſt, vt quiſquam ſic emat, vt ne deguſtet. quare ſi *d* dies deguſtationi adiectus non erit, quandoque deguſtare emptor poterit, & quoad deguſtauerit, periculum acoris, vel macoris ad venditorem pertinebit, dies enim deguſtationi præſtitus *e* meliorem conditionem emptoris facit.

2 ¶ Vino autem *per auerſionem* f vendito finis *g* cuſtodiæ eſt auehendi tempus. quod ita erit accipiendum ſi adiectum tempus eſt. cæterùm, ſi non ſit adiectum, videndum, ne infinitam *h* cuſtodiam non debeat venditor. & eſt verius, (ſecundùm ea quæ ſuprà *i* oſtendimus) aut intereſſe, quid de tempore actum ſit, aut denuntiare *k* ei, vt tollat vinum: certè ante-quàm *l* ad vindemiam fuerint dolia neceſſaria debet auehi vinum.

Si per emptorem ſtet quo minùs ad diem vinum tollat.

5. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

SI per emptorem ſteterit, *m* quo minùs ad diem vinum tolleret, poſteà niſi quod dolo *n* malo venditoris interceptum eſſet, non debet ab eo præſtari: ſi, verbi gratia, amphoræ centum ex eo vino, quod in cella eſſet, venierint: ſi admenſum eſt, donec admetiatur *o*, omne periculum venditoris eſt, niſi id per emptorem fiat.

De exceptione facta gratia emptoris.

6. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

SI vina emerim, *exceptis acidis, & mucidis*, & mihi expediat *p* acida quoque accipere; Proculus ait, quamuis id emptoris *q* cauſa exceptum ſit, tamen acida, & mucida non veniſſe. nam quæ inuitus emptor accipere non cogeretur, iniquum *r* eſſe, non permitti venditori vel alij ea vendere.

De alluuione & fluminis occupatione. 1. Quæ cedunt in modum agri.

7. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

ID quod poſt emptionem fundo acceſſit *ſ* per alluuionem *t*, vel periit, ad emptoris commodum, incommodúmque pertinet. nam & ſi *u* totus ager poſt emptionem flumine occupatus eſſet, periculum eſſet emptoris. ſic *x* igitur & commodum eius eſſe debet.

1 ¶ Quod venditur, in modum *y* agri cedere debet: niſi ‖ id actum eſt, ne cederet. at quod non venit, in modum cedendum *z*, ſi id ipſum actum eſt, vt cederet, veluti *a* viæ publicæ *b*, limites, luci, qui fundum tangunt. cùm verò neutrum dictum eſt, cedere non debet. & ideo nominatim caueri ſolet, *vt luci, viæ publicæ, quæ in fundo ſint, totæ in modum cedant.*

De perfecta vel imperfecta emptione, & quæ requirantur vt perfecta dicatur, & quæ ſint effecta perfectæ venditionis.

8. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

NEceſſariò ſciendum ‖ eſt, ‖ quando perfecta ſit emptio. tunc enim ſciemus, cuius periculum ſit:

a v. quæ notaui ad *l. 62. in fin. ſuprà de contrah. emp.*
b Vinum qui ita vendit vt deguſtetur, h.e. vt emptum ſit cum deguſtatum fuerit, acorem & mucorem præſtat: ſi non ea lege vendiderit, neutrum præſtat, *vt hic.*
c Vina, vt ſæpius ea conditione emebantur, vt deguſtarentur: rarò; vt ne deguſtarentur.
d Vino deguſtando die non adiecta, poteſt emptor quandoque, ſeu quandocunque deguſtare: ita accidit vt dies, deguſtationi non præſtitutus (ita paulò poſt videtur legendum) meliorem cõditionem emptoris faciat.
e *Fortè legendum*, non præſtitutus, *vt paulò antè dixi.* & ita quoque legit Cuiac. 23. *obſ.* 34.
f Auerſione vinum vendere? quid dictum, *l. 62. in fin. ſ. de contrah. empt.*
g Vt in cæteris finis negotij ſpectatur, dum approbetur, tollatur, euehatur, reſtituatur *Baro.*
h Infinitam cuſtodiam vini auerſione venditi, venditor non præſtat.
i *l. 1. ſ. eod.*
k Proteſtatio efficit vt ne qui proteſtatus eſt, infinitam cuſtodiam præſtet. *d. l. 1. §. 3. ſ. eod.*
l Vinum auehere emptor debet, antequam dolia ad vindemiam fuerint neceſſaria.
m In eadem cauſa eſt is per quem ſtetit, & cui tradita res: & è contrario qui tradidit, & qui obtulit, *l. 17. ſ. eod. l. 2. l. 4. C. eo.*
n *l. 16. ſ. eod.* igitur venditor, poſt moram emptoris, culpam non præſtat, adde *l. 16. in fin. ſuprà eod.* o *l. 1. §. 1. ſ. eod.*
p Acetum vino interdum vtilius eſſe poteſt. Martialis: Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti. Eſſet cùm vinum, vilior iſta fuit.
q Exceptum emptoris cauſa, non poteſt emptor inuito venditore petere. Ita quod eius fauore inductum eſt, in eius damnum recidit.
r oportet autem æquitatem in contractibus bonæ fidei ſeruare.
ſ *v. l. 1. C. eod.* t Alluuio perfecta emptione, ſiue quid adiicit, ſiue quid aufert emptori prodeſt vel nocet, *l. vlt. ſ. de legat. 3.* Nam poſt venditionem fundi, tam lucrum quam damnum emptorem reſpicit. Quid enim ſi per alluuionem acceſſio facta ſit, vel pars eius, aut totus adeo flumine ſit occupatus? 2. *Syn.* 19 *tit.* 7. *cap.* 13. *Harm. tit.* 3. §. 14. *Theoph.* §. 3. *Inſt. de empt.* u §. 3. *Inſt. de empt.*
x §. 3. *Inſt. de empt. l. 10. ſ. de reg. iur.* y Modus in fundorum venditione plerumque dicebatur *l. 2. inf. de act. emp.* Aggenus Vrbicus: ſoliti erant antiqui in conductionibus & emptionibus modum dicere, atque ita cauere, *fundum illum, iugerum tot, in ſingulis iugeribus taxium.* Itaque ſi ea regione agitur, vbi hæc erit conſuetudo, aut cautiones ſcilicet, aut emptiones intuendæ erunt.
z *al.* cedendum eſt. a In modum agri non cedebant viæ publicæ, limites, luci qui fundum tangebant, niſi id actum eſſet, vt cederent: cùm verò neutrum dictum erat, cedere non debebant, *vt hic, & l. litera, 51. ſuprà de contrah. empt.*
b Fundo ad menſuram vendito, num aggeres & foſſæ menſurandæ ſunt? Bartolus ait in *l. 51 ſuprà de contrah. empt.* in via aliud eſſe ait ad *l. 27. §. 4. ſ. de inſtruct.* quod & Baldus ſentit *C. de contrah. empt. in pr. qu.* 4. nec enim venire in commercium vel contractum; licèt aliqua vtilitas ex eis percipiatur: dominos prædiorum in illis non habere titulum, ſed ſolam vtendi commoditatem: acceſſoriè magis venire ex agrorum cohærentia, quam contractus poteſtate: id liquere magis quòd per ſe vendi non poſſint. Bald. diſtinguit: negat enim ripas menſurandas, ſi exceptæ ſint: ſin comprehenſæ in termino, vendi poſſe: eam conuentionem admitti venditoris gratia, qui cernens in ripa commoditatem (putà ſaliceti, arboreti) pluris fundum vendere voluerit, & alter emere. res enim interdum emimus propter acceſſiones, *l. 34. in prin. ſuprà de contrah. empt.* ita & eaſdem pluris iiſdem de cauſis vendimus. Huic quæſtioni ſubnotabo, quod *ibid.* Baldus notat, colonum, ad fundi foſſas (quæ ad perpetuam rei memoriam conſtructæ ſint) reficiendas non teneri *a* teneri verò, ſi faciant ad vtilitatem eius anni quo conduxerit.

nam *a* perfecta *b* emptione periculum ad emptorem reſpiciet.

¶ Et, ſi *c* id quod venierit, appareat *d*, quid *e* quale, quantum ſit *f*, ‖ ſic ‖ & pretium, & pure venit, perfecta eſt emptio.

¶ Quod ſi *g* ſub conditione res venierit, ſi quidem defecerit *h* conditio, nulla eſt emptio, ſicuti nec ſtipulatio. Quòd ſi extiterit, Proculus & Octauenus emptoris eſſe periculum aiunt. idem Pomponius libro nono probat.

¶ Quòd *i* ſi pendente *k* conditione emptor, vel venditor deceſſerit, conſtat ſi exſtiterit conditio, hæredes quoque obligatos eſſe quaſi *l* iam contracta emptione in præteritum. Quòd ſi pendente conditione, res tradita ſit *m*, emptor non *n* poterit eam vſucapere pro emptore, & *o* quod pretij ſolutum eſt, repetitur *p*, & fructus *q* medij temporis venditoris ſunt, ſicuti ſtipulationes *r*, & legata conditionalia perimuntur, ſi pendente conditione *ſ* res exſtincta fuerit. Sanè *t* ſi exſtet res, licèt deterior effecta, poteſt dici, eſſe damnum emptoris.

1 ¶ Si ita venierit, *eſto ille ſeruus emptus, ſiue* u *nauis ex Aſia venerit, ſiue non venerit*, Iulianus putat, ſtatim *x* perfectam eſſe venditionem, quoniam certum ſit eam contractam eſſe.

2 ¶ Cùm vſumfructum mihi vendis, intereſt, vtrùm *y* ius *z* vtendi, fruendi, quod ſolum tuum ſit, vendas, an verò in ipſum corpus, quod tuum ſit, vſumfructum mihi vendas: nam priore caſu, etiam ſi ſtatim morieris, nihil mihi heres tuus debebit; heredi autem meo debebitur, ſi tu viuis, poſteriore caſu, hæredi meo nihil debebitur *a*, heres tuus debebit.

De arboribus ante fundi emptionem deiectis.

9. *Gaius* libro 10. ad Edictum prouinciale.

SI poſt *b* inſpectum *c* prædium, antequam emptio contraheretur, arbores vento *d* vi deiectæ ſunt, an hæ quoque emptori tradi debeant, quæritur, & reſponſum eſt, non deberi; quia *e* eas non emerit: cùm antequàm fundum emerit, deſierint fundi eſſe. ſed ſi ignorauit emptor deiectas eſſe arbores, venditor autem ſciuit f, nec admonuit, quanti emptoris interfuerit, rem æſtimandam eſſe, ſi modò venit.

De emptione conditionali & pacto. 1. De loci interitu ante menſionem.

10 *Vlpianus* lib. 8. Diſputationum.

SI in venditione conditionali hoc ipſum conueniſſet *g*, *vt res periculo emptoris ſeruaretur*, puto pactum valere *h*.

1 ¶ In libro ſeptimo digeſtorum Iuliani Scæuola notat, Fundi *i* nomine emptor agere non poteſt cùm prius, quàm menſura *k* fieret, inundatione *l* aquarum aut chaſmate *m*, aliòve quo caſu, pars fundi interierit.

De inſula combuſta.

11. *Alfenus* " Varus " lib. 2. Digeſtorum.

SI vendita inſula combuſta *n* eſſet, cùm incendium ſine culpa *o* fieri non *p* poſſit, quid iuris ſit? Re-

a Perfectæ venditionis is eſt effectus, vt ab ea periculum rei ſpectet ad emptorem.
b *l. 1. C. eod.*
c Perfectam venditionem facit rei certitudo, eius pretium, & ſi purè *venit*, aut ſi ſub conditione venit, & conditio extitit.
d *l. 9. Cod. de contrah. empt.*
e *Certum* cenſetur de quo apparet, quid, quale, quantum, *l. 74. l. 75. ſ. de verb. oblig.*
f *l. 9. Cod. de contrah. empt.*
g Venditio ſub conditione contracta, deficiente conditione nulla eſt, exiſtente, perfecta eſt, & periculum ad emptorem pertinet. Si ea pendente venditor vel emptor mortuus ſit, obligatio tranſit ad heredes. quod ſi res tradita ſit pendente conditione, emptor, eo ſpatio, rem ipſam vſucapere non poterit, quia pendente conditione non eſt emptio: Si interierit, venditoris: Si deterior tantum facta, emptoris erit periculum.
h *l. 7. in prin. ſ. de contrah. empt.*
i Initium legis eſt, hic paragraphus apud Fulgoſium *in l. pecuniam 36. ſ. de reb. creditis.*
k *l. 5. C. eod.*
l Conditione venditionis exiſtente, venditio in præteritum, retrotrahitur, vt quaſi purè facta videatur *l. 11. qui potiores.* conditionis euentus facit, vt quaſi purum fuiſſe negotium videatur.
m alij, quàm emptori, n *l. 2. §. 2. ſ. pro emptore.*
o *al.* ſed. p *l. 41. in fine ſ. de contrah. empt.*
q *l. 6 circa fin. C. de pactis inter emptorem.*
r *l. 23. inf. de verb. oblig.*
ſ *v. l. 33. inf. de verbor. oblig.*
t Conditione venditionis pendente ſi res intereat, periculum eſt venditoris: ſi ſit deterior emptoris. *vt hic.* Quid ita? Vbi res non exſtat, fictio non habet vbi hæreat, ſecus vbi extat licet deterior ſit, *l. huic 15. ſ. ad l. Aquil.* Atqui venditore vel emptore mortuis pendente conditione, non interiit venditio vel emptio? rectè: nam ipſi heredes ipſam defunctorum perſonam repreſentant, & vna eademque perſona cenſentur cum defuncto, *ſ. eod. d. l. ſi prædio. ſuprà de in diem addict.*
u dixi ad *l. 60. ſ. de cond. indeb.*
x Legatum tamen ex ſimili conditione non tranſit, *l. 13. inf. quando dies.*
y Ius vtendi fruendi ſi mihi ab vſufructuario venditum ſit, fructuario ipſo mortuo, heres venditoris non amplius mihi debebit, & tamen hæredi meo debebit. Si verò proprietarius vſumfructum mihi vendiderit, & pòſt mortuus ſit, heres venditoris mihi debebit: heredi meo, nihil.
z Id enim vendi poteſt, *§. 1. in fin. Inſt. de vſu.*
a Sed mihi, *l. 3. C. de vſufr.*
b Fundo inſpecto tantum, nedum empto, arbores interim, dum emptio perficeretur deiectæ, emptori non debentur. Quid ita? quia non emit. Cur non emit? quia antequam emit, fundi eſſe deſierunt. Quòd ſi emptor neſciuit deiecta, venditor ſciuit, nec admonuit? quanti emptoris interfuerit, res æſtimabitur, *vt hic.* Quid ſi emit fundum: & emptione iam perfecta, arbores vi deiectæ, vel igne conſumptæ? emptio fundi non videbitur contracta, ſi contemplatione arborum fundus comparatus eſt, *l. 58. ſ. de contrah. empt.*
c Inſpecti ab emptore fundi tempus non inſpicimus, ſed contractus.
d *v. l. 58. ſuprà de contrah. empt.*
e Venditor fundi emptori id præſtare non cogitur quod ante venditionem perfectam fundi eſſe deſierit.
f *l. 39. inf. de contrah. empt.*
g Aliud ſi non conuenit, *l. 5. C. eod.* Interim colligunt, conuentionem nudam veſtiri contractus vnitione, etiam ſi conditionalis ſit.
h & ita pactum nudum, veſtitum cohærentia contractus valet.
i Vt in rebus mobilibus, ita & immobilibus non dicitur perfecta venditio, antequam menſuretur. k Ante menſuram, de qua facienda conuenit, non eſt fundi venditio. l Aquæ inundatione, aut chaſmate, fundi & immobilia interire dicuntur, *v. l. 23. ſ. de reg. iur.* m Terræ motu, *l. 47. in fin. ſ. de leg. 1. v. Plin. 2. c. 62.*
n *l. 5. C. eod.* o Leuiſſima ſcilicet & quidem inhabitantium, quod plerumque accidit, *l. 3. §. 1. ſuprà de offic. præf. vigil.* ergo non ſemper eorum culpa id accidit.
p Fieri poſſit. Hot. 1. obſſeru. 32.

ſpondit

ſpondit: Quia ſine patrisfamiliâs *a* culpa fieri poteſt, neque ſi ſeruorum negligentia factum eſſet, continuò dominus in culpa erit. quamobrem ſi *b* venditor eam diligentiam adhibuiſſet in inſula cuſtodienda, quam debent homines frugi *c* & diligentes præſtare, ſi quid accidiſſet, nihil *d* ad eum pertinebit.

De lectis in via publica poſitis & ab ædili conciſis.

12. *Paulus* lib. 3. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

LEctos *e* emptos ædilis, cùm in via *f* publica poſiti eſſent, concidit *g*, ſi traditi eſſent emptori, aut per *h* eum ſtetiſſet *i*, quominus traderentur, emptoris periculum eſſe placet.

13. *Iulianus* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

EVmque cum ædili *k*, ſi id *l* non iure feciſſet, habiturum actionem legis Aquiliæ, aut certè cum venditore ex empto agendum eſſe, vt is actiones ſuas, quas cum ædile habuiſſet, ei præſtaret.

1. *De furto. de traditione.*

14. *Paulus* lib. 3. Epitomarum Alfeni Digeſtorum.

QVòd ſi neque traditi eſſent, neque *m* emptor in mora fuiſſet, quo minùs traderentur: venditoris periculum erit.

1 ¶ Materia *n* empta ſi furto periſſet, poſtquam tradita eſſet, emptoris eſſe periculo reſpondit: ſi minùs, venditoris. videri *o* autem trabes traditas, quas emptor ſignaſſet.

De vino corrupto.

15. *Gaius* lib. 2. Quotidianarum rerum.

SI vina, quæ *q* in doliis erunt, venierint, eáque antequam ab emptore tollerentur, ſua natura corrupta fuerint, ſi quidem de bonitate eorum adfirmauit *r* venditor, tenebitur emptori, quòd ſi nihil adfirmauit, emptoris erit periculum. quia, ſiue *ſ* non deguſtauit, ſiue *t* deguſtando malè probauit, de ſe queri debet. Planè ſi cùm intelligeret venditor non duraturam bonitatem eorum vſque ad in eum diem, quo tolli deberent, non *u* admonuit emptorem, tenebitur ei, quanti *x* eius intereſſet, admonitum fuiſſe.

De re ab emptore conducta, donec pretium ſoluat.

16. *Iauolenus* lib. 7. ex Caſsio.

SErui emptor, ſi eum conductum *y* rogauit, donec pretium ſolueret, nihil per eum ſeruum adquirere poterit. quoniam * non videtur traditus is *z*, cuius poſſeſsio per locationem retinetur à venditore. Periculum eius ſerui ad emptorem pertinet, quod tamen ſine *a* dolo venditoris interuenerit.

De mora.

17. *Pomponius* lib. 31. ad Quintum Mucium.

ILlud ſciendum eſt, cùm *b* moram emptor adhibere cœpit, iam non culpam, ſed dolum "malum" tantùm præſtandum à venditore. Quòd ſi per venditorem, & emptorem mora fuerit, Labeo quidem ſcribit *c* emptori potiùs nocere, quàm venditori moram adhibitam. Sed videndum eſt, ne poſterior *d* mora damnoſa ei ſit. quid enim, ſi interpellauero venditorem, & non dederit id, quod emeram: deinde, poſteriore *e* offerente illo, ego non acceperim? ſanè hoc caſu nocere mihi deberet. Sed ſi per emptorem mora fuiſſet, deinde, cùm omnia in integro eſſent venditor moram adhibuerit, cùm poſſet ſe exſoluere: æquum eſt, poſteriorem moram venditori nocere.

De oneribus habitationum finitis. 1. *De euictione.*

18. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

HAbitationum oneribus morte liberorum finitis, emptor domus ob eam cauſam venditori non tenetur, ſi nihil aliud conuenit, quàm vt habitationes ſecundùm defuncti voluntatem ſuper pretium libertis præſtarentur.

1 ¶ Ante *f* pretium ſolutum dominij quæſtione mota, pretium emptor ſoluere non cogetur, niſi *g* fideiuſſores idonei à venditore eius euictionis *h* offerantur.

De mora in pretio ſoluendo.

19. *Hermogenianus* lib. 2. iuris Epitomarum.

VEnditori, ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit, vſuras *i* dumtaxat præſtabit, non omne omnino quod venditor, mora non facta, conſequi potuit: veluti ſi negotiator fuerit *k*, &, pretio ſoluto, ex mercibus plus *l*, quàm ex vſuris, quærere potuit.

DE SERVIS EXPORTANDIS *m*: VEL ſi ita mancipium venierit, vt *n* manumittatur, vel contra.

TIT. VII.

De ſeruo exportando, & legis remiſsione.

Vlpianus lib. 32. ad Edictum.

SI fuerit diſtractus ſeruus, *ne aliquo loci moretur*, qui vendidit, in ea conditione eſt, vt poſſit *p* legem remittere, ipſe Romæ *q* retinere. quod & Papinianus libro tertio reſpondit: propter *r* domini enim (inquit) ſecuritatem cuſtoditur lex, ne periculum ſubeat.

De interdictione Italiæ.

2. *Marcianus* lib. 2. Publicorum.

EXportandus ſi venierit ab Italia, in prouincia *ſ* morari poteſt: niſi ſpecialiter prohibitum fuerit.

3. *Paulus* lib. 50. ad Edictum.

SI quis hac lege veniit, *vt intra certum tempus manumittatur, ſi non ſit manumiſſus, liber ſit*: ſi tamen is, qui vendidit, in *u* eadem voluntate *x* perſeuerer, heredis voluntatem non eſſe exquirendam.

De minore vendente ſeruum, vt manumittatur.

4. *Marcellus* lib. 24. Digeſtorum.

SI *y* minor viginti annis ſeruum tibi in hoc vendiderit, & tradiderit, *vt eum manumitteres*, nullius *z* momenti eſt traditio; quamquam ea mente tradiderit

a Non tamen ſine alicuius culpa, Cuiac 17. *obſ.* 29. *in fin.*

b Incendium rei alienæ, frugi homo & diligens cuſtos non præſtat.

c *Frugi homo*, cui opponitur nequam.

d Si venditoris dolo & lata culpa incendium acciderit, tenetur de incendio, *l.* 11. *infr. de incendio.* ſi diligens fuit, ad inſtar eorum qui ſunt frugi & diligentes, in cuſtodienda re vendita, non tenetur de incendio, vtcunque ſerui eius negligentia incendium acciderit, *vt hic*: id enim fortuitò accidit, i. extra eius dolum & latam culpam, ideóque venia indiget *l.* 11. *infr. de incendio.* & hæc quidem de venditore. Quid de conductore dicendum eſt? eum ſcilicet eodem exem. lo non teneri, ſi contra præſumptionem (negligentiæ ſcilicet latæ, & doli) probauerit ſe diligentem fuiſſe: quo probato ſe,atus eſt, *vt hic*. quanquam nonnulli diſtinguunt vt conductor teneatur incendij, ſeruis conuictis, ſi in officio ſibi commiſſo deliquerint, putà lucernam in ſtabulo cuſtodiendo habuerint. Si in alio loco extra munus ſuum, non teneatur. Quis. n. præſtare poſsit? v. Andr. Gayl. 2. *obſ.* 21. Quid? an incendio probato ſerui conductoris illico tenebuntur tanquam planè conuicti? vt continuò neceſſe ſit ab eis incendium ortum fuiſſe, ſi non ab eorum domino fuerit admiſſum? vtique conductore abſoluto locator probationes ſuas afferre debet: ergo & certum ex eis aliquem omnino nominare tenetur, ne alioquin incerta feratur ſententia. Num verò eo caſu conductor vicinis tenebitur incendij nomine, ſi incendij ratione eis nocitum fuerit? diſtingue vt ſupra. Quid ſi quis ædes incendio proximas interciderit, ne ignis ad domum perueniret? non tenetur, *v. l.* 3. §. 8. *inf. de incendio*. Is verò cuius ædes ita deſtructæ fuerint, vicinæ ſeruandæ cauſa, num exemplo contributionis quæ iactus cauſa fit, in vicinos aget? *v. d. l.* 3.

e Vt & ſibi menſuras. *v. l.* 13. § 9. *infr. locati.* Suetonium *in Claudio.* c. 16. *in fin.*

f Viarum enim cura ædilibus commiſſa erat *l.* 1. *inf. de via publica*. De viarum curatoribus tractat Paulus 5. *ſent.* 6. §. 2. qui & *viocuri* dicuntur.

g *v. l.* 102. *inf. de ſolutionib.* Iniuria rei emptæ illata à iudice, emptori nocet, ſi vel ei tradita fuit, aut per eum ſtetit, quominus traderetur, *vt hic, & l.* 14. *infr. eod.*

h Mora emptoris ipſi nocet authori.

i *l.* 13. *l.* 14. *infr. eod. l.* 4. *& vlt. C. eod.*

k Poterat enim in ius vocari, quia non erat ſummus magiſtratus & cum Imperio. Cic. 2. *in Verrem.* 13. *ex Varrone.*

l Litem ſuam facit iudex, cum poteſtate abutitur. adde *l. ædiles. infra de via publica.* m *l.* 2. *ſupr. eod.*

n Si vendita materia furto perierit ante traditionem, venditoris damno ſit: ſi poſt, emptoris. videntur autem trabes traditæ quas emptor ſignauit. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 6. *c.* 7. De materia dixi *ſupr. ad l.* 12. *ſupr. de vſufructu. Materia* autem hic ligna ad ædificandum parata. §. 29. *Inſt. de rerum diuiſ.* adde *l.* 167. 168. *infr. de reg. l.* 7. *ſupr. ad exhib.*

o Imò ſignatione res non videtur tradita, *l.* 1. §. 2. *ſupr. eod.* An hic aliud in trabibus quam in doliis vini ſignatis? Si aliud, cur aliud? An quia vini dolia ſignari in alium finem poſſunt, quam vt tradita habeantur: trabes non poſſunt ſignari ob alium finem?

p Signatio interdum habeatur pro traditione, v. quæ notaui ad *l.* 1. *in pr. ſupr. eod.*

q Id genus vini doliare *l.* 1. §. *vlt. ſupr. eod.*

v. quæ notaui de adfirmatoribus ad *l.* 12. §. 13. *ſupr. mandati.*

r Vini doliaris venditi periculum emptoris eſt, etiam ante deguſtationem.

ſt Paria ſunt malè deguſtare, & non deguſtare.

u Decipit emptorem venditor, qui eum non admonet vitiorum rei emptæ. adde *l.* 14. *in fin. infr. de liberali.* qui denique eum certiorem non facit, rem duraturam non eſſe. x vide *l.* 3. *C. eodem.*

y Emptor ſerui eum conductum à venditore rogare poteſt, donec pretium ſoluat. adde *l.* 37. *inſ. de adq. poſſ.* Idem precario rogare poteſt *l.* 20. *inf. de precario.* Id genus poſſeſsionis, neque vnum eſt, neque plenum. Itaque qui ſeruum ita conductum aut precario habet, nihil per eum adquirit. Quid eius ſerui, cuius periculum eſt, an venditoris, aut emptoris potius? emptoris, *vt hic*.

per colonum enim poſsidemus *l.* 25. §. 1. *l.* 37. *inſ de adq. poſſ.* vt & per ipſum vel emptorem donec pretium rei nobis ab eo ſoluatur, *vt hic.* & è contra. Nam & ſi venditor non teneatur præciſè transferre dominium rei venditæ, ſi tamen venditor in inſtrumento fatetur ſe conſtituere, nomine emptoris rei venditæ, poſſeſſorem, his verbis ei poſſeſsionem ſe ei tradidiſſe demonſtrauerit. Nihil enim intereſt, an quis per ſe ipſum rem venditam prehendat ingrediaturve, an per alium? Quid ſi venditor conſtituit ſe nomine emptoris precario poſsidere? in emptorem ſola ciuilis poſſeſsio non naturalis transfertur. Ferrarienſis *formula* 57. *ſummar.* 12. Bartolus, poſt Accurſium notat requiri vt aliquis poſsideat ciuiliter & naturaliter, ad hoc vt faciat fructus ſuos, i. neminem fructus rei ſuos facere niſi ciuiliter & naturaliter poſsideat. a *v. l.* 5. *ſup. eo. l.* 37. *infr. de act. empt.*

b Mora vbi ſolius eſt emptoris: ipſi tantùm auctori nocet, *vt hic*, vbi emptoris & venditoris, qui poſtremus eorum moram admiſerit, moræ is tenebitur, *verſ. quod ſi*, adde *Syn. Baſ.* 19. *tit.* 6. *c.* 9. 3. *Harm.* 3. §. 21.

c *l.* 51. *infr. de act. empt.*

d Mora poſterior nocet. vide tamen Socinum *regula* 27. e *al.* poſtea.

f *v l.* 17. §. 2. *in fin. infr. de doli excep. l.* 24. *inf. de euiction.*

g Euictione initio venditionis imminente, emptor pretium alias ſoluere non cogitur niſi fideiuſſores idoneos à venditore accipiat, *vt hic.* Quid in hac ſpecie, num rectè poſtulabit fideiuſſorem aduerſus quoſcumque qui poſtea litem mouere poſſunt vel poterunt? an aduerſus eum tantùm qui tum agat? etiam in quoſcunque, *l. vlt.* §. 1. *ſuprà tit. prox.* vt interpretes in *l.* 1. *poſt perfectam* 24. *C. de euict.* & ita Iacobus de Arena, Richardus Malumbra & Cynus putant. Vnde quidam hoc ſynthemα emptori ſuggerunt, vt, ne pretium ita venditori ſoluat, certos homines ſummittat qui litem rei venditæ nomine venditori moueant.

h gratia ſcilicet.

i Vſuras pretij, ob moram in eo venditori numerando, præſtat emptor. An & lucrum omne quod venditor ex pretio etiam ſupra legitimum vſurarum modum facere potuit? non præſtabit, *vt hic.* adde *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 6. *c.* 11. 3. *Harm.* 3. §. 63.

k Imò eo caſu lucri ceſſantis, aut ſpei lucri habenda ratio eſt, *l.* 2. *in fin. ſupr. quod certo.* Reſpondeo, certi lucri initur ratio in eo qui negotiari ſolitus eſt, quique ſi pretium habuiſſet lucrum præſens habere potuiſſet. aliud eſt in eo qui negotiari non eſt ſolitus: tunc enim incerti lucri habenda non eſt ratio. Multa enim accidere poſſunt quæ lucrum impediunt: & in l. Aquilia non conſideratur futurum lucrum, quod ſpe tantùm erat, propter eius incertitudinem *l.* 29. §. 3. *ſupr. ad l. Aquil.* & ita Corraſius has leges conciliat. 3. *Miſcell.* 14. ſed præſtat, dictam legem ſecundam ad traiectitiam pecuniam referri.

l Lucrum ex mercibus ſuis negotiator facere etiam ſupra legitimum vſurarum modum poteſt: neque id cùm facit, iniuria facit, aut vt improbus fœnerator. Id enim lucri genus iure licitum.

m 4. *C.* 5. τοῦ μὴ διάγειν ἔν τινι τόπῳ. 19. *Ecl.* 17. *verſ.* 7.

n 4. *C.* 57.

o Additur in Ecloga *ibid.* καὶ περὶ χειρὸς ἐπιβολῆς, de manu iniectione: quæ pertinet *l.* 9. *infr. eod.*

p Vt in omnibus quæratur, an domini voluntate Romam venerit *l.* 2. *Cod. ſi ſeru. export.*

q & Romæ, *Halo.*

r Renuntiari pacto prohibitorio poteſt ab eo cuius fauore fuit introductum. *Bald.*

ſ ſolent enim ita plerumque vendi, *ne quo loco morentur vbi venditori nocere poſſint.*

t Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum. *Bald.* adde *l.* 63. *ſupra de contr. empt.*

u adde *l.* 27. §. 2. *l.* 30. *in fin. ſup. mandati. l.* 15. *infr. de manumiſ. l.* 6. *in fin. Cod. ſi mancipium ita venierit.*

x Imo voluntatem mutare non poteſt, *l.* 1. *in fin. inf. qui manumiſſ.*

y *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 17. *c.* 1.

z *l.* 32. *inf. de leg.* 2. *l.* 7. *in fi. inf. qui & à quib. l.* 66. *inf. de verb. oblig. l.* 4. *C. qui manu.*

vt

vt *a* cùm 20. annos ipſe expleſſet, manumitteres, non enim multum facit, quod diſtulit libertatis præſtationem. lex quippe conſilio eius, quaſi *b* parum firmo, reſtitit.

De interdictione pomerij.

5. *Papinianus* lib. 10. Quæſtionum.

CVi, pacto venditoris, *pomerio c cuiuſlibet ciuitatis interdictum eſt*, vrbe *d* etiam interdictum eſſe videtur. quod quidem alias cum Principum mandatis præciperetur, etiam naturalem *e* habet intellectum. ne ſcilicet, qui careret *f* minoribus, fruatur maioribus.

De pacto ne ancilla manumittatur, néve proſtituatur, & de ſtipulatione pœnali. 1. De eo quod intereſt.

6. *Idem* lib. 27. Quæſtionum.

SI venditor ab emptore cauerit, *ne ſerua manumitteretur, néve proſtituatur*, & aliquo facto contra quam fuerat exceptum euincatur, aut libera iudicetur, & ex ſtipulatu pœna petatur: doli exceptionem quidam obſtaturam putant. Sabinus, non obſtaturam. ſed ratio faciet, vt iure *g* non teneat ſtipulatio, ſi, *ne manumitteretur*, exceptum eſt. nam incredibile eſt, de actu manumittentis, ac *h* non potius de effectu beneficij cogitatum. cæterum ſi, *ne proſtituatur*, exceptum eſt, nulla ratio occurrit, cur pœna peti, & exigi non debeat, cum & ancillam contumelia affecerit, & venditoris affectionem *i* fortè ſimul & verecundiam læſerit. etenim aliàs, remota quoque ſtipulatione, placuit ex vendito eſſe actionem.

1 ¶ Si quid emptor contra, quàm lege venditionis cautum eſt, feciſſet,* aut non feciſſet, "nobis" aliquando *k* placebat, non aliàs ex vendito propter pœnam homini irrogatam agi poſſe, quàm ſi pecuniæ ratione venditoris intereſſet, veluti quia pœnam promiſiſſet. cæterum viro bono non conuenire credere venditoris intereſſe, quòd animo ſæuientis ſatisfactum non fuiſſet. Sed *l* in contrarium me vocat Sabini ſententia, qui vtiliter agi ideo arbitratus eſt, quoniam *m* ob hoc, minoris homo veniſſe videatur.

Si pœna promittitur pacto nudo, non poteſt exigi niſi interſit. Bart.

7. *Idem* lib. 10. Quæſtionum.

SEruus ea lege venit, *ne n in Italia eſſet, quòd ſi aliter factum eſſet, conuenit citra o ſtipulationem, vt pœnam præſtaret emptor.* vix † eſt, vt eo nomine vindictæ ratione venditor agere poſſit: acturus vtiliter, ſi non ſeruata lege, in pœnam, quam alij promiſit, inciderit. Huic conſequens erit, vt hactenus agere poſſit, quatenus alij præſtare cogitur. quidquid enim excedit, pœna *p*, non *q* rei perſecutio eſt. Quòd ſi, *ne pœnæ cauſa exportaretur*, conuenit; etiam affectionis *r* ratione rectè agetur. Nec *ſ* videntur hæc inter ſe contraria

a Tempore prohibito facta non valent, licet effectus ſit dilatus in tempus cōceſſum, quoties nimirum lex negotio, vel ab ipſo eius initio reſiſtit, *vt hic*. ſecus ſi prohibitio ad effectum, non ad initiū refertur, *l. in tempus* 62. ꝟ. *de her. inſt.*

b Conſilium minoris viginti annis, parum firmum lege præſumitur.

c κωλύεται τῦ προαστείου *Ecloga c.* 5. Eſt igitur προάστειον, pomerium ſuburbanum, anteurbanum: de pomerio vrbis v. Varronem: Liuium 1. & 13. Gel. 14. & 15. c. 7. Tacitum 12. Aggeum Vrbicum & Frontinum. Pollucem 9. Maioragium 3 Miſcell. 13.

d patria ſua, *l.* 7. §. 13. ꝟ. *de interdictis & releg.* Roma ſc. Duar. adde *l. vltim. C. ſi ſeruus export.* vrbe quæ venit: quod Demoſtheni & Æliano eſt vendere ἐπ' ἐξαγωγῇ.

e Naturalis intellectus eſt, qui à Natura. A natura, hoc eſt, quæ omnibus hominibus, & in omnes homines ex æquo fuſa eſt. adde *l.* 13. §. 7. ꝟ. *de excuſ. tutor.*

f ſcilicet maioribus remouetur, qui à minoribus eſt remotus, *l.* 4. ꝟ. *de Senatorib. d. l.* 7. *in fin.*

a eſſe. cum * beneficio *b* affici hominem, interſit *c* hominis. enimvero *d* pœnæ non *e* irrogatæ indignatio ſolam duritiem *f* continet.

Si venditor voluntatem mutauerit.

8. *Idem* lib. 27. Quæſtionum.

QVæſitum eſt, ſi quis proprium ſeruum vendidiſſet, *&, vt manumitteretur intra certum tempus, præcepiſſet;* ac poſtea mutaſſet voluntatem, & emptor nihilominus manumiſiſſet, an aliquam eo nomine actionem haberet? Dixi, ex venditio actionem, manumiſſo ſeruo, vel mutata venditoris voluntate, euenuiſſe *g*.

Si emptor ſeruum vendiderit eodem, vel diuerſo pacto.

9. *Paulus* lib. 5. Quæſtionum.

TItius ſeruum vendidit ea lege, *vt, ſi Romæ moratus eſſet, manus* h *iniicere* i *liceret.* emptor alij eadem lege vendidit. ſeruus fugit à ſecundo emptore & Romæ moratur. quæro, an ſit *k* manus iniectio *l*, & *m* cui? Reſpondi: In fugitiuo non eſt dubitandum, nihil contra legem factum videri, quia *n* nec domino auferre ſe poteſt, nec *o* qui in fuga eſt, ibi moratur. quòd ſi ‖ ex ‖ voluntate *p* ſecundi emptoris, contra legem moratus ſit, potior *q* habendus eſt, qui auctor fuit legis. & *r* poſterior, magis admonendi emptoris & liberandi ſe, eandem legem repetierit. nec poterit aliquo modo auferre legem ſui venditoris, cuius conditio exſtitit. nam & ſi pœnam promiſiſſet, tenetur, licèt ipſe quoque ſtipulatus eſſet. ſed in pœna promiſſa duæ *ſ* actiones ſunt: manus autem iniectio in ſeruum competit.

¶ Quòd ſi prior ita vendidit, *vt proſtituta libera eſſet.* poſterior, *vt manus iniicere liceret.* potior eſt libertas, quàm manus iniectio.

¶ Planè ſi prior lex manus habeat iniectionem, poſterior libertatem, fauorabilius dicetur, liberam fore, quoniam vtraque conditio pro mancipio additur. & ſicut manus iniectio, ita libertas eximit eam iniuriam *t*.

De libertate collata in tempus mortis emptoris.

10. *Scæuola* lib. 7. Digeſtorum.

CVm *u* venderet Pamphilam & Stichum, venditioni inſeruit pactum conuentum, *vti ne eadem mancipia. Pamphila & Stichus, quos minorato* x *pretio vendidit, alterius ſeruitutem, quàm Seij, paterentur, poſt* y *mortémque eius in libertate morarentur* z. quæſitum eſt, an hæc mancipia, de quibus inter emptorem & venditorem conuenit, poſt mortem emptoris iure ipſo liberata ſint. Reſpondit, ſecundùm conſtitutionem Diui Adriani ſuper hoc prolatam, Pamphilam & Stichum de quibus quæreretur, ſi manumiſſi non ſint liberos non eſſe. Claudius. Diuus Marcus ex lege dicta libertatis in vendendo, quamuis *a* non manumiſſos, fore liberos in ſemeſtribus *b* conſtituit, licèt in mortis tempus emptoris diſtulit venditor libertatem.

a Contraria poſtulans non audiendus.

b Beneficio affici hominem, hominis intereſt, vt in *l.* 1. § *pen. & vltim.* ꝟ. *de periculo.* vide Cic. 2. *Officiorum*

c Intereſt hominis hominem beneficio affici: ſocietatem enim & cognationem quandam inter nos conſtituit natura, *l.* 3. ꝟ. *de iuſtitia & iure.*

d Durus homo eſt, qui hoc ipſo indignatur. quod ex animi ſui ſententia ac ſæuitia alteri pœna non ſit irrogata, *vt hic.* Ita Caius Fimbria notatur meritò, quod cum in funere C. Marij curaſſet Scæuolam vulnerari, ſanctiſſimum atque ornatiſſimum ciuitatis Romanæ virum, ei diem dixit, poſtquam comperit eum poſſe viuere. Cum ab eo quæreretur, quod tandem accuſaturus eſſet eum, quē pro dignitate ne laudare quidem quiſquā ſatis poſſet: dicunt hominē, vt erat furioſus, reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet. Vide Cic. *pro Sexto Roſcio Amerino* 9. Valer. 11.

e id eſt vindictæ.

f κακοθελὲς 19. Syn. 17. c. 7. σκληρότητα καὶ ἀπανθρωπίαν vocauit cap. 5.

g Iure non tenent, quæ ipſo iure non tenent, *v. l.* 122. §. 5. *in fin.* ꝟ. *de verb. obl.*

h Actus & effectus differentia. Actus, facti; Effectus, iuris eſt.

i Affectionis ſinceræ & honeſtæ in actionibus ratio habetur. adde *l.* 7. ꝟ. *eod.*

k *l.* 7. ꝟ. *eod.* quæ eſt deſumpta ex libro 10. Quæſtionum eiuſdem Papiniani; hæc autem lex ex 27. & ita lex ſequens ab hac corrigitur. Ita ſanè quidam putant eſſe. At mihi primum non tanti librorum Papiniani quanti hæc Pandectarum diſpoſitio eſt. Dicemus itaque hanc, vt priorem, proxima & poſteriore lege mutari: eo magis, quod ſequentis legis ratio tota ab æquitate & bono ſit, & alioquin, hæc etiam lex à viro bono. Hæc cum extent, tanti nobis non fuerit contraria Sabini authoritas, quanti æquum ipſum & bonum. Et verò denegatæ hoc caſu actionis hanc rationem afferunt Græci, *Syn. eod. c.* 5. *in fin.* ὀργῆς ἀποπληρώσεως οὐκ ἔχει διαφέρον. Iræ ſatisfactio non habet quod interſit. Addunt tamen illo loco Græci actionem dari venditori eo caſu, ſi propterea minoris ſeruum vendidit vt indignationi, dolori, duritiei, & inhumanitati ſatisfieret. Hoc illi caſu venditorem vtiliter agere poſſe exiſtimant. Ego contra, propter ſuperiores quas protuli rationes; ac maximè verò, quod iuris & iniuriæ ſummum ſit diſcrimen, neque hanc poteſtatem iniurioſo homini ius faciat, vt vindictam ſuam exerceat, vel vt iuris nomine abutatur ad ſæuitiam ſuam in ſeruos exercendam. Ideò magis nobis amplectendum eſt, quod immanis ſæuitia dominorum nouis legibus ſit reſtricta: vt ſæuitiæ nomine, ſeruos etiam abalienare cogantur domini, & quidem bonis conditionibus, non ſibi tantum, ſed & ſeruo, *l.* 2. ꝟ. *de his qui ſunt ſui.* Contra qui ſenſerint, Læſtrigonum & Cyclopum gentem, conſcientia victi, auxerint; niſi citra vindictam aut ſæuitiam, interſit venditoris, ſeruum venditum ne in Italia eſſet, vt à quo fortè inſidias aut quid tale metuat. l Hic locus oſtendit Papinianum variaſſe, *l.* 22. *C. de furt.* v. Cuiac. in hunc locum 2. *obſer.* 37 præſertim in fin. & 4. *ad Africanum fol.* 39. Porro variare an & quatenus liceat, *v. l.* 75. ꝟ. *de reg. iur.* m Res vendita cum pacto aliquo minus valet, quam cum libera vendita eſt adde *l.* 3. ꝟ. *de verb. oblig.* Pacto quippe huiuſmodi minuitur rei libertas. Pactum rei additum, pars eius intelligitur. n & ſic vt exportaretur. o vt in caſu *l.* 11. *in fin.* ꝟ. *de religioſis.* & vſuris, *l.* 3. *C. de vſuris.* † obſerua ius æquum & humanum, nec puta per legem ſuperiorem id corrigi, vt *ibi* plenius oſtendi. p vindicta. q Aliud pœna, aliud rei perſecutio. r Affectionis ratione interdum actio permittitur, vt in *l.* 54. ꝟ. *mandati.* adde *l.* 6. *in fin. pr.* ꝟ. *eod.* ſ Stipulari pœnam, ſi ſeruus in Italia fuerit, & ſi pœnæ cauſa fuerit exportatus, ita non contraria ſunt, vt ſuo tamen modo, contraria ſint vel diuerſa. Priore caſu, pœnam poſſis petere, quatenus alij præſtare cogeris, *vt hic.* hoc eſt, ſi tua interſit pecuniæ ratione, *l.* 6. ꝟ. *eod.* non aliàs. Durus enim homo videare, ſi ob id agas, quod ſæuitiæ tuæ non ſit ſatisfactum. Poſteriore caſu pœnam poſſis rectè petere, etiamſi nihil pecuniæ ratione tua interſit. Nam cum ſtipulares ab emptore pœnam, ſi ſeruum exportauerit pœnæ cauſa, viri boni officio atque munere fungeris, *l.* 6. ꝟ. *eo.* Tua intereſt id non fieri, quia vir bonus es, quia cuiuſque hominis intereſt, hominem beneficio affici: affectionis iuſtæ, non iniuſtæ habetur hæc ratio. Iuſta affectio eſt, ſeruum non exportari. Iniuſta, animo tuo ſæuienti ſatisfieri, *d. l.* 6. Vindictæ & duritiei tuæ rationem haberi, *hac lege.*

g Cur? Quia quando pactum de non manumittendo ſeruo apponitur tertij gratia, puta emptoris, non poteſt per venditorem in eius præiudicium reuocari. *Bald.*

h Manus iniectio, quæ Græcis χειρὸς ἐπιβολή. *Syn. eod. in inſcript. tit.* in legibus 12. Tabularum permittebatur aduerſarij in ius vocandi & rapiendi cauſa vt in illo loco, *manus iniectio eſto:* & alio, *ſi caluitur, pedémve ſtruit, manum iniecito:* de qua re ſcripſi ad leges 12. Tabularum. Interdum manus iniectio permittitur domino, ſerui ſui vindicandi cauſa, *vt l.* 1. *C. ſi ſeru. export.* interdum auxilij cauſa, *vt in fine huius legis:* adde *l.* 20 ꝟ. *de manumiſſ. l.* 54 *C. de decurionib.* Tertull. 1. *aduerſ. Marcionem.* quodammodo iniecta manu detines aduerſarij ſenſum.

i *Ecloga ibid. in Epigraphe l.* 1. *l.* 2. *C. ſi ſeruus exportandus.*

k in ſeruum Romæ morantem. l Vel an ſeruus commiſſus ſit, *l.* 16. §. 4. ꝟ. *de publicianis.* m an primo venditori, an ſecundo.

n ἐνςάσει vtitur Paulus: Seruus domino ſe auferre fuga ſeu fugiendo non poteſt. ſeruus dominum poſſeſſione ſua priuare per fugam non poteſt, ſeu domino ſubuertere poſſeſſionem non poteſt, *l. Pomponius* 13. *l. rem* 15. ꝟ. *de acq. poſſ. l. vlt* §. *ſerui* 4. ꝟ. *de public. l. non ſolum* 33. §. *ſi rem* 5. ꝟ. *de vſuc.*

o ἀντιπαράστασει hac vtitur Paulus: Etiam ſi ſeruus per fugam ſe domino auferre poſſet quia tamen in fuga eſt, ibi, vbi in fuga eſt, morari dici non poteſt: Ibi non moratur, vbi agit ad fugam, *l. ſeruus* 82. ꝟ. *de leg.* 3. Hæc ſunt contraria, demorari & eſſe in fuga: ſtare & fugere. Fugitiui & erronis nullæ ſunt ſedes certæ. p v. quæ ſcripſi ad *l.* 12. *in fin.* ꝟ. *quæ in fraudem creditorum.*

q Pactum manus iniectionis adiectum contractui, rem venditam ita afficit, vt à quolibet poſſeſſore vel ſucceſſore poſſit auferri.

r Nec poſterior, qui magis admonendi emptoris & liberandi gratia, eandem legem repetierit: poterit aliquo modo, &c. *Hal.* ſ Non vna ex vendito alia ex ſtipulatu, ſed vna qua ipſe, altera qua alius ei tenetur. *Accurſius.*

t *al.* iniuria. Ita manus iniectio plerumque fiebat, auxilij ferendi cauſa aduerſus iniuriam, ſeruorum pudicitiæ, vel ſimilibus modis illatam.

u v. quæ ſcripſi ad *l.* 122. §. *Flauius,* ꝟ. *de verb. oblig.*

x id eſt, minore.

y Pactum valet, vt ne ſeruus venditus fiat liber, niſi poſt mortem emptoris.

z ad hanc clauſulam, *vt in libertate moraretur*, referenda eſt conſtitutio Diui Hadriani, non D. Marci, de qua ꝟ. *eod.* v. Cuiac. 10. *obſer.* 21.

a Conſtitutio D. Marci, & Commodi (ad quorum ætatem peruenit Cerbidius Scæuola, huiuſce legis author) ſeruum ea lege venditum, *vt manumitteretur*, ceſſante emptore, ipſo iure liberum facit, atque ideo repræſentat, quod facere emptor debuit, *l. vlt. C. ſi mancip.* Cuiac. 10. *obſeru.* 21. adde *l.* 11. §. 1. ꝟ. *de minor.* vide Hotom. 3. *obſeru.* 4.

b Semeſtria D. Marci, *l.* 46. ꝟ. *de pactis, l.* 12. ꝟ. *de acq. hered.* §. 1. *Inſt. de excuſat.* vbi Theophilo dicuntur ἑξαμηναῖαι διατάξεις, ibidem ſcripſi, quæ in ſemeſtribus conſiliis conſtituta & ab eo reſcripta. Nam ſemeſtria Auguſtum ſibi conſilia inſtituiſſe Suetonius *in Auguſto* & Dion. *lib.* 53. Zonaras *in Auguſto.* Gloſſis veteribus vtriuſque teſtamenti ſemeſtria dicuntur liber in quo ſex menſium actiones continentur.

LIBER

LIBER DECIMVS-NONVS.

DE ACTIONIBVS *a* EMPTI *b* & venditi *c*.

Si non tradatur. 1. De ſeruitute celata. de bona fide.

Vlpianus lib. 18. ad Sabinum.

SI res vendita non tradatur *d*, in id *e*, quod intereſt *f* agitur, hoc eſt, quod rem habere intereſt emptoris. hoc *g* autem interdum *h* pretium egreditur, ſi pluris intereſt, quàm res valet, vel empta eſt.

2 ¶ Venditor, ſi cùm *i* ſciret deberi ſeruitutem, celauit *k*, non euadet ex empto actionem: ſi modò eam rem emptor ignorauit. omnia enim quæ contra bonam fidem *l* fiunt, veniunt in empti actionem. ſed ſcire venditorem, & celare *m*, ſic accipimus non ſolùm ſi non admonuit *n*, ſed & ſi negauit ſeruitutem iſtam deberi, cùm eſſet ab eo quæſitum, ſed & ſi proponas, eum ita dixiſſe: *Nulla quidem ſeruitus debetur, verùm, ne* o *emergat inopinata ſeruitus, non teneo*, puto eum ex empto teneri: quia ſeruitus debebatur, & ſciſſet, ſed ſi id egit, ne cognoſceret emptor aliquam ſeruitutem deberi, opinor, eum ex empto teneri. & generaliter dixerim, ſi improbato more verſatus ſit in celanda ſeruitute, debere eum teneri, non ſi ſecuritati ſuæ proſpectum voluit. hæc ita vera ſunt, ſi emptor ignorauit ſeruitutes: quia * non videtur eſſe celatus, qui ſcit, neque certiorari *q* debuit qui non ignorauit *r*.

De modo fundi. 1. De poſſeßione.

2. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

SI in emptione modus *ſ* dictus eſt, & non præſtatur *t*, ex empto *u* eſt actio.

1 ¶ Vacua poſſeſſio emptori tradita non intelligitur, ſi alius in ea legatorum fideiue-commiſſorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſione eſt, aut creditores bona poſſideant. idem dicendum eſt, ſi venter in poſſeſſione ſit. nam & ad hoc pertinet vacui *x* appellatio.

De fructibus. 2. De ſeruitutibus. 3. De mora. de rei æſtimatione.

3. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

RAtio *y* poſſeſſionis, quæ à venditore fieri debeat, talis eſt, vt ſi quis eam poſſeſſionem iure *z* auocauerit *a*, tradita poſſeſſio non intelligatur.

1 ¶ Si emptor *vacuam poſſeßionem tradi* ſtipulatus ſit, & ex ſtipulatu *b* agat, fructus non venient in eam actionem, quia *a* & qui fundum dari ſtipularetur, vacuam *b* quoque poſſeſſionem tradi oportere ſtipulari intelligitur. nec *c* tamen fructuum præſtatio ea ſtipulatione continetur *d*, neque rurſus plus debet eſſe in ſtipulatione, ſed ex empto ſupereſſe ad fructuum præſtationem.

2 ¶ Si iter, actum, viam, aquæductum per tuum fundum emero, vacuæ poſſeſſionis traditio nulla eſt. itaque cauere debes, per *e* te non fieri, quo minus vtar.

3 ¶ Si *f* per venditorem vini mora fuerit, quo minus traderet, condemnari eum oportet, vtro tempore pluris vinum fuit *g*, vel quo venit, vel quo lis in condemnationem deducitur; item quo loco pluris fuit, vel quo venit, vel vbi agatur.

4 ¶ Quod ſi per emptorem *h* mora fuiſſet, æſtimari oportet pretium, quod ſit, cùm agatur, & quo loco minoris ſit. Mora autem videtur eſſe, ſi nulla difficultas venditorem impediat, quo minus traderet, præſertim ſi *i* omni tempore paratus fuit tradere. Item non oportet eius loci pretia ſpectari in quo agatur: ſed *k* eius, vbi vina tradi oportet. nam *l* quod à *m* Brunduſio vinum venit, etſi venditio alibi facta ſit, Brunduſij tradi oportet.

De dolo promiſſoris. de dupla. 1. De modo agri.

4. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

SI ſeruum mihi ignoranti, ſciens *n* furem, vel noxium eſſe, vendideris, quamuis duplam promiſeris, teneris mihi ex empto, quanti mea intereſt ſciſſe, quia ex ſtipulatu eo nomine agere tecum non *o* poſſum, antequam *p* mihi quid abeſſet.

1 ¶ Si *q* modus *r* agri minor inueniatur, pro numero iugerũ auctor *ſ* obligatus eſt: quia vbi modus minor inuenitur, nõ poteſt æſtimari bonitas loci qui *t* nõ exſtat. ſed non ſolùm ſi modus agri totius minor eſt, agi cum venditore poteſt: ſed etiam de partibus eius, vtputa ſi dictum eſt, vineæ iugera tot eſſe, vel olueti, & minus inueniatur. ideóque his caſibus pro bonitate loci fiet æſtimatio.

De venditione ex voluntate. 1. Vel quaſi ex voluntate teſtatoris.

5. *Idem* lib. 3. ad Sabinum.

SI heres teſtamento quid *vendere damnatus* ſit *u*, & vendiderit *x*, de reliquis *y*, quæ per conſequentias *z* emptionis propria ſunt, vel ex empto, vel ex teſtamento agi cum eo poterit.

1 ¶ Sed ſi falſo *a* exiſtimans *ſe damnatum vendere*, vendiderit, dicendum eſt, agi cum eo ex empto non poſſe, quoniam doli mali exceptione actor ſummoueri poteſt *b*. quemadmodum ſi falſo exiſtimans *ſe damnatum dare* promiſiſſet, agentem doli mali exceptione ſummoueret: Pomponius etiam incerti *c* condicere eum poſſe ait, vt liberetur.

De modo fundi. 1. De pacto vt quid fiat. 3. De ædificatione prope locum venditum. 4. De vaſe. 5. De itinere. 7. De filiofam. vendente. 8. De dolo venditoris.

6. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

---

a 4. C. 4 9. *Paulus* 2. *ſent.* 17. 19. *Synop. Baſ. eod. c.* 1.

b Ex empto actione vtitur is qui emit, *l.* 11. *j. eod.*

c ex vendito actione vtitur venditor ad ea conſequenda, quæ ei ab emptore præſtare oportet, *l.* 13. §. 19. *j. eod.*

d *Tradi rem & reſtitui* ſtipulationes merũ factum continere, hinc colligit Zaſius 2. *Reſponſ.* 20. cum id quod intereſt hic ſuccedat loco rei.

e *l.* 11. §. 9 *j. eo. l.* 4. 10. 22. *C. eo. l.* 68. *in fi. ſ. de contrah. empt.*

f *Id quod intereſt*, nihil aliud eſt quã vtilitas, quæ mihi abeſt, quámque adipiſci potui, quæ vel iureiurando actoris, vel officio iudicis æſtimatur, *l.* 15 §. 7. *j. quod vi.* & modo tanti quãti res eſt, *l.* 11. *j. de re iudicata* (vt ita planè tunc idem ſit pretium & id quod intereſt.) modo minoris eſt quam res, *l.* 9. *in fin. ſ. ad exhib.* modo pluris, *vt hac lege*, & hoc poſtremo genere pluris æſtimata vtilitate quam ſit res: ſanè quod excedit verũ pretium, pœna eſt: cui tamen modus iniectus eſt à Iuſtiniano. Cuiac. 9. *obſer.* 31. *leg. vnic. C. de ſententiis quæ pro eo.* vide *l.* 5. *ſ. de in lit. iurand.*

g Id quod intereſt, pretium rei egredi poteſt, ſi pluris interſit, quàm res valeat, vel empta eſt. *Syn. Baſ. cap.* 1.

h Imò nunquam, *l.* 21. §. 3. *j. eod.*

i tunc enim dolum committit, ideóque tenetur, *v. l.* 6. §. 8. *j. eod.*

k Celans ſeruitutem venditor ignoranti emptori, empti actione tenetur: ſcienti non tenetur.

l Mala fides eſt celare emptorem.

m Celat ſeruitutem & qui non admonet, & qui interrogatus negat ſeruitutem deberi: ſed & qui id egit ne cognoſceret emptor aliquam ſeruitutem deberi: & breuiter, qui improbato more verſatur in celanda ſeruitute.

n ὑϛερολογία. Is enim celat emptorem qui interrogatus non tantùm negat mendaciter ſeruitutem deberi ſed & qui vltro non admonet, *v. Cic.* 3. *off.* adde *l.* 39. *in princ. j. eod.*

o *fortè legendum*, vt emergat, vel ſi emerget.

p *al.* ſciuit.

q *c.* 31. *de reg. in* 6. *l.* 43. §. 1. *ſ. de contrah. empt. l.* 12. *in fin. Cod. de contrah. ſtipulatione.*

r Tunc enim non ab alio, ſed à ſeipſo decipitur, *l.* 26. *ſ. de rei vind.* & volenti dolus non infertur, *l.* 9. *C. eo. l.* 145. *j. de reg. iur.* etiam in tranſactione, & donatione, *l.* 34. *C. de tranſ.*

ſ Modus agri in fundorum venditionibus plerumque dicebatur, *vt hic: l.* 13. §. 4. *l.* 42. *j. eo.* dixi ad *l.* 7. *in fin. ſ. de periculo & commodo rei venditæ. l. qui fundum* 40. §. *qui agrum* 2. *ſ. de contrah. empt.* Modum ita dictum venditor præſtare actione ex empto cogitur emptori, *vt hic. Syn. eod. c.* 2.

t Non præſtatur quoties minor inuenitur, *l.* 4. §. 1. *l.* 6. §. 4. *j. eod. l.* 45. adde & *l.* 69. *in fin. j. de euictionib.*

u Olim in duplum. hinc *Paul.* 2. *ſent.* 17. diſtracto inquit fundo, ſi quis de modo mentiatur, in duplo eius quod mentitus eſt, officio iudicis æſtimatione facta conuenitur, & *lib.* 1. *tit.* 19. §. 1. quædam actiones ſi à reo inficientur, duplantur: veluti iudicati, depenſi (reſtitue *depoſiti*) item de modo agri cum à venditore emptor deceptus eſt, & 5. *tit.* 5. §. 7. dixi ad Ciceronem, 3. *offic.*

x Vacua poſſeſſio non traditur emptori, ſi in ea ſit tertius aliquis, qui ventris, legati, fideicommiſſi vel debiti nomine, de vacua poſſeſſione agit, *l.* 12. *C. de probationib.*

y *alij* datio, *alij* traditio, Cuiac. 13. *obſer.* 35. & *Hot. quæſt. illuſt.* 11. Hinc Cuiac. 11. *obſer.* 19. definit traditionem eſſe dationem poſſeſſionis.

z Non traditur poſſeſſio quæ iure auocari poteſt. nec enim videtur datum quod ita datur, vt habere non poſſis, *l.* 29. §. 3. *j. de leg.* 3. facit *l.* 22. *j. de acquir. poſſeſſ. l.* 14. §. 12. *j. de vſurp. & vſucap.*

a Traditum non videtur, quod iure auocari poteſt. adde *l.* 1. *C. finium regund.*

b Qui ſimpliciter fundum (non coniunctim rem vacuámque poſſeſſionem, *l.* 4. *j. de vſuris.*) tradi ſtipulatur, vacuam poſſeſſionem: ſed vacuam poſſeſſionem ſine fructibus, ſtipulatur, licèt mora in tradendo ſit commiſſa, *vt hic.* Imò, qui eo caſu agit ex ſtipulatu, non ſine fructibus, ſi moram committi contigerit, poſſeſſionem ſtipulatur, cum quanti ſua interſit conſequi debeat, *l.* 114. *j. de verb. oblig.* Reſpondeo, tunc intereſſe venire non fructus; hi cum petuntur, omnes, illud quoties petitur, quatenus mea intereſt, duntaxat conſequor. Atqui fructus conſequor ob moram eo caſu, ſi ex empto egero, *vt hic in fin.* Cur tam variè? actio ex empto, bonæ fidei; ex ſtipulatu, ſtricti iuris eſt.

a Dandi fundi promiſſor vacuã quoque poſſeſſionem eius debet tradere.

b Vacuam rei poſſeſſionem tradere emptori quid eſt? A nemine occupatam. ſic qui caſtrum reſtituere alteri promittit, arcem in eo à ſe ædificatam retinere non poteſt. *Bart.*

c Stipulatione vacuam poſſeſſionem tradi, fructus non veniunt. *l.* 38. *in f. j. de verb. oblig.*

d Imò continetur, *l. ſi ſtipulatus* 4. §. 1. *j. de vſuris.* Ibi rem dari & vacuam poſſeſſionem tradi conuenit, hic vacuam poſſeſſionem tantum. Poſſis & meo iudicio rectè dicere, hæc verba Sabini eſſe, à cuius ſententia Pomponius mox recedit his verbis, *ſed ex empto ſupereſſe ad fructuum præſtationem*: quaſi dicat: Sabinus putat hac ſtipulatione vacuã *poſſeſſionem* tradi, fructus non contineri. ſed ego contra puto actionem ex empto ad fructuum præſtationem competere.

e Cur patientia in incorporalibus pro traditione habetur? quia in incorporalibus plena non eſt traditio.

f *v. l. vinum. j. ſi cert. petat. l. vlt. j. de cond. tritic.*

g Venditor à tempore moræ tenetur quanti plurimi res fuit, loci & temporis ratione. Temporis, inquam, rei venditæ, vel ſententiæ, vel intermedij loci, quo venit, vel in quo res vendita petitur.

h Emptor, ſi moram committit in re empta accipienda, nec poſſe ei venditor rem tradere, æſtimationem rei à venditore recipiet. Quam? quanti res valet cùm agitur, & quo loco minoris ſit.

i Moram committit, qui nulla difficultate impeditus, cùm potuit, rem non tradidit.

k *l.* 12. §. 1. *ſ. depoſiti*: *l.* 3. *j. de reb. auth. iudic.*

l Vt ſi à Brunduſio v. v. e. v. a. f. ſ. tradi oporteat.

m A Brunduſio vinum veniſſe num id dicitur, quod Brunduſij tradi oportet? ab num quod Brunduſij venit? An potius quòd Brunduſij eſt, vt in Comœdia; Andria hæc ancilla eſt?

n idem ſi ignorans, *l.* 11. §. 7. vide *l.* 13. §. 1. *j. eod.*

o Cur non poſſum? Duplex ſtipulatio iuris vel facti euictionem exigit, *l.* 3. *j. de except. doli.*

p ſed ex empto, *v. l.* 30. §. 3. *j. eod.*

q Modus agri ſi minor inueniatur, pro numero iugerum venditor obligatur & pro modo pretium minuitur. ſin verò non totius agri, ſed partis eius minor eſt modus (puta vineæ) tunc & bonitatis habetur ratio. *Syn. eod. c.* 4.

r v. quæ notaui ad *l.* 2. *ſ. eod.*

ſ Auctor, eſt venditor qui auctoritatem debet, *l. vlt. j. de euict.*

t quod non eſt, non habet bonitatem nec malitiam. *Bart.* Qualitas enim non poteſt eſſe ſine ſubiecto. *Bald.* Æſtimari non poteſt, quod non eſt.

u Poteſt enim ad id damnari, quod vt intelligatur, *v. l.* 49. §. 8. *j. de leg.* 1.

x Ex ea cauſa ſcilicet, quæ neceſſaria eſt.

y *vt l.* 27. *j. de ſolutionib.*

z de quibus *l.* 13. *in fin. & ſeq. j. eod.*

a atque ita minimè conſentiens? *l.* 9. *ſ. de contrah. empt.*

b qui petit quod redditurus eſt, *l.* 8. *j. de dol. except.*

c Sine cauſa, *l.* 3. *ſ. de condict. ſine cauſa.*

Tenetur

Tenetur ex empto venditor, etiam ſi [agnouerit a] minorem fundi modum eſſe.

1 ¶ Si vendidi tibi inſulam certa pecunia, & *vt aliam inſulam meam reficeret*, agam ex b vendito, vt reficias. ſi autem hoc ſolum, vt reficeres eam, conueniſſet, non c intelligitur emptio & venditio facta, vt ‖&‖ Neratius ſcripſit.

2 ¶ Sed ſi aream tibi vendidi certo pretio, & tradidi ita, *vt inſula ædificata partem d dimidiam mihi retradas e*, verum eſt: & vt ædifices, agere me poſſe ex vendito f, & vt ædificatam mihi retradas. quamdiu enim aliquid ex re vendita apud te ſupereſſet, ex vendito me habere actionem conſtat.

3 ¶ Si locum ſepulchri emeris, & propius g eum locum antequam mortuus ibi inferatur, ædificatum à venditore fuerit, poteris ad eum reuerti.

4 ¶ Si vas aliquod mihi vendideris, & dixeris *certam h menſuram capere, vel certum pondus habere*, ex empto tecum agam, ſi minùs præſtes. ſed ſi vas mihi vendideris, ita vt *adfirmares integrum*, ſi id integrum non ſit, etiam id, quod eo nomine perdiderim, præſtabis mihi ſi verò non id actum ſit, vt integrum præſtes, dolum malum duntaxat præſtare te debere. Labeo contrà ‖putat,‖ & illud ſolùm obſeruandum, vt i, niſi in contrarium id actum ſit, omnimodo integrum præſtari debeat: & eſt verum. Quod & in locatis k dolus præſtandum, Sabinum reſpondiſſe, Minicius refert.

5 ¶ Si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare l poteris, ſi tuus m fuerit fundus, cui adquirere ſeruitutem volueris. iniquum eſt enim me teneri, ſi propter hoc adquirere ſeruitutem non potueris, quia dominus vicini fundi non fueris.

6 ¶ Sed ſi fundum tibi vendidero, & *ei fundo iter acceſſurum n dixero*, omnimodo tenebor itineris nomine: quia vtriuſque rei quaſi vnus venditor obligatus ſum.

7 ¶ Si filiusfamilias o rem vendiderit mihi, & tradiderit, ſicut paterfamilias, tenebitur p.

8 ¶ Si dolo malo aliquid fecit venditor in re vendita, ex empto, eo nomine, actio emptori competit. nam & dolum q malum eo iudicio æſtimari oportet, vt id quod præſtaturum ſe eſſe pollicitus ſit venditor, emptori præſtari oporteat.

9 ¶ Si venditor ſciens obligatum r, aut alienum vendidiſſet, ‖&‖ adiectum ſit *néve ſ eo nomine quid præſtaret*, æſtimari t oportet u dolum malum eius, quem ſemper abeſſe oportet x in iudicio empti, quod bonæ fidei ſit.

De mendacio venditoris.

7. *Idem* libro 10. ad Sabinum.

Fundum mihi cùm venderes *deducto vſufructu*, dixiſti, "*eum*" *vſumfructum Titij eſſe*. cùm y is apud te remanſurus eſſet, ſi cœperis eum vſumfructum vindicare, reuerti aduerſus te non potero z, donec a Titius viuat, nec b in ‖ea‖ cauſa eſſe cœperit, vt, etiam ſi eius vſusfructus eſſet, amiſſurus eum fuerit. nam tunc (id eſt, ſi capite deminutus, vel mortuus fuerit Titius) reuerti potero ad te venditorem.

Idémque iuris eſt, ſi dicas eum vſumfructum Titij eſſe, cùm ſit Seij.

Si prædium liberum pro ſeruo traditur. 1. Vel contra.

8. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

Si tibi liberum prædium tradidero, cùm ſeruiens tradere deberem, etiam condictio incerti c competit mihi, vt patiaris eam ſeruitutem, quam debui, imponi.

1 ¶ Quòd ſi d ſeruum prædium in traditione fece-

a ignorauerit. *Halo. vt l. 11. §. 7. j. eod.*

b Cur eſt vendito? Actione quæ ex ipſo cõtractu eſt vtimur ad ea quæ ex pacto contractui incontinenti adiecto ſunt promiſſa *l. pacta 75. ſupr. de contrah. empt.*

c Cur non emptio facta intelligitur? quia hoc tantùm actum eſt, vt inſulam meam reficeres.

d Si rem tibi à me venditam trado vt in ea quid facias, eóque facto eius rei precij partem dimidiam retradas, non eſt locatio aut permutatio, ſed venditio: quia in hac conuentione nominatim, *vt §. 1. ſ. eod.* facta eſt mentio venditionis. Quòd ſi nominatim venditionis non eſt facta mentio & pecunia rem ſuperet, emptio; ſi res pecuniam, permutatio: ſi vtrinque res & pecunia ſit æqualis, in dubio intelligitur contractus innominatus. Bart. ad *l. 1. inf. de rerum permutat.*

e Retradere, eſt retro dare.

f Atqui eo caſu venditio non fuit *l. 13. §. 1. j. de præſcr.*

g quam lege ſit ſtatutum, *v. l. vlt. ſ. finium.*

h Certa & integra promiſſa, emptori ſunt præſtanda. Certa, puta certa menſura, certum pondus, integrum, *v. l. 2. ſ. eod.*

i In venditione, locatione, & commodato vaſis alienius *l. 18. §. 3. ſ. commodati.* in dubio intelligitur, vt incorruptum præſtetur. *Bart.* Quid ſi quis neſciens vitioſum vendiderit, vel locauerit? tenebitur in id quod intereſt accipientis. vide *l. 19. §. 1. j. locati.*

k *l. 19. §. 1. inf. locati.*

l Laudare auctorem quid eſt? nominatim citare, & ad ſui defenſionem acceſſere, appellare que eum qui tibi vendidit, vel à quo rem habuiſti. quod vulgo *ſummare* dicitur, *Bud. ex Gell. 2. Macrob. 16.* Nam, *laudare*, apud veteres nihil aliud quàm nominare. Feſtus *in Laudare* Nonius, Laudare eſt verbis efferre.

m Eſt enim hæc iuſta cauſa impedimenti *l. 1. ſup. comm. præd.* n *l. 27. inf. eod.*

o Filiusfamilias vendens, ſicut paterfamilias tenetur, *Synop. Baſ. 19. tit. 8. c. 6.*

p Venditi nomine, *vt hic*, vt & alibi, depoſiti, *l. 1. §. 42. ſup. depoſiti.* & generaliter ex omnibus cauſis vt paterfamilias obligatur, *l. 39. j. de oblig. & act.*

q *l. 1. in pr. ſ. eod. l. 11. §. 15. in fi. l. 9. in fin. j. eod. l. 43. l. 68. ſ. de contrah. empt.*

r Qui alienum vel obligatum ſciens vendit, tenetur: quamuis pactus fuerit, ne quid eo nomine præſtaret. *Syn. eod. c. 6.*

ſ i. ne de euictione teneretur. t & ita pactum. *Ne quis teneatur de euictione*, non prodeſt venditori qui cauſam ex qua res euinceretur ſciuit & tacuit, *vt hic.* neque emptori res ea nocebit, ſi modo ignorauit euictionem *l. 1. in fin. ſ. eod.*

u non vt agat de euictione aduerſus venditorem (pactum enim contrarium interpoſitum eſt) ſed ex empto ex clauſula doli, quia ſciebat ſeruum alienum, & tacuit *l. 30. in fin. j. eod.* Baldus ad *l. 4. C. eod. quæſt. 5.* paulo aliter diſtinguit, ſed meo iudicio, malè.

x *l. 11. in fin. j. eod. l. 12. ſupr. de hæred. vendit. l. 14. §. 9. j. de ædilitio: l. fin. C. cred. euict. pignor.*

y & ita venditor in dolo fuiſſe videtur, cum partim contrahat nomine proprio, partim vt nuntius, cum nuntius non eſſet.

z Eoque modo, ſuperuacua adiecto perſonæ inutilis, aut falſa demonſtratio perſonæ non vitiat contractum, ſed in totum valet *l. 64. ſ. de contrah. empt.*

a Vt eo pacto vſusfructus mihi adquiratur ſub iiſdem omnibus qualitatibus & conditionibus quibus perſonæ nominatæ quæſitum eſſet. Bart. *hic*. Bald. ad *l. 5. C. ſi quis alteri.*

b al. vel.

c *l. 35. ſup. de ſeruit. urbanorum: l. 12. in fin. ſup. de condict. indebiti.*

d *l. 7. § 3. ſup. de dolo. l. 6. §. 4. ſup. commun. præd.*

re, quod liberum tibi tradere debui, ‖tu‖ ex empto habebis actionem, remittendæ eius ſeruitutis gratia, quam pati non debeas.

De emptore qui non vult rem tollere.

9. *Pomponius* lib. 20. ad Sabinum.

Si Is qui lapides ex fundo emerit, tollere eos nolit, ex vendito agi cum eo poteſt, vt eos a tollat b.

De concurſu actionum.

10. *Vlpianus* libro 46. ad Sabinum.

Non c eſt nouum d, vt duæ obligationes in eiuſdem perſona de eadem re concurrant e. cùm enim is, qui venditorem obligatum habebat, ei, qui eundem venditorem obligatum habebat, heres exſtiterit, conſtat, duas f eſſe actiones in eiuſdem perſona concurrentes, propriam, & hereditariam g, & debere heredem inſtitutum, ſi velit ſeparatim duarum actionum commodo vti, ante aditam hereditatem proprium venditorem conuenire, deinde, adita hereditate, hereditarium. quòd ſi prius adierit hereditatem, vnam h quidem actionem mouere poteſt, ſed i ita, vt per eam vtriuſque contractus ſentiat commodum. Ex contrario quoque ſi venditor venditori heres exſtiterit, palam eſt, duas euictiones eum præſtare debere.

Cui datur actio ex empto. 1. Quid in eam venit. 2. De traditione rei, & ſolutione pretij. 3. De redhibitione. *4. De ſanitate animalis. 5. De muliere empta pro virgine. 6. De repetitione arrharum, de emptione diſtrahenda. 7. Qualis præſtatur ſeruus à venditore. de cautione. Habere licere. de traditione. 12. Si emptor noxali iudicio damnetur. 13. Si quæſtio de poſſeſſione moueatur emptori. 14. De dupla. de euictione. De dolo venditoris. 17. De eo quod accedit rei venditæ. 18. De promiſſione, Habere licere, de euictione, de alea.*

11. *Idem* lib. 32. ad Edictum.

Ex k empto l actione is, qui emit, vtitur.

1 ¶ Et in primis ſciendum eſt, in hoc iudicio id demum deduci, quod præſtari conuenit m. cùm enim ſit bonæ fidei iudicium, nihil magis bonæ fidei n congruit, quàm id o præſtari, quod inter contrahentes p actum eſt. quòd ſi nihil conuenit, tunc ea q præſtabuntur, quæ naturaliter r inſunt huius iudicij poteſtate.

2 ¶ Et in primis ſ ipſam rem t præſtare venditorem oportet, id eſt, tradere u: quæ res, ſi quidem dominus fuit venditor, facit & emptorem dominum. ſi non fuit, tantùm x euictionis nomine venditorem obligat y: ſi modò pretium eſt numeratum, aut eo nomine ſatisfactum. Emptor autem nummos venditoris z facere cogitur.

3 ¶ Redhibitionem a quoque contineri empti iudicio ‖&‖ Labeo, & Sabinus putant, & nos probamus.

4 ¶ Animalium quoque venditor cauere debet, *ea ſana b præſtari.* & qui iumenta vendidit, ſolet ita promittere: *eſſe, bibere, vt oportet.*

5 ¶ Si quis virginem ſe emere c putaſſet, cùm mulier veniſſet, & ſciens errare eum venditor paſſus ſit, redhibitionem quidem ex hac cauſa non eſſe, verum-

a Sic eſt in vino vendito *l. 1. §. 3. ſ. de periculo.*

b Eadem ratione agi poteſt aduerſus creditorem, vt debitum recipiat.

c Cur? quia vtraque par eſt & æquè principalis *l. 5. inf. de fideiuſſoribus.*

d *l. 21. §. 1. ſup. de fideiuſſoribus.* hinc colligit Bartolus duas actiones inſerí poſſe in vno & eodem libello. Diuerſarum enim rerum nomine poſſe quem diuerſis actionibus vti.

e *Concurrere* dicuntur *actiones*, quæ vno & eodem libello cõtineri poſſunt. Vnum autem libellum dici Baldus notat, cuius vnica ſit concluſio.

f Imò vna eſt, *l. 5. j. de fideiuſſorib.*

g adde *l. 14. in pr. & §. 2. j. de except. rei iudic.*

h facit *l. 52. §. 14. ſ. pro ſocio.*

i Quoties quis petitionẽ vnius actionis diuidit, poteſt opponi & peti vt totum in vnum iudicium deducat. *Bart. hic.*

k 2. *Feudor.* 51. *verſ. nos autem, in fine.*

l Cui opponitur ex vendito, de qua in *l. 13. §. 19. j. eod.*

m Contractus enim ex cõuentione partium legem accipiunt *l. 1. §. 6. ſ. depoſit. v. l. 13. ſ. commun. prædior.*

n *l. 1. ſ. de pactis.* éſtque graue fidem fallere *l. 1. ſ. de conſtituta.*

o Si modò res, perſonæ, & ſimiles circunſtantiæ venditionem non impediant.

p Quo vocabulo intellige ſucceſſores ipſorum contrahentium. Nam qui emptori ſuccedit, cum emptoris creditoribus quaſi contrahere videtur, arg. *l. 5. §. 2. inf. de oblig.*

q Id igitur quod in reipſa intereſt, debebitur tantùm, non quod extra rem.

r Naturaliter inſunt iudicij ſeu actionis empti poteſtate, quæ naturalia ſunt emptionis.

ſ Baldus ad *l. 3. C. de pericul.* notat, emptorem ex emptionis contractu ſex principaliter conſequi oportere à venditore, vt ex contractu habeat actionem *l. 7. ſ. de dolo*, vt à venditore habeat rei, etiam furtiuæ, traditionem, idem ad *l. 34. §. 3. de contrah. empt.* vt non patiatur deceſſionem, (tunc enim conſequitur quanto pluris ſeruum emiſſet *l. 13. §. 4. j. eod.*) vt habeat dominium rei, vel vſucapiendi conditionem, vt res vendita vitio careat (tunc enim tenetur in id quod intereſt, *l. 23. j. eod.*) vt propter euictionem rei emptor damnum non ſuſtineat, ſiue vt dolus venditori, non ei noceat, ante rem emptam. *Bald.*

t & vacuam poſſeſſionem *l. 2. §. 1. j. eod.* Rem, inquam, cum fructibus & reliquis acceſſionibus, à tempore venditionis, vt quidam indiſtincte volunt: ſed tamen æquius eſt id intelligi, ſi modò venditor pretij partem ſaltem acceperit, *l. 13. §. 10. §. 20. j. eod. l. pen. C. eo. 2. Paul. ſent. 27. §. 7.*

u Principaliter ſcil. & ipſo facto: non dare, id eſt, dominium & iura dominij transferre: quemadmodum enim venditor dare poſſet (id eſt, proprietatem vtiliter transferre. Dare enim id ſignificat, *l. 75. j. de verb. oblig.*) rem alienam quam vendidit? at iniquum eſſe dixeris, rem alienam emptori tradi? Sed huiuſmodi traditione in emptorem nihil aliud quam vſucapiendi conditio transfertur, venditore interim de euictione obligato. Quid ſi res euicta ſit? empti vtetur actione, vt id quod ſua intereſt conſequatur. Dixi principaliter venditorem teneri tradere. Nam per conſequentiam dominium ipſum venit tacitè, veluti ſi venditor ſit dominus, *vt inf. eod.*

x Vt tunc loco rei ſuccedat obligatio in id quod intereſt.

y Venditor non tenetur dominium transferre, *vt hic*, niſi genus vendat. vide Socinum *regula* 438. Bart. ad *l. 2. ſ. ſi cert. petat.*

z id eſt dare. Cur tam diſpariter & varie ſit, vt videlicet emptor nummos dare teneatur, id eſt, accipientis facere, venditor vero rem dare non cogatur? ille generis, hic ſpeciei debitor eſt, quæ grauius eum onerat quàm ſi genus deberet, meritò releuandus eſt in eo, vt tradere, non dare teneatur. *Acc. Bart.* a vt in §. 4. j. eodem. b Venditor animalium cauebat, *ea ſana* præſtari, *l. 14. C. eod.*

c Vel virginem ducere cum ſcortum eſſet: vide quæ de eo not. ad *l. 11. in fin. & l. 41. in pr. ſ. de contrah. empt.*

tamen

tamen ex empto competere actionem ad a reſoluendam emptionem, vt pretio reſtituto mulier reddatur.

6 ¶ Is, qui vina emit, arrhæ nomine certam ſummam dedit: poſtea conuenerat, vt emptio irrita fieret, Iulianus ex empto agi poſſe, ait *vt arrha reſtituatur*: vtilemque eſſe actionem ex empto etiam b ad diſtrahendam, inquit, emptionem. Ego illud quæro, ſi annulus c datus ſit arrhæ nomine, & ſecuta emptione, pretióque numerato, & tradita re, annulus non reddatur, qua actione agendum eſt? vtrùm condicatur, quaſi ob cauſam datus ‖ ſit, ‖ & cauſa finita ſit: an verò ex empto agendum ſit. & Iulianus diceret, ex empto agi poſſe. certè etiam condici d poterit, quia iam ſine cauſa apud venditorem eſt annulus.

7 ¶ ‖Venditorem‖ etiam ſi ignorans e vendiderit, *fugitiuum* f *non eſſe*, præſtare emptori oportere, Neratius ait.

8 ¶ Idem Neratius, etiamſi alienum ſeruum vendideris, *furtis* g *noxiſque* h *ſolutum* præſtare ‖te‖ debere ab omnibus receptum, ait: & ex empto actionem eſſe, *vt habere* i *licere* emptori caueatur k: ſed & vt tradatur l ei poſſeſſio.

9 ¶ Idem ait: non tradentem, quanti interſit m, condemnari: ſatis autem non dantem n, quanti plurimum auctorem o periclitari oportet.

10 ¶ Idem Neratius ait, propter omnia hæc ſatis eſſe, quod plurimum eſt, præſtari, id eſt, vt ſequentibus actionibus deducto eo quod præſtitum eſt, lis æſtimetur.

11 Idem rectè ait, ſi quid horum non præſtetur, cùm cætera facta ſint, nullo deducto condemnationem faciendam.

12 ¶ Idem libro ſecundo reſponſorum ait.

Emptorem noxali p iudicio condemnatum, ex empto actione id tantùm conſequi, quanti q minimo r defungi potuit. Idémque putat, & ſi ex ſtipulatu aget, & ſiue defendat noxali iudicio, ſiue non, quia manifeſtum fuit noxium ſeruum fuiſſe, nihilominùs vel ex ſtipulatu, vel ex empto agere poſſe.

13 ¶ Idem Neratius ait, venditorem in re tradenda debere præſtare emptori, vt in lite de ſ poſſeſſione potior t ſit. ſed Iulianus libro quintodecimo digeſtorum probat, nec videri traditum, ſi ſuperior in poſſeſſione emptor futurus non ſit. erit igitur ex empto actio, niſi hoc præſtetur.

14 ¶ Caſſius ait eum u, qui ex duplæ x ſtipulatione, litis æſtimationem conſecutus eſt, aliarum rerum nomine, de quibus in venditionibus caueri ſolet, nihil conſequi poſſe. Iulianus, deficiente dupla y, ex empto agendum putauit.

15 ¶ Denique lib. 10. z apud Minicium ait, ſi quis ſeruum ea conditione vendiderit *vt intra triginta dies duplam promitteret, poſtea ne quid præſtaretur*: & emptor hoc fieri intra diem non deſiderauerit, ita demum non teneri venditorem, ſi ignorans alienum vendidit. tunc enim in hoc fieri, vt per ipſum, & per heredem eius emptorem habere liceret. qui a autem alienum ſciens vendidit, dolo (inquit) non caret, & ideo empti iudicio tenebitur.

16 ¶ Sententiam Iuliani veriſſimam eſſe arbitror, in pignoribus quoque. nam ſi iure b creditoris vendiderit, deinde hæc fuerint euicta, non tenetur, nec ad pretium reſtituendum ex empto actione creditor. hoc enim multis conſtitutionibus effectum eſt. dolum planè venditor præſtabit. denique etiam repromittit de dolo, ſed & ſi non repromiſerit, ſciens c tamen ſibi non obligatam, vel non eſſe eius, qui ſibi obligauit, vendiderit, tenebitur ex empto: quia dolum eum præſtare debere oſtendimus.

17 ¶ Si quis rem vendiderit, *& ei acceſſurum* d *quid dixerit*. omnia quidem, quæ diximus in re diſtracta, in hoc quoque ſequenda ſint e, vt tamen euictionis nomine non in duplum teneatur, ſed in hoc tantùm obligetur, vt emptori habere liceat, & non ſolùm per ſe, ſed per omnes.

18 ¶ Qui autem *habere* f *licere* vendidit, videamus, quid debeat præſtare, & multum g intereſſe arbitror, vtrùm ‖hoc‖ polliceatur, *per ſe* h, *venientéſque à ſe perſonas non fieri, quo minùs habere liceat*, an verò per a omnes. nam ſi per ſe, non videtur id præſtare, ne alius euincat. proinde ſi euicta res erit ſiue ſtipulatio interpoſita eſt, ex ſtipulatu non tenebitur: ſiue non eſt interpoſita, ex empto non tenebitur. ſed Iulianus lib. 15. digeſtorum ſcribit,* etiam b ſi apertè venditor pronuntiet, *per ſe heredémque ſuum non fieri, quo minùs habere liceat*, poſſe defendi, ex empto eum in hocquidem non teneri, quod emptoris intereſt, verumtamen c vt pretium reddat teneri. Ibidem ait, idem eſſe dicendum,* & ſi apertè in venditione comprehendatur, *nihil* d *euictionis nomine præſtatum iri*, pretium quidem deberi re euicta, vtilitatem non deberi. neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conuentionem, vt emptor rem amitteret e, & pretium venditor retineret: niſi fortè (inquit) ſic quis omnes iſtas ſuprascriptas conuentiones recipiet, quemadmodum recipitur, vt venditor nummos accipiat, quamuis merx ad emptorem non pertineat: veluti f cum futurum g iactum retis à piſcatore emimus, aut indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantheram h ab aucupe: nam etiam ſi nihil capit, nihilo minùs emptor pretium præſtare neceſſe habebit: ſed in ſuprascriptis conuentionibus contra erit dicendum, niſi fortè ſciens alienum vendit. tunc enim, ſecundùm ſuprà à nobis relatam Iuliani ſententiam, dicendum eſt, ex empto eum teneri, quia dolo facit.

De iactu retis.

12. *Celſus* lib. 27. Digeſtorum.

Si iactum i retis k emero, & iactare retem piſcator noluit l, incertum m eius rei æſtimandum eſt. ſi quod extraxit piſcium, reddere mihi noluit, id æſtimari debet, quod extraxit n.

De vitio rei venditæ. De ſcientia vel ignorantia venditoris. 4. De mendacio venditoris. 5. De dolo emptoris. 6. Vel vendentis. 7. Tutoris. 8. De obligatione pretij. 9. De parte pretij ſoluta & re emicta 10. De fructibus. 11. De penſionibus. 12. De actionibus emptori cedendis. 13. De operis ſeruorum, de vecturis. De peculio aucto. 14. De alluuione. 15. De acquiſitione rei emptæ ex cauſa lucratiua. 16. De dolo & culpa venditoris. 17. De parte fundi pro indiuiſo vendita. 18. De acquiſitis per ſeruum venditum. 19. Quid veniat in actionem ex vendito. 20. De pretio & vſuris. 21. De poſſeßione. 22. De ſumptibus in re diſtracta factis. 23. De pacto, vt emptor reum locupletem det. 24. De pacto vt ſi prædium emptor heréſve eius pluris vendiderit, eius pars venditori præſtetur. 25. De procuratore. 26. De pœna in fraudem legitimarum vſurarum. 27. De colluſione procuratoris vendentis. 28. De minore circumuento. 29. De pupillo vendente. 30. De habitatione, vel fruitione excepta. 31. Quæ ſunt prædij venditi vel non.

13. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

Iulianus libro quintodecimo, inter eum, qui ſciens quid, aut ignorans vendidit, differentiam o facit in condemnatione ex empto. ait enim, qui p pecus morboſum, aut tignum vitioſum vendidit, ſi quidem ignorans fecit, id tantùm ex empto actione præſtaturum, quanti minoris eſſem empturus ſi id ita eſſe ſciſſem: ſi verò ſciens reticuit q, & emptorem decepit, omnia r detrimenta quæ ex ea emptione emptor traxerit, præſtaturum ei. ſiue igitur ædes vitio tigni corruerunt, ædium æſtimationem: ſiue pecora contagione ſ morboſi pecoris perierunt, quod interfuit idoneè t veniſſe, erit præſtandum.

1 ¶ Item qui u furem vendidit, aut fugitiuum, ſi qui-

a nota hoc verbū ad deciſionem quæſtionis nunc proximè à me propoſitæ.
b & arrham repetendam *l. 3. C. eod. l. 7. C. quan. lic. ab empt. reced.*
c vt in *l. 5. §. 15. ſupr. de inſtitoria.* Annulus interdum dabatur arrhæ nomine, *vt hic. & d. l.* 5. Plin. 33. c. 1. Argumento eſt cōſuetudo vulgi, ad ſponſiones etiam annulo exilire, ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior.
d Arrhæ repetuntur condictione ſine cauſa *l. vlt. Cod. quando liceat ab empt. diſcedere.*
e *l. 4. ſ. eod. v. l. 13. §. 1. ʃ. eod.*
f Fugitiuum non eſſe, præſtare emptori cogitur, qui ſeruum vendit, *l. 225. inf. de verb. ſig. l. 14. C. hoc tit.*
g μὴ ὑποκεῖσθαι αὐτὸν κλοπῇ ἢ βλάβῃ *Synop. Baſil.* 19. *tit. 1. c. 8.*
h *l. 17. §. 17. ʃ. de ædilit.*
i Habere licere venditor emptori præſtare debet, *l. 8. ʃ. de oblig. & act. v. l. 38. ʃ. de verb. obl.* vel ita: Agitur ad traditionē rei venditæ, & vt caueatur emptori habere licere *Syn. eod. c. 11.*
k *l. 37. §. 1. in fi. inf. de euict.*
l eóque tradito, teneatur emptori venditor ad intereſſe *l. 44. in fin. ʃ. de ædil.*
m *l. 1. ſ. eod.*
n i. non repromittentem: idque ſine fideiuſſore. *d. l. 37. in pr. & §. 1.*
o i. emptorē agentem de euictione.
p *l. 7. C. de accuſat.*
q Venditi ſerui nomine noxali iudicio conuentus ac condemnatus emptor non plus conſequitur, quam quantum præſtiterit. nam ſiue defendat noxali iudicio, ſiue non (hoc eſt, ſiue condemnetur ſiue non) & æſtimationem litis ſoluat, habet actionem quæ rem perit (i. ex empto) & actionem de damno infecto (hoc eſt, ex ſtipulatu) ſi manifeſtum ſit ſeruum eſſe noxium. Ita Græci: Author Synop. Baſil. 19. tit. 1. c. 11.
r Minimo defungi potuit emptor ſeruum noxæ dedendo, quam centum ſolidos dando. ſ *l. 2. l. 3. ſ. eod.* t *l. 1. in fin. C. creditorem euict. pign.*
u In iudicio de poſſeſſione, venditor duplum ſoluens aliarum rerum nomine, de quibus in venditionibus caueri ſolet, non obligatur. *Syn. Baſil. eod. c. 11.* Pretium vt id quod reapſe intereſt conſecutus.
x putà, ſi fundus, domus, vel homo, vel alia res pretioſa vendita ſit, de qua promitti ſoleat dupla. y *l. 19. ʃ. de euict. l. 6. l. 8. l. 25. C. de euict.*
z quinto. Sex enim tantùm libros ad Minicium ſcripſit.
a Dolo non caret, qui ſciens alienum vendit.
b *l. 10. ʃ. de diſtract. pign. l. 50. ʃ. de euict. l. 1. C. credi. euict.*
c *l. 2. C. cred. euict. pign.*
d *l. 27. inf. eodem.*
e *al. ſunt.*
f v. integram *l. 38. inf. de verb. oblig.*
g Imò non intereſt, *ſimpliciter habere venditor* promiſerit, an *habere licere per omnes* promiſerit. Accurſ. arg. *l. 38. inf. de verb. oblig.* cùm & indefinita vniuerſali æquipolleant.
h *Habere licere per ſe & venientes ſuos* promittens, de euictione extraneorum, ab extraneis facta non tenetur.

a Habere licet per omnes ſtipula[…] & promittere poſ[…] ſumus.
b Si tibi vendidero hac lege, *Neque per me, neque per heredem meum, vel venientes à me perſonas, futurum, quo minùs habere tibi liceat*, & alius rem venditam euicerit, non teneor actione empti venditi ne[…] actione in rem i[…] id quod intereſt ſed ad reſtitutionem pretij, niſi pa[…]ctum fuerit, nihil præſtitum iri, ſi re[…] euincatur, d[…] ignorans rem alie[…]nam vendo: quippe qui ſcit, quam[…] ita ſit conuentum, in rem actione [te]netur, non is qui ignorauit. Nam fie[…]ri poteſt vt vend[i]tor pretium luc[re]tur & emptor [ta]men nullam conſeq[ua]tur, velut in piſca[]tione & venatione. Nam tamen[…] nihil captum fu[e]rit, tamen emp[tor] Pretium præſt[…] 19. *Syn.* 8. d. c. 1[…] *in fin.*
c Qui promiſit de euictione pro ſe & herede tantùm, […]tio euincente [non] tenetur niſi ad pre[]tium, *vt hic*, ſi modo aliud conuent[um] non ſit. arg. *l. …* *de pactis.*
d Hoc pactum [non] eſt vtile, ſi vend[itor] in dolo fuerit, [ſed] eius heres aga[t …] ſi pretium re[…] poteſt, niſi expre[ſſe] dictum fuerit ve[n]ditorem ad pret[ij] reſtitutionem [non] teneri. *Bart. hic.*
e Imò hoc videtur fieri poſſe *l. 25. §.* 17. *ſ. de petit. hered.*
f Iactus retis à piſcatore, indago à venatore, panthera ab aucupe emi po[…]teſt.
g *l. 12. inf. eod.*
h id eſt, vniuer-ſam venationem. Alciat. 1. *Parerg.* 42. ſunt qui putant legendum *Panthera* plurali numero quod πανθήρον ſit genus retis, quod omnes aues concludere ſolet.
i *l. 11. in fin. ſ. eod. l. 8. in fin. ſupr. de contrah. empt. v. l. 7. ſup. de hæred. vend.*
k Retis iactus vendi poteſt.
l Quid ſi vi ventorum impacti nautæ in aliam nauem piſcatoriam, et que ea[…] præciſis funibus, ſe explicare non potuerint, ob eamque cauſam nulli piſces capti ſint, an piſcium non captorum habebitur ratio? non habebitur *l. 29. §.* […] *ad l. Aquil.* eſt igitur hic aliud quàm in lege Aquilia.
m i. quantum veriſimiliter capi potuiſſet, quod colligitur ex conſuetudine piſcatoris. *Acc.* incertum ita æſtimatur ita id quod intereſt ſeu lucrum ceſſans piſcaturæ certæ & indubitatæ, *vt hic.* venationis & aucupij peti poteſt *l. 2. inf.* […] *quod certo loco.* ſecus ſi captura erat incerta. arg. *l. quemadmodum 29. §. 3. v.* […] *planè ſ. ad l. Aquil.* Mediceus *tract. de Venatione* 1. q. 18.
n Vt reddiderit non tenebitur de euictione, quia in hoc genere venditionis non ad aliud quàm ad ipſam ſpem ſimpliciter reſpicimus. Bald. ad *l. 3. C. de donat.*
o Qui rem vitioſam ignorans vendit, quanto minoris emptor fuiſſet empturus: qui ſciens quod interfuit emptoris rem idoneè veniſſe, præſtabit: i. tenebitur ad intereſſe extra rem. *Bart.*
p Si pecus morboſum, vitioſúmve tignum vendidero, ſi quidem ignorans feci[ſſe]ro, id tantùm ex pretio reſtituo, quanto minoris emptor, ſi vitium ſciſſet, empturus erat, ſi verò ſciens, ad id quod intereſt teneor. Quid enim ſi ædes vitio tigni corruerint, vel pecora contagione morboſi pecoris perierint? *Syn. eod. c. 13.*
q Reticere vitium rei venditæ, idque ſcienter, decipere eſt, *l. 45. §. 1. ʃ. eod.*
r Venditoris emptorem decipientis in vitiis reticendis, hæc pœna eſt, vt omnia detrimenta præſtet, quæ ex emptione emptor traxit.
ſ διὰ τῆς ἀφῆς *Syn. ibid.*
t Idoneè non vendit, qui emptorem decipit: qui celat vitia rei venditæ.
u Qui fugitiuum vendidit aut furem, ſi quidem ſciens, circa fugitiuum præſtat id quod intereſt: circa furem, duplum pretij, & ſi quod emptori damnum dedit: ſi verò ignorans, circa fugitiuum tenetur ad pretium, circa furem noxæ tenetur, *Syn. eod. c. 13.*

dem ſciens *a*, præſtare debebit, quanti emptoris intereſſuit non decipi: ſi verò ignorans *b* ‖ vendiderit, ‖ circa fugitiuum quidem tenetur, quanti minoris empturus eſſet, ſi eum‖eſſe‖fugitiuum ſciſſet: circa furem non tenetur. differentiæ *c* ratio eſt, quod fugitiuum quidem habere non licet, & quaſi euictionis *d* nomine tenetur venditor, furem autem habere poſſumus.

2 ¶ Quod autem diximus, *quanti emptoris intereſſuit non decipi*, multa *e* continet, & ſi alios ſecum ſollicitauit, vt fugerent, vel res quaſdam abſtulit.

3 ¶ Quid tamen, ſi ignorauit quidem furem eſſe, adſeuerauit autem bonæ *f* frugi & fidum? & *g* carò vendidit? videamus, an ex empto teneatur? & putem, teneri: atqui ignorauit: ſed *h* non debuit facilè, quæ ignorabat, adſeuerare. inter hunc igitur, & qui ſcit, intereſt. qui ſcit, præmonere debuit furem eſſe: hic non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem *i*.

4 ¶ Si venditor dolo fecerit, vt ‖ rem‖pluris venderet, putà de artificio mentitus eſt, aut de peculio. empti eum iudicio teneri, vt præſtaret emptori *k*, quanto *l* pluris ſeruum emiſſet, ſi ita peculiatus eſſet, vel eo artificio inſtructus.

5 ¶ Per contrarium *m* quoque ídem Iulianus ſcribit: Cùm Terentius Victor deceſſiſſet, relicto herede fratre ſuo, & res quaſdam ex hereditate, & inſtrumenta, & mancipia Vellicus ‖ quidam ‖ ſubtraxiſſet, quibus ſubtractis facilè, quaſi *n* minimo valeret hereditas, vt ſibi ea venderetur, perſuaſit: an venditi iudicio teneri poſſit? Et ait‖Iulianus‖competere actionem ex vendito in tantum, quanto pluris hereditas valeret, ſi hæ‖res‖ſubtractæ non fuiſſent.

6 ¶ Idem Iulianus, dolum *o* ſolere à venditore præſtari, etiam in huiuſmodi ſpecie Oſtendit: ſi *p* cùm venditor ſciret fundum pluribus municipiis legata *q* debere, in tabula *r* quidem conſcripſerit, *vni ſ municipio deberi*, verùm poſtea legem conſignauerit, *ſi qua tributorum t, aut vectigalia indictioniſve quid nomine aut ad viæ u collationem præſtare oportet, id emptorem dare, facere, præſtaréque oportere*: ex empto eum teneri, quaſi decepiſſet emptorem: quæ ſententia vera eſt.

7 ¶ Sed cùm in facto proponeretur, tutores hoc idem *x* feciſſe, qui rem pupillarem vendebant: quæſtionis eſſe ait, an tutorum *y* dolum pupillus præſtare debeat. & ſi quidem ipſi tutores vendiderunt, ex *z* empto eos teneri nequaquam dubium eſt. Sed ſi pupillus, auctoribus eis, vendidit, in tantum tenetur, in *a* quantum locupletior ex eo factus eſt, tutoribus in reſiduum perpetuò condemnandis: quia nec transfertur in pupillum poſt pubertatem hoc, quod dolo tutorum factum eſt.

8 ¶ Offerri *b* pretium ab emptore debet, cùm ex empto agitur: & ideo ‖ & ‖ ſi pretij partem *c* offerat, nondum eſt ex empto actio. Venditor enim, quaſi *d* pignus, retinere poteſt eam rem, quam vendidit.

9 ¶ Vnde quæritur, ſi pars ſit pretij ſoluta, ‖ & ‖ res tradita, poſtea euicta ſit, vtrùm eius rei conſequetur pretium integrum ex empto agens: an verò, quod numerauit? & puto magis id, quod numerauit, propter doli exceptionem *e*.

10 ¶ Si fructibus iam maturis ager diſtractus ſit, etiam fructus *f* emptori cedere, niſi aliud conuenit, exploratum eſt.

11 ¶ Si *g* in locatis ager fuit, penſiones *h* vtique ei cedent, qui locauerat: idem & in prædiis vrbanis *i*: niſi ſi quid nominatim conueniſſe proponatur.

12 ¶ Sed & ſi quid præterea rei venditæ nocitum *a* eſt; actio emptori præſtanda eſt: damni forte infecti, vel aquæ pluuiæ arcendæ, vel Aquiliæ, vel *b* interdicti *quod vi aut clam*.

13 ¶ Item ſi quid ex operis ſeruorum, vel vecturis iumentorum, vel nauium quæſitum eſt, emptori præſtabitur, & ſi quid peculio eorum acceſſit, non tamen ſi quid ex re venditoris.

14 ¶ Si Titius fundum, in quo nonaginta iugera erant, vendiderit, & in lege emptionis dictum eſt, *in c fundo centum d eſſe iugera*, &, antequam modus manifeſtetur, decem iugera alluuione *e* adcreuerint, placet mihi Neratij ſententia, exiſtimantis, vt, ſi quidem ſciens vendidit, ex empto actio competat aduerſus eum, quamuis decem iugera adcreuerint: quia dolo fecit, nec dolus purgatur, ſi verò ignorans vendidit, ex empto actionem non competere.

15 ¶ Si fundum mihi alienum *f* vendideris, & hic ex cauſa *g* lucratiua meus factus ſit, nihilominus ex empto mihi aduerſus te actio competit.

16 ¶ In his autem *h*: quæ cum re empta præſtari ſolent, non ſolùm dolum, ſed & culpam præſtandam arbitror: nam & Celſus libro octauo digeſtorum ſcripſit, cùm conuenit, vt venditor præteritam *i* mercedem exigat, & emptori præſtet, non ſolùm dolum, ſed & culpam eum præſtare debere.

17 ¶ Idem Celſus libro eodem ſcribit, Fundi, quem cum Titio communem *k* habebas, partem tuam vendidiſti; & antequam traderes, coactus *l* ex communi diuidundo iudicium accipere, ſi ſocio fundus ſit adiudicatus, quantum ob eam rem à Titio conſecutus es, id tantùm emptori præſtabis: quòd ſi tibi fundus totus adiudicatus eſt, totum *m* (inquit) eum emptori trades *n*. ſed ita, vt ille ſoluat, quod ob eam rem *Titio* condemnatus es: ſed ob eam quidem partem, quam vendidiſti, pro euictione cauere debes: ob alteram autem, tantum de dolo malo repromittere: æquum eſt enim, eandem eſſe conditionem emptoris, quæ futura eſſet, ſi cum ipſo actum eſſet communi diuidundo: ſed ſi certis regionibus fundum inter te, & Titium iudex diuiſit, ſine dubio partem, quæ adiudicata eſt emptori, tradere debes.

18 ¶ Si quid *o* ſeruo diſtracto venditor donauit ante traditionem, hoc quoque reſtitui debet: hereditates quoque per ſeruum adquiſitæ, & legata omnia. nec diſtinguendum *p*, cuius reſpectu iſta ſint relicta: item quod ex operis ſeruus præſtitit venditori, emptori reſtituendum eſt, niſi ideo dies traditionis è pacto prorogatus eſt, vt ad venditorem operæ pertinerent.

19 ¶ *Ex vendito q actio* venditori competit ad ea conſequenda, quæ ei ab emptore præſtari oportet.

20 ¶ Veniunt *r* autem in hoc iudicium infra ſcripta: in primis pretium, quanti res venit: item vſuræ *ſ* pretij poſt diem traditionis: nam *t* cùm re emptor fruatur, æquiſſimum eſt eum vſuras pretij pendere.

21 ¶ Poſſeſſionem autem traditam accipere debemus, etſi *u* precaria ſit poſſeſſio: hoc enim ſolùm ſpectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi.

22 ¶ Præterea ex vendito agendo, conſequetur etiam ſumptus *x*, qui facti sũt in re diſtracta. vt puta ſi quid in ædificia diſtracta *y* erogatum eſt, ſcribit enim Labeo & Trebatius, eſſe ex vendito hoc nomine actionem: idem, & ſi in ægri *z* ſerui curationem impenſum eſt ante tradicionem, aut ‖ ſi quid‖in diſciplinas *a*, quas veriſimile *b* erat etiam emptorem velle impendi, hoc amplius Labeo ait, & ſi quid in funus *c* mortui ſerui impenſum ſit, ex vendito conſequi oportere: ſi modò ſine culpa venditoris mortem obierit.

23 ¶ Item ſi *d* conuenerit, cùm res veniret, *vt locuples ab emptore reus e detur*, ex vendito agi poſſe vt id fiat.

24 ¶ Si inter emptorem prædiorum, & venditorem conueniſſet *f*, *vt g*, *ſi ea prædia emptor hæréſve eius*

a *l.* 4. §. *eod.*
b *l.* 11 §. 7. §. *eod.*
c Fugitiui & furis vendiri differentia: grauius tenetur qui fugitiuum habet, quàm qui furem. Furem habere poſſumus, fugitiuum non item.
d *l.* 1. *C. de ædilitiis act.*
e Id quod noſtra intereſt, non decipi, in ſerui emptione, multa continet. Non tantùm enim pretium ſerui continet, ſed & ſi quos alios ſollicitauit, vel vt fugerent vel vt res quaſdam auferrent. *Synopſ. ibid.*
f πιστὸν καὶ χρήσιμον. Si venditor furem ignorabat, & tamen adſeuerabat, ſe fidum & frugi vendere, tenetur. Nam qui ſcit, quia non præmonuit emptorem, tenetur: qui ignorat, quia temerè quæ non eſſent adſeuerauit. *Synop. eod.*
g vt caro venderet? *Hal.*
h hinc collige quem teneri in id quod intereſt ratione culpæ in vendendo admiſſæ, *vt hic*.
i id eſt, ſcurrilem, ac verboſam rerum venalium commendationem, qua venditores emptorem hiantem inducere volũt: notum enim illud. *Laudat venales qui vult obtrudere merces.*
k vide *l.* 1. §. 13. *infr. ſi quid in fraud. patron.*
l Vel, vt apud Paulum eſt 2 *ſent.* 12. §. 6. quanto minoris, valuiſſet, emptori præſtare compellitur, niſi paratus ſit eum redhibere. adde *l.* 13. *ſup. de contra.*
m Relatiua, contrariorum ſpecies. §. 25. *inf. eod.* dixi ad *l.* 41. *inf. de regulis.*
n *l.* 9. *ſup. de dolo.*

a *l.* 16. *infr. de aqua & aqua pluuiæ.*
b *l.* 11. § 8. *inf. quod vi aut clam.*
c Modum agri in venditionibus veteres plerumque definiebant: dixi ad *l.* 2. *ſup. eod.*
d & ſic plura iugera expreſſit dixit re quã eſſent re ipſa.
e Alluuio ſuperueniens ante traditionem prodeſt venditori ad menſuram, ſi fuit ignorans: ſecus ſi ſciens. *Bart.*
f *v. l.* 9. *infr. de euictionib.*
g lucratiua cauſa non extinguit onerosam, *vt hic*, vti nec onerosam *l.* 10. *ſup. eo.* extinguit tamen etiam lucratiuam in eadem perſona vel diuerſis, inter quas iuri adcreſcendi locus eſt, *l.* 12. *inf. de leg.* 2. non inter quas ius adcreſcendi non eſt, *Bal. hic & l. omnes. infr. de obligat.*
h non ſolum his præſtatur dolus & culpa in re vendita, ſed & in eius acceſſoriis.
i *l.* 68. *ſup. de contrah. empt.*
k *l.* 7. §. 13. *ſupra comm. diuid.*
l *l.* 7. *infr. de rebus eorum*: vide quæ ſcripſi ad *l.* 156. *infr. de regulis.*
m Iuri adcreſcendi in contractibus etiam locus eſt ſi emptoris intereſt: non aliàs: ſcripſi ad *l.* 64. *ſupr. de contrah. empt.*
n atque ita quis cogitur rem ſuam vendere.
o vide §. 10. *ſup. eod.* *l.* 23. *inf. eod.* *l.* 31. *in fin. inf. de euict.*
p *l.* 23. *in fin. inf de ædilitio.*
q *l.* 1. *l.* 2. *C. eo.* cui opponitur ex empto actio, de qua in *l.* 11. *in pr. ſup. eod.*
r Venditi actione venditor ab emptore hæc conſequitur, pretium, vſuras pretij poſt diem traditionis, *vt hic*, ſumptus factos in rem diſtractam ante traditionem (putà in ædificia, curationem ægroti ſerui, diſciplinas, funus) §. 22. *inf. eod.* *Synopſ. eod. c.* 13.

o Dolum venditor præſtare cogitur, tenetur de dolo, *vt hic*. Idem in locatore vt in ſpecie propoſita & agitata à Beroo, *q.* 61. quem vide. p *v. l.* 39. *inf. eod.* ſi venditor ſciens diuerſis tributis obnoxium eſſe fundum, in venditione vnum dumtaxat dixerit, & adiecerit, *ſi quid huius fundi nomine*: (tributum ſc. aut vectigal, aut indictionem, aut ad viæ refectionem) *præſtare oporteat, id emptorem dare facere oportere*, actione ſc. ex empto tenebitur doli mali cauſa, *vt hic*. ſi verò tutor erat qui hoc fecit in venditione rei pupillaris, ſi quidem ipſe vendidit, tenetur: ſi vero pupillo vendenti auctor fuit, pupillus quidem in quantum locupletior factus eſt, tenetur: tutor autem in reſiduum perpetuò. Nam quod ipſius dolo factum eſt, poſt pubertatem in pupillum non transfertur. §. 7 *infr. eod.* q Vectigalia. Cuiac. 5. *obſ. vlt.* quod Græca metaphraſis indicat, quæ ſic habet, ἐὰν ὁ πράτης εἰδὼς διαφόροις ὑποκεῖσθαι τέλεσι τὸν ἀγρόν. *Syn.* 19. *tit.* 8. *c.* 13. r Tabulam hanc ſuſpendi in auctionibus ædium faciendis mos erat: dixi ad *l.* 15. §. 32. *inf. de iniuriis.* ſ μόνον τὸ ἕν. dumtaxat vnum deberi. 19. *Synop.* 8. *c.* 13. eſſet hoc modo: ſi venditor ſciens diuerſis tributis fundum obligatum eſſe, in venditione vnum dumtaxat deberi dixerit, & adiecerit, ſi quod huius fundi nomine tributum, aut vectigal, aut indictionem, aut ad viæ refectionem præſtare oporteret, id emptorem dare facere oportere, actione ex empto tenetur doli mali cauſa. t δημόσιον ἢ ἐκφώνημα, ἢ τέλεσμα, ἢ ὑπέρθεσις ... *Syn. Baſil.* u v. quæ ſcripſi ad *l.* 27. §. 3. *infr. de vſufr. leg.* x celaſſe tributa & vectigalia fundi pupillaris venditi. y Tutoris vendentis dolo an & quatenus pupillus teneatur. z Actione ex empto tenetur is qui vendidit: ex vendito is qui emit: datur ex empto emptori: ex vendito venditori.
a vel. 17. §. *de dolo.*
b *l.* 8. *in fin. C. eod. l.* 31. *circa fin. ſup. de reb. cred.*
c *l.* 57. *inf. de ædilitio* vide Hotom. *qu. illuſt.* 20.
d Quaſi pignus retinere poteſt venditor rem quam vendidit, adde *l.* 14. §. 1. *infr. de furtis: l.* 22. *ſup. de hereditate vendita.* e id quod intereſt, pretium poteſt egredi *l.* 1. *ſup. eod.* f & operæ ſeruorum, & fœtus pecorum, & ancillarum partus *Pau.* 2. *ſent.* 16. § 7. quinetiam id quod ipſemet venditor donauit ſeruo, ante traditionem: itẽ & hereditatem & legata per eundem ſeruum adquiſita. §. 18. *inf. eod. l. pen. C. eod.* vide *l. vlt. in fin. inf. de iure fiſci.* g ſi is ager locatus fuit. *Bal*
h vide quæ ſcripſi ad *l. vlt. in fin. inf. de iure fiſci*: & *l.* 13 *ſup. eod.*
i locati, ſcilicet.

ſ poſt rem traditam, niſi emptor pretium ſtatim exoluit, vſuras eius præſtare cogendus eſt. *Paul.* 2. *ſent.* 17. §. 9. *l.* 5. *C. eod. l.* 2. *C. de vſuris.*
t Fructuum & vſurarum æqua viciſſitudo: qui fructus rei venditæ percipit, vſuras pretij nondum ſoluti præſtat venditori *l.* 5. *C. eod.*
u Poſſeſſionem rei emptæ emptor accepiſſe videtur à venditore, etiamſi precario rem emptam ab eo poſſideat: habet enim precaria illa poſſeſſione fructus percipiendi facultatem. x Sumptuum varia exempla, in ædificia, medicos, diſciplinas, funus, *l.* 10. *in fin. ſup. de negotiis. l.* 10. *C. de negotiis.* y εἰς ἀνοικοδόμησιν οἴκων, in ædibus inſtaurandis. *Synopſ. ibid.* quæ erant deſtructæ. z *l.* 38. §. 1. *inf. eo. l.* 16. *C. eo.* Sumptus facti in re vendita per actionem ex vendito repetuntur. *Bart.*
a Sumptus factos in diſciplinas venditi ſerui ab emptore actione ex vendito, venditor ipſe conſequitur. *l.* 27. §. 2 *ſup. de vſufr. l.* 25. *ſup. de pignoratitia.*
b Veriſimiles ſumptus facile repetuntur.
c Sic venditor hereditatis funeris impenſas emptori imputat. *l.* 2. §. 17. *ſupra de hereditate.*
d In venditionibus ſæpè hoc conueniebat vt locupletior reus ab emptore daretur. *Synopſ. eod.*
e expromiſſor. *Accurſ.* fideiuſſor pretij.
f Inter venditorem & emptorem plerumque hoc conueniebat, vt ſi pluris rem emptor eiuſve heres venderet, eius quod amplius numeratum eſſet, partem venditori præſtaret. *Synopſ. ibid.*
g vel augebatur pretium ſi pluris emptor vendiderit *l.* 7. *in fin. ſupr. de contrah. empt.* vel vt quanto pluris fundus dotalis veniret, id in dote ſit. *l.* 12. §. 3. *infr. de pact. dotalib.*

pluris vendidiſſet,eius partem dimidiam venditori præſtaret, & heres emptoris pluris ea prædia vendidiſſet, venditorem,ex vendito agendo, partem eius quo pluris vendidiſſet, conſecuturum.

25 ¶ Si procurator vendiderit,& cauerit emptori, quæritur, an domino,vel aduerſus dominum actio dari debeat, & Papinianus libro tertio reſponſorum putat, cum domino *a* ex empto agi poſſe vtili actione,ad *b* exemplum *c* inſtitoriæ actionis. ſi modò rem vendendam mandauit:ergo & per contrarium *d* dicendum eſt , vtilem *e* ex empto actionem domino competere.

26 ¶ Ibidem Papinianus reſpondiſſe ſe refert, ſi conuenerit,*vt f, ad diem pretio non ſoluto , venditori duplum præſtaretur,* * in fraudem *g* conſtitutionum videri adiectum, quod *h* vſuram legitimam excedit, diuerſámque *i* cauſam commiſſoriæ *k* eſſe ait,cum *l* ea ſpecie(inquit)non fœnus illicitum contrahatur,ſed lex contractui non improbata dicatur.

27 ¶ Si quis,colludente procuratore meo, ab eo emerit, an poſſit agere ex empto? Et puto,hactenus, vt *m* aut ſtetur emptioni,aut diſcedatur.

28 ¶ Sed & ſi quis minorem vigintiquinque annis circumuenerit , & huic hactenus dabimus actionem ex empto *n*, vt diximus in ſuperiore caſu.

29 ¶ Si quis à pupillo ſine tutoris auctoritate emerit,ex vno latere *o* conſtat contractus.nam qui emit, obligatus eſt pupillo: pupillum ſibi non *p* obligat *q*.

30 ¶ Si venditor habitationem exceperit *r* , *vt ſ inquilino liceat habitare*:vel *colono,vt perfrui liceat ad certum tēpus*:magis eſſe Seruius putabat,ex vendito eſſe actionem : denique Tubero ait,ſi iſte colonus damnum dederit,emptorem ex empto agentem *t* cogere poſſe venditorem , vt *u* ex locato cum colono experiatur,vt quicquid fuerit cōſecutus,emptori reddat.

31 ¶ Ædibus diſtractis,vel legatis , ea eſſe ædium ſolemus dicere,quæ quaſi pars ædium,vel propter ædes habentur , vt puta puteal.

14. *Pomponius* lib.31.ad Quintum Mucium.

ID eſt , quo puteum *x* operitur.

15. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

LInes *y* ‖ & ‖labra *z* , ſalientes *a* , fiſtulæ quoque , quæ ſalientibus iunguntur , quamuis longè *b* excurrant extra ædificium, ædium ſunt. Item canales. Piſces autem,qui ſunt in piſcina *a*,non ſunt ædium, nec fundi.

16. *Pomponius* lib.31. ad Quintum Mutium.

NOn magis quàm pulli, aut cetera animalia, quæ in fundo ſunt.

17. *Vlpianus* lib.32. ad Edictum.

FVndi nihil eſt,niſi *b* quod terra ſe tenet. ¶ Ædium *c* autem multa eſſe,quæ ædibus adfixa *d* non ſunt,ignorari non oportet, vtputa ſeras *e*, claues,clauſtra. Multa etiam defoſſa *f* eſſe *g*, neque tamen fundi, aut villæ *h* haberi , vtputa vaſa vinaria, torcularia *i*:quoniam hæc inſtrumenti *k* magis ſunt, etiam ſi ædificio cohærent.

1 ¶ Sed & vinum,& fructus perceptos *l* , villæ non eſſe conſtat.

2 ¶ Fundo vendito, vel legato, ſterculinum *m* , & ſtramenta , emptoris & legatarij ſunt : ligna autem venditoris, vel heredis:quia non ſunt fundi, tametſi ad eam rem comparata ſunt. In ſterculino autem diſtinctio Trebatij probanda eſt:vt, ſi quidem ſtercorandi agri cauſa comparatum ſit,emptorem ſequatur: ſi vendendi,venditorem : niſi ſi aliud actum eſt. Nec intereſt,in ſtabulo iaceat,an aceruus ſit.

3 ¶ Quæ tabulæ pictæ protectorio includuntur *n*, ‖itémque‖cruſtæ marmoreæ,ædium ſunt.

4 ¶ Reticuli circa columnas,plutei circa parietes, item Cilicia *o* vela,ædium non ſunt.

5 ¶ Item quod inſulæ cauſa *p* paratum eſt,ſi nondum perfectum eſt, quamuis poſitum in ædificio ſit, non † tamen videtur ædium eſſe.

6 ¶ Si *ruta q & caſa* excipiantur in venditione , ea placuit eſſe ruta *r*, quæ eruta ſunt, vt arena,creta,& ſimilia,cæſa ea eſſe,vt arbores cæſas, & carbones , & his ſimilia: Gallus autem Aquilius, cuius Mela refert opinionem,rectè ait,fruſtra *ſ* in lege venditionis de rutis & cæſis contineri : quia , ſi non ſpecialiter venierunt, ad *t* exhibendum de his agi poteſt. neque enim magis de materia cæſa, aut de cæmentis,aut de arena cauendum eſt venditori, quàm de cæteris quæ ſunt pretioſiora.

7 ¶ Labeo generaliter ſcribit, ea,quæ perpetui *u* vſus cauſa in ædificiis ſunt,ædificij eſſe;quæ verò ad præſens , non eſſe ædificij:vtputa fiſtulæ , temporis quidem cauſa poſitæ,non ſunt ædium:veruntamen,ſi perpetuò fuerint poſitæ,ædium ſunt.

8 ¶ Caſtella *x* plumbea,putea *y*,opercula *z* puteorum,epitonia *a* fiſtulis adplumblata , aut quæ terra continentur , quamuis non ſint adfixa , ædium eſſe conſtat.

9 ¶ Item conſtat,ſigilla *b* , columnas quoque , & perſonas *c* ex *d* quarum roſtris *e* aqua ſalire ſolet, villæ eſſe.

a Ex procuratoris venditione. *vt hic*: & diuiſione inter coheredes ſuos facta, dominus obligatur,*l. 66.in fi.inf.de euict.*
b *l.31.ſup.de negotijs.*
c Vtilis ex vendito in dominum , exemplo inſtitoriæ actionis datur actio , *vt hic.l.2.l. 19. ſuprà de inſtitoria:l.5.inf. de ſtipul. prætor.l. 13. ſuprà de negotiis:l.10. §.5. ſuprà mandati.l.5.l.6. C. de inſtitoria.*
d Relatiuorum hæc eſt natura,vt §.5. *ſuprà eod.*dixi ad *l.41. inf.de reg.iur.*
e *l.5.inf.de ſtipul. præt. l. 79. inf. de ver.oblig.*
f In venditionibus & hoc plerumque conueniebat,vt duplum præſtaret emptor, niſi ad certum diem pretium ſoluiſſet : quod cùm vſuram legitimam excedebat , emptorem non obligabat. *Syn.ibid.c.14.*
g id autem vetitum eſt,*l.5.C.de legibus, l.7.§.3. ſup. de Macedoniano.*
h *l.9.l.29.l.44.inf de vſuris, l. 15. in fin. C.de vſuris.*
i *ſub.* à pœna , in fraudem legum adiecta. hic aliud pœna, aliud fœnus,*l.9. §.1.inf. de vſuris.*
k quæ in venditionibus quidem recipitur,*l.3.ſuprà de lege commiſſ.*atque ita dupli ſtipulatio,ſi ad diem pretium non ſoluatur,non coloratur prætextu legis commiſſoriæ.
l id eſt legis commiſſoriæ non improba eſt conuentio , dupli in hac hypotheſi ſtipulatio, fœnus illicitum cenſetur. m Agere poſſum vt procuratoris factum ratum habeas,vel reprobes:ſimilis eſt agendi forma in *l.16.inf.rem ratam hab.* facit *l.8.9. ſuprà de negotiis*,vt domini voluntas dignoſcatur,ratum nécne habeat:hinc conſtat contractum interdum non tenere,id eſt, inutilem eſſe;& tamen ex eo agi.
n Minor enim reſtituitur aduerſus emptionem,ſi prædium plus quam oporteat emerit,*l.27.§.1. verſ.præterea,ſuprà de minorib.* ſi rem non neceſſariam,*l.11.§.3.ſupr. de minoribus.* Adde minorem non tantùm reſtitui aduerſus emptionem, ſi eius eum pœniteat:ſed ſi eam aduerſus alium affectet. Quid enim ſi de re quæ maiorum eius fuerit emenda agatur? *l.35.ſuprà de minorib.* Quid ſi ab eius tutoribus commiſſoria lex neglecta ſit? *l.38.ſupr.de minoribus.* non reſtituetur tamen, ſi rem neceſſariam,licèt mortalem,emerit,aut locupletior factus ſit.
o ſic interdum locator non obligatur,conductor obligatur,*l.20.in fin.inf.locati.* ſic fieri poteſt vt venditor pretium accipiat,merx ad emptorem non pertineat,*l.11.§. vlt.ſup. eod.*& ſic claudicat contractus ſi fiat cum pupillo *Bart.* vide Cuiac.6.*obſ.*21
p Cur non obligat ſibi pupillum ? Quia ſcire debebat pupillum contrahere non poſſe ſine tutoris authoritate,*l.qui à quolibet 27.ſuprà de contrah.empt l.8.inf.de adquir.hered.*vide *l.vnic.C.de reput.quæ fiunt in iudicio:l.1.2.C.ſi aduerſ.præſcrip.*
q emendo:vt non ſit ſecurus qui à pupillo tutore abſente rem emerit, *l.11. C. de reſcind.* Quid ſi ancillas ab eo emptas ſtatim manumiſerit?tunc quidem non reuocatur libertas,verùm emptor minori,quanti eius intererit,tenetur, *l.48. §.1.ſuprà de minoribus.* Securus erit, ſi minor patris defuncti voluntate & damnatione rem vendidit,*l.3.C.quando decreto*:aut ſi locupletior factus ſit. vide *l.10.ſuprà de inſtitoria:l.1.§.4 ſup.de pecul.l.1.§.15.ſup.depoſiti.* v cunque ſit,ſciendum eſt decretum iudicis & ſolemnitatem in huiuſmodi venditionibus exigi.
r In venditionibus venditores quædam nonnunquam ſolebant excipere:vt hic,habitatio excipitur:alibi, frumenta manu ſata,*l.qui fundum 40.§.fundi 3. ſuprà de contrah.emp.* omnes fructus,*d.l.qui fundum 40.§.cùm fundum 4.* Lapidicinæ *l.77. ſuprà de contrah. empt.*
ſ Venditor fundi plerumque excipiebat colono ſuo ius fruendi : nempe vt eum perfrui & habitare emptor permitteret, *vt hic.* t Agendi modum ſingularem obſeruat:ago contra te vt agas *Bart.* facit *l.2.§.pen.ſuprà de lege Rhodia*;*l.60.§.5.inf.locati.l.75.in fin.inf.de leg.1.l.2.§.28.inf.ne quid in loco publ.* adde *l.5. C.de ingenuis*.ſed tamen hoc caſu reus liberatur cedendo actionem, *Bart.hic.*
u Agi interdum poteſt vt agatur,*vt hic*, dixi ad *l.60.§.6.inf locati.*
x *l.17.§.8.inf.eod.*τῦ φρέατος σκέπασμα 19.*Syn.*8 *c.*15.*dicitur & περιστόμιον* φρέατος,puteale. Puteal veteres ſigillis ſolebant exornare. Hinc Cicero, Tibi mandato putealia ſigillata duo.
y quidam legunt,*tines* vel *tenes*,vt *l.17.§.1.ſuprà ſi ſeruitus* : Haloander, *funes*, quod vocabulum Budæus ad funes hauſtorios refert : lines, Græci δεξαμένας , id eſt, lacus aquam continentes. Quo ſenſu & λινὰς & λινοὺς Græci dicunt , vt in Eparchico περὶ φυτῶν φυτεύσεως, quod Harmenop.refert,2.*Epitomat.* Afranius & Laberius apud Nonium, *Labella,Leneis.* Cuiac.6.*obſ.*6.*Martial.*1.Cuiac.10.*obſ.*15. Author Synopſeos ibidem ita hunc locum exprimit, καὶ αἱ δεξάμεναι, καὶ οἱ λουτῆρες καὶ οἱ ἐγκείμενοι τοῖς ἀνάβρυτοις σωλῆνες.
z non aquæ,vt Accurſius ait:ſunt enim hic ſalientes crateres lapidei , quibus aqua ſaliens ſiphunculis excipitur,Bud. lapides vel perſonæ ex quibus aquæ ſaliunt,Baſilicis ἀνάβρυτοι,veteribus ſiluani,vide *l.17.§.9.inf.eod.*Feſtus *in Tullios.*
a *l.12.§.24.inf.de inſtructo.* ſunt lapides ex quibus aquæ ſaliunt.
b Græci hunc locum exprimunt hunc in modum, εἰ καὶ πόῤῥω τῆς οἰκίας ἐκτείνονται,quamuis longe ab ædificio porrigantur.

a Paulus certè ferentiam faci piſces in piſci conieſti... poſſideantur ... in ſtagno ſunt poſſideantur ... 14.J.*de aq*. & Molinæus author , pro ſuetudine Pari aduerſus ius num pro ... Papæ ... *Conſuet.* ... *num*.18.19 aliud eſſe non ... ſed in ſtagnum viuarium non cuſtodi ſed ad ... duna & ... fructum ... deſtinati ... partem ... cenſeri ... mobilia. b ... c.15. c Serræ, liétes ... teres, ... portio ... mus ... ſunt,*l.12.* *inſtructo.* d *v.l.12.* *inſtructo.* e ... f ... *Synopſis* g A... optimi ... que ... machina ... naria. ... & dolia ... defixa ...

continentur,*l.93.§.pen.J.de leg.3.* & vino legato,dolia depreſſa ... non debentur,vt nec vaſa immobilia,*l 3.§.1.J.de tritico*:Imò, fu... lia cum reliquo inſtrumento colono ſunt præſtanda,*l.19 §.2.J.lo*... fictilia, item plumbea,quibus terra congeſta eſt, & in his viridari... ſunt;ſi ita alligata ſint ædibus, vt ibi perpetuo ſint,*l.21.l.26.J.*... hæc;Dolia in horreis defoſſa horreorum venditioni cedunt,niſi ... cepta ſint,*l.75.J.de contrahenda*:ea igitur quæ defoſſa ſunt, fund... raquellus *de retractu §.1.gl.7.num.98.* hic mendum eſſe ait.
h ἐποικιον. Eſt vero ἐποίκιον ἡ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκία, domus in ag...
i Eſt vero torcular,lignum quo premuntur & torquentur vuæ. ... quod olearum fructibus imponitur, vt oleum & vinum exprim... *Syn.illo loco.* k Quid ita:cùm ſigilla & ſtatuæ adfixæ,inſtrumento ... tineantur,ſed domus portio ſint? *l.12.§.23.J.de inſtructo.*
l Aliud ſi penderent, *l.44.J. de rei vind.* m ſterculinum vende... habitum fuit non ſequitur emptorem fundi, ſiue in ſtabulo iac... ſit,ſtercorandi agri cauſa habitum, debetur.
n Ea quæ tectorio non continentur,in rutis ſunt,non ſunt ædi... *verb.ſign.* o *l.12.§.17.inf.de inſtructo.*
p nunc primùm,*vt hic,&* §.*vlt* J.*eo.* aliud ſi vt reponatur,*d.§.*... J.*eod.* † Imo ſunt quia cœpta pro factis habentur, *l.19.§.11.*... de vltima voluntate agitur, néque latius extenditur:hic de co... ctè accipiendus eſt:vel ibi de principali,hic de acceſſoriis agit...
q De rutis & cæſis,adde *l.18.l.38 in fin J.eod.l.2.in fi.C.eod l.*... *l.66.J. de cont.empt.l.5.§.7.ſuprà ad exhib.* Feſtus & Nonius *in* ... *Orator.partitionibus & Topicis.* r *l.18.in fin.l.38.J.eod.*ea non ... *in fin.ſuprà de contrah.empt.*terra non continentur,*l.241.J.de ve*...
ſ Ruta cæſa etſi non ſint expreſſa nominatim, ſunt tamen taci...
r *l.5.§.2 ſuprà ad exhibendum* u Perpetua vim maiorem hab... raria. Ex perpetua deſtinatione rei qualitatem ſumimus ac fin... alicubi ad tempus,non videntur ibi eſſe,ſed quæ perpetuò,*l.qu*... *ſi ita 86.J.de leg 3.v.l.32.J de pign.*perpetuò, id eſt,vt exiſtim... vt illic eſſent,viuente eo qui intulit. arg *l.1.ſuprà pro ſocio.* vt ... ctione *d.l.32.* x *l.38.in fin.J.eod.* y *al.*putealia,*vt l.13.in fin.*...
z Varro 3 *de re ruſtica* epitoniis verſis: Vitruuius 20. Frequens ... rum Sunt autem Epitonia,inſtrumenta quibus chordæ funéſq...
a Quid,ſi putealia id eſt,opercula puteorum ſeu ἐπιστόμια le... *fin.l.14.J.eo.* b ſigilla,parua ſigna. c id eſt ſalientes, qui & ... & ſiluani veteribus,vt,non malè, qui gloſſemata interpretati... κρούνους hinc Corn.*lib.3* confert etiam aliquid ad ſomnum ſil... & Lucretius 6. Corpora ſiluanos ad aquarum ſtrata iacebant ... ni *cap.69.70.* Tres ſiluani ſunt ſecati qui Amymonius fons ap... ſtus,Tullios alij dixerunt ſilanos,vbi *ſiluanos* legendum eſſe ... 2.& veteres gloſſæ interpretatæ ſunt ſiluanũ fontem,vel κρουν...
d Pentameter eſt verſus, *ex quarum roſtris aqua ſalire ſolet.* N... producitur. Cicero *Prognoſticis.* Vos quoque ſigna vident aqua... cretius 6. Quæ calidum faciunt aquæ tactum atque ſaporem.
e Roſtra perſonarum etiam ſunt,ſeu de perſonis dicuntur ...

10 ¶ Ea...

10 ¶ Ea, quæ ex ædificio detracta *a* ſunt vt reponantur, ædificij ſunt: at quæ parata ſunt, vt imponantur, non ſunt ædificij.

11 ¶ Pali, qui vineæ cauſa *b* parati ſunt, antequam collocentur, fundi non ſunt; ſed qui exempti ſunt, hac mente vt collocentur, fundi ſunt.

18. *Iauolenus* lib. 7. ex Caſſio.

GRanaria, quæ ex tabulis *c* fieri ſolent, ita ædium ſunt, ſi *d* ſtipites eorum in terra defoſſi ſunt. Quod ſi ſupra terram ſunt, rutis *e* & cæſis cedunt.

1 ¶ Tegulæ, quæ *f* nondum ædificiis impoſitæ ſunt, quamuis tegendi gratia allatæ ſunt, in rutis & cæſis habentur *g*, aliud iuris eſt in his *h* quæ detractæ ſunt, vt *i* reponerentur: ædibus enim accedunt.

De ſignificatione emptionis & venditionis, & locationis, & conductionis.

19. *Gaius* ad Edictum prætoris titulo de publicanis.

VEteres in emptione venditionéque, appellationibus promiſcuè *k* vtebantur.

20. *Idem* lib. 21. ad Edictum Prouinciale.

IDem, eſt *l* ‖ & ‖ in locatione & conductione.

De partu vendito eius quæ parere nequit. 1. De reticentia venditoris. 2. De errore in qualitate rei. 3. De mora venditoris. 4. De pacto vt fundus venditus venditori locetur. 5. Aut ne alij vendatur, quàm venditori. 6. De exceptione alternata.

21. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

SI ſterilis *m* ancilla ſit, cuius partus *n* venit, vel maior annis quinquaginta *o*, cùm id emptor ignorauerit, ex empto tenetur venditor.

1 ¶ Si prædij venditor non dicat *p* de tributo *q* ſciens, tenetur ex empto. Quod ſi ignorans non prædixerit, quod fortè hereditarium *r* prædium erat, non tenetur.

2 ¶ Quamuis ſuprà *ſ* diximus *t*, cùm in corpore *u* conſentiamus, de qualitate *x* autem diſſentiamus, emptionem eſſe *y*: tamen venditor teneri debet, quanti *z* intereſt non eſſe deceptum, & ſi venditor quoque neſciet, veluti ſi menſas quaſi citreas *a* emat, quæ non ſunt.

a Detracti vt reponatur: & parati, vt imponatur differentia. Illud, non hoc, ædificij eſt. Fortè quòd quæ reponuntur, ædificij ante fuerunt: quæ imponuntur, nunquam fuerunt ædificij. adde *l.* 18. §. 1. ff. *eo.*
b *v.* §. 5. ff. *eo.*
c adde *l.* 1. §. 8. ff. *de vi & vi armata.*
d vt ſtipites non ſint defoſſi, ſi tamen ita poſiti, vt tolli poſſint æſtate vel hyeme, ædium erunt, *l.* 242. *in fin.* ff. *de verb. ſign.*
e mobilibus, *l.* 60. ff. *de acq. rer.*
f dixi ad *l.* 17. §. 10. ff. *eo.* vbi de differentia recés impoſitorum, & detractorum vt reponerentur.
g facit *l.* 241. §. 2. ff. *de verb. ſign.*
h vt & in plumbo quod pro tegulis ponitur, *l.* 242. §. 2. ff. *de verb. ſign.*
i aliud eſt, ſi vt nunc primùm imponerentur, *v. l.* 17. §. 5. ff. *eo.* Idem verò eſt in cauſa pignoris, ſi res in fundum inducta eſt vt perpetuò eſſet, *l.* 32. *in princ.* ff. *de pignorib.*
k i. reſpectu quarumdam alienationum, & aliorum contractuum, quos emptio & venditio in ſe complectitur, *l.* 29. *in fin.* ff. *de ſtatulib.* Hinc Varro *de re ruſtica*, in emptionibus dominium legitimum ſex ferè perficiunt: hereditatis aditio, mancipium, in iure ceſſio, vſucapio, aut ſi quid ex præda, ſub corona emit, aut ſi ex bonis ſectionéque publicè venit, Alciat 3. *parerg.* 22. An etiam in ſe relatione habita eiúſque vi? ait Alciatus: nam vbi emptor, ibi venditor: idque cum ſit contractus, non autem perſonæ (alia eſt enim emptoris, alia venditoris perſona) aut res vtrinque accepta (eſt enim aliud res, aliud rei pretium) conſiderantur Alciat. 5. *parerg.* 15. vbi etiam probat apud authores *principium* ſumi pro fine. Cuiacius verò negat, vt notabo *l. prox.* ff. *eod.*
l *Id eſt.* Cuiacius ita reſtituit 9. *obſeru.* 15. vt ſit ſenſus: Veteres promiſcuè vſi ſunt emptionis venditioniſque verbo: Promiſcuè, id eſt, vt & conductionem intelligerent (hinc emptores fructuum pro conductoribus accipiuntur *l.* 21. ff. *de annuis.*) ‖ & in locatione, & in conductione veteres locationem ſæpè venditionem appellarunt, & conductorem emptorem: quinetiam mercedem ſiue penſionem, pretium idque propter vicinitatem emptionis & locationis, ideóque Aggen. 2. *de limitibus*, mancipibus ementibus, id eſt, conducentibus in annos ſingulos *Feſtus* Venditiones olim dicebantur bonorum locationes. Huic fortè legi occaſionem dedit, quòd cum Publicani (ad quos refertur inſcriptio *l. prox.* ff. *eo.*) emptores, ſiue redemptores dicerentur, mouerunt iuris interpretes veteres emendi & vendendi verbo promiſcuè vſos, etiam in locatione & conductione. Non enim vt emptionem pro venditione, & emptorem pro venditore, & è contrario, acciperent, ita locuti ſunt. Quod ſi hic cum Florentino exemplari legas, *Idem eſt*, ſenſus erit: Veteres, vt emptionis, ſic locationis, verbo promiſcuè vſos, vt alios contractus ſignificarent: eóque pertinet quod *ibid* Cuiacius obſeruat, fœnus videri eſſe locationem & conductionem, Hinc Horatius *Conductis nummis*, i. ſumptis fœnori, *quinas mercedes exegit*, i. vſuras: & tamen fœnus propriè locatio non eſt, v. in hunc locum Robert. 1. *animad.* 7. 8. 9. 10. aduerſus Cuiac. & Anton. Mercatorem pro eodem Cuiac. 2. *not.* 7. 8. 9. 10.
m Qui vendidit partum naſciturum, qui naſci non poterat, tenetur in id quod intereſt emptoris ſi ſciebat, *vt hic.* ſin ignorabat, reſtituere pretium tenetur, *l. cum hereditatem*, 7. ff. *de hered. vendita.*
n raro tamen ob id emitur, *l.* 27. ff. *de pet. hered.*
o Mulier maior annis 50. ſterilis dicitur: poſt 50. annum non gignit, *vt hic.* ideóque ſi ea ætate pariat, partus dicitur mirabilis: recipitur tamen, eſtque legitimus, *l.* 12. *C. de legit. heredib.* ideoque lege Iulia & Papia maribus ſexagenariis, fœminis quinquagenariis, nuptiæ interdictæ erant. *Vlp. in fragm. tit* 16. *in pn.* vbi dixi quod poſtea ſuſtulit Iuſtinianus, *l. pen. C. de nuptiis.* Differentiæ ratio fuit, quod ſexagenarij apti ſint ad generandum, quinquagenariæ mulieres non item. *Ariſt. 5. περὶ ζῴων.* p *v. l.* 39. ff. *eod.* q de tributo non dicit, qui minorem capitationem dicit cùm maior eſſet, *l.* 9. ff. *eo.* r idque meritò, nam qui alterius in locum ſuccedit iuſtam habet cauſam ignorandi, *l.* 42. ff. *de reg. iur.* ſ id eſt, *l.* 9. & *l.* 14. ff. *de contr. empt.* non autem hoc refertur ad Pauli libros. *Cuiac.* 2. *obſ.* 5. t hæc verba ſunt Triboniani non Pauli. *Cuiac.* 2. *obſ.* 5. u Error in corpore conſenſum venditionis impedit in qualitate non impedit. Et tamen vt qualitatis error non impediat venditionem, poteſt tamen emptor agere aduerſus venditorem, & ab eo conſequi quanti ſua interſit non eſſe deceptum: Et verò decipitur emptor, qui menſas quaſi citreas emit, quæ non ſunt citreæ. ſi corpora ſpectes, menſa eſt, etiam quæ non cetera ſi qualitatem, non videtur vendita, niſi quæ citrea eſſet. x non accidente, ſed materia vel genere. *Viglius.* y emptionem non eſſe. *H. l.* 4. *Aug.* 17 Cuiac. 2 *obſ.* 5. Hot. *ad tit. de act. empt.* Conn. 7. *comm.* 6. Molin. *de eo quod intereſt, n.* 36. Robert. 1. *anim.* z *l.* 62. §. 1. ff. *de contr. empt.* a Menſæ citreæ magno in pretio veteribus fuerunt, vt Plin. indicat 13. c. 15. cuius capitis hic eſt titulus: *de Atlantis arbore. & cedrinis menſis* ſed cum in lib. legatur *citreis*; & Petronius dicat, Afris eruta terris Citrea menſa: & Tert. *lib. de Pallio*, menſam à M. Tullio emptam (cuius meminit Plinius, eo capite, orbem citri appellet, aſſentiendum Philandro, qui *li.* 8. *Vitruuij* 3. emendat in Plinio (*d. c.* 15. & *lib.* 16. *c.* 15 & 16.) citreis, citri, & citrum. Repoſitoria è citro 13. *Plin.* 11. Citri arbores ſunt frugiferæ: Cedri ſunt (vt Suidas ſcribit δένδρα ὑψίκομα. καὶ ἄκαρπα αἷς ἀπεικάζει Δαβὶδ τῶν εἰδωλολατρείων. Cuiac. 2. *obſer.* 15. alias emendationes, etſi ei nõ largitur Robertus 1. *animad.* 4. (reprehenſus eo nomine ab Anton. Mercat. 1. *Not.* 1. tamen & hoc addit de citreis menſis, à Cicerone *Verrina de ſignis.* Verri obiectum, quòd citream menſam à Q. Luctatio, omnibus ſcientibus Lylibei, abſtuliſſet: citreas menſas, à Martiali inter pretioſam ſupellectilem numerari *lib.* 9. *in Mamurram.* & *lib.* 10. *de Erote.*

3 ¶ Cùm per venditorem ſteterit, quo minus rem tradat, omnis vtilitas emptoris in æſtimationem venit, quæ *a* modò circa *b* ipſam rem conſiſtit. neque enim, ſi potuit ex vino *c* (puta) negotiari, & lucrum facere, id æſtimandum eſt *d*, non magis quam ſi triticum *e* emerit, & ob eam rem, quod non ſit traditum, familia eius fame laborauerit. Nam pretium *f* tritici *g* non ſeruorum fame necatorum, conſequitur. Nec maior ſit obligatio, quod tardius agitur *h*, quamuis creſcat ſi vinum hodie pluris ſit. meritò quia ſiue *i* datum eſſet, haberet emptor, ſiue non: quoniam ſaltem hodie dandum eſt, quod iam olim dari oportuit.

4 ¶ Si tibi fundum vendidero, *vt k eum conductum certa ſumma haberem*, ex vendito, eo nomine, mihi actio eſt, quaſi in *l* partem pretij ea res ſit.

5 ¶ Sed etſi ita fundum tibi vendidero, *vt nulli m alij eum, quàm mihi venderes*, actio eo nomine ex vendito eſt, ſi alij vendideris.

6 ¶ Qui *n* domum vendebat, *excepit ſibi habitationem donec viueret, aut o in ſingulos annos, decem.* emptor primo anno maluit *p* decem præſtare, ſecundo anno habitationem ‖ præſtare. ‖ Trebatius ait: mutandæ *q* voluntatis poteſtatem eum habere *r*, ſinguliſque annis alterutrum præſtare poſſe. Et quamdiu paratus ſit alterutrum præſtare, petitionem non eſſe.

De mendacio venditoris.

22 *Iulianus* libro 7. Digeſtorum.

SI in qualitate *ſ* fundi venditor mentitus ſit, non *t* in modo eius; tamen tenetur emptori *u*. pone enim dixiſſe eum *quinquaginta iugera eſſe vineæ, & quinquaginta prati*, & in vinea, minus; in prato plus inueniri: eſſet tamen omnia centum iugera.

De manumiſſione ſerui venditi cum peculio.

23. *Idem* lib. 13. Digeſtorum.

SI *x* quis ſeruum, quem cum *y* peculio vendiderat, manumiſerit, non ſolùm peculij nomine, quod ſeruus habuit tempore quo manumittebatur, ſed & eorum, quæ poſtea acquirit, tenetur: & præterea cauere *z* debet, *quidquid a ex hereditate liberti ad eum peruenerit reſtituturum iri.* Marcellus notat: Illa præſtare venditor ex empto debet, quæ haberet emptor, ſi homo manumiſſus non eſſet. Non continebuntur igitur ea, quæ *b*, ſi manumiſſus non fuit, acquiſiturus non eſſet.

De ſeruo fructuario emente. 1. Si ſeruus furtiuus bona fide emptus, hominem emerit ex peculio, quod ad dominum pertinebat. 2. De ſeruo vendente.

a i. hic non attenduntur lucra, ſed damna, vt & *l. vlt.* ff. *de peric. l.* 26 *in fin.* ff. *de damn. l.* 11 §. 21. *in fin.* ff. *de aq. pluu. l.* 91. *in fi.* ff. *de furt.* facit *l.* 13. §. 4. *in fi. inf. de iniuriis.* Imò, omnia detrimenta veniunt, *l.* 13. ff. *eod.* ſed & quantum mihi abeſt, & quantum lucrari, *l.* 13. ff. *rem rat. hab* quantum conſequi ipſe potui *l.* 33. *in fin. pr.* vel meo nomine potuiſti, *l.* 7. *C. arbitr. tutelæ.* (puta hereditatem. *l.* 23. *in princ.* ff. *ad l. Aquil.* puta quantum depretiatum fuit par occiſi. §. 10. *Inſt. de leg. Aquil.* non vnius anni, ſed quinquennij fructus, vt in *l.* 24. §. 4. ff. *locati.*) lucri denique habenda eſt ratio, *l.* 2. *in fin.* ff. *quod cert. loc.* damnum enim incurrere videtur qui lucrum amittit, *l.* 2. §. 11. ff. *ne quid in loco publ.* vt paucis dicam, & veteres & noui iuris authores, id quod intereſt & ex damno & ex lucro ſtatuerunt, *l. vnic. in fin. Cod. de ſent. quæ pro eo quod intereſt.* Quid iuris ſit in pecunia numerata id locum habere quidam aiunt, *arg. l.* 118. *in fin.* ff. *de verb. obl.* Accurſius certè ait, caſus illos omnes ſpeciales eſſe, ſtandum eſſe hodie dictæ legi vnicæ.
b Vtilitatem circa rem, Interpretes noſtri *Intereſſe intrinſecum* appellant. Molinæus tamen id non admittit: cùm aliud ſit circa rem & intra rem. Vult igitur intereſſe circa rem eſſe æſtimationem quanti plurimi à tempore moræ. Et indubiè quæ hic circa rem vini dicitur vtilitas, paulo poſt, dicitur creſcens obligatio vinum, quod hodie pluris eſt. c *l.* 12. *C. eod.*
d Imò eſt, & habetur hodie lucri ratio, *l. vnic. in fin. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt*, e *v. l.* 10. *C. eod.* f Pretium tritici hic non interpretor, pretium ab emptore venditori numeratum, ſed æſtimationem tritici, ad id tempus relatam, quo hodie pluris ſit. Emptor non conſequitur à venditore id quod potuit negotiari ex vino, non conſequitur quoque pretium ſeruorum fame necatorum: pretium conſequitur, *vt hic.* quod hodie vinum pluris eſt: vini forenſem atque adeo ſummam æſtimationem quæ à negotiatione vini hic ita ſeparatur.
g Emptor tritici ſolùm pretium à venditore, moram in tradendo committente, accipit, non ſeruorum fame necatorum æſtimationem, *vt hic.* Atenim diceſ, emptorem à venditore conſequi pretium ædium quæ corruerunt, ſi fortè hæ vitioſæ traditæ ſint: *l.* 13. ff. *eod.* Peius eſt, inquit Accurſius, malè (*vt in d. l.* 13.) quàm nullo modo, *vt hic*, tradere.
h vel ſoluatur à reo: *l.* 8. ff. *quod certo loco.* i quia ſi datum eſſet, hoc haberet emptor, quoniam verò non dedit, ſaltem hodie, &c. *Hal.*
k *l.* 6. §. 1. ff. *de ſeruis exportandis*, *l.* 16. ff. *de periculo.* l i. quia vilius ideo fundum vendidiſti, *l.* 75 *l.* 79. ff. *de contr. empt.* m *d. l.* 75. ff. *de contr. empt.*
n lex plerumque dicebatur à venditore, *dixi l.* 33 ff. *de contr. empt.*
o Pactum hoc alternatiuum. p eius enim vt & rei electio eſt, *l.* 10. *in fin.* ff. *de iur dot.* q In obligationibus annuis alternatiuè conceptis licitum eſt emptori ſingulis annis variare. de variandi facultate, v. quæ not. ad *l.* 29. ff. *de optione.* r *v l.* 75. ff. *de reg. iur.* ſ Qualitas alia eſt prati, alia vineæ: modus, eſt ipſa fundi quantitas. t Modi & qualitatis differentia. Modus agri, eiuſdem quantitas: Qualitas, vinea, pratum His cognitis dicimus: ſi non in modo, ſed in qualitate venditor mentitus ſit, tenetur. Nam fortè quum centum eſſent iugera, vineam 50. iugerum dixit, quum non ſit. *Syn. eod. cap.* 20. u an vt quoquomodo centum præſtare iugera ſufficiat, pro bonitate loci fiet æſtimatio, *v. l.* 42. *in fin. in eod.* x ſi ſeruum quem cum peculio vendidi, manumiſero teneor, & eorum nomine, quæ poſtea manumiſſus acquiſiuit, ſi quidem acquiſiturus ea fuiſſet emptor ſi manumiſſus non eſſet: ſimul etiam caueo ſi quid ex hereditate liberti ad me peruenerit, emptori reſtituturum iri. *Syn. eo c.* 21. y Seruus cum peculio ſuo vendi poteſt. z ita cauet maritus vxori dotis nomine *l.* 24. §. 4. ff. *ſolut.* a atqui pactum de futura ſucceſſione non valet, *l.* 4. *Cod. de inutilibus ſtip. l. vlt. C. de pactis.*
b *v. l.* 11. ff. *de minor. l.* 43. ff. *ſolut.*

24. *Iulianus* lib. 15. Digeſtorum.

SI ſeruus, in quo vſusfructus tuus erat, fundum emerit, & antequam pecunia numeraretur, capite minutus fueris, quamuis pretium ſolueris, actionem ex empto non habebis, propter talem capitis deminutionem; ſed indebiti actionem *a* aduerſus venditorem habebis. Ante capitis autem minutionem nihil intereſt, tu ſoluas, an ſeruus ex eo peculio, quod ad te pertinet: nam vtroque caſu actionem ex empto habebis.

1 ¶ Seruum tuum *b* imprudens à fure bona fide emi; Is ex peculio, quod ad te pertinebat, hominem parauit, qui mihi traditus eſt: poſſe te eum hominem mihi condicere, Sabinus dixit. Sed ſi quid mihi abeſſet ex negotio, quod is geſſiſſet, inuicem me tecum acturum de peculio. Caſſius veram opinionem Sabini retulit, in qua ego quoque ſum.

2 ¶ Seruo vendente hominem, fideiuſſor venditionis, omnia *c* præſtare debet, in quæ obligaretur, ſi pro *d* libero fideiuſſiſſet. Nam & in dominum actio ſic datur, vt emptor eadem conſequatur, quæ libero vendente conſequi debuiſſet. Sed vltra peculij taxationem dominus non condemnatur.

De vindemia pendente.

25. *Idem* lib. 54. Digeſtorum.

QVi pendentem *e* vindemiam emit, ſi vuam legere prohibeatur à venditore, aduerſus eum petentem pretium, exceptione *f* vti poterit, *Si ea pecunia, qua de agitur, non pro ea repetitur, quæ venit, neque tradita eſt.* Cæterùm poſt traditionem, ſiue lectam vuam calcare, ſiue muſtum euehere prohibeatur *g*, ad exhibendum, vel *h* iniuriarum *i* agere poteris, quemadmodum ſi aliam quamlibet rem ſuam tollere prohibeatur.

De mendacio venditoris.

26. *Alfenus Varus* lib. 2. Digeſtorum.

SI quis, cùm fundum venderet, dolia *k* centum, quæ in fundo eſſe affirmabat, acceſſura *l* dixiſſet, quamuis ibi nullum dolium fuiſſet, tamen dolia emptori debebit.

De qualitate rei acceſſoria.

27. *Paulus* lib. 3. Epitomarum Alfeni.

QVidquid venditor *m* acceſſurum *n* dixerit, id integrum, ac ſanum tradi oportet, veluti ſi fundo dolia *o* acceſſura dixiſſet, non quaſſa, ſed integra, dare debet.

De pacto vt emptor faciat: & ſtipulatione pœnali adiecta.

28. *Iulianus* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

PRædia mihi vendidiſti *p*: & conuenit, *vt aliquid facerem: quòd ſi non feciſſem, pœnam promiſi.* reſpondit: Venditor, antequam pœnam ex ſtipulatu petat, ex vendito agere poteſt: ſi conſecutum fuerit, quantum pœnæ nomine ſtipulatus eſſet, agentem ex ſtipulatu *q* doli mali exceptio ſummouebit. Si ex ſtipulatu pœnam conſecutus fuerit, ipſo iure ex vendito agere non poteris, niſi in id, quod pluris eius interfuerit id fieri.

De emptione rei ſub conditione legata.

29. *Idem* lib. 4. ex Minicio.

CVi res ſub conditione legata erat, is eam *r* imprudens ab herede emit actione ex empto, poterit conſequi emptor pretium, quia non *ſ* ex *t* cauſa legati rem habet.

Si ſeruus venditus venditori furtum fecit. 1. De eo qui ſciens rem alienam vendit

30. *Africanus* lib. 8. *u* Quæſtionum.

SEruus *x*, quem de me cum peculio emiſti, prius quàm tibi traderetur, furtum mihi fecit: quamuis

a c Ιονδίστιονεm. *leg. 4. in fin. ff. de contr. empt.*

b *l. 31. §. 1. ff. de rebus creditis.*

c adde *l. 84. ff. de ſolut.*

d *§. 1. Inſt. de fideiuſſ.*

e Pendentes fructus qui emit, poteſt eos propria authoritate colligere, ſuis tamen impenſis.

f do i *l. 5. in fin. C. de euictionib. l. 5. §. 4. ff. de dol. except.*

g Iniuriarum agi ob vim turbatiuã hinc colligit Caſtrenſis: ſed & vim illam, ſi mala fide fiat, maleficium eſſe notat. Ita iniuriarum aget, qui iure ſuo vti prohibetur.

h Cur non ex empto? Caſtrenſis putat venditorẽ poſt rem traditam ex empto non conueniri, ſed aliis actionibus.

i qui alium re ſua vti impedit, iniuriarum tenetur, v. Bald. *in Rubr. C de vſufructu. v. l. 13. §. 17. ff. de iniuriis.*

k *v. l. 27. ff. eo.*

l *v. l. 27. ff. eodem.*

m *l. 34. ff. de contr. empt.*

n *l. 6. §. 6. l. 11. §. 27. l. 26. ff. eo.*

o Dolia fundo accedere plerunque venditores fundi nominatim dicebant, *vt hic. & l. 26. ff. eod. l. 54. in fin. ff. eod. l. 60. l. 76. ff. de contrah. empt. l. 33. ff. de ædilitio.*

p Notandus eſt huius propoſitionis progreſſus. Contractus venditionis habetur, pactum adiicitur vt aliquid fiat, ſtipulatio pœnæ, ſi id factum non erit, ſubſequitur. Pactum non impletur ab emptore. Quid iuris? venditor agere poteſt ex pacto (veſtito ſcilicet cohærentia contractus) vt emptor faciat. Demus venditorem id non feciſſe? venditori duæ reſtant actiones: vna ex vendito, altera ex ſtipulatu: Quid? num vtraque ſimul vti poterit? Iulianus reſpondet venditorem priore prius vti poſſe altera electa, pœnaque percepta, pœnam (ſine dolo) petere non poſſe. At minus in pœna conſecutus eſt quam eius intereſt? Iulianus hic ait, ex priore (putà ex vendito) agi poſſe, ſi pluris eius interfuit, adde *l. 47. in fin. ff. eod.* ſi ita eſt, hoc conſequi videtur. Per ſtipulationem pœnæ præcedentem contractum non nouari. Nam ſi hic facta nouatio, ſeu noua debendi cauſa eſſet, ex ea tantum noua obligatione, non ex ea partim, partim ex anterioribus, ageretur, & pœnæ ſtipulatio ſufficere videretur. vide apud Hot. *quæſt. illuſt.* 10. Interim ſic habendum eſt, principalem obligationem pœnali ſtipulatione non nouari, niſi id actum ſit, *l. 8. §. 1. ff. de nouation. §. 3. verſ. ſed cum hoc. Inſt. quib. modis toll. oblig. l. vlt. C. de nouationib.*

q *v. l. 4. §. 7. ff. de except. doli mali.*

r Si ab herede imprudens emero rem mihi ſub conditione legatam, actione ex empto pretium conſequor. *Syn. Baſ. eod. c. 26. v. l. 16. ff. de contrahend. empt.*

ſ quia nunc ex cauſa legati rem habet. Ita emendat Antonius Faber. 5. *Coniect.* 14. Nunc (inquam) id eſt, tempore exiſtentis conditionis.

t non ex lucratiua cauſa

u v. Cuiac. 8. *ad Afric.*

x Si ſeruum cum peculio tibi vendam, iſque furtum ante traditionem mihi fecerit: ipſo iure peculium minuitur. Quòd ſi fortè iam peculium tradiderim, id ipſum recipio, *vt hic.* ſin poſt traditionem ſerui furtum acciderit, actionem eo nomine tecum non habeo, niſi eatenus quatenus ex re furtiua peculium auctum eſt, *verſ. Nam licet, ff. eod.* Quòd ſi tu ignorans nummos iſtos furtiuos eſſe, ſeruo quaſi peculiares ademeris & conſumpſeris; de iis mihi teneris, *verſ. ſciendum, ff. eod. Syn. eod. c. 27. in princ.*

ea res, quam ſubripuit *a*, interierit, nihilo *b* minus retentionem, eo nomine, ex peculio me habiturum ait: id eſt, ipſo *c* iure ob id factum minutum *d* eſſe peculium: eo ſcilicet, quod debitor meus ex cauſa *e* condictionis ſit factus. Nam licèt, ſi iam traditus furtum mihi feciſſet, aut omnino condictionem eo nomine de peculio non haberem, aut eatenus haberem, quatenus ex re furtiua auctum peculium fuiſſet. Tamen in propoſito & retentionem *f* me habiturum: & ſi omne peculium penes te ſit, vel, quaſi plus debito ſoluerim, poſſe me condicere. Secundùm quæ, dicendum: ſi nummos, quos ſeruus iſte mihi ſubripuerat, tu ignorans furtiuos eſſe, quaſi peculiares ademeris, & conſumpſeris, condictio eo nomine mihi aduerſus te competat, quaſi *g* res mea ad te ſine *h* cauſa peruenerit.

1 ¶ Si *i* ſciens alienam rem ignoranti mihi vendideris, etiam *k*, prius quàm euincatur, vtiliter me ex empto acturum putauit in id, quanti mea intereſt meam eſſe factam. *[k] quamuis enim alioquin verum ſit venditorem *l* hactenus teneri, vt rem emptori habere liceat, non etiam, vt eius faciat: quia tamen dolum malum abeſſe præſtare debeat, teneri, eum qui ſciens ‖ alienam ‖ non ſuam ignoranti vendidit. Idem ‖ eſt ‖ maximè, ſi manumiſſuro, vel pignori daturo vendiderit.

De re vi adempta venditori. 1. Quid præſtat venditor ſerui. 2. De duobus emptoribus.

31. *Neratius* lib. 3. Membranarum.

SI ea res, quam ex empto præſtare debebam, vi mihi adempta fuerit, quamuis eam cuſtodire *m* debuerim, tamen propius eſt, vt nihil amplius, quàm *n* actiones perſequendæ eius præſtari à me emptori oporteat: quia cuſtodia aduerſus vim *o* parum proficit, actiones autem eas non ſolùm arbitrio, ſed etiam periculo tuo ‖ tibi ‖ præſtare debebo, vt omne lucrum, ac diſpendium te ſequatur.

1 ¶ Et non ſolum, quod ipſe per eum adquiſij præſtare debeo, ſed & id, quod emptor, iam tunc ſibi tradito ſeruo, adquiſiturus fuiſſet.

2 ¶ Vterque noſtrum eandem rem emit à non domino, cùm emptio venditióque ſine dolo malo fieret, traditáque eſt; ſiue ab eodem emimus, ſiue ab alio, atque alio, is ex nobis tuendus eſt, qui prior *p* ius eius apprehendit: hoc eſt, cui primum tradita eſt. ſi alter ex nobis à domino emiſſet, is omnimodo tuendus eſt.

De falſis ponderibus.

32. *Vlpianus* lib. 11. ad Edictum.

SI quis à me oleum quod emiſſet, adhibitis iniquis *q* ponderibus accepiſſet, vt in modo me falleret, vel emptor circumſcriptus ſit à venditore ponderibus minoribus, Pomponius ait, poſſe dici venditorem, ſibi dare oportere, quod plus eſt, petere: quod habet rationem. Ergo & emptor ex empto habebit actionem, qua contentus eſſe poſſit.

De pluribus rebus emptis vno pretio.

33. *Idem* lib. 23. ad Edictum.

ET ſi vno pretio plures res emptæ ſint, de ſingulis ex empto & *r* vendito *ſ* agi poteſt.

De qualitate rei.

34. *Idem* lib. 18. ad Edictum.

SI, fundo vendito, in qualitate *t* iugerum captio eſt, ex empto erit actio.

De ſeruitute euicta.

35. *Idem* lib. 70. ad Edictum.

SI quis fundum emerit, quaſi per eum fundum eundi agendi ius non eſſet, & interdicto *u* de itinere actúque victus ſit, ex empto habebit actionem. licèt enim ſtipulatio de euictione non committatur, quia *x* non eſt de iure ſeruitutis in rem actione pronunciatum: tamen dicendum eſt, ex empto actionem competere.

De cuſtodia rei & ſtipulatione damni infecti.

36. *Paulus* lib. 7. ad Plautium.

VEnditor domus *y*, antequam eam tradat, dãni infecti *z* ſtipulationem interponere debet: quia, antequam *a* vacuam poſſeſſionem tradat, cuſtodiam &

a *v. l. vlt. ff. de condict. furt.*

b Obligatio naturalis oritur ex maleficio inter dominum & ſeruum: eaque diminuit peculium ipſo iure.

c ἰδίῳ δικαίῳ. *Syn. eod. c. 27.* Peculium ipſo iure minuit id quod domino vel patri debetur.

d Minui, eſt detrahi, retineri, deduci, recidi. igitur ipſo iure minui legata, hic nihil aliud eſt, quàm ex lege Falcidia quartæ retentionem eſſe, quia heres vtitur ſuo iure, quaſi heres & dominus. & ideo retineri dicitur Falcidia iure hereditario, *l. 14. ff. ad l. Falcid.* iure teſtamenti, *l. 42. ff. de vulgar.*

e adde *l. 9. §. 6. ff. de pecul.*

f v. quæ notaui ad *l. 61. ff. de cond. ind. b.*

g *v. l. 32. in fin. ff. de reb. cred.*

h Condictione ſine cauſa repetimus res noſtras quæ apud alium ſunt ſine cauſa. *l. … me & Titium ff. ſi certum.*

i Qui ſciens ignoranti rem alienam vendit, etiam, priuſquam euincatur, ex empto conuenitur in id quanti emptoris intereſt rem eius eſſe factam, maximè ſi voluit emptor manumittere vel pignorare quod emit. Qui vero imprudens rem alienam vendit, non tenetur vt emptorem dominum faciat, ſed vt ei habere liceat. *Syn eod. c. 27. in fin.*

k *v. l. 4. ff. eod.* Ante euictionem poteſt interdum agi. adde *l. 19. §. 3. ff. de negotiis.*

l *v. l. 25. ff. de contrah. empt.*

m *v l. 36. ff. eod.*

n *l. 35. §. 4. ff. de contrah. empt. l. 14. in princ. ff. de furtis.*

o Re per vim ablata, venditor liberatur, niſi vis ei ſit illata ob eius inimicitias: tunc enim videtur res amiſſa aut interiiſſe culpa venditoris, *l. 25. §. 4. ff. locati, l. 66. in princ. ff. ſoluto matrim.*

p *leg. 9. §. 4. ff. de Publiciana l. 15. ff. de rei vind.*

q *l. 32. §. 1. ff. de falſis,* adde *l. 18. §. 3. ff. de dolo.*

r *al.* ex empto vendito, *vt l. 19. ff. de hered. vel act.* ſic Varro *1. de re Ruſtica,* ex conducto locato.

ſ Idem ſi plures commodatæ ſint, *l. 17. §. 4. ff. commodati.*

t *v. l. 42. in fin. ff. eod.*

u adde *l. 3. §. 2. ff. de itinere actuque.*

x Euicta ſeruitute agitur ex empto, non ex euictione, *l. 75. ff. de euict.*

y Venditor etiam in immobilibus cuſtodiam debet antequam ipſa immobilia tradat.

z *l. 18. §. 7. ff. de damno.*

a *l. 35. §. 4. ff. de contrah. empt. l. 14. ff. de furtis.*

diligentiam

diligentiam *a* præſtare debet, & pars *b* eſt cuſtodiæ diligentiæque, hanc interponere ſtipulationem: & ideo, ſi id neglexerit, tenebitur emptori.

De dolo venditoris.

37. *Idem* libro 14. ad Plautium.

SIcut æquum eſt bonæ *c* fidei emptori alterius dolum non nocere: ita non eſt æquum, eidem perſonæ venditoris *d* ſui dolum prodeſſe.

38. *Celſus* lib. 8. Digeſtorum.

SI venditor hominis dixit, *peculium eum habere decem, nec quemquam adempturum*, etſi *plus habet, totum præſtet*, niſi hoc actum eſt, vt duntaxat decem præſtaret: ſi minus eſt, præſtet eſſe decem, & talem ſeruum eſſe, vt tantum peculij habeat.

1 ¶ Si per emptorem ſteterit *f*, quo minùs ei mancipium traderetur, pro *g* ciVariis, per arbitrium *h* indemnitatem poſſe ſeruari, Sextus Ælius, Druſus dixerunt: quorum & mihi iuſtiſſima videtur eſſe ſententia.

2 ¶ Firmus à Proculo quæſiit, ſi de plumbeo *i* caſtello fiſtulæ *k* ſub terram miſſæ, aquam ducerent in aenum *l* lateribus circumſtructum, an hæ ædium eſſent: an vt ruta *m* cæſa vincta *n* fixáque *o*, quæ ædium non eſſent. Ille reſcripſit, referre, quid acti eſſet. Quid ergo, ſi nihil de ea re neque emptor, neque venditor cogitauerunt, vt plerumque in eiuſmodi rebus eueniſſe ſolet? nonne propius eſt, vt inſerta, & incluſa ædificio, partem eius eſſe exiſtimemus?

De reticentia venditoris.

39. *Modeſtinus* lib. 5. Reſponſorum.

QVæro, ſi quis ita fundum vendiderit, *vti venundatum eſſe videatur quod intra terminos ipſe poſſedit*: Sciēs tamen aliquam partem certam ſe non poſſidere, non certiorauerit emptorem: an ex empto iudicio teneatur, cùm hæc generalis adiectio ad ea, quæ ſpecialiter nouit, qui vendidit, nec excepit, pertinere nō debeat: ne alioquin emptor capiatur *p*, qui fortaſſe, ſi *q* hoc cognouiſſet, vel empturus non eſſet, vel minoris empturus eſſet, ſi certioratus de loco certo fuiſſet, cùm hoc & apud veteres ſit relatum in eius perſona, qui ſic exceperat *Seruitutes r, ſi quæ debentur, debebūtur*. etenim iuris auctores reſponderunt, ſi certus venditor quibuſdam perſonis certas ſeruitutes debere, non admonuiſſet emptorem, ex empto eum teneri debere, quando hæc generalis *ſ* exceptio non ad ea pertinere debeat, quæ venditor nouit, quæ ‖que‖ ſpecialiter excipere potuit, & debuit, ſed ad ea, quæ ignorauerit, & de quib. emptorem certiorare nequiuit? Herennius Modeſtinus reſpondit: ſi quid circumueniendi emptoris cauſa venditor in ſpecie, de qua quæritur, fecit, ex empto actione conueniri poſſe.

De arboribus ſtantibus.

40. *Pomponius* lib. 31. ad Quintum Mucium.

QVintus Mucius ſcribit: Dominus fundi de prædio arbores ſtantes, vendiderat ‖&‖ pro his rebus pecuniam accepit, & tradere nolebat: emptor quærebat, quid ſe facere oporteret: & verebatur, ne hæ arbores eius non viderentur factæ. *Pomponius*: * Arborum *t*, quæ in fundo continentur, non eſt ſeparatum corpus à fundo: & ideo, vt *u* dominus, ſuas ſpecialiter arbores *x* vindicare emptor non *y* poterit, ſed ex empto *z* habet actionem.

De reticentia venditoris.

41. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

IN venditione ſuper annua *a* penſitatione *b* pro aquæ ductu infra domum Romæ conſtitutam †, nihil *a* commemoratum eſt: deceptus ob eam rem ex empto actionem habebit: itaque, ſi conueniatur ob *b* pretium ex vendito, ratio improuiſi oneris *c* habetur.

a *l.* 3 1. *ſ. eod.*
b Cuſtodiam venditæ domus qui debet, damni infecti ſtipulationem eius domus nomine negligere non debet: pars enim cuſtodiæ eſt, ac diligentiæ, ſtipulari de damno infecto: qui id omiſit, negligens fuit.
c Bonæ fidei emptori dolus venditoris neque nocet, neque prodeſt.
d vide *l.* 3 *C. de periculo.* Dolus ſuus nemini prodeſt.
e Quum venderem ſeruum, dixi eum habere peculium decem aureorum: ſi minus eſt, decem aureos impleo: ſi plus habet, totum emptor accipit: niſi conuenit, vt decem ei duntaxat præſtarentur. *Synop. Baſil. eod c.* 33.
f Expenſas agnoſcit ſeu præſtat qui moram admittit.
g *l.* 13. §. 22. *ſupr. eod.* vt in commodato, *l.* 18. §. 2. *ſupr. commodati.*
h *al.* arbitrium.
i *vt l.* 17. §. 8. *ſ. eod.*
k *vt l.* 47. *ſ. de contrahenda emp.*
l *vt l.* 19. § 2. *j. locat.* ahenum *Accur.* ſpecum, *Budæus*: Florentina videtur eſſe melior vt aenū ſit miliarium, *l.* 19. §. 12. *j. de auro.* Miliarium autem malè Beroaldus, Nebriſſenſis, & Accurſius vas eſſe tradunt ad milium coquendum ſine vllo auctore: probandum id potiùs quod Athenæus *lib.* 3. δειπνοσοφιστῶν ſcribit, τὸ μιλιάριον καλούμενον ὑπὸ Ῥωμαίων τὸ εἰς θερμοῦ ὕδατος κατεργασίαν κατασκευαζόμενον: & breuiter, miliarium coccinatorium nihil aliud eſt quàm ahenum, in quo aqua ad potandum calefit. *l.* 18. §. 3 *j. de inſtructo.* In balneatorio inſtrumento miliarium Paulus etiam numerat, in quo aqua ad lauandum calefit, *Paulus* 3 *ſent.* 6. §. 65 *&* ibi Cuiac. 2. *obſ.* 6. Ænum etiam id eſt, in quo aqua calida lauatur olea, *l.* 19. §. 2 *j. locati.* Miliarij meminit Seneca 3. *Naturalium* 24. *&* 4. *c.* 9. vas etiam fuit ad calefaciendam aquam potui vſitatam. Gloſſis θερμαντήριον. Nam veteres aqua vſi aliàs calida in potu. Seneca 1. *de ira* 12. *&* 2. *de ira* 25. adde *l.* 18. §. 3. *inf. de inſtructo.*
m vide *l.* 17. §. 6. *ſ. eod.* n Iuncta: *& ita vulgata.* Fixa & iuncta hic opponit rutis & cæſis. Fixis & iunctis Liuius 39. adiicit immolita, quo nomine quæque citra ædificij formam molita ſunt ſignificantur, vt in legibus limitum. Ne quis eos limites decumanos obſepito, neve quid in eis immolitum, neve quid ibi poſitum habeto. o Infixa, infecta. dixi ad *l.* 7. *inf. de incendio.*
p Captioſa exceptio nocet excipienti.
q *l.* 13. §. 6. *l.* 21. §. 1. *ſ. eod. l.* 35. *in fin. l.* 43. *in fi. ſ. de cont. emp. l.* 9. *ſ. de periculo.*
r Seruitutum recipiendarum hæc generalis fuit formula. His etiam modis recipiebantur, Quibus eſt ſeruitus, vtique eſt. *l.* 10. *ſupr comm. præd.* De ſpeciali ſeruitutum receptione, dixi ad *l.* 17. §. 3 *ſupr. de ſeruit. vrban.*
ſ Generalis exceptio permiſſa eſt ignoranti: ſpecialis à ſciente exigitur.
t Arbores quæ in fundo ſunt non efficiunt corpus à fundo ſeparatum. Vnde notant, Dominium arborum ſolo cohærentium ſine ſolo transferri non poſſe.
u qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipſius dominus eſt. *l* 8. *C. eod. l.* 50. *ſ. de rei vind. l.* 20. *C. de pact. l.* 27. *C. de rei vind. l.* 3. *C. de his qui à non domino: l.* 14. *inf. de furtis.* §. 3. *in fin. Inſt. de empt.*
x *l. vlt. ſupr. de rei vind.*
y Emptor aduerſus venditorem non tradentem, non vtitur rei vindicatione, ſed ex empto actione perſonali. Cur ita? Ex contractu generaliter non transfertur dominium ante traditionem. *l. ſi ager* 50. *de rei vind. l. pen. ſ. de rei vind.* licèt ius pignoris ſola conuentione transferatur. *l.* 1. *ſ. de pign. act.*
z ad patientiam ſc. quæ habetur loco traditionis. Bald. *ad tit. C. de contr. empt. q. vlt.* adde *l.* 25. *ſupr eod.*
a de annua præſtatione ſcripſit Iacobus Venantius Bononienſis. b Pro aquæductu Romæ annuæ pēſitationes prēſtabātur, *l.* 27. §. 2. *ſ. de vſufr. l.* 1. *C. de aquaduct.*

De compenſatione lucri & damni.

42. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

SI duorum fundorum venditor ſeparatim de modo *d* cuiuſque pronuntiauerit, & ita vtrumque *e* vno pretio tradiderit, & alteri aliquid deſiit, quamuis in altero exſuperet, fortè ſi dixit, vnum centum iugera, alterum ducenta habere, non proderit ei, quòd in altero ducenta decem inueniuntur, ſi in altero decem deſint: & de his ita apud Labeonem relatum eſt.

¶ Sed an exceptio doli mali venditori profutura ſit, poteſt dubitari: vtique ſi exiguus modus ſyluæ deſiit, & plus in vineis habeat, quàm repromiſſum eſt. an non facit dolo, qui iure *f* perpetuo vtitur? nec enim hic, quod amplius in modo inuenitur, quàm alioquin dictum eſt, ad compendium venditoris, ſed ad emptoris pertinet: & tunc tenetur venditor, cùm minor modus inuenitur: videamus tamen, ne nulla *g* querela ſit emptoris in eodem fundo, ſi plus inueniat in vinea, quàm in prato *h*, cùm vniuerſus modus conſtat.

¶ Similis quæſtio eſſe poteſt ei, quæ in duobus fundis agitata eſt, & ſi quis duos ſtatuliberos vno pretio vendat: & dicat, vnum decem dare iuſſum, qui *i* quindecim dare debebat. nam & hic tenebitur ex empto actione, quamuis emptor à duobus viginti accepturus ſit. Sed rectius eſt *k*, in omnibus ſupraſcriptis caſibus lucrum *l* cum damno compenſari *m*: &, ſi quid deeſt emptori, ſiue pro modo, ſiue pro qualitate *n* loci, hoc ei reſarciri.

De venditione ſeruorum, quibus fideicommiſſaria libertas debetur. De ſumptibus ab emptore factis, cui res euincitur.

43. *Idem* lib. 5. Quæſtionum.

TItius, cùm decederet, Seiæ Stichum, Pamphilum, Areſcuſam, per fideicommiſſum reliquit: eiúſque fideicommiſit, vt *omnes ad libertatem poſt annum* o *perduceret*; cùm legataria fideicommiſſum ad ſe pertinere noluiſſet, nec tamen heredem à ſua petitione liberaſſet, heres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla *p* commemoratione fideicommiſſæ libertatis facta: emptor, cum pluribus annis mancipia ſupra ſcripta ſibi ſeruiſſent, Areſcuſam manumiſit: ‖&‖ cùm cæteri quoque ſerui, cognita voluntate defuncti, fideicommiſſam libertatem petiiſſent, & heredem ad prætorem perduxiſſent, iuſſu *q* prætoris, ab herede ſunt manumiſſi. Areſcuſa quoque nolle *r* ſe emptorem patronum habere, reſponderat: cùm emptor pretium à venditore, empti iudicio, Areſcuſæ quoque nomine repeteret, lectum † eſt reſponſum Domitij Vlpiani, quo continebatur, Areſcuſam pertinere ad reſcriptum ſacrarum conſtitutionum, ſi nollet *ſ* emptorem *t* patronum habere: emptorem tamen nihil *u* poſſe poſt manumiſſionem à venditore conſequi. Ego cùm meminiſſem, & Iulianum in ea ſententia eſſe, vt exiſtimaret, poſt manumiſſionem quoque empti actionem durare: quæro, quæ ſententia vera eſt. Illud etiam in eadem cognitione nomine emptoris deſiderabatur, vt ſumptus, quos in vnum ex his, quem erudierat, fecerat, ei reſtituerentur.

¶ Item quæro, Areſcuſa, quæ recuſauit emptorem patronum ‖ habere, ‖ cuius ſit liberta conſtituta, an poſſit vel legatariam, quæ non *x* liberauit, vel heredem patronum habere. nam cæteri duo ab herede manumiſſi ſunt? Reſpondi, ſemper probaui Iuliani ſententiam putantis †, [manumiſſione *y* non amittitur *z* eo modo.]

¶ De ſumptibus verò, quos in erudiendum hominē emptor fecit, videndū eſt. nam empti iudicium ad eam quoq; ſpeciem ſufficere exiſtimo: non. n. pretiū con-

† *lege* conſtitutam.
a Venditor vt cōmoda, ita fundi vitia emptori indicare cogitur.
b Ex vendito actio datur ad pretium.
c i. celatæ penſitationis domino fundi ſeruientis præſtādæ, quæ actio non tendit ad euictionem, ſed ad pretij exonerationem, ſiue ex empto, quāto minoris: quod verba antecedentia, *ſi conueniatur ob pretium*, oſtendunt, vide Cuiac. ad *l.* 28. *infr. de verb. oblig.* Hinc poſſe colligi videtur, venditorem teneri tradere rem liberam à ſeruitute. Item, emptori decepto competere actionem & exceptionem.
d Modum agri in venditionibus fundorum plerumque veteres dicebant. dixi ad *l.* 3. *ſ. eod.*
e *l.* 47. *inf de euictionib.*
f Actione ex edicto perpetuo.
g Si per ignorantiam venditor in vna re decipitur, & in alia decipit (in vno ſcilicet contractu non in pluribus) debet horum fieri compenſatio, Bart. ad hanc legem Baldus ad *l.* 12. *C. eod.* dicit alibi non eſſe.
h Vineæ quippe reditus longè amplior eſt quàm prati: ita iudicant iuriſconſulti: ita Columella 3. *cap.* 3. Vulgus aliter, quòd pratum ſine opere paratum ſit, & quòd ei quàm minimè noceri poſſit: ſed, vt ille docet, quòd vinea infamis eſt, hoc non ſuo, ſed hominum vitio contingit, qui vineta per auaritiam, vel inſcitiam, vel negligentiam perdunt: qui, ſi cum ſcientia, ſociauerint diligētiam, omnes illos qui fœnum ſuum & olera amplexantur, incremento patrimonij facilè ſuperarent. Cuiac. 8. *ad Afric.* & Caton. *c.* 2. *de re ruſtic.* & Varron. *lib.* 1. *c.* 7. i Hæc fraus dimidium non ſuperat, & ita tolerabilis eſt. *l.* 10. *inf. de ſtatulib.* k Verba ſunt Triboniani, non Pauli: Cuiac. 8. *ad Afric. fol.* 202. l *l.* 11. *in fin. ſupr. de negot.*
m Compenſatio qualitatum admittitur.
n *l.* 4. *in fin. l.* 22. *l.* 34. *ſupr. eod.* o & ſic in diem talis non eſt ſtatuliber, ſed quaſi *l.* 51. §. 3. *j. de fideic. libert.* Statuliber, ſi ei libertas obtigerit, nullum habet patronum: is cui obtigerit fideicommiſſaria, nullum habet duriorem vel ingratum *l.* 24. *in fin. j. de fideicomm. libert.* Cuiac. 8. *ad Africanum.*
p & ſuo damno *l.* 10. §. 1. *l.* 15. *l.* 24. *in fin inf. de fideic libertatibus.*
q vide *d. l.* 24. §. *vlt.* r Recuſare ſibi aliquem patronum. Nolle legatum, non idem eſſe quod repudiare, cùm poſſit deliberare, hic notat Baldus.
† legebantur apud Prætorem reſponſa Iuriſconſultorum vt intelligeret quid conſuluiſſent, *vt hic, & l. vn. C. Th. de reſponſ. prud.* vt & cautiones *l. lecta. ſupr. ſi certum.*
ſ habet enim electionem. *l.* 45 *in fin. inf. eod.*
t ſed venditorem; id eſt, heredem *l.* 45. §. *vlt. j. eod. & d. l.* 24.
u Paulus ab opinione Vlpiani in ſententiam Iuliani declinat. *inf. eod.*
x quæ eam non liberauit, &c. *Haloand.*
† *al.* dicentis, manumiſſione non amitti eo modo ex empto actionem, *& ita Vulgata.*
y manumiſſione, ex empto actionem eo modo non amitti *Hal.*
z Patronatus ius qui amittit: cùm, peculiariter eius interſit, actionem habet ex empto. *Bart.* aliàs, qui libertum habet non dicitur locupletior, cùm libertus non poſſit æſtimari. *l.* 5. *in fin. j. de præſcript.*

tinet tantùm, ſed *a* omne *b*, quod intereſt emptoris, ſeruum non euinci: planè ſi in tantum pretium exceſſiſſe *c* proponas, vt non ſit cogitatum à venditore *d* de tanta ſumma, veluti *e* ſi ponas *f* agitatorem *g* poſtea factum, vel pantomimum *h*, euictum eſſe eum, qui minimo venit pretio, iniquum videtur, in magnam quantitatem obligari venditorem.

44. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

CVm ‖&‖ fortè idem mediocrium *i* facultatum ſit, ‖&‖ non *k* vltra duplum *l*, periculum ſubire eum oportet.

45. *Paulus* libro 5. Quæſtionum.

IDque ‖&‖ Iulianum agitaſſe *m* Africanus refert: quod iuſtum eſt: ſicut minuitur *n* præſtatio, ſi ſeruus deterior apud emptorem effectus ſit, cùm euincitur *o*.

1 ¶ Illud expeditius videbatur, ſi mihi alienam aream vendideris, & in eam ego ædificauero, atque ita eam dominus euincit. nam quia *p* poſſim petentem ‖dominum, ‖niſi *q* impenſam ædificiorum ſoluat, doli mali exceptione ſummouere, magis eſt, vt ea res ad periculum venditoris non *r* pertineat: quod & in ſeruo dicendum eſt *ſ*, ſi in *t* ſeruitutem, non in libertatem euinceretur, vt dominus mercedes, & impenſas *u* præſtare debeat: quòd ſi emptor non poſſideat ædificium, vel ſeruum, ex empto habebit actionem. In omnibus tamen his caſibus, ſi ſciens *x* quis alienum vendiderit, omnimodo *y* teneri debet.

2 ¶ Supereſt tertia † deliberatio, cuius debet eſſe liberta Areſcuſa, quæ recuſat emptorem? Et non ſine ratione dicetur, eius debere effici libertam, à quo vẽdita eſt: ‖id eſt heredis: ‖quia & ipſe ex empto actione tenetur: ſed hoc ita, ſi non Areſcuſa elegerit *z* emptoris patronatum: tunc etenim & illius remanet liberta, & ille ex empto actionem non habet, quia nihil eius intereſt, cùm eam libertam habet.

Si alienæ rei venditor domino ſucceſſerit.

46. *Paulus* lib. 24. Quæſtionum.

SI quis alienam rem vendiderit, & medio *a* tempore heres domino rei exſtiterit, cogetur implere *b* venditionem.

De pœna & vſuris.

47. *Idem* lib. 6. Reſponſorum.

LVcius Titius *c*, accepta *d* pecunia ad materias *e* vendendas *f* ſub pœna certa, *ita vt, ſi non integras repræſtauerit g intra ſtatuta tempora pœna conueniatur*, partim datis materiis, deceſſit: cum igitur teſtator *h* in *i* pœnam commiſerit, neque *k* heres eius reliquam materiam exhibuerit, an & *l* in pœnam, & in vſuras conueniri poſſit: præſertim cùm emptor mutuatus pecuniam *a*, vſuras grauiſſimas expendit? Paulus reſpondit.

EX contractu, de quo quæritur, etiam heredem *b* venditoris in pœnam conueniri poſſe *c*: in actione quoque ex empto *d*, officio iudicis, poſt *e* moram intercedentem, vſurarum *f* pretij rationem haberi oportere.

De inſtrumentis fundi & finibus.

48. *Scæuola* libro 2. Reſponſorum.

TItius heres Sempronij fundum Septicio vendidit ita: *fundus Sempronianus, quidquid Sempronij iuris fuit, erit tibi emptus tot nummis*: vacuámque poſſeſſionem tradidit, neque fines eius demonſtrauit: quæritur, an empti iudicio cogendus ſit oſtendere ex inſtrumentis hereditariis, quid iuris defunctus habuerit, & fines oſtendere? Reſpondi, id ex ea ſcriptura præſtandum quod ſenſiſſe intelliguntur: quòd ſi non appareat, debere venditorem & inſtrumenta *g* fundi & fines oſtendere *h*: hoc etenim contractui bonæ fidei conſonat.

De venditore, qui colonum per colluſionem ſuppoſuit.
1. De vſuris.

49. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris Epitomarum.

QVi per colluſionem imaginarium colonum, circumueniendi emptoris cauſa, ſuppoſuit *i*, ex empto tenetur: nec defenditur, ſi, quò faciliùs excogitata fraus occultetur, colonum & quinquennij penſiones in fidem ſuam recipiat.

1 ¶ Pretij ſorte *k*, licèt poſt moram, ſoluta *l*, vſuræ peti non poſſunt: cùm hæ non ſint in obligatione, ſed officio *m* iudicis præſtentur.

De emptore liberato beneficio legis.

50. *Labeo* libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

BOna *n* fides non patitur, ‖vt, ‖cum *o* emptor alicuius legis *p* beneficio pecuniam rei venditæ debere deſiſſet, ante quam res ei tradatur, venditor tradere compellatur, & re ſua careret: poſſeſſione autem tradita futurum eſt, vt rem venditor *q* æquè amitteret: vtpotè cùm petenti eam *ꝶ* rem emptor exceptionem rei venditæ & traditæ obiiciat, vt perinde *r* habeatur, ac ſi petitor ei neque vendidiſſet, neque tradidiſſet.

De mora.

51. *Idem* libro quinto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

SI & per emptorem, & venditorem mora *ſ* fuiſſet, quo minùs vinum præberetur, & traderetur, perinde eſſe ait, quaſi *t* ſi per emptorē ſolùm ſtetiſſet. Non enim poteſt videri mora per venditorem emptori facta eſſe, ipſo *u* moram faciente emptore.

1 ¶ Quòd ſi fundum emiſti ea lege, *vti des pecuniam Kalendis Iuliis*, etſi ipſis Kalendis per venditorem eſſet factum, quo minùs pecunia ei ſolueretur, deinde per te ſtaret, quo minùs ſolueres: vti poſſe aduerſus te lege ſua venditorem dixi *x*: quia in vendendo hoc ageretur, vt quandoque *y* per emptorem factum ſit, quo minus pecuniam ſoluat, legis pœnam patiatur: hoc ita verum puto, niſi *z* ſi quid in ea re venditor dolo fecit.

De inſtrumentis exhibendis. 1. De prædio æſtimato in dotem dato. 2. De militia. 3. De ripa domui venditæ iuncta.

52. *Scæuola* lib. 7. Digeſtorum.

a Empti iudicium non tantum pretiũ, ſed & id quod intereſt emptoris, cõtinet. *l.70. inf. de euict.*
b Non tamen vltra duplum. *l.44. ꝟ. eo.* niſi dixeris huius legis & *l.44. & 45.* caſum eſſe ſpecialem, quia retentione emptor in ſeruo manumiſſo vti non potuit.
c *al.* exceſſiſſe.
d *ſub.* mediocrium facultatum, *vt l.44. inf. eo.* qui non poſſit emptori refundere tãtos ſumptus ac meliorationes, *l.27. l.28. ſup. de rei vind.*
e Dic idem ſi librarius aut pictor. *l.18. ſup. de rei vind.*
f Agitatores, inter ſeruos pretioſos numerati & habiti. vide tamen *l.4. C. de ſpectaculis.*
g *l.25. § 1. inf. de oper. libert.* de agitatoribus & pantomimis, vide quæ notaui ad *l.4. C. de ſpectaculis. lib. 11. tit. 40.*
h vel pictorem, librarium, *l.28. ſup. de rei vind.*
i extremus primorum. Horatius, mediocris patrimonij *l.25. ꝟ. de oper. lib.*
k euicta re, intereſſe impenſarum ab emptore factarum, extra iudicium ſcilicet (nam iudiciales victus victori vniuerſas præſtare debet. *l.79. ſup. de iudiciis.*) non debet excedere duplum pretij conuenti vel communis, *l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, in pr.* niſi agatur contra ſcientem *l.45. §.1. in fin. inf. eo. Bart.* l *l.2. ꝟ. de euict. l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua 20. inf. de ædilitio.* id eſt, quanti res empta eſt, tantum ſoluit venditor emptori, vt duplum hic non ſumatur extra pretium rei. Cuiac. in hanc *l.8. ad Afric.* id eſt, cum pretio tantundem ſoluit. Hanc. n. ſignificationem, duplum habet in euictionibus, *l.45. inf. de euict.* niſi aliud conuenerit, poteſt enim conueniri de triplo & quadruplo *l. ſi dictum 56. inf. de euict. l. ſi procuratore 5. ꝟ. de iure fiſci. l.4. in fi. ꝟ. ſi quis cautionib. idem ibid.* m *Agitaſſe* eſt reſpondiſſe, verbum Africano vſitatum, *l.19. §.1. ſup. ad Velleianum*, qui & ſæpe quoque Iuliani authoritate vtitur, *vt hic.* n *l.65. l.70. inf. de euict.* Imò non minuitur *l.64. inf. de euict.* o Vt è contrario non augetur quantitas euictionis, ſi res melior fuerit effecta. *l.64. inf. de euict.* Hinc collige, Quoties agitur ex empto de euictione, æſtimationem ſpectari rei, quo tempore res euincitur, *vt hic.* ſecus ſi ex ſtipulatione, ageretur re euicta. *Bart. hic.*
p *l.14. C. commun. diuid. l. ſumptus 48. inf. de rei vind. l. Paulus reſpondit. 14. inf. de doli except. arg. l. ſi fideiuſſ. 20. §.1. ſup. mandati.* q *v. l.16. C. de euictionib.* atque ita vti ur retentione, *l.14. §.1. ſup. comm. diuid.* r Imò pertinet *l.3. l.44. l.45. ꝟ. eod.* ſ Imò, non idem dicendum in ſeruo quod in area *l.27. in fi. ꝟ. de rei vind.* Solue: idem dicendum, ſi dominus habet quod ſoluat: ſecus, ſi non habet.
t Euinci in ſeruitutem & libertatem differunt. Cùm ſerui euincuntur in libertatem, emptor relatione vti non poteſt: cùm in ſeruitutem, vti poteſt relatione, u *v. l.1. C. de infantib. expoſ.* x *l.13. ꝟ. eod.* y i. etiam vltra duplum, quod notari debet. † de qua in *l.43. verſ. item quæro Areſcuſa.* z Poteſt enim eligere *l.25. inf. de fideicomm.* ideo poſſe nolle dicitur. *l.43. ſup. eo.* nam vt nolle poſſit, debet poſſe velle. *v. l.3. inf. de reg. iur.* a Dominium accedens venditori, prodeſt emptori. b i. rem tradere, & ea facere quæ in venditione deſiderari ſolent & exigi. *Accurſ.* c venditor ſc. d ab emptore ſc. e Materia quid eſſet, dixi ad *l.12. ſup. de vſufr.* f i. tradendas; vt emptori materias, puta lignum vel lapides venderet. g præſtiterit. *vulg.* repræſentauerit, Cuiac. 3. *obſ.* 25. vt in *l.22. ꝟ. ad Trebell.* repræſentare, eſt exhibere, vel præmaturè dare; ideóque paulò poſt, *inf. eod.* neque heres eius reliquam materiam exhibuerit: verùm idem Cuiac. 12. *obſ.* 35. ab ea emendatione diſcedit, & verbum *repræſtandi* amplectitur. Nam vt Plauto & Catoni, & noſtris auctorib. reſoluere, eſt rem ſoluere: ita repræſtare, eſt rem præſtare vt *l.6. ꝟ. quod cum eo.* h Teſtator hic accipitur pro defuncto: nec enim vlla hic cauſa teſtamentaria eſt i Committit in pœnam qui in ſtipulationem pœnalem cui pœna ſit adiecta committit. k Quid ſi heres reliquam partem mulieri exhibuerit ſeu tradiderit, poſt tempus, cum purgaret moram, vt ne pœnam conuentam præſtaret? non purgaret. *l. magnam 12. C. de contr. ſtip. l. Traiectitia 23. §. de illo inf. de obl. l.2. C. de iure emph.* hoc eſt, tametſi heres poſt moram offerret, pœnã tamen eius præſtaret, *vt hic*: at non id quod intereſt: oblatio hæc pœnam conuentã non ſiſtit: ſed id quod intereſt tantùm non pœnam, quia in contractib. vbi dies eſt & pœna, lapſo die mora purgari non poteſt. Stipulationem inter contrahentes ita placitã lex non poteſt immutare, niſi cum magna fraude ſtipulatoris. v. Alciat. 8. *Reſp.* 4.
l Vendita res ſi non traditur, agi poteſt & in pœnam pactitiam ſeu promiſſam, & ad pretium recipiendum cum vſuris, ſi id pretium accepit emptor ab alio ſub vſuris, *vt hic.* Atqui pœnam & vſuram ſimul præſtare, id in fraudem legitimarum vſurarum eſſe videtur: quia & maiores nemo rectè ſtipulari poſſit. *l. cum allegas. 15. C. de vſur.* Sed vtrũque hic ſimul petitur, cum ad res diuerſas referatur. Petit itaq;

pœnam ex ſtipulatione: pretiũ actione ex empto: pretij vſuras, officio iudicis.
a ſub vſuris ſcilicet, vt venditori pretium lignorum ſolueret.
b *l.52. §.1. inf. eod.*
c actione ex ſtipulatu.
d quæ emptori cõpetit, præter ſuperiorem ex ſtipulatu. Hinc colligit Bartolus, ſtipulationem pœnalẽ non perimere (cum ex empto agi poſſit) actionem deſcendentem ex contractu venditionis, & ita non nouare.
e i. ob moram commiſſam à venditore.
f hinc conſtat emptorem & rem ipſi à venditore petere poſſe, & vſuras pretij illati, ſi pretium à tertio, ſoluendi cauſa, ſub vſuris accepit. vide Bald. ad *l.4. . eo. quæſt.* & ad *l.2. C. de vſuris.*
g his enim iura fundi declarantur ac demonſtrantur.
h ſed & inſtrumenta descriptionemq́ permittere, *l.15. ꝟ. de rebus author.* & quæ notaui ad *l.4. §.3. familiæ*, adde *l.52. inf. eod.*
i facit exemplum Canij & Pythij apud Ciceronem 3. *off.*
k Officium iudicis mercenarium extinguitur ſorte ſoluta. *Bald.*
l Soluta ſorte, vſuræ debitæ ob moram (poſt ſententiam antecedentem *l.4. C. depoſiti: l. vlt. in pr. C. de vſur. rei iud.*) non petuntur, *vt hic. Syn. eo. c.41.*
m *l.8. ꝟ. quod cum eo loco*; hinc colligit, officium iudicis non præſuppoſuere, vel fingere obligationẽ vel actionem. adde *l.3. in fi. ꝟ. de annuis* idque in reſtitutionib. concedendis apparere. *l.17. in fin. l.24. in fin. ꝟ. de minor.* adde *l. deducta. 58. §. acceptis 3. inf. ad Treb. l. quæro 54. in fi. ꝟ. locati.* n Emptio & venditio contractus eſt bonæ fidei: vnde notant, Fide ſua emptore ſoluto, venditorem fide ſua liberari, vt ſi vnus alteri fidem ſeruare non cogatur, alter alteri quoque eandẽ ſeruare non teneatur. o Emptor ſi quo beneficio pretium ſoluere non cogitur, nec cogitur venditor ad rem emptori tradendam. p An reſtitutionis, aut quod ius iniquum impetrauit, vt Accurſius ſentit? an acceptilationis, vt Bartolus? *l. vlt. inf. de acceptilationibus.* An potiùs nouarum tabularum quibus debitum ei remittitur? vt hunc locum accipit Cuiac. 11. *obſ.* 40. q Venditor eam amittat, vtpote, &c. r ſenſus eſt, Reſtituto minore aduerſus venditorem, venditor, non modò eam præſtare non cogitur ſine pretio, *l.35. ſup. de minorib.* ſed & traditam repetere poteſt. *l.27. §.1. ꝟ. de minorib.* perinde ac ſi neque vendidiſſet, neque tradidiſſet, vt hic. At, inquies, minore reſtituto fideiuſſores eius non iuuari, perinde, ac ſi nunquam fideiuſſiſſent, ſed eos creditori minoris adhuc adſtringi *l.1.2. C. de fideiuſſ. min. l.13. ꝟ. de minorib.* Iſta non pugnant inuicem: ſiquidem hæc lex reſtituit minorem minore reſtituit & eius aduerſarium. Leges autem ſuperiores reſtituunt minorem non eius fideiuſſorem, quia de nece ſiue detrimento tertij, puta creditoris, agitur in quem etiam, ſi dolo cum minore contraxit, *l.7. §.1. inf. de exceptionibus. l.2. in fin. C. de fideiuſſoribus min.* & ſi nihil illi deperit, reſtituto minore, fideiuſſor reſtituitur, vt in caſu *l.89. inf. de adquirenda hereditate.*
* ſ & ſic, cum certo die ac certo loco tradi vinum oporteret, nullius interfuerit.
t Emptoris mora tollit effectum moræ vẽditoris. Vel ita, in pari, hoc eſt eiuſdem temporis mora emptoris & venditoris, deterior eſt agentis conditio: in ſucceſſiua, vltima mora nocet. u Mora emptoris ſeu debitoris non inſpicitur, cùm venditor id eſt creditor eſt in mora. *Bart. l.17. ſup. de periculo.* x Niſi ipſe venditor dolo fecerit: atque ita mora poſterior (putà ab emptore admiſſa, poſt moram venditoris) nocet, *vt hic.* niſi dolus aduerſarij interceſſerit. *inf. eodem in fin.*
y pro quandocunque.
z Mora vltima quando, & cui noceat, dixi ad *legem 17. ſupra de periculo & commodo.*

Creditor

CReditori fundum ſibi obligatum, cuius chirographa *a* tributorum à debitore retro ſolutorum apud ſe depoſita habebat, vendidit Mæuio ea lege, *vt ſi quid tributorum nomine debitum eſſet, emptor ſolueret.* idem fundus ob cauſam *b* eorum tributorum, quæ iam ſoluta erant, à conductore *c* ſaltus *d*, in quo idem fundus eſt, venit: eumque idem Mæuius emit, & pretium ſoluit. quæſitum eſt, an empti iudicio, vel aliqua actione emptor à venditore conſequi poſsit, vt ſolutionum ſubſcriptarum chirographa ‖ei‖ dentur. reſpõdit poſſe emptorem empti iudicio conſequi, vt inſtrumenta, de quibus quæreretur, exhibeantur *e*.

1 Prædium æſtimatum *f*, in dotem à patre filiæ ſuæ nomine datum, obligatum creditori deprehenditur. Quæſitum eſt an filius *g*, qui hereditatem patris retinet, cùm ab ea ſe filia abſtinuiſſet, dote contenta, actione ex empto teneatur, vt à creditore *h* lueret, & marito liberum *i* præſtaret. reſpondit, teneri.

2 ¶ Inter venditorem, & emptorem militiæ *k* ita conuenit, vt ſalarium, quod debeatur ab illa perſona *l*, emptor crederet. quæſitum eſt, emptor militiæ quã quantitatem à quo exigere ‖ debet, ‖ & quid ex eiuſmodi pacto venditor emptori præſtare debeat. reſpondit, venditorem actiones extraordinarias eo nomine, quas haberet, præſtare debere.

3 ¶ Ante domum mari iunctam, molibus iactis ripam † conſtituit: & vti *m* ab eo poſſeſſa domus fuit, Gaio Seio vendidit. quæro, an ripa, quæ ab auctore domui coniuncta erat, ad emptorem quoque iure emptionis pertineat? reſpondit, eodem iure fore venditam domum quo *n* fuiſſet priùs, quàm veniret.

De mercede inſulæ venditæ: de ſepulchro non excepto. 1. De habitatione excepta.

53. *Labeo* libro 1. Pithanon.

SI mercedem *o* *inſulæ acceſſuram eſſe* ‖ *emptori* ‖ dictum eſt *p*, quanti inſula locata *q* eſt, tantum emptori præſtetur. *Paulus* *r*: Immo ſi inſulam totam vnam *ſ* nomine locaueris, & amplioris conductor locauerit, & in vendenda inſula mercedem emptori ceſſuram eſſe dixeris, id *t* accedet, quod tibi totius inſulæ conductor debebit.

1 ¶ Si eum fundum vendidiſti, in quo ſepulchrum *u* habuiſti, nec nominatim tibi ſepulchrum excepiſti, parum *x* habes eo nomine cautum. *Paulus*: Minimè, ſi *y* modò in ſepulchrum *z* iter publicum tranſit.

2 ¶ *Si a habitatoribus habitatio lege venditionis recepta b eſt*, omnibus in ea habitantibus, præter *c* dominum, rectè recepta habitatio eſt, *Paulus*: Immo ſi cui in ea inſula, quam vendideris, gratis *a* habitationem dederis, & ſic receperis, *habitatoribus aut b quam quiſque diem conductum habet* parum caueris. Nominatim enim de his recipi oportuit. Itaque eos *c* habitatores emptor inſulæ habitatione impunè prohibebit.

De eo quod ſeruus venditus fecit iuſſu venditoris. 1. De dolijs fundo accedentibus.

54. *Idem* lib. 2. Pithanon.

SI ſeruus, quem vendideras, iuſſu tuo aliquid fecit, & ex eo crus *d* fregit, ita demum ea res tuo periculo non eſt, ſi id imperaſti, quod ſolebat ante venditionem facere, & ſi id imperaſti, quod etiam non vendito ſeruo imperaturus eras. *Paulus*: Minimè. Nam, ſi *e* periculoſam rem ante venditionem facere ſolitus eſt, culpa tua id factum eſſe videbitur, putà enim eum fuiſſe ſeruum, qui per catadromum *f* deſcendere *g*, aut in cloacam demitti ſolitus eſſet. Idem iuris erit, ſi eam rem impetrare ſolitus fueris *h*, quam prudens, & diligens paterfamilias imperaturus ei ſeruo non fuerit.

¶ Quid ſi hoc exceptum fuerit? tamen poteſt ei ſeruo nouam rem imperare, quam imperaturus non fuiſſet, ſi (non) veniſſet. veluti ſi ei imperaſti, vt ad emptorem iret, qui peregrè eſſet. Nam certè ea res tuo periculo eſſe non debet. itaque tota ea res ad dolum malum dumtaxat, & culpam venditoris dirigenda eſt.

1 ¶ *Si dolia i octoginta accedere fundo, quæ infoſſa k eſſent*, dictum erit, & plura erunt, quam ad eum numerum, dabit emptori ex omnibus, quæ vult, dum *l* integra det: ſi ſola octoginta ſunt, qualiacumque emptorem ſequentur: nec pro non integris quicquam ei venditor præſtabit.

De ſeruo qui eſt apud hoſtes.

55. *Pomponius* lib. 10. Epiſtolarum.

SI ſeruus, qui emeretur, vel promitteretur, in *m* hoſtium poteſtate ſit, Octauenus magis putabat, valere emptionem & ſtipulationem, quia inter ementem, & vendentem eſſet commercium. potius enim difficultatem *n* in præſtando eo ineſſe, quam *o* " in " natura, etiam ſi officio *p* iudicis ſuſtinenda eſſet eius præſtatio, donec præſtari poſsit.

LOCATI *q* CONDVCTI. *r*

a *Antapocha* hic videtur definiri. Eſt autem hic chirographum tributi à debitore retro ſoluti: adde *l. 2. C. de cond. ex lege*: atqui ita dominus per antapocham probat tributum ſibi deberi.

b Propter tributa non ſoluta poteſt fieri venditio fundi, *C. ſi prop. public. penſitat. venditio fuerit celebrata. & C. de capiend. & diſtrah. pign. tribut. cauſa. lib. 10. tit. 22.*

c Conductor ſeu collector tributorum alicuius prouinciæ, vel ſyndicus villæ, vel caſtri, qui collectam pro omnibus caſtri ſui ſoluere cogitur, poſſeſsionem non ſoluentium poteſt vendere, *Bart.* vt qui emit vectigal, vel fructus, reditus & prouentus vectigalium à communi, videatur emiſſe pœnas tranſgreſſorum ſiue contumacium *Cynus*, ſeu mulctas eorum, qui tenentur ſoluere vectigal *l. 60. §. 8. ĩ. locati.* eòque caſu ſiue ceſſæ ſint actiones, ſiue non: tacitè tamẽ videntur ceſſæ actu ipſo emptionis & venditionis, Bald. ad *l. 17. C. de vſuris.*

d Saltus, paſcua loca, & pactionibus addicta, *l. pecun. §. ſi ſeruitus, l. 25. ĩ. de pignorat. l. 8. ĩ. de inſtructo.* Varro 4. *de lingua.* Qui agros non colebant, propter ſyluas, aut id genus, vbi pecus paſci poſſet, & poſsidebant, ab vſu ſuo *ſaltus* nominarunt. Ælius Gallus apud Feſtum *in ſaltum.* Saltum definit vbi ſyluæ & paſtiones ſint, quarum cauſa caſæ quoque ibi ſunt: ſi qua particula in eo ſaltu, paſtorum aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non perimit nomen ſaltus, non magis quàm fundi qui eſt in agro culto, & eius cauſa habet ædificium: ſi qua particula in eo habet ſyluam. Cætera v. in *l. 19. §. 1. ĩ. locati.*

e Venditor cogitur emptori exhibere inſtrumenta quæ ad defenſionem rei venditæ pertinent, adde *l. 48. in fi. ĩ. eo. v. l. 6. ĩ. de fide inſtrum. & l. 5. ĩ. famil.*

f Æſtimatam dotem accipiens maritus, ad eam agit actione ex empto, *vt hic.* quaſi videatur emiſſe. adde *l. 1. C. de iure dotium: l. ex conuentione* 11. *C. de pactis, l. quoties. 16. ĩ. de iure dotium.*

g Heres, ſc. 47. ĩ. eo.

h *v. l. 41. ĩ. de contrah. empt. l. 5. C. de euiction.* ſi filia ab hereditate patris ſe abſtineat, debet dotale prædium ab herede defendi. *Bart.*

i Liber fundus præſtatur, cum nemini obligatus eſt. k de militiæ venditione, *v. l. 27. C. de pign. Nou.* 58. c. 5. Cæterum militia eſt officium eorum qui in aliqua ſchola inter ſtatutos relati ſunt, & ab ea ſalarium accipiunt.

l id eſt, à collegio, aut corpore aliquo, puta aduocatorum, & ſic militiarum ſalarium non à ſola principis liberalitate promanat, vt ait *Nou.* 53. † iniunctam molibus iactis pilam conſtituit. *Hal.*

m domum qui vendit, vel legat, vti ab emptore & teſtatore poſſeſſa eſt, *l. 1. ĩ. de ſeruit. leg.* & ideò pilas & columnas extra domum ei coniunctas vel adiacentes vendere, *v. l. 38. in fin. ĩ. eo.* legare intelligitur. *l. 41. §. 6. ĩ. de leg. 3.* omnia denique quæ ibi fuerunt, quibuſque domus fuerit inſtructior, *l. 91. §. 6. ĩ. de leg. 3.* n facit. *lex. 30. infr. de adquir. rer. dom.*

o *vt l. 58. in pr. ĩ. locati.* p Immò, vt dictum non ſit, videtur accedere, v. quæ notaui ad *l. vlt. ĩ. de iure fiſci.* q *ſubaudi*, à quocunque, & in eo errauit Labeo.

r Paulum in tribus notare Labeonem hac lege obſerua.

ſ Vno nomine inſulam locat, qui totam locat, *vt ĩ. eod.* ne cum veteribus quibuſdam hic legas, *uno nomine*.

t Venditæ inſulæ qui mercedem acceſſuram dicit, de mercede ſibi debita à primo conductore cogitaſſe intelligitur, non de mercede quam primus conductor ab aliis ſecundis conductoribus relocando inſulam ſtipulatus eſt. Poteſt enim conductor relocare inſulam, & quidem ampliori mercede.

u Bartolus id extendit ad ſacellum, vt ſi fundo vendito ſacellum cohæreat, venditum videatur, niſi aditum habeat ex publico. adde *l. 43. ĩ. de rei vindic.*

x Parum habet cautum, qui ſibi parum cauit vel proſpexit.

y *l. 10. ĩ. de religioſis*: alias emptori cedere videtur *l. 24. l. 73. in fi. ſup. de contrahend. empt.* adde *l. 30. in fi. ſupr. familiæ.*

z Hic agitur de via publica diuidente ſepulchrum à fundo. *l. Attius 38. inf. de adquir. rer. dom.* Quippe via publica, finis eſt intra rem, non extra, *l. id quod 7. §. 1. ſup. de periculo.*

a Vide Romanum *ſing.* 27. b *Recipi* dicuntur quæ excipiuntur. c Domum tibi vendidi ea lege, vt qui in ea habitant, habitationem habeant. In ea Titius mercede, Caius gratis, quinetiam & ego ſimul habitamus. Titio rectè excepta eſt habitatio: quia licèt regulariter nemo alteri ſtipulari poſsit, *l. 38. §. 17. ĩ. de verb. oblig.* fallit tamen in traditione rei ſuæ, *l. penult. C. ad exhib.* An & Titio & mihi? nullo modo, vt hinc conſtet, in generali exceptione non comprehendi perſonam loquentis. *Accurſ. Bartolus hic.* Quid ſi nullus in ea domo præter me habitabat, id videtur intelligi, vt ipſe venditor habeat ius inhabitandi. Bartolus ad *l. 72.* (quæ illi eſt 71.) *infr. de leg.* 1. Niſi malis in tres caſus totam hanc legem diuidere, quorum primus hic fuerit. Venditor excipiens habitationem, habitatoribus aliis non ſibi excepiſſe intelligitur. quippe in generali ſermone non continetur perſona loquentis, *l. inquiſitio. 18. C. de ſolut. l. peculium. §. ſicut. inf. de peculio.*

a Gratuitam habitationem habentibus, venditor habitationem excepiſſe non intelligitur, cùm generaliter excipit habitatoribus habitationem. *adde l. Aquilius 21. inf. de donat.* Ita fiet vt qui gratuitò habitent, ſpecialiter excipi oporteat. Si tamen propius hanc legem conſiderabimus, ſatius dici fuerit generali exceptione habitatorum, eos excipi quoque qui gratis habitent: at non hac exceptione ſpeciali, *aut quam quiſque diẽ conductum habet* gratuitos habitatores exceptos: Hac enim ſpeciali antecedentẽ generalem reſtringi, ad eos tantum qui conductum habent, non ad eos qui gratis habitant pertinere. Nec enim qui gratis habitat conductum habet.

b *Aut* pro *&*: vel legendum *at quam*, ἀρχαιχῶς pro *ad quam*: vel ſi minus id placet, *in quam.* c Emptor habitationis, poſt traditam ſibi poſſeſsionem, poteſt impunè habitatores expellere, facit *l. colonus 21. §. cum fundum 16. inf. de vi.*

d vt in *l. 26 ſupr. comm diuid. l. 3. §. 1. ſup. de ſeruo corrupto*: *& l. vlt. ſupr. ad leg. Aquil.*

e Vendito ſeruo, venditor imperare non poteſt, vt quæ periculoſa ante venditionem facere conſuetus erat, faciat, *vt hic.* ſed nec id quod prudens paterfamiliàs imperaturus non eſſet, *verſ. item iuris infr.* Quid ſi hoc expreſſum fuit, vt eo vti, eique imperare poſſet venditor? Nouam rem etiam poteſt venditor imperare, quam imperaturus aliàs non erat, ſi non venditus eſſet ſeruus.

f κατάδρομον γερεῦνε *Hal.* Hoc quid eſt, ſi bono Accurſio credimus, curſus fluentium erit. Rudæus decurſorium ad verbum interpretatur. Hinc Tranquillus in *Nerone c. 11.* Nobiliſsimus eques Romanus elephanto ſuperſedens per catadromum (quod etiam Græci hippodromum, Galli *lycea*, & *torneamenta* vocant) decucurrit. Sed cum hippodromus nihil habeat commune cum cloaca, ſeruus cum decurſione equeſtri, mendum hic ideo eſſe putat Alciatus 1. *Pererg.* 20. & ex quarto Pollucis 19. decurſionem gruis ſic dictam ſcribit, cùm ex ſublimi theatri parte, per machinam quis delapſus, aliquem rapit, & ſurſum ſecum aſportat, vt cum Aurora Memnonem rapiebat, Iupiter Ganymedem: metaphora ſumpta à gruibus, quæ in terram deſcendunt, ſubripiendi alicuius lapidis cauſa. Hinc grus machina, Vitruuio, qua architecti ſaxa ingentia ſubleuant. Verùm Turnebus 27. *aduerſ. in fin.* catadromum funem intelligit, qui ſummo theatro alligatus, decliuis ad imum theatri pertingebat ſolum, defigebaturque: per quem deſcendere maximi periculi & artis, atque adeo miraculi erat. hinc Dio, ὅτε δὴ καὶ ἐλέφας ἀνέχθη εἰς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἀψῖδα. καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων, *hæc ille.* ſed nos aliquando certius hunc locum explicabimus. Vide interim Græcos *in l. 4. ſup. ad legem Aquiliam.* qui hunc locum accipiunt de filio qui ſeruum meum iuſsit τὴν σκαλωσίαν ſcalationem quandam periculoſam condeſcendere: vel κατάδρομον βυθόν τινά τῶν μεταλλῶν *l. 3. l. 6. C. de Metallariis.*

g facit *lex 3. §. 1. C. de ſeruo.*

h Culpa eſt, ſi quis imperet ſeruo, quod prudens & diligens paterfamilias non ſit imperaturus.

i dixi ad *l. 27. ſup. eo.*

k *v. l. 18. ſup de contra. empt.*

l Venditor dolia octoginta infoſſa vendidit. Si plura fuerint, octoginta dabit, ſed ea tamen integra: ſi tantùm octoginta ſunt, qualiacunque ea fuerint præſtando, liberabitur.

m *l. 9. l. 98. l. 104. §. 2. inf. de leg. 1. l. 103. inf. de ver. obl.*

n Difficile & impoſsibile differunt, *vt hic, & l. cùm heres. 4. §. 1. de ſtatulib.* Impoſſibile in re ipſa: Difficile in perſona: vnde Ariſtoteli definitur Difficile λύπῃ ἢ πλήθει χρόνου. hoc eſt, id eſſe, quod ſummo labore, vel prolixo tempore ſit. Impoſſibile id efficit, vt ne ſtipulatio committatur: at non difficile. Difficultas non facit inutilem ſtipulationem, *vt hic, l. 2. §. ex his. infr. de verb. oblig.* Impoſsibilitas inutilem facit, *l. 37. §. 4. inf. de ver. obl.*

p Officio iudicis dantur dilationes. Dantur autem iuſta ex cauſa, donec rectè negotium poſsit expediri.

q 4. C. 65. & 20. *Ecl.* 1. adde 11. *C.* 70. 71. & 3. *Inſt.* 25. & 2. *Extra* 18. & 3. *Harm.* 8. & *Paul. 2. ſent.* 18. Huc referre viſum eſt perpetuam locatoris & conductoris differentiam non ſumi ab eo qui dat aut accipit. Magis perpetua erit, ſi dixerimus locatorem eſſe eum, qui rem (putà domum) vel ſe vtendum (putà profeſſorem aut magiſtrum) præbet: conductorem, qui rem alio accipit vtendam, vide Cuiac. 2. *obſer.* 28.

r de conducti actione vide *l. 15. inf. eo.*

TIT. II.

Cuius iuris eſt locatio, & quomodo contrahitur.

Paulus lib. 34. ad Edictum.

LOcatio & conductio, cùm naturalis *a* ſit, & omnium *b* gentium, non verbis *c*, ſed conſenſu *d* contrahitur: ſicut *e* emptio & venditio.

Collatio locationis & emptionis.

2. *Gaius* lib. 2. Rerum quotidianarum.

LOcatio & conductio proxima *f* eſt emptioni & venditioni: hiſdemque *g* iuris regulis conſiſtit. nam vt emptio & venditio ‖ ita ‖ contrahitur, ſi de pretio *h* conuenerit; ſic *i* & locatio & conductio contrahi intelligitur, ſi de mercede *k* conuenerit.

1 ¶ Adeò autem familiaritatem *l* aliquam habere videntur emptio & venditio, item locatio & conductio, vt in quibuſdam quæri ſoleat *m*, vtrum emptio & venditio ſit, an locatio & conductio. vt ecce ſi cum aurifice ‖ mihi ‖ conuenerit, vt is ex auro ſuo annulos mihi faceret certi ponderis, certæque formæ, & acceperit (verbi gratia) trecenta: vtrum emptio & venditio ſit, an locatio & conductio? ſed placet *n*, vnum *o* eſſe negotium, & magis emptionem, & venditionem eſſe. Quod ſi ego autem dedero, mercede pro opera conſtituta, dubium non eſt, quin & locatio & conductio ſit.

De æſtimatione.

3. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

CVm fundus locetur, & æſtimatum inſtrumentum colons accipiat. Proculus ait id *p* agi, vt inſtrumentum emptum habeat colonus: ſicuti *q* fieret, cùm quid æſtimatum in dotem daretur.

De voluntate & morte locationis, eiuſve qui precario conceſſit.

4. *Idem* lib. 16. ad Sabinum.

LOcatio, precariſve rogatio ita facta, *quoad i is qui eam locaſſet, dediſſétve, vellet* ſ, morte *t* eius, qui locauit tollitur.

De penſione remiſſa.

5. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

SI tibi habitationem locauero, mox penſionem remittam *x*, ex locato & conducto agendum erit.

De eo quod conductor furti actione conſecutus eſt.

6. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

IS, qui rem conduxit *y*, non *z* cogitur reſtituere *a* id, quod rei nomine furti actione conſecutus eſt.

De locatione aliena inſula per plures perſonas ambulante.

7. *Paulus* lib. 32. ad Edictum.

SI tibi alienam inſulam locauero quinquaginta, tuque eandem ſexaginta Titio locaueris, & Titius à domino prohibitus fuerit habitare, agentem te ex conducto, ſexaginta conſequi debere placet: quia *b* ipſe Titio tenearis in ſexaginta.

8. *Tryphoninus* lib. 2. Diſputationum.

NOs videamus, ne non ſexaginta præſtanda, nec quinquaginta ſint, ſed quanti intereſt perfrui conductione, tantundémque conſequatur medius, quantum præſtare debeat ei qui à ſe conduxit: quoniam emolumentum conductionis, ad comparationem vberioris mercedis computatum, maiorem efficit condemnationem. & tamen primus *a* locator reputationem *b* habebit quinquaginta, quæ ab illo perciperet ſi dominus inſulæ habitare nouiſsimum *c* conductorem non vetuiſſet. quo iure vtimur.

De euictione prædij locati. 1. De morte fructuarij, qui locauit. De ædificio exuſto. 2. De vi maiore. 3. De igne innocente habendo. 4. De grege abacto. 5. De imperitia. 6. De acquiſitione rei conductæ.

9. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

SI quis domum bona fide emptam, vel fundum locauerit mihi, iſque ſit euictus ſine dolo malo, culpáque eius, Pomponius ait, nihilominus eum teneri ex conducto ei, qui conduxit: *vt d ei præſtetur frui quod conduxit libere.* planè ſi dominus non patitur, & locator paratus ſit *e* aliam habitationem non *f* minus commodam præſtare, æquiſsimum eſſe ait, abſolui locatorem.

1 ¶ Hic ſubiungi poteſt, quod Marcellus lib. 6. Digeſtorum ſcripſit: ſi fructuarius *g* locauerit *h* fundum in quinquennium, & deceſſerit, heredem eius non teneri, vt frui præſtet: non magis quam, inſula *i* exuſta, teneretur locator conductori.

¶ Sed ex *k* locato teneatur conductor, vt *l* pro rata temporis, quo fruitus eſt, penſionem præſtet, Marcellus quærit: quemadmodum præſtaret, ſi fructuarij ſerui operas conduxiſſet, vel habitationem, & magis admittit, teneri eum; & eſt æquiſsimum.

¶ Idem quærit, ſi ſumptus *m* fecit in fundum, quaſi quinquennio *n* fruiturus, an recipiat? Et ait, non recepturũ: quia *o*, hoc euenire poſſe, proſpicere *p* debuit *q*.

¶ Quid tamen, ſi non quaſi fructuarius ei locauit, ſed ‖ ſi ‖ quaſi *r* fundi dominus? videlicet tenebitur. decepit enim conductorem. & ita Imperator Antoninus cum D. Seuero reſcripſit.

¶ In exuſtis quoque ædibus temporis, quo ædificium ſtetit, mercedem præſtandam reſcripſerunt.

2. *Iulianus* lib. 15. Digeſtorum dicit.

SI quis fundum locauerit: *vt etiam ſi quid vi* ſ *maiore accidiſſet, hoc ei præſtaretur,* pacto ſtandum eſſe.

3 ¶ Si colonis prædiorum, lege locationis, *vt innocentem ignem t habeant* denuntiatum *u* ſit, ſi quidem fortuitus caſus incendij cauſam intulerit, non præſtabit periculum locator: ſi verò culpa locatoris *x*, quam præſtare neceſſe eſt, damnum fecerit, tenebitur.

4 ¶ Imperator Antoninus cum patre, cùm *y* grex eſſet abactus, quem quis conduxerat, ita reſcripſit: Si capras latrones citra tuam fraudem abegiſſe, probari *z* poteſt, iudicio locati *a* caſum præſtare non cogeris: atque temporis *b*, quod inſequutum eſt, mercedes vt indebitas reciperabis *c*.

1 ¶ Celſus

---

a Naturalis locatio eſt, hoc eſt, contractus locationis, iure naturali, quod & gentium, inductus eſt.
b *l. 5. ſup. de Iuſtitia.*
c tantùm, vt ſtipulatio, *l. 1. §. 7. infr. de oblig. & act.*
d *l. 2. infr. de oblig. & action.*
e Locationis cum venditione: conductionis cum emptione, ſimilitudo quædam eſt, adde *l. 2. infr. eo.*
f Nam in vtraque interuenit pretium, *l. vlt. in fin. ſupr. de leg. Rhodia. l. 10. in fin. infr. de adquiren. poſſeſſ.* Pretium locationis interdũ merces (vt in operis, Græci μισθὸν) interdum penſio, reditus, vt in prædiis Græcis pretium habitationis ἐνοίκιον. καὶ ςεγονόμιον. *Nou. 43. 88. 120. Harm. 3. Epit. 8.* Clem. Alexandrinus 1. *Stromaton.* τῷ μὲν ναυκλήρῳ δοθὲν λέγεσθαι ναῦλον; τῷ δὲ τελώνῃ, τέλος; καὶ ἐνοίκιον μὲν τῷ ςαθμούχῳ, μίσθον δὲ τῷ διδασκάλῳ, καὶ τῷ πιπράσκοντι, ἀρραβῶνα. Cuiac. 4. *obſ. 26.*
g differunt tamen: dum in venditione, traditio: in locatione factum venit. *Bart.*
h Pretium in emptione & venditione requiritur: neque emptio eſt aut venditio ſine pretio. Ita pretium nota eſt emptionis.
i Pretium in venditione præſtatur pro ipſa re: in locatione & conductione, merces præſtatur pro vſu rei. Ita fit, vt ex quantitate precij, contractus locationis à venditione diſtinguatur. Pretium enim maius datur pro ipſa re & in emptione, quàm pro vſu rei in conductione.
k Tria ſunt ſubſtantialia huius contractus: conſenſus *l. 1. ſupr. eod.* merces ſeu penſio, *vt hic*, res quæ locatur *l. 20. ſupr. de contr. empt.* Quid? merces, qua in re eſſe debet? in pecunia numerata. *l. naturalis, 5. §. at cum do. 2. infr. de præſcriptis.* Quid ſi in frumento? ſi conuenit quotam fructuum dare (puta terdiam, quartam) ſocietas eſt, *l. ſi merces 25. §. vis maior. 6. infr. eo. l. cum duobus, 52. verſiculo, ſi in obeunda ſupr. pro ſocio.* ſi vt certam menſurationem ſeu modiationem, contractus eſt innominatus, & agitur præſcriptis verbis, *l. ſi non, infr. de præſcriptis verbis, l. ſi olei. 21. C. eo.* Merces quoque in locatione certa eſſe debet, *l. 52. inf. de don. inter virum.*
l Familiarium eadem penè iura ſunt: alia ab aliis vix diſtinguuntur.
m *vt l. 65. ſupr. de contrah.*
n Id eſt, cum pecuniæ loco rem aliquam tradis & dominium in me transfers, emptio: ſi nudas operas, locatio erit.
o Vnum negotium, an hic proprium eſt negotium, aut proprius contractus ex ſe qui ab aliis ſit ſeiunctus? An potius hic legendum eſt; Sed placet primum negotium magis emptionem & venditionem eſſe. Nam duæ ſpecies hic proponuntur, quarum prior venditio altera locatio eſt.
p ſiquidem æſtimatio emptio eſt, *v. l. vn. infr. de æſtimatoria.*
q Æſtimata quæ quis in dotem accipit, empta ea habere intelligitur.
r Locatio valet ita concepta, quoad voluero, res locata tibi ſit.
ſ Quid ſi ita fuerit concepta? locatio erit, quo ad eam reuocauero? Baldus *poſt Cynum & Ray.* notat morientem in hac ſpecie non reuocare, *l. cum precario. 12 infr. de precario.*
t nunc enim in velle deſiit, adde *l. 9. infr. qui ſine manumiſſ.* Morte finitur voluntas, eiuſque continuatio. v. tamen *c. Si gratioſè, de reſcriptis in 6.*
u *vt l. 16. infr. de liberatione.*
x *ſubaudi*, ex iuſta cauſa. y vel commodauerit. *l. vlt. §. 3. C. de furtis.* ſecus eſt in creditore, *l. 22. ſup. de pign.* in hunc locum v. Cuiac. *c. 8. obſer. 39.*
z Cur ita? Quas vtilitates ex re conducta percipit conductor, eas non reſtituit locatori, ex natura ipſius contractus: omnis enim vtilitas rei, conductoris eſt.
a pœnam ſibi depenſam. b Conductor impeditus vti frui, non modo à locatore, mercedem conuentam, numeratam fortè, repetit, ſed & eo amplius mercedem ab eodem exigit, quam relocando ab aliis ſibi ſtipulatus eſt. Imò & id quanti intereſt ſua perfrui conductione, *vt hic, & l. 8. infr. eo.*

a & ſic locator conductori tenetur ad intereſſe, *vt lege ſequenti.*
b exonerationem *l. 15. §. 7.* adde *l. 30. §. 1. ſup. eo.*
c i. vltimum.
d hac formula vtitur conductor aduerſus locatorem, vt ei præſtetur vti frui licere dome conducta.
e Locator præſtans conductori domum æquè idoneam, vni eſt, quæ locata conductori fuit, & euicta, liberatur: *v. l. 60. inf. eo.*
f an ea ratio locum habitura eſt in emptore & venditore? non ita, *v. l. 42. ſ. de act. empt.* An & in fideiuſſoribus? *v. l. 25. in fin. ſ. de arbitris.* dixi plenius in *l. 45. §. 2. ſ. mandati.*
g Vſufructuarius ædes fructuarias locare poteſt: quo mortuo heres fructuarij non tenetur conductori, vt ei præſtet vti frui: quippe vſusfructus ea natura eſt, vt morte fructuarij extinguatur. *vt hic.* niſi fortè fructuarius locauerit, vt proprietarius, *vel* qui tamen.
h poteſt enim locare *l. 13. §. 8. l. 27. §. 1. ſ. de vſufructu. §. 1. in fi. inſt. de vſufr.*
i Locator non tenetur conductori inſula exuſta.
k Locati actione tenetur conductor locatori.
l Conductor vſusfructus in quinquennium, præmortuo fructuario locatore, non præſtat penſionem, niſi pro rata temporis quo fruitus eſt, vt hic. Idem in præbendæ poſſeſſore *cap. querelam. extra ne prælati vices ſuas vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant.*
m Sumptus eiuſce rei gratia factos repetere colonum hinc notant, at non ſumptus factos fructuum cogendorum cauſa, *c. tuam. extr. de decimis.*
n Vſufructuarius poteſt locare ædes fructuarias in quinquennium, *vt hic.* Quid ſi in quinquennium locauit, & conductor impenſas aliquas fecit, & antè id quinquennium fructuarius ſit mortuus? Conductor expenſas neque ab herede fructuarij, neque à proprietatis domino, ad quem vſusfructus rediit, recipiet, proſpicere enim debuit conductor euenire poſſe, vt ante quinquennium moreretur fructuarius.
o Euictio conductori non præſtatur, ſi eam præuidere debuit.
p Proſpicere debemus quod euenire poteſt, & rem ordinatam ad caſum fortuitum eſſe, Bart. *l. 27. §. 2. ſ. ex quibus cauſis maior.*
q non tamen omnes ad id adſtringuntur, *vt in l. 11. §. 5. ſ. de minorib. l. 31. ſup. ad legem Aquiliam.*
r vti quiſque contrahat inſpiciendum: an vt fructuarius vel dominus, vel emphyteuta, vel proprietarius.
ſ hinc collige regulariter: Non omnem ſterilitatem, & cœli iniuriam accidentem, coloni ſed domini periculo eſſe, niſi aliud conuenerit, *l. 8. Cod. eo. Harm. 8.*
t πῦρ ἀβλαβὲς *Syn. eo. c. 8. §. 5.* qui & innoxius *l. 11. §. 1. infr. eo.* Ita plerumque locator ſtipulabatur ne conductor in villa fœnum haberet, *d. l. 11. §. vlt. infr. eod.*
u Si conuenerit vt domus conductores innocentem ignem haberent, & incendium fortuitò acciderit, conductor an tenetur? Si eius culpa contigit, tenetur. *Syn. eo. c. 8. § 5.* Ita denuntiatio & admonitio (aut conuentio potiùs) efficit vt conductor de caſu fortuito teneatur.
x puto legendum: ſi verò culpa, locatori quam præſtare neceſſe eſt, damnum fecerit, tenebitur.
y Gregem qui conduxit non tenetur, ſi probatum fuerit, citra fraudem eius latrones eum abegiſſe. Quin & mercedes pro inſequuto tempore ſolutas recuperat. *Syn. ibi. & Harm. 8. §. 15.* ita caprarius, non tenetur ad capras reſtituendas locatori, quas latrones ei ſubripuerint.
z Præſumitur culpa in omni cuſtode, qui gregis ſui omnia capita non reſtituit, quod magis placet quàm quod à Ricardo & Guilelmo veteribus interpretibus dicitur, Caprarium ea parte innocentem præſumi, niſi probetur nocens.
a Conductor ſolutam iam mercedem repetere poteſt, vbi remiſsio mercedis ei facienda eſt.
b pro tempore quo conductor non poteſt vti re, fit remiſsio mercedis non ſolutæ & ſoluta repetitur. Nam eo caſu, quo pro futuro tempore mercedes non debentur, ſolutæ vt indebitæ repetuntur.
c *l. 19. §. ſi quis, infr. eod.* medici, *l. 6. §. vltim. ſupra de off. præſ.* mulionis, *§. Inſtitution. de lege Aquil.* iudicis & aſſeſſoris, *vt Cod. de pœna iudicis, l. 2. ſupra quod quiſque.*

5 Celſus etiam imperitiam *a* culpæ adnumerandam libro 8. Digeſtorum ſcripſit. ſi quis vitulos paſcendos, vel ſarciendum quid, poliendúmve *b* conduxit, culpam eum præſtare debere: & quod imperitia peccauit, culpam eſſe. quippe vt *c* artifex (inquit) conduxit.

7 ¶ Si alienam domum mihi locaueris, eáque *d* mihi *e* legata, vel donata ſit, non teneri me tibi ex locato ob penſionem. ſed de tempore præterito videamus, ſi quid ante legati diem penſionis debetur, & puto ſoluendum.

10. *Iulianus* lib. 3. ad Ferocem.

ET ego ex conducto recte agam, vel in hoc, *vt f me g liberes.*

De culpa eorum quos conductor in fundum induxit. 1. *De igne.* 2. *De deterioratione.* 3. *De depoſitione rei conductæ ob controuerſiam proprietatis.* 4. *De fœno in villa vrbana non componendo.*

11. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

VIdeamus an & ſeruorum culpam: & quoſcunque induxerit, præſtare conductor debeat. & quatenus præſtat, vtrum vt ſeruos noxæ dedat, an verò ſuo nomine teneatur: & aduerſus eos, quos induxerit, vtrum præſtabit tantùm actiones, an quaſi ob propriam culpam tenebitur. mihi ita placet, vt culpam etiam eorum, quos *h* induxit, præſtet ſuo nomine, etſi nihil conuenit: ſi tamen culpam in inducendis admittit, quod tales habuerit, vel ſuos *i* vel hoſpites. & ita Pomponius libro 63. ‖ad edictum‖ probat.

1 ¶ Si hoc in locatione conuenit, *ignem* k *ne habeto*, & habuit, tenebitur, etiam ſi fortuitus *l* caſus admiſit incendium, quia non debuit ignem habere. aliud *m* eſt enim, *ignem innocentem* n *habere*: permittit enim habere, ſed innoxium ignem.

2 ¶ Item, proſpicere debet conductor, ne in aliquo vel ius rei, vel corpus deterius faciat, vel fieri patiatur *o*.

3 ¶ Qui *vinum de Campania tranſportandum* conduxiſſet, deinde, mota à quodam controuerſia, ſignatum *p* ſuo & alterius ſigillo in apothecam depoſuiſſet, *q*, ex locato tenetur, vt locatori poſſeſſionem vini ſine controuerſia (reddat *r*) niſi culpa conductor careret.

4 ¶ Inter conductorem, & locatorem conuenerat, *ne ſ in villa vrbana fœnum componeretur*: compoſuit: deinde ſeruus igne illato [ſe occidit *t*.] ait Labeo, teneri conductorem ex locato: quia ipſe cauſam præbuit, inferendo contra conductionem.

5. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris Epitomarum.

SEd etſi quilibet extraneus ignem iniecerit, damni locati habebitur ratio.

De ciſio euerſo. 1. *De naue ſubmerſa.* 3. *De ſeruo peregrè ducto.* 4. *De magiſtro qui diſcipulum percuſſit.* 5. *De gemma fracta.* 6. *De veſtimentis roſis vel permutatis.* 7. *De conductore qui nigrauit.* 8. *De menſuris iuſſu magiſtratus fractis.* 9. *De duobus reis.* 10. *De relocatione.* 11. *De tacita renouatione conductionis.*

13. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

ITem quæritur, ſi ciſiarius *u*, " id eſt carrucharius *x*, " dum cæteros *y* tranſire contendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit, vel occidit: puto ex locato eſſe in eum actionem: temperare enim debuit. ſed & vtilis Aquilia *z* ‖ ei ‖ dabitur.

1 ¶ Si nauicularius onus Minturnas vehendum conduxerit *a*, & cum flumen *b* Minturnen e nauis ea ſubire non poſſet, in aliam *c* nauem merces tranſtulerit, eáque nauis in oſtio fluminis perierit, tenetur primus nauicularius. Labeo, ſi culpa caret non teneri ait. cæterum ſi vel inuito domino fecit, vel, quo non debuit tempore, aut ſi minus idoneæ naui *d* impoſuit: tunc ex locato agendum.

2 ¶ Si magiſter *e* nauis ſine *f* gubernatore *g* in flumen nauem immiſerit, & tempeſtate orta, temperare non potuerit, & nauem perdiderit, vectores habebunt aduerſus eum ex locato actionem.

3 ¶ Si quis ſeruum docendum *h* conduxerit *i*, eúmque duxerit *k* peregrè, & aut ab hoſtibus captus ſit, aut perierit, ex locato eſſe actionem placuit. ſi *l* modo non ſic conduxit, vt & peregrè duceret.

4 ¶ Item Iulianus libro 86. Digeſtorum ſcripſit, ſi tutor *m* puero parum bene facienti forma *n* calcei tam vehementer ceruicem percuſſerit, vt ei occulus effunderetur *o*, ex locato eſſe actionem patri eius: quamuis enim magiſtris leuis caſtigatio conceſſa ſit, tamen hunc modum non tenuiſſe. ſed & de Aquilia *p* ſupra diximus, iniuriarum autem actionem competere, Iulianus negat *q*: quia non iniuriæ faciendæ cauſa hoc fecerit, ſed præcipiendi.

5 ¶ Si gemma *r* includenda, aut inſculpenda, data ſit, eáque fracta ſit, ſiquidem vitio materiæ factum ſit, non erit ex locato actio: ſi imperitia *ſ* facientis, erit. huic ſententiæ addendum eſt. niſi periculum *t* quoque in ſe artifex receperat: tunc enim, etſi vitio materiæ id euenit, erit ex locato actio.

6 ¶ Si fullo veſtimenta polienda acceperit, eáque mures roſerint *u*, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cauere *x*, & ſi *y* pallium fullo *z* permutauerit, & alij alterius dederit: ex locato actione tenebitur, etiam ſi ignarus fecerit.

7 ¶ Exercitu veniente *a*, migrauit conductor: deinde hoſpitio milites feneſtras & cætera ſuſtulerunt. ſi domino non denunciauit *b*, & migrauit ex locato tenebitur. Labeo * autem, ſi reſiſtere *c* potuit, & non reſtitit, teneri ait. quæ ſententia vera eſt. ſed‖& ſi denuntiare non potuit, non puto eum teneri.

8 ¶ Si quis menſuras conduxerit, eáſque magiſtratus *d* frangi *e* iuſſerit, ſiquidem iniquæ *f* fuerint, Sabinus diſtinguit, vtrum ſcit conductor, an non: ſi ſcit, eſſe ex locato actionem: ſi minus, non, quod ſi aquæ ſunt, ita demum eum teneri, ſi culpa eius id fecit ædilis *g*, & ita Labeo, & Mela ſcribunt.

9 ¶ Duo *h* rei locationis in ſolidum eſſe poſſunt.

10 ¶ Si lege operis locandi comprehenſum eſſet, *vt ſi ad diem effectum non eſſet relocare i id liceret*: non aliàs prior conductor ex locato tenebitur, quàm ſi eadem lege relocatum eſſet: nec *k* ante *l* relocari id poteſt, quàm dies efficiendi præteriiſſet.

11 ¶ Qui impleto tempore conductionis *m*, reman-

a Paſtor & bubulcus peritiam artis ſuæ præſtare cogitur, verum in huiuſmodi hominibus plerũque inanis eſt actio ob eorum inopiam.

b *Politio* quid eſſet, dixi ad *l*. 52. §. ȷ. *pro ſocio*. ad eam ſignificationem, Anton. Ang. 4. *Emend*. 9. hoc verbum refert. Poſſis tamen & hanc vocem ad fullonem referre, *vt l*. 13 §. 6 *l*. 25. *in fin*. ȷ. *eod*. ſiquidem reperio 20. *Syn*. 1. *c*. 9 *in fi*. hanc ſententiam ὁ ποιμὴν, καὶ ὁ ῥαπτὴς καὶ ὁ κναφεὺς ἀπὸ ἀμελείας καὶ ἀπειρίας ἀνέχονται, id eſt paſtor, ſarcinator, & fullo ex culpa & imperitia tenentur. Idē quoque ſentit. *Har*. 3. *tit*. 8. *c*. 161.

c Imperitus autem nemo præſumitur in eo, in quo ſemel probatus eſt induſtriæ plenus, vt aduocatus in iudicialibus, negotiator mercatorum matriculæ adſcriptus, v. Bart. ad *l*. 2. *Cod. qui & aduerſ. quos*.

d Conductor, conductionis contractu liberatur, ſuperueniente ei rei conductæ dominio, quo titulo, puta legati, vel donati

e *l*. 31. ȷ. *de vſucap*. *l*. 45. ȷ. *de reg. iur*.

f Conductor tametſi in futurum ex conductione non tenetur (nimirum acquiſito rei conductæ dominio) poteſt tamen agere aduerſus locatorē vt ab eo liberetur contractu conductionis.

g id eſt vt inſtrumentum liberationis facias: nam conductio ſublata eſt mero iure; cum res facta eſt conductoris. *d. l*. 21. ȷ. *de vſurp. & vſucapionib*. *Bart*.

h *l*. 3. ȷ. *de publicanis*. mala electio in culpa eſt, v. *hic* Accurſium.

i id eſt proprios & domeſticos ſiue ſeruos, *vt l*. 4. §. 1. ȷ. *de off. procons*. & ita Baſilica habent ὁ μισθωτὸς τὴν ἀμέλειαν τῶν ἰδίων καὶ τῶν ξένων ἐπιγινώσκει Cuiac. 11. *obſeru*. 1.

k *l*. 9. §. 3. ȷ. *eod*.

l Fortuitum caſum præſtat conductor quoties quid facit in re conducta aduerſus pacta & conuenta.

m Prohibere aliquid ſimpliciter, & cum modo differunt; vt hic. aliud eſt prohibere *ne ignem habeas*, & *ne habeas nocentem*.

n *l*. 9. §. 13. ȷ. *eod*. Quid innocentem ignem habere eſt? an non omnis nocet, aut nocere poteſt? Ignem nocentem habet, qui ea parte fundi, aut ædium habet, vbi maximè ac facilè nocere poſſit propter ſtipulam vicinam, vel ſimilia.

o quam conduxit. Quid ſi eius inimicitia deterius factum eſt? *v. l*. 25. §. 8. ȷ. *eo*.

p Sequeſtratæ res nonnunquam ſigillo ſequeſtrantis & aduerſarij obſignatæ in apothecam cuiuſdam tertij deponebantur. q Carrucharius vini tranſportandi conductor, ſi culpa ſua vinum ipſum ſequeſtrarit, tenetur locatori, hoc eſt vini domino actione ex locato: qua cogitur ſequeſtro vinum ipſum liberare.

r facit *l*. 25. *C. eod*. ſ Si conductor promiſerit, ſe fœnum in domo non habiturum, & habuerit: deinde ſeruus eius aut extraneus ignem intulerit, & ſuccenderit, ex pacto actioni locus eſt. *Syn. eod. c*. 12. *in princ*.

t illato ſuccendit. *Hal*. καὶ καύσῃ *Ecl. c*. 12. u *Ciſium* erat vehiculum binarum rotarum quo vtebantur Romani, cùm iter celeriter erant confecturi. Cicero *pro Roſcio*: decem horis nocturnis 5060000. paſſuum ciſiis peruolauit. & 2. *Philipp*. inde ciſio celeriter vrbem aduectus. De ciſio & aliis generibus vehiculorum, v. Feſtum, *in Ploximum*, v. Coraſ. 3. *Miſcell*. 20.

x ἁμαξάρειος *Ecl*. 20. *tit*. 1. *c*. 12. y φιλονεικῶν προλαβεῖν. Si carrucharius dum cæteros anteuertere contendit, carrhucam euertit, & ſeruum attriuerit, quem in curru pro mercede vehebat, actione locati tenetur. *Syn. eod l*. 22. *in fin*.

z vtilis Aquiliæ *Hal*. Cur vtilis? vel ideo, quod qui ciſium euertens alium occidit, cum non corpore ſuo damnum dederit, non directa: cum non in corpus damnum dederit, non in factum actione teneatur: corpori tamen eius, qui occiſus eſt, damnum dedit, ideoque vtilis Aquilia in eum dari debet: & ita intellige §. *vlt. Inſt. de l. Aquil*. vtcumque obſcurum: adde quæ notaui ad *l. pen. Cod. de l. Aquil*.

a Conducit vehēdum nauicularius, ac mercedem accipit: in ædificiis qui conducit, mercedem præſtat, non accipit.

b id eſt Lyrim. *Horat*. 3. *Car*. 17. & *ibid. Acron*. Minturnas paluſtres vocat idem Horat. 1. *Epiſtola* 5. fuit enim Minturnis vbi Marius latuit. *Acron. ibidem*. de Minturnenſibus, *v. l*. 8. §. 5. ȷ. *ſi ſeruitus*.

c etiam idoneam, *l*. 36. *in fin*. ȷ. *de rei vindic*. arg. *l. vlt*. ȷ. *de vſufr*.

d id eſt, deteriori, vt in *l*. 10. §. 1. *in pr*. ȷ. *de l. Rhodia*.

e quid ſit, *v l*. 1. §. 1. ȷ. *de exercitoria*.

f & ita culpam admiſit.

g Culpam admittit nauis magiſter nauem in flumen ſine gubernatore mittendo.

h Conducens ſeruum docendum, eum peregrè ducere non poteſt.

i vt eo nomine mercedem acciperet.

k *v. l*. 50. ȷ. *de furtis*.

l *l*. 5. §. 40. ȷ. *commodat*.

m *v. l*. 5. *in fin*. ȷ. *ad l. Aquil*.

n quæ *Muſtricola* Feſto.

o *al*. effoderetur, *al*. perfunderetur, *vt l*. 5. *in fin*. ȷ. *ad l. Aquil*.

p *l*. 5. 7. ȷ. *ad l. Aquil*

q Cædi diſcentes (quanquam & acceptum ſit, & Chryſippus non improbet) minimè velim, quia deforme atque ſeruile eſt, & *poſt* hoc dixiſſe ſatis eſt, in ætatem infirmam & iniuriæ obnoxiam nemini debet nimium licere. *Quint*. 1. *Inſt*. 3. *in fin*.

r λίθεαν legit *Ecl. c*. 13. vel calicem, *v. l*. 27. §. 29. ȷ. *ad l. Aquil*.

ſ Si quis gemmam acceperit includendam vel inſculpendam, eaque facta ſit: ſiquidem artificis imperitia, locus erit actioni ex locato: ſin vitio materiæ non tenetur, niſi periculum in ſe receperit. *Syn. eod. c*. 43. adde *l*. 59. & *l. vltim*. ȷ. *codem*.

t *l*. 6. §. 5. ȷ. *eod. l*. 7. *in fin*. ȷ. *ad l. Aquil*.

u Periculum in ſe recipere conductor artifex poteſt.

x Mures ſi roſerint, quod fulloni datum erat, ex locato actioni locus erit. *Syn. eod*. adde *l*. 59. *l*. 60. §. 2 ȷ. *eod*. Placet quod hoc loco notat Baldus, fœneratores, quibus plerumque veſtes Pignoris cauſa mancipari à debitoribus ſolent, cogi veſtes ita pignoratas purgare, & à tineis defendere: ne ſi eam diligentiam ac cuſtodiam omittant, periculi teneantur. Quid ſi mures roſerint teſtamenti tabulas? *v. l*. 1. *in fin*. ȷ. *de bon. poſſ. ſecundum tabulas*.

y id eſt in locum tutiorem transferre, *vt l*. 34. *in fin*. ȷ. *de damn*.

z Si fullo, quod alterius erat, alteri dederit, vel aliud quid vetus, quamuis ignarus fecerit, ex locato actioni locus erit. *Syn. eod*.

a *v. l*. 1. *in fin*. ȷ. *de eo qui pro tutore*.

b notāda eſt hæc diſtinctio, ſi domino non denuntiauit & migrauit; Si reſiſtere potuit & non reſtitit: ſi denunciare non potuit. Ego magis probauerim diſtinctionem eiuſdem Labeonis in *l*. 9. ȷ. *quod met. cauſ*. v. quæ ibidem notaui, facit *l*. 15. §. 2. *in fin*. ȷ. *eod*.

c *v. l*. 50. ȷ. *de regulis iuris*.

d puta ædilis, vt ȷ. *eod. l*. 12. ȷ. *de periculo. leg*. 12. ȷ. *de decurionibus*: *Plautus in Rudente*. Neptunus ita ſolet, quamuis faſtidioſus ædilis eſt: & *in Sticho*, ſi quæ improbæ ſunt merces, iactat omnes, ædilitatem gerit: & Perſius *Satyr*. 1. Seſe aliquem credens, Italo quod honore ſupinus Fregerit heminas Areti Aedilis iniquas: & Iuuenalis *Satyr*. 10. Huius qui trahitur prætextam ſumere mauis? An Fidenarum Gabiorúmque eſſe poteſtas? Et de menſura ius dicere, Vaſa minora Frangere, pannoſus vacuis ædilis Vlubris? v. Duar. 1. *diſputationum* 26. *in fin*.

e Menſuræ iniquæ frangendæ ſunt à magiſtratu.

f Menſuræ iniquæ μέτρα κίλλωβα 6. *Harm*. 5. *in Georgicis*, §. *vlt*. πλαστὰ falſa. *Syn*. 10. *Tit*. 2. *ex lib*. 60. *Tit*. 22. *c*. 6.

g Ædilis qui hic dicitur, paulò ante magiſtratus dictus eſt, vt in magiſtratu municipali exemplum hic poni colligamus, de quo dixi *l*. 30. ȷ. *eod*.

h *l*. 47. ȷ. *eod. l*. 9. ȷ. *de duob. reis*.

i Relocandi pactum, eadem lege & conditione vti prius fieri debet.

k Relocandi ius pacto quæſitum, ante pacti diem exerceri non poteſt.

l neque enim ante ſuam diem conditio committitur.

m ruſtici prædij, arg. *verſ. vlt*. ȷ. *eod* (vbi agitur de vrbano) vel reipublicæ, *verſ. eodem*. ȷ. *eodem*.

ſit

a ſciente domino ſcilicet alias ſi vel ignorauit, non videtur conſenſiſſe, multò minus ſi inuitò: tunc enim furti tenetur colonus fructus percipiens, *l.67.in fin.* ⁊. *de furtis*: & ſic fructus condicuntur, *l.4.§.1.* ⁊. *de reb. cred.* Hinc legimus conductorem legantem fructus cōducti prædij ad luſtrum vſque *l.30.* ⁊. *de leg.3.*

b an idem in precario: omninò *l.4. in fin.* ⁊. *de precario.* an idem in Emphyteuſi, vide Iul. Clar. *lib.1. recept. ſent.*

c eius ſcilicet non eius fideiuſſoris, *vt* ⁊ *eod.*

d *l.16.C.eod.* in annum ſcilicet, dic vt ⁊. *verſ. quod autem.*

e idem in precario *l.4. in fin.* ⁊. *de precario.*

ſit a in conductione, non ſolùm reconduxiſſe b videbitur, ſed etiam pignora c videntur durare d obligata. ſed hoc ita verum eſt, ſi non alius pro eo in priore conductione e rès obligauerat: huius enim nouus f conſenſus erit neceſſarius. Eadem g cauſa erit, & ſi reipublicæ prædia locata fuerint.

¶ Quod autem diximus, taciturnitate vtriuſque partis colonum i reconduxiſſe videri, ita accipiendum eſt, vt in ipſo anno k quo tacuerunt, videantur eandem locationem renouaſſe, non etiam in ſequentibus annis, & ſi luſtrum l fortè ab initio fuerat conductioni præſtitutum, ſed & ſi ſecundo quoque anno, poſt finitum luſtrum, nihil fuerit contrarium actum: eandem videri locationem in illo anno permanſiſſe. hoc enim ipſo, quo tacuerunt, conſenſiſſe videntur. & hoc deinceps in vnoquoque anno obſeruandum eſt m.

¶ In vrbanis n autem prædiis alio iure vtimur: vt provt o quiſque habitauerit, ita ‖&‖ obligetur: niſi p in ſcriptis certum tempus conductione comprehenſum eſt.

14. *Idem* lib. 71. ad Edictum.

QVi ad certum q tempus conducit, finito quoque tempore colonus eſt. intelligitur r enim dominus, cùm patitur ſ colonum in fundo eſſe, ex integro locare t, & huiuſmodi contractus neque u verba, neque ſcripturam x vtique deſiderant, ſed nudo conſenſu conualeſcunt. & ideo ſi interim dominus y furere z cœperit a, vel deceſſerit b, fieri non c poſſe Marcellus ait, vt locatio redintegretur. & eſt hoc verum.

f id eſt expreſſus. atqui nouus conductoris vel locatoris conſenſus expreſſim non requiritur? & meritò: cum is circa rem ſuam patiatur id agi ad quod ex natura contractus tenebatur. Ille verò tacitè conduxiſſe præſumitur, potius quam deſiquiſſe. *Bart. hic.*

g Argumentum ſeu extenſio à Priuati, ad Reipublicæ locationem.

h vt ſcilicet ſcientibus & patientibus iis, qui poteſtatem eiuſmodi prædiorum locandorum habent, inducatur tacita reconductio. Idem dicendum in Prælatis & tutoribus, vt eorum ſcientia & patientia inducat tacitam relocationem. *Bart.*

i Conductor in ruſtico prædio habitans poſt tempus conductionis in annum videtur prædium ruſticum reconduxiſſe: non in amplius: etiam ſi fortè in luſtrum ſeu quinquennium fuit prima conductio. Idem erit dicendum ſi ſecundo anno in conductione manſerit, vt in eadem ſpecie videatur tantum in annum reconduxiſſe, *vt hic.* His caſibus, pignora in prædium ruſticum inuecta à colono, & eiuſdem coloni propria, tacito quoque pignori locatori tenebuntur: at non ea quæ à tertio, conductoris coloni nomine data fuerint. Ita fiet, vt aliena pignora in tacita reconductione non obligentur, niſi accedat domini conſenſus.

k ſi prædium erat eius naturæ, vt annuatim fructus redderet. Quid ſi bis in anno, aut luſtratim? eadem reconductio cenſebitur.

l quinquennij ſpatium, *v. l.24. §.2.* ⁊. *eod.*

m Reconductio tacita in vrbanis prædiis, provt vel vti quiſque habitauit poſt finitam conductionem, ita contracta intelligitur, ſi conductio ſeu locatio ipſa non ſcripta fuit. Nam ſi locationis contractus, non ad probationem tantum conſcriptus eſt, ſed vt eſſet locatio planè ſcriptis inita, qui poſt tempus conuentum habitat vrbanum prædium conductor, reconduxiſſe non intelligitur. Cur tam variè? Priore caſu, facile eſt ſolo conſenſu contractam conductionem, ſolo ac tacito conſenſu reconciliari ſeu continuari. Poſteriore, ſolo conſenſu non fit tacita reconductio, quæ nominatim ſcriptura interpoſita, ab initio contracta eſt: atque ita Ioannis opinio defendi poteſt. Ita conſtituendum erit tacitum reconductorem prædij vrbani, non in amplius locatori obligari, quàm habitauerit: liberum ei, integrúmque eſſe, quoties voluerit, habitationem relinquere, etſi fortè anni biennij, vel maioris temporis fuerit prima ipſa conductio. Quid tamen ſi neglecta Ioānis ſentētia, de qua paulò ante dicamus. Conductorē (vbi nō ſcripta fuerit vēditio) nō amplius obligari, quā ipſe habitauerit: vbi verò ſcripta eſt locatio vel cōductio, tacitè reconduxiſſe intelligi in id omne tēpus quod ſcriptum cōductioni ſit adiectū, atque ita adſcriptum tēpus conductionis, non ſcripto hic opponamus. vt vbi nullum fuerit adſcriptum tempus, libera ſit reconductio: vbi adſcriptum, coacta.

n Cur tam variè? cur non idem in vrbanis ac in ruſticis? in his ſolum vno tempore: in illis qualibet anni parte fructus percipimus. *Bart.*

o An hoc ſignificat, vt in nullum tempus, aut in id omne videatur reconduxiſſe, quo primo conduxerit? an potius in id in quo habitauit? Poſtremum placet, *Bart.*

p ne ita accipias, niſi primus contractus fuit celebratus in ſcriptis: nec enim locatio ſcripturam requirit, *l.17. C. de pactis.* aut ita, niſi in ſcriptis iterum expreſsè conducat. quis enim dubitet eo caſu conductionem rectè conſiſtere: ſed ita, niſi ab initio conuenerit vt ſcriptura interpoſita, locatio fieret & ad eius ſubſtantiam pertineret. *vt l.17. C. de fid. inſtrum.* Idem dicendum ſi ab initio conuenerit, vt locatio ſtipulatione iniretur. v. hic Bart. *num.13.*

q Certa plerumque tempus præſtitutum egrediuntur: *vt hic*, qui ad certum tempus conduxit, finito quoque tempore colonus eſt, tacita domini voluntate.

r tacitè. *vt l.13.* ⁊. *eod.* Patientia inducit tacitum conſenſum.

ſ eo ſcilicet tempore, quo colendus ager eſt, idque non modico tempore, quod arbitrio boni viri inſpici oportet. *Bart.* Quid ſi citra Emphyteuſim quadraginta aut amplius annis, paſſus fuerit colonum penſiones annuatim ſoluere: ius proprietatis domino integrum manet, *l.2. C. de præſc. 30. annor.* Angelus tamen ait locationem præſcribi, & fieri perpetuam, vt vlterius non poſſit colonus expelli, vel ex locato actione, vel vllo interdicto, cum habeat talis colonus cauſam detinendi, velut perpetuus colonus, *Bald. ibid.* idem quoque ſentit Harm.

t renouare locationem: renouare inquam, pro eodem pretio, ſalario, cum omnibus pactis, modis, & clauſulis quæ erant in prima.

u Tacita pacta neque verba, neque ſcripturam, neque præſentiam contrahentium requirunt.

x *v. l.24. C. eod. l.17. C. de pactis.*

y Reconductio tacita in ruſticis (idem in vrbanis) prædiis fieri non intelligitur, locatore in furorem verſo. Quid ita. Conductio, tametſi tacita, conſenſus exigit: furioſus autem nullum habet conſenſum.

z ad quod ſe porrigit lex naturæ, ad id ſe porrigit legis fictio. *Bart. hic. v. l.8. §.2.* ⁊. *de opt. legat.* fictio naturam imitatur.

a Imò furioſus conſentire poſſe intelligitur. *l.2. id fin.* ⁊. *ſolut.*

b Mors inducit tacitam voluntatis, vt ita loquamur, mortem, hoc eſt voluntatis priuationem. Quid ſi heredes defuncti, vel curator furioſi, finitum conductionis tempus eſſe ſciuerint, conductorem tamen paſſi ſint etiam in conductione morari: Conductio tacitè renouata intelligitur. arg. *l. planè 24.* ⁊. *pro ſocio.*

c *v. l.6.* ⁊. *de precario.* Ita legis fictio ac præſumptio in iis nihil præſtat, in quibus veritati locus eſſe non poteſt, adde *l.16.* ⁊. *de adoptionibus.*

Actio ex conducto cui datur. 1. & quibus ex cauſis competit. 2. De vi tempeſtatis, fluminum, auium, incurſu hoſtium, corruptione fructuum, terræ motu. 3. De incendio fundi. 4. De mercede remiſſa ob ſterilitatem. 5. De fructuum exiguitate, & vinearum vetuſtate. 6. De naue amiſſa. 7. De remiſſione mercedis. 8. Si dominus frui non patiatur. 9. Si pupillus abſtentus hereditate locatoris, reſtituatur.

15. *Idem* lib. 32. ad Edictum.

EX conducto a actio conductori datur.

1 ¶ Comperit autem ex his cauſis ferè: vt puta ſi re, quam conduxit, frui ei non liceat: fortè quia poſſeſſio ei aut totius agri, aut partis non præſtatur: aut b villa non c reficitur, vel ſtabulum d, vel vbi greges eius ſtare oporteat, vel, ſi quid in lege conductionis conuenit, ſi hoc non præſtatur, ex conducto agetur.

3 ¶ Si vis tempeſtatis calamitoſæ e contigerit, an locator conductori aliquid præſtare debeat, videamus. Seruius omnem vim cui reſiſti non poteſt, dominum colono præſtare debere ait: vt puta fluminum, graculorum f, ſturnorum g, & ſi quid ſimile acciderit: aut h ſi incurſus hoſtium fiat. ſi qua tamen vitia i ex ipſa re oriantur, hæc damno coloni eſſe: veluti ſi vinum coacuerit: ſi k raucis l, aut herbis m ſegetes corruptæ ſint. ſed & ſi labes n facta ſit, omnémque o fructum tulerit: damnum coloni non eſſe. ne ſupra damnum p ſeminis ‖amiſſi‖ mercedes agri præſtare cogatur. ſed & ſi vredo q fructum oleæ corruperit, aut ſolis feruore r non adſueto id acciderit damnum domini futurum. ſi verò nihil extra ſ conſuetudinem acciderit, damnum coloni eſſe. idémque dicendum, ſi exercitus t præteriens per laſciuiam u aliquid abſtulit, ſed ‖&‖ ſi ager terræ motu x ita corruerit, vt nuſquam ſit, damno domini eſſe: oportere enim agrum præſtari conductori, vt frui poſſit.

3 ¶ Cum quidam incendium y fundi z allegaret, & remiſſionem deſideraret, ita ei reſcriptum eſt: Si prædium coluiſti, propter caſum incendij repentini, non immeritò ſubueniendum tibi eſt.

4 ¶ Papinianus lib. 4. Reſponſorum ait:

SI vno anno remiſſionem quis colono dederit ob ſterilitatem: deinde ſequentibus annis contigerit b vbertas, nihil obeſſe domino remiſſionem, ſed integram penſionem, etiam eius anni, quo remiſit, exigendam c. hoc idem & in vectigalis d damno reſpondit. Sed ‖&‖ e ſi verbo donationis f dominus ob ſterilitatem anni remiſerit, idem g erit dicendum, quaſi non ſit donatio h, ſed i tranſactio. Quid tamen, ſi nouiſſimus erat annus ſterilis k, in quo

a ſic enim appellatur, *l.24. in fin.* ⁊. *eod.* vel conducti, *Inſtit. eod. in princ.* cui opponitur ex locato. *Inſt. eod.*

b Locator ædes cōductori præſtare idoneè debet, hoc eſt, ad eum vſum, ad quem locatæ & conductæ ſunt.

c Idem in conductore ad longum tempus, *Aretinus conſ.111.* non idem eſt in Emphyteuta: *idem conſ.55. Bal. in l.1. in ſecunda differentia, C. de iur. Emphyteutico*: & vſufructuario, *l.7. §.2.* ⁊. *de vſufructu.*

d Locarium, quod datur in ſtabulo & taberna vbi conſiſtunt. Varro 4. *de lingua.*

e *Calamitas* propriè culmorum.

f Graculi, quod gregatim paſcuntur Varro 4. *de lingua*: à voce tamen ſibi familiari graculos dictos notat Fabius 1. *cap.6.*

g Volitant enim gregatim graculi Varro *de re ruſtica.* 12. *Iſid.* 7. & Aratus ait, φῦλα, κολοιῶν φοιτώμενοι ἀγέληδὸν. nec igitur eſſe μαλακοκρανεῖς qui non ſunt συναγελαστικοὶ. adde inter cæteras ſegetum calamitates, paſſerum & gruum agmina: murium & locuſtarum ſimiliter. *v. l.18. C. eod.* Cuiac. 15. *obſeru.* 28. Cottam *in memorabilibus in dictione Graculorum.*

h Penſionis remiſſio conductori fit, non ſolùm ob caſum vi diuina contingentem, ſed etſi vi humana aliquid accidat: vi humana, puta incurſu hoſtium, *vt hic.* qui caſus ſummè notandus eſt, niſi fortè, damnum ab hoſtibus illatum, leue ſit, vitia alia naturalia, accidentia, ſolita, inſolita, magna, parua.

i Colono non remittitur penſio ob vitia ex ipſa re naſcentia.

k Ita videtur diſtinguendum: *coacuerit. Si raucis, aut herbis ſegetes corruptæ ſint, ſed etſi labes facta ſit, &c.* vt prius illud vitium corruptarum raucis vel herbis ſegetum, ad damnum coloni non pertineat. Tametſi defendi poſſe videatur, id genus vitij, quaſi negligentiæ coloni adſcribi poſſe, qui raucis vel herbis, agrum ſuum non purgauerit: vt meritò id vitium eius damno eſſe debeat. Ita fiet remiſſio penſionis ob ſterilitatem, non ob fructuum vitia.

l id eſt vermiculis quibus ſegetes obnoxiæ ſunt, 17. *Plin.* 18. Alciatus repoſuit *erucis.* A raucis diuerſæ ſunt volucres, ſalictis, pampinis & vuis infeſtæ. v. Cuiac 15. *obſeru.* 28. Cottam *in memor. in voce Rauca.*

m hic à Græcis inter herbas noxias numeratur ἄγρωστις, & ὀσπροχέων. Cuiac. *ad Afric.* de auena, v. Cottam *in memor. voce* auena. de tribulis, *v. eundem in voce Tribuli.*

n v. quæ notaui ad *l. vlt.* ⁊. *eod.*

o non partem tantum *v. §.* [illegible] *§.5.* ⁊. *eod.*

p Colonus ſemen præſtare: hoc eum, ſuo ac proprio frumento fundum ſerere cogi in dubio intelligitur.

q v. Hot. 4. *obſeru.* 7.

r id eſt rubigine ſiue rubellione. Fit autem ex rore concreto ad ſolis auroram, ſilente cœlo Græci ἐρυσίβην de qua Orpheus. ἢ αἰθέριον ἐρυσίβην ἢ τὸ κατ᾽ οὐρανόθεν πιαμένη περὶ καρπὸν ἐρυθρήν. Ἀμφὶ περισταχύεσσι [illegible] κάθηται. Vredo verò, de qua v. Cottam *in memorabilibus, in voce vredo*; ex rore putrefacto, ſi in ſegetibus: ſi in vineis carbunculus dicitur, ſiue nebula aeris, 18. *Plin.* 29. Galli *nielam*, quaſi nebulam vocant. de rubigine ſic Horatius 1. *Carmin.* Nec peſtilentem ſentiet Africum, fœcunda vitis nec ſterilem ſeges rubiginem. Hinc robigalia dicta & Robigus cui publicæ feriæ fiebant ad 7. Kal. Maii, & cui, vt deo (deam facit Aug. 4. *de ciuitat.* 21.) ſacrificabatur canis, Ouidius 4. *Faſt.* ne rubigo occuparet ſegetes Varro 5. *de lingua Latina, idem de re ruſt.*

ſ *v. l.17. C. eod.*

t *l.13. §.7.* ⁊. *eod.*

u Laſciuia militaris frequens.

x Chaſmate, *v. l.11. §.5.* ⁊. *de minorib.*

y Quid ſi peſtem regioni accidiſſe quis conqueratur? Quid ſi vitioſi fructus redditi? v. Hippolyt. de Marſiliis *ſingulari* 85.

z id eſt fructuum pendentium. An & eorum qui à ſolo ſeparati, in area ſunt nondum triturati: ſic putat Fulgoſius. v. Catel Cottam *in verbo*, conductor.

a niſi conductor ita renunciarit conductioni ſine cauſa etiam iuſta, & omnibus exceptionibus, per quas releuaretur à penſionis ſolutione, & omni legum auxilio, iurans, &c. quod memoria notandum eſt aduerſus publicanos & vectigalium conductores: v. Cottam *in memorabilib. in dictione, conductor.*

b *v. l.8. C. eod.*

c *v. l.4.* ⁊. *de ceſſion. l.6. §. remiſſa.* ⁊. *de offic. præſid.*

d Penſio ob ſterilitatem remittitur vectigali ſeu Emphyteuticario Reip. *vt hic*, at non emphyteuticario priuati, de quo in *l.1. C. de iur. emphyt.*

e v. quæ ſcripſi ad *l.14. C. de don. inter vir.*

f Argumentum à priuato conductore ad publicum vectigalium conductorem.

g Donandi verbo interdum non donatio ſed tranſactio intelligitur. Qui dicit, *dono*, non ſemper donat, *vt hic.* Sic qui indebitum naturaliter, vt & ciuiliter ſciens ſoluit, donat, etiamſi dixerit *ſoluo*, non *dono.* Cur hic impropriè accipitur verbum *donandi*? nempe quia additum fuit à locatore, id ſterilitatis cauſa donari.

h vt verba contractuum pro rei qualitate contra proprietatem verborum intelligantur, *l.29.* ⁊. *eod.*

i Verba contractus ex eius natura, vti & ſubiecta materia intelligere debemus.

k Quid, ſterilitas quæ eſt? quoties ſi mercedem præſtaret conductor, deceptus

ei remi

SGCB2021

ei remiſeris? verius dicetur, etſi ſuperiores vberes fuerunt,& ſcit locator non debere eum ad computationem vocari.

5 ¶ Cùm quidam de fructuum exiguitate *a* quereretur, non eſſe rationem eius habendam, reſcripto Diui Antonini continetur. Item alio reſcripto ita continetur. Nouam rem deſideras,vt propter vetuſtatem *b* vinearum remiſſio tibi detur.

6 ¶ Item *c* cùm quidam naue amiſſa, vecturam, quam pro mutua *d* acceperat, repeteret, reſcriptum eſt ab Antonino Auguſto, non immeritò procuratorem Cæſaris ab eo vecturam repetere *e*, cùm munere vehendi fructus *f* non ſit. quod in omnibus perſonis ſimiliter obſeruandum eſt.

7 ¶ Vbicunque tamen remiſſionis *g* ratio habetur *h* ex cauſis ſupra *i* relatis, non *k* id, quod ſua intereſt conductor, conſequitur, ſed mercedis exonerationem *l* pro *m* rata: ſupra *n* denique damnum *o* ſeminis ad colonum (pertinere) declaratur.

8 ¶ Planè ſi fortè dominus frui non patiatur, vel cùm ipſe locaſſet, vel cùm alius alienum, vel quaſi procurator, vel quaſi ſuum, quod intereſt, præſtabitur, & ita Proculus in procuratore reſpondit *p*.

9 ¶ Interdum ad hoc ex locato agetur, *vt quis locatione liberetur*. Iulianus lib. 15. digeſtorum ſcripſit: vtputa Titio fundum locaui, iſque pupillo herede inſtituto *q* deceſſit: & cùm tutor conſtituiſſet abſtinere *r* pupillum hereditate, ego *ſ* fundum pluris locaui: deinde pupillus reſtitutus *t* eſt in bona paterna *u*, ex conducto nihil *x* amplius eum conſecuturum, quàm vt locatione liberetur. mihi enim iuſta cauſa fuit locandi *y*.

16. *Iulianus* lib. 15. Digeſtorum.

Cum eo tempore in pupillum actiones nullæ darentur.

17. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

Tutelæ tamen cum *z* tutore iudicio (inquit) aget, ſi abſtinere non debuit.

18. *Iauolenus* lib. 15. Digeſtorum.

In quo inerit etiam hoc, quod ex conductione fundi lucrum *a* facere potuit.

1. De vitio rei. 2. de inſtrumento fundi locati. 3. De pacto vt locator certum modum frumenti certo pretio acciperet. 4. De adiectis. 5. vel illatis ab inquilino tollendis. 6. De eo qui penſionem prærogauit: aut plus quàm debuit ſoluit. 7. De muliere quæ in naui peperit. 8. De herede. 9. De morte conductoris. 10. De morte legati Cæſaris & ſalario comitum.

19. *Vlpianus* libro 32. ad Edictum.

Sed addes hoc Iuliani ſententiæ, vt, ſi colluſi ego cum tutore, ex conducto tenear in id, quod pupilli interfuit.

1 ¶ Si quis dolia *b* vitioſa ignarus locauerit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id quod intereſt. nec ignorantia eius erit excuſata. & ita Caſſius ſcripſit, aliter atque ſi ſaltum *c* paſcuum locaſti, in quo herba mala *d* naſcebatur: hic enim ſi pecora vel demortua ſunt, vel etiam deteriora facta, quod intereſt, præſtabitur, ſi ſciſti: ſi ignoraſti, penſionem non petes, & ita Seruio, Labeoni, Sabino placuit.

eſſet vltra dimidiũ iuſti pretij, arg. *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

a i. de modico damno *l. 25. §. 6. ĩ. eod.*

b id enim colono imputandum magis quàm in eo ſubleuandus eſt. arg *l. 22. in fin. ĩ. de negotiis.*

c v. Cuiacium 3. *obſ. 1.*

d v *l. 34. in fin. ĩ. de legat. 3.* & apud Cæſarem *tertio de bello ciuili.* pro innecto nauta acceperat, &c. *Haloan.* præ manu ἐν προχρείᾳ, vel προχρείᾳ & ita Græci, Harmenop. 2. Tit. 14. §. 1. Author *Synopſi: Baſil. 20. Tit. 1. c. 5. in l. 2. C. de frumento vrbis Conſtantinopolitanæ, & in l. 49. §. ſeruus, ĩ. de ſtatulib.* Theodorus Hermopolites, ad *l. 1. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt.* Mutuum dicitur *in d. l. 2.* in anteceſſum Lacini dicerent. adde Cuiac. *3. obſ. 1.*

e Imò non repetit. *v. l. 59. infr. eod.*

f Caſus contingens operas præſtanti, condictionem inducit ei, qui mercedem prorogauit.

g colono faciendæ.

h i. propter inſperatam, improuiſam, & inopinatam calamitatem. dixi *l. 43. inf. de damno.*

i Penſionis remiſſionem colonus impetrat, ob fructuum ſterilitatem, *vt hic.* impetrat quoque remiſſionem, ſi fundus chaſmate periit *l. 15. §. 3. ſ. eod.*

k Id quod intereſt excedit mercedis exonerationem. l vt ita reputetur. adde *l. 8 ſupr. eod.* & ſic conductor propter caſum non agit ad intereſſe, ſed ad exonerationem mercedis.

m pro rata, *ſub.* temporis & conductionis. Eſt igitur *pro ratæ*, hic, pro ea parte temporis, qua conductor & colonus fuiſti.

n *§. 2. verſ. ſed & ſi labes. ſupr. eod.*

o Seminis damnum ſemper ad colonum pertinet, quantamcunque ſterilitatem paſſus ſit. non pertinere Hotomannus. 4. *obſer.* 21.

p Quid reſpondit? eum ſc. qui tanquam procurator aliquid efficiat, cum non ſit, in quod intereſt teneri *Bart.*

q Conductio deſcendit in heredem etiam pupillum.

r Abſtinendi beneficium, de quo *v. C. ſi minor vt ſe abſtineret.*

ſ Locatam rem vni, poſſum alteri iuſta ex cauſa locare. Iuſta cauſa hæc eſt. Titio fundum locaui. Titius filium eundemque pupillum heredem inſtituit: pupillus hereditate patris abſtinuit tutore authore. Cum id ita eſſet, fundum alteri locaui. Ab ea locatione, beneficio in integrum reſtitutionis minor reſtitutus eſt in bona paterna. quæritur an factam à me alteri locationem reuocare poſſit, aut certe, eo nomine ſi in me agere poſſit, quid conſequi debeat. Nihil amplius conſequetur, quàm vt locatione liberetur, vt eo iure, quòd pluris ſecundo locaui ne quidem conſequatur, cum eo abſtinente, iuſta locandi alteri cauſa fuerit. Hunc in modum reſtitutus minor non reſcindit ea quæ à tertio legitime facta ſunt.

t vide *l. 1. 2. C. ſi vt omiſſam hæredit.*

u hinc dubitandi ratio oritur. Quippe minore reſtituto, omnia iura defuncti videntur ei reſtitui, eáque lege Ius locationis defuncto adquiſitum.

x Locator iuſtè rem alteri locare poteſt, quoties in primum conductorem nullam habuit actionem, *vt hic, & l. 16. inf. eod.*

y *l. 24. §. 4. l. 30. l. 33. inf. eod.* eóque caſu re non integra, minor reſtitutionem inutiliter poſtulat *l. 24. §. 2. ſ. de minoribus.*

z *l. 7. C. arbitrium tutel.*

a facit *l. vlt inf. de admin. tut.*

b vide *l. 6. §. 4 ſup. de act. empt.*

c Saltus, locus paſcuus, & paſtionibus accommodatus, vt dixi ad *l. creditor. 52. ſ. de action. empt.* vnde hic, Saltus paſcuus & alibi ſaltus paſtioneſque *l. 8. ĩ. de inſtruct.* ex his per greges & paſtiones fructus percipiebantur, *l. 9. ĩ. de inſtructo. l. 51. ſupr. de vſufr.* Imo & ex venatione *l. 62. ſ. de vſufructu.* hinc ſaltuenſes fundi principis, nemora paſtioni deputata & locari ſolita. *C. de fundis patrimonialib. & ſaltuenſ.* Saltuarius, ſaltus cuſtos *l. 12. §. Saltuarium, ĩ. de inſtructo.* Horum ſaltuum alij æſtiui, alij hyberni *l. 63. ĩ. de leg. 3. l. 3. §. Saltus. l. 44. ſupr. de adquir. poſſ. l. 1. §. æſtiua. inf. de aqua quotid.*

d peſtibilis vel lethifera, *l. pen. C. de ædilitiis actionibus.*

2 ¶ Illud *a* nobis videndum eſt, ſi quis fundum locauerit: quæ ſoleat inſtrumenti *b* nomine conductori præſtare, quæque ſi non præſtet, ex locato teneatur. & eſt epiſtola Neratij ad Ariſtonem, dolia vtique colono eſſe præſtanda, & prælum, & trapetum *c*, inſtructa funibus; ſi minùs, dominum inſtruere ea debere. ſed & prælum vitiatum, dominum reficere debere: quod ſi culpa coloni quid eorum corruptum ſit, ex locato eum teneri, fiſcos *d* autem, quibus ad premendam oleam vtimur, colonum ſibi parare debere ‖ Neratius ſcripſit. ‖ quòd ſi regulis *e* olea prematur, & prælum, & ſuculam *f*, & regulas, & tympanum *g*, & trochleas, quibus releuatur prælum, dominum parare oportere, item ‖ aenum, in quo olea calida aqua lauatur vt cetera vaſa olearia, dominum præſtare oportere. ſicuti dolia vinaria: ‖ quæ ‖ ad præſentem vſum colonum picare oportebit: hæc omnia ſic ſunt ‖ accipienda, ‖ niſi ſi quid aliud ſpecialiter actum ſit.

3 ¶ Si dominus exceperit in locatione, *vt h frumenti certum modum certo pretio acciperet*, & dominus nolit frumentum accipere, neque pecuniam ex mercede deducere, poteſt quidem totam ſummam ex locato petere: ſed vtique conſequens eſt exiſtimare, officio iudicis hoc conuenire, habere rationem, quanto conductoris intererat, in frumento potius, quàm in pecunia ſoluere penſionis exceptam portionem. ſimili modo, & ſi ex conducto agatur, idem erit dicendum.

4 ¶ Si inquilinus, oſtium, vel quædam alia ædificio adiecerit, quæ actio locum habeat? Et eſt verius, quod Labeo ſcripſit, competere ex conducto actionem *vt ei tollere liceat*: ſic tamen, vt damni infecti caueat, ne in aliquo, dum aufert, deteriorem cauſam ædium faciat: ſed vt priſtinam faciem ædibus reddat.

5 ¶ Si inquilinus arcam æratam *k* in ædes contulerit, & ædium aditum *l* coanguſtauerit dominus: verius eſt, ex conducto eum teneri, & ad exhibendum actione: ſiue ſcit, ſiue ignorauerit. officio enim iudicis continetur, vt cogat eum, aditum *m* & facultatem inquilino præſtare ad arcam tollendam, ſumptibus ſcilicet locatoris.

6 ¶ Si quis, cùm in annum habitationem *n* conduxiſſet, penſionem totius *o* anni dederit, deinde inſula poſt ſex menſes ruerit, vel incendio conſumpta ſit, penſionem reſidui temporis, rectiſſimè Mela ſcripſit, ex conducto actione repetiturum *p*: non quaſi indebitum condicturum. non *q* enim per errorem dedit plus, ſed vt ſibi in cauſam conductionis proficeret. aliter atque ſi quis, cùm decem conduxiſſet, quindecim ſoluerit. hic enim, ſi per errorem ſoluit, dum putat ſe quindecim conduxiſſe, actionem ex conducto non habebit, ſed ſolam condictionem; nam inter eum qui per errorem ſoluit, & eum, qui penſionem integram prorogauit *r* multum intereſt.

7 ¶ Si quis mulierem vehendam naui conduxiſſet, deinde in naui infans natus *ſ* fuiſſet, probandum eſt, pro infante nihil deberi, cùm neque vectura eius magna ſit, neque *t* his omnibus vtatur, quæ ad nauigantium vſum parantur.

a v. Forcatulum *cap. 11. Penus.*

b Locans vineam vel oliuetum, vel aliud prædium, cõductori præſtare omnia inſtrumenta debet neceſſaria colono ad fructus percipiendos & vindemiam faciendam, et ſi ea non præſtet, teneatur ex conducto actione, *vt hic.* Secus in venditore *l. fundum mihi 7. ſ. de act. empt.*

c mola eſt olearia. *Virgil. in Georg.* venit hyems, teritur Syconia bacca trapetis. Varroni 4. *de lingua*: Trapetes, molæ oleariæ. v. Budæum, Cottam *in memorabilib. in dictione, trapetum.*

d intrita oliua nouo fiſco includitur, & prælo ſubiicitur. v. Columellam, Budæum, Cottam *in dictione, fiſcus.*

e malè *regulis* quidam legunt, nam mox additur *regulas.* Regula eſt inſtrumentum, ad oleum conficiendum paratum, *Columella* 1. aut regulis (inquit) ſi conſuetudo regionis, aut certè nouis fiſcis exprimi debent. *Idem*, oleam frangito, eámque vel in regulas, vel in nouos fiſcos adiicito, v. Budæum, Cottam *in memorabilibus in dictione* regula.

f machinam tractorij generis artemoni ſimilem. Cato *de re ruſtica.* in inſtrumento torcularis, tradit eſſe debere ſucculas quinque, funes ductorios quinque, trochleas decem, v. Budæum, Cottam *in memorabilibus in voce Sucula.*

g eo vtimur hodie ad calcem, lapidem, & cæmenta in magnificis ædificiis ſubminiſtranda ad formam totæ: quæ à calcantibus verſatur: v. Cottam *ibidem in dictione tympanum*: Budæus, machinam hauſtoriam interpretatur, quæ dum verſatur, aquam, adnexis permultis modiolis, haurit, & iterum circumacta effundit.

h Pactum vt colonus det locatori certam quantitatem fructuum certo pretio, non adſtringit ipſum locatorem, vt eam quantitatem inuitus recipiat: cogit tamen, vt tantùm è penſione remittat, quantum interfuerit conductoris fructus potius ſoluiſſe, quàm pecuniam numeratam.

i Conductor feneſtras, oſtia, & ſimilia domui conductæ à ſe adplicita ſi vult, tollere poteſt, *l. in fundo 38. ſ. de rei vind.* Si non vult tollere, expenſas à locatore recipit *l. dominus 35. §. 1. ĩ. eod.* aut tanto minus ex penſione ſoluit *l. 1. §. 3. verſ. quicumque. ĩ. de via publ.* Inuito tamen locatore, ſuperiora ſic adplicita ædificio, alteri vendere non poteſt *l. habitator 59. ſ. de rei vind. l. ſed ſi quid inædificauerit 15. ſupr. de vſufr.*

k ita *Hal.* cameram arcuatam. *vulgat.* confornicatam. *Budæus*, concameratam, *al.* Camerum Feſto, eſt Curuum.

l Locator conductori ædium ſeu inquilino aditum præſtare debet, ad res ſuas inductas exportandas: alias de damno infecto cauere cogitur.

m *l. 27. ĩ. eod.* alioqui videretur dominus inquilinum migrare prohibere *l. 33. 34. infr. de damno.*

n vel balneum *Ecl. c. 33.*

o Conductor penſionem initio ſoluere non tenetur, ſi tamen initio ſoluerit, & poſt re conducta frui non poterit, ſolutum repetet actione conducti: Si plus penſione ſoluerit, indebiti condictione. Cur non initio ſoluitur penſio? quia ante vſum ſolueretur. Ita notanda ac deteſtanda quorundam fœneratorum ratio eſt, qui vſuras, in ipſo momento & limine mutui fœneratitij à debitore recipiunt.

p *l. 30. §. 1. ĩ. eod.*

q optima ratio *l. 21. §. 1. ſ. de inofficioſo.*

r ante diem erogauit *vt l. 53. ſ. de pactis. l. 4. §. 1. ĩ. de manumiſſionib.*

ſ idem è contrario, ſi mortuus ſit in naui aliquis *l. vlt. ſ. de Rh.* vt ſi nati infantis & mortui eadem ratio.

t Caſtrenſis has addit rationes, quòd vectura ſoluatur pro impoſitis tantùm rebus: infantem in hac ſpecie nunquam fuiſſe impoſitum, licet mater impoſita fuerit. Deinde infantem, per id tempus quo per matrem lactatur, vnum & idem corpus cum matre æſtimari.

a *l.10.l.29.l.34. C.eod.*
b νοταίειος *Eclo. 2.c.15.in fin.*
c Locat artifex operam ſuam *l.22. §.2.ꝭ.eod.* & mercedem accipit: conductor mercedem præſtat. His cognitis, ſenſus hic fuerit: Locatorem operarum mercedem pactam atque conuentam à conductore accipere, ſi per ipſum conductorem ſteterit, ne opus perficeretur.
d Locans alteri fundum à colono ſuo deſertum, non poteſt experiri aduerſus primum colonum, qui eum fundum deſeruit. Cur ita? quia qui locat ſecũdo, damnum, non patitur, & ita Bartolus, Fulgoſius, Iaſon cenſent: licèt aliud Caſtrenſis noter in *l. 28.§.2.ꝭ.eod.*
e adde *l.16.ꝭ. de offic. præſid.* adde Ciceronem II. *ad Atticum* I. & 2. *Verrina.*
f *l.4. ſup. de offic. aſſeſſ.*
g finguntur enim ſeruiiſſe, cùm per eos non ſteterit quominus ſeruirent.
h duobus cùm eodem tempore ſeruire non poſſint, à duobus ſalarium non accipient. lex enim non poteſt fingere ſuper caſu impoſſibili. *Har.* nam vbi non poteſt cadere veritas, ibi non cadit fictio, *v.l.8.§.2. inf. de optione.* quin etiam ceſſat eorum damnum ſeu intereſſe cùm alij ſeruiuerint *v.Iaſ. d. l.4.ꝭ. de offic. aſſeſſ.*
i *§.4.Inſt.de empt. & vend.*

8 ¶ Ex conducto actionem etiam ad a heredem tranſire palam eſt.

9 ¶ Cùm quidam exceptor b operas ſuas locaſſet c, deinde is, qui eas conduxerat, deceſſiſſet, Imperator Antoninus cum Diuo Seuero reſcripſit ad libellum exceptoris, in hæc verba: Cùm per te non ſtetiſſe proponas, quo minùs locatas operas Antonio Aquilæ ſolueres, ſi d eodem anno mercedes ab alio non accepiſti, fidem contractus impleri, æquum eſt.

10 ¶ Papinianus quoque libro quarto reſponſorum ſcripſit.

Diem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus e reſidui f temporis præſtandum g: modò ſi h non poſtea comites cum aliis eodem tempore fuerunt.

De conditione. 1. De donatione. 2. De emptore conducente. donec pretium ſoluat.

20. *Paulus* lib. 34. ad Edictum.

Sicut emptio i, ita & locatio k ſub conditione l fieri poteſt.

1 ¶ Sed donationis m cauſa contrahi non poteſt.

2 ¶ Interdum locator non obligatur n, conductor obligatur. veluti cum emptor fundum conducit, donec o pretium ei ſoluat p.

21. *Iauolenus* lib. II. Epiſtolarum.

Cvm venderem fundum, conuenit, *vt donec* q *pecunia omnis perſolueretur, certa mercede emptor fundum conductum haberet*, an ſoluta pecunia, merces accepta fieri debeat? reſpondit. Bona fides exigit, vt, quod conuenit, fiat r, ſed non amplius præſtat is venditori, quàm pro portione ſ eius temporis, quo pecunia numerata non eſſet.

De eo quod datur faciendum. 2. De eo qui inſulam ſua impenſa faciendam conduxit. 3. De quantitate penſionis.

22. *Paulus* lib. 34. ad Edictum.

Item t *ſi pretio non ſoluto inempta res facta ſit.* tunc ex locato erit u actio.

1 ¶ Quotiens autem faciendum aliquid datur, locatio eſt.

2 ¶ Cùm inſulam ædificandam loco, *vt ſua impenſa conductor omnia faciat*, proprietatem x quidem eorum ad me transfert, & tamen locatio eſt. locat enim artifex operam ſuam y, id eſt, faciendi neceſſitatem z.

3 ¶ Quemadmodum in emendo, & vendendo, naturaliter a conceſſum eſt, quod pluris ſit minoris emere, quod minoris ſit pluris vendere, & ſita ſ inuicem ſe circumſcribere b: ita in locationibus quoque & conductionibus iuris eſt.

23. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris Epitomarum.

Et ideo prætextu minoris c penſionis, locatione facta, ſi nullus dolus aduerſarij probari poſſit, reſcindi locatio non poteſt.

De opere probando. 1. Si colonus locauerit. 2. De conductore deſerente prædium. 3. De his quæ præſenti die colonus præſtare debet. 4. Si colono frui non liceat. 5. De herede damnato, vt liberet conductorem.

24. *Paulus* lib. 34. ad Edictum.

Si in lege locationis comprehenſum ſit, *vt arbitratu* d *domini opus adprobetur.* perinde habetur, ac ſi viri e boni arbitrium comprehenſum fuiſſet. idémque ſeruatur, ſi alterius cuiuſlibet arbitrium comprehenſum ſit, nam fides bona exigit, vt arbitrium tale præſtetur, quale viro bono conuenit: ídque arbitrium ad qualitatem operis non a ad prorogandum tempus, quod lege finitum ſit, pertinet: niſi id ipſum b lege comprehenſum ſit. quibus conſequens eſt, vt irrita ſit adprobatio dolo c cõductoris facta, vt ex locato agi poſſit.

1 ¶ Si colonus locauerit d fundum, res e poſterioris conductoris domino non obligantur: ſed fructus f in cauſa pignoris manent, quemadmodum eſſent ſi primus colonus eos percepiſſet.

2 ¶ Si domus, vel fundus *in quinquennium* g *penſionibus locatus ſit*, poteſt dominus, ſi deſeruerit h habitationem, vel fundi culturam colonus, vel inquilinus, cum eis ſtatim i agere.

3 ¶ Sed & de his, quæ præſenti die præſtare debuerunt, (velut opus k aliquod efficerent, propagationes facerent) agere ſimiliter poteſt.

4 ¶ Colonus ſi ei frui non liceat, totius quinquennij nomine ſtatim l rectè aget: etſi reliquis annis dominus fundi frui patiatur m. nec enim ſemper liberabitur dominus, eo quòd ſecundo, vel tertio anno patietur, fundo frui. nam & qui expulſus à conductione, in aliam ſe coloniam n contulit, non ſuffecturus duabus, neque ipſe penſionum nomine obligatus erit, & quantum o per ſingulos annos compendij p facturus erat conſequetur. * ſera q eſt enim patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui colonus aliis rebus illigatus non poteſt. Quòd ſi paucis r diebus prohibuit, deinde pœnitentiam agit, omniáque colono in integro ſunt, nihil ex obligatione, paucorum ſ dierum mora minuet. Item vtiliter ex conducto agit is t, cui ſecundùm conuentionem non præſtantur, quæ conuenerant: ſiue prohibeatur frui à domino, vel ab extraneo, quẽ dominus prohibere u poteſt.

5 ¶ Qui in plures x annos fundum locauerat, teſtamento ſuo damnauit heredem, vt conductorem liberaret y: ſi z non patiatur heres, eum reliquo tempore frui, eſt ex conducto actio. quòd ſi patiatur, nec mercedes remittat, ex teſtamento tenetur.

De mercede collata in arbitrium alterius. 1. De venditione prædij locati. 2. De luminibus obſcuratis. De oſtiis vel feneſtris corruptis. 3. De officio conductoris. 4. De arboribus excisis ab inimicis conductoris. 5. Vel à conductore. 6. De vi maiore. De damno & lucro. 7. De fractione rei tranſportandæ. 8. De re amiſſa.

25. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

Si merces promiſſa ſit generaliter alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non videtur. ſin autem *quanti* a *Titius* b *æſtimauerit*, ſub hac conditione ſtare locationem, vt ſi quidem ipſe qui nominatus eſt, mercedem definierit, omnimodo, ſecundùm eius æſtimationem, & mercedem perſolui oporteat, & conductionem c ad effectum peruenire: ſin autem ille vel noluerit d, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo eſſe conductionem quaſi nulla mercede ſtatuta.

1 ¶ Qui fundum fruendum, vel habitationem alicui locauit, ſi aliqua ex cauſa fundum, vel ædes vendat, curare e debet, vt apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat f, alioquin prohibitus is aget cum eo ex conducto g.

a Arbitrium approbandæ obligationis qui habet, non poteſt prorogare terminum vel arctare. *Bart.*
b Hoc cùm accidit quid iuris ſit, v. Catt.Cot. *in memorabilibus in dictione, arbiter cui data eſt.*
c arbitrium dolo malo prolatum nullius eſt momenti.
d id enim poteſt, niſi aliud conuenerit *l.6.C.eo.*
e Locatori res inuectæ ſecundi conductoris non ſunt obligatæ pro penſione.
f Locator fructus coloni, pro penſione pignoris nomine retinere poteſt etiã ſecundi.
g in id tempus veteres ſolebant locare prædia: idque vocabatur luſtrum *l.4.§.1.ꝭ.de reb.cred. l.13.§.11.12.ꝭ.hoc tit. l.30.ꝭ.de leg. 3. l.67.in fin.ꝭ.de furt.* Imitatione luſtri publici, quo vectigalia luebantur, i. ſoluebantur. Varro 5. *de lingua.* Porro luſtrum illud non de quinquennio integro intelligitur, ſed de quanto exacto, & quinto ineunte.
h ſine iuſta cauſa ſc. *v.l.27.in fi.l.55. in fi.ꝭ.eo.* iuſta cauſa eſt, ſi vitium ſit in ipſa re conducta. Vt migrare neceſſitas ſit conductori: ſecus, ſi voluntaria migratio, vt ſi migrare velit quod vxorem duxerit, vel alia priuata vtili ate perductus.
i Locator etiam ſtatim agere poteſt aduerſus conductorem vel inquilinum habitationem deſerentem.
k vt in *l.14.l.21. C.eod.*
l Conductor etiam ſtatim agere poteſt vbi frui, vti non poteſt.
m Locator conductori non tantùm habere, ſed & pati eum perfrui cogitur.
n Colonia quid, vide in *l.2.§.23.inf. Ne quid in loco publico.*
o Id quod noſtra intereſt, ob non factum id quod fieri conuenit: & ad rem totam referetur, ſtatimque committitur. Ita conductor impeditus vti frui per locatorem, eúmve quem locator prohibere potuit, ſtatim agere poteſt ad remiſſionem penſionis, imò & ad id quod ſua intererit, hoc eſt ad lucrum, quod ex conductis ædibus facere potuit.
p ſeu lucri quod facturus erat relocando *l.18.ꝭ.eod.l.30.l.33.ꝭ.eod.l.35.in fin. inf.eodem.* q Sero offert, qui offert re non integra.
r Mora poteſt purgari intra paucos dies. *Bart.*
ſ Paucorum dierum mora non ſpectatur vel officit.
t vide *l.15.ſupr.eod.*
u aliud ſi non poteſt *d.l.33. in fin.*
x *l.32.inf.eod.* y vt *l.16.inf.de liberat.*
z Ex conducto actione agimus ad conductionis pacta ſeruanda: ex teſtamento actione, ad remiſſionem mercedis teſtamento nobis relictæ.

k ſocietas *l.6.C.pro ſocio.* l *Ecloga c.16.* m *l.46.ꝭ.eod.* n Claudicat interdum contractus vt in *l.5.l.41.ꝭ.mandati: l.13.§.29.ſupr. de act. empt.*
o vide *l.21 inf.eod.* i. lege commiſſoria *l.22. inf. eod.* quæ huic iungenda eſt, v.Cuiac.16.*obſ.21.*
p pretium exoluat. *Hal.* & meritò: quia illa penſio magis debetur pro pretio, quod non ſoluitur, quàm pro re: eóque caſu non ſoluto pretio, réque inempta, ex locato erit actio.
q *Donec* particula diſcretiua & diſtributiua temporis.
r *l.20.in fin.ſupr.eod.* vide *l.3.l.75.l.79.ſupr.contrah.empt.l.16.ſupr. de periculo. l.11.ſupr.de act. empt.*
ſ *l.1.ſupra de pactis.*
t i. Si pretio &c. Cuiac. *ibid.* & huius legis initium iungendum immediatè cum fine legis 20. *ſupr.eod.* quod Roberto diſplicet II *animad.2.* ſed Cuiacius defenditur ab Antonio Mercatore. I. *notator* II.
u non erit autem tibi in me ex conducto actio, vt frui liceat, quia finita ſimul conductio & emptio, eſt commiſſa per te, Cuiac. *ibid.*
x *l.5.§.2.infra eodem. de præſcr.* locator operæ, mercedem accipit *l.19.§.9. ꝭ.eodem.*
y quæ magis inſpicitur, quàm dominij translatio.
z Locator operarum neceſſitate adſtringitur ad faciendum.
a Naturaliter, hoc eſt, iure gentium, *l.16. in fin. ſupr. de minorib. l.8. Cod. de reſcind.*
b in quantitate ſc. *Ecl.c.16.* nam ſublata ſpe quæſtus, languet mercatus, Seneca: v.Robert.3.*ſent.12.in fin.* alias datur reſtitutio, eaque temperat *l.16.§.4.ꝭ.de minorib. l.2.4.8.10.11.C.de reſcin. l.3.C.comm. vtriuſque iudicij.* Quinimo hæc circumuentio iure quoque Canonico obtinet, *cap.pen.de emptione.* Hinc emptor viliore ſ comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes, ad emptionem accedere dicuntur *l.8.C.de reſcind.*
c *l.10.C.eod.* minor autem penſio non intelligitur, in qua deceptio eſt vltra dimidiam iuſti pretij, arg *l.2.C.reſcind.*
d Arbitrium variè ſumitur, vel vt iniquum æquo præferas *l.fideicomm.8.§. quanquam infr.de leg.3.* vel vt ſolennitatibus iuris ſis ſolutus *l.34.in fin.ꝭ.de teſt. milit.* vt voluntati morem geras *l.ſi quis maior, 41.C.de tranſ.*
e Arbitrij nomine continetur arbitrium boni viri *l.76.ꝭ.pro ſocio, l.7.ꝭ.de contrah. empt. l.75.ꝭ.de leg.1.l.44.ꝭ.de fideiuſſorib.* non aliter arbiter iudicare debet quam in ſe vellet iudicari, arg. *l.1.inf. de ſolutionib.*

a certum pretium locationis vt venditionis eſſe debet. Quid? pretium ita conſtitutum, *quanti Titius æſtimauerit*, éſtne certum? Quibuſdam videtur certum eſſe, accipientibus hæc verba pro boni viri arbitrio, quod ſemper eſt certum, & emptionem locationémque valere, etiam pretium non definiente Titio *l.1.ꝭ.de leg.2.* Sanè boni viri arbitrium certum eſt: quia & ipſa æquitas. At taxatio pretij certi non apparet, antequàm eam definierit aliquis. Itaque taxari quantitatem in venditione & locatione exigimus omni modo, & ob id videtur irrita eſſe venditio pretium non definiẽte Titio, quod Iuſtinianus probat magis *l.vlt.C.de cont.empt. l.35.§.1.ꝭ.de contrah. empt.*
b adde *l.vlt. C.de contrah.empt.*
c Eadem verba Iuſtiniani extant in *C.de contrah empt.* Vt ea collatione liqueat Tribonianum hic Gaio tribuere verba Triboniani, & alioqui loquendi modus ſatis authorem prodit.
d vide *l.44.inf.de verb. oblig.*
e Locatoris ſucceſſor ſingularis, non tenetur ſtare eius colono, de quo plura vide hic apud Baldum.
f *l.9.C.eod. Ecloga c.24.* adde *l.vlt.inf. de iure fiſci.*
g adde *l.12. in fin inf.de vi & vi.*

2 ¶ Si

2 ¶ Si, vicino ædificante, obſcurentur *a* lumina cœnaculi, teneri locatorem inquilino. certè quin liceat *b* colono, vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio eſt: de mercedibus quoque, ſi cum eo agatur, reputationis ratio habenda eſt.

¶ Eadem intelligimus, ſi oſtia *c* feneſtráſve nimirum corruptas locator non *d* reſtituat.

3 ¶ Conductor omnia ſecundum *e* legem conductionis facere debet, & ante omnia colonus curare debet, vt opera *f* ruſtica ſuo *g* quoque tempore faciat, ne intempeſtiua *h* cultura deteriorem fundum faceret: præterea villarum curam agere debet, vt eas incorruptas *i* habeat.

4 ¶ Culpæ autem ipſius & illud adnumeratur, ſi *k* propter inimicitias *l* eius *m* vicinus arbores exciderit.

5 ¶ Ipſe quoque ſi exciderit, non ſolùm ex locato tenetur, ſed etiam lege Aquilia, & ex lege duodecim tabularum arborum furtim cæſarum *n*, & ex interdicto, *quod vi aut clam*: ſed vtique iudicis, qui ex locato iudicat, officio continetur, vt ceteras *o* actiones locator omittat.

6 ¶ Vis maior *p* quam Græci Θεȣ̃ βίαν *q* *id eſt, vim diuinam*, appellant, non debet *r* conductori damnoſa eſſe, ſi plus quàm tolerabile *ſ* eſt, læſi fuerint fructus *t*. alioquin *u* modicum *x* damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. apparet autem de *y* eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit: alioquin partiarius *z* colonus, quaſi ſocietatis *a* iure, & damnum & lucrũ cum domino fundi partitur.

7 ¶ Qui *b* columnam tranſportandam conduxit, ſi ea, dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta ſit, ita id periculum præſtat, ſi qua ipſius eorũ *c* que quorum opera veteretur, culpa acciderit.* culpa autem abeſt *c*, ſi omnia facta ſunt, quæ diligentiſsimus quiſque obſeruaturus fuiſſet.

¶ Idem ſcilicet intellegimus, & ſi dolia, vel tignũ *d* tranſportandum aliquis conduxerit. Idémque ad cæteras *e* res transferri poteſt.

8 ¶ Si fullo aut ſarcinator veſtimenta *f* perdiderit, eóque nomine domino ſatisfecerit, neceſſe eſt domino vindicationem eorum, & condictionem cedere.

De operis duobus ſimul locatis.

27. *Vlpianus* libro 2. Diſputationum.

IN operis, duobus ſimul *g* locatis, conuenit priori *h* conductori ante ſatisfieri.

De demolitione partis ædium. 1. De conductore qui migrauit, vel non.

27. *Alfenus* lib. 2. Digeſtorum.

HAbitatores non, ſi paulò *i* minus commode aliqua parte cœnaculi vterentur, "ſtatim" deductionem ex mercede facere oportet, ea enim conditione habitatorem eſſe, vt, ſi quid tranſuerſarium *a* incidiſſet, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret, aliquam partem paruulam incommodi ſuſtineret: non ita tamen, vt eam partem cœnaculi dominus aperuiſſet, in qua magnam partem vſus habitator haberet.

1 ¶ Iterum interrogatus" eſt, "ſi quis timoris *b* cauſa emigraſſet *c*, deberet mercedem, nécne? Reſpondit: ſi cauſa *d* fuiſſet, cur periculum timeret, quamuis *e* periculum verè non fuiſſet, tamen non debere mercedem: ſed ſi *f* cauſa timoris iuſta non *g* fuiſſet, nihilominus debere.

De domo quæ vitium fecit. 2. Si inquilinus poteſtatem conducendi habuit.

28. *Labeo* lib. 4. Poſteriorum Epitomatorũ à Iauoleno.

QVòd ſi *h* domi *i* habitatione *k* conductor æquè vſus fuiſſet, præſtaturum.

1 ¶ Etiam *l* eius domus mercedem, quæ vitium feciſſet, "deberi *m* putat."

2 ¶ Idem *n* iuris eſſe ſi poteſtatem conducendi habebat, vt pretium conductionis præſtaret *o*. Sed ſi *p* locator conductori poteſtatem conducendæ domus non feciſſet, & is, in qua habitare, conduxiſſet; tantum ei *q* præſtandum putat, quantum ſine dolo malo præſtitiſſet *r*. ceterum, ſi *ſ* gratuitam habitationem habuiſſet *t*, pro portione *u* temporis ex locatione domus deducendum eſſe.

a Obſcuratis nimio plus ædibus conductis à locatore, poteſt inquilinus migrare.
b eo caſu ſcilicet.
c Locator oſtia ac feneſtras domus locatæ reficere ſuis impenſis cogitur.
d *l.10.§.2.ſup.eod.*
e *l.19.C.eo* §.6.*Inſt.eod.*
f fundi deterioris facti & cultura non exercitati, & ædificiorum non refectorum culpa arbitrio iudicis domino à conductore ſarciri poteſt, *Paul.2.ſent.18.§.vlt.*
g Colonus opera ruſtica ſuo quoque tẽpore facere debet, ac præterea villæ ita curam gerere, vt incorruptam habeat.
h Intempeſtiua dicuntur, quæ ſuo tempore non fiunt.
i *l.11.§.2.ſup.eod.*
k Culpa coloni ipſius fieri videtur, quod eius inimicus fecit in fundo conducto.
l *l.11.§.3.ſup.eod. Ecl.c.25. l.66.infr. ſoluto.l.20.ſup.com. diuid.* culpa autem debetur, *l.52.§.4.in fin.ſup.pro ſocio.*
m non patriæ, non latronum. *Bart. hic.*
n in duplum, *l.7.in fin.infr. arbor furtim caſ.*
o *v.l.130.inf.de regulis iuris.*
p ſic appellatur, *l.7.§.2.ſup. eod.* à Cicerone 2. *de inuentione.* Plinio 18.*c.28.in fin.* Columella 1.*c.71.* Seneca 1. *de beneficiis pen.* fatum, *l.11.§.5.ſupr.de minor.* fatale damnum, vis magna *l.2. in fin.ſupr.de periculo*: ratio, ſeu caſus qui vim habeat diuinam, *l.24.§.4.infr.de damno.* vis tempeſtatis calamitoſæ. vis cui reſiſti non poteſt, *l.15.§.2.ſupr.eod.*
q ἐκ τῆς λεγομένης θεομηνίας *Ecl.c.26.* vt & Harm.13.*tit.8.* vtroque loco ſic exprimitur hæc ſententia. Qui pecunia conduxit, damnum immodicum, quod frugibus accidit vi maiore & ea quæ θεομηνία dicitur, nequaquam agnoſcit, ſed modicum dumtaxat. At partiarius colonus quaſi iure ſocietatis, lucrum & damnum cum domino fundi partitur.
r Cur non debeat: nonne ſtatim vt res vendita eſt periculum ad emptorem pertinet? nonne locatio ſimilis emptioni? *l.1.§.2.ſup.eod.* Reſpondeo: ſi fructus futuri vendantur, nec naſcantur, pretium non debetur, *leg. 8.ſup.de contrah. empt.* qui fundum conducit, fructus eius emere videtur. idcóque ſi non naſcantur, non debetur penſio. *Bartolus.*
ſ Intolerabile damnum eſt ne vltra dimidium iuſti pretij, vt vult Iacobus de Aretio: an verò cum colonus ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedes præſtare cogitur, *l.15.§.2.ſup.eod.* an potius cum nihil supereſt colono deducta impenſa, *l.7.inf.ſoluto*: vt vult Bartolus? Poſtrema hæc opinio æquior videtur.
t quorum æſtimatio inibitur, non à die ſterilitatis, ſed contractus habiti. arg. *l.8.C.de reſcind.vend.*
u Penſionis remiſsio non fit ob modicum damnum.
x Iuſta hæc eſt exceptio locatoris aduerſus conductorem, quemadmodum ſi vim maiorem colonus in ſe ſuſcepit, *l.9.§.2.* ſi fundum deſeruit, *l.15. in fi.l.16.* ſi altero anno vbertatem colonus ſenſit, *l.15.§.4.ſupr.eod.*
y Colonorum alij ad pecuniam numeratam conducunt, alij partiarij ſunt, & partem fructuum præſtant, *vt hic.* z *Partiarius colonus* eſt, qui non pecuniam præſtat locatori, ſed fructuum partem. Plin. *9.Epiſt.* Non nummo, ſed partibus locaui. Hic γεωργὸς μορτίτης à μόρτη quæ fructuum eſt partitio, *6.Har. in Georgicis, 1.§.20.* Idem ἡμισιαςὴς *ibi* §.24. fortè quod medias fructuum præſtaret domino, qui ibidem χωροδότης, fundum colendum præſtans. Hic verò partiarius μεριζόμενος μισθωτὸς auctori *Synopſeos* dicitur *eod.c.26.*
a vt eo caſu ſeruetur hic idem quod in ſocijs, & ita hic contractus non tranſeat in heredem coloni, *l.4.in fin.l.5.ſuprà pro ſocio.* Igitur ſi conuentio talis ſit, vt dominus partiarium admittat colonum, quaſi ſocietas: ſi vt mercedem in pecunia accipiat, vera locatio: ſi vt mercedem in frumento, vino, aut oleo habeat, erit contractus, do, vt des, vel facias. *Bart.* b Architectus culpam operariorum ſuorum præſtat. c Culpa caret qui ea fecit quæ diligens faceret, *l.31.ſuprà ad l.Aquil.*
d Græci videntur legiſſe *lignum* τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ πίθων καὶ ξύλων καὶ ἄλλων πραγμάτων, 3.*Harm.8.§.28.* Et tamen Hotomannus legit *ſignum* 4.*obſeruat.22.*
e tranſportandas ſcilicet.
f *l.60.§.2.infr.eod.l.7.in fin.ſuprà nauta.*
g ne dicas eodem tempore (alias hæc lex ſibi contraria eſſet, neuter prior eſſet) ſed ab vno & eodem homine, diuerſis tamen temporibus, id eſt, ſi eædem operæ & pluribus, &c. *Accurſ.*
h Prior in obligatione facti, potior eſt iure.
i modica incommoditas conductoris non inducit remiſsionem mercedis. *Bart.* Sed vt ſtatim cauſa idonea eſt conductor migrandi.

a Tranſuerſarium quidam hic exponunt, aduerſarium.
b *Inſtantis* præſertim, idque ſaltem ſpecie tenus. Eſt enim receptum, vt propter inſtantem ruinam impunè inquilinus migrare poſsit, *l.18.inf. de damno.* Talis eſt metus damni infecti, *l.13.§.6.inf.de damno.* ignis, *l.49.in fin. inf.ad l.Aquil.* exercitus, *l.13.§.7.ſupr.eod.* peſtis, *v.Bar.ad l.8.C.eod.* Memini me adoleſcente Ludouicum Sanctonium diſertiſsimum in foro Pariſienſi aduocatum curatorem, & cognatum meum, clienti cuidam ſuo remiſsionem penſionis impetraſſe, conquerenti, ſe propter ſpectra, idola, ſeu φάσματα domui conductæ infeſta, frui non poſſe. Mouebat, quod cum conductio emptioni ſimilis eſſet, conductio ſtatim in conductorem periculum rei locatæ transferre videretur: Ille hanc hypotheſim emptioni fructuum futurorum comparabat: qui ſi nulli exſtitiſſent, conſtabat nullam venditionem eſſe. Igitur, nullam hic conductionem eſſe, quod eiuſmodi ſpectra habitationem impedirent. Dicebam conductorem eo caſu non ferendum, qui ſibi ſponte metum accerſeret, cum conſtaret ex Plinio *epiſt.7. cap.27.* Athenodorum philoſophum Athenis minimè eas res expauiſſe, metum autem eum non eſſe conſiderandum, qui in conſtantem virum non poſsit cadere. Ille non exemplis, ſed legibus iudicandum eſſet: quinetiam illum vnicum Athenodorum proferri: non vnum aut alterum: Raros reperiri qui non talibus ſpectris occurrentibus expaueſcant. hinc liquere metum hic non minus verum eſſe, quod vnicus Athenodorus in hoc caſu talia ſpectra non reformidauerit. nec enim quæ ſemel vel iterum eueniunt, à legiſlatore conſiderari. ad hæc, dicebat argumentum feciſſe iudicibus quòd huiuſmodi ſpectris domus non modò, ſed & regiones deſertæ fuerint redditæ, vtebatur autem teſtibus omni exceptione maioribus, ſcriptura diuina ſcilicet, & *Mat.1. Marc.5. Luc.8.* locum ex Plineo iuniore citabat 27. *Epiſt.7.* proferebat pariter hiſtoriam vmbræ Samuelis, iuſſu Saulis euocatæ: & Auguſtini locum inſignem *ex libris de cura pro mortuis agenda.* quod eò lubentius adſcripſi, vt vel hoc loco bene merenti cognato, quondam curatori gratiã non immemoris animi qualem qualem referrem, quem ſumma & exacta iuris noſtri cognitio, vt & mores placidi & integerrimi, ad maiores pòſt honores, non in patria tantum Lutetiæ, ſed & apud ipſum patriæ patrem, hoc eſt Regem, commendatiſsimum, prouexerunt. His adde quæ ad hanc quæſtionem: An remiſsio penſionis vel emigratio peti poſſit ob peſtem, laruas & ſtrigas, quæ ſcribit Arnoldus Ferronus ad § 3. *conſuetudinum Burdigalenſium. Tit.de locato.* Chriſtophorus Porcus ad §.*vlt. Inſt.de locato.* Guido Papæ *Dec.630.* Vide etiam Gregorium 3. *Dialog.c.4.* Lucianum *in dialogo Philopſeude.* Alexandrum ab Alexandro 5.*genial.23.* Pauſaniam 2.*Eliacon.* vbi de Themenſibus. Ælianum 8.*de varia hiſtoria.* Leonicum 1.*de varia hiſtoria c.42.* Ita occulto Dei iudicio dæmonibus etiam prouinciæ totæ infeſtantur. Vide Auguſt.18. *de ciuit.18.* Greg.3.*Dial.21.* Thomam 1.*parte qu.114. art.1. & 4.* vide etiam 3.*Regum vlt.* Epiſtolam ad Epheſios *c.6.c.Epiſcopi 26.q.5.* Authorem Mallei maleficorum. Hanc etiam quæſtionem ſæpius agitatam in Prætorio Granatenſi refert Didacus Couarru.4.*Variar.6.*
c Conductor domus poteſt propter iuſtum metum emigrare: ita vt ea emigratione poſsit pro rata temporis penſionis remiſsionem petere.
d adde *l.1.§.4.inf.de migrando.* e in iuſto metu non conſideratur euentus, ſed iuſta opinio. f Conductor domus citra iuſtam metus cauſam emigrans, penſionis remiſsionem non impetrat. g *v.l.24.§.2.ſup.eod.* adde *l.9.ſup.quod met.cauſ.*
h Conductor domus ſi iuſtam emigrandi cauſam habens, non emigrauit, non conſequitur mercedis remiſsionem. ſibi enim imputare debet quod non emigrauit: quod denique vſus ſit ædibus à quibus emigrare propter iuſtum metum potuit.
i domus habitatione, &c. *Hal.* k mendum eſſe puto in his verbis; ſic itaque lego: *Et æquè, ac ſi domus habitatione conductor vſus fuiſſet, præſtaturum.*
l Conductor remiſsionem penſionis impetrat eius domus quæ vitium fecit.
m A quo? non à conductore, cui eo nomine ex conducto actio competit, *l.13. infr.de damno.* non à locatore, is enim mercedem conductori non præſtat, ſed ab eo accipit: Accurſius poſt Azonem monet hæc verba, *deberi putat*, eſſe cancellata in libro Iohannis, & bene. Ad hæc, particulam, *etiam*, non eſſe paragraphi initium in vulgata editione animaduerto, ſed principio huius legis omnino cohærere: ſi ita eſt, ſenſus erit, eum qui ſine iuſta cauſa emigrauerit, non minus debere penſionem, quam ſi ipſa re verè vſus ſit, vtcumque vel antea, vel poſtea contigerit eam domum vitium facere. antea, inquam; hoc enim ſibi imputare debet, qui ſciens vitioſam conduxit. *d.l.13.§.6.* poſtea verò, cum id poſt moram ſuam acciderit.
n Conductor remiſsionem penſionis non modò obtinet, quoties coactus emigrare aliam conduxit permittente locatore, ſed & id omne quod plus impedit in alia domo conducenda.
o præſtaret dominus. *Hal.* mendum hic eſſe ſuſpicor: ſic reſtitui poſſe puto. *Idem iuris eſſe, ſi p.c.h. vt è contrario pretium conductionis præſtaret locator, ſi conductori poteſtatem, &c.*
p Conductor coactus emigrare ex domo conducta, poteſt inuito locatore aliam conducere. Ea in ſpecie locator tenetur conductori tantum præſtare, quantum conductor ſine dolo malo alterius domus conducendæ cauſa, præſtiterit, *vt hic.* Quod ſi conductor aliam domum non conduxerit, ſed gratuitam habuerit etiam ab alio locator conductori nihil damni nomine præſtabit, ſed pro portione temporis quo conductor perfrui non potuerit, deducta ei ex penſione.
q id eſt conductori.
r id eſt quanti conducturus fuiſſet, arg. *l.65.§.7.ſup.de cond.indeb.*
ſ Facta emigratione ſcilicet, puta menſe Martio, cum à primo Ianuarij ad finem Decembris domum conduxiſſet.
t conductor ſcilicet idque ab aliquo ad finem Decembris.
u id eſt, pro decem menſibus, vt in hypotheſi quam attuli, non pro integro anno facit, *l.30.§.1.infr.eod.*

Sin*e*

Sinere quid ſit.

29. *Alfenus* lib. 7. Digeſtorum.

IN lege a locationis ſcriptum erat: *redemptor* b *Syluam ne cadito, néve cingito* c, *néve deurito, néve quem cingere, cædere, vrere ſinito*: quærebatur, vtrum redemptor, ſi quem quid earum rerum facere vidiſſet, prohibere deberet. an etiam ita ſiluam cuſtodire, ne quis id facere poſſit. Reſpondit verbum *ſinere* d vtramque e habere ſignificationem: ſed locatorem potius id videri voluiſſe, vt redemptor non ſolum, ſi quem caſu vidiſſet ſiluam cædere, prohiberet, ſed vti curaret, & daret operam, ne quis cæderet.

De demolitione inſulæ. 1. De balneo exuſto. 2. De mulis ruptis. 3. De pretio promiſſo in ſingulos pedes. 4. De vi excepta.

30. *Idem* lib. 3. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

QVi inſulam triginta conduxerat, ſingula f cœnacula ita [conduxit g:] Vt quadraginta ex omnibus colligerentur. dominus inſulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam. quæſitum eſt, quanti lis æſtimari deberet, ſi is qui totam conduxerat, ex conducto ageret. reſpondit: ſi h vitiatum ædificium neceſſario i demolitus eſſet pro portione, quanti dominus prædiorum locaſſet, quod eius temporis habitatores habitare non potuiſſent, rationem duci, & tanti litem æſtimari: ſin k autem non fuiſſet neceſſe demoliri, ſed, quia melius ædificare vellet, id feciſſet, quanti l conductoris intereſſet, habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere.

1 ¶ Ædilis m in municipio balneas conduxerat, *vt* n *eo anno municipes gratis* o *lauarentur*. poſt tres menſes incendio facto p, reſpondit poſſe agi cum balneatore ex conducto, vt pro portione q temporis, quo lauationem non præſtitiſſet, pecuniæ contributio fieret.

2 ¶ Qui r mulas *ad certum pondus oneris locaret*: cum maiore onere conductor eas rupiſſet ſ, conſulebat de actione? Reſpondit, vel lege Aquilia, vel ex locato rectè eum agere: ſed lege Aquilia tantum t cum eo agi poſſe, qui tum mulas agitaſſet, ex locato etiam ſi alius eas rupiſſet, cum conductore rectè agi.

3 ¶ Qui ædem faciendam locauerat, in lege u dixerat: *quoad in opus lapidis "opus" erit, pro lapide, & manu pretio* x *dominus redemptori in pedes ſingulos ſeptem dabit*, quæſitum eſt, vtrum factum opus, an etiam imperfectum metiri oporteret? Reſpondit, etiam y imperfectum.

4 ¶ Colonus villam hac lege acceperat, *vt incorruptam redderet, præter vim* z *& vetuſtatem*. coloni ſeruus villam incendit non fortuito caſu? Non videri eam vim exceptam reſpondit: nec id pactum eſſe, vt ſi aliquis domeſticus a eam incendiſſet, ne præſtaret: ſed extrariam b vim vtroſque excipere voluiſſe.

De onere auerſo.

31. *Idem* lib. 5. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

IN nauem Saufeij cùm complures frumentum confunderant a, Saufeius vni b ex his frumentum reddiderat de communi, & nauis perierat. quæſitum eſt an cæteri pro ſua parte frumenti, cum nauta agere poſſunt oneris auerſi c actione? Reſpondit,* rerum d locatarum duo genera eſſe: vt aut idem redderetur, ſicuti cùm veſtimenta fulloni curanda locarentur: aut eiuſdem generis "redderetur," veluti cùm argentum puſullatum e fabro f daretur, vt vaſa fierent, aut aurum, vt annulli: ex ſuperiore cauſa rem domini manere, ex poſteriore in g creditum iri.

¶ Idem h iuris eſſe in depoſito. nam ſi quis pecuniam numeratam ita depoſuiſſet, *vt neque cluſam, neque obſignatam traderet, ſed adnumeraret* nihil aliud eum debere, apud quem depoſita eſſet, niſi i tantundem pecuniæ ſolueret, ſecundum quæ videri triticum factum Saufeij, & rectè datum. Quod ſi ſeparatim tabulis, aut heronibus k aut in alia culpa cluſum vniuſcuiuſque triticum fuiſſe, ita vt internoſci poſſet, quid cuiuſque eſſet, non potuiſſe nos permutationem l facere: ſed tum poſſe eum, cuius fuiſſet triticum, quod nauta ſoluiſſet, vindicare. & ideo ſe m improbare actiones oneris auerſi: quia ſiue eius generis eſſent merces, quæ nautæ traderentur, vt continuò eius fierent, & mercator in creditum iret, non videretur onus eſſe auerſum, quippe n quod nautæ fuiſſet: ſiue eadem res, quæ tradita eſſet, reddi deberet, furti eſſe actionem locatori, & ideo o ſuperuacuum eſſe iudicium oneris auerſi. Sed ſi ita datum eſſet, *vt in ſimili re ſolui poßit*, conductorem culpam duntaxat debere. nam in re, quæ p vtriuſque cauſa contraheretur, culpam deberi, neque q omnimodo culpam eſſe, quod vni reddidiſſet ex frumento, quoniam alicui primum reddere eum neceſſe fuiſſet, tametſi meliorem eius conditionem faceret, quam cæterorum.

Si fundus locatus, vel venditus, legetur.

32. *Iulianus* libro 4 ex Minicio.

QVi fundum colendum *in plures* r *annos* locauerat, deceſſit: & eum fundum legauit, Caſſius negauit ſ poſſe cogi t colonum, vt eum fundum coleret, quia u

a Leges ita certæ ſeu conuentiones dicebantur redemptoribus, *vt hic*. & *l. 30. §. 3. inf. eod. l. 15. ĵ. de public.*

b Redemptor, qui quid pecunia ſua redemit, *vt hic*. redemptor ſiluæ, & *l. 30. §. 3. ĵ. eod.* redemptor ædis, *in l. 15. ĵ. de public.* redemptor cotoriarũ *in l. 60. §. 8. ĵ. eo.* redemptor pontis, & ędificij, qui ſuis cęmentis ædificat, *l. 39. ĵ. de rei vind.* cui ſi quid mandáte domino ædificij reſtituendi creditor mandet, priuilegiũ exigendi habeat, *l. 1. inf. in quib. cauſis tacitè pignus.*

c hoc quid ſit, *v. l. 5. ĵ arborum furtim cæſarum*: adde *l. 15. ĵ. de publican. l. 203. inf. de public. l. 203. inf. de ver. ſign.*

d *v. l. 15. §. 4. ſ. eo.*

e Sinendi debitor non modò præſens prohibere facientem debet, ſed & abſens curare debet, ne quis faciat.

f locare per ſingula cœnacula, & locare domum auerſione, contraria ſunt. nam auerſione, eſt totam locare vno pretio.

g ita locauit, *Hal.*

h Locator neceſſaria ex cauſa domum locatam reficiens deducit expenſione cõductoris pro rata temporis quo conductor non potuit ædibus perfrui.

i *l. 3. C. eod.* & ſic dominus poteſt ex cauſa neceſſaria inquilinum expellere, ergo eadem lege, ſi iuſta fuerit, inquilinus ante conductionis tempus emigrare poterit, *v. l. 24. §. 2. l. 27. in fin. ſ. eod. l. 25. in fin. eod.*

k Locator citra neceſſariam cauſam domum locatam reficiens tenetur conductori in id quod intereſt, præter remiſſionem penſionis pro portione temporis, quo frui conductor non potuit. l v. quæ notaui ad *l. 28. ĵ. de damno.* Lucrum & in eo continetur, *l. 24. §. ſi colonus, ſ. eod. l. 33. ĵ. eod.*

m Ædiles erant in municipiis. His inter cætera fori, & menſurarum cura erat, *l. 13. §. 8. ſuprà eod.* vt & balnearum conductio publicarum, *vt hic*. Porro in municipiis etiam Ædiles fuiſſe, Feſtus & Cicero 13. *epiſt. ad Brutum*, & Spartianus teſtantur *in Adri.* ſic Areti Ædiles apud Perſium Sat. 1. Fidenæ, Gabiis, Vlubris. Iuuenal Satyr. 20. Nouariæ Suetonio *libro de Claris Grammaticis*, vbi de Gaio Albula, ideóque de municipalibus ædilibus intelligi poteſt, *l. 13. §. 8. ſuprà eod. l. 17. §. 1. ĵ. de excuſ. tut. l. 12. ĵ. de decurion.* In Inſcriptionibus occurrit ſæpè vox *Ædilis*, ſeparata à Duumuiris: fortè quia diuerſi ædiles & Duumuiri. v. Briſſonium 3. *ſelect. cap. 11.* n Si Balneum conducam vt anno toto lauer, idque tertio menſe comburatur, reſidui temporis mercedem repeto. *Syn. eod. c. 3.*

o Conductori fit remiſſio penſionis pro rata temporis quo fruitus non eſt, etiam ſi vſum domus conductæ aliis gratis concedebat.

p facto combuſta ſint. *vulgat.* ϗ κατύδη τῷ τείτῳ μlωὶ, *Eccl. c. 33.*

q *vt l. 28. in fin. ſuprà eod.* r Si quis iumentum conduxerit (ἄλογον ζῶον, *Syn. eod. c. 33.* ἄλογον 3. *Harm. 8. §. 29.*) ad certum onus geſtandum, idque impoſito grauiori pondere læſum fuerit, ex locato cum eo quidem agitur qui damnum dedit: Aquiliæ verò locus eſt in eum duntaxat qui iumentum egit.

ſ *vt l. 27. §. 23. ſuprà ad l. Aquil.* t Imo & cum ipſo domino, ſi grauius onus iumento imponi mandauit. arg. *l. certè 10 §. 1. inf. de precario.*

u Leges huiuſmodi redemptoribus dicebantur, vt ad *l. 29. ſuprà eod.* dixi.

x *manus pretio Hal. manu pretio* Briſſon. 4. *ſelect.* 23. In manus pretio plerumque plus eſt quàm in re, *l. 13. §. 1. ĵ. de verb. ſign.* pretium operæ artis, *l. 52. §. 2. in pr. ſ. pro ſocio* dicitur 31. Plin. 1. Nec copia tantum argenti quæritur vitæ, ſed validius penè manu pretium. Idem dixit manui pretium, 35. c. 11. proponimus militiam & caſtrenſium laborum tarda manu petere, Seneca 17. *Epiſt.* 102.

y quo nomine id tacitè venit, vt pro modo menſuræ fiat ſolutio *Coſtal.* Ita quoties merces præſtatur in ſingulas menſuras, poteſt agi etiam ante opus perfectum, *vt hic*. Idem eſt ſi prius in vniuerſum opus merces conſtituta ſit, & redemptor operis ſit eius conditionis vt non poſſit opus perficere niſi pecunia accepta, *l. 2. C. eod. l. ſi verò non remuner. 12. in fin. l. ſi mandatu meo 45. ſ. mandati.*

z *ſub.* illatam ab extraneo, non à domeſtico. Ita fit vt in generali exceptione non contineatur perſona loquentis, *l. 53. in fin. ſuprà de act. empt.* ne fraus & dolus conſequatur. adde *l. 26. in fin. inf. de pign. l. 18. C de ſolut.*

a Factum ſuæ familiæ quis præſtat, vbi eius culpa arguitur, non vbi caſus accidit, *Coſtal.* Conductori vis fieri non intelligitur ſi quid à domeſticis fit ei imo potius id culpæ ſuæ adſcribere debet quam caſui: quod huiuſmodi perſonarum opera vtatur.

b Extraria vis hic, quæ ab extraneo, non à domeſtico illata. Sic extrarij hæredes, *l. 39. inf. de bonis libertorum.*

a *al. confuderant.*

b *v. l. vlt. C. depoſiti.*

c Onus auertere, eſt diſtrahere & permutare. Oneris auerſi actio in duplum fuiſſe videtur, imitatione furti: nihil proprium habuiſſe conſtat vt in edicto de publicanis: niſi fortè id actum eſt. vt innoteſceret, curæ legibus eſſe improbitatis hoc genus hominum coërcere. Cuiac. 7. Obſ. 39.

d Locatarum rerum duo ſunt genera. Vnum, vt idem: alterum, vt eiuſdem generis reddatur. Idẽ, puta idem veſtimẽtum. Eiuſdem generis, puta vas ex mero argento, annulus ex auro mero. Priore caſu res domini manet: poſteriore, in creditum itur.

e quidam *puſlulatum*, legunt apud Accurſium; *poſtulatum*, legit Alciatus 6. *Parerg.* 4. inde dictum arbitratur, quod vt victoribus in circo daretur à quouis poſtularetur. hinc Iuuenalis, Accipe, victori populus quod poſtulat aurum. & Martialis 6. Nulla venit a me argenti tibi libra poſtulati. Budæus hic *paſtillatum*, id eſt in paſtillos formatum, id eſt infectum: ſunt enim paſtilli, maſſæ cuiuſque materiæ. Huiuſmodi argentum Germanos afferre, Galli *condreas* vocant. *Poſtulatum* tamen (quod & Holoander habet) idem rectius legi monet. Hinc Suetonius *in Nerone*, aurum poſtulatum exegiſſe eſt, purgatiſſimum excoctiſſimum. τὸ πολλάκις ἑψηθὲν, quod & parum dicitur, quale Carthaginenſes Romanis dare cogebantur, ex 6. *Gell.* Citat autem Gellius Alfenum huius legis authorem: quæ res facit, vt Cotta, *in memorabilibus ſui iuris dictione Argentum*, exiſtimet hic legẽdum *argentum purum*, vt apud Gellium. Cuiac. 7. *obſ.* 39. monet idem eſſe, puſtulatum, poſtulatum, puſulatum, poſtulam, puſulam, & puſtulam dici. *Tibullus, Læderet vt teneras poſtula rupta manus.* Poſtulatum dici non ſenſu Alciati, ſed quòd ſoleat argentum merum in coquendo in puſulas adſurgere. Gallice dicitur, *argent de copelle*: vide *ibid.* Cuiac. Idem quoque video ab Adriano Turnebo notari 24. *aduerſariorum* 2, citátque Plin. 26. c. 8.

f vaſculario, *l. 39. inf. de auro.*

g Imo in locatione & conductione iri in creditum non poteſt: nec enim locatio transfert dominium, *l. non ſolet 39. ĵ. eod.* An hic caſus ſpecialis eſt, an vero hoc negotium contractus innominatus fuerit, non locatio? An potius dicendum eſt, mixtum eſſe negotium, vt qua parte ſpectaueris operas, ſit locatio: qua dominij translationem, non ſit locatio, ſed alius contractus?

h Depoſitarum rerum duo genera ſunt, vnum, vt idem planè reddas: alterum vt tantundem. Idem, puta eandem pecuniam cluſam & obſignatam: Tantundem, puta pecuniam neque cluſam & obſignatam, depoſitam, adnumeratam.

i Atqui in depoſito non tranſit dominium, *l. Lucius 24. ſ. depoſiti.* Dic hoc genus depoſiti, egredi proprios depoſiti terminos.

k Centonibus, *Hal.* heronibus, vel peronibus, *Budæus hic* id eſt, ſaccis, quo verbo vſus fuit Plin. 16. c. 54. & Vitruuius 5. *in fin.* Cotta in dictione, *argentum*, opinionem eandẽ adfert ſuppreſſo Budæi nomine. Cuiac. 7. *obſ.* 39. Florentinam tuetur, additque Græcos in hanc legẽ interpretari hetones cophinos. Turneb. 24. *aduerſ.* 2. legit, *Eronibus* Erones accipit. texta quædam ſtoriarum & tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant & fruges reponebantur. huiuſmodi vaſa φορμοὶ à Græcis dicuntur: apud interpretem Terentij, id eſt Donatum, in Phormione legi, Phormionem, non à formula, ſed à Phormione dici ſparteo, quem nos Eronem dicimus triuialiter & pro conſuetudine.

l frumentum vnius alteri dare.

m Oneris auerſi actiones improbatæ, & cur? n Onus auertiſſe non dicitur, qui rem ſuam auertit Ita oneris auerſi actione nemo tenetur, niſi quis alienum onus auertit. In hac autem ſpecie nauta ea lege merces mercatorum accepit, vt ipſius nautæ fierent. o Oneris auerſi actione in auertentes non vtitur qui ſuum conſequi ab eo poteſt furti actione p Culpam in re cõmuni quiſque præſtare cogitur.

q Gratificationi locus eſt, *l. vlt. ſ. de religioſis.*

r *l. 24. in fin. ſ. eod. l. 60. ĵ. eod.* pluris quàm quinque Siculus Flaccus. Alij per ſingula luſtra locare ſoliti: alij in plures annos Pauciores quàm decem. nam qui in plures, vtile dominium habet, *l. 1. §. ſi ager* & habet ius in re, nec poteſt repelli ab emptore, legatario, vel ſucceſſore ſingulari. *Bart.*

ſ Colonus non cogitur ſtare ſucceſſori ſingulari locatoris, *vt hic*. nam & eadem ratione ſingularis ſucceſſor locatoris non cogitur ſtare colono: poteſt tamen eo caſu colonus prohiberi colere à ſucceſſore ſingulari.

t *ſub.* per heredem locatoris (quia eius non intereſt coli fundum: poſtquam legatus eſt fundus:) Imo nec per legatarium, ſeu ſingularem ſucceſſorem locatoris quoniam actiones perſonales locatoris, in eius ſingularem ſucceſſorem non tranſeunt, niſi legauerit fundum cum omni ſuo iure & actione ſibi competente tunc enim videtur actionem ipſam legaſſe, actionem vtilem in legatarium tranſtuliſſe, *l. ex legato nominis 18. C. de leg.* vel niſi heres actionem cederet. *l. ſi rem quam 59. inf. de euict.* quod minus probo Qui enim cedet heres quod ipſe non habeat?

u Is cuius non intereſt, non admittitur ad agendum. Nemo admittitur ad agendum niſi eius interſit. Exceptio, *tua non intereſt*, agentem repellit.

nihil

nihil heredis intereſſet, quod ſi colonus vellet colere, & ab eo, cui legatus eſſet fundus, prohiberetur *a*, cum herede *b* actionem colonum habere, & hoc detrimentum ad heredem pertinere: ſicuti ſi quis rem quam vendidiſſet, nec dum tradidiſſet, alij legaſſet; heres eius emptori & legatario eſſet obligatus.

Si colono frui non liceat.

33. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

SI fundus quem mihi locaueris, publicatus *c* ſit *d*, teneri te actione ex conducto, vt mihi frui liceat: quamuis per te non ſtet quo minùs id præſtes. Quemadmodum *e* (inquit) ſi inſulam *f* ædificandam locaſſes, & ſolum corruiſſet, nihilo minùs teneberis. Nam *g* & ſi vendideris mihi fundum, iſque priùs *h*, quàm vacuus traderetur, publicatus fuerit, tenearis *i* ex empto *k*. quod hactenus verum erit, vt pretium reſtituas: non vt etiam id præſtes, ſi quid pluris mea interſit, eum vacuum mihi tradi.

¶ Similiter *l* igitur & circa conductionem ſeruandum puto: vt mercedem, quam præſtiterim, reſtituas, eius ſc. temporis quo fruitus non fuerim. nec vltra actione ex conducto præſtare cogeris.

¶ Nam & ſi colonus tuus fundo frui, à te aut ab eo prohibetur, quem tu prohibere *m*, ne id faciat, poſſis, tantùm ei præſtabis, quanti *n* eius interfuerit frui: in *o* quo etiam lucrum *p* eius continebitur *q*. ſin *r* verò ab eo interpellabitur, quem tu prohibere propter vim maiorem, aut *ſ* potentiam eius non *t* poteris, nihil amplius ei, quàm mercedem remittere, aut reddere debebis.

34. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

PErinde ac latronum incurſu id acciderit.

De duobus quorum vterque fundum communem, aut fundum alterius conductum habet.

35. *Africanus* libro 8. Quæſtionum.

ET hæc diſtinctio conuenit illi, quæ à Seruio introducta, & ab omnibus fere probata eſt, vt, ſi auerſione *u* inſulam locatam dominus reficiendo, ne ea conductor frui poſſit, effecerit, animaduertatur, neceſſariò *x*, necne, id opus demolitus eſt. * quid enim intereſt *y*, vtrùm locator inſulæ propter vetuſtatem cogatur eam reficere, an locator fundi cogatur ferre iniuriam eius, quem prohibere non poſſit? Intelligendum *z* eſt autem nos hac diſtinctione vti de eo qui & ſuum prædium fruendum locauerit, & bona fide negotium contraxerit: non de eo, qui alienum prædium per fraudem locauerit, nec reſiſtere domino poſſit quominùs is colonum frui prohibeat.

a Colonus à ſucceſſore ſingulari locatoris expelli poteſt, *vt hic*: niſi fortè colonus ius habeat pignoris in re ipſa *l.54. §.1. ʃ. eod.*

b *l. 120. in fin. ʃ. legat. 1.*

c vt & alibi militibus adſignatus, *l. 15. §. 2. ſ. de rei vindic.*

d Locato fundo publicato, locator conductori tenetur ad ſolam penſionis remiſſionem. Sed & hic notare poſſis, fiſcum non cogitare colono.

e Locati fundi publicati, & chaſmate perempti collatio: alterutro caſu, ſolam penſionis remiſſionem conductori præſtat locator.

f *l.59. ʃ. eod.*

g Locati & venditi fundi publicati collatio: illo caſu locator vel penſionem acceptam reddere, vel remiſſionem nondum acceptæ facere, cõductori tenetur. Hoc autem caſu venditor emptori, vel pretium acceptum reddit, vel nondum recepto liberationem facit emptori. Neutro caſu agit in id quod ſua intereſt conductor vel emptor.

h Publicato, poſt traditionem fundo, nulla eſt aduerſus venditorem emptori actio. i Cur? quia fuiſti in mora *l. vlt. C. de periculo.* k atqui res perit domino, fundus autem emptoris fuit ante traditionem *l.8. ſ. de periculo.* & ſtatim periculum ad eum dicitur pertinere. §.3. *Inſt. de empt.* Cur tam variè: non ideò quòd in inſtitutionibus regulæ iuris: & ſic ius ſummum tradatur, in Pandectis æquitas. Nam idem in *l.8. ſ. de pericu.* deciditur: ſed quòd vtrobique ex ſtricto iure, hic ex æquitate. Senſus itaque erit ante traditionem, publicato fundo, vel perempto etiam impedito emptore vi maiore, aut potentia, in hoc tantum eſſe actionem emptori, vt pretium venditor remittat vel reſtituat: aliud ſi poſt traditionem aliquis rem euicerit iure dominij, hypothecæ, poſſeſſionis, vſus, vſusfructus, ſuperficiei. Cuiac. 8. *ad Afric.*

l eſt enim frequens emptionis & conductionis inter ſe collatio *l.7.8. ſ. de peric.*

m Prohibere qui poteſt neque prohibet, cùm prohibere debeat, tenetur aduerſario in id quod eius intereſt *l.7. ʃ. qui ſine manumiſſione, l.109. ʃ. de reg. iur.*

n Conductor ſi frui à locatore impediatur, agit etiam in id quod ſua intereſt, vt Iaſ. 1. *conſ.* 109. Paul. 1. *conſ.* 38. vt & ſi à tertio, ſi modo locator obſiſtere tertio potuit. Romanus *conſ.* 178. Socinus 1. *conſ.* 88. & 125. & *conſ.* 9. Imò ſi quid dolo facit aduerſus locationem, locatori doli tenetur *l. permiſiſti 16. §. permiſiſti. 1. ʃ. de præſcrip. verb.* Quid ſi locator in re aliqua conductorem impedit, & rem æquè idoneam conductori offert: purgatum eius factum dici poteſt? *l.6. in fi. §.12. ſ. eod. l.60. ʃ. eod.* o Id quod intereſt lucrum etiam continet, putà fructus quos ex fundo percepturus erat conductor, quod pluris locare fundum alteri potuit *l.30. ſ. eod.* p *l.13. l.20. l.24. §.4. 5. ſ. eo.* v. Cuiac. ad hanc *l.8 ad Afric.* quod ſc. potuit ex ipſo fundo, ex ipſa re facere, at non quod aliunde lucrari potuit, i. lucrum intrinſecum colono præſtat, non extrinſecum. Nam & ita fit in emptione *l.23. ſuprà de act. empt.*

q *l.24. §.4. ſupr. eod.* Imò non continetur: nec enim continetur in emptione quæ locationis ſimilis eſt, *l.21. §.3. ſupr. de act. empt.*

r Cur locato fundo publicato conductori tenetur locator, vel ad penſionem reipſa reſtituendum: vel ad remiſſionem penſionis faciendam: non in id quod conductoris intereſt? Quia ſi ipſe fundus chaſmate periiſſet, non amplius teneretur, *verſ. quemadm. ſupr. eod.* quia vendito fundo & publicato, venditor non in amplius tenetur emptori, *verſ. Nam etſi vendideris*: quia ſi prohiberetur conductor frui, ab eo, quem ipſe prohibere propter vim maiorem, aut potentiam, aut latrocinium non poſſis, non in amplius teneris, *vt hic. l. 34. ʃ. eod.* quia ſi locator neceſſaria ex cauſa domum ſuam reficere cogeretur, non in amplius teneretur conductori, *l. 35. in pr. ʃ. eod* Ita fundi locati publicatio, comparatur fundo qui chaſmate periit: comparatur fundo vendito publicato: comparatur vi maiori, comparatur denique neceſſariæ ædium refectioni. Ita locator non publicationem, non vim maiorem, non vitia rei præſtabit conductori. Quid ſi locator cùm hæc ſciret omnia, nempe publicationem, vim maiorem ac potentiam, & inſulæ mox reficiendæ vitia? tenebitur in id quod intereſt conductoris, *l. 35. verſ intelligendum. ʃ. eod.* ſ v. Paponem 10. *Areſtorum 7. in fin.* t vide *l.50. infr. de reg. iur.*

u i. totam vno pretio, non in ſingula cænacula, de auerſione dicam *l.36. ʃ. eod.*

x hæc neceſſitas vi proxima eſt, imo vis nihil aliud eſt quàm neceſſitas contraria voluntati. & retro: neceſſitas vis contraria voluntati, vis cui inuiti ſuccumbimus, vt eſt in *l. pen. §. vlt. inf. de excuſat.*

y *ἀνάγκη τῆς διαλύσεως ἰσόρροπος ἐστιν βίᾳ ὑπερτέρᾳ*. Cuiac. 8. *ad Africanum* ex Græcis.

z Hic verſiculus expoſitus eſt *l.33. in fin. ſupra eod.*

1 ¶ Cùm *a* fundum communem habuimus, & inter nos conuenit, *vt alternis annis certo pretio eum conductum b haberemus*: tu, cùm tuus annus exiturus eſſet, conſultò fructum inſequentis anni corrupiſti *c*. agam tecum duabus actionibus, vna ex conducto, altera ex locato. locati enim iudicio mea pars propria *d*, conducti autem actione tua duntaxat propria in iudicium venient. Deinde ita notat. Nonne, quod ad meam partem attinebit, communi diuidundo præſtabitur à te mihi damnum? rectè quidem ‖ notat. ‖ ſed tamen etiam Seruij ſententiam veram eſſe puto: cum *e* eo ſcilicet, vt, cùm alterutra actione rem ſeruauerim, altera perimatur.

¶ Quod ipſum ſimpliciùs *f* ita quæremus, ſi proponatur inter duos, qui ſingulos proprios fundos haberent conueniſſe, *vt alter alterius ita conductum haberent, vt fructus mercedis nomine penſaretur.*

De auerſione.

36. *Florentinus* lib. 7. Inſtitutionum.

OPus *g*, quod auerſione *h* locatum eſt, donec adprobetur, conductoris periculo eſt. quod verò ita conductum ſit, *vt in pedes, menſuráſve præſtetur*: eatenus conductoris periculo eſt, quatenus *i* admenſum non ſit. & in vtraque cauſa nociturum locatori, ſi *k* per eum ſteterit, quominùs opus adprobetur, vel admetiatur. ſi tamen vi *l* maiore opus priùs interciderit, quàm adprobaretur, locatoris *m* periculo eſt: niſi ſi aliud actum ſit: non enim amplius præſtari locatori oporteat, quàm quod ſua cura, atque opera conſequutus eſſet.

De opere, antequam probetur, conſumpto.

37. *Iauolenus* libro 8. ex Caſſio.

SI priùs, quàm locatori opus probaretur, vi aliqua conſumptum eſt: detrimentum ad locatorem ita pertinet, ſi *n* tale opus fuit, vt probari deberet.

De operis non præſtitis.

38. *Paulus* libro ſingulari Regularum.

QVi operas ſuas locauit, totius temporis mercedem *o* accipere debet, ſi *p* per *q* eum non ſtetit, quominus operas præſtet.

1 ¶ Aduocati *r* quoque, ſi per eos non ſteterit, quominùs cauſam agant, honoraria *ſ* reddere non debent.

De dominio rei locatæ.

39. *Vlpianus* lib. 2. ad Edictum.

NOn *t* ſolet *u* locatio *x* dominium *y* mutare *z*.

De cuſtodia & periculo.

40 *Gaius* lib. 5. ad Edictum Prouinciale.

QVi *a* mercedem accipit pro cuſtodia alicuius rei, is huius periculum *b* cuſtodiæ *c* præſtat.

41. *Vlpianus* libro 5. ad Edictum.

SEd de damno ab alio dato agi cum eo non poſſe Iulianus ait. * qua *d* enim cuſtodia conſequi potuit, ne damnum iniuria ab alio dari poſſit? Sed Marcellus interdum eſſe poſſe ait: ſiue cuſtodiri *e* potuit ne damnum daretur, ſiue ipſe cuſtos damnum dedit: quæ ſententia Marcelli probanda eſt.

Si conductor rem conductam ſubripiat.

42 *Paulus* libro 13. ad Edictum.

SI locatum tibi *f* ſeruum ſubripias, vtrumque *g* iudicium aduerſus te eſt exercendum, locati "actionis," & furti.

a Sine certa mercede locatio nulla eſt.

b Locare ſocius ſocio partem pro indiuiſo communem poteſt. Ita fiet, vt ſi inter ſocios conuentum fuerit, vt alternis annis fruerentur, illo caſu competat ex locato & conducto actio.

c immiſſo fortè pecore, *l.23. ſ. comm. diuid.* v. quæ notaui ad *l.48. ſ. de vſufr.* vel contra legem vulgarem locationis, ne colonus capra natum in fundo paſcat. finge enim eum fundum fuiſſe vineam, vel agrum ſurcularium. Cuiac. *ibid.*

d ſum enim meæ partis locator, tuæ conductor, & tu vtriuſque partis fructus malignè corrupiſti.

e ea conditione, *vt l.39. inf. de ſolutio.* Halcander legit *in eo*, & malè.

f i. detracta communione fundi, detracta actione cõmuni diuidundo. Græci *δίχα τινὸς ποικιλίας καὶ διαστάσεως*. Cuiac. *ibid.* ſimplicius & rudius, detracta ſcrupuloſitate, controuerſia, diſtinctione omni, *vt l.20. ſ. de hered. vel act. vend.*

g Locati operis auerſione periculum eſt eius, qui opus facere tenetur, non in infinitum, ſed donec opus adprobetur: in pedes verò, menſuráſve operis periculum eſt, & eiuſdem, non donec adprobetur, ſed donec menſuretur.

h *ὑφ' ὁμάδα*, Latinè quaſi auerſo vultu, vt Græci *τοῦ προσώπου διαστρεφομένου*, totum vno pretio, non in pedes menſuráſve. v. quæ ſcripſi ad *l.62. in fin. ſuprà de contrah. empt.*

i ſi merces eſt præſtanda ad operis menſuram periculum eſt conductoris, donec menſuretur, v. quæ notaui ad *l.59. inf. eadem.*

k ſi dominus eſt in mora menſurandi, vel approbandi opus, tenetur redemptori.

l Periculum qui in ſe ſuſcipit, caſus fortuitos non præſtat. m *v. l.59. inf. eo.*

n *l.36. ſupr. eod. l.59. l. vlt. ʃ. eod. l.5. ſ. nautæ, caup.* o Locator operarum mercedem accipit. p Exceptionis genus obſerua: Per me non ſtetit quo minus operas præſtarem. q vide *l.24. inf. de cond. & dem.* r *Ecl.38.*

ſ *τὸ μίσθωμα*, mercedem. *Syn. eod. c.38.* t Imò interdum mutare ſolet *l.8. ſ. eo.*

u mihi ſc. qui rem alteri loco, vel ab alio ignarus conduco *l.28. ʃ. de adq. poſſ.* adde *l.8.9. ſupr. commod. l.45. ʃ. de reg. iur.*

x Locatio non eſt modus amittendi dominij, *vt hic.* Ita commodando nemo rem facit eius cui commodat: retinet enim rei commodatæ poſſeſſionem & proprietatem *l. rei 8. l. nemo 9. ſupr. commodati.* Porro locationis verbum hic Albericus refert ad locationem modici temporis. Modica autem Paulo Caſtrenſi eſt intra decennium. Nam quæ vltra eſt, vtile dominium transfert *l.1. §. qui in perpetuum ſ. ſi ager vectigal.* Imo & poſſeſſionem naturalem: quod in vſufructuario apparet *l. naturaliter 12. inf de adq. poſſeſſ.*

y ex locatione temen in longum tempus vel in perpetuum transfertur poſſeſſio naturalis, v. Bart. ad *l.1. ſ. ſi ager.* Quid? locatio, mutátne poſſeſſionem ciuilem vel naturalem? minimè. ſed mutat detentionem tantum. *l. non ſolùm 33. §. quod vulgo 12. ʃ. de vſuc.* Nam locator retinet ciuilem per ſe, aut animo ſuo naturalem per corpus coloni *l. 1. C. de vſuc.*

z excipe *l.22. § 2. l.31. ſ. eod.*

a Qui pro alicuius rei cuſtodia mercedem accipit, is huius periculum cuſtodiæ præſtat, excepto damno ab alio dato, niſi cuſtodiri potuit: quod ſi & cuſtos ipſe damnum dedit, tenetur, *Syn. eod. c.40. & 3. Har. 8. § 30.*

b i. culpam leuiſſimam, non autem caſum fortuitum.

c periculum pro cuſtodia *Hal. l.5. in fin. ſupr. nautæ.*

d *l.19. ſ. commo.* v. *l.6. C. de pignor.*

e & præuideri *l.29. in fin.* f *l.34. §.1. inf. de obligat.*

g Ex delicto in re conducta à ſe admiſſo, conductor hac actione poteſt conueniri: neque tantum hac actione locati, ſed & actione ex ipſo delicto admiſſo: ſic tamen vt vna per alteram tollatur, quia rei ambæ perſecutoriæ ſunt: ſi pœnalis tollitur per rei perſecutoriam, vel contra, *vt hic: &* [illegible] *ʃ. eod. l. ſi pro fure ʃ. ſupra de condict. furt.*

Si ſeruum

Si ſeruum conductum vulneret.

43. *Idem* libro 21. ad Edictum.

SI vulneraueris *a* ſeruum tibi locatum, eiuſdem vulneris nomine, legis Aquiliæ, & ex locato actio eſt: ſed alterutra contentus actor eſſe debet. idque officio iudicis continetur, apud quem ex locato agetur.

De ſeruitute.

44. *Vlpianus* lib. 7. ad Edictum.

LOcare *b* ſeruitutem *c* nemo *d* poteſt.

De ſeruis locatoris damnum aut furtum facientibus. 1. De ſeruo corrupto conducto qui furtum fecit.

45. *Paulus* lib. 22. ad Edictum.

SI domum tibi locauero, & ſerui mei tibi damnum dederint, vel furtum fecerint, non teneor tibi ex conducto, ſed noxali actione.

1 ¶ Si hominem tibi locauero, *vt habeas in taberna* & is furtum fecerit, dubitari poteſt, vtrùm ex conducto actio ſufficiat, quaſi longè ſit à bona fide ‖ actum, ‖ *e* vt quid patiaris detrimenti per eam rem quam conduxiſti: an adhuc dicendum ſit, extra cauſam conductionis eſſet furti crimen, & in propriam *f* perſecutionem cadere hoc delictum. quod magis eſt.

De quantitate mercedis.

46. *Vlpianus* lib. 69. ad Edictum.

SI quis conduxerit *g* vno nummo, conductio *h* nulla eſt: quia & hoc donationis *i* inſtar inducit.

De duobus reis.

47. *Marcellus* lib. 6. Digeſtorum.

CVm apparebit emptorem conductorémve pluribus *k* vendentem, vel locantem *l*, ſingulorum in ſolidum intuitum perſonam: ita demum ad præſtationem partis ſinguli ſunt compellendi, ſi conſtabit eſſe omnes ſoluendo, quamquam fortaſſe iuſtius ſit etiamſi ſoluendo omnes erunt, electionem † conueniendi quem velit, non auferendam actori, ſi actiones ſuas aduerſus cæteros præſtare non recuſet.

De conductore locante. 1. Vel non reſtituente.

48. *Marcellus* lib. 8. Digeſtorum.

SI cui locauerim faciendum quod *m* ego conduxeram, conſtabit habere me ex locato actionem.

1 ¶ Qui ſeruum conductum, vel aliam rem ‖ non *n* immobilem ‖ non reſtituit. quanti *o* in litem *p* iuratum fuerit, damnabitur.

De tutoribus & curatoribus.

49. *Modeſtinus* lib. 6. Excuſationum.

ΟἹ ἐπίτροποι γενόμενοι ἢ κουράτορες πρὶν ἀποτίσαι τὰς τῆς κηδεμονίας, μισθοῦσθαι Καίσαρος γενέσθαι κωλύονται, κἄν τις ἀποκρυψάμενος τοῦτο, προσέλθῃ τῇ μισθώσει τῶν τοῦ Καίσαρος χωρίων, ὡς παραποιήσας κολάζεται. τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος.

1 ¶ Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ οἱ διέξοντες ἐπιτροπὰς, ἢ κουρατορίας, εἰσὶν κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι, καὶ παρὰ τοῦ ταμείου χωρία.

Id eſt:

T*Vtores, curatorés ve conſtituti priùs q quàm officij ſui rationes reddant, prohibentur ne quid de patrimonio Cæſaris conductum habeant, ac ſi quis id diſſimulans, nihilominus ad conducenda Cæſaris prædia acceſſerit: perinde vti falſarius pœna afficitur. hócque ſanxit Imperator Seuerus.*

1 ¶ *Secundùm quæ ſanè prohibiti erunt & à fiſco conducere, qui tutelam curámve gerunt.*

De milite.

50. *Modeſtinus* lib. 10. Pandectarum.

SI ignorans *r* quis militi *ſ* quaſi pagano locauerit, exigere *t* illum poſſe probandum eſt: non *u* enim contemnit diſciplinam, qui ignorauit militem *x*.

De relocatione. 1. De vitio operis facti.

51. *Iauolenus* lib. 11. Epiſtolarum.

EA lege fundum locaui, *vt ſi non ex lege coleretur, relocare y eum mihi liceret: & quo minoris locaſſem, hoc mihi præſtaretur,*" nec conuenit, vt, ſi pluris locaſſem, hoc tibi præſtaretur." & cùm nemo *z* fundum colebat, pluris tamen locaui. quæro, an hoc ipſum præſtare debeam? reſpondit. In huiuſmodi obligationibus id maximè ſpectare debemus, quod inter vtramque partem conuenit. videtur autem in hac ſpecie id ſilentio *a* conueniſſe, *ne quid præſtaretur ſi ampliore pecunia fundus eſſet locatus*: id eſt, vt hæc ex conuentione pro locatore *c* tantummodò interponeretur.

1 ¶ Locaui opus faciendum, *ita vt pro opere redemptori d certam mercedem in dies ſingulos darem*, opus vitioſum factum eſt *e*: an ex locato agere poſſim? Reſpondit: Si ita opus locaſti, *vt bonitas eius tibi à conductore adprobaretur f*, tametſi conuenit, *vt in ſingulas operas certa pecunia daretur*: præſtari tamen tibi à conductore debet, ſi id opus vitioſum factum eſt.* non enim quidquam intereſt. vtrùm vno pretio opus, an in ſingulas operas collocatur: ſi modo vniuerſitas *g* conſummationis ad conductorem pertinuit. poterit itaque ex locato cum eo agi, qui vitioſum opus fecerit. niſi "in" ideò in operas ſingulas merces conſtituta erit, vt arbitrio domini opus efficeretur. tunc enim nihil conductor præſtare domino de bonitate operis videtur.

De errore in mercede.

52. *Pomponius* lib. 31. ad Quintum Mucium.

SI decem tibi locem fundum, tu *h* autem exiſtimes quinque te conducere, nihil agitur *i*. Sed & ſi ego minoris me locare ſenſero, tu pluris te conducere, vtique non pluris erit conductio, quàm "quanti" ego putaui.

De fideiuſſore coloni apud mancipem.

53. *Papinianus* lib. 11. Reſponſorum.

QVi fideiuſſor extitit apud mancipem *k* pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locauit: reipublicæ *l* non *m* tenetur, ſed fructus *n* in eadem cauſa pignoris manent.

An fideiuſſor conductionis teneatur in vſuras. 1. De penſione non ſoluta. 2. De periculo ſerui æſtimati.

54. *Paulus* lib. 5. Reſponſorum.

QVæro, an fideiuſſor conductionis, etiam in *o* vſuras, non illatarum penſionum nomine teneatur: nec proſint ei conſtitutiones, quibus cauetur, eos qui pro aliis pecuniam exſoluunt, ſortis ſolummodò damnum agnoſcere oportere? Paulus reſpondit, ſi in *p* omnem *q* cauſam conductionis etiam fideiuſſor ſe obligauit, eum quoque, exemplo coloni tardiùs illatarum per moram coloni *r* penſionum præſtare debere vſuras.* vſuræ *ſ* enim *t* in bonæ fidei iudiciis, &

---

a l. 25. §. 4. ſ. eod. l. 27. §. 11. ſ. ad l. Aquil.

b An & pignori dare? l. 11. §. 2. & vlt. inf. de pignorib.

c realem ſc. vel prædiorũ cohærentem ſolo, ad eius vtilitatem. nam perſonalem poteſt, l. 12. §. 2. ſ. de vſufru. §. 5. inſtit. de vſu. ſed & ea iura quæ ſolo quidem cohærent, non tamen ſunt ad vtilitatem ſoli, vt iura vectigalium l. fin. C. de vectig.

d i. neque dominus, neque is cui debetur. Cur non poteſt? omnis locatio fit ad tempus: ſeruitus ad tempus conſtitui non poteſt l. 4. ſ. de ſeruitutib. & tamen vendi poteſt l. eum manu. 80. §. 1. ſ. de contrah. empt. l. 3. §. ſi iter 2. l. tenetur 6. §. ſi tibi 5. ſ. de act. empt. Quin & pignori dari poteſt tam à domino, quàm ab eo cui ſeruitus debetur l. 12. j. de pign. v. quæ ſcripſi ad l. 11. 12. inf. de pignor.

e adde l. 14. §. 7. ſ. de ſeruo corrupto.

f furti noxalem. *Accurſ.*

g l. 10. in fin. j. de adq. poſſ.

h 2. Feud. 9. §. 1. & emptio l. 38. ſ. de contr. empt. quæ non de vno nummo, ſed de vili pretio interpretanda eſt. Nec obſtat l. 66. inf. de iure dot. quæ ait venditionem vno nummo fieri poſſe, quia ea venditio, cuius fit mentio in d. l. 66. fit neceſſitate, vt quia res non erat digna maiori mercede. *Acc. Bart.*

i l. 20. §. 1. ſ. eod. cuius verò donationis? vſus ſcil. Ferrar tit. 52. art. 5. in fin. Ita locatio facta vno nummo, quæ nugatoria eſt, valet, vt vſus donatio. Qui rem locat vno nummo vſum donat rei, non rem ipſam Cur? locare voluit, locatio autèm dominium non transfert, l. 39. ſupra eodem.

k l. 13. §. 9. ſ. eod. l vide l. 13. §. 9. ſup. eod. † Hodie in partem debiti conueniendi ſunt. Nou. 99. c. 1.

m l. 8. §. 21. j. de verb. oblig. id enim poſſumus, l. 6. C. eod. Eclog. c. 66.

n κινητὸν ἢ αὐτοκίνητον. Synopſ. eod. c. 95.

o Iuratur in litem aduerſus conductorem rem conductam non reſtituentem. adde l. 55. in fin. j. eod.

p ἔνδικον ὅρκον appellant Græci, iuſiurandum in litem. Syn. illo loco.

q l. 1. §. 9. j. de falſis. v. l. vnic. C. ne tutor vel curator vectigal. cond.

r vide quæ notaui ad Accurſium in l. 3. C. de Fabricenſ.

ſ vide l. 31. C. eod.

t locans militi rem ignoranter, exigere ab eo penſionem poteſt: neque punitur. Imò valet contractus, vt hic. ſecus ſi ſcienter, ignorans tamen, hoc eſt, neſciens prohibitos eſſe milites conducere res alienas l. milites. 31. C. eod. Ius enim ab omnibus ſciri neceſſe eſt: atque ita Caſtrenſis putat.

u Animus delicta diſtinguit. Delictum ceſſat vbi delinquendi animus non eſt adde Ariſtot. 5. Ethic. 1.

x vel clericum l. 52. §. 1. C. de Epiſc.

y vt l. 13. in fin. ſ. eodem.

z non ex lege fundum colit, qui neminem ei colendo adhibet.

a Silentio con[…] uentio, tacitum pa[…] ctum.

b Locaui fundum vt ſi non ex lege co[…] leretur alteri relo[…] carem, & quò mi[…] noris locaſſem, […] mihi præſtaretur[…] Pluris elocaui: qu[…] ritur, an id tuo, […] meo potius ced[…] commodo? Ced[…] meo, at conuen[…] vt ſi minoris loca[…] ſem id mihi pr[…] ſtares: Igitur & […] pluris locaui, id t[…] bi præſtabitur. Co[…] trariorum non […] eadem ſemper […] tio: & fallitur […] curſius in l. ſi m[…] ces 25. §. vu m[…] 6. ſ. eo. cùm p[…] penſionem m[…] rem deberi loc[…] ri propter vbe[…] tes, cùm minue[…] remittere […] cogatur pro[…] ſterilitates.

c Pactum ap[…] tum pro loc[…] non extende[…] eſt vt ei no[…] *Bart.* quod […] diſpoſitione q[…] legitima ob[…] fauore alteriu[…] ducta. Quid […] ius iniquum […] trauit ſibi vtil[…] ſe quoque co[…] uerſarium p[…] bet ſ. quod […]

iuris: l. in ratione 30. §. tametſi. 7. in fin. j. ad l. Falcid. d Redemptores operum […] giſtri operis, architecti in l. 29. ſ. eod. e ex aliis cauſis quàm in l. 59. ſ. eod. […] f arbitrio boni viri l. 24. ſ. eod. g ſi vniuerſitas conſummandi operis ad t[…] tinet, de vitio operis teneris: at ſi in operas ſingulas mercedem tibi co[…] arbitrio meo opus efficeretur, quatenus ſingulæ operæ præſtitæ fuerint, […] me reprobatæ, eas tacitè videbor adprobaſſe: ideoque opere perfecto ſi vit[…] opere apparuerit, amplius reprobare nõ potero quod ſemel probaui, l. 9. ſ. […] h Quoties locator maiorem penſionem ſibi præſtandam putat, conducto[…] rem: neque locatio, neque conductio eſt. ſin minorem locator exiſtimat ſib[…] ſtandam, conductor maiorem: valet locatio, *vt hic.* Priore enim caſu fieret i[…] conductori * poſteriore, neque conductori neque locatori fit iniuria.

i quia illis quinque locator non fuit contentus: idque locum obtinet q[…] locator aliud, aliud conductor intellexit. At ſi quis viginti ſtipulatus pro[…] nem in decem acceptet, conſiſtet ſtipulatio, l. 1. §. 4. in fin. j. de verb. oblig. qu[…] ita conciliari poteſt.

k *Manceps* eſt qui publica prædia colono locat, *vt hic* manceps etiam dici[…] quid a populo emit conducitve: qui manu ſublata ſignificat ſe auctorem e[…] nis eſſe. idem *præs* dicebatur. Feſtus *in dictione Manceps.* Aggen. 2. *de limit[…]* hinc mancipes, i. publicani. Symmachus 2 *epiſt.* vaſorum tranſuectionem […] tati mancipum (non mancipij) ſubtrahas: hinc mancipes, l. 18. C. de curſu p[…] curſus publici ſc. qui & mancipes mutationum à Caſſiodoro dicuntur, […] iacius: & mancipes comites horreorum, l. 1. C. de piſtor. lib. 11 tit. 16. qui […] 80. dicuntur προεστῶτες τῶν ἀρτοποιητικῶν ἐργαστηρίων. Cuiac. in l. 13. de […] *ſis temporalib. & ab Harm. tit. de dignit.* quod ſumpſit ex libris Baſilic. 6. c. […] l. 1. ſ. quod cuiuſque. lib. Baſil. habent *mancipium.* Eodem modo dicuntur ma[…] carceris, *apud Prudentium*: ſutrinæ, *apud Plinium*: Diuinitatis, *apud Tertul[…]*

l ſeu vico. *Accurſ.*

m Fideiubens pro conductore ſecundi locatoris, primo locatori non tene[…] fiet vt res ſecundi conductoris primo locatori non ſint obligatæ, ſed ſecund[…] tùm. *vel ita*: fideiubere apud fiſcum non intelligitur qui fideiubet apud […] rem fiſci l. 24. §. 1. ſ. eod. vel ita: Fideiubens apud Reip. mancipem, pro c[…] cui publicos fundos locauit, Reſpublicæ non tenetur.

n Conductoris ſecundi fructus tacitè obligantur primo locatori l. 7. j. in […] *cauſis tacitè pignus.* in vrbanis verò inuecta ſecundi conductoris, obliga[…] quidem primo locatori, non tamen in penſionem integram, ſed pro qua p[…] cundus conductor habitauit, l. 11. §. 5. ſ. de pignorat.

o v. Paponem 10. *Arreſtorum* 10 in fin.

p Fideiuſſor non tantùm in ſortem, ſed & in vſuras tenetur his tribus ca[…] ſi in omnem cauſam fideiuſſit, *vt hic*: ſi iudicatum ſoluere: vel indemnit[…] promiſit, *verſ. in quantum.* j. eod.

q Obſerua intercedendi modum non ſimplicem, ſed in omnem cauſam q[…] uerſus eſt à l. 8. ſ. quod certo loco. quæ huic legi ita conciliãda eſt: Plac[…] apud Corraſ. 2. *Miſcell.* 12. *num.* 9 Qui in omnem cauſam ſe obligat, & ad ſo[…] & ad vſuras tenetur. Quid ſi ſimpliciter quis fideiuſſit pro aliquo? placet[…] putat vſuras non ex mora, ſed ex ſtipulatione tantùm debitas præſtari. […] nes putat, teneri in ſortem & vſuras. Azo cenſet teneri tantùm in præteri[…] iam debitas quæ ante fideiuſſionem currere cœperunt, non in alias. Sed […] ſententia communiter magis recepta eſt.

r l. 58. inf. de ſolutionib.

ſ l. 7 ſupra de negot. d. l. 8. l. 24. in fin. ſupr. depoſiti: l. 32. infra de vſu[…] depoſiti.

t Vſuræ in bonæ fidei iudiciis officio iudicis magis applicantur, quàm […] gatione proficiſcantur. Ita vſuræ vel obligatione vel officio iudicis de[…] quæ illæ cauſæ ſunt vſurarum.

ſi non *a* tam ex obligatione proficiſcantur, quam *b* ex officio iudicis applicentur: tamen cùm fideiuſſor *c* in omnem cauſam ſe applicuit, æquum videtur ipſum quoque agnoſcere onus *d* vſurarum, ac ſi ita fideiuſſiſſet, *In quantum illum condemnari e ex bona fide oportebit, tantum fide tua eſſe iubes?* vel ita, *indemnem f me præſtabis?*

1 ¶ Inter locatorem fundi & conductorem conuenit, *ne g intra tempora locationis Seius conductor de fundo inuitus repelleretur: & ſi pulſatus eſſet, pœnam decem præſtet Titius locator Seio conductori* vel *Seius conductor Titio, ſi intra tempora locationis diſcedere vellet, æquè decem Titio locatori præſtare vellet*: quod inuicem de ſe ſtipulati ſunt: quæro, cùm Seius conductor biennij *h* continui penſionem non ſolueret, an ſine metu pœnæ expelli poſſit? Paulus reſpondit, quamuis nihil expreſſum ſit in ſtipulatione pœnali de ſolutione penſionum, tamen veriſimile eſſe, ita conueniſſe de non expellendo colono intra tempora præfinita, ſi penſionibus paruerit, &, vt oportet, coleret: & ideo *i* ſi pœnam petere cœperit is, qui penſionibus ſatis non fecit, profuturam locatori doli exceptionem *k*.

2 ¶ Paulus reſpondit, ſeruum, qui æſtimatus *l* colonæ *m* adſcriptus eſt, ad periculum colonæ pertinebit: & ideo æſtimationem huius defuncti ab herede colonæ præſtari oportere.

De horreis effractis & compilatis. 1. De impenſis à conductore factis. 2. De colono deſerente fundum.

55. *Idem* lib. 2. Sententiarum.

DOminus horreorum, effractis *n* & compilatis *o* horreis, non tenetur, niſi *p* cuſtodiam eorum recepit: ſerui tamen eius, cum quo contractum eſt, propter ædificiorum notitiam *q* in quæſtionem *r* peti poſſunt.

1 ¶ In conducto fundo ſi conductor ſua opera *ſ* aliquid neceſſariò, vel vtiliter *t* auxerit *u*, vel ædificauerit, vel inſtituerit *x*, cùm id non conueniſſet, ad recipienda ea quæ impendit *y*, ex conducto cum domino fundi experiri poteſt.

2 ¶ Qui contra legem conductionis fundum ante tempus ſine *z* iuſta ac probabili cauſa deſeruerit, ad ſoluendas totius *a* temporis penſiones ex conducto

a Imò ex obligatione ipſa debentur, *l. vſura* 121. ℨ. *de verb ſign.*

b Officium iudicis, obligationem non præſumere, hinc colligunt, *l.* 49. *in fin.* ℨ. *de act. empt.*

c Fideiuſſor qui in omnem cauſam fideiuſſit, fideiuſſiſſe quoque in vſuras videtur, *Cauſæ* vocabulo etiam vſuræ continentur.

d Qui promiſit vniuerſum iudicati cauſam ſolui, ſortis & vſurarum nomine ſe obſtrinxit.

e Fideiubens iudicatum ſolui, in ſortem & vſuras obligatur.

f Indemnitatē qui tibi promittit, & in ſortem & vſuras obligatur. vide *l.* 1. *C. ſi mater indemn.*

g hæc clauſula cõducere volentibus ſcitu vtilis eſt: quẽadmodum & illa cuius meminit Bartolus in *l.* 35. ℨ. *eod. num.* 1. 2. nempe vt conductori locator, in inſtrumento locationis ipſius obliget non tantùm omnia bona ſua pro contractus implemento vel obſeruatione, ſed vt ipſam rem quoque eamque actualiter hypothecæ tradat, vel quaſi: his enim interpoſitis colonum poſſe dicere: Ego rei fundoque ipſo iure pignoris & hypothecæ pro meo iure vel intereſſe inſiſto. Hypotheca vel pignus ius eſt reale, quod tranſit ad quemcunque ſucceſſorem. Idem quod in ſuperioribus caſibus dicendum eſt, ſi fundus locatus fuit in plures quam decem annos: tunc enim colono vtile dominium acquiſitum eſt, *l.* 1. ℨ. *ſi ager. l.* 1. ℨ. *de ſuperfic.* Idem dicendum ſi colonus expenſas in fundo fecit: tunc enim ius retinendi quouſque ſibi ſoluatur habet, *l.* 2. ℨ. *de vi & vi.* In partiario idem dicendum eſt, vt expelli non poſſit eo anno quo ſeuit: alias eo finito nemo ſocietatem inire cum aliquo tenetur, *l.* 10. ℨ. *pro ſocio*

h *v. l.* 56. *in fin.* ℨ. *eod.* Et ita, Promiſſio de non expellendo conductore intelligitur ſi colonus in ſolutione penſionis non ceſſarit. Quædam enim tacitè intelliguntur. Promiſi te non offenſurum? intellige niſi cauſam offenſionis mihi dederis, *l.* 69. ℨ. *de verb. oblig.* non exheredaturum, niſi cauſam exheredandi dederis, *l.* 12. ℨ. *de verb. oblig.* non reuocare arbitrium, niſi iniuſte arbitratus ſis, *l.* 30. ℨ. *de oper. libert.* Et generaliter ad omnes contractus hoc pertinet, vt quis ad pœnam cum effectu, non teneatur, ſi per aduerſam partem promiſſa pactaque non fuerint ſeruata, adde *l.* 13. §. 8. ℨ. *de act. empt.* vide & adde *l.* 75. §. 27. ℨ. *de leg.* 2.

i Fidem frangenti, fidem non ſeruandam eſſe hinc colligunt: quod Hyppolytus Marſilius *ſingul.* 42. verum eſſe putat, etiam ſi promiſſio iterata vel iurata ſit. Hoc enim caſu notat promiſſionem ſimplicem & nudam non ſeruāti promiſſionem iteratam, vel iuratam impune non ſeruari, arg. *l. cum proponas C. de pact. l fine* 28. *C. de tranſact.* adde *l.* 114. ℨ. *de reg. iur. c.* 75. *de reg. iuris in* 6. *l. pen. & vlt.* ℨ. *de reſcindenda.* Eadem conditio in iuramento ſubintelligitur, *cap. querelam. de iureiurando.* Ita omnis promiſſio alteri facta hanc tacitam in ſe conditionem continet, ſi is cui facta promiſſio eſt, pacta ſeruarit, vt in hac ſpecie. Promiſſio de non expellendo colono, tacitam hanc conditionem complectitur, dum colonus penſionem præſtat. Finge: tranſactio facta eſt nouandi animo, pignus ex ea dediſti: tranſactionem tamen non ſeruas: pignus retineri non poſſe pro obligatione nouata putat Marſilius *ſingul.* 45. poſt Angelum in *l. differentia eſt,* ℨ. *in quib. cauſis pignus.*

k Cur exceptio locatori competit? quia non eſt veriſimile locatorem pœnam promiſiſſe conductori in eum caſum quo à conductore penſionem non acciperet.

l & ita venditus intelligitur, *l.* 3. ℨ. *eod. l. vnic.* ℨ. *de æſtimatoria.*

m *alias* coloniæ. n Horrea effracturis obnoxia, *l.* 1. *l.* 3. *C. eod. l.* 1. §. 3. ℨ. *de offic. præfect. vigil.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 7. ℨ *de inſtructo.*

o expilatis horreis *Haloander.* de quibus cognoſcit præfectus vigilum, *l.* 3. §. 2. ℨ. *de offic præfect. vigil.* p *l.* 60. *in fin.* ℨ. *eod.*

q Præſumi non ſolet ignorantia facti domeſtici in domeſticis perſonis & vicinis, adde *l.* 9. *C. de Nuptiis*, *l.* 9. *C. qui militare.*

r Baldus hinc colligit furto aut delicto alicubi admiſſo, præſumi eius notitiam habere vicinos & domeſticos, atque ideo præ aliis torquendos eſſe delicti indicandi cauſa. ſ ſuis impenſis. t vide *Nouell.* 46. *cap.* 1.

u puta oſtium adiecerit, *l.* 19. §. 4. ℨ *eod.* vineas poſuerit, *l.* 61. ℨ. *eod.* nec enim conductor tenetur reficere villæ ſtabula, oſtia, feneſtras, ſed agit contra locatorem, vt reficiat, *l.* 12. §. 1. ℨ. *eod.* niſi conductor ipſe ea deſtruxerit, *l.* 29. *C. eod.* viam quidem ante domum reficere cogitur, ſed expenſis locatoris, *l.* 1. §. 3. *in fin.* ℨ. *de via pub.* ſed & tributa ſoluta locatori imputabit, ſicut creditor pignori, *l.* 6. *Cod. de pign.* adde locatorem reficiendo lumina conductoris obſcurare non poſſe, nec ei multum incommodare licere, *l.* 25 §. 1. *l.* 27. ℨ. *eod.* x vide *l.* 61. ℨ. *eod.*

y Conducti actione conductor expenſas neceſſarias vel vtiliter factas in fundo conducto poteſt petere aut in penſionem imputare, ſi non ſint ſolutæ, *l. ædilis* 1. §. 3. *verſ. quicunque,* ℨ. *de via public.* vel etiam exportare, ſi poſſint efferri commode, & hoc ipſe velit, *l. ſed addes* 19. § *ſi inquilinus,* ℨ. *eod.*

z vide *l.* 24. §. 2. ℨ. *eo.* 20. *Syn. Baſ.* 1 *cap.* 52.

a Conductor deſerens fundum conductum, ad penſionem totius temporis conueniri poteſt. Imò & id quod intereſt: vt ea parte deceptus ſit Azo exiſtimans ad penſionem totius temporis agi non poſſe.

conueniri poteſt, quatenus locatori in id, quod eius intereſt *a*, indemnitas ſeruetur *b*.

De abſentia conductoris non ſoluentis.

56. *Idem* libro ſingulari de officio præfecti vigilum.

CVm domini horreorum inſularúmque deſiderant, diu *c* non apparentibus, nec eius temporis penſiones † exſoluentibus conductoribus, aperire *d*, & ea quæ ibi ſunt, deſcribere à publicis *e* perſonis, quorum intereſt audiendi ſunt: tempus autem in huiuſmodi re biennij *f* debet obſeruari.

Quid interſit inter hanc actionem, & legem Aquiliam.

57. *Iauolenus* lib. 9. ex Poſterioribus Labeonis.

QVi domum habebat, aream iniunctam *g* ei domini vicino proximo locauerat. Is vicinus, cùm ædificaret in ſuo, terram *h* in eam aream amplius, quàm fundamenta cæmentitia *i* locatoris erant *k*, congeſſit: & ea terra aſſiduis pluuiis inundata, ‖ ita ‖ parieti eius qui locauerat, humore *l* præſtituto, ‖ madeſacto ‖ ædificia corruerunt. Labeo ex *m* locato tantummodo actionem eſſe ait, quia non ipſa congeſtio, ſed *n* humor ex ea congeſtione poſtea damno fuerit: damni *o* autem iniuriæ actio ob ea ipſa ſit, per quæ non extrinſecus alia cauſa oblata damno quis adfectus eſt, hoc probo.

De merceda inſulæ vendita. 1. De pœna promiſſa niſi quid intra diem fiat. 2. De pecunia conductori ad rei refectionem danda.

58. *Labeo* libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

INſulam *p* vno *q* pretio totam locaſti, & eam vendidiſti, *ita vt r emptori mercedes inquilinorum accederent*: quamuis eam conductor maiore pretio locaret, tamen id emptori accedit *ſ*, quod tibi conductor debeat.

1 ¶ In operis locatione erat dictum, *antequam t diem effici deberet*: deinde, *ſi ita factum non eſſet quanti locatoris interfuiſſet, tantam pecuniam conductor promiſerat*: eatenus eam obligationem contrahi puto, quatenus vir *u* bonus de ſpatio temporis æſtimaſſet; quia id actum apparet eſſe, vt eo *x* ſpatio abſolueretur, ſine quo fieri non poſſit.

2 ¶ Quidam in municipio *balineum præſtandum annuis viginti nummis conduxerat*: & ad *y* refectionem fornacis fiſtularum, ſimiliúmque rerum, centum nummi vt præſtarentur ei, conuenerat: conductor centum nummos petebat: ita ei deberi dico, ſi in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi ſatiſdaret *z*.

De parte operis concuſſa.

59. *Iauolenus* lib. 5. Labeonis Poſteriorum.

MArcius *a* domum faciendam à Flacca *b* conduxerat *c*: deinde operis parte effecta, terræ *d* motu concuſſum erat ædificium. Maſſurius Sabinus, ſi vi *e* naturali, veluti terræ motu, hoc acciderit, Flacci *f* eſſe periculum *g*.

Si conductor nec habitare nec locare poſſit. 1. De herede coloni. 2. De veſtimentis quæ fullo perdidit. 3. De mutatione operis facta ex voluntate locatoris. 4. De pœnitentia eius qui opus faciendum locauit. 5. De meſſe ſublata. De condictione furtiſ. 6. De locatore qui contra ſuum propoſitum inferre paſſus eſt. 7. Si culpa ſerui conducti mulus periit. 8. De portorio. De cuſtodia.

60. *Labeo* libro 5. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

CVm in *h* plures annos domus locata eſt, præſtare locator debet, vt non *i* ſolum habitare *k* conductor

a *v. l.* 48. *in fin.* ℨ. *de vſuris. l.* 17. *C. eo.*

b hic videtur deeſſe lex aliqua de creditore pignoratitio, qui debitori rem obligatam locauit donec pretiū ſolueret: vt diſtracto forte aut ſoluto pignore ſit creditori actio mercedis, non debitori actio vt conducto vti frui liceat, quaſi finita cõductione. Et verba Baſilicon hæc ſunt ἐὰν ὁ δανειστὴς μισθώσει τῷ χρεώστῃ τὸ ἐνέχυρον, αὐτὸς μὲν ἔχει κατὰ τοῦ μισθωτοῦ ἀγωγὴν, χρεώστης δὲ οὐκ ἔχει κατὰ τοῦ μισθώσαντος ἀγωγήν. Cuiac. 16. *obſer.* 21. *in fin.*

c id eſt, biennio, ℨ. *eod.* alias decennij̄ ſignificat, *l.* 6. §. 3. ℨ. *qui & à quib. manumit.*

† in ſingulari ςαχιόμιτον habet, *Harmenopolus.* 13. *titul.* 8. §. 35. quod eſt, teſte Suida μισθὸς ὑπὲρ τῆς μονῆς τῶν πανδοχείων διδόμενος.

d *Synopſis c.* 4. *& Har.* 3 *tit.* 8. ex quibus hanc legem ita ſentitur: licet iis quorum intereſt, aperire, publicisque perſonis præſentibus, ea quæ ibi ſunt deſcribere: alias non licet locatori in ædibus inquilini rimari.

e Conductore non apparente & ceſſante in ſolutione penſionis per biennium, poteſt locator domum vel horrea aperire, & quæ ibi poſita ſunt coram publicis perſonis deſcribere: deſcriptio enim fieri debet manu publici notarij.

f *l.* 1. §. 1. ℨ. *eod.* adde *Nouell.* 7. *c.* 3. *Nou.* 120. *c.* 8. *Auth. qui rem. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* adde *l.* 15.

g Areæ, iniunctæ domui & ædificiis. h vel ſterquilinium, vide *l.* 17. §. 2. ℨ. *ſi ſeruit.* i quæ ex quadrato lapide non erant, ſeu ex puro cæmento.

k legendum eſt *ferrent.* l *l.* 18. 19. ℨ. *de ſeruitutib.*

m Damnum dans conductor non immediatè ex eo quod facit, ſed occaſionem damni mediatè præſtans, non tenetur lege Aquilia, ſed ex locato actione.

n Damnum hoc mediatum eſt, non immediatum.

o Damnum immediatum lege Aquilia vindicatur, non mediatum. Medium eſt quod fit extrinſecus alia cauſa oblata.

p *Inſula* eſt ædificium, quod proprio ambitu conſtat. vide Feſtum *in Inſula.* erant iniunctæ plerumque domui inſulæ, *l.* 91. *in fin.* ℨ. *de legat.* 3. res pretioſiſſimæ in iis reponebantur, *l.* 3. §. 8. ℨ. *de offic. præfect. vigil.* inde inſularius, inſulæ cuſtos, *l.* 16. §. 1. ℨ. *de vſufr. l.* 5. §. 1. ℨ. *de inſt. l. vlt.* ℨ. *de offic. præfect. vigil.*

q id eſt auerſione. vide *l.* 30. ℨ. *eod.*

r *l.* 53 ℨ. *de act. empt.* ſ *ſub.* tantum.

t ante quem diem, *Hal.* u *l.* 137. §. 3. ℨ. *de verb. oblig.*

x *l.* 14. *l.* 137. §. 1. ℨ. *de verb. obl.*

y hæc dictio *ad.* facit modum, *l.* 40. *in fin* ℨ. *de cond. & demonſtr.*

z Cautionem de modo implendo in contractibus, debitor cogitur præſtare, facit *l. huiuſmodi,* ℨ. *de leg.* 1. *l.* 40. §. 5. ℨ. *de cond. & demonſt.* Eſt vero cautio cum fideiuſſore, *d. l.* 40. vide *hic Bart.*

a puta, faber architectus. b fundi domino.

c qua lege eſt enim diſtinguendum, an auerſione, an in ſingulos pedes facta ſit conductio. Item an tale fuerit opus iam factum vt probandum eſſet, *vt l.* 36. *&* 37. ℨ. *eo.* d Terræ motu quæ vitia accidunt operi, ea non pertinent ad redemptorem ſeu architectum operis.

e Terræ motus vis naturalis eſt.

f id eſt, domini fundi: id enim locatoris periculo eſt, *l.* 36. *in fin.* ℨ. *eod.*

g non tamen architectus plenè liberatur: debet enim opus de nouo reficere. Facti enim ſtipulatio indiuidua eſt, ideoque partis præſtatione debitor non liberatur. vide *l* 13. *l.* 72. ℨ. *de verb. obl. l.* 12. §. 5. *l.* 15. §. 6. *l.* 33. *l.* 36. *l.* 37. ℨ. *eod. l. vlt.* ℨ. *eod. l.* 14. §. 1. ℨ. *de aqua pluuia.* h *v. l.* 2. ℨ. *eod.*

i Locator tenetur pati conductorem vtentem fruentem: Imò & ablocantem.

k *l.* 15. §. 1 ℨ. *eod.*

a Kalendis Iuliis. *Hal.* v. quæ notaui ad *l.41.ſ.de contr. empt.*
b Conductor ablocare poteſt, non tamen in maius tẽpus quam ipſe conduxit *l 6. C.eod.*
c *al.*fracta,*al.*rupta. *Hal*
d Ex Kalendis Iuliis fracta vſque ad Kal Iunias permãſiſſet.*Hal.*
e v. quæ notaui ad *l.41.ſ.de cont.empt.*
f *Hal.* ne oſtendi alicui poſſet.
g *l.9. ſ.eod.*
h Kalendis Iuliis. *Hal*
i Conductor oblatam poſt tempus conuentum habitationem recipere non cogitur.
k Imo heres conductoris in ius defuncti ſuccedit,*Inſt. eod. in fin.*
l Locator retinet poſſeſſionem etiam per eum qui colonus non eſt: putà per heredem coloni. Id ideo fieri putat Bald. quod in hoc herede reliquiæ ipſius coloni quædam ſint, *l.30. §.pen.ĵ.de acq.poſſ.*
m *l.13.§.6.ſ.eod.*
n & ita: Qui contra duos agere poteſt,cogitur ex cauſa vnum magis eligere. *Accurſ.*
o Locator (cuius veſtimenta culpa & facto fullonis amiſſa ſunt) poteſt agere condictione furtiua aduerſus furem qui ea veſtimenta ſubripuit: idque expenſis & periculo fullonis: aduerſus ipſum verò fullonem actione locati.

Balmaceda q. 110. n.° 33.

ex Kalendis illis *a* cuiuſque anni, ſed etiam locare *b* habitatori, ſi velit, ſuo tempore poſſit. Itaque ſi ea domus ex Kalendis Ianuariis fulta *c* in Kalendis Iuniis *d* permanſiſſet, ita vt *e* nec habitare quiſquam, nec foſtendere alicui poſſet, nihil locatori conducto rem præſtaturum: adeò *g* vt nec cogi quidem poſſet, ex Kalendis Iuliis *h* refecta domo, habitare: niſi *i* ſi paratus fuiſſet locator commodam domum ei ad habitandum dare.

1 ¶ Heredem coloni, quamuis colonus non *k* eſt nihilominus domino *l* poſſidere exiſtimo.

2 ¶ Veſtimenta tua fullo perdidit *m*: & habes vnde peras, nec repetere vis: agis nihilominus ex locato cum fullone: ſed *n* iudicem æſtimaturum, an poſſis aduerſus furem magis agere, & ab eo tuas res conſequi fullonis videlicet ſumptibus *o*: ſed ſi hoc tibi impoſſibile eſſe perſpexerit, tunc fullonem *p* quidem tibi condemnabit: tuas autem actiones te ei præſtare compellet.

3 ¶ Lege dicta domus facienda locata erat, *ita vt probatio aut improbatio locatoris aut heredis eius eſſet*, redemptor ex *q* voluntate locatoris quædam in opere permutauerat: reſpondi, opus quidem ex lege dicta non videri factum: ſed quoniam ex voluntate locatoris permutatum eſſet *r*, redemptorem abſolui debere.

4 ¶ Mandaui tibi *ſ vt excuteres quanti* t *villam ædificare velles*: renuntiaſti *u* mihi ducentorum impenſam excutere: certa mercede opus tibi locaui: poſtea *x* comperi non poſſe minoris trecentorum eam villam conſtare: data autem tibi erant centum: ex quibus cùm partem impendiſſes, vetui te opus facere: dixi ſi opus facere perſeueraueris, ex locato tecum agere, vt pecuniæ mihi reliquum *y* reſtituas.

5 ¶ Meſſem, inſpiciente colono *z*, cùm alienam eſſe non ignorares, ſuſtuliſti: condicere tibi frumentum dominum poſſe *a* Labeo ait: & *vt* b *id faciat*, colonum ex conducto cum domino acturum.

6 ¶ Locator horrei propoſitum *c* habuit *ſe aurum* d, *argentum, margaritam non recipere ſuo periculo*: deinde cum ſciret has res inferri, paſſus eſt *e*: proinde eum futurum tibi obligatum dixi, ac ſi propoſitum fuit, remiſſum ‖ videtur ‖.

7 ¶ Seruum meum mulionem conduxiſti: negligentia eius mulus tuus periit: ſi ipſe ſe locaſſet, ex peculio duntaxat, & in rem verſum damnum tibi præſtaturum ‖dico:‖ ſin autem ipſe eum locaſſem, non vltra me tibi præſtaturum, quàm *f* dolum malum & culpam meam abeſſe: quod ſi ſine definitione perſonæ mulionem à me conduxiſti, & ego eum tibi dediſſem, cuius negligentia iumentum perierit, illam quoque culpam me tibi præſtaturum aio, quòd eum elegiſſem *g*, qui eiuſmodi damno te adficeret.

8 ¶ Vehiculum conduxiſti, *vt onus tuum portaret, & ſecum iter faceret*: id cùm pontem tranſiret *a*, redemptor *b* eius pontis portorium *c* ab eo exigebat: quærebatur an etiam *d* pro ipſa ‖ſola‖ reda portorium daturus fuerit? Puto ſi mulio non ignorauit ea ſe tranſiturum, cùm vehiculum locaret, mulionem præſtare debere.

9 ¶ Rerum cuſtodiam, quam horrearius *e* conductoribus præſtare deberet, locatorem totorum horreorum horrear.o præſtare non debere puto: niſi *f* ‖ſi‖ in locando aliter conuenerit.

p *l.27.in fin.ſ eod.v.l.12.ĵ.de furtis, l.5.ſ.nautæ.*
q Formam contractus non immutat, qui ab eo diſcedit voluntate aduerſarij. Ita poteſt forma operis conſtituendi mutari partium voluntate: ergo & à ſolemnitatibus inter volentes diſcedi, v interpretes in *l.9.C.de Teſtib.*
r locatoris quædam permutata eſſent. *Hal.* ſ architecto, redemptori.
t mihi ſcilicet. u ob Mendacium conductoris locator poteſt à contractu recedere, atque ita pœnitere: quod aduerſus redemptores ædificiorum, vt ſæpiùs mendaces, ſummè notandum eſt. x Placet validè lex quæ fuit Epheſi (cuius Vitruuius meminit *initio libri vltimi*) vt bona architecti (qui publicum opus curandum recepiſſet & indicaſſet quanto ſumptu id reipublicæ eſſet futurum) reipubl. obligentur, donec opus ſit perfectum, & eo perfecto, ſi ad indicationem impenſa reſpondeat, vt publicè decretis honoribus exornetur, ſi non amplius quàm quarta parte ſuperet impenſa, vt non teneatur: ſi ſupra quartam partem vt de ſuo quod ſuperat quartam impleat: & hoc etiam iure æquius eſſe nos vti in locandis priuatis operibus, ait Cuiac. 19.*obſ.*22. y id eſt quinquaginta: ſenſus eſt: ſi me architectus vel redemptor in indicatione fefellerit, mihi licet à locatione recedere, & repetere quod ei (indicatione ſecuta) prærogaui. Ad & id quod intereſt? Sic ſanè: ſi temerè vel doloſè mihi indicationem fecit. Cuiac. *ib.*
z Colonus partiarius actionem furti non habet, ſed agit contra dominum vt agat.
a *l.52.§.8.ĵ.de furtis.*
b Agi poteſt interdum aduerſus aliquem, vt in alium agat: denique vt agatur, *vt hic, & l.13.§.30.ſ.de act.empt l.2.in fin.ſ.ad l.Rhodiam: l.ſi ſic 75. in fin.ĵ.de leg.*1. Quid ſi hac parte reus cedat actionem? liberatur, *l.2.§.idem Labeo.ĵ.ne quid in loco publico.* Quid? non & exceptione id obtinere poſſum vt agas? interdum, *vt §.2.ſ.eod.l.vnde quæritur 7. ſ. commodati.*
c ne dixeris, propoſitum in mente retentum (vt poſt Cynum putat Bart.) Quis enim eſt tam ſtupidus, qui putet tacitam contrahentis cum aliquo voluntatem in contractibus ſpectandam eſſe? Propoſitum hic ſignificat, proſcriptum pro horrei foribus. vide *l.11.§.2. ſ.de inſtit.l.47.ſ.de pecul.* vide Goueian. 2.*variar.lect.* 23. vt dicam quod ſentio, puto negationem huic loco deeſſe, vt ita ſit legendum: propoſitum non habuit: quam ſententiam hic paragraphus tuetur, in illa aduerſatiua, *ac ſi propoſitum fuit*: vt ſit ſenſus: locator horrei non habuit propoſitum ſe aurum, &c. ea inferri paſſus eſt? tenetur de periculo: at ſi propoſitum fuit, remiſſum videtur: ſed hunc locum in commentariis noſtris paulò aliter emendabimus & explicabimus ſua die. Notas enim ad ius tantum ſubſeciuas nunc damus: poſt hac autem, Deo fauente, pleniores iuris commentarios.
d nam in horreis res pretioſiſſimas reponi ſolitas teſtatur Iuriſconſultus in *l.* 1.ſ.*de offic.præfect.vigil.* vbi diximus de horreis. e Patientia contrarij actus id efficit, vt qui patitur obligetur, & à contrario actu receſſum videatur. Id ex hoc loco notant interpretes. At ego id potius colligo, eum qui ſciens in horreum aurũ inferri patiatur, cuſtodiam præſtare: etiã ſi propoſitum non habuit ſe aurum non recipere ſuo periculo: quod ſi propoſitum id habuit, & inferri paſſus eſt, proſcriptum ſeu propoſitum remiſiſſe quoque intelligitur. f quia imperitum pro perito locaui, *l.27.§.34.ſ.ad l.Aquil.* g Eorum quos eligimus culpa facta præſtanda eſſe docet Cicero 2.*epiſt. ad Quintum Fratrem.*

De impenſis à colono factis. 1. De naue conducta & nauigatione impedita.

61. *Scæuola* lib. 7. Digeſtorum.

COlonus, cùm lege locationis non eſſet comprehenſum, vt vineas poneret, nihilominus ‖ in fundum ‖ vineas inſtituit *g*: & propter earum fructum *h* denis amplius aureis annuis ager locari cœperat: quæſitum eſt, ſi dominus iſtum colonum fundi eiectum *i* penſionum debitarum nomine conueniat, an ſumptus vtiliter factos in vineis inſtituendis reputare poſſit, oppoſita doli mali exceptione? Reſpondit, vel expenſas *k* conſecuturum *l*, vel nihil amplius præſtaturum.

1 ¶ Nauem *m* conduxit, *vt de prouincia Cyrenenſi Aquileiam nauigaret olei metretis tribus millibus impoſitis, & frumenti modiis octo millibus, certa mercede*: ſed euenit vt onerata nauis in ipſa prouincia nouem menſibus retineretur, & onus impoſitum commiſſo *n* tolleretur: quæſitum eſt, an vecturas, quas conuenit, à conductore ſecundùm locationem exigere nauis *o* poſſit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe.

De vino corrupto, antequam probetur.

62. *Labeo* lib. 1. Pithanorum.

SI riuum quem faciendum conduxeras, & feceras antequàm eum probares, labes *p* corrupit, tuum periculum eſt. *Paulus*: Imò ſi *q* ſoli *r* vitio id accidit, locatoris erit periculum: ſi operis vitio accidit, tuum erit detrimentum.

DE ÆSTIMATORIA.

TIT. III.

Cur hæc actio introducta ſit. Quibus caſibus competit.

Vlpianus lib. 32. ad Edictum.

ACtio de æſtimato proponitur tollendæ dubitationis *t* gratia *u*: fuit enim magis dubitatum, cùm *x* res æſtimata vendenda datur, vtrùm *y* ex vendito ſit actio *z* propter *a* æſtimationem an ex locato, quaſi rem vendendam locaſſe videor: an ex conducto, quaſi operas conduxiſſem: an mandati. Melius *b* itaque viſum eſt, hanc actionem proponi. Quoties *c* ænim de nomine contractus alicuius ambigeretur, conueniret tamen aliquam actionem dari, dandam *d* æſtimatoriam præſcriptis verbis actionem: eſt enim negotium ciuile geſtum: & quidem bona fide. Quare omnia & hic locum habent, quæ in bonæ fidei iudiciis diximus.

1 ¶ Æſtimatio *e* autem periculum *f* facit *g* eius qui ſuſcepit: aut igitur ipſam rem debebit incorruptam reddere, aut æſtimationem *h* de qua conuenit.

De mercede.

2. *Paulus* lib. 30. ad Edictum.

HÆc actio vtilis eſt, & *i* ſi merces interuenit.

a iter faceres, & cùm pontem. *Hal.*
b Redemptor pontis non eſt architectus ipſius pontis, ſed publicanus qui portoria in ipſis pontibus exigebat.
c Portoria in ipſis quoque pontibus exigi ſolita hic locus indicio eſt. Seneca *libello in ſapientem non cadere iniuriam* 2.*de Tranquillitate.* cogitan[...] & in põtibus quædam pro tranſitu dari.
d Mulio, carrucarius, & ſimiles, portorium muli, [...] currus nomine ſol[...] uere tenentur. [...] & pro rebus in curru poſitis? [...] dominus portoriu[...] ſoluere debebi[...] *Bart.*
e Horrea locari ſolita erant mercium reponendarum cauſa, quarum cuſtodiam conductoribus horrearij præſtabant.
f *l.55.ſ.eo.v.l.[...] in fin. ĵ.de vi & armat.*
g Inſtituere vi[...] eſt eo loco [...] vineas ponere, [...] ante non fue[...] adde *l.55.ſ.eo.[...]* 2. *in Ruſtum.*
h Si colonus [...] tra legem loc[...] nis cõferendo, [...] iorem fundo [...] tum acquiſierit [...] penſas conſequ[...] vel ex cum p[...] ne compenſa[...] *Syn.Baſ.eo.c.[...]*
i Colonus [...] penſionum no[...] lutarum no[...] repetere poteſt [...] penſas vtiliter [...] ctas. Quin & [...] notant, Domi[...] fundi propria [...] thoritate poſſe [...] do expellere [...] phyteutam ob [...] ſolutum can[...]
k *d.l.55.§.[...]*

l Aliud in Emphyteuſi, *l.2.C.de iure emphyt.* m aliquis ſc. n putà quia [...] ces vetitæ erant. o nauta, Cuiac. 3.*obſ.* vel nauicularius. p *l.15.§.2.[...]* id eſt. Soli fragor non *Tabes*, vt vult Budæus & Cotta *in memor.* in voce *Tabes*. [...] bes plerumque accidit vi ventorum & flatu aut pluuiarum incurſu, aut al[...] ſu ſuperiore. Baſil. ita habent, ἐὰν ἀπὸ ὀλίσθου πάντες ἀρτῶσιν οἱ χαρα[...] rill. autem, εἰ δὲ γέγονε ὀλίσθω ἐπικλώσεις πολλῶν ὑδάτων. Cuiac. 15.[...] Idem auctor 8. *ad Aſticum.* notat huiuſmodi labem non ex imo venire, [...] dum abſorbeat; ſed ex ſummo vt decidat, eamque in Baſil. ὄλισθον appella[...] Labem afferre, eſt agri ſuperficiem ſeu cruſtam auferre. *Hot.* 4.*obſ.*7. Aliud [...] ficat *labes* apud Feſtum. q Redemptori operis opus perit, ſi ipſum opus [...] prio vitio perierit; ſin ſoli‖vitio, ſoli domino. r *l.14.§.1.ĵ. de aqu. & aqu[...] l.36.in fin.l.59.ſ.eod.* adde *l.15. ĵ. de verb.oblig.* ſ 19.*Ecl.*9. t Dubi[...] nibus tollendis leges conſtituuntur maximè: nec enim eorum quæ cuique [...] ſunt lex ferri debet, ſed eorum quæ dubitationem habent. Dubitationis [...] tollendæ cauſa quæ adiiciuntur, ius commune non lædunt. *l.56. ſ.mandati.* u & ne periclitaretur actor ineptam actionem proponendo. x *Syn.Baſ.[...] Tit.*9. y Rem æſtimatam vendendam tibi dedi, ſi non vendas aut ſi non [...] tuas pretium, quæri poſſit: quæ actio mihi competat? Non ex vendito com[...] quia res ea mente non eſt data vt perpetuo iure eſſet apud accipientem; [...] eam reſtitueret, vel pretium. Non ex locato; quia non data eſt vrenda. No[...] conducto; maxime ſi non conſueuit operas locare; Non mandati, quia hic [...] interuenire merces, *l.2.ĵ.eo.* quod mandato repugnat, *l.1.ſ.mandati.* Quid [...] recurretur ad generalem hanc de æſtimato. Cur de æſtimato? quia res æ[...] data eſt. Hæc deciſio dubitationem omnem in agendo tollit. z Æſtimatio [...] pe vera venditio eſt, *l.10.§.5.in fin.ĵ de iur.dot. l.3.ſ locati.* a *v.l.54.in [...] locati.* b Quoties dubitatur de nomine contractus, deſcenditur ad actionem [...] ſcriptis verbis. c vt quoties. *Hal.* d datur æſtimatoria præſcriptis verbis [...] eſſe enim negotium, &c. *Hal.* dandam præſcriptis verbis actionem. Hot 5.[...] putat enim hanc vocem æſtimatoriam ex Gloſſis irrepſiſſe. e *l.5.§.3.ſ.[...] dati.* perinde atque res vendita, *l.51.ĵ.ſoluto.* f Æſtimatio poſſeſſorem d[...] facit, *vt hic.* adde *l.10.ĵ.de iur.dot.* g Imò, præcisè non facit, ſed diſtingu[...] videtur, *vt l.17. §. 1.ĵ. de præſcriptis.* vtcunque ſit, hinc conſtat hanc [...] actionis valde differre à locatione. h Libellum concipiendi in actione [...] toria formam obſerua. i vt non tam habeatur ratio mercedis, quæ locatio[...] ſolet inducere, *l.1.ſ.mandati.* quam æſtimationis, quæ venditionem facit, *l.12.ĵ.de iur.dot.l.2.in fin.ĵ.pro empt.*

DE RERVM a PERMVTATIONE.

TIT. IV.

Differentia emptionis, & permutationis, ac primùm: De merce, & pretio. 1. De euictione. 2. De nudo conſenſu. 3. Si res aliena detur. 4. De traditione facta ex altera parte.

Paulus libro 32. ad Edictum.

SIcut *b* aliud eſt vendere, aliud emere; alius emptor, alius venditor: ita pretium aliud, aliud merx, at in permutatione diſcerni non poteſt *c*, vter emptor, vel vter venditor ſit, multúmque. *d* differunt præſtationes. emptor enim, niſi *e* nummos accipientis fecerit, tenetur ex vendito. venditori ſufficit ob euictionem ſe obligare, poſſeſſionem tradere, & purgari dolo *f* malo. itaque, ſi euicta res non ſit, nihil debet *g*. In permutatione verò *h*, ſi vtrumque pretium eſt, vtriuſque rem fieri oportet: ſi merx, neutrius. ſed cùm debeat & res, & pretium eſſe, non poteſt *i* inueniri, quid eorum merx, & quid pretium ſit. nec ratio patitur, vt vna eadémque res & veneat, & pretium ſit emptionis.

1 ¶ Vnde ſi ea res, quam acceperim, vel dederim *k*, poſtea euincatur *l*, in factum dandam actionem *m* reſpondetur.

2 ¶ Item emptio ac venditio nuda *n* conſentientium voluntate contrahitur, permutatio autem ex re tradita initium obligationi præbet. alioquin, ſi res nondum tradita ſit, nudo conſenſu conſtitui obligationem dicemus. Quod in his duntaxat receptum eſt, quæ *o* nomen ſuum habent: vt in emptione, venditione, conductione, mandato.

3 ¶ Ideoque Pedius ait, alienam *p* rem dantem nullam *q* contrahere permutationem.

4 ¶ Igitur, ex altera parte traditione facta *r*, ſi alter rem nolit *ſ* tradere, non *t* in hoc agemus, vt intereſt noſtra, illam rem accepiſſe, de qua conuenit: ſed vt res contrà nobis reddatur, condictioni locus eſt, quaſi re non ſecuta.

Similia venditionis, emptionis, & permutationis: & qualis res ſit præſtanda.

2. *Idem* libro 6. ad Plautium.

a 4.C.64.20.*Ecl*.3. 3.*Extr*.19. Cur *Rerum* vocabulum hic addidit? Nempe cum permutationis nomen ad omnes contractus extenditur, in quibus res, merces, operæ, imò & pecunia cum re permutatur. At hic de rerum inter ſe permutatione agitur, vt ſi ſpecies permutetur, puta veſtis cum alia veſte: Nam ſi genus cum genere, veſtis cum panno permutabitur, contractus fuerit innominatus. b Permutatio his inter cætera differt à venditione: *Contractu*, nam vna parte dicitur venditio, altera emptio. *Perſonis* ille venditor, hic emptor. *Rebus* vna enim parte merx eſt, altera pretium: In permutatione nihil horum eſt. Idem nomen contractus vtrinque eſt: Vtræque perſonæ dicuntur permutare: vtrinque merx eſt. c nam vterque permutat, id eſt, rem dat, *l.* 5. §. 1. ſ. *de præſc. l.* 19. §. *pen.* ſ. *de ædil. l.* 1. ſ. *de act. empt.* puta, vnus frumenti certam modiationem dat, alter olei deſignatum pondus. *l.* 1. *C eo.* in emptione vterque non emit: in locatione vterque non locat: & ita d fiert forma ab illis contractibus. d *permutatio à venditione differt, præſtatione.* Emptor dominium pretij transferre cogitur in venditorem: venditor rei dominium transferre non cogitur: ſufficit enim vt tradat. & de euictione promittat. In permutatione vtrinque dominium transferri debet. e hic ab effectu ſumitur differentia emptionis & permutationis. adde *l.* 25. ſ. *de contrah. empt.* f Dolum malum à venditione abeſſe venditor plerumque promittit: quod etſi non ſit adiectum, præſtari tamen debet, *vt hic. & l. ſi cum fundum* 68. §. 1. ſ. *de contrah. empt.* Ambroſ. 2. *offic.* 10. Quid loquar de contractibus cæteris ac maximè de conceptione prædiorum, vel tranſactionibus atque pactis Num honeſtatis formulæ ſunt, dolum malum abeſſe? g Imò, vt non ſit euicta tenetur. 30. *in fin.* ſ. *de act. empt.* h Senſus eſt, Permutatio, locatio, aut emptio non eſt. Nam in emptione alius eſt venditor ab emptore: ille pretium, hic rem accipit: ille pretium accipientis facit, hic rem non facit accipientis: in permutatione num id agitur, vt vterque emat? vterque eſtne emptor? ſi ita eſt, vtriuſque res fiet (nam in venditione emptor cogitur nummos facere accipientis) atqui hoc abſurdum eſt. non eſt igitur emptio. Quid? In permutatione num id agitur, vt res ab vtroque detur loco mercedis? nullo modo. nam vbi datur merces, res in eius vicem accipitur. In permutatione verò vterque rem dat. igitur permutatio non eſt locatio. i poteſt diſcerni, quod eorum ſit merx, &c. *Hal.* k ex cauſa permutationis. l *v. l.* 1. *C. eo.* m Permutatio à venditione quoque diſtat in *ipſa actione danda*. Nam euicta re vendita actio ex empto datur: permutata re euicta, datur actio in factum præſcriptis verbis. n Sexta differentia emptionis & permutationis ſumpta à cauſa efficiente: venditio ſolo conſenſu perficitur, & parit actionem: permutatio re perficitur, neque parit actionem ante rem traditam. o Septima permutationis à venditione differentia: venditio contractus eſt nominatus: permutatio, innominatus. p Aliena res permutari non poteſt, *vt hic.* adde quæ ſcripſi ad *l. rem alienam* 28. ſ. *de contrah. empt.* q i neutrius ex parte. r nota, re ab vno tradita ex cauſa permutationis, licere ei qui non dedit pœnitere, *vt hic*: ex ſimplici placito permutationis, nulla re ſecuta, nullam dari actionem, *d. l.* 3. *l.* 4. *C. eo.* Ex placito permutationis veſtito ſtipulatione, etiam nulla re ſecuta, actionem naſci, *d. l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *C. eod.* eoque puto referendam *l.* 7. §. 7. ſ. *de pactis*, in qua dicitur naſci ciuilis obligatio, quoties rem tibi dedi vt aliam dares. Plus igitur eſt, ſubiecta contractui permutationis ſtipulatio, quam partis ſubſecuta traditio. Hinc dici ſolet, Contractus innominatos ſtipulationis ſubiectione vim nominatorum conſequi. ab vno contrahentium facta rei traditio, non facit permutationem, nominatum eſſe contractum: ſubſecuta inter vtroſque ſtipulatio, ſecus. In innominatis pœnitere licet altero inuito, *vt hic.* in nominatis non permittitur, *d. l.* 3. *&* 7. *C. eod.* ſ Octaua differentia permutationis à venditore hæc eſt. In permutatione ſi rem tuam accepi, & meam inuicem tibi non dedi, non potes me in id cogere, vt contractum impleam, quia pœnitere poſſum: ſed vt rem tuam reſtituam tibi, condictione tantum vti potes, *vt hic.* At in venditione qui rem dedit vel pretium datum repetere non poteſt. ſed in id agere debet, vt contractus impleatur, *l. inciuile.* 12. *C. de rei vind.* nec enim habet locum condictio ob cauſam in contractibus nominatis, *l. vlt.* ſ. *de condict. ob cauſ.* Nona hæc differentia à quibuſdam adfertur. in venditione venditorem non transferre dominium, niſi vel pretium receperit, vel ſatisfactum ei fuerit, vel fidem habuerit de pretio. In permutatione dominium rei traditæ tranſferri in accipientem etiamſi fides non ſit habita rei in vicem eius quæ tradita eſt accipiendæ. Accurſius ita putat, *hic & in l.* 2. *& l. cum precib. C. eo.* qui tamen contrarium ſentit in *l. cùm proponas.* 4. *C. de dolo* quod poſtremum verius eſt. Nullo enim contractu dominium rei traditæ transfertur, niſi ſaltem fides habita ſit. Hanc negationem expungit Hotomannus 3. *obſer.* 5.

ARiſto ait, quoniam permutatio vicina *a* eſſet emptioni *ſanum* b *quoque, furtis noxiſque ſolutum*, & *non eſſe fugitiuum ſeruum*, præſtandum, qui ex cauſa daretur.

DE c PRÆSCRIPTIS d VERBIS, & in factum e actionibus f.

TIT. V.

Si actio ceſſet. 1. *De Domino mercium, de magiſtro nauis.* 2. *De re data pretij explorandi cauſa.*

Papinianus lib. 8. Quæſtionum.

NOnnunquam euenit, vt ceſſantibus iudiciis proditis, & vulgaribus *g* actionibus, cùm proprium *h* nomen inuenire non poſſumus, facilè *i* deſcendamus *k*, ad eas, quæ in factum appellantur. ſed, ne res exemplis egeat paucis agam.

1 ¶ Domino mercium in magiſtrum nauis, ſi *l* ſit incertum *m*, vtrum *n* nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit, ciuilem actionem in factum eſſe dandam Labeo ſcribit.

2 ¶ Item ſi quis pretij explorandi *o* gratia rem tradat, neque depoſitum *p*, neque commodatum *q* erit: ſed, non exhibita fide, in factum *r* ciuilis ſubiicitur actio.

a eſt enim iu[ris] gentium, vt emptio. arg. *l.* 5. ſ. *de iuſtit. l.* 2. *C. eo l.* 15. ſ. *ex quib. cauſ. in poſſ.* ab ea cœpit emp[tio] *l.* 1. ſ. *de contrah.* nō eſt tamen contractus nominatus, vt emptio. At, n. dices permutationis elegans eſſe vocabulū: reſpondeo emptionis vocabulum ita ſpeciale eſſe, vt ſc. ei negotio tantum ſeruiat, in quo res cum pretio permutatur, at permutationis vocabulum generis eſt, ſaltem ſubalterni, cuius ambitu ipſa emptio & locatio comprehenditur, quibus cū re, vel pretium, vel merces, permutatur. Bar. ad *l.* 7. ſ. *de pact.* ideoque vox permutationis ad certam ſpeciem non reducitur. *VVeſemb. hic*: cùm omnis penè contractus conſtet veluti permutatione quadam. Quapropter Ariſtoteles dixit, medium arrogantiæ, carere nomine: licèt alio loco ſcribat, veritatem eſſe medium arrogantiæ: propterea quòd veritatis nomen latius patet: ita rectè dicam, negotium do vt des, carere nomine, licet permutatio appelletur. *Cuiac. hic.* Corraſius *Miſcell.* 23. *n.* 4. ait permutationem dici poſſe nominatum contractum, à qua tamen opinione videtur recedere 2. *Miſcell.* 15. *in fin.* & merito: ſiquidem nominatis contractibus in *l.* 7. §. 1. ſ. *de pactis*, relatis in §. 2. ſubiicitur permutatio quæ in alium contractum non tranſire dicitur. Quorſum hæc pertineat quæſtio, *v. l.* 1. ſ *eo.* b vt venditor ſerui, ſanum, ſolutum furtis ac noxis, non fugitiuum denique præſtare cogitur, ita qui permutat. c 4. *C.* 64. d Inuenta eſt actio præſcriptis verbis (quæ & incerti ciuilis dicitur, *l.* 7. §. 2. *in fin.* ſ. *de pactis*: Incerti, quia id quod intereſt perſequitur, cuius æſtimatio incerta eſt, & arbitraria. Cuiac. *C. eod.* Ciuilis, non quod lege nominatim ſit prodita, ſed quia ad exemplum ciuilium actionum comparata eſt. Nam do vt des, emptioni: do vt facias, locationi: facio, vt facias: mandato, commodato, & precario proximum eſt: eaque ratione vtilis dicitur, Cuiac. ad *l.* 7 ſ. *de pactis.*) propter controuerſias Iuriſconſultorum certantium de nomine actionis. Nec. n. poſſunt tolli eæ aut euitari melius, quàm ſi egeris ſine nomine, ſecundum quod conuentione præſcriptum eſt, narrata conuentione, narrato facto, Cuiac. ad *l.* 24. ſ. *eo.* 8. *ad Afric.* Dicitur autem præſcriptis verbis, quia datur ex conuentione vti ſcripta eſt, Cuiac. *C. eo.* Item quod in eius formula, quemadmodum ſe res haberet deſcribebatur, tum, quæ contractus ſpecies eſſet præſcriptum repetiebatur. Alciat. 4. *diſp. vlt.* Denique præſcriptis verbis actio eſt τῶν προγεγραμμένων συμφώνων, vt Græci interpretantur rectè, quia ex conuentionibus tantum datur, quæ ſc. alio nomine non appellantur, ſimiles tamen ſunt ciuilibus quæ ſuum nomen habent. Nihil eſt enim aliud actio præſcriptis verbis, quam actio in factum ciuilis, quæ naſcitur ex contractibus qui non appellantur proprio nomine. Cuiac. *hic.* aliter demonſtrari non poteſt ea actio, quam ſi dicatur agi ſecundum verba conuentione præſcripta, Cuiac. *C. e.* Verum Hotomanus, in ſua de præſcriptis verbis coniectura, ait ſibi videri, non *præſcriptis*, ſed *perſcriptis verbis* legendum: vel ideo quòd veteres, peruulgatæ, ſolennes, vſitatæ, ac legitimæ actiones notis tantum & ſyllabis deſignarentur, vt nimium in vulgus, ac præſertim iis, qui in foro verſabantur, notæ. Notis præſcribi ſolitas, conſtare ex eo, quod Cicero *pro Murena* Iuriſconſultos exagitans, veriti, inquit, ne ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt: Item conſtare ex *l.* 1. *C. de formulis*, has aucupationes ſyllabarum & iuris formulas tolli legi apud Manilium in *Aſtronomicis* illis verſibus. Hic etiam legis titulos & condita iura Nouerit atque notis leuibus pendentia iura: Earum notarum reliquias eſſe in Pauli Diaconi & Valerij Probi libellis, apud hunc autem, inter veteres hanc perſonalis actionis formulam referri *A. T. M. D. O.* i. aio te mihi dare oportere. De notis caput eſſe apud Iſidorum 22. *c.* 1. earum quoque fieri mentionem in *Nou.* 47. *c.* 2 Has autem actiones de quibus hoc titulo agitur ideo præſcriptis verbis appellari, quod plenis & integris verbis perſcriberentur, non certa, aut compendioſa formula, vt illæ antiquæ; ſed diſertè, plenè, ac dilucidè; &, vt Theophilus dicere ſolet, διηγηματικῶς factum, conuentionem, negotium, rem geſtam exprimebant. *hæc Hot.* e Cur in factum dicuntur actiones? quia quod certo & peculiari nomine non poſſunt exprimere negotium, id rei geſtæ enarratione declarant citra formulam aut ſolemnitatem vllam, *l.* 6. *in fin. C. de tranſ.* Cuiac. *hic.* Factum res geſta vocatur in *l.* 6. *C. de tranſ.* à Conſtantino ſic definitur. τὸ κεφάλαιον καὶ τὸ τῆς ὑποθέσεως ἀποτέλεσμα. Cuiac. ad *l.* 7. ſ. *de pactis*: qui hæc interim verba *in factum* ad Prætorias refert actiones, quæ non ex contractibus dantur, ſicut *præſcriptis verbis*, ſed ex aliis cauſis *hoc tit.* Alij *in factum* interpretantur, quaſi ex tali facto. Alij *in factum*, quaſi infectum & in defectum: quo nihil magis ridiculum proferri potuit vel poſſit. f ſunt. n. plures: Æſtimatoria, & ex permutatione, actiones bonæ fidei ſunt; cæteræ, de quibus hic agitur, ſtricti iuris, Cuiac. *hic.* g Atque vſitatis, *l.* 23. ſ. *e.* de quibus in *l.* 5. ſ. *de iuſtitia. l.* 7. §. 1. ſ. *de pact.* quibus ob ſui frequentiam inter homines, & neceſſarium inter eos vſum, formam, & nomen facilè iuriſperiti receperunt. h i. ſpeciale, non ſuum, i generis *d.* §. 1. Hinc conſequitur in factum actiones non eſſe iudicia prodita, & vulgares actiones. hic. n. opponuntur vulgarib. actionibus in factum actiones. k deſcendamus. *Hal.* l Præſcriptis verbis actio datur ex negotio geſto, quod certum eſt in contractum aliquem nominatum incidere; dubium eſt tamen in quem incidat, idque propter facti ipſius ambiguitatē. Interdum quoque datur ex negotio geſto, quod certum eſt cadere in contractu innominatum. m ſecus ſi certum ſit, *l.* 2. *in pr.* ſ. *de l. Rhod.* n Merces magiſtro nauis tradidi. Incertum eſt an nauem conduxerim, an verò merces vehendas locauerim: quæritur quæ actio mihi competat? Neque ex conducto, neque ex locato, ſed præſcriptis verbis: quia dubitatur de facto ipſo. o Rem qui tradit pretij explorandi cauſa, neque deponit, neque commodat. Non deponit, quia non tradidit, vt accipiens ea vteretur, *v. l.* 17. §. 4. ſ. *commod.* v. Alciat. 5. *parerg.* 15. Igitur eo caſu datur rectè præſcriptis verbis actio. p nec enim datur cuſtodienda, *l.* 1 ſ. *depoſiti.* q quia non datur vtenda. *Iaſ.* r Imo, mandatum videtur, ſi nihil aliud mando quam vt inquiras quanti poſſit vendi res quæ datur vendenda. *Iaſ.*

Si vulgaris actio ceſſat.

2. *Celſus* libro 8. Digeſtorum.

NAm *a* cum deficiant *b* vulgaria *c*, atque vſitata actionum nomina, præſcriptis verbis agendum eſt.

De contractibus innominatis.

3. *Iulianus* lib. 14. Digeſtorum.

IN quam *d* neceſſe eſt confugere, quoties contractus exiſtunt, quorum appellationes nullæ iure *e* ciuili proditæ ſunt.

4. *Vlpianus* lib. 30. ad Sabinum.

NAtura *f* enim rerum conditum *g* eſt, vt plura ſint negotia, quam *h* vocabula.

De contractu, manumiſi vt manumittas. De quatuor contractibus innominatis. 1. Do vt des. 2. Do vt facias. 3. Facio vt des. 4. Facio vt facias. 5. Manumiſi vt manumittas.

5. *Paulus* lib. 5. Quæſtionum.

NAturalis meus filius ſeruit *i* tibi, & tuus filius mihi, conuenit inter nos, *vt & tu meum manumitteres, & ego tuum.* ego manumiſi. tu non manumiſiſti. qua actione mihi teneris, quæſitum eſt *k*? In hac quæſtione totius ob rem *l* dati tractatus inſpici poteſt, qui in his competit ſpeciebus: Aut enim do *m* tibi, vt des: aut do, vt facias: aut facio, vt des: aut facio, vt facias: in quibus quæritur, quæ obligatio naſcatur.

1 ¶ Et ſi quidem *pecuniam* n *dem*, vt rem accipiam *o*, emptio & venditio *p* eſt *q*. ſin autem *r rem do, vt rem ſ accipiam*, quia non *t* placet permutationem rerum emptionem eſſe. dubium non eſt, naſci ciuilem *u* obligationem. in qua actione id veniet, non *x* vt reddas, quod acceperis, ſed *vt y damneris mihi, quanti intereſt mea, illud de quo conuenit, accipere*: vel *z*, ſi meum recipere velim, repetatur quod datum eſt, quaſi ob rem *a* datum, re non ſecuta

¶ Sed *ſi Scyphos tibi dedi, vt Stichum mihi dares*: periculo meo Stichus erit *b*: ac tu duntaxat culpam præſtare debes." Explicitus eſt articulus ille, do, vt des."

2 ¶ At *cùm do, vt facias*, ſi tale ſit factum, quod *c* locari ſolet, puta *vt tabulam pingas*, pecunia data, locatio erit: ſicut ſuperiore caſu emptio. ſi res, non erit locatio, ſed naſcetur vel ciuilis actio in hoc, quod mea intereſt, vel ad repetendum condictio.

¶ Quòd ſi tale *d* eſt factum, quod locari non poſſit, puta *vt ſeruum manumittas*, ſiue certum tempus adiectum eſt, intra quod manumittatur: idque, cùm potuiſſet manumitti, viuo ſeruo tranſierit, ſiue finitum non fuit, & tantum temporis conſumptum ſit, vt potuerit, debueritque manumitti: condici ei poteſt, vel præſcriptis verbis agi. Quod his quæ diximus conuenit.

¶ Sed ſi dedi tibi ſeruum, *vt ſeruum tuum manumitteres*, & manumiſiſti; & is, quem dedi, euictus eſt, ſi ſciens dedi, de dolo in me dandam actionem Iulianus ſcribit: ſi ignorans, in factum ciuilem *e*.

a Martinus putabat commodati & depoſiti actiones cumulari poſſe, falſo: ſunt enim contrariæ. Nam in cōmodato vſus eſt, qui non eſt in depoſito. Ac præterea dicitur hic recurrendum ad præſcriptis verbis actiones quoties dubitatur de actione.

b cum deficiunt *Hal.*

c i. propria, *l.* 7. §. 1. ſ. *de pactis.*

d ad quam, *Hal.*

e i. à legiſlatoribus. An ob huiuſmodi contractuum raritatem, vt vult Hotomannus? an potius quòd varij ſint & latè pateāt, & in mille rerum circunſtantias ſingulis horis varientur, quod denique non tam prægnantem præciſámve cauſam in ſe continere videantur, vt ad neceſſitaté exequendi trahendi ſint, vt impoſſibile ſit eos ſpeciali nomine deſignare, certáve forma cōprehendere, vt vult Oldendorpius *in ſuo actionum tractatu*?

f Ariſt. 2. *Ethic.* 7. Cic. *pro Cæcinna*.

g Inductum eſt.

h Cic. 3. *de Finib. in princ.* Græcis magis tamen nobis verba parienda sūt, imponendaque noua nouis rebus nomina: *& poſt*, in omni arte cuius vſus vulgaris communiſque non ſit multa nouitas nominum eſt.

i Poteſt enim filius meus naturalis non tibi tantum, ſed & mihi ſeruire: poſſum etiam ſtipulari vt eum manumittas, *vt hic, & l. 2. Cod. ſi mancip. ita ſacr. alien. vt manumiſſ.*

k Dic præſcriptis verbis actionem dari in id quod mea intereſſe poteſt, qui ſeruum manumiſi, *vt in fin.* j. *eo.* vel vt manumittas ſeruum tuum, quia meum manumiſi, *l.* 9. j. *eod.* vel ad id quod mea intereſt, ſeruum a te manumitti. §. 1. *ibi. quanti intereſt mea.* j. *eo.*

l dationem vel factum.

m *l.* 7. §. 2. ſ. *de pact. l.* 35. §. 3. j. *de donat.*

n certam ſcilicet & numeratam.

o hoc caſu præciſè non cogeris dominium transferre *l.* 11. §. 1. ſ. *de act. empt.* ſecus ſi pecuniam dedi, vt rem dares: nam dare eſt dominium transferre.

p Cur? pecuniam dedi vt rem traderes, §. 2. *verſ. ſicut.* j. *eo.*

q Imo non eſt venditio aut emptio, ſed obligatio ob rem datam cauſa non ſecuta, *l. vlt.* ſ. *de cond. cauſa data*? ſed ibi dedi pecuniam non vt pretium, ſed vt officium: adde Forcatulum c. 19. *Necyomantias.*

r In articulo dandi has differentias obſerua. Do interdum pecuniam, vt rem accipiam *h.* §. interdum rem do, vt rem inanimatam accipiam, *vt hic.* vel vt Scyphum accipiam, *verſ. ſed ſi.*

ſ aliam ab homine, vt hæc ſpecies differat à *verſ. Sed ſi Scyphos.*

t Iuriſconſultis, *v. l.* 1. §. 1. ſ. *de contr. empt. l. vn.* ſ. *de rer. permut.*

u præſcriptis verbis quam natiuam dixeris, vt hinc colligitur, licèt alibi datiua dicatur, *l. vn.* ſ. *tit. prox.*

x i. non cogor præciſè agere, vt mihi reddas quam à me accepiſti: quia poſſum agere in id quod mea intereſt, ſi velim. Cæterum ſi velim datum recipere, id condicere ſane potero, *verſ. vel ſi meum.*

y Innominatis in contractibus id quod intereſt ſuccedit loco dandæ rei, *vt hic, &* §. 2. §. 5. j. in nominatis non item: cogitur enim rem præciſè dare, aut ſi id non poſſit, æſtimationem præſtare. Albericus *l.* 23. ſ. *de conſtituta pecunia: l.* 75. *in fin.* j. *de verb. obl. l.* 9. *in fin.* j.

z poſſum igitur eligere vtrum datum condicam, an vero in id quod intereſt mea agam, *vt* ſ.

a vt rem acciperem.

b Imò, periculo meo non erit, ſed tuo, qui dominus rei fuiſti *l. vlt.* ſ. *de cond. cauſa data.* Erit quidem meo periculo vt rem non petam, *vt hic.* non tamen vt datum amittatur, *d. l. vlt.* adde Coraſ. 2. *Miſc.* 2.

c Factorum quædam locari poſſunt, quædam non. adde quæ ſcripſi ad *l.* 2. *C. de rer. permut.*

d Pingere, factum eſt, quod locari ſolet, *in pr.* ſ. *eo.* ſeruum manumittere, factum eſt quod locari non poteſt, *vt hic.* Priori caſu (locatio ſc.) nominatus: altero, innominatus contractus eſt. Quæritur, quibus indiciis facta locabilia ab his quæ locari non poſſunt diſcernamus? an ex modo contractus, vt vult Accurſius? an ex modo implendi, vt qui Vltramontani nuncupantur exiſtimant? v. Bald. & Alberic. *hic.* an conſuetudine, i. quòd perſona ſolita ſit locare operas, vt putat Bart. *d. l.* 3. *in pr. num.* 13. ſ. *de cond. cauſa data*? an verò quòd ex eo poteſt ſequi emolumentum pecuniarium, vt vult Iaſon. *hic num.* 2. *in fin.*

e Imò Iulianus ſcripſit in factum actionem à Prætore dandam, non incerti ciuilem, i. præſcriptis verbis, quo nomine à Mauritiano reprehenditur, *l.* 7. §. 2. ſ. *de pactis.* Cuiac. ad *d. l.* 7. monet hanc vocem *ciuilem* imperitè hic à Triboniano adiici. Nam ſi in ignorantem detur actio in factum ciuilis, *vt hic*, hæc eadem in ſcientem danda eſt, non de dolo, quod hic tamen dicitur. Et è contrà, ſi in ſcientem de dolo datur, ergo & in ignorantem prætoria. Hanc itaque vocem Tribonianus ex Nota Mauritani adſcripſit, quomodo & nota Marcelli, Iuliano *in Nou.* 87. Pauli, Labeoni, *l.* 2. §. 6 *in fin.* j. *de aqua pluuia.* Vlpiani, Marcello, *l. pen.* j. *de iure codicillor.* adſcribitur, Goueanus 2. *variar.* 27. meritò conqueritur improbatam Iuliani ſententiam, in *d. l.* 7. in hoc paragrapho. Id tamen ſæpius factū à Triboniano notat. In duobus itaque dic Iulianum erraſſe qui doli actionem ſic dedit, cùm tamen alia poſſit dari: & qui dandam à prætore cenſuit, cùm tamen ipſo iure ciuili per ſe competat *d.* §. 2.

3 ¶ Quòd *ſi faciam, vt des*, & poſteaquam feci, ceſſes dare, nulla erit ciuilis actio, & ideo de *a* dolo dabitur.

4 ¶ Sed *ſi facio, vt facias*, hæc ſpecies tractatus *b* plures recipit.

¶ Nam ſi pacti ſumus, *vt tu à meo debitore Carthagine exigas c, ego à tuo Romæ*: vel, *vt in meo, ego in tuo ſolo ædificem*, & ego ædificaui, & tu ceſſas: in priorem ſpeciem mandatum *d* quodammodo interueniſſe videtur, ſine quo *e* exigi pecunia alieno nomine non poteſt. Quamuis *f* enim & impendia ſequantur, tamen mutuum *g* officium præſtamus. & poteſt mandatum *h* ex pacto etiam naturam ſuam excedere.

¶ Poſſum enim tibi mandare, *vt & cuſtodiam mihi præstes, & non plus impendas in exigendo, quàm decem.* Et ſi *i* eandem quantitatem impenderemus *k*, nulla dubitatio eſt. Sin autem alter fecit, vt & hic mandatum interueniſſe videatur, quaſi refundamus inuicem impenſas. Neque enim de re tua tibi mando. Sed tutius *l* erit & in inſulis fabricandis, & in debitoribus exigendis, præſcriptis verbis dari actionem. quæ actio ſimilis *m* erit mandati actioni, quemadmodum in ſuperioribus caſibus, locationi & emptioni.

5 ¶ Si ergo hæc ſunt, vbi de faciendo ab vtroque conuenit, & in propoſita quæſtione idem dici poteſt. & neceſſario ſequitur, vt eius fiat condemnatio, quanti intereſt mea, ſeruum habere, quem manumiſi. An deducendum erit, quòd libertum habeo? ſed hoc non *n* poteſt æſtimari.

Vendo vt reficias.

6. *Neratius* lib. 1. Reſponſorum.

INſulam hoc modo, *vt abiam "inſulam" reficeres*, vendidi *o*. reſpondit *p*, nullam *q* eſſe venditionem, ſed ciuili intentione incerti agendum "eſt."

Do vt manumittas.

7. *Papinianus* libro 2. Quæſtionum.

SI tibi decem dedero, *vt Stichum manumittas*, & ceſſaueris, confeſtim agam præſcriptis *r* verbis vt ſoluas, quanti *ſ* mea intereſt: aut, aut ſi nihil intereſt, condicam tibi vt decem reddas.

De ſeruo qui quæſtionis habendæ cauſa æſtimatus datus eſt.

8. *Idem* lib. 8. Quæſtionum.

SI dominus ſeruum, cùm furto *t* argueretur, quæſtionis *u* habendæ *x* cauſa æſtimatum *y* dediſſet: neque de eo compertum fuiſſet, & is non redderetur, eo nomine ciuiliter agi poſſe, licèt aliquo *z* caſu ſeruum retenturus eſſet, qui traditum *a* accepiſſet. Poteſt *b* enim retinere ſeruum ſiue dominus pro eo pecuniam elegiſſet, ſiue in admiſſo *c* deprehenſus fuiſſet. tunc enim "&" datam *d* æſtimationem reddi

a *v. l.* 4. *C. de dolo.*

b Tractatus, membra, quæſtiones.

c Pactum hoc vt à debitore meo Carthagine exigas, ego à tuo Romæ, eſt... facio vt facias, ... potiùs mandatum. Mandatum dixeris, quoniā neuter noſtrum mutuo nomine exigere pecuniam poteſt ſine mandato, *verſ. in priorem* j. *eo.* Atque in hac ſpecie qui exigit nomen, ſuis impenſis exigit, ... datarius autem, ... penſis mandatoris ... *l. idémque* 10. ... *idem Labeo.* 9. ... *mandati. l. qui p... prio.* 46. §. ... *procur.* Dici po... neque ideo ma... rum mutare ... naturam, licèt ... cto poſſit natu... ſuam excedere ... §. *ſi conuenerit* ... *cius.* 27. ſ. *de* ... Quid iuris ſit? ... tius eſt in hoc ... gotio ita pe... dare actionem ... ſcriptis verbis ... *ſic. ſed tutius* ...

d Contractus innominatus habet vim mandati? Bald. *apud Iaſon. hic num.* ...

e mandato ſcil. in quo domini voluntas continetur, *l.* 35. ſ. *de negotiis.*

f i. quamuis hic caſus non merè gratuitum officium contineat, (nam q... exigunt, ſuis impenſis nomen exigunt: quod non eſt in mandato) cùm tam... quaſi mandatum, procuratori ex eo agenti non poterit, quod non ſit procu... opponi. v. Iaſ. *hic num.* 2. & Curtium iuniorem, *hic n.* 11.

g Mutuum officium qui præſtant commodatarij ſunt, i. mutuum man... ſuſcipiunt.

h Mandatum poteſt ex pacto naturam ſuam excedere. Quomodo? poſſu... mandare vt cuſtodiam mihi præſtes vbi cuſtodiam non debeas, *l. qui ma...* 40. ſ. *locati.*

i Locus eſt meo iudicio corruptus, cuius vim etſi ſentio, vlcus tamen ... non poſſim.

k Impenderimus, *Hal.*

l Quoties dubium eſt an ſit contractus nominatus ratione dubij recurri... innominatum, Iaſ. *hic num.* 3. facit *l.* 24. *circa fin.* j. *eod.*

m Contractus innominati aſſumunt naturam contractus nominati, cui a... lantur, Iaſ. *hic num.* 4.

n Patronatus qui ius habet, non dicitur habere ius æſtimabile, nec per... citur factus locupletior. Iaſ. *hic num.* 1. Eorum enim quæ ſunt inæſtim... qualia ſunt libertas poteſtas patria, dominica, ius patronatus, neceſſitudi... tio non habetur in iudiciis quia & haberetur fruſtra. Cuius enim ratio... nec iniri poteſt: nec enim alia ratione actio ingrati iure ciuili prodita ... q àm quòd difficilis æſtimatio eius ſit. Quemadmodum enim iudex inibi... mationem? verba ſunt Senecæ docentis non poſſe dari actionem ingrati. ... 41. *in pr.* ſ. *ad l. Aquil.* Marcellus, deletis tabulis teſtamenti teſtatori no... actionem iniuriæ. quemadmodum enim, inquit, æſtimatio inibitur? Cuia... *Afric. in explicatione l.* 50. *de act. empt.*

o talis conuentio propriè non eſt venditio, quia conſiſtit ſine pretio.

p ſi contractui locationis inſeritur verbum *vendo*, non mutatur natura ... ctus, *vt hic.* Ita error in nomine contractus, vel falſa denominatio contra... vitiat contractum. Iaſ. *hic.*

q Cur nulla eſt venditio? quia hic nulla pretij mentio ac numeratio: ... ſula data eſt, vt alia reficeretur. Cæterùm vbi pretium deeſt, ibi venditio di... gi ve non poteſt, *l.* 2. *C. de contr. empt.* Itaque fuerit hic contractus innomin... vt facias: reiecto è contractu venditionis verbo, tanquam inutili.

r Præſcriptis verbis actio in eum qui, cum id tamen accepiſſet ſeruum no... numiſit, datur in id quod intereſt, ſi interſit eius qui dedit ſeruum manu... non interſit, datur condictio ob cauſam.

ſ *l.* 5. *in fin.* ſ. *eod*

t *al.* furti vel de furto.

u *l.* 15. ſ. *de cond. cauſ. dat.*

x Præſcriptis verbis actio datur ex contractu do vt facias.

y Serui quoties dabantur quæſtionis habendæ cauſa, dabantur æſtimati.

z De quo dic, *vt* j. *eodem.*

a Traditum hic appellat, quod paulo ante datum dixit. vnde Forcatul... git 49. *Necyom.* 4. pro ſubiecta materia, verbum *dare*, ſumi pro *tradere.* ... uerſus Alciat. 2. *Paradox.* 19 notat.

b Hoc enim caſu intelligitur agi, vt non reddatur ſeruus quæſtionis ha... cauſa datus, ſi conuictus ſit.

c Admiſſum, eſt flagitium.

d *Quid ſi pactam æſtimationem, vel dictam æſtimationem* ... nam hic agitur de ſeruo qui æſtimatus datus eſt habendæ quæſtionis ...

reddi à domino oportere: ſed quæſitum eſt, qua actione *a* pecunia, ſi eam dominus elegiſſet, peti poſſet? Dixi tametſi quod inter eos ageretur, verbis quoque ſtipulationis concluſum non fuiſſet: ſi tamen lex contractus non lateret, præſcriptis verbis incerti & hic agi poſſe: nec videri *b* nudum pactum interueniſſe, quotiens *c* certa lege dari probaretur.

Accepto tuli vt deleges.

9. *Idem* libro 10. Reſponſorum.

OB *d* eam cauſam accepto *e* liberatus, *vt nomen Titij debitoris delegaret*, ſi fidem contractus non impleat, incerti *f* actione tenebitur: itaque iudicis officio non vetus obligatio reſtaurabitur †, ſed promiſſa *g* præſtabitur, aut condemnatio ſequetur.

De vſufructu, & cautione omiſſa.

10. *Iauolenus* lib. 13. Epiſtolarum.

PArtis tertiæ *h* vſumfructum legauit: heredis bona ab eius creditoribus diſtracta ſunt: & pecuniam, quæ ex æſtimatione partis tertiæ fiebat, mulier accepit fruendi cauſa & per ignorantiam ſtipulatio *i* prætermiſſa *k* eſt: quæro, an ab herede mulieris pecunia, quæ fruendi cauſa data eſt, repeti poſſit, & qua actione: reſpondi, in *l* factum actionem dari debere.

Quibus caſibus dantur actiones in factum.

11. *Pomponius* lib. 39. ad Quintum Mucium.

QVia *m* actionum non plenus numerus eſſet, ideo plerumque actiones in factum deſiderantur: ſed & eas actiones quæ legibus proditæ ſunt, ſi lex iuſta ac neceſſaria ſit, ſupplet prætor in eo, quod legi deeſt: quod facit in lege Aquilia *n*, reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliæ: idque vtilitas eius legis exigit.

De tranſcriptione rei venditæ.

12. *Proculus* lib. 11. Epiſtolarum.

SI vir *o* vxori ſuæ fundos vendidit, & in venditione comprehenſum eſt conueniſſe *p* inter eos, *ſi ea nupta ei eſſe deſiſſet, vt eos fundos, ſi q ipſe vellet, eodem pretio mulier tranſcriberet r viro*, in factum exiſtimo iudicium eſſe reddendum: idque & in aliis perſonis obſeruandum.

De re data, vt certo pretio vendatur, & ſuperfluum venditor lucretur. 1. De area data vt ædificetur. De puero docendo vel nutriendo. De pecore paſcendo.

13. *Vlpianus* lib. 38. ad Sabinum.

SI tibi rem vendendam certo pretio dediſſem, *vt, quo pluris vendidiſſes, tibi haberes*, placet, neque *ſ* mandati *t*, neque pro ſocio eſſe actionem, ſed in factum, quaſi alio negotio geſto. quia & mandata gratuita eſſe debent, & ſocietas non videtur contracta in eo, qui te non admiſit ſocium diſtractionis, ſed ſibi certum pretium excepit.

1 ¶ Iulianus ‖ libro vndecimo digeſtorum ‖ ſcribit.

SI tibi areæ *u* meæ dominium *x* dedero, *vt, inſula ædificata partem mihi reddas*, neque emptionem eſſe, quia pretij loco partem rei meæ recipio: neque mandatum, quia non eſt gratuitum *y*: neque ſocietatem, quia * nemo ſocietatem contrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit *z*.

¶ Sed *ſi puerum docendum* vel *pecus a paſcendum tibi dedero, vel puerum nutriendum, ita vt, ſi poſt certos annos veniſſet, pretium inter nos communicaretur*, abhorrere hæc ab area, eo quòd hic dominus eſſe non deſinit, qui prius fuit: competit igitur pro ſocio *a* actio.

¶ Sed ſi forte puerum dominij tui fecero, idem ſe, quod in area, dicturum: quia dominium deſinit ad primum dominum pertinere. Quid ergo eſt? in *b* factum putat actionem Iulianus dandam, ‖ id eſt, præſcriptis verbis. ‖ Ergo ſi quis areæ dominium non tranſtulerit, ſed paſſus ſit te ſic ædificare, vt communicaretur vel ipſa, vel pretium; erit ſocietas: idémque & ſi partis areæ dominium tranſtulerit, partis non: & eadem lege ædificare paſſus ſit.

De mercibus alienis in mare proiectis. 1. Si ſeruus ſpoliatus frigore moriatur. 2. De fideiuſſore præſtando ei qui prædium pro alio obligauit.

14. *Idem* libro 41. ad Sabinum.

QVi ſeruandarum mercium ‖ ſuarum ‖ cauſa alienas merces in mare proiecit, nulla *c* tenetur actione: ‖ ſed ‖ ſi ſine *d* cauſa id feciſſet, in factum: ſi dolo, de dolo ‖ tenetur. ‖

1 ¶ Sed & ſi *e* ſeruum quis alienum ſpoliauerit, iſque frigore *f* mortuus ſit, de veſtimentis quidem furti agi poterit: de ſeruo verò in *g* factum ‖ agendum, ‖ criminali *h* pœna aduerſus eum ſeruata.

2 ¶ Sed *i* & ſi calicem argenteum quis alienum in profundum *k* abiecerit, damni dandi cauſa, non lucri faciendi, Pomponius libro ſeptimodecimo ad Sabinum ſcripſit, neque furti, neque damni iniuriæ actionem eſſe: in *l* factum tamen agendum.

3 ¶ Si glans *m* ex arbore tua in meum fundum cadat, eámque ego immiſſo pecore depaſcam, Ariſto ſcribit, non ſibi occurrere legitimam actionem *n*, qua experiri poſſim: nam neque ex lege *o* duodecim tabularum de paſtu pecoris, quia non in tuo *p* paſcitur, neque de pauperie, neque de damni iniuria *q* agi poſſe: in factum *r* itaque erit agendum.

De iudicio ſerui fugitiui.

15. *Idem* lib. 42. ad Sabinum.

SOlent *ſ*, qui nouerunt ſeruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis, vbi celentur: quæ *t* res non facit eos fures: ſolent etiam mercedem *u* huius rei accipere, & ſic indicare: nec videtur illicitum eſſe hoc, quod datur: quare qui accepit, quia ob cauſam accepit, nec improbam cauſam, non timet condictionem: quòd ſi ſolutum quidem nihil eſt, ſed pactio interceſſit ob indicium, hoc eſt, *vt ſi x indicaſſet, adprehenſuſque eſſet fugitiuus, certum aliquid daretur*: videamus, an poſſit agere? Et quidem conuentio iſta non eſt nuda, vt quis dicat, ex *y* pacto actionem non oriri, ſed *z* habet in ſe negotium aliquod: ergo *a* ciuilis actio oriri poteſt, id *b* eſt, præſcriptis verbis: niſi *c* ſi quis & in hac ſpecie de *d* dolo actionem competere dicat, vbi *e* dolus aliquis arguatur.

De creta exempta & loco replendo. 1. De ſatu in fundo alieno.

16. *Pomponius* lib. 22. ad Sabinum.

PErmiſiſti *f* mihi cretam *g* eximere de agro tuo ita *h vt eum locum, vnde exemiſſem, replerem*, exemi *i*, nec repleo: quæſitum eſt, quam habeas actionem. ſed certum eſt, ciuilem actionem incerti *k* competere. Si autem vendidiſti *l* cretam, ex vendito ages: quòd ſi poſt exemptionem cretæ repleuero, nec patiaris me cretam tollere, tum agam ad exhibendum *m*: quia mea *n* facta eſt, cum voluntate tua *o* exempta ſit.

---

a Ad id repetendum quod eſt datū, vel eius æſtimationem, competit actio præſcriptis verbis, quando hoc pactum eſt. *Bart.*

b Pactum appoſitum iuxta traditionem rei, non eſt nudum: velatur enim traditionis cohærentia. *Iaſ.* adde *l. 48. ſup. de pactis.* vel ita: Præſcriptis verbis actio datur, vt fiat quod conuenit in pacto incontinenti adiecto.

c *l. 6. C. de rerum permut.*

d Præſcriptis verbis actio datur ex contractu, facio vt facias, vt fiat quod conuenit.

e Si tibi accepto tuli decem, vt mihi debitorem tuum delegares, nec deleges, hac actione teneberis.

f Incerti actio dicitur, quæ datur ad factum *l. 16. inf. eo.*

† Immo, vetus reſtauratur, cum ex ea datum condici poſſit, *l. 4. ſ. de condict. cauſa data.*

g Hac actione non tantum id quod intereſt, ſed promiſſa ſeruari, petere poſſumus.

h dixi ad *l. 4. C. quando dies legatorum.*

i Cautio interponitur ab vſufructuario rei quæ vſu conſumitur, de quātitate eadem reſtituenda, finito vſufructu. *ſ. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſumuntur.*

k Pecunia data ad fruendum, omiſſa cautione finito vſufructu repetitur per actionem in factum *v. l. 5. §. 1. ſup. de vſufr. earum rerum.*

l Cur in factum? quia heres teſtatoris ab herede fructuariæ eam pecuniam fructuariam repetit, quam non ipſe, ſed creditores hereditarij ipſi fructuariæ numerarunt; Nam ſi ipſa pecunia fuiſſet ipſi fructuariæ ab herede teſtatoris numerata, eam repeteret finito vſufructu, certi condictione generali, vel ſine cauſa. *l. hoc ſenatuſc. 5. ſ. de vſufr. earum rerum.*

m Actiones in factum ſubſidiariæ ob eam cauſam inuentæ ſunt à Prætore, quod æquum eſſet actionem dari, non quòd vlla actio prodita erat: ſed & inuentæ ad ſupplenda Prætorum edicta, & leges ciuiles, quibus minus commodè cuique proſpicitur, vt in hoc exemplo, Aquilia actio directa datur in eum, qui ſuo corpore in corpus alterius damnum dedit. Quoties non corpore in corpus: vel corpore in non corpus, damnum datur, nulla Aquilia comparata eſt. Ea res mouit Prætorem vt in hac ſpecie daret in factum actionē loco actionis legis Aquiliæ, *vt hic.*

n Vbi lex Aquilia deficit, ius ſuppletur per actionem in factum, Bart. adde *§. fin. Inſt. de l. Aquil.* In factum ex lege Aquilia datur, cùm nec oratio, nec ſententia legis conuenit, hoc eſt, cùm neque damnum vel corpore, vel corpori datum fuit, *§. vlt. l. 33. in fin. l. 53. ſup. ad l. Aquil.*

o Vendere vir vxori poteſt: valet inter virum & vxorem venditio. v. quæ ſcripſi ad *l. 31. § 3. inf. de don. inter virum.* p Ex pacto de retrouendendo appoſito in venditione non tantùm poteſt agi actione innominata præſcriptis verbis, *vt hic.* ſed & ex vendito actione informata ex pacto. *l. 6. ſup. de reſcind. vendit. l. 2. C. de act. inter empt.* q Aut ſi pretium offerret. *l. 2. C de pact. inter empt.* ita plerumque venditores ſtipulabantur ab emptore, vt nulli alij, quam ipſi venditori reuenderet. *l. qui fundum 40. ſup. de contr. empt. l. ſi ſterilis 21. §. ſi tibi 4. ſ. de act. empt.*

r Præſcriptis verbis innominata actione agi poteſt ex pacto retrouendendi, venditioni adiecto, *vt hic.* quinimò ex vendito actione pacto informata agi etiam poteſt, *l. 2. C. de pact. conuentis*: *l. ſi conuenit 6. ſupr. de reſcind. l ſed Celſus 6. §. 1. ſupr. de contr. empt.*

ſ Qui rem accipit certo pretio vendendam, vt quo pluris vendiderit, id ſibi habeat, neque mandati, neque pro ſocio obligatur. Non mandati, quia mandatum gratuitum eſſe debet, hic autem lucrum ſentit. Non pro ſocio, quia in lucro quod facit nullum habet ſocium. Quid igitur? in factum actione tenebitur.

t adde *l. 5. § 4 ſup. eod. & §. 1. ſ. eod.*

u Areæ meæ tibi dominium dedi, vt inſula ædificata partem mihi reddas: eſtne emptio? non eſt, quia pretij loco partem rei meæ recipio.

x aliud erit ſi non dominium dedi, ſed vendidi, vt *l. 6. §. 2. ſup. de act. empt.*

y Tale eſt autem mandatum, *l 1. §. 4. ſup. mandati*

z Partem tamen communicat ſocio, *l. 1. §. 1. ſup. pro ſocio.*

* *vt l. 9. C. de pactis.*

a cum is, qui acceperit pecora partiaria, paſcenda acceperit *d. l. 9.*

b ſenſus eſt: Si res ad meliorandum ita datur, vt tranſlato eius integro dominio ea poſte diuidatur, præſcriptis verbis: ſi, vt pars tantum transferetur, actum eſt pro ſocio erit actio

c Immo, vel ex locato, vel conducto. *l. 2. ſup. de lege Rhodia.*

d Præſcriptis verbis tenetur qui ſine dolo ſuarum mercium ſeruandarum cauſa, meas in mare proiicit: doli, ſi dolo.

e Seruum tuum Titius ſpoliauit: ſeruus frigore mortuus eſt: de veſtimentis in duplum tibi actio in Titium eſt: de ſeruo ipſo dupli petitio: criminali quoque actione ſeruata. *Syn. Baſil. 19. tit. 10. ex lib. 20. tit. 4. c. 13. in pr.*

f *Ecl. 19. tit.* περὶ ζημιέντων ἀνθρώπων τε ϰ ἀλόγων ζώων, &c.

g Cur in factum? Qui ſeruum alienum ſpoliat, etſi is frigore poſtea moriatur, corpori quidem damnum dat, eſt, non tamen corpore ipſo damnum dedi: ſpoliaui quidem, at non illa ſpoliatio mea, ſeruum interfecit immediatè, ſed frigus. Vbi non corpore in corpus damnū datur, ibi, quia directa Aquilia non competit, in factum præſcriptis verbis cōpetit actio.

h legis Corneliæ, de qua in *l. 23. §. 9. ſ. ad l. Aquil.* i Si vas alienum in profundum abiecero, non lucri faciendi cauſa, ſed damni dandi, domino in duplum teneor, non tamen furti in duplum actione, vel Aquilia. *Syn. eod. c. 13. in medio.*

k *l. 27. §. 21. ſup. ad l. Aquiliam*: adde *l. 55. in fin. inf. de adq. rer. dom.*

l Cur in factum? Corpore in non corpus damnum datum eſt. Corpore calicem tuum in profundum abieci: Corpus calicis nullum damnum recepit, ſed tu qui calicis es dominus. Aquilia autem directa non datur, vbi corpore in non corpus damnum datur. Itaque in factum hæc actio fuerit neceſſaria. m Glans tua ſi cadit in fundum meum, eámque immiſſo pecore depaſco, locus erit actioni in factum, non de paſtu pecoris, (quia non in agro tuo paui) ſed Aquiliæ, *Syn. eo. c. 13. in fin.* n Immo, eo caſu ad exhibendum actio competit, teſte Pomponio, Ariſtoni in eo diſſimili. *l. 9. §. 1. ſ. ad exhibendum*: Cur tam variè? ibi dolo, hic ſine dolo. *Acc.* o Erat autem & actio de paſtu ex lege 12 Tab. adde *Paul. 1. ſent. 15. §. 1.* p De paſtu actio locum non habet cum in meo glandem tuam pecore meo depaſco, facit *l. pen. C. de l. Aquil.* q Neque damni iniuriæ. *Hal.* Cur damni iniuriæ? potuit enim glans immatura depaſci *l. 27. §. 25. ſup ad l. Aquil.* r actione ſcilicet, eaque prætoria, non ciuili. Cuiac. ad *l. 7. ſup. de pactis.* ſ Fures ac fugitiuos indicare nemo cogitur. Poſſis eorum indicandorum cauſa, pecuniam licitè accipere, non autem vt ne eos indices, vide Albericum *hic.* t fur non eſt, qui furem ita indicat: qui quid eo nomine accipit, ob cauſam non improbam accipit, condictionem non timet. u quæ indicium dicitur. *l. 4. §. 4. ſup. de cond ob turpem. l. 1. ſ. de proxenet.* v. Cuiac. 5. *obſ.* 18. Contium 1. *ſubciſiuar.* 13. 14. x Contractum innominatum fieri per dictionem *ſi*, hinc colligit Bald. adde *l. Labeo ſ. eo. l. ſi quis cum debitore. 39. ſup. de iureiur. 1. l. intra 41. ſ. de pactis.* y Ex pacto nudo non oritur actio. z Nuda pactio non eſt, quæ habet in ſe negotium aliquod.

a Actio non eſt datiua ſed natiua, quam negotium aliquod antecedit. b Præſcriptis verbis actio, ciuilis eſt. c Indicia promiſſa rectè petuntur vel actione doli, vel actione in factum prætoria, *vt hic.* Imò & ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interceſſerit. adde *Paul. 2. ſent. 31. §. 20.* d Doli actio locum toties habet, quoties dolus argui poteſt. e Dolus autem hic arguitur, ſi vel dolo induxit dominum ad indicium promittendum vel ſi ipſi ſeruo fugæ vel occultationis cauſa fuit.

f Præſcriptis verbis actio competit aduerſus eum, qui cretæ eximendæ ex certo loco facultatem gratuito habuit nec locum repleuit: ex vendito, ſi vendita ea facultas fuit: ad exhibendum, aduerſus eum qui non patitur eam tolli. g adde *l. 34. ſ. de dolo l. 6. ſ. de don.* h & ſic dediſti vt facerem. i aliud fuerit ſi ſumptum tantum feci, nec um exemi. *vt l. 34. ſup. de dolo.* k Incerti actio datur ad factum *vt hic. & l 9. ſ. dd.* l hic plenus eſt contractus. m Imò, nulla eſt alia quam de dolo *d. l. 34.* n feacit *l. 35. §. vlt. C. de donat.* o l. quaſi traditione [illegible]

1 ¶ Permiſiſti mihi *vt ſererem in fundo tuo & fructus tollerem*: ſeui, nec pateris me fructus tollere: nullam iuris ciuilis actionem eſſe, Ariſto ait: an in factum *a* dari debeat, deliberari poſſe: ſed erit de dolo.

De habitatione data. 1. De æſtimatoria. 2. De re inſpicienda. 3. Commodo vt commodes. 4. De re oſtendenda. 5. De ſponſione.

17. *Vlpianus* lib. 28. ad Edictum.

SI gratuitam *b* tibi habitationem dedero, an commodati *c* agere poſſim? & Bibianus ait, poſſe: ſed eſt tutius *d*, præſcriptis verbis agere.

1 ¶ Si *e* margarita tibi æſtimata dedero: *vt aut eadem mihi adferres f, aut pretium eorum*, deinde hæc perierint ante venditionem, cuius periculum ſit? Et ait Labeo, quod & Pomponius ſcripſit, ſi quidem ego te venditor rogaui, meum eſſe periculum: ſi tu me, tuum: ſi neuter, noſtrum: ſed duntaxat conſenſimus, teneri te hactenus *g*, vt dolum & culpam mihi præſtes: actio autem ex hac cauſa vtique erit præſcriptis verbis.

2 ¶ Papinianus lib. 8. quæſtionum ſcripſit:

SI rem tibi inſpiciendam *h* dedi, & dicas *i* te perdidiſſe, ita demum mihi præſcriptis verbis actio competit, ſi ignorem, vbi ſit: nam ſi mihi liqueat, apud te eſſe furti *k* agere poſſum, vel condicere, vel ad exhibendum agere. Secundùm *l* hæc, ſi cui inſpiciendum dedi, ſiue *m* ipſius cauſa, ſiue vtriuſque, & dolum, & culpam mihi præſtandam eſſe dico propter vtilitatem: periculum non: ſi verò mei duntaxat cauſa datum eſt, dolum ſolùm: quia propè depoſitum hoc accedit.

3 ¶ Si *n* cùm vnum bouem haberem, & vicinus vnum, placuerit inter nos, *vt o per denos dies ego ei, & ille mihi bouem commodaremus, vt opus faceret*: & apud alterum bos periit: commodati non competit actio: quia non fuit gratuitum commodatum, verùm præſcriptis *p* verbis agendum eſt.

4 ¶ Si, cùm mihi veſtimenta venderes *q* rogauero, *vt ea apud me relinquas, vt peritioribus oſtenderem r*, mox hæc perierint vi ignis, aut alia maiore, periculum me minimè præſtaturum: ex quo apparet, vtique cuſtodiam † ad me pertinere.

5 ¶ Si *ſ* quis *ſponſionis t cauſa* annulos acceperit, nec reddit victori, præſcriptis verbis actio in eum competit. nec enim recipienda eſt Sabini opinio *u*, qui condici, & furti agi ex hac cauſa putat: quemadmodum *x* enim rei nomine, cuius neque poſſeſſionem, neque dominium victor habuit, aget furti? planè ſi inhoneſta *y* cauſa ſponſionis fuit, ſui annuli duntaxat repetitio erit.

De pecunia depoſita, vt reducenti fugitiuum detur.

18. *Vlpianus* lib. 30. ad Edictum.

SI apud te pecuniam depoſuerim, *vt dares Titio, ſi z fugitiuum meum reduxiſſet*: nec dederis, quia non reduxit, ſi pecuniam mihi non reddas, melius eſt, præſcriptis verbis agere: non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius *a* depoſuimus, vt quaſi apud ſequeſtrem *a* ſit depoſitum.

De re vendenda data vt pretium in mutuum conuertatur. 1. De fideiuſſore præſtando ei qui prædium pro alio obligauit.

19. *Vlpianus* lib. 31. ad Edictum.

ROgaſti me *b*, vt tibi nummos mutuos darem: ego cùm non haberem, *dedi tibi rem vendendam, vt pretio vtereris*: ſi non vendidiſti, aut vendidiſti quidem, pecuniam autem non *c* accepiſti mutuam: tutius *d* eſt, ita agere, vt Labeo ait, præſcriptis verbis, quaſi negotio quodam inter nos geſto proprij *e* contractus.

1 ¶ Si prædium pro te obligauero, deinde *f* placuerit *g* inter nos, *vt h mihi fideiuſſorem præſtares*: nec facias, melius eſſe dico, præſcriptis verbis agi, niſi merces interuenit. nam ſi *i* interuenit, ex locato eſſe actionem.

De re experienda. 2. Vel inſpicienda data.

20. *Idem* lib. 32. ad Edictum.

APud Labeonem quæritur, *ſi tibi equos venales experiendos k dedero, vt, ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes*, túque deſultor *l* in his cucurreris *m*, & viceris: deinde emere nolueris, an ſit aduerſus te ex vendito actio? Et puto verius eſſe, præſcriptis verbis agendum. nam inter nos hoc actum, vt experimentum gratuitum acciperes, non vt etiam certares.

1 ¶ Item apud Melam quæritur: *ſi mulas tibi dedero, vt experiaris n; & ſi placuiſſent, emeres: ſi diſplicuiſſent, vt in dies ſingulos aliquid præſtares*: deinde mulæ à graſſatoribus *o* fuerint ablatæ intra dies experimenti, quid eſſet præſtandum, vtrùm pretium & merces, an merces tantùm? Et ait Mela, intereſſe, vtrùm emptio iam erat contracta, an futura: vt, ſi facta, pretium petatur, ſi futura, merces petatur: ſed non exprimit de actionibus. puto autem, ſi quidem perfecta fuit emptio, competere ex vendito actionem: ſi verò nondum perfecta eſſet, actionem talem, qualem aduerſus deſultorem dari.

2 ¶ Si *p*, cùm emere argentum velles, vaſcularius *q* ad te detulerit, & reliquerit, & cùm diſplicuiſſet tibi, ſeruo tuo referendum *r* dediſti, & ſine dolo malo, & culpa tua perierit, vaſcularij eſſe detrimentum: quia eius quoque cauſa ſit miſſum *ſ*: certè culpam eorum, quibus cuſtodiendum, perferendúmve dederis, præſtare te oportere, Labeo ait: & puto, præſcriptis *t* verbis actionem in hoc competere.

Si deficiat actio, vel exceptio.

21. *Idem* lib. 2. Diſputationum.

QVotiens *u* deficit actio, vel exceptio *x*, vtilis *y* actio, vel exceptio eſt.

De veſtimentis poliendis, farciendiſve.

22. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

SI tibi polienda, farciendáve veſtimenta dederim, ſi *z* quidem gratis hanc operam te ſuſcipiente, mandati eſt obligatio, ſi verò mercede data, aut conſtituta, locationis conductioniſque negotium geritur: quòd ſi neque gratis hanc operam ſuſceperis, neque protinus *a* aut data aut conſtituta ſit merces, ſed eo animo negotium geſtum fuerit, vt poſtea tantum mercedis nomine daretur, quantum inter nos ſtatutum ſit: placet, quaſi de nouo *b* negotio, in factum dandum eſſe iudicium, id eſt, præſcriptis verbis.

Si annulus ei cui oſtenſus eſt, exciderit.

23. *Alfenus* lib. 3. Digeſtorum à Paulo Epitomarum.

DVo ſecundum Tiberim cùm ambularent, alter eorum ei, qui ſecum ambulabat, rogatus *c* annulum *d* oſtendit, vt reſpiceret: illi excidit annulus, & in Tiberim deuolutus eſt? Reſpondit, poſſe agi cum eo in factum actione.

a vt patientiam præſtes, vt patiaris fructus tollere, ad hanc actionem de dolo & ad patientiam præſtandam, refer affines eius actiones. nam ſi rem meam in tuo fundo poſitam congeſtam non patieris tollere, & actione ad exhibendum *l. 5. §. 3. l. 9. § 1. l. 15. ſup. ad exhibend.* & interdicto de glande legenda, ſi de glande legenda agitur, *d. l. 9. §. 1. & l. vn. inf. de glan.* interdicto, de theſauro meo tollendo, *d. l. 15.* & confeſſoria, de ſeruitutibus, vt ire agere patiaris, vtar, *l. 15. in fin. ſ. de ſeruitutib.*

b Gratuitam habitationem qui accipit, non commodati, ſed præſcriptis verbis actione conuenitur. *vt hic.* ſic qui gratuitam habitationem occupat, non patitur in rebus ſuis inuectis & illatis tacitam hypothecam, vt qui conducit, *l. 5. ſ. in quib. cauſis pignus, vel hypotheca tacitè contr.* Cur in factum actione hic conuenitur qui gratuitam habitationem accipit? An quia conſtat non habitantis commodo aut precibus etiã eſſe, vt neque commodatum ſit aut precarium, ſed concedentis, cuius intererat domum habitari, vt ne vacua & deſerta periret?

c Poteſt enim habitatio commodari, *l. 1. §. 1. in fi. ſ. commod.* & gratuito dari, *l. 27. inf. de don.* d Sic recedit à ſententia Iuliani, vt hic caſus ſit contractus innominatus, & meritò: nam quoties dubitatur de intellectu alicuius legis, ille ſenſus eſt accipiendus qui rubricæ illius tituli conuenit. vide alias præterea rationes apud. Bellonum 2. *ſupput.* 13. *num.* 2. 3. 4. 5. Verum dic melius, cum Forcatulo 49. *Necyomant. in fin.* Tutius hic dicit, quia dando habitationem non conuenerat expreſsè vt eandem mihi redderes, & ita concilia huic legi, *l. vlt. inf. eod.* vel dic: dubium hîc erat vtrum gratuita habitatio data fuiſſet ad certum vſum vel incertum: ideoque præſcriptis verbis datur: nam ſi conſtaret, ad certum vſum datam fuiſſe, commodati competeret actio: vt & de precario, ſi ad incertum tempus. *Alberic.* e Si tibi rem æſtimatam dedero, vt eandem mihi referres, aut pretium eius, & perierit ante venditionem, actionem præſcriptis verbis habeo. Et ſi quidem ego te rogaui vt acciperes, meum eſt periculum: ſin tu me rogaſti, tuum: ſi neuter noſtrum, dolum & culpam mihi præſtat. *Syn. Baſil.* 24. *tit.* 4. *c.* 15. 2. *Har.* 2. §. 11. f ſic alibi. Eoſdem ſcyphos vel eiuſdem ponderis argentum *l. vlt. inf. eod.* g Imò æſtimatio præciſè periculum eius facit, qui accepit *l. 1. in fin. ſup. de æſtimatoria.* quid? Imò re æſtimata accepta: ne quidem debetur periculum niſi receptum fuerit. *l. 5. §. 3. ſup. commodati.*

h Præſcriptis verbis actione tenetur, qui recepit rem inſpiciendam, & eam culpa perdidit. quòd ſi non perdidit, ſed ſe perdidiſſe dixerit, furti & condictione furtiua, & ad exhibendum tenetur. i Non ſtatim ei creditur, qui dicit ſe rem inſpiciendam accepiſſe, & eam perdidiſſe. k *l. 78. inf. de furtis.* l Traditione facta recipientis gratia, leuiſſima: dantis, dolus & lata culpa: vtriuſque, leuis tantum culpa præſtatur. m aliam diſtinctionem v. in *l. 10. §. 1. ſup. commodati.* adde *l. 23. inf. eod.* n *§. 2. Inſt. de locato.* o Si commodo vt commodes, agitur præſcriptis verbis. *Bar.*

p Cur præſcriptis verbis, non commodati? quia hinc inde res commodatæ: quod quoties accidit, gratuitum non eſt commodatum: ita, cùm non ſit verũ commodatum, commodati non agitur, ſed præſcriptis verbis. q Venderes, i. vendere velles. Idem genus loquendi in iure ſæpè occurrit, de quo dixi ad *l. 3. §. 3. de iniur.* r pretij explorandi cauſa, *l. 1. in fi. ſ. eo.* † Cuſtodiam qui præſtat, leuem culpam præſtat, non leuiſſimam, hoc ideo, quia pro cuſtodia mercedem principaliter non recipit: alias ſecus *l. qui mercedem 40. ſup. locati.* ſ Præſcriptis verbis actione tenetur, qui rem recepit vt alteri reſtitueret in certum temporis euentum: tenetur, inquam, poſt tempus completum niſi ob cauſam inhoneſtam traditio fieri debeat. t cuius exemplum eſt apud Plinium 9. *c.* 35. vbi loquitur de vnionib. quos Cleopatra vna cœna abſumere voluit, vt ſponſione cum ipſo Antonio facta vinceret: adde Macrobium 3. *Saturn.* 27. Huiuſmodi ſponſio fiebat pignoribus depoſitis: & plerunque ludicra eſſe ſolebat: eratque permiſſa ex lege Titia & Cornelia *l. 3. ſup. de aleatorib.* v. Budæum ad *l. 2. ſup. de origine iuris.* u adde *l. 1. in fi. ſ. de diſtract. pign.* x furti agere non poteſt, qui rei neque poſſeſſionem, neque dominium habuit, *vt hic* niſi eius intereſſit cuſtodiæ cauſa quam alteri debeat. y alias non, *v. l. 6. in fin. C. depoſiti.* z adde *l. 1. ſup. eo.* a hoc verbum extat in *l. 1. in fin. C. Theod. ſi vagum petatur mancipium lib.* 10. *tit* 12. Erant fugitiuarij, qui fugitiuos perſequebantur, quod L. Annæi Flori locus indicat, *lib. 3.* Ita, inquit, qui per fugitiuarios retrahi debuiſſent, prætorios duces profugos prælio ipſi ſequebantur: & ita Varro 3, *de re ruſtic. cap.* 14. loquens de cochleis Aqu[...] finiendæ, id eſt clu[...] dendæ, ne fugitiua[...] rius ſit parandu[...] Cuiac. 5. *obſ.* 8. i[...] locus fugæ patre[...] cochleis, cogaris p[...] ſteà tanquam fugiti[...] uos ſeruos, ſic co[...] chleas fugitiuas p[...] ſequi, & vti mini[...] ſterio reprehenſ[...] rum: fugitiuarius a[...] tem dicitur eade[...] analogia, qua thu[...] narius & anata[...] aquila, apud [...] *Plin.* 3. Anata[...] id eſt, anatum inſ[...] ctatrix *Bud. hic* Va[...] ro 4. *de lingua,* [...] quæ iam maiorib[...] noſtris ademit obl[...] uio fugitiuas, ſ[...] ta ſedulitas Ma[...] & Bruti retra[...] nequit. Terent[...] Fugitiuum re[...] ham argentum.

a facit *l. 9. §. 3.* [...] *de dolo.*

b facit *l. 11.* [...] *reb. cred.*

c Quid ſi acc[...] ſti? mutuum [...] atque ita pr[...] ex re vendita[...] ctum, in [...] pacto conuert[...] teſt, *vt hic.* [...] *gaſti* 11. *ſup.* [...] *cred.* quod [...] nus negat in [...] *ſup. mandati.* [...] dixi.

d Vtilius eſt [...] an id electiuè [...] tur? v. Bellon[...] *ſupput.* 13.

e diſtincti à [...] tuo

f Præſcriptis [...] bis agitur [...] incontinenti [...] ſito: quin & [...] ex contractu [...] mata, ſi quæ [...] generis fuerit.

g i. ſi feci [...] res. *l. 5. §. 4.* [...]

h vide *l. 9. §.* [...] *de pign. act.*

i Merces [...] nem præſu[...] *l. 5. §. 12. ſup.* [...] *modati.* i. arg[...] demonſtrat.

k Præſcriptis [...] bis actione [...] equum reſtitue[...] eum experiendo recepit & eam conuentionem exceſſit. *§. 1. ſ. eo. l. 10. l. 13. §. 1.* [...] *commod.* l Deſultor erat, qui duos equos abſque ephippiis agitans, ex altero in [...] rum mira pernicitate deſiliebat: hunc Ælian. *lib. 20. de artibus inſtruendis,* [...] vocat: quod genus hominum aciei contra Barbaros inſtruendæ valere ait. Ex [...] enim equis in alios tranſultare conſueuerunt: hinc deſultoria leuitas. Hic [...] Deſultores eſſe videntur, qui equis in certamine decurrebant victoriæ cauſa, [...] que Græci κέλητας appellabant. Tranq. *in Cæſare c.* 39. Plin. 24. *c.* 5. & Varr[...] *de re Ruſt.* 7. peritus belli aliter equos eligit atque docet, aliter quadrigarius [...] ſultor. Bud. v. Iſid. 18. *c.* 39. & Manil. m in certamine publico, *vt inf. eod.*

n Rem experiendam qui recipit, perfecta emptione tenetur ad pretium actione [...] vendito, vel præſcriptis verbis ad id quod conuenit.

o facit *l. 20. ſup. commodat.*

p *Syn. Baſ.* 24. *tit.* 4. *c.* 19. 2. *Har.* 3. §. 12. q qui vaſa aurea & argentea facit [...] enim inter aurifices vaſcularij. *Bud hic.* r vide *l. 10. l. 11. l. 12. l. 20. ſup.* [...] ſ Is cui res inſpicienda data eſt, caſum fortunamque non præſtat rei, cùm [...] ferendam dedit. Quid igitur? dolum & culpam præſtabit, hac præſcriptis [...] actione. t Imò mandati, *§. vlt. Inſt. mandati.* u Præſcriptis verbis generalis [...] & exceptio datur, vbi ſpecialis deficit. x directa ſc. Directæ exceptiones dicu[...] quæ titulum aliquem vel deſcriptionem in iure habent, vnde certò poteſt intel[...] qua forma proponendæ ſint. Old. *in Ench. excep c.* 3. *n.* 2.

y in factum, ſc. de qua *l. 4. §. 5. l. 4. §. 32. ſ. de doli except.* quod factum tale eſt [...] cèt nominatim nullam pariat exceptionem reo conuento, æquitate tamen def[...] dus ſit: huic exceptioni ſimilis eſt exceptio doli mali. *d. §. 32. d. l. 4. §. 5. ſ. de doli ex*[...] *cept.* z Quoties quis gratis operas præſtat, mandati: quoties dicta ac certa me[...] locationis: quoties ſpe mercedis innominatus eſt contractus, ex quo oritur h[...] ſcriptis verbis actio. a i. initio contractus. b nec enim eſt mandatum, c[...] ſit gratuitum: non locatio, quia ab initio certa merces non eſt conſtituta i[...] cunia numerata. *Iaſ.*

c adde *l. 17. §. 2. ſup. eod.* d Annulum tuum accepi, vt inſpicerem, & i[...] men excidit, hac actione teneor. *Syn. Baſil.* 24. *Tit.* 4. *c.* 22. 2. *Harm.* 3. §. [...] eſt, præſcriptis verbis actione, ſi nulla alia ſuperſit, tenetur, qui rem a[...] culpa ſua perdidit.

De pecunia.

a v. Cuiac. 8. *ad Afric.*
b triginta millia ſcilicet.
c Hæc datio contractus eſt: ſit enim certa lege.
d incontinenti ſc. vt eam pecuniam Sempronius fœnori occuparet, quanto maximo poſſet, & vt ex reditu, &c. Cuiac. *ibid.*
e i. vſura. *Non* 6c. vſura, ſi quidem (breuis eſt & certa hæc definitio) eſt reditus pecuniæ debitæ, vel reditus ſortis debitæ, vel vſusfructus nomine *l. 3. ꝟ. vſufr. ear. rer.*

De pecunia data vt fœnori detur, & ex eius vſuris tributum ſoluatur.

24 *Africanus* a lib. 8. Quæſtionum.

TItius Sempronio triginta *b* dedit *c*, pactique ſunt *d*, *vt ex reditu* e *eius pecuniæ tributum*, *quod* f *Titius pendere deberet* g, *Sempronius præſtaret, computatis* h *vſuris ſemiſſibus, quantóque* i *minus tributorum nomine præſtitum foret, quàm earum vſurarum quantitas eſſet, vt id Titio reſtitueret: quòd* k *amplius præſtitum eſſet, id ex ſorte decederet: aut* l, *ſi & ſortem & vſuras ſumma tributorum exceſſiſſet, id, quod amplius eſſet, Titius Sempronio præſtaret.* neque de ea re, vlla ſtipulatio interpoſita eſt. Titius conſulebat *m*, id, quod amplius ex vſuris Sempronius redegiſſet, quã tributorum nomine præſtitiſſet, qua actione ab eo conſequi poſſit? Reſpondit,* pecuniæ *n* quidem *o* creditæ vſuras, niſi in ſtipulationem deductas, non deberi. Verùm in propoſito videndum, ne *p* non tam fœnerata pecunia intelligi debeat, quàm quaſi *q* mandatum inter eos contractum; niſi *r* quod vltra ſemiſſem conſecuturus eſſet, ſed *ſ* ne ipſius quidem ſortis petitionem pecuniæ creditæ fuiſſe; quando, ſi Sempronius eam pecuniam ſine dolo malo vel amiſiſſet, vel vacuam *a* habuiſſet: dicendum, nihil cum eo nomine præſtare debuiſſe. Quare tutius *b* eſſe, præſcriptis verbis in factum actionem dari: præſertim cùm illud quoque conueniſſet, vt, *quod amplius præſtitum eſſet, quàm ex vſuris redigeretur, ſorti decederet.* quod & ipſum ius, & cauſam pecuniæ creditæ excedat.

i. quaſi vſusfructus, Cuiac. *ibid.* f Ita pecunia hic non datur, vt recipiens ſibi ipſi negotietur, ſed pro adnumerante: vnde colligas, hac pecuniæ adnumeratione mutuum non eſſe contractum. Imo nec ſocietatem, cùm dominium pecuniæ tranſlatum fuerit in accipientem, ſed nec mandatum: cùm ſpes lucri fuerit.
g fiſco ſcilicet. h i. ad finem & modum ſemiſſis vſuræ. i i. & hoc pepigere inter ſe, vt ſi plus eſſet in vſuris quàm tributi nomine ſoluendum eſſet, vt ſuperfluum illud vſurarum Titio daretur. k i. & hoc etiam pepigere, vt ſi plus eſſet in tributo, quàm in vſura ſemiſſe, vt id ne ſumeret Sempronius, ex eo quod ſuperaret ſemiſſes vſuras (ſi fortè grauioribus vſuris pecuniam collocaſſet) ſed ex ſorte, i. vt tanto minus Titio redderet ex ſorte. Cuiac. l i. & hoc tertio pepigere. m i. finge Sempronium plus redegiſſe ex vſuris, quam ſolueris tributi nomine. An ex eo pacto agere cum eo Titius poteſt, vt ſuperfluum præſtet ad finem modumque ſemiſſis, vſuræ ſc. vti conuenit? poterit. Nec enim hæc conuentio tam pactum nudum eſt, quàm contractus cui ineſt pactum, *vt l. 8. ꝟ. eod.*
n Si pactum nudum de præſtandis vſuris interpoſitum ſit, nullius eſt momenti. Ex nudo enim pacto inter ciues Romanos actio non naſcitur. *Paul. 2. ſent.* 14. §. 1. *l. 3. C. de vſuris.* o In ſtrictis iudiciis vſuræ non veniunt, niſi ſint in ſtipulationem deductæ, *vt hic. & l. 3. C. de vſur.* v. Cuiac. *Conſult.* 16. p i. vt intelligamus quæ hic actio detur, conſtituere prius debemus, datio illa pecuniæ, quis contractus ſit. Non eſt creditum: nam initio legis non dicitur, Titius credidit, ſed Titius dedit. Crediti lex eſt, vt tantundem reddatur: huius conuentionis ius fuit, vt quandoque minus redderetur, vel nihil. Ius crediti eſt, vt periculum ad accipientem pertineat, quod in hac conuentione non fit. Ius crediti eſt, vt vſuræ ex pacto non debeantur: hic debentur, quia initio contractus pactæ ſunt. Cuiac. *ib.*
q i. hic contractus eſt mandatum pecuniæ fœnerandæ, & ſoluendi tributi, atque ideò ſecundum naturam mandati, periculum pertinet ed mandantem. r niſi quid. *Hal.* Ratio dubitandi, cuius hic ſenſus eſt. Superiori ſententiæ hoc obiici poteſt: hanc conuentionem, de qua agitur, non eſſe mandatum, quòd conuenerit, vt compendium grauiorum vſurarum accipientis fieret: id enim abhorret à natura mandati, quod debet eſſe gratuitum. non eſt liberalitas quam ſequitur lucrum nec ea res eſſe mihi debet lucro, quæ non eſt periculo meo. Cuiac.
ſ Ratio decidendi ſecundùm vnam opinionem. Senſus eſt: Lucrum huiuſmodi non adeò certum eſt, vt tolerari non poſſit hoc colore, quòd ſit incertum, & pendeat ex caſu. Nec enim fortè inuenies, qui velit grauioribus vſuris pecuniam accipere, ſicut ſalarium toleratur hoc colore, quòd ſit honor, non merces & vt actio depoſiti eſt, licet conuentio excedat depoſiti modum, *l. 24. l. 26. §. 1. ꝟ. depoſit.*

De operis. De condictione indebiti.

25. *Marcianus* lib. 3. Regularum.

SI operas fabriles *c* quis ſerui *d* vice *e* mutua dediſſet, *vt totidem reciperet*, poſſe eum præſcriptis *f* verbis agere: ſicuti *ſi penulas dediſſet, vt tunicas acciperet.* nec eſſe hoc contrarium: quòd ſi per errorem, operæ indebitæ datæ ſunt, ipſæ repeti *g* non poſſunt: nam aliud *h* dando, vt aliud reddatur, obligari iure gentium poſſumus. Quod autem indebitum datur, aut ipſum repeti debet aut tantundem ex eodem genere. Quorum *i* neutro modo operæ repeti poſſunt.

De ſcyphis datis vt iidem vel vt tantundem ponderis, vel vt alterutrum reddatur.

26. *Pomponius* lib. 21. ad Sabinum.

SI tibi ſcyphos dedi k *vt eoſdem mihi redderes*, commodati *l* actio eſt, ſi *m*, *vt pondus argenti redderes*, quantum in illis eſſet, tantidem ponderis petitio eſt per actionem præſcriptis verbis, tam boni tamen argenti, quàm illi ſcyphi fuerunt. ſed ſi, vt *vel hos ſcyphos, vel"vt"eiuſdem ponderis argentum dares*, conuenit: (idem) dicendum eſt.

& ita hoc fortiter de mãdato defendi poteſt. ſed tamen tutius eſt agere præſcriptis verbis, & repetere ea actione, quod amplius iuerit in vſuris ſemiſſibus, quã in tributo, vt ꝟ. eo. dicetur.
a Vacua pecunia quæ ab vſuris vacua eſt, aut fœnori non data.
b Ratio decidendi ſecundùm alteram opinionem. Cur tutius verò? Inuenta eſt actio præſcriptis verbis propter controuerſias Iuriſconſultorem certantium de nomine actionis, quæ non poſſunt melius euitari, quam ſi egeris ſine nomine, ſecundum quod conuentione præſcriptum eſt, narrata conuentione, narrato facto. Cuiac. *ib.* c De operis ſeruorum v. Zaſium *Reſp.* 3. d ſerui ſui *Hal.*
e Præſcriptis verbis agitur, ſi operæ præſtentur, pro tot operis inuicem præſtandis f Cur præſcriptis verbis? quoniam qui operas ſerui ſui alteri pollicetur, vt ab eius ſeruo totidem operas fabriles accipiat, id non poſſit condictione indebiti recipere. Condictione indebiti, id ipſum quod dedimus petimus. In hac ſpecie operas fabriles ſerui mei condicere non poſſum eaſdem. Cur non eaſdem? quia non extant. Igitur cum eo caſu non ſit condictio eius quod datum ſit, ſupereſt, vt alia, hoc eſt, præſcriptis verbis actione ad operas alias ſeruiles experiar. g *l. 26. §. 11. ꝟ. de cond. indeb.* h Præſcriptis verbis actio poteſt ex manifeſtaria conuentione ad aliud omnino diuerſum competere, quàm datum ſit. Condictio verò indebiti non competit, niſi in id idem quod datum ſit, aut in id quod eiuſdem generis ſit tantundem. i Nec enim operæ ſemel à quoquo exhibitæ, præſtari poſſunt eædem, vel etiam eiuſdem generis. Non eædem, quia non extant: non eiuſdem generis, quia eiuſdem etiam hominis operæ, haud ſimiles ſunt: vt in hoc propoſito ſit neceſſe omnino alias exigi. k i. dominium tranſtuli. Alciat. 2. *Parad.* 19. reprehenſus à Bellono 2. *ſupput.* 6. Dedi, i. tradidi.
l Cur non præſcriptis verbis? Nam ſi gratuitam habitationem tibi dedi, non commodati, ſed præſcriptis verbis agitur, *l. 17. ꝟ. eo.* An hic actum eſt, vt iidem ſcyphi redderentur, vt eo nomine competat commodati actio? in dicta verò *l. 17.* non actum eſt, vt eadem redderetur habitatio. An tacitè id actum dixeris? rectè: ideo Viuianus dicit commodati agi poſſe. Vlpianus, conſideratis circunſtantiis tutius eſſe agi præſcriptis verbis.
m Scyphos dedi, vt eoſdem redderes? commodaui: vt vel pondus argenti redderes, vel ſub alternatione eoſdem ſcyphos, vel eiuſdem ponderis argentum? præſcriptis verbis actio eſt. Cur præſcriptis verbis, non commodati? quia aut non iidem omnino redduntur, aut iidem reddi non poſſunt. Debes pro ſcyphis pondus? non eſt commodatum, quia aliud reddis. Debes pro ſcyphis, vel eoſdem ſcyphos vel idem pondus: tua electio eſt vt pondus debeas, ſcyphos non debeas. Commodati autem pura natura eſt, quia idem reddere debes ſine alternatione quod accepiſti.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM

PARS QVARTA *a.*

LIBER b *VIGESIMVS.*

DE *c* PIGNORIBVS *d* ET *e* HYPOTHECIS *f*: [ET] qualiter *g* ea contrahantur: & de pactis *h* eorum.

a quæ μέσον ἐπὶ τῦ παντος dicitur §. 5 in conſtitutione Græca ad magnum Senatum, vt & in Latina §. 5. vmbilicus totius cõpoſitionis. Nam cùm ſint ſeptem præcipuè Pandectarum partes, hæc quarta de pignoribus media eſt. Quinta pars incipit ꝟ. *lib.* 28. *Titul. qui teſtamenta facere poſſunt.*
b hic liber ad hypothecariam formulam pertinet.

De re aliena. 1. *De peculio ſerui pignorati.* 2. *De prædio cum fructibus pignerato, deinde vendito.* 3. *De compenſatione fructuum cum vſuris.* 4. *De muliere, quæ prædium ſuum pro viro pignorauit.*

Papinianus lib. 11. Reſponſorum.

COnuentio generalis in pignore dando *a* bonorum vel *b* poſtea quæſitorum *c* recepta eſt, in ſpeciem autem alienæ *d* rei collata conuentione, ſi non fuit ei, qui pignus dabat, debita poſtea *e* debitori dominio quæſito, difficilius *f* creditori, qui non ignorauit alienum, vtilis g alio dabitur, ſed *h* facilior erit poſſidenti retentio.

1 ¶ Seruo pignori dato *i* peculiſi eius creditor, citra

a Ita interpungo: dando, bonorum vel poſtea quæſitorum recepta eſt.
b i. etiam.
c Duplex eſt ſenſus. Prior, Generaliter, non tantum præſentia bona, non tantum ea quæ ex noſtris rebus aliquando ſperamus, vt fructus pendentes, partus ancillæ, fœtus pecorum nominatim obligare poſſumus, *l. 15. ꝟ. eo.* ſed etiam ea quæ poſt contractum initum extrinſecus acquirere poſſumus *vt hic.* Ita enim ſub conditione obligamus, ſi noſtra futura ſint. Poſterior in generali obligatione res futuras tacitè comprehendi & obligari De poſteriori dicam ad *l. vlt. C. quæ res pign.*

c. 8. C. 14. 2. *C. Theo* 30. 15. *Ecl.* 1. *Paul.* 2. *ſent.* 5. 3. *Harm.* 5.
d hinc pignoratitia actio, quæ hypothecaria frequentius dicitur: quæ tamen differt à pignoratitia actione, de qua ꝟ. *lib.* 13. *tit.* 7. Illius directa (quæ bonæ fidei eſt: & ciuilis, quia pignus re contractum ciuile negotium eſt) debitori in creditores competit: contraria, creditori in debitorem. Hæc arbitraria (quatenus ſcilicet pignus perſequitur nudo pacto contractum: vnde in Inſtitutionibus titulo de actionibus dicitur hypothecaria ex ipſius Prætoris iuriſdictione capere ſubſtantiam) creditori in quemlibet poſſeſſorem datur: Illa, repetit: hæc, rem vindicat: Illa traditione, hæc conuentione perficitur, Cuiac. *hic. & C. eod.*
e Pignus ab hypotheca ſyllabarum ſono diſcernitur, quantum etiam lingua Latina diſcernitur à Græca: tamen docendi cauſa Iuriſconſulti *l. 5. §. 1. ꝟ. eod.* (& ipſe Chryſoſt. *in Pſal.* 38.) pignus pro pignore, re, & quidem mobili, contracto: hypothecam pro pignore nudo conſenſu, & re immobili accipiunt, eadem licentia qua & apocham ab acceptilatione: & qua Medici quidam, anthraca à carbunculo: & Theologi Pentecoſtem à quinquageſima ſeparant. Cuiac. *C. eod.* illud παραδοθέν, hoc συμφωνηθέν dicitur 25. *Ecl.* 1. *c.* 9. 5. *Har.* 2.
f Hypotheca quid, *v. l. 5. §. 1. ꝟ. eodem.*
g 8. *C.* 17. 15. *Ecl.* 2. h 8. *C.* 35.

d res aliena non poteſt pignori dari, v. tit. *C. ſi alien. res.* e Obligatio pignoris conſtituta in re aliena creditori ſcienti, ex ſuperueniente dominio, non confirmatur. Ratio, quia ſcienti alienum non competit hypothecaria. *Bart.* & quia ſciens, non decipitur, ſed ſe ipſum decipit, *Ripenſis.* f i. nunquam, vel ita: Rem mihi debitam tibi obligaui: eius dominium poſtea acquiſiui, hac dominij acquiſitione pignus rei alienæ mihi conualeſcit, *vt hic*: Rem omnino alienam tibi ignoranti obligaui, & poſtea dominium eius acquiſiui, pignus conualeſcit. Quid ſi ſcienti tibi obligaui: non conualeſcet pignus vt agas, ſed tantum ut retineas: tibi non prodeſt hoc ad agendum, ſed ad retinendum tantum, vel etiam ad agendum tibi aduerſus me proderit, aduerſus tertium, nomine, v. *Bald. hic.* Dabitur ergo ſed difficilius, *l. 35. ꝟ. de iud. l.* 5. *C. ſi res aliena.*
g *l. 41. ꝟ. de pign.* h Retentione confirmatur pignus rei alienæ ex ſuperueniente dominio, *Rip.* i Vel vendito, *l. 29. ff. de contr. empt.* Seruo pignori obligato, non continetur eius peculium.

conuentionem ſpecialiter ſuper eo conceptam, fruſtrà diſtrahit. Nec intereſt, quando *a* ſeruus domino peculium adquiſierat.

2 ¶ Cùm prædium pignori daretur, nominatim *b*, *vt fructus quoque pignori eſſent, conuenit*. eos conſumptos *c* bona fide emptor vtili *d* Seruiana reſtituere non cogetur. pignoris *e* etenim *f* cauſam nec vſucapione *g* perimi placuit: quoniam quæſtio pignoris ab intentione *h* dominij ſeparatur *i*, quod in fructibus diſsimile *k* eſt, qui nunquam debitoris fuerunt.

3 ¶ Pacto placuit *vt ad diem vſuris non ſolutis, fructus hypothecarum, vſuris compenſarentur* l *fini* m *legitima* n *vſuræ*. quamuis exordio minores in ſtipulatum venerint, non eſſe tamen irritam conuentionem placuit: cùm, ad diē *o* minore fœnore non ſoluto, legitimæ maiores *p* vſuræ ſtipulanti rectè promitti potuerunt.

4 ¶ Cùm prædium vxor viro donaſſet *q*, idque prædium vir pignori dediſſet, poſt diuortium mulier poſſeſsionem ſui prædij reciperanit, & idem prædium ob debitum viri pignori dedit, in ea duntaxat *r* pecunia rectè pignus à muliere contractum apparuit, quam offerre *ſ* viro debuit, meliore prædio facto, ſcilicet ſi *t* maiores ſumptus, quam fructus fuiſſent, quos vir ex prædio percepit. etenim in ea quantitate proprium mulier negotium geſsiſſe, non *u* alienum ſuſcepiſſe videtur.

De fideiuſſore qui creditori ſoluit, & pignus ſuſcepit.

2. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

Fideiuſſor qui pignora vel hypothecas ſuſcepit, atque ita pecunias ſoluit, ſi mandati *x* agat, vel cum eo agatur, exemplo creditoris, etiam culpam æſtimari oportet. Cæterum iudicio, quod *y* de pignore dato proponitur, conueniri non poteſt.

An ſententia lata contra debitorem, præiudicet creditori.

3. *Idem* lib. 20. Quæſtionum.

Si ſuperatus *a* ſit debitor *b*, qui rem ſuam vindicabat, *quod ſuam non probaret*, æquè ſeruanda erit creditori actio Seruiana *c* probanti, *res in* d *bonis illius, eo tempore, quo pignus contrahebatur, fuiſſe*. Sed & ſi victus ſit debitor vindicans hereditatem, iudex actionis Seruianæ, neglecta de hereditate dicta ſententia, pignoris cauſā inſpicere debebit. Atquin aliud *e* in legatis, & libertatibus dictum eſt, cùm ſecundùm *f* eum, qui legitimam hereditatem vindicabat, ſententia dicta eſt. Sed creditor *g* non bene legatariis per omnia comparatur, cùm *h* legata quidem aliter valere non poſſunt, quam ſi teſtamentum ratum eſſe conſtaret: enim vero fieri poteſt, vt & pignus rectè ſit acceptum, nec tamen ab eo lis bene inſtituta.

1 ¶ Per iniuriam *i* victus *k* apud iudicium, rem quam petierat, poſtea pignori obligauit: non *l* plus, habere creditor poteſt, quàm habet, qui pignus dedit. ergo ſummouebitur rei *m* iudicatæ exceptione, tametſi maximè nullam *n* propriam, qui vicit, actionem exercere poſsit. non *o* enim quid ille non habuit, ſed quid in ea re, quæ pignori data eſt, debitor habuerit, conſiderandum eſt.

De nuda conuentione

4. *Gaius* lib. ſingulari de formula hypothecaria.

Contrahitur *p* hypotheca per *q* pactum *r* conuentū *ſ*, cùm quis paciſcatur, *vt rei eius propter* t *aliquam obligationem ſint hypotheca nomine obligatæ*, nec *u* ad rem pertinet quibus fiat verbis: ſicuti *x* eſt ‖ & ‖ in his obligationibus, quæ *y* conſenſu contrahuntur. & ideo & ſine ſcriptura *z* ſi conuenit, *vt hypotheca ſit*, & probari poterit, res obligata erit, de qua conueniunt *a*. fiunt etenim de his ſcripturæ, vt quod actum eſt, per eas facilius probari poterit, & ſine his autem valet, quod actum eſt, ſi habeat probationem; ſicut *b* & nuptiæ *c* ſunt, licet teſtationes in ſcriptis habitæ non ſunt.

Pro quibus obligationibus res pignorari poſſunt. 2. Differentia pignoris & hypothecæ.

5. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariam.

Res hypothecæ dari poſſe ſciendum eſt pro quacunque *d* obligatione, ſiue mutua pecunia datur, ſiue dos, ſiue emptio vel venditio contrahatur, vel etiam locatio & conductio, vel mandatum, & ſiue pura eſt obligatio, vel in diem, vel ſub conditione, & ſiue in præſenti contractu, ſiue etiam præcedat. ſed & futuræ *e* obligationis nomine dari poſſunt. ſed *f* & non ſoluendæ omnis pecuniæ cauſa, verum etiam de parte *g* eius, & vel pro ciuili obligatione, vel honoraria, vel tantum *h* naturali. Sed ‖ & ‖ in conditionali *i* obligatione non alias obligantur, niſi conditio extiterit.

---

a ante pignus conſtitutum vel poſt.

b Fructus nominatim tibi obligatos, ſed conſumptos à bonæ fidei emptore creditor vtili Seruiana auocare non poteſt.

c & maximè ſeminatos per emptorem.

d quaſi Seruiana, §. 7. *Inſt. de act.*

e hoc eſt, pignoris cauſam, conuentionem, perſecutionem,

f vſucapione perimi non placet, *vt hic, &* l. 7. C. eo. l. 44. §. 3. ĵ. *de vſuc.* licèt dominium vſucapi poſsit. Non ſi pignus ipſum vſucapi poteſt, ita ius pignoris poteſt vſucapi. Nam vt alia natura eſt pignoris, alia dominij, ita modus quærendi vtriuſque ac tollendi diuerſus eſt. Itaque, hoc caſu, vſucapto pignoris dominio aduerſus debitorem principalem, nondū tamen vſucaptum eſt ius pignoris aduerſus debitorem. Temporis maius ſpatium in hoc quam in illo tollendo requiritur. Dicet aliquis, Cur non in hac ſpecie creditori actio erit ad fructus conſumptos, vt ei actio eſt ad ius pignoris? Obſcurè reſpondet Papinianus, in fructibus diſsimile eſſe, qui nunquam debitoris fuerunt, quaſi diceret, ius quod in bonis ſuis habuit debitor facilè in creditorem ſuum transferre potuit: tranſlatum, creditor facilè conſeruare potuit. Ius tale fuit pignoris, at non fructuum. Illud ſaltem debitoris fuit: Fructus verò nunquam eius fuerunt. Non mirum itaque ſi quod nunquam debitoris fuit, id creditor facilè amittere potuerit.

f Obiectionem obſerua: cuius hic ſenſus eſt: Atenim dices, non eſſe potioris iuris eum qui non vſucepit quàm qui vſucepit, & tamen aduerſus vſucapientem pignus perſequimur, *vt hic. l. 7. C. e. l. 44. §. 5. ĵ. de vſuc. l. 12. ĵ.* pro emptore, *l. 2. ĵ. pro herede*: & multo igitur magis hoc noſtro caſu perſequemur, vel hunc locum ſic accipe: At enim (inquit) dices vſucapionem non extinguere pignoris conuentionem: & proinde, creditorem fructus prædij ſibi pignorati, licèt conſumptos, bonæ etiam fidei poſſeſſorem condicere poſſe, ſed reſpondet Papinianus, in fructibus hoc eſſe diſsimile: facilius enim fructus prædij pignorati vſucapi quàm ipſum prædium. Cur? quia hoc debitoris fuit: fructus autem nunquam debitoris fuerunt, & hæc quidem huius §. (quem decurſatum eſſe certiſsimum eſt) ſententia perſpicua eſt.

g Triennij ſc. non decennij, vicennij, tricennij, *l. vlt. C. de oblig. & act.* Author ſynopſeos Baſilicon hanc legem ſic exprimit; ἡ χρονία νομὴ οὐκ ἀναιρεῖ τὸ ἐνέχυρον. i. longi temporis poſſeſsio pignus non extinguit. Dic melius: Rem mihi obligaſti: eam Titius bona fide & titulo & decem annis liberè poſſedit? hypothecariam amiſi, at non perſonalem aduerſus te actionem. Extraneus rem mihi obligatam poſsidens decem annis etiam contra hypothecariam meam præſcribit, at neque tu, neq; heres tuus liberati à me eſtis, *l. 1. C. ſi aduer. creditorem.* obiectionis hæc ratio ciuilis eſt: pignus mihi obligatum vſucapere nō potes: ergo nec ius meum pignoris. Quinimo vt pignus vſucapere poſsis aduerſus debitorem meum, ius tamen meum pignoris non vſucapere, quia quæſtio mei pignoris ab intentione dominij ſeparatur, *vt hic.* & nulla ſocietate cum dominio coniungitur *l. 44. §. 5. ĵ. de vſuc.* Res illa mihi officere non poteſt. Licèt pignus aduerſus debitorem vſuceperis, non tamen ius mei pignoris vſucepiſti, & proinde poſſum hypothecaria fructus, per te conſumptos licet, perſequi. Hæc eſt vis huius obiectionis, quam pauci aduertunt rectè.

h hoc eſt, petitione, natura, qualitate, conditione & adquiſitione.

i *l. 4. §. 5. ĵ. de vſuc.*

k Vſucapere facilè fructus pignoris poteſt poſſeſſor: ius pignoris, non item.

l Pactum valet vt non ſolutis vſuris minorib. fructus vſurarum legitimarum loco cedant, *l. 9. ĵ. de vſur. Bart.* & hæc ἀντίχρησις eſt *l. 11. §. 1. ĵ. eod.*

m i. ad modum: id genus loquendi reperitur in *l. 19. in fin. ŝ. de compenſ.* vbi plenius dixi: ſed in Roberti Stephani editione ita legitur, *niſi legitimæ vſuræ ſua die ſoluantur, &c.*

n Legitimæ vſuræ, centeſimæ: Appellatione enim legitimæ vſuræ (niſi de vſura nautica agatur, *l. eos, §. 1. & §. 3. C. de vſur.*) centeſima vſura intelligitur, vt quam ſuprà ſtipulari non licuit. Atque hic modus centeſimæ videtur definitus lege Gabinia, teſte Cic. 5. *ad Atti.* quod & in Cilicia edicto tranſlatitio cauiſſe ſe, cùm eam prouinciam pro conſule obtineret, Cicero refert. Eiuſmodi edictum in multis Aſiæ prouinciis propoſitum refert Plutarch. in eius vita. Hinc vſuræ licitæ, *l. 44. ŝ. de vſuris.* modus *l. 11. §. 3. de pign. act.* ſtatus modus vſurarum, *l. 29. ĵ. de vſuris.* modus legitimæ vſuræ, *l. 7. ĵ. de vſuris. l. 2. in fi. ŝ. de eo quod certo loco: l. 10. §. 3. ŝ. commodati. l. 8. ĵ. in quib. cauſ. pignus. l. 3. in fi. ĵ. de annuis legatis*: legitimæ vſuræ, *l. 4. §. 1. ĵ. de nautico fænore.* maximæ, *l. 38. ŝ. de neg.* grauiſsimæ, *l. 7. §. 8. ĵ. de admin. tut.* centeſimæ ſunt. Eſt verò notandum, conſtitutionibus ſpecialem modum vſuris iniectum, *l. 26. l. 30. C. de vſur.*

o Valet pactum, vt non ſolutis ad diem vſuris minoribus, currant maiores. *Bart.* Paria ſunt enim, paciſci, vt fructus vſurarum loco ſumantur, licèt plus colligatur: &, paciſci de maioribus vſuris, ſi die ſua non ſoluantur minores, *Accur.*

p *l. 13. §. 26. ŝ. de act. empt.*

q *ſub*, conſtante matrimonio.

r i. vxor poteſt rem propriam obligare pro marito quondam ſuo, quatenus eſt eius debitrix. *Bart.* vel ita non poteſt rem ſuam pro viro quondam ſuo obligare, niſi quatenus eſt debitrix viri. vel ita, mulier non poteſt res ſuas obligare, niſi obliget in rem ſuam: aliàs iuuatur Velleiano.

ſ i. debere, reſtituere, refundere.

t adde *l. 48. l. 65. ŝ. de rei vindic.*

u & ideo ceſſat Velleianum, *l. 21 l. 27. in fi. ŝ. ad Velleian.*

x Poteſt enim mandati agere, arg. *l. 25. ĵ. de fideiuſſ.*

y i. contra fideiuſſorem, qui pignus (cuius nomine fideiuſſerat) à creditore ſoluta ei pecunia, recepit, debitor agit non pignoratitia, ſed mandati actiones, *vt hic.* At ſi fideiuſſor pignus ſoluit alterius contractus, qui perſonam eius non contingebat, non mandati, ſed negotiorum geſtorum actione conuenietur, *l. 32. ŝ. de negot.*

a Creditori, quoad pignus, non obeſt ſententia aduerſus debitorem ſuum dicta, *v. l. 5. C. eo.* atque ita, pignoris ius creditori non deperit, ex ſententia aduerſus debitorem lata.

b Ignorante creditore: ſecus, ſi ſciente: & ſic intellige *l. 63. ĵ. de re iudic.*

c quaſi Seruiana hæc eſt, §. 7. *Inſtit. de act.*

d *v. l. 15. §. 1. ĵ. eo.*

e ſententia lata pro herede legitimo aduerſus ſcriptum heredem, legatis & libertatibus teſtamēto relictis officit, *vt hic.* Ergo & ſententia lata aduerſus debitorem, creditoribus eius nocebit, *v. l. 50. §. 1. ĵ. de leg. 1.*

f Quid ſi contra ſcriptum heredem colluſoriè agentem ſententia dicta ſit? ea ſententia non nocebit legatariis, *v. d. l. 5. C. de pign. l. 50. §. 1. ĵ. de leg. 1.* v. tamen Cuiac. 2. obſ.

g *videtur legendum* debitor: nam hic ſuprà & infra agitur de debitore malè litem inſtituente, non de creditore. † In quibuſdam tamen comparatur, v. quæ notaui ad *l. 1. ĵ. qui teſtam.*

h ſententia lata aduerſus heredem ſcriptum cur legatariis & libertatibus nocet, & tamen lata aduerſus debitorem, creditoribus non nocet? quia lata ſententia aduerſus ſcriptum heredem, teſtamentum ipſum irritum facit, & conſequenter legata eo teſtamento relicta, quæ ex heredis inſtitutione dependent. At victo debitore non poſsis ita dicere, ſententiam aduerſus eum latam creditoribus eius nocere: quia litem malè inſtituere aduerſus rerum poſſeſſores potuit, & tamen res eas creditoribus ſuis iuſtè ac legitimè obligaſſe. Ex his colliges creditores & legatarios non per omnia comparari.

i An iniurioſa ſententia effectum habeat, v. quæ notaui ad *l. 65. §. 2. infra ad Treb.*

k cui nec appellauit *l. 50. §. 1. ĵ. de leg. 3.*

l *v. l. 20. ĵ. de adq. rer.*

m adde *l. 28. ĵ. de except. rei iudic.* tametſi iniurioſa fuerit ſententia, quam rem per ſententiam, licet iniurioſam, amiſi, eam tibi obligare poſtea non poſſum, licèt tamen poſtea tibi obligauero, ius pignoris vtile tibi non tribuet, *vt hic.*

n ſententia iniqua, victori præbet retentionem tantum rei, non actionem ſiue perſecutionem. *vt hic*: adde *l. 11. ŝ. de iureiur.* ſententia nocet ei qui à victo rem habet; vincenti verò retentionem tantùm præbet, non actionem vel perſecutionem, quæ duo iura ſanè ſingularia notandáque ſunt.

o Non inſpicimus ius eius, cuius commodo iniurioſa ſententia lata eſt: ſed ius eius potius in quem lata eſt. Superatus apud iudicem iniuria, non appellauit: ſuperatus iure ſuo decidit: ideóque rem in qua victus eſt vtiliter poſtea pignorare non potuit, arg. *l. 67. ŝ. de contrah. emp. l. 20. ĵ. de adq. rer. dom.*

p Hypotheca quemadmodum, ſeu quot modis poſsit contrahi.

q *l. 17. §. 2. ŝ. de pactis: l. 1. ŝ. de pign. l. 2. C. quæ res pign.*

r Pactum conuentum à pacto, quidam an rectè ſeparent, dicetur alibi commodius, ſed nè Græcis, 22. *Ecl.* 2. c. 4. hæc ſententia ita exprimitur ἡ ὑποθήκη συμφώνῳ συνίσταται. Quidam pactum conuentum accipiunt, pro expreſſo pacto, non pro tacito.

ſ Per ſtipulationem etiam contrahitur, & per ſcripturam, *l. 26. §. 1. ĵ. eo.*

t Obligatio bonorum debet fieri propter aliquam obligationem, *vt hic.*

u Idem extat in *l. 4. ĵ. de fide. inſtrum.* i. in contrahenda obligatione bonorum non requiruntur ſolemnitates verborum & ſcripturæ. *Bart.*

x Hypothecaria, eſt obligatio conſenſu.

y Intelligit opinor, aut actionem de conſtituta pecunia, *Nou. 115. c. 6.* aut fideiuſſoriam potius, niſi quis hic malit legere, ſicuti eſt in his obligationibus quæ verbis contrahuntur. At τὸ ſicuti, comparat planè hypothecariam ex conſenſu actionibus.

z Scriptura non eſt de ſubſtantia contractus hypothecarij, ſed magis fit ad probandum, *vt hic l. 4. ĵ. de fide inſtrum. Nou. 136. c. 6.*

a *al.* conuenit.

b v. tamen *l. 9. C. de nupt.*

c & omnes penè contractus, *v. l. 17. C. de pactis.*

d *l. 9. §. 1. ŝ. de pign. l. vlt. in princ. C. quæ res pign.* etiam naturali, *l. 14. in fin. ſup. eo.* quin etiam pro vſuris, *l. 13. in fin. ĵ. eo.* Idem eſt in fideiuſſore, §. 2. *Inſt. de fideiuſſorib.*

e Pignus futuræ obligationi accedere poteſt, de eo dixi *l. 1. ŝ. eo.*

f Et non ſolum ſoluendæ omnis pecuniæ cauſa, &c. *Hal.*

g *l. 3. §. 1. ĵ. in quibus cauſis pignus.*

h *l. 14. in fin. ĵ. eo.*

i Conditionali obligatione non aliàs tenemur, quàm ſi conditio extiterit.

1 ¶ Inter

1 ¶ Inter pignus autem, & hypothecam tantum *a* nominis *b* ſonus differt.

2 ¶ Dare autem quis hypothecam poteſt, ſiue pro ſua obligatione, ſiue pro aliena.

Quæ non continentur generali obligatione.

6. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

OBligatione generali *c* rerum, *quas quis habuit, habiturúſve ſit*, ea non *d* continebuntur, quæ veriſimile *e* eſt quemquam ſpecialiter *f* obligaturum non fuiſſe. vt puta ſuppellex *g*. item veſtis *h* relinquenda eſt debitori, & ex mancipiis, quæ in eo vſu habebit, vt certum ſit, eum pignori daturum non fuiſſe. proinde de miniſteriis eius per quàm ei neceſſariis *i*, vel quæ ad affectionem *k* eius pertineant.

7. *Paulus* lib. 68. ad Edictum.

VEl quæ in vſum *l* quotidianum habentur, Seruiana non competit.

8. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

DEnique concubinam *m*, filios *n* naturales *o* alumnos *p*, conſtitit generali obligatione non contineri, & ſi qua alia ſunt huiuſmodi miniſteria.

Quæ poſſunt pignorari.

9. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SEd & quod ad eas res, quas eo tempore, quo paciſcebatur, in bonis habuit, idem obſeruari debet.

1 ¶ Quod emptionem venditionémque recipit, etiam *q* pignorationem recipere poteſt.

De re duobus ſimul obligata.

10. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

SI debitor res ſuas duobus *r* ſimul pignori obligauerit, ita vt vtrique in ſolidum *ſ* obligatæ eſſent ſinguli in ſolidum aduerſus extraneos *a* Seruiana vtentur: inter ipſos autem ſi quæſtio moueatur, poſſidentis *b* meliorem eſſe conditionem. dabitur enim poſſidenti hæc exceptio: *Si non conuenit, vt eadem res mihi quoque pignori eſſet.* ſi autem id actum fuerit, vt pro partibus res obligarentur, vtilem actionem competere, & inter ipſos, & aduerſus extraneos, per quam, dimidiam partis poſſeſſionem *c* adprehendant ſinguli.

De adminiſtratione bonorum reip. 1. De antichreſi. 2. De vſufructu. 3. De ſeruitutibus vrbanis.

11. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariã.

SI is qui bona reipub. iure adminiſtrat *d*, mutuam pecuniam pro ea accipiat *e*, poteſt *f* rem eius obligare.

1 ¶ Si ἀντίχρησις *g*, *id eſt mutuus pignoris vſus pro credito* facta ſit: & in fundum, aut in ædes aliquis inducatur, eouſque retinet poſſeſſionem *h* pignoris loco, donec illi pecunia ſoluatur, cùm in *i* vſuras fructus percipiat, aut locando, aut ipſe percipiendo, habitandóq; itaque, ſi amiſerit poſſeſſionem *k*, ſolet *l* in factum actione vti.

2 ¶ Vſusfructus *m* an poſſit pignori hypothecæve dari, quæſitum eſt, ſiue dominus proprietatis conuenerit, ſiue ille, qui ſolum vſumfructum habet: Et ſcribit Papinianus libro vndecimo reſponſorum, tuendum creditorem: & ſi velit cum creditore proprietarius agere, *Non eſſe ei ius vti frui inuito ſe*, tali exceptione eum prætor tuebitur, *Si non inter creditorem, & eum, ad quem vſusfructus pertinet conuenerit, vt vſusfructus pignori ſit.* nam *n* & cùm emptorem vſusfructus tuetur prætor, cur *o* non & creditorem tuebitur? eadem ratione & debitori obiicietur exceptio.

3 ¶ Iura prædiorum vrbanorum *p* pignori dari

---

a Cur nominis tantum ſono differunt? An quia pignus Latina vox, hypotheca Græca eſt, vt ſcripſi initio huius tituli? Sed videamus an id abſciſè verum ſit, quod hic dicitur pignus & hypothecam ſolo nominis ſono diſtare. Indubiè: Pignus & hypotheca, actionem æquè pariunt, *vt* ſ. at Pignus vulgò, mobilis? hypotheca, rei immobilis eſt, *l. 238. §. 2. j. de ver. ſig. §. 7. Inſt. de act.* Item plus eſt cautionis in pignore, quam hypotheca, vt qui idoneam cautionem accipere iuſſus ſit, mãdato ſatisfeciſſe non videatur, niſi vel pignus, vel fideiuſſorẽ acceperit, *l. 59. in fin. ſ. mandati.* Deinde hypothecaria creditor intra certum tempus experiri cogitur, intra quòd niſi experiatur, actione hypothecaria decidit. Nam tertius hypothecæ poſſeſſor titulum habens, præſcribit hypothecam aduerſus creditorem præſentem decennio: abſentem, vicennio, *l. 3. C. ſi aduerſ. creditorem.* Titulum non habens triceennio, *l. cum notiſſimi 7. C. de præſcript. 30 annorum.* Debitor verò eiúſve heres, annis quadraginta, *l. 1. §. 1. C. de annal. except.* At qui pignus habet, pignoratitia experiri intra certum tempus non cogitur. Cur enim agat, aut agere teneatur, cum poſſideat? ita fiet vt ſi vel centum annis pignus poſſideat, neque pignoratitia egerit, pignoratitiam non amittat. Eſt & hæc ſumma pignoris & hypothecæ differentia: Hypothecarius creditor aduerſus tertium poſſeſſorem hypothecaria experiri non poteſt, principali non diſcuſſo. *Nou. de fideiuſſorib. 4. c. 2. Auth. hoc ſi debitor. Cod. de pign.* Pignoratitius creditor etiam principali non diſcuſſo tertium pignoris poſſeſſorem conuenire poteſt, *l. vlt. C. de prætorio pignore.* His modis pignus & hypotheca differunt non tantum nominis ſono, ſed & re ipſa.

b De eo dixi ſ. *hoc tit.* ad inſcriptionem, adde *l. 9. §. 2. ſ. de pign. §. 7. Inſtit. de actionibus: l. 238. §. 2. j. de verb. ſign.*

c Generalis obligatio rerum dicitur, cum quis res obligat quas habet, quaſque habiturus eſt: hoc eſt, cum præſentia non modò ſed etiam futura obligat.

d *c. in generali: de reg. iur. in 6.*

e Veriſimilitudo in rebus pignorandis, *l. 1. C. quæ res pign.* in legato attenditur, *vt l. 38. §. 3. j. de leg. 3.* & in poteſtate adminiſtrandi conceſſa, *l. 7. j. de donationib.* hinc Clauſula generalis priuilegij non comprehendit non veriſimilia: Sed vnde veriſimilitudo ſumitur? Id arbitrio iudicis relinquendum, qui ex affectione neceſſitatis, vſuque quotidiano debitoris animum ſuum informabit. nam quod dicitur veriſimile, id ab arbitrio iudicis potiſſimum pendet.

f Generali obligatione nemo ea obligare intelligitur, quæ non veriſimile ſit, etiam ſpecialiter obligare ſolere, vel velle, *vt hic.* nemo præſumitur aut ſolere aut velle ſupellectilem aut veſtes obligare. Ita ex generali obligatione & hypotheca, quædam tacito intellectu excipiuntur. *Nouell. 39. c. 1.*

g Siquidem nemo præſumitur velle carere neceſſariis ad vſum communem, & quotidianum, qualia ſupellex continet, *l. 6. j. de ſupellect.* ergo lecti & eorum acceſſoria, *l. 52. in fin. j. de leg. 3.* non continentur in obligatione generali. h Quæ non eſt in ſupellectili, *l. 10. j. de ſupellect.* (veſtis nomen quid contineat, *v. l. 4. ſ. de auro*) In obligatione generali (idem dic in ceſſione honorum, Bald. *ad l. fin. C. qui bon. ced.*) nemo veſtes ſuas, *vt hic*: maximè hyemales obligat, *v. l. 1. C de militari veſte, lib. 12.* Veſtes tamen etiam neceſſarias, voci præconis ſubiectas refert Cicero *pro Quintio.* i ideóq; poteſt iis libertatem dare. ſecus in iis qui ſpecialiter obligati ſunt, *v. l. 3. C. de ſeruo pignori dato.* k Affectionis ratione colligimus voluntates contrahentium.

l Quotidiani res vſus nemo veriſimiliter obligat. m Puta ancillam cum qua poterat eſſe concubinatus, v. Cuiac. 5. *obſ. 6.* n Atqui filius à patre vendi poteſt, *C. de patrib. qui filios diſtraxerunt.* ergo & pignorari, *l. vnic. C. rem alienam gerentib.* vendi poſſunt certo caſu certiſque conditionibus quæ ſunt expreſſæ. *C. de patrib.*

o De naturalium liberorum adiectione, adde *l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxerunt: l. 71. §. 3. j. de leg. 1. l. 41. §. 2. in fin. j. de leg. 3. l. 3. j. de liberali cauſa. v. Paul. 5. ſent. 6. in fin. Nou. 157. c. 1.* p *l. 1. C. quæ res pignori.*

q Quæ expreſſim vendi, ea pignorari & obligari poſſunt, *l. 18 in fi. ſ. de pignoratitia, l. vn. C. rem alienam gerentib.* & è contrario, quæ non ſunt in commercio, pignorari non poſſunt, *l. 1. §. 2. j. quæ res pignori.* An ſeruitutes vrbanæ & ruſticæ? *v. l. 11. in fin. j. eod.* an vſusfructus? *v. l. 11 §. 2. in fin. j. eod.* an homo liber, alienus, an filius mortuus, vel viuus, volens aut inuitus vaſallus: v. quæ notaui ad *l. 1. j. de plagiariis.* an pignus? *v. l. 1. C. ſi pign.* an feudum inſcio dominio? *v. 2. Feud. 55.* an ſpes præmiorum publicorum? *v. l. 5. C. quæ res pign.* an ſtipendia militiæ vel quaſi, puta doctorum & aduocatorum? *v. l. 4. C. de execut. rei iudic.* ac mercedes diurni laboris? *v. d. l. 4.* an præbendæ & fructus beneficiorum? *v. d. l. 4.* an res ſacræ, religioſæ, hoſpitales, ius ſepulchri? *v. l. 2. C. de religioſis*: an res ſubiectæ reſtitutioni fideicommiſſi, præſertim ſi ſit redimendus is qui fideicommiſſo grauatus eſt, aut eius liberi? *v. l. 3. §. 5. j. ad Trebel.* an res litigioſa? *v. l. in fin. j. quæ res pign.* an bona minorum ſine decreto? *v. l. 22. C. de admin. tut.* an boues aratorij & agricolarum inſtrumenta? *v. l. 7. C. quæ res pign.* an flumina, mare, maris littora, palatia, theatra, turres, vniuerſitates pignorari poſſunt extraneo principi, vel ſubiectis? *v. l. 4. §. 2. j. de re iud.*

r Coniunctim, & quidem ſcientibus: id enim poteſt. Quid ſi duobus ſeparatim obligarit ignorantibus, & diuerſis contractibus diſſimulata obligatione? ſtellionatus tenetur: niſi res quæ pluribus fuit obligata, ſit tanta, vt omnibus ea creditoribus ſatisfieri poſſit? *l. 36. in fin. ſ. de pignoratitia.* aut niſi prior creditori ſatisfecerit; tunc enim in ſecundi creditoris perſona, pignus conualeſcit, eſtque vtile, *l. 4. j. qui potiores.* Quid ſi vendiderit, permutauerit, in ſolutum dederit? falſi: ſi modo rogatus negauit vlli obligatas eſſe: & ſic intellige, *l. 21. j. de falſis*: & ſtellionatus, ſi hypothecam tacuit: & ita intellige *l. 3. j. ſtellionatus.* ſ Quod ſi ſolidi nulla facta ſit mentio, an in ſolidum an pro parte res erunt eis obligatæ? *v. l. 16. §. 8. j. eodem.*

a *l. 2. j. de Saluiano interdicto.*

b poſſidens plus iuris habet, quam qui non poſſidet, *l. 1. §. 1. j. de Saluiano interdict. l. 128. j. de regulis iuris.* Agenti hypothecaria contra tertium poſſeſſorem incumbit onus probandi ſuam hypothecam tempore priorem eſſe: alias abſoluendus poſſeſſor. An idem eſt ſi fiſcus agat? v. quæ notaui ad *l. 1. C. de iure fiſci.*

c per actionem hypothecariam auocatur nuda poſſeſſio, *l. 66. j. de euict.* quod in libello hypothecariæ actionis notãdum eſt ac minus prætereundum.

d iure quodam & munere proprio, non vt curator Reipublicæ & præſes, *v. l. 3. §. 4. j. quod vi.* nec enim ad eam rem præpoſiti cenſentur, facit *l. vlt. ſ. quod cum eo.* e Et in rem vtilitatémque Reipublicæ vertit, *l. 27. ſ. de reb. creditis*, vel ſpeciale mandatum habuit, adde *l. 3. §. 4. j. quod vi.*

f imò non poteſt: nam ne quidem inter priuatos magiſter ſocietatis paciſcendo ſocietati nocet, *l. 14. ſ. de pactis.* Imò poteſt: quia, vel delicto curatoris collegij, collegiũ obligatur, *l. 10. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

g *l. 17. l. 33. l. 36. ſ. de pignoratit. Harm. 3. tit. 3. & §. 122. & 3. Nou. Michaëlis*: Sic conuentio licita eſt, etiam ſi pluris domus locari ſoleat, quam efficiat vſurarum legitimarum ratio: admiſſa propter incertum euentum fructuum, eorumque incertum pretium: etiam ſi aliquo anno poſſit fructuum emolumentum legitimum modum excedere. arg. *l. 23. C. de vſuris.* De antichreſi, v. tractatum commerciorum & contractuum vſurariorum Molinæi, *qu. 35.* de tacita antichreſi, *v. l. 8. j. in quibus cauſis pignus.* Porrò, futile eſt quod nonnulli hic legunt ἀνταποχὴ & ἀντιφορὴ. Et hæc ἀντίχρησις pignoratitia expreſſa: *v. l. pen. j. tit. prox. de Antichreſi.* v. Hotomanum 1. *obſer. 4.*

h Et fructus eius poſſeſſionis.

i ἀντίχρησιν ædium qui habet creditor loco vſurarum quas perciperet ex ſuis nummis, fructus ex ædibus pignoratis percipit, his modis, vel locando, vel percipiendo, vel habitando, *l. 39. ſ. de pign. l. 6. C. quod cum eo. l. 14. l. 17. C. de vſuris.*

k Senſus eſt, Creditorem qui amiſit poſſeſſionem ἀντιχρήσεως, non hypothecaria, ſed in factum actione vti ſolere: nimirum quod ἀντίχρησις propriè hypotheca non ſit. Cuiac. 5. *obſ. 35. in fin.*

l Nam id tentari poteſt, hypothecariam creditori competere. Azo, Cuiac. *ibid.*

m Pignori vſumfructum dare poteſt fructuarius inuito etiam proprietario.

n Argumentum à venditione vſusfructus ad eius pignorationem. Vſumfructum vendere fructuarius poteſt: ergo & pignorare.

o Vendi poteſt, (vt & cedi, *l. 12. §. 2. l. 63. ſ. de vſufr.*) vtiliter vſusfructus: ergo & pignorari, *l. 9. in fin. ſ. eod.* Imò, vſusfructus formalis vendi & cedi nequit, *l. 66. j. de iure dot. §. 3. Inſt. de vſufr.* nec cauſalis, quia non ſeparatur à ſua cauſa, qua non tranſlata non poteſt transferri: Quid iuris? Bartolus & alij vſumfructum cedi & pignorari poſſe exiſtimant, non quatenus eſt ſeruitus, ſed quatenus commoditatem vtendi in ſe continet.

p An aliud in ruſticis prædiis? Putat Bartolus has eſſe differentiæ rationes, quod vrbanæ perpetuam cauſam contineant, id eſt vrbanæ conſtitui ſub quadam perpetuitate debeant, *l. 4. ſ. de ſeruitutib.* (verum id competit etiam ruſticis, *d. l. 4.*) Deinde ne vrbs deformetur, *l. vlt. j. ne quid in loco publico*, & ſi in his admittatur pignus poſſit euenire vt tigna auferantur, quod in ruſticis non eſt, vt vult idem Bartolus: Imò, idem eſſe videtur in vrbanis quod in ruſticis: Poteſt enim ſeruitus vrbana precario dari, *l. 3. j. de precario.* ergo & pignori dari, & ruſticæ vrbanæ contrariæ non ſunt, ſed diuerſæ tantum. Eadem eſt ratio in ambabus, vnde hic à contrario ſenſu argumentum ſumi non poteſt. Id exiſtimo: non ſolas vrbanas ſeruitutes eſſe, quæ pignorari non poſſint: ſed hic tantum innui, vrbanas hypothecæ ſubiici non poſſe, ex quo pignorari non poſſunt, *vt hic.* Ratio, quia ea tantum pignorari poſſunt, quæ ſunt in bonis noſtris (in quibus non ſunt ſeruitutes, *l. 1. j. de vſufr leg.*) Pignorari propriè non poſſunt, quæ tractari non poſſunt, aut poſſideri. Propriè, ſi rem in abſtracto non in concreto, & acceſſoriè conſideremus: poſſunt enim ſeruitutes obligari, fundo cui cohærent obligato, *argum. l. 1. ſ. commun. præd.* & ſic nihil impedit, quominus ego, qui vicinam domum habeo, poſſim vti commoditate luminis tui, vel proſpectus, vel tigni immiſſi in tuo habendi, hæc Ripenſis ad *l. 9. in fin. num. 62. ſ. eod.* niſi dicamus id ius eo caſu non ſumi, tanquam ſeruitutem, ſed tanquam commoditatem vtendi, vtilitatem quoque ſuperioribus non obſtare, *l. 12. in fin. j. eod.* vt interea dicamus, alij quam ei qui vicinus eſt, tales ſeruitutes vrbanas pignorari non poſſe. conſtare etiam minus vtilitatis in tali ſeruitutum vrbanarum, quàm ruſticarum pignore. nam cui ruſtica ſeruitus, (putà viæ, vel itineris) pignorata eſt, is alteri quàm vicino fundi ſeruientis, eam pignorare poteſt etiam magno. Quid enim, ſi creditoris fundus intermedius eius iter impediat? In vrbanis id eſſe non poteſt, contra propriam pignoris naturam, *l. 13. §. 2. j. eod.* quam enim remotus à fundo mihi ſeruiente vtilitatem habere poſſit tigni immittendi in meum vicinum? Vide tamen Cuiacium 15. *obſeru. 6.* vide Duarenum 2. *diſp. 13.* hanc legem referre ad ſeruitutem iam conſtitutam, proximam verò ad conſtituendam, atque ita putare proſpectus aut tigni immittendi ſeruitutem ad aliquod tempus debitorem creditoris gratia pati poſſe, & precarij nomine, *l. 3. j. de precario.* vel pignori dare, *vt hic.* hoc autem ius adquiſitum creditorem alteri pignorare amplius non poſſe. Apertius rem totam ita exponamus. Accurſius & Bartolus cenſent ſeruitutes vrbanas ideo pignorari non poſſe, quòd earum cauſa ſit perpetua. pignus temporarium ſit. Verum, ſi ea ratio conſtaret, ruſticæ quoque pignorari non poſſent, quæ tamen pignorantur rectè, *l. 12. j. eo.* nam ſeruitutum ruſticarum cauſa quoque perpetua eſſe debet, *l. 4. ſ. de ſeruit.* Duarenus putat 2. *diſp. 13.* & vrbanas & ruſticas pignorari poſſe, cum poſſint vtræque precario concedi, *l. 3. j. de precario.* Quid igitur: quæ Duareni ſententia eſt? Paulum Iuriſconſultum ita putare, *l. 12. j. eod.* Debito-

non

a non b poſſunt. Igitur c nec conuenire poſſunt, vt hypothecæ ſint.

De ſeruitutibus ruſticis iure pignoris conſtituendis.

12. *Paulus* lib. 68. ad Edictum.

SEd an viæ d, itineris, actus, aquæ ductus, pignoris conuentio locum habeat, videndum eſſe Pomponius ait: vt talis pactio fiat, || *vt,* || *quamdiu pecunia ſoluta non ſit, eis ſeruitutibus creditor vtatur* e, ſcilicet ſi vicinum fundum habeat, & ſi intra diem certum pecunia ſoluta non ſit, vendere f eas vicino liceat. quæ ſententia propter vtilitatem g contrahentium admittenda eſt.

De grege: de ſtatulibero. 2. Si pignus pignori datum ſit. 3. De ſuperficiarys. 4. De rei vel fideiuſſoris condemnatione. 5. De conditione. 6. De vſuris. de pœna.

13. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariã.

GRege h pignori obligato, quæ i poſtea naſcuntur k, tenentur. ſed & ſi prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renouatus l, pignori tenebitur m.

1 ¶ Statuliber quoque dari hypothecæ poterit n, licet, conditione exiſtente, euaneſcat pignus.

2 ¶ Cùm pignori o rem pignoratam p accipi q poſſe placuerit, quatenus r vtraque ſ pecunia debetur, pignus ſecundo creditori tenetur t, & tam exceptio, quàm actio vtilis u danda eſt x: quod ſi dominus ſoluerit y pecuniam, pignus quoque perimitur.

¶ Sed z poteſt dubitari, numquid creditori, nummorum ſolutorum nomine, vtilis actio danda ſit, an non: quid enim, ſi res ſoluta fuerit? Et verum eſt, quod

rem in ſuo fundo ſeruitutem ruſticam creditori ſuo vicinum fundum habenti pignorare poſſe: qui interrogatus, idem eſſe in vrbano prædio non negaret. Marcianum verò hic negare, Debitorem fundi vrbani, ſeruitutem alij non vicino poſſe pignorare, qui interrogatus idem reſponderet in ruſtico prædio. Item creditorem ius ſeruitutis pignoratum ſibi, alteri pignorare non poſſe. Quibus ſententiis duæ contrariæ opponuntur Cuiacio 15. *obſer. 6.* Prima eſt: Creditorem, ſeruitutem ruſticam pignoratam ſibi, alteri poſſe pignorare. Fructum enim rei eſſe, poſſe dare pignori, *l. vlt. ff. de vſuris.* Altera eſt: Ne quidem ab ipſo domino ſeruitutes vrbanas pignorari poſſe, *vt hic.* ruſticas poſſe, *l. 12. ĵ. eod.* Cur enim priore caſu non poſsis ſeruitutem ruſticam mihi pignorare qui tuus ſum vicinus, vt per meum ac pignoratum tuum fundum, ad alios fundos meos remotiores perueniat meus creditor pignoratitius? Cur non ſeruitutem ruſticam mihi pignoratam licebit mihi pignorare creditori meo hunc in modum? At non rectè ſimiliter dixeris, ſeruitutem vrbanam mihi pignoratam, poſſe me creditori meo vicino pignorare. Quid enim poſsit vicinus meus creditor tignum rectè immittere in prædium vrbanum mihi pignoratum? Atqui precarium in vtriſque ſeruitutibus eſſe poteſt, *l. ſi quis ſepulchrum* 12. *ſupr. de relig. l. 3. l. & habet* 15. *ſ. precario* 2. *ĵ. de precario.* Pignoris vtilitas eſt in alienandi & pignorandi facultate, etiam inuito debitore qui pignus dedit, *l. 4. ſ. de pign. act. l. mulier. C. de diſtr. pign.* Precarium pendet omnino à voluntate eius qui dedit, vt hæc ita ſint, nondum tamen diſſoluta eſt huius loci difficultas: nimirum cur poſsint pignorari ruſticæ ſeruitutes, vrbanæ non poſsint? nam & ruſticæ ne quidem pignorari poſſe videntur, cum pignus ad tempus conſiſtat: ad tempus autem ſeruitus non poſsit conſtitui: *l. 4. ſ. de ſeru. l. 44. ſ. locati?* An id in ruſticis ideo dicemus eſſe, quod ad earum perpetuitatem ſufficiat hoc ſpectare, quod in perpetuum poſſent diſtrahi, debitore poſt certam monitionem in ſoluendo moram admittente? *d. l. 4. in fin. Paul. 2. ſent. 5. §. 1. & tit. 13. §. 5.*

a Nec legari, *l. ĵ. 1. de vſufr. legato.*

b Atqui vendi poſſunt: poſſunt igitur hypothecæ dari, *l. 9. in fin. ſ. eod.*

c Argumentum à pignore ad hypothecam: pignus datur, hypotheca fit conuentione, *vt hic,* pactum tantum conuentum de hypotheca interuenit: in pignore poſſeſsio traditur, *l. 13. §. 3. ĵ. eod.* quod dari pignori non poteſt, id hypothecæ dari quoque non poteſt.

d Seruitutem ruſticam fundum vicinum habenti creditori debitor pignorare poteſt, ſibi conſtitutam creditor alij vendere poteſt, *vt hic.* Imò & pignorare, *l. 13. §. 2. ĵ. eodem.*

e Græci notant poſſe nos κατασκευάζειν τῶν δυλείων ἀγροικικῶν καρπὸν. Cuiac. 15. *obſer. 6.*

f Fructus eſt vendere pignus poſſe.

g Cur non eadem vtilitas facit (contra ſubtilem docendi rationem) vt idem ſit in vrbanis? Duar. *ibid.* de vtilitate, *v. l. 51. §. vlt. ſ. ad l. Aquil.*

h Grex pignorari poteſt, *vt hic.* legari, §. 18. *Inſt. de leg.* vindicari, *l. 1. §. 3. l. 2. l. 3. ſ. de rei vindic.*

i *l. 29. §. 1. infra eod. l. 21. infra de leg. 1. l. 81. in fin. infra de leg. 3. l. 3. infr. de inſtructo.*

k Ex illo grege ſcilicet vt & alia qualibet vniuerſitate.

l Et ita mutuatus, *l. 16. §. 2. & l. vlt. ĵ. eod.*

m Cur tenebitur? Grex ipſe ſubſtantiam non mutat, quòd ſubſtituta ei ſint alia capita, *l. 22. ĵ. de leg. 1. l. 76. ſ. de iudiciis.*

n Cur poterit? quia pendente conditione, ſeruus eſt non liber, *l. 25. §. 5. l. 45. infr. de fideicommiſſ. libert. l. 12. in fin. ſuprà famil. 16. l. 25. ĵ. de ſtatulib. l. 3. Cod. de fideic. libert.*

o Pignus pignori dari poteſt, *l. 1. l. 2. C. ſi pignus pignori.* id Græcis μετενεχειριάζειν, vt & nomen debitoris, *l. 4. ĵ. quæ res pign. l. 3. l. 7. de hered. vend.*

p *l. 18. ſ. de pign.*

q Ergo & dari, *C. ſi pign. pignori datum ſit.*

r Quid? an in duriorem cauſam, aut maiorem ſummam? minimè, *l. 4. in fin. C. quæ res pignori:* Quatenus hic eſt per id tempus; vt ad tempus non ad ſummam referatur. 25. *Syn. 7. c. 18. 3. Harm. 75. §. 18.*

ſ id eſt vtriuſque debitoris.

t Vna tamen ſolutione liberatur primus debitor: tunc enim deſinit ei eſſe in cauſa pignoris, & ita intellige, *l. 1. Cod. ſi pignus pignor. l. 40. ſupr. de pignor. 5. Har. 5. §. 18.*

u Hypothecaria ſcilicet.

x Aduerſus primum debitorem.

y Cui? Titio ſuo creditori? an Sempronio creditoris ſui creditori? vtrique poteſt. Num verò tibi pignoris domino, Sempronius, ne Titio ſoluas, vtiliter denuntiare poteſt? vtique, textus in *l. 4. C. eod.* quod tamen Bartolus negat hic *n.* 3. Num Titius, ne Sempronio? puto, non poſſe. nam quo iure prohibuerit quo minus pignus tuum, ab eo, qui illud detinet, recipiat.

z Pignus dedi Titio in centum. Titius idem pignus Caio pignorauit. Me centum Caio ſoluente poſſum liberare pignus meum, qua etiam ſpecie, Caius in ſummam à Titio ſibi debitam, centum à me accepta imputabit. Quid ſi Titio debui non pecuniam, ſed Stichum: eidem Caio ſi Stichum tradam, liberabo meum pignus ea lege, vt Stichum, pignoris nomine retinere poſsit, tantiſper dum ei ſatisfaciat Titius.

Pomponius libro ſeptimo ad Edictum ſcribit: ſi quidem pecuniam debet is, cuius nomen a pignori datum eſt, exacta b ea creditorem ſecum penſaturum c: ſi verò corpus d is debuerit & ſoluerit, pignoris loco futurum apud ſecundum creditorem.

3 ¶ Et in ſuperficiariis e legitimè conſiſtere creditor poteſt aduerſus quemlibet poſſeſſorem: ſiue tantum f pactum conuentum de hypotheca interuenerit, ſiue etiam poſſeſsio tradita " fuerit, " deinde amiſſa ſit.

4 ¶ Etiam g ſi creditor iudicatum h debitorem i fecerit, hypotheca manet obligata, quia k ſuas l conditiones habet hypothecaria actio, id eſt ſi ſoluta eſt pecunia, aut ſatisfactum " eſt, " quibus ceſſantibus, tenet. & m ſi cum defenſore in perſonam egero, licèt is mihi ſatis dederit, & damnatus ſit, æquè hypotheca manet obligata. multò magis ergo ſi in perſonam actum ſit, ſiue cum reo, ſiue cum fideiuſſore, ſiue cum vtriſque pro parte, licet damnati ſint, hypotheca manet obligata.* nec n per hoc videtur ſatisfactum creditori, quod habet iudicati actionem.

5 ¶ Si ſub conditione o debiti nomine obligata ſit hypotheca, dicendum eſt, ante conditionem non rectè agi. cùm nihil interim p debeatur: ſed, ſi ſub conditione debiti conditio venerit, rurſus agere poterit. Sed ſi præſens ſit debitum, hypotheca verò ſub conditione, & agatur ante conditionem hypothecaria, verum quidem eſt, pecuniam ſolutam non eſſe; ſed auferri hypothecam iniquum eſt: ideoque arbitrio iudicis cautiones interponendæ ſunt: *vt ſi q conditio extiterit, nec pecunia ſoluatur, reſtitui hypothecam, ſi in rerum natura ſit.*

6 ¶ Propter vſuras r quoque, ſi obligatus ſit hypotheca vſuræ, ſolui debent. Idem ſ & in pœna dicemus.

De obligatione in diem. 1. De caſibus ex quibus naturalis obligatio conſiſtit.

14. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

QVæſitum eſt, ſi nondum dies penſionis venit, an & medio tempore perſequi pignora permittendum ſit? Et puto dandam t pignoris perſecutionem: quia u intereſt mea. & ita Celſus ſcribit.

1 ¶ Ex quibus caſibus naturalis x obligatio conſiſtit, pignus perſeuerare conſtitit.

De rebus futuris. 1. De re aliena. 2. De re ſæpius obligata.

15. *Gaius* libro ſingulari de formula hypothecaria.

ET quæ nondum ſunt, futura y tamen ſunt, hypo-

a Nomen acceptum pignori dare poſſumus, *l. 18. ſ. de pignoratitia. l. 4. C. quæ res pignori.*

b *al.* exactam eam.

c id eſt quam pecuniam creditori creditoris mei, luendi pignoris cauſa ſoluo, creditorem meum ea ſumma exonerat ipſo iure, *vt hic.*

d Puta equum (cuius loco pignori veſtimenta dederat) ſibi commodatum.

e *v. l. 15. inf. qui potiores.*

f Hypotheca pacto tantum conuento contrahitur: in pignore poſſeſsio traditur. adde quæ ſcripſi ad *l. 11. in fin. ſ. eod.*

g Hinc dubitandi ratio ſumitur. Videbatur enim pignus non manere creditoris poſt condemnatum factum debitorem. Nam per ſententiam fit nouatio, *l. vlt. C. de vſur. rei iudic.* Nouatione noua adquiritur actio priore ſublata, *l. 1. ĵ. de nouat.* & pignus perimitur, *l. 11. §. nouata. ſuprà de pignoratitia.* Verum dici poteſt, ſententiâ quidem nouam adquiri obligationem & actionem, nec tamen veterem tolli. Poteſt & hæc eſſe ratio. Pignus nouatione voluntaria tolli poſſe: at non iudiciali ſeu iudicij accepti. Iudicatum enim debitorem facientes, vt & litem conteſtantes nunquam deteriorem noſtram cauſam fecimus, *l. 29. ĵ. de nouationib.*

h Iudicatum debitorem, vel condemnatum creditor facit, quoties vincit, & à iudice obtinet, vt reus ſatisfaciat, *vt hic: l. 8. Cod. de pign. l. vn. Cod. etiam ob chirographariam pecuniam.*

i ſuum ſcilicet.

k Hypothecaria actio tandiu durat, quandiu ſoluta non eſt pecunia creditori, aut ei non ſatisfactum.

l *v. l. 6. ĵ. quib. modis pign.*

m Hypothecariam actionem non amittit creditor, etiam ſi iudicatum fecit debitorem, *vt ſ. eod.* etiam ſi cum defenſore debitoris in perſonã egerit, & is ſatiſdederit ac damnatus fuerit. *vt hic.* etiam ſi in perſonam egerit cum reo vel fideiuſſore, vel cum vtroque, & hi damnati ſint, *verſ. multo magis infra.*

n Satisfactum creditori non videtur, hoc ipſo vel ſolo quòd habeat iudicati actionem aduerſus debitorem. Porro ſatisfactio habetur pro ſolutione, *l. 52. infra de ſolut.*

o Hypotheca pura præſenſque conſtitui poteſt, licèt debitum ſit ſub conditione, *vt hic.* & è contra præſens debitum eſſe poteſt, hypotheca ſub conditione. Priore caſu hypothecaria experiri non poteſt creditor, ante conditionem debiti: poſt conditionem verò, agere poteſt. Poſteriore caſu, nondum ſoluta pecunia ante conditionem hypothecæ, debitor hypothecam creditori auferre non poteſt? Et breuiter, illo caſu creditor ante conditionem debiti: hoc caſu, debitor ante conditionem hypothecæ non experietur.

p *l. 213. ĵ. de verb. ſign.*

q Formula cautionis.

r Hypotheca non tantum propter ſortem, ſed & propter vſuras & pœnam obligari poteſt. adde *l. 8. in fin. ſ. de pign. act.* Imò pignus quod ſortis nomine obligatur, facilè & pro vſuris obligatum intelligitur 5. *Harm.* 3. §. 14. Quin & hoc notandum eſt, pignus in ſortem tantum vel in vſuras obligari. Priore caſu ſorte ſoluta, debitorem pignus repetere poſſe: idem pignus, vſurarum nomine à creditore non poſſe retineri. Poſteriore quoque ſolutis vſuris pignus repeti poſſe, & iniuſtè retineri à creditore, *l. 11. §. ſi in ſortem dumtaxat: ſuprà de pignoratitia, l. 3. C. de vſuris.* Quid ita? limitatum pignus, naturam egredi non debet. In his ſpeciebus, pignus vel in ſortem tantum, vel in vſuras tantum obligatum ponitur, *l. 8. in fin. l. 11. §. 3. ſ. de pignoratitia.*

ſ Pœnæ & vſuræ cognatio. Eſt enim pœna vſuræ ſpecies.

t Immo danda non eſt: Nam ante diem pignoratitia agi non poteſt, *l. 4. ĵ. de diſtr. pign. l. 5. §. 1. ĵ. quib. modis pignus.* Regulariter, hoc eſt, ſine iuſta cauſa non poteſt: ſeu niſi ſuſpectus debitor. *arg. l. ait prætor.* 10. *§. ſi debitorem* 16. *ĵ. quæ in fraudem: l. 21. ſ. de interrog. act.* At ante conditionem agi non poteſt, *l. 13. §. 5. ſ. eod.* Diei & conditionis differentia eſt. Debitum ſub conditione ante euentum conditionis omnino indebitum eſt: ideoque agi non poteſt: Debitum in diem, ſtatim deberi incipit atque promiſſum eſt, licet ante diem agi non poſsit, *l. cedere* 213. *ĵ. de verborum ſignificatione.*

u Quoties mea intereſt poſſum pignus perſequi, etiam ante diem penſionis & conditionis euentum: mea intereſt, ſi debitor ſuſpectus eſſe incipit, *v. l. 36. ſ. de rebus creditis;* alias ante diem pignus vendi non poteſt; *l. 41. ĵ. de diſtract. pign. l. 5. §. 1. ĵ. quibus modis pign.*

x *l. 5. in fi. pr. ſ. eod.* adde *l. 16 §. 3. ĵ. de fideiuſſ.*

y Futura, fructus pendentes, partus ancillæ, fœtus pecorum, & ſimilia, *v. l. 1. ſ. eod. l. 8. ſ. de contrah. empt. l. 73. ĵ. de verb. oblig.*

thecæ

thecæ dari *a* poſſunt, vt fructus pendentes, partus ancillæ, fœtus pecorum, & ea quæ naſcuntur, ſint hypothecæ obligata, idque ſeruandum eſt ſiue *b* dominus ‖fundi‖ conuenerit aut de vſufructu, aut de his quæ naſcuntur, ſiue is, qui vſumfructum habet, ſicut Iulianus ſcribit.

1 ¶ Quod dicitur *c*, creditorem probare debere *d*, *cùm conueniebat, rem in e bonis debitoris fuiſſe*, ad eam conuentionem pertinet, quæ ſpecialiter facta eſt, non *f* ad illam *g*, quæ quotidie inſeri ſolet *h* cautionibus, *vt ſpecialiter i rebus hypothecæ nomine datis cætera k etiam bona teneantur debitoris, quæ nunc habet, & quæ poſtea adquiſierit, perinde atque ſi ſpecialiter hæ res fuiſſent obligatæ.*

2 ¶ Qui res ſuas iam obligauerint, & alij ſecundò obligant creditori, vt effugiant periculum *l*, quod ſolent pati, qui ſæpiùs eaſdem res obligant *m*, prædicere *m* ſolent, *alij nulli rem obligatam eſſe, quàm fortè Lucio Titio, vt in id quod excedit priorem obligationem res ſit obligata*, ‖vt ſit pignori, hypothecæve id, quod pluris eſt, ‖aut ſolidum, cùm *o* primo debito liberata res fuerit. de quo videndum eſt, vtrum hoc ita ſe habeat, ſi & conueniat. an & ſi ſimpliciter conuenerit de eo quod excedit, vt ſit hypothecæ, & ſolida res ineſſe conuentioni videtur, cùm à primo creditore fuerit liberata, an adhuc pars. ſed illud magis eſt, quod prius diximus.

De alluuione. 1. De re aliena, & ratihabitione. 2. De mutatione rei obligatæ. 3. De conuento hypothecaria abſoluendo, vel condemnando. 4. De fructibus. 5. De præſcriptione hypothecæ adiudicatæ. 6. De debitore condemnato ob pignus non reſtitutum. 7. De re aliena. 8. De re duobus obligata 9. De pacto vt non ſoluto debito res iuſto pretio æſtimanda ſit debitoris.

16. *Marcianus* libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

SI fundus hypothecæ datus ſit, deinde alluBione *p* maior factus ‖eſt,‖ totus obligabitur *q*.

1 ¶ Si neſciente domino, res *r* eius hypothecæ data ſit, deinde poſtea dominus *ſ* ratum *t* habuerit, dicendum eſt, hoc *u* ipſum *x*, quod ratum habet voluiſſe *y* eum retrò *z* recurrere ‖ratihabitionem‖ ad illud tempus, quo conuenit. voluntas autem ferè *a* eorum demum ſeruabitur, qui & pignori dare poſſunt.

2 ¶ Si res hypothecæ data poſtea mutata *b* fuerit, æquè hypothecaria actio competit. veluti de domo data hypothecæ, & horto facta *c*. Item ſi de loco conuenit, & domus facta ſit. Item de loco dato, ‖deinde‖ vineis in eo poſitis.

3 ¶ In vindicatione *d* pignoris quæritur, an rem de qua actum eſt, poſſideat is, cum quo actum eſt. Nam ſi non poſſideat. nec *e* dolo fecerit, quominus poſſideat. abſolui debet. Si verò poſſideat, & aut pecuniam ſoluat *f*, aut rem reſtituat, æquè abſoluendus eſt. Si verò neutrum horum faciat, condemnatio *g* ſequetur.

a Futura ad eum modum ſtipulari poſſumus & promittere *l.73. inf. de verb. obl.* emere *l.8. ſupr. de contr. empt.* legare *l.24. infr. de leg. 1.* ſic quod ex fundo apparuerit, quod agro alluuione acceſſerit, pignorare poſſumus *l.16. ſup. eo.* quod in flumine enatum *l.14. l.15. l.16. ĵ. de leg. 3.* quæ omnia effectum habent vtiliaque cùm in rerum natura eſſe cœperint. Subeſt enim tacita hæc côditio, ſi nata ſint *l.7. in fi. inf. de tritic. l.1. in fi. ĵ. de cond. & demonſt.*

b *l.11. §.2. ſup. eo.*

c in *l.3 ſup. eo. l.23. ĵ. de prob. arg. l.4. in pr. ĵ. de aqua pluuia.*

d i. tempore contractus & pignoris contracti.

e adde *l.3. ſup. eo. l.23. ĵ. de prob.* Hoc latiùs patet, quàm in dominio noſtro fuiſſe. Sunt in bonis non ea tantùm quæ in dominio noſtro ſunt, ſed & quæ bona fide poſſidemus, vt & ſuperficiaria *l.49. ĵ. de verb. ſign.* Ita hic ſufficit creditorem probare rem à debitore fuiſſe bona fide poſſeſſam, aut eundem rei vtile dominium habuiſſe. Falſus eſt itaque Accurſius *in §. item Seruiana. Inſt. de act.* dum putat, creditorem cogi probare rem in dominio debitoris fuiſſe.

f i. non ad generalem, quam ſpeciali ſubiicere ſolent contrahentes & notarij, requiritur, vt res obligata tunc fuerit in bonis debitoris: nam in generali rerum obligatione, ſufficit ſi poſtea res quandocunque inueniatur in bonis obligantis. Hinc interim formam contrahendi in hypothecaria obſerua.

g Mixtam hanc hypothecam poſſis dicere, ex generali & ſpeciali.

h Notanda eſt hæc notariis vſitatiſſima alicuius obligandi formula.

i vt in *l.4. §.4. ſupr. ſi quis cautionib.* k non expreſſa ſpecialiter.

l Stellionatus *l.3. ĵ. ſtellionatus. l.16. in fi. ſup. de pign.* & falſi, *l.21. inf. de falſis.*

m Et vendunt, nam de venditionibus loquuntur, *d.l.3. d.l.21.*

n Tunc enim volenti creditori non fit iniuria, quemadmodum ſi res debitoris ampla ſit. *d.l.16.* Num verò neceſſitas imponitur notario (cuius miniſterio vel opera, vel quo teſte ſeu præſente debitor fortè alij obligatus fuit,) vt id ſecundo debitoris creditori indicet?

o *l.4. in fin. inf. qui potiores.*

p Alluuio pignus auget. Creſcit pignus alluuione, *l.18. §.1. §.3. in fin. ſup. de pignoratitia.* & hereditas *l.13. §.3. ſup. fam.* vſusfructus *l.9. §.4. ŝ. de vſufr.* Creſcit & alluuione legatum, dos, fideicommiſſum, feudum *l.34. ſupr. de rei vind. l.6. §.5. ſup. comm. diuid. l.4. in fin. inf. de iure dotium: l.19. §.3. ĵ. de legat. 1. l.16. ĵ. de leg. 3. 1. Feud. 4. §.5.* q Atqui alluuio in agris limitatis locum non habet, *l.16. ĵ. de adq. rer. dom.* rectè: eorum enim limitata eſt natura.

r & ita aliena, v. Dynum *ad c.9. de reg. in 6.*

ſ Ratihabitione negotium geſtum confirmatur *l.6. §.9. l.9. l.24. ŝ. de negotiis: l.60. ſup. de iudic. l.25. C. de donat. inter virum.* mutuò à filiofam. contractum *l. vlt. C. de S.C. Maced.* venditio *l.44. §.1. inf. de vſuc.* donatio *d.l.25.* ſolutio *l.71. §.1. inf. de ſolut* delictum *l.152. §.2. ĵ. de ritu nuptiar. l.5. C. de nuptiis.*

t Ratihabitio pignus conciliat *l.20. in fi. prin. ŝ. de pignoratitia.*

u Voluntas quæ ſequitur ratihabitio eſt, *vt hic, & l.9. §. pen. inf. de donat. l.3. §. ſed ſi mutua. ŝ. de in rem verſo: l. Pompon. 40. §. vlt. ŝ. de procur. l. vlt. C ad S.C. Maced.*

x *al.* hoc ipſo. y Ratihabitio voluntatis ſpecies, dixi *l.3. §.4. ŝ. de in rem verſo.*

z Ratihabitio retrotrahitur ad tempus conuentionis. v. Dyn. in *c. ratihabitio, de regul. in 6.*

a Nam & is regulariter qui pignori obligare non poteſt, pignoranti conſentiendo nihil agit. Vſufructuarius tamen pignoranti proprietatem ius non habens *l.6. C. de vſufr.* poteſt obligationi proprietatis conſentire.

b Putà ſi domus ad aream ſit redacta, & iterum poſt extructa. *v. l.29. §.2. inf. eo.* domus in hortum vel horreum: locus, in domum vel vineam ſit mutatus, *inf. eod.* Hypotheca non tollitur domus, ſi ea hortus facta ſit, loci, ſi domus ibi ædificata, aut vineæ ibi poſitæ.

c Et horreo facto. *Hal.* d Pignus creditor vindicare poteſt. *v. l.17. inf. eod.*

e Paria ſunt poſſidere & dolo deſiiſſe poſſidere.

f *vt l.6. inf. quib. mod. pig.*

g Scilicet, vt poſſeſſor rem reſtituat, eáque iure pignoris à creditore retineatur, vt hinc colligere poſſis hypothecaria formula qualis eſſe debeat: i. quemadmodum concipiendi libelli, & ferendæ ſententiæ in actione hypothecaria ſint.

¶ Sed *a* ſi velit reſtituere, nec poſſit, fortè quòd res abeſt, & longè eſt, vel in prouinciis, ſolet *b* cautionibus res explicari. nam, ſi cauerit ſe reſtiturum, abſoluitur. Sin verò dolo quidem deſiit poſſidere, ſumma *c* autem ope niſus, non poſſit rem ipſam reſtituere, tanti *d* condemnabitur, quanti actor in litem iurauerit. ſicut *e* in cæteris *f* in rem actionibus: nam *g* ſi tanti *h* condemnatus eſſet, quantum deberetur, quid *i* proderat in rem actio, cùm ‖&‖ in perſonam agendo idem conſequeretur?

4 ¶ Interdum *k* etiam de fructibus arbitrari debet iudex, vt *l* ex quo lis inchoata ſit, ex eo tempore etiam fructibus *m* condemnet. quid enim, ſi minoris ſit prædium, quàm debetur? num de antecedentibus fructibus nihil poteſt pronuntiare, niſi exſteat *n*, & res non ſufficit.

5 ¶ Creditor hypothecam ſibi per ſententiam adiudicatam quemadmodum habiturus ſit, quæritur? nam dominium *o* eius vindicare non poteſt: ſed hypothecaria agere poteſt. & ſi exceptio obiicietur à poſſeſſore rei iudicatæ *p*, replicet *q*, *ſi r ſecundùm me iudicatum non eſt.*

6 ¶ Si pluris *ſ* condemnatus ſit debitor non reſtituendo pignus, quàm computatio ſortis, & vſurarum faciebat, an ſi tantum ſoluerit, quantum debebat, exoneretur hypotheca? quod ego, quantum quidem ad ſubtilitatem legis, & auctoritatem ſententiæ, non *t* probo. ſemel *u* enim cauſa tranſire videtur ad condemnationem, & inde pecunia deberi: ſed humanius *x* eſt, non amplius eum, quàm quod reuera debet dando, hypothecam liberare.

7 ¶ Aliena *y* res vtiliter poteſt obligari ſub conditione *ſi debitoris facta fuerit.*

8 ¶ Si duo *z* pariter *a* de hypotheca paciſcantur, in quantum quiſque obligatam hypothecam habeat, vtrùm pro quantitate debiti, an pro partibus dimidiis, quæritur? Et magis eſt, vt pro quantitate debiti pignus habeant obligatum: ſed vterque ſi cum poſſeſſore agat: quemadmodum, vtrùm de parte quiſque, an de toto, quaſi vtrique in ſolidum res obligata ſit? quod erit dicendum, ſi eodem *b* die pignus vtrique datum eſt ſeparatim *c*: ſed ſi ſimul illi & illi, ſi *d* hoc actum eſt, vterque rectè in ſolidum aget, ſi minus, vnuſquiſque pro parte.

9 ¶ Poteſt ita *e* fieri pignoris datio, hypothecæve *vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia iure emptoris poßideat rem iuſto f pretio g, tunc æſtimandum.* hoc enim

a Summa huius legis hæc eſt: Pignus vindicat creditor à non poſſeſſore, cóve qui dolo non deſiit poſſidere: ictus abſoluendus. A poſſeſſore aut pecuniã debitam creditori ſoluere, aut pignus reſtituere poſſeſſor debet: ſi neutrum facere velit, condemnandus eſt, *vt ſup. eo.* ſi velit reſtituere, nec poſſit, cauẽs ſe reſtituturũ, abſoluetur. ſi reſtituere non poterit, quia dolo deſiit poſſidere, tanti condemnandus quanti in litem creditor iurauerit, *vt hic.* Et hæ rei perſecutoriæ vtilitates ſunt, reſtitutio rei, pecuniæ debitæ ſolutio, cautio, iuramentum in litem.

b Eo caſu, ſc. §.2. *Inſt. de officio iudicis.* Cautiones commodo reorum inuentæ.

c Quo magis inutilis eſt diligentia poſt dolum, eò minus doli effectum purgat.

d Iuratur in litem contra non reſtituentem pignus, ſicut in cæteris in rem actionib. *v. l.5. ſup. de in litem iurando.*

e Iuratur in litem aduerſus non reſtituentem in actionibus in rem *l.5. ſup. de in litem iurand.* f Pignus actionem in rem parit *l.17. inf. eod.*

g Iuſiurandum in litem plus quàm debetur, hoc eſt, plus debito continet.

h Imo tanti condemnandus videtur *l.21. in pr. ĵ. eo. v.* æquitatis ſententiam in §.6. *inf. eod.*

i Quaſi Seruiana in rem actio, creditori vtilior eſt, quàm perſonalis.

k Nam hæc diſtinctio ſeruanda, de qua hic agitur.

l Pignoris fructus poſt litem conteſtatam perceptos, poſſeſſor creditori reſtituit arbitrio iudicis, ſi minoris ſit prædium quàm debeatur: antecedentes, hoc eſt, ante litem conteſtatam perceptos non reſtituit, niſi exſtent, & res pignorata non ſufficiat. adde *l.2. C. in quib. cauſis pignus.*

m Etiam de fructibus. *Hal.* extantibus ſc. non de conſumptis à bonæ fidei poſſeſſore *l.1. §.2. ſup. eod.*

n dixi ad *l.3. C. in quib. cauſis pignus.*

o Pignus ſibi adiudicatum, creditor perſequitur, non rei vindicatione: ſed hypothecaria. Quid ita? Hæc adiudicatio ius dominij non tribuit.

p Quaſi agere teneatur creditor actione rei iudicatæ *l. minor annis qui fideic. 40. ſup. de minor.* q Euidenter enim iniquiſſimum eſt proficere rei iudicatæ exceptionem ei contra quem iudicatum eſt *l.16. ĵ. de except. rei iudicatæ.*

r Formula replicationis.

ſ *l.21. inf. eo.* & malè: nec enim pluris condemnari poteſt *d.l.21.*

t Aduerſus debitorem pignus non reſtituentem in litem iuratum eſt. *§.3. ſup. eod. l.21. in fi. ĵ. eo.* Pluris ita condemnatus eſt, quàm ſors & vſura ſortis faciebant. hæc enim poteſt egredi iuſiurandum in litem. Quæritur, ſi ab ea condemnatione, ſortis & vſurarum veram quantitatem ſoluerit, aut pignus liberet, etiamſi non ſoluerit quanti in litem iuratum eſt? ſi ſubtilitatem legis & authoritatem ſententiæ ſpectamus, non exoneratus eſt, niſi quanti in litem fuerit iuratum, ſoluerit: humanius eſt tamen liberare, ſi id quod re vera debeat, ſoluerit, *vt hic.* Humanius agitur aduerſus debitorem, quàm aduerſus extraneum poſſeſſorem. Ille non pluris quàm debuit, hic etiam pluris condemnatur *l.21. in fi. ĵ. eod.*

u Prioris iudicij pronuntiatione res tranſit in rem iudicatam: dixi ad *Nou. 93.*

x Subtilitas eſt iuris, debitorem teneri in veram quantitatem ſententiæ, licet ea ſortem & vſuras debitas excedat. humanitas eſt, eum liberari dando id quod re vera debet. Ratio: quia ſi creditor ab extraneo plus ſuo debito exegiſſet, debitori redderet *l.21. in fi. ĵ. eod.* Igitur plus debito ab ipſo debitore eum exigere iniquum fuerit.

y *l.41. ſup. de pignorat. v. l.5. C. ſi aliena res.*

z vide *l.10. ſup. eod.*

a Pariter, hic non eſt eodem momento, ſed eadem die diuerſis momentis.

b Simul dicitur fieri, quod eodem die fit, licèt diuerſis momentis, *Bart.*

c Id eſt, diuerſis momentis, eadem tamen die.

d Imò, vt hoc non actum ſit, cùm res pluribus ſimul daretur, æqualis tamen omnium cauſa erit in pignore *l.20. §.1. ſup. de pignorat.* & ita pro ſua parte, non in ſolidum.

e v. quæ notaui ad *l.81. in fin. pr. ſup. de contr. empt.*

f De iuſto pretio adde quæ ſcripſi ad *l.50. inf. de furtis.*

g Atqui pretij quantitas conferri non poteſt in alterius vel ipſius emptoris arbitrium *l.25. ſup. locati. l.35. §.1. ſup. de contrahenda emptione.* Hic pretij æſtimatio refertur ad iuſtum pretium, hoc eſt, vel ad commune ſeu forenſe vel iudicis arbitrio finiendum: qui tanquàm vir bonus arbitratur, *lege vltima Cod. de iure dominij impetr.* electis iuſtis æſtimatoribus: exactóque ab eis iureiurando, *argument. legis 20. C. de fide inſtrument. Nouella de non alienand. 17. §. quod autem.*

caſu videtur quodámodo conditionalis eſſe venditio: & ita Diuus Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

Qualis ſit actio hypothecaria.

17. *Vlpianus* lib. 15. ad Edictum.

Pignoris *a* perſecutio *b* in *c* rem *d* parit *e* actionem creditori.

De eo cui competit Publiciana.

18. *Paulus* lib. 19. ad Edictum.

Si ab eo *f*, qui Publiciana *g* vti potuit, quia dominium *h* non habuit, pignori accepit: ſic *i* tuetur me per Seruianam Prætor, quemadmodum debitorem per Publicianam.

De pluribus rebus pignoratis.

19. *Vlpianus* lib. 21. ad Edictum.

Qui pignori plures res accepit, non *k* cogitur vnam liberare, niſi *l* accepto vniuerſo, quantum debetur.

De penſione obligata.

20. *Idem* libro 63. ad Edictum.

Cum conuenit, *vt is qui ad refectionem m ædificij credidit, de penſionibus iure pignoris ipſe creditum recipiat*, etiam actiones vtiles aduerſus inquilinos accipiet, cautionis † *n* exemplo, *o* quam debitor creditori pignori dedit.

De procuratore & negotiorum geſtore. 1. De eo qui habet Publicianam. 2. De periculo & commodo pignoris. 3. De litis æſtimatione.

21. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

Si inter colonum, & procuratorem *p* meum conuenerit de pignore, vel ratam *q* habente me conuentionem, vel mandante, quaſi *r* inter me, & colonum meum conueniſſe videatur.

1 ¶ Si debitor ſeruum, quem à non domino *ſ* bona fide emerat, & pignorauit *a*, teneat, Seruianæ locus eſt: & ſi aduerſus eum agat creditor, doli replicatione exceptione elidet *b*, ‖ ita Iulianus ait: & habet rationem *c*.

2 ¶ Quidquid pignori commodi, ſiue incommodi fortuito *d* acceſſit *e*, id ad debitorem pertinet.

3 ¶ Si res pignorata non reſtituatur, lis aduerſus poſſeſſorem erit æſtimanda, ſed vtique aliter *f* aduerſus ipſum debitorem, aliter aduerſus quemuis poſſeſſorem. nam aduerſus debitorem, non pluris, quàm quanti debet: quia non pluris intereſt. aduerſus cæteros poſſeſſores, etiam pluris. & quod amplius *g* debito conſequutus creditor fuerit, reſtituere debet debitori pignoratitia actione.

Si dominus ei qui pignorauit ſucceſſerit.

22. *Modeſtinus* lib. 7. Differentiarum.

Si Titio, qui rem meam ignorante me creditori ſuo pignori obligauerit heres *h* extitero, ex poſtfacto pignus directo *i* quidem non conualeſcit, ſed vtilis *k* pignoratitia dabitur creditori.

De locatione. 1. De abſentibus.

23. *Idem* lib. 3. Regularum.

Creditor prædia ſibi obligata ex cauſa pignoris locare rectè *l* poterit.

1 ¶ Pignoris obligatio etiam inter abſentes *m* rectè *n* ex contractu obligatur.

De eo qui prohibetur emere.

24. *Idem* libro 5. Regularum.

In *o* quorum finibus emere *p* quis prohibetur *q*, pignus accipere non *r* prohibetur.

De retentione.

25. *Idem* lib. 8. Regularum.

Si minus ipſi litigatores æſtimatorem iuſſu iudicis eligent. *argum. legis hac edictali §. his illud. C. de ſecundis nuptiis.*

a ✝. hypothecæ *l. 18. C. de pign.*

b Quaſi Seruiana ſc. *l. 16. §. 3. ſup. eo. l. 18. C. eod. l. 2. C. ſi vnus ex plurib. §. 7. Inſt. de actionibus.*

c *l. 16. §. 3. in fin. ſup. eod. l. vn. C. de alien. iud. mut. cauſ. l. vlt. C. de obl. §. Item Seruiana. Inſt. de act. l. vlt. Cod. ſi vnus ex pluribus heredibus creditor.*

d Imò non parit in rem actionem, Nam pignus conſenſu contrahitur, *l. 1. ſup. de pignoratitia actione. l. ſi tibi. §. de pignore ſup. de pactis.* Conſenſu ius reale non adquiritur, ſed traditione *l. 20. C. de pact. l. 3. §. 1. l. ſi partem. ſup. quemadmod. ſeruitut.* Num dicemus pignore adquiri in rem actionem, quòd pignoris ſecuritas ſit minimi momenti, vt ideo facilè naſcatur? An potius quod pignus mutuo aut alij contractui ſæpè adiici ſoleat: Mutuum & ſimiles contractus ex ſe iam perſonalem actionem pariant, vt niſi pignus realem pariat, ſupervacua futura ſit pignoris adiectio?

e Adeò vt vindicatio creditori competat *l. 10. in fin. Cod. de pign. l. 16. §. 3. ſupra eodem.*

f Id eſt: ſi à non domino, *vt l. 21. §. 1. inf. eod.*

g Publicianam & quaſi dominium habens, pignus dare poteſt, *vt hic.* Atqui Publicianam habens rem in bonis non habet. Creditor autem qui pignus accipit, vt pignus ſuum rectè tueatur, probare debet rem fuiſſe in bonis eius à quo accepit pignus *l. 15. §. 1. ſup. eodem?* Dicendum eſt, eum qui vtile rei dominium habeat, rem in bonis habere *l. 49. inf. de verb. ſign.*

h Sed quaſi tantum & vtile, ſeu ſi ita licet loqui, indirectum, *l. 21. §. ſi debitor. ʒ. eod. l. 1. & toto tit. ſupr. de Publ. §. 3. §. 4. Inſt. de act.*

i Pignus qui accepit à non domino, Publicianam tamen habente, ita defenditur per Seruianam, vt is à quo accepit, per Publicianam, *vt hic.* At non defenditur per Publicianam *l. 13. §. 1. ſup. de Publiciana?* Non defenditur quoque Seruiana aduerſus verum dominum pignoris, *l. 18 ſup. de rei vindic.* Exceptio dominij repellit Publicianam *l. vlt. ſup. de public. l. 24. ʒ. de except. rei iudic.* multo igitur magis, qui pignus accepit à Publicianam habente.

k Pignoris liberatio indiuidua eſt *l. 65. ʒ. de euictionib.* nec enim creditor pignus eiuſve partem reddere tenetur, niſi accepto vniuerſo quod debetur, *vt hic. & l. 8. §. 2. l. 9. §. 3. ſup. de pign. l. 85. §. pen. ʒ. de verb. oblig. l. 1. C. de luit. pign. l. 16. C. de diſtract. pignorum.* Vniuerſo, hoc eſt, ſorte & vſuris *l. acceptam. C. de vſuris: l. 41. §. Lucius ʒ. de vſuris.* expenſis litis, *l. 65. ſupr. de rei vindic. l. vlt §. in computatione. C. de iure deliberandi. l. 2. C. ſi antiquior credit.* eo omni quo deterius fit ius creditoris. *l. eleganter. 7. §. non ſolum. 3. ʒ. de dolo.* Quid tamen ſi ita conuentum ſit, vt parte ſortis vel debiti ſoluta, creditor pignus eiuſve partem reſtitueret? aliud dicendum, *d. l. 41. §. 1.* Quid ſi debitor partem offerat, partem aliam neget? *v. l. 21. §. ſi certum.* quid ſi libertas, pia cauſa aliud ſuadet? quid ſi debitor non ſit ſoluendo? *v. Authent. hoc niſi debitor. C. de ſolut.* Quid ſi debitor Emphyteuta ſit patrimonij Cæſaris? *v. l. placuit. C. de colla. fund. patrim. lib. 11.* Quid ſi volenti publicano pars ſoluta an nocebit fiſco? *v. l. vlt. C. de apochis publ.* Quid ſi debitor diuerſis locis, non vno loco debeat? *v. l. 2. § ſi quis ita. ʒ. de eo quod certo loco.* Quid ſi vnum ex pluribus fideiuſſoribus liberare velit debitor? *v. l. 5. §. 1. ʒ. de ſol.* Quid ſi lege quiddam debeatur? *v. d Authent. hoc niſi debitor. l. 5. inf. de verb. obl.* Quid ſi pro parte ſoluat pro altera parte compenſationem petat? *v. l. 5. l. 12. C. de compenſat.* Quid in ſpecie *l. vlt. inf. quibus modis pignus?* Partis oblatione integrum pignus liberari dicendum eſt.

l Cui ob eam cauſam competit exceptio non impleti tractatus pignoris, *vt hic. & l. 9. §. 3. ſup. de pignoratitia: l. 1. C. de ſolut. pign. l. 85. §. pen. de verb. oblig* vt & aliis caſibus, putà non impletæ emptionis, *l. 1. ʒ. de in diem addict. & tit. de leg. commiſſ. l. 13. §. 8. ſup. de act. empt.* venditionis, *l. 2. §. 1. l. 25. l. 50. ſup. de act. empt.* locationis *l. 9. l. 15. l. 24. §. 4. ſup. locati. l. 16. C. de locato* conductionis, *l. 1. inf. de migrando. l. 1. ſup. ſi ager vectig. l. 2. C. de iure emphyt.* ſocietatis, *l. 19. in fin ſup pro ſocio.*

m De hoc dicam ad *l. 5 inf qui potiores.*

n Poteſt enim cautio & nomen pignori dari *l. 13. §. 2. in fin. ſup. eod. l. 42. ſup. de pignoratitia.*

o Qui ad refectionem ædificij credit pecuniam, plerunque ita ſtipulatur, *vt ædificij refecti penſiones iure pignoris recipiat*: quo nomine aduerſus inquilinos perinde vtili actione experiri poteſt, vt is qui cautionem ſeu nomen à debitore pignoris accepit. Poteſt enim creditor in hac ſpecie experiri aduerſus debitores à quibus cautio emiſſa aut nomen ſcriptum eſt, adde *l. 15. §. 2. in fin. ſup. eod. l. 18. ʒ. de pignoratitia act. l. 4. C. quæ res pignori.*

p Procurator priuati. *vt hic.* & reipublicæ, vt pignori dare poteſt, *l. 11. ſup. eo.* ita & accipere, adde *l. 23. inf. eod.*

q Qui ratum habet vel mandat, ipſe pignorare videtur. adde *l. 16. §. 1. ſup. eod.* Ratihabitione poteſt pignus contrahi.

r Quaſi conueniſſe videtur, qui per procuratorem pactus eſt: non ipſe quidem conuenit, ſed quaſi. *Quaſi* cum hic dicimus non penè dicimus, aut propè, ſed verè: per interpretationem tamen.

ſ vide *l. 18. ſupra eodem.*

a Ignoranti, an contraria ſit, *l. 1. ʒ. eodem.*

b Debitor non poteſt referre quæſtionem dominij.

c Cur habet rationem? quia debitor pignus emit ab eo qui id vendidit, vt dominus: *l. optim. 14. C. de contrah. ſtip.* vel ita: Debitor generali hypotheca conuentus, poteſt excipere rem illam ad quam agitur, non fuiſſe nec eſſe ſuam, ſed alterius, & laudare dominum, à quo poſſidet, fructus denique percipere: quod cum facit, poteſt accidere vt mendacij non accuſetur, cùm neque ea res fuerit in eius bonis: ſecus fuerit, ſi ſpeciali iure rem eam obligauerit: hoc enim caſu quæſtionem dominij obiicere, citra mendacij ſuſpicionem, non poteſt. Mendacij enim conuincitur, qui rem ipſam in ſpecie obligauit.

d vide *l. 24. §. 2. ʒ. de pignorat.*

e Pignori quidquid accedit commodi, vel incommodi, debitoris eſt, *vt hic.* Cur debitoris? quia dominus pignoris *l. 6. l. pignus 9. C. de pign. l. ſicut vim maiorem 19. de pign. §. vlt. Inſt. quib. mod. re contrahit. l. 23. inf. de reg. iur.*

f dixi *ad l. 16. §. 6. ſupr. eod.*

g *v. l. 6. C. de pign.* Pignoris fructus & omnes eius vtilitates debitori reſtituere creditor debet. Quin ſi pignus plus vendidit acceptæ quantitatis partem imputat primùm in vſuras, deinde in ſortem, poſtremò id quod ſupereſt reddit, *l. 35. ſup. de pign. act.* ſi illam ipſam quantitatem quæ plus continet, fœnerauit, vel ea vſus ſit, vſuras præſtat, *l. 6. §. 1. ʒ. de pignorat.* Quid ſi creditor ex eo quod plus eſſe diximus, fundum comparauit? Debitor in ea ſpecie non in fundum ipſum, ſed in perſonam creditoris experitur *l. vlt. C. de diſtr. pign.* Quid ſi plus quidem vendidit pignus, nondum tamen pretium exegit? *v. l. 24. §. 2. ʒ. de pign* Paul. 2. *ſent. 13. §. 1. & d. l. vlt.* Quid ſi minus redegit ex venditione? *v. l. 3. l. 5. l. 6. C. de diſtr. pign. l. 8. in fin. ʒ. de diſtr. pign. l. 28. ʒ. de rebus cred. l. 8. C. ſi certum: l. 10. C. de obligat.*

h Huius legis ſententia explicata eſt *in l. 16. §. 7. ʒ. eod.*

i Quia nihil ipſe pactus ſum de pignore.

k Ad exemplum hypothecariæ, idque ex æquo & bono *l. 2. C. ſi res aliena.* atqui Paulus ait, pignoris perſecutionem non eſſe dandam creditori aduerſus dominum pignoris cauti ſiue obligati à debitore pòſt ei ſuccedentem *l. 41. in pr. ʒ. de pignoribus?* Et ita eſt. nam de directa loquitur, ſed in fine adiicit vtilem dari. v. quæ notaui ad *d. l. 41.* v. Alciat. 7. *Parerg.* 14. Duar. 2. *diſp.* 4. Cuiac. 19. *obſ.* 26. v. tamen Hotom. 5. *obſ.* 7. l Imò non poterit. Nam qui locat fruitur, *l. 12. §. ſi vſufructuarius, l. 13 in fin. l. 15. §. 4. §. 5. ſup. de vſufr.* Creditor autem citra furtũ pignore vti non poteſt *l. 54. ʒ. de furtis: §. 6. Inſt. de obl. ex delicto.* An hunc locum referemus ad creditorem, cui ius ſit *ἀντιχρήσεως* in pignore? An potius ad res eas, eaque pignora, quæ niſi locentur per creditorem, noxia futura ſint ipſi debitori? adde *l. 1. l. 2. l. 3. C. de pignor. act.* m *v. l. 4. ſup. eo.* h. e. per nuntium, epiſtolam, procuratorem *l. 21. ſup. eod. l. 2. ſupr. de pact. l. 1. §. 1. ſupr. mandati: l. 1. §. 2. ſupr. de contrah. empt.*

n Imò non rectè. Nec enim per liberam perſonam pignoris obligatio nobis adquiri poteſt *l. 11. §. 6. ſup. de pignorat.* Ipſa obligatio adquiri per liberam perſonam nobis non poteſt: pignoris iam obligati ipſa poſſeſſio poteſt, vt manifeſtis verbis Vlpiani cõſtat in *d. §. 6* Quod ſi rurſus cauſam differentiæ quæſiueris, dici poteſt poſſeſſionis adquirendæ rationem naturalẽ eſſe à traditione obligationis, à iure ciuili: hanc ab his qui in poteſtate noſtra ſint tantum adquiri illam paſſim à quouis *l. 53. ʒ. de adq. rerum dom.* Quin obligationes cohærere proximis perſonis obligantibus *l. 1. l. 2. l. 3. ſup. pro ſocio.* o Ita magiſtratus in ſua prouincia emere vetiti *l. qui officij cauſa 62. ſup. de contr. emp.* Cicero 4. *Verrina*: Neminem qui cum poteſtate aut legatione in prouinciam eſſet profectus tam amentem fore putauerunt, vt emeret argentum, dabatur enim de publico: vel veſtem, præbebatur enim legibus. Mancipium putauerunt, quo & omnes vtimur, & non præbetur populo, ſanxerunt: Ne quis emeret mancipium niſi in demortui locum & poſt: non enim te inſtruere domum tuam voluerunt, ſed illum vſum prouinciæ ſupplere. Quæ fuit cauſa cur tam diligenter nos in prouinciis ab emptionibus remouerent? Hæc, iudices, quòd putabant ereptionem eſſe non emptionem, cùm venditori ſuo arbitratu vendere non liceret in prouinciis: intelligebant, ſi is qui cum imperio eſſet, quod apud quemcunque eſſet, emere vellet, idque liceret, fore, vt quod quiſque vellet ſiue eſſet venale, ſiue non eſſet, quanti vellet, auferret.

p Emere prohiberi, minus eſt quam commercium rei aut alienationem interdici. Emptione prohibita, non interdicitur pignori capio: alienatione tamen, aut commercio rei interdictis, pignus accipi non poteſt. Hoc ideo, quod pignoris acceptio, commercij & alienationis ſpecies eſt. *l. 1. § 2. ʒ. quæ res pignori, l. vlt. C. de reb. alienis non alienandis.* emptionis verò ſpecies non eſt. Hunc in modum conciliari rectius hæ leges poſſunt, *d. l. 1. §. 2.* quam vt dicamus cum Accurſio venditione à lege prohibita, pignus interdici: quod tamen permitteretur, ſi ab homine alienatio eſſet interdicta id enim repugnat *d. l. vlt.* Neque planius eſt quod Butrigarius putat commercio interdicto pignus interdici: alienatione prohibita non interdici. Nam & hoc poſtremum falſum eſt *d. l. vlt.* Minus etiam placet diſtinctio Bartoli, qui putat, re alienari prohibita, pignus interdici: ſecus ſi perſona emere prohibeatur.

q Ratione officij ac magiſtratus *l. 46. ſupr. de contr. empt.* id fit interdum à iudice *l. 9 §. 6. inf. de pœnis.*

r Imò, qui prohibetur emere, prohibetur pignori accipere, *l. 1 §. 2 inf. quæ res pign. l. vlt. C. de reb. alien.* quia pignus inutile eſt creditori niſi poſſit vendere *l. 4. ſup. de pign.*

Cum

CVm vitioſè *a* vel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni *b* locus non *c* eſt, nec ſi bona creditoris ad fiſcum pertineant.

De fideiuſſore qui pignora ſuſcepit, & non ſoluit. 1. De eo qui ſcripſit inſtrumentum obligationis rei ſuæ. 2. De re ſubſtituta in locum rei obligatæ.

26. *Idem* lib. 4. Reſponſorum.

FIdeiuſſor impetrauit à poteſtate *d vt & antequam ſolueret, pignora ipſe poßideat quaſi ſatisfacturus creditoribus.* nec ſatisfecit: modò heres debitoris paratus eſt ſoluere creditoribus: quæro, an pignora fideiuſſor reſtituere cogendus ſit? Modeſtinus reſpondit, cogendum *e* eſſe.

1 ¶ Pater Seio emancipato filio facilè *f* perſuaſit, vt, quia mutuam quantitatem acciperet à Septitio creditore, chirographum perſcriberet ſua manu filius ‖ eius ‖, quod ipſe impeditus eſſet ſcribere, ſub commemoratione domus ad filium pertinentis pignori dandæ. quærebatur, an Seius inter cætera bona etiam hanc domum iure optimo poſſidere poſsit, cùm patris ſe hereditate abſtinuerit, nec metuiri *g* ex hoc ſolo, quod mandante patre, manu ſua perſcripſit inſtrumentum chirographi, cum neque conſenſum ſuum accommodauerat patri, aut ſigno ſuo, aut alia ſcriptura *h*? Modeſtinus reſpondit, cùm ſua *i* manu pignori domum ſuam futuram Seius ſcripſerat, conſenſum ei obligationi dediſſe *k* manifeſtum eſt.

2 ¶ Lucius Titius prædia, & mancipia, quæ in prædiis erant, obligauit; heredes eius prædiis inter ſe diuiſis, illis mancipiis defunctis, alia ſubſtituerunt. creditor poſtea prædia cum mancipiis diſtraxit. quæritur, an ipſa mancipia, quæ ſunt modò in prædiis conſtituta: hoc eſt ‖ in ‖ hypothecis, emptor vindicare rectè poſsit? Modeſtinus reſpondit, ſi neque pignorata ſunt ipſa *l* mancipia, neque † ex pignoratis *m* ancillis nata, minimè creditoribus obligata eſſe.

De pignore deteriorato à debitore.

27. *Marcellus* libro 5. Digeſtorum.

SEruum, quem quis pignori dederat, ex leuiſsima offenſa vinxit, mox ſoluit: & quia debito non ſatisfaciebat, creditor minoris *n* ſeruum vendidit. an alia actio creditori in debitorem conſtituenda ſit, quia crediti ipſius actio non ſufficit ad id, quod deeſt, perſequendum? quid, ſi eum interfeciſſet, aut eluſcaſſet? vbi quidem interfeciſſet, ad exhibendum *o* tenetur: vbi autem eluſcaſſet *p*, quaſi damni iniuriæ dabimus actionem ad *q* quantum intereſt, quod debilitando, aut vinciendo, perſecutionem pignoris exinanierit. fingamus nullam crediti nomine actionem eſſe, quia fortè cauſa ceciderat: non exiſtimo indignam rem animaduerſione, & auxilio prætoris. *Vlpianus notat*, ſi *r* vt *ſ* creditori noceret, vinxit, tenebitur: ſi merentem, non tenebitur.

Si pater obligatum filio ſub conditione relictum pignus acceperit.

28. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

SI legati conditionalis *t* relicti filiofamilias, pater ab herede rem propriam eius pignori *u* accepit, & mortuo patre *x* vel *y* emancipato filio: conditio legati extiterit, incipit *z* filio legatum deberi *a*, & neque pater poteſt pignus vindicare *a*, neque filius, qui nunc habere cœpiſſet actionem, nec ex præcedente tempore poteſt quicquam iuris habere in pignore, ſicut in fideiuſſore dicitur.

De generali conuentione, & de bonis heredis. 1. De partu pignoris. 2. De domo exuſta, & iterum extructa. 3. De ſeruo qui domini bona generaliter obligauit.

29. *Idem* lib. 5. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, generalem *b* quidem conuentionem ſufficere ad obligationem pignorum: ſed *c* ea quæ ex bonis defuncti non fuerunt, ſed poſtea ab herede eius ex alia *d* cauſa adquiſita ſunt, vindicari non poſſe à creditore teſtatoris.

1 ¶ Si mancipia in cauſam pignoris ceciderunt *e*, ea quoque *f*, quæ ex his nata *g* ſunt, eodem iure habenda ſunt: quod tamen diximus etiam adgnata teneri, ſiue ſpecialiter de his conuenerit, ſiue non *h*: ita procedit, ſi *i* dominium eorum ad eum peruenit, qui obligauit, vel heredem eius. Cæterum: (ſi) apud alium dominum pepererint *k*, *n* non erunt obligata.

2 ¶ Domus pignori data, exuſta *l* eſt, eámq; aream emit Lucius Titius, & extruxit *m*: quæſitum eſt de iure pignoris? Paulus reſpondit, pignoris perſecutionem perſeuerare *n*, & ideo ius *o* ſoli *p* ſuperficiem ſecutam videri, id eſt cum *q* iure pignoris: ſed bona *r* fide *ſ* poſſeſſores non *t* aliter cogendos creditoribus ædificium reſtituere, quàm ſumptus in exſtructione *u* erogatos, quatenus pretioſior *x* res facta eſt, reciperent.

3 ¶ Si ſciente & conſentiente domino ſeruus, *vt omnia bona domini pignori obligata eſſent*, conuenit, ipſum *y* quoque *z*, qui cauit, obligatum eſſe pignoris iure.

De periculo pignorum nominis venditi.

30. *Idem* lib. 6. Reſponſorum.

a Vitioſa pignoratio ius retentionis non tribuit. vitioſa ſic, cautio nō eſt cautio, *v. l. 6. ȷ. qui ſatiſd.*

b Vitioſus & inutilis contractus ius hypothecę non tribuit.

c Imò, retentioni locus eſt, *l. 1. in fin. prin. ſ. eo. l. 8. Cod. de pignorat.*

d *l. 2. ȷ. de diſtr. pign.* idem eſt ſi emit à creditore, *l. 59. §. 1. ſ. mandati, l. 1. in pr. C. de dolo.*

e *l. 1. in fin. C. de dolo.*

f Perſuadet facilè filio ſuo pater, *l. 22. ff. de ritu nuptiar.* vt & patronus liberto, *l. 1. §. 5. ȷ. quarum rerum actio.*

g Nec metuere debeat ex hoc, &c. *Hal.*

h Sed ſola reuerentia, *v. l. 22. ȷ. de ritu nupt.* quæ ſola metum non arguit.

i Scribens inſtrumentum obligationis rei ſuæ, obligationi eius conſentire videtur, etiam ſi filius ſit qui patre id iubente faciat.

k Imo, contractui pignoris non obeſt, quod debitor teſtamentum creditoris, in quo ſe emiſſe pignus expreſsit, ſignaſſe proponitur, *l. 39. in fin. ſ. de pignorat.* Ita qui diuiſioni bonorum intereſt velut teſtis, repudiare ius non cenſetur, quod in illis bonis ſperat, aut ſperare poteſt, *l. 34. §. 1. ȷ. de leg. 2.*

l ſed ab heredibus empta aliunde hinc collige, defunctum res heredis pignorare poſſe.

† ſubrogata res rei pignoratæ ab alio quàm à pignorante, non cenſetur obligata, niſi ex ipſa re pignorata ſuum ortum habuerit.

m *v. l. 13. ſ. eod.*

n Cur minoris vendidit? fortè quia minoris vendebantur ſerui vincti, quàm non vincti. *Vlp. 1. §. 11. l. 43. de fideic. liber.* vbi dixi: adde Paul. *4. ſent. 2. §. 4.* Cur minoris? quia deterioris conditionis erant, quàm qui non vincti: enim verò non ciues omnino ſed dedititij fiebant *Gaius 1. tit. 1. §. 4. ſ. l. vnic. C. de dedit. libert. §. 2. Inſt. de libert.*

o Aquilia, & ad exhibendum, *l. 7. §. 4. ſ. de dolo. l. 9. ſ. ad exhib.* in factum etiam, *v. l. 5. in fi. l. 17. ſ. ad leg. Aquil. l. 3. in fi. ſ. de condict. triticar.*

p *l. 5. §. vlt. ſ. ad l. Aquil. d. l. 3. in fin. ſ. de condict. tritic.*

q Ad id quantum. *Hal.* quoties æſtimandum eſt id quod intereſt actoris, eius tantum damni ratio habetur, quod reuera abeſt, quod rei cohæret, vt Rogerius dixit: quod rem comitatur, quod circa rem conſiſtit, & vt Græci interpretantur, ad *l. 21. §. 1. ſ. de act. emp.* τὸ ὂν διαφέρον ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, non eius quod venit aut venire potuit extrinſecus. Cuiac. 8. *ad Afric. fol. 189. in fine.*

r Pignoratum ſeruum creditoris debitor vincire non poteſt, vt creditori noceat: merentem poteſt, *vt hic, & d. l. 5. l. 17. d. l. 3.*

ſ Mens debitoris ſeruum pinogratum vincientis aut coërcentis ſpectanda eſt.

t Conditionalis nomine, *Hal.* conditio fuit, lego Titio centum, ſi iuris ſui effectus fuerit.

u Legati conditionalis nomine rectè exigitur cautio, & pignus accipitur, *vt hic, & l. 1. §. 14. l. 5. §. ſi dies aut conditio, l. 15. ȷ. vt legatorum.*

x Alterutro caſu filius factus eſt ſui iuris.

y id eſt filio ſui iuris facto, patris morte vel ſui emancipatione.

z Quia conditio extitit, ſub qua illi legatum eſt, *v. l. 38. ȷ. de reg. iur.* Ex contractu patri in aduentitijs filij interpoſito, vtilem actionem filio competere hinc etiam colligunt.

a Legatum relictum eſt Titio filiofam. ſub conditione, in id legatum pignus accepit pater. Filiofamilias morte patris vel emancipatione ſui iuris facto, conditio legati extitit: duæ quæſtiones hic oriuntur. Prima, cui id legatum adquiratur. Altera, an pignus de quo diximus filio ſit quæſitum, ſi legatum ei adquiratur. Quod ad primam quæſtionem attinet, legatum Titio adquiritur, quoniam tempore conditionis legati ſui iuris fuit, *vt hic, & l. 5. C. de cond. inſert. l. 14. in fin. ȷ. quando dies leg. l. 18. ȷ. de reg. iur.* In legatis, ſtatum filij, tempore conditionis legati inſpicimus, vt ſi eo tempore ſui iuris fuerit, ſibi adquirat, ſin minus, patri. licèt in ſtipulationibus factis à filiofamilias ſub conditione, filiofamilias facto ſui iuris tempore conditionis, vtilitas ſtipulationis adquiratur patri, non filiofamilias: quoniam in ſtipulationibus, non tempus conditionis, ſed quo contrahimus, inſpicimus, vt dixi *ad l. 78. infr. de verb. oblig.* Quod ad alteram quæſtionem attinet: reſpondetur, ad pignus à patre acceptum, nullam eius filio Titio actionem competere. At legati commodū tranſit in ipſum filium: legati eius nomine pignus acceptum eſt: Igitur & pignoris perſecutio danda fuerit ipſi Titio? veriſimile eſt, ideo pignoris perſecutionem Titio non competere, quòd pater ſibi, non filio pignus acceperit: ſibi accepit, cum putaret legatum ſibi adquiri poſſe: qua ſpe falſus & morte vel emancipatione filij pater iure proprio pignus accepit: filius iure alio proprio pignus perſequitur. Ita hypotheca per patrem accepta proprio nomine, filio non prodeſt qui iure ſuo nititur. atqui quod in re filij pater ſtipulatur, non ſibi, ſed filio adquirit, *l. 1. l. 2. C. quando ex facto tutoris.* Reſponderi poteſt, hoc iure, patribus fuiſſe adquiſita, quæ per filios quærebantur: nouo iure, patres ius tantum adminiſtrationis in bonis filiorum conſequi, vt in ſpecie huius legis defendi poſsit, pignoratitiam competere filio ex patris ſtipulatione, aut pignoris acceptione.

a Filio emancipato. quid ita? quia nunc demum tenuit cùm extitit conditio.

b Generale pignus extenditur ad ea quæ poſt obligationem adquiſiuit ipſe debitor: at non ad ea quæ poſt eandem obligationem adquiſiuit ipſe heres aliunde, quàm ex bonis defuncti auctoris, *l. 1. in pr. ſ. eo. l. 15. ȷ. eod.* Quid ſi defunctus bona ſui heredis obligauit? Quidam putant debitorem ſcienter bona heredis (vtpote aliena) obligare non poſſe: neque eam obligationem aditione heredis confirmari, *arg. l. rem alienam 41. ſ. de pign.* Alij putant heredis bona ea obligari, quæ tempore obligationis à defuncto contractæ, & poſt aditam hereditatem adquiſiuerit: at non ea quæ iacente hereditate adquiſiuit: quia id genus bonorum, neque teſtatoris, neque heredis fuerit. Nam iacente hereditate, nondum eſt heres. Alij putant, heredem adeundo pignus rerum ſuarum à defuncto contractum confirmare, quod eſt verius, *l. ſi fundus 16. §. 1. ſ. eod.* niſi facto inuentario heres fuerit: tunc enim vltra vires hereditatis non obligatur, *l. vlt. C. de iure deliberandi.*

c id eſt, quilibet generaliter bona ſua obligare poteſt: ſed tamen huiuſmodi obligatio, non porrigitur ad bona heredis.

d quàm ex re teſtatoris.

e id eſt ſi mancipia pignorata ſunt,

f Imò ancillæ pignoratæ partus non eſt pignori, *verſ. Cæterùm, ȷ. eod.* Reſpondeo, vt partus pignori cenſeatur eſſe creditori, partum fuiſſe conceptum apud debitorem ſufficit. Nam ſi apud alium peperit & concepit (hoc enim poſtremum verbum huic legi noſtræ in fine adiiciendum eſt.) Pignoratæ ancillæ huiuſmodi partus non eſt pignori creditori: cùm eius ſit apud quem & conceptus, & editus ſit. Nullo denique tempore fuit in bonis debitoris huiuſmodi partus. Cæterùm venditæ ancillæ partus quoque vnà cum matre venditus emptoris ſit, *l. vlt. ȷ. de adq. rer. dom. l. 12. C. de rei vind.*

g *l. 13. ſ. eo. l. 1. ȷ. de Saluiano: l. 1. C. de part. pign. l. 18. §. 2. ſ. de pignorat.*

h adde *l. 7. ȷ in quibus cauſis pignus.*

i Hoc eſt, ſi apud debitorem ſaltem partus conceptus eſt. *l. 1. C. de partu pignoris: l. 8. §. 2. ſ. de pignor. act.*

k & conceperint.

l & ita interiiſſe pignus videtur.

m Cur conualeſcit pignus? quia huiuſmodi extructio fecit, ne res interiiſſe videatur, ſed eam renouat: reſtituitque potius, *l. vlt. ȷ. eod.*

n *l. vlt. ȷ. eo.* Imò non perſeuerat. quia ædibus legatis exuſtis vſusfructus perit, *l. 5. §. 2. ſ. quib. mod. vſusfr.* ius vſusfructus fragile eſt, nec reſtituitur facilè.

o Superficies ius ſoli ſequitur, id eſt eius conditionis eſt ſuperficies, cuius eſt ſolum: ſi ſolum, areáve pignorata eſt, ſuperficies quoque pignorata intelligitur.

p *l. 21. ſ. de pignoratitia.*

q Pignoratus fundus vnà cum iure ſuo pignoris tranſit in emptorem.

r Atqui bonæ fidei poſſeſſor eſt: Is autem ſi inſulam pignoratam emit, impenſas non deducit? *l. 44. in fine, ȷ. de damno:* adde *l. 6. l. 8. ſ. eod.* Diſtinguendi ſumptus; ibi, de ſumptibus refectionis: Hic de ſumptibus noui ædificij agitur.

ſ An & mala fides? *v. l. 38. ſ. de pet. hered.*

t Imò aliter: quippe emptor ſumptus in domo pignorata factos, aduerſus creditorem hypothecaria agentem, non ſeruat, etiam ædium retentione, *l. 44. §. damni, ȷ. de damno.* An dicemus emptorem illa lege, malæ fidei fuiſſe? An potius ius ſtrictum id eſſe, vt ſumptus non repetat? An illa lege emptor ædificij, pretio quod numerauit, decidet: hic autem expenſas in ædificio factas ſeruabit? An potius dicendum ibi, ſumptus refectionis non præſtari poſſeſſori à creditore, cum eos repetere poſsit à venditore: hic autem nouæ extructionis ſumptus repetere etiam à creditore, cùm ſine his ſumptibus, nullius vtilitatis pignus habeat creditor?

u Aliud in refectione, *l. 44. in fi. ȷ. de damno.*

x *v. l. 10. ſ. de inſtitoria: & Nou. 6. c. vlt.*

y id eſt ſeruum ipſum qui promiſit. hinc colliges: Generali ſermone perſonam loquentis contineri, *l. 53. in fin. ſ. de act. empt. v. l. 30. ſ. locati: l. 18. C. de ſolut.* vt hic ſeruus qui omnia bona domini obligat, ſeipſum quoque obligare intelligatur, facit *l. 10. ȷ. de diſtr. pign. l. 17. ȷ. de euict.*

z Imò, is qui loquitur non continetur, *l. 53. in fin. ſ. de actionib. empti*: vnde vaſallus non cogitur iuuare dominum (licet ei fidelitatem aduerſus omnes promiſerit) contra ſeipſum. An ſaltem contra patrem, filium, & deſcendentes? durum fuerit id in vaſallo exigi, vt *l. 30. C. de fideicom. l. 6. l. 7. l. 8. ſ. eod.*

Pericu

PEriculum *a* pignorum *b* nominis venditi ad *c* emptorem *d* pertinere *e*, ſi *f* tamen *g* probetur, eas res obligatas fuiſſe.

De fundo vectigali.

31. *Scæuola* lib. I. Reſponſorum.

LEx vectigali *h* fundo dicta erat, vt, *ſi i poſt certum temporis vectigal ſolutum non eſſet, is fundus ad dominum redeat.* poſtea is fundus à poſſeſſore pignori *k* datus eſt: quæſitum eſt, an rectè *l* pignori datus eſt. Reſpondit, ſi pecunia interceſsit, pignus eſt.

¶ Item quæſiit, ſi cùm in exſolutione vectigalis tam debitor, quam *m* creditor *n* ceſſaſſent, & propterea pronuntiatum *o* eſſet, *fundum ſecundum legem domini eſſe*, cuius potior cauſa eſſet? Reſpondit, ſi (vt proponeretur) vectigali non ſoluto, iure ſuo dominus vſus eſſet, etiam pignoris ius euanuiſſe *p*.

De inductis in prædium.

32. *Idem* lib. 5. Reſponſorum.

DEbitor pactus eſt, *ut quæcumque in prædia pignori data, inducta q, inuecta, importata, ibi nata, paratáue eſſent, pignori eſſent.* Eorum prædiorum pars ſine colonis fuit: eaque actori *r* ſuo colenda debitor "ita" tradidit, adſignatis & ſeruis culturæ neceſſariis. quæritur, an & Stichus villicus, & cæteri ſerui ad culturam miſsi, & Stichi vicarij *ſ* obligati eſſent? Reſpondit, eos dumtaxat, qui hoc animo à domino inducti eſſent, vt ibi perpetuò *t* eſſent, non *u* temporis cauſa accommodarentur, obligatos.

Si pignus detur adiecto.

33. *Tryphoninus* lib. 8. Diſputationum.

IS qui promiſit *tibi aut x Titio*, ſolutum quidem Titio repetere non *y* poteſt, ſed pignus ei datum & *z* ante ſolutionem recipit *a*.

De taberna. 1. De epiſtola non ſignata, & ſine die, & conſule. 2. De hypotheca generali & pecunia poſtea mutuò accepta.

34. *Scæuola* lib. 27. Digeſtorum.

CVm tabernam debitor creditori pignori dederit, quæſitum eſt, vtrum eo facto nihil *b* egerit, an tabernæ *c* appellatione merces *d*, quæ in ea erant obligaſſe videatur *e*, & ſi eas merces per tempora diſtraxerit, & alias comparauerit, eaſque in eam tabernam intulerit, & deceſſerit, an omnia, quæ ibi deprehenduntur, creditor hypothecaria actione petere poſsit, cùm & mercium ſpecies mutatæ ſint, & res aliæ illatæ? Reſpondit: Ea *a*, quæ mortis *b* tempore debitoris in taberna inuenta ſunt, pignori obligata eſſe videntur.

1 ¶ Idem quæſiit, cùm epiſtola *c* talis emiſſa ſit: *Δανεισάμενος παρὰ σοῦ δηνάρια πεντακόσια, παρεκάλεσά σε μὴ βεβαιωτὴν, ἀλλ' ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν. οἶδας γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι καὶ ἡ ταβέρνα, καὶ οἱ δοῦλοί μου οὐδενὶ κατέχονται, ἢ σοί: καὶ ὡς εὐσχήμονι ἀνθρώπῳ ἐπίστευσας.* id eſt. *Mutuatus abs te quingentos denarios, rogaui, ne ſponſorem, ſed pignus à me acciperes. exactè enim & pro certo noſti, nemini d alij tabernam, ſeruóſque meos, quàm tibi eſſe obligatos, & quod tanquam honeſto viro fidem habueris*: an pignus *e* contractum ſit: an verò ‖ea‖ epiſtola nullius momenti ſit, cùm *f* ſine die & conſule ſit? Reſpondit, cum conueniſſe *g* de pignoribus videtur, non idcirco obligationem pignorum ceſſare, quòd dies *h* & conſules additi, vel tabulæ ſignatæ *i* non ſint.

2 ¶ Creditor pignori accepit à debitore *quicquid in bonis k habet, habiturúſve eſſet.* quæſitum eſt, an *l* corpora pecuniæ, quam idem debitor ab alio mutuam accepit, cùm in bonis *m* eius facta ſint, obligata creditori pignoris eſſe cœperint? Reſpondit, cœpiſſe.

De inſula combuſta & reſtituta.

35. *Labeo* lib. I. Phitanon à Paulo Epitomarum.

SI inſula, quam tibi ex pacto conuento licuit vendere, combuſta *n* eſt, deinde à debitore ſuo *o* reſtituta, idem in noua inſula iuris habes.

IN QVIBVS CAVSIS PIGNVS, VEL hypotheca tacitè *p* contrahitur.

TIT. II.

De pecunia ob reſtitutionem ædificij creditori vel redemptori ſubminiſtrata.

1. *Papinianus* lib. 10. Reſponſorum.

SEnatuſconſulto, quod ſub Marco *q* Imperatore factum eſt; pignus *r* inſulæ creditori datum *ſ*, qui pecuniam ob reſtitutionem *t* ædificij *u* extruendi mutuam dedit, ad eum quoque *x* pertinebit *y*, qui redemptori *z*, domino mandante nummos miniſtrauit.

De inuectis & illatis. De penſionibus & deterioratione habitationis.

2. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariam.

POmponius libro quadrageſimo variarum lectionum ſcribit: Non *a* ſolùm pro penſionibus, ſed & ſi deteriorem *b* habitationem fecerit culpa ſua inquilinus *c*, quo nomine ex locato cum eo erit actio, inuecta & illata pignori erunt obligata.

De horreo, diuerſorio, & area.

a Periculum pignoris eſt, ſi perimitur, ſi debitor fiat non ſoluendo: ſi pignus ipſum euincitur.
b Pignora nominis venditi, ea pignora ſunt, quæ nomine vendito côtinentur, quæ denique obligata ſortis cauſa in ipſo nomine comprehenſa. Ne alioqui putes cum Accurſio, nomen pignoratum.
c Imò, ad debitorẽ, *l. 21. §. 2. ſ. eo.* Solue: eſt debitoris quamdiu pignoris ipſius dominus eſt.
d Etiamſi nondum ſoluit venditori pretium, *l. 68. j. de euictionibus.*
e Tacitè ſcilicet multò magis ſi expreſsè id conuentum ſit: & ſic intellige *d. l. 68.*
f facit *l. 4. ſ. de hereditate vendita.*
g Pignus vendens creditor, euictionem pignoris non præſtat emptori: niſi pignus ipſum ſcit ſibi non eſſe obligatum, adde *l. 50. l. 68. inf. de euiction. l. 11. §. ſententiam. ſ. de act. empt. l. 2. C. creditorẽ euict. pign. non debere, l. 10. inf. de diſtr. pign.*
h Vectigalis fundus, ex quo vectigal certis temporibus præſtatur, *v. ſ. ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius: l. 71. §. ſi fundus. §. ſed etſi. j. de leg. 1.* i Vectigalis fundus ſeu emphyteuticarius plerumque ea lege dabatur, vt niſi certo tempore vectigal domino ſolutum eſſet, fundus ad dominum rediret.
k Vectigalis fundus pignori dari poteſt, *vt hic.* vt & ſuperficiarius, *l. 13. §. 3. ſ. eod.* quod generale in iis qui vtile dominium habent, feudis exceptis, *c. 1. de prohibita feudi alienat. per Fridericum.* l Vectigalis, id eſt emphyteuticarius fundus poteſt etiam non requiſito domino (non idem eſt in feudo *c. 1. de prohibita feud. alien. per Frider.* ac quamuis à feudo ad emphyteuſim argumentum ducatur, non licet tamen à iuribus feudalibus argumentari ad correctionem iuris communis) pignorari, *l. 16. in fin. ſ. de pign.* niſi res emphyteuticaria in eam quantitatem pignoretur, vt eius in poſterum luendæ, id eſt liberandæ, nulla ſit amplius ſpes, *l. 101. in prin. j. de leg. 3.* vel niſi emphyteuta pacto prohibitus ſit rem obligare: tunc enim ea in re conſtituere pignus prætorium, vel iudiciale non poteſt, *arg. j. eod.* An verò res vectigalis poteſt pro executione rei iudicatæ capi, & creditori adiudicari? poteſt, ſaluo tamen iure domini, *v. l. 15. §. 26. 27. j. de damno: Ripenſis.*
m Cenſus, ſeu vectigal fundi, per alium quoque ſolui poteſt.
n Poteſt igitur per creditorum, coloni mora purgari ipſi domino fundi vectigalis.
o Num eo caſu ſententia præciſè requiritur?
p Reſoluto iure tradentis, reſoluitur ius accipientis. idem dicendum quoties reſoluitur contractus, ex *l. 2. C. de reſcin.* tunc enim ius patrono quæſitum pro laudimiis reſoluitur. idem eſt etiam, quando redimentibus nobis ex veteri pacto retrouendendi ab initio adiecto, reſoluuntur hypothecæ, *v. Molin. 1. Conſuet. 21. n. 45.*
q Inducuntur ſerui, *j. eod. in fin.* Inuehuntur res mobiles maiores, vehiculis importantur, quæ dorſo geſtari poſſunt. Naſcuntur autem in prædio, quæ è terra oriuntur: ibi parantur, quæ neque, è terra producta, neque inducta, inuecta, vel importata: ſed quæ labore vel induſtria ibidem parta, quæſitaque. Et hæ differentiæ ſunt inducti, inuecti, importati, nati in prædio paratiue.
r Actor, qui & villicus ſeruus, *j. eod.* cui ſerui adſignantur culturæ neceſſarij: cum quo ſerui ad culturam mittuntur, *j. eo.*
ſ Vicarij ſerui adtribuntur actoribus ac villicis. Vicarius eſt ſeruus ſerui.
t *v. l. 17. §. 7. ſ. de act. empt. l. 7. §. 1. j. tit. prox. l. 35. §. 3. j. de hered. inſt. l. 41. §. 6. j. de leg. 3. l. 75. ſ. de pecul. l. 40. ſ. de religioſis, l. ſi necdum perpetuæ 10. C. de religioſis.*
u Imò & qui temporis cauſa accommodati. *arg. l. 4. j. de inſtructo: l. 39. §. 1. j. de auro:* dixi ibidem, & emendaui. x Adiecto ſolui quidem poteſt, *l. 38. l. 95. §. 5. 6. 7. j. de ſol.* nec tamen poſſunt ei obligari bona, aut pignori dari.
y Adiecto pignus dari non poteſt: quin datum reuocatur.
z multò magis poſt ſolutionem. a Imò non recipit: Nam inutiliter promiſſa, pignore accepto, retentione ſeruamus, *l. 4. C. de vſuris.*
b Cur nihil egiſſe videri poſsit? An quia taberna, de qua hic agitur, aut in ſolo publico poſita eſt: aut de publico conducta: vt eius generis tabernam pignori obligare non poſsis magis quàm res ipſas quæ verè publicæ ſunt. *arg. l. 32. ſupr. de contrah. empt.* An potius quia taberna tantum hic pignori data intelligitur, nec taberna cum inſtrumento: quæ ſi ita pignorata eſſet, nullum dubium foret, merces tabernæ quoque pignoratas. *arg. l. 7. l. 13. l. 15. l. 23. de inſtructo?*
c Taberna pignorata hæc vnà pignorata intelliguntur, merces tabernæ præſentes & futuræ, ſiue de nouo emptæ, ſiue in venditarum locum ſubſtitutæ, *vt hic.* Imò ſubſtitutæ pignori eſſe non videntur, niſi dictum ſit, *l. 26. in fin. ſ. eod.* An dicemus hic merces mutatas eſſe ab ipſo debitore, non ab eius herede? An potius mutatione indiuiduorum vniuerſitatis corpora (vt eſt taberna) ob id non mutata intelligi. *arg. l. grege 13. ſ. eod. l. pen. j. de leg. 2.*
d Imò merces non videntur pignoratæ. *arg. l. 32. §. 2. j. de vſufr. legato.* Num dicemus in legatis ſtrictiorem nos rationem ſequi: in pignoribus vberiorem? Atqui rurſus dixeris, generali obligatione ſupellectilem non videri obligatam, *l. 6. j. eodem.* Aliud ſupellex, aliud merces.
a Siquidem merces reddunt tabernam inſtructiorem, *l. 183. j. de verb. ſignif.*

a Tabernam qui pignorat, ipſas etiam merces pignorat: moritur debitor, ſi in merces (quas viuus vendidit) creditor iure pignoris agere poteſt? nô poteſt, *vt hic.* At fortè ad earum pretium aget? Quidam ita putant, quod in vniuerſitate pretium ſuccedit loco rei, *l. 70. in fin. j. de leg. 1. v. Riſpenſ. ad l. 1. ſ. eod. num. 8. 9.*
b Quid ita: cum legato omnium rerum quæ in domibus erunt, non debeãtur omnia quæ in domibus reperiuntur tempore mortis teſtatoris, & excipiantur tacitè merces, *l. 32. §. 2. j. de vſufr. leg.* & ſupellex generali pignoratione non contineatur, *l. 6. ſup. eodem.*
c Epiſtola poteſt pignus côtrahi: v. quæ ſcripſi ad *l. 17. j. de iure cod. l. 75. inf. de leg. 2.*
d id eſt honeſto & graui homini. *Hal.*
e his verbis pignus inducitur, & ſic verba enunciatiua per modum cauſæ prolata diſpoſitionem inducunt.
f Scriptura priuata diem, annum, & ſignationem, quod contrahentes ipſos & eorũ heredes attinet, non exigit: ſecus fuerit ſi de iure πρωτοπραξίας, ſeu prælationis in bonis debitoris agatur, *l. 11. C. qui potior.* Bart. quoties enim controuerſia ſit prioritatis, id eſt prælationis, tempus probari neceſſe eſt. g tacitè ſcilicet ex verbis ſuperioribus: ex parte debitoris: ex parte verò creditoris, litterarum acceptatione. Is autem literas acceptat, qui eas retinet, *v. l. 16. ſ. de SC. Maced.* h Epiſtola ſine die & conſule ad contrahendum pignus valet ex ea tamen ius πρωτοπραξίας non confertur. *arg. l. ſcripturas, C. qui potior.* v. quæ ſcripſi ad *l. 2. §. diem & conſulem. j. teſt. quemad. aperiantur.* v. Matheſilanum *ſing. 43.* i Epiſtola pignus vtiliter contrahitur, etſi non ſit ſignata. k *v. l. 5. §. 1. ſ. eo.* l Qui quæ in bonis habet, habiturúſve eſt, obligat, etiam eam pecuniam obligat, quam mutuo accepit: cuius per mutuum factus eſt dominus, *vt hic, l. 2. ſ. de reb. cred.* Quid: in illis corporibus pecuniæ, quæ extat, num præfertur is qui eam dedit, an potius anterior creditor, an potius ſimul admittentur? Anterior præfertur. Nam iure ſingulari, depoſitoribus id priuilegij datum eſt, *l. 24. §. 2. j. de reb. auct. iud. poſſid. l. 7. in fin. ſ. depoſiti* m & rectè in bonis. Nam pecunia, fit accipientis mutuum: adde *l. 7. in fin. j. qui potior.* n *v. l. 29. §. 1. ſup. eod.* o *al.* tuo.
p 8. C. 13. περὶ τῶν σιωπηρῶς ὑποκειμένων ἐνεχύρων τε καὶ ὑποθηκῶν. Ecl. 25. tit. 3. tacitè, id eſt ſilentio, *l. 51. in pr. ſ. loc.* iuris poteſtate, *l. 13. §. 2. j. de hered. inſt.* & iuſta præſumptione legis, *l. vlt. C. eo.* tacitam enim hypothecam lex inducit aut præſumit, *l. 3. 4. j. eo. l. 3. C. eo.* nam alia hypotheca manifeſtaria eſt, alia tacita. Cuiac. *hic, & C. eo.* Tacita eſt igitur quæ à lege inducta, etiamſi lex eam expreſſam appellet; etiamſi lex velit eam hypothecam, eandem vim obtinere, quam ſortitur hypotheca inſtrumento aliquo comprehenſa. Idem dixeris, ſi verbis fictionem ſignificantibus inducta ſit hypotheca, *l. 7. inf. eo.* Quid: poteſtne teſtibus probari tacitè hypotheca? directò non poteſt, ſed obliquè tantum, Bald. in *l. conuenticulas in fi. C. de epiſcopis.*
q D. Marcus, *l. 24. §. 1. j. de reb. auth. ind.* oratio D. Marci, *l. 52. §. 10. ſ. pro ſocio.*
r tacitum ſcilicet: hoc enim titulo de pignore tacito agitur. ſ quo plures eſſent qui ad refectionem domuum (quas refici publicè intereſt) mutuò darent, *l. 47. j. de damno.*
t *vt l. 25. ſ. de reb. cred.* refabricationem, *l. 5. C. de ædific. priuat.*
u vel ædificiorum, *d. l. 25.*
x Secundus caſus eſt priuilegij dati mutuanti ad refectionem domus: nam prior, ad eum qui domino ſecundus, ad eum qui redemptori pecuniam numerauit, pertinet, *vt hic.* Tertius (hic enim addi poteſt) ad eum qui vltrò ædificat ceſſante domino, *v. d. l. 52. & l. 5. C. de ædific. priuat.*
y Cur pertinebit? nihil intereſt, domino, an redemptori ædificij mandante domino ob reſtitutionem ædificij credi, pecunia numeretur. Qui mandat numerari, ipſe accepiſſe intelligitur, *l. 48. §. 1. ſuprà mand.* Tacitum ius hypothecæ & priuilegium exigendi, non deſinit eſſe priuilegium cum ita extenditur. Ob reſtitutionem denique ædificij, mandatum fuiſſe hic præſumimus, vt ex reſponſionis qualitate, quæſtionis qualitatem colligimus, vt ne nouum ſit, ab vna perſona ad aliam priuilegium extendi & præſumi mandatum, in eam nominatim cauſam, vt ædificium reſtitueretur. z Redemptor, qui cæmentis ſuis ædificat. *l. 39. ſuprà de rei vind.* Redemptori ædificij qui domino mandante mutuum dat, domum ſibi obligatam habet: eámque ſi pro ſatisfactione adprehendere velit, reliquos creditores vincet 3. *Har. ſ.* § 37. a . . . non tantum tacitè obligantur pro penſionibus, ſed & pro quouis a . . . dato. b *l. 25. §. 3. ſup. locati.*
c Vrbani ædificij.

3 *Vlpianus*

Ve Gomez in lg. 40: Tauri. n. 54 = lg. fin. tit. 1. §. 5.

3. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

SI horreum *a* fuit conductum, vel diuerſorium *b*, vel area, tacitam conuentionem de inuectis, illatis etiam *c* in his locum habere, putat Neratius: quod verius eſt.

De prædiis vrbanis, vel ruſticis. 1. De ſtabulis.

4. *Neratius* lib. 1. Membranarum.

EO iure vtimur *d*, vt quæ in prædia vrbana *inducta e*, *illata* ſunt, pignori eſſe credantur, quaſi id tacitè conuenerit: in ruſticis prædiis contrà *f* obſeruatur.

1 ¶ Stabula *g*, quæ non ſunt in continentibus ædificiis, quorum prædiorum ea numero habenda ſint, dubitari poteſt? Et quidem vrbanorum ſine dubio non ſunt, cùm à cæteris ædificiis ſeparata ſint. quod ad cauſam tamen ‖ talis‖ taciti pignoris pertinet, non *h* multum ab vrbanis prædiis differunt.

De eo qui gratuitam habitationem accepit à conductore: 1. De obligatione pignoris pro parte debiti. 2. Si debitor rem fideiuſſoris pignorauerit.

5. *Marcianus* libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

POmponius‖libro tertiodecimo variarum lectionum ſcribit, ‖*Si i gratuitam k* habitationem conductor mihi præſtiterit: inuecta à me domino inſulæ pignori *l* non *m* eſſe.

1 ¶ Item illud, inquit, videndum eſt voluntate *n* domini induci pignus ita poſſe, vt in partem *o* debiti ſit obligatum.

2 ¶ Si quis *p* fideiubeat, cùm *q* res illius à debitore, pro quo fideiuſſit, pignori data ſit, belliſſimè intellegitur *r*, hoc ipſo, quod fideiubeat, quodammodo mandare res ſuas eſſe obligatas: ſanè ſi poſtea ſint eius res hypothecæ datæ, non erunt obligatæ.

De manumiſſione ſerui tacitè obligati.

6. *Vlpianus* libro 75. ad Edictum.

LIcèt in prædiis vrbanis tacitè ſolet *ſ* conuentum accipi, vt perinde teneantur *inuecta & illata*, ac ſi ſpecialiter conueniſſet: certè libertati *u* huiuſmodi pignus non officit. idque & Pomponius probat. ait enim, mannmiſſioni *x* non officere ob habitationem *y* obligatum.

De fructibus fundi locati. 1. De illatis vel inductis.

7. *Pomponius* lib. 13. ex variis lectionibus.

IN prædiis ruſticis fructus *z*, qui ibi *a* naſcuntur tacitè *b* intelliguntur pignori eſſe domino fundi locati, etiam *c* ſi nominatim

a Taciti pignoris ius videbatur non pertinere ad res inuectas in horreū, diuerſorium vel aream: quod ius id datū ſit in res quæ inuectæ in prædia vrbana *l.6. inf. eod.* Nihil autem horum videbatur prædium vrbanum, aut habitatio vrbana. Nam horreum fructibus cōdendis, aut mercibus cuſtodiendis comparatum eſt: diuerſorio, ad tempus, raptim ac feſtinanter vtimur; vt merito ſeparetur ab habitatione. Cicero *de ſenectute*: Commorandi autē natura diuerſorium nobis dedit, non habitandi. Area vero, quæ ſine ædificio eſt, habitatio non eſt: nam ſine ædificiis non eſt habitatio.

b diuerſorium. *Hal.*

c *l.5. in fi. pr. ī. de exhib.* adde *l.6. §.2. inf. qui potiores.*

d *l. vlt.* C *eo.* conſuetudinario ſc. nam ſi exacta ratione quæras, nulla aut exigua differētia erit inter ruſtica & vrbana prædia. v. Cuiac. ad *l.5. ſup. de pact. in pr.* adde *l.5. ibid. l.5. C. locati.*

e Inuecta τὰ κινητὰ οἷον χρύσος καὶ ἐσθὴς καὶ τὰ λοιπά. Illata τὰ αὐτοκίνητα, οἷον βοῦς, ἵππος, οἶς καὶ τὰ ὅμοια. *Scholia. Synopſ. Baſil. 20. Tit. 1.*

f iure moribus introducto magis quàm vlla ratione. *vt inf. eo.* quam enim hic afferunt interpretes, colorata eſt potius quàm vera.

g Tacitum pignus locum etiam habet in iis quæ in ſtabulum inuecta, licèt ſtabulum hominis non ſit habitatio, ſed equorum.

h & recte *l. 198. inf. de verb. ſign.*

i in quibuſdam veteribus codicibus lex ab hac parte incipit, teſte Baldo.

k Imo, idem videtur ſi non gratuitam habitationem conductor mihi præſtiterit *l.24. §.1. l.53. ſup. locati.* l *ſub.* propter penſionem: nec enim vllam penſionem debet qui gratis habitat: ſed propter deteriorationem tenetur *l.2. ſup. eod.*

m Imo, res meæ pignori ſunt, ſi conductam domum mihi locaſti, *l.11. §.5. in fi. ſup. de pignorat.*

n i. pactione, Cuiac. ad *d. l.4. ſup. de pact.*

o *l.5. in fi. pr. ſup. de pign.*

p res mea apud te eſt à Titio pignorata, Titij nomine fideiubeo? tacitè videor rem meam tibi pignoraſſe. q aliud erit, ſi poſtquàm fideiuſſi, debitor rem meam pignorarit. r Fideiubens, mandare intelligitur ſuas res obligatas eſſe. Pignori res meas dediſti. poſtea, pro te fideiubeo? belliſſimè intelligitur, hoc ipſo quod fideiubeo mandare res meas eſſe obligatas.

ſ Tacitum pignus non eſt, quod creditor ſubintellexit, ſed quod omnes creditores in eadem facti ſpecie ſubintelligere ſolent. Eſt & tacitum, quod vſus, lex, conſuetudo vel ſtatutum creditori tribuere ſolet, etiam ſi nominatim de eo nihil ſit conuentum. Pignus tacitum eſt ex legis diſpoſitione & ſtatuti, vt dixi *in rub.*

t Taciti & expreſſi an par ſit virtus, vt in *c. expreſſa. de reg. iur.* datur Senatuſconſulto *l.1. ſup. eo.* præcipitur, lege introducitur. Datur primario, donatur vel exemplo alterius, *vt hic. l.1. C. comm. de leg. l. vn. §.1. C. de rei vxor. l.8. in fi. C. de ſecun. nupt.* quaſi ſcriptum *d. §.1.* apud Concenatium. 4. *quæſt.* 8.

u Tacitum pignus non impedit manumiſſionem, *vt hic. l.9. ī. eod. l.3. C. de ſeru. pign. dato.* Comparatur quidem ſpeciali pignori hoc vno excepto, vt liceat ſeruum manumittere, *vt hic.* fauore libertatis id introductum. x Libertatis hic eſt fauor vt generalis, & tacita hypotheca non impediat ſerui ita nexi manumiſſionem. Similis eſt fauor funeris in *l.14. §.1. ſup. de relig.* vbi colonus & inquilinus dicuntur poſſe funerari, ex inuectis & illatis ſuis, vt ſi quid ſuperfluum manſerit, hoc pro debita penſione teneatur.

y i. ob pignus tacitum. Sciendum eſt tamen, ſeruos pecunia pupilli emptos, tacitè pignoratos pupillo, & eos poſt tacitam obligationem fruſtra à quopiam manumitti, *l.6. C. de ſeru. pign. dat. manumiſſ.*

b Inuecta igitur in prædium ruſticum nunquam pignori fuerint locatori? fuerint ſanè: non tacitè ſed expreſſa conuentione: qui ſenſus eſt *l.5. C. de locato.*

a aliud igitur in fructibus, aliud in inuectis vel illatis. Quid, fructus ibi natos, an naturales tantum intelligimus: an & artificiales ſeu induſtria quæſitos? Sic ſanè: vt hoc poſtremo caſu Iaſon ſit deceptus: & eadem, maiórve ratio in induſtria quæſitis eſt, vt ſint pignori locatori, quàm in ſponte natis: vt quæ commodiora ad vitæ vſum quàm ſilueſtria illa, quæ terra ſpontè naſcuntur: & alioqui reſtringeretur hoc modo nimio plus ius taciti pignoris. An & fructus ibi nati, obligati erunt, ſi eos ibi eſſe neſciuerit locator? Accurſius negat: quod non probo.

b Hypotheca verbis fictitiis (vt eſt verbum, intelligitur, creditur, videtur) tacitè inducta à lege, ficta non eſt, ſed vera, *vt hic.* Quoties enim lex fictitiis verbis vtitur in negotio legitimo quod à lege deſcendit, toties veritas ſpectatur non fictio, verè facit, non facit fictè. Butrigar *conſ.* 29.

c Tacita eſt hypotheca, de qua nihil nominatim conuenit. *vt l.4. ſup. de pactis.*

a id non conuenerit.

1 ¶ Videndum eſt, ne non omnia illata, vel inducta, ſed ea ſola, quæ, vt ibi ſint *b*, illata fuerint, pignori ſint? quod magis eſt.

De tacita antichriſi.

8. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

CVm debitor gratuita *c* pecunia vtatur *d*, poteſt *e* creditor de fructibus rei ſibi pignoratæ ad modum *f* legitimum vſuras retinere.

De manumiſſione ſerui obligati.

9. *Idem* libro ſingulari de officio præfecti vigilum.

ESt differentia *g* obligatorum propter *h* penſionem *i*, & eorum quæ ex conuentione manifeſtarij *k* pignoris nomine tenentur: quòd manumittere mancipia obligata *l* pignori non poſſumus: inhabitantes *m* autem manumittimus: ſc. *n* antequàm penſionis nomine percludamur *o*: tunc enim pignoris nomine retenta mancipia non liberaVimus: & deriſus *p* Nerua iuriſconſultus, quiper feneſtram *q* monſtrauerat ſeruos detentos ob penſionem, liberari poſſe *r*.

De re pignorata ex cauſa tranſactionis.

10. *Scæuola* libro 6. Digeſtorum.

TVtoris *ſ* heres cum herede pupilli tranſactione facta, cùm ex ea maiorem partem ſoluiſſet, in reſiduam quantitatem pignus obligauit. quæſitum eſt, an in *t* veterem *u* contractum iure res obligata eſſet? Reſpondit, ſecundùm ea, quæ proponerentur, obligatam eſſe.

QVÆ RES PIGNORI, VEL HYPOTHECÆ datæ obligari *x* non poſſunt.

a *l.24. §.1. ſ. loc.*

b perpetuò: non ad tempus. Nam perpetuitatis ratio nobis ſpectanda: adde quæ ſcripſi ad *l.32. in fin. ſup. de pignorib.*

c non gratuita, Hotom. 1. *obſeru.* 4. reprehenſus à Roberto 1. *recept.* 14. rectè. Cur enim hic ponamus debitorē non gratuita pecunia vti, & fructus pignoris ad legitimum vſurarū modū amittere? Quâ, inquam, æquitate & vſuras pecuniæ præſtabit (id enim eſt non gratuita pecunia vti) & fructus pignoris, vt antea dictum eſt, amittet? vt hæc ſententia nō placet, ita nec quæ ſequitur, tametſi à viro doctiſſimo ſit. Cuiac. 8. *obſ.* 17. Tacitè id ſemper videri actum, vt pignoris fructus ſuos faciat, qui dat alteri mutuum. Quæro enim quemadmodum gratuita pecunia cenſeri poſſit, cuius nomine debitor fructus pignoris amittit, ad legitimum vſurarum modum? Itaque dicendum magis eſt, eum qui ab initio gratuita pecunia vtatur, ſi in ea ſoluenda moram fecerit, in id tacitè videri conſenſiſſe, vt creditor pignoris, eius fructus ſuos faciat: non omnes ſed ad legitimum vſurarum modum. Nempe ita ſit nonnunquā, vt quæ expreſſa conuentione ab initio gratuita ſunt, ea ex accidenti & mora debitoris, non ſint gratuita *l.2. l.18. ī. de vſur. 3. Harm. 7. §.15.* d vt quia vſuras ab eo pactus non ſum vel ſtipulatus. e iure tacitæ ἀντιχρήσεως: id enim vel hic titulus exigit ita intelligi, qui de tacitis pignoribus conceptus eſt. Nam quoties ager traditur pignori, & nihil dicitur de fructibus, vel vſuris, tacitè videtur conuenta antichreſis, v. Cuiac. 8. *obſ.* 17. f tacita ἀντίχρησις modum vſurarum ſeruat, expreſſa non item, Cuiac. g maior eſt enim vis ſpecialis, quàm generalis pignoris: & maior expreſſi quàm taciti: cùm ea, quæ perfuſoriè, & tacito iure pignorantur, non ita nos obſtringant. h Tacitum eſt pignus quod pro penſione obligatum intelligitur: & è contra, expreſſum quod ex conuentione manifeſtaria eſt, *vt hic.* Aut potius conuentio manifeſtarij pignoris, hic nihil aliud eſt, quam pignus ſpeciale: non propter penſionem, generale. Quos ſeruos manifeſtaria, hoc eſt ſpeciali conuentione obligauimus, eos manumittere non poſſumus: quos inhabitantes, i. propter penſionem ſeu in genere obligauimus, manumittere poſſumus antequam penſionis nomine ſerui ipſi ſint percluſi vel præcluſi. Præcluſio ſeruorum facta agente creditore aut manu ab eo iniecta, ſeruos ſpecialiter nectit obligatque: vim ſpecialis habet pignoris: ideóque manumitti ſerui huiuſmodi non poſſunt, *vt hic, & l.6. ſ. eod. l.2. l.8. C. de ſeruo pignori dato manum. l.44. §.7. inf. de leg. 1. l.66. ī. de furtis.* Præcluſos ſeruos intelligimus ſtatim atque oſtium obſeratum eſt, aut iuſſio eis facta, ne ædibus diſcederent, neque exigimus vt in eam partem ædium ſint retruſi, vnde neque viam ex oſtio vel feneſtra ſpectare poſſint. Nerua deriſus eſt, in eo quod putaret ſeruum præcluſum non videri cui per feneſtras ædium ad viam publicam proſpectus eſſet, compedes aut latumias neſcio quas ſomnians in queis eſſent mancipandi ſerui, ſpecialiter vt nexi viderentur. i v. quæ ſcripſi ad *l.4. ſup. de pign.* k manifeſtaria. *Hal.* Manifeſtarium pignus non ita commode quidam interpretantur expreſſum pignus: cùm nihil aliud ſit manifeſtarium pignus, hoc loco quàm ſpeciale pignus: vt hinc directo non ſumamus diuiſionem pignoris in expreſſum & tacitum, ſed in generale & ſpeciale; generale, inquam, quo tacitè multa etiam non expreſſa veniunt. Nam qui res alicuius inuectas tacitè obligatas habet, non vnam aut alteram rem habet obligatam, ſed vniuerſitatem quandam bonorum. Et alioqui diſtat longe expreſſum pignus à ſpeciali: vt plurimum interſit hic manifeſtarium pignus accipiamus pro expreſſo, aut pro ſpeciali. Expreſſum pignus verbis contrahitur, & fit ex conuentione, conſtituitur inter volentes; ſit & interdum generaliter. Manifeſtarium verò hoc pignus, neque verbis ſemper contrahitur, ſed re, putà præcluſione aut manus iniectione, *vt hac l.* non eſt ex conuentione, conſtituitur inuito conductore: in ſpeciem eſt, non generale. l i. expreſſim. m nam habitationis cauſa, ſerui dumtaxat tacite obligati ſunt locatori.

n Speciale pignus rem magis afficit quam generale. Generaliter obligatū ſeruum manumittimus, at non eum qui ſpecialiter ſit obligatus *l.6. ſ. eo. l.2. l.3. C. de ſeru. pign. dato manum. l.44. §.6. in fi ī. de leg. 1. l.66. ī. de furtis.* Libertatis fauor id præſtat vt & alias præſtat religionis cauſa, vt ex inuectis, & illatis ſui inquilini & coloni funerentur potius, quàm penſio ex iis ſoluatur locatori *l.14. §.1. ſ. de religioſis.* o Moris erat non ſoluente inquilino penſionem, aperiri ædes, & deſcribi à publicis officiis res omnes & mancipia, quæ in eas intuliſſet *l.56. ſ. loc.* ac deinde ab eiiſdem officiis obſignari *l.20. ī. de iniur. l. vlt. C. Th. de adm. tut.* ac præcludi oſtium ædiū clauſtro adhibito vel concepto, quod Græcis in illo loco eſt, τὸν οἶκον ἀσφαλίζειν quo genere videbatur locator ipſe detinere mancipia quæ incluſerat, nec iam erat tacitum pignus, ſed reale & corporale, & quaſi manifeſtarium: ideoque à præfixis & incluſis ædibus ius non erat inquilino eorum mancipiorum manumittendorum, Cuiac. 17. *obſ.* 39. p non inſultando ſed argumentando, quo modo adnotationem Proculi Celſus deriſit, *l.10. §.1 ſup. de neg.* Cuiac. *ibi.* Seneca 10. *Contrau.* 5. Hoc colore deriſus eſt. q puta in feneſtra exhibito, aut ſe offerente ſeruo, & domino dicente, teſte populo, eum ſe liberum eſſe velle, Cuiac. *ibid.*

r quaſi non plane detineantur, quibus pateant feneſtræ: Nam ſi eius ratio eſſet vera, non tantum præfigendum eſſet oſtium, ſed præfigendæ, & obſtruendæ eſſent feneſtræ, & proſpectus omnes, Cuiac. *ibid.*

ſ *Nou.* 118. *c.* 5. *in fin.*

t Tranſigendo, tacite intelligere videmur, vt ad primæuam obligationem deueniatur, ſi tranſactioni non ſtetur.

u quis hic contractus? quo tutorum bona pupillis tacitè obligata ſunt, ob adminiſtrationem ipſam tutelæ *l. pro officio. 29. C. de admin. tut. l. cum oporter in fin. C. de bonis quæ liberis.*

x 8. 6. 16. 17. 20. 24. 27. *Syn. Baſ.* 4. & 3. *Harm.* 5. §. 27. & *ſeq.*

TIT.

TIT. III.

De pupillo. 1. *De filiofam. vel ſeruo & re peculiari.* 2. *De re quæ non eſt in commercio.*

1. *Marcianus* libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

PVpillus ſine a tutoris auctoritate b hypothecam c dare d non e poteſt.

1 ¶ Si filiusfamilias pro f alio rem peculiarem obligauerit, vel ſeruus, dicendum eſt, eam non teneri: licèt liberam g peculij ſui adminiſtrationem habeant: ſicut nec donare h eis conceditur. non enim vſquequaque habent liberam adminiſtrationem. facti i tamen k eſt quæſtio, ſi quæratur quouſque eis permiſſum videatur peculium adminiſtrare.

2 ¶ Eam l rem, quam quis emere non poteſt, quia m commercium eius non eſt, iure pignoris accipere non poteſt, vt Diuus Pius Claudio Saturnino reſcripſit. Quid ergo, ſi prædium quis n litigioſum o pignori acceperit? an exceptione ſummouendus ſit? Octauenus putabat, etiam in pignoribus locum habere exceptionem: quod ait Scæuola libro tertio variarum quæſtionum procedere, vt in rebus mobilibus exceptio locum habeat p.

De pignore dato pro muliere, aut filiofamiliàs, contra ſenatuſconſultum.

2. *Gaius* libro ſingulari de formula hypothecaria.

SI alius pro muliere q, quæ interceſſit, dederit hypothecam, aut pro filiofamiliàs r, cui contra ſenatuſconſultum creditum eſt: an ſ his ſuccurritur, quæritur? & in t eo quidem, qui pro muliere obligauit rem ſuam, faciliùs dicetur, ſuccurri ei. u ſicuti x fideiuſſori ‖huius‖ mulieris eadem y datur exceptio, ſed ‖&‖ in eo, qui pro filiofamiliàs rem ſuam obligauit, eadem z dicenda erunt, quæ tractantur & in fideiuſſore eius.

a Quin, vtcumque tutoris auctoritas intercedat, non poteſt pupillus immobilia ſua ſine decreto magiſtratus pignorare, *l.* 1. §. 2. *circa fi.* ꝫ. *de reb. eor.*
b Igitur hypothecam tutoris authoritate rectè dederit pupillus, *vt hic.* multò magis authore iudice *l. ſi pupillorum* 7. §. *ſi pupillus.* 1. *inf. de reb. eor. qui ſub tutel. l.* 3. *C. de pignorib.* vel patre *l. vltim. C. ſi aduerſ. vindic. pignorum. l.* 4. *C. de alienis reb. l.* 1. §. 2 *inf de reb eor.*
c expreſſe, *vt hic.* Imò nec tacitè: Nec enim obligantur eius bona tutelæ nomine *l. vlt. C. de legit. tut.* non eius inuecta & illata ſi domum conduxerit, *vt notant interpretes in l. Item quia* 4. *ſup. de pactis.*
d Imò nec accipere quidem propter metum pignoratitiæ actionis *l.* 38. ꝫ. *de pign. act.*
e Imò poteſt. Nam minor XXV. annis mulieri, dotis promiſſæ nomine rectè ſua bona pignorat expreſsè vel tacitè: vt per contrarium, vir minor 25. annis ſua quoque bona rectè pignorat expreſsè vel tacitè ob dotem vxori reſtituendam; ſed & donationis propter nuptias cauſa, vt aduerſus Bartolum quinque rationibus defendit Iaſon *in l. ſi conſtante* 24. *n.* 210. *inf ſolut. matr.* f hoc eſt: pro creditore non peculiari: pro eo qui cum eo nullo modo contraxit: poteſt alias in rem peculiarem, hoc eſt peculij ſui, pignus dare, ſi liberam peculij ſui adminiſtrationem habuerit, & ita huic legi concilianda eſt *lex* 18. *l.* 19. *ſup. de pignoratitia l. libera* 48. ꝫ. *de peculio.*
g Imò, ſeruus liberam peculij adminiſtrationem habens non tantum pignorare, ſed & alienare poteſt, *l.* 18. *in fin. l.* 19. *ſup. de pign.*
h *v l.* 7. ꝫ. *de donat.* i Facti quæſtionem hic interpretamur, non eam tantum, quæ ex verbis manifeſtiſſimis apparet, ſed quæ ex mente eſt. *arg. l.* 6. §. 1. *inf. de verb. ſign.* Nam & liberam peculij adminiſtrationem habens, poteſt etiam donare, ſed cum modo, ſeu temperamento, ſi nominatim id ei permiſſum ſit, *d. l.* 7. §. *Item videamus. inf. de donat.* Sed & ſi iuſta ratione ductus fuerit. *d. l.* 7. §. 1. quaſi tacitè id actum videatur vt ex iuſta cauſa donare poſſit. k *d. l.* 7. §. 1. Liberam adminiſtrationem peculij habens, etiam donare poteſt, ſi id nominatim ſit permiſſum.
l vide *l.* 9. *in fi. ſup. de pign.* m Compendio ſummo hanc legem ita finimus. Commercio vel alienatione rei interdictis, pignoris dationem prohibitam cenſeri, *vt hic, & l. vlt. C. de reb. alienis non alien.* (Nam & commercij & alienationis ſpecies eſt pignus, *d. l. vlt.*) Emptione autem interdicta rei, non interdictam pignoris capionem *l. in quorum finib.* 24. *ſup. de pign.* quoniam pignus, ſpecies eſt contractus ab emptione ſeparatam cui neque vt ſpecies, neque vt ſubalternum quiddam ſubijcitur. Ita poteſt huic legi conciliari *d. l.* 24. Commentitium enim eſt quod Accurſius putat, re per legem prohibita alienari, eius rei pignoris capionem interdici. quæ non interdiceretur, ſi eius alienatio interdicta eſſet ab homine. Falſum eſt quoque quod Iacob. Butrigarius putat, commercio interdicto rei, pignori eam rem dari non poſſe. Secus ſi alienatio ſit interdicta: refellitur enim ſatis, *d. l. vlt.* Neque placet quoque quod Bartolus putat rei alienatione prohibita interdici pignus Secus, ſi perſona interdicta ſit. Nam à quocunque quis alienare ſit prohibitus, idem pignori dare non poteſt, *d. l. vlt.* n Litigoſa res ſiue immobilis, ſiue mobilis ſit, pignori accipi non poteſt, *vt hic.* niſi in iis cauſis ex quibus res litigioſæ poſſunt in alium transferri: puta ex cauſa neceſſaria, dotis, donationis propter nuptias, tranſactionis, legati, diuiſionis *l. vlt. verſ. exceptis. Cod. de litigioſis. l. Peto.* 69. §. *prædium.* ꝫ. *de leg.* 2 *l.* 1. *inf. de fundo dotali.* Atque ita huic legi concilianda lex 18. *ſup. de rei vind.* qua innuitur rem litigioſam poſſe pignori dari.
o Litigioſum tamen poteſt iuſta ac neceſſaria ex cauſa vendi, putà dotis, donationis propter nuptias diuiſionis, tranſactionis, legati *l.* 1. *inf. de fundo dotali. l. peto.* 69. § *prædium. inf. de leg.* 2. *l. vlt. ver. Exceptis. C. de litigioſis*: vt iiſdem caſibus pignorari poſſe videatur. p Imo non habet: poteſt enim res litigioſa pignori dari *l.* 18. *ſup. de rei vind.* poteſt inquam pignori dari, ſed reuocatur pignus.
q pignus obligans pro muliere quæ pro alio intercedit, iuuatur Velleiano.
r Pignus obligans pro filiofamiliàs, iuuatur Macedoniano. ſ vt fideiuſſori mulieris, quæ contra Senatuſconſultum Velleian. pro alio fideiubet, datur exceptio ipſi mulieri competens *l.* 6. *l.* 30. §. 1. *ſup. ad S.C. Vell. l.* 14. *ad S.C. Velleian.* ita fideiuſſori filiifamiliàs, qui aduerſus ſenatuſconſultum Macedonianum mutuum accepit, competit exceptio ipſius filiifamiliàs *l.* 9. §. *non ſolùm* ꝫ. *de ſenat. Macedoniano.*
t Pignus dans pro muliere fideiubente, iuuatur Velleiano: vt iuuatur qui pro muliere fideiuſſit. Eſt enim ſumma cognatio inter eum, qui alieno nomine dat pignus, & fideiubet, *vt hic.* Ita pignus & fideiuſſio fuerit inefficax, ſi inutili obligationi principali acceſſerit. u Cur facilius ſuccurritur fideiuſſori mulieris, quàm filiifamiliàs? Qui fideiuſſit pro muliere etiam donandi animo (qua in ſpecie nullum regreſſum habet aduerſus mulierem) iuuatur Velleiano: quia totam obligationem Senatus improbat, h. e. eam etiam fideiuſſionem improbat, quæ donandi animo facta eſt *l.* 16. §. 1. *ſup. ad S C Vell.* qui pro filiofamiliàs fideiuſſit, ſi donandi animo fideiuſſit, Macedoniano non iuuatur. *l. Sed ſi paterfam* §. *non ſolum ſup. de S. C. Macedonian.* Cur tam variè? ratio quærenda eſt à conſtituentium voluntate.
x Fideiubere & pignus dare pro alio, paria. y vt exceptio Velleiani prodeſt mulieris fideiuſſoris *l.* 14. *C. ad Velleian.* ita & rem ſuam pignoranti pro muliere, *vt hic.*
z vt Macedoniani exceptio prodeſt ei, qui pro filiofamiliàs fideiuſſit: niſi donandi animo interceſſerit: *l.* 9. §. 3 *ſup. de S. C. Macedon.*

De poſteriore creditore, qui ſuccedit in locum prioris.

3. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

ARiſto Neratio Priſco ſcripſit, etiam ſi ita contractum ſit, *vt a antecedens* b *dimitteretur* c, non aliter in ius pignoris ſuccedet d, niſi e conuenerit, *vt ſibi eadem res eſſet obligata.* neque enim in ius primi ſuccedere debet, qui ipſe nihil conuenit de pignore, quo caſu f emptoris g cauſa melior h efficietur. denique ſi antiquior creditor *de pignore vendendo* cum debitore pactum interpoſuit, poſterior autem creditor de diſtrahendo omiſit, non per obliuionem, ſed cum hoc ageretur *ne i poſſet vendere*, videamus an dici poſſit, huc vſque tranſire ad eum ius prioris, vt diſtrahere pignus huic k liceat? quod admittendum exiſtimo. ſæpe enim l quod quis ex ſua perſona non habet, hoc per extraneum m petere poteſt n.

De emptore cautionis, & tempore numerationis.

4. *Idem* lib. 5. Reſponſorum.

TItius, cùm mutuam pecuniam accipere vellet à Mæuio, cauit ei o, & quaſdam res hypothecæ nomine dare deſtinauit p; deinde poſtquam quaſdam ex his rebus vendidiſſet, accepit pecuniam. quæſitum eſt, an & prius res venditæ creditori tenerentur? Reſpondit, cùm in q poteſtate fuerit debitoris, poſt cautionem interpoſitam pecuniam non accipere r, eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata † eſt. & ideo inſpiciendum, quas ſ res in bonis debitor numeratæ pecuniæ tempore habuerit.

De filiofam. pignerato.

5. *Idem* lib. 5. Sententiarum.

CReditor, qui ſciens filiumfamilias à parente pignori t accepit, relegatur u.

QVI POTIORES x IN PIGNORE, vel hypotheca habeantur, & de y his, qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

a Quoties ſecundus creditor in pignus primi creditoris ſuccedere vult, non ſatis eſt, eum ſtipulari vt ſua pecunia primus creditor dimittatur: hoc amplius exigitur, ſtipulari vt ſibi pignus primi creditoris ſit obligatum, ſeu vt illud pignus ſubſtituatur, *vt hic.* Quid ſi primo licuit ex pacto pignus vendere: Secundo non licuit (pacto nimirum in id interpoſito) & Secundus in ius primi creditoris ſucceſſit, an Secundo licebit pignus vendere? licebit: Sæpe enim per alium quis conſequitur, quod ex ſua perſona non habeat, *vt hic.* Iure ſuo Secundus pignus vendere non poteſt ſi pactum fuit ne venderet; hoc id perſonam promittentis afficit, non alium. Iure vero primi creditoris & vt eius ſucceſſor poterit quia ius illud reale eſt: hypothecaria, in rem parit actionem, *l.* 19. *ſup. de pign.* In rem actiones, ſucceſſoribus cohærent & ad eos deſcendunt. niſi malis dicere, pactum pignoris non vendendi iure non omnimodo recipi, quod contra naturam & vtilitatem pignoris ſit *l.* 4. *ſup. de pign. Paul.* 2. *ſent.* 5. Quò enim pignus, niſi vendere id liceat creditori, debitore ad diem non ſoluente? Proinde improbata hac conuentione, Secundus pignus vendiderit, iure alieno, non ſuo. b i qui primus tibi credidit.
c pecunia eius qui ſecundò tibi credidit. d ſecundus ille creditor.
e nam ſi id actum eſt, vt ſubrogatus eſſet in locum prioris creditoris, in pignus & poteſtatem vendendi ſuccedet. *Bart.* Hic caſus loquens de creditorum ordine, facit vt doctiſsimus Cuiac. *hic* aberrare ſuſpicetur hanc legem a titulo ſequente, *qui potiores in pig.* ſed & legem *vl. ſup. quod cum eo.* à titulo *de inſtitoria.* f i, tunc enim cùm nihil actum eſt de ſubrogando ſecundo creditore in locum prioris, &c.
g i. eius qui emit à debitore. h nec enim omnimodo ſuccedunt in locum hypothecarij creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem tranſit. *l.* 1. *C. de his qui in prior. cred. loc.* ſed & extraneus res debitoris obligatas liberando, numeratam à ſe pecuniam tantùm petere poteſt, nec earum dominium adipiſcitur *l.* 21. *C. de pign.* vt meritò dicat Accur. quatuor neceſſaria eſſe ſecundo creditori, vt in locum prioris ſuccedat Primùm vt conueniat vt ſit res ei obligata: item, vt in locum primi ſuccedat: item vt in id mutuum det: poſtremo vt ad primum creditorem pecunia perueniat. i Pactum ne poſſit vendi pignus, contra naturam pignoris eſt *v. l.* 4. *ſup de pign.* k ei liceat, *Hal.* l Per extraneam perſonam ſæpe id habere quis poteſt, quod ex ſua perſona habere non poſsit, *vt hic, & l.* 55. ꝫ. *de adq her l.* 74. *inf. de cond. & dem. l.* 10. *ſup. quem. ſeruit. amitt. l.* 22. §. 3. *ſup. mandat.* m h. e. ex iure quod habet per extraneum. n Imò, quod non poſſum per me, non poſſum per alium meo nomine gerentem *l.* 8. *in fi. ſup. de vſucap.* v. Dyn. in *c. poteſt quis, de reg iur. in* 6.
o Cauere creditori ſuo is dicebatur qui mutuam pecuniam accipiebat: Vetus Horatij commentarius ad eum verſum 2. *Satyr.* 3. Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſsis. Dictantis aut credentis, quia cum damno dicimus, *Scribe cautionem pro ea pecunia.* p longè aliud eſt rem deſtinare (ſpe futuri crediti) ad hypothecam, & actu ipſo rem ipſam hypothecæ ſubijcere. Qui deſtinat, poteſt ante numerationem ſibi factam rem deſtinatam alij vendere in præiudicium creditoris *l.* 1. ꝫ. *tit. prox.* Aliud eſt deſtinatio hypothecæ, aliud hypotheca ipſa: deſtinatas res hypothecæ debitor alij vendere poteſt, at non eas quæ ſunt hypothecæ. Res ita venditæ poſt deſtinationem hypothecæ, ante numerationem pecuniæ, non ſunt pignori creditori. q In debitoris eſt poteſtate deſtinatam mutuo pecuniam à creditore non accipere: licet ei pœnitere ante numerationem mutui. r quoties ſcil. gratis pecunia datur. vide *l.* 30. *ſup. de reb. cred.* ſecus ſi ſub vſuris *Bar. hic.*
† Tempus numerationis hic ſpectamus: non deſtinati pignoris. Mutuum à te accepi mutua conuentione res certa tibi pignori à me deſtinata eſt. Antequam numerares pecuniam, rem ita deſtinatam vendidi. Ea tibi pignori non eſt. Cur non eſt? quia tempore numerationis in meis bonis non fuit. Ante numerationem licet mihi pœnitere, & à te mutuum non accipere. *vt hic.* quod ſatis firmo eſt argumento, rem integram eſſe debitori, ante numeratam ſibi pecuniam: adde quæ ſcripſi ad *l.* 1. *inf. tit. prox.* ſ vide *l.* 3. *ſup. de pign.* t Pignori dare filium pater non poteſt, *vt hic, & l.* 1. *C. de patribus qui filios*: *l.* 6. *C. quæ res pign.* (vt nec obſidem: durior enim eſt conditio obſidis, quam ſimpliciter nexi. *arg. l. obſides. inf. qui teſtam.*) ac ne quidem etiam tacitè, *arg. l.* 2. & paſsim, *C. ne filius pro patre. l.* 12. *C. de oblig.* poteſt tamen ob nimiam egeſtatem certis modis filios ſanguinolentos ſeu recens natos vendere, *l. vlt. C. de patrib. qui filios diſtra.* u *Paul* 5 *ſent.* 1. §. 1. ſcripſit, deportatur *& l.* 2. *C. Th. de alim. quæ inop. par. de publico. pet. deb.* ea res fecit vt Cuiac. ad ſ. *Paul. ſent.* 25. §. 8. hic legendum moneat, deportetur. adde *l.* 6. *C. eod.*
x 8. *C.* 18. 25. *Ecl.* 5. Potior eſt autem, qui prior iure ac die. Quid ſi duo inſtrumenta eadem die conſcripta reperiantur? vel hoc etiam caſu certis indiciis nonnunquam poteſt colligi, quod eorum prius fuerit. Primùm enim ordine naturæ id inſtrumentum præceſsiſſe dicetur in quo habitus continebitur: poſterius vero id inſtrumentum in quo priuatio. Secundo, publicum priuato anterius præſumemus. *l. ſcripturas* C. *qui potiores.* Tertio ex horarum diſcrimine prius & poſterius diſtinguemus Soc in *l.* 1. *inf ſolut* Ex ordine quoque protocolli deprehendere, quod prius, quódve poſterius [illegible] oſtumus, *arg l. ſi quis ex argentariis d.* §. *ſi initium* 6. *ſup. de eden. l. qui tres* 34 *ſup de vſufr* y 8. *C.* 19.

TIT.

TIT. IV.

De tempore promiſſionis, & tempore numerationis.

1. *Papinianus* lib. 8. Quæſtionum.

QVI *a* dotem pro muliere promiſit, pignus ſiue hypothecam de *b* reſtituenda ſibi dote accepit, ſubſecuta deinde *c* pro parte numeratione, maritus eandem rem pignori alij *d* dedit *e*: mox reſiduæ quantitatis numeratio impleta eſt: quærebatur de pignore? Cum ex cauſa promiſſionis ad vniuerſæ quantitatis exſolutionem, qui dotem promiſit, compellitur, non *f* vtique ſolutionum obſeruanda ſunt tempora, ſed *g* dies contractæ obligationis, nec probè *h* dici, in poteſtate *i* eius eſſe, ne pecuniam reſiduam redderet *k*, vt minus dotata mulier eſſe videatur.

1 ¶ Alia *l* cauſa eſt eius *m*, qui pignus accepit, ad eam ſummam, quam intra diem certũ numeraſſet: ac fortè prius, quam numeraret, alij res pignori data eſt.

De priore creditore habente generalem hypothecam, & poſteriore habente ſpecialem.

2. *Idem* libro 3. Reſponſorum.

QVi generaliter *n* bona debitoris pignori accepit, eo potior *o* eſt *p*, cui poſtea prædium ex his bonis datur: quamuis *q* ex cæteris pecuniam ſuam redigere poſſit.

¶ Quòd ſi ea conuentio prioris fuit, *vt ita demum cætera r bona pignori haberentur, ſi pecunia de his, quæ generaliter ſ accepit, ſeruari non potuiſſet*: deficiente ſecunda *t* conuentione, ſecundus creditor in pignore poſtea dato, non tam potior, quàm ſolus inuenietur.

De nouatione. 1. De prædio oppignerato, antequam poſſideatur, vni & rei alij. 2. De pacto vt rem vendere liceat, & de parte rei pro indiuiſo pignerata.

a ſiue pater, ſiue extraneus.

b Pignus de reſtituenda dote accipere poſſumus *l. quod autem 7. §. ſi vxor 6. inf. de donat. inter vir. l. res hypothecæ 5. ſup. de pignoribus.* licet fideiuſſor non poſſit accipi, *l. 1. C. ne fideiuſſores dotium.* ſunt tamen qui illo loco differentiam faciant inter dotem conſeruandam & reſtituẽdam: & priori caſu fideiuſſorem dari non exiſtimant.

c Dotis reſtituendæ promiſſio interdum dotis numerationem præcedit.

d poteſt enim eam acceptam facere *l. 49. inf. de iur. dot.*

e *vt l. pen. ſup. tit. prox.*

f diuerſum eſt in *d. l. pen.*

g Imò non dies contractæ obligationis, ſed numeratæ pecuniæ ſpectandus eſt. *l. 14. ſup. tit. prox.* Paulo pleniùs hanc legem retractemus. Promiſi dotem pro muliere. Deinde pignus de reſtituenda mihi Titio dote accepi: poſtea pro parte dotem numeraui. Ab his maritus eandem rem alij, putà Gaio pignori dedit: poſt hæc reſiduum dotis numeratum eſt: (quinque tempora hic obſeruanda ſunt: promiſſæ dotis, pignoris accepti pro reſtituenda dote, dotis pro vna parte numeratæ, pignoris eiuſdem alij pignori dati, dotis pro reſidua parte numeratæ:) quæritur de pignore: quis in eo præferatur, Titius an Gaius? Reſpondetur: Titium potiorem eſſe. Cur potior? quia promiſſor dotis ſtatim ad vniuerſæ quantitatis ſolutionem cogi potuit: in eius poteſtate non fuit, ne reſiduam pecuniam redderet. Si in eius poteſtate fuiſſet, minus dotata mulier videretur. Igitur cùm ab initio ſtatim cogi potuerit, diem contractæ obligationis, non ſolutionum obſeruabimus. Vbi numeratio neceſſaria eſt ab initio: contractus, *vt hic.* vbi verò voluntaria numerationis tempus ſpectamus *d. l. 4.* Numeratio poſterior neceſſaria, trahitur retro: & hypothecam ab initio conſtitutam potiorem facit hypotheca in medio, ſeu inter duas medias numerationes conſtituta. Vnde notant, ob dotem tacitam, confeſſamque, bona, ab initio ipſo, hypothecæ eſſe: idque verum, in expreſſa hypotheca, non in tacita.

h Imò, probè dici poteſt, in poteſtate mariti eſſe, dotem non accipere: poteſt enim eam acceptam facere *d. l. 49.* i ſenſus eſt, Quando in poteſtate debitoris eſt, pecuniam non recipere, ſolutionis, *vt d. l. pen.* quando non eſt in eius poteſtate, tunc obligationis contractæ tempus inſpicitur, *vt hic*: non eſt in poteſtate promiſſoris dotis, vtrùm velit dotem numerare vel non: eſſet enim mulier indotata, *vt hic.*

k At eſt in poteſtate mariti vt dotem non accipiat: cùm poſſit per acceptilationem promiſſorem dotis liberare, *l. vir. ab eo 49. inf. de iure dot.* Dic: virum hoc commodè non poſſe, ne mulier indotata maneat: aut ſi id faciat, mulieri teneri.

l Cur alia? quia tunc poſterior præfertur priori. In caſu verò ſuperiore, prior poſteriori præfertur. Cur hic præfertur poſterior? quia in poteſtate debitoris fuit ſe non obligare priori. *v. l. 14. ſup. tit. prox.* m de quo *l. 9. §. 1. l. 11. inf. eod. l. 4. ſup. tit. prox.* n Generalis hypotheca prior, præfertur poſteriori cuicunque, etiam ſpeciali. o *l. 6. C. eod.* p Imò non eſt potior. Pares enim iure ſunt habentes hypothecam generalem & ſpecialem. *l. 7. §. 1. inf. eod.* Dic, pares eſſe ſi eodem tempore concurrunt, *vt ibi.* hic non ſimul concurrere, ſed ordine. Imò, is cui ſpecialis hypotheca data eſt, præfertur generalem habenti. *l. 2. C. de pign.* Dic, ibi conuentionem ſpecialem præcedere generalem. Ita ſpecialis obligatio poſterior nihil detrahit generali anteriori. q Imò, ſi primus creditor ex cæteris bonis pecuniam ſuam redigere poteſt, ſecundo creditori bona quæ ei obligata ſunt auferre non poterit. *l. 2. C. de pign.* has ſententias ita conciliat Cuiac. 11. *obſ.* 32. Prima conuentio primi creditoris, ſi fuerit ſpecialis, & eiuſdem ſecunda generalis, ſub hac conditione tamen (*ſi ſpecialis non ſufficiet*) ſpeciali idonea exiſtente, ſecundus creditor in ſuo pignore non tam potior, quàm ſolus futurus eſt. r his verbis, generalis hypotheca ſignificatur, *v. l. 1. inf. de diſtract. pign.* Sed Anton. Faber 6. *Coniect.* 16. legendum putat, *certa*, quemadmodum & Baldum legiſſe, paulò infrà indicaui.

ſ & ita legunt Græci. (Cuiacius tamen legit *ſpecialiter.* 11. *obſ.* 32.) quæ vulgaris erat conuentio *l. 15. §. 1. ſup. de pign. l. 9. C. de diſtract. pign.*

t Quæ fuit hæc ſecunda conuentio? vt ſecundam teneamus, prima nobis antea ſubiicienda eſt. Titius generaliter bona debitoris ſui pignori accepit: potior eſt eo cui poſtea res ex his bonis pignori datæ ſunt. Cur potior? quia prior. Quid ſi ex cæteris bonis poſſit pecuniam ſuam redigere? poteſt & eo caſu pignus poſſeſſori auocare. Quo iure? quia cum pignori bona debitoris generaliter acceperit, ſingulas eorum bonorum ſpecies obligatas habuit: vt & ſingulas à quibuſcunque poſſeſſoribus peteret. Nihil ex illa generali, eo inuito, potuit minuere debitor, *vt hic.* Quid ſi pignus ea lege accepit, vt ſi pecuniam de his quæ generaliter accepit, non ſeruaret, certa bona (nam ita legendum videtur, non *cætera*: quemadmodum & legiſſe Baldus videtur quoque: vbi in rebus quibuſdam ſpecificatis pignus hic conſtitutum ponit) pignori haberet? ſi hæc ſecunda conuentio locum habuerit, & pecuniam ſeruare ex cæteris bonis non potuerit, in ea certa bona poterit experiri. Caſus hic diuerſus eſt à ſuperiore. Nec enim certa hæc quædam bona per hypothecariam auocare poſſeſſori poteſt, niſi in ſubſidium & deficientibus aliis. Quid ita? quia pacto nominatim ea bona ſunt excepta. Is ordo agendi communi conuentione præſtitus fuit, vt creditor prius ageret in bona ſibi generaliter obligata, quam in certa quædam bona, *vt hic. verſ. quod ſi.* Quid ſi creditori iunctim bona generaliter & ſpecialiter ſint obligata? Specialiter obligata prius perſequi cogitur, antequam ad cætera bona veniat: Caſus hic contrarius eſt ſuperiori. Quippe illo caſu ſpecialia quædam bona, in ſubſidium, generaliter obligatis deficientibus, auocari poſſunt: Hic generalia, ſi nulla ſpecialia ſint. Ita cum hac lege non pugnabit *l. 2. C. de pign.*

3. *Idem* lib. 11. Reſponſorum.

CReditor acceptis pignoribus, quæ ſecunda conuentione ſecundus *a* creditor accepit, nouatione *b* poſtea facta pignora prioribus addidit *c*, ſuperioris temporis ordinem manere *d* primo creditori placuit, tanquam in ſuum locum ſuccedenti.

1 ¶ Cùm *e* ex cauſa mandati prædium Titio, cui negotium fuerat geſtum, deberetur *f* prius *g*, quàm ei poſſeſſio traderetur, id pignori dedit *h*: poſt traditam poſſeſſionem idem prædium alij denuò pignori dedit: prioris cauſam eſſe potiorem apparuit, ſi *i* non creditor ſecundus pretium ei, qui negotium geſſerat, ſoluiſſet: verùm in ea quantitate, quam ſoluiſſet, eiúſque vſuris, potiorem fore conſtaret: niſi fortè prior ei pecuniam offerat: quod ſi debitor *k* aliunde pecuniam ſoluiſſet, priorem præferendum.

2 ¶ Poſt diuiſionem regionibus *l* factam inter fratres conuenit, *vt, ſi frater agri portionem pro m indiuiſo pignori datam à creditore ſuo non liberaſſet, ex diuiſione quæſitæ partis partem dimidiam alter diſtraheret* n: pignus intelligi contractum exiſtimaui: ſed priorem ſecundo non eſſe potiorem: quoniam ſecundum pignus ad eam partem directum videbatur, quàm vltra *o* partem ſuam frater non conſentiente ſocio non potuit obligare.

Si ſatisfactum ſit priori creditori.

4. *Pomponius* lib. 55. ad Sabinum.

"SI" debitor, antequam à priore *p* creditore pignus liberaret, idem illud ob pecuniam creditam alij pignori dediſſet, &, antequàm vtrique creditori ſolueret debitum, rem aliam priori creditori vendiderat, creditúmque penſauerit *q* cum pretio rei venditæ, dicendum eſt, perinde haberi debere, ac ſi prior creditori pecunia ſoluta eſſet: nec enim intereſſe *r*, ſoluerit, an penſauerit, & ideo poſterioris *ſ* creditoris cauſa eſt potior.

De pecunia credita in rem conſeruandam, & de mercede.

5. *Vlpianus* lib. 3. Diſputationum.

a qui & Tertius commodius vocari poteſt: vt mox dicam.

b *l. 12. §. 1. inf. eo.* v. Cuiac. 11. *obſ.* 32. *in princ.* hoc loco quendam errorem Græcorum notantem.

c ſenſus eſt, pignora in obligatione nouante repetita, in eligi repetita cum priuilegio ordinis.

d Nouatione tollitur hypotheca & pignus *l. 18. inf. de nouat.* hac ſententia præmiſſa ſpeciem ita conſtituimus. Primus creditor quædam pignora à debitore accepit: pòſt paulò ab eodem, alia pignora nouatione interpoſita accepit, quæ debitor à Secundo (aut potius Tertio) quodam debitore liberauerat (vt Secundum pro Tertio accipiamus, nouum eſſe non debet. Nam & omnes nuptiæ poſt primas, & Tertiæ & quartæ, ſecundæ dici poſſunt, Azo, Cyn, Bart. *in rubr. de ſecund. nupt.* ſubſtitutiones omnes poſt primam, ſecundæ, Cuiac. *ad rub. de vulg.* Sic ſecunda electio, quæ Tertia, *c. Cleros 21. diſtinct.*) Nouatione ita facta, Secundus aliquis creditor pignora ea auocare Primo creditori ſtudet: & quidem ea, quæ à Tertio liberata fuerint, hac ratione quod ipſe Secundus ante tertium fuerit: Ea autem quæ Primus initio habuit, quòd per nouationem ea deſierint eſſe pignori, *d. l. 18.* nouationis enim interuentu ſuperioris temporis ordinem amiſiſſe: & ex priore poſteriorem factum. Quid iuris ſit? Superioris temporis ordo Primo creditori manet. Quomodo manet? quia tanquam in ſuum locum ſucceſſit, *vt hic, & l. 12. §. 5. inf. eodem.* Quomodo in locum ſuum? Si nouatione facta in Primi pignus ſucceſſiſſet quartus aliquis, vtique in locum primi ſuccederet, *d. l. 12. §. 9.* Si id nouando fieri potuit, & ius id adquiri quarto, cur non potuit ius idem per nouationem adquiri eidem Primo, quaſi in locum ſuum ſuccedenti, vt ordinem ſuum ſuámque prærogatiuam retineat nec amittat? An hoc ſit quod nominatim in ipſa nouatione cautum fuit, vt ne Primus creditor ſuperioris temporis ordinem amitteret: Ita putat Bart. Ego, etiam tacito intellectu id ita venire exiſtimo. Cum debitum ſimpliciter nouas, pignus quidem cenſetur liberatum, *d. l. 18.* Cum autem ita nouas, vt pignori, quod iam habes, pignus aliud accedat, tacito intellectu id videris egiſſe, vt non tantùm pignus primum tibi maneat, ſed vt cum ſua cauſa ac temporis prærogatiua, pignus tibi vtile ſit: ſtipulatur Secundus, vt in tuum pignus ſuccedat? ſtipulari ſanè intelligitur, vt in id pignus ſuccedat cum ſuo iure, cum ſua temporis prærogatiua. Stipularis nouatione facta, vt primis tuis pignoribus noua quædam accedant? videris non in tuum primum pignus tantùm ſucceſſiſſe, quod id expreſſè conuenit: ſed & in eius pignoris priuilegium: quaſi tacitè id conuenerit. Ita in hac ſpecie Primus creditor nouando, ius ac priuilegium ſuperioris temporis non amittit, *vt hic.* An poſterioris? quid enim ſi Tertij pignus accepit? ſic videtur: Nam cum lex ſuperioris temporis ordinem Primo creditori manere dicit, poſterioris temporis ei vtilem non eſſe ſatis innuit.

e Prædium mihi quæſitum per procuratorem meum, & ita mihi debitum, antequam mihi traditum eſſet. Primo pignori dedi: poſtquam traditum fuit, idem prædium alij puta ſecundo obligaui: quis potior in illo pignore? Primus. Quid ſi Secundus procuratori meo pretium numerauit, & ſic pretium prædij ſoluit? Secundus eo caſu & in quantitate & in vſuris potior eſt Primo: niſi fortè Primus Secundo pecuniam offerat.

f Pignorare rem nobis debitam etiam poſſumus.

g Ratio dubitandi hinc ſumi poteſt. Quia prædium, Primo creditori obligaui, cùm nondum meum eſſet, id eſt, debitum, nondum meum tamen obligaui.

h *ſub.* Titius. i Succedi non tantum in locum prioris creditoris, ſed & prioris domini hinc colligit Bartolus.

k *ſub.* Titius: idémque emptor prædij.

l Diuiſiones agrorum regionibus interdum fiebant: hoc autem caſu ita fit diuiſio, non vt plena ſit ac perfecta, ſed commodioris tantum culturæ gratia.

m Pars pro indiuiſo, intellectu iuris cernitur magis, quàm corpore aut oculis, parſque propriè eſt. Nam quæ pro diuiſo eſt, totum ſuum ac quoddam efficit: pars quæ antè fuit, nunc non eſt pars, ſed totum. adde *l. 7. in fin. inf. quib. modis pignus.*

n Ego & tu fundum communem pro indiuiſo fratres habebamus: partem tuam pro indiuiſo Titio obligaſti poſtea arbitro ſumpto, fundum illum regionibus diuiſimus, & inter nos placuit, vt ſi tu à Titio partem illam tuam non liberares, eam vendere poſſem: His verbis in tuam illam partem ius hypothecæ quæſiui. *verſ. pignus, inf. eod.* Cur? qui mihi partem tuam vendere permittis, eandem obligaſſe mihi eam in rem videris: Ex pacto ius vendendi conferente, contractum pignus intelligitur. *Burſel.* vt & ex facultate mihi conceſſa bona tua, authoritate mea, ingrediendi, vide Cremenſ *ſingul.* 2. Eritne Titius in illa parte me potior? Minimè, *verſ. ſed priorem.* Cur? quia partem mihi obligaſti, quam me inuito ei obligare non potuiſti. *verſ. quoniam. inf. eod.*

o vide *l. 2. C. comm. diuid. l. 2. C. ſi comm. res pignori.*

p *l. 15. §. vlt. in fin. ſupr. de pignor.*

q Solutum creditori cenſetur, ſi compenſandi crediti cauſa domus illi vendita ſit.

r Soluit qui compenſat.

ſ Liberato debitore à priore creditore, qui ſecundus ab eo eſt creditor, potior eſt.

INterdum *a* poſterior potior *b* eſt priori *c*: vtputà ſi in rem *d* iſtam conſeruandam *e* impenſum eſt *f*, quod ſequens credidit, velut ſi nauis *g* fuit obligata, & ad armandam *h* eam ‖ rem, ‖ vel reficiendam ego credidero.

6. *Idem* lib. 73. ad Edictum.

HVius enim pecunia ſaluam *i* fecit totius *k* pignoris cauſam: quod poterit quis admittere, & ſi in cibaria *l* nautarum fuerit creditum, ſine *m* quibus nauis ſalua peruenire non poterat.

1 ¶ Item, ſi quis in merces ‖ſibi‖ obligatas crediderit, vel vt ſaluæ *n* fiant, vel vt naulum *o* exſoluatur: potentior erit, licet poſterior ſit: nam & ipſum naulum potentius eſt.

2 ¶ Tantundem dicetur, & ſi merces horreorum, vel areæ vel vecturæ *p* iumentorum *q* debetur: nam & hic potentior erit.

De eo, ex cuius nummis res eſt comparata. 1. De re aliena, vni generaliter, alteri ſpecialiter, ſi debitoris fiet, obligata.

7. *Idem* lib. 3. Diſputationum.

IDémque *r* eſt, ſi ex nummis *ſ* pupilli *t* fuerit res comparata. Quare: ſi duorum pupillorum nummis res fuerit comparata, ambo *u* in pignus concurrent pro his portionibus quæ in pretium rei fuerint expenſæ. Quod ſi res non *x* in totum ex nummis cuiuſdam comparata eſt: erit concurſus vtriuſque creditoris: id eſt, & antiquioris, & eius, cuius nummis comparata eſt.

1 ¶ Si tibi, *quæ y habiturus ſum*, obligauerim, & Titio ſpecialiter fundum, *ſi a in dominium meum peruenerit*, mox dominium eius adquiſiero, putat Marcellus, concurrere *b* vtrumque creditorem ‖&‖ in pignore: non enim multum facit, quòd de ſuo nummos debitor dederit, quippe cum res ex nummis pignoratis empta, non *c* ſit *d* pignorata ob hoc ſolum, quòd pecunia pignorata erat.

De fiſco.

8. *Idem* lib. 7. Diſputationum.

SI *e* pignus ſpecialiter reſpublica *f* acceperit, dicendum eſt, præferri eam fiſco debere, ſi poſtea fiſco *g* debitor obligatus eſt: quia *h* & priuati *i* præferuntur.

De obligatione in diem. 1. Vel conditionali. 3. An priore pignore dimiſſo, ſequens confirmetur.

9. *Africanus* lib. 8. Quæſtionum.

QVi balneum ex *Kalendis proximis* k *conduxerat*, pactus erat, *vt homo Eros pignori locatori eſſet, donec* l *mercedes ſoluerentur*. Idem ante *m* Kalendas Iulias eundem Erotem alij ob pecuniam creditam pignori dedit: conſultus, an, aduerſus hunc creditorem petentem Erotem, locatorem Prætor *n* tueri deberet? reſpondit debere: licet enim eo tempore homo pignori datus eſſet, quo *o* nondum *p* quicquam pro conductione deberetur, quoniam *q* tamen iam tunc in ea cauſa Eros eſſe cœpiſſet, vt inuito locatore ius pignoris in eo ſolui non poſſet, potiorem eius *r* cauſam habendam.

1 ¶ Amplius *ſ* etiam ſub conditione creditorem tuendum putabat aduerſus eum, cui poſtea quicquam deberi cœperit, ſi modò non ea conditio ſit, quæ *t* inuito debitore impleri non poſſit.

2 ¶ Sed *u* etſi heres ob‖ea‖ legata, quæ ſub conditione data erant, de pignore rei ſuæ conueniſſet, & poſtea eadem ipſa pignora ob pecuniam creditam pignori dedit, ac pòſt conditio legatorum exſtitit, hic quoque tuendum eum, cui prius pignus datum eſſet, exiſtimauit.

3 ¶ Titia prædium alienum Titio pignori dedit, pòſt Mæuio: deinde domina eius pignoris facta *x*, marito ſuo in dotem æſtimatum *y* dedit: ſi Titio ſoluta ſit pecunia, non ideo magis Mæuij pignus conualeſcere placebat: tunc *z* enim priore dimiſſo *a*, ſequentis confirmatur pignus, cùm res in bonis debitoris inueniatur: in propoſito autem maritus emptoris *b* loco eſt: atque ideo, quia neque tunc, cùm Mæuio obligaretur, neque cùm Titio ſolueretur, in bonis mulieris fuerit, nullum tempus *c* inueniri, quo pignus Mæuij conualeſcere poſſit: hæc tamen ita, ſi bona *d* fide in dotem æſtimatum prædium maritus accepit, id eſt *e*, ſi ignorauit Mæuio obligatum eſſe *f*.

a id eſt non ſemper: vt hæc lex exceptio ſit regulæ, *Qui prior tempore, potior eſt iure*, *l. 3. C. qui potior, l. 15. C. de rei vindic. cap. qui prior. de reg. in 6.* Nam priuilegia nõ ex tempore ſemper, ſed ex cauſa æſtimantur, *l. 32. ſ. de reb. auct. iud.*

b id eſt, priuilegium exigendi habet. *l. 25. ſup. de reb. cred.* exigendo priuilegio vtitur, *l. 52. §. 10. ſup. pro ſocio*: vel vt *Nou. 97. c. 3.* de huiuſmodi creditoribus ait, κυριώτεροι κατεστήκασιν. Porro, priuilegium illud plura capita habet; vnum tacitæ hypothecæ, *l. 1. ſ. in quib. cauſ. pign.* alterum, vt anterioribus tempore perſonalem actionem habentibus, Mynſin. *obſ. 40.* tertium, vt expreſſam habentibus creditor præferatur. c Quid qui credidit in nauem reficiendam, éſtne potior dote anteriorem etiam expreſſam habente? Salicetus negat, vt & Iaſon *in l. creditor. ſ. de reb. credit.* Cynus contra; quod verius videtur. Nec enim hic tollitur priuilegium *l. Aßiduis. C. qui potiores.* Sed hoc caſu tantùm coërcetur. Deinde priuilegium noſtræ legis iure nouo quoque confirmatum eſt, *Nou. 97. c. 3.* Poſtremò cur hic non fruatur creditor priuilegio, cùm ſaluam totius pignoris dotalis cauſam fecerit? d qualemcunque. e rem conſeruat qui armat. *inf. eo. l. ſeq. l. 7. in prin. ſuprà de exerc.* (Huius enim vocis meminit ſepties, *d. l. 7.* negat tamen Antonius Mercator *4. not. 14. aduerſus Robert.* errare qui ſcribunt, eum qui ad refectionem domus pecuniam credidit, habere in ea re tacitam hypothecam) qui in cibaria credit, *l. 6. inf. eo.* qui reſtituit, *l. 25. ſ. de reb. cred. & l. 1. in quib. cauſ pign. l. 24. §. 1. inf. de reb. auth.* qui rem ſaluam facit, qui naulum, *l. 6. §. 1.* merces & vecturas rerum præſtat, *§. 2. ſ. eo.* cuius pecuniis debitor domum extruxit, *l. 1. ſuprà in quib. cauſ. pign.* nauis comparata, fabricata, reparata, domus ædificata, aut etiam emptus ager, *Nou. 97. c. 3.* Is ergo cuius pecunia emptus ager erit, cui comparatur is, qui nunc primum ad ædificandam domum debitori credit, hoc priuilegio vtetur, *d. cap. 3.* Imò, non vtetur, niſi ſpecialiter vel generaliter agrum obligatum habeat, *l. 7. C. de pign. l. 7. C. qui potior: Nou. 136. c. 3.* Illis autem verbis quid aliud innuitur, quam ei denegari tacitam hypothecam: cum is expreſſim, ſpecialiter aut generaliter hypothecam ſtipulari neceſſe habeat: denique minus priuilegij habere eum qui ad emendum agrum mutuum dederit, quam qui eius cauſam fecerit: & rurſus ædificationem, quam reædificationem.

f non igitur ſufficit neceſſariam eſſe refectionem, & noſſe pecuniam ſe nominatim in eam rem credere, *l. 7. ſ. de exercitoria*, ſed & eam impenſam eſſe re ipſa oportet, *vt hic.* (quamquam d. lex 7. videtur creditorem non adſtringere, vt probet pecuniam ad refectionem erogatam eſſe, ſed ei ſufficere ſi ſciat ſe credere in rem neceſſariam) Demus impenſam eſſe pecuniam in refectionem domus, quæ mox corruerit? Zaſius ad *d. l. 25. poſt gloſſ. in l. 1. ſ. de ceſſ. bon.* putat exigi domus vt reficienda duret: ceſſare hoc priuilegium ſi domus non exciterit: adeo vt talis creditor priuilegium non habeat in area ædificij, vt liberè dicam quod ſentio: Videô eum qui mutuum dederit ad refectionem domus negotium creditoris egiſſe, *l. 6. inf eo.* negotiorum autem geſtori ſufficere, vt vtiliter negotium cœptum ſit, licet effectum non habuerit, *l. 10. §. 1. l. 12. in fin. l. 22. in fin. ſ. de neg.* ad hæc, creditores minus eſſe fauorabiles ipſis minoribus, quos tamen certum ſit aduerſus creditorem non reſtitui, cuius pecunia ſeruum neceſſarium emerint, licèt poſtea mortuus ſit ſeruus, *l. 11. §. 4. ſup. de minor.* Demus te ampliorem ſummam crediſſe, quàm ad refectionem neceſſaria erat. Idem Zaſius *ibid. n. 7.* tradit, in ſumma excurrente ceſſare hoc priuilegium.

g Nauis ædificatori priuilegium datur, *Vlp. 3. §. 6. Nou. 97. cap. 3.*

h Nauem ad armandam qui credit, priuilegium exigendi habet, *vt hic, l. 34. ſ. de reb. auct. iud.* vt & qui in nauem extruendam, inſtruendam, fabricandam, *d. l. 34. & l. 26. ſ. de rebus author. iud.* reficiendam & conſeruandam, *vt hic.* id vtilitati publicæ datur. i Saluam feciſſe totius pignoris cauſam, cauſam priuilegij exigendi inducit, *vt hic, §. 1. ſ. eod.*

k id eſt, omnium creditorum.

l Cibariorum cauſa priuilegiata eſt. Cibaria qui nautæ neceſſaria credidit, priuilegium exigendi habet, *vt hic.*

m Cibaria non omnia priuilegium merentur, ſed neceſſaria tantùm.

n dixi *in prin. huius legis.* o Naulum qui ſoluit pro mercibus alienis, priuilegium exigendi in illis mercibus habet, *vt hic.* Naulum autem ex naui; vt operæ ex ſeruis vecturæ ex iumentis & nauigiis: penſiones ex vrbanis ædificiis, *l. 39. §. 1. inf. de leg. 1* mercedes ex ruſticis, *l. 29. ſ. de her. pet* horreis, & area, *vt hic.*

p hinc colligit Cuiac. *9. obſ. 8.* vectori merces, quas conduxit vehendas, pro vectura tacito iure obligatas eſſe: *l. 6. in fin. ſup. ad exhib. l. 3. in quibus cauſ pign.*

q Vecturæ ſunt iumentorum, *vt hic. & l. 39. §. 1. inf. de legat. 1.* nauis, *l. 19. §. 7. ſ. locati*, vtriuſque *l. 29. ſuprà de hered. pet.*

r Pignus tacitè pupillus habet in re comparata eius pecunia, *vt hic.* Imò non habet, *l. quamuis 17. C. de pign.* Speciale eſt in pupillo. Imò idem eſt in maiore, *l. licet 7. C. qui potiores: Nou. 97. §. Conſequens.* Idem eſt ſi modò id ita conuentum nominatim. Atqui pupillus obligatam non habere videtur eam rem, ſed iure ſuo ac propriam ſeu domini, *l. ſi vt proponis 8. C. de rei vindic. l. 1. l. 2. C. quando ex facto tutoris: l. ſi Curator 3. C. arbitrium tutelæ.* Propriè non eſt pupilli, ſed vtiliter cùm eam poſſit auocare per hypothecam. ſ *l. 3. inf. de rebus eor.*

t quin & cuiuſuis, *l. 17. C. de pign.* ſi modò ſpecialiter vel generaliter rem huiuſmodi obligatam habet.

u Pari iure cenſentur & æqualiter in pignus admittuntur æquo iure priuilegiati.

x Pupillus in re ſuis nummis comparata pro ea parte priuilegium habet, pro qua pecuniam contulit, nec enim fruitur priuilegio in alterius iacturam.

y vide *l. 15. in prin. ſuprà de pignoribus.*

a *l. pen. in fin. ſup. de pign.*

b Imo non concurrunt. *l. 2. ſup. eod.* Non concurrunt, ſi diuerſis temporibus res fuerint eis obligatæ: Illo enim caſu, prior tempore, potior eſt iure, *d. l. 2. l. vlt ſ. l. hac edictali 6. §. omnibus 2. C. de ſecund. nupt. l. in rebus 30. C. de iure dot.* & ita reiecta ſecunda opinione Accurſij, tenet Bart. & Bald hic, & *in l. ſi is qui. inf. de iure fiſci.*

c *v. l. 48. in fin. inf. de furtis.*

d nunc ſit pignorata &c. *Hal*

e Hypothecam ſpecialem expreſſam habens prioré tempore, potior eſt poſteriore habente expreſſam & tacitam.

f Prior in tempore priuatus, vel reſpub. præfertur fiſco in iure. Bart. *l. 3. C. eod. l. 2. C. de priuil. fiſci.*

g vel reipublicæ, *l. 3. C. de remiſſ. pign.*

h In re publica multo magis locum habet, quod in priuato obtinet.

i Pignus antiquius & ſpeciale priuatus habens, præfertur etiam fiſco. vide quæ notaui ad *l. 34. ſ. de reb. auct. ind.*

k Kalendis Iulijs; Græci ita legunt (interim vide quæ notaui ad *l. 41. ſ. de contrah. empt.*) Hunc diem Politianus fuiſſe ſolennem inchoandis locationibus & mercedibus exſoluendis notat. vellem addidiſſet & Kalendas Martias: quod conſtat ex *l. 58. ſuprà de vſufr. 1. Macr. 12.* menſe Martio mercedes exſoluebant magiſtris, quas completus annus deberi feciſſet. Cuiac. *8. ad Afric.*

l Primus creditor in diem vel ſub conditione, quo inuito tenere poteſt contractus, præfertur ſecundo purè credenti. vnde notant conditionem caſualem vel mixtam retrotrahi poſſe: at non poteſtatiuam: quæ in poteſtate ſit debitoris, *vt hic, §. 1. infrà eodem.*

m id eſt, ante diem locationis, cùm nondum quidquam deberetur propter locationem. Pignus enim præcedere obligationem poteſt.

n nam ex pacto pignoris, etiam facto ex interuallo, id eſt, ex hypotheca iure prætorio datur actio, *l. 17. §. 2. ſup. de pact. l. 23. C. de pign.*

o Pignori res eſſe poteſt etiam eo tempore quo nihil dum debetur.

p Penſionem in fine anni ſoluendam eſſe, hinc colligunt. adde *l. 19. §. 6. ſuprà locati.*

q vide quæ ſcripſi ad *l. 1. ſup eod & l. pen. ſup. tit. prox.*

r locatoris ſcilicet, cui pignus rectè ab initio conſtitutum fuit, licèt nondum cœpiſſet quidquam deberi ex locato & conducto: & adiicit Azo rectè, *vt peti poſſit*, quippe nata ſtatim erat obligatio, ſed non actio. Cuiac. *ibid.*

ſ *l. 11. §. 1. inf eod.* notanda eſt gradatio. Non tantum eſt potior locator, cui ante diem primum locationis pignori res obligata eſt (licèt ante eum diem alij eadem obligata ſit credenti pecuniam purè, *hac l. in princip.*) ſed etiam ſtipulator conditionalis (cui pendente conditione pignus obligatum eſt) *vt hic.* & non tantùm ſtipulator conditionalis, ſed etiam legatarius conditionalis, *vt §. 2. infra.* Cuiac. *ibid.*

t id eſt, ſi modo ſit conditio neceſſaria, non voluntaria, *Alberic.* dixi initio *huius legis, & l. 1. ſuprà eod.*

u Legatorum ſub conditione nomine pignus dedi legatario Idem pignus, poſtea ſecundo meo creditori dedi: Quis potior? Legatarius potior fuerit in eo pignore: vbi conditio legati extiterit, *vt hic* Conditio caſualis vel mixta retro facile trahi poteſt: at non poteſtatiua, vt paulò ante diximus.

x conualuit hoc modo pignus vtriuſque, adquiſitione dominij: etiam poſterius. Nam quod valeret ab initio, ſi res fuiſſet debitoris, conualeſcit poſtea ſi res eiuſdem facta ſit, Cuiac. *ibid.* y id eſt, marito quaſi vendidit, maritum eius pignoris dominum fecit, nam æſtimatio venditionem facit.

z Pignus ſecundo creditori tum demum prodeſſe incipit, quoties dimiſſo primo creditore, pignus in debitoris bonis fuit

a id accidit ſiue debitor ei ſoluerit, ſiue poſterior creditor obtulerit, obſignauerit, depoſuerit debitam pecuniam, *l. 4. l. 11. in fin. inf. eod. l. 10. C. eod.*

b Æſtimatam rem qui accipit, emptoris loco eſt, *l. 10. C. de iure dotium.*

c id eſt, non valuit quo tempore contractum eſt: non conualuit quo tempore dimiſſus eſt Titius: quia & hoc & illo tempore res fuit aliena: at fortè medio tempore? ne tum quidem: quia & res aliena erat, & Titius prior erat. Cuiacius ibidem.

d Quid ſi mala fide? non videtur melior qui ſic poſſidere deſiit, *cap. pro poſſeſſore extr. de regul. iuris*, & ita poſt Richardum Malumbram notat Bartolus hic.

e Ignorans bonam fidem habere, ſeu bonæ fidei eſſe intelligitur.

f alias ſcilicet in maritum agetur: ſi dolo malo egit cum muliere, vt res æſtimaretur fraudandi ſecundi creditoris cauſa. *Cuiac. ibidem.*

De præterito

SGCB2021

De prætorio pignore.

10. *Vlpianus* lib. 1. Reſponſorum.

SI & iure iudicatum, & pignus in cauſa iudicati ex auctoritate eius, qui iubere potuit, captum eſt, priuilegiis *a* temporis fore potiorem heredem *b* eius, in cuius perſona pignus conſtitutum *c* eſt.

Si alter prius credidit, alter prius conuenit de hypotheca. 1. De ſtipulatione conditionali. 2. De inductis in fundum. 3. De re futura. 4. Si poſterior creditor priori ſoluere paratus ſit.

11. *Gaius* lib. ſingulari de formula hypothecaria.

POtior eſt in pignore, qui prius *d* credidit pecuniam, & accepit hypothecam, quamuis cum alio ante conuenerat, *vt ſi ab eo pecuniam acceperit, ſit res obligata*: licèt ab hoc poſtea accepit: poterat *e* enim, licet ante conuenit, non accipere ab eo pecuniam.

1 ¶ Videamus, an idem dicendum ſit, ſi ſub conditione ſtipulatione facta, hypotheca data ſit; qua pendente alius credidit pure, & accepit eandem hypothecam, tunc deinde prioris ſtipulationis exiſtat conditio, vt potior ſit, qui poſtea credidiſſet? Sed vereor num hic aliud ſit dicendum: cùm enim ſemel conditio exiſtit, perinde habetur, ac *g* ſi illo tempore, quo ſtipulatio interpoſita eſt, ſine conditione facta eſſet: quod & melius eſt.

2 ¶ Si colonus conuenit, *vt inducta in fundum, illata, ibi nata pignori eſſent*, &, antequam inducat, alij rem hypothecæ nomine obligauerit, tunc deinde eam in fundum induxerit, potior erit, qui ſpecialiter purè accepit, quia non *h* ex conuentione *i* priori obligatur, ſed *k* ex eo, quòd inducta res eſt. quod poſterius factum eſt.

3 ¶ Si *l* de futura *m* re conuenerit, vt hypothecæ ſit, ſicuti eſt de partu, hoc quæritur an ancilla conuentionis tempore in *n* bonis fuit debitoris *o*, & in fructibus *p*: ſi conuenit vt ſint pignori, æquè quæritur an fundus *q*, vel ius *r* vtendi, fruendi conuentionis tempore fuerit debitoris.

4 ¶ Si paratus *ſ* eſt poſterior creditor *t* priori creditori ſoluere, quod ei debetur, videndum eſt, an competat ei hypothecaria actio, nolente priori creditore pecuniam accipere *u*. Et dicimus, priori creditori inutilem eſſe actionem, cùm *x* per eum fiat, ne ei pecunia ſoluatur.

De actione, exceptione, & replicatione quæ dantur priori creditori contra ſecundum. Si ſecundus cum alio poſſeſſore agat. 1. Si poſſeſſor litis æſtimationem ſoluerit priori creditori. 2. Si primus creditor poſt ſecundum, aut in diem ante ſecundum, hypothecam accepit. 3. De eo qui ante & poſt ſecundum credidit. 4. Si voluntate primi hypotheca obligetur ſecundo. 5. De nouatione. 6. De iure ſecundi creditoris in pignore aduerſus debitorem. 7. De ſecunda hypotheca ſimpliciter contracta. 8. De tertio ſuccedente in locum primi. 10. Si ſecundus pactus ſit de hypotheca vendenda, vel pignus ei traditum ſit.

12. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariã.

CReditor, qui prior hypothecam accepit, ſiue poſſideat eam, & alius vindicet hypothecaria actione, exceptio *y* priori vtilis eſt, *ſi z non mihi ante pignori a hypothecave nomine ſit res obligata*. ſiue, alio poſſidente, prior creditor vindicet hypothecaria actione, & ille excipiat, *ſi non conuenit, vt ſibi res ſit obligata*: hic in modũ ſupre relatum replicavit *b*. Sed ſi cum alio poſſeſſore creditor ſecundus agat, rectè aget, & adiudicari *c* ei poterit hypotheca; vt tamen prior cum eo *d* agendo auferat ei rem.

1 ¶ Si, quoniam *e* non reſtituebat *f* rem pignoratã poſſeſſor, condemnatus ex præfatis modis litis æſtimationem *g* exſoluerit *h*, an perinde ſecundo creditori teneatur, ac ſi ſoluta ſit pecunia priori creditori, quæritur? & rectè puto hoc admittendum eſſe.

2 ¶ Si primus, qui ſine *i* hypotheca credidit poſt ſecundum *k*, quia vtrunque *l* fecit, "ipſe" hypothecam accepit, ſine dubio poſterior in hypotheca eſt. vnde ſi in diem *b* de hypotheca conuenit, dubium non eſt, quin potior ſit: licet ante diem cum alio creditore purè de eadem re conuenit.

3 ¶ Si idem *c* bis *d*, id eſt ante ſecundum, & poſt eum crediderit, in priore pecunia potior eſt ſecundo, in poſteriore tertius eſt.

4 ¶ Si tecum *e* de hypotheca paciſcatur debitor, deinde "idem" cum alio tua voluntate *f*, ſecundus potior erit. pecunia autem ſoluta ſecundo, an rurſus teneatur tibi, rectè quæritur? Erit autem facti quæſtio agitanda: quid *g* inter eos actum ſit: vtrum vt diſcedatur ab hypotheca in totum, (cùm) prior conceſſit "creditor," alij obligari hypothecam: an vt ordo ſeruetur, & prior creditor ſecundo loco conſtituatur.

5 ¶ Papinianus libro vndecimo reſpondit.

SI prior *h* creditor poſtea nouatione *i* facta eadem pignora cum aliis accepit: in ſuum *k* locum eum ſuccedere *l*. ſed ſi ſecundus non offerat pecuniam, poſſe priorem vendere, vt primam tantùm pecuniam expenſam ferat, non etiam quam poſtea credidit, & quod ſuperfluum ex anteriore credito accepit, hoc ſecundo reſtituat.

6 ¶ Sciendum eſt, ſecundo *m* creditori rem teneri etiam inuito debitore, tam in ſuum debitum, quàm in primi creditoris *n*, & in vſuras ſuas, & quas primo creditori ſoluit. Sed tamen vſurarum, quas creditori primo ſoluit, vſuras non conſequetur. non enim negotium alterius geſsit; ſed *o* magis ſuum. & ita Papinianus libro tertio Reſponſorum ſcripſit, & verum eſt.

7 ¶ Si ſimpliciter conueniſſet ſecundus creditor de hypotheca, ab omni poſſeſſore eam auferre *p* poterit *q*, præter *r* priorem creditorem, & qui ab eo *ſ* emit.

8 ¶ A Titio mutuatus, pactus eſt cum illo, *vt ei prædium ſuum pignori hypothecæve eſſet*. deinde mutuatus eſt pecuniam à Mæuio, & pactus eſt cum eo *vt t, ſi Titio deſierit prædium teneri, ei teneatur*. Tertius deinde aliquis dat mutuam pecuniam "tibi," *vt Titio ſolueres*, & paciſcitur "tecum", *vt idem prædium ei pignori hypothecæve ſit, & locum eius ſubeat.* num hic medius tertio potior eſt, qui pactus eſt, vt Titio ſoluta pecunia, impleatur conditio *u*, & tertius *x* de ſua negligentia *y* queri debeat. Sed tamen & hic tertius creditor ſecundo præferendus eſt.

9 ¶ Si tertius creditor pignora ſua diſtrahi permittit *a* ad hoc, vt priori pecunia ſoluta, in aliud pignus priori ſuccedat, ſucceſſurum eum Papinianus lib. 11. Reſponſorum ſcripſit. & omnino ſecundus creditor nihil aliud iuris habet, niſi vt ſoluat priori, & loco eius ſuccedat.

10 ¶ Si *b* priori hypotheca obligata ſit, nihil *c* verò de venditione conuenerit, poſterior verò de hypotheca vendenda conuenerit, verius eſt priorem potiorem eſſe. Nam "&" in pignore placet, ſi prior conuenerit de pignore, licèt poſteriori res tradatur, adhuc potiorem *d* eſſe priorem.

De venditione inſulæ, & rebus inquilini.

13. *Paulus* lib. 5. ad Plautium.

INſulam *e* tibi vendidi, & dixi, *prioris anni penſionem mihi, ſequentium tibi acceſſuram, pignorumque ab inquilino datorum ius, vtrumque ſecuturum.* Nerua, Proculus, niſi ad vtramque penſionem pignora ſufficerent, ius omnium pignorum primùm ad me pertinere, quia nihil apertè dictum eſſet, an communiter ex omnibus pignoribus ſumma pro rata ſeruetur: ſi quid ſupereſſet, ad te. *Paulus* Facti *f* quæſtio eſt. ſed veriſimile *g* eſt id actum *h*.

a de priuilegiis quædam hoc eodem libro Vlpianus retulit, vt apparet ex *l. 33. ∂. de iure fiſci.*
b Decretum primum in heredem tranſire hinc colligit Baldus.
c Hanc ſententiam huic legi Fornerius attribuit 2. *ſelect.* 7. Is eiuſve heres, cui pignus à debitore conſtitutum eſt (hoc enim verbum ad cõuentionale, non ad iudiciale pignus referri debet) ei, qui poſtea authoritate magiſtratus in rem venit, & eam cœpit pro pignore poſsidere, præfertur. Sed Cuiac. 9. *obſer.* 37. ait hic innui in iudiciali pignore eum potiorem eſſe, cuius nomine prius captum eſt pignus ex cauſa iudicati: in Prætorio ſecus: cum miſsio illa proficiat omnibus poſsidere: & hoc genus pignoris in rem & generaliter omnium creditorum cauſa conſtituatur, illud in perſonam.
d Prior tempore, potior in pignore, *l. 1. 2. 3. 4. 8. C. eo. l. 8. C. vt in poſſ. leg. l. 2. C. de priuileg. fiſci.*
e *l. 30. ∂. de reb. cred.*
f *v. l. 9. §. 1. ∂. eo.*
g Conditio exiſtens retrotrahitur ad tempus contractus.
h Tacitum pignus & ex conuentione pignus, opponuntur: Tacitum enim eſt, quod ex inducto venit, *vt hic. & l. item quia 4. ∂. de pactis.*
i *ſub.* loca.
k *l. 5. C. locati.*
l Pignus futuræ rei quoties datur, hoc ſemper priore loco quæritur, an res ipſa principaliter rei futuræ, tum fuerit in bonis debitoris pignus conſtituentis: verbi gratia: Quoties quæritur, an partus ancillæ & fructus fundi rectè pignoratus ſit, id ſpectare ſolemus, num tempore cõtracti pignoris ancilla vel fundus fuerint in bonis debitoris. Eſt enim ancilla, res principalis ex qua partus: fundus, ex quo fructus.
m *v. l. 1. ∂. de pign.*
n *v. l. 3. ∂. de pign.* o quia tum tenet obligatio.
p *ſub.* futuris.
q cuius fructus futuri ſunt obligati.
r in bonis rem habere vſufructuarius intelligitur. ſ cum effectu, puta ſi pecuniam debitam offert, *l. 10. C. eo.* ſi conſignat, ſi deponit, *l. 20. C. de pign. l. 19. C. de vſuris.*
t *ſub.* poſsidens pignus.
u ſcilicet *l. qui pecuniam 30. ∂. de rebus creditis.* x *l. 20. §. 2. ∂. de pignoratitia l. 3. C. de luit. pign.*
y Prior creditor vincit ſecundum agendo, excipiendo, & replicando.
z Formulam exceptionis hypothecariæ obſerua.
a *al.* pignoris.
b *ſub.* de proprietate ſuæ obligationis.
c i. pronuntiari rem ſibi obligatam eſſe, & poſſeſsionem reſtituendam. *Bart.*
d ſcil. auocante.
e *al.* ſi quando: & ita legit Baldus, & Albericus.
f *l. 16. §. 3. l. 21. in fin. ∂. de pign.*
g Soluta litis æſtimatione priori creditori, ius prioris creditoris reſoluitur: & confirmatur ius ſecundi: ac ſi debitor debitum ſoluiſſet.
h *ſub.* priori creditori, & retinuit rem obligatam.
i Hypothecarius potior eo eſt qui de debito tantùm cum aduerſario conuenit, vt ne tempus obligationis contractæ ſpectamus, ſed hypothecæ.
k *ſub.* qui accepit idem pignus.
l *id eſt*, ſub hypotheca credidit.

a *ſub.* eandem.
b *l. 11. §. 1. ∂. eo.*
c Prior & poſterior ſe ipſo, vario reſpectu, quis in credendo eſſe poteſt. Verbi gratia ante Secundum Titio credidi, eidem Titio poſt eundem Secundum quoque aliam ſummam credidi: in priori pecunia ſum ante Secundum: in poſteriore, poſt Secundum. Hoc eſt in priore primus, in poſteriore tertius.
d *vt l. 20. ∂. eo.*
e Si voluntate Titij prioris creditoris tui, alteri, puta Mæuio, pignus obligaſti: quod ad Titium, hypotheca inutilis eſt; quòd ſi poſt hæc Sempronio & Gaio rem obligaſti, ac Mæuio ſolueris, num in Titij perſona pignus antiquum euaneſcit? primùm inſpiciendum eſt, quid actum ſit, *vt hic* ſi id non appareat, Titius videtur in totum pignoris ius remiſiſſe. *Bartolus.* Quid ſi Mæuio ſecundo tuo creditori, ſine conſenſu Titij prioris creditoris, Sempronio verò tertio creditori Titij conſenſu rem obligaſti, an Titius poſtponendus Mæuio? in dubio quibuſdam ita videtur, arg. *l. 11. infr. quibus mod. pign.* in quo tamen ſubſiſto.
f *l. 9. in fi. infr. quib. mod. pign.*
g Quid actum hoc caſu videtur? In dubio videtur totum remittere: Accurſius *hic, & l. 2. C. de remiſſ. pignor.* cuius tamen contrarium notat Paulus *l. 12. inf. quib. mod. pign.* Prior ſententia verior: excepto caſu *l. iubemus. 20. C. ad Velleian.* Ita voluntas prioris creditoris, vt obligetur res ſecundo, præiudicium ei facit aduerſus ſecundum.
h *l. 4. infr. de diſtr. pign.*

i Nouatione obligatio mutatur, ſuperioris temporis ordo non mutatur *Cuiac. 11. obſ. 23.* adde *l. 3. ∂. eo.* Ius ac priuilegium exigendi locum habet in obligatione nouante.
k *vt l. 3. ∂. eo.* l cum priuilegio exigendi. m Pignus ſecundo creditori tenetur quoties primo creditori debitum ſoluit: tenetur, inquam, non modo ſortis, ſed & vſurarum nomine, quæ à primo ei debitæ fuerint.
n *v. l. 22. C. de pign.* o *v. l. 58. §. 2. ∂. ad Treb.* p i. non conſentiente primo creditore, quia ſi conſenſiſſet primus, ſecundus poſſet rem ei hypothecaria auocare.
q Cur? hypothecaria eſt in rem *l. 37. ∂. de pign.* r Secundus creditor primus eſt ante tertios, quartos, & deinceps: ac non ante primum, & eum qui à primo emptore comparauit.
ſ *v. l. 2. ∂. de ceſſ. bon.* t Tertius creditor ſecundo potior, quoties ſuccedit in locum primi.
u *ſub.* obligationis. x qui ſucceſsit in locum primi. y i. ei imputatur quod non de ſtatu prædij inquiſiuit diligentius, *vt l. 19. inf. de reg. iur. Bart.* z quia eius pecunia pignus ab anteriore creditore liberatum fuit, *l. 16 inf. eo.*
a Permittens pignus ſuum vendi, vt primo creditori ſatisfiat, perinde habetur ac ſi ipſe eidem ſoluiſſet, ideoque prioris in creditoris locum ſuccedit. b Primus ſecundo potior eſt, etiamſi ius vendendi non habeat, ſecundus habeat: Ita eo caſu primus ſecundum prohibebit vendere volentem.
c nam quoties duobus in ſolidum prædium diſtrahitur, cui prius id traditum eſt, in dominio eſt potior, *l. 15. C. de rei vind.*
d ideoque prior poſteriorem creditorem impedire poteſt, ne pignus vendat, licèt ipſe quantumuis prior vendere non poſsit.
e *ſub.* ante locatam pro annua penſione.
f *v. l. 24. inf. de reg. iur.* g *v. l. 114. inf. de ver. ſign.* verba non interpretantur aduerſus proferentem, quotiens præſumptio aut coniectura quædam pro eo facit.
h Conuentio, *vt pignora pertineant ad vtrumque*, intelligitur eo ordine quo ſolui debitum principale debet. *Bart.* quod cum ſit, verba pro venditore hic interpretamur contra *l. 39. ∂. de pact. l. 21. ∂. de contrah. empt.*

vt primam a quamque b penſionem pignorum cauſa ſequatur.

Si duo à non domino, vel à non dominis pignori acceperint.

14. *Idem* lib. 14. ex Plautium.

SI non c dominus duobus eandem rem diuerſis temporibus pignorauerit, prior potior d eſt, quamuis ſi à diuerſis non dominis pignus accipiamus, poſſeſſor e melior ſit.

De ſuperficie.

15. *Idem* libro 68. ad Edictum.

ETiam ſuperficies f in alieno g ſolo poſita, pignori dari poteſt: ita tamen, vt prior cauſa ſit domini ſoli, ſi non ſoluatur ei ſolarium h.

Si primus creditor à tertio ſuperetur.

16. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

CLaudius Felix eundem fundum tribus i obligauerat k, Eutychianæ primùm, deinde Turboni, tertio loco alij creditori. cum Eutychiana de iure ſuo doceret; ſuperata l apud iudicem à tertio creditore, non prouocauerat. Turbo apud alium "iudicem" victus appellauerat. quærebatur, vtrum tertius creditor etiam Turbonem ſuperare deberet, qui m primam creditricem, an, ea remota, Turbo tertium excluderet. Planè n cùm tertius creditor primum de ſua pecunia dimiſit, in o locum eius ſubſtituitur in ea quantitate, quam ſuperiori exſoluit. fuerunt igitur qui dicerent, hic quoque tertium creditorem potiorem eſſe debere: mihi nequaquam hoc iuſtum eſſe videbatur.

¶ Pone, primam creditricem iudicio conueniſſe p tertium creditorem, & exceptione q, alióvequo r modo à tertio ſuperatam: numquid aduerſus Turbonem, qui ſecundo loco crediderat, tertius creditor, qui primam vicit, exceptione rei iudicatæ vti poteſt? aut contra, ſi poſt primum iudicium, in quo prima creditrix ſuperata eſt à tertio creditore, ſecundus creditor tertium obtinuerit, poterit vti exceptione rei iudicatæ ſ aduerſus "primam" "creditricem"? Nullo modo, vt opinor. Igitur nec tertius creditor ſucceſſit in eius locum, quem excluſit. *nec inter t alios res iudicata alij prodeſſe, aut nocere ſolet.* ſed u ſine x præiudicio prioris y ſententiæ totum ius alij creditori integrum relinquitur.

Si ſecundus creditor emat prædium pigneratum.

17. *Idem* lib. 6. Reſponſorum.

"EVm" qui à debitore "ſuo" prædium obligatum comparauit z, eatenus a tuendum, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia peruenit.

De vſuris priori creditori debitis.

18. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

LVcius Titius pecuniam mutuam dedit ſub vſuris, acceptis pignoribus, eidéque debitori Mæuius ſub iiſdem pignoribus pecuniam dedit. Quæro, an Titius non b tantùm ſortis, & earum vſurarum nomine, quæ acceſſerunt, antequàm Mæuius crederet, ſed etiam earum, quæ poſtea acceſſerunt c, potior eſſet? Reſpondit, Lucium Titium in omne quod ei debetur, potiorem eſſe.

Si poſſeſſor creditori offerat, & petat ius nominis ſibi cedi.

19. *Idem* lib. 5. Reſponſorum.

MVlier in dotem dedit marito prædium pignori obligatum d & teſtamento maritum, & liberos ex eo natos, item ex alio e heredes inſtituit. creditor, cùm poſſet heredes conuenire f idoneos, ad fundum g venit, quæro, an, ſi ei iuſtus a poſſeſſor offerat b, compellendus ſit ius nominis cedere c? Reſpondi, poſſe videri non iniuſtum poſtulare.

De hypotheca primùm ſecundo, deinde primo obligata.

20. *Tryphoninus* lib. 8. Diſputationum.

QVærebatur, ſi poſt primum contractum tuum, antequàm aliam pecuniam tu crederes, eidem debitori Seius crediſſet quinquaginta, & hyperocham d huius rei, quæ tibi pignori data eſſet, debitor obligaſſet. dehinc tu eidem debitori crederes fortè quadraginta: quod plus eſt in pretio rei, quam primo crediſti, vtrum ei ob quinquaginta, an tibi in quadraginta cederet pignoris hyperocha? finge Seium paratum eſſe offerre tibi ſummam primo ordine creditam. Dixi conſequens eſſe, vt Seius potior ſit in eo, quod amplius eſt in pignore. & oblata e ab eo ſumma primo ordine credita, vſurarúmque eius, poſtponatur primus creditor in ſummam, quam poſtea eidem debitori credidit.

De nouatione, & de fiſco. 1. De conductione horreorum Cæſaris.

21. *Scæuola* libro 27. Digeſtorum.

TItius Seiæ ob ſummam qua ex tutela f ei condemnatus erat, obligauit pignori omnia bona ſua, quæ habebat, quæque habiturus eſſet: poſtea mutuatus a fiſco pecuniam, pignori ei res ſuas omnes obligauit, & intulit Seiæ partem debiti, & reliquam ſummam, nouatione facta, eidem promiſit, in qua obligatione ſimiliter, vt ſupra, de pignore conuenit. Quæſitum eſt, an Seia præferenda ſit fiſco, & in illis rebus, quas Titius tempore prioris obligationis habuit: item g in his rebus quas poſt priorem obligationem adquiſiit, donec vniuerſum debitum ſuum conſequatur? reſpondit, nihil proponi, cur non h ſit præferenda.

1 ¶ Negotiatori i marmorum creditor ſub pignore lapidum, quorum pretia venditores k ex pecunia creditoris acceperant, numerauit. idem debitor conductor horreorum Cæſaris l fuit, ob quorum penſiones aliquot annis non ſolutas, Procurator exactioni præpoſitus, ad lapidum venditionem officium m ſuum extendit. Quæſitum eſt, an n iure pignoris eos creditor retinere poſſit? Reſpondit ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe.

DE DISTRACTIONE o PIGNORVM, & hypothecarum.

TIT. V.

De eo qui prior eſt in ſpeciali, & poſterior in generali hypotheca.

Papinianus lib. 26. Quæſtionum.

CReditor, qui prædia pignori accepit p, & poſt alium creditorem, qui pignorum conuentionem ad bona debitoris contulit, ipſe quoque ſimile pactum bonorum q, ob alium, aut eundem r contractum interpoſuit. ante ſecundum creditorem dimiſſum ſ, nullo iure cætera t bona u titulo x pignoris vendidit y, ſed ob eam rem in perſonam actio contra eum creditori, qui pignora ſua requirit, non competit z: nec vtilis danda eſt, nec furti rerum a mobilium gratia rectè conuenietur: quia propriam cauſam, ordinis errore ductus b perſecutus videtur: præſertim cùm alter c creditor furto poſſeſſionem d, quæ non fuit apud eum, non amiſerit. ad exhibendum quoque fruſtra litem excipiet: quia e neque poſſidet, neque dolo fecit vt deſineret poſſidere: ſequitur, vt ſecundus creditor poſſeſſores interpellare debeat f.

De fideiuſſore qui emptionis titulo ſuſcepit prædium pigneratum.

a Pignora primo cedunt in primam penſionem, deinde in ſecundam, non autem in vtramque. Ita ordo penſionarum trahit ſecum ordinem hypothecæ. Hinc etiam notant Regulam, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, locum in tacitis etiam hypothecis habere.

b primam quoque *Hal.*

c Atqui rei alienæ obligatio non valet? Hic dominus quidem non erat, ſed habebat Publicianam, *l. ſi ab eo, ſ. de pign.* Quod in Publiciana ſtatuitur, idem in hypothecaria ſtatuitur.

d Imò non eſt potior, *l. 9. §. 4. ſup. de Publician.*

e *l. 15. in fi. C. de vind.*

f Superficies eſt quod ſupra ſoli faciem eſt: puta vinea, planta *l. 15. ſup. de ſeru. ruſtic.* ædificium *l. 23. inf. de vſucap. l. 13. §. 3. ſ. de pignor. l. 16. ſup. de pign. act.* Ita ſuperficiarius ius ſuũ, hoc eſt, ſuperficiem pignori obligare poteſt, *vt hic. & d. l. 12. & 13.* Datur enim ſuperficiario actio in rem *l. 73. l. 74. l. 75. ſup. de rei vind. l. 1. §. 6. inf. de ſuperficiebus,* & interdictum, *d. l. 1. §. 2.*

g Superficiem pignori dari non poſſe, hinc argumentum duci poterat. Nam ſuperficies in alieno ſolo poſita, *vt hic,* ſoli pars eſt, vt area. ſolum autem ſine ſuperficie, nec ſuperficies ſine ſolo poteſt vſucapi, *l. 26. inf. de vſucap. l. 44. §. 1. ſ. de obl.* ergo nec pignori dari.

h *l. 1. §. 14. ſ. ne quid in loco publico.* melius quàm *in l. 7. §. 2. in fin. ſ. de vſufr.* ſolarium. adde *l. 39. §. 5. ſ. de leg. 1.* Solarium Græci ποτιακ[illegible] dicitur merces χον, quod & locarium. Locarium Varroni 4. *de lingua, circa pr.* quæ datur ab eo, qui locum, in quo conſiſtit, in taberna, vel ſtabulo conduxit: ad de & in naui, vt *l. 2. in fin. ſ de leg. Rhod.* Græci enim vocant προθυέιον κέρδος, v. *Non. Leonis 56. & 104.* Cuiac. 14. *obſeru.* 1.

i ſi Primus creditor à Tertio ſuperatur, non præiudicatur Secundo, nec per hoc Tertius ſuccedit in locum prioris, *Bart.* k *ſub.* ordine ac ſucceſſiuè. l Tertius creditor qui Primum per ſententiam ſuperauit, vt Secundum viciſſe non intelligitur, ita nec Secundus Primum viciſſe intelligitur, etiamſi Tertium ſuperauit. *Bald.* m ſuperauerat ſc. hinc ſumitur ratio pro Tertio contra Turbonem, quia ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te, *l. 14. §. 1. ſ. de diuerſ.* *Bart.* n Hoc quod ſequitur eſt aduerſus Turbonem. o *l. 6. l. 12. §. 8. ſ. eod. l. 17. l. 21. in fi. ſ. de diſtr. pign. l. 3. C. de luitione pign.* p quod in eius locum ſubſtitutus ſit. q pacti vel præſcriptionis, *Bar.* r etiam per iudicis iniuriam *Bart.* ſ pro tertio aduerſus primum. t Res iudicata aduerſus vnum creditorem, alij neque præiudicat, neque prodeſt, *l. 1. ſ. de except. rei iud.* u Hac formula *ſine præiudicio,* vtuntur multi in ſuis conſiliis. x *l. 1. in fin. C. quib. res iudicata non nocet,* & ſic fallit regula, ſi vinco vincentem te. Cur autem fallit? Tertius primum excluſit, at non ei ſucceſſit. Latet in his verbis acumen Pauli. y Latæ pro Tertio aduerſus primum. z non vt eius fieret in præiudicium prioris creditoris, *v. l. 20. in fin. ſ. de except. rei indic.*

a Pignoris emptor poteſt ex pacto ſuccedere in locum prioris creditoris, ſi modò ad ipſum priorem creditorem pretium peruenerit. b Prior tempore in ſorte, intelligitur etiam prior in vſuris, *vt hic.* Imò non præfertur. Nam fiſcus præfertur ratione ſortis, non & vſurarum, quia non præfertur in pœnis, *l. 1. C. de pœn. fiſcal. l. ex ſumma 17. ſ. de iure fiſc.* Priuilegium temporis vt in ſorte, ita & in vſuris licitis obtinet, niſi quid aliud obſtet *Myſing. 1. obſ. 59.* Pœna autem eſt vſura, *l. lecta 40. ſ. ſi certum. l. pœna 42. ſ. de cond. indeb.* Hîc præceſſit vſurarum conuentio, ibi creditores præceſſerant conuentionem vſurarum.

c *v. l. 129. in fin. ſ. de reg.* d *ſub.* alij.

e *ſub.* marito natos.

f *ſub.* actione perſonali. g eiúſque iuſtum poſſeſſorem, at qui debitorem diſcuti

prius oportuit. *Nou. 4. c. 2.* quinetiam vero domino non poteſt fieri ceſſio pignoris, *l. 45. inf. de reg. iur.* Fundi tamen nomine Baldus hic intelligit actionem hypothecariam, quæ nonnunquam inſpicitur omiſſa perſonali. Albericus fundum propriè accipit, ne ſola poſſeſſio per hypothecariam hic petatur. Vnde notat ex Roſſienſi, poſſeſſionem ipſam, ſi loqui poſſet, reſpondere cogi, non ipſum poſſeſſorem.

a Imò & qualiſcunque *l. 12. in fin. inf. quib. mod. pign.*

b debitum & litis æſtimationem, *l. 2. ſ. quibus modis pign.*

c Omnis poſſeſſor iuſtus, poteſt creditori pecuniam ſoluere, & ab eo petere, vt actionem cedat.

d hypothecam. *Hal.* & malè, *Alciat. 11. Parerg. 1.* hyperocha Gallis *la plus value*: cuius exemplum extat *in l. 15. in fin ſup. de pign. l. 6. inf. de nautico fœnore.* eſt igitur Hyperocha, id quod plus eſt in pretio fundi quam in prioris credito. *Cuiac. 4. obſ. 25.* Quoties hyperocha donatur, non competit beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend.*

e Secundus creditor confirmat ſibi pignus, ſoluendo prius debitum primo creditori: nec tenetur ſecundum debitum ei offerre.

f Pupilla tempore priuilegiata præfertur fiſco poſtea contrahenti.

g Primus creditor præfertur ſecundo etiam in bonis poſt ſecundam obligationem quæſitis debitori.

h Imo non eſt præferenda in poſtea acquiſitis, *l. 28. inf. de iur. fiſci.* quod ſentit Fornerius 2. *ſelect.* 24. Sed Cuiac. 10. *obſ.* ſecundam Accurſij opinionem tuetur, negátque eas leges inter ſe pugnare, hanc legem loqui ait, de quæſitis poſt priorem obligationem antequam cum fiſco contraheretur, *d. l. 28.* de rebus quæſitis poſt priorem poſterioremque obligationem. i poſt obligationem fiſci. Conciliationem huius legis v. apud Ant. Fab. 2. *Coniect.* 10.

i μαρμαρείῳ 9 *Ecl. 5. c. 10.* k Negotiator marmora à re emi, pretia marmorum Titius pro me ſoluit, & eo nomine marmora ſibi obligata eſſe voluit. poſtea conduxi horrea Cæſaris, & penſiones tamen non ſolui? in marmora, quorum ſuperius facta eſt mentio, Titius fiſco præferendus eſt. l Hypothecam expreſſam habens priuatus præfertur fiſco & Cæſari poſtea contrahenti, vt ea ratione procuratori Cæſari ſe opponens efficiat ne fiſco bona debitoris fiſcalis adcorporentur neglecto iure hypothecæ prioris. m in Fiſcalibus ad executionem de facto procceditur. *Bald. arg. l. 52. ſ. de act. empt.* n Priuatus habens expreſſam hypothecam fiſco vel Cæſari poſtea contrahenti præfertur *Bar.* o 8. *C.* 28. & 25 *Ecl.* 7. & 3. *Har.* 4. p *ſub.* primo loco. q *ſub* omnium. r hinc colligit Cuiac. 11. *obſ.* 3. Nouatione obligationem mutari, ſuperioris temporis ordinem mutat, *v. l. 3. l. 12. §. 5. ſ. qui potiores.* ſ Dimitti dicitur creditor, cum ei ſoluitur. t his verbis *cætera bona* ſignificatur generalis hypotheca vt *l. 2. ſ. qui potior.* Cuiac. 11. *obſ.* 32. u quæ acceſſerunt tertiæ obligationi. x impropriè: nec enim propriè eſt Titulus, ſed quidam modus poſſidendi, niſi in ſubſidium re peremptâ vel præſcripta. y bona fide ignorans obligationem alterius. z ad pretium pignoris quod percepit. a *l. 17 in fin. ſ. de præſc.* b putans ſe priorem tempore errore iuſto: quia in facto alieno iuſta eſt ignorantia, *l. vlt. ſ. pro ſocio.* c ſecundus. d *v. l. 1. in fin. ſ. de fur. ſub.* pignoris venditi. e ad exhibendum non tenetur qui neque poſſidet, neque dolo fecit, vt deſinat poſſidere. f agendo hypothecaria.

2. *Idem.*

2. *Idem* lib. 2. Reſponſorum.

FIdeiuſſor conuentus *a* officio *b* iudicis adſecutus eſt, *vt* c *emptionis titulo prædium creditori pignori datum ſuſciperet*: nihilo minus alteri *d* creditori, qui poſtea ſub eodem pignore contraxit, offerendæ *e* pecuniæ, quam fideiuſſor dependit, cum vſuris medij temporis facultas erit: nam huiuſmodi venditio *f* transferendi *g* pignoris cauſa, neceſſitate *h* iuris fieri ſolet.

De eo qui emit à primo creditore. 1. vel à debitore.

3. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

CVm prior creditor pignus iure *i* conuentionis vendidit, ſecundo creditori non *k* ſupereſſe ius offerendæ pecuniæ, conuenit *l*.

1 ¶ Si tamen debitor, non interueniente creditore pignus vendiderit, eiúſque pretium priori creditori ſoluerit: emptori poterit *m* offerri, quod ad alium creditorem de nummis eius peruenit, & vſuræ medij temporis: nihil enim intereſt, debitor pignus datum vendidit, an denuo pignori obliget.

De die ſolutionis dilato.

4. *Idem* libro 11. Reſponſorum.

CVm ſoluendæ pecuniæ dies pacto profertur, conueniſſe videtur *n*, ne *o* prius vendendi *p* pignoris poteſtas exerceatur.

De ſecundo creditore vendente. 1. De fideiuſſore, vel ſecundo creditore ementibus.

5. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariam.

CVm ſecundus creditor, oblata *q* priori pecunia, in *r* locum eius ſucceſſerit: venditionem *ſ*, ob pecuniam ſolutam & creditam, rectè facit.

1 ¶ Si ſecundus creditor, vel fideiuſſor, ſoluta pecunia, pignora ſuſceperint, rectè eis *t* offertur, quamuis emptionis *u* titulo ea tenuerunt *x*.

6. *Modeſtinus* lib. 8. Regularum.

CVm poſterior creditor à priore pignus emit, non *y* tam acquirendi dominij, quàm ſeruandi pignoris ſui cauſa, intelligitur pecuniam dediſſe: & ideo offerri *z* ei à debitore poteſt.

Si creditor iuſtè pignus vendidit extraneo, non poteſt debitor recuperare rem, niſi ex pacto, vel ratione minoris ætatis. Bart.

7. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariam.

An debitor poßit recuperare pignus venditum à creditore. 2. De alienatione pacto prohibita.

SI creditor pignus vel hypothecam vendiderit hoc pacto *a* vt *liceat b ſibi reddere pecuniam, & pignus reciperare*: an, ſi paratus ſit debitor reddere pecuniam, conſequi id poſſit? Et Iulianus libro 11. Digeſtorum ſcribit, rectè *c* quidem diſtractum eſſe pignus, cæterum agi poſſe cum creditore, vt ſi quas actiones *d* habeat, eas cedat *e* debitori. ſed quod Iulianus ſcribit in pignore, idem *f* & circa hypothecam *g* eſt.

1 ¶ Illud inſpiciendū eſt, an liceat debitori, ſi hypotheca venierit, pecunia ſoluta *h*, eā reciperare: & ſi quidem ita venierit, *vt ſi intra certum tempus à debitore pecunia ſoluta fuerit, emptio reſcindatur*: intra illud tempus pecunia ſoluta recipit hypothecam: ſi verò tempus præteriit, aut ſi non eo pacto res venierit: non poteſt reſcindi venditio, niſi minor *i* ſit annis 25. debitor, aut pupillus, aut reipublicæ *k* cauſa abſens, vel in aliqua earum cauſarum ‖ erit, ‖ ex quibus edicto *l* ſuccurritur.

2 ¶ Quæritur, ſi pactum ſit à creditore, *ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus*, quid iuris ſit, & an pactio nulla ſit talis, quaſi contra ius ſit poſita, ideóque veniri poſſit? Et certum eſt, nullam *m* eſſe venditionem, vt pactioni *n* ſtetur.

De electione pignorum diſtrahendorum.

8. *Modeſtinus* lib. 4. Regularum.

CReditoris *a* arbitrio permittitur, ex pignoribus ſibi obligatis, quibus *b* velit, diſtractis, ad ſuum commodum peruenire.

De pignore minoris vendito, quàm creditori debetur.

9. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

QVæſitum eſt, ſi creditor ab emptore pignoris pretium ſeruare non potuiſſet *c*, an debitor liberatus eſſet. Putaui, ſi nulla culpa imputari creditori poſſit, manere *d* debitorem obligatum: quia ex neceſſitate facta venditio non liberat debitorem, niſi *e* pecunia percepta.

1 ¶ Pomponius autem lectionum libro 2. ea ſcripſit: Quod in pignoribus dandis adiici ſolet, *vt quò minus pignus veniſſet, reliquum f debitor redderet*, ſuperuacuum *g* eſt; quia ipſo iure ita ſe res habet, etiam non adiecto eo.

De euictione.

10. *Idem* lib. 6. Reſponſorum.

ET ſi is qui lege pignoris emit *h*, ob euictionem *i* rei redire ad venditorem non poteſt: tamen *k* non *l* eſſe audiendum creditorem, qui fundum vendidit, ſi velit eiuſdem rei ex alia cauſa quæſtionem mouere.

De nominibus, & pignoribus adiudicatis in iudicio familiæ erciſcundæ.

11. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

ARbiter diuidendæ *m* hereditatis, cum corpora hereditaria diuiſiſſet, nomina *n* quoque communium debitorum ſeparatim ſingulis in ſolidum aſſignauit: quæſitum eſt, an debitoribus ceſſantibus pro ſolido pignus vendere quiſque poteſt? Reſpondi, poſſe.

Si creditor emat à debitore. 1. De re aliena pignorata. De lucro quod occaſione pignoris creditor conſecutus eſt.

12. *Tryphoninus* lib. 8. Diſputationum.

REſcriptum eſt ab imperatore, libellos *o* agente Papiniano *p*, creditorem à *q* debitore pignus emere poſſe: quia in dominio *r* manet debitoris.

1 ¶ Si aliena res pignori data fuerit, & creditor eam vendiderit *ſ*: videamus, an pretium, quod percepit creditor, liberet debitorem *t* perſonali actione pecuniæ creditæ: quod verè reſponderetur, ſi ea lege *u* vendidit, *ne euictionis nomine obligaretur*, quia ex contractu, ‖&‖ quali quali obligatione à debitore interpoſita, certè ex occaſione eius redactum id pretium æquius *x* proficeret debitori, quàm creditoris lucro cederet: ſed quantum quidem ad creditorem, debitor liberatur. Quantum verò ad dominum rei, ſi necdum pignus euictum eſt, vel ad emptorem, poſt euictionem, ipſe debitor vtili actione tenetur, ne ex aliena *y* iactura ſibi lucrum acquirat. Nam ‖&‖ ſi maiores fructus *z* fortè petens à poſſeſſore creditor abſtulit *a*, vniuerſos in quantitatem debitam accepto ferre debebit: & cùm per iniuriam iudicis domino rem, quæ debitoris non fuiſſet, abſtuliſſet creditor, quaſi obligatam ſibi, & quæreretur, an, ſoluto debito, reſtitui eam oporteret debitori? Scæuola noſter reſtituendam probauit. Quod ſi non ita vendidit, vt certum ſit, omnimodo apud eum pretium remanſurum, verùm obligatus *b* eſt ad id reſtituendum: arbitror interim quidem nihil à debitore peti poſſe, ſed in ſuſpenſo haberi liberationem: verùm, ſi actione ex empto conuentus præſtitiſſet creditor emptori, debitum perſequi eum à debitore poſſe: quia apparuit non eſſe liberatum *e*.

Quid præſtat creditor emptori.

13. *Paulus* libro 1. Decretorum.

CReditor, qui iure *d* ſuo pignus diſtrahit, ius ſuum *e* cedere *f* debet: &, ſi pignus poſſidet, tradere vtique ‖ debet ‖ poſſeſſionem.

De nominibus, & pignoribus adiudicatis in iudicio familiæ erciſcundæ.

14. *Scæuola* lib. 6. Regularum.

ARbitri *g* diuidundæ hereditatis, inter heredes cum corpora hereditaria diuiſiſſent, nomina quoque communium debitorum ſeparatim *h* diuerſa ſingulis in ſolidum *i* aſſignauerunt: quæſitum eſt, an vnuſquiſ-

---

caria aduerſus poſſeſſorem.

a à priore creditore.

b Ceſſio poteſt fieri officio iudicis.

c iudicis authoritas ex illicito licitum facere non poteſt.

d Fideiuſſor emēs pignus debitoris, ſecundo creditori reſtituere cogitur accepto tamen prioris pretio, & vſuris, *vt hic l.59. ʒ. de fideiuſſorib. l. 2. C. de dolo.*

e *l.6.§.1.ʒ.eod.*

f Inuitus quis interdum vendit, *vt hic.* pignoris cauſa & in caſu *l.36. in fin. ʒ. mandati. l. 15. ʒ. de fideicom. libert.* aliàs exceptio eſt, non emptio, cum venditor vendit inuitus. Cic. 4. *in Verrem.*

g per quam transfertur pignus in fideiuſſorem. Huiuſmodi ceſſio, ſimulata quædam venditio eſt.

h id eſt, pignus in fideiuſſorem transferre non prius cogitur creditor, quàm ſi omne debitum receperit. *l. 2. C. de fideiuſſoribus.* vide *l.6. ʒ.eod.*

i *Theophil. §. 2. Inſt. quib. alienare licet.*

k *l.1. Cod. ſi antiquior creditor pign. vendid.*

l Qui emit à primo creditore, irreuocabiliter poſſidet, ſi modo ab eo emit, cui iure conuentionis vendere licuit.

m *l. 2. 3. Cod. ſi antiquior creditor.*

n Dilatio conceſſa ſuper principali, cenſetur cōceſſa ſuper acceſſorio, adde *l.4. in fin. ʒ. de pact.*

o non ante diem quo pecunia ſoluenda eſt, id eſt, non antequam debitor ſit in mora pignus vendi poteſt.

p prius tamen peti poteſt, *l. 14. ʒ. de pignoribus.*

q vide *l.12. ʒ. quib. mod. pignus*: & quæ ſcripſi ad *l.9. C. de locato.*

r *l.12. §.6. ʒ. qui potiores.*

ſ Creditor poteſt vendere pignus pro ſuo debito, & pro eo quod obtulit priori creditori.

t *l.3. ʒ. eod.*

u Imo emptoris loco non ſubſtituuntur, *l.59. ʒ. de fideiuſſorib.*

x vide *l.3. C. plus valere*: *Cuiac. 16. obſ. 26.*

y Pignus emens à primo creditore ſecundus creditor non proprietatem pignoris, ſed ius obligationis comparat.

z *l.3. §.1. ʒ. eod.*

a vt in *l.13. ʒ. de pigneratitia.*

b *Licere* verbum interdum neceſſitatem innuit.

c *l.1. C. ſi antiq. credit.*

d ex vendito vel præſcriptis verbis.

e *l. pen. ʒ. eod.*

f Argumentum à pignore ad hypothecam.

g ſpecialem: non generalem. Vide Rolandum à Valle. 2. *conſil. 62. num. 11.* vbi notat, hypothecam ſpecialem pacto non alienandi adiectam dominij tranſlationem impedire: ſecus ſi generalis fuerit hypotheca.

h id eſt, ſoluere debitum.

i *l.1. C. ſi aduerſus vendit. pignor. l.9 ʒ. de minorib.*

k aut militiæ, *l.46. C. de reſtitut. milit.*

l quod continetur in *l.1. §.1. ʒ. ex quib. cauſ. maior.*

m Ita quoque *Haloander* legit: alij tamen legunt, *nullam eſſe conuentionem*, & malè.

n Imò talis pactio, *ne me inuito prædium tuum alienes*, non videtur admittenda. *l. pen. ʒ. de pactis.* Solutio eſt facilis: Qui ius habet in re (vt creditor) ſibi à debitore ita paciſci poteſt, *vt hic*: extraneus cuius nullo modo intereſt, non poteſt, *vt d. l. penult.* His adde quæ ſcripſi ad *l.3. Cod. de condict. ob cauſam datorum.*

---

a *ſub.* Vnius qui bona generaliter habet obligata. Quin ex hoc loco notat Bald. Filium pro ſua legitima poſſe quamcunque rem diſtrahere exemplo creditoris: licet pater ei precariis verbis ſubſtituerit.

b Pluribus ex pignoribus poteſt vnum vel quodcumque vult creditor vendere. An & maius pro exigua pecunia? ſic putat Bartol. Imo aliud videtur, *l.5. §.10. ʒ. de reb. eor. qui ſub tutel.*

c propter ſubitam inopiam ei ſuperuenientem.

d pignoris nuda venditio non liberat debitorem, ſed ſolutio facta creditori, adde *legem* 10. *C. de obl. l. vlt. §.4. C. de iur. dom. impet.* e *l.26. ʒ. de ſolutionib.*

f *l.3. C. eod.*

g Adiectio eorum quæ tacitè inſunt, contractui nihil adiicit, adde *l. non rectè. 3. C. de fideiuſſor.* adde *l.28. ʒ. de reb. cred.*

h *ſub.* à creditore.

i creditor idemque venditor pignoris, emptori euictionis nomine non tenetur *vt hic. l.11. §.16. ʒ. de act. empt.*

k Euictionis etſi non teneatur creditor pignoris venditi nomine, reſcindere tamen ipſe venditionem factam non poteſt.

l i. & ſi creditor non teneatur de euictione, neque promittat emptori nullam litem ei ab aliis motam iri, ipſe tamen non poteſt euincere, vide *l.17. ʒ. de euictionib.*

m eadem lex reperitur in *l. vlt. ʒ. eod.*

n vide *l.77. §.18. ʒ. de legat. 2.*

o vide quæ ſcripſi ad *Tit. C. quando libellus principi datus.*

q Papinianus libellos egit, id eſt, magiſter libellorum fuit.

q *l.69. ʒ. quibus modis pignus.*

r *l. 9. C. de pignoratitia act.*

ſ *ſub.* non iure creditoris: vt ea ratione euictionem præſtet.

t *ſub.* in perpetuum.

u quæ ſemper tacitè intelligitur. *l. 2. C. de credit. euict. pign. non deb.*

x *l.23. ʒ. de pignorat.*

y adde *l.14. l.66. ʒ. de cond. indeb. l.206. ʒ. de reg. iuris.* Rectè Calcagninus ſcripſit, paria eſſe, aliena iactura locupletari, & dolum expreſſum committere.

z fructus enim imputabit in vſuras & ſortem, *l.1. C. eod.* vide *l.2. C. de pactis pignor. l.2. C. de pignorat.*

a *ſub.* per ſententiam: & ita iuſtè.

b *ſub.* pacto expreſſo poſt euictionem interpoſito.

c in perpetuum, ſed ad tempus, *l.26. ʒ. de ſolutionib.*

d vt quis iure pignus diſtrahat moram debitoris interuenire oportet. *l.4. ʒ. eod.* vt ſit in mora, prius conueniendus eſt denuntiationib. *l. 10. C. de pign.* mora commiſſa biennium expectandum eſt, *l. 3. §. 1. C. de iur. dom. impetr.*

e i. pignoratitiam actionem. *arg l. in creditore 38. ʒ. de euict.* vel hypothecariam *l. pen. §. Latinus ʒ. de except. rei iud.*

f *l.7. ʒ. eo.* & melius, *l.38. ʒ. de euict.*

g *l.11. ʒ. eod.*

h nam ea quæ in nominibus ſunt, non recipiunt diuiſionem: cùm ipſo iure in portiones hereditarias ex lege duodecim Tabularum diuiſa ſint, *v. l.6. C. famil. erciſcund. l.1. C. ſi certum.*

i *al.* ſoluendum, & ita malè in Pandectis Florentinis legi notat Briſſonius, in parergis.

que eorum debitore ſibi addicto ceſſante in ſolutione, pro ſolido pignus ſub eo nomine obligatum vendere poſſit? Reſpondit, potuiſſe.

QVIBVS MODIS *a* PIGNVS vel hypotheca ſoluitur *b*.

TIT. VI.

De negotiorum geſtore qui liberauit pignus. 1. De donatione inutili. 2. De tranſactione iudicij à defenſore qui cauit iudicium ſolui in dominum.

Papinianus lib. 11. Reſponſorum.

DEbitoris abſentis amicus negotia geſſit, & pignora citra *c* emptionem pecunia *d* ſua liberauit: ius priſtinum domino reſtitutum videtur: igitur qui negotium geſſit, vtilem Seruianam dari ſibi non rectè deſiderabit *e*, ſi tamen poſſideat, exceptione doli defenditur.

1 ¶ Cùm venditor *f*, numerata ſibi parte pretij, prædium, quod venierat *g*, pignori accepiſſet: ac poſtea reſiduum pretium emptori, literis ad eum miſſis, donaſſet *h*, eóque defuncto, donationem quibuſdam *i* modis inutilem eſſe conſtabat, iure pignoris fiſcum fruſtrà *k* petere prædium: qui ſucceſſerat in locum venditoris, apparuit: cuius ‖ pignoris ‖ ſolutum eſſe pactum prima voluntate donationis *l* conſtabat: quoniam inutilem pecuniæ donationem lex *m* facit, cui non eſt locus in pignore liberando.

2 ¶ Defenſor abſentis cautionem *n* iudicatum ſolui præſtitit: in dominum *o* iudicio poſtea tranſlato *p*, fideiuſſores ob rem iudicatam, quos defenſor dedit, non tenebuntur, nec pignora quæ dederunt.

De poſſeſſore, qui litis æſtimationem obtulit creditori.

2. *Gaius* lib. 9. ad Edictum Prouinciale.

SI creditor Seruiana actione pignus à poſſeſſore petierit, & poſſeſſor litis æſtimationem obtulerit *q*, & ab eo debitor rem vindicet: non aliter hoc facere concedetur, niſi priùs ei debitum offerat.

De in diem addictione. De pacto, vt ſi res emptori diſplicuerit, ſit inempta.

3. *Vlpianus* lib. 8. Diſputationum.

SI res diſtracta fuerit ſic, *niſi ſ intra certum diem meliorem conditionem inueniſſet*, fuerítque tradita, & fortè emptor, ante quàm melior conditio offerretur, hanc rem pignori dediſſet, Marcellus libro quinto digeſtorum ait, finiri *t* pignus, ſi melior conditio fuerit allata: quamquam vbi ſic res diſtracta eſt, niſi emptori diſplicuiſſet, pignus finiri non putet.

De redhibitione. 1. De creditore alienante pignus, vel alienationi conſentiente.

4. *Idem* libro 73. ad Edictum.

SI debitor, cuius res pignori obligatæ erant, ſeruum, quem emerat, redhibuerit, an deſinat Seruianæ locus eſſe? & magis eſt, ne *u* deſinat: niſi ex voluntate creditoris hoc factum eſt.

1 ¶ Si in venditione pignoris conſenſerit *x* creditor, vel *vt debitor hanc rem permutet, vel donet*, vel *in dotem det*: dicendum erit, pignus liberari: niſi *y ſalua cauſa pignoris ſui conſenſit*, ‖ vel venditioni, vel cæteris. ‖ nam ſolent multi *ſalua cauſa pignoris ſui* conſentire. Sed ‖ & ‖ ſi ipſe vendiderit creditor, ſic *z* tamen venditionem fecit, *ne diſcederet à pignore, niſi ei ſatisfiat*: dicendum erit, exceptionem ei non nocere.

¶ Sed & ſi non conceſſerat, pignus venundari, ſed ratam habuit venditionem, idem erit probandum *a*.

2 ¶ Bellè quæritur, ſi fortè venditio rei ſpecialiter obligatæ non valeat, an nocere hæc res creditori debeat quod conſenſit: vt putà ſi qua ratio iuris venditionem impediat? Dicendum eſt, pignus *b* valere.

Si ab hypotheca diſcedatur. De pacto ne pecunia petatur. 1. Vel ne intra certum tempus petatur. 2. De fideiuſſore dato pro hypotheca, de iure creditoris vendito. 3. De iureiurando.

5. *Marcianus* libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

a de remiſſione pignoris, 8. C. 26. de luitione agitur, 8. *cap. 31. & 25. Eclog. 8.*
b ſolutione, *v. l. 1. ſ. eod.*
c In pignus debitoris non ſuccedit, qui pro debitore pecuniam ſoluit eius creditori, licet eum liberet. Itaque, vt in pignus ſuccedat, nominatim id conuenire oportet, *l. 21. C. de pignor.*
d Solutione pignus tollitur, *vt hic: l. 6. §. 1. in fin. ſ. eod. l. 19. in fin. C. de vſuris.* oblatione *l. 6. §. 1. ſ. eod.* depoſitione *d. l. 19.* vide *l. 9. C. de ſolut.* donatione, *§. 1. ſ. eod.* pacto de non petendo, *l. 5. ſ. eod.* nouatione, vide *l. 11. §. 1. ſ. de pign.* ſatisfactione *l. 6. in pr. inf. eo.* voluntate expreſſa ac remiſſione, *l. 5. ſ. eod.* tacitè, ſi creditor conſentiat venditioni qualicunque pignoris, *l. 4. §. 1. l. 7. ſ. eod.* re extincta, *l. 8. ſ. eod.* tempore conuento finito, *l. 6. inf. eod.* mutatione perſonæ debitoris, *§. vlt. ſ. eo.* ſi iuratum, *l. 5. in fin.* aut iudicatum ſit non deberi, *l. 13. ſ. eod.*
e quia non ſuccedit in ius debitoris, quoad actionem, ſed quoad exceptionem, *Bart.*
f *al.* creditor, & ita Albericus.
g id eſt, tradiderat, *Albericus.*
h donatione etiam inutili pignus ſoluitur.
i vt inter virum & vxorem pignoris remiſſio eſt, at non debiti, *l. ſub. mus. 21. C. ad Velleian.* Item pignus 500. aureos excedens remitti poteſt ſine inſinuatione, ſors verò eiuſdem quantitatis remitti non poteſt ſine inſinuatione. Adde hic præterea Accurſ.
k Imò, debito inutiliter remiſſo pignus vindicari poteſt, *l. 5. C. de remiſſ. pign.*
l *al.* donatoris.
m ſi fortè remiſſo, dum contra legem Cinciam donatum volo, remiſſio inutilis eſt. Tacitæ hypothecæ remiſſa inutilis non eſt, quia remiſſa hypotheca nulla fieri donatio intelligitur.
n Cautio iudicatum ſolui extinguitur, mutata perſona hoc eſt, tranſlato iudicio ab vno in alium: fideiuſſores iudicio ſiſti non tenentur.
o *ſub.* ratum habentem, quem admittere auctor non tenebatur.
p Mutatione perſonæ debitoris, pignus ſoluitur.
q eaque oblata actiones ſibi cedi a creditore petierit, *l. 19. ſ. qui potior.*
r alias eſt in dolo, *l. 8. in fin. ſ. eod.*
ſ formula in diem addictionis, *l. 1. 2. ſ. de in diem addictione.*
t *l. 4. § 3. ſ. de in diem addictione.* Reſoluto iure venditoris, reſoluitur ius emptoris: ſi modo ex cauſa ambigua ac neceſſaria ius venditoris ſolutum eſt.
u *l. 43. §. 8. ſ. de ædilitio.*
x Tacitè creditor diſcedit à iure pignoris, quoties conſentit omni eius alienationi, *vt hic: & l. 9. in fin. l. 11. in fin. l. 12. ſ. eod. l. 4. C. de remiſſ.*
y Negatio hæc eſt: cum quis verbis aliquid dicere videtur, efficitur verò ſen ſubſequitur nihil. Hinc enim creditor conſentit alienationi pignoris, ſaluo iure ſuo.
z Proteſtatione conſeruari ius proteſtantis, hinc Bart. colligit.
a Probandum eum velle: quæritur ſi fortè, &c. *Halo.*
b Actus (pone venditionis) cui conſenſus præſtatur, ſi non tenet, nunquam nocet conſenſus, *vt hic*, huic regulæ obiicitur *l. 5. §. 5. ſ. eod.* Ita, quoties actus nullus eſt, conſenſus eidem præſtitus, conſentienti non nocet.

SOluitur hypotheca, & ſi ab ea diſcedatur, aut paciſcatur creditor, *ne a pecuniam petat*: niſi ‖ ſi ‖ quis dicat pactum interpoſitum eſſe, *vt à perſona non petatur*: & quid ſi hoc actum ſit, cùm fortè alius hypothecam poſſidebit? Sed cùm pactum conuentum exceptionem perpetuam pariat, eadem ‖ & ‖ in hoc caſu poſſunt dici, vt & ab hypotheca diſcedatur.

1 ¶ Si paciſcatur creditor, *ne intra annum pecuniam petat*, intelligitur *b* de hypotheca quoque idem pactus eſſe.

2 ¶ Si conuenerit, vt *pro hypotheca fideiuſſor c daretur*, & datus ſit, ſatisfactum videbitur, vt hypotheca liberetur. Aliud eſt, ſi ius obligationis vendiderit creditor, & pecuniam acceperit: tunc enim manent omnes obligationes integræ, quia pretij *d* loco id accipitur, non ſolutionis nomine.

3 ¶ Satisfactum ‖ eſſe ‖ creditori intelligitur, & ſi iuſiurandum *e* delatum datum eſt, hypothecæ non eſſe rem obligatam.

De ſolutione, ſatisfactione, tempore, & aliis rationibus. 1. De ſolutione oblata. De ſatisfactione oblata, vel admiſſa. De ſatiſdatione.

6. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

ITem liberatur pignus, ſiue ſolutum *f* eſt debitum *g*, ſiue eo nomine ſatisfactum *h* ‖ eſt, ‖ ſed & ſi tempore *i* finitum pignus eſt, idem dicere debemus: vel ſi qua *k* ratione obligatio eius finita eſt.

1 ¶ Qui paratus *l* eſt ſoluere, meritò pignus videtur liberaſſe: qui verò non ſoluere, ſed ſatisfacere, paratus eſt, in diuerſa *m* cauſa eſt: ergo ſatisfeciſſe *n* prodeſt: quia ſibi imputare debet creditor, qui ſatisfactionem admiſit vice ſolutionis: at qui non admittit ſatisfactionem, ſed *o* ſolutionem deſiderat, culpandus non *p* eſt.

2 ¶ In ſatiſdatione autem non vtimur Attilicini ſententia, qui putabat, ſi ſatiſdetur *q* alicui *r* certæ pecuniæ, recedere eum à pignoribus debere.

Si venditioni conſenſerit creditor, vel tutor. 1. Vel procurator, vel ſeruus actor. 2. De pacto cum debitoris procuratore, vel ſeruo. 3. Si conuenit de parte pro indiuiſo alienanda, & certa pars alienatur. 4. De diuiſione rei cuius pars fuerit pro indiuiſo obligata.

7. *Gaius* libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

SI conſenſit *ſ* venditioni creditor, liberatur hypotheca: ſed in his pupilli conſenſus non debet aliter ratus haberi *t*, quàm ſi præſente tutore ‖ auctore ‖ conſenſerit, aut etiam ipſe tutor, ſcilicet ſi commodum aliquid, vel ſatis ei fieri ex eo iudex æſtimauerit.

1 ¶ Videbimus, ſi procurator omnium bonorum conſenſit, vel ſeruus actor, cui & ſolui *u* poteſt, & in id poſitus eſt: an teneat conſenſus eorum? Et dicendum eſt non *x* poſſe, niſi ſpecialiter hoc eis mandatum eſt.

2 ¶ Sed ſi *y* cum debitoris procuratore conuenit *ne ſit res obligata*, dicendum eſt, id debitori per doli exceptionem prodeſſe. Cum autem cum ſeruo eius conuenerit, per ipſam pacti conuenti exceptionem debet *z*.

3 ¶ Si conuenerit *de parte pro indiuiſo alienanda*, ſi certa *a* res eſt, quæ venit, poteſt dici, de reliqua parte ab initio agi oportere: nec obſtat exceptio.

4 ¶ Illud tenendum eſt, ſi quis communis rei partem pro indiuiſo *b* dederit hypothecæ, diuiſione facta cum ſocio, non *c* vtique eam partem creditori obligatam eſſe, quæ ei obtingit, qui pignori dedit: ſed vtriuſque pars pro indiuiſo pro parte dimidia manebit obligata.

De interitu rei corporalis vel vſusfructus. 1. Si pacto remittatur pignus. 2. De pacto procuratoris in rem ſuam. 3. De remiſſione pignoris pro parte. 5. De filiofamiliàs & ſeruo. 6. De venditione permiſſa. 7. Si pignus permiſſu creditoris vendat debitor. 8. Vel emptor qui debitori ſucceſſit. 9. Vel is qui ab emptore pignori accepit, poſſideat. 10. De cautione creditori præſtanda ab emptore. 11. De pignore legato. 12. Vel vendito nec tradito. 13. Vel donato: vel in dotem dato, vel vendito. 14. Minoris aut pluris, quàm creditor conceſſerit. 15. De creditoris ſcientia, ſubſcriptione, & conſenſu ſine ſcriptis. 16. Si heres debitoris. 17. Vel nouus poſſeſſor vendiderit. 18. De venditione poſt tempus præfinitum à creditore. 19. De litis æſtimatione ſoluta.

8. *Marcianus* libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

SIcut *d* re corporali extincta *e*, ita *f* & vſufructu *g* extincto, pignus hypothecáve perit.

a *l. 9. §. 3. verſ. & generaliter. ſupr. de pignoratitia.*
b *l. 11. §. 2. in fin. ſ. de pign. l. 2. l. 5. l. 9. C. de remiſſ. pign. l. 17. §. 2. ſ. de pactis.*
c vide *l. 4. ſupr. tit. prox.*
d *l. 14. ſ. eod.* adde *l. 76. in fin. ſ. de ſolutionibus.*
e *l. 13. ſ. eod.*
f *l. 1. §. 2. ſup. eod. l. 11. § 3. § 4. ſuprà de pign. l. 11. §. 1. l. 13. §. 2. l. 16. §. 3. ſ. de pignorib. l. 9. l. 10. C. de pignorat. l. 3. C. de luit. pignor.*
g integrum, *l. 19. C. de pignorib.*
h *l. 33. §. 4. ſ. de pignorib. l. 9. § 3. de pignor. l. 52. ſ. de ſolut.*
i puta vſucapione longi temporis: vide quæ notaui ad *l. 1. §. 2. ſ. de pignorat. & l. 7. C. de præſcr. 30. annorum* ab extraneo titulum non habente, *l. 3. C. de præſcript. 30. annorum.* quadraginta verò annorum, ab ipſo debitore & eius heredibus *arg. d. l. 3.*
k puta oblatione & conſignatione in iudicio facta. de qua *ſ. §. prox.*
l *l. 20. C. de pignorib. l. 10. ſ. de pignoratitia. l. 9. C. de pignorat.*
m Satisfacere minus eſt, quàm ſoluere.
n vide *l. 52. infr. de ſolut.*
o Soluere plus eſt, quàm ſatisfacere.
p Cur? quia ſuo iure vtitur.
q Pignus liberare non videtur, qui ſatiſdationem tantùm offert. Cur non liberat? plus eſt cautionis in pignore, quàm in fideiuſſore.
r inuito ſcilicet: nam in volente aliud eſt, *l. 9. §. 3. ſ. de pignorat.*
ſ *l. 4. ſ. eod.*
t *l. 28. ſ. de pact.*
u Solui poteſt procuratori omnium bonorum, vt & ſeruo actori: ſed & ei qui in id vt ſolutionem reciperet, præpoſitus eſt, *l. 10. in fi. l. 11. ſ. de pactis, l. 34. §. 3. ſ. de ſolutionibus.* &, quod magis eſt, cui pignorare licet, *l. 11. l. 12. ſ. de pignorat.*
x Remittens pignus, donare intelligitur liberam peculij adminiſtrationem habens ſeruus, *l. 28. in fin. ſ. de pactis.* procurator, *vt hic.* & totorum bonorum, *l. 63. ſ. de procuratoribus.* alienare non poſſunt niſi ſpecialiter hoc eis mandatum ſit, *vt hic*: iidem tranſigere in noſtrum præiudicium non poſſunt, *l. 60. ſ. de procuratorib.*
y *l. 17. 18. 19. ſ. de pactis.*
z exceptionem prodeſſe debet. *Hal.*
a id eſt, ſi corpus eſt. *Accur.* adde *l. 3. in fin. ſ. qui potiores.*
b Obligans partem pro indiuiſo, poſtea diuidendo non officit creditori: adde *l. 3. §. 2. ſ. qui potiores.*
c *l. 6. § 8. ſ. commun. diuid.*
d Interitu rei extinguitur obligatio dominij, pignoris, vſusfructus.
e imò, homine pignorato extincto agi poteſt ad exhibendum, *l. 27. ſ. de pignoribus.*
f Argumentum à re corporali ad incorporalem.
g poteſt enim pignorari vſusfructus, *l. 11. §. 2. ſ. de pignoribus.*

1 ¶ Creditor

1 ¶ Creditor, *ne pignori hypothecæue ſit res* paciſci *a* poteſt. & ideo ſi heredi *b* pactus *c* fuerit, ei *d* quoque proderit *e* pactum, cui *f* reſtituit hereditatem ex Senatuſconſulto Trebelliano.

2 ¶ Si procurator *g* debitoris in rem ſuam *h* ſit, non puto dubitari debere, quin pactum *i* noceat creditori.

¶ Itémque ſi à parte creditoris procurator in rem ſuam exſtiterit, paciſcendo inutilem ſibi facit hypothecariam actionem; in tantum, vt putem rectè dici, & dominis *k* litis hoc caſu nocere hanc exceptionem.

3 ¶ Si conuenerit, *ne l pars dimidia pro indiuiſo pignori ſit*, quæcunque fundi eius pars à quolibet poſſeſſore petatur, dimidia non rectè petetur.

4 ¶ Si plures dederint pro indiuiſo, & cum vno creditor paciſcatur, *ne hypothecæ ſit*, deinde ab eo petat: etiam ſi hic, cum quo pactus eſt, ſolidum fundum poſſideat pro indiuiſo: quia *m* de parte conueniſſet, non repelli eum à toto.

5 ¶ An paciſci poſſunt filiusfamilias *n*, & ſeruus, *ne res pignori ſit*, quam peculiariter hypothecam *o* acceperint, & habent liberam *p* adminiſtrationem, videamus: an quemadmodum donare *q* non poſſunt, ita nec paciſci, nec pignori ſit, poſſint? Sed dicendum eſt, vt concedere poſſint, ſcilicet ſi *r* pretium pro pactione accipiant: quaſi vendant.

6 ¶ Si voluntate *ſ* creditoris fundus alienatus eſt, inuerecundè *t* applicari *u* ſibi eum creditor deſiderat: ſi *x* tamen effectus *z* ſit ſecutus venditionis. Nam ſi non venierit, non eſt ſatis ad repellendum creditorem, quod voluit venire.

7 ¶ Superuacuum *z* eſt quærere *a*, agrum ſpecialiter hypothecæ datum, permiſſu creditoris veniſſe, ſi ipſe debitor repoſſideat *b*, niſi quòd poteſt fieri, vt debitor permiſſu creditoris vendiderit, deinde poſtea bona fide redemerit ab eodem, vel ab alio, ad quem per ſucceſſionem ea res pertinere cœpiſſet, aut ſi ipſe debitor emptori heres extiterit. Verumtamen, cùm pecunia ſoluta non ſit, doli mali ſuſpicio inerit, translata *c* ad præſens tempus, vt poſſit *d* creditor replicationem doli mali obiicere.

8 ¶ Illud videamus, ſi Titius debitor voluntate creditoris ſui vendiderit Mæuio, vel ei à quo Mæuius emerit, & poſtea Mæuius Titio heres extiterit, & creditor ab eo petat, quid iuris ſit? Sed iniquum eſt auferri ei rem à creditore, qui non ſucceſſionis iure, ſed alio modo rem nactus eſt. Poteſt tamen dici, cùm Titij dolus in re verſaretur, ne creditor à poſſeſſore pecuniam recipiat, iniquiſſimum eſſe ludificari eum.

9 ¶ Quod ſi is fundus à Mæuio alicui obligatus poſſideatur, cui nondum ſatisfactum erit, tunc rurſus æquum erit excipi, *Si e non voluntate creditoris venit*. licet enim dolus malus debitoris interueniat, qui non ſoluit, tamen ſecundus creditor, qui pignori accepit, potior eſt.

10 ¶ Tutius tamen eſt, ſi debitor à creditore petat, *vt ei permittat pignus vendere quo magis ſatisfaciat*, ante

a i. pacto remittere ius pignoris.
b hereditario nomine: ita vt nec obligatio habeatur pro hereditaria: quod proficit cuicumque ſubeunti heredis locum, v. Cuiac. ad *l. 21. ff. de fideiuſſor. 7. tractatu ad Afric.*
c i. pacto remiſerit.
d Pactum factum heredi tranſit ad fideicommiſſarium vniuerſalem, *l. 20. ff. de pet. her. Bar.*
e Imò, non competit fideicommiſſario, *v. l. 7. 3. ff. ad Treb.* Reſpondeo, quia ſuo nomine, non hereditario contraxit, Cuiac. *ibid.* Vel ita: Poteſt creditor paciſci, vt ne pignus obligatũ habeat, de quo ſi cum herede pactus ſit, dicendum fuerit eo pacto quoque iuuari eum, cui ex SC. Treb. fuerit reſtituta hereditas. Alij putant, Pactum ſuperius factum defuncto & heredi eius, extendi ad fideicommiſſarium, at non extendi in fideicommiſſarium: ſi factum ſit ipſi heredi, arg. *l. ſi tibi decem. 27. §. cum poſſeſſor. 6. ff. de pactis. l. ſi heres pecuniam. 73. ff. ad Treb.*
f Fideicommiſſarius vniuerſalis, eſt etiam heres: v. quæ notaui ad *l. 1. §. 3. ff. quod legatorum*: & quæ ſcripſi ad *l. 43. ff. ad Treb.* Ita promiſſio in qua fit mentio heredis extenditur ad fideicommiſſarium.

g Procurator in rem ſuam, ſiue ex parte actoris, ſiue ex parte rei ipſius ſit procurator, loco domini habetur, v. *l. 55. ff. de procur.* paciſcendo officit ſibi & cedenti.
h *l. 15 in fin. ff. de pactis.*
i *d. l. 13.* vt & iuſiurandum, *l. 7. in fin. ff. de iureiur.*
k *l. 35. ff. de procuratorib.*
l Pactum portionis diuiſæ non extenditur ad partem indiuiſam.
m Pactum rei rectè pignori obligatæ, rem ipſam non egreditur.
n *l. 1. § 1. ff. quæ res pign.*
o cum peculiariter pignori hypothecam, &c. *Hal.*
p Liberam habens adminiſtrationem peculij donandi ius aut remittendi gratuitò pignoris non habet, ſed tranſigendi tantùm.
q *l. 3. §. 8. in fin. ff. de don. inter vir. l. 7. ff. de donat.*
r tunc enim donatio non eſt, *vt hic.* & breuiter: iuſta de cauſa liberam peculij adminiſtrationem habentes donare poſſunt, *d. l. 7. §. 1. ff. de don.* vt & ſi ſpecialiter hoc eis ſit permiſſum, *l. 7. §. 1. ff. eo.* ſ adde *§. 3. ff. eo.*
t *v. l. 158. ff. de reg.* u *ſub.* iure pignoris. x qui conſentit vt pignus alienetur, tacitè remittit ius pignoris, ſi alienatio ſit ſecuta. *Bart.* y Conſenſus non officit, niſi actus in quem conſenſum eſt effectum ſuum conſequutus & conſummatus ſit. *Bald.* z Agrum ſpecialiter hypothecæ dedit Titio creditori Sempronius. Titius creditor hypothecaria in eum fundum experitur. Excipit Sempronius; ponit enim, permiſſu creditoris eum fundum veniſſe, itaque fruſtra in eum hypothecaria experiri. Replicat Titius creditor, veriſimile non eſſe ſuo permiſſu fundum eum veniſſe, quem ipſe debitor repoſſideat; cuius nec apud eum poſſeſſio ſit. Contra duplicat ita debitor, fieri poſſe, vt is fundus permiſſu creditoris venditus ſit, & tamen nunc eum poſſideat: nihil enim impedire permiſſu creditoris agrum veniſſe, deinde bona fide Sempronium debitorem ab emptore eiuſve ſucceſſore eundem redemiſſe. Quid ſi debitor ipſi emptori heres extiterit? Quæſtio hæc tota in coniectura poſita eſt: Imò ne in coniectura quidem, cùm ex ſe manifeſta ſit ſatis. Conſtat agrum, de quo agitur, hypothecæ datum, *vt ff. eo.* Conſtat pecuniam ſolutam non eſſe. *verſ. verumtamen.* Quæ cum ita ſint aperta, quis dubitat, doli mali ſuſpicionem tranſlatam eſſe ad præſens tempus, vt cum hoc tempore, agrum, quem hypothecæ dediſti, quemque ſoluta pecunia creditori non liberauiſti, ipſe poſſideas, debitori nunquam eum agrum permiſſu creditoris vendidiſſe præſumaris.
a credere.
b rem poſſideat. *Hal.* malè, repoſſidere, hic eſt rehabere.
c De tranſlatione temporum, adde *l. 17. §. 14. ff. de iniuriis.*
d Imò, non poteſt. Nam qui ſemel conſenſit alienationi pignoris, vel hypothecæ, hoc conſenſu pignoris ius ſuum extinxit, *l. vlt. C. de remiſſ. pign.*
e verba exceptionis, de qua *d. l. vlt. in fin. C. de remiſſ. pign.*

cautionem *a* accipere ab eo, qui rem empturus erit, vt pretium rei venditæ vſque ad ſummam debiti creditori ſoluatur.

11 ¶ Venditionis autem appellationem generaliter *b* accipere debemus, vt, & ſi legare *c* permiſit, valeat, quod conceſſit. Quod ita intelligemus, vt &, ſi legatum repudiatum fuerit, conualeſcat *d* pignus.

12 ¶ Si debitor vendiderit *e* rem, nec tradiderit: an non repellatur creditor, quaſi adhuc res in bonis ſit debitoris; an vero, cum teneatur ex empto, pignus extinguatur? quod & magis eſt. Sed quid ſi pretium venditor conſecutus non ſit, nec paratus ſit emptor dare? tantundem poteſt dici.

13 ¶ Sed ſi permiſerit creditor *vendere*, debitor verò donauerit, an exceptione illum ſummoueat? an facti *f* ſit magis quæſtio, numquid ideo venire voluit, vt pretio accepto, ipſi quoque res expediat? quo caſu non nocebit conſenſus.

¶ Quod ſi in dotem dederit, vendidiſſe *g* in hoc caſu rectè videtur, propter onera matrimonij.

¶ In contrarium, ſi conceſſit donare, & vendiderit debitor, repelletur creditor. niſi quis dicat, ideo conceſſiſſe donari, quòd amicus erat creditoris, is cui donabatur.

14 ¶ Quod ſi conceſſerit *decere vendere*, ille quinque vendiderit, dicendum eſt, non eſſe repellendum creditorem. in contrarium non erit quærendum; quin rectè vendit, ſi pluris vendiderit, quàm conceſſit creditor.

15 ¶ Non *h* videtur *i* autem conſenſiſſe creditor, ſi ſciente eo, debitor rem vendiderit *k*, cùm ideo paſſus eſt venire, quòd ſciebat, vbique pignus ‖ſibi‖ durare: ſed, ſi ſubſcripſerit *l* fortè in tabulis emptionis, conſenſiſſe videtur, niſi manifeſtè appareat, deceptum eſſe. quod obſeruari oportet, & ſi ſine ſcriptis conſenſerit.

16 ¶ Si debitori conceſſum ſit, & heres eius vendiderit, poteſt facti quæſtio eſſe, quid intellexerit creditor. Sed rectè *m* veniſſe dicendum eſt. Hæ enim ſubtilitates *n* ab iudicibus non admittuntur.

17 ¶ Si debitpr fortè, conceſſa venditione, deſierit *o* poſſidere, & nouus poſſeſſor *p* vendiderit, an duret pignus, quaſi *q* perſonæ permiſerit creditor? quod & magis eſt. Nam ſi nouo poſſeſſori, non debitori, à quo hypothecam accepit, conceſſit creditor vendere, dicendum eſt, nocere ei exceptionem.

18 ¶ Sed ſi intra annum, aut biennium conſenſerit creditor vendere; poſt *r* hoc tempus vendendo, non aufert pignus creditori.

19 ¶ Si creditor hypothecaria vſus, à poſſeſſore litis *ſ* æſtimationem conſecutus fuerit, & à debitore petat debitum, puto, doli mali exceptionem *t* ei obſtaturam.

De duobus creditoribus pignus in aſſem ementibus. 1. De primo creditore tacitè remittente pignus, & tertio ſuccedente in locum ſecundi.

9. *Modeſtinus* lib. 4. Reſponſorum.

Titius Sempronio fundum pignori dedit, & eundem ‖fundum‖ poſtea Gaio Seio pignori dedit: atque ita idem Titius Sempronio *u*, & Gaio Seio fundum eundem in aſſem *x* vendidit, quibus pignori ante dederat in ſolidum ſingulis. Quæro: an, venditione interpoſita, ius pignoris extinctum ſit: ac per hoc ius ſolum emptionis apud ambos permanſerit: Modeſtinus reſpondit, dominium *y* ad eos, de quibus quæritur, emptionis iure pertinere: cùm conſenſum mutuo venditioni dediſſe proponantur, inuicem pignoratitiam actionem eos non *z* habere.

1 ¶ Titius Seio pecuniam ſub pignore fundi dederat, qui fundus cùm eſſet reipublicæ ante obligatus, ſecundus creditor pecuniam reipublicæ ‖eam‖ ſoluit. ſed Mæuius exſtitit, qui dicebat, ante rempublicam ſibi fundum obligatum fuiſſe. inueniebatur autem Mæuius inſtrumento cautionis cũ republica facto *a* à Seio, interfuiſſe *b*, & ſubſcripſiſſe, quo cauerat Seius, fundum

a de qua *v. l. 6. ff. de pignoratitia.*
b Venditionis & alienationis idem effectus. Qui legat, alienat, *vt hic.* venditionis enim vocabulum omnem alienationem comprehendit, *l. 29. in fin. ff. de ſtatulib.*
c Teſtari potes de re mea, & eam legare meo conſenſu. Ideoque conſenſus ille mihi nocebit. *v.* Bald. *l. quoties. C. de fideic. l. ſi tibi. §. de pignore. ff. de pactis.* Bart. *l. cum quis 37. ff. de leg. 3.*
d vtcunque tibi legandi pignoris mihi obligati poteſtatem feci, ſi tamẽ legaſti, & legatum repudiatum eſt, pignus conualeſcit, *vt hic* facit *§. 6. 7. 8. 9. ff. eo.*
e conſentiente creditore.
f *v. l. 24. ff. de regul. iuris.*
g non vendit, qui donat quaſi vendit, qui in dotem dat, *vt hic l. 19. ff. de oblig. & act.* & ita ſi permittitur vnus actus alienationis, permittitur omnis actus illi ſimilis, & eundem effectum habens, vel meliorem, (v. j. in verbo, *& vendiderit.* ſecus ſi deteriorem *§. 14. ff. eo.*
h Imò videtur is conſentire venditioni & renunciare hypothecæ, quo ſciente & non repugnante res diſtrahitur, *l. 8. Cod. de remiſſ. pign. l. 4. §. 12. ff. de doli except.*
i Scientia, ſola & patientia creditoris venditionem pignoris non confirmat, ſed ſubſcriptio.
k *v. l. 6. l. 8. Cod. de remiſſ. pign.*
l Subſcribens in ſuo negotio principaliter *l. 9. in fin. ff. eo.* conſentit, *vt hic*: qui in alieno (vt notarius & teſtis) ſecus, *l. 39. in fin. ff. de pignorat.* v. tamen *l. 26. §. 1. ff. de pign.*

m Poteſtas vendendi debitori facta, & eius heredi facta intelligitur, *vt hic.*
n Subtilitates meræ iudicibus inuiſæ, *v. l. 47. in fin. ff. de negotiis. l. 10. Cod. de legibus.*
o rem deſierit poſſidere.
p non habens ab eo cauſam, vel habens, ſed ſingularem.
q Qui debitori venditionem pignoris permittit, eidem & facultatem deferendæ poſſeſſionis non permittit, i. permiſſio venditionis vni facta ad alium non extenditur. *Bart.* Determinata permiſſio, nominatam perſonam non egreditur. *Albericus.* r Permiſſio venditionis facta ad tempus, vltra tempus non porrigitur. *Bart.* Determinata permiſſio, tempus ſuum non egreditur. *Alberic.*
ſ *l. 2. ff. eod.* t Hypothecaria conuentus poſſeſſor ſoluens litis æſtimationem, liberat debitorem ope exceptionis, non ipſo iure. Cur non ipſo iure? quia ſoluit vt ſe liberet, & ſuum non debitoris negotium gerens.
u poteſt enim creditoribus debitor pignus vendere, *l. 12. ff. de diſtr. pign.*
x hoc quid eſt, an in ſolutum? an in ſolidum? cui opponitur in aliquid *l. 1. ff. de ſeparationib.* quod etiam vult Cuiac. An vili pretio? an ad iuſtum calculum? an quanti vendi potuit? quàm poſteriorem opinionem defendit Alciat. 2. *Parerg.* 33. an pro quota debiti? vt vult Ruſtardus.
y Pignoris ius dominij venditione mutatur.
z Iuri in ſolidum agendi renunciat creditor, cui, ſimul cum alio creditore, debitorem pro quota debiti vendidit.
a antea facto, *Hal.*
b Pignus creditori petit, quod eo conſentiente alij venditur.

nulli *a* alij eſſe obligatum : quæro an actio aliqua in rem Mæuio competere poteſt? Modeſtinus reſpondit pignus, cui is, de quo quæritur, conſenſit *b*, minimè eum retinere poſſe.

De venditione pignoris reſoluta, vel quæ non habet effectum.

10. *Paulus* lib. 3. Quæſtionum.

VOluntate creditoris pignus debitor vendidit, & poſtea placuit inter eum & emptorem, *vt à venditione diſcederent.* ius pignorum ſaluum erit creditori. Nam ſicut debitori, ita & creditori priſtinum *c* ius reſtituitur: neque omnimodo creditor pignus remittit; ſed ita demum, ſi emptor rem retineat, nec reddat venditori. & ideo ſi, iudicio quoque accepto, venditor abſolutus ſit: vel, quia non tradebat, in id quod intereſt, condemnatus, ſaluum fore pignus creditori dicendum eſt. Hæc enim accidere potuiſſent, etiam ſi non voluntate creditoris vendidiſſet.

1 ¶ Creditor quoque ſi pignus diſtraxit, & ex venditione receſſum fuerit, vel homo redhibitus *d*, dominium ad debitorem reuertitur.

¶ Idémque eſt in omnibus, quibus conceſſum eſt rem alienam vendere; non enim, quia dominium transferunt, ideo ab emptore ius * eius " recipiunt, ſed in priſtinam *e* cauſam res redit, reſoluta venditione.

De pignore dato in dotem conſenſu creditricis.

11. *Idem* lib. 4. Reſponſorum.

LVcius Titius cùm eſſet vxori ſuæ Gaiæ Seiæ debitor ſub pignore, ſiue hypotheca prædiorum, eadem prædia cum vxore ſua *f*, ‖Seiæ‖ Septitiæ communis filiæ nomine, Sempronio marito eius futuro in dotem dedit *g* : poſtea, defuncto Lucio Titio, Septitia filia abſtinuit ‖ſe‖ hereditate paterna. Quæro, an mater eius hypothecam perſequi poſſit? Paulus reſpondit, pignoris quidem obligationem prædiorum Gaiam seiam, quæ viro pro filia communi in dotem eadem danti conſenſit *h*, cum communis filiæ nomine darentur, remiſiſſe videri; obligationem autem perſonalem perſeueraſſe : ſed aduerſus eam, quæ patris *a* hereditate ſe abſtinuit, actionem non eſſe dandam.

a ſuri pignoris renunti.t primus creditor, qui fundum ſibi obligatũ, nulli alij obligatũ (coram ſecundo creditore) ſubſcribit, v.l. 8. §. 15. ꝟ. eod.
b ſubſcribendo, ſc.
c Reuale ſcit pignus alienatum creditoris conſenſu, ſi debitoris in poteſtatem redierit, *vt hic. l.* 8. §. 7. ꝟ. *eod. v.l. vlt. C. de remiſſ. pignor. l.* 12. §. 12. ꝟ. *de captiuis.*
d *l.* 4. *in pr.* ꝟ. *eo l.* 60 ꝟ. *de ædilit. edict.*
e Si res cum eadem cauſa ad venditorẽ red.t, pignus in ſtatum priſtinum redintegratur. *Bart.*
f Si debitor conſenſu creditricis pignus ei ſuppoſitũ alteri obligat: creditrix eo conſenſu ius pignoris amittit, v. quæ notaui ad *l.* 12. §. 1. ꝟ. *qui potior.*
g Quæ conſentit rem, ibi cauſa dotis obligatam, in dotem alteri dari, ea videtur pignus remittere, *vt hic.* etiam marito, *l.* 11. *C. ad Vellei an.*
h *v.l.* 4. §. 2. ꝟ. *eod.*

Si debitor conſenſu creditoris pignus obliget tertio. 1. *De oblatione pecuniæ debitæ.*

12. *Idem* lib. 5. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, Sempronium antiquiorem creditorem conſentientem, cùm debitor eandem rem tertio creditori obligaret, ius ſuum pignoris remiſiſſe videri *b*, non etiam tertium in locum eius ſucceſſiſſe: & ideo medij creditoris meliorem cauſam effectam.

¶ Idem obſeruandum ‖eſt,‖ & ſi reſpublica tertio loco crediderit.

1 ¶ Qui pignoris iure rem perſequuntur, à vendicatione rei eos remoueri ſolere, ſi qualiſcunque *c* poſſeſſor offerre *d* vellet. neque "enim" debet quæri de iure poſſeſſoris, cùm ius petitoris remoueatur, ſoluto pignore.

De iureiurando & ſententia.

13. *Tryphoninus* lib. 8. Diſputationum.

SI deferente *e* creditore iurauit debitor, ſe dare non oportere, pignus liberatur : quia perinde habetur, atque ſi iudicio *f* abſolutus eſſet. Nam & ſi à iudice, quamuis per iniuriam, abſolutus ſit debitor, tamen pignus liberatur.

De fideiuſſore dato.

14. *Labeo* libro 5. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

CVm colono tibi conuenit *g*, *vt inuecta, importata pignori eſſent, donec merces tibi ſoluta, aut ſatisfactum eſſet:* deinde mercedis nomine fideiuſſorem *h* à colono accepiſti, ſatisfactum tibi videri exiſtimo : & ideo illata pignori eſſe deſiſſe.

Si debitor pecuniam primo creditori debitam offerat ei, *i qui in ius primi & ſecundi ſucceſſit.*

15. *Scæuola* libro 6. Digeſtorum.

PRimi creditoris, qui pignori prædia acceperat, & poſterioris, cui quidam ex iiſdem fundis dati erant, ad eandem perſonam hereditas deuenerat, debitor offerebat, quantum à poſteriore creditore mutuatus fuerat? Reſpondit, cogendum *i* accipere *ſaluo* k *iure* pignoris prioris contractus.

a Dote filia contenta, patris hereditate abſtinere poteſt. vnde colligunt dotem in bonis patris non eſſe, *v.l.* 2. *C. de reuocand. his quæ in fraud. credit.*
b quantum ad tertium, non quantum ad alios, *l.* 21. *C. ad Vellei an.*
c hoc eſt, ſiue iuſtus, ſiue iniuſtus, vt oblato debito remoueat agentem hypothecaria. Cuiac. 11. *obſ.* 35.
d *l.* 26. §. 3. ꝟ. *de pign. l.* 19. ꝟ. *qui potiores l.* 5. ꝟ. *de diſtract. pign.* v. quæ ſcripſi ad *l.* 9. *C. de locato.*
e *l.* 5. *in fin.* ꝟ. *eo. l.* 40. ꝟ. *de iureiur.*
f *l.* 2. ꝟ. *de iureiur.*
g recte additum eſt, *conuenit*: nam ſine conuentione, inuecta & importata in prædium ruſticum non ſunt pignori locatori.
h *l.* 5. §. 2. ꝟ. *eo. l.* 9. §. 3. ꝟ. *de pign.*
i & ita partis admittitur ſolutio. *l.* 21. ꝟ. *de reb. cred.*
k Clauſula, ſaluo iure pignoris. adde *l.* 4. §. 1. ꝟ. *eod.*

LIBER VIGESIMVS-PRIMVS.

DE *a* ÆDILITIO *b* EDICTO *c*, ET redhibitione *d*, & quanti *e* minoris.

De rebus mobilibus vel immobilibus. 1. *Edictum de venditione mancipiorum.* 2. *Ratio edicti. De dolo & ignorantia venditoris.* 3. *De venditionibus fiſcalibus.* 4. *Vel factis à republica.* 5. *vel pupillaribus.* 6. *De vitio ſeu morbo manifeſto.* 7. *Morbi definitio, & diuiſio, an differat à vitio.* 8. *De morbo impediente vſum & miniſterium, aut leui.* 9. *De fanaticis, phreneticis, & aliis vitiis animi.* 11. *De timidis, cupidis, auaris, iracundis, melancholicis, proteruis, gibberoſis, curuis, pruriginoſis, ſcabioſis, mutis & ſurdis.*

Paulus lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

LAbeo ſcribit edictum ædilium curulium de venditionibus *a* rerum eſſe, tam *b* earum, quæ ſoli ſint, quàm ‖earum‖ quæ mobiles *c*, aut ſe mouentes *d*.

1 ¶ Aiunt ædiles : *Qui* e *mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi, vitiiuè cuiue ſit, quis fugitiuus* f, *erróve ſit, noxáve* g *ſolutus non ſit* h. *Eadémque omnia* i *cùm ea mancipia venibunt, palàm rectè pronuntianto. Quòd ſi mancipium aduerſus ea veniſſet, ſiue aduerſus quod dictum promiſſúmve fuerit, cùm veniret, fuiſſet, quod eius præſtari oportere dicetur, emptori, omnibúſque* k, *ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus, vt id mancipium redhibeatur* l.

¶ *Si quid autem poſt venditionem, traditionémque deterius* m, *emptoris opera familiæ* n, *procuratoriſve* o *eius factum erit, ſiue quid ex eo poſt venditionem natum, acquiſitum* p *fuerit, & ſi quid aliud, in venditione ei acceſſerit, ſiue quid ex ea re fructus peruenerit ad emptorem, vt ea omnia reſtituat.*

¶ *Item, ſi quas acceſſiones* q *ipſe præſtiterit, vt recipiat.*

a Adde huic Titulo, De ædilitiis actionib. ex 4. *Gell.* 2. & quod de Manilianis legibus (à Manilio quodam iuris noſtri auctore, cuius meminit Pomponius, *l.* 2. ꝟ. *de origine iuris*) refert Cicero 1. *de oratore.* Nec quiſquam eſt, inquit, eorum, cui ſi iam ſit ſibi addiſcendum, aliquid non Teucrum Pacuuij malit, quàm Manilianas venalium vendendorum leges addiſcere, Varro *de re ruſtica.* Itaque ſtipulantur, paucis exceptis verbis, at Manilius ſcriptum reliquit. *Idem c.* 5. Paulò verboſius hæc, qui Manilij actiones ſequuntur *Idem c.* 7. Iiſdem rebus dominum in emptione mutant, vt in Manilij actionibus ſunt præſcripta.
b Ædilitium edictum dicitur, quod ædilibus curulibus curæ fuit in venditionibus, vt omnes fraudes amouerentur, ex triplici cauſa. Ex reticentia (ſi venditor vitium ignotum emptori reticuerit) ex dicto, promiſſóve (vt ſi dixerit abeſſe aliquid, quod non abeſt, vel adeſſe quod non adeſt, *l.* 27. ꝟ. *de dolo*) quòd ea non cauean‍tur emptori, i. non repromittantur emptori ea, quæ in rebus venalitiis, edictum ædilium curulium repromitti iubet veluti, fugitiuum non eſſe, rectè ſanum eſſe, hodie eſſe, rectè bibere poſſe, habere licere, duplæ ſtipulationem, *Cuiac. hic* adde 19. *Ecl. cap.* 1.
c de ædilitiis actionibus, 4. *C.* 58. quas Iuſtinianus empti & venditi actionibus ait eſſe παρακολέματα. Atqui hæ actiones ſuperfluæ videntur, cùm ſint ciuiles ex empto & vendito. Imò inductæ ſunt, vt innoteſceret ædiles curam egiſſe, ne emptores à venditoribus circumuenirentur. quin, hoc edictum aliquanto durius eſt: Quippe in duplum (hinc ædilitiæ actiones pœnales dicuntur, *l.* 23. §. 4. ꝟ. *eo.* ſit condemnatio, niſi pareatur ædilitio edicto, *l.* 45. ꝟ. *eo.* in ciuilibus non item, niſi euictionis nomine : vel iure vetere, niſi venditor de modo agri mentitus ſit, *Paul.* 2. *ſent.* 15. vel ex lege 12. Tabularum, niſi inficietur quæ dixit in faciendo nexu mancipióque. Ad hæc hoc edictum datur in vnum è multis, cuius maior pars in venditione fuit aut nulla parte minor, *l.* 44. §. 1. ꝟ. *eod.* ciuiles pluribus ſociis vendentibus in ſingulos dantur, pro portione, qua ſocij ſunt, *d. l.* 44. Hoc edictum in ignorantem datur, qui ſcire debuit, *l.* 1. §. 2. ꝟ. *eod.* ciuiles non item, ſi rem emptori habere liceat. Ædilitiæ temporariæ (redhibitoria enim ſemeſtris, æſtimatoria annalis, exceptis certis caſibus) Ciuiles perpetuæ, *l.* 56. ꝟ. *de euictionib. Cuiac. hic.*
d quæ noſtris ἀνάστροφή, Platoni ἀναγωγὴ, *Cuiac. hic* ἡ τὸ πραθὲν ἀναστρέφειν ἀγωγὴ εἴσω ἓξ μηνῶν, 19. *Syn* 10. Cæterum emptori ædilitiæ duæ actiones, redhibitoria & æſtimatoria. Redhibitoria venditionem reſcindit in totum, reddita re vendita & pretio recepto, rebuſque omnibus reſtitutis in integrum.
e ſeu æſtimatoria, quæ in parte reſcindit venditionem, & qua emptor agit in hoc vt quanto pluris emit ignorans rei qualitatem, aut quantitatem, id venditor (qui etiam ignorat) damnetur ſibi reddere, *l.* 39. ꝟ. *de actionib. empt.* hæc actio Græcis ἡ μείωσις τοῦ τιμήματος ἐντὸς ἐνιαυτοῦ. *Syn. ib.* 3. *Har.* 3. *cap.* περὶ ἀναστρο-
φῆς actio qua minuitur pretium intra annum.
a non de locationibus, *l.* 63. ꝟ. *eodem.*
b Ædilitio edicto agitur de venditionibus rerum quæ mobiles, & ſoli ſunt *Syn. eo. cap.* 1.
c inanimatæ quæ motum in ſe non habent.
d quæ motum in ſe habent, vt animalia, *l.* 18. §. 6. ꝟ. *eod. l.* 93. ꝟ. *de verb. ſign.*
e Venditor pronunciare morbos & vitia ſerui cogitur: num fugitiuus ſit, vel erro, vel noxa ſolutus non ſit, *vt hic.* vel capitale quid admiſerit, vel conſciſcendæ mortis cauſa quid fecerit, vel in arenam vel theatrum deſcenderit; ſeu productus intromiſſuſve fuerit vt cum beſtiis depugnaret. *verſ. Item ſi quod* ꝟ. *eod. Syn. ibid.*
f *v.l.* 17. ꝟ. *eod.* Horatius 2. *epiſt.* 2. pœnæ ſecurum eſſe eum qui in vendendo ſeruo excepit fugam. Des nummos, excepta nihil te ſi fuga lædat, Ille feret pretium pœnæ, ſecurus, opinor, Prudens emiſti vitioſum dicta tibi eſt lex.
g *v.l.* 17. §. 17. ꝟ *eod.*
h adde *Ecl. ibid. c.* 1. vel capitale quid admiſerit, vel mortis conſciſcendæ ſibi cauſa quid fecerit, vel in arenam deſcenderit, vt cum beſtiis depugnaret *v.* ꝟ *eod.*
i Venditor ſerui qui ſuperiora (quæ paulò antè enumerauimus) vitia non enumerat, vel in pronunciandis mentitur, obligatur in id quod intereſt (i. in quantum damno adfectus eſt emptor) & ſeruum recipit : ac præterea id quod ſeruus poſt traditionem emptori factam, factus opera emptoris familiæ vel procuratoris eius deterior : ſed & ea recipit, quæ ex ſeruo nata, quæ per eum acquiſita, quæ ei vendito acceſſerunt, fructus ex eo perceptos, acceſſiones *Synopſ. ibid.*
k *v.l.* 19. §. *pen.* ꝟ. *eod.*
l *v.l.* 21. ꝟ. *eod.*
m *v.l.* 23. ꝟ. *eod.*
n *v.l.* 25. §. 1. ꝟ. *eod.*
o *v.l.* 25. §. 3. ꝟ. *eod.*
p *v.l.* 23. §. 1. *l.* 24. ꝟ. *eod.*
q προδίκας *Syn. ibid.*

¶ Item

¶ *Item ſi quod mancipium capitalem* a *fraudem admiſerit, mortis conſciſcendæ* b || *ſibi* || *cauſa quid fecerit, inve arenam* c *depugnandi cauſa ad beſtias intromiſſus fuerit : ea omnia in venditione pronuncianto : ex his enim cauſis iudicium dabimus. Hoc amplius ſi quis aduerſus ea ſciens dolo malo vendidiſſe dicetur : iudicium dabimus.*

2 ¶ Cauſa *d* huius edicti proponendi eſt, vt occurratur fallaciis vendentium, & emptorib. ſuccurratur, quicunque decepti à venditoribus fuerint: dummodo ſciamus venditorem, etiam *e* ſi ignorauit *f* ea, quæ ædiles præſtari iubent, tamen teneri debere: nec eſt hoc iniquum. potuit enim ea nota habere venditor. neque enim intereſt emptoris cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate.

3 ¶ Illud ſciendum eſt, edictum hoc non pertinere ad venditiones *g* fiſcales *h*.

4 ¶ Si *i* tamen reſpublica *k* aliqua faciat venditionem, edictum hoc locum habebit.

5 ¶ In pupillaribus quoque venditionibus erit edicto locus.

6 ¶ Si intelligatur vitium, morbúſque mancipij vt plerumque ſignis *l* quibuſdam ſolent demonſtrare vitia *m*, poteſt dici, edictum ceſſare. hoc enim tantum intuendum eſt, ne emptor decipiatur.

7 ¶ Sed ſciendum eſt, morbum apud Sabinum *n* ſic definitum eſſe *o*, habitum *p* cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. id autem aliàs in *q* toto corpore, aliàs in parte accidere: namque totius corporis *r* morbus eſt, puta φθίσις *s*, *id eſt, tales*, febris: partis, veluti cæcitas *t* : licèt homo quoque natus ſit. vitiúmque *u* à morbo multum differre : vtputa ſi quis *x* balbus *y* ſit. nam huic vitioſum magis eſſe, quàm morboſum. Ego puto ædiles tollendæ dubitationis *z* gratia bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ a, *id eſt, de eodem* idem dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet.

8 ¶ Proinde *b* ſi quid tale fuerit vitij, ſiue morbi quod vſum miniſteriúmque hominis impediat, id dabit redhibitioni locum: dummodo meminerimus, non vtique quodlibet quàm leuiſſimum efficere, vt morboſus vitioſúſve habeatur. proinde leuis *c* febricula, aut vetus *d* quartana, quæ tamen iam ſperni poteſt, vel vulnuſculum *e* modicum, nullum habet in ſe delictum, quaſi pronunciatum non ſit : contemni enim "hæc" potuerunt.

¶ Exempli itaque gratia referamus, qui morboſi vitioſique ſunt.

9 ¶ Apud Viuianum quæritur, ſi ſeruus inter fanaticos *f* non ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilominus ſanus videretur? Et ait Viuianus, nihilominus hunc ſanum || eſſe. || neque *a* enim nos (inquit) minus animi vitiis *b* aliquos ſanos eſſe intelligere debere. alioquin (inquit) futurum, vt in infinito *c* hac ratione multos ſanos eſſe negaremus. vtputa *d* leuem, ſuperſtitioſum *e*, iracundum, contumacem, & ſi qua ſimilia ſunt animi vitia. magis enim de corporis ſanitate, quàm de animi vitiis promitti. interdum *f* tamen, inquit, vitium corporale vſque *g* ad animum peruenire, & eum vitiare. veluti contingeret φρενιτικῷ *id eſt, mente capto* h, quia id *i* ei ex febribus acciderit. quid ergo eſt? ſi quidem ſit animi vitium tale, vt id à venditore excipi oporteret : neque id venditor cum ſciret pronuntiaſſet, ex empto eum teneri.

10 ¶ Idem Viuianus ait, quamuis aliquando quis circa fana *k* bacchatus ſit, & reſponſa reddiderit ; tamen, ſi nunc hoc non faciat, nullum vitium eſſe. neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio eſt: ſicuti, ſi aliquando febrem habuit. cæterum, ſi nihilominus permaneret in eo vitio, vt circa fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret, etiam ſi per *l* luxuriam *m* id factum eſt, vitium tamen eſſe, ſed vitium animi, non corporis, ideóque redhiberi non poſſe : quoniam ædiles de corporalibus vitiis loquuntur, attamen ex empto actionem admittit.

11 ¶ Idem dicit etiam in his, qui *n* præter modum timidi, cupidi, auaríque ſunt, aut iracundi.

* 2. *Paulus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

VEl melancholici *o*.

3. *Gaius* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

VEl proterui *p*, vel gibberoſi, vel curui, vel pruriginoſi *q*, vel ſcabioſi : item muti *r*, & ſurdi.

1. *De vitio corporis penetrante vſque ad animum.* 2. *De aleatore, vinario, guloſo, impoſtore, mendaci, litigioſo.* 3. *De vitiis animi. De fatuo vel morione, errone, fugitiuo. De iumentis pauidis, vel calcitroſis.* 4. *De vitio animi vel corporis.*

a *v. l.* 23. §. 2. ff. *eod.*
b *v. l.* 23. §. 2. ff. *eod.*
c *Ecl.* 10. *c.* 1. εἰς κυνηγέσιον ἐπὶ τὸ θηριομαχῆσαι vel παρεδόθη τῷ θεάτρῳ, εἰς τὸ θηριομαχῆσαι, *Scholiaſt. ibid.*
d *l.* 38. ff. *eod.*
e Ædilitia tenetur venditor etiamſi edictũ ignoret, *Syn. ibid.*
f leges enim ab omnibus tenendæ, *v. l.* 9. *C. de legib.*
g Ædilitium edictum locum habet ἐπὶ πολιτικῶν, καὶ ὀρφανικῶν πράξεων, καὶ μὴν καὶ δημοσίων, *Syn. ibid.* in municipalibus, §. 4. in pupillaribus venditionibus §. 5. ff. non tamen in fiſcalibus, *vt hic.* nam ſi quid fiſcus vendidit, non redhibetur, *Syn. ibid.* adde *l.* 12. ff. *de bonor. poſſ.* Cur? an quod iuriſdictio ædilium ad fiſcum vſque nõ pertingit? an quod contractus fiſcales tenendi ſint?
h Fiſcus edictum ædilium curulium exercet, non patitur, *vt hic.* (contra eſt in republica, §. 4. ff. *eod.*) ſic fiſcus ex contractibus vſuras accipit, non dat, niſi in locum priuati debitoris ſuccedat, *l.* 2. *C. de fiſcalib. vſuris.*

inſanit, quam noſtri fanatici. Græci hic 3. fanatici nomine intelligere videntur, cum quis ex vehementiori & ardenti febre ſe inſolenter, aut præter morem gerit : aut per vicos inſanorum more curſitat, ridicula loquẽs: quomodo etiã teſtatur *lex* 4. §. 1. ff. *eod.* Briſſonius 2 *ſelect.* 13. Fanaticos propriè dici notat magnæ deum matris ſacerdotes : ſic enim appellari. *Liuius* 36. *Iuuenal. Satyr.* 2. *Prudent. in Roma. & alij authores* : qui & ſecti, & præciſi, quod virilia ſeu teſtes amputarent. *Martial.* 5. *epigramm. Iuuenal. ibid.* vnde & ſemiuiri. *Iuuenalis ibi. Varro Eudæmonib. apud Nonium.* Tibi nunc ſemiuiri teretem comam volantem iactant Galli *Lucanus* 1. crinémque rotantes Sanguineis populis cecinerunt triſtia Galli, quod à Lymphatis in Bacchanalium celebritate factum. v. Catullum *poemate de nuptiis Pelei.* Hinc iacere caput *Tacit.* 21. Atque hæ ſunt quas Plutarchus Marias vocat τῶν θεοφορουμένων ῥιψαυχενεῖν τὴν κόμην. Hoc Lucianus dicit, σείειν τὴν κόμην ἀνέτως. erant omnes capillati. Id autem percipiebant, terram colentes ſedere non oportere, ſemper enim eſſe quod agant *Iſidorus.* 8. *de Ceremoniis.*

i Reipublicæ deterior eſt conditio quàm fiſci, *vt hic: iuncto* §. *ſuperiore*, de quo ſcripſi plenius ad *l.* 4. *C. de fide & iure haſtæ fiſcalis.*
k *v. l.* 16. *inf. de verb. ſign.*
l Morborum alij cernuntur palàm, alij intelliguntur, ſeu ſignis quibuſdam demonſtrantur. m ſunt enim quidam morbi, qui omnibus poſſunt apparere, *l.* 14. *in fin. inf. eod.* & palam, *l.* 43. *ſuprà de contrah. empt.*
n puto legendum eſſe, *morbum à Labeone apud Sabinum* (in libro ſcilicet quem de edicto ædilium curulium ſcripſit) *ſic definitum* 4. *Gell.* 2.
o Cicero 4. *Tuſc.* ſic definit morbum, totius corporis corruptionem. Galenus 2. *Thrapeutic.* 3. *& de ſymptomatib. c.* 1. Auicenan *phen.* 3. *can.* 1. *doct.* 1. *c.* 1. morbum affectum præter naturam vocat, *Fuchſ.* 3. *Inſt.* adde *l.* 60. *inf. de re iudicat.*
p νόσος ἐστὶ κρατικὴ κατάστασις παρὰ τὴν φύσιν περιγινομένη, χρήσεως πρὸς ἀναιρετικὴ ἧς ἕνεκα φύσις ἡμῖν τὴν ὑγίειαν ἐχαρίσατο. *Syn. ibidem.* hoc eſt, morbus eſt conſtitutio corporis, quæ contra naturam nobis accidit, & vſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſa, natura nobis ſanitatem dedit.
q Morborum alij in toto corpore, alij in parte accidunt.
r Morborum alij, totius corporis : alij, ſingularum partium ſunt. Totius corporis, quin & totius ſubſtantiæ, phtiſis, gangræna, ſic, ſphacelus, in iecoris, lienis aliarúmque partium corruptela poſiti ſunt. Putridæ febres non totius ſubſtantiæ, ſed ſimplicis intemperiei morbi ſunt : *Fernel.* 2. *de abditis.*
s *Celſus* 2. *c.* 1. Huius plures ſunt ſpecies ἀτροφία, cùm corpus non alitur, eámque ob cauſam ſumma in eo macies exoritur: καχεξία, cum ob omnium alimentorum corruptionem, alius corporis habitus eſt: φθίσις propriè vocatur morbus perículoſiſſimus, qui à capite oritur, inde in pulmonem diſtillat, quem frequens tuſſis ſequitur, in corpus excreatur, interdum cruentum aliquid, 33. *Celſ.* 22.
t veluti cæcitas, aut pedum debilitas, 4. *Gell.* 2.
u morbum, inquit Cicero 4. *Tuſc.* appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: vitium, cùm partes corporis inter ſe diſſident, & *l.* 101. §. 1. *inf. de ver. ſign.* morbus eſt temporalis corporis imbecillitas; vitium, perpetuum corporis impedimentum, veluti ſi talum excuſſit: ita, luſcus vtique vitioſus eſt. Hinc *Gell.* 4. *c.* 2. In libris veterum, inquit, ſcriptum eſt, morbum & vitium diſtare: vitium perpetuum: morbus, cum acceſſu diſceſſuque fit.
x Balbus (Græcis ψελλός), magis vitioſus, quàm morboſus.
y vt & luſcus, *d. l.* 101. de balbo, *inf. dicemus, l.* 10. *eodem.*
z Dubitationis tollendæ cauſa bis idem dicere & geminare dictiones licet, adde *l.* 56. *ſup. mandati.* a ἐκ παραλλήλου, *Alciat.* 2. *prætermiſſ. &* 4. *de verb. ſign.*
b Morbus ſiue vitium quod vſum & miniſterium hominis impedit, actioni redhibitoriæ locum dat, non tamen quodlibet, aut leue, veluti leuis febricula: vel vetus quartana, vel modicum vulnus (puta in digito, quódque non ſentitur.) Nam hæc ne quidem pronuntiari neceſſe eſt, vti quæ contemni poſſint, *Syn. eo. & ibi. Scholiaſtes.* c de qua *v. l.* 4. *in fin. inf. eod.*
d *l.* 60. *in fin. inf. de re iudicata.*
e mediocre vlcus, *l.* 4. *in fin. inf. eodem.*
f Fanaticus qui aliqua profatus eſt, *vt hic*, qui circa fana bacchatur, & quaſi demens reſponſa reddit, §. *vlt.* ff. *eo* cuius vitium eſt, caput iactare, *vt hic.* hinc fanaticus error apud Horatium *lib. de arte poët.* ſolebãt circa fana bacchari, & comas notare ſacerdotes reſponſa & oracula daturi, *Virg.* 6. *Æneid. Lucanus* 5. *Iuuenal. ſatyr.* 20. Græcis ἔνθεοι & θεοφορούμενοι. quod non ſua ſponte, ſed diuino nomine erri crederetur. Hinc qui atræ bilis abundãtia caput iactant fanatici. Lampridius *in Heliogab.* iactauit caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi deuinxit, & omnia fecit quæ Galli facere ſolent, *Senec.* 10. *controuerſ.* 5. multò vehementius

a Animi vitia non efficiunt, vt quis non ſanus habeatur.
b vitiis, quæ corporis aliquos, &c. *Hal.*
c Infinita fugere ſolemus.
d Animi hæc vitia, leuem, ſuperſtitioſum, iracundum, contumacem eſſe, *vt hic.*
e Superſtitioſus qui inconſulto timore Deum timet. *Budæus arg. l.* 8. ff. *de cond. Inſt.* hos Græci δεισιδαίμονας vocant. Plutarchus libellum ſcripſit περὶ δεισιδαιμονίας. *Plaut. in Rudente ad* 4. *Scen.* 4. Quid ſi ita aut ſuperſtitioſa aut ariola eſt. Modus quidam religionis eſt, nimium ſuperſtitioſum eſſe non oportet. *Cicero pro domo.* adde eundem 1. *de finibus in fin.* De ſuperſtitione dixi *l.* 30. ff. *de pœnis.* Superſtitioſi ſerui exemplum præbet Syneſius Epiſtola 32. quem vide : vt & Theophraſti characteres capite de ſuperſtitione.
f Ob animi vitia locum non eſſe redhibitioni, niſi animi vitia ea ſint vt ad corpus vſque perueniant, vt in hoc phrenetico apparet. nam plerumque phreneſis accidit ex febribus. Huiuſmodi morbus non eſt animi tantum, ſed & corporis. Neque tamen hic improbauerim, ſi quis ordine inuerſo ita legeret: interdum tamen, inquit, vſque ad vitium corporale, animi peruenire & id vitiare, velut contingeret in phrenetico, quia inde febres accidant. Cuſam tamen lectionem tuetur lex 4. §. 1. ff. *eod.*
g *l.* 4. §. 1. ff. *eod.*
h Fuchſius 2. *Inſt.* 11. ex *Galeno de ſymptomatibus*, φρενῖτιν eſſe ait cerebri aut eius membranæ phlegmonem: huius tria genera facit Celſus 3. *c.* 18. & quidem primum quod cum febre eſt, in cuius acceſſione ægri deſipiunt & aliena loquuntur. Alterum ſine febre ex triſtitia. Tertium quo homines, vel imaginibus, vel mente deſipiunt. De phrenetide, eiúſque cauſis, & differentiis ab inſania, *v.* 1. *Trallian.* 13. i Idem Trallianus *ibid.* docet inſanientes à phreneticis hinc diſcerni, quod illi citra febrim, hi cum febri ſpectentur. Idem morbus φρενῖτις, imaginoſus etiam dicitur, quum φαντάσματα animo occurrant, de quo morbo *Celſus lib.* 3. *& Cælius Aurelianus.* A quo morbo eſt alius quoque imaginoſus, qui κορυβαντιασμὸς, à quo morbo κορυβαντιῶντες, quibus ſemper aures muſica & carminum ſonoribus videntur perſonari, de quo morbo v. plura apud Scaligerum in Catullum.
k *v.* §. 9. ff. *eod.* Bacchari eſt inſanire Bacchantium more. Hinc Bacchari ſeruili amore, §. *vlt. Inſt. de ſucceſſ. ſublat.* Bacchantes huiuſmodi vita ſana, quaſi dementes interdum reſponſa dabant, *vt hic, &* ff. *eodem.* Sic fanaticus quidam in templo Syluanitenſis membris exclamauit: *Tacite purpura, Tacite purpura* idque ſeptimo. quod quidem omen imperij Taciti fuit *Vopiſcus Floriano.*
l Luxuriæ is plerumque fructus eſt, furor & deſperatio. m & ſi plurifariam: *Budæus* reprehenſus ab Auguſtino quarto *Emend.* 11. qui verbo luxuriæ abuſum quemcumque intelligit, & morum ſolutionem, & effrenatam animi cupiditatem. v. quæ notaui ad *l.* 40. ff. *de damno.* Porro luxuriam veteres verbo ἀσώτως comprehenderunt: *v. l.* 8. ff. *de curat. furioſi.* n Animi vitio hi omnes laborant.
o Melancholici qui atra bili vexantur. *Budæus.* Bilis atra, fex eſt, & ſedimentum ſanguinis, cuius ſedes eſt in lienis vena caua : flauæ, ſeu pallidæ bilis ſedes eſt in ea veſica quæ ſubeſt iecori. melancholicis venerem mederi ſcribit Aretus 1. *c.* 5. *in fin.* Ægineta 1. *c.* 15. Orbaſius 1. *c.* 6. p *l.* 8 ff. *eod.* ſed quid proteruo cum gibboſis? itaque legendum puto, *vel pectoroſi* vt enim gibboſo dorſum, ita pectoroſo latum & prægrande pectus eſt. Ea antitheſis quadrat ſequentibus, pruriginoſis, ſcabioſis, mutis, ſurdis. *Iuuenal. ſatyr.* 10. Nec prætextatum rapuit Nero loripedem vel ſtrumoſum, atque vtero pariter gibboque tumentem, id eſt vtrimque gibboſum ἀμφίκυρτον Græci figura lunæ nondum ſemiplenæ. q à prurigine, dicta à perurendo 4. *Iſid.* 7. r muti & ſurdi. *Hal.* fortè muti nomine eum intelligit, qui grauiter loquitur Talis morboſus non eſt : non de muto qui ἄφωνος, quemque morboſum eſſe ait lex 9. ff. *eod.* huic ita concilianda.

5. De

5. De morbo ſontico vel non. 6. De morbo leui, aut ex quo vſus impeditur περὶ κακονοθείας πάθους, νόσου ἀῤῥωστίας.

4. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

OB quæ vitia negat redhibitionem eſſe, ex empto dat actionem.

1 ¶ Sed ſi vitium corporis vſque *a* ad animum penetrat, fortè ſi propter febrem loquantur aliena, vel ‖qui‖per vicos more inſanorum deridenda *b* ‖loquantur,‖in quo ſit animi vitium, ex corporis vitio accidit: redhiberi poſſe.

2 ¶ Item aleatores *c* & vinarios † non contineri edicto, quoſdam reſpondiſſe, Pomponius ait. quemadmodum nec guloſos *d*, nec impoſtores *e*, aut mendaces *f*, aut litigioſos.

3 ¶ Idem Pomponius ait, quamuis non *g* valdè ſapientem ſeruum venditor præſtare debeat: tamen, ſi ita fatuum, vel morionem *h* vendiderit, vt in eo vſus nullus ſit, videri vitium. * & videmur hoc iure vti, vt vitij, morbíque appellatio non videatur pertinere, niſi ad corpora; animi autem vitium ita demum præſtabit venditor, ſi promiſit: ſi minus, non. & ideo *i* nominatim de errone & fugitiuo excipitur. hoc enim animi vitium eſt, non corporis: vnde quidam iumenta pauida *k*, & calcitroſa morboſis non eſſe adnumeranda dixerunt. animi enim, non corporis, hoc vitium eſſe.

4 ¶ In ſumma, ſi quidem animi tantum vitium eſt, redhiberi non poteſt, niſi *l* ſi dictum eſt hoc abeſſe, & non abeſt: ex empto *m* tamen agi poteſt, ſi ſciens id vitium animi reticuit. ſi *n* autem corporis ſolius vitium eſt, aut & corporis, & animi mixtum vitium, redhibitio locum habebit.

5 ¶ Illud erit adnotandum, quod *o* de morbo generaliter ſcriptum eſt, non de ſontico *p* morbo, nec mirum hoc videri Pomponius ait. nihil enim ibi agitur de ea re, cui *q* hic ipſe morbus obſtet.

6 ¶ Idem ait, non omnem morbum dare locum redhibitioni, vtputa leuis lippitudo, aut leuis dentis, auriculæve *r* dolor, aut mediocre *ſ* vlcus. non denique febriculam *t* quantulamlibet ad cauſam huius edicti pertinere.

5. *Paulus* libro 5. ad Sabinum.

ET quantum intereſt inter hæc vitia, quæ Græci κακονοθείαν *u* *id eſt, vitioſitatem* dicunt, interque πάθος *x* *id eſt, perturbationem*, aut νόσον, *id eſt morbum*, ἀῤῥωστίαν, *id eſt, ægrotationem*. tantum inter talia vitia, & eum morbum, ex quo quis minus aptus vſui ſit, differt.

De morbo perpetuo, vel temporali. 1. De impetigine. 2. De ſpadone. De eo qui vnum teſticulum habet.

6. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

POmponius rectè ait, non tantum ad perpetuos *a* morbos, verùm ad temporarios quoque hoc edictum pertinere.

1 ¶ Trebatius ait, impetiginoſum *b* morbóſum non eſſe, ſi eo *c* membro, vbi impetigo eſſet, æquè rectè *d* vtatur: & mihi videtur vera Trebatij ſententia.

2 ¶ Spadonem morboſum non *e* eſſe, neque vitioſum, verius mihi videtur, ſed ſanum eſſe: ſicuti illum, qui vnum teſticulum habet, qui etiam *f* generare *g* poteſt *h*.

7. *Paulus* lib. 21. ad Sabinum.

SIn autem quis ita ſpado eſt, vt tam neceſſaria *i* pars corporis ei penitus abſit, morboſus *k* eſt.

De lingua abſciſſa.

8. *Vlpianus* libro primo ad Edictum ædilium curulium.

SI cui lingua abſciſſa *l* ſit, an ſanus eſſe videatur, quæritur. & exſtat hæc quæſtio apud Ofilium relata ‖apud eum‖ in equo. ait enim, hunc videri non eſſe ſanum.

De muto & eo qui malè loquitur.

9. *Idem* libro 44. ad Sabinum.

MVtum *m* morboſum *n* eſſe, Sabinus ait *o*: morbum *p* enim eſſe, ſine voce eſſe, apparet: ſed qui grauiter *q* loquitur, morboſus non eſt: nec qui ἀσαφῶς *r*, *id eſt, obſcurè*. plane qui ἀσήμως, *id eſt, ſine vlla ſignificatione vocis* loquitur, hic vtique morboſus eſt.

De digito abſciſſo, & membro lacerato. 2. De pluribus vel paucioribus digitis 3. De myope. 4. περὶ νυκτάλωπος. h. e. de luſcitioſo. 5. De balbo, bleſo, alypo, varo, vatio.

10. *Idem* libro 1. ad Edictum ædilium curulium.

IDem Ofilius ait, ſi homini digitus *ſ* ſit abſciſſus, membríve quid laceratum, quamuis conſanauerit *t*, ſi tamen ob eam rem eo minus vti *u*, poſſit, non videri ſanum ‖eſſe.‖

1 ¶ Catonem quoque ſcribere lego, cui digitus de manu, aut de pede præciſus ſit, eum morboſum eſſe. quod verum eſt, ſecundum ſupra ſcriptam diſtinctionem.

2 ¶ Sed ſi quis plures *x* digitos *y* habeat, ſiue in manibus, ſiue in pedibus *z*, ſi nihil impeditur numero eorum, non eſt in cauſa redhibitionis: propter quod, non illud ſpectandum eſt, quis numerus ſit digitorum, ſed an ſine impedimento, vel pluribus, vel paucioribus vti poſſit *a*.

3 ¶ De myope *b* quæſitum eſt, an ſanus eſſet, & puto, ‖ eum ‖ redhiberi poſſe.

4 ¶ Sed & νυκτάλωπα, *i. luſcitioſum* *c*, morboſũ eſſe cõſtat, id eſt, vbi homo neq; matutino tẽpore videt *d*,

a l. 1. §. 9. *ſup. eod.*
b καταγέλαστα, *Scholion. 19. Ecl.* 10. *c.* 3. Deridenda qui loquitur, & ſic ex ſermone, quia præſumitur fatuus, *Aretinus.*
c Aleator, hoc ipſo quod aleator ſit, non redhibetur, *l.* 225. *in fin.* ͞ſ. *de ver. ſign.*
† Vinarius hic eſt οἰνοπότης, non οἰνοπώλης eſt denique vinolentus & temulentus οἰνοβαρὴς, οἰνώδης οἰνωμένος.
d comeſores, *l.* 18. *inf. eo. glutios.*
e φενακισμὸς Græcis impoſtura. φενακίζειν imponere à φενάκη. adulterina coma. Impoſtor etiam Græcis πλάνος. *Matth.* 27. Qualem Franciſcũ Villionam ætate ſuorũ patrum fuiſſe ſcribit Budæus.
f *l.* 65. *inf. eod.*
g *v. l.* 18. *inf. eod.*
h Morio cui nullus ſapientiæ vſus ineſt. Hinc Martialis 8. Morio dictus erat viginti millibus emi, Redde mihi nummos, Gargiliane, ſapit. Cotta *murgiſonem* legit *in memorialib. in voce* murgiſo. Murgiſonem, inquit Feſtus, dixerunt à mora & deciſione, quaſi moriciſo. Iſidorus *in gloßis* murgiſo. callidus morator (non murmurator.)
i Exceptio firmat conſtituitque regulam in caſibus non exceptis.
k τὰ δειλὰ καὶ λακτιστικὰ ὑποζύγια, οὐκ εἰσὶν ἐμπαθῆ 19. *Syn.* 10. *c.* 3. Hinc Gellius, 1. *c.* 2. equus mordax aut calcitroſus vitioſus eſt, non morboſus.
l Redhibitoria locum non habet, vbi animi tantùm vitium eſt: niſi venditor animi vitium abeſſe dixerit: competit autem quanti minoris, *Syn. d. c.* 3. Qui locus indicat non de corporis tantùm, ſed & animi vitiis caueri plerumque ſolitos veteres. Horatius 1. *ſatyr.* 3. Sanus vtriſque auribus atque oculis, mentem, niſi litigioſus exciperet dominus cum venderet, vbi vetus interpres: Sumptum eſt hoc argumentum, à dominis mancipia vendentibus, quorum omnia vitia cognita ſibi tam corporis quàm animi, debebant aperire emptori, niſi poſtea litigare vellent propter celatum vitium. Vnde nudati ſerui plerumque venlebant à mangonibus *Seneca in Epiſtola* 83. *Suet. Caligula cap.* 36. *Lucianus Eunucho*; Claudianus *in Eutropium.* Nudatus quoties medicum dum conſulit emptor.
m *l.* 1. §. *pen. ſup. eod.*
n Redhibitoria locum habet, vbi corporis vitium eſt, vel corpori & animo commune *d. c.* 3.
o In ædilitio edicto & redhibitoria, non quæritur de morbo ſontico, ſed de quacunque vitio, quod obſit rei. nihil enim intereſt, cui rei morbus obſtet, *d. c.* 3.
p Sonticus morbus, an qui nocet *l.* 113. *inf. de ver. ſign.* An qui vehementior, vim grauiter nocendi habet? 20. *Gell.* 1. (ſontes enim ſunt qui nocent) an cui rei cuique agendæ impedimento eſt litiganti? *l. vlt.* ͞ſ. *de iudic.* An qui perpetuus? *l.* 6. ͞ſ. *eod.* an qui in hominem incidit, poſtquam is natus eſt? *l. vlt.* §. 1. *inf. eo.* an certus cum iuſta cauſa? Ælius Stilo apud Feſtum. Gloſſariis ſonticus morbus ἱερὰ νόσος. Hinc ſontica cauſa à morbo dicitur, quæ quid agere non permittit. *Ecl. c.* 3. ἀλέξετον πάθος. Talis morbus diem iudicii, ipſo iure, differt, etiam inuito iudice, *l.* 2. §. 3. *in fi.* ͞ſ. *ſi quis cautionib. v. l.* 60. *inf. de re iudicata.* Pro epilepſia Plinius accepit. Dicitur & νόσος δεινὴ, & νόσημα ταλαντιαῖον ab Alcæo quaſi magni momenti. q Hæc verba, *cur hic ipſe morb. obſtet*, tollenda videntur obſcurè admodum à Triboniano hic adiecta. r Aurium vitia, ſurditas, tarditas, tinnitus, verminatio, *v. apud Fuchſium* 3. *Inſt.* 23.
ſ vulnus minuſculum, *l.* 1. §. 8. *ſup. eod.*
t leuis febricula. *d.* §. 8. *ſup. eod.* leuiſſima febris, *l. vlt. ff. de re iud.*
u Cicero id ita exprimit: Quomodo in corpore morbus (νόσος ͞ſ. *eod.*) ægrotatio (ἀῤῥωστία. ͞ſ. *eo.*) & vitium κακονοθεία *hic*) ſic in animo morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium, cum partes totius corporis inter ſe diſſident: *& poſt*, illa duo morbus & ægrotatio ex totius corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine ex ſe cernitur; ſed in animo tantummodò cogitatione poſſumus morbum ab ægritudine diſiungere. vitioſitas autem eſt habitus aut affectio in tota vita inconſtans, & à ſeipſo diſſentiens 4. *Tuſc.* adde κακονοθείαν peruerſiſſimam humorum qualitatem, κακοχυμίαν peruerſam quantitatem & qualitatem humorum, quæ & διαφθορὰ ſeu corruptela dicitur. *Fuchſ.* 2. *Inſt.* 3. καχεξίαν paſſionem quæ ex intemperantia ægrotantis aut curatione medicaminis venit 4. *Iſid.* 7.
x πάθος eſt auerſa à recta ratione contra naturam commotio. Zeno *apud Ciceronem* 4. *Tuſculanarum, & lib.* 3. motum quemque in animo turbidum vocat.

a Morborum alij perpetui, alij temporarij.
b Impetix, ſeu impetigo, *Feſtus*, eſt vel ſicca ſcabies, prominens à corpore, cum aſperitate, & rotunditate formæ, quam vulgus *Sarnam* appellat 4. *Iſid.* 8. Græcis λειχὴν, aut vitium cutis celeriter in lepram & ſcabiem tranſiens. Celſus 5. lichenas, papulas, & lepram, impetiginem vertit. Gloſſis λειχηνώδης, impetigioſus, *v.* 26. *Plin.* Ante Tiberij principatum morbus hic incognitus: ſolo vel oſculo proceres inuadebat, c puta mento, menti, impetiginis meminit Galenus 5. *de compoſ. med. cap.* 7. quæ mentagræ Plinij omnino ſimilis.
d *l.* 12. §. 1. *inf. eod.*
e quia multo magis venit quam cæteri ſerui, *l. vlt. C. com. de leg. l.* 1. *C. de com. ſeru.* & in vectigalibus rebus ſpadones numerantur, *l. vlt.* ͞ſ. *de publ. v.* 4. *Gell.* 2. excipe tamen *l.* 7. ͞ſ. *eod.*
f hæc particula innuit ſpadonem de quo ſupra, generare poſſe, quod negari videtur, *l.* 2. §. 1. ͞ſ. *de adoptionibus. Caius, Inſt. de adopt.*
g generare non poteſt. *Hal.* reprehenſus ab Auguſt. 3. *Emend.* 5. & 4. *c.* 17. h & militare, *l.* 4. *inf. de re militari.* vxorem ducere, *l.* 39. *in fin. inf. de iure dotium.* teſtamentum facere, *l.* 5. *C. de teſtam.* adoptare, poſthumum heredem ſcribere, *l.* 6. *inf. de lib. & poſt.* Gloſſis Μονόρχις vniteſtis, vnicoleus.
i id eſt, vterque teſticulus, id eſt ſi eſt caſtratus.
k aliud in mulo caſtrato, *l.* 38. §. 7. *inf. eodem.*
l furioſus, mutúſve, cuiue quod membrum lacerum læſumque eſt, aut obeſt, quo ipſe minus aptus ſit: morboſi ſunt. *Maſurius Sabinus* 2. *iuris ciuilis lib.* 4. *apud Gell. in fin.* Lingua tamen abſciſſa quoſdam Chriſtianos loquutos fuiſſe retuli in *l.* 2. *C. de offic. præf. præt. Afric.*
m de eo dixi *l.* 3. *ſuprà eod.*
n hinc dicitur eſſe in aduerſa valetudine, *l.* 43. ͞ſ. *de vulgari, l.* 3. §. 8. ͞ſ. *de vulgari.*
o *lib.* 2. *iuris ciuilis* 4. Gel. 2.
p Morbus eſt ſine voce eſſe.
q Grauiter loquitur, qui ægrè ac difficulter loquitur.
r Vocis quatuor hic vitia, mutuum eſſe, grauiter loqui, ἀσαφῶς καὶ ἀσήμως quorum extrema ædilitio edicto locum faciunt, at non intermedia illa duo.
ſ *Paul.* 4. *ſent.* 19. §. 45. *l.* 38. *inf. de ver. ſign.* ad digitos pertinet, §. 1. 2. ͞ſ. *eo. l.* 12. §. 3. *l.* 14. §. 6. ͞ſ. *eod.* Digitum porro membrum non eſſe, ſed officium membri hinc colligunt, vt abſcindens digitum non teneatur ſtatuto puniente abſcindentem membrum.
t conſolidauerit. *Hal.* u *d.* §. 1. 2. *d.* §. 3. *d.* §. 6.
x *l.* 14. *in fin.* ͞ſ. *de ſtatu homin.*
y Plinius 11. *c.* 44. Digiti quibuſdam in manibus ſeni vt Curiatij, ex patritia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accipimus, & Volcatium Sedigitum, illuſtrem in Poëtica. *& poſt.* Brachia non omnibus paria ſecum, Studioſo Thraci in C. Cæſaris ludo notum eſt, dextram fuiſſe proceriorem Ibid. *cap.* 52. Membra animalibus agnata inutilia ſunt, ſicut ſextus homini ſemper digitus. Gloſſ. ἑξαδάκτυλος ſex digitus.
z *l.* 38. *inf. de verb. ſign.*
a verſus integer hic deeſt, qui extat in Norico textu, his verbis: Item de hydropico quæſitum eſt, an ſanus eſſet, & puto redhiberi poſſe. Sed quid de myope, &c.
b Myops luſcitioſus Latinis 4. *Gell.* 2. Is ea quæ propè ſunt, cernit, quæ procul, non videt. *Ariſt. probl.* 35. Cæterum, qui non longè videt, tam ſanus eſt, quàm qui tardius currit. *Gell. ibid.* Aetius 2. *Tetrab.* 3. *c.* 45. ait myopes dici, qui ex natiuitate, parua quidem propè vident, magna vero procul videre non poſſunt: & alios inæquales, alios æquales oculos habere, eámque affectionem incurabilem eſſe: limis ſemicluſiſque oculis aſpicere, etiamſi parua ſint; remota verò quamuis magna, non vident: ἀπὸ τοῦ νυκτάλωπος differt myops: μύωψ enim natura talis: νυκτάλωψ. morbo.
c Fulgentius *libro de priſco ſermone.* Luſcitioſos dici voluerunt, interdiu parum videntes, quos Græci μύωπας vocant. Plaut. *milit.* Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. Quid iam? quia luſcitioſus es. Dicunt enim quod lolium comedentibus oculi obſcurentur.
d Aetius 2. *Tetrab. c.* 46. ait nyctalopas vocari, qui die quidem videant, occidente ſole obſcurius, deinde nocte nihil penitus cernant: quibuſdam tamen contingere, vt noctu quidem melius videant, interdiu deterius: & ſi noctu luna appareat, nihil

neque

neque *a* veſpertino. quod genus morbi Græci vocant νυκτάλωπα. Luſcitationem *b* ‖eam eſſe‖ quidam putant, vbi homo, lumine adhibito, nihil videt.

5 ¶ Quæſitum eſt, an balbus *c*, & blæſus *d*, & atypus, *e* iſque qui tardius loquitur, & varus *f*, & varius, ſanus ſit. & opinor, eos ſanos eſſe.

De eo cui dens abeſt.

11. *Paulus* lib. 11. ad Sabinum.

CVi dens *g* abeſt *h*, non eſt morboſus. magna enim pars hominum aliquo dente caret, ‖ neque ideo morboſi ſunt, præſertim cùm ſine dentibus naſcimur *i*: nec ideo minus ſani ſumus donec dentes habeamus: alioquin nullus ſenex ſanus eſſet.

De eo qui clauum habet: de polypoſo. 1. De membris inæqualibus. 2. De gutturoſo. De eo qui oculos prominentes habet. 3. De ſcæua & manco. 4. De oris fœtore, de hircoſo, de ſtrabone.

12. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

QVi clauum *k* habet, morboſus eſt: ſed & polypoſus *l*.

1 ¶ Eum qui alterum oculum, aut alteram maxillam † ‖ maiorem habet, ſi rectè‖ iis vtatur, ſanum videri, Pedius ſcribit: ait enim, inæqualitatem maxillarum, oculorum, brachiorum, ſi nihil ex miniſterio præſtando ſubtrahit, extra redhibitionem eſſe. ſed & latus vel crus breuius poteſt adferre impedimentum. ergo & hic erit redhibendus.

2 ¶ Si quis natura gutturoſus *m* ſit, aut oculos eminentes *n* habeat, ſanus videtur.

3 ¶ Item ſciendum eſt, ſcæuam *o* non eſſe morboſum, vel vitioſum, præter quam ſi imbecillitate dextræ validiùs ſiniſtra vtitur. ſed hunc non ſcæuam, ſed mancum eſſe.

4 ¶ Is, cui *p* os oleat, an ſanus ſit, quæſitum eſt? Trebatius ait, non eſſe morboſum, alicui os olere, veluti hircoſum *q*, ſcabionem *r*. hoc enim ex illuuie oris accidere ſolere. ſi tamen ex corporis vitio id accidit, veluti quod iecur, quod pulmo, aut aliud quid ſimiliter dolet: morboſus eſt.

De claudo.

13. *Gaius* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

ITem clodus *ſ* morboſus eſt.

De ea, quæ mortuos parit. 1. De prægnante. 2. De puerpera. 3. De ſterili. 4. De eo qui vrinam facit. 5. De vua præciſa. 6. De digitis coniunctis. 7. De ea quæ mulier fieri nequit. 8. περὶ ἀντιάδων. i. de tonſillis. 9. de morbo nominatim excepto. 10. De morbo apparente.

14. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

QVæritur de ea muliere, quæ ſemper mortuos *t* parit, an morboſa ſit? Et ait Sabinus, ſi vuluæ vitio hoc *u* contingit, morboſam eſſe.

1 ¶ Si mulier prægnans *x* venierit, inter omnes conuenit, ſanam *y* eam eſſe. * maximum enim ac præcipuum munus fœminarum eſt, accipere, ac tueri *z* conceptum.

2 ¶ Puerperam *a* quoque ſanam eſſe, ſi modò nihil extrinſecus accidit, quod corpus eius in aliquam valetudinem immitteret.

3 ¶ De ſterili *b* Cælius diſtinguere Trebatium dicit: vt, ſi natura *a* ſterilis ſit, ſana ſit: ſi vitio corporis, contra.

4 ¶ Item de eo, qui vrinam *b* facit, quæritur. & Pedius ait non ob eam rem ſanum non eſſe, quod *c* in lecto, ſomno vinóque preſſus, aut etiam pigritia ſurgendi vrinam faciat. ſin autem vitio veſicæ collectum humorem continere non poteſt, non quia vrinam in lecto facit, ſed quia vitioſam veſicam habet, redhiberi poſſe: & verius eſt.

5 ¶ Quod Pedius idem ait, ſi vua *d* alicuius præciſa ſit: tollere magis, quàm præſtare redhibitionem, quòd morbus minuitur: ego puto, ſi morbus deſinit, non eſſe redhibitioni locum: ſin autem vitium perſeueret, redhibitionem locum habere.

6 ¶ Si quis digitis *e* coniunctis naſcatur, non videtur ſanus eſſe: ſed ita demum, ſi incommodatur ad vſum manus.

7 ¶ Mulierem ita arctam *f*, vt mulier *g* fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat.

8 ¶ Si quis ἀντιάδας *h*, id eſt, *tonſillas*, habeat, an redhiberi, quaſi vitioſus, poſſit, quæritur. & αἱ ἀντιάδες, id eſt, *tonſillæ* ‖ hæ ‖ ſunt quas exiſtimo, id eſt inueteratas *i*, &, qui iam diſcuti non poſſint, faucium tumores: qui ἀντιάδας, id eſt *tonſillas*, habet vitioſus eſt.

9 ¶ Si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo, & de cætero ſanum eſſe dixerit, aut promiſerit, ſtandum eſt eo, quod conuenit. * remittentibus *k* enim actiones ſuas non *l* eſt regreſſus dandus: niſi ſciens venditor morbum, conſultò reticuit. tunc enim dandam eſſe de dolo malo replicationem.

10 ¶ Si nominatim morbus exceptus non ſit: talis *m* tamen morbus ſit, qui omnibus potuit apparere, vtputa cæcus *n* homo veniebat: aut qui cicatricem *o* euidentem, & periculoſam habebat, vel in capite, vel in alia parte corporis, eius nomine non teneri Cælius ait. ‖perinde‖ ac ſi nominatim morbus exceptus fuiſſet. ad eos enim morbos vitiáque pertinere edictum ædilium probandum eſt, quæ quis ignorare potuit.

De ea quæ bis in menſe, & ea quæ nunquam purgatur.

15 *Paulus* lib. 11. ad Sabinum.

Quæ

certant. Idem ait Ægineta 3. Oribaſ. 8. Syn. 16. & 4. de locis affect. c. 18. in fi. Actuarius 4. c. 11. & 2. c. 7. eos vocat νυκτάλωπας ἐαρινοὺς vbi interpres vertit, Nuſcitioſos vernos. Marcellus *in lib. de re medica*, vbi tractat de remediis oculorum. Iſidorus verò 4. c. 8. νυκτάλωπαν ait eſſe paſſionem, quæ per diem viſum patentibus oculis denegat, nocte reddit, & è contra.

a ſed meridiano fortè.

b nuſcitionem, *Hal.* Eluſcationem, *al.* luſcitationem, *al.* Nuſcitioſum. Ætius Philologus appellat eum, qui propter oculorum vitium parum videt. Ætius Stilo, qui plus videt veſperi, quam meridie, nec cognoſcit, niſi quod vtique ad oculos admouerit. Nuſcitiones cæcitudines nocturnæ Popilio Aurelio. *Feſtus.*

c qui literas vel ſyllabas exterit.

d qui literas vix pronuntiat.

e qui ſyllabam ſyllabæ propere iungere non poteſt. Balbus & atypus, vitioſi magis quam morboſi ſunt 4. *Gell.* 2. vbi Baptiſta Egnatius aphriphū legit i. eum qui vlceribus in ore laborat. Sed Cotta, *triphus* legit, qui Græcè *triphonius* qualis eſt is, qui ob linguæ celeritatem ita confusè loquitur, vt vno tempore tres ſimul voces videatur emittere: ſed hæc meræ nugæ. Sed nos aliquando de his omnibus pleniùs, volente Deo, in Commentariis ad ius dicemus.

f vari introrſus: vatij (qui & valgi) extrorſus intortos pedes habent. *Bud.* Varro *de re ruſtica*, & potius vatiis, quàm vatiis.

g Eum, cui dens abeſt, Seruius redhiberi poſſe reſpondit: Labeo in cauſa eſſe redhibendi negauit, &c. 4. *Gell.* 2. Minimus defectus non vitiat: nec igitur impediet promouendum.

h Quid? cui vnum eſt ſolidum ac continuum os loco dentis: talis fuit Pruſiæ filius, & Pyrrhus rex Epirotarum, qui à Græcis μονόδους. *Feſtus in Monodos Plinius* 7. c. 16. vbi Pruſiæ filij meminit, notatque M. Curium (qui ob id Dentatus) & Cn. Papyrium Carbonem præclaros viros cum dentibus natos eſſe: in fœminis eam rem inauſpicati fuiſſe exempli. Valeria ita nata: v. eundem.

i abſurdum eſt autem dicere homines non ſanos naſci 4. *Gell.* 2.

k Clauus, eſt tuberculum in cute extans rotundum calloſum, claui caput repræſentans, præduræ radici affixum, & in pedibus maximè naſcitur, & in gradiendo dolorem inducit, v. Æginetam 3. c. 8. & *lib.* 6. c. 87. Ætium 4. *Tetrab.* 2. c. 82. 20. Plinium 1. *Epiſt.* 51. alio ſenſu claui, *l.* 19. §. 5. *l.* 23. §. 1. ꝟ. *de auro.*

l πολύπους eſt, tumor præter naturam in naribus obortus Ægineta 3. c. 24. à maritini polypi ſimilitudine nominatur nam & illius carni aſſimilis eſt Ægineta 6. c. 25. obſtruit meatus, qui à colatu ἠθμοειδεῖς dicuntur, *Actuarius* 2. c. 8.

† Maxillam altera maiorem qui habet, non eſt morboſus.

m *vd.* 14 §. 9. ꝟ. *eo.* n qui Græcis ἐξόφθαλμος, cui contrarius κοιλόφθαλμος.

o Scæua, qui ſiniſtra loco dextræ vtitur. Hinc Scæuola dicitur, *Varro* 6. *de lingua Latina, Liuius* 2. *vn gaucher.* Græci σκαιὸν ſiniſtram appellant, *Feſtus.*

p Putidus dicitur Nonio, cui os fœtidum & graue; quod naribus probetur, *c.* 6. *num.* 68. q cui alæ malè redolent. r hircoſum τράγωπα *Budæus.* Ioſephus Scaliger *ad C. Varron. de lingua Latina,* legit raponem. *Varro:* cum hic rapo vmbram quoque ſpei deuoraſſet. Sed Cuiacius 11. *obſeru.* 10. legit hircoſum ſcabronem. Eſtque ſcabro, qui dentes aut gingiuas abluendi & lauandi negligentia, ſcabras & ſpurcas habet: adde Feſtum *in Hirquitalli,* vbi ſcripſ. qui ore hircum olet, Martialis: hircoſo premit oſculo. Porrò Strabo is dicitur, qui diſtortos oculos habet.

ſ Claudus *Hal.* quaſi clauſus pedibus hinc Claudiorū familia à quibus Tribus Claudia Iſidor. 17. *Origin.* 5. Codex dictus quaſi Caudex: ſic enim & veteres Clodium pro Claudium dicebant Idem *li.* 12. c. 3. Antiqui ſoricen ſauricen dicebant, ſicut Clodum, Claudum. t *l.* 129. *inf. de verb. ſign.* u vt ſc. mortuos pariat, *vt hic.* Idem dicendum, ſi ea de cauſa concipere fœtum non poteſt. 4. *Gell.* 2.

x Prægnans mulier ſana eſt, *vt hic.* ſi modo nihil extrinſecus accidat. §. 2. ꝟ. *eo.* y *l.* 2. §. 4. ꝟ. *ſi quis cautionib.* y *l.* 2. §. 4. *ſup. ſi quis cautionib.* z *l.* 2. C. *de indicta viduitate.* a Puerpera ſana eſt, ſi modo nihil extrinſecus accidat, quod inualetudinem ei immittat: *Syn. eo. c.* 9. *de qua in l.* 63. *in fin.* ꝟ. *de ver. ſign.* b 4. *Gell.* 2.

a ſterilis natura ſana eſt; vitio corporis, non ſana.

b hi ἐνουρεῖν Græcis dicuntur, quibus luxatus ceruicis veſicæ muſculus hoc vitium parit. Parit autem frequentiſſimè in pueris, *Budæus ex Paulo Ægineta* 3. c. 45. *in fin.*

c Vrinam in lecto faciens ex ſomno, vel quòd ex vino pigrè ſurgit, ſanus cenſetur: ſecus ſi vitio veſicæ id faciat.

d Quo modo fieri hoc poteſt, cùm Ruffus Epheſius 1. *de appell. partium cap.* 8. dicat σταφυλὴν, i. vuam non partem, ſed affectum nominari oportere. Idémque 2. c. 4. ait ſupra epiglottidem ſupernè columellam dependere, eamque vocari σταφυλήν. minimamque vtilitatem adferre ſcribit, cum ea reſciſſa nuda corporis actio vitietur? Certè Fuchſius (hic enim cogimur peritos in arte medicæ conſulere, quod feciſſe veteres iuriſconſultos conſtat) *ſect. c.* 16. ait, vuam vitium eſſe columellæ, quo ea luxata, extrema ſui parte maior eſt & liuida: supernè verò tenuis, vt ſimilitudinem fructus vuæ (vnde nomen accepit) præ ſe ferat. Columella autem (quæ κίων & γαργαρεὼν, gurgulio, Gallis *la luette*) particula eſt carnoſa, quæ in fine palati ad fauces ſuſpenſa apparet, & hoc de vuæ ſubſtantia. Vaſſeus, *in ſuis tabulis*, auctor eſt nonnullos, quibus ea ad baſim vſque eſſet amputata, non modò deterius loquutos, ſed etiam frigidiorem ſenſiſſe inſpirationem: pleroſque etiam pulmone ac thorace refrigerato periſſe, igitur vuam hic pro columella accipi conſtat.

e vt pauciores quam quinque habeat (de curatione digitorum cohærentium, v. Gell. 7. c. 32.) qui plures ἑξαδάκτυλος dicebatur vt ꝟ. *dixi.*

f quod vel natiuitate, vel poſt accidit, variis modis, de quibus, vt & eius vitij remediis, v. Ætium 4. Tetrab. c. 95. 96. Vitium huic contrarium in marito cum ita neutra imbecillis eſt, vt coire non poſſit, *l.* 20. *C. de repud. l.* 8. §. 2. ꝟ. *de bonorum poſſeßione contra tabul.* v. Damhauderium *in Enchiridio Parium in verb. maritus inutilis.*

g quid ſi legas, *vt mater, &c.* quid ſi mulier cauſetur & dicat, volo eſſe mater & procreare filios? *c. requiſiſti. c.* 33. *q.* 1. Græci *d. c.* 9. ita legunt ἡ στενομένη γυνὴ ὥστε τὰ γυναικῶν μὴ ὑπομένειν, οὐκ ἔστιν ὑγιής. Mulier tam arcta, vt muliebria perpeti nequeat, ſana non eſt. Ita hic elegans fuerit πλοκή. cuius priore loco vox *mulier*, ſexum ipſum: poſteriore, *vt mulier fieri non poßit*, eam quæ cognoſci non poſſit, demonſtrat integram: & quæ ſignata Nonio dicitur. *Tert. lib.* 2. *de velandis virginibus.* Dicam, licèt nolim, difficilè ſemel mulier fit, quæ timet fieri. Ita Cicero obiurgatus quòd ſenex virginem duxiſſet. Cras, inquit, mulier erit. ſic puella apud Theocritum à Satyriſco mulier fieret, παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρπω, Cui Satyriſcus ἀλλὰ γυνὴ μήτηρ, τεκέων τροφὸς, οὐκέτι κώρα. i. Huic virgo adueni, mulier ecce domum redibo, At mulier mater, puerum altrix, deſine virgo. Interdum tamen mulieris appellatione virgo continetur, *l.* 13. ꝟ. *de verbor. ſignific.* vt hic arta mulier, ita artatio ſyllabæ, Varro 4. *de lingua.* Hæc cum ita vel anno 90. ſcripſerim & publicè ediderim, miror ſcabioſum neſcio quem, ſumma impudentia hominem auſum fuiſſe anno 98. alicubi me notare, me hic πλοκὴν non vidiſſe. Illud perfidioſius in illo homine fuit, quod illo ipſomet tempore quo me mendaciſſimè notauit, literas honoris laudiſque plenas ad me ſcripſit, quas ſi effrons negare voluerit, prodam publicè, vt impudentia, malitia & perfidia hominis inſulſiſſimi omnibus innoteſcat

h faucium inflammationes cum tumore, ꝟ. *eod.* glandularum, quæ in fine oris vtrinque linguæ appoſitæ ſunt, defluxu ex capite nati tumores.

i ὁ ἔχων χοιράδας παλαιὰς ἀλύτους, i. habens ſtrumas inueteratas, & quæ diſcuti non poſſunt. *Syn. eod. c.* 9.

k Renuntiari beneficio legis 2. *Cod. de reſcindenda venditione.* hinc colligunt, idque genus renuntiationis firmum ratúmque eſſe, quòd renuntians ſimilis ſit ſcienti, niſi renuntiatio ſimplicitate aut facilitate interpoſita ſit, de quo vide Socinum *regula* 226. & 436.

l Remittens actiones, ad eas regreſſum non habet *l.* 1. *ſupra de pactis. l.* 20. *in fin. l.* 21. *ſupra de minor. l.* 15. §. 5. *infra de adulteriis: l.* 2. *infra ad Turp. v. l.* 4. *C. de pact.*

m Morbi nomine, qui omnibus apparere potuit, venditor non tenetur: velut ſi cæcus venditus ſit, aut qui periculoſam euidenti in loco cicatricem in capite, vel in alia parte corporis habebat. Nam edictum eos morbos vitiaque complectitur, quæ quis ignorauit, vel ignorare potuit. *Synopſ. eodem capite* 9. *in fine.*

n adde *l.* 43. §. 1. ꝟ. *de contrah. empt.*

o Euidentia, vim exceptionis habet. idem facit & operatur quod exceptio *Ecloga cap.* 9.

Quæ bis *a* in menſe purgatur, ſana non eſt: item *b* quæ non purgatur, niſi per ætatem accidit.

De ſanato.

16. *Pomponius* lib. 23. ad Sabinum.

Quod ita ſanatum *c* eſt, vt in priſtinum ſtatum reſtitueretur, perinde habendum eſt, quaſi nunquam morboſum eſſet.

Quis ſit fugitiuus. 10. De effectu fugæ. 11. Quis ſit fugitiuus. 14. Quis ſit erro. 15. Quis ſit fugitiuus. 17. Noxa ſolutus quomodo accipitur. 19. De ſeruo qui manumitti non poteſt, vel ſub pœna vinculorum diſtracto, vel à poteſtate damnato, vel exportando. 20. De eo quod venditor affirmauit.

17. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

Quis ſit fugitiuus definit Ofilius. " fugitiuus *d* eſt qui extra *e* domini domum fugæ cauſa, quò ſe à domino cælaret, manſit.

1 ¶ Cælius autem fugitiuum eſſe ait eum, qui ea mente *f* diſcedat, ne ad dominum redeat: tametſi, mutato conſilio, ad eum reuertatur, nemo enim tali peccato (inquit) pœnitentia *g* ſua nocens eſſe deſinit.

2 ¶ Caſſius quoque ſcribit fugitiuum eſſe, qui certo *h* propoſito dominum relinquat.

3 ¶ Item apud Viuianum relatum eſt, fugitiuum ferè ab affectu animi intelligendum eſſe, non vtique à fuga *i*: nam eum qui hoſtem aut latronem, incendium, ruinámve fugeret, quamuis fugiſſe verum eſt, non tamen fugitiuum eſſe.

¶ Item ne eum quidem, qui à præceptore, cui in diſciplinam traditus erat, aufugit, eſſe fugitiuum: ſi fortè ideo fugit, quia immoderate *k* eo vtebatur. idémque probat, & ſi ab eo fugerit, cui erat commendatus: ſi propter eandem cauſam fugerit. Idem probat Viuianus, & ſi ſæuius cum eo agebat. hæc ita: ſi eos fugiſſet, & ad dominum veniſſet. Cæterùm ſi ad dominum non veniſſet: ſine vlla dubitatione fugitiuum videri ait.

4 ¶ Idem ait interrogatus Proculus de eo, qui domi latuiſſet, in hoc ſcilicet, vt fugæ nactus occaſionem, ſe ſubtraheret, ait: tametſi fugere non *l* poſſet, videri qui domi manſiſſet: tamen eum fugitiuum fuiſſe: ſin autem in hoc tantùm latuiſſet, quoad iracundia domini efferueſceret *m*, fugitiuum non eſſe. Sicuti ne eum quidem qui cùm dominum animaduerteret, verberibus ſe adficere velle, præripuiſſet *n* ſe ad amicum, quem ad præcandum *o* perduceret. ne eum quidem fugitiuum eſſe, qui in hoc progreſſus eſt, vt ſe præcipitaret. Cæterùm etiam eum quis fugitiuum diceret, qui domi in altum locum ad præcipitandum ſe aſcendiſſet: magiſque hunc mortem ſibi conſciſcere voluiſſe. illud enim quod plerumque ab imprudentibus (inquit) dici ſolet, eum eſſe fugitiuum qui nocte aliqua ſine voluntate domini emanſiſſet *p*: non eſſe verum *q*: ſed ab affectu animi cuiuſque æſtimandum.

5 ¶ Idem Viuianus ait, ſi à magiſtro puer receſſit, & rurſus ad matrem peruenit, cùm quæreretur, num fugitiuus eſſet, ſi celandi cauſa ‖quò‖, ne ad dominum reuerteretur, fugiſſet, fugitiuum eſſe: ſin verò vt, per matrem, faciliorem deprecationem haberet delicti alicuius, non eſſe fugitiuum.

6 ¶ Cælius quoque ſcribit, ſi ſeruum emeris, qui ſe in Tiberim deiecit, ſi moriendi dumtaxat conſilio ſuſcepto, à domino diſceſſiſſet, non eſſe fugitiuum. ſed ſi fugæ priùs conſilium habuit, deinde, mutata voluntate, in Tiberim ſe deiecit, manere fugitiuum. eadem probat & de eo, qui de ponte ſe præcipitauit. Hæc omnia vera ſunt, quæ Cælius ſcribit.

7 ¶ Idem ait, ſi ſeruus tuus fugiens, vicarium ſuum ſecum abduxit, ſi vicarius inuitus, aut imprudens ſecutus eſt, neque occaſionem ad te redeundi nactus prætermiſit, non videri fugitiuum fuiſſe. Sed ſi aut olim, cùm fugeret, intellexit *r* quid ageretur: aut poſtea cognouit, quid acti eſſet: & redire ad te cùm poſſet *ſ*, noluit *t*: contra eſſe.

¶ Idem putat dicendum de eo, quem plagiarius abduxit.

8 ¶ Idem Cælius ait, ſi ſeruus, cùm in fundo eſſet, exiſſet de villa, ea mente, vt profugeret: & quis eum, priùs quàm ex fundo tuo exiſſet, comprehendiſſet: fugitiuum videri. * animum *u* enim fugitiuum facere.

9 ¶ Idem ait: nec eum, qui ad fugam gradum vnum alterúmve promouit, vel etiam currere cœpit, ſi dominum ſequentem non poteſt euadere, non eſſe fugitiuum.

10 ¶ Idem rectè ait, libertatis *x* cuiuſdam ſpeciem eſſe, fugiſſe, h. e. poteſtate dominica in præſenti liberatum eſſe.

11 Pignori datus ſeruus debitorem quidem dominum *a* habet, ſed ſi, poſtea quam ius ſuum exercuit creditor, ei ſe ſubtraxit, poteſt fugitiuus videri.

12 ¶ Apud Labeonem, & Cælium quæritur, ſi quis in *b* aſylum *c* confugerit, aut eò ſe conferat, quò ſolent venire, qui ſe *d* venales poſtulant, an fugitiuus ſit. Ego puto, non eſſe eum fugitiuum, qui id facit, quòd publicè *e* facere licere arbitratur, ne eum quidem, qui ad ſtatuam *f* Cæſaris confugit, fugitiuum arbitror: non enim fugiendi animo hoc facit.

¶ Idem puto & in eo, qui in aſylum, vel quod aliud confugit, quia non fugiendi animo hoc facit. ‖ſi tamen ante fugit, & poſtea ſe contulit, non ideo magis fugitiuus eſſe deſinit.

13 ¶ Item Cælius ſcribit, placere, ‖eum‖ quoque fugitiuum eſſe, qui eò ſe conferat vnde eum dominus reciperare *g* non poſſit, multóque magis illum fugitiuum eſſe, qui eò ſe conferat, vnde abduci *h* non poſſit.

14 ¶ Erronem *i* ‖ita‖ definit Labeo, puſillum fugitiuum eſſe. & ex diuerſo, fugitiuum magnum erronem eſſe. Sed propriè erronem ſic definimus: qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus *k* in res nugatorias conſumptis, ſerius domum redit.

15 ¶ Apud Cælium ſcriptum eſt, Liberti apud patronum habitantis ſic, vt ſub vna claue *l* tota eius habitatio eſſet, ſeruus ea mente ne rediret ad eum, extra *m* habitationem ‖ liberti ‖ fuit, ſed intra ædes patroni ‖&‖ tota nocte obtulit *n*. videri eſſe fugitiuum, Cælius ait, planè ſi talem cuſtodiam ea habitatio non habuit: & in ea cella *o* libertus habitauit, cui commune *p* & promiſcuum plurium cellarum iter eſt: contra placere debere, Cælius ait & Labeo probat.

16 ¶ Idem Cælius ait, ſeruum in prouinciam miſſum à domino: cùm eum mortuum eſſe, & teſtamento ſe liberum relictum audiſſet *q*, & in eodem officio permanſiſſet, tantúmque pro libero ſe gerere cœpiſſet: hunc non eſſe fugitiuum. Nec enim mentiendo ſe liberum (inquit) fugitiuus eſſe cœpit: quia ſine fugæ conſilio id fecit.

17 ¶ Quod aiunt ædiles *r*, *noxa ſolutus non ſit*, ſic intelligendum eſt, vt non hoc debeat pronunciari, *nullam eum noxam commiſiſſe*: ſed illud, *noxa ſolutum eſſe*. hoc eſt, noxali iudicio ſubiectum non eſſe: ergo, ſi noxam committit, nec permanet, noxa ſolutus videtur.

18 ¶ Noxas *ſ* accipere debemus priuatas, hoc eſt, eas, quæcumque committuntur ex delictis, (non *t* publicis criminibus) ex *u* quibus agitur iudiciis noxalibus. Denique ſpecialiter cauetur infrà de capitalibus fraudibus. ex priuatis autem noxiis oritur damnum pecuniarium, ſi quis fortè noxæ dedere noluerit, ſed litis æſtimationem *x* ſufferre.

19 ¶ Si quis talis ſit ſeruus, qui omnino manumitti non poſſit ex conſtitutionibus *y*: vel ſi ſub pœna *z* vinculorum diſtractus ſit à domino, vel ab aliqua poteſtate damnatus, vel ſi exportandus, æquiſſimum erit, etiam hoc prædici.

a *l. 1. §. 6. ſ. eod.*
b nota hic duo vitia ὑπερκαθαρσιν ſeu αἱμορῥαγίαν τῆς ὑστέρας: id eſt immodicam purgationem, de qua vide Actuarium 1. *medicæ* 22. & ἐμμηνίων ἀποχὴν, i. menſtruorum retentionem *Budæus*. de vtriſque v. Æginetam 3. *de re medica* 61. 62. 63. & *Oribaſ.* 14. *Medicin. c.* 65.
c *l. 10. in pr. ſ. eo.* Reſtitutus ſanitati par ei qui ſemper fuit ſanus.
d adde §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *ſ. eod.*
e nec enim ſufficit iactaſſe, ac fugæ conſilium iniſſe. aſſumpto actu id delictum intelligi oportet: non ſecundum propoſitionē, ſed cum aliquo facto, *l. 125. ſ. de verb. ſign.* non ſolum conſilij, ſed & facti fugæ nomen eſt, *l. 43. §. 1. ſ. eod.* ab affectu intelligitur, non à fuga *§. 3. ſ. eod.*
f Mens fugientis, fugitiuum diſcernit.
g *l. 65. in fin. ſ. de furtu.* Sera pœnitētia, hic non prodeſt, vt nec in furto, rapina, apoſtaſia. *Accurſ.* hinc colligit Bart. vſurarium adhuc cenſeri qui deſiit fœnerari. *v. l. 65. ſ. de furtis: l. 19. ſ. de falſis.* *Tractatum Guidonis Papæ de pœnitentia iuris.*
h Certum propoſitum, προαίρεσις.
i fugæ vocabulum hic videtur ſumi pro iuſta cauſa & affectu fugiendi.
k *l. 43. §. 1. ſ. eod.* adde *l. 6. ſ. ad leg. Aquil.*
l his verbis reſtringendū eſt initium huius legis.
m deferueſceret. nā efferueſcere homo dicitur cum ira excandeſcit. *Budæus*: adde *l. 43. §. 1. ſ. eod.*
n Proripuiſſet ſc. *Bud.*
o Perfugia duo ſerui habuere aram & deprecatorem: *vt hic*, & *l. 41. §. 1. ſ. eo.* Terentius *Phormione*: Nunc ad deprecatorem abeā qui mihi ſic oret. Item, Nec hic ſibi aliquam aram aut deprecatorem parauerit.
p extra domum ſc. Hinc enim ratio dubitandi ſumitur *in pr. ſ. eod.*
q non eſt verum. *Hal.*
r *v. l. 4. ſ. quæ in fraudem creditor.*
ſ Qui non facit quod facere poteſt, is videtur facere nolle, adde *l. 19. in fin. ſ. de ritu.*
t Nolle dicimur, cuius contrarium poſſumus.
u Animus fugitiuum facit.
x Libertatis ſpecies eſt, fugiſſe.

a *l. 9. Cod. de plag.*
b vel in ædem ſactam. *§. vlt. Inſtit. de his qui ſui ſunt iuris*: ad altaria *l. 3. l. 6. Cod. de his qui ad Eccl.*
c Seruius *in* 2. *Æneid.* ait, dici aſylum, quaſi ἄσυλον; σύλειν enim eſt trahere: ἄσυλον, locus vnde ius abſtrahendi confugam non eſt. v. eundem in 8. *Æneid.* ſed potius à συλάω, quod eſt eripio, deriuatur.
d Cataſtam intelligit, locum illum certum Romæ, in quo ſolebant venire qui venales producebantur, cuius loci comminiit Cyprian. *Ep.* 33. Tibullus 2. *Elegiar.* 2. quem ſæpe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Quo et loco quoque notandum eſt, venalium trans mare aduectorum, pedes creta notatos fuiſſe, quod & confirmat Ouidius 1. *Amorum* 8. Nec tu, ſi quis erit capitis mercede redemptus, Deſpice Gypſati nomen inane pedis. & Iuuenalis *Satyr.* 1. Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis. Plinius 35. *c.* 17. & 18. Et & hoc notandum eſt, captiuos, qui lege vendebantur, ſub corona & coronatos veniſſe. 7. *Gell.* 4. *Varr.* 2. *de re ruſtic.* 10. *Cæſar.* 3. *de bello Gallico.* quemadmodum & ſerui quorum nomine venditor nihil præſtaret, pileati veniebant, vt ex Cœlio Sabino notat Gellius *d. loco.* Quin & plerumque nudabantur ſerui, vt eò melius vitia corporis emptor cognoſceret. *Seneca* 11. *Epiſtola* 81. *Claudianus* 1. *ad Eutropium. Lucianus in Eunucho. Suet. Caligul.* 36. Quin & cum titulo vendebantur, ex quo cognoſcebatur quid morbi vitiive in eis eſſet. 4. *Gell.* 2. *Seneca* 6. *epiſt.* 47. *Apollonius* 3. *apud Philoſtrat.*
e non peccat, qui id facit quod publicè facere licet. *v. l. 3. ſ. de Maced. v. hic Bald.*
f ad ſtatuas Cæſarum, *vt hic.* ad ſtatuam, *l. 5. ſ. de extraord. crim.* ad Imperatoris ſimulachra, *l. vnic. C. de his qui ad ſtatuas confug.* ad imaginem Imperatoris *l. 38. ſ. de iniuriis* imaginem Cæſaris (quam interdum præferri à confugis moris erat) *l. 28. §. 7. ſ. de pœnis.*
g i. cum nulla publica cautio tibi proſit. eſt enim recuperatio, vt ait Gallus Ælius apud Feſtum, cùm inter populos, & reges, nationeſque, & ciuitates peregrinas lex conuenit, vt res priuatæ reddantur.
h ſi nolit, abducimur enim & per vim, *l. 15. §. 17. 18. 19. ſ. de iniuriis.* nolentes & inuiti, & gremiis abducere pactas *Virgil. apud Donatum.* vt ſit ſenſus: Si fugitiuus eſt quem non poſſis ab extraneo loco abducere, quod ius abducendi, tuæ ciuitati (putà quia nunquam id cum vicinis ciuitatibus pacta eſt) non competit: multò magis fugitiuus erit, ſi poſtquam ius illud abducendi tuæ ciuitati competierit, non poſſis ex eo (in quem fugit) loco tuum ſeruum abducere. Priore caſu tibi fugitiuus eſt: altero, & tibi, & tuæ ciuitati, quæ ius abducendi, & recuperandi habet.
i Erro, puſillus, fugitiuus: Fugitiuus magnus erro. Propriè verò erro eſt, qui ſine cauſa frequenter vagatur, & temporibus in res inutiles conſumptis, ſerius domum redit *Syn. eod. cap.* 12. 6. *Harm. Tit. de verb. ſign. §.* 16. *l. 224. ſ. de verb. ſign.* adde *l. 14. C. de act. empt.*
k *Eclogæ c.* 12.
l Habitatio vna dicitur ſi eſt vna clauſula, quæ vltima claudat omnes domos & familiares. *Bart.* Claue ſub eadem qui habitant, ſub eadem familia eſſe intelliguntur. *Bald.*
m *in pr. ſ. eod.*
n Habitationem fugit, & intra ædes patroni tota nocte detulit. *Haloander.* oblatuit. *al.*
o dixi ad Feſtum.
p v. quæ notaui de exhedra & mediano, ad *l. 5. §. 2. ſ. de his qui deiecer.*
q falſò ſc. *Accurſ.* r *l. 1. in pr. ſ. eod.* ſ *l. 174. ſ. de verb. ſign.* Noxaliter & publicis iudiciis agi non poteſt. *v. Bald. hic.* t Delicti & criminis differentia, adde *l. 131. in fin. ſ. de verb ſign.* u *l. 11. in fin. ſ. de euictionib. l. 200. ſ. de verb. ſign.* x *l. 2. C. de noxalib.*
y *v. l. 48. §. 2. ſ. de heredib. inſtit.*
z facit *l. 10. C. de pœnis.* vinculorum ius meri imperij non eſſe hinc colligunt nonnulli, cum priuatis competat. V. tamen Baldum.

20 ¶ Si

28 ¶ Si quis adfirmauerit, aliquid adeſſe ſeruo, nec adſit; vel abeſſe, & adſit: vt puta ſi dixerit furem non eſſe, & fur ſit: ſi dixerit artificem eſſe, & non ſit. hi enim quia, quod adſeuerauerunt non præſtant, aduerſus *a* dictum promiſſumve facere videntur.

18. *Gaius* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

SI quid venditor de mancipio adfirmauerit *b*, idque non ita eſſe, emptor queratur: aut redhibitorio, aut æſtimatorio, id eſt, quanto *c* minoris, iudicio agere poteſt: verbi gratia, ſi *conſtantem*, aut *laborioſum*, aut *curracem d vigilacem e* eſſe, aut *ex frugalitate f ſua peculium adquirentem* adfirmauerit: & is ex diuerſo leuis, proteruus, deſidioſus *g* ſomniculoſus, piger, tardus, comeſor *h* inueniatur; hæc omnia videntur eò pertinere, ne id, quod adfirmauerit venditor, amarè ab eo exigatur: ſed cum *i* quodam temperamento. vt ſi fortè *conſtantem eſſe* adfirmauerit, non exacta grauitas, & conſtantia, quaſi à philoſopho *k* deſideretur, & ſi *laborioſum & vigilacem l* adfirmauerit eſſe, non continuus labor per dies noctéſque ab eo exigatur. ſed hæc omnia ex bono & æquo modicè *m* deſiderentur.

¶ Idem & in cæteris, quæ venditor adfirmauerit, intelligimus.

1 ¶ Venditor, qui *optimum cocum eſſe* dixerit, optimum *n* in eo artificio *o* præſtare debet. qui verò ſimpliciter cocum *p* eſſe dixerit, ſatisfacere videtur, etiã ſi mediocrem *q* cocum præſtet. idem & in cæteris *r* generibus artificiorum.

2 ¶ Æquè, ſi quis ſimpliciter dixerit peculiatum eſſe ſeruum, ſufficit, ſi is, vel minimum *ſ* habeat peculium.

2. Quid interſit inter dictum & promiſſum. 3. De eo quod venditor dixit aut promiſit. 5. De emptore, permutatore, & ſucceſſoribus. 6. De tempore actionis redhibitoriæ & æſtimatoriæ.

19. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

SCiendum tamen eſt, quædam, & ſi dixerit, præſtare eum non debere: ſcilicet ea, quæ ad nudam laudem *t* ſerui pertinent: veluti ſi dixerit *frugi u, probum, dicto audientem*. vt enim Pedius ſcribit, multum intereſt, commendandi ſerui cauſa quid dixerit, an verò præſtaturum ſe promiſerit, quod dixit.

1 ¶ Planè ſi dixerit, *aleatorem non eſſe, furem x non eſſe, ad y ſtatuam nunquam confugiſſe*, oportet eum id præſtare.

2 ¶ Dictum à *z* promiſſo ſic diſcernitur. dictum accipimus quod verbo tenus pronuntiatum eſt, nudóque ſermone finitur. promiſſum autem poteſt referri & ad nudam promiſsionem, ſiue pollicitationẽ, vel ad ſponſum *a*, ſecundum quod incipiet is, qui de huiuſmodi cauſa ſtipulanti ſpopondit, & ex ſtipulatu poſſe conueniri, & redhibitoriis actionibus: non nouum. nam & qui ex empto poteſt conueniri, idem *b* etiam redhibitoriis actionibus conueniri poteſt.

3 ¶ Ea autem ſola dicta, ſiue promiſſa admittenda ſunt, quæcumque ſic dicuntur, vt præſtentur: non *c* vt iactentur.

4 ¶ Illud ſciendum eſt. Si quis *artificem d* promiſerit vel dixerit, non vtique perfectum eum præſtare debet: ſed ad *e* aliquem modum, peritum: vt neque conſummatæ ſcientiæ accipias, neque rurſum indoctum "eſſe" in artificium *a*: ſufficiet igitur, talem eſſe quales vulgo *b* artifices dicuntur.

5 ¶ Deinde aiunt ædiles *c Emptori, omnibuſque, ad d quos ea res pertinet, iudicium dabimus.* pollicentur emptori actionem, & ſucceſſoribus eius, qui in vniuerſum ius ſuccedunt *e*. Emptorem accipere debemus eum, qui pretio emit. ſed ſi quis permutauerit *f*: dicendum eſt, vtrumque *g* emptoris & venditoris loco haberi, & vtrumque poſſe ex hoc edicto experiri.

6 ¶ Tempus autem redhibitionis ſex *h* menſes vtiles habet. ſi autem mancipium non redhibeatur, ſed quanto minoris agitur, annus *i* vtilis eſt. ſed tempus redhibitionis ex die venditionis currit: aut, ſi dictum promiſſumve quid eſt, ex eo, ex quo dictum promiſſumve quid eſt.

De dicto præcedente & ſtipulatione ſequente venditorem.]

20. *Gaius* libro 1. ad Edictum ædilium curulium.

SI verò ante venditionis tempus dictum interceſſerit, deinde *k* poſt aliquot dies interpoſita fuerit ſtipulatio: Cælius Sabinus ſcribit, ex priore cauſa, quæ ſtatim, (inquit) vt veniit id mancipium, eo nomine poſſe agere cœpit.

Redhibitionis definitio & Etymologia. 1. De cautionibus in redhibitione præſtandis.

21. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium.

REdhibere *l* eſt, facere vt rurſus habeat venditor, quod habuerit, &, quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio.

1 ¶ Cùm redditur ab emptore mancipium venditori *m*, de dolo malo promitti oportere ei, Pomponius ait. & ideo cautiones neceſſarias eſſe: ne fortè aut pignori *n* datus ſit ſeruus ab emptore, aut iuſſu eius furtum, ſiue damnum cui datum ſit.

2 ¶ Item Pomponius ait, interdum etiam dupliciter *o* cautiones interponi debere: alias in præteritum, alias in futurum, vtputa ſi eius ſerui nomine qui redhibetur, emptor, procuratórve eius iudicium accepit: vel quod cum eo ageretur, vel quod ipſe eius nomine ageret. cauendum autem eſſe ait, ſi quid ſine dolo malo emptor condemnatus "fuerit, aut" dederit, *His rebus rectè præſtari p.* vel ſi quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit, dolóve malo, vel culpa eius factum ſit, quo minus perueniret, iiſdem diebus *q* reddi.

3 ¶ Idem ait, futuri temporis nomine cautionem ei, qui ſciens vendidit, fieri ſolere, ſi in fuga eſt homo ſine culpa emptoris, & nihilominus condemnatur venditor *r*: tum *ſ* enim cauere *t* oportere, vt emptor hominem perſequatur, & in ſua poteſtate redactum venditori reddat.

22. *Gaius* libro 1. ad Edictum ædilium curulium.

ET neque per ſe, neque per heredem ſuum futurum, quominus eum hominem venditor habeat.

De ſeruo deteriorato ab emptore. 1. De acceſsionibus. 2. De capitali fraude. 3. De ſeruo qui mortis ſibi conſciſcendæ cauſa quid fecit. 4. Si ſeruus vel filiuſfamilias vendiderit. 5. De heredibus. 6. Si bona fide poſſeſſus, vendiderit. 7. De effectu redhibitionis. 8. Si ſeruus venditus furtum fecerit. 9. De eo quod ob ſeruum peruenit ad emptorem, vel culpa eius non peruenit.

23. *Vlpianus* libro 1. ad Edictum ædilium curulium.

CVm autem redhibitio fit: ſi deterius mancipium ſiue animo, ſiue corpore ab emptore factum eſt, præſtabit emptor venditori: vtputa ſi ſtupratum *u* ſit, aut ſæuitia emptoris fugitiuum eſſe cœperit. & ideo inquit Pomponius, vt ex quacumque cauſa deterius factum ſit, id arbitrio iudicis æſtimetur, & venditori præſtetur. quod ſi ſine iudice homo redhibitus ſit: reliqua autem, quæ diximus, nolit emptor reddere, ſufficiet venditori ex vendito actio.

1 ¶ Iubent ædiles reſtitui, & quod venditioni acceſſit, & ſi quas acceſſiones *x* ipſe præſtiterit: vt vterque reſoluta emptione, nihil amplius conſequatur, quàm [non] haberet, ſi *y* venditio facta non eſſet.

2 ¶ Excipitur etiam ille, qui capitalem *z* fraudem

a *l.1.§.1.ſup.eod.*
b *l.16.de hered.vendita.*
c *l.25.§.1.infrà de excep.rei indic.*
d Currax, τροχαλὸς *Syn.eo.c.13.* vt hinc conſtet ante perperam lectum, curacem. Ruffinus 8. *Antiq.7.* Nutriebantur autem equi, vt eſſent pulchri pariter & curraces. ſic Æſchilus Iouis nuntium laudans, τρόχιν appellat.
e Propertius 4. *Elegia.* Iamne tibi exciderant vigilacis ſecta Suburræ, vigilax autem Græcis, ἄγρυπνος.
f Hic πορισμὸς Græcis. Eſt verò peculij definitio, quod quis ſuum defraudans genium compar ſit miſer. *Terentius Andria.*
g Caudex, ſtipes, aſinus plumbeus. Terentius. *Heautont. act. 1. ſcena 1.*
h commeſſor. *Hal.* commeſſitor. *Bud. & Cotta, Martialis.* Qui nec leno potes, nec commeſſator haberi: idem quod guloſus, *l.4.§.2.ſ.eod.*
i id eſt non valdè, *l.4.§.3.ſ.eod.* non perfectè ad aliquem modum, *l.19.§.4.j.eod. l.10. in fin.j.de bon. poſſeſſ.*
k aut iuriſconſulto, *d.l.10*
l Vigilax hic, vt & ſupra currax, ea forma dicuntur, vt apud Catonem, vendax & emax. Cato *cap.2. de re ruſtica.* Patremfamilias vendacem eſſe oportet, non emacem, ſic apud Ouidium 4. *de Triſtibus,* Viuax. Et modò carpebant viuax de ceſpite gramen. Apuleius 9. *de Aſino.* Sulphur viuax metallum. ſic apud Virgilium, ſternax equus: ſic furax apud Ciceronem 3. *Offic.* In mancipio vendendo, dicendáne vitia? non ea, quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili, ſed hæc mendacem eſſe, aleatorem, furacem, ebrioſum.
m hæ voces diligenter notandæ, modicè, non amarè, cum quodam temperamento, non exactè, ex bono & æquo, non quaſi à philoſopho. adde *l.33.j.de vſuris.*
n & de cocis loquens Liuius 9. *bel. Maced.* quod miniſterium, inquit, fuerit, ars haberi cœpit. De cocis 9. *Plin.17.* Triumphorum pretiis æſtimantur, nulluſque pluris æſtimatur, quam qui pretioſiſsimè cenſum domini mergit. Seneca 1. *de benef.* 10. Fœdiſsimum patrimoniorum exitium culina. Idem 14. *Epiſt.91.* Tam ſuperuacuus eſt cocus, quàm miles. v Plinium illo loco. Porrò cocorum nomina ea fuerunt veteribus, Antrax, Congrio, Macherio. *Iul. Scalig. 1. poët.*
o Artificum appellatione cocum contineri, hinc colligunt; & proinde indicto artificibus vectigali, cocos contineri. v. Cremenſem *ſingul.98.*
p id eſt cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet, *l.75.§.2.j.de verb. oblig.*
q Mediocrem rem præſtando debitor liberatur.
r *l.19.§.4.infr.eod.*
ſ Minimum enim in ſummis ſequimur, *l.83.§.3.j.de verb.oblig.*
t cum quadam iactatione, *§.3.j.eod.* commendatione, *l.37.ſuprà de dolo. l.43.ſ.de contrah.empt.*
u Plinius 1. *epiſt.20.* Credo decentes eſſe ſeruos, qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo. Supereſt vt frugi ſint, quod de venalibus s. melius auribus quàm oculis iudicatur, Apul. 4. & 8. *Metam.* Aſinum, bonem frugi dixit.
x *l.31.§.1.infr.eod.*
y Ad ſtatuam confugiſſe in ſeruis nota improbitatis erat, vt non confugiſſe, probitatis. adde *l.17.§.12.ſ.eod.*
z Aliud eſt promittere, aliud dicere: multa dicuntur ſine promiſsione. Promittimus pollicitando, vel altero nudum conſenſum præſtante, vel ſtipulante. Dicimus verbis, Promittimus nuda etiam promiſsione, hoc eſt, etiam nudo conſenſu ſine verbis: An potius dicta intelligimus, quæ ſtipulanti promittimus: Promiſſa quæ etiam non ſtipulanti? qualia ſunt ea, quæ non ſtipulanti promittimus, quæ pollicemur, quæ ſpondemus.
a ad ſponſionem. *Hal.*
b Argumentum ab actionibus ciuilibus ad prætorias duci obſerua.
c Aliud promiſsio, aliud iactatio, *v.l.ſ.eod in pr.* adde *l.vlt.j.de teſt.*
d *l.18. in fin.ſ.eod.*
e *v.l.18.ſ.eod.* artifex non dicitur, niſi qui peritiam artis habet.

a *al.* in artificio.
b vulgi ſententiam in contractibus ſequimur: vt quales vulgo intelliguntur, tales præſtentur artifices, quod in rerum pretiis obſeruatur, *l.63. inf.ad l.Falcid.* vulgi ad opinionem recurrendum.
c *l.1.§.10.ſ.eod.*
d Pertinere dicuntur res defuncti, etiam ad ſucceſſores.
e id eſt heredibus, *l.48.§.5. infr.eod.* ſic enim definitur heres & hæreditas, *v.l.42. j.de verb ſign.*
f Emit qui pretio comparat. emit & vendit qui permutat. Emptionis enim vocabulo omnis alienatio intelligitur: at nõ pretij nomine, *v.l.19. ſ.de act.empt. v.l.1. ſupr. de rer.permut. l.29.§.1.infr.de ſtipulib.*
g in permutatione, vterque emptoris & venditoris loco eſt, *l.1.ſup. de rer.permut.*
h *v.l.55.j.eod.*
i *l.38.j.eod.l.vlt.in fi. C eod.* Cur minus durat redhibitoria quã quanti minoris? Illa datur ad reſcindendum: hæc ad recipiẽdum. adde *l.35.verſ. ſed cum. inf.de oblig.*
k Præſtationibus ſtipulationum quæ continentur plerumque eadem in ſtipulationibus & contractibus repetita intelliguntur, & ad tempus contractus referuntur, *l.134.§.1.j.de verb.oblig.*
l tunc enim omnia retrò aguntur, *l.9. ſuprà de alien. iudicij: l.10. in fin.ſuprà quib.mod.pign.*
m vel à creditore debitori pignus, *v.l.16. ſup. de pign.*
n Pignori dari poteſt fugitiuus, *vt hic.*
o adde *l.30.inf.eo.*
p *v.l.91.inf.de verb. ſignif.*
q iiſdem de rebus id reddi. *Hal. vt l.30.j.eod. Cuiac.17. obſeru.21.* qui Triboniani error natus eſt ex ſingularibus litteris.
r ad pretium reddendum. *Accurſ.*
ſ Fugitiuum qui ſciens vendit, reſtituere pretium tenetur, etiam ſi ei ſeruus non reſtituatur, ſed nuda cautio de eo reddendo præſtatur, ſi captus fuerit: ſi ignorans, non aliter reddit pretium quàm recepto ſeruo, *l.vlt. C.eod.*
t tum eum cauere oportet. *Hal.*

u Deterior ancilla, quæ ſtuprata, vel quæ fugitiua eſſe cœpit, redditur.
x *l.1.§.1. ſuprà eodem. l.61.§.2. infrà de furtis.* poſſeſsionem, *l.22.* cauſam vſucapionis & fructus, *l.35.l.73. infra de verborum ſignification.* non tantum corpus, ſed omnem rei conditionem & cauſam, *l.vltim. §.vltim. infr. de verborum ſignificat.*
y *l.75.j.de verb.ſignif.*
z Cyprianus 2. *ad Donatum*: Hic teſtamentum ſubiicit, ille falſum capitali fraude conſcribit.

admiſit.

admiſit. ¶ Capitalem fraudem admittere eſt, tale aliquid delinquere, propter quod capite *a* puniendus ſit: veteres *b* enim fraudem pro pœna ponere ſolebant. capitalem fraudem admiſiſſe accipiemus *c*, dolo malo *d* & per nequitiam. cæterum ſi quis errore, ſi quis *e* non fecerit, ceſſabit edictum. vnde Pomponius ait, neque impuberem *f* neque furioſum *g* capitalem fraudem videri admiſiſſe.

3 ¶ Excipitur & ille, qui mortis *h* conſciſcendæ cauſa quid fecerit. Malus ſeruus creditus eſt, qui aliquid facit quò magis ſe rebus humanis extrahat: vtputa laqueum torſit *i*, ſiue medicamentum pro veneno bibit, præcipitémve ſe ex alto miſerit, aliúdve quid fecerit, quo facto ſperauit mortem peruenturam: tanquam non nihil in alium auſurus, qui *k* hoc aduerſus ſe auſus eſt.

4 ¶ Si ſeruus ſit, qui vendidit *l*, vel filiusfamilias, in dominum vel patrem de peculio ædilitia actio competit, quamuis enim pœnales *m* videantur actiones, tamen *n*, quoniam ex contractu veniunt, dicendum eſt, eorum quoque nomine, qui in aliena poteſtate ſunt, competere: proinde & ſi filiafamilias, vel ancilla diſtraxit, æquè dicendum eſt, actiones ædilitias locum habere.

5 ¶ Hæ actiones quæ ex hoc edicto oriuntur, etiam aduerſus *o* heredes omnes competunt.

6 ¶ Etſi bona *p* fide nobis ſeruient liberi fortè homines, vel ſerui alieni, qui vendiderunt: poteſt dici etiam hos hoc edicto contineri.

7 ¶ Iulianus ait, iudicium redhibitoriæ actionis vtrumque *q*, id eſt venditorem & emptorem, quodámmodo *r* in integrum reſtituere debere.

8 ¶ Quare ſiue emptori ſeruus furtum fecerit, ſiue alij cuilibet, ob quod furtum emptor aliquid præſtiterit: non *ſ* aliter hominem venditori reſtituere iubetur, quàm *t* ſi indemnem eum præſtiterit.

¶ Quid ergo? (inquit Iulianus) ſi noluerit venditor hominem recipere? non eſſe cogendum ait quicquam præſtare, nec amplius *u*, quàm pretio condemnabitur. & hoc detrimentum ſua culpa emptorem paſſurum, qui, cùm poſſet hominem noxæ dedere, maluerit litis æſtimationem ſufferre: & videtur mihi Iuliani ſententia humanior eſſe.

9 ¶ Cùm redhibetur mancipium, ſi quid ad *x* emptorem peruenit, vel culpa eius non peruenit, reſtitui oportet: non ſolùm ſi ipſe fructus percepit, mercedéſve à ſeruo, vel conductore ſerui accepit: ſed etiam ſi à venditore fuerit idcirco conſecutus, quòd tardius ei hominem reſtituit. ſed & ſi à quouis alio poſſeſſore fructus *y* accepit emptor, reſtituere eos debebit.

¶ Sed & ſi quid fructuum nomine conſecutus eſt, præſtet. item ſi legatum, vel hereditas ſeruo obuenerit, neque refert, potuerit hæc conſequi venditor, an non potuerit, ſi ſeruum non vendidiſſet. ponamus enim, talem eſſe, qui capere aliquid ex teſtamento non potuerat. nihil hæc res nocebit.

¶ Pedius quidem etiam illud non putat eſſe ſpectandum: cuius *z* contemplatione *a* teſtator ſeruum heredem ſcripſerit, vel ei legauerit: quia, etſi venditio remanſiſſet *b*, nihil hæc res emptori proderat: & per contrarium (inquit) ſi contemplatione venditoris inſtitutus proponeretur: tamen diceremus, reſtituere emptorem non *c* debere venditori, ſi nollet eum redhibere.

24. *Gaius* lib. I. ad Edictum ædilium curulium.

ET generaliter dicendum eſt, quicquid *d* extra rem emptoris per eum ſeruum adquiſitum eſt, id iuſtum videri reddi oportere.

De mancipio deteriorato. 2. Familiæ appellatione qui contineantur. 3. Procurator quis hic dicatur. 4. De mancipio deteriorato. 8. De his quæ præcedunt, vel ſequuntur litem conteſtatam. 9. Alia verba edicti de venditione mancipiorum. 10. De ordine edicti.

25. *Vlpianus* lib. I. ad Edictum ædilium curulium.

AEdiles etiam hoc præſtare emptorem volunt, ſi in aliquo deterior factus ſit ſeruus: ſed ita demum ſi poſt venditionem traditionémque factus ſit. cæterum "ſi ante fuit", non pertinet ad hoc iudicium, quod ante factum eſt.

a Capitalis fraus in ſeruo, eſt quæ capite punitur, *vt hic: l. 12. in fin. ĵ. de accuſationibus.* Capitalis pœnæ verbo, etiam decapitatio intelligitur. *Bald.*
b aliàs, fraus aliud eſt, & aliud pœna. *l. 131. ĵ. de verborum ſignificat.*
c Capitalis pœn dolum exigit: ideoque impuberi imponi non poteſt, niſi ſit doli capax.
d nam in maleficiis ſpectatur voluntas, non exitus, *v. l. 14. ĵ. de ſicariis.*
e Error & caſus excuſat à pœna capitali, *vt hic, v. l. 31. l. 52. §. 2. ſuprà ad l. Aquil.*
f doli incapacem. num aliud eſt in capaci, *v. l. 7. C. de pœnis: l. ſi arrogatio 14. ĵ. de tut. l. excipiuntur 14. infra ad Sylanianum.*
g *v. l. 13. l. 14. ſup. de off. præſ.*
h *l. 1. §. 1. in fin. ſuprà eodem.* adde *l. 9. §. 7. ſuprà de peculio.*
i vt ſe ſuſpenderet.
k qui ſibi non pepercit, multo minus alij parcet, *l. vlt. §. 6. in fin. ĵ. de bon. cor.* Qui in ſe malum admiſit, omne & in omnes admittet multo magis.
l *l. 57. §. 1. infr. eodem.*
m Ædilitiæ actiones, quaſi pœnales. Cur? ædilitium edictum durius eſt actione ex empto. dixi *l. 1. ſuprà eodem.*
n Pœnales actiones ex contractibus filiorum & ſeruorum deſcendentes dantur in parentes & dominos.
o *l. 48. §. 5. infrà eod.*
p adde *l. 1. in fin. l. 2. ſ. de pecul.*
q vt ita omnia in integrum reſtituantur, *v. l. 60. infrà eodem.*
r *Quodammodo*, diminutionis nota.
ſ ordo ſeruatur in redhibendo, *l. 26. in fin. ĵ eod.*
t *l. 29. in fin. inf. eodem: l. 7. circa fin. inf. de leg. I. l. 36. in fin. ĵ. ad Treb.*
u *l. 24. ĵ. eod.*
x *l. 58. §. 1. infrà eod.*
y adde §. 1. *ſuprà eod.* adde *l. 28. ſuprà de heredit. petit.*
z *l. 13. §. 18. ſuprà de act. empt.* adde *l. 1. §. 6. infrà de vulgari.*

a Contemplationis hic non habetur ratio, ſed cauſæ effectiuæ, & immediatæ. *Bald.*
b venditoris manſiſſet. *Bud.*
c Albericus hoc verum eſſe putat ſi agatur actione ex empto, cum non habeat locum niſi volente emptore: ſecus fore ſi condictione ſine cauſa agatur. tunc enim venditorem id poſſe petere, quaſi rei ſuæ ſit, *l. ſed ſi plures 10. §. in arrogato 6. infrà de vulgar. l. ædilitiæ 45. infr. de adqu. her. l. pen. §. 1. infr. de ſtip. ſeru.*
d Omnis cauſa reſtituenda eſt ab emptore, *l. 1. §. 1. & §. vlt. ſuprà eodem: l. 25. l. 2. §. 2. 3. penult. vlt. l. 43. §. 6. l. 60. infrà eodem, l. 32. ſuprà de petit. hered. l. 11. §. 7. 5. ad l. Aquil.*

1 ¶ Siue ergo ipſe deteriorem eum fecit, ſiue familia *a* eius, ſiue procurator, tenebit actio.

2 ¶ Familiæ *b* appellatione omnes, qui in ſeruitio ſunt continentur: etiam liberi *c* homines, qui ei bona fide ſeruiunt, vel alieni. accipe eos *d* quoque, qui in poteſtate eius ſunt.

3 ¶ Procuratoris *e* fit mentio in hac actione. ſed Neratius procuratorem hic, "eum" accipiendum ait, non quemlibet, ſed cui vniuerſa *f* negotia, aut id ipſum, propter quod deterius factum ſit, mandatum *g* eſt.

4 ¶ Pedius ait æquum fuiſſe, id dumtaxat imputari emptori ex facto procuratoris, & familiæ, quod non fuit paſſurus ſeruus, niſi "ei" veniſſet, quod autem paſſurus erat, etiam ſi non veniſſet, in eo concedi emptori ſerui ſui noxæ deditionem: & ex eo (inquit) quod procurator commiſit, ſolùm actionum præſtandarum neceſſitatem ei iniungi.

5 ¶ Quid ergo, ſi culpa *h*, non etiam dolo emptoris ſeruus deterior factus ſit? æquè condemnabitur.

6 ¶ Hoc autem quod deterior factus eſt ſeruus, non *i* ſolùm ad corpus, ſed etiam ad animi vitia referendum eſt. vtputa ſi imitatione *k* conſeruorum apud emptorem talis factus eſt: aleator fortè, vel vinarius *l*, vel erro euaſit.

7 ¶ Sed notandum eſt, quod non permittitur emptori, ex huiuſmodi cauſis noxæ dedere ſeruum ſuum. nec enim factum ſeruorum ſuorum, itémque procuratoris præſtat.

8 ¶ Item ſciendum eſt, hæc omnia quæ exprimuntur edicto ædilium, præſtare eum debere, ſi ante *m* iudicium acceptum facta ſint. idcirco enim neceſſe habuiſſe ea numerari: vt, ſi quid eorum ante litem conteſtatam contigiſſet, præſtaretur. cæterum poſt *n* iudicium acceptum, tota cauſa ad hominem reſtituendum in iudicio verſatur: & tam fructus "veniunt", quam id, quo deterior factus eſt, cæteráque veniunt.* iudici enim, ſtatim atque iudex factus eſt, omnium rerum officium incumbit, quæcumque in iudicio verſantur. ea autem quæ ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertinent: niſi fuerint ei nominatim iniuncta.

9 ¶ Præterea in edicto adiicitur ſic: *Et quanta pecunia pro eo homine ſoluta, acceſſioniſve nomine data erit, non reddetur: cuiuſve o pecuniæ quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur.*

10 ¶ Ordine *p* fecerunt ædiles, vt ante venditori emptor ea omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt, præſtet. ſic deinde pretium conſequatur.

De redhibitione, quomodo res ordinanda ſit.

26. *Gaius* lib. I. ad Edictum ædilium curulium.

VIdeamus tamen, ne iniquum ſit, emptorem compelli dimittere corpus, & ad actionem iudicati mitti, ſi interdum nihil præſtatur propter inopiam venditoris: potiuſque res ita *q* ordinanda ſit, vt emptor caueat, ſi intra certum tempus pecunia ſibi ſoluta ſit, ſe mancipium reſtiturum.

Quæ pecunia emptori reſtituitur.

27. *Vlpianus* libro I. ad Edictum ædilium curulium.

DEbet autem recipere pecuniam *r*, quam dedit pro eo homine, vel ſi quid acceſsionis nomine. dari *ſ* autem non id ſolum accipiemus, quod numeratur venditori: vtputa pretium & vſuras eius. ſed & ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt. hoc autem ita demum deducitur, ſi ex voluntate venditoris datur. cæterùm, ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabitur: neque enim debet, quod quis ſuo arbitrio dedit, à venditore exigere. quid ergo ſi fortè vectigalis *t* nomine datum eſt, quod emptorem fortè ſequeretur? dicemus, hoc quoque reſtituendum. indemnis enim emptor debet diſcedere.

Si venditor non cauet.

28. *Gaius* libro I. ad Edictum ædilium curulium.

SI venditor *u* de his, quæ edicto ædilium continentur, non caueat: pollicentur *x* aduerſus eum (ad) redhibendum iudicium, intra duos *y* menſes: vel quanti emptoris intereſit, intra ſex menſes *z*.

a §. 2. *inf. eo. l. 1. §. 7. ſ. eod.* Familiæ factum, nocet domino.
b Familiæ appellatione qui contineantur? adde *l. 1. §. 18. ĵ. de vi & vi armata, l. 6. §. 5. C. de his qui ad Eccleſiam l. 11. §. furt. ĵ. de furt. l. 195. §. 3. ĵ. de verb. ſign. l. 1. §. familiæ, infr. de publican.*
c Liberi homines in ſeruitiis aliorum nô, nunquam erant: neque tamen liberi eſſe deſinebant. Varro 6. *de lingua.* liber qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia quã debeat dum ſolueret, præſtat, nexus vocatur, vt ab ære, obæratus, liber ob huiuſmodi miniſterium eſſe non deſinebat.
d & filiosfamilias, *l. 31. §. 15. ĵ. eod.* liberos, *l. 40. §. 2.* quin & ipſum principem familiæ, *l. 193. infr. de verb. ſign.* adde *l. 194. §. 1. cum ſeq. ĵ. de verb. ſign. l. 1. §. 18. ĵ. de vi & vi:* adde *l. 2. §. 14. ĵ. vi bonorum raptorum.*
e *§. 1. ſ. eod. §. 4. inf. eod. l. 1. §. 1. ſ. eo.* ſubaudi, habentis liberam. & ita poſt Richardum Malumbram interpretatur Baldus. Procurator eſt qui ſufficiens mandatum, ad id quod [illegible] it, habet.
f *v. l. quod ſi nolit, 31. §. quod in procuratore 14. infr. eodem: l. 5. procurator. inf. de doli except.*
g ſub. ſpecialiter.
h *l. 23. §. vlt. in pr.*
i Deterior non tantum redditur is cuius corpus deterius redditur, ſed & is cuius animus.
k Imitatio mala in culpa.
l *l. 4. §. 2. ſ. eod.*
m in iudicium non videtur veniſſe, quod poſt iudicium acceptum accidit, *l. 23. ſuprà de iudiciis.*
n *l. 31. §. 12. inf. eod.* Officium iudicis multum poteſt in occurrentibus poſt litem conteſtatam: antecedentia verò, libello inſerenda ſunt ac petenda: Expreſſe quidem caſu iudex plenè cognoſcens iudex ſupplet etiam non petita, & ſumptus adiudicat. *Bald. hic.*
o Pecuniæ obligatus dicitur, vt obligatus & obſtrictus furti comper[tus], ſacrilegii manifeſti criminis æris debiti, iudicati damnatus confeſſus.

p Pretium recepturus emptor, rem primùm redhibere debet, *l. 13. §. 8. ſuprà de act. empt.*
q *l. 29. in fin. inf. eod.*
r *l. 19. § 2. ĵ. eod. l. 31. §. 17. l. 59. in prin. ĵ. eod.*
ſ *v. l. 20. ĵ. de liberali cauſa.*
t quod ἐπώνιον, *l. 17. ĵ. de verb. ſign.* Emptor venditori vectigal ſolutum, rei redhibendæ nomine imputat, *vt hic.* vt pignoris creditor debitori cæteriſque debitoris creditoribus, *l. 6. ſuprà qui potiores.*
u *Syn. eod. c. 19.* x *l. 5. infr. de verb. obl.* y caſus eſt ſpecialiter. *v.* quæ ſcripſi ad *l. 9. in fin. ſ. eod.* z quia non cauet; nam alia tempora definiuntur quando vitioſa res

Si venditor

Si venditor quæ in hac actione deſiderantur, præſtat vel non. 1. De eo cuius nomine emptor obligatus eſt. 2. Quid contineat condemnatio venditoris. 3. Si emptor damnum ſenſit, vel pro ſeruo impendit.

29. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

ILlud ſciendum eſt, ſi emptor venditori hæc *a* non præſtat, quæ deſiderantur in hac actione, non poſſe ei venditorem condemnari. ſi autem emptori venditor iſta non præſtat, condemnabitur ei.

1 ¶ Item emptori præſtandum eſt, vt pecuniæ *b* cuius nomine obligatus erit, liberetur: ſiue ipſi venditori obligatus ſit, ſiue etiam alij.

2 ¶ Condemnatio autem fit, quanti *c* ea res erit. ergo, excedet pretium, an non, videamus? Et quidem continet condemnatio pretium *d*, acceſſionéſque. an & vſuras pretij conſequatur, quaſi *e*, quod ſua interſit, debeat accipere, maximè cùm *f* fructus *g* quoque ipſe reſtituat? & placet conſecuturum.

3 ¶ Si quid *h* tamen damni ſenſit, vel ſi *i* quid pro ſeruo impendit, conſequetur arbitrio iudicis: ſic tamen, non vt ei horum nomine venditor condemnetur, vt ait Iulianus: ſed ne aliàs compellatur hominem venditori reſtituere, quàm *k* ſi eum indemnem præſtet.

Si ſerui redhibendi nomine emptor iudicium accepit, vel dictauit. 1. De impenſis ab emptore factis.

30. *Paulus* libro primo ad Edictum ædilium curulium.

ITem ſi ſerui redhibendi nomine emptor iudicium accepit, vel ipſe eius nomine dictauit, cauendum ex vtraque *l* parte erit, vt, ſi quid ſine dolo malo condemnatus ſit, vel ſi quid ex eo quod egerit, ad eum peruenerit: dolóve malo eius factum ſit, quo minùs perueniret, id reddat *m*.

1 ¶ Quas impenſas neceſſariò in curandum *n* ſeruum poſt litem conteſtatam emptor fecerit, imputabit: præcedentes † impenſas nominatim comprehendendas. Pedius: ſed cibaria ſeruo data non eſſe imputanda Ariſto ait. nam *o* nec ab ipſo exigi, quod in miniſterio eius fuit.

Si nolit emptor hominem recipere. 1. Si ſeruus emptori furtum fecerit. 2. De partu. 3. De vſufructu. 4. De peculio. 5. De pluribus heredibus emptoris. 7. Si ſeruus communis emerit. 9. De mancipio deteriorato. 10. De pluribus heredibus venditoris, aut ſeruo communi vendente, aut pluribus venditoribus, aut pluribus emptoribus, aut pluribus mancipiis venditis. 11. De morte mancipij redhibendi. 14. De his qui ex officio pro emptore interueniunt. 15. De familia emptoris. 16. Si ſæpius agatur æſtimatoria. 17. De actione in factum ad pretium recuperandum 19. De eo quod ſeruo in venditione acceſſit. 20. Si venditor de dupla non caueat. 21. De natione mancipij pronuncianda. 22. De pacto vt niſi res placuerit redhibeatur, & de illius rei redhibitione. 25. De eo quod emptioni accedit.

31. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

QVod ſi nolit venditor hominem recipere, non in maiorem ſummam (inquit) quàm *p* in pretium ei condemnandum. ob hæc ergo, quæ propter ſeruum damna ſenſit, ſolam dabimus ei corporis retentionem. cæterùm poterit euitare præſtationem venditor ſi nolit hominem recipere. quo facto pretij præſtationem, eorúmque, quæ pretium ſequuntur *q*, ſolam non euitabit.

1 ¶ Si venditor pronuntiauerit, vel promiſerit, *furem r non eſſe*, tenetur *ſ* ex ſua promiſſione, ſi furtum ſeruus fecit: eſſe *t* enim hoc caſu furem, non tantùm eum qui extraneo, ſed ‖& eum‖ qui domino ſuo res ſubtraxit, intelligendum eſt.

2 ¶ Si ancilla redhibeatur, & quod *u* ex ea poſt venditionem natum erit, reddetur: ſiue vnus partus ſit, ſiue plures.

3 ¶ Sed & ſi fortè vſusfructus *x* proprietati adcreuerit, indubitatè hic quoque reſtituetur.

4 ¶ Si peculium † quæſiit apud emptorem, quid de hoc dicemus? Et, ſi quidem ex *y* re emptoris acceſſit, dicendum eſt, apud ipſum *z* relinquendum. ſi aliunde creuit, venditori reſtituendum *a* ‖eſt.‖

5 ¶ Si plures heredes ſint emptoris; an omnes *b* ad redhibendum conſentire debeant, videamus? Et ait Pomponius, omnes *a* conſentire debere ad redhibendum: daréque vnum *b* procuratorem: ne *c* fortè venditor iniuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis, alij in partem pretij condemnatur, quanti *d* minoris is homo ſit.

6 ¶ Idem ait, homine *e* mortuo, vel etiam redhibito, ſingulos pro ſuis portionibus rectè agere. pretium autem & acceſſiones pro parte recipient. ſed & fructus *f* acceſſionis, & ſi quo deterior homo factus eſt pro parte, præſtabitur ab ipſis; niſi fortè tale ſit, quod diuiſionem *g* non *h* recipiat: vt putà ancillæ partus. in hoc enim idem ſeruandum eſt quod in ipſa matre *i* vendita, quam pro parte redhiberi poſſe negauimus.

7 ¶ Marcellus quoque ſcribit, ſi ſeruus communis ſeruum emerit, & ſit in cauſa redhibitionis, vnum ex dominis pro parte ſua redhibere ſeruum non poſſe: non magis (inquit) quàm cùm emptori plures heredes exſtiterunt, nec *k* omnes ad redhibendum conſentiunt.

8 ¶ Idem Marcellus ait, non poſſe alterum ex dominis conſequi actione ex empto, vt ſibi pro parte venditor tradat, ſi pro portione pretium dabit, & hoc in emptoribus ſeruari oportere ait. nam venditor † pignoris *l* loco quod vendidit retinet, quoad *m* emptor ſatisfaciat.

9 ¶ Pomponius ait, ſi vnus ex heredibus, vel familia *n* eius, vel procurator *o*, culpa vel dolo fecerit rem deteriorem: æquum eſſe in ſolidum eum teneri arbitrio iudicis. hoc autem expeditius eſſe ſi omnes heredes vnum *p* procuratorem ad agendum dederunt. tunc & ſi quo deterior ſeruus culpa *q* vnius heredum factus eſt, & hoc ſolutum eſt: cæteri familiæ herciſcundæ iudicium aduerſus eum habent: quia, propter ipſum damnum ſentiunt, impediuntúrque redhibere.

10 ¶ Si venditori plures heredes exſtiterint, ſingulis *r* pro portione *ſ* hereditaria poterit ſeruus redhiberi. & ſi ſeruus plurium venierit, idem erit dicendum. nam ſi vnus à pluribus, ‖vel plures ab vno,‖ vel plura mancipia ab vno emantur: verius eſt dicere, ſi quaſi plures rei fuerunt venditores, ſingulis † in ſolidum redhibendum. ſi tamen partes emptæ ſint à ſingulis, rectè dicetur, alteri quidem poſſe redhiberi, cum altero autem agi quanto minoris. Item ſi plures ſinguli partes ab vno emant, tunc pro parte quiſque eorum experietur: ſed ſi in ſolidum emant, vnuſquiſque in ſolidum redhibebit.

11 ¶ Si mancipium, quod redhiberi oportet, mortuum *t* erit, hoc quæretur, nunquid culpa emptoris, vel familiæ eius, vel procuratoris *u*, homo demortuus ſit. nam ſi culpa *x* eius deceſſit, pro *y* viuo habendus eſt: & præſtentur ‖ea‖ omnia, quæ præſtarentur, ſi viueret.

12 ¶ Culpam *z* omnem accipiemus, non vtique *a* latam: propter quod dicendum eſt, quamcunque occaſionem morti emptor præſtitit, debere *b* eum, etiamſi non *c* adhibuit medicum, vt ſanari poſſit, vel *d* malum adhibuit, ſed culpa ſua.

13 ¶ Sed hoc dicemus ſi ante iudicium acceptum deceſſit. cæterùm ſi poſt iudicium acceptum deceſſiſſe proponatur, tunc in arbitrium iudicis veniet, qualiter mortuus ſit. vt enim & Pædio videtur,* ea quæcunque poſt *e* litis conteſtationem contingunt, arbitrium iudicis deſiderant.

14 ¶ Quod in procuratore diximus: idem ‖ & ‖ in tutore, & curatore dicendum erit, cæteriſque qui ex officio pro aliis interueniunt. & ita Pedius ait & adiicit, quibus adminiſtratio rerum *f*, culpam abeſſe præſtare non iniquè dominum cogi.

15 ¶ Idem Pedius ait, familiæ appellatione & filiosfamiliàs *g* demonſtrari, facta enim domeſticorum, redhibitoria agentem præſtare voluit.

Notæ marginales:

est *l.19. in fin. ſ. eo.*
a quæ ſuperius dicta ſunt *l.23 24. & ſeq.* Redhibitoria agens emptor, niſi venditori offerenda offerat, venditor abſoluendus erit.
b *l.25. in fin. ſ. eod.*
c Quanti res eſt, pretium, acceſſiones, vſuras pretij, & id quod intereſt, continet.
d Venditor redhibendi rem emptori, pretium, acceſſiones, & vſuras reſtituere debet.
e Qui rem redhibet, fructus rei reſtituit: Viciſſim quanti res eſt, à venditore recipit, hoc eſt, pretium quod ipſe venditori numerauit, à venditore recipit, acceſſiones, pretij vſuras, ſi ſua interſit, *vt hic.* adde Beroum q. 59. vſuras autem hic pretij, vt id quod intereſt.
f adde *l.24. §. pen. l.47. ſ. de minorib.*
g ſi modo petiti ſint. Nam fructus in rei vindicatione non veniunt niſi petiti ſint: v. tamen Socinum *reg.* 161.
h v. quæ ſcripſi ad *l. 2. C. de reſcin. vendit.*
i *l.23. §.1. ſup. eod.*
k *d. l.23. §.7. ſup. eod.* Retentionis iure expenſas emptor potius conſequitur, quam agendi iure.
l *l 21. §.2. ſup. eod.*
m *v. l.21. §.2. ſup. eod.*
n adde *l.29. §. 3. ſ. eod. l. 10. in fin. ſ. de negotiis: l. 10. C. de negot. l.18. §.1. ſup. commod.*
† Impenſæ poſt litem conteſtatam factæ iudicis officio præſtantur: ante litem conteſtatam factæ, ſi libello petitæ ſunt.
o Cibaria ſeruo præſtita is non recuperat à quo ſerui miniſterium non exigitur. Cibariorum enim impenſæ naturali ratione ad eum pertinent qui vtendum accepit, *l.18. §.1. ſup. commodati.* Sic maritus impenſas in doctrinam & alimenta ſeruorum dotalium non ſeruat: quia miniſteriis eorum vtitur *l.28. §.1. ſ. de don. inter virum.*

a *§.7. inf. eod.*
b Imò, plures dari oportere conſtat, *l.42. §. 6. ſup. de procurator.*
c *§.9. inf. eo.* optima ratio *v. l.5. in fin. inf. iudicatum ſolui.*
d vide *l.43. §.6. inf. eod.*
e *l.38. §.3. inf. eod.*
f quid ita? cùm vſuras vſurarum exigi non oporteat? *l. 26. §. 1. ſup. de cond indeb. l.18. C. de vſur.*
g Partus editus diuidi à matre ſua non debet: igitur pro parte ne fiat redhibitio, matre redhibita, partus non retinendus erit eius ab emptore. adde *l.35. l.39. ſ. eo.*
h Quidni partus à matre diuiſionem recipiat: cum ouibus legatis agni non debeantur? *l. 81. §. pen. inf. de legat. 3.* Cur non partus æquè poterit diuidi à matre, ac maritus ab vxore & liberis: cum conſtet ſeruo legato vxorem & filiam legato non cedere *l.20. §.4. ſ. de inſtructo* ad hæc, ſi cùm mater petitur partus natus eſt, eum poſſeſſor non reſtituit, niſi actor ſpecialiter eius nomine egerit *l.10. infr. de vſur.*
i nam matre vendita, partus ad emptorem pertinet *l. 4. in fin. ſ. de vſur. l.16. C. de act. empt.*
k *§.5. ſup. eod.*
† Pignoris loco rem venditam venditor retinere poteſt, quoad emptor ſatisfaciat: non cogitur partem rei præſtare, niſi pretium vniuerſum accipiat.
l *l.22. ſup. de her. vend. l.13. §.8. ff. de act. empt.*
m *l.57. inf. eo.*
n *l.25 §.2. ſup. eo.*
o *d. l.25. §.3. ſupra eod.*
p *§.5. ſup. eod.*
q nam omnia quæ quis in hereditate dolo aut culpa fecerit, in iudicium familiæ erciſcundæ veniunt *l.10. §.4. 5 6. l.17. ſup. famil.* r atqui ſinguli heredes emptoris redhibere non poſſunt. *§.5. ſup. eo.* Cur non eadem ratio fuerit in pluribus heredibus venditoris, vt non poſſit res redhiberi niſi omnibus? Emptor qui rem redhibere debet tenetur ad indiuiduum, hoc eſt, rem præſtandam: ideo actio non diuiditur inter eius heredes: venditor verò tenetur ad diuiduum, hoc eſt, ad pretium, ideo diuiditur inter eius heredes. & ſic actio poteſt interdum eſſe diuidua ex parte rei: indiuidua verò ex parte actoris.
ſ atqui ſeruus vtiliter ſingulis redhiberi non poteſt, cùm nec diuidi poſſit.
† Plures rei in contractu reputantur, plures in diſtractu. *Bald.*
t atqui mortui redhiberi poſſe non videntur *l. vlt. C. eod.*
u hoc Albericus ad tutores & curatores, & omnes adminiſtratores extendit.
x v. quæ notaui ad *l. 91. inf. de verb. oblig.*
y Seruus ei viuere intelligitur, cuius culpa mortuus eſt. Aliud eſt tamen propriè viuere, & haberi pro viuo; vt & ciuem eſſe, & haberi pro ciue.
z quæ debentur in contractibus bonæ fidei *l. 108. §. 13. ſ. de leg. 1.*
a i. non tantùm latam. id enim ex præcedentibus & ſequentibus euincitur.
b teneri *Hal.*
c Malum ſcienter, aut nullum medicum adhibere ægroto, paria. quod Alciatus extendit ad maritum, vt iis de cauſis, mortua vxore, priuetur lucro dotis.
d Culpam admittit qui ægroto medicum nullum aut malum adhibet.
e *v. l.25. §. 8. ſup. eod.* Contingentia poſt litem conteſtatam, officium iudicis deſiderant.
f rerum permiſſa eſt, eos culpa abeſſe, *&c. Hal.* Procuratoris verbo Tutor & Curator continentur.
g vide *l.25. §.2. ſup. eodem.*

p *l.28. inf. eod.* Cedens rei venditor non liberatur à pretio quod accepit, ſed tantùm ab expenſis: ſententia expenſarum non mandatur executioni ſine creditore rei. *Bald.*
q putà vſurarum *l.29. §.2. ſupr. eod.*
r *l.19. §.1 ſup. eod. l. 52 in fin. inf. eod.*
ſ nec enim debuit temerè quidquam adfirmare *l.13. §.1. ſup de act. empt.*
t Fur etiam cenſetur qui furtum domino ſuo fecit.
u Redhibita ancilla, redhibendi ſunt etiam partus.
x Redhibita proprietate, redhibendus eſt quoque vſusfructus qui ei adcreuit.
† Redhibito ſeruo peculium quæſitum ex re venditoris vnà reſtituendum eſt: at non quæſitum ex re emptoris.
y *l.33. l.34. ſup de pet. hered.* z emptorem ſc. Imò emptori id non eſt relinquendum, nec id emptori prodeſſe debet, *l.23. in fin. ſupr. eod.*
a *l 24. ſup. eod.* b Redhibitio cùm ſit à pluribus heredibus vnius emptoris, fieri debet eorum omnium conſenſu: vnum etiam procuratorem conſtituere debent, quòd ex vnius perſona veniant, & factum indiuiduum ſit, *vt Bal. hic.*

16 ¶ Si quis egerit quanto minoris propter ſerui fugam. deinde agat propter morbum: quanti fieri condemnatio debeat? Et quidem ſæpiùs agi poſſe quanto minoris dubium non eſt. ſed ait Iulianus id agendum eſſe, ne lucrum emptor faciat, & bis *a* eiuſdem rei æſtimationem conſequatur.

17 ¶ In factum actio competit ad pretium *b* reciperandum, ſi mancipium redhibitum fuerit. in qua non hoc quæritur, an mancipium in cauſa redhibitionis fuerit, ſed hoc tantùm, an ſit redhibitum. nec immeritò: iniquum eſt enim, poſteaquam venditor agnouit recipiendo *c* mancipium, eſſe id in cauſa redhibitionis, ‖tunc‖ quæri vtrùm deberit redhiberi, an non debuerit. Nec de tempore quæretur an intra tempora redhibitus eſſe videatur.

18 ¶ Illud planè hæc actio exigit, vt ſit redhibitus. cæterùm, niſi fuerit redhibitus, deficit iſta actio, etiam ſi nudo conſenſu placuerit, vt redhibeatur: conuentio ergo de redhibendo non *d* facit locum huic actioni, ſed ipſa redhibitio.

19 ¶ Reſtitui autem debet per hanc actionem, etiam quod ei ſeruo in venditione acceſſit.

20 ¶ Quia aſſidua *e* eſt duplæ ſtipulatio, idcirco placuit, etiam ex empto agi poſſe, ſi duplam venditor mancipij non caueat. * ea enim quæ ſunt moris *f* & conſuetudinis, in bonæ fidei iudiciis debent venire.

21 ¶ Qui mancipia vendunt, nationem *g* cuiuſque in venditione pronuntiare debent: plerumque enim natio ſerui aut prouocat, aut deterret emptorem. idcirco intereſt noſtra ſcire nationem. præſumptum *h* etenim eſt, quoſdam ſeruos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata: quoſdam malos videri, quia ea natione ſunt, quæ magis infamis eſt. quòd ſi de natione ita pronuntiatum non erit, iudicium emptori omnibúſque, ad quos ea res pertinebit, dabitur: per quod emptor redhibet mancipium.

22 ¶ Si quid ita venierit, *vt niſi i placuerit intra præfinitum tempus redhibeatur*, ea conuentio rata habetur: ſi *k* autem de tempore nihil conuenerit, in factum actio intra ſexaginta dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum: vltrà non. ſi verò conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, puto, hanc conuentionem valere. Item ſi tempus ſexaginta *l* dierum præfinitum redhibitioni præteriit, cauſa *m* cognita iudicium dabitur.

23 ¶ In cauſæ autem cognitione hoc verſabitur, ſi aut mora fuit per venditorem *n*, aut † non fuit præſens, cui redderetur, aut aliqua iuſta cauſa interceſſit, cur intra diem redhibitum mancipium non eſt, quod ‖ei‖ magis *o* diſplicuerat.

24 ¶ In his autem actionibus eadem erunt obſeruanda, quæ de partu *p*, fructibus, acceſſionibus, quæque de mortuo redhibendo dicta ſunt *q*.

25 ¶ Quod emptioni accedit *r* partem eſſe venditionis prudentibus viſum eſt.

32. *Gaius* libro 2. ad Edictum ædilium curulium.

ITaque ſicut ſuperiùs venditor de morbo vitióve, & cæteris, quæ ibi comprehenſa ſunt, prædicere iubetur: & præterea *ſ* in his cauſis non eſſe mancipium, vt promittat, præcipitur; ita & cùm accedat alij rei homo, eadem & prædicere, & promittere compellitur: quod non ſolùm hoc caſu intelligendum eſt, quo nominatim adijcitur, *acceſſurum t fundo hominem Stichum*: ſed etiam ſi generaliter omnia mancipia, quæ in fundo ſint, accedant venditioni.

33. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

PRoinde Pomponius ait, iuſtam cauſam eſſe, vt quod in venditione acceſſurum *u* eſſe dictum eſt, tam integrum præſtetur, quàm illud præſtari debuit, quod principaliter venit. nam iure ciuili, vt integra *a* ſint, quæ acceſſura dictum fuerit, ex empto actio eſt: veluti *ſi dolia* b *acceſſura fundo* dicta fuerint: ſed hoc ita: ſi certum corpus acceſſurum fuerit dictum. nam ſi ſeruus cum peculio venierit, ea mancipia, quæ in peculio fuerint, ſana eſſe præſtare venditor non debet, quia non dixit, certum corpus acceſſurum, ſed peculium tale ‖præſtare oportere.‖ & quemadmodum certam quantitatem peculij præſtare non debet, ita nec hoc.

¶ Eandem rationem facere Pomponius ait, vt etiam ſi hereditas, aut peculium ſerui venierit, locus edicto ædilium non ſit circa ea corpora, quæ ſunt in hereditate, aut in peculio.

¶ Idem probat, & ſi fundus cum inſtrumento venierit, & in inſtrumento mancipia ſint. Puto hanc ſententiam veram: niſi ſi aliud ſpecialiter actum eſſe proponatur.

1 ¶ Si vendita res redhibeatur, ſeruus quoque, qui ei rei acceſſit, licèt *c* nullum in eo vitium ſit, redhibetur.

De pluribus rebus venditis.

34. *Africanus* lib. 6. Quæſtionum.

CVm eiuſdem *e* generis *f* plures res ſimul veneant *g*, veluti comœdi *h*, vel chorus *i*, referre, ait, in vniuerſos *k*, an in ſingulos pretium conſtituatur: vt ſcilicet interdum vna, interdum plures venditiones contractæ intelligantur. quod vel eo quæri pertinere, vt, ſi quis eorum fortè morboſus vel vitioſus ſit, ‖vel‖ omnes ſimul *l*, redhibeantur.

1 ¶ Interdum etſi in ſingula capita pretium conſtitutum ſit, tamen vna emptio eſt: vt propter vnius *m* vitium omnes redhiberi ‖poſſint,‖ vel debeant, ſcilicet cùm manifeſtum *n*, erit, ‖ non‖ niſi omnes quem empturum vel venditurum fuiſſe, vt plerumque circa comœdos *o*, vel quadrigas *p*, vel mulas pares accidere ſolet: vt neutri non niſi omnes habere expediat.

35. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

PLerumque propter morboſa mancipia etiam non morboſa redhibentur, ſi ſeparari non *q* poſſint ſine magno incommodo, vel *r* ad pietatis *ſ* rationem offenſam. Quid enim, ſi filio *t* retento parentes redhibere maluerint, vel contra? quod & in fratribus *u*, & in perſonis contubernio *x* ſibi coniunctis, obſeruari oportet.

36. *Pomponius* lib. 23. ad Sabinum.

SI plura mancipia vno pretio venierint, & de vno eorum ædilitia actione vtamur, ita demum pro bonitate eius æſtimatio fiet, ſi confuſè vniuerſis mancipiis conſtitutum pretium fuerit. quòd ſi ſingulorum *y* mancipiorum conſtituto pretio, vniuerſa tanti venierunt, quantum ex conſummatione *z* ſingulorum fiebat: tunc cuiuſque mancipij pretium, ſeu pluris, ſeu minoris id eſſet, ſequi debemus.

Ne veterator pro nouitio veneat.

37. *Vlpianus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

PRæcipiunt ædiles ne veterator *a* pro nouicio *b* veneat, & hoc edictum fallaciis venditorum occurrit. vbique enim curant ædiles, ne emptores à venditoribus circumueniantur. vt ecce plerique *c* ſolent mancipia, quæ nouicia non ſunt, quaſi nouicia diſtrahere: ad hoc ſc. vt pluris vendant. præſumptum *d* eſt enim, ea mancipia quæ rudia ſunt, ſimpliciora eſſe, & ad miniſteria aptiora & dociliora, ‖&‖ ad omne miniſterium habilia. ‖ trita verò mancipia & veterana difficile eſt reformare, ‖& ad ſuos mores formare. quia igitur venaliciarij *e* ſciunt, facilè decurri ad nouiciorum emptionem, idcirco interpolant *ſ* veteratores, & pro nouiciis vendunt: quod ne fiat hoc edicto ædiles denuntiant. & ideo ſi quid ignorante emptore ita venierit, redhibebitur.

Edictum de iumentorum venditione. 1. Argumentum. 2. & cauſa ſupradicti edicti. 3 Collatio huius & ſuperioris edicti. 4. Quid interſit inter iumentum, & pecus. 5. De verbis dicto edicto ſubiectis. 6. De bobus. 7. De animali caſtrato. 8. De mula quæ non poteſt tranſiungi. 9. vel alterum iugum non patitur. 10. Quibus ex cauſis iumentum redhibetur. 11. De tempore & cauſa iumenti ornati. 12. De pluribus iumentis venditis.

a Bis eandem rem conſequi iniuſtum eſt, *l.32.inf. de euict.*

b *l.27.ſup.eod.*

c quod quis recipiendo agnoſcit, poſtea recuſare non poteſt *l.pen. in fin. inf. de vacat. & excuſ. muner.*

d atqui cautio heredis eum obligat ad ſoluenda integra legata *l.vlt.C.ad l. Falcid.*

e Facit *l.37.§.1.in fin.inf.de euict.* Conſueta, in contractibus per Notarios inſerenda ſunt nec omittenda. Imo licet non inſerta ſint, pro pactis & inſertis habenda.

f Contractus dubij recipiunt modum & formam à conſuetudine, *Bolog.* facit *l.24.in fi.ſ.de vſufr. l.46 inf. de euict. l.6.l.37.inf. de vſur.l.50.in fi.j. de leg.1.l.17.§.1.in fin.inf.de aqua pluu. l.19. C.locati: l.1.de fideiuſſor.* Dupla promittenda eſt ſecundùm morem & conſuetudinem loci.

g Seneca 10.*Controuerſ.*5. Quid ad rem pertinet, cuius nationis ſeruus ſit? adde eundem 15. *epiſt.* 96. de differentiis gentium: adde Plinium 2.c.78. Quid natio v. Feſtum. ſic natio Sabinorum triſtis. ſeuera, critica *Liuius* 1. *vbi de Numa*: *Cic.* 15.*epiſt.*20. Hinc illud apud Ciceronem *oratione pro L. Flacco*: vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri ſolere meliorem, ſi cuid cum periculo experiri velis, in Caria id potiſſimùm eſſe faciendum. ſi quis deſpicatus dicitur, Myſorum vltimus eſſe dicitur, & poſt: Quis vnquam Græcus Comœdiam ſcripſit, in qua ſeruum primarum partium non Lydus eſſet? Sic Cretenſes ſemper mendaces dicti. *Paulus ad Tit.* 1.*verſ.*12.

h hinc colligit Alciatus præſumi nobilem, qui ex nobili parente: peritum qui ex perito, & è contrà. 1.*præſumpt.*48 eamque præſumptionem duci ex naſcendi cuiuſque lege quod filij parentes repræſentent. Horatius 4.*Oda*.4. Fortes creantur fortibus: Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum virtus: nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam.

i *l.4. C.eod.l.6.ſupr.de reſcind.*

k nota tria tempora redhibendi, præfinitum ſeu conuentionale, tacitum, perpetuum. Redhibendæ rei ius habens, intra 60. dies eam redhibere debet: niſi aliud conuentum ſit: poſt dies 60. non poteſt, niſi cauſa cognita ei ſuccurratur.

l Menſes duo ſexaginta diebus finiuntur, v. Fornerium ad *l.98.inf. de verb.ſign.*

m vide *l.1. in fin.ſupr.ex quib. cauſ.maior.*

n *l.vlt.ſupr.de procur.l.24.l.25.ſup.ex quib.cauſ.maior.*

† Abſente parte arbitramentum fieri poſſe, hinc colligit Bald. adde *l.43. inf. de verb.oblig.* o *Magis* particula electiua *l.6.in fin.pr ſup.de cond cauſa data.l.1. ſup.comm.diuid.l.5.ſup.finium regund.l.3 inf.de incendio: l.2.§.1.ſup.de reb. cred.* Plautus *in Perſa*. Magis volo eſſe diues quàm pauper, *& alibi*: Vis vendere iſtam? Magis libet quàm perdere.

q *l.24.& ſeq. ſup.eod.*

r *l.32.l.33.inf.eod.*

ſ ea in acceſſoriis præſtanda ſunt quæ in principali *d.l.33.in fi.l.11.§.17.ſup.de act.empt.* t Seruos fundis venditis acceſſuros plerumque promittebant. dixi *l.* 15.*inf.de euict.*

u acceſſiones rei venditæ tam integræ ſunt præſtandæ quàm ipſæ res principales.

a *l.13.§.pen.ſup. de act. empt.*

b Dolia fundo acceſſura, fundi venditores vt ſæpius dicebant *l.27.ſ.de act.empt.*

c adde *l. 36. infra eod.*

d v. Cuiac. 6. *ad Africanum.*

e adde *l.38.l.39. l.40 l.64.inf.eod.*

f quæſtio ſc. naſcitur: vtrum vna ſit venditio, an plures.

g Genus hic pro artificio, profeſſione, officio, *vt l.vlt. inf.eod.*

h i. comœdorum, mimorum, hiſtrionum agmen.

i Chorus cantorum certo numero conſtat: canebant autem alta voce, vel tibia, vel vtroque miſto: & nonnunquam etiam in comœdiis ſaltabant & loquebantur, Mimos à choris ſeparat lex 14. *C. de epiſc. aud. Cuiac. ibid.*

k vide *l.29.inf.de verb. oblig.*

l v. quæ ſcripſi ad *l.5.§.7. infra iud. ſolui.*

m putà coryphæi, vide *l.65.§.1.inf.de leg.2.*

n Id autem præſumitur.

o *l.38.inf.eo.l.22. ſ.ad l.Aqu.*

p *v.l.65.§.1.j.de legat.2.l.29.infr. de verb.oblig.*

q *l.38. in fin.inf. eod.*

r *al.* vel ob pietatis rationem offenſam: *al.* vel ſine pietatis ratione offenſa.

ſ Pietatis ratio non permittit matrem redhiberi ſine liberis. facit *l.quæſitum eſt.§.7.inf. de fundo inſtr. l.poſſeſſionem. Cod.com. vtriuſque iudicij.*

t vel partu, *v. l.* 31.*§.6.ſup.eod.*

u *l.39.inf.eod.*

x Contubernium eſt inter ſeruum & ancillam: inter liberos & matrimonium. Non poſſum itaque ſeruum ſine contubernali ſua redhibere *l.6.in fin. l. 8. ſupr.de pignoribus.*

y *l.34.§.1. ſupra eod.*

z conſummatio fit cùm omnium pretia redacta ſunt ad vnam ſummam, Plautus in Trucul. & Seneca 5. Epiſt. ſummam ſummarum appellat. & eodem modo Iuſtinianus *l.vlt.C.de vſur.* conſummatam quantitatem ſortis & vſurarum i. in vnam ſummam redactam. Græci illo loco, ϲυνωφθεῖϲαν Cuiac. ad *l.34. ſupr eod.*

a vide *l.vlt.§.vlt.inf.eod.*

b Hinc Græcis νεώνητος, cui opponitur ὁ ἤδη δουλεύων, qui iam ſeruiuit, veterator, *Syn.eod c.28.*

c Si quis velut nouitium vendiderit eum qui iam ſeruierit, ad redhibendum tenetur. Cupiunt enim homines nouitios conſequi, velut dociles, & quales ſuos ad mores reformare poſſint. *Syn.d c.28.*

d nota præſumptionem,

e Venaliciarij, venditores ſeruorum *l.44.§.1.inf.eod.l.53.in fin.ſupr. mandati.*

f vide *l.45.ſupr.de contr. empt.*

38. *Idem*

38. *Idem* lib. 2. ad Edictum ædilium currulium.

AEdiles a aiunt : *qui* b *iumenta vendunt, palam rectè* c *dicunto* d, *quid in quoque eorum morbi vitiique ſit : vti* e *quæ optimè ornata vendendi cauſa fuerint, ita emptoribus tradentur. ſi quid ita factum non erit : de ornamentis reſtituendis, iumentiſve ornamentorum nomine redhibendis in diebus ſexaginta* f, *morbi autem vitiive cauſa in emptis faciendis, in ſex menſibus, vel quo minoris, cùm venirent, fuerint, in anno iudicium dabimus. Si iumenta paria ſimul venierint, & alterum in ea cauſa fuerit, vt redhiberi debeat, iudicium dabimus, quo vtrumque redhibeatur.*

1 ¶ Loquuntur ædiles in hoc edicto de iumentis redhibendis.

2 ¶ Cauſa autem huius edicti eadem eſt quæ mancipiorum redhibendorum.

3 ¶ Et ferè eadem g ſunt in his, quæ in mancipiis, quod ad morbum vitiúmve attinet: quidquid igitur hic diximus, huc erit transferendum: & ſi mortuum h fuerit iumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum mancipium ‖poteſt‖.

4 ¶ Iumentorum autem appellatione an omne pecus contineatur, videamus: & difficile eſt, vt contineatur. nam aliud ſignificant iumenta i, aliud ſignificatur pecoris appellatione.

5 ¶ Idcirco elogium huic edicto ſubiectum eſt, cuius verba hæc ſunt : *quæ de iumentorum ſanitate diximus, de cætero quoque pecore* k *omni venditores faciunto.*

6 ¶ Vnde dubitari deſiit, an hoc edicto boues quoque contineantur : etenim iumentorum appellatione non l contineri eos verius eſt : ſed pecoris m appellatione continebuntur.

7 ¶ Sed enim ſunt quædam, quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in iumentis non adeo, vtputa ſi mulus n caſtratus eſt, neque morbi, neque vitij quid habere videtur : quia neque de fortitudine quid eius detrahitur, neque de vtilitate : cùm ad generandum nunquam o ſit habilis. Cælius quoque ſcribit, non omnia animalia caſtrata ob id ipſum vitioſa eſſe : niſi p propter ipſam caſtrationem facta ſunt imbeciliora. & ideo mulum non eſſe vitioſum. Idem refert Ofilium exiſtimaſſe equum caſtratum ſanum eſſe : ſicuti ſpado q quoque ſanus eſt. ſed ſi emptor ignorauit, venditor ſcit, ex empto eſſe actionem, & verum eſt quod Ofilius.

8 ¶ Quæſitum eſt, ſi mala r ſi talis ſit, vt tranſiungi ſ non poſſit, an ſana ſit ? Et ait Pomponius ſanam eſſe : pleraſque denique carrhucarias t tales eſſe, vt non poſſint tranſiungi.

9 ¶ Idem ait, ſi nata ſit eo ingenio, aut corpore, vt alterum iugum non patiatur, ſanam non eſſe.

10 ¶ Non tantum autem ob morbum vitiúmve u redhibitio locum x habebit in iumentis : verum etiam ſi contra dictum, promiſſúmve, erit locus redhibitioni, exemplo mancipiorum.

11 ¶ Vendendi autem cauſa ornatum iumentum videri Cælius ait, non ſi ſub tempus venditionis, hoc eſt, biduò ante venditionem ‖ornatum‖ ſit, ſed y ſi in ipſa venditione ornatum ſit: aut ideo, (inquit) venale cùm eſſet, ſic ornatum inſpiceretur *, ſempérque cùm de ornamentis agitur, ‖&‖ in actione, & in edicto, adiectum eſt, *vendendi cauſa ornata ducta eſſe* : poterit enim iumentum ornatum itineris cauſa duci, deinde venire.

a de quorum origine, & poteſtate, *v. Alex. ab Alexand. 4. genial.*
b Qui iuměta vendit, morbos, eorumque vitia dicat & ornatum, quo amicti vendendi cauſa fuerunt, eis tradat. Qui hoc non facit, de ornamentis reſtituendis, vel iumentis, ornamentorum non datorum nomine recipiendis, intra dies ſexaginta conuenitur: morborum verò vitiorúmve cauſa, intra ſex menſes: quanti denique minoris, intra annum, *Syn. eod. c. 19.*
c rectè dicere quid? dixi ad *l. 1. ꞩ. eod. & ad l. 11. ꞁ. de duobus reis.*
d de bobus. Varro *2. de re ruſt. 5. ex Manilij actionibus.* Cum emimus domitos boues, ſtipulamur ſic : illóſce boues ſanos eſſe noxiſque præſtari ? Cum emimus indomitos, ſic illóſce iuuencos ſanos rectè, deque ſano pecore eſſe, noxiſque præſtari ſpondeſne? Lanij verò qui ad cultrum bouem emunt, & qui ad altaria, hoſtiæ ſanitatem non ſolent ſtipulari. Eadem forma erant emendi aſini, *cap. 6.* & equi *c. 7. ibid.*
e Equũ oſtendens cum ornamentis, tradere eum debet cum ipſis ornamentis, ſella ſcilicet & fræno, & cum omnibus quibus demonſtratus eſt. *Bal.* v. tamen §. 11. ꞁ. *eod.*
f caſus eſt ſpecialis, *l. 28. l. 31. §. 22. ꞩ. eodem,*
g vt quodammodo hic quadrupedibus videantur comparari mancipia, vt in *l. 2. ꞩ. ad l. Aquil.* h *l. 31. §. 6. ꞩ. eod.*
i Quid ita? cùm Varro 2. *de re ruſt. c. 1.* teſtetur, ſcientiam pecoris parandi partes ter ternas habere : vnam de minoribus pecudibus (ouem, capram, ſuem,) alteram de maioribus (boues, aſinos, equos) tertiam pecuariam, mulos ſcilicet, canes, paſtores. Porro iumentorum appellatione non continentur boues, *vt hic.* continentur elephanti & cameli, *l. 2. §. 2. ꞩ. ſi quadrup.* k Varro 2. *de re ruſt. 2.* hanc formulam emendarum ouium tradit, Tanti ſunt mihi emptæ. Priſca formula talis fuit: illaſce oues, qua de re agitur ſanas rectè eſſe vti pecus ouillum: quod rectè ſanum eſt, & extra luſcam, ſurdam, mimam, id eſt ventre glabro, neque de pecore morboſo eſſe, haberéque rectè licere. hæc ſic rectè fieri ſpondet? &c. Quod ad capras attinet, ſanas ſanus nemo promiſit, inquit idem Varro *ibid. c. 3.* ita tamen emuntur. Illas capras hodie rectè eſſe, & bibere poſſe, habereque rectè licere hæc ſpondeſne? De ſuibus hoc addi à quibuſdam ſuperiori formulæ videtur *c. 4.* perfunctas eſſe à febri & à foria. l *l. 65. §. antepen. ꞁ. de leg. 3. l. 89. ꞁ. de verb. ſign.* m Boues non iumentorum, ſed pecoris appellatione hoc edicto continentur. n Mulus ex aſino & equa gignitur. Gignitur etiam mula ex equo & aſina. Equo & aſina genitos mares, hinulos antiqui vocabant. Cum equa muli coitu natum, vocarunt etiam hinnum, vel ginnum. Ariſt. *6. de hiſt. animal. 24. & 2. de generat. c. vlt. 6. Columell. 35. 8. Plin. 44.* o Caſtratus nunquam generat. p quærit Bald. quid iuris ſit, ſi manus arida alicui amputetur? nihil eo caſu vtilitatis abeſſe, ſed quia formæ hominis detrahitur, ſcribit, rationem eius habendam. q *l. 6. §. vlt. l. 7. ꞩ. eod.* r De mula hoc addatur, in Cappadocia & aliis locis, mulas paſſim generare, vt ſcribit Ariſt. *lib. de mirandis auſcultat. & 6. de hiſt. animal. 34 & 36.* De partu mulæ adde Plin. 8. c. 49. *Herod. in Melpomen. & in Polyhymnia: Liu. 6. & 37. Dionem 47. Varr. 2. de re ruſt. 1.* ſed rarius pariunt mulæ, vt & reliqua animalia nata ex diuerſis generibus animalium, teſte Plin. vel potius quod matricem rectam non habent, *teſte Hiero. in* Hieroglyphicis ; Ideo mulæ pictura Ægyptij adumbrabant mulierem ſterilem : vnde Homer. mulas ὀρῆας quaſi ventoſas : omnia enim vento plena ſunt inutilia ad gignendum, *teſte Baſilio in Haxamero : v. 27. Rhodigin. 7.* his adde Ferrandum 1. *Explicat.* 20. adde Feſtum *in mulis.* ſ Tranſiungere eſt iugalium loca mutare, quadrigæ locum mutare, temonariam mulam facere, quæ præcedere ſolita ſit, vel dextram facere quæ ſiniſtra eſſe ſolebat. t quæ habentur vt iungantur ad carrhucam vel rhedam, qua ratione carruchariæ hic dicantur, & à Varrone rhedariæ 3. *de re ruſtic.* Id genus animalis primum cœptum eſt iungi curribus & vehiculis. v. Feſtum *in Mulis.* u *l. 47. ꞩ. eod.* x *l. 19. in fin. ꞩ. eod.*
y in ipſa venditione & ſub tempus venditionis differunt.

12 ¶ Si plura iumenta venierint, non omnia erunt redhibenda propter vnius ornamentum. nam ‖&‖ ſi vitioſum ſit vnum iugum, non tamen propter hoc cætera iuga redhibebuntur.

13 ¶ Si fortè iugum mularum ſit, quarum altera vitioſa eſt, non ex pretio tantum vitioſæ, ſed ex vtriuſque a erit componendum quanti minoris ſit : cùm enim vno b pretio vtræque venierint, non eſt ſeparandum pretium, ſed quanto minoris cùm veniret, vtrumque fuit, non alterum quod erat vitioſum.

14 ¶ Cùm c autem iumenta paria veniunt, edicto d expreſſum eſt, vt, cùm alterum in ea cauſa ſit, vt redhiberi debeat, vtrumque e redhibeatur : in qua re tam emptori, quàm venditori conſulitur, dum iumenta non ſeparantur. Simili modo & ſi triga f venierit, redhibenda erit tota : & ſi quadriga g, redhibeatur. Sed ſi duo paria mularum ſint, & vna mula vitioſa ſit, vel par h redhibebitur: alterum non: ſi tamen nondum ſint paria conſtituta, ſed ſimpliciter quatuor mulæ vno pretio venierint; vnius erit mulæ redhibitio, non omnium. nam & ſi polia i venierit, dicemus, vnum equum, qui vitioſus eſt, non omnem poliam redhiberi oportere : hæc & in hominibus dicemus, pluribus vno pretio diſtractis : niſi ſi ſeparari non poſſint : vtputa ſi tragœdi k, vel mimi.

39. *Paulus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

VEl fratres l.

2. *Edictum de eo, qui animal, quà vulgo iter fit, ita habet, vt nocere poſſit.*

40. *Vlpianus* lib. 2. ad Edictum ædilium currulium.

HI enim non m erunt ſeparandi.

1 ¶ Deinde aiunt n ædiles, *ne* o *quis canem* p, *verrem, "vel minorem aprum* q, *" lupum, vrſum, pantheram* r, *leonem.*

41. *Paulus* lib. 2. ad Edictum ædilium curulium.

ET generaliter, *aliúdve, quod noceret animal, ſiue ſoluta ſint, ſiue alligata, vt contineri vinculis, quo minus damnum inferant, non poſſint.*

42. *Gaius* lib. 2. ad Edictum ædilium curulium.

a *l. 64. ꞁ. eod.*
b *l. 36. ꞩ. eod.*
c ſi iumenta paria fuerint quæ venierint, ob morbum vnius omnia redhibentur. *Syn. eodem. c. 39.*
d *l. 38. ꞩ. eod.*
e *l. 34. in fin. ꞩ. eodem.*
f Iſidorus 18. c. 36. Quadrigæ, bigæ, trigæ, & ſeiugæ ab equorum numero & iugo dictæ : ex quibus quadrigas Soli (quia per quatuor tempora, ver, æſtatem, autumnũ, & hyemem annus vertitur) bigas Lunæ (quoniam gemino curſu, cum ſole contẽdit : ſiue quia nocte videtur & die :) Trigas diis inferis (quia hi per tres ætates homines ad ſe rapiunt, id eſt, per infantiã, iuuentutem, atque ſenectam) ſeiuga ſeu maximum currum Ioui deorum maximo deſultores conſecrarunt, Gloſſis Trigarium, τόπος ὅπου ἵπποι γυμνάζονται. iiſdem Gloſſis τρίιππον Triga, τρίπωλα, Trigæ: ſic vetus Poëta, Triga mihi paucos inter dilecta ſodales, Triga ſodalitij pars bene magna mei.
g (id eſt equi quatuor) quæ etiam ſine curru eſt. *arg. l. 22. ꞩ. ad l. Aquil. l. 10. in fin. ꞩ. quib. mod. vſusfruct. l. 58. ꞩ. pro ſocio*: nec ſemper ita accipitur, quaſi iuncta currui: alioquin quadriga legata, deberetur currus, quod eſt falſum. Deinde quadrigæ, nomen numeri eſt, ideóque ad res alias transfertur : vt cum Varro ait locum, corpus, tempus, actionem eſſe initiorum quadrigas: & Vopiſcus quadrigas tyrannorum vocat, Firmum, Saturninum, Bonoſum, Proculum : & Hieronymus *ad Iouinianum*, quadrigas virginum, filias Philippi Euangeliſtæ : *ad Paulinum*, Euangeliſtas quadrigam domini, quadrigam ſanctitatis, *ad Pammachium* : *Cuiac. ad l. 24. ꞩ. eod.* Porrò multum intereſt, quadrigæ, an quatuor equorum vſusfructus legatus ſit, *d. l. 10.* actum fuerit vt quadriga haberetur, vel quatuor equi venditi eſſent *d. l. 58.* quadrigæ vna ſtipulatio eſt & indiuidua, *l. 29. ꞁ. de verb. oblig.* quatuor equorum multiplex & diuidua.
h Par mularum ſeu iugum quod Græci quidam ὀχικὸν ζεῦγος & συνωρίδα & τετρωρίδα vocant. *Cuiacius 6. ad Africanum ad l. 24. ꞩ. eod.* ſic quadrigæ pro quaternario ſumuntur apud Varronem 4. *de lingua.* Initiorum quadrigæ locus, corpus, tempus, & actio *Propertius* 3. Et ſi quadrigæ viſenda eſt ora Cayſtri: quo loco quadriga Cayſtri, quatuor hæ nobiliſſimæ vrbes, Epheſus, Smyrna, Colophon, Miletus : ſic Marcellus Empiricus quadrigam vocat, τὸ τετραφάρμακον Medicorum.
i Græcis πώλεια Xenophon libro περὶ ἱππικῆς, eſt armentum equorum : hinc non omnem poliam redhiberi, *l. 11. ꞁ. eod.* Varro equarias vocat. Catell. Cotta *in voce Polias*, hoc vocabulum à voce πῶλος (quæ pullum ſignificat) deriuari putat: pullum ſcilicet equinum; hinc πωλοδομάζειν. equos domare. Reperio etiam πωλίον Ariſtophani pullulum ſignificare. Tacitus, *libro de moribus Germanorum*, equitium dixit. Poliam puto id eſſe quod Galli vocant, *vne laiſſe de cheuaux.*
k *l. 34. in princ. ꞩ. eod.*
l *l. 5. in fin. ꞩ. eod*
m Separatio fratrum dura eſt : vnum ſine altero redhibere, durum eſt. In auctione quamuis hoſtili haſta fratres non diuidit, Seneca *9. Controuerſ. 3.*
n *hic & §. 1. Inſtit. ſi quadrupes.*
o Qui canem, aut aprum, aut verrem, aut vrſum, aut lupum, aut pantheram, aut leonem, aliúdve noxium animal, ſiue ſolutum, ſiue non ſic alligatum, vt damnum inferre nequeat, quà vulgò ſit iter, habeat, & homo liber ex eo perierit, ducentos aureos præſtat: ſi verò non perierit ille quidem, ſed nocitum tamen eſt ſit, quantum æquum bonum iudici videtur, condemnatur: cæterarum rerum duplum damnum præſtat, *vt hic, l. 41. l. 42. ꞁ. eod. Syn. eod. ex lib. 51. Tit. 4. cap. 30. 6. Harmen. 1. §. 2.*
p Lex Peſulania, vel Peſulonia, vel Solonia, lata eſt de cane damnum dante, *Paul. 1. ſent. 15. §.* Solon (teſte Plutarcho *in Solonis vita*) ἔγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον ἐν ᾧ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. Haud abſimilem legem condidit Plato his verbis, ἐὰν ὑποζύγιον ἢ ἵππος ἢ κύων ἢ τι τῶν ἄλλων θρεμμάτων σίνηται, &c.
q hæc verba, *minorem aprum*, deſunt in dicto §. primo quæ res facit vt Cuiacius *ibid.* exiſtimet ſuperiora verba hic ſupereſſe. Certè Ecloga 19. *cap. 30.* ita legit ὁ κυνάγελον ἢ κάπρον, vbi Leunclauius lectionem aliam notat, ὁ κύνα, ἢ συάγρον. adde quæ ſcripſi ad *Nonium 2. n. 58. & 647.* adde Petronium, vel *minor aper* hic : nondum grandis vel dentatus.
r Panthera hic, *& l. 2. ꞩ. ad l. Aquil.* animal eſt. Panthera & tigris macularum varietate, prope ſolæ beſtiarum ſpectantur: ſunt qui tradunt in armoriis ſimilem lunæ eſſe maculam creſcentem in orbe, & cauantem pari modo cornua: creberrimæ in Africa, Syriáque. Senatuſconſultum fuit vetus (quod ad hunc locum maximè pertinet) ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Contra hoc tulit ad populum Cneius Aufidius Tribunus plebis, permiſitque Circenſium gratia importare. Prius autem Scaurus Ædilitate ſua varias 150. vniuerſas miſit: dein Pompeius Magnus 420. Diuus Auguſtus 420. Cætera de Pantheris & earum gratitudine, vide Plinium 8. c. 17. Eſt & alio ſenſu in iure noſtro panthera, id omne quod auceps capit, capturúſve ſit, *l. 11. §. 18. ꞩ. de act. empt.*

QVà vulgò a iter b fiet, ita habuiſſe velit, vt cuiquam nocere damnúmve dare poßit, ſi aduerſus ea factum erit, & homo liber ex ea re perierit, ſolidi c ducenti: ſi nocitum homini libero eſſe dicetur, quanti bonum æquum iudici videbitur, condemnetur: cæterarum rerum, quanti damnum datum factúmve ſit, dupli.

De boue qui cornu petit: Mulis ceſſum dentibus: Iumentis quæ ſine cauſa turbantur, & ſemetipſa eripiunt. 1. De eo qui ad amicum domini confugit. 2. De eo qui perſuaſu alterius à domino receßit. 3. Si ſeruus alienus bona fide poſſeſſus fugerit. 4. Quid ſit mortis conſciſcendæ cauſa quid facere. 5 De eo quod emptor conſecutus eſt ſerui redhibendi nomine. 6. De mancipio nullius pretij. 7. De redhibitione in fraudem creditorum. 8. Si emptor ſeruum pignorauerit, vel cum alienauerit, vel vſumfructum eius. 9. De emptione conditionali. 10. Si ſeruus, in quo alienus eſt vſusfructus, emerit.

43. *Paulus* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

BOuem, qui cornu *d* petit, vitioſum eſſe plerique dicunt, item mulas, quæ ceſſum dant *e*: ea quoque iumenta, quæ ſine cauſa *f* turbantur, & ſemetipſa eripiunt, vitioſa eſſe dicuntur.

1 ¶ Qui ad amicum *g* domini deprecaturus confugit, non eſt fugitiuus: imò etiamſi ea mente ſit, vt non impetrato auxilio domum non reuertatur, nondum fugitiuus eſt: quia non ſolùm conſilij, ſed & facti *h*, fugæ nomen eſt.

2 ¶ Qui perſuaſu alterius à domino, receſsit, fugitiuus eſt: licèt id non fuerit facturus citra conſilium eius qui perſuaſit.

3 ¶ Si ſeruus meus bona fide tibi ſeruiens fugerit, vel ſciens ſe meum eſſe, vel ignorans, fugitiuus eſt: niſi animo ad me reuertendi id fecit.

4 ¶ Mortis *i* conſciſcendæ cauſa ſibi facit, qui propter nequitiam, maloſque mores, flagitiúmve aliquod admiſſum, mortem ſibi conſciſcere voluit: non ſi, dolorem *k* corporis non ſuſtinendo, id fecerit.

5 ¶ Si quis ſeruum emerit, &, rapto eo, vi bonorum raptorum actione quadruplum conſecutus eſt, deinde ſeruum redhibeat, reddere debebit quod *l* accepit: ſed ſi per eum ſeruum iniuriam paſſus, iniuriæ nomine egerit, non reddet venditori *m*: aliter forſitan atque ſi loris ab aliquo cæſo, aut quæſtione de eo habita, emptor egerit.

6 ¶ Aliquando *n*, ‖ etiam ‖ redhiberi mancipium debebit, licet æſtimatoria, id eſt, quanto *o* minoris agamus. nam ſi adeò nullius ſit pretij, vt ne expediat quidem tale mancipium domino habere, veluti ſi furioſum, aut lunaticum ſit, licèt æſtimatoria actum fuerit, officio tamen iudicis continebitur, vt reddito mancipio pretium recipiatur.

7 ¶ Si quis, cùm conſilium iniſſet fraudandorum creditorum, redhibuerit, non *p* redhibiturus aliàs, niſi vellet eos fraudare tenetur creditoribus propter mancipium venditor.

8 ¶ Pignus *q* manebit obligatum, etiam ſi redhibitus fuerit ſeruus: quemadmodum ſi eum alienaſſet, aut vſumfructum eius, non rectè redhibetur, niſi redemptum ‖ ſit, ‖ & pignore liberatum redhibeatur.

9 ¶ Si ſub conditione homo emptus ſit redhibitoria actio ante *r* conditionem exiſtentem inutiliter *ſ* agitur: quia *t* nondum perfecta emptio arbitrio iudicis imperfecta fieri non poteſt: & ideo, etſi ex empto vel vendito, vel redhibitoria ante actum fuerit, expleta conditione, iterum agi poterit.

10 ¶ Interdum etiamſi pura ſit venditio, propter iuris *u* conditionem in ſuſpenſo *x* eſt: veluti ſi ſeruus, in quo alterius vſusfructus, alterius proprietas eſt, aliquid emerit: nam dum incertum eſt, ex cuius re pretium ſoluat, pendet, cui ſit adquiſitum: & ideo neutri eorum redhitoria competit.

De eo quod venditioni accedit. 1. De pluribus venalitiariis ſociis. 2. De ſeruo alieno vendito.

44. *Idem* lib. 2. ad Edictum ædilium curulium.

IVſtiſsimè Ædiles noluerunt hominem ei *y* rei, quæ minoris *z* eſſe, accedere: ne qua fraus aut edicto aut iuri ciuili fieret, vt ait Pedius, propter *a* dignitatem *b* hominum: alioquin eandem rationem fuiſſe & in cæteris rebus. ridiculum namque eſſe, tunicæ fundum accedere. cæterum hominis venditioni quiduis adiicere licet. nam & plerumque *a* plus in peculio eſt, quàm in ſeruo: & nonnunquam vicarius, qui accedit, pluris eſt, quàm is ſeruus qui venit.

1 ¶ Proponitur actio ex hoc edicto in eum, cuius maxima pars in venditione fuerit: quia plerumque venaliciarij *b* ita ſocietatem coëunt, vt quidquid agunt, in commune videantur agere: æquum enim Ædilibus viſum eſt, vel *c* in vnum ex his cuius maior pars, aut nulla parte minor eſſet, ædilitias actiones competere: ne *d* cogeretur emptor cum multis litigare: quamuis actio ex empto cum ſingulis ſit pro portione, qua ſocij fuerint. nam id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter *e* faciendum, pronius eſt.

2 ¶ In redhibitoria, vel æſtimatoria poteſt dubitari, an, quia alienum *f* ſeruum vendidit, & ob euictionem, & propter morbum fortè, vel fugam ſimul teneri poteſt. nam poteſt dici nihil intereſſe emptoris, ſanum eſſe, fugitiuum non eſſe eum, qui euictus ſit: ſed interfuit emptoris, *ſanum poſſediſſe* propter operas: neque ex poſtfacto decreſcat obligatio: ſtatim enim vt ſeruus traditus eſt, committitur ſtipulatio, quanti intereſt emptoris.

De condemnatione in duplum vel ſimpliciter.

45. *Gaius* lib. 1. ad Edictum ædilium curulium.

REdhibitoria actio *g* duplicem habet condemnationem: modò enim in duplum, modò in ſimplum condemnatur venditor. Nam ſi *h* neque pretium, neque acceſsionem ſoluat, neque eum, qui eo nomine obligatus erit, liberet: dupli *i* pretij, & acceſsionis condemnari iubetur: ſi verò reddat pretium, & acceſſionem, vel eum, qui eo nomine obligatus eſt, liberet, ſimpli ‖ videtur condemnari. ‖

Quid caueat redhibens.

46. *Pomponius* lib. 18. ad Sabinum.

CVm *k* mihi redhibeas *furtis, noxiſque ſolutum eſſe*, promittere non debes: præterquam quod iuſſu tuo fecerat, aut eius, cui tu eum alienaueris.

De manumißione. 1. Vel morte mancipij empti.

47. *Paulus* lib. 11. ad Sabinum.

SI hominem emptum manumiſiſti *l*, & redhibitoriã, & quanti minoris denegandam tibi Labeo ait: ſicut duplæ actio periret: ergo & quod aduerſus dictum promiſſúmve ſit, actio peribit.

1 ¶ Poſt mortem *m* autem hominis ædilitiæ actiones manent.

Si quis de morbo ſerui querens retinere eum velit. 2. Si tempore redhibitorio excluſus velit agere æſtimatoria. 3. De ſeruo vincto vendito. 4. De ſcientia emptoris. 5. De heredibus. 6. De mancipiis, & aliis animalibus. De vſufructu empto. 8. Si de vno vitio agatur, & timeatur ne alia poſtea appareant. 8. De ſimplariis venditionibus.

48. *Pomponius* lib. 23. ad Sabinum.

SI tamen ſine culpa actoris, familiæve eius, vel procuratoris mortuus ſit.

1 ¶ Audiendus eſt is, qui de vitio vel morbo ſerui querens retinere eum velit.

2 ¶ Non *n* nocebit emptori, ſi ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus, velit intra annum æſtimatoria agere.

3 ¶ Ei, qui *o* ſeruum vinctum vendiderit, ædilitium edictum remitti æquum eſt: multò enim amplius eſt id facere, quàm pronuntiare, in vinculis fuiſſe.

4 ¶ In ædilitiis actionibus exceptionem opponi æquum eſt, ſi emptor ſciret de fuga, aut vinculis, aut cæteris rebus ſimilibus: vt venditor abſoluatur.

5 ¶ Ædilitiæ actiones & heredi *p*, & in *q* heredem competunt: vt tamen & facta heredum, quæ poſtea acceſſerint, & quod experiri potuerint, quærantur.

6 ¶ Non ſolùm mancipiis, ſed de omni animali *r* hæ ‖ actiones ‖ competunt: ita vt, etiam ſi vſumfructum in homine emerim, competere debeant.

a qua populi iter eſt. *Paul. 1. ſent. 15. §. 2.* ſecus in domo, vt antea dictum eſt.
b Viarum curam geſſiſſe Ædiles hic locus argumento eſt; dixi ad *l. 1. inf. de via publica.*
c Paulus *ibid.* ſic expreſsit. Pro modo admiſsi extra ordinem actio in dominum vel cuſtodem datur: ſed fortè ad poſteriorem huius legis ſententiam id referendum. Si cum in hominem liberum quid deiectum erit, & is perierit, in quinquaginta aureos ſit condemnatio, *l. 1. §. 5. ſup. de his qui deiecerunt.*
d κερατίζων βοῦς, *Syn. eod. c. 31.*
e quæ ceſsim eunt. *Hal.* λακτίζωσας. *Ecl. 19. tit. 10. c. 31.* id eſt, quæ calce percutiunt, quæ & calceatrones, *Non. 1. nu.* 214. Porrò ceſsim ire ſignificat ἀναχωρεῖν, regredi, retrocedere: hinc *l. 52. ſupr. ad l. Aquil.* interim ſuperius plauſtrum ceſsim ire cepit.
f ἀναντίως. *Synopſ. eod. c. 31.* ἐναντίως. 3. *Harmen. 3. c.* περὶ πιπρασκόντων.
g *l. 17. §. 4. ſupr. eod.* vt dixi, adde Terentium *Heautontym. act. 5. ſcen. 2.*
h Idem de verbo *ſubmittere* dicitur, *l. 70. in fin. ſuprà de vſufructu.* fugæ vi & ſubmittendi nomen facti eſt.
i vide *l. 23. §. 3. ſup. eodem.*
k *v. l. 2. C. qui teſtamenta.*
l vide *l. 24. ſuprà eodem.*
m quia huiuſmodi pœna infligitur ob iniuriam illatam perſonæ, non rei. vide *l. 24. ſup. de pet. hered.*
n poſterior enim actio redhibitionem continet, *l. 25. §. 1. infr. de except. rei iudic.*
o *l. 31. §. 5. l. 38. ſup. eod.*
p adde *l. 9. in fin. ſup. de alien. iudic.*
q *l. 4. ſuprà quibus mod. pign.*
r *l. 22. ſuprà mandati: l. 13. l. 15. infrà quando dies legat.*
ſ Imò vtiliter agi poteſt, *l. 5. inf. de inſtito.*
t Priuatio ibi eſſe non poteſt, vbi non eſt habitus. vbi non cadit habitus, ibi non cadit priuatio. adde *l. 10. infr. de verb. oblig.* vide Euerardum *in Topicis loco 26. à priuatione ad habitum, l. 4. ſupr. de inſtitor. l. 4. infr. de repudiis, l. 96. infr. de cond. & demonſt. l. 116. infr. de verb. oblig. l. 208. infr. de reg. iuris & 292. c. quod vero non formatur, & cap. ad diſſoluendum, extr. de deſponſat. impub.*
u Conditio à iure vel homine adiecta, actum ſuſpendit.
x in pendenti, *l. 12. §. 5. l. 25. §. 2. ſuprà de vſufructu. l. 45. in fin. infr. de adquir. rer.*
y venditioni vel modicæ homo non accedit: dic, *vt infr. eod.*
z atqui in emptione fundi dici poteſt, vt Stichus ſeruus accedat, *l. 34. ſupr. de contr. empt.* vide Cuiacium *16. obſer. 20.*
a Homo digniſsimum animal. Ouidius 1. *Metamorphoſ.* ſanctius animal vocat, & quod dominatur in cætera alia animantia. Plinius *7. in princip.* In omnibus animantibus principium homini tribuit: cùm eius cauſa videatur cuncta genuiſſe natura. addde *l. 18. §. 1. infr. de vſuris.* Mercurius Triſmegiſtus vocat hominem, magnum miraculum.
b quæ facit vt partus non ſit in fructu, *l. 27. ſup. de petitione hereditatis.* vt mercis appellatione homines non contineantur, *l. 207. infr. de verborum ſignificatione.*

a Acceſsiones plerumque potiores ſunt principalibus ſuis ac primis, vt hic. plerumque plus eſt in peculio ſerui quam ſeruus ipſe valeat: plus vicarius interdum valet, quàm ipſe ordinarius qui vicarium habet.
b de quibus *l. 37. ſupr. eod. l. 57. l. vlt. in fin. ſuprà mandati: l. 73. inf. de leg. 3. d. l. 207. inf. de verb. ſign. l. 1. C. de nundinis.*
c Sociorum vnum pro cæteris omnibus poſſe conueniri; hinc colligit Baldus: & ſocios in contractu, ſocios eſſe in diſtractu.
d adde *l. 2. ſuprà de exercitoria.*
e hinc Chryſoſtomus *apud Gratianum cap. eiiciens 88. diſtinct.* mercator ſine mendacio & periurio eſſe non poteſt. Et Demoſthenes *in Oratione pro Phormione*, Ingens ait eſſe miraculum, ſi idem mercator induſtrius videatur & probus. A mercatura tanquam contagione omnis honor atque militia ſegregatur, *l. 12. in fin. C. de cohortalibus lib. 12. l. vnic. C. negotiat. ne milit.* Apud Thebanos nemo ad honores reipublicæ admiſſus niſi decem annis à mercatura deſtitiſſet. *Ariſtoteles 3. Politicon. in fin.* Ideoque Bartolus mercaturam non inter officia ſed artificia numerat, *tractatu de teſtimoniis, num. 62.* nec abſentes reipublicæ cauſis mercatores eſſe dicuntur, quia commodi capſidi cauſa, *l. 4. in fin.* & quidem ſui, *l. 36. &* priuati negotiantur, *l. 42. ſupr. ex quibus cauſis maior.* ſi tamen penitius ſpectemus honoribus interdum digni ſunt, vt, & reliqui: hoc enim pacto futurum eſt (vt inquit Xenophon *libro de vectigalibus*) plures vt mercaturæ ſtudeant & annonæ, quia pendent hominum vitæ.
f *l. 11. §. 7. ſupr. de actionibus empt.*
g emptori competens.
h ſi nec pretium venditor nec acceſsiones ſoluit nec obligatum ſuo nomine liberat: in duplum pretij & acceſsionis iudicio redhibitorio condemnatur: ſin hæc præſtat, in ſimplum condemnatur. *Synopſ. eod. c. 33.*
i in duplo continetur pretium. *Bart.*
k verſus hic Iuriſconſulto excidit in hac proſa oratione: ſunt & alij multi à me ſparſim hac editione notati.
l *l. 25. infr. de euictionibus.*
m *l. 38. §. 3. ſupr. eod. l. 48. infr. eod. l. 16 infr. de euictionibus.*
n Redhibitoria ſex menſium exceptione excluſus, poteſt quanti minoris intra annum agere, *Synopſis eod. cap. 35.*
o Qui ſeruum vinctum vendit, actione de fuga non tenetur. Multo enim id amplius eſt, quàm dicere in vinculis fuiſſe, *vt hic.* Nam quum emptor ſcit de fuga, vel vinculis, vel rebus ſimilibus, opponitur ei exceptio, *§. 4. inf. eod. Synopſis eod. cap. 35. 3. Harmen. 3. §. 78.*
p *l. 19. §. penult. ſup. eod.* q *l. 23. §. 5. ſuprà eod.*
r & ſe mouente: quin & de re ſoli? *l. 1. ſuprà eod.*

7 ¶ Cùm

7 ¶ Cùm redhibitoria actione de ſanitate agitur: permittendum eſt, de vno vitio agere, & prædicere, vt ſi quid aliud poſtea apparuiſſet, de eo iterum ageretur.

8 ¶ Simplariarum *a* venditionum cauſa ne ſit redhibitio, in vſu eſt.

De redhibitione fundi.

49. *Vlpianus* lib. 8. Diſputationum.

ETiam *b* in fundo vendito redhibitionem procedere, nequaquam incertum eſt. Veluti ſi peſtilens *c* fundus diſtractus ſit: nam redhibendus erit. & benignum eſt dicere, vectigalis exactionem futuri temporis poſt redhibitionem aduerſus emptorem ceſſare.

De varicoſo.

50. *Iulianus* lib. 4. ex Minicio.

VAricoſus *d* ſanus non eſt.

Si ſeruus. 1. Vel procuratore emerit.

51. *Africanus* lib. 8. *e* Quæſtionum.

CVm mancipium morboſum vel vitioſum ſeruus emat, & redhibitoria, vel ex empto dominus experiatur: omnimodo *f* ſcientiam ſerui, non domini ſpectandam eſſe ait: vt nihil interſit, peculiari, an domini nomine *g* emerit: & certum incertúmve mandante eo emerit, quia ‖tunc‖ & illud ex bona fide eſt, ſeruum, cum quo negotium ſit geſtum, deceptum non eſſe, & rurſus delictum eiuſdem, quod in contrahendo admiſerit, domino nocere debet. Sed ſi ſeruus, mandatu domini, hominem emerit, quem dominus vitioſum eſſe ſciret, non tenetur venditor.

1 ¶ Circa *h* procuratoris *i* perſonam, cùm quidem ipſe ſcierit, morboſum, vitioſum eſſe; non dubitandum, quin, quamuis ipſe domino mandati *k* vel negotiorum geſtorum *l* actione ſit obſtrictus, nihilo *m* magis eo nomine agere poſſit. At cùm ipſe ignorans eſſe vitioſum, mandatu domini, qui id ſciret, emerit; & redhibitoria agat: ex perſona domini vtilem exceptionem ei non putabat *n* opponendam.

Si ſeruus venditori furtum fecerit.

52. *Marcianus* libro 4. Regularum.

SI *o* furtum domino ſeruus fecerit, non eſt neceſſe, hoc in venditione ſerui prædicere, nec ex hac cauſa redhibitio eſt. Sed ſi dixerit, *hunc furem* p *non eſſe*, ex illa parte tenebitur, *quod dixit, promiſitve*.

De febri tertiana aut quartana. De podagra, de morbo comitiali.

53. *Iauolenus* lib. 1. ex poſterioribus Labeonis.

QVi tertiana *q*, aut quartana *r* febri aut podagra *ſ* vexarentur, quive comitialem morbum haberent, ne quidem his diebus *a* quibus morbus vacaret *b*, rectè ſani *c* dicentur.

Si mancipium ab emptore fugerit.

54. *Papinianus* lib. 4. Reſponſorum.

ACtioni redhibitoriæ non eſt locus, ſi mancipium bonis *d* conditionibus emptum fugerit, quod *e* ante non fugerat.

De emptore ignorante.

55. *Idem* lib. 12. Reſponſorum.

CVm ſex *f* menſes vtiles *g* quibus experiundi poteſtas *h* fuit, redhibitoriæ actioni præſtantur, non videbitur poteſtatem experiundi habuiſſe, qui vitium fugitiui latens ignorauit. non idcirco tamen diſſolutam *i* ignorationem emptoris excuſari oportebit.

An fideiuſſori redhibeatur.

56. *Paulus* lib. 1. Quæſtionum.

LAtinus Largus; Quæro, an fideiuſſori emptionis *k* redhiberi mancipium poſſit. Reſpondi: Si in vniuerſam *l* cauſam fideiuſſor ſit acceptus, putat Marcellus, poſſe *m* ei fideiuſſori *n* redhiberi.

Si ſeruus emerit. 1. Si ſeruus aut filiusfamiliàs vendiderit.

57. *Idem* lib. 5. Quæſtionum.

SI ſeruus mancipium emit, & dominus redhibitoria agat, non *o* aliter ei venditor daturus eſt, quàm *p* ſi omnia præſtiterit, quæ huic *q* actioni continentur: & quidem ſolida, non peculio tenus. Nam & ſi ex empto dominus agit, niſi pretium totum ſoluerit, nihil conſequitur.

1 ¶ Quod ſi ſeruus *r*, vel filius vendiderit, redhibitoria in peculium competit. in peculio autem & cauſa redhibitionis continebitur. Nec nos moueat, quod, antequam reddatur ſeruus, non eſt in peculio, non enim poteſt eſſe in peculio ſeruus, qui adhuc emptoris eſt. Sed cauſa ipſius redhibitionis in peculio computatur. Igitur ſi ſeruus, decē millibus emptus, quinque millibus ſit, hæc quoque in peculio eſſe dicemus: hoc ita, ſi nihil domino debeat, aut ademptum peculium non eſt. Quòd ſi plus domino debeat, eueniet, vt hominem præſtet, & nihil conſequatur.

De ſeruo qui rebus ablatis fugit ab emptore.

58. *Idem* lib. 5. Reſponſorum.

QVæro, an, ſi ſeruus apud emptorem fugit, & in cauſa redhibitionis eſſe pronunciatus fuerit, non prius venditori reſtitui debeat *ſ*, quam *t* rerum ablatarum à ſeruo æſtimationem præſtiterit? Paulus reſpondit, venditorem cogendum non tantum pretium ſerui reſtituere, ſed etiam rerum ablatarum æſtimationem: niſi *u* ſi pro his paratus ſit ſeruum noxæ nomine relinquere.

1 ¶ Item quæro, ſi nolit æſtimationem & pretia rerum reſtituere, an ſeruus retinendus ſit, & danda ſit actio de peculio, vel de pretio redhibiti ſerui ex duplæ ſtipulatione? Paulus reſpondit, de pretio *x* ſerui repetendo competere actionem, etiam ex duplæ ſtipulatione, de rebus per furtum ablatis iam reſponſum eſt.

2 ¶ Seruum dupla *y* emi: qui rebus ablatis fugit: mox inuentus præſentibus honeſtis *z* viris, interrogatus, an & in domo venditoris fugiſſet, reſpondit fugiſſe. quæro, an ſtandum ſit reſponſo ſerui: Paulus reſpondit: Si & alia *a* indicia *b* prioris fugæ non deficiunt, tunc etiam ſerui *c* reſponſo credendum eſt.

De pretio ſerui redhibendi. 1. De duobus vno pretio emptis.

59. *Vlpianus* lib. 74. ad Edictum.

CVm in ea cauſa eſt venditum mancipium, vt redhiberi debeat, iniquum *d* eſt, venditorem pretium redhibendæ rei conſequi.

1 Si quis duos homines vno pretio emerit, & alter in ea cauſa eſt: vt redhibeatur, deinde petatur pretium totum: exceptio erit obiicienda. Si tamen pars pretij petatur, magis dicetur, non nocere exceptionem, niſi forte ea ſit cauſa, in qua propter alterius vitium, vtrumque mancipium redhibendum ſit.

De effectu redhibitionis.

60. *Paulus* libro 69. ad Edictum.

FActa redhibitione, omnia *e* in integrum reſtituuntur, perinde ac *f* ſi neque emptio, neque venditio interceſſit.

a ſingularium venditionum, *Hal.* Simpulariū legit Coraſius 2. *Miſcel.* 14. quaſi minutarum & vilium, à ſimpulo, vaſe exiguo quo Romani diis (vnde ſimpulatrices mulieres rei diuinæ deditæ; Feſto) ſacrificabant, teſte Varrone *apud Nonium*. hinc fluctus excitare in ſimpulo, i. re minima. *Cic.* 4. *de legib.* ſed Budæus Florentinam defendit, & ait ſimplarias actiones eas eſſe, in quibus venditor nō neceſſe habebat de dupla emptori repromittere, vt in *l.* 37. *inf. de euict.* eodem ſenſu quo duplariæ, quadruplariæ actiones quæ in ſimplum & duplum dabantur: & armaturæ ſimplares & duplares (2. *Veget.*) & torquarij ſimplares duplaréſque (a Modeſto *de vocabulis*) quod qui ea geſtabant, ſingulas vel duplices annonas perciperent, & duplicarij Varroni 4. *de lingua*. Græci ea ſententia hunc locum ita exponūt: συνήθες ἐςὶ μὴ ἁρμόζειν τὴν περὶ ἀναςροφῆς ἀγωγὴν ἐπὶ τῶν ἁπλῶν πράσεων. *Syn. eo. c.* 35. *Har.* 3. §. 76. In vſu eſt actionem redhibitoriam in ſimplis venditionibus non competere: ſimplas autem Scholiaſtes Synopſeos illo loco interpretatur, μήτε ἔπαινον, μήτε ψόγον ἐχούσας, quæ neque laudem, neque vituperationem habeant. b *l.* 63. *inf. eod.*
c Peſtilentiæ cauſa (nempe ſi peſtilens ſit ipſe fundus venditus) redhiberi poteſt fundus, dixi ad *l.* 4. *C. eod. & ad Cic.* 2. *Agrar.* d varices, ſunt venæ plus æquo intumeſcentes: hinc varicoſus, cui venæ nimio ſanguinē repleātur. Celſus & Auicenna author eſt, varices accidere curſoribus, & onera baiulantibus, & diu ſtantibus. hinc Iuuenalis. *Satyr.* 6. varicoſus fiet aruſpex, ex diuturna ſc. ſtatione: Aruſpex cùm exta conſulit diu ſtando fit varicoſus: Inde illud Vatinij eſt in Ciceronem varicoſum, gloriantem ſe humeris Italiæ ab exilio reportatum: vnde ergo tibi varices? de varicum curatione, v. Æginetam 6. c. 64. & 2. *Celſ.* 7. *de re medica* 35. e *v. Cuiac.* 8. *ad Afr.* Prima huius legis quæſtio hæc eſt: Si ſeruus vel filius morboſum aut vitioſum quid emit, an eorum, an verò patris aut domini eorū mens ſpectanda ſit. f i. ſiue dominus mandauit emi, certum (veluti Stichum) ſiue incertum, i. hominē generaliter, vtroque caſu ſcientia ſerui inſpicitur, non domini, Cuiac. *ibi* g nomine domini emit, qui domino emit nominatim, ſiue mandatum habeat, ſiue non. id eſt, ſiue quaſi procurator emat, ſiue quaſi geſtor: & latius patent hæc verba, *nomine domini*, quaſi generalia, quam *mandato domini*. *Cuiac. ibi.* h altera huius legis quæſtio eſt, an procuratoris ementis morboſum vel vitioſum, mens potius quam domini ſpectanda ſit? i etiam voluntarij, *vt & inf. eo. in verbo*, vel negotiorum geſtoris, *l.* 17. *ſup. de in rem verſo.* k ſi verus procurator. l ſi voluntarius geſtor. adde *l.* 4. *inf. de fideiuſſ.* & ita Quintilianus 7. *c.* 5. malæ geſtæ procurationis in foro, negotiorum geſtorum, an & mandati actio eſt? m i. nihilominus, *v. l.* 2. §. 1. *inf. de vi bonorum raptorum.* n Exceptionem etiamnum putat opponendam Conanus 3. *comment.* 14. reprehenſus à Roberto 2. *recept.* 4. o *Syn. eo. c.* 39. p *l.* 31. §. 1. *ſ. eo.* q ὁ τεταρταίζων ἤτε τεταρταίζων *Ecl.* 19. *tit.* 19. §. 40. Porro de cauſis tertianæ & quartanæ, *v. Fuchſ.* 3. *ſect.* 1. *c.* 10. r de qua *l.* 1. §. 8. *ſ. eo. l.* 6. *in fin. ĵ. de re iud.* ſ Podagra, eſt humoris à natura alieni in pedes defluxio, hunc morbum Athenienſib. familiarem fuiſſe ſcribit Lucretius 7. Athide tentantur greſſ. oculique in Achæis finibus: & Conſtantinop. 15. *Nicephorus* 14. certè Ageſander *in Pithermo apud Athenæum* ſcribit, ſuis temporib. pueros, puellas, eunuchos eo morbo tentatos fuiſſe per annos 20 *Mercurialis* 1. *var.* 24. *de podagra.* adde *l.* 3. *C. qui morbo ſe excuſant.* t δαιμονιζόμενον vertit author *Syn. ibi* comitialis dicitur, quòd in comitiis, vt & aliis hominū cœtibus eo correpti maximè infeſtarentur, & frequenter detegerentur. Græcis ἐπιληψία, quæ, teſte Galeno. 3. *de laborantibus locis*, eſt interuallata mentis & ſenſuum cum læſione conuulſio, Alio nomine ſacer morbus appellatus, propter ſui magnitudinem. Græcis enim familiare eſt, vt ἱερὸν i. ſacrum pro magno vſurpent. hinc, auri ſacra fames, ſacer piſcis. & Hippocrates *in* 6. *Epidem. ſect.* 6. *aphoriſ.* 9. μεγάλην νόσον nominat, dicitur & Herculeus morbus, quod ei familiaris, vel quod magnus. Idem caducus à crebro lapſu: & lunaticus, quod lunæ circumactionem ſequatur. Puerilis & infantilis, quòd eiuſmodi ætatem maximè infeſtet, *Fuchſ.* 3. *ſect.* 1. *c.* 12. Idem à Plauto *in captiuis*: & Plinio 10. *c.* 23. *& lib.* 28. *c.* 23. morbus, qui inſputatur, appellatur: non quod ſputo curetur, vt quidam putant, ſed quod, ſi epilepticus occurrit, vel morbus ipſe nominatur abominandi morbi indicio ſputum emittatur. *Mercurialis* 5. *var.* 11. niſi fortè dicamus potius, morbum qui inſputatur, eum eſſe; quo æger liberatur, cum primum conſpuerit: quo vitio laborantem ſputo eiecto, ſtatim ſanatum non ſine maxima animi admiratione v. Plato. 2. *de legib.* emptum hominem ſacro morbo laborantem intra annum redhiberi voluit, phyſicum & alios, intra ſex menſes: vel ideò quod reliqui morbi ſex menſibus dignoſcuntur: epilepſia vix intra annum rectè à vulgaribus diſcerni poſſit. Mercurialis 4. *variar.* 7. notat ex Clemente Alexandrino 7. *Stromatum*, hircinas carnes epilepticis auxiliari, cum ex Plutarcho *in problematis* conſtet, capras præ cæteris animalibus comitiali morbo ob meatuū anguſtiam tentari, quam vocis earum tenuitas arguat. vt ad Comitiale morbum reuertar, Idem morbus maior dicitur Feſto (Galli etiā vocant, *le haut mal.* vide Feſtum *in Prohibere comitia.*
a non dicitur liberatus, qui habet aliquod ſanitatis interuallum. *Bald.*
b ceſſaret, reuerſurus.
c *v l.* 31. *ĵ. de euictionibus.*
d καλῇ αἱρέσει, bona conditione; hac ſententia. Qui emptus eſt bona conditione, ſi fugerit, locum redhibitoriæ actioni non facit, ſi non & antè fugerit. *Syn. eo. c.* 41.
e *l.* 3. *in pr. C. eo.*
f *l.* 19. *in fi. l.* 38. *ſ. eod. l.* 2. *ſup. quando act. de peculio.*
g Vtiles dies, quibus eſt experiundi poteſtas, *v. l.* 1. *inf. de diuerſis & temporalibus præſcrip.*
h *poſſe* verbum legi aut ſtatuto adiectū, dies vtiles reddit, *Bald.*
i Paria ſunt ſcire vel ſupinè ignorare. *Bald.*
k id eſt, venditionis, vt nonnullis placet, arg. *l.* 19. *ſ. de act. empt.*
l adde *l.* 54. *in pr. ſupr. locati.*
m Contractus fideiuſſor & diſtractus fideiuſſor eſt.
n poſſe & fideiuſſori redhibere. *Hal.*
o Contractu alterius qui vtitur, eo vti debet cum ſuis omnibus clauſulis & vitiis, *l.* 23. *inf. de manumiſſionibus.* p *l.* 31. §. 8. *ſup. eod. l.* 78. §. 2. *ſup. de contrah. empt. l.* 13. §. 8. *ſup. de act. empt.*
q al. hac actione.
r *l.* 25. §. 4. *ſupr. eod.*
ſ reſtitui non debeat, *Auguſt.* 1. *Emendat.* 2.
t *l.* 23. §. 1. *ſup. eo.* u *l.* 31. *in pr. ſupr. eod.* x *l.* 23. §. 9. *ſup. eod. l.* 16. *C. de euict.*
y i. ſub ſtipulatione duplæ. *Accurſius.* z Confeſſio abſente aduerſario coram honeſtis perſonis facta, & indiciis confirmata, facit probationem. Quid ſi coram vicinis? idem, adde *l.* 7. *inf. de probat.*
a Indiciis multis concurrentibus, probatio enaſcitur.
b An id innuitur, ex multis indiciis inſurgere plenam probationem? ait Baldus, adde *l. indicia.* 19. *C. de rei vindic. l. vlt. C. de probat.*
c *v. l.* 7. *inf. de prob.* v. etiam diligenter quæ notaui ad *l.* 7. *inf. de teſtib.*
d *v. l.* 34. *inf. de excep.* e *l.* 21. 23. § 6. *l.* 57. *ſup. eod.* f *d. l.* 23. §. 1. *ſup. eod.*

Si de ſeruitute agatur.

61. *Vlpianus* lib. 80. ad Edictum.

QVotiens *a* de ſeruitute agitur, victus *b* tantum debet præſtare, quanti *c* minoris emiſſet emptor, ſi ſciſſet hanc ſeruitutem impoſitam.

De donatione.

62. *Modeſtinus* lib. 8. Differentiarum.

AD *d* res donatas *e* edictum ædilium curulium non pertinere dicendum eſt. Etenim quid ſe reſtiturum donator repromittit, quando nullum pretium interueniat? quid ergo, ſi res ab eo cui donata eſt, melior facta ſit? numquid quanti eius, qui meliorem fecit, intereſt, donator conueniatur? quod minimè dicendum eſt: ne *f* eo caſu liberalitatis ſuæ donator pœnam patiatur: itaque ſi qua res donetur, neceſſe non erit ea repromittere, quæ in rebus venalibus ædiles repromitti iubent: ſanè de † dolo donator obligare ſe & debet & ſolet; ne, quod benignè *g* contulerit, fraudis conſilio reuocet.

De locatione.

63. *Vlpianus* libro 1. ad Edictum ædilium curulium.

SCiendum eſt ad venditiones ſolas *h* hoc edictum pertinere, non tantum mancipiorum: verum cæterarum quoque rerum *i*.

¶ Cur autem de locationibus *k* nihil *l* edicatur, mirum videbatur. Hæc tamen ratio redditur: vel *m* quia nunquam iſtorum de hac re fuerat iuriſdictio: vel quia non ſimiliter † locationes, vt venditiones, fiunt.

De pluribus ſeruis vno pretio emptis. 2. De iumento errante, vel fugiente.

64. *Pomponius* lib. 17. Epiſtolarum.

LAbeo ſcribit, ſi vno pretio plures ſeruos emiſti, & de vno agere velis, ‖inter‖ æſtimationem *n* ſeruorum proinde *o* fieri debere, ‖ atque‖ vt fieret in æſtimationem bonitatis agri, cùm ob euictam partem fundi agatur.

1 ¶ Idem ait, ſi vno pretio plures ſeruos vendidiſti, ſanóſque eſſe promiſiſti, & pars dumtaxat eorum minus ſana ſit, de omnibus aduerſus dictum, promiſſum, rectè agi.

2 ¶ Ibidem ait, errare & fugere iumentum poſſe, nec tamen erronem aut fugitiuum eſſe agi poſſe.

De animi vitiis. 1. De morbo ſontico. 2. De veteratore & nouitio.

65. *Venuleius* lib. 5. Actionum.

ANimi potius quam corporis vitium eſt, ‖ veluti ‖ ſi ludos *q* aſſiduè velit ſpectare, aut tabulas pictas ſtudioſè intueatur, ſiue etiam mendax *r*, aut ſimilibus vitiis teneatur.

1 ¶ Quotiens morbus ſonticus *ſ* nominatur, eum ſignificari Caſſius ait, qui noceat. Nocere autem intelligi, qui perpetuus *t* eſt, non *u* qui tempore finiatur. Sed morbum ſonticum eum videri, qui inciderit in hominem, poſtquam is natus *x* ſit. Sontes enim nocentes dici.

2 ¶ Seruus tam veterator, quàm nouicius dici poteſt. ſed veteratorem, non *y* ſpacio ſeruiendi; ſed genere *z* & cauſa æſtimandus Cælius ait: nam quicunque ex *a* venalicio nouiciorum emptus, alicui miniſterio præpoſitus ſit: ſtatim eum veteratorum numero eſſe: nouicium autem non *b* tyrocinio animi, ſed conditione *c* ſeruitutis intelligi, nec ad rem pertinere, latinè ſciat, nécne. ‖nam‖ nec ob id veteratorem eſſe, ſi liberalibus *d* ſtudiis eruditus ſit.

a Venditor fundi, euictionem ſeruitutis præſtat emptori, ſi quæ ſeruitus in fundo ei vendito euincatur, non ex empto actione, quę in id quod intereſt, concipitur, l. 66. *verſ. quadam ita demum*, ſ. *de contr. empt.* ſed æſtimatoria, i. quanti minoris, *vt hic*, & *l. 16.* ſ. *de euict.* ſi modo venditor ſeruitutē à fūdo deberi ignorauit. Nam ſi ſecus vendidit, in id quod intereſt tenetur, *l. 13. §. 2. l. 39. C. de act. empt. l. 59. C. de contr. emp.* idem ſi neſciuit, ſed tamen optimum maximū fundum vendidit *d. l. 13. §. 3.*
b venditor ſc.
c *v. l. 39. ſup. de act. empt.*
d Redhibitoria, & quanto minoris pro rebus donatis & locatis locum non habent, *vt hic*, etiam ſi meritis antecedentibus facta ſit donatio vel locatio. Baldus huius conſtitutionis rationem repetit ab Italico hoc prouerbio, *A cauallo donato non riguardare palato.*
e Cur ita? *v. l. 63. inf. eodem.*
f *l. 49. inf. de re iudicata.*
† *l. 8. in fi. inf. de donation.*
g i. donauit. Donatio benignitatis ſpecies. Benignus eſt qui donat. Benignè donata, fraudis conſilio non reuocanda.
h non ad donationes, vt *l. 62. ſupra eodem.*
i mobilium, immobilium, *l. 1. ſup. eo.* omnium animalium, hominis, *l. 48. §. 6. ſup. eod.* fundi, *l. 49. ſup. eo. l. 4. C. eo.* k an verò ad locationes hoc edictum porrigitur? ſic putat Cuiac. 12. *obſ.* 38. ſi quidem finge ædes in quinquennium conductas, quas primo anno deprehenderis inſalubres, peſtilentes, malè ſanas, redhibitioni locum fore dixeris, arg. *l. 33. C. de locato & conducto.* Verùm ab eo diſſentit Hoto. 4. *obſ.* 17.
l Imò aliquid: *v l. 33. C. de locato.* m Statuti condendi ius, eſt iuriſdictionis non cauſalis, ſed eius planè cui ius eſt condendæ legis, *Bal.* † i. non interpoſitis iiſdem cautionibus. n Interæſtimatio eſt, pretium, vel interpretium, (hæc enim vox legitur apud Caſſiodorum *lib. 2. variar.* Græcis παράλληλον, gloſſis interpretium) redhibiti vel euicti hominis, aut euictæ partis fundi: quod ſc. venditor præſtat vel cedit emptori. & ita Seneca: quid prodeſt inter æſtimata habere omnia, ſi ſis impetu nimius? *Cuiac.* 16. *obſ.* 5. o i. perinde. p *l. 35. ſup. eo.*
q adde Senecam 2. *de ira* 9. r *l. 4. §. 2. ſup. eo.*
ſ *v. l. 6. ſup. eo. l. 113.* ſ. *de ver. ſign.* t Morbi ſontici qualitas eſt perpetua & inſeparabilis. De qualitate dixi ad *l. 10. ſup. ſi quadrup.* u Non tantum qui, & ita hunc locum Alciatus accipit, *lib. 4.* ſ. *de ver. ſign. & Aug. 2. Emenda. Zaſius in Antinomiis.* x quid ſi legas, *damnatum ſit*: vel *accuſatus ſit*. nam mox addit Venuleius, ſontes enim nocentes dici: vt videatur hoc voluiſſe, ſonticum morbum eſſe qui in eum hominem incidat, vel accuſatus, vel damnatus ſit, hoc ideò quòd ſontes, nocentes dicantur. Sunt tamen & qui hic legunt, *ſanatus*.
y *l. 36. ſup. eo. l. 11. ſup de neg. l. vlt. §. 3. inf. de publicanis.* veterator ſeu veteranum mancipium is eſt, qui in vrbe, non in agro (ruſtici namque ſerui, veterani non dicuntur) integro anno ſeruiuit. Nouicius, qui anno continuo non ſeruiuit. Cicero *in Piſonem*: Nemo quæritur Syrum neſcio quem de grege nouiciorum factum Conſulem.
z Genere & cauſa veteratorem æſtimamus non ſpatio ſeruiendi. Quippe nouicius cùm primùm ex Venalicio emptus eſt, & alicui miniſterio præpoſitus, veterator eſt. Nouicius autem non animi tyrocinio, ſed conditione ſeruitutis intelligitur. nam etſi Latinè ſciat, nouicius eſſe poteſt: vt per contrarium, veterator continuò non eſt, qui liberalibus ſtudiis ſit eruditus; veterator eſſe poteſt, qui liberalia ſtudia ignoret. Nouicius eſſe poteſt, etiam qui Latinè ſciat. Quid? hoc loco *genus* & *cauſa*, quid eſt? miniſterium ipſum. Græci ita hunc locum interpretantur. Non ſeruitutis ſpatium diſcernit nouicium & moribus ciuilibus nondum excultum ab eo ſeruo qui iam profecit in agendis iis quæ ingenui faciunt, ſed genus & cauſa. Nam ſi nouicium emam à venaliciario, atque eum alicui miniſterio præpoſuero: veterator eſſe reportetur. Nec intereſſe putamus Romanum ſciat nécne. Itidem nec ob id veterator eſt, qui ſtudiis liberalibus eruditus ſit. Porrò genus hic, miniſteriū eſt & artificium, vt *l. 34. ſup. c.*

DE EVICTIONIBVS *e*, ET duplæ *f* ſtipulatione.

TIT. II.

De euictione totius vel partis.

Vlpianus lib. 28. ad Sabinum.

SIue *g* tota res euincatur, ſiue pars *h*, habet regreſſum emptor in venditorem. Sed cùm pars euincatur, ſi quidem pro indiuiſo ‖euincatur,‖ regreſſum habet pro *i* quantitate euictæ partis: quòd ſi certus locus ſit euictus, non pro indiuiſo portio fundi, pro bonitate loci erit regreſſus. Quid enim, ſi quod fuit in agro pretioſiſſimum, hoc euictum eſt, aut quod fuit in agro viliſſimum? æſtimabitur loci *k* qualitas, & ſic erit regreſſus.

Si dupla non promittatur.

2. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

SI dupla *l* non repromitteretur *m*, & eo nomine agetur, dupli condemnandus eſt reus.

De ſeruo vendito qui ex peculio ſummam ſecum abſtulit.

3. *Idem* lib. 10. ad Sabinum.

CVm in venditione ſerui peculium *n* ſemper exceptum eſſe intelligitur, is homo *o* ex peculio ſummam quandam ſecum abſtulerat, ſi, propter hanc cauſam, furti cum emptore actum ſit, non reuerteretur *p* emptor ad venditorem ex ſtipulatione duplæ, quia furtis *q* noxiſque ſolutum eſſe præſtari debet venditionis tēpore. hæc autem actio poſtea *r* eſſe cœperit.

Quomodo cauendum. 1. Si tutor vendiderit.

4. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

ILlud quæritur, an is, qui mancipium vendidit, debeat fideiuſſorem ob euictionem dare, quem vulgò *ſ* auctorem *t* ſecundum vocant. *u* Et eſt relatum, non *x* debere, niſi *y* hoc nominatim actum eſt.

1 ¶ Si impuberis nomine tutor vendiderit *z*, euictione ſecuta, Papinianus libro tertio reſponſorum ait, dari in eum, cuius tutela geſta ſit, vtilem actionem. Sed adiicit, in id demum, quod rationibus eius accepto latum eſt. Sed, an in totum, ſi tutor ſoluendo non ſit, videamus? quod magis puto. neque *a* enim malè contrahitur cum tutoribus.

Si ſeruo vendito cum peculio vicarius euincatur.

5. *Paulus* lib. 33. ad Edictum.

SErui venditor *b* peculium *c* acceſſurum dixit: ſi *d* vicarius *e* euictus ſit nihil præſtaturum venditorem, Labeo ait: quia ſiue non fuit in peculio, non acceſſerit: ſiue fuerit, iniuriam *f* à iudice emptor paſſus eſt: aliter atque ſi nominatim ſeruum accedere *g* dixiſſet. tunc enim præſtare deberet in peculio eum eſſe.

Quomodo cauendum.

6. *Gaius* lib. 10. ad Edictum Prouinciale.

a qui & venaliciarius. σωματέμπορος. *Syn.* 18. *Tit.* 8. ex *lib.* 19. *Tit.* 10. *c.* 51. §. 4.]
b i. non tantùm. v. *Cuiac.* 18. *obſ.* 9.
c atqui ſeruorum vna eſt conditio, *l.* 5. *ſup. de ſtatu.* Eſt ſanè, ſi genus libertatis ſpectas: ſecus ſi eorum conditionē.
d liberalia ſtudia libero homine digna, *l. 1. inf. de variis & extr. cognit.*
e 8. *C.* 45. & 19. *Eclo.* 11. de euictione, *Hal.* Euincere eſt legitimo certamine vincere, i. cognitione iudicis, & non vincere tantum, ſed etiam rem abducere. Plus eſt enim euincere quàm vincere: vna littera auget ſignificationem, vt in elugere, emereri, emigrare, exire, enarrare, emunire, & in hac materia elaudare, plus eſt quàm nominare & laudare *Feſtus apud Cuiac.* 6. *ad Africanum ad l. 24. inf. e.* vt ad rem redeam: ſi res vendita tibi ſit euicta, & ex empto tibi competit actio ad pretium, *l. 11. §. 2.* ſ. *de actionibus emp.* & ex conuentione in ſimplum, *l. 48. inf.* ſ. *de adilitio*: *l. 37. in fin.* ſ. *eo.* duplum, *vt hic.*
f ex edicto ædilium emptor à venditore cautione ſibi proſpicere & ita ſtipulari ſolet: mihi, heredique meo eum hominem, quem de te emi, habere rectè licere (*l. 21. §. 1. l. 37. inf. eo.*) nec eulaci eum hominem mihi, heredive meo partémve eius, *l. 56. §. 2* ſ. *eod.* etſi is homo à me, heredeve meo petatur, tamen de ea re agenda adeſſe, & eam rem rectè defendere, vt denuntiatum tibi erit (*l. 29. §. vlt.* ſ. *eo.*) aut ſi ita factum non erit, quanti ea res erit, duplum præſtari, dolúmque malum abeſſe (*l. 68. §. 1. ſup. de contra. empt. l. 8. §. 13.* ſ. *de ver. obl.*) abfuturúmque eſſe ſpondeſne? *Cuiac. ad l. 24.* ſ. *eo.* 6. *ad Afric.* Aliam formulam non huic abſimilem idem author adfert, *C. eodem.*
g ſiue pars, ſiue totus fundus euincatur, tenetur venditor. *Syn.* 19. *Tit.* 11. *c.* 1. & 3. *Harm.* 3. §. 86. ac ſi quidem pro indiuiſo pars euincatur, pro quantitate eius pretij tenetur: ſin certa pars, pro bonitate loci euicti ſit æſtimatio *Syn. ibid.*
h *l. 39. §. 2. l. 45. inf. eo.* i *l. 60. in fi.* ſ. *eo.* k *v. l. 45. eo.*
l in pretioſis rebus ſc. *v. l. 37. § 1 inf. eo.* m repromittetur, *Hal.*
n *l. 29. ſup. de contr. empt.* adde *l. 16. §. 2 inf. de publicanis.* o ſeruus.
p *al.* reuertetur. q Venditor emptori ſeruum furtis noxiſque ſolutum præſtare debet, *Syn. eo. c.* 3. r adde *l. 15. inf. eo.* ſ *l. 56. inf. eo.* ea opinio vulgi effecerat, vt ſatiſdaretur, quia ſatiſdatio illa *Secundum mancipium*, appellabatur. Vnde illæ notæ S. S. M. ſatis ſecundum mancipium. Cic. 5. *ad Attic.* Sunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium prædiorum. vide Cuiac. 11. *obſ.* 4.
t Auctor ſecundus, fideiuſſor. u nam primus auctor, eſt ipſe venditor: venditor enim emptori auctoritatis nomine tenetur. *Cic. 3. epiſt.* Si ea prædia diuidundi quæ ipſe Cæſar vendidit quæ tandem in eius venditionib. poterit eſſe auctoritas?
x Dupli cautio, repromiſſio eſt, non ſatiſdatio. y hinc Varro 5. *de lingua.* refert, in lege mancipiorum conueniri ſolitum fuiſſe, ne venditor vades daret nec poſcerentur. z vbi id ei conceſſum eſt, vt in *l. 47. §. 1.* ſ. *de minor.* a *l. 12. §. 1.* ſ. *de admin. tut.* b Lex ſolebat dici, vt ſæpius à venditore, *v. l. 34. ſup. de contr. empt.*
c Peculium non ſequitur ſeruum venditum, *l. 3.* ſ. *eo.* d Euictio rei ſingularis non debetur, vniuerſitate vendita.
e de quo *v. l. 17. ſup. de peculio.*
f Euictionem iniuria factam emptori, venditor non præſtat, *l. 5.* ſ. *eo.*
g *l. 33. ſup. de adilitio edicto.*

Si fundus

SI fundus venierit *a* ex conſuetudine *b* eius *c* regionis *d*, in qua negotium geſtum eſt, pro euictione caueri oportet *e*.

Si pupillus ſeruum ſibi ſubſtitutum vendiderit.

7. *Iulianus* lib. 13. Digeſtorum.

QVi à pupillo ſubſtitutum *f* ei ſeruum emerit: agere cum ſubſtituto *g* ex empto poteſt, & ex ſtipulatu de euictione, cùm neutram earum actionum aduerſus pupillum habere potuerit.

Quid præſtat hominis venditor emptori.

8. *Idem* lib. 15. Digeſtorum.

VEnditor *h* hominis emptori præſtare debet, quanti eius intereſt *i* hominem venditoris fuiſſe: quare ſiue partus ancillæ, ſiue hereditas, quam *k* ſeruus iuſſu emptoris adierit, euicta fuerit, agi ex empto *l* poteſt: & ſicut *m* obligatus eſt venditor, vt *n* *præſtet, licere habere hominem quem vendidit*; ita ea quoque, quæ per eum acquiri potuerunt, præſtare debet emptori vt habeat.

Si vendita re aliena, emptor domino ſucceſſerit.

9. *Paulus* lib. 76. ad Edictum.

SI vendideris mihi ſeruum Titij, deinde Titius heredem *o* me reliquerit, Sabinus ait amiſſam actionem pro euictione: quoniam ſeruus non poteſt euinci: ſed *p* in ex empto actione decurrendum eſt.

De ſeruitute ab vno ex pluribus dominis conſtituta.

10. *Celſus* lib. 27. Digeſtorum.

SI quis per fundum, quem cum alio communem haberet *q*, quaſi ſolus dominus eius eſſet, ius eundi, agendi mihi vendiderit, & ceſſerit, tenebitur mihi euictionis nomine, cæteris non *r* cedentibus.

De futuris caſibus. Euictionis noxa ſolutus quomodo accipitur.

11. *Paulus* lib. 6. Reſponſorum.

LVcius *ſ* Titius prædia *t* in Germania trans Rhenum emit, & partem pretij intulit: cum in reſiduam quantitatem heres emptoris conueniretur, quæſtionem retulit, dicens: has poſſeſſiones ex præcepto principali *u* partim diſtractas, partim veteranis in *x* præmia adſignatas: quæro, an huius rei periculum ad venditorem pertinere poſſit? Paulus reſpondit, futuros *y* caſus euictionis poſt contractam emptionem ad venditorem non pertinere: & ideò ſecundùm ea quæ proponuntur, pretium *z* prædiorum peti poſſe.

1 ¶ Ex his verbis ſtipulationis duplæ, vel ſimplæ, *eum hominem, quo de agitur, noxa eſſe ſolutum*, venditorem conueniri non poſſe propter eas *a* noxas, quæ publicè coërceri ſolent.

De herede vendente, & tacito conſenſu coheredum.

12. *Scæuola* libro 2. Reſponſorum.

QVidam ex parte dimidia heres inſtitutus, vniuerſa prædia vendidit: & coheredes pretium acceperunt *b*, euictis his, quæro, an coheredes, ex empto actione teneantur? Reſpondi, ſi coheredes præſentes *c* adfuerunt, nec diſſenſerunt, videri vnumquemque partem ſuam vendidiſſe.

a & quæratur an pro euictione caueri oporteat, vel in quantum, aut quomodo.

b Conſuetudo cauendi ſpectanda, adde *l.* 31. §. 10. ff. *de ædilitio.*

c Euictionis nomine cautio prædatur ſecundùm conſuetudinem loci contractus. Locus contractus regit contractuum, iudiciorum, & agendi decidendique ordinē.

d aut populi, finge, Iudaici, apud quē lege Moſis diſtractis prædiis ruſticis venditor non tenetur in perpetuum euictionis nomine. nam anno iubilei ſeu ἀφέσεως venditor res ſuas reſpiciens euictionis nomine teneri deſinebat, *Leuit.* 25. & olim rerum mācipio datarum venditor author non erat. *Varro* 2. *de re ruſtica.* 10. *Cuiac. C. eod.*

e ita fiet, vt ſi ibi ſatiſdandi conſuetudo fuerit, ſatiſdationis nomine agatur. vide Ancharanum. *q.* 63. *n.* 3.

f Subſtitutioni pupillari obnoxia alienari & obligari poſſunt: & obligāt de duplo promiſſa ſubſtitutum ex cōtractu pupilli, *vt hic*: non idem in fideicōmiſſaria ſubſtitutione.

g qui ſeipſum euincit, velut heredem pupilli: *l.* 51. §. 3. ff. *eod. l.* 1. §. 5. ff. *ad l. Falcid.* Ita actio de euictione interdum incipit ab herede, quæ aduerſus defunctum competere non potuit.

h Venditor mancipij, eo euicto, actione ex empto tenetur, in id quod intereſt emptoris, putà de iis quæ per eum acquiſita ſunt, & de partu ancillæ, & vbi heres ſcriptus, emptoris iuſſu hereditatem adiit. *Syn. eod. c.* 8.

i *l.* 70. ff. *eod*

k *l.* 63. ff. *ad l. Falcid.* adde *l.* 13. ff. *ad l. Aquil.* §. 10. *Inſt. de l. Aquil.*

l *l.* 41. §. 1. ff. *eod.*

m *l.* 11. §. 2. ff. *de act. empt.*

n Venditor præſtare emptori debet, habere licere: dare præciſè non cogitur: ex cauſa tamen tenetur, ſi teneri nolit in id quod intereſt.

o adde *l.* 41. §. 1. ff. *eod. l.* 49. *in fin.* ff. *mandati*: *l.* 11. §. 15. ff. *de action. empt. l.* 19. ff. *de obligationibus.*

p Emptor ſuccedens domino, agit ex empto ob tacitam euictionem.

q vel per alienum. *l.* 46. §. 1. ff. *eod.*

r ſecus fuerit ſi cæteri cedant.

ſ ſi venditum tibi fundum princeps largitus fuerit, aut venire iuſſerit, nomine pretij teneris (ita legendum reiecta negatione apud authorem Synopſeos, *eod. c.* 11.) Quippe fortuiti caſus euictionis, qui poſt factam euictionem accidunt, ad venditorem non pertinent. *Syn. ibid.* Euictio quæ à Principis pendet plenitudine & poteſtate, venditori non nocet.

t bello quæſita, ſc. à Romanis: quæ non proprietatis, ſed tantùm poſſeſſionis iure fruenda concedebantur: de quibus *l.* 125. ff. *de verbor. ſign.* quæ ſine authoritate pupilli Principiſve reuocari non poterant. *l.* 11. §. 1. ff. *de publicanis.* aliàs ex agris priuatorum ne quidem publico conſilio cum ipſorum iniuria quidquam capi poteſt. *l.* 13. ff. *commun. præd.* adde 1. *Reg.* 21. Quin legimus cuique tribui agros à Deo ſigillatim adſignatos, Rege prohibito ſe efferre ſupra fratres ſuos, *Deuteron.* 17. vide Hotoman. 1. *Illuſtr.* 1. adde quæ notaui ad Nouell. 83.

u id enim ei licebat, vt ſuperiùs oſtenſum eſt.

x Feudorum origo inde ducta videri poteſt.

y Euictionis caſus poſt emptionem perfectam contingentes, ad emptorem pertinent, *vt hic.* Ita quæ poſt venditionem contingunt euictionis fortuitæ cauſa, venditori nihil obſtant *l.* 21. ff. *eod. l.* 26. *C. eod.* 3. *Harm.* 3. §. 83.

z Euictione ſecuta interdum emptor pretium præſtat; & rem non habet.

a Qui ſeruum noxa ſolutum promiſit propter debita publica (δημώσια ἁμαρτήματα καὶ ἐγκλήματα) non tenetur. *Synopſis eodem cap.* 12. Ita ſtipulatio duplæ, vel ſimpli propter rixas publicas non committitur, ſed priuatas tantùm *l.* 17. *antepen.* ff. *de ædilit.*

b Pretium qui rei ſuæ accepit, eam vendidiſſe præſumitur.

c vide quæ notaui ad *l.* 14. *C. ſi certum petatur.* Ita non ſola præſentia, ſed præſentia & pretij participatio nocet recipienti. *v. l. Caius* 39. ff. *de pignerat. l. fideiuſſ.* 29. §. *pater.* ff. *de pignorit.*

De parte euicta.

13. *Paulus* libro 5. ad Sabinum.

BOnitatis *a* æſtimationem faciendam, cùm pars euincitur, Proculus rectè putabat, quæ *b* fuiſſet venditionis tempore, non cùm euinceretur.

14. *Vlpianus* lib. 18. ad Edictum.

NOn in dimidiam quantitatem pretij.

De alluuione. 1. *De vſufructu.* 2. *De ſeruo qui acceſſit fundo.*

15. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

SEd ſi quid poſtea alluuione *c* acceſſit, tempus, quo accedit, inſpiciendum.

1 ¶ Si vſusfructus *d* euincatur: pro bonitate *e* fructuum æſtimatio facienda eſt.

2 ¶ Sed & ſi ſeruus *f* euincatur: quanti *g* minoris ob id prædium eſt, lis æſtimanda eſt.

De eo quod venditori acceſſit. 1. *Quibus caſibus ſtipulatio dupla committitur.* 2. *An agi poſſit ob vitium ſerui euicti.*

16. *Pomponius* lib. 9. ad Sabinum.

EVicta re vendita, ex *h* empto erit agendum de eo, quod acceſſit: quemadmodum ea, quæ empto fundo nominatim acceſſerunt, ſi euicta ſint, ſimplum præſtatur.

1 ¶ Duplæ ſtipulatio committi dicitur tunc, cùm res reſtituta eſt petitori, vel damnatus eſt litis æſtimatione *i*, vel poſſeſſor ab emptore conuentus abſolutus eſt.

2 ¶ Si ſeruus, cuius nomine duplam ſtipulati ſumus, euictus fuerit à nobis ob id, quod fugitiuus, vel ſanus non fuerit, an agere nihilominus poſſumus *k*, quæritur? Proculus videndum ait, ne hoc quoque interſit, vtrum tum euictus ſit, cùm meus factus non eſſet, an tum, cùm meus factus eſſet: in eo enim caſu, quo meus factus eſt, ſtatim mea intereſt, quanto ob id deterior eſt: & * quam actionem ſemel ex ſtipulatu habere cœpi, eam nec euictione, nec morte *l*, nec manumiſſione, nec fuga *m* ſerui, nec vlla ſimili cauſa amitti: at ſi in bonis meis factus non ſit, nihil ob ea, quòd fugitiuus ſit, pauperior ſim: vtpote cùm in bonis meis non ſit. Quod *ſi ſanum eſſe, erronem non eſſe*, ſtipulatus eſſem, tantum mea intereſſe, quantum ad præſentem *n* vſum pertineret, tametſi in obſcuro eſſet: vtpote ignorantibus nobis, quandiu eum habiturus eſſem, & an futurum eſſet, vt eum quiſquam aut à me, aut ab eo, cui vendidiſſem, cuíve ſimiliter promiſiſſem, euinceret: ſummam autem opinionis ſuæ hanc eſſe, vt tantum ex *o* ea ſtipulatione conſequar, quanti *q* mea interſit, aut poſt ſtipulationem interfuerit, eum ſeruum fugitiuum non eſſe.

De venditore rem venditam vindicante.

17. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

VIndicantem *q* venditorem rem quam ipſe vendidit exceptione doli poſſe ſummoueri, nemini dubium eſt: quamuis alio iure dominium quæſierit: improbè *r* enim rem à ſe diſtractam euincere conatur: eligere *ſ* autem emptor poteſt, vtrùm rem velit retinere, intentione *t* per exceptionem eliſa, an potiùs re ablata *u*, ex cauſa ſtipulationis duplum conſequi.

18. *Paulus* lib. 5. ad Sabinum.

SEd etſi exceptio omiſſa ſit, aut oppoſita ea, nihilominus euictus ſit: ex duplæ quoque ſtipulatione, vel ex empto *x* poteſt conueniri.

Si à bonæ fidei poſſeſſore venditus ei ſucceſſerit.

19. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

SEd & ſi ſtipulatio nulla *y* fuiſſet interpoſita, de ex empto actione idem dicemus.

1 ¶ Si *z* homo liber, qui bona fide ſeruiebat, venierit mihi à Titio, Titiúſque eum heredem *a* ſcripſerit, quaſi liberum, & ipſe mihi ſui faciat controuerſiam: ipſum de ſe obligatum habebo.

De euictione ob factum emptoris.

20. *Pomponius* lib. 10. ad Sabinum.

FVndum meum obligaui: deinde alienaui tibi: vt eo nomine non obligaberis *b*: ſi eum poſtea abs te emam, & ſatis pro euictione mihi des, excipiendum *c* cautione *d*, quòd pro me obligatus ſit: quia, etiam, non excepto eo, agendo eo nomine contra te, doli mali exceptione poſſim ſummoueri.

De cauſa propter quam emptori rem habere non licet.

21. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

SI ſeruus venditus deceſſerit *e*, antequam euinca-

a *l.* 43. *l.* 45. §. 1. *l.* 45. 64. § 3. ff. *eod.*

b Duplum rei qui promittit, pretium quod tempore cōtractus fuit ſpectare intelligitur: tēpus contractus in dubio conſideramus.

c vide *l.* 64. ff. *eod.*

d Vſusfructus perinde æſtimatur vt fructuum ipſorum commoditas eſt.

e Tantum valet vſusfructus quantū fructuum commoditas. *Bald.* & quo res fructuoſior: eo plus valet. *Nouell.* 131. *c.* 12. *in fin.*

f ſi ſeruitus euincatur, &c. ita *Albericus & Cuiacius* 2. *obſeru.* 20. *& ad l.* 46. ff. *eod.* 6 *ad Africanum.* vide quæ ad hunc locum ſcripſi in *l.* 61. ff. *de ædilit. & l.* 66. ff. *de contrah. empt.*

g Cur quanti minoris? quia ſerui venditores ſeruos fundo acceſſuros nonnunquam promittebant, *l.* 32. *in fin.* ff. *de ædilit. l. ſi in emptione* 34. ff. *de contrahenda empt.* Acceſſura quæ promiſſa ſunt præſtanda ſunt *l.* 4. ff. *de l. commiſſ. l. ſi cum fundum* 68. *l. ſiſtulas* 78. ff. *de contrah. empt.*

h *l.* 11. §. 17. ff. *de act. empt.*

i damnatus eſt in litis æſtimatione. *Haloan.*

k ex alio capite ſc. vitiſic ſenſus: ſtipulatio duplæ concepta in caſum euictionis non impedit quominus ex alio capite poſſit committi alia ſtipulatio ad intereſſe. *Bald.*

l Duplæ ſtipulatio euictione, morte, manumiſſione, fuga ſerui ſeruitutiſ vel alia cauſa non amittitur. *l.* 47. *in fin. ſup. tit. prox.*

m *l.* 1. *C. de ædilitiis act.*

n i. ad operas, *arg. l.* 44. *in fin.* ff. *de ædilitio.*

o Euictionis actione ex ſtipulatu agitur in id quod intereſt, & quidem ex vno capite, ſi alio non agatur.

p *l.* 3 *in fin. C. de vel alienis.*

q Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio *l.* 73. *in fin.* ff. *eod. l.* 72. ff. *de rei vind. l.* 1. ff. *de except. rei vend. & trad. l.* 10. ff. *de diſtract. pign. l.* 4. §. 32. ff. *de doli mali except. l.* 1. 2. *C. ne fiſcus rem quam vendidit euincat.*

r Euincit improbè rem à ſe venditam venditor.

ſ Exceptione ſubmotus non prohibetur agere, & rem ipſam actione inſtituta petere, ſi modò actione non ad eundem, ſed diuerſum effectum refertur: ſecus ſi ad eundem, *l. ſi in diem.* §. 1. ff. *de compenſ.* ita exceptione omiſſa ius agendi amittit vel non admittitur.

t actoris, venditoris.

u re venditori reſtituta. x hæc verba, *ex empto*, Baro diſpungit.

y deficiente dupla ex empto agi poteſt *l.* 11. §. 14. *in fin.* ff. *de act. empt.*

z exceptio legis 17. ff. *eod.*

a adde *l.* 7. ff. *eod.*

b non obligaueris, *Hal.*

c non eſt excipiendum, *Hotom.* 3. *obſeru.* 2. Quo ſuo ex facto conuenitur, regreſſum aduerſus ſuum venditorem non habet, *l.* 27. ff. *eod.*

d excipiendum eſt à cautione, *Haloand.*

e *l.* 11. *C. de aſſertione toll. l.* 26. *C. eod.*

a Euictioni actioni locus eſt aliquo euincente: non eſt locus, hoc ipſo quod res abſit vel ſit extincta: ſi tamen dolus interceſſit, de dolo agetur.
b ſed fatum humanæ ſortis, vt ſit ſenſus: Non committit hanc duplæ ſtipulationem propter fatalem neceſſitatem (puta mortem) *vt hic.* caſum fortuitum, *l.* 11. ſ. *eo.* vim & impreſſionem alterius *l. vlt. C. de act. empt.* ſi aliud conuenit, *l.* 37. j. *eod.* item ſi emptor compromiſerit in arbitrium, *l.* 56. §. 1. j. *eod.* ſi locum à ſe emptum religioſum fieri permiſerit, *l.* 51. j. *eod.* ſi dolo vel culpa ſua emptor vincetur. vide *l.* 27. j. *eod.* vel ex eremodicio *l.* 55. j. *eod.* vel ex præſcriptione, lapſis temporibus appellationis, *l.* 63. *in fin.* j. *eodem.* vel omiſſa poſſeſſione culpa ſua; cū retentione rem ſibi ſeruare potuit *l.* 29. §. 1. j. *eod.* vel omiſſa actione quā intendere potuit, *l.* 69. j. *eod.* vel omiſſa vſucapiendi occaſione, *l.* 56. §. 3. j. *eo.* Item ſi venditori non denuntiauit, vt defenderet. vide *l.* 29. *in fin.* j. *eod.* item ſi per idiuriam vel ſtultitiam iudicis emptor fuerit condēnatus. *l.* 5. ſ. *eo l.* 51. j. *eod. l* 8. *l.* 15. *C. eo.* vide *l.* 67. j. *de fideiuſſorib. l.* 22. §. 4. j. *rem ratam.* quo caſu in iudicem actio eſt: adde & hypotheſim *l.* 13. j. *eod.* *Cuiac. ad l.* 23. j. *eod.*
c id eſt, actione ex empto, nomine doli, *vt Cuiac.* 3. *obſeru.* 37. *in fin.*

tur, ſtipulatio non committitur, quia *a* nemo eum euincit, ſed factum *b* humanæ ſortis: de dolo *c* tamen poterit agi, ſi dolus interceſſerit.

1 ¶ Vnde Iulianus libro 43. eleganter definit, duplæ ſtipulationem tunc committi *d*, quoties res ita amittitur, vt eam emptori habere non liceat propter ipſam euictionem.

2 ¶ Et ideo ait, ſi emptor hominis mota ſibi controuerſia venditorem dederit procuratorem, iſque victus litis *e* æſtimationem ſuſtulerit, ſtipulationem duplæ non committi; quia nec mandati actionem procurator hic, idémque venditor habet, vt ab emptore litis æſtimationem *f* conſequatur.* cùm igitur neque corpus, neque pecunia emptori abſit, non oportet committi ſtipulationem: quamuis ſi ipſe iudicio accepto victus *g* eſſet, & litis æſtimationem ſuſtuliſſet, placeat committi ſtipulationem: vt & ipſe Iulianus eodem libro ſcripſit: neque enim habere licet eum, cuius ſi pretium quis non dediſſet, ab aduerſario auferretur: prope enim hunc ex ſecunda emptione, id eſt, ex litis æſtimatione, emptori habere licet, non ex priſtina.

3 ¶ Idem Iulianus eodem libro ſcribit, ſi lite conteſtata fugerit homo culpa poſſeſſoris, damnatus quidem erit poſſeſſor, ſed *h* non ſtatim eum ad venditorem regreſſurum, & ex duplæ ſtipulatione acturum, quia interim, non propter euictionem, ſed propter fugam, ei hominem habere non licet: planè (inquit) cùm apprehenderit poſſeſſionem fugitiui, tunc committi ſtipulationem. ‖Iulianus ait‖. nam & ſi ſine culpa poſſeſſoris fugiſſet, deinde cautionibus interpoſitis, abſolutus eſſet, non aliàs committeretur ſtipulatio, quàm ſi apprehenſum hominem reſtituiſſet: vbi igitur litis æſtimationem obtulit, ſufficit apprehendere, vbi cauit, non prius, niſi reſtituerit.

Si tutor emerit & litis æſtimationem ſoluerit. 1. *Si mulier fundum emptum in dotem dederit* XXIV. *ipſi domino.*

22. *Pomponius* libro 1. ex Plautio.

SI pro re pupilli, quam emit, litis æſtimationem tutor non ex pecunia pupilli, ſed ex ſuo *i* præſtiterit, ſtipulatio de euictione pupillo aduerſus venditorem committitur.

1 ¶ Si pro euictione fundi, quem emit mulier *k*, ſatis accepiſſet, & eundem fundum in dotem dediſſet, deinde aliquis eum à marito *l* per iudicium *m* abſtuliſſet. poteſt *n* mulier *o* ſtatim *p* agere aduerſus fideiuſſores emptionis *q* nomine, quaſi minorem dotem habere cœpiſſet *r*, vel ‖etiam‖ nullam, ſi tantum maritus obtuliſſet, quanti fundus eſſet *ſ*.

23. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

SEd & ſi poſt mortem mulieris euincatur *t*, regreſſus erit ad duplæ ſtipulationem; quia ex promiſſione maritus *u* aduerſus heredes mulieris agere poteſt *x*: & ipſi ex ſtipulatu agere poſſunt *y*.

24. *Africanus* lib. 6. *z* Quæſtionum.

NOn tamen ei conſequens eſſet *a*, vt ‖&‖ ſi ipſi domino *b* nuptura, in dotem eum dederit, committi ſtipulationem *c* dicamus: quamuis æquè indotata mulier futura ſit: quoniam quidem etiam ſi verum ſit, habere ei non licere ſeruum: illud tamen verum non ſit, iudicio *d* eum euictum eſſe *e*: ex empto *f* tamen contra venditorem mulier habet actionem.

De manumiſſione.

25. *Vlpianus* lib. 29. ad Sabinum.

SI ſeruum *g*, cuius nomine duplam ſtipulatus ſis *h*,

d *l.* 57. ſ. *eod.* e *l.* 66. §. 2. j. f vide *l.* 3. j. *pro emptore.* g *l.* 16. §. 1. ſ. *eod.*
h atque ita damnatur & non agit, duplique damno afficitur, contra quàm in *l.* 4. §. *vlt. in princ.* ſ. *de leg. Rhod.*
i *l.* 3. §. 1. j. *de contrar. indic. tutelæ.*
k à non domino. l æquè non domino. m id eſt, iure iudicióque.
n & debet. *Accurſ. Bart.* o & ita fundo ſecundo emptori (puta marito) euicto, primo emptori (hoc eſt ipſi vxori) ſtipulatio habere licere committitur. *l.* 38. §. 5. ff. *de verb. oblig.*
p *l.* 75. j. *de iur. dot. l.* 2. *C. de fundo dotali.*
q euictionis nomine, *Haloand.* r ſi maritus non tantum præſtiterit quanti fundus eſſet. ſ tunc is maritus fundum non pro dote, ſed pro empto poſſidet. t marito apud quem dos aduentitia remanet, & etiam profectitia, ſi pater non ſit: qui denique lucratur dotem, vel ex pacto vel lege, *Alberic.* Vnde notant, Euictionem pacto dotis lecrandæ contineri.
u hinc colligit Baldus, fundum euictum marito, cenſeri euictum mulieri. vt ſit ſenſus: ſi maritus euincitur fundus dotalis, mulieri ſtatim committitur ſtipulatio duplæ, quia nullam dotem habere incipit, *Cuiac.* Hinc etiam colligitur maritum lucrari dotem profectitiam, de quo dixi ad *l.* 4. *C. ſoluto matrimonio.*
x *l.* 1. *C. de iur. dot.* y *ſub.* contra venditorem euictionis nomine.
z vide Cuiac. 6. *ad African.*
a eſt igitur videndum quantum diſtet hic caſus à ſuperiore.
b huius legis quæſtio hæc eſt, an poſſim dicere non committi ſtipulationem, ſi mulier (quæ emit à non domino) rem marito eidémque domino eiuſdem rei dederit in dotem, puta marito iam non poſſidente pro dote, ſed pro ſuo? non committitur. *Cuiac. ibid.* c *ſub.* duplæ.
d & ita hæc lex à caſu *l.* 22. §. 1. differt.
e quia fortè cui ſeruus datus eſt in dotem, retinet eum quaſi ſuum. *Cuiac. ibid.*
f quòd ſæpè euenit in hoc titulo deficiente actione ex ſtipulatu duplæ, vide *l.* 41. §. 1. j. *eod.*
g *ſub.* alienum.
h à venditore.

manumiſeris *a*, nihil ex ſtipulatione conſequi poſſis, quia *b* non euincitur quo minus habere tibi liceat quem ipſe ante voluntate *c* tua perdideris *d*.

26. *Paulus* libro 5. ad Sabinum.

SEd hoc nomine, quòd libertum quis non habeat, ex vendito actionem habet, ſi ſcierit venditor, alienum *e* ſe vendere. Sed & ſi ex cauſa fideicommiſſi coactus *f* fuerit eum manumittere, ex empto actionem habebit.

De exceptione ex perſona emptoris vel venditoris.
XXVIII. *vel vtriuſque.*

27. *Pomponius* lib. 11. ad Sabinum.

HOc iure vtimur, vt exceptiones *g* ex perſona emptoris obiectæ ſi obſtant, venditor ei non teneatur: ſi *h* verò ad perſonam venditoris reſpicient, contra: certè nec ex empto, nec ex ſtipulatione duplæ, nec ſimplæ, actio competit emptori, ſi exceptio ei, ex facto ipſius *i* oppoſita, obſtiterit.

28. *Vlpianus* lib. 80. ad Edictum.

SEd ſi ex vtriuſque perſona, & auctoris *k* & emptoris exceptiones obiicientur, intererit, propter quam exceptionem iudex contra iudicauerit: & ſic, aut committetur, aut non committetur ſtipulatio.

Si emptor rem à domino redemerit. 1. *Si emptor poſſeſſionem quam retinere, non petere poterat, amiſerit.* 2. *Quo tempore denunciandum venditori.*

29. *Pomponius* lib. 11. ad Sabinum.

SI rem quam mihi alienam vendideras *l*, à domino redemerim *m*, falſum eſſe, quod Nerua reſpondiſſet, poſſe te à me pretium conſequi, ex vendito agentem *n*, quaſi habere mihi rem liceret, Celſus filius aiebat; quia nec bonæ fidei conueniret, & ego ex alia cauſa rem haberem.

1 ¶ Si duplæ ſtipulator *o*, ex poſſeſſore petitor factus, & victus ſit, quam rem, ſi poſſideret, retinere potuerit *p*, peti autem vtiliter non poterit: vel ipſo iure promiſſor duplæ tutus erit, vel certè doli mali exceptione ſe tueri poterit, ſed ita ſi culpa *q*, vel ſponte duplæ ſtipulatoris poſſeſſio amiſſa fuerit.

2 ¶ Quolibet tempore venditori renunciari poteſt *r*, vt *ſ* de ea re agenda *t* adſit *u*: quia *x* non præfinitur certum tempus in ea ſtipulatione. dum *y* tamen ne *z* prope ipſam condemnationem id fiat.

Si emptori ſucceſſerit furtum paſſus.

30. *Idem* lib. 19. ad Sabinum.

SI emptori, qui ſtipulatus ſit, *furtis, noxiſque a ſolutum eſſe*, heres extiterit is, cui ſeruus furtum fecerit, incipit is ex ſtipulatu actionem habere, quemadmodum ſi ipſe alij præſtitiſſet.

De ſtipulatione ſanum eſſe, furem vel viſpellionem non eſſe.

31. *Vlpianus* lib. 42. ad Sabinum.

SI ita quis ſtipulanti *b* ſpondeat, *ſanum c eſſe, furem non eſſe, viſpellionem d non eſſe*, & cætera: inutilis ſtipulatio quibuſdam videtur: quia *e* ſi quis eſt in hac cauſa, impoſſibile eſt, quod promittitur: ſi non eſt: fruſtra eſt: ſed ego puto verius, hanc ſtipulationem, *furem non eſſe, viſpellionem non eſſe, ſanum eſſe*, vtilem eſſe: hoc enim continere *f*, quod intereſt *g*, horum quid eſſe, vel horum

a *l.* 47. ſ. *de adilit. l.* 21. *circa fin.* j. *de liber. cauſa.*
b Euictionem emptori cuius facto res periit, non præſtat venditor.
c eum manumittendo.
d vide *l. euict.* 16. ſ. *eod.*
e vide *l. vtique* 21. *in fin.* j. *de liberali cauſa.*
f vide *l.* 24. §. 21. j. *de fidicommiſſ. libertatibus.*
g Euicta res ſi amiſſa fuerit facto emptoris, euictio non præſtatur, *vt hic.* ſecus ſi facto venditoris, j. *eod.* quid ſi vtriuſque facto? vide *l.* 28. j. *eod.*
h coniunge *l. vlt.* ſ. *de publiciana.*
i non committitur duplæ ſtipulatio, ſi vincitur emptor vitio ſuo, veluti oppoſita exceptione ſtellionatus. *Cuiac. ad l.* 23. ſ. *eod.*
k atqui de auctoris dolo exceptio non obiicitur, *l.* 4. §. 27. j. *de doli except.*
l *ſub.* tradideras etiam ignorans.
m vel habuerim ex quacunque cauſa vel onerosa vel lucratiua. *Bolognin.*
n ad pretium ſcil.
o *ſub.* idémque emptor.
p *l. ſi quis emptionis* 4. *Cod. de præſcr.* 20 *annor.*
q quod quis ſua culpa damnū ſentit, ab alio non recuperat. *v. l.* 3. §. j. *ſi cui plus quàm per legem Falcid.*
r *ſub.* ab emptore.

ſ committitur ergo duplæ ſtipulatio, ſi emptor denunciat venditori, vt motæ controuerſiæ adſit, *vt hic.* ſi auctorem laudauerit, *l.* 63. §. 1. j. *eod. l.* 7. *l.* 14. *C. eod.* ſi poſtulauerit, vt ab eo defenderetur euictionis nomine, *l.* 57. ſ. *de procurat.*
t defendenda u venditor liti adſiſtere tantum vel ſubſiſtere dicitur, *vt hic. l.* 23. *C. eod. l.* 85. §. *antepen. l.* 159. j. *de verb. oblig.* quod Græcis eſt, προΐστασθαι *Cuiac. ibid.*
x Tempore certo agendi non præſtituto, quolibet tempore agi poteſt.
y Denuntiationem fieri poſſe litis initio vel medio, at non in fine, poſt detecta teſtimonia, hinc colligit Baldus.
z adde *l.* 3. *in fin. C de temp. & reparat. appell.*
a *l.* 11. §. 8. ſ. *de act. empt.*
b Stipulatione ſanum eſſe, vel veſpillionem non eſſe, id quod intereſt continetur.
c alludit ad ea quæ continentur in *l.* 31. *in fin.* j. *eod. l.* 11. §. 4. ſ. *de act. empt. l.* 53. *de adilitio.* & ad formulam ſtipulationis, & Varronem imitatur, *lib.* 2 *de re ruſtic. c.* 2. Illaſce oues ſanas eſſe, *cap.* 4. Illaſce ſuas ſanas eſſe, *cap.* 5. Illoſce boues ſanos eſſe. Idem de emptione caprarum loquens: capras ſanas, ſanus nemo promittit, neque enim ſine febri ſunt. vide Cuiac. 9. *obſ.* 3.
d *Veſpertilionem* Budæus legit, vt in *l.* 72. §. 3. *in fin* j. *de ſolutionib.* & interpretatur myopem, qui interdiu exiliter videt, & veſperi iuſtam aciem habet. Suidam auctorem eſſe Chærophonta quondam Philoſophum nycterida, id eſt, veſpertilionem ob id dictum, quòd philoſophando expalluiſſe & ſupra modum maceratus eſſet: ad extremum *verſipellem* legi poſſe ait, quo vocabulo intelligit eos, qui putant ſe in lupos verti, ex *Plin.* 8. & 18. *Aug. de ciuit.* 18. Sed Haloander legit veſpillionem, vt in *l.* 72. §. *vlt. in fin.* j. *de ſolut.* Cuiac. autem *ad l.* 50. ſ. *de pactis.* Florentinam defendit. Viſpellio eſt cadauerum nudator, *Fulgentius* de quo puniendo agit *l.* 3. §. 7. j. *de ſepulchro.* Palæmo, Viſpello ſepulchrorum violator dictus olim veſpero: ſed quid? *Alciat.* 4. *de verb. ſign.* Veſpertilionem hic appellari exiſtimat qui ne creditoribus ſatisfaciat, latitet, & veſpere tantum exeat, vel rationes conturbet: fortè ex Æſopi fabula, qua inter cætera proditum veſpertilionem cum mergo ſocietatem contraxiſſe: & immerſa naui, cum vterque decoxiſſet, veſpertilionem metu creditorum noctu vagari: mergum frequenter ſe in vadis demittere, merces amiſſas perquirentem: atque ita fabula hac nobis repoſita, reprehendit eos, qui hic legunt veſpellionem vel verſipellem. Opinionem Alciati ſequitur Oldendorpius *in Topicis* in verbo *translatio.* Quæ vt lectorem magis oblectarent, quam vt ea ſequeretur protuli. Nam ne hæc quidem parum ab Accurſianis etymologiis remota ſunt.
e Impoſſibilis conditio inutilem ſtipulationem facit. §. 11. *Inſt. de inutil. ſtipulat.*
f *ſub.* tacitè.
g cuius executio confertur in futurum.

quid

quid non eſſe,ſed"&"ſi cui horum fuerit adiectum *a* *præſtari*, multo magis valere ſtipulationem. alioquin ſtipulatio, quæ ab ædilibus proponitur, inutilis erit, quod *b* vtique nemo ſanus probabit.

De numero ſtipulationum. 1. Si ſæpius agitur quanto minoris.

32. *Idem* lib. 46. ad Sabinum.

QVia dicitur *c*, *quoties d plures res in ſtipulationem deducuntur,plures eſſe ſtipulationes*:an & in duplæ ſtipulatione hoc idem ſit, videamus, cùm quis ſtipulatur, *fugitiuum non eſſe,erronem non eſſe*, & cætera quæ ex edicto ædilium curulium promittuntur,vtrum vna ſtipulatio eſt : an plures? Et ratio facit,vt plures ſint.

1 ¶ Ergo & illud procedit, quod Iulianus lib.15. Digeſtorum ſcribit : egit(inquit)quanti minoris propter fugam ſerui,deinde agit propter morbum,id agendùm eſt(inquit)ne lucrum faciat emptor,& bis *e* eiuſdem vitij æſtimationem conſequatur. Fingamus emptum decem, minoris autem empturum fuiſſe duobus ſi tantùm fugitiuum eſſe ſciuiſſet emptor ; hæc conſecuturum propter fugam : mox comperiſſe, quod non eſſet ſanus,ſimiliter duobus minoris empturum fuiſſe, ſi de morbo non ignoraſſet ; rurſus conſequi debebit duo. Nam, & ſi de vtroque ſimul egiſſet, quatuor eſſet conſecuturus ; quia eum fortè,qui neque ſanus, & fugitiuus eſſet, ſex tantùm eſſet empturus. Secundum hæc ſæpius ex ſtipulatu agi poterit, neque enim, ex vna ſtipulatione, ſed ex pluribus agitur.

Si emptor vendidit & euictum tradere non potuit.

33. *Idem* libro 51. ad Sabinum.

SI ſeruum emero, & eundem vendidero,deinde emptori ob hoc fuero condemnatus, quia tradere non potui euictum, committitur ſtipulatio.

De pacto ne proſtituatur. 1. Communi diuidundo. 2. Si dominium euincatur, vel poſſeſſio actione Seruiana.

34. *Pomponius* libro 27. ad Sabinum.

SI mancipium *f* ita emeris, *ne proſtituatur, &, cùm proſtitutum fuiſſet, vt liberum eſſet*, ſi contra legem venditionis faciente te,ad libertatem peruenerit,tu *g* videris quaſi manumiſiſſe *h*, & ideo nullum aduerſus venditorem habebis regreſſum *i*.

1 ¶ Si communi diuidundo mecum actum " eſſet," & aduerſario ſeruus adiudicatus ſit, quia *k* probauit eum communem eſſe,habebo *l* ex duplæ ſtipulatione actionem, quia non *m* intereſt,quo *n* genere iudicij euincatur, vt mihi habere non liceat.

2 ¶ Duplæ ſtipulatio euictionem non vnam continet,ſi quis dominium rei petierit,& euicerit, ſed & ſi Seruiana actione experiatur.

35. *Paulus* lib. 2. ad Edictum ædilium curulium.

EVictus autem à creditore tunc videtur, cùm *o* ferè ſpes *p* habendi abſciſſa eſt,itaque ſi Seruiana actione euictus ſit,committitur quidem ſtipulatio,ſed quoniam, ſoluta à *q* debitore pecunia poteſt ſeruum habere, ſi ſoluto pignore venditor conueniatur, poterit vti doli exceptione.

De materia ex qua nauis, vel domus conſtat.

36. *Idem* lib. 29. ad Edictum.

NAue *r* aut *ſ* domu empta, ſingula *t* cæmenta vel tabulæ emptæ non intelliguntur. Ideóque nec euictionis *u* nomine obligatur venditor quaſi euicta parte *x*.

An de dupla cauendum, & quomodo. 2. De emptore qui ſimplum, pro dupla per errorem ſtipulatus eſt.

37. *Vlpianus* lib. 32. ad Edictum.

EMptori duplam promitti à venditore oportet,niſi aliud cõuenit *y*,non *z* tamen vt ſatiſdetur,niſi ſpecialiter id actum proponatur, ſed vt *a* repromittatur.

1 ¶ Quod autem diximus, duplam promitti oportere,ſic erit accipiendum, vt non ex omni re id accipiamus, ſed de his rebus,quæ pretioſiores eſſent, ſi margarita fortè, aut ornamenta pretioſa, vel veſtis ſerica *b*, vel quid aliud non contemptibile veniat.

¶ Per edictum *c* autem curulium etiam de ſeruo *d* cauere venditor iubetur.

2 ¶ Si ſimplam *e* pro *f* dupla per errorem ſtipulatus ſit emptor, re euicta, conſecuturum eum ex empto Neratius ait,quanto minus ſtipulatus ſit,ſi modo omnia facit emptor, quæ in ſtipulatione continentur : quod ſi non*g*fecit,ex empto id tantùm conſecuturum, vt ei promittatur, quod minus in ſtipulationem ſuperiorem deductum eſt.

Si creditor vendiderit.

38. *Idem* lib. 2. Diſputationum.

IN creditore,qui pignus vendidit *a*, tractari poteſt, an re euicta vel ad hoc teneatur ex empto, vt *b* quam habet aduerſus debitorem actionem,eam *c* præſtet. Habet autem contrariam pignoratitiam *d* actionem.& magis eſt,vt præſtet *e* : cui enim *f* non æquum videbitur,vel hoc ſaltem conſequi emptorem,quod *g* ſine diſpendio creditoris futurum eſt?

Si minor aduerſus ſecundum emptorem reſtitutus ſit. 1. Si ſeruus hominem emerit, & eundem vendiderit. 2. De re à duobus empta. 3. De libero. 4. Vel ſtatulibero vendito. 5. De vſufructu.

39. *Iulianus* lib. 57. Digeſtorum.

MInor 25. annis fundum vendidit *h* Titio : eum Titius Seio *i* minor ſe in ea venditione circumſcriptum dicit ; & impetrat cognitionem *i* non tantùm aduerſus Titium,ſed etiam aduerſus *k* Seium. Seius poſtulabat apud prætorem, vtilem ſibi de euictione ſtipulationem in Titium dari *l*. Ego dandam putabam.Reſpondi iuſtam rem Seius poſtulat. Nam ſi *m* ei fundus prætoria cognitione ablatus fuerit, æquum erit,per eundem Prætorem & euictionem reſtitui.

1 ¶ Si ſeruus tuus emerit hominem, & eundem vendiderit Titio,eiúſque nomine duplam promiſerit, & tu à venditore ſerui ſtipulatus fueris, ſi Titius ſeruum petierit, & ideo victus ſit, quod ſeruus tuus in tradendo ſine voluntate tua proprietatem hominis transferre non potuiſſet;ſupererit Publiciana *m* actio & propter hoc duplæ ſtipulatio ei non committetur. Quare venditor quoque tuus agentem te ex ſtipulatu, poterit doli mali exceptione ſummouere. Alias autem ſi ſeruus hominem emerit,& duplam ſtipuletur, deinde eum vendiderit, & ab emptore euictus fuerit, domino quidem aduerſus venditorem in ſolidum competit actio, emptori verò aduerſus dominum dumtaxat de peculio.

¶ Denuntiare *o* verò de euictione emptor ſeruo, non domino debet. Ita enim euicto homine, vtiliter de peculio agere poterit. Sin autem ſeruus deceſſerit, tunc domino denuntiandum eſt.

2 ¶ Si à me beſſem *p* fundi emeris,à Titio trientem *q*, deinde partem dimidiam fundi à te quis petierit,ſiquidem ex beſſe,quem à me acceperas,ſemis petitus fuerit, Titius non tenebitur *r* : ſi verò triens, quem Titius tibi tradiderat, & ſextans ex beſſe, quem à me acceperas, petitus fuerit, Titius quidem pro triente, ego pro ſextante euictionem tibi præſtabimus.

3 ¶ Pater ſciens filium ſuum, quem in poteſtate habebat,ignoranti emptori vendidit *ſ*:quæſitum eſt an euictionis nomine teneatur?Reſpondit,Qui *t* liberum hominem ſciens,vel ignorans,tanquam ſeruum, vendat,euictionis *u* nomine tenetur.Quare etiam pater,ſi filium ſuum tanquam ſeruum vendiderit, euictionis nomine obligatur.

4 ¶ Qui ſtatuliberum *x* tradit,niſi dixerit eum ſtatuliberum eſſe,euictionis nomine perpetuo obligatur.

5 ¶ Qui ſeruum venditum tradit, & dicit *y* vſumfructum in eo Seij eſſe, cùm ad Sempronium pertineat,Sempronio vſumfructum petente,perinde tenetur *z*, ac ſi in tradendo dixiſſet, vſusfructus nomine aduerſus Seium non teneri, & ſi reuera Seij vſusfructus fuerit,legatus autem ita,vt,cùm ad Seium pertinere deſiiſſet, Sempronij eſſet, Sempronio vſumfructum petente *a*, tenebitur:Seio agente,rectè defugiet.

Si venditor emptori ſucceſſerit.

40. *Idem* lib. 58. Digeſtorum.

SI is, qui ſatis à me de euictione accepit, fundum *a* ſine herede *b* legauerit, confeſtim fideiuſſores *c* liberabuntur,quia etiam ſi euictus fuerit ab eo,cui legatus fuerat, nulla aduerſus fideiuſſores actio eſt.

Si venditor emerit ab emptore. Deinde ei ſucceſſerit. 1. Si emptor domino ſerui ſucceſſerit. 2. Si emptor vendiderit, & ſucceſſerit emptori ſuo,vel cum heredem habuerit,vel vtriuſque hereditas ad eundem reciderit.

41. *Paulus* lib. 2 ad Edictum ædilium curulium.

SI ei,cui vendidi & duplam promiſi,cùm ipſe eadem ſtipulatione mihi cauiſſet,heres *d* exſtiterim,euicto homine, nulla parte ſtipulatio committitur : neque enim mihi euinci videtur, cùm vendiderim eum ; neque ei,cui me promiſſorem præſtarem, quoniam * parum commodè dicat ipſe *e* mihi duplam præſtare debere.

1 ¶ Item ſi domino ſerui *f* heres exſtiterit emptor, quoniam euinci ei non poteſt, nec ipſe ſibi videtur

a expreſsè.
b Abſurdus intellectus reiiciendus eſt.
c *v. l. 29.* ̄*. de verb. oblig.*
d Ex diuerſis capitibus eiuſdem contractus poteſt agi diuerſis libellis, dum tamen omnes ſummæ non excedant id quod vniuerſim intereſt.
e *v. l. 31. §. 16.* ̄*. de ædilitio.*
f *v. tit. C. ſi mancip. ita venierit ne proſtituatur.*
g emptor ſcil.
h Non tamen es patronus, ſed venditor, *l. 10. §. 1.* ̄*. de in ius vocand. l. 7.* ̄*. de iur. patr.*
i *ſub.* ſi mancipium fuerit alienum, *v. l. ſi ſeruum 25.* ̄*. eo.*
k Solet enim in iudiciis mixtis fieri adiudicatio *§. 5. Inſt. de off. iud.*
l Imò ratione partis non committitur ſtipulatio, *l. 56. §. 2.* ̄*. eo.*
m Euictio vti locum habeat, non intereſt quo genere euictionis res euincatur.
n Reſpicit ad varia genera vindicationum, eſt enim vindicatio dominij, vſus, vſusfructus pignoris, hypothecæ, emphyteuſeos, ſuperficiei, poſſeſſionis, ſeruitutis. *Cuiac. ad §. 2.* ̄*. eo. l. 46.* ̄*. eo.*
o Euictionis emptor agere poteſt aduerſus venditorem, antequam etiam rem euictam reſtituat euincenti.
p *l. 57.* ̄*. eod.*
q Debitorem poſſe debitum offerre etiam poſt ſententiam, hinc colligit Baldus.
r De ſcapha agit *l. 44.* ̄*. eo.* adde *l. 4.* ̄*. eo.*
ſ Naue aut domo vendita, non videntur ſingula, id eſt, cæmenta vel tabulæ, vendi. Ideóque nec euictionis nomine venditor in duplum obligatur, quaſi euicta parte, *Syn. Baſ. eod. c. 35. §. 5.*
t ſingulatim.
u v. quæ notaui ad *l. 4. §. 1.* ̄*. eo.*
x *l. 56. §. 2.* ̄*. eo.*
y Incontinenti. *l. 42.* ̄*. de contrah. empt.*
z *l. 4.* ̄*. eod.*
a hæc ſtipulatio, *r*epromiſſio non ſatiſdatio eſt.
b Serica veſtis res pretioſa, *vt hic.* Inde factum vt Romani à Barbaris ſericum emere non poſſent, ſine comite commerciorum, *l. 2. C. quæ res venire non poſſint*, cùm nondum ratio conficiendi ſerici ad Romanos perueniſſet. & ſericum auro contra venderetur, vt Vopiſcus *in Aureliano* ſcribit, libram auri, libram ſerici fuiſſe : & lex Rhodia ὁλοσηρικὰ ὅμοια τῷ χρυσίῳ. Pretioſa autem dicebantur, pro quibus aurum dependebatur ad ſacoma. Pretioſum eſt quod auro contra venit, aut aurum ſuprà, adde *l. 22. C. de admin. tut.*
c *l. 5. in fin. pr.* ̄*. de verb. obl.*
d *l. 31. §. 20.* ̄*. de ædilitio.*
e hinc ſimplaria venditio dicitur, *l. 48. in fin.* ̄*. de ædilitio.*
f Error ſtipulantis ſibi minus quàm debeatur, ſtipulanti non nocet.

a iure creditoris.
b Venditor tenetur actiones, quas rei venditæ nomine aduerſus auctorem ſuum habet, cedere emptori.
c *l. vlt.* ̄*. de diſtract. pignor.*
d Quia pignorauit rem alienam.
e i. vt cedat.
f Cedendarum actionum neceſſitas & æquitas.
g Quod prodeſt, & non nocet venditori, impetratur de facili, *Bart.*
h Sine decreto aliàs reſtitutione nõ indigeret, *tit. C. de præd. minor.* ̄*. eod. l. 13. §. 1.* ̄*. de minorib.*
i Prætoriam ſcil.
k Poteſt enim minor reſtitui aduerſus poſſeſſorem, *d. §. 1.* ſiquidem finxeris venditionem per plures perſonas ambulaſſe, *l. 15.* ̄*. de minorib.*
l & rectè, *d. l. 15.*
m Euicta re propter reſtitutionem in integrum agitur ex empto, *vel ita*: Quo officio ſeu beneficio reſtitutionis in integrum res euincitur emptori, eodem euictionis actio redintegranda eſt emptori.
n Cur ita? & quando, *l. 31.* ̄*. de vſuc.* Qui vincitur rei vindicatione, non prohibetur Publicianam intentare. *Bart.*
o Denunciare dicitur facti, ideoque ſeruo denunciari poteſt, *Bald.*
p i. duas partes.
q i. tertiam.
r Quia emptor regreſſum habet in venditorem pro quantitate euictæ partis, *l. 3.* ̄*. eo.*
ſ *ſub.* propter egeſtatem contra nimiam famem, *l. 12. Cod. de patribus qui filios diſtrax.*
t Euictio debetur, homine libero vendito.
u *l. 4.* ̄*. quibus ad libertat.*
x vt in *l. 51. §. 1. l. 69. in pr. §. 1. 2.* ̄*. eod.*
y adde *l. 7.* ̄*. de act. empt.*
z *ſub.* emptori.
a *ſub.* iure.
b *l. 41.* ̄*. eo.*
c Fideiuſſor non eſt conueniendus, quoties actio principalis confuſa eſt.
d Confunditur actio, quoties venditori emptor ſuccedit.
e adde *l. 11. circa fi.* ̄*. de leg. 1.*
f *l. 9.* ̄*. eo.*

euincere, non committitur duplæ ſtipulatio. his igitur caſibus ex *d* empto agendum erit.

2 ¶ Si is, qui fundum emerit, & ſatis de euictione acceperit, ‖&‖ eundem fundum vendiderit, emptori ſuo heres exſtiterit *b*, vel ex contrario *c*, emptor venditori heres exſtiterit, an, euicto fundo, cum *d* fideiuſſoribus agere poſſit, quæritur? Exiſtimo autem, vtroque caſu fideiuſſores teneri: quoniam * & cum debitor creditori ſuo heres exſtiterit, ratio *e* quædam inter heredem, & hereditatem, ponitur, & intelligitur maior *f* hereditas ad debitorem peruenire; quaſi ſoluta pecunia, quæ debebatur hereditati, & per hoc minus in bonis heredis eſſe. & ex contrario, cùm creditor debitori ſuo exſtitit heres, minus in hereditate habere videtur tanquam ipſa hereditas heredi ſoluerit. Siue ergo is, qui de euictione ſatis acceperat, emptori, cui ipſe vendiderat, ſiue emptor venditori ſuo heres exſtiterit, fideiuſſores tenebuntur, & ſi ad eundem venditoris & emptoris hereditas reciderit, agi cum fideiuſſoribus poterit.

De partu ancillæ.

42. *Paulus* lib. 53. ad Edictum.

SI prægnans *g* ancilla vendita & tradita ſit, euicto partu, venditor non poteſt de euictione *h* conueniri, quia *i* partus venditus non *k* eſt.

De vitulo poſt vaccæ emptionem nato.

43. *Iulianus* lib. 58. Digeſtorum.

VAccæ emptor, ſi vitulus, qui poſt emptionem natus eſt, euincatur, agere ex duplæ ſtipulatione non poteſt, quia nec ipſa, nec vſusfructus euincitur. Nam quod dicimus, *vitulum fructum* l *eſſe vaccæ*, non ius *m*, ſed *n* corpus demonſtramus. Sicuti prædiorum frumēta, & vinum, fructum rectè dicimus, cùm conſtet, eadem hæc non *o* rectè vſumfructum appellari.

De ſcapha, & his quæ naui coniuncta ſunt.

44. *Alfenus* lib. 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

SCapham *p* non *q* videri nauis eſſe *r*, reſpondit, nec quidquam coniunctum habere. Nam ſcapham ipſam per ſe paruam nauiculam eſſe. Omnia autem, quæ coniuncta naui eſſent, veluti gubernacula, malus, antennæ, velum *f*, quaſi membra *t* nauis eſſe.

De parte fundi euicta.

45. *Idem* lib. 4. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

QVi fundum tradiderat *u* iugerum centum, fines multo amplius *x* emptori demonſtrauerat, ſi quid *y* ex his finibus euinceretur *z*, pro bonitate *a* eius, emptori *b* præſtandum ait, quamuis id quod relinqueretur centum iugera haberet.

De vſufructu. 1. De ſeruitute. 2. De ſtatulibero.

46. *Africanus* lib. 6. *c* Quæſtionum.

FVndum, cuius vſusfructus Attij erat, mihi vendidiſti, nec dixiſti vſumfructum Attij eſſe. hunc *d* ego Mæuio detracto vſusfructu, tradidi *e* Attio *f* capite minuto *g*, non ad me; ſed ad *h* proprietarium vſumfructum redire ait: neque *i* enim potuiſſe conſtitui vſumfructum eo tempore, quo alienus eſſet, ſed poſſe me, venditorē te de euictione conuenire: quia æquum ſit, eandem cauſam meam eſſe, quæ futura eſſet, ſi tunc vſusfructus alienus non fuiſſet.

1 ¶ Si per alienum *k* fundum mihi viam conſtitueris, euictionis nomine te obligari ais. Etenim quo caſu, ſi per proprium conſtituentis fundum conceſſa eſſet via, rectè conſtitueretur, eo caſu, ſi per alienum concederetur, euictionis obligationem contrahi.

2 ¶ Cùm tibi Stichum venderem, dixi, eum ſtatuliberum eſſe ſub hac conditione manumiſſum, *Si nauis ex Aſia venerit*: is *l* autem, *Si Titius Conſul factus fuerit* manumiſſus erat. quærebatur, ſi prius nauis ex Aſia venerit, ac poſt Titius conſul fiat, atque ita in libertatem euictus ſit, an euictionis nomine teneatur? reſpondit, non teneri eum: etenim *m* dolo malo emptorem facere, cùm prius exſtiterit ea conditio, quam euictionis nomine exſoluerit *n*.

a ſæpe hoc titulo euenit, vt deficiente actione duplæ, detur actio ex empto, *l.8. l.34. l.36.* *ſ. eod. l.42. ȷ. eod l. 23. §. 1. ȷ. de vſucap.*
b & ita ſucceſſit debitor creditori.
c vbi ſucceſſit creditor debitori.
d *l.7.18. C. eod.*
e id eſt, compenſatio
f locupletior, *l. 1. §. 18. ȷ. ad l. Falcid.*
g Si prægnans ancilla vendita ſit, & partus euictus fuerit, venditor non tenetur: nec enim partus venditus eſt. Idem de vitulo poſt venditionem nato, *vt hic: & l. 43. ȷ. eod. Syn. eod. c.32. §.5.* vbi vide Scholiaſten.
h Cur ita? v. quæ notaui ad *l. 41. §. 3. ſ. eod.*
i *v. l.36. ſ. eod.*
k Imò venditus eſſe videtur, cùm portio matris & viſcerum fuerit, *l. 1. §. 1. de ventre inſpiciendo.* venditus quoque videtur ex alia ratione quàm attuli in *l.73. ȷ. de leg. 2.*
l ſeu partem eſſe: quo caſu peti poteſt, *l. 1. ſ. eod. l. 49. ȷ. eod.*
m adde *l. 8. in fin. ſ. de peric. & commodo.*
n Vſusfructus aliud eſt à fructu ipſo. Vſusfructus ius eſt, & quiddam incorporeum: fructus in facto & res corporea eſt: fructus ipſe vſufructu continetur. ita patet latius vſusfructus quam fructus.
o Eſt ergo aliud fructus, aliud vſusfructus. Imò qui fructus annuos legat, fundi vſumfructum legare intelligitur, *l. 20. ſ. de vſufr. l. 41. ȷ. de vſufruct. leg.*
p de qua *l. 31. §. 1. ſ. de rei vind. l. 19. §. 8. ſ. ad l. Aquil. l. vlt. ȷ. de inſtructo.* adde *l. 36. ſ. eod.* σκάφη ἐκ τοῦ σκάπτειν ab excauando, quòd prius ex ligno excauato fieret καταſκοπῶς ſpeculatorium. *Iſidor. 19. origin. 1.*

q Nauis ſtipulatione, ſcapha non petitur. Eſt enim ſcapha quiddam à naui ſeparatum. r partem ſcilicet vel membrum. ſ quod artemon, *l. 242. ȷ. de verbor. ſign.*
t Membra dicuntur, quæ pars ſunt ipſius rei, at non ſeparata à re ipſa. Vnde notat Baldus Caſtrum cuius ſeparata ſit iuriſdictio, non eſſe membrum eius ciuitatis, cui ſeruitium aliquod præſtet.
u *ſub.* ex cauſa venditionis.
x Multò ampliores, *Hal.* y *l. 10. C. eod.*
z pro diuiſo.
a vt ita loci æſtimetur qualitas, *l. 1. in fin. ſ. eod.*
b *l. 2. ſ. de act. empt.* c *v. Cuiac. 6. ad Afric.* d *ſub* fundum.
e ex cauſa venditionum f *ſub* fructuario. g duabus enim capitis minutionibus maxima & media finitur vſusfructus, *§. 3. Inſt. de vſufr.*
h *v. l. 54. circa medium, ſ. de vſufr.* i Vſusfructus eo tempore conſtitui non poteſt, quo alienus eſt. k *l. 10. ſ. eod.* adde *l. 25. §. 10. ſ. fam.*
l hic quidem mendacium eſt, reipſa tamen non nocet emptori.
m Venditoris falſa adſeueratio, quæ nullum emptori damnum adfert, ſed commodum potius venditorem non obligat.
n Exceperit. *Cuiac. ibid. vt l. 69. ȷ. eod.*

3 ¶ Item ſi poſt biennium *a* liberum fore dixi, qui poſt annum libertatem acceperit, & poſt biennium in libertate euincatur, vel decem dare iuſſum, dixerim qdinque, & his decem datis ad libertatem peruenerit, magis eſſe, vt his quoque caſibus non teneat.

Si vna ex duabus rebus euincatur.

47. *Idem* lib. 8. Quæſtionum.

SI duos ſeruos quinis *b* à te emam, & eorum alter euincatur, nihil dubij fore, quin rectè eo nomine ex empto acturus ſim; quamuis *c* alter decē dignus ſit; nec referre, ſeparatim ſingulos, an ſimul vtrumque emerim,

Si primum ſeruitus. Deinde proprietas euincatur.

48. *Neratius* lib. 6. Membranarum.

CVm ‖fundus‖, *vti* d *optimus maximuſque* ‖*eſt*,‖ emptus eſt, & alicuius ſeruitutis euictæ nomine, aliquid emptor à venditore conſecutus eſt, deinde totus *e* fundus euincitur, ob eam euictionem id præſtari debet, quod ex *f* duplo reliquum eſt. Nam ſi aliud obſeruabimus, ſeruitutibus aliquibus, & mox proprietate euicta, amplius duplo emptor, quam ‖quanti‖ emit *g*, conſequeretur.

De vſufructu.

49. *Gaius* lib. 7. ad Edictum prouinciale.

(SI) ab emptore vſusfructus petatur, proinde *h* is venditori denunciare debet, atque is, à quo pars *i* petitur.

De apparitore vendente.

50. *Vlpianus* lib. 25. ad Edictum.

SI *k* pignora veneant per apparitores *l* prætoris extra *m* ordinem ſententias ſequentes *n*, nemo vnquam dixit, dandam in eos actionem re euicta. Sed ſi dolo rem viliori pretio proiecerunt *o*; tunc de dolo *p* actio datur aduerſus eos domino rei.

De iniuria iudicis. 1. De ſeruo qui poſt mortem venditoris liber eſſe iuſſus fuerat. 2. Si venditor voluntate emptoris ſepeliatur in loco vendito. 3. De herede emptoris. Si ſeruus inſtitutus poſt mortem emptoris iuſſu heredis adierit. 4. Si plures pro euictione tenentur.

51. *Idem* lib. 80. ad Edictum.

SI per imprudentiam *q* iudicis, aut errorem, emptor rei victus eſt, negamus auctoris damnum eſſe debere: aut quid *r* refert, ſordibus † iudicis, an ſtultitia res perierit? iniuria enim, quæ fit emptori, auctorem *ſ* non debet contingere.

1 ¶ Si Titius Stichum poſt mortem ſuam liberum eſſe iuſſum vendiderit, mortuo deinde eo, Stichus ad libertatem peruenerit, an ſtipulatio, de euictione interpoſita teneat? Et ait Iulianus, committi ſtipulationem, quamuis enim Titius hoc caſu denuntiari pro euictione non potuiſſet, heredi *u* tamen eius denuntiari potuiſſet.

2 ¶ Si quis locum vendiderit, & idem venditor ab herede ſuo, voluntate emptoris, in eo ſepultus *x* fuerit, actio de euictione intercidit, hoc caſu enim emptor ptoprietatem amittet.

3 ¶ Non mirum autem eſt, vt, euicto homine, de euictione teneatur heres, quamuis *y* defunctus non ſimiliter fuerit obſtrictus, cùm & alias * quibuſdam caſibus plenior *z* aduerſus heredem vel heredi competat obligatio, quàm competierat defuncto, vt cùm ſeruus poſt mortem emptoris heres inſtitutus eſt, iuſſuque heredis emptoris adiit hereditatem. Nam actione ex empto præſtare debet hereditatem. Quamuis defuncto in hoc tantum fuit vtilis ex empto actio, vt ſeruus traderetur.

4 ¶ Si plures mihi in ſolidum pro euictione teneantur, deinde poſt euictionem cum vno fuero expertus, *a* ſi agam cum cæteris, exceptione me eſſe repellendum *b*, Labeo ait.

De cauſa ex qua ſtipulatio dupla committitur.

52. *Idem* lib. 81. ad Edictum.

SCiendum eſt, nihil *c* intereſſe, ex qua cauſa duplæ ſtipulatio fuerit interpoſita, vtrùm ex cauſa emptionis, an ex alia *d*, vt committi poſſit,

a Cuiacius illo loco ſic legit, Si poſt annum liberum f. d. qui poſt biennium libertatem acceperit in libertatem euincatur. v. d. d. i. d q. & is decem datis, &c. adde *l. 10. ȷ. de ſtatulib.*
b Hæ voces ſunt ἐπιμεριζόμεναι, diſpertitiuæ, vt dixi *l. 39. ȷ. de leg. 1. & l. 56. §. 2. ȷ. ad leg. Falcid.*
c adde *l. 42. ſ. de act. empt.*
d His verbis, *vti optimus maximuſque eſt*, liberum fundum, veteres ſignificabant, *l. 75. ȷ. eo. l. cùm venderet. 59. ſupr. de contrah. empt. l. 90. l. 126. l. 163. l. 169. ȷ. de verbor. ſign.* Siculus Flaccus *libro de conditionibus agrorum.*
e Intereſſe particulare confunditur, & compenſatur cum intereſſe totali.
f quod re euicta debetur, *l. 44. ſup. de ædilitio.*
g Duplum euictionis eſt, quam quanti emit, emptor.
h Vſusfructus & partus rei ſimilitudo.
i *l. 1. in fin. l. 43. ſ. eod.*
k Si apparitores prætoris ſententias exſequētes pignora vendiderint, re euicta non tenentur. Sed ſi dolo viliori pretio diſtraxerunt, dominus aduerſus eos de dolo actionem habet. *Syn. eo c. 42.*
l idem ſi per creditores, iudice permittente, *l. 11. §. 16. ſ. de actionibus empt.*
m officio iudicis fit executio ſententiæ. Item cauſa executionis ſententiæ eſt extraordinaria, *l. 75. in fin. ſ. de iudiciis.*
n ἀκολουθοῦντες. *Syn. al.* exſequentes *v. l. vlt. §. 3. ſ. quod metus cauſa.* officiales non obligari ex contractu, ſub nomine officij ſui habito. Hinc colligit Baldus.
o *v. l. 36. §. 2. ſupr. mandati.* Proiicere rem videtur, qui eam minoris vendit quàm valeat.

Multi ſunt qui non donant, ſed proiiciunt. Seneca *epiſt. 12.* Beneficia magis proiicimus, quàm damus. Idem de *benef. 1.* quædam perdidimus quædam proiecimus. Idem *7. de benefic. 28.*
p Imo negotiorum geſtorum, *l. 3. §. 8. ſup. de neg.*
q *v. l. 5. ſup. eod.*
r venditori non officit iudicis ſententia, errore vel dolo lata. † adde *l. 8. l. 15. C. eod.* ſ non venditorem, ſed iudicem, *l. 10. §. 3. ſup. de edend.*
t *v. l. 39. §. 3. ſup. eod.*
u Euictionis actio poteſt incipere ab herede, *Baldus* adde *l. 7. ſup. eo.*
x hoc caſu non committitur duplæ ſtipulatio, adde *l. 21. ſup. eo.*
y *l. 84. ȷ. ad l. Falcid.* z Actio poteſt augeri in perſona heredis, *Bald.* Heres his caſibus alio iure eſt quàm defunctus.
a vel petiero, *l. 2. de duobus reis*, vel totam rem cum eo in iudicium deduxero, *l. 31. § 1. ȷ. de nouationibus.*
b Imò niſi mihi ab vno ſolutum fuerit, aduerſus alios reliquam partem petam, *l. 8. §. 1. ȷ. de leg. 1.* c Euictionis ſtipulatio non ſolùm in contractu venditionis, ſed etiam in aliis contractibus obtinet. d Dotis, donationis: dixi ad *leg. 1. Cod. de iure dotium*, ex aliis, cauſis eſt obligatio euictionis nomine, etiam

De parte

De parte fundi euicta. 1. De denunciatione.

53. *Paulus* lib. 77. ad Edictum.

SI fundo tradito, pars *a* euincatur *b*, ſi ſingula iugera venierint certo pretio, tunc *c* non pro bonitate *d*, ſed quanti ſingula venierint, quæ euicta fuerint, præſtandum: etiam ſi ea, quæ meliora fuerunt, euicta ſint.

1 ¶ Si, cùm *e* poſſit emptor auctori denunciare, non *f* denunciaſſet, idémque victus fuiſſet, quoniam parum inſtructus eſſet, hoc ipſo videtur dolo feciſſe, & ex ſtipulatu agere non poteſt.

De vſucapione. 1. De ſtatulibero, & mendacio venditoris.

54. *Gaius* lib. 28. ad Edictum Prouinciale.

QVi alienam rem vendidit, poſt *g* longi temporis *h* præſcriptionem, vel vſucapionem, deſinit *i* emptori teneri de euictione.

1 ¶ Si heres ſtatuliberum, qui ſub conditione pecuniæ dandæ liber eſſe iuſſus eſt, vendiderit, & maiorem pecuniam in conditione eſſe dixerit, quàm dare ei iuſſus eſt, ex empto tenetur: ſi modò talis eſt conditio, vt ad emptorem tranſiret, id eſt, ſi heredi dare iuſſus eſt ſeruus. nam ſi alij dare iuſſus, quamuis veram pecuniæ quantitatem dixerit, tamen, ſi non admonuerit, alij dare iuſſum, euictionis nomine tenebitur.

De abſentia emptoris. 1. De denunciatione.

55. *Vlpianus* lib. 2. ad Edictum ædilium curulium.

SI ideo contra emptorem iudicatum eſt, *quod k defuit l*, non committitur ſtipulatio: magis enim propter abſentiam victus *m* videaur *n*, quàm quod malam cauſam habuit. Quid ergo, ſi ille quidem, contra quem iudicatum eſt, ad iudicium non adfuit, alius autem adfuit, & cauſam egit? quid dicemus? vtputa acceptum quidem cum pupillo, tutore auctore, fuit iudicium, ſed *o* abſente pupillo, tutor cauſam egit, & iudicatum eſt contra tutorem; quare non dicemus committi ſtipulationem *p*? etenim, actam eſſe cauſam, palam eſt. & ſatis eſt, ab eo, cui ius agendi fuit, cauſam eſſe actam.

1 ¶ Præſenti autem venditori denunciandum eſt, ſiue autem abſit *q*, ſiue præſens ſit, & per *r* eum fiat, quo *ſ* minus denuntietur, committetur ſtipulatio.

Quomodo cauendum ſit. 1. De compromiſſo. 2. De parte hominis. 3. De vſucapione. 4. De denunciatione.

56. *Paulus* lib. 2. ad Edictum ædilium curulium.

SI *t* dictum *u* fuerit vendendo, *vt* x *ſimpla promittatur*, vel *triplum, aut quadruplum* z ‖ *promitteretur.* ‖ ex empto perpetua actione agi poterit: non tamen vt vulgus *a* opinatur, etiam ſatiſdare debet, qui duplam promittit, ſed ſufficit nuda repromiſſio, niſi *b* aliud conuenerit.

1 ¶ Si compromiſero *c*, & contra me data fuerit ſententia, nulla *d* mihi actio de euictione danda eſt aduerſus venditorem, nulla *e* enim neceſſitate *f* cogente id feci.

2 ¶ In ſtipulatione duplæ, cùm homo venditur, partis *g* adiectio neceſſaria eſt, quia non poteſt videri homo euictus, cùm pars *a* eius euicta ſit.

3 ¶ Si, cùm poſſit vſucapere emptor, non cepit, culpa *b* ſua hoc feciſſe videtur. vnde, ſi euictus eſt ſeruus, non tenetur venditor.

4 ¶ Si *c* præſente promiſſore, qui de euictione promiſit, & non ignorante, procuratori *d* denunciatum ſit, nihilominus promiſſor tenetur.

5 ¶ Simili modo tenetur, & qui curauit, ne *e* ſibi denuntiari poſſit.

6 ¶ ſed & ſi nihil venditore faciente, emptor cognoſcere, vbi eſſet, non *f* potuit, nihilominus committitur ſtipulatio.

7 ¶ Pupillo *g* etiam *h* ſine tutoris auctoritate poſſe denuntiari, ſi tutor non apparet, ex duplæ ſtipulatione, benignius receptum eſſe Trebatius ait.

Si euincens deceſſerit ſine ſucceſſore. 1. Aut rem donauerit legaueritve emptori.

57. *Gaius* lib. 2 ad Edictum ædilium curulium.

HAbere *i* licere rem videtur emptor, & ſi is, qui emptorem in euictione rei vicerit, ante *k* ablatam *l*, vel abductam rem ſine *m* ſucceſſore deceſſerit, ita *n* vt neque ad fiſcum bona peruenire poſſint, neque priuatim à creditoribus diſtrahi: tunc *o* enim nulla competit emptori ex ſtipulatu actio: quia *p* rem habere ei licet.

1 ¶ Quod cum ita eſt, videamus, num, & ſi ab eo, qui vicerit, donata, legatáve res fuerit emptori, æquè dicendum ſit, ex ſtipulatu actionem non naſci: ſcilicet ſi antequam abduceret, vel auferret, donauerit aut legauerit: alioquin ſemel commiſſa ſtipulatio reſolui non poteſt.

De re legata. LIX. ab emptore.

58. *Iauolenus* lib. 1. ex Plautio.

HEres *q* ſeruum non nominatim *r* legatum tradidit, & de dolo *ſ* repromiſit, poſtea ſeruus euictus eſt, agere cum herede legatarius ex teſtamento poterit, quamuis heres alienum eſſe ſeruum ignorauerit.

59. *Pomponius* libro 2. ex Plautio.

SI res quam à Titio emi, legata ſit à me, non poteſt legatarius conuentus à domino rei venditori *t* meo denunciare, niſi *u* ceſſæ ei fuerint actiones, vel quodam caſu hypothecas habet.

Si dictum non ſit quantum pro euictione præſtabitur.

60. *Iauolenus* lib. 2. ex Plautio.

SI in venditione dictum non ſit, quantum venditorem pro euictione præſtare *x* oporteat, nihil venditor præſtabit, præter ſimplam, euictionis nomine, & ex natura ex empto actionis, hoc quod intereſt *y*.

Si venditor voluntate primi emptoris, ſecundo tradiderit.

61. *Marcellus* lib. 8. Digeſtorum.

SI quod à te emi, & Titio vendidi, voluntate mea ‖Titio‖ tradideris *z*, de euictione te mihi teneri, ſicuti *a* ſi acceptam rem tradidiſſem, placet.

De re vendita poſſeſſori. 1. De pluribus heredibus venditoris. 2. De vſufructu.

62. *Celſus* libro 27. Digeſtorum.

SI rem, quæ apud te eſſet, vendidiſſem tibi, quia pro *b* tradita habetur, euictionis nomine me obligari placet.

1 ¶ Si ei, qui ‖mihi‖ vendidit, plures *c* heredes extiterunt, vna *d* de euictione obligatio eſt, omnibúſque denuntiari, & *e* omnes defendere debēt, ſi de induſtria

ſine ſtipulatione, veluti ex permutatione, vel ex datione facta ſub lege remunerationis, ex datione inſolutum adiudicatione, articulo do vt facias, inueſtitura feudi, *Cuiac. ad l. 24. ſ. eo. 6. ad Afric.*

a non pro indiuiſo *l. 1. 2. ſ. eod.*

b *ſub.* diſtinguendum eſt. Nam ſi ſingula, *&c.*

c Euicta parte vbi certum pretiũ eſt, non eius bonitas, ſed pretium ſpectatur.

d totius.

e Euictionem non denuncians emptori venditor, cum poſſit denunciare, euictionis poſtea non agit. Proteſtationem ſcienter omittens, præſumitur eſſe in dolo.

f *l. 8. l. 20. C. eo. l. 1. in fin. C. de periculo.* adde *l. 55. in princ. l. 59. l. 63. ȷ. eod.*

g *l. 19. C. eod l. 42. in fin. ſ. mandati, l 60. ȷ. de ſolut. l. 2. in fin. C. de reb. alien.*

h Euictionis non agit, qui rem præſcripſit, vel vſucepit.

i Cur? emptor rei emptæ vſucapione vel præſcriptione, dominus eius factus eſt.

k Euictionis non agit emptor, qui ob ſuam contumaciam damnatus eſt.

l *v. l. 53. in fin. ſ. eod.*

a Imò, cùm pars euincitur, ſtipulatio committitur, *l. 34. §. 1. ſ. eod.*

b Emptor culpa ſua omittens vſucapiendi occaſionem, omittit quoque beneficium regrediendi in venditorem, hoc eſt ius agendi ex euictione.

c Procuratori ſoli etiam denuntiari euictio poteſt præſente ipſo domino.

d Sufficit ergo citationis in libello, dici, venditorem domi ſuæ quæſitũ vicinis adhibitis & teſtatis. *Bart.*

e Euictionis admonitus intelligitur, qui fuga aut abſentia ſua effecit ne euictionis admoneretur.

f *l. 55. in fin. ſ. eod.* v. Socin. *regula* 438.

g Hæc verba arguunt emptorem non fuiſſe negligentem, ſed diligentem, & bona fide fuiſſe verſatũ.

h Euictio pupillo denunciari poteſt etiam ſine tutoris authoritate: ſi modo tutor non appareat.

i Quia denuntians certat de damno vitando: iuréque ſuo conſeruando. Eſſet præterea periculum in mora. An id receptum fauore pupilli? ait Accurſius: negat Molineus *nu.* 309. *tract. de vſur.* quin, ſufficere, vt amicis & cognatis pupilli denuntietur *arg. l. 22. ſ. ex quib. cauſ. maior. l. 5. §. 1. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 5. §. 2. ȷ. quod vi, aut clam. l. pen in fi. C de non num. pecun. l. 21. §. 2. l. 35. ſ. eod.*

m euictus. *Hal.*

n Hinc colligit Alciat. 3. *præſum.* 2. Sententiam latam contra abſentem præſumi potius latam ratione contumaciæ, quàm quod malam cauſam habuerit. adde *l. 8. §. 14. ſ. de inoff.* Nec enim delicto tunc verè conſtare: neminem præterea ex ſententia contumaciæ infamem fieri; eam dumtaxat partem inſtrumenti, quæ improbata ſit, recuſari: huiuſmodi ſententiam non parere præiudicium inter eaſdem perſonas ait *l. 2. §. 1. l. 19 ȷ. de iure fiſci.*

o Tutor iudicio cœpto cum pupillo, ſolus, ac per ſe, ſine ipſo pupillo intereſſe poteſt.

p vt ſic ſufficiat litem à pupillo anthoritate tutoris ſemel inceptam, *l. 1. §. 2. ȷ. de admin. tut.*

q In alia prouincia, *l. vlt. C. de præſcr. long. temp.* vel longo itinere.

r Denunciatum ei videtur, cui & abſenti, & fugienti denunciatum eſt: hoc eſt, qui effecit, ne ei denuntiaretur. Quid? abſenti venditori quemadmodum denunciare poſſumus? ſi ad domum ei denuntiatum fuerit, *l. 4. §. toties ȷ. de damno.* emptor neque moleſtiis fatigandus, *l 3. in fin. ȷ. de teſtib.* neque à ſuis negotiis auocandus eſt, *l. ſed ſi quis ex ſignatorib. 7. ȷ. teſt. quemadmodum aperiantur.*

ſ *l. 56. ȷ. eod.*

t Non hoc vult ſimpliciter Paulus, ſi in vendendo dictum ſit vt dupla promittatur, in id agi poſſe actione ex empto, (id enim nimis notum eſt) ſed hoc caſu perpetuam eſſe actionem ex empto quæ perpetua non eſt, ſi citra conuentionem, & ſola ædilitij edicti poteſtate, *l. 31. §. quia aſſidua. ſ. de ædilitio.* competat, quod huius legis quoque inſcriptio confirmat, adde Antonium Fabrum 2. *Coniectur.* 1.

u per pactum incontinenti adiectum. *Ray.*

x vt dupla promittatur, non ſimpla, *Cuiac.* 11. *obſer.* 4. *arg. l. 5. ȷ. de iure fiſci.*

y adde *l. 74. ȷ. eod.* vt duplum vel triplum, aut quadruplum promitteretur. Anton. Faber 2. *Coniect.* 3.

z Suprà quadruplum pœnam promittere nemo poteſt: quemadmodum nec vltra quadruplum vlla actio extenditur, *§. omnes. Inſt. de act.* fortè quod nimia ſit affectio quæ quid ſupra quadruplum conſequi velit. Nam adfectionibus tam immodicis non eſt indulgendum, quas legiſlator, quantum poteſt; coërcere ſolet, *l. pen. ſ. ad exhib. l. 40. ȷ. de damno.* adde tamen quæ ſcripſi ad *l. 44. ſ. de act. empt.*

a *l 4. ſ. eod.* quam vide: imperitis non credendum. Sapiens non id quod populus.

b *l. 4. ſ. eod* hinc collige, Simpliciter obligatum ad promittendum: non teneri ad ſatiſdandum, *Bald.*

c An id habet locum in eo, qui compromiſit in iudicem non ſuum? v. Romanum, *ſingulari* 12.

d Euictionis non agit aduerſus venditorem emptor, qui cum apud arbitrum compromiſerit, ſententia eius victus fuerit, *vt hic.* Cur ita? Quia talis ſententia non meretur executionem, niſi voluntate emptoris.

e Euictionis agit qui neceſſitate cogitur compromittere: at non qui voluntariè compromiſit.

f facit *l. 17. C. eod.* Quia huiuſmodi ſententia non meretur executionem præcisè ſed cauſatiuè, ſi venditor ſcilicet non vult pœnam ſoluere, *Bald.*

g Euicta parte rei, non agitur ex ſtipulatu, niſi hoc actum ſit.

k non dicitur res euicta per ſolam ſententiam, ſed per eius executionem.

l Euicta res emptori non videtur niſi ablata ſit ei poſſeſſio rei, vnde notant, Sola ſententia poſſeſſionem non amitti, ſed ipſa tantum executione.

m Poteſt quis ſine ſucceſſore decedere, *l. 1. §. 14. verſ. planè. ſ. depoſiti, l. 95. §. 1. in fin. ȷ. de ſolutionib.*

n Paria ſunt, ſententiam non eſſe latam, vel ita latam eſſe, vt executioni mandari non poſſit.

o Euicta re ſtipulatio, *rem habere licere*, non ſtatim committitur, ſed tum demum, cum emptori habere non licuerit.

p Hinc colligit Bart Eum culpa feciſſe videri, qui minus ſubtiliter de iure ſui authoris inquiſiuit.

q Euictionis an & quand teneatur heres legatario, *v. l. cum alienam. C. de legat.*

r Generali legato debetur euictio. *Bald.* idque vi iureque teſtamenti *Bart.*

ſ An furtis noxiſque ſolutum, *v. l. 45. §. 1. ȷ. de leg. 1.*

t Auctori: Auctori auctoris nemo poteſt denunciare niſi habeat iura ceſſa: debet enim denunciatio certo ordine fieri, *Bald.*

u Quid heres tenetúrne iura cedere legatario? Accurſ. negat: Guido de Suzaria ait, *arg. l. in creditore 38. ſ. eod. & C. creditorem euict. pign.*

x Si in venditione dictum non ſit, quantum præſtare debeas, nihil præſtabis emptori præter ſimplum, & ſi quid præterea interſit, *vt hic.* Quid ſi priuſquam præſtari quidquam oporteat, quæritur, quid promittere debeat venditor? dicemus promittere duplam debere, *l. 2. ſ. eod. l 31. §. quia aſſidua, ſ. eod.* ſi modo aut res pretioſa aut mancipium ſit venditum, *l. 37. ſ. eod.* Ita malè Accurſius putat hic ſimplum præſtari, ſi hoc actum ſit, aut ſi certa ſcientia omiſſa ſit duplæ ſtipulatio. Sed & ij malè, qui hanc legem ad res viliores transferunt. Nam in rebus pretioſiſſimis, ſi in vendendo nihil dictum ſit, ſimpla tantum præſtatur, *vt hic.* antequam res euincatur agi poteſt, vt dupla promittatur, *d. l. 2. ſ. eod.* Quid ſi triplum aut quadruplum fuerit ſtipulatus? *v. d. l. 56. ſ. eod.*

y *l. 70. ſ. eod.*

z *l. 33. ȷ de ſolutionib.*

a Ficta traditio, eandem vim habet quam vera.

b *§. 44. Inſt. de rer. diuiſ. l. 77. ſ. de rei vind. l. 9. §. 2. ſ. de Publiciana l. 22. in fin. ȷ. de acq. rer. l. 3. §. 10. ȷ. de acq. poſſeſſ.*

c *l. 4. ȷ. de verb. oblig.*

d Eaque inſolidum, *l. 85. §. 5. l. 139. ȷ. de verb. oblig.*

e *l. 85. §. 5. ȷ. de verb. oblig.* Stipulatio aduerſus plures committitur ex mora vel facto vnius, quoties cauſa indiuidua eſt.

non

non venierint in iudicium, vnus tamen ex his liti ſubſtitit *a*, propter denunciationis vigorem *b*, & prædictam abſentiam omnibus vincit *c* aut vincitur, rectéque cæteris agam, quòd euictionis nomine victi ſint.

2 ¶ Si fundum, in quo vſusfructus Titij erat, qui ei relictus eſt, *quoad d viuet*, detracto vſufructu ignoranti mihi vendideris, & Titius capite deminutus fuerit, & ager Titius ius ſibi eſſe vtendi fruendi, competit mihi aduerſus te ex ſtipulatione de euictione actio, quippe ſi verum erat, quod mihi dixiſſes in venditione, rectè negarem, Titio ius eſſe vtendi fruendi.

De denunciatione remiſſa. 1. Si emptor victus non appellauit. 2. Si appellauit & præſcriptione ſubmotus eſt.

63. *Modeſtinus* lib. 5. Reſponſorum.

HErennius Modeſtinus reſpondit, non obeſſe ex empto agenti, quod denunciatio pro euictione interpoſita non eſſet, ſi pacto *e* ei remiſſa eſſet denunciandi neceſſitas.

1 ¶ Gaia Seia fundum à Lucio Titio emerat, & quæſtione mota fiſci nomine, auctorem laudauerat *f*, & euictione ſecuta, fundus ablatus, & fiſco adiudicatus eſt, venditore præſente. quæritur, cùm emptrix non *g* prouocauerat, an venditorem poterit conuenire. Herennius Modeſtinus reſpondit, ſiue quòd alienus fuit, cùm veniret, ſiue quòd tunc obligatus, euictus eſt, nihil proponi cur emptrici aduerſus venditorem actio non competat.

2 ¶ Herennius Modeſtinus reſpondit, Si emptor appellauit, & bonam cauſam vitio *h* ſuo ex præſcriptione perdidit, ad auctorem reuerti non poteſt.

De decremento, 1. vel augmento. 2. vel decremento & augmento fundi venditi. 4. De euictione partis pro diuiſo. 4. Si is tradat qui rem habet pro indiuiſo.

64. *Papinianus* libro 7. Quæſtionum.

EX mille iugeribus traditis ducenta flumen abſtulit. ſi poſtea pro *i* indiuiſo ducenta *k* euincantur, duplæ ſtipulatio pro parte quinta, non quarta, præſtabitur. nam quod periit *l*, damnum emptori, non venditori attulit: ſi totus fundus, quem flumen deminuerat; euictus ſit, iure *m* non deminuetur euictionis obligatio: non magis, quàm ſi in curia fundus, aut ſeruus traditus, deterior factus ſit; nam & è contrario non *n* augetur quantitas *o* euictionis, ſi res melior fuerit effecta.

1 ¶ Quòd ſi modo terræ integro, qui fuerat traditus, ducenta iugera per alluuionem *p* acceſſerunt, ac poſtea pro indiuiſo pars quinta totius euicta ſit, perinde pars quinta præſtabitur, ac ſi ſola ducenta de illis mille iugeribus, quæ tradita ſunt, fuiſſent euicta: quia alluuionis periculum non præſtat venditor.

2 ¶ Quæſitum eſt, ſi mille iugeribus traditis, periſſent ducenta, mox alluuio per aliam partem fundi ducenta attuliſſet, ac poſtea pro indiuiſo quinta pars euicta eſſet, pro qua parte auctor teneretur. dixi, conſequens eſſe ſuperioribus, vt neque pars quinta mille iugerum, neque quarta debeatur euictionis nomine, ſed perinde teneatur auctor, ac ſi de octingentis illis reſiduis ſola centum ſexaginta fuiſſent euicta. nam reliqua quadraginta, quæ vniuerſo fundo deceſſerunt, pro rata nouæ regionis eſſe intelligi.

3 ¶ Cæterùm cum pro diuiſo pars *q* aliqua fundi euincitur, tametſi certus numerus iugerum traditus ſit, tamen non pro modo, ſed pro bonitate regionis, præſtatur euictio.

4 ¶ Qui vnum iugerum pro indiuiſo ſolum habuit, *r* tradidit. ſecundùm omnium ſententias non totum dominium tranſtulit, ſed partem *r* dimidiam iugeri: quemadmodum ſi locum certum aut fundum ſimiliter tradidiſſet.

De venditione rei hereditariæ pignoratæ.

65. *Idem* lib. 8. Quæſtionum.

REm hereditariam pignori obligatam heredes *ſ* vendiderunt, & euictionis nomine pro partibus hereditariis ſpoponderunt. cùm alter pignus pro parte ſua liberaſſet, rem creditor euincit. quærebatur, an vterque heredum conueniri *t* poſſit *u*: idque placebat propter indiuiſam *x* pignoris cauſam. nec remedio locus eſſe videbatur, vt per doli exceptionem actiones *y* ei, qui pecuniam creditori dedit, præſtarentur *z*: quia non *a* duo rei facti proponerentur. ſed familiæ *b* erciſcundæ *c* iudicium eo nomine vtile eſt. nam quid intereſt, vnus ex heredibus in totum liberauerit pignus, an verò pro ſua duntaxat portione? cum coheredis negligentia damnoſa non debet eſſe alteri.

a Subſiſtere liti quid dixi ad *l.29.* ̄ſ. *eod.* & *ad d. l. 139.*
b quæ ſingulos in ſolidum ſtringit.
c Denunciatio facit, vt qui ſunt abſentes, habeantur præſentes *Bald.*
d Si alicui relictus eſt vſusfructus ſub hac conditione, *quoad viuet*, licet is capite minuatur, tamen vſusfructus redintegratur, quia dictio, *quoad* repeti facit, *l.3.§.1.* ̄ſ. *quib. mod. vſusf. Bald.*
e Euictionis venditori denunciandæ onus ac neceſſitas emptori pacto remitti poteſt ab ipſo venditore, eiuſmodi pactum ſatis vſitatum & frequens in contractibus commemorat Bald.
f Nominauerat, citauerat, interpellauerat. Auctorem laudare, Galli, *ſommer ſon garand.*
g Emptor præſente venditore ſuperatus iudicis ſententia non cogitur tamen appellare. *Bald.* Quid ita Sententia in dubio iuſtè præſumitur lata: vide Socinum *regula* 362. cogitur ſupra appellationem ipſam inſtitutam exequi.
h *v. l. 21.* ̄ſ. *eo. l. 66* ̄ſ. *eod.*
i Pars pro indiuiſo eſt, quæ nullis finibus eſt circumſcripta: pro diuiſo, circumſcripta eſt, *§. 3.* ̄ſ. *eod.*
k & ſic pars euincitur.
l *l. 70. in fin.* ̄ſ. *eod. l. 45. in pr.* ̄ſ. *de act. empt.*
m *ſub.* ſtricto.
n Imo augetur, *l. 70.* ̄ſ. *eod.* Augetur actione ex empto, *d. l. 70.* non ſi dupla ex ſtipulatione, quæ ſtricti iuris eſt, promiſſa ſit, *vt hic.*
o id eſt, dupla.
p *v. l. 15.* ̄ſ. *eod.*
q *v. l. 3.* ̄ſ. *eod.*
r Ad ſe pertinentem, non ad ſocium.
ſ duo ſcilicet
t In indiuiduis licet obligatio generaliter competit in ſolidum, non tamen propterea dicuntur duo rei debendi. *Bald.*
u *ſub.* in ſolidum pro euictione.
x *l. 1. l. 2. C. ſi vnus ex pluribus.*

y Agens de euictione, non cogitur iura præſtare, *Bald.*
z Actione ex empto.
a licet duo pluréſve rei quæ indiuidua ſit teneantur in ſolidum, non tamen dicuntur duo rei debendi: nec beneficio correis debendi dato fruuntur, *Bald.* b *l. 35. § 15.* ̄ſ. *familia.*
c Familiæ erciſcundæ iudicium inducitur negligentia coheredis.

Qua actione debet agere emptor, vel committatur euictionis ſtipulatio. 1. De reſtitutione in integrum. 2. Si primus emptor à ſecundo procurator datus, litis æſtimationem ſoluit. 3. De diuiſione hereditatis.

66. *Idem* libro 28. Quæſtionum.

SI cùm venditor admonuiſſet emptorem, vt Publiciana potius, vel ea actione, quæ de *a* fundo vectigali propoſita eſt experiretur, emptor id facere ſuperſedit *b*, omnimodo nocebit ei dolus ſuus, nec committitur ſtipulatio. Non idem in Seruiana quoque actione probari poteſt: hæc enim etſi in *c* rem actio eſt nudam *d* tamen poſſeſſionem auocat, &, ſoluta pecunia venditori diſſoluitur. vnde fit, vt emptori ſuo nomine non competat.

1 ¶ Si is, qui reipublicæ cauſa abfuit, fundum petat; vtilis *e* poſſeſſori pro euictione competit actio.

¶ Item ſi priuatus à milite petat, eadem *f* æquitas eſt emptori reſtituendæ pro euictione actionis.

2 ¶ Si ſecundus emptor venditorem eundémque emptorem ad litem hominis dederit procuratorem, &, non reſtituto eo, damnatio fuerit ſecuta, quodcunque *g* ex cauſa iudicati præſtiterit procurator, vt in rem ſuam datus, ex ſtipulatu conſequi non poterit: ſed quia damnum euictionis, ad perſonam pertinuit emptoris, qui mandati iudicio nihil percepturus eſt, non inutiliter ad percipiendam *h* litis æſtimationem agetur ex vendito.

3 ¶ Diuiſione *i* inter coheredes facta, ſi procurator *k* abſentis interfuit, & dominus ratam habuit, euictis prædiis, in dominum actio dabitur, quæ daretur in eum, qui negotium abſentis geſſit, vt, quanti *l* ſua intereſt, actor conſequatur: ſcilicet vt melioris, aut deterioris *m* agri facti cauſa, finem *n* pretij quo fuerat tempore diuiſionis æſtimatus, deminuat, vel excedat.

Si venditor rem euictam offerat emptori.

67. *Idem* lib. 16. Reſponſorum.

EMptori *o* poſt euictionem ſerui, quem dominus abduxit, venditor eundem ſeruum poſt tempus offerendo, quo minus præſtet, quod *p* emptoris intereſt, non rectè defenditur.

Si creditor vendiderit. 1. De delegatione.

68. *Idem* lib. 11. Reſponſorum.

CVm *q* ea conditione pignus diſtrahitur, *ne quid, euictione ſecuta, creditor præſtet*, quamuis *r* pretium emptor non ſoluerit, ſed venditori cauerit: euictione ſecuta *ſ* nullam emptor exceptionem habebit, quo minus pretium ſoluat.

1 ¶ Creditor qui *t* pro pecunia nomen debitoris per delegationem *u* ſequi maluit, euictis pignoribus *x*, quæ prior creditor accepit, nullam actionem cum eo qui liberatus eſt, habebit.

De cauſa libertatis excepta. 6. Si modus fundi dictus deſit.

69. *Scæuola* lib. 2. Quæſtionum.

QVi *libertatis cauſam* excepit *y* in venditione, ſiue iam tunc *z*, cùm traderetur, liber homo fuerit, ſiue conditione, quæ teſtamento propoſita fuerit, impleta ad libertatem peruenerit, non tenebitur euictionis nomine.

1 ¶ Qui autem in tradendo *a ſtatuliberum* dicit, intelligetur hanc ſpeciem duntaxat *b* libertatis excipere, quæ ex teſtamento, impleta conditione ex præterito poſſit obtingere: & ideò ſi præſens teſtamento libertas data fuerit, & venditor ſtatuliberum pronuntiauit, euictionis nomine tenetur.

2 ¶ Rurſus qui ſtatuliberum tradit, ſi *c* certam conditionem pronuntiauerit, ſub qua dicit ei libertatem datam, deteriorem conditionem ſuam feciſſe exiſtimabitur, quia non omnem cauſam ſtatutæ libertatis, ſed eam duntaxat, quam pronuntiauerit, excepiſſe videbitur. veluti *d* ſi quis hominem dixerit decem dare iuſſum, íſque poſt annum ad libertatem peruenerit, quia hoc modo libertas data fuerit, *Stichus poſt annum liber eſto*, euictionis obligatione tenebitur.

a *v.* ̄ſ. *ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius.*
b *l. 63. in fin.* ̄ſ. *eodem.*
c *v. l. 1. Cod. vbi in rem actio. l. 17.* ̄ſ. *de pignorib.*
d Hypothecaria actione nudam poſſeſſionem rei auocamus: quod agentibus hypothecaria notatu dignum eſt, *v. l. 10. in fin.* ̄ſ. *de pignorib.*
e De vtili etiam proponitur, *l. 39.* ̄ſ. *eodem.*
f Euictionis agi poteſt, reſciſſa præſcriptione per in integrum reſtitutionem.
g Euictionis non agitur, vbi neque res, neque eius æſtimatio abeſt.
h *l. 21. §. 2.* ̄ſ. *eo.*
i Diuiſio eſt diſtributio partium, quæ fit commutatis partibus: Diuiſione fit permutatio: non fit diuiſio ſine permutatione. Permutatio comparata ad exemplum actionis ex empto. Igitur bonæ fidei.
k *l. 67.* ̄ſ. *de procuratorib. l. 12. §. 3.* ̄ſ. *de act. empt.* Ex diuiſione facta cum geſtore cuius factū ratum habetur datur euictio, *Bald.*
l *l. 70.* ̄ſ. *eod.*
m Euictionis agit emptor actione ex empto, etiamſi poſteà per venditorem res euicta ei offertur, omiſſo eo, quod eius intererſit. Secus ſi id quod eius interſit, offerretur.
n id eſt quantitatem pretij.
o *v. l. 70.* ̄ſ. *eod.*
p vi in *d. l. 70.*
q Pignus tacita hac conditione ſemper vendi intelligitur, *l. 4.* ̄ſ. *de heredit. vendit. l. 30.* ̄ſ. *de pign. l. 11. §. 16. 17.* ̄ſ. *de act. empt.*
r Sicut creditor pretium ſibi ſolutū retinet ope exceptionis, ita non ſolutum ope actionis conſequitur.
ſ Euictionem qui non præſtat, etiamſi res emptori euicta ſit, à pretij petitione non repellitur.
t Euictionis non agit aduerſus primum debitorem creditor poſt factam cum eo nouationem, hoc eſt, diſſolutam obligationem.
u quid ſit delegare, *v. l. 11.* ̄ſ. *de donat.*
x Ad emptorem enim pertinet periculum pignoris, *l. 30.* ̄ſ. *de pignorib.*
y id eſt venditor, qui dixit ſe nolle teneri de euictione ob vnam cauſam libertatis. *Accurſ.*
z Qui dicit ſe nolle teneri, euicto ſeruo libertatis nomine, ſiue ſeruo pura vel conditionalis competebat libertas, non tenetur, *vt hic.*
a adde *l. 47. in fin.* ̄ſ. *eod.*
b id eſt conditionalem: eſt enim ſtatuliber, qui ſtatutam & deſtinatam in tempus, vel in conditionem, libertatem habet, *l. 1. in pr.* ̄ſ. *de ſtatuliber.* hinc & ex 6. ſuperiori conſtat ſtatulibertate, conditionalem tantum; libertate omnem libertatem excipi, vt merito indefinitam vniuerſali æquipollere hinc appareat.
c Certam conditionem excipiens, deteriorem ſuam conditionem facit.
d Statuliber ſub conditione ita ſit, *ſi decem dederit*: in tempus *poſt annum liber eſto.* Venditor ſuperiores cauſas in vendendo permutans tenetur. In his caſibus qui ſequuntur, notanda eſt hæc regula: Si ſtatuliberum non eadem conditione heres vendit, cauſa eius immutabilis eſt. & luere ſe ab eo poteſt ſimili modo vt ab herede, *l. 9. 3. 1. de ſtatulib.*

3 ¶ Quid

3 ¶ Quid ergo? qui iuſſum *decem dare*, pronuntiat a *viginti dare debere*: nonne in conditionem b mentitur? Verum eſt, hunc quoque in conditionem mentiri. & ideo quidam exiſtimauerunt, hoc quoque caſu euictionis ſtipulationem contrahi. Sed auctoritas Seruij præualuit, exiſtimantis hoc caſu ex empto actionem eſſe: videlicet quia putabat eum, qui pronuntiaſſet ſeruum viginti dare iuſſum, conditionem excepiſſe quæ eſſet in dando.

4 ¶ Seruus *rationibus redditis* c *liber eſſe iuſſus eſt*. hunc heres tradidit, & dixit *centum dare iuſſum*: ſi d nulla reliqua ſunt e, quæ ſeruus dare debeat, & per hoc adita f hereditate, liber factus eſt, obligatio euictionis contrahitur, eo quòd liber homo, tanquam g ſtatuliber traditur, ſi centum in reliquis habet, poteſt videri heres non eſſe mentitus, quoniam * rationes h reddere iuſſus, intelligitur ſummam pecuniæ, quæ ex reliquis colligitur iuſſus dare. cui conſequens eſt, vt, ſi minus, quàm centum, in reliquis habuerit, veluti ſola quinquaginta, vt, cùm eam pecuniam dederit, ad libertatem peruenerit, de reliquis quinquaginta actio ex empto competat.

5 ¶ Sed & ſi quis in venditione *ſtatuliberum* perfuſoriè i dixerit, conditionem autem libertatis celauerit k: empti iudicio tenebitur, ſi id neſcierit emptor. hic enim exprimitur eum, qui dixerit ſtatuliberum & nullam conditionem pronuntiauerit, euictionis quidem nomine non teneri, ſi conditione impleta, ſeruus ad libertatem peruenerit: ſed empti l iudicio teneri, ſi modo conditionem, quam ſciebat propoſitam eſſe, celauit. ſicuti m qui fundum tradit, & cùm ſciat certam ſeruitutem deberi perfuſoriè n dixerit, *Itinera* o, *actus*, *quibus ſunt, vtique ſunt* p, *rectè recipitur*, euictionis quidem nomine ſe liberat: ſed quia decepit q emptorem, empti r iudicio tenetur.

6 ¶ In fundo vendito cùm modus ſ pronuntiatus deeſt, ſumitur portio t ex pretio, quod totum colligendum eſt ex omnibus iugeribus dictis.

Quid perſequitur actio ex empto, re euicta.

70. *Paulus* lib. 5. Quæſtionum.

EVicta re, ex empto actio, non u ad pretium duntaxat recipiendum, ſed x ad id quod intereſt, competit. ergo, & ſi minor y eſſe cœpit, damnum emptoris erit z.

De dote genero emptoris euicta.

71. *Idem* lib. 16. Quæſtionum.

PAter a, filiæ nomine fundum b in dotem dedit c, euicto eo an ex empto d, vel duplæ ſtipulatio committatur e, quaſi pater damnum patiatur, non immeritò dubitatur. non enim, ſicut mulieris f dos eſt, ita patris g eſſe dici poteſt h. nec conferre fratribus i cogitur dotem à ſe profectam, manente matrimonio. ſed videamus, ne probabilius dicatur, committi hoc quoque caſu ſtipulationem. * intereſt k enim patris l, filiam dotatam habere, & ſpem quandoque recipiendæ dotis: vtique ſi in poteſtate ſit. quòd ſi emancipata eſt, vix poterit defendi, ſtatim committi ſtipulationem, cùm vno m caſu ad eum dos regredi poſſit. nunquid ergo tunc demum agere poſſit, cùm mortua in matrimonio filia, potuit dotem repetere, ſi euictus fundus non eſſet? an & hoc caſu intereſt patris dotatam filiam habere, vt ſtat m conuenire promiſſorem poſſit: quod magis paterna affectio n inducit.

De pluribus rebus, vno inſtrumento interpoſito, venditis.

72. *Calliſtratus* lib. 2. Quæſtionum.

CVm plures fundi ſpecialiter nominatim, vno inſtrumento emptionis interpoſito venierint, non

a videl. l. 10. ʃ. de ſtatulib. l. 42. in fin. ʃ. de act. empt.
b al. in conditione.
c vt in l. 5. l. 6. §. vlt. l. 12. l. 13. ʃ. de ſtatulib.
d Conditio rationum reddendarum nihil præſtat, vbi non eſt cuius ratio reddatur.
e vel ſi nulla adminiſtrata ratio, nihilominus erit liber l. 41. §. pen. ʃ. de fideicom. libertatib. l. 26. in fin. ʃ. de ſtatulib. idem dicendum, ſi heres cauſetur accipere rationes, l. 23. in fin. l. 54. §. 1. ʃ. de ſtatulib.
f Nam ante aditam hereditatem in propriam vſucapitur ſeruitutem l. 7. in fin. ʃ. de ſtatulib. l. 55. in fin. ʃ. de fideicommiſſ. libertatib.
g Atenim qui *Centum dare iuſſus*, traditur emptori, *vt hic*, tanquam ſtatuliber traditur: arg. l. 8. l. 10. ʃ. de ſtatulib.
h Rationibus reddendis obnoxius, reliqua reddere quoque cogitur l. 89. §. 2. ʃ. de verb. ſign.
i vt hic & ʃ. eod. i. obſcurè, diſſimulanter, non diſertè, planeque non dicere l. 5. §. 1. ʃ. quod vi aut clam. Hinc perfuſoriæ aſſertiones Suetonio *in Domitiano* dicuntur, ter quaterve dicis cauſa repetitæ aſſertiones: in liberalibus cauſis perfunctoriæ, defunctoriæ, *Cuiac. ad l. 14. ʃ. de excuſ. tutor.*
k ſuppreſſerit, diſſimulauerit l. 9. §. 1. ʃ. de ſtatuliberis.
l ob mendacium l. 10. in fin. ʃ. de ſtatulib. quin & ſtellionatus tenetur. d. §. 1.
m *Ecl. 19. tit. 11. c. 62.*
n Perfuſoriè dicere eſt, cum aliqua commendatione, animo commendandi nimio: at non vel negligenter, vel deceptoriè, vt putat Albericus.
o Seruitutes itinerum olim ita excipiebantur. v. Siculum Flaccum *lib. de condit. agrorum.* adde quæ ſcripſi ad l. 17. §. 3. ʃ. de *ſeruitutib. vrbanorum prædiorum* l. 39. ʃ. de act. empt.
p itinera, actus quibus ſunt, vt ita ſint rectè recipit. *Hal.*
q reticendo, l. 39. ʃ. de act. empt.
r l. 66. § pen. ʃ. de contrah. empt.
ſ l. 2. ʃ. de act. empt.
t l. 1. ʃ. eod.
u Pretium differt ab eo quod intereſt.
x Euicta re agitur aduerſus venditorem, & ad pretium recuperandum & in id quod intereſt l. 8. l. 60. l. 66. in fin. l. 67. ʃ. eod. l. 21. in fin. l. 29. in fin. C. eod. l. 43. circa fin. ʃ. de act. empt. l. vlt. C. de commun. rer. alien.
y l. 66. in fin. ʃ. eod. l. 45. ʃ. de act. empt. §. 3. Inſt. de empt.
z Imò non erit damnum emptoris nec enim augetur quantitas aut minuitur, l. 64. ʃ. eod. v. quæ ſcripſi ad l. 66. ʃ. eod.
a puta Mæuius, idemque filius emancipatus.
b Emptum, puta à Titio.
c Sempronio genero ſuo.
d ſub. actio.
e aduerſus Titium, & an aduerſus eundem Mæuius agere poteſt.
f vel ſicut in matrisfamilias bonis l. 1. ʃ. de collatione bonor.
g à quo ſit profecta. d. l. 4.
h Imò communis & patris & filiæ l. 3. ʃ. ſoluto.
i qui manſerant in poteſtate d. l. 4. l. 1. in fin. ʃ. de dot. collat. l. 6. C de collationib.
k Vbi verò non intereſt vllo modo non agitur de euictione. *Bald.*
l Vt & reipublicæ l. 2. de iur. dot. l. 1. ʃ. ſoluto.
m Senſus eſt, Filiæ emancipatæ fundum emptum à Titio cum duplæ ſtipulatione in dotem dedi: fundus euincitur filiæ, an ſtatim committitur ſtipulatio duplæ? ſtatim non committi videtur, quia vno tantum caſu videtur dos filiæ emancipatæ data ad patrem reuerti poſſe, *vt hic.* verùm quis ille vnus caſus? quoties nempe ob id diuertit à marito, vt maritum lucro dotis afficiat, & patrem defraudet. v. l. 5. ʃ. de diuortiis. v. quæ notaui ad Vlpian. 6. §. 4.
n cuius habenda eſt ratio in bonæ fidei iudiciis. l. 54. ʃ. mandati.

vtique alter alterius fundi pars videtur eſſe, ſed multi fundi vna emptione continentur. & quemadmodum ſi quis complura mancipia, vno inſtrumento emptionis interpoſito, vendiderit, euictionis actio in ſingula capita mancipiorum ſpectatur, & ſicut aliarum quoque rerum complurium vna emptio facta ſit, inſtrumentum a quidem emptionis interpoſitum vnum eſt, euictionum autem tot b actiones ‖ ſunt ‖ quot & ſpecies rerum ‖ ſunt, ‖ quæ emptione comprehenſæ ſunt, ita & in propoſito non vtique, prohibebitur emptor, euicto c ex his vno fundo, venditorem conuenire, quod vna cautione emptionis complures fundos mercatus comprehenderit.

Si heres alienantis euincat.

73. *Paulus* lib. 7. Reſponſorum.

SEia fundos, Mæuianum, & Seianum, & cæteros doti dedit. eos fundos vir Titius, viua Seia, ſine controuerſia poſſedit. poſt mortem deinde Seiæ, Sempronia heres Seiæ quæſtionem pro prædij proprietate facere inſtituit. quæro cùm Sempronia ipſa ſit heres Seiæ, an iure controuerſiam facere poſſit. Paulus reſpondit, iure quidem proprio d, non hereditario, Semproniam, quæ Seiæ, de qua quæritur, heres exſtitit, controuerſiam fundorum facere poſſe, ſed euictis prædiis, eandem Semproniam heredem Seiæ conuenire poſſe, vel e exceptione doli f mali ſummoueri ‖ poſſe.

Pactum de quantitate ob euictionem danda. 1. De prætorio pignore. 2. De lite euictionis pendente. 3. De nomine vendito.

74. *Hermogenianus.* lib. 2. Iuris Epitomarum.

SI plus g vel minus, quàm pretij nomine datum eſt euictione ſecuta dari conuenerit, placitum h cuſtodiendum eſt.

1 ¶ Si iuſſu i iudicis rei iudicatæ pignus captum per officium diſtrahatur, poſt euincatur k, ex empto contra eum, qui pretio liberatus eſt l, non quanti intereſt, ſed de pretio duntaxat, eiúſque vſuris, habita ratione fructuum, dabitur: ſcilicet ſi hos ei, cui euicit, reſtituere non habebat neceſſe.

2 ¶ Mota m quæſtione, interim non ad pretium reſtituendum, ſed ad rem defendendam venditor conueniri poteſt n.

3 ¶ Qui nomen *quale fuit*, vendidit duntaxat o, vt ſit, non vt exigi etiam aliquid poſſit, & dolum præſtare cogitur.

De ſeruitutibus.

75. *Venuleius* lib. 16. Stipulationum.

QVod ad ſeruitutes prædiorum attinet ſi tacitè p ſecutæ ſunt, & vindicentur q ab alio: Quintus Mucius, & Sabinus exiſtimant, venditorem ob euictionem teneri non poſſe. nec enim euictionis nomine quenquam teneri in eo iure, quod tacitè r ſoleat accedere; niſi ſ *vt* t *optimus maximúſque eſſet*, traditus fuerit fundus. tunc enim liberum u ab omni ſeruitute præſtandum, ſi x verò emptor petat viam, vel actum, venditorem teneri non poſſe: niſi y nominatim dixerit, acceſſurum iter, vel actum: tunc enim teneri eum, qui ita dixerit. & vera eſt Quinti Mucij ſententia, vt qui *optimum maximúmque fundum* tradidit, liberum præſtet, non etiam deberi alias ſeruitutes, niſi hoc ſpecialiter ab eo acceſſum a ſit.

Si emptor rem habeat pro derelicto.

76. *Idem* libro 17. Stipulationum.

SI alienam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti b auctoritatem c, id

a Vnum dicitur inſtrumentum, quod ſimul abſoluitur, licèt obligationes plures complectatur, *Hal.*
b v. quæ notaui ad l. 29. ʃ. de verb. oblig.
c l. 46. §. 1. ʃ. de ſolutionib.
d Vt cum extraneo ſucceſſit: idem dicendum ſi matri nō ſucceſſit l. 14. C. de rei vind. hinc colligimus, Heredem ex propria perſona non poſſe reuocare contractum defuncti, *vt hic*, niſi ius heredis abſorbeat factum defuncti, & ſit ei derogatorium, *Bald.* arg. l. 5. in fin. ʃ. de diuerſ.
e Hoc indubitatius eſt.
f l. 14. in fin. C. de rei vind.
g Puta triplum, quadruplum, l. 56. ʃ. eod.
h l. 23. l. 25. C. eod.
i iudicis factum cenſetur factum patris, ſecundùm quid, non ſimpliciter. *Bald.*
k Non tenetur qui vendidit. *Ecl. 19. tit. 11. c. 42.*
l i. contra eum, cui pretij ſolutio profuit, v. l. 13. in fin. C. eod.
m non ante, l. 3. C. eod. Venditor emptorem defendere tenetur, at non pretium reddere, ante quam ſententia ſit ſequuta.
n Niſi aliud conuenerit, l. 12. C. eod.
o vt l. 4. ʃ. de hered. vel act. vend.
p vt l. 23. §. 1. ʃ. ruſtic.
q Euicta ſeruitute fundo vendito, tenetur emptor, quanto minoris, non ad intereſſe: niſi vti optimus maximuſque eſſet, fundum vendiderit, *vt hic.*
r Cùm vterque ſe tacuit: nam qui vendit prædium, tacitè intelligitur vendere totum ipſum qualecumque ſit. Ideoque ſi non eſt liberum, ſed ſeruitutem debet, euicta ſeruitute non tenetur.

ſ vide l. 48. ʃ. eod. l. 90. l. 126. l. 163. l. 169. ʃ. de verb. ſign.
t Libertas prædij his verbis, *vti optimus maximus*, ſignificabitur, *vt hic.* dixi ad l. 48. ʃ. eod.
u vide l. 69. §. 3. ʃ. de leg. 1.
x Euincente ſeruitutem itineris emptore, hoc eſt, petente ac vindicante ab alio rationem fundi comparati, ſi eam ſeruitutem non obtineat, nihil conſequetur eo nomine à venditore, niſi nominatim dixerit iter acceſſurum, *vt hic.* Ita ex eo caſu & ſuperiore colligimus: Eum qui fundum ſimpliciter vendit, vel is ſit, fundum illum vendere, vt ſi is fundus ſeruitutem debeat, nullo modo teneatur venditor: niſi ſciuerit & non admonuerit emptorem. Si verò liberum vendit, hoc præſtat, vt non alij ſeruiat, non vt ei ſeruiatur.
y l. 66. ʃ. de contrah. empt.
z Optimum maximúmque fundum qui tradit, liberum à ſeruitute præſtat, at non dominantem: hoc non præſtat, ei ſeruiri ſed eum non ſeruire.
a Expreſſum, *Haloand.*
b Cur? qui pro derelicto rem habet, eam omnino à ſe reijcit, l. 36. ʃ. de verb. oblig. v. l. 1. ʃ. pro derelicto.
c Auctoritas eſt actio competens in venditorem euictionis nomine. Venditor, inquit Paulus 2. *ſententiarum* 17. §. 1. ſi eius rei quam vendidit dominus non ſit, pretio accepto auctoritatis manebit obnoxius. & §. 3. Res empta mancipatione & traditione perfecta ſi euincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur. hinc auctorem laudare, l. 63. §. 1. ʃ. eod.

eſt *a* : actionem pro euictione placet.

DE EXCEPTIONE REI VENDITÆ ‖ & traditæ *b* ‖.

TIT. III.

De venditore. 1 & eius herede 2. & eo cuius mandato rei vendita eſt. 4. De manumiſſione emptoris. 5. Si venditor rem vendicet, quem non tradidit.

Vlpianus lib. 76. ad Edictum.

MArcellus ſcribit, ſi alienum fundum vendideris, & tuum *c* poſtea factum petas, hac te *d* exceptione rectè repellendum.

1 ¶ Sed & ſi dominus fundi, heres *a* venditori exiſtat, idem erit dicendum.

2 ¶ Si quis rem meam, mandatu *f* meo *g*, vendiderit, vendicanti mihi rem venditam nocebit hæc exceptio: niſi probetur, me mandaſſe, ne traderetur antequam pretium ſoluatur.

3 ¶ Celſus ait: Si *h* quis rem meam vendidit minoris *i*, quàm ei mandaui, non videtur alienata, & ſi petam eam, non obſtabit mihi hæc exceptio: quod verum eſt.

4 ¶ Si ſeruus merces peculiariter emerit: deinde dominus eum prius, quàm proprietatem rerum nanciſceretur, teſtamento liberum eſſe iuſſerit, eíque peculium prælegauerit, & venditor à ſeruo merces petere cœperit, exceptio in factum locum habebit. quia *k* is tunc ſeruus fuiſſet, cùm contraxiſſet.

5 ¶ Si *a* quis rem emerit, non autem fuerit ei tradita, ſed poſſeſſionem ſine vitio fuerit nactus, habet exceptionem contra venditorem, niſi fortè venditor iuſtam cauſam habeat, cur rem vendicet: nam & ſi tradiderit poſſeſſionem, fuerit autem iuſta cauſa vindicanti *b*, replicatione aduerſus exceptionem vtetur.

Si quis rem antequam eſſet dominus, vni, & factus dominus alteri vendiderit.

2. *Pomponius* lib. 2. ex Plautio.

SI à Titio fundum emeris, qui *c* Sempronij erat, iſque tibi traditus fuerit, pretio autem ſoluto, Titius Sempronij heres extiterit, & eundem fundum Mæuio vendiderit, & tradiderit; Iulianus ait: æquius eſſe priorem te tueri: quia, & ſi ipſe Titius fundum à te peteret, exceptione ſummoueretur. & ſi ipſe Titius eum poſſideret, Publiciana peteres.

De primo emptore & eius ſucceſſoribus, & ſecundo emptore. 1. De ſucceſſoribus venditoris.

3. *Hermogenianus* lib. 6. Iuris Epitomatorum.

EXceptio rei venditæ & traditæ non tantùm ei, cui res tradita eſt, ſed *d* ſucceſſoribus etiam eius, & emptori ſecundo, etſi res ei non fuerit tradita, proderit: intereſt enim emptoris primi, ſecundo rem non euinci.

1 ¶ Pari *e* ratione venditoris etiam ſucceſſoribus nocebit, ſiue in vniuerſum ius, ſiue in *f* eam duntaxat rem ſucceſſerint.

Authoritas, actio pro euictione.

b 16. *Ecl.* 2. Emptori hæc exceptio competit aduerſus venditorem, *l* 1. ǰ. *eod.* Impugnantem venditionē à ſe factam, vel à ſuo authore.

c Nemo ad reſcindendum ſuum factum, ſiue procuratoris, vel ſui teſtatoris admittitur.

d *v. l.* 17. ǰ. *de euictionib.*

e *l.* 14. *Cod. de rei vind. l.* 14. *C. de euictionib.*

f Emptor exceptione rei venditæ vti poteſt, etiam ſi eam poſſideat citra traditionem venditoris dum tamen ſine vitio.

g vt filius liberam peculij adminiſtrationem habens, *l.* 41. §. 1. ſ. *de rei vind. l.* 14. *C. de donat. ante nupt.*

h Si res mea vendita fuerit minoris quàm ipſe mandaui, vendita non videtur, & mihi eam petenti non obſtat exceptio, *Syn.* 19. *tit.* 2. *c.* 1. 3. *Harm.* 3. §. 92.

i *l* 7. §. *ante.* ǰ. *pro emptore.*

k *l.* 1. 2. *C. ſi ſeruus ex ſuo facto.*

a Si emptor rei ſibi non traditæ poſſeſſionem ſine vitio nactus fuerit, (id eſt, non vi, aut clā) exceptionem contra venditorem habebit: niſi fortè venditor iuſtam cauſam habeat, cur rem vindicet: quippe ſi iuſta cauſa ſubſit, & poſt traditionem vindicat, & exceptioni replicationem opponit. Iuſtam autem cauſam habet, ſi conuenerit vt à contractu recederetur, vel ſi 25. annis minor fuerit venditor, aut circumſcriptus ſit, *Syn. eod. c.* 3.

b vindicandi, *Hal.*

c *l.* 72. ſ. *de rei vindicatione, l.* 4. §. 32. ǰ. *de doli mali.*

d *v. l.* 9. *in pr.* §. 1. 2. 3. ſ. *de Publician.*

e Exceptio rei venditæ datur ſucceſſori contra ſucceſſorem. Eſt in rem ex parte opponentis & eius cui opponitur.

f Cur potius ſingularibus ſucceſſoribus nocet factum venditoris quàm iiſdem factum argentarij: *l.* 9. §. 1. ſ. *de edendo.*

LIBER VIGESIMVS-SECVNDVS.

DE VSVRIS *a* ET FRVCTIBVS *b* ET CAVSIS *c*. & omnibus acceſſionibus *d*, & mora *e*.

De modo vſurarum. 1. De ſocio qui pecuniam inuaſit, vel in vſus ſuos conuertit. 2. De eo quod debetur iudicati actione. 3. De tutore.

Papinianus lib. 2. Quæſtionum.

CVm iudicio bonæ *f* fidei *g* diſceptatur, arbitrio iudicis vſurarum modus ex more *h* regionis, vbi contractum eſt *i* conſtituitur *k*. ita *l* tamen vt legi *m* non offendat.

1 ¶ Socius ſi ideo condemnandus erit, quod pecuniam communem inuaſerit, vel in ſuos vſus conuerterit, omnimodo, etiam mora non interueniente, præſtabuntur vſuræ *n*.

2 ¶ Nec tamen iudex iudicij bonæ fidei rectè iubebit interponi cautiones, vt ſi tardius ſententiæ condemnatus paruerit, futuri *o* temporis pendantur vſuræ: cùm in poteſtate ſit actoris iudicatum exigere *Paulus notat*: Quid enim pertinet *a* ad officium iudicis, poſt condemnationem, futuri *b* temporis tractatus?

3 ¶ *Papinianus*: Circa *c* tutelæ reſtitutionem pro fauore pupillorum latior *d* interpretatio *e* facta eſt. nemo enim ambigit hodie, ſiue *f* iudex accipiatur in diem ſententiæ, ſiue ſine iudice tutela reſtituatur, in eum *g* diem, quo reſtituit, vſuras *h* præſtari. Planè ſi tutelæ iudicio nolentem *i* experiri, tutor vltro *k* conuenerit *l*, & pecuniam obtulerit, eámque obſignatam depoſuerit *m*, ex eo tempore *n* non præſtabit vſuras.

De litis conteſtatione.

2. *Papinianus* lib. 6. Quæſtionum.

VVlgò receptum eſt, vt quamuis in perſonam *o* actū ſit, poſt *p* litem *q* tamen conteſtatam cauſa *r* præſtetur. cuius opinionis ratio redditur, quoniam, * quale eſt *ſ*, cùm petitur, tale dari debet. ac propterea poſtea captos fructus, partúmque editum reſtitui oportet.

De tempore quod condemnatis datur ad ſoluendum. 2. Si quis rogetur quidquid ex bonis ſupererit. 3 vel quidquid ad ſe peruenıſſet, reſtituere. 4. De legato auri, vel argenti facti.

3. *Idem* lib. 20. Quæſtionum.

IN fideicommiſſi *u* perſecutione *x*, cùm poſt iudicis ſententiam, moram feciſſet heres, iuſſit Imperator

a 4. C. 32. 3. C. *eod. Theod. vlt. Pau.* 2. *ſent.* 14. 23. *Eclo.* 3. 5. *extra.* 19. 3. *Harm.* 7. ſeu fœnore, quod pro quātitate ſortis aut pretij penditur, vel ex conuentione, vel officio iudicis: vt vſus pecuniæ diutinus vſuram pariat: vſura verò, vſus ſortis æſtimatio ſit *l.* 60. ſ. *pro ſocio*: *l.* 7. §. 5. ǰ. *de admin.* vt enim vſura ab vſu, ſic fœtus à fœtura. τόκος à τίκτειν dicitur merces, aut reditus (*l.* 24. ſ. *de præſcript. l.* 30. ǰ. *de adimendis*:) reditus, inquam, à tempore contractus (hinc fœnus) vel à tempore moræ in diem, quo pecunia ſoluitur (*l.* 40. ſ. *de reb. cred.*) vel quo is reditus pecuniam æquauerit *l.* 26. §. 1 ſ *de cond. indeb. Cuiac. C. eod.* de vſuris nauticis *v. tit. prox.* ǰ. *eod. Nou.* 106 ſupra duplum non computandis *Nou.* 138. pupillaribus 5. *C.* 56. legatorum, fideicommiſſorum. 6. *C.* 47. fructibus & litium expenſis 7 *C.* 51. vſuris rei iudicatæ. 7 *C.* 24. fiſcalib. 10. *C.* 8.

b qui terra, vite, arbore procreantur. Fructus enim à ferendo dicti, teſte Varrone: item prædiorum, pecorum, iumentorum. huc refer. *l.* 8. 10. 14. 15. 25. 28 *l.* 38. §. 12. 13. 14. *l.* 46. 48. ǰ. *eod.*

c *l.* 3. §. 1. *l.* 8. *l.* 38. § 7 §. 11. ǰ. *eod. l.* 20. *l.* 22. §. 1. *l.* 37. §. 1. ſ. *ad l. Aquil.* Cauſarum nomine hic intelligit cum ipſas cauſas, ex quibus ipſæ acceſſiones debentur, tum modum ipſarum acceſſionum. Quòd is, qui ex adminiſtratione rerum ciuilium conuenitur, vſuras debeat, cauſa eſt *l.* 17. §. 7. ǰ. *eod.* quòd maximas debeat, modus eſt. idque fit vice cuiuſdam pœnæ *l.* 38 ſ. *de negot* Cauſæ ducuntur ex variis contractibus, vel quaſi *l.* 34. & *l.* 38. ǰ. *eod.* modus facit eas eſſe licitas & illicitas, *l.* 29. ǰ. *eod.* vel, Cauſæ ſunt quæ neque propriè vſuræ ſunt, neque fructus: veluti partus *l.* 28. §. 1. ǰ. *eo.* penſiones *l.* 36. ǰ. *eod.* pœnæ *l.* 44. ǰ. *eod.* ius rei pignori dandæ *l. vlt.* ǰ. *eod.* vel, Cauſa eſt qualitas rei quæ rem circumſiſtit: veluti bonitas, libertas, immunitas *l.* 86. ǰ. *de verb. ſign.* fœtuum fœtus ſecundi *l.* 8. ǰ. *eod.*

d vt ſunt alluuiones, conſolidationes, acquiſitiones ſeruorum: eſt enim notandum, *acceſſionum* vocabulo etiam vſuras comprehendi: & generaliter omnium actionum ſequelas & conſequentias omnes, *Cuiac. hic.*

e huc refer *l.* 3. *l.* 7. *l.* 9. *l.* 14. *l.* 17. §. 3. §. 4. *l.* 21. *l.* 22. *l.* 23. *l.* 24. *l.* 27. *l.* 32. ǰ. *eod.* Mora quid ſit, dicetur in *l.* 14 *l.* 32. ǰ. *eod.*

f *l.* 37. §. 2. ǰ. *eod. l.* 13. *C. eod. l.* 38. ſ. *de neg.* de iudiciis bonæ fidei §. 28. *Inſt. de act.* g Quid? an non quoque vſuræ ſtatuuntur in ſtricti iuris iudiciis, in quibuſdam ita habet, etiam ſi nihil intereſſet actoris. *Cuiac. C. eod.*

h *l.* 37. ǰ. *eod.* i Imò vbi petitum eſt *l.* 22. *in fin.* ſ. *de reb. cred. l.* 8. *in fin.* ſ. *de cond. tritic.* hæc verba, *vbi contractum eſt*, ſic intellige, vbi actum eſt, vt ſolueret. *arg. l.* 21. ǰ. *de obl.* k etiamſi alio loco agatur.

l Vſuræ in contractibus bonæ fidei debentur ex mora, & quæ vſitatæ in ipſa regione. Quid ſi varij ſint generis vſuræ in ea regione? leuiores debebuntur.

m legem non offendas *Haloand.* i. ſtatutum. *l.* 29. ǰ. *eod.* prohibitum modum vſurarum, *l.* 3. *in fin.* ǰ. *de ann. leg.* n Imò, vſuras præſtabit non quaſi vſuras, ſed quòd ſocij interſit moram eum non adhibuiſſe, *l.* 60. ſ. *pro ſocio.*

o *l.* 1. *C. de ſent. quæ ſine certa quantitate.*

a *l.* 6. §. 1. ſ. *quod cuiuſque vniuerſit.*

b Imò, futuri temporis tractatus ad iudicem pertinet, cùm is & cautionē in futurum interponi iubere poſſit, *l.* 7 *l.* 12. ſ *ſi ſeruit. vindicetur*: *l.* 1. *C. de fideicommiſſ.* & in vſuras reum condemnare poſſit, quoad pecunia condemnationis ſoluta fuerit, *l.* 1. *Cod. de ſent. quæ ſine certa quantitate.* quin vſuræ peti poſſunt ex cauſa iudicati *l.* 13. *in fin. C. eod.*

c Tutela finita tutor ipſo iure eſt in mora, niſi offerat reliqua: idque omne quod ex tutelæ adminiſtratione debet, *vt hic.* Quid ſi nihil debeat? ipſo iure reddita cenſetur ratio, *l. quilibertatis* 69. §. *ſeruus* 4. ſ. *de euict.* d quia hic reipſa & ſolo tempore fit mora *l.* 3. *C. in quib. cauſ.* e Interpretatio latior admittitur fauore pupillorum.

f Ratio tutelæ reddi poteſt cum iudice, vel ſine. g *l.* 46. §. 3. ǰ. *de admin. tut.*

h & quidem maximas: idque puniendæ tutorum licentiæ cauſa, cum gratuitam integram, ac abſtinentem omni lucro fidem præſtare debeant *l.* 38. *circa fin.* ſ. *de negotiis.* i pupillum ſc.

k *vt l.* 10. ſ. *de negot. l.* 17. §. 1. ſ. *commodati.*

l id eſt, admonuerit.

m Ad moram irregularem impediendam, pecuniæ depoſitio neceſſaria eſt, vide *l.* 19. *C. eod.*

n oblationis ſc. & depoſitionis, & quidem publicæ & ſolennis *l.* 28. *in fin.* ǰ. *de admin. tut. l.* 2. *l.* 6. *l.* 9. *l.* 19. *C. hoc tit. l. vlt. C. de vſur. pupillarib.*

o puta, ex ſtipulatu, *l.* 38. §. 7. ǰ. *eod.* vel condictione, *l.* 31. ſ. *de reb. cred.*

p *l.* 31. §. 1. *l.* 10. §. 7. ǰ *eod. d. l.* 31.

q Poſt litem conteſtatam, reus cauſam, lucrum & partum præſtat, etiam in obligationibus ſtricti iuris.

r i. cauſa, ſeu quod habiturus eſſet actor, ſi eo tempore quo petiit reſtituta res eſſet *l.* 40. ſ. *de pet. her. l.* 20. ſ. *de rei vind. d. l* 31. fructus ǰ. *eod.* & *d.* §. 7. *l.* 16. §. 14. ſ. *de pign.* ſ quale quidque eſt *Hal.*

t Imò decimonono *Nou.* 108. *in fin. prooœmij.*

u vide *l.* 2. *C. de vſur. legator.*

x perſonali ſc. nam in realibus res ſtatim reſtituitur, arg. §. 2. *Inſt. de off. iud.*

Marcus

SGCB2021

Marcus Antoninus intermiſſo *a* legitimo *b* tempore quod condemnatis præſtatur, vt vſque ad ſententiam *c* commoda fideicommiſſarius accipiat. quod decretum ita accipi oportet, ſi ante iudicis ſententiam mota non interuenit, tametſi non *d* facilè *e* euenire poſſit, vt, mora *f* non præcedente, perueniatur ad iudicem. ſed puta *g* legis Falcidiæ rationem interueniſſe. cæterùm ſi *h*, antequam ad iudicem perueniretur, in mora heres fuit, exinde fructuum *i* præſtandorum neceſſitate adſtrictus *k*, qua tandem ratione, quoniam & ſententia victus eſt, legitimi *l* temporis ſpatio fructibus liberabitur, cum ea temporis intercapedo *m* iudicato dilationem dare non lucrum *n* adferre debeat?

1 ¶ In his quoque iudiciis *o*, quæ *p* non ſunt arbitraria, nec *q* bonæ fidei, poſt *r* litem conteſtatam, actori cauſa *ſ* præſtanda eſt in eum diem, quo ſententia dicitur: certè poſt rem iudicatam tempus *t* à fructibus dependendis immune *u* eſt *x*.

2 ¶ Nonnunquam euenit, vt quamquam fructus *y* hereditatis, aut pecuniæ vſura nominatim relicta non ſit, nihilominus debeatur *z*, vtputa ſi *a* quis rogetur, poſt mortem ſuam, *quidquid* b *ex bonis* c *ſupererit* d, *Titio reſtituere*. vt *e* enim ea quæ fide bona diminuta ſunt *f*, in cauſa fideicommiſſi non deprehenduntur *g*, ſi pro modo cæterorum quoque bonorum deminuantur: ita, quod ex fructibus ſupererit, iure *h* voluntatis *i* reſtitui oportebit †.

3 ¶ Cum Pollidius à propinqua ſua heres inſtitutus rogatus fuiſſet filiæ mulieris, *quidquid ex bonis eius ad ſe perueniſſet, cùm certam ætatem puella compleſſet, reſtituere*: idque ſibi "mater" ideo *k* placuiſſe teſtamento comprehendiſſet *l*, *ne filiæ tutoribus, ſed potius neceſſitudini* m *res committerentur*: eundémque Pollidium fundum retinere iuſſiſſet, præfectis prætorij ſuaſi *n*, fructus, qui bona fide à Pollidio ex bonis defunctæ percepti eſſent, reſtitui *o* debere *p*: ſiue *q* quòd fundum ei tantum prælegauerat *r*, ſiue quod lubrico *ſ* tutelæ fideicommiſſi remedium mater prætulerat.

4 ¶ Si auro *t*, vel argento facto, per fideicommiſſum relicto, mora interuenerit, an vſurarum æſtimatio facienda ſit, tractari ſolet. planè ſi materiam iſtam ideo reliquit, vt, ea diſtracta, pecunia"que refecta," fideicommiſſa ſoluerentur, aut alimenta præſtarentur, non oportere fruſtrationem *u* impunitam eſſe, reſponderi oportet. quod ſi fortè ideò relinquit, vt his vaſis vteretur *x* non *y* ſine rubore *z* deſiderabuntur vſuræ: ideóque non exigentur.

De ſtipulatione rem dari, vacuámque poſſeſſionem tradi.

4. *Papinianus* lib. 27. Quæſtionum.

SI ſtipulatus ſis, *rem dari* a, *vacuámque* b *poſſeſſionem tradi*. fructus *c* poſtea captos, actione incerti ex ſtipulatu, propter *a* inferiora *b* verba, conſecuturum te, ratio ſuadet.

¶ An idem de partu ancillæ reſponderi poſſit, conſiderandum eſt: nam quod ad verba ſuperiora *c* pertinet, ſiue factum rei promittendi, ſiue *d* effectun per traditionem dominij *e* transferendi continent, partus non continetur. Verùm *f* ſi emptor à venditore nouandi animo, ita *g* ſtipulatus eſt, factum *h* tradendi ſtipulatus intelligitur: quia *i* non *k* eſt veriſimile, plus venditorem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare compelleretur. ſed *l* tamen propter *m* illa verba *vacuámque poſſeſſionem tradi*, poteſt *n* dici partus *o* quoque rationem committi incerti ſtipulatione: etenim, ancilla tradita, partum poſtea editum in bonis ſuis reus ſtipulandi habere potuiſſet.

1 ¶ Si poſt contractam emptionem, ante interpoſitam *p* ſtipulationem partus editus, aut aliquid per ſeruum venditori adquiſitum eſt, quod ex ſtipulatu conſequi non poterit *q*, iudicio empti conſequitur: id *r* enim quod non transfertur in cauſam nouationis, iure priſtino peti poteſt.

De præſtatione contra bonos mores.

5. *Idem* lib. 28. Quæſtionum.

GEneraliter obſeruari conuenit, bonæ fidei *ſ* iudicium non *t* recipere præſtationem, quæ contra *u* bonos mores deſideretur.

De vſuris longo tempore præſtitis.

6. *Idem* lib. 29. Quæſtionum.

CVm *x* de in rem verſo cum herede *y* patris vel domini ageretur, & vſurarum quæſtio moueretur, Imperator "Antoninus" ideo *z* ſoluendas vſuras iudicauit, quod *a* eas *b* ipſe dominus vel pater longo *c* tempore præſtitiſſet *d*.

1 ¶ Imperator quoque noſter Seuerus filiæ Flauij Athenagoræ, cuius bona fuerant publicata, de fiſco ideo numerari decies centena *e* dotis nomine iuſſit, quod ea, patrem præſtitiſſe dotis vſuras, allegaſſet.

a id eſt omiſſo ac prætermiſſo, vide Hoto. 3. *obſ.* 6. b quatuor ſcilicet menſium, *l.* 2. *C. de vſur. rei iud.* Quadrimeſtre enim tempus poſt ſententiam ad ſoluendum reus habet, conuentus actione perſonali, *vt hic*. Tempus iudicati faciẽdi quatuor eſt menſium, à quibus currunt vſuræ centeſimæ. Aliud ſi rei vindicatione: res enim ſtatim reſtituenda eſt, *Inſt. de off. iud. in pr.* c tantum: non vt etiam reus præſtet vſuras, & fructus perceptos & percipiendos, tempore iudicati faciendi. d Mora non præcedente, Iudex facilè adiri non ſolet. e euenit tamen, vt in caſu nunc ſequenti. f rei ſcilicet. g Heres in ſoluendo legato moram nõ committit, quoties ſolutionem legatariis offert, ea cõditione, vt prius Falcidia detrahatur. ideóque cum in mora ſit reſtituere fructus, quos intra iudicati faciẽdi tẽpus percipere potuit, non cogitur. h Mora ſi non præceſſit iudiciũ, reus non tenetur de fructibus percipiendis, intra tempus, quod datur iudicatis. Secus, ſi mora præceſsit iudicium. i percipiendorum: nam indiſtinctè percepti veniunt, *l.* 42. *inf. eod.* k adſtrictus eſt. *Hal.* l id eſt quatuor menſium, *vt ſup. eod.* m Intercapedo Feſto: tempus interceptum: cum ſcilicet mora eſt ad capiendum, Gloſſis διάςημα χρόνυ. n Lucrum autem iudicatus perciperet ex ſententia, ſi fructus perceptos à die ſententiæ ad finem temporis iudicati faciendi ſuos faceret: id autem iniquiſſimum eſt, *l.* 16. *ſ. de except. rei iud.* o puta in actione ex ſtipulatu, *l.* 38. §. 7. *inf. eo.* donatione, *l.* 22. *in fin. ſ. de don.* p Litis conteſtatæ tẽpus conſideratur in actionibus ſtricti iuris, etiam ſi non ſint arbitrariæ. q Arbitraria iudicia & bonæ fidei differunt, *v.* §. 28. 29. 30. 31. *Inſt. de act.* r *v. l.* 2. *ſup. eod.* ſ id eſt omnis vtilitas. t quadrimeſtre. u non eſt, *l.* 38. §. 7. *ſ. eod.* x etiamſi præceſſit mora ſententiam, vel ſecuta fuit. y perceptus iudicio teſtatoris. z *l.* 32. *inf. ad Treb.* a Fructus reſtituere cogitur rogatus reſtituere quidquid ſupererit ex hereditate defuncti. b vox *quidquid* refertur ad ſortem, & vſuras: rem & fructus nihil denique excipit. c hoc non addito, meis vel tuis. d vt in *l.* 58. §. *pen. ſ. ad Tr. v. Nou.* 39. *&* 108. e Contrariorum eadem eſt diſciplina. f non animo interuertendi fideicommiſſi, vel pro rata ſui patrimonij, *l.* 54. *in pr. inf. ad Treb.* g comprehenduntur. h *Nou.* 137. *c.* 4. i Imo ea defuncti voluntas fuiſſe non videtur *d. l.* 58. §. *pen. inf. ad Treb.* † hodie definitum eſt, grauatum reſtituere id quod illi tantum ſupererit ex hereditate defuncti poſſe dodrantem ex omni cauſa diminuere, & quadrantem ex certis cauſis. *Nou.* 108. *c.* 1. 2. k adde *l. multi* 18. *ſ. de lib. & poſth.* Ratione adiecta legato, legatum augetur, *vt hic*. vt per contrarium minuitur, *l. cum pater* 77. §. *dulciſſimis* 26. *ſ. de leg.* 2. Cauſa & ratio declarat animum loquentis, *l. vlt. ſ. de her. inſt.* l hinc nota, matrem poſſe vni adminiſtrationem rerum committere quas filiabus relinquit, *v. Nou.* 117. *c.* 1. m Conſanguineis, &, vt ante dictum eſt, propinquis, vt neceſſitudo hic nihil aliud ſit quam propinquitas. n præfectus prætorio ſuaſi. *Hal.* o Quid hic Pollidius potéſtne retinere quartam? non poteſt: quia nudus eſt miniſter, *l. ſi quis Titio* 17. *ſ. de leg.* 2. *l. ſi quis ad declinandum* 46. *l. nulli* 28. *C. de epiſc.* p completa certa ætate, non ante. q adde *l.* 43. §. *pen. ſ. de leg.* 2. r & ita filiæ intuitu dilationem adiecerat, *l. ſi ita relictum* 43. §. 2. *ſ. de leg.* 2. ſ Lubricum tutelæ hic quid eſt? Mater verita, ne res filiæ ſuæ tutoribus filiæ committerentur, Pollidium heredem inſtituerat, eúmque rogauerat, quidquid ex bonis ad ſe perueniſſet, id vt reſtitueret filiæ ſuæ, teſtatrix ita lubrico tutelæ fideicommiſſi remedium prætulerat. t Vſuram ſpecies non recipit. In debito ſpecierum vſuræ non veniunt, niſi per vindicantem ſpecies ſint in pecuniam redigẽdæ. u moram, adde *l.* 37. *in fi. ſ. mandati*. adde *l.* 31. §. 2. *ſ. de neg.* x debet enim commodatum eſſe gratuitum, ideóque ex commodati vſu non debentur vſuræ. y *v. l.* 25. *C. eod.* z id eſt verecundia. Verecundiæ enim & pudoris habenda eſt ratio, *l.* 15. *in fi. ſ. de cond. inſt.* a Rem dari qui ſtipulatur, proprietatem ſtipulatur, *l. vbi autem. ſ. de ver. obl. l. non videntur data. inf. de reg. iur. l.* 2. *C. de contr. & committenda ſtip.* Qui rem tradi ſtipulatur, non proprietatem ſed poſſeſſionem ſtipulatur, qua ex ſtipulatione non ei competit certi condictio, ſed actio ex ſtipulatu, *vt hic*. Sanè hic qui rem dare & vacuam poſſeſſionem tradere promittit, fructus & partus quoque promittit. Fructus veniunt vtraque ſtipulatione ſuperiore iuncta, non diuiſa. b Hæc tria quæ ſequuntur verba ex Gloſſa in contextum irrepſiſſe putat Hoto. 5. *obſ.* 16. Cæterum de vacua poſſeſſione, *v. l.* 3. §. 1. *ſ. de act. empt. l.* 52. *in fin. ſ. de verb. obl.* c cauſa bonorum *d. l.* 52.

a licet in ſtipulatione, *rem dari*, non veniant fructus: ſi tamen ei ſubrogetur ac ſubiungatur illa ſtipulatio *vacuam poſſeſſionem tradi*, his duabus ſtipulationibus, ita ſimul iunctis fructuum ratio habebitur. *Bart.* atque adiectio eam vim habet, vt coniuncta faciant, quorũ neutrum per ſe faceret. *Acc.* & meritò cum adiectio aliquid operari debeat. hinc Baldus colligit, in his venditionis & emptionis verbis, *talis vendidit, dedit, & tradidit*, verbum *dedit*, nihil quidquam addere. b Imò, vt hæc verba inferiora *vacuámque poſſeſſionem tradi* non ſint adpoſita: ſi tamen *rem dari* ſit promiſſum vacuam poſſeſſionem tradi oportere, per ſe ſatis intelligitur, *l.* 3. §. 1. *ſ. de act. empt.* c rem dari ſcilicet. d aliud eſt enim promittere factum tradendi, aliud effectum dominij transferendi. *Bald.* e hæc ſtipulatio *rem dari*, continet, vt dominium omnimodo efficiatur ſtipulatoris, quoquo modo, *l.* 75. *in fi. inf. de verb oblig.* f Prima cauſa, id eſt obligatio, ſecundam determinat. *Bald.* g id eſt coniunctim, rem dari, & tradi: vnde colligit Baldus, Stipulationem *rem tradi*, interpoſitam ex cauſa emptionis, obligationẽ dandi non inducere, ſed tradendi: & verbum, *dandi*, inſtrumento emptionis inſertum, de datione conſecutiua, *ſi tradens eſt dominus*; non de præciſa, intelligi. h Vacuam poſſeſſionem tradi, ſtipulatio vberior eſt, quam rem tradi, *vt hic*. Qui rem dari vel tradi ſtipulatus eſt, fructus & partus ei non debentur, niſi poſt litem cõteſtatam, *l. ſi filiuſfam. l.* 78. §. *vlt. ſ. de ver. obl. l.* 38. §. *ſi actionem. ſ. eod.* At qui vacuam poſſeſſionem tradi ſtipulatur, cauſam etiam bonorum ſtipulatur, hoc eſt fructus & partus, *vt hic. l. in conuent.* 72. §. *vlt. inf. de verb. obl* (v. tamen quæ mox dicturus ſum.) Imo priore caſu fructus debentur, *l. ſi fundum* 114. *ſ. de verb. obl.* Verum id quod intereſt illa lege non ſunt fructus, ſed rei pretium, & ſi quid pluris interſit circa rem. i Interpretatio nobis ea ſemper eſt quærenda, vt nulla verba ſint in contractu ſuperuacua. Clauſulæ contractus ſingulæ, pondus ſuum, vimque ſuam obtinere debent, *l. Proculus* 19. *ſ. de vſufr.* k hinc illæ regulæ traduntur à Baldo Promiſſio refertur ad id quod debuit cogitari. In ſtipulationem id deduci videtur quod de iure deduci debuit. Verba reſtringenda ſunt ſecundum naturam contractus. Secundum ius commune, pactum eſt interpretandum. l Interpretari verba nos oportet, pro cuiuſque contractus conditione ſiue natura: ſecundum ius commune: ſecundum id quod iure fieri debet. *Bald.* Ita fiet vt emptionis contractui adiectis verbis his *dedit, vendidit, tradidit*, verbum dandi inutile ſit. Nec enim dare cogitur venditor, niſi ſit dominus. Datio conſecutiua, vt loquuntur, exigitur, non præciſa. *Bald.* m v. quæ ſcripſi ad *l.* 167. *ſ. de reg. iur.* n i. poteſt tentari. Cur hoc additur: nempe quia poſſis etiam dicere (& quidem verius) ſtipulatione vacuam poſſeſſionem tradi, fructus non venire, *l.* 3. §. 1. *ſ. de act. empt.* Nam & hæc lex noſtra petita eſt ex quæſtionum libris. Quæſtionum autem & Diſputationum libris quæ referunt Iuriſconſulti ſæpe, non tam vera, quã veriſimilia ſunt. o qui promittit dare & tradere, fructus quoque & partus promittit, *Bald.* p animo nouandi: venditore tamen moram admittente. q Quid ita? quia id in ſtipulationem nominatim non eſt deductum, *l. quidquid. inf de verb. obl.* Ita nouatio ſtricti iuris eſt, vt quod nouandi obligationi non inſit, innouatum maneat. r facit *l.* 18. §. 9. *inf. de damno.* ſ puta ſocietatis, *l.* 53. *l.* 54. *ſ. pro ſocio.* dic idem in pactis, *l.* 6. *l.* 30. *C. de pactis*: & ſtipulationibus *l.* 4. *C. de inut. ſtip.* t Imo recipit, *l.* 52. *ſup. de pet. hered.* u Turpes præſtationes ex mora non veniunt. x v. Molinæum *tractatu de vſuris qu.* 1. *num.* 207. adde *l.* 28. *C. de pactis.* y v. Edictum Iuſtiniani 9. *c.* 3. z Ex diuturna præſtatione vſurarum (dic idem in annuo legato, *l.* 1. *C. de fideic.*) præſumitur contracta obligatio, vel promiſſio facta vſurarum & ſortis, *vt hic*. a Imo, etſi certis annis, vſuræ, *l.* 7. *C. eod.* operæ ſint præſtitæ, *l.* 31. *inf. de operis*. ſed & quiduis datum fuerit, ad preſtandum tamen in poſterum id nos obligat, *l.* 28. *C. de pactis*. b mutetur hypotheſis. Fingamus, te velut clientem Sempronio per decennium fundi Tuſculani, nomine obſequia preſtitiſſe. Sempronium nullo titulo niti: & tamen ex illa decennali præſtatione obſequij, ius feudi vindicare: num audietur? non putat Molinęus, quem vide 1. *Conſuet.* §. 7. *num.* 21. quia de perſonali præſcriptione hic agitur, quæ ad realem non debet extendi, quæ tempus longius expoſcit. c id eſt decennij. Probatur in hunc modum, debitum, per diuturnam ſolutionem. Vide tamen Socinum *reg.* 82. d quolibet anno ſcilicet, & quidem ſeparatim: nec enim probare ſolutas pro pluribus annis ſimul ſufficit. *Molin.* 1. *Conſ.* §. 7. *n.* 2. Cur? quia ſoluens ſciuit ſe ad ea præſtanda titulo legitimo & habili obligatum eſſe, *Bart. hic*. Eſt enim de in rem verſo actio titulus legitimus. Porrò nudum pactũ *d. l.* 28. nudus conſenſus, *d. l.* 7. inter priuatos *l.* 30. *l. eo.* ignorantia *d. l.* 31. *l.* 22. §. *pen. ſ. de oper. lib.* tituli non ſunt legitimi, vt mirari minus oporteat illis ex cauſis præſtationem à præterito in futurum neceſſario non induci. Dices, ex inutili titulo fideicommiſſi ius alimentorum) triennio ſolutorum) præſcribi? *l.* 1. *C. de fideic.* & meritò, cum duplici fauore, alimentorum ſcil. & teſtamenti receptum id eſſe dici poſſit, vt Bartolus notauit. e milia nummorum *Aug.* 2. *Emen.* 6. is modus fuit maximę dotis. *v. l.* 77. *in fin. ſ. de cond. & dem.* Martialis 2. *epigr.* 65. Centena decies, quę tibi dedit dotis. Idem

De oblatione

De oblatione, & depoſitione pecuniæ.

7. *Idem* libro 2. Reſponſorum.

DEbitor vſurarius creditori pecuniam obtulit *a*, & eam, cùm accipere noluiſſet, obſignauit ac depoſuit: ex eo *b* die ratio non habebitur vſurarum. quòd ſi *c* poſtea conuentus, vt ſolueret, moram fecerit, nummi ſteriles *d* ex eo tempore non erunt.

De fideicommiſſo. de fœtu.

8. *Idem* libro 7. Reſponſorum.

EQuis *e* per fideicommiſſum relictis, poſt moram fœtus quoque præſtabitur vt fructus, ſed fœtus ſecundus *f* vt *g* cauſa, ſicut *h* partus mulieris.

De modo vſurarum. De maioribus vſuris ſoluendis, non ſolutis minoribus.

9. *Idem* lib. 11. Reſponſorum.

PEcuniæ fœnebris, intra diem certum debito non ſoluto, dupli *i* ſtipulatum, in altero tanto *k* ſupra *l* modum legitimæ *m* vſuræ reſpondi non tenere. quare pro *n* modo cuiuſcunque temporis, ſuperfluo *o* detracto, ſtipulatio vires habebit.

1 ¶ Vſurarum ſtipulatio, quamuis *p* debitor non conueniatur, committitur. nec inutilis legitimæ vſuræ ſtipulatio videtur ſub ea *q* conditione concepta, *Si minores ad diem ſolutæ non fuerint*: non *r* enim pœna, ſed *ſ* fœnus vberius "iuſta" ratione ſortis promittitur. Si tamen poſt mortem creditoris, nemo *t* fuit cui pecunia ſolueretur, eius temporis inculpatam eſſe moram conſtitit: ideo, ſi maiores vſuræ prioribus petantur, exceptio doli non inutiliter opponetur.

De partu.

10. *Paulus* lib. 2. Quæſtionum.

PArtum *u* poſt *x* litem conteſtatam editum reſtituere poſſeſſor *y* debet. quem non deberet reſtituere, ſi, cum mater peteretur, iam natus fuiſſet, niſi ſpecialiter & pro hoc egiſſet.

De pecunia fœnerata ab adminiſtratore Reipublicæ, vel à tutore.

11. *Idem* lib. 25. Quæſtionum.

GAius Seius, qui rem *z* publicam gerebat, fœnerauit pecuniam publicam ſub vſuris ſolitis, fuit autem conſuetudo, vt intra certa tempora non in latis vſuris, grauiores inſligerentur. quidam debitores ceſſauerunt in ſoluendis vſuris, quidam plus intulerunt; & ſic effectum eſt, vt omne, quod vſurarum nomine competebat, etiam pro his, qui ceſſauerant in vſuris, ſuppleatur quæſitum eſt, an illud, quod amplius ex conſuetudine pœnæ nomine à quibuſdam exactum eſt, ipſi Seio proficere deberet, an Reipublicæ lucro cederet? Reſpondi, ſi Gaius Seius à debitoribus vſuras ſtipulatus eſſet, eas ſolas *a* Reipublicæ præſtari oportere, quæ ſecundùm formam *b* ab his exigi ſolent, etiamſi omnia nomina idonea ſint.

1 ¶ Quid ſi ſeruus *c* publicus obligationem vſurarum reipublicæ adquiſiuit? Æquum eſt, quamuis ipſo iure *d* vſuræ reipublicæ debeantur, tamen pro defectis nominibus compenſationem maiorum vſurarum fieri, ſi non ſit parata reſpublica vniuerſorum *e* debitorum fortunam ſuſcipere. Eadem ferè in tutoribus *f* Marcellus refert.

De maioribus vſuris ſoluendis, non ſolutis minoribus.

12. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

SEia mutuam pecuniam accepit à Septicio, de vſuris ita conuenit: *Niſi ſua quaque g die vſuræ ſuprascriptæ exſoluerentur, vel poſt* h *tertium menſem, tunc in maiores vſuras Seia teneretur, & deinceps a per ſingulas penſiones, ſi conditione data vſuræ non ſoluerentur, ea conditio obſeruaretur donec omnis ſumma debita hoc nomine exſolueretur.* quæro, an hæc verba, *& deinceps per ſingulas penſiones conditione data vſuræ non ſoluantur, ea conditio obſeruaretur*, eo pertineant, vt, quamuis commiſſa ſit fortè prima ſtipulatio, non tamen in ampliorem quantitatem vſurarum conueniri poſſit, quàm eius penſionis nomine, quæ egreſſa eſt diem præſtitutum? Paulus reſpondit, plures conditiones continere eam ſtipulationem, quę de grauioribus vſuris præſtandis ſubiecta eſt: "id eſt," vt per ſingulas penſiones conditio inſpectaretur *b* non illatarum ſuis temporibus leuiorum vſurarum. & ideo poſſe *c* euitari pœnam ſequentium penſionum.

Si is qui maiores vſuras promiſit, per multos annos præſtitit minores. 1. De procuratore & negotiorum geſtore.

13. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

QVi ſemiſſes *d* vſuras promiſit, per multos annos minores *e* præſtitit. heres creditoris ſemiſſes petit cum per debitorem non ſteterit, quo minus minores ſoluat. quæro, an exceptio doli, vel pacti obſtet? Reſpondi, ſi exſoluendis ex more vſuris per tanta tempora mora per debitorem non fuit, poſſe, ſecundum ea quæ proponerentur, obſtare exceptionem.

1 ¶ Quæſitum eſt, an *f* iudicio negotiorum geſtorum vel mandati pro pecunia *g* otioſa *h* vſuras præſtare debeat, cùm *i* dominus nullam pecuniam fœnerauit? Reſpondit, ſi eam pecuniam poſitam *k* habuiſſet: idque ex *l* conſuetudine *m* mandantis feciſſet, non debere quicquam vſurarum nomine præſtare.

De fideicommiſſo. 1. De partu ancillæ.

14. *Paulus* lib. 14. Reſponſorum.

REſpondit Paulus."

MOram *n* in ſoluendo fideicommiſſo *o* factam partus *p* quoque ancillarum *q* reſtituendos.

1 ¶ Heres rogatus erat, *poſt mortem ſuam ſine r reditu ſ hereditatem reſtituere*. quæſitum eſt, an partus ancillarum etiam viuo herede nati, reſtituendi eſſent propter verba teſtamenti, quibus de reditu ſolo deducendo teſtator ſenſit? Paulus reſpondit,* ante diem fideicommiſſi cedentem, partus ancillarum editos, fideicommiſſo non *t* contineri *u*. Neratius libro primo ita refert: eum, qui ſimiliter rogatus eſſet, *vt mulierem x reſtitueret*, partum eius reſtituere cogendum non eſſe, niſi tunc editus eſſet, cum in fideicommiſſo reſtituendo moram feciſſet. Neque intereſſe exiſtimo, "an" ancilla ſpecialiter, an hereditas in fideicommiſſo ſit.

De vſuris fructuum.

15. *Idem* libro 16. Reſponſorum reſpondit.

NEque eorum fructuum *y*, qui poſt litem conteſtatam officio iudicis reſtituendi ſunt, vſuras præſtari oportere, neque eorum, qui prius percepti quaſi malæ fidei poſſeſſori condicuntur.

De liberalitate in rempublicam. 1. De vſuris pretij rei venditæ.

16. *Idem* libro 1. Decretorum.

LIberalitatis *z* in rempublicam factæ, vſuræ non exiguntur *a*.

1 ¶ Cum vſuræ *b* pretio fundi ab eo, qui à fiſco emerat, peterentur, & emptor negaret *c* traditam ſibi poſſeſſionem, Imperator decreuit,* iniquum eſſe, vſuras ab eo *d* exigi, qui fructus non percepiſſet.

De pacto, vt, Si quo anno minores vſuræ non ſoluerentur ex die pecuniæ creditæ maiores præſtentur. 1. De vſuris per longum

a Liber 11 *epigr.* 24. decies mihi dotis in auro Sponſa dabis. Iuuenalis *Satyr.* 10. Et de ritu decies centena dabuntur antiquo? v. quæ notaui ad *l.* 11. § 1. *C. de repudiis*. adde Iuuenalẽ *Satyr.* 6. Senecam *de conſolat. ad Albinam*. Tacit. 11. vbi de Hortalo: alibi *ibid.* vbi de Agrippæ filia. Agrippæ filiam poſt habitam, decies ſeſtertium dote ſolatus eſt. Huc refer has notas D. DC. dictum decies.

a Vſuras inchoatas non impedit oblatio, conſignatio, depoſitio. *Alber.*

b *v. l.* 6. *l.* 19. *Cod. eodem.*

c Vſuras debere incipit debitor qui oblatam creditori ſuo pecuniam ſubducit. *Alber.*

d Steriles nummi dicuntur qui vſuras non pariunt, v. quæ ſcripſi ad *l.* 3. § 4. *inf. de contraria tutelæ*.

e *l.* 39. *ſ. eo. alienis.*

f *l.* 39. § 1. *inf. eod. l.* 48. *in fin. inf. de adquiren.*

g Cauſæ & fructus diſſimilitudo. Equis enim per fideicommiſſum relictis, poſt moram fœtus primus præſtatur vt fructus: fœtus ſecundus, vt cauſa.

h *al.* ſic. & *vel* ſic in pactum.

i *l.* 13. § 26 *ſup. de act. empt.*

k id eſt vt ſcilicet alterum ſimplum ſit ſortis, alterum vſurarum, v. Hoto. *de vſur. vlt.*

l *v. l.* 29. *inf. eod.*

m centeſimæ? *l.* 40. *ſ. de reb. cred. l.* 8. *C. ſi certum*. negat Hotomanus 1. *de vſur.* 7. legitimæ, quæ plerumque in vſu ſunt: olim beſſes, hodie ex Iuſtiniani conſtitutione, ſemiſſes. dixi de ea re plenius ad *l.* 1. § 2. *ſuprà de pign.*

n non pro modo, &c. *Hal.*

o id eſt eo quod erit ſupra legitimam vſuram: alias, ad diem vſuris non ſolutis ſtipulari maiores poſſumus, ſini tamen legitimarum *l.* 1. § 3. *ſ. de pign.* vſuræ ſic legitimæ per inutiles non vitiantur: quemadmodum vtile per inutile non vitiatur, in iis quæ ſeparari poſſunt, *v. l.* 20. *inf. eod.*

p *v. l.* 23 *inf. de oblig. & actionib.*

q *d. l.* 1. § 3.

r Vſurarum legitimarum aliæ maiores, aliæ minores. Qui minores initio ſtipulatus eſt, ac niſi eæ intra diem ſolutæ eſſent maiores ſtipulatus eſt, non pœnam in fraudem vſurarum ſtipulatur, ſed vberius tantùm fœnus: idque legitimum. adde *l.* 40. *ſup. de reb. creditis.*

ſ Pœnæ & fœnoris vberioris legitimi differentia.

t Moram non admittit, qui non habet aut oſtendit cui ſoluat, *l.* 17. § 3. *l.* 47. *inf. eod. l.* 137. § 4. *inf. de ver. oblig.*

u *l.* 2. *ſuprà eodem.*

x Partus editus poſt litis conteſtationem Iudicis officio debetur: ante editus, ſi petitus fuerit.

y *v. l.* 2. *C. de fructib. & lit. expenſ.*

z Actor Reipublicæ, qui eiuſdem pecunias tractabat. eſt verò huius legis hæc ſententia Curator Reipublicæ, ſi aliquibus maiores quam conſueuerat ſtipulari de more vſuras exegit, ab aliis, minores compenſatur eius poſterior negligentia, cum lucro prioris exactionis. Quid ſi minores, quàm vſitatas in ea ciuitate exegit? non admittetur hæc negligentia.

a adde *l.* 33. *inf. eodem.*

b conſuetudinem ſcilicet quæ hic attenditur, *l.* 7. § 10. *in fin. infra de adm. tut.*

c de ſeruo publico, dixi ad *l.* 2. *in fin. inf. rem pupilli ſaluam fore.*

d ſine ceſſione.

e *v. l.* 75. *inf. de reg. iur.*

f ſi pupilli nomina ac contractus agnoſcere nolint, *v. l.* 16. *ſ. de adm. tut.*

g vox *quaque* eſt vniuerſalis ideóque antequam omnium penſionum dies venerit, peti non poſſe videtur, *l.* 8. § 3. *ſuprà de pignoratitia*. hinc naſcitur ratio dubitandi.

h vide quæ notaui ad *l.* 172. *inf. de verb. oblig.*

a Quoties diuerſi termini diuerſis actibus ſucceſſiuis adiunguntur, tunc lapſus omnium terminorum minimè, exſpectandus eſt: quilibet enim terminus vi ſua ſuum producit effectum. *Bald.*

b ſpectaret. *Hal.*

c Vſuræ & pœnæ diuiſionem, diuiſa mora inducit.

d Semiſſes vſuræ, dimidiæ aſſis: aſſes vſuræ ſunt centeſimæ. Centeſima, eſt quoties ſingulis menſibus centeſima pars ſortis ſoluitur: ſemiſſis ergo vſura eſt, cùm ex ducentis aureis ſingulis penſionibus vnus aureus ſoluitur, vel ex centum, ſemis aurei. Denique centeſima eſt quoties ſingulis annis ſoluo duodecim in centum: *douze pour cent*: ſemis vſura, *ſix pour cent*.

e Vſuras minores recipiens creditor, tacitè videtur pactus de non recipiendis maioribus. *l.* 5. *l.* 8. *C. eod.*

f procurator ſcilicet vel negotiorum geſtor.

g Vſuras otioſæ pecuniæ geſtor non præſtat: niſi dominus, cuius geſſit negoria, ſolitus erat fœnerari.

h nam ſi procurator pecunia vſus eſt, vel eam fœnerauit, vel pecuniæ negotium geſſit, nõ dubium eſt teneri domino vſurarum nomine, *l.* 10. § 3. *ſup. mandat.* idem eſt in negotiorum geſtore. *l.* 6. *in fi. l.* 19. § 4. *l.* 31. § 3. *l.* 37. § 1. *l.* 38. *ſ. de neg. l.* 20. *C. de neg. geſt.* *Paul.* 1. *ſent.* 4. § 3.

i Vſurarius eſſe non præſumitur, qui fœnori dare nõ eſt conſuetus.

k Quid? poſita pecunia hic, éſtne ea quam depoſitam apud te habeas? An quæ apud alium qui depoſitum accepit? An fœnori poſita? An potius otioſa? quod verius eſt.

l Generale mandatum habens, poteſt ea facere, quæ dominus ſolitus eſt facere, *l.* 12. *ſ. de pign act.* etiam ſi magni ſint ea præiudicij. *Romanus ſingulari* 10.

m Conſuetudinem non habens fœnerandi, non præſumitur vſuras exigere velle, *l.* 12. *ſ. de pign.* adde *l.* 21. § 1. *in fin. ſ. qui teſt. l.* 50. *in fin. inf. de leg.* 1.

n *al.* poſt moram. *al.* mora in ſoluendo fideicommiſſo facta.

o rei ſingularis.

p perceptos & percipiendos, *v. l.* 8. *ſup. eodem.*

q al enarum.

r *v. l.* 58. § 4. *inf. ad Treb.* Hæc verba, *ſine reditu*, omnem acceſſionem excludunt, niſi mora fiat. Cæterum reſtituere ſine reditu hereditatem rogatus, intelligitur immunis ac liber à reditu reſtituendo. Imò & à partu ancillæ.

ſ Reditus appellatione, licet impropriè, continetur partus, & quidem diſpoſitione teſtatoris: quoniam reditum excipiendo videtur partum excipere.

t *l.* 48. *inf. de leg.* 2. *l.* 41. § 10 *in fin. inf. de leg.* 3. *l.* 21. *in fi. inf. de option.* hæc verba, omnem acceſſionem excludunt, niſi vbi mora committitur.

u Imò, continentur: cùm huiuſmodi partus heres non retineat, *d. l.* 58. & merito, cum poſt ſuam moram nati ſint: ſic enim intelligenda eſt *d. l.* 58. arg. *l.* 47. *in fi. inf. de leg.* 1. v. Corraſ. 5. *Miſcell. in fin.*

x Reſtituere mulierem rogatus, partum reſtituere non cogitur, niſi tunc editus ſit, cum in fideicommiſſo reſtituendo mora facta eſt.

y *l.* 5. *in fin. ſuprà de pet. her.*

z id eſt donationis.

a Imò exiguntur, *l.* 17 *in fi. inf. de oper. pub.*

b Vſuras pretii fiſco præſtat qui emit à fiſco.

c Negans videtur excipere: hoc eſt, qui negat rem traditam, videtur obiicere exceptionem rei traditæ. Interim poſſis colligere, Non præſumi poſſeſſionem rei traditam emptori, niſi probetur.

d *l.* 13. § 1. *ſup. de act. empt.* adde *l.* 5. *C. de pact. inter empt.*

tempus

SGCB2021

tempus non petitis. 2. De tacito fideicommiſſo. 3. Si non ſit cui poßit ſolui. 4. De locatione & conductione. 5. De fiſco. 6. De republica.

17. *Idem* libro ſingulari de Vſuris.

CVm quidam cauiſſet *ſe quotannis quincunces a vſuras præſtaturum, &, ſi quo anno non ſoluiſſet, tunc totius pecuniæ ex die* b, *qua mutuatus eſt ſemiſſes* c *ſoluturum*: &, redditis per aliquot annos vſuris, mox ſtipulatio commiſſa eſſet: Diuus Marcus Fortunato ita reſcripſit: Præſidem prouinciæ adi, qui ſtipulationem, de cuius iniquitate *d* queſtus es, ad modum iuſtæ exactionis rediget *e*. Hæc conſtitutio ad finitum modum *f* excedit. Quid ergo? ſic temperanda res eſt, vt in futurum duntaxat ex die ceſſationis creſcat vſura.

1 ¶ Diuus Pius ita reſcripſit: Parùm iuſtè præteritas vſuras petis, quas omiſiſſe te, longi temporis interuallum indicat, qui eas à debitore tuo, vt gratior *g* apud eum videlicet eſſes, petendas non putaſti.

2 ¶ In tacito *h* fideicommiſſo omne emolumentum heredi *i* auferendum, & fiſco præſtandum, Diuus Pius reſcripſit. ergo & vſurarum *k* emolumentum aufertur heredi.

3 ¶ Si pupillo non habenti tutorem, fideicommiſſum ſolui non *l* potuit *m*, non videri moram per heredem factam: Diuus Pius reſcripſit. ergo nec ei debetur, qui, quòd reipub. *n* cauſa abfuit, vel ex alia *o* cauſa iuſta impeditus, ex qua reſtitutio indulgetur, petere non potuit. Quid *p* enim poteſt imputari ei, qui ſoluere, etiam ſi vellet, non potuit? nec ſimile videri poſſe, quod placuit, minoribus etiam in his ſuccurri, quæ non *q* adquiſiuerunt.* vſuræ *r* enim non *ſ* propter lucrum *t* petentium, ſed propter moram *u* non ſoluentium infliguntur.

4 ¶ Ex locato qui conuenitur, niſi *x* conuenerit *y* vt tardiùs pecuniæ illatæ vſuras deberet, non niſi *z* ex mora vſuras præſtare debet.

5 ¶ Fiſcus *a* ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe accipit, vt ſolet à foricariis *b*, quid tardiùs pecuniam inferunt, item ex vectigalibus. Cùm autem in loco priuati ſucceſſit, etiam dare ſolet *c*.

6 ¶ Si debitores, qui minores ſemiſſibus præſtabant vſuras, fiſci *d* eſſe cœperunt *e*, poſtquam ad fiſcum tranſierunt, ſemiſſes *f* cogendi ſunt præſtare.

7 ¶ Eos *g*, qui ex *h* adminiſtratione rerum ciuitatum conueniuntur, vſuris obnoxios eſſe, ſatis notum eſt. Idem obſeruatur in operum *i* curatoribus, ſi pecunia apud eos remanſit. Sed in ea, quam redemptoribus *k* commiſerunt, etiam ſi negligenter dederint, vſura eis remittitur. hæc autem ita ſunt, ſi nulla fraus arguitur: alioquin etiam vſuræ adplicabuntur.

8 ¶ Si dies non ſit ab his, qui ſtatuas vel imagines *l* ponendas legauerunt, præfinitus, à præſide *m* tempus ſtatuendum eſt, & niſi poſuerint heredes, vſuras reipublicæ vſque ad tertiam *n* centeſimæ pendent.

a *l.7.§.10.in fin.ʒ.de adm.tut.l.15.l.16.§.2.ʒ.de ali.leg.* Quincunces vſuræ ſunt, cùm excentenis quini: ſeu quoties quinque in centum quotannis præſtantur: *cinq pour cent.* leuiores dicuntur in *d.l.7.* modeſtæ à Perſio *Satyr.15.*

b facit *l.40.ſupr.de cred.*

c quæ ampliores ſũt quincuncibus, ſemiſſes vſuræ, *ſix pour cent.* licet autem emptori eo caſu ſtipulari, licitas tamen *l.8.C.eo.* ideoque à leuioribus vſuris diſtinguuntur, *l.5.ʒ.de oper.publ.*

d Eſt autem iniquum vt qui pro præterito tempore obtemperauit, pro eodem tempore pœnam patiatur & incurrat. *Bald.* hoc iniquum fuit, vt ex die contractus, vſuris vſuræ adcreſcerent. Si vſuræ creſcerent in præteritum ex die contractus, vſuræ vſuris adcreſcerent: vſuræ vſurarum hoc modo exigerentur: quod ſemper fuit prohibitum *l.20.C.ex quib.cauſ.infamia.*

e Princeps permittit poteſtati & arbitrio iudicis quod legis eſt, quodque lex iam finiuit ſatis.

f ad infinitum modum: *Hal.* Sed Cuiac. *19. obſer.8.* Florentinam defendens interpretatur *ad finitum modum.* i. ad ſummũ modum: ſic *Plin.31.c.3.* niues præferuntur imbribus, niuibuſque etiam glacies velut ad finitum coacta ſubtilitate. Hæc poteſtas iudici datur. Idem *7.ad Afric.in explicat.l.64.ʒ.de verb.oblig.* Ad finitum modum vſurarum, interpretatur legibus definitum modum: vt eodem ſenſu Varro *6.de lingua* dixit, effinitum modum.

g vt gratioſior, *Hal.* vt ſit ſenſus, qui ſpe futuræ gratiæ vſuras non petit, eas remiſiſſe videtur. *Bald.*

h Tacitum fideicommiſſum eſt, quoties heres ſuam adcommodat fidem de reſtituẽda hereditate non capaci *l.46.ʒ.de pet.hered.v.l.103.ʒ.de leg.1.* i & prædoni *d.l.46.* & fraudulento *d.l.103.* k *l.18.ʒ.de his quib.vt indig.* quas accepit ex contractu defuncti, vel mora heredis. l adde *l.9.in fin.ʒ.eod.l.6.in fi.ʒ.de negot.*

m potuit tamen pecunia in ædem deponi, *v.l.7.§.1.ʒ.de minoribus.*

n hic exæquatur ætatis & abſentiæ impedimentum. *Bal.*

o *vt l.1.§.1.ʒ.ex quib.cauſ.maior.*

p mora regularis non committitur, vbi nullus eſt qui poſsit debitum offerre.

q i. in lucris, *l.7.§.6.l.44.ſupr.de minor.*

r Minor non reſtituitur in integrum, vt lucrum ex alterius delicto faciat.

ſ Vſuræ non præſtantur propter lucrum, ſed ex contumacia non ſoluentis: qua ceſſante, ceſſant vſuræ. t principaliter ſc. *Accurſ.*

u *l.32.§.2.ʒ.eod.* Hinc colligit Hotom. vſuras iure ciuili nunquam permitti, niſi ob id, quod creditoris intereſt *lib.1.de vſur.c.5.* Illud intereſſe ex mora & interuſurio contingere *c.6.* contrà, *f*œnerationem ob lucrum creditoris.

x i. non aliter quàm ſi conuenerit.

y in continenti. & ita vſuræ debentur ex ſolo pacto incontinenti appoſito bonæ fidei contractu. facit *l.22.C.eod.*

z Vſuræ in bonæ fidei contractibus non præſtantur, niſi ex mora; ante moram verò ſi ita conuenerit.

a Fiſcus moram committens vſuras ex ſuis contractibus non dat, licet ipſe accipiat: ſuccedens tamen priuato vſuras præſtat. *l.43.ʒ.eod.*

b fornicariis *vulg.* Budæus fornicarios intelligit opifices, propolas & inſtitores qui tabernas à fiſco conducunt ſub fornicibus, vt ibi venales ſuas merces habeant, poteſt tamen foricarius à forica, latrina publica, deduci. Hinc Iuuenal. *Satyr.3.* inde reuerſi conducunt foricas, forire namque eſt deonerare ventrem. *vetus Scholiaſtes ibid.* Sed nos aliquando plenius hunc locum in Commentariis explicabimus. v. interim Cuiac. *22.obſ.34.* c licèt ſit priuilegiatus. *l.6.inf.de iure fiſci: v.l.2.C.de his quæ vt indign.* d Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, vtitur priuilegio ſuo in futurum tempus, non in præteritum.

e quia fiſcus ſucceſsit eorum creditori.

f non vltra. *v.l.vlt.C.de fiſcalib.vſur.lib.10.* g *l.vlt.in fin.inf.de adminiſtr.rer.*

h Ciuitatum adminiſtratores vſuras pecuniæ publicæ, quam apud ſe reliquam habent, præſtant. i Operum publicorum curatores vſuras pecuniæ publicæ quam apud ſe habent, præſtant. k Redemptoribus operum pecuniæ numerabantur ab operum curatoribus.

l Statuæ & imagines ponendæ legabantur. *v.l.7.infr.de an.leg.*

m *l.5.inf.de oper.pub.* n Trientes vſuræ ſunt quoties quatuor in centum penduntur, *quatre pour cent.* o Imò non præſtant, *l.16.ʒ.eod.*

De vſuris pretij rei euictæ. 1. Si venditor tradita poſſeßione deceſſerit.

18. *Idem* libro 3. Reſponſorum.

EVictis *a* agris, ſi initio conuenit, *vt venditor pretium reſtitueret*, vſuræ quoque poſt euictionem præſtabuntur *b*, quamuis emptor, poſt dominij litem inchoatam, fructus aduerſario reſtituit. nam incommodum medij temporis, emptoris damnum eſt.

1 ¶ Poſt traditam poſſeſsionem defuncto venditore, cui ſucceſſor incertus *c* fuit, medij quoque temporis vſuræ *d* pretij, quod in cauſa depoſiti non fuit, præſtabuntur.

¶ *De argento, veſtimento, & ſimilibus rebus, de vſufructu & proprietate. 1. De ſeruitutibus.*

19. *Gaius* lib. 6. ad Legem duodecim tabularum.

VIdeamus, an in omnibus rebus petitis, in fructus *e* quoque condemnetur poſſeſſor. Quid *f* enim, ſi argentum, aut veſtimentum, aliámve ſimilem rem: quid præterea, ſi vſumfructum, aut nudam proprietatem, cum alienus vſusfructus ſit, petierit?* neque enim nudæ *g* proprietatis, quod ad proprietatis nomen attinet, fructus vllus intelligi poteſt: neque vſusfructus rurſus *h* fructus *i* eleganter computabitur. Quid *k* igitur, ſi nuda proprietas petita ſit? ex *l* quo perdiderit fructuarius vſumfructum, æſtimabuntur in petitione fructus: Item ſi vſusfructus petitus *m* ſit: Proculus ait, in fructus perceptos condemnari. Præterea Gallus Ælius putat, ſi veſtimenta, aut ſcyphus petita ſint, in fructu hæc numeranda eſſe, quod locata *n* ea re, mercedis nomine capi potuerit.

1 ¶ Iter quoque & actus ſi petitus ſit, vix eſt, vt fructus vlli poſsint æſtimari. niſi *o* ſi quis commodum in fructibus numeraret quod habiturus eſſet petitor, ſi ſtatim eo tempore quo petiiſſet, ire agere non prohiberetur: quod admittendum eſt.

De vſuris illicitis.

20. *Paulus* lib. 12. ad Sabinum.

VSuras illicitas ſorti mixtas, ipſas tantùm non deberi conſtat, cæterarum ſortem non *p* vitiare.

De cauſa dilationis.

21. *Vlpianus* lib. 34. ad Edictum.

SCiendum eſt, non *q* omne, quod, differendi cauſa, optima ratione fiat, moræ adnumerandum *r*. quid *ſ* enim ſi amicos *t* adhibendos debitor requirat, vel expediendi debiti, vel fideiuſſoribus rogandis *u* vel exceptio aliqua *u* allegetur? mora facta non videtur.

22. *Paulus* lib. 37. ad Edictum.

SI modò id ipſum non fraudandi cauſa ſimuletur.

1. De mora ex re.

23. *Vlpianus* lib. 34. ad Edictum.

SEd & ſi reipublicæ *x* cauſa abeſſe ſubitò *y* coactus ſit, vt *z* defenſionem ſui mandare non poſsit, moram facere non videbitur, ſiue in vinculis, hoſtiúmve *a* poteſtate eſſe cœperit.

1 ¶ Aliquando etiam in re *b* moram eſſe decerni ſolet, ſi fortè non *c* exſtat, qui conueniatur.

De prouocatione ad iudicium. 1. an rei mora noceat fideiuſſori. 2. De eo cui ſit mora.

24. *Paulus* lib. 37. ad Edictum.

SI quis ſolutioni quidem moram fecit, iudicium autem accipere paratus *d* fuit, non videtur feciſſe moram, vtique *e* ſi iuſtè ad iudicium prouocauit.

1 ¶ Cùm *f* reus moram facit, & fideiuſſor tenetur.

2 ¶ Mora videtur creditori fieri, ſiue ipſi, ſiue *g* ei *h*, cui mandauerat, ſiue ei qui negotia eius gerebat, mora facta ſit. nec hoc caſu per liberam *i* perſonam

a i. ſi euincantur prædia: Ablatiuum abſolutum reſolui in conditionem hinc colligit Baldus. Quin & hoc adiiciunt, euentum conditionis moram inducere ſine vlla interpellatione. adde *l. à teſtatore 109.infr.de cond. & demonſtr.*

b die interpellante pro homine *l.12.C.de contr.ſtipul.*

c Incertus etiam heres vſuras debet.

d *v.l.13.Cod.de act.empt.*

e Fructus appellatione continetur quidquid ex re percipitur: item penſio omnis, & vtilitas rei accidens.

f Dubitandi ratio.

g Nudæ proprietatis (quatenus nuda eſt proprietas) nullus eſt fructus.

h Seruitutis fructus conſtitui non poteſt *l.33.in fin.ʒ.de ſeru.ruſtic.*

i *al.* fructui.

k Solutio huius quæſtionis.

l *l.33.ʒ.de rei vendic.*

m reali actione, purà vindicatione, vel confeſſoria.

n *l.36.l.38.§.12.13.infr.eod.l.5.C.de rei vendic.*

o *v.l.4.§.2.ſupr.ſi ſeruit.*

p Inutilis adiectio non vitiat, ſed vitiatur *l.29.inf.eod.l.8.C.ſi cert.petat.* Illicitũ licito mixtum vitiatur & non vitiat.

q impedimentum iuſtum excuſat à mora. (Nec enim omnis qui differt ſolutionem, in mora eſſe intelligitur) *vt hic.l.quod te mihi 5.ʒ.ſi cert.petat.* à culpa *Bart. l. iuſtè 11.infr. de adq.poſſ.* expenſus. *Gloſ. in verb.ſolo, Nou.de indicib.* à pœna legitima. *Gl.in l.ab executione 5.in fin.C.quor.appellationes non recip.* ab eo quod intereſt, vt ne id præſtet, aut in id condemnetur. *Gl.in l.3.inſ.de tritic.*

r *l.15.in fin.ſupr.ex quib.cauſ.maior.*

ſ hoc eſt, quid enim ſi ad commodam ſolutionem debiti, vel amicos, vel fideiuſſores quærat? vel exceptionem alleget, citra fraudandi animũ? Qui iuſta cauſa ita differt, moram non facit. *Synop.7.tit.17.ex lib.23.tit.3.c.19.*

t Teſtibus amicis vti poſſumus, adde *l.7.in fin.ʒ.quib.ex cauſis maiores, v.l.3.infr.de Teſtib.l.5.C.de Teſtib.*

u vide *l.40 in fin.ſupr.de reb.cred.*

x *l.17.§.3.ſuprà eod.*

y facit *l.1.ſupr quod certo loco.*

z Moram non facit qui defenſionem ſui alicui mandare non potuit.

a *l.14.ſupra ex quib.cauſ.maior.*

b Mora re committitur citra interpellationem *l.23.inf.eod.* vt in his caſibus, *l.itẽ veniunt.20.§.petitam 11 ſupr.de her.pet.l.in minorum.3.C.in quib.cauſ.reſt.l.cùm verò 20.§.apparet 1.infr.de fideic.libert.l.vlt.in fin.C.de iure dominij impetr.l.1.§.rectißimè, inſ.de vi. adde l.17.§.5.ſup.eod.*

c *l.2.inf.de nautico fœnore.*

d *l.47.inf.eodem.l.3.§.5.infra quod vi aut clam: l.63 infr.de reg.iur.l.6 infra de fideiuſſ.*

e Moram feciſſe non videtur qui ex iuſta cauſa & iuſtam habens cauſam litigandi iudicium ſuſcepit. Iuſtam habens cauſam litigandi excuſatur.

f vide *l.8 infr.de verb.oblig.Syn.ibid.c.21.*

g Moram inducit etiam interpellatio negotiorum geſtoris. adde *l.ſi ſeruum 91.§.3.§.4.infr.de verb.oblig.*

h adde *l.17.inf.eod.*

i *l.15.ſup.de conſtit.pecun.*

ſonam

ſonam adquiri videtur, ſed officium impleri. ſicuti cùm quis furtum *a* mihi facientem deprehendit, negotium meum agens, manifeſti furti actionem mihi parat. item cùm procurator *b* interpellauerit, promiſſorem hominis, perpetuam *c* facit ſtipulationem.

De fructibus fundi communis. 1. vel bona fide empti, vel fructuarij, vel vectigalis. 2. Quo tempore ſpectatur bona fides in percipiendis fructibus.

25. *Iulianus* lib. 7. Digeſtorum.

QVi ſcit, fundum ſibi cum alio communem eſſe, fructus, quos ex eo perceperit, inuito vel ignorante ſocio non maiore ex parte ſuos facit, quàm ex qua dominus prædij eſt: nec refert ipſe, an ſocius, an vterque eos ſeuerit: quia * omnis fructus, non *d* iure ſeminis, ſed *e* iure ſoli percipitur, & quemadmodum *f* ſi totum fundum alienum qui ſciens poſsideat, nulla *g* ex parte fructus ſuos faciet, quoquo modo ſati fuerint: ita qui communem fundum poſsidet, non faciet ſuos fructus pro ea parte, qua fundus ad ſocium eius pertinebit.

1 ¶ In alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus fuerat, frumentum ſeui, an Titius bonæ fidei emptor *h* perceptos fructus ſuos faciat? Reſpondi: Quòd (ad) fructus, qui ex fundo percipiuntur, intelligi debet propiùs ea accedere, quæ ſerui operis ſuis adquirunt. quoniam in percipiendis fructibus magis corporis *i* ius, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis *k*, ex quo oriuntur, aſpicitur, & ideo nemo vnquam dubitauit, quin *l*, ſi *m* in meo fundo frumentum tuum ſeuerim, ſegetes, & quod ex meſsibus collectum fuerit, meum fieret. Porrò bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis fructibus id iuris habet, quod *n* dominis prædiorum tributum eſt.

¶ Præterea, cùm *o* ad fructuarium pertineant fructus à quolibet ſati, quanto *p* magis hoc in bonæ fidei poſſeſſoribus recipiendum eſt, qui plus iuris in percipiendis fructibus habent? cùm fructuarij quidem non fiant, antequam *q* ab eo percipiantur: ad bonæ fidei autem poſſeſſorem pertineant, quoquo *r* modo à ſolo ſeparati fuerint, ſicut *ſ* eius, qui vectigalem fundum habet, fructus fiunt, ſimul atque ſolo ſeparati ſunt.

2 ¶ Bonæ fidei emptor ſeuit, antequàm fructus perciperet cognouit *t* fundum alienum eſſe. an perceptione fructus ſuos faciat, quæritur? Reſpondi: Bonæ fidei emptor, quod ad percipiendos fructus, intelligi debet quamdiu *u* euictus fundus non fuerit. nam *x* & ſeruus alienus, quem bona fide emero, tamdiu mihi ex re mea, vel ex operis ſuis adquiret, quamdiu à me euictus non fuerit *y*.

De venatione.

26. *Idem* lib. 6. ex Minicio.

VEnationem fructus fundi negauit eſſe, niſi *z* fructus fundi *a* ex venatione conſtet.

De transmiſsione moræ ad heredes.

27. *Africanus* lib. 8. *b* Quæſtionum.

CVm patrifamiliàs *c* mora facta ſit, iam in herede eius *d* non *e* quæritur mora. nam tunc heredi proximo hereditario iure, ea competet. ideoque ad cæteros *f* quoque deinceps tranſmittitur.

De fructu pecudum. 1. De partu ancillæ.

28. *Gaius* lib. 2. Rerum cottidianarum ‖ ſiue aureorum. ‖

a §. 13. *Inſt. de oblig. ex delicto. l. 3. §. 1. infr. de furt.*
b *l. 72. ſup. de procur. l. 3. in pr. inf. quod vi aut clam.*
c *v. l. 91. §. antep. inf. de verb. obl.*
d Fructus non percipit is, qui in alieno fundo ſeminauit, ſed is in cuius fundo fructus ſeminati ſunt: hoc eſt fructus iure ſeminis non percipimus, hoc eſt, quia ſeminamus, ſed iure fundi & corporis, cuius dominium vel poſſeſsionem vel vſumfructum habemus, adde §. 1. *inf. eod.*
e Solum ad ſe trahit ſemen. *Bart.*
f In toto quod ius eſt, idem eſt & in parte. Ita malæ fidei poſſeſſor partis vel totius, quia malæ fidei eſt, fructus ſuos non facit.
g *l. 40. infr. de adq. rer. domin.*
h vide *l. 48. infr. de adq. rer.*
i i. ipſius ſoli. *ſup. in prin. legis*
k i. quàm perſonæ quæ ſerit.
l Argumentum à ſimili.
m *v. l. 9. infr. de adq. rer.*
n Bona fide poſsidere, & dominum eſſe, ſimilitudinem inter ſe habent *l. 48. infr. de adqu. rer. dom. l. 36. infrà de reg.*
o Fructus ſunt fructuarij à quocunque ſati ſint.
p Fructus iure magis fiunt bonæ fidei poſſeſſoris, quàm fructuarij: bonæ fidei poſſeſſor plus iuris habet in percipiendis fructibus, quàm fructuarius. Quid ita? Fructuarij non fiunt, niſi ab eo percepti ſint: bonæ fidei verò poſſeſſoris fiunt, quoquo modo à ſolo ſeparati ſint. Bonæ fidei poſſeſſor fructus ſuos facit, ac ſi verè eſſet dominus.
q *d. l. 48. l. 8. in fin. de annuis legatis.*
r etiam ab alio, *v. l. 78. ſupr. de rei vind.*
ſ Fructus fiunt emphyteuticarij ſeu eius qui vectigalem fundum habet, ſtatim atque à ſolo ſeparati ſunt.
t *l. 40. inf. de adq. rer. dom.* adde *l. ſed etſi. 25. ꝟ. de petit. hered. l. 11. §. partus. ſupra de Publiciana.* vt poſſeſſor titulum habens fructus ſuos faciat, ſufficit initio bonam fidem habuiſſe, neque obſtat eive obeſt ſcientia ſequens rei alienæ, ſeu mala fide: impedit tamen vſucapionem.
u & ita ſcientia rei alienæ non nocet; nec impedit rectè fructus percipi: ac per conſequens bonæ fidei poſſeſſor erit. Imo non erit, *l. 48. infr. de adquir. rer. dom.*
x adde *l. 40. inf. de adq rerum dominio.* & ſic, ſuperueniens mala fides non impedit adquiſitionem dominij in fructibus induſtria quæſitis Bald.
y Imò cum primum alienum fundum nouit, *l. 23. §. 1. inf. de adq. rer. dom.*
z Venatio, vt & piſcatio, fructus fundi eſt, *l. 9. §. 5. l. 62. ꝟ. de vſufr.* adde *l. 22. ꝟ. de inſtruct.* Demus venationem non eſſe in fructu, num ideo malæ fidei poſſeſſor quæ in venatione ceperit animalia, reſtituere non cogetur? ſic putat Coraſius in nouo intellectu huius legis 5. *miſcell. 8.* alias reſtituere fructus cogitur *l. 22. C. de rei vind.* a Venatio fructus fundi cùm ex venatione fructus fundi conſtat *vt hic* Quid venatio in hac ſpecie ſeu hypotheſi: num eſt fructus à natura vel induſtria? ab induſtria. Plus enim facti atque operæ humanæ in ea verſatur, quàm naturæ. *Auguſtinum Bern. in cap. grauis, n. 16. de reſtit. ſpol. Mediceum 1. de Venatione, q. 8.*
b v. Cuiac. 8. *ad Afric.*
c Mora enim fit ex perſona *l. 24. §. 1. ꝟ. eod.*
d qui debitorem ſc. fruſtra interpellauit.
e Mora ſemel defuncto commiſſa perpetua eſt, & tranſit ad primum heredem, vt neceſſe non ſit eius heredi moram fieri. Ita mora ſemel defuncto facta, id efficit, vt perpetuò vſuræ eius heredi debeantur.
f Nam quæ iu re hereditario competunt, & ſequentibus competunt in infinitum: quæ proprio iu re, non item, *l. 70. ꝟ. de verb. ſign.*

IN pecudum *a* fructu etiam fœtus eſt, ſicut *b* lac, & pilus & lana: ita que agni, & hœdi, & vituli ſtatim pleno iure ſunt bonæ fidei poſſeſſoris, & fructuarij *c*.

1 ¶ Partus verò ancillæ in fructu non *d* eſt, itaq; ad dominum proprietatis pertinet. abſurdum *e* enim videbatur, hominem *f* in fructu eſſe, cùm omnes fructus rerum natura hominum *g* gratiâ comparauerit.

De vſuris illicitis.

29. *Marcianus* lib. 14. Inſtitutionum.

PLacuit, ſiue *h* ſupra ſtatutum *i* modum quis vſuras ſtipulatus fuerit, ſiue vſurarum *k* vſuras, quod illicitè adiectum eſt, pro *l* non adiecto haberi, & licitas peti poſſe *m*.

De vſuris ex pacto ciuitatis ſoluendis.

30. *Paulus* libro ſingulari Regularum.

ETiam *n* ex nudo pacto debentur *o* ciuitatibus *p* vſuræ creditarum ab eis pecuniarum.

De ſtipulatione vſurarum: Si qua competierint.

31. *Vlpianus* lib. 1. Reſponſorum.

QVod in ſtipulatione ſic adiectum eſt, *& vſuras, ſi qua competierint*, nullius *q* eſſe *r* momenti, ſi modus certus non adiiciatur *ſ*.

Quomodo ſit mora. 2. De vſuris ex mora in bonæ fidei contractibus. 3. De mora patris vel filij. 4. De mora correi. 5. Vel fideiuſſ. ris.

32. *Marcianus* lib. 4. Regularum.

MOra *t* fieri intelligitur non *u* ex re *x*, ſed ex perſona. i. *y*, ſi interpellatus *z* opportuno loco *a*, non ſoluerit: quod apud iudicem *b* examinabitur. nam (vt & Pomponius lib. 12. epiſtolarũ ſcripſit) difficilis *c* eſt huius rei definitio. Diuus quoque Pius Tullio Balbo reſcripſit, an mora facta intelligatur, neque *d* conſtitutione vlla, neque iuris au-

a §. 37. *Inſt. de rer. diuiſ.*
b Fructus pecudum hæc, lac, pilus, lana, agni, hœdi, vituli. Interim hic notat Albericus: Cauſam fructuum non eſſe fructus: ideóque directo non adquiri bonæ fidei ſucceſſori, niſi aliud appareat ex mente teſtatoris, ſed & illud: Cauſam & cauſatum non eſſe idem.
c *v. l. 8. ꝟ. eo. l. 68. §. 1. ꝟ. de vſuf. uct.*
d *d. l. 68. in pr. §. 37. Inſt. de rer. diuiſ.* auget tamen hereditatem. *v. l. 27. ꝟ. de pet. hered.*
e Abſurdus intellectus vitandus homo non eſt in fructu, *d. l. 68. d. §. 37.*
h Hominum gratia fructus omnes natura comparauit. Homo omnium animalium digniſſimum, & præſtantiſſimum animal, dixi *l. 44. ꝟ. de ædilitio.*
h vſuræ ſiue ſupra legitimum modum, ſiue vſurarum vſuræ in ſtipulationem deductæ, licitum per illicitum non vitiatur *l. 20. ꝟ. eod.*
i Vſurarum ſtatutus modus quis dixi ad *l. 1. §. 1. ꝟ. de pign.*
k quod prohibitum eſt, *l. 28. C. eod. l. 26. §. 1. ꝟ. de condict. indeb. l. 20. C. ex quib. cauſ. infam.* l Vſuræ illicitæ adiunctæ, licitas non vitiant *v. l. 20. ꝟ. eo.*
m Non igitur puniuntur vſurarij? Hoc certè conſtat ex Catone & Tacito, legib. XII. tabularum, quadrupli pœna fœneratores punitos: fures, dupli: L. Genutium tribunum plebis tuliſſe ad populum, ne cui fœnerari liceret, *Liuius 1. Decad. 7.* retentionem ſortis & vſurarum debitori Platonem conceſſiſſe. 1. *de legib.* odio habendos fœneratores, *Ariſtot. 1. Politic. 1.* & Cicero 1. *Officio.* Catonem fœneratores improbos ciues appellaſſe, & rogatum, quid eſſet fœnerari, reſpondiſſe quid hominem occidere? *Cicero 2. Off.* fœnus interdictum Senatoribus & grauiſſimis viris, ait Chryſoſtomus *concione 57. in Matthæi 27.* motus in vrbe, *Liuius 1. dec. 2.* & in Aſia ob fœneratores accidiſſe, quibus miſeri debitores etiam filias ſuas vendere cogebantur. *Plutarchus in Lucullo.* qua de re etiam Baſilius conqueritur. V. Hotomanum 2. *de vſur. 1.* Hotomanus *ibid. c. 3.* refert in Nicena Synodo etiam ſeſquicenteſimas vſuras clericis interdictas: centeſimas tantùm interdictas lego: item ne frumentum ad ſeptuplum dent *c. 18. Niceni Concilij & c. 4. p. 4. c. quoniam multo.* Quid amplius? diuino iure *Exod. 22. Leuit. 25. Deut. 23. Pſal. 15. 55. Ezech. 18. Nehem. 5.* vſuræ prohibentur. Tale eſt illud quoque Lucæ 5. mutuum date nihil inde ſperantes. Sed Molineus *in pr. tract. de vſur.* his locis negat præciſè vſuras prohiberi, ſed eam tantum quæ *Neſchek*, i. morſus Hebreis dicitur, i. eam quæ proximum mordeat, quæ charitati repugnet, quæ cum damno fratris fieri ſolet. Tolle eius immoderatam & prauam nocendi intentionem, vſura beneficium, non onus erit, vel ſponte bonæ fidei debitor in partem lucri te vocaturus eſt. Itaque vix eſt vt aſſentiar Iulio Claro 5. *ſent. §. vſura, in fin.* communem doctorum aduerſus gloſſam opinionem obtendenti, qua dicitur, eos qui exercent vſuras intra modum à iure ciuili permiſſum, eſſe ipſo iure infames: cùm lex 20. *C. ex quib. cauſis infam.* ad eos tantùm qui fœnus improbum & vſuram vſurarum exigant pertineat, & fortè ad eos qui non ſemel vſuras exegerunt. Intereà rectè notat, improbos fœneratores ad reſtitutionem vſurarum teneri, vel ad ſortis imputationem *l. 26. ꝟ. de cond. indeb.* & arg. *l. 3. C. eod.* & extra ordinem arbitrio iudicis puniri poſſe. Clementis ſanè conſtitutio, vſuras accipere qui peccatum non eſſe exiſtiment, pro hæreticis haberi vult *Clementina vnica de vſuris.* n Vſuræ regulariter ex nudo pacto non debentur: quòd hæc particula *Etiam* oſtendit. o Cur debentur? fauet lex non pacto, ſed perſonæ. p Contra regulam generalem, qua vſuræ non debentur niſi ſtipulato promiſſæ ſint, *l. 3. C. eod. l. 24. ꝟ. de præſcr. Paul. 2. ſent. 14. §. 1.* ſic ex cauſa depoſiti vſuræ nudo etiam pacto promiſſæ debentur *l. 24. in fin. l. 26. §. 1. ꝟ. depoſiti.*
q Cur nullius momenti? quia vſuræ incertæ ſunt promiſſæ. *l. 41. in fin. ꝟ. eodem.* adde *l. 59. §. 2. ꝟ. de re iudic. l. 3. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate.*
r Imò ſunt alicuius momenti, hunc in modum promiſſæ vſuræ *l. 1. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate.* ſ i. ſi non appareat, de quibus vſuris conuentio facta ſit, *l. 41. in fi. ꝟ. eod. l. 75. §. pen. ꝟ. de verb. oblig.*
t Mora quæ fit vel interpellatione hominis, vel litis conteſtatione, (hæc regularis interpretibus dicitur) non ex re ſed ep perſona fieri intelligitur. Non ex re, quia non ideo fieri dicitur quod debitum aliquod ſubſiſtat, vel quòd debitum non ſit ſolutum: ſed quia perſona moram admiſit. Non ex ipſa rei debitæ contemplatione, ſed vitio, & contumacia debitoris oritur.
u Imò ex re *l. 23. §. 1. ſuper eod.* ibi de mora regulari agitur.
x tantùm, Nam mora non fit ſine interpellatione, non interpellando, *l. 23. in fin. ſuper eod. l. 26. §. 1. ꝟ. de fideicomm. libert.*
y Moram admiſiſſe intelligitur aduerſarius, ſi interpellatus ſit opportuno loco & tempore, nec remittitur aut intermittitur interpellatio.
z Interpellatio eſt monitio quæ fit teſtato, ſoluendi vel accipiendi eius quod debetur, gratia: mora contemptio huius admonitionis.
a vel tempore, *l. 59. inf. de ſolut.* Porrò opportuno loco denunciat qui ad domicilium denuntiat, *arg. l. 8. §. 9. ſup. de tranſact.*
b etiam alium: quàm in cuius iuriſdictione fieri debet ſolutio: *l. 1. ſupr. de eo quod certo.*
c facit *l. 202. ꝟ. de reg. iur.*
d Mora quando facta intelligatur: ſcribi non poteſt, *vt hic.* vt nec quid intereſt, *l. quatenus. 24. inf. de reg. iur.* adde 2. *Feud.* 23. quippe facta non rectè diiudicamus niſi cognitis circunſtantiis omnibus, quas omnes in legem referre impoſſibile eſt. Hæc autem mora in facto conſiſtit.

ctorum

ctorum quæſtione *a* decidi poſſe, cum *b* ſit magis facti, quàm iuris.

1 ¶ Et *c* non *d* ſufficit ad probationem moræ, ſi ſeruo *e* debitoris abſentis denuntiatum eſt à creditore, procuratoréve eius, cum etiamſi ipſi (inquit) domino denunciatum eſt: cæterum ſi poſtea, cùm is ſui poteſtatem faceret, omiſſa *f* eſſet repetendi debiti inſtantia, non protinus per debitorem mora facta intelligitur *g*.

2 ¶ In bonæ fidei *h* contractibus ex mora vſuræ debentur.

3 ¶ Quid ergo, ſi *i* & filiusfamilias, & pater ex perſona eius teneatur, ſiue iuſſu eius contractum eſt, ſiue in rem verſum eſt patris, vel in peculium: cuius perſona circa moram ſpectabitur? Et ſi quidem pater duntaxat conuenietur ex mora ſua, non tenetur: in filium tamen dabitur actio in hoc, vt quòd minus à patre actor conſecutus eſt, filius præſtet: quòd ſi filius moram fecerit, tunc actor vel cum ipſo in ſolidum, vel cum patre duntaxat de peculio habebit.

4 ¶ Sed ſi duo *k* rei promittendi ſint, alterius *l* mora alteri non nocet *m*.

5 ¶ Item ſi fideiuſſor ſolus moram fecerit, non tenetur, ſicuti *n* ſi *o* Stichum promiſſum occiderit: ſed vtilis actio in hunc dabitur.

De pecuniis publicis.

33. *Vlpianus* libro ſingulari de Officio curatoris *p* reipublicæ.

SI bene *q* collocatæ ſunt pecuniæ publicæ, in ſorte inquietari debitores non debent, & maximè ſi parient *r* vſuras: ſi non parient, proſpicere reipublicæ ſecuritati debet præſes prouinciæ, dummodò non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbeat, ſed moderatum & cum efficacia *ſ* benignum *t*, & cum inſtantia humanum: nam inter inſolentiam incurioſam *u*, & diligentiam non ambitioſam *x* multum intereſt.

1 ¶ Proſpicere debet, ne pecuniæ publicæ credantur ſine pignoribus idoneis *y*, vel hypothecis.

Collatio vſurarum fructuum, & cæterarum obuentionum.

34. *Vlpianus* libro 15. ad Edictum.

VSuræ vicem *z* fructuum obtinent, & meritò non debent à fructibus *a* ſeparari *b*, & ita in legatis, & fideicommiſſis *c*, & in tutelæ *d* actione, & in cæteris iudiciis bonæ fidei ſeruatur: hoc idem ‖igitur‖ in cæteris obuentionibus *e* dicemus.

De vſuris à lite conteſtata.

35. *Paulus* lib. 57. ad Edictum.

LIte conteſtata *f* vſuræ currunt.

De penſionibus prædiorum Vrbanorum.

36. *Vlpianus* lib. 61. ad Edictum.

PRædiorum vrbanorum penſiones *g* pro fructibus accipiuntur.

De contraria negotiorum geſtorum actione.

37. *Idem* lib. 10. ad Edictum.

a Quæſtio hic, definitio, reſponſio.
b Facta definiri legibus ita non poſſunt. Ius conſtitutione vel quæſtione iuris auctorum deciditur: facta apud iudicem examinantur.
c Moram non facit quæuis interpellatio, *vt hic.* interpellatio facta ſeruo abſentis debitoris, non conſtituit dominum ſerui in mora, *vt hic.* Deinde interpellatio facta ipſi ſeruo, & poſt omiſſa, moram non inducit.
d Imo ſufficit ſeruo denunciatũ eſſe, *l. de pupillo 5. § meminiſſe 10. & §. præſtare generaliter 12. inf. de oper. noui nunt.*
e Imo, ſufficere videtur, ſi ſeruo denuntiatum fuerit: *v. l. 5. inf. de noui oper. nunt.*
f Interpellationem oportet eſſe continuam, vt interpellatum conſtituat in mora.
g Imò, intelligitur mora fieri, etſi non ſit perpetua interpellatio, *l. in diem 9. ĵ. de aqua pluuia.*
h *v. l. 13. C. eo. l. 24. l. 25. ſuprà depoſiti. l. 54. ſuprà locati. l. 2. C. depoſiti. Syn. eo. c. 29.*
i Vſuras ex mora ſua pater non præſtat conuentus nomine filij actione bonæ fidei: licèt ex mora ſua interitum rei præſtet, idque exemplo fideiuſſorum, §. 5. *inf. eod.* k Mora vnius rei debendi, alteri correo nocet ad perpetuandam, non ad augendam obligationem alterius.
l *l. 173. §. pen. ſuprà de reg. iur.* m Imò, nocet, *l. pen. inf. de duob. reis.*
n Mora propriè non eſt ſeruum occidiſſe: hic enim duo illa ſeparantur: vt & in *l. ſi ſeruum 91. §. ſequitur. 3. inf. de verb. obl.* Mora eſt dilatio, ceſſatio, fruſtratio, tarditas, procraſtinatio: occiſio ſerui, nihil eſt tale: mora emendari poteſt; occiſio ſerui non item. Vtrumque tamen culpæ nomine continetur. Ita in *l. 25. inf. de verb. obl.* duplicem culpam debitor admittit, & quòd ſolutionem moratus ſit, & quòd occiderit immerentem: nam ſi merẽtem, culpa vacat, nec vtilis in eum actio conſtituenda eſt. *l. qui ſeruum 96. inf. de verb. obl.* v. Cuiac. ad *d. l. 25.*
o Mora ſua fideiuſſor vſuras non debet: licet de interitu ob moram teneatur, *l. 91. §. pen. inf. de verb. obl. l. 38. §. pen. l. 95. §. 1. in fin. inf. de ſolut.*
p Curator Reipublicæ (de quo hic) fœnori dare poterat pecunias Reipublicæ *vt hac lege.* q Bene collocat pecunias publicas, qui acceptis pignoribus eas credit, *§. 1. inf. eo.* r Vſuras nummi iure parere etiam poſſunt: dixi ad *l. 3. §. 4. inf. de contr. iudic. tutel.* ſ id eſt efficere aliquid debet, id eſt exigere: ſic tamen vt ſe benignum præbeat, & medium teneat inter duo extrema, *l. 6. §. 3. ĵ. de off. procons. l. 18. in fi. pr. ĵ. de ædilitio edict.* t & honeſtum, *l. 1. C. de commerciis.* adde *l. 25. in fi. ſup. de pign. l. 105. inf. de ſol.* vt etiam detur dilatio, *l. 45. §. 10. inf. de iure fiſci.* facit *l. 23. §. pen. ſuprà quod metus cauſa.*
u Iniurioſam, *Budæus.* vt ſit ſenſus: Inſolentia iniurioſa vtitur curator Reipublicæ, qui bene poſitas Reipublicæ pecunias acerbè & contumelioſè exigit: diligentia verò non ambitioſa vtitur, cùm malè aut parum tuto collocatas reperit: Ita inter iniurioſam inſolentiã & diligentiam non ambitioſam multum intereſt: ſed malim ita ſimplicius: præſes prouinciæ, vel curator Reipublicæ in exigendis vſuris à debitoribus Reipublicæ, non debet eſſe acerbus, vel contumelioſus. Debet quidem efficere aliquid, ſed tamen benignus eſſe: debet inſtare, ſed humaniter, non debet contra ſolitum & receptum morem in exigendo nimis curioſus eſſe: debet quidem diligens exiſtere in exigendo, ſed tamen ex eo ambitionem vel laudem quærere non debet. Hoc nimium eſt: Non debet illis artibus ſe Reipublicæ, qui ſeruit, commendare. x Ambitioſa diligentia eſt idem quod inſolentia incurioſa, idque exactio acerba & contumelioſa pecuniæ.
y Pecuniæ publicæ credi non debent ſine pignoribus idoneis vel hypothecis, facit *l. 13. in fin. ſup. eod.* z Vſurarum & fructuum ſimilitudo, vſuræ ſunt fructus, *vt hic.* Imò non ſunt, *v. l. 121. inf. de verb. ſign.*
a vſuræ, fructus dicuntur, *vt hic.* reditus, *l. 30. ĵ. de adimendis*, pœna, *l. lecta. ſuprà de reb. creditis: l qui ſine vſuris, ſuprà de negotiis.* id quod intereſt, *l. debitor. ĵ de leg. 2.* in eãdum opponuntur pœnæ, *l. 11. ſuprà eod.* b Imò ſeparari debent cùm inter ſe differant. nam malæ fidei poſſeſſor de fructibus percipiendis tenetur, *l. 62. ſuprà de rei vindic.* nouatio non extinguit fructuum perceptorum perſecutionem, *l. 4 ſuprà eod.* fructus ante moram veniunt, *l. 38. §. pen. ĵ eod.* in vſuris ſecus, vide Cuiac. 8. *obſ. 3.* c *l. 84. inf. de leg. 2.* d *l. 2. C. de vſuris pupillarib.*
e Vſura obuentio eſt. f *l. 9. inf. de verb. oblig. l. 10. C. de iudiciis.*
g facit *l. 19. in fin. pr. ſuprà eod. l. 39. §. 13. inf. eod.*

ET in contraria *a* negotiorum geſtorum actione vſuræ veniunt, ſi mutuatus ſum pecuniam, vt creditorem *b* tuum abſoluam: quia aut in poſſeſſionem mittendus erat bonorum tuorum, aut pignora venditurus: quid ſi domi habens propter eandem cauſam ſolui? Puto verum, ſi liberaui ex *c* magno incommodo, debere dici vſuras venire: eas autem quæ *d* in regione frequentantur, vt eſt in bonæ fidei iudiciis conſtitutum: ſed ſi mutuatus dedi, hæ venient vſuræ, quas ipſe pendo: vtique ſi plus *e* tibi præſtarim commodis quàm vſuræ iſtæ colligunt.

De actionibus in perſonam. 1. De condictione ob rem dati. 2. De condictione indebiti. 3. De mortis cauſa donatione. 4. De actione Fauiana, & Pauliana. 5. Vnde vi. 6. Quod metus cauſa. 7. De ſtipulatione. 8. De emptione. 9. De ſocietate. 10. De depoſito, de commodato. 11 Quod vi aut clam. 12. De fructibus ante matrimonium perceptis. 13. De fructibus prædiorum vrbanorum. 14. De fructibus fundi communis. 15. De iudiciis bonæ fidei. 16. De dote prælegata.

38. *Vlpianus* lib 6. ad Plautium.

VIdeamus generali *f* quando in actione, quæ *g* eſt in perſonam, etiam fructus veniant.

1 ¶ Et quidem ſi fundus ob *h* rem datus ſit, veluti dotis cauſa, ‖&‖ renunciata *i* adfinitas, fructus quoque reſtituendi ſunt: vtique hi, qui percepti ſunt eo tempore, quo ſperabatur adfinitas: ſed & poſteriores *k*, ſi in re mora fuit ‖vt‖ ab illo, qui reddere debeat, omnimodo reſtituendi ſunt. Sed & ſi per mulierem ſtetit, quo minus nuptiæ contrahantur, magis eſt, vt debeat fructus recipere: ratio autem hæc eſt, quòd, ſi ſponſus non conueniebatur reſtituere fructus, licuerat ei negligere fundum.

2 ¶ Item ſi indebitum *l* ‖fundum‖ ſolui, & repeto, fructus quoque repetere debeo.

3 ¶ Idémque eſt, ſi mortis *m* cauſa fundus ſit donatus, & reualuerit *n*, qui donauit, atque ita condictio naſcatur.

4 ¶ In Fauiana *o* quoque actione, & Pauliana *p*, per quam, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, reuocantur *q*, fructus ‖quoque‖ reſtituuntur. nam prætor id agit, vt perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet: quod non eſt iniquum, nam & verbum *reſtituas r*, quod in hac re prætor dixit, *ſ* plenam *t* habet ſignificationem, vt fructus quoque reſtituantur.

5 ¶ Et ideo cùm reſtitui prætor vult, veluti in interdicto *vnde vi u*, etiam fructus ſunt reſtituendi.

6 ¶ Item ſi vi, metúſve *x* cauſa rem tradam, non aliter mihi reſtituiſſe videtur, quàm ſi fructus ‖ mihi ‖ reſtituat. nec mora mea mihi aliquid aufert.

7 ¶ Si actionem habeam ad id conſequendum, quod meum non fuit, veluti ex ſtipulatu *y*, fructus non *z* conſequar, etiamſi mora facta ſit: quod ſi acceptum *a* eſt iudicium, tunc Sabinus, & Caſſius, ex æquitate, fructus quoque poſt acceptum iudicium præſtandos *b* putant, vt cauſa reſtituatur: quod puto rectè dici.

8 ¶ Ex cauſa etiam emptionis *c*, fructus reſtituendi ſunt. 9 ¶ Sed in ſocietatibus *d* fructus communicandi ſunt.

10 ¶ Si poſſeſſionem naturalem *e* reuocem, proprietas mea manet. videamus de fructibus: & quidem in depoſito *f*, & commodato *g* fructus quoque præſtandi ſunt, ſicut diximus.

11 ¶ In interdicto quoque *quod h vi aut clam.* magis eſt, vt omnis cauſa, & fructus reſtituantur.

12 ¶ Ante *i* matrimonium quoque fructus percepti, dotis fiunt, & cum ea reſtituuntur.

13 ¶ Eadem ratio eſt in fructibus prædiorum *k* vrbanorum.

14 ¶ Item ſi diuidere *l* fundum tecum velim, tu nolis, & colam: an fructus diuidi debeant poſt deductionem impenſarum: & puto diuidendos.

15 ¶ In cæteris *m* quoque bonæ fidei iudiciis fructus omnimodo præſtantur.

16 ¶ Si dos prælegata fuerit, ante *n* nuptias percepti fructus in cauſa legati veniunt *o*.

De equis vel equitio legato.

39. *Modeſtinus* lib. 9. Differentiarum.

EQuis *p* per fideicommiſſum *q* legatis, poſt moram heredis fœtus quoque debentur.

¶ Equitio *r* autem *ſ* legato, etiam ſi mora non intercedat, incremento gregis fœtus accedunt *t*.

De diſtractione pignoris.

40. *Modeſtinus* lib. 4. Regularum.

a Vſuræ non tantum in directa, ſed & in contraria negotiorum geſtorum actione veniunt, *vt hic.* Veniunt & in contrariis omnibus actionibus bonæ fidei, *Bald. l. 19. §. 4. ſup. de negot. l. 18. C. eod.*
b *l. 6. §. 1. ſuprà de negot.*
c ſi liberaui te magno incommodo, &c. *Hal.* adde *l. 3. §. 1. in fin. inf. de contr. tut.*
d *l. 1. in pr. ſup. eo.*
e hoc eſt, ſi non minus.
f generatim. *Hal.*
g Fructus an & quando in actionibus perſonalibus debeantur.
h Ob rem datur, quod dotis cauſa datur.
i *l. 7. in fin. ſuprà de condict. cauſa data.*
k *l. 8. ſup. eo.*
l *l. 15. ſup. de condi. indeb.*
m adde *l. 8. in fin. l. 29. l. 35. §. 3. inf. de mortis cauſa don.*
n reualere vel reualeſcere, eſt conualeſcere.
o quæ reuocat alienata in fraudem patroni, *l. 1. §. 5. 6. & ſeqq & vlt. l. 2. l. 3. §. 1. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. l. 11. l. vlt. in fi. inf. ſi quid in fraud. patron.*
p *§. 6. Inſt. de act. v. l. 25. §. 4. inf. quæ in fraud. cred. & C. eod. tit.*
q Fructus, vnà cum re ipſa, in actionibus reuocatoriis reſtituendi ſunt actori.
r verbum *reſtituendi*, fructus, *vt hic, l. 173. §. 1. inf. de reg. iur.* priſtinum ſtatũ, *l. 2. §. ante pen. inf. ne quid in loco publ.* poſſeſſionem, *l. 22.* cauſam vſucapioni, *l. 35* boni viri arbitrium, *l. 73.* quod habiturus eſſet actor, ſi ei controuerſia mora non eſſet, *l. 75.* corpus, omnem rem, conditionémque, *l. vlt. ĵ. de verb. ſign.* continet, adde *l. 7. in fin. C. de pignor.*
ſ id eſt interdixit: vide quæ ſcripſi ad *Titul. de interdict. inf.*
t Plena ſignificatio reſtitutionis eſt, in qua non modo res ipſa, ſed & fructus reſtituuntur.
u *l. 1. §. 40. inf. de vi & vi.*
x *l. 12. ĵ. de eo quod vi metúſve cauſa.* y *l. 78. in fin. inf. de verb. oblig.* z ante litem conteſtatam. a *v. l. 2. ĵ. eod.* b *l. 3. §. 1. ſup. eod.* c *l. 3 §. 1. ĵ. de act. empt.*
d *l. 38. in fi. ſup pro ſocio.* e qualis eſt penes colonum & depoſitarium, *l. 9. §. 11. ſup. comm. diuid.* f *l. 1. §. 24. ſup. depoſiti.* g *l. 5. §. 9. ĵ. commodati.* h *l. 14. §. 7. inf. quod vi aut clam. l. 1. in fi. ĵ. de vi & vi.* i *l. 7. §. 1. inf. de iur. dot. l. 6. l. 7. §. 4. inf. ſol. matr.* k *l. 36. ĵ. eod.* l *l. 51. ĵ. familiæ.* m puta communi diuidundo, *l. 4. §. 3. ſup. comm. diuid.* finium regundorum, *l. 4. §. 2. ĵ. finium regund.* n facit, *l. 1. inf. de dote præleg. §. 15 Inſt. de leg.* o quia continentur doli nomine. p Harmenopulus ita hunc locũ refert 3. *tit* 10. §. 18. An mantia alicui legata ſunt: & poſtea ſunt à tutoribus retenta? Cenſuit Magiſter, vt legatum etiam vnà cum fœtu reciperet: dum tamen ne principalium capitum ſummam fœtus excederent. q *l. 8. ĵ. eo. l. 26. ĵ. de leg. 3.* r id eſt armento equorum, *l. 1. in fi. ſup. de rei vind. l. 12. §. 4 ĵ. de vſu.* ex hac etiam lege notandum equitij legatum ab equorum legato differre. ſ Equitium an equi legentur intereſt. t Cur accedunt? quia eſt legatum vniuerſale.

Z

IN eum diem *a*, quo creditor pignora diſtraxit, rectè vſuræ fiet reputatio.

De appellatione. 1. De obſignatione, & depoſitione partis pecuniæ debitæ. 3. De quantitate vſurarum incerta.

41. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

TVtor condemnatus, per appellationem traxerat executionem ſententiæ. Herennius Modeſtinus reſpondit, eum qui de appellatione cognouit, potuiſſe *b*, ſi fruſtratoriam *c* morandi cauſa appellationem interpoſitam animaduerteret, etiam de vſuris medij *d* temporis eum condemnare.

1 ¶ Lucius Titius, cùm centum, & vſuras aliquanti temporis deberet, minorem *e* pecuniam, quàm debebat, obſignauit: quæro, an Titius pecuniæ, quam obſignauit, vſuras præſtare non debeat? Modeſtinus reſpondit, ſi *f* non hac lege mutua pecunia data eſt, *vti liceret & particulatim, "quod acceptum eſt" exſoluere*, non retardari *g* totius debiti vſurarum præſtationem, ſi, cùm creditor paratus eſſet totum ſuſcipere, debitor, qui in exſolutione totius ceſſabat, ſolam partem depoſuit.

2 ¶ Ab Aulo Agerio Gaius Seius mutuam quandam quantitatem accepit hoc chirographo: *Ille ſcripſi, me accepiſſe, & accepi ab illo mutuos & numeratos decem: quos ei reddam Kalendis illis* h *proximis cum ſuis vſuris placitis* i *inter nos*: quæro, an ex eo inſtrumento vſuræ peti poſſint & quæ? Modeſtinus reſpondit, ſi non *k* appareat de quibus vſuris conuentio facta ſit, peti eas non poſſe.

De fideicommiſſo.

42. *Idem* lib. 11. Reſponſorum.

HErennius Modeſtinus reſpondit, fructus, qui *l* poſt adquiſitum *m* ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinere: licèt maior pars anni ante diem fideicommiſſi cedentem præteriiſſe dicatur.

De eo cui fiſcus, qui in locum priuati ſucceſſit, actionem mandauit.

43. *Idem* libro 18. Reſponſorum.

HErennius Modeſtinus reſpondit, eius temporis, quod ceſſit, poſtquam fiſcus *n* debitum percepit, eum, qui mandatis à fiſco actionibus experitur, vſuras, quæ in ſtipulatum deductæ non *o* ſunt, petere poſſe.

De ſtipulatione pœnali.

44. *Idem* lib. 10. Pandectarum.

POEnam *p* pro vſuris ſtipulari nemo ſupra modum vſurarum licitum *q* poteſt.

De donatione inter virum & vxorem.

45. *Pomponius* lib. 22. ad Quintum Mucium.

FRuctus percipiendo vxor vel vir ex re donata *r*, ſuos facit: illos tamen *ſ*, quos *t* ſuis operis adquiſierit, veluti ſerendo. nam *u* ſi pomum decerpſerit, vel ex ſylua cædit *x*, non fit eius: ſicuti nec cuiuſlibet *y* bonæ fidei poſſeſſoris: quia non ex facto eius is fructus naſcitur.

De fructibus & impenſis.

46. *Vlpianus* libro 62. ad Edictum.

QVod in fructus redigendos impenſum eſt, non ambigitur ipſos fructus deminuere *a* debere.

De eo qui paratus eſt accipere iudicium.

47. *Scæuola* lib. 9. Digeſtorum reſpondit.

PAratum *a* iudicium accipere, ſi ab aduerſario ceſſatum *b* eſt, moram facere non videri.

De legato vſusfructus purè, & proprietatis cùm liberos habebit.

48. *Scæuola* libro 22. Digeſtorum.

MAritus vxori ſuæ vſumfructum *c* tertiæ partis, & cùm liberos habuiſſet, proprietatem legauit, eam vxorem heredes falſi *d* teſtamenti, & aliorum criminum accuſauerunt: qua re impedita eſt legatorum petitio: interea & filius ei mulieri natus eſt, eóque conditio legati exſtitit: quæſitum eſt, cùm teſtamentũ falſum non eſſe apparuerit *e*, an fructus etiam mulieri præſtari debeant? Reſpondit, præſtandos *f*.

De oppigneratione.

49. *Iauolenus* lib. 3. ex poſterioribus Labeonis.

FRuctus *g* rei eſt *h*, vel pignori dare licere *i*.

a adde *l.* 42. ſ. *de pign.*
b Appellationis iudex primam ſententiam vt confirmare, ita ſupplere & in ſententiam deducere id quod omiſſum fuerit poteſt.
c Appellatio etiam temeraria vim ſententiæ ſuſpẽdit: qui tamen ita appellauit, in fructus medij temporis condemnandus eſt. adde *l. vlt. inf. de re iud.* Quid? appellatio fruſtratoria quæ eſt? quæ non prodeſt appellanti?
d *l. vlt. inf. de re iud. l.* 21. *inf. de appell.* adde *l.* 2. *C. de vſu. rei iud.*
e Intereſt noſtra, obligationem noſtram non diuidi. *v. l.* 19. *ſup. de pign.*
f Partis ſolutio poteſt offerri, ſi ita cõuenerit: aliàs partem offerens nihil offert. adde *l qui ſocidum* 78. *inf. de leg.* 2. neque liberatur ab vſuris. Cur non admittitur partis oblatio? nẽpe quia multa habet incõmoda, *l. planè* 3 *ſup. fam. erciſc.*
g ſi non retardatur præſtatio vniuerſæ vſuræ per partis oblationem, igitur nihil agit debitor partem offerens: atqui iudicis officium eſt agente creditore, vt partem accipiat à debitore, *l.* 21. *in fi. de reb. cred.*
h Iuliis, *vt l.* 60. ſ. *locati.*
i Vſuræ incertæ peti non poſſunt. Incerta vſurarum promiſſio non tenet.
k *l.* 31. *ſup eodem.*
l Fructus legatarij ſunt ex die dominij quæſiti: etſi pars anni maior effluxerit.
m non à die mortis, *l.* 86. §. 2. *inf. de leg.* 2.
n Vſuras quas fiſcus ex mora generali petere potuit, fiſci ceſſionarius petere poteſt.
o *l.* 17. §. 5. ſ. *eo.*
p *l.* 15. *l* 16. *C. eod.*
q Vſurarum licitus modus centeſima vſura, *l.* 5. § 4. ſ. *de pign.* vbi dixi.
r Donatarius, naturali ratione, fructus cura ſua & induſtria perceptos, i. induſtriales, ſuos facit, §. 15. *Inſt. de rer. diuiſ.* ſ illos tantum. *Hal.* t Fructuum alij operis adquiruntur, *vt hic.* alij non ex facto noſtro, *in fin. inf. eod.* putà ſi pomum decerpam, ſyluam cædam *inf. eod.* Cui diuiſioni tertium membrum adiicit Bartolus, ciuiles nimirum fructus, qui neque ex operis, neque ſpontè naſcuntur, ſed iure vt mercedes ædium. Alij mixtos eos appellant, natura partim, partim induſtria quæſitos, *v. Copum* 1. *de fruct. lib.* 3.
u Fructus naturales, pomum decerpere, ex ſylua cædere.
x cæciderit. *Hal.*
y Imò, omnes etiam naturales fructus ſuos facit, non ſolum induſtriales, *l.* 48. *inf. de adq. rer. dom.*
z *l.* 36. §. 5 *ſup. de pet. her. l.* 48. *ſup. de rei vind.*
a *l.* 24. ſ. *eod.* b *l.* 9 *ſup. eo.* c dixi ad legem 4. *C. quando dies legatorum.*
d Accuſatio falſi teſtamenti ſuſpendit petitionẽ legati: reus tamen omnia damna præſtat. e poſt huiuſmodi fruſtrationem. f vel ideo, quod is vſuras præſtat qui fruſtrationis cauſa legis Falcidiæ beneficium implorauit. *l.* 89. *in fin. inf. ad l. Falcidiam.* g Fructus ſuos qui facit, idem pignori dare poteſt. h *l.* 72. *inf. de reg. iur.* etiam hoc caſu fructus eſt, vt fructuarius poſſit pignori dare vſumfructum.
i Vſumfructum ſcilicet, non proprietatem, *l.* 6. *C. de vſufructu.*

DE NAVTICO *a* FOENORE *b*.

TIT. II.

Quæ ſit pecunia traiectitia.

Modeſtinus lib. 10. Pandectarum.

TRaiectitia *c* ea pecunia eſt, quæ trans mare vehitur: cæterùm, ſi eodem loci conſumatur, non erit traiectitia.

¶ Sed videndum, an merces ex [ea] pecunia comparatæ, in ea cauſa habeantur? Et intereſt, vtrùm etiam ipſæ periculo creditoris nauigent: tunc enim traiectitia pecunia fit.

Si nemo ſit, qui poſſit interpellari.

2. *Pomponius* lib. 3. ex Plautio.

LAbeo ait, ſi *d* nemo *e* ſit, qui à parte promiſſoris interpellari traiectitiæ pecuniæ poſſit, idipſum teſtatione complecti debere, vt pro petitione id cederet.

Ex quo die periculum ſpectat ad creditorem.

3. *Modeſtinus* libro 4. Regularum.

IN nautica pecunia ex *f* ea die periculum ſpectat creditorem *g*, ex quo nauem nauigare conueniat.

De periculo non ſuſcepto, vel diſcuſſo. 1. De operis ſerui.

4. *Papinianus* lib. 5. Reſponſorum.

NIhil intereſt, traiectitia pecunia ſine periculo creditoris accepta ſit, an poſt diem præſtitutum, & conditionem impletam periculum eſſe creditoris deſierit *h*: vtrobique igitur maius *i* legitima vſura fœnus non debebitur: ſed in priore quidem ſpecie, ſemper: in altera verò, diſcuſſo periculo: nec pignora vel hypothecæ, titulo maioris vſuræ tenebuntur.

1 ¶ Pro operis *k* ſerui traiectitiæ pecuniæ gratia ſecuti *l*, quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem *m* centeſimæ *n*, non *o* vltra duplum debetur. In ſtipulatione fœnoris poſt diem periculi ſeparatim interpoſita, quod [in ea] legitimæ *p* vſuræ deerit, per alteram ſtipulationem operarum ſupplebitur.

De pecunia credita vt ſub conditione reddatur. 1. Et de pacto.

5. *Scæuola* lib. 6. Reſponſorum.

PEriculi pretiũ *q* eſt *r*, & ſi, conditione quamuis pœnali *ſ* non exiſtente, recepturus ſis quod dederis, &

a 4. C. 23. *Nou.* 106. & 110. ſuperiori autem titulo dixit de terrenis, & mediterraneis vſuris, nunc de maritimis tractat.
b ita ſcribendum quidam putãt, exiſtimantes fœneratorem dici quaſi φαινερότερον, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον, quoniam id genus hominum ſpeciem oſtentat humanitatis, vt commodi eſſe videantur inopib. nummos deſiderantibus, verùm illam ſententiam improbat *Gell.* 16. *c.* 12. notat enim fœneratorem à fœnore: fœnus autem à fœtu dici, & quaſi à fœtura quadam pecuniæ parientis atque increſcentis: atque adeò M. Catonem & cæteros eius ætatis, fœneratorem ſine *a* litera pronuntiaſſe Varro 4. *de ſermone Latino* ſcribit. Eſt autem fœnus lucrũ, quod ex conuentione accedit ad ſortem mutuò acceptam, quòd ſi ad alium contractum quàm mutui accedat præter ſortem aliquid officio iudicis, non lucri cauſa, ſed ne in damno verſetur creditor, vſura eſt, non fœnus Fœnoris vtriuſque diuerſa eſt qualitas, maritimi namque periculum eſt creditoris; mediterranei verò debitoris: quod & debitor teſtari ſolebat, priuſquam nauis ſolueret. Demoſthenes, πρὸς Φορμίωνα, mediterranei modus certus finitúſque: maritimi, olim infinitus, hodie finitus: ſed certè grauior mediterraneo, video tamen hoc fœnus, appellari maritimas vſuras, *l.* 6. *inf. eod.*
c ſic enim appellatur *hic & l.* 2. *inf eo. l.* 13. ſ. *de neg. l.* 2. *in fi.* §. *quod certo loco, l.* 3. §. 7. *inf. de peculio*: ſed & nautica, *l.* 3. *inf. eo l.* 122. §. 1. *de verb. obl* διαπόντια χρήματα *Eclog.* 7. *tit.* 7. Aug. *Homil.* 29. quaſi fœnus traiectitium facis: & Diogenes Laërtius ait Menippum ſolitum ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν. i. credere ſub lege ſuſcipiendi periculi: & adiicit in Menippo καὶ ἐξενεχυράζειν, quia & ſub pignoribus credi ſolebat ea pecunia, *v. l.* 122. §. 1 *inf. de verb. obl.* Atque ita pecunia nautica ea eſt quæ creditoris periculo trans mare vehitur, ſiue illa ipſa, ſiue etiam merces ex ea comparatæ reportentur, modo periculo creditoris nauigent *hac l. in fin.* hinc apud Pollucem & Demoſth. *in oratione* πρὸς Φορμίωνα, *& in oratione*, περὶ Λακρίτου παραγραφῆς. fœnus ἑτερόπλουν (quod pro commeatu tantum) & ἀμφοτερόπλουν, quod pro remeatu accipitur, *v. Hot.* 1. *de vſur.* 9.
d Proteſtatio loco petitionis eſt, vbi petitio fieri non poteſt, ad *l.* 25. ſ. *de adult. Auth. ſi captiu. C. de epiſc. Auth ſi liberi furioſi C. de epiſc. audientia*: *l. vt perfecti.* 1. *C. de annali.* e *l.* 23. *in fi. ſup. de vſur.* f Commodum ex ea die cuiuſque eſt, ex qua periculum ſentit, *vt hic* & è contrà, *l.* 4. *inf. eo.* g ſpectat ad creditorem, *Hal.*
h Commodum ex ea die cuiuſque eſſe deſinit, ex qua periculum eius eſſe deſinit, *vt hic.* & è contrà, *l.* 3. *ſup. eo.* i Imò, vſura nautica non tantum centeſima, ſed infinita poteſt eſſe. *v. Paul.* 2. *ſent.* 14. §. 3. Cuiac. *ibid.* ait Tribonianum ex Iuſtiniani conſtitutione vocem, *centeſimam*, hic addidiſſe, à qua opinione reſilit 9. *obſ.* 38. quem *ibid.* diligentiſſimè conſule. k ſtipulationem pœnæ & operarum eandem eſſe notat Cuiac 7. *ad Afric. ad l.* 23. *inf. de obl.* diuerſam tamen à fœnoris ſtipulatione, *vt hoc loco.* l Solebat enim à creditore mitti ſeruus vel libertus, qui pecuniam ſuo tempore à debitore exigeret, atque pro eius operis certa ſumma in ſtipulationem deducebatur, *vt hic. & l.* 23. *in pr.* ſ. *de obl. & act.* Cuiac. 2. *obſ.* 12. m id eſt, modum. *Duar.* 2 *diſp.* 3 n Vſuram centeſimam credita pecunia olim licebat ſtipulari, *vt hic. & l.* 8. *C. ſi cert. pet.* Credito frumento & frugibus omnibus, quatuor centeſimas, *l.* 1. *C. Theod de vſuris*: *l.* 23. *C. de vſuris. & ſic* 48. *in centum.* Fruges recipiebant immodicas vſuras. Hodie credita pecunia ſtipulamur beſſes aut ſemiſſes credito frumento cæteriſque frugibus centeſimas tantum, *l. eos.* 26. *C. de vſuris.* Cauſa differentiæ pecuniæ & frugum poſita eſt in incerto & inconſtante frugum pretio: quod etiam efficit vt frugum vſuræ, ex pacto debeantur: pecuniæ, non niſi ex ſtipulatione, *l.* 12. *C. de vſuris.* Quinetiam in frugibus centeſimas quiſque & ſtipulari & promittere poteſt: in pecunia ruſtica trientes tantum promittere: viri illuſtres eandem ſtipulari poſſunt. Ita non omnium debitorum & creditorum in pecuniæ creditæ vſuris æqua conditio eſt. adde *Nou.* 32. *& ibid. Cuiac.* o has tres voces, non vltra duplum, diſpungit Hotom. 3. *obſ.* 6.
p legitima vſura, centeſima, dixi ad *l.* 1. §. 3. *in fi.* ſ. *de pign.* q τίμημα τοῦ κινδύνου, *Baſil.* id eſt, periculo maritimo. adfine eſt illud terreſtre, de quo mox dicturi ſumus id Græci χερμαρχικὸν quoties conditione quamuis, &c. vt ſit ſenſus: Periculum mutuæ pecuniæ in ſe recipiens creditor centeſimas poteſt ſtipulari, ſiue pecunia traiectitia, id eſt, nautica ſit, ſiue non ſit *Bald.* vide Molinæum nouè hanc legem explicantem *in tract. vſurarum, n.* 98. *ad* 104. negantem etiam periculum pretij hic idem eſſe cum mutuo venditione, ſocietate, contractu vſurario, alea eſſe contractum, do vt des: cui certè Baſilica obſtant (in eo quod mutuum eſſe negat) cùm ita habeant: δανείζων δυνάμαι συμφωνεῖ λαβεῖν ὁ δανειστὴς σὺν ἑτέρας μεσότητος ὡσανεὶ τίμημα τοῦ κινδύνου, &c. Cuiac. 9. *obſ.* 18.
r non eſt, etſi, conditione quauis pœnali non exiſtente, recepturus ſis quod dederis, & inſuper aliquid præter pecuniam, ſi modò in aleæ ſpeciem non cadat. *Hot.* 3. *obſ.* 1. ſ quæ pœna infligitur ei qui conditionem non implet. *Cuiac.* 9. *obſ.* 18.

inſuper

inſuper aliquid præter pecuniam : ſi modò in aleæ *a* ſpeciem non cadat *b*, veluti ea, ex quibus conditiones *c* naſci ſolent, vt *d ſi manumittas e, ſi non illud facias, ſi non conualuero*, & cætera *f*. nec *g* dubitabis : ſi *h* piſcatori erogaturo *i* in apparatum, plurimum pecuniæ dederim, *vt ſi cepiſſet, redderet* : & athletæ, vnde ſe exhiberet *k*, exerceretque, *vt ſi viciſſet, redderet* l.

1 ¶ In his autem omnibus & pactum *m* ſine ſtipulatione ad augendam obligationem prodeſt.

De naue perempta : & pignoribus quæ ſunt in alia naui.

6. *Paulus* lib. 25. Quæſtionum.

FOEnerator, pecuniam vſuris maritimis mutuam dando, quaſdam merces in naue pignori accepit *n*, ex quibus ſi non potuiſſet totum debitum exſolui, aliarum mercium aliis nauibus impoſitarum propriiſque fœneratoribus obligatarum, ſi quid ſuperfuiſſet, pignori accepit. Quæſitum eſt, naue propria perempta, ex qua totum ſolui potuit, an id damnum ad creditorem pertineat, intra præſtitutos dies amiſſa naue, an ad cæterarum nauium ſuperfluum admitti poſſit? Reſpondi: Aliàs quidem pignoris deminutio ad *o* damnum debitoris, non etiam ad creditoris pertinet. Sed cùm traiectitia pecunia ita datur, *vt non aliàs petitio eius creditori competat, quàm ‖ſi‖ ſalua naui intra ſtatuta tempora peruenerit*, ipſius crediti obligatio, non exiſtente conditione defeciſſe videtur. & ideo pignorum quoque perſecutio perempta eſt: etiam eorum, quæ non ſunt amiſſa: ſi nauis intra præſtitutos dies periſſet, & conditionem ſtipulationis defuiſſe videri. Ideóque ſine cauſa de pignorum perſecutione, quæ in aliis nauibus fuerunt, quæri. Quando ergo ad illorum pignorum perſecutionem creditor admitti potuerit : ſcilicet tunc, cum conditio *p* exſtiterit obligationis, & alio caſu pignus amiſſum fuerit, vel viliùs diſtractum: vel ſi nauis poſtea perierit, quàm dies, pręfinitus periculo, exactus fuerit.

De pacto.

7. *Idem* lib. 3. ad Edictum.

IN quibuſdam *q* contractibus etiam vſuræ debentur, quemadmodum *r* per ſtipulationem. Nam ſi dedero decem traiectitia, *vt ſalua naue ſortem cum certis vſuris recipiam*, dicendum eſt, poſſe me ſortem cum vſuris recipere *ſ*.

Si per creditorem ſteterit quominus acceperit.

8. *Vlpianus* lib. 77. ad Edictum.

SEruius ait pecuniæ traiectitiæ pœnam *t* peti non poſſe, ſi *u* per creditorem ſtetiſſet quo minus eam intra ‖certum‖ tempus præſtitutum accipiat.

De morte debitoris.

9. *Labeo* lib. 5. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI traiectitiæ pecuniæ pœna *x*, vti ſolet, promiſſa eſt: quamuis eo die, qui primus ſoluendæ pecuniæ fuerit, nemo *y* vixerit, qui "eam" pecuniam deberet, tamen perinde *z* committi pœna poteſt, ac ſi fuiſſet *a* hæres debitoris.

a Kotomanus 5. *obſ.* 1. in aliam ſpeciem. Idem 1. *obſeru.* 27.

b non cadunt in aleæ ſpeciem ij contractus, de quibus nunc dicturi ſumus, cum ex iis naſcatur condictio, quod in alea non eſt, *l.* 19. *in fi. inf. de prob.*

c Condictiones, *Cuiac. ex Baſ. Hot.* 1. *obſ.* 27. *&* 5. *obſ.* 11. *arg. l.* 4. *inf. de donatione inter vir.*

d Conditiones hæ tres poteſtatiuæ : ſub quibus pœnam maiorem ſorte ſtipulamur ſi contra pactum factum fuerit. Quid? huiuſmodi ſtipulatio eſtne in fraudem vſurarum legitimarum? non eſt; nec enim ſimplex pœnæ ſtipulatio hic eſt vt in illa. Baldus interim hinc colligit, Contractum innominatum verbis conditionalibus, neque fieri, vt & modalibus.

e ἵνα μὴ ἐλευθερώσῃς *Baſil.* ſi non manumittat. *Cuiac. ibid.*

f vt in illa ſtipulatione, ſi intra certũ tempus 20. mutua non reddentur, 100. reddes, *l.* 40. *ſ. de reb. cred. l.* 90. *inf. de verb. oblig.*

g at nec dubitabis in his omnibus, & pactum ſine ſtipulatione, ad augendam obligationem prodeſſe *Hot.* 5. *obſ.* 1.

h Conditiones hæ duæ quæ ſequuntur caſuales & fortuitæ: quæ etſi operam requirant, effectu tamen ipſo aleæ quaſi ſpeciem continent, & veræ conditionis inſtar ſunt : vt ea ex cauſa dubium non ſit ob incertum euentum, & ſortis periculum, licere ſupra ſortem paciſci. Hæ conditiones à ſuperioribus differunt: hæ non, vt illæ, pœnales ſunt: illæ negligentiæ nomine & fere effectu non ſecuto, committuntur : hæ fortunæ ſolùm poteſtate & effectu ſecuto vim ſuam obtinent, vt in his maior ſit dubitatio, quam in illis: & tamen periculi pretium vtrobique eſt : & adiectio vltra legitimum vſurarum modum debetur: pactum vſurarum ſine ſtipulatione his caſibus prodeſt, *v. Langebekium* 2 *Annot.* i erogato in apparatum, vt ſi cepiſſet redderet. Hotom. 3. *obſ.* 7. exiſtimat ita legendum 8. hæc verba *plurimum pecuniæ* ab imperito interprete ſubiecta ſub hoc verbo, erogato.

k i. in victum & exercitationem, quam legem pulueris & cibi Terentianus Maurus vocat. *Cuiac.* 9. *obſ.* 28. Athletæ ſolebant ſe multo antè tempore ſplendidè alere, vt eo robuſtiores eſſent. Hinc habitus Athleticus. l ſi non viciſſet, redderet, *Cuiac. ibi.* m adde *l.* 7. *inf. eo.* n Id enim conſuetum erat. *v. l.* 122. §. 1. *inf. de ver. oblig.* o *l.* 6. *l.* 9. *C. de pign.* p *l.* 5. *ſup. de pign.*

q *l.* 5. *in fi. ſup. eo.* r i. perinde ac ſi ſtipulatus eſſem, id eſt, citra vinculum ſtipulationis ex pacto. ſ quippe vbi ſalua obligatio principalis non eſt, ibi ſalua obligatio pignoris eſſe non poteſt.

t v. quæ ſcripſi ad *l. vlt. inf. eo.* u *l.* 105. *inf. de ver. obl.*

x Pœnæ pecuniæ traiectitiæ exempla pete ex *l. pen. ſ. eod. l. debitor.* 13. *ſup. de negotiis l.* 3. §. *ſeruus ſup. de peculio, l.* 23. *ĵ. de obl. & act.*

y *l.* 77. *ĵ. de verb obl.*

z Pœna committitur, mortuo etiam debitore, *vt hic.* Quid ita? quippe hic mora ex contractu committitur: nec requiritur vera mora perſonæ, quæ adeſſe non poteſt, hereditate iacente, *l. is cui* 5. §. *ceſſatum.* 20. *inf. vt in poſſ.*

a *ſub.* in rerum natura. b 4. *C.* 19. *&* 22. *Ecl.* 12. *&* 2. *extra* 19. Vtilem eſſe hunc titulum apparet, ex eo quod neque ius, neque voluntas defuncti quidquam poſſit vbi deficit probatio, *l.* 30. *inf. de teſt. tutel.* quæ luci comparatur *l. vlt. C. eod.* lumen veritatis appellatur, *l.* 4. *in fi. C. de temp & repar. appell.* Quid eſt probatio? An rei dubiæ per argumenta, vt volunt quidam antiqui gloſſatores, per teſtes, inſtrumenta, iudicia, præſumptiones, oſtenſio, vt vult Gofredus? rei dubiæ legitimè facta probatio, vt Hoſtienſis? extrinſeca rei demonſtratio per modos legitimos ſtatutos à iure, vt vult Matheſilanus? An fides veri, legitimis modis & temporibus facta, vt vult Baldus? de quibus v. Ferretum *in Rubr. huius tituli* An qua rei controuerſæ, teſtibus aut tabulis iudici fit fides, vt vult Duarenus? 1. *Diſput.* 27. An quædam demonſtratio dictorum factorúmque iudici facienda in cauſis apud eum controuerſis, vt vult Old. *in Topicis, & tract. de prob. in pr.* An inſtrumenta, vel teſtimonia, quibus veri fides fit? Cuiac. *hic.* intentionis ſiue legitima fides iudici ab actore, reo, vel vtroque facta. Cuiac. *C. eod.*

c Quæ probationum ſpecies? inſtrumenta, perſonæ ſiue teſtes, *v. l.* 11. *C. de fid. inſt.*

DE *b* PROBATIONIBVS *c*, & præſumptionibus *a*.

TIT. III.

De genere vel gente.

Papinianus lib. 3. Quæſtionum.

QVotiens quæreretur *b* genus *c* vel gẽtem quis haberet, necne, eum *d* probare *e* oportet.

De affirmante & negante.

2. *Paulus* lib. 69 ad Edictum.

ET incumbit probatio, qui *f* dicit *g*, non qui negat *h*.

De tacito fideicommiſſo.

3. *Papinianus* lib. 9. Reſponſorum.

CVm *i* tacitum *k* fideicommiſſum ab eo datur, qui tam in primo, quàm in ſecundo teſtamento pro eadem parte, vel poſtea pro maiore heres ſcribitur: probatio *l* mutatæ voluntatis ei debet incumbere, qui *m* conuenitur *n*, cùm ſecreti ſuſcepti ratio plerumque *o* dominis *p* rerum perſuadeat, eos ita heredes ſcribere quorum fidem elegerunt.

De fuga ſerui.

4. *Paulus* lib. 6. Reſponſorum ‖ reſpondit. ‖

EMptorem *q* probare debere, eum ſeruum, de quo quæritur, antequam emeret, fugiſſe *r*.

De prohibitione iuris. 1. De emancipatione.

5. *Idem* lib. 9. Reſponſorum.

AB ea parte, quæ dicit, aduerſarium ſuum ‖ ab ‖ aliquo iure *ſ* prohibitum eſſe ſpecialiter lege, vel conſtitutione, id probari oportere.

1 ¶ Idem reſpondit, ſi quis negat *t* emancipationem recte factam, probationem ipſum præſtare debere.

directa, obliqua, plena, (qualis eſt quæ per duos aut plures teſtes, per ſcripturas fide dignas, confeſſionem factam in iure, euidentiam facti, iuſiurandum, de quo tamen *v. l. vlt. C. eo.* legitimam præſumptionem, de qua *v. d. l. vlt.* fit: indicia, *l. vlt. C. eo. v. Oldend. c.* 2. *de prob.*) ſemiplena, qualis eſt vnus teſtis, literarum comparatio, ſcriptura priuata, leuis præſumptio, *v. Oldendorp. c.* 3. *de prob.*

a 2. *Ecl.* 23. Præſumere, eſt ante ſumere, audere, accedere, tentare, aliquid contra ius prius adgredi, præoccupare, putare, præſagire, conĳcere, cogitare, diuinare. Præſumptio, eſt coniectura ſeu diuinatio in rebus dubiis collecta per rerum circumſtantias, ex argumentis vel indiciis frequenter euenientibus. *Oldend. in Topicis tract. de præſumpt.* (*v.* 3. *Regum* 3. *c.* 2. *extra de præſumpt.*) vel, præſumptiones, ſunt anticipationes quædam de eo quod in re eſt, communi ſenſu perceptæ ex eo quod plerumque intelligitur, quodque plerumque fit, quæ probationem omnem in eum transferunt contra quem faciunt. *Cuiac. hic.* vtiliter de præſumptionibus tractauit Oldendorpius *d. loco.* fuſiſsimè verò Alciat. *in ſuo de præſumpt. tractatu.* Porrò, Præſumptionum alia maior, alia minor: hæc iuris (quia à lege introducitur) & de iure, quia à lege fluit, & habetur à lege pro vera. Eſtque nihil aliud Alciato (2. *parte præſumpt*) quàm diſpoſitio legis præſumentis, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto ſtatuentis : contra quam non admittitur probatio, *v. l. vlt. Cod. ad Velleian.* alia iuris tantum, quæ eidem Alciato (*in* 3. *parte præſumpt.*) nihil aliud eſt quam probabilis coniectura ex certo ſigno proueniens, quæ non alio adducto pro veritate habetur. Differt præſumptio à probatione, Probatio per ſe, Præſumptio per ea quæ certa ſunt fidem facit, *v. l.* 38. *infrà de cond. & demonſt.* differt à fictione quia fictio aduerſatur veritati, præſumptio fundatur in veritate: ideoque contra fictionem non admittitur probatio : quid enim efficeret probatio veritatis vbi fictio aduerſus veritatem fingit? Ideoque ſuper falſo & certo fingitur, ſuper incerto & vero præſumitur: Porrò, fictio nihil aliud eſt quàm legis aduerſus veritatem in re poſſibili, ex iuſta cauſa, diſpoſitio, *v. Alciat. in* 1. *parte præſumpt. n.* 2. b in ſucceſſionibus & tutelis, ad agnatos enim & gentiles ſolent deferri, arg *l.* 10. *ĵ. de grad.*

c Genus à gente hic ſeparatur. Inter aſcendentes, & deſcendentes eſt genus : inter agnatos, gentileſque etiam gens eſt. Abuſiuè tamen genus pro gente interdum ſumitur, & in hæc duo genus & gentem diuiditur iure ciuili ſanguinis coniunctio. Porrò, quod ad gentem attinet, ea diuiſa erat in ſtirpes, familias ſiue domos *l. pen. in fi. ĵ. contra tab.* Ita hereditatis diuiſo in ſtirpes, §. *cum filius, Inſt. de hereditatib. quæ ab inteſt.* non eſt in gentes, ſed in diuerſas vnius gentis ſtirpes ſeu domos diuiſio. Poteſt enim quis ex eadem gente eſſe, non tamen ex eadem domo: & contra: nemo ex eadem domo ſine ſtirpe eſſe poteſt, niſi ex eadem gente ſiue genere ſit, adde quæ ſcripſi ad *l.* 195. *ĵ. de ver. ſign. & Renardum* 5. *Variar.* 1.

d qui dicit ſcilicet ſe eſſe ex ea gente, de cuius ſucceſſione & tutela agitur, facit *Nou. de ſucceſſoribus* 36. §. 2. ideoque ſi inter duos litigetur de cognatione, ambo probationes afferre tenentur *d. Nou.* 36.

e Probanda gens eſt (quoties nimirum de genere alicuius quæſtio eſt) ex vtraque parte, cognitionaliter non μονομερῶς, adde *Nou.* 36.

f *l.* 2. *C. eo. Nou.* 18. *c.* 8. Affirmatiua, probatione indiget, non negatiua. Affirmanti factum incumbit probatio, non neganti, *l.* 23. *C. eo.*

g *d. l.* 21. id eſt, actor *l.* 23. *ĵ. eo.* ſeu is qui agit, vt emptor, *l.* 4. patronus, *l.* 6. heres *l.* 12. *in fin.* qui de læſione conqueritur, *l.* 15. qui voluntatem mutatam dicit *l.* 22. creditor *l.* 11. *l.* 23. debitor ſolutam pecuniam affirmans, *l.* 1. *C. eo l.* 18. §. 1. *ĵ. eo.* h Cur ita? *v. l.* 23. *in fin. C. eod.* i Tacitum fideicommiſſum in vno teſtamento relictum, intelligitur, in alio repetitum, niſi coniecturæ contrariæ ſint. Tacitum eſt, cum ſecreto capaci relinquitur, vt incapaci reſtituat.

k de quo *v. l.* 103. *ĵ. de leg.* 1. l *v. l.* 48. *l.* 49. *ĵ. de iure fiſci*, *l.* 22. *ĵ. eo.*

m hic igitur caſus excipitur à regula ſuperiore, ſeu *l.* 2. *ſ. eod.* & meritò : dum enim putant teſtatores & heredes nouatis teſtamentis occultius rem in fraudem legum gerere, maiore digni odio ſunt habendi. *Ferretus hic.*

n à fiſco, qui vult hereditatem auferre tanquam ab indigno, quòd fidem in primo teſtamento commodauit de reſtitutione facienda incapaci, *l.* 3. §. *tacitus* 3. *ĵ. de iure fiſci.* Ita qui tacitam fidem accommodauit alicui in primo eiuſdem teſtamento, probare cogitur ſe tacitam fidem eidem non accommodaſſe in eius ſecundo teſtamento. Nec enim præſumitur mutata teſtatoris vel heredis ſecreta voluntas. Qui tacitam fidem primo teſtamento accommodauit, idem & in ſecundo eandem accommodaſſe præſumitur, niſi probet contrarium. In ſecundo videntur repetita quæ fuerunt in primo, v. tamen *l.* 28. *ĵ. de adimendis. l. Statius* 48. *ĵ. de iure fiſci.* o v. quæ ſcripſi in *l.* 9. *in verbo plerumque, ĵ. eo.* Præſumptiones ducuntur ex eo quod plerumque fit. p i. teſtatoribus. Domini rerum, hic nihil aliud quam teſtatores, aliàs, domini rerum principes. q Niſi probetur, emptor probat ſeruum ante venditionem fugiſſe 22. *Syn.* 1. *c.* 4. Probare tempus is debet, qui tempore nititur. r *v. l.* 7. *ĵ. eo.* ſ puta aduocationis, vt *l.* 5. *C. de poſtul.* hinc collige negatiuam ab eo probandam eſſe, qui in ea fundamentum ſuæ intentionis facit, & qui ea vtitur aduerſus communem præſumptionem, vel ita: Probare quid iure prohibitum, ſeu iuris prohibitionem & exceptionem is debet, qui eam in iudicium deducit? quippe iure permiſſum & factum quidque præſumitur, niſi contrarium probetur. adde *l.* 17. *ſ. de ſeru. ruſt. præd. l.* 27. *C. de teſtam. l.* 32. *in fin. C. de appell.* t vt in *l.* 1. *C. ſi aduerſ. rem iudicat.* adde *l.* 3. *ĵ. ſolut.* u Quia præſumitur iuriſdictionis & actus ſolemnitas.

De alienatione in fraudem patroni.

6. *Scæuola* libro 2. Reſponſorum.

PAtronum manifeſte *a* docere debere libertum in fraudem *b* ſuam aliquid dediſſe *c*, vt partem eius, quod in fraudem datum eſſet, poſſet auocare.

De fuga ſerui.

7. *Paulus* libro 2. Sententiarum.

CVm *d* probatio *e* prioris fugæ deficit *f*, ſerui quæſtioni *g* credendum eſt. in ſe *h* enim interrogari *i*, non pro domino aut in *k* dominum videtur.

De patria poteſtate. De libertate.

8. *Idem* lib. 18. ad Plautium.

SI *l* filius in poteſtate patris ſe eſſe *m* neget, prætor cognoſcit, vt prior doceat filius: quia & pro pietate *n*, quam patri debet, præſtare, hoc ſtatuendum eſt; & quia *ſe liberum eſſe* quodammodo *o* contendit. Ideo enim, & qui *p* ad libertatem proclamat, prior docere *q* iubetur.

De pacto perſonali, vel in rem.

9. *Celſus* lib. 1. Digeſtorum.

SI pactum factum ſit, in quo heredis mentio non fiat, quæritur, an id actum ſit, vt ipſius dumtaxat perſonæ eo ſtatueretur *r*? Sed quamuis verum eſt, quòd, qui excipit *ſ*, probare debeat quod excipitur, attamen de ipſo dumtaxat, ac non de herede eius quoque conueniſſe, petitor, non qui excipit, probare debet. quia plerumque *t* tam heredibus *u* noſtris, quam nobiſmet ipſis *x* cauemus *y*.

De cenſu & monumentis publicis.

10. *Marcellus* lib. 3. Digeſtorum.

CEnſus *z* & monumenta *a* publica, potiora *b* teſtibus *c* eſſe, ſenatus cenſuit.

De fideiuſſoribus tutorum.

11. *Celſus* libro 11. Digeſtorum.

NOn *d* eſt neceſſe pupillo probare, fideiuſſores pro tutore datos, cùm accipiebantur, idoneos non fuiſſe. Nam probatio exigenda eſt ab his, quorum offici*j* *e* fuit prouidere, vt pupillo caueretur.

De legato in teſtamento & in codicillis relicto.

12. *Idem* lib. 17. Digeſtorum.

QVingenta *f* teſtamento tibi legata ſunt: idem ſcriptum eſt in codicillis *g* poſtea ſcriptis. Refert, duplicare *h* legatum voluerit, an repetere: & oblitus, ſe in teſtameneo legaſſe, id fecerit. Ab vtro ergo probatio eius rei exigenda eſt? Prima *a* fronte æquius *b* videtur, vt petitor probet, quod intendit. Sed nimirum *c* probationes *d* quædam à reo exiguntur. Nam ſi creditum petam, ille reſpondeat, ſolutam *e* eſſe pecuniam: Ipſe hoc probare cogendus eſt. Et hic igitur, cum petitor duas ſcripturas oſtendit *f*, heres poſteriorem *g* inanem *h* eſſe, ipſe heres id adprobare iudici *i* debet *k*.

De probatione ætatis.

13. *Idem* lib. 30. Digeſtorum.

CVm de ætate hominis quæreretur, Cæſar noſter in hæc verba reſcripſit. Et durum & iniquum eſt, cùm de ſtatu *l* ætatis alicuius quæreretur, & diuerſæ *m* profeſſiones *n* proferũtur *o*, eam *p* potiſſimum ſtare, quæ nocet *q*: ſed cauſa cognita *r*, veritatem excuti oportet *ſ*: & ex eo potiſſimum annos computari, ex quo præcipuam *t* fidem in ea re conſtare, credibilius *u* videtur.

De cauſa ſtatus.

14. *Vlpianus* lib. 2. de Officio Conſulis.

CIrca eum, qui ſe ex libertinitate ingenuum dicat, referendum eſt quis actoris partibus fungatur.

¶ Et ſi *x* quidem in *y* poſſeſſionem libertinitatis fuit, ſine dubio ipſum oportebit ingenuitatis cauſam agere, docereque, ſe ingenuum eſſe.

¶ Sin *z* verò in poſſeſſione ingenuitatis ſit, & libertinus eſſe dicatur (ſcilicet eius, qui ei controuerſiam mouet) hoc probare debet, qui eum dicit libertum ſuum: quid enim intereſt, ſeruum ſuum quis, an libertum contendat?

¶ Si quis autem fiducia ingenuitatis ſuæ vltrò *a* in ſe ſuſcipiat probationes, ad hoc vt ſententiam ferat pro ingenuitate facientem (hoc eſt, *ingenuum ſe eſſe* vt pronuncietur) an obtemperare ei debeat, tractari poteſt? Et non abs re eſſe opinor, morem ei geri probandi *ſe ingenuum*, & ſententiam ſecundùm ſe dandam cùm nulla † captio intercedat iuris.

De eo qui quaſi filius defuncti fideicommiſſum ſoluit, & cautionem accepit.

15. *Modeſtinus* lib. 12. Reſponſorum.

QVidam quaſi *b* ex Seia ſuſceptus à Gaio Seio, cum Gaius fratres haberet, hereditatem Gaij inuaſit *c*: & fratribus eiuſdem, quaſi ex mandatu defuncti, fideicommiſſa ſoluit: cautionem *d* accepit *e*, qui poſtea, cognito quòd filius fratris eorum non fuiſſet, quærebant, an cum eo de hereditate fratris poſſint, propter emiſſam manum *f* ab eis quaſi filio, agere *g*? Modeſtin. reſpondit, cautionem *h* exſoluti fideicommiſſi ſtatum eius, qui probari poteſt à fratrib. defuncti filius mortui non eſſe, minimè confirmatum eſſe, ſed hoc ipſum à fratribus *i* probari debet.

De profeßione matris & aui.

16. *Terentius Clemens* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

ETiam *k* matris *l* profeſſio *m* filiorum recipitur *n*. ſed & aui recipienda eſt.

---

a *l.6. C.de dolo l. vlt. C. de probatio.* Manifeſtè autem probari id dicitur quod probatur ex iudicijs & coniecturis, *l.licèt. 74.* ſ. *de leg.1. l. ſi locuples 57. infr.de manum. teſt.*

b Probare fraudem factã tenetur, qui fraudem admiſſam eſſe conqueritur, *l.6.C.de dolo.*

c donaſſe inter viuos, arg. *l.1.§.2.inf. ſi quid in fraud. patron.*

d ſi non probetur, an apud venditorem ſeruus fugerit, quæſtioni eius tormentis factæ credimus. Nam in ſe, non pro domino, vel in dominum, interrogari videtur. *Syn. 22.Tit.1.c.6.in pr. Paul.2. ſent.27. §. 13.l.58.in fi.ſup.de ædilit. Scholiaſtes Syn.Baſ. c.19. Tit. 10.c.41.*

e Plena vel ſemiplena, ſunt tamen quædam alia indicia: vnde notant, indicia minus quiddam eſſe ſemiplena probatione: Eum qui ſemiplenam probationem habet, eundem indicia quoque habere, *l. indicia 10. C.de rei vind. l. vlt. C.de probat.*

f vt quia emptor eam probare non poteſt ſicuti debet, *l. 4. ſup.eo.*

g reſponſioni: ſic emendat Cuiac 5 *obſer.38 in fin.* ex qua re conflatum eſt ἐναντίωμα inexplicabile cum *l.38 in fi. ſup. de ædilitio.* h vide hic Albericum *l.1. §. 2. inf. de quæſt* i *ſub.* directo.

k quod non admittitur, *l.1.§.10.inf.de quæſt.*

l Filius quoque ſui ſe iuris eſſe dicens probat. *Syn.Baſ.22. Tit.1.c.6.in fi.* hoc eſt, Filius qui ſe emancipatum ſeruus qui ſe manumiſſum ait, emancipationem & manumiſſionem probare debent Poteſtas patria & dominica præſumitur durare, niſi probetur contrarium, id eſt ſoluta eſſe. Ita magis præſumitur pro patre & domino adſeuerante, quàm pro filio & ſeruo, *vel ita*: Quaſi poſſeſſio filiationis & ſeruitutis transfert onus probandi in aduerſarium, adde *l.11.C. de fide inſtr.* m ſe eſſe *Hal.* quia natus ex legitimo matrimonio, præſumitur eſſe in poteſtate patris. v. Alciat. 2. *præſumpt. 2.*

n *v.l.1.inf.de obſequiis.* o Nec enim re vera opponitur libertati, quòd quis etiam ſubijcitur patriæ poteſtati: Liber eſſe quis ex eo non deſinit, quod in ſui patris poteſtate ſit, *v.l.215.inf.de ver.ſign.* p *v.l.7.in fi.inf.de liberali cauſa.*

q ſe liberum eſſe. r id eſt, intelligeretur, contineretur?

ſ *v.l.19.in pr.ſ.eod.l.1.inf.de except.* t vt ſi in rem ſtipulati fuerimus, *l.8.§.pen. ſup.de pign.* u Tam heredibus noſtris quàm nobiſmetipſis, plerumque cauemus, adde 2. *Feud.18.* & cauiſſe præſumimur.

x Heredi cauiſſe etiam intelligitur, qui ſibi cauit: ſunt enim pacta ad heredes tráſitoria. Pactum in dubio reale præſumitur non perſonale, *l.13.C.de contr.ſtip.* y ſiue pactum fiat de non petendo: ſiue etiam alios obligemus, *v.l.3.C.de contr. ſtip.* z i. cenſuales & publicæ cuiuſque territorij tabulæ, *l.4.§.1.ſ.de cenſib.* quibus ætas *l.3.inf.de cenſib.* modus tributi ſoluendi *l.22.§.vlt.inf.de annuis legatis,* probatur: vt & priuilegia, & facta antiqua, *v.l.7.l.11.C.de fide inſtr.* cenſus poteſtne ſola ſcriptura probari? dixeris arg. *l.quicunque, C.de apochis publicis.* contrarium verius, *l.19.C.de fide inſtr.* a quid: Sepulchris, publicè inſcripta & cuſtodita annales (qui vel opere vel fortuna merentur fidem publicam, vt ait Plinius, qui etiam probare videntur, arg. *l.1.in pr.ſup.de offic.quæſtoris.*) in publicum æs ac monumentum inciſa, num probant? etiam plenè? *v.l.6.C.de religioſis.* Imo non plenè cùm falſis titulis vitiata fuerit imaginis ſcriptura, *Liuius 4. & 18.* An prouerbia? *v.l.79.§.1.in fi. inf.de leg.3.* An poëtarum teſtimonia? collige ex *l.5. in fi.ſup. de rerum diuiſ.*

b vt teſtimonia ſint ſuperflua, *l.31.C.don.* Imò æqualia, *v.l.15.C.de fide inſtr.* Imo inferiora ſunt, *l.1.in fi.C.de cenſibus, lib.11. tit.57.* ſed & profitenti non præiudicat cenſualis profeſſio, *l.7.C.de donat.* non præiudicat etiam tertio, cuius bona tanquam mea profeſſus fuero, *l.64.inf.de adquir.rer.dom.* v. hic Ferretum *n.2. 3.4.* c duobus, *l.12.inf. de teſtib.* Scripturæ magis creditur quam teſtibus in negotiis antiquis factisve longæuis.

d Præſumitur retro idoneus non fuiſſe, qui nunc inidoneus eſt, qui hanc præſumptionem pro ſe habet pupillus, probare non cogitur, tutorum fideiuſſores, tum, cùm darentur, idoneos non fuiſſe. cùm eo quod nunc idonei ſint, & tum etiã non idoneos fuiſſe præſumptio ſit. Ex præſenti, in præteritum coniecturas ducimus.

e *l.1.§.11.inf.de magiſt.conueniend.* f quinquaginta, *Hal.*

g vel ex teſtamento: eſt enim interdum moris, vt binas tabulas teſtamentorum faciamus *l.14. infra de Teſt. v.l.47.inf.de leg.1.*

h *v.l.29 inf. de iure dot.* multiplicare, *l.34.§.3.inf.de leg.1.*

a Prima fronte i. primo obtutu.

b Cur æquius videtur? Nempe quia generalis hæc ſententia eſt: in pari cauſa, probandi onus ad actorem pertinere, *l.23.C.eo.*

c ſed interdũ *Hal.*

d Probatio interdum exigitur à reo, *l.22.C.de falſis.*

e *l.1.C.de prob.* Interdum reus probat: velut in eo, qui mutuum ſe quidem accepiſſe confitetur, verùm ſolutam eſſe pecuniam dicit. *Syn.Baſ.22.Tit. 1.c.11.§.2.* Opponens exceptionem ſolutionis probare eam cogitur, *l.12. ſ.de probat.*

f & earum vi duas diuerſas ſummas ab herede petit, quaſi duplicatas à teſtatore, *vt ſup.*

g Inanis eſt cautio ſolutione facta creditori, *l.2. C. de cond.ex lege.*

h Scriptura qualibet præſumitur idonea, vimque ſuam habens, niſi contra probetur. Nam vel in diuerſis voluntatibus præſumitur duplicatio, niſi contrà probetur, neque præſumitur quis oblitus eorum quæ fecit, vt in hac ſpecie: legatum eiuſdem quantitatis, in diuerſis ſcripturis relictum, intelligitur duplicatum niſi contrarium probetur, de quo v. Alber. hic plenius.

i Probandum eſt iudici, non aduerſario, *vt hic.* adde *l.is apud quem 2. C.de edendo.* Quid ita? ſi aduerſario fides eſſet facienda, lis abiret in infinitum: nunquam fides ei fieret, eo ſemper tergiuerſante vel negante.

k *l.44.in fi ſ.de leg.2.* Imo heres non tenetur probare priorem inanem eſſe, cùm ei parcatur & ad vnicam dumtaxat eámque minimam ſummam teneatur, *l.47. in fi.inf.de leg.2.* ad hæc, legatarij ex cauſa probare debent defunctum duplicare voluiſſe legatum, *l.29.inf.de iure dot.l.34.§.3.inf.de leg.1.* l i. an aliquis ſit maior 25. annis hinc ad ſtatum ſuum peruenire quis dicitur, v *l.47.§.14 inf de leg. 2.* ſtatus ætatis hic, idem quod ætas. m quid n. ſi aſpectus eius de quo quæritur ab eius profeſſione diſcrepet, *l.32.ſup de minor* ſi παιδογραφία, (de quibus *l.1. inf. de cenſibus*) ab obſtetricibus (de quibus in *l.3.§.6.inf.de Carbon.*) & teſtibus *l.2.C.de his qui veniam:*) diſcrepent? aut quod magis eſt, quid ſi vna earum profeſſionem ementita ſit? vt in *l.14. C.eod.* o moris enim erat publice ætatem profiteri, *v.l.3.in pr.inf.de cenſib.* o his. n. minores læſi ætatem probabant, *l.1. C.ſi minor ſe maior.* p al. ei. q de cuius ætate quæritur. *Accurſ.* r *l.43.ſup.de minor.* ſ etiam die feriato, *l.2. ſup.de feriis.* t *v.l.21.in fi.inf.de teſt.* u Veriſimilioribus, ætatum profeſſionibus ſtare nos oportet x Probare ſe ingenuum debet, qui in quaſi poſſeſſione libertinitatis eſt: qui poſſeſſus eſt ab alio vt libertus, v. *l.20.Cod. eod.*

y In poſſeſſionem eſſe dixit, vt & aliàs ſæpè idem genus dicendi occurrit. z Probare aduerſarium libertinum eſſe is cogitur, qui aduerſus eum in poſſeſſione ingenuitatis morantem experitur. Quaſi poſſeſſio probandi onus à nobis in aduerſarium transfert, *l.18.ſ.eo.l.6.in fi.ſ.ſi libert. ingen.* a vt in *l.39.ſ.de libert.cauſ.*

† Probandi onus voluntate ſua quis in ſe ſuſcipere poteſt, non eius tantùm cum quo litigat (ſibi enim imputet, qui cùm probationis onus in aduerſarium reijcere potuit, onus probationis in ſe recipit, arg. *l.24.ſ de ſtatu*) ſed & aliorum abſentium reſpectu. Cur? quod, ſi eos ſpectes, non tam pronũciatus ſit ingenuus eſſe, quam videtur, *l.27.§.1.ſ.de liberali:* vnde & nullum præiudicium talis eis adfert ſententia, *l.1. ſ.de libert.ingen.l.2.C.quib.res iud.* b Probare genus, ac gentem is non cogitur, qui in quaſi poſſeſſione generis ac gentis eſt. c ex teſtamento.

d Epiſtola non plenè probatur ſanguinis neceſſitudo, *v.l.13.l.14.C.eo.* e tanquam filius & heres. f Manus hic, cautio eſt. v. quæ ſcripſi ad *l.1.in fin.ſ.de ſeruo corrupto.* g *al.* intellato. h Epiſtola non præiudicat quidem veritati: Interim tamen dum contrarium probetur: ſtatur epiſtolæ. i *ſub.* conquerentibus: quippe, qui deceptionem allegat, probare eam cogitur. k Teſtimonium matris & aui pro filio admittitur, *vt hic* Imo non admittitur, *l.parentes, Cod.de teſtib.* An dicemus admitti iure ſpeciali, quod aliis melius, ætatem liberorum habeat cognitam? An admitti matrem non vt teſtem, ſed vt indicium facientem? An quaſi ſupplementum ſemiplenæ alterius probationis? An potius quod in hoc matris teſtimonio de ætate filij, nullum eius commodum verſetur, ſed alienum planè.

l quid ita cum parentes teſtes liberis eſſe non poſſint? *l.6 C.de teſtibus,*

m De profeſſionibus dixi ad *l.6. Cod.de fide inſtrum.* n *l.7.§.12.infra de liberis agnoſcend.* Imo non recipitur, *l.29.§.1. infra eodem.* Hinc colligunt: Mi[...]

SGCB2021

De lege falcidia.

17. *Celſus* libro 6. Digeſtorum.

CVm de lege Falcidia quæritur *a*, heredis probatio eſt *b*, locum *c* habere legem Falcidiam: quod dum probare non poteſt *d*, meritò condemnabitur.

De operis liberti. De præiudicio. 1. De dolo. 2. De interrogatione in iure.

18. *Vlpianus* lib. 6. Diſputationum.

QVotiens operæ quaſi à liberto petuntur, probationes ab eo, *qui e ſe patronum dicit*, exiguntur: & ideo Iulianus ſcripſit, licèt in præiudicio poſſeſſor patronus eſſe videtur, verum partibus actoris non libertum fungi debere, ſed eum, qui ſe patronum eſſe contendit.

1 ¶ Qui *dolo ſecit factum aliquid*, licèt in exceptione f, docere dolum admiſſum debet.

2 ¶ Interrogationis *g* factæ probationem actori imponi debere: id eſt, ei qui in iure interrogatum dixit reſpondiſſe, *ſe ſolum hæredem eſſe*: vel, ſi tacuiſſe *h* dicatur interrogatus, æque tantundem erit dicendum, impoſitam improbationem *i* non ei, qui excepit ſe non reſpondiſſe, ſed actori.

De exceptione. 1. De promiſſione iudicio ſiſti. 2. De exceptione procuratoria. 3. Vel compenſationis. 4. Vel rei iudicatæ, vel iuriſiurandi, vel aleæ.

19. *Idem* lib. 7. Diſputationum.

IN *k* exceptionibus *l* dicendum eſt, reum partibus actoris fungi oportere: ipſumque exceptionem, velut intentionem implere: vt putà ſi pacti conuenti exceptione vtatur: docere debet pactum conuentum factum eſſe.

1 ¶ Cùm quis promiſiſſet iudicio ſe ſiſti, & reipublicæ cauſa abfuiſſe dicat, & ob id non ſtetiſſe, vel dolo malo aduerſarij factum, quo minùs ſiſteretur, vel valetudinem ſibi impedimento fuiſſe, vel tempeſtatem *m*: probare *n* eum id oportet *o*.

2 ¶ Sed & ſi procuratoria *p* quis exceptione vtatur, *eo quòd non q licuiſſet aduerſario dare r, vel fieri ſ procuratorem*, probare id oportet obiicientem exceptionem.

3 ¶ Idem erit dicendum, & ſi ea pecunia petatur, quæ penſata *t* dicitur.

4 ¶ Hoc ampliùs, ſi iudicatæ rei, vel iuriſiurandi conditio delata dicatur de eo, quod non petitur, ſiue in alea *u* geſtum eſſe contendatur: eum implere probationes oportet.

De libero homine rapto, & in vinculis habito.

20. *Iulianus* lib. 43. Digeſtorum.

SI quis liberum hominem vi rapuerit, in *x* vinculis habuerit: is indigniſsimè commodum *y* poſſeſſoris conſequeretur: quia probari non poterit, hominem eo tempore, quo primum lis ordinaretur, in libertate fuiſſe.

De legato rei alienæ vel obligatæ.

21. *Marcianus* libro 6. Inſtitutionum.

VErius eſſe exiſtimo, ipſum qui agit, id eſt legatarium *z* probare *a* oportere, ſciſſe alienam *b* rem vel obligatam legare defunctum: non heredem probare oportere, ignoraſſe alienam vel obligatam: quia ſemper neceſsitas probandi incumbit illi qui agit.

De mutatione voluntatis.

22. *Vlpianus* lib. 1. Reſponſorum.

EVm qui voluntatem mutatam *a* dicit, probare hoc debere.

De actione hypothecaria.

23. *Marcianus* lib. ſingulari ad formulam hypothecariã.

ANte omnia probandum eſt, quod *b* inter agentem & debitorem conuenit, vt pignori hypothecæve ſit: ſed & ſi hoc probet actor, illud quoque implere debet, rem pertinere ad debitorem eo *c* tempore, quo conuenit de pignore *d*, aut cuius voluntate hypotheca data ſit.

De chirographo cancellato.

24. *Modeſtinus* libro 4. Regularum.

SI chirographum cancellatum *e* fuerit, licèt præſumptione *f* debitor liberatus eſſe videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifeſtis probationibus creditor ſibi adhuc deberi oſtenderit, rectè debitor conuenitur.

De condictione indebiti.

25. *Paulus* libro 3. *g* Quæſtionum.

CVm *h* de indebito quæritur, quis probare debet non fuiſſe debitum? Res ita temperanda eſt: vt ſi quidem is, qui accepiſſe dicitur rem vel pecuniam indebitam, hoc negauerit, & ipſe qui dedit, legitimis *i* probationibus ſolutionem adprobauerit: ſine vlla diſtinctione ipſum, qui negauit ſeſe pecuniam accepiſſe, ſi vult audiri, compellendum *k* eſſe ad probationes præſtandas, quod pecuniam debitam accepit: per *l* enim abſurdum eſt, eum, qui ab initio negauit pecuniam ſuſcepiſſe, poſtquam fuerit conuictus eam accepiſſe, probationem non debiti ab aduerſario exigere.

¶ Sin *m* verò ab initio confiteatur quidem ſuſcepiſſe pecunias, dicat autem *n* non indebitas ei fuiſſe ſolutas, præſumptionem videlicet pro eo eſſe qui accepit, nemo dubitat: qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus *o* eſt *p*, vt facilè ſuas pecunias *q* iactet, & indebitas effundat: & maximè ſi ipſe, qui indebitas dediſſe dicit, homo diligens eſt, & ſtudioſus paterfamiliàs: cuius perſonam incredibile eſt in aliquo *r* facilè erraſſe: & ideo eum qui dicit indebitas ſoluiſſe, compelli ad probationes, quòd per dolum accipientis, vel aliquam iuſtam ignorantiæ cauſam indebitum ab eo ſolutum, & niſi ſi hoc ſ oſtenderit, nullam eum repetitionem habere.

1 ¶ Sin autem is qui indebitum quæritur, vel *ſ* pupillus *t*, vel minor ſit, vel mulier, vel forte vir quidem perfectæ ætatis, ſed miles *u* vel agricultor *x*, & forenſium rerum expers, vel aliàs ſimplicitate *y* gaudens, & deſidia *z* deditus: tunc, eum qui accepit pecunias, oſtendere, bene eas accepiſſe, & debitas ei fuiſſe ſolutas, & ſi non oſtenderit, eas redhibere.

2 ¶ Sed hæc ita, ſi *a* totam ſummam indebitam fuiſſe ſolutam, is qui dedit, contendat. Sin autem pro parte quæritur, quod *b* pars pecuniæ ſolutæ debita nõ eſt: vel quod ab initio quidem debitum fuit, ſed vel diſſoluto debito, poſtea ignarus iterum ſoluit, vel exceptione tutus errore eius, pecunias dependit, ipſum omnimodo hoc oſtendere, quòd vel plus debito perſoluit, vel iam ſolutam pecuniam per errorem repetita ſolutione defendit, vel tutus exceptione ſuam neſciens proiecit pecuniam: ſecundum generalem regulam, quæ eos, qui opponendas eſſe exceptiones adfirmant *c*, vel ſoluiſſe *d* debita contendunt, hæc oſtendere exigit.

---

legitimos teſtes (minorem puto annis 10. mulierem & laicum qui aduerſus clericum non admittitur) interrogari & indiciũ iudicis facere ad veritatem inquirendam vlterius: prohibitos autem non æquè, *v. l. 20. ff. de quæſt. l. vlt. C. de his quib. vt indign.*

a per heredẽ ſcilicet.

b Poteſt autem id facilè ex inuentario probare, *l. vlt. §. 10. C. de iure delib.* poſſunt quoque legatarij illud inuentarium impugnare, *l. vlt. §. 10. C. de iure delib.*

c Probare Falcidiæ locum eſſe, heres qui ea vti deſiderat, cogitur, *vt hic.* Atque Falcidiæ locum eſſe qui ait, idem negat bona defuncti ſufficere legatis ſoluendis. Negatio autem probari non poſſe dicitur? *l. 23. C. eo.* An hic quæſtio eſt de legatorum non bonorum quantitate? An hic agitur de bonis æſtimandis, non de patrimonij quãtitate? An potius de inuentarij libro, diſcuſsione bonorum defuncti facta, & vicinis eo nomine interrogatis?

d Probatio ei incumbit, qui dicit aduerſarium tacuiſſe vel reſpondiſſe interrogatum: hoc eſt, aduerſarium contumacem fuiſſe.

e Probare ſe patronum debet, qui ius patronatus ſibi in aduerſarium adſerit, *l. 14. ff. eo. l. 6. in fi. infr. ſi libert. ingen.*

f *v. l. 19. inf. eo. l. 17. infr. de except. r. i. iudic.* Probare dolum is debet, qui dolum agendo vel excipiendo admiſſum eſſe ait: Nec enim dolus præſumitur niſi probetur *l. 6. C. de dolo.*

g Probare exceptionem impedimenti, excuſationis peremptoriæ, dilatoriæ, vel declinatoriæ is debet, qui exceptionem allegat.

h *v. l. 1. §. 4. l. 14. ff. de interrog.*

i impoſita probatione. *Hal.*

k An id probabit etiam iuramento? Iacobus de Aretio ita putat: arg. *l. ſcire §. ſufficit inf. de excuſat. tut. l. vlt. C. de bonis auctor. iudic. poßid.* Butrius, Andreas & Richardus aliud cenſent apud Albericum & Baldum. argum. *l. 3. §. ſi ad diem 7. infrà de re militari.*

l *l. 5. l. 9. l. 18. ff. eod. l. 1. inf. de except.* In exceptionibus reus, actor eſt: & ad probationes tenetur, *22. Synopſ. 1. c. 17. 1. Harm. 2. §. 9.*

m *vt l. 2. §. 6. ff. ſi quis cautionib.* vel cuſtodiam *l. 2. C. quib. ex cauſ. maior.*

n *l. 3. C. de except.*

o Quomodo quis ſe impeditum fuiſſe probare poterit? ſi deſiderabit actionem intendere, teſtes vtique ei neceſſarij fuerint ad probandam tempeſtatem, *l. 5. §. 2. ff. ne quis eum. l. 3. C. de naufrag. lib. 11. tit. 5.* ſi exceptionem quæſiuerit, iſque caſus teſtibus probari poterit, teſtibus vti poterit *l. 3. §. 7. ff. de re militari*: ſin minùs ſtabitur eius iuramento, ſi bonæ exiſtimationis fuerit, *l. 5. §. 8. ff. de re miliari.* & ita dicendũ eſt in ſpecie *l. 13. §. 7. inf. de excuſat. tut.* de iuramento etiam traditur, *l. 15. ff. ad exhib.* [illegible] *l. 15. in fi. inf. de bonis author.* v. Bald. ad *l. 2. §. 6. ff. ſi quis cautionib.*

p De procuratoria exceptione, adde *§. vlt. Inſt. de except.*

q *Paul. 1. ſent.* 2. Infames cognitores fieri non poſſunt. Quint. 4. Malè petis. Procuratori. n. tibi eſſe non licet: ſed neque illi cuius nomine litigas habere procuratorem, *& alibi.* Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuiſti. Fortunatianus, Reum negare infamem agere poſſe: & tamen infamis procurator eſſe poteſt, aduocatus non poteſt. *l. 1. § 6. ff. de poſtul.* Meritò: Aduocati namque maior dignitas eſt quam procuratoris. Eſt. n. aduocatorum corpus ſeminarium dignitatum. *Valent. Nou. de poſtul.* Inde Sidonius. Aduocatorum cùm finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. Ennodius, nota proximitate ſociatur cauſidicus & ſenator.

r putà in criminalib. *l. pen. §. 1. ff. de publ. iud.* & interdum in populari actione *l. 42. ſupr. de procur.* aliàs enim ex edicto cuique procuratorem dare licet *l. 43. § 1. infr. de procurat.*

ſ putà, quod ſit miles non veteranus *l. 8. §. 2. ſup. de procur.*

t i. compenſata.

u *v. l. vlt. §. 1. inf. quar. rer. act.*

x in ve vinculis. *Hal.* hinc collige, violentam poſſeſsionem non liberare poſſeſſorem à probatione, *l. 15. C. eo.*

y Poſſeſsionis commodo non fruitur, qui liberum hominem detinet.

z *v. l. 57. in pr. infr. de leg. 1.*

a aliàs præſumitur ignorantia, niſi ſcientia probetur, dixi ad *l. 6. C. qui militare.* vide Socinum *regul. 177.*

Ignorantia facti alienĩ præſumitur. vide Socinum *regul. 275.*

a Mutata voluntas præſumi non ſolet niſi probetur mutatio, *vt hic & l. 3. ff. eo. l. 32. §. 4. infr. de donat. inter virum l. 22. in fi. inf. de leg. 2. c. 1. quod metus cauſa: c. maiores in fin. de baptiſmo. v. Menochium 6. præſump. 37. Alc. 2. præſumpt. 16.*

b Probare conuentionem hypothecariã & rem fuiſſe in bonis debitoris creditor cogitur, vt hypothecaria poſsit experiri: vel ita, Hypothecaria qui agit, hæc tria probare cogitur, debitum eſſe, rem hypothecæ ſubiectam, & in bonis fuiſſe tum debitoris.

c *l. 3. l. 15. §. 2. ſup. de pign.*

d ſpecialiter, non generaliter, *d. §. 2.*

e vt & redditum, *l. 4. in fi. l. 15. C. de ſolut.*

f Inſtrumento debiti apud debitorem reperto cancellato, præſumitur liberatio debitori facta, *vt hic.* hinc, ſi cancellata fuerit cautio, debitor præſumptione liberatus eſt, niſi creditor probauerit, adhuc ſibi deberi. *Synopſ. eod. c. 12.* Idem eſt, ſi idem integrum habeat, *d. l. 14. l. 15.* multò magis ſi creditor fateatur ſe reddidiſſe, *l. 2. §. 1. ff. de pactis*: aut eundem conſtet reddi mandaſſe, *l. 7. Cod. de remiſſ. pign.* vide *l. 19. §. 1. inf. de accepil. l. 14. Cod. de ſolution.*

g hoc eodem libro Paulus plura ſcripſit de condictione indebiti, *l. 21. l. 60. ff. de condict. indebiti, l. 84. inf. de regul. iuris.*

h Aut vehementer fallor, aut huic legi manum ſuam Tribonianus admouit: quod vel ipſe ſtylus in fine ſatis arguit. Paulò etiam aliter extat apud authorem Synopſeos *22. Tit. 1. c. 23. 2. Harm. 2. §. 10.*

i Probata numeratione per creditorem, is qui pecuniam recepit, ſi indebitum ſe recepiſſe dixerit, id probare cogitur. Eſt enim eius probare. *l. 1. C. de probat. l. vlt. C. de ſolution.* vel ita, Reus fatetur ſe pecuniam accepiſſe: actor contendit ſe indebitam ſoluiſſe: in hac ſpecie actor probare debet ſe per dolum accipientis, vel aliamquam iuſtam ignorantiæ cauſam indebitum ſoluiſſe: quod niſi faciat, damnatur. Quid ſi actor ſit pupillus, minor, mulier, miles imperitus, expers rerum ciuilium, vel ſimplex, aliud: Reus probare cogitur ſe debitum accepiſſe, *§. 1. infrà eod. Synopſis 22. Tit. 1. c. 13.*

k vel ideo quòd contra negantem, de mendacio conuictus præſumitur contra confitentem, non præſumitur extra confeſsionem. *Bald.*

l Tmeſis, pro perabſurdum.

m Reus negat ſe quidquam ab actore accepiſſe, Actor probat ſe aliquid reo ſoluiſſe. In hac ſpecie actor non cogitur probare, ſe indebitum ſoluiſſe: ſed reus potius cogitur probare ſe debitam pecuniam accepiſſe, *Synop. Baſil. 22. Tit. 1. c. 23.*

n qui dicit acceptas à ſe pecunias, ſed non indebitas, probare non tenetur fuiſſe debitas, quia præſumptio generalis eſt ei potiùs fuiſſe ſolutas quam donatas, *vt infr. eo.*

o ſic alibi: nemo ita ſupinus vt nomen ſuum ignoret *l. vlt. C. de heredib. inſtit.*

p Prudens paterfamiliàs non præſumitur errare, *inf. eo. l. vlt. C. arbit. tut.*

q ſtultus præſumitur qui pecunias ſuas iactet, *l. pen. inf. de bonis corum.*

r quod in parte verum eſt præſumitur in totum verum eſſe. *Bald.*

ſ Probandi onus ab actore in reum conuertitur, fauore perſonarum: putà ſi actor pupillus, minor, mulier, miles, ſimplex. *l. 23. inf. ad l. Falcid.*

t *l. 13. in fin. ff. de publiciana.*

u Ruſticis errantibus in iure regulariter ignoſcitur. v. tamen Socinum *reg. 349.*

x ἢ ἄπειρος καὶ ἀγροικὸς πολιτικῶν πραγμάτων. *Synopſis Baſil. 22. Tit. 1. c. 23.*

y ἢ ἄλλως ἁπλὸς, vel aliàs ſimplex, ruſticitati ignoſcitur, *v. l. 3. §. 22. infrà de Syllaniano*

z deſidiæ deditus *Hal.* id eſt, monachus. Græci hunc locum ita accipiunt: fortè ex *l. 26. C. de decurionib.*

a Qui dicit ſe indebitum ſoluiſſe, putà partem vel iterum ſoluiſſe, cùm exceptionem haberet, id probare cogitur. *Synopſ. d. c. 23.*

b adde *l. 4. C. de non num. pec.*

c i. aſſerunt: ſi quidem eo caſu perſonam actoris ſuſtinent. *l. 1. inf. de except.*

d Probare ſolutionem factam eſſe debet qui ſolutionem factam eſſe ait.

a l. interrogationibus. v. l. 25. §. 15. ſ. de pet. her. Græci ita, ἐν πᾶσι τούτοις, in omnibus his. Syn. eod. c. 23. hoc ſenſu: in his omnibus iuſiurandum inferri, & ſacramentum de calumnia præſtari & referri.
b Nou. 73. c. 4.
c ſi hoc exigatur l. 34. §. 4. ſ. de iureiur.
d l. 12. C. de rebus credit.
e Duo ſunt huius legis præcipua capita, indebiti ſolutio: & indebiti cautionis ſcriptura.
f Indebitam cautionem ſcripſi, cauſa crediti nulla inſerta (Græci ita hunc locū legunt, εἰ γὰρ λέγοι τὶς μὴ χρεωστῶν ποιῆσαι γραμματεῖον, ἔξεστιν ἀσφαλὲς, &c. Vbi interpres certam cautionem peſſimè interpretatur: cùm nudam & ſine cauſa vertere debuerit) aduerſarius probare eo caſu tenetur ſibi debitum eſſe: ſi cauſam adieci, ſtare cogor meæ confeſſioni, niſi ſcriptura oſtédero, me indebitum promiſiſſe Syn. ibid. c. 23.
g indiſtinctè. Hal. indiſcretè, generaliter, cauſa non addita, Ferretus hic. vnde notat Bald. Cautionem nō habentem cauſam adnexam vel indiſcretam: non valere. Græci ita, ἢ ἔστιν ἀσφαλὲς, vt paulò ante dixi. v. quæ ſcripſi ad l. 49. in fin. ſ. de peculio.

3 ¶ In omnibus autem viſionibus a, quas præpoſuimus, licentia concedenda eſt ei, cui onus probationis incumbit, aduerſario ſuo de rei veritate iuſiurandum b inferre, prius ipſo pro calumnia iurante c: vt iudex iuramenti fidem ſecutus, ita ſuam ſententiam poſſit formare, iure referendæ d religionis ei ſeruando.

4 ¶ Sed hæc, vbi e de ſolutione indebiti quæſtio eſt. Sin f autem cautio indebitè expoſita eſſe dicatur, & indiſcretè g loquitur: tunc eum, in quem cautio expoſita eſt, compelli h debitum eſſe oſtendere, quod in cautionem deduxit: niſi ipſe ſpecialiter qui cautionem expoſuit, cauſas i explanauit, pro quibus eandem conſcripſit: tunc enim ſtare k eum oportet ſuæ confeſſioni l: niſi euidentiſſimis probationibus in ſcriptis m habitis oſtendere paratus ſit, ſeſe hæc indebitè promiſiſſe.

De tacita remiſſione fideicommiſſi.

26. *Papinianus* lib. 20. Quæſtionum.

PRocula n magnæ quantitatis fideicommiſſum à fratre ſibi debitum, poſt mortem eius in ratione cum heredibus compenſare vellet, ex diuerſo autem allegaretur, nunquam o id à fratre, quamdiu vixit deſideratum, cùm variis p ex cauſis ſæpè (in) rationem fratris pecunias ratio Proculæ ſoluiſſet: Diuus Commodus, cum ſuper eo negotio cognoſceret, non admiſit compenſationem: quaſi tacitè fratri fideicommiſſum fuiſſet remiſſum.

De confeſſione teſtatoris.

27. *Scæuola* lib. 33. Digeſtorum.

QVi teſtamentum q faciebat, ei qui vſque ad certum modum capere potuerat r, legauit licitam ſ quantitatem. deinde ita locutus eſt: *Titio centum do lego quæ mihi pertulit* t: *quæ ideo ei non caui, quod omnem fortunam & ſubſtantiam, ſi quam à matre ſuſceperat, in ſinu* u *meo habui* x *ſine vlla cautione. Item eidem Titio reddi & ſolui volo de ſubſtantia mea centum quinquaginta: quæ ego ex reditibus prædiorum eius, quorum ipſe fructum percepi, & diſtraxi, item de Calendario* y, *ſi qua à matre receperat Titius in rem meam conuerti*. quæro, an Titius ea exigere poteſt? Reſpondit, ſi Titius ſuprà ſcripta ex ratione ſua ad teſtatorem perueniſſe probare z potuerit, exigi a: videtur b enim eo quòd ille plus capere non poterat, in fraudem legis hæc in teſtamento adiecisse.

Si quæratur an memoria extet.

28. *Labeo* lib. 7. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI arbiter c animaduertere debeat, an d operis facti memoria exſtet e, hoc ei quærendum eſt, an aliquis meminerit, id opus factum eſſe. *Paulus*: Imò cùm in arbitrio quæritur, memoria facti operis exſtet, necne, non hoc quæritur, *num aliquis meminerit, quo die, aut quo* f *conſule factum ſit*: ſed *num* g *hoc aliquo modo probari poſſit, quando id opus factum ſit*, & hoc ita quod Græci dicere ſolent: ἐν πλάτει h enim poteſt hoc i memoria non teneri k: *intra annum* (puta) *factum*, cùm interim nemo ſit eorum, qui meminerit, quibus conſulibus id viderit: ſed cum a omnium hæc eſt opinio, nec b audiſſe, nec vidiſſe, cum id opus fieret: neque ex eis audiſſe c, qui vidiſſent, aut audiſſent: & hoc infinitè ſimiliter ſurſum d verſum accidet e: cùm memoria operis facti non exſtaret.

Si quæratur, an ſit filius. 1. *De profeſſione.*

29. *Scæuola* lib. 9. Digeſtorum.

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti Claudio Apollinari reſcripſerunt in hæc verba: Probationes f, quæ de filiis dantur, non in ſola affirmatione g teſtium conſiſtunt. ſed & epiſtolas h, quæ vxoribus miſſæ allegarentur, ſi de fide earum conſtitit, nonnullam i vicem inſtrumentorum obtinere decretum eſt.

1 ¶ Mulier grauida repudiata k, filium enixa abſente marito, ‖vt‖ ſpurium l in actis m profeſſa n eſt: quæſitum eſt, an is in poteſtate patris ſit, &, matre inteſtata mortua, iuſſu eius hereditatem matris adire poſſit, nec obſit profeſſio à matre irata o facta? Reſpondit, veritati p locum ſuperfore.

De fideicommiſſo vel alimentis relictis ancillæ.

30. Libro primo Reſponſorum Feſto reſpondit.

SI ancilla fuit, ad libertatem perductam non videri, neque ‖ per ‖ fideicommiſſi q relicti ſibi probationem, nec quòd alimenta ſunt, vt nutrici præſtita r.

De commemoratione in chirographo pecuniarum ex alia cauſa debitarum.

31. Libro ſecundo Mæctorio Sabino.

COmmemorationem in chirographo pecuniarum, quæ ex alia cauſa ſ debere t dicuntur, factam, vim obligationis non u habere x.

DE FIDE y INSTRVMENTORVM, & amiſſione z, eorum.

TIT. IV.

Inſtrumentorum definitio & exempla.

Paulus lib. 2. Sententiarum.

INſtrumentorum a nomine ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui b poteſt: & ideo tam teſtimonia c quàm perſonæ

h Donatio in dubio non præſumitur. vide Ioſephum Ludouic. Tit. de donationib. Concluſ. 1. i v. l. 13. C. de non num. pecun.
k στοιχεῖν ἀναγκάζεται. Syn. 1. vbi interpres vertit obſcurè, procedere cogitur. l cautioni: quam Græcorum imitatione ὁμολογίαν vocauit: ſic confeſſio pro cautione accipitur in l. 20. in fin. ſ. de donat. Cuiac. ad Nou. 1.
m v. l. 1. C. de teſtib. n al. Procula cum magnæ quantitatis. o ratio ſanguinis longi temporis diuturnitas mutua rationum redditio ac computatio tacitè inducunt fideicommiſsū remiſſionem. adde l. 69. ſ. de iur. dot. Menoch. 2. de arbitr. Centur. 1. caſu 88. n. 16. ſi quid horum deficeret, non præſumeretur remiſſio. Bald. p Rationes hæ ſunt dicendi, Conſanguinitas, rationes ſæpius putatæ, temporis diuturnitas. q Teſtator confeſſus eſt teſtamento ſe centum Titio debere? Is cuius intuitu ac fauore à teſtatore ipſo facta confeſſio eſt, ſummam ſuperiorem debiti iure petere non poterit, ſed vt legatum tantum. r putà filio naturali: & ſic incapaci. Sic idem in capace. l. 88. §. 10. ſ. de leg. 2. l. 18. ſ. de auro. l. 25. ſ. de liberat. legata. ſ putà duas vncias Nou. 89. c. 12. §. 4.
t quæ apud me eſſe ſinit nec repetiit: atque ita coloratur legatum l. 32. §. pen. ſ. de legat. 3. u In ſinu alterius aliquid habere, ſine cautione, eſt in occulto & in poteſtate eius habere, Tertullianus de fuga in perſecutione. paciſcens cum delatore vel milite, vel miniſtro aliquo præſidis ſub tunica & ſinu quod aiunt: Lampridius, in Commodo, qui etiam dicuntur condemnationes in ſinum vertiſſe, i. in priuatas rationes, Cicer. 3. Tuſcul. in ſinu gaudeo x legendum eſt, habuit. y i. fœneratitiis cautionibus & pecuniis deſtinatis fœnori. ſolebant enim creditores vſuras ſtipulari in Calendas. hinc Calendarij actio. l. 39. §. 14. ſ. de admin. tut. z & ſic coniectura fraudis transfert onus probandi in legatarium. Præſumitur autem fraus ex confeſſione facta in fauorem incapacis. Salyc.
a non iure confeſſionis, aut quia eam ſummam ſuo teſtamento confeſſus eſt teſtator: ſed quia probatur eam ſe ſummam apud teſtatorem habuiſſe.
b præſumitur confeſſio debiti inter perſonas legati incapaces, fraudulenta, aliunde vera probetur. c v. l. 24. §. pen. ſ. de aqua pluuia.
d Memoria operis facti extare dicitur, ſi ſunt qui viderint, vel audierint videntem vel audientem: per contrarium probatur non extare, ſi communis opinio eſt, non extare qui viderint vel audierint videntem, vel audientem opus fieri. Ita memoria probatur per auditum auditus: memoriam non extare, per communem opinionem probatur.
e finge operis facti memoriam non extrare. l. 2. §. 7. ſ. de aqu. pluu. f l. 2. §. 8 ſ. de aqua pluuia. g In actione aquæ pluuiæ arcendæ actor duo probat, opus manufactum & memoriam operis extare: Reus verò, opus naturale non manufactum & memoriam operis non extare. h v. l 3. ſ. de cond. triticaria. ſolent ἐν πλάτει. Non enim poteſt hoc non memoria teneri, intra annum factum. v. Reuardum 1. variar. 14. i & ita quod Græci d. ſ. c. π. poteſt enim hoc, &c. Hal.
k memoria teneri. Hal non enim poteſt hoc memoria non teneri Reuard. 1. var. §. 14. reprehenſus à Roberto 1. recept. 22. qui putat ita legendum. Nunc enim poteſt hoc memoria teneri intra annum, purà factum, &c.

a ſed nunc. Robert. 1. recept. 22.
b hinc colligitur, de auditione teſtimonium admitti.
c hinc collige teſtimonium de auditu alieno, id eſt, cùm quis audiuit, vel ab eo qui ab alio audiuerat, vt hic, vel ab eo qui memoria tenet, d. l. 2. §. 8. ſ. de aqua pluu. admitti in noui operis nunciatione, vt hic. & in finali quæſtione. 1. Harm. 6. Et in factis antiquis, de quibus memoria non ita conſtat facilè. An in aliis quæſtionibus admittetur? apud antiquos admiſſum fuiſſe teſtatur Aſconius in 3. Verrin. In finali quæſtione tales teſtimonium admiſſum fuiſſe notat Harm. 1. Tit. quanquam Seneca lib. 4. natural. quæſt. ſecundæ notæ teſtes eos eſſe dicit, qui vidiſſe ſe negant, ſed audiuiſſe. Quod ſi teſtis dicit, ſe credere, vel arbitrari, maiores voluerunt vt qui teſtimonium diceret, arbitrari diceret. etiam quod ipſe vidiſſet. Cic. Academ. & pro Fonteio. Hoc enim verbo, nos arbitrari: ſcilicet & in re vera ἠθικῶς vtimur, vt & Vlpianus Demoſthenis interpres νομίζειν & δοκεῖν Græcos dixiſſe notat: οὐ παντως ἐπὶ ἀμφιβόλων, ἀλλα πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθεύειν. Quin eadem modeſtia iudices vtebantur in ſententiis, cùm ſibi ita videri pronunciabant. de quo vide l. 3. ſ. de his quæ in teſtam. delentur. Cuiac. 3. obſeru. 26. d ſic alibi ſurſum verſus.
e ſurſum verſum accideret, Hal.
f Filiatio (ſeu υἱοθεσία) probatur teſtibus. Imò & epiſtolis patris ad matrem eius, de cuius ſtatu quæſtio eſt, vt hic.
g facit l. 9. c. de nuptiis.
h quibus probatio impleri ſolet, l. 26. in fin. ſ. depoſiti: ſi modò aliis indiciis coniuncta, puta, ſi epiſtolæ coniungatur natalium & adoptionis ſolemnitas, l. C. hoc tit. Cæterum nuda epiſtola non contrahitur obligatio. d. l. 26. non acquiritur hereditas ſeu hereditatis ius, l. 52. ſ. de pactis. Huc referri poteſt quod legimus, tranſactione matris filios non fieri ſeruos. l. 26. C. de tranſact.
i i. non perfectam. Epiſtolæ, ſeu priuatæ ſcripturæ, ſemiplenam probationem faciunt: vt ita, cum aliis adminiculis probent, vt hic. Quibuſdam tamen videtur epiſtolæ plenam probationem facere, iiſque ſtari, donec contrarium probetur. Verùm prior opinio verior eſt.
k & ita irata ob repudium. Ita matris iratæ profeſſio, non præiudicat filio. l. quidquid calore. 48. ſ. de regulis iuris.
l idem ſi ſeruum l. 26. C. de tranſact.
m idem eſt ſi in teſtamento l. 27. §. 1. ſ. de inofficioſo. & tranſactione d. l. 26. ad l. 3. ſ. de cenſibus. hinc liber actorum Iuuenal. Satyr. 5.
n huiuſmodi profeſſio filio nocere videtur arg. l. 16. ſ. eod. & l. 3. in princ. ſ. de liberis: arg. l. 1. §. 12. ſ. de liberis agnoſc. hinc dubitandi ratio ſumitur. De profeſſione dixi ad l. 6. C. de fide inſtrum.
o hinc ratio decidendi ſumi poteſt, vt ſcilicet talis profeſſio filio non obſit: nam interdum etiam irati patres filios heredes inſtituunt contumelioſè l. 9. cum maledicto l. 48. §. 1. ſ. de heredibus inſtit. eorumque increpatio non facit filios infames l. 13. C. ex quib. cauſ. infam. vt huiuſmodi increpatio inter odium & iuſtum dolorem patris, ſit quiddam tertium: vt è contrario profeſſio parentum nuncupantium filios, qui non ſunt, filiis non obſtat l. 5. C. de teſtam. & breuiter calor iracundiæ non attenditur, l. quidquid calore 48. ſ. de reg. iur.
p λείπει τι defectio quippe minus dicitur & plus intelligitur. Nam his tribus verbis totius inueſtigandæ veritatis ordo ac proceſſus innuitur. Interim tamen dicendum eſt præſumi filium qui in domo vicinis ſcientibus natus eſt, l. ſi vicini 9. C. de nuptiis. (ſic alibi ſimilis diminutio eſt, legatum non ademit, pro legatum dedit, l. 14. ſ. de adimendis legatis.) ita fiet vt à liberis hic non exigatur probatio, ſed ab eorum aduerſariis. Nec enim temerè credendum eſt parentibus aduerſus ſuum ſanguinem, hoc eſt, aduerſus liberos, iratis.
q Imò, ſi dominus ancillæ fideicommiſſum reliquit, videtur eam libertate donaſſe l. 38. ſ. de fideicommiſ. libertatibus.
r niſi teſtator fuerit miles: tunc enim legato alimentorum ancillæ relicto videtur eam liberam efficere. Nou. 78. cap. 4.
ſ ſeu ex alio inſtrumento. t aliàs, deberi.
u Imò habet l. generaliter 13. C. de non num. pecun.
x niſi idem: & alterum inſtrumentum, cuius mentio in altero facta eſt, proferatur, aut alia legitima probatio. vide Nou. 119. c. 3. adde l. 2. ſ. tit. prox.
y 4. C. 21. Nou. 44. 73. & 22. Eclog. 2. 3. & 1. Harm. 8. & 2. extra 2.
z hæc verba ab indice titulorum abſunt, hic autem ſuperſunt Cuiac. hic. de amiſſione inſtrumentorum agitur in l. 4. 5. C. eod.
a l. 99. §. 2. ſ. de verb. ſign. 22. Eclog. 1. c. 28.
b l. 10. ſ. §. 1. in fin. ſ. de edendo. l. 8. ſ. familia. l. 34. ſ. de admin. tutor. l. vlt. ſ. de ſpectis: l. 5. ſ. de iure deliberandi.
c id eſt, dicta perſonarum ſeruata, in ſcripturam redacta.

a, inſtrumentorum loco † habentur.

De authentico, & indice, & exemplo.

2. *Idem* lib. 5. Sententiarum.

QVicunque c à fiſco conuenitur, non d ex indice e, & exemplo f alicuius ſcripturæ, ſed ex g authentico h conueniendus i eſt: ita ſi contractus fides poſſit oſtendi. Cæterum k calumnioſam l ſcripturam vti m in iudicio obtinere non conuenit.

De die repetita.

3. *Idem* lib. 3. Reſponſorum reſpondit.

REpetita n quidem die cautionem interponi non debuiſſe, ſed falſi o crimen, quantum p ad eos q, qui in hoc conſenſerunt, contractum non videri: cùm inter præſentes, & conuenientes, res actitata ſit: magiſque debitor, quam creditor deliquerit.

De ſcriptura.

4. *Gaius* libro ſingulari de Formula hypothecaria.

IN r re hypothecæ nomine obligata, ad rem non pertinet, quibus fit ſ verbis: ſicuti eſt "&" in his obligationibus, quæ conſenſu contrahuntur, & ideo "&" ſine ſcriptura ſi conuenit t, vt hypothecæ ſit, & probari u poterit: res obligata erit, de qua conueniunt: ſiunt enim x de his ſcripturæ, vt, quod actum eſt, per eas facilius probari poſſit. & ſine y his autem valet, quod actum eſt, ſi habeat probationem z ſicut & nuptiæ b ſunt, licèt teſtatio ſine ſcriptis habita eſt.

5. *Calliſtratus* lib. 2. Quæſtionum.

SI res geſta, ſine literarum quoque conſignatione, veritate factum ſuum præbeat: non ideo minus valebit, quod inſtrumentum nullum de ea interceſſit a.

De tabulis teſtamenti deponendis.

6. *Vlpianus* lib. 50. ad Edictum.

SI b de tabulis teſtamenti deponendis agatur, & dubitetur cui eas deponi oportet: ſemper c ſeniorem d iuniori e, & amplioris honoris f inferiori, & marem g fœminæ, & ingenuum libertino præferemus h.

a vt ſerui d. l. 34. d. l. vlt. actores, d. l. 8. *dict. l. 99. in fin.* Græci ita διὸ καὶ ἐκμαρτυρία καὶ οἱ μάρτυρες. *Syn. 22. Tit. 1. c. 18.* hoc eſt, Teſtimonia & teſtes inſtrumentorum loco habentur.

† ita condemnatus à iudice, niſi intentionem ſuam titulis ac documentis probauerit, eandem perſonis & teſtibus probare poterit, *l. notionem 99. ff. de verb. ſign.*

b adde acta publica, ciuilia, vel criminalia, quæ vel authorem habent iudicem *l. 2. Cod. de edendo*, vel tabellionem *l. 17. C. hoc tit.* Priuata verò ſunt, priuata & domeſtica adnotatio, teſtatio, *l. 5. l. 7. C. de probat.* epiſtola de qua dixi *l. 29. ff. tit. prox.* chirographum *l. vlt. ff. tit. prox.* libri rationum, *l. 9. §. 2. ff. de edendo*: apocha, *v. l. 27. §. 2. ff. de furtis*: (quæ & quitantia) debitori vtilis, ad probandã ſolutionem à ſe factam: antapocha, quæ creditori vtilis eſt ad probandas annuas & menſtruas præſtationes, & impediendas inſidias præſcriptionis, de qua vide *l. 19. C. eo.* adde inuentarium, de quo in *l. vlt. C. de iur. delib.* ex *l. 57. ff. de adminiſt. tut. &* ἰδιόχειρον, de quo lex 11. *Cod. qui potior.* ἀσύγγραφον, *l. 15. ff. de reb. auth. ind.* ἀνάκλησιν, *Nou. 14. c. 2.* ſeu elogium *l. 6. ff. de cuſt. reorum.* breues, breuia, breuiculas chartas βρέβια, *v. l. 5. C. de conueniend. fiſci debitoribus*, apoſtolos *l. 1. ff. de libellis dimiſſoriis*: indices, exempla, *l. 2. ff. eod.* authentica, *l. 8. ff. familiæ.*

c Refertur hæc ſententia apud Paulum *5. 2. ſent. 12. §. 11.*

d Authenticis ſcripturis fides adhibetur, non eorum exemplis. Non hæc, ſed illa etiam à fiſco produci oportet, v. Alberic. *hic*, adde *Auth. ſi quis in aliquo. Cod. de edendo.*

e *al.* vel exemplo, & ita apud Paulum *illo loco*, vel breui, *l. 5. C. de conueniendis fiſci debitoribus.*

f exemplari. g *al.* vel, & ita apud Paulum *ibi.*

h Curiati *v. l. 8. ff. familiæ*: adde *l. 3. ff. de edendo.* i *c. 6. de exceptionib.*

k Calumnioſa ſcriptura vi hinc colligit Albericus, eum qui exemplum ſcripturæ exhibeat, non authenticam ipſam ſcripturam.

l *v. l. 24. C. de prob.* m Vim iuſtæ petitionis in iudicio habere non conuenit: ita apud Paulum *illo loco.* n *l. 51. §. 2. ff. ad leg. Aquil. l. 9. §. 6. ff. ad exhibendum. l. 5. §. 7. inf. de noui oper. nunc. l. 15. §. 31. inf. de damno: l. 1. § 9. 10. inf. de itinere actuque, l. 34. in fi. inf. de obl. & act.* ſeu prolata, relata, *v. l. 28. inf. de falſis.* i. anticipata, antidata. προχρόνισμον vocat *Ecl. 22. tit. 1. c. 30.* vt ſit ſenſus. Tametſi fieri non debeat diei prælatio (προχρονισμὸς) quod tamen attinet eos, qui in hoc conſenſerunt, falſi crimen non competit. magis enim debitor quam creditor deliquit.

o Falſi crimen priuatis conſentientibus non eſt, repetere diem in inſtrumento, *vt hic.* notario, eſt *Bald. hic.* p Falſum in priuata ſcriptura committi poteſt, *vt hic.* Quomodo? non vt id aliis noceat, ſed vt ne alius alium poſſit accuſare. Quoties enim duo pluréſve in eodem inſtrumento falſum admittunt, alius alium accuſare falſi non poteſt. vnde notant, ſocios vel conſocios criminis eiuſdem ſe inuicem non accuſare. q ſecus quantum ad alios quibus fieret præiudicium *d. l. 28. inf. de falſis.* r Pignus nudo conſenſu contrahitur, etiam ſine ſcriptura, *l. 1. ſup. de pignoratit.* ſ *v. l. 4. ſup. de pign.* t i. ſi conuentum eſt. u *v. l. 17. C. de pactis.* x plerumque, & vt ſæpius, interdum. n. ſcriptura neceſſaria eſt ad probationem. y Scripturæ generaliter ad negotiorum ipſorum ſubſtantiam non pertinent, quippe ipſa negotia æquo iure teſtibus & inſtrumentis probantur: certis tamen caſibus neceſſariæ ſunt, *v. l. 17. C. eo.* z *v. l. 9. C. de nuptiis.*

a niſi contractus talis ſit, vt requirat ſcripturam, vt emphyteuſis: *l. 1. C. de iure emphyt.* d Idem *Syn. Baſ. 12. Tit. 1. ex lib. 60. tit. 42. c. 32.* c Teſtibus dignioribus & antiquiorib. plenior fides adhibenda eſt. d putà maiorem natu primogenitum, *l. 77. §. 21. inf. de leg. 2.* adde quæ notaui ad *l. 5. ff. de iure immun. l. 16. ff. de accuſ.* e *al.* iuniori. f vt qui maiori ex parte eſt heres, *l. 4. l. 5. l. 6. ſup. familiæ.* qui à maiori parte electus eſt, *l. 15. ff. de reb. auth. ind.* g Mas fœminæ in Teſtimoniis præferendus. Eſt enim ſequioris deterioriſque ſexus fœmina. h eorum enim æſtimatio ad iudicem pertinet, *l. 5. Cod. communia vtriuſque.* i *l. 4. C. 20. Nou. 90. 21. Syn. Baſ. 1. & 5. Paulus ſent. 15. 6. Harm. 6. 2. extra 20.* k Tituli iuris nonnunquam commendantur ab vſu, frequentia & neceſſitate. l In omnibus cauſis criminalibus & ciuilibus, *§. 1. ff. eod.* teſtamentis *l. 8. C. qui teſt. fac. l. 11. C. qui potior.*

m Teſtimoniorum vſus neceſſarius eſt. *Nou. 90. in pr. v. Quintilianum 5. in fin. pr. Vide* & *in pr. Tract. de teſt.* Neceſſarius, inquam, in cauſis ciuilibus & criminalibus *§. 1. ff. e.* n ſunt enim permulta quæ probari non poſſunt, niſi per teſtes: *Nouell. 90. in pr.* o quod variis circumſtantiis cedit, *v. l. 2. ff. eodem.*

DE TESTIBVS i.

TIT. V.

Vſus Teſtium. 1. Qui & in quibus cauſis teſtes adhibentur. 2. De numero teſtium examinandorum.

Arcadius, qui & Chariſius lib. ſingulari de teſtibus.

TEſtimoniorum vſus k frequens l, ac m neceſſarius n eſt: & ab his præcipuè exigendus, quorum fides non vacillat o.

1 ¶ Adhiberi quoque teſtes poſſunt, non a ſolùm in criminalibus cauſis, ſed etiam in pecuniariis b litibus, ſicubi res poſtulat: & hi quibus c non interdicitur teſtimonium, nec vlla lege d à dicendo teſtimonio excuſantur.

2 ¶ Quanquam e quibuſdam f legibus ampliſſimus numerus teſtium definitus ſit, tamen, ex conſtitutionibus Principum, hæc licentia ad ſufficientem numerum teſtium coarctatur, vt iudices moderentur g, & eum ſolum numerum teſtium, quem neceſſarium h eſſe putauerint, euocari patiantur: ne i effrænata poteſtate ad vexandos homines ſuperflua multitudo teſtium protrahatur.

De fide teſtium examinanda. 5. De teſtibus præſentibus, & teſtimoniis. 5. De liberto, impubere, damnato iudicio publico, & aliis notatis infamia. 6. De teſtibus euocandis.

2. *Modeſtinus* lib. 8. Regularum.

IN k teſtimoniis autem dignitas l, fides m, mores, grauitas examinanda eſt. & ideo teſtes, qui aduerſus fidem ſuam teſtationis vacillant n, audiendi non ſunt.

3. *Calliſtratus* lib. 4. de Cognitionibus.

TEſtium o fides diligenter p examinanda eſt, ideoque in perſona eorum exploranda erunt in primis q conditio r cuiuſque: vtrum quis decurio ſ, an plebeius t ſit: & an honeſtæ, & inculpatæ vitæ, † an verò notatus quis, & reprehenſibilis: an locuples u, vel x egens y ſit, vt lucri z cauſa quid facilè admittat: vel an inimicus a ei ſit, aduerſus quem teſtimonium fert: vel amicus b "ei" ſit, pro quo teſtimonium dat: nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, à qua fertur, quòd honeſta c ſit, vel propter cauſam quòd neque lucri, neque gratiæ d, neque inimicitiæ cauſa ſit: admittendus eſt.

¶ Ideoque Diuus Hadrianus Viuio Varo legato prouinciæ Ciliciæ reſcripſit, eum, qui iudicat magis poſſe ſcire quanta fides habenda ſit teſtibus: verba epiſtolæ hæc ſunt: Tu magis ſcire potes quanta fides habenda ſit teſtibus: qui & cuius dignitatis, & cuius æſtimationis ſint: & qui ſimpliciter e viſi ſint dicere, vtrum vnum eundémque meditatum f ſermonem attulerint, an ad ea, quæ interrogaueras, ex tempore, veriſimilia reſponderint.

1 ¶ Eiuſdem quoque Principis exſtat reſcriptum Valerium Verum de excutienda fide teſtium in hæc verba: Quæ h argumenta ad quem modum probandæ cuique rei ſufficiant, nullo i certo modo ſatis definiri poteſt: ſicut non ſemper, ita ſæpe, ſine publicis monumentis cuiuſque rei veritas deprehenditur, aliàs k nu-

a Teſtes fide dignos eſſe oportet: idque tam in pecuniariis, quam in criminalibus cauſis, quibus à lege non eſt interdictum, & qui non excuſantur, *Syn. eod. c. 1. in pr.*

b ciuilibus.

c omnes enim admittuntur ad teſtimonium dicendum, qui non prohibentur: de quibus dixi *Nou. 90. in pr.* Ita edictum de teſtibus prohibitorium eſt.

d facit *l. 4. l. 5. ff. eo.*

e Teſtium maioris numeri quanquam lex mentionem faciat, iudices tamen eos admittunt, quot ſufficiunt: ne ob plurium productionem homines vexentur. *Syn. eo. c. 1. in fin.* Teſtium multitudinem iudex præſcribere & definire ſolet.

f putà lege Seruilia repetundarum, quia vt Valerius 8. c. 1. ſcribit, centum atque viginti hominibus teſtimonium dicere licuit. Apud Gallos ex regis Ludouici 12. conſtitutione receptum eſt, vt ne in ſingula factorum capitula plures quam decem teſtes audirentur: quem numerum lege Manilia receptum probatur: his verbis. Inque eam rem is qui hac lege iudicium dicet, Teſtibus publicè duntaxat in res ſingulas decem denuntiandi poteſtas eſto. Et apud Valerium Probum *in notis*, vbi de Edictis perpetuis loquitur. Teſtibus publicè duntaxat decem denuntiandi poteſtatem faciam, v. Briſſonium 2. *ſelect.* 14. effrænatam teſtium multitudinem eſſe, ſi plus quam quadraginta ſint, Innocentius tradit *c. 37. de teſtib. & c. 4. de probat.*

g *v. Ciceronem 2. de Finibus.* h vbi vero numerus non adiicitur teſtium: duo ſufficiunt, *l. 12. ff. eo.* i adde & hanc rationem, quod qui effrænata producendorum teſtium licentia abutuntur in ſuſpicionem veniant quaſi non ſatis veritati confidant. Oldend. *c. 66 except. n. 1.* k *Cic. in Topic. 4. q. 3. c. ite in teſt.*

l nam viles perſonæ repelluntur à teſtimoniis *Nou. 90. in pr. & c. 1. Paul. ſent. 15. §. 1.* vbi vide exceptiones. & hæc potius quam illa, i. dignitas ſpectanda eſt *l. 21. §. pen. ff. de tutor. datis ab his.* n *l. 16. ff. eo. v. l. 17. ff. de falſis: l. 15. ff. de qu.* huiuſmodi vacillatio, improbitas videtur vocari in *l. 14. Cod. eod.* facit *l. 13. in fin. C. de non num.* Vacillare à nonnullis dicitur, qui hæſitat in dicendo teſtimonio, variare qui diſſimilia profert; contradicere, qui repugnantia dicit, *v. Rember. 3. de Teſtib. 2. verſ. 16.* o *Cicero pro Flacco, 4. q. 3. §. Item teſtimonium.*

p *Nou. 73. c. 3. in fin.* q In teſtibus hæc ſunt inquirenda, conditio, vita, facultates, inimicitiæ vel amicitiæ, ſuſpicio denique, *vt hic.* r nam dignitas præſumptionem pro eorum fide affert. *Nou. 90. c. 1.*

ſ ἄρχων *Syn. eod. c. 3.* magiſtratus.

† vt & in adoptionibus, *l. 17. §. 2. ff. de adopt.* ἰδιώτης artifex, ignobilis, viliſſimus, mimus, obſcurus, *Nou. 90. c. 2.* u cui magis creditur. *Nou. 1. c. 1. verſ. ſi verò adſunt.* quanquam diuitiæ maleuolum hominis propoſitum non mutant. *v. l. 5. ff. de ſuſpect.* x v. quæ ſcripſi ad *Nou. 90 c. 1.* y Pauper dicitur, qui minus quam quinquaginta aureos habet, vnde remouetur ab accuſatione, *l. 10. de accuſ.* pauper tamen fidelis eſſe poteſt, *v. §. vlt. Inſt. de ſuſpect.* Paupertatem quemque etiam detegere cogi hinc colligunt, etſi non cogitur aliàs reſpondere ad ea quæ eius turpitudinem detegunt: vide Socinum *regula* 411. ſed & illud: Pauperem generaliter admitti ad teſtimonium dicendum, exceptis quibuſdam caſibus. *regula* 180. z Lucri cauſa moueri egenus facilè præſumitur.

a Cic *pro Fonteio: l. 17. C. eo. Nou. 90. c. 7. l. 20. ff. de procur. l. 15. ff. de arbitr.* ſummus ſcilicet (eſt enim adiicienda hæc qualitas) capitalis, grauiſſimus, non leuis, *l. 3. in fin. de admin. leg.* putà ſi quis palam tibi maledixerit, infauſtas voces aduerſus te iactauerit, ſtatus controuerſiam mouerit, *l. 6. §. 17. 18. ff. de excuſ. tut. l. 9. §. 2. ff. de his quæ vt indign.* vel omnium bonorum vel maioris partis, *l. 2. ff. de excuſ. tut.* ſi inimicis tuis amicitiam ſuam copulauit, *l. 28. in fin. C. de inoff.* aliàs ſub prætextu inimicitiarum, non eſt detrahenda fides quæſtioni, *l. 1. §. 24. ff. de qu.* hoc eſt, confeſſioni, reſponſioni, teſtimonio.

b gratioſus, *l. 5. C. eo.* dicam *in l. pen. ff. eo. 1. Fend. 26.* Confeſſor conuiua, contubernalis, qui conuiuat, habitet, *adſit. Cicero pro Flacco.*

c *l. 9. C. eod.* d *l. 3.* Gratioſi teſtes, amici.

e ſine ſuſpicionis vlla nota, non inſtructi à producente.

f præmeditatum, *Hal.* tunc enim corrupti creduntur: quamquam & ſine dolo vnum & idem dicere poſſunt, *l. 16. C. de pœnis.*

g de repente, nam è re ipſa naſci teſtimonium debet, non velut ex commentario, dicit *Budæus.*

h adde 2. *Fend.* 23.

i idem de mora dicetur *l. 32. ff. de vſur.* & ingratitudine vaſalli, 2. *Fendor.* 23.

k Probationum ſpecies, diuerſæ mutuò ſe iuuant.

merus teſtium, aliàs dignitas & auctoritas, aliàs veluti conſentiens fama *a* confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo ſolum tibi reſcribere poſſum ſummatim *b*: non vtique ad vnam probationis ſpeciem, cognitionem ſtatim alligari debere *c*, ſed ex ſententia *d* animi tui te æſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opinaris.

3 ¶ Idem Diuus Hadrianus Iunio Rufino proconſuli Macedoniæ reſcripſit, *teſtibus* e *ſe, non teſtimoniis crediturum* f. verba epiſtolæ ad hanc partem pertinentia hæc ſunt: *Quod crimina obiecerit apud me Alexander, Apro: & quia non probabat, nec teſtes producebat, ſed teſtimoniis vti volebat, quibus apud me locus non eſt: nam ipſos* g *interrogare ſoleo: quem remiſi ad prouinciæ præſidem, vt is de fide teſtium quæreret, & niſi impleſſet quod intenderat, relegaretur.*

4 ¶ Gabinio quoque Maximo idem princeps in hæc verba reſcripſit: *Alia eſt auctoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, quæ recitari ſolent* h. *tecum* i *ergo delibera, vt, ſi retinere eos velis, des eis impendia.* k.

5 ¶ Lege *l* Iulia de vi cauetur, ne hac lege in reum teſtimonium dicere liceret ei, qui ſe ab eo *m*, parentéve eius liberauerit: quíve impuberes *n* erunt. quíque iudicio publico damnatus *o* erit, qui eorum in integrum reſtitutus, non erit: quíve in vinculis, cuſtodiáve publica *p* erit: quíve ad beſtias *q* vt depugnaret, ſe locauerit, quæve palam quæſtum faciet, feceritve: quíve, ob teſtimonium dicendum, vel non dicendum, pecuniam accepiſſe iudicatus, vel conuictus *r* erit. Nam quidam *ſ* propter reuerentiam perſonarum, quidam propter lubricum conſilij ſui, alij verò propter notam *t* & infamiam vitæ ſuæ, admittendi non ſunt ad teſtimonij fidem.

6 ¶ Teſtes non temere euocandi ſunt per longum iter *u*; & multo minus milites auocādi ſunt à *x* ſignis vel munerib. *y*, perhibendi teſtimonij cauſa. Idque Diuus Hadrianus reſcripſit. Sed & Diui fratres reſcripſerunt: Quod ad teſtes euocandos pertinet, diligentiæ iudicantis eſt explorare, quæ conſuetudo *z* in ea prouincia, in qua iudicat, fuerit: nam ſi probabitur, ſæpe *a* in aliam *b* ciuitatem, teſtimonij gratia *c* pleroſque euocatos, non eſſe dubitandum, quin euocandi ſunt, quos neceſſarios in ipſa cognitione deprehenderit qui iudicat.

Qui non coguntur teſtimonium dicere.

4. *Paulus* lib. 2. ad Legem Iuliam & Papiam.

LEge *d* Iulia *e* iudiciorum publicorum *f* cauetur, ne inuito denuncietur, vt *g* teſtimonium "litis" dicat aduerſus ſocerum, generum *h*, vitricum, priuignum, ſobrinum *i*, ſobrinā, ſobrino natum, eóſve, qui priore *k* gradu ſint: item ne liberto ipſius, liberorum eius, parentium, viri, vxoris. Item patroni, patronæ: & vt ne patroni, patronæ aduerſus libertos, neque liberti *l* aduerſus patronum cogantur teſtimonium dicere.

5. *Gaius* lib. 4. ad Legem Iuliam & Papiam.

IN *m* legibus, quibus excipitur, ne gener *n*, aut ſocer inuitus teſtimonium dicere cogeretur, generi appellatione ſponſum *o* quoque filiæ contineri placet. Item ſoceri, ſponſæ patrem.

De his quibus imperari poteſt.

6. *Licinius Rufinus* lib. 2. Regularum.

IDonei *p* non videntur eſſe teſtes, quibus imperari poteſt, vt teſtes fiant *q*.

De ſeruo.

7. *Modeſtinus* lib. 3. Regularum.

SErui *r* reſponſo *ſ* tunc credendum eſt *t*, cùm alia probatio ad eruendam veritatem non eſt.

Qui non coguntur teſtimonia dicere.

8. *Scæuola* libro 4. Regularum.

INuiti *u* teſtimonium dicere non coguntur ſenes *x*, valetudinarij *y* vel milites *z*, vel qui cum magiſtratu reipublicæ *a* cauſa abſunt, vel quibus venire non licet *b*.

De patre & filio.

9. *Paulus* lib. 1. ad Sabinum.

TEſtis *c* idoneus pater *d* filio, aut filius patri non eſt.

De teſte in re ſua.

10. *Pomponius* libro 1. ad Sabinum.

NVllus idoneus teſtis in re *e* ſua intelligitur.

De teſte non rogato.

11. *Idem* libro 35. ad Sabinum.

AD fidem rei geſtæ faciendam etiam non *f* rogatus teſtis intelligitur *g*.

De numero teſtium.

12. *Vlpianus* lib. 37. ad Edictum.

VBi numerus teſtium non adiicitur *h*, etiam duo *i* ſufficient: pluralis *k* enim elocutio, duorum *l* numero contenta eſt.

a Famá conſentiens fidem confirmat, nō facit *vt hic: & l. 9. C. de nupt.* aliud eſt in falſo rumore, qui non obeſt, *l. vlt. ff. de hered. inſtituen.* de fama vide Speculatorem, *tit. de notariis, §. 3.* Fama nonnullis cum vno teſte probat in ciuili cauſa: ſine teſte, plena non eſt probatio, v. Socin. *regula* 144. Idem notat: Famam in antiquis factis plenè non probare: niſi iis caſibus, qui iure ſunt comprehenſi, vel notorij, vide eundem Socinum, *reg.* 145.

b ſummatim, eſt in ſummo compendio, generaliter.

c Ad vnum aut certum tantum probationis genus iudex ſe obſtringere non debet, adde *l. quoniam 21. in fin. C. de hæreticis.*

d *v. l. 1. §. 2. C. de iureiur. propter calum. v. Cuiac. 1. obſ.* 21. Iudicem ex ſententia animi ſui, i. conſcientia ſua, nō ex allegatis vel probatis iudicare oportere hinc colligunt, contra quàm in *l. 6. §. 2. ſup. de offic. præſi.* v. Hot. *quæſt. illuſt.* 25.

e μαρτυσι καὶ οὐ τοῖς ἐκ μαρτυρίοις. *Syn. eo. c. 3. 1. Har. 6. §* 21. *l. 10. §. 5. ff. de qu.*

f alia eſt. n. authoritas præſentium teſtium alia teſtimoniorum quæ recitari ſolent, §. 4. *ff. eo.* præſertim in criminalib. *v. Nou. 90. c. 5. in fi.* teſtes audiendi non eorum dumtaxat voces 3. *Har. 6. c. 6.* errant igitur Iudices qui mandant aliis teſtium examinationem, cùm id dumtaxat valetudine aduerſa, ſenio, paupertate detentis, aut dignitate claris ſit permiſſum, *v. l. 15. ſup. de iureiur.*

g αὐτοπροσώπως ἐρωτῶνται *Syn. & Har. de c. 21.* in propria perſona vel ipſimet interrogantur à iudicibus teſtes. h ſunt. n. huiuſmodi teſtimonia muta apud iudicem, quæ veritatem rei facilè fuſcare poſſunt.

i Teſtes dicturos teſtimonium iudex retinere diutius poteſt per 15. tantùm dies ſc. *l. 19. C. eo.* datis eis impendiis, vnde notant: Non ſufficere vt teſtis etiam coram iudice iuratus, *l. 10. C. eo.* teſtimonium dicat coram honeſtis viris, hoc. n. amplius exigi, vt præſente iudice teſtimonium ferat, & coram eo iuret, *vt hic.* In cauſis tamen ciuilibus iudex nonnunquam teſtium examinationem delegat. *Nou.* 90. *c. 5. Auth. apud, C. de fide inſtr.* k *l. 11. C. eo. l. 6. §. 2. C. de appel.*

l 4. *q.* 3. *c. Idem l. Iulia.* m libertus in patronum, vel liberti filius, teſtis eſſe non poteſt, *l. 4. ff. eo.* n *l. 20. ff. qui teſt. §. 6. Inſt. de teſt.* idque propter lubricum conſilij, *inf. eo.* ius, n. & factum ignorant, *l. vlt. inf. de iur. & facti ignor.* iurare non poſſunt, *l. 4. ſup. de in litem iurando.* An pubes teſtis eſſe poterit de his quæ impubes vidit? vtique, ſi de iis teſtetur quæ veriſimiliter ab impuberibus capi poſſunt: eámque communem opinionem eſſe refert Oldend. 4. *de teſt. n.* 12. Quid ita? quia non prohibetur illo caſu eſſe teſtis: igitur admittendus, *l. 2. ff. eo.* Teſtatur ita quis de his quæ vidit in ſeruitute? *v. l. 99. ff. de ver. ſign. l. 1. C. de teſt.* At impubes neſcit quid agit? neſcit vt præiudicium ſibi adferat, i. noceat, *l. 1. C. de teſt. l. 22. ff. de teſt.* Quid minor viginti annis, id eſt pubes? *v. l. 20. inf. eo.*

o & conuictus, *vt inf. eo.* p i. ob publicum iudicium, *l. 20. inf. e.* An talis velut infamis repellitur à teſtimonio? non repellitur, antequam ſc. condemnetur: nec enim carcer aut vincula infamiam irrogant, *l. 1. C. ex quib. cauſ.* liberis hominibus ſc. nam ſeruis vincula ſummam infamiam attulere: vnde & manumiſſione ius ciuitatis Romanæ non conſequebantur. Vlpianus *in frag. 1. §. 13.* Eadem ratione captiuis vincula notam intulere. ideo legimus (4. ἁλώσεως.) Ioſepho captiuo Veſpaſiani iuſſu abruptas non explicatas catenas, & hoc modo ei ſeruatam fuiſſe ἀτιμίαν *Cuiac. 12 obſ. 57.* q *l. 1. §. 6. verſ. & qui opus, ſup. de poſtul.* hic operas tantum turpiter locat, auctorati verò totos ſe ſeruituti addicunt & ſe ludo vendunt. *Pithœus 9. Notar. Moſaic.* Auctorati autem ſpectaculo meridiano operam locabant: de quibus Theodoricus rex apud Caſſiodorum 5. *epiſt. antep.* Sic propter deſperatam audaciam dicebantur παράβολοι. *v. Socratem in hiſtoria Eccleſiaſtica:* Audaces, Claudiano in illo verſu, *Audaces* ligat ipſa viros, qui colla ferarum Arte ligent, certóque premant venabula niſu. Iidem & *confectores* Suetonio dicuntur in Auguſto. Gloſſis, Confector, κυνηγέτης, & ita κονφέκτωρ apud Euſebium, vbi de Polycarpo Martyre. In veteri inſcriptione, *Conf Ēuariorum & ſuariorum corpus.* Gloſſis confectorum, χοιροσφάκτων, Confectores καὶ ἄζολοι Iidem & conficij vel contifici dicti à Vopiſco *in Probo,* & beſtiarij, *v. Ioſeph. Scal. 4. in Manilium.* r huiuſmodi perſonæ ſunt infames, *inf. eo. l. 1. ff. de his qui notantur:* an omnes infames ideo remouentur? eos tantum qui hac lege comprehenduntur, exiſtimat remoueri Duarenus, non eos qui actione iniuriarum, pro ſocio, tutelæ, mandati, & c damnati ſunt. 2. *diſp.* 23. quin interdum infames & arenarij admittantur iuſtis de cauſis, *v. l. 21. §. 2. inf. eo.* vt ad rem redeam, in refutando teſte non ſufficit vt criminis ſit accuſatus, oportet eum eſſe conuictum. Quis enim (ſi ſufficiat accuſaſſe) innocens fiet? conuictum hic an criminalibus accipe, ex ſententia iudicis quæ per appellationem non ſit ſuſpenſa. *v. l. 6. § 1. ff. de his qui notantur: l. 2. inf. ff. de pœnis: l. 1. ff. nihil nouari* in criminalibus tantum accuſatum. *l. 5. inf. de publ. iud.* vt mirum ſit in *l. 10. ff. de his qui notantur,* nullam differentiam ſtatui inter damnatum iudicio publico, & priuato. Quid ergo fiet eo caſu? *v. d. l. 7.*

ſ Teſtes his tribus cauſis eſſe impediuntur, reuerentia, lubrico conſilij, nota ſeu infamia. t Notæ & infamiæ differentia, *l. 1. C. de dign.* u id enim eſt oneroſum, *l. 7. inf. quemadm. teſt. aperiantur.* adde *l. 19. C. eo.* x *l. 45. ff. ex quibus cauſ. maior.* y militaribus. z Conſuetudine ita ferente, non aliàs, poteſt vnus iudex in alterius territorio citare teſtimonij dicendi cauſa, *vt hic.* Imo & prehendere: poteſt enim conſuetudo iuriſdictionem vnius loci minuere, alterius augere. Quid in ſtatutis admittitur quoque, arg. *l. Mediterranea. C. de annonis & trib.*

a conſuetudo eſt, quod ſæpe fit, *v. Cuiac. 20 obſ. 1.*

b quæ ſit eiuſdem principis. Poteſt enim id conſuetudo facere, *vt hic:* ſi non ſit eiuſdem principis ſine conſuetudine id non fiet. Quod ad priorem caſum attinet *v. l. 15. §. 1. inf. de re iudicata: l. 13. § 3. C. de iudiciis.* adde quæ notaui ad *l. 12. §. 1. inf. de rebus auth. iudicis.* Teſtium examinationem ſeu interrogationem committi rectè poſſe, iuſtis de cauſis hinc etiam colligunt, de quo vide plura apud Socinum *reg.* 40.

c Teſtimonij gratia teſtes ex alieno territorio euocari poſſunt ſi id patiatur cōſuetudo. Zaſ. ad *l. vlt. ff. de iuriſd. omn. num.* 13.

d 4. *q.* 3. *§. l. Iulia.*

e de qua *l. 3. §. 5. ff. eod.*

f *l. 10. ff. de gradibus, l. 2. ff. de accuſ.* Eadem lege Iulia publicorum iudiciorum cautum fuit ne de duobus reis quis quæreret, niſi ſuarum iniuriarū cauſa, *l. 12. §. 2. ff. de accuſ.* vt qui reum detuliſſet, locum delicti perſonas & menſem deſignaret, *l. 3. ff. de accuſ.* vt ne reus, quid accuſatori publico iudicio præſcribat (quod dicat ſe eodem crimine ab alio accuſatum & abſolutum fuiſſe,) quàm de prioris accuſationis præuaricatione cōſtiterit, *l. 3 ff. de præuar.* vt ſi ſeruus capitali crimine poſtulabitur, ſiſti eum vel ab extraneo ſatiſdato promittatur: quod ſi non defendetur, in vincula coniiciatur, vel ex vinculis cauſam dicat, *l. 2 ff. de cuſtodia.* Vbi reus vel accuſator, qui domum iudicis ingreſſus fuerit, in legem ambitus incidat & centum aureis mulctetur, *l 1. in fi ff. ad l. Iul. ambitus.* Ad hanc autem legem non pertinet quod Alex. reſcripſit, reos capitalium criminum per procuratores defendi lege publicorum iudiciorum. Præter illam publicorum iudiciorum, fuit & alia priuata, qua tota priuatorum iudiciorum forma ac regula conſtituta erat, de qua 14. *Gell.* 2 cuius etiam tria capita notaui ad *l. 9. §. 2. l. 42. ff. de recept. arb. l. 2. §. ſup. de iud.* adde Briſſ. 4. *ſel. antiquit.* 7. g in adfinem vel cognatum inuiti teſtes interrogari non poſſunt. *Paul.* 15. *ſent.* 15. §. 2. h *v. l. 5. ff. eo.* i Teſtes in cognatione eſſe nō poſſunt ſobrini, & ſobrina nati, *vt hic. & l. 1. ff. ad l. Iul. repet. l. lex Cornelia inf. de iniuriis.* Idem eſt in prioribus, *vt ff. eo.* non egredi autem ſeptimū gradum hic locus indicio eſt, ibi: ſobrinam, ſobrino natum. k propiore gradu *Petr. Fab.* 1 *ſemeſt.* 10. adde *l. 1. §. 16. inf. de qu.* l 4. *q.* 3. *c. nec liberto. l. 5. C. eo.* Teſtis mihi non eſt idoneus in quem mihi iuriſdictio eſt, *l. 5. C. eo* Porro in has perſonas imperium eſſe notant. In adſcriptitium perſonam domeſticam, ſeruum, vxorem, libertum, liberos, famulos, colonos. m 4. *q.* 3. *c. cum autem excipitur.* n *l. 4. ſup. eo.* o *l. 8. ff. de grad. l. 4. ff. de parricidiis.* p 4. *q.* 3. *c. idonei.* q tales ſunt domeſti *v. l. 24. inf. eo.* r *l. 3. §. 5. ſup. eo l. 12 in fi. C. eo.* 4. *q* 3. *c. ſerui.* ſ *l 58. in fi. ſup. de ædilitio edicto.* t Teſtes olim eſſe non poterant ſerui niſi in ſubſidium, hodie ſerui ad teſtimonium non admittuntur, *v. Nou. 90. c. 6. & No. Leonis.* 49. has leges puto referri tam aduerſus dominum quàm extraneos. Ita tamen vt non præiudicetur legibus quæ volunt ſeruos etiam in dominum torqueri poſſe, certis in criminibus, de quibus *v. l. 1. C. de quæſt.* u 4. *qu.* 3. *c. inuiti.* etiam in criminalibus, v. tamen Socinum *regula* 417. x cogitur tamen anus obſtetrix, *l. 3. §. 6. inf. de Carboniano.* a *l. 3. 7 inf. de iure immunit.* coguntur tamen omnes in iudicium venire teſtimonij gratia certis perſonis exceptis, *l. 16. l. 19. C. eo.* y facit *l. 60. inf. de re iudic.* z *l. 3. in fi. ſup. eo.* a *l. 2. ff. de iure fiſci: l. 9. C. in quib. cauſ. infam. l. 4. C. de delatoribus.* b quales fortè ſunt ij qui propter religionem loco ſe mouere non poſſunt: de quibus *l. 2. ſup. de in ius vocando.* aut qui manicis & compedibus vincti in publico ſine dedecore comparere non poſſunt, *l. 10. ſup. ex quib. cauſ. maior.* Harm. 6. intelligit protoſpatharium, & qui eo eminentiores ſunt, vt & omnes perſonas diuino miniſterio addictas. Illuſtres & ſuperilluſtres etiam intelligunt. *l. 16. C. eo.* c vt & iudex, *l. 10. ſup. de iuriſd.* d *v. l. 6. ſup. eo.* adde *l. 24. inf. eo.* e *v. l. 10. C. eo.*

f Teſtem regulariter rogatum eſſe nihil neceſſe eſt, *vt hic,* 4. *q.* 3. *c. ad ſalem.* Num præſumitur rogatus: præſumitur aliud in tabellione, de Teſtibus rogatis vel rogatis adde *Authenticam rogati. C. eo.* g præterquam ſi de teſtamento agatur, v. quæ notaui ad *Nou. 90. c. 2.* h *ſub.* à lege vel à iudice.

i duorum igitur numerus ſufficiens erit *l. 1. in fi. ſup. eod.*

k Pluralis elocutio, duorum numero contenta eſt, *vt hic.* Cur contenta? quia pluralis eſt, quæ duorum teſtimonium habet. Plures, etiam duo. Et verò dualis primus eſt numerus, cuius vnitas principium, aut certè numerus numeralis. *l. 117. ff. de ver. ſign. c. 40. de reg. in 6.* interdum tamen tres adſumi debent. *l. 17. ff.*

Ex Saliano.

De calumnia damnatis.

13. *Papinianus* libro I. de Adulteriis.

QVæſitum ſcio, an in publicis iudiciis calumniæ damnati teſtimonium iudicio publico perhibere poſſunt? Sed neque lege Remnia *a* prohibentur: & Iulia lex de vi, & repetundarum *b*, & peculatus, eos homines teſtimonium dicere, non vetuerunt. veruntamen *c*, quod legibus *d* omiſſum eſt, non omittetur religione iudicantium *e*, ad quorum officium pertinet, eius quoque teſtimonij fidem, quod integræ *f* frontis homo dixerit, perpendere.

De adulteris.

14. *Idem* libro ſingulari de Adulteriis.

SCio quidem tractatum eſſe, an ad *g* teſtamentum faciendum adhiberi poſſit adulterij *h* damnatus? Et ſanè iuſtè teſtimonij officio ei interdicetur. Exiſtimo ergo neque iure ciuili teſtamentnm valere, ad quod huiuſmodi teſtis proceſſit, neque iure prætorio, quod ius ciuile ſubſequitur *i*, vt neque hereditas adiri, neque bonorum poſſeſſio dari poſſit.

De damnato repetundarum. I. De Hermaphrodito.

15. *Paulus* lib. 2. Sententiarum.

REpetundarum *k* damnatus, nec ad teſtamentum, nec ad teſtimonium adhiberi poteſt.

1 ¶ Hermaphroditus *l*, an ad teſtamentum adhiberi poſſit, qualitas *m* ſexus incaleſcentis oſtendit.

De teſtibus puniendis.

16. *Idem* lib. 5. Sententiarum.

QVi *n* falsò *o* vel variè teſtimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt: à iudicibus competenter *p* puniuntur *q*.

De pluribus teſtibus ex vna domo.

17. *Vlpianus* lib. ſingulari Regularum.

PAter *r*, & filius, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes vtrique *ſ* in eodem teſtamento, vel eodem negotio fieri poſſunt *t*: quoniam nihil nocet, ex vna domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.

De fœminis.

18. *Paulus* lib. 2. de Adulteriis.

EX *u* eo quod prohibet lex Iulia de adulteriis, teſtimonium dicere condemnatam *x* mulierem, colligitur *y*, etiam mulieres *z* teſtimonij in iudicio dicendi ius habere *a*.

Qui non coguntur teſtimonium dicere. I. De pupillis.

19. *Vlpianus* lib. 8. de Officio Proconſulis.

INuiti teſtimonium non dicunt publicani *b*. item is, qui non detractandi † teſtimonij cauſa aberit *c*: item is, qui quid exercitui præbendum *d* conduxerit.

1 ¶ Sed nec pupillis *e* teſtimonium denuntiari poteſt.

De eo qui accuſatus eſt iudicio publico, de minore.

20. *Venuleius* lib. 2. de Iudiciis publicis.

IN teſtimonium accuſator *f* citare non debet eum, qui iudicio publico reus *g* erit, aut qui minor *h* viginti *i* annis erit.

teſtamentum. l. per ſcripturam 11. *in fi. C. qui potiores*: quinque, *l. vlt. C. de teſt.* ſeptem, *l. 1. de teſt. l. 21. C. de teſt.* octo, *l. 8. C. qui teſt.* interdum quoque pluralis elocutio tres continet, *l. 1. ſ. de opinione.*

a de qua *v. l. 1. §. 2. inf. ad Turpil.* Alij Memmiam legunt à quibus facit 3. *Valer. 7. Cicero pro Sexto Roſcio.*

b repetundarum.

c Teſtem eſſe infamem, ſeu teſtimonium infamem dicere, iudex pati non debet: licet infamis nulla lege ſpecialiter à dicendo teſtimonio repellatur.

d Legibus omiſſa iudex ſupplere poteſt, *l. 7. ſuprà de iuſtitia l. 12. l. 13. ſ. de legib.*

e & conſultantium, *arg. l. 2. ſup. de offic. aſſeſſ.*

f hoc ideo dicit, quia calumniatoribus frons ſolebat inuri ex lege Remmia, litera K, *Cicero pro Roſcio Amerino*, quæ pœna ſublata eſt, *l. 17. C. de pœnis, v. Pithœum 4. collat. Moſaïc.*

g teſtamentum ipſo iure prætorio ac ciuili nullum eſt, in quo teſtes infames adhibiti.

h *v. l. 18. infrà eodem.*

i *l. 7. in fin. ſup. de iuſtitia & iure l. 11. ſuprà de præſcriptis verbis. v. Nouell. 8. c. 1. §. 1.* non ſemper tamen. quædã enim prætorio iure conualeſcunt, quæ ciuili iure inutilia ſunt, *l. 17. ſ. de iniuſto.* k *l. 20. §. 5. inf. qui teſt.* l *v l. 10. ſup de ſtatu hominum.* m Qualitas potior ac potentior ſexum diiudicat: & ſemper ſpectanda eſt. n Tria hæc vitia in teſte: falſum, variè teſtimonium dixiſſe, teſtimonium aduerſario prodidiſſe.

o falſa, *Hal. l. 1. l. 9. in fin. inf. de falſis.*

p competenti, *Paulus 5. ſent. 15.* hoc eſt, à iudicibus competentibus, ὑπὸ τῶν προσφόρων ἀρχόντων τιμωρεῖσθαι. *6. Harm. 6. in fin.* vel competenter, id eſt competenti pœna. q *Paulus 5. ſent. 15. & 5.* ita ſupplet, aut in exilium aguntur, aut in inſulam relegantur, aut curia ſubmouentur.

r Teſtes pro extraneo, qui inuicem ſunt coniuncti, eſſe non prohibentur.

ſ *l. 22. inf. qui teſt. §. 8. Inſt de teſt.* t *v. Vlp. 20. §. 3. 6.*

u Prohibita ſpecialiter quibuſdam aliis conceſſa intelliguntur.

x adde *l. 14. ſuprà eod. l. 20. §. 6. inf qui teſt.*

y vnde colligitur: ſi damnata prohibetur, non damnata non prohibetur.

z id non eſt admiſſum iure canonico in criminalibus cauſis (niſi in exceptis) ſed tantum in pecuniariis. *33. q. 5. c. mulierem.*

a in negotio ciuili & criminali. nec enim lex diſtinguit, niſi in teſtamento, *d. §. 8. & §. 6. Inſt. de teſt. l. 20. §. 6. inf. qui teſt.* & in probanda inueſtitura feudi *2. Feudorum 32.* An in codicillis poterunt admitti? ſic putat Speculator *Tit. 4. de teſtib. num. 83.* Oldendorpius *4. de teſtib. n. 11.* negat admittendas, niſi virorum penuria, *Vlp. 20. §. 7.* Poſſis latius ita dicere in iis quæ iuris ſunt, quæ ad ius probandum ſcribuntur, admittendæ non videntur velut in teſtamento: donationibus, ſtipulationibus, mutuo, & ſimilibus: in his quæ facti, pone delictis probandis admittendæ: vt & in iis in quibus viri non acceſſuntur. *1. Harm. 6.* adde tempore Ciceronis mulieres teſtimonij dictionem habuiſſe. *Verrina 3.* antiquitus non habuiſſe, *l. 1. C. Th. de rapt.* & magni beneficij loco teſtimonij dictionem mulieribus certis conceſſam, *v. Gell. 7.* b Cur ita? colligere potes ex *l. 15. ſ. de iureiur.* ſed adde hunc locum commodè referri poſſe ad publicanos quo tempore libellum à præſidibus acceperunt mittendi commeatus ad exercitum cauſa, *arg. l. 4. §. 1. ſ. publ.* vnde fortè non malè hæc verba, *item is cui exercitui, &c. inf. eod.* coniungerentur huic voci, *publiciani*: nec malè loco, *item is cui*, legeremus, *tunc cum quid exercitui præbendum conduxerint*: vt ſit ſenſus, Publicanos, cum quid præbendum exercitui conduxerint, ideo inuitos cogendos non eſſe teſtimonium dicere, ne à munere ſuo publico, curáque militari auocentur. † *al.* de rectandi. c vt quia litis gratia abeſt. l. 5. multitudine rerum diſtringitur, *l. 25. ſup. ex quib. cauſis maior.* abſens ex cauſa neceſſaria eſt. d Item is qui præbendam exercitui conduxerit. *Alc. 1. Parerg 33.* reprehenſus à Cuiacio *2. obſer. 23.* e impuberibus, *l. 3. §. 5. ſup. eod.*

f Teſtis in iudicio criminali, reus publico iudicio eſſe non poteſt.

g *v. l. 3. §. 6. ſup. eod.*

h Teſtis in criminali iudicio minor viginti annis eſſe non poteſt, *vt hîc.* in ciuili impubes eſſe non poteſt pubes poteſt, *l. 19. in fin. ſup. eod.*

i Imò minor quatuordecim annis torqueri poteſt in crimine læſæ maieſtatis, *l. 10. l. 15. §. 1. inf. de quæſtion.*

De damnato ob carmen famoſum. 1. De magiſtratibus. 2. De arenariis & ſimilibus. 3. De teſtibus concordibus vel contrariis.

21. *Arcadius*, qui & Chariſius, lib. ſingul. de Teſtibus.

OB carmen famoſum *a* damnatus inteſtabilis *b* fit.

1 ¶ Illud quoque incunctabile *c* eſt: vt, ſi res exigat, non tantum priuati, ſed etiam magiſtratus *d*, ſi in *e* præſenti ſint, teſtimonium dicant.

¶ Item ſenatus cenſuit, prætorem teſtimonium dare debere *f* in iudicio adulterij cauſa.

2 ¶ Si ea rei *g* conditio ſit, vbi arenarium *h* teſtem, vel ſimilem *i* perſonam admittere cogimur, ſine *k* tormentis teſtimonio eius credendum non eſt.

3 ¶ Si teſtes omnes eiuſdem honeſtatis, & exiſtimationis ſint, & negotij qualitas ac iudicis motus *l* cum his concurrit, ſequenda *m* ſunt omnia teſtimonia. Si *n* verò ex his quidam ‖ eorum ‖ aliud dixerint, licet impari numero, credendum eſt. ſed quod naturæ *o* negotij conuenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ ſuſpicione caret, confirmabitque iudex motum animi ſui ex argumentis, & teſtimoniis, & quæ rei aptiora, & vero *p* proximiora eſſe compererit non enim ad multitudinem *q* reſpici oportet: ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem & teſtimonia: quibus potius lux *r* veritatis *ſ* adſiſtit.

De his, qui ſe vel alios teſtari volunt.

22. *Venuleius* lib. 2. de Officio proconſulis.

CVrent magiſtratus cuiuſque loci, teſtari *t* volentibus & ſeipſos & alios, teſtes vel ſignatores *u* præbere: quo faciliùs negotia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit.

De eo qui ante teſtimonium in reum dixerat.

23. *Idem* lib. 1. de Iudiciis publicis.

PRoduci *x* teſtis is non poteſt, qui antè in eum reum *y* teſtimonium dixit.

De teſtibus è domo accuſatoris.

24. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

TEſtes eos quos accuſator *z* de domo *a* produxerit, interrogari non placuit *b*.

De patronis. De executoribus negotiorum.

23. *Arcadius* " qui & Chariſius ‖ lib. ſingul. de Teſtibus.

a Inteſtabilis quis, *v. l. 18. in fin. l. 26. inf. qui teſt. l. 5. §. 9. inf. de iniuriis*: ὁ καταδικασθεὶς ἐπὶ τῷ ποιῆσαι παρακῶ ἀμφηνα... *1. Baſ. 1. c. 21. Cuiac. 16. obſer. 26. v. Senecam 5. Controuerſ. 6. Theophilum, §. 6. Inſtit. de Teſtam.*

b Inteſtabilis & infamis infamia facti teſtis non admittitur in cauſa ciuili vel criminali. vide tamen Socinum *reg. 75.* Sed & illud additur, Inteſtabilem teſtimonio eundem & teſtamento eſſe inteſtabilem vt qui teſtimonium alteri non poſſit dicere, idem ſibi teſtamentum facere non poſſit.

c Incunctabile, id eſt, ſine dubio.

d Teſtimonium dicere, vel ipſi magiſtratus ac prætores coguntur.

e In præſenti eſſe, eſt in comitatu principis eſſe. vnde præſentales.

f *al.* dicere.

g negotiis.

h κυνηγοι. *21. Ecl. 1. c. 19. l. 3. §. 5. ſup. eo. v. Nou. 90. c. 1.*

* *1. Harm. 6.*

i *v. l. 13. C. eod.* k *Nouell. 90. cap. 1.* Teſtis infamis quibus caſibus iure ad teſtimonium admittitur, fides ei non adhibetur ſine tormentis.

l Motus iudicis, religio.

m *l. 3. §. 1. ſup. eod.*

n Teſtes vbi varij ſunt, iis potior fides adhibetur, qui aptiora negotio deponunt. quippe ij fidem feciſſe magis intelliguntur, qui iudicia veriſimiliora habeant. Doctores in *l. 13. C. de fide inſtr.* Indicia & argumenta efficiunt, vt vna probatio alteri præferatur, *l. vlt. C. de prob.*

o vt ſi de libertate quæſtio ſit pro ea magis quam aduerſus eam feratur ſententia, *l. 24. inf. de manumiſſ.* p Veriſimiliora in dubiis ſequi debemus, *v. l. 114. inf. de reg. iur.* q *l. 8. ſuprà de pactis.*

r Teſtimonia in negotiis & factis, lux dicuntur.

ſ *l. 3. ſup. eod. l. 3. ſuprà de probation* facit *lex 13. ſ. de interrogationib.*

t id eſt & teſtamentum condere, & tabulas ad quamcumque probationem conficere. *v. Duaren. 1. diſp. 30. Robert 4. ſent. c.* hæc enim lex ad teſtamenta potius referenda eſt, quàm ad teſtimonium.

u vt & alios iudices, *l. 1. ſuprà de iuriſd.* aduocatos, *v. l. 1. §. 4. ſup. de poſtulando, l. 21. ſuprà de interrog.* Qui ſint ſignatores, *v. Duarenum 1. diſp. 30.*

x ſic Budæus legit: produci teſtis i. n. p. in reum qui in eum teſtimonium dixit.

y id eſt accuſatum criminis alicuius: vt ſit ſenſus, Neminem idoneum teſtem eſſe in eius cauſa, in quem criminis poſtulatum ſemel teſtimonium dixerit. *Duar. 1. diſp. 29.* Sed Cuiac. *2 obſ. 23.* ſenſum huius legis hunc eſſe ait, qui ante in aliquem reum teſtimonium dixit, rurſus pro eodem teſtis eſſe non poteſt ὁ κατά τινος (inquit *Ecl. 21. tit. 1. c. 22. Harm. 6. tit. 6.*) ἤδη μαρτυρήσας, οὐ μαρτυρεῖν πάλιν ὑπὲρ αὐτοῦ. Verum Duareni cauſam defendit Fornerius, *2. ſel. 10.* hunc locum ad criminale iudicium referens, motus inſcriptione huius legis: quæ ſumpta eſt ex lib. 1. *de publ. iud.* mouetur quoque eiuſdem Harmenopuli authoritate *6. tit. 6.* ὁ ἐγκληματικῶς πρός κατηγορήσας οὐ δύναται αὖθις μαρτυρεῖν κατὰ αὐτοῦ. ὁ γὰρ χρηματικῶς τινὰ ἀπαιτησάμενος οὐ κωλύεται μὴ μαρτυρεῖν κατ' αὐτοῦ. πλὴν ὑπάσης εὐλόγου αἰτίας κωλύεται: & Nouellam 90. accuſatorum teſtimonium reiicere: idem legi apud Ciceronem *pro Fonteio.* facere *l. 1. §. 24. ſ. de quæſt.* Non prætermittendum, has diuerſas ſententias ab Alberico notari: Teſtem ſemel productum amplius produci non poſſe: Teſtem qui ſemel falſum teſtimonium dixerit, poſtea non admitti: eum qui in cauſa criminali in alium teſtatus ſit, non poſſe in eundem teſtimonium dicere, quaſi inimicum.

z Teſtes magiſtratui ſuo apparitores ſeu ſtratores eſſe non poſſe hinc colligunt.

a *4. quæſt. 3. Paulus 5. ſent. 15. §. 3. collatio legum Moſaïc. cap. 9* Domeſticus, *l. 3. C. eod* inquit Duarenus *1. diſp. 28.* non is tantum dicitur qui in eadem domo habitat, ſed & qui eiuſdem familiæ & gentis eſt, vt pater & filius, *l. 5. l. 6. ſ. quod cuiuſque, l. 1. C. de emend. prop.* libertus patronus: ſeruus dominus, mercenarius, & is apud quem quis degit, *l. 11. §. 1. ſ. de pœn. l. 95. ſ. de furtis, l. 1. ſ. de qu. l. 6. C. de quæſt.* Duaren *ibid* fratrem ea voce contineri putat, etiam ſi alibi moretur. Ræuardus *2. Var. 8.* domeſtici vocabulo, intelligit eum qui in accuſatoris poteſtate eſt, *l. 6. l. 9. ſ. eo. l. 20. ſ. qui teſt.* Cuiac. *ad l. 6. ſ. qui teſt.* domeſticum intelligit, qui in eadem domo habitat. Et quod Græci dicunt οἰκοθεν ὁ μάρτυς, ex Luciano conſtare non eſſe domeſticum ſed eum qui aduerſus ſemetipſum teſtimonium dixerit, Alciat. *4. de verb. ſign.* vt teſtes de domo, ſint teſtes ſuſpecti. Petrus Pithœus domeſticorum nomine ſuſceptos & clientes accipit *9. not. Moſaïc. vide l. ante pen. §. pen. C. de his qui ad Eccl.* vbi etiam de domeſticis agitur. Domeſticos teſtes Ecloga vocat οἰκειακοὺς *21. tit. 1. c. 22.* οἰκειακὰς μαρτυρίας, domeſtica teſtimonia. adde Oldendorp. *c. 4. C. de teſtibus num. 5. & c. 66. de except. num. 4.* Teſtimonium, miſſum domo cur dicatur, v apud Cic *pro Flacco. auctor ad Herennium 4.*

b niſi res familiæ ſit probanda, quæ per alios difficillimè probari poſſet, *l. 8. §. 6. C. de repud.* niſi denique ſimpliciora domeſticorum teſtimonia appareant. *vid. de Rubr. 1. de teſtib. 2. §. 2.*

MAndatis *a* cauetur, vt præſides attendant, ne patroni *b* in cauſa, cui *c* patrocinium præſtiterunt, teſtimonium dicant *d*. quod & in executoribus *e* negotiorum obſeruandum eſt.

DE IVRIS *f* ET FACTI ignorantia.

TIT. VI.

Diuiſio ignorantiæ bimembris. 1. *Exempla vtriuſque ignorantiæ.*

Paulus lib. 44. ad Edictum.

IGnorantia vel *g* facti, vel iuris eſt.

1 ¶ Nam ſi quis neſciat *h*, deceſſiſſe eum, cuius *i* bonorum poſſeſſio defertur: non cedit ei tempus.

¶ Sed ſi ſciat quidem defunctum eſſe cognatum, neſciat autem, proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem ſibi deferri *k*: aut ſe ſciat ſcriptum heredem, neſciat autem, quod ſcriptis *l* heredibus bonorum poſſeſſionem prætor promittit, cedit *m* ei tempus, quia in iure errat. ¶ Idem eſt, ſi frater conſanguineus defuncti credat matrem potiorem eſſe *n*.

2 ¶ Si quis neſciat ſe cognatum eſſe, interdum in iure, interdum in facto, errat. nam ſi & liberum ſe eſſe, & ex quibus natus ſit, ſciat, iura autem cognationis habere‖ſe‖neſciat, in iure errat. At ſi"quis" fortè expoſitus *o*, quorum parentium eſſet, ignoret fortaſſe & ſeruiat alicui *p*, putans ſe ſeruum eſſe: in facto magis quàm in iure errat.

3 ¶ Item ſi quis ſciat quidem alij delatam eſſe bonorum poſſeſſionem, neſciat autem ei tempus præteriiſſe bonorum poſſeſſionis: in facto errat. ¶ Idem eſt ſi putet, eum bonorum poſſeſſionem accepiſſe.

¶ Sed ſi ſciat eum non petiſſe, tempúſque ei præteriſſe, ignoret autem ſibi ex ſucceſſorio *q* capite competere bonorum poſſeſſionem; cedet ei tempus, quia in iure errat.

4 ¶ Idem dicemus, ſi ex aſſe *r* heres *ſ* inſtitutus, non putet ſe bonorum poſſeſſionem petere poſſe ante apertas tabulas. quod ſi neſciat eſſe tabulas, in facto errat.

Ratio differentiæ inter ignorantiam iuris, & facti.

2. *Neratius* lib. 5. Membranarum.

IN omni parte error in iure non eodem *t* loco quo facti ignorantia, haberi debebit: cùm ius *u* finitum *x* & poſſit eſſe, & debeat, facti interpretatio plerumque etiam prudentiſſimos fallat *y*.

Diſcrimen vtriuſque ignorantiæ. 1. *De ſupina ignorantia.*

3. *Pomponius* lib. 3. ad Sabinum.

PLurimum intereſt, vtrum quis de alterius *z* cauſa & facto non ſciret, an de iure ſuo *a* ignorat.

1 ¶ Sed Caſſius ignorantiam ſupinam ita accipiendam exiſtimaſſe refert, non deperditi *b*, & nimium *c* ſecuri *d* hominis.

De vſucapione.

4. *Idem* lib. 13. ad Sabinum.

IVris ignorantiam in vſucapione negatur *e* prodeſſe: facti verò ignorantiam prodeſſe conſtat.

De ſcientia vel ignorantia alterius.

5. *Terentius Clemens* lib. 2. ad leg. Iuliam & Papiam.

INiquiſſimum videtur, cuiquam ſcientiam alterius *f*, quam ſuam nocere: vel ignorantiam alterius alij profuturam.

a Principum, quæ præſidibus & rectoribus prouinciarum tradi ſolebant, *v. Nou.* 4.

b *l.* 17. *ſup. de iuriſd.*

c Ita Cicero *Verrin.* 4. conqueritur Hortenſium Verris patronum teſtem ſibi in ea accuſatione ereptum eſſe, non rei innocentia, ſed exceptione legis.

d In aduerſarios, non in eos quorũ cauſæ patrocinati ſunt, arg. *l.* 17. *C. eo.* & breuiter. Aduocatus ſeu patronus cauſæ, in teſtem ab aduerſario produci poteſt, at non ab eo cuius cauſæ patrocinatus eſt, *vt hic.* Quid? An vt teſtimonium dicere non poſſunt? Ita neque teſtem inſtruere poſſunt? nimirum vt verum teſtentur, non vt falſum.

e Tales ſunt tutores, curatores, procuratores, adminiſtratores: diuerſis enim officiis fungerentur vno & eodem tempore, quod eſt abſurdum. An poſtquam ſuo munere functi ſunt interrogari poſſunt? poſſe videntur: licet non accuſare, ſi modò de eorum perſonis non agatur, arg. *l.* 18. §. 8. *in fin.* ȷ. *de iure fiſci.* quæ omnia ad ſolicitatores cauſarum ſiue litium ex interpretatione legis refert Ferretus ad *l.* 1. *num.* 17. *ſup. eod.*

f 1. C. 18. & 1. *Har.* 1. addit Ecl. 2. *tit.* 4. ϰ τινες βουτῦν-ȷουεξ αὐτῶν. Ignorantia quando noceat vel proſit, v. apud Gaillum 2. *obſer.* 48. & *l.* 9. ȷ. *eodem.*

g Ignorantia duplex, alia facti, alia iuris.

h *l.* 5. *C. qui admit. ad bon. poſſeſſ.*

i Ignorantia facti, non iuris, in bonorum poſſeſſione petenda non nocet.

k ex capite *Vnde cognati.*

l *l.* 1 §. 4. ȷ. *de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.*

m *v. l.* 10. ȷ. *de bon. poſſ.*

n Hic decipitur in iure, veteri quidem, quia mater potior erat, *l.* 4. *C. ad Tert.* §. 3. *de SC. Tert.* iure nouo, cum matre admittitur, *l. vlt. in pr. C. ad Tert. Nou.* 22. *c.* 47. *in fin. Nou.* 118. *c.* 2. o *v. l.* 3. *C. de infantibus expoſitis, & paſſim toto tit.*

p Seruire, facti eſt: ſeruum eſſe, iuris, *vt hic.* q *de quo* ȷ. *de ſucceſſorio edicto.*

r hodie ſui (non extranei) ex parte heredes etiam ante apertas tabulas adire poſſunt, *l. vlt.* §. 1. & §. 3. *C. de iure deliber.* adde *l.* 3. *C. d. tit.*

ſ Heres ex aſſe inſtitutus bonorum poſſeſſionem petere poteſt, etiam ante apertas tabulas. t *l.* 29. §. 1. ʒ. *mand. l. vlt.* ȷ. *pro ſuo.* interdum tamen iuris error excuſatur, vt ſi coniunctam habeat ruſticitatem, *l.* 7. §. 4. ʒ. *de iuriſd.* ſi inceſtus committitur ignoratione iuris ciuilis, non iure gentium, *l.* 38. *in pr.* §. 1. §. 2. ȷ. *de adult.* ſi tyro errat in diſciplina militari, *l.* 4. *in fin.* ȷ. *de re milit.*

u Iuris & facti diſcrimen. Ius finitum & certum: facta infinita. Ius notum prudenti, facti interpretatio plerumque prudentiſſimos quoſque fallit, *vt hic.* Vnde notant, poſitiones iuris in libellis non admitti.

x & cognitum prudentibus, *l.* 9. §. 3. ȷ *eod. l.* 2. §. 43. ʒ. *de orig. iuris, l.* 10. *de bon. poſſ.* 12. *Quint. l.* 3. patet enim ius & propoſitum cuique eſt: at facta recondita, v. Cuiac. 5. *obſ.* 39. in fine præſertim. y & ab eis ignoretur, *l. vlt. in fin.* ȷ. *pro ſuo v. Robe.* 4. *ſent.* 15. z *l. vlt. in fin.* ȷ. *pro ſuo.* a talis enim ignorantia non eſt regulariter ferenda, *l.* 6. ȷ. *eod.* b τοῦ ἀπολλυμένου ϰ τοῦ λίαν ἀμελοῦς, id eſt, diſſoluti: *Ecl. c.* 3. hinc diſſoluta negligentia, *l.* 29. ʒ. *mandati*; & ſupina craſſa, *l.* 6. ȷ. *eod.* c Nimium ſecurus, id eſt, nimium ignorans. d Quid? quæ ſecuri & deperditi hominis ignorantia? ignorare quod omnes ſciunt, quod ſciri poſſit facilè, adde *l.* 6. ȷ. *eod.* e *v. l.* 31. ȷ. *de vſuc.*

f puta procuratoris, *l.* 51. *in fin.* ʒ. *de ædil.* Procurator quod ſcit, an ſcire dominus intelligitur.

Quæ ſcientia facti requiritur.

6. *Vlpianus* lib. 18. ad leg. Iuliam & Papiam.

NEc ſupina *a* ignorantia ferenda eſt factum ignorantis: "vt" nec ſcrupuloſa *b* inquiſitio exigenda: ſcientia enim hoc modo æſtimanda eſt, vt neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas, ſatis expedita ſit, neque delatoria *c* curioſitas exigatur.

De lucro & damno.

7. *Papinianus* libro 19. Quæſtionum.

IVris *d* ignorantia non prodeſt *e* acquirere volentibus: ſuum verò petentibus non nocet.

8. *Idem* libro 1. Definitionum.

ERror facti *f* ne maribus quidem in damnis vel compendiis obeſt. iuris autem error nec *g* fœminis in compendiis *h* prodeſt. cæterum omnibus iuris error in damnis amittendæ rei ſuæ non nocet.

De ignorantia iuris de minore. 1. *De militibus.* 2. *Quæ ſcientia facti requiritur.* 3. *Quibus caſibus iuris ignorantia non prodeſt.* 4. *De eo qui falsò putat ſe à non domino emere.* 5. *De lege falcidia & condictione indebiti.*

9. *Paulus* lib. ſingulari de iuris & facti ignorantia.

REgula eſt, iuris *i* quidem ignorantiam cuique nocere *k*: facti verò ignorantiam non nocere: videamus igitur in quibus ſpeciebus locum habere poſſit: ante præmiſſo *l*, quod minoribus *m* vigintiquinque annis "ius" ignorare permiſſum eſt: quod ‖in‖ fœminis *n* in quibuſdam cauſis propter ſexus infirmitatem dicitur. & ideo ſicubi non eſt delictum, ſed iuris ignorantia, non læduntur *o*. Hac ratione, ſi minor 25. annis filiofamilias *p* crediderit, ſubuenitur ei, vt non videatur filiofamilias crediſiſſe.

1 ¶ Si filiusfamilias miles *q* à commilitone heres inſtitutus, neſciat ſibi etiam ſine patre licere adire, per conſtitutiones principales ius ignorare poteſt: & ideo ei dies *a* aditionis (non) cedit.

2 ¶ Sed facti ignorantia ita demum cuique non nocet, ſi non ei ſumma negligentia obiiciatur. quid *ſ* enim, ſi omnes in ciuitate ſciant, quod ille ſolus *t* ignorat? Et rectè Labeo definit, ſcientiam neque curioſiſſimi *u*, neque negligentiſſimi hominis accipiendam: verùm eius, qui eam rem diligenter inquirendo notam habere poſſit.

3 ¶ Sed iuris ignorantiam non prodeſſe, Labeo ita accipiendum exiſtimat, ſi Iuriſconſulti *x* copiam haberet, vel ſua prudentia inſtructus ſit, vt, cui facile ſit ſcire, ei detrimento ſit iuris ignorantia, quod rarò accipiendum eſt.

4 ¶ Qui ignorauit, dominum eſſe rei venditorem, plus in re *y* eſt, quam *z* in exiſtimatione *a* mentis. & ideo tametſi *b* exiſtimet, ſe non à domino emere, tamen, ſi à domino ei tradatur, dominus efficitur.

5 ¶ Si quis ius ignorans, lege *c* Falcidia vſus non ſit, nocere *d* ei dicit epiſtola Diui Pij. Sed & Imperatores Seuerus & Antoninus in hæc verba reſcripſerunt. Quod ex cauſa fideicommiſſi indebitum datum eſt, ſi non *e* per errorem ſolutum eſt, repeti non poteſt: quamobrem Cargiliani heredes, qui cum ex teſtamento eius pecuniam ad opus aquæductus reipublicæ Cirtenſium *f* relictam ſoluerint, non ſolum cautiones non exegerunt, quæ interponi ſolent, *vt, quod amplius cepiſſent municipes, quam per legem Falcidiam licuiſſet, redderent:* verum etiam ſtipulati ſunt, *ne ea ſumma in alios vſus conuerteretur*, & ſcientes *g* prudentéſque paſſi ſunt eam pecuniam in opus aquæductus impendi: fruſtrà poſtulant reddi ſibi à republica Cirtenſium, quaſi plus debito dederint, cùm ſit vtrumque iniquum: pecuniam, quæ ad opus aquæductus data eſt, repeti: & rempublicam ex corpore patrimonij ſui impendere: ‖&‖ in id opus, quod totum alienæ liberalitatis gloriam repræſentet.

¶ Quod ſi ideo repetitionem eius pecuniæ habere credunt, quod imperitia lapſi, legis Falcidiæ beneficio vſi non ſunt; ſciant ignorantiam facti, non iuris, prodeſſe: *nec ſtultis* h *ſolere ſuccurri, ſed errantibus.*

a re ſupina, *l.* 4. ȷ. *quod vi aut clam.*

b Imò, interdum ſcrupuloſa inquiſitio & curioſitas nobis neceſſaria eſt *l.* 3. §. 9. ʒ. *de in rem verſo.*

c Delatores, curioſi rerum quarumcumque exploratores eſſe ſolẽt; ideoque infames, *l.* 3. *C. de iniuriis.*

d *v. Nouell.* 8. *c.* 4.

e Imo, qui in iure errat, acquirere poteſt, & ita retinere, vt prædo non ſit dicendus, *l.* 25. §. 6. ʒ. *de pet. hered.*

f Iuris error, vbi de damno euitando agitur, non nocet: vbi de lucro captando, nocet, etiam fœminæ: error facti neutro caſu nocet.

g *v. l.* 6. *C. qui admitti.*

h arg. *l.* 110. *in fin.* ȷ. *de reg. iur. l.* 11. *l. vlt. C. hoc tit.*

i *in fin.* ȷ. *eo.* & *C. eod. l.* 10. ȷ. *de bonor. poſſ. l.* 11. §. 4. ʒ. *de his qui notant. infam. l.* 29. §. 1. ʒ. *mandati.*

k id eſt non prodeſſe. *Cuiac.* 5. *obſer.* 39. quo nomine à Roberto reprehenditur 2. *recept.* 27.

l *al.* præmitto.

m *l. vlt. in. C. eod. l. pen. C. de minor. l.* 2. *C. ſi aduẽ ſ. ſolut. facit l.* 29. ʒ. *de cond. indeb.*

n *v. l.* 8. ʒ. *eod.*

o læduntur tamen ſi iuris ignorantia inuentarium non fecerint. *Har.* 13. *in fin. v.* tamen quæ notaui, *l.* 11. *C. eod.*

p *l.* 11. *in fin.* ʒ. *de minor. l.* 3. §. 2. ʒ. *de SC. Maced.*

q in quo ideo iuris ignorantia toleratur, *l.* 22. *in pr. C. de iur. delib.*

r *v. l.* 86. ȷ. *de acq. hered.*

ſ Ignorantia & negligentia ſumma eſt, id ignorare quod nullus in ciuitate ignoret. huiuſmodi facti ignorantia obeſt.

t *l.* 11. §. 3. ʒ. *de inſt.*

Supina ignorantia eſt ignorare, quod omnes ſciunt.

u Curioſi & negligentes contrarij: diligens inquiſitor medius inter vtroſque.

x v. quæ notaui ad *l.* 2. ʒ. *eod. l.* 10. *in fin.* ȷ. *de bon. poſſ. l.* 2. *in fin.* ȷ. *quis ordo in bon. poſſ. ſeruet.* Ruſticitatis & imperitiæ parcendum, perraro tamen, id eſt certis tantum caſibus, non enim exigimus vt omnes Iuriſconſultorum artificium didicerint, nec vt omnes patresfamilias, Magonis vel Caſſij libros: ſed communem eorum quæ in legibus continentur intelligentiam in omnibus exigimus. Hæc oportet ſcire, inquit Ariſtoteles, ϰ μὴ χαλεπά ἐϛιν. *Cuiac.* 15. *obſ.* 39. Denique iuris ignorantiam allegare non poteſt, qui Iuriſconſulti conſulendi copiam habuit, vel qui ſua, id eſt, naturali prudentia inſtructus eſſe potuit.

y plus valet quod in re eſt, quam quod in exiſtimatione, §. 11. *Inſtit. de leg.* Imò non eſt, *l.* 15. ȷ. *de acq. her.*

z Rei & opinionis differentia.

a Opinio, mentis exiſtimatio.

b Error dominij in accipiente, impedit dominij translationem: ſecus in tradente.

c *l.* 9. *C. de l. Falcid.* Falcidiam errore iuris qui non deduxit, eam poſtea deducere non poteſt: maximè ſi legatum relictum erat ciuitati & ad opus publicum.

d *v. l.* 9. *C. ad l. Falc.* e *v. l.* 7. *C. de cond. indeb.*

f Cyreneñium. *Hal.* Cyrte fuit olim caput regni Maſſeſſulorum & Maſſiniſſæ regia teſte Liuio, *l.* 6. 30. *Cuiac.* 3. *obſer.* 38. *in fin.* hodie Conſtantina *Ionim*, Algera *Fazellus.*

g *v. l.* 2. *C. de fideicom.*

h Stultis lex non ſuccurrit. Eſt verò ſtultum id ſoluere, ſi poſſis deducere, *v. l.* 4. ȷ. *quod vi aut clam.*

¶ Et

a Exempla non reſtringunt regulam.
b *al.* in opus.
c Generali ex principio vel ratione lex generalis putanda eſt, etiamſi in ipſo progreſſu lex ipſa ſpeciei vnius exemplo vtatur.

¶ Et licèt municipum mentio in hac epiſtola fiat, tamen *a* & in qualibet perſona idem obſeruabitur. ſed nec, quod in opere *b* aquæductus relicta eſſe pecunia proponitur, in hunc ſolum caſum ceſſare repetitionem dicendum eſt. nam initium *c* conſtitutionis generale eſt: demonſtrat enim, ſi non per errorem ſolutum ſit fideicommiſſum, quod indebitum fuit, non poſſe repeti.

¶ Item & illa pars æquè generalis eſt, vt qui iuris ignorantia legis Falcidiæ beneficio vſi non ſunt *a*, (nec) poſſint repetere, vt ſecundùm hoc poſſit dici: etiamſi pecunia, quæ per fideicommiſſum relicta eſt, quæque ſoluta eſt, non ad aliquid faciendum relicta ſit, & licèt conſumpta non ſit, ſed exſtet apud eum cui ſoluta eſt, ceſſare repetitionem.

De pupillis.

10. *Papinianus* lib. 6. Reſponſorum.

IMpuberes *b* ſine tutore agentes, nihil poſſe ſcire intelliguntur *c*.

a *v.l.9.C. ad leg. Falcid.*
b Impuberi, qui tutorem non habet, tẽpus ipſo iure non currit, vbi vel ſcientia, vel potẽtia requiritur.
c vnde peierare nõ dicuntur, *l. 26. in pr. ȷ. de iureiur.*

LIBER VIGESIMVS-TERTIVS.

DE SPONSALIBVS *a*.

TITVLVS I.

Definitio.

Florentinus lib. 3. Inſtitutionum.

SPonſalia *b* ſunt mentio *c* & repromiſſio *d* nuptiarum *e* futurarum *f*.

Etymologia.

2. *Vlpianus* libro ſingulari de Sponſalibus.

SPonſalia ‖autem‖ dicta ſunt à ſpondendo: nam moris *g* fuit veteribus *h* ſti*i*pulari *i*, & ſpondere ſibi vxores futuras.

3. *Florentinus* lib 3. Inſtitutionum.

VNde & ſponſi ſponſæque appellatio nata eſt.

De nudo conſenſu. 1. De abſentibus.

4. *Vlpianus* lib. 35. ad Sabinum.

SVfficit nudus conſenſus *k* ad conſtituenda *l* ſponſalia.

1 ¶ Denique con?at & abſenti *m* abſentem deſponderi poſſe, & hoc quotidie *n* fieri.

5. *Pomponius* lib. 16. ad Sabinum.

HÆc *o* ita, ſi ſcientibus his qui abſint, ſponſalia fiant, aut ſi poſtea ratum habuerint.

De authoritate tutoris.

6. *Vlpianus* lib. 36. ad Sabinum.

SI puellæ tutores *p* ad finienda ſponſalia nuntium miſerunt, non putarem ſuffecturum ad diſſoluendam nuptiarum ſpem *q*, hunc nuntium: non magis, quàm ſponſalia poſſe eos ſolos *r* conſtituere: niſi fortè omnia iſta ex voluntate puellæ facta ſint.

De ſcriptura. 1. quorum conſenſus requiritur.

7. *Paulus* lib. 35. ad Edictum.

IN *a* ſponſalibus nihil intereſt, vtrum teſtatio *b* interponatur, an aliquis ſine *c* ſcriptura ſpondeat.

1 ¶ In *d* ſponſalibus etiam conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis *e* deſideratur. intelligi *f* tamen ſemper filiæ patrem conſentire, niſi *g* euidenter diſſentiat, Iulianus ſcribit.

De furore.

8. *Gaius* libro 11. ad Edictum Prouinciale.

FVror *h* quin ſponſalibus *i* impedimento ſit, plus quam manifeſtum eſt. ſed poſtea interueniens, ſponſalia non infirmat.

De ſponſalibus in tempus præmaturum.

9. *Vlpianus* lib. 35. ad Edictum.

QVæſitum eſt apud Iulianum, an ſponſalia ſint *k*, ante duodecimum annum, ſi fuerint nuptiæ collatæ *l*? Et ſemper Labeonis ſententiam probaui exiſtimantis, ſi quidem præceſſerint ſponſalia, durare ea, quamuis in domo loco nuptæ eſſe cœperit: ſi verò non præceſſerint, hoc ipſo, quòd in domum deducta *m* eſt, non videri *n* ſponſalia facta *o*. quam ſententiam Papinianus quoque probat.

De filia in poteſtate vel emancipata.

10. *Idem* lib. 3. Diſputationum.

IN *q* poteſtate manente filia, pater *r* ſponſo nuntium remittere poteſt *ſ*, & ſponſalia *t* diſſoluere, enimverò ſi emancipata eſt, non poteſt neque nuntium remittere, neque, quæ dotis cauſa data ſunt, condicere. ipſa *u* enim filia nubendo, efficiet dotem eſſe, condictionemque extinguet, quæ, cauſa non ſecuta, naſci poterit, niſi fortè quis proponat, ita dotem, patrem pro emancipata filia dediſſe, vt, ſi nuptiis non conſentiret ‖ vel contractis, vel non contractis, ‖ repeteret, quæ dederat. tunc enim habebit repetitionem.

De conſenſu contrahentium.

11. *Iulianus* lib. 16. Digeſtorum.

SPonſalia, ſicut nuptiæ, conſenſu contrahentium fiunt, & ideo ſicut nuptiis, ita ſponſalibus filiamfamilias *x* conſentire oportet.

12. *Vlpianus* lib. ſingulari de Sponſalibus.

SEd quæ patris voluntati non repugnat *y*, conſentire intelligitur.

1 ¶ Tunc autem ſolum diſſentiendi à patre licentia *z* filiæ conceditur, ſi indignum *a* moribus, vel turpem *b* ſponſum ei pater eligat *c*.

13. *Paulus* libro 5. ad Edictum.

FIliofamilias diſſentiente *d*, ſponſalia nomine eius fieri non poſſunt.

De ætate.

14. *Modeſtinus* lib. 4. Differentiarum.

a 5.C.1. & 28.Ecl. 1. & 3. Extr. 1. & 4. Harm. 31. huc refer Nouellas Iuſtiniani 108. 109. Leonis 18 23. 93. 109. vnde dicta ſponſalia? *v.l.2.ȷ. eod.*
b hinc μνηςείας ſponſalia Græci appellant. Eſt enim μνηςεύεϑαι. prouidere, præmunire ac præparare id quod poſtea ſit futurum, & rem aliquam ad ſeſe pertrahere ac transferre: ſignificat autem & nomen ipſũ μνηςείας promiſſionis nomen 4. *Harmen.*1.§.1.
c μνήμη ᾗ ἐπαγγελία. *Syn.*28. *Tit.*1.*cap.*1.
d non ipſæmet nuptiæ: ideoque ſpes matrimonij vocantur *l.13.§.3.ȷ. de adult.* (nam quæ de præſenti ſponſalia ſunt, nuptiæ ſunt:) ſed tamen ſponſus ſponſam adulterij accuſare poteſt *l.8.ȷ. de adult.* quanquam autem ſponſa mea patri non ſit nurus *l.12.§.2.ȷ. de ritu.* & ſponſa patris propriè non ſit nouerca *d.l.12.§.1.* non tamen patri meam, neque mihi patris ſponſam ducere licet *d.l.12.l.14.in fin.* ad hæc, bina ſponſalia eodem tempore contrahens, æquè eſt infamis, vt is qui binas nuptias contrahit. *l.1. in fin. ſ. de his qui not.infam.* diſſoluto matrimonio dos redditur: diſſolutis ſponſalibus (puta alterutrius morte) arrhæ redduntur *l.3.C.eo.* niſi oſculum datum ſit. *v.l.16. C. de donat. ante nupt.* generi appellatione ſponſus comprehenditur. ideóque alter alteri teſtis eſſe inuitus nequit *l.5.ſ.de teſtib.* priuilegiis etiam nuptiarum fruitur ſponſa, puta iure prælationis, *l.17.in fin.ȷ.de reb.auth.iud.* legatum ei relictum ſub ea conditione, *ſi nupſerit*, ei debetur, arg. *l.15.ȷ.de cond. & demonſtr.* quæ à ſponſo ſponſæ relinquuntur & donantur, non magis acquiruntur patri, quàm ſi filia à marito ſuo ea habuiſſet, *l.5.in fin.ȷ.de bon.quæ lib.* Sponſus agit iniuriæ ſponſæ factæ, *l. 15. §.24.ȷ.de iniuriis.*
e non ſunt igitur nuptiæ. Sic pactum de vendendo à venditione diſtinguendum.
f igitur quæ fiunt de præſenti impropriè ſponſalia dicuntur: ad ſponſalia de præſenti alludit lex 6. lex 7. ȷ. *de ritu*, in quibus aliqua virgo eſt, & tamen de dote habet actionem & maritum eluget. Præterea, Canoniſtæ volunt ſponſalibus de præſenti, ſponſo tolli poteſtatem contrahendi matrimonij cum alia, ſed & cum conſanguineis ſponſæ intra gradus prohibitos, *c.8.extr.de ſponſalib.c.1. extra de matrimonio contracto.* negant quoque ea dirimi poſſe ſuperueniente lepra *c.vlt.extra de coniugio lep.*
g hinc Arnobius *lib.4.aduerſ.gent.* habent interpoſitis ſtipulationibus ſponſas. Si poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur ex ſponſo agebat, iudices cognoſcebant, ſi nulla iuſta cauſa erat recuſandi, quanti ſtipulantis interfuerat eam vxorem duci, tanti ſponſor damnabatur 4. *Gell.*4. adde Varronem 5. *de lingua*: & ipſam formulam apud Plautum *in Trinummo*: Hodie ſolennitates quædam requiruntur, vt benedictio, de qua v. quæ notaui ad *Nouellam Alexij Comneni, c.3.* h Hac formula gener ſocerum interrogabat, mihi deſpondes filiam, Socer reſpondebat, ſpondeo. *Plautus Aulularia act. 1. Scen.4. & Curculione Act.5. Scen.2 Trinummo Act.5. Scen.2.* quæ deſponſa erat, ſponſa: cui deſponſa, ſponſus, quo die ſponſum erat, ſponſalia: qui ſpoponderat filiam, Deſpondiſſe dicebatur, quod de ſponte eius, i. voluntate eius exiret. *Varro 5. de lingua.*
i *l.11.ȷ.eod.* non igitur olim (aliud enim eſt hodie *l.4.§.1.ȷ.eod.*) fiebant ſponſalia nudo pacto & inter abſentes: nam ſtipulatio non fit niſi inter præſentes: ideóque conſponſiones parentum, filios non tenebant, nec nuptiarum omnis poteſtas in patribus erat. *v. l.134.ȷ.de verb.oblig.*
k i. non requiritur ſcriptura *l.7.ȷ.eod.* non requiritur ſtipulatio, quoniam conſenſu contrahuntur. *v.Nouell.Alexij Comn.c.3.* l An & ad diſſoluenda? dixi *l.63.in fin.l.65. ſ.pro ſocio. & l.1. C.hoc tit.* m *l.vlt.ȷ.eod.* n olim aliud fuiſſe videtur, vt notaui ad *l.2. ſ.eod.* o Sponſalia inter abſentes conſtituuntur: ſi quidem abſentibus de hoc conſtat, vel ſi tantum habuerint. *Syn. Baſ.28. Tit.1.c.2.4.Harm.1.§.22.* p aliud eſt in parente puellæ. *l.10.ȷ.eod.*
q ſic enim vocantur ſponſalia, vt & alibi ſpes matrimonij, *l.13. §.3.ȷ.de adulteriis.* r Soli tutores pupillæ ſponſalia neque conſtituere, nec diſſoluere poſſunt. *vt hic.* idem eſt in curatoribus vide *l.20.ȷ.de ritu.4.Harm.3. §.4.l.5.C.de nuptiis.* dotem autem conſtituere poſſunt, augere, mutare. *v.l.61. ȷ. de iure dot.l.7.ȷ.de tutor.datis ab his.*

a *4.Harm.1.§.2 in fine.*
b Teſtatio hic quid eſt? an ſcriptura? an teſtes? dixi *l.4.ſ.eo.*
c idem in nuptiis. *v.l.9.C. de nuptiis.*
d Qui in nuptiis conſentiunt, etiam in ſponſalibus conſentiunt. *Syn. Baſ. eod.c.4. Harmen.eo.§.3.*
e de quibus *v.l.2. ȷ.de ritu.*
f Conſentit filiæ ſponſalibus pater, qui non euidenter diſſentit.
g Fauore matrimonij conſentit pater, qui non contradicit.
h *Syn.eo.c.3.Harm. eod.§.45.*
i adde *l.16. in fin. ȷ. de ritu, 4. Harm. ex Nou. Leon.112.*
k i. an iure ſponſaliorum valeant inutiliter contractæ nuptiæ: quemadmodum quæritur an ſtipulatio inutilis, vt pactum vel vt conſtitutum valeat *l. 8. ȷ. de accepilat.* an inutile teſtamentum vt Codicillus? an fideiuſſio inutilis, vt iuſſio? *v. l.30. ȷ. quando dies legatorum, Cuiac. 11. obſeru.15.*
l dilatæ reiectæque in tempus pubertatis, *Budæus*: nam ſi dilatæ nuptiæ nondum ſunt, quæ nondum ſunt, iniunctæ eſſe non poſſunt. Itaque Cuiac. ad *l. 3. Cod. de leg. grad. ciuil. & 11. obſ.15.* legit, collocatæ, l. contractæ, vt ſit quæſtio: An contractæ ante 12. annum nuptiæ valeant iure ſponſaliorum. ſic apud *Cic.3 de Oratore*: Retulit iſte coronam ad collocandas nuptias.
m De veteri deductionis in domum mariti more dixi ad *l.pen.ȷ.de don.inter vir. & vxor. l.15.ȷ.de cond. & demonſtr.*
n Imò videntur tenere ſponſalia cùm pater pro affectu propenſiore poſſit filiam ſuam minorem 12. annis nuptum dare, & maturiùs in familiam ſponſi perducere *l.11.§.3.ȷ.quod falſo*: & eo quidem magis quòd dicatur tunc futura vxor, cùm apud virum impleuerit 12. annum, *l.4.de ritu*: *l.12.§.ante pen.ȷ.de adult.* & ei priuilegium dotis datum ſit *l.17. in fin.ȷ.de reb.auth.* Sponſalia inutilia reſoluuntur in ſponſalia de futuro. *Gayl.2.obſ.80. n.11.*
o quæ non fuerint: nec nuptiæ, quæ eſſe non potuerunt: *l.32. §.pen.ȷ.de don. inter vir.*
p & ipſemet Vlpianus *d.§.pen.*
q Sponſalia diſſoluere & nuntium remittere pater poteſt, eius quæ manet in poteſtate, *& Syn.17.*
r aliud in tutore, *l.6. ſ.eod.*
ſ *l.2.in fin.ſ.de diuortiis.* t at non matrimonium *l.5.C.de repudiis.*
u poſt emancipationem & perfectionem filia ſuo agens arbitratu & ſponſo per matrimonium copulata dotem efficit ea quæ data ſunt, & conditionem patris extinguit. *Syn.ibid.*
x *l.5.l.7.in fin.ſ.eod.* y euidenter.
z nec enim omnis nuptiarum poteſtas in patribus erat, vt rectè apud Comicum filius: nonne oportuit præſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit? *al.* indignis moribus; *al.* indignum maioribus.
b vel religionis diuerſæ, *l.5.C.eod.*
c v quæ notaui ad *l.75.l.36.ȷ.de ritu nupt.l.pen.C.eod.*
d facit *l.3.§.5.ȷ.contr.tab.v.2.Gell.7.*

In ſpon

a v. Nouell. Leonis 109. Minor ſeptem annis ſponſa eſſe non poteſt.
b niſi deſtinatam teſtamento à patre. v. l. 6. Cod. de interd. matrimon. l. 7. ĵ. de adult.
c l. 16. ĵ. eod. l. 60. §. 5. ĵ de ritu: adde Nou. Leonis 23.
d vide Cuiac. 16. obſ. 33.
e non ſolum biennium, ſed etiam triennium. Cuiac. 16. obſ. 35. mouetur quod non annus, ſed biennium legitur apud Dionem 54. & l. 2. C. de ſponſalib. l. 4. l. 5. C. Th. eod.
f l. 4. C. eod.
g l. 4. ſ. eod. facit l. 2. ſ. de pactis: l. 14. in fin. ĵ. de conſtituta.
h Ritus, verbum Pontificale. Rituales ſic libri. vide Feſtum in Ritualis Ritus mos comprobatus in adminiſtrandis ſacrificiis. Feſt. in Ritus: vox ergo ritus demonſtrat nuptias non ſine ſacrificio aliquo peragi ſolitas. v. l. 66. §. 1. ĵ. de don. inter vir. Vlp. in fragmentis. tit. 9.
i Ritus nuptiarum pro gentium varietate varij fuerũt, de quibus ſummatim dixi ad Nou. Leonis 89. Porrò huic titulo reſpõdent tituli de nuptiis, inſcripti 5. C. 4. Inſt. 10. Nou. Iuſtiniani 2. 19. 130. 154. 157. Leon. 24. 33. 79. 89. 90. 98. 100. 4. Har. 4. περὶ γάμων νομίμων, &c. 18. Ecl. Vlp. 5. Paul. 2. ſentent. 19. ſunt enim nuptiæ à nubendo, i. operiendo. Var. 4. de lingua.

IN ſponſalibus contrahendis ætas contrahentium definita non eſt, vt in matrimoniis. quapropter ‖&‖ à primordio ætatis ſponſalia effici poſſunt ſi modo id fieri ab vtraque perſona intelligatur: id eſt, ſi non ſint minores quam ſeptem *a* annis.

De pupilla tutoris & filio tutoris.

15. *Idem* lib. ſingulari de enucleatis caſibus.

TVtor factam pupillam ſuam nec ipſe vxorem ducere, nec filio ſuo in matrimonio adiungere poteſt *b*. ſcias tamen, quod de nuptiis tractamus, & ad ſponſalia pertinere.

De prohibitione nuptiarum extendenda ad ſponſalia.

16. *Vlpianus* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

ORatio Imperatorum Antonini & Commodi, quæ quaſdam nuptias in perſonam Senatorum inhibuit, de ſponſalibus nihil locuta eſt. rectè tamen dicitur, etiam *c* ſponſalia in his caſibus ipſo iure nullius eſſe momenti: vt ſuppleatur, quod orationi deeſt.

De dilatione ſponſaliorum.

17. *Gaius* libro 1. ad legem Iulia *d* & Papiam.

SÆpè iuſtæ ac neceſſariæ cauſæ non ſolum *e* annum, vel biennium, ſed etiam triennium, & quadriennium, & vlterius trahunt ſponſalia, veluti valetudo ſponſi, ſponſæve, vel mortes *f* parentum, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quæ ex neceſſitate fiunt.

Quibus modis fiunt ſponſalia.

18. *Vlpianus* lib. 6. ad Edictum.

IN ſponſalibus conſtituendis parui refert, per ſe & coram, an per internuntium *g*, vel per epiſtolam, an per alium hoc factum eſt, & ferè plerumque conditiones, interpoſitis perſonis, ‖expediuntur.‖

DE RITV *h* NVPTIARVM *i*

TIT. II.

Definitio nuptiarum.

Modeſtinus lib. 1 Regularum.

NVptiæ *k* ſunt *l* coniunctio *m* maris *n* & fœminæ *o*, ‖&‖ conſortium *p* omnis *q* vitæ: diuini *r*, & humani iuris *ſ* communicatio *t*.

De conſenſu coëuntium & parentum.

2. *Paulus* lib. 35. ad Edictum.

NVptiæ *u* conſiſtere non poſſunt, niſi *x* conſentiant omnes, id eſt, qui coëunt, quorúmque *y* in poteſtate ſunt.

De patruelibus.

3. *Paulus* libro 1. ad Sabinum.

SI nepotem ex filio, & neptem ex altero filio in poteſtate habeam, nuptias inter eos *z*, ‖me‖ ſolo *a* auctore contrahi poſſe Pomponius ſcribit, & verum eſt.

De ætate.

4. *Pomponius* lib. 3. ad Sabinum.

MInorem annis duodecim *b* nuptam tunc legitimam vxorem fore, cùm *c* apud virum expleſſet duodecim annos.

hinc nubes quæ cælum operiunt 13. *Iſidor. 7.* moris enim erat (etiam apud antiquiſſimos *Gen. 24.* vbi Rebecca conſpecto eminus ſponſo ſuo Iſaaco caput ſuum obtexit, docens, vt ait Ambroſius *c. non illud. 30. quæſt. 5.* verecundiam in nuptiis præire debere) vt nuptæ vultus ſuos velarent 9. *Iſidor. vlt.* flameo ſc. *Felius & Cincius apud Feſtum: v. Tertul. lib. de veland. virginib. & lib. de corona milit. Ambroſ. in 1. ad Corinth. 11.* hinc nupta verba, quæ virginem dicere nefas erat *Feſt.* Innupta quæ nondum vultum ſuum velat 9. *Iſid. vlt.* alias etymologias v. apud Feſtum.

k v. Theophilum *Inſt. de Nuptiis*, vbi dixi.

l *l. 1. §. 3. ſ. de iuſt. & iur. §. 1. Inſt. de patria poteſt. Inſt. de iur. natur. in pr. cap. 27. q. 2. in pr. cap. 11. extra de præſumpt.* m quæ animum & conſenſum præcipuè requirit. *v. l. 15. ĵ. de conditione & demonſtr.* & ita illud intellige ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν *Epheſ. 5.* tunc matrimonium eſt. Adulterium verò cum quoquomodo diſiunctis duobus alia caro, imò aliena miſcetur. *Tert. lib. de monogamia.* n vnius ſc. eſt enim polygamia meritò exploſa *l. 1. ſ. de his qui notantur.*

o non maritum inter ſe. *v. l. 2. C. de inceſtis. l. 31. C. de adult. Nou. 141.*

p conſortes ideo dicuntur coniuges, & poterit mulier his verbis accipi. Accipio te in conſortem. q de quo v. quæ notaui ad *l. 66. in fin. ĵ. de don. inter vir.*

r diuinæ domus, *l. 4. C. de crim. expil. heredit.* an nuptiæ poſſunt cum meritrice contrahi? *v. Nou. Leonis 93.* cum infideli? v. quæ notaui ad *l. 5. C. de Iudæis.*

ſ rei humanæ *d. l. 3.* fortunarum. vnde mortuo marito nullis relictis liberis, vxor ſuccedebat. *Halicarn. ſſ. 2 Caius 3. Inſtit. apud Ruſinum. tit. 16. in collatione legum Moſaicarum.* hinc ſortitur domicilium mariti, *l. 5. ĵ. eod.*

t hinc collige, nihil tam humanum eſſe, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem eſſe, *l. 22. §. 7. ĵ. ſoluto.* hinc vxor ſocia *d. l. 4. l. 52. ĵ. de re indicata:* quaſi domina rerum mariti *l. 1. ĵ. rer. amot.* Addidit Iuſtinianus *Inſt. de patria poteſt.* hæc verba, *indiuiduam vitæ ſocietatem continens*: quibus vxor à meretrice & concubina differt. Columella 12. nihil conſpiciebatur in domo diuiduum: nihil quod aut maritus aut fœmina proprium eſſe iuris ſui diceret. Lactantius *l. 2. c. 21.* Qui ſeruari poteſt charitas, niſi habitauerint ſemper vnà, niſi deuota mens, & ſeruata inuicem fides, indiuiduam fecerit charitatem? Cicero *1. Officiorum.* Prima ſocietas in ipſo coniugio eſt. Proxima in liberis.

u *v. Guibertum c. 12. 99.* x Sine conſenſu nuptiæ eſſe non poſſunt.

y vide *l. 18. ĵ. eod.* z hinc collige inter fratris vel ſororis liberos nuptias valere *§ 4. Inſt. de nupt. l. 19. C. de Inſt.* obiicitur tamen Theophilus in *d. §.* Caius *4. v. Contium. 2. lect 1.*

a ſi modo filius non viuit. alias conſenſus eius requiritur *l. 16. §. 1. ĵ. eod.*

b v. quæ notaui ad *l. 2. ſ. de ſponſalib.* c *v. l. 10. ĵ. de cond. & demonſtr.*

De abſentia.

5. *Idem* lib. 4. ad Sabinum.

MVlierem *a* abſenti *b* per literas *c* eius, vel per nuntium poſſe nubere *d* placet, ſi in dominum eius *e* deduceretur: eam verò, quæ abeſſet *f*, ex literis vel nuntio ‖ſuo‖ duci à marito non poſſe. deductione enim opus eſſe in mariti, non in vxoris domum, quaſi in domicilium *g* matrimonij.

5. *Vlpianus* lib. 35. ad Edictum.

DEnique Cinna ſcribit: Eum, qui abſentem *h* accepit *i* vxorem *k*, deinde rediens à cœna iuxta Tiberim periſſet, ab vxore lugendum *l*, reſponſum eſt.

7. *Paulus* libro ſingulari ad legem Falcidiam.

IDeoque poteſt fieri, vt in hoc *m* caſu aliqua virgo & dotem, & de dote habeat actionem *n*.

De ſeruili cognatione.

8. *Pomponius* libro 5. ad Sabinum.

LIbertinus *o* libertinam matrem, aut ſororem *p*, vxorem ducere non poteſt: quia hoc ius moribus *q* non legibus introductum eſt.

De furore aui vel patris. 1. De patre captiuo vel abſente.

9. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum.

SI *r* nepos *ſ* vxorem velit ducere, auo furente, omnimodo patris *t* auctoritas erit neceſſaria: ſed ſi pater furit, auus ſapiat, ſufficit *u* aui voluntas.

1 ¶ Is *x*, cuius pater ab hoſtibus captus eſt, ſi non intra triennium *y* reuertatur, vxorem ducere poteſt.

10. *Paulus* lib. 35. ad Edictum.

SI ita pater abſit, vt ignoretur, vbi ſit, & an ſit: quid faciendum eſt, merito dubitatur? Et ſi triennium effluxerit, poſtquam apertiſſimè fuerit pater ‖ignotus, vbi degit, & an ſuperſtes ſit, non prohibentur liberi ‖eius‖ vtriuſque ſexus matrimonium vel nuptias legitimas contrahere.

11. *Iulianus* lib 62. Digeſtorum.

SI filius eius, qui apud hoſtes eſt, vel abſit, ante triennium captiuitatis, vel abſentiæ patris vxorem duxit: vel ſi filia nupſerit: puto, rectè matrimonium vel nuptias contrahi: dummodo *z* eam filius ducat vxorem, vel filia tali nubat, cuius conditionem, certum ſit, patrem non repudiaturum.

Si quis arroget maritum eius quam repudiauerat. 1. De ſponſa patris. 2. vel filio. 3. De filia vxoris poſt diuortium ſuſcepta. 4. De cognatione per adoptionem.

12. *Vlpianus* lib. 26. ad Sabinum

SI qua mihi vxor fuit, deinde à me repudiata, nupſit Seio, quem ego poſtea adrogaui, non ſunt nuptiæ inceſtæ *a*.

1 ¶ Inter me & ſponſam *b* patris mei nuptiæ contrahi non poſſunt: quamquam nouerca mea non propriè dicatur.

2 ¶ Sed & per contrarium *c* ſponſa *d* mea patri meo *e* nubere non poterit: quamuis nurus non propriè dicatur.

3 ¶ Si vxor mea poſt diuortium alij nupſerit, & filiam ſuſceperit, putat Iulianus hanc *f* quidem priuignam non *g* eſſe; verùm nuptiis eius abſtinendum.

4 ¶ Adoptiuæ ſororis filiam poſſum vxorem ducere; cognata enim mea non eſt filia eius, quia auunculus *h* nemo fit per adoptionem, & eæ demum cognationes contrahuntur in adoptionibus quæ legitimæ eſſent, id eſt, quæ *i* adgnatorum ius haberent. pari ratione & ſororem patris mei adoptiui poſſum ducere, ſi non fuit eodem patre nata.

De patrona ignobili.

13. *Vlpianus* lib. 34. ad Sabinum.

SI patrona tam ignobilis *k* ſit, vt ei honeſtæ ſint, vel ſaltem liberti ſui nuptiæ: officio iudicis ſuper hoc cognoſcentis, hæ prohiberi non debent.

De vxore quondam patris. 1. vel filij adoptiui. 2. De ſeruili cognatione. 3. vel affinitate. 4. nouerca, priuigna, ſocrus, nurus quomodo accipiuntur.

14. *Paulus* lib. 35. ad Edictum.

ADoptiuus filius, ſi emancipetur, eam, quæ patris adoptiui vxor fuit, ducere non poteſt: quia nouercæ locum habet *l*.

a 4. Harm. 4. §. 1.
b viro.
c i. per procuratorem.
d Imò, fœmina abſens nubere non poteſt, & ſi vir abſens vxorem ducere poſſit. Paul. 2. ſent. 19. §. 5. adde quæ ſcripſi ad *l. 15. ĵ. de cond. & dem.*
e quo pacto mulier in domicilium mariti tranſibat, eiúſque forum ſortiebatur *ĵ. eod.*
f *l. 69. § 3. ĵ. de iur. dot.* Domus mariti matrimonij domicilium eſt: ideóque mulier per procuratorem in abſentis mariti domo duci poteſt: in ſua non poteſt. vide Paulum 2. *ſent. 19. §. 15.*
g *l. 6. C. de don. ante nuptias: v. l. vlt. C. de incol. lib. 10. tit. 39.*
h abſens.
i domi ſuæ, & quidem per alium.
k quid ſi non abſentem accepit, ſed tantùm oſculatus eſt? *v. l. 16. Cod. de don. ant. nupt.*
l *v. l. 1. 8. 9. 10 11. ſ. de his qui not.*
m quamuis nondum in cubiculum mariti venerit, videtur nupſiſſe *l. 35. ĵ. de cond. & dem.*
n *v. 4. Har. 4. §. 7.*
o *v. l. 14. ĵ. eod.*
p hanc vocem ſororem, Tribonianus adiecit. nec enim moribus, aut iure gentium ſororem ducere prohibemur (id enim licitum erat apud Athenienſes & Ægyptios) ſed legibus ſeu iure ciuili. v. *Cuiac. 16. obſ. 37.*
q ſeu iure gentium *l. vlt. ĵ. eod.*
r *4. Harm. 4. §. 9.*
ſ v. quæ ſcripſi ad *l. 30. ĵ. eod.*
t in cuius poteſtatem quaſi recidit.
u quæ non ſufficeret ſi pater etiam ſaperet *l. 3. ſ. eod. l. 16. §. 1. ĵ. eod.*
x *4. Harm. 4. §. 10.*
y adde *l. 11. l. 12. ĵ. eod. l. 12. §. 4. ĵ. de captiuis.*
z Cur ita? *v. l. 4. ĵ. eod.*
a inceſtæ videbantur, quia res ad eum caſum peruenerat, à quo incipere non poteſt. *Accurſ.*

b Sponſam patris ducere filius non poteſt, *§. 9. Inſt. eod.*
c Contrariorum eadem eſt diſciplina.
d Sponſam filij pater ducere non poteſt, *d. §. 9.*
e quia ſoceri loco habetur *l. 5. ſ. de teſtib. l. 8. ĵ. de gradib.*
f *d. §. 9.*
g Cur non eſt priuigna? quia non ante nuptias cum eius matre mihi contractas nata, ſed poſt diuortium cum eius matre à me factum.
h Imò, amita fit per adoptionem, eóque caſu nuptiæ vetitæ ſunt *l. 17. §. 5. ĵ. eodem.*
i vide *l. 23. ſ. de adopt.* adgnationis ius non habent qui non ſunt eiuſdem familiæ *ibid.*
k vt quæ corpore quæſtum fecit, vel ludicram artem exercuit, aut publico iudicio damnata *l. 47. ĵ. eod.*
l non tamen adgnatæ *l. 23. ſ. de adopt.* pari analogia, eam quæ neptis ex adoptione fuerit, licet emancipatam ducere non potes *l. 15. eod.*

1 ¶ Item

1 ¶ Item ſi quis filium adoptauerit, vxorem eiuſdem, quæ nurus loco eſt, ne *a* quidem poſt emancipationem filij ducere poterit, quoniam aliquando nurus ei fuit.

2 ¶ Seruiles quoque cogitationes " in " hoc *b* iure obſeruandæ ſunt. igitur ſuam matrem manumiſſus non ducet vxorem: tantumdem iuris eſt, & in ſorore, & ſororis *c* filia. Idem è contrario dicendum eſt, vt pater filiam non poſſit ducere, ſi ex ſeruitute manumiſſi ſint." & " dubitetur, patrem eum eſſe.

¶ Vnde nec vulgo quæſitam *d* filiam pater naturalis poteſt vxorem ducere, quoniam * *in contrahendis matrimonijs naturale ius e, & pudor inſpiciendus eſt*: contra pudorem eſt autem, filiam vxorem ſuam ducere *f*.

3 ¶ Idem tamen, quod in ſeruilibus cognationibus conſtitutum eſt, etiam in ſeruilibus adfinitatibus ſeruandum eſt. veluti, vt eam, quæ in contubernio *g* patris fuerit, quaſi nouercam, non poſſim ducere: & contra, eam, quæ in contubernio filij fuerit, patrem quaſi nurum non ducere, æquè nec matrem eius, quam quis in ſeruitute vxorem habuit, quaſi *h* ſocrum. cùm enim cognatio ſeruilis intelligitur, quare *i* non & affinitas intelligatur? ſed in re dubia certius & modeſtius eſt, huiuſmodi nuptiis abſtinere.

4 ¶ Nunc videamus, quomodo nouerca, & priuigna, & ſocrus & nurus intelligantur: vt ſciamus, quas non liceat ducere.

¶ Quidam *nouercam* per ſe patris vxorem, & nurum filij vxorem, & priuignam vxoris ex alio marito filiam intelligunt *k*. Sed quod ad hanc cauſam, verius eſt, nec aui vxorem, nec proaui duci poſſe. Duas ergo, vel plures nouercas ducere non poterit: non mirum. Nam & is, qui adoptiuus eſt, nec naturalis patris, nec adoptiui *l* vxorem ducere poteſt " ſed " & ſi plures vxores pater habuerit, nullam *m* earum ducere poſſum.

¶ Itaque ſocrus appellatione non tantum vxoris meæ mater; ſed *n & auia, & proauia* intelligitur, vt nullam earum ducere poſſim.

¶ *Nurus* quoque appellatione non tantum filij vxor, ſed & *o* nepotis, & pronepotis continetur: licet quidam has pronurus appellant.

¶ *Priuigna* quoque non ſolum ea mihi intelligitur, quæ vxoris meæ filia eſt, ſed & neptis *p*, & proneptis: vt nullam earum ducere poſſim. Item *q* eius matrē, quam ſponſam habui, non poſſe me vxorem ducere Auguſtus interpretatus eſt, fuiſſe enim eam ſocrum *r*.

De vxore quondam priuigni. De marito quondam priuignæ.

15. *Papinianus* lib. 4. Reſponſorum.

VXorem *ſ* quondam priuigni coniungi *t* matrimonio vitrici non oportet. nec in matrimonium *u* conuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit.

Si filia ſenatoris libertino nupſerit. 1. *De nepote & nepte.* 2. *De furio.*

16. *Paulus* lib. 35. ad Edictum.

ORatione *x* D. Marci cauetur, vt, ſi ſenatoris *y* filia libertino nupſiſſet, nec nuptiæ eſſent †, quam & ſenatuſconſultum *z* ſecutum eſt.

1 ¶ Nepote vxorem ducente, & filius *a* conſentire debet. neptis verò ſi nubat, voluntas & auctoritas aui ſufficiet.

2 ¶ Furor *b* contrahi matrimonium non ſinit: quia conſenſu opus eſt: ſed rectè contractum non impedit.

De fraternitate per adoptionem. 1. *De adoptione generi vel nurus.* 2. *De amita, matertera, amita magna, matertera magna.*

17 *Gaius* lib. 11. ad Edictum Prouinciale.

PEr adoptionem quæſita fraternitas euſque impedit nuptias, donec *c* manet adoptio. ideoque eam, quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero vxorem ducere. æquè & ſi, me emancipato, illam in poteſtate retinuerit, poterimus iungi matrimonio.

1 ¶ Itaque volenti *a* generum adoptare ſuadetur, vt filiam emanciparet, ſimiliter ſuadetur ei, qui nurum velit adoptare, vt emanciper filium.

2 ¶ Amitam *b* quoque, & materteram, item magnam quoque amitam, & materteram magnam prohibemur vxorem ducere *c*: quamuis magna amita, & matertera, quarto *d* gradu ſint. Vtique autem amitam, & amitam magnam prohibemur vxorem ducere, & ſi per adoptionem *e* nobis coniunctæ ſint.

De nuptiis renouatis, & conſenſu parentum.

18. *Iulianus* lib. 16. Digeſtorum.

NVptiæ inter eaſdem perſonas niſi volentibus parentibus renouatæ *f* iuſtæ non habentur.

De patribus cogendis in matrimonium collocare.

19. *Marcianus* lib. 16. Inſtitutionum.

CApite trigeſimo quinto legis Iuliæ. Qui *g* liberos, quos habent in poteſtate *h*, iniuria prohibuerint ducere vxores, vel nubere: vel qui dotem dare non volunt *i*, ex conſtitutione Diuorum Seueri & Antonini, per proconſules, præſideſque prouinciarum coguntur *k* in matrimonium collocare, & dotare *l*. Prohibere autem videtur, & qui conditionem non quærit.

De auctoritate curatoris.

20. *Paulus* lib. ſingulari ad orationem Diui Seueri & Commodi.

SCiendum *m* eſt, ad officium *n* curatoris (non) *o* pertinere, nubat pupilla *p*, an non: quia officium eius in adminiſtratione negotiorum conſtat. ‖ & ‖ ita Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt in hæc verba: Ad officium curatoris adminiſtratio pupillæ pertinet. nubere *q* autem pupilla ſuo arbitrio poteſt.

De conſenſu filiifamilias.

21. *Terentius Clemens* lib. 3. ad Legem Iuliam & *r* Papiam.

NOn cogitur *ſ* filiusfamilias vxorem ducere.

22. *Celſus* lib. 15. Digeſtorum.

SI parte cogente *t* ducit vxorem *u*, quam non duceret, ſi ſui arbitrij eſſet, contraxit tamen matrimonium, quod inter inuitos non contrahitur, maluiſſe hoc videtur.

De libertina.

23. *Idem* lib. 30. Digeſtorum.

LEge Papia cauetur †, omnibus ingenuis, præter ſenatores *x*, eorumque liberos, libertinam vxorem habere licere.

De præſumptione nuptiarum.

24. *Modeſtinus* lib. 1. Regularum.

IN liberæ mulieris conſuetudine non concubinatus *y*, ſed nuptiæ † intelligendæ ſunt: ſi non corpore quæſtum fecerit.

De filio emancipato.

25. *Idem* libro 2. Regularum.

FIlius *z* emancipatus *a* etiam ſine *b* conſenſu patris

---

a §. 1. *in fin. Inſt. de nupt.* & quamuis adoptione ceſſent reliqua adoptionum iura, *v. l. pen.* §. 2. *C. de adop.*

b *l.* 8. *ſ. eod.* §. 10. *Inſt. eo.*

c cum quaſi matrimonium contraxeris, inceſtum commiſeris, *l.* 56. *ſ. eodem.*

d *l.* 44. §. 3. *in fin. ſ. eod.*

e quod honeſtum eſt, *l.* 97. *ſ. de reg. iur.* ius gentium, *l. vlt. ſ. eod.* commune ius, §. 7. *Inſt. de nupt.* ius moribus introductum, *l.* 8. *in fin. ſ. eod.* id eſt ſola honeſtate, ſolo pudore: quod etſi liceat vſurpare, non eſt honeſtum, *l.* 144. *ſ. de reg. iur.* ad hæc, vna omnibus parentibus ſeruanda eſt reuerentia, *l.* 6. *ſ. de in ius vocando.*

f nam vtcumque ſeruus eam ſuſceperit, eſt tamen parens, *l.* 4. §. 3. *ſuprà de in ius vocando.*

g rectè in contubernio: nam matrimonium eſt inter liberos homines: contubernium inter ſeruos, aut cum ſeruis, *l.* 3. *C. de inceſtis.*

h notandæ ſunt hæ voces, quaſi nouerca, quaſi nurus, quaſi ſocrus.

i Argumentum à cognatione ad affinitatem obſerua.

k *l.* 4. §. 6. *ſ. de gradibus.*

l *l.* 55. *ſ. eod.*

m patris, aui & vlterius (ſiue naturalis ſiue adoptiui) vxores, mihi ſunt nouercæ.

n Mater, auia, proauia, & vlterius vxoris meæ, mihi ſocrus ſunt.

o vxor nepotis, *l.* 6. *ſ. de gradibus.* & vlterius vxores mihi nurus ſunt.

p *l.* 40. *ſ. eod.*

q meæ vxoris, imò & ſponſæ, filia, neptis, & vlterius mihi ſunt priuignæ, *vt hic.* vtcumque ex iis, vel ex concubinatu vel ex meretricio complexu natæ ſint, *l.* 7. *ſ. de gradib.*

r Imò, ſponſæ parens ſocer non eſt, *l.* 6. *in fin. l.* 8. *infr. de grad. l.* 8. *ſ. de parric.*

ſ nec vxorem quondam priuigni ducere, nec priuignæ marito nubere poteſt.

t Priuigni mei quondam vxorem ducere non poſſum Sic nouerca priuignæ marito nubere non poteſt. Eſt enim vitricus priuigno affinis. Priuignus eſt etiam affinis, §. 6. *Inſt. de nupt.* Priuigni vxor eſt mihi in ſecundo genere affinitatis, & ita in linea aſcendentium & deſcendentium nuptiæ prohibitæ in ſecundo genere affinitatis. An idem in linea collaterali? Non puto temerè extendi *c. non debet* 2. *extra de conſanguinit.* prohibitione in ſecundo & tertio genere affinitatis ſublata.

u *nec in manum.* Cuiacius ad *Vlp.* 9. ita legit, & Tribonianum id mutaſſe ait ob deſuetum morem conueniendi in manum.

x quam ſenatuſconſultum ſequi ſolebat, vt mox dicam.

y *l.* 34. 42. *in fin. ſ. eod. l.* 9. *ſuprà de ſenatorib.*

† id hodie correctum videtur: ſunt enim permiſſæ quantumuis illuſtribus perſonis, cum libertis nuptiæ, *Nou.* 78. *c.* 3. *Nou.* 117. *c.* 6.

z Orationes Imperatorum patrum conſulta ſequebantur, *vt hic. Tacit.* 11. Orationem principis ſecuto patrum conſulto, primi Hedui ſenatorum in vrbe ius adepti ſunt. Huius rei exemplum Senatuſconſultum de petitione hereditatis, quod ad orationem D. Hadriani factum eſt, *l. Item veniunt,* 20. § *præter* 6. *l. licet rem* 22. *ſupr. de petit. hered. l.* 1. *C. eod. Titulo.* Hinc fit, vt quod vno loco oratione principis inductum dicitur, id alias Senatuſconſulto, citra aliam ἀντινομίαν tribuatur. De quo dixi ad *l.* 7. *C. de prædiis maior.*

a Imò ſolus aui conſenſus ſufficere videtur, *l.* 3. *ſuprà eodem.*

b *Paulus* 2. *ſentent.* 19. §. 4. *l.* 8. *ſuprà de his qui ſunt ſui, l.* 8. *ſuprà de ſponſalibus.*

c §. 2. *verſ. ſed qua per ſe. inſt. de nuptiis.*

---

a *l.* 5. *ſ. de gradib. l.* 33. §. 1. *ſ. de v. vb. oblig. l.* 9. *in fi. ſ. de liberis.*

b *d.* §. 2.

c *l.* 19. *C. eod.*

d quia parentum loco habentur. §. 5. *Inſt. de nupt.*

e *l.* 1. § 6. *l.* 10. §. 15. *ſ. de gradib. Vlp.* 5. § 6.

f Imò amitam adoptiuam ducere poſſum, *l.* 12. *in fin. ſ. eod. v. Contium* 1. *ſubciſiuarum* 5.

g *l.* 7. *C. de nuptiis.* vt & contractæ, *l.* 2. *ſ. eod. l.* 7. *l.* 2. *in fi. l.* 28. *in pr. Cod. de nuptiis. Inſt. de nupt. in prin.*

h id eſt, patres: An naturales tantum dotare coguntur? non coguntur, arg. *l.* 41. §. 11. *ſ. de l.* 3. mater non cogitur filiam dotare, *l.* 14. *C. de iure dot.* ergo nec auus maternus, & auia materna. Quid auus paternus? tenetur, *l.* 97. *ſ. de iur. dot. l.* 6. *ſ. de collationib.* An frater? vtique: ſi ex eodem ſit patre *l.* 12. §. *pen. ſ. de adm. tut.* Sunt tamen quidam caſus, quod ad patrem attinet, excipiendi: quid enim ſi ære alieno ſit obrutus? vtique dotare non cogetur filiam qui in fraudem creditorum id faceret, *l.* 14. *in fin. l.* 25. §. 1. *ſ. quæ in fraud. creditorum.* Quid ſi filia habet vnde dotetur? *l.* 22. §. *penult. ſ. ad Treb.* quid ſi ingrata? *v. Nouell.* 22. *c.* 27. *in fin.* ignominioſo nubat? *l.* 3. §. 5. *ſ. de contr. tut.* ſi heretica? *l.* 18. *C. de hereticis.* Quid ſi filia iam contraxit nuptias ſine dote? v. Socinum regula 281.

i 4. *Harm.* 4. §. 11.

k vt interdum accidit, *l.* 7. *ſuprà de in rem verſ.* idem dicendum ſi ſint abſentes, vel captiui, *l.* 5. §. 4. *ſ. de iure dot.*

l eſt enim eorum pietatis, *l.* 34. *ſ. de neg. geſt. l.* 22. § *pen. ſ. ad Treb.* & officij, filiam dotare, *l. vlt. C. de dot. promiſſ.*

m *l.* 38. *in fin. C. de hereticis.* ſed quatenus? pro ratione facultatum, *d. l.* 18. *arg. l.* 8. *in fin. ſ. de in rem verſo l.* 60. *de iure dot.*

n v. quæ ſcripſi ad *l.* 19. *ſ. eod.*

o hæc negatiua omnino vera eſt. Poteſt enim pupilla nubere arbitrio ſuo, *ſ. eod.* non exſpectato conſenſu cognatorum, adfinium, & curatorum *l.* 8. *Cod. de nuptiis, l.* 6. *ſuprà de ſponſalib.* hoc tamen conſtat, vbi pudore eligere maritum non vult, iudicem conuocatis eius cognatis id ſtatuere poſſe, *l.* 20. *in fin. Cod. de nuptiis.* poſſunt interea tutores pupillæ ſuæ dotem conſtituere, *l.* 61. *ſ. de iure dotium, l.* 7. *inf. de tutoribus datis.*

p *v. l.* 101. *inſ. de verb. obl.*

q Pupilla nubere ſuo arbitrio poteſt, 4. *Harm.* 4. §. 12.

r Nonne vaniſſimas Papias leges, quæ ante liberos ſuſcipi cogunt, quàm Iuliæ matrimonium, poſt tantæ auctoritatis ſenectutem heri Seuerus conſtantiſſimus principum excluſit? *Tertull.* 4. *Apologetic.*

ſ *l.* 22. *l.* 28. *inf. eod l.* 12. *l.* 14. *C. eodem.*

t id eſt ſuadente admodum & vrgente atque hortante, non tamen vi cogente aut minis, *l.* 21. *ſ. eod.*

u filius: & quidem ſola reuerentia patris, metu non duxit, adde *l.* 26. §. 2. *ſ. de pign. l.* 28. *C. eod.*

† quæ hodie abrogata eſt. *Nouell.* 78 *c.* 4.

x Senator, Senatoriſque filius libertinam vxorem ducere non poterat, *vt hic,* 13. *Vlp.* 2. *Theop.* §. 5. *Inſt de libertin.*

y *l.* 3. *infr. de concubinis.*

† hodie non præſumuntur nuptiæ, niſi mulier probet à viro ſe ea mente acceptam vt illi eſſet vxor, *Nou.* 74. *c.* 5. Porro de hac præſumptione. v. Alciat. 3. *præſumpt.* 38.

z in filia emancipata idem, *arg. l.* 20. *C. de nupt.*

a 4. *Harm.* 4. §. 13.

b hinc Contius 1. *ſubciſiu.* 4. colligit iuri naturali, id eſt neceſſario, non requiri conſenſum parentum in liberorum nuptiis: alias emancipatus nunquam ſine patris conſenſu contraheret, matris quoque (vt patris) requireretur conſenſus, qui tamen legibus non requiritur, vt quæ filios in poteſtate non habeat, *l.* 30. *C. de nupt.* ſolus aui conſenſus, ſine patris conſenſu nunquam ſufficeret in elocanda nepte, *l.* 16. §. 3. *ſ. eod.* Naturæ eam vim eſſe, vt omnibus ex æquo parentibus idem honos habeatur, *l.* 4. *ſ. de curat. furioſi:* vt nullo vel tempore, vel loco, vel perſonis mutetur, §. 11. *Inſt. de iure natur.* Eſaü legitimos liberos fuiſſe, *Geneſ.* 36. tametſi ſine parentum conſenſu nuptias contraxit, *Liranus in* 28. *Geneſ.* Tobiam felicem ſuis nuptiis euentum ſortitum, cui tamen patris conſenſus defuerit, *Tob.* 7. Nullibi ſacris ſcripturis mandari, vt parentum conſenſus in liberorum nuptiis neceſſario adhibeatur: pontificibus

a patris *b* vxorem ducere poteſt, & ſuſceptus filius ei heres erit.

De rea adulterij.

26. *Idem* lib. 5. Reſponſorum " reſpondit."

REas adulterij *c* factas, nec ante damnationem viuente marito vxores duci poſſe.

Si ſenator libertinam duxerit.

27. *Vlpianus* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

SI quis in ſenatorio ordine agens libertinam habuerit vxorem, quamuis interim *d* vxor non ſit; attamen *e* in conditione eſt, vt, ſi amiſerit dignitatem, vxor eſſe incipiat.

De liberta recuſante nuptias patroni.

28 *Marcianus* lib. 10. Inſtitutionum.

INuitam *f* libertam vxorem ducere patronus non poteſt.

29. *Vlpianus* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

QVod & Ætius Capito conſulatu ſuo fertur decreuiſſe. hoc tamen ita obſeruandum eſt, niſi *g* patronus ideo eam manumiſit, vt vxorem eam ducat.

De nuptiis ſimulatis.

30. *Gaius* lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

SImulatæ *h* nuptiæ nullius momenti ſunt.

Si ſenator permiſſu principis libertinam duxerit.

31. *Vlpianus* lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam.

SI ſenatori, indulgentia principis, fuerit permiſſum libertinam iuſtam vxorem habere, poteſt iuſta vxor eſſe *i*.

De libertino arrogato ab ingenuo.

32. *Marcellus* lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

SCiendum eſt, libertinum, qui ſe ingenuo dedit adrogandum, quamuis in eius familia ingenui *k* iura ſit conſecutus, vt *l* libertinum tamen à ſenatoriis nuptiis repellendum eſſe.

De redintegrato matrimonio.

33. *Idem* 3. lib. ad legem Iuliam & Papiam.

Romanis idem viſum fuiſſe, Nicolao 27. q. 2. *c. ſufficiat*: Lucio tertio (quamtumuis pater nuptiis filij reclamet) *c 6. extra de raptorib.* Innocentio tertio *cap. 23. extra de ſponſ.* & Tridentinæ Synodo: Ioanni Andreæ *c. vlt. extra de ſponſ. impub.* & Lombardo *diſtinct.* 28. qui canoniſtarum ſcholaſticorumq; familias velut principales ducunt, videri conſenſum parentum ad decorem tantum, non ad neceſſitatem requiri: ex ritu & honeſtate, magis quam neceſſitate adhiberi. Conſtare non omnia, quæ honeſta ſint, eſſe pariter neceſſaria. Ideoque honeſti, iuriſque naturæ intuitum nuptias illegitimas non efficere, quæ ſine parentum conſenſu fuerint contractæ. Sed his opponunt contra nonnulli, vel in primis omnium nuptiis oſtenſum quid poſteri ſequerentur Deum patris loco functum Euam primum homini copulaſſe: conſenſu Abrahami, Iſaacum *Gen. 24.* Iſaaci, Iacobum *Gen. 28. verſ. 6.* Simſonem conſenſu patris Manuis nuptias contraxiſſe, *Iud. 14. verſ. 3.* lege diuina mandari patribus, ne Chananæis filias ſuas elocent *Deut. 7. verſ. 3.* & pluribus aliis locis conſtare, citra parentum voluntatem nuptias non contrahi, eamque authoritatem parentibus ſacro iure concedi *Exod 22. Num. 30. 2. Samuel 1. Cor. 9.* Hoc Imperatores *l. vn. §. 1. C. de raptu*: *Inſt. de nupt. in prin.* hoc Eccleſiæ patres, *Tert. ad vxor. in fin. Ambroſ in lib. de patriarchis 32. q. 2. c. honorantur: Aug epiſt. 233. Euariſt 30. q. 5. c. 1.* hoc Synodum Toletanam quartam 32. q 2 *c. vlt.* hoc iuriſconſultos *l. 2. l. 16. §. 1. ſuprà eod. l. 11. ſuprà de ſtatu*: hoc etiam Ethnicos, *Euripid. in Andromach. Muſæum in Ero. & Leandro verſ. 179. 180.* ſanxiſſe vel probaſſe. Sic ſentio quoſcunque liberos, ſiue filios ſiue filias, iniuſſu patris contrahere nuptias impunè non poſſe, niſi ſint emancipati expreſsè (tunc enim videntur voluntate patris ſemper contrahere, *l. 3. § 5. ʃ. de contr. tab.*) vel tacitè, puta ſi maiores 25. annis *Nou. 115. c. 3.* (ex edicto regis Henrici, fœminæ an. 25. maſculi an. 30.) ſi parentes eorum abſentes vel captiui fuerint, *l. 5. §. 4. ʃ. de iure dot.* Igitur minores 25. annis nunquam impunè ſine parentum conſenſu nuptias contrahent? ſic eſt de iure, niſi parens eis conditionem non quærat, aut iniurioſè prohibeat eos nubere, vel vxorem ducere, *l. 19. ſuprà eod.* niſi furor parentes occupet, *Inſt. de nupt. in princ.* aut captiuitas. *d. l. 5.* his caſibus, Prætoris decreto nuptias impunè contrahent, arg. *l. 19. ʃ. eo. & d. l. 5.* ita vt exhæredari ob eam cauſam non poſſint, niſi fortè propudioſas aut cum infamia nuptias contraxerint, *d. Nou. 115. c. 3. l. 3. §. 5. ʃ. de contr. tab.* hæc ſi non procedent, exheredari poſſe videntur: vt & edicto regis Henrici 2. anno 1556. cautum in Gallia legitur. An eorum matrimonium diſtrahetur: ſi pater iuſtam rationem habuit non probandarum huiuſmodi nuptiarum, iniuſtæ nuptiæ, iniuſta vxor, iniuſti liberi (& vt Apuleius 6. ſpurij *§. pen. Inſt. de nupt.*) nulla dos, nulla vxor erit, *d. §. pen.* non tamen iure ciuili Romanorum diſſoluitur matrimonium: idque contemplatione publicæ vtilitatis, id eſt nuptiarum, *Paul. 2. ſent. 39. §. 2.* Hinc Auguſtinus ait 28. *quæſt. 1. c. vlt.* tale coniugium ratum eſſe, licèt non legitimum. vnde conſtat hanc legem ciuilem imperfectam eſſe, vt quæ nuptias ſine conſenſu parentum fieri prohibeat, contractas tamen non diſſoluat: vt Cincia lex imperfecta dicitur, quòd ſupra certum modum donare vetet, donatum tamen non reſcindat *Vlp. tit. 1.* ſimile eſt edictum illud Henrici, de quo paulò ante diximus: vetat enim huiuſmodi nuptias & punit, non tamen eas reſcindit.

a Quo, num ſequente? imo præcedere debet, *Inſt. de nupt. in princ.* vt & in adquirenda hereditate, *l. 25. §. 4. ʃ. de adq. hered.* vt merito laudandi iudices videantur, qui ſimplicium ſponſaliorum in cauſa, patris ratihabitione non contenti iubent contracta ſponſalia diſſolui: nouoque patris conſenſu noua inchoari. Ratihabitio tamen patris videtur contractas ita nuptias rectè conciliare, *l. 5. C. de nup.* Fauor matrimonij, parentúmque, ſuos in liberos amor, hoc quoque perſuadere ſatis videtur, vt ſit ſatis conſenſum parentum intercedere, quo verbo Theophilus vtitur *Inſt. de Nup* nec ſit neceſſe eum præcedere. v. tamen Hotoman. *9. Illuſtr. & l. 68. inf de iur. dot.* Hoc etiam quæritur. An expreſſus conſenſus præcisè requiratur, an tacitus ſufficiat? Poſtremum verius eſt, vt conſenſiſſe exiſtimetur, qui ſciens non contradixit, *v. l. 5. C. de nupt.* b an idem in matre? ſuperius dixi, & dicam ad *l. 20. C. eod.*

c *l. 17. C. de adult.* d Vitioſum itaque ab initio interdum conualeſcit, *l. 1. in fi. C. ſi rector prouinciæ.*

e Ceſſante impedimento nuptiarum nuptiæ conualeſcunt: ita quæ initio non valent nuptiæ, tractu temporis poſſunt conualeſcere, v. tamen Dynum *c. non firmatur, de regulis in 6.*

f debent enim matrimonia eſſe libera, *v l. 14. C. de nupt. l. 134. ʃ. de verb. oblig.*

g *l. 51. ʃ. eodem.*

h *l. 13. C. de nupt. v. l. 54. ʃ. de oblig. & act.* Simulatis nuptiis, legis Iuliæ & Papiæ pœnas nullus euitat.

i Poſſunt enim non iure facta à principe confirmari, *vt l. 38. ʃ. de adopt. l. 57. infr. eodem.*

k Imò, quamuis libertus adoptetur à patrono ingenuus non eſt, *l. vlt. ʃ. de ſtatu.*

l Libertinus qui ſe ingenuo dedit adrogandum, adrogatori ingenuus eſt, aliis non eſt, vnde velut ingenuus ſenatoris filiam ducere non poteſt.

PLerique opinantur, cùm eadem mulier ad eundem virum reuertatur, id matrimonium idem eſſe. quibus adſentior, ſi non *a* multo tempore interpoſito reconciliati fuerint. nec inter *b* moras aut illa alij nupſerit, aut hic aliam duxerit: maximè ſi nec *c* dotem vir reddiderit.

De generali mandato quærendi mariti. 1. De rea adulterij 2. De comprivignis. 3. Si pater eius, quæ libertino nupſit, Senatu moueatur.

34. *Papinianus* lib. 4. Reſponſorum.

GEnerali mandato quærendi *d* mariti filiæfamilias non fieri nuptias, rationis eſt: itaque perſonam eius patri demonſtrari, qui matrimonio conſenſerit, vt nuptiæ contrahantur, neceſſe eſt.

1 ¶ Ream adulterij, quam vir iure mariti poſtulauit, non prohibetur poſt abolitionem *e* vxorem denuò ducere, ſed & ſi non iure mariti ream poſtulauit, iure contractum matrimonium videbitur.

2 ¶ Inter priuignos *f* contrahi nuptiæ poſſunt, etſi fratrem communem ex nouo parentium matrimonio ſuſceptum habeant.

3 ¶ Filiam ſenatoris nuptias libertini *g* ſecutam, patris caſus *h* non faciat vxorem. nam quæſita dignitas liberis propter crimen *i* patris auferenda (non) eſt.

De filiofam. milite.

35. *Idem* lib. 7. Reſponſorum.

FIliusfamilias miles *k* matrimonium ſine patris voluntate non contrahit.

De adulta, tutore, vel curatore. xxxvij. vel liberto curatoris.

36. *Paulus* lib. 5. Quæſtionum.

TVtor vel curator adultam vxorem " ducere non *l* poteſt, niſi à patre deſponſa deſtinatáve, teſtamentóve *m* nominata conditione *n* nuptiis, ſecuta fuerit.

37. *Idem* lib. 7. Reſponſorum.

LIbertum *o* curatoris puellæ prohiberi oportet vxorem eandem ducere.

De adminiſtrantibus officia.

38. *Idem* lib. 2. Sententiarum.

SI quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem, vxorem ducere non *p* poteſt, quamuis ſponſare *q* non prohibeatur *r*. ita ſcilicet, vt, ſi poſt *ſ* officium depoſitum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat eis hoc facere arrhis tantummodò redditis *t*, quas acceperat.

1 ¶ Veterem ſponſam in prouincia, quam quis adminiſtrat, vxorem ducere poteſt, & dos data non ſit caduca *u*.

2 ¶ Qui in prouincia aliquid adminiſtrat, in ea prouincia filias † ſuas in matrimonium collocare, & dotem conſtituere non prohibetur.

De ſororis pronepte. 1. De inceſtu.

39. *Idem* lib. 6. ad Plautium.

SOroris proneptem *x* non poſſum ducere vxorem, quoniam parentis loco ei ſum.

1 ¶ Si quis ex his quas moribus *y* prohibemur vxores ducere, duxerit, inceſtum dicitur committere.

De filia priuignæ.

40. *Pomponius* lib. 4. ex Plautio.

ARiſto reſpondit, priuignæ *z* filiam non magis vxorem duci poſſe, quam ipſam priuignam.

De ea quæ vulgo quæſtum facit. 1. De concubinatu.

41. *Marcellus* lib. 26. Digeſtorum.

PRobrum *a* intelligitur etiam in his mulieribus eſſe, quæ turpiter viuerent, vulgóque quæſtum facerent, etiam ſi non palam *b*.

1 ¶ Et ſi qua ſe in concubinatu alterius, quam patroni *c*, tradidiſſet, matrisfamilias *d* honeſtatem non habuiſſe dico.

De honeſtate ſpectanda. 1. Quibus nubere non poſſunt prognatæ ſenatoribus.

42. *Modeſtinus* libro ſingulari de Ritu nuptiarum.

SEmper in coniunctionibus non ſolum, quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quid *e* honeſtum *f* ſit.

1 ¶ Si ſenatoris filia, neptis, proneptis, libertino *g*, qui artem ludicram *h* exercuit, cuiúſve pater, matérve id fecerit, nupſerit, nuptiæ non erunt.

Quid ſit palam quæſtum facere. 3. De ea quæ palam ſine quæſtu ſe proſtituit. 4. De ea quæ facere deſiit. 5. De obtentu paupertatis. 6. De lenocinio. 10. De damnata publico iudicio. 11. Vel calumniæ, vel præuaricationis. 12. De adultera.

43. *Vlpianus* lib. 1. ad legem Iuliam & *i* Papiam.

a *v. l. 3. ʃ. de diuortiis.* facit *l. 55. eod tit.*

b de hoc loquendi genere dixi ad *l. 28. ʃ. de admin. tut.*

c tunc enim tacitè dos ei redintegratur, *v. l. 64. ʃ. de iure dot. l. pen. §. 5. ʃ. ſolut. matr.*

d Mandatum quærendi matrimonij excedit, qui non tantùm maritum quærit, ſed etiam ipſas nuptias contrahit.

e *v. tit. Cod. ſi cu. de abolitionib.*

f compriuignos, [illegible] *Inſt. de nupt.*

g *v. l. 26. ʃ. eod.*

h *l. 4 ſuprà de ſenatoribus.*

i *v. l. 26. infrà de pœnis.*

k cur ita? colligere [illegible] *l. 1. ʃ. de obſequiis.*

l *l. 5. l. 7. C. de interdicto matrim. l. 64.* [illegible] *1. ʃ. eod.*

m deſtinatáve teſtamentóve nominata conditionem nuptiarum ſecuta fuerit [illegible] *iac. 16. obſ. 33. v. l. 66. ʃ. eod. l. 101. ʃ. de cond. & dem. l. 7.* [illegible] *de adult.*

n Libertus meus adultam meam, cuius ſum curator, vxorem ducere non poteſt [illegible] *hic.* An tutor [illegible] *interdicto.*

o adde *l. 64. ʃ. eo.*

p *l. 57. 63. ʃ. eo. l.* [illegible] *C. de nupt.*

q *l. vnic. Cod. ſi rect. prouin. l. 13. §. 1.* [illegible] *donat. inter vir.*

r Imo prohibetur [illegible] arg. *l. 15. ſuprà* [illegible] *ſponſal.*

ſ *l. 65. in fin. infr. eodem.*

t *v. l vn. C. ſi rect. prouin. & Nou. Leonis 23.*

† Nouo iure, filias elocare prohibetur [illegible] *Nou. Leonis 23.*

u Caduca dos, *l. 61. ʃ. eod.* Vlpianus [illegible]

x *l. 17. C. de nupt.* [illegible] *vlt. Cod. ſi nupt. ex reſcript. §. 3. Inſtit. de nupt.*

y *l. 8. ſuprà* [illegible] iure gentium, [illegible] *ʃ. eod.*

z *l. 14. in fin. ſuprà eodem.*

a ſtuprum vulgo [illegible] probro. adde *l. 41.* [illegible] *de verb. ſign.*

b quod quid ſit, [illegible] 43. *ʃ. eod.* quæritur tamen quemadmodum fieri poſſit [illegible] mulier vulgo quæſtum faciat, non tamen palam: videntur enim hæc diuerſa.

c *l. 1. l. 2. ʃ. de concubinis, l. 49. §. 4.* [illegible] *leg. 3. l. 13. infr. ad adult.*

d de qua v. quæ ſcripſi ad *l. 3 in fin.* [illegible] *lib. exhib.*

e quod decorum & natura iuſtum.

f *l. 16. l. 44. ſuprà eodem. l. 197. infr. de reg. iur. 4. Harm. 6. §. 42.*

g *l. 44. infrà* [illegible] adde *Vlpianum* in *tit. 13. §. 13.* h *Vlpian. 13.*

i de maritandis ordinibus ſcilicet an lex Iulia & Papia ſint vna lex vel duæ, v. quæ notaui ad *l. 59. ʃ. de cond. & demonſt.*

Palam

PAlam *a* quæſtum facere dicemus non tantùm eam, quæ in lupanario ſe proſtituit: verùm etiam ſi qua (vt adſolet *b*) in taberna cauponia, vel qua alia pudori *c* ſuo non parcit.

1 ¶ Palam autem ſic accipimus, paſsim; hoc eſt ſine *d* delectu *e*. non ſi qua adulteris vel ſtupratoribus ſe committit, ſed quæ vicem proſtitutæ ſuſtinet.

2 ¶ Item, quæ cum *f* vno & altero pecunia accepta *g* commiſcuit, non videtur palam corpore quæſtum facere *h*.

3 ¶ Octauenus tamen rectiſsimè ait, etiam *i* eam quæ ſine quæſtu, palam ſe proſtituerit, debuiſſe his connumerari.

4 ¶ Non ſolùm autem ea, quæ facit, verùm *k* ea quoque quæ fecit, & ‖ ſi ‖ facere deſiit, lege notatur. neque enim aboletur turpitudo, quæ poſtea intermiſſa eſt.

5 ¶ Non eſt ignoſcendum ei, quæ obtentu paupertatis *l* turpiſsimam vitam egit.

6 ¶ Lenocinium facere non minus *m* eſt, quàm corpore quæſtum exercere.

7 ¶ Lenas autem eas dicimus, quæ mulieres quæſtuarias *n* proſtituunt.

8 ¶ Lenam accipiemus & eam, quæ alterius nomine, hoc vitæ genus exercet.

9 ¶ Si qua *o* cauponam exercens, in ea, corpora quæſtuaria *p* habeat, (vt multæ adſolent, ſub prætextu inſtrumenti cauponij *q*, proſtitutas mulieres habere) dicendum hanc quoque lenæ appellatione contineri.

10 ¶ Senatus *r* cenſuit non conueniens eſſe vlli ſenatori *ſ*, vxorem ducere, aut retinere damnatam publico iudicio; quo ‖ iudicio ‖ cuilibet *t* ex populo experiri licet; niſi ſi cui lege aliqua accuſandi publico iudicio non eſt poteſtas.

11 ¶ Si qua calumniæ iudicio damnata ſit ex cauſa publici iudicij, & quæ præuaricationis damnata eſt, publico iudicio damnata eſſe non videtur *u*.

12 ¶ Quæ *x* in adulterio deprehenſa eſt, quaſi publico iudicio damnata eſt. ‖ Proinde ‖ ſi adulterij condemnata eſſe proponatur, non *y* tantùm quia deprehenſa eſt, erit notata: ſed quia & publico iudicio damnata eſt. Quòd ſi non ſit deprehenſa, damnata autem: idcirco notetur, quia publico iudicio damnata eſt. ‖ At ‖ ſi deprehenſa quidem ſit, damnata autem non ſit, notata erit. Ego puto etſi abſoluta ſit, poſt deprehenſionem, adhuc tamen notam illi obeſſe debere: quia verum eſt, eam in adulterio deprehenſam quia *z* factum *a* lex, non *b* ſententiam *c* notauerit *d*.

13 ¶ Non adiicitur hic, vt in lege Iulia de adulteriis, *à quo vel vbi deprehenſam* *e*. proinde ſiue maritus, ſiue quis alius deprehendiſſe proponatur, videtur notata. ſed & ſi non in domo mariti, vel patris ſui deprehenſa ſit, erit notata ſecundum verba legis.

Legis Iuliæ & Papiæ caput. De ſenatoribus & eorum liberis. 1. Summa dicti capitis legis Iuliæ. 2. Si auus vel auia artem ludicram fecerit. 3. De patre naturali vel adoptiuo. 4. & tempore quo artem ludicram fecit. 7. Si vxor ſenatoris vel prognati ſenatore, artem ludicram facere incipiat. 8. ne à ſenatorib. ducantur, quæ à cæteris ingenuis duci non poſſunt.

44. *Paulus* lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam.

LEge Iulia † ita cauetur: *Qui Senator eſt: quive filius: nepoſve ex filio, proneposve ex filio nato, cuius eorum eſt, erit: ne quis eorum ſponſam, uxorémve ſciens dolo malo habeto libertinam aut eam, qua ipſa, cuiuſve* f *pater materve artem ludicram facit, fecerit. Néve Senatoris filia neptiſve ex nepote filio nato, nata: Libertino eive qui ipſe, cuiuſve pater materve artem ludicram facit, fecerit: ſponſa nuptáve ſciens dolo malo eſto, néve quis eorum dolo malo ſciens ſponſam, uxorémve eam habeto.*

1 ¶ Hoc capite prohibetur ſenator libertinam ducere, eámve, cuius pater *g* matérve artem ludicram fecerit. item libertinus ſenatoris filiam ducere.

2 ¶ Non obeſt, auum *h* & *i* auiam artem ludicram feciſſe.

3 ¶ Nec diſtinguitur, pater in poteſtate habeat filiam, nécne. tamen *a*, iuſtum *b* patrem intelligendum, Octauenus ait, matrem, etiamſi vulgò *c* conceperit.

4 ¶ Item nihil *d* refert, naturalis ſit pater, an adoptiuus.

5 ¶ An & is noceat, qui, antequàm adoptaret, artem ludicram *e* fecerit, atque ſi naturalis pater, antequam filia naſceretur, fecerit? & ſi huius notæ homo adoptauerit, deinde emancipauerit, an non poſsit duci, ac ſi talis pater naturalis deceſsiſſet? Sed de hoc caſu contrariam legis ſententiam eſſe Pomponius rectè putat, vt eis non connumeretur.

6 ¶ Si poſtea ingenuæ vxoris pater, materve artem ludicram facere cœperit, iniquiſsimum eſt, dimittere eam debere, cùm nuptiæ honeſtæ contractæ ſint, & fortaſſe *f* iam liberi procreati ſint.

7 ¶ Planè ſi ipſa artem ludicram facere cœperit, vtique dimittenda erit.

8 ¶ Eas, quas *g* ingenui cæteri prohibentur ducere vxores, ſenatores non ducent *h*.

¶ *Aliud legis Iuliæ & Papiæ caput, ne liberta inuito patrono alij nubat. De empta. 1. De iureiurando. 2. De emptore. 3. De filiofam. milite. 4. De nupta vel ſponſa. 5. Inuitus quomodo accipitur. 6. De ſeruitute patroni.*

45. *Vlpianus* lib. 3. ad Legem Iuliam & Papiam.

IN eo iure, quod dicit, *Inuito* i *patrono libertam, quæ ei nupta eſt, alij nubere non poſſe*, Patronum *k* accipimus (vt reſcripto Imperatoris noſtri & Diui patris *l* eius continetur) & eum *m*, qui hac lege emit, vt manumittat, quia manumiſſa liberta emptoris habetur.

1 ¶ Qui autem iurauit ſe patronum, hoc idem non *n* habebit.

2 ¶ Ne is quidem debet habere, qui non ſuis *o* nummis comparauit.

3 ¶ Planè ſi filiusfamilias miles eſſe proponatur, non dubitamus, ſi caſtrenſis peculij ancillam manumiſerit, competere ei hoc ius: eſt enim patronus ſecundum conſtitutiones *p*, nec patri eius hoc ius competit.

4 ¶ Hoc caput ad nuptam tantùm libertam pertinet, ad *q* ſponſam non pertinet, & ideo, inuito patrono nuntium ſponſa liberta ſi miſerit, cum alio connubium habet.

5 ¶ Deinde ait lex, *inuito patrono*, inuitum accipere debemus eum, qui *r* non conſentit ad diuortium: idcirco nec à furioſo diuertendo ſoluit ſe huius legis neceſsitate: nec ſi ab ignorante diuorterit, rectiùs enim hic *ſ* inuitus dicitur, quàm qui diſſenſit.

6 ¶ Si ab hoſtibus patronus captus eſſe proponatur, vereor *t*, ne poſsit iſta connubium habere nubendo: quemadmodum haberet, ſi mortuus eſſet. Et qui Iuliani ſententiam probant, dicerent *u* non habituram connubium: putat enim Iulianus, durare eius libertæ matrimonium etiam in captiuitate, propter patroni reuerentiam. Certè ſi in aliam ſeruitutem patronus ſit deductus, proculdubio diſſolutum eſſet matrimonium.

De liberta communi.

46. *Gaius* lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam.

ILlud dubitationis eſt, an & qui communem libertam vxorem duxerit, ad hoc ius admittatur? Iauolenus negauit. quia non *y* propriè videtur eius liberta quæ etiam alterius ſit. aliis contrà viſum eſt *x*: quia liberta eius *a* eſſe negari non poteſt, licet alterius quoque ſit liberta: quam ſententiam plerique rectè probauerunt.

De filia Senatoris, quæ corpore quæſtum, vel artem ludicram fecit, vel iudicio publico damnata eſt.

47. *Paulus* lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.

SEnatoris filia, quæ corpore quæſtum, vel artem ludicram fecerit, aut iudicio publico damnata fuerit, impunè libertino nubit *b*. nec "enim" ho-

a vide *l.33.ſ.de verb. ſign.*
b Cauponariæ mulieres facilè proſtitui præſumuntur, *v.l.29. C.de adulteriis.*
c in taberna, caupona, vel alias pudori, &c. *Hal.* § 9. *infr. eod.*
d ſine delectu eſt indiſtinctè. *l. vlt. ſ. de iuris & facti ignor.*
e vt alibi quod coram pluribus *l.33.inf. de verb. ſign.* palam proſcribere, eſt vt legi poſsit de plano *v. l.11.§.3.ſ.de inſtit.* palam nuncupare heredem, eſt ita nuncupare vt exaudiri poſſit *l.21.inf.qui teſtam.*
f item quæ cum vno, &c. *Hal.* hinc collige, Palam non fieri quod cum vno aut altero fit.
g Idem ſi pecunia non accepta: nam quæ gratis facit, non ideo minus peccat.
h Meretricem videri quæ duos, quæſtus cauſa admiſit, hinc poſt alios colligit Rolandus à Valle 1. *conſ.74.n.20.*
i Palam vt proſtitui dicatur mulier, quæſtum intercedere non eſt neceſſe, *vt hic.* idem eſt in calumniatore, *l.2.ſ.de calumniatorib.*
k quæ turpiter vixit ſemper eſt ignominioſa. licet turpiter viuere deſinat. *Bald.*
l Mulier turpiter viuens prætextu paupertatis non excuſatur. 32. *q.* 5. *c. ita.* Paupertas ſtuprum non excuſat. *Bald.*
m Imò, maius *l.4.§.5.ſ.de his qui notantur.* Solon lenocinium morte mulctabat, vt Æſchines refert.
n *d.l.1.§.2.in pr.*
o *d. l.4 §.2. verſ. ſiue*
p quæſtuaria corpora, *vt hic.* quæſtuariæ mulieres. *§.7.ſ eod.*
q Inſtrumenti cauponarij. *Hal.*
r *l.16.ſ.eod.*
ſ & ingenuo *Vlp.13. §.2.*
t *§.1.Inſt.de publ. iud.*
u quoad probationem nuptiarum: in aliis cauſis ſecus. *Accurſ l.1.§.1.ſ.de calumniatorib.*
x *Vlp.13.§.2.*
y Ordo eſt inuerſus, ita legit Petrus Faber: Non tantùm erit notata quæ publico iudicio damnata eſt, ſed & quæ deprehenſa. 1. *Semeſt.23.*
z Deprehenſa in adulterio æquè notata eſt, vt quæ iudicio publico adulterij damnata eſt, quia lex non tantùm ſententiam notat, ſed factum; hoc eſt, lex non tantùm eam notat, quæ adulterij damnata eſt iudicis ſententia, ſed quæ in ipſo facto deprehenſa.
a Facti & ſententiæ diſcrimen, vnde colligitur, ſententiam non requiri in iis, in quibus lex factum notat.
b Imò ſententia magis notanda quàm genus criminis *l.13.inf.de pœnis.*
c i. lex non tantùm notat damnatam adulterij, ſed & in adulterio deprehenſam, etiamſi nondum damnata fuerit.
d notat *Hal.* in muliere ſc. in viro ſecus, in quo ſententia non lex ipſa, infamiam infert *l.2.§.3.ſ. de his qui not.* Cur tam variè? vel ideo, quòd maior à muliere quàm à viro pudicitia requiritur.
e vel vbi deprehenſa ſit, *Hal.*
† quæ nunc abrogata eſt. *Vlp.13.Nou.117.c.6.*
f *l.17.in fin.C.de inceſt.Vlp.tit.13.§.1.*
g *l.17.in fin.C.de inceſtis.*
h vitia parentum non nocent. Aui vel auiæ infamia & nota non nocet nepotibus. Patris & matris appellatione auum & auiam non contineri hinc quoque colligunt.
i Appellatione patris & matris non continentur in odioſis auus aut auia, quoties tractatur odio. facit *l.21.inf.de adult.*

a appellatione patris non continetur illegitimus, *vt hic.* quando ſc. diſpoſitio legis reſpicit ciuilem rationem, *vt hic.* non naturalem: tunc enim auus comprehenditur *l.14. §.2. ſ.eod. l.12. infr. de adult.* Ideoque naturalis filius parentis ſui mortem vindicare poteſt, *l.3.inf.de liber.cauſ.* eundem parentem in ius vocare non poteſt *l.6. ſ. de in ius vocando.* An in maieſtatis pœnis illegitimè comprehenduntur, vt legitimi, *v.l.5.C.ad l.Iul. maieſt.* an ſunt domeſtici patris, vide *Bart. hic.*
b Patris appellatione, iniuſtum ſeu baſtardum patrem non contineri hinc Balduscolligit: quod verum, quoties lex non aliam conſtituendi rationem habet, quã ciuilem: ſecus ſi à natura conſtituendi cauſam petat *l.adoptiuus 14. §. ſeruilis. ſ.eod.* vnde notant filio baſtardo permitti iniuriam & mortem patris naturalis vlciſci: cùm hæc vltio ſit naturali ratione: facit *l.3.inf.de liberali cauſ.*
c *l.14.§.2.ſ.eod.*
d Patris naturalis & adoptiui ſimilitudo.
e quæ infamat *l.1.ſ. de his qui notantur.*
f nota fauorem nuptiarum honeſtè contractarum & liberorum ex eis procreatorum. adde *l.57.infr. eod.*
g adde *l.49.in fi.inf. eod.* & ita lege apud Vlpianum *tit.13.§.2.* potius quam *cæteri ingenui.*
h quænam illæ ſunt? lena à lenone manumiſſa in adulterio deprehenſa, iudicio publico damnata, quę artem ludicram fecit, à ſenatu damnata *d. §.2.*
i *l.51.inf.eo l.11.inf. de diuortiis: l.8.C.de oper.lib.*
k Patronus is etiam cenſetur, qui emit ancillam vt manumitteret, quique ita emptam manumiſit.
l Diui Seueri patris *Hal.* Diui Marci *l.3. §.3.infr.de ſuis: adde l.10.ſ.de in ius vocando: l.3 §.5.infr.de bon. liberi. l.2. l.3. C.ſi mancip.*
m *d §.3.*
n Imo idem ius habebit, & erit patronus *l.8.§.1.ſ.de in ius voc.*
o Non ſuis nummis comparat, qui nummos ab alio accepit vt manumitteret, *l.5. §.4.inf.de bon lib.*
p Diui Hadriani *l.8.infr de iure patron.* adde *l.10. ſupr.de in ius voc. l.3. §.8. l.22.infr.de bonis lib.l ſi quis hac l.30.§.Sed & ſi caſtrenſem, 2.inf.qui & à quibus manumiſsi.*
q Priuilegium conceſſum actui perfecto, non debetur inchoato tantùm.
r *vt l.5.ſ.de ſeruit. vrb.* vbi ſcripſi de taciturnitate & ſilentio.
ſ Inuitus facere videtur, quo ignorante, quid fit. Inuiti dicuntur, qui ignorant & abſunt.
t ſic reſpondebant interdum iuriſconſulti, *vt hic: & l.67.§.3.inf eod. l.9.§.1. l.59. §.1.inf.de iure dot. l.20.§.2.inf.de contra tab. l.48.§.1.de adq. rer. l.1.§.12.inf.de cloacis, vide Duar. 2. diſp. 11.*
u & quidem probatur ſententia Iuliani dicentis, *Hal.*
x Liberta, communi patrono etiam nupta, non poteſt eo inuito alteri nubere. Ita, quod conſtitutum eſt de liberta propria extenditur hic ad communem.
y Fictione quod commune eſt, meum eſt, v. Dynum ad *l.11.inf.de reg. iur.*
z noſtrum videri ſc. quod commune ſit *l.5. §.1. infr. de leg. 1. l.238. in fin. infr. de verb. ſign.*
a *l.12.infr.de adſign.lib.*
b vt ignobilis *l.13.ſ.eod.* facit *l.48.§.per.inf.eod.l.29.C.de adult.*

nos *a* ei ſeruatur, quæ ſe in tantum [fœdus *b*] deduxit.

De filio patroni. 1. De liberta ignominioſa. 2. De aſsignatione libertæ.

48. *Terentius Clemens* libro 8. ad legem Iuliam & Papiam.

FIlio patroni in libertam paternam eandémque vxorem idem *c* iuris, quod ipſi patrono daretur, ex ſententia legis accommodatur.

¶ Idémque dicendum erit, & ſi alterius patroni filius, viuo altero, libertam eorum vxorem duxerit.

1 ¶ Si ignominioſam libertam ſuam patronus vxorem duxerit, placet, quia *d* contra legem maritus ſit, non habere eum hoc legis beneficium.

2 ¶ Si vni ex filiis adſignatam *e*, alter vxorem duxerit, non idem ius quod [in] patrono tribuendum. nihil enim iuris habebit: quia ſenatus omne *f* ius libertorum adſignatorum ad eum tranſtulit, cui id pater tribuit.

De vxoribus ducendis ab inferioris, vel ſuperioris dignitatis hominibus.

49. *Marcellus* libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

OBſeruandum eſt, vt inferioris *g* gradus homines ducant *h* vxores eas, quas hi, qui altioris dignitatis ſunt, ducere legibus propter dignitatem prohibentur. at contrà, antecedentis *i* gradus homines non poſſunt eas ducere, quas his qui inferioris dignitatis ſunt, ducere non licet.

De manumiſsione, & fideicommiſſo.

50. *Idem* lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam.

PRoximè conſtitutum dicitur, vt cùm quis libertam ſuam duxerit vxorem, quam ex *k* fideicommiſſi cauſa manumiſerit, liceat libertæ, inuito eo, nuptias contrahere: puto, quia non erat ferendus is, qui ex neceſsitate *l* manumiſit, non ſuo arbitrio. magis enim debitam libertatem præſtitit, quàm vllum beneficium in mulierem contulit.

De ancilla manumiſſa matrimonij cauſa.

51. *Licinius Rufinus* lib. 1. Regularum.

MAtrimonij cauſa ancilla manumiſſa, à nullo alio vxor duci poteſt, quàm à quo manumiſſa eſt, niſi *m* patronus matrimonio eius renuntiauerit.

1 ¶ Si autem filiusfamiliàs, matrimonij *n* cauſa, iuſſu *o* patris, ancillam manumiſerit: Iulianus putat, perinde eam haberi, atque ſi à patre eius manumiſſa eſſet. & ideo poteſt eam vxorem ducere.

De inceſtis nuptiis, de dote.

52. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

INceſtæ nuptiæ neque *p* dotem *q* habent, & ideo omne quod perceptum eſt, licèt fructuum nomine, auferetur.

De parentibus & liberis.

53. *Gaius* lib. 11. ad Edictum Prouinciale.

NVptiæ conſiſtere non poſſunt inter eas perſonas, quæ in numero *r* parentium *ſ*, liberorúmve ſunt, ſiue proximi, ſiue vlterioris gradus ſint, vſque ad infinitum.

De cognatione & iuſtis nuptiis. De vulgo quæſitis.

54. *Scæuola* lib. 1. Regularum.

ET nihil intereſt ex iuſtis nuptiis cognatio deſcendat, an verò non; nam & vulgò *t* quæſitam ſororem quis vetatur vxorem ducere.

De filia vel nepte adoptiua. De patris adoptiui matre, matertera, nepte & filia.

55. *Gaius* lib. 11. ad Edictum Prouinciale.

QVin etiam nefas exiſtimatur, eam quoque vxorem ducere, quæ per adoptionem *u* filia, neptíſve eſſe cœperit, in tantum, vt, etſi *x* per emancipationem *y* adoptio diſſoluta ſit, idem iuris maneat.

1 ¶ Patris adoptiui mei matrem, aut *z* materteram, aut neptem ex filio, vxorem ducere non poſſum, ſcilicet ſi in familia eius ſim. alioquin ſi emancipatus fuero ab eo, ſine dubio nihil impedit nuptias, ſcilicet quia poſt emancipationem *a* extraneus intelligor.

Si ſororis filia in concubinatu fuerit.

56. *Vlpianus* lib. 3. Diſputationum.

ETiam ſi concubinam quis *b* habuerit ſororis *c* filiam, licèt libertinam, inceſtum committitur.

De filio officium gerentis. 1. De ſtatus confirmatione.

57. *Marcianus* lib. 2. Inſtitutionum.

QVi in prouincia officium aliquod gerit, prohibetur etiam conſentire filio *a* ſuo vxorem ducenti.

1 ¶ "In libro ſecundo de adulteriis Papiniani Marcianus notat": Diuos Marcus & Lucius Imperatores Flauiæ Tertullæ per Menſorem libertum ita reſcripſerunt, Mouemur *b* & temporis *c* diuturnitate, quo ignara *d* iuris in matrimonio auunculi *e* tui fuiſti, & quòd ab auia tua collocata es, & numero *f* liberorum veſtrorum. idcirco "qua" cùm hæc omnia in vnum concurrunt *g*, confirmamus *h* ſtatum *i* liberorum veſtrorum in eo matrimonio quæſitorum quod ante annos quadraginta *k* contractum eſt, perinde *l* atque ſi legitimè concepti fuiſſent.

Si libertina ſenatori, quaſi ingenua nupſerit.

58. *Marcianus* lib. 4. Regularum.

A Diuo Pio reſcriptum eſt, ſi libertina Senatorem deceperit, quaſi ingenua, & ei nupta eſt, ad exemplum prætoris edicti: dandam in eam actionem, quia ex dote nullum lucrum habet, quæ nulla *m* eſt.

De tutore & eius liberis.

59. *Paulus* libro ſingulari de Adſignatione libertorum.

SEnatuſconſulto *n*, quo cautum eſt, ne tutor *o* pupillam vel filio ſuo, vel ſibi nuptum collocet, etiam nepos *p* ſignificatur *q*.

De his ad quos tutelæ periculum pertinet 2. De tutoribus non adminiſtrantibus. 4. Si pendente excuſationis iudicio pupilla adoleuerit. 5. De nuptiis & ſponſalibus. 6. De filio tutoris adoptiuo. 7. De liberis à tutore datis in adoptionem. 8. Si heres tutoris prouocantis victus ſit.

60. *Idem* libro ſingulari ad orationem Diui Antonini & Commodi.

SI quis tutor quidem non ſit, periculum tamen tutelæ ad eum pertineat, an ſententia orationis contineatur? veluti ſi pupilla ab hoſtibus capta *ſ* fuerit, aut falſis *r* allegationibus à tutela ſe excuſauerit, vt *u* ex ſacris conſtitutionibus periculum ad eum pertineat? & dicendum eſt hos quoque ad ſenatuſconſultum pertinere. nam & huiuſmodi periculum in numerum trium tutelarum computari comprobatum eſt.

1 ¶ Sed ſi propter alterius perſonam periculum ad eum peruenerit, videamus, ne extra ſententia ſenatuſconſulti ſit. veluti ſi magiſtratus in tutelæ periculum incidit, vel fideiuſſerit quis pro tutore vel curatore. quia nec in numerum trium tutelarum hæc imputantur, & conſequens eſt, hoc probare.

2 ¶ Quid ergo, ſi honoris *x* cauſa tutor datus ſit? quatenus nec huiuſmodi tutela in numerum computatur, nunquid idem ſit? ſed ratio in contrarium ducit: quod dictum eſt, & honorarium tutorem periculum ſolere pati, ſi male paſſus ſit adminiſtrari tutelam.

3 ¶ Quin autem ille, qui, cùm datus eſt tutor, ceſſat *y* in adminiſtratione, pertineat ad orationem, non eſt dubitandum. quia perinde tenetur ex ſacris conſtitutionibus, atque ſi geſsiſſet.

4 ¶ Quid ergo ſi, cum ſe vellet excuſare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, excuſationis negotium fuerit dilatum, & inter moras pupilla adoleuerit? an ad ſenatuſconſultum pertineat? quæſtio in eo eſt, an & poſt pubertatem officio finito excuſationem eius recipi oporteat. nam ſi recipitur, & excuſauerit, impunè poteſt ducere. ſi verò non debeat recipi poſt officium finitum, non rectè ducit. Et ait Papinianus lib. 5. Reſponſorum, officio finito excuſationem recipi non oportere, & ideo exacti temporis periculum ad eum pertinere. ſed mihi hoc nequaquam placet: iniquum enim eſt, propter dilationem, quæ fortè non dolo, ſed quæ ex neceſſitate contingit, non excuſari, vel nuptias impediri excuſatione recepta.

5 ¶ Quamuis verbis orationis *z* cautum ſit, ne vxorem tutor pupillam ſuam ducat, tamen intelligendum eſt, ne deſponderi *a* quidem poſſe *b*. nam cum qua nuptiæ contrahi non poſſunt, hæc plerumque *c* ne quidem deſponderi poteſt. nam quæ duci poteſt, iure deſpondetur.

6 ¶ Quid ergo, ſi adoptiuus filius tutoris duxerit pupillam illicitè, poſteáque emancipatus fuerit? credendum

Nobilitas turpitudine vitæ amittitur *l. 1. in fin. C. vbi ſenatores.*
b in tantum ſcelus. *Hal.*
c *l. 5. inf de obſeq.*
d facit *l. 37. in fi. ſup. de minorib.*
e vide *l. 12. inf. de adſign. lib.*
f *l. 1. in princ. inf. de adſign. lib.*
g Tam malè inæquales veniunt ad aratra iuueci, Quàm premitur magno coniunge nupta minor. *Ouid. in Deianira. l.* Catulcia poſtea promiſcuè coniugia ſunt promiſſa *Liuius* 4.
h i. ducere poſſint.
i *l. 44. in fi. ſup. eo.* Quod minori non licet propter turpitudinem vel ſimilem cauſam, maiori ob eandem cauſam prohibetur.
k *l. 10. inf. de diuortiis.*
l Neceſſitate qui facit, non confert beneficium. *Bal.* in neceſſitatibus nemo eſt liberalis. *Bart.* facit *l. 84. inf. de hered. inſt. l. 1. §. penul. infr. de aqua quotidiana.*
m vide *l. 29. ſup. eo. l. 11. §. 1. inf. de diuortiis.*
n facit *l. 21. ĵ qui & à quib.*
o vide *l. 1. in fin. Cod. comm. de manum.*
p v. quæ ſcripſi ad *l. 4. C. de inceſt.*
q *l. 58 inf. eo. §. 12. Inſt. de nuptiis: v. l. 14. C. de inceſt.*
r *l. vlt. inf. eod. l. 14. §. 2. ſup. eo. §. 1. Inſt. de nup.* 4. *Harmen.* 6. §. 47. *Gen.* 2 *Leu.* 18. *Plato* 8. *de leg &* 8. *de repub.* Notandum eſt quod Varro 2. *de re ruſtica c.* 7. ſcribit, Cú equus matrem vt ſaliret, adduci non poſſet, & eum capite obueluto perorigæ adduxiſſet, coegiſſetque matrem inire, cum deſcendenti velum dempſiſſet ab oculis, equus impetum in eum fecit ac mordicus interfecit. idem ait Plinius 8. *c.* 13. & Ariſtoteles 8. *de hiſtoria animalium* 47.
ſ Sic Horatius: Dos eſt magna parentium virtus.
t adde *l. 14. §. 2. ſupr eod.*
u facit *l. 14. §. 1. ſupr. eod.*
x Extraneus quis non fit per emancipationem, adde *l. 1. §. extraneum. C. de rei vxoria act.*
y *l. 23. in fin ſup. de adopt verſ. & hac adeo. Inſt de nupt.*
w *l. 14. ſup. eod.*
z hæc verba, *aut materteram,* Horomanus 5. *obſeru.* 16. ex Gloſſa in contextum irrepſiſſe cenſet.
a *l. 12. l. 93 §. de adopt.* b etiam miles *l. 11. §. 1. inf. de adulteriis.*
c *l. 14 §. 2. ſuprà eod.*

a Nouell. Leonis 23. *l. vn. C. ſi rector prouinciæ.* aliud erat in filia *l. 38. in fin ſup. eod*
b Legitimandi ius, princip s eſt. Imò & inceſtuoſos legitimare poteſt, *vt hic, v. Rolandum à Valle* 11. *conſ.* 61. *n.* 32.
c Temporis diuturnitas, facti alieni ignorantia, & numerus liberorum principem ad legitimandum mouent, *v. Nou.* 139. *Nou.* 154.
d Ignaris iuris mulieribus ſuccurritur *l. 4. C. de inceſtis; Nou* 12. *c.* 1.
e vt in *l. 5. ſup. de cond. ſine cauſa, l. 17. C. de nupt.*
f Numerus liberorum minuit inceſtus crimen *l. 7. §. 3. inf. de bonis damn.*
g Singula quæ non proſunt, multa iuuant.
h adde *§. 2. in fin. Inſtit. de hered. ab inteſt.*
i an verò ipſum matrimonium confirmatur? non videtur, cùm protinus ſit dirimendum, *v. l. 4. in fin. C. de inceſtis.* Confirmatur itaque hic productum (i. numerus liberorum eorúmque ſtatus) at non producens, i. ipſum inceſtuoſum matrimonium.
k Matrimonium non poteſt per annos quadraginta præſcribi. *Bart.*
l Legitimatio retro agitur ad tempus conceptionis: nempe vt legitimati fingantur legitimè concepti adde *l. 1. l. 2 inf de natal. reſt.* ita legitimatio quaſi reſtitutio natalium eſt.
m vide *l. 52. ſupr. eod.*
n *l. 6. §. 1. infr eod. l. 7. inf. de adulteriis*
o *l. 36. ſupr. eod. l. 62. in fin. inf. eod. l. 15. in fin. ſupr. de ſponſ. l. 1. C. de interd. matrim.*
p *l. 229. inf. de verb. ſign.* & heres *l. 64. §. 1. inf. eod.*
p Nepos filij appellatione continetur ex interpretatione, non eſt propria ſignificatione *l. 14. ſup. de S. C. Maced. l. 6. in fin. C. ad Maced.*
v quæ ſcripſi ad *l. 6. inf. de teſtam. tut. l. iuſta* 84. ĵ. *de verb. ſign.*
r Eſt & eiuſmodi qui falſis allegationibus ſe excuſauit. *§. vlt. Inſt. de excuſ.*
ſ tunc finitur tutela *§. 1. Inſt. quib mod. tut.*
t vide *l. 1. 2. C. ſi tut. vel cur. falſ. alleg.*
u aut ex, *Hal.*
x vt in *l. 3. §. 2. inf. de adm. tut. l. 14. infr de ſolut.*
y dixi ad *l. 3. C. de teſtam. tut.*
z *l. 15. ſupra de ſponſalib. l. 5. C. de interd. matrim.* Imò ſenatuſconſulto *l. 4. C. de ex uſat. tut.* dixi ad *l. 7. C. de præd. min.*
a *l. 15. l. 16 ſupr. de ſponſ.*
b Tutor pupillam ſuam vxorem ducere non poteſt: quod & verbis legis ita aperte exprimitur An & deſpondere poteſt? Minimè: nã plerunq; hoc euenit, vt qui cum aliqua non poſſint nuptias cõtrahere, non poſſint & cum eadẽ ſponſalia contrahere. ſicut: per contrariũ euenit, vt quam poſſis ducere, poſſis eandẽ deſpondere. Conſtat ita argumentũ, à nuptiis permiſſis ad ſpõſalia permiſſa: vt ab iiſdem prohibitis, ad eadem ſponſalia interdicta. c hoc dictum eſt propter viduam, quæ

dendum eſt, de adoptiuis emancipatis ſenatum non ſenſiſſe: quia poſt emancipationem in totum adoptiuæ familiæ obliuiſcuntur.

7 ¶ Naturales liberi a licet in adoptionem dati fuerint, ſenatuſconſulto continentur.

8 ¶ Quid ergo, ſi tutor datus prouocauit a, & poſtea heres eius victus eſt? præteriti temporis periculum præſtare debet? an verò, ſi filius heres fuerit, & victus eſt, ad orationem pertineat? & conſequens eſt, hoc probare, quoniam rationem b debet reddere.

De dote caduca.

61. *Papinianus* libro 32. Quæſtionum.

DOte propter illicitum matrimonium caduca c facta, exceptis impenſis neceſſariis, quæ d dotem ipſo iure minuere ſolent, quod iudicio de dote redditurus eſſet maritus, ſoluere debet.

De matre, cui pater eligendi filiæ maritum arbitrium dedit. 1. De collibertis. 2. De tutore qui rationes reddidit, & adulta liberos habente.

62. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

QVamquam in arbitrio e matris pater eſſe voluerit, cui nuptum filia communis collocaretur: fruſtra tamen ab ea tutor datus eligetur: neque f enim intelligitur pater de perſona tutoris cogitaſſe, cum ideo maxime matrem prætulit, ne filiæ nuptias tutori committeret.

1 ¶ Mulier liberto viri ac patroni ſui mala ratione g coniungitur.

2 ¶ Tutor, qui rationes curatori reddidit, puellam ſuam ante conſtitutum tempus ætatis eius vxorem ducere, nec matrem ex alio matrimonio factam poteſt.

De præfecto cohortis vel equitum, vel tribuno.

63. *Idem* libro 1. Definitionum.

PRæfectus cohortis, vel equitum, aut tribunus, contra interdictum h, eius prouinciæ duxit vxorem, in qua officium gerebat: matrimonium non erit: quæ ſpecies pupillæ comparanda eſt, cùm ratio potentatus nuptias prohibuerit.

¶ Sed an huic quoque, ſi virgo i nupſit, non ſit auferendum, quod teſtamento relictum eſt deliberari poteſt: exemplo tamen pupillæ nuptæ tutori, quod relictum eſt k, poteſt mulier conſequi: pecuniam tamen in dotem datam mulieris heredi reſtitui l neceſſe eſt.

De liberto tutore. 1. De tutore & eius filio, vel extraneo herede. 2. De filia tutoris.

64. *Calliſtratus* libro 2. Quæſtionum.

LIbertum, eundémque tutorem pupillæ, eo quòd in matrimonium collocata ipſi tutori ſuo, vel filio eius eſt, ſenatus relegandum cenſuit.

1 ¶ Senatuſconſulti, quo prohibentur tutores & filij eorum, pupillas ſuas ducere, puto hæredem quoque tutoris extraneum m ſententia adprehendi: cùm ideo prohibuerit huiuſmodi nuptias, ne pupillæ in re familiari circumſcribantur ab his, qui rationes n eis geſtæ tutelæ reddere compelluntur.

2 ¶ Tutor autem pupilli non prohibetur filiam o ſuam collocare pupillo ſuo in matrimonium.

De his qui militant in patria ſua. 1. De officio prouinciali finito.

65. *Paulus* lib. 7. Reſponſorum.

EOs, qui in patria p ſua militant, non videri contra mandata ex eadem prouincia vxorem ducere: idq; etiam quibuſdam mandatis contineri.

1 ¶ Idem ‖ eodem ‖ reſpondit, mihi placere, etſi contra mandata contractum ſit matrimonium in prouincia, tamen poſt depoſitum officium, ſi in q eadem voluntate perſeuerat, iuſtas nuptias effici, & ideo poſtea liberos natos ex iuſto matrimonio, legitimo eſſe r. s

De tutore vel curatore, eorúmve filio. 1. De curatoris liberto.

66. *Idem* lib. 2. Sententiarum.

NOn eſt matrimonium, ſi tutor ſ, vel curator pupillam ſuam intra viceſimum & ſextum t annum, non deſponſam à patre, nec teſtamento deſtinatam u ducat vxorem, vel eam filio ſuo iungat: quo facto vterque infamatur x, & pro dignitate y pupillæ extra ordinem coercetur: nec intereſt, filius z ſui iuris, an in patris poteſtate ſit.

1 ¶ Curatoris a libertum eam pupillam, cuius patronus res adminiſtrat, vxorem ducere, ſatis inciuile eſt.

intra tempus luctus deſponderi poteſt: non tamen duci, l.20.§.1.ff. *de his qui notantur.*

a atqui prouocare non poteſt. §.16. *Inſt. de excuſ. tut.*

b eadem eſt ratio in *l.64.§.1.ff.eo.*

c Caduca dicitur, cùm dos ab ea cecidit cui data eſt, & fiſco cedit, *l.38.§.1.ff.eod.16.Vlp. in fin.*

d *l.1.§.2.ff. de impenſ. in res dotal.factis.*

e Generale & liberum arbitrium non extenditur ad perſonas ſpecialiter prohibitas, *Bald.*

f Non venit in poteſtatem arbitrij id quod iure fieri non poteſt, *l.6.§.2.ff.de cond. indebiti: l.46.ff.de peculio.* Liberum enim & generale limitatur & reſtringitur ad honeſta: verbi gratia: Pater iuſsit filiam nubere matris arbitrio? non poterit mater filiam collocare patris inimicis.

g i. malo exemplo, ne quis putet eum, patrono adhuc ſuperſtite, adulterium in eam commiſiſſe, 28. *Ecl.5. c.13.*

h id eſt, contra mandata, *l.2.§.1. ff. de his quæ vt indign. l.6. C.de nup. v.l.38.ff.eod.*

i id eſt, impubes, quam ſignificationem Nonius notat: atque inde, puberes, deuirginatos dici, *Cuiac.6. obſer.*16.

k *l.vlt.ff.de leg.*1.

l vide *l. vnic. C.ſi rector prouinciæ: l. vnic.C. ſi quacunque præditus.*

m filij appellatione intelligitur hic, etiam extraneus, & quidem propter identitatem rationis. vnde colligere poſsis: Statutorum rationem attendi oportere, licet ſtatuta ſint ſtricti iuris.

n *l.60.ff.eod.*

o *v.l.38.in fin.ff. eodem.*

p prouincia, *Baſil.*

q *l.6.C.de nupt.*

r An verò dos quæ caduca fuit hoc caſu reuiuiſcit? negat Gordiani conſtitutio relata à Pithæo apud *Cuia. 1.obſ.11.* ait autem *l.68.ff.de iure dot.*

ſ *l.36. ſuprà eod.* t & ſeptimum annum *Hal.* & ita legunt in *l.7.ff.de adult.* Hodie intra annum 29. quoniam annus vtilis mutatus eſt in quadriennium continuum, *v.l.6.C.de interdict.matrim.*

u Deſtinabantur vxores filiis à parentibus teſtamento vel inter viuos, citra conuentionem, *l.36.ſuprà eod.l.7.§.1.ſuprà eod.l.16.ff. de diuortiis: l.101.ff. de cond. & dem.l.134.ff.de ver.obl.l.7.ff.de adult.l.6.C.de interd.matr.* hinc apud Comicum, moriens, Te iſti virum do, amicum, tutorem, patrem, & *alibi*, amicum, amatorem, virum in quouis loco paratum. Hos enim omnes affectus, in vno marito eſſe oportet: & apud Hom. Ἕκτωρ ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ, ϗ πότνια μήτηρ, Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης. *Cuiac.13.obſ.33.*

x Imò non infamatur, *l.12.ſuprà de his qui not.*

y Quotiens de mitiganda vel exaſperanda pœna agitur, potiùs inſpicitur perſona in quam delinquitur, quam perſona delinquentis, *Bal.*

z *ſub.* tutoris vel curatoris, qui vult pupillam ſuam vxorem ducere.

a tutori: curatoriſve, *Hal. l.37.ſuprà eod.*

De filio tutoris. 1. Si auus tutelam neptis geſſit. 2. De patre vel fratre tutoris vel curatoris. 3. Si tutor vel curator adoptet maritum puellæ. 4. De curatore ventris & bonorum. 5. De filia eius quæ ſub tutela vel curatore fuit. 6. De tutore, qui abſtinuit pupillam bonis paternis.

67. *Tryphoninus* a libro 9. Diſputationum.

NOn ſolùm viuo tutore, ſed & poſt mortem eius filius tutoris ducere vxorem prohibetur eam, cuius tutelæ rationi obſtrictus pater fuit: nec puto intereſſe, exſtiterit ei heres filius, an abſtinuerit paterna hereditate, an nec heres fuit, fortè exheredatus, aut præteritus, emancipatus b nam & fieri poteſt, vt per fraudem c in eum collocata bona patris propter tutelam, reuocari oporteat.

1 ¶ De vno dubitari poteſt, ſi auus tutelam geſſit neptis ex filio emancipato natæ, an nepoti ex altero filio eam collocare poſsit d, ſiue emancipato, ſiue manenti in poteſtate: quia * par e affectionis cauſa, ſuſpicionem f fraudis amouet g: ſed etſi ſenatuſconſultum ſtricto iure contra omnes tutores nititur, attamen ſummæ h affectionis auitæ intuitu, huiuſmodi nuptiæ concedendæ ſunt.

2 ¶ Sed & ſi filiuſfamilias i tutor puellæ vel curator fuit, puto ‖ vel ‖ magis patri eius non oportere eam nubere: nunquid nec fratri, qui eſt in eiuſdem poteſtate k?

3 ¶ Sed videamus ſi Titij filius duxerit vxorem eam, quæ tua pupilla fuit, deinde Titium, vel filium eius adoptaueris, an perimentur nuptiæ, vt in genero adoptato l dictum eſt, an adoptio impeditur? quod magis dicendum eſt, etſi curator, dum gerit curam, adoptauerit maritum eius puellæ, cuius curator eſt, nam finita iam tutela, & nupta puella alij, vereor m ne longum ſit n, adoptionem mariti eius impedire: quaſi propter hoc interponatur, vt ratio o tutelæ reddendæ cohibeatur: quam cauſam prohibitionis nuptiarum contrahendarum oratio D. Marci p continet.

4 ¶ Et ſi quis curator ventri q boniſque datus ſit, prohibitionem eiuſdem ſenatuſconſulti r inducit. nam ſ & hic debet rationem reddere: nec ſpatium t adminiſtrationis mouere nos debet: quia nec in tutore, nec curatore diſcrimen maioris aut minoris temporis, quo in huiuſmodi munere quis fuerit, habitum eſſe u.

5 ¶ Si puellæ x tutelam Titius adminiſtrauit, vel curator negotia geſſit: eáq; nondum recepta ratione, deceſsit, filia herede relicta: quærenti, an eam filio ſuo poſſet Titius collocare in matrimonium, dixi poſſe y quia ratio hereditaria eſſet, & ſit ſimplex z debitum: alioquin omnis debitor eam, cui obligatus eſſet ex aliqua ratione, prohibetur ſibi filióque ſuo coniungere.

6 ¶ Sed & is, qui pupillam abſtinet bonis patris ſui rationem eius rei præſtare debet: & fieri poteſt, vt etſi inconſultius hoc fecerit, ‖ & ‖ hoc nomine condemnari debeat: ſed etſi, optimo conſilio a, vſus ſit auxilio prætoriæ iuriſdictionis, quia non ſoluendo pater eius deceſſerat, nihilominus tamen quia iudicio hoc probari oportet, impediuntur nuptiæ. nam qui bene tutelam & ex fide adminiſtrauit, nihilominus prohibetur.

De inceſtu.

68. *Paulus* lib. ſingulari ad Senatuſconſultum Turpillianum.

IVre gentium b inceſtum committit c, qui ex gradu aſcendentium d vel deſcendentium e vxorem duxerit.

¶ Qui verò ex latere eam duxerit, quam vetatur: vel ad finem, quam impeditur: ſiquidem palam fecerit, lenius: ſi verò clam f hoc commiſerit, grauius punitur: Cuius diuerſitatis illa ratio eſt circa matrimonium, quod ex latere non g bene contrahitur: Palam delinquentes, vt h errantes maiore pœna excuſantur: clam i committentes, vt k contumaces plectuntur.

a Trypho. *Baſil.*

b vel emancipatus *Hal.*

c Coniunctas inter perſonas (putâ patrem & filium) facilè præſumitur fraus, *l.50.§.1. in fin. ff. de bon. lib.* adde *l.15.ff. de donat.*

d poteſt, *l.3.ff.eod.*

e Par affectio nihil diſpar admittit.

f Pater non præſumitur filios ſuos decipere velle, ſed omnibus liberis ex æquo pater eſſe, omnes ex æquo amare, nulli detrahere velle, vt adiiciat alteri, adde *l.50.in fin.ff. de bon. lib.*

g *l. pen. in fi. prin. C. de adopt.* (quod in teſtimoniis diligenter ſpectandum: hinc enim colligunt, æque coniunctum, neutri parti præſumi ſuſpectum) imò quandoq; inducit *l. vlt. C.vbi pupilli: & l. antep. C. de excuſ. tut.* Inducit vbi ſpes eſt lucri, *d. l. vlt.* vel vbi diſpar affectio quodammodo, *d.l.antep.*

h Amor nepotum ſummus eſt in auo. Amor quippe magis deſcendit, quam aſcendit, adde *l.7.§.1. C.de curat. furioſ.*

i poteſt enim filius fam. tutor dari, *Inſt.qui teſt. tut. in pr.l.7.ff.de tutelis.*

k haud dubiè, arg. *l.5.ff.de excuſ.tut.*

l id eſt, quem adoptare volumus, §.2. *Inſt. de nupt. & ibi Th.*

m de hac dictione, *v.l.45.in fin. ſuprà eodem.*

n id eſt, remotum à ratione. *Acc.*

o *l.64.§.1.ff.eod.*

p Antonini & Commodi.*l.60.ff.eod.*

q adde 4. *Harm.6.* §63.

r eiuſdem Senatuſconſulta, *Hal.*

ſ optima ratio, vt & ff *l.10.* §.3.

t Idem operatur tutela vnius diei quod longi temporis. *Bal.*

v habitum eſt. *Hal.* ideóque curator datus bonis, inuentarium facere tenetur, *Bal.*

x ſi pupillæ, *Hal.*

y & ita priuilegia perſonalia non transferuntur etiam ad filium, *Bal.*

z non vallatum priuilegio defuncti, de quo lex 42.*ff.de admin.tut.*

a Quoties tutor pupillum vel pupillam abſtinet ab hereditate patris, optimum conſilium optimáque cautio eſt, vt abſtineat cum decreto iudicis, *Bald.* optimum conſiliũ eſt facere aliquid authoritate iudicis, *l.7.§.2.verſ.permittit.ff.de minor.*

b *l.5 §.1.ff.de condict.ſine cauſ.l.38.§.2.ff.de adult.*moribus, *l.39.in fin.ff.eod.*

c Imò iure gentium inceſtus his caſibus non committitur. Nec enim apud Perſas prohibitæ huiuſmodi conſuetudines. Catullus: Naſcetur Magus ex Gelli matriſque nefando Coniugio, & diſcat Perſicum haruſpicium. Nam Magus ex patre & gnato gignantur oportet: Si vera Perſarũ eſt impia religio. Idem refert Harmenop. 1.*tit.*1.§.15. & Mirrha apud Ouid. 10. *Metamorphoſeos*: & quod natura remittit, Inuida iura negant, Gentes tamen eſſe feruntur: In quibus & nato genitrix & nata parenti Iungitur, & pietas geminato creſcit amore. Tibullus 2. *elegia* 3. *in fin.* Glans aluit veteres, & paſsim ſemper amarunt, adde Auguſtinum c.18. *in Leuitic.*

d *l.53.ff.eod.* e *l.17.C.de nup.* f Palam qui deliquit, per errorem præſumitur labi: qui clam per contumaciam? Præſumitur dolus ex facto clandeſtino. vide Cæpolam in *l.1.in fin.C.de vſucap. pro empt.*

g Non bene: quid eſt? an inceſtum committere, an potiùs inceſtum quidem non committere, ſed non honeſtè contrahi. h Clam delinquens grauius punitur quàm qui palam. *Bald.l.54.ff. de admin. tut.l.5.§.4.ff.de autor. tut l.3.§.1.ff. de iure fiſci.* i Mali oderunt lucem.

k Clandeſtinum factum præſumitur dolo factum, *Bald.*

DE *a* IVRE *b* DOTIVM *c*.

TIT. III.

Dotis cauſam eſſe perpetuam.

Paulus libro 14. ad Sabinum.

DOtis *d* cauſa perpetua *e* eſt: ‖ & ‖ cum voto eius, qui dat, ita contrahitur, vt ſemper *f* apud maritum ſit.

Fauor dotis.

2. *Idem* lib. 60. ad Edictum.

REipublicæ intereſt *g*, mulieres, dotes ſaluas habere, propter quas nubere poſſunt.

De matrimonio facti.

3. *Vlpianus* libro 63. ad Edictum.

DOtis appellatio non refertur ad ea *h* matrimonia, quæ conſiſtere non poſſunt: neque *i* enim dos ſine matrimonio eſſe poteſt: vbicunque igitur matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt. *k*.

De eo quod rei dotali accedit.

4. *Paulus* lib. 6. ad Sabinum.

SI proprietati nudæ in dotem datæ vſusfructus acceſſerit *l*, incrementum videtur dotis, non alia dos. quemadmodum ſi quid alluuione *m*. acceſsiſſet.

Quæ ſit dos profectitia.

5. *Vlpianus* lib. 31. ad Sabinum.

PRofectitia *n* dos eſt, quæ à patre, vel parente *o* profecta eſt de bonis, vel facto *p* eius.

1 ¶ Siue igitur parens dedit dotem, ſiue procurator eius, ſiue iuſsit alium dare: ſiue, cùm quis dediſſet negotium eius gerens, parens ratum habuerit, profectitia dos eſt.

2 ¶ Quod ſi quis patri donaturus dedit, Marcellus libro ſexto Digeſtorum ſcripſit hanc quoque à patre profectam eſſe *q*: & eſt verum.

3 ¶ Sed & ſi curator furioſi, vel prodigi, vel cuiuſuis alterius, dotem dederit, ſimiliter dicemus, dotem, *r* profectitiam eſſe.

4 ¶ Sed & ſi proponas, prætorem, vel præſidem decreuiſſe *ſ*, quantum ex bonis patris *t* ‖ vel ‖ ab hoſtibus capti, aut à latronibus oppreſsi, filiæ in dotem detur: hæc quoque profectitia videtur.

5 ¶ Si pater repudiauerit hereditatem, dotis conſtituendæ cauſa, fortè quòd maritus erat ſubſtitutus, aut quia potuit ab inteſtato hereditatem vindicare, dotem profectitiam non eſſe Iulianus ait.

¶ Sed & ſi legatum in hoc repudiauerit pater, vt apud generum heredem remaneat, dotis conſtituendæ cauſa, Iulianus probat, non eſſe profectum id de bonis: quia nihil erogauit *u* de ſuo pater, ſed non adquiſiuit.

6 ¶ Si pater, non *x* quaſi pater, ſed alio dotem promittente, fideiuſsit, & quaſi fideiuſſor, ſoluerit; Neratius ait, non eſſe profectitiam dotem, quamuis pater ſeruare à reo id, quod ſoluit, non poſsit.

7 ¶ Sed ſi pater dotem promiſit, & fideiuſſorem *y*, vel reum *z* pro ſe dedit, ego puto, profectitiam eſſe dotem: ſufficit enim quòd pater ſit obligatus ſiue reo, ſiue fideiuſſori.

8 ¶ Si filius familiàs mutuatus, creditorem delegauit, vt daret pro filia dotem, vel etiam ipſe *a* accepit, & dedit, videri dotem ab auo profectam, Neratius ait, hactenus, quatenus *b* auus eſſet dotaturus neptem ſuam: id enim in rem aui videri verſum.

9 ¶ Si quis *c* certam quantitatem patri donauerit, *ita vt hanc pro filia dares*: non *d* eſſe dotem profectitiã, Iulianus libro ſeptimodecimo Digeſtorum ſcripſit: obſtrictus eſt enim, vt det: aut ſi non dederit, condictione tenetur. Hoc & in matre iuris eſſe ait, ſi fortè ſub ea conditione vxor marito det, *vt pro filia e genero in dotem dares*: nec videri vxorem marito donaſſe: rectiſsimè ergo ait, vt non ſit interdicta donatio iure ciuili. non enim ‖ ad ‖ hoc dedit, vt ipſe habeat, ſed vt genero pro filia expendat: denique ſi non dederit, condictione *a* tenetur: eſſe igitur dotem iſtam aduentitiam Iulianus ait, & ita vtimur.

10 ¶ Si filius familiàs dotem promiſerit, & ſui iuris factus, dederit: profectitiam eſſe dotem: non enim pro hereditate patris æs alienum ſoluit, ſed ſuum æs alienum ſuſceptum, dum filius familiàs eſſet, paterfamiliàs factus exonerauit.

11 ¶ Si pater pro filia emancipata *b* dotem dederit, profectitiam nihilo minùs dotem eſſe, nemini dubium eſt: quia * non ius poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profectitiam facit: ſed ita demum, ſi vt parens dederit: cæterum ſi, cùm deberet filiæ, voluntate eius dedit, aduentitia dos eſt.

12 ¶ Papinianus libro decimo quæſtionum ait, cùm pater curator ſuæ filiæ iuris ſui effectæ, dotem pro ea conſtituiſſet, magis *c* eum quaſi patrem id, quàm quaſi curatorem, feciſſe videri *d*.

13. ¶ ‖ *Iulianus* lib. 19. Digeſtorum. ‖

ADoptiuum quoque patrem, ſi ipſe dotem dedit, habere *e* eius repetitionem ait.

14 ¶ Si quis pro aliena filia dotem promiſerit, & promiſſori pater heres exſtiterit, Iulianus diſtinguit intereſſe, ante nuptias pater heres exſtiterit, & dotem dederit, an poſtea: ſi ante, videri dotem ab eo profectãm: potuit *f* enim nuntium remittendo, reſoluere dotem: quòd ſi poſt nuptias, non eſſe profectitiam.

De dote profectitia patri reddenda. 1. quæ ſit dos profectitia. 2. De circumuentione.

6. *Pomponius* lib. 14. ad Sabinum.

IVre ſuccurſum eſt patri, vt filia *g* amiſſa *h*, ſolatij loco cederet, ſi redderetur ei dos ab ipſo *i* profecta: ne & filiæ amiſſæ, & pecuniæ damnum ſentiret.

1 ¶ Si pater alienum *k* fundum bona fide emptum, in dotem dedit, ab ipſo profectus intelligitur.

2 ¶ Si in dote danda circumuentus ſit alteruter *l*, etiam maiori annis viginti quinque ſuccurrendum *m* eſt: quia bono & *n* æquo non conueniat, aut lucrari *o* aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire per alterius lucrum.

De fructibus dotis. 3. De dominio rei dotalis, aut dotis deſtinatæ, & acceſsione temporis.

7. *Vlpianus* lib. 31. ad Sabinum.

DOtis fructum *p* ad maritum pertinere debere æquitas ſuggerit: cùm enim ipſe onera *q* matrimonij ſubeat, æquum eſt, eum etiam fructus percipere.

1 ¶ Si fructus conſtante matrimonio percepti ſint, dotis non erunt: ſi verò ante *r* nuptias percepti fuerint, in *ſ* dotem conuertuntur, niſi *t* fortè aliquid inter maritum futurum, & deſtinatam vxorem conuenit: tunc enim, quaſi donatione facta, fructus non redduntur.

2 ¶ Si vſusfructus *u* in dotem datus ſit, videamus, vtrùm fructus reddendi ſunt, nec ne: & Celſus libro decimo Digeſtorum ait, intereſſe quid acti ſit: &, niſi appareat aliud actum, putare ſe, ius ipſum in dote eſſe, non etiam fructus, qui percipiuntur.

3 ¶ Si res in dotem dentur, puto in bonis mariti *x* fieri, acceſsionémque *y* temporis marito ex perſona mulieris concedendam.

¶ Fiunt autem res mariti, ſi conſtante matrimonio in dotem dentur.

¶ Quid ergo, ſi ante matrimonium? Si quidem ſic dedit mulier, *vt ſtatim eius fiant*, efficiuntur: enim vero ſi hac conditione dedit, *vt z tunc efficiantur cùm nupſerit*, ſine dubio dicemus, tunc eius fieri, cùm nuptiæ fuerint ſecutæ: proinde ſi fortè nuptiæ non ſequantur nuntio remiſſo, ſi quidem ſic dedit mulier, *vt ſtatim viri res fiant*, condicere *a* eas debebit miſſo nuntio. enimvero ſi ſic dedit, *vt ſecutis nuptiis incipiant eſſe*, nuntio remiſſo, ſtatim eas vindicabit: ſed ante nuntium remiſſum ſi vindicabit, exceptio *b* poterit nocere vindicanti *c*, aut doli, aut in factum: doti enim deſtinata non debebunt vindicari *d*.

8. *Calliſtratus* lib. 2. Quæſtionum.

SEd niſi hoc euidenter actum fuerit, credendum *e* eſt hoc agi, *vt ſtatim res ſponſi fiant* f: &, niſi nuptiæ ſecutæ fuerint, reddantur.

1. Dotis cauſa data quæ dicuntur. 3. De paraphernis.

9. *Vlpianus* lib. 31. ad Sabinum.

SI ego Seiæ res dedero, *vt ipſa ſuo nomine in dotem det*; efficientur eius, licèt non in dotem ſint datæ: ſed condictione tenebitur. Quòd ſi pro ea res ego dem, ſi quidem ante nuptias: intereſt, qua conditione dedi, vtrùm *vt ſtatim fiant accipientis*, an *ſecutis nuptiis*: ſi ſtatim, nuntio

a §. C. 12. Nou. 91. 97. 98. 18. *Eclog.* 15. 19. *tit.* 1. 3. *C. Theodoſiani* 13. *Vlp.* 6. *Pau.* 2. *ſent.* 21. *Nouell. Leon.* 21. 25. & 4. *Harm.* 8.
b περὶ προνομίας *Eclog.* id eſt, priuilegio *Cuiac. ad l.* 1. *C. de iure fiſci*: cauſa, conditione dotis: *Cuia. C. hoc tit.*
c Dotium enim variæ ſpecies, alia eſt profectitia, alia non profectitia, & aduentitia, *l.* 5. ℑ. *eo.*
d Dos, eſt pecunia marito nuptiarum cauſa data, vel dicta, vel promiſſa. vnde Martiano Capellæ reciprocum & repenſatrix nuptiarum dicitur. *Cuiac. hic*: v. quæ notaui ad *l.* 9. §. 3. ℑ. *eod.*
e Cur dotis cauſa perpetua eſt? qui dat dotem, eo voto atq; animo dotem dare intelligitur, vt ſemper apud maritum ſit: ſemper, hoc eſt, matrimonio conſtante.
f his verbis ſignificatur, ex dotis cauſa dominium adquiri marito: nec enim cauſæ contractuum temporariæ (vt locationis) dominium mutant ſed perpetuæ. *Cuiac. C. eod.*
g *l.* 18. ℑ. *de rebus authoritat. iudic. l.* 1. ℑ. *ſoluto.*
h *l.* 6. *C. de inceſtis*: *l.* 58. ℑ. *de ritu nupt.* §. *pen. Inſt. de nupt.*
i imò dos ſine matrimonio eſſe poteſt. Nam ſi pater dotem legat. in teſtamento, filia dotata intelligitur: tametſi non nubat, tametſi non ſit nupta, ſed virgo. arg. *l.* 7. *in fi.* ℑ. *de adult.* Durum tamen eſt hoc quod nonnulli notant, Filiam dotalem ſtatuto excluſam vbi maſculi fuerint, dotatam intelligi, ſi quid ei à patre ſimpliciter ſit legatum: idque legatum tacitè dotis cauſa factum intelligi: vt ea ratione filia à paterna hereditate excludatur ſtantibus maſculis. *Glo. in l. cum plures* 12. §. *cum tutor.* 3. ℑ. *de admin. tut. Bald. in l.* 23. ℑ. *eod. Bart. in l.* 66. ℑ. *de ritu. Cremenſis ſingulari* 3. Alexander id non admittit in *l.* 23. ℑ. *eod.* Ioannes admittit, in filia pubere & nubili.
k quaſi dos tamen dicitur. *v. l.* 13. §. 1. *circa fin.* ℑ. *de pet. her.* aliàs vbi non cadit matrimonium, ibi nec nomen dotis cadit. l Augmentum dotis, dicitur eadem dos, non noua *Bal.* m Dos alluuione augetur, *vt hic.* vt & pignus. vide *l.* 16. ℑ. *de pignorib.* vbi dixi. n *Vlp.* 6. §. 3. *v. Campegium tract. de dote. parte* 1. *q.* 1.
o *l.* 81. ℑ. *eod.* p *l.* 2. §. 1. ℑ. *ſoluto*: virilis ſexus, non à matre, *l.* 6. *C. eod.* vt extraneus ſit omnis citra parentẽ. *l.* 26. §. 1. *C. l. vnic.* §. 13. *in fin. C. de rei vxoriæ act.*
q facit *l.* 6. ℑ. *de collat. bon.* Adde quæ ſcripſi ad Accurſium de profectitia dote.
r Imò non videtur hæc dos profecta à patre. §. 9. ℑ. *eod.*
ſ pro modo facultatum. *l.* 68. ℑ. *eod.* t puta furioſi *l.* 8. ℑ. *de pact. dotal.* vbi pater eſt impeditus, iudex poteſt ſupplere defectum patris, & eius nomine dotem conſtituere. *Bal.* u Repudiatio legati facta à patre, dotis licet conſtituendæ cauſa, profectitiam dotem non facit, nec dotis profectitiæ titulum confert: eſt enim repudiatio, quædam priuatio, non titulus. *Bald.* Aliud eſt de ſuo erogari, & aliud non adquirere. x Profectitia vt ſit dos non ſufficit vt pater eam ſoluat: neceſſe eſt enim vt eam tanquam pater & de ſuo ſoluerit. y Pro dote danda poteſt dari fideiuſſor, *vt hic.* non pro reſtituenda *C. ne fideiuſſ. dot.*
z Pro dote danda poſſunt conſtitui duo rei *l. vlt. in fin. C. de dote cauta.*
a *l.* 7. §. 2. ℑ. *de S. C. Maced.* b *l.* 7. *in fi.* ℑ. *de in rem verſo.* hinc collige, auum cogi neptem dotare: *v. l.* 6. ℑ. *de collat. bon.* c extraneus: ſcilicet dos aduentitia eſt, quam extraneus, vel mater dat, *Vlp.* 16. §. 3. d Imò eſt profectitia. §. 2. ℑ. *eod.*
e communi *l.* 2. ℑ. *eod. l.* 34. ℑ. *de don. int. vir.*

a vide *l.* 2. §. 3. ℑ. *de donat.*
b v. quæ ſcripſi ad *l.* 4. *C. ſoluto.*
c Officium habens naturale & accidentale, in dubio videtur exſequi naturale, *Bald.* Id enim potentius eſt, *l. vlt. verſ. vtramque igitur. Cod. de dot. promiſſ.*
d Imò videtur potiùs animo ſe liberandi, quàm quid donandi animo feciſſe, arg. *l.* 22. §. 3. ℑ. *ſoluto.*
e dixi ad *Vlpianum* 6. §. 4.
f Pater poteſt vſque ad tempus nuptiarum pœnitere, *v. l. vn. C. ſi rect. prouinc.*
g *l.* 4. *C. ſoluto.*
h nullis ſc. relictis liberis *l.* 26. §. 2. *inf. de pactis dot.* & ſic mortua filia, actio dotis profectitiæ conſolidatur patri. *Bald.* Sed tamen Vlpian. in *fragm. tit.* 6. §. 4. ſic ſcribit. Mortua in matrimonio muliere, dos à patre profecta ad eum reuertitur quartis in ſingulos liberos in infinitum relictis penes virum: quod ſi pater non ſit, apud virum remaneat.
i *l.* 4. *Cod. ſolut. matr.*
k *l.* 81. ℑ. *eod.*
l i. & ipſa vxor vltra vires patrimonij *l.* 12. §. 1. ℑ. *eod.* An mater mulieris? an ipſe maritus? is certè reſtituitur: ſi donationem fecit propter nuptias immenſam, non ſeruato modo patrimonij *l.* 1. *C. ſi aduerſ. donat.*
m idque fauore dotis *Accurſ.* an per reſtitutionem in integrum, an ex æquo & bono *Cuiac. ad l.* 9. §. 1. ℑ. *de minor.*
n *v. l.* 3. *C. comm. vtriuſque iudicij.*
o *l.* 12. §. 1. *ſup. de diſtract. pign. v. l.* 14. *ſupra de cond. indeb.*
p *l.* 10. §. 3. ℑ. *eod. l. vlt.* §. 2. *C. eod. l. vn.* §. 9. *Cod. de rei vxor. act.*
q *l.* 65. *in fin. pro ſocio.*
r *l.* 48. *infr. eod. l.* 38. §. 12. ℑ. *de vſur. l.* 28. *infr. de pact. dotal.*
ſ Dotem augent fructus ante nuptias percepti.
t *l.* 27. ℑ. *de don. inter virum.*

u vide *l.* 4. *infr. de pact. dotal.* x. *l.* 75 *infr eod. l.* 9. *C. de rei vind.* adde *l.* 5. *C. de collationibus.* y *l.* 13. §. 6. *infr. de adquir. poſſeſſ.*
z Dominium ſub conditione transferri obſerua *l.* 37. §. 1. *inf. de adquir. poſſeſſ.*
a *l.* 79. *infra eodem.*
b *l.* 44. *in fin. infra eodem.*
c d *l.* 9. *C. de rei vind.*
d adde *l.* 8. ℑ. *de cond. cauſa data.* Dari vnius eiuſdémque rei nomine condictionem & vindicationem diuerſo reſpectu hinc collige, *vt hic. v. l.* 9. ℑ. *eod.*
e Dotis datio in dubio præſumitur ſimplex, licet fiat ex cauſa de futuro *l.* 1. §. 2. *infr. pro dote.*
f Et ſtatim illi pereant? *v. l.* 10. §. 4. §. 5. *infr. eod.*

miſſo

miſſo condicam *a*. ſin verò non ſtatim, potero vindicare *b*: quia meæ res ſunt. Quare " & " ſi ſequi nuptiæ non poſſunt propter matrimonij interdictionem, ex poſteriore caſu res meæ remanebunt.

1 ¶ Si res alicui tradidero *c vt nuptiis ſecutis, dotis efficiantur*, & ante nuptias deceſſero: an, ſecutis nuptiis, dotis eſſe incipant? Et vereor *d*, ne non poſſint in dominio eius effici, cui datæ ſunt. Quia *e* poſt mortem incipiat dominium diſcedere ab eo, qui dedit: quia pendet donatio in diem nuptiarum. & cùm ſequitur conditio nuptiarum, iam heredis dominium eſt, à quo diſcedere rerum non poſſe dominium, inuito eo, fatendum eſt. Sed *f* benignius eſt, fauore dotium *g*, neceſſitatem *h* imponi heredi *i* conſentire ei, quod defunctus fecit: aut ſi diſtulerit, vel abſit, etiam nolente, vel abſente eo, dominium ad maritum ipſo iure transferri, ne mulier maneat indotata.

2 ¶ Dotis *k* autem cauſa data, accipere debemus ea, quæ in dotem dantur.

3 ¶ Cæterùm ſi res dentur in ea, quæ Græci παράφερνα *l* dicunt, quæque Galli peculium *m* appellant: videamus, an ſtatim efficiuntur mariti? Et putem, ſi ſic dentur, vt fiant, effici mariti, & cùm diſtractum fuerit matrimonium, non vindicari oportet, ſed condici, nec dotis actione peti, vt Diuus Marcus " & " Imperator noſter cum patre reſcripſerunt.

¶ Planè ſi rerum libellus marito detur (vt Romæ volgo fieri videmus. Nam mulier res, quas ſolet in vſu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum *n* ſolet *o* conferre, eúmque libellum marito offerre, vt is ſubſcribat *p*, quaſi res acceperit, & velut chirographum eius vxor retinet, res quæ libello continentur, in domum eius ſe intuliſſe: (hæ igitur res an mariti fiant, videamus? Et non puto, non quòd non ei traduntur. Quid enim intereſt, inferantur volente eo in domum eius, an ei tradantur? ſed quia non puto hoc agi inter virum & vxorem, vt dominium ad eum transferatur: ſed magis, vt certum ſit, in domum eius illatas: ne, ſi quandoque ſeparatio fiat, negetur: & plerúnque *q* cuſtodiam earum maritus repromittit, niſi mulieri commiſſæ ſint. videbimus harum rerum nomine, ſi non reddantur, vtrum rerum amotarum, an depoſiti, an mandati mulier agere poſsit. & ſi cuſtodia marito committitur, depoſiti, vel mandati agi poterit, ſi minus, agetur rerum amotarum, ſi animo amouentis maritus " eas " retineat: aut exhibendum, ſi non amouere eas conniſus eſt.

De æſtimatione. 1. De partu ancillæ. 3. De fœtu pecoris. 4. De æſtimatione ante nuptias facta. 6. Si conuenerit, vt aut æſtimatio, aut res reddatur.

10. *Idem* lib. 34. ad Sabinum.

PLerumque intereſt *r* viri, res non eſſe æſtimatas idcirco, ne periculum *ſ* rerum ad eum pertineat: maxime ſi animalia in dotem acceperit, vel veſtem, qua mulier vtitur. eueniet enim, ſi æſtimata ſint, & ea mulier adtriuit, vt nihilo minus maritus æſtimationem eorum præſtet. Quotiens igitur non æſtimatæ res in dotem dantur, & meliores, & deteriores mulieri fiunt.

1 ¶ Si prædiis inæſtimatis *t* aliquid acceſsit, hoc ad compendium mulieris pertinet: ſi aliquid deceſsit, mulieris damnum eſt.

2 ¶ Si ſerui ſobolem ediderunt, mariti lucrum non eſt *x*.

3 ¶ Sed fœtus *x* dotalium pecorum ad maritum

a quia nuptiæ non ſunt ſecutæ, *l. 59. inf. eo.* atque ita datum vt conuertatur in dotem poteſt condici, ſi non ſequatur cauſa & finis propter quem datum eſt.

b *v. l. 7. in fin. ſup. eod.*

c Mandatum dotis conſtituendæ, morte non finiri hinc colligunt: idque iure ſpeciali contra regulam §. 10. *Inſt. de mandato.* quod de dote hic dicitur, Baldus in *l. mandatum ſup. mandati.* extendit ad omnem piam cauſam. vide Cremenſem *ſing.* 143.

d ſi ſummum ius ſpectemus. Nam aliud fauore dotis. *inf. eo.* de hac voce dixi ad *leg.* 45. *ſup. tit. prox.*

e Mortuus transferre dominium ſuæ rei non poteſt.

f Procurator mortuo etiam domino poſſeſsionem rei acceptæ vt in dotem daretur, etiam inuitis heredibus poteſt in accipientem ſciens prudens transferre: fauor ille ſpecialis eſt, *vt hic.* In rebus aliis ſecus *l. 33. inſ. de acquir. poſſeſſ.*

g pro quibus in dubio reſpondetur, *l. 70. inf. eo. v. l. 8. C. de pactis conuent.*

h Dotis dominium diſcedit inuito hærede.

i Hæres, pœnitendo factum defuncti reuocare non poteſt, vel contractum innominatum, *vt hic.* qui dotis conſtituendæ neceſsitatem contineat. *Bald.*

k Dotis cauſa data dicuntur quæ in dotem data.

l parapherna ſunt quæ mulier habet præter dotem, *l. 31. §. 1. ĵ. de don.* quæ & ἐξώπροικα, 4. *Har.* 9. *Syn.* 29. *tit.* 1. *ex. li.* 30. *tit.* 1. §. 3. *l.* 29. *C. de iure dot. l.* 17. *C. de don. inter vir.* ſunt hæc diuerſa, dotes, παράφερνα, ἀντίφερνα, θεώρητρα, ὑπόβολα, receptitia. Quæ doti dantur marito ab vxore, in dubio ſunt mariti, Galli, *la dot. l. 7. §. 3. ſ. eo.* παράφερνα non item, *vt hic*: ἀντίφερνα, quæ dantur vxori dotis nomine propter dotem, *l. vlt. C. de donat. ante nupt.* Galli, *donation en faueur de mariage.* θεώρητρα. 4. *Har.* 7. & 10. quæ & ἀνακαλυπτήρια munera ſunt, quæ ſponſi & ſponſæ amici inuicem contribuunt, cùm primum illa ſe retectam & videndam præbet. Galli, *dons faits à l'eſpoux & à l'eſpouſe le iour de leurs nopces.* ὑπόβολον, eſt incrementum dotis, quod, mortuo marito, vxori ſuperſtiti redditur ſupra dotem. Cuiac. 5. *obſ.* 4. reiecta Hamenopuli definitione vt vitioſa 4. *tit.* 10. Galli *accroiſt.* Idem Cuiacius 4. *Feud.* 32. ὑπόβολον ait à Germanis vocari *Morgencap*, aut *Morgengab*: Græcis ὄρθρειον δῶρον, id eſt, matutinale donum, quod manè, die nuptiarum à viro in mulierem conferri ſolet. Eſt hodie Gallis ſpecies ab his diuerſa, quæ illis *donarium*, quâ, vt ſæpius ac pro conſuetudine locorum, dimidiam partem quæſitorum conſtante matrimonio mobilium & immobilium vxor lucratur: vt inter ſe magnam habeant affinitatem ἀντίφερνα, ὑπόβολον, & donarium Gallorum: de receptitiis alibi dicam. m Gallorum vox antiqua: vt combinæ, petoriti, alaudæ.

n aliàs præſumerentur huiuſmodi res eſſe viri, *l. 51. ĵ. de donationibus inter virum.* Nam quæ in domo alterius reperiuntur, eius eſſe præſumuntur, *Bald.*

o & ſic ſuper paraphernalibus tenet inſtrumentum, *Bal.*

p Subſcriptio ſola ad probationem prodeſt aduerſus eum qui ſubſcripſit, *l. 6. §. 1. ſ. de edendo: l. 126. §. 1. ĵ. de verb. oblig.*

q licèt res ſint inductæ in domum viri, niſi receperit in ſe cuſtodiam, non tamen periculum earum præſtat. r Res dotales æſtimatæ, viri inæſtimatæ, mulieris periculo ſunt, *vt hic, & l. 12. §. 1. in fi. ĵ. eo. l. 10. C. eod. l. vn. §. 9. in fi. C. de rei vxor. act.* ſ Æſtimatio poſſeſſorem dominum facit, vt de periculo rei teneatur, adde *l. 1. in fin. ſ. de æſtimatoria.*

t *l. 75. ĵ. eo.* u quia partus ancillæ in fructu non eſt, *v. l. 29. §. 1. ſ. de vſuris.*

x *v. l. 7. ſ. eo.*

pertinent: quia fructibus computantur, ſic tamen, vt ſuppleri *a* proprietatem prius oporteat, & ſummiſsis in locum mortuorum capitum " ex " adgnatis *a*, reſiduum fructuum maritus habeat, quia fructus *b* dotis ad eum pertineat.

4 ¶ Si ante matrimonium res dotales æſtimatæ ſunt, hæc æſtimatio quaſi ſub conditione eſt. Namque hanc habet conditionem *c*, *ſi matrimonium fuerit ſecutum.* ſecutis igitur nuptiis æſtimatio rerum perficitur, & fit vera *d* venditio.

5 Inde quæri poteſt, ſi ante nuptias mancipia æſtimata deperierint, an mulieris damnum ſit? Et hoc conſequens eſt dicere. Nam cum ſit conditionalis venditio, pendente autem conditione mors contingens extinguat venditionem, conſequens eſt dicere, mulieri periiſſe. Quia nondum erat impleta venditio: quia æſtimatio *e* venditio eſt.

6 ¶ Si res in dotem datæ fuerint, quamuis æſtimatæ, verùm conuenerit, vt aut æſtimatio, aut res præſtentur, ſi quidem fuerit adiectum, *vtrum mulier velit*: ipſa eliget, vtrum malit petere rem, an æſtimationem. Verum ſi ita fuerit adiectum, *vtrum maritus velit*, " ipſius erit electio. " aut ſi nihil de electione adiiciatur: electionem habebit maritus. vtrum malit res offerre, an pretium earum. Nam & * cum *illa aut illa res* promittitur, rei *f* electio eſt, vtram præſtet. Sed ſi res *g* non exſtet, æſtimationem omnimodò maritus præſtabit.

11. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

SAnè & deteriorem factam reddere poterit.

De re donationis cauſa minoris æſtimata. 1. De circumuentione 2. De pacto vt quod maritus debet, in dotem habeat.

12. *Vlpianus* lib. 34. ad Sabinum.

SI res æſtimata *h*, poſt contractum matrimonium, donationis *i* cauſa adprobetur, nulla eſt æſtimatio: quia nec res diſtrahi *k*, donationis cauſa poteſt: cùm effectum inter virum & vxorem non habeat. res igitur in dote remanebit. Sed ſi ante matrimonium, magis eſt, vt in matrimonij tempus collata donatio videatur: atque ideo non valet.

1 ¶ Si mulier ſe dicat circumuentam *l*, minoris " rem " æſtimaſſe, vtputa ſeruum, ſi quidem circum in hoc venta eſt *m*, quod ſeruum dedit, non tantum in hoc, quod minoris æſtimauit, in eo acturam, vt ſeruus ſibi reſtituatur. Enim verò ſi in æſtimationis modo circumuenta eſt, erit arbitrium mariti, vtrum iuſtam æſtimationem, an potius ſeruum præſtet. & hæc, ſi ſeruus viuit. Quod ſi deceſsit, Marcellus ait, magis æſtimationem præſtandam: " ſed " non iuſtam, ſed eam, quæ facta eſt. quia boni conſulere mulier debet, quod fuit æſtimatus. Cæterùm, ſi ſimpliciter " dediſſet, proculdubio periculo eius moreretur, non mariti. Idémque & in minore circumuenta Marcellus probat.

¶ Planè ſi emptorem habuit mulier iuſti *o* pretij, tunc dicendum, iuſtam æſtimationem præſtandum. Idque duntaxat " vxori " minori *p* annis præſtandam. Marcellus ſcribit. Scæuola autem in marito notat, ſi dolus eius adfuit, iuſtam æſtimationem præſtandam. & puto verius, quod Scæuola ait.

2 ¶ Si cum marito debitore mulier pacta ſit, *vt id quod q debeat, in dotem habeat*, dotis actione ſcilicet eam agere poſſe exiſtimo: licèt enim ipſo iure, priore debito liberatus non ſit, " ſed " tamen exceptionem habere poteſt.

De muliere ad eundem virum reuerſa.

13. *Modeſtinus* libro ſingulari de Differentia dotis.

SI mulier poſt diuortium, antequam ex ſtipulatu de dote agat, ad eundem virum fuerit *r* reuerſa, conſtantius dicetur, per doli exceptionem, inefficacem fieri ex ſtipulatu actionem, vſque quò matrimonium durat.

De re æſtimata & non tradita.

14. *Vlpianus* lib. 34. ad Edictum.

SI rem æſtimatam mulier in dotem dederit, deinde ea moram faciente in traditione, in rerum natura eſſe deſierit *ſ*, actionem eam habere non puto.

15. *Pomponius* lib. 14. ad Sabinum.

QVòd ſi per eam non ſtetiſſet, perinde pretium auferet, ac ſi tradidiſſet, quia quod euenit, emptoris *t* periculo eſt.

De euictione.

16. *Vlpianus* lib. 34. ad Sabinum.

QVotiens res æſtimata in dotem datur, euicta *u* ea, virum ex *x* empto contra vxorem agere, & quidquid eo nomine fuerit conſecutus, dotis actione, ſoluto matrimonio, ei præſtare oportet. Quare & ſi duplum *y* fortè ad virum peruenerit, id quoque ad mulierem redigetur: quæ ſententia habet æquitatem. quia non *z* ſimplex venditio ſit, ſed dotis cauſa. Nec debeat maritus lucrari ex dãno mulieris: ſufficit enim

a *l. 68. l. 69. l. 70. ſup. de vſufruct.*

b *v. l. 7. ſup. eo.*

c Æſtimatio rei traditæ nomine futuræ dotis, cenſetur conditionalis: vnde non tranſit periculum ad maritum niſi contracto matrimonio *Bald.*

d *l. 16. ĵ. eod. l. 3. ĵ. pro emptore.*

e *l. 22. ĵ. rerum amotarum.*

f In alternatiuis, ſi agatur de contractu, electio eſt debitoris, *vt hic: l. 34. §. 6. ſup. de iureiurando: l. 5. §. 1. ſup. depoſiti: l. 34. §. 5. ſup de contrahend. l. 7. §. 5. ĵ. de donation. inter virum. l. 6. §. 1. inf. de iure patron l. 6. §. 1. inf. de re iudicata, l. 95. inf. de ſolutionibus, l. 10. C. de cond. indeb.* (excipe tamen *l. 2. §. 3. ſuprà quod certo loco*) ſi de vltima voluntate agatur, legatarij, *l. 23. inf. de leg. 2. Bald.*

g *v. l. 95. inf. de ſolut. v. l. 12. inf. de ver. oblig.*

h viliori pretio ſcil. *Accurſ.*

i *l. 7. §. 5. inf. de donat. inter virum.*

k *l. 38. ſup. de contra. empt.*

l *v. l. 6. in fi. ſup. eo. l. 6. C. ſoluto.*

m in hoc circumuenta eſt. *Hal.* eſt alioqui Tmeſis inſignis.

n i. non iis æſtimatis, *v. l. 10. ſup. eod.*

o *v. l. 50. infra de furtis.*

p imò & maiori id præſtandum, *l. 6. inf. eo.*

q *l. 58. §. 1. inf. eo.*

r *v. l. 50. inf. eo.*

ſ *v. l. 10. §. 3. ſup. eod.*

t *l. 7. ſup. de periculo.*

u *l. 34. in fi. inf. eo. l. 1. C. eo. l. 98. inf. de ſolution.*

x *l. 52. §. 1. ſup. de actionibus empt. l. 11. C. de pactis. l. 1. C. de euict.*

y Pœna quam quis conſequitur à me occaſione rei mihi reſtituendæ, mihi reſtitui debet, quotiens ſcilicet pœna ſuccedit loco rei. *Bald.*

z Simplex venditio hic diſtinguitur à venditione dotis cauſa, alias, æſtimatio facta venditionem in dubio facit, de quo *v.* Socin. *reg.* 141.

maritum indemnem præſtari, non etiam lucrum *a* ſentire.

De dolo, culpa, & diligentia. 1. De æſtimatione, & nuptiis non ſecutis.

17. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

IN *b* rebus dotalibus *c* virum præſtare oportet tam dolum *d* quàm culpam: quia *e* cauſa ſua dotem accipit, ſed etiam diligentiam præſtabit, quam in ſuis rebus exhibet.

1 ¶ Si *f* re æſtimata data, nuptiæ ſecutæ non ſint, videndum eſt, quid repeti debeat, vtrum res, an æſtimatio. Sed id agi videtur, vt ita demum æſtimatio rata ſit, ſi nuptiæ ſequantur, quia nec alia cauſa contrahendi fuerit. res igitur repeti debeat, non pretium.

De re tantidem æſtimata reddenda.

18. *Pomponius* lib. 14. ad Sabinum.

SI mancipia *g* in dotem æſtimata accepiſti, & pactum conuentum factum eſt, *vt tantidem æſtimata, diuortio facto, redderes*, manere partum eorum apud te, Labeo ait, quia & mancipia tuo periculo fuerint.

Si alij iuſſu mariti dos detur.

19. *Vlpianus* lib. 34. ad Sabinum.

ETiam ſi alij, iuſſu *h* mariti, dos detur, nihilominus maritus de dote obligatur.

De obligatione vel exactione dotis collata in tempus mortis.

20. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

IVlianus ſcribit, valere talem *i* ſtipulationem, *cùm morieris, dotis nomine tot dari?* quia & paciſci ſoleant, *ne à viua* k *exhibeatur.* quod non eſſe ſimile accepi. Aliud eſt enim differre exactionem, aliud, ab initio in id tempus ſtipulari, quo matrimonium futurum non ſit. ídque & Ariſtoni, & Neratio, & Pomponio placet.

De nuntio remiſſo.

21. *Vlpianus* lib. 35. ad Sabinum.

STipulationem, quæ propter cauſam dotis fiat, conſtat habere in ſe conditionem *l* hanc, *ſi nuptiæ fuerint ſecutæ*, & ita demum ex ea agi poſſe, quamuis non ſit expreſſa conditio *ſi nuptiæ*, conſtat. Quare, ſi nuntius remittatur, defeciſſe conditio ſtipulationis videtur.

22. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

ET licèt poſtea *m* eidem nupſerit, non conualeſcit ſtipulatio.

De dotis verbo non adiecto.

23. *Vlpianus* lib. 35. ad Sabinum.

QVia autem in ſtipulatione non eſt neceſſaria *n* dotis adiectio *o*, etiam *p* in datione tantundem ducimus.

De dote peculiari.

24. *Pomponius* lib. 15. ad Sabinum.

SI filia familiàs nuptura, ex peculio cuius adminiſtrationem habet, dotem viro dedit. Deinde, cùm in eadem cauſa peculium eius eſſet, diuortium fecerit, dos ei rectè *q* ſoluitur, quaſi à quolibet peculiari debitore.

De permutatione dotis.

25. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

SI ei nuptura mulier, qui Stichum debebat, ita cum eo pacta eſt, *pro* r *Sticho, quem mihi debes, decem tibi doti erunt*, ſecundum id quod placuit, rem *ſ* pro re ſolui poſſe, & liberatio contingit, & decem in dotem erunt, quia & permutatio *t* dotium conuentione fieri poteſt.

26. *Modeſtinus* lib. 1. Regularum.

ITa conſtante matrimonio permutari dotem poſſe dicimus, ſi hoc mulieri vtile *u* ſit, ſi ex *x* pecunia in *y* rem, aut ex re in *z* pecuniam, ídque probatum eſt.

27. *Vlpianus* lib. 36. ad Sabinum.

QVod ſi fuerit factum, fundus, vel res dotalis efficitur.

De iure patris poſt nuptias.

28. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

POſt nuptias *a* pater non poteſt deteriorem cauſam filiæ facere, quia nec reddi ei *b* dos, inuita filia, poteſt.

Si pater dotem pro filia legauerit.

29. *Vlpianus* lib. 36. ad Sabinum.

CVm *c* pater dotem pro filia promittit *d*, & dotem legat, ſi quidem marito legauit, videndum eſt, an legatum valeat? Et non puto valere. Nam cùm creditori debitor legat id, quod debet, nullum legatum eſt. Quòd ſi filiæ legauit, valet legatum. Dos enim ex promiſſione maritò debetur, legatum filiæ. Et ſi quidem, hoc animo teſtatorem eſſe filia *a* oſtenderit, vt duplicaret *b* ei legatum, habebit vtrumque: dotem quam maritus perſecutus fuerit, & legatum ex cauſa legati. Quod ſi alterutrum voluit habere, ſi mulier legatum petat; oppoſita doli exceptione, non aliàs cogetur ei heres legatum ſoluere, quam ſi cauerit, indemnem hoc nomine heredem futurum aduerſus maritum ex promiſſione agentem. Sed ſi maritus agat, nihil de indemnitate eum cauere oportebit. Verùm mulier poſt eum agens, exceptione repelletur: quia ſemel dos præſtita eſt.

De redintegratione dotis.

30. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

DOtem, quæ in prius matrimonium data eſt, non aliter conuerti *c* in poſterius matrimonium dicendum eſt, quàm *d* cùm hoc agitur: dum hoc agi ſemper interpretemur, niſi probetur aliud conueniſſe.

31. *Papinianus* lib. 4. Reſponſorum.

QVòd ſi non diuortium, ſed *e* iurgium *f* fuit, dos eiuſdem matrimonij manebit.

De nummis ex re dotali receptis.

32. *Pomponius* lib. 16. ad Sabinum.

SI ex lapidicinis *g* dotalis fundi lapidem, vel arbores quæ *h* fructus *i* non eſſent, ſiue ſuperficiem *k* ædificij dotalis, voluntate mulieris, vendiderit *l*, nummi ex ea venditione recepti *m* ſunt dotis.

De periculo dotis exigendæ.

33. *Vlpianus* lib. 6. ad Sabinum.

SI *n* extraneus *o* ſit, qui dotem promiſit, iſque defectus ſit facultatibus, imputabitur marito, cur eum non conuenerit, maxime ſi ex neceſſitate *p*, non ex voluntate dotem promiſerat. Nam, ſi *q* donauit, vtcunque parcendum *r* marito, qui eum non præcipitauit ad ſolutionem, qui donauerat *ſ*, quemque in id, quod facere poſſet, ſi conueniſſet, condemnauerat *t*. hoc enim Diuus Pius reſcripſit. * *eos qui ex liberalitate conueniuntur, in id* u*, quod facere poſſunt, condemnandos.*

¶ Sed ſi vel pater, vel ipſa promiſerunt, Iulianus *x* quidem libro ſextodecimo Digeſtorum ſcribit, etiam ſi pater promiſit, periculum reſpicere ad maritum: quod ferendum non eſt. Debebit igitur mulieris eſſe periculum, nec enim quicquam iudex propriis *y* auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem *z*, qui de ſuo dotem promiſit, non vrſerit ad exſolutionem. multo minus, cur ipſam non conuenerit. Rectè itaque Sabinus diſpoſuit, vt diceret, quod pater vel ipſa mulier promiſit, viri periculo non eſſe, quod debitor, id viri eſſe: quod alius, ſcilicet donaturus, eius periculo ait, cui adquiritur. Adquiri autem mulieri accipiemus, ad quam rei commodum reſpicit.

De re matris à patre in dotem data.

34. *Idem* lib. 33. ad Sabinum.

MAter cùm filiæ aurum dediſſet vtendum, pater puellæ id aurum in dotem viro adpendit *a*, dein mortua eſt mater. Si inſcia, inuitáve vxore, vir id aurum in dotem dediſſet, manet *b* id aurum heredis matris, vindicarique poteſt, & eò minorem dotem viro datam eſſe placuit. Quia res euicta *c* eſt, marito competit aduerſus ſocerum actio.

De dotis promiſſione nouandi.

35. *Idem* lib. 33. ad Sabinum.

DOtem à patre, vel à quouis alio promiſſam ſi vir nouandi *d* cauſa ſtipuletur, cœpit viri eſſe periculum, cùm ante mulieris fuiſſet.

De nomine in dotem dato, & acceptilatione iuſſu mulieris facta.

36. *Idem* lib. 42. ad Sabinum.

DEbitor *e* mulieris, iuſſu *f* eius, pecuniam viro expromiſit: deinde vir acceptam eam iuſſu mulieris fecit. Res mulieri perit. hoc quomodo accipiemus? vtrum dotis nomine, an ‖ & ‖ ſi alia ex cauſa? Et videtur de eo debitore dictum, qui dotis nomine promiſit. Illud adhuc ſubeſt, vtrum ante nuptias, an poſt nuptias id factum ſit: multum enim intereſſe videtur. Nam ſi ſecutis nuptiis id factum eſt, dote iam conſtituta, maritus, accepto ferendo, perdit *g* dotem. Si autem antequam nuptiæ ſequerentur, nihil videtur doti conſtitutum eſſe.

---

a v. l. 6. in fi. ſupr. eodem.
b In dotalibus rebus conſeruandis maritus præſtare debet dolum, culpam & diligentiam.
c Inæſtimatis: nam in æſtimatis fortuitus caſus ad eum pertinet; vt qui videatur eſſe emptor.
d *l.* 18. §. 1. *l.* 25. §. 1. *l.* 66. *in pr. l. vlt.* ǰ. *ſoluto.*
e Dolum & culpam: imò & eam diligentiam quam in ſuis rebus ſeruat, in alienis rebus is præſtat, qui eas res ſua cauſa accepit.
f Dote æſtimata data, ſi nuptiæ non ſunt ſecutæ, res ipſæ, non earum pretium petitur.
g *l. pen.* §. 3. *infra ſoluto.*
h *l.* 59. ǰ. *eo. l.* 22. §. *pen.* ǰ. *ſoluto.*
i v. *l.* 11. *C. de contrah. ſtip.*
k nec ea viua, *Haloand.* ne à ſe viua exigatur. *Cuiac.* ex quadam prælectione ad me tranſmiſſa.
l *l.* 22. *l.* 41. *infra eo. l.* 4. §. 2. ǰ. *de pactis.* cauſa futuræ dotis dabet vim conditionis. *Bald.*
m Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice *l.* 89. §. 1. *infra de verb. ſign. Bart.*
n Quia titulus dotis inter virum & vxorem tacitè videtur ineſſe. *Bald.* ideóque ſi mulier omnia ſua bona marito dedit, videtur dotis cauſa dediſſe. *Bar.*
o Conditionis adiectio. *Contius* 3. *lect.* 6. ex ſcholiaſte, κατὰ πόδας conditionis, inquam, huius *ſi nuptiæ ſequantur*, *l.* 21. *ſup. eod.* v. Cuiac. 13. *obſ.* 25.
p Argumentum à ſtipulatione dotis ad eius dationem.
q *l.* 27. *in pr. ſup. de pactis: l. vlt. infra de nouationibus.*
r Permutatio dotis permiſſa eſt, *l.* 25. ǰ. *eod. l.* 11. ǰ. *de pactis dotalib.*
ſ Solui res pro re poteſt volenti.
t Dos permutari conuentione poteſt: adde *l.* 76. ǰ. *de uer. ſign.*
u *l.* 21. *in fi. l.* 29. ǰ. *de pactis dotalib.* adde *l.* 22. *in fin.* ǰ. *ſoluto, l. vlt.* ǰ. *hoc*
x Permutatio cum nummis fit interdum, dixi ad *l. vlt. ſup. de condict. cauſa data.* y *l.* 54. *infra eodem. l.* 21. *infra de pactis dotalibus.*
z Permutatio dotis poteſt fieri de re ad pecuniam, & è contra.
a *l.* 7. *C. eo. l.* 7. ǰ. *de pactis dotalibus, l.* 29. *circa fin.* ǰ. *ſoluto.* b *l.* 34. §. 6. ǰ. *de ſolutionib.*
c v. Albericum in *l. quingenta* 12. ǰ. *de probat. l. filia* 11. *C. de leg.*
d Si dos promiſſa marito legatur, non tenet legatum: ſi mulieri, tenet. *Baldus*,

a Imo tenetur hæres id oſtendere, *l.* 12. *ſupr. de prob.*
b facit *l.* 34. §. 1. ǰ. *de leg.* 1.
c Dos hoc caſu conuertitur, renouatur, *l.* 40. ǰ. *e.* idem matrimonium videtur, *l.* 33. *ſup. de ritu nuptiar.* redintegratur; omnia manent in ſtatu priſtino, *l.* 19. ǰ. *ſoluto.* adeo vt fiat inefficax ſtipulatio redintegrato matrimonio, *l.* 13. ǰ. *e. l.* 31. ǰ. *eo.* Quid vſuræ à marito medio tempore perceptæ? dotem augebunt *l.* 69. §. 1. ǰ. *eo.*
d Imò, dos redintegrari tacitè intelligitur, ǰ. *eo.* & *l.* 64. ǰ. *eo.*
e Diuortij & iurgij differentia. Non quoduis iurgium, diuortium facit. Diuortio matrimonium eſſe definit, at non iurgio.
f Friguſculum, v. *l.* 32. §. 12. ǰ. *de don. inter virum*, calor iracundiæ.
g Maritus non poteſt excidere arbores in fundo dotali quæ non ſunt in fructu, quòd ſi excidat augebunt dotem *Bald.* adde *l.* 12. *ſup. de vſufructu.*
h Aliud dicendum ſi lapidicinæ in fructu erant, *l.* 7. *ſup. eodem.*
i *l. arboribus*, 11. *ſup. de vſufructu.*
k *l.* 39. *de leg.* 1. Superficies, Græcis ὑπερῷον, non eſt res ſoli: vnde conſequitur, res mobiles, conſentiente vxore, à marito poſſe diſtrahi, v. Cuiac. 17. *obſer.* 2.
l vel in ſuam vtilitatem vertit.
m vel eorum æſtimatio, ſi in ſuam vtilitatem verterit.
n v. Cuiac. 12. *obſeru.* 17.
o Mulier non poteſt imputare marito ſi gratiam fecit, aut dilationem conceſſit extraneo dotis voluntario promiſſori, & multò magis ſocero.
p i. vt debitor.
q Dotis donator mitius eſt conueniendus quàm qui neceſſitate dotem promiſit.
r Imò, non eſt parcendum, cum ab eo ſolidum potuerit exigere, *l.* 41. ǰ. *de re iud.* vide Cuiac. 12. *obſer.* 17. (ſub. mulieri.
t hoc eſt, condemnare potuiſſet, aut aduerſus eum condemnationem impetrare.
u *v. l.* 12. *infra de donationib.*
x *l.* 30. §. 1. ǰ. *ſoluto.* y propitiis auribus, *Hal.* z Aliud eſt, ſi maritus non conuenerit hæredes patris, id eſt, ſoceri ſui, *l.* 44. §. 1. ǰ. *ſoluto.*
a Adpendi aurum olim conſuetum. b Pater non poteſt dotare filiam de bonis matris. *Bald.* c *l.* 16. *ſup. eo.*
d *l.* 41. §. 2. *l.* 71. ǰ. *eo.* e *l.* 80. ǰ. *eo.*
f ſecus ſi iniuſſu, *l.* 40. ǰ. *eo. l. pen.* §. *pen.* ǰ. *ſoluto.*
g Perdere rem videtur qui eam acceptam facit, ſic qui pactum facit de re non petenda, donare intelligitur, *l.* 28. *in fi.* ǰ. *de pact.*

37. *Paulus*

SGCB2021

37. *Paulus* libro 12. ad Sabinum.

NOn enim alias perit mulieri actio, quàm ſi nuptiæ ſecutæ fuerint. nam ſi ſecutæ non ſunt, manet debitor mulieri obligatus.

38. *Vlpianus* libro 48. ad Sabinum.

SAnè videndum eſt, an marito mulier, quæ iuſſit accepto ferri, obligetur? Et putem obligari mandati actione, & hoc ipſum in dotem conuerti, quod mulier mandati iudicio obligata eſt: & quod dicitur, rem mulieri perire, conſequens eſt. nam, ſi cœperit velle de dote agere, ipſa ſecum *a* debebit compenſare iuſſum ſuum.

De ſeruis manumiſsis. 1. *De ſpadone.*

39. *Idem* lib. 33. ad Edictum.

SI ſerua ſeruo quaſi *b* dotem dederit, deinde conſtante coniunctione ad libertatem ambo peruenerint, peculio eis non adempto *c*, & in eadem coniunctione permanſerint, ita res moderetur, vt, ſi quæ ex rebus corporalibus, velut in dotem, tempore ſeruitutis datis, exſtiterint, videantur ea tacitè in dotem conuerſa, vt earum æſtimatio mulieri debeatur.

1 ¶ Si ſpadoni mulier *d* nupſerit, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit, nécne: vt in caſtrato dicas dotem non eſſe: in eo, qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos, & dotis actiò eſt.

De renouatione dotis.

40. *Idem* lib. 34. ad Edictum.

DIuus Seuerus reſcripſit Pontio Lucriano in hæc verba: Si mulier, quæ dotem dederat, poſt diuortium rurſus *e* in matrimonium redit, non reuocatis inſtrumentis, non dubitabit is, apud quem res agetur, ſecundum voluntatem mulieris, quæ vtique non indotata redire in matrimonium voluit, partibus ſuis fungi, quaſi renouata dote.

Qui obligantur promittendo dotem. 1. *De nuptiis non ſecutis.* 2. *De acceptilatione.* 3. *De conditione.* 4. *Si mulier promiſſori ſucceſſerit.*

41. *Paulus* libro 35. ad Edictum.

PRomittendo dotem, omnes *f* obligantur, cuiuſcunque ſexus *g* conditioniſque *h* ſint.

1 ¶ Sed ſi *i* nuptiæ ſecutæ non *k* fuerint, ex ſtipulatu agi non poteſt: magis enim res quàm verba intuenda ſunt.

2 ¶ Accepti quoque latione *l* dos conſtituitur, cum debitori marito acceptum feratur dotis conſtituendæ cauſa.

3 ¶ Si à debitore *m* mulieris, ſub conditione dos promittatur, & poſtea, ſed antequam *n* maritus petere poſſet, debitor ſoluendo eſſe deſierit, magis, periculum ad mulierem pertinere, placet *o*, nec enim videri maritum nomen *p* ſecutum eo tempore quo exigere non poterit.

¶ Quòd ſi iam tunc *q* debitor, cùm ſub conditione promitteret, ſoluendo non fuerit, periculum viri eſſe, quòd ſciens tale nomen ſecutus videretur, quale initio obligationis fuerit.

4 ¶ Si debitor mulieris dotem promiſerit, & mulierem *r* heredem reliquerit, Labeo perinde habendum ait, ac ſi mulier ipſa dotem promiſiſſet: cuius ſententiam Iulianus quoque probat: nec enim æquum eſſe ait, vt ei damnetur eius pecuniæ nomine, quam ipſa debeat, & ſatis eſſe acceptilatione eam liberari.

De his quæ pondere, numero, menſuráue conſtant.

42. *Gaius* libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

REs in dotem datæ, quæ pondere *ſ*, numero *t*, menſura *u* conſtant, mariti periculo ſunt *x*, quia in hoc dantur, vt eas maritus ad arbitrium ſuum diſtrahat: & quandoque ſoluto matrimonio eiuſdem *y* generis *z*, & qualitatis alias reſtituat vel ipſe, vel heres eius.

De acceptilatione.

43. *Vlpianus* libro 3. Diſputationum.

LIcèt ſoleat dos *a* per *b* acceptilationem *c* conſtitui, tamen, ſi ante matrimonium acceptilatio fuerit interpoſita, nec *d* nuptiæ ſecutæ, Scæuola ait, matrimonij cauſa acceptilationem interpoſitam non ſecutis nuptiis, nullam eſſe *e*, atque ideo ſuo loco manere *f* obligationem: quæ ſententia vera eſt.

1 ¶ Quotiens autem extraneus accepto fert debitori dotis conſtituendæ cauſa, ſiquidem nuptiæ inſecutæ non fuerint, liberatio non ſequetur: niſi fortè ſic accepto tulit, vt velit mulieri in totum donatam:

a Habere ſuam dotem mulier videtur quæ eam alienari iuſſit.

b Serua ſeruo non vere dotem conſtituit, cum inter ſeruum & ancillam non ſit connubium ſed contubernium tantum, *l.3.C.de inceſt.* vbicunque autem matrimonij nomen non eſt, nec dos eſt, *l.3.* ſ. *eod.* Ideóque quæ dos appellatur in *l.* 1. *C. ſoluto matr.* & *l.* 67. ȷ. *hoc tit.* impropriè dos dicitur. Id fit autem per prolepſin, de qua dixi ad *l.3.* §.1. ȷ. *de iniuſto.* Sic quaſi teſtamentum ſeruos ſuos facere permittebat Plinius 8. *Epiſt.*16. adde quæ ſcripſi ad *l.* 4. ȷ. *de manumiſsionib. l. pen.* §.2. *C. de neceſſariis.*

c Aliàs ſi ſuperſtes patronus non ademerit, tacitè ſeruis accedit. §. 20. *Inſt. de legat.*

d Puta ancilla eo nomine ab eo manumiſſa: ob eam enim cauſam ſpado etiam manumittere poteſt. *l.14. in fin.* ȷ. *de manumiſſ. vindict.* adde *l.6.* ȷ. *de liberis.* poteſt etiam generare ſpado, qui vnum teſticulum habet, *l.6 l.7.l.35.*§. 7. *ſupr. de ædilitio.* Spadones interim nota caſtratos eſſe. *v.l.128.*ȷ. *de verb. ſign.*

e *l.30.* ſ. *eod.*

f vide *Vlp.6.*§.2.

g Mulier non iuuatur Velleiano dotem conſtituens *l.12. l. vlt. Cod. ad Vell.*

h etiam minores: ſi modò non effusè dotem conſtituant *v.l.vn. C.ſi aduerſ. dot.*

i Sub hac conditione dos ſolet promitti tacitè. *l.* 4. ſ. *de pactis.*

k *v. l.21.* ſ. *eod.*

l *l.43.44.* §. *vlt.* ȷ. *eod.*

m *v. l.80.*ȷ. *eod.*

n *l.40.*ȷ. *ſoluto.*

o Imputare ſibi debet qui ſecutus eſt fidem inopis debitoris. *Bald.*

p Nomen poteſt dari in dotem. *l.4. C. de oblig.*

q *v.l.35.* ſ. *eod.*

r *v.l.66. in fin.* ȷ. *ſoluto.*

ſ Vt argentum. *Harm.ſchol.4.tit.8.*

t vt nummi. u Vt vinum, frumentum. x Licèt inæſtimatæ datæ ſint: ſunt enim ſua natura tales, quæ numero, pondere, & menſura conſtant, & ſic ſatis ſuperque à lege æſtimatæ, *Bald.* y Dos pecuniaria, in ipſa quoque pecunia reſtitui debet: de quo vide plura apud Ioſeph. Ludouicum, *Tit. de iure dot. concluſ.* 1. z *l.3.* ſ. *de reb. cred.*

a vt & omnis obligatio conditionalis, *v. l.12.* ȷ. *de acceptilationib.*

b Dos per acceptilationem etiam conſtitui poteſt. c vide *l.41.*§.1.ſ.*eod. l.10.*ſ.*de condict. cauſa.* d Dotis conſtituendæ cauſa liberatio ſeu acceptilatio facta debitori, effectu caret nuptiis non ſecutis: caret inquam, effectu, hoc eſt, non tollit obligationem. e Ergo acceptilatio requirit tacitam conditionem. *l.quod in diem* 12.ȷ.*de acceptilat.* licet ſub conditione expreſſa fieri non poſſit *l.4.*ȷ.*de acceptilat. l.actus* 77.ȷ.*de regulis.* f Imò, non manet, quia tunc nihil videtur doti conſtitutum. *l.36. in fin.* ſ. *eod.*

tunc enim credendum eſt *breui a manu* acceptum à muliere, & marito datum: cæterùm mulieri per liberam perſonam condictio adquiri non poteſt.

¶ Planè ſecutis nuptiis, mulier, ſoluto matrimonio, dotis exactionem habebit: niſi *b* fortè ſi accepto tulit extraneus, vt ipſe, quoquomodo ſolutum fuerit matrimonium condictionem habeat: tunc enim non habebit mulier actionem.

¶ Secundum quæ conſtituta dote per acceptilationem, & ſecutis nuptiis, is effectus erit dotis exactionis, vt, ſi quidem pura ſit obligatio, quæ accepto lata eſt, non ipſa iam reſtituenda ſit, ſed ſoluenda dos ſecundum ſua tempora.

¶ Sin verò obligatio in diem fuit, nec ante ſolutum matrimonium dies obligationis præteriit, reſtauranda eſt in diem priſtinum obligatio, & ſi debitum cum ſatiſdatione fuerit: ſatiſdatio renouanda eſt. ſimilique modo & ſi conditionalis fuerit obligatio, quæ in dotem conuerſa eſt, & pendente obligatione, diuortium fuerit ſecutum, veriùs obligationem ſub *c* eadem conditione reſtitui debere. Sed ſi conditio exſtiterit conſtante matrimonio, ex die *d* diuortij, tempora exactionis numerantur.

De patre emancipante, vel defuncto. 1. *De creditrice filij familias.*

44. *Iulianus* lib. 16. Digeſtorum.

SI pater filiæ nomine, dotem promiſiſſet, & eam ante nuptias emancipaſſet, non reſoluitur promiſſio nam *e* & cùm ante nuptias pater moreretur, nihilominùs heredes eius ex promiſſione obligati manebunt.

1 ¶ Quæ debitorem filiumfamilias habet, ſi patri eius ita dotem promiſerit, *quod mihi debes f, vel quod mihi filius tuus debet, doti tibi erunt g*, non obligatur, ſed efficit *h* vt id, quod actione de peculio ſeruari à patre poterat, in dote ſit. *Marcellus*: Siue igitur cum filio poſthac, ſiue cum patre agere inſtituerit, exceptione *i* pacti conuenti ſummouebitur, actione autem de dote ſi experietur, conſequetur, quod in peculio fuiſſe apparuerit eo tempore, quo dos promittebatur, vtique ſi pòſt nuptias promiſſa *k*, eius temporis peculium æſtimari debet, quo nuptiæ fierent.

45. *Tryphoninus* libro 8. Diſputationum.

QVod ſi nuptura debitori filio familias, actionem duntaxat de peculio promiſit, id quod ex ea cauſa ſibi deberetur, nuptiarum *l* tempore inſpicitur.

1 ¶ Si verò alij nuptura iuſſit filiumfamilias debitorem de peculio dotem promittere, tempus inſpicitur, quo dos promiſſa eſt, vt tantum in peculio eſſe æſtimaretur.

De dote ſeruo promiſſa, vel tradita. 1. *De ea quæ debitori ſuo nupſit, & alternatè dotem conſtituit.* 2. *Si pater pro filia quaſi eius debitor. dotem promiſerit.*

46. *Iulianus* lib. 16. Digeſtorum.

QVemadmodum inuito *m* domino ſeruus ſtipulatus adquirit, ita, ſi *n* dotem, domini nomine, ſibi promitti patiatur, obligatio domino adquiritur. ſed *o* neque periculum dominus præſtare debebit, ſi fortè debitor mulieris dotem promiſerit, neque culpam.

¶ Traditione *p* quoque rei dotalis in perſona ſerui, vel filij familias facta *q*, dos conſtituitur, ita vt neque periculum, nec culpam dominus, aut pater præſtet.

¶ Igitur hanc dotem periculo mulieris eſſe dico, quamdiu *r* dominus vel pater ratam promiſſionem, vel donationem habuerit *ſ*, ideóque etiam manente matrimonio, res, quas tradiderit, condictione repetituram.

¶ Item incerti *t* condictione conſecuturam, vt promiſſione liberetur.

1 ¶ Si debitori ſuo mulier nuptura, ita dotem promiſiſſet, *quod mihi debet aut fundus Sempronianus doti tibi erit*, vtrum mulier vellet *u*, id in dote erit: & ſi quidem debitum maluiſſet dotis nomine apud virum remanere, poteſt ‖ ea ‖ exceptione ſe fuerit aduerſus petentem fundum: quod ſi fundum dediſſet, pecuniam marito condicet.

2 ¶ Pater, etiam ſi falsò *x* exiſtimans ſe filiæ ſuæ debitorem eſſe, dotem promiſiſſet, obligabitur.

De eo quod ſeruus in dotem datus ante nuptias acquirit.

47. *Idem* libro 18. Digeſtorum.

SI ſeruo in dotem ante nuptias dato, donatum *y* aliquid, vel legatum ante nuptias fuiſſet, ampliatur dos, ſicut ex fructibus *z* fundi, qui ante nuptias traditus eſt.

De promiſsione dotis in anno proximo. 1. *De eo quod ſocer genero filiæ nomine legauit.*

48. *Idem* libro 2. ad Vrſeium Ferocem.

TAli facta ſtipulatione, *decem in anno proximo dotis nomine dare ſpondes a*? quæſitum eſt, annus ex quo tempore eſſet numerandus, vtrum *b* ex die ſtipulationis factæ, an ex eo die, quo dos eſſe potuiſſet, id eſt, nuptiarum? Et reſponſum eſt, ex die nuptiarum *c* annum eſſe numerandum: ne *d*, ſi aliter obſeruaremus, ſi intra annum

a Manu breui dixit. *v.l.3.in fin.*ȷ.*de donat.int.* vt alibi manu longa. *l.79. in fin.*ȷ.*ſoluto. v.l.* 15. ſ. *de reb. cred.*

b *l.29.in fin.*ȷ. *ſolut. matrim. v. l. vn.* §. 13. *C. de rei vxor. act.*

c *l.17.*§.2. ȷ *quæ in fraudem creditorum.*

d *l.30.verſ. omnes ante C.eod.l.7.* §.4. *C.de praeſc.* 30 *ann.*

e Mortem patris cum filiæ emancipatione hic comparari obſerua *l.21. in pr.*ȷ.*ad Treb.l.*1. *Cod. de inſtit. & ſubſtit.*

f *v.l.41.*§.3. ſ.*eo.*

g erit. *Hal.*

h efficitur. *Hal.*

i *v.l.7.in fi.* ſ. *eo.*

k promiſſa eſt dos: ſi verò ante nuptias eius temporis, &c. *Hal.*

l Imò tempore promiſſæ dotis. *l.* 57.ȷ *eod.*

m Inuito etiam domino ſeruus adquirit ſtipulando. *v.l.* 32. ȷ. *de adq. rer. dom.*

n Dotem domino adquirit ſeruus ſtipulando dotem domini nomine.

o Dotis ſibi adquiſitæ ſtipulatione ſerui dominus periculum & culpam non præſtat, antequam dotis ſtipulationem ratam habuerit, *vt* ȷ.*eod.*

p Dotem Patri & domino adquirunt filij & ſerui non tantum ſtipulando, *vt* ſ. ſed & res ipſas dotales traditione accipiendo, *vt hic* §. 3. *Inſt. per quas perſonas cuique.*

q nomine ipſius domini. nam in perſona ſerui impropriè dos conſtituitur, *l.ſi ſerua* 39. ſ. *eod*

r i. quoad.

ſ vel traditionem non habuerit *Hal.*

t incerti condictione agimus vt liberemur.

u Imò, vtrum maritus volet. *v. l.9.* §.1. ȷ. *de fundo dotali.*

x *l.78.in fi.*ȷ. *eod.*

† Cur obligabitur: onus eſt paternum dotare filiam *l.vlt.C.de dotis promiſſ.*

y *l.31.in fin.*ȷ.*ſoluto, l.45.* §.1.ȷ.*de adq.her.*

z *v. l. dotis fructum.*7.ſ.*eod.*

a *ſub.* futuro matrimonio.

b Dotis promiſſioni tempus adiectum currere incipit à tempore ipſarum nuptiarum. Cur ita? dotis ſoluendæ dies ante incipere non poteſt, quàm dos ipſa ſit: dos autem nulla eſt ante contractum matrimonium.

c Terminus dotis ſoluendæ incipit currere à tempore contracti matrimonij non à die Promiſſionis: nec enim poteſt incipere dies ſoluendæ dotis, antequam ſit dos, *Bald.* d hæc enim conditio tacitè ineſt, *l.10.*§.4 ſ.*eod.*

nuptiæ factæ non ſint, videri poſsit dos ex ea obligatione deberi *a*.

1 ¶ Socer genero ſuo ſic legauerat, *Lucio Titio filiæ meæ nomine* b *centum heres meus damnas eſto dare*: hanc pecuniam generum petere debere, exactam, acceptam legatis referri: ſed diuortio facto, de dote actionem mulieri reddendam, Proculus reſpondit, & nihilominùs dotis eſſe factam. Iulianus notat: Immò nec filiæ, ſi voluerit, deneganda eſt huiuſmodi actio.

De acceptilatione.

49. *Idem* libro 5. ex Minicio.

VIr ab eo, qui vxori eius dotem facere *c* volebat, certam pecuniam eo nomine ſtipulatus eſt, deinde acceptam eam fecit: querebatur, eſſetne ea pecunia in dotem *d*? Reſpondit, ſi acceptam non feciſſet, & promiſſor ſoluendo eſſe deſiſſet, quæreremus, an culpa mariti ea pecunia exacta *e* non eſſet: cùm *f* verò acceptam fecit, omnimodo periculum ad eum pertinebit: perinde *g* enim eſt, ac ſi acceperit pecuniam, & eandem promiſſori donauerit.

De permutatione dotis. 1. Vel pignoris.

50. *Africanus* libro 8. *h* Quæſtionum.

QVæ fundum in dote habebat, diuortio facto, cùm in matrimonium rediret, pacta eſt cum viro, *uti i decem in dotem acciperet, & fundum ſibi reſtitueret*, ac datis decem, priùs quàm fundus ei reſtitueretur, in matrimonio deceſsit: illud ex bona fide eſt, & negotio contracto conuenit, vt fundus, quaſi ſine cauſa penes maritum eſſe cœperit, condicatur.

1 ¶ Et hoc euidentiùs circa *k* actionem pignoratitiam apparebit, etenim ſi, cùm fundum Cornelianum pignoris cauſa tibi tradidiſſem, poſtea ex conuentione fundum Titianum in hoc ‖ tibi ‖ tradiderim, *vt Cornelianum mihi reſtitueres*, minime (puto) dubitandum erit, quin ſtatim rectè pigneratitia ad recipiendum Cornelianum agere poſsim.

De rebus filiæ emancipatæ donatis, poſteàque in dotem datis.

52. *Vlpianus* lib. 2. Reſponſorum.

SI res, quas filiæ emancipatæ *l* pater donauit *m*, ex voluntate eius poſtea in dotem pro ea datæ ſunt, à filia dotem, non *n* à patre videri datam.

De euictione.

52. *Marcianus* lib. 3. Regularum.

NOn ſolùm ſi æſtimatus fundus, ſed etiam ſi non æſtimatus in dotem datus eſt, & aliàs cùm neceſſe non habeat mulier duplum *o* promittere, promiſit, quia ipſe fundus eſt in dote, quodcumque propter eum conſecutus fuerit à muliere maritus, quandoque reſtituet *p* mulieri de dote agenti.

Si vir donandi cauſa à debitore mulieris, qui ſoluendo non erat, ſtipulatus ſit.

53. *Neratius* lib. 3. Membranarum.

CVm vir vxori donare vellet, debitor mulieris, qui ſoluendo non *q* erat, dotem ei promiſit: ad id duntaxat *r*, ad quod ſoluendo fuit, viri periculo ea res eſt: & ſi quid debitori ad ſoluendum facultatis acceſſerit, periculum ad eam ſummam, quæ acceſſerit, creſcet, permanebitque, etiam ſi rurſus pauperior factus erit, quia neque tum, cùm dos promitteretur, donatio facta eſt, niſi eius pecuniæ, quæ à debitore ſeruari non poterat: neque, cùm ſoluendo ‖ is ‖ eſſe cœpit, donationis cauſa permaneat, cùm eo loco res ſit, quo eſſet, ſi tum quoque, cùm promitteretur dos, locuples fuiſſet.

De rebus ex dotali pecunia comparatis.

54. *Gaius* ad Edictum Prætoris vrbani, titulo de Prædiatoribus *ſ*.

REs, quæ ex dotali pecunia comparatæ ſunt, dotales eſſe videntur *t*.

De fideiuſſore.

55. *Paulus* lib. 1. ad Plautium.

CVm dotis cauſa aliquid expromittitur *u*, fideiuſſor *x* eo nomine datus tenetur.

De morte Stichi dotis nomine ſoluendi. 1. Vbi debet eſſe dos. 2. De oneribus matrimonij. 3. De impenſis in res dotales factis.

56. *Idem* lib. 6. ad Plautium.

SI is, qui Stichum mulieri debet *y* in dotem delegatus ſit *z*, & antequam ſolueret debitor, Stichus deceſſerit, cùm neque per debitorē ſtetiſſet, quo minus ſolueret, neque maritus ‖ in ‖ agendo moram feciſſet: periculo mulieris Stichus morietur: quamquam, etiam ſi moram maritus fecerit in exigendo, ſi tamen ‖ etiam ‖ apud maritum moriturus Stichus fuerit, actione dotis maritus non teneatur.

1 ¶ Ibi *a* dos eſſe debet, vbi onera matrimonij ſunt.

2 ¶ Poſt mortem patris ſtatim onera matrimonij filium *b* ſequuntur, ſicut liberi *c*, ſicut vxor.

3 ¶ Quod dicitur, *neceſſarias* d *impenſas ipſo iure dotem minuere*, non *e* eò pertinet, vt ſi fortè fundus in dote ſit, deſinat aliqua ex parte dotalis eſſe, ſed, niſi impenſa reddatur, aut pars fundi, aut totus retineatur. Sed ſi tantum in fundum dotalem impenſum ſit per † partes, quanti fundus eſt, deſinere eum dotalem eſſe Scæuola noſter dicebat, niſi mulier ſponte marito intra annum impenſas obtulerit. Si pecunia, & fundus in dote ſint, & neceſſariæ impenſæ in fundum factæ, Nerua ait, dotem pecuniariam minui: quid ergo, ſi mulier impenſas marito ſoluerit, vtrùm creſcet dos, an ex integro data videbitur? cuius rei manifeſtior iniquitas in fundo eſt, ſecundum Scæuolæ noſtri ſententiam. nam, ſi deſinit dotalis eſſe, poterit alienari: rurſus quemadmodum poterit fieri dotalis, data pecunia? an iam pecunia in dote eſſe videbitur? Et magis eſt, vt ager in cauſam dotis reuertatur, ſed interim alienatio fundi inhibeatur *f*.

Si creditrix filiiſam. ei nupſit.

57. *Iauolenus* lib. 1. ex Plautio.

NVptura filiofamiliàs, ſi ſocero dotem ita promiſerit, *quod* g *filius tuus mihi debet, id doti tibi erit*, intereſſe puto vtrùm filij obligatio, an patris perſecutio, & in rem verſum promiſsioni contineatur. nam ſi id, quod filium dare oportet, ſignificatum eſt, tota pecunia, in quam filius obligatus eſt, promiſsioni dotis continebitur: ſin autem id, quod patrem de peculio, vel in rem verſo præſtare oportebit, æſtimare debebit, quantum ſit eo tempore, id quod *h* promittitur *i*, vt ea ſumma dotis eſſe videatur, qua patrem, eo tempore, filij nomine condemnari oportebit: quòd ſi non euidenter apparuit, de cuius mulier obligatione ſenſit, præſumptionem ad filij debitum ſpectare, veriſimile eſt, niſi *k* euidentiſsimè contrarium adprobetur.

Si quis ei dotem promiſerit cui mulier nubere volebat. 1. Si debens Pamphilam, quod debet in dotem acceperit.

58. *Celſus* lib. 19. Digeſtorum.

SI ſponſalibus nondum factis, Titio dotem, Seiæ nomine, promiſeris, *cùm ea nubere ei nollet*: tamen ſi poſtea nupſerit, dotem debebis: niſi aliæ nuptiæ mediæ *l* interueniſſent.

1 ¶ Si mulier ancillã Pamphilam à Titio ſtipulata, deinde ei nuptura, quod is ſibi debebat, doti habere permiſit, etiam ſi non erit viri Pamphila, an ipſa *m* tamen Pamphila in dote, & mulieris periculo erit? an & quod ea pepererit, reddi mulieri debebit? quia ſi in ſua *n* cauſa prior ſtipulatio manſiſſet, non redderetur *o*: niſi fortè refert habuerit rem, quam debebat, vir, quo tempore dos conſtituebatur, (nam ita poterit videri res ipſa ad eum perueniſſe) an non habuerit. nam ſi non habuerit, magis eſt, vt liberatio obligationis potiùs quàm res ipſa, ad eum ‖ ita ‖ perueniſſe videatur: ideóque partus eius non debetur.

De adiecto. 1. De fideicommiſſo. 2. Si quis pro libera opinata dotem dederit.

59. *Marcellus* libro 7. Digeſtorum.

SI mulier ita dotem promiſerit, *decem tibi aut Titio doti erunt*, hoc caſu dici poteſt, vel Titio *p* dari poſſe, ſed de dote virum teneri, quemadmodum ſi Titio iuſsiſſet *q* dari. Nec mirum, cùm etiam promiſſura viro dotem, poſsit, delegante eo, alteri promittere: etſi dici ſolet, alij, quàm marito dotis nomine mulierem non poſſe obligari: his enim caſibus viro dos quæritur: non enim exiſtimabimus illam ita promiſiſſe, cùm vel de Titij nuptiis cogitaret.

1 ¶ Ex aſſe *r* heres inſtitutus, rogatúſque mulieri dodrantem hereditatis reſtituere: iuſſu eius, quod debet, doti promiſit marito, vereor *ſ*, non ſit obligatus. nam mulieri in hoc tenetur, vt hereditatem reſtituendo transferat actiones, & quas habet *t*, & quibus eſt obſtrictus: quas transferre ad alium, quàm *u* cui debet fideicommiſſum non poteſt. Aliquis dixerit, incerti cum eo agi poſſe: vt fideicommiſsi præſtet æſtimationem: huic ego conſentire non poſſum: nam obligari mulieris debitorem ita æquum eſt, ſi *x*

a non deberi. *Hal.*
b Quod quis ſuæ filiæ nomine genero legauerit, id ipſe dotis cauſa legaſſe intelligitur.
c Facere dotem, eſt dicere, promittere.
d *v. l. 41. §. 2. ſ. eo.*
e *l. ſi extraneus, 33. ſ. eod.*
f Maritus qui liberauit expromiſſorem per acceptilationem, fingitur accepiſſe dotem, quam reſtituere ideo tenetur. *Bald.*
g qui accepto dotem tulit promiſſori, vel ab eo accepiſſe pecuniam, vel ei dotem donaſſe fingitur. Acceptilatio, ficta ſolutio eſt.
h vide Cuiac. 8. *ad Afric.*
i i. pacta eſt, vt aliud pro alio acciperet, putà pro fundo decem, vt *l. 25. ſ. eod.* Ita dos permutari pacto poteſt: nempe vt aliud reddatur.
k Aliud pro alio pignus dari poteſt, *l. 9. §. 3. ſ. de pignorat. act.*
l ſui iuris.
m Tradere videtur qui per alium tradit, ſi donatarius conſentit donatori, vt is tradat rem donatam, non tradens ſed donatarius ipſe videtur eam tradere.
n Profectitia non erit huiuſmodi dos.
o Nam ob quamlibet cauſam promitti poteſt de dupla, *l. 52. ſupra de euict.*
p quæri hic poteſt, quod vir vxori debeat promittere dotis reſtitutionẽ. *l. 56. infr. ſoluto l. 240. ſ. de verb. ſign.* debeat etiam promittere de lata culpa, & leui, & dolo, vide *l. 16. ſ. eod.*
q Maritus qui ſciens accipit pro dote nomina non idonea, donare videtur.
r quid ſi animum donandi non habuit? integrum periculum præſtabit maritus, *l. promittendo 41. §. ſi à debitore. ſ. eod.*
ſ Vindex eſt, qui alienam cauſam ſuſcepit vindicandam, veluti quos nunc prædiatores vocamus. *Boëtius in Topic. Ciceronis*: vide Cuiac. 5 *obſ.* 29. Prædiatores ſunt quorum prædia ærario tenentur.
t *l. 26. ſ. eod. l. 22. in fin. ſ. ſoluto.* Imò, non ſunt dotales, cum vxori non quærantur, *l. 12. C. eod.* ſed fiunt comparantis. *l. vlt. C. de ſeru. pign. dato*, vide quæ notaui ad *l. 48. in fine ſ. de furtis.* Cur tam variè an tunc dotales cenſentur, quotiens voluntate vxoris comparatæ ſunt, vt Accurſius ait? an quod viro ad inopiam redacto, poſsit vxor in huiuſmodi res actione ſubſidiaria in rem vti, vt ſenſit Harmenopuli ſcholion, *lib. 4. tit. 8.* & Græcus interpres Baſilicon, vel vtili, vt vox *videntur*, hac in lege innuit, & confirmatur *l. 55. in fin. ſ. de donat. inter virum & vxorem.* vide Cuiacium 9. *obſ.* 29. & quæ ſcripſi ad *l. 8. C. ſi quis ſibi vel alteri.* v. Antonium Fabrum 5. *Coniect.* 9.
u Hæc lex non loquitur de vxore (vt malè vulgò creditum eſt) ſed de eo qui pro vxore promittit animo nouandi, id eſt, de eo qui expromittit.
x qui ea de cauſa dari poteſt, *l. 5. §. 6. ſ. eod.*
y vide *l. 80. ſ. eod.*
z marito.

a *l. 75. in fin. ſ. eo.* vide *l. 65. in fin. ſ. pro ſocio.*
b qui fuit in poteſtate patris ſui.
c qui in parentum ſuorum poteſtatem recidunt mortuo auo, *l 5. ſ. de his qui ſunt ſui, l. 46. ſ. familiæ.*
d vide *l. 1. ſ. de impenſis.*
e *l. 5. ſ. de impenſis.* Dos expenſis minui cùm dicitur, num hoc dicitur, corpora ipſarum rerum dotalium minui? Reſpondeo: Nullum corpus, quod dotale ſemel fuerit, deſinit eſſe dotale. i. pars tamen aliqua dotis, aut ipſæ res vniuerſæ retineri poſſunt, niſi impenſæ reddantur. Retentio non mutat rerum dotalium qualitatem & naturam, *vt hic.* Quid ſi per partes tantum in fundum dotalem ſit impenſum: quanti fundus eſt? hoc caſu Scæuola putat fundum dotalem eſſe deſinere, niſi intra annum impenſas obtulerit mulier. *verſ. ſed ſi.* Quid ſi pecunia & fundus in dote ſint? dos pecuniaria minuitur ſententia Neruæ. *verſ. ſi pecunia.* ſed vide *l. vnicam, § Taceat. 5. C. de rei vxoriæ act.*
† Per partes reficere, eſt minutatim reficere.
f Fundus enim dotalis alienari nõ poteſt, *l. 3. ſ. de fundo dotali.*
g *l 44. §. 1. ſupra eodem.*
h in quod *Contius.*
i Imò tempore nuptiarum, l. 45. ſ. *eod.*
k Præſumptioni ſtatur, donec probetur contrarium, *vt hic, v. l. 23. ſupr. quod met. cauſ.* Probatio hunc in modum admittitur, aduerſus iuris præſumptionem, *arg. l. generaliter. 24. §. ſi petitum. 7. ſ. de fideicommiſſ. l. ſi extraneus, 6. ſ. de condict. cauſa data.*
l *l. 68 ſ. eod.*
m *l. 12. in fi. ſ. eod.*
n in ſuo ſtatu.
o non redderet. *Haloand.*
p Dos ſolui poteſt adiecto. *Bald.*
q vide *l. 19. ſ. eo.*
r vide Contium l. *lect.* 1.
ſ Vereor ne non ſit, *Haloand.* de hac voce dixi ad *l. 45. in fin. §. titul. proxim-*
t Reſtitutio hereditatis, vel fideicommiſsi non poteſt fieri procuratori in rem ſuam, licèt fieri poſsit ſimplici procuratori, *Bald. arg. l. 11. §. 2. ſ. ad Trebell.*
u Reſtitutio ex Trebelliano habet in ſe iuris auctoritatem, quia transfert ius actiuè paſsiuè: quod non eſt in ſimplici ceſsione. *Bald. l. 1. §. 2. ſ. ad Trebell.*
x Impedimentum adquiſitionis vbi eſt in adquirere volente, non obligatur promiſſor, *Bald.*

accepere

accipere idipſum, quod ei debetur, vir *a* poteſt. Sed ne indotata mulier eſſe videatur, dicendum eſt, ipſi mulieri ex Trebelliano reſtituendam eſſe partem hereditatis, quæ ei relicta eſt, vt ea ſuo marito pro dote eam ſolueret, quia & ad eam fideicommiſſum, & onera eius pertinent: delegatione *b* propter nimiam ſubtilitatem, & caſus neceſſitatem minimè obtinente.

2 ¶ Eius nomine quæ libera videbatur, decem in dote dediſti. eo caſu habebis condictionem, quo habere potuiſſes, ſi mulieris liberæ nomine dediſſes, nec nuptiæ ſecutæ eſſent. Si manumiſſa nupſerit, ita demum dos erit, ſi ea mente dediſti, vt quandocunque ſecutis nuptiis dos eſſet. Igitur, ſi mulieri donaturus dediſti, dominus condicet: quemadmodum ſi eum, qui ſibi donaturus eſſet, mulieri ipſam *c* donare *d* iuſſiſſet.

De curatore modum dotis conſtituente.

60. *Celſus* libro 11. Digeſtorum.

QVæro, quantæ pecuniæ dotem promittendi adultæ mulieri curator *e*, conſenſum accommodare debeat? Reſpondit: Modus *f* ex facultatibus *g*, & dignitate *h* mulieris, maritique ſtatuendus eſt, quouſque ratio patitur.

1. *Vtrum res, an pretium curator in dotem dare debeat.*

61. *Terentius Clemens* libro 3. ad legem Iuliam & Papiam.

SIue generalis *i* curator, ſiue dotis *k* dandæ cauſa conſtitutus ſit: & amplius doti promiſſum eſt, quam facultates mulieris valent, ipſo *l* iure promiſſio non valet: quia * lege *m* rata non habetur auctoritas dolo malo facta, quærendum tamen eſt, vtrùm tota obligatio, an quod amplius promiſſum eſt, quàm promitti oportuit, infirmetur, & vtilius eſt dicere, id *n* quod ſuperfluum eſt, tantummodo *o* infirmare.

1 ¶ Iſte *p* autem curator res dotis nomine tradere debet: non *q* etiam ¶ vt vendat cuilibet, & pretium eius in dotem det. Dubitari autem poteſt, an hoc verum ſit. quid enim, ſi aliter honeſtè nubere non poſſit, quàm vt pecuniam in dotem det, idque ei magis expediat? atquin poſſunt res in dotem datæ plerumque alienari *q*, & pecunia in dotem conuerti. Sed (vt expediatur quæſtio) ſi quidem res in dotem maritus accipere maluerit, nihil amplius quærendum eſt: ſin *r* autem non aliter contrahere matrimonium vir patitur, niſi pecuniis in dotem datis, tunc officium eſt curatoris, apud eundem *ſ* intrare *t* iudicem, qui eum conſtituit, vt iterum ei, cauſa cognita, etiam viro abſente, permittat rerum venditione celebrata dotem conſtituere.

De reſtitutione in integrum.

62. *Modeſtinus* libro 5. Reſponſorum.

TItio cùm eſſet minor 25. annis, quartam hereditatis matris ſuæ, communem ſibi cum fratribus mutauit, & accepit pro ea parte fundum, quaſi *u* emptione inter ſe facta: hunc fundum cum aliis rebus doti dedit, quæro, ſi in integrum reſtituatur *x*, & partem ſuam accipiat quartam, & reddat fundum, quid debeat maritus facere, an contentus eſſe debeat aliis rebus in dotem datis. Item quæro, ſi hæc deceſſerit, & heredes eius in integrum reſtitutionem ex perſona eius petierint, & ipſi petant quartam partem, & illi fundum, an maritus cogatur reſtituere fundum, contentus in retentione lucri dotis cæteris rebus? Modeſtinus reſpondit, nihil *y* proponi, cur marito dos *z* auferenda ſit. ſed in meram *a* æſtimationem prædij mulier, vel eius heredes condemnandi ſunt, in hoc tempus referendam, quo in dotem datus eſt.

De redintegratione matrimonij, & dotis.

63. *Idem* libro ſingulari de Eurematicis.

STipulatio de dote reddenda ab *b* extraneo interpoſita, facto diuortio, ſtatim committitur. nec re-

a Reſtitutio ex Trebelliano collata in perſonam mulieris non poteſt viro fieri habenti ius ceſſum ex cauſa dotis, quia perſonæ fideicommiſſarij cohæret. *Bald.*
b Reſtitutio fideicommiſſi non poteſt fieri ceſſionario, etiam per modum delegationis. *Bald.*
c mulier ipſa marito donare iuſſiſſet. Cuiacius ita ingenioſiſſimè, reſtituit ex voce *ipſam* duas voces faciens, nempe *ipſa marito*, & ita Baſilica habent, ὥσπερ αὖ ἡ γυνὴ ἐπιτρέψῃ τῷ μέλλοντι αὐτῆς δωρεῖσθαι παρασχεῖν τῷ ἀνδρί. & Cyrillus his verbis id perſtringit. εἰ δὲ αὐτὴ βουλόμενος δωρήσασθαι ἔδωκα. εἴτε κελεύσει αὐτῆς, εἴτε μὴ ὁ δεσπότης ἔχει κονδικτίονα. *Cuiac.* 13. *obſ. vlt.*
d πλοκή, ſignificat enim dare: vt *l.48. ſup. eo. Cuia. ibi.*
e tutor, ita legit Rævardus. dixi ad *l.61. ff. eo.*
f Modus is dicitur, cenſetúrve, quem ratio patitur omnibus circunſtantiis putaris.
g Dos conſtitui in dubio debet pro modo facultatum, & dignitate mulieris, *l.61. l.69. §. 5. ff. eo. l. 28. C. de epiſc. audient. l.7. l. 18. in fin. ff. de in rem verſo. l.43. ff. de leg. 3.* Ita alimenta conſtituuntur pro facultatum ratione, *l. 2. C. de alimentis præſtandis: l. officio. 2. l. ius alimentorum, 2. ff. Vbi pupill. educ. l. 1. §. ſi mulier. ff. de ventre in poſſeſſ.* vt & impenſa funeris, *l. & ſi quis, 14. §. hæc actio. 6. ff. de religioſis.* refectio ædificij, *l. quidam in teſtamento, 30. ff. de leg. 2.* Ita annonæ ſacris perſonis, pro facultatibus Eccleſiæ præſtandæ. *Nou. 11. c. tranſmiſſæ. 33. extra de ver. ſign. c. quoniam 9. de vita & honeſtate cleric. c. ex parte 10. de conceſſ. præb. c. ſopitæ, 14. extra de cenſib.* h Dos maior eſt conſtituenda mulieri nobili quàm ignobili: dummodò nobili nubat, non ignobili. *Bal.* i *l. 28. C. eo.* k *v. l. 7. ff. de tutoribus datis.* l *l. 9. §. 1. ff. de minorib.* m Dolo malo auctoritas interpoſita lege rata non habetur. n Generalis curator non poteſt excedere modum in conſtitutione dotis: & ſi excedit, illud ſolùm reuocatur, quod illegitimè factum eſt. *Bald.* o & vtile per inutile non vitiatur, *l. 29. ff. de vſur.* p Dotis conſtituendæ aut confirmandæ curator, bona immobilia mulieris, dotis cauſa, ſine cauſa cognita, alienare non poteſt. q *vt l. vlt. ff. eo.* r Curator poteſt vendere bona immobilia mulieris adultæ, & ei dotem conſtituere, cauſa tamen apud iudicem cognita, *Bald.* ſ vel alium competentem quia decreta curæ & alienationis, poſſunt interponi à diuerſis iudicibus: niſi fortè hic continentiam cauſæ diuidi non oporteat. *Bal.* t impetrare iudicem, *Hal.* verùm ſuſpicio eſt, hoc loquendi genus, *intrare apud iudicem*, Triboniani ſtilum redolere: cùm eo paſſim in legibus Iuſtiniani vtatur. u Permutatio habet vim emptionis, *v. l. 2. C. de rerum permut.* x nullum hic æs alienum, nullum decretum iudicis interceſſiſſe dicitur, ideóque cum ipſo iure nulla fuerit traditio, non videtur danda eſſe reſtitutio, *l. 12. C. de præd. min.* y In hac hypotheſi: An idem erit, ſi mulier alicui priuato condemnata ſit conſtante matrimonio? Baldus ait. z id eſt, fundus dotalis adquiſitus ab vxore ex cauſa permutationis, & ſic ſententia, quæ ex cauſa reſtitutionis in integrum executionem contra mulierem reſtitutam meretur, non tamen meretur executionem in re dotali. *Bal.* a veram, Græci. b *l. 42. in fi. ff. ſolut.*

dintegrato matrimonio actio ſtipulatori *a* quæſita intercidit. Denuò igitur conſentiente *b* ſtipulatore dos conſtituenda eſt, ne ſequenti matrimonio mulier indotata ſit, ſi modò ea dos non ab ipſa profecta ſit, quam alius permiſſu eius ſtipulatus eſt. Tunc enim conſenſus eius non eſt neceſſarius.

64. *Iauolenus* libro 4. ex Caſſio.

POſt diuortium mulier, ſi de dote maritus nihil cauit, & cùm alij *c* nupſiſſet, poſtea ad priorem virum rediit. tacitè *d* dos ei redintegratur *e*.

De eo quod ſeruus dotalis acquirit.

65. *Pomponius* libro 5. ad Quintum Mucium.

SI legato: aut hereditate aliquid ſeruo dotali *f* obuenit, quod teſtator noluit *g* ad maritum pertinere *h*, id ſoluto matrimonio reddendum eſt mulieri.

De vſufructu in dotem dato.

66. *Idem* libro 8. ad Quintum Mucium.

SI vſusfr. *i* fundi, cuius proprietatem mulier non habebat, dotis nomine mihi à domino proprietatis detur, difficultas erit poſt diuortium circa reddendum ius mulieri: quoniam diximus, vſumfructum à fructuario cedi non *k* poſſe *l*, niſi domino proprietatis, &, ſi extraneo cedatur, i. ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum tranſire, ſed ad dominum proprietatis reuerſurū vſumfructum. Quidam ergo, remedij *m* loco, rectè putauerunt introducendum, vt vel locet *n* hunc vſumfructum mulieri maritus, vel vendat nummo vno *o*, vt ipſum quidem ius *p* remaneat penes maritum, perceptio verò fructuum ad mulierem pertineat *q*.

De pecunia dotis nomine data ab ancilla.

67. *Proculus* libro 7. Epiſtolarum.

PRoculus nepoti ſuo ſalutem: Ancilla *r* quæ nupſit dotiſque nomine pecuniam viro tradidit, ſiue ſciat "ſe" ancillam eſſe, ſiue ignoret, non poterit eam pecuniam viri facere, eáque nihilo minus manſit eius, cuius fuerat, antequam eo nomine viro traderetur: niſi fortè vſucapta *ſ* eſt, nec poſtea quàm apud eundem virum libera facta eſt, eius pecuniæ cauſam mutare potuit. Itaque nec facto quidem diuortio, aut dotis iure, aut per condictionem repetere rectè poteſt. Sed is, cuius pecunia eſt, rectè vindicat eam. Quod ſi vir eam pecuniam pro ſuo poſſidendo vſucepit, ſcilicet quia exiſtimauit mulierem liberam eſſe, propius eſt, vt exiſtimem, eum lucrifeciſſe. vtique ſi, antequam matrimonium eſſe inciperet, vſucepit. Et in eadem opinione ſum, ſi quid ex ea pecunia parauit, antequam ea dos fieret, ita vt nec poſſideat eam, nec dolo fecerit, quo minus eam poſſideret.

De confirmatione dotis ex poſt facto.

68. *Papinianus* libro 10. Quæſtionum.

DOtis promiſſio non *t* ideo minùs valebit, quod, ignorante initio patre, nuptiæ "non" fuerint, ſi poſtea conſenſerit, cùm * omnis dotis promiſſio, futuri matrimonij tacitam *u* conditionem accipiat. Nam & ſi minor annis duodecim, vt maior deducta ſit, tunc *x* primùm petetur, cùm maior annis apud † eundem eſſe cœperit. Quod enim vulgatum eſt, dotis promiſſionem in primis duntaxat nuptiis deſtinari *y*, neque durare *z* obligationem, ſi poſt alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiſerat: tunc locum habet, cùm interceſſerunt aliæ nuptiæ.

Si poſt diuortium mulier viro ſciente ſit in poſſeſſione. 1. De vſuris. 4. De ſtipulatione dotis, non demonſtrata re, vel quantitate. 5. De modo dotis per tutorem conſtituendo. 6. Si patrona pro liberta dotem promiſerit. 7. De euictione. 8. Et dominio rerum æſtimatarum. 9. De partu ancillæ.

69. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

CVm poſt diuortium, viro ſciente, mulier in poſſeſſionem prædiorum, quæ in dotem promiſit *a*, longo tempore fuerit, conueniſſe tacitè *b* videtur, ne dos, quæ promiſſa fuerat, petatur. & ſi petere ea cœperit, pacti exceptione à muliere repellitur.

1 ¶ Mulier pecuniam ſibi debitam à Seio cum vſuris futuri temporis in dote promittenda demonſtrauit. eas quoque dotis portionem eſſe *c*, quarum dies poſt nuptias ceſſit, rationis eſt.

2 ¶ Vſuras dotis in ſtipulatum cum dote poſt diuortium deductas, ex die *d* ſecundi matrimonij non eſſe præſtandas, placuit, quia nec ſortis exactio locum habere cœpit, medij autem temporis debebuntur.

3 ¶ In domum *e* abſentis *f* vxore deducta, nullis *g* in eam interea ex bonis viri ſumptibus factis, ad exhibitionem *h* vxoris promiſſas vſuras, reuerſus vir improbè *i* petit.

a ex ſtipulatu.
b conſciente, *Hal. l.7. C. de nup.* facit *l. 13. §. 11. ſup. locat. l. 29. §. 1. ff. de pact. dot.* & ſic ius quæſitum tertio ſine eius facto auferri non poteſt.
c *l. pen. §. 5. ff. ſolut.*
d Imò, tunc tantum cùm id actum eſt, *l. 30. ſup. eo.*
e Vaſallo ſi domino ſuo reconciliatus fuerit, tacitè feudum redintegrari hinc Baldus colligit.
f Non æſtimato, *Baſil.*
g Vbi de voluntate teſtatoris non conſtat, quid in dubio iudicandum eſt? vt legatum ſeruo dotali relictum fauore mulieris relictum videatur, *Bald.*
h i. eum lucrari.
i vt *l. 57. ff. ſolut.*
k Imò poteſt, *l. 12. §. 2. ſup. de vſufr.* v. quæ notaui ad *l. 11. §. 2. ſup. de pign.*
l *Inſt. de vſufr. in fin.*
m Cautionem Iuriſconſulti obſerua. Hæc remedia ſunt εὑρήματα: id eſt cautiones & cautelæ, vt nunc loquuntur pragmatici.
n Vſumfructum qui locat, ius ſuum ſemper retinet, nec eo ſe abdicat.
o i. imaginariè, *l. 46. ſup. locati.* Venditio vno nummo fit interdum expediendarum rerum gratia. *Inſt. de teſt. in pr. & §. 6. Inſt. quibus modis ius patriæ poteſtatis.*
p *v. l. vlt. C. de donat.* Decimarum ius licet non poſſit concedi laico, ipſam tamen perceptionem concedi poſſe, hinc Baldus colligit. Ius, vim legis: perceptio, factum oſtendit: ius penes vnum eſſe poteſt: perceptio penes alium.
q nec dum tamen nodus ſubtilitatis ſolutus eſt. quid? num me mortuo iuris vſufructuarij domino, atque marito, mulier vſufructu priuabitur, vt is perpetuo dominio conſolidetur? vel hic locus ſatis oſtendit in iure opus eſſe magna æquitate, & ἐν πλάτει interdum, reiecta ſubtilitate nimia, res ipſas eſſe conſiderandas.

r adde *l. 39. ſup. eo.* ſ atqui non poteſt vſucapi. *l. 1. in fi. ſup. de iure dot.* u *l. 10. §. 4. ſup. eo.* x *v. l. 10. ff. de cond. & dem.* † *l. 69. §. 1. ff. eo.* i. apud eundem deducta fuerit: de quo more dixi ad *l. pen. ff. de don. inter vir. & l. 15. ff. de cond. & dem.* y deſtinari. *Hal.* z *v. l. 58. ſup. eod.* a Nec tradidit marito, b *v. l. 26. ſup. de prob.* Taciti pacti exceptio, ex tempore & diuturna taciturnitate inducitur. c ſi vir eam non aluerit. *Acc.* aliàs illæ vſuræ non erunt dotales. *l. 77. ff. eo.* d *l. 30. ſup. eo.* e *l. 68 ſup. eod.* dixi de eo more ad *d. l. pen. ff. de don. inter vir. & vx. & d. l. 15.* f *v. l. 5. 6. 7. ſup. de ritu nupt.* g *l. 42. §. 7. ff. ſolut.* h alimenta. i iure ciuili: probe verò, iure Canonico, *c. ſalubriter 16. extra de vſur.* nudæ.

4 ¶ Gener à ſocero dotem, *arbitratu a ſoceri, certo die dari*, non demonſtrata ‖ re vel ‖ quantitate *b*, ſtipulatus fuerat? arbitrio *c* quoque detracto, ſtipulationem valere placuit. Nec *d* videri ſimile, quod fundo non demonſtrato, nullum eſſe legatum *e*, vel ſtipulationem *f* fundi conſtaret, cùm inter modum conſtituendæ dotis, & corpus ignotum, differentia magna ſit: dotis *g* etenim quantitas pro *h* modo facultatium patris, & dignitate mariti conſtitui poteſt.

5 ¶ Nuptiis ex voluntate *i* patris puellæ cum filio tutoris iure contractis, dos pro modo facultatium, & dignitate natalium *k*, rectè per tutorem *l* conſtitui poteſt.

6 ¶ Patrona dotem pro liberta iure promiſſam, quòd exſtiterit ingrata, non retinebit *m*.

7 ¶ Cùm res in dotem æſtimatæ, ſoluto matrimonio, reddi placuit, ſumma declaratur, non *n* venditio contrahitur. Ideóque rebus euictis, ſi mulier bona *o* fide eas dederit, nulla eſt actio viro, alioquin de dolo tenetur.

8 ¶ In dotem rebus æſtimatis, ‖ & ‖ traditis, quamuis *p* eas mulier in vſu habeat, viri dominium *q* factum videretur.

9 ¶ Partum *r* dotalium ancillarum, dotis eſſe portionem conuenit. Ideóque fruſtra paciſci virum, vt inter vxorem & ſe partus communis ſit.

De fauore dotis.

75. *Paulus* libro 6. Quæſtionum.

IN ambiguis *s* pro dotibus *t* reſpondere *u* melius eſt.

De periculo nominis dotalis.

71. *Idem* libro 3. Quæſtionum.

CVm *x* dotem mulieris nomine extraneus promiſit, mulieris periculum eſt *y*: ſed ſi maritus nomen ſecutus, vſuras exegerit *z*, periculum eius futurum reſpondetur.

De omnibus bonis in dotem datis. 1. De dolo, & culpa patris mariti. 2. Si mulier matrem, quæ ſtipularetur, adhibuit.

72. *Idem* libro 8. Reſponſorum.

MVlier bona ſua omnia *a* in dotem dedit. Quæro an maritus, quaſi heres *b*, oneribus reſpondere cogatur? Paulus reſpondit, eum quidem, qui tota ex repromiſſione dotis bona mulieris retinuit, à creditoribus conueniri eius non poſſe, ſed non plus eſſe in promiſſione bonorum, quam quod ſupereſt, deducto *c* ære alieno.

1 ¶ ‖ Paulus reſpondit ‖, in rebus dotalibus etiam *d* patrem mariti dolum & culpam præſtare debere.

2 ¶ Paulus reſpondit:

SI mulier de ſuo dotem dedit, & adhibuit matrem, quæ ſtipularetur, potuiſſe eam *e* poſtea inſtrumentum dotale mutare.

De muto, ſurdo, cæco. 1. Quibus ex cauſis ſtante matrimonio dos mulieri reddi poteſt.

73. *Idem* libro 2. Sententiarum.

MVtus, ſurdus, cæcus, dotis nomine obligantur: quia *f* & nuptias *g* contrahere poſſunt.

1 Manente *h* matrimonio, non perituræ *i* vxori ob has cauſas, dos reddi *k* poteſt, vt ſeſe ſuóſque alat, vt fundum idoneum emat, vt in exilium, vt in inſulam relegato parenti *l*, præſtet alimonia, aut vt egentem virum, fratrem, ſororémve ſuſtineat.

De ſponſa minore duodecim annis.

74. *Hermogenianus* libro 5. Iuris Epitomarum.

SI ſponſa dotem dederit, nec nupſerit, vel minor duodecim annis, vt vxor habeatur: exemplo dotis, condictioni, fauoris ratione, priuilegium *m*, quod inter perſonales actiones vertitur, tribui placuit.

Cuius ſit dos.

75. *Tryphoninus* libro 6. Diſputationum.

QVamuis in bonis *n* mariti dos ſit, mulieris *o* tamen eſt, & merito placuit, vt ſi in dotem fundum inæſtimatum dedit, cuius nomine duplæ ſtipulatione cautum habuit, íſque marito euictus ſit *p*, ſtatim eam ex ſtipulatione agere poſſe. Porrò cuius intereſt non eſſe euictum, quod in dote fuit, quodque ipſa euictionem pati creditur ob id quod eum in dotem habere deſiit. Huius *a* etiam, conſtante matrimonio, quamuis apud maritum *b* dominium ſit, emolumenti *c* poteſtatem eſſe creditur. Cuius etiam matrimonij onera maritus ſuſtinet.

De donatione mortis cauſa, vel promiſſione in tempus mortis collata.

76. *Idem* libro 9. Diſputationum.

SI pater mulieris mortis ſuæ cauſa dotem promiſerit, valet promiſſio. Nam & ſi in tempus quo ipſe moreretur, promiſiſſet, obligaretur. Sed ſi conualuerit, cur ei non remittatur obligatio per condictionem *d*, atque ſi ſtipulanti quiuis alius promiſiſſet, aut dotem alicuius nomine? nam *e* vt corporis vel pecuniæ tranſlatæ, ita obligationis conſtitutæ mortis cauſa condictio eſt. Non idem dicendum eſt in perſona mulieris, ſi ‖ mulier ‖ mortis ‖ ſuæ ‖ cauſa dotem promiſerit. Quia niſi matrimonij oneribus ſeruiat, dos nulla eſt.

De vſuris.

77. *Idem* libro 10. Diſputationum.

SI mulier debitori ſuo, qui ſub vſuris debebat, nuptura, dotem promiſiſſet, quod is ſibi deberet, poſt contractas nuptias ſecuti temporis vſuras non *f* eſſe dotales: quia illa obligatio tota tolleretur, perinde ac ſi ſolutum debitum mulieri in dotem ab ea datum eſſet.

De vſufructu. 4. Vel communi fundo in dotem dato. 5. De eo qui per errorem promiſit.

78. *Idem* libro 11. Diſputationum.

CVm in fundo mariti habens mulier vſumfructum *g* dotis cauſa eum marito dedit, quamuis ab ea vſusfructus deceſſerit, maritus tamen non *h* vſumfructum habet, ſed ſuo fundo quaſi dominus vtitur *i*, conſecutus per dotem plenam fundi proprietatem, non ſeparatam ab vſufructu. Nec eſt, quod non vtendo maritus amittat. Diuortio autem facto, conſtituet *k* in eodem fundo vſumfructum mulieri. Quod ſi in matrimonio deceſſerit vxor, nihil emolumenti ob dotem habere videtur maritus: quia, etſi vxorem eam non duxiſſet, fructuariæ morte finitus vſusfructus ad proprietatem rediret: ideóque nec *l* in funus confert mulieris.

1 ¶ Planè ſi pater filiæ nomine, qui in fundo generi vſumfructum habebit *m*, dotis conſtituendæ gratia eum dederit, & in matrimonio mortua fuerit, habebit ex ſua perſona vſusfructus petitionem.

2 ¶ Quod ſi mulier, in fundo ſuo marito vſumfructum, dotis cauſa, conſtituerit, tunc ex mariti perſona erit vſusfructus propriè: qui & non *n* vtendo ipſius *o* pereat. quod ſi acciderit, videamus, an etiam nunc dotata ſit mulier. Et ſi quidem dominium apud mulierem eſt fundi, ad quem reuerſus eſt vſusfructus, nihil iam in dote habet, quod actione dotis conſequatur ab eo, cui quod non vtendo amiſit vſumfructum, imputari non poteſt, ex quo *p* ipſa lucrum habet: ideóque indotata erit. Quod ſi alienauerit vxor proprietatem, quæ ſine vllo mulieris emolumento plenior facta eſt, adhuc dotata eſt: quia dotis actione teneri debet maritus. qui quando *q* licuit vſufructu vti amiſit eum non *r* vtendo. Nam ſi habere perſeueraſſet vſumfructum ad diuortium, commodo mulieris cederet eius reſtitutio: quia etſi non protinus ad ipſam tranſiret, tamen vel ‖ ſi ‖ pretio, vel beneficio, ſine incommodo mulieris, ad proprietatem reuertetur. Si autem vſumfructum maritus non amiſerit, morte mulieris non finitur vſusfructus apud maritum. Diuortio autem facto primo videamus & in hac, & in ſuperiore ſpecie, an pro rata temporis eius anni diuidantur fructus? quod probandum eſt. Ipſius autem reſtitutio ita fiet, vt habenti mulieri fundum, vſusfructus cedatur *ſ*, & ita cum proprietate conſolidetur. Sed etſi non ſit fundi domina, nihilo minus competit dotis actio, vt dimittat à ſe maritus vſumfructum. Nam vel ex empto actione adhuc, vt vſumfructum præſtet, mulier tenetur, aut pretium eius conſequi ſperat, aut cuiuis magis gratiam præſtare, quam relinquere apud inimicum *t*, ius ad ſe *u* tranſlatum, licere ei ciuile eſt.

3 ¶ Vxor viro vſumfructum *x* dotis nomine dedit, manente matrimonio eidem fundum *y* vendidit: quæſitum eſt, diuortio facto, quid dotis iudicio recipe[r]are debeat? dixi, referre, quanti fundus veniſſet. Nam, ſi nudæ proprietatis æſtimatio facta fuiſſet, mulier dotis iudicio pretium vſusfructus reciperare debet.

¶ Quid ergo eſt, ſi vir ante litem conteſtatam mortuus fuiſſet? heredes eius nihil præſtituros. Nam etſi quilibet alius emptor proprietatis extitiſſet, heres viri nihil mulieri præſtaret: ſcilicet vſufructu reuerſo ad proprietatem. Cæterùm ſi fundus totus veniſſet, quanti debet venire (non) detracto vſufructu intelligi mulierem dotem manente *z* matrimonio, recepiſſe.

4 ¶ Si fundus communis in dotem datus erit *a*, & ſocius egerit cũ marito, cõmuni diuidundo, adiudicatúſque

a l. 3. Cod. dot. promiſſ.
b quod fieri poteſt.
c i. licet ſimpliciter dixerit, dotem do. Eſt hoc in dote ſpeciale, vt in arbitrium promittentis dotis conſtitutio committatur, non demonſtrata quantitate: vtque dotis ſtipulatio valeat, etiamſi qui ius habet arbitrari, non arbitretur, *vt hic.* regulariter ſecus eſt, *v. l. 43. ff. de ver. oblig.*
d Ratio dubitandi.
e *Paul. 3. ſent. 6. c. 13. §. 25. Inſt. de leg. Vlp. 2. §. 4.*
f *l. 75. ff. de verbor. oblig.*
g & ſummæ legatæ, *l. 30. de leg. 2.*
h *§. 5. ff. l. 60. ſup. eod.*
i aliàs non poteſt *l. 60. ff. de ritu nupt.*
k gentis, familiæ *d. l. 60.*
l in extraneo tutore hoc nouum non eſt, *l. 61. in pr. ſup. eod. l. 7. ff. de tut. dat.* vt autem eidem tutori & patri id liceat, mirum? cum in rem ſuam author fieri videatur, quod prohibitum eſt, *Inſt. de auctor. tut. in fin.*
m multò minus ea data condicet, *l. 24. C. eo.*
n Imò, ſi res æſtimatæ marito datæ ſint, non modo per fictionem *l. 9. in fin. ſup. qui potior.* ſed re vera venditæ ei videntur. *l. 10. §. 4. in fi. ff. hoc tit.*
o *l. 1. C. eo.*
p Ratio dubitandi, id eſt, quamuis eas res ipſamet mulier vtendo conſumat, & atterat.
q & periculum, *d. l. 51. ff. ſoluto.* & earum æſtimationem debet, *l. 10. ſup. eo.*
r *l. vnic. §. 9. C. de rei vxor. act.*
ſ Fingamus, eadem die Titium Mæuio creditori, & Gaiæ (dotis nomine) res ſuas obligaſſe? hoc illo antiquius inſtrumentum probabitur.
t *l. 85. ff. de reg. iur.* & eodem modo pro iis quæ doti comparantur. u id enim dotis fauor exigit, *l. 9. §. 1. ff. eo. l. 1. ff. ſolut. l. vlt. C. ad Velleian. l. 12. C. qui potior.*
x *4. Har. 8. §. 15.* y niſi maritus ipſe in mora exigendi fuerit, *l. 33. ſup. eo.*
z *al.* exegerit, i. ſi maluerit vſuras à promiſſore dotis exigere, quàm ipſam ſortem, íſque promiſſor lapſus ſit facultatibus, mariti periculum erit, atque ita culpa facit is, qui cum poſſit ſortem exigere, ſolas vſuras exigit, facit *d. l. 33. & l. 35. ff. eod.* a id enim poteſt, *l. 4. C. eo. l. 1. §. 1. ff. eo.*
b *v. l. 2. §. 1. ff. de collat. bon.*
c ſi quidem heres mulieris tenetur, *l. 27. C. eo.*
d *l. 46. ff. eo. l. 36. ſup. de pec.* e *l. 2. in fin. C. eo.*
f Doti nomine poteſt obligari, qui poteſt nuptias contrahere, adde *l. 8. ff. de pactis dotalib.*
g *l. 13. ff. de vulg.* h. i. conſtante, i vt in *l. 31. §. 9. ff. de don. inter vir.* Perdituræ dotem vxori, dos reddi non poteſt. Perdituro qui ſoluet debitum, mala fide ſoluiſſe intelligitur, & proinde nec liberari videtur. k aliàs repræſentatio donationis eſt ſpecies. *l. vlt. ff. eo. Nou. 22. c. 39.* l *l. 21. ff. ſolut.* m *v. l. 17. in fin. ff. de reb. auth. iud.* n *l. 7. §. 3. ff. eo. l. 22. §. 1. ff. ad Municip.*
o *l. 9. circa fin. ff. eo.* p. *v. l. 22. 1. §. 1. ſup. de euict.*

a Huic etiam *Hal.* i. mulieri.
b *d. §. 3. v. Robert. 3. ſent. 8.*
c *l. 10. §. 1. ff. eo.*
d *l. 7. §. 3. ff. eo. v. l. 30. ff. de mort. cauſ.*
e Argumentum à corporalibus ad incorporalia: facit lex 20. *ſup. de ſtatu hominum, l. ſicut re corporali, 8. ſup. quibus modis pignus.*
f Imò ſunt, dotales, *l. 69. §. 1. ſup. eod.*
g *v. l. 57. inf. ſolut.*
h *l. 21. §. ſi fundum 3. inf. de except. rei iudica.* Totum iuris & incorporale qui habet, partem eius, iuris poteſtate à ſuo toto diuiduã non habet.
i nec enim poteſt res ſua cuiquam ſeruire, *l. 26. ſup. de ſer. urban.*
k *d. l. 57.*
l *v. l. 16. ſup. de religioſis.*
m *al.* habebat.
n vt in *l. 33. ſup. eo.*
o ipſi perit. *Hal.*
p Culpam obiicere ei nemo rectè poſſit, à quo eius culpæ nomine, lucrum ſentiat, *vt hic.* quod tamen in præſcriptionibus non obtinet: negligentium res ſuas odio: & poſſeſſorum fauore.
q *l. 18. §. 1. verſ. O. filius, inf. ſolut.*
r *l. 25. ſup. quibus modis vſusfruct.*
ſ *v. l. 57. infra ſolut.* atqui vſusfructus cedi non poteſt. *l. 66. ſup. eo.* Dic: cedi proprietariæ, *hic.* adde *§. finitur. Inſt. de vſusfruct.*
t maritum ſcil. vt merito ſit hoc notandum, maritum poſt diuortium vxoris ſ inimicum appellari, vt *l. 39. inf. de pœnis.* quod admitti poterit, niſi bona gratia diuortium factum fuerit.
u à ſe tranſlatum. *Hal.*
x nudum fundi alicuius.
y proprietatem nudam. *Baſil.*
z Dos conſtante matrimonio rectè vxori ſolui poteſt: eáque ſoluta maritus liberatur, *vt hic.* quatenus tamen vxor locupletior eſt facta, non vlterius.
a id enim fieri poteſt. Sed quo modo? *v. l. 2. C. de fundo dotali.*

túſque a fundus ſocio fuerit, in dote erit quantitas, qua ſocius marito damnatus fuerit, aut ſi, omiſſa licitatione, extraneo addictus is fundus fuerit, pretij portio quæ diſtracta eſt: ſed b ita, vt non c vice corporis habeatur, nec diuortio ſecuto præſenti die, quod in numero d eſt, reſtituatur e, ſed ſtatuto tempore ſolui debeat. Quòd ſi marito fundus fuerit adiudicatus, pars vtique data in dotem dotalis manebit: diuortio f autem facto ſequetur reſtitutionem, propter quam ad maritum peruenit, etiam altera portio, ſcilicet vt recipiat tantum pretij nomine à muliere, quantum dedit ex condemnatione ſocio. nec audiri debebit alteruter eam æquitatem g recuſans, aut mulier in ſuſcipienda parte altera quoque, aut vir in reſtituenda. Sed an conſtante matrimonio non ſola pars dotalis ſit, quæ data fuit in dotem, ſed etiam altera portio, videamus? Iulianus de parte tantum dotali loquitur. Et ego dixi in auditorio h illam ſolam dotalem eſſe.

5 ¶ Si marito dotis nomine ſtipulanti i promiſit k per errorem l is, qui exceptione tutus erat, ne ſoluat, cogetur ei ſoluere, & habebit condictionem aduerſus mulierem, aut patrem, vter eorum delegauit, ob id, quod indebitum marito promiſit, aut ſoluit.

De dote profecta ab auo. 1. De promißione, cùm commodiſſimum erit.

79. *Labeo* libro 6. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

AVus neptis nomine filio m natæ, genero dotem dedit, & moritur? negat n Seruius, dotem ad patrem reuerti o, & ego cum Seruio ſentio. quia non poteſt videri ab eo profecta, quia p nihil ex his ſui habuiſſet.

1 ¶ Pater filiæ nomine centum doti ita promiſit q, *cùm commodiſſimum eſſet.* Ateius ſcripſit Seruium reſpondiſſe, cùm primum ſine r turpitudine & infamia dari poſſit, deberi.

Si debitor mulieris ſponſo promiſerit.

80. *Iauolenus* libro 6. ex poſterioribus Labeonis.

SI ſ debitor t mulieris dotem ſponſo promiſerit, poſſe u mulierem ante nuptias à debitore eam pecuniam petere, neque eo nomine poſtea debitorem viro obligatum, futurum, ait Labeo. falſum eſt: quia ea promiſſio in pendenti eſſet, donec obligatio in ea cauſa eſt.

De nummis alienis.

81. *Papinianus* libro 8. Quæſtionum.

PAter filiæ nomine nummos alienos x, quos mutuos acceperat, aut in cauſam crediti receperat, in dotem dedit? conſumptis y his, dos profectitia efficitur.

82. *Proculus* libro 5. Epiſtolarum.

CVm vxor virum ſuum, quam pecuniam ſibi z deberet, in dotem filiæ communis dare iuſſerit, & id feciſſe dicatur, puto, animaduertendum eſſe, vtrum eam dotem ſuo an vxoris nomine dedit ſi ſuo a, nihilominus vxori eum debere b pecuniam: ſi vxoris nomine dederit, ipſum ab vxore liberatum eſſe.

Si debitor mulieris ſponſo promiſerit.

83. *Iauolenus* libro 6. Poſteriorum Labeonis.

SI c debitor mulieris, dotem ſponſo promiſerit, non d poſſe mulierem, ante nuptias, à debitore ‖eam‖ pecuniam petere: quia ea promiſſio in pendenti eſſet, donec obligatio in ea cauſa eſt.

In quantum condemnatur qui dotem promiſit.

84. *Labeo* libro 6. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI de dote promiſſa agitur, non oportet, in quantum facere poteſt, condemnari eum, qui promiſit. *Paulus*: Immo, quod e ad extraneum attinet, ſemper f hoc verum eſt. cæterum ſi manente adfinitate dotem promiſſam gener à ſocero petit: vtique in quantum facere poteſt ſocer condemnabitur: ſi dirempto matrimonio petitur, ex cauſa g & perſona id tribuendum puto. Quid enim, ſi ſocer ſpecie futuræ dotis induxerit generum: & cùm ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, id egerit, vt genero inſidiaretur h?

De dote mulieri reddita, manente matrimonio.

85. *Scæuola* libro 8. Digeſtorum.

FVndum filiæ i nomine, pater in dotem dederat: huius heredi filiæ ex aſſe, creditoribus vrgentibus patris, vtilius a videtur, potius fundum, qui dotalis eſt, diſtrahere, quòd minus fructuoſus ſit b, & alios hereditarios vberiore reditu retinere: maritus conſenſit c. Si nulla in ea re captio ſit futura, quæro, an ‖ea‖ pars dotis quæ in hoc fundo eſt, mulieri manente d matrimonio rectè ſoluatur? Reſpondit, ſi pretium e creditori ſoluatur, rectè ſolutum.

a l.7.§.13. j. com. diuid. l.13.§.17. j. de act. empt.
b Pretium licet in vniuerſalibus ſuccedat loco rei, l. fin. l. rem 22. ſuprà de pet. her. l. Imperator. 70. in fin. j. de leg. 2. non tamen ita ſuccedit pretiũ loco rei, vt quo tempore peti potuerit res, eodem & pretium peti poſſit, vt hic.
c Iure Digeſtorum differentia fuit bonorum dotalium immobilium, à mobilibus: illa ſtatim, hæc ſua die reddebantur. *Bald.*
d id eſt quod conſtat numero, vt pecunia, *Contius*, quod in numerato eſt. *Hal.* in numerato, id eſt, in manu, *Eud.*
e l. vn. §. 7. verſ. exact. Cod. de rei vxor. act.
f in dotem quoties datur res communis, ſoluto matrimonio reſtituere maritus debet, quidquid ad eum ex ea re communi peruenit.
g Inuiti interdum emere & vendere cogimur, v. quæ ſcripſi ad l.16. C. de adq. hered.
h Auditorium principis fortè intelligit, l. lecta 40. j. de reb. cred.
i l.9.§.1. ſuprà de cond. cauſ. data.
k delegatus marito per mulierem vel eius patrem.
l l.46. in fin. ſuprà eodem.
m ex filio, *Hal.* & ita auus paternus.
n Iure Digeſtorum filius familias habuit heredem in dote aduentitia. *Bald.*
o Imo, debet reuerti, l. 6. infrà de collat. bon.
p qui nihil, *Hal.*
q quo loco veteres prudenter ſcripſerant *doti dicere*, Tribonianus ſubſtituit, *doti promittere*, inuſitata loquendi formula, vt hic & l.31.§.1. l.44. §. 1. j. ſoluto. l.31. in fin. j. de nouat. adde l.1. C. hoc tit. *Guiac.* ad tit. 6. *Vlp.*
r Poſſe, infert honeſtum. non poſſumus facere, quod honeſtè non poſſumus, quod contra bonos mores poſſumus, v. l.15. in fi. de cond. inſt.
ſ Iteratur hæc lex in l.83. j. eod. t l.36. l.41.§.2. l.36. ſuprà eod. l.83. j. eodem.
u Sententia Labeonis quæ mox à Iauoleno reiicitur.
x l.6. § 1. ſuprà eod. y v. l.94. in pr. & §.2. j. de ſolut.
z id eſt mulieri a l.17. in fin. j. de ſolution.
b & manere obligatum.
c Iterata eſt hæc lex in l.80. ſuprà eod.
d hæc eſt Iauoleni ſententia, quam Tribonianus probauit, reiecta Labeonis contraria. e l.19. ſuprà de pactis.
f id eſt, ſiue conſtante matrimonio, ſiue eo ſoluto agatur: nam ſemper agitur in ſolidum.
g l.17. j. ſoluto matrimonio, v. Zaſium 1. Intellect. 5. & 2. Reſponſ. 9.
h Beneficia ob delictum & maleficium amitti hinc colligit *Bald.*
i Ad minores hoc extendunt interpretes. l. 7. j. de rebus eorum.

DE PACTIS f DOTALIBVS.
TIT. IV.

De pacto poſt nuptias. 1. De perſonis paciſcentibus.

Iauolenus libro 4. ex Caſſio.

PAciſci poſt g nuptias, etiam ſi nihil ante conuenerit, licet.

1 ¶ Pacta, quæ *de reddenda dote* fiunt, inter h omnes fieri oportet, qui repetere dotem, & à quibus repeti poteſt, ne ei, qui non interfuit, apud arbitrium i cognoſcentem pactum non proſit.

De dote apud virum manſura.

2. *Vlpianus* libro 19. ad Sabinum.

SI conuenerit, *vt quoquo modo* k *diſſolutum ſit matrimonium liberis interuenientibus dos apud virum remaneret*, Papinianus Iuniano prætori reſpondit, morte mariti l finito matrimonio, neque conueniſſe videri, dotem remanere: & ſi conueniſſet, non eſſe ſeruandum pactum contra dotem, cùm mariti mortalitas interuenit.

De diuortio.

3. *Paulus* libro 3. ad Sabinum.

PActa conuenta, quæ *in diuortij tempus collata* ſunt, non m facto diuortio locum non habent.

De fructibus in dotem conuertendis.

4. *Vlpianus* libro 31. ad Sabinum.

SI conuenerit, *vt fructus in dotem conuerterentur*, an valeat conuentio? Et Marcellus ait libro octauo Digeſtorum, conuentionem non valere. propè n enim indotatam mulierem hoc pacto fieri.

¶ Sed ita diſtinguit, ‖vt‖ ſi quidem fundum in dotem dederit mulier, ita *vt* o *maritus fructus redderet*, non eſſe ratum pactum. idémque ‖eſſe,‖ & ſi vſumfructum in dotem hoc pacto dedit. Quod ſi conueniſſet de fructibus reddendis, hoc eſt, *vt in dote eſſent fructus, quoſquos percepiſſet*, & fundus, vel vſusfructus in hoc traditus eſt; non vt fundus, vel fructus fieret dotalis, ſed *vt fructus* p *perciperet dotis futuros*, cogendum q de dote actione, fructus reddere. Erunt igitur in dote fructus, & fruetur iſte vſuris, quæ ex fructibus collectis, & in r ſortem redactis percipi poſſunt.

¶ Ego vtrubique arbitror intereſſe qua contemplatione dos ſit data vt ſi ob hoc ei maiorem dotem mulier dedit, quia fructus volebat eſſe dotis, contento marito ea pecunia, quæ ex vſuris redituum colligitur, poſſe dici conuentionem valere: nec enim videtur ſterilis ſ eſſe dos. finge, quadragena annua eſſe reditus apud eum, qui non acciperet in dotem, niſi hoc conueniſſet, plus trecentum: vti boni conſuleret, tam vberem dotem conſecutus. Et quid dicimus, ſi pactum tale interuenit, *vt maritus* t *fructus in dotem conuerteret & mulier ſe, ſuóſque aleret* u, *tueretúrve, & vniuerſa onera ſua expediret*; quare non dicas conuentionem valere?

De moribus. 1. De rebus donatis vel amotis. 2. De impenſis in res dotales factis.

5. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

ILlud conuenire non poteſt, *ne* x *de* y *moribus* z *agatur, vel plus vel minus exigatur*: ne publica a coërcitio priuata pactione tollatur.

1 ¶ Ac ne illa quidem pacta ſeruanda ſunt, *ne* b *ob res donatas, vel amotas* c *ageretur.* quia altero pacto ad furandum mulieres inuitantur: altero ius ciuile impugnatur.

a l.61. j. eod.
b Fundum dotalem poſſe diſtrahi ex cauſa vtili mulieri & marito, hinc colligitur.
c Maritus conſenſit, ſi nulla in ea re captio futura ſit. *Hal.*
d adde alios caſus ex l.73. §.1. ſuprà eodem.
e l.73. in fin. j. eo. l.10. j. ſolut. hinc nota, non poſſe ſolui mulieri ex cauſa voluntaria, ſed ex probabili.
f 5. 6. 14. 28. Eclog. 11.
g l.12.§.1. l.29. j. eod. l.2. §.3. in fin. ſuprà de rebus creditis.
h l.7. j. eod.
i arbitrum.
k Hæc verba latiſſimè patent. Interim nota, Generalibus verbis, caſus, qui iure non valent non contineri. *Bald.*
l facit l.1. j. de dote prælegat.
m id eſt, pactum collatum in caſum diuortij, non habet locum in caſum mortis naturalis. *Bald.* adde l. 22. j. ſoluto.
n Paria ſunt, prope non habere dotem, vel habere ſterilem, & penitus infructuoſam. *Bal.*
o Pactum vti maritus fructus dotis reddat, non valet, vt hic. Cur non valet dos hoc caſu ſterilis marito intelligitur, vide tamen quæ mox dicentur.
p ex fructibus vſuras.
q Pactum vt rei dotalis fructus maritus reſtituat, non valet, vt j. dictum eſt. Pactum, vt fructus rerum vxoris in dotem vertat, valet, vt hic vel ita: Pactum rei dotali adiectum, vt eius fructus reſtituat maritus, inutile eſt, vt eo pacto neglecto, vir fructus lucretur. Pactum verò adiectum fructibus, vt eos in dotem maritus vertat, valet: neque illo caſu vir lucratur fructus, ſed vtilitatem illam tantum, quam medio tempore adquirere ea pecunia poterit. Ita Marcellus videtur diſtinxiſſe: Tu ſequere Vlpiani ſententiam, & dic ſpectandũ eſſe quo animo dos ſit data. Quid enim, ſi fructus rerum ad vxorem pertinentium maximi ſint? Rerum ſuarum fructus vxor eo caſu in ſortem verti ſeu ſortem effici, rectè ſtipulari poterit, & eorum tamen fruendorum vtilitatem marito ſuo ſeruare & concedere. Poteſt enim accidere, maritus vt illorum fructuum vſu optimè, pro ſua ſorte, contentus eſſe debeat.
r Fructus in ſortem redigi poſſunt conuentione, ſi ita videlicet conuenerit, vt fructus ex fundo percepti in ſortem vertantur, & ex illis redactis in vnum, & venditis, ſors fiat aliqua, & ex illa ſorte vſuras maritus verbi gratia percipiat, valebit huiuſmodi conuentio.
ſ Pactum non valet, vt dos reddatur marito penitus infructuoſa, & vt maritus onera matrimonij ſuſtineat. fructus autem dotis lucrari non poſſit. *Bal.*
t Pactum vt fructus dotis ſint penes mulierem, & iis ſe ſuóſque alat, valet.
u l.12.§.1. j. eod. l. vlt. j. de in rem verſo, l.21. in fin. j. de don. inter virum, l.2. C. de pactis conuentis.
x Pactum doti adiectum contra ius, non valet: veluti ne de moribus agatur.
y vt & iniuriarum, l.27.§.4. ſuprà de pact. Ita pactum per quod quis ad delinquendum inuitatur non valet. *Bald.*
z hodie iudicium de moribus eſt ſublatum, l.11. in fin. C. de repud. Cæterum de retentione dotis ob mores, v. l. vnicam, C. de rei vxoriæ act. *Vlp.* Tit. 6. §.10.12.13.
a Publica coërcitio, priuata pactione tolli non poteſt.
b Doti pactum adiectum, vt ne repetantur res donatæ vel amotæ non valet.
c nota hanc vocem.

2 ¶ Et ſi conuenerit, *ne a ob impenſas neceſſarias agetur*, pactum non eſt ſeruandum. quia tales impenſæ b dotem ipſo iure minuunt.

De dolo & omni periculo.

6. *Vlpianus* libro 4. ad Edictum.

POmponius ait, maritum non poſſe paciſci, *vt dolum* c *ſolummodo in dotem præſtet*: videlicet propter vtilitatem nubentium: quamuis paciſci poſſit, *ne ſit periculo eius nomen debitoris, qui ei dotem promiſit.* nam & *vt ſit dos periculo mulieris*, paciſci eum poſſe probat. & per contrarium, *vt ea dos, quæ periculo mulieris eſt, ſit periculo mariti.*

De perſonis paciſcentibus.

7. *Pomponius* libro 15. ad Sabinum.

CVm dos, filiæ nomine, datur, optimum eſt, pactum conuentum cum vtroque generum d facere, quanquam initio dotis dandæ, legem, quam velit, etiam citra e perſonam mulieris, is, qui dat, dicere poſſit.

¶ Si verò poſt datam paciſci velit, vtriuſque perſona in paciſcendo neceſſaria eſt. quoniam iam adquiſita mulieri dos tum eſſet. quo caſu ſi ſolus pater pactus eſſet, ſine filia, ſiue ſolus agat, ſiue adiuncta filiæ perſona, ei ſoli f nocebit, & proderit pactum conuentum: nec ſi g ſola filia aget, neque proderit, neque nocebit ei.

¶ Si verò filia ſola pacta fuerit, quo pacto melior conditio patris fiet proderit & patri. quoniam per filiam patri adquiri poteſt: per patrem filiæ h non i poteſt.

¶ k Si vero ſic pacta ſit filia vt noceat: ipſi quandoque filiæ agenti nocebit pactum, patri verò nullo modo nocebit: niſi, adiecta l quoque filiæ perſona experiatur. Dicendum eſt, paciſcendo filiam patris conditionem deteriorem facere non poſſe eo caſu, quo, mortua ea in matrimonio, dos ad patrem reuerſura eſt.

De liberis furioſi vel capti ab hoſtibus.

8. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

QVotiens patre furente m, vel ab hoſtibus capto, filiusfamilias ducit vxorem, filiaque familias nubit, neceſſario etiam pactio cum ipſis n duntaxat, dotis nomine fieri potuit.

De dote reddenda ſocero vel heredi.

9. *Pomponius* libro 16. ad Sabinum.

SI ita o conueniat, vt, *ſi viuo ſocero mortua ſit filia, ipſi ſocero ſi mortuo, filio p eius: ſi filio quoque defuncto, totum ſuo heredi reddatur*; benigna interpretatione poteſt defendi, vtilem ſtipulationem eſſe.

Pactum auit Ne à ſe, néve à filio dos petatur.

10. *Idem* libro 26. ad Sabinum.

AVus † pactus eſt, cum dotem pro nepote q ſuſcepiſſet, *ne à ſe, néve à filio dos peteretur, ab alio verò, quàm filio herede, vt dos peteretur*, exceptione r conuentionis filius tuendus erit. quippe heredi noſtro cauere conceſſum eſt, nec quicquam obſtat, quo minus certæ perſonæ, ſi heres erit ſibi, caueri poſſit: quod non idem & in cæteris heredibus cauetur. & ita Celſus ſcribit.

Pactum patris: Ne ſe viuo, néve conſtante matrimonio petatur.

11. *Vlpianus* libro 34. ad Edictum.

CVm pater dotem pollicitus fuerit, & paciſcatur, *ne ſe viuo petatur, néve ſ conſtante matrimonio* "*dos petatur.*" ita pactum interpretandum Diuus Seuerus conſtituit, quaſi adiectum eſſet, *ſe viuo.* hoc enim ita accipiendum "eſſe" contemplatione paternæ pietatis, & contrahentium voluntatis, vt poſterior t quoque pars conuentionis ad vitam patris relata videatur. ne diuerſa ſententia fructum dotis ab oneribus matrimonij ſeparet: quódque indigniſſimum eſt, inducat, vt non habuiſſe dotem exiſtimetur. quo reſcripto hoc effectum eſt, vt ſi quidem viuo u patre deceſſerit filia, aut ſine culpa ſua diuorterit, omnimodo dos peti non poſſit: conſtante autem matrimonio, mortuo patre peti poſſit.

De dote apud virum manſura. 1. De pactis vtilibus vel inutilibus. 2. De pacto ne petatur, & ſtipulatione pœnali. 3. De fundo vendendo, & pretio in dotem conuertendo.

12. *Paulus* libro 35. ad Edictum.

SI pater dotem dederit, & pactus ſit, vt, *mortua in matrimonio filia, dos apud virum remaneret*: puto pactum ſeruandum, etiam x ſi liberi non interueniant.

a Pactum vt ne impenſæ neceſſariæ repetantur non valet.
b *v. l. 1. ʒ. de imperſ. in reb. dot.*
c contra quam in commodato, *l. 5. §. 10. ſ. comm.*
d *l. 1. §. 1. ſ. eod.*
e *l. 20. §. 1. ʒ. eod. l. 29. in fin. prin. ʒ. ſoluto.*
f non filiæ: cuius cauſam deteriorem reddere non poteſt, *l. 28. ſuprà de iure dotium.*
g ſed ſi filia. *Hal.* nam ſi filia. Conanus *8. Commen. 9.* reprehenſus à Roberto *2. recep. 11.*
h in poteſtate ſcilicet, aliud enim in emancipata. *Bald. hic.*
i *l. 17. §. 1. ſ. de pactis: l. 45. §. 2. ʒ. de verb. obl.* Cur: quia filiæ in poteſtate pater nihil adquirere poteſt. Ratio? quia filia in poteſtate quidquid adquirit, patri adquirit.
k Qui ſolus de dote poteſt agere ſi ſecum perſonam inhabilem (puta filiam quæ pactum fecit de non petenda dote) adſumit repellitur. *Bal.*
l Imò, pactum de non petenda dote à filia factum nullo modo nocet patri, vt cum filia agere poſſit, id eſt, pater eam actionẽ, quam adiuncta filiæ perſona poteſt habere, non amittit, *l. 2. §. 1. ʒ. ſolut. v. Zaſ. 3. Anti. 1.*
m adde *l. 5. §. 3. ſ. de iure dot.*
n *l. vlt. C. de ſent. paſſ.* qui ex ſe idoneus eſt ad matrimonium, eſt per ſe ad pacta dotalia habilis, & idoneus. *Bald. v. l. 73. ſupra titulo prox.*
o Pactum dotis poteſt gradatim conferri, primò, in ſe: ſecundo, in filios: tertio, in extraneos heredes. *Bald.*
p *vt l. 23. ʒ. eo.*
† *l. 33. ſ. de pactis*: adde *l. 45. ʒ. ſoluto.*
q pro nepte ſua dixiſſet, *Cuiac. 11. obſer. 29.*
r directa, quia auus pactus eſt filio ſuo vt heredi, *Bald.*
ſ hæc pars ſecunda conuentionis, fauore matrimonij nihil confert: quippe ſi valeret, nunquam dos oneribus matrimonij ſeruiret. hæc igitur verba, *néve conſtante matrimonio*, intelligenda & reſtringenda ſunt ex illa priori parte, *viuo promittente.* hæc interpretatio fit, ἀπὸ κοινοῦ. *v. Cuiac. 11. obſer. 29.* hoc ſenſu: *conſtante matrimonio, me viuente dotem non petes.* ita adiectio & geminatio verborum interdum nihil confert.
t Præfationes conuentionum, vniuerſæ conuentioni lucem atque interpretationem adferunt, *l. 4. in fin. ſuprà de pactis: l. 134. §. 1. ʒ. de verb. obl.* Pacta nouiſſima & ſecunda, primis & anterioribus pactis reſtringuntur. meritò: cum & verba generalia, ſpecialibus reſtringantur, *l. 80. ʒ. de reg. iur.* & quidem ex præſumpta voluntate contrahentium, vt eo ſe poſterior referat clauſula, quo & prior.
u *l. 20. ʒ. eodem.*
x *l. 1. ſuprà eodem.*

1 ¶ Ex pactis conuentis, quæ ante nuptias, vel poſt a nuptias interponi ſolent, alia ad voluntatem pertinent: *vt mulier dote promiſſa ſe alat* b, *& donec nupta ſit, dos ab ea non petatur, aut certam ſummam viro præſtet, & ab eo alatur*, & his ſimilia: alia ad ius pertinent, veluti quando dos petatur: quemadmodum reddatur: in quibus non ſemper c voluntas contrahentium ſeruatur d. Cæterum ſi conuenerit, *ne omnino dos petatur*, indotata erit mulier.

2 ¶ Si mulier pacta ſit, *ne amplius quàm pars dimidia dotis, à ſe petatur, & pœnam ſtipulata ſit*: Mela ait, alterutro e eam contentam eſſe oportere, vel exceptione pacti, ‖ & ‖ acceptam facere pœnæ obligationem, vel, ſi ex ſtipulatu agat, denegandam ‖ ei ‖ exceptionem.

3 ¶ Si fundo æſtimato in dotem dato, pacta ſit mulier, *vt quanto* f *pluris* g *venierit, id in dote ſit*: Mela ait, id ſeruandum, cùm ‖ & ‖ ex contrario conuenire poſſit, vt ſi h minoris venierit ipſa debeat.

4 ¶ Si pacta ſit mulier, vt *ſiue pluris ſiue minoris fundus æſtimatus venierit, pretium, quanto res venierit, in dote ſit*, ſtari eo pacto oportet, ſed ſi, culpa mariti, minoris venierit, & idipſum mulierem conſequi.

13. *Iulianus* libro 17. Digeſtorum.

ITem ſi non venierit, æſtimatio præſtari debebit.

De die dotis reddendæ.

14. *Paulus* libro 35. ad Edictum.

DE die i reddendæ dotis hoc iuris eſt, vt liceat paciſci, *qua die reddatur*: dum ne mulieris deterior k conditio fiat.

15. *Gaius* libro 11. ad Edictum prouinciale.

ID eſt, vt citeriore l die reddatur.

16. *Paulus* libro 35. ad Edictum.

VT autem longiore m die ſoluatur dos, conuenire non poteſt: non magis, quàm ne omnino reddatur.

17. *Proculus* libro 11. Epiſtolarum.

ATilicinus Proculo ſuo ſalutem: Cum inter virum & vxorem pactum conuentum ante nuptias factum ſit n, *vt, quibus diebus dos data eſſet; iiſdem, diuortio facto, redderetur.* poſt quinquennium, quàm nuptiæ factæ ſunt, vxor viro dotem dedit o. diuortio facto, quæro, vtrum quinquennij die vir vxori dotem redderet, an ſtatuto legibus tempore? Proculus reſpondit: Quod ad diem reddendæ dotis attinet, pacto exiſtimo meliorem conditionem mulieris fieri poſſe, deteriorem non poſſe. itaque ſi cautum eſt, *vt propiore* p ‖ *tempore* ‖ *quàm legibus conſtitutum eſt reddatur*, ſtari eo debere: ſi vt longiore q, nec valere id pactum conuentum.

¶ Cuius ſententiæ conueniens eſt dicere, ſi pacto conuento cautum eſt: *vt, quanto ſerius ‖ quæque, ‖ & poſt nuptias data fuerit, tanto poſt diuortium reddatur*: ſi propiore, quàm in reddenda dote conſtitutum eſt, data ſit, valere pactum conuentum: ſi longiore, non valere r.

18. *Iulianus* libro 18. Digeſtorum.

LIcet ſ manente matrimonio non poſſit inter virum & vxorem conuenire, *vt longiore die dos reddatur*: poſt diuortium t tamen, ſi iuſta cauſa conuentionis fuerit, cuſtodiri id pactum debet.

19. *Alfenus* libro tertio Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

ALiud u eſt x, ſi pater pro filia dotem promiſit, *vt annua, bima, trima, quadrima* y, *quinto anno ‖ dos ‖ à ſe redderetur*, & conuenit, *vt iiſdem diebus dos, ſoluto matrimonio, redderetur.* hoc enim pactum ita valet, ſi z patri filia heres exſtitiſſet, & interueniente ea, pactum conuentum fuerit.

De rebus donatis vel amotis, de impenſis. 1. De extraneo dotante. 2. Pactum, ne à muliere, néve à patre petatur.

20. *Paulus* libro 35. ad Edictum.

OB res a quoque b donatas, vel amotas, vel impenſas factas, tunc facta pactio valebit: id eſt, poſt diuortium.

1 ¶ Si extraneus de ſuo daturus ſit dotem, quidquid vult, paciſci & ignorante c muliere, ſicut & ſtipulari poteſt, legem enim ſuæ rei dicit. poſtquam verò dederit, paciſci conſentiente muliere debet.

a *l. 1. ſ. eod.*
b vt in *l. 4. in fin. ſuprà eod.*
c non vtique, *Hal.*
d vt quia pacta huiuſmodi intercedunt in iis quæ ciuili iure finita ſunt, *v. l. 5. §. 1. ſuprà eod. l. 14. ʒ. eodem.*
e Excipiendi, & pœnam petendi ius habens alterutrum debet eligere. *Bal.*
f *l. 13. §. 24. ſuprà de act. empt. l. 4. C. de dot. promiſſ.*
g Dotis augmentum iiſdem priuilegiis fruitur quibus ipſa dos. v. quæ ſcripſi ad *l. 8. C. de iure dotium.*
h facit *l. 4. C. de dotis promiſſione.*
i ita eſt in rebus mobilibus: immobilibus illico, *l. vnic. §. 7. verſ. ex. act. C. de rei vxor. act.*
k *l. 7. §. 5. ſuprà de pactis.* Immo deterior fieri poteſt interuenientibus liberis, *l. 1. §. 1. ʒ. de dote prælег.*
l *l. 17. ʒ. eod.* id eſt, vt citius dos reddatur mulieri, quà ſoleat communiter reddi.
m *l. 7. ʒ. eod. l. 27. §. 2. in fin. ſ. de pactis.* Pacto dotis reſtitutio differri non poteſt vltra tempus à legibus definitum.
n Etſi dotem quinquennio toto non habuerit maritus, præſtituto tamen legibus tempore dotem vxori reddere tenetur: neque fit cõpenſatio temporis non receptæ dotis ad aliud tempus, hoc eſt: Etſi dos data poſt quinquennium fuerit, & ita tardius, non poteſt tamen pactum mutuum adiici de dote tardius mulieri reſtituenda.
o poſt huiuſmodi moram: aliud ſi patris pacto id ita conuenit, *l. 19. ʒ. eo.* vel poſt matrimonium id conuentum ſit, *l. 18. infrà eodem.*
p propiore, *ʒ. eod. in fin.* citeriore, *l. 15. ſuprà eod.*
q *l. 16. ſ. eod.*
r vt ita non fiat compenſatio temporis ad tempus. *Bald.* conuentione tamen certa id licet, vide *l. 19. ʒ. eod.* & poſt diſſolutum matrimonium, *l. 18. infrà eod.*
ſ exceptio prima regulæ ſuperioris.
t tunc enim dos eſſe deſiit: & iura quæ loquuntur de pactis dotis inimicis tollendis, intelligenda ſunt de dote quæ dos eſt actu, vel eſſe ſperatur. *Bald.*
u Pactum aliquod dotis valet cum patre conuentum, quod cum ipſa filia non valeret.
x Exceptio ſecunda ſuperioris regulæ.
y id eſt tribus, quatuor penſionibus, *v. Cuiac. 11. obſer. 19.*
z Pactum irritæ dotis habendæ, ad eas dotes refertur, quæ vel actu vel ſpe dotes ſunt.
a ob mores, Cuiac. 11. *obſer. 29. in fin.* motus authoritate Baſilicon, ſed id potuit, ob antiquatam de moribus actionem, aboleri.
b id eſt non ſolum ob res in dotem datas, *l. 18. ſuprà eod.* ſed etiam ob res donatas, amotas, vel impenſas.
c citra perſonam mulieris in *l. 7. ſ. eod.*

2 ¶ Si

2 ¶ Si conuenerit, *ne à muliere, néve à patre dos petatur,* heres *a* non habebit exceptionem. ſed ſi conuenerit, *ne manente matrimonio, viuo patre, petatur,* mortuo patre ſtatim exigitur. & , ſi non petierit maritus , tenebitur huius culpæ nomine , ſi *b* dos exigi potuerit , niſi fortè antè diremptum ſit matrimonium, quàm facultatem petendi haberet.

De permutatione dotis.

21. *Iulianus* lib. 17. Digeſtorum.

SI mulier dotis cauſa promiſerit certam ſummam, & , pro *c* ea , mancipia in dotem dederit ea conditione, *vt periculo eius eſſent, & ſi quid ex his natum eſſet, ad eam pertineat* : ſtari pacto conuento oportebit. nam conſtat poſſe inter vxorem & virum conueniri , *vt dos d , quæ in pecunia numerata eſſet e , permutaretur , & transferatur in corpora,* cùm mulieri prodeſt.

De annuo vxori promiſſo.

22. *Idem* lib. 2. ad Vrſeium Ferocem.

QVidam fundum dotis cauſa , ab vxore ſua acceperat , intérque eos conuenerat , *vt mercedes eius fundi vir vxori , annui nomine daret.* deinde eum fundum vir matri mulieris certa penſione colendum locauerat , eáque cùm mercedes eius fundi deberet , deceſſerat , & filiam ſuam ſolam heredem reliquerat , & diuortium factum erat. vir deinde petebat à muliere mercedes, quas mater debuerat. Placuit exceptionem mulieri dari non debere : ac ſi inter ſe & virum non conueniſſet, *vt hæ mercedes ſibi alimentorum nomine darentur.* cùm futurum ſit f , vt quodammodo donationes inter virum & vxorem confirmentur : nam quod annui nomine datur, ſpecies eſt donationis.

Si conditio poſt mortem ſtipulatoris extiterit.

23. *Africanus* libro 7. g. Quæſtionum.

PAter, cùm filiæ ſuæ nomine dotem daret, pactus eſt , *vt mortua h filia , vno pluribúſve liberis ſuperſtitibus deducta parte tertia , reliqua dos ſibi aut poſt mortem ſuam i illi aut illi filiis quos in poteſtate habebat , reddatur.* deinde hæc ita fieri ſtipulatus eſt. poſt mortem eius mulier in matrimonio deceſſerat relictis filiis , quæſitum eſt, an ex ſtipulatione duas partes illi petere poſſint ? Reſpondi , poſſe. etenim vim eius ſtipulationis hanc eſſe , vt , ſi in matrimonio mortua eſſet , dos patri redderetur , & perinde k habendum , ac ſi talis ſtipulatio interpoſita fuiſſet. *ſi nauis ex Aſia venerit , nihil aut l poſt mortem meam Lucio Titio dare ſpondes?* nam & ſi poſt mortem ſtipulatoris nauis veniſſet, hæredi deberi.

De dote à marito liberorum nomine retinenda.

24. *Florentinus* lib. 3. Inſtitutionum.

SI inter virum & vxorem pactum ſ eſt , *vt certa pars dotis vel tota ob vnum vel plures m liberos interuenientes n retineatur* : etiam eorum liberorum nomine, qui antè nati ſunt , quàm dos daretur aut amplietur o , conuentio rata eſt. nam ſufficit , eos ex eo matrimonio naſci, in quo dos data eſt.

De dote reddenda, vel non petenda.

25. *Vlpianus* libro primo Reſponſorum.

QVod de reddenda dote *ſi data fuiſſet , mortua in matrimonio filia* , conuenit , idem *p* de non petenda quoque videri conueniſſe , ac patrem pacti conuenti exceptionem ‖ nactum , ‖ an hæredem ſuum transmiſiſſe.

De muliere quæ naufragio periit vnà cùm filio. Si vir per errorem dotem non retinuit. 2. De pacto vt muliere ſine liberis defuncta dos reſtituatur. 3. De ſumptibus itineris. 4. An pactum filiæ proſit matri. 5. Si pater qui ſtipulatus eſt , filia in matrimonio defuncta, ſibi dotem reddi , capitali crimine damnetur.

26. *Papinianus* lib. 4. Reſponſorum.

INter ſocerum & generum conuenit, *vt ſi filia mortua ſuperſtitem anniculum filium habuiſſet, dos ad virum pertineret quod ſi viuente matre filius obiiſſet, vir dotis portionem vxore in matrimonio defuncta , retineret.* mulier naufragio cum anniculo filio periit. quia veriſimile videbatur *q* ante matrem , infantem periſſe , virum partem dotis retinere placuit.

1 ¶ Vir dotem , quam ex pacto filiæ nomine retinere potuit , ſi lapſus errore non retinuit : filiam, quæ patri *r* ſola, matri pro parte heres exſtiterit, apud arbitrum diuiſionis ſ non improbè dotis perperam à patre ſolutæ perceptionem deſiderare conſtitit.

2 ¶ Cùm inter patrem & generum conuenit , *vt in matrimonio ſine liberis defuncta filia , dos patri reſtituatur.* id actum inter contrahentes intelligi debet t , vt liberis *a* ſuperſtitibus filia defuncta , dos retineatur † : nec ſeparabitur portio dotis , additamenti *b* cauſa data, ſi poſtea nihil aliud conueniat.

3 ¶ Conuenit , *vt mulier viri ſumptibus, quoquò c iret, veheretur.* atque ideo mulier *d* pactum ad litteras viri ſecuta , prouinciam , in qua centurio merebat , petit. non ſeruata fide conuentionis , licèt directa actio nulla competit, vtilis tamen in factum danda eſt.

4 ¶ Filia cùm pro ſe dotem promitteret , pepigit, *vt ſi in matrimonio ſine liberis deceſſiſſet, matri ſuæ dos ſolueretur,* pacto filiæ , nulla *e* matri quæritur actio. ſi tamen heres puellæ matri pecuniam dotis ſoluerit , viro contra placita petenti dotem, obſtabit exceptio.

5 ¶ Pater *ſi filia nupta mortem obiſſet* , dotem dari ſtipulatus eſt : conſtante matrimonio capitali crimine damnatus eſt. diuortio ſecuto , vel morte viri ſoluto matrimonio , ſtipulationis conditio deficit. quòd ſi mulier in matrimonio deceſſerit , ex ſtipulatu fiſco ſ dotis actio quæreretur. poſt verum *g* autem diuortium reuocatis † nuptiis , non committitur fiſco ſtipulatio , licet defuncta ſit in matrimonio filia , quoniam ad primas nuptias pertinet.

De iurgio ficto, & remiſſione dotis.

27. *Idem* lib. 1. Definitionum.

SI liberis ſublatis , reuerſa poſt iurgium *h* per diſſimulationem mulier , veluti venali concordio *i* , *ne dotata ſit* , conueniat , conuentio ſecundùm ordinem rei geſtæ, moribus improbanda eſt.

De creditore dimittendo ex fructibus dotis.

28. *Paulus* libro [illegible] Quæſtionum.

QVæris , ſi pacta [illegible] mulier vel ante nuptias vel poſt nuptias , *vt ex fundi fructibus* k , *quem dedit in dotem creditor mulieris dimittatur,* an valeat pactum. dico, ſi ante *l* nuptias id conuenerit , valere pactum eóque modo minorem dotem conſtitutam. poſt nuptias verò , cùm onera matrimonij fructus releuaturi ſunt, iam de ſuo maritus paciſcitur , vt dimittat creditorem. & erit mera *m* donatio.

De æſtimatione & periculo rei dotalis. 1. De dote à ſtipulatore non repetita, & matrimonio voluntate heredis ſtipulatoris redintegrato. 2. De dote reſtituenda & de his quæ mulier legauit.

29. *Scæuola* lib. 2. Reſponſorum.

CVm maritus qui æſtimata prædia in dotem acceperat , manente matrimonio pactus eſt circumſcribendæ *n* mulieris gratia , *vt o prædia inæſtimata eſſent* , vt ſine periculo ſuo ea deteriora faceret : quæſitum eſt , an ſecundùm priores dotales *p* tabulas prædia æſtimata , remanerent , & periculum eorum ad maritum pertineret ? Reſpondi non idcirco id pactum , de quo quæreretur, impediri , quod *q* in matrimonio factum eſſet , ſi deteriore *r* loco dos non eſſet. nihilominus, eo pacto admiſſo, ſi deteriora prædia faceret, eo etiam nomine dotis eum actione teneri.

1 ¶ Titius, mulieris nomine, dotem dedit, & ſtipulatus eſt *in caſum mortis & diuortij.* diuortio ſecuto, non repetita dote , Titius deceſſit : mulier , ex voluntate hæredis eius ſ redintegrauit matrimonium : quæſitum eſt, an ex ſtipulatu dotem petere poſſit ? Reſpondi , heredem Titij , ſi conſenſiſſet t , vt ea quantitas quam ex ſtipulatu conſequi potuerat , dotis reconciliato matrimonio fieret, poſſe pacti exceptione ſummoueri.

2 ¶ Mulier de dote , quam dedit pacta eſt , *vt ſi in matrimonio deceſſiſſet , fratri eius redderetur.* iſque in eum caſum ſtipulatus eſt , mulier decedens quaſdam res dotales marito legauit *u* , & aliis : quoſdam ex ſeruis dotalibus manumiſit. quæſitum eſt, an maritus earum rerum nomine quas legauit mulier, & ſeruorum, quos manumiſit, fratri teneatur ? Reſpondi , nihil proponi, cur non teneretur *x* : cum etiam heredes defunctæ tam legatariis , quàm libertatibus obnoxij ſint.

Si conuenerit ne dos conſtante matrimonio petatur , & vt filia poſt mortem patris in matrimonio ſine liberis defuncta, pars dotis apud maritum maneat , pars fratri mulieris reſtituatur.

30. *Tryphoninus* y. lib. 10. Diſputationum.

BÆbius z Marcellus Bæbio Maryllo, dotis filiæ ſuæ nomine centena promiſerat , & conuenerat inter eos, *ne ea dos conſtante matrimonio peteretur. vel, ſi poſt mortem patris in matrimonio ſine liberis filia deceſſiſſet , vt dimidia dos apud Maryllum remaneret , dimidia fratri mulieris*

a Dotis promiſſorem ſocerum quòd non conuenerit generi, ipſi genero imputari non poteſt : vt *l. ſi extraneus* 33. ſ. *de iure dotium.* qui tamen ſoceri heredem conueniге cogitur , *vt hic.* vt ea parte deterior ſit heredis conditio quàm defuncti.

b *l.* 33. *ſup. de iure dot.*

c *l.* 26. ſ. *de iure dot.* Ita permutatio cum nummis fieri poteſt , dixi ad *l. vlt.* ſ. *de condict. cauſa data.*

d Dos (ſi mulieri ſit vtile) pecuniaria , verti in rem aliam poteſt , nempe vt pro pecunia, quam dedit marito , certa corpora ei reſtituantur.

e vt *l.* 26, ſ. *de iure dot.*

f quod eſſe non debet. ſ. *de donat. inter virum.*

g v. Cuiac. 7. *ad Afric.*

h *v. l.* 45. §. 3. ſ. *de verb. oblig.*

i hic pater non paciſcitur ſimpliciter, ſed poſt mortem ſuam : quo tempore filius ſibi adquirere poteſt , *Cuiac. ibid. l.* 45. §. 2. ſ. *de verb. oblig.*

k verba ſuperioris ſtipulationis ambigua ſunt : nam & ita accipi poſſunt, *ſi mortua fuerit me viuo , mihi reſtitui: vel , ſi moriar antequam mihi reſtituatur , filiis.* at Africanus verbis opponit vim , id eſt , mentem contrahentium , in illo loco, illi, aut illi, ſ. *eod. Cuiac. ibid.*

l particula , *aut* ſubdiſiunctio eſt , non diſiunctio.

m in contractibus illa verba, *propter liberos* , verificantur etiam in liberis iam natis. *Bald.* facit *l.* 10. *in fin.* ſ. *de cond. & demonſt.*

n interuenientes liberi hic, non tantùm ſunt naſcituri, ſed & nati , ante dotem datam aut ampliatam. v. quæ ſcripſi ad *l.* 5. *verſ. pactis. C. de natural. lib. liberis.*

o augeatur.

p Gener ſi ſocero promiſi , ei me dotem vxoris , ſi data mihi fuerit , reddi turum : mortua mea vxore in matrimonio , tacitè videor eidem promiſiſſe mortua in matrimonio mea vxore dotem ab eo non petiturum : ſi me ad dotem , ſi data fuerit, reddendam pro mortua vxore, obligaui, tacitè promiſiſſe videor, dotem eius in matrimonio mortuæ non petiturum , & pactum de non petendo ſocero meo eiuſque hæredibus feciſſe.

q *l.* 16. *l.* 23. ſ. *de reb. dub.* r *al.* patri.

ſ in iudicio familiæ erciſcundæ. t argumentum à contrario ſenſu locum habere in his quæ ſunt ſtricti iuris hinc notat *Bald.*

a Qui reſtituere dotem in defectum liberorum tenetur, exiſtentibus liberis eam retinere poterit.

† *l.* 30 *infr. eod.* Zaſ. 2. *Reſponſ.* 2.

b pactum interpoſitum ſuper dote , habet etiam locum ſuper eius adiuncto. *Bald.* Dotis augmentum iiſdem priuilegiis fruitur, quibus ipſa dos. Ita hic filia paciſci de augmento dotis poteſt. v. quæ ſcripſi ad *l.* 8. *C. de iure dotium.*

c vt *l.* 21. *de donat. inter virum.*

d *l.* 10. *C. de re militari.*

e *l.* 59. *in fin.* ſ. *ad Trebell.*

f Futurum ius & conditionale publicari, & confiſcari poſſe hinc Baldus colligit.

g *v. l.* 3. *C. de repud.*

† i. poſt primas nuptias facit *l.* 77. §. 9. ſ. *de leg.* 2.

h leue ſc. *v. l.* 32. §. 12. ſ. *de don. inr. vir.* 1. *Harmen.* 9. §. 33.

i venali concordia. *Hal.* Remiſſio dotis facta pro concordia mariti conſequenda non tenet.

k adde *l.* 4. ſ. *eod.*

l *l.* 7. §. 1. ſ. *de iure dot.*

m quod eſſe non debet inter virum & vxorem *infra de don. inter vir.*

n ideo pactum non valet.

o pactum *vt prædia æſtimata , inæſtimata habeantur,* periculo virum non liberat , ſi ea deteriora fecerit.

p Tabulæ etſi matrimonium non faciebant *l. donationes in concubinam,* 51. ſ. *de donat.* moris tamen fuit ea de re , i. de matrimonio & nuptiis tabulas confici : quæ ideo dotales *vt hic, & l* 66. ſ. *de don. inter vir. l.* 12. ſ. *de dot. prælegata,* nuptiales *l. ſi. vicinos, Cod. de nuptiis. Tertull. lib. de Pudicitia. Apul. Apol.* 2. *Auguſt.* 2. *de moribus Manichæorum* , & *ſermone* 96. & 105. inſtrumentum dotale, *v. l. vlt.* ſ. *de ſuis.* Nuptiale, *l.* 1. *C. de dotis promiſſione* , ſolebant autem eæ ſignari plerunque poſt contractum matrimonium, *v. l. Seia.* 66. *infra de don. inter virum & uxorem*

q *l.* 1. *ſupra eod.*

r *l.* 2. ſ. *de iure dotium.*

ſ Heres cui debet fieri reſtitutio dotis , ſi ſecundis nuptiis conſentit, videtur dotem, quam recipere debuit in ſecundo matrimonio, remiſiſſe. *Bald.* vel ſic : qui conſentit reconciliationi mariti & vxoris , videtur etiam conſentire redintegrationi dotis. *Bald.*

t *l.* 63. ſ. *de iure dotium.*

u De dote mulier teſtari non poteſt in eorum fraudem , quibus in ipſa dote ius quæſitum eſt, ſed in fraudem ſuorum tantùm heredum.

x Imo, præciſè & ſine diſtinctione tenetur, *l.* 11. *in fin.* ſ. *de dot. praleg.*

y v. Cuiac. in hanc legem, 4. *obſ.* 23.

z non is eſt qui apud Dionem reperitur capitis damnatus ; huius enim teſtamentum fuiſſet irritum, *Cont.* 1. *diſſ.* 5.

reſtitue

reſtitueretur : eáque etiam in ſtipulationem deducta erant : mortuo Marcello, filio & filia ſuperſtitibus, dote vniuerſa filiæ prælegata *a* : Maryllus, nata ſilia, diuerterat *b* : & mulier deceſſerat, fratre ſuo & filia ex partibus æquis heredibus relictis. Apud Petronium Magnum prætorem *c* Maryllus ab herede filio Marcelli ex dotis promiſſione vniuerſam *d* dotem petebat illa coniectura, qua, ſi inter duos placuiſſet, *nullo filiorum extante, mortua muliere, partem dotis remanere apud maritum* : magis conueniſſet vtique, totam eius eſſe dotem, ſi filium filiámve habuiſſet. Ex diuerſo reſpondebatur, pacti quidem vulgaris *e* exceptionem ‖ etiam ‖ heredi proficere : ſed in ſpecie, quæ proponitur, non quaſi heres mulieris, ex perſona defunctæ ſe exceptione pacti tuebitur : ſed ipſe ‖ erat ‖ ille, qui etiam viua muliere ſi ab eo dos peteretur, potuiſſet ‖ ea ‖ exceptione Maryllum, quia diuortium factum erat, ſummouere, eamdémque defenſionem etiam poſt mortem ſororis ſuæ retinebat *f*. Itaque placuit, eum ab ea petitione abſolui : nulla † ex hac ſententia, facta derogatione fideicommiſſi petitioni, quam iure hereditario per filiam heres vxoris Maryllus in parte dimidia habebat.

De fructibus extremi anni matrimonij.

31. *Scæuola* libro 3. Quæſtionum.

SI inter virum & vxorem conuenit *g*, *vt* h *extremi anni matrimonij fructus nondum percepti, mulieris lucro fiant* i : huiuſmodi pactum *k* valet.

Si fundus æſtimatus centum atque eodem pretio reſtituendus, volente muliere pluris venierit. 1. De dote ab inuito non exigenda.

32. *Iauolenus* libro 6. ex Poſterioribus Labeonis.

VXor viro fundum æſtimatum centum in dotem dederat. deinde cum viro pactum conuentum fecerat : *vt* l *diuortio facto, eodem pretio vxori vir fundum reſtitueret.* poſtea, volente *m* vxore, vir eum fundum ducentorum *n* vendiderat, & diuortium erat factum. Labeo putat, viro poteſtatem fieri debere, vtrùm velit ducenta *o* vel fundum reddere. neque ei pactum conuentum remitti oportere. Idcirco puto hoc Labeonem reſpondiſſe, quoniam voluntate mulieris fundus venit ; alioquin omnimodò fundus erat reſtituendus.

1 ¶ Si pater filiæ nomine certam pecuniam in dotem promiſerat, & pactus eſt, *ne inuitus* p *eam ſolueret* : nihil ab eo exigendum puto, quia *q* id, quod pacto conuento, *ne inuitus exigeretur*, conuenerit, in dotis cauſam eſſe non videretur.

DE *r* FVNDO *ſ* DOTALI.

TIT. V.

Damni infecti. 1. De tranſmiſſione ad heredem.

Proculus libro 36. ad Edictum.

INterdum lex Iulia *t* de fundo dotali ceſſat, ſi ob id, quòd *u* maritus damni infecti non cauebat, miſſus ſit vicinus in poſſeſſionem dotalis prædij, deinde iuſſus ſit poſſidere. hic enim dominus *x*, vicinus fit. quia *y* hæc alienatio *z* non eſt voluntaria.

1 ¶ Sed & per vniuerſitatem *a* tranſit prædium, ſecundùm quòd poſſibile eſt, ad alterum : veluti *b* ad heredem *c* mariti : cum ſuo tamen iure *d*, vt alienari non poſſit *e*.

De domino mariti. 1. De fiſco.

2. *Vlpianus* libro 5. de Adulteriis.

SI maritus fuerit in ſeruitutem redactus, an dominus alienare hunc fundum non poſſit ? quod puto eſſe verius *a*.

1 ¶ Quare, & ſi ad fiſcum peruenerit, nihilo minùs venditio fundi impeditur : quamuis fiſcus *b* ſemper idoneus *c* ſucceſſor ſit, & ſoluendo.

Si fundus dotalis ſeruo legetur. 1. Quibus caſibus fundus dotalis alienari nequit.

3. *Paulus* libro 36. ad Edictum.

FVndus dotalis ſeruo *d* legatus, ad legem Iuliam pertinet quaſi dotalis *e*.

1 ¶ Totiens autem non poteſt alienari *f* fundus : quotiens mulieri actio de dote competit, aut omnimodò competitura eſt.

De ſponſo.

4. *Gaius* libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

LEx Iulia, quæ de dotali prædio proſpexit, *ne id marito liceat obligare* g *aut alienare* h, pleniùs interpretanda eſt, vt † etiam de ſponſo *i* idem iuris ſit, quod de marito.

De ſeruitutibus.

5. *Vlpianus* libro ſecundo de omnibus tribunalibus.

IVlianus libro ſextodecimo digeſtorum ſcripſit, neque *l* ſeruitutes *m* fundo debitas poſſe maritum amittere *n* neque ei alias imponere.

6. *Idem* libro 5. de Adulteriis.

SEd nec libertas ſeruitutis, vrbano prædio dotali debitæ competit : ne per hoc deterior conditio prædij fiat.

7. *Iulianus* libro 16. Digeſtorum.

SI maritus fundum Titij ſeruientem *o* dotali prædio adquiſierit, ſeruitus confunditur. ‖ Sed ſi eundem ‖ Titio reddiderit ſine reſtauratione ſeruitutis, hoc marito imputabitur. ‖ & hoc caſu maritus, litis æſtimationem præſtabit : quod ſi maritus ſoluendo non erit, vtiles actiones aduerſus Titium mulieri ad reſtaurandam ſeruitutem dantur.

1 ¶ Sed cùm vxor fundum, cui prædia viri ſeruitutem debebant, in dotem dat, fundus ad maritum peruenit amiſſa ſeruitute, & ideo non poteſt videri per maritum ius fundi deterius factum, quid ergo ‖ eſt ? ‖ officio de dote iudicantis continebitur, vt redintegrata ſeruitute, iubeat fundum mulieri, vel heredi eius reddi.

De oliueto ſucciſo.

8. *Alfenus* libro 3. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

VIr in fundo dotali, vxoris rogatu, oliuetum ſucciderat, hoc, (vt) nouellum reponeret. poſtea vir mortuus erat, & vxori dotem relegauerat, ligna quæ ex oliueto exciſa *p* eſſent, oportere *q* mulieri reddi reſpondit.

Si maritus quod debet in dotem acceperit.

9. *Africanus* lib. 8. *r* Quæſtionum.

SI marito debitori fundi, id, quod debet, doti mulier promiſerit, dotalem fundum effici.

1 ¶ Quod ſi ei promittat, qui *fundum* aut *decem* debuit, in arbitrio eſſe mariti *ſ*, quod in dote ſit.

2 ¶ Quòd ſi *Stichum* aut *fundum* debuit maritus, & quod debet doti ei promiſſum ſit, Sticho mortuo, fundum in dotem eſſe.

3 ¶ His conſequens eſſe ‖ ait ‖, vt ſi *Cornelianum*, aut *Semproniànum fundum* debenti, id, quod debet doti promiſſum ſit, vtrum eorum dotalem eſſe malit : planè vtrum velit alienaturum : alterum alienari non poſſe, ſi tamen alienum rurſus redimat, adhuc in eius poteſtate eſt, an eum, quem retinuiſſet, alienari velit.

10. *Paulus* libro 5. Quæſtionum.

ERit *t* ergo poteſtas legis *u* ambulatoria *x* : quia dotalis *y* fuit obligatio. Numquid ergo, ‖ etiam ‖ illo nondum redempto, alterum quoque alienare poſſit, quia poteſt alterum redimere? an hoc non debet recipi, vt nullus in dote ſit ? Certè ex poſt facto videbitur rectè alienatus, illo poſtea redempto.

De fundo æſtimato dato vt electio ſit mulieris.

11. *Africanus* libro 8. Quæſtionum.

QVòd ſi fundus in dotem æſtimatus datus ſit, vt electio *z* eſſet mulieris, negant alienari fundum poſſe. quod ſi arbitrio mariti ſit, contra eſſe.

a dos ideo prælegata dicitur, quod ei quodammodo res ſua legata ſit, eſt. n. prælegare, rem iam quodammodo ſuam legatario legare.
b diuerterat, pacto cum vxore interpoſito, ne ab ea peteret, & mulieri, &c. *Cuiac.* 13. *obſ.* 25. *in fin.*
c Prætor de hereditariis cauſis cognoſcebat.
d & malè. Quia pactum, de lucranda parte dotis, in caſu non exiſtentium liberorum, non implicat pactum de lucranda dote in caſu exiſtentium, liberorum. *Bald.*
e quod vulgò ita ſolet adiici : ſi in matrimonio filia ſine liberis deceſſerit, *l.* 4. *C. de pign. act.* Alias Contius 1. *diſp.* 5. ait, pactū hoc vulgare, ne à te petatur, ſeu pactum de non petendo appellari.
f *v. l.* 26. §. 2. *ℸ. eo.* & *Zaſ.* 2. *Reſp.* 2.
† Reus condemnandus eſt qua parte malè excepit : & reſeruāda ei actio, quia nō malè excepit. *v. Euer.* loco ab effectu eorum quæ ſimul requiruntur ineſſe 22. *num.* 9.
g in ipſa dotis conſtitutione, id eſt, tunc cùm dos conſtitueretur.
h Pactum valet vt fructus dotis vltimi anni non diuidantur pro rata temporis.
i nec diuiduntur inter hæredem mariti & eius viduam.
k aliàs, citra pactum diuidēdi ſunt extremi anni fructus.
l *l.* 1. *C. de fundo dotali.* ſi dotalis fundus æſtimatus datus eſt, & pactum interpoſitum fuit, vt ipſa eadem res eodem pretio reſtitueretur ſoluto matrimonio, dotalis ipſe fundus alienari poterit : dum mulier ipſi alienationi conſentiat.
m ſecus ſi nolente, *l.* 50. *ℸ. ſolut.*
n ducentis vendiderat. *Hal.*
o hinc ſequitur, maritum poſſe res æſtimatas vendere *l. vn.* §. 15. *C. de rei vxor. act.* *l.* 50. *ℸ. ſolut.*
p an idem dicendum ſi conuenerit, ne te viuo dos præſtaretur, *l.* 20. *ℸ. de iure dot.*
q Inuitus qui conueniri non poteſt, intelligitur pactum habere liberatorium.
r 5. *C.* 23. *v. Nou.* 92.
ſ inæſtimato ſc. (qua de cauſa Græci in hoc titulo ſemper dicunt, ἀδιατίμητον προικιμαῖον ἀγρόν. *Cuiac. hic.*) & ſic de dotalibus rebus immobilibus : hinc Ecloga loquens de dotibus, περὶ τοῦ μὴ ἐκποιεῖσθαι τὰ ἀκίνητα αὐτῶν inſcribit. 28. *tit.* 15. immobilibus, putà, ædibus, *v. Cuiac. hic.* & *C. eod.*
t de qua *l.* 3. 4. 16. *ℸ. eod. Inſt. quib. alienare non licet* : *in pr. l. vn.* §. *pen. C. de rei vxor. act.*
u Fundus dotalis ex cautione damni infecti per maritum non præſtita, poteſt cum ſua tamen cauſa alienari : *vt hic.* An ex delicto mulieris confiſcari poteſt? Certis caſibus poteſt, in *l.* 3. *ℸ. de bonis damnat.*
x *l.* 5. *in pr. ℸ. de damno.* & ſic ex ſecundo decreto transfertur dominium, *v. d. l.* 5.
y fundus dotalis (vt & pupilli, *v. l.* 3. §. 1. *ℸ. de reb. eorum.*) ex cauſa neceſſaria (puta ob non præſtitam cautionem damni infecti) alienari poteſt : ideóque lex Iulia ad hunc caſum non pertinet.
z De alienatione non voluntaria. *v.* quædam apud Simonem de Pret. *de interpr. vltimarum volunt.* 3. *dubitat.* 1. *ſolut.* 10.
a Titulo vniuerſali multa tranſeunt, quæ nō tranſeunt ſingulari. *l.* 62. *ℸ. de adq. rer.*
b *v.* Iaſonem 3. *conſil.* 31. *ibi. ſed præmiſſis non obſtantib.*
c ab herede. *Hal.*
d i. ſalua dotis cauſa.
e etiam à fiſco, qui, licet ſoluendo ſit, non poteſt tamen ea alienare quæ per legem alienari prohibentur *l.* 2. *in fin. C. eod.* Quinimo poſſit hoc caſu mulier in poſſeſſione rerum ſuarum exiſtens impedire ne poſſeſſio rerum ſuarum ad fiſcum tranſeat. *v. Bald. hic.*

a quia dirempto matrimonio prædium durat dotale *l.* 12. *ℸ. eod.*
b Fiſcus habetur ſemper pro idoneo ſucceſſore, *l.* 2. *C. ad l. Iul. de vi.*
c *l.* 1. §. 18. *ℸ. vt legator.*
d Dotale eſt quod ſeruo dotali legatum eſt.
e ideóque ſoluto matrimonio mulieri reddi debet *l.* 65. *ℸ. de iure dot.*
f nec vſucapi. *v. Cuiac.* 14. *obſ.* 9.
g *l. vn.* §. *pen. C. de rei vxor. in fin.*
h Alienandi verbo quid contineatur, *v. l.* 1. *C. eod.*
† Argumentum à marito ad ſponſum ſeu à nuptiis ad ſponſalia. Eſt & hic obſeruandum, quod Baldus de interpretatione duplici notat : Paſſiuam eſſe, ait, quoties lex per alia extenditur : Actiuam, quoties lex aliam extendit.
i *l.* 5. *in fin. C. de bon. quæ lib.*
k Vlpianus ſcripſit Protribunalium libros 10. in quibus tractauit de cauſis, quæ nec mandantur, nec delegantur, ſed à prætoribus ipſis, Præſidibúſve pro tribunali expediuntur, velut de ſalariis, mercedibus, nutriciis, proxeneticis, reſtitutionibus, tutoribus curatoribus dandis, tranſactione alimentorum, prædiis pupillaribus & dotalibus *v. l.* 1. *ℸ. de extraord. cognit. Cuiac.* 7. *obſ.* 24. adde Ræuardi libros Protribunalium.
l Alienatione prohibita, ius remittendi prohibitum quoque intelligitur. adde *l. vl. C. de reb. alienis l.* 1. §. *ait Prætor. ℸ. quæ in fraudem.*
m Seruitutes dotalis fundi maritus alienare non poteſt, atque ita, quod de fundo & re immobili conſtituit lex Iulia, Iuriſconſulti extendunt hic ad res incorporales & iura, *l.* 6. *l.* 7. *infr. eod. l.* 3. *in fin. ℸ. de rebus cor. v. Cuiac.* 7. *obſ.* 23. *v. Reuardum in libris Protribunalium.*
n negligentia : vel etiam remittere expreſsè.
o ſeruientem fundum adquirens dominantis fundi dominus, ſeruientem confundit : vbi tamen reſtituenda dos eſt, aut redintegranda ſeruitus eſt, aut id, quod intereſt, præſtandum.
p adde *l.* 7. §. 12. *ℸ. ſolut.*
q Cur oportet ea ligna oliueti ſucciſa, voluntate mulieris reſtitui ? An quia non erant in fructu ? An quia ſucciſa ſumptibus vxoris ?
r *v. Cuiac.* 8. *ad Africanum*
ſ Imò, in arbitrio mulieris, *l.* 6. §. 1. *ℸ. de iure dot.*
t Legis auctoritas quandoque eſt in alternatione, & in pendenti, & interdum pendet ab hominis voluntate.
u Iuliæ ſcil.
x περιπατητικὴ, inconſtans, incerta, quæ ſubinde mutari poteſt.
y quia dotis talis eſt obligatio. *Cuiac.* 11. *obſ.* 28. *ad l.* 9. *ℸ. tract.* 8. *ad Afric.*
z *l.* 1. *C. eod.* vtrum fundum, an æſtimationem exigat.

De matrimonio ſoluto. 1. *De voluntate ſoceri.*

12. *Papinianus* libro 1. de Adulteriis.

ETiam "ſi" dirempto *a* matrimonio dotale *b* prædium eſſe intelligitur.

1 ¶ Soceri *c* voluntas in diſtrahendo dotali prædio nulla eſt.

De prædio ruſtico, vel vrbano. 1. *De fundo, vel loco* 2. *Dotale prædium quomodo accipitur.* 3. *De herede mulieris.* 4. *Si ab vxore herede fundus legetur.*

13. *Vlpianus* lib. 5. de Adulteriis.

DOtale prædium accipere debemus, tam vrbanum *d*, quam ruſticum: ad omne enim ædificium lex Iulia pertinebit.

1 ¶ Prædij appellatione etiam pars *e* continetur. proinde ſiue totum prædium in dotem ſit datum, ſiue pars *f* prædij, alienari non poterit, & hoc iure vtimur.

2 ¶ Dotale prædium ſic *g* accipimus, cùm *h* dominium marito quæſitum eſt, vt tunc demum alienatio prohibeatur.

3 ¶ Heredi *i* quoque mulieris idem auxilium præſtabitur *k*, quod mulieri præſtabatur.

4 ¶ Si, vxore herede inſtituta, fundus dotalis fuerit legatus, ſi quidem, deductis legatis, mulier quantitatem dotis in hereditatem habitura eſt, valet legatum: ſi minùs, an non valeat quæritur. Scæuola, & ſi non totus, ſed " vel " aliqua pars ex eo vindicari poſsit, ſi modò aliqua pars ad dotem ſupplendam deſit, id duntaxat ex eo remanere apud mulierem ait, quod quantitati dotis deeſt.

De fundo, qui marito volente traditus eſt extraneo. 1. *De fundo mulieris nomine in dotem dato.* 2. *Si fundus alienus marito, à quo debetur, in dotem detur.* 3. *Si dotis cauſa legatum vel hereditas repudietur, vel omittatur.*

14. *Paulus* lib. 3. de Adulteriis.

SI nuptura Titio, voluntate eius, fundum dotis nomine Mæuio tradit, dos eius conditionis erit, cuius eſſet, ſi ipſi Titio fundum tradidiſſet.

1 ¶ Si mulieris nomine quis fundum in dotem dederit *l*, dotalis fundus erit: propter vxorem enim videtur is fundus ad maritum perueniſſe.

2 ¶ Si fundum alienum mulieri debeat maritus, eúmque mulier ei, dotis nomine, promiſerit, in pendenti erit, & tunc fiet dotalis *m*, cùm ad eum peruenerit.

3 ¶ Si fundum legatum ſibi, dotis cauſa mulier repudiauerit, vel etiam ſubſtituto viro omiſerit hereditatem, vel legatum, erit fundus dotalis.

De [illegible] mariti, quibus dotis non fore prædium declarauit.

15. *Papinianus* lib. 3. Reſponſorum.

DOtale *n* prædium, cuius vir poſſeſsionem retinuit *a*, poſt litteras ad vxorem emiſſas *b*, quibus dotis non fore prædium declarauit. in matrimonio defuncta muliere, virum retinere placuit *c*: quia mulier *d* actionem ex pacto non habuit.

De longi temporis poſſeßione.

16. *Tryphoninus* lib. 11. Diſputationum.

SI *e* fundum, quem Titius poſsidebat bona fide, longi *f* temporis poſſeſsione poterat ſibi quærere, mulier vt ſuum marito dedit *g* in dotem, eúmque petere neglexerit vir, cùm id facere poſſet, rem periculi ſui fecit. nam licèt lex Iulia, quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad huiuſmodi adquiſitionem, non † tamen interpellat eam poſſeſsionem, quæ per longum tempus ſit, ſi, antequam conſtitueretur dotalis fundus, iam cœperat. planè ſi paucisſimi *h* dies ad perficiendam longi temporis poſſeſsionem ſuperfuerunt, nihil erit quod imputabitur marito.

De dote apud virum manſura.

17. *Marcianus* lib. 7. Digeſtorum.

FVndum dotalem, maritus vendidit, & tradidit. ſi *i* in matrimonio mulier deceſſerit, & dos lucro mariti ceſsit, fundus emptori auelli non poteſt.

De lapidicinis. 1. *De fructibus à viro perceptis, cum mulier moram faceret quò minus æſtimationem partis fundi ſolueret, & fundum reciperet.*

18. *Iauolenus* lib. 6. ex Poſterioribus Labeonis.

VIr in fundo dotali lapidicinas *k* marmoreas aperuerat. diuortio facto, quæritur, marmor, quod cæſum, neque exportatum eſſet, cuius eſſet, & impenſam in lapidicinas factam mulier, an vir præſtare deberet. Labeo, marmor *l* viri eſſe ait. cæterum viro negat quidquam præſtandum eſſe à muliere: quia necneceſſaria ea impenſa eſſet, & fundus deterior eſſet factus. Ego non tantum neceſſarias, ſed etiam vtiles *m* impenſas præſtandas *n* à muliere exiſtimo: nec *o* puto fundum deteriorem eſſe, ſi tales ſunt lapidicinæ, in quibus lapis creſcere poſsit.

1 ¶ Si per mulierem mora fieret, quo minus æſtimationem partis fundi viro ſolueret, & fundum reciperet, cum hoc pactum erat fructus interim perceptos ad virum pertinere ait Labeo: puto potius pro *p* portione fructus virum habiturum, reliquos mulieri reſtituturum. quo iure vtimur.

a l. 1. §. eod.
b Dotale prædium manet, etiam dirempto matrimonio.
c id eſt patris mulieris, *Cuiac.* 11. *obſer.* 28.
d *v. l.* 198. *infra de verb. ſign.*
e Pars continetur torius appellatione, vt & pars præſtetur prædij, toto fundo vendito.
f *l.* 15. §. 1. *ſuprà qui ſatiſd.*
g adde *d. l.* 15. §. 3.
h Dotale eſt prædium, quod ex cauſa dotis in dominio vel quaſi dominio eſt mariti.
i ſuo, non extraneo.
k Imò non præſtabitur, *l.* 1. *Cod. de priuileg. dot.*
l id eſt, dare voluerit, *Accurſ. Cuiac.* 14. *obſer.* 9.
m *l.* 13. §. 2. *ſuprà eodem.*
n vide in hanc legem, *Cuiac* 9. *obſer.* 4. Speciem legis ita reſtituamus, Vir in dotem accepit prædium, pactúſque eſt de lucranda dote, *ſi in matrimonio moriatur mulier*, poſtea ad vxoré mittit litteras, quibus declarat non fore dotis prædium illud: quo facto renuntiaſſe tam doti, quam pacto dotali intelligitur. Manente aliquot poſt annis matrimonio, mulier paſſa eſt maritum retinere poſſeſsionem prædij, eóque prædio, vt & ante, vti, frui. Quæritur, Defuncta muliere in matrimonio, An renunciatio à viro facta rata ſit, & dotale prædium ad hæredes vxoris redire debeat? Reſpondet Papinianus pactum illud non habuiſſe effectum: tum quod paſſa ſit mulier maritum poſtea retinere fundum, quaſi & ipſa tacite repudiaſſe intelligatur: Tum quod nudum pactum fuerit: quod licet ad exceptionem & retentionem quidem proſit, actionem tamen producere non potuit: & hoc ſenſu omnia huius legis verba propriè accipientur, & aptiſsimus erit intellectus: quem tamen Accurſius ignorauit. vide Langebekium c. 4. *adnotation.*
a ipſo iure: dixi ad *l.* 4. *C. de ſolut.*
b huiuſmodi litteræ pro pactione nuda habentur, vt in ſpecie legis 34. §. *mandati.*
c Cur ita? vide Cuiac. 9. *obſ.* 4.
d vt & quiuis alius; *l.* 7. §. 4. *ſuprà de pactis.*
e ſi fundus quem alius præſcribere incœpit à muliere datur in dotem, præſcriptio non interrumpitur: ſed & præſcriptio viri periculo perficitur, niſi paucisſimi dies interfuerint ad perficiendam præſcriptionem, quo tempore, fundus in dotem datus fuit.
f *al.* longi.
g καταγράφει ὡς ἴδιον Græci in hanc legem, *v. Cuiac.* 14. *obſ.* 9. Poteſt enim res mulieris propria dotalis conſtitui inſtrumento dotali, ſine traditione.
† Lex Iulia prohibet inchoari præſcriptionem fundi dotalis, non tamen inchoatam perfici. h adde *l.* 30. §. 1. *ʒ. de vſu.* tunc enim, hoc eſt, ex modici temporis negligentia, non præſumitur magna eſſe negligentia.
i Dotalis fundi venditio facta à marito, confirmatur eo rei dominium adepto.
k adde *l.* 8. *ʒ ſolut.*
l Ex dotali fundo marmor erutum, nequedum exportatum, ſoluto matrimonio, mariti eſt: adeò vt & impenſas vtiles cæſi marmoris repetat à muliere.
m *v. l.* 6. *in fin. ʒ. de impenſis.*
n Imò non ſunt præſtandæ impenſæ, *l.* 7. §. 9. *ʒ. ſolut.*
o Deterior fundus fieri non intelligitur, in quo marmor quod in fructu conſiſtit, cæditur. p *d. l.* 7. §. 12.

V.° Gomez in lg. 40. tauri n. [illegible]

LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

DE *a* DONATIONIBVS INTER *b* VIRVM ET VXOREM *c*.

Origo & ratio prohibitæ donationis.

1. *Vlpianus* libro 32. ad Sabinum.

MORIBVS *d* apud nos receptum eſt, ne inter virum & vxorem donationes valerent. hoc autem receptum eſt, ne mutuo *a* amore inuicem *b* ſpoliarentur *c* donationibus non temperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate *d*.

2. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

NEc eſſet eis ſtudium liberos potius educandi *e*.

1. ¶ Sextus Cæcilius & illam cauſam adiiciebat: quia ſæpè futurum eſſet, vt diſcuterentur *f* matrimonia, ſi non donaret is, qui poſſet: atque ea ratione euenturum, vt venalicia *g* eſſent matrimonia.

a *v. C.* 16. 30. *Ecl.* 1. *Vlp.* 7. 2. *Paulus ſent.* 43. 4. *Herm.* 11. 4 *extrauag.* 20.
b conſtante matrimonio prohibitis ſcilicet, quaſque alteruter coniugum factas ideo reuocare poteſt, niſi poſt factam donationem voluntatem non mutauerit, tunc enim donatoris morte confirmantur, *v. l.* 25. *C. eod.* v. etiam quæ notaui ad *l.* 1. *ʒ. eod.* c addit Ecloga, de donationibus inter adfines, & in poteſtate conſtitutos: quò pertinent *l.* 3 §. 2. *& reliq. ʒ. eod.*
d eſt enim lex vna ex legibus Solonis, &, vt arbitror, ex duodecim (quo facit *l.* 3. *l.* 31. §. 7. *ʒ. eodem*) vt pleræque aliæ, quæ moribus conſtant, *Cuiac. hic.* eodem iure, moribus ſcilicet, recepto ſaluo, Prætor ius dicere debet, *l.* 11. *in fin. ſuprà de iuſtitia.* mandari non poteſt iuriſdictio ab eo qui eam alieno beneficio habet, *l.* 1. *ſuprà de iuriſd.* pupillariter liberis ſubſtituunt parentes, *l.* 2. *ʒ. de vulg.* aduocationibus interdicitur, *l.* 9. *ʒ. de pœnis*: fœminæ pro aliis non poſtulant, *l.* 12. §. *pen. ʒ. de iud.* non fideiubent, non funguntur muneribus publicis, *l.* 1. *ſuprà ad Velleian.* adde *l.* 28. *ʒ. ad municip.* alias etiam ius moribus introductum, naturæ & gentium ius ſignificat, *l.* 8. *l.* 39. *ſuprà de ritu.* hinc etiã notat Bartolus *in l. pen. C. de pactis.* Baldus & Iaſon. *ibid.* donationem inter virum & vxorem non firmari iuramento, quoties moribus eſt prohibita, nec enim valere aduerſus bonos mores iuramentum, *l.* 5. *C. de legib.* ſed Iulius Clarus 4. *ſent.* §. *donatio, qu.* 9. ait, contrariam opinionem eſſe communem, & ab ea in iudicando, aut conſulẽdo non eſſe recedendum: vbi etiam tradit communem opinionem eſſe, vt ſenex puellæ, ignobilis nobili, in penſationem ſuæ vel ignobilitatis, vel ſenectutis aliquid vxori donare poſsit. Res tota ita diſtingui poteſt: iure ciuili iuramento non poteſt confirmari talis donatio, quia nulla eſt iure ciuili. ideo nec parit naturalem obligationem, & iure ciuili iuramentum non eſt modus inducendæ obligationis. *l.* 56 *ʒ. de fideiuſſ.* Iure canonico valet, *c. vlt. de donat. inter virum* ſi iuramentum non inducit peccatum. Eodem etiam iure Canonico, iuramentum inducit obligationem: *c. veniens de iureiur.* ſic eodem iure Canonico pactum de non ſuccedendo parenti, valet *cap. quamuis, de pactis, in* 6. v. Pyrrhum *diſput.* 12. *in fin. conſuetud.* vbi refutat opiniones Bartoli (ſibi diſsimilis ea parte) & Iaſonis. Ita enim argumentatur, donatio inutilis morte confirmari poteſt, igitur & iuramento. Donatio valet inter patrem & filium, igitur & inter coniuges. Donatio inter coniuges ſtatuto vtilis eſſe poteſt, igitur & pacto iurato. a ne mutuo amore. *Hal.* amore alterius alter, *l.* 31. §. 7. *ʒ. eod.* b vel vnus egeret, *l.* 20. *in pr. verſ. ſimplices, C. de don. ante nupt.*
c *d.* §. 7. ad egeſtatem redigerentur, *d. verſ. ſimplices, Nou.* 74. *c.* 4.
d *al.* facilitate abutentes. e educandi.
f diſtraherentur. *Hal.* ne diuortij cauſam habeant ex eo quod non donetur. *Hal. Ecl. c.* 1. ſed diſcuti hic idem eſt quod diſtrahi & diſſolui.
g venalia, *Hal. l.* 3. *ʒ. eod. v. l.* 27. *ʒ. de pact. dot.*

1. Si matrimonium non valet. 2. de his qui ſunt in poteſtate ſoceri. 3. De ſeruis. 4. De filio communi vel mariti. 5. De eo qui eſt in poteſtate ſoceri. 6. De viro & ſocero, & his, qui ſunt in eorum poteſtate, aut eos habent in poteſtate. 7. De ſocru & nuru. 8. De ſeruo in quo nudam proprietatem habet maritus. De eo qui bona fide ſeruit marito. 9. Per quos donari non poteſt. 10. Quatenus donatio non valet. 11. De nummis vxori datis. 12. Si debitor mariti ſoluerit vxori. 13. Si marito donaturus dedit vxori.

3. *Vlpianus* lib. 32. ad Sabinum.

HÆc ratio & oratione Imperatoris noſtri Antonini ‖ Auguſti ‖ electa eſt. nam ita ait: Maiores noſtri inter virum & vxorem donationes prohibuerunt, amorem *a* honeſtum ſolis animis æſtimantes, famæ etiam coniunctorum conſulentes, ne concordia pretio conciliari videretur *b*, néue melior *c* in paupertatem incideret, deterior *d* ditior fieret *e*.

1 ¶ Videamus inter quos ſunt prohibitæ donationes? Et quidem, ſi matrimonium moribus legibúſque ‖ noſtris ‖ conſtat, donatio non valebit. Sed ſi aliquod impedimentum interueniat, ne ſit omnino matrimonium, donatio valebit. Ergo ſi *f* ſenatoris filia libertino contra ſenatuſconſultum *g* nupſerit, vel prouincialis *h* mulier ei, qui ibi meret *i*, contra mandata *k*, valebit donatio: quia nuptiæ non ſunt. ſed fas non eſt, eas donationes ratas eſſe, ne melior ſit conditio eorum, qui deliquerunt. Diuus tamen Seuerus in liberta Pontij Paulini ſenatoris contra ſtatuit: quia non erat affectione vxoris habita, ſed magis concubinæ *l*.

2 ¶ Qui in eiuſdem poteſtate ſunt *m*, prohibentur ſibi *n* donare, vt puta frater *o* mariti, qui eſt in ſoceri poteſtate.

3 ¶ Verbum *poteſtatis* non ſolum ad liberos trahimus, verum etiam *p* ad ſeruos. nam magis eſt, vt hi quoque, qui aliquo iure ſubiecti ſunt marito, donare non poſſint.

4 ¶ Secundum hæc, ſi mater filio, qui in patris poteſtate eſſet, donet, nullius momenti erit donatio *q*: quia patri quæritur. ſed ſi in caſtra eunti filio dedit, videtur valere: quia filio quæritur, & eſt caſtrenſis peculij.

¶ Quare & ſi filius, vel priuignus, vel quiuis *r* alius poteſtati mariti ſubiectus, de caſtrenſi ſuo peculio donauit, non erit irrita donatio.

5 ¶ Prohibetur igitur ‖ & ‖ vxori & nurui *ſ* donare etiam is qui eſt in ſoceri poteſtate: ſi modo maritus ſit in patris poteſtate.

6 ¶ Ab vxoris *t* nurúſve parte *u* prohibitum eſt donari viro vel genero *x*.

¶ Sed & his *y*, qui ſunt in eorum poteſtate, ſi fuerit donatum, vel in quorum ſunt poteſtate, non valebit donatio, ſi *z* modo vir, & ſocer in eiuſdem ſunt poteſtate, vel vir in ſoceri. cæterum ſi in alia familia eſt maritus, neque *a* ſocero, neque ei qui eſt in eius poteſtate, neque ei, in cuius eſt, donatione interdictum eſt.

7 ¶ Socrui à nuru *b*, vel contra, donari non eſt prohibitum: quia hic ius poteſtatis non *c* vertitur.

8 ¶ Si ſeruus meus, cuius vſuſfructus alienus eſt, donet vxori meæ ex eo peculio, quod ad me non pertinebat, vel homo liber bona fide mihi ſeruiens, an valeat donatio, quæritur. & in libera *d* quidem perſona vtcumque admitti poteſt donatio. ceteræ *e* enim perſonæ alienationem peculij, vt donent, non habent.

9 ¶ Non *f* tantum autem per ſe maritus & vxor *g*, cæteræque perſonæ dare non poſſunt *h*.

10 ¶ Sciendum autem eſt, ita interdictam inter virum & vxorem donationem, vt ipſo iure nihil *i* valeat quod actum eſt. ¶ Proinde, ſi corpus ſit quod donatur, nec traditio *k* quicquam valet.

¶ Et ſi ſtipulanti *l* promiſſum ſit, vel accepto latum, nihil valet * ipſo *m* enim iure, quæ inter virum & vxorem donationis cauſa geruntur, nullius momenti ſunt.

11 ¶ Si quis igitur nummos vxori *n* dederit, non fieri eius apparet: quia nihil corporis eius fieri palam eſt.

12 ¶ Sed ſi debitorem ſuum ei *a* ſoluere iuſſerit, hic quæritur, an nummi fiant eius, debitórque liberetur? Et Celſus libro quinto decimo digeſtorum ſcribit, videndum eſſe, ne dici poſſit, & debitorem liberatum, & nummos factos mariti, non vxoris. Nam ‖ & ‖ ſi donatio iure ciuili non impediretur, eum rei geſtæ ordinem *b* futurum, vt pecunia ad te à debitore tuo, deinde a te ad mulierem perueniret. nam celeritate *c* coniungendarum inter ſe actionum, vnam actionem occultari. cæterum debitorem creditori dare, creditorem vxori, nec nouum aut mirum eſſe, quod per alium accipias, te accipere. Nam & ſi is, qui creditoris tui ſe procuratorem eſſe ſimulauerit *d*, à debitore tuo, iubente te, pecuniam acceperit, & furti actionem te habere conſtat, & ipſam pecuniam tuam eſſe.

13 ¶ Huic ſententiæ conſequens eſt, quod Iulianus libro ſeptimodecimo digeſtorum ſcripſit, ſi donaturum mihi, iuſſero *e* vxori meæ dare *f*: ait enim Iulianus, nullius *g* eſſe momenti. perinde enim habendum, atque ſi ego acceptam, ‖ & ‖ rem meam factam, vxori meæ dediſſem: quæ ſententia vera eſt.

4. *Iulianus* libro decimoſeptimo Digeſtorum.

IDémque eſt, & ſi mortis cauſa traditurum mihi iuſſerim vxori tradere. nec referre, conualuerit donator, an mortuus ſit. neque exiſtimandum eſt, ſi dixerimus valere donationem, non fieri me pauperiorem: quia ſiue conualuerit donator, condictione tenebor: ſiue mortuus fuerit, rem, quam habiturus eram in bonis meis, deſinam propter donationem habere.

Si ſponſus ſponſæ donaturus tradiderit Titio, & is dederit ſponſæ poſt nuptias. 1. De muliere correa & de acceptilatione. 2. De viro & vxore, & his qui ad eos pertinent, & extraneis perſonis. 3. Si debitor viri vxori. 4. Aut vxor viri creditori promiſerit. 5. De venditione minoris facta. 6. De eo qui non eſt vſus ſeruitute. 7. De exceptione & ſententia. 8. De ſepultura. 12. De re Deo offerenda, vel conſecranda, de opere publico faciendo. 13. De repudiatione hereditatis. 14. Vel legati. 15. De reſtitutione fideicommiſſi. 16. Si donans non deminuat, aut accipiens non fiat locupletior. 17. Si mulier pecuniam à marito acceptam pro alio erogauerit. 18. Quatenus reuocatur, & quibus actionibus quod donatum eſt.

5. *Vlpianus* libro trigeſimoſecundo ad Sabinum.

SI ſponſus ſponſæ donaturus, tradiderit Titio, vt is ſponſæ daret, deinde Titius tradiderit poſt *h* nuptias ſecutas: ſi quidem eum interpoſuerit maritus, donationem non valere, quæ poſt contractas nuptias perficiatur: ſi vero mulier eum interpoſuerit, iamdudum perfectam donationem, hoc eſt, ante nuptias: atque ideo, quamuis contractis nuptiis Titius tradiderit, donationem valere.

1 ¶ Si maritus duos reos habeat, Titium, & mulierem: & mulieri *i* accepto *k* tulerit donationis cauſa, neuter liberatur: quia acceptilatio non valet. & hæc Iulianus lib. decimoſeptimo Digeſtorum ſcribit. Plane ſi ‖ mihi ‖ proponas, Titio accepto latum, ipſe quidem liberabitur, mulier verò manebit *l* obligata.

2 ¶ Generaliter tenendum eſt, quod inter ipſos, aut qui *m* ad eos, pertinent, aut per interpoſitas *n* perſonas, donationis cauſa agatur, non valere. quòd ſi aliarum extrinſecus rerum perſonarúmve cauſa commixta ſit, ſi ſeparari non poteſt, nec donationem impediri: ſi ſeparari poſſit, cætera valere *o*, id quod donatum ſit, non valere.

3 ¶ Si *p* debitor viri pecuniam, iuſſu mariti, vxori promiſerit, nihil agitur.

4 ¶ Si vxor viri creditori, donationis cauſa, promiſerit, & fideiuſſorem dederit, neque virum liberari, neque mulierem obligari, vel fideiuſſorem eius, Iulianus ait, perindéque haberi, ac ſi nihil promiſiſſet.

5 ¶ Circa venditionem *q* quoque Iulianus ‖ quidem, ‖ minoris *r* factam venditionem, nullius eſſe momenti ait. Neratius autem, cuius opinionem Pomponius non improbat, venditionem donationis *ſ* cauſa inter virum & vxorem factam, nullius eſſe momenti: ſi modo, cum animum maritus vendendi non haberet, idcirco venditionem commentus ſit, vt donaret. enim vero ſi cum animum vendendi haberet ex pretio ei remiſit *t*, venditionem quidem valere, remiſſionem ‖ autem ‖ hactenus non valere, quatenus *u* facta eſt locupletior. Itaque ſi res quindecim, veniit quinque, nunc autem ſit decem, quinque tantum præſtanda ſunt: quia in hoc locupletior videtur facta.

6 ¶ Si, donationis cauſa, vir vel vxor ſeruitute non

---

a vt & fidem: facit *l.* 112. *inf. ſ. de ver. oblig.*
b *al.* viderentur.
c ditior in paupertatem incidat, pauperior ditior fiat. *Har. Ecl. c.* 1.
d id eſt, is qui accipit. eſt enim beatius dare, quam accipere, *Bald.*
e adde & aliam rationem ex Plutarchi Problematis, & Romanis quæſtionibus, vt omnia inter ſe communia iudicent. *Duar. hic.*
f matrimonij cauſæ impedientes.
g quod hodie abrogatum. *Nou.* 78. *cap.* 3.
h *v. l.* 66. *ſuprà de ritu.*
i ibi moretur. *Halo.*
k Mandatis principalibus prohibemur certis caſibus vxorem ducere, *l. præfectus* 63. *l. eos* 65. *ſ. de ritu.*
l cui (excepto milite) donari poteſt, *l.* 31. *ſ. d. donation.*
m οἱ σωυπεξέσιοι, *Ecl. c.* 2.
n ipſi, *Bud.*
o §. 5. *ſ. eo.* vt vxori donare non poſſum, ita nec frater meus in eiuſdem patris poteſtate poſitus.
p vt vxori donare non poſſum ita nec ſeruus meus: & retro, vt vxor mihi donare non poteſt, ita nec ſeruus eius, *l.* 215. *ſ. de ver. ſign.*
q vt vxor mihi donare non poteſt, ita nec filio meo qui eſt in poteſtate mea, niſi eunti in caſtra, adde *l.* 5. §. 2. *ſ. cod.*
r Filius in poteſtate mea poſitus, vt mihi de caſtrenſi ſuo peculio donare poteſt, ita & de eodem caſtrenſi peculio vxori meæ nouercæ ſuæ donare idem filius vel priuignus poterit.
ſ vt vxori meæ eiúſve filiæ donare non poſſum, ita nec is qui in patris mei poteſtate eſt, eidem eiúſve filiæ donare poteſt.
t vxoris meæ filius vel ſeruus, neque mihi, quia maritus eius ſum: neque patri meo donare poteſt: quia patri meo vxor mea nurus eſt. Non poteſt etiam ſeruus ſoceri mei mihi donare, quia ſocero meo ſum gener, *v. l.* 5. *ſ. eod.* u *fortè legendum* patre.
x vel ſocero, *vt ſ.* ſi modò vir & ſocer, item vir in ſoceri ſit poteſtate.
y Vxor mea nec mihi, nec iis, quos in poteſtate habeo, nec eis etiam, quos mei in poteſtate habent, poteſt donare, *Ecl. c.* 2. z ſi non vir. *Bud.*
a v. Ferrandum 1. *Explicationum* 21. b vxor mea nurui meæ: vt & nurus mea vxori meæ donare poteſt, *l.* 23. *C. eo. l.* 12. *C. de don. ant. nup.*
c nec enim vxor mea nurum meam habet in poteſtate, nec nurus mea in poteſtate eſt meæ vxoris. d id eſt in libero homine, qui bona fide mihi ſeruit.
e id eſt ſeruus in quo nudam proprietatem habeo.
f Cur dicit, non tantum per ſe? vt intelligamus neque per interpoſitam perſonam donare poſſe coniugem coniugi, vt apud Paulum 2. *ſent.* 23. §. 3. vt conſtet hunc locum mutilum eſſe vna orationis parte. adde *l.* 5. §. 2. *ſ. cod.*
g maritus & vir. *Hal.* & male.
h hic paragraphus hac parte mutilus eſt: ſic itaque ſupple ex Haloandro: donare non poſſunt, ſed nec per alios, *v. l.* 5. §. 2. *ſ. cod.*
i vide tamen exceptiones apud Socinum *regula* 104.
k quia cauſa legitima non ſubeſt, *l.* 31. *ſ. de adq. rer.* l *l.* 23. *ſ. eod.*
m Ipſo iure donationes inter coniuges non valent.
n vel è contra, *l.* 14. *ſuprà ad exhibendum.*

---

a *l.* 26. *l.* 39. *ſ. eo.*
b Ordo etiam in fictionibus ſeruatur.
c *v.* quæ notaui ad *l.* 11. *ſuprà de rebus cred.* de celeritate dixi *l.* 1. *in fin. l.* 2. *ſ. de feriis.*
d adde *l.* 51. §. 11. *ſ. de furt.*
e Per alium quæ facit ipſe facere videtur.
f *v. l.* 4. *ſ. eo. l.* 56. *ſ. eod.*
g imò alicuius momenti, *l.* 31. §. 7. *ſ. eodem.*
h conſtante matrimonio donatio valebit. ſufficit enim factam eſſe traditionem procuratori ante nuptias. & meritò: quia quod traditur procuratori meo vt ad me perueniat, id ipſo iure in me transfertur, *l.* 13. *in fin. ſ. de donat. l. pen. ſ. de adq. rer.*
i hic acceptilatio aſſumit principium à perſona incapace: ideóque non poteſt extendi ad capacem.
k Acceptilatio ſiue ſumat initium in perſona capace ſiue incapace, extendi non poteſt ad perſonam capacem.
l Imo, per capacem & per conſequentias liberanda eſt, *l.* 29. *ſ. de liber. leg.*
m *l.* 3. §. 6. *ſ. eo.*
n *l.* 3. §. 9. inter virum & vxorem, nec per interpoſitam perſonam donatio fieri poteſt. *Paul.* 2. *ſent.* 23. §. 3.
o Nota regulam, *vtile per inutile non vitiatur*, non ſemper veram eſſe.
p *l.* 38. §. 1. *ſ. de ſolutionib.*
q & locationem, *l.* 52. *ſ. eod.*
r Venditio & emptio inter coniuges permiſſa, ſi modò facta non ſit animo donandi. dixi ad *l.* 31. §. 2. *ſ. eo.*
ſ Inter virum & vxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non poteſt, *Paul.* 2. *ſent.* 23. §. 4. *l.* 38. *in fin. ſ. de contr. empt.*
t Remittere, eſt donare: donat, qui remittit: ideóque vt donatio facta vxori non ſubſiſtit, ita nec remiſſio. Hinc colligit Baldus, in remiſſione, vt in donatione, inſinuationem requiri: quæ tamen ſententia quodam temperamento indiget.
u *l.* 31. §. 3. §. 4. *l.* 52. *ſ. eod.*

non *a* vtatur, puto amitti ſeruitutem, verùm poſt diuortium condici poſſe.

7 ¶ Si vxor vel maritus exceptione quadam, donationis cauſa, ſummoueri voluerint, facta à iudice abſolutione, valebit quidem ſententia: ſed condicetur *b* ei cui donatum eſt.

8 ¶ Conceſſa donatio eſt ſepulturæ *c* cauſa. nam ſepulturæ cauſa locum marito ab vxore, vel contrà, poſſe donari conſtat. & ſi *d* quidem intulerit, faciet locum religioſum. Hoc autem ex eo venit, quod definiri ſolet, eam *e* demum donationem impediri ſolere, quæ & donantem pauperiorem, & accipientem facit locupletiorem. porrò hic non videtur fieri locupletior in ea re, quam religioni dicauit *f*. Nec mouit *g* quemquam quòd emeret, niſi à marito accepiſſet. nam etſi *h* pauperior ea fieret, niſi maritus dediſſet, non tamen idcirco fit locupletior, quod non expendit.

9 ¶ Hæc res & illud ſuadet, ſi vxori maritus ſepulturæ cauſa donauerit, ita *i* demum locum fieri intelligi mulieris, cùm corpus humatur. cæterum, antequam fiet religioſus, donantis manet. proinde, ſi diſtraxerit mulier, manet locus donatoris.

10 ¶ Secundùm hæc, ſi vxori ſuæ monumentum purum *k* maritus magni pretij donauerit, valebit donatio. ſic tamen, vt, cùm ſit religioſus, valeat.

11 ¶ Sed etſi ipſa fuerit illò illata, licèt morte eius finitum eſt matrimonium *l*, fauorabiliter tamen dicetur locum religioſum fieri.

12 ¶ Proinde & ſi maritus *ad oblationem* in *Dei* vxori donauit, vel locum, in quo opus publicum, quod promiſerat, faceret, vel ‖ *vt* ‖ *ædem publicam dedicaret*, fiet locus ſacer. Sed & ſi quid ei det, *vt "donum" Deo detur*, vel *conſecretur*, dubium non eſt, quin debeat valere. quare, & ſi oleum *n* pro ea in æde ſacra poſuerit, valet donatio.

13 ¶ Si maritus heres inſtitutus repudiet hereditatem donationis cauſa, Iulianus ſcripſit libro ſeptimodecimo digeſtorum, donationem valere. neque *o* enim pauperior *p* fit qui non adquirit, ſed *q* qui de patrimonio ſuo depoſuit. Repudiatio autem mariti mulieri prodeſt, ſi vel ſubſtituta ſit mulier, vel etiam ab inteſtato heres futura.

14 ¶ Simili modo & ſi legatum repudiet, placet nobis, valere donationem, ſi mulier ſubſtituta ſit in legato, vel etiam ſi proponas eam heredem inſtitutam.

15 ¶ Si quis rogatus ſit, præcepta certa quantitate, vxori ſuæ hereditatem reſtituere, & is ſine *r* deductione reſtituerit: Celſus lib. 10. digeſtorum ſcripſit, magis pleniore *ſ* officio fidei præſtandæ functum maritum, quàm *t* donaſſe videri. & rectam rationem huic ſententiæ Celſus adiecit, quòd plerique magis fidem *u* exſoluunt in hunc caſum, quàm donant, nec de ſuo putant proficiſci, quod de alieno pleniùs reſtituunt, voluntatem defuncti ſecuti. nec immeritò ſæpè *x* credimus aliquid defunctum voluiſſe, & tamen non rogaſſe. quæ ſententia habet rationem magis in eo, qui non erat deducta quarta rogatus reſtituere, & tamen integram fidem præſtitit, omiſſo ſenatuſconſulti commodo. hic enim verè fidem exſoluit, voluntatem teſtatoris obſecutus. Hoc ita ſi non per errorem *y* calculi fecit. cæterùm indebiti fideicommiſſi eſſe repetitionem nulla dubitatio eſt.

16 ¶ Cùm igitur nihil de bonis erogatur, rectè dicitur valere donationem. Vbicunque *z* igitur non deminuit de facultatibus ſuis qui donauit, ‖valet‖. vel etiam ſi deminuat, locupletior tamen non fit, qui accepit, donatio valet.

17 ¶ Marcellus lib. 7. digeſtorum quærit.

SI mulier acceptam à marito pecuniam in ſportulas *a*, pro cognato ſuo, ordini *b* erogauerit, an donatio valeat? Et ait, valere. nec videri locupletiorem mulierem factam, quamuis mutuam pecuniam eſſet acceptura & pro adfine erogatura.

18 ¶ In *c* donationibus autem iure ciuili impeditis hactenus reuocatur donum ab eo, ‖ ab eáve, ‖ cui donatum eſt, vt, ſi quidem exſtet res, vindicetur *d*: ſi conſumpta ſit, condicatur hactenus, quatenus *e* locupletior quis eorum factus eſt.

a prohibita quoties donatio eſt, donator regreſſum in donatarium præſcribentem habere poteſt.

b Imò, datum authoritate rei iudicatæ non condicitur, *l.* 29. §. 5. *ſupra mandati.*

c Sepulturæ cauſa donatio permiſſa eſt inter virum & vxorem, ſepulturæ autem cauſa locum interdum donabat coniux coniugi.

d Religioſus fit locus illatione mortui.

e Donatio quæ donantem pauperiorem facit, accipientem ditiorem, non permiſſa eſt inter coniuges. Inde fit vt à coniuge coniux locum ſepulturæ cauſa, ex cauſa donationis poſſit accipere. Hanc enim donationem qui accipit, non fit locupletior: quia religioni rem donatione acceptam dicat. Quæ religioni dicata, non ſunt in dominio priuatorum *v. l. pen.* ſ. *de pactis.*

f eſt enim in iis rebus optima menſura rerum donatarum ipſa immenſitas. *Nou.* 7. *c.* 2. §. 1. Ideóque donatione ſimpliciter prohibita, non cenſetur prohibita donatio ad piam cauſam. *Bald.*

g nec moueat quemquam *Hal.* Imò, moueat omnes. Hoc enim locupletior cenſetur mulier, quod non eſt pauperior facta, *l.* 47. *in fin.* j. *de ſolution.*

h Pauperior fit, qui cogitur emere: non tamen locupletior habetur, qui nihil expendit.

i *l.* 2. §. 5. & paſſim ſ. *de religioſis.*

k *l.* 6. *in fin.* ſ. *de religioſis.* Parum monumentum in quod nemo illatus eſt.

l & donatio, *l.* 17. ſ. *eod.*

m Ad Dei oblationem, vt donum Deo detur, vt conſecretur, maritus vxori donare poteſt, *vt hic.* Cur poteſt? An fauore ſummi numinis ac religionis? An potius quia nihilo hac donatione locupletior eſt vxor?

n oleo ſic indigebat Reſpublic. ad vſum templorum *vt hic. l.* 44. j. *de manum. teſt. & canone* 71. *Apoſtol.* vtebatur & in rebus aliis, hinc eleonicæ munera *l.* 18. §. 5. j. *de munerib.* o Donationes inter virum & vxorem ſunt permiſſæ, in quibus neuter coniugum fit pauperior. p §. 8. ſ. *eod.*

q Pauperior fieri non videtur, qui non adquirit, ſed qui de patrimonio ſuo deponit ſeu amittit. r *v. l.* 1. *C. ad l. Falc.*

ſ *l.* 45. j. *ad Treb. l.* 202. *infr. de verb. ſign. l.* 1. *l.* 9. *C. ad l. Falcid.*

t Reſtituens hereditatem, non deducta Trebellianica, non tam donat, quam fidei debitum implet. u *v.* quæ notaui ad *l.* 62. ſ. *de cond. indeb.*

x Teſtator quædam nonnunquam vult, quæ nunquam rogauit. igitur non omnis voluntas rogatio eſt. y *l.* 6. *l.* 8. *in fin.* j. *ad Treb.* z *l.* 12. ſ. *eo. l.* 25. *l.* 31. §. 7. j. *eo.*

a δαπανῶν περὶ συνηθείας. *Ecl.* 1. *c.* 6. *v. l.* 6. §. 1. j. *de decurionib.*

b fortè decurionum.

c Donatæ res inter coniuges, ſi extent, vindicari: ſi non extent, condici eatenus poſſunt, quatenus qui accepit locupletior factus eſt. d *l.* 6. *l.* 33. §. 1. *l.* 36. *l.* 39. *l.* 55 *in fin.* j. *eod. l.* 1. *C. de donat. quæ ſub modo.* e *l.* 50. *in fin.* j. *eod.*

6. *Gaius* libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

QVia quod ex non conceſſa donatione retinetur: id aut ſine cauſa, aut ex iniuſta *a* cauſa retineri intelligitur: ex quibus cauſis condictio naſci ſolet.

Quo tempore ſpectatur an ſit locupletior. 1. *Si vxori vnguentorum emendorum cauſa daretur.* 2. *De mutua donatione.* 3. *De prædio empto ex pecunia donata.* 4. *Vel partim ex donata, partim ex propria.* 5. *De æſtimatione.* 6. *De emptione pignoris.* 7. *Si maritus pro vxore venditori pretium ſoluerit.* 8. *De donatione, manumiſſionis cauſa.*

7. *Vlpianus* libro 31. ad Sabinum.

QVod autem ſpectetur tempus, an locupletiores ſint facti? vtrùm tempus litis conteſtatæ, an rei iudicatæ? & verum eſt, litis conteſtatæ tempus ſpectari oportere *b*, idque Imperator noſter cum patre reſcripſit.

1 ¶ Si maritus pecuniam vxori *in vnguenta* dederit, eáque eam ‖ pecuniam ‖ creditori ſuo ſoluerit, mox ‖ ea ‖ de ſua *c* pecunia vnguenta emerit; non videri locupletiorem factam Marcellus lib. 7. digeſtorum ſcribit. Idémque, & ſi lancem ob eandem cauſam ei dederit, eáque lancem retinuerit, de ſua autem pecunia vnguenta emerit, vindicationem ceſſare: quia non eſt locupletior, quæ tantumdem in re mortua *d* impendit.

2 ¶ Si vir & vxor quina inuicem *e* ſibi donauerint, & maritus ſeruauerit, vxor conſumpſerit, rectè placuit compenſationem *f* fieri *g* donationum. & hoc Diuus Hadrianus conſtituit.

3 ¶ Idémque ait, ‖&‖ ſi vir vxori pecuniam donauerit, ipſaque ex ea prædium emerit, æſtimari oportere, in quantum locupletior facta ſit mulier. proinde & ſi prædia hodie viliſſimo ſunt, conſequenter dicemus, litis conteſtatæ tempore æſtimationem eorum ſpectandam. Planè ſi magni pretij prædia ſunt, ſumma ‖ tantum ‖ numerata erit reſtituenda, non etiam vſuræ pretij.

4 ¶ Eleganter tractabitur, ſi mulier quindecim prædia emerit, & maritus non totum pretium numerauerit, ſed duas partes pretij, hoc eſt decem, vxor de ſuo quinque: deinde hæc prædia valeant nunc decem, maritus quantum conſequatur? & magis eſt, vt conſequi debeat duas partes decem, vt quod periit ex pretio, vtrique *h* perierit, & marito, & vxori.

5 ¶ Si maritus æſtimationem rerum, quas in dotem accepit, dicat ſe donationis *i* cauſa auxiſſe, remedium monſtrauit Imperator noſter cum Diuo patre ſuo, reſcripto, cuius verba hæc ſunt: Cùm donationis *k* cauſa pretium auctum adfirmes, qui ſuper ea re cogniturus erit, ſi pecuniæ modum recuſabis, ipſa prædia reſtitui debere ſumptuum deductis rationibus arbitrabitur. In arbitrio *l* igitur mariti erit, quid præſtitum malit.

¶ Idem iuris eſt, & ſi è contrario mulier de minore *m* æſtimatione queratur. Nec aliud in commodato æſtimato ‖ dato ‖ obſeruari ſolet, vt Pomponius lib. 4. variarum lectionum ſcribit.

6 ¶ Si vxor à marito ſuo prædia, quæ ob *n* dotem pignori acceperat, emerit, eáque emptio *o* donationis cauſa facta dicatur, nullius eſſe momenti; pignoris *p* tamen obligationem durare, Imperator noſter cum patre ſuo reſcripſit. cuius reſcripti verba ideo retuli, vt appareat, venditionem inter virum & vxorem bona fide geſtam non retractari. Si *q* tibi maritus pignora *r* propter dotem, & pecuniam creditam data, non donationis cauſa, vendidit, quod bona fide geſtum eſt, manebit ratum at ſi titulus donationis quæſitus oſtenditur *ſ*, atque ideo venditionem irritam eſſe conſtabit, iure *t* publico cauſam pignorum integram obtinebis.

7 ¶ Si vxor rem emit, & maritus pretium pro ea *u* numerauit, interdum *x* dicendum eſt, totum à muliere repetendum, quaſi locupletior ex ea in ſolidum facta ſit: vt puta ſi emit quidem rem mulier, & debeat *y* pecuniam maritus ‖ autem ‖ à venditore eam liberauit. quid enim intereſt, creditori ſoluat, an venditori?

8 ¶ Vxori quis donauit ſeruum, ita *vt eum intra annum manumitteret*. an ſi mulier non obtemperet voluntati, conſtitutio Diui Marci *z* imponat ei libertatem, ſi vir vel viuit, vel etiam diem ſuum obierit *a*? Et ait Papinianus, cùm Sabini ſit ſentẽtia recepta, qui putat,

a *l.* 1. *in fin.* ſ. *de cond. ſine cauſa.*

b quia locupletiorem eſſe, eſt cauſa actionis dandæ, *Bald.*

c *l.* 28. §. *pen.* j. *eo.*

d vnguenta, res mortuæ, ſic Plinius 31. *c.* 3. margaritæ gemmæque ad heredem tranſeunt, veſtes prorogant tempus, vnguenta illico expirant, & ſuis moriuntur horis. & *in Pſeudo* Plautus dixit, formam, rem mortuam (fractam ſc. & vacuefactam:) *in Trinummo*, rem animam egiſſe: & Iuriſconſulti, item mortuam, quæ amiſſa reſtitui non poteſt, *l.* 2. j. *iudicatum ſolui. l.* 3. j. *quæ in fraud. l.* 13. *C. de iudiciis. v. Cuiac.* 9. *obſ.* 30.

e Donatio mutua inter coniuges valet. v. Pirrhum *in conſuetudines Aurelianenſes.*

f inter virum & vxorem locus eſt compenſationi.

g Imò non fit compenſatio, *l.* 32. §. 9. j. *eod.*

h Deterioratio contingens, intelligitur fieri proportionaliter & pro rata.

i *l.* 12. ſ. *de iure dotium.*

k Emptio & venditio inter coniuges permiſſa, dum ne donandi animo ſit inita, dixi ad *l.* 31. §. 3. j. *eod.*

l *l.* 10. *in fin. l.* 12. ſ. *de iure dotium.*

m Remedium legis ſecundæ, *C. de reſcind.* pertinet ad alios etiam contractus, *Bald.*

n ob dotem pignus dari poteſt, *vt hic. l.* 17. §. 2. ſ. *ad Vellcian. l.* 5. ſ. *de pign.* licet non ſit neceſſe: cùm hodie mulier tacitam habeat hypothecam. Fideiuſſor autem ob dotem rectè non datur, niſi poſt ſolutum matrimonium, *l.* 7. j. *de except. l. ſi conſtante* 24. §. *quoties* 2. j. *ſoluto l.* 1. *l.* 2. *C. ne fideiuſſores dotium.* ne videatur marito fidem non habere mulier, quæ ſe ei ſuámque vitam commiſit, *d. l.* 2. *l. hac lege C. de pactis conuentis.* quæ diffidentiæ cauſa non eſt in pignore: cùm ideo detur pignus, vt res magis ſit in tuto: Fideiuſſor, debitoris: pignus, rei locum obtinet. Qua de cauſa in fideiuſſore dando contumelia eſt aliqua, quæ non eſt in pignore dando, *l.* 17. j. *de teſt. tut.* difficilius datur fideiuſſor, quàm pignus. o *v. l.* 5. §. 7. ſ. *eod. l.* 32. §. 24. j. *eod.*

p Inutilis emptio, vtilem hypothecam non ſoluit.

q verba hæc ſunt reſcripti. r Dotis reddendæ cauſa mulieri maritus poteſt ſua prædia obligare, etiam conſtante matrimonio.

ſ hinc collige, Contractum inter virum & vxorem, non præſumi donationis cauſa factum, niſi probetur: è contrario præſumi verum & non fictum, *Bald.*

t iure publico pignorum cauſam integram obtinemus. ſic infra iure vulgato dixit, *l.* 32. §. 24. *inf. eod.* u *l.* 50. *inf. eod.*

x Contractus inter virum & vxorem initi bona fide non retractantur. adde quæ ſcripſi ad *l.* 31. §. 3. *infr. eod.*

y Eatenus fit locupletior, quatenus liberata eſt. z de qua *l.* 2. *l.* 3. *Cod. ſi emancip. ita fuer. alien.* a *l.* 8. *infra eod.*

tunc

tunc fieri ſeruum eius cui donatur, cùm cœperit libertas imponi: ideóque nec ſi velit mulier, poſt exactum tempus poſsit manumittere: rectè dici, non eſſe conſtitutioni locum. nec voluntatem mariti poſſe conſtitutioni locum facere, cùm proprium ſeruum poſsit manumittere. quæ ſententia mihi quoque probatur, quia venditor ſiue donator non ſibi vult legem imponi, nec poteſt *a*: ſed ei, qui accepit. dominio igitur penes ſe remanente, nequaquam effectum habebit conſtitutio.

9 ¶ Manumiſsionis cauſa donatio facta valet *b*: licèt non hoc agatur, vt ſtatim ad libertatem, ſed quandoque perducatur. proinde ſi, *vt poſt centum tempus manumittat*, vxori ſuæ tradidit, tunc demum eius fiet: cùm tempore impleto manumittere cœperit, quare antea manumittendo nihil agit, nam & illud ſciendum eſt: ſi vxori quis ſuæ donauerit, *vt intra annum manumittat*, deinde non manumiſerit ‖ ea ‖ intra annum, poſtea manumittendo nihil agi.

8. *Gaius* libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

SI antequam *c* ſeruus manumittatur, morte *d*, aut diuortio ſolutum fuerit matrimonium, reſoluitur donatio *e*. ineſſe enim conditio donationi videtur, vt manente matrimonio manumittatur.

De donatione cauſa mortis.

9. *Vlpianus* lib. 32. ad Sabinum.

SI eum vxori donet maritus, qui eius erat conditionis, *ne vmquam ad libertatem perduci poßit*, dicendum eſt, omnino nihil agi hac donatione *ſ*.

1 ¶ Si, pecunia accepta, mulier manumiſerit, vel operas ei impoſuerit, ait Iulianus, operas quidem eam licito iure impoſituram, & tenere obligationem: nec videri mulierem ex re viri locupletiorem fieri, cùm eas libertus promittat. quòd ſi pretium ob manumiſſionem acceperit mulier, & ſic manumiſerit: ſi quidem ex peculio ſuo dedit, nummos mariti manere: ſin verò alius pro eo dedit, fient nummi mulieris. quæ ſententia rectè ſe habet.

2 ¶ Inter virum & vxorem mortis cauſa donationes receptæ *g* ſunt *h*.

10. *Gaius* libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

QVia in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor eſſe deſinunt.

De donatione diuortij cauſa.

11. *Vlpianus* libro 32. ad Sabinum.

SEd interim res non ſtatim fiunt eius, cui donatæ ſunt: ſed tunc demum, cùm *i* mors *k* inſecuta eſt. medio igitur tempore dominium *l* remanet apud eum qui donauit.

1 ¶ Sed quod *m* dicitur: mortis cauſa donationem inter virum & vxorem valere, ita verum eſt, vt non ſolùm ea donatio valeat ſecundum Iulianum, quæ hoc animo fit, vt tunc res fiat vxoris, vel mariti, cùm mors inſequetur: ſed omnis *n* mortis cauſa donatio.

2 ¶ Quando itaque non retrò agatur donatio, emergunt vitia *o*, vt Marcellus animaduertit in ſpecie huiuſmodi: Maritus vxori mortis cauſa donatum voluit. interpoſuit mulier filium familias *p*, qui à marito acciperet, eíque traderet. deinde, cum moritur maritus, paterfamilias inuenitur. an valeat traditio? Et ait, conſequens eſſe dici, traditionem valere: quia ſui iuris effectus eſt eo tempore, ad quod traditio redigitur, id eſt, cùm maritus moriebatur.

3 ¶ Idem ait: Placuiſſe ſcio Sabinianis *q*, ſi filiæfamilias *r* vxori maritus tradet *ſ*, donationem eius cum omni ſuo emolumento fieri, ſi, viuo adhuc marito, ſui iuris fuerit effecta. quod & Iulianus libro ſeptimo decimo digeſtorum probat.

4 ¶ Proinde & ſi vxor marito filio familiàs mortis cauſa tradat, & is ſui iuris effectus ſit, ſine dubio dicemus ipſius fieri.

5 ¶ Per contrarium quoque, ſi vxor donauerit mortis cauſa patrifamilias marito, & mortis eius tempore filius familias inueniatur, patri erit nunc emolumentum quæſitum.

6 ¶ Conſequenter Scæuola apud Marcellum notat, ſi ſeruum interpoſuit mulier, vt ei tradatur mortis cauſa, íſque adhuc ſeruus dederit mulieri, deinde mortis tempore liber inueniatur, tantundem eſſe dicendum.

7 ¶ Idem Marcellus tractat, ſi is, qui interpoſitus eſt, poſtea quam dederit mulieri, deceſſerit viuo adhuc donatore, donationem euaneſcere: quia debeat *t* aliquo momento *u* interpoſito fieri *x*, & ſic ad mulierem tranſire. quod ita procedit, ſi ea, cui donabatur, eum interpoſuit: non is, qui donabat. porrò ſi à marito interpoſitus eſt, & res ipſius ſtatim facta eſt, & ſi ante mortem mariti tradiderit, & deceſſerit, traditio eius egit aliquid. vt tamen hæc traditio pendeat, donec mors ſequatur.

8 ¶ Si vxor rem Titio dederit, *vt is marito mortis cauſa traderet*, eáque defuncta, inuitis heredibus eius, Titius marito dederit, intereſt *a*, vtrùm à muliere ſit interpoſitus Titius, an verò à marito, cui donabatur. ſi a muliere interpoſitus ‖ eſt ‖, obligabit ſe condictione ſi marito tradiderit. Si autem à marito ſit interpoſitus, mortua muliere, confeſtim fundus efficietur eius, quem maritus interpoſuit, & actionem ipſe maritus cum eo habebit.

9 ¶ Si vxor rem quam à marito ſuo mortis cauſa acceperat, viuo eo, alij tradiderit: nihil *b* agitur ea traditione, quia non ante vltimum vitæ tempus mulieris fuit. Planè in quibus caſibus placeat retro agi *c* donationem, etiam ſequens traditio à muliere facta in pendenti habebitur.

10 ¶ Si maritus vxori donauerit mortis cauſa, eáque diuerterit, an diſſoluatur donatio? Iulianus ſcripſit, infirmari donationem, nec impendere *d*.

11 ¶ Idem ait, ſi diuortij *e* cauſa facta ſit donatio, valere.

12. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

QVæ tamen ſub ipſo diuortij tempore, non *f* quæ ex cogitatione quandoque futuri diuortij fiant.

1. De deportatione. 2. Si quis acceperit, vt in ſuo ædificet.

13. *Vlpianus* lib. 32. ad Sabinum.

SEd ſi mors ſit inſecuta, non videri factas res mulieris; quia *g* donatio in alium caſum facta eſt.

1 ¶ Proinde & ſi mortis cauſa vxori donauerit, & *h* deportationem *i* paſſus eſt, an donatio valeat videamus? Et aliàs placet, in caſum *k* deportationis *l* donationem factam valere, quemadmodum in cauſam diuortij. cùm igitur deportatione matrimonium minimè diſſoluatur *m*, & *n* nihil vitium mulieris incurrit, humanum eſt, donationem, quæ mortis cauſa ab initio facta eſt, tali exilio ſubſecuto confirmari, tanquàm *o* ſi, mortuo marito, rata habebatur. ita tamen, vt non *p* adimatur licentia marito eam reuocare *q*: quia & mors eius expectanda *r* eſt, vt, tunc pleniſsimam habeat firmitatem, quando ab hac luce fuerit ſubtractus, ſiue reuerſus, ſiue adhuc in pœna conſtitutus *ſ*.

2 ¶ Cùm quis acceperit, *vt in ſuo ædificet*, condici ei id non poteſt *t*: quia magis donari ei videtur. quæ ſententia Neratij quoque fuit. ait enim, datum *ad villam extruendam*, vel *agrum ſerendum*, quod alioquin facturus non erat is qui accepit, in ſpeciem donationis cadere. ergo inter virum & vxorem hæ erunt interdictæ.

De ædium refectione.

14. *Paulus* libro 71. ad Edictum.

QVod ſi vir vxori, cuius ædes incendio conſumptæ ſunt, *ad refectionem earum* pecuniam donauerit, valet donatio in tantum, in quantum ædificij extructio poſtulat *u*.

De annuo, vel menſtruo. 1. De vſuris & periculo rei donatæ.

15. *Vlpianus* libro 31. ad Sabinum.

EX annuo, vel menſtruo, quod vxori maritus præſtat, tunc, quod ſupereſt, reuocabitur: ſi ſatis immodicum *x* eſt, id eſt ſupra *y* vires dotis.

1 ¶ Si *z* maritus vxori pecuniam donauerit, eáque vſuras ex donata pecunia perceperit, lucrabitur *a* hæc ita Iulianus in marito lib. octauo decimo

digeſtorum

...a ſibi volunt ...a imponere poſſunt, *Hal.* ...e *l.* 40. *in fin. ff.* *fideicom. libert.*

b inter virum & vxorem ſc. idque fauore libertatis receptum eſt, vel certe quod nemo ex hoc fiat locupletior. *Paul.* 2. *ſent.* 23. §. 2. *l.* 22. *C. hoc tit. l.* 109. *ff. de legat.* 1.

c Donatione per diuortium reuocata modus donationi adiectus, reuocatus quoque intelligitur.

d *l.* 1. *ff. de diuortiis.*

e quia donator ſeruum ab vxore manumitti voluit: vxor autem eſſe deſinit morte vel diuortio, *l.* 7. §. *pen. ff. eod.*

ſ quia nunquam manumitti debuit: neque per maritum, neque per vxorem eius liber fieri potuit.

g i. non improbatæ ſunt iure. *Bald.*

h *l.* 10. 11. *ff. eod. l.* 43. *ff. de mort. cauſ. donat.*

i Donatio inter coniuges morte donatoris confirmatur. v. tamen Socinum *reg.* 105.

k §. 8. *in fin. ff. eo.* Quocunque tempore contemplatione mortis inter virum & vxorem donatio facta eſt, morte ſecuta conualeſcit. *Paul.* 2. *ſent.* 23. §. *vlt. v. l.* 40. *ff. de mort. cauſ.*

l *l.* 20. *ff. eod.* non idem eſt in poſſeſſione quæ transferri poteſt *l.* 1. §. 4. *ff. de adq. poſſeſſ.*

m Donatio mortis cauſa inter virum & vxorem prohibita. adde *Vlpian.* 7.

n *Vlpianus* 7. *in pr.* ſunt enim plures ſpecies, *l.* 2. *ff. de mort. cauſ. dona.*

o i. vitiantur quædam regulæ, vt illa quæ ait: Tempus contractus inſpici, *l.* 78. *infra de verb. oblig.*

p idem ſi ſeruus §. 6. *ff. eod.*

q de hæreſibus Sabinianorum, & Proculianorum *v. l.* 2. *in fin. ff. de orig. iur. l.* 40. *ff. de petit. hered. l.* 1. §. 1. *ff. de contr. empt. l.* 7. §. 7. *infr. de adq. rer. l.* 3. §. 3. *infr. ne adquir. poſſeſſ.*

r vt & filiofam. §. 2. *ff. eod.*

ſ *al.* tradiderit.

t Dominum quod nobis per interpoſitam perſonam adquiritur, momento aliquo ſubſiſtere in adquirentis perſona debet, vt ad nos transferatur arg. *l. quæcunque* 11. *infra de oblig. l. placet* 79. *infr. de adq. hered. l. ſi mulier.* 59. §. *ex aſſe.* 1. *ſupr. de iure dot.*

u Momenti etiam habetur in iure ciuili ratio. x *al.* eius fieri.

a Differentiam inter procuratorem vxoris donantis, & mariti donatarij obſerua: primus reuocatur per prohibitionem heredis donatoris: ſecundus non item, *Bald.*

b Dominium quod quis non habet, non poteſt in alium transferre. *Bald.*

c vbi retro agitur ius auctoris, retro agitur ius ſucceſſoris. *l.* 8. *in fin. ſupra de reb. cred. l. ſi quis alienam*, 46. *ff. de act. empt.*

d nec eam in pendenti eſſe. *Hal.*

e *l.* 60. §. 1. *infra eod.*

f infirmatur quid, licèt eò perueniat vnde oritur. *Accurſ.*

g In vnum caſum concepta cautio, ad alium non extenditur, facit. *l. ſi extraneus*, 6. *ff. de cond. dict. cauſa data l. ſi cùm dotem* 22. *infr. ſoluto.* niſi caſus omiſſus ſimilis ſit expreſſo *l. Gallus* 29. §. *ſi eius* 7. *infra de liberis & poſthumis.*

h Donatio facta à viro vxori, confirmatur quidem deportatione: poteſt tamen maritus ipſe eam reuocare, antequam moriatur ſiue reuerſus ſit ab ipſa deportatione, ſiue adhuc in pœna conſtitutus.

i Cuiacius 3. *obſ.* 10 notat Tribonianum hanc legem interpolaſſe & Vlpiani verbis attexuiſſe quædam ex *l.* 24. *C. eod.*

k adde *l.* 24. *C. eo.*

l & exilij, *l.* 43. *ff. eod.*

m *l.* 1. *C. de repudiis.*

n *al.* & nullum.

o Deportationis & mortis ſimilitudo.

p *d. l.* 24.

q Ius reuocandæ donationis penes facti & animi, quàm deportatum remanet, nec tranſit in fiſcum: habet enim plus iuris. *Bald.*

r *l.* 121. §. *penult. infra de verb. oblig.*

ſ hinc colligit Cotta, in voce, *donatio cauſa mortis*: Donationem cauſa mortis factam à marito vxori, confirmari morte etiam ciuili, veluti banno; id eſt, exilio: tradit etiam deportationem metuentib. remedium ſingulare fraudandi fiſci eſſe, vt vxori donationem mortis cauſa faciant. formulam huius donationis ſuggerit Baldus; Dono tibi vxori meæ rem eam quo caſu contigerit bona mea publicari.

t etiam ſi cauſa non ſit ſecuta. Quid ita? quia modus inſertus fauore ſolius accipientis, non reddit actum modalem, ſed liberum *Bald.*

u 4. *Harmen.* 11. tunc enim accipiens non videtur locupletior, cùm de ſuo tantum amiſerit. *Accurſ.* aliàs donationes huiuſmodi prohibitæ ſunt, *l.* 5. §. 13. *ſupr. eodem.*

x tunc enim huiuſmodi annua præſtatio inſtar donationis eſt, *l.* 22. *in fin. ſupr. de pactis dotalib.* Dic apertius, Veſtes quotidianæ vxori donatæ à viro fiunt vxoris, nec imputantur (viro mortuo) in dotem vxoris: Veſtes verò feſtiuæ & iocalia pretioſa (vt loquuntur pragmatici) donata vxori, non efficiuntur vxoris: nec videtur maritus ea dediſſe animo donandi, ſed ſui ipſius potius gratia, vt vxor cultior & ornatior eſſet, *l.* 31. *infr. eod. l.* 5. §. 10. *ſupr. commodati: l.* 25. *ſupra de peculio.* v. Rolandum à Valle 1. *conſ.* 10 *num.* 12. Clarum 4. *ſent.* §. *donatio. quæſt.* 10. Gaillum 2. *obſ.* 91.

y vſque ad reditus dotis vir donare vxori poteſt.

z Donari pecuniæ vxori à marito non poſſunt: eius tamen pecuniæ vſuras ſuas facit vxor, *vt hic.* Quid ſi ſors ipſa ſit amiſſa, & vſuræ ex ea pecunia perceptæ duplicent ſortem? Ex iis vſuris ſors reſtituenda viro, quod reliquum erit, vxoris fuerit, *l.* 16. *ff. eod.*

a nec enim factus eſt maritus pauperior, *l.* 5. §. 13. *ſupr. eod.*

a non enim facta eſt locupletior vxor
b & ita vſuras non petet, *l.21. §. vlt. ĵ. eod.*
c *l.19.ĵ. eod.*
d Donare vt marito vxor non poteſt: ita nec iis qui in poteſtate ſunt mariti.
e *l.28.§.2.ĵ. eod.*
f *v.l.3.§.6.ſup.eo. l.58.in fin.ĵ. eo.*
g *l.17.in fin.ſ.eod.*
h *l.25.in fin. C.eo. l.40.ĵ.de mort.cauſ. donat.*
i Imò, cauſa obligationis non eſt in pendenti, cùm is ſeruus mariti ſeu donatoris maneat, *l.76. ĵ. de heredib. inſtit.*
k Confirmatio & infirmatio conſequentis ab antecedentis confirmatione vel infirmatione dependet.
l Donare vxori maritus non intelligitur, cum neceſſaria præſtat vxori alimenta, aut veſtimenta quotidiana: aut pro ea ſoluit vectigalia itineris, gabellas, & ſimilia. Non donat, inquam, vir vxori, cum hæc facit, ſed debitum potius impendit.
m vel ſtipendia & tributa ob dotale prædium.
n *l.26.§.3. ſup.de pact.dotal.*
o Dotem & vſuras dotis marito ſi promittit mulier, & eas poſt remittit maritus, non valet donatio, niſi remiſſio ea lege fiat, vt mulier ſe ſuóſque alat.
p Dotis vſuræ promitti poſſunt, *l.2. C. de dot. promiſſ.*
q adde *l.15. §.1. ſup. eod.* de vſuris dotis v. Molineum *In tractatu commerciorum qu.73.num. 495. & 523.* adde *l.42.§.2.ĵ.ſoluto.*
r *l.20.C. de iure dot.*
ſ Qui remittit, donat. Remiſſio, donatio eſt, *l. 5.§. 5.ſup.eod.* v. tamen *l.1. §.2. ſup. quib. mod. pign. ſoluitur.*
t *l.31.§.pen. l.58. ĵ.eo* dixi ad *l.2. C. de pactis conuentis.*
u idem ſi fundum legauit, *l.32. §. 5. & 15.ĵ.eod.*
x *l.3.§.10. ſup.eo.*
y Immò mater id putaſſe videtur, *l. 33.ĵ.eod.*
z Cur ita ius eſt? quia non ſecuta fuit traditio: ſolis meriſque finibus promiſſionis ſtetit hæc ſtipulatio, ideóque leges contrariæ, quibus dicitur, donationes inter virum & vxorem factas, morte confirmari: intelligendæ ſunt de donatione facta inter virum & vxorem quæ traditione firmata ſit. *Bald.* hoc eſt, quam ſecuta eſt rei traditio.

digeſtorum ſcribit.

16. *Tryphoninus* libro 10. Diſputationum.

QVid ergo, ſi ex centum, quæ vir vxori donauit, quinquaginta apud debitorem ‖ ex his ‖ perierint, & alia quinquaginta duplicata vſuris vxor habet? Non *a* plus *b* quinquaginta, eius donationis nomine, maritus ab ea conſequetur.

De fructibus prædij donati. 1. De acquiſitis per ſeruum donatum.

17. *Vlpianus* libro 32. ad Sabinum.

DE fructibus quoque videamus, ſi ex fructibus prædiorum, quæ donata ſunt, locupletata ſit, an in cauſam donationis cadant? Et Iulianus ſignificat, fructus quoque, vt vſuras, licitam habere donationem.

1 ¶ Sed ſi quid ſeruus donatus adquiſiit, ad *c* eum qui donauit, pertinebit.

De vſu ſeruorum, aut veſtimentorum: de habitatione.

18. *Pomponius* lib.4. ex variis lectionibus.

SI vir vxoris, aut vxor viri ſeruis *d* aut veſtimentis vſus vel vſa *e* fuerit, vel in ædibus eius gratis habitauerit, valet donatio.

De ancilla empta à ſeruo donato.

19. *Vlpianus* libro 32. ad Sabinum.

SI vxor filio donauerit ſeruum, qui in patris mariti ſit poteſtate *f*, deinde is ſeruus ancillam *g* acceperit, dominium mulieri quæretur, nec intereſſe Iulianus ait, ex cuius pecunia ‖ hæc ‖ ancilla empta ſit: quia * nec ex re ſua quicquam adquiri poteſt per eum qui donat, ei cui donatur: hoc enim bonæ fidei poſſeſſoribus conceſſum eſt: virum autem ſcientem, alienum poſſidere.

1 ¶ Idem quærit, ſi ex re mariti ea ancilla comparata fuerit, an aduerſus agentem mulierem de dote, ‖ maritus ‖ pretium poſſit per exceptionem retinere: & dicendum eſt, poſſe maritum ‖ & ‖ exceptionem habere, ſi dos ab eo petetur, ſecundùm Marcelli ſententiam, &, ſi ſoluerit, ſecundum Iulianum condicere poſſe.

Si ſeruus mortis cauſa donatus ſtipuletur.

20. *Iauolenus* libro 11. Epiſtolarum.

SI is ſeruus, qui vxoris mortis cauſa donatus eſt, priùs quàm vir decederet, ſtipulatus eſt, in *h* pendenti *i* puto eſſe cauſam obligationis, donec vir aut moriatur, aut ſuſpicione mortis, propter quam donauit, liberetur: quidquid autem eorum inciderit, quod donationem aut perimat *k*, aut confirmet, id quoque cauſam ſtipulationis aut confirmabit, aut reſoluet.

De impenſis in itinere. 1. De vſuris dotis.

21. *Vlpianus* libro 32. ad Sabinum.

SI quis pro vxore ſua vectigal, quod in *l* itinere præſtari ſolet, ſoluiſſet *m*, an, quaſi locupletior eſſet ea facta, exactio fiat: an verò nulla ſit donatio? Et magis puto, non interdictum hoc: maximè ſi, ipſius cauſa, profecta eſt. Nam & Papinianus libro quarto reſponſorum ſcripſit, vecturas *n* vxoris, & miniſteriorum eius, virum itineris ſui cauſa datas repetere non poſſe: iter autem fuiſſe videtur viri cauſa, & cùm vxor ad virum peruenit: nec intereſſe, an aliquid de vecturis in contrahendo matrimonio conuenerit: * non enim donat, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit: ergo & ſi conſenſu mariti profecta eſt mulier propter ſuas neceſſarias cauſas, & aliquid maritus expenſarum nomine ei præſtiterit, hoc reuocandum non eſt.

1 ¶ Si *o* vxor viro dotem promiſerit, & dotis *p* vſuras, ſine dubio dicendum eſt, peti vſuras *q*, poſſe: quia non eſt ita donatio, cùm pro *r* oneribus matrimonij petantur. Quid tamen, ſi maritus vxori petitionem earum remiſerit *ſ*? eadem erit quæſtio, an donatio ſit illicita, & Iulianus hoc diceret. quod verum eſt. Planè ſi conuenerat, *vti ſe t mulier paſceret, ſuóſque homines*, idcirco paſſus eſt, eam dote ſua frui, vt ſe, ſuóſque aleret, expeditum erit: puto enim non poſſe ab ea peti quaſi donatum, quod compenſatum eſt.

De ſeruo donato & herede inſtituto.

22 *Idem* lib.3. ad Sabinum.

VXori ſuæ quis mortis cauſa ſeruum donauit, eúmque cum libertate heredem ſcripſit *u*, an valeat inſtitutio, quæritur? Et puto, ſi hoc animo eum ſcripſit heredem quòd donationis ſe dixit pœnituiſſe, valere inſtitutionem, & neceſſarium heredem domino ſeruum fieri: cæterùm ſi poſteaquàm heredem inſtituit, donauit, donatio præualebit: vel ſi ante donauit, non tamen adimendi animo libertatem adſcripſit.

De rerum donatione & promiſſione.

23. *Idem* lib.6. ad Sabinum.

PApinianus rectè putabat, orationem Diui Seueri ad rerum donationem pertinere: denique ſi ſtipulanti *x* ſpopondiſſet vxori ſuæ, non putabat *y* conueniri poſſe heredem mariti, licet durante voluntate maritus deceſſerit *z*.

De vſucapione.

24. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

SI inter extraneos facta ſit donatio, &, antequam per tempus legitimum dominium fuerit adquiſitum, coierint: vel contrà: ſi inter virum & vxorem facta ſit donatio, & ante impletum tempus ſupradictum, ſolutum ſit matrimonium, nihilominus procedere temporis ſuffragium *a* conſtat: quia altero *b* modo ſine vitio *c*, tradita eſt poſſeſſio: altero, quod fuerit vitium, amotum ſit.

25. *Terentius Clemens* libro quinto ad Legem Iuliam & Papiam.

SEd & ſi, conſtante matrimonio, res aliena vxori à marito donata fuerit, dicendum eſt, confeſtim ad vſucapionem eius vxorem admitti: quia & ſi ‖ non ‖ *d* mortis cauſa donauerat ei, non impediretur vſucapio. Nam ius conſtitutum, ad eas *e* donationes pertinet, ex quibus & locupletior mulier, & pauperior maritus in ſuis rebus fit: itaque licet mortis *f* cauſa donatio interueniat, quaſi inter extraneas perſonas fieri intelligenda eſt in ea re, quæ, quia aliena eſt, vſucapi poteſt.

De re marito vendita, & mulieri tradita. 1. Quibus ex cauſis donatio valet inter ſocerum, generum, vel nurum.

26. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

SI eum, qui mihi vendiderit, iuſſerim *g eam rem vxori meæ donationis cauſa dare*, & is poſſeſſionem iuſſu meo tradiderit, liberatus erit: quia licèt illa iure ciuili poſſidere non intelligatur, certè tamen venditor nihil habet, quod tradat.

1 ¶ Ex quibus cauſis inter virum & vxorem conceſſæ ſunt donationes, ex iiſdem & inter ſocerum *h* & generum nurúmve conceſſas, Neratius ait; ergo ſocer *i* genero mortis, vel diuortij cauſa ‖ donabit: ſed ‖ & gener ſocero mortis ſuæ, vel diuortij cauſa.

Si donationem nuptiæ ſequantur eodem die.

27. *Modeſtinus* libro 7. Regularum.

INter eos, qui matrimonio coituri ſunt *k*, ante *l* nuptias donatio facta iure conſiſtit, etiam *m* ſi eodem *n* die nuptiæ fuerint conſecutæ.

De rei interitu. 1. De impenſis. 2. De operis ſeruorum. 3. De re 4. Aut rebus emptis ex pecunia donata. 5. De acquiſitis per ſeruum emptum ex nummis donatis. 6. De impenſa facta ante annuum acceptum. 7. De vſuris dotis.

28. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

SI id, quod donatum ſit, perierit *o*, vel conſumptum ſit, eius qui dedit, eſt detrimentum, meritò: quia *p* manet res eius, qui dedit, ſuámque rem perdit.

1 ¶ Si quid in pueros *q* ex ancillis dotalibus natos maritus impenderit, aut in doctrinam, aut alimenta, non ſeruatur marito: quia *r* ipſe miniſteriis *ſ* eorum vtitur: ſed illud ſeruatur, quod nutrici datum eſt ad educandum *t*, quia pro capite *u* quid dediſſet: quemadmodum ſi à prædonibus *x* redemiſſet ſeruos dotales.

2 ¶ Si quas ſerui operas viri, vxori præſtiterint, vel contrà; magis placuit, nullam habendam earum rationem: & ſanè non amarè *z*, nec, tanquàm inter infeſtos *a*, ius prohibitæ donationis tractandum eſt: ſed vt inter coniunctos *b* maximo affectu, & ſolam inopiam timentes *c*.

3 ¶ Si ex decem donatis ſibi mulier ſeruum emerit, & is quinque ſit, quinque petenda eſſe, apud Plautium placuit: quemadmodum, ſi mortuus *d* eſt, nihil peteretur: ſi verò quindecim dignus ſit, non *e* plus quàm decem, poteſt peti: quoniam eatenus donator pauperior factus eſſet.

4 ¶ Quòd ſi ex decem duos ſeruos emerit, & eorum alter mortuus ſit, alter decem dignus ſit, ſolet quæri? Et plerique, & Pomponius intereſſe putant *f*, vtrum vno pretio venierint, an diuerſis: ſi vno, tota decem petenda: quemadmodum ſi vna res empta deterior facta eſſet, vel grex, vel carrucha, & aliqua pars inde periſſet: ſi diuerſis, hoc ſolum petendum, quanti ſit emptus, qui supereſt.

5 ¶ Iulianum putaſſe Pomponius refert, ſi quid per eum ſeruum, quem ex nummis à marito donatis mulier adquiſiſſet, forte legatum, hereditatem: aut partus editus eſſet: eo quoque nomine petitionem faciendam eſſe.

6 ¶ Illud conſtat, ſi antequam à viro annuum acciperet mulier, ipſa de ſuo *g*, aut etiam mutuata impenderit, videri tantum iam ex annuo conſumptum.

7 ¶ Illud rectè dictum Celſus ait. Si dotis vſuras annuas vxor ſtipulata ſit, licèt ei non debeantur, quia tamen quaſi de annuo *h* conuenerit, peti quidem dotis iudicio non poſſunt, compenſari autem poſſunt: idem ergo dicemus in qualibet pactione, annui *i* nomine facta.

Si mulier ex pecunia donata emptum ſeruum vendiderit, & alium emerit. 1. De lana [illegible] veſtimentis ex ea factis.

Bb

a in præſcriptione dicitur tempus ſuffragari: ſiquidem præſcriptio cauſam habet ex tempore, *Bald.*
b Donatio conſiſtit, ſiue tempore licito fiat, ſiue in tempus licitum conferatur.
c vt *l.6. C. de cont. empt.*
d quia & ſi mortis cauſa donaretur, non impediretur, &c. *Cuia. 18. obſ. 15.*
e *l.5.§.16.ĵ.eo.*
f licèt non mortis cauſa, Cuiac. *ibid.* negationem ſuperiorem in hunc locum ita transfert.
g *l.5.§.3.ſ.eo.*
h *l.4.in fi. C.eo.*
i *l.53.ĵ. eo.*
k i. inter ſponſum & ſponſam, *l.1. in fi.ĵ.de donation.*
l *l.7.§.1.ſ. de iure dot.*
m i. etiam facta fuerit ipſo die nuptiarum, priuſquam tamen deduceretur in domum viri. Nam quod die nuptiarum ſit in domo viri, poſt nuptias fieri intelligitur, & ideo non valet.
n *l.66. §.vlt.ĵ.eo.* Impedimentum nō præſumitur ex tēporis breuitate.
o *§.3.ĵ.c.l.8.C.eo.*
p Interitus periculum ad rei ipſius dominum pertinet.
q *l.15.ĵ. de impenſis.*
r i. quando, aut quoties.
ſ Alimenta operariis quæ præſtat maritus, cum operis eorum penſare cogitur: at non ſi quid nutrici dedit alendo ſeruo dotali, aut ſi latronibus quid dedit, redimendi ſerui dotalis cauſa, *l. 30. in fin.ſ. de ædil.*
t ad educandum, *Hal.*
u ſolo ſcilicet, non pro operis & miniſterio.
x vel hoſtib. *l.21. ſup.de negotiis.*
y *l.18.ſup.eod. l.31. §.1.ĵ.eo.*
z *l. 18.ſ. de adilitio.*
a Donatio inter virum & vxorem prohibita non eſt tanquam inter infeſtos, ſed tanquam inter nimium amantes.
b Coniunctio ſumma eſt inter virum & vxorem.
c *ſub.* ex nimia donatione.
d *in pr.ſ.eo.*
e *l.7. §. 3. ſup. eo. l.55.in.fi.ĵ. eod.*
f nota diſtinctionem, an ſerui fuerint empti vno pretio, vel diuerſis.
g *l.7.§.1.ſup. eod.*
h adde *l.33.inf.* [illegible] *v. l. 31. eod.*

29. *Pomponius* libro 14. ad Sabinum.

SI mulier ex pecunia donata emptum ſeruum vendidiſſet, & alium emiſſet, poſteriorem periculo mulieris eſſe, Fulcinius ſcripſit: quod non eſt verum, licèt non *a* ex re mariti emptus ſit.

1 ¶ Si vir vxori lanam donauit, & ex ea lana veſtimenta ſibi confecit *b*: vxoris eſſe *c* veſtimenta. Labeo ait.

30. *Gaius* libro 11. ad Edictum Prouinciale.

VTilem *d* tamen viro competere.

Si ædificetur in area donata. 3. De venditione minoris facta. 4. De actione ex empto, vel ædilitia. 6. De ſolutione ante diem. 7. De legato & hereditate. 8. De munere. 9. De nummis impenſis in obſonia, aut vnguenta, aut cibaria.

31. *Pomponius* libro 14. ad Sabinum.

SEd ſi vir lana ſua veſtimentum mulieri confecerit, quamuis *e* id vxori confectum fuerit, & vxoris cura, tamen viri eſſe: neque impedire, quòd in ea re vxor tanquam *f* lanipendia *g* fuerit, & viri negotium procuraret.

1 ¶ Si vxor lana ſua operis ancillarum *h* viri, veſtimenta ſuo nomine confecit muliebria, & veſtimenta mulieris eſſe & pro operis ancillarum viro præſtare nihil debere: ſed viri *i* nomine veſtimenta confecta virilia, viri eſſe, vt is lanæ vxori præſtet pretium: ſed ſi non virilia veſtimenta ſuo nomine mulier confecit, ſed ea viro donauit, non valere donationem: cùm illa valeat, cum viri nomine confecit: nec vnquam operas viri ancillarum æſtimari conuenit.

2 ¶ Si vir vxori *k* aream donauerit, & vxor in ea inſulam ædificauerit, ea inſula ſine *l* dubio mariti eſt: ſed eam impenſam mulierem ſeruaturum placet *m*. Nam ſi maritus vindicet inſulam, retentionem impenſæ mulierem facturam.

3 ¶ Si duo mancipia fuerint, ſingula quinis digna, ſed vtrumque vnis quinque *n*, donationis cauſa à viro mulieri, vel contrà venierint: melius dicetur, communia *o* ea eſſe pro portione pretij, nec tandem ſpectandum eſſe, quanti mancipia ſint: ſed quantum ex pretio donationis cauſa ſit remiſſum. Sine dubio licet *p* à viro vel vxore minoris emere, ſi non ſit animus donandi.

4 ¶ Si vir vxori, vel contrà, quid vendiderit vero *q* pretio, & donationis cauſa paciſcantur, *ne quid venditor ob eam rem præſtet*: videndum eſt, quid ‖ de ‖ ea venditione agatur, vtrùm res venierit, & totum negotium valeat: an verò, vt ea ſola pactio irrita ſit, quemadmodum irrita eſſet, ſi poſt contractam emptionem nouo conſilio inito id pacti fuiſſet actum: & verius eſt, pactum *r* dumtaxat irritum eſſe.

5 ¶ Idem dicemus, ſi donationis cauſa pacti ſint: *ne* ſ *fugitiuum, aut erronem præſtent*, id eſt, integras eſſe actiones ædilitias, & ex empto.

6 ¶ Quod vir vxori in diem debet, ſine *t* metu donationis præſens ſoluere poteſt, quamuis commodum temporis, retenta pecunia, ſentire potuerit.

7 ¶ Quod legaturus mihi, aut hereditatis nomine relicturus es; potes *u*, rogatus *x* à *y* me, vxori meæ relinquere: & non videtur ea eſſe donatio; quia *z* nihil ex bonis meis deminuitur: in quo maximè maiores donanti ſuccurriſſe Proculus ait: ne *a* amore alterius alter deſpoliaretur: non quaſi maliuolos, ‖ne‖ alter locupletior fieret.

8 ¶ Si vir vxori munus immodicum Kalendis Martiis *b*, aut natali *c* die dediſſet, donatio eſt: ſed ſi impenſas, quas faceret mulier, quo honeſtiùs ſe tueretur, contrà eſt. 9 ¶ Non videtur locupletior facta eſſe mulier, ſi aut in obſonio, aut in vnguentis *d*, aut in cibariis familiæ, donatam ſibi pecuniam impenderit.

10 ¶ Quæ vir cibaria vxoris *a* familiæ, iumentíſve præſtiterit, quæ in vſu communi erant, non condicentur: quòd ſi familiam *b* domeſticam *c* vxoris, aut *d* venaliciam *e* pauit, contrà puto obſeruari debere.

De oratione Antonini. 1. De comparatis vxori à viro: & de aliis donationibus: de falcidia. 2. Verba orationis. 3. De pœnitentia. 5. De pignore. 6. De ſeruitute. 7. Si donator mortem ſibi conſciuerit: aut eius memoria damnata ſit. 8. De milite damnato. 9. Si accipiens factus ſit locupletior, vel non 10. De diuortio. 11. De redintegratione matrimonij. 12. De ſribuſculo. 13. De habitatione ſeparata. 14. De morte vel captiuitate vtriuſque, donantis ſcilicet & cui donatur. 15. De legato. 16. De viro & vxore & cæteris. 17. De peculio caſtrenſi. 18 De nuru & ſocero. 20. De conſoceris & his, qui ſunt in eorum poteſtate. 22. De ſponſis. 23. De redonato & acceptilatione. 24. De ſocietate. 25. De emptione. 26. Minoris facta. 27. De ea quæ nupta eſſe non poteſt.

32. *Vlpianus* libro 33. ad Sabinum.

CVm hic, ſtatus eſſet donationum inter virum & vxorem, quem antea retulimus *f*, Imperator noſter Antoninus Auguſtus ante exceſſum Diui Seueri patris ſui, oratione in ſenatu habita, auctor fuit ſenatui cenſendi, Fuluio Æmiliano & Nummio Albino conſulibus *g*, vt aliquid laxaret *h* ex iuris rigore.

1 ¶ Oratio *i* autem Imperatoris noſtri de confirmandis donationibus non ſolùm ad ea pertinet, quæ nomine vxoris à viro comparata ſunt, ſed ad omnes donationes inter virum & vxorem factas: vt & ipſo iure res fiant eius, cui donatæ ſunt, & obligatio ſit ciuilis: & de Falcidia *k*, vbi poſſit locum habere, tractandum ſit: cui *l* locum ita fore opinor: quaſi teſtamento ſit confirmatum, quod donatum eſt.

2 ¶ Ait oratio? *Fas eſſe, eum " quidem, " qui donauit* m *pœnitere, heredem vero eripere forſitan aduerſus voluntatem ſupremam eius, qui donauerit; durum & auarum eſſe.*

3 ¶ Pœnitentiam accipere debemus ſupremam *n*: proinde ſi vxori donauit, deinde eum pœnituit, mox deſiit pœnitere, dicendum eſt, donationem valere, vt ſupremum *o* eius ſpectemus iudicium: quemadmodum circa fideicommiſſa ſolemus, vel in legatis, cùm de doli exceptione oppoſita tractamus: vt ſit ambulatoria *p* voluntas eius vſque ad vitæ ſupremum exitum.

4 ¶ Sed vbi ſemel donatorem pœnituit, etiam heredi reuocandi poteſtatem tribuimus, ſi appareat defunctum euidenter reuocaſſe voluntatem: quòd ſi in obſcuro ſit, procliuior *q* eſſe debet iudex ad comprobandam donationem.

5 ¶ Si maritus ea, quæ donauerit, pignori *r* dederit, vtique eum pœnituiſſe *ſ* dicemus *t*, licèt dominium retinuit: quid tamen, ſi hoc animo fuit, vt vellet adhuc donatum? finge in poſſeſſionem precariam mulierem remanſiſſe, paratámque eſſe ſatisfacere creditori: dicendum eſt, donationem valere. Nam ſi ‖ ab initio ‖ ei ‖ rem obligatam, hoc animo donaſſet, dicerem, vim habere donationem, vt parata ſatisfacere mulier haberet doli exceptionem: quinimmò & ſi ſatisfeciſſet, potuiſſe eam per doli *u* exceptionem conſequi, vt ſibi mandentur actiones.

6 ¶ Si donator, ſeruus *x* fuerit effectus priuati *y*, dicendum eſt, non impletam, ſed peremptam donationem, quamuis morti *z* ſeruitus comparetur: proinde † & ſi ipſa in ſeruitutem redigatur, cui donatum eſt, exſtincta erit ‖ donatio ‖.

7 ¶ Si maritus vxori donauerit, & mortem ſibi ob ſceleris *a* conſcientiam conſciuerit, vel ‖ etiam ‖ poſt mortem memoria eius damnata ſit, reuocabitur *b* donatio: quamuis ea, quæ aliis donauerit, valeant *c*, ſi non mortis cauſa donauit.

8 ¶ Si miles vxori donauerit de caſtrenſibus bonis, & fuerit damnatus: quia permiſſum *d* eſt ei de his teſtari, ſi modò impetrauit *e*, vt teſtetur, cùm damnaretur, donatio valebit. Nam & mortis cauſa donare poterit, cui teſtari permiſſum *f* eſt. 9 ¶ Quod ait oratio *g* *conſumpſiſſe* h, ſic accipere debemus, ne is, qui donationem accepit, locupletior *i* factus ſit:

a Imò, ex re mariti emptum videtur, quod ex pretio rei eius venditæ redactum eſt. *l. 18. ſup. quod met. cauſ.*

b i. ſibi veſtimenti ſpeciem fecit.

c Cur? ſtatim id fit vxoris, quia vxor ſpeciem confecit, ſpecies cedit ſpecificanti.

d Pro ſpecificatis competit viro contra vxorem vtilis actio. *Bal.* vtilis ex æquo aduerſus ius ſtrictum.

e Veſtes, (etiam viles) quas ex lana ſua fecit vir vxori, non videtur eas vxori dare nec donare, ideóque earum proprietas eſt viri, vſus verò mulieris: & conſequenter mortua mulier ad heredes ſuos huiuſmodi veſtes non tranſmittet. *Bald.* v. quæ ſcripſi ad *l. 15. ſup. eod.*

f eſt enim nonniſi impropriè lanipendia, quæ non de ſua, ſed viri lana veſtimenta curat fieri: & ob id veſtimenta viri eſſe dicuntur, quaſi viri lanipendij, non mulieris, *Cuiac. 9. obſ. 30. in fi.*

g lanipendia eſt, non quæ lanam pectit aut carpit, ſed quæ lanifici lanam præbet, totiúſque lanificij curam gerit: ſic enim veteribus gloſſis γαθμοῦχος ἐελδέων, *Cuiac. ib.*

h *l. 28. §. 2. ſ. eo.*

i *l. 29. in fi. ſ. eo.*

k vel è contra, *l. 10. ǰ. de doli mali & metus except.*

l Cur? ædificium ſolo cedit. *v l. 7. §. 10. ǰ. de adq. rerum dom.*

m detentionis iure, *vt ǰ. eod.*

n vnius quini: & ita minoris, *l. 5. §. 5. ſ. eod.*

o Emptio facta minori pretio animo donandi communionem inducit. *Bald.*

p Venditio & emptio inter virum & vxorem eſt permiſſa, *vt hic.* Synopſis 19. *Tit. 5. ex lib. 30. Titul. 1. c. 24. & l. 12. ſ. de præſcriptis verbis.* (dum ne donationis animo ſit inita, *l. 5. §. 5. ſup. eod. l. ſi Gaudentius. C. de contr. empt.*) Eſt enim inter coniuges omnis contractus permiſſus præter donationem *l. Aurelio 20. in fi. ǰ. de liberatione legata.* Igitur omnis contractus onus habens *arg. l. 7. §. 5. ſup. eod.* adde *l. alimenta, 6. in fin. ǰ. de alimentis.* Nec inter virum & vxorem contractus bona fide initi retractandi, *l. 5. §. 7. ſup. c.* Quinimo nec venditio minoris facta retractatur dum ne donandi animo facta ſit, *l. 29. ſup. eo.*

q de vero pretio, adde quæ ſcripſi ad *l. 50. ǰ de furtis.*

r i. eam pacti partem. ſ Venditor plerumque ſeruum ita vendebat, vt ne fugitiuum aut erronem præſtaret, *vt hic.* quemadmodum nonnunquam legans dicebat emptori, vt periculo ſuo emeret. *Plautus Perſa act. 4. ſcen. 3.* t Ante diem qui ſoluit debitum, nil donare videtur. *Bald.* u Imò non potes: quia & ſi poſſis, id nullius erit momenti. *l. 3. l. 4. ſ. eod.* x *v. l. 46. ǰ. de hered. inſtit.* y Si vir facit, nomen vt vxoris ſuæ legato adiiciatur, non ex eo quidquam donare vxori intelligitur. z Donare vxori maritus non videtur, qui nihil ex bonis ſuis diminuit. *l. 5. §. 16. ſ. eod.* a *l. 1. ſ. eo.* b Kalendæ Martiæ fœminis ſolennes erant: in iis enim munera miſſitari ſolebant. *v. Feſtum in Martiæ Kalendæ*: vnde fœmineæ, (vt prima Decembris Saturnales viris dicatæ erant) Calendæ dicuntur à Iuuenale *Satyr. 9.* En cui tu viridem vmbellam, cui ſuccida mittas Grandia, natalis quoties redit, aut medium ver Incipit, & ſtrata poſitus longaque cathedra, Munera fœmineis tractas ſecreta Calendis. Sueton. *in Veſpaſ. c. 19.* ſicut Saturnalibus dabantur viris apophoreta; ita & Calendis Martiis fœminis. Plautus *in Milite*, da mihi vir quod Calendis mittam cùm Martiæ venerint. Macrobius 1. c. 12. hoc menſe, inquit, cœnam apponebant matronæ, vt domini Saturnalibus: illæ, vt principio anni (loquitur Macrobius pro tempore veterum Romanorum, qui tunc tantùm decem menſes habebant) ad promptum obſequium honore ſeruos inuitarent: ij, vt gratiam perfecti operis præſtarent. *Bald. hic.* c Natalis dies quo quiſque natus eſt: dixi *l. 5. ǰ. qui teſtamenta facere.* v. Cenſorinum *de die natali.* d *l. 7. §. 1. ſup. eod.*

a *l. 21. in fi. ſup. eo. l. 10. C. eod. l. 73. §. 1. ſ. de iure dot.*

b Familia hic eſt multitudo ſeruorum & ancillarum. *l. 40. §. 2. l. 95. l. 96. ǰ. de verb. ſig.*

c non communem viri & mulieris, ſed ipſius mulieris propriam.

d Familia vxoris alia domeſtica, alia venalicia: ita inter domeſticos non cenſentur venalicij qui habentur, vt mox vendantur.

e venalicia familia, in id parata, vt primo quoque tempore vendatur.

f *l. 1. ſ. eod.*

g id eſt, anno vrbis 955.

h permittendo eas donationes morte confirmari. *Accurſ.*

i Donationes inter virum & vxorem morte confirmantur, *l. 10. C. eod* an iuramento confirmantur? Hoc receptius eſt. v. Guidonem Papæ *qu. 190. Capellam Tholozanam q. 16. Gyllum. 2. obſ. 48. Clarum lib. ſent. §. donatio qu. 9.*

k *l. 12. C. ad l. Falcid.*

l Falcidiæ ſc. Ex donatione inter virum & vxorem facta detrahitur Falcidia, perinde ac ſi res donatæ, fuiſſent teſtamento relictæ, *v. l. 12. C. ad l. Falcid.*

m *l. 1. l. 4. C. eod.*

n Ambulatoria eſt enim voluntas vſque ad mortem *ǰ. eod. v. l. 4. in fin. ǰ. de adimend.*

o *v. l. 1. ǰ. qui teſtamenta.*

p *d. l. 4. in fin.*

q vt ſc. quis præſumatur in eadem voluntate manſiſſe: vide quæ ſcripſi ad *l. 22. ſ. de probat.* de qua præſumptione v. Alciatum *2. præſumpt. 16.*

r Donationem quam coniugi fecit maritus, reuocaſſe præſumitur, ſi rem donatam alteri pignorat.

ſ *l. 12. C. eod.*

t hodie non dicemus: id enim abrogatum eſt, *Nou. 162. c. 1. §. 1.*

u Doli exceptione ad edendas actiones, quis cogi poteſt, vide notata in *l. ſi abſentis 4. C. ſi certum. l. ſi minoris 25. ǰ. de adminiſt. tut.*

x Donatio inter coniuges reuocatur, ſi donator vel donatarius ſeruus ſit effectus.

y aut publicatus, *l. 24. C. eod.*

z *l. 59. in fin. ǰ. de cond. & demonſt.*

† Coniux donator vel donatarius, ſi poſtea fiat ſeruus, donatio extinguitur.

a *l. 2. C. qui teſtamenta.*

b arg. *l. 2. C. qui teſtam. fac.*

c *l. 15. ǰ. de donat.*

d dixi ad *l. 13. C. de teſtam. militis.*

e Notarius etſi condemnetur falſi, iudex tamen poteſt ſententia ſua famam, & officium tabellionatus ei ſeruare: vt & alias milite damnato, iudex teſtandi ius excipere ſolet. *Baldus argum. l. & militibus 13. C. de teſtam. milit.*

f & is cui teſtari non eſt permiſſum, *l. 25. ǰ. de de mortis cauſa donat.*

g *§. 2. ſup. eod.* Caput ſecundum huius orationis obſerua.

h *l. 8. Cod. eodem.* i *l. 9. Cod. eodem.*

cæterùm

cæterùm, ſi factus eſt, orationis beneficium locum habebit. Sed etſi non ſit factus locupletior, dederit tamen tantam quantitatem: eáque eſt, dicendum eſt: ſi is deceſſit, qui factus eſt locupletior, poſſe repetere id quod dedit: nec *a* compenſare id quod conſumpſit. Quamuis, diuortio ſecuto, hæc compenſatio locum habeat.

10 ¶ Si *b* diuortium poſt donationem interceſſit, aut *c* prior deceſſerit, qui donum accepit, veteri iuri ſtatur *d*. hoc eſt: ſi maritus vxori donatum vult, valeat donatio, quod ſi non vult, exſtinguitur: plerique *e* enim cum bona gratia diſcedunt, plerique cum ira ſui animi, & offenſa.

11 ¶ Quid ergo? ſi diuortium factum eſt, deinde *f* matrimonium reſtauratur, & in diuortio vel mutata eſt voluntas, vel eadem durauit; reſtaurato tamen matrimonio, & voluntate donatoris reconciliata? an donatio duret, ſi conſtante matrimonio donator deceſſerit? & poteſt defendi valere.

12 ¶ Quòd ſi diuortium non interceſſerit, ſed fribuſculum *g*, profectò valebit donatio, ſi fribuſculum quieuit.

13 ¶ Si mulier & maritus diu *h* ſeorſum "quidem" habitauerint, ſed honorem *i* inuicem matrimonij *k* habebant, (quod ſcimus interdum & inter conſulares perſonas ſubſecutum) puto, donationes non valere, quaſi durauerint nuptiæ. * *non l enim coïtus matrimonium facit, ſed maritalis affectio.* ſi tamen donator prior deceſſerit, tunc donatio valebit.

14 ¶ Si ambo ab hoſtibus capti ſint, & qui donauit, & cui donatum eſt, quid dicimus? & prius illud volo tractare. Oratio *m*, ſi ante mors contigerit ei *n*, cui donatum eſt, nullius momenti donationem eſſe voluit. ergo, ſi ambo deceſſerint, quid dicemus, naufragio forte, vel ruina, vel incendio? & ſi quidem poſſit apparere, quis ante ſpiritum poſuit, expedita eſt quæſtio. Sin verò non appareat, difficilis quæſtio eſt. & magis *o* puto; donationem valuiſſe *p*. & his ex verbis orationis defendimus, ait. n. oratio, *ſi prior vita deceſſerit, qui donatum accepit.* non videtur autem prior vita deceſſiſſe, qui donatum accepit, cùm *q* ſimul deceſſerint.

¶ Proinde rectiſſimè dicetur, vtraſque donationes valere, ſi fortè inuicem donationibus factis, ſimul deceſſerint: quia neuter alteri ſuperuixerit, licet de commorientib. *r* oratio *ſ* non *t* ſenſerit.

¶ Sed cum neuter *u* alteri ſuperuixerit, donationes, mutuæ valebunt. Nam & circa mortis cauſa donationes mutuas id erat conſequens dicere, neutri datam condictionem. Locupletes igitur heredes donationibus relinquent *x*.

¶ Secundùm hæc ſi ambo ab hoſtibus ſimul capti ſint: ambóque ibi deceſſerint non ſimul, vtrum captiuitatis ſpectamus tempus, vt dicamus donationes valere, quaſi *y* ſimul deceſſerint: an neutram, quia viuis eis *z* finitum eſt matrimonium *a*; an ſpectamus, vter priùs deceſſerit *b*, vt in eius *c* perſona non valeat donatio: an vter rediit, vt eius valeat? mea tamen fert opinio *d*, vbi *e* non reuerterunt, vt tempus ſpectandum ſit captiuitatis, quaſi tunc defecerint. quod ſi alter redierit, eum videri ſuperuixiſſe *f*, quia rediit.

15 ¶ Qui *g* quaſdam res ex his, quas donauerat, legaſſet, quaſdam non, ‖ non *h* videbitur cæteras *h* noluiſſe ad vxorem pertinere. plerumque enim antea legat, poſtea donat: vel alia cauſa fuit legandi.

16 ¶ Oratio *i* non ſolum virum & vxorem complectitur, ſed etiam cæteros, qui propter matrimonium donare prohibentur. vtputa donat ſocer nurui, vel contrà *k*: ‖ vel ‖ ſocer genero, vel contrà: ‖ vel ‖ conſocer conſocero: qui copulatos matrimonio, in poteſtate habent. Nam, ex mente *a* orationis, his quoque omnibus permiſſum eſt in eundem *b* caſum donare. & ita Papinianus libro quarto reſponſorum ſenſit. ſic enim ſcribit: Socer nurui, vel genero donauit. Poſtea filius eius, vel filia, conſtante matrimonio, vita deceſſit. quamquam vitium donationis perſeueret, tamen, ſi ſocer nullam quæſtionem donationibus intulit, poſt mortem eius contra heredes orationis *c* ſententia *d* videtur interuenire. Nam quæ *e* ratio donationem prohibuit, eadem beneficium datum implorauit. Vt igitur valeat donatio iſta, Papinianus exigit, vt & filius eius, qui donauit, ante deceſſerit, & ſocer poſtea, durante voluntate.

17 ¶ Si filiusfamiliàs, qui † caſtrenſe peculium habet, vel quaſi caſtrenſe, vxori donet, filij perſonam, & mortem ſpectabimus *f*.

18 ¶ Si nurus *g* ſocero donauerit, mortem nurus, & perſeuerantem in ſupremam diem voluntatem ſpectare nos oportet. Quod ſi ſocer ante deceſſerit, dicemus exſtinctam donationem? an *h*, quia maritus viuit, ſi vxori ſuæ ſuperuixit, admittimus vim habere donationem? & ſi quidem maritus ſolus ſocero heres exſtitit, quaſi noua donatio poteſt ſeruari, in maritum collata, vt illa finita ſit, alia cœperit. Sin verò filius heres patri non eſt, finita erit donatio, ratione noua.

19 ¶ Si ſocer nurui nuntium miſerit, donatio erit irrita, quamuis matrimonium *i*, concordantibus viro & vxore, ſecundùm reſcriptum Imperatoris noſtri cum patre comprobatum eſt. ſed quod ad ipſos, inter quos donatio facta eſt, finitum eſt matrimonium.

20 ¶ Proinde, & ſi duo conſoceri inuicem donauerint, idem erit dicendum, ſi, inuitis *k* filiis, nuntium remiſerint, inter ipſos irritam eſſe donationem.

¶ In hac autem donatione inter ſoceros facta, mors deſideranda eſt eius, qui donauit conſtante matrimonio, & iure poteſtatis durante. Idémque & in his, qui ſunt in eorum poteſtate.

21 ¶ Si conſocer *l* conſocero donauerit, & alter eorum, vel vterque copulatos emancipauerit, debet dici, donationem ad orationem non pertinere, & ideo infirmari donationem.

22 ¶ Si ſponſus ſponſæ donauerit, in *m* tempus matrimonij collata donatione, quamuis inter virum & vxorem donatio non videatur facta; & verba orationis minus ſufficiant; tamen donationem dicendum eſt, ad ſententiam orationis pertinere, vt, ſi durauerit voluntas vſque ad mortem, valeat donatio.

23 ¶ Siue autem res fuit, quæ donata eſt, ſiue obligatio remiſſa *n*: poteſt dici, donationem effectum habituram: vtputa vxori acceptum tulit donationis cauſa, quod debeat; poteſt dici, pendere acceptilationem, non ipſam, ſed effectum eius: & generaliter, vniuerſæ donationes, quas *o* impediri diximus, ex oratione valebunt.

24 ¶ Si inter virum & vxorem ſocietas *p*, donationis cauſa *q*, contracta ſit, iure *r* vulgato nulla *ſ* eſt, nec poſt decretum *t* ſenatus, emolumentum ea liberalitas, vt actio pro ſocio conſtituatur, habere poterit. quæ tamen in *u* commune tenuerunt, ſine præſtituto reuocanda non ſunt. Idcirco igitur pro ſocio actio non erit, quia *x* nulla ſocietas eſt, quæ donationis cauſa interponatur, nec inter cæteros: & propter hoc nec inter virum & vxorem.

25 ¶ Idem erit dicendum, & ſi emptio *z* contracta ſit, donationis cauſa. Nam nulla erit.

26 ¶ Planè ſi minoris *z* res venierit, donationis cauſa: vel poſtea pretium ſit remiſſum *a*, admittemus donationem, valere ad ſenatuſconſultum.

a Imò, compenſationi locus eſſe videtur, *l.7.§.2.ſ.eodem.*
b Caput tertium huius orationis obſerua.
c Donatio inter coniuges reuocatur diuortio vel morte donatoris, *vt hic.* Quid ſi facto diuortio, matrimonium poſtea redintegretur, & præmoriatur donator? conualeſcit donatio §.11.ſ.eo.
d Quomodo? dic, vt *infra eod.*
e Diuortium fit aut cùm bona gratia, aut ira animi tia, vel offenſa, *vt hic, v. Plinium Nou. 22.c.4. & ſeq.* Eſt igitur bona gratia diuortium, quod fit ſine ira animi aut offenſa.
f Matrimonij reſtauratione conualeſcit prius facta donatio, adde §.3. *ſup.eo.*
g Friguſculum, *Hal.* friuiuſculum, friuuſculum, friuoluſculum, friguſculum, *v. Nonium.* leue iurgium, *l.31.ſ. de iure dot. l.27.ſ. de pactis dotalib. l.48.ſ. de reg. iur.* de voce friuola, *v. l.11.§.5. in fi. ſup. de pign.*
h vt meritò verum diuortium videretur, *l.64.ſ. eodem.*
i Matrimonium, res eſt honeſta. *Paulus epiſt. ad Hebræos 13. verſ.4.*
k Matrimonio. *Hal.*
l *l.15.ſ.de con. & dem. l.30.ſ. de reg. iur.* Vxor dignitatis nomen eſt, non voluptatis: Ælius Verus Imperator apud Spartianum, & Plutarc. *in præcept. connub.* Non te eadem vti & coniuge, & amica poſſum.
m Caput quartum huius orationis obſerua, de qua §.1. *ſup.eo.*

a Orationem intelligit de confirmandis donationibus inter virum & vxorem, de qua §.1. *ſ.eo.*
b *v.l.26. in fi.ſ.e.*
c Cur ex mente? quæ lex vetat maritum vxori donare, eadem quoque vetare videtur ſocerum nurui donare. Quid enim intereſt donem meæ vxori aut pater meus vxori donet. Ex contrario quæ oratio confirmat morte donationes coniugum, eiuſdem quoque orationis mente, morte confirmabuntur donationes, quas ſocer fecerit nurui, aut genero.
d ſententiam orationis interuenire dicit: vt verba non interuenire intelligamus.
e Donare coniux coniugi non poteſt. Imò neque parens meus, meæ coniugi donare poteſt: ratio eam quoque donationem non admittit. Quid enim intereſt ipſe vxori meæ donem, an pater meus? Finge patrem meum, coniugi meæ donaſſe: me mortuo, patrem meum non reuocaſſe eam donationem, atque ita mortuum: Quæ ratio in ſuperiore ſeu primo caſu donationem prohibebat, eadem beneficium dictum implorat, hoc eſt, eadem ratio efflagitat, firmam eſſe eam donationem. Nam & ante patrem (qui donauit vxori meæ) deceſſit: & eò amplius pater in eadem voluntate mortuus eſt, non reuocata donatione. Ita non omnes donationes parentum, factæ liberorum coniugibus, impediuntur: adde §.23. & 24.

n Donatio inter coniuges nullius eſt momenti, donatario præmoriente. *l 6.18.20.C.eo.l.8.ſ.de reb. dub. v. Paul.2. ſent.23. §.5.*
o Præſumitur in dubio donatarius ſuperuixiſſe donatori ſuo, *vt hic.* Quid hinc ſequitur? prodeſſe donatarij heredibus donationem, *vt hic.* Quid ſi mutuæ fuerunt donationes & ſimul deceſſerint? Vtræque donationes valebunt: quia neuter alteri ſuperuixit *verſ.proinde ſ. eo* p Atqui, in dubio pro reo reſpondendum eſt, & ſic pro donatore, *l.125.ſ.de reg. iur.* q Prius aut poſterius nihil eſt in his quæ ſimul fiunt, vel qui ſimul commoriuntur. r de quibus *l.16.* & paſſim, *ſ. de reb. dub.* ſ Antonini, de qua ſ. §.2. t Cur non ſenſit? quia manifeſtis verbis concepta de iis eſt, in quibus vnus prior vita decedit, *verſ ſi prior.ſup.eo.* igitur ſuperior oratio de commorientibus non ſenſit.
u *l.26.ſ.de mort. cauſ. don.* adde *l.8.ſ de reb.dub.* x Imò, non relinquent: quia neutrius heres repetit *d.l.26.* y quaſi decedit, qui ab hoſtibus capitur.
z matrimonium in vita quandoque finitur, *l.1. ſup.eo. Accurſ.*
a cùm ambo in ſeruitutem inciderint, & inter ſeruos non ſit matrimonium, *l.3. C.de inceſtis.* b naturaliter. c ſi donatarius fuit. d adde *l vlt.C.eo.*
e Præſumuntur, in dubio ſimul mortui apud hoſtes, qui ſimul capti ab hoſte. quòd ſi vnus eorum redierit, nullum dubium fuerit eum alteri ſuperuixiſſe.
f vt qui capitur ab hoſtibus cenſetur mortuus; ita qui ab iiſdem reuerſus eſt ſuperuixiſſe intelligitur. g Donaui res quaſdam vxori. Ex his nonnullas legaui: alias non legaui: Quas non legaui, videor voluiſſe ad vxorem pertinere: videor eas vxori donaſſe. Quid ita? plerumque antea legamus, poſtea donamus, *vt hic.* Ita in hac ſpecie legatum antecedens quarundam rerum, non tollit donationem rerum quæ non ſunt legatæ. Quin & hoc quoque caſu dici poteſt fuiſſe aliam cauſam legandi: hoc eſt, eo animo fuiſſe teſtatorem vt quædam legando, cætera quæ non donauit, non adimeret. h *v l.22.ſup.co. l.8. ſ. de leg.1.*
i caput quintum obſerua huius orationis, de qua §.1, *ſup.eo.*
k *§.18. ſupra eodem.*

† Donatio facta vxori à milite, vel quaſi milite filiofamiliàs marito, confirmatur ipſius filijfamilias morte: non morte eius patris. quippe filijfamiliàs in caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus peculiis pro patribusfamilias habentur. f nam quoad peculium, patrem non habere intelligitur, *l.2.ſup. Maced.* g *§.16. ſup.eo.* h Donauit ſocero nurus; præmortua eſt ſocero: valet donatio. Quid ſi præmortuus ſocer? extinguitur donatio, *vt hic.* Quid ſi ſocero ſuccedat heres filius, idem donatricis mortuæ maritus? vim habebit donatio, quaſi noua donatio poteſt ſeruari in maritum collata: vt ibi deficiat ſocero vtilis donatio, incipiat eius filio heredi, eidemque marito donatricis prodeſſe, *vt hic.* Quid ſi idem maritus patri heres non extiterit? finita erit donatio, ratione noua *inf.eo.* Cur noua ratione? amplius deliberandum eſt.
i valet ſcilicet, *l.5. C. de repudiis.* poteſt tamen pater diſſoluere ſponſalia *l.10. ſup. de ſponſalibus.* k *l.5. C.de repudiis.* l *l.4 C.eo.*
m adde *§.26.inf.eo.l.5.§.1.ſup.eo.l.97.§.2.inf de ver.obl.l.4.C.eo.* n *l.4.C don. ante nuptias.* o Cur hoc adiicit? quia non omnes impediuntur, dixi *§.6.ſup.eod. & §.24.inf. eod.*
p Societas donationis cauſa facta, iure communi non valet, *vt hic. & inf.eo.l.5. §.vl.ſup.pro ſocio,l.16.§.1.ſup de minorib.l.35 §.ſi quæ ſocietatem, inf. de donat. cauſa mortis.* q aliud erit, ſi non donationis cauſa ſocietas ineatur.
r ſic *ſup.l.7.§.6.in fin.* Iure publico dixit hic autem iure vulgato, eſt iure communi: quo nimirum donationis cauſa inita ſocietas, inutilis eſt: vt paulo antè oſtenſum eſt,
ſ *l.7.§.6. ſup. eo. l.15.20. C. eo. l.5. in fi. ſup. pro ſocio, l.25.§. antepen. inf. de mor. cauſ.* t Senatuſconſultum de confirmandis donationibus inter virum & vxorem intelligit. u In commune tenuiſſe vir & vxor dicuntur ea quæ contulerunt verè: cuiuſmodi conditio veram efficit ſocietatem, differentem ab ea quæ donationis cauſa fit: de qua paulò antè dictum eſt.
x Societas donationis cauſa etiam inter coniuges non valet: *d.l.6.*
y *d.§.6.* z *l.5.§.ſ. ſup.eo.*
a *v.§.23.*

27 ¶ Si quis ſponſam habuerit: deinde eandem vxorem ‖ duxerit ‖ cùm non liceret: an donationes, quaſi *a* in ſponſalibus factæ, valeant videamus? Et Iulianus tractat hanc quæſtionem in minore duodecim annis, ſi in *b* domum quaſi mariti immatura *c* ſit deducta; ait enim hanc ſponſam eſſe, etſi vxor non ſit. Sed eſt verius, quod Labeoni videtur, & à nobis, & à Papiniano libro decimo quæſtionum probatum eſt; vt, ſi quidem præceſſerint *d* ſponſalia, durent, quamuis iam vxorem eſſe putet, qui duxit: ſi verò non præceſſerint, neque ſponſalia eſſe, quoniam non fuerunt, neque nuptias, quòd nuptiæ eſſe non potuerunt. Ideóque ſi ſponſalia anteceſſerunt, valet donatio: ſi minus, nulla † eſt: quia *e* non quaſi ad extraneam, ſed quaſi ad vxorem fecit, & ideò nec oratio locum habebit.

28 ¶ Sed ſi ſenator libertinam deſponderit, vel tutor *f* pupillam, vel quis alius ex his, qui matrimonium copulare prohibentur, & duxerit: an donatio, quaſi *g* in ſponſalibus facta, valeat? Et putem etiam *h* ſponſalia improbanda, & quaſi ab indignis *i*, ea, quæ donata ſunt, ablata, fiſco vindicari.

De annuo promiſſo vel præſtito.

33. *Idem* libro 36. ad Sabinum.

SI ſtipulata fuerit mulier annuum *k*, id ex ſtipulatu petere, conſtante matrimonio, non poteſt.

¶ Sed ſi manente matrimonio deceſſiſſe maritus proponatur, puto, quia in annuo quoque donatio vertitur, poſſe dici, ſtipulationem confirmari ex ſenatuſconſulto.

1 ¶ Si vxor marito annuum verſa vice præſtiterit, reſtituetur ei hoc, & poterit vindicare id quod exſtat. credo, poterit & condicere *l*, in quantum locupletior factus eſt, quia non tam ſolemne eſt annuum, quod maritus vxori pendit, & quod vxor marito præſtat. Immò incongruens eſt, & contra *m* ſexus naturam *n*.

2 ¶ Et ſi fortè maritus ab vxore ſtipulatus ſit ‖ id ‖ annuum *o*, deceſſeritque mulier, conſtante matrimonio, dicendum erit, ex oratione donationem conualeſcere.

Si res donata, in dotem pro filia communi detur.

34. *Idem* libro 43. ad Sabinum.

SIue vxor marito res donaſſet, iſque eas in dotem pro communi *p* filia dediſſet: ſiue poſt donationem, quam in maritum contulit, vxor paſſa eſt, eum pro filia in dotem dare: benignè dici poteſt, etſi *q* prima donatio nullius momenti eſt, attamen ex ſequenti conſenſu valere dotis donationem.

De diuortio illegitimè facto.

35. *Idem* libro 34. ad Edictum.

SI non ſecundùm legitimam *r* obſeruationem diuortium factum ſit, donationes poſt tale diuortium factæ, nullius momenti ſunt: cùm non videatur ſolutum matrimonium.

Si res exſtet, ſi non reddatur. 1. Si ſponſus alienum anulum, & poſt nuptias pro eo ſuum dedit.

36. *Paulus* libro 36. ad Edictum.

SI donatæ res exſtant, etiam vindicari *s* poterunt: ſed quia cauſam poſſidendi *t* donatio præſtitit: niſi reddatur res, æſtimatio facienda eſt iuſto *x* pretio: caueríque poſſidenti *x* debebit de euictione ſimpli, quanti ea res ſit. idque etiam Pedio videtur.

1 ¶ Sponſus alienum anulum ſponſæ muneri miſit, & poſt nuptias pro *y* eo ſuum dedit. Quidam, & Nerua putat, fieri eum mulieris. Quia tunc factam donationem confirmare videtur, non nouam inchoare. Quam ſententiam veram eſſe accepi.

Si res dolo donatoris non extet.

37. *Iulianus* libro 17. Digeſtorum.

SI mulier dolo fecerit, ne res exſtaret ſibi à marito donata: vel ad exhibendum, vel damni iniuriæ *z*, cum ea agi poterit: maximè ſi poſt diuortium id commiſerit.

De re communi.

38. *Alfenus* libro tertio Digeſtorum ‖ à Paulo Epitomatorum.

SEruus communis viri & fratris eius, puerum donauit vxori fratris pro qua parte is ſeruus *a*, qui donaſſet, viri eſſet: pro ea parte munus non eſſe factum mulieris reſpondit.

1 ¶ Idem iuris erit, ſi ex tribus fratribus vnus vxorem haberet, & rem communem vxori donaſſet. Nam ex tertia parte mulieris res facta non eſt: ex duabus autem partibus reliquis, ſi id ſciſſent *a* fratres, aut poſteaquam donata eſſet, ratum habuiſſent, non debere mulierem reddere.

a Inutiles nuptiæ non valent, vt ſponſalia, §. 28. j. eodem.
b De hoc vetuſto more deductionis in domum, dixi ad *l. pen. infra de donat. inter virum, l. 15. j. de cond. & demonſt.*
c *l. 65. j. eo.*
d *v. l. 9. ſup. de ſponſalibus.*
† *l. 18. in fi. C. de adulteriis.*
e Donatio putatiuo coniugi facta non confirmatur morte.
f Tutor pupillam ducere non poteſt *C. de interdicto matrimonio.*
g dixi ad §. 27. *ſup. eod.*
h Donationes prohibitæ inter coniuges, prohibitæ ſunt inter eas quoque perſonas, quæ iure ac legibus coniuges inter ſe eſſe non poſſunt: hoc eſt, factæ huiuſmodi donationes, nullo iure valent: non valent, inquam, etiamſi vt ſponſos & ſponſas ſpectes, valet quidem donatio facta ſponſæ, non tamen valet donatio facta tanquam vxori, quæ vxor non fuit, quæque vxor eſſe non poteſt: quippe illegitima & iniuſta vxor ne quidem ſponſa eſt, *vt hic, & §. 27. ſup.* eod.
i *l. 2. in fin. l. 13. l. 14. j. de his quibus vt indign. l. 4. C. de inceſt.*
k *in fi. j. eo. l. 28. in fi. ſup. eo.*
l *l. 5. in fi. ſup. eo.*
m Cur? auaræ ſunt mulieres natura, *l. 4. §. 1. ſup. ad Velleianum, l. 16. in fi. C. de don. ante nuptias.*
n vt ſcilicet mulier maritum alat: ſi tamen mulier ſcit operari, operas marito præſtare cogitur *l. 48. j. de oper. libert.*
o *vt in pr. ſup. eo.*
p *l. 5. §. 9. ſup. de iure dot.* Donatio inter coniuges, facta communis filiæ dotandæ cauſa, valet: vide Cremenſem *ſingulari* 4.
q id quod nullum ab initio eſt, ſuccedens validum eſſe, confirmari poteſt, benigno iure id ſuadente, adde *l. 17. j. de iniuſto.*
r de qua lex 9. j. *de diuort.*
s *v. l. 5. in fi. ſup. eod.*

s v. quæ notaui ad *l. 40. j. de mortis cauſa.* u licet enim à viro, vel vxore, minoris emere citra animum donandi, *l. 31. §. 2. in fi. ſupra eodem.* quotiens autem minoris res empta eſt, id quod deeſt iuſto pretio ſupplendum eſt. *l. 6. C. de reſcind.* x coniugi, v. quæ ſcripſi ad *l. 33. in fi. C. de tranſact.*
y Subrogatum ſapit naturam ſubrogati, facit lex 58. *ſup. eo.*
z *l. 27. §. 30. ſup. ad leg. Aquil. l. 2. C. rer. amotar.*
a ſpeciale mandatum habens, arg. *l. 7. j. de don.*

De delegatione.

39. *Iulianus* libro 5. ex Minicio.

VIr vxori pecuniam cùm donare vellet, permiſit *b* ei, vt à debitore ſuo ſtipuletur: illa cùm id feciſſet, priuſquàm pecuniam auferret, diuortium fecit. quæro, vtrum vir eam ſummam petere debeat, an ea *c* promiſſione propter donationis cauſam actio nulla eſſet? Reſpondi, inanem *d* fuiſſe ‖ eam ſtipulationem.

¶ Sed ſi promiſſor mulieri ignorans ſoluiſſet, ſi quidem pecunia exſtat vindicare eam debitor poteſt; ſed ſi actiones ſuas marito præſtare paratus eſt, doli mali exceptione ſe tuebitur: ideóque maritus hanc pecuniam debitoris *e* nomine *f* vindicando, conſequetur.

¶ Sed ſi pecunia non exſtat, & mulier locupletior facta eſt, maritus eam petet. intelligitur *g* enim ex re mariti locupletior facta eſſe mulier, quoniam debitor doli mali exceptione ſe tueri poteſt.

De dignitate adipiſcenda.

40. *Vlpianus* libro 2. Reſponſorum.

QVod adipiſcendæ † dignitatis *h* gratia ab vxore in maritum collatum eſt, eatenus ratum eſt, quatenus dignitati ſupplendæ opus eſt.

41. *Licinius Rufinus* libro 6. Regularum.

NAm & Imperator Antoninus conſtituit, vt ad proceſſus *i* viri vxor ei donare poſſit.

42. *Gaius* libro 11. ad Edictum Prouinciale.

NVper, ex indulgentia principis Antonini, recepta eſt alia cauſa donationis, quam dicimus honoris *k* cauſa: vt ecce, ſi vxor viro *l* laticlauij *m* petendi gratia donet, vel vt equeſtris *n* ordinis fiat, vel ludorum gratia.

De exilio.

43. *Paulus* libro ſingulari Regularum.

INter virum & vxorem, exilij *o* cauſa, donatio fieri poteſt.

De vſucapione.

44. *Neratius* lib. 5. Membranarum.

SI extraneus rem viri, ignorans eius eſſe, ignoranti vxori, ac ne viro quidem ſciente eam ſuam eſſe, donauerit: mulier rectè eam vſucapiet *p*. ¶ Idèmque iuris erit, ſi is, qui in poteſtate viri erat credens ſe patremfam. eſſe, vxori patris donauerit. ¶ Sed ſi vir reſcierit ſuam rem eſſe, priuſquam vſucapiatur, vindicaréque eam poterit, nec volet, & hoc & mulier nouerit, interrumpetur poſſeſſio? quia *q* tranſiit *r* in cauſam ab

a Præſentia cum taciturnitate donationem inducit, *Bar.* adde *l. 63. verſ. ſcientibus, j. de re iudicata.*
b *l. 3. §. 12. ſ. eo.*
c eius promiſſionis.
d inanis ſtipulatio ita dicitur in *l. 8. ſup. de condict. ob turpem cauſam.* adde quæ de inani ſcripſi ad *l. 6. ſup. de dolo.*
e Ceſſionarius agens actione directa, niti, agere, concludere, & formare libellum ex perſona cedentis debet: In executione verò ipſa ſibi concludit, at non cedenti. *Bal.*
f ergo non ſuo: vnde colligit Baldus, Ceſſa rei vindicatione non transferri dominium in ceſſionarium.
g Locupletior ex re mariti facta fuiſſe mulier intelligitur, cuius facto, debitor ei delegatus à marito, liberatus aduerſus petentem maritum, doli mali exceptione ſe tueri poteſt. Quippe dolo facit creditor qui debitorem ſuum alteri delegauit, & ab eo (maximè liberato) ſolutionem exigit.
† *al.* adipiſcendæ.
h *v. l. 42. j. eod.*
i An eſt ad promouendum maritum per gradus, *l. 45. ſup. de negotiis, l. 11. j. de muneribus.* An potius proceſſus hic, conſulum & ſimilium magiſtratuum ſunt proceſſus, de quibus alibi? *v. Nou. 105. & l. 2. C. de conſul. lib. 12.*
k Donatio honoris cauſa eſt, cum vxor donat viro ſenatoriæ vel equeſtris dignitatis petendæ gratia, *l. 40. l. 41. ſ. eo. l. 21. C. eod.* l inter virum & vxorem donatio non valet, niſi certis ex cauſis, mortis cauſa diuortij cauſa, ſerui manumittendi gratia, hoc amplius, conſtitutionibus principalibus conceſſum eſt mulieri in hoc donare viro ſuo, vt is ab imperatore lato clauo, vel equo publico, vel ſimili honore donetur, *Vlp. ti. 7. §. 1.* m Inter veſtimenta, alius eſt anguſtus, alius latus clauus: hunc Græci vocant, πλατύσημον, illum στενόσημον: ac inde pro qualitate claui, quo vtebantur alij tribuni militum, laticlauij, (vt ille Rufinus, de quo *l. 4. C. de teſt. milit.*) alij anguſticlauij: Senatores omnes laticlauij, equites anguſticlauij, vt meritò hic ſeparentur. Lato, inquam, clauo ſenatores ſeparabantur ab equeſtri ordine, 33. *Plin. 1. Lampridius in Alexandro, Vlp. 7. §. 1. Suet. in Auguſto, & in Claudio c. 2. 9. Plinius 36. 11. Quint. vlt.* Horatius, Sumere depoſitum clauum fierique Tribunum. Claui autem ſunt pars veſtimenti potius quàm veſtimentum. ideóque legato veſtis continentur, *l. 19. §. 4. l. 23. §. 1. j. de auro.* Et quidem ij, quibus vtebantur ſenatores, equites, tribuni, non erant conſuti veſti ſed ſupra eam demiſſi in pectus, Hinc Horatius latum demiſit pectore clauum: vbi Acron, Prætextam & latum clauum prunæque batillum, interpretatur purpuram, quæ in pectore extenditur ſenatorum: Græci τὸν κολοβίωνα, vocant: vſum eius hodie retinent Principes, iniicientes veſti à ceruice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretioſis: & Petronius Arbiter: Pallio coccino adraſum incluſerat caput: circáque oneratas veſte ceruices laticlauiam immiſerat mappam, fimbriis hinc atque illinc pendentib. Latuſclauus igitur & Colobium, pro eodem ſumuntur. Colobiis autem veteres vſos author eſt Seruius *Æneidos* 9. vt & Hieron. *qu. in Geneſim:* & Epiſcopos. *Epiſtola Pij ad Iuſtum,* Ægyptios monachos. *Iſidor.* Imò, & noſtros Colobiis vti videmus hodiéque vocant etiam, *Contius.* Colobiis ac penulis vti in vrbe ſenatores iubebantur, non veſte militari. *l. 1. C. Theod. de hab. quo vti oport. int. vrb. Alexander, author. Lampridio.* penulis, inquam, id eſt, itinerario veſtimento frigoris aut pluuiæ. Contra, ſerui prohibebantur colobia & calceos habere, *Seruius Æneid. 1. v.* Cuiac. 12. *obſ. 39.*
n adde *l. 2.* & quæ ibi ſcripſi *ſup. de in ius vocando. Vlp. 7. §. 1.*
o & deportationis, *l. 13. §. 1. ſup. eod.*
p *l. 43. j. de mort. cauſ.* q Donare vxori rem mariti, extraneus ignorans poteſt: Imò & is qui in poteſtate mariti eſt, rem ipſi mulieri donare poteſt, ſi ſe patremfamiliàs credit: quibus caſibus, ipſa mulier res eas vſucapere poteſt, *vt hic.* Quid ſi maritus res ſuas ita donatas eſſe, reſciuerit, antequam eas vxor vſucaperet? quid ſi eas vindicare potuit, neque tamen vindicauerit, & hoc etiam mulier nouerit, interrumpetur vſucapio, quia tranſit in cauſam factæ ab eo (id eſt, marito) donationis, ipſius mulieris ſcientia? (ita lego cum interrogatione, manifeſtiſſimo vt mox liquebit ſenſu) Propius eſt, vt nullum adquiſitionis dominij eius adferat impedimentum.
r Quid eſt tranſiſſe in cauſam factæ donationis à marito, ipſius mulieris ſcientiam? Nihil aliud eſt quàm maritum ſciuiſſe rem ſuam ab extraneo aliquo donata eſſe vxori, neque eam rem reuocaſſe, Item mulierem ipſam eius rei conſciam fuiſſe

eo factæ donationis, ipſius mulieris ſcientia: propiùs eſt, vt nullum adquiſitioni dominij eius adferat impedimentum: non *a* enim omnimodo vxores ex bonis virorum, ſed ex cauſa donationis ab ipſis factæ, adquirere prohibitæ ſunt.

De detractione.

45. *Vlpianus* libro 17. ad Edictum.

MArcellus libro ſeptimo digeſtorum ſcribit, etiam eum detrahere *b* ſine mulieris damno, & citrà metum ſenatuſconſulti, quod detrahentibus negotiationis cauſa occurrit.

De poſſeſſione.

46. *Idem* libro 72. ad Edictum.

INter virum & vxorem nec poſſeſſionis *c* vlla donatio eſt.

De impenſis à marito.

47. *Celſus* libro 1. Digeſtorum.

VTrum negotium *d* vxoris gerens, an officio mariti ductus, in rem eius impenderit vir, facti *e*, non iuris, eſt quæſtio: coniectura eius rei ex modo *f*, & ex genere impenſæ *g* non difficilis eſt *h*.

De vindicatione rei donatæ. 1. *De donatis.*

48. *Idem* libro 9. Digeſtorum.

QVæ iam nuptæ maritus donauit, viri manent, & poteſt ea vindicare, nec quicquam refert, quod ampla legata ab vxore ei relicta ſunt.

De re filio donata.

49. *Marcellus* libro 7. Digeſtorum.

SVlpicius Marcello. Mulier quæ ad communem filium volebat, qui in poteſtate patris erat, poſt mortem patris fundum peruenire, eum patri tradidit, vti poſt mortem reſtituatur filio: quæro, an donatio tibi videatur, vt nihil agatur; an valeat quidem, ſed mulieri poteſtas datur, ſi noluerit, eum repetere? reſpondit: Si color *i* vel *k* titulus (vt ſic dixerim) donationi quæſitus eſt, nihil valebit traditio: id eſt, ſi hoc exigit *l* vxor, vt aliquid ex ea re interim commodi ſentiret & maritus: alioquin ſi ſolo *m* eius miniſterio vſa eſt, & id egit, vt, vel reuocare ſibi liceret, vel vt res cum omni emolumento per patrem poſtea ad filium tranſiret: cur non idem perinde ſit ratum, ac ſi cum extraneo tale negotium contraxiſſet, hoc eſt, extraneo in hanc cauſam tradidiſſet?

De nummis donatis vt venditori ſoluantur.

50. *Iauolenus* libro 13. Epiſtolarum.

SI, cùm mulier viginti *n* ſeruum emiſſet *o*, in eam emptionem vir quinque venditori dedit, diuortio facto, omnimodo vir eam ſummam exiget: neque ad rem pertinet, an is ſeruus deterior factus ſit. nam, & ſi mortuus eſſet, quinque exactio ei competeret: quæritur enim, an mulier ex viri patrimonio locupletior *p* ſit eo tempore, quo de dote agebatur: facta *q* autem intelligitur, quæ ære alieno ſuo, interuentu viri, liberata eſt: quod potuiſſet adhuc debere, ſi vir pecuniam non ſoluiſſet: neque *r* enim intereſt, ex qua cauſa mulier pecuniam debuit, vtrum creditam, an eam, quam ex emptione præſtare debeat.

1 ¶ Quòd ſi mulier non emerat ſeruum, ſed, vt emeret, à viro pecuniam accepit: tum vel mortuo vel deteriore facto ſeruo, damnum ad virum pertinebit. quia quod aliter emptura non fuit, niſi pecuniam à viro accepiſſet, hoc conſumptum ei periit, qui donauit, ſi modo in rerum natura eſſe deſiit: nec videtur mulier locupletior eſſe, quæ neque à creditore ſuo liberata eſt, neque id poſſidet, quod ex pecunia viri emerat.

De eo, quod mulier acquiſiuit.

51. *Pomponius* libro 5. ad Quintum Mucium.

QVintus Mucius ait: Cùm *t* in controuerſiam venit, vnde ad mulierem *u* quid peruenerit: & verius & honeſtius *x* eſt, quod non demonſtratur, vnde habeat, exiſtimari *y* à viro, aut qui in poteſtate eius eſſet, ad eam perueniſſe: euitandi autem turpis quæſtus gratia circa vxorem hoc videtur Quintus Mucius probaſſe.

De re vilius locata. De æſtimatione rei depoſitæ. 1. *De promiſſione heredis.*

52. *Papinianus* libro 10. Quæſtionum.

a Donatum coniugi non ſtatim videtur, ſi coniugis ex bonis quid ad eam peruenit. Aliud eſt donatione à marito aliquid accipere, aliud ex bonis mariti adquirere. Prius prohibitum, non poſterius.

b *l.63.*ꝟ. *eod.* vide l.43.§.1.ꝟ. *de leg.* 1. *l.6.C. de ædific. priuatis.* vide interpretationem huius legis apud Cuiac. 5. *obſ.* 26.

c Donatio, etiam poſſeſſionis, inter coniuges, non valet, vide *l.*1.§.4.ꝟ. *de adquirenda poſſeſſ.*

d Negotia vxoris gerere maritus poteſt. An autem gerat vt geſtor, vel officio mariti, facti quæſtio eſt.

e Facti quæſtio non ex iure, ſed ex coniecturis rei, ex modo & genere ipſo elicitur, *vt hic.* Ius autem non ex coniecturis, ſed ex æquo, ex lege.

f Quid ſi mutua fuit donatio? vide *l.7.* §. 2. *ſuprà eodem.*

g nam in paruis donatio, in magnis negotiorum geſtio præſumitur. *Bald.*

h non præſumitur autem donatio, arg. *l.*25.§. 1. *ſuprà de probat.* v. Accurſ. *hic.*

i Color, eſt titulus, prætextus, colorata pictáque ratio, *v.l.2. ſuprà de inoſſicioſo*; *l.7. ſup. de SC. Maced.*

k Titulus, color, prætextus, velamentum.

l *al.* exegit, *al.* egit, *vt paulo poſt.*

m Nudus miniſter hic dicitur, qui nullum ſentit commodum ex negotio geſto. *Bart.* Vnde maritus ab vxore, vt nudus miniſter præfici negotio poteſt, non vt ſuum commodum & negotium gerens.

n *ſub.* milibus: eo pretio moriones videntur empti 8. *Martial.* 13.

o *l.7.*§.7. *ſuprà eodem.*

p *l.5. in fin. ſuprà eodem. l.8.C. eodem. l.20. in fi. C. de iure dot.*

q Locupletior facta ex patrimonio mariti vxor intelligitur, quæ ære alieno ſuo, mariti interuentu, liberata eſt.

r Donatio fieri vxori intelligitur, quoquo modo ea ære alieno ſuo liberetur à marito: ſiue æs illud alienum debuit ex credito, ſiue ex empto.

ſ *d.l.20. in fine.*

t Præſumitur ex re mariti quæſiuiſſe vxor, id omne quod conſtante matrimonio adquiſiuit: idque vitandæ turpis quæſtus ſuſpicionis cauſa, *vt hic.* adde *l. etiam. C. eod. l. ſi defunctus* 10. *C. arbitrium tutelæ.*

u an idem in fratre, vt quod is quæſierit, bonis ex paternis adquiſiuiſſe cenſeatur? Negat Accurſius. Cur? Ceſſat in fratre ſuſpicio, de qua hic agitur.

x vide quæ ſcripſi ad *c. 2. extr. de regul.*

y *v.l.6. in fin. C. eodem.*

SI vir vxori, donationis cauſa, rem vilius *a* locauerit *b*, locatio nulla eſt: cùm autem depoſitum inter eas perſonas minoris donationis cauſa, æſtimatur, depoſitum eſt: hæc ideò tam variè: quia *c* locatio quidem ſine *d* mercede certa contrahi non poteſt, depoſitum autem & citra æſtimationem quoque dari poteſt.

1 ¶ Vxor viro fructum fundi ab herede ſuo dari, quòd ſi datus non fuiſſet, certam pecuniam mortis cauſa promitti curauit. defuncto viro viua muliere, ſtipulatio ſoluitur: vt traditio quæ mandante vxore, mortis cauſa facta eſt. nam quo caſu inter exteros *e* conditio naſcitur, inter maritos nihil agitur.

De genero, vel nuru, vel ſocero. 1. *De vſu rei.*

53. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

MOrtis ſuæ cauſa, genero vel nurui ſocerum fruſtrà donare conuenit: quia, mortuo ſocero, nuptiæ non ſoluuntur: nec intereſt, an pater filium vel filiam exheredauerit: diuortij *f* ſpecies, eadem ratione, diuerſa eſt.

1 ¶ Res in dotem æſtimatas *g*, conſentiente viro, mulier in vſu *h* habuit: vſu deteriores ſi fiant, damni *i* compenſatio non admittitur: eaſdem res non poteſt mulier ſibi, quaſi donatas, defendere ex illis verbis, quibus donationes *k* ei à viro legatæ ſunt: cùm eiuſmodi ſpecies neque donari, neque auferri videtur.

De vſuris dotis quas vir non exegit.

54. *Papinianus* libro 8. Reſponſorum.

VIr vſuras *l* promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, eáſque non petierat: cùm per omne tempus matrimonij, ſumptibus ſuis, vxorem & eius familiam vir exhiberet *m*, dote prælegata, ſed & donationibus verbis fideicommiſſi confirmatis, legato quidem dotis vſuras non contineri videbatur, ſed titulo donationis remiſſas *n*.

De re empta ex pecunia donata.

55. *Paulus* libro 6. Quæſtionum.

VXor marito *o* ſuo pecuniam donauit, maritus ex pecunia ſibi donata aut mobilem, aut ſoli rem comparauit: ſoluendo non eſt, & res exſtant *p*, quæro, ſi mulier reuocet donationem, an vtiliter condictitia experiatur, videtur enim maritus, quamuis ſoluendo non ſit, ex donatione locupletior effectus: cùm pecunia mulieris res comparata exſtet: Reſpondi, Locupletiorem eſſe ex donatione, negari non poteſt. non enim quærimus, quid deducto ære alieno liberum habeat, ſed quid ex re mulieris poſſideat: ſolo enim ſeparatur hic ab eo, cui res donata eſt, quòd ibi res mulieris permanet, & vindicare *q* directò poteſt: & *r* erit deterior cauſa viri, ſi ei pecunia, quatenus res valet, non vltra *ſ* id tamen, quod donatum eſt, condicatur, quàm ſi dotis iudicio conueniatur: ſed nihil prohibet, etiam in rem vtilem *t* mulieri in ipſas res accommodare.

Si mortis cauſa donatarius, rem vxori dari iubeat.

56. *Scæuola* libro 3. Quæſtionum.

SI, quod mihi mortis cauſa donare vellet, ego purè vxori donare vellem: non valet, quod vxori iubeo *u* dari: quia, illo conualeſcente, condictione teneor: mortuo autem nihilominus pauperior ſum: non enim habeo, quod habiturus eſſem.

De eo quod vxori donatum eſt, vt, ſi per eam diuortium fiat, reddatur.

57. *Paulus* libro 7. Reſponſorum.

EA, quæ à marito ſuo pecuniam ex cauſa donationis acceperat, litteras *x* ad eum miſit huiuſmodi: *Cùm petenti mihi à te, domine y cariſſime, adnuerit indulgentia tua viginti ad expediendas quaſdam res meas, quæ ſumma mihi numerata eſt, ſub ea conditione, vt ſi z per me, meóſque mores quid ſteterit, quo minus in diem vitæ noſtræ matrimonium permaneat, ſiue, inuito te, diſceſſero de domo tua, vel repudium tibi ſine vlla querela miſero, diuortiúmque factum per me probabitur: tunc viginti, quæ mihi hac die, donationis cauſa, dare voluiſti, daturam reſtituturam me ſine vlla dilatione ſpondeo:* quæro, an, ſi eadem Titio marito ſuo repudium miſerit, pecuniam reſtituere debeat? Paulus reſpondit, pecuniam, quam vir vxori donauit, ex ſtipulatione propoſita, ſi conditio eius exſtitit, peti poſſe: quoniam ex donatione in pecuniam creditam conuerſa *a* eſt *b*: quod ſi ſtipulatio commiſſa non probetur *c*: tunc tantum peti poſſe, quanto locupletior ex ea donatione facta probetur.

a Locatio viliori pretio facta, locatio nulla eſt. Depoſitum tamen minoris æſtimatum, donationis cauſa, depoſitum eſt. Cur tam variè? Locatio ſine mercede certa nunquam contrahitur: depoſitum citra æſtimationem dari poteſt. Cuius differentiæ is effectus naſcitur, vt vxori rem viliori pretio locare maritus non poſſit, ne donare contra leges videatur: depoſitum verò minus æſtimare poſſit, nec tamen videri donare.

b vt & ſuperius, vendiderit, *l.5.*§.5. *l.31.*§.3.ꝟ. *eo.*

c Locationis & depoſiti elegans differentia.

d vide *l.23. in fin.* ꝟ. *commun. diuid.*

e vt *l.35.*ꝟ. *de mor. cauſ.*

f de quo *l. 11. in fi.* ꝟ. *eod.*

g æſtimatarum rerum dotalium periculum eſt viri. adde *l.7.*§ 5. *ſuprà eodem.*

h *l.18.* ꝟ. *eod.*

i Mulier vtens rebus dotalibus æſtimatis, habet inde commodum & non damnum: Ex ſola huiuſmodi patientia vſus, donatio rerum non præſumitur. *Bald.* nec fiet earum rerum cum dote compenſatio.

k legari poteſt donatio, hoc modo: vxori quæ conſtante matrimonio legaui, ea vxori do lego.

l *l.15.* §.1. *l.16. l.17. l.21. ſuprà eodem.*

m id eſt aleret, *vt* ꝟ. *de liberis exhibendis.*

n Vſuras dotis ſi maritus non petiit, eas vxori donaſſe videtur, *Bart.* Quid ſi maritus vſuras dotis petiit, neque eas conſecutus eſt, atque ob id magnū damnum paſſus ſit, an eius heredibus vſuræ debebuntur? Baldus putat maritum, moriendo, vſuras videri remiſiſſe: tametſi dotem legando, non intelligatur dotis vſuras remiſiſſe, ſeu legaſſe, tametſi heres & defunctus vna & eadem perſona cenſeantur, *v. Cremenſem ſingul.* 5.

o vel contrà, *l.7.*§.3.ꝟ. *eod.*

p res ea mulieris efficietur, in ſubſidium ſcilicet marito non exiſtente ſoluendo idem eſt in milite, *l.8. C. de rei vind.*

q *v.l.5. in fin. ſuprà eod.*

r nec erit, *Antonius Faber* 5. *Coniect.* 10.

ſ *l.28.*§.3.ꝟ. *eod.*

t v. quæ notaui ad *l.54. ſuprà de iure dot. & l.8. C. de rei vind.*

u *l.3. in fi. ſuprà eod.*

x Epiſtolis probatur ſtipulationis forma: & contracta obligatio inter præſentes, *l.1. C. de contrahenda ſtipulatione. Bald. hic.*

y moris enim erat vxoribus, maritos *dominos* vocare: Mariti ſunt domini vxorum.

z atqui huiuſmodi pœnalis ſtipulatio non valet, *l.19. l.134.*ꝟ. *de verb. oblig.* Matrimonij libertas non tollitur metu lucri amittendi: neque inuita in matrimonio detinetur, quæ diuertere non vult, ne lucrum ſeu donationem ſibi factam à marito amittat.

a Imò, videtur conuerti non poſſe, *l.34. ſuprà mandati.*

b hinc nota, contractum donationis conuerti in alium contractum, verbi gratia creditum, poſſe, *l.18.*ꝟ. *de donat.*

c quia nullam culpam in diuortio commiſit.

Si res donata tempore concubinatus, poſt nuptias aliis acceptis reddantur. 1. De cibariis. 2. Si filius pecunia matris emerit, & inſtrumenta ſuo nomine confecerit.

58. *Scæuola* libro 2. Reſponſorum.

SI prædia, & mancipia, Seiæ data, effecta ſint eius tempore concubinatus, ac poſtea tempore matrimonij, aliis *a* acceptis, reddita ſunt: quid iuris eſt? Reſpondit, ſecundùm ea, quæ proponerentur, negotium potiùs geſtum videri, quàm donationem interueniſſe.

1 ¶ Item, cùm quæreretur de cibariis *b* mancipiorum, reſpondit: Tempore quidem concubinatus data cibaria repeti non poſſunt: ſed nec tempore matrimonij, ſi ea mancipia vxoris in communi vſu fuerint.

2 ¶ Filius rebus matris interuenire ſolitus, pecunia matris, conſentiente ipſa, mancipia & res mercatus, emptionum inſtrumenta ſuo nomine confecit, deceſſit in patris poteſtate: quæſitum eſt, an mater cum marito ſuo experiri, & qua actione vti poſſit; Reſpondit, ſi mater obligatum filium in ea pecunia voluit eſſe, intra annum, quàm filius deceſſit, de peculio cum patre, in cuius *c* poteſtate fuiſſe proponatur, actionem habere: ſi donauit, repeti poſſe, quanto locupletior, ex ea donatione pater factus eſt.

Si vir donet, vt in dotem accipiat.

59. *Paulus* libro 2. Sententiarum.

SI quis vxori ea conditione donauit, *vt, quod donauit, in dotem accipiat*: defuncto eo, donatio conualeſcit *d*.

De vitrico, & priuigno. 1. De diuortio.

60. *Hermogenianus* libro 2. Iuris Epitomarum.

VItricus & priuignus inuicem ſibi donare prætextu matrimonij non prohibentur.

1 ¶ Diuortij *e* cauſa donationes inter virum & vxorem conceſſæ ſunt: ſæpè enim euenit, vti propter ſacerdotium *f*, vel etiam ſterilitatem *g*.

61. *Gaius* libro vndecimo ad Edictum Prouinciale.

VEl ſenectutem *h*, aut valetudinem *i*, aut militiam, ſatis commodè retineri matrimonium non poſſit.

62. *Hermogenianus* libro ſecundo Iuris Epitomarum.

ET ideo bona gratia *k* matrimonium diſſoluitur.

1 ¶ Diuortio facto, nec inſtaurato matrimonio, non confirmabitur inter virum & vxorem facta donatio *l*. Nec inter patronum & libertam, ſi ab eo inuito diuertere non licet, facta donatio ſeparatur, cùm inter hos diuortium intercedat: perinde enim id quod donatum eſt, habetur, diuortio intercedente, ac ſi donatum non fuiſſet.

De tigno iunct.

63. *Paulus* libro 3. ad Neratium.

DE eo quod vxoris in ædificium viri ita coniunctum eſt, vt detractum *m*, alicuius vſus eſſe poſſit, dicendum eſt agi poſſe, quia nulla actio eſt, ex lege duodecim tabularum: quamuis decemuiros, non ſit credibile de his ſenſiſſe, quorum voluntate res eorum in alienum ædificium coniunctæ eſſent. *Paulus notat*: Sed in hoc ſolum agi poteſt, vt ‖ſola‖ vindicatio, ſolutare, competat mulieri, non in duplum, ex lege duodecim tabularum: neque enim furtiuum eſt, quod ſciente domino incluſum eſt.

De diuortio.

64. *Iauolenus* libro 6. ex Poſterioribus Labeonis.

VIr mulieri, diuortio facto, quædam idcirco dederat, vt ad ſe reuerteretur. mulier reuerſa erat, deinde diuortium fecerat, ‖ Labeo, ‖ Trebatius inter Terentiam & Decenatem † reſpondit, ſi verum *n* diuortium fuiſſet, ratam eſſe donationem: ſi ſimulatum, contra. Sed verum eſt, quod Proculus & Cæcilius putant, tunc verum eſſe diuortium, & valere donationem diuortij cauſa ‖ factam, ſi aliæ nuptiæ inſecutæ ſunt, aut tam longo tempore vidua fuiſſet, vt dubium non foret, alterum eſſe matrimonium: aliàs nec donationem vllius eſſe momenti futuram.

De nupta nondum viri potente.

65. *Labeo* libro ſexto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

QVod vir ei, quæ nondum *o* viripotens nupſerit, donauerit, ratum futurum exiſtimo.

De domum deductione, & tabularum dotis conſignatione. 1. Si in hortos ante diem tertium, quàm nuptiæ ibi fierent, deducta, nuptiarum die donauerit.

66. *Scæuola* libro 9. Digeſtorum.

SEia Sempronio, cùm certa die nuptura eſſet, antequam domum deduceretur: tabulæque *p* dotis ſignarentur *q*, donauit tot aureos: quæro, an ea donatio rata ſit: non † attinuiſſe tempus, an antequam domum deduceretur, donatio facta eſſet, aut tabularum conſignatarum, quæ plerumque & poſt contractum matrimonium fierent, in quærendo exprimi: itaque niſi ante matrimonium contractum, quod conſenſu intelligitur, donatio facta eſſet, non valere.

1 ¶ Virgini in hortos *a* deductæ ante diem tertium *b*, quam ibi nuptiæ fierent, cùm in ſeparata diæta *c* ab eo *d* eſſet, die *e* nuptiarum, priùs quàm ad eum tranſiret, & priùs quàm aqua *f* & igni acciperetur, ‖ id eſt *g*, nuptiæ celebrentur *h* ‖ obtulit *i* decem aureos dono: quæſitum eſt, poſt nuptias contractas diuortio facto, an ſumma donata repeti poſſit *k*? Reſpondit, id *l*, quod ante nuptias donatum proponeretur, non poſſe ‖ de dote ‖ deduci.

De re empta ex nummis donatis & donatori donata.

67. *Labeo* libro 2. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI vxor *m* nummis à viro, aut ab eo, qui in eius poteſtate eſſet, ſibi donatis, ſeruum emerit *n*: deinde, cùm eius factus fuerit, eum ipſum donationis cauſa viro tradiderit, rata erit traditio: quamuis ea mente facta fuerit, qua cæteræ donationes: neque vlla actio eius nomine dari poteſt.

DE DIVORTIIS ET REPVDIIS *a*.

TIT. II.

Quibus modis matrimonium ſoluitur.

Paulus libro 35. ad Edictum.

a facit *l. 36. ff. eod.* inter virum & vxorem poteſt fieri cōtractus permutationis dummodo non fiat cauſa donationis. *Bald.*

b *l. 21. in fin. ff. eod.*

c *v. l. 19. ff. eod.*

d morte *l. 2. C. de dot. caut.*

e *l. 11. l. 31. §. 10. l. 35. l. 53. ff. eo. Vlp. 7. in princ.*

f Sacerdotij cauſa fiebat interdum diuortium. Quidam enim ſacerdotes qui vxorem habere non poterant, cogebantur eſſe cœlibes, *l. 56. C. de epiſcopis. Nouell. 22. c. 5. Nou. 117. cap. 11. Nou. 123. c. 39.*

g Vt Spurio Carbillio, & Cornelio Sullæ, & aliis accidit. *Valerius lib. 2. c. 1. 4. Gell. 3. & 17. c. vlt.* adde Nonium *c. 2.* Seneca *2. Cōtrouerſ. 6.* vxorē ſterilitatis nomine dimiſit intraquinquēniū non parientem.

h id abrogatum, *Nou. 117. c. 12. in fi.*

i *l. 10. C. de repud. Nou. 22. c. 6. Nou. 117. c. 13.* Mutilatione enormi aut infirmitate ſumma, puta paralyſi non diſſoluitur hodie matrimonium, *c. 1. 2. de coniug. lepros. 27. q. 2. c. decreta. c. Nicolaus. q. 7. c. qui matrimonium: c. quemadmodum 25. extra de iureiur.*

k hoc abrogatum *Nou. 117. c. 10.* reductum verò *Nou. 140.*

l Donatio nec inter patronum & clientem. Si ab eo, *Flor.* donatio, ſed nec inter patronum & libertam (& ſi ab eo inuito diuertere non licet) facta donatio non ſeparat. *Hal.*

m adde *l. 45. ff. eo.*

† Mecœnatem rectè: cuius vxor Terentia hic, *& Suet. in Auguſt.* Terentilla per iocum ab Antonio dicta. *Sueto.* Terentiana Dioni & Senecæ *lib. de prouid.*

n vt ſi diu diuertit *l. 52. §. 13. ff. eo.*

o *l. 32. §. 27. ff. eod.*

p De dotalibus tabulis, v. quæ ſcripſi ad *l. 29. ff. de pactis dotalib.*

q Tabulæ dotales ſignari ſolitæ, & quidem plerunque poſt contractum matrimoniū, *vt hic* Iuuenalis *Satyr. 2.* ſignatæ tabulæ, dictum feliciter ingens Cœna ſedet: gremio iacuit noua nupta mariti. Apuleius *Apologetico.* Habeo denunciare cauſam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido ſint ſed in villa ſuburbana conſignatæ.

† Locus hic corruptus: ſententia tamen hæc eſt: donationem non valere niſi facta ſit ante matrimonium, nec ad rem pertinere quæri, an donatio facta ſit mulieri, antequam in domum deduceretur, & conſignarentur tabulæ nuptiales. Hoc ſolum quærendum eſſe, verùm facta ſit donatio ante vel poſt ritum nuptiarum interpoſitum.

a Cur in hortos deducebatur virgo nuptura? An quod ibidem nuptiæ celebrabantur: & Venus, quæ nuptiis præſidet teſte Homero *in Iliade*: Pauſania *in Meſſeniacis*: Luciano *in Charidemo*) eadem putabatur eſſe hortorum dea, *Varro 5. de lingua. & 1. de re ruſtica.* Vnde & Mæuius *apud Feſtum*, Venerem pro oleribus, vt Cererem pro pane, Neptunum pro piſcibus vſurpauit. Cum & Athenienſes quoque Veneris ſimulachrum ponerent *ἐν κήποις*, teſte Pauſania *in Atticis*: Luciano *in imaginibus*: & *ἐν ἑταιρικοῖς.* 36. *Plin. 5.* quod & forte fiebat ad vim generandi innuendam: ſicuti & eadem fingitur è mari nata, teſte Pharnuto. An potius virgines nupturas in hortos deductas olim dicemus: quòd veteres in hortis habitationes habuerint? vt colligi poteſt ex *l. 5. §. 2. ff. de iniuriis. Tacit. 6. Sueton. in Claudio 5. Aſconio en Miloniana*, vnde legimus. penum in hortis conditam. *l. 4. §. 5. ff. de pen.* neque abſentem eſſe, qui in hortis ſit, *l. 5. ff. de procuratorib.* Cæterùm quæ in hortis erant ædificia, voluptuaria erant, & amœnitatis gratia exſtructa: cuiuſmodi & habitationes, diætas quoque appellabant. *ff. hoc eodem, l. 41. §. 1. ff. de leg 3.* de quo dixi ad legem *43. §. 1. ff. de legat. 1.* Iuuenalis *Satyra 10. circa finem*, hanc interpretationem confirmat omnino: Cui nubere Cæſaris vxor Deſtinat, optimus hic & formoſiſſimus idem Gentis patriciæ rapitur miſer extinguendus Meſſalinæ oculis: dudum ſedet illa parato Flammeolo, Tyriúſque palam Genialis in hortis Sternitur, & ritu decies centena dabuntur Antiquo. Idem *Satyra 6. verſ. 48.* Nam ſi conſtituit, ſolitóque recentius optat Ornari, & properat, iamque exſpectatur in hortis. His addamus, Feſto teſte, Hortos apud veteres, omnes villas dictas fuiſſe. Et hæc de hortis. adde Briſſonium *3. ſelect. 1.* Ferrandum *1. Explicat. 2.*

b Tres illi dies qui fuerint: & quæ iis agi ſolita, dixi ad *tit. C. de ſponſalibus.*

c Diæta, habitatio ſeparata in hortis, de qua dixi paulò antè. d marito.

e *l. 27. ff. eod. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de ritu nupt.* f Aqua & ignis acciperetur. *Hal.* Varro *4. de lingua.* Cauſa naſcendi duplex, ignis & aqua: ideo ea in nuptiis in limine adhibentur. Mas ignis, quòd ibi ſemen: aqua fœmina, quòd fœtus ab eius humore fit: idem ait *lib. 11.* de vita populi Romani. Item apud Seruium, mariti igni & aqua vxores accipiebāt: ſic Nonius, ſequere me pariter, volo facias igni & aqua, volo hanc accipere. Ioſephus Scaliger in 4. Varronis *de lingua.* hunc locum Nonij profert. Cùm à noua ſponſa, inquit, ignis in face afferretur è foco eius ſumptus, fax è ſpinu allata eſſet: vti etiam puer ingenuus afferret: contrà nouo marito, cùm item è foco in titione ex felici arbore & in aquali aqua allata eſſet. Hinc, inquit Scaliger apparet februi genus in quo torris ardens demergebatur in aquale: quod Græci vocant *χέρνιβα.* idque plurimi erat apud veteres: vtpote, cùm his conſtare vitam humanam crederent: adeo vt quem vita priuari vellent, ei his duobus interdicerent: eúmque vocabant extorrem tanquam torris illius, & *χερνίβων* exſortem: ſic apud Heſychium *ἀφίκτορος*, ad verbum, extorris: huc pertinet illud Ouid. Quos faciunt iuſtos ignis & vnda viros, Idem *libro quarto Faſtorum*: Omnia purgat edax ignis, vitiúmque metalli Excoquit: Idcirco cum duce purgat oues. An quia cunctarum contraria ſemina rerum Sunt duo: diſcordes ignis & vnda dei, Iunxerunt elementa patres, aptúmque putarunt, Ignibus & ſparſa tingere corpus aqua? An quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit exul, *His* noua *fit coniux*, hæc duo magna putant? & verſus Valerij Flacci 8. ignem Pollux, vndámque iugalem Prætulit *Cuiac. 1. obſ. 2. in fin.* Plutarchus *in Problematis Romanis, q. 1.* vtrumque elementum à coniugatis ſumi ſolitum, refert: vt oſtenderent, ſe paratos ad omnia infortunia ſimul ferenda, etiamſi ad aquam & ignem reducerentur. Ea elementa Lactant. *2. Inſtit. 10.* vocat ſacramenti genus, quo nuptiæ fœdere ſanciebantur, Feſtus *in Aqua.* Aqua & igni interdici ſolet damnatis, quæ accipiunt nouæ nuptæ, videlicet: quia hæ duæ, res humanā vitam maximè continent. Idem *in Facem* Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant. aquáque ſpargebatur noua nupta, ſiue vt caſta, puráque ad virum veniret, ſiue vt ignem atque aquam cum viro communicaret: adde eundem *in Patrimi & in Rapi.* & Halicarnaſſeus 2. *κοινωνίαν πυρὸς καὶ ὕδατος.* vbi interpres legit *πυρρῶ*, panem: quo & more, vtputà patrio, vſum Alexandrum in nuptiis Berenicis refert Curtius 8.

g Ritus nuptiarum inter cætera, aqua & igni accipi. h *al.* celebrarentur.

i Vir. k Poſſit, non id quod. *Hotom. 4. obſ. 26.*

l Donatio inter coniuges, etiam poſt deductionem in domum, num tenet? ait Baldus: & malè: niſi dicas valere poſt deductionem in ſui domum mariti, nondum celebrato nuptiarum ritu.

m Donare marito vxor poteſt ſeruum, quem ipſa emerit pecunia ſibi ab eodem marito donata.

m *l. 7. §. 3. ſupra eodem.*

n *5. C. 17. Nou. 117. c. 7. & ſequentibus, 4. Harm. 12.* diuortium, *διάστασις* inter coniuges tantùm: repudium, *διαζύγιον* etiam inter ſponſos. *Cuiac. hic, & l. 101. §. 1. ff. de verb. ſign.* illud maritorum, hoc ſponſorum renunciatio eſt. *Cuiacius C. eod.* Primum diuortium Romæ accidit, anno vrbis 523. vide *4. Gell. 30. & 17. c. vlt. 2. Valer. 1.* Tertull. *Apologetico.* Tanta fuit priſcis temporibus maritorum concordia. Domitianum primum diuortium permiſiſſe author eſt Plutarch. *in Probl. Rom.* de formulis repudij vide *l. 2. §. 1. ff. eod.*

Dirimitur

DIRIMITVR matrimonium diuortio a, morte b, captiuitate c, vel alia d contingente ſeruitute vtrius e eorum.

Etymologia diuortij. 1. Verba diuortij. 2. Vel repudij. 3. De præſentia vel abſentia eius, cui renuntiatur.

2. *Gaius* libro 11. ad Edictum prouinciale.

Diuortium autem vel à diuerſitate mentium dictum eſt, vel quia in diuerſas f partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium.

1 ¶ In repudiis autem, id eſt, renuntiatione, comprobata ſunt hæc verba: *Tuas res tibi habeto*, item hæc, *Tuas res tibi agito* g.

2 ¶ In ſponſalibus quoque diſcutiendis h placuit renunciationem i interuenire oportere. In qua re hæc verba probata ſunt: *Conditione* k *tua non vtor.*

3 ¶ Siue autem ipſi præſenti renuntietur, ſiue abſenti per eum, qui in poteſtate eius ſit, cuiuſve is, eáve in poteſtate ſit, nihil intereſt.

Quod ſit verum diuortium.

3. *Paulus* libro 35. ad Edictum.

Diuortium non eſt verum m, niſi quod animo n perpetuam o conſtituendi diſſentionem p fit.

¶ Ita quidquid in calore q iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, quàm ‖ ſi ‖ perſeuerantia apparuit iudicium animi fuiſſe: ideóque per calorem miſſo repudio, ſi breui r reuerſa vxor eſt, nec diuortiſſe videtur.

De furioſa.

4. *Vlpianus* libro 26. ad Sabinum.

Iulianus libro octauodecimo digeſtorum quærit, an furioſa repudium mittere, vel repudiari poſſit. & ſcribit, furioſam repudiari poſſe, quia ignorantis ſ loco habetur t: repudiare autem non poſſe, neque ipſam propter dementiam, neque curatorem eius, patrem u tamen ‖ eius ‖ nuntium mittere poſſe: quod non tractaret de repudio, niſi x conſtaret retineri y matrimonium: quæ ſententia mihi videtur vera.

Si filia in fraudem patris diuertat.

5. *Idem* lib. 34. ad Edictum.

Si filia emancipata z idcirco diuerterat a, vt maritum lucro dotis adficiat, patrem b fraudet, qui profectitiam dotem potuit petere, ſi conſtante matrimonio deceſſiſſet, (&) ideo patri ſuccurrendum eſt, ne dotem perdat: non enim minus patri, quam marito, ſuccurrere prætorem oportet: danda igitur eſt ei dotis exactio, atque ſi conſtante matrimonio deceſſiſſet filia.

De captiuitate.

6. *Iulianus* libro 62. Digeſtorum.

Vxores c eorum, qui in hoſtium poteſtate peruenerunt, poſſunt videri nuptarum locum retinere, eo ſolo, quod alij temerè d nubere non poſſunt. Et generaliter e definiendum eſt, donec f certum eſt maritum viuere in captiuitate conſtitutum, nullam habere licentiam vxores eorum migrare ad aliud matrimonium: niſi mallent ipſæ mulieres cauſam repudij præſtare. Sin autem in incerto eſt, an viuus apud hoſtes teneatur, vel morte præuentus; tunc, ſi quinquennium à tempore captiuitatis exceſſerit, licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias: ita tamen, vt bona gratia diſſolutum videatur priſtinum matrimonium, & vnuſquiſque ſuum ius habeat imminutum: eodem iure & in marito in ciuitate degente, & vxore captiua obſeruando.

De pœnitentia.

7. *Papinianus* libro 1. de Adulteriis.

Si pœnituit g eum, qui libellum tradendum diuortij dedit, iſque per ignorantiam mutatæ voluntatis oblatus eſt: durare matrimonium dicendum: niſi, pœnitentia cognita, is, qui accepit, ipſe voluit matrimonium diſſoluere: tunc enim per eum, qui accepit, ſoluitur matrimonium.

De eo qui alienam vxorem duxit, deinde repudium miſit.

8. *Idem* libro 2. de Adulteriis.

Diuus Hadrianus eum, qui alienam a vxorem ex itinere domum ſuam duxiſſet, & inde marito eius repudium miſiſſet, in triennium relegauit.

De teſtibus diuortij.

9. *Paulus* libro 2. de Adulteriis.

Nullum diuortium ratum eſt, niſi b ſeptem c ciuibus Romanis puberibus d adhibitis e, præter libertum f eius qui diuortium faciet g.

¶ Libertum accipiemus etiam eum, qui à patre, auo, proauo h, & cæteris ſurſum i verſum manumiſſus ſit.

De liberta.

10. *Modeſtinus* libro 1. Regularum.

Patrono inuito k liberta, quam in matrimonio habuit, ab eo diſcedere non poteſt: niſi ex cauſa fideicommiſſi l manumiſſa ſit: tunc enim poteſt, licèt eius ſit liberta.

11. *Vlpianus* libro 3. ad legem Iuliam & Papiam.

Quod ait lex m, *diuortij faciendi poteſtas libertæ, quæ nupta eſt patrono, ne* n *eſto*, non infectum videtur effeciſſe diuortium, quod iure ciuili diſſoluere ſolet matrimonium. quare ‖ conſtare ‖ matrimonium dicere non poſſumus, cùm ſit ſeparatum. denique ſcribit Iulianus de dote hanc actionem non habere. Meritò igitur quamdiu patronus eius eam vxorem ſuam eſſe vult, cum nullo alio connubium ei eſt. nam, quia intellexit legiſlator, facto libertæ quaſi diremptum matrimonium, detraxit ei o cum alio connubium. quare cuicunque nupſerit, pro non nupta habebitur. Iulianus quidem amplius putat, nec in concubinatu eam alterius patroni p eſſe poſſe q.

1 ¶ Ait lex *quamdiu* r *patronus eam vxorem eſſe volet.* Et velle debet vxorem eſſe, & patronus durare. Si igitur aut patronus eſſe, aut velle deſierit, finita eſt legis auctoritas.

2 ¶ Illud rectiſſimè placuit, qualiquali voluntate intelligi poſſit patronus animum habere deſiiſſe quaſi in vxorem, finiri legis huius beneficium.

¶ Proinde cùm patronus rerum amotarum cum liberta, quæ ab inuito eo diuorterat, vellet experiri, Imperator noſter cum Diuo patre ſuo reſcripſit, intelligi ſ eum hoc ipſo nolle nuptam ſibi, qui eam actionem, vel aliam importet, quæ non ſolet t niſi ex diuortio oriri. Quare ſi accuſare eam adulterij cœperit, vel alio crimine poſtulare, quod vxori nemo obiicit, magis eſt, vt diremptum ſit matrimonium: etenim meminiſſe oportet, ideò adimi cum alio connubium, quia patronus ſibi nuptam cupit.

¶ Vbicunque igitur vel tenuis intellectus videri poteſt nolentis nuptam, dicendum eſt, iam incipere libertæ cum alio eſſe connubium: proinde ſi patronus ſibi deſponderit aliam, vel deſtinauerit, vel matrimonium alterius appetierit, credendus eſt nolle hanc nuptam: & ſi concubinam u ſibi adhibuerit, idem erit probandum x.

SOLVTO y MATRIMONIO DOS quemadmodum petatur.

TIT. z III.

---

a Inſto: de diuortio caſu accidente v. Nou. 117.
b Nouell. 22. c. 20. hoc tantummodo ſolius Flaminis matrimonium dirimebatur, auctoribus Feſto & Gellio 10. 6. 15.
c Matrimonium olim dirimebatur captiuitate, vt & alia quauis ſeruitute, l. ſi ab hoſtibus, 10. leg. ſi quis, 56. ȷ. ſoluto matrimonio, l. 12. §. 5. ȷ. de captiuis. v. Nou. 22. c. 7. Nou. 117. c. 12. v. Nou. Leonis 33.
d Nou. 22. c. 9.
e Alterutrius eorum Hal.
f l. 191. ȷ. de verb. ſign.
g Fit ergo his ſolennibus verbis diuortium, quaſi actus legitimus. Addi poſſunt & hæc Titinij. Aliquis veſtrum nuntiet Geminæ, vt res ſuas procuret, ædibus faceſſat, & Apuleius, Tu confeſtim toto meo diuorte, tibíque res tuas habeto. *Cuiac. hic.* & in ſatyrico Petronij, Quia fidem ſcelere violaſti, & communem amicitiam, res tuas ocyus tolle, & alium locum, quem polluas, quære. *Cuiac. C. eo.* Martial. 4. *Epigram.* Deſeris, atque iubes res ſibi habere ſuas. Mittitur etiam per nuntium & per libellum, *l.* 6. *C. eo.* & Iudæis certa erat formula, à qua qui recedebat, repudiando nihil agebat. Porrò mulieri in ipſo repudio claues adimebantur, vel ab ea deponebantur. Cicero *Philippica* 2. ille ſuas res ſibi habere iuſſit, claues ademit, foraſque exegit: quem imitatus Ambroſ. *epiſt.* 65. Mulier offenſa claues miſit, domum: reuertit. *Cuiac. ad Nou.* 22. vt è contrario claues dabantur, vt ſignificaretur rerum domeſticarum curam illi tradi, vt Feſtus ait.
h diſcutiuntur ſponſalia, quæ ſoluuntur. i *l. 1. C. de ſponſa lib. l. 240. ȷ. de ver. ſign.* k Conditio hic pro conuentione ſponſalitia ſumitur *Feſtus in Conuento.* l *l. 10. ſup. de ſponſalib.* m Verum niſi diuortium ſit, diuortium non eſt. n Animo diſtinguitur repudium à repudio per calorem miſſo. o Perpetuam diſſenſionem conſtituendi animo, diuortiũ fit. p diuiſionem, *Hal.* q *l. 48. ȷ. de reg. iur.* r *l. 7. l. 33. ſup. de ritu: d. l. 48. Nou.* 134. c. 11. ſ Ignorantis loco habetur furioſus. t ſenſum non habet, *l. 22. §. 7. ȷ. ſoluto.* Priuatio præſupponit habitum, dixi *l. 43. §. 9. ſup. de aedilitio.* u *l. 5. C. eo. Nou.* 22. c. 19. *in fin. l. 22. §. 9. ȷ. ſoluto.* x Diuortium qui facit, fatetur matrimonium fuiſſe: nec enim vbi vinculum nullum eſt, ſeparatio eſt: nec priuatio dari poteſt ſine habitu, *l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ȷ. de leg. 1. l decem,* 116. *ȷ. de ver. oblig.* y niſi conſtaret cum furioſa retineri matrimonium, *Hal. l.* 8. *ſup. de his qui ſunt ſui. l. 16. ſup. de ritu l. 22. §. 7. ȷ. ſoluto.* z *l. 5. C. eo.*
a diuertat. *Hal.* b *l. 71. ſup. de euictionib.* Dotem delicto filiæ pater non amittit. Ita factum tertij ei obeſſe non debet. c Cuiacius *Nou.* 22. *& in notis Inſtitutionum,* ſtylo huius legis ductus putat, hanc legem Triboniani eſſe, non Iuſtiniani: hoc eſt, à Triboniano interpolatam. d *v. l. 41. ȷ. de fideiuſſoribus,* κατὰ προπέτειαν, *Nou.* 22. c. 7. e Definitio eſt *Nou.* 22. c. 7. quam ibidem teſtatur Iuſtinianus ſe ſumpſiſſe ex anteriorum quorundam Imperatorum conſtitutione.
f *Nouell.* 22. *cap.* 7. g *l. 3. ȷ. eodem.*

a de his qui alienas vxores detinent, *v. l. 2. ȷ. de liber. exhib. l. 12. C. de nupt.*
b Teſtes in diuortiis requirit lex, quò pudore afficiat aliquo diuertentes ipſos, v. Briſſonium *libro ſingulari de adulteriis.*
c Hæc enim erat legitima obſeruatio, de qua loquitur, *l. 35. ſ. de donationib. inter virum, l. vn. in fi. infra vnde vir. l. pen. ȷ. de adulteriis.*
d *al.* puberibus teſtibus. Ita puberes admittebantur teſtes in iis omnibus quæ gerebantur per æs & libram, *Inſt. de teſtamentis.*
e Adhibiti teſtes, idem quod rogati. *vt §. vlt. Inſt. de teſt.* vide quæ de rogatis teſtib. dixi ad *Nou.* 90. c. 2.
f Qui libellum diuortij ferebat ſcil. de quo poëta. Collige ſarcinulas, dixit libertus, & exi. & merito, vt teſtis hic non admittitur, cùm ſit ſequeſter, & internuntius diuortij: quod in executore litis & patrono eadem ratione obſeruatur, *l. vlt. ſ. de teſtibus. Cuiacius* 8. *obſeru.* 26. ideóque non malè Accurſius putat præter ſeptem teſtium præſentiam liberti præſentiam requiri. neque aſſentior Briſſonio *libro ſingulari de adulteriis.* Accurſium reprehendenti, quaſi legis hæc ſententia videatur, vt à ſeptem teſtium numero libertum diuertentis repelli velit, quaſi non idoneum in hac cauſa futurum teſtem.
g Hinc conſtat, per libertum mitti ſolitum fuiſſe libellum repudij. Per libertum etiam patroni libellus principi datur, *l. 57. ſ. de ritu, l. 16. ȷ. de interdictis.* heredes recitabant teſtamenta. Suetonius *in Tiberio* c. 23. Auguſti teſtamentum recitatum per libertum. *Dion.* 56. rei quoque defenſionem per libertum mittebant & recitabant. *Tacit.* 3. v. Cuia. 8. *obſer.* 26.
h Diuortium facienti.
i *al.* ſurſum verſus.
k *l. vn. in fi. ȷ. vnde vir & vxor.*
l *l. 50. ſup. de ritu* m Iulia de maritandis ordinibus, *l. vn. ȷ. vnde vir & vxor.*
n *l. 10. ſ. eo. l. 50. ſup. de ritu.* o *l. 1. C. de inceſtis Nou.* 22. c. 37.
p alterius quàm patroni, *Hal.* q Imò, in alterius concubinatu eſſe poteſt, *l. 1. ȷ. de concubinis* r *l. 51. ſup. de ritu.* ſ non refert expreſsè quid dicatur an rebus ipſis, vel factis, *l. 32. §. 1. ſup. de legib.* t vel aliam incipere, quæ non ſolet. *niſi, Hal.* u Concubinam vxori adiungens maritus, animum habendæ vxoris amittit, v. quæ notaui ad l. 121. §. 1. ȷ. *de ver. oblig.*
x dicendum. *Haloander,* quia conſtante matrimonio eam habere non licet, *l. 1. C. de Concub.*
y 5. C. 18. *Nou. Leonis* 110. 4. *Har.* 9. adde *Nou. Iuſtin.* 91. 97. 98. 109.
b Hic in editione Accurſiana incipit *Infortiatum* quod vocant, cuius vocis originem Accurſius (nempe in re tam occulta) repetit à Chaldæis. Alciatus 1. *diſpunctionum* 23. putat à voce Græca φορτίς dici, quæ onus ſignificat: hoc autem volumine matrimoniorum, tutelarúmque & teſtamentorum materias explicari, quæ onera ſumma interdum contineant. ſed nos quoque pariter iocemur. Quid enim ſi literis Latinis ſemidoctus aliquis huic volumini hemiſtichium illud Heſiodi adſcripſerat, μεγάλη δὲ ἐνὶ φορτία θέσθαι, & exeſis vocibus prioribus manſerint tres poſtremæ, vt ex iis *Infortiatum* fabricaret. ſed iam ceſſo in re nihili operam ſumere. niſi dicas hunc tomum, inter digeſtum vetus & digeſtum nouum hanc vocem à Barbaro aliquo inuentam refert. Ferrandus 1. *Explicationum* 23.

Factor dotis.

Pomponius libro 15. ad Sabinum.

DOtium *a* cauſa ſemper *b* & *c* vbique præcipua *d* eſt. Nam & publicè *e* intereſt, dotes mulieribus conſeruari: cùm dotatas eſſe fœminas ad *f* ſobolem *g* procreandam, replendámque liberis ciuitatem *h*, maximè ſit neceſſarium. *i.*

Cui dos à marito promitti, vel reddi debet. 2. Conſenſus filiæ quomodo accipitur.

2. *Vlpianus* libro 35. ad Sabinum.

SOluto matrimonio *k*, ſolui mulieri dos debet. nec cogitur maritus alij eam ab initio ſtipulanti promittere: niſi hoc ei nihil nocet *l*. Nam ſi incommodum aliquod maritus ſuſpectum habet *m*, non debere eum cogi alij, quàm vxori, promittere, dicendum eſt, hæc, ſi ſui iuris mulier eſt.

1 ¶ Quod ſi in patris poteſtate eſt, & *n* dos ab eo profecta ſit, ipſius, & filiæ dos eſt. denique pater non aliter, quam *o* ex voluntate filiæ petere dotem, nec per ſe, nec per procuratorem poteſt. ſic ergo & promittendum Sabinus ait. ei ergo promittendum erit, cui vterque iuſſerit: cæterum ſi pater ſolus iuſſit, dotis actio filiæ non erit adempta, quandoque ſui iuris filia fuerit facta: item ſi voluntate ſolius filiæ promittatur, remanebit dotis actio integra patri.

¶ Sed vtrùm vt ‖ & ‖ agat ſolus, an ‖ & ‖ vt, adiuncta quoque filiæ perſona, experiri poſſit? Et puto, nec eam actionem amiſſam *p*, quam, adiuncta filiæ perſona poteſt habere, quòd ſi ſui iuris fuerit facta filia, nocebit ei iſta ſtipulatio.

2 ¶ Voluntatem autem filiæ, cùm pater agit de dote, vtrum ſic accipimus, vt conſentiat, an *q* verò, ne contradicat filia? Et eſt ab Imperatore Antonino reſcriptum, filiam, niſi *r* euidenter contradicat, videri *ſ* conſentire patri. Et Iulianus libro quadrageſimo octauo Digeſtorum ſcripſit, quaſi *t* ex voluntate filiæ videri *u* experiri patrem, ſi furioſam filiam habeat. Nam vbi *x* non poteſt per dementiam contradicere, conſentire quis eam meritò credet. Sed *y* ſi abſens filia ſit, dicendum erit, non ex voluntate eius id factum, cauendúmque, *ratam z rem filiam habituram*, à patre: vbi. n. ſapit, ſcire *a* eam exigimus, vt videatur non contradicere.

De exactione & ſolutione dotis profectitiæ.

3. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

NOn ſolùm autem in exigenda *b*, ſed etiam in ſoluenda *c* dote, quæ communis eſt patris & filiæ,

(cuius initium fecerunt à titulo ad eam rem aptiſſimo, de operis noui nunciatione) concluſum, *infortiatum*, quaſi in cuſtodia & carcere vel vinculis inter duos poſitum, denominatum ab interpretibus fuiſſe, & huius infortiati tomum, diſſectum non ſine ratione, initio eius ſumpto videlicet à titulo *ſoluto matrimonio.*

a *al.* Dotis.

b in dubiis etiam, *v.l.70. ſuprà de iure dotium.*

c eſt igitur καθολική.

d De dotis priuilegio, *v. C. de priuileg. dot. li. 7. in fi.*

e *l.2. ſupra de iure dotium*, & priuatim, *l. 71. ſ. de euictionib.* Porrò hic quidam legunt *Reipublicæ.*

f Dotis priuilegium num ceſſabit in muliere, anu, vel ſterili nubente? Non ſanè: licèt enim deſinat in huiuſmodi mulieribus prolis & ſobolis fauor, non tamen deficit matrimonij honor. *Oldrad. Andreas, Piſanus apud Albericum hic.*

g *l.7.§.3.ſ.de bon. damnat. Ariſt. 2. politic. 7. Plutarc. in Laconicis, & in Lycurgo*, & Catullus *ad Hymenæum.* nihil poteſt ſine te, Venus, fama quod bona comprobet, Commodi capere, & poteſt. Te volente. hinc reipublicæ naſci dicimur, *l.1.§.15.ſ. de ventre in poſſ. mitt.* & conditio viduitatem indicens, reip. vtilitati repugnat, *l.64. in fi. ſ. de cond. & demonſt.* Ciuitatem non mœnia, ſed homines efficiunt, vt Themiſtocles ait apud *Iuſtin.* 2. & Nicias apud Thucydidem 7. h quamcunque, non tantum Romanam. i i. vtile: Accurſio. Nam indotatæ erant vxores apud Lacedæmonios, teſte Æliano 6. ex inſtituto Lycurgi. *Inſt. lib. 3.* Idem Solon præcepit, Phalæas *apud Ariſt. Polit. c.5.* à diuitibus dotem dari: à pauperibus capi voluit. Babylonij deformes tantùm dotabant, *teſte Herodoto in Clio.* Alicubi in Africa mulieres in templo Veneris ſe proſtituentes, dotem ſuam conficiebant. Porrò quid vera dos v. apud Plautum *in Amphitryone*, adde Ferrandum. 1. *Explicat. 24.* k quomodocunque, *l. 240. ſ. de ver. ſign.*

l id enim æquitas ſuadet, *v.l.2.§.5.ſ. de aqua pluu.* m quid enim ſi is, cui dotem delegare vult mulier, veterator ſit callidus & rixoſus? adde, quod plerumque exceptiones mulieri opponi poſſunt, quæ aduerſus alium non poſſunt, *v.l.19. ſ. de nouation.* n Vlp. 6. §. 6. non diſtinguit. o *v.l.34. ſ. eo l.1.§.1.ſ. de pact. dotalib.* p Imò, amiſſa eſt, *v.l.7. ſ. de pactis dotalib.* q Conſentiendi & non contradicendi differentia: qui non contradicit, non ſtatim conſentit.

r Conſentire patri videtur filia, quæ non euidenter contradicit. ſ Filia præſens & ſanæ mentis, quæ patri ſuo non contradicit, ſatis conſentit. Dixi ad *l.6. ſ. de re iud.* nam eo caſu non contradicere patri eſt conſentire. *Bald. arg. l.16. in fi. ſ. de S.C. Maced. l.12. §.1. ſ. rem rat.* t Hoc eſſe ſpeciale Decius ait: Non propriè, ſed quaſi velle hic intelligitur præſens furioſa: quia non agitur de eius incommodo, cùm pater cogatur eam dotare. Decius ad *l.5. ſ. de reg. iur.* aliter illi conſuli commodè non poteſt, niſi iſta admittatur fictio: quin ei pater eſt curatoris loco, *l. vlt. C. de curat. fur. Duar.* aliàs certè furioſa non contradicens, propriè velle dici non poteſt, *l.14. ſ. locati Iaſ. hic. l.8.§.2. ſ. de opt.* & furioſæ patientia à ſanæ filiæ taciturnitate differre debet. *Duarenus.* u Non tamen verè: furioſi namque nullus eſt conſenſus, *l.2. C. de contr. empt.* x Conſentire patri intelligitur filia, quæ propter dementiam contradicere patri non poteſt. y Abſente filia præciſè pater non agit dotis nomine, ſed ſi cauerit filiam ratam rem habituram: nec enim hoc ipſo quod filia eſt, voluntate eius agere cenſetur pater. In furioſa filia contra eſt. Nam quoties furioſæ filiæ nomine dotem petit pater, filiæ voluntate petere eam videtur. Hoc interſtitium eſt inter abſentiam, & furorem; abſentem, & furioſam filiam. In furioſa filia tacita voluntate experiri pater intelligitur: in abſente, nõ intelligitur: ideóque requiritur filiæ ratihabitio. z Voluntas etiam poſt finitum negotiũ per ratihabitionẽ interponitur, *vt hic. l.3.§. ſed ſi mutua, ſ. de in rem verſo*, & in eo differt ab auctoritate, quæ in ipſo negotio interponitur à præſente, dixi ad *l.9.§.5. ſ. de auctorit. tutor.* a Abſens filia ſanæ mentis admoneri debet, vt videatur tacendo non contradicere, *Duar. l.39.§.3. ſ. de procur.* niſi eius nomine iniuriarũ agatur, *d.l.39.§.4.* b iudicialiter ſc. ab inuito *Zaſ.* c vltrò ac ſpontè, hinc tamen malè collegit Speculator, Procuratorem conſtitutum ad exigendum, non poſſe recipere à ſponte ſoluente. Hanc enim opinionem qui probat, lites amat. Paulò melius Zaſius, qui non poteſt exigere, ſolutionem recipere nequit: quem vide. Et tamen verum eſt, quod ait Iaſon, cuius conſenſus requiritur in agendo, eiuſdem cõſenſus requiritur in accipienda ſolutione: nam adiecto ſolui poteſt, quamuis poteſtatem exigendi non habeat, *l.56.§.2. ſ. de verb. obl.* è contrario procurator ad lites rem in iudicium deducit, cui tamen non rectè ſoluitur, *l.86. ſ. de ſolutionib.*

vtriuſque *a* voluntas exquiritur, nec alter alterius deteriorem conditionem facere poteſt. Sed ſi pecunia ad patrem peruenit, quam filia accepit *b*, actio de dote vtriuſque tolletur.

De dote à patre exacta, & ſecundo viro data.

4. *Pomponius* libro 15. ad Sabinum.

SI pater ſine conſenſu filiæ dotem à viro exegiſſet, & eandem alij viro, eius filiæ nomine dediſſet *c*, " & " mortuo patre, filia cum priore viro ageret, doli mali exceptione repellitur *d*.

De computatione annorum, & diuiſione fructuum.

5. *Vlpianus* libro 30. ad Sabinum.

DE diuiſione anni eius *e*, quo diuortium factum eſt, quæritur *f*, ex die matrimonij, an ex die traditi ‖ marito ‖ fundi maritus ſibi computet tempus? Et vtique in fructibus à viro retinendis, neque dies *g* dotis conſtitutæ, neque nuptiarum obſeruabitur: ſed quo primùm dotale prædium conſtitutum eſt, id eſt, tradita *h* poſſeſſione *i*.

6. *Paulus* lib. 7. ad Sabinum.

SI ante *k* nuptias fundus traditus eſt, ex die nuptiarum ad eundem diem ſequentis anni computandus annus eſt. Idem in cæteris annis ſeruatur, donec diuortium fiat. Nam ſi ante nuptias traditus ſit, & fructus inde percepti, hi reſtituendi ſunt, quandoque diuortio facto, quaſi dotis facti.

De impenſis à muliere vel à marito factis. 1. De diuiſione fructuum vltimi anni. 4. De fructibus à muliere perceptis antequam nuberet. 5. De donationibus, de rebus amotis. 6. Cuius temporis fructus diuiduntur. 9. De fructibus pecorum. 10. De operis ſeruorum. 11. De penſionibus prædiorum vrbanorum. De arboribus, de theſauro. 13. De lapidicinis. 14. De fodinis. 15 De retentione vel reſtitutione fructuum & de cautione. 16. De impenſis à marito factis.

7. *Vlpianus* libro 31. ad Sabinum.

FRuctus ‖ eos ‖ eſſe conſtat, qui deducta *l* impenſa *m* ſupererunt. quod Scæuola & ad mariti, & ad mulieris impenſas refert. Nam ſi mulier pridie vindemias doti dedit, mox, ſublatis à marito vindemiis, diuortit, non putat ei vndecim duntaxat menſium fructus reſtitui: ſed & impenſas, quæ antequam portiones fructuum fiant, deducendæ ſunt.

¶ Igitur, ſi & maritus aliquid impendit in eundem annum, vtriuſque impenſæ concurrent: ita & ſi impenſarum à muliere factarum ratio habeatur, cum plurimis annis in matrimonio fuit, neceſſe eſt primi anni computari temporis *n*, quod ſit ante datum prædium.

1 ¶ Papinianus *o* ‖ autem ‖ libro vndecimo quæſtionum.

DIuortio facto fructus diuidi ait, non *p* ex die locationis, ſed habita *q* ratione præcedentis temporis quo mulier in matrimonio fuit. Neque enim ſi vindemiæ *r* tempore fundus in dotem datus ſit, eúmque vir ex Calendis Nouembribus primis fruendum locauerit menſis Ianuarij ſuprema die facto diuortio, retinere virum & vindemiæ fructus, & eius anni, quo diuortium factum eſt, quartam partem mercedis, æquum eſt: alioquin ſi, coactis vindemiis, altera die diuortium intercedat, fructus integros retinebit. Itaque ſi fine menſis Ianuarij diuortium fiat, & quatuor menſibus matrimonium ſteterit, vindemiæ fructus & *ſ* quarta portio mercedis inſtantis anni confundi *t* debebunt, vt ex ea pecunia, tertia portio viro relinquatur.

2 ¶ E *u* contrario quoque idem obſeruandum eſt. Nam ſi mulier, percepta vindemia, ſtatim fundum viro in dotem dederit, & vir ex Kalendis Martiis eundem locauerit, & Kalendis Aprilibus primis diuortium fuerit ſecutum: non ſolum partem duodecimam mercedis, ſed pro modo temporis omnium menſium, quo

a hinc collige, coniunctam perſonam admitti quidem ad agendum ſine mandato, non tamen ei ſolui ſine mandato creditoris. *Bart. Bal. Iaſ.* vt hallucinari videatur Socinus, cum ait, in petenda & recipienda dote ſictum ſufficere conſenſum filiæ.

b tunc ceſſat dubitandi ratio: quia cùm filia acceperit dotem, videtur in eius vtilitatem verſa. *Bart. Zaſ.*

c Vt ex poſt facto id conualeſcat propter æquitatem *Bald. Iaſ.*

d Cur? hoc caſu quæ dos exacta eſt à patre, in vtilitatem filiæ verſa fuit.

e Vltimi.

f Cur? propter fructus prædij dotalis, reſtituendi mulieri diuortio facto.

g nota hic tria tempora contracti matrimonij, dotis conſtitutæ, dotis traditæ.

h Dotis dominium non transfertur in virum, niſi traditione, *vt hic. v. Bal. Nou. tract. de dote, parte 7. priuilegio* 10. An & donationis propter nuptias? Idem author putat, *ibi facit l. vbi adhuc. 16. C. de iure dotium.*

i Poſt matrimonium, & dotem conſtitutam: ſecus ſi ante, *v.l.6. ſ. eo. v. Cuia. 14. obſer. 22. & apud Pau. 2. ſent. 21. §.1. Duar. hic.*

k Si nuptias præceſſit traditio fundi dotalis, à die nuptiarum: ſi ſubſecuta eſt nuptias ab ipſa traditione, fructuum computatio initur. *l. 5. ſ. eod.* quid ergo? cui cedent fructus ante matrimonium percepti? dotem augebunt. Nec enim à marito percipi potuerunt vt dotales, cùm nondum eſſet matrimonium: ideóque maritus eos fructus, ſoluto matrimonio, vxori reſtituet. *l.58.§.12. ſup. de vſur. Duar.* l *l.46. ſ. de vſur. l.1. C. de fructibus.*

m A marito vel vxore facta, *ſ. eo. Bald.*

n tempori, *Hal.* tempus *Anton. Merc. 2. notat. 7.* quem vide aduerſus Robert. 2. *animad.* 7. o vide in hunc paragraphum Robert. 2. *animaduer.* 8. & Anton. Mercat. 2. *notat.* 8. Zaſium, Duar. hic. & 1. *Diſp. vlt.* Alciat. 3. *parad.* 1. Cuiac. 4. *Feud.* 30.

p id eſt, non tantùm. *Duar.*

q *l. vnic. §.9. C. de rei vxor act.*

r id eſt, Kalendis Octobris, *l.2. C. de feriis. Plinius.* 18. ſ Maluit Papinianus fructus vindemiæ vniuerſos cum quarta parte penſionis, putà XI. cum III. confundere: & ex ea pecunia marito dare tertiam, quàm ſeparatim ex vindemia tertiam dare, & æquè ex quarta parte penſionis, tertiam: quo genere ſeruaretur eadem proportio: non tantùm vt oſtenderet iuxta 13. regulam Euclidis libro ſeptimo, eandem eſſe rationem confuſorum antecedentium, putà VIII. & II. ad confuſa conſequentia IV. & I. quæ ſunt cuiuſque antecedentis cum ſuo conſequenti, putà VIII. ad IV. vel II. ad I. *Anton. Merc. 2. notat.* 8.

t Huius paragraphi ſpeciem dilucidè proponit Cuiacius 4. *Feud.* 30. Kalen. Octobris, inquit, vxorem duxi: dedit mihi in dotem vineam, quam vindemiis collectis fruendam locò: tribus poſt menſibus vxor à me diuertit? videor me iure poſſe & vindemiæ fructus, & quartam mercedis partem retinere. Sed obſtat æquitas, quæ non patitur me, & præcedentis anni fructus omnes & inſtantis quartam partem retinere, qui quatuor duntaxat menſibus in matrimonio vixi. Quare ad illud ibitur, vt vindemiæ fructus, & quarta mercedis pars confundantur, & commiſceantur: vt ex ea omni pecunia tertiam partem feram: qui tertia quoque anni parte cum vxore vixi.

u vide in hunc §. Robert. 2. *animad.* 9. & Ant. Mercat. 2. *notat.* 9.

a vide ſpeciem huius legis apud Langebekium *cap.* 23. *Annotationum.*
b Colonus nummis colens fructus vniuerſos ſuos facit: partiarius pro parte. *l.*25. §.6. *ſ. locati.l* 61.§.8.*j.de furtis.*
c id eſt, æſtimatio meſſium, Robertus 2.*animaduerſ.*9. reprehenſus ab Antonio Mercatore 2. *notat.* 8. qui nomine pecuniæ hic intelligit mercedem, *v. l.* 1. §. 2. *ſuprà de præſcript. l.* 18. §. *vlt.j. de ſtipul. ſeru. l.*14.*C.de locato.*
d vide *l.* 6. *ſuprà eodem.*
e Maritus ob res donatas & amotas compenſat: & quia compenſare poteſt, ipſo iure eas reuocat, ita vt non ſit opus ſpeciali reuocatione.
f Imo, ſi marito compenſare licet, eidem fructus retinere permittitur: atqui prohibetur retentione vti, licèt experiri iudicio rerum amotarum poſſit, *l. vnica.* §. 5. *C. de rei vxor. act.* Ea res facit, vt Duarenus putet hunc paragraphum abrogatum.
g de anno & temporis rata.
h vt ſcilicet ſicut pars lapidis, eſt lapis, ita hîc, pars anni eſt annus propter fructus. *Zaſ. hic. num,*9.

dotale prædium fuit, ex mercede, quæ debebitur, portionem retinebit.

3 ¶ Item *a* ſi meſſes eius anni, quo diuortium factum eſt, colonum *b* ex forma locationis ſequantur, ante vindemiam ſoluto matrimonio, nihilominus pecunia *c* meſſium in computationem cum ſpe futuræ vindemiæ veniet.

4 ¶ Apparet igitur ex his, illos fructus, quos mulier percepit antequam; *d* nuberet, non debere in contributionem venire.

5 ¶ Ob donationes *e*, item ob res amotas ex his fructibus qui poſt diuortium percepti ſunt, compenſationes fieri poſſunt *f*.

6 ¶ Quod in *g* anno dicitur, poteſt *h* dici & in ſex menſibus, ſi bis *i* in anno fructus capientur: vt eſt in locis irriguis.

7 ¶ Et in pluribus *k* annis idem dici poteſt, vt in ſylua cædua.

8 ¶ Item ſi locatio agri talis ſit, vt ſuper *l* annuam mercedem quinquennio quoque aliquid *m* amplius præſtaretur: in eo enim, quod amplius eſt, tempus ad quinquennium computamus.

9 ¶ Non ſolum autem de fundo, ſed etiam de pecore *n* idem dicemus, vt lana ouium, fœtuſque pecorum præſtaretur. quare enim, ſi maritus prope partum oues doti acceperit, item proximas tonſuræ *o*: poſt partum & tonſas oues protinus diuortio facto, nihil reddat? nam & hic fructuum toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur, rationem accipere debemus.

10 ¶ In ſeruo *p* quoque anni ratio habetur, ſi in annum fortè operæ eius locatæ ſunt, ‖ vt ‖ præteriti *q* temporis ad maritum, poſt diuortium autem ad mulierem, operæ pertineant.

11 ¶ De penſionibus *r* quoque prædiorum vrbanorum idem eſt, quod in fructibus ruſticorum.

12 ¶ Si fundum viro vxor in dotem dederit, iſque inde arbores deciderit, ſi hæ fructus intelliguntur, pro portione anni debent reſtitui. Puto autem, Si arbores cæduæ *ſ* fuerunt, vel gremiales *t*, dici oportet, in fructus cedere: ſi minus, quaſi *u* deteriorem fundum fecerit, maritus tenebitur. Sed & ſi vi tempeſtatis ceciderunt, dici oportet; pretium earum reſtituendum mulieri, nec in fructum cedere *x*: non magis, quam ſi theſaurus *y* fuerit inuentus: in fructum enim non computabitur: ſed pars eius dimidia *z* reſtituetur, quaſi in alieno inuenti.

13 ¶ Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas *a* marmoreas inuenerit *b*, & fundum *c* fructuoſiorem fecerit *d*: marmor, quod cæſum, neque exportatum, eſt *e* mariti *a*: & impenſa non eſt ei præſtanda *b*: quia nec in fructu eſt marmor, niſi tale ſit, vt lapis ibi renaſcatur *c*, quales ſunt in Gallia, ſunt & in Aſia *d*.

14 ¶ Sed & ſi cretifodinæ, argentifodinæ, vel auri, vel cuius alterius materiæ ſint, vel arenæ, vtique in fructu habebuntur *e*.

15 ¶ Interdum marito de fructibus à muliere cauetur *f*, & nihil retinet, ſi fructibus ſtantibus, fundum mulier recipiet. Interdum retinebit tantum maritus, & nihil reſtituet. id eſt, ſi non *g* plus erit quàm pro portione eum retinere oportet. interdum verò ‖ & ‖ reddet, ſi plus percepit quam eum retinere oportet

¶ Eadem conditio erit, etiam ſi cum ſocero, vel cum herede alterutrius de dote agatur.

19 ¶ Impendi autem fructuum *h* percipiendorum *i* cauſa, Pomponius ait, quod in arando, ſerendóque agro impenſum eſt, quodque in tutelam ædificiorum, ægrúmve ſeruum curandum: ſcilicet ſi ex ædificio, vel ſeruo fructus aliqui percipiebantur. Sed hæ impenſæ non petentur, cum maritus fructum totum anni retinet: quia ex fructibus prius *k* impenſis ſatisfaciendum eſt.

¶ Planè ſi nouam villam neceſſariò extruxit, vel veterem totam ſine culpa ſua collapſam reſtituerit, erit eius impenſæ petitio: ſimili modo & ſi paſtina *l* inſtituit: hæ enim impenſæ aut in res neceſſarias, aut vtiles, cedunt, pariúntque marito actionem.

De lapidicinis. 1. *De impenſis in ſementem.*

8. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

SI fundus in dotem datus ſit, in quo lapis cæditur *m*, lapidicinarum commodum ad maritum pertinere conſtat: quia palam ſit, eo animo dediſſe mulierem, fundum, vt iſte fructus ad maritum pertineat. niſi contrariam voluntatem in dote danda declarauerit mulier *n*.

1 ¶ Quod in ſementem erogatur, ſi non reſponderint meſſes, ex *o* vindemia deducetur: quia totius anni vnus fructus eſt.

De mora mulieris in dote recipienda.

9. *Pomponius* libro 14. ad Sabinum.

SI mora per mulierem fuit, quo minus dotem reciperet *p*, dolum malum duntaxat *q* in ea re, non etiam culpam, maritus præſtare debet: ne facto *r* mulieris, in perpetuum, agrum eius colere cogatur *ſ*: fructus *t* tamen, qui perueniſſent ad virum, redduntur *u*.

De muliere apud hoſtes defuncta. 1. *Si vir vxorem occiderit, vel contra.*

10. *Idem* libro 15. ad Sabinum.

SI ab hoſtibus capta filia, quæ nupta erat, & dotem à patre profectam habebat, ibi deceſſerit, puto dicendum, perinde *x* obſeruanda omnia, ac ſi nupta deceſſiſſet *y*, vt, etiamſi in poteſtate non fuerit patris *z*, dos ab eo profecta reuerti ad eum debeat *a*.

1 ¶ Si vir *b* vxorem ſuam occiderit *c*, dotis actionem heredibus vxoris dandam eſſe *d* Proculus ait: & rectè: non *e* enim æquum eſt, virum ob facinus ſuum dotem ‖ ſperare ‖ lucrifacere *f*. Idemque & è *g* contrario ſtatuendum eſt.

a non quod hi lapides ſint fructus, ſed vt Græci interpretes aiunt, ἐξαίρετον ἐδόθη τὸ κέρδος διὰ τὴν εὕρεσιν τοῦ λατομίου: aut, vt eſt in contextu Baſilicôn, eius fiunt interim tanquam fructus, licet non ſint fructus: vt teneatur etiã mulieri actione de dote, quod fundum deteriorem fecerit, in id quod intereſt, in quo continentur etiam lapides, ſi extent, vel quanti venierint mulieris voluntate, *v. Cuiac.* 5. *obſ.* 21.
b Imo præſtanda eſt; *d. l. vlt.*
c Non dicitur in fructu, niſi quod renaſcitur, *Bald.* poſſe tamen maritum vti lapidibus exemptis ad ædificia ſua temperatè videtur, *v. l.* 9. §. 2. *ſ. de vſufruct.*
d Lapis renaſcitur in Gallia & Aſia, *vt hic.* & aliis locis, puta in Italia. Plin. 36. c. 15. *idem* 36. c. 18. Idem refert, Theophraſtum & Mutianum credidiſſe lapides eſſe qui pariant, & ſpõte compleri montis viſcera, *d. cap.* 18. *Strabo* 5. Iſidorus 16. *c.* 2. ſunt & montes natiui ſalis, in quibus ferro cæditur, vt lapis renaſcens maius: tantæ alicubi duritiæ vt muros domóſque maſſis ſatisfaciant.
e *d. l.* 9. §. 2. *ſuprà de vſufruct.*
f *l.* 55. *j. eod.* nuda repromiſſione. *Duar. l. vltim. ſ. de fundo dotali.*

i Biferi ſunt quidam agri, *v. Plin. l* 17. *c.* 8. 18. *c.* 22. vt apud Rhodios, *v.* 17. *Plin.* 4. ſed omnino audiendus Plinius 18. *cap.* 2. in Tacapo, inquit, ciuitate Africæ ſuper omne miraculum, riguo ſolo palmæ prægrandi ſubditur olea, huic ficus, fico punica, illi vitis, ſub vite ſeritur frumentum, mox legumen, demum olus, omnia eodem anno, omniáque aliena vmbra aluntur: *& poſt,* ſuper omnia eſt, biferam vitem bis anno vindemiare hæc ille. hinc Virgilius *Georgicon.* 4. biferique roſaria Pæſti, *Duarenus.* Pæſtum oppidum eſt Calabriæ, in quo vno anno bis naſcitur roſa, *Seruius ibid.*
k id eſt quemadmodum ſi bis in anno fructus percipiuntur, duorum quaſi annorum habetur ratio: ita, ſi in multis annis ſemel tantum fructus percipitur, plures anni vnius tantum vicem repræſentabunt.
l id eſt extra, id eſt, quod annuatim præſtari ſolet: vox enim *ſuper* includit id cui adiungitur.
m laudimium id eſſe putat Zaſius *hic num.* 14. ſed Iaſon hic *num.* 8. plauſtrum lignorum intelligit: ſanè Aratores Siciliæ plerumque cumulatiore menſura in frumento decumanis adnumerando vtebantur. Cuiuſmodi Verres bina vel tria plerumque expreſſit, *Cicero* 3. *Verrina.*
n De grege dato in dotem.
o aut lanitondij, vt vetus interpres Horatij loquitur. *Anton. Mercat.* 2. *notat.* 7.
p In rebus mobilibus dotalibus (vt pecoribus & ſeruis) habetur ratio fructuum in diuiſione æquè ac in immobilibus & fundo.
q quo maritus ſuſtinet onera matrimonij. *Iaſon.*
r *l.* 29. *ſ. de pet. hered. l.* 36. *ſuprà de vſur. l.* 106. *ſ. de vſufruct.*
ſ id eſt ad hoc deſtinatæ, vt excidantur, *v. l.* 9.
t Gremiales arbores dictæ quod ruſtici gremio ad comburendum eas deferunt. Græci id lignum φρύγιον ligna gremia, id eſt tenuia, 12. *Columell.* 19. & ita intellige illud Pſ. 102. & oſſa mea ſicut cremium aruerunt. *Politianus apud* 3. *Aug.* 7. hinc gremia, virgulas, ſarmenta, ſuperamenta & vitium ſtirpes atque radices ligni appellatione poſſe contineri legimus, *l.* 55. §. 4. *j. de legatis* 3. Cremiales, *Hal.* à cremando. Germinales *vulgat.* quas Plinius congerminantes appellat: quæ ad hoc ſunt deputatæ, vt ex eis germina, vel ſurculi colligantur: aut pedamenta ad ſuſtinendas vites, quo etiam genere ſunt ſalicta, arundineta, populi, & id genus aliæ.
u Immo, ex non cædua ſylua, ligna in vineam cædere poteſt, dum ne deteriorem fundum faciat, *l.* 10. *ſ. de vſufr.* Quid in grandibus arboribus, quæ voluptati, ſanitati, ornatui villæ, ac fundi inſeruiunt? vtique impunè eas cædere non poteſt.
x Immo fructibus hæ cedunt arbores, cum iis ad vſum ſuum & villæ vti poſſit, *l.* 12. *ſ. de vſufructu.*
y Theſaurus in fundo dotali inuentus totus non ſit mariti: ſolam enim dimidiam vir accipiet, reliquam mulier, *Gloſſa interlinearis Græcorum.*
z De theſauro, v. quæ notaui ad *Nou. Leonis* 51.
a *v. l.* 8. *j. eodem.*
b Fortuito, vel vltro aperta lapidicina, *l. vlt. ſ. de fundo dotali.* cum in eo fundo tempore dotis conſtitutæ, & traditæ, lapis non cæderetur, *vt l.* 8. *j. cod.*
c nec fundum, &c. Cuiac. ad *l.* 4. *j. de vſucapionib. &* 15. *obſer.* 21. *arg. l. vlt. ſ. de fundo dotali.* reprehenſus à Roberto 1. *recep. lection.* 10.
d §. 16. *j. eod.* Quæſtionis eſt? an aperta lapidicina, & cæſo lapide fundus ſemper fiat fructuoſior? & quidem videtur deterior reddi, niſi lapis renaſcatur, *j. eodem. & arg. d. l. vlt.* quid enim ſi agri partem neceſſariam inſtituendis lapidicinis occupauerit? *l.* 13. §. 5. *ſ. de vſufr.* interea hoc verum eſt fieri poſſe, vt inſtituta lapidicina plus ſit reditus, quam in arbuſtis, vineis vel oliuetis, quæ fuerint *d.* §. 5.
e non eſt mariti, & impenſa eſt ei præſtanda, *Antonius Faber* 1. *Coniectur.* 8.

g *l. vlt. j. de impenſis.*
h Impenſæ fructuum ſunt quærendi, colligendi, vel conſeruandi fructus cauſa.
i *v. l.* 1. *in fin. j. de impenſ.*
k Impenſæ quærendorum & colligendorum fructuum cauſa, deducuntur ante diuiſionem, ſiue ſint magnæ, ſiue ſint paruæ, *Zaſ.*
l & paſtinationes, *v. l.* 70. *j. de verb. ſign.*
m is caſus ab eo diuerſus eſt, de quo dictum eſt *l.* 7. §. 13. *ſ. eod.*
n vtcunque tamen id conuentum ſit: pactum irritum erit, ſi nullis ex aliis rebus maritus onera matrimonij ſuſtinere poſſit, *l.* 4. *ſ. de pact. dot.*
o Expenſa facta contemplatione fructus aridi, ſuppletur ex liquido eiuſdem anni, *Bald.*
p aliàs dolum, & culpam præſtat, *l.* 18. §. 1. *j. eod.*
q Creditor eſt in mora, qui debitum oblatum non accipit, *l.* 2. *C. de iure emphyt. l.* 12. *C. de contrahenda ſtipulatione.*
r Cur facto? Imò, potius non facto? vel ideò quod ea quæ non fiunt appellantur nomine facti: nomine facti non factum includitur, *l.* 2. §. 5. *l.* 75. §. 7. *j. de ver. obl. l.* 121. *l.* 174. *j. de reg. iur.*
ſ niſi facilè hoc fieri poſſit, eſt enim vmbra latæ culpæ, facilem cultum omittere, *Caſtrenſis. Zaſ.*
t *l.* 38. §. 1. *ſ. de vſuris.*
u Cur? Meum eſt quidquid ex re mea ſupereſt. *l.* 49. §. 1. *ſ. de rei vind.*
x Id dicitur propter fictionem legis Corneliæ: tunc enim fingitur filia mortua, *l.* 12. *j. qui teſt. l.* 28. *j. de vulg.*
y Olim eius captiuitate diſſoluebatur matrimonium. *l.* 56. *infra eodem l.* 31. §. 4. *j. de captiuis.*
z Cur? vel ideò quòd captiuitate finiebatur patria poteſtas: eóque pacto filia capta videbatur ſui iuris facta.
a Non per ſtipulationem, non per ſucceſſionem, ſed iure patrio per conſolidationem, & peculij recuperationem id perficiente fictione legis Corneliæ. *Zaſ.* dixi ad *Vlp.* 6. §. 4.
b Qui alias pacto, vel ſtatuto dotem lucrari debuit: poſſumus enim de pacto ad legem rectè argumentum ducere, ſi vtrobique par ſit ratio. *Zaſ hic.*
c Citra cauſam adulterij, *l.* 4. *C. de adulteriis.* Quid ſi vulnerauit? idem erit ſi ex vulnere moriatur. Quid ſi domo excluſit? non idem. Quid ſi infirmum non curauit? omnino idem, ſi de facili medicum habere potuit, *l.* 31. §. 11. 12. *ſupra de adilit.* Quid ſi mortem vxoris non vindicauit? *v. l.* 27. *j. de iure fiſci.*
d vt dotem & eius actionem maritus amittat.
e Nemo meritum, ac mercedem ex maleficio ſuo recipere debet. *Bald.*
f vt ſtatuti, aut ſui pacti, ſunt enim verba & pacta referenda ad merentes, non ad delinquentes, *l.* 88. §. 12. *infra de leg.* 1. ſic odioſi non comprehenduntur in gratiis reſcriptis, priuilegiis, *l.* 51. *infra de manum. teſt.* & ſtatutis, quantumuis generalibus. *Zaſ. hic. num.* 5.
g vir & vxor iudicantur ad paria, *Zaſ.*

De vi

De re aliena in dotem data.

11. *Idem* libro 16. ad Sabinum.

SI alienam rem ſciens mulier in dotem dederit, reddenda ei eſt, quaſi ſuam dediſſet *a*, & fructus quoque pro *b* portione anni, quo diuortium factum eſt.

Quatenus condemnatur maritus, vel eius heres, vel ſucceſſor.

12. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

MAritum *c* in *d* id, quod facere poteſt *e* condemnari, exploratum eſt *f*, ſed hoc heredi *g* non eſſe præſtandum.

13. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

QVia tale beneficium perſonale eſt, & cum perſona extinguitur *h*.

De pacto vt maritus in ſolidum damnetur.

14. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

ALia cauſa eſt defenſoris *i*, quem placet ſufficienter videri defendiſſe, ſi tantum vxori præſtet, quantum conſequeretur, ſi ipſum maritum conueniſſet.

1 ¶ Eleganter quærit Pomponius libro quintodecimo ex Sabino, ſi paciſcatur maritus, *ne* k *in id, quod facere poſſit, condemnetur*, ſed in ſolidum, an hoc pactum ſeruandum ſit? & negat *l* ſeruari oportere: quod quidem & mihi videtur verum. namque contra bonos *m* mores id pactum eſſe, melius eſt dicere, quippe cum contra receptam reuerentiam *n*, quæ maritis exhibenda eſt, id eſſe apparet.

Quo tempore ſpectatur, an maritus facere poſſit. 1. Quæ compenſationes proſunt heredi. 2. Quatenus ſocer damnatur.

15. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

REi iudicatæ *o* tempus ſpectatur, quatenus maritus facere poteſt.

1 ¶ Heredi mariti, licet in ſolidum condemnetur, compenſationes *p* tamen, quæ ad pecuniariam cauſam reſpiciunt, proderunt, vt hoc minus ſit obligatus, veluti ob res donatas, & amotas, & impenſas, morum *q* verò coërcitionem non habet.

2 ¶ Socero *r* quoque, cum quo nurus de dote agit, idem *ſ* honor habetur, (vt) in id damnetur, quod facere poteſt.

16. *Pomponius* libro 16. ad Sabinum.

QVia parentis *t* locum ſocer obtinet.

1. *Quatenus mulier damnatur. 2. De marito condemnato in ſolidum.*

17. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

EX diuerſo ſi ſocer ex promiſſione à marito conueniatur, ſolet quæri, an idem ei honor habendus ſit. Neratius *u* libris membranarum, & Proculus ſcribunt, hoc iuſtum *x* eſſe.

1 ¶ Item ſi mulier ex promiſſione conueniatur, magis placuit, defendendam eam per exceptionem. idem & Proculus ait. ſicuti, cùm ſocia fuit, dabitur ei exceptio: quamuis iure ciuili ſit obligata.

2 ¶ Si in iudicio dotis iudex, ignorantia iuris lapſus, condemnauerit maritum in ſolidum, Neratius, Sabinus, doli *y* exceptione eum vti oportere aiunt, eáque tutum fore.

Quatenus condemnantur filij communes. 1. De dolo & culpa mariti.

18. *Pomponius* libro 16. ad Sabinum.

ETiam filios mulieris, qui patri heredes exſtiterunt *z*, in id, quod facere poſſunt, condemnandos Labeo ait.

1 ¶ Licet in dotalibus rebus non ſolum dolum *a*, ſed & culpam maritus præſtet. cùm tamen quæritur in iudicio de dote, an facere poſſit, dolus duntaxat comprehenditur. quia in rerum ipſius adminiſtratione non erat ab eo culpa exigenda. quamquam eum dumtaxat dolum ei nocere putem, ſi facere non poſſit, quem propter *a* vxorem adhibuit, ne ei ſolidum ſolueret, non propter quemlibet alium. Ofilius autem aiebat, ſi dolo *b* mariti res dotalis interiiſſet, & alioquin ſoluendo non eſſet, quamuis nihil dolo feciſſet, quo minus ſoluendo eſſet, perinde tamen eum damnandum eius rei dotalis nomine, in qua dolum feciſſet, atque ſi dolo eius factum eſſet, quo minus facere poſſit.

¶ Cæterum ſi *c* circa interitum rei dotalis, dolus malus, & culpa mariti abſit, actiones ſolas, quas eo nomine quaſi maritus habet, præſtandas mulieri, veluti furti, vel damni iniuriæ.

De redintegratione matrimonij.

19. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

SI mulier diuerterit *d*, & iudicio de dote conteſtato, reuerſa fuerit in matrimonium, redintegrato matrimonio, exſpirat *e* iudicium *f*, & omnia in ſtatu priſtino *g* manent.

Quibus ex cauſis dos redditur conſtante matrimonio.

20. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

QVamuis *h* mulier non in hoc accipiat conſtante matrimonio dotem, *vt æs* h *alienum ſoluat*, *i aut prædia idonea emat* k: ſed *vt* l *liberis ex alio viro egentibus, aut fratribus* m, *aut parentibus conſuleret*: vel *vt eos ex hoſtibus redimeret*: quia iuſta & honeſta cauſa eſt, non videtur male accipere: & ideo rectè *n* ei ſoluitur. idque & in filiafamilias obſeruatur.

21. *Vlpianus* libro 3. Diſputationum.

SEd & ſi ideò maritus ex dote expendit, vt à latronibus *o* redimeret neceſſarias mulieri perſonas, vel vt mulier vinculis vindicet *p* de neceſſariis ſuis aliquem, reputatur ei id quod expenſum eſt, ſiue pars dotis ſit, pro ea parte. ſiue tota dos *q* ſit, actio dotis euaneſcit. & multò magis idem dicendum eſt, ſi ſocer agat de dote, debere rationem haberi eius, quod in ipſum impenſum eſt, ſiue ipſe maritus hoc fecit, ſiue filiæ, vt faciat, dedit: ſed & ſi non pater experiretur, ſed poſt mortem eius filia ſola de dote ageret, idem erit dicendum. cùm enim doli *r* exceptio inſit de dote actioni *ſ*, vt in cæteris *t* bonæ fidei iudiciis, poteſt dici, (vt & Celſo videtur) ineſſe *u* hunc ſumptum actioni de dote. maximè *x*, ſi ex voluntate *y* filiæ factus ſit.

De pacto dantis dotem. 1. De dote ſoluta filiofamilias. 2. De nouatione. 3. De abſentia filiæ. 7. De furore coniugum. 10. De furore. 11. Vel captiuitate patris. 12. Qui tenentur actione de dote. 13. De dote opinata.

22. *Idem* libro 33. ad Sabinum.

SI *z* cùm dotem daret pater, vel extraneus *a* pro muliere in vnum *b* caſum pepigit, vel in diuortium, vel in mortem; dicendum eſt, in eum † caſum, in quem non pepigit, eſſe mulieri actionem.

1 ¶ Si poſt ſolutum matrimonium filiafamilias, citra patris voluntatem, exactam communem dotem conſumat: patri, & viua ea, & mortua, actio funereſt, vt dos ipſi ſoluatur: quod ita verum eſt *ſ* ſi perdituræ ſoluatur. cæterùm ſi non *c* perdituræ, & ex iuſtis cauſis ſoluta ſit: non ſupererit actio: ſed mortuo patre, nec etiam heredes agent, nec mulier.

2 ¶ Si mulier, ſoluto matrimonio, egentem reum dotis, per nouationem *d* decepta accipiat, nihilominus actio dotis ei manebit *e*.

3 ¶ Si pater, filia abſente, de dote egerit, etſi omiſſa ſit de rato ſatisdatio, filiæ denegari *ſ* debet actio, ſiue patri heres extiterit, ſiue in legato *g* tantum acceperit, quantum dotis ſatis eſſet, & ita Iulianus pluribus locis ſcribit, compenſandum *h* ei in dotem, quod à patre datur: lucróque eius cedit, ſi tantum *i* ab eo conſecuta ſit, quantum ei dotis nomine debeatur marito qui patri ſoluit.

4 ¶ Si patri, propter condemnationem, Romæ *k*, vbi dos petatur, eſſe non liceat, filiæ ſatis dotis *l* fieri oportet: ita tamen, vt caueat ratam *m* rem patrem habiturum.

5 ¶ Eo autem tempore conſentire filiam patri oportet: quo lis conteſtatur *n*, ſecundum hæc, ſi filia

---

a Nec referenda eſt ei quæſtio dominij alieni: Idem in depoſito, *l.* 1. §. 39. ſ. *depoſiti.* commodato, *l.* 15. *l.* 16. ſ. *commod.* non idem in contractibus, in quibus dominium transfertur, vt in mutuo. vide *l.* 7. *C. ſi cert.* niſi pecunia conſumpta, *l.* 13. ſ. *de reb. cred.* aut vſucapta, quò refertur *l.* 15. §. 1. *ſuprà de cond. indeb.* poſſum tamen referre exceptionem dominij perpetui, id eſt, poſſum te repellere, ſi dixero rem meam eſſe quam ipſe petis, niſi duobus in caſibus ſuperius exceptis.

b *l.* 7. §. 1. ſ. *eod. l. vn.* §. 9. *C. de rei vxor. act.*

c non idem eſt in aliis debitoribus, qui iudicati etiam in carcerem conÿci poſſunt, *l.* 34. ĵ. *de re indicata.*

d pro modo facultatum ſuarum.

e & ita deducit alimenta ne egeat, *l.* 30. ĵ. *de re iudicat. l.* 173. ĵ. *de regulis.* niſi maritus ſit putatiuus, *l.* 22. *in fin.* ĵ *eod. Zaſ. hic. num.* 24. niſi ſit artifex, & habeat vnde ſe alat, *num.* 17. niſi fundus dotalis à marito petatur, vt quælibet alia res, non vt dos: niſi iubente muliere fundum dotalem promiſit alteri: niſi in ſolidum à iudice condemnatus ſit, *l.* 41. ĵ. *de re iudicat.* niſi culpam poſt diuortium in rebus dotalibus admiſit maritus, *l.* 33. ſ. *de negotiis.* niſi dolo malo bona dotalia diſſipauit, *l.* 18. § 1. ĵ. *eodem.* niſi conſtante matrimonio ob eius inopiam, bona dotalia petantur, *v. l.* 24. ĵ. *eo.* niſi dotem ſoluit, *l.* 19. ſ. *de condict. indeb.* niſi mulier æquè ſit pauper ac maritus. *Zaſ. hic num.* 20. *l.* 12. vide & alias exceptiones apud Socinum, *regula* 257.

f *l.* 13. ĵ. *eod.*

g heredi extraneo. *Hal. l.* 25. ĵ. *de re iudicata.* non ſuo, *l.* 18. ĵ. *hoc tit.*

h ad hanc regulam refert *l.* 14. 15. 16. ſ. *de legib. l.* 32. §. 16 *l.* 45. ſ. *de arbitr. l.* 7. ĵ. *de except. l.* 2. *C. de legibus, c.* 7. *de regulis in* 6. Porrò exceptiones ſeptē huius ſententiæ vide apud Zaſium 2. *Reſponſorum* 4. vbi oſtendit priuilegia perſonalia interdum perſonam egredi. Quæ dotis priuilegia ad hæredes mulieris tranſeant, v. apud Bald. *l.* 1. *ſuprà eodem.*

i *l.* 23. ĵ. *de re ind.*

k Pactum *vt ne debitor bonis cedere poſſit*, non valet: ne ad cuſtodiam & carcerem obligare ſe videatur: quod contra bonos mores eſſe dicitur: de quo tamen vide Socinum *regula* 279.

l Quid ita? facit ad rationem huius quæſtionis lex 7. *ſuprà de poſtulat.*

m Idem dicendum in omnibus huiuſmodi pactis, *l.* 6. *C. de pactis.*

n Reuerentiam marito vxor debet. vide Ariſtotelem 1. *œconom.* 11. & Plutarchum *in præceptis connubialibus.*

o *l.* 53. ĵ. *eod.*

p *l.* 24. §. *pen.* ĵ. *eod.* quæ hodie locum non habent retentionis iure, *l. vn* §. 5. *C. de rei vxor.*

q Mores quos vxori maritus non obiecit, mariti hæres mulieri obiicere non poteſt: de moribus dixi ad *l.* 11. *in fin. C. de repudiis & iudicio de morib. ſublat.*

r *l.* 53. ĵ. *eod. l.* 21. ĵ. *de re ind.*

ſ *v. Zaſium* 2. *Reſponſ.* 9.

t *v. l.* 5. *ſuprà de vſu. l. vlt* ĵ. *de his quæ vt indig.*

u Imò Neratius contradicit, *d. l.* 21. *in fin.*

x Immò, diſtinguendum, *l. pen. ſuprà de iure dotium, l.* 21. *l.* 12. ĵ. *de re indicata* vide Zaſium, 1. *Intellect.* 5. & 2. *Reſponſ.* 9.

y adde *l.* 41. *in fin.* ĵ. *de re indic.*

z aliud in extraneis, *l.* 12. *ſuprà eod.*

a *v. l.* 17. *ſuprà de iure dotium, l. vnic.* §. 7. *C. de rei vxor. act.*

---

a *v. l.* 7. §. 5. *infra quibus ex cauſis in poſſeſſ.*

b maritus dolo res dotales diſſipans tenetur in ſolidum, *l.* 66. ĵ. *eo. l.* 78. §. 2. *verſ. quòd ſi alienauerit.* ſ. *de iure dotium.*

c adde quæ ſcripſi ad *l.* 2. *C. de reſcindenda.*

d *v. l.* 30. ſ. *de iure dotium.*

e & ſi lis conteſtata ſit, *Nou.* 117. & 134.

f de dote.

g *Vlp.* 6. §. 11.

h *l. vlt. in fin.* ſ. *de iure dotium.*

i cauſa hæc neceſſaria eſt.

k cauſa hæc vtilis eſt.

l cauſa hæc honeſta eſt.

m *l.* 73. *circa fin.* ſ. *de iure dot.*

n adde *l.* 22. §. 3. ĵ. *eodem.*

o adde *l.* 36. *C. de donat.*

p id enim pium eſt, *l.* 21. *in fin. C. de ſacroſan. Eccl. l.* 36. *in pr. C. de donat.*

q Dos tota mulieris conſumi poteſt in redimendis perſonis ipſi mulieri neceſſariis & coniunctiſſimis.

r Dotis actioni doli exceptio ineſt.

ſ Dotis actio bonæ fidei, §. 29. *Inſt. de act.*

t Doli exceptio ineſt omnibus bonæ fidei iudiciis.

u Sumptus piæ cauſæ inſunt actioni de dote.

x Argumentum à minori ad maius. ſi obligatur qui tacite conſentire intelligitur, multo magis obligatur, qui expreſsè conſenſit.

y Secus ſi contradicentes, *l vlt. C. de negot.*

z v. Rogerium ad hanc legem *tractatu de dote.*

a quiuis alius à patre.

b *v. l.* 26. §. 2. ſ. *de pact. dotalib.* vide *Zaſ. Reſponſor.*

† Omiſſus caſus in ſtipulatione dotis remanet in iuris communis diſpoſitione fauore mulierum. *Bald.* Sic omiſſi caſus feudali iure, ex iure communi decidēdi ſunt 2. *Feudor.* 1.

c *l.* 20. *in fin. ſuprà eodem.*

d Dolus dans cauſam nouationi, & liberationi, reddit ipſam ipſo iure nullam. *Bald.*

e Imo non manebit, *arg. l.* 3. *in fin.* ĵ. *vt leg.*

f Filia non debet habere dotem & legatum, ſeu inſtitutionem: ſed alterutro debet eſſe contenta. *Bald.*

g *b.* 34. §. 5. ĵ. *de leg.* 2.

h Imò, non eſt compenſandum, *l. vltim. C. de dot. promiſſ.* quin filia Falcidiam iure hereditario, dotem iure proprio habitura eſt, *l.* 14. ĵ. *ad leg. Falc.*

i cedit ſi amplius ab eo conſecuta ſit. v. Cuiacium 3. *obſer.* 16. vide Manticam 10. *de Coniect.* 2. *num.* 5.

k *v. l. vlt.* ĵ. *de interdictis.*

l *ſub.* nomine.

m Patriam poteſtatem, banni ratione non amitti, Baldus hinc colligit.

n Cauſam dotis eſſe cauſam ordinariam, & in ea requiri litis conteſtationem hinc Baldus colligit.

dicat

SCCB2021

dicat ſe patri conſentire, & ante litis conteſtationem mutauerit voluntatem *a*, vel etiam emancipata *b* ſit, fruſtra pater aget.

6 ¶ Nec non illud quoque probamus, quod Labeo probat, nonnunquam patri denegandam actionem, ſi tam turpis perſona patris *c* ſit, vt verendum ſit, ne acceptam dotem conſumat. Ideóque officium *d* iudicis interponendum eſt, quatenus *e* & filiæ, & patri competenter conſuletur. Sed ſi latitet filia, ne tali patri conſentire cogatur, puto, dari quidem patri actionem, ſed cauſa cognita. quid enim, ſi filia verecundè *f* per abſentiam patri condicat *g*? cur non dicamus patri non eſſe dandam actionem? quod ſi is pater ſit cui omnimodo conſentire filiam decet, hoc eſt vitæ probatæ, filia leuis *h* mulier, vel admodum iuuenis *i*, vel nimia circa maritum non merentem: dicendum eſt, patri potius adquieſcere prætorem oportere, daréque ei actionem.

7 ¶ Si maritus, vel vxor, conſtante matrimonio, furere cœperint, quid faciendum ſit tractemus *k*? Et illud quidem dubio procul obſeruatur, eam perſonam, quæ furore detenta eſt, quia ſenſum non habet *l*, nuntium mittere non poſſe.

¶ An autem illa repudianda eſt, conſiderandum eſt? Et ſi quidem interuallum furor habeat, vel perpetuus quidem morbus eſt, tamen ferendus his, qui circa eam ſunt, tunc nullo *m* modo oportet dirimi matrimonium, ſciente ea perſona, quæ cum compos mentis eſſet, (&) ita furenti, quemadmodum diximus, nuntium miſerit, culpa ſua nuptias eſſe diremptas. *quid enim tam humanum n eſt, quàm vt fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem o eſſe?*

¶ Sin autem tantus furor eſt, ita ferox, ita perniciosus, vt ſanitatis nulla ſpes ſuperſit, circa miniſtros *p* terribilis, & forſitan altera perſona, vel propter ſæuitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreandæ ſobolis cupidine tenta eſt *q*, licentia *r* erit compoti mentis perſonæ, furenti nuntium mittere; vt nullius culpa videatur eſſe matrimonium diſſolutum neque in damnum *ſ* alterutra pars incidat.

8 ¶ Sin autem, in ſæuiſſimo furore muliere conſtituta, maritus dirimere quidem matrimonium callidıtate non vult, ſpernit *t* autem infelicitatem vxoris, & non ad eam flectitur, nullámque ei competentem curam inferre manifeſtiſſimus *u* eſt, ſed abutitur dotem: tunc licentiam habeat, vel curator furioſæ vel cognati, adire iudicem competentem, quatenus neceſſitas imponatur marito, omnem talem mulieris ſuſtentationem ſufferre, & alimenta præſtare, & *x* medicinæ eius *y* ſuccurrere, & nihil prætermitti quæ *z* maritum vxori adferre decet *a*, ſecundùm dotis quantitatem *b*. Sin verò dotem ita diſſipaturus *c*, ita manifeſtus *d* eſt, vt non hominem frugi oportet: tunc dotem ſequeſtrari *e*, quatenus ex ea mulier competens habeat ſolatium vnà cum ſua familia, pactis videlicet dotalibus, quæ inter eos ab initio nuptiarum inita fuerint, in ſuo ſtatu durantibus, & alterius exſpectantibus ſanitatem, aut mortis euentum.

9 ¶ Item pater furioſæ vtiliter intendere, ſibi filiæve ſuæ reddi dotem, poteſt. quamuis enim furioſa nuntium mittere non poſſit, patrem *f* tamen eius poſſe certum eſt.

10 ¶ Si ſoluto matrimonio, pater furioſus ſit, curator *g* eius, voluntate filiæ dotem petere poterit: aut, ſi curatoris copia *h* non ſit, agere filiæ permittendum erit, cauerı́que oportebit de rato *i*.

11 ¶ Idem decernendum eſt, & ſi ab hoſtibus captus *k* ſit pater, puellæ dandam actionem de dote repetenda *l*.

12 ¶ Tranſgrediamur nunc ad hunc articulum, vt quæramus aduerſus quos competit de dote actio. & aduerſus ipſum maritum competere, palàm eſt:

a poteſt enim cõſenſus reuocari ante litem conteſtatam, ſicut mandatum. *Bald.* poſt litis cõteſtationem non licet, *vt hic.* quemadmodum ſi res nõ ſit integra, *l.6.* ſ. *de iuriſd.* ſi obligationis vinculum impediat *l. 17. §. 3.* ſ. *commodati.*

b Status mutatio tacitam reuocationem, conſenſus inducit. *Bald.*

c vt & alibi tutoris, *l. 17. §. 1.* ȷ. *de teſtam. tutela.*

d ad officium iudicis pertinet, iura partium tueri. *Bald.*

e vide *l. 2. ſupra eod.*

f Contradicere is non intelligitur qui conſentire neceſſitate iuris & honeſtate cogitur. *Bald. l. 1. §. 5.* ȷ. *quarum rerum.* quia contradictio non iuſtificata per cauſam, nil operatur.

g Contradicat. *Hal.*

h *l. 37. in fin.* ȷ. *eod.*

i Quæ nondum facta eſt pubes. v. Cuirc. *6. obſ. 22.*

k Quæſtio, an propter furorem alterutrius coniugum dos repeti poteſt.

l & ignorantis loco eſt.

m *l. 8.* ſ. *de his qui ſunt ſui. l. 16.* ſ. *de ritu. l. 4.* ſ. *de diuort.*

n de amore coniugali, v. Valerium 4. c. 6.

o *l. 1.* ſ. *de ritu. l. 1.* ȷ. *rerum amotarum. l. 4. C. de crim. expilatæ. l. 52.* ȷ. *de re iudicat. Haliſarn. 2.*

p Probatur his modis furor nimius.

q Triboniani verba ſatis agnoſcis lector. tentum dicit pro moto. *v. l. 21. verſ. quod ſi prædictum. C. de fide inſtrum.*

r non intra quinquennium tamen, reſpectu mariti. *Nou. Leon. 112.* vltra triennium, reſpectu mulieris. *Nou. Leon. 3.*

ſ dotem igitur vxor eo caſu repetet.

t Quæſtio, an propterea quòd à marito negligitur, vxor dotem repetere poſſit.

u i probatum eſt: ἑλληνισμὸς Triboniani.

x ex hac rerum diuerſarum copulatione conficit Baldus, Alimentorum nomine non contineri pharmaca. ſi ita eſt, heres damnatus matri aut nouercæ, aut cuiuis denique alimenta præſtare, non cogetur alimentorum legato, aduerſæ eorum valetudinis expenſas, quantumuis quotidianas, ſuſtinere.

y & medicina ei ſuccurrere.

z nihil prætermitti quorum maritum. *Hal.* nihil prætermitti eorum quæ.

a Vir igitur iudicis officio cogi poteſt ad alendam vxorem, & ægrotam curandam.

b Non igitur vltra dotis quantitatem? Quid ſi nulla dos fuerit conſtituta? haud dubiè, non ſolùm affectione maritali ad id cogi videtur. *l. 13. Cod. de negotiis.* ſed etiam iudicis officio, argumento legis 28. *ſupr. de religioſis.*

c Quæſtio, an marito dos condici poteſt, eò, quòd dotem diſſipet?

d vide *l. 24.* ȷ. *eod.*

e Sequeſtratio fieri ſolet, quoties bonorum diſſipatio timetur, *l. 21. in fin.* ȷ. *de appellationib.*

f *l. 4. ſupra de diuortiis.*

g *v. l. 7.* ȷ. *de tutoribus datis. v. l. 5. §. 3.* ſ. *de iure dotium.*

h *leg.* copia.

i Furioſus ad ſuam mentem reuerſus ratam rem habere poteſt: ratámque habendo facit vtilem.

k *d. l. 5. §. 4. ſupra de iure dotium.*

l vt & de dote conſtituenda. *d. §. 4.*

ſiue *a* ipſi dos data ſit, ſiue alij, ex voluntate *b* mariti, vel ſubiecto iuri eius, vel non ſubiecto.

¶ Sed ſi filiusfamilias ſit maritus, & dos *c* ſocero data ſit, aduerſus ſocerum agetur. Planè ſi filio data ſit, ſi quidem iuſſu ſoceri, adhuc abſolutè ſocer tenebitur. quod ſi filio data ſit, non *d* iuſſu patris, Sabinus & Caſſius reſponderunt, nihilo minùs cum patre agi oportere. videri enim ad eum perueniſſe dotem, penes quem eſt peculium, ſufficit autem ad id damnandum, quod eſt in peculio, vel ſi quid in rem patris verſum eſt? Sin autem ſocero dotem dederit, cum marito non poterit experiri, niſi patri heres exſtiterit.

13 ¶ Si mulier in conditione mariti errauerit, putaueritque eſſe liberum, cùm ſeruus eſſet *e*. concedi oportet quaſi *f* priuilegium, in bonis viri, mulieri: videlicet vt, ſi ſint & alij creditores, hæc præferatur circa de peculio actionem: & ſi fortè domino aliquid debeat ſeruus, non præferatur mulier, niſi in his tantùm rebus, quæ vel in dote datæ ſunt, vel ex dote *g* comparatæ, quaſi & hæ dotales ſint.

23. *Paulus* libro 36. ad Edictum.

ET ſi quid in eam dotem impenſum eſt, nec à muliere reddetur, per doli mali exceptionem ſeruabitur *h*.

De inope marito. 1. De marito exheredato à patre. 2. De dote reſtituenda, vel ſatisdatione præſtanda. 3. De tempore dotis ſoluendæ. 4. De ſeruo dotali manumiſſo. 5. De ſæuitia in ſeruos dotales. 6. Si vxor viri rem commodauerit. 7. De publicatione bonorum mulieris.

24. *Vlpianus* libro 33. ad Edictum.

SI, conſtante matrimonio *i*, propter inopiam mariti *k*, mulier agere volet *l*, vnde exactionem *m* dotis initium accipere ponamus? & conſtat, exinde dotis exactionem competere, ex quo euidentiſſime *n* apparuerit *o* mariti facultates ad dotis exactionem non ſufficere.

1 ¶ Si, exheredato *p* marito, mulier agat, magis eſt, vt ex die aditæ patris hereditatis incipiat ei dotis exactio.

2 ¶ Quotiens mulieri *q* ſatisdandũ *r* eſt de ſolutione dotis poſt certum tempus *ſ*, ſi maritus ſatisdare *t* non

a 4. *Harm. 9. §. 13.*

b nihil enim intereſt an quid alicui detur, an alij ipſo conſentiente *l. 19.* ſ. *de iure dot. l. 86.* ȷ. *ad l. Falcid. l. 4. C. de ſolutionib.*

c *l. 10. C. eod.*

d *l. 25.* ȷ. *eod.*

e *Vlp. 7. §. vlt. l. 3. C eod.* non conſiſtit matrimonium. ideóque dotem cõdicere poteſt, & habet priuilegium *l. 5.* ſ. *de cond. ſine cauſ. l. 74. ſupr. de iure dotium. v. l. 17. l. 18. infr. de reb. auth. iud.*

f Dos impropria ſeu quaſi dos, vel putatiua (qualis ea dicitur quam dat ea quæ ſe iuſtam vxorem putat, cum non ſit iuſta vxor) priuilegium aut quaſi priuilegium veræ dotis habet, *vt hic.* habet enim tacitam hypothecam in bonis mariti. *Gl. l. 2. in fin.* ȷ. *de priuileg. credit. & l. Aſſiduis. 12. C. qui potiores.* At ſponſa non habet tacitam hypothecam priuilegiatam, vt not. in *l. eos. 9. qui potiores. Dynus, Iacob. de Areti. Bald. l. 2. Bald. Nou. 2. parte 3.* Diuerſa ratio eſt ſponſæ & vxoris putatiuæ. Ius enim priuilegium tacitæ hypothecæ dat doti, *vt hic.* Ante matrimonium contractum, dos non eſt, *l. vlt. C. de donat.* Putatiuum verò matrimonium contractum bona fide, iiſdem priuilegiis fruitur. quibus dos vera. *vt hic, & Bart. in l ſi concubina, 17* ȷ. *ver. amot. &* in *l. de iure, 37. in fin.* ȷ *ad Munic.* Id tamen priuilegium vxori tantum, non marito dari notat poſt Alexandrum, Neguſantius *tract. de pign parte 2. membro 4. nu. 104.*

g vide *l. 26. ſupra de iure dot. l. 71.* ȷ. *de leg. 2.*

h *l. 5.* ȷ. *de impenſ.* hodie non eſt locus retentioni *l. vn. §. 4. verſ. ſed nec ob impenſas, C. de rei vxo act.*

i *Nou. 97. c. 6.* Hic caſus ſpecialis eſt, aliàs dos conſtante matrimonio non ſolet repeti. Quid? dote ita conſtante matrimonio repetita, num huiuſmodi pecunia nomine & affectu dotalis eſſe deſinet? non putat Baldus, cum fiat eo caſu ſimplex à perſona mariti in mulierem translatio. aliud eſt ſi ſoluto matrimonio pecunia dotalis repetatur, vt ſoluto matrimonio non ſit amplius dotalis.

k Vel ſoceri, vel cuiuſcunque dotis promiſſoris: hoc enim beneficium mulieri competit contra ſocerum vergentem ad inopiam eſt enim eadem ratio in ſocero, quæ in marito *Bar. hic n. 25.* Quid ſi duo dotem promiſerint, an ob vnius inopiam aduerſus alium locupletem agi dotis nomine poterit? agi poſſe ait Bart. *n. 32.* nec enim diues fideiuſſor (talis eſt correus debendi) principalem ſoluendo facit videri. *Ripenſ. nu. 52.* Quod ad correos attinet, negat Iaſon: vnius enim diuitias ſupplere alterius inopiam, ſic ſentio. Si qui dotem promiſerunt, non ſunt correi. vnius inopia alteri non nocet *l. 32. §. 4. ſupr. de vſur.* ſi ſunt correi ſimul, ſiue ſocij ſint, vel non ſocij, vnius inopia alteri nocebit. *Bar d. loco.*

l nec enim cogitur inuita agere *l. 1. C. vt ne inuit.*

m Si ob inopiam mariti vxor dotem ſuam repetere poteſt, multò minùs inuita à marito inope cogi poterit dotem ei ſoluere, niſi fortè dos apud honeſtos mercatores cum honeſto lucro collocetur *c. per veſtras, extra. de dot. poſt diuort. reſt.*

n *l. 22. §. 8. ſupr. eod.* euidentiſſimè id apparet ex vulgi rumore, ſi plus impendat annuatim, quàm habeat ex reditu, arg. *l. 3. §. 1. vbi pup. l. vlt. C. de cura. furioſi. Nou. 3. in pr.* ſi pro aliis fideiubeat, *Ripen. hic. nu. 38.* ſi neque tempus, neque finem expenſarũ habeat *l. 1.* ȷ. *de cur. furioſ.* Quid ſi maritus aut à piratis expilatus, aut naufragio, aut condemnatione iudicis, aut excommunicatione ad inopiam ſit redactus, an idem ius erit, vt vxor iſtis caſibus dotem poſſit repetere? v. Ripenſ. *hic. nu. 37. ad 48.* Quid ſi mulier ſciens & volens, contraxit matrimonium cum marito euidenter inope, & abutente ſuis bonis: num dotem ei repetere licebit? vtique, ſi Bartolo credimus *nu. 23.* nam vt mulier expreſſo pacto dotis conditionem deteriorem facere non poteſt, ita nec tacito. In iis enim quæ nocent, minus valent tacita quàm expreſſa: ideóque qui dotem ita dederit, non cenſebitur renunciaſſe beneficio reponendæ dotis in tuto, *Rip. nu. 49.* v. quæ notaui ad *l. 5. C. de ſponſa.* Fingamus, rebus ita poſitis, maritum cautionem offerre, num dotem ipſe vel retinere, vel, quod magis eſt, eam vxori & aliis, à quibus conſtituta fuerit, aut promiſſa, condicere poterit? poſt Caſtrenſem, negat *Rip. nu. 52.* quibus vix aſſentior: ſatis enim locuples videtur, qui cauet idoneè. Porrò euidentiſſimè conſtare hic dici quibuſdam videtur quod etiam conſtat coniecturis, idque per auxeſin, de qua dixi ad *l. 1. ſupr. de off eius cui mandata eſt iuriſd.*

o Hodie ſufficit, ſi inchoauerit malè ſubſtantia vti, *Nou. 97. c. 6. in fin. pr.*

p à patre: & ſic ad inopiam redacto: ita inopia contingens marito per exhæredationem, incipit eſſe euidens à die aditæ hereditatis. *Bart.*

q à marito ſc.

r Hinc collige, habentem dilationem à lege, cogi interim ſatiſdare *l. 5. C. de precib.* ſecus eſſe in eo, qui dilationem habet ex ſuo contractu, ſuáque prouidentia. is enim non tenetur ſatisdare, niſi facultatibus labatur, *l. 31.* ȷ. *de rebus auth. ind.*

ſ annua, bima, trima die.

t Ob dotem fideiuſſor non interponitur niſi ſoluto matrimonio, & cur. vide *l. 1. l. 2. Cod. ne fideiuſſores dotium.* Dixi ad *l. 5. 6. 7. ſupra de donationib. inter virum & vxorem.*

poſſit,

poſſit, tunc, deducto *a* commodo temporis, condemnatio reſidui repræſentatur: ſed ſi cum maritus ſatiſdare poſſet, nollet, in ſolidum *b* eum condemnandum, Mela ait, non habita ratione commodi temporis: iudicis igitur officio *c* conuenit, vt aut, ſatiſdatione interpoſita abſoluat maritum d, aut, habita ratione compenſationis *e*, eum condemnet: quod quidem hodie magis vſurpatur: nec ferenda eſt, mulier *f*, ſi dicat, magis ſe velle dilationem pati, quàm in repræſentatione deductionem.

3 ¶ Siue autem mariti *g*, ſiue vxoris periculo dos fuit, nihilo minùs legitimo tempore *h* debet ſoluere maritus.

4 ¶ Si vir voluntate mulieris, ſeruos dotales manumiſerit *i*, ſi quidem donare *k* ei mulier voluit, nec de libertatis cauſa impoſitis, ei præſtandis tenebitur: quòd ſi *l* negotium inter eos geſtum eſt, vtique tenebitur, vt officio iudicis caueat *m*, reſtituturum ſe mulieri, quidquid ad eum ex bonis liberti, vel ex obligatione perueniſſet.

5 ¶ Si maritus ſæuus in ſeruos dotales fuit, videndum, an de hoc poſſit conueniri? Et ſi quidem tantùm *n* in ſeruos vxoris ſæuus fuit, conſtat, eum teneri hoc nomine. ſi verò & in ſuos eſt natura talis *o*, adhuc dicendum eſt, immoderatam *p* eius ſæuitiam hoc iudicio coërcendam. quamuis enim diligentiam vxor eam demum ab eo exigat, quam rebus ſuis exhibet, nec plus poſſit: attamen ſæuitia, quæ in propriis culpanda eſt, in alienis coërcenda eſt, ‖ hoc eſt, in dotalibus. ‖

6 ¶ Si vxor viri rem commodauerit, eáque perierit, videndum, an compenſationem *q* hoc nomine pati poſſit. & puto, ſi quidem prohibuit eam maritus commodare, ſtatim deductionem fieri: ſi verò non prohibuit eam commodare, arbitrio iudicis modicum tempus ei indulgeri cautionem præbenti.

7 ¶ Si bona mulieris pro parte *r* ſint publicata, ſupereſt *ſ* mulieri reliquæ partis dotis exactio. Plus puto: Et ſi poſt litem conteſtatam publicata ſit pro parte dos, ſufficiet arbitrium iudicis ad partis *t* condemnationem faciendam. Quòd ſi tota dos publicata ſit, exſpirabit iudicium.

De peculio. 1. De dolo, & culpa. 2. De deterioratione. 3. De ſeruis qui in fuga ſunt. 4. De locatione.

25. *Paulus* libro 36. ad Edictum.

SI filiofamiliàs dos *u* data ſit iniuſſu *x* patris, de peculio quidem agetur. ſed ſiue propter impenſas à filiofam. factas, ſiue propter res donatas à filio *y*, vel amotas *z* ab vxore res peculiares, hoc ipſo, quòd habet actionem pater *a* ex perſona filij, maius peculium fit. & ſic totum *b* eſt præſtandum mulieri, quod eſt in peculio: quia adhuc *c* ſit, quod vxori *d* debeatur.

1 ¶ Maritum *e*, in reddenda dote, de dolo malo *f*, & culpa cauere oportet. quod ſi dolo malo fecerit, quò minus reſtituere poſſit, damnandum eum, quanti mulier in litem iurauerit *g*: quia inuitis *h* nobis, res noſtras alius retinere non debeat.

2 ¶ Si poſt diuortium res dotales deteriores factæ ſint, & vir in reddenda dote moram *i* fecerit, omnimodo *k* detrimentum ipſe præſtabit.

3 ¶ Si qui dotalium ſeruorum in fuga erunt, cauere debebit maritus *l*, ſe eos viri boni arbitratu perſecuturum, & reſtituturum.

a Tantò minus maritus mulieri condemnandus eſt, quantò plus commodi percepiſſet, ſi ſatiſdediſſet, & dotem non reſtituiſſet. verum illud tantò minus num ſemper deducitur à marito (fingamus maritum ſponte ante diem conuentum) dotem velle reddere? non deducet. *Bart. hic, num.* 11.

b i. incontinenti, nulla deductione temporis facta. Ob contumaciam amittitur dilatio à lege data.

c quo hæc ſatiſdatio petitur *l.* 42. ℨ. *de iudic.*

d à dote reddenda ante diem conuentum.

e repræſentationis. *Hal.* putà dotis redditæ à marito ante diem conuentum, & dotis ſtatim redditæ vxori.

f Poſt litem eo caſu conteſtatam: poſt ſententiam acceptam, pœnitens ſc. is enim quo perte lata ſententia eſt, ab ea recedere poteſt. *Bald.*

g mariti eſt periculum, quotiens ei dos æſtimata, *l.* 51. ℨ. *eod.* vel in quantitate, *l.* 42. *ſupr. de iur. dot.* data eſt: quoties ita conuenit *l.* 6. ℨ. *de pact. dot.*

h *v. l.* 1. §. 7. *C. de rei vx. act.*

i recte manumiſit, *l.* 62. *infr. eod. l.* 7. *in fin.* ℨ. *de donat. int. vir.*

k ius liberti ſc. vel in compenſationem dare. *Bart.* cui res donata eſt, & eius commoda (in quibus eſt facultas manumittendi) data ſunt. *Bald.*

l *l.* 64. ℨ. *eod.* tunc enim vir tenetur reſtituere quidquid habet, vel habere ſperat à liberto dotali.

m venditor ad eam cautionem adſtringitur, qui poſt venditionem factam manumiſit ſeruum venditum *l.* 23. *ſupra de act. empt.*

n non excuſatur vir à negligentia commiſſa in dotalibus ex eo quod ſit negligens in ſuis. *Bal.* in bono (i. in diligentia) ea ſufficit quam in rebus noſtris adhibemus: in malo, (i. in negligentia) non item. *Bar. Bald. &* ℨ. *eod.*

o in ſuos eſt, licèt natura adhuc, *Hal.*

p quæ cadit in leuem culpam. *Bald. v. l.* 2. *ſup. de his qui ſunt ſui.*

q hodie retentiones prohibitæ *l. vn.* §. 4. *C. de rei vx.*

r puta tertia, *l. vlt. in fin.* ℨ. *de vi priuat.*

ſ non tranſit igitur in fiſcum ſubſtantia, ſeu totum ac vniuerſitas rerum.

t ſi dotis iudicium pro parte intentatur, pro parte ferri ſententiam ſufficit. *Bart.*

u putà centum.

x poteſt enim dos ſine iuſſu patris filio dari *l.* 22. §. 12. *ſupr. eod. l.* 53. ℨ. *eod. l.* 10. *C. eod.* licet ſine conſenſu patris non poſſit matrimonium contrahere.

y vxori conſtante matrimonio ſcil.

z finge ducenta.

a pater recuperat impenſas dotales factas à filio, res donatas ab eodem vel eidem amotas: quibus omnibus eius peculium augetur, arg. *l.* 7. §. 4. *ſupr. de peculio.*

b *al.* non totum.

c modò adhuc ſit. *Hal.* adhuc. i. compenſatione partis.

d puto legendum eſſe, *quod vxor debeat*, fingamus enim mulierem ducenta amouiſſe: centum verò duntaxat in dotem attuliſſe; dotis nomine actionem habet in peculium aduerſus patrem mariti: contra ſocer ducenta filio amota recte petierit.

e idem in vxore, ſi res amotas non reddit *l.* 8. *in fin.* ℨ. *de impenſ.*

f *l.* 17. *ſupra de iure dot.*

g rem enim ſuam ſibi reddi exigit, *l.* 5. *ſupra de in litem.*

h *v l.* 9. ℨ. *de impenſ.* i *l.* 38. *ſupra mandati.*

k Omnimodo hic, eſtne ſine diſtinctione? An potius in totum, ſeu integrum? An etiam ſi dolus vel culpa abſit? An vt & naturalem interitum præſtet? *v. Cuiac.* 5. *ad Afric. fol.* 79.

l niſi culpa careat, *l.* 21. *ſupra de rei vind.*

4 ¶ Si vir in quinquennium locauerit fundum, & poſt primum fortè annum diuortium *a* interuenerit: Sabinus ait, non aliàs fundum mulieri reddi oportere, quam "ſi" cauerit *b*, ſi quid præter vnius *c* anni locationem maritus damnatus ſit, id à ſe præſtatum iri *d*. ſed & mulieri, cauendum *e*, quidquid præter primum annum ex locatione vir conſecutus fuerit, ſe ei reſtiturum.

De rei interitu, poſt moram.

26. *Idem* libro 37. ad Edictum.

SEmel mora facta, ſi ſeruum dotalem poſtea, offerente *f* marito, mulier accipere noluerit, & ita is deceſſerit, non debebit pretium eius maritus, vel heres eius: ne damnum ſentiat, quòd poſtea, offerente *g* eo, mulier accipere noluit.

De herede mulieris.

27. *Gaius* libro vndecimo *h* ad Edictum Prouinciale.

SI poſt diuortium mortua muliere, heres *i* eius cum viro, parentéve eius agat, eadem *k* videntur de reſtituenda dote interuenire, quæ ipſa muliere agente, obſeruari ſolent.

De eo quod maritus poteſt conſequi à muliere.

28. *Vlpianus* libro 1. Inſtitutionum.

FAcere poſſe maritus etiam id videtur, quod à muliere conſequi poteſt *l*, ſcilicet ſi iam ei aliquid abſit, quòd pro muliere "aliquid" expendit *m*, vel mandato eius præſtitit. cæterùm, ſi nondum *n* ei abeſt, (vt puta ſub *o* conditione eſt obligatus) nondum videtur facere poſſe.

Cui dos profectitia. 1. vel aduentitia reddi debet.

29. *Idem* libro 3. Diſputationum.

QVotiens pater dotem dat, & ſtipulatur, ita demum in ſuam perſonam de dote actionem transfert, ſi ex continenti ſtipuletur *p*. cæterùm, ſi interpoſito tempore ſtipulari velit, non niſi conſentiente *q* filia, poterit, quamuis in poteſtate ſit. quia deteriorem *r* conditionem, in dote filiæ facere non poteſt, niſi conſentiat: planè ſi ante nuptias dotem dederit poterit ex interuallo, ante nuptias tamen, & citra voluntatem "quoque" filiæ ſtipulari.

1 ¶ Si quis *ſ* pro muliere dotem dederit, conueneritque *t*, *vt quoquo modo dirempto matrimonio ipſi ſolueretur*, poſtea maritus vxori dotem ſoluerit, rectiſſimè dicetur, exactionem nihilo minùs ei, qui dedit, contra maritum competere.

De ea quæ ſecundò nupſit. 1. Si mulier debitori dotis ſucceſſerit.

30. *Iulianus* lib. 16. Digeſtorum.

NVpta *u* non impeditur, quo minùs cum priore marito de dote experiatur.

1 ¶ Quotiens culpa *x* viri accidit, *ne y dos à ſocero aut à quolibet alio, qui mulieris nomine promiſerat, exigeretur*: ſi aut in matrimonio filia deceſſerit, aut materfamilias facta eum, qui dotem repromiſerat, heredem inſtituerit, ſatis conſtat, nihil ampliùs *z* virum præſtare debere, quàm vt eos obligatione liberet *a*.

De publicatione bonorum mariti. 1. De pacto patris, ne à ſe petatur. 2. De morte patris qui procuratorem dedit. 3. Si coheredes mariti ſoluerint partem dotis. 4. De fructibus.

31. *Idem* libro 18. Digeſtorum.

SI marito, publico iudicio, damnato, pars aliqua bonorum eius publicetur, fiſcus *b* creditoribus eius ſatisfacere neceſſe habet, inter quos vxor quoque eſt.

1 ¶ Si pater, cùm ducenta, filiæ ſuæ nomine, dotis *c* gratia, promiſiſſet, pactus fuerit, *ne d amplius quàm centum à ſe peterentur*, & ſoluto matrimonio egerit, centum, de quibus conuenit, ne peterentur, nec intelliguntur dotis eſſe. quòd ſi, mortuo patre, cum herede eius maritus agere cœperit, iſta quoque pecunia in dote erit.

2 ¶ Si voluntate filiæ procurator à patre datus, litem de dote conteſtatus fuerit, & re ſecundùm eum iudicata pater deceſſerit *e*, iudicati actionem filiæ potiùs, quàm heredibus patris dari oportebit.

3 ¶ Cùm patri dos data eſſet, & ei filius ex aliqua parte heres ſub conditione inſtitutus fuerit, & pendente *f* conditione, coheredes eius dotem pro ſua portione mulieri ſoluerint, hoc minùs filius ex dote præſtare debebit. quoniam nullam actionem, eius pecuniæ reciperandæ gratia aduerſus coheredes habet.

4 ¶ Si fundum dotalem recepiſſet mulier, non ha-

a & ſic ſolutum matrimonium fuerit.

b *l.* 55. ℨ. *eod.*

c colono ſcil. qui ab vxore expulſus eſt iudicis ſententia. Non igitur ſimpliciter verum eſt quod veteres penè omnes interpretes hic notant, vxorem cogi ſtare locationi quinquennali, à marito factæ, ſed tunc demum, ſi præſtet omne damnum, quo caſu maritus colono agente ex conducto, damnatus fuerit. In annali locatione, fortè aliud eſſe Duarenus ait *hic*: vbi etiam quærit, an locationi factæ à beneficiario, ſucceſſor: à tutore, pupillus: à venditore, etiam fiſco, emptor: à creditore miſſus in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa, ſtare neceſſe habeat. v. quæ notaui ad *l.* 9. *C. de locato.* adde Phanucium *tract. de lucro dotis in princ.* vbi negat dotis ſucceſſorem cogi ſtare colono.

d id ſe præſtaturam eſſe. *Hal.*

e *v. d. l.* 55.

f *l.* 9. *ſup. eod.*

g Obligatione mora purgatur.

h *Pomponius* libro decimoquinto ad Sabinum. *Hal.*

i *v. l.* 6. *C. de iure dot.* Hæredis & teſtatoris eadem perſona intelligitur quod in iureiurando apparet. *Nou.* 28 v. tamen *l.* 11. §. 2. ℨ. *rer. amot.*

k ex perſona agentis, non variatur priuilegium conuenti. *Bald.*

l purè ſc. ℨ. *eod.*

m *l.* 48. ℨ. *eod.*

n Maritus dicitur eſſe ſoluendo, in eo quod mulier ei purè debeat, ſecus ſi ſub conditione, *Bald.*

o *v. Vlp.* 7. §. 3.

p dotem ſibi reddi ſc.

q *l.* 7. *ſupr. de pactis dotalib.*

r *v. l.* 28. *ſupr. de iure dot.*

ſ extraneus ſc. nam pater, etiam ſimplici pacto, actionem de dote in perſonam ſuam transfert *l.* 6. *C. de iure dot.* Cur tam variè? vel ideo, quod pater ex neceſſaria cauſa filiam dotare cogitur. *Duaren.*

t aliàs ſi non conuentum fuerit, actio mulieri dabitur *l.* 43. §. 1. *ſupra de iure dot.*

u dotis priuilegium per tranſitum ad ſecundas nuptias non amittitur.

x negligentia.

y v. quæ dixi ad *l.* 44. §. 1. ℨ. *eod.* id fit periculo mariti, qui fuit in eo negligens,

z *l.* 35. *ſupra de iure dot.*

a *l.* 38. §. 1. *ſupra de peculio.* b *l.* 2. *C. eod.*

c dotis permiſiſſet. *Hal.* v. quæ notaui ad *l.* 79. *ſupr. de iure dot.*

d v. quæ dixi ad *l.* 44. §. 1. ℨ. *eod.*

e *v. l. vn.* §. 11. *C. de rei vx.*

f dum pendet conditio partis vnius, illa pars non adcreſcit coheredibus interim purè ſubſtitutis. *Bald.*

bita

bita ratione fructuum pro portione anni, quo nupta non fuiſſet, nihilominus de dote agere poteſt : quia minorem dotem recepiſſet. hoc enim ad dotis augmentum *a* pertinet, quemadmodum ſi partum *b* ancillarum non recepiſſet, aut legata, vel hereditates, quæ poſt diuortium per ſeruos dotales *c* adquiſitæ marito fuiſſent.

Si prior maritus, poſteriori dotem promiſerit.

32. *Idem* libro 2. ad Vrſeium Ferocem.

SI prior maritus poſteriori, dotis nomine, tanquam *d* debitor mulieris dotem promiſerit, non plus, quàm "id" quod facere poſſit, dotis futurum eſſe *e*.

Si maritus vxori ſucceſſerit.

33. *Africanus* libro 7. *f* Quæſtionum.

QVæ dotis nomine certam pecuniam promiſerat, quoſdam adhibuerat, qui ſtipularentur partem dotis, diſtracto matrimonio, ſibi ſolui : ea, nulla data dote, obierat, eodem marito ſuo herede relicto : is damnoſam *g* hereditatem eius adierat. nihilominus ſtipulatoribus tenebitur : quoniam adeundo *h* hereditatem *i* debitricis, intelligeretur *i* ſecum penſaſſe *k* nec ad eum pertinere, quòd ſoluendo non eſſet hereditas, quando cæteris etiam creditoribus teneatur.

Vtrum dos reddenda ſit patri vel filiæ.

34. *Idem* libro 8. *l* Quæſtionum.

TItia diuortium à Seio fecit. hanc Titius in ſua poteſtate eſſe dicit, & dotem *m* ſibi reddi poſtulat. ipſa ſe matremfamilias *n* dicit *o*, & de dote agere vult. quæſitum eſt, quæ partes iudicis ſint? reſpondi, patri, niſi *p* probet filiam non ſolum in ſua poteſtate eſſe, ſed etiam conſentire *q* ſibi, denegandam actionem : ſicuti denegaretur, etiam ſi conſtaret, eam in *r* poteſtate eſſe.

De liberta.

35. *Marcianus* *ſ* libro 10. Inſtitutionum.

LIberta, quæ voluntate patroni diſceſſit, de dote cum eo agere poteſt, quam ei dedit.

De publicatione dotis.

36. *Paulus* libro 2. de Adulteriis.

SI maritus minus facere poteſt, & dos publicata ſit, in id quod facere poteſt, fiſco *t* maritus condemnandus eſt, ne in perniciem mariti mulier punita ſit.

Si filia non habet cauſam contradicendi patri.

37. *Vlpianus* "libro 2. Reſponſorum."

DOtem voluntate *u* filiæ videri patrem recepiſſe, cùm cauſas *x* contradicendi ei filia non haberet. maximè cum ab eo poſtea ampliore *y* ſumma dotata ſit.

De muliere diuertente, & de ſponſalibus poſtea contractis.

38. *Marcellus* libro ſingulari Reſponſorum.

LVcius Titius, cùm eſſet filiusfamilias, voluntate patris vxorem Mæuiam duxit, & dotem pater accepit. Mæuia Titio repudium miſit. poſtea pater repudiati, abſente filio, ſponſalia cum ea de nomine filij ſui fecit. Mæuia deinde repudium ſponſalibus miſit, atque ita alij nupſit. quæro, ſi Mæuia aget cum Lucio Titio quondam marito, & à patre herede relicto, de dote, & probetur culpa *z* mulieris matrimonium diſſolutum, an poſſit maritus, propter culpam mulieris, dotem retinere? Marcellus reſpondit, etiam ſi vt heres inſtitutus à patre Titius conueniretur, tamen, ſi ſponſalibus non conſenſiſſet, culpam mulieris mulctandam eſſe.

De compenſatione delictorum.

39. *Papinianus* libro 11. Quæſtionum.

VIro atque vxore mores *a* inuicem accuſantibus, cauſam repudij dediſſe vtrumque, pronunciatum eſt. Id ita accipi debet, vt ea lege, quam ambo contempſerunt, neuter vindicetur. * paria *b* enim delicta, mutua penſatione, diſſoluuntur.

De patre repetente dotem.

40. *Paulus* libro 28. Quæſtionum.

POſt dotem datam, & nuptias contractas, ſtipulatus *c* eſt pater *d*, filiæ voluntate, *diuortio facto dotem dari*, ſi conditio ſtipulationis impleatur, & poſtea filia ſine liberis deceſſerit, non erit impediendus pater, quo minus, ex ſtipulatu agat, viua autem filia ſi agere vult, exceptione ſummouendus erit.

De dote poſt diuortium numerata.

41. *Idem* libro 37. Quæſtionum.

SI pater ignorans filiam diuortiſſe, dotem ex cauſa promiſſionis numerauit *e* : non per indebiti conditionem, ſed de dote actione pecunia petetur.

a actio de dote datur etiã pro eius augmento. *Bald.*
b *d.l.vn.§.7.*
c per ſeruos dotales, *Hal. v. l.47. ſ. de iure dot.*
d Tanta & talis obligatio eſt in termino referente . quanta & qualis eſt in termino ad quem fit relatio. *Bald.*
e ſecundo marito ſcilicet, plus enim τῇ δυνάμει, & effectu in hoc caſu non debet, qui promittit, *l. 12. ſuprà eodem.*
f v. Cuiac. 7. *ad Afric.*
g hinc oritur ratio dubitandi, *vt ſ. eo.* dicitur : vt ſit ſenſus, eum ſibi ſoluiſſe non videri, qui adiit hæreditatem, quæ ſoluendæ doti ſibi debitæ par non fit: *Cuiac.*
h ſcientia cum taciturnitate habetur pro conſenſu. vide Rolandum à Valle 1. *conſ. 19. num 37.*
i Cur? Hereditas omnis ſoluendo videtur, quam heres adiit, quæque heredem inuenit, *l. 3. ſ. ad l. Falcid. l. 36. ſ. de bon. libert.*
k Confuſio pro ſolutione, vel pro penſatione cedit, *l. 50. ſ. de fideiuſſoribus : l. 95. §. 2. ſ. de ſolutionibus.* non tamen per omnia confuſio vim & effectum ſolutionis habet, *v. Cuiac. ibid.*
l *v. Cuiac. 8. ad Afric.*
m Profectitiã ſcilicet & hoc verum eſt, ſiue filia familias fuerit, ſiue materfamilias *r l. 5. §. pen. ſuprà de iure dotium.*
n id eſt ſui iuris, *l. 30. ſuprà eod. l. 4. ſ. de his qui ſunt ſui.* etiam vulgo. *Tertull. libro de velandis virginib.*
o v. quæ notaui ad *l. 5. in fin. de prob.*
p Præſumitur quiſque paterfamilias niſi probetur contrarium, vide Bartolum 1. *conſ. 42.*
q *l. 2. §. 1. ſuprà eo. l. 2. l. 3. C. eod.*
r dixi ad l. *vnic. §. 13. C. de rei vxoriæ act.*
ſ Papinianus. *Hal.*
t adde l. 31. ſ. *eod. l. 2. C. eod.*
u *l. 22. §. 6. ſuprà eodem.*
x Contradicere non dicitur, qui non habet cauſam contradicendi, v. *Bal.*
y l. 34. §. 5. ſ. *de leg. 2.*
z Si matrimonium culpa mulieris diſſoluitur, dotem amittit. *l. 8. C. de repud.*
a *l. 47. ſ. eod.*
b *d. l. 47. l. 28. C. de adulteriis : v. l. vlt. in fin. ſuprà de eo per quem :* v. Socinum *regula 86.*
c Filiæ non nocet, ſi pater eius voluntate ſtipuletur. *v. l. 3. §. 5. ſuprà de minorib.*
d pater ſuæ filiæ, *Cuiac. 6. ad Africanum* & ita in Baſilicis.
e quod facere non tenetur propter diuortium : hinc naſcitur ratio dubitandi. nam hinc conſtat huiuſmodi pecuniam non eſſe dotalem. *l. 3. ſuprà de iure dot.* & tamen ad eam petendam, actionem de dote competere.

De patre condemnato. 1. De fructibus & ſumptibus. 2. De vſuris. 3. De extraneo repetente dotem, & de redintegratione matrimonij.

42. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

IN inſulam parte deportato *a*, qui dotem pro filia dedit, actio dotis ad filiam pertinet. Poſt diuortium quoque patre damnato, qui idem *b* conſentiente filia non petierat, æquè dotis actio mulieris eſt.

1 ¶ Fructus ex prædiis, quæ in dotem data videbantur *c*, bona fide perceptos, & mulieris oneribus ante cauſam liberalem adſumptos, quamuis ſeruam fuiſſe poſtea conſtiterit, peti non poſſe placuit.

¶ Sumptus *d* verò neceſſarios & vtiles in prædia, quæ dotalia videbantur, factos compenſatis fructibus perceptis, ad *e* finem ſuperflui *f* ſeruari conuenit.

2 ¶ Vſuras *g* numeratæ dotis ex ſtipulatu pater in matrimonio defuncta filia, ſi petat, gener, qui reſiduæ dotis promiſſæ fœnus ſtipulatus eſt, ita demum, ad finem vice mutua debitæ quantitatis, compenſationem opponere iuſtè videtur, ſi *h* propriis ſumptibus vxorem ſuam exhibuit. alioquin, ſi patris ſumptibus exhibita ſit, inanis vſurarum ſtipulatio compenſationi non proderit.

3 ¶ Ad virum vxore poſt diuortium reuerſa, iudicium acceptum ex ſtipulatione, quam extraneus *i*, qui dotem dederit, ſtipulatus fuerit, non diſſoluitur: nec officio iudicis abſolutio continetur.

De nominibus.

43. *Scæuola* libro 2. Quæſtionum.

SI maritus in id, quod facere poteſt, condemnatus ſit, & nomina ſint *k* ad dotis quantitatem *l*, neque amplius, neque habebit mandare actiones *m*.

De morte Soceri, quo viuo dos peti non poterat.

44. *Paulus* libro 5. Quæſtionum.

SI ſocer à genero heres *n* inſtitutus, adierit hereditatem *o*, quandoque mortuo *p* patre, cum *q* herede eius filiam de dote acturam *r*, Nerua, & Cato reſponderunt, vt eſt relatum apud Sextum Pomponium" digeſtorum" ab Ariſtone lib. 5. ibidem Ariſtoni conſenſit. Ego dicerem : & ſi emancipaſſet pater filiam, ipſum quoque conueniri poſſe.

1 ¶ Lucius Titius, filiæ ſuæ nomine, centum doti promiſit *ſ* Caio Seio, & inter Caium Seium, & Lucium Titium patrem mulieris conuenit, *ne t dos à viro, viuo Lucio Titio" id eſt, patre mulieris" peteretur* : poſtea culpa mariti diuortio facto, ſolutum eſt matrimonium, & pater mulieris decedens alios heredes inſtituit, filia exhæredata *u*. quæro, an ab hæredibus ſoceri maritus exigere dotem poteſt, cùm eam mulieri redditurus eſt? Reſpondi : Cùm filia, aliis à patre heredibus inſtitutis, actionem de dote ſua reciperanda habere cœperit, neceſſe habebit maritus, aut exactam dotem, aut actiones ei præſtare : nec vllam exceptionem habebunt ſoceri heredes aduerſus eum : cùm * abſurdè dicitur, dolo videri eum facere, qui non ipſi, quem conuenit, ſed alij *x* reſtituturus petit, alioquin, & ſi poſt mortem patris diuortiſſet, nondum exacta dote, excluderetur ex actione dotis maritus : quod non eſt admittendum. ſed etſi ex parte filia heres patri ſuo extiterit, debebit maritus coheredes eius pro parte virili exigere, & mulieri reddere *y*, aut actiones ei præſtare.

De pacto, & ſtipulatione aui materni.

45. *Idem*" lib. 6. Quæſtionum."

GAius Seius auus maternus Seiæ nepti, quæ erat in patris poteſtate, certam pecuniæ quantitatem, dotis nomine, Lucio Titio marito dedit, & inſtrumento *z* dotali, huiuſmodi pactum, & ſtipulationem complexus eſt: *ſi inter Lucium Titium maritum & Seiam diuortium ſine culpa mulieris factum eſſet dos omnis Seiæ vxori, vel Gaio Seio auo materno redderetur, reſtitueretúrque.* quæro, cùm Seius auus maternus ſtatim vita defunctus ſit, & Seia poſtea ſine culpa ſua diuorterit viuo patre ſuo, in cuius poteſtate eſt, an & cui actio ex hoc pacto ex ſtipulatione competat: "&" vtrum heredi aui materni ex ſtipulatu, an nepti. Reſpondi, in perſona quidem neptis videri inutiliter ſtipulationem eſſe conceptam : quoniam *a* auus maternus ei ſtipulatus proponitur. quod cùm ita eſt, heredi ſtipulatoris, quandoque di-

a ſ atque ita ciuiliter mortuo, *l. 1. §. pen. contra tab.*
b qui dotem conſentiente. *Hal*
c Matrimoniũ inualidum non facit maritum lucrari fructus iure mariti, ſed iure bonæ fidei poſſeſſoris.
d *l. 24. §. pen. ſuprà eodem.*
e De hoc loquendi genere dixi ad *l. 19. ſuprà de compenſat.*
f id eſt, vſque ad ſumptus, qui fructuum quantitatem excedunt. *Duar.*
g *v. l. 21. §. 1. ſuprà de don. int. vir.*
h *l. 69. §. 3. ſuprà de iure dot. l. 17. ſ. de doli mali & metus exceptione.*
i qua extraneus *v. l. 63. ſuprà de iure dot.*
k ſufficientia ſcilicet.
l exoluendam vxori ſcilicet, deducto tamen victu.
m neque amplius habebit : mandare actiones debet, *Hal.* quæ, lectio Florentina melior videtur.
n Heres inſtitui ſocer à genero poteſt.
o extincta videtur eſſe obligatio propter confuſionem, quòd creditor debitori ſuccedat. *Duar.*
p nam filia aduerſus viuum patrem non agit, *l. 4. ſ. de iudiciis.*
q Ficta ſolutio vires ſuas extra perſonam ſuccedentis non extendit. *Bald.*
r vt ei non poſſit obiici ficta ſolutio, de qua ſuperius dixi. habenda eſt igitur mulieris ratio, cui dotis actio cum patre fuit communis.
ſ *v. l. 79. in fin. ſ. de iure dot.*
t Dotis petitioni renunciare gener pacto poteſt, *vt h ic. & l. 30. §. 1. l. 31. §. 1. ſ. eodem.* Poteſtne omittere dotis exactionem impunè, vt id noceat vxori? falsò Cynus ita putat, *in l. cùm tibi 10. C. qui potiores.* Quinimo Alexander poſt moram exiſtimat maritum conſtante matrimonio paciſci non poſſe de dote non petenda, vt ſibi noceat, *vt hic. Neguſantius de pignoribus parte 2. memb. 4. num. 77.*

u Exhæredata licet filia, dotem ſuam exigit, & ad eam exhæredatam actio de dote transfertur. *Bald.*
x Iſta ſiquidem exceptio *dolo facis, &c.* non obſtat in eo quod eſt alij reſtituendum, *Bald.* ſed cum eidem, *v. l. 8. ſ. de doli except.*
y Maritus vxori quondam ſuæ tenetur exigere, aut iuri cedere. *Bald.*
z De dotali inſtrumento ſcripſi ad *l. 45. ſ. eod.*
a hinc dubitandi ratio ex iure ſtricto ſumitur : neptis enim in hoc caſu, auo materno extranea eſt, cui ſtipulanſo auus non adquirit, *l. 26. eod. de iure dot.*

norterit

uorterit mulier actio competere videtur. ſed dicendum eſt, Seiæ poſſe dotem ſolui quamuis actio ei directò non competat, ac *a* ſi ſibi aut illi dari auus ſtipulatus eſſet. ſed permittendum eſt *b* nepti ex hac auita conuentione, ne commodo dotis defraudetur, vtilem *c* actionem. fauore enim nuptiarum, & maximè propter affectionem perſonarum, ad hoc decurrendum eſt.

Si vir vxori legauerit, ne dotem petat.

46. *Idem* libro 19. Quæſtionum.

Qvi dotem ſtipulanti vxori promiſerat, eidem teſtamento quædam legauerat, ita *d* tamen *ne dotem ab heredibus peteret.* ea, quæ legata erant, vxor capere non potuerat *e*: Reſpondi, dotis actionem mulieri aduerſus heredes non eſſe denegandam.

De lenocinio mariti.

47. *Scæuola* " libro 19. Quæſtionum."

Cvm *f* mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur *g*. cur enim improbet *h* maritus mores *i*, quos ipſe aut ante corrupit, aut poſtea *k* probauit *l*? Si tamen *m* ex mente legis *n* ſumet quis, vt nec accuſare poſſit, qui lenocinium vxori præbuerit, audiendus eſt.

De dote liberorum nomine retinenda.

48. *Calliſtratus* libro 2. Quæſtionum.

SI dotali *o* inſtrumento ita ſtipulatio interpoſita ſit, *vt liberorum nomine dos apud maritum reſideat*, nepotum *p* quoque nomine dos retinebitur.

De nomine in dotem dato. 1. De euictione.

49. *Paulus* libro 7. Reſponſorum.

MÆuia marito ſuo, inter alias res dotis, etiam inſtrumentum *q* ſolidorum decem *r* tradidit, quo Otacilius eidem Mæuiæ cauerat, *daturum ſe cum nuptum ire cœpiſſet decem" millia."* ex eo inſtrumento maritus nihil exegit, quia *ſ* nec potuit. quæſitum eſt, ſi dos à marito petatur, an compellendus ſit etiam illam ſummam, quæ inſtrumento continetur, refundere? Reſpondi, potuiſſe quidem eum, cui actiones mandatæ *t* ſunt, debitorem conuenire: ſed, ſi ſine dolo malo, vel culpa exigere pecuniam non potuit, neque dotis nomine eum conueniri poſſe, neque mandati iudicio *u*.

1 ¶ Fundus æſtimatus, in dotem datus, à creditore antecedente ex cauſa pignoris ablatus eſt. quæſitum eſt, an mulier, ſi æſtimationem dotis repetat, exceptione ſummouenda ſit: ait enim, ſe propterea non teneri, quòd pater eius dotem pro ſe dedit, cui heres non exſtiterit? Paulus reſpondit, prædio euicto ſine dolo & culpa viri, pretium petenti mulieri doli mali exceptionem obeſſe. conſequi enim eam pretium fundi euicti, euidens iniquitas eſt, cùm dolus patris *x* ipſi nocere debeat.

De rebus æſtimatis reddendis.

50. *Scæuola* libro 2. Reſponſorum.

AEſtimatis rebus in dotem datis, pactum interceſſit: *vt ex quacunque cauſa dos reddi deberet, ipſæ res reſtituerentur y, habita ratione augmenti, & deminutionis, viri boni arbitratu: quæ verò non exſtarent, "ab initio" æſtimatio earum.* quæſitum eſt, cùm res quædam, quas maritus vendiderat, exſtarent, an ſecundum pactum & hæc ad mulierem pertinerent? Reſpondi: res quæ exſtant, ſi neque volente *z*, neque ratum habente muliere, veniſſent, perinde reddendas, atque ſi nulla æſtimatio interueniſſet.

De interitu rei æſtimatæ.

51. *Hermogenianus* libro ſecundo Iuris Epitomarum.

AEſtimatæ res, vſu *a* etiam mulieris, periculo mariti, deteriores efficiuntur.

Si maritus dotem ſoluit quam non accepit.

52. *Tryphoninus* libro 9. Diſputationum.

MAritus dotem, quam non accepit, poſt diuortium per errorem ſoluit. repetet *b*: quia non numeratam cauerat. exigi enim ab eo non potuit.

a ratio decidendi hæc eſt, hoc caſu nepti poſſe ſolui, tanquam adiectæ. At obiicies. In hoc inſtrumẽto neptem ordine priorem eſſe, ac priorem nominari: auum igitur nepti, non neptem auo adiici? vel hinc conſtat ea quæ valere non poſſunt, inſpecto ordine ſcripturæ, interpretanda eſſe ex iuris ordine, vt valeant: id eſt vt ſint vtilia. *Bald.*

b permittendam eſſe. *Hal.*

c atqui aui ſtipulatio directa fuit: verbis obliquis non eſt concepta: non igitur vtilis datur ſed directa. *v. Bald.*

d alias & legatum ex teſtamento, & dotem ex ſtipulatu petet, *v. l. vnic. §. 3. C. de rei vxor. act.*

e hinc naſcitur quæſtio, An cum repulſa ſit à petitione (legati inutilis) admitti debeat ad petitionem antecedentis debiti, putà dotis?

f v. Cremenſem *ſingu l. 86.*

g à marito ſc. maritus enim accuſator ad ulterij excluditur per replicationem lenocinij. Baldus hinc etiam colligit exceptione & replicatione continente dolum, replicantem vincere debere. Sin petitio & exceptio dolum cõtinebit, excipientem reum obtinere, atque ita vtraque parte dolum admittente ſemper deterior fuerit eius cõditio, qui de dolo conqueri cœperit. Æquum enim eſſe, vt turpis turpem accuſare non poſſit.

h *l. 39. ſuprà eod.* *l. 9. ſuprà de neg.* quod approbo, non improbo.

i *l. 39. ſuprà eod.*

k Quid: an audietur? cum aduerſus doli exceptionem non detur doli replicatio? *v. l. 4. §. 13. ſuprà de doli except.*

l Tantum valet poſt factum probatio, quantum ante factum, *Bald.*

m Sed & ſi, *Hal.* & rectè.

n Bona exceptio eſt, quæ de legis mente procedit. *Bald.* lex eſt, non audiri maritum, lenonem vxoris, vxorem accuſantem. Mens legis eſt, lenonem nullo modo accuſare poſſe.

o Dotale inſtrumentum, dotales tabulæ ſeu nuptiales, *vt hic, & l. 45. ſuprà eod. l. vlt. ȷ. de ſuis: l. pactum 15. C. de pact. l. pactum 3. C. de collat.* adde quæ ſcripſi ad *l. 29. § de pact. dotalib.*

p etiam ex filia, *l. 1. C. de con. l. inſert.* Nomen liberorum in contractu, comprehendit nepotes, *vt hic*, & omnes deſcendentes, *Bal. v. l. 220. ȷ. de verb ſign.*

q id eſt nomen, *l. 2. C de oblig.*

r aliud eſſet ſi tradidiſſet inſtrumentum pro decem: quia tunc cenſeretur maritus, emptor nominis *l. 10 § de iure dotium*, & imputaret ſibi inopiam debitoris, *Bal.*

ſ *l. 41. § 3. ſuprà de iure dot.* t traditione inſtrumenti ex cauſa. hinc collige, traditionem inſtrumenti habere vim non ſolum mandati vtilis, ſed directi, *Bal. v. l. 1. C de don.* u Inopia nominis dati in dotem, non imputatur marito, *Bal.*

x à quo dotem habet ex cauſa lucratiua; tunc enim dolus authori nocet, *l. 25. in prin. ȷ. de his quæ in fraudem credi. l. 4. §. 27. ȷ. de doli except.*

y *l. 21. C. de iure dot.* z *l. vlt. ſuprà de pactis dotal.*

a *l. 10. l. 69. § 8. ſuprà de iure dot.*

b *v. l. 40. ſuprà de cond. indeb.* dos cauta non numerata, per errorem ſoluta repetitur: errans non confirmat contractum præcedentem. *Bald.*

De dote data filioſam.

53. *Idem* libro 12. Diſputationum.

SI filiofamilias *a* dos data eſt, ipſe quidem dotis actione tenetur, pater autem eius de peculio, nec intereſt, in peculio rem, vel pecuniam dotalem habeat, necne. ſed quatenus facere poteſt, hic *b* quoque condemnandus eſt: intelligitur autem peculio tenus facere poſſe, quod habet rei iudicandæ tempore.

¶ Atquin, ſi cum patre agatur, deduceretur *c* ex peculio, quod patri, vel ſubiectis ei perſonis filius debet. at ſi cum ipſo filio agatur, alterius debiti *d* non fiet detractio in computatione, quantum facere poſſit filius.

De ære alieno.

54. *Paulus* || libro ſingulari de iure ſingulari. ||

MAritus f[illegible]re poſſe creditur, nullo *e* deducto ære alieno: item ſocius, item patronus, parenſve: at is, qui ex donatione *f* conuenietur, omni ære alieno deducto facere poſſe intelligitur.

Si maritus ædium dotalium nomine cauerit damni infecti.

55. *Idem* || libro 5. ad Plautium. ||

CVm mulier de dotis repetitione, poſt ſolutum matrimonium agit, cauere *g* debet marito, qui ædium nomine damni infecti cauit *h*, ſi velit eam recipere, vt periculum mariti amoueat.

De ſtipulatione. Si nupta eſſe deſierit, dotem reddi.

56. *Idem* || libro 6. ad Plautium.

SI quis ſic *i* ſtipuletur à marito, *Si quo* k *caſu Titia tibi nupta eſſe deſierit, dotem dabis?* Hac generali commemoratione, & ab hoſtibus *l* capta ea committetur ſtipulatio, vel etiam ſi deportata † fuerit, vel ancilla effecta. hac enim conceptione *m* omnes hi caſus continentur *n*. Planè quantum veniat in ſtipulatione *o*? vtrùm quaſi mortua ſit, an quaſi diuortium *p* fecerit? humanius quis id competere dixerit, quod propter mortem conuenit *q*.

De vſufructu.

57. *Marcellus* libro 7. Digeſtorum.

VSufructu *r* in dotem dato, ſi diuortium interuenerit, nec proprietas rei apud maritum, vel mulierem ſit, eam dotis eſſe reſtitutionem, vt maritus caueat, *quamdiu vixerit paſſurum ſe, vti frui mulierem heredémque eius*: quod an verum ſit circa adiectionem heredis, dubito: intereſt, quemadmodum *ſ* ſit vſusfructus in dotem datus. Si *t* cùm haberet mulier fructum, viro, cuius erat proprietas fundi, vſumfructum ceſſit, nihil mulier heredi ſuo relinquet, debebatur enim ei vſusfructus, qui ad heredem non ſolet tranſire.

¶ Quod *u* ſi fundi ſui fructum mulier viro ceſſit, reſtitui is à viro debet. cum proprietate enim ad heredem eius tranſiſſet, ſi vir in reddendo eo non feciſſet moram. Si *x* verò alienata ſit proprietas, aut aliquis fundi ſui vſumfructum, mulieris iuſſu, viro eius dederit in dotem, inſpiciendum eſt primum, quemadmodum mulieri poſſit reſtitui. Poteſt autem *y* vel cautionibus *z* interpoſitis: vt, ſicut poteſt, vir iure ſuo cedat mulieri, fruique eam patiatur: vel ſi ſe accommodauit dominus proprietatis, volente eo mulieri conſtituatur vſusfr. nam aut fructum fundi ille mulieri poterit cedere, aut aliquid videlicet pro eo (vt inter eos actum fuerit) dare. Nam || & || finge, hoc ipſum mulierem poſſe proprietatis domino vendere. quo caſu non iniquè etiam mulieris herede agente, vir facere cogetur. quippe ſi moram non feciſſet, pretium fructus mulier heredi ſuo reliquiſſet. quod ſi facultatem vſusfructus vendendi proprietatis domino mulier non habuerit, patientiam quam percipendi fructus præſtare ipſi debuit, etiam heredi eius præſtat.

De ſeruo dotali herede inſtituto.

58. *Modeſtinus* libro 5. de Eurematicis *a*.

SEruus dotalis, heres ab aliquo inſtitutus, mariti iuſſu vel adire vel repudiare debet hereditatem. ſed ne maritus aut facilè repudiando, vel temerè ſuſcipiendo incognitam ſucceſſionem, dotis iudicio vxori ſuæ obligetur, conſulendum eſt, mulierem coram teſtibus interrogari *b*, vtrum velit omittere, an adquirere hereditatem, &, ſi repudiare ſe dixerit facilè mariti iuſſu repudiabit. quòd ſi hereditatem agnoſcere maluerit, reddendus eſt à marito ſeruus vxori ea conditione, vt, cum iuſſu eius adierit, rurſum *c* marito retradatur. ita

a *v. l. 25. § eod.*

b *l. 15. in fin. ſuprà eodem.*

c eſt enim lex ea peculij, *l. 5. in fin. ſuprà de peculio.*

d *l. 49. ȷ. de re iud.*

e *d. l. 49.*

f *l. 19. in fin. ȷ. de re iud.* melius igitur agitur cum donatore, quàm cum marito, parente, patrono, ſocio.

g *l. 7. §. 15. l. 25. in fin. ſuprà eod.*

h *Vlp. 6. §. 2. in fin.*

i id maritus vxori promittere ſolet, *l. 25. ſuprà de iure dot. l. 240. ȷ. de verb. ſign.*

k hæc vox, nota eſt generalis conuentionis diuortij.

l *v. l. 10. ſuprà eodem.*

† hodie, nemo deportatione fit ſeruus: neque ob id ſoluitur matrimonium. *Nou. 22. c. 8. & 13.*

m *d. l. 240.*

n Imo non continentur: v. quæ dixi ad l. 24. *C. de donat. inter virum & vxorem.*

o hac ſcilicet, in qua videtur in caſum diuortij, vel mortis ſtipulatio concepta & caſus ſeruitutis omiſſus eſt, *Duarenus.*

p quæ ſeruitute interueniente, à marito diſiuncta eſt.

q vt minus debetur: refertur enim caſus omiſſus diuortij ad eum caſum expreſſum, qui minorem ſummam continet, *v. Duar. hic.*

r l. 66. l. 78. *ſuprà de iure dot.*

ſ Vſusfruct. variis modis in dotem datur. ſex vel ſeptem modos, vide apud Dyn. & Alber. *hic.*

t Primus modus vſusfruct. in dotem dandi eſt, quoties mulier formalem vſumfruct. ſdat marito proprietatis domino. Eſt enim formalis vſusfruct. ſeiunctus à proprietate: ſed hoc caſu videtur cauſalis fieri.

u Secundus modus eſt, quoties vxor proprietaria ſolum vſumfruct. dat marito. & hic vſusfr. quia proprietati cohæret cauſalis dicitur: ſed tamẽ formalis hic fieri incipit.

x Tertius modus eſt, quoties vxor vſumfruct. cuius proprietas eſt tertij, marito cedit.

y Reſtitutio vſusfruct. fit vel cautione & patientia: vel conſentiente proprietario vel cùm proprietarius conſtituit vſumfructum conſentiente vſufructuario: vel proprietario comparante, vſusfructus vtilitatem: vt eo caſu pretium quod ſuccedit loco vſusfructus reſtituatur mulieri. *Bald.*

z ad quas in caſibus implicitis recurritur.

a Modeſtini *Eurematica*, conſilia & cautiones ſunt à Modeſtino excogitatæ rei iuriſque cuique tuendi cauſa. vnde ȷ. *eodem* ait, conſulendum eſt: & in l. 45. ſuaſerim, in l. 9. ȷ. *de ſuſpectis tutor.* optimum factum eſt, *Cuiac.* 12. *obſeru.* 32. huiuſmodi libros, iuriſconſulti poſteriores vocarunt, Cautelas.

b Deſiderium apud acta publicatum corrigi non poteſt, *Bald.*

c id eſt eodem momento, *v. d. l. 66.*

& mariti

& mariti ſollicitudini conſuletur, & vxoris deſiderio parebitur.

Si filia in fraudem patris repudietur.

59. *Iulianus* libro 2. ad Vrſeium Ferocem.

FIliæ meæ emancipatæ *a* & ægræ vir *b* in hoc *c* repudium miſit, vt *d* mortua ea, dotem potiùs heredibus eius, quàm mihi redderet. Sabinus dicebat, vtile mihi eius dotis reciperandæ iudicium dandum eſſe. ‖Gaius idem.‖

De ſumptu funeris.

60. *Proculus* libro 5. Epiſtolarum.

SI filiafamilias nupta deceſſerit, & pater funus ei fecerit, tametſi ei dotem poſt aliquod tempus gener reddere deberet, tamen continuo ſocer *e* agendo conſequetur *f*, vt impenſam funeris præſentem recipiat, cætera dotis ſtatuto tempore ſoluantur.

De manumiſſione ſerui dotalis.

61. *Papinianus* ‖libro 11. Quæſtionum.‖

DOtalem ſeruum vir, inuita *g* vxore, manumiſit. ſolus vir heres à liberto inſtitutus, portionem hereditatis, quam vt patronus conſequi potuit ac debuit, reſtituere debet: alteram verò portionem, dotis iudicio ſi modò vxor manumittenti refragatur.

62. *Vlpianus* libro 33. ad Edictum.

QVòd ſi vir voluntate *h* mulier ſeruos dotales manumiſerit *i*, cùm donare *k* ei mulier voluit: nec de libertatis cauſa impoſitis ei præſtandis tenebitur.

63. *Paulus* libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.

ET deſinit ſeruus in dote eſſe: quia cui, manumittendi cauſa, donare liceret, ei quodammodo *l* donaret, quod permitteret manumittere.

64. *Vlpianus* libro 7. *m* ad Legem Iuliam *n* & Papiam.

SI verò *o* negotium gerens mulieris non inuitæ, maritus dotalem ſeruum, voluntate eius, manumiſerit, debet vxori reſtituere quidquid ad eum peruenit.

1 ¶ Sed & ſi quid libertatis cauſa, maritus ei impoſuit id vxori præſtabit.

2 ¶ Planè ſi operæ fuerint [à] marito exhibitæ, non æſtimatio earum: non erit æquum hoc nomine vxori maritum quippiam præſtare.

3 ¶ Sed ſi poſt manumiſſionem aliquid ei fuerit liberto impoſitum, id vxori præſtandum eſt.

4 ¶ Sed & ſi reum maritus acceperit, adpromiſſoremve *p*, æquè aduerſus ipſum obligationem debet præſtare.

5 ¶ Item quicquid ad eum ex bonis liberti peruenerit, æquè præſtare cogetur, ſi *q* modò ad eum, quaſi ad patronum, peruenerit. cæterùm, ſi alio iure, non cogetur præſtare: nec enim beneficium, quod in eum libertus contulit, hoc vxori debet, ſed id tantùm, quod iure patronus adſequitur, vel adſequi potuit. Planè ſi ex maiore parte, quàm debet, heres ſcriptus fuerit, quod amplius eſt, non præſtabit, & ſi forte, cùm ei nihil deberet libertus, heredem eum ſcripſit, nihil vxori reſtituet.

6 ¶ Dabit autem (vt ait lex) *quod ad eum peruenit.*

¶ Perueniſſe accipimus, ſiue *r* iam exegit, ſiue exigere poteſt, quia actio ei delata eſt.

7 ¶ Adiicitur in lege *ſ*: *vt, & ſi dolo malo "aliquid" factum ſit quo minus ad eum perueniat, "teneatur."*

8 ¶ Si filium exheredauerit patronus, & ad eum bona liberti pertineant, videndum eſt, an heres hoc nomine teneatur. & cùm nihil neque ad ipſum ‖ patronum, ‖neque ad heredem eius perueniat: quomodo fieri poteſt, vt hoc nomine teneatur?

9 ¶ De viro, heredeque eius lex tantùm loquitur. de ſocero, ſucceſſoribuſque ſoceri nihil in lege ſcriptum eſt, & hoc Labeo quaſi omiſſum adnotat. In quibus igitur caſibus *t* lex deficit, non erit nec vtilis actio danda.

10 ¶ Quod ait lex, *quanta pecunia erit, tantam pecuniam u dato*: oſtendit, æſtimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipſam hereditatem, voluiſſe legem præſtare, niſi maritus ipſas res tradere maluerit. & hoc enim benignius admitti debet.

65. *Scæuola* libro ſingul. Quæſtionum publicè tractatarum.

HÆc actio *x*, etiam conſtante matrimonio, mulieri competit.

De dolo & culpa mariti. 1. De veſtimentis comparatis ſeruo vxoris ex viri pecunia. 2. Si parte dotis patri ſoluta, filia deceſſerit. 3. De partu ancillæ æſtimatæ. 4. Si maritus plus promiſerit per errorem 5. Si mulier poſt mortem ſecundi ad priorem virum redierit. 6. De acceptilatione. 7. De muliere ſuccedente promiſſori dotis.

66. *Iauolenus* libro 6. ex poſterioribus Labeonis.

IN his rebus *a*, quas præter numeratam pecuniam doti vir habet, dolum *b* malum & culpam *c*, eum præſtare oportere, Seruius ait, ea ſententia Publij Mucij eſt. nam is in Licinnia *d* Gracchi *e* vxore ſtatuit: quòd res dotales in *f* ea ſeditione, qua Gracchus occiſus erat, periſſent: ‖ait,‖quia *g*, Gracchi culpa, ea ſeditio facta eſſet, Licinniæ præſtari oportere.

1 ¶ Seruis vxoris vir nummos in veſtiarium *h* dederat, quo parato *i*, deinde intra annum diuortium interceſſerat. placuit Labeoni, Trebatio, qualia veſtimenta poſt diuortium eſſent, talia viro reddi *k*.

¶ Idem iuris futurum fuiſſet, ſi ipſa veſtimenta vir emiſſet, & ſeruis *l* dediſſet. Quòd ſi veſtimenta non redderentur, tum virum pretium in dote compenſaturum †.

2 ¶ Filiafamiliàs, diuortio facto dotem *m* patri reddi iuſſerat: deinde, parte dotis perſoluta, pater deceſſerat *n*. reliquam partem, ſi nec delegata, nec promiſſa nouandi animo patri fuiſſet, mulieri ſolui debere Labeo, Trebatius putant. ídque verum eſt.

3 ¶ Mancipia in dotem æſtimata *o* accepiſti, pactum conuentum deinde factum eſt, *vt diuortio facto, tantidem p æſtimata redderes* q: nec de partu dotalium ancillarum mentio facta eſt: manebit (inquit Labeo) partus tuus *r*: quia is pro periculo mancipiorum penes te eſſe deberet.

4 ¶ Mulier, quæ centum dotis apud virum habebat, diuortio facto, ducenta *ſ* à viro errante *t* ſtipulata erat. Labeo putat, quanta dos fuiſſet, tantam deberi *u* ſiue prudens mulier plus eſſet ſtipulata, ſiue imprudens: Labeonis ſententiam probo.

5 ¶ Vxor, diuortio facto partem dotis receperat, partem apud virum reliquerat: deinde alij *x* nupſerat: ‖&‖ iterum vidua facta, ad priorem virum redierat: cui centum ‖decem‖ doti dederat: neque eius pecuniæ, quæ reliqua ex priore dote erat, mentionem fecerat. diuortio facto, reliquum ex priore dote eiſdem diebus virum redditurum *y*, ait Labeo, quibus reddidiſſet, ſi ſuperius diuortium inter eos factum non eſſet. quoniam prioris dotis cauſa in ſequentem dotis obligationem eſſet tranſlata *z*: & hoc verum puto.

6 ¶ Si vir ſocero *a*, iniuſſu *b* vxoris manente matrimonio, dotem acceptam *c* feciſſet, etiam ſi id propter *d* egeſtatem ſoceri factum eſſet, viri tamen periculum futurum *e*, ait Labeo, & hoc verum eſt.

7 ¶ Si quis pro muliere dotem viro promiſit, deinde *f*, herede *g* muliere relicta, deceſſerit *h*, qua ex parte mulier ei heres eſſet, pro ea parte, dotis periculum, quod viri fuiſſet, ad mulierem pertinere, ait Labeo. quia *i* nec melius *k* æquius eſſet, quod exigere vir ab vxore] non potuiſſet, ob id ex detrimento *l* viri mulierem locupletari. & hoc verum puto.

a v. quæ ſcripſi ad *l.4.C.ſol. matr.*
b v. omnino Manticam 11. *de Coniecturis* 13. vbi notat, legitimatos per matrimonium in mortis articulo contractum excludere ſubſtitutum.
c i. ob ægritudinem *l.3. C. de repudiis. v. Nou.* 22. c. 19. eo ſcopo ac fine.
d *l.5.* ſ. *de diuortiis*: dixi ad *Vlp.* 6. §. 4.
e *l.30. in fin.* ſ. *de religioſis.*
f imò, non conſequetur *l.17. l.29.* ſ. *de religioſis.*
g i. contradicente. De inuito v. ad *l.5.* ſ. *de ſeruit. vrban.* v. in hanc legem Cuiac. 2. *obſ.* 34.
h *l.24. §.4.* ſ. *eo. l.63.* j. *eo.*
i v. quæ notaui ad *l.3. C. de vindicta manumiſſ.*
k *d. §.4.*
l Donat qui permittit manumitti.
m libro 57. ad Edictum *Hal.*
n hinc iuncto §. 5. *& ſeq.* j. *eo.* colligit Cuiacius 2. *obſ.* 74. Ex lege Iulia vxori actionem dari vt vel res ei, vel cautio præſtetur.
o notandi ſunt hi caſus diuerſi, de ſeruo dotali manumiſſo à marito inuita muliere, *l.61.* volente & donante *l.62.63. ſupra eod.* permittente, ex negotio geſto, *vt hic.*
p expromiſſorem *Hal.* de adpromiſſione dixi ad *l.43.* j. *de ſolut.*
q adde *l.59. in fi.* j. *ad Trebell.*
r Dotis nomine quæ adquiſiuit, aut adquirere potuit maritus, tenetur.
ſ *l.14. in fin.* j. *de falſis.*
t extraordinariis, *Bald.* lex quoties alicui conſulit aut proſpicit remedio extraordinario, ſi ceſſauerint verba legis, intelligitur etiam mens eius ceſſare, & ideo non fiet extenſio: quia extenſio non fit, niſi ex mente virtuteque legis. *Bald.* ita verba legis certis perſonis cohærentia, ad alias non extenduntur, vel ita, vbi lex & mens legis ceſſat, ibi ceſſat legis auxilium directum, vel vtile.
u alias verbum *pecunia* latè patet *v.l.178.* j. *de verb. ſign.*
x i. condictio ex l. Iulia, non actio de dote, non ex ſtipulatu, non mandati, vel negotiorum *v. Cuiac.* 2. *obſ.* 34.

a In obligatione ſpeciei, dolum & culpam: in obligatione generis, omne periculum præſtat maritus. *Bald.*
b In dotalibus rebus maritus præſtat dolum, latam culpam & leuem *l.18. §.1.* ſ. *eod.*
c *v.l.17.* ſ. *de iure dot.*
d Lucij Craſſi filia, cui dos ex ſenatuſconſulto adempta. *v. Plutarchum in Gracchis.*
e Caij ſc.
f *v.l.25. §.4.* ſ. *locati.*
g Secus ſi non eius culpa. Nulla enim cuſtodia priuati eſt, aduerſus ſeditionem publicam *l.ad eos* 19. ſ. *commodati.* Hinc etiam colligunt: Damno ſocietati illato ob priuatas inimicitias vnius ſocij, ſocium id reliquis ſociis præſtare. Sed & illud: Arbitrum vel iudicem eum non poſſe recuſare, cuius facto & culpa orta ei fuerit inimicitia aduerſus iudicem vel arbitrum. Hoc amplius: ex filio, vel, vt loquuntur, banno mariti res mulieris dotales deteriores factas, mariti periculo farciri.
h In veſtiarium dare eſt, ad veſtes emendas dare: vt ſit ſenſus, Dotalibus ſeruis pecuniam maritus dedit vt emerent veſtes vel ipſe veſtes dedit, veſtes (de quibus agitur) diuortio facto tales marito reſtituendæ, quales ſunt ipſo tempore diuortij: quæ niſi reddantur viro à muliere, veſtium pretia in dotem compenſare poterit maritus
i *al.* peracto. k Cur reddi? quia reuocata intelliguntur per diuortium *l.cùm hic ſtatus 32. §. ſi diuortium 20.* ſ. *de donat. inter virum.*
l De famulis noſtri temporis, qui liberi homines ſunt, quæri ſolet, ſi ante tempus locationis finitum recedant ab hero ſuo, an veſtimenta reddere cogantur, & an hero, manu iniecta, eoſdem exuere liceat? licebit, ſi temporarij vſus cauſa veſtimenta eis dominus conceſſerit *l.25.* ſ. *de peculio, v. Duar. hic.*
† hodie nulla fit compenſatio *l.vn. l.4 C. de rei vxor. act.*
m *ſub.* communem. Quod accidit patre dotem pro filia conſtituente. & eam ſibi reddi non ſtipulante, *l.2. verſ. denique* ſ. *eod.* Quid ſi filia exhæredetur vel emancipetur? Dotis vniuerſæ actio tranſit in ipſam filiam: *l.vn. §. videamus, C. de rei vxor. act.* n & dubitabatur, cui dotis reſiduum eſſet reſtituendum. patri an filiæ. o tunc periculum ad maritum tranſit, ideóque partus ei cedunt, qui aliàs non cederent *l.68.* ſ. *de vſufruct.*
p i. tantæ æſtimationis & pretij. q Pactum de ancilla dotali reſtituenda, non extenditur ad ancillæ partus. r Imò, vtcunque ancillæ tibi æſtimatæ datæ ſint, partus earum reſtituere cogeris *l.1.C.eod.* ſ Dotis nomine plus promittens per errorem maritus, non tenetur reſtituere vltra id quod accepit.
t ſecus à ſciente *l.21.* j. *de verb. oblig.*
u Imò, vna centum, ex dote: altera, ex obligatione debentur *l.21.* j. *de verb. obl.* Solue, ibi ſcienter: hic, per errorem, promiſſio facta eſt. x *l.64.* ſ. *de iure dot.*
y *v.l.33.* ſ. *de iure dot.* z Dos primi matrimonij deuoluitur tacitè in poſterius matrimonium inter eoſdem, medio non obſtante. *Bald.* eadem ratione in redintegratum compromiſſum, pœnas priori adiectas reuolui putant. Eo magis, quòd non valeat compromiſſum ſine pœna *l.non diſtinguemus* 32. *ſupr. de arbitris.* Reſtituta ciuitate exſuli, omnia iura antiqua reſtitui. Hoc amplius: intermedio aliquo tempore intercurrente non impediri legitimationem natorũ ex concubina.
a ſuo. b ſecus ſi iuſſu *v.l.36.* ſ. *de iur. dot.*
c Dotem qui accepto tulit, dotem accepiſſe intelligitur. Dotis acceptilatio numerationi comparatur, d Commiſeratione egentis ſoceri tui, ſi dotem vxoris acceptam ei feceris, vxori nihilominus teneris.
e Cur futurum eſt? Acceptum ferendo, videtur donaſſe vel recepiſſe *l. vlt. ab eo* 49. ſ. *de iure dot.* f Dotis debitori ſi mulier ſucceſſerit pro parte, pro ea parte periculum non pertinet ad maritum.
g *l.41. in fin.* ſ. *de iure dot.*
h *ſub.* antequam dos ſoluatur marito.
i Culpam eam marito imputare mulier non poteſt, cuius tenetur is cui ipſa mulier ſucceſſit.
k ſic in *l.82.* j. *de ſolut.* Id enim ſolebat addi à Prætore, *quod æquius melius,* vt in arbitrio præſertim rei vxoriæ, vt auctor eſt Cicero 3. *offic. & in Topicis.* adde, eundem *orat. pro Roſcio Comœdo.*
l id eſt, damno,

De pœna

De peculio ſerui dotalis.

67. *Pomponius* libro 20. Epiſtolarum.

IN partem dotis reddendæ erit id, quod mulieri ex *a* peculio *b* ſerui reſtitui debebit. & ideo & dolum & *a* culpam, in eo peculio vel adquirendo, vel conſeruando maritus præſtare debet. & fructus *b* ex eo percepti, quomodo cuiuſlibet rei dotalis, ad maritum *c* pertinebunt.

a Acceſſionis do- ris eadem eſt ratio, quæ & ipſius dotis.
b Dotis reddendæ pars eſt peculium ſerui dotalis, *vt hic* An multæ à marito feudum vxoris dotis nomine tenente impoſitæ alicui, ſoluto matrimonio vxori ſunt per maritum reſtituendæ? Dynus putat: multos enim huiuſmodi iuriſdictionis fructus eſſe: & quotidie genere non numero renaſci, & ita quoque Bartolus. Sed Baldus inter confiſcationes in territorio conſiſtentes, & inter ſimplices multas diſtinguit, & illas vnà cum feudo & territorio reſtituendas eſſe exiſtimat: has autem fructus dotis eſſe, & ad maritum pertinere.
a *l.17.ꝫ.de iure dot.* b Dotalis ſerui peculij fructus pertinent ad maritum.
c In re dotali conſeruanda maritus præſtat dolum & culpam *l.19.ꝫ.de peculio; l.7.ꝫ.de iure dot.*

LIBER VIGESIMVS QVINTVS.

DE IMPENSIS IN *a* RES dotales factis.

Diuiſio impenſarum. 1. Quæ ſunt neceſſariæ impenſæ. 2. De imminutione dotis. 3. Quæ ſunt neceſſariæ impenſæ.

Vlpianus libro 36. *b* ad Sabinum.

IMpenſarum *c* quædam ſunt neceſſariæ *d*, quædam vtiles *e*, quædam ‖ verò‖ voluptariæ *f*.

1 ¶ Neceſſariæ hæ dicuntur, quæ habent in ſe neceſſitatem impendendi *g*. cæterùm, ſi nulla fuit neceſſitas, alio iure habentur.

2 ¶ In neceſſariis impenſis hoc ſciendum eſt, eas demum impenſas dotem minuere *h*, quæ in dotem *i* factæ ſunt, cæterùm, ſi in dotem factæ non ſint *k*, non habent in ſe reputationem.

3 ¶ Inter neceſſarias impenſas eſſe, Labeo ait, moles *l* in mare vel flumen proiectas. ſed & ſi piſtrinum *m*, vel ſi horreum neceſſariò factum ſit, in neceſſariis impenſis habendum ait. Proinde Fulcinius inquit: Si ædificium ruens *n*, quod habere mulieri vtile erat, refecerit, aut ſi olineta reiecta *o* reſtaurauerit, vel ex ſtipulatione damni infecti ne committatur, præſtiterit.

2. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

VEl in valetudinem *p* ſeruorum impenderit.

3. *Vlpianus* libro 36. ab Sabinum.

VEl ſi vites propagauerit *q*, vel arbores *r* curauerit, vel ſeminaria *ſ* pro vtilitate *t* agri fecerit, neceſſarias impenſas feciſſe videbitur.

1 ¶ Nos generaliter definiemus multum intereſſe *x*, ad perpetuam *y* vtilitatem agri, vel *z* ad eam, quæ non ad præſentis temporis pertineat an verò ad præſentis anni fructum. ſi in præſentis, cum fructibus hoc compenſandum. ſi verò non fuit ad præſens tantùm apta erogatio, neceſſariis impenſis computandum.

4. *Paulus* libro 36. ad Edictum.

ET in totum, id videtur neceſſariis immenſis contineri: quòd ſi à marito omiſſum ſit, iudex *a* tanti eum damnabit, quanti mulieris interfuerit, eas impenſas fieri. Sed hoc differt *b*, quòd factarum ratio habetur, & ſi res malè geſta eſt: non factarum, ita, ſi ob id res malè geſta eſt. Itaque *c* ſi fulſerit inſulam ruentem, eáque exuſta ſit, impenſas conſequitur. ſi non fecerit, deuſtaæ ea, nihil *d* præſtabit.

De imminutione dotis. 1. Si impenſis ſatisfiat. 2. De condictione. 3. quæ ſunt impenſæ vtiles.

5. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

QVod *a* dicitur *b*, *neceſſarias impenſas dotem minuere*, ſic erit accipiendum, (vt & Pomponius ait) non vt *c* ipſæ res corporaliter *d* deminuantur, vt puta fundus, vel quodcunque aliud corpus. etenim abſurdum eſt, deminutionem corporis fieri propter pecuniam. cæterùm hæc res faciet *e*, deſinere eſſe fundum dotalem, vel partem eius, manebit igitur maritus in rerum detentationem †, donec ei ſatisfiat. non *f* enim ipſo *g* iure corporum, ſed dotis fit deminutio. Vbi ergo admittimus deminutionem dotis ipſo iure fieri? vbi non ſunt corpora, ſed *h* pecunia. nam in pecunia ratio admittit deminutionem fieri. Proinde ſi æſtimata corpora in dotem data ſunt, ipſo iure dos deminuetur per impenſas neceſſarias. Hoc de his impenſis dictum eſt, quæ in dotem ipſam factæ ſint. cæterùm, ſi extrinſecus, non imminuent dotem.

1 ¶ Sed ſi impenſis neceſſariis mulier ſatisfecerit, vtrum dos creſcat? an verò dicimus, ex integro videri dotem? Et ego, vbi pecunia eſt, non dubito dotem videri creuiſſe *i*.

2 ¶ Si dos tota ſoluta ſit, non *k* habita ratione impenſarum, videndum eſt, an condici poſſit id, quod pro impenſis neceſſariis compenſari ſolet? Et Marcellus admittit condictioni *l* eſſe locum. ſed & ſi plerique negent, tamen, propter æquitatem, Marcelli ſententia admittenda eſt.

3 ¶ Vtiles *m* autem impenſæ ſunt, quas maritus vtiliter fecit, rémque *n* meliorem *o* vxoris fecerit, hoc eſt, dotem.

6. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

VEluti ſi nouelletum *p* in fundo factum ſit, aut ſi in domo piſtrinum *q*, aut tabernam adiecerit, ſi ſeruos artes *r* docuerit.

Quæ ſunt voluptuariæ. 1 quatenus vtiles ſeruantur.

7. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

VOluptuariæ autem impenſæ ſunt, quas maritus ad voluptatem fecit, & quæ ſpecies *ſ* exornant.

1 ¶ Quarum vtiles non *t* quidem minuunt ipſo *u* iure dotem, veruntamen habent exactionem.

8. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

VTilium nomine ita faciendam deductionem *x* quidam dicunt, ſi voluntate *y* mulieris factæ ſint; iniquum enim eſſe, compelli *z* mulierem, rem vendere, vt impenſas in eam factas ſolueret, ſi aliunde ſoluere non poteſt, quod ſummam habet æquitatis rationem.

Quatenus voluptariæ ſeruantur.

9. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

PRo voluptariis impenſis, niſi parata ſit mulier pati maritum tollentem *a*, exactionem patitur.

a 19. *Eclog.* 1.
b & in fragmentis titulo 6. §. 14.
c *v. Vlp. tit.* 6. §. 14.
d §. 1. 2. 3. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 14. *l.* 15. *l. vlt. ꝫ. eod.*
e *l.* 5. *in fi. l.* 6. *l.* 8. *l.* 14 §. 1. *ꝫ. eo.*
f *l.* 7. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 14. §. 2. *ꝫ. eod.*
g ratione vxoris (quia ſi factæ non ſunt, res aut peritura aut deterior futura *l.* 79. *ꝫ. de verb. ſign.*) num mariti, vt alias teneatur, ſi eas non fecerit? negat Accurſius: ait autem lex 4. *ꝫ. eod.*
h *l.* 5. *in pr. &* §. 1. *ꝫ. eo. l.* 61 *ſupr. de iure dot.*
i i. rem dotalem.
k quænam illæ ſunt? puta ſi maritus debitores vxoris conuenerit. *Accurſ.* magis placet Bartolus, cùm ait, à marito nominis æſtimato accepti, & cuiuſcumque alterius nominis ſimpliciter accepti, neceſſarias expenſas deduci.
l Liuius 2. Inſulæ in Tiberi ex frumenti aceruis factæ, additæ *moles*. quidam tamen legunt metas. v. Cottam *in dictione moles.*
m Imò piſtrini & horrei *l.* 6. *ꝫ. eod.* ædificatio inter vtiles expenſas refertur *l.* 79. *ꝫ. de verb. ſign.*
n *l.* 14. *ꝫ. eod. l.* 10. §. 1. *ꝫ. de neg. l.* 39. *ꝫ. de pet. hered. l.* 51. §. *familiæ. l.* 7. *in fin. ꝫ. ſoluto. Vlp.* 6. § 15. vi ventorum.
o defecta. *Hal.* ſed reiecta accipe modicam: nam modicam non repeteret *l.* 7. §. *vlt. ꝫ. tit. prox.*
p *l.* 12. *ꝫ. eo. l.* 10. *in fin. ꝫ. de negot. l.* 10. *C. de negot.* ſubaudi impenſas.
q *l.* 12. *infr. eodem.*
r arbuſti paſtinationem inter neceſſarias expenſas refert iuriſconſultus, *d. l.* 79. §. 1. adde *l* 7. *in fin. ſupr. ſoluto.*
ſ Seminarium, non eſt locus vbi frumentum ad ſeminandum reponitur, vt ait Accurſius: ſed ſolum ſubactum, in quo ſemina vitium, aut arborum panguntur: vt cùm radices egerint, inde ſtipites in aliud ſolum transferantur *l.* 6. §. 6. *ſupra de vſufruct.*
t *ſub.* perpetua: eſſet enim aliàs impenſa hæc vtilis, non neceſſaria, *l.* 12. *ꝫ. eod.*
u ideóque dotem minuent.
x Impenſarum neceſſariarum aliæ ad perpetuam agri vtilitatem fiunt: aliæ ad præſentis anni fructum. Poſteriores compenſantur cum fructibus: Priores non compenſantur, *vt hic.*
y ad perpetuam agri vtilitatem pertinet domus exuſtæ reædificatio *l.* 58. *infr. de leg.* 1. ad temporariam ſeu præſentem, quæ fit percipiendorum fructuum gratia *Accurſ. Bart.*
z Tò *vel* hic ſumitur pro id eſt, vt ꝫ. *ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius.* ſic enim legunt codices nonnulli. Nam impenſæ quæ non ad præſentis temporis vtilitatem pertinent, ad perpetuam vtilitatem rei dotalis referuntur.
a Impenſas neceſſarias in rem dotalem facere negligens maritus tanti damnatur, quanti mulieris interfuit eas impenſas fieri.
b Impenſarum neceſſariarum in re dotali factarum & non factarum differentia. Priorum habetur ratio, etſi res malè geſta eſt. Poſteriorum, ſi ob id res malè geſta eſt.
c Quid ſi alio modo ruerit inſula: quòd non refecta ſit? ex ſuperioribus ſatis colligitur maritum teneri.
d Cur nihil præſtabit? quia res non eſt malè geſta propter culpam mariti negligentis reficere: ſed propter caſum.

a Sabino ſc.
b Impenſæ neceſſariæ dotem minuunt. *l.* 1. §. 2. *ꝫ. eo. l.* 6. §. 3. *ꝫ. de iure dot.*
c Dotem impenſis minui quod dicimus non ita intelligimus, vt corpora rerum dotalium minuantur; quippe deminutionem corporum dotalium facere propter pecuniam expenſam, abſurdū eſt.
d Corporaliter deminui aliquid dicitur ſi quid ex rei ipſius corpore deminuitur.
e Imò, huiuſmodi impenſæ non faciunt vt deſinat fundus eſſe dotalis, *d.* §. 3.
† *al.* detentionem, hodie ceſſat retentio *l. vnic.* §. 5. *C. de rei vxor.* Detentatio porro non à detinendo, ſed à detentando dicitur.
f Dotem vniuerſale quiddam eſſe ex hoc loco colligimus. Aliud enim eſt dos, aliud corpora rerum dotalium. qua de re v. Campegium *tract. de dote parte* 1. *q.* 4. Guibertum *de dotibus c.* 2. Contrarium ſentit Phanucius *de lucro dotis in rubrica in verbo, Dos.*
g Ipſo iure non corporum rerum dotalium ſed dotis fit deminutio, hoc eſt non corporum ſed vniuerſitatis fit deminutio.
h Pecuniam rem non eſſe corporalem hinc colligunt, vt *l.* 94. §. *ꝫ. de ſolutionib.* Verum *corpus* hoc loco, res cæteræ etiam corporales ſunt, quibus opponitur pecunia, non vt res incorporea aliqua, ſed vt corporea, peculiare quoddam genus corporum efficiens.
i Dotis augmentum iiſdem priuilegiis fruitur, quibus & ipſa dos fruitur. dixi ad *l.* 8. *C. de iure dotium.*
k Dote reſtituta mulieri eiuſve hæredibus expenſarum non facta deductione, ipſæ expenſæ condictione indebiti poterunt repeti.
l de qua notaui ad *l.* 51. *ꝫ. de cond. indeb.*
m *l.* 6. *l.* 7. *in fi. l.* 8. *l.* 9. *l.* 24. *in fi. ꝫ. eod. d. l. vn.* §. 5. *l.* 79. *ꝫ. de verb. ſign.* & vt paucis dicam, neceſſariis omiſſis deterior: vtilibus omiſſis, non deterior: factis vero, fructuoſior: voluptuoſis non omiſſis, & omiſſis neque deterior, neque fructuoſior dos efficitur, *Vlp. tit.* 6. §. 15. 16. 17.
n quæque rem mulieris meliorem reddunt. *Hal.*
o & fructuoſiorem *Vlp.* 6. § 16.
p nouelletum *l.* 39 *ꝫ. de pet. hered.* vinea ex nouis viribus conſita. τὰ νεόφυτα. *Synopſ. eod. c.* 4. v. tamen quæ notaui ad *l.* 30. §. 2. *ꝫ. de verb. ſign.* Quidam apud Albericum legunt oliuetum. Dicitur quoque *oliuetum l.* 8. *ꝫ. de fundo dotali nouellum.*
q *v. l.* 1. §. 3. *ꝫ. eod.* Piſtrinum feciſſe, vtilis impenſa eſt.
r *v. l.* 27. §. 5. *ꝫ. de rei vind. l* 79. §. 1. *de verb. ſign.* v. Senecam *in declamat.*
ſ Imò huiuſmodi impenſas maritus non ſeruat *l.* 28. §. 1. *ꝫ. de donationib.*
t *l. vlt. ꝫ. de fundo dotali.*
u differunt ea parte à neceſſariis *l.* 15. *ꝫ. eod.*
x actione mandati.
y ac non ignorante *d.* §. 1. *d. l. vn.* §. 5. *C. de rei vxor.*
z *l.* 79. §. 1. *ꝫ. de verb. ſign.* a *d.* §. 5. *in fin.*

nam vult

ſi vult habere mulier, reddere ea, quæ impenſa ſunt, debet marito, aut ſi non vult, pati debet tollentem, ſi modò recipiant ſeparationem *a*: cæterùm, ſi non recipiant, relinquendæ ſunt: ita enim permittendum eſt marito auferre ornatum, quem poſuit, ſi *b* futurum eſt eius, quod abſtulit.

De rebus promercalibus.

10. *Paulus* libro 36. ad Edictum.

QVòd ſi hæ res, in quibus impenſæ factæ ſunt, promercales *c* fuerint, tales impenſę non voluptariæ, ſed vtiles ſunt.

De voluptuariis voluntate vxoris factis. 1. *De donatione.*

11. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

IN voluptuariis autem Ariſto ſcribit, nec ſi voluntate mulieris factæ ſunt, exactionem parere *d*.

1 ¶ Donationem inter virum & vxorem circa impenſas *e* quoque inhibitam *f*, verè Sabinus ſcribit.

De modicis impenſis.

12. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

OMnino & in ædificandis *g* ædibus, & in reponendis *h* propagandiſque *i* vineis, & in valetudine *k* mancipiorum, modicas *l* impenſas non debet arbiter curare: alioquin *m* negotiorum geſtorum potiùs, quàm de dote iudicium videbitur.

De ſtipendio & tributo.

13. *Idem* ‖ libro 7. Breuium. ‖

NEque ſtipendium *n*, neque tributum *o*, ob dotalem fundum præſtita, exigere vir à muliere poteſt: onus *p* enim fructuum, hæc impendia ſunt.

Quæ ſunt neceſſariæ, 1. *vel vtiles,* 2. *vel voluptuoſa.*

14. *Vlpianus* libro 5. Regularum.

IMpenſæ neceſſariæ ſunt, quibus non *q* factis dos imminuitur, veluti *r* aggeres facere, flumina auertere *ſ*, ædificia vetera *t* fulcire, itemque reficere, arbores in locum mortuarum reponere.

2 ¶ Vtiles ſunt, veluti pecora prædiis imponere, ‖id eſt, ‖ſtercorare.

3 ¶ Voluptuoſæ *u* ſunt, Valinea *x* exſtruere.

De imminutione dotis.

15. *Neratius* libro 2. Membranarum.

QVod dicitur, *impenſas y, quæ in res dotales neceſſariò factæ ſunt, dotem deminuere z*, ita interpretandum eſt *a*, vt, ſi quid *b* extra tutelam neceſſariam in res dotales impenſum eſt, id (eſt) in ea cauſa ſit. nam tueri *c* res dotales vir ſuo ſumptu debet: alioquin *d* tam cibaria dotalibus mancipiis data, & quæuis modica *e* ædificiorum dotalium refectio, & agrorum quoque cultura, dotem minuent: omnia enim hæc in ſpecie neceſſariarum impenſarum ſunt. Sed *f* ipſę res ita præſtare intelliguntur, vt non tam impendas in eas, quàm, deducto eo, minùs ex his percepiſſe videaris: quæ autem impendia ſecundum eam diſtinctionem, ex dote deduci debeant, non tam facilè in vniuerſum definiri *g*, quàm per ſingula ex genere *h* & magnitudine impendiorum æſtimari poſſunt.

16. *Idem* libro 6. Membranarum.

ET ante omnia quæcunque impenſæ quærendorum *i* fructuum cauſa factæ erunt, quanquam *k* eædem etiam colendi cauſa fiant, ideóque non ſolùm ad percipiendos fructus, ſed etiam ad conſeruandam ipſam rem, ſpeciémque eius, neceſſariæ ſint, eas vir ex ſuo facit: nec vllam habet eo nomine ex dote deductionem.

‖ DE *l* ACTIONE ‖ *m* RERVM amotarum.

a *l.* 38 *ſupr. de rei vindic. l.* 3. *C. d. tit. l.* 5. *§.* 4. *ſ. de in rem verſo.*
b *al.* ſi profuturum eſt ei quod abſtulit.
c i. venales *l.* 29. *ſupr. de rei vindic. l.* 4. *§ item ſignis. ȷ. de pœnis.* promercalis res dicitur, quam præter vſus ſuos venalem habet paterfamiliàs *Alciat.* 1. *prætermiſſor.* Polirianus venales ſimpliciter expoſuit, (& malè) *Sueton. in Cæſare, cap.* 54. *& de claris Grammaticis.* vbi de Palæmone: 1. *Columella* 8. & 11. *c.* 1. vide Tiraquellum *libro de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 7 *num.* 11. *in f.* Concius promercales interpretatur, venditioni deſtinatas, & iam à re familiari ſeparatas. adde Forcatulum *in penu.*
d idem quod in minore, vide *l.* 12. *§.* 11. *ſ. mandati.*
e vtiles vel neceſſarias.
f cum quodam tamen temperamento, vide *l.* 14. *l.* 21. *l.* 28. *§.* 1. *§.* 6. *l.* 31. *in fin. l.* 47. *ſuprà de donationibus.*
g *v. l.* 1. *§.* 3 *ſ. eod.*
h *l.* 2. *in fin. ſupra eod. l.* 14. *ȷ. eod.* de caro valet moderata donatio *l.* 14. *ſ. de donat.*
i *l.* 3. *ſ. eod.*
k vide *l.* 2. *ſ. eod.*
l *Synopſis* 19. *tit.* 1. *§.* 10.
m Modicæ etiam impenſæ repetuntur actione negotiorum geſtorum: at non actione de dote. Hac etiam re differt negotiorum geſtorũ actio, ab actione dotis: & negotiorum geſtor, à marito.
n Stipendium præſtabant, ſtipendiaria prouinciarum populi prædia: Tributum, tributaria prouinciarum principis prædia, de quo vide *§. per traditionem* 40. *verſ. vocantur autem ſtipendiaria & tributaria prædia: Inſt. de rer. diuiſ.* & vide omnino Theophilum ibidem, vbi dixi: *Harmenopulum* 1. *tit.* 2. *§.* 46. & de diuiſione prouinciarum ab Auguſto facta, Suetonium in Auguſto *cap.* 47. Dionem, Strabonem 13. o *l.* 7. *§.* 2. *l.* 27. *§.* 3. *ſ. de vſufr. l.* 28. *ȷ. de vſufruct. leg.* in aliis deducitur. *l.* 27. *ſupr. de ædilitio: l.* 16. *ſ. qui potior.*
p Dotalium fructuum impenſas maritus ipſe agnoſcit: neque eas mulieri imputat.
q *Synopſis ibid. c.* 12.
r Impenſarum neceſſariarum exempla.
ſ Flumen auertere à fundo dotali vxoris, maritus cogitur eſt enim cauſa huius rei, neceſſaria, *vt hic.* auertere tamen debet ſine damno vicinorum: *l.* 2. *§. merito. ȷ. ne quid in loco publico: l.* 1. *§. Sunt qui putant. ȷ. ne quid in flumine publico.*
t vide *l.* 1. *in fin. l.* 12. *ſ. eod.*
u ita vocantur ab Vlpiano 6. *§.* 17.
x de balneis dicam ad *l.* 35. *in fin. ȷ. de leg.* 3.
y de quibus vide *l.* 12. *ſ. eod.*
z ipſo iure *l.* 1. *l.* 5. *ſup. eod. l. vn. §.* 5. *C. de rei vxor. act. l.* 56. *§.* 3. *ſ. de iure dot. l.* 5. *in fin. ſ. de pact. dotalib. l.* 1. *§.* 4. *infr. de dot. præleg. §.* 37. *Inſtitut. de actionib.*
a Interpretari dicitur qui verborum ſignificationem reſtringit, vel declarat.
b *Synopſis ibid. cap.* 13.
c Dotales res tueri ſuo ſumptu maritus debet. *l.* 38. *§.* 1. *ſup. de don. int. vir.*
d Doti non imputat maritus cibaria dotalibus mancipiis data: modicas ædificiorum refectiones, agrorum culturas, *vt hic.* impenſas quærendorum fructuum cauſa factas: ea denique quæ ad conſeruandam ipſam rem ac ſpeciem neceſſaria ſunt.
e *dict. l.* 12. *ſ. eod.*
f Dotalis res ita tantúmve, vel ita demum, præſtare vel fructuoſa eſſe intelligitur, cùm fructus ipſos impendia non exſuperant.
g Definiri multa ciuili iure non poſſunt. adde *l.* 32. *ſup de vſur.*
h Genus eſt cauſa & qualitas impendendi.
i vide *leg.* 7. *in fin. ſupr. ſoluto.*
k Impenſæ quærendorum fructuum cauſa factæ, etiam colendi agri cauſa fiunt, *vt hic.* aut potius, quæ agri colendi cauſa fiunt, quærendorum fructuum cauſa fieri intelliguntur.
l Datur hæc actio rerum amotarum in vxorem, eiuſve heredem *l.* 6 *§.* 4. *ȷ. eod.* datur etiam mulieri in virum, *Vlp.* 7. *§.* 1. *l.* 6. *§.* 2. *ȷ. eod.*
m *ſ. C.* 21. 28. *Eclog.* 11.

TIT. II.

Ratio huius actionis.

Paulus libro 7. ad Sabinum.

RErum amotarum iudicium ſingulare *a* introductum *b* eſt aduerſus eam, quæ *c* vxor fuit: quia non placuit, cum ea furti *d* agere poſſe *e*, quibuſdam exiſtimantibus, ne quidem furtum eam facere, vt Nerua, Caſſio *f*: quia ſocietas *g* vitæ quodammodo dominam eam faceret: aliis (vt Sabino, & *h* Proculo) furto *i* quidem eam facere, ſicuti filia patri faciat, ſed furti non eſſe actionem conſtituto iure *k*: in qua ſententia & Iulianus rectiſſimè eſt.

2. *Gaius* libro ad Edictum prætoris, titulo de re iudicata.

NAm in honorem *l* matrimonij *m* turpis actio aduerſus vxorem negatur.

De contrectatione poſt diuortium. 1. *De ſeruo vxoris.* 2. *Si maritus furtum paſſo ſucceſſerit. Si mulier furtum paſſo nupſerit.* 3. *De rebus conſumptis, aut alienatis poſt diuortium.* 4. *De filiaſam.*

3. *Paulus* libro 7. ad Sabinum.

ET ideo *n*, ſi poſt diuortium *o* eaſdem res contrectat, etiam furti tenebitur.

1 ¶ Item ſi ſeruus eius furtum fecerit, furti cum ea agere poſſumus *p*.

2 ¶ Sed & cum vxore furti agere poſſibile eſt, ſi ei cui heredes ſimus, furtum fecit, vel nobis, antequam nuberet: tamen, propter reuerentiam *q* perſonarum, in vtroque caſu furtiuam tantum condictionem competere, non etiam furti actionem, dicimus.

3 ¶ Item verum eſt, quod Ofilius ait, etiam eas res, quas diuortij tempore mulier comederit, vendiderit, donauerit, qualibet ratione conſumpſerit, rerum amotarum iudicio contineri.

4 ¶ Si *r* filiafamilias *ſ* res amouerit, Mela, Fulcinius aiunt de peculio *t* ‖ dandam actionem: ‖ quia diſplicuit, eam furti obligari, vel in ipſam ob res amotas dari actionem. Sed ſi *u* pater, adiuncta *x* filia, de dote agat *y*: non aliter ei dandam actionem, quam ſi filiam rerum amotarum iudicio, in ſolidum, & cum ſatiſdatione *z* defendat: ſed mortua filia, in patrem rerum amotarum actionem dari non *a* oportere, Proculus ait, niſi quatenus ex ea re pater locupletior ſit.

4. *Pomponius* ‖ libro 16. ad Sabinum. ‖

DOlóve malo fecerit, quo *b* minùs ad eum perueneri t.

5. *Papinianus* ‖ libro 11. Quæſtionum. ‖

VIua quoque filia, quod ad patrem ex rebus amotis peruenit, vtili iudicio petendum eſt.

An ſocer agat. 2. *De filiofam.* 3 *De heredibus.*

6. *Paulus* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

COntra nurum *c* quoque ſocero hoc iudicium dandum Atilicinus & Fulcinius aiunt.

1 ¶ Quotiens filiofam. dos data eſt *d*, ſocerum ob res diuortij cauſa amotas, furti agere non poſſe.

2 ¶ Item cùm rerum amotarum etiam *e* in virum datur iudicium, ſi filiusfam. maritus ſit *f*, vtrùm de peculio an in ipſum actio dari debeat? Eadem repetemus, quæ de filiaſam. diximus *g*.

3 ¶ Si poſt diuortium *h* maritus deceſſerit, heres eius rerum amotarum iudicio vti poteſt.

4 ¶ Item heres mulieris *i* ex hac cauſa tenebitur, ſicut *k* condictionis nomine ex cauſa furtiua.

5 ¶ Sed ſi morte mariti ſolutum ſit matrimonium, heres mariti hereditatis *l* petitione, vel ad exhibendum actione eas conſequi poterit. Ariſto: & condici ei poſſe rectè putat: quia ex iniuſta cauſa apud eum eſſent.

6 ¶ Quòd ſi mortuo viro amouerit, non fecit fur-

a Actio rerum amotarum ſingularis, hoc eſt, diſtincta à furti actione. Alij *ſingulare* interpretantur, vt ſciamus hoc iudicium non eſſe generale, aut vniuerſale: vel quia datur pro re ſingulari: vel quia fauore mariti & vxoris introductum eſt iure ſingulari.
b Cur introductum? ne inter perſonas tanto vinculo coniunctas turpis actio furti detur, quæ competeret, niſi hæc ſingularis actio eſſet introducta.
c Imò interdum cum ea quæ vxor eſt, *l.* 3. *§.* 1. *ȷ. eod.*
d Quid? vt furti in vxorem agi non poſſit, num condictione furtiua agi poteſt? Accurſius ita putat. *l. cum quis* 34. *§.* 1. *infr. de ſolut.* argum. *l.* 6. *§.* 4. *ȷ. eod.* Iacobus de Aretio & Dynus contrà ſentiunt.
e *l.* 5. *ȷ. expilatæ.*
f vt Neruæ & Caſſio. *Hal.* vide *ȷ. eod.* in verbis, (*vt Sabino & Proculo.*)
g vide *l.* 32. *§.* 7. *ſ. ſoluto: l.* 52. *ſ. de re iudic.* Hinc Halicarnaſſeus facit vxorem κοινωνὸν ἁπάντων χρημάτων τε καὶ ἱερῶν. *Cuiac. ad tit. de ritu.*
h Cuiacius *ad tit. de rer. diuiſio. Inſtitut.* familias iuriſconſultorum hic permiſceri ſcribit: verùm, & ſi Sabinianorum & Proculianorum diuerſæ fuerunt ſectæ: vt Nerua & Caſſius *ſ. eod.* fieri tamen potuit vt & hoc loco idem ſenſerint: vt & alias factitaſſe conſtat in *l.* 11. *§.* 2. *ſupra de iuriſdict. & l. ſi habitatio, §.* 2. *ſ. de vſur. l.* 1. *§. ſi legatarius, ȷ. ad l. falcid.*
i *al.* furtum.
k *l.* 20. *§.* 2. *ȷ. de ſtatulib.* ſingulari, extraordinario. Alciat. 7. *parerg.* 26. ſpecialis.
l reuerentiam *l.* 3. *§.* 2. *ȷ. eod.* memoriam. vide quæ ſcripſi *l.* 18. *§.* 6. *ȷ. de quæſt. l. vltim. ȷ. de decur.*
m ſic in honorem parentum & liberorum actiones quaſdam temperamus, *l. vltim. C. quis & aduerſus quos in integrum, reſtitut.*
n quia cauſa ceſſante, ceſſat effectus. Poſt diuortium matrimonium ceſſat, ideóque & honor matrimonio debitus.
o aliud, ſi diuortij cauſa *l.* 21. *§.* 1. *ȷ. eod.*
p Imò non poſſumus furti, ſed rerum amotarum *d. §.* 1.
q honorem *l.* 2. *ſ. eod.*
r Si filiafamiliàs nupta res amouerit, pater tenetur de peculio, quatenus ad eum peruenit, vel dolo fecit, quo minus ad eum perueniret,
ſ *l.* 6. *§.* 2. *ȷ. eod.*
t de peculio in patrem. *Haloander.* Sed Pet. Fab. 1. *ſemeſt.* 24. ait ordinem mutatum eſſe: itaque ſic legendum, de peculio dandam actionem, vel in ipſam ob res amotas, quia diſplicuit, &c. vel ita, de peculio dandam actionem, quia diſplicuit eam furti obligari, in ipſam, &c.
u Rerum amotarum nomine pater agens de dote, filiam in ſolidum defendere cogitur.
x id eſt, conſentiente.
y *ſub.* ſuo nomine & filiæ.
z *ſub.* iudicatum ſolui.
a *ſub.* in ſolidum: Sed quàm locupletior facta eſt.
b *v. l.* 2. *§.* 5. *ſ. de hered. vend.*
c amouentem res ſoceri. *l.* 15. *§.* 2. *ȷ. eod.*
d *ſub.* ſine iuſſu patris: ne in ſolidum aliàs teneatur, *l. ſi cum dotem* 22. *§. tranſgrediamur* 12. *ſ. ſolut. matrim.*
e Amotarum rerum actio, etiam datur in virum; *vt hic Vlp.* 7. *§.* 1.
f *ſub.* & ſubripiat res vxoris.
g *l.* 3. *§.* 4. *ſupra eod.*
h & res amotas: atque ita, poſt iam natam actionem rerum amotarum
i *ſub.* amouentis.
k & ſic in ſolidum *l.* 9. *ſ. de cond. furt.* imò quatenus locupletior *l.* 3 *in fin. ſ. eod.*
l *l.* 22. *in fin. infra eodem.*

tum: quia rei hæreditariæ nondum poſſeſſæ non fit furtum: ideóque aut vindicari poterunt aut in hereditatis petitionem venient.

De compenſatione.

7. *Vlpianus* libro 36. ad Sabinum.

MVlier habebit rerum amotarum actionem aduerſus virum *a*: & compenſare *b* poteſt ‖ mulier ‖ cum actione, qua maritus agere vult ob res amotas.

Si dos ſoluta ſit, aut nulla ſit. 1. *Si mulier nolit reddere.*

8. *Pomponius* libro 16. ad Sabinum.

SI *c*, cùm dos ſolueretur mulieri, aut ſatis doti fieret, dictum non eſſet, *actum iri rerum amotarum*: nihilominus agi poteſt. Nam, & cùm dos nulla ſit, eadem actio detur.

1 ¶ Sabinus ait, ſi mulier res, quas amouerit, non reddat, æſtimari debere, quanti *d* in litem vir iuraſſet.

9. *Paulus* libro 37. ad Edictum.

NOn enim æquum eſt, inuitum *e* ſuo *f* pretio res ſuas vendere.

10. *Pomponius* libro 16. ad Sabinum.

IDeóque *g* nec debere eum pro euictione promittere quod ex contumacia mulieris id ita acciderit.

Si coniugem expellens res amouerit. 1. *De iureiurando.*

11. *Vlpianus* libro 33. ad Sabinum.

MArcellus libro octauo Digeſtorum ſcribit: ſiue vir vxorem *h*, ſiue vxor virum domo expulit, & res amouerit: rerum amotarum teneri.

1 ¶ Qui rerum amotarum inſtituit actionem, ſi *i* velit magis iuſiurandum deferre: cogitur aduerſarius iurare, *nihil diuortij cauſa amotum eſſe*: dum prius *k* de calumnia iuret, qui iuſiurandum defert.

2 ¶ Iurare autem tam vir, quàm vxor cogetur *l*: pater autem amouentis iurare non cogitur: cum iniquum ſit, de *m* alieno *n* facto alium iurare *o*: is ergo cogitur iurare, qui amouiſſe dicitur: & idcirco nec heres *p* eius, qui quæve amouiſſe dicetur, iurare cogetur.

3 ¶ Si quis delatum ſibi iuſiurandum referre *q* velit, non videtur prætor permiſiſſe *r*.

12. *Paulus* libro 7. Breuium.

NOn magis, quàm ſi quis ei, qui furti agat, iuſiurandum deferat, an ipſe fur ſit.

13. *Vlpianus* libro 33. ad Edictum.

IDeo Labeo ſcribit mulieri non eſſe permittendum referre *ſ* iuſiurandum: & ita edictum *t* ordinatum videtur.

14. *Paulus* libro 18. ad Edictum.

DE rebus amotis permittendum marito, vel vxori, de *u* quibuſdam rebus iuſiurandum deferre, de quibuſdam probare *x*.

De habitatione. 1. *De viro & vxore: ſocero, & nuru: proſocero, & pronuru.*

15. *Vlpianus* libro 34. ad Edictum.

NIhil intereſt, vtrùm ſimul, an ſeparatim *y* habitauerunt *z*, cum actio rerum amotarum competat etiam aduerſus eam, quæ ex ea domo ſubtraxit, in qua non ſimul cum viro habitauit.

1 ¶ Vxor & nurus *a* & pronurus, viro & ſocero, & proſocero *b* furtum facere poſſunt, furti autem non tenentur: niſi forte emancipatus ſit filius: tunc enim nurus patri eius & furtum facit, & furti tenetur.

De publicatione bonorum mariti.

16. *Hermogenianus* libro 2. iuris Epitomarum.

AD fiſcum mariti bonis deuolutis, vxor, rerum amotarum nomine, in ſimplum *c* conuenitur *d*, quamuis alij in quadruplum condemnentur.

De concubinatu & nuptiis factis. 1. *Res amotæ quæ dicuntur.* 2. *De rebus extantibus vel peremptis.* 3. *De pignore.*

17. *Vlpianus* ‖ libro 30. ad Edictum. ‖

SI concubina res amouerit, hoc iure vtimur, vt furti teneatur. conſequenter dicemus,* vbicunque ceſſat matrimonium, (vtputa in ea, quæ tutori ſuo nupſit, vel contra mandata conuenit *e*, vel ſicubi alibi ceſſat matrimonium) ceſſare rerum amotarum actionem, quia competit diuortij cauſa.

1 ¶ Res amotas dicimus non *f* ſolùm eas, quas mulier amouit, cùm diuortij conſilium iniſſet: ſed etiam eas, quas nupta amouerit, ſi, cùm diſcederet, eas celauerit.

a *ſub.* amouentem.
b *l.* 1. *C. eo. l.* 24. §. 6. *ſup. ſolut.*
c Dotem ſoluens maritus, ſi non obiecerit rerum amotarum compenſationem, rerum amotarum agere poteſt pro rebus amotis.
d Iurat in litem in actione rerum amotarum; qui agit, nec liberatur is in quem agitur, data rerum æſtimatione: neque tenetur ei actor euictionis cauere *l.* 10. ℑ. *eod. l.* 25. §. 1. *ſup. ſoluto.* Imò in hac actione non iuratur in litem, cum non ſit bonæ fidei vel arbitraria. *l.* 5. §. *de in litẽ iur.*
e *l.* 70. *ſup. de rei vindicat. l.* 8. *ſup. de in litem iurando. l. vlt.* ℑ. *de annona: l.* 8. *C. de Iudæis.* adde *l.* 2. *inf. ſi à parente l* 21. *C. mandati: l.* 25. §. 1. *in fin. ſup. ſoluto, l. vlt. C. de pact.*
f legendum fortè eſt, *non ſuo* manifeſta planè ſententia: iniquum eſſe inuitum, non ſuo pretio res ſuas vendere. Eſt quidem iniquum inuitum cogi res ſuas vendere, ſuo etiam ac iuſto pretio. Sed multo id iniquius eſt, cogi inuitum res ſuas vendere, iniquo & iniuſto pretio. Niſi fortè *ſuo*, interpreteris, aduerſarij pretio.
g *ſub.* propter contumaciam viri vel mulieris, *vt inf. eod.*
h tam viro quam vxori competit hæc actio. *Bart. l.* 16. §. 2. *ſup. eod.*
i Amotarum rerum actionem qui inſtituit, poteſt aduerſario iuſiurandum deferre: dum tamen prius iuret de calumnia.
k *l.* 34. §. 4. *ſup. de iureiur.*
l In actione rerum amotarum referri non poteſt iuramentum, §. 3. ℑ. *e.*
m Iurare de alieno facto nemo cogitur. Iuſiurandum hæredis & defuncti, diuerſum.
n Ideò defenſor, procurator, curator, tutor, heres non iurat, *l.* 34. §. 3 *ſup. de iureiur. v. l.* 4. *ſup. de in litem iurand.* o Poſitioni facti alieni, in criminalib. reſpondere neminem cogi, Bart. hinc colligit. p Heredi eius cum quo contractum eſt, iuſiurandum deferri non poteſt, quoniam contractum ignorare poteſt. *Paul.* 2. *ſent.* 1. §. 4.
q Iuſiurandum in delictis referri non poſſe hinc colligunt, adde *c. vlt. extra. de iureiur.* de quo v. Albericum hic. r *l.* 13. ℑ. *eod.* dixi §. 2. *ſup. eo.*
ſ *vt l.* 1. *in fi. ſup. eo.* t Argumentum ab ordine titulorum valere. *v. l.* 2. *ſup. de ſtatu hominum.* u In actione rerum amotarum, poteſt actor, ſi velit, quarundam rerum iuſiurandum deferre, & de aliis probare, *vt hic.* Vnde notant, Inconſtantiam & variationem in agendo permitti: de quo v. Alberic. *hic.*
x Variatio circa res diuerſas admittitur, *Bart.* y vt n. ſeparatim habitent, non deſinit eſſe matrimonium arg. *l.* 5. *l.* 6. *ſup. de ritu: l.* 32. §. 3. *ſup. de donat. int. vir.*
z *ſub.* vir & vxor. a *l.* 6. *ſup. eo.* b *l.* 5. §. 2. *ſup. de in ius vocando.*
c adde *l.* 21. §. *pen.* ℑ. *eo.* d *ſub.* à procuratore fiſci.
e in manu conuenit: ſic Tribonianus, pro, *in manu conuenit*, ſcripſi *in matrimonium conuenit*, in *lege* 15. *ſup. de ritu*, quam vide.
f Amouetur res vel poſt diuortij conſilium initum vel in ipſo diſceſſu.

2 ¶ Non ſolùm eas res, quæ extant, in rerum amotarum iudicium venire Iulianus ait, verumetiam eas, quæ *a* in rerum natura eſſe deſierunt, ſimili modo etiam certi condici *b* eas poſſe ait.

3 ¶ Quæ viro ſuo res pignori *c* datas amouerit, hoc iudicio *d* tenebitur.

18. *Paulus* libro 6. Quæſtionum.

SEd & domino *e* condictio *f* competet, ſed alterutri *g* agere (re) permittendum eſt.

De ea quæ per alios amouit.

19. *Vlpianus* libro 34. ad Edictum.

SEd & ſi diuortij tempore *h* fures in domum mariti induxerit, & per *i* eos res amouerit, ita *k* vt ipſa non contrectauerit, rerum amotarum iudicio tenebitur. Verum eſt itaque, quod Labeo ſcripſit, vxorem rerum amotarum teneri, etiam *l* ſi ad eam res non peruenerit.

De re bona fide empta.

20. *Marcellus* libro 7. Digeſtorum.

SI rem, quam maritus *m* bona fide emerat, vxor amouit, vel opem *n* furi tulit, idque fecit diuortij cauſa *o*, rerum amotarum iudicio damnabitur.

De amotis cauſa mortis. 1. *De ſeruo mulieris.* 2. *De ſeruo dotali.* 3. *Si dotis actio competitura eſt.* 4. *De eo quod intereſt.* 5. *De eo quod hæc actio proſequitur. De eius tempore, de herede.* 6. *Si conuentus facere non poſſit.*

21. *Paulus* libro 37. ad Edictum.

SI mulier, cum de viri vita deſperaſſet, ſubreptis quibuſdam rebus diuortiſſet, ſi conualuerit vir, vtilis rerum amotarum actio ei danda eſt.

1 ¶ Si ſeruus mulieris iuſſu dominæ, diuortij cauſa res amouerit, Pedius putat *p*, nec furtum eum facere, quoniam nihil lucri ſui cauſa contrectet, nec videri furtum facienti opem ferre, cùm mulier furtum non faciat *q*, quamuis ſeruus in *r* facinoribus domino dicto audiens eſſe non debeat, ſed rerum amotarum actio erit.

2 ¶ At ſi in dotem ſeruus datus furtum viro fecerit, ſi quidem mulier talem eſſe eum ſcierit, totum damnum viro ſarcietur: quod ſi ignorauerit, tunc non vltra condemnationem noxæ multanda erit.

3 ¶ Rerum amotarum actio damnum repræſentat *ſ*, etiam ſi poſtea dotis exactio competat.

4 ¶ Commodi *t* quoque, ſi quod amotis rebus amiſerit vir, ratio habenda eſt.

5 ¶ Hæc actio, licèt ex delicto naſcatur, tamen rei perſecutionem *u* continet: & ideo non anno finitur, ſicut *x* & condictio furtiua. Præterea & heredibus *y* competit.

6 ¶ Nec viro, nec mulieri prodeſt in hoc iudicio, ſi facere non poſſunt *z*: pendet enim id ex furto.

De litis æſtimatione. 1. *De amotis cauſa mortis.*

22. *Iulianus* libro 19. Digeſtorum.

SI propter res amotas egero cum muliere, & lis æſtimata ſit, an actio ei danda ſit, ſi amiſerit poſſeſſionem? mouet me, quia dolo acquiſiit poſſeſſionem. Reſpondi *: Qui litis æſtimationem ſuffert, emptoris loco habendus eſt: ideo ſi mulier, cum qua rerum amotarum, actum eſt, æſtimationem litis præſtiterit, aduerſus vindicantem maritum, vel heredem mariti, exceptionem habet: &, ſi amiſerit poſſeſſionem, in rem actio ei danda eſt.

1 ¶ Si mulier mortis cauſa res amouerit, deinde mortuus eſt maritus, hæreditatis petitione *a* vel actione ad exhibendum conſequi poterit heres *b* id quod amotum eſt.

De matrimonio redintegrato & iterum ſoluto.

23. *Africanus* libro 8. *c* Quæſtionum.

REdintegrato *d* matrimonio, ſi iterum *e* diuortium factum erit *f*, ob res amotas prioris diuortij cauſa: item ob impenſas *g* donationéſque priore matrimonio factas, manere actionem exiſtimauit.

De concurſu vindicationis, & condictionis.

24. *Vlpianus* ‖ libro 5. Regularum. ‖

OB res amotas, vel proprias viri, vel etiam dotales, tam vindicatio, quàm condictio *h* viro aduerſus mulierem competit, & in poteſtate eſt qua velit actione vti.

De conſilio diuortij, & diuortio ſecuto. De rebus ſubtractis in matrimonio.

25. *Marcianus* libro 3. Regularum.

REum quidem amotarum iudicium ſic habet locum, ſi diuortij conſilio res amotę fuerint, & ſecutum diuortium fuerit: ſed ſi in matrimonio vxor marito res

a Amotarum rerum tenetur mulier, ſiue res quas amouit extent, ſiue non extent in rerũ natura.
b *v. l.* 24. *inf. eo.*
c Amotarum rerum actione tenetur mulier, quæ mariti pignus etiam amouit.
d *l.* 20. *inf. eo.* non furti, *l. vlt. in fin. C. de furt.*
e *ſub.* pignoris.
f *ſub.* & furti actio. *l.* 28. *inf eod.*
g non vtique.
h id eſt, dum de diuortio cogitat. *l.* 17. §. 1. *ſup. eod.* vnde notant, Delicti tempus dici etiam, cùm quis delinquere cogitat.
i *l.* 20. *inf. eod. l.* 52. *inf. de furt.*
k Amouiſſe res mariti intelligitur vxor, licèt eas non attrectauit, aut ad eam res non peruenerint.
l Amotarum rerũ teneri poteſt mulier, etiam res alius contrectauit, non ipſa.
m *v. l.* 17. *in fin. ſup. eod.*
n *l.* 19. *ſup. eod.*
o *ſub.* & poſtea diuertit.
p *al.* nec.
q Imò furtum facit, *l.* 3 *ſupr. eod. l.* 36. §. 1. *l.* 52. ℑ. *de furt.*
r *l.* 157. *inf. de regulis iuris.*
ſ *al.* reputat. vnde Albericus id verbum interpretatur, pro habetur ratio dãmni. Atqui *repræſentare* hic nihil aliud eſt, quàm in præſenti ſiſtere: hoc ſenſu, Rerum amotarum præſentem eſſe actionem, etiamſi dos poſtea tantum poſſit exigi.
t De lucro vide quæ ſcripſi ad *l.* 1. *in fi.* ℑ. *ratam rem.*
u in ſimplum *l.* 16. *ſup. eod.*
x Condictio furtiua eſt ex delicto & rei perſecutoria.
y non dicit, in heredes: nec enim datur in heredes condictio furtiua, niſi lite cum defuncto conteſtata. *l.* 9. *ſupra de condict. furt. l.* 7. §. 1. *ſup. depoſiti: l.* 2. *in fi. inf. de prætoriis*: vel rem ipſam hæres contrectet. *l.* 7. §. *vltimo, ſupr. de cond. furt.* vide Cuiac. 3. *obſeruat.* 37.
z in ſolidum enim hoc caſu condemnantur. *l.* 52. *inf. de re iud.*

a *l.* 46. *ſup. de rei vindicat. l.* 7. §. 1. *ſup. de publiciana: l.* 10. §. 5. *ſuprà de iure dot.*
* b *l.* 6. §. *penultim. ſup. eod. l. vltim. C. eod.*
c vide Cuiac. 8. *ad Africanum.* d *vt l. vltim. inf. eodem.* Redintegrato matrimonio, idem matrimonium, & eiuſdem & eadem dos cenſetur. *l. plerique* 33. *ſuprà de ritu nupt.* Ita vno eodémque iudicio veniunt quæ acta ſunt, priore & poſteriore matrimonio. e id eſt, ſecundum. f cum eodem marito.
g factas in dotem.
h *l.* 17. *in fin. ſup. eod. l.* 3. *C. eod.*

ſubtraxerit

ſubtraxerit, licet *a* ceſſet rerum *b* amotarum actio, tamen ipſas res maritus condicere poteſt. Nam iure gentium condici puto poſſe res ab his qui non *c* ex iuſta cauſa poſſident.

Genus huius actionis.

26. *Gaius* libro 4. ad Edictum prouinciale.

Rerum amotarum actio condictio *d* eſt.

De adulterio.

27. *Papinianus* libro 4. Reſponſorum.

Rerum amotarum actio ob *e* adulterij crimen, quo mulier poſtulata eſt non differtur.

De re commodatario ſubrepta.

28. *Paulus* libro 6. Quæſtionum.

Si vxor rem viri ei, cui eam vir commodauerat, ſubripuerit, iſque conuentus ſit, habebit furti *f* actionem: quamuis vir habere non poſſit.

De æſtimatione, de furto. De vſucapione.

29. *Tryphoninus* libro 11. Diſputationum.

Rerum amotarum æſtimatio ad tempus, quo *g* amotæ ſunt, referri debet. Nam veritate furtum fit, etſi lenius coërcetur mulier. Quare nec à bonæ fidei poſſeſſore ita res amotæ vſucapiuntur, ſed ſi pluris factæ non reſtituuntur, quæ amotæ ſunt, creſcit *h* æſtimatio, vt in condictione *i* furtiuæ rei.

De redintegratione matrimonij.

30. *Papinianus* libro 11. Quæſtionum.

Cum ſoluto matrimonio rerum amotarum iudicium contra mulierem inſtituitur, redintegrato *k* rurſus matrimonio, ſoluitur *l* iudicium.

a l. 2. C. eo.
b Imò, non ceſſat, ſed datur, *l. vlt. in fi. C. de furt.*
c *l. 6. ſup. de cond. ob turp. l. 66. ſup. de con. indeb. l. 22. §. 2. ſup. de pignor.*
d Ideóque quòd condictio ſit, in ea ceſſat ignominia & infamia, *l. 36. j. de oblig.*
e *l. 33. C. de adulteriis.*
f *l. 18. §. eod.* ſic habeto. Si Vxor rem viri apud virum ſubripuit, rerum amotarum actio competit, *hoc tit.* ſi rem viri apud extraneum, furti, *hac l.* à commodatario conueniri poteſt, quemadmodum ſi rem extranei apud virum ſubripuit, ab extraneo furti conueniri poteſt, in ſubſidium, id eſt, marito non idoneo, *l. vlt. in fi. C. de furt.*
g adde *l. 50. j. de furt.* adde *l. 19. ſup. eod.*
h *v. l. 8. §. 1. ſup. de condict. furt. l. 2. §. 4. j. de priuat. delict. l. 51. j. de furt. l. 2. C. de cond. furt.*
i *v. l. 2. §. 3. infra de priuatis delictis.*
k *v. l. 23. ſup. eo.*
l expirat *l. 19. ſup. ſoluto. v.* Cuiac. ad *l. 23. ſup. eo.* Soluitur iudicium rerum amotarum, cum ad eum caſum peruenit, à quo incipere non poteſt.

DE AGNOSCENDIS *m* ET ALENDIS *n* liberis, vel parentibus, vel patronis vel libertis.

TIT. III.

Diuiſio Senatuſconſulti Plantiani. 1. De liberis natis poſt diuortium, agnoſcendis ex ſenatuſconſulto Plantiano.

Vlpianus libro 34. ad Edictum.

Senatuſconſultum *o* quod factum eſt *de liberis agnoſcendis*, duas ſpecies *p* complectitur: vnam eorum, qui agnoſcunt; aliam earum, quæ *q* falſum partum ſubiiciunt.

1 ¶ Permittit igitur mulieri, parentíve, in cuius poteſtate eſt, vel ei, cui mandatum ab eis eſt, ſi putet prægnantem, denuntiare intra dies triginta *r* poſt diuortium connumerandos, ipſi marito, vel parenti in cuius poteſtate eſt: aut domum denuntiare *ſ*, ſi nullius eorum copiam habeat.

2 ¶ Domum accipere debemus, hoſpitium *t*, ſi in ciuitate *u* maneat: quod ſi non ſit, ſed in villa, vel in municipio, illic vbi larem *x* matrimonio collocarent.

3 ¶ Denuntiare autem hoc tantùm, eſſe mulierem ex eo prægnantem. non ergo *y* hoc denuntiat, vt mittat cuſtodes maritus. Sufficit enim mulieri, "hoc" notum facere, quòd ſit prægnans. Mariti eſt iam aut mittere cuſtodes, aut ei denuntiare, quod non ſit ex ſe prægnans. Hoc autem vel ipſi maritò, vel alij *z* nomine eius facere permittitur.

4 ¶ Pœna autem mariti ea eſt, vt, niſi aut cuſtodes præmiſerit, aut contra denuntiauerit *a* non eſſe ex ſe prægnãtem, cogatur maritus partum agnoſcere *b*. &, ſi non agnouerit, extra ordinem *c* coërcetur. debebit igitur reſpondere, non eſſe ex ſe prægnantem, aut nomine eius reſponderi. quod ſi factum fuerit, non aliàs neceſſe habebit agnoſcere, niſi verè filius fuerit.

5 ¶ Illud notandum eſt, quod denuntiatio à marito non incipit, ſed à muliere *d*.

m de liberis agnoſcendis, & alendis à parentibus, vel à patronis libertis. *vulg.* petit autem vxor à marito liberos editos, poſt ſolutum matrimonium, agnoſci quaſi ſuos.
n 5. c. 25. 31. *Ecl. 6. Paul. 2. ſent. 24. 4. Harm. 7.*
o Plancianum vel Plautianum *l. 3. §. 1. j. eo.*
p ſpecies hic pro partibus accipe.
q de quarum pœna *v. l. 1. C. de falſ.*
r *Pau. 2. ſen. 24. §. 5.*
ſ Domus intelligitur, vbi quis domicilium habet & habitationem *l. 1. §. 2. ſup. de aleatorib.* habitationem, inquam, ſuam, vel conductam, *l. 1. §. 9. ſup. de his qui deiecerunt.*
t *v. l. 5. §. 2. j. de iniuriis.* Domicilium matrimonij eſſe poteſt in hoſpitio: ibi denique, vbi larem matrimonio collocauerint coniuges.
u Ciuitatis, villæ, & municipij differentia.
x Lar matrimonij an vbi maritus retinuit vxorem, vt vult Bartolus ad *l. 1. §. 9. ſup. de his qui deiecerunt*? An vero vbi maritus diuortij tempore vxorem habuit, arg. *l. vlt. C. de incolis.* An vbi maritus lares, id eſt, domeſticos deos paternos habet vel auitos? vt *l. 38. ſup. de rei vind. l. 49. C. de epiſcopis* vbi ſedes & tabulas fixit, *l. 203. j. de ver. ſign.* vt vult etiam Accurſius? An vbi auſpicia nuptiarum cœpta? (hinc Euclio *in Aulularia.* Nunc Thuſculum emi & haſce coronas floreas. Hæc imponentur in foco, noſtro lari, vt fortunatas faciat natæ nuptias.) An vbi ſimulachra ſuorum larium habuit? quæ videntur cuique in aliquo loco ſpectabili fuiſſe: ad quem modum ſcribit Lampridius, Alexandrum Seuerum in larariorem horis matutinis diuinam factitaſſe, ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum & Chriſtum? An vbi fixum aut magis perpetuum, ſeu frequens domicilium habuit? nam ad ea ius aptari debet, *l. 5. ſup. de legib.* & larem pro domo accipi notum eſt: hinc illa Catilinæ verba apud Saluſtium, illos binas aut amplius domos continuare nobis larem familiarem nuſquam eſſe? An vbi iiſdem ſacrificare ſolitus erat maritus? hinc Lar apud Plautum in Aululariæ prologo. Ea mihi quotidie aut thure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat.
y *Paul. 2. ſent. 24. §. 5.*
z mandatum habenti §. 1. *ſup. eo.*
a *l. 6. C. de patria poteſtate.*
b quantum ad alimenta: interea mater alere partum cogitur. Hæc eſt pœna non improbantis, *v. l. 16. §. de S. C. Maced.*
c facit *l. 1. §. 3. in fi. j. de ventr. inſpic.*
d quia factum melius nouit. *Accurſ.* ſic iuramentum ei deferri debet, qui maiorem rei geſtæ notitiam habet. *Bart. hic.*

6 ¶ Sed ſi maritus vltrò *a* cuſtodes offerat, & ea *b* non admittat: vel ſi non denuntiauerit mulier, aut ſi denunciauerit quidem, cuſtodes autem arbitrio iudicis non admiſerit, liberum eſt marito, parentíve eius, partum non agnoſcere *c*.

7 ¶ Si mulier, "eſſe" ſe pregnantem, intra triginta dies non denuntiauerit, poſtea denuntians, cauſa cognita *d*, audiri debebit.

8 ¶ Quinimo & ſi in totum omiſerit denuntiationem, Iulianus ait, nihil hoc nocere ei *e* quod editur.

9 ¶ Dies autem triginta continuos accipere debemus ex die diuortij *f*, non vtiles *g*.

10 ¶ Eleganter autem apud Iulianum libro nono decimo digeſtorum quæritur; ſi intra dies triginta mulier marito non denunciauerit, & intra triginta partum ediderit: an ſenatuſconſulto *h* locus ſit. & ait, Plautianum ſenatuſconſultum ceſſare: quia de eo partu non videtur ſentire, qui intra diem trigeſimum naſcatur: quippe dies triginta ad denuntiandum præſtituit ſenatus. ſed hanc *i* rem non facere præiudicium partui *k* arbitror.

11 ¶ Quemadmodum per contrarium, ſi maritus *l* vxore denuntiante cuſtodes miſerit, nullum *m* præiudicium ſibi faciat *n*. licebit igitur ei partum editum ex ſe negare. Nec ei nocebit, quod ventrem cuſtodierit. & ita Marcellus libro ſeptimo digeſtorum ſcripſit. ait enim: Siue quis neget vxorem, ſiue ex ſe pregnantem, ſine præiudicio rectè mittet cuſtodes: maxime ſi miſſurus idipſum proteſtetur *o*.

12 ¶ Iulianus libro nonodecimo digeſtorum ſcripſit: Quod ſenatuſconſulto comprehenſum eſt *p*: ſi mulier viro denunciauerit, ſe ex eo concepiſſe, & is cui denunciatum erit, cuſtodes ad ventrem cuſtodiendum inſpiciendúmque non miſerit: neque conteſtatò *q* dixerit eam ex ſe prægnãtem non eſſe, vt ei id, quod editum ſit, agnoſcere ſit neceſſe: non *r* eò pertinet, vt, ſi quis agnoſcere ſe filium diceret *ſ*, ſuum heredem haberet, quamuis ex alio conceptus ſit. quandoque *t* enim (inquit) cœpit cauſa agi, † grande præiudicium affert pro filio confeſſio *u* patris.

13 ¶ Idem per contrarium quoque ait: ſi mulier, diuortio facto, non fecerit ea *x*, quæ ſenatuſconſulto præcipiuntur, vt liceat patri non agnoſcere: non eo pertinere, vt filius natus ſuum ſe dicere non poſſit: ſed ad id tantùm, vt ita pater *y* alere eum cogatur, ſi conſtiterit eum filium eſſe.

14 ¶ Idem Iulianus ſcribit, ſi, vxore denuntiante, ſe prægnantem, maritus non negauerit: non vtique ſuum illi partum effici: cogendum tamen alere. Cæterùm [ſi] eſſe ſatis iniurioſum *z* ait, ſi quis longo *a* tempore abfuerit, & reuerſus, vxorem prægnantem inuenerit, & idcirco reiecerit: ſi quid ex his, quæ ſenatuſconſulto continentur, omiſerit, ſuum heredem ei naſci.

15 ¶ Ex his apparet: ſiue vxor omiſerit, quę eam ex ſenatuſconſulto obſeruare oportuit, nihil *b* præiudicare filio, ſi filius eſt *c*, non tantùm in iure ſui, verum ne in alimentis quidem ſecundùm Diui Pij reſcriptum: ſiue maritus neglexerit facere, quæ ex ſenatuſconſulto debet: natum cogitur omnimodò alere, cæterùm recuſare poterit filium.

16 ¶ Planè ſi denuntiante muliere negauerit, ex ſe eſſe prægnantem: tametſi cuſtodes non miſerit, non euitabit, quo minus quæratur, an ex eo mulier prægnãs ſit; quę cauſa ſi fuerit acta apud iudicem, & pronuntiauerit, cùm de hoc agetur *d*, quod ex eo prægnans fuerit, nec ne: in ea cauſa eſſe, vt agnoſci debeat, ſiue *e* filius non fuit, ſiue fuit, eſſe ſuum *f*.

2. *Iulianus* libro 19. Digeſtorum.

In omnibus cauſis. Quare & *g* fratribus ſuis conſanguineus erit.

De ſenatuſconſulto temporibus Hadriani facto, de liberis conſtante matrimonio natis. 2. De natis poſt mortem patris in poteſtate aui. 3. Si quæratur an ſit partus editus conſtante matrimonio. 4. Si quæratur, an vxor fuerit. 5. De morte parentis. 6. De his qui ſui heredes agnaſcuntur, vel non.

3. *Vlpianus* libro 34. ad Edictum.

Siue contra pronunciauerit, *h* non fore ſuum, quamuis ſuus fuerit: placet enim eius rei iudicem ius facere. & ita Marcellus libro ſeptimo digeſtorum probat, eóque iure vtimur.

a vltrò, id eſt non denuntiante muliere.
b *ſub.* mulier.
c niſi filius verè probet ſe filium: niſi mulier errore. aut ex neceſſitate aliqua denunciationem omiſerit §. 7. j. *eod.* interim tamen mulier partum alere tenetur. *Bart.*
d quid enim ſi nulla indicia (quæ mulieribus prægnantibus alias communiter ſolent accidere) cognouerit? quid ſi, cum eſſet minor, per errorem ſe prægnantem eſſe neſciuerit? videtur excuſanda, arg. *l. vlt. C. ſi aduerſ. delict.*
e id eſt, partui §. 15. j. eo.
f Ita vt diuortij dies computetur in iſtis triginta. *Bart.*
g de quibus v. *l.* 1. *j. de diuortiis.*
h Plautiano: quo cauetur vt ne maritus alimenta præſtare teneatur, niſi probetur filius ex eo natus.
i id eſt, hanc denuntiationem à muliere omiſſam.
k non præiudicat partui, quòd mater eius hoc ſenatuſconſultum contempſerit.
l negans ex ſe eſſe prægnantem mulierem.
m ſi alimenta ſpectes.
n Imò facit, cùm omnis partum cogatur agnoſcere *Paulus 2. ſent. 24. §. 5.*
o *v. l. 34. ſup. de neg.* Proteſtatione ius noſtrum conſeruamus: vt ne id quod ipſi contra ius noſtrum feciſſe videri poſſumus nobis noceat.
p Parentes, ſi quæ ex Senatuſconſulto Plautiano facere coguntur, omiſerint, liberis quidem non nocent, grãde tamen præiudicium ſibi faciũt.
q Conteſtatò dicit, qui coram teſtibus.
r id eſt, non ita debet intelligi, non eum effectum habet.
ſ id eſt, dicere videtur, eo ipſo quòd id non negat, aut denuntiat, vxorem eſſe ex eo prægnantem.
t *al.* quandocunque. † l. vt denuntiet marito.
u v. quæ notaui ad *l. 29. in fi. ſup. de prob.*
x Cur ita? vide *l. pen. ſup. de his qui ſunt ſui.*
y *l. 1. in pr. ſup. eo.*
z Imò non eſt iniurioſum *l. 6. ſup. de his qui ſunt ſui.*
a *v. l. 6 ſup. de his qui ſunt ſui.*
b §. 7. §. 10. j. eo.
c hoc enim probare poteſt per opinionem & communem famam viciniæ, *v. l. 9. C. de nupt.*
d cùm de hoc ageretur. *Hal.*
e Sententia lata in cauſa filiationis inter patrem & filium, facit fidem quoad eos: & nulli præiudicat præter quam patri & filio, *Bart. l. 25. ſup. de ſtatu hom. l. 1. C. quibus res iudicata non nocet.*
f fuit, quaſi ſuus. *Haloander.*
g Sententia, An & quomodo ius inter omnes facit. Albericum hic.
h iudex, non tantum mulier *v. l. 29. §. 1. ſupra de probat.*

1 ¶ Quia Plautianum *a* ſenatuſconſultum ad eos partus pertinet, qui poſt diuortium eduntur, aliud ſenatuſconſultum temporib. *b* Diui Hadriani factum eſt, vt etiam ſi conſtante matrimonio partus ſit editus, de agnoſcendo eo agatur.

2 ¶ Quid ergo, ſi quis poſt mortem patris naſcatur auo ſuperſtite, in cuius poteſtatem recaſurus eſt? vt ſi ex filio eius ſuſceptus probetur? videndum, quid dici debeat, & certè probandum eſt, cum auo præiudicium *c* de partu agnoſcendo ſimiliter agendum *d*.

3 ¶ Quid, ſi hoc ipſum in quæſtionem veniat, vtrum in matrimonio, an poſtea editus ſit? dicendum eſt, & ſuper hoc ex ſenatuſconſultis *e* agendum *f*.

4 ¶ Et quid " ſit," ſi, an vxor fuerit, *g* diſceptetur? Et Iulianus Sexto Cælio Africano reſpondit, locum eſſe præiudicio *h*.

5 ¶ Illud tenendum, hæc ſenatuſconſulta poſt mortem parentis ceſſare, ſi is ſuperſit, in cuius poteſtate recaſuri non ſunt. Quid ergo eſt in petitione hæreditatis, quam filius intendit? quæretur, vtrum ex eo natus ſit, cuius hereditatem petit, an non. Adeò hoc verum eſt, vt Iulianus libro nono decimo Digeſtorum ſcribat: ſi viuo patre redditum ſit præiudicium, & antequam ſententia feratur, pater deceſſerit *i*, tranſeundum ad Carbonianum edictum.

6 ¶ Item hæc ſenatuſconſulta pertinent ad eos, qui ſui *k* hæredes adgnaſcantur. Cæterùm ſi fortè non ſint in poteſtatem recaſuri, verius eſt ſenatuſconſulta ceſſare.

De his, qui partum præfocant, vel abiiciunt, vel alimenta denegant, vel publicis locis exponunt.

4. *Paulus* " libro 2. Sententiarum. "

NEcare videtur non tantùm is, qui partum præfocat *l*, ſed & is, qui abiicit *m*, & qui alimoniá *n* denegat, & " is, " qui publicis locis *o* miſericordiæ cauſa *p* exponit, quam ipſe non habet.

De alendis liberis vel parentibus. 1. De patria poteſtate. 2. De aſcendentibus vel deſcendentibus per vtrumque ſexum. 7. Si filius poſſit ſe exhibere. De modo alimentorum. 8. Si parens vel filius eſſe negetur. 10. Si quis alere detrectet. 12. De alimentis & cæteris onerib. liberorum. 13. De impubere emancipato. 14. Si mater alimenta quæ fecit in filium, à patre repetat. 15. De filio milite. 16. De ære alieno patris. 17. De hæredib. filij. 19. De patronis. 20. vel liberis patronorum alendis. 22. De liberto liberti. De manumiſſo, ex cauſa fideicommiſſi. De nummis ſuis redempto. De mercedib. operarum exactis. 23. De capitali accuſatione. 24. De liberta. 25. De modo & duratione alimentorum. 26. De patre & matre patroni.

5. *Vlpianus* libro 2. de Officio Conſulis.

SI quis à *q* liberis ali deſideret *r* vel " ſi " liberi, vt *r* à parente *ſ* exhibeantur, iudex de ea re cognoſcet *t*.

1 ¶ Sed vtrum eos tantùm liberos, qui ſunt in poteſtate, cogatur quis exhibere: an verò etiam emancipatos, vel ex alia cauſa ſui iuris conſtitutos, videndum eſt. Et magis puto etiam ſi non ſunt liberi in poteſtate, alendos à parentibus: & vice *u* mutua alere parentes debere.

2 ¶ Vtrum *x* autem tantùm patrem, auúmque paternum, proauúmve paterni aui patrem, cæteróſque virilis ſexus parentes alere cogamur: an verò etiam matrem, " cæteróſque parentes, " & " per illum ſexum contingentes cogamur alere videndum? Et magis eſt, vt vtrobique *b* ſe iudex interponat, quorundam neceſſitatib. *c* facilius ſuccurſurus, quorundam ægritudini, & cùm ex æquitate hæc res deſcendat, caritatéque ſanguinis, ſingulorum deſideria perpendere iudicem oportet.

3 ¶ Idem in liberis quoque exhibendis à parentib. dicendum eſt.

4 ¶ Ergo & matrem *d* cogemus, præſertim vulgo *e* quæſitos liberos alere: nec non ipſos eam.

5 ¶ Item D. Pius ſignificat, quaſi auus quoque maternus alere compellatur.

6 ¶ Idem reſcripſit, vt filiam ſuam pater exhibeat, ſi conſtiterit apud iudicium, iuſte *f* eam procreatam.

7 ¶ Sed ſi filius poſſit *g* ſe exhibere, æſtimare iudices debent, ne non debeant ei alimenta decernere. Denique idem Pius ita reſcripſit, Aditi à te competentes *h* iudices ali te à patre tuo iubebunt pro modo facultatium eius; ſi modò, cùm *i* opificem te eſſe dicas, in ea valetudine es, vt operis ſufficere non poſſis.

8 ¶ Si vel parens neget filium, idcircoque alere ſe non debere contendat, vel filius neget parentem; ſummatim *k* iudices oportet ſuper ea re cognoſcere, ſi conſtiterit, filium, vel parentem eſſe, tunc ali iubebunt. Cæterùm ſi non conſtiterit, nec decernent alimenta.

9 ¶ Meminiſſe autem oportet, & ſi pronuntiauerint ali oportere, attamen eam rem præiudicium non *l* facere veritati. nec enim hoc pronunciatur, *filium eſſe*; ſed *ali debere*. & ita Diuus Marcus reſcripſit.

10 ¶ Si quis ex his alere detrectet, pro modo *m* facultatium, alimenta conſtituentur. Quod ſi non præſtentur, pignoribus *n* captis & diſtractis, cogetur *o* ſententiæ ſatisfacere.

11 ¶ Idem Iudex æſtimare debet, num habeat aliquid parens, vel an pater, " quod " meritò filios ſuos nolit alere. Trebatio denique Marino reſcriptum eſt, meritò patrem eum nolle alere, quod *p* eum detulerat.

12 ¶ Non tantùm alimenta, verumetiam cætera quoque onera *q* liberorum, patrem ab iudice cogi præbere: reſcriptis continetur.

13 ¶ Si impubes ſit filius emancipatus, patrem inopem alere cogetur: iniquiſſimum *r* enim quis meritò dixerit, patrem egere, cùm filius *ſ* ſit in facultatibus.

14 ¶ Si mater alimenta, quæ fecit in filium, à patre repetat, cùm modo eam audiendam, " ita " Diuus Marcus reſcripſit Antoniæ Montanæ in hæc verba: Sed & quantum tibi alimentorum nomine, quib. neceſſariò filiam tuam exhibuiſti, à patre eius præſtari oporteat, iudices æſtimabunt. Nec impetrare debes *t* ea, quæ, exigente materno *u* affectu, in filiam tuam erogatura eſſes, etiam ſi à patre ſuo educaretur.

15 ¶ A milite quoque filio *x*, qui in facultatibus *y* ſit, exhibendos *z* parentes eſſe, pietatis exiſtimat ratio.

16 ¶ Parens quamuis ali *a* à filio ratione naturali *b*

a Plautianum, adde *l.* 1. §. 10. ſ. *eod.* Plautianum ſenatuſconſultum habet locum in partu qui naſcitur poſt diuortium: Senatuſconſultum têporib. D. Hadriani factum, in partu conſtante matrimonio.

b Hadriani temporib. factum: hoc S. Conſultum differt à Plautiano: vult autem vt pater cogatur agnoſcere partum conſtante matrimonio editũ.

c *al.* præiudicio. dixi ſ. §. 1. j. *eo.* & 33. §. 1. *ſup. de procuratorib.*

d ideóque filius, qui natus eſt mortuo patre, viuo auo, petet ſe agnoſci in filium, quoad omnia, donec auus ordinariè agat, & ipſum non eſſe filium oſtendat. *Bart.*

e de quibus mox dictum eſt.

f id eſt, agi poſſe à filio: vtcunque, quo tempore fuerit natus, ſit incertum: interim tamen petit ſe pro filio agnoſci. vide *hic. Bart. nu.* 7.

g ea ſcilicet de cuius filij ſtatu agitur.

h vt ſit ſenſus: Caio, qui ſe filium dicit Titij, non præiudicare debet mora de matrimonio controuerſia matri.

i Hoc caſu inſtantia iudicij non tranſmittitur ad hæredes.

k qui ſe inuicem contingunt per patriam poteſtatem. *Bart.*

l Præfocat quæ partum abigit, quæ viſcerib. ſuis vim infert, *l.* 8. j. *de ſicariis.* infantem necat *l. pen. C. de ſicariis.* m *v. tit. C. de infant. expoſit.* n in neutro genere *alimonia* hic legitur, vt & in *l.* 73. ſ. *de iure dot.* necat igitur qui fame aliquem mori cogit. *v. l.* 5. *C. de leg. Aquil.* nil enim intereſt, occidat quis an cauſam mortis præbeat, *l.* 15. j. *de ſicar.* o *v. C. de infantib. expoſitis & Nou.* 53. *in pr.* p *al.* cauſa, quam ipſe non habet, exponit. Ita qui publicis locis exponit, immiſericors cenſetur. q Alere liberi parentes ſuos tenentur, etiam iure naturali: *v. Ariſtot.* 10. *Ethic.* & ibi interpretes. An & bannitum, reum criminis, vel legum contemptorem patrem alere tenentur liberi? tenentur. *Nou.* 12. §. *ſi verò.* An & hæreticum? *v. c.* 1. *diſt.* 30. Quid? bonis Eccleſiæ, cogitúrne filius patrem alere? teneri videtur ſunt. n. huiuſmodi bona, quaſi caſtrenſia: *l. ſacroſ.* 34. *C. de Epiſcopis.* & alioqui Eccleſiæ bona, pauperum bona ſunt, *c. aurum* 12. *q.* 2. quib. etiam proximos & coniunctos iuuare iure poſſumus, *c. ad hoc, c. relatum, extr. de teſtam.* Quid? cœtus Eccleſiaſticus aut quiuis denique heres extraneus filij, cogitúrne parentem eius alere, cui ſuccedit? cogitur: etiam ſi defunctus liberos reliquerit non hæredes, vt poſt Gloſſam, Speculatorem, & alios notat Alberic. r Alere liberos ſuos parentes ipſi debent. *vt hic.* Quid ſi nepos patrem & auum ſimul ſuperſtites habeat, neque locupletes: An à patre, vt ordo mortalitatis & ſuccedẽdi ſeruetur, arg. *l. nam etſi* 15. *ſup. de inoff.* an potius ab auo alendus eſt: an à quouis ipſe elegerit nepos? hoc poſtremum verius videtur. arg. *l. ſi ab inſtituto,* j. *ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. ſi is qui Stichum* 18. j. *de oblig.* cùm quaſi duo rei ſint debendi, *l.* 1. *C. de duob. reis.* Quid? parens tenetúrne filium adoptiuum alere? tenetur. adde *l. pen.* j. *de optione.* An & nurum? tenetur *l. ſi filia* 20. §. *familia:* An & ex inceſtu natos? non iure ciuili. *Auth. ex complexu. C. de inceſtis Nou.* 89. *c. vlt.* Sed iure Canonico, *c. cùm haberet: extr. de eo qui duxit.* An & filiam meretricem vel adulteram? ſic videtur, *l. Imperialis.* 23. *C. de Nuptiis l. qui ea mente* 65. j. *de furtis.* Quid ſi filius alere ſe ipſum poſſit? *v.* §. 7. j. *eo.* Quid ſi filius legitimam, aut quantum ad legitimam ſit ſatis, cõſecutus fuerit, idque luxuria ſua prodegerit? etiam alendus eſt à patre, *arg. l. libertus qui operarum.* 41. j. *de operis libert.* Quid? num extra domum ſuam liberis alimenta præſtare parens cogi poteſt? cauſa cognita poteſt: vt ſi filio petenti alimenta à patre, iniuſta ſit domi nouerca, arg. *Nou. vt liceat matri.* 117. §. *illud.* ſ Quid? frater locuples fratrem vel ſororem inopes num alere tenetur? Sic videtur *ar. l.* 1. §. 1. j. *de tutelæ & rat. diſtrah. l.* 12. §. 3. *l. Tutor ſecundum* 13. *inſ.* j. *de admin. tutor. l. mutus* 73. §. *manente* 1. *ſup. de iure dotium: l. quamuis* 20. *ſup. ſoluto.* An adultus vel pupillus in iudicio alimenta petere poſſunt à tutore vel curatore poſſunt: cùm & poſſint ſerui à dominis, *l. ſeruos* 17. *de alimentis: l. ſeruum.* 61. *de iud.* An donator omnium bonorum à donatario: dominus à vaſallo? ita notant *arg. l.* 6. §. 1. *inſ. eod.*

t idem in liberto & patrono, *l.* 1. §. 2. *ſup. de fratre verbis.* u hoc Græcis eſt ἀντιπελαργεῖν. *Baſil. apud Stobæum ſerm.* 103. ... Græcis Ciconia, quam refert *Ariſtot.* 8. *de animal. l.* 3. & *lib.* 9. *c.* 13. à liberis ali. *v. Platonem* 4. *de legib.* adde & illud Syrach. 3. Fili ſuccurrito patri ſeneſcenti: & illud prouerbium, Filij aut parentes alant aut vinciantur: & quod *in Iliade* Homerus ait, Breuem ætatem ei contingere, qui parentib. nutricationis munus non reddiderit: laudata eſt filia, quæ patrem captiuum deprehenſa eſt vberibus ſuis alere: *vide Aelianum:* & *Feſtum in Pietatis eadem. Valer.* 5. *c.* 4. *Higinum fabula* 254. Cimon ita laudatus eſt, qui patris ſepeliendi cauſa, captiuum ſe præſtitit. Sanè Solon infames eſſe voluit eos, qui parentes non alerent: *Laërtius in Solone.*

a Alere parentes inopes, quoquo gradu ij ſint: & cuiuſcunque gradus ſint liberi locupletes, cauſa cognita, tenentur.

b *l. pen. C. eod.*

c paupertati, egeſtati.

d Alere liberos ſuos, etiam vulgò quæſitos mater cogitur vt viciſſim à vulgo quæſitis liberis alenda eſt.

e an & patrem inceſtuoſum? an & relegatum in inſulam? Iuris hoc naturæ eſſe, potius quàm ciuilis putauerim, honeſtè tamen faciunt filij, qui in inſulam relegatis alimenta præſtant *l.* 73. §. 1. ſ. *de ritu.* an hoc ad bannitos ſit trahendum? an & filius eo caſu alimenta patri ſubminiſtrans in patriam peccare videatur, eóque nomine pecuniariter ſit condemnandus: alibi dicam. f cur non & iniuſtè quæſita? cum mater vulgò quæſitam filiam alere teneatur, §. 4. *ſup. eod.*

g *v. l. vn. C. de mendicantibus valid.*

h Qui? conſules fortè, vt inſcriptio huius legis innuit. i Alere liberos opifices parens locuples non tenetur quia alimenta liberis non debentur niſi in ſubſidium. Poteſt autem opifex filius, opificio ſuo ſe alere. *vt hic.* Quid ſi opificium ita tenue eſt, vt non poſſit plenè ſe exhibere? Supplere id cogitur pater. Quid ſi liberi ipſi, nullum opificium didicere, poſſunt tamen aliquod addiſcere, atque ita vitæ ſuæ, atque alimentis conſulere? Si ea conditione liberi ſint, vt eos non dedeceat opificium aliquod præſtare, cogendi ſunt eo opificio victum ſibi quærere: aut id opificium addiſcere: Sin alia ſit eorum generis & nobilitatis ratio, vix cogendos liberos eſſe dicemus, vt opificio aliquo vitam parare teneantur, velut in vineis agriſve operas præſtando, arando, fodiendo, vel aliquid aliud huiuſmodi faciendo. Nam ea poſſe dicimur, quæ commodè & cum honeſtate poſſumus, *l. Sed & ſi quid.* 15. §. *mancipiorum. ſup. de vſufructu. l. interdum* 34. j. *de operis libertorum. l. filius* 15. j. *de conditione inſtit. l. Nepos Proculo.* 125. *inſr. de verb. ſignif.*

k Summatim ſeu ſummariè in cauſa alimentorum cognoſcitur. Cauſa denique alimentorum ſummaria eſt *vt hic.* Vnde notant, libello opus non eſſe ſi alimenta futura poſtulentur: cùm ea res celeritatem deſideret. Porrò de cauſis ſummariis, vide Gloſſ. *in extrauag. quomodo in crimine læſæ maieſtatis, in verbo ſummariè.*

l Alimenta alicui, vt filio, decreta à iudice, præiudicium non faciunt veritati, *l.* 10. *ſup. de his qui ſunt ſui.* m §. 7. *ſup. eod.* n Alimenta, qui præſtare tenentur ſi contumaces ſint, ea præſtare coguntur pignoribus captis & diſtractis.

o hinc colligit Bartolus ſententiam alimentorum eſſe definitiuam, quod alij non admittunt. Dic: alimentis principaliter petitis definitiuam eſſe: incidenter, interlocutoriam. p ex quibus cauſis poteſt parens filium exhæredare, ex iiſdem poteſt ei denegare alimenta & dotem. *Bart.* Delatorem filium, hoc eſt, à quo delatus ſit, parens alere non tenetur. q ἐσθῆτα καὶ οἴκησιν *Leunclauius* facit *l.* 43. *l.* 14. *l.* 45. *l.* 254. *in fin. inf. de verb. ſignif.* r Patrem egere filio in facultatibus poſito, iniquiſſimum eſt. *vt hic.* & *l.* 5. *C. de bonis quæ liberis.*

ſ *l.* 1. §. 4. j. *de tutelæ & rationibus diſtrah. v. l.* 1. *C. hoc tit.* t niſi contrarium fuerit proteſtatus: *l.* 34. ſ. *de negotiis: l.* 11. *C. de negot.* u *d. l.* 34. *d. l.* 11. x nec enim militia ſoluit ius pietatis paternæ, vide *l.* 1. j. *de obſequiis.* y *v.* §. 13. ſ. *eod. l.* 1. & *hoc tit.* z alendos: ſunt & multò magis honorandi, *l.* 1. j. *de obſequiis* a *l.* 1. *C. eod.*

b quæ ſuadet vt bene facienti bene faciamus *l.* 25. § 1. ſ *petit. hered.*

debeat

debeat, tamen æs alienum *a* eius non eſſe cogendum exſoluere filium reſcriptum eſt.

17 ¶ Item reſcriptum eſt, hæredes *b* filij *c* ad ea præſtanda, quæ viuus filius ex officio pietatis ſuæ dabit, inuitos cogi non oportere *d*: niſi in ſummam egeſtatem *e* pater deductus eſt.

18 ¶ Solent iudices cognoſcere & inter *f* patronos & libertos *g*, ſi de alendis his agatur: itaque ſi negent *h*, ſe eſſe libertos *i*, cognoſcere eos oportebit: quod ſi libertos conſtiterit, tunc demum decernere, vt alant. Nec *k* tamen alimentum decretum tollet liberto facultatem, quominùs præiudicio *l* certare poſſit, ſi libertum ſe neget.

19 ¶ Alimenta autem pro modo *m* facultatium erunt præbenda, egentibus *n* ſcilicet patronis. cæterùm, ſi ſit *o*, vnde ſe exhibeant, ceſſabunt partes iudicis.

20 ¶ Vtrùm autem tantùm patroni alendi ſint, an etiam patronorum liberi, tractari poteſt? Et puto, cauſa cognita, iudices, & liberos *p* quoque patronorum alendos, decernere: non quidem tam facilè, vt patronos: ſed nonnunquam & ipſos. nam *q* & obſequium non ſolùm patronis, verumetiam liberis *r* eorum debere præſtari.

21 ¶ Sed & libertus maternus alere cogitur.

22 ¶ Si quis à liberti *ſ* liberto ali ſe deſideret, vel ab eo quem ex cauſa fideicommiſſi manumiſit: quemque ſuis *t* nummis redemit: non debet audiri: vt & Marcellus ſcribit. exæquátque eum ei, qui mercedes exigendo, ius libertorum amiſit.

23 ¶ Sed & patroni filium, qui capitis accuſauit libertum paternum, negat exhibendum.

24 ¶ Sed & liberta cogitur patronum alere.

25 ¶ De alimentis patroni arbiter *u* ſolet dari, arbitraturus quantum ſit in facultatibus: vt perinde poſſit alimenta moderari *x*: quæ *y* tamdiu præſtabuntur, quandiu liberto ſuperſit, patrono deſit.

26 ¶ Patrem & matrem *z* patroni, cum *a* patronus, & filij eius minimè ſuperſint, alere egentes, ipſi, ſi idonei facultatibus ſunt, coguntur.

Si patronus nolit alere libertum. De patrono leſo, aut derelicto à liberto.

6. *Modeſtinus* ‖libro ſingul. de Manumiſſionibus.‖

ALimenta, liberto petente *b*, non *c* præſtando patronus, amiſſione *d* libertatis cauſa impoſitorum, & hereditatis liberti punietur. non autem neceſſe habebit præſtare, etiamſi poteſt.

1 ¶ Imperatoris Commodi conſtitutio talis profertur: Cùm probatum ſit, contumeliis patronos *e* à libertis eſſe violatos, vel illata manu atroci eſſe pulſatos, aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes relictos: primùm eos in poteſtatem patronorum redigi *f*, & miniſterium dominis præbere cogi: ſin autem nec hoc modo admoneantur: vel à præſide emptori addicentur *g*, & pretium patronis tribuetur.

Si negetur matrimonium fuiſſe.

7. ‖ *Idem* libro 5. Reſponſorum. ‖

SI neget, qui maritus fuiſſe dicitur, *matrimonium eſſe contractum, eo quòd eam quæ ſe vxorem* h *fuiſſe dicit, ancillam eſſe probare paratus ſit*, alimenta quidem liberis præſtare interim *i* compellendum: ſin autem conſtiterit eam ſeruam fuiſſe: nihil ei, qui paſcendos curauit, ex hoc præiudicium generare reſpondit.

De deſcendentibus ex maſculis, vel ex fœminis.

8. *Marcellus* ‖libro primo ad legem Iuliam & Papiam.‖

NOn quemadmodum maſculorum liberorum noſtrorum liberi ad noſtrum onus pertinent, ita & in fœminis eſt. nam manifeſtum eſt, id, quod filia parit, non auo *k* ſed patri ſuo eſſe oneri: niſi pater aut non ſit ſuperſtes, aut egens eſt.

De patronis, vel liberis patronorum alendis.

‖9. *Paulus* libro ſingul. de iure patronatus.‖

IN bonis ſuperſtitum libertorum nullum omnino ius patroni liberive patronorum habent: niſi *a* ſi tam eſſe infirmos támque pauperes *b*, præſidibus probauerint, vt meritò menſtruis *c* alimentis à libertis ſuis adiuuari debeant: idque ius ita plurimis principum conſtitutionibus manifeſtatur.

DE INSPICIENDO *d* VENTRE, cuſtodiendóque partu.

TIT. IV.

Reſcriptum de inſpiciendo ventre cùm mulier diſſimulat ſe eſſe prægnantem. 1. ratio dicti reſcripti. 2. De muliere ad prætorem euocanda & interroganda. 3. Si non reſponderit, aut non veniat ad prætorem. 4. Si fateatur vel neget ſe prægnantem. 5. De electione obſtetricum. 6. & domus in quam mulier veniat. 7. Si mulier inſpici ſe non patiatur, vel ad domum non veniat. 8. De renunciatione obſtetricum. De actione iniuriarum. 9. De tempore euocandi ad prætorem. 10. Edictum de muliere, quæ, mortuo marito, ait ſe prægnantem. 11. De eius facilitate & interpretatione. 12. Quibus denunciandum eſt. 13. De cauſa cognitione.

Vlpianus libro 24. ad Edictum.

TEmporibus Diuorum fratrum *e* cùm hoc incidiſſet, vt maritus quidem prægnãté mulierem diceret. vxor negaret: conſulti *f*, Valerio Priſciano Prætori vrbano reſcripſerunt in hæc verba: Nouam rem deſiderare Rutilius Seuerus videtur: vt vxori, quę ab eo diuerterat, & ſe non eſſe pręgnantem profiteatur, cuſtodem apponat *g*: & ideo nemo mirabitur, ſi nos quoque nouum *h* conſilium & remedium ſuggeramus: igitur ſi perſtat in eadem poſtulatione, commodiſſimum eſt, eligi *a* honeſtiſſimæ fœminæ domum, in quam Domitia veniat: & ibi tres *k* obſtetrices *l* probatę & artis *m* & fidei, quę à te aſſumptę fuerint, eam inſpiciant, & ſi quidem vel omnes, vel duæ *n* renunciauerint *o prægnãtem videri*, tunc perſuadendum mulieri erit, vt perinde cuſtodem admittat, atque ſi ipſa hoc deſideraſſet: quòd ſi enixa non fuerit, ſciat maritus, ad inuidiam exiſtimationémque ſuam pertinere: vt non immeritò poſſit videri captaſſe hoc ad ‖aliquam‖ mulieris iniuriam: ſi autem vel omnes *p*, vel plures, non eſſe grauidam renuntiauerint, nulla cauſa cuſtodiendi erit.

1 ¶ Ex hoc reſcripto euidentiſſimè apparet, ſenatuſconſulta de liberis agnoſcendis locum non habuiſſe, ſi mulier diſſimularet ſe pręgnantem, vel etiam negaret: Nec immeritò: *partus q enim, antequàm edatur, mulieris portio r eſt, vel viſcerum.* poſt editum planè partũ à muliere, iam poteſt maritus iure ſuo filium per interdictum *ſ* deſiderare aut exhiberi ſibi, aut ducere permitti, extra ordinem *t*. Igitur princeps in *u* cauſa neceſſaria ſubuenit.

2 ¶ Secundum quod reſcriptum euocari mulier ad prętorem poterit, & apud eum interrogari, an ſe putet prægnantem, cogendáque *x* erit reſpondere.

3 ¶ Quid ergo, ſi non reſponderit, aut non veniat ad prętorem, nunquid ſenatuſconſulti pœnam adhibemus, ſcilicet vt liceat marito non agnoſcere? ſed finge, non eſſe eo contentum maritum: qui ſe patrem potiùs optet, quàm carere filio velit: cogenda igitur erit remediis *y* prætoris, & in ius venire, & ſi venit, reſpondere: pignoráque eius capienda, & diſtrahenda, ſi contemnat, vel multis *z* coercenda.

4 ¶ Quid ergo, ſi interrogata dixerit ſe prægnãtem? ordo ſenatuſconſultis *a* expoſitus ſequetur *b*: quòd ſi negauerit *c*, tunc ſecundùm hoc reſcriptum, prætor debebit obſtetrices adhibere.

5 ¶ Et notandum, quòd non permittitur marito vel mulieri obſtetricem adhibere: ſed omnes à prętore *d* adhibendæ ſunt.

6 ¶ Item pretor domum *e* honeſtæ matronæ eligere debet, in quam mulier veniat, vt poſſit inſpici.

7 ¶ Quid ergo, ſi inſpici ſe non patiatur, vel ad domum non veniat? æquè prętoris auctoritas interueniet.

8 ¶ Si omnes, vel plures renuntiauerint pręgnãtem non eſſe: an mulier poſſit iniuriarum experiri ex hac cauſa? Et magis puto, agere eam iniuriarum poſſe: ſic tamen ſi iniurię *f* faciendę cauſa id maritus deſiderauit: cæterùm ſi non iniurię faciendę animo *g*, ſed quia iuſtè credidit, vel nimio voto *h* liberorum ſuſcipiendorum ductus eſt, vel ipſa eum illexerat, vt

a l. 2. l. 3. l. vlt. C. *ne filius pro patre.* Pro parente tamen in carcerem coniecto fideiubere tenetur. *Nou.* 115. c. 3. §. 8. Ita vaſallus non cogitur æs alienum domini diſſoluere. 2. *Feudor.* 26. §. 7. Eadem ratione mater, filij æs alienum ſoluere non cogitur. *l. vlt. C. ne vxor pro marito.*

b onus alimentorum patri præſtandorum non tranſit ad hæredes filij, niſi in ſubſidium.

c emancipati, vel ſui caſtrenſe peculium habentis: aliàs filius hæredem non habet *l.* 2. ℨ. *de caſtr. peculio.*

d Cur minus cogentur hæredes filij, quàm hæredes liberti? vide *l* 8. ℨ. *de obſequiis.*

e Finge mihi vel matrem eſſe, vel fratres: an hi potius me alere tenentur, quam hæredes extranei filij? Cynus ait, Bartolus negat. Is enim in ſummam egeſtatem dicitur veniſſe, reſpectu hæredis extranei, qui nullum alium habet à quo ali poſſit.

f Pars tituli huius tertia.

g quo nomine intellige quemcunque iure patronatus adſtrictum: ideóque Eccleſia & vaſallus patronum ſuum inopem alere tenetur. An donatarius? An filius emancipatus? vide Bart. in *l.* 6. ℨ. *eod.*

h v. *l.* 6. ℨ. *ſi liber. ing.*

i vindicando ſe in ingenuitatem, *l.* 14. ℨ. *de probationib.*

k ſententia lata in cauſa ſummaria nõ facit præiudicium, ſi agatur ordinariè: *Bart.*

l Præiudicio certat libertus aduerſus patronum qui ſe libertum negat.

m §. 10. ℨ. *eod.*

n vide *l. vlt.* ℨ. *eo. l.* 73. *inſr. de adquir. hered.*

o §. 11. ℨ. *eod.*

p *d. l.* 73. q 31. *Eclog.* 6. *c.* 1. & *tit.* 7. *l.* 12. *C. de oper. libert.* nota argumentum ab obſequio ad alimenta ductum. r *l.* 5. ℨ. *de obſequiis. l.* 3. *C. de libert. l.* 5. 7. *C. de obſeq.* ſ hinc colligit Bartolus, vaſallum vaſalli mei, non eſſe meum vaſallum. adde *l.* 10. ℨ. *de verb. ſign.*

t hoc eſt ipſius empti. u Arbiter alimentorum decernendorum cauſa dari ſolet. x Arbiter alimentorum cauſa datus, arbitrari ſolet quantum ſit in facultatibus eius à quo alimenta petuntur, vt ita eius arbitrio, poſſint alimenta moderari. y Alimentarius arbiter ita alimenta decernere debet, vt ne locupleti ab egeno præſtentur. z Alere parentes patroni libertus non cogitur, ſuperſtitibus patrono liberis.

a adde *l.* 5. ℨ. *de obſequiis* argumento ducto ab obſequio ad alimenta vt §. 20. ℨ. *eo.*

b *al.* petenti. c vide *l.* 33. ℨ. *de bon. libert.*

d Alimenta petenti liberto denegans patronus, ea amittit quæ liberto impoſuit libertatis cauſa: imò & hæreditatem liberti, *vt hic.* Eadem ex cauſa putant donatorem omnium bonorum à donatario poſſe donationem reuocare: vt & dominum, feudum à vaſallo: de quo dixi ad *l.* 5. ℨ. *eod.*

e *l.* 5. ℨ. *de iure patronat l.* 2. *C. de libert. & eor. lib.*

f Dixi ad *l.* 2. *C. de libertis.*

g adde & aliam pœnam *l.* 7. *in fin.* ℨ. *de iure patron.*

h adde *l.* 5. §. 4 *ſupr. eod.* nota hanc actionem præiudicialem, qua quædam negatur eſſe vxor.

i idem eſſe ait Bartolus in eo qui eſt in poſſeſſione præbendæ, cuique eius cauſa mouetur quæſtio.

k materno, adde *Nou.* 117. c. 7. *in fin.*

a Patronus non habet ius in bonis liberti, niſi pro alimentis neceſſariis, *Bart.*

b *l.* 5. §. 18. ℨ. *eo. l.* 1 *in fin. C. de oper. libert.*

c ſic interpretor: niſi ſint ita pauperes, vt non habeant in vniuerſis bonis, vnde ſe vno menſe alere poſſint: aliàs ſecurus non erit libertus ſi patrono egenti menſtruum tantum alimentum præbeat. An debitor alimentorum, menſtruatim debeat vel annuatim ſoluere? vide hic *Bart.*

d per obſtetrices: & relatione per eas facienda cum iuramento.

e M. Antonini & Veri.

f diui fratres ſc.

g *Paul.* 2. *ſent.* 24. §. 7.

h Nouo in facto, nouo conſilio opus eſt. *Bart.* Nouis in rebus noua conſilia & remedia adferenda.

i Peritis in arte ſtatur, *vt hic.* obſtetricibus in ventre inſpiciendo: qua de re plura vide apud Socinum *regula* 294.

k Imò quinque. §. 10. ℨ. *eod. Paul.* 2. *ſent.* 24. §. 8.

l medicæ ſcilicet: nam & hæ medicinam exhibere videntur *l.* 1. §. 2. ℨ. *de extraor. cognit.* v. quæ notaui ad *l.* 9. ℨ. *ad l. Aquiliam.*

m Credi cuique in ſua arte, hinc colligunt.

n ſi tres fuerint in ciuitate: aliàs vni credi poteſt. *Bart.*

o affirmauerint.

p *l.* 27. §. 3. ℨ. *de arbitr.*

q Partus, antequam edatur, mulieris, eiuſve viſcerum portio eſt.

r ſi ita eſt, Cur matre vendita non cenſetur partus venditus? *l.* 42. *ſup. de euictionibus.*

ſ interdictis parentes deſiderare poſſunt, liberos ſuos ſibi exhiberi: aut ducere permitti. *vt* ℨ. *de liberis exhib.*

t adde *l.* 1. §. 4. ℨ. *de liber. agnoſcendis.* Extra ordinem ducere quid? dixi ad *l. vlt.* §. 3. ℨ. *de eo quod metus cauſa.*

u Neceſſariis in cauſis princeps ſubuenire ſolet. x Recuſans reſpondere, pro confeſſo non habetur *Bart.* Immo pro confeſſo habetur: ſaltem punitur vt contumax §. 3. *in fin.* ℨ. *eod.* y Remedia hæc prætoria ſunt, cogi in ius venire, reſpondere, pignora capere, diſtrahere, multis coërcere. z Multæ enim ius prætori competit, *l.* 2. *in fin. ſup. ſi quis in ius vocatus*: dixi ad *l.* 131. ℨ. *de verb. ſign.*

a *al.* ſenatuſconſulti. b *al.* ſeruetur. c Magis igitur ſtabitur adfirmantibus obſtetricibus, quàm neganti mulieri. d Conſultor ſi debet eligi, eligitur à parentibus: & ipſis diſſentientibus à iudice. *Bart. hic num.* 1. §. 1. *Inſt. de ſatiſd. l.* 17. *in fin.* ℨ *de teſtam. tute. l.* 16. §. 6. ℨ. *de arbitris.*

e aliàs ſi quid inhoneſtum imperatum eſſet, non obtemperare impunè poſſet, *in pr. in ſup. eod.* §. 10. ℨ. *eod. l.* 21. §. 7. §. 11 *ſup. de arbitris.*

f *vt ſupr. eod. in pr.*

g *l.* 3. *in fin.* ℨ. *de iniuriis.*

h vt quia ſe patrem potius optat, quam carere filio velit §. 3. *ſupra eod.*

crederet, quod conſtante matrimonio hoc fingebat: æquiſſimum erit ignoſci marito.

9 ¶ Meminiſſe autem oportet, tempus non eſſe præſtitutum reſcripto: quamuis in ſenatuſconſultis de liberis agnoſcendis triginta *a* dies præſtituantur mulieri: quid ergo? ſemper dicemus marito licere vxorem ad prætorem euocare? an verò & ipſi triginta dies præſtituimus? & putem, prætorem cauſa *b* cognita debere maritum & poſt triginta dies audire.

10 ¶ De inſpiciendo ventre, cuſtodiendóque partu, ſic prætor ait: *Si mulier mortuo c marito prægnantem ‖ſe‖ eſſe dicet: his d, ad quos ea res pertinebit e, procuratorive eorum f bis in menſe denuntiandum curet, vt mittant, ſi velint g, quæ ventrem inſpiciant: mittantur ‖autem‖ mulieres liberæ duntaxat quinque h: Hæque ſimul i omnes inſpiciant: dum ne qua earum, dum inſpicit, inuita muliere ventrem tangat. Mulier in domo k honeſtiſſimæ fœminæ pariat quam ego conſtituam.* ¶ *Mulier ante dies triginta, quam parituram ſe putat, denuntiet his, ad l quos ea res pertinet, procuratoribúſque eorum, vt mittant, ſi velint, qui ventrem cuſtodiant. In quo conclaui mulier paritura erit ibi ne plures aditus ſint, quã vnus: ſi erunt, ex vtraque parte tabulis præfigantur. Ante oſtiũ eius conclauis liberi tres, & tres liberæ cum binis comitibus cuſtodiant. Quotienſcunque ea mulier in id conclaue, aliúdve quod ſiue in balineum ibit: Cuſtodes, ſi volent, id ante proſpiciant: & eos, qui introierint, excutiant. Cuſtodes qui ante conclaue poſiti erunt, ſi volunt, omnes, qui conclaue aut domum introierint, excutiant. Mulier cum parturire incipiet, his, ad quos ea res pertinet, procuratoribúſve eorum denuntiet, vt mittant, quibus præſentibus pariat. Mittantur mulieres liberæ duntaxat quinque: ita vt præter m obſtetrices duas n, in eo conclaui ne plures mulieres liberæ ſint, quàm decem: ancillæ quàm ſex. Hæ, quæ intus futuræ erunt excutiantur omnes in eo conclaui, ne qua prægnans o ſit. Tria lumina nec minus, ibi ſint, ſcilicet quia tenebræ p ad ſubiiciendum aptiores ſunt.* ¶ *Quod natum erit, his ad quos ea res pertinet, procuratoribúſve eorum ſi inſpicere volent, oſtendatur. Apud eum educetur, apud q quem parens iuſſerit. Si r autem nihil parens iuſſerit aut is, apud quem voluerit educari curam non recipiet: apud quem educetur, cauſa cognita, conſtituam. Is apud quem educabitur, quod natum erit, quoad trium menſium ſit bis in menſe, ex eo tempore quoad ſex menſium ſit, ſemel in menſe: à ſex menſibus, quoad anniculus fiat, alternis menſibus: ab anniculo, quoad fari ſ poſſit ſemel in ſex menſibus vbi volet, oſtendat. Si cui ventrem inſpici cuſtodirive, adeſſe partus licitum non erit, factúmve quid erit, quo minùs ea ita fiant, vti ſuprà comprehenſum eſt: ei, quod natum erit, poſſeſſionem t cauſa cognita non u dabo. Siue quod natum erit, vt ſuprà cautum eſt, inſpici non licuerit quas vtique actiones me daturum polliceor his quibus ex edicto meo bonorum poſſeſſio data ſit, eas, ſi mihi iuſta cauſa videbitur eſſe, ei non dabo.*

11 ¶ Quamuis ſit manifeſtiſſimum edictum prætoris, attamen non eſt negligenda interpretatio *x* eius.

12 ¶ Denuntiare igitur mulierem oportet, his ſcilicet, quorum intereſt *y*, partum non edi, vel totam habituris hereditatem, vel partem eius, ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento.

13 ¶ Sed & ſi ſeruus heres inſtitutus fuerit, ſi nemo natus ſit, Ariſto ſcribit, hic quoque ſeruo, quamuis non omnia, quædam tamen circa partum cuſtodiendum arbitrio prætoris eſſe concedenda, quàm ſententiam puto veram. *publicè z enim intereſt, partus non ſubiici, vt ordinum a dignitas, familiarúmque b ſalua ſit:*

a *l. 1. §. 1. ſ. de liberis agnoſc.*

b *d. l. 1. §. 7.*

c at non eo ſuperſtite in cuius poteſtate futurus eſt: aliàs haberet locũ mens Senatuſconſulti Planciani, *l. ſi ne contra 31. §. quia Plancianum, ſ. Tit. prox.*

d Legitimæ perſonę dicuntur, *l. 2. C. de Carboniano edicto.*

e id eſt, qui ſperant ſucceſſionem ex teſtamento, vel ab inteſtato, nemine naſcente, *§. 12. j. eod.*

f Procurator interdum citandus eſt.

g *al.* ſi nollent. & ita à quibuſdam legi notat Albericus.

h Imò, tres, *in pr. ſ. eod.*

i Simul & immediatè fieri etiam dicitur quod fit ſucceſſiuè. ita ſimul vidiſſe teſtes dicentur, qui ſucceſſiuè viderint adulterum cum ipſa adultera: adde *l. Teſtium 1. C. de teſtib.*

k vide *in pr. ſ. eod. §. 7. ſ. eod.* Sequeſtrari poteſt quæ grauidam ſe dicit ex aliquo. Prætor conſtituit fœminam apud quam fœmina grauida pariat: ſic conſtituit apud quem pupillus educetur, *C. vbi pupillus.*

l Is enim ſemper citandus eſt ad quẽ res pertinere poteſt *§. 12. j. eod. l. 39. in fin. ſ. de adoptionibus, l. 29. ſ. de minoribus: l. 47. j. de re iudicata: l. 19. in fi. C. de teſtib.*

m *præter*, dictio includit? Nam hic præter obſtetrices, poſſunt eſſe aliæ. adde *l. ſi filio. in fi. 25. ſ. ſoluto.* n tres obſtetrices requiri videntur *in pr. ſ. eod.* o néve ita facilè partus alienus ſupponatur. p Tenebræ ad ſubiiciendum partum aptiſſimæ, *vt hic.* & ad furta, *§. 2. Inſt. de oblig. ex delicto.* Hinc Conſtantia vxor Henrici V. (vel vt volunt VI.) ne ſuſpicio eſſet eam, vtpote annoſam, vterum mentitam, partum merito ſuppoſuiſſe, in medio Panormitanæ Eccleſiæ veſtibulo, vel, vt alij volunt, in Crezi Apuleiæ vrbe, tabernaculum ſibi tendi iuſſit vbi ventre cuſtodito, nulla matronarum excluſa palam & populo ſpectante Fredericum ſecundum Cæſarem enixa eſt, menſe Decembri *Fazoll. 2. decad. rerum Sicularum 8. c. 1.*

q Imò apud ipſum parentem educandus videtur *Nou. 17. c. 7. l. 1. C. vbi pupillus educari.* r Executore teſtamentario non eligente, eѐturum etiam, iudex cauſa cognita conſtituere poteſt, adde *l. in venditione 8. j. de rebus author. iudicis poſſid.*

ſ id eſt quo ad ſeptem erit annorum, *l. 18. C. de iur. delib.*

t Carbonianam: an vero nocebit partui mulieris, vt nullo modo filius cenſeatur legitimus? non nocebit. vide *l. 1. §. 8. ſ. de agnoſc.*

u Denegare poteſt, qui & dare.

x hinc colligere poſſis, parum prudenter facere, qui omnes legum interpretationes damnant. Cum vel in manifeſtiſſimo Prætoris edicto, interpretationem non eſſe negligendam, Iuriſconſultus ſcribat. Hic etiam notant, probationes in rebus manifeſtiſſimis admitti.

y vide §. 10. *ſuprà eodem.*

z Intereſt publicè, partus non ſubiici.

a Dignitates ordinum & familiarum ſaluas atque integras, quàm fieri poteſt maximè, ſeruare debemus.

b vide in hunc locum Valerium Maximum *lib. 9. cap. 16.* de iis qui infimo loco nati, mendacio ſe clariſſimis familiis inſerere conati ſunt: ſic Lucius Equitius, Tiberium Gracchum patrem (de quo etiam vide Appianum *lib. 1. de bello ciuili.* eundem Valerium *lib. 9. cap. 7.*) Hierophilus equarius medicus C. Marium ſepties conſulem auum venditauit: alius ſe Octauiæ (ſororis Auguſti) filium fecit: alius ſe Sertorij, alius Cnei Aſſidionis filium tulit expulſo patriis penatibus legitimo filio: Trebellius Calbra ſe Claudium tulit. Quædam cum ſe Rubriam Mediolani venditaret, à Iulio Cæſare repreſſa eſt. Qui ſe Arianatem, Cappadociæ regem ſimulabat, ab Antonio interfectus; hęc Valerius. De Pſeudo Alexandro vide Ioſephum περὶ ἀρχαιολογίας. De Octauia vide Plutarch. *in vita Antonij.* De Pſeudo Philippo Adriamiteno Andriſco in fullonia nato vide Ammianum *lib. 14. in fin.* à Metello ſuperato: Florum 52. & altero Pſeudo Philippo à Lucio Tremelio interfecto, vide Florum *cap. 53.*

ideóque etiam ſeruus iſte, cùm ſit in ſpe conſtitutus ſucceſſionis, qualis qualis ſit, debet audiri, rem & publicam, & ſuam gerens.

14 ¶ Denuntiari autem oportet his, quos proxima *a* ſpes ſucceſſionis contingit, vt puta primo *b* gradu heredi inſtituto: non etiam ſubſtituto: & ſi inteſtatus paterfamilias ſit, his, qui primum locum ab inteſtato tenent: ſi verò plures ſint ſimul ſucceſſuri, omnibus denuntiandum eſt.

15 ¶ Quod autem prætor ait, *cauſa cognita ſe poſſeſſionem non daturum, vel actiones denegaturum*, eò pertinet, vt ſi per ruſticitatem *c* aliquid fuerit omiſſum ex his, quæ prætor ſeruari voluit, non obſit partui. quale eſt enim, ſi *d* quid ex his, quæ leuiter *e* obſeruanda prætor edixit, non ſit factum, partui denegari bonorum poſſeſſionem? ſed mos *f* regionis *g* inſpiciendus eſt, & ſecundum eum, & obſeruari ventrem *h*: & partum, & infantem *i* oportet.

De effectu huius edicti. 1. Quibus caſibus remittitur.

2. *Iulianus* libro 24. Digeſtorum.

Edictum de cuſtodiendo partu derogatorium *k* eſt eius *l*, quod ad Carboniani decreti exemplum comparatum eſt.

1 ¶ Sed hoc aliquando remittere prætor debet, ſi non malitia, ‖ ſed *m* imperitia *n* mulieris factum fuerit, ne venter inſpiceretur, aut partus cuſtodiretur.

De ventre ſubſtituto, vel inſtituto.

3. *Paulus* ‖ libro 14. ad Plautium. ‖

Qvi ventri ſubſtitutus *o* eſt, vel inſtitutus *p* ſi ventrem ſeruare *q* velit, audiendus eſt.

De fideicommiſſario.

4. *Scæuola* ‖ libro 20. Digeſtorum ‖

Is à quo, ſi, ſine liberis deceſſiſſet, quidquid ad eum ex bonis perueniſſet, ſorori fideicommiſſum *r* relictum erat, deceſſit, poſthuma herede inſtituta, & ſubſtitutis aliis: quæſitum eſt, cum vxor defuncti prægnantem ſe dicat, an ſorori, procuratoríve eius, ſecundùm formam edicti ventrem inſpicere, & partum cuſtodire permittendum ſit. Reſpondi, in eiuſmodi ſpecie, de qua quæreretur, poſſe videri ad eius, cui fideicommiſſum datum eſſet, ſollicitudinem perſpiciendum: idque, cauſa cognita, ſtatuendum.

SI VENTRIS NOMINE MVLIERE in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo ſ malo ad t alium tranſlata eſſe dicatur.

TIT. V.

Ratio huius edicti. 1. De muliere & parente eius. 2. De eo qui per dolum venit in poſſeſſionem, decedere cogendo. 3. De eo quod intereſt. 4. De tempore huius actionis. 5. De patre mulieris.

Vlpianus ‖ libro 34. ad Edictum.

Hoc edicto rectiſſimè prætor proſpexit, ne dum in fauorem *u* partus poſſeſſionem polliceatur, aliis prædæ occaſionem præbeat.

1 ¶ Idcirco conſtituit actionem *x* in mulierem, quæ in alium hanc poſſeſſionem dolo malo tranſtulit. Non ſolum mulierem prætor coercet: verum eum quoque, in cuius poteſtate ea fuerit *y*: ſcilicet ſi dolo ipſorum alius in poſſeſſionem fuerit admiſſus: actionémque in tantum pollicetur in eos, quanti interfuerit eius qui experitur.

2 ¶ Neceſſariò prætor adiecit, vt qui per dolum venit in poſſeſſionem, cogatur decedere: coget autem eum decedere non prætoria poteſtate, vel manu *z* miniſtrorum, ſed melius & ciuilius faciet, ſi eum per interdictum *a* ad ius ordinarium *b* remiſerit.

a hinc colligunt iudicium & citationem dirigendam ad eum quem principaliter non ex conſequentia negotium ſpectat, cuius intereſt vt partus ſit.

b *l. 2. §. 4. j. de bon. poſſeſſ. ſecundũm tabulas.*

c cui ignoſcitur, *v. l. 2. in fin. j. eod. v. l. 3. §. 21. j. de Sylan.*

d Leuis omiſſio ſolennitatis, culpæ non imputatur, vt noceat ſcil. omittenti.

e Omiſſio modicæ ſolennitatis non vitiat: aliud eſt in iis quæ ſolennitatis ſunt maximæ *l. 8. §. 17. in fin. ſ. de tranſact.* Quid eſt autem leuis ſolennitas? Bald. in *l. 8. C. qui teſtam.* ait leuem ſolennitatem dici quæ non eſt fundata in aliqua vrgenti ratione vel vtilitate, quamquam dici poſſit cum Bartolo, conditionem appoſitam à lege nunquã intelligi continere leuem ſolennitatem.

f Mos regionis in bonorum poſſeſſionibus dandi cuſtodiendus eſt.

g *v. l. 50. in fi. j. de legat. 1.*

h ventris, partus, & infantis differentia. Venter, antè quàm natus ſit: partus, in ipſo actu pariendi, vel iam editus: infans, iam natus & intra ſeptimum annum conſtitutus.

i *ſub.* iam natum.

k videtur Albericus legiſſe, *denegatorium*; hoc ſenſu: Denegari infanti Carbonianam bonorum poſſeſſioné, ſi mater ejus ſolennia ſuperius poſita non obſeruauerit.

l Cuius? An Carboniani: vt putat Dynus? An edicti de ventre in poſſeſſionem mittendo?

m Imperitiæ & malitiæ differentia. Non omnis imperitia, malitia eſt. n *v. l. 1. in fin. ſuprà eod.* o pupillariter quo caſu eſt hæres ventris, eiúſque intereſt propter tacitam vulgarem quæ intelligitur in expreſſa pupillari, *l. 4. j. de vulg.* p An ſi nemo naſcatur, *l. 1. §. 3. ſ. eod.* An inſtitutus ventre præſente, cùm teſtator nullum naſciturum putaret? An inſtitutus vnà cum poſthumo? quid eſt ſi vult partum cuſtodiri.

r Fideicommiſſarius vniuerſalis (cuius conditio defecit, propter natiuitaté poſthumi) partus ad cuſtodiam petendam admittitur. *Bart.* ſ *l. 2. j. eod.* t 31. *Eclog. 8.* u eſt enim partus fauorabilis, *l. 1. §. 13. j. de vent. in poſſ.*

x Quid? petitio hereditatis, vel rei vindicatio non hic ſufficiebat? Prior non ſufficiebat: quid enim ſi poſſeſſio penes titulo poſſidentem fuit non poſterior? tunc enim ea, quorum quis non eſt dominus, non veniunt. *Bart.* y id eſt patrem, an & extraneum? haud dubiè, *§. 2. j. eod.* z manu militari, *l. 68. ſ. de rei vind.* Imò, poteſtate iudicis inducendus eſt, *l. 3. j ne vis fiat ei.* a An vti poſſidetis, an vnde vi, an actionem in factum deſcendentem ex hoc edicto: an interdictum, ne vis fiat ei tertia opinio magis arridet Bartolo *hic num. 3. in fin.* Porrò, Ordinario iure interdicto res expeditur, cùm ex formula res & cauſa agitur apud iudicem datum: extraordinario, cùm magiſtratus ipſe cognoſcit & rem exequitur, dixi ad *l. vlt. §. 3. ſ. de eo quod metus cauſa. v. §. vlt. inſt. de interdict. & j de interdictis ſiue extraordinariis actionib.*

b Ordinaria ſunt quæ lege, Plebiſcito, ſenatuſconſultis, prætorum edictis, principum generalibus conſtitutionibus & omnino quidquid iure ſcripto eatenus iuſſum eſt, vt ſit certa, generalis, vniformis lex, actus humanos generaliter, ſine ſpeciali perſonarum reſpectu ordinans, & quodam ordinato procurſu dirigens, facit, *l. nullo modo 7. j. ad l. Corn. de falſis.* Horum ex numero ſunt contractus, obligationes, actiones ordinariæ, appellationes, ſucceſſiones, teſtamenta, bonorum poſſeſſiones ordinariæ, interdicta, *vt hic.* vſucapiones, præſcriptiones, pignora & ſimilia de quibus *Cic. 1. de Oratore.* Quid extraordinaria? *v. j. de variis & extraordinariis cognit.*

3 ¶ Intereſt

3 ¶ Intereſt autem eius, qui experietur, admiſſum alium in poſſeſſionem non fuiſſe: cum fortè bona fide fructus perceptos conſumpſerit *a*, aut ſi prædo venerit in poſſeſſionem, à quo fructus conſequi non poſſit, quia ſoluendo non eſt.

4 ¶ Hæc actio etiam poſt annum *b* dabitur: quia *c* rei habet perſecutionem.

5 ¶ Et, ſi filia ‖ familiàs ‖ ſit, quæ dolo fecit, in patrem dabitur actio, ſi quid ad eum peruenerit.

Quid ſit dolo facere 1. *Si & patris, & filiæ factum arguatur.*

2. *Paulus* "libro 37. ad Edictum."

Dolo facit mulier, non quæ in poſſeſſionem venientem non *d* prohibet, ſed quæ circumſcribendi alicuius cauſa, clàm & per quandam machinationem in poſſeſſionem introducat.

1 ¶ Si & patris, & filiæ factum arguetur, in alterum, quem actor velit, reddenda eſt actio: quia in id, quod agentis intereſt *e* datur. Ideo ſi id, quod ei abeſt, ab eo, qui in poteſtate eſt, ſeruari poſſit: præter ſumptus litis cauſa factos, inutilis erit ei hæc actio.

SI MVLIER VENTRIS NOMINE in poſſeſſione, calumniæ *f* cauſa, eſſe dicetur.

TIT. VI.

De Iureiurando. 1. *Ratio edicti.* 2. *De calumnia.* 3. *De tempore huius actionis.* 4. *De eo quod intereſt.* 5. *De parente.* 6. *Cui datur hac actio.* 7. *De eo quod intereſt.* 8. *De morte eius cui competebat hac actio.* 10. *De legatis* 11. *De libertatibus.* 12. *De patre & filia.*

Vlpianus "libro 34. ad Edictum."

Si de poſſeſſione *g* ventris nomine, quæratur, & deferente herede, mulier iurauerit prægnatem ſe eſſe, ſeruandum *h* eſt iuſiurandum *i*: nec tenebitur mulier *k* quaſi calumniæ cauſa fuerit in poſſeſſionem miſſa *l*, nec vis ei facienda eſt poſt iuſiurandum. Si tamen peperit, quæretur veritas, an ex eo prægnas fuerit. alteri *m* enim nec prodeſt, nec nocet *n* iuſiurandum inter alios factum, nec partui igitur nocebit.

1 ¶ Et hoc edictum ex eadem cauſa proficiſcitur, qua ſuperius *o*: debet enim prætor, quemadmodum facilis *p* eſt circa bonorum poſſeſſionem dandam mulieri ventris nomine, ita calumniam *q* eius impunitam *r* non relinquere.

2 ¶ Per calumniam autem in poſſeſſione fuiſſe videtur, quę *ſ* ſciens *t* prudénſque ſe prægnatem non eſſe, voluit *u* in poſſeſſionem venire.

3 ¶ Hanc autem actionem prætor intra *x* annum vtilem pollicetur, vltrà non *y*. videlicet *z* quaſi pœnalem.

4 ¶ Simili autem modo & *a* hic *b* quanti agentis interfuit, prætor actionem pollicetur.

5 ¶ In parentem *c* etiam prætor actionem pollicetur: ſi modò per eum factum ſit, vt in poſſeſſionem per calumniam veniret *d*.

6 ¶ Competit autem ‖ hęc actio ei, cuius interfuit in poſſeſſionem miſſam non eſſe. vtputa vel coheredi ſperanti *e* partum: vel [is] qui ſubſtitutus *f* fuit: vel qui ab inteſtato, ſi partus non fuiſſet, ſuccedere potuit.

7 ¶ Intereſſe autem videtur primùm de alimentis, quæ in ventrem ſunt erogata: nec enim alias hæc repetuntur *g*, niſi per calumniam in poſſeſſionem venit. cæterum, ſi res *h* calumnia caret, nihil præſtabit mulier, quà ſine cauſa alta *i* eſt ſub prætextu ventris.

8 ¶ Nonnunquam augebitur *k* quod intereſt. Si quis *l* fortè dubitans, an prægnas ſit, excluſus *m* ſit *n* hæreditate. nam heredi eius, qui excluſus eſt, dandam hanc actionem Iulianus ait: ſi quidem eius quoque interfuit, non fuiſſe calumniæ cauſa in poſſeſſione mulierem, quia hoc *o* ſi non fuiſſet adeundo hereditatem inſtitutus, hęredi ſuo locupletiorem hæreditatem ſuam relinqueret.

¶ Sed & hoc imputatur *p* mulieri. quòd deminuta ſunt multa in hereditate, dum hic *q* contemplatione ventris non attigit hereditatem.

9 ¶ Idem Iulianus libro nonodecimo digeſtorum ſic ait.

Si *a* ſubſtitutus *b*, manente muliere in poſſeſſione, decesserit, heres eius eadem actione pretium hereditatis à muliere exiget.

10 ¶ Sed an decedant *c* legata, ceteráque onera hereditatis, videndum: Et mihi videtur poſſe dici legatarios potius cum muliere vſuros hac actione: quia & ipſorum interfuit adiri hereditatem *d*.

11 ¶ Libertati planè ſubueniendum erit aduerſus eum, qui propter hereditatem hac actione egit, ſcilicet vt fideicommiſſarias *f* cogatur is præſtare, qui pretium vtique etiam eorum conſequitur *g*. ſed & directis credo prætorem ſuccurrere oportere *i* vt interuentu ſuo tueatur eorum libertatem.

12 ¶ Si dolus filiæfamilias interuenerit *h*, & particeps *i* doli fuerit pater, ſuo nomine tenebitur *k*.

DE *l* CONCVBINIS *m*.

TIT. VII.

De liberta. 1. *quæ in concubinatu haberi poſſunt.* 2. *De damnata adulterij.* 3. *De patrono, & filio & nepote.* 4. *De ætate.*

Vlpianus ‖ libro 2. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

Qvæ *n* in concubinatu *o* eſt, ab inuito patrono poterit diſcedere, & alteri ſe aut in matrimonium, aut in concubinatum dare *p*: Ego quidem probo in concubina, adimendum ei *q* connubium, ſi patronum inuitum deſerat: quippe cùm honeſtius ſit patrono libertam concubinam, quàm matrem familiàs habere *r*.

1 ¶ Cum Atilicino ſentio: & puto ſolas eas in concubinatu habere poſſe ſine metu criminis, in quas ſtuprum non committitur.

2 ¶ Qui *ſ* autem damnatam adulterij, in concubinatu habuit, non puto, lege Iulia de adulteriis teneri. quamuis *t*, ſi vxorem eam duxiſſet, teneretur.

3 ¶ Si qua in patroni fuit concubinatu. deinde in filij *u* eſſe cœpit, vel in nepotis, vel contrà, non puto eam rectè facere. Quia propè nefaria eſt huiuſmodi coniunctio, & ideo huiuſmodi facinus prohibendum" eſt."

4 ¶ Cuiuſcunque ætatis concubinam habere poſſe palàm eſt: niſi minor *x* annis duodecim ſit.

De furore patroni.

2. *Paulus* ‖ libro 12. ad Legem Iuliam & Papiam. ‖

Si patronus libertam concubinam habens, furere cœperit, in concubinatu eam eſſe humanius dicitur *y*.

De ingenua, & liberta aliena. 1. *De iure concubinatus.*

3. *Marcianus* ‖ libro 12. Inſtitutionum. ‖

In concubinatu *z* poteſt eſſe & aliena liberta, & ingenua *a*: & maximè ea quæ obſcuro loco nata eſt, vel quæſtum corpore fecit. alioquin ſi honeſtæ vitæ & ingenuam mulierem in concubinatum habere maluerit: ſine *b* teſtatione hoc manifeſtum faciente non conceditur: ſed neceſſe eſt ei, vel vxorem eam *c* habere, vel hoc recuſantem, ſtuprum cum ea committere.

1 ¶ Nec adulterium, per concubinatum, ab ipſo cõmittitur *d*. nam quia concubinatus *e* per leges *f* nomen

a Num verò hæres poſſeſſionem & fructus à muliere petere poteſt: ſic putat Bartolus: arg. *l.9. §. 5. ȷ. de reb. auth.*
b Imò annalis videtur *l 1. §. 3. ȷ. tit. prox.*
c Quæ rei perſecutionem continent actiones, ſunt perpetuæ.
d Non prohibere venientem in poſſeſſionem, minus eſt, quàm circumſcribendi alicuius cauſa, clam & per quandam machinationem in poſſeſſionem introducere.
e *l.1. §.4. ȷ. tit. prox.*
f 31. *Ecl. §.9.* vtitur enim calumnia ȷ, quæ ſciens prudénſque ſe prægnantem non eſſe, in poſſeſſionem venit, ȷ §.2. ȷ. eo.
g *ſub.* danda vel deneganda.
h Iuramentum mulieris excuſat eam à calumnia, & partui non nocet, nec prodeſt. *Bart.*
i *ſub.* quantum ad actionem, vt poſſeſſionem adipiſcatur: & quantum ad exceptionem, vt de præſumpta calumnia non puniatur. tollit enim iuſiurandum ſuſpicionem calumniæ.
k *ſub.* ex hoc edicto.
l quia iuſiurandum tollit ſuſpicionem calumniæ.
m Iuſiurandum vnius alteri neque nocet, neque prodeſt. *leg. 3. §. 3. in fi. ſup. de iureiur.*
n arg. *l.1. in pr. ſ. de alienatione iud. l.74. ȷ. de reg. iur. l.2. C. de ann. except.*
o ſi ventris nomine, &c.
p An paſſim facilis eſt in danda hac bonorum poſſeſſione? Quod hic dicitur facilis, intellige, ſi quæ præſumptio pro muliere fuerit.
q Calumnia ex facilitate prætoris nemini arripienda.
r eſt enim notata & infamis, *l.15. l.16. ſup. de his qui notãtur: l.1. §.12. ȷ. de vent. in poſſ. ſſ. mitt. l.3. in fin. ȷ. ne vis fiat.*
ſ Calumniati non intelligitur niſi qui ſciens & prudens agit. t facit *l.1. ſup. de calumniatoribus. l.1. ȷ. ad Turpill. l.133. ȷ. de ver. ſignif.* u *ſub.* & veniſſe probatur ac pronunciatur. x *ſub.* in eo quod pœnam continet. y Imò in perpetuum: continet enim rei perſecutionem, *l.1. §.4. ſup. tit. prox.* z Pœnales actiones non vltra annum extenduntur. a id eſt, non ſolùm edicto ſuperiore, ſed & in hoc edicto.
b vt in edicto ſuperioris tituli, vide *l. vlt.*
c vt & ſuperiori titulo, *l.2. §.1. ſup. tit. prox.* d *ſub.* filia. e facit *l.1. §.14. ſ. de inſp. ventre: l.30. ȷ. de adquir. hæred.* f facit *d.l.1. §.13. l.3. ſup. de inſpic. ventr.*
g *l.1. §.3. l.3. ȷ. de ventr. in poſſeſſ.* h *l.1. §.12. ȷ. de ventr. in poſſ.*
i alimenta percepit & habuit. k vltra id quod verè intereſt.
l *ſub.* hæres inſtitutus. m *ſub.* per mortem. n quia deceſſit non adita hæreditate, quam adire non potuit: ſiquidem, nemo non aditam hæreditatem, ad extraneum tranſmittit, *l.7. C. de iure deliber.* o id eſt, ſi non fuiſſet mulier miſſa in poſſeſſionem per calumniam. p hoc pœna eſt mulieri.
q *ſubaudi*, ſubſtitutus, vel ab inteſtato ſucceſſurus.

h in adipiſcenda bonorum poſſeſſione per calumniam. i Particeps doli, ſuo nomine, etiam tenetur. k in ſolidum, & erit infamis, *d.l.15. l.16. ſ. de his qui not.*
l *l.5. C.26. & 27.28. Ecl.4. & 32. tit.1.* adde *Nou.89. c.12. Paul.2. ſent. 20.* Concubinam habere iure ciuili licuit, *l.3. in fi. ȷ. eo.* Concubinam verò habere vetat Nouella Leonis 91 *v Harm.4 1. tit. 7.3. extra 2.* An & Canonicum ius? dicemus *d. Nou. 91.* Porrò de donationibus in concubinam, *v l.31. ȷ. de donationib.*
m de concubina, quid ſit, quid differat ab vxore dicam ad *Nou Leon. 91. v. Har. 4. tit. 7.* n liberta. o patroni ſui. p Imo non poteſt, *l.11. ſ. de diuortiis.*
q *l.45. ſ. de ritu.* r ac ſi diceret. Cur ab inuito patrono diſcedens liberta, matrimonium cum alio non poteſt contrahere: concubina tamen alterius eſſe poteſt: Honeſtũ eſt, inquit, patrono, vt ea ſit alteri concubina, quam materfamilias. Cur honeſtius, non explicat. fortè quòd minus ei quæ diuertit honeſtum. poteſt enim concubina tantum fieri, non materfamilias: liberta iniuriam patrono facere videtur diuertendo, ideò numquam materfamilias fieri poteſt, *l.41. in fi. ſ. de ritu: l.49. §.4. ȷ. de leg.3.* nam concubina dignitate differt ab vxore.
ſ *6. Har. 2.* t differentiam vxoris & concubinæ obſerua. Adulteram damnatam vxorem ducere non poſſum: concubinam tamen habere poſſum.
u *l.4. C. de nupt.* hinc colligit Accurſius adfinitatem contrahi ſtupro. Poſſis & hoc addere. Ius naturæ in concubinatu & contuberniis obſeruari.
x *§.1. Inſt. de nupt.* Ætas etiam in concubinatu ſpectatur. y Furore non tollitur concubinatus, *vt hic.* nec matrimonium. *l.45. §.5. ſ. de ritu:* nec magiſtratus, *l.46. ſ. de iudiciis.* Furens concubinatum retinet, vt & matrimonium. z in concubinatu. *Hal.* a quod ad ingenuam attinet, ſenſus eſt: Cum ingenua non poteſt haberi concubina, niſi teſtato, vel ſine teſtatione, ſi obſcuro loco nata ſit, vel vulgo quæſtum fecerit, aliàs cum ingenua ſtuprum committitur. *Ferret. Cuia. 5. obſ. 6.*
b v. quæ ſcripſi ad *l.7. C. de repudiis.* Clam igitur hoc facere non licet.
c *l.24. ſup. de ritu.* d Imò, committitur *l.13. ȷ. de adult.*
e Concubinatus iure ciuili legitima fuit coniunctio.
f ciuiles, quibus concubinatus erat licita & legitima conſuetudo, *vt hic: l.5. C. ad S.C. Orfician.* ſemimatrimonium & coniugium inæquale, *l.49. §.4. ȷ. de leg.3.* ipſa concubina ἡμίγαμος Zonaræ, viceconiux in antiquis inſcriptionibus: concubina vxorem imitatur, Iulianus *Nou.18.* eſt tamen concubinatus prohibitus. *Nouell. Leonis 91.* adde *32. q.4. c.1. cap. nemo ſibi.* v. *Ariſt. 6. Polit. 16.* vel dic per leges Iuliam & Papiam.

a Subſtitutus heres, à muliere per calumniam in poſſeſſionem miſſa ventris nomine, conſequitur æſtimationem hereditatis amiſſæ, at non æſtimationem rerum legatarum: cùm eius non interſit illo caſu: vt quæ aliis præſtanda fuiſſent. Item non conſequitur æſtimationem ſeruorum quibus directa libertas relicta *ȷ* fuit: quia & hic quoque eius non intereſt: quoniam in omnem caſum liberi fiunt. Aeſtimationem verò ſeruorum, quibus fideicommiſſaria libertas relicta erat, conſequitur à muliere: vt qui teneatur eos redimere à legitimis heredibus teſtatoris, & eos manumittere.
b contra mulierem ſuccurritur: hæredi ſubſtituto defuncti, & confirmantur legata & libertates. *Bart.*
c ne dixeris, extinguantur, ſed detrahantur.
d atque ita eorum onera detrahentur, cùm eorum ſolutio non pertineat ad hæredem ſubſtituti. Idem in ære alieno, cuius ſolutio incumbit venienti ab inteſtato.
e *ſub.* relictæ in teſtamento ex quo non aditur hæreditas ventris prætextu. *al.* legitur libertatibus.
f Fideicommiſſariæ libertates, non directæ: quibus opponuntur dictæ, *vt ȷ. eo.*
g i. conſequutus fuit in ipſa hæreditatis æſtimatione.

aſſumpſit, extra *a* legis pœnam eſt : vt " & " Marcellus libro ſeptimo digeſtorum ſcripſit.

Vnde concubina æſtimatur.

4. *Paulus* ‖ libro 19. Reſponſorum. ‖

COncubinam ex ſola animi deſtinatione *b* æſtimari oportet.

a Pœnam non meretur quod ſit lege permittente, *l.4.C. de adult.*
b ne dicas ſolo delicto, vt malè eſt apud *Paul. 2. 20. in fi.* ſenſus eſt potius : Maritus iuris effectu concubinam non habere intelligitur, arg. *l.18. C. de adul. Cuiac. apud Paul. ibid.*

De eo qui aliquid in prouincia adminiſtrat.

5. *Idem* " libro 2. Sententiarum. "

COncubinam ex ea prouincia, in qua quis aliquid adminiſtrat, habere poteſt *a*.

a non vxorem, *l.38. ſupra de ritu.*

LIBER VIGESIMVS SEXTVS.

DE TVTELIS *a*.

Definitio tutelæ. 1. Definitio & etymologia tutoris. 2. De muto. 3. De ſurdo.

Paulus " libro 38. ad Edictum ".

TVTELA eſt (vt Seruius definit) vis *b* ac † poteſtas in capite *c* libero *d* ad *e* tuendum *f* eum *g* qui propter ætatem ſuam *h* ſponte *i* ſe defendere nequit, iure ciuili *k* data *l* ac permiſſa.

1 ¶ Tutores autem ſunt, qui eam vim ac poteſtatem *m* habent : exque *n* re ipſa nomen ceperunt. Itaque appellantur tutores, quaſi tuitores *o*, atque defenſores : ſicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.

2 ¶ Mutus *p* tutor dari non poteſt, quoniam *q* auctoritatem præbere non poteſt.

3 ¶ Surdum *r* non poſſe dari tutorem plerique, & Pomponius libro [ſexagenſimonono ad Edictum] probant ; quia non *ſ* tantùm loqui, ſed & audire tutor debet.

De tutore petendo vel conueniendo.

2. *Pomponius* libro 3. ad Sabinum.

NOn *t* eſt exigendum à pupillo, vt ſibi tutorem petat, aut ad tutorem ſuum proficiſcatur *u*.

De pupillo. 1. Vel adulto furioſis. 2. De curatore ad litem.

3. *Vlpianus* libro 37. ad Sabinum.

QVi habet tutorem, ‖ pupillus vel pupilla, ‖ ſi furere cœperint, in ea cauſa ſunt, vt in tutela nihilo minus durent. quæ ſententia, Quinti quoque Mucij fuit, & à Iuliano probatur. eóque iure vtimur, vt *x* ceſſet cura, ſi tutelæ ætas indigeat. Quare ſi tutores habent, per furorem in curam non rediguntur, ſiue non habent, & furor eis acceſſerit, nihilo minus tutores accipere poterunt, quia lex 12. tabularum *y* ita accepta eſt, vt ad pupillos vel pupillas non pertineat *z*.

1 ¶ Quia autem in pupillorum perſona adgnatos curatores non admittimus, idcirco putaui, etſi minor viginti quinque annis furioſus ſit, curatorem ei, non vt furioſo ſed vt *a* adoleſcenti dari *b*, quaſi ætatis eſſet impedimentum: & ita definiemus, ei *c* quem ætas curæ vel tutelæ ſubiicit, non eſſe neceſſe quaſi dementi quæri curatorem. & ita Imperator Antoninus Auguſtus reſcripſit : cùm magis *d* ætati, quàm dementiæ, tantiſper ſit conſulendum.

a *Vlp. 11. & 1. Inſtit. 13. Nou. 118. c.5. Nou. 72. 94. 155. No. Leonis 68. & 37. Ecl. 1. & 5. Har. 11. Plato 11. de legib.*
b *δύναμιν τι Theophi. Har. ibid. §. 1.* ſed in §. 1. ĵ. *eo* legimus eam vim & poteſtatem. In ſumma, non ſimpliciter dicitur vis & poteſtas : ſed poteſtas ad tuendum eum, &c.
† Cauſa formalis tutelæ.
c in perſona ſeu homine. Cauſa materialis tutelæ.
d Inde fit, vt pupillo in ſeruitutem redacto finiatur tutela *l. 14. §. 1. ĵ. eo.* nec quiſquam tutelæ adminiſtrandæ capax ſit, niſi liber. Porrò liberum caput dicimus, eum qui alterius poteſtati non ſit ſubiectus.
e Cauſa finalis tutelæ.
f id eſt, pupilli impuberis perſonam, *l. 14. ĵ. de teſt. tut.* Curator enim bonis & rebus datur principaliter.
g non vt per pupillum adquirat tutor, vt pater per filium.
h Impuberem *Inſt. de curatoribus in princ.*
i ſuo ingenio, conſilio.
k Legibus duodecim tabularum, & conſtitutionibus : Cauſa efficiens, vel ita : lege, ſenatuſconſultis moribus, *Vlp. 11. §. 2.* Non igitur iure naturæ non gentium? Imò & iure naturali, *§. vlt. Inſt. de Atil. tut. l. 1. ĵ. de minoribus.* l datur legitima, permittitur teſtamentaria, *§. 3. Inſt eo. Cuiacius ibid.* vel ita : datur propinquis, permiſſa verò eſt parentibus & iudicibus. *VVeſem.* m authoritatem, adminiſtrationem. n Nomen quoque rei ipſi conſentaneum atque conueniens eſſe debet. o argumentum affirmatiuè hic ſumitur ab etymo, ſed efficacius negatiuè : niſi factum iuri repugnet, aut conſuetudo noua aliud inducat : nec enim poſſum dicere. Non rectè gerit tutelam; non igitur eſt tutor. Non fuit obnupta: ergo nec nupta. v. Euerardum *in Topicis loco 4. Etymologia.* p *l. 17. ĵ. e. l. pen. ĵ. de legitimis tutorib.* q Auctoritas non interponitur per nuntium aut epiſtolam, dixi ad *l. 9. §. 5. ĵ. de auctor. tutor.* Aut potius, non poteſt interponi, niſi ipſe tutor loquatur, *vt hic*: vel audiat, *§. 3. ĵ. eo.*
r *v. l. pen. & vlt. ĵ. de legitimis.* ſ Tutor eſſe non poteſt, qui vel loqui, vel audire non poteſt. t Cur non eſt exigendum? quia cùm detur inuito, non eſt neceſſe petitionem eius exigi. Hoc ampiius adiicitur : Tutorem à iudice dari, nomine etiam poſtulante.
u datur enim ignoranti & inuito, *l. 6. ĵ. de tutoribus datis.*
x Curator non datur tutorem habenti : vbi tutelæ ætas indiget, ibi cura ceſſat. Proinde pupillus furioſus factus, vt pupillus, tutela : non vt furioſus cura continebitur. Tutorem habens, per furorem in curam non redigitur.
y quæ furioſis dat curatorem.
z dat enim curatores maioribus 25. annis *§. 3. Inſt. de curatoribus.*
a addè *l. 6 in pr. ſup. quod cuiuſque.*
b atqui curator non datur, niſi volenti admito, *§. item inuiti. Inſt. de curatoribus*, vt quæri poſſit, quemadmodum furioſo curator detur. An dicemus legem id effingere, vt ſibi tutorem petiiſſe intelligatur, cum eius interſit curatore regi?
c Curatore vt furioſus opus non habet is quem ætas curæ vel tutelæ ſubiicit. Cur ita? Ætati, magis quàm dementiæ eius tantiſper eſt conſulendum, *vt hic.* ætatis ratio ſeu cauſa eſt à natura: dementiæ, à caſu. Naturæ cauſam ſeu originis qualitatem inſpicimus potius quàm accidentariam.
c Cauſa naturalis in dubio magis inſpicitur, quàm accidentalis : v. quæ notaui *d l. 5. §. ĵ. de fideiuſſor.*

2 ¶ Si pupillus pupilláve, cum iuſto tutore ‖ tutórve cùm eorum quo ‖ litem *a* agere vult, & curator in eam rem *b* petitur, vtrum, ipſis poſcentibus, datur? an verò & aduerſario? Et ſciendum eſt ſiue agant, ſiue conueniantur, dari hunc curatorem poſſe, ſed *c* non aliàs *d*, quàm ſi ipſe petat, cui dari eum oportet.

¶ Denique Caſſius libro ſexto ſcripſit, talem curatorem neminem dari poſſe, niſi *e* præſentem *f*: neque cuique niſi præſenti, & poſtulanti. Itaque, infanti non poteſt dari.

¶ Idem Caſſius ait, ſi pupillus curatorem poſcere non vult, quo minus cum eo agatur, cogi *g* eum à prætore debuiſſe.

3 ¶ Quolibet *h* loco, & tempore *i*, hunc curatorem dari poſſe, Pomponius libro ſexto decimo ad Sabinum ſcripſit.

4 ¶ Si pupillus petat talem curatorem nec *k* addat in quam rem, an in omnes controuerſias datus ſit? & ait Celſus, Seruium conſtituiſſe, in omnes *l* res datum videri.

4. *Paulus* libro 8. ad Sabinum.

QVod dicitur, ſi *m* indiſtinctè *n* datus ſit curator, in totam litem datum videri, fortaſſe eò ſpectet, ſi familiæ herciſcundæ aut communi diuidundo, aut finium regundorum actio eſſet cum tutore. & ſi indiſtinctè datus eſſet, non ſolùm eo nomine curator eſſet, quod *o* ageret pupillus, pupilláve : ſed inuicem *p* quoque, quòd cum his ageretur.

1 Poſſunt autem vel plures *q* in plurium locum, vel vnus in *r* plurium *ſ*, vel vnus vnius loco, vel in vnam litem, vel in plures curator peti.

5. *Pomponius* libro 17. ad Sabinum.

CVm ſemel petitus ſit talis *u* curator, quamdiu is curator maneat *x*, alius in eandem litem *y* curator peti non poteſt *z*.

1 ¶ Et, ſi Titius (verbi gratia) aduerſus Seium *a* curator petitus ſit, idem Titius aduerſus alium tutorem dari poterit : vt ex diuerſis cauſis *b* vnus duorum curatorum *c* locum obtineat.

2 ¶ Quod quidem & aduerſus eundem *d*

a *l. 2. in fi. l. 5. in fi. C. de in litem dando, §. vlt. Inſt. de autho.*
b id eſt, litem.
c Curator in litem aduerſus tutores pupillis datur, poſcentibus tamen id ipſis pupillis. Immò, & præſentibus : quinimò cogendi ſunt inuiti curatorem in eum finem petere, *vt hic.* Quid ſi infans ſit pupillus? non datur, niſi præſens periculum aliud ſuadeat. Tunc enim citatis affinibus & amicis infantis, tutor, curator, vel coadiutor datur, vt ab eo conueniri & in eum agere tutor poſſit. *Rayn. & Bald.*
d *l. 2. § pen. ĵ. qui petant tut.* non datur igitur inuitis, *§. 2. Inſt. de curatorib.*
e Curator in litem dari non poteſt, niſi præſens & id acceptans ſeu admittens. Quid? poteſtne ſe excuſare curator ab eo munere? poteſt. Quid? curator in litem cogitúrne inuentarium facere? non cogitur. ſi rerum nullam habeat adminiſtrationem, *Syn. Bart.*
f & adprobantem: poteſt enim ſe excuſare. *Bald.*
g Pupillum cogi hoc caſu captis pignoribus notat Baldus. h Curatorem in litem poteſt iudex dare de plano, hoc eſt, vel in priuatis ſuis ædibus, ſuáve domo, vel cubiculo : vt neceſſe non ſit dari à ſedente pro tribunali.
i etiam feriato, *l. 2. ſupra de feriis.* omni die, *l. 8. §. penultim. infra de tutoribus datis.* adde *l. 8. Cod. de feriis.* adde Rebuffum *in tractat. de ſententiis prouiſionalibus art. 3. gloſſa.* 2. Cur in litem curator quouis loco & tempore dari poteſt? An quod huius curatoris datio propriè non pertineat ad litis ordinationem, vt vult Azo? An potiùs quod ſemiplena cognitione & inquiſitione dari poteſt, vt Petrus & Dynus exiſtimant? eum propriè ex inquiſitione datus non dicatur, qui datus ſit die feriata, & iudice non ſedente pro tribunali.
k Indefinitè decretum interpoſitum generaliter interpoſitum intelligitur.
l Curator ad res omnes in dubio datus intelligitur, *l. 4. l. 5. ĵ. eo.*
m Indefinita æquipollet vniuerſali. *Bald. l. 8. §. 3 ſup. de pignerat. l. 43. l. 44. ĵ. de leg. 2.* Imò ſpeciali. *l. 2. ĵ. de liberis & poſthumis.* ſed ibi de odioſis, hic de fauorabilibus agitur. Non æquipollet etiam vniuerſali, vbi non eſt eadem ratio, *l. 78. §. 4. ĵ. de leg. 3 l. 1. l. 38. §. 6. ĵ. de auro.* m indiſtinctè liti curator datus hoc non expreſſo, an ad agendum vel defendendum ſit datus, nécne, intelligitur datus ſecundùm naturam litis, ad omnem litem : vt ſi duplex iudicium ſit, vices actoris & rei ſimul ſubeat. o Quid? procurator vel ſyndicus indiſtinctè datus, num intelligitur datus ad lites etiam futuras? non intelligitur ad lites futuras datus, niſi lites futuræ pendeant à præſentibus, aut ſint eis connexæ.
p Curator in duplicibus iudiciis datus, debet ſubire partes actoris & rei. Curator enim liti datur ſecundùm naturam litis. *Baldus.* & ad agendum datus, defendere tenetur. *Bart. l. 15. in fi. l. 33. §. 4. ſup de procuratoribus.*
q Imò, vnus tantùm dandus eſt, *l. 5. in fi ĵ. iudicatum ſolui.*
r *l. 9 ſup. de pact. l. 31. §. 1. ĵ. de procuratorib.* ſ An pupillorum, vt vult Accurſius? An potius plurium tutorum aduerſus pupillos litigantium? quod magis eſt. ſolet enim eo caſu curator dari. t Curator in vnam litem, pluréſve lites dari poteſt.
u in litem. x *al.* manebit: vel manſerit.
y ſecus in aliam. Curatorem enim in litem habenti, ad eandem litem alius curator conſtitui non poteſt : in aliam poteſt Imò & in eadem poteſt, ſi modò prior cauſa cognita reuocatus ſit à iudice. Ita non ſimul, ſed ſucceſſiuè dari poſſunt, *vt hic.* z Cur ſucceſſiuè non poſſunt dari, cùm plures ſimul dari poſſint?
a tutorem. b Ratione diuerſarum cauſarum vnus & idem vicem duorum curatorum ſuſtinere poteſt, c in litem, d tutorem.

accidet

accidet, ſi in diuerſas lites, in diuerſis temporibus idem petatur.

De mutis. 1. De tutela datiua. 3. De ſurdo impubere. 4. De eo cuius pater eſt apud hoſtes.

6. *Vlpianus* ‖ libro 38. ad ſabinum. ‖

MVto *a*, itémque mutæ *b* impuberibus tutorem dari poſſe, verum eſt. ſed an auctoritas eis *c* accommodari poſſit, dubitatur. & ſi poteſt tacenti *d*, & muto poteſt. eſt autem verius, (vt Iulianus libro viceſimo primo digeſtorum ſcripſit) etiam tacentibus *e* auctoritatem poſſe accommodari.

1 ¶ Sub conditione *f* à præſidibus *g* prouinciarum non *h* poſſe dari tutorem *i* placet: & ſi datus ſit, nullius eſſe momenti dationem, & ita Pomponius ait. hanc autem adiectionem, quam præſides prouinciarum faciunt, *Tutorem do, ſi ſatisdederit*, non *k* conditionem in ſe habere *l*, ſed *m* admonitionem, non aliter ei tutelam committi, quam ‖ ſi ſatisdederit, hoc eſt, non aliter ei gerere permittendum, quam ‖ ſi rem ſaluam fore cauerit.

2 ¶ Tutoris datio neque *n* imperij eſt *o*, neque *p* iuriſdictionis *q*; ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel ſenatuſconſultum, vel princeps *r*.

3 ¶ Surdo *ſ* impuberi poterit tutor dari.

4 ¶ Ei *t* cuius pater in hoſtium poteſtate eſt, tutorem dari "non" poſſe, palam eſt *u*. Sed ſi datus ſit, an in pendenti ſit datio, quæri poteſt. & non puto dationem valere *x*: ſic enim poſt patris regreſſum recidit in poteſtatem, atque ſi nunquam pater ab hoſtibus captus fuiſſet. Immo curator *x* ſubſtantiæ dari debet: ne in medio pereat.

De filiofamilias tutore.

7. *Vlpianus* "libro 2. Diſputationum."

SI filiusfamilias tutor à prætore datus ſit, ſi quidem pater tutelam agnouit, in ſolidum *y*, debet teneri ſi non adgnouit, duntaxat de peculio *z*. Agnouiſſe autem videtur, ſiue *a* geſſit, ſiue gerenti filio conſenſit *b*, ſiue omnino attigit tutelam. vnde cùm quidam filio ſcripſiſſet, vt diligenter tutelam gereret, *cùm c ſcias (inquit) periculum ad nos pertinere*: dixi, hunc quoque videri adgnouiſſe. planè, ſi ſolum *d* monuit *e* filium, non videtur agnita.

De patrono tutore.

8. *Idem* libro 1. Opinionum.

PAtronus *f* quoque tutor liberti ſui fidem exhibere debet: & ſi qua in fraudem debitorum *g*, quamuis pupilli liberti geſta ſunt, reuocari ius publicum *h* permittit.

De tutoribus puniendis.

9. *Marcianus* libro 3. Inſtitutionum.

IN eos extra *i* ordinem animaduertitur, qui probentur nummis † datis *k* tutelam occupaſſe: vel pretio accepto operam dediſſe, vt non idoneus tutor daretur: vel conſulto *l* in edendo *m* patrimonio quantitatem minuerit *a*: vel euidenti fraude *b* pupillorum bona alienaſſet.

a *l.8. in fin. ǰ. de tutor.* ʿ. *Har.11.§.3.*
b *l.8. in fin. ǰ. de tut. dat.*
c Inuitis impuberibus.
d Argumentum à tacente ad mutum. Tacenti vt & muto authoritas accommodari poteſt.
e *l.13. ǰ. de authorit. tutorum.*
f expreſſa ſcilicet non tacita, *vt l.11. ǰ. eod. l.8.§.1.ǰ. de teſt tut.*
g aliud eſt in parentibus & teſtatore, *l. 3. §. 7. ǰ. de ſuſpect. §. 3. Inſt. qui teſtam. §. 2. §. 5. inſt. quibus modis tut.* An hæc diuerſitatis ratio eſt, quod factum teſtatoris, in eo quod deficit, poteſt ſuppleri per quemcunque iudicem: factum iudicis non poteſt expleri, niſi per eundem iudicem. ideóque ei iniungitur, vt purè & perfectè det, *Bart.* An quod imperfectè datur, qui ſub conditione datur, vt meritò nullam vim habeat id genus tutoris datio?
h *l.48. ǰ. de verb. oblig.* Hæc verba, *ſi ſatisdederit*, quæ infra ſequuntur admonitionem in ſe potius habent, quã conditionem, *vt hic.* vt & hæc verba, *cùm petiero, cum popoſcero*, *Si petiero.* His ita formulis ſtipulatio fit præſens niſi probetur aliud actum, *l. 135. ǰ. de verb. oblig. l. Titio 71. ǰ. de con. & dem.* aliud eſt in operarum ſtipulatione, vt ſi quis ita à liberto ſtipulatus erit, *cum petiero*, *l. cum patronus 22. ǰ. de oper. libert.* Nam illo caſu operæ non ante cedunt, quam petitæ ſint: res aliæ cedunt ex tempore interpoſitæ ſtipulationis.
i aliud in procuratore. *l. 3. §. de procurat.* Cur tam variè? fauor pupilli id expoſtulat, ne, dum conditionis exiſtentia expectatur, bona diſſipentur.
k Imo, conditionem facit dictio *Si, l.48.ǰ. de cond. indeb.*
l Cur non habet? quia hîc conditio adiicitur ei quod tacitè ac neceſſitate ineſt, *l.3. ǰ. de leg. 1.* m Tutor ſub conditione omnimodò inutiliter datur à Prætore.
n Imperio alicui conceſſo, tutoris dandi poteſtatem conceſſam non eſſe hinc colligit Iacob. Aretinus quod Baldo improbatur: cum vnà cum territorio hodie trãſeat vniuerſim ea poteſtas. o Imò, imperij eſt: dantur enim tutores à præfecto vrbis, & cæteris *Inſt. de Atil:* qui imperium habent.
p Imò eſt iuriſdictionis. Prætor enim ſecundum ſuam iuriſdictionem tutorem dat, *§. 4. inſt. de Atil.* & legatus Proconſulis, *l. 15. ǰ. de offic. proconſ.* quem certum eſt mandata ſibi iuriſdictione vti. *l 12. d tit.* q Cuius iuris fuerit? mixti imperij, inquiunt interpretes. Mynſingerus poſt Bellonum 1. *ſuppu.* 2. ait tutoris dationem eſſe permiſſionis. Quid? Num vtriuſque fuerit, vt Accurſius ſentit? Dic: non omnem tutoris dationem imperij eſſe, vel iuriſdictionis, cum ſit aliqua quæ detur ab imperium, vel iuriſdictionem non habente. x hodie competit iure magiſtratus: ideóque is cui conceſſum eſt à Principe imperium, ius dandi tutoris habet. *Bal.*
ſ *l.8. in fin. de tutor. datis.* t Curator captiui filio rectè datur, *Har. eo. c. 14.*
u eius enim ſtatus dubius eſt. x Captiui & abſentis bonis datur curator, vt cum eo poſſit litigari, *l.15. ǰ. ex quib. cauſ maior. l.60. in fi. ǰ. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*
y Pater agnoſcens munus filio iniunctum tenetur in ſolidum. Cur hic conſentiens pater in ſolidum tenetur, cum eo caſu de peculio, & in rem verſo teneatur? *l. 21. ǰ. de adm. tut.* z *v. l. 11. ǰ. de tutelæ & rationib circa fi. l. 1. C. quod cum eo. l. 9. l. 3. §. vlt. ǰ. de pecul. l. 2. in fin. ǰ. ad municip.* a Agnoſcit munus filio iniunctum pater, vel gerendo, vel conſentiendo, viua voce, aut ſcripto. b *v. l. 51. ǰ. de adquir. hered.*
c Conſenſus probatur, quotiens enunciationi cauſa nunciandi adiicitur.
d Creditores, εἰς πεειγγχφλῶ τῶν δχνειςῶν, *Cuiac. 8. obſ vlt. 3. Ecl. 37. tit. 1. c. 5.*
e Monentem verba non obligant: monens filium vt gerat tutelam pater, agnouiſſe filij tutelam non videtur. f Ius patronatus à fraude non excuſat.
g Creditorum, *Cuiac. ad l. 59. ǰ. de verb. oblig. v. l. 99. ǰ. de ſolution.*
h Pauliana actio, *v. ǰ. quæ in fraudem credit.* i Extra ordinem punitur qui tutelam redemit, aut alij detulit: extra ordinem, id eſt arbitrio iudicantis, adde *l. 13. ǰ. de pœnis.* Atqui ſalarium tutori conſtitui poteſt, *l. à tutorib. 33. in fin ǰ. de adm. tutor.* Poteſt & procurator pecuniam accipere? *l. tutor. 20. C. de negotiis: l. inuitus. C. de procuratorib.* meritò: nam & ſalarium, iam tutori, aut futuro tutori conſtituitur: & procuratoris voluntarium officium eſt. † *l. 1. §. 7. ǰ. de offic. præfect.*
k *ſub.* iudici. l Conſultò hic eſt, malitioſè.
m Edit patrimonium pupilli tutor, qui id vel demonſtrat iudici, vel eius quantitatem in inuentarium refert.

De municipibus.

10. *Vlpianus* ‖ libro 2. ad Edictum. ‖

ETiam non *c* municeps *d* tutor dari *e* poteſt, dummodo municipi *f* detur.

De furioſo dato tutore.

11. *Paulus* "libro 3. ad Vitellium."

FVrioſus, ſi tutor datus fuerit, poteſt intelligi ita *g* dari, *Cùm ſuæ mentis eſſe cœperit.*

De tutoribus in locum abſentium datis.

"12. *Idem* libro 10. Reſponſorum."

QVæſitum eſt, an hi, qui in locum abſentis reipublicæ *h* cauſa tutores *i* dati *k* ſunt, mortuo *l* illo, tutores perſeuerent: an alij petendi eſſent. Paulus reſpondit eos *m*, qui in locum abſentis dati ſunt, non reuerſo eo, in eadem cauſa perſeuerare vſque ad tempus pubertatis.

De curatore dato ad valetudinem aut ſenectutem tutoris.

1. De adiutore tutelæ.

13. *Pomponius* libro 2. Enchiridij.

SOlet etiam curator dari aliquando, tutorem *n*, habenti, propter aduerſam tutoris valetudinem, vel ſenium ætatis, qui magis adminiſtrator *o* rerum, quàm curator eſſe intelligitur *p*.

1 ¶ Eſt etiam adiutor *q* tutelæ, quem ſolet prætor permittere tutoribus *r* conſtituere, qui non poſſint ſufficere adminiſtrationi tutelæ, ita tamen, vt ſuo *ſ* periculo eam conſtituant *t*.

Quibus modis tutela finitur.

14. *Vlpianus* ‖ libro 37. ad Sabinum. ‖

SI adrogati ſunt adhuc impuberes, vel deportati *u* ſint pupilli, tutores habere deſinunt.

1 ¶ Item ſi in ſeruitutem *x* pupillus redigatur, vtique finitur tutela.

2 ¶ Aliis quoque modis deſinunt eſſe tutores: ſi fortè quis ab hoſtibus *y* fuerit captus, vel pupillus, vel tutor.

3 ¶ Sed etſi ad tempus *z* fuerit quis datus, tempore finito, tutor eſſe deſinit.

4 ¶ Prætereà, ſi ſuſpectus *a* quis fuerit remotus, deſinit *b* eſſe tutor.

5 ¶ Sed etſi ad certam conditionem *c* datus ſit, æquè euenit, vt deſinat eſſe tutor, exiſtente conditione.

Si tutor eſt apud hoſtes.

15. *Idem* ‖ libro 38. ad Sabinum. ‖

SI quis tutor non ſit captus ab hoſtibus, ſed miſſus ad eos quaſi legatus, aut etiam receptus ab eis aut transfugerit *d*: quia ſeruus non efficitur, tutor manet *e*, ſed interim a præſidibus alius tutor dabitur.

De fœminis. 1. De tranſmiſſione tutelæ.

16. "*Gaius* libro duodecimo ad Edictum Prouinciale."

TVtela plerumque *f* virile *g* officium eſt.

1 ¶ Et ſciendum eſt, nullam *h* tutelam hereditario iure ad alium tranſire. Sed ad liberos *i* virilis ſexus perfectæ *k* ætatis, deſcendunt legitimæ. cæteræ *l* non deſcendunt *m*.

Si tutor furioſus, aut mutus, aut ſurdus ſit.

‖17. *Paulus* libro 8. ad Sabinum. ‖

COmplura ſenatuſconſulta facta ſunt, vt in locum *n* furioſi, & muti, & ſurdi tutoris, alij tutores dentur.

De fœminis.

18. *Neratius* libro 3. Regularum.

a ita accidit, ſi in inuentario quid retineatur ex bonis, *l. vltim. C. de magiſtratibus conueniendis.*
b *l. 7. §. 8. in fin. l. pen. ǰ. de minorib. l. vlt. C. ſi aduerſ. vendit.*
c *l. 24. ǰ. de tutor. datis.* Alias veteres quidam legunt, *Etiam municeps.*
d imò non municeps dari non poteſt, *l. 1. in fin. ǰ. de tutorib. dat.*
e Tutorem etiam non municipē municipi iudex dare poteſt, *vt hic.*
f eiuſdem municipij vel iuriſdictionis homini.
g Furioſus tutor ſub conditione tacita. Cùm ſuæ mentis erit, dari poteſt. An & ſub expreſſa: vt quemadmodum furioſus tutor datus, ſub hac conditione datus intelligitur vt ſit tutor, cum ſuæ mentis fuerit: ita liceat expreſſè tutorem dare Titium furioſum; Cùm ſuæ mentis erit, Titius tutor eſto, *l. 6. §. 1. ǰ. eo. l. 10. §. 3. ǰ. eod.*
h *l. 1. C. in quibus cauſis tutorem habent. v. l. 15. ǰ de tut. dat.*
i *l. 3 §. 10. ǰ de ſuſpect. l. 9. ǰ. de tut. & rationib. diſtrahendis.*
k à teſtatore, vel iudice.
l Tutores dati, in locum abſentis, durant etiam illo defuncto. *Bart.*
m Subſtitutus datus in locum abſentis, abſente non redeunte, durat in officio ad eius finem vſque.
n 5. *Har. 11. §. 50.* Ita curator vel actor periculo tutoris eligitur, quoties ipſe tutor adminiſtrare non poteſt, morbo vel ſenio impeditus.
o & coadiutor, *l. 10. §. vltim. ǰ. de excuſat. tut. l. 11. C. de procurat.* p cuius etiam officium ceſſat finita neceſſitate, *l. 24. ǰ. de adminiſt. tut. l. 11. d. §. vlt. Bart.* q actor, *§. vltim. Inſt. de curatoribus*, Αἴστως Suidæ diuerſus ab actore. de quo βοηθὸς Conſtantino: *C. de procur.* addc *l. 6. Cod. quomodo & quando iudex*: οἰκονόμος *Paul. ad Galat. 4. verſicul. 2.* ſcripſi ad *l. 6. ǰ. quando ex facto tut.*
r *ſub.* poſtulantibus.
ſ *l. 24. ǰ. de adm. tut. §. 1. Inſtit. quibus modis tutela, l. 5. C. de auth. præſt.*
t id eſt, conſtitui poſtulant. Quid? adiutoris tutelæ officium duratne mortuo ipſo tutore? non durat, *cap. grandi ext de ſupplenda.*
u Deportari pupillus doli capax poteſt propter delictum, *l. non ſolum 6. ǰ. de in integrum.* x *§. 2. Inſt. quibus modis tutela.*
y *§. 2. Inſt. de Attil. tut.*
z *§. 5. Inſt. quibus modis tut. l. 1. C. in quibus cauſ. tut. hab.*
a *§. vltim. Inſt. quibus modis tutela.*
b & alius eius loco dabatur, *Vlp. 11. §. 23.*
c *§. 2. Inſt. quibus modis tutela: l. 9. §. 2. ǰ. de tutelæ.*
d non vt proditor patriæ, ſed vt explorator hoſtium. e Imo transfuga tutor manere non poteſt, cùm poſtliminij ius non habeat, *l. 19. §. 7. ǰ. de capt.*
f nam interdum mulieres tutelæ officio funguntur, *l. quando mulier tut. aff. v. l. 73. ǰ. de regulis iuris.* g *vt l. vlt. ǰ. eod. l. 2. ǰ. de reg.*
h Hereditario iure tutelæ ſiue teſtamentariæ, ſiue datiuæ, non tranſeunt ad heredes. i tanquam agnatos, non tanquam heredes, *l. 46. ſuprà familiæ.* adde *l. 56. §. 2. ǰ. de iure dot.* k olim minores 25. annis legitimi & datiui tutores fiebant. *Inſtit. de fiduciaria tutela.* vt quæ de perfecta ætate hic leguntur, adiecta ſint à Triboniano: non ſint autem iuriſconſulti, vt & in *l. 4. l. 8. ǰ. de legitim. tut l. 1. infra de fideiuſſ. tutorum.* l teſtamentariæ, vel datiuæ.
m non tranſmiſſionis iure, ſed gradus ordine.
n *l. 40. ǰ. de excuſ. tutorum, Vlp. 21.*

FOEminæ tutores *a* dari non poſſunt: quia id munus maſculorum *b* eſt: niſi à principe filiorum *c* tutelam ſpecialiter poſtulent.

DE TESTAMENTARIA *d* tutela.

TIT. II.

Origo huius tutelæ. 1. Quibus datur tutor teſtamento, de ſexu, de poteſtate. 1. De poſthumis. 2. De nepote.

Gaius libro 12. ad Edictum Prouinciale.

LEge *e* duodecim tabularum *f* permiſſum *g* eſt *h* parentibus *i*, liberis *k* ſuis ſiue fœminini *l* ſiue maſculini ſexus, ſi modo in poteſtate *m* ſint, tutores teſtamento dare.

1 ¶ Item ſcire debemus, etiam poſthumis *n* filiis, vel nepotibus‖, vel cæteris liberis licere parentibus, teſtamento tutores dare: qui modo in ea cauſa ſint, vt, ſi viuo eo nati fuerint, in poteſtate eius futuri " ſint, neque teſtamentum rupturi *o*.

2 ¶ Item ignorandum non eſt eum *p*, qui filium in poteſtate, & nepotem ex eo æquè in poteſtate habebit, ſi nepoti tutorem dederit, ita rectè dediſſe videri: ſi nepos poſt mortem eius *q* in patris ſui poteſtatem recaſurus *r* non ſit. quod euenit, ſi viuo teſtatore filius in poteſtate eius eſſe deſierit.

" 2. *Vlpianus* libro 2. ad Sabinum. "

NEc *ſ* militem *t* liberis recaſuris in poteſtatem, tutorem dare poſſe, à Diuis fratribus reſcriptum eſt.

De codicillis. 1. De datione iure vel non iure facta.

3. *Idem* " libro 35. ad Edictum.

TEſtamento datos tutores accipere debemus, etiam eos, qui codicillis *u* teſtamento *x* confirmatis *y* ſcripti *z* ſunt.

1 ¶ Sed eos demum teſtamento accipere nos oportet, qui *a* iure *b* dati ſunt.

De patre & matre.

4. *Modeſtinus* ‖ libro 7. Differentiarum.‖

PAter herede inſtituto filio vel exheredato *c* tutorem dare poteſt *d*. mater *e* autem non niſi *f* inſtituto: quaſi *g* in rem potius, quàm in perſonam, tutorem dare videatur.

¶ Sed & inquiri *h* in eum, qui matris teſtamento datus eſt tutor, oportebit: cùm à patre datus, quamuis minus iure datus ſit, tamen ſine *i* inquiſitione *k* confirmatur. niſi ſi cauſa propter quam datus videbatur, in eo mutata *l* ſit: veluti ſi ex amico inimicus, vel ex diuite pauperior *m* effectus ſit.

De tutore dato filiis, vel filiabus, vel liberis vel poſthumis.

" 5. *Vlpianus* libro 15. ad Sabinum. "

SI quis filiabus *n* ſuis ‖ vel filiis tutores dederit, etiam *o* poſtumæ videtur dediſſe. quia filiæ appellatione *p* etiam poſtuma continetur.

6. *Idem* libro 39. ad Sabinum.

QVid ſi nepotes *q* ſint, an appellatione filiorum & ipſis tutores dati ſint, videndum? Et magis eſt, vt ipſis quoque dati videantur: ſi modo *liberos* a dixit. cæterum, ſi *filios*, non continebuntur *b*: aliter enim filij, aliter nepotes appellantur *c*.

¶ Planè ſi *poſthumis* d dederit, tam filij poſthumi, quàm cæteri liberi, continebuntur *e*.

De herede.

7. *Paulus* ‖ libro 3. ad Sabinum.

TVtores non *f* ab herede, ſed à *g* teſtatore protinus *h* proficiſcuntur *i*, ſimul atque aliquis heres extitiſſet. nam & ipſe heres, tutor dari poteſt *k*: & poſt mortem heredis, tutor rectè dari poteſt.

Si tutor eſſe vetetur. 1. De conditione. 2. de tempore. 3. De duabus conditionibus.

8. *Vlpianus* ‖ libro 24. ad Sabinum. ‖

TVtor datus, vetari *l* tutor eſſe poteſt, vel teſtamento, vel codicillis *m*.

1 ¶ Sed ſi ſub *n* conditione fuerit tutor datus, deficiente conditione, tutor non erit.

2 ¶ Tutorem autem & à certo tempore dare *o*, & vſque *p* ad certum tempus licet, & ſub conditione, & vſque *q* ad conditionem.

3 ¶ In tutoris dationem *r* vtrum leuiſſima conditio, an nouiſſima, vt in legato *ſ*, ſpectanda eſt? vtputa *Titius t, cùm poterit, tutor eſto: Titius ſi u nauis ex Aſia venerit, tutor eſto.* Et Iulianus libro viceſimo digeſtorum rectè ſcripſit, nouiſſimam *x* ſcripturam eſſe ſpectandam.

De aditione.

9. *Pomponius* libro 3. ad Quintum Mucium.

SI nemo hereditatem *y* adierit *z*, nihil *a* valet ex his quæ teſtamento ſcripta ſunt *b*. ſi vero vnus ex pluribus adierit, tutelæ ſtatim *c* valent: nec *d* expectandum erit, vt omnes hereditatem adeant.

De hæreditate iacente. 1. De pluribus dationibus. 2. De nepote. 3. De furioſo. 4. Vel ſeruo datis tutoribus.

10. *Vlpianus* ‖ libro 36. ad Sabinum. ‖

SI hereditas nondũ adita *e* ſit, ex qua tutor ſperatur,

---

a Executores tamẽ vltimarum voluntatum conſtitui poſſunt. *Gloſſ. in l. vxor. ff. ad l. Cornel. de falſ. c. vlt. de teſt. in 6.*

b *l. 16. ff. eod. l. 21. ff. de tut. dat. l. 2. ff. de reg. iur.*

c *v. C. quando mul. tut. off.*

d *5. C. 28. & 3. Inſt. 14. & 37. Ecl. 2.*

e id enim curæ fuit legibus, *l. 20. in fin. ff. eod.*

f cuius hæc verba ſunt: Pater familias vti legaſſit ſuper pecunia tutelâve ſuæ rei, ita ius eſto *Vlp. 11. §. 14. Cornificius 1. ad Heren. l. 53. l. 120. ff. de verborum ſignif.*

g *§. 15. Inſt. de tutelis.* Tutela teſtamentaria eſt ex permiſſione legum.

h Ita Tiberius Nero moriens, Tiberio & Claudio Druſo filiis tutorem reliquit Octauium Cæſarem. *Dion. 48.* ſic & Virginium Rufum ſibi tutorem relictum Plinius ſcribit *2. epiſt. 1. Cic. 13. epiſt. 61. ad Atilium*, Plinius: Mentum tutorem, tum etiam ſecundum hæredem inſtituit.

i An matri? dat quidem mater tutorem teſtamento, ſed indigentem cõfirmatione, *l. 4. ff. eodem.*

k An etiam emancipatus? ita datus confirmandus eſt, *l. 3. §. 1 ff. de confir. tutore.* An ſpuriis? non valet datio: quia non ſunt iure filij.

l Fœminis dari tutores, & propter ætatem, & propter rerum forenſium ignorantiam teſtis eſt Vlpian. 11. §. 1.

m adde *l. 2. ff. de reg. iur.* & emancipato: ſed confirmandus eſt *§. vlt. Inſt. de tutelis.* n *v. §. 4. inſt. de tutel.* Poſtumis dare tutorem poſſumus, ſi modo ſint in noſtra poteſtate, & agnaſcendo non rumpant teſtamentum, & ſi non ſint recaſuri in alterius poteſtatem. o vt quia inſtituti, vel exhæredati; non præteriti. v. hic Albericum & Baldum. p *l. 10. §. 1. ff. eod.* q *ſub.* aui. r *§. 3. inſt. de tut.* ſ multo minus paganum. t Cur ita? *v. l. 28. in fin. ff. de militari teſt.* u Confirmata: quod ſit in diſpoſitione, videtur fieri in diſpoſitione confirmante, & retro. *Bald.* x An poteſt dari tutor ab inteſtato codicillis? negat Baldus: confirmandus eſt tamen à iudice, *l. 3. ff. de conf. tut.* y quod hodie ſæpius intelligitur, *§. 1. inſt. de codic. Bart. hic.* Quod in cõfirmata ſit diſpoſitione, id videtur fieri in diſpoſitione confirmante. Confirmatio retro fingit. Quid ſi tutor datus eſt ab inteſtato hoc eſt, codicillis teſtamento non confirmatis? confirmandus erit à iudice, vt minus ſolenniter datus, *l. 3. ff. tit. prox.* z Quidnam hic requiritur expreſſa confirmatio, an & ſufficit tacita? Hoc Accurſius: illud Petrus ait: Prius verius eſt, cum taciti & expreſſi eadem ſit virtus. a Teſtamentum id propriè ac verè dicitur, quod iure factum eſt. b Paria ſunt, non fieri, aut non de iure. c *l. 10. §. 2. in fin. ff. eod.* d *5. Har. 11. §. 3.* e & auia. *Bart.* f *l. 4. C. eo.* g Tutor à matre datus, in rem potius, quàm in perſonam datus videtur. h *ſub.* plenè magna cum inquiſitione hoc fieri debet, cum filium non inſtituerit: alias ſummariè, *l. vlt. in fi. ff. qui pet. tut.* i *§. vlt. inſt de tut. l. 6. ff. de confirmando tutore.* k plena: ſed quali quali. *Bald.* l Mutatis moribus mutantur homines. m aut penitus non ſoluendo: vel ex probo, improbus & nequam, *l. 8. l. 9. ff. eod.* n *§. vlt. inſt. eod.* o Imò filiæ datus tutor, poſtumæ datus non videtur: quia legatum filiæ factum non intelligitur de poſtumo, *l qui filiabus 17. ff. de leg. 1.* An hoc ideo fit, quòd tutor detur poteſtatis ratione, quæ eſt etiam in poſtumo: (quod tamen eſſe non videtur, *l. vltim. ff. de collat.*) An quia datur vt filiis aut liberis, quorum voce continentur etiam poſtumi? p *v. l. 164. ff. de verb. ſign.* q Nepos filij appellatione non continetur, *vt hic*: niſi aliud ſuaſerit euidens voluntas defuncti, vel præſumptio & interpretatio iuſta, *l. 59. ff. de ritu nupt.* Nec nepotis igitur nomine pronepos, & ſic deinceps. Teſtatores leges ipſæ imitantur. Leges liberorum appellatione vtuntur, quoties quid vniuerſo generi præſtitum volunt: Filiorum, quoties filiis ſolis: nepotum, quoties nepotibus ſolis, *l. liberorum. 220. §. 1. ff. de verb ſign.* Eadem quoque erit ratio filiorum fratrum vel ſororum, quos in vſu vocamus nepotes. *Accurſ. l. 2. C. de ſucceſſ. edict.* Spartianus nepotes per fratrem: Ouidius, nepotes à fratre.

a liberorum (non filiorum) appellatione, nepotes: poſterorum, nati & poſtumi continentur, *§. vlt. Inſt. eod.*

b *ſub.* inſpecto communi vſu loquendi.

c *ſub.* vulgariter.

d poſteris. *Hal.* vide quæ ſcripſi ad Theophilum. *Inſt. eod.*

e Cur continebuntur? An quia *poſtumi* vox non gradus ipſos diſtinguit, ſed colligit: filiorum verò vox gradus ipſos diſtinguit, vt vult Baldus?

f Cur non ab hærede tutor proficiſcitur? quia ſi ab hærede proficiſceretur, hæres ſibi ipſi tutorem daret. Atqui inter dantem & accipientem differentia eſſe debet. *l. Prætor 4. ff. de tutorib. dat.* Cur à teſtatore? quia ſi non ab hærede tutor proficiſcitur, neceſſe eſt à teſtatore eum procedere.

g Procedit ab aliquo quod ab eo emanat tanquam à cauſa non tanquam à medio. h ἀμέσως. idem dicendum eſt, ſi ſerui non à coheredibus, ſed à ſemetipſis inſtituti *l. 6. § vlt. ff. de hered. inſt. v. Cuiac. 17 obſ. 28.* ſed tamen conſtat ex *l. 10. ff. eod.* hæreditate nondum adita tutorem alium dari poſſe.

i hoc dicit ad diſtinctionem legatorum & fideicommiſſorum, quæ omnia ab hærede proficiſcuntur.

k qui non poſſet dari, ſi tutelæ datio ab hærede etiam proficiſceretur. *Cuiac. ibid.*

l Tutela (vt & executio teſtamenti) poteſt codicillis adimi.

m teſtamento confirmatis.

n *l. 11. ff. eod.* Teſtamentaria tutela diem & conditionem recipit.

o *ſub.* teſtatori licet: vt hoc ſit verum in teſtamentario tutore, de quo hoc titulo agitur, non in datiuo ſeu dato à iudice.

p *Paul. 2. Galat. 4. verſ. 2.*

q Tutela teſtamentaria diem & conditionem recipit. adde *§. 2. Inſt. quibus mod. tutela.* r *al.* datione, *ſub.* teſtamentaria.

ſ in quo nouiſſima conditio ſpectatur, *l. 87. ff. de conditionibus & demonſtration.*

t hæc leuiſſima conditio eſt.

u hæc nouiſſima conditio eſt.

x *v. l. 10. §. 1. ff. eodem.*

y Dies tutelæ cedit à die aditæ hereditatis, *vt hic*: non à die mortis vt legata. *l. tutores, ff. eod. l. ſi is qui tres 31. §. 1. ff. de excuſ. tut.* Ideo regula Catoniana locum non habet in tutela, *l. antepen. ff. de regula Catoniana.* Cur ab adita hereditate cedit dies tutelæ? Quæ non tranſeunt ad heredem eorum dies cedit ab hereditate adita, non à morte teſtatoris (quod in vſufructu & libertate apparet, *l. 1. in fi. l. 2. ff. quando dies leg. l. 1. §. in nouiſſimo. C. de caduc.*) Tutela autem non tranſit ad heredem, *l. tutela 16. in fin. ff. tit. prox.*

z *l. 10. ff. eod. l. 45. §. 1. ff. de excuſ. tut.*

a Immo valet, *arg. Authen. ex cauſa, C. de liberis præteritis.* Teſtamento rupto, quod in eo præteriti aut iniuſtè exhæredati liberi ſint, inſtitutiones irritæ quidem ſunt, at non legata *d. Authen.* Teſtamento rupto ob non aditam hereditatem, tutelæ irritæ manent.

b Igitur aditio hereditatis tutelas præcedet: nullus tutor erit. non denique authoritatem præſtabit tutor ante aditã hereditatem. Proinde & pupilli adire prius hereditatem debebunt, quàm tutorem habeant: & tamen dicitur pupillam ſine tutore hereditatem adire non poſſe *l. pupillum 49. ff. de adquiren. hereditate, l. potuit, 5. C. de iure deliberan.* videntur hæc perplexa & ἀσύστατα. An dicemus pupillum adire hereditatem auctoritate iudicis? *l. ſi infanti 18. C. de iure deliberan. l. bonorum 7. C. qui admitti.* An dari curatorem ad adeundam hereditatem? *l. cum quadam 26. C. de adminiſtrat. tutor.* (quod non videtur, quia authoritas curatoris in impubere non eſt idonea ad hereditatem adeundam, *l. cum in vna 17. § tutor. 1. ff. de appellation. l. ſolet 13. ff. tit. proxim. §. interdum. Inſt. de curatoribus, l. quoties, C. in quibus cauſis tutor. habenti.*) An potius tutorem dari ad hereditatem adeundam, *arg. l. 10. ff. eod. §. 1. Inſt. de Atil. §. vlt. Inſt de author. tutor.* An vero dicemus exiſtentiam ſui heredis confirmare dationem tutelæ, vt *§. poſthum. Inſt. de hered. ab inteſtato §. ſui. Inſt. de heredum qualitate*: hoc eſt, ſuum hæredem ipſo iure hæredem eſſe, licèt ſe non immiſceat, *l. ſi nemo 19. in fin ff. eod. l. ſi poſt mortem 68. ff. de leg. 1.* id eſt, vt ea ratione omnia quæ teſtamẽto continentur, ſui heredis exiſtentia, hoc eſt, eo ipſo quòd ſuus aliquis eſt hæres confirmata intelligantur, ſine vlla aditione, *l. ita tamen 27. §. ſi pater 3. l. apud Iulianum 11. ff. ad Trebell.* vt poſt Dinum notat Bartolus, Baldus, Albericus. licèt Raynaldus neget exiſtentiam ſui hæredis id hic præſtare (quæ alias confirmat fideicommiſſa vniuerſalia tabularum pupillarium & libertatis, & inducit tranſmiſſionẽ ad hæredes etiam extraneos, *l. ita tamen 27. §. ſi pater 3. ff. ad Treb. l. cum quaſi 30. §. ſed & ſi ff. de fideicom. libert. l. ex militari 11. in fin. ff. de teſt. milit. l. apud hoſtes 8. C. de ſuis, l. 3. C. de iure deliberan l. 1 C. ſi ab hereditate ſe abſtineat.*) eò magis quòd exiſtentia ſui heredis nomine ſolo, non effectu agere quibuſdam dicatur? Dyni opinio verior, hoc adiecto: Dato cohærede extraneo hæredi ſuo, aditionem requiri: ſuo herede ſolo exiſtente, ſine aditione confirmari tutelam. c *ſub.* ab adita hæreditate, vt paulò ante dixi.

d ſufficit enim vt vnus adierit.

e vt *l. 8. ſuprà eodem.*

verius eſt, alium *a* tutorem poſſe dari *b*: quaſi nondum ſit, nec ſperetur *c*.

1 ¶ In tutelis teſtamentariis id ſequimur, quod nouiſſimum *d* eſt. &, ſi ſæpius tutor datus ſit, nouiſſimam *e* ſcripturam intuemur.

2 ¶ Qui filium, & ex eo nepotem habebat *f*, ſi nepoti tutorem dederit: habet diſceptationem, an aliquo caſu non ſit vtilis datio. vtputa ſi proponas, filium *g*, viuo *h* ‖ patre ‖ deceſſiſſe, & nepotem *i* ex eo ſucceſſiſſe, viuo auo. & fortius dicendum eſt, tutelam quoque *k* è lege [Iunia] Velleia *l* confirmatam *m*, nam & Pomponius libro ſextodecimo ex Sabino, ſcripſit, valere tutoris dationem, cùm enim confirmatum ſit teſtamentum *n*, conſequenter *o* tutoris quoque datio valebit in eo teſtamento ſcripta, quod valet, id eſt, vbi nepos vel hæres inſtitutus *p* ſit *q*, vel nominatim exhæredatus ‖ ſit ‖

3 ¶ Si furioſus teſtamento tutor detur, ſi quidem, *cùm r furere deſierit*: tutorem eſſe rectè datum Proculus exiſtimat *ſ*. quòd ſi datus ſit purè, negat *t* Proculus valere dationem. ſed eſt verius, quod & Pomponius ait, rectè videri datum, & tunc fore tutorem, cùm ſapere cœperit.

4 ¶ Seruus alienus ita *u* dari tutor poteſt *x*, *Si liber erit, tutor eſto*. Quinimmo, & ſi purè datus ſit, videtur *y* ineſſe hæc conditio, *Cùm liber erit*.

¶ Poteſt autem quis & extraneo *z* ſeruo defendere ex hac *a* cauſa fideicommiſſariam *b* libertatem. quid enim intereſt *c*, ſuum ſeruum, an alienum tutorem adſcripſerit, cùm pupilli fauore, & public*e* vtilitatis adſumpta *d* libertas ſit in perſona eius, qui tutor ſcriptus eſt: Poteſt igitur & huic *e* fideicommiſſaria *f* libertas defendi, ſi voluntas apertiſſimè non refragetur.

De conditione, vel die. 1. De excuſatione. 2. Vel remotione. 3. Vel morte vel capitis diminutione tutoris teſtamentarij.

11. *Idem* ‖ libro 37. ad Sabinum. ‖

SI quis ſub conditione *g*, vel ex die, tutorem dederit, medio *h* tempore alius tutor dandus eſt: quamuis legitimum tutorem pupillus habeat. * ſciendum eſt enim, quamdiu teſtamentaria tutela ſperatur, legitimam ceſſare *i*.

1 ¶ Et ſi ſemel ad teſtamentarium deuoluta fuerit tutela, deinde excuſatus *k* ſit tutor teſtamentarius: adhuc dicimus, in locum excuſati dandum, non ad legitimum tutorem redire tutelam *l*.

2 ¶ Idem dicimus, & ſi fuerit remotus, nam & hic idcirco *m* abit, vt alius detur.

3 ¶ Quòd ſi tutor teſtamento datus deceſſerit *n*, ad legitimum tutela redit. quia hic ſenatuſconſultum ceſſat.

4 ¶ Planè ſi duo, pluréſve *o* fuerint tutores teſtamentarij in locum eius, qui deceſſit, vel in ciuitate eſſe deſiit *p*, poterit dari alius *q*. cæterum, ſi nullus ſuperſit, vel in ciuitate ſit, legitima tutela ſuccedit.

De certa re, vel cauſa.

12. *Idem* libro 38. ad Sabinum.

CErtarum *r* rerum *ſ*, vel cauſarum *t* teſtamento *u* tutor dari non *x* poteſt, nec *y* deductis rebus.

a dixi ad *l. 8. ſup. eod.*
b etiam ſpecialiter ad adeundam hæreditatẽ, *d. l. 9. l. impuberi. ȷ. de tutorib. datis.* qui adita hæreditate tutor eſſe deſinet.
c *ſub.* vt res ita ſe habeat, hoc eſt non adita hæreditate.
d *v. l. 8. in fi. ȝ. eo. l. pen. in fin. infr. de contrar. tut.*
e i. vltimam.
f *vt l. 1. in fi. ȝ. eo.*
g à me inſtitutum.
h Atqui viuus non habet heredem *l. 1. ȷ. de hæreditate vendita, l. 1. ȷ. pro herede.* Nepos hic viuo ſuccedit in ſuitatem, non in hæreditatem? vt ſit ſuus, non vt ſit hæres aui viuentis.
i à me ſubſtitutum, quo caſu meus filius me viuo moreretur.
k non tantùm inſtitutionem & alias partes teſtamenti.
l de qua lex 29. §. 11. *& ſequ. ȷ. de lib. & poſth.*
m An dicemus permiſſam cum Bartolo? an confirmatam vniuerſaliter cum Baldo? an confirmatam, quod ad inſtitutionem heredis attinet, cum Dyno?
n *v. d. §. 11.*
o Teſtamentum quod per legem Velleiam ſubſiſtit, etiam quantum ad tutelam teſtamentariam habet effectum. *Bald.*
p vt *l. 4. ȝ. eod.*
q *ſub.* vnà cũ filio.
r *v. l. 11. ȝ. de tutelis.*
ſ & bene.
t *ſub.* malè.
u §. 1. *verſ. ſeruus autem alienus. Inſt. eod.*

x Imò non poteſt ſeruus dari tutor, *l. in ſeruili. 7. ȷC. qui dare tu. poſſ.* non poteſt à iudice: poteſt à teſtatore. y Imò non videtur: *d. §. 1.* z Argumentum à minori ad maius: quod nobis licet in ſeruos extraneos, hoc multo magis in noſtros licebit. a hoc eſt, hoc ipſo quòd tutor datus ſit. b *v. l. 5. C. eo. l. 9. C. de fideicomm. libert.* c *ſub.* nihil. d i. admiſſa. e *ſub.* ſeruo alieno, qui tutor teſtamento datur. f *l. 9. C. de fideicomm. libert. l. 24. §. ſi quis ȷ. de fideicomm. libert. 2. Pau. ſent. 13. §. vlt.* imò directa, §. 1. *Inſt. eo. l. 24. §. 10. ȷ. de fideicomm. libert. v. Cuiac. 18. obſ. 5. v. l. 9.* vbi dixi, & ad *Theoph. Inſt. quib. modis teſtam.* g poteſt enim ita à parente dari, §. 3. *Inſt. eo.* v. quæ notaui ad *l. 6. §. 1. ȝ. de tutel.* h *§. 1. Inſt. de Atiliano.* i Tutelæ procedunt ad modum hereditatis, i. ius hæreditatis ſequuntur, vt ergo ſpes hæredis inſtituti excludit venientẽ ab inteſtato ita teſtamentarius excludit legitimum venientem à lege, *Bald.* k *l. 2. C. in quib. cauſ. tutorem habent. Vlp. 11. §. 23.* l Cur ita? vel ideo quòd à iudice id, principaliter agente tutor ſuſpectus remouetur, vt alius detur. *v. l. 2. ȷ. eo. Bart.* vt ad eundem pertineat inſtitutio ad quem deſtitutio ſpectat: eius eſt cõferre cuius eſt priuare. Illi actus contigui: vnus actus ab alio conſurgit. ideóque ab eodem pendent, *Bald.* An ideò quod in remoto remanent reliquiæ teſtamentariæ? in eo qui remotus eſt ob dolum id eſſe nõ poteſt. ideóq; diſplicet hæc Baldo ratio, *ib.* m *l. 3. §. 9. de legitim. tutorib.* n de morte naturali nullum eſt dubium tunc enim tutor circa miniſterium iudicis remouetur. *l. 6. in fi. ȷ. de legitim. tutorib.* ſi ciuiliter, ſecus, *l. a 1. hic. n. 2. Bald.* o Plures tutores teſtamento dari poſſunt. *vt hic.* adde *l. 23. ȷ. de tut. dat.* p alteri ſuperſtiti eius tutela non accreſcit. *Bald.* q quia debet alius dari loco mortui. r *Harm. 11. §. 9.* ſ putà fundi, *Bald. §. 4. Inſt. eo.* t Putà adminiſtrationis hordei vel vini. *Bald.* aut potius ſi pupillũ quis appellet, vel pupillũ appellare velit. u Tutor certæ rei dari teſtamento non poteſt. *vt hic*: à iudice poteſt. Albericus hic & in *l. ſi hereditas. 10. ȝ. eod.* x Imo poteſt: Nam ad adeundam hæreditatem poteſt dari, *l. 10. ȝ. eo. l. impuberi. ȷ. de tutorib. datis. l. cùm in vers. 17. §. tutor. ȷ. de appell.* Poteſt & dari rei Africanæ vel Syriacæ, *l. 15. ȷ. eo.* Reſpondeo, datur ad adeundam hæreditatem: ideóque tutor vt teſtamento datus confirmatur: quia tutelæ datio non confirmatur, niſi adeatur hæreditas, *l. 9. ȝ. eod.* nec poteſt adire pupillus ſine aliquo tutore, *§. neque. Inſt. de auctor. tutor.* Porrò quod datur rei Africanæ vel Syriacæ non repugnat. Nam qui ita datur vniuerſitati bonorum quæ in Africa ſunt datur non certæ rei vel cauſæ. Quin ſi ſtricto iure ageremus, dicendum eſſet rei Africanæ dari non poſſe, *l. ex facto 38. infr. de heredib.* Vtrùm vſu ipſo obtinuit dari ita poſſe. vnde mox adiicit Vlpianus: Vtilis datio eſt: hoc enim iure vtimur ideò vero vniuerſæ rei tutorem dari poſſe Petrus cenſet, quòd tam diſſita patrimonia, varias tutelas facilè admittant. Iacobus de Aretio putat legem ea permiſſione, tutori teſtamento dati onus minuere, vt nec ſe, ob ita diſſita patrimonia, facile excuſet.
y Tutor in perſonam ſolam pupilli non datur deductis rebus, *vt hic.* quia datu

13. *Pomponius* ‖ libro 17. ad Sabinum. ‖

ET, ſi datus fuerit tota *a* datio nihil valebit.

14. *Marcianus* ‖ libro 2. Inſtitutionum. ‖

QVia *b* perſonæ *c*, non *d* rei vel cauſæ datur *e*.

15. *Vlpianus* ‖ libro 38. ad Sabinum. ‖

SI tamen tutor detur *f* rei Africanæ *g*, vel rei Syriaticæ *h*, vtilis datio eſt: hoc *i* enim iure vtimur.

Filiorum liberorúmve. 5. Aut poſthumorum appellatione qui continentur.

16. *Pomponius* libro 39. ad Sabinum.

SI quis ita dederit, *Filiis meis tutorem do*; in ea conditione eſt, vt tam filiis, quàm filiabus dediſſe videatur. filiorum enim appellatione & *k* filiæ *l* continentur.

1 ¶ Si quis filio tutorem dederit, & plures filios habeat an omnibus filiis dediſſe videatur? & de hoc Pomponius dubitat. magis autem eſt, vt omnibus *m* dediſſe videatur.

2 ¶ Si quis liberis tutores dederit, vel filiis & habeat quoſdam apud hoſtes, etiam ipſis dediſſe videbitur *n*, ſi non aliud apertè probetur teſtatorem ſenſiſſe.

3 ¶ Si quis, cùm ignoraret ſe filium Titium habere, filiis tutores dederit *o*: vtrum his ſolis dediſſe videatur, quos *p* in poteſtate ſcit. an ei quoque quem ignorauit ſe habere? Et magis eſt, vt huic dediſſe non videatur *q*: licet nomen filiorum admittit & ipſum. ſed quia de ipſo non ſenſiſſet, dicendum eſt ceſſare in perſonam eius dationem.

4 ¶ Proinde & ſi certus fuit filium deceſſiſſe, qui ſupererat, idem erit dicendum. nec enim videtur ei dediſſe, quem obiſſe credebat.

5 ¶ Si poſthumis dederit *r* tutores, híque viuo naſcantur, an datio valeat *ſ*? Et magis *t* eſt, vt vtilis *u* datio fiat, etiam ſi viuo eo naſcantur.

De ſatiſdatione.

17. *Idem* ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

TEſtamento datos tutores non *x* eſſe cogendos ſatiſdare *rem ſaluam fore*, certo *y* certius eſt. Sed nihilo minùs, cùm quis † offert ſatiſdationem, vt ſolus adminiſtret, audiendus eſt *z*: vt edicto *a* cauetur. Sed rectè prætor etiam cæteris detulit hanc conditionem *b*, ſi & ipſi velint ſatiſdare: nam & ſi ipſi parati ſunt ſatiſdare, non debent excludi *c* alterius oblatione: ſed, impleta videlicet ab omnibus ſatiſdatione, omnes gerent, vt qui contentus eſt magis ſatis accipere, quam gerere, ſecurus *d* eſſet *e*.

1 ¶ Non omnimodò autem is, qui ſatiſdat, præferendus eſt *f*: quid enim, ſi ſuſpecta perſona ſit, vel turpis, cui tutela committi nec cum ſatiſdatione debeat: vel quid, ſi iam multa flagitia *g* in tutela admiſit: nónne magis repelli, & reiici à tutela, quam ſolus adminiſtrare debeat? Nec ſatis non dantes temerè *h* repelluntur, quia plerunque bene probati, & idonei, atque honeſti tutores, etiam ſi ſatis non dent, non debent reiici. quinimo nec iubendi ſunt ſatiſdare.

2 ¶ Duplex igitur cauſæ cognitio eſt: vna ex perſona eius qui obtulerit ſatiſdationem quis, & qualis eſt: alia contutorum *i*, quales ſunt, num fortè eius exiſtimationis *k* vel eius honeſtatis ſunt, vt non debeant hanc contumeliam *l* ſatiſdationis ſubire.

18 *Calliſtratus* libro 3. Edicti Monitorij.

QVòd ſi plures ſatiſdare parati ſint, tunc idoneior præferendus erit; vt & tutorum perſonæ inter ſe, & fideiuſſorum *n* comparentur *o*.

De tutore datiuo. de poſthumo.

19. *Vlpianus* ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

SI nemo tutorum prouocet ad ſatiſdationem, ſed exiſtat quidam *p* qui tutor non eſt, deſideraréque aut ſatiſdent tutores, aut ſi non dent, parato ſibi

præcipuè & directè in perſonam: ſecundò in res ipſas. Datus ſimpliciter tutor, ad res omnes in quacunque ſint iuriſdictione, datus intelligitur.
a Vtile in totum vitiatur inutilis adiectione. *vt l. per ſeruum. 14. §. 1. ȝ. de vſu & habit.*
b Tutela eſt perſonarum: cura, rerũ ac bonorum: tutor, in perſonam; curator, in res datur, *l. ita copulandis 18. C. de nupt.*
c eſt enim poteſtas in perſonam, *l. 1. ȝ. de tutelis.*
d Imo rei datur, *l. 12. §. 3. ȷ. de adm. tut.*
e i. dari debet.
f teſtamento.
g Tutor dari poteſt omnibus rebus Africanis vel Syriacis, *vt hic.* at non ita, rebus in villa aliqua exiſtẽtibus, vt alia ſit ratio rerum vnius prouinciæ & villæ, vt notat hic Albericus & Portus, *Inſtit. qui teſt. tutor.*
h Vel Syriacæ, *Hal.* adde vel Romanæ, vel prouinciali, *l. 27. ȷ. de tutor. dat.*
i Quòd tutor vniuerſitati bonorum dari poteſt, ratio petenda eſt, non à ſtricto iure, ſed ex vſu populi Romani & vtilitate pupilli.
k Filiorum appellatione filiæ etiam cõtinentur. *vt hic.* vnde notant ſubſtitutum alicui, *ſi ſine filiis deceſſerit*, non admitti niſi poſt filias teſtatoris: hoc eſt, excludi à filiabus defuncti, niſi mens alia ſit teſtatoris. Alioquin ſine filiis deceſſiſſe non videtur, qui moriens filiam reliquit, *v. Manticam 3. de Coniectur. 13.* Quin & hoc quoque colligitur: Prohibitione facta filiis, ne alienent: prohibitionem factam quoque fœminis, ne alienent. de quo v. Concinatium 3. qu. 15. l non è contra, *l. 45. ȷ. de leg. 2.* m Cuiuſque ſexus, & omnibus liberis, etiam filiæ, *v. l. 116. l. 122. ȷ. de verb. ſign. l. 17. ȷ. de leg. 1.* n propter ſpem poſtliminij *Accurſ.*
o An idem erit ſi eos tantùm heredes inſtituerit, *v. l. 9. C. de teſt. milit.*
p Verba reſtringimus ad ea de quibus cogitatum eſt.
q *l. 40. in fin. ȝ. de pact. l. 24. in fin. ȷ. de lib. & poſth. l. 3. C. de inoff.*
r *ſub.* teſtamento. ſ valere non videtur, quia appellatione poſthumorum iam nati non continentur, *l. 10. ȷ. de lib. & poſth. l. 164. ȷ. de verb. ſign.*
t Cur magis eſt? Poſthumi etiam dicuntur, qui poſt teſtamentum naſcuntur.
u *l. vlt. C. de poſthum.* x *Inſt. de ſatiſd. tut. in prin.*
y idem loquendi genus in *l. ſtipulatio iſta. Habere licere 38. §. ſicut autem, ȷ. de verb. oblig.* † *l. 4. C. de tutore qui non ſatiſd. §. 1. Inſt. de ſatiſd. l. 7. ȷ. re. pupilli.*
z Cur ita? collige ex *l. 3. §. 6. ȷ. de admin. tut.*
a i. ſecundum formam edicti res pupilli ſalua foret. *d. l. 4.*
b cauendi & adminiſtrandi.
c *ſub.* ſi ſunt æquè idonei: quippe aliàs præfertur magis idoneus, *l. 18. ȷ. eod.*
d contra contutorem, non contra pupillum. e *al.* ſit.
f cur ita? *v.* [illegible] *Inſt. de ſuſpectis tutorib.* [illegible] *§. 3. de adm. tut. l. 3. §. 4. ȷ. de ſuſpect.*
h i. ſatis [illegible] confirmatus [illegible] repelluntur.
i *ſub.* non [illegible] § 1. ȝ. eo. add
k quid ex [illegible] *pen. §. 1. ȷ. de extraord. cognit.*
l Satiſdat [illegible] grauamen honeſto & probato viro. *Bald.*
m Idonei magis præferendi.
n Idoneior dicitur, qui fideiubet. quàm qui non fideiubet.
o *l. 6. ȷ. de ac.* [illegible]
p Extraneus volens ſatiſdare, non repellit tutores ab adminiſtratione.

ſatisdare committant tutelam, non eſt audiendus, neque enim aut *a* extero *b* committenda tutela eſt, aut teſtamento dati tutores contra ius ſatiſdationi ſubiiciendi ſunt.

1 ¶ Hoc Edictum de ſatisdatione ad tutores teſtamentarios pertinet *c*.

¶ Sed & ſi ex inquiſitione dati *d* ſunt tutores, Marcellus ait, & ad hos pertinere hoc edictum, & id oratione etiam Diuorum fratrum ſignificari. ideóque & illi clauſulæ ſunt ſubiecti: vt ſi cui maior *e* pars tutorum decernat, is gerat, quem maior *f* pars eligat: quamuis verba edicti ad teſtamentarios pertineant.

2 ¶ Teſtamento datus poſtumo *g* tutor, nondum eſt tutor, niſi poſtumus edatur. datur tamen aduerſus eum, ſubſtituto pupilli, negotiorum *h* geſtorum *i* actio *k*, ſed ſi partus editus fuerit, deinde hic tutor, priùs quàm quicquam gereret *l*, remotus à tutela fuerit: & hic eadem actione tenebitur. ſi quid planè geſſit poſt editum partum, de eo quoque, quod ante geſſit, tutelæ iudicio tenebitur, & omnis *m* adminiſtratio in hac actione veniet.

Qui tutores dari poſſunt.

20. *Paulus* ‖ libro 38. ad Edictum ‖

TVtor *n* incertus *o* dari non poteſt.

1 ¶ Teſtamento quemlibet poſtumus tutorem dare, ſiue is prætor, ſiue conſul ſit *p*, quia lex duodecim tabularum id confirmat *q*.

21. *Idem* libro 8. Breuium,

TEſtamento tutores hi *r* dari poſſunt, cum *ſ* quibus teſtamenti factio *t* eſt.

De libero opinato.

22. *Vlpianus* libro 45. ad Edictum.

SI quis tutorem dederit filio ſuo ſeruum, quem putabat *u* liberum eſſe, cùm eſſet ſeruus: is neque *x* liber, neque *y* tutor erit.

De datione collata in arbitrium tutoris.

23. *Africanus* libro 8. *z* Quæſtionum.

TVtor ita rectè non datur, *illi aut a illi filiis meis, vtri b eorum volet c, Titius tutor eſto* quid enim dicemus, ſi Titius conſtituere nolit *d*, vtri ex filiis tutor eſſe velit?

1 ¶ Ita autem rectè *e* tutor dabitur, *Titius ſi f volet g, illi filio meo tutor eſto.*

De pluribus tutoribus.

24. *Iauolenus* ‖ libro 5. ex Caſſio

SI plures tutores ſint, à prætore curatorem poſci litis cauſa ſuperuacuum *h* eſt: quia altero *i* auctore cum altero agi poteſt.

De excuſatione à tutela vnius.

25. *Modeſtinus* ‖ libro 4. Pandectarum. ‖

DVobus pupillis tutor datus, & ſi alterius tutela ſe excuſare poteſt, cùm *k* res *l* ſeparatæ *m* ſint: attamen alterius tutor *n* manet.

De matre. 1. De eo, qui à contutoribus rationes accipere debet. 2. De querela inofficioſi.

26. *Papinianus* ‖ libro 4. Reſponſorum. ‖

IVre noſtro *o* tutela communium liberorum matri, teſtamento patris fruſtrà *p* mandatur. nec *q* ſi prouinciæ præſes imperitia *r* lapſus patris voluntatem ſequendam decreuerit: ſucceſſor *ſ* eius ſententiam, quam leges noſtræ non admittunt, rectè ſequetur.

1 ¶ Honoris *t* cauſa tutor datus non videtur: quem pater à cæteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandauit, rationes accipere voluit *u*.

2 ¶ Propter litem inofficioſi teſtamenti ordinandam exheredato *x* filio, cui tutorem pater dedit,

a contrà quàm in licitatione & communi diuidundo iudicio, v. *l. 1. Cod. comm. diuid.*
b i. non nominato in teſtamento.
c *ſub.* à maioribus magiſtratibus: hi enim dari ex inquiſitione non ſatisdant, *vt hic.* qui à minoribus, ſatisdant, *l. pen. ȷ. de excuſ. tut.*
e Pars maior tutorum decernere ex ſe poteſt vnum qui gerat tutelam.
f *§. 1. inſt. de ſatiſd. tut. l. 3. §. 7. ȷ. de admin. tut.*
g De eo quod quis gerit antequàm naſcatur poſthumus, negotiorum: de eo quod poſt eum natum gerit, tutelæ tenetur.
h *ſub.* ſi poſthumus non naſcatur.
i vt protutelæ teneatur, v. *l. 1. §. 6. ȷ. de eo qui pro tutore, l. 29. ȷ. de pact.*
k Imò, nec protutelæ, neque negotiorum geſtorum actio, ſed vtilis in factum, in eum datur, *l. 24. ȷ. de tutela, & rationib.*
l *ſub.* nato poſthumo.
m ante natum poſthumum, & poſt eum natum.
n vt & is cui tutor datur. *l. 25. ȷ. eo.* procurator, *l. 65. ȷ. de procuratorib.* inſeitur. *l. 62. §. 1. ȷ. de hered. inſt.* legatarius, *§. 25. inſt. de legat.*
o *l. 30. ȷ eo. §. 27. verſ. tutor. inſtit. de legat.* ἄδηλος *Ecl. a. 7. 5. Harmen. 11. §. 29.*
p habet tamen excuſationem. *§. 3. inſt. de excuſat.*
q Cur confirmat? quia in hac ſpecie inferior dat ſuperiore. Verùm quoniam id fit iure teſtamenti, non iuriſdictionis, lex eam dationem confirmat.
r *ſub.* tantum.   ſ & hi ciues Romani *Vlp. 11. §. 15.*   t paſſiua: nam filiofamilias non eſt teſtamenti factio, qui tamen rectè tutor datur, *Inſt. eod. in prin.* Immò, ij quib. teſtamenti faciendi ius eſt, præter Latinum Iunianum. *Vlp. 11. §. 15.*
u *§. 1. Inſt. eod. l. 24. §. 9. ȷ. de fideicommiſſ. libertatib.*
x quia putauit liberum non ſeruum: eum non manumiſit.
y *Theoph. §. 1. Inſt. qui teſtamento tutores dari.* Cur? quia ſeruus eſt.
z vide *Cuiac. 8. ad Afric.*
a Imo rectè vterque datus eo caſu intelligitur, *l. 4. C. de verb. ſign.*
b ſi ita datur; alteruiri datur. arg. *l. 16. ȷ. de leg. 2.*
c *ſub.* tutor.   d Is omnino vt incertus tutor videtur dari, qui conſtituere, niſi velit, cogi non poteſt.   e Cur rectè? quis eſt certa perſona cui datur.
f An hæc verba referenda ſunt ad tutorem? An ad pupillum, vt vult Raynutius & Petrus?   g Obligatio ad aliquod officium (non ad rem pecuniariam) poteſt in voluntatem eius qui grauatur, conferri *Bart.*
h adeò vt ſi datus ſit, datio nulla ſit.
i *l. 3. §. 4. ȷ. de tutela: l. 1. C. de in litem dando.*   k i. quamuis.
l i. patrimonia pupillorum.   m In teſtamentis de vno ad aliud non infertur *Bart.* Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.   n niſi aliam excuſationem alleget.   o *l. 16. ȷ. de tut. Scholiaſt. Harm. 1. Tit. 1.* Hodie id ius correctum eſt poteſt enim mater eſſe tutrix filij ſui. *Nou. 11. c. 5. l. 2. C. quando mulier tut. off. l. 5. §. 8. ȷ. de adm. tut. l. 2. § 23. ȷ. ad Tertull.*
p *v. l. vlt. ȷ. de tutelis.*   q Iudicis ſucceſſor ſequi factum illegitimum anteceſſoris ſui non debet. adde *l. 1. C. ſen. reſcindi non poſſe.*
r multò magis ſi ſciens.   ſ Succeſſor factum anteceſſoris, non legitimum ſequi non debet, *l. 19. ȷ. de reb. cor.* [illegible] tores leges ipſas imitari [illegible]
t Honorarius non eſt tutor, qui rogatus eſt à teſtatore [illegible] generi præeſt, audire vel accipere, *vt hic.* tametſi videatur cum plena admi[illegible] ſolis, *l. liberorum*, & quaſi aliis præpoſitus, *v. l. 60. §. 2. ȷ. de ritu nupt. l. 3. §. 2. ȷ. de ad*[illegible] *§. 1. ȷ. de ſol.*
u Honorarius enim tutor eſt, qui non adminiſtrationis & bon[illegible] ſed honoris cauſa datus eſt, *l. 3. §. 2. de adm. tut.* Iuſſus accipere rationes ab aliis non eſt honorarius quando id onus ei iniunctum eſt.
x *l. 31. infra eodem.*

eundem à *a* prætore confirmari oportet, euentus etenim *b* iudicatæ *c* rei declarauit *d* vtrùm ex teſtamento patris, an ex decreto prætoris, auctoritatem acceperit.

Si paterfamilias inteſtatus deceſſiſſet, aut teſtamentum falſum eſſe dicatur. 1. De præiudicio.

27. *Tryphoninus* ‖ libro 14. Diſputationum. ‖

IDem fiet ſi inteſtatum deceſſiſſe patrem pupilli nomine defendatur, falſúmve teſtamentum nomine pupilli dicatur: & ſi *e* patruus exſtet, legitimus tutor futurus ab inteſtato, quia tutorem habenti tutor dari non poteſt *f*, nam commodius *g* ipſe qui ſcriptura continetur, à prætore dabitur. vt, ſine vllò litis præiudicio, iuſtus tutor auctor pupillo ad eam litem fiat.

1 ¶ Cùm autem ipſe patruus, quem tutorem legitimum ſibi dicebat pupillus eſſe, ſubiectum filium criminaretur *h*, & ad ſe legitimam hereditatem pertinere contenderet: alium tutorem petendum Iulianus reſpondit.

De legato tutori qui ſe excuſauit, vel eius filiis. 1. De libertate fideicommiſſaria. 2. De patrono.

28. *Papinianus* ‖ libro 4. Reſponſorum. ‖

QVi tutelam teſtamento mandatam, excuſationis iure ſuſcipere noluit *i*, ab his quoque legatis ſummouendus *k* erit, quæ filiis eius relicta ſunt modò ſi legata filij non affectione propria, ſed in honorem patris meruerunt.

1 ¶ Verbis *l* fideicommiſſi manumiſſus, non iure tutor teſtamento datur. poſt libertatem itaque redditam *m*, ex voluntate teſtatoris ad tutelam vocatur.

2 ¶ Impuberi liberto *n* patronus fruſtrà tutorem dabit: ſed voluntatem eius, ſi fides inquiſitionis congruat, prætor ſequetur.

De eo qui ſibi tutelam adſcribit teſtamento.

29. *Idem* ‖ libro 15. Reſponſorum. ‖

EX ſententia ſenatuſconſulti Liboniani *o*, tutor non erit, qui ſe teſtamento pupillo tutorem *p* ſcripſit. cùm autem patris voluntas hoc ipſum manu ſua declarantis ambigua non eſſet, eum, quamuis alij *q* tutores eſſent, curatorem dandum reſpondi: nec admittendam excuſationem, quam iure publico habebat: quoniam promiſiſſe *r* videbatur, nec vt ſuſpectum remoueri.

De tutore incerto.

30. *Paulus* ‖ libro 6. Quæſtionum. ‖

DVo *ſ* ſunt Titij, pater, & filius: datus eſt tutor Titius. nec apparet de *t* quo ſenſit teſtator: quæro quid ſit iuris! Reſpondit: Is datus eſt, quem dare ſe teſtator ſenſit. ſi id non apparet non ius deficit *u*, ſed probatio: igitur neuter *x* eſt tutor *y*.

Si teſtamentum ruptum dicatur.

31. *Sceuola* libro 4. Quæſtionum.

SI pater exheredatæ *z* filiæ tutores dederit & teſtamentum eius ruptum dicatur nato poſtumo: commodiſſimum eſt, eoſdem tutores pupillæ dari ad petendam inteſtati hereditatem.

De non eiuſdem ciuitatis ciuibus. 1. De eo qui propter rerum notitiam tutor datus eſt. 2. De ſeruo minore, tutore dato.

32. *Paulus* ‖ libro 9. Reſponſorum. ‖

QVæro: an *a* non eiuſdem ciuitatis *b* ciues teſtamento quis tutores dare poſſit? Paulus reſpondit, poſſe.

1 ¶ Idem Paulus reſpondit eum quoque, qui propter rerum notitiam *c* tutor datus eſt, perinde in omnibus, & adminiſtrationis, & acceſſionis iure conueniri poſſe, atque cæteros tutores qui eodem teſtamento dati ſunt.

2 ¶ Lucius Titius heredes inſtituit filios ſuos pupillaris ætatis, eiſq; tutores his verbis dedit; *Filiis meis tutores ſunto Gaius Mæuius, & Lucius Eros d*: cui Eroti libertatem non dedit. fuit autem Ἔρως *e* intra viginti quinque annos ætatis. quæro, an poſſit libertatem ſibi vindicare. Paulus reſpondit, quoniam placet, eum *f*, qui à domino tutor datus eſt, libertatem quoque

a Tutor datus filio exhæredato à patre, confirmandus eſt, vbi dubius eſt euentus litis mouendæ per pupillum: litis (inquam) verbi gratia, reſciſſionis, vel nullitati.
b Euentu aliquid declaratur.
c i. ſententiæ ferendæ in querela inofficioſi teſtamenti.
d *al.* declarabit.
e Dubia tutela teſtamentaria excludit legitimam.
f *l. 10. ȷ. de tutor. datis, l. 9. Cod. qui pet. tut. l. vn. verſ. quod tamen: C. de tutorib. vel curatoribus illuſtr. l. 9. C. qui dari tutores; arg. §. 1. Inſt. de Atil. §. 5. inſt. de curat. l. 4. C. in quib. cauſ. tut. hab.*
g Quid ita? Præſumitur pro teſtamento, licèt dicatur falſum: *Bart.*
h Tutor non eſt confirmandus, qui ſtatus controuerſiā moturus pupillo ſperatur.
i etiam in partem. *l. 111. infra de leg. 1.*
k *l. 28. §. 1. l. 32. ȷ. de excuſ. tut.*
l Qui heredem ſuum rogat, vt ſeruum ſuum Erotem manumittat, non rectè ſic poſtea ſcribit, *Eros tutor eſto.* quid ita? quia Erotem tutorem eſſe iubet, eundem directò libertum eſſe iubet, ac ſuum idcirco libertum facit: atqui rogauit, heredi libertum attribuit. Is itaque non ex teſtamento, ſed ex heredis manumiſſione libertatem conſequetur.
m atqui libertas ei tacitè data intelligitur, *l. 10. in fin. ȷ. eod. §. 1. Inſt. eod.*
n *l. 1. C. eo.*
o de quo in inſcriptione tituli, *ȷ. de falſis: & l. 3. C. de his qui ſibi adſcrip.*
p *l. 18. §. 1. inf. de falſis*: adde *l. 25. ȷ. de procurat.*
q *l. 2. C. in quib. cauſ. tut. hab.*
r *§. 4. in fin. Inſt. de excuſat. & l. 15. §. 1. ȷ. d. t.*
ſ *v. l. 4. C. qui teſt. facere.*

t an de patre, an verò de filio.   u Iuſſus & voluntas teſtatoris, nihil quidem poteſt, vbi deficit probatio.   x vide *l. 20. ſupr. eod.*   y Incertitudinis ratione euitatur condemnatio. *v. l. 27. ȷ. de rebus dubiis.*   z *l. 26. in fin. ȷ. eod.*
a Tutorem teſtamento dare poſſumus eum qui noſtræ non ſit ciuitatis, *vt hic.* Et tamen iudex ſibi non ſubditum, putà vrbanus magiſtratus prouincialem aliquem tutorem dare non poteſt, *l. neque C. qui dari tutor l. 1. l. diuus ȷ de tutorib datis. l. inter §. 1. ȷ. de excuſat. l. 1. C. vbi pet. tut.* Cur tam variè? An quia cùm iudex dat tutorem conſiderat iuriſdictionem ſuam: teſtator, cùm dat tutorem, ſuam iuriſdictionem non conſiderat, quia nullam habet, vt Dynus putat?
b vide *l. 10. ſuprà de tutelis.*
c *l. 14. §. 1. & 6. ȷ. de ſolut. l. 1. C. de peric. tutorum.*
d duplici quaſi nomine hic appellatur Eros ſimul & Lucius. Prænomen enim patroni, liberti ita adſumebant: vnde notant directam libertatem ei competiiſſe.
e Tutores teſtamento dati non fiebant ante legitimam ætatem, *vt hic, §. furioſus. Inſt. qui teſtamenta facere.*
f Tutor à domino datus, hoc ipſo libertatem conſequitur, *vt hic.* An directam, *vt Inſt. qui teſt. tutores*? An fideicommiſſariam? *v. l. 9. C. de fideic. liber. l. ſi heredi-*

meruiſſe

meruiſſe videri *a*, eum quoque, de quo quæritur, in eadem cauſa habendum, & liberum quidem ab adita hereditate eſſe, tutela autem poſt legitimam ætatem *b* onerari.

De particula, tum.

33. *Iauolenus* libro 8. ex poſterioribus Labeonis.

TVtoribus ita datis, *Lucium Titium tutorem do. Si is non viuit c, tum Gaium Plautium tutorem do.* Titius vixerat, & tutelam geſſerat *d*, deinde mortuus erat *e*. Trebatius negat, ad Plautium pertinere tutelam. Labeo contra. Proculus, quod Labeo. ego Trebatij ſententiam probo *f*, quia illa verba *g* ad mortis tempus referuntur.

De mutatione tutorum in codicillis.

34. *Scæuola* libro 10. Digeſtorum.

CVm codicillis *h* ideo alios tutores dari ſignificaſſet, *quoniam teſtamento datos quoſdam defunctos, aut excuſationem habere poſſe comperiſſet*, an nihilominus, qui eorum viuerent, nec excuſati eſſent, tutores permanerent? Reſpondit, nihil proponi, cur *i* non permanerent *k*.

*a*ıus 10. in fin. j. de teſtam. tutel. l. 24. §. ſi quis tutorem. j. de fideicom. libert. Poſſis dicere, directam: quod teſtator ſeruum quaſi liberum duplici nomine L. Eroten appellauerit.

a tacitè. §. 3. *Inſt. eod.*
b §. 2. *Inſt. eod.*
c Verbum præſentis temporis trahitur ad tempus mortis teſtatoris, non ad tempus teſtamēti. Quid ita? An id fit ob conſequentem vocem, *Tunc*, quæ extremū tempus notat? An potius id fit ex natura rei ipſius, de qua nunc agitur, quæ ſuadet, vnumquemque actum eo potiſſimum tempore ſpectari, quo vim ſortitur.
d poſt mortem teſtatoris.
e conſtante tutela.
f atqui verbum legati ampliſſime accipiendum eſt in tutelis, *l. 120. j. de verb. ſign.*
g id eſt, hic articulus *Tum*, ad extremitatem & tempus mortis refertur, *l. 4 in fin. j. de condit. & demonſt.* v. tamen *Bald.*
h *l. 2 C. eod.*
i Cur manent tutores quia defectus cauſæ finalis in hac oratione, ipſā orationem reddit inutilem. Porrò, cum tutores teſtamento dati permaneant: ſequitur tutores codicillis datos, tutores non eſſe, vt Baldus notat, & poſt Thomam Albericus. k igitur dati in vltimis codicillis non ſunt tutores. *Bald.* l 5. C. 29. 57. *Eclog.* 7.

DE CONFIRMANDO *l* TVTORE, vel curatore.

TIT. *m* III.

Propoſitio. 1. *Si tutor teſtamento rectè datus ſit, vel non.* 2. *De patre, & aliis.*

Modeſtinus libro 6. Excuſationum.

VT ne de confirmandis tutoribus relinquamus indiſcuſſum, pauca & de his ſcrutemur.

1 ¶ Sunt quidam dati rectè tutores ſecundum † teſtamenta: id eſt, & à quibus *n* oportet, & quibus oportet *o*, & quomodo *p* oportet, & vbi *q* oportet. Pater enim filiis vel nepotibus quos habet in poteſtate, rectè dat tutorem, ſed in teſtamento.

¶ Si autem fuerit perſona *r* talis, quæ non poteſt dare, velut mater *ſ*, aut patronus *t*, aut extraneus quis, aut perſona cui non poteſt dari, velut ſi pater filio non *u* exiſtenti in poteſtate, aut filiæ dederit, aut *x* ſi *y* dixerit, *Preco te curam habere rerum*, aut *z* in *a* codicillis *b* non confirmatis dederit tutorem, aut curatorem: tunc quod deficit, repleri à conſulari *c* poteſtate conſtitutiones conceſſerunt, & ſecundum *d* mentem confirmari *e* tutores.

2 ¶ Et ſi quidem pater fuerit qui dederit tutorem, amplius nihil *f* vt plurimum inquirit qui præeſt *g*, ſed ſimpliciter *h* eum confirmat. Si autem alius quis dederit, tunc *i* inquirit perſonam, ſi apta ſit.

3 ¶ Hoc amplius ſcire oportet, quoniam curator *k* teſtamento neque à patre rectè *a* datur: ſed datum aſſuetum eſt confirmari *c* ab eo qui præeſt *d*.

† id eſt in teſtamento, vel alia vltima voluntate. m *v. l. 7. in fin. j. eod.*
n puta à parentibus, paganis, *l. 1. tit. prox.* milite, *l. 2. d. tit.*
o puta filiis in poteſtate, *d. l. 1.*
p nec enim omnes dari poſſunt, *l. 21. ſ. tit. prox.* nec omnes dare.
q id eſt in ea voluntate, in qua poteſt dari, teſtamento ſcilicet vel codicillis, *l. 3. d. tit.* An epiſtola imperfecto teſtamento? *v. l. 2. C. eod.* vel quo in loco, an de plano vel pro tribunali: *l. 7. in fin. j. eod.* r defectus perſonæ.
ſ *l. 2. j. eod.* t *l. 4. j. eodem.*
u Tutor emancipato, vel filio naturali datus à patre, confirmandus eſt à iudice, *vt hic.* Quid ſi ſpurio datus eſt? non confirmandus, *l. 1. ſuprà tit. prox.*
x defectus hic eſt formæ, vel potius verborum, aut voluntatis.
y Tutor hoc modo, hác ve forma minus rectè datur. z Tutor minus ſolenni voluntate codicillis datur. a defectus ſolennitatis. b facit §. 3 *inſtit. de Atil.*
c *v. l. 3. j. eod.* Solemnitatis defectum Conſul ſupplere poteſt.
d Ex mente teſtatorum iudex confirmat tutores, minus ſolenni voluntate datos: iudex ſupplet defectum formæ, perſonæ, ſolennitatis & dubitationis, *l. 16. in fi. l. 26. ſ. tit. prox.* e Quid? tutores inutiliter à patre dati, confirmati ita à iudice, num præferentur legitimis? Gloſſæ ſunt in hoc decidendo variæ. Quædam enim cenſent præferri legitimum: aliæ confirmatum: aliæ concurrere vtrumque. Martinus Syllius præfert confirmatum, *arg. l. de creationib. 27. C. de Epiſc. aud.* videtur enim quaſi teſtamentarius tutor, cum neceſſario eum confirmare iudex teneatur. An idem eſt in eo qui datus ab extraneo confirmatur à iudice? non idem nec enim hic confirmatur neceſſitate, ſed inquiſitione facta, vt datiuus tutor ſit cenſendus. Vnde colligitur hunc tutorem legitimis idoneis exiſtentibus non præferri, adde hic Albericum & Baldum. f *al.* nihil multum, hoc ſenſu: Tutorem à patre inutiliter datum qui iudex confirmat, aut nihil penitus inquirit, aut non multum,
g ὁ ἡγούμενος.
h ſimpliciter confirmatur, qui ſine inquiſitione confirmatur.
i In tutorum inquiſitione iudices perſonam potiſſimum inquirunt an apta ſit.
k Cur teſtamento curator à patre dari non poteſt? An quia tutor datur inuito, non curator? *§. item inuiti Inſt. de curat.* An quia tutor datur iure patriæ poteſtatis, quæ in perſonam directa eſt, potius quam in res, vt putat Cynus, *in l. 7. C. de teſt. tut.* An quia puberes ipſi curatorem petere poſſunt, vt neceſſe non ſit curatorem eis à patre dari, *l. 1. C. qui pet. tut.* an quod in lege 12. Tabularum, tutelæ teſtamentariæ non curæ fit mentio? *Vlp. 11. author ad Herennium, l. 53. l. 120. j. de verb. ſign.* id vtcumque placet, non tamen omnino: cùm tutela rei ſuæ, in lege duodecim Tabularum nihil penè aliud videatur quam rerum ipſarum cura. Quin & hoc ſeruandum eſt, curatores puberibus à patre datos confirmari à iudice, *vt hic.* dari etiam vtiliter teſtamento liberis non vt puberibus, ſed vt furioſis, *l. de creationib. 27. C. de Epiſcopali audientia.* Quin Dion refert Cæſarem Octauio puberi dediſſe ἐπιτρόπους vt mox dicetur.

De matre.

2. *Neratius* libro 3. Regularum.

MVlier liberis non rectè *e* teſtamento tutorem dat *f*. ſed ſi dederit *g* decreto *h* prætoris vel proconſulis, ex inquiſitione confirmabitur *i*, nec ſatisdabit pupillo rem ſaluam fore.

1 ¶ Sed etſi curator à matre teſtamento datus ſit filiis eius, decreto confirmatur *k* ex inquiſitione.

De patre.

3. *Iulianus* libro 21. Digeſtorum.

QVi à patre tutor ſcriptus eſt aut non iuſto *l* teſtamento, aut *m* non vt lege præcipiebatur *n*: confirmandus eſt ad tutelam gerendam perinde *o* ac ſi ex teſtamento tutor eſſet, id eſt, vt *p* ſatisdatio ei remittatur *q*.

De eo qui libertum vel extraneum heredem inſtituit.

4. *Paulus* libro ſingulari de excuſationibus tutelarum.

SI patronus *r* vel quiuis extraneus *ſ* impuberi, quem heredem inſtituerit, tutorem dederit: & extra ea nihil in bonis habeat pupillus, non malè dicetur iudicium eius ſequendum eſſe, qui & perſonam eius, quem tutorem eſſe voluerit, nouerit *t*, & impuberem *u* ita dilexerit *x*, vt eum heredem inſtitueret.

De patruo.

5. *Papinianus* libro 11. Quæſtionum.

TVtores à patruo *y* teſtamento datos iuſſit *z* prætor magiſtratus *a* confirmare. hi cautionem quoque accipere debuerunt *b*. nec voluntas eius *c*, qui tutorem dare non potuit, negligentiam *d* magiſtratuum excuſat. Denique prætor non *e* ante decretum interponere poteſt, quam per inquiſitionem idoneis pronunciatis. vnde ſequitur, vt, ſi tutelæ tempore ſoluendo non fuerint, in id quod de bonis eorum ſeruari non poſſit contra magiſtratus *f* actio decernatur.

De patre.

6. *Idem* ‖ libro 5. Reſponſorum. ‖

SI filio puberi *g* pater tutorem, aut *h* impuberi *i* curatorem dederit, citra inquiſitionem *k* prætor eos confirmare *l* debebit.

De patre naturali. 1. *De inquiſitione.*

7. *Hermogenianus* libro 2. iuris Epitomarum.

NAturali *m* filio cui nihil relictum eſt, tutor fruſtra datur à patre, nec ſine inquiſitione confirmatur.

1 ¶ Si quæratur, an ex inquiſitione rectè datus *n* ſit tutor, quatuor *o* hæc *p* conſideranda ſunt, an hic dederit, qui *q* dare potuit: & ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datur, cuius dandi facultas erat: & pro *r* tribunali decretum interpoſitum.

a *l. 7. C. de teſt. tut.* §. 1. *inſt. de curatorib.* Cur non datur? an quia lex 12. Tabularum, de qua agitur in *l. 53. j. de verbor. ſigni.* &c. loquitur tantùm de tutela, non de cura: vt vult Cuiacius 7. *obſer.* 6. An verò quod pater directè diſponere non poteſt de rebus filij vltra pubertatem, *l. 2. in princip. j. de vulgari: l. 8. in fi. C. de impub. & aliis.* adde *l. 16. j. de curat. furioſi.* An quòd lex nolit iam adultis proſpici teſtamēto, cùm ſibi poſſint ipſi proſpicere vt vult Cynus? ſed de his plenius paulò ante dictum eſt.
b Imò Dio ſcribit teſtamento Cæſaris Decium Brutum, & percuſſores alios quoſdam, Gaio Octauio ἐπιτρόπους datos, quo nomine curatores ſignificauit: nam tutores Octauio dari non potuerunt in plena firmatáque iam pubertate, *v. Cuiac. 7 obſer. 6.*
c citra inquiſitionem: quia lex patris electioni plurimum tribuit eique confidit, cum nullus ſit affectus qui vincat paternum. *l. vlt. C. de curat. furioſi.* Quid? curator ita teſtamento datus, num confirmatur inuito adulto? Odofredus & Cynus ita putant *& dict. §. item inuiti. Inſt. de curatorib.* referri ad curatores à iudice datos. Verum ab Odofredo diſſentit Cynus & Baldus, vt antea diximus.
d decreto præſidis vel prætoris, *dict. §. 1. l. vlt. ſuprà de tutelis.*
f Imò, viuente viro mater tutorem communi filio rectè relinquit. *Harm. 5. tit. 11.*
g *v. l. 1. C. eo.* h Decreto & inquiſitione facta, tutor à matre datus confirmatur, *vt hic.* i *l. vlt. C. eod.* k §. 1. *Inſtit. de curatoribus.*
l vel imperfecto, *l. 2. C. eod.* vel codicillis, *l. 1. ſ. eod.*
m Probatur voluntas patris etiam non ſolenni teſtamento.
n vt quia dedit tutorem emancipato, §. *vlt. Inſt. de tutor.*
o vide quæ ſcripſi ad *l. 1. ſuprà eod.* p Tutorem à ſatisdando liberare poteſt pater teſtamento etiam non ſolenni, quia tacitè id intelligitur, vt non ſatiſdet tutor ita datus ſi à iudice confirmatus fuerit.
q adde *l. vlt. j. eod.* r *l. 1. §. 1. ſuprà eod.*
ſ *d. §. 1. l. 32. verſ. ſimilis eſt. j. de excuſ. tut. Nou. 117. c. 1.*
t Eligens præſumitur cognoſcere eum quem eligit: vnde notant, Eligentem indignum, præſumi ſcientem & prudentem eligere: vt poſtea eligendi poteſtate priuetur. adde *l. 1. §. pen. j. furti aduerſus.*
u Qui impuberem heredem inſtituit, videtur eum eligere in filium, denique patris loco illi eſſe. *Bald.* vt & alibi fratris, *l. 58. in fin. j. de hered. inſt.*
x *argum. l. nemo 58. j. de hered. inſtit.*
y Tutor à patruo teſtamento inutiliter datur, iure duplici: vno, quod detur ab eo qui pupillos in ſua poteſtate non habeat: altero, quod teſtamento det tutorem *l. 1. ſuprà cod.* z Tutoris confirmatio delegari poteſt, *vt hic.* at non datio, *l. 2. l. 8. j. de tutoribus datis.* a municipales ſcilicet.
b Tutoris inquiſitio & confirmatio cui committitur, is nihil eorum, quæ neceſſaria ſunt, prætermittere debet. c id eſt patrui. d in exigenda cautione.
e Inquirens vtrum perſona ſit idonea, nécne, pronunciare idoneum vel non idoneum debet: qua ratione notant, Iudicem decretum interponentem ſuper rerum pupillarium venditione, hoc pronunciare cogi, venditionem rerum pupillarium fieri ex cauſa neceſſaria: ſed & illud: Diſcuſſionis faciendæ iudicem, eam ritè factam pronunciare cogi: nec enim alias ſolemnem præſumi.
f *l. 5. C. de magiſtratibus conuenien.*
g impuberi. *Hal.* & ita legit Albericus.
h aut puberi. *Hal.* Florentinam defendit Charondas: Ruſſardus verò non probat.
i Curator impuberi, tutor puberi dari non ſolet: ſed tutor impuberi, curator puberi. k *ſub.* plenam. l *v. §. 1. Inſtit. de curatoribus.*
m Tutorem naturali filio pater naturalis dare non poteſt, *vt hic.* cur non poteſt? quia filium naturalem non habet in poteſtate. Patria quippe poteſtas iuſtis nuptiis adquiritur. *Inſt. de patria poteſtate.*
n id eſt confirmatus, vt huic titulo hoc caput cohæreat.
o *l. 1. § 1. ſ. eo.* adde & quintum, mores tutorum, *l. ſcire oportet. §. 5. de tutoribus.*
p nota modum inquiſitionis, adde *l. 1. 2. ſ. eo. l. 21. §. 2. j. de tutoribus datis.*
q *v. C. qui dare tutores.*
r Decretum iudicis, & non pro tribunali ſedente iudice interpoſitum ſit, nullum eſt.

De in

De inquiſitione an durauerit patris voluntas.

8. *Tryphoninus* ‖ libro 14. Diſputationum.‖

IN confirmando tutore hoc prætor inquirere debet, an durauerit *a* patris voluntas. quod in facili eſt, ſi proximo *b* mortis tempore tutores non iure, vel curatores ſcripſerit pater. nam ſi ante annos, vt *c* ſpatio medio potuerit facultatium, dati non iure tutoris à patre, fieri deminutio, vel morum antè celata vel ignorata emerſit *d* improbitas, aut inimicitiæ cum patre exarſerunt *e*:

9. *Paulus* ‖ libro ſingulari de cognitionibus.‖

VEl cum fiſco *f* aliquem contractum damnoſum miſcuiſſent.

10. *Tryphoninus* ‖ libro quartodecimo Diſputationum. ‖

VTilitatem *g* pupillorum prætor ſequitur *h*, non ſcripturam teſtamenti, vel codicillorum. nam patris voluntatem prætor ita accipere *i* debet, ſi non fuit ignarus *k* ſcilicet eorum, quæ ipſe Prætor de tutore comperta habet. Quid denique, ſi poſtea de eo, quem pater teſtamento codicilliſve non iure dedit, ſcripſit tutorem eſſe nolle? Nempe non ſequitur primam *l* voluntatem prætor à qua pater diſceſſit.

De auia.

11. *Scæuola* ‖ libro 20. Digeſtorum.‖

AVia *m* nepotibus curatorem dedit, fideicommiſſo ei relicto. quæſitum eſt, an adminiſtrare curator compelli debeat? Reſpondit, curatorem quidem non *n* eſſe: ſed, cùm aliquid ei teſtamento datum eſſet, teneri *o* eum ex fideicommiſſo, ſi non curam ſuſciperet: niſi id quod ei datum eſſet, nollet petere, aut reddere eſſet paratus.

1 ¶ Item quæſitum eſt, an iſte curator ſatiſdare *p* nepotibus debeat? Reſpondit, quaſi curatorem, non debere *q*, ſed cùm fideicommiſſum ab eo *r* peti poſſet, fideicommiſſi *ſ* nomine ſatiſdare *t* debere.

DE *u* LEGITIMIS *x* TVTORIBVS. TIT. IV.

De l. XII. tabul. de ſuccedentibus ab inteſtato. 1. De conſanguinea, de patrona, & eius liberis. 2. Si is qui ad tutelam legitimam vocatur, ſit apud hoſtes. 3. De eo qui latitauit, ne ſeruum manumitteret. de liberto filiæ adſignato.

Vlpianus ‖ libro 14. ad Sabinum.

LEgitimæ *y* tutelæ lege *z* XII. *a* tabularum agnatis *b* delatæ ſunt, & conſanguineis *c*: item patronis, id eſt, his *h* qui ad legitimam hæreditatem admitti poſſint *e*. hoc ſumma prouidentia, vt qui *f* ſperarent hanc ſucceſſionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur.

1 ¶ Interdum alibi *g* eſt hereditas, alibi tutela. vtputa ſi ſit conſanguinea pupillo. nam hereditas quidem ad adgnatam *h* pertinet, tutela autem ad agnatum *i*.

¶ Item in libertinis *k*, ſi ſit patrona, & patroni filius. Nam tutelam patroni filius, hereditatem patrona *l* obtinebit.

¶ Tantumdémque *m* erit, & ſi ſit patroni filia, & nepos.

a *l. 9. l. 10. ȷ. eodem l. 4. in fin. ſuprà de teſt. tut.*
b Præſumitur voluntas propinqua ſeu non ita dudum expreſſa, durare.
c Tutorem à patre datum non confirmat iudex, ſi poſtquam datus eſt à teſtatore cœpit is facultatibus labi, & patrimoniū ſuum deminuere: ſi mores ſuos antè honeſtos aut celatos, in luxurioſos & improbos mutauit: ſi teſtatori poſtea factus eſt inimicus, *vt hic*. ſi fiſco obligari cœpit ex contractu aliquo damnoſo, *l. 9. ȷ. codem*. Quid ita? vtilitatem pupillorum, patris ſcripturæ Prætor præferre debet, *l. 10. ȷ. cod.* Deinde noluiſſe eū confirmari præſumitur teſtator. videtur enim quiſque velle (cum ita liberis ignarus improbos tutores dat) nolle eos à magiſtratu confirmari, ſi magiſtratus improbi aut pupillis noxij eſſe detegentur, *vt hic. verſ. nam patris voluntate.*
d Emergentia nouo egent conſilio & remedio: emergentia autem ſunt quæ inopinatò accidunt.
e Exardere inimicitiæ dicuntur, quæ maiores fiunt, quam ante, vel etiam quæ de nouo incipiunt.
f *l. vl. C. qui dare tutor. l. vnic. C. ne tutor. vect.*
g *l. 7. §. 1. ȷ. de annuis*: ſeu mentem potius quam verba, *l. 3. §. antepen. ȷ. de adimend.*
h *ſub.* repellendo tutores, & eos non confirmando. i id eſt ſequi. k *ſub.* pater. l *l. 10. §. 1. ȷ. de teſt. tut.* Nouiſſimam ſcripturam teſtatoris in tutelis confirmandis iudex ſequitur.
m Quidam *vulgata*. n *ſub.* niſi confirmetur.
o *ſub.* adultis, quibus curator datus eſt. At non cogitur præciſè curam ſuſcipere cum legatum ea conditione relictum, *vt curam gereret*, poſſit vel tum petere: aut acceptum iam reddere.
p Curator inutiliter datus, confirmandus tamen legis præcepto à iudice, non ſatiſdat rem adulti ſaluam fore, ſed fideicommiſſi nomine ei relicti, vt id redderet, ſi curam adultorum non gereret.
q *l. 3. in fin. ȷ. cod.* r repeti. ſ reſtituendi nepotibus ſi non adminiſtret.
t *ſub.* rem pupilli ſaluam fore. u *ſ. C. 30. 1. Inſt. 15. 16. 17. 18. 19.*
x id eſt agnatis, *l. 1. ȷ. cod.* & patronis, &c. Hodie ablata eſt differentia agnatorum & cognatorum. *Nou. 118. c. 5.* y ideo, per eminentiam dicuntur legitimi tutores, qui ex lege XII. tabularum introducūtur, ſeu propalam, vt agnati: ſeu per conſequentiā, vt patroni. *Vlp. 11. §. 3.* z Vlpianus paulo id immutat, legitimi aut ſenatuſcōſultis conſtituti, vt agnati, patroni, aut moribus, vt qui mulieri, pupillóve qui cum ſuo tutore, lege, aut legitimo iudicio agere vult, *Vlp. 11. §. 2. 24.* adde *l. 7. ſuprà de capite minutis.* a *l. 3. l. 5. ȷ. eo. Inſt. de legit. agnat tut. in pr. Inſt. de legit. patr. tut. in prin.* b *l. 6. ȷ. eod.* qui hodie non differunt à cognatis. *Nou. 118. c. 5.*
c Conſanguinei hic non ſunt adgnati & cognati, vt perperam notat Accurſ. ſed fratres ex eodem patre, qui capite minuti non ſunt: & alioquin, ſanguis & conſanguinei ſunt diuerſa. Sanguis, eſt cognatio vniuerſa naturalis. Conſanguinitas, eſt fraternitas, *§. vlt. in. Inſt. de ſucceſſ. cogn.* vbi ad Accurſium ſcripſi.
d An adoptiui [illegible] ad tutelam admittuntur? Accurſius negat: Iacob. de Rauenna ait, quod & fratribus ſuis ſuccedant, & ibi ſit tutela. vbi ſucceſſio ſit, *vt hic.*
e id eſt patroni non propalam, ſed per conſequentiam ad tutelam libertorum admittuntur, *Vlp. ibid. §. 3.* per interpretationem, *Inſtit. de legit. patr. tut. in princ.* non tamen [illegible] minus legitimè prioribus, quod non ex verbis: ſed ex ſententia legis admittuntur, *v. l. 6. in fin. ȷ. de verb. ſign.*
f *l. 73. ȷ. de reg. iur. Inſt. de legit. patr. tut.*
g id eſt ad alium pertinet.
h quæ hic agnata paulò ante conſanguinea dicta eſt. Conſanguinea porrò, ſoror eſt. i fortè patruum & remotiorem.
k *ſub.* impuberibus. l *l. 6. §. 4. ȷ. cod.*
m Nam filiæ deferetur hereditas, tutela nepoti.

2 ¶ Si apud hoſtes *a* ſit frater, inferioris *b* gradus adgnato tutela non defertur. nam & ſi patronus apud hoſtes ſit, patroni filio tutela non defertur, ſed interim *c* à prætore datur.

3 ¶ Interdum ‖ autem ‖ etiam ſine hereditate tutela defertur, interdum hereditas ſine tutela: vtputa in eo *d*, qui latitauit *e*, cum ſeruum *f* ſuum ‖ rogatus eſſet manumittere. nam generaliter Diuus Pius reſcripſit Aurelio Baſſo, ius patroni eum *g* non *h* habere his verbis: Planè tergiuerſatio eorum, qui ſubuertere fideicommiſſam libertatem velint, eo modo puniatur, ne *i* ius *k* patroni adquirant in eo quem liberum eſſe nolunt.

¶ Idem erit, ſi filiæ adſignatus *l* libertus ſit, tutela quidem apud fratres remanebit, vt Marcellus notat, legitima autem hereditas ad ſororem pertinebit.

De capitis deminutione pupilli.

2. *Idem* libro 37. ad Sabinum.

LEgitimam tutelam *m* capitis deminutione *n* pupilli, etiam ea *o*, quæ ſalua ciuitate contingit *p*, amitti nulla dubitatio eſt.

De patronis. de fideicommiſſo, de empto vt manumittatur. 3. De liberto Orcino, & S. C. Rubriano. 4. Si ex pluribus patronis. 5. Aliquis. 6. Vel omnes deceſſerint. 9. De morte & capitis deminutione. 10. De parentibus & tutoribus fiduciariis.

3. *Idem* libro 38. ad Sabinum.

TVtela legitima, quæ patronis defertur ‖ è ‖ lege *q* duodecim tabularum, non quidem ſpecialiter, vel nominatim delata eſt, ſed per *r* conſequentias *ſ* hereditatium, quæ ex ipſa lege patronis datæ ſunt.

1 ¶ Ergo manumiſſor ex lege duodecim tabularum tutor eſt, ſiue ſponte ‖ manumiſit, ‖ ſiue etiam compulſus ex cauſa fideicommiſſi manumiſit.

2 ¶ Sed etſi hac lege emit, *vt manumitteret* & ex conſtitutione *t* diui Marci ad Aufidium Victorinum, peruenit ad libertatem, dicendum eſt tutorem eſſe.

3 ¶ Planè ſi fortè ex Rubriano *u* ſenatuſconſulto peruenerit ad libertatem, non habebit tutorem eum, qui rogatus eſt, ſed Orcinus *x* libertus effectus ad familiam *y* teſtatoris pertinebit. in qua ſpecie incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere, quæ ad patronos non pertinuit. Quod quidem in omnibus Orcinis libertis locum habet teſtamento manumiſſis.

4 ¶ Si duo pluréſve manumittant, omnes tutores ſunt. Sed ſi mulier *z* ſit inter manumiſſores, dicendum eſt ſolos maſculos fore tutores.

5 ¶ Sed ſi aliquis ex patronis deceſſerit, tutela penes cæteros patronos eſt, quamuis ille *a* filium reliquerit. Sed & ſi ab hoſtibus fuerit captus, interim ſoli compatroni tutores ſunt. Simili modo, & ſi in ſeruitutem redactus ſit, apparet cæteros eſſe tutores.

6 ¶ Sed ſi omnes patroni deceſſerint, tunc tutela ad liberos eorum incipit pertinere.

7 ¶ Proinde ſi alter ex patronis filium, alter *b* nepotem reliquerit, vtrum ad ſolum filium, an verò & ad nepotem tutela pertineat, quia & nepos in familia patris ſui proximus eſt, hoc apparebit ex legitimis hereditatibus. legitima autem hereditas ad ſolum filium pertinet. ergo & tutela ad ſolum filium deſcendit, poſt *c* filium, tunc ad nepotem.

8 ¶ Quæri poteſt, ſi patroni filius ſit remotus, vel excuſatus, an nepoti tutela deferatur? Et Marcellus in ea ſententia eſt, vt ſuccedi non poſſe ſcribat. idcirco *d* enim abierunt tutela, vt alij in locum eorum dentur, non vt ſucceſſio admittatur.

9 ¶ Non tantum autem morte *e*, verum etiam capitis deminutione ſucceſſio *f* debet in legitima tutela admitti. quare ſi proximior capite deminutus eſt, qui poſt eum eſt, ſuccedit in tutelæ adminiſtratione.

10 ¶ Si parens filium, vel filiam, vel nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes, quos in poteſtate habeat, emancipet, vicem *g* legitimi tutoris ſuſtinet.

4. *Modeſtinus* ‖ libro 4. Differentiarum.‖

QVo defuncto, ſi liberi perfectæ *h* ætatis exiſtant, fiduciarij *i* tutores fratris vel ſororis efficiuntur.

a aliud ſi deportatur, *l. 9. §. 6. ȷ. de tut. & ration.* priori caſu ſperatur legitima ob ius poſtliminij: altero non ita, propter delictum.
b Quandiu ſperatur poſtliminium legitimi tutoris proximi, tamdiu non admittitur ad tutelam alius agnatus remotior, ſed interim, ac pendente poſtliminio tutor à prætore datur.
c id eſt, captiuus.
d hærede inſtituto & adeunte hæreditatem.
e in fraudem libertatis ſcilicet, *v. l. 28. §. vlt. ȷ. de fideicommiſſ. lib* adde *l. 7. §. 7. infrà ex quib. cauſ. in poſſ.*
f *ſub.* tunc.
g *ſub.* rogatum.
h vt ſuccedat: cogitur tamen tutelam ſubire, *ȷ. eod.* & facit *l. 3. §. 2. ȷ. eo.*
i Contumaciæ cauſa quis honores & commoda amittit non onera.
k Patronatus ius in eum, quem liberare noluit, nemo conſequitur.
l Adſignant liberis ſuis plerumque libertos ſuos patroni, *v. Inſt. t. de adſignat. libertor.*
m non tamen patronorum. *Vlp. 11. §. 9. l. 7. ſuprà de capit. minut.*
n maxima & media: olim etiam minima. adde *l. 5. in fin. ȷ. eo. §. minima. Inſtit. de capit. minut.*
o ea minima capitis diminutio eſt.
p qualis eſt adrogatio *l. 14. ſuprà de tutelis.* minima capitis diminutio, *§. 3. Inſt. quib. mod. tutel.*
q Ex lege ſeu legitimum eſt, & id quoque quod ex mente & ratione legis ducitur, *l. nominis 6. §. verbum ex lege 1. infrà de verb. ſign.*
r Tutela pupilli penes eum eſſe debet, penes quem ſucceſſio: Item à iure ſuccedendi, ad ius tutelæ aſcendimus, *v. l. 73. ȷ. de reg. iur.*
ſ *Vlp. 11. §. 5.* interpretatione, *Inſt. de legit patr. tut. l. quo tutela. ȷ. de reg. iur.* t cuius ſit mentio, *l. 2. C. ſi mancip.*
u de quo *v. l. 26. §. 7. ȷ. de fideicom. lib.*
v directo manumiſſus. Quidam *Horcinus* legunt, *Vlp. 2. §. 8.* nam & orcum quidā dixere, πχέα τὸ ὅρκος: Charonianus à Theophilo dicitur, quaſi libero Charontis. *Cuiac. ibid.* y *l. 48. ȷ. de manum. libert.* alias nullius, *l. 4. §. de bon. libert.* quodammodo ſibi libertus, *l. vn. § 8. C. de lat. liber. toll.*
z *l. 1. §. 1. ȷ. eo. inſtit. de legit. patr. tut. in fin. Nou. 118. c. 5.*
a qui mortuus eſt, & ſic filius patroni concurrens cum patronis aliis liberti, patrem ſuum in tutela non repræſentat.
b *l. 5. in fin. l. 23. §. 1. ȷ. de bon. lib.*
c Patruum præferri nepoti, hoc eſt filio ex fratre, hinc colligitur, & ita in regis Roberti cauſa iudicatum refert Baldus hic, & Oldradus, v. Hotomanum *tractatu de patruo & nepote.* d *v. l. 11. ſuprà de teſt. tut.*
e *l. 4. §. 1. ȷ. de tut. & rat.*
f dixi ad Vlpianum *16. in fin.*
g *§. 6. Inſt. quibus modis ius patriæ poteſt. Inſt. de legit. patr. tut.*
h *l. 8. ȷ. eod.* vide quæ de perfecta ætate ad hunc locum ſcripſi in *l. 8. ȷ. eod. & l. 16. §. 1. ſuprà de tutelis.*
i liberi ſui emancipatis: vt emancipati emancipatis fiduciarij ſunt: ſui, ſuis

De tutela vni decernenda. 3. De prouocatione ad ſatiſdationem. 5. De capitis deminutione.

5. *Vlpianus* ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

LEgitimos tutores nemo *a* dat, ſed *b* lex *c* duodecim tabularum fecit tutores.

1 ¶ Sed etiam hos cogi ſatiſdare certum eſt, in tantum, vt etiam patronum *d*, & patroni filium cæteróſque liberos eius cogi, *rem ſaluam fore*, ſatisdare *e*, pleriſque videatur. Sed hoc, cauſa *f* cognita, prætorem ſtatuere debere melius eſt, vtrum debeat ſatisdare patronus, liberique eius, an non, vt ſi perſona honeſta *g* ſit, remittatur ei ſatiſdatio, & maximè ſi ſubſtantia modica ſit, ſi autem patroni perſona vulgaris, vel minus honeſta ſit, ibi dicendum eſt, ſatiſdationem locum habere: vt * aut modus tutelæ, aut perſona *h*, aut cauſa admittat ſatisdationem.

2 ¶ In legitimis, & in his, qui à magiſtratibus dantur, quæſitum eſt, an vni decerni tutela poſſit? Et ait Labeo, & vni rectè tutelam decerni. poſſe enim aliquos vel abſentes, vel furioſos eſſe. quæ ſententia vtilitatis gratia admittenda eſt, vt vni decernatur adminiſtratio.

3 ¶ An ergo & prouocare *i* ſe inuicem ſecundum ſuperiorem clauſulam poſſint? Et magis eſt, vt ſi omnes ſatis non dederint, vel ſi finita eſt ſatiſdatio (nonnunquam enim ſatiſdatio ab eis non petitur, aut ſatis deſinit eſſe cautum) aut magiſtratus municipales ab his, quos dederint, aut non potuerunt, aut noluerunt ſatis exigere, poſſe dici etiam in his. quo caſu cautum non eſt, admittendam prouocationem.

4 ¶ An ergo & in patronis idem ſit dicendum, maximè vbi ceſſat ſatiſdatio? Et puto in patronis non oportere admitti prouocationem, niſi ex magna cauſa: ne quis ſpem ſucceſſionis diminuat. nam ſi patrono tutela non fuerit commiſſa, poterit per compatronum damno adfici, qui ſolus rem pupilli malè adminiſtrat.

5 ¶ Si legitimus tutor capite minutus *k* ſit, dicendum eſt, deſinere eum eſſe tutorem, & locum eſſe iudicio tutelæ, finita tutela.

De inteſtato.

6. *Paulus* ‖ libro 38. ad Edictum. ‖

INteſtato *l* parente mortuo, adgnatis *m* defertur tutela. Inteſtatus *n* autem videtur non tantum is, qui teſtamentum non fecit *o*, ſed & is, qui teſtamento liberis ſuis tutores non dedit. quantum enim ad tutelam pertinet, inteſtatus eſt.

¶ Idem *p* dicemus: ſi tutor teſtamento datus, adhuc filio impubere manente, deceſſerit *q* nam tutela eius ad agnatum reuertitur.

Qui ſunt agnati.

7. *Gaius* ‖ libro 1. Inſtitutionum. ‖

SVnt autem adgnati *r*, qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt, quaſi à patre cognati, veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepóſve ex eo: item patruus, & patrui filius, nepóſve ex eo.

De gradu adgnatorum.

8. *Paulus* ‖ libro 38. ad Edictum. ‖

SI reliquero filium impuberem, & fratrem, & nepotem ex alio filio, conſtat, vtróſque eſſe tutores, ſi perfectæ *ſ* ætatis ſunt: quia eodem *t* gradu ſunt.

9. *Gaius* ‖ libro duodecimo ad Edictum Prouinciale. ‖

SI plures ſunt adgnati *u*, proximus tutelam nanciſcitur *x*. & ſi eodem gradu plures ſint, omnes tutelam nanciſcuntur *y*.

De adgnata. 1. De ſurdo, vel muto.

10. *Hermogenianus* libro 2. iuris Epitomatorum.

ADgnato propior fœmina, quo minùs ſit impuberis adgnati tutor, non obiicitur. Ideóque patruus ſororem conſanguineam habentis fratris filij legitimus erit tutor. nec amita patruo magno, vel matertera fratris filius, ne ſint tutores, obſtat.

1 ¶ Surdus, & *z* mutus, nec *a* legitimi tutores eſſe poſſunt: cùm nec teſtamento, nec alio modo vtiliter dari poſſint.

De ſurdaſtro.

11. *Paulus* ‖ libro 16. ad Plautium. ‖

MInus autem audiens poteſt *b*.

Legitimi: vt emancipati ſuis (ex conſtitutione Anaſtaſij) legitimi tutores ſunt *v. Cuia. inſtit. de fiduciaria.*
a priuatus.
b Legitimi tutores fiunt à lege, non dantur à iudice.
c *l. 1. ſup. eod.*
d Legitimos tutores (quicunque illi ſint ſiue patroni, ſiue alij, vt hic notat Baldus) ſatisdare coguntur, rem pupilli ſaluam fore: cauſa tamen cognita remitti poteſt illis ſatiſdatio, vt ſi honeſti, locupletes palàm, aut nullum fideiuſſorem nanciſcantur: quod & in decreto iudex adiicere debet.
e & inuentarium facere, *l. vl. Cod. arbitr.*
f *l. 1. §. 1. infr. tit. prox.*
g Honeſta vita excuſat à ſatisdatione.
h vt *l. 2. §. 4. ſup. qui ſatiſd. l. 17. §. 1. ſ. de teſtam. tut.*
i *v. l. 17. in pr. l. 19. ſup. de teſt. tut.*
k *l. 2. C. eo. §. vlt. inſt. de legit. agn.*
l Quia tunc teſtamentaria non ſperatur, *l. 11. ſ. de teſtament. tut.*
m *l. 1. ſup. eod. l. 1. C. eod.*
n Inteſtatus dicitur, qui teſtari potuit, neque teſtatus eſt, vnde notant, furioſo vel mente capto mortuis, iure inteſtati eorum bona non occupari à fiſco, poſita conſuetudine, vt inteſtatis quibuſcunque ſuccedat fiſcus. Nec enim propriè furioſos inteſtatos dici, qui teſtari non potuerunt. *Cyn. Pet. Iacob. Ray. Bald.*
o *§. 1. inſt. de hered. quæ ab inteſt.*
p vt inteſtatus videatur quod ad tutelam attinet.
q *l. 11. §. pen. ſupr. de teſtamentaria.*
r *§. 1. inſt. de legi. agnat. tut. l. 10. §. 1. §. 6. ſ. de gradib.*
ſ *l. 4. ſup. eod.* vide quæ ſcripſi ad *l. 16. §. 1. ſupra de tutelis.*
t *l. 9. ſ. eod. §. vlt. inſtit. de capit. diminut. Nouell. 118. c. 2.*
u *ſub.* non eodem gradu conſtituti.
x Cuiacius 10. *obſeruat.* 11. putat in legibus duodecim tabularum ita ſcriptum fuiſſe. Agnatus proximus familiam nancitor, id eſt prehendito.
y quidam legunt, *nancitor*. Feſtus, Nancitor nactus erit, præ datus erit. Item in fœdere Latino pecuniam quis nancitor, habeto: & ſi quid pignoris nancitur, ſibi habeto.
z *l. 1. §. 2. ſup. de tutelis* adde quæ ſcripſi *l. 3. infr. de auctor. tutorum.*
a Cur? vide *l. 1. in fin. ſup. de tutelis.* b adde *l. 1. in fin. ſup. de tutelis.*
c 5. *Cod.* 34. & 1. *inſtit.* 20. d 5. *Cod.* 35. e 5. *Cod.* 34. 36.

DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS datis *c* ab his, qui ius dandi habent: & qui *d*, & in quibus cauſis ſpecialiter *e* dari poſſunt.

TIT. V.

De prouincias regentibus. 1. De legato proconſulis. 2. Quibus præſes tutorem dare poteſt.

Vlpianus ‖ libro 39. ad Sabinum. ‖

SIVE *a* proconſul *b* ſiue præſes *c*, ſiue etiam præfectus Ægypti *d*, ſiue proconſulatum ‖ obtineat ‖ prouinciæ, ‖ vel ‖ temporis *e* cauſa præſide defuncto, vel quia ipſi *f* prouincia regenda commiſſa eſt, tutorem dare poterit.

1 ¶ Legatus *g* quoque proconſulis ex oratione Diui Marci tutorem dare poteſt.

2 ¶ Quod autem permittitur tutorem dare, prouinciæ præſidi, eis tantùm *h* permittitur, qui ſunt eiuſdem *i* prouinciæ, vel *k* ibidem domicilium habent *l*.

De tutore temporario.

2. *Idem* ‖ libro 35. ad Edictum.

CVm quidam tutores dati appellaſſent *m*, quidam autem non adeſſent, Diuus Pius reſcripſit, dandum temporarium tutorem, qui tutela fungatur.

Qui dari poſſunt à magiſtratu municipali.

3. *Idem* ‖ lib. 36. ad Edictum. ‖

IVs dandi tutores datum eſt omnibus *n* magiſtratibus municipalibus *o*, eóque iure vtimur. ſed illum, qui ab eodem *p* municipio, vel *q* agro eiuſdem municipij eſt.

De prætore.

4. *Idem* ‖ libro 9. ad Legem Iuliam & Papiam ‖

PRætor ipſe ſe tutorem dare non *r* poteſt *ſ*, ſicut nec pedaneus *t* iudex, nec *u* compromiſſarius *x*, ex ſua ſententia fieri *y* poteſt *z*.

De præſentibus, abſentibus, ignorantibus, inuitis.

5. *Gaius* ‖ libro duodecimo ad Edictum Prouinciale. ‖

ILlud ſemper conſtitit, præſidem poſſe tutorem dare *a* tam abſentem *b*, quàm præſentem, & tam præſenti quàm abſenti.

6. *Vlpianus* ‖ libro octauo de omnibus tribunalibus. ‖

NEc non ignoranti *c*, & *d* inuito.

De dote.

7. *Idem* ‖ libro 1. de omnibus tribunalibus. ‖

NOn tantùm ad dotem *e* dandam *f* nupturæ curatorem dari oportet, verumetiam ei ‖ quoque, ‖ quæ iam nupta eſt *g*. ſed & ad dotem augendam datur, & mutandæ quoque dotis gratia curator dari poteſt.

De mandata iuriſdictione. 1. De furore magiſtratus. 2. Quibus diebus datur tutor. 3. De furioſis, mutis, ſurdis.

8. *Idem* ‖ libro octauo de omnibus tribunalibus. ‖

NEc *h* mandante præſide alius *i* tutorem dare poterit.

1 ¶ Si prætor, vel præſes prouinciæ, in furore, aut dementia conſtitutus, dederit tutorem, non puto valere quamuis enim prætor, vel præſes ſit; nec furor ei magiſtratum *k* abroget, attamen datio nullius erit momenti.

2 ¶ Dari tutor omni die *l* poterit.

3 ¶ Furioſo *m*, & furioſæ *n* & muto *o*, & ſurdo *p*, tutor vel curator à prætore vel præſide dari poterit.

De hereditate adeunda.

9. *Marcianus* ‖ libro 9. Inſtitutionum. ‖

IMpuberi *q* ad hereditatem adeundam vt tutor detur ex cauſa permiſſum eſt.

a 5. *Harm.* 11. §. 10.
b facit *l. 8. l. 9. ſ. de off. procons.*
c facit *l. 11. ſ. de off. præſid. §. 4. inſtitut. de Atil.*
d vt & iuridicus Alexandriæ. *d. §. 4. l. 1. ſ. de off. iurid.*
e ad eum pertinet titulus legis 2. *C. de off. eius qui vicem.*
f Vicarium præſidis tutorem dare poſſe hinc colligunt.
g *l. pen. ſ. de off. procons.*
h iuriſdictionis actus non exercentur niſi in perſonam ſubditam.
i *l. 27. ſ. eod. l. 3. ſ. de offic. præſ. l. vlt. ſupr. de iuriſd. l. 4. in fin. ſ. eod l. 1. § pen. l. 23. in fin. infr. de excuſat. tut. §. 1. inſt. de Atil.*
k Loci alicuius eſſe ij videntur, qui ex eo loco ſunt originis ratione
l imò, non municipes dari poſſunt *l. 10. ſ. de tutelis.*
m à ſententia excuſationem non admittente, *l. 17. in fin. ſ. de appell.*
n Municipalibus magiſtratibus, ſeu Duumviris tutoris dandi ius initio datum: vt tutoris & curatoris dationem haberent: nimirum, vt tutores darent iniuſſu præſidum. Hodie non aliàs poſſunt quàm iuſſu præſidū. *Inſt. de Attiliano tutore.* quod & circa defenſores, præſides vſurparunt. *Nou.* 15. adde quæ ſcripſi de duumviris ad *l. 26. infr. ad municipalem: & l. 3. infr. qui petant tutores.*
o 5. *Harm.* 11. §. 19.
p *l. 2. ſupr. eod.*
q *l. Inſula 9. ſup. de iudic. l. qui ex vice. 30. inf. ad municip.*
r *l. 4. ſupr. de off. Prætor. l. 5. ſupr. de offic. Præſid.*
ſ Imo poſſe videtur arg. *l. 4. ſ. quod cuiuſque.* t Pedaneus iudex, qui humiliora negotia tractat *l. 5. C. de Pedaneis.*
t Tutelarias cauſas non compromitti hinc colligit Bartolus & Baldus.
x *l. 28. §. 2. ſ. de recept. arbitr.* y atqui præſes apud ſe manumittit, adoptat, emancipat *l. 2. ſupr. de off. Præſ. v. Cuiacium 7. obſeruat.* 17.
z ſeipſum quis eligere non debet, vt nec patronus ſeipſum præſentare; nec exemplariter ſe filio ſubſtituere *Bart. in l. 43. ſ. de vulg. num. 35.*
a Abſens & abſenti tutor dari poteſt.
b aliud in curatore, *l. 3. §. 2. ſ. de tutelis.*
c *l. 2. ſ. de tutelis.*
d Inuito alio quod facimus: id, eo ignorante, multo magis perficimus.
e Doti nupturæ, vel nuptæ conſtituendæ vel augendæ vel mutandæ curator conſtitui poteſt, *l. 2. §. 3. 4. l. 61. l. 69. §. 5. ſ. de iure dot. v. l. 22. §. 10. ſ. ſoluto. Vlp.* 11. §. 20. *l. obligamur* 51. §. 5. ſ. *de oblig.* f & augendam & mutandam. *inf. eo l.* dicendam promittendam: ídque ex lege Iulia de maritandis ordinibus, *Vlp.* 11. §. 20.
g dos enim poſt nuptias dari poteſt, *l. vlt. C de donationib. ante nupt. Paul.* 2. *ſen.* 21.
h i. quamuis Præſes putet id ſibi mandare licere, *l. 6. §. 4. ſ. de tutelis.*
i alij is tutor dari poterit. *Haloand.*
k Furor adminiſtrationem tollit, at non dignitatem, *l. 20. ſup. de ſtatu.*
l Tutor dari poteſt omni die, *v. l. 3. §. 3. ſup. de tutelis.* etiam dominico, niſi dandus ſit ex inquiſitione, *l. naturali 7. ſ. de confir. tut. Iacob. Aretin. Bal.* Nam quæ maiorem ſtrepitum, i. cauſæ cognitionem maiorem deſiderant, ea die dominico expediri non ita pium ſit.
m *l. 1. C. de curat. furioſ. §. 3. inſtit. de curatorib.*
n impuberibus vel adultis.
o *l. 6. ſup. de tut. l. 5. Harm.* 11. §. 13.
p *l. 6. §. 3. ſup. de tutelis.*
q *l. 13. ſ. eod. v.* quæ ſcripſi ad *l. 12. ſup. de teſtam. tut.*

Si tria

SGCB2021

Si erratum ſit in petitione tutoris.

10. *Idem* ‖ libro 5. Regularum. ‖

TVtor ſi petitus fuerit habenti *a*, ſed, abſente eo, quaſi non habenti datus ſit, datio nulla eſt: *nam & quoquo modo in petitione tutoris ſi erratum fuerit in *b* facti cauſa, maximè poſt conſtitutionem Diuorum fratrum non valet tutoris datio.

De abſentia tutoris.

11. *Celſus* libro 11. Digeſtorum.

CVrator pupillo vel pupillæ non *c* datur, ſi *d* tutor eorum abfuerit *e*.

De his qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. 1. De filio curatore patri dando. 2. De prodigis.

12. *Vlpianus* libro 3. de officio Proconſulis.

HIs qui in ea cauſa ſunt, vt ſupereſſe *f* rebus ſuis non poſſint, dare curatorem, proconſulem oportebit.

1 ¶ Nec dubitabit filium *g* quoque patri curatorem dare, quamuis enim contra ſit apud Celſum, & apud alios pleroſque relatum, quaſi indecorum ſit, patrem à filio regi: attamen Diuus Pius Iuſtio *h* Celeri, item Diui fratres reſcripſerunt, filium, ſi ſobriè viuat, patri curatorem dandum, magis quàm extraneum.

2 ¶ Diuus Pius matris querelam de filiis prodigis *i* admiſit, vt curatorem accipiant, in hæc verba: Non eſt nouum, quoſdam etſi mentis ſuæ videbuntur *k* ex ſermonibus compotes eſſe: tamen ſic *l* tractare bona ad ſe pertinentia, vt, niſi ſubueniatur his, deducantur in egeſtatem. eligendus itaque erit, qui eos conſilio regat: nam æquum eſt, proſpicere nos etiam eis, qui, quod ad bona ipſorum pertinet, furioſum faciunt exitum.

Si impuberi libertas & hæreditas relicta ſit.

13. *Papinianus* ‖ libro 11. Quæſtionum. ‖

SI impuberi libertas & hæreditas per *m* fideicommiſſum data ſit, & inſtitutus adire nolit, ſenatus cenſuit eum, ſi impuberis nomine deſideretur, adire cogendum *n*, vt *o* tamen pupillo, pupillæ tutor ab eo, cui ius dandi erit, detur. qui tutelam retineat, quoad reſtituatur hæreditas, & rem ſaluam fore, ab hærede caueatur. Poſtea Diuus Hadrianus, vt idem *p* in eo ſeruetur, cui directa libertas data fuerit reſcripſit.

1 ¶ Quamuis autem à patrono, *rem ſaluam pupillo fore*, non facile cautio *q* exigatur, tamen ſenatus pro *r* extraneo haberi voluit eum, qui, quod in ipſo fuit, etiam libertate priuauit impuberem, & ius quidem liberti quod habet, quia ex cauſa fideicommiſſi manumittit, non eſt ei ablatum. tutela verò ſine *ſ* vinculo cautionis non committitur. quid ergo, ſi non caueat? non dubiè tutela non erit apud patronum.

2 ¶ Sed ſi puella duodecimum annum *t* impleuerit, tutor deſinit eſſe *u*. quoniam tamen minorib. annorum deſiderantibus *x* curatores dari ſolent, ſi curator patronus petatur, fides inquiſitionis pro vinculo *y* cedet cautionis.

De liberis patroni.

14. *Idem* libro 12. Quæſtionum.

LIbertus non aliis patroni patronæve liberis tutor eſſe cogitur, quam qui iura patronatus ſperare poſſunt *z*.

De excuſatione ad tempus.

15. *Paulus* ‖ libro 2. ad Edictum. ‖

IN omnem *a* rem *b* curator dandus eſt in eius tutoris locum qui reipublicæ *c* cauſa abfuit.

16. *Idem* ‖ libro 73. ad Edictum. ‖

NEc ille deſinit *d* tutor eſſe *e*, quod & in omnibus, qui ad tempus excuſantur, iuris eſt.

De præiudicio.

17. *Vlpianus* ‖ libro 9. ad Edictum.

EI, qui de ſtatu *f* ſuo litigat *g*, tutorem dari poſſe, Pomponius ſcribit, & verum eſt: vt ita demum teneat datio, ſi liber eſt.

a *l. 27. ſupr. de teſtam. tut.*
b Tutor datus ei cui dari non debuit, & ex cauſa, ex qua dari non debuit, inutiliter datus intelligitur. Quid ſi datus eſt tutor alicui, quaſi non habenti tutorem, cùm tamen tutorem haberet, ſed abſentem? quia obreptum iudici, non valet datio, *vt hic*. ſi iudex dedit ex officio, vltrò ac ſponte, valet.
c niſi fortè ad alimenta expedienda. *l. vlt. ſ. vbi pupilli.*
d Curator non datur pupillo habenti præſentem tutorem, *vt hic*. datur itaque non habenti præſentem tutorem.
e adfuerit. *vulg. Hal.* niſi fortè valetudo id exigat, *l. 13. ſ. de tutelis.*
f *l. 2. inf. de curat. furioſi.*
g Curator patri filius dari poteſt, *l. 1. 2. 4. infr. de curat. furioſi.* Quid? teneturne rationibus patri reddendis? tenetur ſane, vt & mater liberorum tutrix *l. 2. C. quando mulier.* Quid, pater liberorum tutor: eſtne rationibus reddendis obnoxius? vt extraneus obnoxius eſt, ſi tutorio nomine adminiſtrat: ſecus ſi vt vſumfructum habens in bonis filij, *l. ſi ſuperſtite 5. Cod. de dolo: l. Aurelius 28. §. Titius 3. infr. de liber. leg. l. licet 14. C. ad l. Falcid. l. vlt. C. de ſentent. paſſis.*
h *v. Cuiac. 10. obſer. 37.* de Iuſtij nomine.
i *v. l. 1. ſ. de curatore furioſi.*
k Probatur quis ex ſermone, rebus & factis, furioſus vel mentis compos ſit, necne. Ita probatur mentis qualitas, actu exteriori.
l facit *l. 27. ſ. de cond. inſt.*
m Atqui tutor ſeruo non datur, *l. 1. ſ. de tutel.* Potentia actui propinqua, actus eſſe videtur. Datur autem hic tutor ſeruo, qui proximè futurus eſt liber.
n *l. 22. §. 1. ſ. ad Treb.*
o *l. 9. ſupr. eod. l. 17. in fin. ſ. de appellat.*
p Nam ſuperiori caſu dictum eſt, de tutore dato ei, cui libertas & hereditas per fideicommiſſum relicta: hic autem caſus pertinet ad eum cui directa data eſt.
q vide *l. 5. §. 1. ſupr. tit. prox.*
r Pro patrono non eſt habendus, qui non fungitur officio patroni.
ſ *l. 2. C. de tutore vel curat. qui non ſatiſd.*
t tunc curatorem habere incipit.
u *l. 33. §. 1. ſ. de adminiſt. tut. l. 3. C. quando tutor. eſſ. deſ.*
x & ſic non inuitis. *v. §. 1. Inſt. de curatorib.*
y i. pro ſatiſdatione, *v. l. 8. ſ. de curat. furioſi.*
z Sperare autem non poſſunt liberi eius qui fideicommiſſariam contulit *l. 5. §. 2. ſupr. de lib. agnoſc. l. 24. infr. de excuſ. tut.* ſperare poſſunt ij, quorum parens directam contulit, *v. l. 5. C. de excuſation. tut. Accurſ.* ſed Cuiacius *14. obſ. 6.* eorum nomine qui iura patronatus ſperare non poſſunt, intelligit liberos à patrono exheredatos, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas, vel vnde legitimi, in bonis liberti petere non poſſunt.
a præterquam ad hereditatem adeundam, *l. impuberi. 9. ſ. eod.*
b pupilli.
c *l. 11. l. 12. ſupr. de tutelis.*
d & ſi poſſit vti iuſta exceptione, *l. 11. §. 2. ſup. de minorib.*
e vt alius tutor detur, niſi abſens deſiit eſſe tutor.
f *l. 1. C. qui dare tutores: l. ſi putas. C. de petit. heredit.*
g Dubij euentus cauſa ſuſpenditur tutoris datio. Ita dubitatio plerumque magis attenditur quàm veritas.

De inquiſitione.

18. *Idem* "libro 61. ad Edictum."

IN dando tutore ex inquiſitione, & in eum inquiritur, qui ſenator *a* eſt. & ita Seuerus reſcripſit.

De decurionibus. 1. Et Duumviris.

19. *Paulus* ‖ libro 16. ad Plautium. ‖

VBi abſunt *b* hi, qui tutores dare poſſunt, decuriones *c* iubentur dare tutores, dummodo maior pars conueniat. vbi non eſt dubium, quin vnum ex ſe *d* dare poſſint.

1 ¶ Magiſtratus municipalis collegam *e* ſuum quin dare tutorem poſſit, non eſt dubium.

De ventre. 1. De curatore dando curatorem habenti.

20. *Modeſtinus* ‖ libro 7. Differentiarum. ‖

VEntri *f* tutor à magiſtratibus populi Romani dari non poteſt, curator poteſt. nam de curatore conſtituendo, edicto comprehenſum eſt.

1 ¶ Curatorem *g* habenti, quo minùs alius curator detur, regula iuris non eſt impedimento *h*.

De fœminis. 1. De liberis à matre inſtitutis ſub conditione, ſi emancipentur. 2. Si quis à parentibus prohibitus ſit tutor eſſe. 3. De legatione. 5. De moribus. 6. De his qui ſe ingerunt, aut pecuniam dant.

21. *Idem* ‖ libro 1. Excuſationum. ‖

SCire oportet magiſtratus, quòd curatrices minoribus mulieres *i* non creabunt *k*.

1 ¶ Si mater ſub hac conditione *l* ſcripſerit filios heredes, *Si ſoluti patris poteſtate fuerint m*: ſolutis his, & propter hoc heredibus, ipſe pater curator creari non poterit: etiam ſi voluerit, vt non alia *n* via hoc, quod noluit teſtatrix, fiat. & hoc ita à Diuo Seuero promulgatum eſt.

2 ¶ Sed & ſi quis *o* à parentibus *p* prohibitus fuerit tutor eſſe, hunc neque creari oportet: &, ſi creatus ſit, nec recuſauerit, prohiberi eum eſſe tutorem manente epitimia *q*.

3 ¶ Eos, qui in legatione ſunt ne creent tutores vel curatores, magiſtratus: quia per id tempus, quo in legatione ſunt, periculum ad eos non pertinet.

4 ¶ Si præſectorium *r* hominem in legatione exiſtentem Romanus princeps *ſ* dederit tutorem, dimittetur.

5 ¶ Cùm reliquis oportet magiſtratum & mores creandorum inueſtigare *t*, neque *u* facultates *x* enim, neque dignitas ita ſufficiens eſt ad fidem, vt bona electio *y* vel voluntas, & benigni mores.

6 ¶ Semper autem maximè hoc obſeruent magiſtratus, ne creent eos, qui ſe ipſos volunt ingerere *z*, vt creentur, quique pecuniam dant. hos enim & pœnæ obnoxios eſſe, promulgatum eſt.

De decurionibus.

22. *Idem* libro 5. Excuſationum.

ET qui non ſunt conſiliarij *a* vel ſenatores, conſiliariorum, vel ſenatorum filiis tutores creantur *b* ſicut & conſiliarij vel ſenatores his, qui non ſunt ex conſiliariis, vel ſenatoribus.

De pluribus tutoribus.

23. *Idem* ‖ libro 4. Pandectarum. ‖

SImul *c* plures *d* tutores dari poſſunt.

De tutore inquirendo ex vicinis ciuitatibus.

24. *Paulus* libro nono Reſponſorum.

DIui Marcus & Verus Cornelio Proculo. Si quando *e* deſinit in ciuitate, ex qua *f* pupilli oriundi ſunt, qui idonei videantur eſſe tutores, officium ſit magiſtratuum *g*, inquirere ex vicinis *h* ciuitatibus honeſtiſſimum quemque, & nomina *i* præſidi prouinciæ mittere, non ipſos arbitrium dandi ſibi vindicare.

a decurio *l. 15. §. 2. ſ. d. excuſ. tut.*
b Abſente magiſtratu decuriones vel vnum ex ſe tutorem dare poſſunt.
c *l. 3. ſ. tit. prox.* adde *§. 4. Inſtit. de Attil.*
d ex ſuo corpore.
e *v. Cuia. 7. obſ. 17.*
f Ventri curator datur, non tutor, *l. 8. infra curat. furioſi.*
g Curatorem habenti, curator dari poteſt *vt hic. l. 12. C. qui dare tutores.* Tutorem tamen habenti, tutor non datur, *l. 9. C. qui petant tut.*
h contra quàm tutorem habenti. Cur ita? *v. Cuiac. 17. obſ. 7.* Imò, non contra quam in tutore, *l. 21. in fin. ſ. de excuſ.*
i *v. l. vlt. ſupr. de tutelis.*
k hodie in matre & auia id correctum, *v. C. quando mul. tut. off.*
l ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἱρέσει.
m puta emancipatione.
n Prohibitum vna via, alia non debet eſſe permiſſum. *Bart.*
o An extraneus, vt putat Ferrandus *1. Explicat. 25.* An filius, vt Alciatus? quod iuri videtur repugnare: vt ne prohibere filium poſſit pater à tutela: cùm viuus ac ſuperſtes ipſe pro tutela filio delata ſatiſdare debeat, *l. vlt. ſ. de ſuſpectis: l. 31. infr. de excuſat.*
p finge à matre. *v. l. vn. C. ſi contra matris voluntatem.*
q i. ſalua exiſtimatione, ſaluo honore, *l. 3. ſ. de ſuſpectis.* Hinc conſtat Cœlium Rhodiginum grauiter errare, qui *Epitimiam* hic notat accipi pro iurgio. adde Alciat. *2. parerg. 29.*
r ἐπαρχικὸν ἄνθρωπον, prouincialem: i. eum qui cum ex prouincia eſſet, Roma legatus venit. de huiuſmodi prouincialibus legatis legitur, *l. 2. §. 3. l. 19. §. 3. ſ. de iudic. l. 25. in f. ſ. de iureiur.*
ſ ὁ ἐν Ῥώμῃ ἄρχων, qui Romæ præeſt: magiſtratus, ἄρχων *l. 13. §. 1. §. vltim. ſ. de excuſat. tut.* πόλεως ἄρχων, *l. 14. §. 9. ſ. de excuſat. tut.* præfectus vrbi.
t *l. 7. ſupr. de confirmando.*
u *5. Harmen. 11. §. 28.*
x *l. 17. §. 1. ſupr. de teſtam. l. 6. infr. de ſuſpectis.*
y προαίρεσις conſilium, votum ac ſtudium iuuandi pupilli. Ita Iudex explorabit intelligendo tutore, an rectè vitam inſtituerit, num modeſtus ſit, non egens, non orbus, non vagus, ſed locuples, qui norit pueros educare, & eos amet. *Harmen. 5. tit. 11. §. 2. Theophilus inſtit. de ſatiſdat. tut. v.* Ant. Auguſt. *hic.*
z vel qui adfectant tutelas, *§. 5. inſtit. de excuſat.* eſt enim ſuſpectus qui operam ingerit *v. l. 25. ſup. de procuratoribus.*
a βουλευταί: verte *Decuriones* paſſim hac in lege, vbi vox, *conſiliarij*, occurrit. *vt l. 2. §. 8. in fin. C. de veteri iure:* adde *Nouell. 38. 49. 87.* municipales ſenatores, *v.* Auguſt. *hic.*
b Imò non conſiliarius, conſiliario non datur? *l. Spadonem 15. §. 1. ſ. de excuſ. tut.* Non conſiliarius ſeu non ſenator, in dignitate tamen aliqua conſtitutus, rectè tutor datur conſiliario vel ſenatori: in nulla dignitate conſtitutus, ſecus.
c vide *l. 5. C. qui dare tutores.*
d *l. 1. C. de tutoribus illuſtr.*
e *l. 1. §. 10. infr. de magiſtratibus conueniendis.*
f *l. 10. ſupr. de tutelis.*
g municipalium.
h *l. 6. C. qui dare tutores.*
i eo caſu vaius loco ſunt. v. quæ ſcripſi ad *l. 4. C. in quib. cauſ. tutor. haben.*

De cu

De curatore dato impuberi.

25. *Idem* ‖ libro 10. Reſponſorum. ‖

CVratorem impuberi datum quacunque ex cauſa, perſeuerare in diem pubertatis *a* in eadem cura, reſpondi: ergo poſt pubertatem alium curatorem ſibi petere debebit.

De tutore dato impuberi opinato.

26. *Scæuola* libro 2. Reſponſorum.

SEiæ egreſſæ annos duodecim, decreto prætoris ex inquiſitione *b* datus eſt tutor quaſi minori *c*: quæro, an excuſare ſe deberet? Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, neque excuſationem neceſſariam eſſe, neque obligari, quòd non gereret.

Si pars bonorum ſit Romæ, pars in prouincia.

1. *De libertinis.*

27. *Hermogenianus* libro 2. Iuris Epitomatorum.

PVpillo, qui *d* tam Romæ, quàm in prouincia facultates habet, rerum *e*, quæ ſunt Romæ, prætor *f*: prouincialium præſes tutorem dare poteſt *g*.

1 ¶ Libertino tutores liberti *h* dandi ſunt: ſed etſi ingenuus detur, nec *i* ſe excuſauerit, tutor perſeuerabit.

Si is ad quem periculum tutelæ ſpectat, tutor detur.

28. *Paulus* libro 2. Decretorum.

ROmanius Appulus ab iudice appellauerat *k*, dicens ſe non debuiſſe dari in tutela collegam ei *l*, quem ipſe, cùm magiſtratus eſſet, nominaſſet *m* ſuo periculo, ne in vna tutela duplex periculum ſuſtineret: decreuit Imperator, poſſe quem & fideiuſſorem *n* pro tutore eſſe, & nihilo minùs tutorem dari: itaque detentus eſt in tutela.

De abſentibus.

29. *Idem* ‖ libro ſingulari de cognitionibus. ‖

SI peregre agant, qui tutores, vel curatores dati ſunt, vt intra diem trigeſimum *o*, notum his à magiſtratibus fiat, Diuus Marcus reſcripſit.

QVI PETANT *p* TVTORES VEL curatores, & vbi petantur.

TIT. VI.

De matre.

Modeſtinus libro 7. Differentiarum.

MAtris ſollicitudo *q* in petendis filio tutoribus, non etiam curatoribus, obſeruatur: niſi *r* quo caſu impuberi curator petendus eſt.

De cognatis, affinibus, amicis, educatoribus. 1. De matre. 2. De libertis. 3. De creditoribus. 4. De adulto & eius procuratore. 5. Et cæteris. 6. De excuſatis à tutela.

2. *Idem* libro 1. Excuſationum.

SI minores non habent eos, qui ex legibus ſunt, defenſores *s*, ſi quidem tutoribus indigent propter ætatem, poſſunt petere eis tutores conſtitui, cognati *t*, & qui ſecundùm affinitatem ſunt, familiares parentum maſculorum & fœminarum *u*: poſſunt & amici *x* parentum, & educatores *y* ipſorum puerorum hoc petere.

1 ¶ Alij igitur voluntate petunt tutores *z*: ſunt autem quidam, quibus eſt neceſſe petere tutores, putà, mater *a*, & liberti *b*: ex his enim illa damnum patitur, hi autem & puniuntur, ſi non petierint eos, qui ex legibus defenſores *c* ſunt. Mater enim expellitur à legitima *d* filij hereditate, quaſi exiſtens indigna accipere hereditatem legitimam, negligens *e* ei conſtitui tutorem. Et non ſolum ſi non petierit, ſed & ſi puritatis *f* gratia petierit eum qui dimitti poterat, deinde dimiſſo *g* eo, vel abiecto, alium non petierit rurſum, vel ex ſtudio malos petierit. Liberti autem ex his cauſis accuſati apud præſidem puniuntur, vt emendentur, ſi apparuerint vel propter negligentiam, vel propter malitiam non petiiſſe.

a nec vltrà extenditur, *l. 14. ff. de vulgari, l. 2. in fin. Cod. in quibus cauſ. tutor. hab. l. 1. C. quando tutores eſſe deſinant.*
b & ita ſcienter.
c & malè: facit *l. 1. §. 2. infrà quæ ſent l. 1. C. quando prouoc.*
d Iuriſdictionum diuerſarum ratione, diuerſi iudices dant tutores. Quid ſi vno loco ſit origo pupilli: altero, domicilium: in tertio bona habeat? Iudex originis tutorem dabit, vt & domicilij. Imò & bonorum iudex curatorem illis bonis dabit, vt notat Bart. aduerſus Dynum exiſtimantem, tutorem datum à iudice originis vel domicilij pupilli, bonis in tertio aliquo loco ſitis datum intelligi. argum. *l. magis. 5. §. illud 12. inf. de reb. eor. l. propter litem 21. §. licèt 2. ff. de excuſat. tut.* Pro Bartolo facit *l. Iuriſperitos 30. § cùm oriundus 1. inf. de excuſat. tut.*
e Atqui tutor datur perſonæ. *l. quia perſona 14. ſup. de teſt. tut.* datur perſonæ directò: rebus, per conſequentias.
f *v. l. 3. in fi. ff. eo.*
g vide *l. vnic. C. vbi petant. tut.* alias Prætor prouincialibus, præſes vrbanis rebus tutorem non dat, *l. vlt. ſup. de iuriſd.*
h *l. 1. §. 4. l. 44. ff. de excuſat.*
i *l. 3. C. de excuſ.*
k Atqui non appellatur à tutelæ datione, *l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appell. ſit.* Hic appellauit à ſententia reprobante excuſationem.
l vt *l. 60. §. 1. ſup. de ritu.*
m Vnus & idem poteſt eſſe nominator, tutor & fideiuſſor.
n Fideiubere pro contutore quis poteſt, idoneus tamen: poſſunt denique fideiubere alij pro aliis: hinc vicaria fideiuſſio, adde *Nou. 53. §. ſuſpecto.*
o *v. l. 13. §. 1. inf. de excuſ. tut.*
p *5. Cod. 31.*
q *l. 1. C. eod.*
r mater tenetur filiis impuberibus tutorem petere. An adultis curatorem? non tenetur: niſi ſi impubes curatore opus habeat.
s κηδεμόνας: de qua voce *v. l. 10. §. 7. inf. de excuſ. tut.*
t *v. l. 10. C. eod.* Atqui proximi cognati, vt agnati, hodie legitimi ſunt tutores: Igitur cùm ipſi ſint lege tutores, neceſſe non habent tutorem petere? Ponendum eſt in hac ſpecie teſtamento datos fuiſſe tutores, ſed remotos, vel excuſatos: ita non legitimis, ſed datiuis opus fuiſſe, *l. ſi quis ſub condit. 11. ſup. de teſt. tut.* & ita Dynus & Bartolus.
u familiares parentibus tam maſculis quàm fœminis. *Haloand.*
x Amicitiæ ratione datur actio, *Seneca 3. Controuerſ. in fin. princip.*
y Educationis ratione admittitur quis ad agendum, qui aliàs non admitteretur.
z & hi quidem ex electione, vel voluntate petunt tutores. *Haloander.*
a *l. 6. C. eod.*
b An & agnati? nouo iure etiam coguntur petere tutores agnatis. *l. ſciant 10. C. de legitimis heredibus.*
c κηδεμόνας
d ab eorum ſucceſſione repellitur, *l. 2. §. 23. inf. ad Tertyll. §. penult. Inſtit. de ſenatuſc. Tertyll.*
e Atqui hodie legitima tutrix eſt liberorum, mater. *Authent. matri & auiæ. C. quando mulier.* Igitur tutorem petere neceſſe non habet? Neceſſe habet, ſi tutrix eſſe nolit: quippe inuita tutrix eſſe liberorum non cogitur.
f ὁσίας χάριν dicationis gratia, puritatis gratia. *Contius 1. diſput.* o defunctoriè, *d. l. 2. §. 32. inf. ad Tert.* ἀφοσιώσεως χάριν. *l. 13. §. 9. inf. de excuſ. Auguſt. hic.* malè legit Haloander *prauitatis.* Dicis cauſa. vide *l. 4. ſup. commodati.* Bruto & Caſſio prouinciæ dicis cauſa datæ. *Cornel. Nepos in Attici vita.* ſed anne tu dicis cauſa vindicaueris? *Cicero pro Muræna: Cuiac. 5. obſer. 33.*
g Obſequij deſerti periculum ita ſubeunt, qui aut non petunt tutores quos debeant: aut eos quos non debeant, *l. 2. C. eod.*

2 ¶ Quæ autem de matre dicta ſunt, oſtenduntur in epiſtola Diui Seueri, cuius verba ſubiecta ſunt *a*.

DIuus Seuerus Cuſpio Ruſino. Omnem me rationem adhibere ſubueniendis pupillis, cùm ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo: & ideo quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis ſuis: vel, prioribus excuſatis, reiectiſue, non confeſtim aliorum nomina dederit, ius non habeat vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum.

3 ¶ Si quidem aliquis vel fœnerator *b*, vel legatarius, vel alius neceſſariam *c* habeat aduerſus pupillum perſecutionem *d*, ipſe quidem non petet tutorem pupillo, ſed eos, qui petere poſſunt, rogabit petere: vel, ſi hi neglexerint, tunc accedens *e* ad præſidem, hoc ipſum dicet, vt conſtituto more legitimo, ea aduerſus pupillum moueatur perſecutio.

4 ¶ Hæc quidem de tutoribus. Curatores autem minores ſibi *f* ipſis petent: ſi quidem adfuerint, per ſe ipſos: ſi *g* autem abſuerit aliquis eorum, petet per procuratorem.

5 ¶ An autem alius petere curatorem poſſit minori, quæſitum eſt: & Vlpianus egregius *h* ita ſcribit, non licere alium ei petere, ſed ipſum ſibi *i* ipſi.

Et apud Paulum libro nono reſponſorum ita relatum eſt.

CVratorem, ignorante, nec mandante *k* pupilla non rectè ei à *l* tutore petitum videri, periculúmque eorum, quæ curator non *m* iure datus geſſit, non ſine ratione eum, qui petit, cogendum agnoſcere. Et alia parte eiuſdem libri ita reſpondit, ſi matris iudicium princeps ſecutus, curatores filiæ eius dedit, periculum adminiſtrationis eorum eam reſpicere debere.

QVi qualitercunque dimiſſi ſunt per excuſationem à tutela, neceſſe non habent *n* petere pupillis tutorem, vt ait Seueri & Antonini conſtitutio.

De decreto Decurionum.

3. *Paulus* ‖ libro 10. Reſponſorum. ‖

DEcreto decurionum & ipſum *o* magiſtratum *p* curatorem dari potuiſſe reſpondi *q*.

De matre.

4. *Tryphoninus* libro 13. Diſputationum.

CRedendum eſt & eam matrem conſtitutione *r* contineri, quæ à patre non legitimè tutores teſtamento vel codicillis datos *s* filiis impuberibus, non poſtulauit decreto confirmari.

1 ¶ Sin autem idoneis datis tutoribus pluribus vnus eorum vel deceſſit, vel temporalem excuſationem accepit *t*, mater quæ propterea in locum illius alium non petit, quia *u* numerus reliquorum adminiſtrationi tutelæ ſufficiebat, incidit quidem in verba conſtitutionis, ſed ſententia *x* excuſatur *y*.

2 ¶ Sed ſi, ſuſpecto tutore pupilli accuſato, decretum erit, ei adiungi alios *z*; mater eos quoque petere debet: &, ſi non petit, incidit in ſententiam *a* conſtitutionis.

3 ¶ Hæc autem mater ab omni quidem bonorum vindicatione inteſtatorum filiorum *b* repellitur. Si verò maritus ei fideicommiſſum à filio reliquerit, cui mulier non petit tutorem, *Si ſine liberis deceſſerit*: vel ſub hac ipſa conditione, *Si inteſtatus mortuus erit*, fideicommiſſi petitio, quæ ex alieno iudicio deſcendit, non *c* eſt perempta *d*.

4 ¶ Quæ *e* autem ſuſpectum tutorem non fecit, nec verbis, nec ſententia cõſtitutionis, in pœnam incidit: quòd eiuſmodi facta diiudicare, & æſtimare, virilis *f*

a Modeſtino id fuit familiare ipſa legum verba interdum recitare, *l. 1. §. 2. inf. de excuſat. tut.*
b δανειστής. creditor.
c Litigaturus aduerſus pupillum, tutorem ipſe petere non debet, ſed iis nunciare, qui petere poſſunt, vt ipſi tutorem pupillo conſtitui petant à iudice. Agit in eos vt agant: aut petit potius, vt petant.
d σύστασιν, conſiſtentiam, *v. l. 1. C. eod.*
e *l. 4. C. eod. l. 28. §. 2. verſ. ne autem C. de admin. tut. l. 7. §. 5. ſup. de minor.*
f *l. 16. C. eod.*
g Curatores ſibi dari poſtulant minores per ſe, vel per procuratorem.
h κράτιστος, optimus, præſtantiſſimus: egregius *Haloand.* aliàs, Alexander Vlpianum vocat parentem ſuum. *l. 4. C. locati.* diſertiſſimum, *l. vltim. C. de inſtit.* amicum *l. 4. C. de contr. ſtip.* ſummi ingenij virum. *l. vnic. §. 9. C. de caducis.* Diocletianus præſtantiſſimum virum appellat, *l. 11. C. de quæſt. Ant. Auguſt. hic.* Alexandri Imperatoris tutor, conſiliarius, præfectus prætorio. His adde quæ de Vlpiano ſcripſi ad *l. 4. C. de contr. ſtipulat.*
i *l. 3. §. 3. ſup. de tutelis.*
k nec conſentiente, *l. 43. §. 3. ſup. de procuratorib.*
l Curatorem pupillo petere tutor non poteſt.
m Tutor non videtur, qui non iure datus eſt.
n tutiùs tamen facturi ſunt, ſi petierint *l. 29. §. 2. inf. de adminiſtr. tut.* aut ſaltem admonere debent ipſos pupillos, vt petant ſibi curatores, cùm & tutores finita tutela id facere debeant, *l. ita autem 5. § ſi tutor. 5. inf. tit. proxim.*
o Municipalis magiſtratus ipſe, hoc eſt, Duumuir rectè ab ipſo ordine tutor datur, *vt hic.* vide quæ ſcripſi ad *l. 26. inf. ad municipalem.*
p facit *lex 19. ſup. tit. prox.* vide Cuiac. *7. obſeru. 17.*
q *ſub.* iuſſu præſidis: vel vbi magiſtratus abſunt *l. 19. ſup. tit. prox.*
r quæ matrem impuberi filio tutorem non petentem eius ſucceſſione priuat. *l. 2. §. 1. §. 2. ſup. eod.*
ſ & ita reiectos, *l. 2. §. 23. inf. ad Tertull.*
t id eſt, quid ſi non omnes excuſati, vel non omnes reiecti?
u quia numerus, *Haloander.*
x ſententia legis potentior eſt quàm verba, *vt hic*: ſententia legis excuſatur, qui in verba legis admiſit, *l. non dubium 5. C de legibus: l. nominis 6. §. verbum, infra de verborum ſignif.*
y Imò, ei imputatur, *l. 2. §. 39. inf. ad Tertullian.*
z quod quando fiat. vide *l. 9. inf. de ſuſpect.*
a & erit eadem pœna, *l. 6. in fin. inf. de verborum ſignif.*
b ſi impubes moriatur, *l. 3. C. ad Tertull.*
c imò eſt perempta *l. omnem 6. Cod. ad Tertull. l. ſciant. 10. C. de legitim. heredibus.* Quicquid matri debetur, velut ab ipſo pupillo, id mater in hac ſpecie amittit, ſed hic debebatur fideicommiſſum vt ex bonis mariti: ideóque id non amittit: quia in bona mariti nihil deliquit.
b Imò, hoc caſu omnis ſucceſſio matri eſt deneganda, ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis, *l. 6. C. ad Tertullian.*
e Matri ignoſcitur quæ tutores liberorum ſuſpectos non poſtulauit. Nam ſuſpectum diſcernere, virilis eſt animi, & delicta poteſt ignorare mulier, eiúſque iudicium non ſufficit ad eligendos liberis tutores.
f Vir ſeu maſculus magis diſcernit quæ ſint agenda, quàm fœmina: in maſculo iudicium maius exigitur, quàm in fœmina.

animi eſt *a* : & poteſt etiam delicta *b* ignorare mater : ſatiſque eſt, eam petiſſe talem, qui inquiſitione per prætorem habita idoneus *c* apparuit : & ideo nec iudicium eius ſufficit ad eligendos tutores, ſed inquiſitio ſit, etiamſi maximè in bona propria liberis ſuis teſtamento tutores dederit.

DE ADMINISTRATIONE *d* ET PEriculo *e* tutorum, & curatorum *f* qui geſſerint *g* vel non *h* : & de agentibus, vel conueniendis *i*, vno vel pluribus.

TIT. VII.

De tutore adminiſtrare cogendo. 1. *De periculo tutoris ceſſantis.* 2. *De defenſione pupilli.* 3. *De adulto vel curatore conueniendis.* 4. *De debitoribus pupilli, vel adulti conueniendis.*

‖ *Vlpianus* libro 35. ad Edictum. ‖

GERERE *k* atque adminiſtrare tutelam, extra ordinem tutor *l* cogi *m* ſolet *n*.

1 ¶ Ex quo ſcit *o* ſe tutorem datum, ſi ceſſet tutor, ſuo periculo ceſſat : id enim à Diuo Marco conſtitutum eſt, vt, qui ſcit ſe tutorem datum *p*, nec excuſationem, ſi quam habet, allegat intra tempora præſtituta, ſuo *q* periculo ceſſet.

2 ¶ Sufficit tutoribus ad plenam defenſionem, ſiue ipſi iudicium ſuſcipiant, ſiue pupillus, ipſis *r* auctoribus : nec *ſ* cogendi *t* ſunt tutores cauere, vt defenſores ſolent : licentia igitur erit, vtrùm malint ipſi ſuſcipere iudicium, an pupillum exhibere, vt ipſis auctoribus, iudicium ſuſcipiatur : ita tamen, vt pro his, qui fari *u* non poſſunt, vel abſint, ipſi tutores iudicium ſuſcipiant : pro his autem, qui ſupra ſeptimum annum ætatis ſunt, & preſtò fuerint, auctoritatem preſtent.

3 ¶ In cauſis autem adultorum licentia erit agentibus, vel ipſum adultum præſentem in iudicium vocare, vt conſenſu curatoris conueniatur : vel contra curatorem agere, vt ipſe litem ſuſcipiat. In abſentibus autem adultis omnimodò contra curatorem agendum.

4 ¶ Non denegari autem neque tutoribus, neque curatoribus, etiam debitores pupillorum, vel adultorum, ex perſona ſua, proſpectu officij, in iudicium *x* vocare, vel eis hoc facientibus, ſuum accommodare conſenſum.

De actione iudicati.

2. *Idem* ‖ libro 9. ad Edictum. ‖

SI tutor condemnauit *y*, ſiue ipſe condemnatus *z* eſt : pupillo, & in *a* pupillum potiùs actio *b* iudicati datur : & maximè ſi non ſe liti obtulit, ſed cum non poſſet, vel propter abſentiam ‖ pupilli ‖, vel propter infantiam, auctor ei eſſe ad accipiendum iudicium : & hoc etiam Diuus pius reſcripſit : & exinde multis reſcriptis declaratum eſt, in pupillum dandam actionem iudicati ſemper, tutore condemnato : niſi abſtineatur *c* : tunc enim nec in tutorem, nec in pupillum, nec pignora tutoris capienda eſſe, ſæpe reſcriptum eſt.

1 ¶ Ampliùs Marcellus libro vicenſimo ‖ primo ‖ digeſtorum ſcribit, & ſi ſatisdedit tutor, mox abſtinuit pupillus, fideiuſſoribus *d* quoque eius debere ſubueniri. ſed ‖ & ‖ ſi pupillus non abſtinuit, quemadmodum ipſi, ita & fideiuſſoribus eius ſubueniri, maximè ſi pro abſente pupillo, vel pro infante ſatisdedit.

De eo quod vnus ex pluribus curatoribus geſſit. 1. *De eo cui ex pluribus pater adminiſtrationem commiſit.* 2. *De tutoribus honorariis.* 3. *Quibus caſibus ab eo receditur, cui teſtator adminiſtrationem delegauit.* 4. *De curatoribus adiungendis tutori teſtamentario.* 5. *De curatoribus teſtamento datis.* 6. *De tutela per vnum adminiſtranda etſi pater non deſtinauit.* 7. *Si non ſit à teſtatore electus tutor, aut electus gerere nolit.* 8. *Si tutores velint omnes gerere.* 9. *Vel tutelam diuidere.*

3. *Idem* ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

SI plures curatores dati ſunt, Pomponius libro ſexageſimo octauo ad edictum ſcripſit, ratum

a atqui plenum officium à matre deſideratur, *l.* 2. §. 42. *inf. ad Tertull.*
b Suſpectus tutor fit ex delicto.
c qui ſit, vide *l.* 2. §. 37. ꝫ. *ad Tert.*
d Adminiſtratio eſt ſollicitudo, cura, geſtio, defenſio: non autem dominum eſſe, multo minùs perdere poſſe.
e 5. *C.* 38.
f 37. *Eclog.* 7. & de pecunia pupilli fœneranda, vel deponenda, 5. *C.* 37.
g facit 5. *Cod.* 44. 45. 47. 48. 57.
h 5. *C.* 55.
i facit 5. *C.* 39. 40. 52. 54.
k 11. *Vlp.* 25.
l *ſub.* qui nondum adminiſtrare cœpit.
m imò non cogitur, *l. ſi. tutor.* 17. *inf. de author. tut.* Cogitur ſi vel nunquam geſſit: vel geſſit quidem, ſed eius ceſſatio pupillo nocitura eſt, *l. vlt. C. eodem.* Quod ſi certum eſt non nocituram, non cogitur : ſi dubitatur, non cogitur quoque, ſed tutelæ tenetur.
n à iudice, iudicis officio, captis pignoribus & multa indicta, *l.* 6. *in fin. C. de teſtament. tut. l. vnica. ſup. ſi quis ius dicenti. l.* 1. §. 1. ꝫ. *de ventre inſpic.* nec tamen neceſſarius eſt libellus, nec alius ordo, cùm quouis loco & tempore poſſit hoc expediri *l.* 3. §. 3. *ſup. de tutel. l.* 2. *ſup. de feriis.*
o *l.* 5. *in fin.* ꝫ. *eod.* ſcit autem, qui certò ſcit ſe datum eſſe.
p teſtamento vel à iudice : dum tamen vtiliter ſit datus, *l.* 3. *ſup. de teſtament. tut.*
q tenetur enim actione tutelæ pro neglectis, *l. tres tutores* 55. §. *item in eo.* 3. ꝫ. *eod.*
r vide *l.* 3. *C. qui legitimam perſonam.*
ſ Imò, cogendi ſunt ſatisdare de rato *l. vulgò* 23. *inf. eod.* Non cogitur tutor ſatiſdare, quoties dubium eſt tutor ſit, néene.
t *l.* 28. §. 3. *C. eod.* adde *l.* 55. §. *penult.* ꝫ. *de euict.* u vide quæ notaui ad *l.* 54. *inf. de re iudicata.*
x *l.* 22. *l.* 46. *in fine, inf. eodem. l.* 18. *l.* 21. *C. eod. l.* 4. *inf. de except. rei iudic. l.* 55. §. 4. *inf. de furt. l.* 2. *C. arbit. tut.*
y id eſt, obtinuit. z Iudicati actio non datur contra tutorem, niſi ſe liti obtulit, ſed contra pupillum : niſi pupillus ſe abſtineat hereditate eius, cuius cauſa condemnatus eſt.
a vide *l.* 1. *inf. quando ex facto tutor.*
b Imò in tutorem danda eſt : exemplo procuratoris, qui etiam finito officio conuenitur, *l. procurator qui pro euictione* 67. *ſup. de procurat.* An hic differentiam conſtituemus inter tutorem & procuratorem, cum Accurſio ; vt hic etiam finito officio conueniri poſſit, tutor non poſſit ? An cum Iacobo Rauennate & Richardo dicemus eandem eſſe rationem procuratoris & tutoris : ſed in *d. l. procurator*, procuratorem finito officio ideò conueniri, quod fines mandati exceſſit ?
c niſi abſtineat, *Haloander. l. vlt. in fin. ſup. ſi quis cautionibus.*
d *l.* 89. *inf. de adquirend. heredita.* tunc enim nihil creditoribus deperit ; vt qui ſalsam habeant actionem aduerſus eos qui hereditatem adituri ſunt.

haberi debere *a* etiam quod per vnum *b* geſtum eſt. Nam & in furioſi curatoribus *c* ne vtilitates furioſi impediantur, prætor vni eorum curationem decernet, ratúmque habebit, quod per eum ſine dolo malo geſtum eſt.

1 ¶ Si parens, vel pater, qui in poteſtate habet, deſtinauerit teſtamento, quis tutorum tutelam gerat *d*, illum *e* debere gerere prætor putauit : meritóque parentis ſtatur voluntati, qui vtique rectè filio proſpexit : tantundem pretor facit & de his, quos parens deſtinauit teſtamento, ‖ ipſe ‖ autem confirmauit : vt, ſi parens declarauit, quem velit tutelam adminiſtrare, ille *f* ſolus adminiſtret.

2 ¶ Cæteri igitur tutores non adminiſtrabunt : ſed erunt hi, quos vulgo honorarios *g* appellamus : nec quiſquam putet, ad hos periculum *h* nullum redundare : conſtat enim, hos quoque excuſſis *i* priùs facultatibus eius *k*, qui geſſerit, conueniri oportere : dati ſunt enim, quaſi obſeruatores actus eius, & cuſtodes : imputabiturque eis quandoque, cur, ſi malè eum conuerſari videbant, ſuſpectum ‖ eum ‖ non fecerunt : aſſiduè igitur & rationem ab eo exigere eos oportet, & ſollicitè curare, qualiter conuerſetur : &, ſi pecunia ſit, quæ deponi poſſit, curare, vt deponatur *l* ad prædiorum comparationem : blandiuntur enim ſibi, qui putant, honorarios *m* tutores omnino non teneri : tenentur enim ſecundum ea quę ſuprà oſtendimus.

3 ¶ Quamuis autem ei potiſſimùm ſe tutelam commiſſurum prætor dicat, cui teſtator delegauit, attamen nonnunquam ab hoc recedet *n* : vtputa ſi pater, minùs penſo conſilio hoc fecit : fortè minor *o* viginti quinque annis, vel eo tempore fecit, quo iſte tutor bonæ vitę, vel frugi videbatur : deinde poſtea idem cœpit malè *p* conuerſari, ignorante teſtatore : vel ſi contemplatione facultatium eius, res ei commiſſa eſt, quibus poſtea exutus eſt.

4 ¶ Nam etſi vnum pater dederit tutorem, nonnunquam ei adiunguntur curatores. Nam Imperator noſter cum patre reſcripſit, cùm duos quis libertos ſuos tutores dediſſet, vnum rerum Italicarum, alium rerum Africanarum, curatores eis adiungendos, nec patris ſecuti ſunt voluntatem *q*.

5 ¶ Quod in tutoribus ſcriptum eſt, & in curatoribus erit obſeruandum, quos pater teſtamento deſtinauit, à prætore confirmandos.

6 ¶ Apparet igitur prætori curæ fuiſſe, ne *r* tutela per plures adminiſtretur, quippe etſi pater non deſtinauerit, quis gerere debeat, attamen id agit, vt per vnum *ſ* adminiſtretur, (ſanè enim faciliùs *t* vnus tutor & actiones exercet, & excipit) ne permultos *u* tutela ſpargatur.

7 ¶ Si non erit à teſtatore electus tutor, aut gerere nollet, tum is gerat, cui maior *x* pars tutorum tutelam decreuerit : prætor igitur iubebit eos conuocari *y* : aut ſi non coibunt, aut coacti non decernent, cauſa cognita ipſe ſtatuet, quis tutelam geret.

8 ¶ Planè ſi non conſentiant tutores prætori, ſed velint omnes gerere, quia fidem non habeant electo, nec patiuntur ſuccedanei eſſe alieni periculi : dicendum eſt, prætorem permittere eis *z* omnibus gerere.

9 ¶ Item ſi diuidi inter ſe tutelam velint tutores audiendi ſunt, vt diſtribuatur inter eos adminiſtratio.

4. *Idem* libro 9. ad Edictum.

VEl in partes *a*, vel in regiones : &, ſi ita fuerit diuiſa, vnuſquiſque exceptione ſummouebitur pro ea parte *b*, vel regione *c*, quam non adminiſtrat.

De pecuniæ depoſitione. 1. *De eo qui gerere cœpit.* 2. *Et abſtinuit.* 3. *De eo qui tutelam gerendam mandauit.* 4. *De debitore patris, qui tutelam adminiſtrauit filij.* 5. *Si tutor puberem factum non monuit, vt ſibi curatores peteret.* 6. *De lite cœpta ante curationem finitam.* 7. *Si teſtator iuſſerit tutores eſſe aneclogiſtos.* 8. *Vel ex conſilio matris pupillorum tutelam gerere.* 9. *Vel aliquid non vendere.* 10. *De ſcientia tutoris ſe tutorem eſſe.*

5. *Idem* libro 35. ad Edictum.

ITa autem depoſitioni *d* pecuniarum locus eſt, ſi ea ſumma corradi, ‖ id eſt, colligi, ‖ poſſit, vt comparari ager poſſit : ſi enim tam exiguam eſſe tutelam ‖ facilè ‖ probatur, vt ex nummo refecto prædium puero comparari non poſſit, depoſitio ceſſat.

¶ Quæ ergo tutelæ quantitas depoſitionem inducat, videamus : & *e* cùm *f* cauſa depoſitionis exprimatur, *vt prædia pupillis comparentur*, manifeſtum eſt, vt ad minimas ſummas non videatur pertinere : quibus modus præfiniri generaliter non poteſt, cùm faciliùs cauſa cognita, per ſingulos poſſit examinari. Nec tamen auferenda facultas eſt, etiam minores ſummas interdum deponi poſtulare, ſi ſuſpecti tutores eſſe videantur. 1 ¶ Geſſiſſe autem

a Immò, ratum non eſt habendum, quod per vnum geſtum fuerit, *l. conſilio* 1. §. *penult. inf. de curat. furioſi.* Quod per vnum, alio contradicente, geſtum eſt, ratum haberi non debet : ſecus ſi conſentiente.
b *l.* 24. §. 1. ꝫ. *eod. l.* 7. *in fi. inf. de curat. fur. l.* 5. *Cod. de auth. præſt.*
c vide *l. pluribus* 32. *ſup. de procurat. c. vlt. extr. de teſtam.*
d Tutoribus quibuſdam ſolet decerni geſtio ſeu adminiſtratio à teſtatore, *l.* 14. §. 1. ꝫ. *de ſolutionibus.*
e §. 1. *verſ. quòd nemo, Inſtit. de ſatiſd. l.* 14. §. 1. ꝫ. *de ſolutionibus.*
f *l.* 3 §. 5. *inf. iudicatum ſolui.*
g *l.* 60. §. 1. *ſup. de ritu nupt. l.* 26. §. 1. *ſup. de teſt. tut l.* 14. §. 1. *inf. de ſolutionib.*
h *l.* 60. §. 2. *ſup. de ritu nupt. l.* 4. §. 2. ꝫ. *rem pupilli ſaluam. l.* 1. *C. ſi tutor non geſſ.*
i *l.* 39. §. 11. ꝫ. *eo. l.* 8. *C. arbit. tut.*
k & eius fideiuſſorum.
l *l.* 5. ꝫ. *eod.*
m de honorariis tutoribus dixi *l.* 26. §. 1. *ſup. de teſt. tut.*
n Voluntatem teſtatoris in tutelis non ſemper ſequitur iudex *v.* *l.* 5. §. 9. *inf. eod.*
o minor 25. annis poteſt filio tutorem teſtamento dare.
p vt in ſpecie *l.* 4. *in fin. ſup. de teſtament. tutel. l.* 10. *ſup. de confirm. tut.*
p vt in *l.* 5 §. 9. ꝫ. *eod.*
r vide *l.* 24. *in fin. inf. eod. l.* 5. *inf. de cenſibus.*
ſ vide *l.* 24. *in fi. inf. eod.*
t Vnus tutor facilius actiones exercet & excipit, quàm ſi per plures tutela ſpargatur.
u Multitudo noxia.
x *l.* 19. *ſup. de teſtam. tut.* §. 1. *verſ. quod ſi non fuerit. Inſtitut. de ſatiſd.*
y *Nou.* 118. *c.* 5.
z *Nouel.* 118. *cap* 5.
a quotas : putà vni dimidia : alteri, dimidia.
b *l.* 46. §. 6. *l.* 47. § 2. *l.* 51. *l.* 55. *inf. eod. l.* 2. *C. ſi. pluribus tutoribus, l.* 2. *C. de peric. tut. l.* 2. *C. de diuid. tut.*
c *l.* 51. *inf. eod.*
d de qua *l.* 3. §. 2. *in fin. ſup. eod.*

e Dictum reſtringitur ex cauſa : *vel*, Cauſa effectum interpretatur, *l.* 1. ꝫ. *de doli except. l. cùm pater.* 77. §. *dulciſſimis* 20 ꝫ. *de leg.* 2.
f Dictum determinatur ſecundum ſuam cauſam, *Bart.*

videtur

videtur tutor, qui quid omnino pupillare attigit *a*, etiam ſi modicum *b*. ceſſántque partes eorum qui ſolent ceſſantes cogere adminiſtrare.

2 ¶ Quòd ſi, poſteaquàm geſſit, tunc ſe geſtu abſtinuit, etiam ſuſpecti poſtulatio ſuccedit.

3 ¶ Quòd ſi quis tutelam mandauerit gerendam, geſtáque fuerit ab eo, cui mandatum eſt, locus erit tutelæ actioni. * videtur *c* enim geſſiſſe, qui per alium geſſit. quòd ſi non acceſſit is, cui mandatum eſt, vtili actione conuenitur.

4 ¶ Debitor patris, qui tutelam adminiſtrauit filij, tutelæ iudicio tenebitur etiam ob id, quod patri debuit *e*.

5 ¶ Si tutor pupillum ſuum puberem factum non *f* admonuerit, *vt ſibi curatores peteret*: (ſacris enim conſtitutionibus hoc facere iubetur, qui tutelam adminiſtrauit) an tutelæ iudicio teneatur? Et magis puto, ſufficere tutelæ iudicium, quaſi connexum *g* ſit hoc tutelæ officio, quamuis poſt pubertatem admittatur.

6 ¶ Poſt completum vicenſimum quintum annum ætatis, ſi nondum rationes redditæ ſunt, nec ad cauſam inſtrumenta *h* pertinentia: fidei, ac verecundiæ curatorum conuenit, vt conſilio ſuo cœptam *i* litem perficiant. ſi igitur ceſſent in his, quæ conſtituta ſunt, faciendis: magis puto ſufficere negotiorum geſtorum iudicium, etiam ſi actum eſt: ſi tamen huius rei ratio reddita non eſt.

7 ¶ Iulianus libro vicenſimoprimo Digeſtorum huiuſmodi ſpeciem proponit. Quidam decedens filiis ſuis dederat tutores, & adiecerat, *Eos" que " ane clogiſtos k eſſe volo*. Et ait Iulianus, tutores, niſi *l* bonam *m* fidem *n* in adminiſtratione præſtiterint, damnari debere, quamuis teſtamento comprehenſum ſit, *vt o anecelogiſti p eſſent*: nec eo nomine *q* ex cauſa fideicommiſſi quicquam conſequi debebunt, vt ait Iulianus: & eſt vera iſta ſententia. * nemo enim ius publicum remittere poteſt huiuſmodi cautionibus, nec mutare formam antiquitus conſtitutam *r*: damnum ſ verò quodcunque ex tutela quis ſenſerit, & legari, & per fideicommiſſum ei relinqui *t* poteſt *u*.

8 ¶ Papinianus libro quinto Reſponſorum ita ſcribit: Pater tutelam filiorum conſilio *x* matris geri mandauit, & eo nomine tutores liberauit *y*. non idcirco minus officium tutorum integrum erit. Sed viris bonis conueniet ſalubre conſilium matris admittere. tametſi neque liberatio tutoris, neque voluntas patris, aut interceſſio matris, tutoris officium infringat.

9 ¶ Vſque adeo autem licet *z* tutoribus patris præceptum negligere *a*, vt ſi pater cauerit, *ne quid rei ſuæ distraheretur*, vel *ne mancipia diſtrahantur*, ‖ vel, ‖ *ne veſtis*, " vel " *ne domus* ‖ vel ‖ *ne aliæ res periculo ſubiecta*: liceat eis contemnere hanc patris voluntatem.

10 ¶ Ex *b* quo *c* innotuit *d* tutori, ſe tutorem eſſe, ſcire debet periculum tutelæ ad eum pertinere. innoteſcere autem qualiter qualiter ſufficit: non vtique teſtatò eum conueniri. Nam etſi citra teſtationem, ſcilicet vndecunque, cognouit: nulla dubitatio eſt, quin debeat periculum ad ipſum reſpicere.

6. *Idem* ‖ libro 36. ad Edictum. ‖

Hoc autem, quod cognouit *e* tutor, pupillus probare debebit *f*.

De inuentario faciendo. 1. De diſtractione rerum quæ tempore pereunt. 2. De prædiis comparatis non idoneis. 3. De vſuris.

7. *Idem* libro 35. ad Edictum.

Tutor *g* qui repertorium *h* non fecit, quod vulgò *Inuentarium* *i* appellatur, dolo *k* feciſſe videtur, niſi fortè aliqua neceſſaria *a*, & iuſtiſſima cauſa *b* allegari poſſit, cur id factum non ſit. Si quis igitur dolo *c* inuentarium non fecerit, in ea conditione eſt, vt teneatur *d* in id, quod pupilli intereſt, quod ex iureiurando in litem æſtimatur.

¶ Nihil *e* itaque gerere, ante *f* inuentarium factum, eum oportet, niſi id, quod dilationem *g* nec modicam expectare poſſit.

1 ¶ Si tutor ceſſauerit in diſtractione earum rerum, quæ tempore depereunt *h*: ſuum periculum facit. debuit enim confeſtim *i* officio ſuo fungi.

¶ Quid ſi contutores expectabat, vel differentes, vel etiam volentes ſe excuſare, an ei ignoſcatur? Et non facilè ignoſcetur. debuit enim partibus ſuis fungi *k* non *l* quidem præcipiti feſtinatione *m*, ſed nec moratoria cunctatione.

2 ¶ Competet aduerſus tutores tutelæ actio, ſi *n* malè contraxerint *o*, ‖ hoc eſt, ‖ ſi prædia comparauerint non idonea, per ſordes, aut gratiam.

¶ Quid ergo, ſi neque ſordidè, neque gratioſè, ſed non bonam conditionem elegerint? rectè quis dixerit, ſolam latam *p* negligentiam eos præſtare in hac parte debere.

3 ¶ Si poſt *q* depoſitionem pecuniæ, comparare prædia tutores neglexerunt, incipient in *vſuras* conueniri *r*. quamquam enim à prætore cogi eos oportet ad comparandum, tamen, ſi ceſſent, etiam vſuris plectendi ſunt tarditatis *ſ* gratia. niſi *t* ‖ ſi ‖ per eos factum non eſt, quominus compararent.

4 ¶ Pecuniæ, quam in vſus ſuos conuerterunt tutores, legitimas *u* vſuras *x* præſtant: ſed hoc ita demum, ſi euidenter doceantur pecuniam in vſus ſuos conuertiſſe. Cæterùm non vtique, qui non fœnerauit, vel non depoſuit *y*, in ſuos vſus vertit, & ita Diuus Seuerus decreuit: doceri igitur debet, in vſus ſuos pecuniam vertiſſe.

5 ¶ Vertiſſe in ſuos vſus ‖ non ‖ accipimus eum, qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipſe ſibi *z* non ſoluit. hic enim eas vſuras præſtabit, quas patri promiſerat.

6 ¶ Si tutor pecuniam pupillarem ſuo *a* nomine fœnerauit, ita demum cogetur vſuras, quas percepit, præſtare, ſi ſuſcipiat pupillus cæterorum nominum periculum.

7 ¶ Si deponi *b* oportet pecunias ad prædiorum comparationem, ſi quidem factum eſt, vſuræ non current. Sin *c* verò factum non eſt, ſi quidem nec præceptum eſt, vt deponantur, pupillares præſtabuntur. ſi præceptum eſt, & neglectum, de modo vſurarum videndum eſt: & ſolent prætores comminari, vt, ſi non fiat depoſitio, vel quando tardius fiat, legitimæ *d* vſuræ præſtentur. ſi igitur comminatio interceſſit, iudex, qui quandoque cognoſcet, decretum prætoris ſequetur.

8 ¶ Idem ſolent facere prætores etiam circa eos tutores qui negant habere ad alendos pupillos, penes ſe aliquid: vt quidquid conſtiterit penes eos eſſe, eius grauiſſima *e* vſura pendatur: & hoc perſequi oportere iudicem palàm eſt, cum *f* & alia pœnæ adiectione.

9 ¶ Reſiduarum autem ſummarum pupillares vſuras pendi oportet.

10 ¶ Quæ autem ſunt pupillares *g* vſuræ, videndum eſt. Et apparet, hanc eſſe formam vſurarum, vt eius quidem pecuniæ, quam quis in vſus ſuos conuertit, legitimam *h* vſuram præſtet. Sed & ſi negauit, *apud ſe eſſe pecuniam*, & prætor pronuntiauit contra eum, legitimas ſoluere debebit: vel ſi moram depoſitioni fecit, & prætor irrogauit ei legitimas.

¶ Sed & ſi, dum negat aliquam quantitatem penes ſe eſſe, pupillis ad onera ſua expedienda impoſuit neceſſitatem, mutuam pecuniam legitimis vſuris accipiendi, tenebitur in legitimis. Item ſi à debitoribus legitimas exegit.

¶ Ex cæteris cauſis ſecundum morem *i* prouinciæ præſtabit vſuras, aut quincunces *k*, aut trientes, aut ſi quę alię leuiores in prouincia frequentantur.

11 ¶ Vſurę à tutoribus non ſtatim *l* exiguntur, ſed interiecto tempore, ad exigendum, & ad collocandum duum menſium *m*. idque in iudicio tute-

a l.55. *in prin. inf. eod.* l.5. *in fin. infra de magiſtratibus conueniendis.* adde l.88. *inf. de adquirend. her.*

b Modicum etiam qui quid tutelare attigit, tutelæ tenetur, adde *l. gerit.* 88. *infr. de adquir. hered.*

c fictione ſc. vide Bald. v. Dynum. *regula, qui facit* 72. *de regulis in* 6.

d An abrogetur hic paragraphus, vide *Nou.* 72. *c.* 2. vide quæ dixi ad *l.* 8. *Cod. qui petant tutores.*

e ſ ideóque ſibi ſoluere debet, *l.* 9. §. 1. *in fin.* §. 5. ȷ. *eo. l.* 5. *inf. de tutelæ & rationib.*

f Tutor finita tutela monere pupillum ſuum debet vt curatorem petat.

g adde *l.* 11. *Cod. arbitr. tutelæ.*

h *v. l. vnic. Cod. vt cauſæ poſt pubertatem.*

i Cœptum negotium curator finita etiam cura perficere tenetur, *l.* 24. *in fin. l.* 27. *inf. de appel. l.* 1. *Cod. vt cauſæ poſt pubert.*

k ἀνεκλογίτυς, *Hal.* ἀλογοθετήτυς. *Eclog.* 37. *tit.* 7. *c.* 4. adde *l.* 118. *inf. de leg.* 1. ἀνεξετάςυς, *l.* 23. §. *pen. inf. de pecul.* eis quæſtionem non fieri, *l.* 20. *inf. de liber. leg.* rationem ab eis non exigi, *l.* 9. *inf. de lib. leg.*

l Generali liberatione ſeu remiſſione adminiſtrationis, non intelligitur remiſſa adminiſtratio dolo inita, adde *c. requiſiſti* §. *ſi verò illud. extra de teſt.*

m *l.* 60. *in fin. ſup. mandati: Synopſ. Baſil.* 37. *tit* 7. *c.* 4. 5. *Harm.* 11. §. 52.

n ideo tenentur de dolo, *l.* 20. *in fin. inf. de liberatione*: *l.* 18. *Cod. de fideic.*

a Neceſſitas ex illicito facit licitum, *l.* 27. *in fi. inf. de manum. teſtam.*

b demus tutorem morbo ſontico detentum. v. *Bart. hic num.* 17. 18.

c Dolo non facit inuentarium, qui omnino non facit: vel qui facit, ſed non coram notario, vel iudice, vel non omnium rerum, & inſtrumentorum. *l.* 25. *C. eod.*

d Pœna tutoris inuentarium non conficientis dolo malo, *l. vlt. in fin. C. arbit. tut.* Excipe tamen, & dic eos ad inuentarium faciendum non teneri, ſi teſtator eis remiſit inuentarij confectionem, *l. vlt. C. arbit. tut.*

e Ante inuentarium factum tutor nihil pupillare attingere poteſt, niſi iuſta cauſa interueniat.

f *d l.* 24. *C. eod.*

g adde *l.* 22. *C. eod. l. vlt. Cod. de tut. & curat. qui non ſatiſd.*

h *d. l.* 22.

i Confeſtim, eſt quàm primum potuit, *l.* 2. §. *confeſtim.* 43. ȷ. *ad Tert.*

k Vendendo ea quæ ſeruari non poterant.

l Tutor res pupilli tempore perituras, neque tardius, neque nimis feſtinanter vendere debet.

m Feſtinatio nimis præceps non minus culpatur quàm moratoria cunctatio, *l.* 13. §. 7. *inſ. de iure fiſci.*

n Tutor ſi quid per ſordes aut gratiam ex pecunia pupilli comparauit, tenetur id pupillo præſtare.

o *v. l.* 57. *inf. eod.*

p *v. l.* 223. *inf. de verb. ſign.*

q Tutor qui depoſitam ſeu deſtinatam pecuniam à teſtatore ad prædiorum emptionem, in emptionem prædiorum non vertit, vſuras eius pecuniæ pupillo præſtat. An potius hic locus accipiendus eſt, de pecunia fœneratitia, à debitore recepta? Prior ſententia verior, arg. §. 7. ȷ. *eod.* r excipe *vt. eod.*

o Generali in mandato ſubintelligitur bona fides. p ἀνεκλόγιςοι. *Hal.* q ſi dolum admiſerint ſcil. r vt ſc. quis non teneatur de dolo futuro, *l.* 27. §. 3. *ſup. de pactis.* ſ *l.* 49. §. 13. *l.* 41. *in fin. inf. eod.* t remitti.

u Imò, ſi quis rationes exigere vetatur, non impeditur reliqua exigere, *l.* 9. ȷ. *de liber. leg.* x vt *l.* 26. *inf. de teſtam. tut.* y Conſiliarius datus tutori, non minuit tutoris ipſius officium. z Imo non licèt, *l.* 7. *in fin. C. eod.*

a Teſtatoris voluntatem tutor interdum poteſt iure negligere, *l.* 3. §. 3. *ſup. eod.* in hunc locum vide quæ notaui ad *l.* 14. §. 1. *ſup. de religioſ. l.* 3. §. 3. *ſup. eod.*

b *Ex*, particula includit vocem cui adiicitur prohibitio, *l. de diuiſione* 5. §. *ſoluto.* c *l.* 1. §. 1. *ſup. eod. l.* 17. ȷ. *eod. l.* 19. *Cod. eod.*

d *ſub.* ſe tutorem datum eſſe.

e Tutor (qui iuſtè datus eſt neque excuſatus) periculum tutelæ præſtat, ex eo die quo ſciuit, ſe tutorem datum eſſe. f Probatio pupillo incumbit aſſerenti tutorem ſuum ſciuiſſe, ſe tutorem datum eſſe. g etiam honorarius. *Bart. hic num.* 3. non actor conſtitutus à tutore, *num.* 2. non tutor ad lites, *num.* 5. An datus ad vnum articulum, puta ad adeundum, inuentarium facere cogitur? cautius eſt vt faciat, *num.* 4. ſed & procurator ad lites & negotia, actor vniuerſitatis, executor teſtamenti & ſententiæ, curator ad lites, hoſpitalarius, heres grauatus fideicommiſſo, ſeruus, ſocius, frater communium bonorum, filius paternorum Pater filij bonorum adminiſtrator. hi omnes etiam ad annos vſque triginta, actus ſui rationem reddere tenentur. vide Roland. à Valle 1. *conſ.* 49.

h *l.* 3. §. 16. *inf de ſuſpect.* ἀπογραφὴν 5. *Harm.* 11. §. 25.

i de inuentario tutoris vide *l.* 24. *C. eod. l.* 27. *C. de epiſc. aud. l. vlt. C. arbit. tut. l.* 5. *C. de magiſtratibus conueniend. l. vlt.* §. 5. *in fin.* § 6 *in fin. C. de curat. furioſ. l.* 57. ȷ. *h. tit.* ἀπογραφὴ. *Nou.* 94. *in fin.* Tutor qui repertorium non fecit, in litem iureiurando punitur.

k Præſumitur dolus contra omittentem ſolemnia. v. Roland. à Valle 1. *conſ.* 49. *num.* 55. Inuentarij omiſſione præſumitur fuiſſe in dolo tutor qui id omiſit, *l. ad commentarienſem.* 4. *C. de cuſtod. reorum.*

ſ Tarditas punitur. Eſt verò tarditas mora, ceſſatio, negligentia. t niſi fortè credere non potuerunt, *l.* 12. *in fin. inf. eod.* u *l.* 38. *ſup. de negot.* quæ ſint. *v. l.* 1. *C. de vſur. pupill.* x Vſuras centeſimas pecuniæ pupillaris quam in vſus ſuos verterunt, præſtare tutores pupillis debent. y ſed otioſam tenuit, z *d. l.* 38.

a *l.* 46. §. 2. *inf. eod.* b vt *l.* 5. *ſup. eod.* c adde *l.* 3. *ſup. eod.* d de quibus vide *l.* 1 *C. de vſur. pupill.* e Vſura grauiſſima, centeſima, *l.* 1. *ſup. de minoribus.* ſcripſi ad *l.* 1. § 3. *ſup. de pignorib.* f *al.* & cum alia.

g Vſuræ pupillares variæ ſunt: legitimas ſeu centeſimas debet tutor, ſi pecuniam pupillarem in vſus proprios vertit: ſi conuictus ſit, pecuniam habuiſſe pupillarem, ſi pecuniam pupillarem habens otioſam, coëgit pupillos pecuniã mutuo accipere, ad onera ſua expedienda: ſi legitimas à debitoribus exegit. Conſuetudinarias verò & pro more regionis vſuras præſtat ex cæteris cauſis. Sunt verò interdum vſuræ illæ regionum variæ inter ſe quoque, putà, quincunces, trientes vel tenuiores.

h §. 4 *ſup. eod. d. l.* 1. *C. de vſur. pupil. l.* 3. *C. arbitr. tut.* maximæ, *l.* 38. *ſup. de negot.* adde *l.* 1. *in fin. ſup de vſur.* i *l.* 1. *in pr. ſup. de vſur.* k de quibus *v. l.* 17. §. *de vſur.*

l non perpetuò, perſeueranter, ſine intermiſſione & laxamento: excipiuntur enim duo menſes. *vel* non ſtatim atque pecunia pupillaris ad eos peruenit, aut vt ſtatim à debitoribus pecuniam exigere potuerunt. m duorum menſium *Hal. Nou.* 72. *c.* 6. vide huius loci interpretationem in *l.* 15. *inf. eod.*

læ ſeruari ſolet quod *a* ſpatium ſeu laxamentum temporis tribui non oportet his, qui nummos impuberum vel adoleſcentium in ſuos vſus conuerterunt.

12 ¶ Si vſuras exactas *b* tutor vel curator vſibus ſuis retinuerint, earum vſuras agnoſcere eos oportet: ſanè enim parui refert, vtrum ſortem pupillarem, an vſuras, in vſus ſuos conuerterint.

13 ¶ Pecuniæ, quæ in arca fuit, etiam heredes curatoris tamdiu vſuras præſtabunt, quamdiu non interpellauerint, vt loco defuncti curator conſtituatur.

14 ¶ Si tutor pro contutore condemnetur *c*, an etiam in *d* vſuras condemnandus ſit, quæritur! Et placet, (vt multis reſcriptis continetur, & ‖Papinianus libro duodecimo Quæſtionum ait) etiam in vſuras eum condemnandum, ſi ſuſpectum facere ſuperſedit. & quidem eas demum vſuras cogendum præſtare, quas etiam ſuæ adminiſtrationis cogitur.

15 ¶ Sciendum eſt, tutorem, & poſt officium finitum vſuras debere in *e* diem *f*, quo tutelam reſtituit.

De pecunia credita.

8. *Idem* " libro 23. ad Edictum. "

SI tutelæ agat is *g* cuius tutela adminiſtrata eſt, dicendum eſt, nonnunquam diem creditæ *h* pecuniæ exſpectandum, ſi fortè tutor pecunias crediderit, pupilli nomine, quarum exigendarum dies nondum venit. ſanè, quod ad pecunias attinet, ita ‖ demum‖ verum eſt, ſi potuit *i*, & debuit *k*‖ credere. cæterùm ſi non debet credere, non expectabitur.

De ſtipulatione concipienda. 1. *De ſolutione.* 7. *De mutuo.* 8. *De augmento bonorum.*

9. *Idem* " libro 36. ad Edictum."

QVotiens tutor pecuniam pupillarem fœnori dat, ſtipulatio hoc ordine facienda eſt. ! Stipulari enim debet aut pupillus, aut ſeruus pupilli. Quod ſi neque pupillus eius ętatis erit, vt *l* ſtipulari poſſit, neque ſeruum habebit: tunc ipſe tutor, quive *m* in eius poteſtate erit. quo caſu Iulianus ſæpiſſime ſcripſit, vtilem actionem pupillo dandam: ſed & ſi abſens ſit pupillus, oportere tutorem ſuo nomine ſtipulari, nequaquam ambigendum eſt.

1 ¶ Si paterfamiliâs eum, pro quo fideiuſſit, tutorem dederit filio ſuo, officio tutoris conuenit, vt, cùm dies pecuniæ præterierit, creditori debitum *n* ſoluat, & ideo, ceſſante eo, ſi pupillus ſuæ *o* tutelæ factus ſoluerit ex cauſa fideiuſſoria, non ſolùm mandati, ſed etiam tutelæ agere poterit: hoc enim ei imputatur, cur pro ſe non ſoluerit *p*. quod ſi in diem debitor fuit iſte tutor, quibuſdam videtur, non venire in tutelæ iudicium, ſi modò is dies poſt tutelam finitam ſuperuenit. quòd ſi dies adhuc durante tutela venit, putant, omnimodo deuolui in tutelæ iudicium. Ego, & hoc, ſuperius ita verum puto, ſi facultatibus labi tutor cœpit. cæterùm, ſi idoneus tutor fuit, nihil venire in tutelæ iudicio. Nec quiſquam putet, nullum effectum hoc habere: namque ſi quis dixerit, in tutelæ iudicium deuolui *q*, & *r* priuilegio locus eſt, & fideiuſſores tenebuntur, ſi rem ſaluam fore cautum eſt.

2 ¶ Item ſi *ſ* temporali *t* actione fuit obligatus tutor, dicendum eſt, locum eſſe tutelę iudicio, vt perpetua actio ſit.

3 ¶ Et generaliter, quod aduerſus alium præſtare debuit pupillo ſuo, id aduerſus ſe quoque præſtare debet, fortaſſis & plus *u* aduerſus alios enim experiri ſine *x* actione non *y* potuit, aduerſus ſe potuit *z*.

4 ¶ Sed ſi ſub vſuris grauiorib. patri pupilli pecuniam debuit, quàm ſint pupillares, videndum eſt, an ei aliquid imputetur *a*. & ſi quidem ſoluit, nihil eſt, quod ei imputetur *b*: potuit enim ſoluere, nec onerare ſe vſuris: ſi verò non ſoluit, vſuras cogendus eſt agnoſcere, quas à ſe exigere debuit.

5 ¶ Sicut *c* autem ſoluere *d* tutor, quod debet, ita & exigere *e*, quod ſibi debetur *f*, poteſt, ſi creditor fuit patris pupilli. Nam & ſibi *g* ſoluere poteſt, ſi modò fuit pecunia, vnde ſoluat *h*: & ſi vſuræ fuerunt grauiores, quæ ei debebantur, releuabitur eis pupillus: quia tutor ſe potuit liberare: ſicut aliis quoque ſoluere & potuit, & debuit.

6 ¶ Nec vtique neceſſe habet, ſi conueniatur, per iudicem ſoluere, idcircóque ſi mala cauſa pupillaris eſt, denuntiare *i* ſibi verum debet. Denique Imperator Antoninus cum patre, etiam honoraria *a* eos imputare pupillo, prohibuit, ſi ſuperuacaneam *b* litem inſtituiſſent, cùm conuenirentur à vero creditore. Nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoſcere.

7 ¶ Non tantùm autem ſibi ſoluere tutor, verùm etiam ſibi creditam pecuniam ſcribere *c* ‖poteſt‖, vt Marcellus libro octauo Digeſtorum, ſcripſit, ſeque mutua pecunia poterit obligare, ſibi mutuam proſcribendo *d*.

8 ¶ Conſtat eum, qui ad augmentum *e* datur, (vt puta ad bona materna, quæ poſtea acceſſerunt, vel ad quod aliud augmentum) adminiſtrare bona priſtina non ſolere. Si autem ſuſpectum *f* facere priorem tutorem ſuperſedit, vel ſatis ab eo exigere, plectetur.

9 ¶ Per contrarium autem, qui datus eſt ſimpliciter tutor pupillo vel curator, ſi quid poſtea *g* augmenti acceſſerit, periculo tenetur: quamuis ſoleat *h* ad augmentum dari curator: quæ res non facit, vt ipſa augmenta non pertineant ad curam priorum ad quos omnis vtilitas pupillorum debet pertinere. Siue igitur datus eſt, communicatur periculum cum prioribus, ſiue datus non eſt, enetur adminiſtrationis neceſſitate is qui antea erat datus.

De defenſione pupilli.

10. *Idem* ‖ libro 49. ad Edictum. ‖

GEneraliter quotieſcunque non fit nomine pupilli, quod quiuis paterfamiliâs idoneus facit *i*, non videtur defendi: ſiue igitur ſolutionem, ſiue iudicium, ſiue ſtipulationem detrectat, defendi non videtur.

De peculio.

11. *Idem* ‖ libro 33. ad Edictum. ‖

CIrca pupillum, cuius tutor ſeruus erat pronuntiatus, Diuus Pius reſcripſit, in rebus quas ex pecunia pupilli ſeruus comparauerat, dominum non poſſe vti prerogatiua deductionis *k*.

¶ Quod & in curatore obſeruandum eſt.

De pluribus tutoribus. 1. *De rebus pupilli alienatis.* 2. *De ſumptibus.* 4. *De pecunia otioſa.*

12. *Paulus* " libro 38. ad Edictum. "

CVm plures tutelam gerunt, nulli eorum in contutorem *l* actio pupilli nomine datur.

1 ¶ Quæ *m* bona fide à tutore geſta ſunt, rata *n* habentur etiam ex reſcriptis Traiani, & Hadriani, & ideo pupillus rem à tutore legitimè diſtractam, vindicare non poteſt. Nam & inutile eſt pupillis, ſi adminiſtratio eorum non ſeruatur, nemine ſcilicet emente *o*: nec intereſt, tutor ſoluendo fuerit, nécne: cùm, ſi bona fide " res " geſta ſit, ſeruanda ſit: ſi mala fide, alienatio non valet.

2 ¶ Nimium eſt, licere tutori reſpectu exiſtimationis pupilli, erogare ex bonis eius, quod ex ſuis *p* non honeſtiſſimè fuiſſet erogaturus.

3 ¶ Cùm tutor non *q* rebus dumtaxat *r*, ſed etiam moribus pupilli præponatur, in primis mercedes *ſ* præceptoribus, non quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonij, pro dignitate *t* natalium conſtituet: alimenta *u* ſeruis, libertiſque, nonnunquam etiam exteris, ſi hoc pupillo expediet, præſtabit. Solemnia *x* munera *y* parentibus, cognatiſque mittet. Sed non dabit dotem *z* ſorori alio *a* patre natæ, etiamſi aliter ea nubere non potuit. Nam etſi honeſtè, ex liberalitate tamen fit, quæ ſeruanda arbitrio pupilli eſt.

4 ¶ Si tutor pecuniam pupillarem credere non *b* potuit, quòd non erat, cui crederet, pupillo vacabit *c*.

De modo ſeruorum, qui circa pupillum futuri ſunt. 1. *De pecunia otioſa.* 2. *De ſumptibus & ſolutionibus.*

13. *Gaius* libro 12. ad Edictum Prouinciale.

TVtor, ſecundùm dignitatem *d* facultatéſque pupilli modum ſeruorum æſtimare debet, qui circa eum futuri ſunt.

a Hæc Græci ſic expreſſerunt, τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι ἐπὶ συγχρησαμένου.
b Vſurarum pupillarium à tutoribus exactarum, ipſi tutores vſuras debent, ſi eas in ſuos vſus verterint, *l*. 58. §. 1. ǰ. *eod*.
c *l*. 2. *C. de vſuris pupillaribus*.
d dixi ad *l*. 2. *C. d. de vſur. pupillaribus*.
e *v. l*. 7. *in fin. ſup. eod*.
f *l*. 46. §. 3. *inf. eo*.
g Tutelæ agit is cuius tutela adminiſtrata eſt.
h Idem poteſt dici de locationibus factis à tutore.
i non potuit, ſi non fuit ei cui crederet, *l*. 21. *in fin. inf. eod*.
k Debuit, ſi id præceptum eſt à teſtatore, *l*. 7. §. 7. ǰ. *eod*.
l vt ſi infans fuerit, *l*. 1. ǰ. *de verb. oblig*.
m per ſeruum tutoris ita quæritur vtilis pupillo actio, ſicuti per ipſum tutorem. *Bart*.
n facit *l*. 5. §. 4. *ſup. eod*.
o id eſt, finita tutela. *Inſt. de pupil. ſubſt. in princ. in verbis*: priùs moriatur, quàm in ſuam tutelam venerit, ſuæ tutelæ ſit pupillus pubertate.
p §. 2. ǰ. *eo. l*. 18. *ſup. de negot*.
q Debitum ex alia cauſa in actionem tutelæ deuoluitur, ſi tutor debuit, & potuit ſoluere, & pupilli intereſt, vt id in actionem illam deuoluatur. *Bart*.
r Priuilegium habent debita in tutelæ iudicium deuoluta.
ſ Tutor idémque debitor temporalis tenetur à ſe exigere.
t Idem dicendum ſi obligatus actione perpetua, *Alberic. hic*.
u Tutor in ſeipſum plus præſtare debet pupilli nomine, quàm aduerſus alios.
x ſine actione nemo experitur, *l*. 31. §. 4. *in fin. ſup. de hereditatis petitione*.
y vt quia naturale erat debitum, quod exigere non poterat, vtpote quia inefficax erat actio. z igitur à ſeipſo debitum naturale exigere cogetur tutor? cogetur ſi id debitum cœpit ante tutelam. *Bartolus*. An & à pupillo exiget debitum naturale? non exiget. *Dynus, Bart*. a ſub. ſi ſoluat vel ſoluere omittat. b ideo à tempore ſolutionis non current vſuræ. c Argumentum à iure ſoluendi ad ius exigendi. d *l*. 5. §. 4. ǰ. *eo. l*. 23. *C. eo. l*. 78. §. 2. ǰ. *de legat*. 2. e Tutor à ſeipſo exigere quod ipſe debeat cogitur. *l*. 23. *C. de adminiſtr. tutor*. f *ſubaudi*. à pupillo. g *l*. 13. ǰ. *de negotiis*: *v. l*. 78. §. 1. ǰ. *de contrah. empt. l* 8. *C. qui potiores*. h *l*. 3. §. 5. ǰ. *de contrar. tut*. l *lege*, denuntiare verum debet: hoc ſenſu, Tutor in iure interrogatus, id quod rei contineat veritas reſpondere cogitur, licèt id noceat pupillo: Præferre denique pupillo veritatem debet. vnde notant Confeſſioni tutoris ſtari in lite pupilli, adde *l. certum* 6. § *ſed an &* [illegible] 4. ǰ. *de confeſſis*, *l. vnic. C. de confeſſis*.

a Tutor honoraria aduocatorum, & alias expenſas in lite ſuperuacanea factas, in lite pupillari, imputare ſibi debet.
b Vel calumnioſam, *l*. 6. *C. eod*. adde *l* 78. §. 2. *inf. de legatis* 2.
c Vt eo caſu duplicem perſonam ſuſtineat, mutuantis ſcilicet, & eius cui mutuum datur. *Bart*.
d Tutor poteſt ſeipſum debitorem pupillo adſcribere, & à pupillo mutuum accipere, vt ea ratione duplicem perſonam ſuſtineat, mutuantis ac mutuum accipientis: & in re ſua palàm auctoritatem interponat.
e Tutor datus patrimonio ſuperuenienti, non tenetur de anteriori: ſed prior tenetur de augmento ſuperueniente. *Bar*.
f *l*. 18. *infr. eod. l*. 3. *inf. de ſuſpect*.
g *l. vlt*. §. 7. *C. de curat. furioſ*.
h *v. l. vlt. Cod. in quibus cauſis tutor hab*.
i Quod quid ſit, *v. l*. 32. *inf. eod l*. 1. ǰ. *de tutelæ & rationibus*.
k Hic enim alienare non potuit res pupilli, *l*. 52. *verſ. planè*, *ſup. de pecul*.
l *v. l*. 32. *in fi. inf. eod l. vlt. C. de ſuſpectis*.
m 5. *Harmen*. 11. §. 50.
n *l*. 11. *infra de curat. furioſi*. *Synopſ*. 37. *tit*. 7. *cap*. 11. 5. *Harm*. 11. §. 50.
o nemine cum his contrahente, *l*. 24. §. 1. *ſupra de minoribus*. aliud autem expoſcit vtilitas promiſcui vſus, *l*. 17. §. 2. *ſup. de inſtitor*.
p Culpa eſt, cum quis aliter verſatur in alienis quàm in ſuis rebus.
q *ita reſcribo*: non moribus dumtaxat, ſed etiam rebus pupilli præponatur. quadrat enim hæc traiectionis ſententia, ad quæſtionem de rebus pupilli alienandis hic propoſitam. Poſſis tamen vulgatam lectionem hoc modo defendere: Tutor cum non rebus duntaxat, ſed & moribus pupilli præponatur: mercedes præceptoribus eius conſtituere poterit, non quas poterit minimas, ſed pro facultate matrimonij pupilli, nataliúmque eius dignitate. Poterit ergo & ſolemnia munera parentibus cognatiſque pupilli mittere, & ſorori eius conſanguineæ dotem dare. Hæc enim omnia ad mores & gratitudinem ipſius pupilli pertinent. r Quid ita? An non legimus tutorem rebus non dari, *l*. 14. ǰ. *de teſtamentaria*. ſ facit *l*. 1. §. 6. ǰ. *de tutelæ & rationibus*, διδακτρα, Minerualia Feſto. t *l*. 13. ǰ. *eod*. u *d. l*. 1. §. 8. x Solemnia munera hæc quænam cenſentur: Ne dicas nuptialia, quippe nuptialia munera, vt non neceſſaria mittere prohibetur, *l*. 13. *in fin*. ǰ. *eod*. Quid igitur, quæ illa fuerunt ſolemnia? ex Varrone, Feſto, Seruio interpretamur, quæ ex more recepto cognati inuicem natali cuiuſque die miſſitabant. chara cognationis munera vocat Tertullianus *in libro de idololatria*. adde Martialem 9. *Epigram*. 54. 55. 56. quod & faciebant Romani Saturnalibus. 1. *Macrob*. 7. *Martial*. 4. 7. 19. adde Briſſonium 4. *ſel*. 3. y *d. l*. 1. §. 5. *l*. 13. *in fin. inf. eod*. z An alimenta? ſic videtur, *l*. 4. ǰ. *vbi pupillus*.
a Hinc collige, fratrem non cogi dotare ſororem ex alio patre natam, *v. l*. 19. *ſup. de ritu*.
b Excuſabitur, *l*. 7. §. 7. *l*. 8. *in fi*. ǰ. *eod*.
c ſterilis erit: eius nomine nullas vſuras pupillus exiget.
d *l*. 12. *in fin. ſup. eod*. adde *l*. 12. §. 5. *ſup. de religioſis*.

1 ¶ Non

1 ¶ Non *a* eſt audiendus tutor, cùm dicat, ideo ceſſaſſe pupillarem pecuniam, quod idonea nomina non inueniret, i *b* arguatur *c* eo tempore ſuam pecuniam bene collocaſſe.

2 ¶ In ſoluendis *d* legatis *e*, & fideicommiſſis, attendere debet tutor, ne cui non debitum ſoluat. Nec nuptiale munus matri *f* pupilli vel ſorori mittere *g*.

¶ Aliud eſt, ſi matri fortè, aut ſorori pupilli tutor ea, quæ ad victum *h* neceſſaria ſunt, præſtiterit, cùm ſemetipſa ſuſtinere non poſſit. nam ratum id habendum eſt. Nec enim eadem cauſa eſt eius, quod in eam rem impenditur, & quod muneris *i*, legatorúmve nomine erogatur.

De facto contutoris.

14. *Paulus* ‖ libro 8. Breuium. ‖

ETiam contutoris *k* factum imputatur collegæ *l*, ſi potuit & debuit ſuſpectum facere: interdum, & ſi debuit ſatis petere. nam, ſi idoneus ſubito lapſus eſt, nihil collegæ imputari poteſt.

De negligentia tutoris.

15. *Idem* ‖ libro 2. Sententiarum. ‖

SI tutor conſtitutus, quos inuenerit debitores, non conuenerit, ac per hoc minùs idonei efficiantur, vel, intra *m* ſex primos menſes, pupillares pecunias non collocauerit *n*, ipſe in debitam pecuniam, & in vſuras eius pecuniæ, quam non fœnerauit, conuenitur *o*.

De nominibus.

16. *Idem* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

CVm quæritur iudicio tutelæ, quæ nomina *p* à tutore facta agnoſcere pupillus debeat, Marcellus putabat, ſi tutor pecuniam pupilli mutuam dediſſet, & ſuo *q* nomine ſtipulatus eſſet, poſſe dici nomina integra pupillo ſalua eſſe, deperdita & malè contracta ad *r* tutorem pertinere. ſed *ſ* verius ſe putare poſſe *t* tutorem eam conditionem adoleſcenti deferre, vt id, quod geſſiſſet tutor in contrahendis nominibus, aut in *u* totum agnoſcere, aut à toto recedere: ita vt perinde eſſet, ac ſi tutor ſibi negotium geſſiſſet. Idem eſt, etſi pupilli nomine credidiſſet.

Ex quo tempore tutor tenetur.

17. *Pomponius* ‖ libro 17. ad Sabinum. ‖

QVi iuſſus eſt ab eo, qui ius iubendi habet, tutelam gerere, ſi ceſſaſſet *x*, ex *y* quo iuſſus eſt, indemnem pupillum præſtare debebit, non ex quo tutor eſſe cœpit.

De authoritate tutoris. 1. Si alter ex tutoribus conueniatur.

18. *Iulianus* ‖ libro 21. Digeſtorum. ‖

QVi tutor negotia pupilli geſſit, quamuis in nulla re auctor pupillo fuerit, quin tutelæ iudicio teneatur, dubitari non oportet: quid *z* enim prohibet, ita patrimonium pupilli compoſitum eſſe, vt nihil gerere neceſſe ſit, in quo tutoris auctoritas interponi debeat?

1 ¶ Ex duobus tutoribus ſi cum altero actum fuerit, alter *a* non liberabitur.

De concuratoribus.

19. *Vlpianus* libro 1. Reſponſorum.

ACtus ſui rationem concuratori *b* reddere non eſſe compellendum: ſed, niſi cum eo adminiſtrationem communicet ‖ aut ſi non ‖ ex fide curam gerat, ſuſpectum *c* poſtulari poſſe.

De excuſatione non recepta.

20. *Idem* ‖ libro 5. de Officio proconſulis. ‖

TVtor, vel curator, cuius *d* iniuſta appellatio pronuntiata erit, cuiúſve excuſatio recepta non ſit, ex *e* quo accedere ad adminiſtrationem debuit, erit obligatus.

De patre tutoris.

21. *Marcellus* libro ſingulari Reſponſorum.

LVcius Titius Gaium Seium filiumfamiliàs *f*, teſtamento filio ſuo tutorem dedit. Gaius Seius ſciente, & conſentiente patre, tutelam adminiſtrauit: quæro an defuncto Gaio Seio, actio tutelæ aduerſus patrem eius, & in quantum competat? Marcellus reſpondit; ſecundùm ea, quæ propoſita eſſent, actione *g* de peculio, & de in rem verſo *a* patrem teneri, nec multum videri in hoc caſu *b* facere patris ſcientiam & conſenſum ad obligandum eum in ſolidum: niſi fortè, contutore vel alio quo volente eum facere ſuſpectum, interceſſit, & quaſi in ſe periculum recepit.

De nouatione, petitione, & donatione.

22. *Paulus* libro 3. ad Edictum.

TVtor ad vtilitatem *c* pupilli & *d* nouare *e*, & rem in iudicium *f* deducere *g* poteſt: donationes *h* autem ab eo factæ pupillo non nocent.

Cautio de rato.

23. *Vlpianus* ‖ libro 9. ad Edictum. ‖

VVlgò obſeruatur, ne tutor caueat *i*, *ratam rem pupillum habiturum*. quia *k* rem *l* in iudicium deducit. Quid tamen, ſi *m* dubitetur, an tutor ſit, vel an duret *n* tutor, vel an geſtus illi commiſſus ſit, æquum eſt, aduerſarium non decipi *o*. Idem & in curatore eſt, vt Iulianus ſcripſit.

De actore conſtituendo. 1. De tutela duobus ſimul permiſſa.

24. *Paulus* libro 9. ad Edictum.

DEcreto prætoris actor *p* conſtitui periculo tutoris ſolet *q*. quotieſcunque *r* aut diffuſa *ſ* negotia ſint, aut dignitas, vel ætas, aut valetudo tutoris id poſtulet. Si tamen nondum fari pupillus poteſt, vt procuratorem facere poſſit, aut abſens ſit, tunc actor neceſſariò conſtituendus eſt.

1 ¶ Si duobus ſimul tutela gerenda permiſſa eſt. vel à parente, vel à contutoribus, vel à magiſtratibus, benignè accipiendum eſt, etiam *t* vni *u* agere permiſſum: quia duo ſimul agere non *x* poſſunt.

De reſtitutione in integrum.

25. *Vlpianus* ‖ libro 13. ad Edictum. ‖

SI minoris actum fuerit cùm tutoribus, adſiſtentibus curatoribus, & pupillus ob hoc egerit cum curatoribus, & ei ſint condemnati in id, quod ſua intereſſat *y*, minoris tutores culpa eorum condemnatos non eſſe, an reſtitutio aduerſus tutores ceſſet? Et Papinianus Reſponſorum libro ſecundo ait, nihilominùs poſſe reſtitui: & idcirco curatores, ſi nondum iudicatum fecerunt, poſſe prouocantes, per exceptionem doli conſequi, vt eis mandentur *z* aduerſus tutores actiones: Quid tamen, ſi iam fecerunt iudicatum curatores *a*? Proderit hoc contutoribus, quoniam nihil minori obeſt, qui de præda *b* magis, quàm de damno ſollicitus eſt: niſi fortè mandare *c* actiones paratus ſit curatoribus.

De adminiſtratore Conueniendo.

26. *Paulus* ‖ libro 24. ad Edictum. ‖

(CVm) curatore *d*, & procuratore *e*, etiam manente adminiſtratione, agi poteſt.

De authoritate tutoris.

27. *Idem* ‖ libro 7. ad Plautium. ‖

TVtor qui tutelam gerit, quantum ad prouidentiam *f* pupillarem, domini *g* loco haberi debet.

De cautione iudiciali & tutela finita. 1. De vſuris.

28. *Marcellus* libro 8. Digeſtorum.

TVtor pro pupillo in iudicium vocatus, ſolenniter cauit: ſi inter moras *h* puer ad pubertatem peruenit *i*, non eſt cogendus accipere iudicium.

1 ¶ Tutor qui poſt *k* pubertatem pupilli, negociorum eius adminiſtratione abſtinuit, vſuras præſtare non debet, ex quo *l* obtulit pecuniam. Quinetiam iuſtius mihi videtur, eum per quem non ſtetit, quo

a Hodie tutor tenetur tantùm pecuniam pupillarem ſeruare. *Nou. 72. c. 6.*

b Tutor an & quomodo res ſuas, pupillaribus præferre poſſit, vide apud Romanum *ſingulari* 701. adde quæ ſcripſi ad Gloſſam, *l. ſi vt certo 5. ſupr. commodati.*

c vide ſimilem cauſam in *l. 5. §. 4 in fin. ſupr. commodati.*

d *l. 6. in fin. l. 7. l. 57. l. 67. §. 1. ſupr. de cond. indeb.*

e A pupillo relictis & præſtandis.

f *l. 1. §. 5. ǰ. de tutelæ & rationibus.*

g Imò, ſolemnia munera parentibus & cognatis mittere poteſt, *l. 12. §. 3. ſup. eod.*

k *l. 4. inf. vbi pupillus educari.*

i *l. 12. §. 3. ſup. eo.*

k ſeparatim ab alio gerentis, qui ſoluendo non eſt.

l *l. 39. §. penult. inf. eod.*

m 5. *Harmen.* 11. §. 64.

n Primo anno ſcilicet. nam ſequentibus annis ſingulis duo ei menſes dantur, quorum ratione nullæ ab eo pecuniarum vſuræ exiguntur: detrahuntur hi duo mẽſes in ponenda vſurarũ ratione, quòd tantum temporis ad exigendas & rurſus collocandas pecunias tutori ſupperere neceſſarium videatur, *l. 7. § 11. ſupr. eod.* vide Cuiacium *5. obſ. 12. & Nouell. 72. cap. 6.* & adde *l. 58. §. 3. ǰ. eodem.*

o Hodie tantum abeſt vt cogatur fœnerari, vt ſi pecunias pupillares crediderit, earum periculum ad eum pertineat. *Nou. 72. cap. 6.*

p adde *l. 4. Cod. ſi certum.*

q *l. 46. §. 2. ǰ. eo. Synopſ. Baſil. 37. titul. 11. ex tit. 8. c. 13. 5. Harmenop. 11. §. 44.*

r *l. 24. in fin. Cod. eod. Nouell. 72. c. 6.*

ſ Variatio non admittitur circa diuerſa connexitatem habentia, *Albericus*. t 5. *Harmen.* 11. §. 44. u *v. l. 75. infr. de regulis iuris.* x *l. 5. in fin. ſupra eodem.*

y Excuſatione non admiſſa tutoris ſe excuſare volentis, tutor periculum tutelæ præſtat non à die excuſationis non admiſſæ, ſed à die ex qua datus eſt tutor, quæ ante excuſationem fuit. z Tutela ita conſtituta eſſe poteſt, vt etiam in nulla re tutor auctoritatem ſuam præſtet. Quod etſi poſſit accidere, tenetur tamen tutelæ iudicio. Quid ita? Aliunde poteſt tutor obligari quàm ex auctoritate interpoſita.

a *l. 39. § 13 inf. eod. l. 23. inf. de tutela & rationibus.*

b contutori. *Aaloander.* adde *l. 32. in fin inf. eod.*

c de quo vide *l. 31. § 1. inf. de rebus auth. iud.*

d *l. 39 §. 6. inf. eod. l. 15. in fin. C. de excuſat. tut.*

e Tutor, cuius excuſatio non eſt admiſſa, tenetur vel ex eo tempore quo gerere debuit. f Poteſt enim dari tutor, *l. 7. ſup. de tutelis.*

g Tutori teſtamentario filio conſentiens pater, obligatur de peculio & in rem verſo, *vt hic.* Imò in ſolidum, *l. ſi filius 7. ǰ. de tutelis.* An hac lege agitur de teſtamentario tutore. ibi de datiuo? An quia maior eſt fauor iudicis? An quia ſi teſtamentarius tutor datus ſit filius, pater non cogitur ſatiſdare, vt vult Iacobus de Aretio? An potius, quòd in tutela, cuius nomine ſatiſdare cogi poteſt pater; in eadem cogitur pater expreſsè filio conſentire: *vt vult Bart.*

a Imò pater in ſolidum tutelæ tenetur, ſi filio gerendi conſenſit, *d. l. 7.*

b Vt & in quibuſvis aliis obligationibus. *Bart.*

c Quid ſi dubium ſit, an ad vtilitatem pupilli pertineat: poteſt etiam nouare, *l. nouare 20. §. 1. ǰ. de nouat.*

d *l. 20. §. 1. inf. de nouation.*

e Imò, deminuendi cauſa tranſigere non poteſt, *l. 46. in fine. ǰ. eod.*

f *l. 1. in fin. ǰ. eod.*

g Igitur & compromittere.

h *l. 46. in fin. inf. eodem.* ne quidem mortis cauſa, *l. 1. §. 1. infra de tutel. & rationib.*

i Actor tamen à tutore datus cauet, *l. 9. ǰ. rat. rem hab. l. 13. C. de adminiſtr. tut.*

k *l. 11. §. 7. inf. de except. rei iudic.*

l Tutor ius pupilli in iure periclitari facit, perinde ac ſi ipſe litigaret. *l. ſi mater 11. §. hoc iure. inf. de except. rei iudic. l. procurator. inf. ratam rem haberi.*

m Quid ſi is de cuius mandato dubitatur, an cauet de rato? An potius aduerſarium indemnem fore. *l. Prætor 9. l. qui vias 31. § ſi controuerſia. ǰ. de damno.* vt Dynus putat? ſane, voluntarium mandatum habens, putà procurator, cauet de rato: neceſſarium habens, vt tutor, cauet ſub hac conditione, ſi non apparebit eum tutorem eſſe. *Ioan. Bart.*

n An cauet de rato, ſi plenè conſtat de mandato: ſemiplenè, de eo reuocato? ita notat Bart. o & eo caſu tutorem cauere: num de rato, num de indemnitate? Vide Bartol *hic num. 2.* p Qui paulò pòſt procurator, *l. 13. in fin. ſupr. de tutelis: v. l. vn. C. de actore à tutore.* q Quando etiam ante litem conteſtatam his caſibus qui ſequuntur. r Actor conſtitui ſolet quoties neceſſitas eſt ex parte rei (putà patrimonij, quod diffuſum proponitur) vel ex parte tutoris (vt quia in dignitate, vel ſenex vel infirmus) vel ex parte pupilli (putà ſi infans vel abſens, *vt huc lege.*) Imò etſi nulla ſit neceſſitas, ſponte, *l. Neque 11. C. de procurat.* Conſultius tamen eſt vt addatur quædam cauſa, quamuis generalis, putà propter impedimentum rei familiaris, *l. Thais 41. §. 1. ǰ. de fideicommiſſ. liber.*

ſ *Theophil. §. 4. Inſtit. de ſatiſd. tutor.*

t Imò omnes agent. *l. creditor. 60. §. duobus 2. ſuprà mandati, l. ſicuti 18. ſup. de arbit. l. qui proprio 6. in fin. ſupr. de procurat.* An aliud hic in tutore quàm ibi in procuratore: quòd ius tutelæ ſit indiuiduum: & in ſolidum apud quemlibet tutorem.

u *l. 3. §. 6. ſuprà eod. l. 1. C. ſi ex pluribus tutoribus.*

x Quid ſi velint ſimul omnes experiri? poſt Gloſſam & Dynum, Bartolus putat omnes ſimul agere poſſe, reiecta opinione Cyni & Iacobi Aretij. Quod enim hic dicitur duos ſimul agere non poſſe, de facti, non iuris impedimento intelligendum eſſe.

y *l. 20. §. 8. infr. de tutelę & rationibus.*

z *l. 1. §. 18. infr. de tutela & rationibus l. 24. ſupr. de minoribus.*

a id eſt, ſolidum perſoluerunt *l. 15. infr. de tutelæ & rationibus.*

b vide *l. 21. §. 1. in fin. ſupr. ad Velleianum.*

c Cedi poſſe inuentarij beneficium hinc colligitur.

d *l. 4. in fin. infr. de tutelæ & rationibus.*

e *l. 1. §. 3. inf. de eo qui pro tutore.*

f vt prouideat pupillo.

g *v. l. 56. §. penult. ǰ. de furtis.* adde *l. 157. ǰ. de regulis iuris.*

h iudicij.

i Adoleuerit, *l. vlt. ſupr. ſi quis cautionibus.*

k Vſuræ quas tutor præſtat pupillo vt impuberi, poſt pubertatem non præſtat, ſi modò pecuniam pupilli legitimè depoſuit & obſignauit tuto in loco. Eſt enim iniquum ab eo tutore vſuras exigere, qui reliqua obtulit tutelæ.

l *l. 2. in fin. ſup. de vſuris, l. 4. C. de vſuris pupillaribus.*

minùs conuentus reſtitueret tutelam, ad præſtationem vſurarum non compelli. *Vlpianus notat*: Non ſufficit obtuliſſe, niſi & depoſuit *a* obſignatam tuto *b* in loco.

29. *Idem* lib. 8. Digeſtorum.

MAximéque heredem tutoris. Nam periniquum eſt, eum, cui fortè poſt viginti annos, vel ampliùs *c*, in mentem venit tutelam repoſcere, etiam vſuras poſtulare.

De defenſione pupilli.

30. *Idem* ‖ lib. 21. Digeſtorum. ‖

TVtoris præcipuum eſt officium, ne *d* indefenſum *e* pupillum relinquat.

In quantum tutor tenetur.

31. *Modeſtinus* lib. 1. Excuſationum.

DIui Seuerus & Antoninus Auguſti Sergio Iuliano. Forma, qua ſinguli tutores, prout *f* quiſque geſſit tutelam, nonnunquam in ſolidum *g* tenentur, duntaxat intra pubertatis tempora locum habet, non etiam ſi poſt pubertatem adminiſtrauerint.

De fideiuſſore tutoris. 1. De cautionibus amiſſis. 2. De fructibus qui percipi potuerunt. 4. De reſtitutione aduerſus venditionem. 5. De impenſis voluptarijs. 6. De annonis, & contributionibus ex conſuetudine præſtandis. 7. De relegatione tutoris.

32. *Idem* lib. 6. Reſponſorum.

SIne herede tutor deceſſit: quæro, an curator pupillo datus, cùm neque inuentaria, neque alia inſtrumenta à fideiuſſore tutoris exhibeantur, poſſit eundem *h* fideiuſſorem conuenire ex ſtipulatione, quanti pupilli intereſt. Modeſtinus reſpondit *, in id, quod tutor conueniri potuit fideiuſſorem *i* ‖ quoque ‖ conueniri poſſe *k*.

1 ¶ Modeſtinus reſpondit, damnum, ſi quod *l* ‖ datum ‖ accidit, eo quia cautiones ſoluti vectigalis inuentæ non ſunt, ad tutorem, cuius *m* nulla culpa admiſſa proponitur, minimè pertinere.

2 ¶ Modeſtinus reſpondit, tutorem eorum redituum nomine rationem pupillæ reddere debere, qui ex fundo bona fide percipi potuerunt *n*.

3 ¶ Item reſpondit, ſi *o* minùs à ſeruo *p* tutor percipit, quàm bona fide ex fundo percipi potuit, ex eo, de quo pupillæ ſit obſtrictus; quantum ex peculio ſerui ſeruari poſſit, eidem tutori proficere debere: ſcilicet ſi non perdituro *q* ſeruo adminiſtrationem crediditb

4 ¶ Interpoſito curatore adoleſcens fundum Titio vendidit, poſtea, adgnita fraude in integrum reſtitutus, in poſſeſſionem induci iuſſus eſt: quæro, an, cùm ex hac venditione melior factus non eſt, neque in rem ſuam quidquam verſum probetur: pretium emptori reſtituere non debeat? Modeſtinus reſpondit *, pretium *r* fundi ab adoleſcente venundati, ſi *ſ* rationibus eius non profuit *t*, nec quidquam de eo (à) iudicante de in integrum reſtitutione ſtatutum eſt, emptorem fruſtrà poſtulare.

5 ¶ Item reſpondit, ſumptibus voluptatis cauſa ab emptore factis adoleſcentem onerandum non eſſe *u*: qui tamen ab eodem ædificio ita auferri poſſunt, vt in facie priſtina *x* (id eſt, quæ fuit ante venditionem) ‖ ædificium ‖ eſſe poſſit, emptori auferre permitti oportere.

6 ¶ Lucius Titius coheres & curator ſororis ſuæ, cùm eſſet ex ciuitate, in qua vſitatum *y* erat *z* *ipſos dominos a prædiorum, non conductores onera annonarum* b *& contributionum* c *temporalium* d *ſuſtinere*, morem hunc & conſuetudinem *e* ſemper obſeruatam ſecutus, & ipſe pro communi & indiuidua hereditate annonas præſtitit: quæro, an in rationibus dandis opponi curatori poſſit, quia non recte pro parte ſororis tales impenſas fecerat? Modeſtinus reſpondit, ‖ in ‖ id *f* demum curatorem adultæ reputare ex cauſa, de qua quæritur, poſſe, quod ipſa, ſi rem ſuam adminiſtraret, erogare compelleretur.

v. l. 19. C. de vſuris.
b *v. l. 34. in fin.* ∫. *de damno. l. 9. C. de pignorat. act. in fin.* vide Ciceronem 5. *ad Atticum vltima.*
c Actio tutelæ olim non erat ex perpetuis. vide *l. 2. in fin. C. arbitr. tutelæ.* poſtea tamen & ſic hodie ad triginta annos reſtricta eſt, *l. 3. in fin. Cod. de præſcript.*
d *l. 28. C. eod.* modò bona fide poſſit defendi, *l. 9. §. 6. ſup. eod.*
e Officium tutoris præcipuum eſt, pupillum indefenſum non relinquere: quòd initio tutelæ tutor promittere debet, *l. 28. l. vlt. §. defenſionem. C. eod.*
f In ſolidum tutores obligantur, quà gerunt ex officio publico: ſecus quà ex priuato, *Bart.*
g *v. l. 2. C. de diuid. tutela.*
h Tutore mortuo ſine herede, tenetur eius fideiuſſor.
i *l. 3. inf. de fideiuſſoribus tutor.*
k Caſu ſcilicet, citra culpam tutoris, vide *l. 50.* ∫. *eod.*
l Acceſſoria obligatio ſic durat ſine principali. Non iuratur tamen aduerſus ipſum fideiuſſorem in litem, quia actione ſtricti iuris hic conuenitur, hoc eſt, ex ſtipulatione. An aduerſus tutoris heredem? iuratur in litem: ſi ipſe in loco fuerit, *l. vlt. C. de in litem iur.*
m Damnum caſu contingens: tutor non præſtat.
n Satis eſt igitur ſi probetur fructus percipi potuiſſe. Ita Tutor præſtat fructus pupillo, nec eos tantum quos percepit, ſed & quos percipere potuit.
o vide *l. 39. in fine, inf. eod.*
p pupillo ſcilicet. q adde *l. 24. §. 4. ſuprà de minoribus*, r Reſtitutus in integrum minor aduerſus venditionem rerum ſuarum, pretium non reſtituit, niſi eo factus ſit locupletior: ſed nec expenſas voluptarias, §. 5. *infrà eodem*, adde *l. 7. inf. quæ in fraud. creditor. l. 1. C. de præſcript. 30. ann.*
ſ *l. 27. §. 1 in fine, ſup. de minorib. 1. l. 10. C. de prædiis minorum.*
u Imò, omnes bona fide factæ expenſæ debentur. *l. 39. in fin. ſup. de minorib.*
x *l. 5. in fin. C. de rei vindicatione.*
y Conſuetudo valet, vt domini prædiorum, non conductores, onera annonarum & contributionum ſuſtineant.
z Aliàs conductores tenerentur ad ſoluendum vectigal, *l. 6. C. de pignoribus.* nec pactione aliter conſtitui poteſt inter debitorem & creditorem, *l. 42. ſup. de pactis.*
a Annonas & tributa quotannis conferebant poſſeſſores, id eſt, vel ipſi domini prædiorum, vel conductores: idque per cauſam tuendi exercitus, *l. 2. C. de exact. tribut.* b Annonæ in ſpeciebus conſiſtunt, veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, ſale.
c Contributiones (quæ & tributiones & tributa) in corporibus conſiſtunt, veluti auro, argento, ære, equis, veſtibus: ſuntque vel ſoli vel capitis, *l. vlt. infrà de cenſibus*: adde quæ ſcripſi ad *l. 27. §. 3. ſup. de vſufruct.*
d *al.* temporarium. *aliàs*, contributionem temporariam.
e Conſuetudo extra ius commune inducta minores etiam obligat.
f *l. 13. §. 2. ſup. eodem.*

7 ¶ Tutores duos, poſt venditionem pupillarium rerum factam, pecuniam inter ſe diuiſerant: poſtquam diuiſionem, alter eorum in exilium *a* datus eſt, durante tutela. Quærebatur, an, actore conſtituto, contutor eius partem pupillaris pecuniæ petere ab eo poterit, Modeſtinus reſpondit. ‖

¶ Si hoc quæritur, an, contutore relegato, contutor eius, tutelæ actionem exercere poſſit? non *b* poſſe *c* reſpondi. ‖

De diligentia tutoris. 1. De curatoribus conſtitutis. 2. De herede pupilli. 3. De ſumptibus in tutelam vel in tutores factis.

33. *Calliſtratus* lib. 4. de Cognitionibus.

A Tutoribus, & curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda eſt circa adminiſtrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias *d* rebus ſuis ex bona fide præbere debet.

1 ¶ Officium tutorum, curatoribus *e* conſtitutis, finem *f* accipit: ideoque omnia negotia, quæ inita ſunt, ad finem curatorum pertinent: idque etiam Diuus Marcus cum filio ſuo Commodo reſcripſit.

2 ¶ Heredibus quoque pupillorum electio eadem aduerſus tutores, in *g* quo potiſſimum conſiſtere velint, competit *h*, quæ ipſis, quorum tutela adminiſtrata ſit.

3 ¶ Principalibus conſtitutionibus declaratur: ſumptuum *i*, qui bona fide in tutelam, non *k* qui in ipſos tutores *l* fiunt, ratio haberi ſolet: niſi ab *m* eo, qui eum dat, certum ſalarium *n* ei conſtitutum eſt.

De ſeruis torquendis.

34. *Iulius Aquila* libro Reſponſorum reſpondit.

AD inſtruendam *o* diligentiam iudicantis, & pupillorum vtilitatem admittendam, ſeruos *p* quoque eorum interrogari *q* poſſe.

De minoribus.

35. *Papinianus* ‖ Lib. 2. Quæſtionum. ‖

TVtor ſiue curator nomina *r*, quæ iuſtè putat non eſſe idonea, à priore tutore vel curatore ſuſcipere quidem cogitur, non *ſ* tamen exactionem periculo ſuo facere.

De diuiſione tutelæ.

36. *Idem* ‖ lib. 3. Quæſtionum. ‖

INter tutores diuiſa tutela eſt: æquitas *t*, quæ merum *u* ius compenſationis *x* inducit, propter officium & perſonam agentis tutoris non *y* differtur, nam diuiſio tutelæ, quæ *z* non iuris, ſed iuriſdictionis *a* eſt, modum adminiſtrationi facit, & inter ipſos *b* locum habet, nec experiri cum pupillo volentibus obſtare debet.

Si mutetur conditio tutoris.

37. ‖ *Idem* lib. 11. Quæſtionum. ‖

TVtorem *c*, qui tutelam gerit, Sabinus, & Caſſius, prout *d* gerit, in ſingulas res per tempora, velut ex pluribus cauſis *e*, obligari putauerunt. 1. ¶ Secundùm quam ſententiam ſeruus inſtitor dominicæ mercis, vel præpoſitus *g* debitis exigendis, ſi liber factus in eodem actu perſeueret: quamuis tempore ſeruitutis obligari non potuerit, præteriti temporis nomine, actione negotiorum geſtorum non inutiliter conuenietur: earum ſcilicet rerum, quæ connexam *h* ra-

a Relegatione tutela non finitur: vt hinc conſtet à pupillo tutelæ conueniri non poſſe tutorem relegatum: nempe conſtante ipſa tutela, nondum finita: ſecus ſi fuerit deportatus, vt in *l. ſi tutor. 5. in fin. inf. de tutelæ & rat. diſtrah.*
b *l. 12. in prin. l. 19. in princ.* ∫. *eod. l. 2. C. eod.*
c Saltem poteſt aduerſus fiſcum. vide *l. 9. §. pen.* ∫. *de tut. & rat.*
d vide *l. 10. ſuprà eodem.*
e Id eſt, anno duodecimo in fœminis, & 14. in maſculis. vide *l. 13. § penult. inf. de tutor. & curator. datis ab his.*
f Tutela vbi definit, ibi cura incipit. Finis & interitus tutelæ ortus eſt, & vt ita loquamur, generatio curæ.
g id eſt, in quem.
h Imò non competit, *l. 42. in fin. inf. eod.*
i *l. 3. C. eod.*
k Expenſas in ſuam ac propriam perſonam factas, tutor pupillo imputare non poteſt, *vt hic.* Pone tutorem à negotiis ſuis auocatum pupilli cauſa: Aliud fuerit, ſi tutelæ nomine iter inſtituere aliquod fuerit coactus? Tales enim ſumptus rectè pupillo tutor imputat: *Iacobus de Aretio, Bart. Alberic.*
l alendos ſcilicet.
m Quibuſdam conſuetudinibus, parens (vtriuſque ſexus) tutelam gerens liberorum, fructus rerum pupillarium ſuos facit, ea tamen lege vt pupillos honeſtè alat & inſtituat, & æs alienum diſſoluat. n Poteſt iudex tutori ex certa cauſa ſalarium conſtituere *Bart.* o *v. l. 1. ſup. de fide inſtrum.*
p *d. l. 1. l. vlt. inf. de ſuſpectis, l. 1. §. 3.* ∫. *de tutelæ & rationibus.*
q & torqueri, *l. 12. C. eod.* Ita in cauſa ſuſpecti tutoris & rationis reddendæ, poſſunt torqueri ſerui pupilli. r *v. l. 44. in princ. inf. eod.*
ſ Tutor ſecundus ſeu poſterior nomina facta à priore tutore cogitur ſuſcipere, at non exigere ſuo periculo. t Quid? æquitas, quibus in negotiis ipſo iure aliquid inducit: non tantùm in ſocietate, ſed & omni contractu, *vt hic. l. 4. l. 10 l. 21.* ∫. *de compenſat.* Accurſius hoc malè coanguſtat ad cauſam vſurarum, *in l. 10. ſup. de compenſat.* Olim non fiebat ipſo iure, neque per exceptionem doli in ſtrictis iudiciis, poſtea cœpit fieri oppoſita exceptione doli ex conſtitutione Diui Marci quæ ſtrictum iudicium bonæ fidei fecit. Poſtea inter prudentes conſtitit ipſo iure fieri, idque confirmatum conſtitutione Alexandri Seueri, *l. 4. l. 6. C. de compenſat.* deinde conſtitutione Iuſtiniani, *l. vlt. C. de compenſat.* vide Cuiacium 8. *obſeru.* 16.
u adde *l. 4. ſup. de compenſat.* adde Cuiac. 8. *obſeru.* 16.
x Compenſatio vni tutori obiicitur propter alterius debitum. y vide quæ dixi ad *l. 2. C. ſi ex pluribus tutorib.* z Tutelæ diuiſionem non iuris eſſe, ſed iuriſdictionis: an hoc ſignificat, Tutelæ diuiſionem non fieri iure, ſed iudicis auctoritate? An tutelam eas res continere quæ non diuiduntur? An tutelam non eſſe iuris magni, hoc eſt imperij, ſed iuriſdictionis, ſeu minimi imperij, vt quidam loquuntur? An tutelæ ius indiuiduum eſſe, cum apud quemlibet ſit ſolida & tota tutela: diuiſionem verò ſeu adminiſtrationem tutelæ, iuriſdictionis eſſe, vt putat Bartolus?
a Imò iuriſdictionis non eſt, *l. 6. §. 2.* ∫. *de tutelis.* b adde *l. 2. in fin. C. de diuid. tut.*
c Siue ſit paterfamiliàs, ſiue filiusfamiliàs, ſiue liber, ſiue ſeruus: tametſi cum de ſeruo hic loquimur, ſeruum negotia gerentem intelligere debeamus, at non tutorem, *l. ſi adrogati 14. ſup. de tutel.*
d vide *l. Pomponius 15. ſup. de negotiis.* Variata conditione gerentis, variatur obligationis conditio.
e de quibus *v. l. 9. in fin. inf. de tutelæ & rat.*
f Tutela conſtante obligatur tutor naturaliter & ciuiliter, *vt hic.* ſed non naſcitur actio, *l. ſi tutor. 5. inf. de tutel. & rat.*
g diſpenſator & actor qui tutori & curatori nonnunquam comparatur: dixi *l. 51.* ∫. *de ſolut. l. 11. §. 5. ſup. de pignoratitia.* h Connexorum idem eſt iudicium. vide *l. 3.* ∫. *de tutel. & rat. l. 10. §. 2.* ∫. *de appellat* ſi ſint indiuidua *l. etiam 19.* ∫. *de minoribus, l. cum actum 17. ſup. de negot.* & vtrobique eadem ſit ratio, *cap. tranſlato. extr. de conſtit.* ſecus ſi diuerſa *l. 2. C. de fide inſtrum. cap. propoſitum. extr. de eo qui duxit: & 2. q. 5. c. interrogatum.*

tionem cum his, quæ poſtea geſta ſunt, habuerunt: ſic‖ enim ‖ & tutelæ iudicium, earum quoque rerum cauſa tenere placuit, quæ poſt pubertatem adminiſtrantur, ſi poſterior actus priori cohæreat, neque diuiſus propriam rationem habet.

2 ¶ Inde deſcendit quæſtio, quæ vulgò circa filiumfamilias tractata eſt, qui tutor teſtamento datus, poſt tutelam geſtam emancipatus *a*, in eodem officio perſeuerauit. & ſecundum Sabini & Caſſij ſententiam eueniet, vt de eo quidem, quod poſt emancipationem geſtum eſt, in ſolidum conueniri poſſit: de præterito autem, ſiue peculium non ſit ademptum, ſiue ademptum ſit, in id quod facere poſſit: quod ſi ſuperioris temporis nomine, patrem *b* de peculio pupillus conuenire maluerit, (annus enim vtilis, ex quo tutela agi poſſe cœpit, computabitur) ne capiatur pater inducta totius temporis cauſa, tempus quo filiusfamiliàs tutelam geſſit, comprehendendum erit.

De pluribus tutoribus qui non adminiſtrauerunt.

38. *Idem* ‖ lib. 12. quæſtionum. ‖

SI plures tutelam non adminiſtrauerint, & omnes ſoluendo ſint: vtrum, quia nullæ partes adminiſtrationis inueniuntur, electioni locus erit? an, vt *c* eiuſdem pecuniæ debitores excipere debebunt periculi ſocietatem *d*? quod magis *e* ratio ſuadet *f*.

1 ¶ Si quidam ex his idonei non ſint, onerabuntur ſine dubio cæteri: nec iniquè: cùm ſingulorum contumacia pupillo damnum in ſolidum *g* dederit.

2 ¶ Vnde quærendum eſt an actiones *h* pupillus ‖ ei ‖ qui ſolus conuenitur, in alterum pro parte ſcilicet præſtare debeat: ſed, cùm propria cuiuſque contumacia puniatur, qua fronte *i* poterit hoc deſiderari *k*?

De procuratoribus pró ve curatoribus. 3. De duobus tutoribus, vno rerum Italicarum, altero prouincialium. 4. De contractu tutoris. 5. De mutuis cautionibus & pignoribus curatoris. 6. De appellatione tutoris. 7. De curatoribus rerum Italicarum petendis à tutoribus rerum prouincialium. 8. De tutore Romæ ſubſtituto in locum eius, qui res Italicas & prouinciales adminiſtrauerat. 9. De protutoribus pró ve curatoribus. 10. De heredibus tutorum. 11. Si quidam geſſerunt, quidam non. 12. De lite poſt pubertatem peracta. 13. De remiſſione culpæ tutorum. 14. De nominibus & vſuris. 15. De tutoribus & curatoribus conueniendis. 16. De eo qui contutoris heredem non conuenit, aut contutorem ſuſpectum non fecit. 17. De tutore fratris coheredis. 18. De ſeruo actore manumiſſo ab adoleſcente.

39. *Idem* ‖ lib. 5. Reſponſorum. ‖

TVtores, qui poſt finem tutelæ per errorem officij durantes, rerum adminiſtrationem retinuerunt, nominum paternorum *l* periculum, quæ poſt pubertatem adoleſcentis idonea fuerunt, præſtare cogendi non erunt: cùm *m* actionem inferre non potuerunt.

1 ¶ Curator à patre teſtamento datus impuberis negotiis ſe per errorem immiſcuit, poſtea à prætore tutoribus aliis datis *n*, periculum futuri temporis ille, qui poſtea nihil geſſit, non præſtabit.

2 ¶ Qui ſe negotiis impuberis *o* non iure tutor datus, ſecundum patris voluntatem immiſcuit, errore comperto tutorem à prætore conſtitui conſultius petet *p*: ne forte, ſi rem cœptam deſeruerit, fraudis vel culpæ cauſa condemnetur, non idem ſeruatur, ſi quis vltrò negotium alienum geſſerit, cùm ſatis abundéque ſufficiat, vel in vna ſpecie per amici laborem *q* domino conſuli.

3 ¶ Heres inſtitutus, qui non habuit ſubſtitutum, prius quam hereditatem adiret, quam impuberi reſtituere debuit, vita deceſſit: cùm hereditas in Italia eſſet, ſcriptus autem heres in prouincia vita deceſſiſſet, tutores prouincialium *r* rerum culpæ nomine, condemnandos exiſtimari; ſi cauſam teſtamenti non ignorantes, vtilitatem impuberis deſeruerunt *ſ* nam hereditatis in prouincia fideicommiſſo *t* reſtituto cauſam quidem iuris expediri potuiſſe, rerum autem adminiſtrationem ad eos recidere debuiſſe, qui tutelam in Italia ſuſcepiſſent.

4 ¶ Aduerſus tutorem, qui pupillum hereditate patris abſtinuit *u*, actionem denegari non oportet creditori *x*, qui cum ipſo tutore contraxit, quamuis tutor pecuniam in rem impuberis verteret.

5 ¶ Curatores adoleſcentis, mutui periculi gratia, cautionem inuicem ſibi præbuerunt, & in eam rem pignora dederunt: cum *y* officio depoſito *z*, ſoluendo fuiſſent, irritam cautionem eſſe factam, & pignoris vinculum ſolutum apparuit.

a *v. l. 1. in prin.* ͂. *de tut. & rat.*
b *v. l. 11. in fin.* ͂. *de tut. & rat.*
c Diuiſionis non ceſſionis beneficium habent tutores in gerendo negligentes ſeu contumaces. Imò diuiſionis beneficium non habent, *l. 1. §. nunc tractemus inf. de tutelæ.* quod & ita Azo cenſet. malè quippe vnum tantum eligi non poſſe hic dicitur, & ſimul conueniendos eſſe.
d i. petere beneficium diuiſionis.
e Imò non magis id ſuadet ratio: poteſt enim pupillus vnum ex tutoribus non gerentibus eligere, & in eum vnum ac ſolum experiri: cùm ius eligendi habeat aduerſus plures tutores non contumaces in gerendo, *l. à tutoribus 33. §. heredibus. 2. ſup. eod. l. 2. Cod. de diuid. tutela.* vide hic Bartol.
f vt ſcil. conueniantur pro virili, *l. 1 §. 10. & 11. inf. de tut & rat.*
g Ergo ſi non idonei erunt, in ſolidum tenebuntur, *v. l. 55. in pr.* ͂. *eod.*
h Inter plures tutores contumaciter non gerentes, ceſſionis beneficium non eſt, *vt hic.* Imò eſt, *d. §. nunc tractemus.* Non eſt aduerſus plures tutores qui ex culpa conueniuntur, *vt ibi.* Eſt aduerſus eos qui ex contumacia conueniuntur, *vt hic.* hoc eſt, qui ex delicto.
i Impudentia ſua nemo adquirit actionem *cap. qua fronte. de appellat.*
k adde *l. 32. §. 1.* ͂. *de furtis.*
l *l. 43. in prin.* ͂. *eo.*
m Ei qui non poteſt agere, non imputatur periculum nominis, *Bart.*
n putà, quia curator impuberi non datur, *v. §. 9. inf. eod.* facit *l. 101. §. 2. inf. de condit. & demonſtr.*
o *v. §. 9. inf. eod.*
p Imò, non eſt illud neceſſe, *l. 2. in fin. ſup. qui pet. tut.*
q *v. l. 20. C. de negotiis.*
r Quæ ſunt agenda in perſona, vel in rebus ea pertinent ad tutorem eius regionis vnde eſt perſona, & vbi res ſunt.
ſ *§. 6. in fin. inf. eod. l. 47. § 2. in fin. inf. eod.* t Fdeicommiſſum in ea prouincia petendum, vnde heres ortus eſt, vel vbi domicilium habet, *l. 50. ſup. de iudiciis. l. pen. ſup. de iuriſdict.* vide plura in *l. vnic. C. de fideicomm.*
u *v. tit. C. ſi minor. ab hered. ſe abſt.* x Imò oportet denegari, *l. 2. §. 1. in fi.* ͂. *eod.*
y Cauſa ſublata cautionis interponendæ ceſſat effectus cautionis interpoſitæ.
z *v. l. vlt. C. in quibus cauſis tutor.*

6 ¶ Tutor datus aduerſus ipſam creationem prouocauit: hæres eius poſtea victus *a*, præteriti temporis periculum præſtabit: quia non *b* videtur leuis culpa contra iuris auctoritatem mandatum tutelæ officium detrectare *c*.

7 ¶ Rerum *d* prouincialium tutores, in *e* vrbe cauſas appellationis impuberum agentes, rerum Italicarum curatores, vt impuberibus conſtituantur, ad officium ſuum reuocare debent: alioquin, ſi prius in prouinciam redierint, dolum aut culpam *f* eorum in ea quoque parte rectè iudex conueniet.

8 ¶ Patruus teſtamento, fratris filio tutor datus, cùm in Italia domicilium haberet: tam Italicarum rerum, quàm prouincialium adminiſtrationem ſuſcepit, atque ita pecuniam ex venditionibus Romæ refectam, in *g* prouinciam traiecit, & in calendarium pupilli conuertit. tutor in locum eius Romæ ſubſtitutus, adminiſtrationem pecuniæ, quæ *h* non pertinet ad tutelam ſuam *i*, ſuſcipere non cogitur.

9 ¶ Curatores teſtamento vel tutores inutiliter *k* dati, neque decreto prætoris confirmati, negotia geſſerunt: vice mutua periculum præſtare coguntur *l*: cum officium ſpontè *m*, citra iuris adminiculum, iniuerint, & qui fuit idoneus, decretum prætoris curatores vel tutores conſtituentis implorare debuerit.

10 ¶ Tutoribus idoneis diem functis, vice *n* mutua periculum ad hæredes eorum *o* non redundat, quod non habuit locum officio tutelæ manente *p*.

11 ¶ In *q* eum, qui tutelam gerere noluit, poſt *r* cæteros, qui geſſerunt, actionem ‖ vtilem ‖ tutelæ dari placuit. quod tamen ex tutela non peruenit ad eos, qui ſe negotiis miſcuerunt, ſed communi *ſ* negligentia periit. citra ſubſtitutionis ordinem, æqualiter omnium periculum ſpectat.

12 ¶ Tutores, pubere pupillo conſtituto *t*, litem appellationis inchoatam, iuſſu conſulum *u* ob notitiam rei perfecerunt: cùm iudicatum perſequi non *x* potuerunt *y*, periculo culpæ non ſubiiciuntur.

13 ¶ Ab eo qui *z* reſtitutionis auxilio non iuuatur, quæſtio culpæ tutorum, conuentione remitti poteſt, nec *a* donatum. ſed *b* tranſactum videtur.

14 ¶ Negligentiæ tutorum periculo *c* nominum, quæ pater vſuris maioribus fecit, adſcripto, pupilla quidem actionem *d* calendarij præſtare cogitur, exactas autem vſuras tutelæ tempore, citra vllam compenſationem retinet.

15 ¶ Adoleſcens tutoribus conuentis *e*, à quibus totum ſeruari non potuit, aduerſus curatores, qui *f* tutelam ad ſe negligentia non tranſtulerunt, integram actionem retinet neque enim tutelæ iudicio conſumptum videtur, quod alterius officij querelam habuit.

16 ¶ Tutor *g*, qui tutoris *h* idoneum heredem conuenire, pupilli nomine, noluit, damni vicarius ſubſtituitur, vt is, qui non idoneum tutelæ tempore *i* ſuſpectum facere ſuperſedit.

17 ¶ Tutelæ iudicium ideo differri non oportet, quòd fratris & coheredis impuberis idem tutelam ſuſtineat.

18 ¶ Quod de peculio ſerui actoris, quem adoleſcens, poſtquam res ſuas adminiſtrare cœpit, manumiſit (&) retinuit, aut retinere potuit, in ratione reddenda, curatori per iudicem accepto feretur.

De priuilegio militari.

40. *Idem* ‖ lib. 6. Reſponſorum. ‖

IMpuberi filio centurio curatorem *k* dedit *l*: decreto prætoris non ſecuto, ſi nihil curator datus adminiſtret, periculo contumaciæ, vel negligentiæ non adſtringetur nam * priuilegium *m* militum ad alienam *n* iniuriam porrigi non oportet, nec in aliis, circa *o* ſupremam voluntatem, imperitiæ venia datur, quam in bonis militum. * filiæ verò tutela iure patriæ poteſtatis, non militiæ præmio mandatur.

De remiſſione rationum reddendarum.

41. *Idem* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

a *v. l. 20.* ͂. *eod.*
b Appellare iniuſtè non leuis culpa eſt, ſed dolus vel lata culpa. Ita fit, vt omne periculum, quod ea appellatione pendente acciderit, præſtet tutor, qui iniuſtè appellauerit.
c & deſerere, *§. 3.* ͂. *eod.*
d Curatorem rebus prouincialibus dari petere tutor vrbanus poteſt: ſic tutor vnius prouinciæ, rectè petit curatorem conſtitui ad eam cauſam quæ in alia prouincia tractatur.
e Appellatur ex prouincia in vrbem.
f *v. §. 3.* ͂ *eod.*
g Tutor domicilium mutare poteſt ex vna prouincia in aliam.
h *v. l. 10. §. 4. inf. de excuſat.*
i quæ tranſlata eſt in prouinciam: & patrimonio prouinciali applicita.
k *§. 1. 2. ſupra. eod.* Protutores tenentur in ſolidum, vt tutores.
l *l. 1. in fin. l. 4. in fi. C. de teſt. tut. §. 5.* ͂. *eod.*
m Beneficium diuiſionis locum non habet inter eos qui ſpontè adminiſtrant.
n Heres tutoris non tenetur ex ſua perſona, ſi non exegit heredem alterius.
o *v. l 53. inf. eod.*
p Tunc enim vnius periculum ad alium pertineret.
q In geſtis prius conuenitur qui geſſit, quàm qui non geſſit. in non geſtis, ſinguli æquo iure conueniuntur.
r *l. 1. C. ſi tutor. non geſſerit*: adde *l. 3. §. 1. & 2.* ͂. *eod.*
ſ ex eo quod communi negligentia actum eſt, omnes in ſolidum tenentur.
t & ſic finita tutela.
u vt & legati, *v. l. 5. §. 7. in fin.* ͂. *eod.*
x Tutoribus, qui agere nõ potuerũt, nihil imputatur, y Licèt finita tutela cauſa cœpta peragi poſſit per tutorem cauſa cognita, non agitur tamen iudicati in eum. *Bart.* z Reſtitutionis auxilio non iuuatur, qui veniam ætatis impetrauit, *l. 1. C. de his qui veniam ætatis. l. 3.* ͂. *de minor.*
a Venia ætatis impetrata alienare & pignorare olim licuit, at non donare, *vt hic. & l. vlt. C. ſi maior. factus alienat. ratam.* hodie nec alienare nec pignorare, *l. 3. C. de his qui veniam ætatis.* Porrò veteres interpretes ad maiorem 25. annis hunc locum referunt, non ad eum qui veniam ætatis impetrauit.
b Tranſactionis & donationis diſcrimen. c Periculum nominum exigendorum negligenti in ea re tutori imputatur. d *v. l. 1. §. 18. inf. de tutelæ & rationibus.*
e Tutoribus conuentis non liberantur curatores, & è contra curatoribus conuentis, tutores quoque non liberantur, niſi quatenus exactum eſt.
f *v. l. 18. in fin.* ͂. *eod.* g Tutori imputatur negligentia ſi heredem contutoris non conuenit: ſicut ſi ſuſpectum contutorem facere neglexit. h *l. 1. in fi. C. de tut. vel cur. qui non ſatiſd.* i *l. 4. ſup. eod. l. 2. in fin. inf. de magiſtr. conuen.*
k & ſic inutiliter, *l. 39. §. 1. §. 2. §. 9.* ͂. *eod. inſt. de curatoribus.* l teſtamento ſuo, id eſt, confirmatione non interueniente. m Priuilegia militibus conceſſa extendere ad alienam iniuriam non debemus, adde *l. nec annus. 4. C. de emancip. lib. l. 2. §. merito. 10. §. ſi quis à principe. 16.* ͂. *ne quid in loco publico.* n ſed nec alias cauſas & res, quam militares, *v. l. 28. l. 41.* ͂. *de milit. teſtam.*
n Imperitiæ venia non datur militibus in vltimis voluntatibus, *l. 3. C. eod.* in bonis ſuis diuidendis, vt volunt, habent priuilegium: in tutoris vel curatoris datione non item.

QVi plures tutores habuit, vnum, qui ſoluendo non fuit *a, rationem* b *actus ſui vetuit reddere*. quoniam eius liberatio, quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non eſt relicta, contutores qui ſuſpectum facere neglexerunt, ex culpa rectè conueniuntur: tutor enim legatarius ex culpa, quæ teſtamento c remiſſa eſt, non tenetur.

De priuilegio pupilli.

42. *Idem* ‖ libro 1. Definitionum. ‖

EX pluribus tutoribus in *d* ſolidum, vnum tutorem iudex condemnauit: in rem ſuam iudicatus procurator datus, priuilegium *e* pupilli non habebit: quod *f* nec heredi *g* pupilli datur *h* non enim cauſæ, ſed perſonæ ſuccurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.

De ære alieno. 1. De dote promiſſa ſupra vires patrimonij.

43. *Paulus* libro 7. Quæſtionum.

CVm poſt mortem *i* pupilli deſinit eſſe nomen idoneum, tutor *k* periculo eximitur.

1 ¶ Qui cùm eſſet fratris ſui filiæ curator, *quadringenta* ‖ *dotis nomine, marito eius ſe daturum promiſit*: quæro, an ſuccurrendum ſit ei, cùm poſteà ære alieno emergente *l*, ſuprà vires *m* patrimonij eius, dos promiſſa ſit, quoniam in inſtrumento ita ſcriptum ſit, *Ille patruus & curator* n *ſtipulanti ſpopondit*: mouet quæſtionem, quòd non vt *o* de ſuo dotem daret, ſed, cum crederet rationem pupillarem ſufficere, promiſit. Præterea & *p* illud hic poteſt tractari, vt, ſi ſciens curator non ſufficere, promiſerit *q*, vel donaſſe videatur, vel quoniam dolo fecit *r*, non illi ſuccurratur. Reſpondi. *Curator cùm officium ſuum egreſſus *ſ*, ſpontè *t* ſe obligauerit, non puto, ei à prætore ſubueniri debere: non magis, quàm ſi creditori puellæ pecuniam ſe daturum ſpopondiſſet: ſed is, de quo tractamus, ſi non donandi animo, ſed negotij gerendi cauſa, dotem promiſit, habet mulierem obligatam *u*: & poterit dici, etiam manente matrimonio eam teneri: quia habet dotem: ſicut in collatione bonorum dicitur: vel certè poſt diuortium: ſiue exacta ſit dos, ſiue maneat nomen: quia poteſt efficere: vt ei accepto feratur. Quòd ſi mulier ‖ ſuum curatorem adimplere *x* id, quod ſupra vires patrimonij *y* eius in dotem dare promiſit, non queat, curatorem quidem in hoc, quod ſuperfluum eſt, per exceptionem releuari, mulier verò cautionem in maritum exponere debet: quòd ſi quandoque locupletior conſtante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito ſeruat *z*.

De nominibus.

44. *Idem* ‖ libro 13. Quæſtionum ‖

QVi *a* nominibus, à curatoribus prioribus, ſuſceptis, ſiue tutoribus, nomina adgnouerunt *b*, periculum in ſe transferunt *c*.

1 ¶ Sed ſi pupillus poſt pubertatem, rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius ſecutus, vſuras acceptauerit *d*, priuilegium ſuum non amittit in bonis tutoris venditis: prætor enim priuilegium ei ſeruare debet.

De liberatione vnius ex duobus adminiſtratoribus.

45. *Idem* ‖ libro 14. Quæſtionum. ‖

SI pupillus alterum ex tutoribus poſt pubertatem liberaſſet *e*, improbè alterum illius *f* nomine conabitur interpellare.

¶ Idemque, dicemus in duob. magiſtratibus collegis, quorum alterum reſpublica conuenit. Sed hæc in magiſtratibus tractani, quaſi duo rei eiuſdem debiti eſſent omnimodo: quod non *g* ita eſt. *a*. nam ſi vterque idoneus eſt, electio locum non habet.

¶ Is *b* autem, qui tempore liberatus eſt, non ei ſimilis eſt, qui nihil habet, ſed ei qui ſatisfecit: habet enim quod obiiciat petitori.

a adde *l. 5. §. 7. ſ. eod.*

b Qui rationem actus ſui reddere tutorem ſuum vetat, non ei remittit aut legat res ex tutela perceptas, aut contractus dolo initos. ita ſit vt eius contutores eo nomine poſſint conueniri, quòd eum tutorem (cuius dolus probatur) ſuſpectum non fecerint.

c *v. d. §. 7. in fin. ſ. eod.*

d qui in ſolidum tutores erant.

e *l. 19. inf. de reb. author. iud.* vt in perſonali ſ præferatur cæteris.

f Cedi alteri non poteſt beneficium quod ad heredem tranſmitti non poteſt.

g Priuilegium pupilli non tranſit ad eius heredes: niſi eius generis ſit, vt perſonæ mero iure non detur, *l. à tutoribus 33. §. heredibus 2. ſup. eod. l. non ſolum 6. ſup. de reſtit. in integr.*

h Imò datur, *l. 33. §. 12 ſup. eod.*

i vel pubertatem *l. 29. in pr. ſup. eo.* & ſic finita tutela, ſi nomen pupilli fiat non idoneum, periculum eſt tutoris.

k *l. 47. §. 5. inf. eo.*

l 5. *Harm. 12. §. 38.*

m id enim reuocauit, *v. l. vn. C. ſi. aduerſ. dot l. 9. §. 1. ſ. de minorib.*

n Nomine curatorio promittens, interdum quis non tenetur. *Bart. l. 2. ſup. eod. v. l. 5. §. 1. ſ. quando ex facto tutor.*

o vide quæ notaui ad *l. vlt. ſ. de inſtitutoria.*

p nec illud. Ita emendat Antonius Faber 6. *Coniect. 8.*

Si adultus debitorem ſuum procuratorem fecerit. 1. De diuiſione adminiſtrationis. 2. De pecunia fœnerata. 3. De vſuris 4. De fideiuſſore tutoris. 5. De apocha tutoris. 6 De duobus tutoribus teſtamentario & datiuo, vel pluribus datiuis. 7. De authoritate tutoris.

46. *Idem* ‖ libro 9. Reſponſorum. ‖

LVcius ‖ Titius curator Gaij Seij, tempore curæ, fundum Cornelianum locauit Sempronio, qui Sempronius reliqua traxit *c*. pupillus, ætate probata *d*, eundem quondam colonum Sempronium fecit procuratorem: quæro, an ex eo, quòd ille vt procurator egit, omne debitum adoleſcens agnouiſſe videatur: eóque nomine curatorem ſuum liberaſſet *e*? Paulus reſpondit, non ex eo, quòd adultus eum, qui prædia eius coluit, procuratorem habere voluit, debitum, quod ex conductione reliquatus eſt, adgnouiſſe eum videri.

1 ¶ Sempronij, qui ex pollicitatione *f* debitor patriæ ſuæ extiterat, bona reſpublica *g* iuſſu præſidis poſſedit. Quorum bonorum magiſtratus reipublicæ tres curatores *h* conſtituerunt, qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ i. *curatores* vocantur: qui poſtea inter ſe, ſine conſenſu reipublicæ adminiſtrationem bonorum Sempronij diuiſerunt *k*, ex quibus quidam cùm reliqua traherent, idonei ‖ in ‖ ipſo tempore adminiſtrationis eſſe deſierunt. Poſtea pupillus heres Sempronij qui abſtentus erat, ab imperatore impetrauit vt bona paterna ei reſtituerentur. Quæro, an ex bonis eorum, qui idonei ſunt, indemnitati pupilli proſpici debeat, cùm indiuiduum his officium curæ & magiſtratibus iniunctum ſit? Paulus reſpondit, ſi pupillo in curatores bonorum actiones *l* decerni placuerit, pro eius portione, qui idoneus non ſit, magiſtratus conueniri oportere *m*: alia *n* enim cauſa eſt tutorum, alia eorum, qui reipublicæ negotia adminiſtrant.

2 ¶ Tutorem *o* qui pecuniam *p* pupillarem, quamuis ſuo nomine, fœnerauit, non videri contra conſtitutiones feciſſe, quæ prohibent, pecuniam pupillarem in vſus ſuos conuertere.

3 ¶ Quæſitum eſt, an eius pecuniæ, qua tutor vſus eſt, poſt *q* finitam quoque tutelam in diem *r* iudicij accepti eaſdem vſuras præſtare debeat? Paulus reſpondit, finita adminiſtratione eas vſuras debere computari, quæ in tutelæ iudicio computantur.

4 ¶ Paulus reſpondit, propterea, quæ poſt pubertatem, nulla *ſ* neceſſitate cogente, ſed ex voluntate ſua tutor adminiſtrauit, fideiuſſorem, qui ſaluam rem fore cauit, non teneri *t*.

5 ¶ Tutelæ iudicio tutor conuentus edidit librum rationum, & ſecundùm eum condemnatus ſoluit: poſtea (cùm) à debitoribus paternis, quorum nomina libro rationum non inerant, exigere vellet pupillus, ‖ & ‖ prolatæ ſunt ab his apochæ *u* tutoris: quæſitum eſt, vtrum aduerſus tutorem, an aduerſus debitores actio ei competat? Paulus reſpondit, ſi tempore adminiſtrandæ tutelæ tutori tutelam gerenti *x* debitores ſoluiſſent *y*, liberatos eos *z* ipſo iure à pupillo: ſed ſi cum tutore actum eſſet, poſſe eundem adoleſcentem, propter eam cauſam, tutelæ experiri, & aduerſus exceptionem rei iudicatæ doli mali vti replicatione.

a Conueniuntur enim pro virili, *v. l. 7. inf. de magiſt. conueniend. l. 3. C. de magiſtr. conuenien.*

b Præſcriptione liberatus, ſimilis eſt ſoluenti, *vt hic*, poteſt enim aduerſario culpam & negligentiam ita obiicere, vt eum repellat ab agendo, perinde ac ſi ei ſoluiſſet. aliàs minus poteſt præſcriptio, quam ſolutio, quippe ſolutio naturalem etiam obligationem tollit, non tollit, quam præſcriptio.

c id eſt, reliquatus eſt.

d Antè non poteſt, niſi præſenti curatore, *l. 11. in fin. C. de procurat.*

e Non liberauit *inf. eod.* Adultus debitorem ſuum colonum procuratorem conſtituens non videtur eum vt debitorem idoneum ex cauſa antecedente approbare. *Bart.* non videtur reliqua ei remittere, quæ cum colonus eſſet, contraxit.

f *v. l. 1. inf. de pollicitat.*

g *al.* Reipublicæ & malè.

h bonorum ſcilicet, *vt ſupr.*

i ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου. Fori curatores decem erant apud Athenienſes, eodem munere fungebantur, quo apud Romanos Ædiles Cereales, & eligebantur, vt rerum venalium curationem haberent, & vt frumenti, quod in mercatum Atticum appelleret, bonas partes in vrbem perferri cogerent, *Suidas*: Alciatus 2. *parerg. 29.* Erant & Græcis ἐπιμεληταὶ τῶν χορῶν ludorum curatores. *Suidas* τῶν μυστηρίων. Erant & Perſis ἐπιμεληταὶ οἳ τοὺς τετρωμένους ἐν πολέμῳ ἐθεράπευον: qui vulneratos in bello curabant, *Suidas*. Illi autem videntur bonorum reipublicæ curatores fuiſſe.

q arg. *l. fin. verſ. vtraque. C. de dotis promiſſ. l. 5. inf. de reg. iur. v. l. 9. C. de. cond. indeb.* r *l. 2. §. 3. ſup. ad Velleian.*

ſ Egreditur officium qui id promittit ſciens, quod ſcit pupillum non debere.

t ſciens dolo malo. u Curator dotem promittens pro pupilla, non videtur eam promittere animo donandi, ſed repetendi: facit *l. 34. ſup. de negot.*

x Creditum adimplere, eſt ſoluere creditori, *l. 4. C. de conueniendis fiſci debitoribus lib. 10.* y adde *l. 9. §. 1. ſ. de minorib.* z *al.* ſoluat. fortè, ſeruare.

a nouiſſimi curatores ſc. adde *l. 35. ſup. eod.* b Agnoviſſe nomina pupillaria ab anteceſſore adminiſtratore contracta, ſibi aſſignata, is videtur, qui verbo vel aliquo actu ea, vt idonea agnouit, *l. ſi filius 7. ſup. de tutel.* non qui ſimpliciter ſuſcipit. Minus eſt enim nomen ſuſcipere, quàm agnoſcere. c *l. 19. ſ. de tutelæ & rationib.* Imò non transferunt *l. tutor. auctor. 35. ſ. eod.* ſolue: non transferunt in ſe periculum eorum nominum, quæ ſimpliciter ſuſceperunt, non tamen agnouerunt.

d Pupillus vſuras reliquationis acceptando, priuilegium ſuum non amittit. *Har.* in cæteris aliud eſt, *l. 24. §. 2. inf. de rebus author. iud.*

e Atqui id fieri non poſſe videtur, arg. *l. 39. §. 13. ſup. eod.* An liberauit tranſigendo? non donando? f Improbus eſt, qui cùm vnum tutorem liberauerit, id quod ei remiſerit: ab altero tutore velit exigere. Ita liberatus tutor cedere actiones ſuas non poteſt donatori, vt in collegam tutorem agat.

g Cur duo magiſtratus non habentur vt duo rei? An quia alter alterius culpa tantum tenetur, non ex dolo, *l. antepen. ſ. de magiſtratib. conu.* vt putat Accurſius? An quia magiſtratib. hoc iure beneficium diuiſionis competit, quod hoc iure aliis reis non competit: vt vult Bartolus? quod magis videtur. Nam alioquin magiſtratus tenetur etiam ex culpa communi, *l. Imperator. 11. ſup. ad munic. l. magiſtratus. 6. inf. de adminiſtr. rerum.* vt ea parte falſus Accurſius videatur. At hodie beneficium diuiſionis datum eſt duob. reis. Igitur duo magiſtratus hodie ſunt correi? Correus beneficium diuiſionis habet, ſi correus ſit præſens, & tum idoneus ſit cùm conuenitur, *Auth. hoc ita. C. de duob. reis.* magiſtratus id beneficium habet (vt & tutor) vberius. ſufficit enim collegam fuiſſe idoneum tempore depoſiti officij, ſeu ante litem, *l. ex perſona. 3. C. de probat.*

k Diuiſione facta inter plures tutores, vnus pro alio tenetur antequam veniri poſſit ad ipſos magiſtratus, qui tutores dederunt: quod contra eſt in diuiſione facta inter plures Reipublicæ adminiſtratores. l An negotiorum: vt vult Accurſius & Bartolus? m Imò, is conuenietur, cui legitima hereditas quæſita eſt, *l. 26. in fin. ſup. de negotiis geſtis.* n Imò eadem: cum magiſtratus in ſolidum pro altero teneatur. *§. 6. inf. eod. l. 45. ſup. eod. l. cum alicui. 26. ſup. de negotiis. l. auſertur. 46. in fin. inf. de iure fiſci.* o *Synopſ. Baſil. 37. tit. 11. ex titul. 8. cap. 65.* p *l. 16. in princ. ſup. eod.* q Tutela finita ante ſolutionem, currunt vſuræ quæ prius currebant. r *l. 7. in fin. ſup. eod. l. 1. §. fin. ſup. de vſuris.*

ſ Fideiuſſor tutoris ea non præſtat quæ tutor poſt pubertatem pupilli ſponte geſſit, *vt hic*. Quid ſi tutor negotium aliquod connexum geſſit? Fideiuſſor tenebitur. Ex hoc loco notant quoque: Fideiuſſores ſemeſtris cuſtodiæ caſtri, poſt id tempus non teneri: neque præſtare cuſtodiam: niſi fortè promiſerint caſtrum reſtituere. *Bart.* item fideiuſſores publicani temporarij, poſt tempus non teneri, publicano in conductione manente. *Alberic.* t Semel enim adquiſita exceptio fideiuſſori ei auferri non poteſt, *l. vlt. ſup. de pactis.* u Apochæ à tutoribus datæ fidem faciunt contra pupillum. Inde colligunt, Procuratorem ad mutuum accipiendum conſtitutum poſſe de recepta pecunia confiteri: eoque nomine apocham dare, vt aduerſus Bartolum, & vulgatam ſentit Zaſius. 1. *Reſpon. 21.* de apochis vide *l. 19. C. de fide inſtrum.* x Nec remoto ab adminiſtratore, *v. l. 14. §. 2. inf. de ſolutionibus.*

y Apocha ſeu ſcriptura tutoris probat contra pupillum, licèt in tutorem regreſſum habeat pupillus, *vt hic*. Atqui confeſſio tutoris ſponte facta, pupillo non nocet, *l. certum. 6. §. ſed an ipſos. 4. inf. de confeſſis.* Hoc argumento putat Bartolus, in huiuſmodi Apocha ſolam confeſſionem recepti non ſufficere: ſed eo amplius veræ numerationis mentionem fieri ibidem oportere, *l. 1 §. ſi mutuam 17. ſ. ſi quid in fraudem patroni.* z *d. l. 14. §. 2.*

¶ 6 Cum

6 ¶ Cum teſtamento duo tutores dati eſſent pupillo, & alter ex his vita defunctus fuiſſet, in *a* locum eius, petente matre, ex præſidis prouinciæ præcepto, à magiſtratibus‖alius‖ tutor datus eſt: à quo magiſtratus ſatis exegerunt rem ſaluam fore: tutor teſtamento datus, poſtea datum ſuſpectum fecit: quæſitum eſt, in quantum teneatur? Paulus reſpondit, tutorem teſtamento datum pro ea *b* parte conueniri oportere, pro qua parte adminiſtrauit: pro contutoris autem portione prius *c* eos *d* conueniri debere, qui pro eo ſe obligauerunt *e*, vel magiſtratus, qui eum dederunt: tunc ſi ſolidum pupillus conſequi non potuerit, de officio contutoris quærendum, an ſuſpectum facere debuerit, præſertim cùm ſuſpectum quoque eum poſtulaſſe dicatur. Alias quidem, cum magiſtratus plures tutores dant, non *f* prius ad eos reuerti pupillus poteſt, quàm omnes tutores excuſati *g* fuerint: in propoſito, cùm vnus à magiſtratibus datus proponeretur, non eſt viſum prius collegam conueniendum, qui & ſuſpectum fecit, & teſtamento datus eſt: perindéque habendos ſingulos, ac ſi in partes dimidias tutores dati eſſent.

7 ¶ Tutoribus conceſſum eſt *h*, à debitoribus pupilli pecuniam exigere, vt ipſo iure liberentur, non etiam donare *i*, vel etiam deminuendi cauſa cum iis tranſigere *k*: & ideo eum, qui minus tutori ſoluit, à pupillo in reliquum conueniri poſſe.

Si teſtator iubeat fieri ex conſilio alicuius. 1. De æſtimatione diurni. 2. De inſtrumentis debitorum prouincialium repertis à tutoribus rerum Italicarum. 3. De venditione facta à protutore. 4. De vſuris. 5. De mutuo & pignore 6. Si tutor venditis omnibus communis negotiationis mercibus, & ſibi redemptis, negotium ſuo nomine exercuit. 7. Si tutor rerum Italicarum creditori prouinciali ſoluerit.

47. *Scæuola*‖libro 2. Reſponſorum‖

TItium & Mæuium tutores quis dedit, & cauit, Βούλομαι καὶ παρακαλῶ, πάντας γίνεσθαι μετὰ τῆς Μαιβίου τοῦ ἀδελφοῦ μου γνώμης. καὶ δίχα αὐτοῦ τὸ γινόμενον, ἄκυρον ἔστω, id eſt, *Volo & rogo omnia fieri cum Mæuij fratris mei conſilio, & quod ſine eo fiet, irritum ſit.* Titius ſolus à debitoribus exegit: an liberati eſſent? Reſpondi, ſi *l* & adminiſtrationem Mæuio dediſſet *m*, non rectè *n* ſolutum *o*.

1 ¶ *Quantum autem filio meo diurnum* p *ſufficiat, Marina & Ianuaria æſtimabunt* q. quæro, an contenti eſſe debeant tutores arbitrio *r* mulierum? Reſpondi ſumptum boni viri *ſ* arbitrio faciendum.

2 ¶ Tutores dati ad res Italicas, inſtrumenta Romæ repererunt *t* debitorum prouincialium, *vt pecunia Romæ, aut, vbicunque* u *petitum fuerit, ſoluatur.* quæro, cum *x* neque debitores in Italia eſſent, neque eorum prædia, an hæc exactio ad Italicæ rei tutores pertineat? Reſpondi, ſi prouincialis contractus eſſet, non pertinere: reſpicere tamen *y* ad officium eorum, ne inſtrumentorum ignorantia contractus eos *z*, ad quos adminiſtratio pertineret, lateret.

3 ¶ A matre datus *a* teſtamento tutor, cùm putaret ſe tutorem eſſe, diſtraxit *b* bona materna, & paterna pupillorum, & deceſſit non ſoluendo: quæritur, an pupillus res poſſit vindicare? Reſpondi, ſi manent res pupilli, vindicari ab eo poſſe *c*.

4 ¶ Præfectus legionis ita teſtamento cauit, *Volo, vt ſit in arbitrio tutorum filij mei ſi voluerint huius ſummæ vncias* d *inferre vſurarum nomine, ita, ne nummi diſpergantur:* quæro, ſi apparuerit pecunia fœnerata à tutoribus iudicio tutelæ vncias vſuras, an vero eas, quas ſtipulati ſunt, præſtare debeant? Reſpondi, Si ſecundum voluntatem defuncti elegiſſent *e* vſurarum præſtationem, neque pupilli *f* nomine in fœnus dediſſent, id præſtatur, quod teſtator voluiſſet.

5 ¶ Lucius Titius mutuam pecuniam à tutore accepit, & *g* rem hereditariam pignori ei dedit, poſt triennium iam puberibus his, quorum tutela adminiſtrata eſt, fiſco *a* bona defuncti adiudicata ſunt, quia mortem eius heres non eſt vltus: quæritur, an id nomen pupillus recuſare poſſit? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponuntur, id nomen ad onus tutorum *b* non pertinere.

6 ¶ Altero ex duobus fratribus ſociis bonorum & negotiationis defuncto, herede filio, patruus tutor, venditis omnibus communis negociationis mercibus, & ſibi redemptis, negotium *c* ſuo nomine exercuit. quæſitum eſt vtrum compendium *d* negotij, an vſuras pecuniæ præſtare debeat? Reſpondi, ſecundum ea, quæ proponuntur, pupillo vſuram *e*, non *f* compendium *g* præſtandum *h*.

7 ¶ Tutor rerum Italicarum conuentus à creditore prouinciali, vbi rem pupillus habuit, ſoluit: quæſitum eſt, an id tutelæ iudicio reputari poteſt? Reſpondi, nihil proponi, cur *i* non poſſit.

Differentia curatorum.

48. *Hermogenianus* libro 1. Iuris Epitomarum.

INter bonorum ventriſque curatorem, & inter curatorem furioſi, itémque prodigi, pupillíve, magna eſt differentia: quippe cum illis *k* quidem planè *l* rerum adminiſtratio, duobus *m* autem ſuperioribus *n* ſola cuſtodia, & rerum, quæ deteriores futuræ ſunt, venditio committitur.

De contumacia tutoris punienda.

49. *Paulus* ‖ libro 2. Sententiarum. ‖

OB fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitum *o*, aut fundorum omiſſam comparationem, tutor, ſi non ad damnum reſarciendum idoneus eſt, extra ordinem *p* coërcebitur.

De incurſu latronum, de periculo nominum.

50. *Hermogenianus* libro 2. Iuris Epitomarum.

SI res pupillaris incurſu latronum *q* pereat *r*, vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, cùm fuiſſet celeberrimus, ſolidum reddere non poſſit: nihil eo nomine tutor præſtare cogitur.

De fideiuſſore tutoris. de diuiſione tutelæ.

51. *Venuleius* libro 6. Stipulationum.

SI duo pluréſve tutores tutelam adminiſtrent, in fideiuſſorem quidem in ſolidum, per quemlibet *ſ* eorum committitur ſtipulatio. at ſi inter eos diuiſa ſit tutela regionibus, quod plerumque fit, & alius vrbica negotia, alius peregrina adminiſtraret, tunc ex ſubſtantia cuiuſque rei, aut committi contra fideiuſſorem ſtipulationem, aut non committi dicemus. nam licèt omnes tutores ſint, & tutelam gerant: tamen cum quis de ea *t* re, quæ extra *u* ſuam regionem erit, experiri, vel ad iudicium vocari cœperit: perinde non committitur ſtipulatio, atque ſi ei adminiſtratio tutelæ permiſſa non eſſet *, quantum enim facit in *x* totum denegata, tantundem valet *y*, ſi in ea re, de qua agitur, denegata ſit.

De dote & impendiis ad nuptias.

52. *Neratius* libro 1. Reſponſorum.

CVrator pro minore non *z* tantum dotem dare debet: ſed etiam impendia *a* quæ ad nuptias facienda ſunt.

De periculo tutorum & magiſtratuum.

53. *Paulus* libro 2. Decretorum.

ÆMilius Dexter, magiſtratus ſui tempore, datis tutoribus, ceſſauerat in exigenda ſatiſdatione: deinde [à] quibuſdam excuſatis, à ſequentibus magiſtratibus Dexter tutor adſumptus fuerat. creatus conueniebatur in ſolidum duplici ratione, quòd, cum magiſtratus eſſet, & tutores dediſſet, ſatiſdationem non exegiſſet ex diuerſo dictum eſt, licet ſatis exactum non eſſet, tamen in diē tutelę finitæ idoneos *b* fuiſſe tutores, neque ceſſationem curatorum obeſſe tutoribus debere. pronunciauit: ſi *c* in diem finitæ tutelæ idonei permanſiſſent tutores, licet‖&‖ſatis non eſſet exactum, curatorum eſſe periculum: ſi minus tutorum.

a Atqui habenti tutorem tutor non datur, *l. 1. Cod. in quibus caſib. tut. hab.* Specialis eſt hic caſus.
b *v. l. 4. ſuprà eo.*
c Imo contutor prius eſt conueniendus, quam magiſtratus, *l. 1. §. nunc tractemus.]. de tutelæ & rationibus diſt.* An hic diuiſa fuit adminiſtratio per iudicem. An potius hic agitur, quando tutores ſimul diuerſæ conditionis (puta vnus teſtamentarius, alius datiuus, alius legitimus) ibi quādo omnes eiuſdem ſunt conditionis: quod & ſentit poſt Iacobum Aretinum Bartolus?
d Si tutor teſtamentarius & datiuus gerunt diuiſim, pro datiuo prius peruenitur ad magiſtratum quam ad teſtamentarium ſecus ſi omnes eſſent datiui, qui caſus eſt ſingularis. *Bart.*
e *l. in prin.]. de magiſtr. conuenien.*
f arg. *l. 5.]. de magiſtr. conuen.*
g *al.* excuſſi.
h *v. l. 1. §. fi. ſuprà eodem.*
i *v. l. 1. §. 1. de tutelæ & rationib.*
k Imò, tranſigere poteſt diſtinctè, *l. 56. §. 4.]. de furtis.* Tranſactio diminuendi cauſa tutoribus interdicta.
l Tutor iuſſus omnia gerere cum alterius, puta Titij, conſilio: an præciſè conſilio Titij vti debet? ſic ſanè, ſi Titius & officium & adminiſtrationē habet. vt hinc colligitur. Quid ſi Titius non eſt particeps officij? neceſſitate non cogitur eius conſilium ſequi: honeſtius tamen faciet ſi ſequetur: & ita accipienda lex 5. §. 8. *ſuprà eod. l. 1. §. ſi plures, ſuprà de exercit. l. idémque 10. §. ſi quis 7. ſuprà mandati, l. ſi quis mihi, 25. §. ſi coram 10.]. de acquir. hered.*
m *v. l. 14. §. 1.]. de ſolutionib.*
n Imo, cuique eorum rectè ſoluitur: niſi à Prætore interdicta ſit adminiſtratio, *l. 14. §. 1.]. de ſolutionib.*
o Conſilio alterius iuſſus quid facere, ſi quidem eſt particeps officij, tenetur eum requirere & ſequi. *Bart.*
p *ſub.* alimentum.
q Arbitrium conferri poſſe in mulierem hinc nonnulli colligunt.
r Tutores iuberi poſſunt à teſtatore, in ſumptibus & alimentis pupillo decernendis, mulierum arbitrium & æſtimationem ſequi.
ſ *v. l. 1. §. 1.]. de leg. 2.*
t *al.* repercrunt.
u *v. l. 21.]. de oblig. & act.*
x Reus ſoluendi vbicunque petitum erit, vbicunque conuenietur, ibi videbitur contraxiſſe: dummodo conueniatur, vbi vel ipſe præſens eſt, vel bona poſſidet, *vt hic.*
y *v. l. 39. §. 3. ſuprà eod.*
z *v. l. 4. ſuprà eod.*
a id eſt inutiliter datus, *l. 2. C. de eo qui pro tutore.*
b Venditas res ſuas iniuſtè pupillus vindicare poteſt.
c Tanquam res illegitimè venditas.
d de vnciariis vſuris, v. Budæum & Auguſt. 10. Eſt autem vnciaria vſura, pars duodecima centeſimæ: cum mille ducentis menſibus, ſiue centum annis, vſura æquatur ſorti quoties nimirum annuatim vnum in centum ſoluitur: ſemuncialis verò eſt viceſima quarta pars centeſimæ, quæ in ducentis annis ſorti æquatur. de qua Tacit. 5. adde Molinæum *de vſuris in princ. num. 53.*
e Tutor qui ſuo nomine & pupilli facere poteſt, indiſtinctè ſeu ſimpliciter cum facit, ſuo nomine feciſſe videtur.
f Sed ſuo periculo. adde *l. 10. ſuprà mandati.*
Tutor mutuum da[r]e[,] & pignus accipere poteſt.

a Damnum ſubito emergens in re pignorata, tutori non imputatur.
b *l. 43. ſuprà eod.*
c An potuit cum ſuo periculo ſocietatem expreſsè contrahere? An tacitè cenſetur durare ſocietas? v. Alciat. 1. *præſumpt. 23. & additiones ad eundem ibid. in littera C.* vbi etiā eam quæſtionem tractat. An quæſitum per vnum ex fratribus ſimul habitantibus poſt mortem patris cenſeatur adquiſitum ex communi, *v. hic etiam Bart.*
d Compendium negotiationis, extra rem ipſam eſt: & ab vſuris ſeparatur, adde *l. 58.]. eod. l. 3.]. ad l. Falcid.*
e *l. 58. infrà eod.* vide Cuiac. 8. *ad Afric. fol. 186. circa prin.*
f Cur? vide quæ ſcripſi ad *l. 74. ſuprà pro ſocio. l. 8. C. ſi quis ſibi.*
g Hinc nota, vſuram dici, non compendium: impendium igitur hic præſtabitur non cōpendium, vide Cuiac. 10. *obſ. 36.*
h Imo, compendium præſtandum, *l. 65. §. 2. ſuprà pro ſocio.*
i Imo, videtur non imputandum, cùm tutores regiones ſuas defendere debeant, *l. 2. §. 2. infrà de cura. bon. dan.*
k Curatores furioſi & prodigi plenam rerum habent adminiſtrationem.
l Plenam rerū adminiſtrationem habens, plus quiddam habet, quam rerum cuſtodiam: hoc inquam habet, vt etiam vendere poſſit eas res quæ deteriores futuræ non ſunt. Porrò plena adminiſtratio, libera adminiſtratio eſt, *l ſi procurator. 10. C. de procurat. l. 1. ſuprà de off. procons.*
m Curatores bonorum & ventris à curatoribus furioſi & prodigi diſtinguuntur. Hi enim poſtremi plenam rerum habent adminiſtrationem. Illi cuſtodiam tantum, & earum rerum quæ deteriores futuræ ſunt venditionem: & ſic liberam non habent neque plenam rerum adminiſtrationem
n *v. l. 5. §. 2.]. de Carbon. edict.*
o de quo *v. l. 5. in prin.*
p corporaliter ſcilicet, *Bart.* Imo aliud videtur, arg. *l. 6. in fin.]. de off. præſ. l. pœnam 16. C. de pœnis.*
q *l. 32. §. 1. ſuprà eod. l. 4. C. de periculo tut.*
r In loco veriſimiliter tuto: alias tenetur tutor, *v. l. 3. C. de peric. tut.*
ſ quomodo vnus tutor tenetur pro aliis, eodem modo tenetur eius fideiuſſor. *Bart.*
t *v. l. 4. ſuprà eod.*
u *l. 4. ſuprà eodem.*
x Quod de toto prædicatur, prædicatur & de parte, *vt hic.* Nulla committitur ſtipulatio aduerſus eum qui tutor non eſt. Nec igitur (diuiſis tutelæ regionibus) commiſſa ſtipulatio aduerſus alium committetur, *l. 8. in prin. ſuprà de rei vind. v. l. 3.]. pro derelicto.*
y Imo non valet tantundem in genere denegare, quod in ſpecie denegare, *l. quoties in fin. 34. ſuprà de vſufr.* Genere includitur vel excluditur res ipſa, vt in ipſa ſpecie, durat tamen magis genus quam ſpecies, *vt hic, l. ſi chorus 79.]. de leg. 3. l. omnes 4. C. de præſcript. 30. ann.* Fit etiam interdum, vt res non ita genere contineatur vt ſpecie, vt eo caſu ſpecialis permiſſio vel prohibitio requiratur, *l. Illud 25. § ſi talis. ſuprà de minorib.*
z *l. 9. C. eod.*
a de quibus *v. l. 13. §. vlt. ſuprà eod.*
b *l. 39. §. 10. ſuprà eo l. 1. C. de diuid. tut. l. vlt. in fi. C. in quib. caſ. tutor. hab.*
c Sententia ſub conditione dici poteſt, quoties ea conditio eſt, quæ negotio ipſi

torum, & magiſtratuum:‖hoc eſt, tunc eſſe periculum eius, qui ſuſpectum non feciſſet, aut ſatis non exegiſſet, cùm finita tutela, non inueniretur idoneus fuiſſe.‖

De tutore pecuniam pupilli mutuato.

54. *Tryphoninus* libro 2. Diſputationum.

NOn exiſtimo maximis *a* vſuris ſubiiciendum eum *b*, qui à contutoribus ſuis mutuam pecuniam pupilli accepit; & cauit certáſque vſuras promiſit, quas & alij debitores pupillo dependunt: quia hic ſibi non conſumpſit, nec *c* clam *d*, nec quaſi ſua pecunia licenter abutitur. & niſi his vſuris à contutore mutuum ei daretur, aliunde accepiſſet. & multum refert, palam *e* apertéque *f* debitorem ſe, vt *g* extraneum & quemlibet, faceret pupillo: an ſub adminiſtratione tutelæ pupillique vtilitate, latenter *h* ſua commoda pupilli pecunia iuuaret *i*.

De pluribus tutoribus.

55. *Idem* libro 14. Diſputationum.

TRes tutores pupillo dati ſunt, vnus tutelam geſſit, & ſoluendo non eſt. ſecundus Titio gerendam mandauit *k*, ‖ & Titius quædam adminiſtrauit.‖tertius nihil omnino geſſit. Quæſitum eſt, quatenus quiſque eorum teneatur. Et ſi *l* tutorum quidem periculum commune eſt in adminiſtratione tutelæ, & in ſolidum vniuerſi tenentur *m*. Planè, ſi *n* pecunia numerata pupilli inter eos diſtributa eſt *o*, non in maiorem ſummam quiſque eorum, quàm accepit, tenetur.

1 ¶ Sed ſi ipſi tutores rem pupilli furati ſunt, videamus, an ea actione, quæ proponitur ex lege *p* duodecim tabularum aduerſus tutorem in duplum *q*, ſinguli in ſolidum teneantur; & quamuis vnus duplum præſtiterit, nihilominus etiam alij teneantur. nam in aliis furibus eiuſdem rei pluribus, non eſt propterea cæteris pœnæ deprecatio, quod ab vno iam exacta eſt *r*. ſed * tutores, propter *ſ* admiſſam adminiſtrationem, non *t* tam inuito domino contrectare eam videntur *u*, quàm perfidè agere. nemo *x* denique dicet, vnum tutorem & duplum hac actione præſtare, & quaſi ſpecie condictionis, aut ipſam rem, aut eius æſtimationem.

2 ¶ Non *y* ſolum ergo geſſiſſe tutelam is creditur, qui alij gerendam mandauit *z*, ſed & qui *a* ſatis à contutore accepit, rem ſaluam pupillo futuram: eique permiſit adminiſtrationem totius tutelæ, nec poteſt ſe defendere conſtitutionibus *b*, quæ iubent antè conueniri eum qui geſſit.

3 ¶ Item in eo, quod nemo geſſit, non vtique eius periculum eſt, qui quædam geſſit: ſed communiter omnium. exigi autem ab eo ſolo periculum ob alia, quæ non geſſit *c*, non oportet: niſi ſi qua talia ſunt, quæ vel conſummationem cœptorum ab eo deſiderabant, vel ita coniuncta fuerunt, vt ſeparari non debuerint.

4 ¶ Quod autem dicitur, deſiſſe ſoluendo eſſe, vel non eſſe contutores præſtare debere, videamus qualem *d* intellectum habet, id eſt, vtrum ſufficit, nihil deminutum eſſe de facultatibus contutoris, ex quo tempore datus eſt, ſed eandem faciem *e* patrimonij permanſiſſe: an, etſi nihil poſt accidit, quod palam faciat deminutionem patrimonij, debet tamen contutor inquirere fortunas contutoris; Sed hoc & ex perſonæ qualitate, & ex temporis intercapedine, quo teſtamentum factum eſt, vſque ad mortem patris, aliam æſtimationem accipere debet. nam apertè prodigo *f*, vel cuius bona venierunt *g*, licèt obreptum *h* fuerit prætori, qui decreto eum dedit, permittere contutori adminiſtrationem non debet, & *i* potuit aliquid pater

cohæret, *l. eum Iudex* 11. *C. de ſent. l. à diuo* 15. *§. in venditione* 2. *j. de re iud. l.* 1. *§. biduum. quando appell.*

a centeſimis, *v. l.* 38. *verſ. ſed quas vſuras ſuprà de negot.*

b contutorem.

c Clandeſtina præſumuntur fraudem continere, v. Cæpolam ad *l.* 1. *Cod. pro emptore.*

d ideo mitius punitur. *v. l. vlt. in fi. ſ. de ritu.*

e Tutor poteſt mutuo accipere pecuniam pupilli à contutore vel ſeipſo, palam & bona fide, non clam.

f non per interpoſitam perſonam, *l.* 5. *§.* 3. *j. de author. tu. l.* 5. *C de contrahend. empt.*

g vt extraneus, & quilibet poteſt quis interdum, quod ex ſuo officio, vel vt ipſe non poſſit, *vt hic.*

h *v. l.* 2. *Cod. de repud. heredit.*

i *al.* iuuerit.

k Is geſſiſſe videtur. *§.* 2. *j. eodem.* & arg. *l.* 5. *§.* 1. *ſuprà eodem.*

l Tutorum generaliter periculum eſt commune, vt in ſolidum teneantur, *vt hic.* quod obtinet, quoties communiter ipſi geſſerunt, vt quia tutela non fuit diuiſa vel à teſtatore vel à iudice, *l. ſi duo* 51. *ſ. eod.* Quid ſi vnus geſſit, alter non geſſit? Prius conuenietur qui geſſit, *l. tutores* 39. *§. qui poſt. §. in eum. §. tutor. ſuprà eodem.* Quid ſi finita adminiſtratione omnes ſunt ſoluendo? Inter eos diuidetur periculum, *l.* 53. *ſ. eodem.*

m vbi cæteri non ſunt ſoluendo, *l.* 38. *§.* 1. *ſ. eod. l.* 12. *verſ. nec quiſquam j. rem pupilli ſaluam fore.*

n Tutela, non tota, ſed in re aliqua (puta pecunia aliqua) diuiſa à teſtatore vel à iudice, periculum eius rei ita diuiſæ, diuiſum intelligitur, vt quiſque ea tantum parte teneatur, quam accepit. Ita partis diuiſio ad partem idem præſtat, quod totius diuiſio ad totum, adde *l.* 51. *ſuprà eod.*

o *v. l.* 4. *ſuprà eod.*

p Dixi ad Ciceronem, 1. *de Oratore*, vbi tractatur de Hypſeo Octauio.

q Tutorum periculum eſt commune, quoties ad id quod intereſt aduerſus eos agitur. Quid ſi actione pœnali ex facto in eos agitur? Pœna non à ſingulis in ſolidum exigetur, ſed ab omnibus communiter, vnica ſufficiet ſolutio, *vt hic. l. ſi multi* 6. *j. de public. l. ſacrilegij* 6. *j. ad l. Iul. peculat. l. auffertur* 46. *in fin. j. de iure fiſci.*

r Imo ſi ab vno exacta cæteri liberantur, *l.* 1. *C. de con. furt.*

ſ Adminiſtratio delictum & pœnam minuit, *vt hic.* Imò adminiſtratio non minuit delictum, *l. Athletas* 4. *§. ait prætor* 2. *ſ. de his qui notnt.* An id ita ſtatuitur quod caupo conueniatur ibi, non vt caupo, ſed vt quilibet habens quæſtuaria mancipia? An potius quod cauponis officium eſt vtilitate publicum, non authoritate?

t Atqui tenetur furti, *l.* 1. *§. in tutela. j. de tut. & rat. diſt.* Ibi non conuenitur vt tutor, ſed vt quilibet: hic, vt tutor. *Bart.* u & ſic velamen adminiſtrationis temperat furtum, & aliud eſt perfidè agere, & furari.

x Imo duplo non ineſt ſimplum, *l. ſi pro fure* 7. *ſ. de condict. furtiua.* Hic tutor conuenitur actione de rationibus diſtrahendis & vt tutor: at non actione furti vel vt fur. y Geſſiſſe tutelam is videtur, non tantum qui geſſit ipſe, ſed & qui vel alteri vel contutori mandauit gerendam, aut ab eo ſatis accepit.

z *§. prox. ſ. eod. l.* 5. *§.* 1. *ſ. eod.* a *vt §.* 1. *Inſt. de ſatiſd.*

b *l. fin. C. de diuid. tut. l. fin. C. ſi tut. non geſſ.*

c *d. l. fin. C. ſi tut.* d Deſiiſſe ſoluendo tutor es quando dicantur.

e Facies eadem patrimonij, idem ſtatus eiuſdem.

f Prodigus licet aliquis ſit manifeſtè, geſta tamen per eum valent, niſi interdicatur ei adminiſtratio, *v. l.* 6. *j. de verb. obl. Bart.*

g Præſumitur non ſoluendo is cuius bona veneunt.

h *vt l.* 5. *§. pen. j. de reb. eor.* i Cur ita? *v. l.* 6. *j. de ſuſpect.*

eorum, poſt teſtamentum factum accidens ignoraſſe, aut cùm deſtinatum haberet mutare teſtamentum, id non feciſſe.

De tutore qui rem pupilli venditam retinet.

56. *Scæuola* ‖ libro 4. Digeſtorum. ‖

TVtor rerum & animalium *a* pupilli venditionem fecit: ſed quædam animalia, emptoribus pretium non ſoluentibus, retinuit *b*, & apud ſe habuit: pretium idem rationibus pupilli accepto tulit. ex his aliquot nata ſunt. defuncto tutore, heres ‖ eius ‖ eandem tutelam adminiſtrauit, & animalia annis plurimis poſſedit. quæſitum eſt an, cùm is, cuius tutela adminiſtrata eſt, annis viginti quatuor *c* eſſet, iure animalia vindicaret? Reſpondit, ſecundùm ea, quæ proponerentur, pupillum ea vindicare non poſſe.

De debitoribus conueniendis ex inuentario.

1. *De emptione.*

57. *Idem* ‖ libro 10. Digeſtorum.‖

CHirographis *d* debitorum incendio exuſtis, cùm ex *e* inuentario tutores conuenire eos, poſſent *f* ad ſoluendam pecuniam, aut nouationem *g* faciendam cogere, cum idem circa priores debitores propter eundem caſum feciſſent, id omiſiſſent circa debitores pupillorum: an, ſi quid propter hanc ceſſationem eorum pupilli damnum contraxerunt, iudicio tutelę conſequantur? Reſpondit, ſi adprobatum fuerit, eos tutores hoc per dolum *h*, vel culpam prætermiſiſſe, præſtat ab his hoc deberi.

1 ¶ Ab eo, qui ſententia præſidis, bonis ademptis, relegatus erat, cum ex permiſſu principis *e* appellatio eius recepta ſit, quam is, qui pronunciauerat, non receperat, fundum emerat pupillus, interuenientibus tutoribus, & appellatione iniuſta pronunciata, fundus ei ablatus eſt *k*, quæſitum eſt, an tutelæ iudicio pretium fundi pupillus conſequi à tutoribus poſſit? Reſpondit, ſi ſcientes *l* emerunt ab eo, qui in ea cauſa eſſet, vt obnoxius ſententię priori eſſet, tutelæ iudicio eos teneri.

De rationibus reddendis. 1. De ſorte facta ex vſuris. 2. De ceſſatione tutoris, teſtamento quod ruptum videbatur, dati. 3. De exactione legati neglecta. 4. De ſorte facta ex vſuris.

58. *Idem* ‖ libro 11. Digeſtorum.‖

QVi negotiationem, per Pamphilum, & Diphilum, prius ſeruos, poſtea libertos, exercebat, ſuo teſtamento eos tutores reliquit, & cauit, *vt m negotium eodem more exerceretur, quo, ſe viuo exercebatur.* ‖hique‖ tutelam adminiſtrauerunt, non tantùm cùm impubes patroni filius fuiſſet, ſed etiam poſt pubertatem eius. ſed Diphilus quidem cum incremento *n* negotiationis rationes obtulit *o*, Pamphilus autem putauit, reddere oportere non ad incrementum negotiationis *p*, ſed ad computationem vſurarum, vt in tutelæ iudicio ſolet. quæſitum eſt an ſecundùm voluntatem defuncti, exemplo Diphili, Pamphilus quoque rationem reddere debeat? Reſpondit, debere. *Claudius Tryphoninus*: Quia * lucrum facere ex tutela non *q* debet.

1 ¶ Ex duobus tutoribus pupilli altero defuncto, adhuc impubere pupillo, qui ſupererat, ex perſona pupilli ſui, iudice accepto, conſecutus eſt *r* cum vſuris quantum ex tutela ad tutorem defunctum peruenerat. quæſitum eſt, iudicio tutelæ, quo experitur pubes factus, vtrum eius tantum ‖portionis, ‖que ab initio [quod] ex tutelæ ratione peruenerat ad defunctum contutorem, vſurę veniant: an *ſ* etiam eius ſummæ, quæ ex ſortis *t* vſuris pupillo aucta, poſt mortem eius ad ſuperſtitem ęquè cum ſorte tranſlata ſit, aut transferri debuit? Reſpondit, ſi eam pecuniam in ſe vertiſſet, omnium pecuniarum vſuras pręſtandas *u*. quòd ſi pecunia manſiſſet in *x* rationibus pupilli, pręſtandum quod bona fide percepiſſet, aut percipere potuiſſet: ſed *y* fœnori dare cum potuiſſet, neglexiſſet, cum id *z* quod ab alio debitore nomine vſurarum cum ſorte datur, ei qui accipit, totum ſortis vice fungitur, vel fungi debet.

a *v. l.* 22. *in fin. C. eodem.*

b atqui tutor & venditoris & emptoris officio fungi non poteſt, *l.* 5. *§.* 2. *j. de author. tut.* vt in re ſua authoritatem interponat? Iuſtè ab initio fuit interpoſita tutoris authoritas, quaſi extraneo aliquo tum empturo: quo non emente, potuit in tutorem transferri ius emendi: ita non videbitur noua emptio, ſed antiquæ in perſonam tutoris tranſlatio, vt hoc etiam addatur, tutorem hic emiſſe rem pupilli palam & bona fide.

c *al.* quatuordecim.

d publicis nam in priuatis non fit cõparatio *Bart.*

e Exemplum inſtrumenti in inuentario tranſcripti probat, vt ex eo conueniri poſſint debitores, *Nou.* 119. *c.* 2. dixi ad *Authent. ſi quis. C. de edendo.* atqui ex inſtrumenti exemplo conueniri neminem poſſe videtur. *Authent. ſi quis in aliquo. Cod. de edendo.* Dici poteſt hoc exemplum authoritate ſimul iudicis & parte citata deſcriptum eſſe, *l. Nam ita* 32. *ſ. de adopt.* deinde totam ſeriem inſtrumenti ſeu chirographi, in ipſo commentario tranſcriptam eſſe, non eius tantum partem. Nã pars tantum exſcripta chirographi nihil probaret. arg. *l. inciuile* 24. *ſuprà de legib.*

f *l.* 6. *l.* 7. *ſuprà de edendo*: *Nouell.* 127. *c.* 2. hinc collige, ex inſtrumento exemplato in inuentario probari debitum vel delictum. Immo id non poſſe fieri videtur, vide *Nou.* 119. *c.* 3.

g in hanc legem vide nonnulla apud Cuiacium 16. *obſer.* 36. mutatio chirographi, nouatio eſt.

h *l.* 39. *ſuprà eod. l.* 2. *C. arbitr. tut. v. l.* 35. *ſuprà de rebus credit.* i *v. l.* 1. *§.* 1. nihil innouari. k an ſine pretio? *v Bart.*

i *v l.* 7. *§.* 2. *ſuprà eod.* Pendente appellatione facta, in priſtinum per officium iudicis appellationis, reuocantur, *v. l.* 6. *j. de appell. recipien.*

m Teſtator negotiationem mandare liberis ſuis poteſt, vt eam exercere tutores dati teneantur.

n Incrementum negotiationis eſt eiuſdem compendium ab vſuris differens, *vt l.* 47. *§. penult. j. eodem.*

o & ſic ex defuncti voluntate.

p vide quæ notaui ad *l.* 47. *§. penult. ſuprà eodem.*

q lucrum facere ex pupilli tutela tutor non debet. (Lucrum autem non facit qui ſalarium à iudice eo nomine accipit, *l. à Tutoribus* 33. *in fin. ſuprà eod.* adde *l.* 46. *§.* 4. *in fin. ſuprà de procur.*

r *v. l.* 7. *§.* 12. *ſuprà eodem.*

ſ Omnis pecunia, ſiue ſors ſit, ſiue vſura, quam tutor pupillorum nomine percipit, eiuſdem ſtatus & conditionis eſt; vtraque ſortem efficit, & ſortis rationem ſuſtinet. adde *§.* 4. *j. eodem.*

t ex ſortis vſuris, &c. vt de anatociſmo intelligas id.

u ſed quomodo? vide *l.* 54. *in fin. ſuprà eod.*

x vt quia pecuniam illam fœnerauit pupilli nomine. y *al.* ſi.

z vide *l.* 7. *§.* 12. *ſuprà eodem.* quod tutor exigit ab alio, nomine vſurarum, eſt ſortis loco eſt.

2 ¶ Teſta

2 ¶ Teſtamento dati tutores, quod *a* ruptum videbatur *b*, ceſſauerunt in adminiſtratione tutelæ, & à præſide tutor datus eſt pupillo. iuſſi autem ſunt etiam hi qui dati erant teſtamento tutores, tutelam adminiſtrare coniuncto eo, qui à præſide datus cœperat adminiſtrare. quæſitum eſt, ex teſtamento datos periculum " antecedentis temporis " adminiſtrationis, vtrùm ex apertis tabulis, an ex quo iuſſi ſunt, pertineat"ad eos ?" Reſpondit, ad eos, de quibus quæreretur, nullum antecedentis *c* temporis periculum pertinere.

3 ¶ Pupillo herede inſtituto, filiæ exheredatæ duo millia nummorum aureorum legauit, eoſdémque tutores vtriſque dedit. quæſitum eſt, an ex eo die *d*, quo duo millia potuerunt à ſubſtantia hereditatis ſeparare, & in nomina collocare", neglexerint, vſurarum *e* nomine pupillæ tutelæ iudicio teneantur ? Reſpondit, teneri *f*.

4 ¶ Quæſitum eſt, an vſuræ pupillaris pecuniæ, quas tutores debuerunt, cùm ad curatorem transferuntur, in ſortem *g* computentur *h*, & vniuerſæ ſummæ vſuras debere curatores incipiant? Reſpondit omnis pecuniæ, quæ ad curatores tranſit, parem cauſam eſſe; quia" omnis ſors efficitur.

De pacto tutoris cum creditoribus.

59. *Idem* ‖ libro 26. Digeſtorum. ‖

CVm hereditas patris ære alieno grauaretur, & res in eo ſtatu videretur, vt pupilla "ab" hereditate paterna abſtineretur, vnus ex tutoribus cum pleriſque creditoribus ita decidit *i*, vt certa crediti portione contenti eſſent, acciperéntque *k*. idem *l* curatores iam viripotenti accepti, cum pleriſque creditoribus deciderunt. quæſitum eſt: an, ſi aliquis tutorum creditor patris pupillæ, ſolidam pecuniam expenſam ſibi ex re pupillæ cum vſuris fecerit, reuocari à curatoribus pupillæ ad portiones eas poſſit, quas cæteri quoque creditores acceperunt. reſpondi * eum tutorem, qui cęteros ad portionem vocaret *m*, eadem parte contentum eſſe debere.

De herede tutoris.

60. *Pomponius* " libro 8. Epiſtolarum. "

SI tutoris heres *n* executus eſt, quæ tutor inchoauit *o*, tutelæ etiam eo nomine tenetur.

De petitione hereditatis.

61. *Idem* ‖ libro 20. Epiſtolarum. ‖

APud Ariſtonem ita ſcriptum eſt. * Quod culpa *p* tutoris pupillus ex hereditate deſiit poſſidere, eius æſtimatio in petitione hereditatis ſine vlla dubitatione fieri debebit, ita ſi pupillo de hereditate cautum ſit. * cautum autem eſſe videtur, etiam ſi tutor erit idoneus, à quo *q* ſeruari poſſit id, quod pupillus ex litis æſtimatione ſubierit.

¶ Sed ſi tutor ſoluendo non eſt, videndum erit, vtrum calamitas pupilli, an detrimentum petitoris eſſe debeat, perindéque haberi debet, ac ſi res fortuito caſu interiſſet, ſimiliter atque ipſe pupillus expers culpæ quid ex hereditate deminuiſſet, corrupiſſet, perdidiſſet.

¶ De poſſeſſore quoque furioſo quæri poteſt: ſi quid ne in rerum natura eſſet, per furorem eius accidiſſet. tu quid putas? Pomponius. Puto *r* eum verè dicere: ſed quare cunctatus es, ſi ſoluendo non ſit tutor, cuius damnum eſſe debeat? cùm alioquin elegantiùs dicere poteris, actiones dumtaxat, quas haberet cum tutore pupillus, venditori hereditatis pręſtandas eſſe. ſicuti heres vel bonorum poſſeſſor, ſi nihil culpa eius factum ſit, (veluti ſi fundo hereditatio *ſ* vi deiectus ſit, aut ſeruus hereditarius vulneratus ab aliquo ſit, ſine culpa poſſeſſoris) nihil plus, quam actiones, quas eo nomine habet, præſtare debeat.

¶ Idem dicendum eſt, & ſi per curatorem furioſi, culpa vel dolo quid amiſſum fuerit: quemadmodum ſi quid ſtipulatus tutor, vel curator fuiſſet, aut vendidiſſet rem hereditariam. * Impunè *t* autem puto admittendum, quod per furorem *u* alicuius accidit: quomodo ſi caſu *x* aliquo, ſine *y* facto perſonæ, id accidiſſet.

a tutor inutili teſtamento datus, cōfirmatus à iudice periculum tutelæ præſtat, ab eo tempore quo iuſſus eſt, à iudice, tutelam adminiſtrare.
b fortè tamen non erat, vt quia poſthumus natus non erat legitimus.
c ſ. ante confirmationem. *l. 2. C. de confir. tut.*
d quos *v. l. 13. §. 1. v. l. 15. ſ. eod. l. 24. C. eod.*
e Vſuras ex pecunia pupillari præſtat tutor, in qua fœnori occupanda negligens fuit.
f hodie tenentur tantùm cuſtodire. *Nou. 72. c. 6.*
g Vſuræ pupillares quas pupillorum nomine tutores accipiunt, ſortis locum obtinent, vt bono & vtilitati pupilli ſortem efficiant, & pro ſorte habeantur: & eadem ſit ratio in illis, quæ in ſorte alterius pecuniæ.
h computantur. *l. 7. §. 12. ſ. eod.*
i Pactum quod tutor facit cum creditoribus pupilli, tenetur ſeruare in ſeipſo, ſi ſit & ipſe creditor pupilli. *Bart.* At ſi fuerit ei officium damnoſum contra *l. ſed ſi quis 7. infr. teſtam. quemadm. aperi.* Num dicemus cum Accurſio tutorem id in ſua quoque perſona ſequi cogi, quod maior pars creditorum hic cōſenſerit aliquid remittendum eſſe pupillo? An potius aditione hæreditatis facta à pupillo, tutorē eundémque creditorem, debitorem nactum fuiſſe, quem non habuiſſet, ea hæreditate non adita? An potius, quod cùm alios prouocauit ad partem debiti remittendam, in id quoque ipſe conſenſiſſe tacitè intelligatur, vt volenti nulla facta fuerit iniuria?*
k ¶ Forè legendum, *abirentque.*
l *al.* idem.
m *l. 44. in fin. ſ. de pact.*
n vide *l. 1. in pr. l. 4. infr. de fideiuſſ. tut.* *
o Tutoris heres inchoata à defuncto exequi poteſt: vnde & tutelæ nomine obligatur quoque, *vt hic.* aliàs non tenetur exequi, non inchoata ab auctore, *v. l. tutores 39. ſ. eod. l. etiam 3. ĵ. de fideiuſſ. tutor.*
p *l. 4. ĵ. quando ex facto tut. l. 7. C. arbitr. tut.*
q *l. 1. ĵ. quando ex facto tut.*
r Ariſtonem ſc. de quo in pr. huius legis.
ſ de eo *v. l. 16. §. 4. ſ. de pet. hered.*
t Furori nulla pœna impoſita.
u vide *l. 14. ſupr. de off. præſid.*
x Caſu facere, & furore, paria.
y Caſus eſt, quod ſine facto perſonæ accidit.

DE AVCTORITATE *z* ET CONSENSV tutorum & curatorum.

z *5. C. 9. & 1. Inſt. 21. & 37. Ecl. 8.* Authoritas eſt pars adminiſtrationis, atque approbatio expreſſa tutoris. *Cuiac. hic. & C. eod.* ſeparatur autē à voluntate auctoritas. Auctoritas interponitur in ipſo negotio, non poſt negotium, nec per nuntium aut epiſtolam: voluntas etiam poſt finitum negotium per ratihabitionem & actu quolibet ſine verbis, *l. vlt. C. ad Maced.* dixi ad *l. 9. ĵ. eod.* Auctor in rem ſuam nemo eſſe poteſt, *l. 1. ĵ. eod.* Velle & conſentire in rem ſuam quis poteſt.

TIT. VIII.

De negotio pertinente ad tutorem. 1. De tutore inuito retento.

Vlpianus ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

QVamquam * regula ſit iuris ciuilis, *in a rem ſuam b auctorem tutorem fieri non poſſe:* tamen poteſt tutor proprij ſui debitoris hereditatem adeunti pupillo auctoritatem accommodare, quamuis per hoc debitor eius efficiatur. prima enim ratio auctoritatis ea eſt, vt heres fiat: per conſequentias *c* contigit, vt debitum ſubeat. Se tamen auctore, ab eo ſtipulari non poteſt *d*. Et eam quidam auctoritatem accommodaret pupillæ ſuæ, vt ſeruo ſuo ſtipulanti ſponderet, Diuus Pius Antoninus reſcripſit, iure pupillam non teneri: ſed in quantum locupletior *e* facta eſt, dandam actionem. Sed ſi auctor fiat, vt filio *f* ſuo quid tradatur: nulla erit auctoritas. euidenter enim ſua auctoritate rem adquirit.

1 ¶ Tutor *g* ſi inuitus *h* retentus ſit *i* per vim non valet, quod agitur. neque enim præſentia corporis *k* ſufficit ad auctoritatem, vt *l* ſi ſomno, aut morbo comitiali occupatus tacuiſſet.

De authoritate non interpoſita, vel perperam adhibita.

2. *Idem* ‖ libro 24. ad Sabinum. ‖

NVlla *m* differentia eſt, non interueniat auctoritas tutoris, an perperam *n* adhibeatur.

De interrogatione.

3. *Paulus* " libro 8. ad Sabinum. "

ETiam ſi non *o* interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas eius, cùm ſe probare dicit id quod agitur. hoc eſt enim auctorem fieri.

De pluribus tutoribus de tutore remoto.

4. *Pomponius* " lib. 17. ad Sabinum. "

ET ſi, pluribus datis tutoribus, vnius *p* auctoritas ſufficiat, tamen, ſi tutor auctoretur, cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non eſt, id ratum à prætore haberi non debet *q*.

¶ Et ideo puto verius eſſe, quod Ofilio placebat: ſi *r* eo tutore auctore, qui tutelam non gerat, emam à pupillo, ſciens alium eius tutelam gerere, dominum me non poſſe fieri.

¶ Item ſi eo auctore emam qui *ſ* à tutela fuerit remotus. nec enim id ratum haberi.

An pupillus tutori obligetur. 1. De venditione & emptione.

5. *Vlpianus* " libro 40. ad Sabinum. "

PVpillus obligari tutori, eo *t* auctore, non poteſt. Planè ſi plures ſint tutores, quorum vnius auctoritas ſufficit, dicendum eſt, altero auctore, pupillum ei poſſe obligari, ſiue mutuam pecuniam ei det, ſiue ſtipuletur ab eo. Sed & cùm ſolus " ſit " tutor, mutuam pecuniam pupillo dederit, vel ab eo ſtipuletur, non erit obligatus tutori. naturaliter tamen obligabitur, in *u* quantum locupletior factus eſt. nam in pupillum non tantùm tutori, verùm cuiuis actionem, in quantum locupletior factus eſt, dandam Diuus Pius reſcripſit.

1 ¶ Pupillus vendendo *x* ſine tutoris auctoritate non obligatur. ſed nec in emendo *y*, niſi in quantum locupletior factus eſt.

2 ¶ Item ipſe tutor & emptoris *z* & venditoris officio fungi *a* non poteſt *b*. Sed enim ſi contutorem habeat, cuius auctoritas ſufficit, procul dubio emere poteſt. ſed ſi mala fide emptio interceſſerit, nullius erit momenti. ideóque nec vſucapere poteſt. ſanè ſi ſuæ ætatis factus, comprobauerit emptionem, contractus valet.

3 ¶ Sed ſi per interpoſitam *c* perſonam, rem pupilli emerit, in ea cauſa eſt, vt emptio nullius momenti ſit: quia *d* non bona fide videtur rem geſſiſſe. & ita eſt reſcriptum à Diuo Seuero, & Antonino.

a Auctor in rem ſuam nemo eſſe poteſt, *vt hic.* & in eo differt auctoritas à voluntate poteſt enim quis in rem ſuam velle.
b *l. 5. in pr. l. 7. in princ. ĵ. eod.*
c & ſic per conſequentias interdum licet, quod non licet directò, *l. 7. in pr. ĵ.*
d Cur ita? *v. l. 5. in pr. ĵ. eod.*
e *v. l. 5. ĵ. eo.*
f *l. 5. in fin. l. 7. in pr. ĵ. eod.*
g Quid ſi teſtis per vim retentus ſit? vide Vlpianum eodem libro in *l. 20. in fin. ĵ. de teſtamentis.*
h Auctoritatem præſtare pupillo inuitus tutor non poteſt, eum in modum interpoſita auctoritas non valet.
i *l. 2. arg. l. 17. ĵ. eo.*
k Cum ignorantia ſc. atque ita poteſt eſſe præſentia ſine conſenſu. *Bar.*
l Somnus & morbus comitialis violentiæ ſpecies ſunt.
m Paria ſunt, auctoritatem non interpoſuiſſe, & malè.
n Paria ſunt auctoritas nulla, & vitioſa, *v. l. 6. ſupr. qui ſatiſdare.*
o Interrogatus & pro interrogato habetur qui non interrogatus reſpondet, *l. 9. in pr. ſ. de interrog. in iure.* Silentium habetur pro confeſſione.
p Auctoritas vnius tutoris ſufficit, ſi poſſit adminiſtrare. *l. 5. in pr. C. eod.*
q Imò pupillus quoties talis tutor hæreditatem adit, obligatur, *l. 49. ĵ. de adq. her.*
r Tutore honorario authore pupillus vendendo & tradendo non alienat, *vt hic.* Atqui hæreditatem adit eo auctore? *l. 49. ĵ. de adq. hered.* An ideo traditio ab aditione ſeparanda eſt: quòd aditio animi ſit potius, quàm facti vel adminiſtrationis, *l. 20. ĵ. de adq. her.* & ſuppletur facilè animus quolibet tutore auctore, *l. pupillus 189. ĵ. de reg. iur.* venditio verò & traditio, facti eſt potius quàm animi. *l. conſilio. 7. §. vlt. ĵ. de curator. furioſ.* vt ideo auctoritas eius requiratur qui negotia gerit, neque ſufficiant honorario? Atenim dices, ſolutionem eſſe facti *d. l. conſilio.* & rectè tamen tutori honorario ſolui, *l. quòd ſi fortè. 14. §. 6. ĵ. de ſolutionibus.* Fit rectè honorario tutori ſolutio? at non ab eo, vel à pupillo, eo auctore. An verò hac lege noſtra dicemus cum Azone interdictam à Prætore adminiſtrationem huic tutori, cuius negatur auctoritas ſufficere? Prior ſententia verior eſt.
ſ adde caſum *l. 7. §. 5. ĵ. pro emptore.*
t vide *l. 18. in prin. ĵ. eod.*
u Naturaliter tutori pupillus obligatur, quatenus factus eſt locupletior. *§. prox. in fin. infr. eod. l. 1. ſupr. eod.* vide *l. 1. ſupr. commoda. l. vlt. C. pro emptore. §. vlt. Inſt. quibus alien. l. 3. §. 1. ſupr. de tributoria.*
x Pupillus obligari non poteſt ſine tutoris auctoritate in contractu hinc inde obligatorio. *Inſt. eod. in pr.* adde *l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. vend.*
y *Inſt. eod. in pr.* adde *l. 11. §. 4. l. 27. §. 1. ſup. de min.*
z *l. 34. in fin. ſupr. de contrah. empt.*
a Cur non poteſt? inter vendentem & ementem eſt diuerſitas. *l. 1. ſupr. de rerum permutatione.*
b Imò poteſt, *l. 56. in fin. ſup. tit. prox.*
c vide *l. 7. in pr. inf. eod.*
d Præſumitur mala fide emere, qui quid comparat ex rebus pupilli per interpoſitam perſonam, de quo v. pleniùs hic Bartolum.

4 ¶ Sanè

4 ¶ Sanè ſi ipſe quidem emit palàm *a*, dedit autem nomen, non mala fide, ‖ ſed ‖ ſimpliciter *b*, vt ſolent honeſtiores non *c* pati nomina ſua Inſtrumentis inſcribi, valet emptio. quòd ſi callidè, idem erit ac ſi ‖per‖ interpoſitam perſonam emiſſet.

5 ¶ Sed & ſi creditor pupilli diſtrahat, æquè emere bona fide poterit.

6 ¶ Si filius tutoris *d*, vel quæ alia perſona iuri eius ſubiecta, emerit: idem erit atque ſi ipſe emiſſet.

6. *Pomponius* ‖ libro 17 ad Sabinum. ‖

TVtores, quibus adminiſtratio decreta non eſſet *e*, tanquam *f* extraneos, rectè à pupillo emere placet.

De duobus tutoribus, de ſtipulatione.

7. *Vlpianus* ‖ libro 40. ad Sabinum. ‖

QVod dicimus *, in rem ſuam, auctoritatem accommodare tutorem non poſſe, totiens verum eſt, quotiens per ſemet, vel ſubiectas *g* ſibi perſonas adquiritur ei ſtipulatio. cæterum negotium ei geri per conſequentias *h*, vt dictum eſt, nihil prohibet ‖auctoritas.‖

1 ¶ Si duo rei ſint ſtipulandi, & alter me auctore à pupillo ſtipuletur, alter altero tutore auctore, dicendum eſt, ſtipulationem valere *i*, ſic tamen, ſi auctoritas tutoris vnius ſufficiat *k*. cæterùm ſi non ſufficiat, dicendum erit inutilem eſſe ſtipulationem.

2 ¶ Si *l* "&" pater, & filius, qui in poteſtate eius fuit, tutores *m* fuerunt, & pater ſit ſtipulatus, filio auctore: nullius momenti erit ſtipulatio; idcirco quia in rem patris auctor eſſe filius *n* non poteſt *o*.

De conditione.

8. *Idem* ‖ libro 48. ad Sabinum. ‖

ET ſi conditionalis *p* contractus cum pupillo fiat, tutor, debet purè auctor fieri. nam auctoritas *q* non conditionaliter, ſed purè interponenda eſt, vt conditionalis contractus confirmetur.

De omnibus contractibus. 1. *De manumiſſione.* 2. *De ſolutione.* 3. *De hereditate.* 5. *Quomodo interponitur authoritas.*

9. *Gaius* libro duodecimo ad Edictum Prouinciale.

OBligari ex omni contractu pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt *r*: adquirere autem ſibi ſtipulando *ſ*, & per traditionem accipiendo *t* etiam ſine tutoris auctoritate poteſt. ſed credendo *u* obligare ſibi non *x* poteſt *y*: quia ſine tutoris auctoritate nihil alienare poteſt.

1 ¶ Ex hoc autem quòd pupillus nullam rem ſine tutoris auctoritate alienare poteſt, apparet, nec manumittere *z* eum ſine tutoris auctoritate poſſe. hoc ampliùs, licèt tutoris auctoritate manumittat, debet è lege Ælia Sentia *a* apud conſilium cauſam probare.

2 ¶ Pupillus ex omnibus cauſis ſoluendo *b* ſine tutoris auctoritate, nihil agit: quia nullum dominium transferre poteſt. ſi tamen creditor bona fide pecuniam pupilli conſumpſerit *c*, liberabitur pupillus.

3 ¶ Hereditatem *d* adire pupillus ſine tutoris auctoritate non *e* poteſt, quamuis lucroſa ſit. nec *f* vllum habeat damnum *g*.

4 ¶ Nec ex ſenatuſconſulto Trebelliano hereditatem recipere ‖pupillus‖ ſine tutoris auctoritate poteſt.

5 ¶ Tutor ſtatim *h* in *i* ipſo negotio præſens *k* debet auctori fieri. poſt *l* tempus verò aut per epiſtolam interpoſita eius auctoritas, nihil agit.

6 ¶ Etiam ſi non exaudiat tutoris auctoritatem is, qui cum pupillo contrahit, ſcriptis tamen hoc adprobetur: rectè negotium geritur *m*: veluti ſi abſenti pupillo per epiſtolam *a* vendam aliquid, aut locem, & is tutoris auctoritate conſentiat.

a v.l.54. circa fin. ſ. de adm. tut.
b i. bona fide, aut certè non mala fide, vt l. 6. §. 4. ſ. de negotiis.
c v. Edictum Iuſtiniani 7. c. 2.
d v. l. 1. ſ. eod. in fin. prin.
e de quibus l. 4. ſ. eod.
f Vt extraneus à pupillo rectè emere poteſt tutor, cui decreta non eſt adminiſtratio, vt hic. At quomodo? eorũ auctoritate, qui eam præſtare poſſunt: quibus adminiſtratio non eſt denegata.
g l. 5. §. 3. ſ. eod. adde l. 26. eod. de adm. tut.
h l. 1. ſ. eod.
i Ita diuerſitas tutorum auctoritatem præſtantium, non impedit duos reos conſtitui.
k ſufficit autem vnius tutoris auctoritas, niſi expreſsè dictum ſit, vt ne vnius auctoritas ſufficeret, l. Titium 47. ſ. tit. prox.
l Filius tutor non poteſt auctoritatem interponere patre contrahente, in cuius ſit poteſtate.
m datiui vel teſtamentarii: Nam legitimi ſimul eſſe nõ poſſunt, cum pater præcedat filium vno gradu, atque ita in tutela, l. ſi plures 9. ſ. de legit. tutor.
n d. l. 1. in fin pr. ſ. eod.
o hinc quæritur, an filius notarius poſſit in rem patris inſtrumentum conficere. Non poſſe videtur, quia notarius teſtis munere fungitur. Imò; poſſe videtur: quia notarij officium, cum ſit officium publicum, in eo non curatur patria poteſtas. Bartolus ait poſſe, ſi non ſit in patris poteſtate.

De tutore, qui auctor fieri non potuit.

10. *Paulus* ‖ libro 24. ad Edictum. ‖

TVtor, qui per valetudinem, vel abſentiam, vel aliam iuſtam *b* cauſam auctor fieri non potuit, non tenetur.

De bonorum poſſeſſione.

11. *Gaius* libro decimoquinto ad Edictum Prouinciale.

SI ad pupillum, aut furioſum, bonorum poſſeſſio pertineat, expediendarum rerum gratia, & in agnoſcenda *c* & in repudianda bonorum poſſeſſione voluntatem tutoris curatoriſque ſpectari debere placuit. qui ſcilicet, ſi quid ‖eorum‖ contra commodum *d* pupilli, furioſive fecerint, tutelæ, curationiſve iudicio tenebuntur.

De ſeruo communi tutoris & extranei.

12. *Iulianus* libro 21. Digeſtorum.

SI ſeruus communis, tuus & Titij, à pupilla tua, te auctore, aliquam rem per traditionem acceperit, tota ad Titium pertinebit. *Marcellus notat*: Nam quodcumque ad omnes dominos non poteſt pertinere *e*, id pro ſolido ad eum, cui adquiri poteſt, pertinere veteres comprobauerunt.

Si pupillus taceat.

13. *Idem* libro 21. Digeſtorum.

IMpuberes tutore auctore obligantur, etiam ſi taceant *f*. nam cùm pecuniam mutuam acceperint, quamuis nihil dicant, auctoritate tutoris interpoſita tenentur. quare & ſi non debita pecunia his perſonis ſoluta fuerit, quamuis tacuerint, interpoſita tutoris auctoritas ſufficit, vt condictione *g* teneantur.

De abſentia vel ignorantia tutoris.

14. *Idem* libro 31. Digeſtorum.

NOn multum intereſt *h*, abfuerit tutor, cùm negotium contraheretur, an *i* præſens *k* ignorauerit, quale eſſet, quod contrahebatur.

De iudicio accipiendo & intentando.

15. *Marcianus* ‖ libro 2. Regularum. ‖

ACcipientis *l*, & edentis iudicium *m*, idem tutor auctor vtrique fit, ſed ‖hoc‖ vtrum ita eſt, ſi bis auctor factus eſt, an & vna auctoritas ſufficiat eo animo vt ad vtrumque pertineat: dubitat quidem Pomponius. ſed fortiter defenditur, ſufficere *n* vnam auctoritatem.

De tutore cœco.

16. *Paulus* ‖ libro 1. ad Legem Æliam Sentiam. ‖

ETiam ſi tutor cœcus *o* factus ſit, auctor *p* fieri poteſt.

Si tutor nolit auctor fieri.

17. *Idem* ‖ libro 6. ad Edictum. ‖

SI tutor pupillo *q* nolit auctor fieri, non debet eum prætor cogere. primum, quia iniquum eſt, etiam ſi non *r* expedit pupillo, auctoritatem eum præſtare: deinde, etſi expedit, tutelæ iudicio *ſ* pupillus hanc iacturam *t* conſequitur *u*.

De delegatione, de procuratore dandò, de eo quod pertinet ad tutorem.

18. *Idem* ‖ libro 1. ad Plautium. ‖

POteſt *x* pupillus, tutore auctore, debitorem ſuum Titio delegare *y*. ſed cùm tutor debet pupillo, dicendum eſt, neque delegari *z* eum, neque procuratorem aduerſus tutorem dari ipſo tutore auctore poſſe: quia futurum ſit, vt auctoritate ſua liberetur *a*.

De curatore impuberi dando.

19. *Idem* libro 9. Reſponſorum.

CVratorem etiam impuberi dari poſſe. ſed ad ea quæ ſolemnitatem *b* iuris deſiderant *c*, explicanda, tutore auctore opus eſſe.

De diuiſione hereditatis. de ſubſignatione tutoris.

20. *Scæuola* libro 10. Digeſtorum.

INter pupillos paternæ hæreditatis diuiſio facta eſt, præſente tutore, ſed non adſignante *d* inſtrumento diuiſionis. quæſitum eſt an ei ſtari oporteret? Reſpondit, ſi tutor auctor fuiſſet non idcirco minùs ſtandum eſſe diuiſioni *e*, quod non adſignaſſet *f*.

a Epiſtola ratum haberi negotium poteſt, l. 34. ſ. mandati.
b l. 1. in fin. ſupra eod.
c l. 8. §. 3. ſ. eod. §. 1. Inſt. eo. l. 7. §. 3. C. de curat. fur.
d contra modum, Hal. v. l. 17. J. eo.
e l. 1. §. 4. in fi. J. de ſtipul ſeru.
f l. 6. in prin. ſ. de tut ſine tutore verò naturaliter, l. 1. in fin. J. de nou.
g qua: indebiti.
h ad impediendam vim contractus cum pupillo initi.
i Auctoritatem rectè interponi tutore præſente & ſciente, etiamſi non loquatur, hinc colligunt.
k l. 1. in fin. ſ. eod.
l Duobus pupillis, duabus in cauſis poteſt idem tutor tam in agendo quàm in defendendo auctoritatem præſtare.
m vt in communibus iudiciis, l. 42. §. pen. ſ. de procurat.
n Vna verborum formula, vna denique oratione vtroque pupillo aut potius litigantibus inter ſe pupillis auctoritatem tutor poteſt interponere.
o Cœcus etiam tutor auctoritatem poteſt interponere. v. quæ ſcripſi ad l. 1. C. qui morbo.
p retinet enim tutelam & ſuam poteſtatem, facit l. 5. §. 5. verſ. quamuis. ſ. de poſtula.
q ſub. contrahenti, vel quaſi contrahenti, extra iudicium tamen: nam in iudicio cogitur defendere. Quidam putant etiam extra iudicium auctoritatem ſuam interponere cogi tutorem, ſi certa ſit atque euidens pupilli vtilitas, ſecus ſi dubia ſit.
r l. 11. in fin. ſupra eod.
ſ de auctoritate non minus quam de adminiſtratione tutor rationẽ reddere tenetur. Cuiac. C. eod.
t i. quod ſua intereſt.
u & ſic pupillus nihil damni ſentit.
x Imò non poteſt tutor debitorem pupilli delegare, l. mouare, 20. infr. de Nou. Non poteſt, vt conditionem pupilli faciat deteriorem.

p veluti ſi ita contraxerit, ſi placet tutori meo.
q Auctoritatis interpoſitio conditionem non recipit, vt & actus quiuis legitimus l. 77. J. de reg. iur.
r Inſt. eod. in pr.
ſ l. 1. C. eod. §. 1. Inſt. eo. §. 2. Inſt. quib. al. licet vel non l. 11. J. de adq. rer. dom.
t §. 2. Inſt. quib. alie. non licet.
u l. 19. §. 1. ſ. de reb. cred.
x Quid ita? cùm poſſit obligari, vbi ſit locupletior? l. 1. §. An in pup. ſ. depoſiti.
y nec pecuniam facit accipientis, d. §. 2. Inſt. quib. ali. l. 14. in fin. infra de ſolutio.
z ſiquidem quem manumittit, alienat; manumiſſio eſt alienatio, l. vl. C. de reb. alien.
a §. 4. Inſt. quib. ex cauſis manum.
b v. l. 14. in fin. J. de ſolution.
c i. alteri crediderit, vel in ſolutum dederit, l. 19. §. 1. ſ. de reb. cred.
d v. l. 11. infr. eod.
e Cur non poteſt: cùm mutuum dando non obligetur? Non quia non obligatur mutuum dando, prohibetur mutuum dare: ſed quia mutuum dando, rem ſuam alienat.
f al. ne.
g apparens.
h Theophil. d. §. 2. perſeueranter, cùm negotium geritur, à principio ad extremum; quod Cuiacius non admittit: ſatis eſt enim ſi ſtatim atque peractum eſt negotium, in re præſenti tutor auctor fiat, nec quidquam nocet, ſi in ipſo tractatu, & geſtu negotij non interfuerit, l. 25. §. 4. J. de adq. hered. v. Cuiac. 13. obſ. 31.
i Auctoritas interponitur in ipſo negotio, non poſt tranſactum negotium, nec per nuntium aut epiſtolam, vt hic l. 1. in fin. ſ. de tut. l. ſi quis mihi bona 25. §. iuſſum 4. ſupr. de adq. her. Voluntas enim poſt finitum negotium eſt pro ratihabitione, l. 5. §. ſed ſi mutua. ſupr. de in rem verſ. l. 2. in fin. J. ſoluto matrim. & in actu quolibet ſine verbis, l. 3. J. ratam rem haberi. Ita conſenſus poteſt ſubſequi: vt & iuſſus ex interuallo aliquo præcedere, l. ſi quis mihi bona 25. §. iuſſum. 4. J. de adq. her.
k §. 2. Inſt. eod.
l putà poſt vnum diem, Theophil. §. 2. Inſt. eod. at non poteſt vel ante tempus modicum, dum ne actus contrarius aliquis interuenerit, l. continuus. 137. infra de verb. oblig.
m Contractus quoties per epiſtolam habetur, tunc perfectus intelligitur, cùm recipiens epiſtolam conſentit, Bart. ſummam manum venditio accipit conſentiente eo, cui ſe vendere quis ſcribit. Cuiac. 13. obſ. 31.

y Delegare ſuum debitorem creditori ſuo pupillus poteſt. An & tutorem ſuum debitorem? non poteſt: quia futurum eſſet, vt auctoritate ſua tutor liberaretur à pupillo, vt hic. Quid? potéſtne ſolus tutor ſiue pupillo delegare? Quidam negant, arg. l. reſtit. 37. § 1. J. ad Trebell. quod Bartolus non admittit, ſi tamen pupillo expediat. l. Tutor ad vtilitatem. ſuprà tit. prox.
z adde l. vlt. infr. eod.
a Delegatus liberatur ab eo creditore, à quo delegatus eſt alteri. Qui delegat, debitorem eundem à ſe liberat, & alij obligat, aut verius obligatum cedit.
b vide l. vlt. C. de in litem dando.
c vt ad appellandum, l. 17. §. fin. J. de appell. adde §. vlt. Inſt. hoc tit.
d id eſt, ſubſcribente.
e hinc collige, inter pupillos fieri poſſe diuiſionem. v. l. 17. C. de præd. min.
f non eſt neceſſaria auctorantis ſubſcriptio in diuiſione. Bart.

De abſten

De abſtentione ab hereditate paterna.

21. *Idem* libro 26. Digeſtorum.

DEfendente tutore, pupillus condemnatus ex contractu patris, accepit curatorem. inter quem, & creditorem acta *a* facta ſunt apud procuratorem Cæſaris infra ſcripta. Priſcus, Procurator Cæſaris dixit *b*, *faciat iudicata* c. Nouellius curatori dixit, *Abſtineo d pupillum*. Priſcus procurator Cæſaris dixit, *Reſponſum habes. ſcis, quid agere debeat.* quæſitum eſt, an ſecundum hæc acta adoleſcens ‖ à ‖ bonis patris abſtentus ſit? Reſpondit, proponi abſtentum *e*.

De eo quod ad tutorem pertinet.

22. *Labeo* libro 5. Pithanon.

SI quid eſt, quod pupillus agendo, tutorem ſuum liberaturus eſt *f*, id ipſo tutore auctore agi rectè non poteſt.

QVANDO *g* EX FACTO *h* TVTORIS, vel curatoris, minores *i* agere, vel conueniri poſſunt.

TIT. IX.

De pupillo condemnando ob dolum, vel culpam tutoris.

Pomponius " libro 29. ad Sabinum."

OB dolum malum, vel culpam tutoris, Ariſto ait pupillum poſſeſſorem condemnandum. ſed non puto, quanti actor in litem iuraret. & tamen illud ita eſt, ſi rem *k* à tutore pupillus ſeruare poſſit.

Si tutor vel curator crediderit,

2. *Vlpianus* ‖ libro 1. Opinionum. ‖

SI tutor, vel curator, pecunia eius cuius negotia adminiſtrat *l*, mutua data ipſe ſtipulatus fuerit, vel prædia in nomen ſuum emerit, vtilis actio ei *m*, cuius pecunia fuit, datur ad rem vindicandam, vel mutuam pecuniam exigendam.

De dolo tutoris.

3. *Papinianus* ‖ libro 20. Quæſtionum. ‖

DOlus *n* * tutorum puero *q* neque nocere neque prodeſſe debet.

¶ Quod autem vulgo dicitur, *tutoris dolum pupillo non nocere*, tunc verum eſt, cum ex illius fraude locupletior *p* pupillus factus non eſt.

¶ Quare meritò Sabinus tributoria *q* actione pupillum conueniendum ex dolo tutoris exiſtimauit: ſcilicet ſi per iniquam diſtributionem pupilli rationibus fauit. ¶ Quod in depoſiti *r* quoque actione dicendum eſt: Item hereditatis petitione: ſi modò quod tutoris dolo deſiit *ſ*, pupilli rationibus illatum probetur.

4. *Vlpianus* ‖ libro 64. ad Edictum ‖

AT ſi extrinſecus *t* aliquid tutor *u* dolo admiſerit, pupillo *x* nihil nocere oportet.

De tutela vel curatione finita.

5. *Papinianus* ‖ libro 5. Reſponſorum. ‖

POſt mortem furioſi *y* non dabitur *z* in curatorem qui negotia geſſit, iudicati *a* actio: non magis, quàm in tutores *b*: ſi modò nullam ex conſenſu, poſt depoſitum officium, nouationem factam: & in curatorem, vel tutorem obligationem eſſe translatam, conſtabit.

1 ¶ Tutor qui *pecuniam ſe ſoluturum* cauit *c*, *quàm pater pupilli condemnatus fuerat*, actionem poſt tutelam finitam rectè recuſat. Non *d* idem in eo *e* placuit, qui ſuo nomine mutuam pecuniam accepit, & iudicatum pro pupillo fecit. niſi fortè creditor ideo contraxit, vt in cauſam iudicati pecunia transiret.

De actore.

6. *Idem* ‖ libro 2. Definitionum. ‖

TVtor interpoſito decreto prætoris *f*, actorem *g* reliquit *h* ſecundum eum ſententia dicta, iudicati ita transfertur ad pupillum actio, non *i* minus, quàm ſi tutor obtinuiſſet.

a Formulæ huic *Actorum*, adde quæ ſcripſi ad *l.3. ȷ. de his quæ in teſt. del.* Poriò huiuſmodi acta notis excipi ſolita oſtendi ad *l. 33. ſ. ex quib. cauſ. maiores.*
b ſine ſcriptis ſententiam in articulis incidentibus ferri poſſe hinc colligit Baldus, adde Romanum *ſingulari* 5.
c pupillus.
d id eſt, Peto, vt pupillus meus abſtineat ab hæreditate patris, & ita reſtituatur aduerſus aditionem, *v. C. ſi minor vt ab hær. ſe abſt.*
e Quid ita? cum ſolus tutor ſine cauſæ cognitione abſtinere pupillum non poſſit? *l.13. in fi. prin. ſ. de minor.* An pupillus ſe minus ſolenniter hæreditati miſcuerat, ſine tutore, vt putat Placentinus? An tutor ſolus ſine pupillo, vt vult Azo: vt hic merito tutor poſſit nudis verbis abſtinere?
f *l.18. in fi. ſ. eod.*
g 5. *C.39.*
h adminiſtratione, contractu, fide, diligentia, dolo, culpa, *Cuiac. hic.*
i pupilli & adoleſcentes, *Cuiac. hic.*
k id eſt ſi tutor ſit ſoluendo, *vt l. vlt. ſuprà de adminiſt. tut.*
l Idem in vxore, Eccleſia, & muliere eſſe ait Bartolus.
m id eſt pupillo, *l.2. l.4. C. eod. 37. Eclog. 8. c.2. l.5. §. pen. ſ. de conſt. pecun.*
n *l.15. in prin. ſ. de dolo*, v. Bart. *in l. ſi dolo 24. infr. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.*
o pupillo.
p Dolo tutoris eatenus conuenitur pupillus, quatenus eſt factus locupletior.
q *v. l.3. §. v. t. ſ. de tribut.*
r adde caſum. *l.1. §.15. ſ. depoſiti.*
ſ *ſub.* eſſe in hæreditate.
t id eſt, in re ſua propria, ſuòque nomine.
u *v. l.61. in prin. ſuprà de admin. tut.*
x *l.198. infrà de reg. iur.*
y cui curator datus fuit.
z Imo dari videtur, *l.67. ſ. de procuratorib. l.3. §.2. ȷ. de adm. rer. ad ciuit. pert.*
a Iudicati actio ex ſententia contra curatorem, curatorio nomine furioſi, vel tutorem lata, non datur in ipſum curatorem vel tutorem finita tutela, niſi, poſt depoſitum officium, debitum pupillorum ſuorum nouauerint, & in ſe obligationem transtulerint.
b quam in tutores poſt depoſitum officium: ſi modo nullam ex conſenſu nouationem factam, &c. hanc traiectionem notat Cuiacius 20. *obſeru.* 39.
c vt tutor ſcilicet, v. quæ notaui ad *l. vlt. ſuprà de inſtitoria.*
d Quod promittit tutor directo, & ab ipſo negotij initio, vt rei pupilli inſeruiat, tutela finita ab eo peti non poteſt, *vt in pr. legis.* Quod ſuo nomine initio accepit mutuum. poſtea in rem vertit pupilli, ab eodem tutore etiam finita tutela peti poteſt.
e *v. l.43. §.1. ſuprà de admin. tut.*
f vt *l.24. ſuprà de adm. tut.*
g Actorem ad agendum, vt & adiutorem tutor eligit, *vt hic, l.1. C. de actore à tutore ſeu creditore dando: l. ſi actor. 10. C. de appellat. l. actor. 9. ȷ. ratam rem.* Curatorem ipſum, magiſtratus. Cur à tutoribus procurator conſtitui non poteſt (domini non ſunt) ideo hoc eis datum eſt, vt quoties abfuturi eſſent, vel alias impedirentur, decreto Prætoris vel Præſidis actorem darent: actor autem ad agendum, *vt ſuprà*, adiutor ad alia munia datur, *l. ſolet. 13. ſ. de tutelis.*
h ad debita pupilli exigenda.
i Vt pupillo adquiritur per tutorem, ita eidem adquiritur per actorem ab ipſo tutore conſtitutum.

De infante.

7. *Scæuola* ‖ libro 13. Quæſtionum. ‖

TVtori qui infantem defendit, ſuccurritur, vt *a* in pupillum iudicati actio detur.

Si coheredis tutor fideicommiſſi nomine in ſolidum cauerit.

8. *Idem* ‖ libro 5. Reſponſorum. ‖

TVtor, qui & coheres pupillo erat, cum conueniretur *b* fideicommiſſi nomine, in ſolidum, ipſe cauit. quæſitum eſt, an *c* in adultum pupillum pro patre *d* danda ſit vtilis actio. reſpondit, danda.

DE SVSPECTIS *e* TVTORIBVS & curatoribus.

TIT. X.

Vtilitas huius tituli. 1. Propoſitio dicendorum. 2. Vnde ſuſpecti crimen deſcendit. 3. Qui de ſuſpecto cognoſcunt. 5. Qui accuſare poſſunt. 6. De muliere accuſante. 7. De tutore plebeio.

Vlpianus ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

HÆc clauſula *f* & frequens *g*, & pernecessaria eſt: quotidie enim ſuſpecti tutores poſtulantur *h*.

1 ¶ Primùm igitur tractemus vnde *i* deſcendat ſuſpecti crimen *k*, & apud quos *l* poſtulari *m* quis poſſit ſuſpectus tutor, vel curator: deinde quis *n*, & à *o* quo, & ex quibus *p* cauſis remouetur, déque pœna † ſuſpecti.

2 ¶ Sciendum eſt, ſuſpecti crimen *è lege q duodecim tabularum* deſcendere.

3 ¶ Damus *r* autem ius remouendi ſuſpectos tutores Romæ prætoribus *ſ*: in prouinciis præſidibus earum.

4 ¶ An *t* autem apud legatum proconſulis ſuſpectus poſtulari poſſit, dubium *u* fuit. Sed Imperator Antoninus cum Diuo Seuero Braduæ Maurico proconſuli Africæ reſcripſit, poſſe *: quia mandata iuriſdictione, officium *x* ad eum totum *y* iuris dicundi tranſit.

¶ Ergo & ſi prætor mandet iuriſdictionem, ſimili *z* modo dicendum eſt, ſuſpectum poſſe apud eum poſtulari, cui mandata eſt. cùm *a* enim ſit in prouincia hoc reſcriptum, conſequens erit dicere, & eum, cui à prætore mandata eſt iuriſdictio, poſſe de ſuſpecto cognoſcere.

5 ¶ Oſtendimus *b* qui poſſunt de ſuſpecto cognoſcere: nunc videamus *qui ſuſpecti fieri poſſunt*. Et quidem * omnes tutores poſſunt, ſiue *c* teſtamentarij ſint, ſiue non ſint, ſed alterius generis tutores. Quare & ſi legitimus ſit tutor, accuſari poterit: quid ſi patronus? adhuc idem erit dicendum, modo vt meminerimus, patrono parcendum *d*.

6 ¶ Conſequens eſt, vt videamus, *qui poſſunt ſuſpectos poſtulare*. Et ſciendum eſt, quaſi *e* publicam *f* eſſe hanc actionem ‖ hoc eſt, omnibus patere. ‖

7 ¶ Quinimo & mulieres admittuntur, ſed hæ ſolæ, quæ pietate neceſſitudinis ductæ ad hoc procedunt, vtpuca mater, nutrix *g* quoque & auia ‖ poſſunt. ‖ Poteſt & ſoror. nam in ſorore & reſcriptũ exſtat diui Seueri. & ſi qua alia mulier fuerit, cuius prætor perpenſam *h* pietatem intellexerit, non ſexus verecundiam egredientis *i*, ſed pietate *k* productam, non continere iniuriam pupillorum, admittet eam ad accuſationem.

8 ¶ Si quis de plebeiis, ob facta atrociora *l* in tutela admiſſa fuerit apud prætorem accuſatus, remittitur ad præfectum *m* vrbis grauiter puniendus *n*.

De liberto tutore.

2. *Idem* " libro primo de omnibus tribunalibus."

LIbertus *o* quoque ſi fraudulenter geſſiſſe tutelam filiorum patroni probetur, ad præfectum vrbis *p* remittetur puniendus *q*.

De tutore accuſante contutorem. 1. De liberto accuſante. 2. De curatore ſuſpecto. 4. De accuſatione. 5. Ex quibus cauſis

a *l.8. ȷ. eo. l.1. l.3. C. eo. l.2. ſ. de adm. tut. l.28. C. de adm. tut. l.4. §.1. ſ. de re. iud.*
b putà à legatariis
c *v. l.7. ſ. eod.*
d ſi negotium pro parte ſpectat ad pupillum, pro alia ad tutorem, tutor videtur pro illa facere nomine tutorio: pro alia, proprio. *Bart.*
e 5. *C.43.1. Inſtit. vlt. 37. Eclog. 10.*
f id eſt materia.
g Quotidiana ſubtilius examinanda, *l. legaui 25. ȷ. de liberat. legat.*
h ſi à geſtione ſe abſtineant, vel malè gerant. *l.5. §.2. ſ. de admin. tut.*
i quo ex iure? dic ex lege XII. Tabularum, §.2.
k id eſt actio vel accuſatio criminis de ſuſpecto, hoc enim crimen non eſt publicum.
l iudices, §.3. §.4.
m accuſari.
n *§.5. ȷ. eod.*
o *§.6.7.8. l.2. l.3. ȷ. eod.*
p *§.3. §.5. ȷ. eod.*
† ob dolum remouetur & fit infamis: *§.6. Inſt. eod. l. vlt. C. eod. v. §.6. ȷ. eod. l.3. §.15. §.16. §. vlt. l.4. ȷ. eod.*
q *Inſt. eod. in prin.*
r *§.1. Inſt. eod* De ſuſpecto cognoſcere & remouere poſſunt Prætores & Præſides.
ſ Imò præfectis vrbi, *v. l.1. §.7. ſ. de off. præf. vrb.*
t De ſuſpecto cognoſcere poteſt legatus proconſulis, at non eo nomine remouere.
u nunc non eſt dubium, *ȷ. eod.* nam & iidem legati tutores dari poſſunt, *l. pen. ſ. de off. procons.* & cognitio ſuſpecti mandari poteſt, *v. l.3. ſ. de off. eius cui man.*
x id eſt poteſtas, *vt l.3. §.2. ȷ. de adm. rerum ad ciuit. l.1. ſ. de iuriſd.*
y Imo non totum, *l.6. ſ. de offi. procons.*
z Prætoris & Proconſulis cognatio.
a Ius prouinciale ſeu prouinciæ ad vrbem extenditur.
b *§.2. Inſt. eod.*
c *l.4. C. eod.*
d *d. §.2. l.11. ſ. de poſtulando.*
e *§.3. Inſt. eod. l.6. eod.* Suſpecti tutoris accuſatio, quaſi publica eſt. cur quaſi publica? An quia verè publica? An quia non eſt omnino publica: quia ſi verè publica eſſet, omnibus quidem pateret præterquam fœminis, *l.8. ȷ. de accuſ.* quæ tamen ad hanc accuſationem admittuntur.
f publicum eſt quod omnibus patet. *Bart.*
g adde *l.12. ȷ. de manumiſſ. vind.*
h Propenſam, *Inſt. eod. §.3.*
i *al.* egredientem.
k *§.3. Inſt. eod. l.5. §.1. ȷ. quibus ex cauſis in poſſeſſ.*
l quæ non numerantur inter atrocia illa, de quibus in *l.3. §.14. §.16. ȷ. eod. l. Auxilium 37. ſ. de minorib.*
m *l.2. l.3. §.14. ȷ. eod. §.10. §.11. Inſt. eod. l.1. §.7. ſ. de off. præf. vrb.*
n & hæc quæſtio pro tribunali tantum cognoſcitur. *l.1. §.11. ȷ. ad Turp.*
o *§.11. Inſt. eod.*
p Romæ, quid in prouinciis? ad præſides & prouinciarum ipſarum rectores.
q etiam in corpus, *Theoph. §.11. Inſt. eod.*

ſuſpecti

ſuſpecti remouentur. 6. De eo qui deſiit eſſe tutor, & cœpit eſſe curator, vel iterum tutor. 9. De vna tutela habente interualla. 10. Si abſuturus reipublicæ cauſa deſiderauit in locum ſuum conſtitui alium tutorem. 11. De curatore ventri boniſque dato, deinde tutore dato. 17. De tutore inimico, & aliis cauſis remouendi tutorem. 13. De rebus vetitis ſine decreto diſtractis. 14. De tutore qui non præſtat alimenta. 16. (De repertorio conficiendo.) De pecunia deponenda ad prædiorum comparationem. 17. De abſtentione ab hæreditate. 18. De infamia.

3. *Idem* ‖ libro 15. ad Edictum. ‖

TVtor quoque contutorem *a* poteſt ſuſpectum facere, ſiue duret adhuc tutor, ſiue iam deſierit, ipſe contutor autem maneat tutor: & ita Diuus Seuerus reſcripſit. Plus Diuus Pius Cæcilio Petino reſcripſit, poſſe *b* tutorem ſuſpectum remotum contutores ſuos ſuſpectos facere.

1 ¶ Liberti quoque pupillorum gratè facient, ſi tutores, vel curatores eorum, malè gerentes rem patronorum, vel liberorum patronorum, ſuſpectos fecerint. Sed ſi patronum ſuum vt ſuſpectum in tutela facere velint, melius *c* eſt, libertos ab accuſatione repelli, ne in ipſa cognitione grauius aliquid emergat: cum hoc aliis omnibus pateat.

2 ¶ Non tantum autem adoleſcentis curator, ſed etiam furioſi, vel prodigi, vt ſuſpectus remoueri poteſt.

3 ¶ Sed & *d* ſi quis curam ventris bonorúmve adminiſtrat, non carebit huius criminis metu.

4 ¶ Præterea videndum, an & ſine *e* accuſatione poſſit ſuſpectus repelli. Et magis eſt, vt repelli debeat *f*, ſi prætori liqueat *g* ex apertiſſimis *h* rerum argumentis, ſuſpectum eum eſſe: quod fauore *i* pupillorum accipiendum eſt.

5 ¶ Nunc videamus ex *quibus cauſis ſuſpecti remoueantur.* Et ſciendum eſt, aut ob dolum in tutela admiſſum, ſuſpectum licere poſtulare, ſi *k* fortè graſſatus in tutela eſt, aut ſordide egit, vel perniciosè pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus iam tutor.

¶ Quod ſi quid admiſit, ante *l* tamen ‖ admiſit, ‖ quàm tutor eſſet, quamuis in bonis pupilli, vel in tutela, non poteſt ſuſpectus tutor poſtulari: quia *m* delictum tutelam præceſſit. proinde ſi pupilli ſubſtantiam expilauit, ſed antequam tutor eſſet: accuſari debet expilatæ hæreditatis ‖ crimine: ‖ ſi minus, furti.

6 ¶ Quæri poteſt, ſi tutor fuerit pupilli, idémque ſit curator confirmatus adoleſcenti, an poſſit ex delictis tutelæ ſuſpectus poſtulari? Et cùm poſſit tutelæ à concuratoribus conueniri, conſequens erit dicere, ceſſare ſuſpecti accuſationem: quia tutelæ agi poſſit, depoſito *n* officio, & alio ſumpto.

7 ¶ Idem erit quærendum, ‖ & ‖ ſi proponas aliquem deſiſſe eſſe tutorem, & rurſum cœpiſſe (vtputa vſque ad tempus, vel ad conditionem erat datus:) deinde iterum, vel ſuperueniente conditione teſtamentaria *o*, vel etiam à prætore poſtea datus ‖ eſt ‖ an ſuſpectus poſtulari poſſit? Et quia duæ tutelæ ſunt, ſi eſt, qui eum tutelæ iudicio conueniat, æquiſſimum erit dicere, ceſſare crimen ſuſpecti.

8 ¶ Si autem ipſe tutor eſt ſolus *p*, nunquid, quia tutela ceſſat, remouendus ſit ab hac adminiſtratione, quaſi "in hac" ſuſpectus ex eo *q*, quòd in alia malè verſatus ſit? Ergo & in eo, qui curator ſolus poſt finitam tutelam confirmatus eſt, idem dici poteſt.

9 ¶ Quod ſi quis ita tutor datus ſit, *quoad in Italia erit, tutor eſto:* vel, *quoad trans mare non ierit*, an poſſit ſuſpectus poſtulari ex eo geſtu, quem adminiſtrauit, antequam trans mare abiſſet? Et magis eſt, vt poſtulari poſſit: quaſi vna *r* tutela ſit habens interualla.

10 ¶ Si quis abſuturus *ſ* reipublicę cauſa, deſiderauit in locum ſuum conſtitui alium *t* tutorem, an reuerſus ex antè geſto ſuſpectus poſtulari poſſit? Et quia poteſt, ex priore geſtu, vtili actione conueniri, ceſſabit poſtulatio.

11 ¶ Si curator ventri *u* boniſque *x* datus, fraudulenter verſatus ſit, deinde tutor datus *y*, an poſtulari ſuſpectus propter fraudes in cura admiſſas poſſit, dubitari poteſt? Et ſi quidem habet contutores, non poterit poſtulari, quia conueniri poteſt: ſi non habet, amoueri poteſt.

12 ¶ Si tutor inimicus pupillo, parentibúſve *z* eius ſit, & generaliter, ſi qua iuſta cauſa prætorem mouerit, cur non debeat in ea tutela verſari, reiicere eum debebit.

13 ¶ Seuerus & Antoninus reſcripſerunt Epicurio, tutores, qui res vetitas *a* ſine decreto diſtraxerunt, nihil quidem egiſſe: verum, ſi per fraudem id fecerunt, remoueri eos oportere.

14 ¶ Tutor, qui ad alimenta *b* pupillo præſtanda copiam ſui non faciat, ſuſpectus eſt, poteritque remoueri.

15 ¶ Sed ſi non latitet *a*, ſed preſens, nihil poſſe decerni contendit, quaſi inopibus, ſi datis pupillo aduocatis *b*, in mendacio reuincatur, ad præfectum vrbis *c* remittendus eſt: neque enim intereſt, id agere quemquam, vt corrupta fide inquiſitionis, tutor conſtituatur, an bona fide conſtitutum, velut prædonem, bonis alienis incumbere: hic ergo non quaſi ſuſpectus remouebitur, ſed remittetur *d* puniendus ea pœna, qua ſolent adfici, qui tutelam, corruptis miniſteriis prætoris, redemerunt.

16 ¶ Qui *e* pecuniam ad prædiorum emptionem conferre, neque ‖ pecuniam ‖ deponere peruicaciter perſtant, quoad emptionis occaſio inueniatur, vinculis publicis iubentur contineri, & inſuper pro ſuſpectis habentur: ſed ſciendum eſt, non omnes hac ſeueritate debere tractari, ſed vtique humiliores cæterum eos, qui ſunt in aliqua dignitate poſiti, non opinor vinculis publicis contineri oportere.

17 ¶ Is tutor, qui inconſideranter pupillum vel dolo abſtinuit heredicate, poteſt ſuſpectus poſtulari.

18 ¶ Qui ob ſegnitiem *g*, vel ruſticitatem, inertiam, ſimplicitatem, vel ineptiam *h* remotus ſit, in hac cauſa eſt, vt integra exiſtimatione *i* tutela vel cura abeat. Sed & ſi ‖ quis ‖ ob fraudem non remouerit aliquem, ſed ei adiunxerit, non erit famoſus: quia non eſt abire tutela iuſſus.

3. De prohibito gerere. 4. De his qui non geſſerunt.

4. *Idem* ‖ libro primo de omnibus tribunalibus. ‖

HÆ *k* enim cauſæ faciunt, vt integra exiſtimatione *l* tutela vel cura quis abeat.

1 ¶ Decreto igitur debebit cauſa remouendi ſignificari *m*, vt appareat de exiſtimatione.

2 ¶ Quid ergo, ſi non ſignificauerit cauſam remotionis decreto ſuo? Papinianus ait, debuiſſe *n* dici, hunc integræ eſſe famæ: & eſt verum.

3 ¶ Si pretor ſententia ſua non remouerit tutela, ſed gerere prohibuit: dicendum eſt, magis eſſe, vt & hic deſinat tutor eſſe.

4 ¶ Qui nihil geſſerunt, non poſſunt ſuſpecti poſtulari: verum ob ignauiam, vel negligentiam *o*, vel dolum, ſi dolo fecerunt, poſſunt remoueri.

De ſatiſdatione.

5. *Idem* ‖ libro 3. Diſputationum. ‖

SVſpectus fieri is *p* quoque, qui ſatisdederit, vel nunc offerat, poteſt expedit enim pupillo, rem ſuam ſaluam fore, quam tabulas rem ſaluam fore cautionis habere. Nec ferendus eſt contutor, qui ideo collegam ſuum *q* ſuſpectum *r* non fecit, quoniam cautum erat pupillo.

6. *Calliſtratus* ‖ libro 4. de Cognitionibus. ‖

QVia * ſatiſdatio propoſitum tutoris maleuolum *ſ* non mutat, ſed diutius graſſandi in re familiari *t* facultatem præſtat.

De impuberibus accuſantibus tutores, vel adultis curatores. 1. De lata negligentia. 2. De tutore qui non præſtat alimenta. 3. Si tutor datus non compareat.

7. *Vlpianus* ‖ libro primo de omnibus tribunalibus.

IMpuberibus *u* quidem non permittitur ſuſpectos *x* facere: adoleſcentibus *y* planè volentibus ſuſpectos facere curatores ſuos, permittitur, dummodo ‖ ex ‖ conſilio *z* neceſſariorum id faciant.

1 ¶ Si *a* fraus non ſit admiſſa, ſed lata negligentia: quia iſta propè fraudem accedit, remoueri hunc, quaſi ſuſpectum oportet.

2 ¶ Præterea acceſſerunt quædam ſpecies ex epiſtola Imperatoris noſtri, & Diui Seueri ad Atriunculonium: nam aduerſus eos, qui, ne alimenta *b* decernantur, ſui copiam perſeuerant non facere, vt ſuis rebus careant, præcipitur, reique ſeruandæ cauſa pupillus in poſſeſſionem mittatur eius, qui ſuſpectus ſententia *c* ſua factus eſt, quæque mora deteriora futura ſunt, curatore dato diſtrahi iubentur.

3 ¶ Item, ſi quis tutor datus non compareat, ſolet *d* edictis euocari, nouiſſiméque, ſi copiam ſui non fecerit, vt ſuſpectus remoueri, ob hoc ipſum, quod copiam ſui non fecit: quod & perrarò, & diligenti habita inquiſitione faciendum eſt.

De moribus & paupertate tutoris.

8. *Idem* ‖ libro 61. ad Edictum. ‖

SVſpectum tutorem eum putamus, qui moribus *e* talis eſt vt ſuſpectus ſit: enimuero tutor, quamuis pauper *f* eſt, fidelis tamen & diligens, remouendus non eſt quaſi ſuſpectus.

De cognato vel affini pupilli, vel patrono tutore.

9. *Modeſtinus*

a *l.9.§.8.ſ.de admin.tut.*
b In dubio inſpicitur magis cauſa prohibens, quam permittens: *v.* quæ notaui ad *l.5.ſ. de fideiuſſ.*
c Prohibitio magis ſpectatur quam permiſſio.
d *§.11.ſ.eod.* adde *l.48.ſ. de admin. tut.*
e Inquirere in ſuſpectos tutores iudex poteſt, eóſque remouere: idque fauore pupillorum, *vt hic.* Quid? qui ita remotus eſt, eſtne infamis? non eſt. *Dyn. & Bart. Gl. in l. vlt. C. eod.* remotus alioqui ob dolum, accuſante aliquo, infamis eſt. *dict. l. vltim. §.6. Inſt. eod.*
f Tutor remoueri poteſt etiam officio iudicis, ſine accuſatione. *Bar.*
g vel ipſo iudice principaliter inquirente, vel incidenter fraudem tutoris detegente.
h vt *l. fin. C. de prob.*
i Inquirere ad vtilitatem priuati, ex ſuo officio iudex non poteſt (excipitur tamen hic pupillus) ad vtilitatem publicam poteſt.
k *l.17.§.1.ſupr. de teſt. tut.*
l Ob crimen commiſſum, alia in re quam in tutela (dici idem poteſt in notario ſecundum Baldum) non poteſt quis remoueri vt ſuſpectus. *Bart.*
m delictum tutelam præcedens hic non attenditur.
n *l.1. in fin. l.4. in princ. ſ. de tutel. & ration.*
o nam datiua vtilis ita eſſe non poteſt, *l.6. §.1. ſuprà de tut.*
p propter defectum perſonæ, quia non eſt perſona quę gerat.
q In vno malus præſumitur in eodem genere malus, *l.7. §.2. circa fi. ſ. de accuſ.*
r adde *l.45. in pr. ſ. tit. prox.*
ſ *v. l.1. & 2. C. ſi tutor reip. cauſa: l.1. C. in quib. cauſis tutor.*
t Dixi ad *Theophil. §.2. Inſtit. de excuſ. l.13. ſuprà de tut.*
u *v. l.8. ſ. de curat. fur.*
x vide *§.2. ſuprà eodem.*
y *v. tit. infrà de curat. bon. dando.*
z Num idem fuerit ſi cognatis collateralibus vel tranſuerſalibus pupilli cognatis inimicus fuerit? id arbitrio iudicis & regionis conſuetudini relinquendum. *Bart.*
a alienari ſcilicet, *v. l.22. C. de adm. tut.*
b *l.7.§.1.ſ.eod.§.9. Inſt. eod. l.6.ſ. vbi pupill. educari.*

a tutor.
b Aduocati dandi ſunt pupillo aduerſus tutorem ſuum de alimentis litiganti.
c *v. l.1. in fin. ſup. eodem.*
d *l. vltim. in fin. C. arbitr. tutelæ.*
e tutores qui repertorium non fecerunt, vel qui pecuniam. *Hal.* adde *l.9. ſ. de tutel.*
f Hæc verba refert Cuiacius ad leges 12. *tabul.* 10. *obſ.*1.
g *l.4. in fin. ſ. eodem.*
h vel paupertatem *l.2. C. de tutore qui non ſatiſd.*
i *l.4. ſ. eod.*
k quæ non cadunt in ſpeciem doli, de quibus *l.4. §. vlt. ſ. eod.*
l Infamis fit tutor ob dolum remotus, hac *l. l.7. in fi. infrà eod. l.2. in fi. ſ. eod. §.6. Inſt. eod. l. vlt. C. eod.*
m *l.2. §.2. ſupr. de his qui notan.*
n Cur ita? colligè ex *l.104. ſ. de reg. iur.*
o *l.2. l.3. C. eod.*
p *l.6. ſ. eod. §. vlt. Inſt. eod. l.17. §.1. ſ. de teſt. tut.*
q *l.3. in prin. ſuprà eodem.*
r atqui collega ad reddendam rationem non tenetur, *l.19. ſuprà de adm. tut.*
ſ *v. l.17. §.1. ſuprà de teſt. tut., v. l.21. ſuprà de tutor. datis.*
t pupilli bonis.
u *l.6 in fin. C. eod. §.4. Inſt. eod.*
x tutores vel curatores ſuos.
y Adoleſcentis & impuberis in ſuſpecti tutoris poſtulatione diſſimilitudo. Hi ſuſpectos non faciunt: illi conſilio neceſſariorum faciunt.
z Conſilium ſequi neceſſariorum interdum lex nos iubet.
a *l. vltim. C. eodem.*
b *v. l.3. §.14. ſuprà eod. §.9. Inſtit. eodem.*
c Fugitiuus ſententia ſua fit ſuſpectus quoties nimirum fuga ipſa habetur pro delicto. Adde quæ de fuga ſcripſi ad *l.28. in fin. infr. de bonis libert.* adde *l.1. C. de deſertorib. l. locorum 6. de omni agro deſerto. Nou.53.*
d *l.68. ſ. de iudiciis.*
e Mores faciunt ſuſpectum tutorem, (dic idem in nuncio & tabellario (non facultates, *§. fin. Inſt. eodem. l.5. C. eo.* adde *l.17. §.4. ſuprà de adminiſt.*
f Pauper, ſi fidelis ſit & diligens, non remouetur à tutela quaſi ſuſpectus. *§. vlt. in fin. Inſt. eodem.*

9. *Modeſtinus* libro ſingulari de Eurematicis.

SI tutor aliquo vinculo neceſſitudinis, vel adfinitatis pupillo coniunctus ſit, vel ſi patronus pupilli liberti tutelam gerit, & quis eorum à tutela remouendus videatur, optimum factum *a* eſt, curatorem ei potiùs adiungi *b*, ‖ quàm eundem ‖ cum notata fide & exiſtimatione remoueri.

De periculo poſt remotionem.

10. *Papinianus* libro 12. Quæſtionum.

DEcreto prætoris, vt ſuſpectus remotus, periculum futuri *c* temporis non timet *d*: iniquum *e* enim videtur, remoueri quidem à tutela, vel cura, in futurum autem non eſſe ſecurum.

De tutela finita.

11. *Papinianus* ‖ libro 5. Reſponſorum ‖

POſt finitam *a* tutelam, cognitio ſuſpecti tutoris, quamuis pridem recepta, ſoluitur.

De fraude tutoris per ſeruum detegenda.

12. *Iulius Aquila* libro Reſponſorum.

NIhil proponi, cur præſcribere *b* curator poſſit in cognitione ſuſpecti, quo minùs religio prætoris à pupillari ſeruo *c* detegente fraudes inſtruatur *d*.

a optimum factum eſt. & ita locutus eſt Cicero 1. *Catil.* Saluſtius *in Iugurthino*, Plautus *in Aulularia*. vide Cuiac. 12. *obſ.* 32. & *l.* 38. ʒ. *ſoluto.*
b Imò remouendus eſt omnino *l. vlt. in fin. C. arbitrium tutelæ.*
c id eſt, inſequentis temporis.
d *l.* 22. *C. de excuſat.*
e Remotus à tutela periculum antea actæ tutelæ præſtat, non autem id quod poſtquam remotus eſt, tutelæ acciderit.

a *l.* 1. *C. eod.* adde §. 8. *Inſtit. eod.*
b excipere, vt in *l.* 15. §. 7. *infra de adult.*
c *v. l.* 33. ʒ. *de admin. tut.*
d *v. l.* 1. ʒ. *de fide inſtrum.*

LIBER VIGESIMVS SEPTIMVS.

DE *a* EXCVSATIONIBVS *b*.

Præfatio. 3. Qui creari non poſſunt. 4. De Ingenuis & libertinis. 5. De Sponſis.

Modeſtinus libro 1. *c* Excuſationum.

HErennius *d* Modeſtinus Ignatio Dextro S. Conſcribens librum, vt mihi videtur, vtiliſſimum, quem excuſationem tutelæ & curatori *e* vocaui, hunc tibi miſi.

1 ¶ Faciam autem, quoad poſſibile erit, de his doctrinam manifeſtam, enarrans legalia Græcorum voce, etſi cognouero, inepta *e* ea ad transferendum eſſe.

2 ¶ Apponam *f* dicendorum narrationi etiam ipſa *g* legum verba *h*, ſi neceſſe erit, dicendorum ſimul & legendorum vſum habentes, integritatem indigentibus & vtilitatem præbeamus.

3 ¶ Dicendum igitur primum eſt quos creari non oporteat.

4 ¶ Libertinis pupillis ingenuos *i* tutores vel curatores, præſides non dabunt, niſi omnimodo libertinorum penuria *k* ſecundùm locum illum ſit: libertinis *l* enim libertinos ſolos oportere dari, qui ex eodem *m* loco ſint *n*, oratio Diui Marci iubet. Si autem dabitur Diuus Seuerus impuberum curam habens, obligatum eum eſſe tutelæ, niſi *o* iuſtè rationes reddiderit, reſcripſit *p*.

5 ¶ Non poteſt curator eſſe ſponſæ *q* ſponſus vt ſenatus dicit: creatus autem talis abſoluetur.

De ſeptuagenario. 1. De ætate probanda. 2. De numero liberorum. 9. De tribus tutelis.

2. *Idem* libro 2. Excuſationum.

EXcuſantur à tutela *ſ* & curatoria, qui ſeptuaginta *t* annos compleuerunt. Exceſſiſſe autem oportet ſeptuaginta annos tempore *u* illo, quo creantur, aut quo hereditatem adiit quis, aut quo conditio, quæ teſtamento inſcripta eſt, completa eſt: non intra tempora excuſationis.

1 ¶ Ætas autem probatur aut ex natiuitatis ſcriptura *x*, aut aliis *y* demonſtrationibus legitimis.

2 ¶ Remittit *z* à tutela vel curatoria & liberorum multitudo *a*.

3 ¶ Legitimos *b* autem liberos eſſe oportet omnes, etſi non ſint in poteſtate *c*.

4 ¶ Oportet *d* autem liberos viuos *e* eſſe, quando *f* tutores patres dantur: qui enim antea deceſſerunt: his non connumerantur: neque rurſus nocent, qui poſtea moriuntur. & hoc ita inquit conſtitutio Diui Seueri.

5 ¶ Hoc autem videtur quidem dictum eſſe de tutore dato ſecundum teſtamentum, conuenit autem hoc & in omni alio.

6 ¶ Qui autem in ventre eſt, etſi in multis partibus legum comparatur *a* iam natis, tamen neque in præſenti quæſtione neque in reliquis *b* ciuilibus muneribus prodeſt patri: & hoc dictum eſt in conſtitutione Diui Seueri.

7 ¶ Non ſolùm autem fieri remiſſionem tutelæ tribuunt, & filiæ, ſed etiam nepotes *c* ex filiis maſculis nati, maſculi & fœminę. Auxiliantur autem tum, quando patre eorum mortuo illius locum ſupplent *d* auo. Quotcunque autem nepotes fuerint ex vno filio, pro vno filio numerantur *e*. Hæc autem ex conſtitutionibus, quæ de *liberis* loquuntur, poſſunt colligi: nuſquam enim facilè eſt inuenire, vbi de filiis loquatur conſtitutio, ſed de liberis: appellatio autem hæc & ad nepotes *f* extenditur *g*.

8 Numerum autem liberorum determinatum conſtitutionibus eſſe oportet vnicuique, tunc cum creatur. nam ſi *h* poſt creationem generantur, non auxiliantur: vt conſtitutio inquit Seueri & Antonini.

9 ¶ Ampliùs autem, & qui habet tres *i* tutelas, aut tres curatorias *k*, aut commixtim *l* tres curatorias & tres tutelas, & adhuc manentes, hoc *m* eſt nondum excedentibus *n* ætatem minoribus, hi excuſantur, ad tutelam vel curatoriam vocati *o*. Sed tamen & ſi curator quis fuerit, non impuberis *p*, ſed furioſi, ‖ ſeu prodigi, ‖ in numerum curarum & hæc computabitur curatoria: quod ſic ſe habere docet conſtitutio Seueri & Antonini. Dicit autem hæc & nobilis *q* Vlpianus de tribus tutelis.

3. *Vlpianus* libro ſingulari de Officio prætoris tutelaris.

TRia *r* onera *ſ* tutelarum dant excuſationem.

¶ Tria autem onera ſic ſunt accipienda, vt non numerus *t* pupillorum plures tutelas faciat, ſed patrimoniorum ſeparatio *u*: & ideo qui tribus fratribus tutor datus eſt, qui indiuiſum *x* patrimonium haberent, vel quibuſdam tutor, quibuſdam curator, vnam tutelam ſuſcepiſſe creditur.

4. *Modeſtinus* libro 2. Excuſationum.

DIximus *y* tres habentes tutelas, ad quartam non vocari. quæſitum eſt igitur, ſi quis duas habens tutelas, deinde ad tutelam tertiam vocatus appellauerit *z* & adhuc pendente *a* iudicio appellationis ad quartam tutelam promoueatur, vtrùm à quarta ſe excuſans mentionem *b* faciet & tertiæ, an omnino dimittet illam. Et à Diuo Seuero & Antonino conſtitutum inuenio, non oportere ad quartam promoueri à tertia appellantem *c*: ſed, pendente tertiæ creationis excuſatione *d*, illius finem expectare *e*, terminum fu-

a 5. C. 62. ad 70. 1. *Inſt.* 25. *Paul.* 2. *ſent.* 27. 38. *Ecl.* 1.
b tuorum ſc. vt enim ſenatorum alij à ſenatu amouentur, alij excuſantur: ita & tutores à Tutela, *Cuiac. hic.*
c ſex libros excuſationum conſcripſit. Titulum autem eis fecit παραιτήσεις ἐπιτροπῆς καὶ κουρατορείας.
d Interpretatio hæc Latina cuiuſdam Latini interpretis eſt, non Modeſtini, qui Græcè ſcripſit: cuius extát Græca fragmenta hæc.
e ἀδιόρθωτα coguntur tamen Græci ſępiſſimè Latinis vti vocibus, quales ſunt illæ, Curator, oratio, incola, ſpado, ſalarium, veteranus, primipilus, legionarius, legatarius, caliga, patronus, excuſatio, librarij, calculatores.
f *v. l.* 2. §. 2. ʒ. *qui petant tutores.*
g Verba ſiue ſententiæ ſiue teſtimonia quæ commodè in vulgarem ſermonem transferri non poſſunt, ipſiſſima, & vt ita loquamur, de verbo ad verbum & formaliter referenda ſunt.
h an quædam ex libris Vlpiani & Pauli? an conſtitutiones Imperatorum? *v. Ant. Aug. hic & Cuiac.*
i *l.* 3. *C. eod.*
k Nobilium penuria, ignobiles ad dignitates promoueri poſſe hinc colligunt, iuncta *l. generaliter* 5. §. 2. *infr. de decur. l. honor.* 14. *in fin.* ʒ. *de munerib.*
l *l.* 27. *in fin. ſupr. de tutorib. datis.*
m *l.* 13. *in fin.* ʒ. *eod. l.* 3. ʒ. *de tutorib. dat. l.* 5. *C. qui dare tut. l.* 3. *C. qui pet. tut.*
n Imò & eos qui non ſunt ex eodem loco *l.* 10. ʒ. *de tutelis: v. Cuiac. hic.*
o *εἰ μὴ ἐμπροθέσμως δικαιολογήσεται*, niſi tempore finito ſe excuſauerit.
p Tutor datus non iuſtè, ſi adminiſtrat. rationes perinde tenetur reddere ac ſi iuſtè datus eſſet.
q Imò vetat Curatorem fieri *μνηστῆρα*, *μνηστῆς*: vtriuſque verbi appellatio ad eos pertinet qui matrimonio iuncti ſunt: & ita apud Mattheum & Lucam, quidam non ineptè, *μνηστευθεῖσαν*, & *μεμνηστευμένην*, nuptam interpretantur: *v. l.* 14. ʒ. *de cur. fur.* de tutela fœminarum *v. Cuiac.* 7. *obſer.* 11.
r *ἀπολυθήσεται*, i. excuſabitur.
ſ & à cæteris muneribus perſonalibus, *l.* 3. *C. qui ætate.*
t §. 13. *Inſt. eod. l. vn. C. qui ætat. l.* 3. *C. qui ætate vel profeſſ.*
u Ætas quæ certo tempore aut in negotio aliquo, putà ad excuſationem, exigitur, initio ipſius negotij eſſe debet: ita vt poſteà ſuperueniens, pendente iudicio nihil conferat ad excuſationem.
x *ἐκ παιδογραφιῶν*, natalibus, profeſſionibus, *v. l.* 13. *l.* 16. ʒ. *de probationib.*
y Dixi ad *l.* 13. ʒ. *de probat. l.* 2. *C. de his qui veniam ætatis.*
z i. excuſat.
a *πολυπαιδία*, de qua vide *Inſt. eod. in prin. l.* 12. *C. qui ex num. lib* exemplum ſummi fauoris. *v. l.* 7. §. 3. ʒ. *de bon. damnat.* Multi porro dicuntur duo, tres, quatuor, quinque.
b non naturales tantùm *Theoph. Inſt. eod.* Publicè enim intereſt legitimè progenitis patriam augeri *l.* 1. *C. de indict. viduit.* non adoptiui. *v. l.* 2. §. 2. ʒ. *de vacat. muner.*
c ſi quidem emancipati proſunt. *d. l.* 2. §. 5.
d ſi quis velit ſe excuſare numero liberorum.
e defuncti enim non proſunt, niſi in bello amiſſi, *v. l.* 18. ʒ. *eod.*
f facit *l.* 18. *infra eodem.*

a *l.* 7. *ſup. de ſtatu hom.*
b Cur ita v. quæ notaui ad *l.* 9. *in fi. inf. ad l. Falcid. v. hic Cuiac.*
c *l.* 3. *C. de his qui num. libe.*
d Auus mortuo filio tenet locum patris, & nepotes locum filij, adde *l. Sed ſi conditione.* 6. §. *nepotes.* 1. ʒ. *de hered. inſt.*
e vt non eorum capita numerentur, ſed ſtirpes: quin & ita fit in ſucceſſione ab inteſtato. *v.* §. 6. *Inſt. de hered. quæ ab inteſtato.*
f Nepotes excuſant à tutela, vt filij.
g i. porrigitur: quia non eſt propria extenſio, ſed generalis vocabuli prædicatio. vide *l.* 103. ʒ. *de verb. ſign.*
h §. 4. ʒ. *eod.*
i *l.* 4. ʒ. *eod.* §. 5. *Inſtit. eod. l. vnic. C. qui num. tut.*
k curationes.
l imperfectæ duæ excuſationes eiuſdem generis perfectam conſtituunt.
m Tutela adhuc manere dicitur, nondum excedentibus ætatem minoribus.
n vide *l. non tantum* 17. ʒ. *eod.*
o non tamen excuſantur à reliquis muneribus ciuilib. *l.* 3. *C. de excuſ. muner.*
p *μὴ ἀφήλικος*, i. non minoris 25. annis. *Ant. Aug. hic.*
q *κράτιστος* alibi dicitur egregius, *l.* 3. *in fin.* ʒ. *qui petant. tutor.* nobiliſſimus *l.* 4. *in fi.* ʒ. *eo.*
r *l.* 2. §. *vlt.* ʒ. *eod.*
ſ rectè: quia ſi quarta eſt affectata, non eſt onus.
t §. 5. *Inſt. eod.*
u *v. l.* 15. §. 15. *l.* 31. *in fin.* ʒ. *eod.*
x Indiuiſa patrimonia, vnius patrimonium cenſentur. *c.* 1. *extra. ne ſede vacante.*
y *d.* §. *vlt. & l.* 3. ʒ. *eo. l.* 6. ʒ. *eod.*
z quidam appellari non poſſe à tutelæ datione exiſtimant. verùm id Cuiacius negat arg. *l.* 13. *l.* 16. ʒ. *eod. l. pen.* ʒ. *de tutor. datis l.* 20. ʒ. *de adminiſt. tutor. l.* 17. *in fin.* ʒ. *de appellat. l.* 1. §. 1. ʒ. *quando appellandum. l.* 18. *C. hoc tit.*
a Appellatione pendente nihil eſt innouandum, ſiue cauſam ſpectes in qua eſt appellandum, ſiue eam quæ ei cohæreat. *v. l. vnic.* ʒ. *nihil nouari appellatione interpoſita.*
b Appellationi non renunciat, qui ſententiam pro ſe allegat. *Bald.*
c *ἀλλὰ μετεώρου οὔσης τῆς ἐπὶ τῇ τρίτῃ χειροτονίᾳ δικαιολογίας τὸ ἐκείνης τέλος περιμένειν*, id eſt, ſuſpenſa allegatione tertij, eius finis expectabitur. Tertiam vocat ſententiam cauſam appellationis, ex qua cognoſcetur, quarta ſubeunda ſit nécne: ſi hac non liberatur, altera liberabitur, & è contra. Quarta ordine decretorum eſt quarta, vi ipſa & effectu eſt tertia: ſed non antequam de tertia bis ſecundum tutorem iudicetur *v. Cuiac. hic.*
d vel appellatione.
e Quoties alterum ab altero dependet, principale prius inſpiciendum eſt.

turum

a Præpoſteratio litis, non permiſſa.
b i. præter.
c Cur non vexabitur? Quoties paterfamiliàs vnius domus onera ſuſtinet, toties eiuſdem domus liberi onera non ſuſtinent. Onus patri impoſitum, & ab eo præſtitum, prodeſt liberis vt aliud onus ſubeant. adde *l. filio pater.* 87. ǁ. *de legat.* 3. *l.* 1. *C. de non continuandis.*
d Tria onera tutelarum in vna domo ſufficiunt; *l.* 5. ǁ. *eod.*
e Domum enim dicimus, plures perſonas vnius poteſtati ſubiectas *l.* 1. *Cod. de honor. & mun. lib.* 18. *tit.* 40. *l.* 3. *C. de filiisfa. & quemad. lib.* 10. *tit.* 60. *Theoph.* §. ἐμᾶ διατιθεμένȣ, *Inſt. de teſt.*
f Vnitas domus inter patrem & filium videtur ex patria poteſtate.
† κράτιςος, vti *l.* 2, *in fi.* ǁ. *eo.* præſides prouinciarum vocabant κρατίςȣς, vt ex Act. Apoſtolorum apparet.
g dixi *l.* 2. §. 9. *& ſeqq. l.* 67. §. 2. ǁ. *de ritu.*
h dixi *l.* 4. §. 1. ǁ. *eod.* adde *l.* 31. *in fi.* ǁ. *eod.*
i adde *l.* 67. §. 2. ǁ. *de ritu.*
k *l.* 3. *C. de filiis fa.*
l Interpretamur voluntatem Principis ex iure communi.
m Excuſare ſe à tutela quis poteſt, etiamſi eam iniunxerit princeps.
n Principem non contemnit qui ignorat eius mandatum, vnde rurſus noceant, mandatum principis non obligare ignorantes.
o Appellat etiam promotus ad honores.

turum quartæ creationis, recta ratione: ſi enim ordine præpoſtero *a* quartam ſuſcipiat quis, eueniet, vt, poſt tertiam exſtantem, iniuſta tertię appellatione apparente quatuor oneribus grauetur extra *b* leges.

1 ¶ Si pater in tribus fuerit muneribus aut tutelarum aut curatoriarum, filius eius non vexabitur *c*: & ita conſtitutum eſt à Diuo Seuero & Antonino, hoc autem & è contrario eſt, quòd oportet filij tutelas remiſſionem patri dare: & rurſus vtriſque communes: id eſt vnam filij, & duas patris, aut è conuerſo. Tunc autem *d* hæc ita ſe habent, cùm onus vni *e* domui, non ſ *f* eparatis contingit. Scribit autem & Vlpianus nobiliſſimus † hæc eadem.

5. *Vlpianus* libro ſingulari de Officio prætoris tutelaris.

TRia *g* onera in domo vna *h* eſſe ſufficit: proinde ſi pater alicuius, vel filius, vel frater *i* qui eſt in eiuſdem poteſtate *k*, tria onera ſuſtineat, quæ ad periculum patris ſui ſpectent, quia voluntate eius adminiſtrant, omnibus excuſatio à tutela competit. Sed ſi non patris voluntate adminiſtrent, non prodeſſe, ſæpe reſcriptum eſt.

De profeſſoribus & medicis. 12. *De iuriſperitis.* 13. *De athletis.* 14. *De ſacerdotio.* 15. *Quale munus ſit tutela.* 16. περὶ ςρατηγῶν τῶν πόλεων. h. e. *De magiſtratibus municipalibus.* 17. *De capitalibus inimicitiis.* 18. *De ſtatus controuerſia.* 19. *De ruſticis, humilibus, & illiteratis.*

6. *Modeſtinus* libro 2. Excuſationum.

SI duas habenti tutelas, aliæ duæ ſimul ſuperinductæ fuerint, quæ eſt ordine tertia, auxiliabitur ei ad remiſſionem quartæ, etſi *l* Imperator *m* fuerit, qui quartam iniunxerit, aut tertiam, & antequam cognoſcat *n* Imperatoris mandata promotus *o* erit ad aliam *p*. Si *q* autem ordo non apparuerit, ſed in vna die duæ creationes proponerentur in diuerſis chartis, non qui creatus eſt, ſed qui creauit, eliget *r*, quam oporteat eum ſuſcipere.

1 ¶ Grammatici, ſophiſtæ, rhetores, medici, qui περιοδευταὶ. i. circulatores *ſ* vocantur, quemadmodum à reliquis muneribus, ita & à tutela & à cura requiem *t* habent *u*.

2 ¶ Eſt autem & numerus rhetorum *x* in vnaquaque ciuitate, qui vacationem munerum habent, & hæreſes *y* quædam propoſitæ lege: quod manifeſtum eſt ex epiſtola Antonini Pij, quæ deſcripta quidem eſt communitati Aſiæ, vniuerſo *z* autem orbi conueniens eſt, cuius capitulum hic ſubiectum eſt: Minores quidem ciuitates poſſunt quinque *a* medicos *b* immunes habere, & tres ſophiſtas *c*, & grammaticos totidem: maiores autem ciuitates, ſeptem qui curent, quatuor qui doceant vtramque doctrinam: maximæ autem ciuitates, decem medicos, & rhetores quinque, & grammaticos totidem. Supra *d* hunc autem numerum ne maxima quidem ciuitas immunitatem pręſtat. Decet autem maximo quidem numero vti *e* metropoles *f* gentium, ſecundo autem quæ habent vel forum *g* cauſarum *h*, vel loca iudiciorum, tertio autem reliquas.

3 ¶ Excedere *i* quidem hunc numerum non licet, neque ſententia *k* ſenatus, neque aliaqua adinuentione. minuere autem licet: quoniam pro ciuilibus muneribus apparet hoc tale factum.

4 ¶ Et vtique non aliter de immunitate hac fructum habebunt, niſi decreto *l* ſenatus inſcripti *m* fuerint numero conceſſo, & circa *n* operationem *o* ſe negligenter non habeant.

5 ¶ Et philoſophos quidem liberari à tutelis Paulus ſcribit ita: Philoſophi, Oratores, Grammatici, qui publicè iuuenibus proſunt *a*, excuſantur à tutelis *b*. nam & Vlpianus libro quarto de officio proconſulis ita ſcribit.

6 ¶ Sed & *c* reprobari *d* medicum poſſe à republica, quamuis ſemel probatus ſit, Imperator noſter cum patre, Lælio Baſſo reſcripſit.

7 ¶ De philoſophis autem eadem conſtitutio Diui Pij ita dicit: Philoſophorum autem non conſtitutus eſt numerus, *quia rari e ſunt, qui philoſophantur f*. Exiſtimo autem, quoniam qui diuitiis ſuperabundant, voluntariè *g* tribuent pecuniam in vtilitates patriæ: ſi *h* autem propriè loquantur de ſubſtantia, inde iam manifeſti fient non philoſophantes.

8 ¶ Eſt autem Imperatoris Commodi conſtitutionibus inſcriptum capitulum ex epiſtola Antonini Pij, in qua manifeſtatur, & philoſophos habere immunitatem tutelarum: ſunt autem hęc verba. Conſimiliter autem his omnibus Diuus pater meus *i* mox ingrediens *k* principatum, conſtitutione; exiſtentes honores, & immunitates firmauit ſcribens, philoſophos, rhetores, grammaticos, medicos, immunes eſſe gymnaſiis *l* ſacerdotij *m* ſtantes *n*, & neque ad frumenti *o*, & vini, & olei emptiones, & præpoſitiones, & neque iudicare *p*, neque legatos eſſe, neque in militia numerari nolentes, neque ad alium *q* famulatum *r* eos cogi.

9 ¶ Ampliùs & illud ſcire oportet; & eum, qui in patria *ſ* propria docet, aut medicatur, immunitatem hanc habere: ſi enim exiſtens Comaneus in Cæſarea doceat aut medicetur, apud Comanenſes immunitatem non habet. & hoc ita promulgatum eſt à Diuo Seuero & Antonino.

10 ¶ Valde *t* tamen diſciplinis inſtructos, & ſi ſupra numerum & in aliena patria moram faciant: eſſe immunes Paulus ſcribit, dicens Diuum Pium Antoninum ita iuſſiſſe.

11 ¶ Romæ *u* philoſophantem cum ſalario, vel ſine ſalario, remiſſionem habere promulgatum eſt à Diuo Seuero & Antonino, ita ac ſi in propria patria doceret. Quibus promulgationibus poteſt quis illam rationem adducere, quoniam in regia vrbe, quæ & habetur, & eſt communis patria *x*, decenter vtique vtilem ſeipſum præbens, non minùs, quàm in propria patria, immunitate fruetur.

12 ¶ Legum verò doctores in aliquo præſidatu *y* docentes, remiſſionem non habebunt: Romę *z* autem docentes à tutela & cura remittuntur.

13 ¶ Vlpianus libro ſingulari de officio prætoris tutelaris ita ſcribit.

ATHletæ *a* habent à tutela excuſationem, ſed qui ſacris certaminibus coronati *b* ſunt *c*.

14 ¶ Gentium præſidatus, putà *d* Aſiæ, Bithyniæ, Cappadociæ tribuit immunitatem à tutela, hoc eſt, quoad *e* in præſidatu ſunt.

15 ¶ Tutela non eſt *f* reipublicæ munus, nec quod ad impenſam pertinet, ſed ciuile: nec prouinciale videtur tutelam adminiſtrare.

¶ *Tutela non eſt reipub. munus, nec quod ad impenſam pertinet, ſed munus ciuile: nec prouinciale videtur tutelam adminiſtrare.*

16 ¶ Remittuntur à tutela & cura magiſtratus *g* ciuitatum.

17 ¶ Dat remiſſionem tutelæ & capitalis *h* inimicitia à creato facta aduerſus *i* patrem pupillorum, niſi ſecundum teſtamentum *k* apparuerit datus tutor, niſi, poſtquam ſcriptum eſt teſtamentũ, capitale certamen *l* eis ad inuicem conſtitit, vel niſi antiquior quidē

a profitendo.
b at non muneribus patrimonialibus, §. 7. ǁ. *eo.*
c Reprobari poteſt medicus etiam ſemel probatus. Cur poteſt? Publicæ vtilitati id debetur.
d *v. l.* 2. *l.* 8. 10. *C. de profeſſ. & med.*
e Rari ſunt qui philoſophantur, *vt hic.* Sic rari boni apud Iuuenalem *Satyr.* 8. Sic rari oratores & quidem pauciores, quam in ſua quaque arte alij profeſſores. De quo Cicero quæritur, *lib.* 1. *de Oratore.*
f vix ſingulæ ciuitates ſingulos ferũt philoſophos.
g hinc conſtat philoſophos non excuſari à muneribus patrimonialibus, *v. l.* 6. *C. de muner. patrimonialib.*
h Philoſophus verus non eſt qui de ſuis bonis ſolicitus eſt, opes contemnit philoſophus, *v. l.* 6 *C. de munerib. l.* 8. *C. de profeſſorib.*
i Hadrianus, arg. *l. vlt.* ǁ. *de min.*
k moris enim erat initio imperij cuiuſque immunitatem vel petentibus confirmare, vel etiam vltrò non petentibus concedere ex inſtituto Tiberij. *Suet. in Tiber.* extat etiam edictum Neruæ confirmantis beneficia à Domitiano conceſſa, *Plin. in* 10. *epiſt.* Aurelius Victor in eodem, Cuiac ad *l.* 2. §. 1. ǁ. *eo.* adde Plin.
l ἀτελεῖς εἶναι γυμνασιαρχιῶν, ἀγορανομιῶν, ἱερωσυνῶν. Gymnaſiarchæ præſunt exercitio paleſtræ, cum ſumptu aliquo. *Heſych. Vlp in orat. contra Leptinem: Philo in Flaccum:* *Cuiac. hic*: gymnaſiarches, idem quod Xyſtarches, oleum certaminibus præbens:

p Ordinis ratione inferioris factum præfertur facto Principis, *Bald.* q Ordo certus ſeruandus, incertus à iudice definiri debet. r Gratiæ locus non eſt in neceſſariis, ſed & id colligunt. Dubium quod ex facto iudicis oriatur, per iudicem ipſum definiri. Eius eſſe definire, cuius ſit diſponere. ſ circuitores: circumforanei: rectè; ſi dixiſſet περιχωρίοι de Periodeuta *v. l.* 42. §. 9. *in fin. C. de epiſc.* datur medicis circuitoribus tantum immunitas, non iis qui ſedentarij ſunt, & in vmbra ſtudia medicinæ exercent. *Cuiac. hic.* t. i. excuſationem.
u & meritò, eſt enim eorum cauſa iuſtiſſima *l.* 1. ǁ. *de extraord. cognit.*
x ῥητόρων. i. profeſſorum liberalium artium, de quibus dicam ad *l.* 4. *C. de profeſſo. & med.* y ϰαὶ αἱρέσεις: i. conditiones (malè. Accurſius diuiſiones ciuitatum: nec enim Iuriſconſultus dixit διαιρέσεις.) Lex enim has conditiones dat, vt profeſſores & medici probentur decreto ordinis, & ſic conditiones propoſitas dicit lex penultima, ǁ. *de cond. & dem.* z Principem eſſe totius orbis imperatorem hinc colligunt.
a *l.* 1. ǁ. *de decretis ab ordine.*
b Hi Archiatri dicuntur, quaſi principales medici, honorati comitiua primi & ſecundi ordinis. *v. l vlt. C. de profeſſor. & med.*
c Sophiſtæ, qui docent præcepta dicendi. Rhetores, etiam ij qui non docent *v. Cuiac. hic.* vel hi latinè: illi Græcè docuerunt. d Immunitatem ab oneribus publicis ciuitates alicui præſtare non poſſunt niſi ſuum in præiudicium.
e Vrbium aliæ metropoles, aliæ forum cauſarum habent, aliæ neutro iure cenſentur. f Metropolitanæ vrbes aliis maiores. g Non omnis ciuitas forum cauſarum habet: ſine foro cauſarum ciuitas eſſe poteſt. h ἀγορὰς δικῶν, alij legunt ἀγορᾶς δικαίȣ vel δικαίων, i. ius fori: quam lectionem probat hic Cuiacius.
i Numerum à ſuperiore finitum inferior excedere non poteſt.
k Principis maior eſt poteſtas quam ſenatus. *v. l.* 3. ǁ. *de off. prætoris.*
l *l.* 8. *C. de profeſſorib. & med.*
m Priuilegio non fruuntur qui matriculæ non ſunt inſcripti.
n Salarium profeſſori non debetur lectiones non continuanti.
o vt immunitas datur tantùm medicis circuitoribus, §. 1. ǁ. *eod.* ita & Rhetoribus ſophiſtis, præceptoribus & magiſtris.

De ædilitate *v. l.* 1 *infra de via publica.*
De ſacerdotiis veterum, *v.* quæ notaui ad *l.* 1. *C. de offic. Comitis Orient.*
m de ſacerdotiis veterum, *v.* quæ notaui ad *l.* 1. *C. de offic. Comitis Orient.*
n ἱερωσυνῶν ἐπισταθμιῶν. *Heſych.* ἐπισταθμία, ὑποδοχὴ ξένων. *Cuiac.*
o à munere ſitoniæ vel eloniæ.
p quod alias inuitis iniungi ſolet *l.* 14. §. 14. ǁ. *de mu. & hon.*
q ὑπηρεσίαν ἐθνικὴν, prouinciale munus, *Ant. Aug. Cuiac hic.*
r puta ſuſcipiendorum hoſpitum *l.* 10. §. 2. ǁ. *de vacat. mun.* non vulgarium, ſed eorum qui ſunt in comitatu Principis aut legati.
ſ originali & communi, putà Romæ, *v. l.* 9. ǁ *de vac. mun.*
t Valde docti priuilegia habent, quæ minus docti non habent.
u vide *l.* 1. ǁ. *de vac. mun.*
x *l.* 33 ǁ. *de munerib. & honorib.*
y ἐπαρχία.
z Iuris profeſſores Romæ excuſationem à tutela habent.
a vide *l.* 5 *C. quæ res pig.*
b Coronari caput in ſignum honoris hinc colligit Bald.
c hos vocabant ςεφανίτας ἀγῶνας *Galenus ad Thraſibulum*, adde *l.* 1. *C de athletis.* alij ſunt qui dicuntur ἀργυρῖται, quos qui vicerunt, conſequuntur pecuniaria commoda *Vlp. in orat. in Leptinem. v. l.* 40. ǁ. *de re iud.*
d ἀσιαρχία *Act.* 19. 30. 4. *Euſeb.* 15. hoc ſacerdotio qui fungebantur ſuis ſumptibus præerant ludis inſtitutis in honorem Dei. Hinc Aſiarchæ *l.* 8. ǁ. *de vac. muner.* Bithyniarchæ, Cappadocarchæ, Pheniciarchæ, Syriarchæ, *l.* 1. *C. de naturalib. lib. Nou* 89. *in fin.* Munerarij dicuntur à Ruffino: De ſacerdotum immunitate *Cicera in Lucullo v. l* 8. ǁ *de vacat.*
e Ceſſante cauſa priuilegij ceſſat priuilegium.
f Imò publicum munus eſt, §. 1. *Inſt. eod. v. hic Cuiac.*
g ςρατηγοὶ τῶν πόλεων. *v. l.* 15. §. 9. ǁ. *eod.* h κεφαλικὴ ἔχθρα, i. ob capitalem accuſationem orta. *Nou.* 90. *c.* 7. *Ant. Auguſt.* i Inimicus pupillo præſumitur, qui patri pupilli inimicus fuit, etiamſi pupilli pater ſit mortuus. k Probatur pax & redintegratio amoris, teſtamento, vt per ſubſequentia merita. l κεφαλικὸς ἀγὼν, id eſt, lis capitalis quam ſola mors diremit.

eſt teſt

SGCB2021

eſt teſtamento inimicitia,propter *a* hoc autem videtur eſſe datus tutor, vt ſupponatur debito, & negotiis : & hoc ex epiſtola Imperatoris Seueri oſtenditur.

18 ¶ Amplius autem abſoluitur à tutela, cùm quæſtionem quis pupillo de ſtatu mouet, cùm videtur hoc non calumnia *b* facere,ſed bona fide: & hoc Diui Marcus & Seuerus *c* promulgauerunt.

19 ¶ De ruſticis autem,& humilibus,& illiteratis, ſcribit Paulus ita.

Mediocritas *d* & ruſticitas interdũ excuſationẽ præbent, ſecũdùm epiſtolas Diuorũ Hadriani & Antonini.

¶ Eius, qui ſe neget literas *e* ſcire, excuſatio accipi non debet †,ſi *f* modò non ſit expers negotiorum.

De paupertate

7. *Vlpianus* libro ſingulari Excuſationum.

PAupertas *g* ſanè dat excuſationem,ſi quis imparem *h* ſe oneri *i* iniuncto poſſit probare *k*: idque Diuorum fratrum *l* reſcripto continetur.

De militibus Veteranis. 1. *De primipilaribus.*

8. *Modeſtinus* lib. 3. Excuſationum.

SEd & milites qui honeſtè compleuerunt *m* militiæ tempus *n*, remiſſionem habent tutelarum aduerſus omnes hodie priuatos. Aduerſus *o* autem filios *p* eorum,qui eidem ordini communicauerunt, & eorum, qui olim milites fuerunt, intra annum quidem dimiſſionis remiſſionem habent,poſt annum autem non habent: coæqualitas *q*. n. honoris *r* militiæ fortior videtur olim militũ priuilegio : niſi *ſ* fortaſſis alias habuerint iuſtas tutelæ excuſationes, vtputà numerum annorum, vel aliquid tale,quale & priuatos aduerſus omnes excuſare conſueuit. ¶ Hæc *t* autem de filiis, non de nepotibus eorum,qui olim milites fuerunt. Nepotes *u* enim eorum, qui olim milites fuerunt, in eodem loco cum reliquis priuatis eſſe creduntur.

1 ¶ Qui nimirum *x* ignominioſè dimiſſi ſunt *y*, ſimiles *z* his,qui nequaquam militauerunt, exiſtimantur : & propter hoc neque ipſi habent priuilegium *a*, neque *b* filiis eorum, qui olim fuerunt milites,tutores dati, obligabuntur.

2 ¶ Quandoque *c* autem non complent quidam militiæ tempus *d*, & tamen habent remiſſionem tutelarum,ſed non eandem cum iis qui compleuerunt : qui enim vigeſimum *e* annum militiæ exceſſit, ſimilis eſſe creditur ei qui compleuit tempus militiæ.

3 ¶ Qui autem intra hos annos dimiſſus eſt : non habet continuam tutelarum immunitatem,ſed ad tempus, quemadmodum & reliquorum ciuilium munerum remiſſionem habet : qui enim intra quinque annos *f* militia ſolutus eſt,nullam ſibi vindicabit immunitatem : qui autem poſt quinque annos, vnius anni habet immunitatem : qui autem poſt octo, biennij: qui autem poſt duodecim, triennij : qui autem poſt ſexdecim,quadriennij,qui autem poſt viginti,ſicut ſuprà diximus,continuò abſoluetur.

4 ¶ Qui autem inter nocturnos cuſtodes *g*,qui ſunt Romæ,militauerit,anni ſolius habet remiſſionem.

5 ¶ Ita autem, ſi honeſtè ſcilicet abſoluti fuerint, ſicut dictum eſt,vel propter ægritudinem, cauſariam *h* remiſſionem acceperint: eſt *i* enim & hæc honeſta: qui

ptura ſit.adde *Pau.* 2. *ſent.*27.§.1. Quid quæ Capitalis inimicitia apud veteres fuit? Quam ſolemni quadam ratione præſentibus teſtibus profeſſi erant, renunciata amicitia, vt colligi poteſt ex Ciceronis oratione pro *l. Flacco.* Seneca 10. *epiſt.* 2. *&* 3. *de Ira,* *&* *declamat.* 10. Sidonio 7. *Epiſt.* Arnobio 2. *aduerſus gẽtes.* Sic Germanicus amicitiam renunciat Piſoni apud Suetonium *in Claudio.* Sic Tiberius Gracchus ex profeſſo inimicitias geſſit cum Africano & Aſiatico Scipionib. 4. *Valer.* Huiuſmodi inimicitiæ teſtatæ eidem Valerio *ibidem.* Acerrimè, inquit, cum Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat: eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio, ad graues,teſtatáſque inimicitias profecta fuerat. Ita capitales inimicitiæ, *h c &* *l.* 18. *in fin.* ĩ. *de proc. l.* 15. *ſup. de arbit. l.* 3. §. 11. *infr. de adimendis legat. l.* 9. ĩ. *de his quib. vt indignis* : §. *item ſi propter. inſt. eod.* teſtatæ, denunciatæ, quæ ſanguinem & vindictam ſpectant ex profeſſo.

a Arbitrio iudicis definitur, lis ſit reconciliata verè,nec ne.

b Calumnioſa aut falſa excuſatio non præbet excuſationem. Qui ſtatus controuerſiã mouet pupillo excuſatur quidem ab eius tutela : ſi tamen id per calumniam dicit, non excuſatur. Itaque in eas cauſas inquirere iudex debet, *vt hic.* Eadem ratio fuerit in eo qui falsò ſe dixerit pupilli creditorem, vt eo nomine excuſetur Eadem quoque in eo qui accuſat teſtes, ne eorum teſtimonio accuſari vel conuinci poſſit.

c Μᾶρκος ϰ̀ Βῆρος: Marcus & Verus. Hi ſunt qui Diui fratres & interdum fratres Imperatores vocantur. *v. Ant. & Cuiac. hic.* d *v. l.* 15. §. 15. *& l.* 40. ĩ. *eod.* vt Græcè μετριότης, ita Latinè mediocritas paupertatem ſignificat, & hoc ſenſu hominem mediocrem dicemus, vt mediocre patrimonium. † hodie recipitur. §. 8. *inf. eod.* e Pro ruſtico non eſt habendus, qui peritiam rerum agendarum haber, licet ἀγράμματος, i. licèt ignoret literas. f Illiterati non excuſabantur olim à tutela, ſi modò non expertes negotiorum : quod ad orphanotrophos, & hoſpitalarios extendit Baldus. g Paupertas excuſat à tutela §. 6. *inſt. eod.* h vt non poſſit ſuo ſumptu quædam perficere ſine impenſis pupill. vel non poſſit auelli à victu quærendo ſibi. i facit *l.* 40. ĩ. *eod.* k Paupertas quemadmodum probabitur? creditur dicenti ſe pauperem, niſi contrarium notorium ſit vel probatum. l Seueri & Antonini *Theoph.* §. 6. *inſt. eod.* m quin vt non compleuerint, ne quidem ſi velint tutores eſſe poſſunt *l.* 4. *C. qui dare tut.*

n id eſt, veterani. o Priuilegiatus aduerſus æquè priuilegiatum non vtitur priuilegio. p παῖδας: hinc & ex ſequentibus colligere poſſis appellatione παίδων ſolos filios non nepotes intelligi, *& l.* 9. ĩ. *de teſt. tut.* & ideò, cùm eſſet interdictum τοῖς παισί, i. filiis Senatorum ne ludo polluerentur. Auguſtus poſtea idem nepotibus interdixit, *Dion* 5. cui regulæ repugnare videtur *l.* 84. ĩ. *de verb. ſign.* v. Cuiac. ad *l.* 2. ĩ. *eod.* q Par in parem priuilegio non vtitur.

r Honoris ſpecies eſt militia, ſ Priuilegio ſublato ſeu reuocato, iure communi vtitur, qui priuilegium amiſit. t Nepotes iure communi non continentur appellatione filiorum. u In priuilegiis nepotes non continentur appellatione filiorum. x *al.* nimium. Vnde notauit Bald. in infamia gradus eſſe, vt in virtute. y formulam miſſionis ignominioſæ, v. apud Hirtium *de bello Africano*: adde *l.* 13. §. 3. *inf. de re militari.* z Reatus omnem honorem excludit *l.* 1. *in fin. C. vbi ſenatores.* a vt excuſentur à tutelis, b οὔτε τοῖς τούτων παισὶν πάλαι στρατιωτῶν, neque horum filiis qui olim. Bulgarus ita rectè vertit.

c Militiæ iuſtum tempus qui complet, perpetuam habet immunitatem : qui non complet, interdũ vel nullã vel temporalem pro rata temporis quo in militia fuit. d vt alij emeriti, quorum ætas militaris definitur ab anno 17. ad 46. ex inſtituto Seruij Tulij, & lege Gracchana. e *v. l.* 9. *C. quando prouocare.* ante emerita ſtipendia dimittuntur, qui 20. annos in militia fecerunt *l. vlt. C. de his qui non impletis* : *Dion* 57. *Tacit.* 1. *Cuiac. hic.* f v. in hunc locum Cuiac. g *l.* 1. *l.* 3. ĩ. *off. præfecti vigilum.* vigiles etiam milites ſunt *l.* 1. ĩ. *de bon. poſſ. ex teſt. milit. l.* 15. §. 3. ĩ. *de adult. Vlp. tit.* 3. §. 5. vbi vide. h Cauſarii, ob vitium ægritudinis aut ſenectæ dimiſſi *l.* 8. *Cod. de re militari. l.* 12. vt Græcis αἰτία, ſic Latinis cauſa vitium eſt : Sen. cauſariæ partes animi, ideſt, vitioſæ. i Ægritudo

enim ignominioſa potitur remiſſione,non habet vacationem.

6 ¶ Veteranus *a* autem eſſe creditur,non ſolum legionarius,ſed & omnis *b* qui qualitercumque *c* militauit : & ſi honeſtè eſt & ipſe ſolutus : ‖ filiorum tamen tutor creabitur : ‖ etenim legionarius *d* eius, qui inter nocturnos cuſtodes *e* militauit,filiorum tutor fit.

7 ¶ Iam verò & militi impuberi *f* curator dabitur, qui olim miles fuerit, ſcilicet ſi pater huius mortuus fuerit,ſiue etiam hic emancipatus *g* fuerit ſimiliter.

8 ¶ Et de vniuerſis his conſtitutiones teſtantur *h*.

9 ¶ Scribit autem & Vlpianus ita :

Sed ignominia miſſi, ab *i* vrbicis planè tutelis excuſabuntur : quia *k* ingredi eis vrbem non licet *l*.

¶ Planè ſi quis in cohortibus vrbanis *m* permilitauit *n*, licèt antè viginti annos mittitur, tamen perpetuam habet à tutelis excuſationem.

10 ¶ Quæſitum eſt autem, vtrùm vnam & ſemel tutelam recipiunt qui olim fuerunt milites, vel vno tempore non amplius quàm ſemel : quieſcente autem prima tutela, rurſus ‖ priuilegium ‖ recipiant *o* : aliter atque in priuatis,qui quieuerunt : non enim auxiliantur his,qui habuerunt,neque inter tres adnumerantur: ita & in his, qui olim fuerunt milites, non *p* prodeſt creatum eſſe.

¶ Hoc autem & in curiis *q* eſt promulgatum, vt oſtendit Diui Seueri & Antonini conſtitutio.

11 ¶ Et nihil differt, qualiter indigent filij commilitonis *r* tutore vel curatore, vtrum emancipati, vel patre mortuo.

12 ¶ Primipilarij ex conſtitutionibus imperialibus excuſationem habent reliquarum tutelarum: primipilarij autem filiorum tutores erunt. Primipilarij autem hi exiſtimantur,qui exercent *ſ* primum pilum *t*. Si autem non exercens, mortuus fuerit,huius filiorum primipilarius tutor non erit.

De cohorte prætoria.

9. *Vlpianus* lib. ſingulari de officio prætoris tutelaris.

SI tribunus in cohortibus prætoriis permilitauerit, etiam collegarum filiorum tutela excuſabitur, beneficio Diui Seueri,& Imperatoris noſtri.

De abſentia reip. cauſa. 1. *De anno vacationis.* 4. *De rebus quæ ſunt in alia prouincia.* 5. *Si primipilo functus tutelam ſuſceperit, & rurſus ad militaria munera aſſumatur.* 6. *De aſſeſſore. De excuſatione ad tempus.* 7. *Si minor* 25. *annis, curator vel tutor detur.* 8. *De aduerſa valetudine. De furore.*

10. *Modeſtinus* lib. 3. Excuſationum.

NOn ſolum autem, qui ad caligatas *u* militias & reliquas,primipilarij militauerunt,ſed & qui qualitercumque neceſſitatis publicæ plebis Romanorum gratia abſentes fuerunt, anni *x* habent vacationem poſt reuerſionem *y*.

1 ¶ Annus denique hic non ſolum his,qui compleuerunt conſuetum militiæ tempus, in reliquis publicis neceſſitatibus datur, ſed & his, qui qualitercumque *z* quieuerunt *a* à publica neceſſitate, & reuerſi ſunt, & ſi minus tempus eo, quod conſtitutum eſt, conſummauerunt.

2 ¶ Quas denique priùs habebant tutelas,propter hoc autem depoſuerunt, quoniam publici negotij gratia abibant, has, quam reuerſi fuerint, confeſtim recipient,nihil eis auxiliante anno: annus enim ad futuras, nouáſque datur,non ad eas,quæ reſumi debent.

3 ¶ Annus autem copulatorum dierũ ſcrutabitur *b*, ex quo quis reuerſus eſt : rectam *c* viam dirigens, vel dirigere debens, non eam quæ eſt ex circuitibus.

4 ¶ Et qui in teſtamẽto *d* dati ſunt tutores,renuent, ſecundùm leges,adminiſtrationem earum *e*, quę in alia prouincia ſunt poſſeſſionum, quod oſtendit ſubiecta Diui Seueri conſtitutio. Diui Seuerus & Antoninus Auguſti Valerio: Teſtamento tutor datus,antè pręfinitũ diem adire debuiſti, & poſtulare, vt ab adminiſtratione rerum,quæ in alia prouincia erant,liberareris.

5 ¶ Qui primum pilum *f* expleuit,ſi cùm tutelam

militi parit honeſtam miſſionem.

a ϲυμβεϐηκότος, vox hybrida, poterat dicere συνεκπεπορευμένοις.

b facit *l.* 15. §. 3. ĩ. *de adult.*

c in quocumque genere militum.

d *l. vlt. C. de excuſ. veter.*

e de quibus §. 4. ĩ. *eod.*

f στρατιώτου ἀφήλικος militis minoris curator: ne alioqui cum Accurſio. Baldo hic & Bartolo in *l. in ratione* §. *quod vulgo. inf. ad l. Falcid.* putes impuberes militare potuiſſe. vide *Tiraqu.* 6. *de Nobilitate*, differunt enim impubes & minor.

g Pater non eſt legitimus curator filij emancipati, *vt hic.* Quid igitur? iudex dat ei curatorem.

h Teſtimonium lex perferre poteſt : Vnde notant ſtatuti verbis narrationem facti continentibus fidem adhiberi.

i Infamis excuſatur à tutela in vrbe gerenda.

k Militibus ignominia miſſis in vrbem ingredi non licuit. Vnde colligas, Eum tutorem in ea vrbe dari non poſſe, cui in eam vrbem ingredi non liceat.

l non quòd id eorum honori detur, vt de conductoribus vectigalium dicitur *l. pen.* §. 10. ĩ. *de iure immunitatis* & de iis, qui neceſſitate impediuntur, *l. pen. in fin.* ĩ. *eod.*

m hinc milites vrbaniciani *l.* 35. §. 4. ĩ. *ex quib. cauſ. maior.* Vigilibus, incendij; vrbanis, cuſtodia vrbis potiſſimum committitur: Prætoriis, cuſtodia Imperatoris: hi σωματοφύλακες, ϰ̀ δορυφόροι dicuntur Herodiano *lib.* 5. v. Cuiac. in hunc locum. & P. Fabrum ĩ. *Semeſtr.* n Permilitare dixit: vt & alìas pernoctare. *l. Vrbana*, §. *Pernoctare* ĩ. *de verb. ſign.* Quibus in verbis, *Per*, perfectionem quandam adiicit.

o priuilegium non amittitur per actum contrarium ipſi priuilegio. p Tutorem creatum eſſe non prodeſt ad excuſationem, ſed adminiſtraſſe: non excuſat creatio, ſed nominatio ἐπὶ τῶν χειροτονιῶν. r commilito, qui ſimul militat. ſ Priuilegio alicui ratione officij conceſſo, officium in habitu & actu eſſe debet. *Bal.*

t qui fuit primipili centurio, primus centurionum, primi ordinis centurio; dicitur etiam eo nomine & is qui nondum depoſuit primipilum: cuius præcipuum munus fuit in exhibenda militari annona *v. l.* 22. §. 5. ĩ. *eod.* u Caligatæ militiæ ſunt gregariorum, & manipulariorum & tyronum. Caliga, militare tegmen pedum : Aliæ ſunt clariores militiæ, vel etiam Palatinæ. nã & in Palatina militia, & in officio magiſtratuum primipilares fuiſſe conſtat, *Cuiac. hic.* dixi ad *l.* 10. ĩ. *de cuſtodia.* x Excuſantur à tutelis, intra annũ à reditu, qui abſentes Reipublicæ cauſa defierũt. y *l.* 2. *C ſi tutor. vel curat. reip.* z Imò non qui qualitercumque §. 3. *inſt. eod.* a ἀλλὰ ϰ̀ τοῖς ὁπωσοῦν πεπαυμένοις τῆς δημοσίας χρείας, i. perfunctis publico negotio. *Cuiac. hic.* b i. non eſt vtilis, computatur ex quo rediit vel redire debuit recta via, ſine mora, aut ſine circuitione *l.* 4. ĩ. *de vacat. muner.*

c Viam rectam, non flexuoſam, aut longiorem inſtituere debet, cui iter aliquod commiſſum eſt, vide quæ ſcripſi ad *l.* 3. *C. de vſuris.* d Tutor teſtamento datus excuſatur ab adminiſtratione rerum alterius prouinciæ, *vt hic.*

e adde *l.* 12. *l.* 19. §. *penult. l.* 42. *l. vlt. in fin. infra eod. l.* 2. *l.* 11. *C. eod. l.* 39. §. 3. *ſupr. de admin. tut.* f ὁ πρειμιπίλον διανύσας. Primipilaris excuſatur ab omnibus tutelis, præterquam vna filiorum primipilaris, poſt annum vide *l.* 8. *in fin. ſupra eodem.*

Ee

ſuſcepiſſet vnius filij, rurſus *a* in militares neceſſitates *b* aſſumptus erit, deponet ſollicitudinem tutelæ.

6 ¶ Similiter & in *c* locum illius tutoris, quem poſtea ſibi collegam *d* quis adduxerit, dabitur curator, vt ait conſtitutio Diui Seueri: quam rectè adaptans *e* omnibus *f* ſimilibus capitulis, curatorem dari licet in *g* locum eorum, qui temporis vacationem recipiunt.

7 ¶ Si libertus impubes dabitur à patrono tutor filiis ſuis, vel alius quicumque minor vigintiquinque annis, donec *h* quidem impubes fuerit, non moleſtabitur: interim autem alter in locum eius creabitur curator *i*. Similis eſt huic & legitimus tutor *k*, ſi impuberem eſſe contigerit: etenim in locum eius curator *l* interim dabitur.

8 ¶ Si quis ita ægrotus fuerit, vt oporteat eum non omnino *m* dimitti à tutela, in locum eius curator *n* ‖ interim ‖ dabitur: ſanatus autem hic rurſus recipiet tutelam. Si quis autem in inſaniam *o* inciderit, ſimilis eſt huic: & ita Vlpianus ſcribit.

Aduerſa *p* quoque valetudo excuſat, ſed ea quæ impedimento eſt *q*, quo minùs quis ſuis rebus ſupereſſe poſſit, vt Imperator noſter cum patre reſcripſit.

11. *Paulus* lib. ſingulari de excuſatione tutorum.

ET non tantùm ne incipiant, ſed *r* & à cœpta excuſari debent.

De mutatione domicilij.

12. *Modeſtinus* lib. 3. Excuſationum.

IDem Vlpianus ſcribit: Sed in hoc reſcripto adiectum eſt, ſolere vel ad tempus, vel in perpetuum excuſari, prout valetudo eſt, qua adficitur. Furor *s* autem non in totum excuſat, ſed efficit, vt curator interim *t* detur.

1 ¶ Sunt & alij, qui etſi iam ſint tutores vel curatores, continuò tamen de reliquo abſoluuntur à ſollicitudine: puta qui domicilium aliò tranſtulerunt *u* ex reſcripto Imperatoris ſcientis *x* quidem tutorem eſſe eum, tranſmigrare *y* autem expreſſim ei concedentis, & horum alterutrum literis *z* ſignificantis.

De appellatione. 1. De tempore proponendi excuſationes.

13. *Idem* lib. 4. Excuſationum.

SCire *a* oportet, quoniam neque dati tutores, neque teſtamentarij prouocare neceſſe habent *b*, vt oſtendit conſtitutio Diui Veri *c* & Antonini. Hoc autem obſeruari oportet, & in datis curatoribus: *in d pauciſſimis enim diſtant curatores à tutoribus.* Aduerſus denique ſententias auferentes *e* eis excuſationes, licentiam habebunt appellandi.

1 ¶ Multa verò obſeruari oportet, vt concedatur, tutores vel curatores cauſas remiſſionis tribuere. Oportet enim, eos conſtituto legibus tempore *f* ad iudicem accedere, ſunt autem conſtituta tempora hæc. Qui enim in ipſa ciuitate eſt, vbi creatur, vel intrà centeſimum lapidem à ciuitate, intra quinquaginta *g* dies excuſabitur, poſtea autem non admittetur, ſed tenebitur ad ſollicitudinem, & ſi horum quid non fecerit, erit in eadem *h* cauſa, in qua eſſet, ſi apparuiſſet proprio periculo ipſum negligere, neque *i* vlla ei via relicta erit ad excuſationem. Qui autem ſupra centum miliaria à ciuitate abeſt, viginti miliaria habebit numerata in vnamquamque diem, à quo *k* cognouerit, (oportet autem ei manifeſtari *l* à præſidibus vel in faciem *m*, vel ad domum *n*) & extra hos, alios triginta dies habebit ad excuſationem.

¶ Hoc autem conuenit & iis *o*, qui teſtamento dati ſunt, ſiue tutores fuerint, ſiue curatores, quos confirmari *p* à magiſtratibus *q* conſuetum *r* eſt.

2 ¶ Aliud etiam inuenimus in Diui Marci promulgatione *ſ*, inquiſitione dignum: etenim ei qui in ipſa ciuitate eſt, in qua creatus eſt, vel intra centum miliaria, quinquaginta dierum ſpatium legiſlator dedit: ei verò, qui vltra centum miliaria habitat, in vnamquamque diem numerari *t* viginti miliaria iuſſit, & extra hos alios triginta dies adiecit ad excuſationem: vnde contingit, vt, ſi cuius habitatio centum ſexaginta miliaribus abſit, is octo & triginta dierum ſpatium habeat: octo quidem, centum ſexaginta miliariorum nomine, in vnamquamque diem viginti miliariis numeratis: triginta verò, eo quòd ad excuſationem faciunt: erit igitur in deteriori ordine, qui longius habitat, eo qui intra centum miliaria eſt, vel in ipſa ciuitate, ſi vtique his quidem ſemper quinquaginta

a Publicum officium poſt tutelam iniunctum excuſat ab adminiſtratione, vt interim detur alius.
b ad exhibendam annonam, ςρατιωτικὰς χρείας διατροφάς.
c §. 1. *inſt. eo.* §. 5. *inſt. de curator.*
d συγκαθεδρον.
e Legis virtus in eo quoque conſiſtit, vt ſimiles ſimilibus connectantur.
f vide quæ notaui ad *l. 19. C. de Sacroſ. Eccleſ.*
g Curator datur in eius locum, qui excuſationem temporariam habet tutelæ.
h Spes teſtamentarij tutoris efficit, vt interim detur tutor à iudice: locum facit interim datiuo tutori, & vt locus non ſit legitimo tutori. Eadem ratione ſpes legitimi proximioris, locum facit datiuo, excluſo remotiore legitimo. Porrò *in ſpe* id eſſe dicitur, quod eſt in potentia naturali.
i κηδεμών: quod verbum eſt ambiguum: ſi quidem eo ſignificatur tam tutor quàm curator: repetitur etiam ĵ. *eod.* & in *l. 2. in pr.* & §. 1. š. *qui pet. tut.*
k hæc excuſatio, propria excuſatio non eſt, quia tutelā non ſoluit: datiui & teſtamentarij ſe excuſant, non legitimi. v. Cuia. ad *l.* 10. 13. ĵ. *eod.*
l κηδεμών.
m μὴ παντάπασιν.
n *l. 13.* š. *de tut.* §. 5. *inſt. de curatorib.*
o μανίαν, vel furorem, *v. l. 12.* ĵ. *eo.*
p *l. 11. l. 12.* ĵ. *eod.* §. 7. *inſt. eod. l. vn. C. qui morbo*
p putà ſontica, *l. 2.* §. 3. *in fin. ſupr. ſi quis caution. l. 42.* ĵ. *de re iud.*
r *l. 40.* ĵ. *eod.*
ſ *l. 10. in fi.* š. *eod.*
t §. 11. š. *de tut.* §. 2. *inſt. qui teſt. tut.*
u Tranſlatus à principe ſciente ad aliud domicilium, intelligitur liberatus ab oneribus primi domicilij & tutelis ibi gerēdis.
x Principis certa ſcientia idem præſtat, quod clauſula, *Non obſtante.* y de eo genere migrationis *v. l. 4. C. de iure fiſci.* z Scripturam requiri in gratiis quæ à principibus ſolent impetrari hinc quidam colligunt. Alij ſcripturam non exigi neceſſariò vt gratia eſſe incipiat, ſed vt probetur. a hæc lex eſt de temporib. excuſationum. b poſſunt tamen appellare à nominatione. ĵ. *eo. v. l. 4.* š. *eod.* c *al.* Seueri. d Curatores à tutorib. diſtant in pauciſſimis. e Appellari non poteſt à tutela, vel cura niſi per iudicem legitima excuſatio non ſit admiſſa, adde *l. ait prætor. 7. §. 1. verſ. permittitur.* š. *de minor. c. ex parte, de appell. in 6.* f intra 50. dies: dic vt ĵ. *eo.* g *l. 38.* ĵ. *eo.* §. 16. *inſt. eo.* h Paria ſunt nullo modo comparere, & poſt tempus lege conſtitutum. i Contumacia ſe non excuſantis intra tempus, purgari non poteſt. k *l. 6. C eo.* l *l. vl.* š. *de tutor. datis.* m Renunciatio fit vel ad faciem, hoc eſt, præſenti vel ad domum abſenti. n quod & quando fiat. *v. Cuia. 7. obſ. 5.* Porrò denunciationem ad domum eam vim habere notat Bal. vt id tempus currat ignorāti, quod alia non currit, niſi ſcienti. o i. & datiuis & teſtamentariis. An legitimis: negat Cuia. *vel. 10. §. 7.* š. *eo.* p Confirmari etiā teſtamentarios probat Cuia. *7. obſ. 7.* q ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος à Præſide. r Cōſuetudo in tutore & curatore cōfirmādis ſeruanda. ſ Promulgare quid, vide Feſtū *in promulgari.* t *l. 3.* ĵ. *de verb. ſign.*

dies ſpatij ſunt, illis verò pauciores: ſed etſi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens *a* legiſlatoris aliud vult. ita enim & Cerbidius *b* Scæuola *c*, & Iulius Paulus, & Domitius Vlpianus, coryphæi legum prudentum ſcribunt, dicentes ita oportere hoc obſeruari, vt nunquam aliqui minùs *d* detur quinquaginta dierum ſpatio, tunc autem longius *e*, cùm annumeratio dierum, qui in viam computantur, adiectis triginta diebus, quos ad excuſationem lex dat, excedit quinquaginta dies: vt puta ſi dixerimus, aliquem à *f* quadringentis quadraginta miliariis habitare: hic *g* enim viæ quidem habebit dies viginti duos, ad excuſationem autem alios triginta.

3 ¶ Obſeruabunt autem hoc temporis ſpatium omnes, qui qualitercunque *h* excuſantur à tutela, vel cura, vel parte *i* eius.

4 ¶ Conſequens autem eſt credere, quod ſi aliqua ſpecie excuſationis fuerit quis vſus, non aliter audietur, quàm ſi obſeruauerit conſtitutum *k* tempus, niſi fortè alterius *l* alicuius ciuitatis eſt ciuis.

5 ¶ Ita verò neceſſe eſt cuſtodiri conſtitutū tempus, vt & ſi excuſatus fuerit dimiſſus, non liberari eū Diui Verus *m* & Antoninus oſtendant in conſtitutione, iubētes non detineri eum, qui in locū eius creatus ſit, quaſi non *n* liceat alium dari in locum exiſtentis tutoris.

6 ¶ Sufficit autem intra conſtitutum tempus excuſare ſe ſolum. Si enim poſtea nolens *o* deſierit, non ei nocebit. Ideóque ſi repræſentauerit *p* quis ſe ſolum, non permanſerit *q* autem poſtea, vt ſe excuſet, poſt conſtitutum tempus exceptione repellitur *r*, & hoc dicit conſtitutio Imperatorum Veri & Antonini.

7 ¶ Si enim quis propter ægritudinem, vel aliam neceſſitatem (puta maris, vel hyemis, vel incurſus latronum, aut aliamquam ſimilem *ſ*) conſtituto tempore non potuerit venire, ignoſcendum ei *t* eſt: cuius *u* fidem *x* tametſi *y* ſufficit firmare ex ipſa naturali *z* iuſtitia, tamen & conſtitutio Imperatorum Veri & Antonini hæc dicit.

8 ¶ Scire autem oportet, non ſufficere, ſi accedat ad iudicem, ſed oportere etiam de ſpecie *a* remiſſionis teſtari: & ſi multa habeat iura, quæ ad remiſſionem faciunt, omnia nominare: ſi minùs, ſimilem eſſe ei, qui nequaquam acceſſit, aut acceſſit quidem, iuſtam autem remiſſionis cauſam non nominauit.

9 ¶ Quinquaginta verò dies continui *b* numerantur, incipiendo à tempore cognitionis, quo quis cognouit ſeipſum datum eſſe.

10 ¶ Oportet autem vnà *c* teſtari antè tribunal, vel aliter, in ſubmemorationibus. Poteſt *d* autem & libellos *e* dare *f*, vt iidem ipſi aiunt imperatores.

11 ¶ Hæc de iis qui obſeruare conſtitutum tempus debent. De iis autem qui non ſubiecti ſunt conſtitutis temporibus age ſcrutemur.

12 ¶ Qui non iuſtè dati ſunt tutores, (hoc eſt, à quibus non oportet *g*, aut quos non oportet, aut quibus non oportet *h*, aut quo non oportet modo *i*) ſi neque confirmentur, neque adminiſtrauerint, ſunt immunes *k*: neque opponet quis eis, quòd conſtituta *l* tempora excuſationis non obſeruauerint: neque enim habent excuſationis neceſſitatem, vt oſtenditur in ſubiectis conſtitutionibus quas exempli gratia ſubieci, adaptantur autem vtique omnibus.

a Quoties ex verbis legis ſimpliciter intellectis præfertur iniquum æquo, recedimus à verbis, & ſtamus menti, rationique legis. *Bal.*
b Κερβίδιος.
c §. 16. *inſt. eod.*
d adde *l. 38.* ĵ. *eod.*
e τότε δὲ μακροτέραν: legendum puto, μικροτέραν vel σμικροτέραν, hoc eſt minorem, hac ſententia. Regulariter pauciores quam 50. dies ad excuſationem non dari, pauciores tamen tum dari, cum dierum adnumeratio qui in via computantur, adiectis 30. diebus (quos ad excuſationem lex dat) excedit 50. dies: vt in hoc exemplo: Titius habitat 440. miliariis: hic viæ quidem habebit dies 22. ad excuſationem 30. quia dies viæ adiuncti 30. dieb. excedunt dies 50. in priore exēplo aliud fuerat. Pone Titium 160. miliariis abeſſe. Hic 8. dies habiturus eſt ad excuſationem: & præterea dies non 30. ſed 42. Vt non pauciores 50. diebus habeat: ne deteriore ſit loco quàm qui in vrbe.
f A, particula diuidit & ſeparat.
g Dilationes dantur remotiorib. & magis diſtantibus quam qui propè.
h alij enim excuſantur in omnem tutelam, alij in partem, *v. l. 19.* ĵ. *eo. l. 2. C. eod. l. 111.* ĵ. *de leg. 1.*
i Partis excuſationem tutela admittit, hoc eſt, à parte tutelæ poteſt quis ſe excuſare, vt ab vniuerſa tutela. k Tempus conſtitutum à lege, in quaque excuſatione reſeruari oportet. Excuſatur tamen alienæ ciuitatis ciuis, qui intra id ſtatutum tempus non egerit. Ita vt ſtrictum ſolemnitatis remittitur peregrino & extraneo ignoranti. l is enim poteſt impunè iuriſdictioni extranei iudicis non obtemperare, §. *vlt.* ĵ. *eod. l. vlt.* š. *de iuriſd.* m Seuerus. n *l. 9. C. qui petant tutores*: *l. 9. C. qui dare tutores.* o *al.* volens, quod & notat Gloſſa & *Bal.* p διόπερ ἐὰν ἀφοσιώσεως χάριν μόνον ἐντυχῇ. ſic in *l. 2. §. 1.* š. *qui petant tutores*, ὁσίας χάριν puritatis gratia. Harpocra. ὥσπερ ὁσίας ἕνεκεν, perfunctoriè, hinc perfuſoriæ aſſertiones. *Suet in Domitiano.* v. Cuia. hic.
q Paria ſunt non comparuiſſe, aut legitimè aduerſarium non expectaſſe in iure. *l. 2 in fin.* ĵ. *quib. ex cauſ. in poſſ.* r Tempus legitimum elapſum vim habet peremptorij. ſ puta clarigationem ſeu repreſſalias. t Dilatio prorogatur propter impedimenta. u *v. l. 19. §. 1.* š. *de probationib.* x probationem. y ſimilis ratio in lege 5. š. *de ſeruis exportandis.* Naturalis ratio pro lege ſcripta obſeruanda eſt: etiam ſine lege rationem naturalem adferre ſat eſt, *vt hic*: *l. cum ratio naturalis. 7. infr. de bonis dam. l. in ſumma 2. §. itē Varus 5.* ĵ. *de aqua pluuia* Vnde notant legem generalem reſtringi per rationem naturalem: nempe veriſimiliter lege contineri caſus, quos vir bonus non ſtatueret. z Naturalis iuſtitia eſt iuris notorium, de quo vide *l. 4.* š. *ad l. Aquil. l. vlt. infr. de bonis damn. l. 220.* ĵ. *de verb. ſign.* De natura dixi ad *l. 1. §. 8.* ĵ. *de dote prælegata.* Naturalem rationem allegare, pro lege ſufficit. a Generaliter rationem reddi haud ſufficit cùm in ſpecie reddi oportet. b Continui eſſe debent §. 16. *inſt. eod.* c μιᾷ μαρτυρᾶσθαι, vnà teſtari. d Scripturam non exigit excuſatio tutoria. *vt hic.* Quid exceptio recuſationis, vt non numeratæ pecuniæ? Scripturam exigit *l. apertiſſimi. C. de iudiciis. Auth. hanc autem C. de non numerata. v. Soc. regula 228.* e βιβλίδια. Quem in finem? vt ſc. conteſtetur excuſatio ſummouendæ præſcriptionis gratia: aliàs pro tribunali diſceptatur, excutitur, recipitur excuſatio tutoris: & ſic intellige *l. 25.* ĵ. *eo.* f ἐπιδοῦναι χαμόθεν. de plano: ἐξ ἐπιπέδου: qua forma & χαμαιδικασταὶ dicuntur iudices pedanei, iudices qui plano pede iudicant, nec tribunal habent: & χαμαιδιδάσκαλοι, quaſi pedanei magiſtri, qui primas litteras docent de plano nec cathedram habent. *Cuiac. hic*: adde quæ notaui ex eodem ad *l. 11. §. 3.* š. *de inſt. action.* Ita χαμόθεν quidam interpretantur, malè, ſuperficiariè: præcipuè verò Accurſius in *l. 25. infr.* libellos interpretatur ſententiam inter abſentes latam, vel apud iudices delegatos. g putà à matre. *l. 1. C. de confirmando*: vel auo materno. ĵ. *eod.* tutore vel patrono: *l. 1. C. de teſtam. tut.* vel tutore extraneo. h vt qui datur à patre filio emancipato vel naturali. i vt qui dantur verbis precariis, non directis, *v. l. 1.* š. *de confirm. tut.* k à proponenda excuſatione l *l. 6. C. eod.*

Qui

Diui Seuerus & Antoninus Auguſti Narciſſo : Ab auo materno tutor datus *a* neceſſe non habuiſti excuſari, cùm ipſo iure non teneris *b*. ſi igitur adminiſtrationi te non immiſcuiſti ; potes eſſe ſecurus.

Similiter autem & ſi eum qui non *c*. ſuppoſitus eſt iuriſdictioni, creabunt magiſtratus tutorem vel curatorem : neque hic neceſſitatem habet obſeruare conſtituta tempora. vtputà quia neque ciuis *d*, neque incola *e* eſt.

De libertis tutoribus.

14. *Idem* lib. 5. Excuſationum.

LIbertum *f*, cùm de excuſatione tutorum & curatorum tractatur, ſcire oportet, non ſolùm patris pupilli, ſed & matris intelligi debere.

1 ¶ Sed & cùm de liberis patroni quæſierimus, ſcire oportet appellationem hanc non in primo gradu conſiſtere, hoc eſt in filium & filiam, ſed & in nepotes ex vtroque latere, & eos qui deinceps ſunt.

2 ¶ Sed etſi ius *g* anulorum aureorum impetrauerit, adhuc cuſtodit libertorum ordinem, ſecundum hæc quæ reſcripſit Marcus Antoninus.

3 ¶ Qui propria pecunia emptus & manumiſſus eſt, nequaquam connumeratur reliquis libertis *h*.

4 ¶ Si plures liberti fuerint *i*, vnus omnibus liberis tutor dabitur, & à tribus tutelis non abſoluetur.

De Spadone. 1. De eo qui patri promiſit ſe futurum tutorem. 2. De dignitate. 5. De librariis & calculatoribus. 6. De Iudæis. 7. De rationibus ciuitatis. 8. De liberis vxorum Senatorũ. 9. De magiſtratibus. De fideiuſſoribus. De tutoribus honorariis. 10. De publicanis. 11. De pluribus cauſis excuſationis. 12. De immunitate ciuilium aut publicorum munerum. 13. An liberatus tutela vel cura poſſit eiſdem actis vti ad excuſationem alterius. 14. De tutore ignoto patri, vel matri pupilli. 15. De tribus tutelis vel curatoribus. 16. De filiofam. tutore.

15. *Idem* libro 6. Excuſationum.

SPadonem *k* quoque creabunt tutorem *l* : nullam enim habet excuſationem, vt conſtitutio oſtendit Imperatorum Seueri & Antonini.

1 ¶ Qui patri promiſit *m* ſe fore tutorem liberorum, excuſari ab hac tutela non poteſt : etſi aliter habet ius excuſationis.

2 ¶ Scire oportet, nulli dignitatem tribuere excuſationem. vnde ſi quis ſenator *a* fuerit, hic tutor erit & eorum, qui inferioris ordinis ſunt, ‖ quàm ‖ ſenatorum, quemadmodum reſcripſit Diuus Marcus & Commodus.

3 ¶ Si quis autem tutor vel curator fuerit non ſenatoris vel aliter non *o* in dignitate poſiti, deinde poſtea fiat ſenator, continuò abſoluetur à ſolicitudine. Si autem liberi, quorum tutelam aut curam adminiſtrabat, erant ſenatoris *p*, non abſoluetur à tutela aut cura.

4 ¶ Similiter autem, & qui inferioris *q* ordinis eſt, non excuſabitur à tutela vel cura maiorum.

5 ¶ Neque librarios *r*, neque calculatores *ſ*, quos vulgo rationarios dicimus, habere immunitatem, dicunt Diuorum conſtitutiones *t*.

6 ¶ Iam autem & Iudæi *u* non Iudæorum tutores erunt : ſicut *u* & reliqua *y* adminiſtrabunt. conſtitutiones enim in iis ſolis ſine moleſtia eos eſſe iubent, per quæ cultus *z* inquinari videtur *a*.

7 ¶ Ratiocinatio *b* ciuitatis neque in numerum vnius tutelæ procedit.

8 ¶ Liberi *c* vxorum ſenatorum vnius, etſi res eorum diſponunt, non abſoluuntur tamen à tutelis. hoc enim maſculorum ſenatorum libertis *d* ſolùm conceſſum eſt.

a inutiliter ſcilicet.
b facit *l.* 8. *ȷ. de fideiuſſorib. tut.*
c *v.* §. 4. *ȷ. eod. l.* 5. *C. qui dare tutor.*
d Ciuium, alij ciues, & originarij : alij incolæ.
e Πάροικοι *l.* 4. *C. de iure fiſci.*
f hæc lex eſt de iis quorum excuſatio non recipitur : libertus autem non excuſatur, *l.* 5. *C. e* niſi aduerſa valetudine laboret, *l. pen. in fi. inf. eo.* & ſit minor annis *l.* 10. § 7. *ſup. eod.* adde & aliam exceptionem *inf. eod.* quin ſi minus idoneus eſt, adiungi ei curator poteſt. *Paul.* 2. *ſent.* 29. §. 1.
g libertus donatus anulis, tutor datus liberis patroni, non habetur pro ingenuo.
h nam in pleriſque aliis iura patronatus manumiſſori non debentur, *l.* 10. *ſupr. de in ius vocando. l.* 5. §. 2. *ſup. de liber. agnoſ. l.* 71. §. 2. *infr. de adq. hered. l.* 1. *C. de bon. libert. l.* 6. *de oper. lib.*
i ἐὰν πολλοὶ ἀπελευθέρωσιν, εἷς. Author τοῦ πλάτους : ita legit Cuiacius.
k Spadoni hoc ipſo quòd ſpado ſit, non eſt à tutela excuſatio, *l.* 1. *C. eod.*
l tale vitium non eſt impedimentum, quominus ſuis & alienis ſupereſſe poſſit.
m Promiſſio tutelæ gerendæ retractari non poteſt ? Poſt eam promiſſionem non eſt excuſatio à tutela, *l.* 29. *ſup. de teſtament. tut.*
n ſυγκλητικὸς de quo *hic.* & βουλευτὴς de quo in *l.* 18. *l.* 22. *ſup. de tutorib. datis.* differunt. Rectè vetus interpres in Euangelio vbi eſt βουλευτὴς, vertit decurio. o μὴ ἀξιωματικοῦ
p *al.* Senatores, & ita Dynus legit. Vnde Nicolaus Neapolitanus colligit; Pupillum in Senatorem cooptari poſſe : quo quid ineptius ? cùm à ſenibus Senatus dictus ſit. & Cic. *in Verrina* 4. notat quod apud Haleſinos pueri annorum ſenum, ſeptenûmque denum ſenatorium nomen nundinarentur; & lege à P. Clodio lata cautum eſt, vt ne quis minor annis 30. Senator cooptaretur. Certè finito anno 24. permiſit in ſenatum admitti Auguſtus; vide *Alexand.* 4. *Genial.* 11.
q varij fuere ordines Senatorum : olim patricij, conſcripti, pedarij ; hodie illuſtres, ſpectabiles, clariſſimi. *Cuiac. hic.* & *l.* 1. *C. de dignitatibus.* r *l.* 92. *inf. de reg. iur.* ſ μηδὲ λιβραρίους, μηδὲ καλκουλάτορας, οὓς ψηφιστὰς λέγομεν, i. numerandi artem docent, *l.* 1. §. 6. *inf de extraord. cognit. l.* 4. *C. de profeſſ. & med.*
t additur in Baſilicis *lib.* 38. ζυγοστάται, id eſt ponderatores & libripendes : poſſunt addi ex *l.* 1. §. 6. notarij & tabularij
u Iudæus tutor eſſe poteſt, *vt hic.* nec tamen eo caſu apud Iudæum pupillus Chriſtianus morabitur, cùm eius periculum verſetur : *l.* 2. *C. vbi pupillus educari.* Iacobus Rebuffus ad *l. omnes* 150 *C. de decurionib.* facit *l.* 1. *C. Ne Chriſtianum mancipium.* facit quoque finis huius §. † Iudæi Chriſtianorum liberis tutores ita dari poterunt ? Minimè ſanè id hodie videtur ferendum arg. *l.* 1. *C. ne Iudæus Chriſtianum mancipium* : facit etiam *l.* 1. §. 2. *inf. vbi pupillus educari.* Iudæus poteſt ne procurator à Chriſtiano ita conſtitui vt alium inſtituat vel ſubſtituat ? non poteſt. vide Mynſingerum 2. *obſ.* 13. x Iudæi ea ratione decuriones eſſe poſſunt, *l.* 10. *C. de decur.* y & etiam collegia habent, *v. l.* 2. *in fin. ȷ. de decur.* z ἡ θρησκεία.
a ideóque ſalua religione ſeptimo die nec arma mouere, nec iter vllum inſtituere tenentur, *v. Ioſeph* 14. b λογιστεία, logiſtæ, curatores & patres reipublicæ, *v. l.* 30. *C. de decurionib.* c verte melius, liberti mulierum ſenatoriarum, quamuis earum negotia gerant, à tutelis non excuſantur. *Cuiac.*
d id eſt, ei liberto qui res patroni procurat, *l.* 17. §. 1. *inf. ad municipalem* : vide tamen *l.* 13. *C. hoc tit.* & adde *l.* 43. *l.* 44. *in fin. inf. hoc tit.*

9 ¶ Si ciuitatis *a* princeps, I. magiſtratus *b* incidente ei creatione, obnoxius fuerit periculo tutelæ, hanc non connumerabit aliis tutelis *c* : quemadmodum nec fideiuſſores *d* tutelæ ; ſed neque qui ob honorem tutores conſcripti ſunt.

10 ¶ Qui vectigalia conduxit à ciuitatibus *e*, non excuſatur à cura *f*.

11 ¶ Qui *g* iura multa poterit dicere, quorum vnumquodque per ſe ipſum ſatis validum non eſt, an poſſit excuſari, quæſitum eſt. puta ſeptuaginta *h* quis annorum non eſt, neque tres habet tutelas, ſed neque quinque filios, aut aliquod aliud ius remiſſionis, habet nimirum duas tutelas, & duos filios, & ſexaginta annorum eſt, aut alia quædam talia dicit, per ſe ipſa quidem perfectum auxilium non præbentia ; quæ tamen ſi inuicem coniuncta ſint, iuſta appareant : ſed viſum eſt, hunc non excuſari.

12 ¶ Qui accepit vel habet immunitatem ciuilium vel publicorum munerum, hic à tutela vel cura non excuſabitur.

13 ¶ Qui abſolutus eſt à tutela vel cura, non omnino depoſitionib. apud acta ad remiſſionem alterius tutelæ vel curationis vtetur, ſi non exſtiterint ei iura remiſſionis.

14 ¶ Qui dixerit, ſeipſum ignotum eſſe patri vel matri pupilli, ea de cauſa liberandus non eſt *k*.

15 ¶ Eſt autem quando & qui tres habet tutelas vel curas, non habet ius remiſſionis, puta ſi quis affectauerit ſuſcipere. Iam autem & tutor, qui modici patrimonij *l* ‖ factus eſt, affectaſſe videtur.

16 ¶ Vlpianus libro ſingulari de excuſationibus ita ſcribit.

SI quis inter tres tutelas, emancipati *m* filij ſui tutelam adminiſtret, an ei hæc in numerum procedit, ſcio dubitatum *n*. Inuenio tamen reſcriptum, emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera oportere.

17 ¶ Si quis creabitur tutor exiſtens in patris poteſtate, deinde pater noluerit pro eo cauere, iuſſerunt *o* leges & ipſum patrem creari tutorem *p*, vt nullo modo impediatur tutelæ cautio, vt oſtendit Diui Hadriani conſtitutio. Imperator Hadrianus Bitraſio Pollioni legato Lygdonenſi *q*. Si Clodius Macer, quamuis *r* filiusfamiliàs ſit, idoneus tutor eſſe videbitur : pater autem eius idcirco cauere non vult, vt filium ſuum tutela eximat, & in hoc artificio perſeuerauerit, exiſtimo, te huic fraudi recte occurſurum, vt & filius, & ipſe *ſ* ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur. *t*.

De excuſatione à cura.

16. *Idem* libro 2. Reſponſorum.

CAius teſtamento Nigidium filio ſuo tutorem dedit, eundémque, vſque ad viceſimum quintum annum, curatorem *u* conſtituit, quæro, cùm liceat Nigidio à curatione *x* etiam citra appellationem *y* ſe excuſare, ex qua die tempora, quæ in excuſationib. obſeruanda Diuus Marcus ſtatuit, computanda ſunt, vtrum *z* ex die aperti teſtamenti, an ex quo ad negotia gerenda vocatur, id eſt, poſt quartumdecimum annum impletum ? Modeſtinus reſpondit, excuſationem *a* à cura tunc neceſſariam eſſe, cùm decreto prætoris ſeu præſidis confirmatus curator fuerit.

De trib. tutelis. 1. De Ilienſibus. 2. De collegiis vel corporib. 2. De ædilitate. 5. De honoribus. 6. De dominis nauium. 7. De inquilinis.

17. *Calliſtratus* libro 4. de Cognitionibus.

NOn tantum magnitudo *b* patrimoniorum ineunda eſt ſuſceptarum trium tutelarum, quæque ſuſcipienda eſt : ſed etiam ætas pupillorum conſideranda eſt. nam ſi priorum pupillorum ætas propè *c* pubertatem

a τῆς πόλεως ἄρχων, *v. l.* 21. §. 4. *ȷ. de tutorib. datis.*
b municipiorum ſcil. στρατηγὸς, ſic vetus interpres, Lucæ 21. στρατηγοὺς magiſtratus interpretatur, quos idem Lucas 24. ἄρχοντας vocat adde *l.* 21. §. 4. *ſup. de tutor.*
c eſt enim tutor ſubſidiarius *infr. de magiſtr. conu.*
d In numerum trium onerum non cedit, ſi quis ſit fideiuſſor tutoris *l.* 60. *ſup. de ritu.* vel ſi tutor, ſit honorarius.
e vel à fiſco : item coloni prædiorum & è contra. *l.* 49. *ſup. locati.* Cuiac. ad *l.* 8 *C. eod.*
f Imò qui præſentes id munus curant, excuſantur, *v. l.* 8. §. 1. *infr. de vacat.* vide hic Cuiacium, differentiam conſtituentem inter vectigalia fiſci, & ciuitatis.
g Singula quæ non proſunt, interdum etiam coniuncta non proſunt. *vt hic.*
h *v. l. vn. C. quâ ætate.*
i Variæ ſpecies excuſationis, ſi per ſe ſingulæ imperfectæ ſint, nec turba ſeu aceruo valent. *Cuiac.*
h §. 10. *inſt. eod.* rectè enim ignotus hæres inſtituitur. *l.* 11. *C. de hær. inſtituend.* §. *vlt. Inſt. de hæred. inſt.* rectè ignoto donatur, *l.* 29. *Cod. de donat.* rectè ignotus tutor datur.
l ὁμετρίου γενόμενος ἐπίτροπος. id eſt, qui mediocris patrimonij, vel mediocris pupilli, arg. *l.* 4. *ȷ. de vſu & habit. l.* 25. §. 1. *ȷ. de oper. liber.* factus eſt tutor. non igitur pauper tutor, ſed pauperis tutor, eis verbis ſignificatur, qui tam leuem tutelam dicis cauſa præſumitur affectaſſe, vt expleretur numerus trium tutelarum : cámque confirmat opinionem Theophilus *in* §. 5. ſi modo εὐτελεστάτην tenuiſſimam, non, vt Curtius, opulentam, interpreteris. Et ita non tam tres tutelæ, quam tria onera difficillima excuſant, *l.* 31. *in fi. inf. eod.* Cuiac. ad *l.* 2. *ſup. eod.*
m Tutela filij emancipati numeratur inter tres tutelas, *vt hic.* dubium autem mouebat naturalis ſtimulus, *l. Amiciſſimos* 36. §. *Lucius* 1. *inf. eod.*
n quia tutela filij onus non videtur eſſe, cum pietatis ratione ad eam compellatur pater, *l.* 16. *in fi. ȷ. eod.* & rem ſuam agere videtur, cùm agit filij vt pater quidam apud Antiphanem ὑῷ ἀγαπητῷ τι πράττων πρὸς χάριν ἔρανον ἐμαυτῷ τοῦτον οἴομαι φέρειν, apud Stobæum 121. *v. Cuiac. hic.* o Pater latitans in fraudem legis ne filius tutor fiat, cogitur vnà cum filio adminiſtrare, cogitur vnà cum filio ſe obligare, & tutelam gerere. *vt hic.* An idem in dote? ita notat Dynus, adde *l. ſi cum dotem* 22. *in fin. ſup. ſoluto.* p atque ita tutela filio delata computatur in numerum trium tutelarum, *l.* 4. *ſup. eod.* q Lugdunenſi *Hal.* Lugdonenſi, *l. vlt. inf. de cenſib.* à Plinio verò 36. c. 7. procurator Claudij Cæſaris in Ægypto, & à Dione 38. Præfectus prætorio. fortè à familia huius Vitraſij nomen accepit Senatuſconſultum Vitraſianum *Cuiac. hic.* r Filiusfamiliàs poteſt eſſe tutor.
ſ pater ſc. Ex hoc verbo (iuncta epigraphe huius reſcripti in verbo Lugdunenſi) Imbertus *in Enchirid.* notat aduerſus Accurſium, Gallos veteres filios habuiſſe in ſua poteſtate. idque facit ad quæſtionem, an hodie in Gallia pater lucretur vſumfructum bonorum filij aduentitiorum. t captis pignoribus §. *pen. inſt. de ſatiſd.* u Curator teſtamento conſtitui darive non poteſt, *vt hic.*
y quia curator teſtamento non datur, *l.* 6. *C. de negotiis.* y vt *l.* 1. §. 1. *infr. quando appellandum.* aliàs appellare poteſt, *v. l.* 4. *ſup. eod.* z Curator adulti non cogitur ſe excuſare ante confirmationem. Actus qui indiget confirmatione, perfectus eſſe non videtur, antequam confirmatus ſit. a adde *l.* 20. *C. eod.*
b *l.* 31 § 4 *ȷ. eo. Theoph.* §. 1. *inſt. de ſatiſd. tutor.* c Diſtare nihil videtur, quòd ſex menſibus tantùm diſtat, quod intra ſemeſtre fieri poteſt, *vt hic.* Prope pubertatem eſſe videtur, qui ab ea ſemeſtri tantum diſtat.

ſit, ita vt tantummodò ſemeſtre *a* tempus reliquum fuerit, aut eorum, quorum ſuſcipere tutelam cogitur, non dabitur excuſatio. idque principalibus conſtitutionibus cauetur.

1 ¶ Ilienſibus *b* & propter inclytam nobilitatem *c* ciuitatis, & propter coniunctionem *d* originis Romanæ, iam antiquitus & ſenatuſconſultis, & conſtitutionibus principum pleniſſima *e* immunitas tributa eſt, vt etiam tutelæ excuſationem habeant: ſcilicet eorum pupillorum, qui Ilienſes non ſint: idque Diuus Pius reſcripſit.

2 ¶ Eos qui in corporibus ſunt, veluti fabrorum *f*, immunitatem habere dicimus: etiam circa tutelarum exterorum hominum adminiſtrationem, habebunt excuſationem: niſi ſi facultates eorum adauctæ fuerint, vt ad cætera quoque munera publica ſuſcipienda compellantur. idque principalibus conſtitutionibus cauetur.

3 ¶ Non omnia tamen corpora, vel collegia vacationem tutelarum habent, quamuis *g* muneribus municipalibus obſtricta non ſint. niſi *h* nominatim id priuilegium eis indultum ſit.

4 ¶ Is qui ædilitate *i* fungitur, poteſt tutor dari. nam ædilitas inter eos magiſtratus *k* habetur, qui priuatis munerib. excuſati ſunt, ſecundùm Diui Marci reſcriptum.

5 ¶ Sanè notum eſt, quòd gerentibus *l* honorem, vacationem tutelarum concedi placuit: vacare autem eos, qui tunc primùm vocentur ad ſuſcipiendum officium tutelæ. cæterùm eos, qui *m* iam ſe miſcuerint adminiſtrationi, ne tempore quidem magiſtratus vacare, ‖æquè notum eſt.‖

6 ¶ Domini nauium *n* non videntur haberi inter priuilegia, vt à tutelis vacent. idque Diuus Traianus reſcripſit.

7 ¶ Inquilini caſtrorum *o* à tutelis excuſari ſolent. niſi eorum. qui & ipſi inquilini ſunt, & in eodem caſtro, eadémque conditione ſint.

De liberis bello amiſſis.

18. *Vlpianus* ‖ libro 20. ad legem Iuliam & Papiam.‖

BEllo *p* amiſſi, ad tutelæ excuſationem proſunt, quæſitum eſt *q* autem, qui ſunt iſti, vtrum *r* hi, qui in acie ſunt interempti: an verò omnes omnino, qui per cauſam belli parentib. ſunt abrepti, in obſidione fortè? Melius igitur probabitur, eos ſolos, qui in acie amittuntur, prodeſſe debere, cuiuſcunque ſexus, vel ætatis ſint. hi *ſ* enim pro republica ceciderunt.

De his qui in Italia domicilium habent.

19. *Idem* ‖ lib. 35. ad Edictum.‖

ILlud vſitatiſſimum eſt, vt his, qui in Italia domicilium *t* habeant, adminiſtratio rerum prouincialium *u* remittatur.

De lite cum pupillo.

20. *Iulianus* ‖ libro 20. Digeſtorum.‖

SI pupillum patruus contendat exheredatum eſſe, & ſe heredem ſcriptum. æquum eſt, tutorem *x* pupillo dari, recepta patrui excuſatione, vel, ſi nolit excuſationem petere, remoto eo à tutela, ita litem de hereditate *y* expedire.

1. De pluribus excuſationibus. 2. De excuſatione pro parte patrimonij.

21. *Marcianus* ‖ libro 2. Inſtitutionum ‖

PRopter litem *p*, quam quis cum pupillo habet excuſare ſe à tutela non poteſt, niſi fortè de omnib. bonis, aut plurima parte eorum controuerſia ſit.

1 ¶ Qui ſe *a* vult excuſare, ſi plures habet excuſationes, & de quibuſdam non probauerit, aliis vti intra tempora non prohibetur *b*.

2 ¶ Licèt *c* datus tutor ad vniuerſum patrimonium datus eſt, tamen excuſare ſe poteſt *d*, ne vltra centeſimum lapidem *e* tutelam gerat: niſi in eadem prouincia *f* pupilli patrimonium ſit. & ideo illarum rerum dabunt tutores in prouincia præſides eius.

3 ¶ Nec ſenatores vltra *g* centeſimum lapidem *h* vrbis tutelam gerere coguntur.

4 ¶ Habenti *a* ergo tutorem tutor datur. ſed aliarum rerum, non earundem ‖ datur.‖

De geometris. 1. De his quibus princeps curam alicuius rei iniunxit.

22. *Scæuola* libro 1. Regularum.

GEometræ *b* à tutelis non vacant *c*.

1 ¶ Hi verò, quibus princeps curam alicuius rei iniunxit, excuſantur à tutela, donec *d* curam gerunt.

De magiſtratu municipali. 1. De his qui in caſtris merent.

23. *Vlpianus* libro 2. Reſponſorum.

PRopter magiſtratum, quem in municipio *e* quis erat adminiſtraturus, tutelæ excuſationem non habere reſpondi.

1 ¶ Si in caſtris merentes, non *f* ab eo tutores dentur qui in caſtris merebat, excuſationem habere ‖ reſpondi.‖

De manumiſſione ex cauſa fideicommiſſi.

24. *Papinianus* ‖ libro 11. Quæſtionum.‖

NEquaquam credendum eſt, ei priuilegium excuſationis ablatum, cui fideicommiſſaria *g* libertas ſoluta eſt. nam in toto ferè iure manumiſſor eiuſmodi nihil iuris vt patronus aduerſus liberti perſonam conſequitur, excepto, quòd in ius vocare ‖ patronum ‖ iniuſſu prætoris non debet.

De libello.

25. *Vlpianus* ‖ lib. 2. de officio Proconſulis.‖

EXcuſare ſe tutor per libellos *h* non poterit *i*.

De menſoribus frumentariis.

26. *Paulus* ‖ lib. ſingulari de Excuſationibus.‖

MEnſores frumentarios *k* habere ius excuſationis, apparet ex reſcripto Diuorum Marci & Commodi, quod reſcripſerunt Præfecto annonæ.

De legatario.

27. *Marcianus* ‖ libro 5. Regularum.‖

LEgatarius qui rogatus *l* eſt alij omne legatum reſtituere. ſi maluit ſe excuſare à tutela, legatum propter fideicommiſſarium conſequitur. Cui ſimilis eſt, qui de falſo egit, nec obtinuit.

De petitione & decreto. 1. De eo quod tutori relictum eſt. 2. De exilio tutoris.

28. *Papinianus* ‖ lib. 5. Reſponſorum.‖

TVtor petitus, ante *m* decreti diem, ſi aliquod priuilegium quærit, rectè petitionem inſtitutam excludere non poterit.

1 ¶ Quæ tutoribus, remunerandæ *n* fidei cauſa, teſtamento parentis relinquuntur, poſt excuſationem ab heredib. extrariis quoque retineri placuit *o*, quod non habebit locum in perſona filij, quem pater impuberi fratri coheredem, & tutorem dedit: cùm iudicium patris, vt *p*, filius, non vt tutor, prometuit.

2 ¶ Tutorem ad tempus exulare *q* iuſſum, excuſare non oportet: ſed per tempus exilij curator in locum ipſius debet dari.

29. *Marcianus* ‖ lib. 2. Inſtitutionum.‖

PLanè ſi in exilium datus ſit tutor, poteſt ſe excuſare, ſi in perpetuum datus eſt *r*.

1 ¶ Facilius autem exulis *ſ* ignorantia, qui contutorem *t* ſuſpectum facere non potuerit, veniam habebit.

De conſiliariis principum. 1. De rebus quæ partim Romæ, partim in prouincia ſunt. 2. De fratre. De colliberto tutore, vel curatore dato à patrono.

30. *Papinianus* ‖ libro 5. Reſponſorum.‖

IVriſperitos *u*, qui tutelam gerere cœperunt, in conſilium *x* principum aſſumptos, optimi maximique principes noſtri conſtituerunt excuſandos *y*: quoniam *z* circa *a* latus eorum agerent, & honor delatus finem *b* certi temporis ac loci non haberet.

a v. l. 4. §. 26. *inf. de doli excep.* Tres tutelæ excuſant à quarta, niſi ſi qui ex iis, quorum tutela geritur vel defertur, proximi ſunt pubertati, vt quia ſemeſtre duntaxat tempus ſuperſit.
b & aliis quibus hoc nominatim indultum eſt, *l. 41. in fin. inf. eo.* adde *l. 24. C. eod. l. 1. ȷ. ad municip. v. Tacit. 12. Strabon. 13. Sueton. in Claudio Liuium 38. Cuiac. 10. obſ. 5.*
c Nobilitas tribuit immunitatem.]
d Coniunctione originis, priuilegium confertur, vide Cuiac. 10. *obſeru. 5.*
e Ilienſibus immunitas pleniſſima data. ſub Claudio enim ſoluti ſunt omni publico munere, adde *l. 1. §. 2. inf. ad municipalem.*
f & nauiculariorum *l. 24. C. eod.*
g *l. 15. §. 12. ſup. eo.*
h Præſumi non ſolet priuilegium niſi probetur.
i *v. l. 6. §. 8. ſupra eod.* Poſſis hoc ad ædiles municipales referre, dixi ad *l. 30. §. 1. ȷ. locati.*
k *§. 3. inſt. eod.*
l *l. 41. inf. eo. §. 3. inſt. eod. vbi Theophil.*
m *l. 28. inf. eod.*
n adde *l. 5. §. 64. inf. de iure immunitatis.*
o Caſtrorum inquilini, caſtrorum habitatores, hinc colligit Baldus, aduenas non teneri ad cuſtodiam caſtri. Quidam inquilinos caſtrorum vrbanorum interpretantur, de quibus *Lazius 4. cap. 5.* Fuerint fortè ij quos Galli appellant *morte-payes.*
p Bello amiſſi, viuere ſemper intelliguntur *inſt. eod. in princ. l. vlt. inf. de vacat. muner.*
q quia ſoli liberi ſuperſtites proſunt regulariter, *l. 2. §. 4. ſup. eod. 2. Gell. 15.* r In acie quis cadat, an in obſidione, intereſt. Minus eſt enim in obſidione cecidiſſe, quam in acie. Hi quaſi in bello amiſſi, ad tutelæ excuſationem proſunt: illi non tam in bello quàm per cauſam belli amiſſi à tutela non excuſant. ſ pro republica cecidiſſe intelliguntur, qui in acie ceciderunt. t Domicilium in Italia habentes, à rerum prouincialium adminiſtratione excuſantur. u *l. 2. C. eo. v. l. 10. §. 4. l. 13. §. 3. ſup. eo.*
x alium ſc. Nam qui litem habent cum pupillo, vel adoleſcente, olim excuſabantur, ſi lis erat omnium bonorum, vel de ſtatu, *l. 6. §. 18. ſup. eod.* hodie ob quamuis litem remouentur. *Nou. 72. c. 1.*
y *l. 16. C. eo. §. 6. Inſt. eod.* z *d. l. 16. d. §. 4.*
a *§. 16. Inſt. eo.* b *v. l. 8. inf. de except.*
c *§. 17. Inſt. eo.* d *l. 10. §. 4. ſup. eo. l. 2. C. eod. l. 27. ſup. de tutorib. datis.*
e v. quæ ſcripſi ad *§. 3. inf. eod.* f de exceptione longinquæ prouinciæ, adde *l. 35. §. 2. ſup. de procur.* g de centeſimo lapide, *v. l. 1. §. 4. ȷ. de offic. præf. vrbi.*
h Lapidibus itinerum ſpatia dimetiebantur veteres, *vt hic. & §. 2. ſupr. eod. §. 16. inſtit. eod.* & miliariis *l. 1. §. 2. ſup. de off. præf. vrb.* vnde colligitur lapidem & miliarium pro eodem ſumi: hoc ideò, quod ſingulis miliariis lapideæ columnæ, ſpatiorum ſigna inſcripta habentes, poſitæ eſſent. *Plutarch. in Gracchis.* Notata inſcriptis lapidib. itinerum ſpatia teſtatur quoque Quintil. 4. *c. vltim.* Huiuſmodi lapides Boëcius *lib. 3. de Geometria*, appellat Curſorios, & in vetuſto libro Canonum pœnitentialium miliaria lapidea litteris plena viam docent: & in monumento quod Theleziæ extat, Viam feci ab Regio ad Capuam; & in ea via pontes omnes, miliariis tabellariíſque poſciuei. Hinc ſunt Nuceriam vſque miliaria 51. Franci verò, *Leugis* (vocabulum id Francum eſt vt ex Paulo Vuarnefrido, *lib. 15. appendicis ad Eutropium:* Hieronymo *in Ioheclem*, & legib. Baiuuariis à Theodorico latis, Iſidoro in libello variorum de limitib. conſtat) itinera dimetiebantur: adde Briſſonium 4. *ſelect.* 8. & quæ ſcripſi de miliario, columna Romæ poſita, ad *l. 153. ȷ. de verb. ſign.*
a Dixi ad *l. 4. C. in quib. cauſis imm. hab.*
b Geometræ excuſationem à tutelis non habent, *vt hic* adde *l. 2. C. de excuſationibus artif. cum.* ſunt autem agri menſores. *ȷ. ſi menſor.*
c licet habeant immunitatem *d. l. 2. in fi.* nam generaliter data immunitate, ſemper tutelæ exceptæ videntur, v. Cuiac. in *l. 6. § 1. ſup. eod.* & in *l. 2. C. de mun. patrim.*
d *l. 30. l. 41. inf. eo.*
e Magiſtratus municipalis non excuſatur à tutela, Romæ gerenda, propter magiſtratum in municipio adminiſtrandum.
f *v. l. 1. ſup. de tutoribus datis.*
g aliud eſt ſi directa *v. l. 14. ſupr. de tutorib. dat.*
h Cur ita? Cognitio neceſſaria eſt, *v. l. 9. §. 1. ſupr. de offic. proconſul. l. 71. inf. de regulis.*
i poteſt tamen conteſtari excuſationem per libellos, vt l. 13. §. 10. *ſup. eod.*
k *v. l. vnic. Cod. de condit. in publicis horreis:* v. quæ notaui ad *l. 5. in fin. ſup. ſi menſor.*

l *l. 18. §. 14. ſup. de inoff.* m *l. 17. §. 5. ſup. eo. l. 45. ȷ. eo.* v *l. 7. ſup. de iudic.* n 5. *Harm. 11. § 41.* o *l. 28. ſup. de teſt tut. l. 41. §. 3. inf. de fideic. liber.* p Præſumitur pater ſoluere vt pater, non vt adminiſtrator bonorum filij, id ex hac lege colligit Alciatus quem vide 1. *præſumpt. 26. n. 5.* q *l. 32. in fi. ſup. de adm. tut.* r eiuſque loco dari poteſt tutor vel curator. *l. 14. §. 1. ȷ. de ſolut.* ſ in perpetuum exilium damnati. t qui domi manſit. u *v. l. 16. §. 12. ſup. eod.* x *v. l. 11. § 2. ſupr. de minor.* Conſiliarij Principum à tutelis immunes. Principum conſiliarios hic interpretor eos, qui circa latus principum agunt, *vt inf. eo.* vnde pars eius corporis dicuntur in *l. 5. C. ad leg. Iul. maieſt.* y in perpetuum. z Conſiliarij qui circa latus principum verſantur his de cauſis à tutelis excuſantur. Primò quod circa latus ipſius principis agant, quem deferere neque poſſint, neque Reipublicæ expedit. Deinde quod honor ille conſiliarij, finem certi temporis & loci non habet. Quod cum ita ſit, conſiliarij principum, meritò in perpetuum excuſantur à tutela. In perpetuum, hoc eſt, non ad tempus, non ratione huius vel huius loci, ſed omnium planè: cùm quouis tempore ſequi principem eos oporteat. Neſcitur enim quo temporis ſpatio Princeps eos apud ſe habiturus ſit, aut in quem locum miſſurus: adde *l. 22. in fi. ſup. eod.* Vnde notant annonas Eccleſiaſticas percipere eum, qui ſui antiſtitis in comitatu vel ſeruitio ſit.
a Legatorum alios eſſe à latere, alios de latere hinc colligunt. b Perpetua ea dicuntur quæ certum finem neque loci, neque temporis habent, adde *l. ſufficit 56. ſup. de cond. indeb.* quæ ab arbitrio & mera voluntate principis pendent: cùm ſit incertum quo tempore finiantur. Perpetua intelliguntur quæ tempus limitatum non habent: perpetui cenſentur officiales principis, niſi quid aliud ex ipſa collatione officij poſſit colligi, veluti ſi princeps dixerit, ſe ad beneplacitum ſuum (vt pragmatici loquuntur) hoc eſt arbitrium ſuum, vel quandiu ipſe voluerit, officialem ſibi adſumere: his enim ex verbis colligitur principi animum fuiſſe & eſſe perpetui officij non conferendi.

1 ¶ Cùm

hic lex intelligitur est n excusatio non proveniat ex numero liberorum sed ex privilegio

1 ¶ Cùm oriundus *a* ex prouincia, Romæ domicilium haberet, eiuſdem curator decreto præſidis *b* ac prætoris conſtitutus, rerum adminiſtrationem vtrubique ſuſcepit, placuit, eum duas curationes adminiſtrare non videri: quòd videlicet vnius duo patrimonia non viderentur.

2 ¶ Qui priuilegio *c* ſubnixus eſt, fratris *d* curationem ſuſcipere non cogitur *e*.

3 ¶ Patronus impuberi liberto quoſdam ex libertis tutores aut curatores teſtamento dedit: quamuis eos idoneos eſſe conſtet *f*, nihilominus iure publico poterunt excuſari, ne decreto confirmentur.

De tribus tutelis.

31. *Paulus* ‖ libro 6. Quæſtionum.

SI fis qui tres *g* tutelas adminiſtrabat, duob. *h* pupillis, diuerſis decretis datus eſt, *i* qui potuit excuſari *i*, ‖ & priùs, quam cauſas excuſationis allegaret, vnus ex pupillis, quorum iam tutelam adminiſtrabat, deceſſit: vbi deſiit ei competere excuſatio, ſtatim *k* tenuit eum prius decretum, quaſi in loco tertiæ tutelæ quarta ſubroganda *l*. nam ipſo *m* iure tutor eſt, & antequam excuſetur. Potuit ergo tutela eius, qui nunc quarto loco inuenitur, excuſari. ſed cum non ſit excuſatus, neceſſariò ſubeũdum eſt onus illius quoque tutelæ. Nec *n* me mouet, quòd dicat aliquis, hoc *o* ne exigi, an adminiſtretur tutela, hoc. n. eò pertinet, ne ſit finita adminiſtratio. Cæterùm ſi periculum ſuſtineat ceſſationis, puto ei imputandam eam quoque tutelam.

1 ¶ Idem *p* euenire poteſt, ſi duob. teſtamentis. cùm haberet tres tutelas, tutor datus eſt. vbi *q* non apertarum tabularum tempus inſpici debebit, ſi quæratur, quæ prior delata ſit tutela: ſed *r* aditæ *ſ* hereditatis, vel conditionis exiſtentis.

2 ¶ Illa *t* quoque erit differentia tutelarum, de quib. diximus, ſi tertia & quarta ſit delata, licèt in quartam priùs detentus ſit, quòd huius, id eſt, quartæ, ex quo iuſſus eſt adminiſtrare: illius, ex quo datus eſt, periculum ſuſtinet.

3 ¶ Eum *u*, qui pupillum bonis paternis abſtinuerat, detinendum in quarta tutela exiſtima ibi quaſi depoſita illa.

4 ¶ Cæterùm putarem, rectè facturum prætorem, ſi etiam *x* vnam tutelam ſufficere crediderit, ſi tam diffuſa *y* & negotioſa ſit, vt pro pluribus cedat. Neque igitur fratres conſortes *z* plurium loco habendi ſunt, neque non fratres, ſi idem patrimonium habent, & ratio adminiſtrationis pariter reddenda ſit.

¶ Et ex diuerſo fratres *a*, diuiſo patrimonio duæ tutelæ ſunt: non enim (vt dixi) numerus pupillorum, ſed difficultas *b* rationum conficiendarum & reddendarum conſideranda eſt.

a Tutor qui decreto conſtituitur ad diuerſa patrimonia adminiſtranda, vtriuſque iudicis decreto conſtituendus eſt. vnde notant de delicto in confinib. commiſſo, vtrumque iudicem ſimul cognoſcere debere, ne contrariæ ſententiæ in re eadem ferantur. Item habentem bona in diuerſis territoriis: ſi ab vno bonis ſit multatus, ab alio, ſeu apud alium, vel in alio territorio bonis non eſſe multatum. Vnde rurſus colligas, Bonis in vno territorio confiſcatis, non cenſeri confiſcata in alio.

b Tutor decernendus adminiſtrationi diuerſorum patrimoniorum, decerni per vtrumque iudicem, non per alterum debet. *Bal.*

c Priuilegio excuſatus à tutela, excuſatur etiam à tutela fratris. Ita priuilegium excuſationis tutelæ, fratris coniunctione quauis potẽtius eſt.

d *v. l.* . *C. de legitima tutela.*

e vide *l. 12. C. eod.* priuilegij ius potentius eſt, quam naturæ. *Bald.*

f *l. 6. ſup. eod.*

g Tres tutelæ excuſant à quarta, quinta, & vlterioribus. Quid ſi vna ex trib deficiat? quia hoc caſu quarta reputatur tertia quaſi ſuccedens in locum tertiæ, & quinta cenſetur quarta quaſi ſuccedens in locum quartæ, in quarta quæ ſuccedit loco tertiæ non eſt excuſatio, ſed à quinta quæ ſucceſſit in locum quartæ: quod obtinet, ſiue omnes tutelæ vnius generis ſint, putà omnes datiuæ, ſiue diuerſorum generum, putà, quædam datiuæ, quædam teſtamentariæ. h Ita acceſſit ei quarta quædam ac quinta tutela. i *ſub.* à quarta: idque putà propter numerum trium tutelarum. k hoc eſt quarta tutela ſucceſſit in locum tertiæ, cum primum vnà ex trib. tutelis finita eſt. l vt ita ex quarta, & quinta tutela prior ea cenſeatur cuius decretum prius eſt, Cuiac. ad *l. 2. ꝫ. eod.*

m Ipſo iure quis eſt tutor antequam excuſetur. Cui rei hoc argumentum eſt, quod ei iam tutori excuſatio competat, non ante, *l. Gaius 16. ꝫ. eod.* Ita ſi ius excuſationis natum, antequam quis eo vtatur, exſpiret, nihil proderit anteà natum eſſe. Quippe omnis exceptio & excuſatio, tum demum ſpectanda eſt, cùm proponitur, ſeu cum in iudicium deducitur. Antè competiiſſe nihil iuuat, ſi deſiit poſtea competere. n Tutelam ex trib. finitam in numero trium tutelarum non haberi paulò ante diximus, vt ea ratione quæ quarta decreta erat à iudice in eius locum ſuccedat, & fiat tertia. quę quinta quoque decreta erat ab eodem iudice, ſuccedat in locum quartæ & fiat quarta. De quo poſſit aliquis dubitare, ac tandem etiam dicere, Tutelam finitam, non eò finitam intelligi, quòd finita ſit eius adminiſtratio, ſed tum demum ac potius finitam, cùm rationes plenè fuerint redditæ. Cæterùm hic rationes redditas non poni: proinde finitam quidem adminiſtrationem: at non finitam tutelam. Paulus contra exiſtimat, finitam tutelam cenſeri, cùm primùm finita eſt adminiſtratio, etiam ante redditas rationes, cùm primùm periculum ceſſationis non ſuſtinet tutor, finita hunc in modum vna ex trib tutelis quartam ſuccedere in eius locum, quæ deſiit o *al.* hoc non exigi *al,* hic non exigi

p Quod ſuperiori capite dictum eſt de tutela quarta, & quinta decreta per iudices, idem obtinet in tutela quarta & quinta decreta per teſtatores. q In teſtamẽtis prius & poſterius nõ ſumitur ex die teſtamẽti vel apertis tabulis, ſed ex die ex quo actus (de quo quæritur) vires & effectum ſumit. r Tutelæ dies teſtamentariæ, non cedit à die mortis teſtatoris aut apertis tabulis, ſed ab adita eius hereditate, vel conditione exiſtente poſt aditionem, *vt hic.* ſ *v. l. 7. ꝫ. de teſtam. tut. l. 55. §. 2. ꝫ. ad Trebell.* t Si quarta & quinta tutelæ ſint teſtamentariæ, & quarta ſubrogatur loco tertiæ, tutor ſtatim atque notitiam habuerit, eam adminiſtrare tenebitur: vbi verò quinta loco quartæ, poſt elapſos dies excuſationis: *vel ita:* Qui duas habet tutelas, deinde ad alias duas vocatur, tertię adſtringitur, ſtatim atque ſciuit ſe tutorem datum: quartæ verò poſt finitum tempus excuſationis. u Qui tres tutelas habet, & vnius tutelæ pupillos abſtinet hæreditate paterna, duas tantum tutelas habere videtur, ideóque aliam tutelam delatam agnoſcere cogitur, *vt hic.* Cur duas tantum tutelas habere videtur? An quod eius tutelæ, cuius nomine pupillos hereditate patris abſtinuit, habitus quidem tutor eſt, ſed ſine effectu, ſine re, ſine adminiſtratione, vt Bald. hunc locum accipere videtur. An quia, quo momento pupillos hæreditate paterna abſtinuit, eodem, quaſi depoſuiſſe tutelam intelligitur, vt hoc loco dicitur. x Etiam vna tutela (diffuſa tamen habens negotia) ſufficit ad excuſationem aliarum. y *l. 1 . ꝫ. eo.* z ſi tres ſint fratres conſortes, vna eſt tutela: ſi tres diſſortes, tres ſunt tutelę. Conſortes fratres dicuntur & ſocij, quibus communis domus, communiáque ſunt patrimonia. *Cuia. hic, & 5 obſ. 10.* Quid Conſors & Diſſors, dixi ad Feſtum in Diſſortiones. adde *l. 14. Cod. de contr. empt.*

a *al.* fratrum. b *v. l. 15. §. 15. ſupr. eod.*

De eo quod relictum eſt tutori.

32. *Idem* ‖ libro 7. Queſtionum. ‖

NEſennius Apollinaris Iulio Paulo: ‖ Mater *a* filium ſuum pupillum, vel quiuis alius extraneus extraneum æquè pupillum ſcripſit heredem: & Titio legatum dedit, eumque eidem pupillo tutorem adſcripſit. Titius confirmatus excuſauit ſe à tutela: quæro, an legatum amittat *b*: & ‖ quid, ‖ ſi teſtamento quidem tutor non ſit ſcriptus, legatum tamen acceperit, datúſque à prætore tutor excuſet ſe: an æquè repellendus ſit à legato, & an aliquid interſit, ſi à patre vel emancipato pupillo tutor datus ſit, vel puberi curator? Reſpondi: Qui *c* non iure datus [ſit] vel tutor vel curator à patre, confirmatus *d* à prætore, excuſationis beneficio vti maluit, repellendus eſt a legato. ídque & Sceuolæ noſtro placuit. nam & prętor, qui eum confirmat tutorem, defuncti *e* ſequitur iudicium.

¶ Idem in matris teſtamento dicendum eſt.

¶ Similis eſt matri quiuis extraneus *f*, qui pupillum heredem inſtituit, eíque & in tutore dando proſpicere voluit: quales ſunt alumni *g* noſtri.

¶ Rectè ergo placuit, eum, qui recuſat *h* id quod teſtator relinquit, ab eo, quod petit, quod idem dedit, repelli debere.

¶ Non ſemper tamen exiſtimo, eum, qui onus tutelæ recuſauit, repellendum à legato: ſed *i* ita demum, ſi legatum ei ideo adſcriptum appareat, quòd eidem tutelam filiorum iniunxit, non quod alioquin daturus eſſet, etiam ſine tutela. Id apparere potuit *k*, ſi poſueris teſtamento legatum adſcriptum, codicillis verò poſtea factis tutorem datum: in hoc enim legato poteſt dici, non ideo ei relictum, quia & tutorem eſſe voluerit teſtator.

33. *Idem* ‖ libro 23. Quæſtionum. ‖

SEd hæc *l* nimium ſcrupuloſa *m* ſunt, nec admittenda: niſi euidenter pater expreſſerit *n*, velle ſe dare, etiam ſi tutelam non adminiſtrauit: ſemper enim legatum aut antecedit, aut ſequitur tutelam *o*.

34. *Idem* ‖ libro 7. Quæſtionum. ‖

EX his apparet non eſſe his ſimilem ‖ eum, ‖ quem prætor *p* tutorem dedit: cùm poſſet vti immunitate. hic enim nihil contra iudicium fecit teſtatoris. nam quem *q* ille non dedit tutorem, eum voluiſſe *r* tutelam adminiſtrare filij, dicere non poſſumus.

35. *Idem* ‖ libro 23. Quæſtionum. ‖

QVid autem, ſi non excuſauerit, ſed adminiſtrare noluerit, contentus *ſ*, quòd cæteri idonei eſſent? hic poterit conueniri *t*, ſi ab illis res ſeruari non potuiſſet: ſed hoc non quærendum eſt, ſed contumacia punienda *u* eſt eius, qui quodammodo ſe excuſauit: multò *x* magis quis dicere debebit indignum iudicio patris, qui vt ſuſpectus, remotus eſt à tutela.

1. *Si ius trium liberorum habens curator filio petatur.*

36. *Idem* libro 9. Reſponſorum.

AMiciſſimos *y* quidem & fideliſſimos parentes liberis tutores eligere ſolere. & ideo ad ſuſcipiendum onus tutelæ etiam honore legati eos proſequi: ſed cum proponatur is, de quo quæritur, in teſtamento legatum meruiſſe *z*, & idem pupillo ſubſtitutus *a*, non eſt veriſimile hunc demum eum teſtatorem ſubſtituere voluiſſe, ſi & tutelam ſuſcepiſſet: & ideo eum, de quo quęritur, à legato quidem, ſi adhuc viueret pupillus, repellendum fuiſſe: à ſubſtitutione autem non eſſe ſummouendum *b*, cùm eo caſu etiam ſuſcepta tutela finiretur *c*.

1 ¶ Lucius Titius ex tribus filiis incolumibus vnum habet emancipatum *d* eius ætatis, vt curatores accipere debeat: quæro, ſi idem Titius pater petente eodem filio emancipato, curator à prætore detur, an iure publico vti poſſit, & nihilo minus trium filiorum nomine vacationem poſtulare? Reſpondi præmium quidem patri, quod propter numerum liberorum ei competit, denegari non oportere *e*: ſed cum filio ſuo curator petatur, contra *f* naturales *g* ſtimulos facit, ſi tali excuſatione vtendum eſſe tentauerit.

a Mater liberis ſuis tutorem dare poteſt: qui tamen ita datus fuerit, confirmandus à prętore erit.

b amittit, *l. 28. in pr. ſup. de teſt. tut.*

c Teſtatoris præceptum non ſeruãs, legatum eius teſtamento relictum amittit.

d Tutor teſtamentarius dicitur is etiam qui confirmatus eſt à iudice. Quid ita? Iudex ex ſe non confirmat, ſed iudicium teſtatoris ſequitur.

e hinc notat Baldus, teſtamentarium tutorem confirmatum à iudice, teſtamentarium dici, non datiuum: quia iudex eum non ex ſe confirmat, ſed ex patris iudicio.

f *v. l. 4. ſupra de confirm. tut.*

g Alumnis, ab eo qui alait, tutores dati confirmandi; adde quæ de alumno ſcripſi ad *l. 1. C. quæ res pignor.*

h 37. *Syn. ſ. 1. c. 21. 5. Harm. 11. §. 41. l. 5. ꝫ. 2. ꝫ. de his quæ vt indig. l. pen. in fi. C. de legatis:* dic vt ꝫ *eod.*

i Tutor vel curator inutiliter teſtamento datus, à iudice confirmandus, ſi ſe excuſat à tutela, priuatur legato ſibi in eo teſtamento relicto (etiam ſi ab extraneo aliquo tutor datus ſit) niſi teſtator aliàs fuit legatum relicturus: quod non præſumitur, niſi ab eo dictum fuerit, *vt hic.* An idem eſt in tutore dato per iudicem? non idem. Quid, quæ hic dicta ſunt de tutore ſe excuſante, vtrum locum habent, etiam in ceſſante ab adminiſtratione? vel ſuſpecto remoto? Sic ſanè: *vt hic: & legib. ſeqq.*

k *ſub.* vtrum contemplatione tutelæ relictum ſit an non ſit.

l Diſtingue vtrum præcedat tutela, an legatum. m hic notat Bald. Codicillos trahi ad mentem teſtamenti, & contra. n vel ſit veriſimile eum voluiſſe, *l. tutor. 23. §. 1. 2. ſup. eo.* o ſiue præcedat. ſiuè ſequatur, præſumitur ratione tutelæ relictum, fauore pupilli. p *d. l. 5. §. 2. ꝫ. de his quæ vt indign.* q Teſtator non videtur eum tutelam gerere voluiſſe, quem ipſe tutorem non dedit. r Non credimus hominem aliquid velle niſi id quod dicit. *Bald.* ſ *al.* contendens, malè: ſic. n. Baſil. ἀρκούμενος. t *l. 8. C. de admin. tut.* u non præmio afficienda. *Bal.* x Commodum officij amittit qui officio remouetur propter culpam *l. Mæuia. 13. ꝫ. de annuis.* y Electum eligenti præſumi amicum, Baldus hinc colligit. z Licèt tutor qui ſe excuſat à tutela, repellitur à legato, *l. 28. ꝫ de teſta. tut.* non repellitur tamen à pupillari ſubſtitutione. Ratio: quia non intelligitur relinqui propter officium, quod relinquitur poſt illud depoſitum. *Bal.* Subſtitutio pupillaris confertur in tempus quo finitur tutela.

a Subſtitutus impuberi poteſt ei tutor teſtamento dari, *vt hic:* at non à iudice, idque propter ſuſpicionem ſperatæ ſucceſſionis, argum. *l 1. §. 1. ꝫ. vbi pupillus: l. vlt. C. vbi pupillus educari.* b adde caſum *l. 51. ſup. de vſufr.* c quia cum hic ſubſtitutio competat, & incipiat vbi tutela deſinit, non intelligitur fieri contemplatione tutelæ. d Emancipatus filius ſtricto iure prodeſt patri, etiam vt excuſetur à cura ipſius emancipati: naturali tamen aliud ſuademus. e Priuilegio, quod habeo propter te, (id eſt, propter liberos) vtor contra te. *Bald.* f & ſic non poteſt ſe excuſare: vide quæ ſcripſi ad *l. 1. C de legitima tutela.*

g Naturales ſtimulos ſequi debemus *v. l. 15. § 16. ꝫ. eod.* adde *l. 7. C. de in integ. reſtit. min.*

Sententia ſub conditione | inutiliter datur, *l.1.§.5. in fi. j. quando appell.*
b quia lata eſt ſententia ſub conditione *d.l.1.§.5.*
c Errori, non malitiæ, ſubuenitur. *l.32. in fin. inf. de cond. & demonſt.*
d *l.13.§.1. §.6. s. eod.*
e exceptio legis ſuperioris.
f id eſt, inſtaret, inſiſteret: ſic conſtituere, eſt conſiſtere vel conſtare, in *l.11.§.1. j. de cuſtod. reor. l.19. in fin. j. de adult.*
g aduerſarij, fa cit *l. vlt. C. de iure fiſc.*
h *l.11. s. eod. l.17. ſup. de tutelis.*
i vide *l.9. C. eod. l.1. C. qui morbo.*
k Valetudinarius, cuius valetudo ſæpius laborat: *v. l.13. s. de tutelis.*
l id eſt, adminiſtrationi, adde *l.7. s. eod.*
m *l.37.§.5. l.22.§.1. s. eo. l.10. C. eod.*
n *§.1. Inſtit. eod.* vel fiſci.
o adde *l.2.§.4. ſup. eod.*
p *§.1. Inſtit. eod. l.10. in pr. ſup. h.t. l.1. C. de profeſſorib. & medicis.*
q Comites eorum qui Reipublicæ cauſa abſunt non excuſantur à tutela iam ſuſcepta, ſed ab ea tantum quæ abſentibus iis aut mox profecturis delata eſt. Ita priuilegium excuſationis tranſit ad comites, ſicut ad ipſos dominos.
r *l.6.§.3. ſup. eo. l. vlt. inf. eod.*
ſ *l.35.§.8. s. ex quibus cauſis maiores.*
t Corporati & collegiati Romæ vrbis excuſantur à tutela aliorum, at non à collegarum tutela. Niſi ſpecialiter hoc ſit eis tributum, *vt hic.* (Ita priuilegium collegij non datur collegiato aduerſus collegiatum) vel niſi vltra centeſimum milliarium ab vrbe tutela ſit gerenda.
u *l.17.§.2. ſup. eo. l. pen. in fin. C. eod.*
x *l. vlt. j. eod.*
y putà: vrbicis *dict. leg. vltim. §.1.*

De falſa allegatione, & de vitio pronuntiationis.

37. *Scæuola* || libro 2. Reſponſorum. ||

QVi teſtamento tutor datus fuerat, adito prætore dixit, ſe tres liberos habere: adiecit præterea, habenti patruum legitimum tutorem ſe vitioſe tutorem datum: prætor ita decreuit: *Si a legitimum tutorem habenti tutor datus es, non eſt tibi neceſſaria excuſatio.* quæro, cùm nemo patruus impuberi tutor eſſet, an nihilo minus tutor remanſit. Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, quamuis iuſtas excuſationis cauſas haberet, non tamen eſſe excuſatum propter vitium *b* pronuntiationis.

1 ¶ Item quæro, ſi acquieuiſſet ſententiæ, an ob id, quòd non geſſit tutelam, vtilis actio in hunc dari debeat? Reſpondi: ſi errore potiùs, quòd ſe pro iure trium liberorum, quod allegabat, excuſatum crederet, quàm malitia *c*, ab adminiſtratione ceſſaſſet, vtilem actionem ||non|| dandam.

De tempore excuſationis.

38. *Paulus* || libro 2. Sententiarum. ||

QVinquaginta *d* dierum ſpatium tantummodò ad conteſtandas excuſationum cauſas pertinet: peragendo enim negotio, ex die nominationis continui quatuor menſes conſtituti ſunt.

39. *Tryphoninus* || libro 13. Diſputationum. ||

SI *e*, cum ipſe inſtitueret *f*, vt proferret excuſationem: mora contradictionis *g* impeditus eſt, quo minùs decreto liberaretur: excuſationem rectè probari.

De tutore cæco, ſurdo, muto, furioſo, valetudinario.

1. *De paupertate.*

40. *Paulus* || libro 2. Sententiarum. ||

POſt *h* ſuſceptam tutelam, cœcus *i*, aut ſurdus, aut mutus, aut furioſus, aut valetudinarius *k* deponere tutelam poteſt.

1 ¶ Paupertas quæ operi *l*, & oneri tutelæ impar eſt, ſolet tribuere vacationem.

De Adminiſtrantibus rem principum. 1. De præfecto annonæ aut vigilum. 2. De comitibus abſentium reipub. cauſa. 3. De Iure corporis vel collegij.

41. *Hermogenianus* libro 2. Iuris Epitomarum.

ADminiſtrantes *m* rem principum *n* ex indulgentia eorum, licèt citra codicillos, à tutela, itémque cura tempore adminiſtrationis delata excuſantur.

1 ¶ Idemque cuſtoditur in his, qui præfecturam annonæ, vel vigilum *o* gerunt.

2 ¶ Eorum, qui reipublicæ *p* cauſa abſunt, comites *q*, qui ſunt intra ſtatutum *r* numerum, de tutela, quæ abſentib. vel profecturis *ſ* delata eſt, excuſantur, nam ſuſceptam antea non deponunt.

¶ Qui *t* corporis *u*, item collegij *x* iure excuſantur: à collegarum, filiorúmque eorum tutela non excuſantur, exceptis his *y*, quibus hoc ſpecialiter tributum eſt.

42 *Paulus* || libro ſingulari de Cognitionibus. ||

PLanè vltra centeſimum *z* miliarium *a* ab vrbe filiorum collegarum ſuorum tutelam ſuſcipere non coguntur.

De liberto Senatoris.

43 *Hermogenianus* || libro 2. Iuris Epitomarum. ||

LIbertus *b* ſenatoris, filiorum eius tutelam adminiſtrans, ab aliis tutelis non excuſatur *c*.

44 *Tryphoninus* libro 2. Diſputationum.

CVm *d* ex oratione Diui Marci ingenuus *e* libertino tutor datus excuſari debeat: eandem *f* excuſationem competere etiam ei, qui ius anulorum *g* impetraſſet, Imperator noſter cum Diuo Seuero patre ſuo reſcripſit.

1 ¶ Ergo ſi pupillo libertino habenti ius anulorum, datus ſit ingenuus tutor vel curator, conſequens eſt, vt excuſatio eius ob hanc conditionum diuerſitatem *h* non debeat accipi.

2 ¶ At ſi antequam pupillus, vel pubes minor annorum vigintiquinque ius anulorum acciperet, Lucius Titius ei datus, vt ingenuus, excuſatus fuit poſt impetratum beneficium, de nouo *i* eidem tutor curatórve dari poterit; exemplo eo, quo placuit, & reſcriptum eſt, eum qui tempore, quod intra annum erat, ex quo reipublicæ *k* cauſa abeſſe *l* deſierat, excuſatus fuit, præterito eo, ipſum ſuo *m* loco dari poſſe.

3 ¶ Et quamuis libertinus, qui ſenatori patrono procurat, *n* excuſationem ab aliorum tutela habeat:

z centeſimum *Haloander. vt leg.21.§.2. ſup. eod.* a De miliario alias ſæpè dixi vide *leg.21.§.3. ſup. eod.* b vide quæ not. ad *l.15.§.8. ſup. eod.*
c ſtrictè igitur priuilegium accipimus *dict. l.15.* d Argumentum ab ingenuo ad eum qui ius aureorum anulorum impetrauit. e *l.24. in fi. ſup. de tutoribus datis.* f Paria ſunt, priuilegio qualitatem ineſſe, & natura, *vt hic.* eodem priuilegio fruuntur ingenui, & aureis anulis donati. Vtrique excuſantur à tutelis libertinorum. g *§.1.2. inf. eod. l.14.§.2. inf. eod.*
h Diuerſa quidem eſt, à natura, conditio ingenui & libertini habenti ius aureorum anulorum: ciuili tamen iure, eadem: ideóque hæc diuerſitas negligitur, & ea neglecta, rectè tutor datur ingenuus libertino habenti ius aureorum anulorum,
i Sententia retrò lata non prodeſt ſtatu mutato.
k *l.10. ſup. eod.*
l *v. l.1. C. in quib. cauſis tutor. hab.*
m in locum ſui ipſius tutor dari poteſt.
n *l.15.§.8. s. eod. l.13. C. eod. l.17.§.1. j. ad municip.*

iſte tamen, qui ius annulorum impetrauit, qui in *a* ordinem *b* ingenuorum tranſit, tali excuſatione vti non poſſet.

De abſentia reip. cauſa. 2. De iure liberorum. 3. De tutore Romæ dato. 4. De liberto qui gerere non poteſt.

45. *Idem* libro 13. Diſputationum.

T*Itius filiis meis, quoad c reipublicæ d cauſa non aberit, tutor eſto*: geſſit tutelam ex teſtamento delatam, deinde reipublicæ cauſa abeſſe cœpit, & deſiit: an, quaſi noua tutela nunc delata, excuſari debeat etiam ob abſentiam reipublicæ cauſa? an quia præceſſit teſtamentum abſentiam ob publicam cauſam, & eſt ab eo iam adminiſtrata tutela, non oporteat eum excuſari? quid ſi liberos interea ſuſceperit, aut aliam excuſationem parauit? Magis eſt, vt hæc vna *e* tutela ſit: ideò nec excuſationem ei competere, nec agi tutelæ ob prius tempus poſſe.

1 ¶ Sed ſi ita ſcriptum in teſtamento fuit: *Titius tutor eſto: cùm f reipublicæ cauſa aberit, tutor ne eſto: cùm redierit, tutor eſto.* Quid de excuſatione aut ob abſentiam reipublicæ cauſa, aut aliam, quæ poſt obuenit, dici oporteat, videamus.

¶ Præcedit autem alia quæſtio: teſtamento *g*, ex die, vel ſub conditione || tutores || dati, an ſe excuſare ante diem conditionémve neceſſe habeant: & in primis an iam dies quinquaginta eis cedant, intra quos néceſſe eſt cauſas excuſationis exercere. Sed verum eſt, non *h* ante eſſe tutorem, quàm dies venerit. Nam nec antequam *i* adita ſit hereditas. Quia igitur ex eodem teſtamento iam geſta fuit tutela, & qui excuſatus eſt, alias abfuturus reipublicæ cauſa, reuerſus continuò hæret tutelis ante ſuſceptis, etiam intra annum: ſed hic ex ipſo teſtamento deſierit eſſe tutor: & ideo ex ſecunda tutela excuſare ſe poteſt.

2 ¶ Si à prætore detur curator mente *k* capto, aut muto, ſiue ventri, excuſatur iure liberorum.

3 ¶ Romæ datos tutores eos tantùm accipere debemus, qui vel *l* à præfecto vrbis, vel à prætore, vel in *m* teſtamento Romæ *n* confecto, vel in continentib. *o* ædificiis dati ſunt.

4 ¶ Si tanta *p* corporis aut mentis valetudine ab agendis reb. libertus prohibeatur, vt ne ſuis quidem negotiis ſufficiat: neceſſitati *q* erit ſuccumbendum, ne impoſſibile *r* iniungatur tutelæ munus, quod obiri à liberto non poteſt, cum incommodo pupilli, & aduerſus vtilitatem *ſ* eius.

De piſtorib. 1. De Domicilio.

46. *Paulus* || libro ſingulari de Cognitionibus. ||

QVi in collegio *t* piſtorum ſunt, à tutelis excuſantur: ſi modo per ſemet *u* piſtrinum exerceant: ſed non alios puto excuſandos, quàm qui intra *x* numerum ſunt.

1 ¶ Vrbici autem piſtores à collegarum quoque filiorum tutelis excuſantur *y*.

2 ¶ Sed & hoc genus excuſationis eſt, ſi quis ſe dicit ibi domicilium *z* non habere, vbi ad tutelam datus eſt, idque Imperator Antoninus cum Diuo patre ſignificauit.

VBI *a* PVPILLVS EDVCARI, VEL morari debeat: || & de alimentis *b* ei præſtandis. ||

TIT. II.

De prætore adeundo. 1. De circumſtantiis conſiderandis à pratore. 2. De eo qui recuſat apud ſe educari.

Vlpianus || libro 34. ad Edictum. ||

SOlet prætor *c* frequentiſſimè *d* adiri, vt conſtituat, vbi filij vel alantur *e*, vel morentur: non tantùm in poſtumis *f*, verum omnino in pueris.

1 ¶ Et ſolet ex *g* perſona, ex conditione *h*, || & || ex tempore ſtatuere, vbi potiùs alendus ſit: & nonnunquam à voluntate patris recedit *i* prætor. Denique cùm quidam teſtamento ſuo cauiſſet, *vt filius apud k ſubſtitutum educaretur*, Imperator Seuerus reſcripſit, prætorem æſtimare debere, præſentib. cæteris propinquis *l* liberorum: id enim agere prætorem oportet, vt ſine vlla maligna ſuſpicione *m* alatur partus, & educetur.

2 ¶ Quamuis autem prætor recuſantem apud ſe educari, non polliceatur ſe coacturum: attamen quæſtionis eſt, an debeat etiam inuitum *d* cogere *o*: vt puta *p* libertum, parentem, vel quem aliũ de adfinibus, cognatíſve: & magis eſt, vt interdum debeat id facere.

3 ¶ Certe non malè dicetur: ſi *q* legatarius, vel heres

a in ordinem ingenuorum tranſit iure aureorum annulorum donatus.
b Ordo alius eſt ingenuorum & libertinorum.
c *Quoad & Donec*, particulæ, temporis in ſe ſpatium habent, non tamen conditionem, quæ perpetuò rem extinguat, inducunt.
d *v. l.1. C. in quib. cauſis tutorem habenti.*
e *l.3.§.9. ſup. tit. prox.*
f quoad reipublicæ cauſa *Hal.*
g Tutores ex die vel ſub conditione teſtamento dari poſſunt.
h Tutores ex die vel ſub conditione dati, ſe excuſare non coguntur ante diem vel conditionem: & quidem intra quinquaginta dies excuſationis proponendis præfinitos. Quid ita? iidem nec antè aditam hæreditatem coguntur ſe excuſare.
i *l.9. C. de teſtam. tutela.*
k Liberorum numero quis excuſatur, vt ne curator mente capto, muto, ventri detur.
l *§.4. Inſtit. de Atiliano tutore.*
m Teſtamentaria tutela, datiua etiam dici poteſt, vt hic.
n Locus teſtamenti inſpiciendus eſt ſemper teſtatori: teſtamentum fieri debet ex conſuetudine & ſolennitate loci vbi fit, non ex conſuetudine loci ipſius teſtatoris: in Teſtamentis & contractibus inſpicitur locus vbi actus ipſe geritur, non agentium ipſorum vel contrahentium.
o *l.2. j. de verb. ſign.*
p *l.10.§.8. ſup. eod.*
q Neceſſitati ſuccumbendum: vide quæ notaui ad *l.8. §.9. s. eod.*
r Græci hoc loco eleganter, ἀνάγκη τῆς διχλύσεως ἰσορρόπος ἐςὶν βίᾳ ὑπερτέρᾳ. *Cuiac. 8. ad Africanum.*
ſ Nam in Tutelis ſemper ſpectamus vtilitatem pupilli *l. vtilitatem. 10. s. de confirmando tutore.*

t Piſtores habuerunt Romæ ſuum collegium *v l.41. §.3. ſup. eod.*
u vide quæ not. ad *l.6.§.1. & §.4. s. eod.* x *l.41. §.2. s. eod.*
y ſpecialiter *dict. l.41. in fin.* z *l.10.§.4. ſup. eod.* a *lib.5. C.49.* b *lib.5. C.50.*
c præſes, *l.5. j. eod. l.1. C. vbi pupill.*
d Tituli à frequenti vſu commendantur. e *d.l.1. l.2 ſup. de feriis.*
f Poſthumorum etiam educandorum curam habet iudex, *l.2. C. vbi pupilli.*
g Circunſtantiæ perſonarum, conditionum, & temporis iudici ſemper ſpectandæ.
h *l.2.* i vt hic & aliàs *l.14.§.5. ſup. de religioſis, l.5.§.9. ſupr. de adminiſtr. tut.*
k *v. l.36.§.1. ſup de excuſat.*
l facit *l.18. in fi. C. de nupt. v. l.5. inf. quib. ex cauſis in poſſ.*
m *l.2. C eod.* n Inuitum apud ſe educare pupillum interdum cogit Prætor
o *l.1. C. vbi pupill.* p v. quæ ſcripſi ad *l.3. §.1. s. de arbitris.*
q Pœna hæc eſt legatarij, hæredis vel tutoris, pupillum apud ſe educare recuſantis, vt denegentur ei actiones ex teſtamento.

educationem recuſet teſtamento ſibi iniunctam, denegari ei actiones debere, exemplo *a* tutoris teſtamento dati: quod ita demum placuit, ſi idcirco ſit relictum, cæterùm, ſi *b* eſſet relicturus, etiam ſi educationem recuſaturum ſciret, non denegabitur ei actio, & ita Diuus Seuerus ſæpiſſimè ſtatuit.

De reputationibus tutoris admittendis. De modo alimentorum.

2. *Idem* ‖ lib. 36. ad Edictum. ‖

OFficio iudicis, qui tutelæ *c* cognoſcit, congruit, reputationes *d* tutoris non improbas *e* admittere, vtputa *f* ſi dicat, impendiſſe in alimenta pupilli, vel diſciplinas *g*.

1 ¶ Modus autem, ſi *h* quidem prætor arbitratus eſt, is ſeruari debet, quam prætor ſtatuit: ſi verò prætor non eſt aditus, pro modo *i* facultatium pupilli debet arbitrio iudicis æſtimari, nec enim permittendum eſt tutori, tantum reputare, quantum dedit, ſi plus æquo dedit.

2 ¶ Hoc amplius, etſi prætor modum *k* alimentis ſtatuit, verumtamen vltra vires facultatium eſt, quod decretum eſt, nec ſuggeſſit *l* prætori de ſtatu facultatium: non debet ratio haberi alimentorum omnium: quia, ſi ſuggeſſiſſet, aut minuerentur iam decreta, aut non tanta decernerentur.

3 ¶ Sed ſi pater ſtatuit alimenta liberis, quos heredes ſcripſerit, ea præſtando, tutor reputare poterit: niſi *m* fortè vltra vires facultatium ſtatuerit: tunc enim imputabitur ei, cur non adito prætore deſiderauit alimenta minui.

6. De pupillis egenis. De alimentis diminuendis vel augendis.

3. *Idem* ‖ lib. 1. de omnibus tribunalibus. ‖

IVs alimentorum decernendorum pupillis Prætori competit, vt ipſe moderetur *n*, quam ſummam tutores vel curatores ad alimenta pupillis vel adoleſcentibus præſtare debeant.

1 ¶ Modum *o* autem patrimonij ſpectare debet, cùm alimenta decernit, & debet ſtatuere tam moderatè, vt *p* non vniuerſum reditum *q* patrimonij in alimenta decernat, ſed ſemper ſit *r*, vt aliquid ex reditu ſuperſit.

2 ¶ Ante oculos habere debet in decernendo, & *ſ* mancipia *t*, quæ pupillis deſeruiunt, & mercedes *u* pupillorum, & veſtem, & tectum pupilli, ætatem *x* etiam contemplari, in qua conſtitutus eſt, cui alimenta decernuntur.

3 ¶ In amplis tamen patrimoniis ‖poſitis‖ non cumulus patrimonij, ſed quod exhibitioni *y* frugaliter *z* ſufficit, modum alimentis dabit.

4 ¶ Sed ſi non conſtat, quis modus facultatium ſit, inter tutorem, & eum, qui alimenta decerni deſiderat, ſuſcipere debet cognitionem *a*, nec temerè alimenta decernere, ne in alterutram partem delinquat: prius tamen exigere debet, vt profiteatur tutor, quæ ſit penes ſe ſumma: & comminari grauiores ei vſuras *b* infligi eius quod ſupra profeſſionem apud eum fuerit comprehenſum.

5 ¶ Idem ad inſtructionem quoque pupillorum, vel adoleſcentium, pupillarum, vel earum quæ intra vicenſimum annum conſtituta ſunt, ſolet decernere reſpectu facultatium, & ætatis eorum qui inſtruuntur.

6 ¶ Sed ſi egeni ſunt pupilli, de ſuo eos alere tutor non *c* compellitur *d*, & ſi fortè poſt decreta alimenta, ad egeſtatem fuerit pupillus perductus, deminui debent quæ decreta ſunt: quemadmodum *e* ſolent augeri, ſi quid patrimonio acceſſerit.

De alimentis pupillæ pupilli præſtitis.

4. *Iulianus* lib. 21. Digeſtorum.

QVi filium heredem inſtituerat, filiæ dotis nomine, *cùm in familia nupſiſſet*, ducenta legauerat, nec quicquam *f* præterea, & tutorem eis Sempronium dedit. Is a cognatis, & ‖ à ‖ propinquis pupillæ perductus ad magiſtratum iuſſus eſt, alimenta *g* pupillæ, & mercedes, vt liberalibus *h* artibus inſtitueretur, pupillæ nomine præceptoribus dare, pubes factus pupillus puberi *i* iam factæ ſorori ſuæ ducenta, legati cauſa, ſoluit, quæſitum eſt an tutelæ iudicio conſequi poſſit quod in alimenta pupillæ, & mercedes à tutore ex tutela præſtitum ſit? Reſpondi: Exiſtimo, etſi *k* citra magiſtratuum decretum tutor ſororem pupilli ſui aluerit, & liberalibus *l* artibus inſtituerit *m*, cum

a *l. 28. §. 1. ͂s. tit. prox. l. 28. ſupra de teſt. tutela.* Argumentum à tutela ad educationem. vide quæ ſcripſi ad *l. 1. Cod. vbi pupilli.*

b *l. 32. l. 33. l. 34. ͂s. de excuſ.*

c *al.* de tutela.

d *l. 3. ͂j. eod. §. 2. Inſt. de obl. ex quaſi contractu.* Expenſas tutorum non improbas iudex officio ſuo admittit.

e *l. 2. C. de alim.*

f Expenſæ non improbæ dicuntur, quæ vel in alimenta pupilli vel diſciplinas factæ.

g *d. l. 2.*

h Expenſarum in educando pupillo modum priore loco petimus ex ipſius iudicis decreto: ſi id actum non ſit, ex facultatum modo præſtandas eſſe dicimus iudicis arbitrio.

i *l. 12. §. 5. ſupr. de religioſis: l. 12. §. 3. ſupra de adminiſt. tut.*

k *l. 3. ͂j. eod.*

l id eſt, nec inſtruxit aut admonuit prætorem de facultatibus pupilli.

m Voluntas patris, alimenta filiis ſuis decernentis non ſemper ſeruatur. *Accurſ.* quid enim ſi vltra facultates alimenta ſtatueret teſtator?

n *l. 2. in prin. §. 1. ſup. eod.*

o *d. l. 2. §. 1.*

p Expenſas qui præſtat, id ſemper ſpectare debet, vt minor ſit expenſa quam reditus: vt plus ſit in reditu quàm in expenſa.

q Expenſæ pro reditu patrimonij fieri debent.

r Sumptus faciendi ſunt vt aliquid ſuperſit, *v. l. 24. ͂s. ſoluto.*

ſ in expenſis pupillorum ſpectamus expenſas etiam mancipiorum eius, mercedum, veſtis, tecti, ætatis eius.

t *l. 12. §. 3 ſup. de admin. tut.*

u quæ aliis præſtantur pro pupillis. Mercedum autem nomine hic intelligi videntur alimentorum mercedes.

x nec enim in pueros tanti ſumptus faciendi, quanti in maiores & ætate prouectiores, *l. 10. in fin. inf. de alim.* y alimentis: eſt enim exhibere, idem quod alere. z Frugaliter, eſt quanti virum frugi & bonum virum æſtimare oportet: Baldo frugaliter eſt competenter: Alberico, large.

a Cauſæ cognitio in l[illegible] adhibenda.

b *l. 7. §. 8 ſup. de adm. tut.*

c Tutor egenos pupillos alere non tenetur.

d ſed nec tutorem egenum pupilli alere tenentur. *l. 33. in fin. ͂s. de adm. tut.*

e Augmenti & deminutionis eadem eſt ratio. Vt augetur & minuitur pupilli reditus, ita augere & minuere pupilli ſui vel adulti expenſas tutor & curator poteſt.

f i. non reliquerat ei alimenta. g non idem eſt in dote, *l. 12. §. 3. l. 13. §. 2. ͂s. de adm. tut.* h Liberales artes quæ dicantur, v. in *l. 1. ͂j. de extr. cogn.*

i Dos relicta alicui nupturæ, ei debetur cùm eſt nubilis ætatis, hoc eſt 13. annorum, licet nondum nupſerit v. Cynum in *l. ſancimus 24 C. de nupt. & a in l. Titio centum 71. §. Titio genero. ͂j. de condit. & dem.* k Frater tenetur alere ſororem nondum nubilem, cui in tempus nubendi pater dotem reliquit: interim eam alere tenetur, l de quibus *v. l. 1. ͂j. de extr. cogn.* m Alere qui alium

hæc aliter ei continere non poſſent, nihil eo nomine, tutelæ iudicio, pupillo, aut ſubſtitutis pupilli præſtare debere.

De cauſæ cognitione.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 3. de officio Proconſulis. ‖

SI diſceptetur, vbi morari, vel vbi educari pupillum oporteat, cauſa cognita id præſidem *a* ſtatuere oportebit. In cauſæ cognitione euitandi *b* ſunt, qui pudicitiæ impuberis poſſunt inſidiari *c*.

De abſentia tutoris.

6. *Tryphoninus* lib. 14. Diſputationum.

SI abſens ſit tutor, & alimenta pupillus deſideret, ſi quidem negligentia, & nimia *d* ceſſatio in adminiſtratione tutoris obiiciatur, quæ etiam ex hoc arguatur, quòd per abſentiam eius deſerta derelictáque ſunt pupilli negotia, euocatis *e* adfinibus, atque amicis *f* tutoris, prætor, edicto propoſito, cauſa cognita, etiam abſente tutore, vel remouendum eum, qui dignus tali nota videbitur, decernet, vel adiungendum curatorem: & ita, qui datus erit, expediet alimenta pupillo.

¶ Si verò neceſſaria abſentia tutoris, & improuiſa acciderit, (fortè *g* quòd ſubitò ad cognitionem *h* principalem profectus, nec rei ſuæ prouidere, nec conſulere pupillo potuerit) & ſperatur redire, & idoneus ſit tutor, nec expediat alium adiungi, & pupillus alimenta de re ſua poſtulet: rectè conſtituetur ad hoc *i* ſolùm, vt ex re pupilli alimenta expediat.

DE TVTELÆ *k* ET RATIONIBVS *l* diſtrahendis *m*, & vtili *n* curationis cauſa actione.

TIT. III.

¶ *De Actione tutelæ. De factis vel omiſſis. De dolo, Culpa & diligentia. 1. De mortis cauſa. 2. vel non mortis cauſa donatione. 3. De rationibus. 4. De matre alita. 5. De munere nuptiali. 6. De alimentis ſtatutis tutori. 8. vel ſeruis, vel libertis, vel aliis hominibus liberis. 9. De ſumptibus litis & viaticis. 10. Quatenus plures tutores tenentur. 16. De ſucceſſoribus tutoris. 17. vel pupilli. 18. De actionibus tutori mandandis. 19. De rationibus diſtrahendis. De genere tutelæ. 20. Quid veniat in hanc actionem 21. De actione tutelæ & rationibus diſtrahendis, & furti, 23. De ſucceſſoribus. 24. De tempore huius actionis.*

Vlpianus " lib. 36. ad Edictum. "

IN omnibus *o* quæ fecit tutor cùm facere non deberet, item in his quæ non fecit *p*, rationem reddet hoc iudicio: præſtando dolum, culpam *q* & quantam in ſuis rebus diligentiam.

1 ¶ Vnde quæritur apud Iulianum libro vicenſimo primo Digeſtorum, ſi tutor pupillo auctoritatem ad mortis cauſa donationem *r* accommodauerit, an tutelæ iudicio teneatur, & ait, teneri eum, nam ſicuti *ſ* teſtamenti factio (inquit) pupillis conceſſa non eſt: ita nec *t* mortis *u* quidem cauſa donationes permittendæ ſunt *x*.

2 ¶ Sed & ſi non mortis cauſa donauerit tutore auctore; idem Iulianus ſcripſit, pleroſque quidem putare, non valere donationem; & plerumque ita eſt, ſed *y* nonnullos caſus poſſe exiſtere, quibus ſine reprehenſione tutor auctor ſit pupillo ad deminuendum decreto ſcilicet interueniente: veluti ſi matri *z*, aut ſorori, quæ aliter ſe tueri non poſſunt, tutor alimenta præſtiterit, nam cùm *a* bonæ fidei iudicium ſit, nemo feret (inquit) aut pupillum, aut ſubſtitutum eius querentes, quòd tam coniunctæ *b* perſonæ alitæ ſunt. Quinimò per contrarium putat poſſe cum tutore agi tutelæ, ſi tale officium prætermiſerit.

3 ¶ Officio tutoris *c* incumbit, etiam rationes

tenetur iure naturæ eundem & liberalibus artibus inſtituere cogitur. Ita alimentorum verbo, artes, eruditio atque diſciplinæ continentur, ſi quis alium iure naturæ alere tenetur: ſecus, ſi teſtamento.

a *l. 1. ſup. eod. l. 1. C. eod.*

b Priuignos non cogi cum nouercis ſuis habitare hinc colligunt ob earum conſueta odia, *l. 4. ͂s. de inofficioſ.* facit *l. 17. in pr. ſupr. de adopt.* Sequeſtrum fieri debere, quoties partes mutuas ſibi tendunt inſidias Baldus hinc colligit.

c Tales ſunt nouercæ.

d *l. 3. § 14. ſup. de ſuſpectis.*

e adde *l. 5. ͂j. quibus ex cauſis in poſſeſſ.* Abſentem aduerſus indefenſum quoties lis inſtituitur vocandi ſunt cognati & affines eius.

f *l. 223. ͂j. de verb. ſignif.*

g Caſus improuiſus eſt, factum Principis: quippe quoties iubet, parendum, & quidem rebus propriis etiam relictis.

h *l. 41. ſup. de excuſat.*

i id eſt, ſolummodo ad hunc actum: ad alendum dabitur curator.

k actione ſcilicet quæ arbitrium dicitur 5. C. 51. quòd huius iudicii poteſtas omnis ſit in arbitrio iudicantis.

l *l. 1. §. 3. 19. l. 2. ͂j. eod. 37. Eclog. 7. 38. Ecl. 3.*

m actione: quæ eſt arbitraria, & inſtituitur aduerſus eum qui rationes pupilli diſtraxit, id eſt, perturbauit dolo malo, *v. l. 2. §. 19. ͂j. eod. l. 4. ͂j. eod.*

n *v. l. 24. ͂j. eod.* aduerſus eum qui non geſſit.

o in actionem tutelæ venit factum, non factum, dolus, culpa, & diligentia tutoris,

p quæ faceret idoneus paterfamiliàs, *l. 10. ſupr de admin. tut.*

q *ſub.* leuem. r *l. 22. l. 46. in fin. ͂s. de admin. tut. l. 1[illegible]. ͂j. de curat. furioſi l. 16. C. de adminiſt. tut. v. tit. C. ſi aduerſ. donat.* ſ Argumentum à teſtamento ad donationem cauſa mortis valet prohibitiuè. Hinc etiã colligunt, mortis cauſa donationem vltimæ voluntati magis accedere quàm contractui, *vt hic.* Si modo formam & modum ſpectes, non perſonam. Quippe contrahere pupillus tutore auctore poteſt: donare non poteſt, *vt hic.* hoc addendum, filiumfamiliàs, non pupillum tamen donare cauſa mortis poſſe, patris conſenſu. *Bald.* t Argumentum à teſtamento ad donationem cauſa mortis obſerua u Mortis cauſa donare minores non poſſunt. x Imò, permittuntur iis, qui teſtamentum facere poſſunt. *l. 25. de mortis cauſa donat.* vide Graſſum *§. donatio mortis cauſa, quæſt. 4.*

y Tutor certis caſibus diminuere poteſt patrimonium pupilli. At quomodò, decreto iudicis: ſi matri aut ſorori pupilli prorſus egenis alimenta ſuppeditet. Quinimò agi eo caſu aduerſus tutorem poteſt, ſi tale officium prætermiſerit.

z adde *l. 21. ſup. ſoluto. l. 13. §. 2 de adminiſt. tut.* adde legem *4. ſup. tit. prox.*

a Tutela bonæ fidei iudicium eſt. *§. 28. Inſt. de actionibus.*

b Coniunctis perſonis multa debemus quæ extraneis non debemus.

c cuiuſcumque: vt & curatoris, & negotiorum geſtoris, *l. 1. ſup. de negotiis,* procuratoris ad lites, ad negotia *l. 46. §. 4. ſupr. de procuratoribus*: orphanotrophi, ſeu hoſpitalarij *Nouell 131. cap. 15.* hæredis grauati fideicommiſſo, *l. vltim. C. de iure delibe andi.* Bartolus ad *l. 72. §. [illegible] inſr. de condit. & demonſtrat.* ſerui inſtitoris, ſocij fratris adminiſtrantis bona communia, patris negotia filii gerentis, officialis publici, notarij, argentarij, quæſtoris publici; vide Rolandum à Valle 1. *conſ. 49.* commiſſarij, curatoris bonis dati, miſſi in poſſeſſionem, vſufructuarij.

V. Gomez in l. 29. n.º 16. vto. ante penultimo:

nes *a* actus ſui conficere *b* & pupillo reddere *c*, Cœterum ſi non fecit, aut ſi factas non exhibet, hoc nomine, iudicio tutelæ tenebitur *d*. De ſeruis quoque interrogationes, ſed & quæſtiones habendas, & hoc officio iudicis *e* conuenire placuit. nam Diuus Seuerus decreuit, cùm neque inuentaria, neque auctionalia *f* proferentur, remedio eo vti debere, vt rationes à ſeruis, qui rem geſſerant, proferantur, has rationes ſi eſſe mala fide conſcriptas à ſeruis dicant tutores, etiam in quæſtionem ſerui interrogari poterunt.

4 ¶ Præterea ſi matrem *g* aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum poſſe. ſed eſt verius, non *h*, niſi perquam egenti dedit, imputare eum oportere de largis facultatibus pupilli. vtrumque *i* igitur concurrere oportet, vt & mater egena ſit, & filius in facultatibus poſitus.

5 ¶ Sed ſi munus *k* nuptiale matri pupilli miſerit, non eum pupillo imputaturum *l* Labeo ſcripſit. nec perquam neceſſaria eſt iſta muneratio.

6 ¶ Si pupillis tutores pater dedit, inter quos & libertum ſuum, pérque eum voluerit tutelam adminiſtrari, & tutores certam ſummam ei ſtatuerunt, quia aliter ſe exhibere non poterat, habendam eius rationem, quod ſtatutum eſt, Mela exiſtimat.

7 ¶ Ergo & ſi ex inquiſitione propter rei notitiam fuerit datus tutor, eíque alimenta ſtatuerint contutores, debebit eorum ratio haberi: quia iuſta cauſa eſt præſtandi.

8 ¶ Sed & ſi ſeruis *m* cibaria præſtiterit, vel libertis, ſcilicet rei pupilli neceſſariis: dicendum eſt reputaturum. Idémque & ſi liberis hominibus: ſi tamen ratio præſtandi iuſta intercedat.

9 ¶ Item ſumptus *n* litis tutor reputabit, & viatica, ſi ex officio neceſſe habuit aliquò excurrere, vel proficiſci.

10 ¶ Nunc tractemus, ſi plures tutelam pupilli adminiſtrauerint, pro qua quiſque eorum parte conueniendus ſit.

11 ¶ Et ſi quidem omnes ſimul geſſerunt tutelam, & omnes *o* ſoluendo ſunt, æquiſſimum erit *p*, diuidi *q* actionem inter eos pro portionibus virilibus *r*, exemplo *ſ* fideiuſſorum.

12 ¶ Sed & ſi non omnes ſoluendo ſint, inter eos, qui ſoluendo ſunt, diuiditur actio: ſed prout *t* quiſque ſoluendo eſt, poterunt conueniri.

13 ¶ Et ſi forte quis ex facto alterius tutoris condemnatus præſtiterit, vel ex communi geſtu, nec ei mandatæ ſunt actiones: conſtitutum eſt à Diuo Pio, & ab Imperatore noſtro, & Diuo patre eius, vtilem *u* actionem tutori, aduerſus contutorem dandam.

14 ¶ Planè ſi ex dolo communi conuentus præſtiterit tutor, neque mandandæ ſunt actiones, neque vtilis competit, quia proprij delicti pœnam ſubit: quæ res indignum eum fecit, vt à cæteris quid conſequatur doli participibus. *nec enim vlla ſocietas *x* maleficiorum *y*, vel communicatio iuſta damni ex maleficio ‖ eſt. ‖

15 ¶ Vſque adeo autem ad contutores non venitur ſi *z* ſint ſoluendo contutores, vt prius ad magiſtratus, qui eos dederunt, vel ad fideiuſſores veniatur. & ita Imperator noſter Vlpio Proculo reſcripſit. Quod enim Marcellus libro octauo digeſtorum ſcripſit, quòdque ſæpiſſimè reſcriptum eſt, quamdiu ‖ vel ‖ vnus ex tutoribus idoneus eſt, non poſſe ad magiſtratus, qui dederunt, veniri, ſic erit accipiendum, ſi *a* non contutor ob hoc conueniatur, quòd ſuſpectum facere, vel ſatis exigere noluit.

16 ¶ Hanc actionem etiam in *b* heredem tutoris competere conſtat.

17 ¶ Sed & heredi *c* pupilli æquè competit, ſimilibúſque *d* perſonis.

18 ¶ Non tantum ante condemnationem, ſed etiam poſt condemnationem, deſiderare tutor poteſt, mandari ſibi actiones *e* aduerſus contutorem pro quo condemnatus eſt.

19 ¶ Rationibus diſtrahendis *f* actione non ſolùm hi tenentur tutores, qui legitimi fuerunt: ſed omnes qui iure tutores ſunt, & gerunt tutelam.

20 ¶ Conſiderandum eſt in hac actione, vtrum pretium rei tantum duplicetur *g*, an etiam hoc pupilli interſit? & magis eſſe arbitror, in hac actione quod intereſt non venire, ſed rei tantum æſtimationem *h*.

21 ¶ In tutela ex vna obligatione duas eſſe actiones *i* conſtat. & ideo, ſiue tutelæ fuerit actum, ‖ de ‖ rationibus diſtrahendis agi non poteſt? ſiue contra,

a inuentarium, repertorium bonorũ pupilli, *l.7. ſuprà de adminiſt tut.* libros expenſarum pupilli nomine factarum, arg. *l.2. ſup. tit. prox.* auctionalia ſeu rationalia, *verſ. de ſeruis. ĩ. eod.* Ita tutor rationum codicem conſcribere, & in eum referre omnes expenſas pupillares debet.
b *l.7. l.46. §.5. ĩ. de adminiſtr. tut.* plenè, ſufficienter *l.10. §.2. ſuprà de edend.*
c edere: nec ferendus eſt, ſi eas ſe amiſiſſe dixerit: quia eius officium eſt eas diligenter cuſtodire, adde §. *vltim. Inſt. de Atil. tutor.*
d iurabitur quoque in litem eo caſu, *l. vlt. C. de in litem iurand.* nam qui non facit quod ex officio ſuo debet, in dolo eſt præſumpto, vide Mol. 1. *conſuet. parte* 1. *§.6. gloſſ.6 nu.34. ad 38.*
e Tortura petitur fieri officio iudicis. *Bald.*
f rationalia inſtrumenta auctionis
g *l.13. §.2. ſupr. de admin. tut.*
h *v. l.5. § 13. ſuprà de agnoſcend. lib. l.1. ĩ. de alend. lib.*
i Synopſis Baſilicon 37. *Tit.* 11. *lib.* 38. *Tit.* 2. & 3. *c.* 2.
k *d. l.13. §.2. de admin. tut.*
l Imò imputabit. *l.12. §. pen. ſupr. de adm. tut.*
m *v. l.3. §.2. ſuprà tit. prox.*
n *l.33. in fin. ĩ. de admin. tut. l.10. §.9. ſup. mandati.*
o tempore depoſiti officij, *l. 3. C. de probat.*
p *l.38. ĩ. de admin. tut. l.6. Cod. arbitr. tut. l. vl. ĩ. rem. pup.*
q Imò non diuidetur, *l.2. C. de diuid. tut.*
r viriles portiones ſunt, quoties viritim res diſtribuitur κατ' ἄνδρα, *Gloſſa.*
ſ *l. vlt. C. de conſtituta pecunia.*
t *§.15. ĩ. eod.*
u *l.10. ĩ. eod.*
x Societas non eſt communio, ſed per ſocietatem inducitur iuſta communicatio lucri & damni, dixi ad *l.63. ſuprà pro ſocio.*
y *l.57. ſupr. pro ſocio, l.35.2. ſuprà de contrah. empt. l.70. in fin. ĩ. de fideiuſſ.* z *§.12. ſuprà eod. v. l.3. C. de probat.* ſi non ſint ſoluendo. Ita legit Cuiac. ad *Tit. C. de diuidenda tutela,*
a alii contutor. Ita Cuiacius ad *Tit. C. de diuidenda tutela*: & in *l. vlt C. de peric. nominatorum lib.* 11. *ex Hugolino.* b *v l.3. C. de hered. tutorum.*
c *l.7. ĩ. eod. l.12 C. eod l.2. in fin. C. comm. de ſucceſſ.* d creditoribus, *l.18. ĩ. eod.*
e *l.20. in fin. ĩ. eod. l.25. in fin. l.39. §.4 ſuprà de adminiſt. tut. l.2. C. de diuid tut l.2. C. de contr. iud. tut.* f *v. l.2. ĩ. eod.* g *l.2. in fin. ĩ. eod. v. Paul. 2. ſent. 30. & ibid. Cuiac. l.55. §.1. ſuprà de adminiſt. tut.* h quæ minus quiddam continet quam id, quod intereſt, *§.23. ĩ. eod.* i tutelæ ſcilicet & rationibus diſtrahendis. Illa finita tutela, vt rationes dentur & reddantur: hæc etiam finita tutela, in duplum cum eo qui in gerenda tutela pecuniam intercepit, vel quam rem aliam pupilli abſtulit, auertit, ſubripuit, agitur: hac ferè formula, quod ex rationibus pupilli abeſt. Concurrit cum ea furti actio. vide Cuiac. *hic.*

tutelæ actio, quod ad ſpeciem iſtam, perempta eſt.

22 ¶ Hunc tamen tutorem, qui intercepit pecuniam pupillarem, & furti teneri, Papinianus ait: qui, & ſi furti *a* teneatur, hac actione conuentus, furti actione non liberatur. nec enim eadem eſt obligatio furti ac tutelæ, vt quis dicat plures eſſe actiones eiuſdem facti, ſed plures obligationes. nam & tutelæ & furti obligatur.

23 ¶ Hanc actionem *b* ſciendum eſt perpetuam eſſe, & heredi, ſimilibúſque perſonis dari ex eo, quod viuo pupillo captum eſt.

¶ Sed in heredem cæteróſque ſucceſſores non dabitur, quia *c* pœnalis *d* eſt.

24 ¶ Hæc ratio tunc competit, cùm & tutelæ actio eſt, hoc eſt finita † demum tutelæ.

De cauſa actionis. 1. De actione furti, & condictione furtiua. 2. quid perſequitur hæc actio de rationibus diſtrahendis.

2. *Paulus* libro 8. ad Sabinum.

ACtione de rationibus *e* diſtrahendis nemo tenetur, niſi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abſtulerit.

1 ¶ Quod ſi furandi animo fecit, etiam furti tenetur *f*. Vtraque autem actione obligatur, & altera alteram non tollet. Sed & condictio ex furtiua cauſa competit, per quam ſi conſecutus fuerit pupillus, quod fuerit ablatum, tollitur hoc iudicium, quia nihil abſit pupillo.

2 ¶ Hæc actio licet in duplum *g* ſit, in ſimplo rei perſecutionem continet: non tota dupli pœna eſt.

De actione tutelæ. Si incertum ſit quantum tutori, curatorive debeatur.

3. *Pomponius* ‖ lib. 5 ad Sabinum. ‖

SI tutelæ, aut negotiorum geſtorum agatur, incerto *h* hoc, quantum ab aduerſariis debetur tutori, procuratorive: arbitratu iudicis cauendum eſt, quod eo nomine eis abſit.

Quando agi poteſt. 1. De emancipatione tutoris. 2. Si impubes agat. 3. De curatore furioſi.

4. *Paulus* ‖ libro 8. ad Sabinum. ‖

NIſi finita *i* tutela ſit, tutelæ agi non poteſt.

¶ Finitur autem non ſolum pubertate *k*, ſed etiam morte *l* tutoris, vel pupilli *m*.

1 ¶ Filiumfamilias emancipatum, ſi tutelam *n* adminiſtret, etiam directò teneri Iulianus putat.

2 ¶ Si adhuc impubes tutelæ agat, nihil conſumitur.

3 ¶ Cum furioſi curatore non *o* tutelæ, ſed negotiorum geſtorum actio eſt: quæ competit etiam *p* dum negotia gerit, quia *q* non idem in hac actione, quod in tutelæ actione, dum impubes eſt is cuius tutela geritur, conſtitutum eſt *r*.

De depoſito.

5. *Vlpianus* ‖ libro 43. ad Sabinum.

SI tutor *ſ* rem ſibi depoſitam *t* à patre pupilli, vel commodatam, non reddat, non tantum commodati, vel depoſiti, verùm *u* tutelæ quoque tenetur, & , ſi *x* acceperit pecuniam, vt reddat, pleriſque placuit, eam pecuniam vel depoſiti, vel commodati actione repeti vel condici poſſe. quod ‖ habet rationem, quia ‖ turpiter accepta ſit *y*.

De dolo & emancipatione tutoris.

6. *Idem* ‖ libro 31. ad Edictum. ‖

SI filiusfamilias *z* tutelam adminiſtrauerit, & liberatus patria poteſtate, dolo aliquid fecerit, an actio tutelæ patrem ‖ quoque ‖ hoc nomine teneat, quæritur, & æquum eſt, vt *a* eum duntaxat dolum pater præſtet, qui commiſſus eſt ante emancipationem filij.

De cauſa hereditaria. 1. De captiuitate tutoris.

7. *Idem* ‖ libro 35 ad Edictum. ‖

SI pupillus heres *b* exſtiterit ei, cuius tutelam tutor ſuus geſſerat, ex hereditaria cauſa cum tutore ſuo habebit actionem.

1 ¶ Si tutor in hoſtium poteſtatem peruenerit, quia *c* finita tutela intelligitur, fideiuſſores, qui pro eo rem ſaluam fore ſpoponderint, & ſi quis exiſtat defenſor *d* eius, qui paratus eſt ſuſcipere iudicium tutelæ, vel ſi quis ‖ ſit ‖ curator *e* bonis eius conſtitutus, rectè conuenientur *f*.

8 *Papinianus* ‖ libro 28 Quæſtionum. ‖

QVamuis iure poſtliminij tutelam priſtinam poſſit integrare *g*.

De abſentia reipubl. cauſa. 1. Si pupilli frater perfectæ ætatis eſſe cœperit. 2. De conditione, 3. De die. 4. Si tutor deſiit & iterum cœpit eſſe. 5. De curatore adiuncto. 6. De tutore confiſcato. 7. De cæteris actionibus præter tutelæ.

a *l.2. §.1. infr. eod.* adde *l.55. §.1. ſuprà de admin. tut.*
b de rationibus diſtrahendis ſcilicet.
c *l.1. ĩ. de priuatis delict.*
d in duplum, *l.2. in f. ĩ. eod.*
† *v. l.4. ĩ. eod.*
e v. quæ notaui ad *l.1. §.19. 21. ſeqq. ſuprà eod.*
f *l.1. §.22. ſup. eod. l.33. ĩ. de furtis.*
g *v. l.1. §.20. ſup. eodem.*
h Ab obligatione conditionali quis conſeruatur indemnis, non per ſolutionem, ſed per idoneam ſatisfationem, Bald. ad *l.13. §.5. ſuprà de pigneorib.*
i *l.1. in fin. ĩ. eod. l.9. §.2. l. 8. infra ĩ. eod. l.3. §.6. ĩ. de ſuſp.* v. Cuiac. in *hanc legem* 17. *obſeru.* 7.
k vide quæ dixi ad *l.1. C. quando tutores eſſe deſinunt.*
l euenienre ante pubertatem pupilli.
m *§.3. Inſt. quib. modis.*
n *l.11. ĩ. eod.*
o Curator furioſi non tutelæ, ſed negotiorum actione tenetur.
p *l.16 ĩ. eod. l.26. ĩ. de admin. tut.*
q Curatoris furioſi, à tutore & curatore adulti hæc differentia eſt. Hi dum gerit negotia conueniri poteſt negotiorum geſtorum: Hi dum gerunt negotia, neque tutelæ, neque curæ conueniuntur, *vt hic.* Cur tam variè? in pupillis & adultis certum tempus eſt ac finitum: In furioſis nullum.
r In pupillo & adulto tempus certum eſt: in furioſo, non æquè, *Accurſ. Bald.*
ſ debitor patris, *l.3. §.4. ſupr. de admin. tut.*
t *l.2. §.1. l. vlt. ĩ. de cond. ob turp. l. vlt. ĩ. depoſ.*
u Tutor aliis pluribus iudiciis teneri poteſt, quam tutelæ, *vt hic* tenetur commodati & depoſiti.
x Soluendi officium ſuſtinens, ſi nomine ſolutionis aliquid recipit, turpiter facit: idque reſtituere tenetur, quod aduerſus theſaurarios regum & Principum ſummè notandum eſt. Solent enim hi vel ipſi, vel per interpoſitos ſubſtitutos, ſolutionis nomine nonnulla exigere.
y *d. l.2. §.1. ſuprà de cond. ob turp.*
z *l.4. § 1. ſuprà eod.* a Fideiuſſio, qua pater pro filio obſtringitur iuris neceſſitate, finitur filio ſui iuris facto.
b *l.1. §.16. ſuprà eod.*
c Tutela finitur, tutore ab hoſtibus capto.
d hinc collige, valere iudicium contra captiuum hoſtium, *Bald.*
e *l.15. ſuprà ex quib. cauſ. maior. l.6. in fin. ſuprà de tutelis.*
f Fictio ſuperueniens non extinguit iudicium interim rectè agitatum: nec impedit ius agendi, *Bald.*
g *§.2. inſt. de Atilian.*

9. *Vlpianus*

SGCB2021

9. *Vlpianus* ‖ lib. 25. ad Edictum. ‖

SI tutor reipublicæ cauſa abeſſe cœperit, ac per hoc fuerit excuſatus *a*. quod reipublicæ cauſa aberit, tutelæ *b* iudicio locus eſt. Sed ſi deſierit *c* reipublicæ cauſa abeſſe, conſequenter deſinit qui in locum eius datus eſt, & tutelæ conueniri poterit.

1 ¶ Si duobus *d* impuberibus fratribus tutor datus ſit: & alter eorum in legitimam tutelam fratris ſui perfectæ *e* ætatis conſtituti recidit *f*, eum qui datus eſſet, tutorem eſſe deſiiſſe Neratius ait, quia igitur deſinit, erit tutelæ actio etiam ex perſona impuberis, quamuis ſi teſtamento datus fuiſſet, non deſineret *g* eſſe tutor eius, qui adhuc erat impubes, quia * ſemper legitima tutela teſtamentariæ cedit *h*.

2 ¶ Si teſtamento ſub conditione tutor datus ſit, deinde alius medio tempore ex inquiſitione, dicendum eſt locum eſſe tutelæ iudicio, exiſtente conditione, quia tutor eſſe deſinit.

3 ¶ Sed & ſi quis teſtamento vſque ad tempus fuerit datus, idem erit dicendum.

4 ¶ Et generaliter quod traditum eſt, pupillum cum tutore ſuo agere tutelæ non poſſe: hactenus verum eſt, ſi eadem tutela ſit * *i*. abſurdum enim erat, à tutore rationem adminiſtrationis negotiorum pupilli repoſci, in qua adhuc perſeueraret *k*, in qua autem deſinit tutor, & iterum cœpit ‖eſſe,‖ ſic ex priſtina adminiſtratione tutelæ debitor eſt pupillo, quomodo ſi pecuniam creditam à patre eius accepiſſet. Quem igitur effectum hæc ‖ ex ‖ ſententia habeat, videamus. nam ſi ſolus tutor eſt, vtique ipſe ſecum non aget. ſed vel per ſpecialem *l* curatorem conueniendus eſt: vel pone eum contutorem *m* habere, qui poſſit aduerſus eum iudicem accipere: ex qua cauſa cum eo tutelæ agi poteſt. Quinimò ſi medio tempore ſoluendo eſſe deſierit, imputabitur contutoribus, cur non egerunt cum eo.

5 ¶ Si *n* tutori curator ſit adiunctus, quamuis ſuſpecto poſtulato, non cogetur tutelæ iudicium tutor ſuſcipere: quia tutor maneret.

6 ¶ Sed & ſi *o* fuerit tutor confiſcatus *p*, aduerſus *q* fiſcum dandam eſſe actionem conſtat ei qui loco eius curator datus ſit, vel contutoribus eius.

7 ¶ Cæteræ actiones præter *r* tutelæ, aduerſus tutorem competunt *ſ*, etſi adhuc tutelam adminiſtrat, veluti furti, damni, iniuriæ, condictio *t*.

10. *Paulus* ‖ lib. 8. breuis Edicti. ‖

SEd non dantur *u* pupillo, dum tutor tutelam gerit, quamuis enim morte tutoris intereant; tamen pupillus cum herede eius actionem habet, quia ſibi ſoluere *x* debuit *y*.

De emancipatione tutoris.

11. *Vlpianus* ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

SI filiusfamilias tutelam adminiſtrauerit *z*, deinde *a* fuerit emancipatus *b*: remanere eum tutorem Iulianus ait: & cum pupillus adoleuerit, agendum cum eo *c*, eius quidem temporis quod eſt ante emancipationem, in quantum facere poteſt: eius verò quod eſt poſt emancipationem, in ſolidum, cum patre verò dumtaxat de peculio *d*, manere enim aduerſus eum, etiam poſt pubertatem, de peculio actionem, neque enim ante annus cedit, intra quem de peculio actio detur, quàm tutela fuerit finita.

12. *Paulus* ‖ lib. 8. breuis Edicti. ‖

FIlius autem tutor propter hoc ſuum factum *e* cum patre agere non poteſt ante pubertatem; quia *f* nec finita tutela hoc ab eo exigi poteſt.

De pubertate.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 35. ad Edictum. ‖

SI tutor poſt pubertatem pupilli negotia adminiſtrauerit, in iudicium tutelæ veniet id tantum, ſine *g* quo adminiſtratio tutelæ expediri non poteſt, ſi verò poſt pubertatem pupilli is, qui tutor eius fuerat, fundos eius vendiderit, mancipia & prædia comparauerit, neque venditionis huius, neque emptionis ratio iudicio tutelæ continebitur. Et eſt verum, * ea quæ connexa *h* ſunt, venire in tutelæ *i* actionem. ſed & illud eſt verum, ſi cœperit negotia adminiſtrare poſt tutelam finitam, deuolui iudicium tutelę in negotiorum geſtorum actionem *k*. oportuit enim eum à ſemetipſo tutelam exigere. Sed & ſi quis, cùm tutelam adminiſtraſſet idem curator adoleſcenti fuerit datus: dicendum eſt, negotiorum geſtorum eum conueniri poſſe.

a *l.* 11. §. 2. *ſup. de minorib.*

b Tutelæ intermiſſio facit cenſeri tutelam denuò receptam, nouam tutelam eſſe.

c Perfecta ætas annorum 25.

d Pubes impuberi fratri tutor eſt legitimus, *l.* 19. §. 1. *ſ. ad Velleian.*

e Datur enim tutor, *l.* 12. *ſ. de tutelis. l.* 3. §. 10. *ſupra de ſuſpectis.* Imò curator §. 2. *inſt. de excuſat. tutorum.*

f reciderit. *Hal.*

g *l.* 3. *C. de teſtam. tut.*

h Tutela datiua cedit legitimæ: legitima teſtamentariæ. *Bal.*

i ſecus ſi ſit noua tutela: tunc enim tutor conueniri per curatorem poteſt. *Bald.*

k Actus continuatus & diuerſi differunt. Priore caſu totius temporis ratione, vna eſt actio: altero, plures, *Bald.* adde *l.* 4. *ſup. eod.*

l nec enim id generalem habet: facit *l.* 3. §. 2. *ſ. de tutelis.* §. *vlt. Inſtit. de Atiliano.*

m *l.* 24. *ſupra de teſt. tut.*

n Tutoris officium non finitur curatoris adiunctione.

o Tutela finitur tutore confiſcato, damnato, eiuſque bonis publicatis, & tutelæ actione agi poteſt.

p Tutore confiſcato in perpetuum, finitur tutela *l.* 28. *l.* 29. *ſupra de excuſ. l.* 14. §. 3. *ſ. de ſolutionib.*

q *l.* 32. *in fin. ſ. de admin.*

r Tutela conſtante aduerſus tutorem agi tutelæ non poteſt, furti, damni iniuriæ poteſt. Hæc particula *præter* excludit, adde *l.* 4. *ſ. eod.*

ſ naſcuntur.

t vt prout gerit, in ſingulas res, velut ex pluribus cauſis obligetur *l.* 37. *ſupra de adm. tut.*

u quatenus exercitium ſpectamus: ac tum quidem cum oriuntur poſt tutelam: ſecus, ſi ante, *Bald.*

x vide *l.* 69. *ſ. de fideiuſſor.*

y Actiónem deuolutam magis durare quàm primitiuam hinc colligit Baldus. z non vt legitimus tutor, ſed vt datiuus & teſtamentarius. a Variatur qualitas & modus agendi, propter varietatem temporum.

b *l.* 37. §. 1. *ſ. de adm. tut. l.* 5. *ſ. de curat. fur. l.* 4. *Cod. de leg.* §. 4. *Inſt. quib. mod. tut.*

c *l.* 4. §. 1. *ſupr. eod.*

d *d. l.* 37. *in fin.*

e delictum, malam adminiſtrationem quæ præceſſit emancipationem.

f Acceſſorium ea ſuſpendit ratio, quæ principale ſuſpendit.

g facit *l.* 17. *ſupr. de negotiis.* Adminiſtratio cohærens tutelæ venit in actionem tutelæ. h Connexa veniunt in actionem tutelæ, *l.* 11. *C. arbitrium tutelæ, l.* 37. §. 1. *ſupr. de adm. tut.* adde *l.* 1. §. 3. *ſ. de eo qui pro tutor.*

i & negotiorum *l.* 17. §. 1. *ſ. de neg.* k *l.* 6. *in fin. l.* 8. *ſ. de negot.*

14. *Gaius* ‖ libro duodecimo ad Edictum Prouinciale. ‖

SI poſt pubertatem tempore aliquo licet breuiſſimo *a* intermiſerit adminiſtrationem tutor, deinde *b* cœperit gerere: ſine vlla dubitatione tam tutelæ, quam negotiorum geſtorum iudicio cum eo agendum eſt.

De dolo communi tutorum.

15. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Diſputationum. ‖

SI ex duobus tutoribus cū altero quis tranſegiſſet *c*, quamuis ob dolum communem tranſactio nihil proderit alteri. nec immerito: cùm * vnuſquiſque *d* doli ſui pœnam ſufferat. Quod ſi conuentus alter præſtitiſſet, proficiet id quod præſtitit, ei qui conuentus non eſt. licet enim doli ambo rei ſint, tamen ſufficit vnum ſatiſfacere, vt in duobus quibus res commodata eſt, vel depoſita, quibuſque mandatum eſt.

Si conueniatur qui eſt adhuc tutor. 1. vel curator.

16. *Idem* ‖ lib. 74. ad Edictum. ‖

SI cum adhuc tutore ex ſtipulatu agatur, vel cum his, qui pro eo interuenerunt: erit dubitatio, an quia tutelæ agi non poteſt, nec ex ſtipulatu agi poſſit. & plerique putant, etiam hanc actionem propter eandem vtilitatem differendam *e*.

1 ¶ Cum curatore pupilli ſiue adoleſcentis agi *f* poterit *g*, etſi vſque adhuc cura perſeueret *h*.

De ſumptibus litis.

17. *Idem* ‖ libro 3. de officio Conſulis. ‖

IMperatores Seuerus & Antoninus reſcripſerunt in hæc verba: Cum hoc ipſum quæratur an aliquid tibi à tutoribus vel curatoribus debeatur: non habet rationem poſtulatio tua, volentis in ſumptum litis ab his tibi pecuniam ſubminiſtrari *i*.

De tutore qui pupillum perperam abſtinuit.

18. *Papinianus* ‖ lib. 25. Quæſtionum. ‖

CVm tutor, negotiis impuberis adminiſtratis, pupillum paterna hereditate abſtinet *k*, bonis patris venditis tractari ſolet, vtilis actio pupillo relinqui an creditoribus *l* concedi debeat: & probatur, actionem inter pupillum & creditores patris eſſe diuidendam, ſcil. vt quod rationi bonorum per tutorem deerit, creditoribus reddatur: quod autem ‖ dolo ‖ vel culpa tutoris in officio pupilli perperam abſtenti contractum eſt, puero relinquatur, quæ actio ſine dubio non prius competet, quàm pupillus ad *m* pubertatem peruenerit, ſed illa confeſtim creditoribus datur.

De nomine probato à nouiſſimo curatore.

19. *Vlpianus* libro 1. Reſponſorum.

SI probatum *n* eſt nomen debitoris à nouiſſimo curatore, fruſtra tutorem de eo conueniri *o*.

De reſtitutione in integrum aduerſus adultum. 1. De reſtitutione adulti aduerſus tutorem.

20. *Papinianus* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

ALterius curatoris heredem minorem, vt *p* maiore pecunia condemnatum, in integrum reſtitui placuit. Ea *q* res materiam litis aduerſus *r* alterum curatorem inſtaurandæ non dabit, quaſi minore pecunia condemnatum, ſi non ſit eius ætatis actor, cui ſubueniri debeat, ſed æquitatis ratione ſuadente, per vtilem *ſ* actionem ei ſubueniri, in quantum alter releuatus eſt oportet.

1 ¶ Non idcirco actio, quæ poſt vigintiquinque annos *t* ætatis intra reſtitutionis tempus aduerſus tutorem minore *u* pecunia tutelę iudicio condemnatum redditur, inutilis erit *x*, quod adoleſcenti curatores ob eam culpam condemnati ſunt *y*: itaque, ſi non iudicium *z* à curatoribus factum eſt, per doli exceptionem, curatores conſequi poterunt eam actionem præſtari *a* ſibi.

De actione tutoris aduerſus contutorem.

21. *Idem* ‖ lib. 1. Definitionum. ‖

CVm pupillus tutelæ actione contro tutorem alterum, tutori quem iudex in ſolidum condemnauit, ceſſit *b*, quamuis poſtea iudicatum fiat, tamen actio data *c* non intercidit: quia pro parte condemnati tutoris non tutela reddita, ſed nominis pretium *d* ſolutum videtur.

a Cum in aliis cauſis mora breuiſſimi temporis non inducat diſcrepantiam *l.* 8. *ſ. de cond. & demonſtr.*

b Duplici ex officio duæ oriuntur agendi formæ.

c Tranſactio minus operatur quam ſolutio, quoties nimirum agitur de extendenda libertate ad aliam perſonam.

d *l.* 1. §. 17. *ſ. depoſiti: l.* 25. *circa finem. ſ. de admin. tut.*

e ad tempus finitæ tutelæ *v. l.* 1. *ſ. rem pupilli.* Ita ſuſpenſa actione principali, ſuſpenditur & omnis alia actio quæ inde originem habet.

f propter vnam ſpeciem malè adminiſtratam.

g Imò non poterit, *l.* 14. *C. de adm. tut.*

h *l.* 4. *in fin. ſ. eod. l.* 26. *ſup. de admin. tut. l.* 1. §. 3. *ſ. de eo qui pro tut. l.* 14. *C. de admin. tut.*

e Nemo ſumptus cogitur miniſtrare contra ſe ipſum, facit *l.* 10. *ſupr. de poſtulando, l.* 11. *C. de teſtibus.* hinc concludit Baldus, Aſſeſſorem dari expenſis actoris, ſi ſolus aſſeſſorem petierit: vtriuſque, ſi iudicis officio datus fuerit.

k *l.* 4. *C. eod.*

l Geſtor bonorum tenetur creditoribus ex mala geſtione, ſeu negotiis malè geſtis.

m *l.* 1. *in fin. ſupr. eod.*

n Probatum ſemel nomen debitoris, perpetuò probatum intelligitur.

o *l.* 44. *ſ. de admin. tutor. v.* Cuia. 7. *obſer.* 12.

p Reſtituitur minor aduerſus ſententiam: vtputa ſi in maiorem pecuniam condemnatus ſit quam debuerit.

q id eſt, reſtitutio minori conceſſa.

r minore aduerſus maiorem reſtituto, ipſi maiori reſtituitur actio contra tertium qui beneficio ipſius minoris fuerat liberatus.

ſ *l.* 1. §. 10. *ſ. eod. l.* 2. *Cod. de contrar. iud. tutelæ.*

t poſt vigeſimum quintum ætatis annum *Hal.* u Curatores ſoluentes propter culpam tutoris abſoluti, beneficium reſtitutionis in integrum ſibi cedi aduerſus tutorem rectè à pupillo poſtulant.

x aduerſus alios, *l.* 3. *l.* 5. *C. ſi tutor vel curat. interuen.*

y vide *l.* 25. *ſupr. de admin tut.*

z *al.* iudicatum, vt *l.* 21. *infra eod.*

a *l.* 1. §. 18. *ſupra eod.* Cedi beneficium reſtitutionis in integrum poteſt, *l.* 24. *ſupra de minoribus, l.* 25. *ſupra de admin. tut.*

b Solutio facta cedendæ actionis cauſa, debitorem non liberat. Cur ita? Solutio ad vnum finem deſtinata contrarium effectum haud ſortitur.

c i. conceſſa mandata *l.* 1. *C. de ſatiſd.* ſic data iuriſdictio, in *l.* 2. *ſupr. de iuriſd.* mandatam etiam continet *l.* 1. *ſ. de offic. eius.*

d *v. l.* 6. *in fin. infra de ſolutionib.* Solutio ad vnum finem ordinata non debet eius oppoſitum operari, *Bald.*

De

De defenſione tutoris, de priuilegio pupilli.

22. *Paulus* " lib. 13. Quæſtionum. "

DEfenſor tutoris condemnatus non auferet priuilegium *a* pupilli *b*, neque enim ſponte cum eo pupillus contraxit *c*.

Si heres tutoris vel magiſtratus conueniatur.

23. *Idem* " lib. 9. Reſponſorum.

COnuento *d* herede tutoris iudicio tutelæ, curatorem eiuſdem neque ipſo iure liberatum videri *e*, neque exceptionem rei iudicatæ ei dandam, idemque in heredibus magiſtratuum obſeruandum.

De poſtumo non nato.

24. *Idem* ‖ lib. 2. Sententiarum. ‖

POſthumo *f* tutor datus, non nato poſthumo, neque tutelæ, quia nullus pupillus eſt: neque pro tutore, quia nulla ſignificatio *g* eſt: neque negotiorum geſtorum iudicio tenetur *h*, qui adminiſtraſſe negotia eius, quia natus non eſſet, non videtur, & ideo vtilis *i* in eum actio dabitur.

De priuilegio tutelæ.

25. *Hermogenianus* ‖ lib. 5. Iuris Epitomarum. ‖

NOn ſolum tutelæ priuilegium *k* datur in bonis tutoris: ſed etiam eius, qui pro tutela negotium geſſit? vel ex curatione pupilli, pupillæve, furioſi, furioſæve debebitur, ſi eo nomine cautum non ſit.

DE CONTRARIA *l* TVTELÆ *m*, & vtili *n* actione.

TIT. IV.

Ratio huius actionis. 1. *De protutore.* 2. *De curatoribus.* 3. *De tempore huius actionis.* 4. *De compenſatione & petitione.* 5. *De cauſa obligationis.* 7. *De obligatione quæ tempore finitur.* 8. *Si iudicio directo tutelæ.* 11. *vel rationibus diſtrahendis non agatur.*

Vlpianus " lib. 36. ad Edictum. "

COntrariam *o* tutelę actionem prætor propoſuit, induxitque *p* in vſum, vt facilius tutores ad adminiſtrationem accederent, ſcientes pupillum quoque ſibi obligatum fore ex ſua adminiſtratione. quamquam enim ſine tutoris auctoritate pupilli non *q* obligentur, nec in rem *r* ſuam tutor obligare pupillum poſſit, attamen receptum eſt, vt tutori ſuo pupillus ſine tutoris auctoritate ciuiliter *ſ* obligetur, ex adminiſtratione ſcilicet, etenim prouocandi fuerant tutores, vt promptius de ſuo aliquid pro pupillis impendant, dum ſciunt, ſe recepturos id quod impenderint.

1 ¶ Hæc actio non ſolum tutori *t*, verumetiam ei *u* qui pro tutore negotia geſſit, competere debet.

2 ¶ Sed & ſi curator ſit vel pupilli, vel adoleſcentis, vel furioſi *x* vel prodigi, dicendum eſt, etiam his contrarium dandum.

¶ Idem in curatore quoque ventris probandum eſt. quæ ſententia Sabini fuit exiſtimantis, cæteris *y* quoque curatoribus ex iiſdem cauſis dandum contrarium ‖ iudicium. ‖

3 ¶ Finito autem officio hanc actionem competere dicemus tutori, cæterum, quandiu durat, nondum competit *z*. Sed ſi pro tutore negocia geſſit, vel etiam curam adminiſtrauit, locus erit iudicio etiam ſtatim *a*: quia hoc caſu in ipſum quoque ſtatim actio competit.

4 ¶ Præterea, ſi tutelę iudicio ‖quis‖ conuenietur, reputare *b* poteſt id quod in rem pupilli impendit *c*, ſic erit arbitrij eius, vtrum compenſare *d*, an petere velit ſumptus. Quid ergo, ſi iudex compenſationis eius rationem non *e* habuit? an contrario iudicio experiri poſſit? & vtique poteſt *f*, ſed *g* ſi reprobata *h* eſt hæc reputatio, & adquieuit, non debet iudex contrario iudicio id ſarcire.

5 ¶ An in hoc iudicio non tantum quæ pro pupillo vel in rem eius impenſa ſunt veniant: verumetiam ea quoque, quæ debebantur aliàs tutori, (vtputa à patre pupilli ſi quid debitum fuit) quæritur, & magis puto, cùm integra ſit actio *i* tutori, non eſſe in contrarium iudicium deducendum.

6 ¶ Quid tamen, ſi ideo expectauit, quia tutor erat, & ideo non exegit? videamus, an contrario iudicio tutelæ indemnitatem conſequatur? quod magis probandum eſt, nam * ſicuti quodcumque aliud geſſit pro vtilitate pupilli, id contrario iudicio conſequetur: ita etiam id quod ſibi debetur conſequi debet, vel eius ſecuritatem.

7 ¶ Ego, & ſi ex cauſa, quæ tempore finitur *a*, obligatio aliqua fuit, tutelæ contrarium iudicium eſſe ei opinor.

8 ¶ Hanc *b* actionem dandam placet, & ſi tutelæ iudicio non agatur *c*, etenim nonnunquam pupillus idcirco agere tutelæ non vult, quia *d* nihil ei debetur: immo plus in eum impenſum eſt, quàm " quod " ei abeſt, nec *e* impediendus eſt tutor contrario agere.

2. *Iulianus* lib. 21. Digeſtorum.

LOngè magis dandum eſt *f*, & ſi rationibus *g* diſtrahendis actio intendatur *h*.

De modo impenſarum. 1. *De liberatione. De vſuris. De compenſatione.* 7 *De euentu rei geſtæ.* 8. *Quibus ex cauſis datur hæc actio.* 9. *De tempore huius actionis. De ſucceſſoribus.*

4. *Vlpianus* ‖ libro 36. ad Edictum. ‖

QVid ergo, ſi plus in eum impendit, quàm eſt in facultatibus? videamus, an poſſit hoc conſequi? Et Labeo ſcribit, poſſe *i*. ſic tamen accipiendum eſt, ſi expedit pupillo ita tutelam adminiſtrari, cæterum ſi non expedit: dicendum eſt, abſolui pupillum oportere, neque enim in hoc adminiſtrantur tutelæ, vt mergantur *k* pupilli, iudex *l* igitur, qui contrario iudicio cognoſcit, vtilitatem *m* pupilli ſpectabit, & an tutor ex officio ſumptus fecerit.

1 ¶ Contrarium *n* iudicium an *o* ad hoc quoque competat, *vt quis à pupillo exigat liberationem*, videndum eſt? Et nemo dixit in hoc agere quem contrario poſſe, *vt p tutelæ iudicio liberetur q*: ſed tantum de his, quæ ei propter tutelam abſunt, conſequitur *o* autem pecuniam, ſi quam de ſuo conſumpſit, etiam cum vſuris *ſ*, ſed vel trientibus *t*, vel his, quæ in regione *u* obſeruantur, vel his, quibus mutuatus eſt, ſi neceſſe *x* habuit mutuari, vt pupillo ex iuſta cauſa prorogaret *y*, vel his " à " quibus pupillum liberauit: vel quibus caruit tutor, ſi nimium profuit pupillo pecuniam eſſe exſolutam.

2 ¶ Planè ſi fortè tutor aliquid pecuniæ debuit fœnerare, aliquid ipſe pro pupillo ſoluit: nec ipſe vſuras conſequitur *z*, nec pupillo præſtabit *a*.

3 ¶ Quare & ſi in vſus ſuos conuertit, deinde aliquid impendit in rem pupillarem: quam impendit, deſinit vertiſſe *b*: & exinde *c* vſuras *d* non præſtabit. Et, ſi ante impendit in rem pupillarem, mox in vſus ſuos vertit: non videbitur vertiſſe quantitatem quæ concurrit cum quantitate ſibi debita, vt eius ſummæ non præſtet vſuras.

4 ¶ Vſuras vtrum tamdiu conſequetur tutor, quamdiu tutor eſt, an etiam poſt finitam tutelam, videamus, an ex mora tantum: * & magis eſt, vt, quoad *e* ei reddatur pecunia, conſequatur: nec enim debet ei ſterilis *f* eſſe pecunia.

5 ¶ Si tamen fuit *g* in ſubſtantia pupilli, vnde conſequeretur: dicendum eſt, non oportere eum vſuras à pupillo exigere.

6 ¶ Quid ergo, ſi de re pupillari non potuit ſibi ſoluere, quia erat depoſita *h* ad prædiorum *i* comparationem? ſiquidem non poſtulauit à prætore, vt promatur pecunia, vel hoc minus deponatur: ſibi *k* imputet *l*, ſi *m* verò hoc deſiderauit, nec impetrauit: dicendum eſt, non deperire ei vſuras in contrario iudicio.

7 ¶ ſufficit

---

a Priuilegium pertoris non mutatur ex perſona defenſoris *Bald.* adde *l.* 18. *ſupr. de interrog.*
b hyptohecam tantum *l.* 20. *C. de admi. tut. l.* 19. ꝟ. *de reb. auct. iudicis poſſid.*
c i. quaſi contraxit litigando: nouatio hæc neceſſaria fuit per ſententiam condemnatoriam facta.
d Tutelæ actio aduerſus heredem tutoris mota, curatores, aut hæredes magiſtratuum non liberat, neque parit eis exceptionem rei iudicatæ.
e *l.* 18. *in fin.* ꝟ. *de admin. tut.*
f *l.* 19. §. *vlt.* ꝟ. *de teſt. tut.*
g i. nulla ſimilitudo eſt propter quàm actio tutelæ locum habere poſſit.
h Imò negotiorum tenetur, *l.* 26. ꝟ. *de negotiis.*
i *v. l.* 47. ꝟ. *de negotiis.*
k reale & perſonale.
l 5. *C.* 58.
m quæ tutori competit ad id repetendum quod ei abeſt.
n negotiorum geſtorum. Ea competit curatori. *Cuiacius.*
o ſic enim vocatur *ſupra in epigraphe*: *l.* 6. ꝟ. *eod.* §. 2. *Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract.* & contrarium iudicium §. 4. ꝟ. *eod. l.* 3. §. 1. ꝟ. *eod. l.* 6. *in fin.* ꝟ. *de his qui notant.* adde *l.* 5. §. 1. *infra de oblig. & act. l.* 2. *in fin. ſupr. de negotiis.*
p ex lege aliqua: forte negotiorum: eam enim hæc imitatur, cæterum, de *inducendi* voce dixi *l.* 1. *ſupr. ad exhibendum.* Prætoriam interim nota hanc actionem eſſe.
q *l.* 9. ꝟ. *de author. tut.*
r *l.* 1. *ſupra de auth. tut.*
ſ & naturaliter in hoc caſu *l.* 5. *ſupr. de auth. tut. l.* 46. ꝟ. *de obl. & act.*
t §. 3. ꝟ. *eo.*
u *l. vlt.* ꝟ. *de eo qui pro tut.*
x *vt l.* 24. *in fin.* ꝟ. *de oblig.*
y quibuſuis curatoribus hoc iudicium datur.
z quia eius contraria nempe directa, eo tantum tempore competit, *l.* 4. *ſupra tit. proxim.* contrariorum autem eſt eadem ratio.
a quia tutor non eſt, *l.* 1. §. 3. *infr. tit. proxim.*
b *l.* 2. *l.* 10. *ſupr. vbi pupillus.*
c id eſt, impenſis, ſumptus, *l.* 3. §. 1. ꝟ. *eod.*
d *l.* 3. *C. eod. l.* [illegible] *de in lit. dando tutore.*
e quia nec admiſit exceptionem, neque reprobauit expreſsè.
f *l.* 8. §. 2. *ſupra de negotiis. l.* 7. §. [illegible] *ſupra de compenſationib.*
g Exceptionem non admitti, & diſcuſſam reprobari per interlocutoriam aut definitiuum, differunt. Priore caſu obſtat exceptio rei iudicatæ: non poſteriore, *l. ſi autem* 8. §. *vlt. ſupr. de neg. l. quod in diem* 7. §. *ſi ratione*, 1. ꝟ. *de compenſat. l. vlt.* §. *vlt. C. de compenſat.* h *d.* § 1.
i facit *l.* 2. *in fin. C. de in litem dando tut.*

a ſunt enim quædam quę certo tempore finiuntur *l.* 8. *l.* 19. *ſupra de negotiis* nec enim omnes in hæredes actiones dantur, aliæ ſunt temporales.
b contrariam ſc.
c id eſt, hæc actio vltro datur, *l.* 10. *ſupra de negotiis, l.* 17. §. 1. *l.* 18. *in fin. ſupra commodati.*
d *l.* 3. *in fin. C. eo.*
e Contraria tutelæ actio proponi poteſt, licet exceptio proponi non poſſit. adde *l.* 5. *in fin. infra de dol. except.*
f hoc iudicium contrarium.
g de hac actione vide ꝟ. *tit prox.*
h tutori per pupillum vel pupilli nomine.
i ſi modo vtiliter cœptæ & factæ ſint impenſæ: alias non conſequetur impenſas *infr. eod. v.* §. 7. *inf. eod.*
k Pupilli, ſumptibus non ſunt mergendi.
l Tutor in pupillum plus expendere non debet quam ſit in eius facultatibus.
m Vtilitatem pupilli iudex ſemper ſpectare debet, *l.* 10. *ſup. de confirmand. tut.*
n Contrario iudicio tutor non agit vt liberetur, ſed vt accipiat potius expenſas.
o nota quid conſequamur contrario iudicio tutelæ: & formulam huius actionis collige.
p Poteſt tamen agere vt indemnis ſeruetur à pupillo, *l.* [illegible] *v.* ꝟ. *eo.*
q fingamus tamen tutorem, iuſtam ob cauſam, tutela liberari velle, qua actione aget? *v.* ꝟ. *de excuſ. tutor.*
r *l.* 22. ꝟ. *de euict.*
ſ *l.* 19. §. 4. *ſup. de neg. l.* 18. *C. de neg. l.* 37. ꝟ. *de vſuris.*
t ſi modo tantæ debentur, ſecundum conditionem ſuæ perſonæ, *l.* 26. *C. de vſuris.*
u *l.* 1. *ſup. de vſuris.*
x *dict. l.* 37.
y prorogare, quid, vide *l.* 53. *ſupra de pactis.*
z Imò conſequitur, *d. l.* 19. § 4. *ſupra de neg.*
a penſabit. *Hal.* ſenſus eſt. Si tutor pecuniam pupillarem fœnerari debuit (hodie neceſſitas ea tutoribus eſt remiſſa. *Nou.* 72. *c.* 6.) & aliquid pupilli nomine ſoluit: nec pupillus ab eo (pecuniæ non fœneratæ) nec is à pupillo (pecuniæ ſolutæ pupilli nomine) vſuras exiget. At fortè cum pecunia pupillari quam apud ſe reliquam habet, penſabit? ne id quidem fiet: *v. l.* 11. ꝟ. *de compenſat.*
b *l.* 10. §. 6. *ſupra de in rem verſo.*
c id eſt, ob eam cauſam.
d pecuniæ ſcilicet, quam in vſus ſuos vertit.
e Regulam obſerua.
f Sterilem pupillorum pecuniam lex eſſe non patitur, *vt hic*: & *l.* 7. ꝟ. *de vſuris.* vt hinc colligas, iure ciuili, nummos nummum parere, *l.* 33. ꝟ. *de vſuris.*
g *l.* 5. §. 5. *ſupra de adm. tut.*
h v. quæ notaui de deſtinata pecunia, ad *l.* 58. §. 1. *ſupra pro ſocio.* Porrò depoſitæ pecuniæ nomine Zaſius *ad l.* 15. *infra de re iudic.* intelligit non ſimplicẽ depoſitionem, & ſeparationem pecuniæ, *l.* 79. §. 1. *infra de legat.* 3. depoſitam hic intelligi ait, quæ ex venditione rei immobilis ſit redacta quæ non ſimpliciter redacta, ſed in arca, prædij emendi cauſa ſpecialiter recluſa. Porrò, an pecunia redacta ex re immobili cenſeatur immobilis, vide quæ notaui ad *l.* 84. *in fine infra de furtis.*
i vel redituum annuorum, ſi quidem talis pecunia prædio comparatur: neutrum ſine decreto tutor impune poteſt attingere, *arg. l.* 22. *C. de adm. tut.*
k Imputare ſibi debet, qui à prætore vel iudice id non petiit, quod petere potuit vel debuit.
l nam ſi à prætore id poſtulaſſet, prætor id ei permittere potuiſſet *l.* 15. *in fin.* ꝟ. *de re iudic.*
m iniuria facta tutori ſeu adminiſtratori dicitur facta pupillo, idemque e nocet.

SGCB2021

7 ¶ Sufficit *a* tutori, bene & diligenter negotia geſſiſſe, etſi euentum *b* aduerſum habuit, quod geſtum eſt.

8 ¶ Iudicio contrario tutelæ præſtatur & id, quod in rem pupilli verſum eſt ‖ ante tutelam, ‖ vel poſt tutelam, ſi negotiis tutelæ tempore geſtis nexum *c* probatur. & quod ante impenſum eſt, ſiue pro tutore negotia geſſit, & poſtea tutor conſtitutus eſt, vel ventri erat curator. ſed & ſi non pro tutore negotia gerebat, debet venire, quod ante impenſum eſt. deducuntur enim in tutelæ iudicium ſumptus quoſcunque *d* fecerit in rem pupilli: ſic tamen ſi ‖ ex ‖ bona fide fecit.

9 ¶ Hanc actionem *e* perpetuam † eſſe, palam eſt: & heredi, & in heredem dari, ceteróſque ſucceſſores *f*, & ad quos ea res pertinet, & in eos.

De tutore remoto.

4. *Iulianus* ‖ libro 21 Digeſtorum. ‖

A Tutela remotus eo *g* loco haberi debet, quo eſſet finita tutela *h*. & ſicut actiones patitur, perinde ac ſi pupillus pubes factus eſſet: ita *i* contrario iudicio, ſi quid ei aberit, perſequi debebit. nihil enim prohibet ſuſpectum tutorem eſſe, quamuis complura in rem pupilli impenderit, quæ eum amittere non oportet.

De herede tutoris.

5. *Vlpianus* "libro 1. Reſponſorum."

HEredem tutoris *k*, ſi eam ſummam ſoluerit, in quam obligati pupilli fuerunt, actionem contrariam aduerſus eos habere poſſe reſpondi.

Si tutor ſe pro pupillo obligauit.

6. *Paulus* "libro 5. ad Plautium."

SI tutor pro pupillo ſe obligauit *l*, habet *m* contrariam actionem, & antequam *n* ſoluat.

DE EO QVI PRO *o* TVTORE, PRO'VE curatore negotia geſſit *p*.

TIT. V.

Ratio huius actionis. 1. *Quid ſit pro tutore gerere.* 2. *De ſeruo.* 3. *Si ante pubertatem agatur.* 4. *De tutela finita.* 5. *Si pro tutore adminiſtrauit. Deinde quaſi tutor.* 6. *De eo qui tutorem habere non poteſt.* 7. *De curatore dato impuberi. De eo qui cùm tutor non eſſet, coactus eſt gerere.* 8. *De vſuris.* 9. *De geſtis vel omiſſis.*

Vlpianus ‖ libro 36. ad Edictum. ‖

PRotutelæ *q* actionem neceſſariò Prætor *r* propoſuit. nam quia *ſ* plerumque incertum eſt, vtrum quis tutor, an verò quaſi tutor pro tutore adminiſtrauerit tutelam, idcirco in vtrumque caſum actionem ſcripſit, vt ſiue tutor eſt, ſiue non ſit, qui geſſit actione tamen teneretur. ſolent enim magni errores intercedere, vt diſcerni facilè non poſſit, vtrum quis tutor fuerit, & ſic geſſerit, an verò non fuerit, pro tutore tamen munere functus ſit.

1 ¶ Pro tutore autem negotia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putet tutorem, ſiue ſcit non eſſe, finget tamen ‖ eſſe ‖.

2 ¶ Proinde & ſi ſeruus quaſi tutor egerit, Diuus Seuerus reſcripſit, dandum in dominum iudicium vtile.

3 ¶ Cum eo qui pro tutore negotia geſſit, etiam *t* ante pubertatem, agi poſſe nulla dubitatio eſt, quia tutor non eſt *u*.

4 ¶ Quare, ſi quis finita tutela pro tutore negotia impuberis geſſit, tenebitur.

5 ¶ Sed & ſi prius pro tutore adminiſtrauerit, deinde quaſi tutor, æquè tenebitur ex eo quod pro tutore adminiſtrauit. quamuis deuoluatur *x* hic geſtus in tutelæ actionem.

6 ¶ Si quis quaſi tutor negotia geſſerit eius, qui iam pubes eſt neque tutorem habere poteſt, protutelæ actio ceſſat. ſimili modo, & ſi eius, qui nondum natus eſt *y*. nam vt pro tutore quis gerat, eam eſſe perſonam oportet, cuius ætas recipiat tutorem, ‖ id eſt, impuberem eſſe oportet: ‖ ſed erit negotiorum geſtorum actio.

7 ¶ Si curator impuberi *z* à prætore datus *a*, negotia *b* geſſerit, an quaſi pro tutore geſſerit, teneatur, quæritur. & eſt verius ceſſare *c* hanc actionem. quia officio curatoris functus eſt. Si quis tamen, cùm tutor non eſſet, compulſus à prætore, vel à præſide, dum ſe putat tutorem, geſſerit tutelam: videndum, an

a l. 10. §. 1. ſ. de negotiis: v. quæ notaui ad l. 4. C. mandati.
b aduerſum euentum negotiorum pupillarium tutor non præſtat, ea, ſi initio geſſit ex bona fide.
c Connexorũ idem iudicium, *Bald.*
d vtiliter tamen cœptos, §. 7. *ſuprà eodem.*
e tutelæ contrariam.
† *l. 8. C. arbit. tut.* hodie 30. annis finitur, *l. 3. in fin. C. de præſcr.* 30.
f ſingulares non vniuerſales, *l. 1. § ſi heres. ĵ. ad Trebell. l. nominibus 2. C. de obligat.*
g Remotus tutor eodem iure eſt, quo is cuius tutela tempore finita eſt & ſic paria ſunt tutelam tempore finitam, & ab ea tutorem remotum eſſe.
h licet quis ab actu aliquo remoueatur, iura tamen quæ intermedio tempore quæſiuit, non amiſit, *Bald.*
i Remotus à tutela, id quod in eam impendit, actione tutelæ contraria recuperat.
k & fideiuſſoris, *l. 14. ſ. mandati.*
l §. 2. *in fin. inſt. de oblig. ex quaſi contract.*
m At quatenus? nempe vt liberetur à ſuſcepta obligatione, vel vt ei præſtetur indemnitatis cautio, *l. ſi tutela 3. ſ. Tit. prox.*
n *l. 28. in fin. ſ. de negot. l. 45. ſ. mandati.*
o 5. *Cod.* 47. etiam proprio nomine: alias finito officio non tenetur.
p cùm neque tutor, neque curator eſſet.
q ſic enim appellatur, §. 6. §. 8. *infr. eodem.*
r Protutelæ actio prætoria.
ſ Protutelæ actio inuenta quia plerumque incertum eſt, vtrùm quis tutelam pro tutore adminiſtrauerit vt tutor, an vt quaſi tutor.
t Protutelæ agi poteſt etiam ante pubertatem, qua parte protutelæ actio differt ab actione tutelæ, quæ ante pubertatẽ non mouetur. Cur autem hæc etiam ante pubertatem moueri poteſt? Quia vt principium nullum verum ac certum habet, ita nullum quoque finem certum habet.
u *l. 26. ſ. de adminiſt. tutor. l. 4. ſ. de tut. & rationibus.*
x cohæreat *l. 13. ſuprà de tut. & rationib.*
y poſthumi, *l. 19. in fin. ſuprà de teſt. tut.*
z Curator impuberi non tantum ad lites, *l. 3. §. 2. ſ. de tut.* ſed ad negotia dari poteſt, *l. 25. ſuprà de tutor. dat. Bald.*
a forte inuito *v. l. 1. ſuprà de minorib.*
b Curator non tantum ad iudicia: ſed etiam ad negotia dari poteſt. *Romanus ſingulari* 238.
c Dixi ad *l. 3. C. arbitrium tutelæ.*

pro tutore teneatur. & magis eſt, vt quamuis *a* compulſus geſſerit, teneri tamen debeat, qui animo tutoris geſſit, cùm tutor non eſſet. At iſte curator, non quaſi tutor: ſed quaſi curator geſſit.

8 ¶ In protutelæ iudicio vſuræ quoque veniunt *b*.

9 ¶ Sed vtrum ſolummodo in id, quod geſſit, tenebitur; an verò in id etiam, quod gerere debuit? Et ſi quidem omnino non attigit *c* tutelam, non tenebitur: neque enim attingere debuit, qui tutor non fuit: quod ſi quædam geſſit, videndum an *d* etiam eorum, quę non geſſit, teneatur? & hactenus *e* tenebitur, ſi alius geſturus fuit. ſed ‖ & ‖ ſi cognito, quod tutor non fuit, abſtinuit ‖ ſe ‖ adminiſtratione: videamus, an teneatur, ſi neceſſarios pupilli non certiorauit *f*, vt ei tutorem peterent: quod verius eſt.

De venditione.

2. *Celſus* ‖ libro 25. Digeſtorum. ‖

SI is, qui pro tutore *g* negotia gerebat, cùm tutor non eſſet, rem pupilli vendidit *h*: nec *i* ea vſucapta eſt *k*: petet eam pupillus, quamquam ei cautum eſt: non enim eadem huius, quæ tutoris, eſt rerum pupilli adminiſtratio.

De eo qui ignorabat ſe tutorem eſſe.

3. *Iauolenus* ‖ libro 5. Epiſtolarum. ‖

QVæro, an is qui cùm tutor teſtamento datus eſſet, & idipſum ignoraret: pro tutore negotia pupilli geſſerit quaſi tutor: an, quaſi pro tutore negotia geſſerit, teneatur: Reſpondit, non puto teneri quaſi tutorem: quia ſcire *l* quoque ſe tutorem eſſe debet, vt eo affectu negotia gerat, quo tutor gerere debeat.

De fide & diligentia.

4. *Pomponius* ‖ libro 16. ad Quintum Mucium ‖

QVi pro tutore negotia gerit, eandem fidem, & diligentiam pręſtat, quam *m* tutor præſtaret.

De contrario iudicio.

5. *Vlpianus* ‖ libro 10. ad Edictum. ‖

EI, qui pro tutore negotia geſſit, contrarium *n* iudicium competit.

QVOD *o* FALSO TVTORE AVCTORE geſtum eſſe dicatur *p*.

TIT. VI.

Æquitas edicti. 1. *Verba edicti.* 2. *Si tutor authoritatem accommodare non potuit.* 3. *De duobus tutoribus, altero falſo altero vero.* 4. *De pluribus falſis tutoribus.* 5. *De protutore.* 6. *Alia verba edicti. De ſcientia & ignorantia actoris.*

Vlpianus ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

HVius edicti æquitas non eſt ambigua: ne *q* contrahentes decipiantur, dum falſus tutor adhibetur.

1 ¶ Verba autem Edicti hæc ſunt: *Quod eo auctore* (inquit) *qui tutor non fuerit.*

2 ¶ Verbis edicti multa *r* deſunt *ſ*, quid enim ſi fuit tutor: is tamen fuit, qui auctoritatem accommodare non potuit? putà *t* furioſus, vel ad aliam regionem datus.

3 ¶ Sed Pomponius libro 30. ſcribit, interdum, quamuis à ‖ non ‖ tutore geſtum eſt, non pertinere ad hanc partem edicti. quid enim, ſi duo tutores, alter falſus, alter verus auctoritatem accommodauerint? nonne valebit quod geſtum eſt *u*?

4 ¶ Item hoc edictum, licet ſingulariter ſcriptum ſit, ſi tamen plures interuenerint, qui tutores non erant, ‖ tamen ‖ locum habere debere, Pomponius libro 30. ſcribit.

5 ¶ Idem Pomponius ſcribit, etiam ſi pro tutore negotia gerens, auctoritatem accommodauerit: nihilominus hoc edictum locum habere: niſi fortè Prætor decreuit *x*, ratum ſe habiturum id quod his auctoribus geſtum eſt: tunc enim valebit per Prætoris tuitionem, non *y* ipſo iure *z*.

6 ¶ Ait Prætor: *Si id actor ignorauit, dabo in integrum reſtitutionem:* Scienti *a* non ſubuenit, merito: quoniam *b* ipſe decepit.

2. *Paulus* libro 12. ad Edictum.

SI *id* (inquit) *actor ignorauerit* c. Labeo: & ſi dictum *d* ſit ei, & bona fide non crediderit *e*.

a Compulſus à iudice qui geſſit, æquè tenetur rationes reddere, vt qui non compulſus geſſit.
b *ſub.* à die moræ.
c attigerit. *Hal.*
d protutelæ actione protutor conuenitur etiam ob ea quæ non geſſit.
e facit *l. 6. §. vlt. ſ. de negotiis.*
f Receſſurus à negotiis pupilli, de ſuo diſceſſu, pupilli coniunctos certiorare debet. An idem in fideiuſſore? *v. l. 10. §. 12. ſ. mandati.* & conductore? *v. l. 23. §. 7. ſuprà locati.*
g id ad poſſeſſorem prælaturæ extendit Baldus.
h etiam interpoſito decreto. vnde colligunt, venditionem rerum pupilli etiam interpoſito decreto iudicis & cum auctoritate protutoris factam non valere, *Bald.*
i Imò vtcunque vſucapta eſt non nocet pupillo, *l. 4. §. 24. ĵ. de doli mali except.*
k quia non poteſt vſucapi res pupillaris, *l. 48. ĵ. de adquirend. rerum.*
l vt tutor non gerit, qui ignorans in re pupillari verſatur. adde *l. 22. ĵ. de adquir. hered.*
m de qua *v. l. 33. ſ. de admin. tut.*
n *l. 1. §. 1 ſuprà de contrar. tut.*
o περὶ πλάςων ἐπιτρόπων 38. *Eclog. 6.*
p dicetur, *Hal.*
q ſimilis ratio in *l. 1. ſ. de exercit.*
r Quem in modum multa deſunt? quãdoque eſt geſtum à verò tutore & tamen locum habet hoc edictum, *vt ĵ. eodem.* quandoque non eſt geſtum à vero tutore, & tamen non habet locum hoc edictum, *§. 5. ĵ. eod.*
ſ Interdum verba legis defectuoſa ſunt, veluti ſi in omnem caſum vel euentum, non proſpexerunt, adde *l. 12. ſ. de legib.*
t adde *l. 1. §. 2. in fin. ſ. quod cuiuſque vniuerſi.*
u vtile per inutile non vitiatur.
x Auctoritas interpoſita à falſo tutore, valet propter auctoritatem prætoris decernentis ſe ratum habiturum: alias non valet, *l. 1. C. in quibus cauſis in integ. reſt. non eſt.*
y non ipſo iure, ſeu vi ipſa geſtionis, ſed auctoritate decreti.
z poteſt enim Prætor ſupplere defectum tutoris.
a *l. 145. ĵ. de regulis iuris.*
b Decipienti ſe non ſubuenitur.
c *l. 57. ĵ de oblig. & act.*
d id eſt denunciatum. Ita denunciatio facta ab eo cuius non intereſt denunciationem factam eſſe, denunciatum in mala fide non conſtituit: vt qui poſſit ei denunciationi impunè fidem non habere.
e id accidere potuit, quia is, cuius non intererat denunciare, denunciauit. Eius denunciatio non inducit malam fidem, *v. l. 13. ſ. depoſiti.* v. quæ notaui ad *l. 10. §. 3. ĵ quæ in fraud cred.* Temerè igitur non credendum, *vt hic.* adde *l. 1. ſ. de eo ne quo in, l. 3. §. ſed ſi. ſ de in rem verſ.* niſi probus & fide dignus ſit: *v. Gl. in l. 75. ĵ. de cond. & dem. &c.* Tiraquellum *de pœnis, cauſa* 321

3. *Vlpianus*

3. *Vlpianus* ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

PLanè ſi is ſit, qui auxilio non indiget, ſcientia ei non nocet *a*: vtputa ſi pupillus *a* cum ſpupillo egit. nam cùm nihil actum ſit ſcientia non nocet.

4. *Paulus* ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

MInori vigintiquinque annis ſuccurretur, etiam ſi ſcierit *b*.

5. *Vlpianus* ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

INterdum tamen, & ſi *c* ſcientia noceat *d*, tamen reſtitutio facienda erit, ſi à Prætore compulſus eſt ad iudicium accipiendum.

6. *Paulus* ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

PVpilli *e* ſcientia computanda non eſt: tutoris eius computanda eſt. vtique " & " ſi pupillo cautum ſit, melius dicitur, rem ſuam reſtitui pupillo, quàm incertum *f* cautionis euentum, " eum " ſpectare. quod & Iulianus, ſi alias circumuentus ſit pupillus, reſpondit.

Alia verba edicti. 1. De ſcientia, dolo & metu eius qui auctor fuit. 2. Interpretatio verborum, Quanti ea res erit. 3. De ſumptibus Iudicij reſtitutorij. 4. Si plures auctores fuerint.

7. *Vlpianus* ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

NOuiſſimè Prætor ait: *In eum g, qui cùm tutor non eſſet, dolo malo auctor factus eſſe dicetur, iudicium dabo: vt quanti h ea res erit, in tantam pecuniam condemnetur.*

1 ¶ Non ſemper tutor conuenitur, nec ſufficit, ſi ſciens auctor fuit. verùm ita demum, ſi dolo malo auctor fuit. quid ſi compulſus, aut metu ne *i* compelleretur, auctoritatem accommodauerit? nonne debebit eſſe excuſatus?

2 ¶ Quod ait Prætor: *Quanti ea res erit*, magis puto, non pœnam, ſed *k* veritatem *l* his verbis contineri.

3 ¶ Pomponius libro trigeſimo rectè ſcribit, etiam ſumptuum in hoc iudicio rationem haberi, quos facturus eſt actor reſtitutorio *m* agendo.

4 ¶ Si plures ſint, qui auctores fuerunt, perceptione ab vno facta, & cæteri liberantur: non *n* electione.

8. *Paulus* ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

ET ideo ſi nihil, aut non totum ſeruatum ſit, in reliquos non denegandam in id quod deeſt, Sabinus ſcribit.

De eo qui alium, vt auctoraretur, adhibuit. 1. De ſucceſſoribus. de tempore & forma harum actionum. De his qui ſunt alieni iuris.

9. *Vlpianus* ‖ libro 12. ad Edictum. ‖

HVius actionis exemplo Pomponius libro trigeſimo " primo " ſcribit, dandam actionem aduerſus eum qui dolo *o* malo adhibuit, vt alius auctoraretur inſcius.

1 ¶ Has in factum actiones heredibus quidem competere, cæteriſque ſucceſſoribus *p*, in eos vero non reddi. Labeo ſcribit: nec in ipſum poſt annum: quoniam & factum *q* puniunt, & in dolum concipiuntur: & aduerſus eas perſonas, quæ alieno *r* iuri ſubiectæ ſunt, noxales erunt.

De actione finita. De vſucapione.

10. *Gaius* " libro 4. ad Edictum Prouinciale. "

SI ſ falſo *t* tutore actum ſit, & interea dies actionis exierit *u*, aut res *x* vſucapta ſit *y*: omnia incommoda perinde ſuſtinere debet *z*, ac ſi illo tempore, vero tutore auctore, egiſſet *a*.

De dolo & conditione eius qui auctor fuit. 2. De filiafamilias, de ancilla. 3. De patre. 4. De eo ad quem dos pertinet.

11. *Vlpianus* " libro 35. ad Edictum. "

FAlſus *b* tutor, qui in contrahendo auctor minori duodecim vel quatuordecim annis fuerit, tenebitur in factum actione propter dolum *c* malum: cuiuſcunque conditionis fuerit, vel ſui iuris, vel alieni.

1 ¶ Qui dolo *d* malo auctoritatem accommodauit, tenebitur hoc edicto.

2 ¶ Sed & ſi quis filiæfamilias auctor factus ſit ad contrahendum, tenetur.

¶ Idémque iuris eſt, ſi ancillæ quis tutore auctore credidiſſet. Nam omnibus iſtis modis propter tutorem decipitur is qui contraxit, qui aliter cum impubere contracturus non fuit, quàm ſi tutoris auctoritas interceſſiſſet.

3 ¶ Iulianus libro 21. Digeſtorum tractat, an etiam in patrem debeat dari hæc actio, qui filiam minorem *e* duodecim annis nuptum dedit? Et magis probat patri ignoſcendum eſſe, (qui) filiam ſuam maturius in familiam ſponſi perducere voluit: affectu *f* enim propenſiore magis quàm dolo " malo " id videri feciſſe.

4 ¶ Quod ſi intra duodecim annos hæc deceſſerit, cùm haberet dotem, putat Iulianus, ſi dolo malo conuerſatus ſit is, ad quem dos pertinet, poſſe maritum doli mali exceptione condicentem ſummouere in caſibus, in quibus dotem vel in totum, vel in partem, ſi conſtabat matrimonium, fuerat lucraturus.

a adde *l.6.* ꝟ. *eod.*
b *l.3. C. de in integ. reſt. min.*
c *tametſi* vnica dictione *Cicero ad Plancium 4. epiſt. famil.15.* v. Cuiac. 1. *obſer.*14. Eam vocem reperiri apud Plautum, *in Milite*; apud Ciceronem *in Verrē & de petitione conſulatus*: 3. *de oratore*: & 5. *ad Atticum* 17. & 12. *ad Atticum*. Cæſarem 7. *de bello Gall. duob. locis*: apud Ennium & Lucanū *in carmine ad Piſonem*: Senecam *lib. 5. de beneficiis* notat Muretus 11. *Varia.*17. & Catullum: Terentium in Andria.
d *l.1. in fi.* ꝟ. *eod.*
e *l.3. ſuprà eod.* v. Cuiac. 52. *obſ.*48.
f *v. l.66. §.1.* ꝟ. *ad Trebell.*
g *v. l.11.* ꝟ. *eod.*
h Falſus tutor tenetur in id quod intereſt, ei qui auchoritatem eius ſecutus eſt.
i Paria ſunt aliquid fieri, vel conſiteri coactè, vel timore coactionis, *Bald.*
k Pœna & veritas rei differunt.
l veram rei æſtimationem, *l.1. in fi. ſuprà ſi quis ius dicenti*: *l.2. ſuprà qui ſatiſdar. l.179.* ꝟ. *de verb. ſign.*
m reſtitutoria actione quæ in factum dicitur, *d. l.11. infrà.*
o perceptionis & electionis differentia.
o *l.7. ſuprà eod.*
p vniuerſalibus.
q Facti nomine delictum, intelligitur *v. l.5. §.6. infr. de oblig.*
r id eſt dominio.
ſ vide Cuiac. 22. *obſ.*19.
t ſi cum falſo, *Hal.*
u ei ſcilicet qui aduerſus pupillum agebat.
x puta actoris.
y à pupillo.
z ipſe pupillus.
a verbo *agendi* hic intellige: actionem & exceptionem, *vt l.1.* ꝟ. *de except.*
b vide Cuiac. 22. *obſ.*20.
c *l.17. ſuprà eod.*
d *in pr. ſuprà eod. d.l.7. l.9. in pr. & §.1. ſuprà eod.*
e *l.9. ſupr. de ſponſalib.*
f de quo *v. l.62. ſuprà de ritu*; *l.3.* ꝟ. *de liberat. legata*: *l.4. in fin.* ꝟ. *de re militari l.36. ſuprà de excuſ. tutor. l.7. C. de curat. furioſi.*

De interrogatione in iure.

12. *Idem* ‖ libro 1. Reſponſorum. ‖

EX eo quod interrogatus *tutorem ſe eſſe* reſpondit, nulla eum actione teneri: ſi *a* tamen, cùm tutor non eſſet, reſponſo ſuo in aliquam captionem adoleſcentem induxit, vtilem actionem aduerſus eum dandam.

DE FIDEIVSSORIBVS *b* ET nominatoribus †, & heredibus *c* tutorum & curatorum.

TIT. VII.

De inchoatis à tutore. 1. De eo quod penes tutorem vel pupillum fuit.

Pomponius " libro 17. ad Sabinum. "

QVamuis heres tutoris tutor non *d* eſt: tamen ea quæ per defunctum inchoata ſunt, per heredem, ſi legitimæ *e* ætatis & maſculus ſit, explicari *f* debent *g*, in quibus dolus eius admitti poteſt.

1 ¶ Quod penes tutorem fuit, heres *h* quoque eius reddere debet. quod apud pupillum is reliquerit, ſi heres capit, non quidem crimine *i* caret, ſed extra tutelam eſt, & vtili actione hoc reddere compellitur.

Si per alium poſtuletur, vel nominetur tutor.

2. *Vlpianus* " libro 39. ad Sabinum. "

POſtulare tutorem videtur, & qui *k* per *l* alium poſtulat. Item nominare *m*, & qui per alium hoc idem facit.

De vſuris.

3. *Idem* " libro 35. ad Edictum. "

ETiam *n* fideiuſſorem *o*, & heredes fideiuſſoris ad rationem eandem vſurarum reuocandos eſſe conſtat, ad quam & tutor reuocatur.

De dolo. 1. & negligentia heredis. 2. De vſuris. 3. De fideiuſſoribus & affirmatoribus ſine ſtipulatione obligandis.

4. *Idem* " libro 36. ad Edictum. "

CVm oſtendimus heredem *q* quoque tutelæ iudicio poſſe conueniri, videndum, an etiam proprius eius dolus, vel propria adminiſtratio veniat in iudicium? Et exſtat Seruij ſententia exiſtimantis: ſi poſt mortem tutoris heres eius negotia pupilli gerere perſeuerauerit, aut in arca tutoris pupilli pecuniam inuenerit & conſumpſerit: vel eam pecuniam, quam tutor ſtipulatus fuerat, exegerit: tutelæ iudicio eum teneri ſuo nomine. nam cum permittatur aduerſus heredem ex proprio dolo iurari in litem, apparet eum iudicio tutelæ teneri ex dolo proprio.

1 ¶ Negligentia *q* planè propria heredi non imputabitur *r*.

2 ¶ Vſuras quoque eius pecuniæ quam pupillarem agitauit præſtare debet heres tutoris, quantas autem & cuius temporis vſuras præſtare debeat; ex bono & æquo conſtitui ab iudice oportet.

3 ¶ Fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina ſua referri in acta publica paſſi ſunt; æquum eſt, perinde *ſ* teneri *t* atque ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet.

¶ Eadem cauſa videtur adfirmatorum *u*: qui ſcilicet cùm idoneos eſſe tutores adfirmauerint, fideiuſſorum *x* vicem, ſuſtinent.

De reputationibus.

5. *Paulus* " libro 38. ad Edictum. "

SI cum fideiuſſoribus tutoris ex ſtipulatione *rem ſaluam y fore* agetur, eaſdem reputationes habebunt, quas *z* tutor.

De beneficio diuiſionis fideiuſſoribus concedendo.

6. *Papinianus* libro 2. Reſponſorum.

PVpillus contra tutores, eorúmque fideiuſſores *a*, iudicem accepit: iudice defuncto, prius quam ad eum iretur, contra ſolos fideiuſſores alter iudex datus eſt. officio cognoſcentis conueniet, ſi tutores ſoluendo ſint, & adminiſtratio non diſpar, ſed communis fuit: portionum *b* virilium admittere rationem ex perſona *c* tutorum.

7. *Idem* ‖ libro 3. Reſponſorum. ‖

SI fideiuſſores, qui *rem ſaluam fore pupillo* cauerant, tutorem adoleſcens vt ante conueniret, petierant *d*, atque ideo ſtipulanti promiſerunt *e* ſe redditūros,

a Mendacium quod nemini nocet, non punitur, etiam ſi quis iudici mentiatur, *Bald.*
b 5. *C.*57.
† *v. l.2.*
c 5. *C.*54.
d Tutela ad heredes non tranſmittitur, *l.16. in fin.* ꝟ. *de tutelis*, *v.* 5. *Harm.*11.
e id eſt 25. annorum, v. quæ ſcripſi ad *l.16. §.1. ſuprà de tutel. l.27 ſup. de negotiis.*
f Ad heredes defuncti officium quidem ſeu ius officij non tranſit: tranſit tamen adminiſtratio ſeu exercitium in connexis extraiudicialibus, *l. Nam & Seruius, 21. §. diuus 2.* ꝟ. *de neg.* Nam in iudicialibus heres tutoris exequi non poteſt etiam inchoata quod vltimum tamen non admittit Dynus, Andreas Aretius, *arg. l. ait fin.* ꝟ. *ſi pendente appell. l. Tutor ſi 27* ꝟ. *de appell.* contra gem *Tam ex contr. & lib. 57. verſ. con.* ꝟ. *de iudic.*
g *l.4.* ꝟ. *ead. l.5. ſuprà de admin. l.27* ꝟ. *de appell.*
h *v. l.4.* ꝟ. *eod.*
i Heres tutoris pecuniam pupillarem intercipiens crimine non caret.
k poſtulare vel nominare etiam videtur qui per alium poſtulat vel nominat.
l *l.1. §.2. ſuprà poſtulando.*
m potiorem ſcilicet, *v. Paul.* reſp. 28. §.1.2.
n Vſuras eaſdem præſtant fideiuſſores tutorum & eorum heredes quas tutores ipſi præſtare debent,
o *l.8.* ꝟ. *de eo quod certo, l.51. ſuprà admin. tut.*
p *l.1. in pr. l.3.* ꝟ. *eodem.*
q v. Cuiac. 13. *obſ.* 39. *l.1. C. de hered. tut. l.4.* ꝟ *de magiſtratib. conueniend.*
r niſi ſit nimia, *l.4. in pr.* ꝟ. *de magiſtratib. conueniend. l.1. C. de hered. tut.* Immo ne ſi quidem magna ſit, adde *l.ſ. 3. tit. prox. v. Cuiac. 13. obſ. 39.*
ſ Fideiuſſor tenetur ex ſtipulatione, non ex contractu quo reus principalis obligatur, *Bald. ad l.33. C. de Epiſc.*
t Imò, non tenetur, quia non præſumitur ſtipulatio interueniſſe hoc tātum ipſo quod apud acta contractum ſit, *l.28.* ꝟ. *de tranſact.* vbi dixi.
u Adfirmator hic tenet vicem fideiuſſoris: alias non tenetur, niſi dolo adfirmauerit: *l.7. §. vlt. ſuprà de dolo.*
x *v. l.12. §.13. in fin. ſuprà mandati.*
y pupilli ſcilicet.
z *l.6. in fin.* ꝟ. *eod.*
a Diuiditur actio tutelæ vt inter ipſos tutores, ita inter fideiuſſores eorum: Datur vtriſque beneficium diuiſionis. Porro hic agitur de fideiuſſoribus, qui omnes pro omnibus, non ſinguli pro ſingulis fideiuſſerint.
b *l.51.* ꝟ. *de fideiuſſorib.*
c *l.5. ſuprà eodem.*
d hoc enim poſſunt eligere, *l.1. C. de fideiuſſor. tutor. v. Nou. 4. c. 1.*
e Tacita nouatio non tollit beneficium legis, *Bald.*

quod

quod ab eo ſeruari non potuiſſet ? placuit inter eos qui ſoluendo eſſent, rationem reſidui diuidi *a*: quod onus fideiuſſorum ſuſceptum videretur. nam & ſi mandato plurium pecunia credatur, æque diuiditur actio. ſi enim quod datum eſt pro alio, ſoluitur, cur ſpecies actionis ęquitatem diuiſionis excludit *b*?

De herede eius qui non iure datus non geſſit. 1. *Si tutor lite conteſtata, vel ante, deceſſerit.*

§. *Paulus* libro 9. Reſponſorum.

HEredes eius qui non iure *c* tutor vel curator datus adminiſtrationi ſe non immiſcuit, dolum & culpam *d* pręſtare *e* non debere.

1 ¶ Paulus reſpondit, tale *f* iudicium in heredem tutoris transferri oportere, quale defunctus ſuſcepit. Hoc eò pertinet, vt non excuſetur heres, ſi dicat ſe inſtrumenta tutelaria non inueniſſe. nam *g* cum ex omnibus bona fide iudiciis propter *h* dolum defuncti heres teneatur, idem puto obſeruandum & in tutelæ actione. Sed conſtitutionibus ſubuentum *i* eſt ignorantiæ heredum. hoc tamen tunc obſeruandum eſt, cùm poſt mortem tutoris heres conueniatur: non ſi lite conteſtata tutor deceſſerit. nam *k* litis conteſtatione & pœnales actiones transmittuntur ab vtraque parte, & temporales *l* perpetuantur.

DE MAGISTATIBVS conueniendis *m*.

TIT. VIII.

De ordine. de magiſtratibus. De fideiuſſoribus & nominatoribus magiſtratuum. 1. *De prætore & aliis, qui tutores dandi ius habent.* 2. *De præſide & magiſtratibus.* 4. *De pupillis & eorum ſucceſſoribus.* 5. *De præſide & magiſtratibus.* 6. *Si tutor vel curator datus non ſit.* 7. *Si magiſtratus diſtulerit in ſucceſſorem.* 8. *De electo ad æſtimandas ſatiſdationes.* 9. *De conuentione magiſtratuum. De collega qui non dedit.* 10. *De tutoribus exquirendis ex vicinis ciuitatibus.* 11. *De ſatisexactione. De tutore idoneo vel non.* 14. *De priuilegio pupilli.* 15. *Quis ſtipuletur rem ſaluam fore.* 16. *De effectu ſtipulationis.* 17. *De patre magiſtratus.*

Vlpianus libro 36. ad Edictum.

IN ordinem *n* ſubſidiaria actio non dabitur, ſed in magiſtratus *o*: nec in fideiuſſores eorum. hi enim rempublicam ſaluam fore promittunt, non pupilli proinde nec nominatores magiſtratuum ex hac cauſa tenebuntur, ſed ſoli magiſtratus.

¶ Sed ſi ordo receperit in ſe periculum, dici debet teneri eos qui præſentes fuerunt. parui enim refert, nominauerint, vel fideiuſſerint, an in ſe periculum receperint. vtilis ergo in eos actio competit.

¶ Sed ſi à magiſtratibus municipalibus tutor datus ſit, non videtur per ordinem electus.

1 ¶ Neque *p* prętor, neque quis alius, cui tutoris dandi ius eſt, hac actione tenebitur *q*.

2 ¶ Si præſes prouincię denuntiare magiſtratus tantum de facultatibus tutorum voluit, vt ipſe daret: videamus an & quatenus teneantur? Et extat Diui Marci reſcriptum, quo voluit, eos qui pręſidi renuntiant, non *r* perinde teneri, atque ſi ipſi dediſſent: ſed ſi deceperunt, gratia fortè aut pecunia, falſa renunciantes. Planè ſi præſes prouinciæ ſatis eos exigere iuſſit, non dubitabimus teneri *ſ* eos, etiam ſi præſes dederit.

3 ¶ Si præſes prouinciæ, nominibus ab alio *t* acceptis ad magiſtratus municipales remiſerit, vt ſe de nominibus inſtruant, & perinde inſtructus dederit tutores, an exemplo eorum qui prætorem inſtruunt, debeant magiſtratus teneri quæritur. Vtique enim intereſt: vtrùm ipſi magiſtratus nomina electa dederint præſidi an ea, quæ ab alio præſes accepit, inquiſierint. & puto *u* vtroque caſu ſic teneri. quaſi dolo, vel lata culpa verſati ſunt.

4 ¶ Non tantum pupilli, ſed etiam ſucceſſores eorum, ſubſidiaria agere poſſunt.

5 ¶ Si curatores fuerunt minus idonei dati, dicendum eſt, teneri magiſtratus oportere, ſi ex ſuggeſtu *x* eorum, vel nominibus ab eis acceptis, præſes dederit.

¶ Sed & ſi ad eos remiſerit vt ipſi dent, vel poſt dationem vt exigerent ſatiſdationem, periculum ad eos pertinebit.

6 ¶ Magiſtratibus imputatur, etiam ſi omnino tutor vel curator datus non ſit, ſed ita demum tenentur, ſi *y* moniti *z* non dederint, ideo damnum quod impuberes vel adoleſcentes medio tempore paſſi ſunt, ad eos magiſtratus pertinere non ambigitur, qui munere *a* mandato non paruerunt.

a Inter fideiuſſores habet locum beneficium diuiſionis. *Bald.*
b Ratio vbi eadem, idem beneficium ibi eſſe debet. *Bald.*
c *l.* 13. §. 12. *inf.* ꝫ. *de excuſ. tut.* *l.* 1. *C. de teſt. tut.* *l.* 5. *C. qui dare tutores.*
d in abſtinendo.
e Cur non debent? iuris impotentia negligentiam excuſat.
f Heres tutoris eo iudicio tenetur, quo tutor ipſe.
g Argumentum à genere ad ſpeciem.
h Heres tenetur ex dolo defuncti.
i Heres excuſatur ob ignorantiam: & quidem ante litem conteſtatam cum defuncto, ſecus ſi lis cum defuncto conteſtata.
k Litis conteſtatæ hi ſunt effectus: pœnales, tranſmittuntur ad heredes: temporales perpetuantur.
l §. 1. *Inſtit. de perpetuis & temporalibus,* *l.* 1. *C. ex delict. defuncti,* *l.* 9. *l.* 3. ꝫ. *de iureiur.* §. 29. ꝫ. *de nouat.*
m 5. *C.* 75.
n vniuerſum ſcilicet curiæ municipalis, §. 1. ꝫ. *eodem.* §. *vlt. Inſtit. de ſatiſd. tut.* *l.* 35. ꝫ. *de admin. tut.*
o ipſos ſcil. municipales & duumuiros.
p §. *vltim. Inſt. de ſatiſd. tut.*
q Cur ita? quia damnum per eos non euenit qui tutoris dationem iniungunt aliis, *d.* §. *vltim. Cuiac. hic.* Non tenebitur igitur magiſtratus ad alium referibens, vt ſe informet: id eſt vt inquirat: niſi ſordidè, aut per gratiam falsò reſcripſerit.
r Periculum tutelæ in ſe non ſuſcipit qui inquirendi onus in ſe recipit, niſi falſum renunciauerit.
ſ ſi non receperint idoneam ſatiſdationem.
t Paria ſunt aliquid fieri proprio motu, vel ad denunciationem alterius: vtroque modo Iudex malè iudicans litem ſuam facit: *Bald.*
u vide quæ ſcripſi ad *l.* 4. ꝫ. *de fideiuſſ. tutor.*
x Suggerens aliquid fieri, quod fieri non debet, tenetur damnum paſſo. *Bald.*
y Officio magiſtratus quod quis præſtare debet, tacitam habet conditionem, ſi denunciatum ei fuerit. z monitionem tamen anteuertere poſſunt & ex inquiſitione dare: §. 4. *Inſt. de Attili.*
al. muneri.

7 ¶ Sciendum autem eſt, ſi magiſtratus municipales data opera tutelam diſtulerint *a* in ſucceſſores *b* ſuos, vel ſi ſatiſdationem data opera traxerint, quoad ſucceſſores accipiant, nihil eis prodeſſe.

8 ¶ Diuus Hadrianus reſcripſit, etiam in eum qui electus eſt ad æſtimandas *c* tutorum ſatiſdationes, actionem dandam.

9 ¶ Si inter magiſtratus hoc conuenerit *d*, *vt alterius tantum periculo tutores darentur*, conuentiones pupillo non præiudicare Diuus Hadrianus reſcripſit, conuentione enim duumuirorum ius publicum *e* mutari non poteſt. prius tamen arbitror conueniendum eum qui hoc ſuſcepit: deinde excuſſis facultatibus eius, tunc veniendum ad collegam: quemadmodum ſi ſolus dediſſet, diceremus prius eum, deinde collegam adgrediendum.

10 ¶ Si *f* quando deſint in ciuitate, ex qua pupilli oriundi *g* ſunt, qui idonei videantur: officium eſt magiſtratuum *h* exquirere ex vicinis ciuitatibus honeſtiſſimum quemque, & nomina præſidibus prouinciæ mittere: non ipſos arbitrium *i* dandi ſibi vindicare.

11 ¶ Si magiſtratus ab initio tutorem idoneum *k* dedit, & ſatis non exegit *l*: non ſufficit. quòd ſi ſatis exegit, & idoneum exegit: quamuis poſtea facultatibus lapſi ſint tutores vel fideiuſſores: nihil *m* eſt quod ei qui dedit imputetur. non enim debent magiſtratus futuros caſus & fortunam *n* pupillo præſtare.

12 ¶ Sed & ſi ſatis non exegit, idoneus tamen tutor eo *o* tempore fuit, quo tutelæ agi poteſt, ſufficit.

13 ¶ Probatio *p* autem non pupillo incumbit, vt doceat fideiuſſores ſoluendo non fuiſſe, cùm acciperentur, ſed *q* magiſtratibus, vt doceant eos ſoluendo fuiſſe.

14 ¶ Priuilegium *r* in bonis magiſtratus pupillus non habet: ſed cum cæteris creditoribus partem habiturus eſt.

15 ¶ Exigere autem cautionem magiſtratus ſic oportet: vt pupilli ſeruus *ſ*, aut ipſe pupillus, ſi fari poteſt, & in præſentiarum eſt, ſtipuletur à tutoribus, item fideiuſſoribus eorum rem ſaluam fore: aut, ſi nemo eſt qui ſtipuletur, ſeruus publicus *t* ſtipulari debet, rem ſaluam fore pupillo: aut certè ipſe magiſtratus.

16 ¶ Planè *u* vbi ſeruus publicus, vel ipſe magiſtratus ſtipulatur, dicendum eſt vtilem actionem pupillo dandam.

17 ¶ Si filiusfamilias fuit magiſtratus, & caueri pupillo non curauerit, aut non idoneè cautum ſit culpa eius, an, & quatenus in patrem eius actio danda ſit, quæritur. Et ait Iulianus in patrem de peculio *x* dandam, ſiue voluntate eius filius decurio factus ſit, ſiue non. nam & ſi voluntate patris magiſtratum adminiſtrauit, attamen non oportere patrem vltra quam de peculio conueniri, quaſi rempublicam ſaluam ſolam fore promittat, qui dat voluntatem, vt filius decurio creetur.

Si vnus ex duobus tutoribus pupillo in ſolidum ſatisfecerit.

2. *Idem* libro 3. Diſputationum.

PRoponebatur *y* duos tutores à magiſtratibus municipalibus datos, cautione non exacta *z*, quorum alterum inopem deceſſiſſe, alterum in ſolidum conuentum ſatis pupillo feciſſe. & quærebatur, an tutor iſte aduerſus magiſtratum municipalem habere poſſit aliquam actionem, cùm ſciret à contutore ſuo ſatis non eſſe exactum. Dicebam, cum à tutore ſatis pupillo factum ſit, neque pupillum ad magiſtratus redire poſſe, neque tutorem, cum nunquam tutor aduerſus magiſtratus habeat actionem, ſenatus enim conſultum pupillo ſubuenit: præſertim cum ſit, quod tutori imputetur, quod ſatis à contutore non exegit, vel ſuſpectum non *a* fecit, ſi ſcit, (vt proponitur) magiſtratibus eum non cauiſſe.

3. *Iulianus* libro 21. Digeſtorum.

QVòd ſi tutor ab hac parte culpa vacet, non erit iniquum aduerſus magiſtratus actionem ei dari.

De magiſtratu, & herede magiſtratus, vel tutoris.

4. *Vlpianus* libro 3. Diſputationum.

NOn *b* ſimiliter tenentur heredes *c* magiſtratuum, vt ipſi tenentur. nam nec heres tutoris *d* negligentię *e* nomine tenetur, nam magiſtratus quidem in omne *f*

a Succeſſoris in tempus differre magiſtratus id non debet, quod ipſe præſtare, atque perficere tenetur.
b *l.* 2. *C. eod.*
c vide *l. vlt. C. eod.* Æſtimatores rerum publicos, ſi iniuſtè æſtiment, teneri hinc colligunt.
d Pactum quod inter ſe magiſtratus faciunt pupillo, cui ex officio obligantur, non nocet ordinis ratione: ſcilicet vt priore loco conueniatur magiſtratus, qui in ſe periculum ſuſcepit, quam alius.
e *v. l.* 20. *ſuprà de religioſis.*
f *l.* 24. ꝫ. *de tut. dat.*
g Origo pupilli in dando ei tutore potiſſimum ſpectatur.
h municipalium.
i Iuriſdictionem ſuam egredi non licet.
k *l.* 6. ꝫ. *eod.*
l *l.* 3. *C. eod.* *l.* 11. ꝫ. *de probation.* §. 2. *Inſt. de ſatiſd. tut.*
m officio ſuo ſemel functus, non tenetur.
n Caſum & fortunam pupillo magiſtratus præſtare non debent, *l.* 7. §. 8. ꝫ. *de min.*
o *v. l.* 3. *C. de prob.*
p Præſumitur non idoneis quiſque eſſe facultatibus, niſi contrarium probetur: hoc eſt, non præſumuntur facultates: magis præſumitur paupertas.
q Probare debet ſe officio functum fuiſſe magiſtratus in eo quod geſſit.
r Magiſtratus bona non obligantur tacitè ex quaſi delicto ſeu ex negligentia.
ſ & publicus, ꝫ. *eo.* *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 6. *inf.* *rem pupilli ſaluam.*
t *d. l.* 2.
u Ex tabellionis vel magiſtratus ſtipulatione actio vtilis cuique adquiritur ſine ceſſione. Quid ita? quia publicum officium vterque gerit.
x *l.* 3. *in fin. ſuprà de peculio.*
y Tutor ſoluens regreſſum habet contra tutorem non contra magiſtratum: niſi ipſe tutor, qui regreſſum habet, ſit ſine culpa: magiſtratus, cum culpa.
z idque contra leges, §. 15. *Inſtit. de Attiliano.*
a *l.* 39. §. 6. *ſuprà de admin. tut.* b Heredes interdum minus tenentur quam defunctus cui ſucceſſerunt. Defunctus etiam negligentia teneri poteſt: heres culpæ dolo proximæ.
c *l.* 6. ꝫ. *eodem.*
d & fideiuſſoris tutorum, *l.* 4. §. 1. *ſuprà tit. proxim.*
e etiam nimiæ. vide Cuiac. 13. *obſer.* 39. vide *l.* 1. *C. de hered. tutor.* *l.* 4. §. 1. *ſuprà de fideiuſſor. tutor.*
f Periculum omne qui præſtat negligentiæ quoque tenetur, *vt hic. Periculi* verbo continetur damnum negligentia datum.

periculum

periculum ſuccedit, hæres ipſius dolo *a* proximæ culpæ ſuccedaneus eſt.

Si vnus ex tutoribus ſine herede deceſſerit.

5. *Iulianus* *lib. 21. Digeſtorum. ʺ

DVo tutores partiti *b* ſunt inter ſe adminiſtrationem tutelæ. alter ſine herede deceſſit. quæſitum eſt, in magiſtratum, qui non curaſſet, vt caueretur an in alterum tutorem actio pupillo dari deberet? Reſpondi, æquius *c* eſſe, in alterum tutorem dari, quam *d* in magiſtratum: debuiſſe enim eum, cum ſciret pupillo cautum non eſſe *e* vniuerſa negotia curare, & in ea parte quam alteri *f* tutori commiſiſſet, ſimilem eſſe ei qui ad adminiſtrationem quorundam negotiorum pupilli non acceſſiſſet. nam etſi aliquam *e* partem negotiorum pupilli adminiſtrauerit, tenetur etiam ob rem quam non geſſit, cùm gerere deberet.

De herede magiſtratus.

6. *Vlpianus* ‖ libro 1. ad Edictum. ‖

QVod ad heredem *f* magiſtratus pertinet, extat Diui Pij reſcriptum, cauſa cognita debere dari actionem. nam magiſtratus ſi *g* tanta fuit negligentia, vt omnem cautionem omitteret, æquum eſt haberi eum loco *h* fideiuſſoris, vt & heres eius teneatur. ſi verò cauit, & tunc idonei *i* fuerunt, "&" poſtea deſierunt: ſicut "&" ipſe magiſtratus probè recuſaret hanc actionem, ita & heres *k* multo iuſtius. Nouiſſimè non alias ait in heredem actionem dandam, quàm ſi euidenter magiſtratus cum minus idoneis fideiuſſoribus contrahunt.

In quantum magiſtratus tenetur.

7. *Celſus* ‖ libro 11. Digeſtorum. ‖

IN magiſtratus qui tutorem dederunt, rogo reſcribas, vtrum *l* pro virili portione actio danda ſit, an optio ſit eius qui pupillus fuit, cum quo potiſſimum agat. Reſpondit, ſi dolo fecerunt magiſtratus, vt minus pupillo caueretur, in quem vult actio ei danda in ſolidum eſt. ſin culpa "duntaxat" eorum, neque dolo malo id factum eſt: æquius eſſe exiſtimo, pro portione *m* in quemque eorum actionem dari, dum pupillo ſalua res ſit.

Si vnus ex curatoribus ſine herede deceſſerit.

8. *Modeſtinus* ‖ lib. 6. Reſponſorum. ‖

MAgiſtratus à curatoribus adulti cautionem exegerunt rem ſaluam fore. ex his alter ſine herede deceſſit. quæro, an indemnitatem in ſolidum collega eius præſtare debeat? Modeſtinus reſpondit, nihil proponi, cur non debeat?

De vſuris.

9. *Idem* ‖ libro 4. Pandectarum. ‖

AN in magiſtratus actione data, cum vſuris ſors exigi debeat *n*, an verò vſuræ peti non poſſint: quoniam conſtitutum eſt pœnarum *o* vſuras *p* peti non poſſe, quæſitum eſt? Et reſcriptum eſt à Diuis Seuero & Antonino, & vſuras peti poſſe: quoniam *eadem in magiſtratibus actio datur, quæ competit in tutores.

DE REBVS *q* EORVM, QVI SVB tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis *r*, vel ſupponendis *ſ*.

TIT. IX.

Summa. 1. Tempus. 2. Et verba orationis Seueri. 3. De rebus quas defunctus venales habuit. 4. An prædia ſint obligata venditori.

Vlpianus ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

IMperatoris Seueri *t* oratione prohibiti ſunt tutores & curatores prædia ruſtica *u* vel ſuburbana diſtrahere.

1 ¶ Quæ oratio in Senatu recitata eſt, Tertyllo & Clemente Conſulibus *x*, Idibus Iuniis.

2 ¶ Et ſunt verba eius huiuſmodi: *Præterea, Patres conſcripti, interdicam y tutoribus & curatoribus z, ne prædia ruſtica vel ſuburbana diſtrahant: niſi a vt id fieret parentes teſtamento vel codicillis cauerint. Quòd ſi fortè æs* b *alienum tantum erit, vt ex rebus cæteris non poſſit exſolui, tunc prætor vrbanus vir clariſſimus adeatur, qui pro ſua religione æſtimet* c, *quæ poſſint alienari* d, *obligarìue debeant, manente* e *pupillo actione, ſi poſtea potuerit probari, obreptum* f *eſſe prætori. Si communis res erit, & ſocius ad diuiſionem prouocet* g: *aut ſi creditor, qui pignori agrum à parente* h *pupilli acceperit, ius exequetur, nihil nouandum cenſeo.*

3 ¶ Si defunctus, dum viueret, res venales habuerit: teſtamento *i* tamen non cauerit, *vt diſtraherentur*,

abſtinendum *a* erit venditioni *b*] non *c* enim vtique, qui ipſe voluerit *d* vendere, idem etiam poſtea diſtrahenda putauit.

4 ¶ Si minor vigintiquinque annis emit prædia, *vt quoad pretium ſolueret, eſſent pignori obligata venditori*: non puto pignus valere *e*. nam vbi dominium quæſitum eſt minori *f*, cœpit non poſſe obligari *g*.

2. *Paulus* libro ſingulari ad orationem Diui Seueri.

SEd hic videtur illud mouere, quod cum *h* dominio pignus quæſitum eſt, & ab initio obligatio inhæſit. Quod ſi à fiſco *i* emerit; nec dubitatio eſt, quin ius pignoris ſaluum ſit. Si igitur talis ſpecies in priuato venditore inciderit, imperiali *k* beneficio opus eſt, vt" ex "reſcripto pignus confirmetur *l*.

Si ex pupilli pecunia fundus alteri pupillo ſit comparatus. 1. De prætorio pignore. 2. De litis æſtimatione. 3. De fundo reſtituti ex condemnatione. 4. De iure emphyteutico vel embateutico. 5. De vſufructu & ſeruitutibus. 6. De lapidicinis & fodinis.

3. *Vlpianus* ‖ libro 35. ad Edictum ‖

SEd ſi, pecunia alterius pupilli, alteri pupillo fundus ſit comparatus, iſque pupillo vel minori traditus, an pignoris obligationem poſſit habere is, cuius pecunia fundus ſit emptus? & magis eſt, vt ſaluum ſit ius pignoris (ſecundum conſtitutionem Imperatoris noſtri, & Diui patris eius) ei pupillo cuius *m* pecunia comparatus eſt fundus.*

1 ¶ Pignori *n* tamen capi iuſſu magiſtratus vel præſidis vel alterius poteſtatis, & diſtrahi fundus pupillaris poteſt.

¶ Sed & in poſſeſſionem *o* mitti rerum pupillarium à prætore quis poteſt: & ius pignoris contrahitur, ſiue legatorum ſeruandorum cauſa, ſiue damni infecti: & vt procedat *p*, iuberi etiam poſſideri poterit. Hæ enim obligationes ſiue alienationes *q* locum habent: quia non ex tutoris, vel curatoris voluntate id fit, ſed ex magiſtratuum auctoritate.

2 ¶ Item quæri poteſt, ſi fundus à tutore petitus ſit pupillaris, nec reſtituatur, an litis æſtimatio oblata *r* alienationem pariat? Et magis eſt, vt pariat: hæc enim alienatio non ſponte tutorum fuit.

3 ¶ Idémque erit dicendum, & ſi fundus petitus ſit qui pupilli fuit, & contra pupillum pronuntiatum, tutoréſque reſtituerunt; nam & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ *ſ* auctoritatem.

4 ¶ Si ius ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν *t* habeat pupillus? videamus, an diſtrahi hoc à tutoribus poſſit? Et magis eſt, non poſſe *u*, quamuis ius *x* prædij potius ſit.

5 ¶ Nec vſusfructus alienari poteſt, etſi ſolus fuit vſusfructus pupilli.

¶ An ergo hic nec non vtendo amittatur, ſi tutor cauſam præbuerit huius rei? Et manifeſtum eſt, reſtaurari debere.

¶ Sed ſi proprietatem habeat pupillus, non poteſt vſumfructum, vel vſum alienare, quamuis oratio nihil de vſufructu loquatur.

¶ Simili modo dici poteſt, nec ſeruitutem imponi poſſe fundo pupilli vel adoleſcentis, nec ſeruitutem remitti.

¶ Quod & in fundo dotali *y* placuit.

6 ¶ Si lapidicinas, vel quæ alia metalla *z* pupillus habuit ſtypteriæ *a*, vel cuius alterius materiæ, vel ſi cretifodinas, argentifodinas, vel quid aliud huic ſimile.

4. *Paulus* "libro ſingulari ad orationem Diui Seueri."

QVod tamen priuatis licet poſſidere.

1. De Salinis. 2. De fundo bona fide empto à pupillo. 3. Vel ei pignorato vel ex cauſa damni infecti poſſeſſo. 4. De legato & fideicommiſſo. 5. Si pupillus promiſerit. 6. aut ſtipulanti. 7. vel venditori ſucceſſerit. 8. De repudiatione legati. 9. De ære alieno. 14. Si æs alienum nullum ſit. 15. De obreptione. 16. De prædiis communibus pro diuiſo vel indiuiſo.

5. *Vlpianus* ‖ libro 36. ad Edictum. ‖

MAgis puto ex ſententia orationis impediri alienationem.

1 ¶ Sed

a Ex culpa dolo proxima heres obligatur.
b *l. 2. in f. C. de diuid. tut.*
c *l. 46. §. 6. ff. de admin. tut.*
d *d. l. 4. C. eod.*
e *l. 5. §. 1. ff. de admin. tut.*
f *v. l. 4. ff. eod. l. 2. C. eodem.*
g Excuſari negligentia eius non poteſt, qui omnia omiſit.
h Fideiuſſoris loco habetur magiſtratus, qui ſua negligentia non exegit ſatiſdationem quam exigere debuit.
i *l. 1. §. 11. ſuprà eodem.*
k Heredis iuſtior eſt excuſatio quam defuncti.
l Magiſtratus, ratione doli, in ſolidum; culpæ pro virili tenentur. *Bal.*
m *l. 3. in fin. C. eod. l. 45. ff. de admin. tutor.*
n Vſuræ poſſunt à magiſtratibus exigi, eo modo quo à tutoribus quando conueniuntur actione tutelæ.
o Vſuræ pœnarum non debentur: nam ſi deberentur, vſura vſuræ eſſet: cum nihil aliud ſit vſura quàm pœna non ſoluentis. dixi ad *l. 1. C. de fiſcalibus vſuris lib. 10.*
p Vſuræ pœnarum non debentur.
q prædiis, 5. C. 71. & dominio & ſeruitutibus, & Emphyteuſi, *v. l. 16. C. eodem.*
r 37. *Ecl. 9.* Alienationis verbo intelligitur venditio, commutatio, tranſactio, datio in ſolutum, cautio reddendæ rei donatæ, diuiſio, vſucapio, longa poſſeſſio, donatio.
ſ id eſt, pignori obligandis. Cornutus in illum locum: Me tibi ſuppoſui. tanquam aliquod pignus, inquit, *Cuiac. hic.*
t *l. 2. C. de curat. furioſi, l. 9. in fin. C. hoc tit.*
u *l. 22. C. de admin. tutor.*
x anno vrbis 944.
y *Syn. Baſil. 37. tit. 11. ex tit. 8. cap. 1. 5. Harm. 11. §. 48.*
z An idem in executoribus teſtamẽtariis? ſic putat Bartolus tutor enim & executor comparantur.
a *l. 3. C. quand. decreto opus.*
b *l. 3. §. 9. §. 13. ff. eodem.*
c *l. 5. §. 10. infrà eodem.* d *dict. §. 10.* e *dict. l. 5. §. penultim. infrà eodem.*
f *d. §. pen. l. 5. C. eod. l. 55. in fin. ff. de admin. tutor.*
g *l. 8. in fin. ff. eod. l. 17. C. eod.*
h vide *l. 2. C. ſi aduerſus venditionem pignoris.* quid ſi ab ipſo pupillo, vide *l. 7. §. 1. ff. eodem.*
i Teſtator cauere teſtamento poteſt, vt res eius diſtrahantur.

a hinc collige, Mercatorum etiam in filiis, ſi fortè res paternas vendere voluerint, requiri decretum in his quæ poſſunt ſeruando ſeruari. *Bald.*
b *al.* venditione.
c Voluntas non ſemper eadem in teſtatore præſumitur. Non ſi res venales teſtator ſuperſtes habuit, ideo venales eas poſt mortẽ habere velle cenſendus eſt. A teſtatoris vſu plerunque recedimus. cur ita? fauore pupilli.
d Non omnis voluntas patris, eſt teſtamentum. *Bal.*
e in hoc caſu: licèt in aliis talis conuentio licita ſit, *l. 13. §. 8. ff. de act. empt.*
f quæſitum eſt autem per emptionem.
g atque ita valere contractus emptionis poteſt, non tamen valere pactum in eo appoſitum. *Bald.*
h Pignori res ipſi venditori vt ab eo empta eſt, dari ſtatim poteſt. ſic vt quo momento rei dominium adquiſitum eſt, eodem & in re ipſa pignus ab initio poſſit contrahi: cum dominio pignus conſtitui, & ab initio obligatio pignoris inhærere poteſt, vt hic. An & in minore id verum eſt? non verum ſtricto iure, ipſo iure: ſed ſi imperiali beneficio pignus confirmatum ſit.
i Tacitè fiſco obligata ſunt bona maioris, qui à fiſco comparauit; *l. 2. l. 3. C. de priuileg. fiſci.* ſecus in minore, vt hic: *l. 2. C. in quib. cauſ. pig. tacitè.*
k *l. 2. Cod. quando decreto opus non eſt.*
l Confirmatio namque inualidum validum facit.
m *l. 7. ff. qui potiores.*
n *l. 1. C. eod.*
o *l. 26. ff. de pign. act.*
p vt dominiũ præcedat iuberi, &c. Græcè ἐπὶ τῷ δεσπόσαι. *v. Cuiac. 7. obſeru. 23.*
q Miſſio ex ſecundo decreto transfert dominium: vide quæ notaui ad *l. 5. ff. de damno.*
r & ad æs ſoluendam coacto per iudicem poſſeſſore.
ſ Propter authoritatem rei iudicatæ, & per ſententiam transfertur dominium. *Bart.*
t Ius ἐμφυτευτικὸν, ius prædij eſt, quod & ἐμβατευτικὸν: vtrumque perpetuarium: quinimo temporarium eſſe poteſt, *l. vlt. ff. ſi ager vectigalis*, videlicet ſi non ad modicum tempus prædia fruenda tradantur. *Cuiac. inſtit. de locat.* ἐμβατευτικὸν dicitur ἐκ τοῦ ἐμβατεύειν, quòd creditor ius ingrediendi in bona pignorata habeat. *Alciat. 1. Parerg. 36.*
u Pupilli proprietatem, vel vtile dominium tutor alienare non poteſt.
x Ius prædij non eſt prædium. & ſic ius prædij differt ab ipſo prædio vrbano vel ruſtico.
y *l. 5. 6. 7. ſuprà de fundo dotali.*
z id eſt lapides, cretas, arenas. Metallorum nomine lapides etiam intelliguntur: vt & apud Spartianum in ſtatuam Nigri ex Thebaïco lapide factam: Nigrum nomen habet, nigrum formauimus ipſi: vt conuenirent forma metalla ſibi. *Cuiac. 15. obſer. 21. in fin.* adde *l. 9. §. 2. 3. l. 13. §. 5. ff. de vſufr.* facit titulus *C. de metallariis*, ſub quo tractatur de ſaxis & lapidibus. Ita metallum dicetur quidquid erutum ex terra ſic ſulphur viuax metallum. *Apul. 9. de Aſino.*
a id eſt, aluminis, παρὰ τὸ ςύφειν, quod potentiſſimè adſtringit.

1 ¶ Sed & ſi ſalinas *a* habeat pupillus, idem erit dicendum.

2 ¶ Si pupillus alienum fundum bona fide emptum poſſideat *b*, dicendum puto, nec hunc alienare tutores poſſe, ea enim, qua quaſi pupillaris vero *c* diſtractus eſt, venditio valet *d*.

3 ¶ Si fundus pupillo pignoratus *e* ſit, an vendere tutores *f*? hunc enim quaſi debitoris, hoc eſt alienum, vendunt, ſi tamen impetrauerat pupillus vel pater eius, vt iure dominij *g* poſſideant, conſequens erit dicere non poſſe diſtrahi, quaſi prædium pupillare.

¶ Idemque & ſi fuerit ex cauſa damni infecti iuſſus poſſidere.

4 ¶ Si fundus legatus, vel per fideicommiſſum fuerit relictus Seio à pupillo herede inſtituto: an tutores reſtituere hunc fundum poſſint ſine auctoritate prætoris? Et putem, ſi quidem rem ſuam legauit, ceſſare orationem: ſin *h* vero de re pupilli, dicendum erit, locum eſſe orationi, nec inconſulto prætore poſſe alienare.

5 ¶ Si pupillus ſtipulanti ſpoponderit, an ſoluere *i* poſſit ſine prætoris auctoritate? Et magis eſt, ne poſſit, alioquin inuenta erit alienandi ratio *k*.

6 ¶ Sed ſi pater ſtipulanti fundum ſpoponderit, ſucceſſeritque *l* pupillus in ſtipulatum: fortius dicetur, ſine prætoris auctoritate poſſe eum reddere.

¶ Idémque & ſi iure hereditario alij ſucceſſerit, qui erat obligatus.

7 ¶ Eadem ratione & ſi parens fundum vendidit, vel quis alius cui pupillus ſucceſſerit, poteſt dici pupillum cætera *m* venditionis *n* inconſulto prætore poſſe perficere.

8 ¶ Fundum autem legatum repudiare pupillus ſine prætoris auctoritate non poteſt: eſſe *o* enim & hanc alienationem, cùm res ſit pupilli, nemo dubitat.

9 ¶ Non paſſim *p* tutoribus ſub obtentu æris alieni permitti debuit *q* venditio, namque non eſſe viam eis diſtractionis tributam *r*, & ideo prætori arbitrium huius rei ſenatus dedit. Cuius officio in primis hoc conuenit excutere, an aliunde poſſit pecunia ad extenuandum æs *ſ* alienum expediri, quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat vel in numerato, vel in nominibus, quæ conueniri poſſunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum ſpe *t* atque obuentionum.

¶ Item requirat, num aliæ res ſint præter *u* prædia, quæ diſtrahi poſſunt, ex quorum pretio æri alieno ſatisfieri poſſit. Si igitur deprehenderit non poſſe aliunde exſolui quàm ex prædiorum diſtractione, tunc *x* permittet diſtrahi, ſi modo vrgeat *y* creditor, aut vſurarum modus parendum æri alieno ſuadeat.

10 ¶ Idem Prætor æſtimare *z* debebit, vtrùm vendere potius, an obligare permittat. necnon illud vigilanter obſeruare, ne plus *a* accipiatur ſub obligatione prædiorum fœnoris, quàm "quod" opus ſit ad ſoluendum æs alienum, aut diſtrahendum arbitrabitur, ne propter modicum æs alienum magna poſſeſſio diſtrahatur, ſed ſi ſit alia poſſeſſio minor vel minùs vtilior pupillo: magis eam iubere diſtrahi, quàm maiorem & vtiliorem *b*.

11 ¶ In primis igitur, quotiens deſideratur ab eo vt remittat diſtrahi, requirere *c* debet ‖ eum qui ſe inſtruat de fortunis pupilli, nec *d* nimium tutoribus vel curatoribus credere, qui nonnunquam lucri *e* ſui gratia adſeuerare prætori ſolent, neceſſe eſſe diſtrahi poſſeſſiones, vel obligari. Requirat ergo neceſſarios *f* pupilli vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium qui notitiam rerum pupillarium habet: aut ſi nemo inueniatur, aut ſuſpecti ſint qui inueniuntur, iubere debet edi rationes: itémque Synopſin *g* bonorum pupillarium, aduocatúmque *h* pupillo dare, qui inſtruere *i* poſſit prætoris religionem, an adſentire venditioni vel obligationi debeat.

12 ¶ Illud quæri poteſt, ſi prætor aditus permiſerit

a v. quæ notaui ad *l. 8. §. 8. infra de pœnis.*
b habet eo nomine Publicianam, *l. 1. ſupr. de Publiciana*: non tantum nudam poſſeſſionē.
c verò, i. verè, vel vero pretio.
d poſſe etenim, ſi quaſi pupillaris diſtractus eſt, venditio non valet. *Vulg. & Hal.* vel ſic: Ea enim (qua quaſi pupillaris vero pretio diſtractus eſt) venditio valet.
e Pignus pupilli tutor ſine decreto alienare poteſt *vt hic.* quia pignus pupilli non eſt rei pupilli. Pignoris poſſeſſio ſola tranſit in creditorem, non *d. l.* commiſſoria, *l. cum & ſortis. 35. §. vlt. ʃ. de pign. act.*
f tutores poſſint *Hal.*
g *l. vlt. C. de iure dominij.*
h Quando teſtator legat rem heredis non tranſit dominium in legatarium recta via. *Bald.*
i Alienat qui ſoluit.
k adde *l. 3. ſupr. de Senatuſc. Maced.*
l *l. 1. C. quando decreto opus non eſt.*
m hic notat Baldus, diſtinctionem, *cætera*, comprehendere ea quæ ad perfectionem contractus pertinent.
n an id quod venditorem facere & præſtare oportet? (quo ſenſu cætera cognitionis dicimus. *l. 29. ʃ. de minor.* omnia quæ ad cauſam pertinent,) an generalem hypothecam intelligemus, quo modo dicimus, cætera bona pignori dari, *l. 2. ſupr. qui potio. l. 1. ſupr de diſtract. pign.* vt ſi ſenſus, pupillum ea generaliter obligare poſſe, quæ eius auctor alienare iuſſerit.
o Alienat, qui repudiat.
p v. in hanc l. Rolandum à Valle 2. *conſ. 33.*
q *al.* debet, *vel* debebit. r dicendum eſt ſc. ſ *l. 1. §. 2. verſ. ſupr. eod.* adde *l. 16. §. 2. ʃ. de re iudicata.* t Hæc venditio eſt fructuum futurorum venditio. u *l. 16. C. eod.* x Decreti interpoſitio in venditionibus rerum pupillarium eſt futuræ venditionis permiſſio: quæ ordine præcedere ipſam venditionem debet.
y Res pupilli immobiles non alias vendi poſſunt; quàm ſi creditor vrgeat, vel diſpendium ſit in mora, *l. vlt. C. eod.*
z *l. 1. §. 2. ſupr. eod.*
a Neceſſitatis ex modo vendendi obligandique poteſtas menſuranda eſt. *Bald.* vt ne vnius nummi aut viliſſimi debiti prætextu res pretioſas & magno numero vendamus.
b adde *l. 7. §. 8. ſupr de minorib.*
c inquirere facti veritatem à peritis iudex debet.
d Iudex non debet eſſe nimis credulus.
e Mentitur enim facilè quis propter lucrum ſuum. *Bald.*
f adde *l. 5. §. 1. ʃ. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.*
g Synopſis hic, breuis eſt deſcriptio bonorum pupillarium, de hac voce v. Cuiacium 8. *obſ.* 1. Robertum 3. *Animad.* 14. Ant. Mercatorem 2. *not.* 14.
h *l. 9. §. 5. ʃ. de off. proconſ. l. 1. §. 4. ʃ. de poſtulando.* Baldus hic notat, vſitatum in Francia eſſe, vt inopi aduerſus Regem litigaturo, Rex ipſe aduocatum miniſtret.
i Aduocatorum vtilitas ex his ſatis intelligitur, adde *l. 22. ʃ. de teſtib.*

diſtrahi poſſeſſionem prouincialem *a*, an valeat quod fecit? Et putem valere *b*, ſi modo tutela Romæ agebatur, & hi tutores eam quoque adminiſtrationem ſubierant *c*.

13 ¶ Ne tamen titulo tenus tutores ære alieno allegato pecunia abutantur, quam mutuam acceperunt, oportebit prætorem curare vt pecunia accepta creditoribus ſoluatur, & de hoc decernere, dareque viatorem qui ei renuntiet *d*, pecuniam iſtam ad hoc conuerſam, propter quod deſiderata eſt alienatio vel obligatio.

14 ¶ Si æs alienum non interueniat, tutores tamen allegent expedire hæc prædia vendere, & ‖ vel ‖ alia comparare *e* vel certè iſtis carere: videndum eſt an prætor eis debeat permittere? Et magis eſt ne poſſit *f*. prætori enim non liberum arbitrium datum eſt diſtrahendi res pupillares, ſed ita demum, ſi æs alienum immineat, proinde & ſi permiſerit, ære alieno non allegato, conſequenter dicemus nullam eſſe venditionem, nullúmque decretum: non enim paſſim diſtrahi iubere prætori tributum eſt, ſed ita demum ſi vrgeat æs alienum.

15 ¶ Manet actio pupillo, ſi poſtea poterit probari, obreptum *g* eſſe prætori, ſed videndum eſt vtrùm in rem, an in perſonam dabimus ei actionem, & magis eſt, vt in rem detur, non ‖ tantum ‖ in perſonam aduerſus tutores ſiue curatores.

16 ¶ Communia *h* prædia accipere debemus, ſi pro indiuiſo communia ſint. cæterùm ſi pro diuiſo *i* communia ſint, ceſſante oratione decreto locus erit.

Si alius proprietatem fundi, alius vſumfructum habeat.

6. *Idem* ‖ lib. 2. de omnibus tribunalibus.

SEd ſi fortè alius proprietatem fundi habeat, alius vſumfructum, magis eſt vt ceſſet hæc pars orationis quæ de diuiſione loquitur, nulla enim communio *k* eſt.

De prædiis communibus pupillorum. 1. De pignore diſtrahendo à creditore pupilli. 2. De parente tutore. 3. De tutore qui aliud fecit, quàm quod decretum eſt. 4. De decreto alternato. 5. Si res ſine decreto obligetur.

7. *Idem* ‖ libro 35. ad Edictum. ‖

SI pupillorum *l* ſint communia prædia, qui diuerſos tutores habent, videamus an alienatio locum habere poſſit, & cùm prouocatio neceſſaria ſit, puto alienationem *m* impediri *n*. neuter enim poterit prouocare *o*, ſed ambo prouocationem expectare.

¶ Item ſi eoſdem tutores habeant, multo magis *p* quis impeditam alienationem dicet.

1 ¶ Si pupillus dedit pignori ‖ ex ‖ permiſſu Prætoris, nonnulla erit dubitatio, an alienatio poſſit impediri? Sed dicendum eſt poſſe *q* creditorem ius ſuum exequi: tutiùs *r* tamen fecerit, ſi priùs Prætorem adierit.

2 ¶ Si pater vel parens tutor ſit alicui ex liberis, an Prætor adeundus ſit, ſi obligare velit? Et magis eſt, vt debeat *ſ*: pronior tamen eſſe debet Prætor ad conſentiendum patri *t*.

3 ¶ Si prætor tutoribus permiſerit vendere, illi obligauerint: vel contrà: an valeat quod actum eſt? Et * mea fert opinio, eum qui aliud *u* fecit quàm quod à Prætore decretum eſt, nihil egiſſe *x*.

4 ¶ Quid ergo ſi prætor ita decreuit *vendere obligaréve permitto*? an poſſit liberum arbitrium habere, qui faciat *y*? Et magis eſt vt poſſit: dummodò ſciamus prætorem non rectè partibus ſuis functum *z*. debuit enim ipſe ſtatuere, & eligere, vtrùm magis obligare, an vendere permittat.

5 ¶ Si obligauit rem tutor ſine decreto, quamuis obligatio non valeat, eſt tamen exceptioni *a* doli locus: ſed tunc cùm tutor acceptam mutuam pecuniam ei ſoluerit, qui *b* ſub pignore erat creditor.

6 ¶ Idem videndum eſt, an & obligare ei rem poſſit? Et dicendum eſt ſi eandem ſortem acceperit, nec grauioribus vſuris, valere obligationem, vt ius prioris *c* creditoris ad ſequentem *d* tranſeat.

De protutore & curatore. 1. De curatoribus. 2. An obligari communia poſſint.

8. *Idem* ‖ lib. 2. de omnibus tribunalibus. ‖

QVi neque tutores *e* ſunt ipſo iure, neque curatores, ſed pro tutore negotia gerunt, vel pro curatore, eos non poſſe diſtrahere res pupillorum, vel adoleſcentium, nulla dubitatio eſt.

1 ¶ Sed ſi curator ſit furioſi *f*, vel cuius alterius non adoleſcentis, videndum eſt vtrùm iure veteri valebit

a Decretum poteſt interponi de re alibi exiſtente.
b Iuriſdictio voluntaria, perſonæ ratione, vim ſuam extendit ad res extra territorium iudicij ſitas. *Bald.*
c tutius eſt tamen ab vtroque iudice decretum interponi, *l. 50. §. 1. ſupr. de excuſ. tut.* v. quæ notaui ad *l. vlt. ʃ. de iuriſ. l. 16. C. de prædiis minorum.*
d Creditur viatori ſeu nuntio publico & iurato, quoties rem exequitur ſecundùm naturam officij ſui, & in modicis. *Baldus.*
e Permutandi facultatem tutori prætor tribuere non debet, *v. l. 4. C. eod.*
f *l. 12. 18. C. eod.*
g ¶ *l. 1. §. 2. verſ. 2. ſup. eod. l. 55. in fin. ſupr. de adm. tut.* Ex decreto obreptitio non transfertur dominium. *Bald.*
h *v. l. 7. ʃ. eod.*
i Partes vbi diſcretæ ſunt, ibi non eſt communio.
k Vbi non eſt communio, ibi diuiſio. *Bart.*
l adde *l. vlt. C. de fundo dotali: l. 17. C. hoc tit. l. 13. l. 17. ſupra comm. diuid.*
m Diuidens alienat.
n quid ſi euidens ſit vtilitas vtriuſque pupilli? diuiſionem valere aiunt interpretes, arg. *l. 14. in fin. ſupr. pro ſocio: l. vlt. ſupr. de iure dotium: l. 20. ſupr. de auctor. tutor.*
o i. alter ex pupillis alterum prouocare ad diuiſionem non poteſt. v. tamen Socinum *reg. 329.*
p Cur ita? vide *l. 42. §. 6. ſupra de proc.*
q facit *l. 16. ſupr. de pignor.*
r vide *l. 3. Cod. de pign.*
ſ *l. 3. C. eod.*
t amare enim liberos præſumitur: de qua præſumptione v. Alciatum 1. *præſumpt.* 1.
u etiam minus quàm eſt permiſſum. Aliud faciens quam permiſſum ſit, nihil egiſſe intelligitur.
x A forma decreti non eſt recedendum, eſt enim ſtricti iuris, nec extenditur ad ſimilia, vel minora: *Bald.* adde *l. 8. §. 13. ſupr. quib. mod. pign. ſolu.*

vide quæ notaui ad *l. 21. ʃ. de reg. iuris.* y Quid faciat? *Hal.* z Cur? decretum iudicis alternatiuum eſſe non debet.
a *l. 14. C. eodem.* b *v. l. 16. ſupra de pignor.* c qui ſatisfieri ſibi deſideret.
d ſecundùm creditorem.
e *l. 4. in fin. C. de curat. furioſi.*
f *l. 11. in fin. infra eod. l. 2. C. de curat. furioſ.*

venditio.

venditio, an hanc orationem admittemus, & puto, quia de pupillis princeps loquitur, & coniunctim tutoribus curatores accipiunt *a*, pertinere: & *b* de cæteris puto ex ſententia orationis idem eſſe dicendum.

2 ¶ An obligari communia poſſint, quæritur, ſed non puto, ſine decreto obliganda *c*. nam quod excepit oratio, ad hoc tantùm pertinet, vt perimatur communio *d*, non vt augeatur difficultas communionis.

Si præſidis ſucceſſor fraudem & dolum deprehenderit.

9. *Idem* ‖ libro 5. Opinionum. ‖

QVamuis anteceſſor præſidis decreuiſſet ea prædia venundari, quæ tutor pupilli ſubiecto *e* nomine alterius emptoris ipſe ſibi comparabat: tamen ſi fraudem & dolum contra ſenatuſconſulti auctoritatem, & fidem tutori commiſſam deprehendiſſet ſucceſſor *f* eius: æſtimabit quatenus tam callidum commentum etiam in exemplum *g* coërcere debeat.

De litis æſtimatione.

10. ‖ *Idem* "libro 6. Opinionum."

ILlicitè *h* poſt ſenatuſconſultum pupilli vel adoleſcentis prędio venundato, ſi eo nomine apud iudicem tutelæ, vel vtilis actionis æſtimatio facta eſt, eáque ſoluta, vindicatio prædij ex æquitate *i* inhibetur *k*.

De cauſæ cognitione, cùm curatores diſtrahere volunt.

11. *Idem* ‖ lib. 3. de Officio Proconſulis. ‖

SI prædia minoris vigintiquinque annis diſtrahi deſiderentur, cauſa cognita † præſes *l* prouinciæ debet id permittere.

¶ Idem ſeruari oportet, & ſi furioſi *m* vel prodigi, vel cuiuſcunque alterius prædia curatores velint diſtrahere.

Si tutor in locum creditoris ſucceſſerit.

12. *Marcianus* " libro ſingulari ad formulam Hypothecariam."

NOn † fit contra ſenatuſconſultum, ſi cuius tutor creditori patris pupilli exſoluit, vt eius loco ſuccedat.

De fundo infructuoſo. 2. Si tutor errore lapſus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus ſoluerit.

13. *Paulus* " libro ſingulari ad orationem Diui Seueri."

SI fundus ſit ſterilis *n*, vel ſaxoſus, vel peſtilens *o*, videndum eſt an alienare eum non poſſit? Et Imperator Antoninus & Diuus pater eius in hæc verba reſcripſerunt: Quod alienaſtis infructuoſum *p* eſſe fundum quem vendere vultis, mouere nos non poteſt: cùm vtique pro *q* fructuum modo pretium inuenturus ſit.

¶ Quanquam autem neque diſtrahere, neque obligare tutor pupillare prædium poſſit: attamen Papinianus libro 5. Reſponſorum ait, "tutorem pupilli ſine decreto prætoris non iure diſtrahere, ſi tamē (inquit)" errore lapſus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus *r* paternis pueri *ſ* ſoluerit, quandoque domino prædium cum fructibus vindicanti, doli non inutiliter opponitur *t* exceptio, pretium ac medij temporis vſuras quæ creditoribus debentur, non offerenti, ſi ex ceteris eius facultatibus æs alienum ſolui non poterit. Ego autem notaui: Et ſi ſolui potuerit, ſi tamen illæ res ſaluæ erunt, ex quarum pretio æri alieno ſatisfieri potuit, dicendum eſt, adhuc doli exceptionem obſtare, ſi lucrum captet pupillus ex damno alieno.

De teſtamento irrito.

14. *Idem* "libro 9. Reſponſorum."

PAulus reſpondit, etſi teſtamentum patris poſtea irritum eſſe apparuit, tamen tutores *u* pupilli, ſiue curatores filij nihil contra orationem Diuorum principum feciſſe videri, ſi ſecundùm voluntatem defuncti teſtamento ſcriptam prædium ruſticum pupillare vendiderint *x*.

a accipiuntur. *Hal.* b adde *l.34. in fin. ſ. de contr. empt.* c *l.17. C. eod.* d *l.1. §.2. verſ. vl. ſupr. eod.* e *l.2. C. eod.* f *l.26. ſup. de teſt. tut.* g adde *l.38. §.4. j. de pœnis.*

h Illicitè quod hic dicitur venundatum prædium, eſtne prædium venditum non adhibitis ſolennitatibus iuris? An potius prædium venditum proprio nomine? Bartolus in *l. cùm vir. infr. de vſucap.* hoc poſtremum non admittit: cùm hic titulus ſit de alienationibus quæ per tutores fiunt: at non de his quas tutor facit proprio nomine, ideóque in dubia quæſtione hunc caſum ſuam ad rubricam referendum eſſe *l. Imp. 16. ſupr. de in diem addict.* Præterea vt ſe tutor hic obligauerit proprio nomine, in factum tamen conſenſit: quod præſumi non ſolet, niſi probetur, *l. in bello 12. §. facti. 2. j. de captiuis.* ad hæc ſi nomine proprio hic vendidiſſet tutor, ſtricto iure repeteretur, & tamen dicitur hic repetitionem ex æquitate inhiberi, *infr. eod. l. vindicantem, 17. ſ. de euict.* Ex æquitate, inquam, quòd hæc negatiua promiſſio, *Non contraueniendi,* tacitè videatur omnib. contractibus ineſſe, fraudibus alioqui viam patefieri: vnde notant interpretes, *Rati* clauſulam in mandatis ſuperuacuam eſſe, quòd mandator mandatū ratū habere teneatur. Addit Bartolus ſuperiorē ſententiā reprobari lege *ſi ſeruo. 20. j. qui & à quibus manumiſſ.* Poſtremò maiorem dubitationem in hac interpretatione eſſe: quoniam ſi tutor ſe hic obligaſſet nomine proprio, indubius caſus fieret.

DE CVRATORIBVS *y* FVRIOSO ET aliis *z* extra minores dandis *a*.

i Igitur non ſtricto iure: vt hinc colligas in hac facti ſpecie: "Tutorem ſe non obligaſſe proprio nomine, ſed vt tutorem non ſeruatis ſolemnibus vendidiſſe. k *l.6. l.18. C. eod. v. l.9. ſ. de offic. procons.* Cui inhibetur? An pupillo? An tutori. Cur inhibetur? An quia ſine ſolennitatibus vendidit? An quia pretium recepit? † nec enim tam aſperè tractandum eſt ius prohibitæ alienationis prædiorum pupillarium vt & ſoluta æſtimatione à tutore, in emptorem pupillus ſummo iure experiatur. Cuiac. ad *l.14. in fin. ſ. quod metus cauſa.* l vel proconſul, vt docet hæc inſcriptio. m *l.8. §.1. ſ. eod.* † hodie fieret contra conſtitutionem Iuſtiniani *Nou.72. in pr.* n Agrorum vitioſorum alij ſteriles, alij ſaxoſi, alij peſtilentes. o De peſtilenti fundo *v. l.4. C. de ædil. act.* p Infructuoſos Eccleſiæ fundos ſine decreto vendi non poſſe hinc colligit Cuiac. *Nou.7.* q Valor rei ex eius reditu intelligitur. adde *l.92. j. de leg. 1.* r *l.14. C. eod.* ſ Pupilli. t hinc colligit Bartolus in *l.8. ſ. de tranſ.* minores (& Eccleſiam) interdum res ſuas diſtrahere poſſe, etiam ſine decreto. u id Bal. extendit ad executores datos codicillis. x hinc colligit Baldus, Teſtamentum irritum probare voluntatem defuncti. Voluntas teſtatoris, tutorem vendentem excuſat: etſi voluntas illa teſtatoris fiat irrita; Ita, quod nullum eſt, interdum impedimentum adfert contra iuris regulam *c.50. de reg. iur. in 6.* y *§.1. Inſt. 23. Vlp. 12.* z Vt prodigo *5. C. 70.* muto, ſurdo, *l.10. C. de teſt.* a talis eſt prodigus, demens, fatuus, mutus, ſurdus, venter (vide *l.8. j. eo.*) laborans

TIT. X.

De prodigo & furioſo.

Vlpianus " libro 1. ad Sabinum."

LEge *a* 12. tabularum prodigo *b* interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio, quod moribus *c* quidem ab initio introductum eſt. Sed ſolent hodie prętores vel præſides, ſi talem hominem inuenerint, qui *d* neque tempus, neque finem *e* expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando *f* profudit, curatorem ei dare exemplo furioſi *g*. & tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furioſus ſanitatem, vel ille *h* ſanos mores receperit. quod ſi euenerit, ipſo iure *i* deſinunt eſſe in poteſtate curatorum.

1 ¶ Curatio autem eius *k* cui bonis interdicitur, filio negabatur permittenda. Sed extat Diui Pij reſcriptum, filio *l* potius curationem permittendam in patre furioſo, ſi tam probus ſit.

" *De his qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt.*

2. *Paulus* "libro primo de officio Proconſulis."

SEd & aliis dabit proconſul curatores, qui *m* rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt: vel dari iubebit: nec dubitabit filium quoque patri *n* curatorem dari.

De curatore bonis dando.

3. *Vlpianus* " libro 31. ad Sabinum."

DVm deliberant *o* heredes inſtituti adire *p*, bonis à prætore curator datur *q*.

De furioſa.

4. *Idem* " libro 38. ad Sabinum."

FVrioſæ matris *r* curatio ad filium *ſ* pertinet. pietas enim parentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua *t* debebitur.

Si bona claræ perſonæ venire debeant.

5. " *Gaius* libro nono ad Edictum Prouinciale."

CVrator ex ſenatuſconſulto conſtituitur, cùm clara *u* perſona (veluti ſenatoris, vel vxoris eius) in ea cauſa ſit, vt eius bona *x* venire debeant. nam, vt honeſtius ex bonis eius, quantum poteſt, creditoribus ſolueretur *y*, curator conſtituitur, diſtrahendorum bonorum gratia, vel à prætore *z*, vel in prouinciis à præſide.

De cauſæ cognitione.

6. *Vlpianus* "libro 1. de omnibus tribunalibus."

OBſeruare *a* prætorem oportebit ne cui temerè citra cauſæ cognitionem pleniſſimum *b* curatorem det. quoniam plerique vel furorem, vel dementiam fingunt *c*, quò magis curatore accepto onera *d* ciuilia detrectent.

De patrimonio, corpore ac ſalute furioſi. 1. De alienatione facta à curatore qui non cauit. 2. De exceptione rei iudicatæ. 3. an vni ex curatoribus rectè ſoluatur: & an vnus rem furioſi alienare poſſit.

7. *Iulianus* " libro 21. Digeſtorum."

COnſilio *e* & opera *f* curatoris tueri *g* debet non ſolum patrimonium, ſed & corpus, ac ſalus *h* furioſi.

1 ¶ Curator dementi datus, decreto interpoſito, vti ſatiſdaret, non cauit *i*. & tamen quaſdam res de bonis eius legitimo modo alienauit: ſi heredes dementis eaſdem res vindicent, quas curator alienauit, & exceptio opponetur *ſi non curator vendiderit*: replicatio dari debet, *aut ſi ſatiſdatione interpoſita ſecundum decretum vendiderit*. quod ſi pretio accepto curator creditores furioſi dimiſit *k*, triplicatio doli tutos poſſeſſores prèſtabit.

2 ¶ Cùm dementis curatorem, quia ſatis *l* non dederat, & res male adminiſtraret, proconſul remouerit à bonis: aliúmque loco eius ſubſtituerit curatorem, & hic poſterior, cùm nec ipſe ſatisdediſſet, egerit cum remoto negotiorum geſtorum, poſteáque heredes dementis cum eodem negotiorum geſtorum agant, &

morbo perpetuo: *§.4. Inſt. eod.* Bonis abſentis non defenſi datur etiam curator, *C. de curatore bonis dando.* vt & generaliter omnib. qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, *v. Cuiac. hic.*

a *Vlp. tit. 12. §.2. & §. 4.* b *l.1. C. eod. l.12. §.2. ſupr. de tutor. dat.* *Cic. de Senectute.* c *Vlp. 11. §.2.* noſtro more. *Cic. ibi.* v. quæ notaui ad *l.1 ſ. de don. inter virum.* d Prodigus neque tempus neque finem habet expenſarum, adde *Ariſt. 4. Ethic. 1.* Sic largiti[...] fundum non habe[...] *Cic. 1. de offic.* [...] Prodigus à prodi[...]gendo, i. con[...]mendo. *Feſtus* [...] *digere.* e non habet f[...] dum peccat [...] δόσ[...], ſicut au[...] ἐν τῇ λήψ[...] [...]iac. ad *l.6.* [...] *oblig.* f diſperdendo [...]que ſua nequiti[...] liberos ad eg[...]tem perducend[...] formulam in[...]cendi prodigo[...] apud Paulum *ſent §.4. §.7.* g Scripſi ad[...] XII. Tabularum *tit. de tutelis.* *Cic. 2. de inu[...] ne, & 3. Tuſ[...] Vlp. 3. l. 7. C. [...] furioſi l. 27. [...] autem. C. de [...] aud.* vt merit[...] quæri poſſit [...] quemadmodum[...] ter furioſo [...]tuere poteſt, [...] *Inſt. de pupill.* poſſit & prodig[...] *l.16. §.1. j. eod.* h prodigus. i i. quando [...]tum eſt, eos [...] furere amp[...] que prodigos [...] *Bald.* k i. patris f[...]ſi. l ¶ *l.3. C. eod.* m *§.4. Inſt. eo.* n Filius patri [...]rioſo curator [...] poteſt, *vt hic.* [...] *1. ſ. eo. l.4. j. eo.* [...] *§.1. ſ. de tut. [...] dat.* adde *l.6[...] ſ. mandati. l.[...]* *eod.* quinimo nec impunè furioſum parentem negligit *Nouell. 115. cap. 3. §.11.*

o *l.8. j. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.* p Hereditatem defuncti. q aut [...] publico defuncti domus obſignanda. r an & patris? ſic ſanè, *v. l.12. §.1.* [...] *tutor, & curator. & l.1. in fin. ſ. eod.* ſ *v l.2. in fin. ſ. eod.* t Si vere ſufficit, eóuſque hæc ratio eſt, cur non in nuptiis matris conſenſus ag[...] ac ipſius patris requiritur? u Clariſſimorum nomine ſenatores olim honora[...] vt & *l.100. j. de verb ſign. l.8. ſ. de ſenatorib. l.22. j. ad munic. l.10. C. de [...]* Lampridius *in Alex.* ac multis aliis *Clariſſimi* appellationem tributam eſſe ver[...] ſimile eſt, quàm ſenatoribus. Atque ita accipienda eſt clara dignitas, *l.23. ſ. quod met. cauſ.* clariſſimus vir, *l.52. §.2. ſup. de iudiciis, l.35. j. de leg. 3. l.16. §.1. j. de [...] quæ vt indig. l.12. j. de pub. iud. l.18. §.1. j. de iure fiſc.* Lampridius *in Alexandro* Præfectis Prætorio ſenatoriam addidit dignitatem, vt viri clariſſimi eſſent, & de[...] clarentur: eáque nullam quam conferret maiorem dignitatem dicebat ſe habere Hadrianus, teſte Spartiano. Poſtea præſidibus prouinciarum & aliis tributum, vt clariſſimi dicerentur, *v. Briſſ. 3. ſelect. 16.* x *v. l.4. C. de cur. bon. dando.* y *al.* ſoluatur. z in vrbe.
a Curator datur cauſa prius cognita.
b *al.* pleniſſimam: vt ad cognitionem referas.
c facit *l.13. §.1. in fin. l.14. ſ. de off. præf.* d facit *l.2. §.2. in fin. ſ. de his qui notant.* e animi. f corporis. g i. defendi, vt paſſiuè hanc vocem accipias. h quin & ipſi mores furioſi, *l.12. §.3. ſ. de adm. tut.* & ipſa ſecuritas ſpectanda, *l.14. ſup. de off. præſ.* i *v. §.2. j eod.* k *l.13. §.1. ſup. tit.* [...]
l *§.1. ſup. eod. l.1. l.3. l.5. C. de tutor. qui non ſatiſd.*

is exce

is exceptione rei iudicatæ inter ſe & curatorem vtatur, heredibus replicatio danda erit: *aut ſi is, qui egit, ſatiſdederat.*

¶ Sed an replicatio curatori profutura eſſet, iudex æſtimabit. Nam ſi curator ſequens pecuniam, quam ex condemnatione conſecutus fuerat, in rem furioſi vertiſſet, doli triplicatio obſtabit.

3 ¶ Quæſitum eſt, an alteri ex curatoribus furioſi rectè ſoluetur, vel an vnus rem furioſi alienare poſſit? Reſpondi, rectè ſolui *a*: eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furioſi legitimè mercaretur, vſucapturum, quia * ſolutio, venditio, traditio, facti *b* magis, quàm iuris ſunt: ideóque ſufficit vnius *c* ex curatoribus perſona: quia intelligitur alter conſentire: denique ſi præſens ſit & vetet ſolui, vetet venire, vel tradi: neque debitor liberabitur, neque emptor vſucapiet *d*.

De curatore bonorum ventris nomine.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 6. de officio proconſulis. ‖

BOnorum ventris *e* nomine curatorem dari oportet: eúmque rem ſaluam fore, viri boni arbitratu ſatiſdare proconſul iubet: ſed hoc ſi non ex inquiſitione detur. Nam ſi *f* ex inquiſitione, ceſſat ſatiſdatio.

De curatore bonis diſtrahendis dato.

9. *Neratius* ‖ lib. I. Membranarum. ‖

CVius bonis diſtrahendis curatores facere ſenatus permiſit, eius bona creditoribus vendere non permiſit: quamuis creditores poſt id beneficium bona vendere mallent: ſicut enim integra re poteſtas ipſorum eſt, vtrum velint eligendi: ita cùm alterum elegerint, altero *g* abſtinere debent.

¶ Multóque magis id ſeruari æquum eſt, ‖ ſi etiam ‖ factus eſt curator, per quem bona diſtraherentur: quamuis nondum explicato eo negotio deceſſerit. Nam *h* & tunc ex integro alius curator faciendus eſt, neque hæres prioris curatoris onerandus, cùm accidere poſſit vt negotio, vel propter ſexus, vel propter ętatis infirmitatem, vel propter dignitatem maiorem minorémve quã *i* in priore [à] curatore ſpectata erat, habilis non ſit: poſſint etiam plures hæredes ei exiſtere: neque ‖ aut ‖ per omnes *k* id negotium adminiſtrari expediat, aut quicquam dici poſſit, cur vnus aliquis ex his potiſſimum onerandus ſit.

De introductione bonorum. I. Si curator rem ſuam quaſi furioſi tradat, vel furioſi quaſi ſuam.

10. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

IVlianus ſcribit, eos quibus per prætorem bonis interdictum eſt, nihil *l* transferre poſſe ad aliquem, quia in bonis non habeant, cùm eis deminutio *m* ſit interdicta.

I ¶ Curator furioſi rem quidem ſuam quaſi furioſi *n* tradere poterit, & dominium transferre: rem verò furioſi, ſi quaſi ſuam tradat, dicendum vt non transferat dominium: quia non furioſi negotium gerens tradidit.

De pignore.

11. *Paulus* lib. 7. ad Plautium.

PIgnus à curatore furioſi datum valet, ſi vtilitate *o* furioſi exigente id fecit.

De rei dedicatione & alienatione.

12. *Marcellus* lib. I. Digeſtorum.

AB adgnato *p*, vel alio *q* curatore furioſi, rem furioſi dedicari *r* non poſſe conſtat: agnato enim furioſi non vſquequaque † competit rerum eius alienatio: ſed quatenus negotiorum exigit adminiſtratio.

Si legitimus curator inhabilis ſit.

13. *Gaius* lib. 3. ad Edictum Prouinciale.

a vni ſcilicet *l.* 14. §. 5. ꝫ. *de ſolut.*
b Contractus & diſtractus ſunt facti.
c *l.* 5. *C. de admin. tut. Vlp.* II. §. 26.
d vide Zaſ. 2. *Reſponſor.* 39. vbi latius expoſuit, quando actus legitimi ſunt facti vel iuris.
e *l.* 20. ꝫ. *de tutoribus datis*; *l.* 24. ꝫ. *de rebus author.*
f *l.* 13. *in fin.* ꝫ. *de tut. dat. inſtitut. de ſatiſd. in pr.*
g Duas qui vias à principio habet, vnam eligendo, videtur alteri renuntiaſſe. *Bald.*
h Morte extinguitur cura bonorum vendendorum. Cura bonorum vendendorum ad heredes non tranſit.
i *al.* quæ in priore curatore ſpectata non erat.
k tunc ad primogenitum recurrendum eſſe Baldus ait.
l *l.* 6. ꝫ. *de verb. oblig.*
m *l.* 26. ꝫ. *de contrahend. empt.*
n Curator rem pupilli ſuo nomine vendens, non transfert dominium: ſi pupilli tantùm, vel ſuo & pupilli ſecus. Hoc poſtremum emptorib. vtile eſt.
o *l.* 12. § I. ꝫ. *de admin. tut.* & pignus rei mobilis ſit. *Accurſ. Dynus, Albericus.*
p ad agnatos furioſorum cura pertinebat: *Vlp.* 12. §. 2.
q qui & neceſſarius dicitur, *l.* 13. §. I. ꝫ. *de offic præſ.*
r & donari, *l.* I. §. I. 2. ꝫ. *de tut. & rat.* poteſt tamen nouare, *l. vlt.* §. I. ꝫ. *de nouat.*
† non indiſtinctè, non pro ſuo arbitrio.

SÆpè *a* ad alium è lege *b* duodecim tabularum curatio furioſi aut prodigi pertinet, alij prætor adminiſtrationem dat: ſcilicet cùm ille legitimus inhabilis ad eam *d* rem videatur.

De viro & vxore.

14. *Papinianus* lib. 5. Reſponſorum.

VIrum vxori *e* mente captæ curatorem dari *f* non oportet.

De muliere quæ luxurioſè viuit I. De priuilegio furioſi, prodigi, & cæterum.

15. *Paulus* ‖ lib. 3. Sententiarum. ‖

ET mulieri, quæ luxurioſè viuit *g*, bonis interdici poteſt.

I ¶ In bonis curatoris priuilegium *h* furioſi furioſæve ſeruatur. Prodigus, & omnes *i* omnino, etiamſi in Edicto non ſit eorum mentio, in bonis curatoris decreto priuilegium † conſequuntur.

Si pater furioſo. I. Vel prodigo curatorem dederit.

16. *Tryphoninus* ‖ lib. 13. Diſputationum. ‖

SI furioſo puberi, quanquam *k* maiori annorum viginti quinque, curatorem pater teſtamento dederit, eum prætor dare debet *l*, ſecutus patris voluntatem: manet enim ea datio curatoris apud Prætorem, vt reſcripto Diui Marci continetur.

I ¶ His conſequens eſt, vt, ‖ & ‖ ſi prodigo curatorem dederit pater *m*, voluntatem eius ſequi debet prætor, eúmque dare curatorem. Sed vtrùm omnimodò, an ita, ſi futurum eſſet, vt, niſi pater aliquid teſtamento cauiſſet, prætor ei bonis interdicturus eſſet? & maximè ſi filios habeat iſte *n* prodigus?

2 ¶ Potuit tamen pater & aliàs prouidere nepotibus ſuis, ſi eos iuſſiſſet hæredes eſſe, & exheredaſſet filium *o*, eíque quod ſufficeret alimentorum nomine ab eis certum legaſſet, addita cauſa *p* neceſſitatéque iudicij ſui: aut ſi non habuit in poteſtate nepotes, quoniam emancipato iam filio nati fuiſſent, ſub conditione eos hæredes inſtituere, vt emanciparentur *q* à patre prodigo.

3 ¶ Sed quid ſi nec ad hoc conſenſurus *r* eſſet prodigus? ‖ ſed ‖ per omnia iudicium teſtatoris ſequendum eſt *ſ*: ne, quem pater vero conſilio prodigum credidit, eum magiſtratus, propter aliquod fortè ſuum vitium, idoneum putauerit.

De manumiſſione & alenatione

17. *Gaius* ‖ lib. I. De manumiſſionibus. ‖

CVrator furioſi nullo *t* modo libertatem *u* præſtare poteſt, quòd ea res ex adminiſtratione non eſt. Nam in tradendo, ita res furioſi alienat, ſi ‖ id ‖ ad adminiſtrationem negotiorum pertineat: & ideo ſi donandi *x* cauſa alienet ‖ neque ‖ traditio quicquam valebit, niſi ex magna vtilitate furioſi hoc cognitione iudicis faciat.

a Proximior, non ſemper ſit curator aut adminiſtrationem conſequitur: quippe ſi inhabilis fuerit, licèt proximior ſit, alij defertur adminiſtratio.
b lege XII. tabularum cura defertur proximis.
c *l.* 10. *in fi.* ꝫ. *de legitimis tut.*
d ad curam & adminiſtrationem curæ.
e vide *l.* I. §. 5. ꝫ. *de excuſat. l.* 2. *C. qui dare tut. l.* 4. *C. de excuſat. tut.* ꝫ. 19. *Inſtit. de excuſat.* vt mulieribus tutores dati fuerint, vide apud Vlpianum *titul.* II. §. 18. 20. 22. 23. 24. 25. 27.
f quod difficilè poſtea ſit ab eo rationes exigere.
g Meretrici bonis interdicitur, vide Paulum 3. *ſent.* 4. §. 6. vbi Cuiacius, reprehenſus à Fernerio 2. *ſelect.* 5. luxuriæ vocabulo prodigum intelligit: vt luxurioſè viuere nihil aliud ſit, quàm profuſè: & hoc ſenſu, ἀσώτων Cicero 2. *de Finibus*, vbi de Epicuro loquitur, vertit Luxuriam. Sic Feſto, Luxa membra, Luxurioſus in re familiari. Ita, Luxuria immoderata in *l.* 40. ꝫ *de damno*; *l.* I. ꝫ. *de ædilit.* adde Nonium *in Luxuria.*
h *l.* 19. 20. 21. 22. ꝫ. *de rebus author. iud.*

i putà, negotiorum geſtores *l.* 23. ꝫ. *de rebus author. iud.* † Perſonale & tacitæ hypothecæ *l. vlt. ſup. de tut. & rat. diſtrahend. Dynus, Oldradus, Albericus.*
k §. 3 *Inſtitut. eod.* l vide *l.* 2. *in fin. ſup de confirmando tutore.*
m Pater prodigo filio curatorem dare poteſt. *Bald.* n Hic caſus vſitatiſſimus eſt hodie. o ſcilicet prodigum: non tamen plenè. Nam eo caſu pater alimenta cogitur filio relinquere: neque fit id in prodigi odium, ſed eius potius fauorem, ne ſua bona diſſipet ac diſperdat. p Exheredationis cauſam teſtamento adiiciendam eſſe obſerua. q Prodigus, licet res ſuas non poſſit alienare, poteſt tamen emancipare ſuos liberos. *Bald.* r nec enim cogi debet emancipare. §. *vlt. Inſtitution. quibus modis ius patr. pot.* ſ Præſumitur prodigus, quem pater ſuo teſtamento prodigum appellauit, vide Alciat. I. *præſumpt.* 5.
t Quid ita: Curator adminiſtrare poteſt, non alienare: qui manumittit, non adminiſtrat, ſed alienat. Adminiſtrandi voce alienatio non continetur: quod ad rerum quoſcunque adminiſtratores extendi poteſt vtiliter.
u vide *l.* 13. ꝫ. *de manumiſſ.* x Donare rem non poteſt, qui nudam eius adminiſtrationem habet.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM
PARS QVINTA *a*:
LIBER VIGESIMVS OCTAVVS.
QVI *b* TESTAMENTA FACERE POSSVNT, & quemadmodum *c* teſtamenta fiant.

Quinta *a* pars Pandectarum eſt *de Teſtamentis & vltimis voluntatibus*. Vide conſtitutionem ad omnes populos §. 6. C. 22.2. *Inſtit*. 12. *Vlp* 20. *Paul* 3 *ſent*. 4. 4. *Cod. Theod*. 35. *Eclog*. 1. 3. Sexta incipit infra à Titulo de bonorum poſſeſſionibus *lib*. 37.

b An ſui iuris? an mulier? vide 5. *Harm*. 1. an alieni iuris? 2. liberti? 3. Epiſcopi? Monachi? 4. *ibid*. adde *Nou. Leonis* 37. Imperatoris ſerui? *Nou. Leonis* 38. an captiui? 40. cœci? *Nou. Leonis* 69. Efficientem teſtamenti hinc interim obſeru.

c 6. *C*. 23. 2. *Inſtit*. 10. 25. *Eclog*. 2. An imperfectum valeat inter liberos & extraneos, vide *Nou*. 107. vide *l*. 21. §. 1. *C. de teſtam*. quot teſtes, & an ſignacula requirantur, vide *Nou. Leonis* 41. 42. an per conſcribendi ignaros poſſint confirmari, vide *Nou* 43. de teſtamento reſignato. vide *Nouell*. 81. occulto, vide 4. *Harm*. 1. περὶ διαθήκης μυστικῆς, καὶ περὶ ἀτελοῦς, καὶ περὶ ἀγράφου, καὶ περὶ δευτέρας. vide 35. *Ecloga* 2 *Nouell. Leonis* 69. Porrò rectè ait, *quemadmodum*, nec enim poteſt quis arbitrio ſuo teſtari, vide *l*. 13. *C. de teſtam*. Formam igitur teſtandi hinc obſerua.

Definitio teſtamenti.

Vlpianus ‖ lib. 2. Pandectarum. ‖

TESTAMENTVM *d* eſt *e* voluntatis *f* noſtræ *g* iuſta *h* ſententia *i*, de eo *k*, quod quis poſt *l* mortem *m* ſuam *n* fieri vult *o*.

De mentis vel corporis Sanitate.

2. *Labeo* ‖ lib. 1 poſteriorum a Iauoleno Epitomatorum. ‖

IN *p* eo, qui teſtatur eius temporis, quo teſtamentum facit, integritas *q* mentis *r*, non corporis ſanitas exhibenda eſt *ſ*.

De iure teſtandi.

3. *Papinianus* ‖ lib. 14. Quæſtionum. ‖

TEſtamenti *t* factio *u* non priuati, ſed publici iuris eſt *x*.

Si quæratur an teſtamentum valeat.

4. *Gaius* ‖ lib. 2. Inſtitutionum. ‖

SI quæramus an valeat teſtamentum: in *a* primis animaduertere debemus, an is, qui fecerit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem *b*: deinde ſi habuerit, requiremus an ſecundùm regulas iuris *c* ciuilis teſtatus ſit *d*.

De ætate teſtatoris.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

‖ A ‖ Qua *e* ætate teſtamentum vel maſculi, vel fœminæ facere poſſunt, videamus. Verius eſt, in maſculis *f* quidem quartum decimum *g* annum ſpectandum; in fœminis verò duodecimum completum *h*.

¶ Vtrum autem exceſſiſſe debeat quis quartum decimum annum, vt teſtamentum facere poſſit: an ſufficit compleſſe? propone aliquem Kalendis Ianuariis natum, teſtamentum ipſo natali *i* ſuo feciſſe quartodecimo anno: an valeat teſtamentum? Dico valere. Plus arbitror, etiam ſi pridie *k* Kalendarum fecerit poſt ſextam *l* horam noctis, valere teſtamentum, iam enim compleſſe videtur annum quartumdecimum, vt Marciano videtur.

De filiofamil. De ſurdo, vel muto.

6. *Gaius* ‖ lib. 17. ad Edictum Prouinciale. ‖

QVi *m* in poteſtate parentis eſt, teſtamenti faciendi ius non habet *n*: adeò vt quamuis pater ei permittat, nihilo magis tamen iure teſtari poſſit.

1 ¶ Surdus, mutus, teſtamentum facere non poſſunt *o*: ſed ſi *p* quis ‖ poſt ‖ teſtamentum factum, valetudine, aut quolibet alio caſu mutus, aut ſurdus eſſe cœperit, ratum nihilominus permanet teſtamentum.

7. *Æmilius Macer* libro primo ad Legem vicenſimam hereditatium.

SI *q* mutus *r*, aut ſurdus *ſ*, vt liceret ſibi teſtamentum facere, à principe impetrauerit, valet teſtamentum †.

De eo qui eſt apud hoſtes. 1. De eo cui aqua & igni interdictum eſt. 2. De deportatis. 3. De relegatis, & interdictis. 4. De Damnatis ad ferrum, aut ad beſtias, aut in metallum.

8. *Gaius* lib. 17. ad Edictum prouinciale.

EIus *t*, qui apud *u* hoſtes eſt, teſtamentum, quod ibi fecit, non † valet, quamuis redierit.

1 ¶ Si *x* cui aqua & igni interdictum ſit *y*, eius nec illud teſtamentum valet, quod antè fecit nec id quod poſtea ‖ fecerit: ‖ bona quoque, quæ tunc habuit, cùm damnaretur, publicabuntur †: aut ſi non videantur *z* lucroſa, creditoribus *a* concedentur.

2 ¶ In inſulam deportati in eadem cauſa ſunt.

a In quaque iuris materia primo quærendum eſt de perſonis, *l*. 14. *C. de procuratoribus*, & ſic de cauſa efficiente, poſtea de forma.

b *v. l*. 9. ʒ. *eo*.

c iure *l*. 1. 3. *de pet. hered*. de regulis in teſtamentis obſeruandis, vide §. 3. *Inſtit. de teſta*.

d Deinus defunctum teſtamentum cœpiſſe tantum, nec tamen perfeciſſe, num tacite velut codicillus valebit? non valebit *l*. 8. *C*. *codicill*. valebit tamen inter liberos, vide *l*. 21. *de teſtam*.

e *Synopſ. eod. c*. *Vlp*. 20. §. 2.

f *l*. 19. ʒ. *eod*. *Inſt. cod. l*. 4. *C*. *l*. 1. §. 8, ʒ. *ſecun. tabul. l*. 2. *C*. quando *prouocat*. *Paul*. *ſent*. 4. §. 1. tur pupilli, impuberes, non poſſunt ſanè: id tamen lim remiſſum tribunis milit. *l. vlt. C. de teſt. milit*. & profitibus cœlibatu auctore Sozomeno & Nicephoro *ibid*.

g ſit enim mutat o per narium, vt exlone tradit mens *lib*. 6. vſque ad 7. bes ad 14. vide iacium.

h dic vt ʒ. *Gaius* 1. *inſt*. 7.

i Natalis quo quiſque tus: vide *l*. 38. ʒ. *de donat*. virum: *l*. 23. *annuis legatis*: §. *minorem*, ʒ. *minorib* de natali Chriſti & Conſtantinopolis, vide 7. *C. de feriis*: vrbis regiarum, *Caſſiod*. 6. *Tripart*. 30. 81. 5. *Sozomen*. 16. adde Cenſorinum *de die natali*. Natalicium inde munus, *l*. 94. ʒ. *de verborum ſignific*.

g noſtra non eſt, quæ non eſt integra, *l*. 2. *l*. 16. *in fin. l* 17. quæ dependet ab alio, puta patre *l*. 6. quæ iuſtè captiua, *l* 8. *l*. 11. *l*. 13. *l*. 19. cuius libertas ſententia capitali, à qua non eſt appellatum, nobis adempta eſt, *d. l*. 8. §. 1. *& ſeq. l* 13. *in fi. l*. 18. *in fi*. quam exprimere omnino non poſſumus, *l*. 6. *in fine. l*. 7. quam liberam eſſe neſcimus, *l*. 14. *l*. 15. ʒ. *eod*. quæ in alienum arbitrium eſt collata, vide *l*. 32. ʒ. *de hæred. inſtituendis*.

d *Synopſis cod. c*. 1. e natura ſua ſcilicet & definitione: quid etymo? Quaſi mentis teſtatio, *Inſt. eod Vlp*. 10. §. 1. *Seruius* 2. *de legat. apud Gellium* 6. *cap*. 12. f mentis. *Inſtit. cod. Vlpianus ibid*. hinc colligunt teſtamentum numerari in voluntariis. vide *l*. 1. *C de ſacroſanct. Eccleſ*.

h 1. in id ſolemniter facta, *Vlpianus ibidem*, ſecundum regulas iuris, *l*. 14. *in fi*. ʒ. *eo*. In eo teſtamentum in ſuo genere, puta vt teſtamentum, non vt alius actus abſolutè. In eo teſtamentum differt à codicillo, quod codicillus nullam ſolemnitatem ordinationis deſideret, *Inſtit. de Codicill. in fine* non contra leges vide legem 55. ʒ. *de legat*. 1. adde quæ notaui ad *l*. 14. §. 5 *ſup. de religioſ*. Ad ſolemnitatem referendi ſunt teſtes, *l*. 20. §. 7. §. 8. ʒ. *eod* §. 3. *Inſtit de teſtam. ordinand*. (quod tamen Cuiacius negat. 2. *ad Africanum*) & hæredis inſtitutio non eſt ſolemniter facta quæ eſt imperfecta, *l*. 29. ʒ. *eod*. nec valet, niſi eam voluerimus valere vt codicillos, *l. vlt. C. de codicillis*, Solemniter factum teſtamentum ex iuris Romani legibus, iuris eſt ciuilis, non gentium. Ideóque extranei Romæ non ſunt capaces teſtamenti, vide *l*. 2. ʒ. *ad leg. Falcid*. Rectè Baldus notat, quadruplicem perfectionem in teſtamento requiri materiæ ſcilicet, id eſt voluntatis defuncti: formæ ſeu ſubſtantiæ, vt eſt inſtitutio heredis, ſolemnitatem confirmationis per mortẽ teſtatoris & teſtamẽti executionẽ. i Teſtatio, *Inſtit. cod*. conteſtatio, *Vlp. ibid*. quatenus dicitur ſententia teſtamentum, habere vim legis dici poteſt, *Nou*. 22. *cap*. 2. quatenus teſtatio, chirographi loco eſt, vel quaſi, hæredibus vel legatariis, *l*. 41. ʒ. *ad l. Aquil. l*. 3. ʒ. *de pignor l*. 50. §. 1 ʒ. *de leg*. 1 *l*. 42. ʒ. *de oblig*. k non tamen de omni re, de quibuſdam enim teſtari non poſſumus, nec quouis modo, nec quiduis imperare: de re aliena teſtari an poſſumus domini conſenſu? poſſe videmur, *l*. 8. § 11. ʒ. *quibus modis pignus vel hypotheca ſoluitur*. l huc enim vſque tantùm voluntas ambulare poteſt, *l* 32. §. 2. ʒ. *de donat inter vir. & vxor*. Ideóque & ſuprema dicitur *d. l*. 32. §. 2. & ſuprema dicitur & poſtremum iudicium, *l*. 15. *C*. ordinare qui teſtamentum facit, *l*. 56. *ſup. de pign*. & poſtremum iudicium, *l*. 15. *C. de teſt*. m naturalem ſcilicet. Hæc enim propriè mors eſt, vide *l*. 47. *in fin* ʒ. *de iure fiſci*. eámque ante, nihil legatariis & fideicommiſſariis competit: propter pœnam rumpitur, quilibet enim vtroque tempore teſtamenti faciendi poteſtatem habere debet, & cum facit teſtamentum, & cum moritur, *l*. 1. §. 7. ʒ. *ſecund. tabul*. propter captiuitatem ſuſpenditur. An per ingreſſum monaſterij confirmatur teſtamentum, tanquam morte naturali? vide *Bald. hic*.

n non alterius. o hinc voluntas dicitur teſtamentum. *l*. 14. §. 1. ʒ. *de diuerſis*. hinc promanat, quod in teſtamentis in re dubia potiſſimum inſpicienda ſit defuncti voluntas. *l*. 69. ʒ. *de legat* 3. quam etiam in dubio colligimus ex iure communi, vt id voluiſſe videatur, quod conſentaneum iuri municipali ſit (vbi municipale reperitur) vel eo deficiente, iuri communi vide *l*. 57. §. 1. ʒ. *ad Trebell*.

p *Synopſis eodem. cap*. 2. q ſinceritas. *l*. 3. *C. eod*.

r facit lex 17. ʒ. *cod*. ſ cenſetur tamen ſanitas ſatis ſupérque fuiſſe in teſtatore, ſi notarius cum ſanæ mentis ſcripſerit t cùm aliàs etiam quilibet ſanus mente præſumatur, niſi contrarium probetur. *l*. 4. *C. de codicill*.

t *Synopſis Baſil. cod. c*. 6. u id eſt, ius teſtamenti faciendi tribuitur cuique iure publico & legibus, non priuatorum voluntate: nec enim pater filiofamilias, *l* 6. ʒ. *eod l*. 43. ʒ. *de vulgari*. (etſi ei, ius vouendi tribuit lex 2. ʒ. *de pollicitationibus*.) nec patronus liberto teſtamenti factionem præbet, *l*. 47. §. 2. ʒ. *de bon. libert Cuiac. hic*. x licet vtilitas teſtamenti plerumque ad res, & perſonas priuatas pertineat, ideóque teſtamentum vocatur ius publicum, *l*. 1 ʒ. *ad l. Falcid*. dicitur etiam teſtamentum inſtrumentum publicum, *v. l*. 2. ʒ. *quemadm. teſtam. aperiantur*.

k Annus cœptus hic habetur pro completo: contra quàm in aliis multis cauſis, vide quæ notaui ad *l*. 3. §. 3. *ſup. de minorib*. l Dies ciuilis ſiue Romanus eſt à media nocte ad inſequentem mediam noctem, conſtans horis viginti quatuor. *l*. 8. *ſup de feriis*. Hac ratione quoties anni teſtatoris computandi erant, computabantur de die ad diem; *vt hic*. valere dicitur teſtamentum quod quis fecit anno 14. pridie natalis ſui poſt mediam noctem. m Filiusfamiliàs. Patremfamiliàs teſtatorem eſſe oportet. n A iure ciuili: cùm nihil eo ſibi proprium habeat: ſecus ex conſtitutionibus, quibus habet caſtrenſe ſeu militare peculium, *Inſtit eod. in prin*. vide alias exceptiones apud Socinum, *regula* 153. o Neque per æs & libram: quia nec verba nuncupatim loqui, nec verba familiæ emptoris exaudire poteſt, *Vlpianus in fragmentis*, nec qualecunque: cùm, accire, rogare, audire teſtes non poſſit, *argum*. §. 4. *apud Paul*. 3. *ſent*. 4. p Prima exceptio.

q *Synopſis eodem, cap*. 9. Secunda exceptio.

r Quid ſi miles teſtamenti poteſtatem impetrauerit? vide *l*. 10. *C. eod*.

ſ alterutro morbo laborans ſcilicet, & quidem paganus

† Si modò ſolemnitates in eo obſeruauerit, *l*. 35. *C. de inoffic*. de ſurdo & muto hoc olim verum fuit. Hodie ſurdus omnino, & mutus à natura non poteſt. Qui talis eſt caſu, vel voce, vel ſcriptura poteſt: multò magis ſi alterutro tantùm morbo laborat. vide *l*. 10 *C. cod*. adde *Nou. Leon*. 40.

t *Synopſis eod cap*. 9.

u § *vlt. Inſtit. eod l*. 10. ʒ. *de teſtam. milit. Paul*. 3. *ſent*. 43. § 8.

† Hodie valet ex *Nou. Leon*. 30.

x vide Socinum *regula* 76. y in locum interdictionis, ſucceſſit deportatio vide *l*. 3. *peculatus*. † hodie non publicantur. *Nou*. 134. *cap. vlt*. z fiſcus. a damnati

3 ¶ Sed relegati in inſulam, & quibus terra Italica & ſua prouincia interdicitur, teſtamenti faciendi ius retinent *a*.

4 ¶ Hi verò, qui ad ferrum *b*, aut ad beſtias, aut in metallum damnantur †, libertatem *c* perdunt, bonáque eorum publicantur: vnde apparet, amittere eos teſtamenti factionem.

De accuſato.

9. *Vlpianus* libro 45. ad Edictum.

SI quis poſt accuſationem in cuſtodia fuerit defunctus *d* indemnatus *e*, teſtamentum eius valebit.

De eo qui manus amiſit.

10. *Paulus* " libro 3. Sententiarum. "

QVi *f* manus amiſit *g*, teſtamentum facere poteſt, quamuis ſcribere *h* non poſſit.

De obſide.

11. *Vlpianus* ‖ libro 10. ad Sabinum. ‖

OBſides *i* teſtari non poſſunt *k*, niſi eis permittatur *l*.

De eo qui in poteſtate hoſtium deceſſit.

12. *Iulianus* ‖ libro 42. Digeſtorum. ‖

LEge Cornelia *m*, teſtamenta eorum *n* qui in hoſtium poteſtate deceſſerint, perinde confirmantur *o*, ac ſi hi, qui ea feciſſent, in hoſtium poteſtate non perueniſſent, & hæreditas ex his eodem modo ad vnumquemque pertinet: quare ſeruus hæres ſcriptus ab eo, qui in hoſtium poteſtate deceſſerit, liber & hæres erit, ſeu *p* velit, ſeu nolit, licèt minus propriè *q* neceſſarius hæres dicatur. Nam & filius eius, qui in hoſtium poteſtate deceſſit, inuitus *r* hæreditati obligatur, quamuis ſuus heres dici non poſſit *ſ*, qui in poteſtate morientis non fuit.

De capto à latronibus. 1. De legatis. 2. De condemnato qui appellauit.

13. *Marcianus* " libro 4. Inſtitutionum. "

QVi *t* à latronibus *u* capti ſunt, cùm liberi manent, poſſunt facere teſtamentum.

1 ¶ Item qui apud externos *x* legatione funguntur, poſſunt facere teſtamentum *y*.

2 ¶ Si quis in capitali crimine damnatus, appellauerit, & medio *z* tempore, pendente appellatione, fecerit teſtamentum, & ita deceſſerit, valet eius teſtamentum.

De eo qui de ſtatu ſuo dubitat, vel errat.

14. *Paulus* " lib. 2. Regularum. "

QVi " in " teſtamento domini manumiſſus *a* eſt, ſi ignorat dominum deceſſiſſe, aditamque eius eſſe hæreditatem, teſtamentum facere non poteſt †, licèt iam paterfamilias & ſui iuris eſt. Nam qui incertus *b* de ſtatu ſuo eſt, certam legem teſtamento dicere non poteſt.

15. *Vlpianus* " libro 12. ad Edictum. "

DE ſtatu *c* ſuo dubitantes *d*, vel *e* errantes, teſtamentum facere non poſſunt, vt Diuus Pius reſcripſit.

De filiofamilias, ſeruo alieno, poſthumo, ſurdo 1. furioſo.

16. *Pomponius* " libro ſingulari Regularum. "

FIlius familias *f*, & ſeruus alienus, & poſthumus *g*, & ſurdus, teſtamenti factionem *h* habere dicuntur: licèt enim teſtamentum facere non poſſunt, attamen ex teſtamento ‖ vel ‖ ſibi, vel aliis adquirere poſſunt.

1 ¶ *Marcellus notat:* Furioſus *i* quoque teſtamenti factionem habet, licèt teſtamentum facere non poteſt *k*: ideo autem habet teſtamenti factionem, quia poteſt *l* ſibi adquirere legatum, vel fideicommiſſum. Nam etiam compotibus mentis perſonales *m* actiones etiam ignorantibus adquiruntur.

De mente capto.

17. *Paulus* ‖ lib. 3. Sententiarum *n*. ‖

IN *o* aduerſa corporis valetudine mente captus *p*, eo tempore teſtamentum facere non poteſt.

De prodigo, de damnato ob carmen famoſum.

18. *Vlpianus* libro 1. ad Sabinum.

IS *q* cui lege *r* bonis interdictum *ſ* eſt, teſtamentum facere non poteſt †, & ſi fecerit, ipſo iure non valet *a*. quod tamen interdictione vetuſtius *b* habuerit teſtamentum, hoc valebit. Meritò ergo nec teſtis *c* ad teſtamentum adhiberi poterit, cùm *d* neque teſtamenti factionem habeat.

1 ¶ Si quis ob carmen famoſum *e* damnetur, ſenatuſconſulto expreſſum eſt, vt inteſtabilis *f* ſit, ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi.

De filiofamilias. De pupillo. de ſeruo.

19. *Modeſtinus* ‖ libro 5. Pandectarum. ‖

SI filiusfamilias *g*, aut pupillus *h*, aut ſeruus *i* tabulas teſtamenti fecerit, ſignauerit, ſecundum eas bonorum poſſeſſio *k* dari non poteſt, licèt *l* filius familias, ſui iuris; aut pupillus, pubes; aut ſeruus, liber factus deceſſerit: quia nullæ ſunt tabulæ teſtamenti, quas is fecit, qui teſtamenti faciendi facultatem non habuerit.

De teſtibus, de teſtamento furioſi.

20. *Vlpianus* libro 1. ad Sabinum.

QVi teſtamento hæres inſtituitur, in eodem teſtamento teſtis *m* eſſe non poteſt *n*. Quod in legatario *o*, & in eo, qui tutor ſcriptus eſt, contrà habetur *p*, hi enim teſtes poſſunt adhiberi, ſi aliud eos nihil impediat, vtputa ſi impubes *q*. ſi in poteſtate ſit teſtatoris.

1 ¶ Poteſtatis autem verbum non ſolùm ad liberos, qui ſunt in poteſtate, referendum eſt, verùm etiam ad eum quem redemit ab hoſtibus: quamuis placeat, hunc ſeruum non eſſe, ſed vinculo *r* quodam retineri, donec pretium ſoluat.

2 ¶ Per contrarium quæri poteſt an pater eius, qui de caſtrenſi peculio poteſt teſtari, adhiberi ab eo ad teſtamentum teſtis poſſit: & Marcellus libro decimo Digeſtorum ſcribit poſſe: & frater ergo poterit.

3 ¶ Quæ autem in teſtamento diximus ſuper perhibendis teſtimoniis eorum, qui in poteſtate ſunt, in omnibus teſtimoniis accipias, vbi aliquid negotij geritur, per quod adquiratur.

4 ¶ Ne furioſus quidem teſtis adhiberi poteſt, cùm compos mentis non ſit: ſed ſi habet intermiſſionem, eo tempore adhiberi poteſt: teſtamentum quoque quod ante furorem conſummauit, valebit: & bonorum poſſeſſio ex eo teſtamento competit.

5 ¶ Eum qui lege repetundarum damnatus eſt, ad teſtamentum adhiberi non poſſe *ſ* exiſtimo, quoniam *t* in iudicio teſtis eſſe vetatur.

6 ¶ Mulier teſtimonium dicere in teſtamento *u* quidem non poterit: aliàs autem poſſe teſtem eſſe mulierem, argumento *x* eſt lex Iulia de adulteriis, quæ adulterij damnatam teſtem produci, vel dicere teſtimonium vetat.

7 ¶ Seruus quoque meritò ad ſolemnia adhiberi non poteſt, cùm † iuris ciuilis communionem non habeat in totum, ne *y* prætoris quidem edicti.

8 ¶ Et veteres *z* putauerunt, eos qui propter ſolemnia teſtamenti adhibentur, durare debere *a*, donec ſuprema conteſtatio peragatur.

9 ¶ Non tamen intelligentiam ſermonis *b* exigimus. hoc enim Diuus Marcus Didio Iuliano in teſte, qui Latinè non nouerat, reſcripſit. Nam ſi vel ſenſu *c* percipiat quis, cui rei adhibitus ſit, ſufficere.

10 ¶ Sed ſi detenti ſint inuiti ibi *d* teſtes, putant non valere teſtamentum.

De hæredibus palàm nuncupandis. 1. De mutatione aut declaratione teſtamenti. 2. De teſtibus rogandis. 3. De vno contextu.

21. *Idem* libro 2. ad Sabinum.

HEredes palàm *e*, ita *f* vt exaudiri poſſint, nuncupandi ſunt *g*. Licebit ergo, teſtanti vel nuncupare heredes, vel ſcribere: ſed, ſi nuncupat, palàm debet.

¶ Quid eſt *palàm*? non vtique in publicum, ſed vt exaudiri poſſit: exaudiri autem non ab omnibus, ſed à teſtibus, &, ſi plures fuerint teſtes adhibiti, ſufficit *h*

a retinent enim ciuitatem, *l.* 7. §. 3. ȷ. *de interdict. Pau.* 3. *ſent.* 4. §. 9.

b Suetonius *in Nerone*, ad gladium, *l.* 6. §. 6. ȷ. *de iniuſto*: *l.* 25. §. 3. ȷ. *de acq. hered.* quique intra annum conſumendi ſunt. *Paulus* 5. *ſent.* 17. §. 1. *in fin.* ad ludum venatorium, vel gladiatorium damnati, *l.* 1. *C. ad leg. Fab.* Hæc pœna poſtea mutata eſt *l.* 1. *C. de gladiatorib. Cuiac. hic & illic apud Paul.* v. etiam P. Pithœum *ad.* 11. *Not. Moſaic.*

† hodie qui in metallum damnantur, libertatem non amittunt. *Nou.* 22. *c.* 8.

c παῤῥησίαν. Græci ita vertunt, malè: cùm potius vertere debuerint, ἐλευθερίαν.

d qui & antequam moriatur, teſtari poteſt: certus enim eſt de ſuo ſtatu: licèt de eius duratione ſit incertus. *Bald.* valet enim teſtamentum decedentis pendente appellatione, *l.* 13. *in fi.* infra eo. Porro nomine *defuncti*. hic non intellige eum qui mortem ſibi conſciuit in cuſtodia, *v. l.* 6. §. 7. ȷ. *de iniuſto*.

e An aliud eſt in accuſatis maieſtatis, & repetundarum? ait Accurſius ex *l.* 20. ȷ. *de accuſ.* negat Bartolus *hic*: ſed fatetur ex ſequuta ſententia infirmari eorum teſtamentum.

f vide *Nou. Leon.* 26. & 27. quæ ſcripſi ad *l.* 4. §. 12. ȷ. *de re militari*.

g putà in bello, vel rixa, vel conflictu. Quid ſi ſupplicij cauſa, an eius teſtamentum valebit? valere putat Baldus *hic*, quem vide.

h facit *lex* 29. *de teſtamentis*.

i quos ab hoſte ſcilicet obſides accepimus *l.* 31. ȷ. *de iure fiſci*.

non poteſt. *Vlp.* 20. §. 12. hodie poteſt ex *Nou. Leonis* 39.

a Immo valere debet: nec enim cuiquam teſtamenti factione interdicitur, *l.* 6. *ſup. de inoff.*

b Vel quod eam ſubſequitur recepta vitæ ſanitate, & ad bonos mores eo reuerſo. *Paul.* 3. *ſent.* 2. §. 11.

c excipe, vt antea dixi ex Paulo.

d § 6. *Inſt. de teſt. ordin.* ac ſi diceret. qui in ſuis vt incurioſus reiicitur, multò magis & in alienis reiiciendus eſt.

e *v. l.* 5. §. 10. ȷ. *de iniuriis*.

f *l.* 21. *ſup de teſtib.*

g Is enim, niſi ſit miles, proprium nihil habet *Vlp.* 20. §. 10. *Paul.* 3. *ſent.* 4. § 3.

h nec enim impubes plenum animi iudicium habet. *l.* 20. ȷ. *eod. Vlp.* 20. § 11.

i niſi publicus Prætoriſve ſit, *Vlp.* 20. *in fi.* vel, vt ibi legit Cuiacius, *ſeruus Publicus P. Romani.* Is plus iuris habet, quàm ciuitatum aut priuatorum ſeruus.

k *v. l.* 1. § 8. ȷ *ſecund tab.* *v. l.* 5. *C. qui teſt fac. poſſ.*

l *v. l.* 26. ȷ. *de regulis*.

m Tranſit Iuriſconſultus à perſonis teſtantibus ad teſtamenti ſolemnia.

n niſi in teſtamento arcano, ſecreto, & myſtico, de quo vide *Nou. Leon.* 69.

o *l.* 22. *C. de teſt.*

p Cur here non poterit, legatarius poterit? *l.* 23. *C. de teſt.* vel ideo quod totum negotium, quod agitur teſtamenti ordinandi gratia inter teſtatorem & heredem agitur, §. 10. *Inſtit. de teſt. Vlp.* 20. §. 3. *v. Forner.* 2. *ſelect.* 12.

q *l.* 19. *ſup. eod.*

r *v. l.* 15. ȷ. *de ca-*

k nec enim ſunt ciues captiuis comparantur, *d. l.* 31. Tacit. 11. non obſidem, ſed ciuem, nec ex teſtamento nec ab inteſtato hæredem habent. *Cuiac. d. l.* 31.
l dato eis vſu togæ Romanæ, *v. l.* 32. ȷ. *de iure fiſci.* m de qua *v l.* 28. ȷ. *de vulgari.* n *Syn. eod. c.* 12. o id eſt, vires ſuas retinent. conualeſcere, eſt vires recipere.
p 2. *Gaius* 3. §. 7. q *l.* 18. ȷ. *ad l. Falc. l.* 4. §. 1. ȷ. *de bon. libert. l.* 3. ȷ. *de ver. ſign.*
r adde §. 2. *in fi. Inſt. de hæred. qualit. & diff.*
ſ §. 2. *Inſt. de hæred. qualit.* t *v. Manticam* 2. *de Coniecturis* 7.
u *l.* 1. ȷ. *de leg.* 3 *l.* 24 ȷ. *de capt.* x non ſubditos imperio Romano. y ſecundùm ſuas leges ſcilicet, iure ſuo. *Bart. Ferret. Cuiac.* z adde *l.* 9. ȷ. *e. l.* 6. §. 8. ȷ. *de iniuſto.*
a *v. Nou. Leon.* † Hodie poteſt. *Nou. Leon.* 37. b *l.* 15. ȷ. *c. l.* 1. ȷ. *de leg.* 3.
c *v. l.* 14 ȷ. *eod.* d *Syn. eod. c.* 6.
e Dubitans non errat: hic enim ſeparatur ab errante.
f *v. l.* 8. *C. de pet har.* g Poſthumi ſunt capaces hæreditatis, & legatorum, *vt hic.* Imò non ſunt, *l.* 29. §. 15. ȷ. *de liber.*
h paſſiuam. i De furioſo adde ex eodem libro *l.* 24. ȷ. *de obl.* k *l.* 9. *C. eod.* Tuditani tamen furioſi teſtamentum comprobatum à centumuiris fuit, *Cic.* 3. *Phil.* 7. *Valer. Max.* 8. de eius furore meminit Lactantius 3. *c.* 23. *v. l.* 24. ȷ. *de oblig.*
m dominium enim ignoranti non adquiritur, *v. Cuiac. hic.*
n *ait.* 4. §. 12. o *Syn. c.* 18.
p *l.* 9. *C. eod.* q *Syn. c.* 19.
r à Prætore de quo *v. Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 7.
ſ i. prodigus, de quo v. quæ dixi ad *l.* 1 *ſup. de curat. furioſ.* † §. 2. *Inſt. quib. non eſt permiſſum.* commercium enim illi eſt interdictum, qui familiam mancipare

ptiuis. ſ adhiberi non poſſe. *Cuiac. arg. l.* 13. *ſup. de teſtib.* t Argumentum à iudiciis ad vltimas voluntates valet. *Bald.* u §. 6. *Inſt. de teſt. ordin.* An in codicillis? ſic viſum eſt interpretibus *l. vlt. C. de codicill.* præter quàm Harmenopuli Scholiaſti, 1. *tit.* 6. qui eam quoque remouet à teſtimonio dicendo in donatione cauſa mortis. An in criminalibus cauſis? v. quæ notaui ad *l.* 18. *ſup. de teſtib.* An in crimine maieſtatis? ſic ſanè: vt & in iis vbi viri non aduocantur. *Har. ibid. v. tit. de inſp. ventr.* alias exceptiones v. apud Socinum *reg.* 49. x Argumentum tale eſt. Lege vetatur adultera eſſe teſtis: ergo, mulier non adultera lege teſtis admittitur. Argumentum à contrario ſenſu valet etiam in ſtatutis *Bald. hic.*
† Aliud in Latino Iuniano. *Vlp.* 20. §. 8. y Sed ne prætorij quidem edicti *Vulg. Hal. v. l.* 7. ȷ. *de falſis.*
z Iuris auctores, ſc. qui de teſtamento per æs & libram ſcripſerunt. a Niſi contagio, vel aliquis alius caſus obſtet, *l.* 8. *C. de teſt.* b Puta Latini, ſi Latinè quis teſtetur: atque ita Græcus ſenſu percipiens ſe rogatum poteſt eſſe teſtis in teſtamento Latini. v. quæ not. ad *l.* 21. *in fi. C. de teſt.* adde *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 13.
c Teſtis debet teſtari de eo quod ſenſu aliquo percepit: & ex ſenſu rationem ſui dicti reddere adde *l.* 18. *C de teſt. Bar. Bal.* d In teſtamento ſc. dic idem in contractu, qui ab inuito notario factus ipſo iure non valet. *Bal.* e *l. vl.* ȷ. *de iure codicil. l.* 29. *C. de teſtam.* f Formulam v. apud *Vlp.* 20. §. 9.
g ſunt *Hal.* in teſtamento nuncupatiuo ſc. nam in myſtico, ſeu ſcripto, id non requiritur *v. Nov.* 119. *c.* 19. Porro vt olim nuncupatio fieret, *v. Vlp.* 20. §. 9.
h Plus igitur creditur teſtibus adfirmantibus, quàm negantibus, ſufficit. n. ſolemnem numerum adfirmare, licèt alij negent, *vt hic Ba.*

ſolemnem *a* numerum exaudire. *b*. 1 ¶ Si quid *c* poſt factum teſtamentum mutari *d* placuit, omnia ex integro facienda ſunt *e*. Quòd verò quis obſcurius in teſtamento vel nuncupat, vel ſcribit, an poſt ſolemnia explanare poſſit, quæritur: vtputa Stichum legauerat, cùm plures haberet, nec declarauit, de quo ſentiret. Titio legauit, cùm multos Titios amicos haberet: errauerat *f* in nomine, vel prænomine, vel cognomine, cùm in corpore non erraſſet: poterítne poſtea declarare *g* de quo ſenſerit? Et puto, poſſe, nihil enim nunc dat, ſed datum ſignificat.

¶ Sed & ſi notam poſteà adiecerit legato, vel ſua voce, vel literis, vel ſummam, vel nomen legatarij quod non ſcripſerat, vel nummorum qualitatem, an rectè fecerit? Et puto, etiam qualitatem nummorum poſſe poſtea addi. Nam etſi adiecta non fuiſſet, vtique placeret coniectionem *h* fieri eius, quod reliquit, vel *i* ex vicinis ſcripturis, vel ex conſuetudine *k* patrisfamilias, vel regionis *l*.

2 ¶ In teſtamentis *m*, in quibus teſtes rogati *n* adeſſe debent †, vt teſtamentum fiat, alterius rei cauſa fortè rogatos, ad teſtandum non eſſe idoneos placet: quod ſic accipiendum eſt, vt, licèt ad aliam rem ſint rogati, vel collecti, ſi tamen ante "teſtimonium" certiorentur ad teſtamentum ſe adhibitos, poſſe eos teſtimonium ſuum rectè perhibere.

3 ¶ Vno contextu *o* actus teſtari oportet *p*: eſt autem vno contextu, nullum actum alienum *q* teſtamento intermiſcere, quòd (ſi) aliquid pertinens ad teſtamentum faciat, teſtamentum non vitiatur.

De teſtibus. 4. De ſubſcriptione & ſignis.

22. *Idem* "lib. 34. ad Edictum."

AD teſtium numerum *r* ſimul adhiberi poſſimus, "vt" ego *ſ*, & pater, & plures *t*, qui fuimus in eiuſdem poteſtate.

1 ¶ Conditionem *u* teſtium tunc inſpicere debemus, cùm ſignarent *x*, non mortis *y* tempore: ſi igitur tunc cùm ſignarent tales fuerint, vt adhiberi poſſint, nihil nocet, ſi quid *z*, poſtea eis contigerit.

2 ¶ Si ab ipſo teſtatore anulum accepero, & ſignauero, teſtamentum valet, quaſi alieno *a* ſignauerim.

3 ¶ Si ſigna turbata ſint *b* ab ipſo teſtatore, non videtur ſignatum:

4 ¶ Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, verumtamen *c* ſignauerit, pro *d* eo eſt, atque ſi adhibitus non eſſet: & ſi (vt multi faciunt) adſcripſerit ſe, non *e* tamen ſignauerit, adhuc idem dicemus.

5 ¶ Signum autem vtrum *f* anulo tantùm impreſſum adhibemus, an verò, & ſi non anulo, verùm alio quodam impreſſo, variè enim homines ſignant? & magis eſt, vt tantùm *g* anulo quis poſſit ſignare: dum tamen habeat χαρακτῆρα *h*, id eſt, *formam, inſculptámque ſignis imaginem i*.

6 ¶ Poſſe & nocte *k* ſignari teſtamentum, nulla dubitatio eſt.

7 ¶ Signatas tabulas accipi oportet & ſi linteo, quo tabulæ inuolutæ ſunt, ſigna impreſſa fuerint *l*.

23. *Idem* " libro 4. Diſputationum. ‖

SI teſtamentum, quod reſignauerit teſtator, iterum *m* ſignatum fuerit ſeptem teſtium ſignis, non erit imperfectum: ſed vtroque iure valebit, tam ciuili, quam prætorio.

De pluribus exemplis.

24. *Florentinus* ‖ libro 10. Inſtitutionum. ‖

a Qui requiritur huius actus natura, nam in codicillis, & teſtamentis ruri factis, aut peſtis tempore, pauciores quàm ſeptem ſufficiunt. v. *l. vlt. C. de teſt. l. vlt. C. de codicillis.*

b Superflui teſtes non nocent, vide *Paul. 3. ſent.* 4. §. 10.

c Puta heredem, vel legata.

d *Syn. 35. tit* 1. c. 21. §. 6.

e hæres ſcilicet, in teſtamento inſtituendus erit, legata, in codicillis relinquenda, *l.* 16. *ϳ. de vulgari* & hæc mero iure vera ſunt. nam nuda voluntate legatum mutare poſſumus *l. 3. in fin. ϳ. de adimendis*: decennij ſilentio, aut nuda voluntate, *l. 27. C. de teſtam.*

f *v. l. 4. C. eo.*

g Obſcura teſtamenti poſſumus ſine ſolennitate, nudis literis, vel nuda voluntate declarare.

h Coniectio, eſt coniectura.

i Coniecturas voluntatis teſtatoris colligimus vel ex vicinis ſcripturis, vel ex conſuetudine teſtatoris, vel regionis.

k *l. 50. in fin. ϳ. de leg.* 1. Porrò conſuetudinem de qua hoc loco, etiam poſſis referre ad conſuetudinem loquendi teſtatoris, de qua vide Manticá 3, *de coniect.* 9.

l *l. 1. ϳ. de vſuris, l. 50. in fi. ϳ. de leg.* 1. obſcurum declaratur ex coniecturis.

m Aliud in codicillis, *l. vlt. C. de codicil.* in teſtamento ad pias cauſas & inter liberos, *Glo. in d. l. vlt.* v. Socinum *reg.* 410.

n *l. 21. in fi. C. de teſt.* vt rogarentur. *v. Vlp. 20. §. 9. Paul. 3. ſent. 4. §* 4. *& ibi. Cuiac.* v. quæ ſcripſi de rogatis teſtibus, ad *Nou. 90. c. 1.* † ſufficit ſi ante quàm teſtamentum fiat, certiorentur, *ϳ. eo.* o *v. l. 28. C. de teſt.* p Niſi quid aliud obſtet, *l. 8. C de teſt.*

q Non igitur poterit in teſtamento donari, promitti per ſtipulationem, celebrari contractus: id negare videtur lex 20. *ϳ. de ver. ſign.* ſed poſt Accurſium tamen omnes interpretes reclamant: eámque communem opinionem in ſcholis & foro eſſe receptam ait Ferretus hic, Iulius Clarus 3. *ſent.* §. *teſtamentum qu.* 75. ſcribit, hanc iuris regulam obtinere, quando conuentiones & contractus qui teſtamento inſeruntur, non ſunt penitus extranei ab ipſo teſtamento. verbi gratia, non eſt actus omnino extraneus à teſtamento. libertorum adſignatio: vt quæ neque legatum, neque fideicommiſſum ſit, *l. 7. ϳ. de adſig. liber.* & tamen teſtamento fieri poteſt, *l. 1. §. 3. d. tit.* r In alieno negotio ſcilicet: §. 8. *Inſt. de teſt. v. l. 7. ϳ. de teſtibus.* ſ Teſtis in vltima alicuius voluntate poteſt eſſe pater & filius, *Syn. 35. tit.* 1. c. 22. t *Vlp. 20. §. 6.* u Veram vel putatiuam §. 7. *Inſt. de teſt. l. 1. C. de teſt.* 2. *Feud. 19. in fi.* x In teſte initium ſpectamus, initium, id eſt, tempus quo teſtis fuit *l. 1. C. eod. l. 1. §. 12. ϳ. de quæſt. l. 99. in fi. ϳ. de ver. ſign.* y teſtatoris ſcil.

z Puta ſeruitus, infamia, condemnatio: his enim fit aliquis inteſtabilis.

a eſt enim teſti alienus. adde §. 3. *in fi. ϳ. de teſtib.* b Conſultò ſcil. non caſu, *l. vlt. ϳ. ſi tabul. teſt. extab.* c Signare teſtamentum aliud eſt quàm teſtamento nomen ſuum adſcribere. d Teſtamenti ſcriptura iure non valet, niſi quàm teſtes ſignauerint. Teſtis debet ſubſcribere & ſignare teſtamentum: alterum enim non ſufficit. e Signa, ex iure prætorio, ſubſcriptiones verò teſtium, ex conſtitutionibus requiruntur. f Anulis teſtamenta veteres obſignabant: adde Feſtum *in Signare.* Senecam 1. *epiſt.* 8. g vt non tantùm anulo *Hot.* 1. *obſ.* 20. reprehenſus à Roberto 1 *recept.* 21. & à Cuiac. 14. *obſ.* 11.

h Anulo non quouis teſtamentum ſignari poteſt, ſed eo tantum qui habeat χαρακτῆρα, §. 5. *Inſt. eo.* i Talis anulus ſignatorius eſt: *ſigillaritius* Vopiſco dicitur. k v. quæ notaui ad *l. 20. in fi. C. de tranſ. Syn. eod. c.* 23.

l è contrariò, linteo inciſo conſultò à teſtatore, non videntur tabulæ ſignatæ, *l. pen. ϳ. ſecund. tab.* m Naturam ad ſuam res facilè redit.

VNum *a* teſtamentum *b* pluribus *c* exemplis *d* conſignare quis poteſt: idque interdum neceſſarium eſt: fortè ſi nauigaturus, & ſecum ferre, & relinquere iudiciorum *e* ſuorum teſtationem velit.

De teſtamento imperfecto.

25. *Iauolenus* libro 5. Poſteriorum Labeonis.

SI *f* is qui teſtamentum faceret, hæredibus primis nuncupatis, prius quam ſecundos exprimeret heredes, obmutuiſſet *g*, magis cœpiſſe eum teſtamentum facere, quam feciſſe, Varus digeſtorum libro primo Seruium reſpondiſſe ſcripſit: itaque primos hæredes ex eo teſtamento non *h* futuros. Labeo tum hoc verum eſſe exiſtimat, ſi conſtaret *i*, voluiſſe plures eum, qui teſtamentum feciſſet, hæredes pronunciare: ego nec Seruium puto aliud ſenſiſſe.

De inteſtabili.

26. *Gaius* ‖ libro 22. ad Edictum Prouinciale. ‖

CVm lege quis inteſtabilis *k* iubetur eſſe, eò pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur. & eo amplius (vt quidam putant) néve ipſi dicatur teſtimonium.

De teſte qui teſtamentum ſcripſit.

27. *Celſus* " libro 15. Digeſtorum "

DOmitius *l* Labeo Celſo ſuo ſalutem. Quæro an teſtium numero habendus ſit is, qui, cùm rogatus eſt ad teſtamentum ſcribendum *m*, idem quoque, cùm tabulas ſcripſiſſet, ſignauerit. Iubentius Celſus Labeoni ſuo ſalutem. Aut non intelligo *n*, quid ſit de quo me conſulueris, aut valide ſtulta *o* eſt conſultatio tua: plus enim quàm ridiculum eſt dubitare, an aliquis iure teſtis adhibitus ſit, quoniam idem & tabulas teſtamenti ſcripſerit.

Si ſeruus teſtamentum ſcripſerit.

28. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Regularum. ‖

SEruus *p*, licèt alienus, iuſſu teſtatoris teſtamentum ſcribere non prohibetur.

De teſtamento imperfecto.

29. *Paulus* ‖ libro 14. Reſponſorum. ‖

EX ea ſcriptura *q* quæ ad teſtamentum faciendum parabatur, ſi nullo iure teſtamentum perfectum eſſet, nec *q* ea, quæ fideicommiſſorum verba haben, peti poſſe.

1 ¶ Ex his verbis quæ ſcripturæ paterfamilias addidit, ταύτην τὴν διαθήκην βούλομαι [illegible] εἶναι κυρίαν ἐπὶ πάσης ἐξουσίας *r*. *Hoc teſtamentum volo eſſe ratum quacunque ſ ratione poterit*: videri eum voluiſſe, omnimodo valere ea quæ reliquit, etiam ſi inteſtatus deceſſiſſet.

De ſubſcriptione teſtium.

30. *Idem* ‖ libro 3. Sententiarum. ‖

SIngulos teſtes, qui in teſtamento adhibentur, proprio *t* chirographo *u* adnotare conuenit, quis, & cuius teſtamentum ſignauerit.

Si quis ſe Imperatorem facturum heredem iactauerit.

31. *Idem* ‖ libro 5. Sententiarum. ‖

EIus *x* bona qui ſe Imperatorem facturum hæredem eſſe iactauerat *y*, à fiſco occupari non poſſunt.

DE LIBERIS *z* ET POSTHVMIS *a*, hæredibus inſtituendis, vel *b* exhæredandis *c*.

TIT. II.

Quibus modis exheredatur nominatim.

Vlpianus ‖ libro 1. ad Sabinum ‖

QVid ſit nominatim exheredari, videamus. nomen *d*, & prænomen, & cognomen eius dicendum eſt? an ſufficit vel vnum *e* ex his? & conſtat ſufficere.

2. *Idem* ‖ lib. 6. Regularum. ‖

NOminatim exhæredatus filius & ita videtur, *filius meus exhæres eſto* ſi nec nomen eius expreſſum ſit: ſi modò vnicus *f* ſit. nam ſi plures ſunt filij, beni-

a hoc eſt, vni... teſtamento plur... exempla.

b Exemplis plu... ribus fieri poſſu... teſtamenta *vt hi*... contractus. *Pra*... *gmaticum Inſti*... *nian. c.* 21. litera... Cicero 4. *famili*... 4. literæ non vn... exemplo.

c *v. l. 1. §. 6. ϳ. ſi*... *cond. tab.*

d Exemplaribu... authenticis, pote... etiam vnum, qu... authenticum, ali... quaſi exemplu... facere. *d. l. 1. §.*... An duo poſſint i... vno tantùm exem... plo teſtamenta f... cere? hoc tantu... Valentinianus d... dit coniugibu... *Nou. 1. de teſt.* C... *iac. hic.* Huc re... elegantem ſpecie... ex Mynſigero... *obſ.* 8.

e Teſtamentum... iudicij noſtri t... ſtatio.

f *Fortè legendu*... ſi quis cum te... mentum.

g 5. *Harm.* 1. §... & 48.

h *l. 29. C. de te*... actus enim imp... fectus dicitur n... lus.

i nam aliàs tri... verbis perfici... teſtamentum, ... cius hæres eſto... § 3 *infra de he*... *inſt.*

k *v. l. 5. §. 9.*... *de iniur.*

l v. Manticam... *de Coniect.* 12.

m De ſcrip... teſtamenti, *v. l.*... *C. de teſt. Syn.*... *tit.* 1. *c.* 29.

n id videtur q... ſiſſe Labeo, An... gatus ad teſtam... tum ſcribendu... idem non roga... teſtamentum ... ſignare poſſit... videatur omn... aliud feciſſe ... eo, de quo ro... tus fuerit, ali... enim eſt ſcribe... aliud ſignare, ... ſigillum, adpon... re.

o Stultò interro... ganti, ruſticè r... ſpondendum. *Ba*...

p Quilibet enim... poteſt teſtamentu... ſcribere, *l. 21. C. d*... *teſt.*

q i. imperfectum teſtamentum non valet ne quidem iure codicillorum, v. tamen *l. 11. §. 1. ϳ. de leg. 3. l. 29. C. de fideic.*

r i. omni iure, *l. 88. in fi. ϳ. de leg.* 2. ſ etiam iure codicillorum. t Subſcriptionem alteri committi non poſſe, ne quidem notario. Baldus hinc colligit. Alienotamen anulo ſubſignare poſſumus, §. 5. *Inſt. eod.* u Teſtamento ita ſubſcribere teſtes oportet: Lucius Titius ſubſcripſi, & Gaij Seij teſtamentum obſignaui. Teſtamentum iure non valet, quod ita ſubſcriptum non eſt. adde *Syn. 35. tit.* 1. c. 31. *Nou. Leonis* 82. x adde *l. 6. C. qui teſt.*

y *Paul. 5. ſent. 12. §. 9. v. l. 22. ϳ. de iure fiſci.* z 6 C. 28. iam natis.

a 6. C. 29. i. naſcituris, de voce *poſthumus v. l 3. ϳ. de iniuſto.*

b *v. l. 4. C. qui teſt.* Theophilum *Inſt. de exhered. liberorum*: *Ferrandum 2. explic.* 30. *v. in l 30. ϳ. eod.*

c 2. *Inſt.* 13. Inſtitutionis & exhæredationis vſum in teſtamentis

d Quod ad exhæredationes attinet, magna ſemper cauſa eſſe debuit vt liberos parentes exhæredarent. Cicero *pro Roſcio Amerino Seneca 2. de Clementia.*

e Nominatim ſatis exhæredatus videtur is cuius nomen, vel prænomen, vel cognomen exprimitur: *l. 34. ϳ. de cond. & demonſt.* f indefinita ad vnum tantum relata, orationi ſingulari æquipollet, *Bal.* nihil intereſt, vtrum dicas, Socrates an Sophroniſci filius: cùm vnus Sophroniſco ſit filius: *Porphy ius*: v. Cuia. *hic.* Nihil intereſt. in iure vtrum quis vnum filium habens dicat, Filius hæres eſto: an Titi hæres eſto. Seruius 4. Æneidos ad illum verſum: *Et morientem nomine clamat.* Quin Theophilus, *Inſt. de exher. liberorum*: nominatim exhæredatum videri ſcribit

gna in

gna à interpretatione potiùs à pleriſque reſpondetur, nullum exheredatum eſſe.

1. Purè filium exheredari. 2. De exheredatione inter medias inſtitutiones: vel qui heres erit. 3. vel ante inſtitutionem. 4. vel inter duos gradus. 5. commixtos. 6. vel à ſecundo gradu.

3. *Idem* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

ET ſi pepercerit filium dicere, ex Seia autem natum dixit: rectè exheredat *b*. & ſi cum conuicio *c* dixerit, *Non nominandus*, vel, *Non filius meus, latro, gladiator*: magis eſt vt rectè exheredatus ſit: &, ſi ex adultero *d* natum dixerit.

1 ¶ Purè *e* autem filium exheredari *f* Iulianus putat: qua ſententia vtimur.

2 ¶ Filius inter *g* medias quoque heredum inſtitutiones rectè exheredatur, & erit à toto gradu *h* ſummotus, niſi fortè ab vnius perſona eum teſtator exheredauerit. nam ſi hoc fecit, vitioſa erit exheredatio: quemadmodum ſi ita eum exheredauerit: *Quiſquis mihi erit filius, exheres eſto*. nam (vt Iulianus ſcribit) huiuſmodi exheredatio vitioſa eſt: quoniam poſt *i* aditam hereditatem voluit eum ſummotum: quod eſt impoſſibile.

3 ¶ Ante *k* heredis inſtitutionem exheredatus, ab omnibus gradibus ſummotus eſt.

4 ¶ Inter *l* duos ‖ autem ‖ gradus exheredatus, ab vtroque remotus eſt, ſecundùm Scæuolæ ſententiam quam puto veram.

5 ¶ In eo, qui miſcuit duos gradus, exheredationem valere, Mauricianus rectè putat: veluti, *Primus heres eſto ex ſemiſſe: ſi primus heres non erit, ſecundus "ex ſemiſſe" heres eſto tertius ex alio ſemiſſe heres eſto filius exheres eſto: ſi tertius heres non erit quartus heres eſto*: nam ab vtroque gradu ſummotus eſt.

6 ¶ Si ita teſtatus ſit paterfamiliàs, vt à primo *m* quidem gradu filium præteriret, à ſecundo ſolo exheredaret: Sabinus, & Caſſius, & Iulianus putant, perempto primo gradu, teſtamentum ab eo gradu exordium capere, vnde filius exheredatus eſt: quæ ſententia comprobata eſt.

De eo qui vxorem habet vel non.

4. *Idem* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

PLacet *n* omnem maſculum poſſe poſtumum *o* heredem ſcribere, ſiue iam maritus ſit, ſiue nondum vxorem *p* duxerit. nam & maritus repudiare vxorem poteſt, & qui non duxit vxorem, poſtea maritus effici. nam & cùm maritus poſtumum heredem ſcribit, non vtique is ſolus poſtumus ſcriptus videtur, qui ex ea, quam habet vxorem, ei natus eſt, vel ‖ is, ‖ qui tunc in vtero eſt: verùm is quoque, qui *q* ex quacunque vxore naſcatur.

5. *Iauolenus* libro 1. ex Caſſio.

IDeóque qui poſtumum heredem inſtituit, ſi poſt teſtamentum factum mutiuat matrimonium, is inſtitutus videtur qui ex poſteriore matrimonio natus eſt.

De eo qui generare facilè non poteſt. De ſpadone.

1. De caſtrato. 2. De Hermaphrodito.

6. *Vlpianus* libro 3. ad Sabinum.

SEd eſt quæſitum, an is qui generare facilè non poſſit, poſtumum heredem facere poſſit: & ſcribit Caſſius, & Iauolenus *r*, poſſe: nam & vxorem ducere *ſ*, & adoptare *t* poteſt. Spadonem quoque poſſe poſtumum heredem ſcribere & Labeo, & Caſſius ſcribunt: quoniam nec ætas, nec ſterilitas ei rei impedimento eſt.

1 ¶ Sed ſi caſtratus *u* ſit, Iulianus Proculi opinionem ſecutus, non † putat poſtumum heredem poſſe inſtituere: quo iure vtimur.

2 ¶ Hermaphroditus planè, ſi in eo virilia præualebunt poſtumum heredem inſtituere poterit *x*.

Si filius præteritus viuo patre deceſſerit.

7. *Paulus* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

SI filius, qui in poteſtate *y* eſt, præteritus *z* ſit, & viuo patre decedat, teſtamentum non valet: nec ſuperius rumpetur *a*. & eo iure vtimur.

De exheredato à primo gradu, & præterito à ſecundo.

8. *Pomponius* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

SI primo herede inſtituto, filium *b* exheredauero, à ſecundo autem ſubſtituto non *c* exheredauero, & dum pendet, an prior aditurus ſit, filius ‖ deceſſerit:

qui deſignatus ſit ἀπὸ ἐπιτηδεύματος, ἀπὸ τέχνης, ἀπὸ χρώματος, ex ſtudiis, arte, ætate, colore: Et breuiter omnem ſermonem qui dilucidè explicat perſonam de qua quis loquitur, exheredationem nominatim perficere. adde *l.* 90. *infra de leg.* 3. *l.* 34. ℨ. *de cond. & demonſt. l.* 24. ℨ. *de manumiſſ. teſt.*

a Benigna interpretatio dicitur, quæ exheredationem excludit, licèt vitiet teſtamentum. adde *l.* 19. *in fin.* ℨ. *eod. & Manticam* 4. *de conie‑ctur.* 11.

b Nam è contrario rectè inſtituit cum conuicio. *l.* 48. §. 1. ℨ. *de heredib. inſtituend.*

c Imò, non rectè exheredat, ſi cum conuicio dixit. *l.* 9. §. 8. *in fin.* ℨ. *de heredibus inſtituendis.* adde *l.* 29. *in fi.* s. *de probationib. l.* 13. *C. ex quib. cauſis. in fin. l.* 1. §. 8. ℨ. *de Carboniano.*

d Ex adulterio *Hal. d.* §. 8.

e *l.* 68. *in fin.* ℨ. *de heredib. inſtituend. l.* 18. ℨ. *contra tabulas, l.* 1. §. 3. *infr. de ventre in poſſeſſionem mitti.*

f Purè quoque poſthumus inſtituendus eſt, *l.* 22. *l.* 24. ℨ. *eod.*

g & antè *l.* 1. ℨ. *de heredib. inſtituendis.*

h Gradus hic intellige non ex numero heredum, ſed ex ratione ſucceſſionis.

i *l.* 98. *in fin.* ℨ. *de heredib. inſtituend.*

k *l.* 1. *C. eod.*

l *l.* 1. *C. eod.*

m *l.* 3. *in fin.* ℨ. *de hered. inſtituend. l.* 43. §. 1. ℨ. *de vulg.*

n Sabinianis ſc.

o Poſthumus teſtamenti factionem paſſiuam habet, *l.* 3. ℨ. *ſecund. tab.* §. 4. *Inſtit. de hered. qual. Vlp.* 22. §. 15. 18. 19. 21. *v. Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 22. 23.

p Poſthumum inſtituere poteſt quis, etiam antequam vxorem ducat.

q Poſthumum qui inſtituit, non tantùm ſentit, de eo, qui naſcetur ex vxore præſenti: ſed & ex futura. *Bald.* r & Iauolenus & Caſſius *Cuiac. hic.* ſ vide *l.* 39. s. *de iure dot.*

t *l.* 2. §. 1. s. *de adoptionib.* Poteſt teſtamentum facere eo tempore quo plerumque pubeſcit *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 2. poteſt generare *l.* 6. 7. 14. §. 7. s. *de ædil.* poteſt manumittere. *l.* 14. *in fin.* ℨ. *de manumiſſ. vind.*

u caſtratis quid ſit permiſſum, *v. l.* 5. *C. qui teſtam.*

† Atqui exemplo omnium, teſtamentum facere poteſt. *l.* 5. *C. qui teſta.* Sed poſthumum ideo non inſtituit, quia nullo modo generare poteſt.

x & ad teſtamentum teſtis adhiberi. *l.* 15. *in fin. ſupr. de teſti.* & mas æſtimari. *l.* 10. s. *de ſtatu hominum.* y *l. pen.* ℨ. *eod.*

z *l.* 16. *in fin.* ℨ. *de vulgari: Inſt. de exheredat. liberor.*

a In quo ſc. filius inſtitutus eſt, vel exheredatus. *Cuiac. hic.* Secundum teſtamentum quod ratione præteritionis eſt nullum, non tollit primum, etiamſi præteritus viuo teſtatore decedat, *Bal.* b Iam natum, non poſthumum.

c Filius iam natus rumpit ſpem eius gradus à quo præteritus eſt, incontinenti: poſthumus verò, ſtatim cùm naſcitur. *Bart.* & ſic filio ab inſtituto exheredato, à ſubſtituto præterito valet inſtitutio, ſubſtitutio non item *Cuiac.*

ſecundùm ſententiam qua vtimur, non erit ſecundus heres, quaſi ab initio inutiliter inſtitutus, cùm ab eo filius exheredatus non ſit: quod ſi in poſtumo filio idem acciderit, vt natus viuo patre *a*, à quo exheredatus ſit, moriatur, eadem dicenda erunt de ſubſtituto: quoniam, cùm eſt natus filius, loco eius eſt qui ſuperſtes eſt.

De temporali vitio & valetudine. 1. De nupta alij. 2. De exheredatione filij, & præteritione nepotis. 3. De ea quam nefas eſt ducere. 4. De ſorore adoptiua.

9. *Paulus* " libro 1. ad Sabinum. "

SI quis poſtumos, quos per ætatem *b* aut valetudinem habere forte non poteſt, heredes inſtituit, ſuperius teſtamentum rumpitur: quod natura *c* magis in homine generandi, & conſuetudo ſpectanda eſt, quam temporale vitium, aut valetudo, propter quam abducatur homo à generandi facultate.

1 ¶ Sed ſi ex ea, quæ alij *d* nupta ſit, poſtumum quis heredem inſtituerit, ipſo iure non valet, quòd turpis *e* ſit inſtitutio.

2 ¶ Si filium exheredauero, nepotémque ex eo præteriero, & alium heredem inſtituero, & ſuperuixerit *f* filius poſt mortem meam licèt ante aditam hereditatem deceſſerit, non tamen nepotem rupturum teſtamentum, Iulianus, & Pomponius, & Marcellus aiunt †.

¶ Diuerſúmque *g* eſt, ſi in hoſtium poteſtate filius ſit, & deceſſerit in eodem ſtatu: rumpit enim his caſibus nepos teſtamentum: quod moriente auo filij ius *h* pependerit *i*, non abſciſſum, vt ſuperiore caſu, fuerit. Sed & ſi heres inſtitutus omiſerit hereditatem, erit legitimus heres: quoniam hęc verba, *ſi k inteſtato moritur*; ad id tempus referuntur, quod *l* teſtamentum deſtituitur *m*, non *n* quo moritur.

3 ¶ Sed ſi ex ea *o*, quam nefas ſit ducere, poſtumum heredem inſtituero, non putat rumpi teſtamentum Pomponius.

4 ¶ Sed, ſi *p* per adoptionem ſororem *q* factam habeam, potero poſtumum ex ea heredem inſtituere: quia, adoptione ſoluta *r*: poſſum eam ducere vxorem.

De forma inſtituendi poſtumum.

10. *Pomponius* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

COmmodiſſimè *ſ* is, qui nondum natus "eſt," ita *t* heres inſtituitur, *ſiue viuo me u, ſiue mortuo x, natus fuerit, heres eſto*: aut etiam purè neutrius temporis habita mentione: ſi alteruter caſus omiſſus fuerit, eo caſu qui omiſſus ſit, natus rumpit *y* teſtamentum: quia "hic filius" nec ſub conditione quidem ſcriptus heres, intelligitur, qui in hunc caſum naſcitur, qui non eſt teſtamento adprehenſus.

De ſucceſſione ſui heredis.

11. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

IN ſuis heredibus euidentiùs apparet continuationem *z* dominij eò rem perducere, vt nulla videatur hereditas fuiſſe, quaſi *a* olim hi domini eſſent, qui etiam viuo patre quodammodo domini † exiſtimantur: vnde etiam filiusfamiliàs appellatur, ſicut paterfamiliàs, ſola nota hac adiecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo, qui genitus ſit: itaque poſt mortem patris non hereditatem percipere videntur: ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequuntur: hac ex cauſa, licèt non ſint heredes inſtituti, domini *b* ſunt: nec obſtat, quòd licet eos exheredare, quòd *c* & occidere *d* licebat.

De ventre exſecto. 1. De animali non integro edito.

12. *Vlpianus* ‖ libro 9. ad Sabinum.

QVod dicitur filium natum rumpere teſtamentum, natum accipe, & ſi exſecto *e* ventre editus ſit. nam & hic rumpit teſtamentum, ſcilicet ſi naſcatur in poteſtate.

1 ¶ Quid tamen, ſi non integrum *f* animal editum ſit, cum ſpiritu *g* tamen: an adhuc teſtamentum rumpat? & hoc tamen rumpit.

De inſtitutione vxoris, & poſtumi vel poſtumæ. 1. De ademptione hereditatis & libertatis. 2. De exheredatione filij poſt mortem eius.

13. *Iulianus* ‖ libro 29. Digeſtorum. ‖

SI ita ſcriptum ſit, *Si filius mihi natus fuerit ex beſſe h heres eſto." ex reliqua parte vxor mea heres eſto." ſi vero filia*

a viuo Primo *Cuiac. hic. & inſt. de exhered. liber.*

b inhabilis ex accidenti, non ex natura, poſthumum inſtituere poteſt.

c *v. Nou. Leon.* 60.

d Non poſſumus ex ea muliere quæ nupta eſt, vel quam honeſtè vxorem ducere non poſſumus, poſthumum heredem inſtituere, *hic.* & §. 3. §. 4. ℨ. *eod.* Poſſumus ex quacunque alia, *l.* 4. ℨ. *eod.* & vidua, *l.* 27. ℨ. *eod.*

e facit *l.* 1. *in fin.* s. *de his qui notant. Nou.* 22. *c.* 16.

f *v. l.* 2. *C. de liberis præteritis.*

† hodie quid iuris ſit, *v. l.* 34. *C. de inoff.*

g Cur diuerſum? vide Langebekium, *cap* 20. *Annotationum.*

h Filius pependerit, *Hotom.* 1. *obſ.* 15.

i *v. l.* 7. §. 1. ℨ. *de Carbon.*

k dixi ad *Vlp.* 26. §. 1. *in fin.*

l quo.

m Deſtituitur autem, & deſeritur teſtamentum non adita hereditate, *l. vlt.* s. *de cond. inſtit.*

n v. quæ ſcripſi ad *l.* 83. §. 5. *verſ. ſed genus.* ℨ. *de verb. oblig.*

o §. 1. s. *eod.*

p *v.* §. 1. s. *eod.*

q Soror per adoptionem mihi eſt, quam pater meus adoptauit: aliàs vt fratrem ita nec ſororem adoptare poſſumus, *l.* 7. *C. de hered. inſtit.*

r *l.* 17. s. *de ritu: l.* 35. §. 1. ℨ. *de verb. oblig.*

ſ Vide Molinæum ad hanc legem eiúſve ſingularem repetitionem.

t id eſt, vno ex his quinque modis. Qui mihi naſcetur poſthumus: qui poſt teſtamentum: qui me viuo: qui me mortuo: qui me viuo, vel mortuo poſthumus, naſcetur, heres eſto. Primus, vt ſimplicior, ita à notariis diligenter eſt ſeruandus, adde *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 22.

u Hæc inſtitutio poſthumi fit ex lege Iulia Velleia. *Vlp. l.* 22. §. 19. x Inſtitutio hæc poſthumi fit ex iure ciuili. *Vlp. ibid.* & ita in omnem caſum inſtituitur, *l.* 47. §. 1. ℨ. *de heredibus inſtituendis.* y Imò non rumpit. *l. vlt. C. de poſtliminio reuerſ.*

z Ea ſtatim fit *l.* 1. §. 7. *infr. ſi quis omiſſa cauſa.* ſtatim ipſo iure, *l.* 14. *infra de ſuis, adde l.* 30. s. *ex quibus cauſis maior.*

a §. 2. *Inſtit. de heredum qualitate.* Cicero 1. *Verrina.* Quibuſcum viui noſtra partimur. † & neceſſarij heredes, *l.* 63. ℨ. *de adquir. hered.*

b Si filius, ergo heres. *Paul. epiſtola ad Galat. cap.* 3. *in fin. c.* 4. *num.* 7. hinc appellantur αὐτοκληρονόμοι.

c *al.* quos. Argumentum à maiore, ad minus: licet enim exheredare, ſi licet occidere.

d *l. vltim. Cod. de patria poteſtate, l.* 5. *infra de lege Pompeia de parricid.* Cicero *pro domo.* e *l.* 6. *in fine princ.* s. *de inoffic. l.* 41. ℨ. *de verb. ſign.*

f *l.* 3. *circa fin. C. de poſthum. hered. Theophil.* §. 1. *Inſt. de exheredat. liberor.*

g *v. l.* 2. *l.* 3. *C. de poſtliminio reuerſis.*

h Hic filius ad matrem, & mater ad filium eſt in proportione dupla. Erit ergo eadem ratione diuidenda hereditas inter geminos & matrem.

mihi nata fuerit, ex triente heres eſto, ex reliqua parte vxor heres eſto, & filius *a*, & filia nati erunt, dicendum eſt, aſſem diſtribuendum eſſe in ſeptem partes, vt *b* ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. ita enim ſecundum voluntatem teſtantis, filius altero tanto amplius habebit, quàm vxor: item vxor altero tanto amplius quàm filia: licèt *c* enim ſubtili *d* iuris regulæ conueniebat, ruptum fieri teſtamentum; attamen, cùm ex vtroque nato teſtator voluerit vxorem aliquid habere, ideo ad huiuſmodi ſententiam, humanitate ſuggerente, decurſum eſt: quod etiam Iuuentio Celſo apertiſſimè placuit.

1 ¶ Regula eſt iuris ciuilis, qua conſtitutum eſt, *hereditatem e adimi non poſſe*, propter quam liber & heres eſſe iuſſus, quamuis dominus ademerit eodem teſtamento libertatem, nihilominus & libertatem & hereditatem habebit.

2 ¶ Teſtamentum, quod hoc modo ſcribitur, *Titius poſt mortem filij mei heres eſto, filius exheres eſto*, nullius momenti eſt: quia filius poſt *f* mortem ſuam exheredatus eſt *g*: quare & contra tabulas paternorum libertorum huiuſmodi filius bonorum poſſeſſionem accipere poterit.

De poſthumo partim præterito, partim exheredato. 1. Quo caſu valet gradus, à quo filius præteritus eſt. 2. De falſo elogio.

14. *Africanus* ‖ libro 4. *h* Quæſtionum. ‖

SI poſthumus à primo gradu exheredatus *i*, à ſecundo præteritus ſit, quamuis eo tempore naſcatur, quo ad heredes primo gradu ſcriptos pertineat hereditas, ſecundum tamen gradum vitiari placet, ad hoc, vt prætermittentibus inſtitutis ipſe heres exiſtat. Immò & ſi defuncto eo, heredes inſtituti omiſerint hæreditatem, non poſſe ſubſtitutos adire. Itaque & ſi à primo gradu exheredatus, à ſecundo præteritus, à tertio exheredatus ſit, & viuentibus primis & deliberantibus decedat, quæri ſolet, omittentibus primis aditionem, vtrùm ad eos, qui tertio gradu ſcripti ſint, an potiùs ad legitimos heredes pertineat *k* hereditas: quo & ipſo caſu rectiùs exiſtimari putauit, ad legitimos eam pertinere. Nam & cùm duobus *l* heredibus inſtitutis, & in ſingulorum locum facta ſubſtitutione, à primis exheredatus poſtumus, a ſecundis præteritus fuerit, ſi alter ex inſtitutis omiſerit, quamuis poſtumus excludatur *m*, non tamen magis ſubſtitutum admitti *n*.

1 ¶ Quod vulgò dicitur, *eum gradum, à quo filius præteritus o ſit: non valere*: non vſquequaque verum eſſe ‖ ait. ‖ nam ſi primo gradu heres inſtitutus ſit filius, non debere eum à ſubſtitutis exheredari: ideóque ſi filio & Titio heredibus inſtitutis, Titio Mæuius ſubſtitutus ſit, omittente Titio hereditatem, Mæuium eam adire poſſe, quamuis filius ſecundo gradu exheredatus non ſit.

2 ¶ Si quis ita ſcripſerit, *ille quem ſcio ex me natum non eſſe, exheres eſto*, hanc exheredationem ita nullius momenti eſſe ait, ſi *p* probetur ex eo natus: non enim videri quaſi filium exheredatum eſſe, cùm elogium *q* pater, cùm filium exheredaret, propoſuiſſet ‖ & ‖ adiecisſet propter eam cauſam exheredare: probatúrque patrem circa cauſam exheredationis errasſe.

15. *Vlpianus* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

IDem eſt, & ita dixerit, *ille illius filius exheres eſto*, patrem ei adulterum per errorem adſignans.

De filio inſtituto, & poſthumo præterito, & nepote.

16. *Africanus* ‖ libro 4. *r* Quæſtionum. ‖

SI filius heres inſtitutus ſit, omiſſo poſtumo, filióque ſubſtitutus *ſ* nepos ex eo ſit, ſi interim moriatur filius, poſthumo non nato, nepotem tam patri, quam auo ſuum heredem futurum: quòd ſi nemo filio ſubſtitutus ſit, & ſolus ipſe inſtitutus ſit, tunc, quia eo tempore, quo is moriatur, certum eſſe incipit, neminem ex eo teſtamento heredem fore, ipſe filius inteſtato patri heres exiſtat: ſicut euenire ſolet: cùm ſub ea conditione, quæ in ipſius poteſtate erit, filius heres inſtitutus, prius quam ei pareret, moriatur.

De forma exheredationis.

17. *Florentinus* ‖ libro 10. Inſtitutionum. ‖

FIlij etiam hoc modo exheredantur *filius exheres ſit t, filius exheres erit.*

De exheredatione non notæ cauſa.

18. *Vlpianus* ‖ libro 57. ad Edictum. ‖

MVlti non *u* notæ *x* cauſa exheredant filios, nec vt eis obſint, ſed vt *y* eis conſulant, (vtputa impuberibus) eiſque fideicommiſſam hereditatem dant.

De exheredatione ex parte, vel certa re.

19. *Paulus* ‖ libro 1. ad Vitellium. ‖

CVm quidam filiam ex aſſe heredem ſcripſiſſet, filióque, quem in poteſtate habebat, decem legaſſet adiecit, ‖ & ‖ *in cætera parte exheres mihi erit*, & quæreretur, an rectè exheredatus videretur. Scæuola reſpondit, non videtur: & in diſputando adiiciebat: ideò non valere, quoniam nec fundi exheres eſſe iuſſus, rectè exheredaretur: aliámque cauſam eſſe inſtitutionis, quæ benignè *a* acciperetur, exheredationes autem non *b* eſſent adiuuandæ.

De filio qui pendente conditione inſtitutionis ſe dedit arrogandum.

20. *Modeſtinus* ‖ libro 2. Pandectarum. ‖

SVb conditione *c* filius heres inſtitutus, ſi pendente conditione adrogandum ſe dedit *d*, neceſſarius heres non erit *e*.

Si idem exheredetur, deinde inſtituatur.

21. *Pomponius* " lib. 2. ad Quintum Mucium."

SI filium nominatim exheredauero, & eum poſtea heredem inſtituero, heres erit *f*.

De poſthumo inſtituto ſub conditione.

22. *Terentius Clemens* " libro 17. ad legem Iuliam & Papiam."

CVm poſtumus ſub conditione *g* inſtituitur, ſi prius quàm naſcatur, conditio exſtiterit, non rumpitur teſtamentum poſtumi adgnatione.

De adoptione.

23. *Papinianus* libro 12. Quæſtionum.

FIlio quem pater poſt emancipationem à ſe factam, iterum adrogauit, exheredationem antea ſcriptam nocere dixi. nam in omni ferè iure ſic obſeruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ veritas *h* adumbretur *i*, videlicet quòd non tranſlatus, ſed redditus videretur: nec multum puto referre, quod ad propoſitum attinet, quòd loco nepotis filium exheredatum pater adrogauit.

1 ¶ Si Titius heres inſtitutus, loco *k* nepotis adoptetur *l*. defuncto poſtea filio qui pater videbatur, nepotis ſucceſſione *m* non rumpitur teſtamentum ab eo, qui heres inuenitur.

24. *Paulus* " libro 9. Quæſtionum."

POſtuma ſub conditione heres inſtituta, ſi pendente conditione viuo patre naſcatur, rumpit teſtamentum.

De exheredatione, cæteri omnes filij filiæque. 1. De inſtitutione poſtumi alieni, qui paulò ante teſtamentum teſtatore ignorante natus erat.

25. *Vlpianus* ‖ libro 12. Reſponſorum.

TItius teſtamento heredem inſtituit, & filium habens ſic exheredationem poſuit: *Cæteri n omnes filij filiæque mea exheredes ſunto.* Paulus reſpondit, filium rectè *o* exheredatum videri.

¶ Poſtea conſultus, an videatur exheredatus, quem pater putauit *p* deceſſiſſe? Reſpondit, filios & filias nominatim exheredatos proponi: de errore autem patris, qui interceſſiſſe proponitur, apud iudicem agi oportere.

1 ¶ Lucius Titius cùm ſuprema *q* ſua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia pregnatem, rure *r* agentem, ſcripſit id quod in vtero haberet ex parte heredem: quæro, cùm ipſa die, qua Titius ordinaret teſtamentum in ciuitate, hora *ſ* diei ſexta *t*, ‖ eodem die, ‖ albeſcente *u* cœlo, rure ſit enixa Mæuia maſculum, an inſtitutio heredis valeat, cùm, quo tempore ſcriberetur teſtamentum, iam editus eſſet partus: Paulus reſpondit, verba quidem teſtamenti ad eum pronepotem directa videri, qui poſt teſtamentum factum naſceretur: ſed ſi (vt proponitur) eadem die, qua teſtamentum factum eſt, neptis teſtatoris, antequam teſtamentum ſcriberetur, enixa eſſet, licèt ignorante teſtatore, tamen inſtitutionem iure factam videri *x* ‖ rectè ‖ reſponderi.

De filiofam. milite.

26. *Paulus* ‖ libro 3. Sententiarum. ‖

FIliusfamilias, ſi militet, vt paganus, nominatim à patre aut heres ſcribi, aut exheredari debet *y*, iam

---

a Simplicibus duobus expreſſis, mixtus caſus continetur. vide Doctores in *l.* 2. ℨ. *de verb. oblig.*

b Proportionis hæc eſt ratio, vt quæ ſit ratio octo ad quatuor, eadem ſit quatuor ad duo: & duorum ad vnum.

c A ſubtilitate diſcedimus, vt æquum ſequamur.

d *al.* ſubtilis iuris.

e libertatem. *Cuiacius, hic.* hereditatem ſeruo. *Hal.* hanc poſtremā tuetur lex 6. *in fi.* ℨ. *de hered. inſtituendis.* Florentinam defendit *l.* 7. §. 2. ℨ. *de teſtam. milit.*

f *l.* 29. §. 10. *infrà eodem.*

g Poſt mortem exheredatus eſt, quando poſt mortem filij hereditas adiri poteſt: itaque hic filius pro præterito habetur.

h vide Cuiac. ad hanc *l* 4. *ad Afric.*

i Hodie non exheredantur poſtumi: nec enim hodie licet parentibus filios exheredare, niſi ingratos. *Nouell.* 115. *cap.* 3. Poſtumi autem ingrati eſſe nō poſſunt.

k Pertinere dicitur hereditas quæ delata eſt, nondum adquiſita, vel repudiata. vide Cuiac. *ibid.*

l *l.* 19. ℨ. *de iniuſto.*

m morte ſua ſcilicet.

n Quis admittetur: An qui ſimul inſtitutus? *vt hic.* Imò ne ſimul quidem inſtitutus, cum teſtamentum ruptū videatur, *l.* 19. ℨ. *tit. prox.* Hic ſubſtitutus admitti negatur, etiamſi poſthumus excludatur morte. Quæ reſponſio per ſe ſatis imperfecta: & ideo plenior requirenda eſt ex *d. l.* 19.

o Filius, qui non inſtituitur, ab omnibus gradibus exheredandus eſt. Qui inſtituitur, non neceſſe eſt eum exheredari à ſequentibus, *Cuiac ibid.*

p Exheredatio filij nulla eſt, ſi probat filius elogium falſum: ſecus, ſi non probat. *l.* 3. ℨ. *eod.* Hodie heres exheredantis *t* probare debet elogium filij verum eſſe, *Nou.* 115. *c.* 3.

q notariam vituperationem, *l.* 6. *l.* 11. *in fin.* ℨ. *de cuſtodia*, cum elogio. μετὰ τῶν ἐν αὐτῷ πραχθέντων. Elogia: μῶμος & elogia, *l.* 3. ℨ. *de re militari* μετὰ ἀναφορᾶς. Notaria, ſcriptum breue apud Auguſt. & Symmachum, pro vituperatione & conuicio, *vt hic, & l.* 1. §. 9. ℨ. *de Carbon. l.* 37. §. 2. *infr. de leg.* 3. *v. Cuiac ibid.*

r *v. Cuiac. hic, & 4. ad Afric.*

ſ Suitatem ſubſtitutione vulgari tolli hinc colligunt, de quo *v. Socin. reg.* 590.

t His verbis, *ſit* & *erit*, inſtitutio & exheredatio fieri poteſt, *l.* 15. *Cod. de teſtam. Vlp. tit.* 21. §. 1.

u Legitimæ filij ſimili ratione poteſt onus imponi non mala mente.

x Exheredatio non omnis, notæ cauſa fit: ineſt tamen in exheredatione quaſi quædam nota. *v. C. hic.*

y *l.* 16. §. 2. ℨ. *de curat. fur. l.* 12. §. 2. ℨ. *de bon. libert.*

---

a Inſtitutiones ſunt fauorabiliter interpretandæ: exhæredationes, ſtrictè: ideóque in his non vt in illis, locus eſt iuri adcreſcendi, *Bald.*

b Ideo reſtringendæ: ſunt enim [ſ]fauorabilia extendenda: odia coërcenda. *Dynus* [...] *cap. odia. de regulis in* 6.

c putà ſi Alexandriam iuerit.

d Poſt mortem patris.

e Quia nec ſuus: vel ideò, quòd in familia patris non eſt tempore delatæ hereditatis. Suus eſt autem, qui in familia proximior eſt delatæ hereditatis tempore, *Cuiac. hic.*

f Secunda ſcriptura potior eſt priore, tunc maximè cum prior odioſa, eſt, *Bald.*

g Inſtitutioni poſtumi adiecta conditio & ante cum natum exiſtens teſtamentum non [rum]pit.

h id eſt ius naturale.

i Veritas vbi habetur, ibi non eſt [lo]cus fictione: [fi]ctioni cum veritate conuenit. Deci[us] ad *l.* 5. ℨ. *de reg. iuris.* Fictio & veritas quoties ad vnum collineant, veritas præualet fictioni. *Bart.*

k *l.* 10. ℨ. *de adopt.*

l vel adrogetur, *l.* 18. ℨ. *de iniuſto.*

m *l.* 6. §. 3. ℨ. *de iniuſto.*

n Plures filij [...] exheredari ſolent. De exheredatione inter cæteros. *vide Inſtit. de exhered. liber. in pr. &* §. [...] *Vlp.* 22. §. 20. 21. 22.

o Imò malè. Nam qui ita exheredatur filius, [...] ſeu indefinitè exheredatur. Filius autem in poteſtate inter cæteros exheredari non debet, ſed nominatim, *Theophil. in princ. Inſtit. de exhered. liberor.*

p *l.* 29. ℨ. *de manu. miſſ. teſtam.*

q id eſt teſtamentum.

r & ita ignorantem. vnde colligunt, Ruſtico ignoſci qui feudi inueſtituram non petierit intra tempora moribus præfinita *Ancharanus conſ.* 393. *Chopinus* 1. *de priuilegiis ruſtic.* 4. *num.* 4.

ſ id eſt, meridie. Ita citò moriturus teſtator poteſt meridie heredem poſthumum inſtituere, qui iam albeſcente cœlo eo ignorante natus ſit.

t de ſexta diei, vide legem 2. *in fin.* ℨ. *de verb. ſign.* Eſt verò hic ſexta hora, ſexta à media nocte: more enim Romano dies incipit à media nocte, *l. more,* ℨ. *de feriis,* vide Forcatulum *cap.* 10. *Auiarij.*

u id eſt, diluculo nondum clareſcente: vt primum albeſcere lucem vidit, *Virgil.* 4. *Æneid.* Albicaſſit Phœbus *Gell.* 15. albente cœlo copias educit. *Cæſar.* 1. dies inalbebat. *Apul.* 7. *Cuiac. hic.*

x Atque ita fauore teſtamenti, & propter ignorantiam teſtatoris, natus habetur pro non nato. Nemo enim dubitat, teſtatorem aliter fuiſſe prouiſurum, ſi ſciuiſſet, *v. l.* 22. *in pr. verſ. Braſidas.* ℨ. *ad Trebellianum, l.* 3. §. 16. ℨ. *de teſtam. tut.*

y Vtcunque enim ſit miles, pater in filium ius paternum habet, *l.* 1. *infrà de i*[...] *ſequit.*

ſublato

ſublato edicto Auguſti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exhæredet.

De poſthumo ex qualibet vidua.

27. *Idem* ‖ libro 3. ad Neratium. ‖

POſthumum ex qualibet *a* vidua *b* natum ſibi filium hæredem inſtituere quis poteſt.

Si filius pendente conditione tam inſtitutionis quàm exhæredationis moriatur. 1. De nepote qui recidit in poteſtatem militis teſtatoris ob mortem aui. 2. De poſthumo ex certa vxore inſtituto. 3. De poſtumo ex ea quæ tempore teſtamenti non poterat eſſe vxor. 4. Si poſtumus & poſtuma inſtituantur, & vnus ſolus naſcatur.

28. *Tryphoninus*[a] libro 20. Diſputationum.

FIlius *c* à patre, cuius in poteſtate eſt, ſub conditione, quæ non eſt in ipſius poteſtate, hæres inſtitutus *d*, & in defectum conditionis exhæredatus, deceſſit pendente etiam tunc conditione tam inſtitutionis, quàm exhæredationis: dixi, hæredem eum ab inteſtato mortuum eſſe, quia dum viuit *e*, neque ex teſtamento hæres, neque exhæredatus fuit. Hærede autem ſcripto ex parte filio, cohęres poſt mortem filij inſtitui *f* poteſt.

1 ¶ Filiusfamiliâs miles de caſtrenſi peculio fecit teſtamentum, habens filium in eiuſdem poteſtate: cùm militare deſiſſet, patre eodémque auo defuncto, quæſitum eſt, an rumpetur eius teſtamentum. Non quidem adoptauit *g*, nec hodie ei natus eſt filius, nec priore ſubducto de poteſtate ſuo hærede, vlterior ſucceſſit, in proximum locum: ſed tamen in poteſtate ſua habere cœpit, quem non habebat: ſimulque paterfamilias factus eſt, & filius ſub eius recidit poteſtatem: rumpetur ergo teſtamentum. Sed ſi hæres ſit inſtitutus, vel exhæredatus iſte eius filius, non rumpitur: quia nullo circa eum nouo facto, ſed ordine quodam naturali *h* nactus eſt poteſtatem.

2 ¶ Si quis ex certa *i* vxore natum ſcribit hęredem, in periculum rumpendi teſtamentum deducit, ex alia ſuſceptis liberis.

3 ¶ Si quis eo *k* tempore, quo nondum eius vxor eſſe poſſet, teſtator natum ex ea ſcripſit hæredem, an poſtea contracto licito matrimonio natus, hęres ex teſtamento eſſe poſſit, quæritur: veluti ſi ſcribas hodie hæredem, qui tibi ex Titia natus erit, quando Titia ancilla *l*, vel minor annis vigintiquinque ea cuius pater tuus *m* tutelam adminiſtrauit, aut tutor tu ipſe fuiſti, poſtea Titia [n] vxor iuſta tibi fuerit, vel libertatem adepta, aut tempore annorum vigintiquinque. & vtilis anni, & rationum allegatione, an natus hæres eſſe poſſit? Nemo certè dubitabit, ex Titia, quæ tunc propter tenorem ætatis vxor duci non potuit, quando teſtamentum fiebat, natum poſtea ea vxore ducta, hæredem eſſe poſſe. Et generaliter nato poſt teſtamentum, hærede ſcripto, aditus eſt ad hæreditatem, in qualicunque ſtatu *n* teſtamenti faciendi tempore fuit, quæ poſtea teſtatori ciuiliter nupta eſt.

4 ¶ Quid autem, ſi filium poſt teſtamentum natum ex beſſe, filiam autem poſt teſtamentum natam ex triente ſcripſit hæredem, nec vllum cohæredem dedit, nec ſubſtituit inuicem *o* alium? vnus natus ſolus ex teſtamento ſit hæres.

¶ *De inſtitutione nepotum vlteriorúmve poſthumorum ſuorum.*

¶ *Ius antiquum, de inſtitutione natorum poſt mortem parentis: de inſtitutione nepotis, ſi filius ante annum teſtatoris moriatur. 1. Si non exprimatur de morte filij. 2. De inſtitutione pronepotis, ſi nepos. 3. Aut filius. 4. Aut vtrque moriatur. 5. Si exprimatur de morte filij & alius caſus contigerit. 6. Si filius apud hoſtes deceſſerit. 7. De nepote qui apud hoſtes conceptus eſt, & rediit. 8. Si nepote non rectè inſtituto, pronepos ex eo inſtituatur. 9. Si pronepos inſtitutus adoptetur in locum nepotis. 10. De inſtitutione præcedentium perſonarum. 11.*

¶ *Legis Velleæ. 12. Caput primum, de natis poſt teſtamentum. 13. Et alterum de his, qui poſt teſtamentum ſuccedunt in locum ſuorum heredum. 14. Si filius ſit apud hoſtes. 15. Si nepos nondum natus inſtituatur & viuo patre naſcatur. 16. Et emancipetur.*

29. *Scæuola*[m] libro 6. Quæſtionum. [n]

GAllus *p* ſic *q* poſſe *r* inſtitui poſtumos *ſ* nepotes *t* induxit *u*: *Si filius meus, viuo x me, morietur y, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis z, poſt mortem meam in decem menſibus proximis a, quibus filius meus moretur b, natus, nata erit c heredes ſunto.*

1 ¶ Quidam rectè admittendum credunt, etiam ſi non exprimat de morte filij, ſed ſimpliciter inſtituat *d*, vt eo caſu valeat, qui ex verbis concipi poſſit *e*.

2 ¶ Idem credendum eſt Gallum exiſtimaſſe & de pronepote *f*, vt dicat teſtator, *ſi me viuo nepos decedat, tunc qui ex eo pronepos* g, & *h* cætera.

3 ¶ Sed & ſi viuo filio, iam mortuo pronepote *i*, cuius vxor prægnas eſſet, teſtamentum faceret, poteſt dicere, *ſi me viuo filius decedat, tunc qui pronepos.*

4 ¶ Num ſi & filius & nepos viuant, concipere vtriſque mortuis, viuo ſe, tunc qui pronepos naſceretur? quod ſimiliter admittendum eſt, ita ſanè, ſi prius nepos, deinde filius decederet, ne ſucceſſione teſtamentum rumperetur.

5 ¶ Et quid, ſi tantùm in mortis filij caſum conciperet? quid enim, ſi aquæ & ignis interdictione *k* peteretur? quid ſi nepos, ex quo pronepos inſtitueretur, vt oſtendimus, emancipatus *l* eſſet? hi enim caſus, & omnes ex quibus ſuus hęres poſt mortem ſcilicet aui naſceretur, non pertinent ad legem Velleam. Sed ex ſententia legis Velleæ & hæc omnia admittenda ſunt, vt ad ſimilitudinem *m* mortis, cæteri caſus admittendi ſint.

6 ¶ Quid ſi qui filium apud hoſtes *n* habebat, teſtaretur? quare non induxere: vt, ſi antea quàm filius ab hoſtibus rediret, quamuis poſt mortem patris, decederet, tunc deinde nepos, vel etiam adhuc illis viuis poſt mortem ſcilicet aui naſceretur, non rumperet? nam hic caſus ad legem Velleam non pertinet. melius ergo eſt, vt in eiuſmodi vtilitate, præſertim poſt legem Velleam, quæ, & multos caſus rumpendi abſtulit, * interpretatio admittatur, vt inſtituens nepotem, qui ſibi poſt mortem ſuus naſceretur, rectè inſtituiſſe videatur, quibuſcunque caſibus nepos poſt mortem natus ſuus eſſet, rumperétque præteritus; atque etiam ſi generaliter *o*, quidquid *p* ſibi liberorum natum erit poſt mortem. aut, quicunque natus fuerit, ſit inſtitutus, ſi ſuus *q* naſceretur.

7 ¶ Si eius qui filium habeat, ‖ & ‖ nepotem ex eo inſtituat *r*, nurus prægnans ab hoſtibus capta ſit, ibique viuo pariat, mox ille, poſt mortem patris atque aui redeat: vtrum hic caſus ad legem Velleam reſpiciat, an ad ius antiquum *ſ* aptandus ſit? poſſitque vel ex iure antiquo, vel ex Vellea inſtitutus non rumpere? quod quærendum eſt, ſi iam mortuo filio, pronepotem inſtituat, redeátque, mortuo. Sed cùm teſtamentum ab eo non *t* rumpitur, nihil *u* refert, vtrum ex iure antiquo, an ex lege Vellea excludatur.

8 ¶ Forſitan *x* addubitet quis, an iſtis caſibus, ſi nepos poſt teſtamentum naſcatur, viuo patre ſuo, deinde ex eo concipiatur, iſque viuo patre, deinde auo, naſcatur, an non potuerit hæres inſtitui, quia pater ipſius non rectè *y* inſtitutus eſſet. quod minimè eſt expaueſcendum. hic enim ſuus hæres naſcitur, & poſt mortem naſcitur.

9 ¶ Ergo & ſi pronepos *z* admittetur, qui natus erit ex nepote, poſtea viuo filio, atque ſi ex eo natus eſſet, adoptatur.

10 ¶ In omnibus his ſpeciebus illud obſeruandum eſt, vt filius dumtaxat, qui eſt in poteſtate *a*, ex aliqua parte *b* ſit hæres inſtitutus: nam fruſtrà exhæredabitur poſt *c* mortem ſuam. quod non eſſe *d* neceſſariò in eo filio, qui apud hoſtes ‖ eſt, ‖ ſi ibi decedat. & in nepote certè, & pronepote, quorum ſi liberi hæredes inſtituantur, inſtitutionem nunquam exigemus: quia poſſunt præteriri.

11 ¶ Nunc de lege Vellea *e* videamus: voluit *viuis nobis datos ſimiliter non rumpere teſtamentum.*

12 ¶ Et videtur primū caput eos ſpectare, qui, cùm naſcerentur, ſui hæredes futuri eſſent. Et rogo: ſi filium habeas, & nepotem nondum natum tantùm *f* ex eo hæredem inſtituas. filius decedat, mox viuo te nepos naſcatur? Ex verbis dicendū eſt non rumpi teſtamentū, vt nō ſolùm illud primo capite notauerit: ſi nepos, qui eo *g* tēpore inſtituatur, quo filius nō ſit. verùm &

a Legem reſtringi, vt improprius ſenſus & fictio euitetur, hinc colligit Stephanus de Phedericis *libro de interpret. legum. & qualiter lex reſtringatur ex mente.* adde *l. Statu. in fin. infra de iure fiſci.*

b ſecus ſi ex nupta, *l. 9. §. 1. ſupra eodem.*

c vide Langebeckium c. 1. *Annotationum.*

d & ideo malè inſtitutus. debet enim inſtitui ſub conditione poteſtatiua. *l. vlt. infra de cond. inſt.* ſub caſuali non poteſt.

e id eſt, quia pro præterito habetur. *Cuiac.*

f Subſtitui. vide Antonium Fabrum 3. *Coniect.* 15.

g Hic notat Baldus, his modis dici poſthumum, per natiuitatem, adoptionem, ſiquis incipiat primum locum tenere, ſi patriam in poteſtatem incidat per legitimationem.

h Intereſt qui fiat facto hominis, an ordine naturæ. *Bald.*

i Verba ſpecialiter prolata non poſſunt ad aliud prorogari. *Bald.*

k Valet inſtitutio poſthumi ex ea quæ vxor eſſe poteſt: licèt ea non poſſit eſſe vxor de præſenti. *Bald.*

l *Har.* 4. §. 19.

m Non eſt mihi aut filio meo cum ea connubium, cuius tutor aut curator ſum: erit tamen allegatis redditiſque rationibus, & expleto tempore vigintiquinque annorum & vtilis anni: vel ex conſtitutione Iuſtiniani expleto tempore viginti nouem annorum.

n Non prohibito tamen de iure diuino vel naturali. *Bald.*

o Sua cuique vice, non mutuo. *Cuiac.*

p Aquilius ſci. de quo vide *l. 2. §. 43. ſup. de origine iuris.* cautiones eius cōmendat Cicero *orat. pro Cæcinna.*

q Sub conditione, vide *l. 4. infra de hæred. inſt.* multò breuius inſtituerentur eo modo quem notaui ad *l. 10. ſupra eo.*

r ex legibus 12. [r] tabularum: iis ſaltem non refragantibus, Poſſe ea dicimur, quæ iure permittente poſſumus, vide quæ notaui ad *l. 12. in fi. infra de bon poſſ.*

ſ ſuos ſcilicet, *Cuiac.* quin & alienos, *l. pen. infra de legatis 1. Salomonius.*

t Quo caſu ſcil. præmortuo parente auo ſuo, ſui futuri ſunt: alioquin rumperetur teſtamentum. *Paulus 3. ſent. 4. §. 23.*

u ex legibus 12. tabularum ſcil. ſic vt Prætorem adire non cogantur pro bonorum poſſeſſione impetranda. *Salomonius arg. l. pen. J. de leg. 1.*

x Is cuius pater viuo auo moritur, opiter Latinis dictus. vide Feſtum *in Opiter.*

y Hæc verba non ſunt neceſſaria, in inſtitutione poſthumi nepotis, *§. 1. J. eo.*

z adde, vel ex nepote pronepos, aut proneptis, *§. 2. 3. J. eo.*

a A morte, non teſtatoris, ſed genitoris poſthumi *J. eo. l. vlt. C. de poſthum. hered. inſt.* non poſt decem menſes, *l. 3. §. 11. j. de ſuis: Nouell. 39. c. 2.* multo minus poſt longius tempus, *l. 6. §. de his qui ſunt ſui. v. l. 12. ſupra de ſtatu.*

b vel aqua & igni interdictus. vel emancipatus §. 4. vel captiuus apud hoſtes erit & generaliter, quibuſcunque caſibus nepos poſt mortem meam ſuus reperietur, §. 5. 6. *J. eo.*

c vel ab hoſtibus redierit §. 7. tunc enim videtur naſci.

d Sufficiet ergo, ſi ita inſtituat, inſtituo filium, & nepotem ex eo: & ita verbum, *inſtituendi*, ad filium relatum proprie, ad nepotem pro *ſubſtituere*, ſumitur. *Bald.*

e Hic caſus inſtitutioni tacitè ineſt. cæterùm non videtur teſtator ſenſiſſe quod non dixit.

f nam qui [m] induxit poſtumos inſtitui poſſe, pronepotes comprehendit.

g Pronepos poſthumus inſtitui poteſt in eum caſum, quo ſuus futurus eſt. *Cuiac.*

h Seneca 2. *de beneficiis. c. 16.* Refert quid, cui, quando, quare, vbi, &c. De hac particula, *& cætera*, quam vim habeat, vide hic Bartolum, adde §. 12. *J. eo.*

i mortuo nepote. *Hal. Cuiac.*

k Aqua & igni interdictus, habetur pro mortuo, *v. l. 1. §. 8. infra contra tab.*

l Emancipatio in his quæ per eam extinguuntur, comparatur morti. *Bald. v. l. 3. Cod. de inſt.*

m Prouiſio facta in vno caſu, cenſetur facta in ſimili. *Bal.*

n Captus ab hoſtibus apud eos moriens, fingitur mortuus captiuitatis tempore, *l. 12. ſup. de teſt.*

o Poteſt quis ſibi generaliter prouidere: & tantum prodeſt prouiſio generalis quoad genus, quantum ſpecialis quoad ſpeciem. *Baldus.* * p Ea verba referuntur ad eum, qui ſuus naſcitur, non ad alienum. *Baldus.* q Suus qui non eſt, inſtitui poteſt ſub conditione, *ſi ſuus erit*, *Baldus.* r ex eo pariat. *Cuiacius hic.*

ſ Ius antiquum hic, leges duodecim Tabularum *Vlp. 22. §. 19.*

t *v. l. 9. J. de captiuis.* u Cum habetur ſtatutum, vlterius non eſt quærenda ratio. *Bald.* x vide Langebeckium *c. 40. annotationum.*

y i. nullo modo, *Accurſius*: Aretinus tamen, conjectura ductus, putat nepotem hic inſtitutum, ſi teſtatore mortuo naſceretur, eúmque viuo teſtatore natum: ergo malè inſtitutum. Salomonius putat hunc locum deprauatum eſſe.

z & ſi nepos. *Cuiacius hic.* ergo & ſic pronepos. *Hal.*

a nam is qui eſt apud hoſtes, præteriti poteſt, ſi non reuertatur, *l. pen. J. eo.* nullum enim habet ius in bonis patris: cæteri præteriri non poſſunt.

b olim quota, hodie certa. *Bald.*

c *l. 13. in fi. J. eo.* Exhæredatio non poteſt incipere poſt mortem exhæredati. *Bald.*

d quod non eſt neceſſe, *Hal. Cuiac.* e *v l. 10. §. 2. ſupra de teſt. tut.* lex Vellea, lex Iulia Vlpiano dicitur, *tit. 22. §. 19.* f natum tamen. *Hal.*

g ſi nepos eo tempore, *Hal. Cuiac.*

ſi viuo patre naſcatur *a*; quid enim neceſſe eſt tempus teſtamenti faciendi reſpici? cùm ſatis ſit obſeruari id tempus quo naſcitur, nam etſi ita *b* verba ſunt, *Qui teſtamentum facit, is omnis c virilis ſexus, qui ei d ſuus heres futurus erit*, & cætera *e*: *etiamſi* [*viuente*] *parente viuo naſcatur*.

13 ¶ Sequenti parte ſuccedentes in locum liberorum, non vult ‖ lex ‖ rumpere teſtamentum, & ita interpretandum eſt: vt ſi & filium, & nepotem, & pronepotem habeas, mortuis vtique pronepos inſtitutus ſuccedens in ſui hæredis locum non rumpat. Et bene verba ſe habent, *Si quis ex ſuis heredibus ſuus heres eſſe deſierit f*, ad omnes caſus pertinentia, quos ſupplendos in Galli Aquilij ſententia diximus *g*, nec ſolùm ſi nepos viuo patre decedat, nec ſuccedens pronepos *h* auo mortuo rumpat, ſed & ſi ſuperuixit patri, ac decedat, dummodo hæres inſtitutus ſit, aut exheredatus.

14 ¶ Videndum, num hac poſteriore parte, *Si quis ex ſuis heredibus ſuus heres eſſe deſierit, liberi eius*, & cætera, *in locum ſuorum ſui heredes ſuccedunto*: poſſit interpretatione induci, vt, ſi filium apud hoſtes habens, nepotem ex eo hæredem inſtituas, non tantùm ſi viuo te filius decedat, ſed etiam poſt mortem, antequam ab hoſtibus reuerſus fuerit, ſuccedendo, non rumpet. Nihil enim addidit *i*, quo ſignificaret tempus, niſi quod (licet audenter *k*) poſſis dicere, viuo patre hunc ſuum hæredem eſſe deſiſſe, licèt poſt mortem decedat: quia nec redit, nec poteſt redire.

15 ¶ Ille caſus in *l* difficili eſt, ſi filium habeas, & nepotem nondum natum inſtituas, iſque naſcatur viuo patre ſuo, ac mox pater decedat, non enim ſuus hæres eſt tempore, quo naſcatur: nec poſteriori alij ſuccedendo prohiberi videtur rumpere, quàm qui iam natus erit. Denique ‖ & ‖ ſuperiore capite, vt liceat inſtitui nondum natos, qui cùm naſcentur, ſui erunt permitti. poſteriore capite non permittit inſtitui, ſed vetat rumpi: néve ob eam rem minus ratum eſſet, quod ſuccedit. Porrò procedere debet, vt vtiliter *m* ſit inſtitutus, (quod nullo iure potuit) qui nondum natus erat? Iuliano tamen videretur, duobus *n* quaſi capitibus legis *o* commixtis, in hoc quoque inducere legem, ne rumpantur teſtamenta.

16 ¶ Quæremus tamen, cùm recepta eſt Iuliano † ſententia, an ſi naſcatur nepos viuo patre ſuo, deinde emancipetur *p*, ſponte adire poſſit hæreditatem. Quod magis probandum eſt. Nam emancipatione ſuus † hæres fieri non potuit.

De liberis præteritis.

30. *Gaius* [n] lib. 17. ad Edictum Prouinciale. [n]

† INter cætera, quæ ad ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale *q* ius eſt de liberis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, ne præteritis iſtis, rumpatur *r* teſtamentum. namque filio *ſ* qui in poteſtate eſt præterito, inutile *t* eſt teſtamentum.

De filio qui eſt apud hoſtes.

31. *Paulus* lib. 2. ad Sabinum.

DVm apud hoſtes *u* eſt filius, pater iure fecit teſtamentum, & rectè eum præteriit, cùm, ſi in poteſtate eſſet filius, nihil valiturum eſſet teſtamentum.

De exheredatione emancipati, & præteritione.

82. *Marcianus* lib. 2. Regularum.

SI filio emancipato *x* exheredato, is, qui in poteſtate eſt, præteritus ſit, ipſe quidem emancipatus, ſi contra tabulas petat, nihil agit *y*, ab inteſtato *z* autem & ſuus & emancipatus venient.

DE *a* INIVSTO, RVMPTO *b*, IRRITO *c* facto teſtamento *d*.

TIT. *z* III.

Quibus ex cauſis teſtamentum non valet.

1. ‖ *Papinianus* lib. 1. Definitionum. ‖

TESTAMENTVM *e* aut *f* non iure factum dicitur, vbi ſolemnia *g* iuris defuerunt: aut nullius eſſe momenti, cùm filius, qui fuit in patris poteſtate, præteritus eſt: aut rumpitur alio *a* teſtamento, ex quo heres exiſtere potuit, vel agnatione *b* ſui heredis: aut in irritum conſtituitur, non adita hæreditate *c*.

De poſteriore teſtamento.

2. *Vlpianus* [n] lib. 2. ad Sabinum. [n]

TVnc *d* autem prius teſtamentum rumpitur, cùm poſterius *e* ritè perfectum eſt, niſi fortè poſterius vel iure militari ſit factum, vel in eo, ſcriptus eſt, qui *f* ab inteſtato venire poteſt, tunc enim & poſteriore perfecto ſuperius rumpitur.

De poſthumo exheredato vel præterito.

3. *Idem* lib. 3. ad Sabinum.

POſthumi *g* per virilem ſexum *h* deſcendentes, ad ſimilitudinem filiorum *i* nominatim exhæredandi ſunt, ne teſtamentum adgnaſcendo rumpant.

1 ¶ Poſthumos *k* autem dicimus ‖ eos ‖ dumtaxat ‖, qui poſt mortem parentis naſcũtur. Sed & hi *l*, qui poſt teſtamentum factum in vita naſcuntur, ita demum per legem Velleam rumpere teſtamentum prohibentur, ſi nominatim ſint exheredati.

2 ¶ Vnde etiam ante *m* hæredis inſtitutionem, vel inter medias hæredum inſtitutiones, vel inter gradus exhæredari poſſunt. Nam Diuus Marcus decreuit, idem in poſthumo, quod in filio, ſeruandum, nec ratio *n* diuerſitatis reddi poteſt.

3 ¶ Ex *o* his apparet, aliam cauſam eſſe filiorum ſuperſtitum, aliam poſteriorum *p*, illi initium faciunt: hi rumpunt, illi ſemper: hi, ſi naſcantur *q*, nec inueniant ſe exhæredatos.

4 ¶ Sed & ſi ſit, ante *r* hoc, aliud teſtamentum, à quo poſthumus exhæredatus ſit *ſ*: placet, ſiue poſt mortem teſtatoris naſcatur, ſiue viuo teſtatore, vtrumque ruptum eſſe & ſuperius per inferius, & inferius per poſthumum.

5 ¶ Nominatim autem exhæredatus‖ poſthumus videtur, ſiue ita *t* dixerit: *Quicumque mihi naſcetur*: ſiue ita, *ex Seia*: ſiue ita *venter exheres eſto*, ſed & ſi dixerit, *poſthumus exheres eſto*: natus vel *u* poſt mortem, vel viuo teſtatore, non rumpet.

6 ¶ Licèt autem poſthumus præteritus adgnaſcendo rumpat, tamen interdum euenit, vt pars teſtamenti rumpatur: vtputa ſi proponas, à primo *x* gradu poſthumum exhæredatum, à ſecundo præteritum. Nam hic primus gradus valet, ſecundus ruptus eſt.

4. *Idem* ‖ lib. 4. Diſputationum. ‖

DEnique & deliberantibus *y* primo gradu ſcriptis hæredibus, qui ſecundo gradu ſcripti ſunt, hæredes obtinere hæreditatem non poſſunt: gradu enim rumpto & infirmato, amplius hæreditas inde obtineri non poteſt.

5. *Idem* ‖ lib. 3. ad Sabidum. ‖

NAm & ſi ſub conditione ſit hæres inſtitutus quis, à quo poſthumus non eſt exheredatus: tamen pendente *a* conditione rumpitur gradus, vt & Iulianus ſcripſit.

¶ Sed & ſi ſit ei ſubſtitutus quis, etiam deficiente conditione primi gradus, non admittetur ſubſtitutus, à *b* quo ſc. poſthumus exheredatus non eſt. Puto igitur, exiſtente quidem conditione primi gradus, poſthumo potius locum fore, poſt defectum autem conditionis natus poſthumus gradum non rumpit: quia *c* nullus eſt. Rumpendo autem teſtamentum, ſibi locum facere poſthumus ſolet, quamuis filius ſequentem gradum, à quo exheredatus eſt, patiatur valere. Sed ſi à primo gradu præteritus, à ſecundo exheredatus ſit: ſi eo tempore naſcatur poſthumus, quo aliquis ex inſtitutis vixit, totum teſtamentum ruptum eſt: nam tollendo primum gradum, ſibi locum facit.

De nepote præterito. 2. De capto ab hoſtibus. 5. De eo qui ſe venundari paſſus eſt. 6. De ſeruitute pœnæ. 7. De Deportatione. 8. De eo qui mortem ſibi conſciuit. 9. De appellatione. 10. De condemnatione illicita. 11. De memoria poſt mortem damnata. 12. De poſtliminio, de lege Cornelia, de reſtitutione damnati. 13. De teſtamento militis aut veterani.

6. *Idem* ‖ lib. 13. ad Sabinum. ‖

SI *d* quis, filio exheredato, nuru prægnate relicta, deceſſerit, & extraneum ſub conditione inſtituerit, & pendente conditione, poſt mortem patris, vel deliberante herede inſtituto de adeunda hereditate, exheredatus filius deceſſerit, & nepos fuerit natus, an rumpat teſtamentum? & dicemus teſtamentum non rumpi *e*: cùm nec exheredari huiuſmodi *f* nepos deberet ab auo, quem pater præcedebat.

a patre inſtituatur. *Cuiacius*. vox *naſcatur*, & *inſtituatur*, deeſt apud Haloandrum.
b nam & ita verba ſunt, *Cuiacius*. nam ita. *Hal.*
c omnes virilis ſexus. *Hal.*
d qui cum naſceretur ſuus futurus erit inſtituendi poteſtatem habero. *Auguſt.*
e vide Langebeckium c. 41. *Annotationum*. de hac particula adde §. 2. ō. co. & *l.* 31. ō. *de euictionib.* & *l.* 20. §. 15. ō. *de her. pet.*
f deſierit, liberi eius & cæteri in locum ſuorum ſui heredes ſuccedunto, néve ob eam rem, ſi inſtituti aut nominatim exheredati ad ſimilitudinem poſthumorum ſunt minus ratum teſtamentum eſto. *Anton. Aug.*
g §. 1. §. 5. ō. co.
h nec ſuccedens nepos‖, *Goucan*. *Cuiacius*.
i verbis legis contenti eſſe, nec aliquid vlterius inquirere debemus. Non debemus requirere, plus quam verba legis, aut ſtatuti requirunt. *Bald.*
k Interpretibus audaciam permiſſam eſſe Baldus hinc colligit.
l *al.* indiſſicilis eſt. Quid ſi legas, in diſſimili: vide quæ ſcripſi ad *l.* 1. §. 2. *infra de migrando*: *ſic in l.* 9. §. 11. ō. *de hered. inſtituendis*: planè erit ſimilis, & *l.* 3. § 1. *infra de vulgari*. non ſimili modo, & *in l.* 74. §. 3. *infra de adquir. hered.* ſimilis eſt.
m vt inutiliter *Hotom.* reprehenſus à Roberto 1. *recept.* 32.
n Argumentum. ex duarum legum, vel duorum capitulorum eiuſdem legis coniunctione validum eſt: v. *Bald. hic.*
o Velleiæ.
† *al.* Iuliani.
p poſt mortem patris ſui & quidem ab auo.
† id eſt, propter obſtaculum emancipationis ſuus herès fieri non poteſt: fit tamen voluntarius, adde Langebeckium c. 42. *Annotationum*. Suus per emancipationem deſinens, de neceſſario fit voluntarius. *q* *l.* 1. *l.* 3. §. 3. ō. *tit. prox. Nou.* 115. c. 3. c. 4. *Inſt. de exhered. liber.* r poſthumo nato ſcil.
ſ nato ſcilicet. t ab initio.
u *l.* 7. ō. *eo.* x *l.* 8. ō. *contra tabulas.*
y ipſo iure. z Teſtamentum in quo filius in poteſtate præteritus eſt, ad inteſtati cauſam deducitur. *Bald.* præſentia filijfamilias defunctum inteſtatum facit.
a adde 2. *inſt.* 27. 5. *Harm.* 5. 39. *Syn.* 2. b *al.* rupto. *Vlp.* 23. §. 1. *Inſt quibus modis teſt. infirm.* c irritum teſtamentum Procitum dicitur Feſto.
d varia ſunt teſtamentorum πάθη. eſt enim aliud iniuſtum, ac non iure factum & nullum; non iure factum, quod non ritè ac ſolemniter: nullum, in quo filius præteritus eſt: ruptum, mutatione, & agnatione ſui heredis: irritum, non adquiſita hæreditate, capitis minutione teſtatoris tempore decennij. v. *Cuiac. hic.*
e *Syn. eo. c.* 1. f Teſtamenti hæc quatuor vitia: non iure factum, nullius momenti, ruptum, irritum. g vt ſi pauciores ſeptem teſtibus. *Theoph. Inſt. eo. in princ.*

a *l.* 4. *in f.* ō. *de adimend.*
b *l.* 3. §. 3. ō. *eod. l.* 1. *C. de ordine iudiciorum.*
c *l.* 4. *C. de fideic. l.* 12. §. 5. ō. *de bonis liber.*
d *Syn. eo c.* 2.
e *l.* 21. §. 1. ō. *qui teſtam.*
f *l.* 21. § *pen. C. de teſt.*
g *Inſt. de exhered. liber. Syn. eo. c.* 3.
h cuiuſcunque ſexus *Vlp.* 21. §. 18.
i natorum, qui iam nati ſunt.
k 2. *Gaius* 3. adde Feſtum *in Poſthumos*, hic & paſſim in pandectis Florentinis, vel *poſthumus*, ſine *h* aſpiratione ſcribitur, quæ res effecit, vt doctiſſ. Cuiac. vox poſthumus videatur à *poſt* & *humus* deducenda: ſed eam particulam, vt iurendi & inſtendi ſicuti à citra, citimus, extra, extumus dicitur à Græcis veteri ſ ... ſυμον, non ... ϑυμον. 3. obſer. in eo tamen reprehenditur à Roberto 3. *animad.* & 2. defenditur Anton. Mercat. *Notat.* 2.
l Poſthumi prolepſim, hi dicuntur, qui in vita teſtatoris naſcuntur, poſt eius teſtamentum. Ita dicitur, quæ eſt, *l.* 39. ō. *de ... dotium*. vendere pro, velle vendere *l.* 17. §. 4. ō. *de ... ſcriptis.*
m *v. l.* 1. *infra hered. inſt.*
n Ratio diuerſitatis in quibus reddi non poteſt, ius iis idem conſtituendum dicendum eſt.
o *Syn. eo c.* 3.
p poſterorum *Feud.* 95. *al.* poſthumorum.
q *l.* 1. *in fi. ſup. ... C. de contra tab.*
r ſed & ſi ſtante *Hal.*
ſ exheredatus non ſit. *Hal.*
t Nominatim dicitur fieri, quod ex ipſo nomine apparet, licèt non ſit proprium. *Hal.*
u §. 1. *Inſt. de exhered.*
x *l.* 3. ō. *de liberis.*
y Quandiu prior heres inſtitutus hereditatem adire poteſt, ſubſtitutus non poteſt, *v. l.* 3. ō. *de adq. hered.*
z Rupto & infirmato gradu, hereditas obtineri non poteſt.

a atqui conditionis euentus ſemper expectandus eſt, vti agi poſſit, *l.* 22. ō. *man. dati l.* 43. §. *pen. ſup. de adilitio. l.* 13. *l.* 25. ō. *quando dies leg.* b *v. l.* 83. ō. *de reg. iur.* c *v. l.* 208. ō. *de reg. iur.* d *v. l.* 10. *in fi.* ō. *de bonis libert.* & que ſcripſi ad *l.* 3. *C. de collat.* e ſummo iure, *l.* 9. §. 2. *ſup. de liberis.* non nouo, *v. l.* 34. *C. de inoff.* f Poſthumus, quem alius præcedit tempore mortis teſtatoris poteſt præteriri (veteri iure ſc.) licet qui eum præcedebat pater, in rerum natura eſſe deſinit, idcóque poſthumus ita præteritus, teſtamentum non rumpit. *Bald.*

¶ Pla-

¶ Planè, ſi fortè inſtitutus omiſerit hæreditatem; hunc auo ſuo futurum hæredem ab inteſtato, non dubitatur. Vtrumque propriis rationibus, nam adgnaſcendo quidem is rumpit, quem nemo præcedebat mortis tempore *a*. ab inteſtato verò is ſuccedit, ‖ cui ‖ ante eum alij non eſt delata hereditas, non fuiſſe autem filio delatam hereditatem apparet, cùm deliberante inſtituto deceſſerit. Sed hæc ita, ſi *b* mortis aui tempore in vtero nepos fuit, cæterùm ſi poſtea conceptus eſt, Marcellus ſcribit neque vt ſuum, neque vt nepotem, aut cognatum ad hereditatem vel ad bonorum poſſeſſionem poſſe admitti.

1 ¶ Sed ſi pater eius, qui mortis aui tempore in vtero fuit, apud hoſtes erat, nepos iſte, patre in eadem cauſa decedente, poſt mortem aui ſuccedendo *c*, teſtamentum rumpet, quia ſupra ſcripta perſona ei non obſtat, nec enim creditur in rebus humanis fuiſſe, cum in ea cauſa decedat, quamquam captiuus reuerſus, patris ſui iniuſtum faceret teſtamentum, in eo præteritus.

2 ¶ Siue autem in ciuitate nepos fuit conceptus, ſiue apud hoſtes: quoniam datur & partui poſtliminium, ſuccedendo teſtamentum rumpit.

3 ¶ Succedendo itaque ſui non rumpunt, ſiue *d* fuerint inſtituti vel exheredati, ab eo gradu, ad quem hereditas defertur, ſcilitet ſi gradus ille valeat.

4 ¶ Quocunque autem modò parentes præcedentes in poteſtate eſſe deſierint, ſuccedentes liberi, ſi fuerint inſtituti, vel exheredati, non rumpent teſtamentum, ſiue per captiuitatem, ſiue per mortem, vel pœnam.

5 ¶ *Irritum* e fit *f* teſtamentum, quotiens ipſi teſtatori aliquid contingit *g*: puta ſi ciuitatem amittat per ſubitam ſeruitutem, ab hoſtibus *h* (verbi gratia) captus: vel ſi maior annis viginti venum *i* ſe dari paſſus *k* ſit ‖ ad ‖ actum *l* gerendum, ‖ pretium ‖ vel participandum.

6 ¶ Sed & ſi quis fuerit capite *m* damnatus, vel ad beſtias, vel ad gladium *n*, vel alia pœna, quæ vitam adimit, teſtamentum eius irritum fiet. ‖ & ‖ non tunc cum conſumptus eſt, ſed cùm ſententiam paſſus eſt, nam pœnæ *o* ſeruus efficitur, niſi *p* forte miles fuit ex militari delicto *q* damnatus, nam huic permitti ſolet teſtari, vt Diuus Hadrianus reſcripſit, & credo *r*, iure militari teſtabitur.

¶ Qua ratione igitur damnato ei teſtari permittitur? nunquid & ſi quod ante habuit factum teſtamentum, ſi ei permiſſum ſit teſtari, valeat? an verò pœna irritum factum reficiendum eſt? & ſi militari iure ei teſtandum ſit, dubitari non oportet, quin ſi voluit id valere, feciſſe id credatur.

7 ¶ Eius *ſ*, qui deportatur, non ſtatim irritum fiet teſtamentum, ſed cùm princeps factum comprobauerit *t* tunc enim & capite minuitur.

¶ Sed &, ſi *u* de decurione puniendo, vel filio, nepotéve, præſes ſcribendum principi interlocutus eſt: non puto ſtatim ſeruum pœnæ factum, licèt in carcere ſoleant, diligentioris *x* cuſtodiæ cauſa, recipi, nec huius igitur teſtamentum irritum fiet, priùs quàm princeps de eo ſupplicium ſumendum reſcripſerit, proinde ſi ante deceſſerit, vtique teſtamentum eius valebit, niſi mortem ſibi *y* conſciuit. Nam eorum, qui mori magis, quàm damnari, maluerint ob conſcientiam criminis, teſtamenta irrita conſtitutiones faciunt *z*, licet in ciuitate decedant. Quod ſi quis tædio *a* vitæ, vel valetudinis aduerſæ impatientia, vel iactationis *b*, vt quidam Philoſophi *c*, in ea cauſa ſunt, vt teſtamenta eorum valeant *d*.

¶ Quam diſtinctionem in militis quoque teſtamento Diuus Hadrianus dedit epiſtola ad Pomponium Falconem: vt, ſi quidem ob conſcientiam delicti militaris mori maluit, irritum ſit eius teſtamentum: quòd ſi tædio vitę, vel dolore, valere ‖ teſtamentum: ‖ aut ſi inteſtato deceſſit, cognatis *e*: aut ſi non ſint, legioni *f* iſta ſint vindicanda.

8 ¶ Hi autem omnes, quorum teſtamenta irrita damnatione fieri diximus, ſi prouocauerint *g*, capite non minuuntur, atque ideo neque teſtamenta, quæ antea fecerunt, irrita fient: & tunc teſtari poterunt: hoc enim ſæpiſſime eſt conſtitutum, nec videbuntur quaſi de ſtatu ſui dubitantes, non habere teſtamenti factionem, ſunt enim çerti ſtatus: nec ipſi de ſe interim certi *h*.

9 ¶ Quid tamen ſi appellationem eius præſes non recepit, ſed Imperatori ſcribendo pœnam remoratus eſt? puto hunc quoque ſuum ſtatum interim retinere, nec teſtamentum irritum fieri, nam (vt eſt oratione Diui Marci expreſſum) * tametſi prouocantis, vel eius pro quo prouocatur, appellatio non fuerit recepta, pœna tamen ſuſtinenda eſt *a*, quoad princeps reſcripſerit ad literas præſidis, & libellum rei cum literis miſſum: niſi *b* fortè latro manifeſtus, vel ſeditio prærupta, factióque cruenta, vel alia iuſta cauſa, quam mox præſes literis excuſauit, moram non recipiant, non pœnæ feſtinatione, ſed præueniendi periculi cauſa, tunc enim punire permittitur, deinde *c* ſcribere.

10 ¶ Quid ſi quis fuerit damnatus illicitè, pœna non ſumpta, an teſtamentum eius irritum fiat, videamus, vt puta decurio *d* ad beſtias, an capite minuatur, teſtamentúmque eius irritum fiat? Et non puto: cum ſententia eum non tenuerit. Ergo & ſi quis eum, qui non *e* erat iuriſdictionis ſuæ, damnauerit, teſtamentum eius non erit irritum, quemadmodum eſt conſtitutum.

11 ¶ Sed ne eorum quidem teſtamenta rata ſunt, ‖ ſed irrita fient, ‖ quorum memoria poſt mortem *f* damnata eſt: vtputa ex cauſa maieſtatis, vel ex alia tali ‖ cauſa ‖.

12 ¶ Quatenus tamen diximus, ab hoſtibus capti teſtamentum irritum fieri, adiiciendum eſt, poſtliminio *g* reuerſi vires ſuas recipere iure poſtliminij: aut ſi ibi decedant, lege Cornelia confirmari.

¶ Ergo & ſi quis damnatus capite, in integrum indulgentia *h* principis ſit reſtitutus, teſtamentum eius conualeſcet *i*.

13 ¶ Filiifamilias veterani ſui iuris morte patris factum teſtamentum irritum non fieri conſtat, nam, quantum ad teſtandum de caſtrenſi peculio, pro *i* patrefamilias habendus eſt, & ideo nec emancipatione *k* irritum fieri militis vel veterani teſtamentum verum eſt.

Rupto primo gradu, qui valet iure ſpeciali, ſecundus, qui dependet ex eo, non rumpitur. Bart.

7. *Vlpianus* lib. 10. ad Sabinum.

SI miles iure *l* ciuili teſtamentum fecerit, & primo gradu heredem eum ſcripſerit, quem iure militari *m* poterat: ſecundo *n* eum, quem *o* communi *p* iure poteſt, & poſt annum miſſionis deceſſerit, primus gradus irritus fiet, & à ſecundo incipiet teſtamentum.

De adoptione. I. Et emancipatione.

8. *Idem* ‖ lib. 11. ad Sabinum. ‖

VErum eſt, adoptione *q* vel adrogatione *r* filij filiæve, teſtamentum rumpi: quoniam ſui heredis adgnatione ſolet rumpi.

1 ¶ Filia cùm emancipatur, vel nepos, quia vna *ſ* mancipatione *t* exeunt de poteſtate, teſtamentum non rumpunt.

De poſtliminio.

9. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Sabinum. ‖

SI pater ab hoſtibus capiatur, filio manente in ciuitate, reuerſo eo, non rumpitur *u* teſtamentum.

10. *Idem* ‖ lib. 1. ad Vitellium. ‖

SEd nec filius poſtliminio rediens rumpit patris teſtamentum, vt Sabinus exiſtimauit.

De tabulis vacuis.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 46. ad Edictum. ‖

SI binæ *x* tabulæ proferantur diuerſis temporibus factæ, vnæ prius, aliæ poſtea, vtræque tamen ſeptem teſtium ſignis *y* ſignatæ, & apertę poſteriores vacuæ *z* inuentæ ſint, ‖ id eſt, nihil ſcriptum habentes omnino: ‖ ſuperius teſtamentum non eſt ruptum, quia ſequens nullum eſt.

Quibus caſibus teſtamentum conualeſcit iure prætorio. I. De poſteriore teſtamento, quo prius confirmatur iure fideicommiſſi.

12. *Idem* lib. 4. Diſputationum.

POſthumus præteritus *a*, viuo *b* teſtatore natus deceſſit, licèt iuris *c* ſcrupuloſitate, nimiáque *ſubtilitate d*, teſtamentum ruptum videatur, attamen, ſi *e* ſignatum fuerit teſtamentum, bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas accipere heres ſcriptus poteſt *f*, rémque *g* obtinebit *h*, vt & Diuus Hadrianus, & Imperator noſter reſcripſerunt. Idcircò ‖ que ‖ legatarij, & fideicommiſſarij habebunt *i* ea, quæ ſibi relicta ſint ſecuri.

¶ Idem & circa iniuſtum, & irritum teſtamentum erit dicendum: ſi bonorum poſſeſſio data fuerit ei qui rem ab inteſtato auferre poſſit.

1 ¶ Si paganus, qui habebat iam factum teſtamentum, aliud feciſſet, & in eo comprehendiſſet *k*, fidei

a die vt ſ. d. l. 34.
b l. 6.
c id eſt agnaſcendo.
d *l. 23 in fin. l. 25. ſ. de liberis.*
e *Syn. Baſ. 39. tit. 2. c. 6.*
f ſuperius dixit de vitio rupti; tunc tractare incipit de vitio irriti.
g *v. Inſt. de cap. dimin. §. 4. Inſt. quib. mod. teſta. 2. Gaium 2. §. 6.*
h *Vlpianus* 23. §. 5.
i *l. 5. §. 1. ſ. de ſtatu: §. 1. Inſt. de iure perſo. l. 14. ſ. de pœnis.*
k hodie prohibetur huiuſmodi venditio. *Nouell. Leonis* 59.
l Ingenui nonnunquam ſeipſos vendebant, vt eſſent actores dominorũ: præferebant conditionem actoris ſeruilem ſuæ ac propriæ, adde Cuiacium ad *l. 1. C. ne quis liber inuitus actum Reipublicæ gerere cogatur, lib.* 11. Hotomanus tamen putat hunc locum intelligendum eſſe de eo qui ſe vendidit, vt actuarius fieret publicus.
m *Syn. eodem. c. 6. v. Clarum 3. ſent. §. Teſtamentum, q. 21.*
n *v. l. 8. ſ. qui teſt. fac.*
o hodie nemo pœnæ ſeruus efficitur. *Nouell. 22. cap. 8.*
p *Syn. d. c. 6.*
q dixi ad *l. 14. C. de teſt. milit.* non tamen ex rupta fide ſacramenti, *l. 11. ſ. de teſtam. milit.*
r Conſilium qui dat iuriſperitus, *ſe ita credere*, reſpondere poteſt, quod perinde eſt ac ſi diceret, ſe affirmare.
ſ *d. c. 6.*
t nec enim ante deportationem confirmatam à Principe amittitur ciuitas à deportato *l. 2. §. 1. ſ. de pœnis l. 6. ſ. de interdict.*
u vide quæ ſcripſi ad *l. 1. C. de bonis pro ſcrip. l. 27 ſ. de pœnis, l. 1. in fin pr. ſ. quando appellandum*: & quæ ſcripſi ad tit. *de decurionib.*
x adde Cuiacium 14. *obſeru* 34.
y v. quæ notaui ad *l. 9. ſ. qui teſt. fac.*
z Primis tamen temporibus vrbis Romæ, & ſub Cicerone, bona C. Licinij, Marij, ſui ipſius interfectoris, ac repetundarum rei confiſcata non fuerunt, *Valer. 5. c. 12.*
a *v. l. 3. à 4. ſ. de bonis eorum qui ante ſent.*
b Vel iactatione, *Hal. v. quæ ſcripſi ad l. 3. §. 4. ſ. de bon. eor.* addit Paulus 5. *ſent.* 12. §. 1. loco iactationis, vel pudore æris alieni.
c & alij, de quibus v. Valer, 7. c. 22. aduerſus eos ſcripſit Varro Satyram, cui titulum fecit, περὶ ἐξαγωγῆς. *v. Nonium c. 2. num.* 375.
d eorum etiam corpora humantur.
e *l. 2. ſ. de veter. & milit. ſucceſſ.*
f vexillationi, *l. 2 in fin. C. de hered. decur.*
g *v. l. 15. ſ. qui teſt. l. 1. in fin. ſ. de pœnis.*
h *Hal. incert.*

a *l. 6. ſ. de appell. recip.*
b Seditionis pro & pulſatio moram longiorem cauſæ cognitionem non admittit, adde *l. 6. §. 1. C. de cuſtodia. l. 16. ſ. de appell. l. 2. C. quorum appell. l. 3. in fin. C. de off. Præf. Præt. Orient.*
c v. quæ notaui ad *l. 7. §. 2. ſ. ad l. Iul. maieſt.* Cato apud Salluſtium *in Catilina.* Cætera maleficia tunc perſequare, vbi facta ſunt: hoc niſi prouideris ne accidat, vbi euenit, fruſtrà iudicia explores.
d *l. 9. §. 11. §. 12. ſ. de pœnis.*
e *v. l. vlt. ſuprà de iuriſdict.*
f poteſt enim quis poſt mortem damnari, *v. l. vlt. ſ. ad l. Iul. Maieſt.*
g *l. 22. in pr. & §. 1. ſ. de captiuis.*
h *v. l. vltim. C. de ſent. paſſis.*
i *§. 2. §. 3. Inſtit. de milit. teſtam.*
k *l. 22. l. 23. infr. de teſtam. milit.* Teſtamentum reſtituti actum tempore damnationis, conualeſcit ipſo iure, neque opus eſt vna teſtitutione confirmetur, *v. l. vltem. C. de ſent. paſſis & reſtitutis.* Oddum Sfortiam *tract. de reſtit. quæſt. 95. artic. 2.*
l id eſt iure communi, quantum ad ſolennitatem teſtamenti.
m non communi.
n gradu ſcilicet.
o id eſt capacem.
p Lex præſumit, militem teſtari potius voluiſſe iure communi, quam ſpeciali, v. quæ notaui ad *l. 5. infra de fideiuſſ.*
q *§. 1. inſtit. quibus modis teſt. infirm.*
r *Synopſis eod. c. 9. 2. Gai. 3. §. 4.*
ſ *Vlpianus* 10. §. 1.
t al. vna cum emancipatione, al. vna cum emancipatur.
u *v. l. 12 ſuprà qui teſt. facere.*
x poteſt enim quis pluribus codicibus teſtari, *l. 24. ſ. qui teſtam. §. 13. Inſt. de teſt. ordinan.*
y *l. 22. §. 5. ſupr. de teſtam.*
z Vacuæ tabulæ, mentis teſtationem defuncti non continent: ideóque, licèt poſteriores, prius teſtamentum non rumpunt.

a & ſic ruptum teſtamentum. b & ſic rupti cauſa ceſſare cœpit. c ciuilis, vetat enim ius ciuile poſthumos præteriri.
d *l. 3. §. 3. ſuprà eod.*
e *Vlpianus* 23. §. 6.
f idque approbari omnium communi opinione teſtatur Clarus 3. *ſent. §. teſtam. qu. 45.* hinc etiam ſequi ait: Ob iuris ſubtilitatem non adiri hereditatem: ſed per bonorum poſſeſſionem.
g id eſt, hereditatem, vide quæ notaui ad *l. 2. infra vnde lib. §. 6. Inſt. eodem.* & ibidem *Theophil.*
h prætorio iure, ex bono & æquo, *l. 17. ſ. eod.*
i Imò non habituri ſunt. *l. 81. ſ. de leg. 2.*
k dixi ad *l. pen. C qui teſtam.*

hæredis cōmittere, vt priores tabulæ valerent, omnimodo prius teſtamentum ruptum eſt: quo rupto, poteſt quæri, an vice codicillorum id valere deberet. & cùm hæc verba ſint fideicommiſſi, & ſine dubio vniuerſa, quæ illic ſcripta ſunt, in cauſa fideicommiſſi erunt, non ſolùm legata & fideicommiſſa: ſed & libertates, & heredis inſtitutio.

De nepote ſuccedente in locum filij.

13. *Gaius* ‖ libro 2. Inſtitutionum. ‖

POſtumorum *a* loco ſunt & hi, qui in ſui hæredis loco ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo fiunt parentibus ſui hæredes. vt ecce ſi filium, & ex eo nepotem *b*, neptémve in poteſtate habeam: quia filius gradu præcedit, is ſolus iura ſui heredis habet: quamuis nepos quoque, & neptis ex eo, in eadem poteſtate ſint. ſed ſi filius meus, me viuo, morietur, aut qualibet ratione exeat de poteſtate mea, incipit nepos neptiſve in eius loco ſuccedere. & eo modo iura ſuorum hæredum quaſi adgnatione nanciſcuntur: ne ergo eo modo rumpat mihi teſtamentum, ſicut ipſum filium vel hæredem inſtituere, vel exhæredare nominatim debeo, ne non iure faciam teſtamentum, ita & nepotem, neptemve ex eo, neceſſe eſt mihi vel hæredem inſtituere, vel exhæredare, ne fortè, me viuo filio mortuo, ſuccedendo in locum eius, *c* nepos neptiſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum: idque lege Iunia Vellea prouiſum eſt.

De exheredatione alternata.

14. *Paulus* ‖ libro ſingulari de adſignatione libertorum. ‖

SI ita facta ſit exhæredatio: *Si filius natus, natáve* c *ſit, exheres eſto*: vtriſque natis, non rumpitur teſtamentum.

De nato poſt captiuitatem patris teſtatoris.

15. *Iauolenus* ‖ libro 4. Epiſtolarum. ‖

QVi vxorem prægnatem *d* habebat, in hoſtium poteſtatem peruenit, quæro, filio nato, quo tempore teſtamentum in ciuitate factum rumpatur: & ſi filius antè moriatur, quam pater, an ſcripti hæredes hæreditatem habituri ſint? Reſpondi. Non puto dubium eſſe, quin per legem Corneliam *e*, quæ de confirmandis eorum teſtamentis, qui in hoſtium poteſtate deceſſiſſent, lata eſt, nato filio, continuo *f* eius teſtamentum, qui in hoſtium poteſtate ſit, rumpatur. ſequitur ergo, vt ex eo teſtamento hæreditas ad neminem *g* perueniat.

De poſteriore teſtamento.

16. *Pomponius* ‖ libro 2. ad Quintum Mucium. ‖

CVm in ſecundo teſtamento hæredem eum, qui viuit, inſtituimus, ſiue purè, ſiue ſub conditione: ſi tamen conditio exiſtere potuit *h*: licet non exſtiterit, ſuperius teſtamentum erit ruptum.

¶ Multum autem intereſt, qualis conditio poſita fuerit. nam aut *i* in præteritum concepta ponitur, aut in præſens, aut in futurum.

¶ In præteritum *k* concepta ponitur, veluti, *Si Titius conſul fuit*. quæ conditio ſi vera eſt ‖ (id eſt, ſi Titius conſul fuit) ‖ ita eſt inſtitutus hæres, vt ſuperius teſtamentum rumpatur. tum enim ex hoc hæres eſſet. ſi verò Titius conſul non fuit, ſuperius teſtamentum non eſt ruptum.

¶ Quod ſi ad præſens *l* tempus conditio adſcripta eſt hærede inſtituto, veluti *ſi Titius conſul eſt*, eundem exitum habet: vt, ſi ſit, poſſit hæres eſſe, & ſuperius teſtamentum rumpatur: ſi non ſit, nec poſſit hæres eſſe, nec ſuperius teſtamentum rumpatur.

¶ In futurum autem collatæ conditiones, ſi poſſibiles ſunt, exiſtere potuerunt, licet non exſtiterint: efficiunt, vt ſuperius teſtamentum rumpatur, etiamſi non exſtiterint. ſi verò impoſſibiles *m* ſunt, veluti, *Titius ſi digito cœlum tetigerit heres eſto*: placet perinde eſſe, quaſi conditio adſcripta non *n* ſit, quæ eſt impoſſibilis.

De filio præterito.

17. *Papinianus* libro 5. Reſponſorum.

FIlio *o* præterito *p*, qui fuit in patris poteſtate, neque libertates competunt, neque legata præſtantur *q*: ſi præteritus fratribus *r* partem hæreditatis auocauit: quod ſi bonis ſe patris abſtinuit, *licet ſ ſubtilitas* t iuris refragari videtur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo *u* tuebitur *x*.

De herede arrogato à teſtatore.

18. *Scæuola* ‖ libro 5. Quæſtionum. ‖

SI quis hæres inſtitutus eſt, à teſtatore adrogetur *y*, poteſt dici ſatis ei factum: quia & antequam adoptetur, inſtitutio vt in extraneo locum habebit.

De poſthumo partim exheredato, partim præterito.

19. *Idem* ‖ libro 6. Quæſtionum. ‖

SI ego *a* & Titius inſtituti ſimus, & à nobis poſthumus exheredatus ſit, à *b* ſubſtitutis noſtris non ſit exhæredatus: Titio defuncto, ne *c* ego quidem adire potero. iam enim propter inſtituti perſonam, à quo poſthumus exhæredatus eſt, in *d* cuius locum ſubſtitutus vocatur, à quo poſthumus exheredatus non eſt, ruptum eſt *e* teſtamentum.

1 ¶ Sed ſi ego & Titius inuicem ſubſtituti ſimus, quamuis in partem ſubſtitutionis exhæredatus non ſit, mortuo, vel repudiante Titio, me poſſe adire puto & ex aſſe hæredem eſſe.

2 ¶ In prima tamen ſpecie, & ſi viuat Titius, neque ego ſine illo, neque ipſe ſine me adire poterit: quia incertum eſt, an adhuc altero omittente rumpatur teſtamentum. itaque ſimul adire poſſumus.

De teſtamento inciſo à teſtatore mente capto.

20. *Idem* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

LVcius Titius, integra mente, & valetudine teſtamentum fecit, vti oportet. poſtea cùm in valetudinem aduerſam incidiſſet, mente captus tabulas eaſdem incidit *f*: quæro, an hæredes his tabulis inſtituti adire poſſint hereditatem? Reſpondit, ſecundùm ea, quæ proponerentur, non ideo minus adiri poſſe *g*.

DE *h* HIS, QVÆ IN TESTAMENTO delentur *i*, inducuntur *k*, vel inſcribuntur *l*.

TIT. IV.

Si inconſulto deleta, vel adempta, legi poſſunt. 2. Vel non. 3. Et ſi petantur, an obſtet exceptio. 4. De hereditate adempta. 5. De codicillis deletis.

Vlpianus ‖ libro 15. ad Sabinum. ‖

QVÆ *m* in teſtamento legi poſſunt, ea inconſulto *n* deleta & inducta *o* nihilominus valent: conſulto, non valent. Id verò quod non iuſſu domini ſcriptum, inductum, deletúmve eſt, pro nihilo eſt: *legi* autem ſic accipiendum *p*, non intelligi, ſed oculis *q* perſpici quæ ſunt ſcripta. cæterum, ſi extrinſecus intelliguntur, non videbuntur legi poſſe. ſufficit autem ſi legibilia ſint. *Inconſulto deleta*, † ſiue ab ipſo, ſiue ab alio, ſed nolentibus. *Inducta*, accipiendum eſt, & ſi perducta ſint *r*.

1 ¶ Quod igitur incautè factum eſt, pro *ſ* non facto eſt, ſi legi potuit. Et ideo & ſi nouiſſimè (vt ſolet) teſtamento fuerit adſcriptum *lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci*: non *t* videbitur referri ad ea, quæ inconſulto contigerunt. Proinde & ſi inconſulto ſuperſcripſit induxiſſe ſe, manebunt. &, ſi ademit, non erunt adempta.

2 ¶ Sed ſi legi non poſſunt, quæ inconſulto deleta ſunt, dicendum eſt, non deberi. ſed hoc ita demum, ſi ante conſummationem teſtamenti factum eſt.

3 ¶ Sed conſulto quidem deleta *u* exceptione petentes repelluntur: inconſulto verò, non repelluntur, ſiue legi poſſunt, ſiue non poſſunt. quoniam ſi totum teſtamentum non exſtet, conſtat valere omnia, quæ in eo ſcripta ſunt. Et ſi quidem illud concidit teſtator, denegabuntur actiones. ſi vero alius inuito *x* teſtatore, non denegabuntur.

4 ¶ Et hæreditatis portio adempta, vel tota hæreditas, ſi fortè ſit ſubſtitutus, iure facta videbitur, non quaſi adempta: (quoniam hereditas ſemel data, adimi facilè non poterit *y*) ſed quaſi nec data.

5 ¶ Si quis codicillos in teſtamento confirmauit, & codicillis aliquid adſcripſit, mox deleuit, ita vt appareat: an debeatur? Et Pomponius ſcribit codicillos deletos non valere.

De cancellatione propter vnum heredem facta.

2. *Idem* libro 4. Diſputationum.

CAncellauerat quis teſtamentum ‖ vel induxerat, ‖ etſi *z* propter vnum hæredem facere dixerat, id poſtea teſtamentum ſignatum eſt. Quærebatur de viribus teſtamenti, deque portione eius, propter quem ſe cancellaſſe dixerat? Dicebam, ſi quidem vnius ex hæredibus nomen induxerit, ſine dubio cæteram *a* partem teſtamenti valere, & ipſi ſoli denegari actiones. ſed legata ab eo nominatim relicta debebuntur, ſi voluntas ea fuit teſtantis, vt tantùm hæredis inſtitutio improbetur. Sed ſi inſtituti nomen induxit, & ſubſtituti reliquit, inſtitutus *b* emolumentum hæreditatis non habebit. Sed

ſi omnia

a Poſthumi dicuntur, qui vel poſt teſtamentum, vel poſt mortem teſtatoris naſcuntur, *l.3. §.1.* ȷ. *eodem.* & illi quidem, vel ſui vel alieni. Poſthumorum loco cenſentur qui in ſui heredis locum ſuccedendo teſtatori, ſui heredes fiunt, *vt hic.*

b *v.l.1.C.de liberis præteritis.*

c *Vt* particula, pro coniunctione accipitur vt alibi particula *ſen*, *v.l.30.* ȷ*nfr. de auro.* *Cuiac.* *hic.*

d *l.22. §.4.* ȷ. *de captiuis.*

e de qua *v. l.28.* ȷ*.de vulgari.*

f Continuò, hic eſt confeſtim alibi pro duabus horis, vt in interdicto de vi. alibi pro triduo, *l.vltim. C. de errore aduoc. l. vlt. C. de iudiciis, v. Cuiac.c.* *de præſcr.*

g *l.1.C.de poſthu.*

h *l.91.* ȷ*. de cond. & dem. §.2. Inſtit. quib.modis teſt. infirm.*

i *v.l.38.* ȷ*.de rebus cred.*

k *l.3.§.13.* ȷ*.de bon. lib.*

l *v.l.37.in pr.* ȷ*. de reb.cred.*

m *v.l.3.* ȷ*.de cond. & demonſt.*

n & purè ſcriptus ſit.

o Quid ſi filia præterita ſit à matre? Idem fuerit dicendum atque ita iudicatum refert Guido Papius quæſtione 596.

p atque ita iniuſto teſtamento reddito.

q non idem erit ſi filius iniuſtè exhæredatus: tunc enim legata debentur, inſtitutio verò heredis non valet, *Nou.115.c.3.in fin.*

r hinc rectè concludas, aliud exiſtimaſſe Papinianum in extraneis inſtitutis, vt non ita generaliter ſit accipienda hæc ſententia, qua dicimus, filio præterito, patris iudicia, comprobante, ex æquo & bono defendi teſtamentum. de quo vide plura apud Antonium Fabrum 1. *Coniect.* 19.

ſ v. quæ ſcripſi ad *l. vlt. Cod. de bon. poſſeſſ. contra tab.* inutilia ſtricto iure, ex æquo facilè conualeſcunt, adde *l.12.* ȷ*.eod.l.33.ſuprà de don. inter virum.*

t ad quam refer *l.2.* ȷ*.vnde liberi.*

u *l.2.* ȷ*. de except. rei iud.*

x paſſiuè hoc verbum accipitur, vt *l.7.* ȷ*. de curat. furioſi.l.30.* ȷ*. de liberali cauſa: l 6.§.pen.* ȷ*. de leg. præſtan.l.3. C. de ſeruis, l.10. ad Velleianum.*

y vel adoptetur, *l.23. in fin.ſuprà de liberis.*

a adde *l.14.* ȷ*. de liberis.*

b Exhæredari ne[…] tantum ab inſtitu[…]tis, ſed etiam […] ſubſtitutis poſt[…]mus debet, ne ali[…] ab inſtitutis exhæ[…]redatus, nec ab e[…] ſubſtitutus rump[…] teſtamentum.

c Teſtatus & inte[…]ſtatus pro parte […]ri quis non pote[…] v. Tiraquellum i[…] *priuilegio pia cau[…]ſæ.*

d Subſtitutus […] locum inſtituti v[…]catur.

e Imò non eſt, vi[…] *l.14.* ȷ*. de liberis.*

f & ita inconſ[…]to, *l.1.* ȷ*. eod. l.1[…] fin.* ȷ*. ſecund. tab.*

g quia teſtame[…]tum factum te[…]poꝛe ſanæ ment[…] conſtante fu[…] non poteſt teu[…]ri.

h 35. *Syn.7.C[…]* lata, καρέχειſ[…] παρελκαρχ[…] inducta ποει[…] βιαθέντα & […] σφαγιδέντα […] leta ἀπαλειφ[…]τα.

i irritum fit e[…] teſtamentum, […]leatur, aut in[…]tur, *Cuiac.hic.* que permiſſum […] *l.17.*ȷ*. de adim. leg.*

k *Suet. in* […] *cap.17.*

l hæc tria […] Suetonius *in* […]*ne* colligauit: […] inquit, mu[…] deleta, & in[…] & ſupra ſcrip[…] erant. Inſcri[…] hic pro ſuper[…] pto accipitur.

m hæc verba […] Sabini, *Cuiac.*

n *l.12.C.de te[…]*

o Conſulto […]cta adimunt, *l.*[…] *de adimen.*

p hæc verba […] Vlpiani, *Cuiac.*

q Legi id po[…]citur, quod oc[…] perſpici poteſt.

† oblita mu[…] & lituris.

r hinc perdu[…] nomen, *l.8.§.*[…] *ſecund. tab.* id […] cancellatum, *l.*[…] *C.de ſolut.*

ſ incautè fa[…] pro non facto hab[…]tur.

t Verba generali[…] non referuntur a[…] ea de quibus n[…] eſt cogitatum, […]

u teſtamento ſc[…] ſcilicet.

x *l.1.* ȷ*.eod.l.12.in fin.C.de teſt.*

y poteſt tamen, […] *6.l.17.* ȷ*. de adim.*

z Cancellatio teſtamenti ex ratione cancellationi inſerta reſtringenda eſt.

a id eſt alteram ſeu reliquas vel cæteras partes teſtamenti.

b ſubſtitutus *Cuiacius.*

ſi omnia nomina induxerit (vt proponitur) adſcripſerit autem, idcirco ſe id feciſſe, quia vnum heredem offenſum habuit, multum intereſſe arbitror, vtrùm illum tantùm fraudare voluit hereditate, an verò cauſa illius totum teſtamentum infirmare: vt licèt vnus inductionis cauſam præbuerit, verùm omnibus offuerit. & ſi quidem ſoli ei ademptam voluit portionem, cæteris *a* nihil nocebit inductio. non magis, quàm ſi volens vnum heredem inducere, inuitus & alium induxerit. quòd ſi putauerit totum teſtamentum delendum ob vnius malum meritum, omnibus denegantur actiones. Sed an legatariis denegari actio debeat, quæſtio eſt. in ambiguo tamen interpretandum erit, & legata *b* deberi, & coheredum inſtitutionem non eſſe infirmandam.

Si teſtator nomen heredis & ſerui manumiſſi induxerit.

3. *Marcellus* libro vigenſimonono Digeſtorum.

PRoximè in cognitione principis, cùm quidam heredum nomina induxiſſet, & bona eius vt caduca à fiſco vindicarentur *c*, diu de legatis dubitatum eſt, & maximè de his ‖ legatis ‖ quæ adſcripta erant his, quorum inſtitutio fuerat inducta, plerique etiam legatarios excludendos exiſtimabant: quod ſanè ſequendum aiebam, ſi omnem ſcripturam teſtamenti cancellaſſet: nonnullos opinari, id iure ipſo perimi, quod inductum ſit. cætera omnia valitura. quid ergo? non & illud interdum credi poteſt, eum, qui heredum nomina induxerat, ſatis ſe conſecuturum putaſſe, vt inteſtati exitum faceret? * ſed in re dubia beniginiorem *d* interpretationem ſequi non minùs iuſtius eſt, quàm tutius. Sententia *e* Imperatoris Antonini Auguſti, Pudente & Pollione conſulibus. *Cùm Valerius Nepos, mutata voluntate, "& "inciderit teſtamentum ſuum, & heredum nomina induxerit, hereditas eius ſecundum Diui patris mei conſtitutionem, ad eos qui ſcripti fuerint, pertinere non* f *videtur* g. Et aduocatis *h* fiſci dixit: *Vos habetis iudices veſtros* i. Viuius Zeno dixit: *Rogo* k, *domine Imperator, audias me patienter: de legatis quid ſtatues?* Antoninus Cæſar dixit: *videtur tibi voluiſſe teſtamentum valere* l, *qui nomina heredum induxit?* Cornelius Priſcianus aduocatus Leonis dixit: *Nomina heredum tantùm* m *induxit.* Calpurnius Longinus aduocatus fiſci dixit: *Non poteſt vllum teſtamentum valere, quod heredem non habet* n: Priſcianus dixit: *Manumiſit quoſdam, & legata dedit* o. Antoninus Cæſar remotis omnibus cùm deliberaſſet. & admitti rurſus eoſdem iuſſiſſet *p*, dixit: *Cauſa præſens admittere videtur humaniorem* q *interpretationem: vt ea duntaxat exiſtimemus Nepotem irrita eſſe voluiſſe, quæ induxit.* Nomen ſerui, quem liberum eſſe iuſſerat, induxit. Antoninus reſcripſit, liberum eum nihilominus fore. quod videlicet fauore conſtituit libertatis.

De vnis deletis tabulis.

4. *Papinianus* libro 6. Reſponſorum.

PLuribus *r* tabulis eodem exemplo ſcriptis, vnius teſtamenti voluntatem eodem tempore dominus ſolenniter compleuit. ſi quaſdam tabulas in publico depoſitas abſtulit, atque deleuit *ſ*, quæ iure geſta ſunt, præſertim cùm ex *t* cæteris tabulis quas non abſtulit res geſta declaretur, non conſtituentur irrita. *Paulus notat.* Sed ſi, vt inteſtatus moreretur, incidit tabulas, ſed hoc adprobauerint hi, qui ab inteſtato venire deſiderant, ſcriptis auocabitur hereditas.

a Si teſtator omnium, i. & inſtitutorum & ſubſtitutorum nomina induxit, & dubitatur cuius eorum cauſa id fecerit, in dubio id præſumitur feciſſe eius cauſa qui male ſit meritus, vt cæteris non noceatur.

b Nemo enim præſumitur velle officere his qui malè non ſunt meriti.

c forte ex cauſa legis 4. *C. de his quæ vt indig.*

d *v. l. 10. in fin. ⁊. de reb. dub.*

e Formulam veterem apud Principem agendi obſerua. adde & aliam ex *l. 1. C. de appellationib.* vide Cuiac. 18. *obſer.* 32. adde *l. penult. ⁊. de auctor. tut. l. pen. infr. ad l. Iul. de vi priuata.*

f nihil enim intereſt, quis nomen heredis inducat, an ei adimat *l. 16. ⁊. de adimendis*, v. Cuiac. 3. *obſ.* 16.

g Hac formula vtebantur quoque iudices, quoties dicebant, *ſibi non videri*: de qua dixi ad *l. 28. ⁊. de probat. l. 1. §. 5. inf. ad Turpill.* ſic Magiſtratus, *teſte Feſto*, cùm de conſilij ſententia capitis quem condemnaturus erat *patrauiſſe videri*, pronuntiabat: Ita quæ iurati iudices cognouerant, non ea eſſe facta, ſed videri pronunciabant, *Cicero 4. Academic. Verrina. 4. 6. in Piſonem. 1. de finibus: Liuius 25. Lactant. 4. Inſt.* eadem forma decreta collegij Tribunorum & Pontificum concipi mos erat. *Cicero 4. Verr. pro domo ſua: 4. ad Attic* 3.

h de aduocatis ſic dixi *l. vlt. ſupr. de poſtulando.*

i Præfectos ærarij *l. 12. infr. de his quib. vt indign. l. 2. §. 4. ⁊. ne quis in loco publico.* dixi ad *l. 42 ff. de iure fiſci*: quaſi diceret, non eſt de ea re Princeps ipſe vel Imperator ſolicitandus.

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS *u*.

TIT. V.

De initio teſtamenti. 1. *Quis dicatur inſtitutus.* 2. *De muto & ſurdo.* 3. *Quot verbis teſtamentum nuncupatiuum fieri poſſit.* 4. *De inſtitutione ex fundo.* 5. *De oratione imperfecta, de verbo vno.*

k & hanc quoque formulam elegantem obſerua.

l vtile legatariis eſſe. m quaſi diceret. Non igitur inductio heredum nocebit legatariis.

n *l. 1. in fi. ⁊. de vulg. l. vlt. ⁊. de iure codicill. §. 34. Inſt. de legat.*

o hic ſtricto iuri opponuntur cauſæ fauorabiles.

p non formam ſententiæ ferendæ in principis auditorio. Princeps litigantes remoueri iubet, deliberat, admitti eoſdem iubet, ſententiam pronuntiat.

q hinc poſſis colligere, humaniorem ſententiam exiſtimari, quæ actum quoquo modo ſuſtinet ac ſuſtentat, quæ pœnam vnius ad alium non extendit, quæ libertati fauet, quæ contra fiſcum reſpondet, atque ita, Cancellatio inſtituti heredis legatis & libertati non nocet. adde Alciat. 3. *præſumpt. vlt.*

r *v. l. 24. ſup. qui teſtam. fac.*

ſ v. quæ ſcripſi ad *l. 30. C de teſtam.*

t hoc interpretes extendunt vtiliter ad notarium. Si de eodem, inquiunt, facto ſunt plura inſtrumenta, vnius cancellatio, alterius integri vires non tollit, niſi de mente conſtiterit. *Bart. Bald.*

u 6. *C.* 24. 2. *Inſtitut.* 14. *Vlpian.* 21. 22. Hujus tituli ſumma hæc eſt, Teſtamentum non valere ſine inſtitutione heredis, *§. 1. ⁊. eod.* Quid ſi teſtamentum ad piam cauſam pertineat? aliud putant, v. Tiraquellum *priuilegio* 9. *pia cauſa.*

Vlpianus libro 1. ad Sabinum.

QVi teſtatur, ab heredis inſtitutione plerumque *a* debet *b* initiam *c* facere teſtamenti. Licet etiam ab exheredatione quam nominatim facit. nam Diuus Traianus reſcripſit ‖ poſſe nominatim etiam ante *d* heredis inſtitutionem filium exheredare.

1 ¶ Inſtitutum autem heredem. eum quoque dicimus, qui ſcriptus non eſt, ſed ſolummodo nuncupatus *e*.

2 ¶ Mutus & ſurdus rectè heres inſtitui poteſt *f*.

3 ¶ Qui neque legaturus quid eſt, neque quemquam exheredaturus, quinque *g* verbis poteſt facere teſtamentum, vt dicat, *Lucius Titius mihi heres eſto.* Hæc autem ſcriptura *h* pertinet ad eum, qui non per ſcripturam teſtatur, qui poterit etiam tribus *i* verbis teſtari, vt ‖ dicat ‖ *Lucius heres eſto.* nam & *Mihi*, & *Titius*, abundat.

4 ¶ Si ex *k* fundo fuiſſet aliquis ſolus inſtitutus, valet inſtitutio, detracta fundi mentione.

5 ¶ Si autem ſic ſcribat, *Lucius heres*, licèt non adiecerit *l eſto*, credimus plus nuncupatum, minus ſcriptum; & ſi ita, *Lucius eſto*: tantundem dicimus. ergo & ſi ita, *Lucius* ſolummodò. Marcellus non inſubtiliter non putat hodie hoc procedere. Diuus autem Pius, cùm quidam portiones inter heredes diſtribuiſſet ita, *ille ex parte tota, ille ex tota*: nec adieciſſet, *heres eſto*, reſcripſit valere inſtitutionem, quod & Iulianus ſcripſit.

6 ¶ Item Diuus Pius reſcripſit, *illa vxor mea eſto*, inſtitutionem valere, licet deeſſet, *heres*.

7 ¶ Item Iulianus, *illum heredem eſſe*, non putauit valere: quoniam deeſt aliquid. ſed & ipſa valebit, ſubaudito *iubeo* m.

De inſtitutione ex partibus quas adſcripſero: vel, quas adſcripſi: vel ex quibus me heredem ſcripſit, vel ex quibus teſtamento matris ſcriptus eſt.

2. *Idem* libro 2. ad Sabinum.

CIrca eos, qui ita heredes inſtituti ſint, *ex* n *partibus quas adſcripſero*, non putat Marcellus eos heredes, nullis adſcriptis partibus: quemadmodum ſi ita eſſent heredes inſtituti *ſi eis partes adſcripſero.* ſed magis eſt, vt ſic vtraque inſtitutio accipiatur, ſi voluntas defuncti non refragatur, ex quibus partibus adſcripſero, ſi minus, ex æquis; quaſi duplici *o* facta inſtitutione, quam ſententiam Celſus libro ſextodecimo digeſtorum probat. Aliter atque " probat "in illa inſtitutione, *ex qua parte me* p *Titius heredem ſcripſit, Seius heres eſto.* tunc enim, ſi non eſt à Titio ſcriptus, nec Seius ab eo. nec immeritò. hic enim creditur ineſſe conditio. ſed Marcellus hæc ſimilia putat.

1 ¶ Poteſt autem intereſſe, vtrùm ita quis ſcribat, *ex his partibus, quas adſcripſi* q, an, *adſcripſero*: vt ſuperiori modo dicas, nullis adſcriptis partibus, nullam eſſe inſtitutionem, quomodo in illo Marcellus *ex his partibus, ex quibus teſtamento matris ſcripti fuiſſent, heredes ſunto*, ſi inteſtata mater deceſſerit, hos non eſſe inſtitutos.

De ſeruo alieno. 1. *De ſeruo teſtatoris.* 2. *De conditione ſi* Titius heres erit. 3. *De ſtatulibero.* 4. *De dilatione aperturæ tabularum ſi impuberi ſubſtitutus, ſe arrogandum dederit.*

3. *Idem* ‖ libro 3. ad Sabinum, ‖

SEruus *r* alienus vel totus, vel pro parte, ſine libertate heres inſtitui poteſt.

1 ¶ Si ſeruum meum purè heredem ſcripſero ſub conditione *ſ* liberum, differtur inſtitutio in id tempus, quo libertas data eſt.

2 ¶ Si quis ita ſcripſerit, *ſi Titius heres erit, Seius heres eſto,* "*Titius heres eſto:*" quaſi quæuis conditio exſpectatur *t* Titij aditio, vt Seius heres fiat: & ſanè & Iuliano & Tertylliano hoc videtur.

3 ¶ Qui fideicommiſſam libertatem ſub conditione accepit, poteſt ab herede purè cum libertate heres inſtitui, & non exſpectata conditione libertatem & hereditatem conſequitur, & erit interim *u* neceſſarius, & exiſtente conditione voluntarius heres efficietur. vt non deſinat heres eſſe, ſed vt ius in eo mutetur ſucceſſionis.

4 ¶ Aperturæ *x* tabularum dilatio, neceſſarij heredis ius non mutat: vt ſolemus in ſubſtituto impuberis dicere. nam eſt relatum, ſi ſe adrogandum dederit ſubſtitutus impuberi defuncti filius, neceſſarium eum fore *y*.

De inſtitutione ſui heredis ſub conditione.

4. *Idem* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

SVus quoque *z* heres, ſub *a* conditione heres poteſt inſtitui *b*. Sed excipiendus eſt filius. quia non ſub omni conditione inſtitui poteſt. & quidem ſub ea conditione, quæ eſt in poteſtate ipſius *c*, poteſt *d*. de hoc enim inter omnes conſtat, ſed vtrùm ita demum

inſti-

a nec enim ſemper qui teſtatur, ab inſtitutione initium facit, ſed ab exheredatione.

b id eſt, poteſt, vt infra.

c *t. 2. §. 4. infr. de vulgari.*

d facit *lex 3. §. 3. ⁊. de liberis l. 3. §. 2. ⁊. de iniuſto.*

e eſt enim aliud teſtamentum ſcriptum, aliud quo viua voce heredem nuncupamus, *v. l. 29. C. de teſtamentis.*

f *l. 16. ⁊. qui teſtam. §. 4. Inſtit. de hered. qualit.* non poterat tamen olim eſſe emptor familiæ. *Vlp. 20. §. 7.*

g vel tribus, *v. ⁊. eod.*

h i. adnotatio: ſic alibi dicitur ſcriptura Mutij, *l. 7. ⁊. de annuis.* Iuliani, *l. 18. ⁊. de damno.* poſtquam poëta ſenſit ſcripturam ſuam, *Terent. in Adelph. Cuiac. hic.*

i Tribus verbis teſtari poſſumus.

k *l. 9. §. 13. l. 10. ⁊. eod.*

l *l. 7. in fin. C. de teſtamentis.*

m vel volo, *l. 4. §. 6. C. de arbitrio: l. 10. C. de fideicommiſſ.*

n *l. 36. ⁊. eod.*

o Conditionali & puta. *Cuiacius hic.*

p adde *l. 29. ⁊. eod.*

q nota differentiam inter emancipationem de præterito & futuro.

r *l. 31. ⁊. eod.*

ſ *l. 38. §. 2. ⁊. eod.*

t nec Seius erit ante Titij aditionem.

u *l. 71. §. 1. infra de adquir. here.*

x Ius neceſſarij heredis, dilatio extrinſecus adueniens (vt eſt dilatio aperturæ tabularū) non mutat. vide plura apud Langebeckium *cap. 27. Annotat.*

y Imò neceſſarius non erit, *l. 20. ſupr. de liber.*

z id eſt, non tantùm neceſſarius & voluntarius.

a *l. 6. §. 1. ⁊. eod. l. 29. ſupra de liberis l. vlt. infr. de conſt. inſt. l. 83. ⁊. de cond. & demon. l. 20. §. 4. in fin. infra de bon. libert. l. 4. Cod. de inſtit. & ſubſtit.*

b etiam in legitima dummodo conditio ſit poteſtatiua. *Alciat. Cuiac.*

c vt te inſtituo, ſi teſtamentum feceris.

d cùm enim poſſit eam conditio.

inſtitutio effectum habeat, ſi paruerit conditioni, an & ſi non paruerit, & deceſſit? Iulianus putat, filium ſub eiuſmodi conditione inſtitutum ‖ etiam ‖ ſi conditioni non paruerit, ſummotum eſſe, & ideo ſi coheredem habeat ita inſtitutus, non debere eum exſpectare, donec conditioni pareat filius: cùm etſi patrem inteſtatum faceret non parendo conditioni, proculdubio exſpectare deberet, quæ ſententia probabilis mihi videtur, vt ſub ea conditione inſtitutus, quæ in arbitrio eius ſit, patrem inteſtatum non faciat.

1 ¶ Putò rectè generaliter definiri, vtrùm in poteſtate fuerit conditio, an non fuerit, facti *a* poteſtas eſt, poteſt enim & hæc, *Si Alexandriam peruenerit*, non eſſe in arbitrio per hyemis conditionem, poteſt & eſſe, ſi ei, qui à primo miliario Alexandriæ agit, fuit impoſita, poteſt & hęc, *Si decem Titio dederit*, eſſe in difficili, ſi Titius peregrinetur longinquo itinere, propter quæ ad generalem definitionem recurrendum eſt.

2 ¶ Sed & ſi, filio ſub conditione, quæ † in eius poteſtate eſt, herede inſtituto, nepos ſit ſubſtitutus, ſiue extraneus, puto viuo filio non extaturum heredem ſubſtitutum *b*, poſt mortem verò extaturum, nec neceſſariam "à" ſubſtituto filij exheredationem: cùm etſi fuerit facta, fruſtra eſt: poſt *c* mortem enim filij facta eſt, quam inutilem eſſe aliàs oſtendimus, opinamur igitur filium, ſi ſit inſtitutus ſub ea conditione, & ſit in eius poteſtate, non indigere exheredatione à ſequentibus gradibus: alioquin & "à" coherede indigebit.

5. APud Iulianum lib. vicenſimonono Digeſtorum. *Marcellus* notat:

SI eiuſmodi, ſit conditio, ſub qua filius heres inſtitutus ſit, vt vltimo *d* vitæ eius tempore certum ſit, eam exiſtere non poſſe, & pendente ea decedat, inteſtato patri heres erit: veluti, *Si Alexandriam peruenerit, heres eſto.* Quòd ſi etiam nouiſſimo *e* tempore impleri poteſt, veluti, *Si decem Titio dederit, heres eſto*, contrà puto.

De die conditioni adiecto. 1. De poſthumo Velleiano. 2. De medio tempore. 3. De ſeruo communi inſtituto pendente conditione, quando efficiatur heres neceſſarius. 4. Libertas teſtamento data, an poſſit codicillis adimi

6. *Vlpianus* " libro 4. ad Sabinum. "

SEd ſi conditioni dies eſſet adiectus *f*, vt puta, *Si Capitolium intra dies triginta aſcenderit*: tantumdem poteſt dici, vt ſi non paruerit conditioni, ſubſtitutus poſſit admitti, filio repulſo, idque conſequens eſt ſententiæ Iuliani & noſtræ.

1 ¶ Nepotes autem & deinceps cæteri qui ex lege Velleia inſtituti non rumpunt teſtamenta, ſub omni *g* conditione inſtitui poſſunt, etſi redigantur ad filij conditionem.

2 ¶ Solemus dicere *media h tempora non nocere*, vt putà, ciuis Romanus heres ſcriptus, viuo teſtatore factus peregrinus *i*, mox *k* ciuitatem *l* Romanam peruenit, *media tempora non nocent.*

¶ Seruus alienus ſub conditione heres ſcriptus, traditus eſt ſeruus *m* hereditario, mox vſu captus ab extraneo, non eſt vitiata inſtitutio.

3 ¶ Si ſeruum communem cum libertate dominus heredem ſcripſerit, & eum redemerit *n*, neceſſarius efficietur. Sed ſi ſubſtitutus ſit impuberi, & partem redemerit impubes, neceſſarius non efficietur, (vt) Iulianus ſcribit.

4 ¶ Sed ſi ſit cum libertate inſtitutus, an ei libertatis datio codicillis adimi poſſit, apud Iulianum quæritur? Et putat, in eum caſum, quo neceſſarius fieret, ademptionem *o* non valere, ne à ſemetipſo ei adimatur libertas, ſeruus enim heres inſtitutus, à ſemetipſo libertatem accipit, quæ ſententia habet rationem, nam ſicuti legari ſibi non poteſt, ita nec à ſe adimi.

De ſeruo communi inſtituto pendente conditione libertatis.

7. *Iulianus* lib. 30. Digeſtorum.

SI ſeruus communis *p*, ſub conditione heres inſtitutus, viuo teſtatore libertatem conſecutus ſit, etiam pendente conditione teſtamentariæ libertatis, adire hereditatem poteſt.

1 ¶ Item ſiue teſtator eum alienauerit *q*, ſiue heres poſt mortem teſtatoris, iuſſu domini, hereditatem adibit *r*.

Si hereditatis delatæ à duobus dominis dies ſimul cedit, ſeruus vtrique neceſſarius erit. Bart.

8. *Idem* ‖ lib. 2. ad Vrſeium Ferocem. ‖

DVo ſocij quendam ſeruum communem teſtamento facto, heredem & liberum eſſe iuſſerant: vna ſimul † oppreſſi perierant: plerique reſponderunt: hoc caſu duobus orcinum *a* heredem exiſtere: & id eſt verius.

1 ¶ Sed & ſi ſub eadem conditione ſeruum communem vterque ſocius liberum heredémque eſſe iuſſiſſet, eáque extitiſſet, idem iuris erit.

De errore in herede. 1. Vel in corpore. 2. Vel in parte. 5. Vel in conditione. 7. Vel in adiectione coheredis. 8. De demonſtratione heredis. 12. De iure heredis, & diuiſione hereditatis. 13. De heredibus inſtitutis ex partibus vnius fundi. 14. De inſtitutione, liber eſto, & poſtea heres. *15. Si ſubſtituto maior pars data ſit, quam inſtituto. 16. Si ſeruus proprius inſtitutus in eadem cauſa non manſerit.*

9. *Vlpianus* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

QVotiens volens *b* alium heredem ſcribere, alium *c* ſcripſerit in corpore *d* hominis errans, (velut: *Frater meus, patronus meus*) placet neque *e* eum heredem eſſe, qui ſcriptus eſt, quoniam voluntate deficitur, neque eum quem voluit, quoniam ſcriptus non eſt.

1 ¶ Et ſi in re quis errauerit, (vtputa, dum vult lancem relinquere, veſtem leget) neutrum debebit. Hoc, ſiue ipſe ſcripſit, ſiue ſcribendum dictauerit *f*.

2 ¶ Sed ſi non in corpore errauit, ſed in parte (putà "ſi," cùm dictaſſet, ex ſemiſſe aliquem ſcribi, ex quadrante ſit ſcriptus) Celſus lib. ‖ duodecimo quæſtionum ‖ digeſtorum vndecimo, poſſe defendi *g* ait *h*; ex ſemiſſe heredem fore, quaſi plus nuncupatum ſit, minus ſcriptum, quæ ſententia reſcriptis adiuuatur generalibus.

¶ Idémque eſt, & ſi ipſe teſtator minus ſcribat, cùm plus vellet adſcribere.

3 ¶ Sed ſi maiorem adſcripſerit teſtamentarius *i*, vel (quod difficilius eſt probatione, ipſe teſtator, vt pro quadrante ſemiſſem: Proculus putat, ex quadrante fore heredem, quoniam ineſt *k* quadrans in ſemiſſe, quam ſententiam & Celſus probat.

4 ¶ Sed & ſi quis pro centum, ducenta per notam *l* ſcripſiſſet: idem iuris eſt: nam & ibi vtrumque ſcriptum eſt, & quod voluit, & quod adiectum eſt: quæ ſententia non eſt ſine ratione.

5 ¶ Tantundem Marcellus tractat & in eo, qui conditionem deſtinans inſerere, non addidit, nam & hunc pro non inſtituto putat. Sed ſi conditionem addidit, dum nollet, detracta ea, heredem futurũ, nec nuncupatum videri, quod contra voluntatem ſcriptum eſt. Quam ſententiam & ipſe & nos probamus.

6 ¶ Idem tractat, & ſi teſtamentarius contra voluntatem teſtatoris conditionem detraxit, vel mutauit, heredem non futurum, ſed pro non inſtituto habendum.

7 ¶ Sed ſi, cùm primum heredem ex parte dimidia ſcribere deſtinaſſet, primum & ſecundum ſcripſit, ſolus primus ſcriptus heres videbitur, & ſolus heres exiſtet, quaſi ex parte dimidia inſtitutus.

8 ¶ Si quis nomen heredis quidem non dixerit, ſed indubitabili ſigno *m* eum demonſtrauerit, quod penè nihil à nomine diſtat, non tamen eo, quod contumeliæ *n* cauſa ſolet addi, valet inſtitutio.

9 ¶ Heres inſtitui, niſi vt certè *o* demonſtretur, nemo poteſt *p*.

10 ¶ Si quis ita dixerit: *Vter q ex fratribus meis, Titio & Manio, Seiam vxorem duxerit, ex dodrante: vter non duxerit, ex quadrante heres eſto.* hic ‖ rectè ‖ factam inſtitutionem eſſe certum eſt, ſed quis, ex qua parte, incertum.

11 ¶ Planè erit ſimilis, ſi ita inſtitutio facta fuerit: *Vter r ex praſcriptis fratribus meis Seiam vxorem duxerit heres eſto*, ſed & hanc puto valere inſtitutionem, quaſi *ſ* ſub conditione factam *:

12 ¶ Heredes iuris *t* ſucceſſores ſunt, &, ſi plures inſtituantur, diuidi *u* inter eos à teſtatore ius oportet *x*: quod ſi non fiat *y*, omnes æqualiter *z* heredes ſunt.

13 ¶ Si duo ſint heredes inſtituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex beſſe *a* eiuſdem fundi: Celſus expeditiſſimam Sabini ſententiam ſequitur, vt, detracta *b* fundi mentione, quaſi ſine partibus heredes ſcripti, hereditate potirentur *c*, ſi modò voluntas patrisfamiliâs manifeſtiſſimè non refragatur *d*.

[left-column glosses]

...tem implere: quaſi purè inſtitutus cenſetur: ideóque ſi conditionem non impleuerit, paternam hereditatem repudiaſſe videtur: nec huiuſmodi conditio poteſtatiua ab inſtitutione filij reiicietur, niſi contra bonos mores fuerit. vide Iul. Clarum 3 ſent. §. teſtamentum. q. 39. v. l. 35. ĵ. de condit. inſt.

a facti potius eſſe, *Bal.* facti atque ideo in poteſtate iudicis. *Cuia.*

† Conditio poteſtatiua inſtitutionis, niſi moriente ipſo herede, non deſinit, *vt hic.* niſi dies adiecta fuerit *l. 6. ĵ. eod. & l. Thais 21. §. intra 12. ĵ. de fideic. libert.*

b Cur ita? *v. l. 3. infra de adquir. hered.*

c *l. 29. §. 10. ſ. de liberis.*

d *l. vlt. ĵ. de condit. Inſt.*

e id eſt, vltimò, Conditio quæ non poteſt ſemper impleri definens, patrem inteſtatum facit, niſi coheredem vel ſubſtitutum dederit: quæ autem ad extremum vſque vitæ impleri poteſt, donec inſtitutus viuat, non deficit. Inſtitutus ita moriens, hereditatem ex teſtamento vel inteſtato non tranſmittit, quia non moriendo heres fuit, *l. vlt. infr. de cond. inſt.*

f Vbicumque eſt conditio & dies, conditio non poteſt impleri poſt diem. *Bald.*

g Liberi ſequentis gradus poſt filium poſſunt ſub omni conditione inſtitui. *Bar.* adde *l. 4. ſ. eod.*

h Sunt tria tempora teſtamenti, mortis teſtatoris, medium tempus, & aditionis. *l. 49. §. 1. l. 50. ĵ. eod. §. 4. verſ. medio. Inſt. de hered. qualit.* Extrema tempora magis conſideranda quàm media hinc colligunt: de quo v. *Bal. hic.*

i De peregrino dixi ad *l. 1. C. eod.*

k mox. i. viuo ac ſuperſtite adhuc teſtatore *l. 1. ſ. de rebus cred.* de hoc articulo mox, v. notata in *l. 7. ſup. ſoluto.*

l *al.* ad ciuitatem. Mutationes heredis ſcripti mediis temporibus contingentes non nocent.

m *al.* ſeruo.

n *l. 18. ſupra de vulgari.* Cuiac. hic arg. l. 90. ĵ. eod.

o *l. 13. §. 1. ſupra de liberis.*

p Si ſeruus cum libertate,

q *l. 9. §. 16. infra eodem.*

r adire poterit, *l. 38. §. 2. ĵ. eod.*

† Prius & poſterius vbi non apparet, ſimul & eodem tempore rem geſtam fuiſſe præſumitur.

[right-column glosses]

a orcinum & heredem. Cuiac.

b *l. 4. C. eod.*

c *v. l. 92. infra de reg. iur.*

d Error in corpore vel nomine appellatiuo inſtitutionem viciat, adde *l. 4. ĵ. de leg. 1.*

e Imò eſt, *l. 7. C. de teſt.*

f puta notario, *l. 24. C. de teſt.*

g Error in quota vel quantitate non viciat. Error autem qui non vitiat, remouetur, vt actus maneat validus. *Bald.*

h Quid ita? *v. l. 110. infra de verb. oblig.*

i i. ſcriptor teſtamenti.

k Maiori ſummæ minor ineſt; *l. ... §. 3. ſup. de recept. l. 19. ſ. de pecul. l. 15. ĵ. de leg. ... ĵ. de verb. oblig.*

l Teſtamentum notis inuſitatis ſcriptum non valet ... vſitatis valet ... *l. 6. inf. de bon. ... Nou. 107. c. 1. ...* & inuſitatis ... ſcriptum teſtamentum, ad pias cauſas valere notat ... quellus 12. ... legio piæ cauſæ ... *Auth. quod ſine de teſtamen.* ... de notis adde ... *infr. de teſtam. ... lit. l. 15. C. de ... inſt. l. 33. ſ. ex ... cauſis maior ...* id ... μένον ... Græci vocant.

n *l. 48. §. 1. ...*

o niſi certus ... *Vlp. 22. §. 4. ... §. 2. Theoph. ... hered. Inſt. ... tamen l. 49. ... epiſc.*

p ideóque ... ta perſona ... inſtitui non poteſt. Incerta eſt, ... ro, qui primus ... funus meum ... rit. *Vlp. 22. ...* adde *l. 62. §. ...* Certus intelligitur, deſignatus à teſtatore per notionem ad ... ſcripturam, ... ſit nomen eius expreſſum, *v. l. 65. ... rebus cred. l. ... 75. ĵ. de verb. ... Clar. 4. ſent. §. Teſtamentum, num. ...* eámque opinionem eſſe communem ait, non tantum in legatis ſed & heredibus receptam.

q *l. 24. ĵ. eod. l. 24. §. 1. ĵ. de damno.*

r *Vter.* idem eſt, quod *ſi quis.*

ſ Certitudo ex euentu conditionis, certa cenſetur, vel ab ipſo initio

t *ſub.* vniuerſi *l. 24. l. 178. § 1. ĵ. de verb. ſign. l. 59. 62. 128. §. 1. l. 194. ĵ. de reg. ... l. 6. ĵ. de exc. l. 11. ĵ. de diuerſis* ita heredis nomine is intelligitur, qui iure ſucceſſionis ...

u Diuidi ius poteſt: nam hic diuiditur hereditas quæ ius eſt, de quo vide ... apud Bald.

x quoties id à teſtatore dictum eſt.

y *ſub.* diuiſio.

z §. 6. *Inſt. eod.*

a & ita diſpariter.

b Inſtitutio in re certa trahitur ad vniuerſalem inſtitutionem: quia certæ rei demonſtratio, ius inſtitutionis ad rem ipſam non coërcet: perinde namque inſtitutio intelligenda eſt, ac ſi rei certæ facta non eſſet mentio. Vniuerſalis ſucceſſio non notatur ex re certa deſignata, adde *l. 35. ĵ. eod.* vide Graſſum *lib. ſenten. §. Inſtitutio q. 22. num. 8.*

c potiantur.

d atque ita, heredes æquis partibus inſtitui ex re certa, pariter ſeu æquè vniuerſaliter ſunt heredes, niſi repugnet intentio teſtatoris. *Baldus.*

14 ¶ Si

14 ¶ Si quis ita ſcripſerit: *Stichus* a *liber eſto, & poſteaquam* b *liber erit, heres eſto* Labeo. Neratius, ‖ & ‖ Ariſto opinantur, detracto c verbo medio, *poſtea*, ſimul ei ‖ & ‖ libertatem & hereditatem competere. quæ ſententia mihi quoque vera videtur.

15 ¶ Si quis primum d ex triente, Secundum ex triente heredem inſtituerit, &, ſi ſecundus heres non erit, Tertium ex beſſe heredem ſcribat: hic Secundo repudiante e beſſem habebit non ſolùm iure ſubſtitutionis, ſed etiam inſtitutionis: id eſt trientem iure ſubſtitutionis, & trientem iure inſtitutionis.

16 ¶ Seruus cum libertate heres inſtitutus, ſi f ſit alienatus g, iuberi adire ab eo poteſt, cui alienatus eſt, ſed, ſi redemptus h ſit à teſtatore, inſtitutio valet, & neceſſarius heres erit.

17 ¶ Si ſeruus ex die libertatem acceperit, & hereditatem purè i, mox k ſit alienatus, vel manumiſſus, videamus, an inſtitutio valeat. Et quidem, ſi alienatus non eſſet, poteſt defendi, inſtitutionem valere: vt, die veniente libertatis, quæ hæreditatem moratur, competente libertate, & heres neceſſarius exiſtat.

18 ¶ Sed ſi in diem libertas, hereditas ‖ autem ‖ ſub conditione data ſit, ſi conditio poſt l diem aduenientem extiterit, liber & heres erit.

19 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi purè fuerit heres inſtitutus libertate in diem data, ſi ſit alienatus, vel manumiſſus, dici debet m, heredem eum poſſe exiſtere.

20 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi non ipſe ſeruus ſit alienatus, ſed vſusfructus in eo, æquè inſtitutio valet, ſed differtur in id tempus, quo extinguitur vſusfructus.

De duobus heredibus inſtitutis ex diuerſis partibus diuerſorum fundorum.

10. *Paulus* "libro 1. ad Sabinum."

SI "alterius" n atque alterius fundi pro partibus quis heredes inſtituerit, perinde o habebitur, quaſi non p adiectis partibus heredes ſcripti eſſent. nec q enim facilè ſed diuerſitate pretium r portiones inueniuntur: ergo expeditius eſt quod Sabinus ſcribit, perinde habendum, ac ſi nec fundum, nec partes nominaſſet.

De coniunctis & inſtitutione ex re certa.

11. *Iauolenus* ‖ libro 7. Epiſtolarum ‖

ATtius ſ *fundi Corneliani heres eſto* ‖ *mihi.* ‖ *duo* t *Titij illius inſulæ heredes ſunto.* habebunt duo Titij ſemiſſem. Attius u ſemiſſem. idque Proculo placet. quid tibi videtur x? reſpondit: Vera y eſt Proculi opinio.

De partibus inæqualibus exæquatis.

12. *Paulus* libro 2. ad Sabinum.

SI in æqualibus partibus datis, ita adiiciatur: *Quos* z *ex diſparibus partibus heredes inſtitui, æquè heredes ſunto*: exiſtimandum eſt exæquari eos ſcilicet ſi hoc ante a peractum teſtamentum ſcriptum ſit.

De adiectione, Æquè heredes ſunto. 1. *De diuiſione hereditatis ſolemni in duodecim vncias.* 2. *Si pars vacet.* 4. *Si teſtator duodecim vncias exceſſerit.*

13. *Vlpianus* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

INterdum hæc adiectio, *Aequè* b *heredes ſunto*, teſtatoris voluntatem exprimit, vtputà, *Primus & fratris mei filij æquè* † *heredes ſunto.* nam hæc adiectio declarat, omnes ex virilibus partibus inſtitutos, vt & Labeo ſcripſit. qua detracta, ſemiſſem c fratris filij, ſemiſſem primus haberet.

1 ¶ Paterfamilias diſtribuere hereditatem in tot partes poteſt, quot d voluerit: ſed ſolemnis e aſſis diſtributio in duodecim f vncias fit.

2 ¶ Denique, ſi minus g diſtribuit, poteſtate h iuris in hoc reuoluitur: vtputa ſi duos heredes ex quadrante ſcripſerit, nam hereditas eius i reſidua k accedit, vt ex ſemiſſibus videantur ſcripti.

a Seruus meus ſcilicet.

b qui ita inſtituitur, perinde eſt ac ſi purè inſtitutus ſit. adde *l.* 49. ǰ. *eodem. l.* 21. *l.* 22. ǰ. *de cond. inſt. Inſt. de hered. inſt. in pr. &* §. 1. Videbatur dicendum hanc inſtitutionem eſſe nullam, quia liber initio factus, deinde heres: liber autem eſſe non potuit ex teſtamento, nullo ei coherede dato. Nam teſtamento libertas non competit, niſi ex eo teſtamento fuerit aliquis heres, *l. ſi nemo* 9. ſ. *de teſt. tut.* Verum vt vitetur id abſurdum vocem *poſteaquam* ſic interpretantur, vt ordinem intellectus, non temporis deſignet. Ita fiet vt ea voce detracta, fiat ſimul liber & heres. *Poſtea*, temporis interuallum nullum innuit in his, quæ ſimul ſunt natura.

c Verba quandoque detrahuntur velut ſuperflua.

d facit *l.* 15. §. 1. ſ. *eodem.*

e Quid ſi adiit? ſubſtitutio facta tertij euanuit.

f Inſtitutus ſeruus cum libertate & alienatus, non amittit libertatem, cum iuſſu noui domini adire poſſit. Quid ſi redemptus à teſtatore? redit eius inſtitutio ad priſtinam cauſam, vt efficiatur neceſſarius heres.

g *l.* 7. *in fin. ſuprà eodem.*

h *l.* 50. ǰ. *eod.*

i putà poſt annum.

k id eſt ſimpliciter.

l Inſtitui ſeruum meum ſimpliciter eique libertatem ex die dedi: differtur inſtitutio in tempus datæ libertatis, niſi fuerit à iure manumiſſus vel alienata eius proprietas. Nam ſi eius tantum vſusfructus alienatus eſt, differtur libertatis & hereditatis datio, in tempus finiti vſusfructus.

m hereditas ſub conditione dari poteſt, diem quoque recipit, *v. l.* 9. *C. de hered. inſt.* n Dixi *ad Vlp.* 1. §. 19.

o *Perinde* omnem omnino ſimilitudinem non denotat: Nam hoc *perinde*, referendum eſt ad portiones.

p *l.* 1. §. 4. *l.* 9. §. 13. ſ. *eod.* q Nullo modo.

r prædiorum *Hal.* preciorum. ſ Hic verbis eſt diſiunctus à duobus Titiis, de quibus j. t Hi verbis coniuncti ſunt inter ſe.

u Cur ita? *v. l.* 17. §. 4. ǰ. *eo.* x de hac formula ſcripſi ad *l.* 21. §. 1. ſ. *de arbitr.*

y Quænam opinio Proculi eſt? Inſtitutos in re certa & coniunctos, in ipſo iure ſuccedendi vniuerſim & accreſcendi, coniunctos eſſe, loco vnius haberi in diuiſione hereditatis cum alio facienda.

z Inæquales initio, ſeu prima parte teſtamenti, æquales fieri poſſunt in vltima parte teſtamenti. Ita finis ſcripturæ principio eius præfertur.

a Eodem teſtamento quis ſe corrigere poteſt. Conſummato teſtamento, ſi quæ corrigere velimus, omnia ex integro facienda ſunt. *Cuiac.*

b *Aequè*, particula diſtribuit in capita, non in ſtirpes.

† Omnes coniuncti, vnius loco habentur, *l.* 15. §. 1. *l.* 53. *in fin.* ǰ. *eod.*

c *l.* 19. *in fin.* ǰ. *de leg.* 1. d §. 5. *Inſt. eod. Paulus* 3. *ſent.* 4. §. 19.

e & vſitata, *l.* 50. ǰ. *eod.* f vt Aſtrologi res omnes reuocant ad 12. partes, menſes, horas, ſigna, latitudinem ſignorum: ſic nos hereditatem, vſuras, & res ſolidas omnes, *Cuiac. hic.* g *l.* 8. ǰ. *ſecund. tabulas.*

h id eſt, tacitè, *l.* 7. ǰ. *de regulis iuris.*

i militis, *l.* 3. *C. de teſtamento militis.*

k §. 7. *Inſtit. eodem.*

3 ¶ Sed ſi alter ex quadrante, alter ex ſemiſſe heredes ſcripti ſunt, qui accedit quadrans, pro partibus hereditatis eis adcreſcit.

4 ¶ Sed ſi exceſſerit in diuiſione duodecim vncias, æquè pro rata a decreſcet. vtputà, me ex duodecim vnciis heredem, te ex ſex ſcripſit: ego hereditatis habeo beſſem, tu trientem.

5 ¶ Sed ſi duos ex aſſe heredes ſcripſit, alios ex 12. vnciis, an æquè diſtributio fiat, apud Labeonem libro quarto poſteriorum quæritur. & putat Labeo, & illos ex b ſemiſſe, & hos qui ex 12. vnciis ſcripti ſunt, ex ſemiſſe heredes fore cui ſententiæ adſentiendum puto.

6 ¶ Sed ſi duos ex aſſe heredes inſtituerit, tertium autem ex dimidia & ſexta, eodem libro Labeo ait, in 20. vncias aſſem diuidendum, octo laturum ex dimidia & ſexta ſcriptum, illos duos duodecim.

7 ¶ Apud eundem refertur: *Titius ex parte tertia*, deinde aſſe explero, *Idem ex parte ſexta*, in 14. c vncias hereditatem diuidendam Trebatius ait.

De parte prima, ſecunda.

14. *Iauolenus* ‖ libro 1. ex Caſſio. ‖

SI quis heredes ita inſtituit, *Titius ex parte prima, Seius ex parte ſecunda, Mæuius ex parte tertia. Sulpicius ex parte quarta, heredes ſunto*: æquè partes hereditatis ad inſtitutos pertinebunt, quia teſtator appellatione numeri ſcripturæ magis ordinem d, quàm e modum partibus impoſuiſſe videtur.

Si tertius inſtituatur ex eadem parte, ex qua ſecundus. 1. *Si in ſubſtitutione excedatur as.*

15. *Vlpianus* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

IVlianus quoque libro 30. refert, ſi quis ita heredem ſcripſerit, *Titius ex parte dimidia heres eſto, Seius ex parte dimidia: ex qua* f *parte Seium inſtitui, ex eadem parte Sempronius heres eſto*, dubitari poſſe, vtrum in tres ſemiſſes diuidere voluit hereditatem, an verò in vnum ſemiſſem Seium & Sempronium coniungere? quod eſt verius: & ideo coniunctim g eos videri inſtitutos h. ſic fiet, vt Titius ſemiſſem, hi duo quadrantes ferant.

1 ¶ Idem eodem libro ſcripſit: ſi primus ex ſemiſſe, ſecundus ex ſemiſſe: ſi primus i heres non erit, tertius ex dodrante ſubſtitutus ſit: facti quidem quæſtionem eſſe. verùm rectè dicitur, ſi quidem primus adierit, æquales partes habituros. ſi repudiauerit, quindecim partes futuras, ex quibus nonem quidem laturum tertium, ſex ſecundum.

16. *Vlpianus* libro 30. Digeſtorum.

NAm tertium & inſtitui & ſubſtitui perſonam ſuſtinere, in tres partes inſtitutum videri, in ſex ſubſtitutum.

De inſtitutis ſine parte.

17. *Vlpianus* libro 7. ad Sabinum.

ITem quod Sabinus ait, *Si cui pars adpoſita non eſt*, "excutiamus" duos ex quadrantibus heredes ſcripſit: tertium ſine parte: quod aſſi deeſt k feret. hoc & Labeo.

1 ¶ Vnde idem tractat: ſi duos ex vndecim, duos ſine parte ſcripſit, mox vnus ex his, qui ſine parte l fuerunt, repudiauerit: vtrum omnibus ſemuncia an ad ſolum ſine parte ſcriptum pertineat. & variat. ſed Seruius omnibus adcreſcere ait. quam ſententiam veriorem puto: nam quantum m ad ius adcreſcendi, non n ſunt coniuncti, qui ſine parte inſtituuntur. quod & Celſus libro 16. Digeſtorum probat.

2 ¶ Idémque putat: & ſi, expleto aſſe, duos ſine parte heredes ſcripſerit: neque hos, neque illos coniunctos.

3 ¶ Sed ſi, aſſe expleto, alium ſine parte heredem ſcripſerit, in alium aſſem veniet. Aliter atque ſi ita ſcripſiſſet, expleto aſſe, *Ex reliqua parte heres eſto*. quoniam cum nihil reliquum o eſt, ex nulla p parte heres inſtitutus eſt.

4 ¶ Sed q ſi expleto aſſe duo ſine partibus ſcribantur: vtrum in ſingulos aſſes iſti duo, an in vnum aſſem coniungantur, quæritur, & puta Labeo, & veriùs eſt in vnum r aſſem venire. nam & ſi vnus ſine parte, duo coniunctim ſ ſine parte inſtituantur, non tres trientes fieri, Celſus libro 16. ſcripſit, ſed duos ſemiſſes.

5 ¶ Quod ſi quis dupondium diſtribuit, & tertium ſine parte inſtituit: hic non in alium aſſem, ſed in trientem t venit, vt Labeo 4. Poſteriorum ſcripſit. nec Ariſto, vel Aulus u, vtpote probabile, notant x.

a quæ excedit, quæ vacat. *l.* 47. §. 1. ǰ. *eod.* §. 7. *Inſt. eod.*

b adde *l.* 23. *C. de legatis.*

c Atqui hæc verba, *Tertia Sexta*, non tam modum partibus imponunt, quam ordinem, ſcripturæ, *l.* 14. *in fin.* ǰ. *eod.*

d Ordo loquendi non ſignificat ordinem ſuccedendi: vel ita, Nemo plus iuris habet ex eo quod prior ſit nominatus, *Bald.* die potius ex parte prima, ſecunda, tertia, quarta, hæredem inſtitui, non eſt ex vna vncia, vel duabus, tribus vel quatuor vnciis heredem inſtitui, ſed ex partibus æquis tantum: & proinde hoc ſermone Titius primus eſt hæres: Seius, ſecundus: Mæuius, tertius: Sulpicius, quartus. His numeris ex parte prima, ſecunda, tertia, quarta, ſcripturæ tantum ordo demonſtratur, non modus partibus imponitur, id eſt ſic numerando heredes.

e Ordo ſcripturæ, & modus partium hereditariarum diſtinguuntur.

f *l.* 142. *in fin.* ǰ. *de verb. ſign.*

g re & verbis.

h Cur ita? *v. l.* 5. ſ. *eodem.*

i *l.* 9. §. 7. ſ. *eod.*

k de aſſe non diſtributo, adde *l.* 77. ǰ. *eod.* §. 6. *Inſtit. eod. l.* 12. ǰ. *ſecund. tab.*

l certa.

m Coniuncti in iure adcreſcendi non ſunt, qui ſine parte ſunt inſtituti.

n Atqui paulo ante dixit omnibus adcreſcere, igitur ſunt coniuncti, *l. re coniuncti* 89. ǰ. *de leg.* 3. An expungenda hæc negatio eſt, vt ſit ſenſus, vocatos ſine parte, re cõiunctos eſſe cum iis, quibus certa pars eſt relicta? v. Graſſum *in* §. *Ius adcreſcendi qu.* 5. *num.* 4. *in fin.* ſi modò vna oratione coniuncti ſint.

o *l.* 19. *in fin. l.* 78. *l.* 79. *l.* 80. ǰ. *eodem. l.* 12. *infrà ſecund. tab.*

p Imò ex aliqua *l.* 87. ǰ. *eo.*

q vide Antonium Fabrum 5. *Coniectur.* 20.

r id eſt, alterum.

l 53. *in fin. infrà eodem.*

ſ adde *l.* 11. *ſuprà eodem: l.* 59. §. 2. *ſuprà eodem: l.* 9. *infrà de vulgari: l.* 11. *C. de impuberum.*

t ſed in treſſem, *Hotom. in* §. 6. *Inſtit. eodem.* & quidem non ſeparatim, ſed coniunctim, id eſt, in ſummam trium aſſium. nam qui triens eſt in aſſe, in tripondio eſt as, *Viglius.*

u fortè Caſcellius, *Cuiac.*

x Ariſto & Aulius ſcripta Labeonis notarunt, & vt probabiles eorum notas accepit Vlpianus.

Inſtitutus

Inſtitutus ſine parte, habebit, quod deeſt ad dupondium. Bart.

18. *Paulus* " libro 1. ad Vitellium. "

"S*Abimus.*" Quæſitum eſt, ſi plus *a* aſſe paterfam. diſtribuiſſet, & aliquem ſine parte feciſſet heredem: vtrùmne is aſſem habiturus foret, an id dumtaxat, quod ex dupondio deeſſet. & hanc eſſe tolerabiliſſimam ſententiam puto: vt eadem ratio in dupondio omnique re deinceps, quæ in aſſe ſeruetur. *Paulus*: Eadem ratio eſt in ſecundo aſſe, quæ in primo.

De ſubſtituto in partem non heredis.

19. *Vlpianus* libro 7. ad Sabinum.

EX facto etiam agitatum Pomponius & Arrianus referunt: ſi quis, vacua parte relicta, ita inſtituerit: *Si mihi Seius heres non erit* b, (quem non inſtituerat) *Sempronius heres eſto*: an hic occupare poſſit vacantem portionem: & Pegaſius quidem exiſtimat, ad eam partem admitti. Ariſto contra putat: quia huic pars eſſet data, quæ nulla *c* eſſet. quam ſententiam & Iauolenus probat, & Pomponius, & Arrianus. & hoc iure vtimur.

De inſtitutis ſine parte.

20. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

QVo loco *d* ſcribatur heres ſine parte: vtrum primo, an medio, vel nouiſſimo, nihil intereſt.

1 ¶ Si iam mortuo quadrans, alij dodrans datus ſit, & alius ſine parte ſcriptus ſit: Labeo ait, eum, qui ſine parte heres inſtitutus ſit, alterum aſſem habiturum. & hanc mentem eſſe teſtantis. quod & Iulianus probat, & verum eſt.

2 ¶ Quod, ſi viuus & mortuus ex parte dimidia coniunctim heredes inſtituti ſunt, ex altera alius: æquas partes eos habituros ait. quia mortui pars pro non ſcripto *e* habetur.

De inſtitutione ſerui proprij.

21. "*Pomponius* libro 1. ad Sabinum."

TRebatius ait, ſic non rectè ſcribi: *Quiſquis* g *mihi heres erit, Stichus liber & heres eſto* h: liberum tamen "futurum." Labeo, & heredem eum futurum rectè putat.

1 ¶ Seruo *i* libertatem purè *k*, hereditatem ſub conditione dari poſſe, veriſſimum puto: vt tamen vtrumque ex conditione pendeat.

22. *Iulianus* ‖ lib. 30. Digeſtorum. ‖

ET expleta quidem conditione, liber hereſque erit, quocumque loco *l* libertas data fuerit. deficiente autem conditione perinde habetur, ac ſi libertas ſine hereditate data fuerit.

De die certo, vel incerto. 1. *De conditione.* 4. *De cauſæ cognitione.*

23. *Pomponius* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

SI quis inſtituatur heres in diem *m* certum, vel incertum *n*, is bonorum poſſeſſionem *o* agnoſcere poteſt, & tanquam heres, diſtrahere hereditatem *p*.

1 ¶ Sed ſi bonorum poſſeſſionem non admittat, ſed conditionem trahat, cui facilè parere poſſit: (veluti, *Si ſeruum*, quem in poteſtate habeat, *manumiſerit*: nec manumittat) hic prætoris erunt partes, vt imitetur edictum ſuum illud, quo *q* præfinit tempus, intra quod adeatur hereditas.

2 ¶ Item *r* ſi conditioni heres parere non poterit, quam in ſua poteſtate non habebit: (veluti inſtitutione collata in alterius *ſ* factum, aut quendam caſum, *Si ille*, putà, *conſul factus fuerit*) tunc poſtulantibus creditoribus conſtituet prætor: niſi intra certum tempus hereditas obtigerit, aditáque fuerit, ſe bona defuncti creditoribus poſſidere" iuſſurum. "& interim, quæ vrgebunt *t*, per procuratores diſtrahi iuſſurum.

3 ¶ Sed ſi ſub conditione quis heres inſtitutus ſit, & graue æs alienum ſit, quod ex pœna creſcit & maxime ſi publicum debitum imminet: per procuratorem ſoluendum ęs alienum: ſicuti cùm venter in poſſeſſione ſit, aut pupillus heres tutorem non habeat.

4 ¶ Et ideo ait, cauſæ cognitionem adiectam propter eos *u* qui ſine dilatione peregrè eſſent: vel ægritudine, vel valetudine ita impedirentur *x*, vt in ius produci non poſſint. nec tamen defenderentur.

De inſtitutione coniuncta & alternata.

24. *Celſus* ‖ libro 16. Digeſtorum. ‖

T*Itius & Seius, vtérve y eorum z viuet, heres mihi eſto.* exiſtimo, ſi vterque viuat, ambo *a* heredes eſſe: altero mortuo, eum, qui ſupererit *a*, ex aſſe *b* heredem fore.

25. *Vlpianus* " libro 6. Regularum "

QVia tacita ſubſtitutio ineſſe videatur inſtitutioni *c*.

De legato.

26. *Celſus* " libro 16. Digeſtorum. "

IDque & in legato eodem modo relicto ſenatus cenſuit.

De inſtitutione pura, & conditionali.

27. *Pomponius* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

SI te ſolum ex parte dimidia purè, ex altera ſub conditione heredem inſtituero, & ſubſtituero tibi: non exiſtente conditione, ſubſtitutum ex ea parte heredem fore Celſus ait.

1 ¶ Sed ſi te heredem inſtituero, & deinde eundem te ſub conditione inſtituam, nihil valere ſequentem inſtitutionem, quia ſatis plena *d* prior fuiſſet.

2 ¶ Sed ſi plures inſtitutiones ex eadem parte ſub diuerſis conditionibus fuerint factæ, vtra prior conditio extiterit, id faciet, quod ſupra diximus, ſi purè & ſub conditione idem inſtituatur.

De ordine.

28. *Vlpianus* " libro 5. ad Sabinum. "

SI ita *e* quis inſtitutus ſit, *Titius heres eſto, ſi Secundus heres non erit.* deinde, *Secundus heres eſto.* placet, primo gradu Secundum eſſe inſtitutum.

De verbo quiſque.

29. *Pomponius* libro 5. ad Sabinum.

HOc articulo *quiſque* f omnes g ſignificantur. & ideo Labeo ſcribit, ſi ita ſcriptum ſit, *Titius & Seius, quanta quiſque eorum ex parte heredem me* h *habuerit ſcriptum heres mihi eſto*: niſi omnes habeant ſcriptum heredem teſtatorem, neutrum heredem eſſe poſſe: quoniam ad omnium factum ſermo refertur. in quo puto teſtatoris mentem reſpiciendam. Sed humanius eſt, eum q uidem qui teſtatorem ſuum heredem ſcripſerit, in tantam partem ei heredem fore *i*: qui autem eum non ſcripſerit, nec ad hereditatem eius admitti.

De ſeruo pignorato.

30. *Vlpianus* " libro 21. ad Edictum. "

PIgnori obligatum ſeruum, neceſſarium domino poſſe fieri *k*, Imperator Seuerus reſcripſit. ita tamen, ſi paratus ſit, prius creditori ſatisfacere.

De ſeruo. 1. *Hereditario.*

31. *Gaius* " libro 21. ad Edictum Prouinciale. "

NOn minus ſeruos *l*, quàm liberos heredes inſtituere poſſumus, ſi modo eorum *m* ſcilicet ſerui ſint. quos ipſos heredes inſtituere poſſumus: cùm teſtamenti factio cum ſeruis ex perſona dominorum introducta eſt.

1 ¶ Hereditarium *n* ſeruum ante aditam hereditatem, ideo placuit heredem inſtitui poſſe, quia creditum eſt, hereditatem dominam *o* eſſe: defuncti locum *p* obtinere.

De inſtitutione collata arbitrio alterius. 1. *De captiuo.*

32. *Idem* libro 1. de teſtamentis ad Edictum prætoris vrbani.

ILla inſtitutio *quos Titius voluerit*, ideo vitioſa eſt *q*, quòd alieno *r* arbitrio permiſſa eſt. nam ſatis conſtanter veteres decreuerunt, teſtamentorum *ſ* iura ipſa per ſe firma *t* eſſe oportere, non *u* ex alieno arbitrio pendere.

1 ¶ Is, qui apud hoſtes eſt, rectè heres inſtituitur, quia iure poſtliminij omnia iura ciuitatis in perſonam eius in ſuſpenſo retinentur, non abrumpuntur. Itaque ſi reuerſus fuerit ab hoſtibus, adire hereditatem poterit. Seruus quoque eius rectè heres inſtituitur. &, ſi reuerſus ſit ab hoſtibus, poteſt eum iubere adire hereditatem: ſi verò ibi deceſſerit, qui ei heres exiſtet, poteſt per ſeruum heres fieri.

De inſtituto ex parte purè.

33. *Idem* " libro 2. de teſtamentis ad Edictum prætoris vrbani. "

SI quis ita ſcripſerit. *Titius ex parte dimidia heres eſto: idem Titius ex altera parte dimidia ſi nauis ex Aſia venerit, heres eſto*, cùm ex pura inſtitutione adierit heres, quamuis conditio alterius inſtitutionis pendeat, ex aſſe ſit heres, ſcilicet etiam conditione deficiente: cùm non *x* proſit ei conditio quicquam exiſtens: quippe cum non dubitetur, quin, ſi quis ex parte dimidia heres inſtitutus ſit, nec præterea quiſquam alius, ipſe ex aſſe heres inſtitui videatur.

De die.

a *l.* 87. ̄j. *eod.* §. 6. *Inſt. eodem.*
b *heres erit.* Auguſtinus ita legit nec probatur tamen in eo à Cuiacio.
c *l.* 17. §. 3. *ſuprà eodem.*
d *l.* 78. § *pen. in fi.* ̄j. e 1. § 6. *in fi. inſt. eodem.*
e pro non ſcripta. *Hal.*
f & apud coniunctum remanet, *l. vn.* §. 3. *C. de caducis.*
g Hæc verba, *Quiſquis mihi heres erit*, conditionem non faciunt, quoties perſona ad quam poſſint referri, nulla ſubeſt.
h *ſub.* in ſolidum.
i Libertas ſimpliciter relicta, in euentum conditionis, ſub qua hereditas eſt relicta ea non exiſtente, nec liber eſt, nec heres, ſi in ſolidum inſtitutus erat: quod ſi coheredem habuit, non differtur. imò ſtatim debetur etiamſi poſtea hereditatis conditio deficiat, quod coheredis aditione continetur.
k id eſt ſimpliciter. *l.* 12. ̄j. *de cond. inſt.*
l gradu, *l.* 2. *in fin.* ̄j. *de ſtatuliberis.*
m *l.* 2. §. 3. ̄j. *ſecun. tab.*
n vis huius capitis in hoc articulo conſiſtit: quia dies incertus in vltimis voluntatibus conditionem facit, *l. dies incertus* 75. ̄j. *de conditionib. & demonſtrationibus.* Pendente autem conditione heres adire non poteſt, nec bonorum poſſeſſioné iuris, quæ dominium tribuit, petere, ſed eam tantum quæ facti eſt, quæ ſolam adminiſtrationem cõtinet.
o *ſub.* ſecundum tabulas.
p conſequitur ita bonorum adminiſtrationem; & poteſtatem vendendi, vt ſatisfiat creditoribus hereditariis, perinde ac ſi curator fuiſſet inſtitutus hereditati incerti hominis.
q *v. l.* 4. ̄j. *de reb. auctorit. l.* 1. ̄j. *de curatore bonis.*
ſ v. Ant. Fabrum 5. *Coniect.* 18.
ſ Inſtitutio conditionalis collata in factum alienum, non eſt in poteſtate inſtituti.
t *l.* 5. §. 2. ̄j. *de Carboniano*; *l.* 8. ̄j. *quibus ex cauſis in poſſeſſionem*, *l.* 4. ̄j. *de reb. authorit. indic. l.* 1. ̄j. *de curat. bon.*
u *l.* 2. ̄j. *quis ordo in bonorum poſſeſſ.*
x *v. l.* 60. ̄j. *de re indicata.*
y *l.* 9. §. 10. ̄j. *eod. Vter* ſubſtitutionem vulgarem demonſtrat.
z Subſtitutionem vulgarem verbis aientibus (& ſic tacitè) fieri poſſe hinc colgunt, expreſſam enim verbis negantibus, & adfirmatiuis fieri: veluti ſi Titius heres non erit, Seius heres eſto.
a *l.* 4. *verſ. melius. C. de verb. ſignif.* Imò neuter heres videtur, quia τὸ *Vter*, de vno *Vterque* de duobus dicitur, *l. ſi creditores* 18. *C. de pactis. l. ſi ex toto* 8. §. 1. ̄j. *de leg.* 1. vnde cùm non conſtet, de quo videatur teſtator ſenſiſſe, magis videbitur inſtitutio vitiari ipſa incertitudine. An dicemus, τὸ *Vter*, de vno tantum prædicari, quoties iungitur verbo quod non conuenit niſi vni: *l. vter.* 23. ̄j. *de cond. inſtit.* de duobus verò, ſi verbo iungatur quod duobus competit. *vt l. pen. C. de impu. & aliis ſubſtit.*

a *l.* 7. ̄j. *de reb. dub.*
b ſcilicet in dimidia ſua, tanquam inſtitutum: & in dimidia defuncti, tanquam tacite ſubſtitutum, *l.* 25. ̄j. *eod.*
c *l. vlt. C. eod.* Inſtitutionem omnem in defectum heredi collatam vulgarem eſſe Baldus hinc colligit.
d Inſtitutionis prima forma quoties plenior eſt ſecunda ſtatur priori.
e Non primo nominatus, ſed qui primus ſuccedit, habetur loco inſtituti. *Bald.*
f *l.* 1. ̄j. *de ver. ſig.*
g *l.* 8. §. 3. *ſupra de pignorat.*
h *l.* 20. *in fin.* ̄j. *de cond. & dem.*
i Imo non erit. enim huiuſmodi inſtitutio captatoria: hoc eſt *l.* 1. *in fin.* ̄j. *de quæ pro non ſcriptis* facit *l.* 61. ̄j. *de* ſign. adde quæ pſi ad *l.* 11. *C. de teſtamento militis.*
k Pignoris non impedit etiam neceſſarij heredis, ſi creditori ſatisfiat, *Bald.* pignoratus ſeruus teſt debitori neceſſarius eſſe heres.
l *l.* 3. ̄j. *eo. Inſt.*
m *l.* 49. §. 1. ̄j. *eo.*
n *l.* 50. *l.* 62. §. 2. *Inſt. eo.*
o *l.* 13. §. 2. *ad l. Aquil. de interrogatio. l.* 9. *C. depoſiti. l.* 13. §. 5. *in quod vi aut clam* 1. § 1. *ſi is qui teſtamento.*
p §. 2. *Inſt. eo.* §. 3. *in fi.* ̄j. *de* *l.* 34. ̄j. *de* *ver. l.* 15. *l.* 22. *vſucapionib.* *de ſt pulat.* 22. ̄j. *de fideiuſſ.* 24. ̄j. *de nouatio.* *l.* 62 *l.* 138. *reg. iur. Inſti. ſtip. ſeru. in princip.*
q Imo valere videtur, *l.* 43. §. 2. *leg.* 1.
r Teſtamentum alieno arbitrio pendere non poteſt, *l.* 52. *in fi.* ̄j. *de cond. & dem*
ſ Teſtandi ius per ſe firmum eſſe debet: non ex alieno pendere arbitrio.
t Firma dicuntur quæ ipſa per ſe non ex alieno arbitrio, aut ab alio pendente.
u dixi *l.* 1. *ſupra teſtamenta.*
x Conditio non expectatur, cuius euentus nil proficit, *Bart.*

De die.

34. *Papinianus* "lib. 1. Definitionum."

HEreditas *a* ex die *b*, vel ad diem *c* non *d* rectè datur *e*: ſed vitio temporis ſublato *f*, manet inſtitutio *g*.

De pluribus inſtitutis heredibus.

35. *Vlpianus* libro 4. Diſputationum.

EX facto proponebatur quidam duos heredes ſcripſiſſe, vnum rerum prouincialium, alterum rerum Italicarum: &, cùm merces in Italia deuehere ſoleret, pecuniam miſiſſe in prouinciam ad merces comparandas, quæ comparatæ ſunt, vel viuo eo, vel poſt mortem: nondum tamen in Italiam deuectæ. Quærebatur: merces vtrùm ad eum pertineant, qui rerum Italicarum heres ſcriptus erat: an verò ad eum qui prouincialium *h*? Dicebam *i* *, receptum eſſe, rerum *k* heredem inſtitui poſſe: nec eſſe inutilem inſtitutionem, ſed ita, vt officio iudicis familiæ herciſcundæ cognoſcentis *l* contineatur, nihil amplius eum, qui ex re inſtitutus eſt, quàm rem, ex qua heres ſcriptus eſt, conſequi. Ita igitur res accipietur, verbi gratia, pone duos eſſe heredes inſtitutos, vnum *ex fundo Corneliano*, alterum *ex fundo Libiano* m: & fundorum alterum quidem facere dodrantem bonorum, alterum quadrantem, erunt quidem heredes ex æquis partibus, quaſi ſine partibus inſtituti, verumtamen officio iudicis tenebuntur, vt vnicuique eorum fundus, qui relictus eſt, adiudicetur *n*, vel attribuatur.

1 ¶ Vnde ſcio quæſitum, æris alieni onus pro qua parte adgnoſci debeat? Et refert Papinianus, cuius ſententiam ipſe quoque probaui, pro *o* hereditariis partibus eos adgnoſcere æs alienum debere, hoc eſt, pro ſemiſſe, fundos etenim vice præceptionis accipiendos. Quare ſi forte tantum ſit æs alienum, vt nihil, detracto eo, intereſſe poſſit: conſequenter dicemus, inſtitutiones iſtas ex re factas, nullius eſſe momenti. Et ſi fortè Falcidia *p* interueniens reciſionem *q* eſſet legatorum factura, hic officio *r* iudicis recidit præceptiones iſtas, vt non *ſ* plus quiſque eorum habeat, quàm eſſet habiturus, ſi legatum accepiſſet, vel aliud, vel etiam præceptiones. Quòd ſi fuerit incertum, an Falcidia interuentura ſit, rectiſſimè probatur, officio iudicis cautiones *u* eſſe interponendas.

2 ¶ Cùm hæc ita ſint, hæc etiam inſtitutio, de qua quæritur, non eſt repellenda, ſi alius *rerum prouincialium*, alius *rerum Italicarum* heres fuerit ſcriptus, officióque iudicis adtribuentur ſingulis res quæ adſcriptæ ſunt. Erunt tamen heredes ex equis partibus *x*: quia nulla pars adſcripta eſt. Quæ res facit, vt ſi fortè in aliis facultatibus plus ſit, (in Italicis fortè quàm in prouincialibus) in aliis minùs, & æris alieni ratio vrgeat: dici imminutionem eandem fieri, quam ſupra oſtendimus. Proinde & ſi aliis fuerint legata relicta, contributio admittenda erit.

3 ¶ Rerum autem Italicarum, vel prouincialium ſignificatione quæ res accipiendæ ſint, videndum eſt: & facit quidem totum voluntas *y* defuncti. nam quid ſenſerit, ſpectandum eſt, verumtamen hoc intelligendum erit, *rerum Italicarum* ſignificatione eas contineri, quas perpetuò *z* quis ibi habuerit, atque ita diſpoſuit, vt perpetuò haberet, cæteroquin ſi tempore *a* in quo *b* tranſtulit in alium locum, non vt ibi haberet, ſed vt denuò ad priſtinum locum reuocaret: neque augebit *c*, quo tranſtulit: neque minuet, vnde tranſtulit. Vtputa de Italico patrimonio quoſdam ſeruos miſerat in prouinciam (fortè Galliam) ad exigendum debitum, vel ad merces comparandas, recurſuros, ſi comparaſſent: dubium non eſt, quin debeat dici, ad Italicum patrimonium eos pertinere debere, vt eſt apud Mucium relatum, cùm fundus erit legatus vel cum inſtrumento, vel cum his quæ ibi ſunt. Agaſonem enim miſſum in villam à patrefamilias, non pertinere ad fundi legatum, ‖ Mucius ‖ ait, quia non idcirco illo erat immiſſus, vt ibi eſſet.

a Non idem eſt in legato, *l. vlt. Cod. de legatis.*
b §. 9. *Inſt. eod. l. 77.* ℸ. *de regul. iur.* Cur ita? ne quis pro parte teſtatus mori videatur, *l. 7.* ℸ. *de reg. iur.*
c Cur ita? durum eſt vt qui heres ſemel factus eſt, nomen heredis exuat, *l. 88. in fin. infra eod.*
d *ſub.* niſi à milite. *v. l. 8. C. de teſt. militis.* v. quæ ſcripſi ad *l. 9. C. de hered. inſt.*
e niſi ratione libertatis, *l. 9. §. 18.* ℸ. *eod.*
f Inſtitutus *donec vixerit*, in perpetuum eſt heres: vitium temporis tollitur, vt pura maneat inſtitutio; *vt hic. §. heres purè, Inſt. eod.* niſi probabili aliqua conjectura doceatur, rogatus reſtituere poſt mortem hereditatem legitimis heredibus ab inteſtato. *Caſtrenſ. 2. conſ. 241. Corn. 2. conſ. 60.*
g vt inſtitutus heres ex Calendis Martiis, ſtatim poſſit adire, vt ad aliquod tantùm tempus heres, perpetuò heres futurus ſit.
h Reſpondeo, ad eum, qui rerum Italicarum heres fuit inſtitutus pertinere. Nam ea quæ aliquo tempore loco deſtinato (putà Italia) abſunt, perinde habentur ac ſi non abeſſent. *Bald.* adde §. 3. *in fin.* §. 4. §. *vlt.* ℸ. *eod.*
i hoc quod ſequitur Vlpiani reſponſum ad finem §. 3. ita longè petitum eſt, vt illud prætermittere lectorem ſatius ſit, quam legere.
k Rerum. i. in re certa heres inſtitui poteſt vt hic. *l. 1. §. 4. l. 9. §. 13. ſup. eod. l. pen. Cod. eod. v. Graſſum. libr. ſent. §. Inſt. quæſt. 22.*
l inter coheredes ſcil.
m *al.* Liboniano.
n *l. 78.* ℸ. *eod.*
o *l. 85. in pr. & §. 1. infr. de verb. obl.*
Pro hereditariis portionibus, onera hereditaria heredes ſuſtinent, *l. 1. C. ſi certum petat.* niſi intercedat pignus vel hypotheca, tunc enim poſſeſſor obligare rei conueniendus eſt, *v. l. 2. C. de act. hered.* p v. Manticam 9. *de coniecturis vltimarum voluntatum, num. 8. 9. 10.*
q Falcidia legata reſecat.
r officium, *Haloand.*
ſ *l. 22. §. 1. in fin.* ℸ. *ad l. Falcid. v. l. 17. C. ad l. Falcid.*
t Falcidia detrahi poteſt ex inſtitutione facta in rebus certis: habetur enim qui ita inſtitutus eſt pro legatario, vt ex communi opinione refert Mantica *9. de Conject. vltim. voluntatem 13. nu 10. Graſſ. §. Falcidia qu. 5.*
u *l. 1. infr ſi cui plus quam per leg.*
x adde *l. 13. C. eod.*
y Voluntas teſtatoris facit, i. regit ac gubernat ipſum teſtamentum, cum primis ſpectandum eſt quid teſtator ſenſerit aut voluerit.
z adde *l. 39. §. 1.* ℸ. *de auro. l. 17. §. 7. ſup. de act. empt. l. 32. ſupr. de pign. l. 7.* ℸ. *quibus ex cauſis pignus tacitè.*
a ſi in tempore *v. l. 44.* ℸ. *de leg. 3.* ſi ad tempus tranſlata.
b ſi tempore iniquo tranſtulit, *Cuiac.* quid ſi legamus, ſi tempore quædam tranſtulit: vt, tempore transferre, ſit ad tempus transferre. c *l. 86. de leg. 3.*

Proinde ſi ſeruus fuerit miſſus in villam, interim illic futurus, quia *a* dominum offenderat, quaſi ad tempus relegatus, reſponſum eſt eum ad villæ legatum non pertinere. Quare ne ſerui quidem, qui operari in agro conſueuerunt, qui in alios agros reuertebantur, ‖ & ‖ quaſi ab alio commodati in ea ſunt conditione, vt ad legatum pertineant; quia non *b* ita in agro fuerant, vt ei agro viderentur deſtinati *c*. Quæ res in propoſito quoque ſuggerit, vt Italicarum rerum eſſe credantur hæ res, quas in Italia eſſe teſtator voluit.

4 ¶ Proinde & ſi pecuniam miſit in prouinciam ad merces comparandas, & nec dum comparatæ ſint: dico, pecuniam, quæ idcirco miſſa eſt, vt per eam merces in Italiam aduehérentur, ‖ in ‖ Italico patrimonio iniungendam. Nam & ſi dediſſet in prouincia de pecuniis, quas in Italia exercebat, ituras, & redituras: dicendum eſt, hanc quoque Italici patrimonij eſſe rationem.

5 ¶ Igitur efficere dici: vt merces quoque iſtæ, quæ *d* comparatæ ſunt, vt Romam veherentur: ſiue profectæ ſunt eo viuo, ſiue nondum: & ſiue ſcit, ſiue ignorauit, ad eum heredem pertinere, cui Italicæ res ſunt adſcriptæ.

De parte adſcribenda in codicillis.

36. *Idem* ‖ libro 8. Diſputationum. ‖

SI quis ita ſcripſerit heredem, *ex qua e parte codicillis Titium heredem ſcripſero, heres eſto* etiamſi pars in codicillis non fuerit adſcripta, erit tamen heres, quaſi ſine parte inſtitutus *f*.

De nepote poſthumo inſtituto ſecundùm Galli formulam. 1. De ſubſtitutione reciproca. 2. De filiis inſtitutis, & exheredato.

37. *Iulianus* ‖ lib. 29. Digeſtorum. ‖

CVm in teſtamento ita ſcribitur, *ſi g filius meus me viuo morietur, nepos ex eo poſt mortem meam natus, heres eſto*: duo gradus heredum *h* ſunt: nullo enim caſu vterque *i* ad hereditatem admittitur *k*. Ex quo apparet, ſi nepoti Titius ſubſtitutus fuerit, & filius patri heres extiterit, non *l* poſſe Titium vnà cum filio heredem eſſe, quia non in primum, ſed in ſecundum gradum ſubſtituitur.

1 ¶ Hæc verba: *Publius, Marcus, Gaius inuicem ſubſtituti, heredes mihi ſunto*: ſic interpretanda ſunt vt, breuiter videretur teſtator tres inſtituiſſe heredes, & inuicem eos ſubſtituiſſe *m*, perinde ac ſi ita ſcripſiſſet, *Ille & ille, & ille inſtitui heredes, & ſubſtituti ſunto.*

2 ¶ Qui tres filios habebat, & ita ſcripſerit, *filij mei heredes ſunto, Publius* n *filius meus exheres eſto.* videri poteſt, prima parte duos duntaxat filios heredes inſtituiſſe.

Si ſeruus legatus inſtituatur poſt mortem legatarij. 1. Si teſtamento hereditas purè, libertas ſub conditione, & codicillis libertas purè ſeruo relinquatur. 2. De alienatione ſerui inſtituti. 4. De alienatione aut manumiſſione ſerui legatarij. 5. Si emptor ſeruum nondum ſibi traditum pro parte heredem ſcripſerit.

38. *Idem* ‖ libro 30. Digeſtorum.

QVi filio impuberi exheredato Pamphilum legat *o*, eundem poſt *p* mortem filij ex parte heredem inſtituere eodem modo poteſt, quo is, qui ſeruum Sempronio legatum *q*, eundem poſt mortem Sempronij ex parte heredem inſtituit,

1 ¶ Seruus teſtamento heres purè ſcriptus, liber autem iuſſus eſſe, ſi *r* intra Kalendas Decembres decem dediſſet, ſi codicillis purè libertatem acceperit. intra Kalendas quidem neque liber, neque heres erit, niſi decem dederit: ſi intra Kalendas non dederit, liber ex codicillis erit.

2 ¶ Si quis ſeruum ſuum, liberum ſub *ſ* conditione heredem purè ſcripſiſſet, eúmque vendidiſſet: pendente conditione: iuſſu emptoris, ſeruus adire hereditatem poteſt: quia & conſtitit inſtitutio, & eſt qui ius imperandi habet.

3 ¶ Quòd ſi poſt defectam conditionem alienatus fuiſſet, non poteſt, iuſſu emptoris, hereditatem adire: quia eo tempore ad eum perueniſſet, quo iam extincta inſtitutio inutilis fuerat.

4 ¶ Igitur cùm ſeruus ſub conditione liber eſſe iubetur, & legatum purè accepit, ſi pendente conditione manumiſſus, vel alienatus fuerat *u*, legatum habebit, aut domino adquiret: quamuis mortis tempore conditio libertatis extincta fuerit. ſi verò poſt defectum conditionis manumiſſus, aut alienatus fuerit, legatum ad irritum recidit.

5 ¶ Cùm venditor ſeruum ante traditionem ab emptore pro parte heredem ſcriptum adire iubet, reſtituere coheredi ſerui neceſſe habet: quia lucrum *x* facere eius ſerui iure, quem *y* vendidit, non debet. Plane non totum, quod adquiſierit, reſtituet, ſed pro ea duntaxat parte, qua ſeruus coheredem habuerit.

a Pœnæ cauſa ſerui ex vrbe in villam mittebantur. v. quæ ſcripſi ad *Tit. ſi ſeruus exportandus.*
b *v. l. 4.* ℸ. *de inſtructo.*
c Deſtinatum à teſtatore portioni relictæ ſeu legatæ ipſi rei legatæ cedit. de deſtinatione, v. plura apud Simonem de Prætis *4. de interpret. vltimarum voluntatum. 1. dub. 7. num. 50.*
d *l. 27. §. 1.* ℸ. *de inſtructo.*
e *l. 2. in fin.* ℸ. *eod.*
f vt quæ valere poſſint ſine declaratione, non vitientur non facta declaratione.
g Inſtitutioni quãdo & quandiu locus eſt, ſubſtitutus adire hereditatem non poteſt.
h vnus inſtituti, alter ſubſtituti.
i filius & nepos ſimul.
k nec enim gradus ſubalterni primo gradui coniungendi ſunt.
l adde *l. 3. infr. de adq. heredis.*
m atque ita valet ſubſtitutio ſine inſtitutione expreſſa: adde *l. 4. in fin.* ℸ. *de vulgari.* adde *l. 10. infr. de mortis cauſa donationib.* adde *l. vn. §. 7. C. de caducis*, & eadem verborum oratione inſtitutio ſubſtitutióque reciproca fiet.
n hæc poſtrema pars teſtamenti priorem declarat & reſtringit.
o adde *l. 5. § 3. C. de neceſſariis ſeruis hered. inſt.*
p Seruus legatus poſt mortem legatarij, inſtitui ex parte heres cum libertate, & ſubſtitui filio poteſt: eritque neceſſarius, *l. 19.* ℸ. *de vulgari.*
q Inſtituere eum ſeruum heredem poſſumus, quem alteri legauimus.
r Aditio hereditatis purè relictæ, per conditionem impoſitam libertati differtur. *Bal.*
ſ *l. 3.* ℸ. *eod.*
t *l. 7.* ℸ. *eod.*
u *al.* fuerit.
x Venditæ rei lucrum & commodum ſperare venditor non debet. *Bald.*
y *l. Iulianus, 11. §. 1.* ℸ. *de act. emp. l. 1. C. de peric.*

39. Marcia

30. *Marcianus* libro 2. Regularum.

ID eſt, partem dimidiam ſerui, & quartam hereditatis. Libro trigenſimo Digeſtorum Iuliani Marcellus notat: Immo ‖ & ‖ id debet præſtari, quod conſequi venditor non potuiſſet, ſi prius quàm adiret ſeruus partem hereditatis, is traditus eſſet, quod eſt verum.

Si liber opinatus inſtituatur, & alius ei ſubſtituatur.

40. *Iulianus* lib. 30. Digeſtorum.

SI paterfamias Tititm, quem ingenuum *a* eſſe credebat, heredem *b* ſcripſerit, eique, ſi heres non eſſet, Sempronium *c* ſubſtituerit: deinde Titius, quia ſeruus fuerat, iuſſu *d* domini adierit hereditatem: poteſt dici, Sempronium in partem hereditatis admitti. nam qui ſcit aliquem ſeruum eſſe, & eum heredem ſcribit, & ita ſubſtituit *ſi f Stichus heres non erit, Sempronius heres eſto*: intelligitur tale quid *g* dicere, ſi Stichus neque ipſe heres erit, neque alium fecerit: at qui eum quem liberum putat eſſe, heredem ſcripſerit: hoc ſermone, *ſi heres non erit*, nihil aliud intelligitur ſignificare, quàm ſi hereditatem *h* vel ſibi adquiſierit *i*, vel mutatà conditione alium heredem non fecerit. Quæ adiectio ad eos pertinet, qui patresfamil. heredes ſcripti, poſtea in ſeruitutem deducti fuerint. igitur in hoc caſu ſemiſſes fient, ita vt alter ſemis *k* inter eum, qui dominus inſtituti heredis fuerit, & ſubſtitutum, æquis portionibus diuidatur.

41. *Pomponius* ‖ libro duodecimo ex variis Lectionibus. ‖

ET hoc Tiberius *l* Cęſar conſtituit *m* in perſona Parthenij *n*, qui tanquàm ingenuus, heres ſcriptus, adierat hereditatem, cùm eſſet *o* Cęſaris ſeruus. nam diuiſa hereditas eſt inter Tiberium *p*, & eum, qui Parthenio ſubſtitutus erat: vt refert Sextus Pomponius.

De ſeruis propriis inſtitutis ab eo qui ſoluendo non eſt.

42. *Iulianus* ‖ lib. 64. Digeſtorum. ‖

QVi ſoluendo non erat, duos *q* Apollonios liberos heredeſque eſſe iuſſerat, altero ante *r* apertas tabulas teſtamenti mortuo non ineleganter defendi poterit, eum, qui ſupererit, liberum & ſolum neceſſarium heredem fore, quòd ſi vterque viuit, inſtitutionem nullius *ſ* eſſe momenti propter legem Æliam Sentiam, quæ amplius quàm vnum neceſſarium heredem fieri vetat.

43. *Paulus* ‖ libro primo ad legem Æliam Sentiam. ‖

INuicem enim eos ſibi obſtare.

De facto coheredis.

44. *Alphenus* ‖ lib. 5. Digeſtorum. ‖

PAterfamilias teſtamento duos heredes inſtituerat: eos monumentum *t* facere iuſſerat in diebus certis: deinde ita ſcripſerat, *Qui u eorum non ita fecerit omnes exheredes ſunto.* alter heres hereditatem prætermiſerat, reliquus heres conſulebat, cùm ipſe monumentum inſtruxiſſet, numquid minus heres eſſet ob eam rem, quòd coheres eius hereditatem non adiiſſet, reſpondit, neminem ex alterius facto hereditati neque alligari, neque exheredari poſſe: ſed vti quiſque conditionem impleſſet, quamuis nemo adiſſet præterea, tamen eum heredem eſſe *x*.

De conditione poßibili & impoßibili.

45. *Idem* ‖ lib. 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum. ‖

SI *y Mauia matre mea & Fuluia filia mea viuent, tum mihi Lucius Titius heres eſto.* Seruius reſpondit: ſi teſtator filiam nunquam habuerit, mater autem ſuperuixiſſet: tamen Titium heredem fore, quia id, quod impoſſibile *z* in teſtamento ſcriptum eſſet, nullam vim haberet.

De fideicommiſſo, de mandato.

46. *Africanus* " lib. 2. *a* Quæſtionum. "

QVidam, cùm filiumfamiliàs heredem inſtituere vellet *b*, ne ad patrem eius ex ‖ ea ‖ hereditate quicquam perueniret, voluntatem ſuam expoſuit filio, filius, cùm patris offenſam *c* vereretur, petiit à teſtatore, ne ſub conditione, *Si d à patre emancipatus eſſet*, heredem eum inſtitueret: & impetrauit *e* ab eo, vt amicum ſuum heredem inſtitueret: atque ita teſtamento amicus filij, ignotus *f* teſtatori, heres inſtitutus eſt, nec quicquam ab eo petitum eſt, quærebatur: ſi ille amicus aut adire nollet, aut aditam nollet reſtituere hereditatem, an fideicommiſſum ab eo peti poſſit, aut aliqua actio aduerſus eum eſſet, & vtrùm patri, an filio competeret? Reſpondit: etiã ſi manifeſtũ ſit, ſcriptum heredem fidem ſuam interpoſuiſſe, non tamen aliter ab eo fideicommiſſum peti poſſe, quàm ſi & ipſum teſtatorem fidem eius ſecutum eſſe probaretur, ſi tamen, cùm à filiofamiliàs rogaretur amicus, & aditurum ſe hereditatem recepiſſet, & reſtituturum patrifamilias facto, non abſurdè dici poſſit, mandati actionem futuram, & eam actionem patri inutilem *g* fore: quia non ſit ex bona fide, id ei reſtitui, quod teſtator ad eum peruenire noluerit: ſed nec filio vulgarem *h* competituram, verùm vtilem *i*, ſicuti dare placeret ei, qui, cùm filiusfamilias eſſet, pro aliquo fideiuſſiſſet, ac paterfamiliàs factus ſoluiſſet.

De verbo, immò. 1. *De inſtitutione filiæ. & poſthumi & poſthumæ.* 2. *Si primo vnciæ, reliquis partes dentur.*

47. *Idem* " lib. 4. Quæſtionum. "

SI ita ſcriptum fuerit, *Titius immo* l *Seius heres eſto*: Seium ſolum heredem fore reſpondit. Sed & ſi ita, *Titius heres eſto immò Seius heres eſto.* idem erit dicendum.

1 ¶ Quidam teſtamento ita heredes inſtituit, *Titia filia mea heres eſto: ſi quid mihi liberorum, me viuo* m, *mortuóve naſcetur: tunc qui virilis ſexus vnus* n *pluréſve naſcentur, ex parte* o *dimidia & quarta: qui fœminini ſexus vna pluréſve nata erunt, ex parte quarta mihi heres ſit.* poſthumus ei natus eſt, conſulebatur, quota ex parte poſthumus heres eſſet? reſpondit, eam hereditatem in ſeptem partes diſtribuendam ex his filiam quatuor, poſthumum tres habituros: quia filiæ totus as, poſthumo dodrans dates eſt. vt quarta portione ampliùs filia, quàm poſthumus, ferre debeat. ideo ſi poſthuma quoque nata eſſet: tantundem ſola filia, quantum vterque poſthumorum habituri eſſent, itaque in propoſito cùm as filiæ, dodrans poſthumo ſit datus viginti vnam partes fieri: vt filia duodecim, nouem filius habeat.

2 ¶ In teſtamento ita ſcriptum eſt: *Lucius Titius ex duabus* p *vnciis, Gaius Attius ex parte vna, Mæuius ex parte vna, Seius ex partibus duabus, heredes mihi ſunto.* conſulebatur, quid iuris eſſet? reſpondit, hanc ſcripturam, illam interpretationem accipere poſſe: vt Lucius Titius duas vncias habeat: cæteri autem quaſi *q* ſine *r* partibus inſtituti, ex reliquo dextante heredes ſint, quem dextantem ita diuidi oportet, vt Seius quincuncem, Attius & Mæuius alterum quincuncem habeant.

De inſtitutione, hereditatis dominus eſto. 1. *De herede inſtituto cum maledicto* 2. *De inſtituto à domina cum qua adulterium commiſiſſe dicitur.* 3. *De ſalſa demonſtratione heredis.*

48. *Marcianus* ‖ lib. 4. Inſtitutionum. ‖

HIs verbis *ſ*, *Titius hereditatis meæ dominus* t *eſto*, rectè inſtitutio fit.

1 ¶ Illa inſtitutio valet *u*, *filius meus impiiſſimus* x *malè de me meritus, heres eſto.* purè enim heres inſtituitur cum maledicto, & omnes huiuſmodi inſtitutiones receptæ ſunt.

2 ¶ Interdum *y* nec cum libertate vtiliter ſeruus à domina heres inſtituitur: vt conſtitutione Diuorum Seueri & Antonini ſignificatur: cuius verba hæc ſunt: Seruum adulterij accuſatum *z*, non iure teſtamento manumiſſum ante ſententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerit eiuſdem criminis poſtulata, rationis eſt, quare ſequitur, vt in eundem à domina collata inſtitutio nihil momenti habeat.

3 ¶ Si in patre *a*, vel patria, vel alia ſimili adſumptione falſum ſcriptum eſt: dum de eo, qui demonſtratus ſit, conſtet, inſtitutio valet.

Si ſeruus alienus cum libertate inſtitutus teſtatoris efficiatur. 1. *Quibus temporibus teſtamenti factio requiritur.*

49. *Florentinus* lib. 10. Inſtitutionum.

SI alienum ſeruum liberum & heredem eſſe iuſſi, & is poſtea meus effectus eſt, neutrum *b* valet, quia libertas alieno ſeruo inutiliter data eſt.

1 ¶ In extraneis heredibus illa obſeruantur, vt ſit cum

---

a §. *vlt. Inſt. de vulgari.*
b *ſub.* in vniuerſum.
c Sempronium coheredem ſubſtituerit. *Alciat.* 1. *diſp.* 2. Goueanus *obſ.* 6. Duarenus Balduinus, VVeſembecius, Mynſinger. Cantiuncula, Lancellotus Politus. *Inſtit. de vulgari.* hoc ſenſu: inter Titium & Sempronium eius coheredem in ſemiſſem & æquas partes diuidi: deinde propter patrisfamilias errorem, rurſus ſemiſſem Titij cum Sempronio diuidendum. verùm hęc lectio diſplicet Viglio. *Inſt. de vulgari*: Conano 72. *commentar.* 7. Baroni.
d Hereditatem adire iuſſu domini ſeruus poteſt.
e dimidiam, *vt inſr. eod.* æqualem, Theo. *Inſt. de vulgari.*
f *l. 7. ff. de adq. hered. §. vlt. Inſt. de vulgari.*
g quid.
h *al.* hero. *al.* quàm ſi ſibi.
i *al.* non adquiſierit.
k ita vt as. *Cuiac. hic & Inſt. de vulgari. al.* vt vterque. *al.* alteruter.
l *d. §. vlt. inſtit. de vulgari. al.* Titus & Veſpaſianus. *Suetonius, Dion, Martial. al.* Diuus Pius *Theoph.* quod de Antonino Pio interpretatur Comanus 10. c. 7.
m Ius ſibi dicere poteſt qui ſuperiorem non recognoſcit. v. quæ ſcripſi ad *Tit. ne quis in ſua cauſa.*
n v. quæ ſcripſi ad *§. vlt. Inſtit. de vulgari.*
o Cæſarem iudicem eſſe poſſe in cauſa propria Baldus hinc colligit. adde *l. 3. ſupr. tit. prox.*
p *al.* Titum & Veſpaſianum.
q & malè, nam lex Sentia ampliùs quàm vnum neceſſarium heredem fieri vetat, *ff. eod. l. 43. l. 57. ff. eod. §. 1. Inſt. quibus ex cauſ. manumit.* quod refer ad legem Iuliam & Papiam. r antequam heres extiterit, hinc collige, Regulam Catonianam non pertinere ad legem Iuliam & Papiam, *l. vlt. ff. de regul. Catoniana. Cuiac. hic*: adde quæ ſcripſi ad *Vlp.* 24. c. 31.
ſ Imò alicuius eſt momenti: nam primo loco ſcriptus liber & heres fit ex lege Ælia Sentia, vt ſcribit Vlpianus *in fragmentis, tit. 1. §. 14. in fin.*
t adde *l. pen. ff. de cond. & demonſt. l. 13. ff. de manum teſt.*
u Inſtituti etiam extranei plerunque exheredabantur, niſi voluntati teſtatoris paruiſſent. Cuius rei exempla exſtant in *l. vxorem* 41. §. *eius heres ff. de lega* 3. *Seius* 27. *ff. ad l. Falcid. l. ſi certarum* 17. §. *ſi eo.* 1. *ff. de teſtam. militis*: ſic in teſtamento Gregorij Nazianzeni, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσάν μοι ἀποκληρονόμοι & in teſtamento B. Remigij: Cæterùm omnes exheredes eſtote, ſuntote, quàm fuiſſe vulgarem teſtamentorum in Galliis clauſulam, formula edita à Marculpho indicat, in qua eſt, *Reliqui verò heredes exheredes ſunto.* Alioquin exheredationem in extraneo ineptam eſſe oſtendit *l. quidam cùm filium* 132. *ff. de verb. oblig.*
x *l. 6. C. de condit. inſ. inſertis.*
y Conditio eadem eſt *in l. 6. § 1. ff. de cond. & demonſtr.*
z *l. 6. in fin ff. de cond. & demonſtr.* Cur hæc conditio impoſſibilis dicitur, non falſa? quia non propriè falſa eſt, ſed nugatoria. Nugatoria, inſtitutionem non vitiant. Quæ ſunt impoſſibilia, ea non propriè falſa ſunt. Cur impoſſibilis eſt? quia in rerum natura nunquam fuit. Teſtator ita ſcripſit, ſi filia mea viuet, Titius heres eſto. Filiam nunquam habuiſſe teſtator hic proponitur, hæc igitur conditio, quia nunquam in natura fuit, impoſſibilis fuit: & quia impoſſibilis natura, non vitiat inſtitutionem heredis, falſa alioqui conditio vitiat, *l. 16. ff. de iniuſto.*

a v. Cuiac. 2. ad *Afric.*
b i. propoſitum in mente haberet.
c nam filiorum inſtitutiones ſub conditione emancipationis factæ, plerumque filios inuidioſos & patribus offenſos reddunt.
d ſub ea conditione Curtius Pecroſus inſtituit apud Plinium. 8. *epiſt.* adde Sueton. *in Vitellio. Nouell.* 159. *cap.* 1.
e adde *l. 31. §. 7. ff. de don. int.*
f Poteſt enim ignotus teſtatori inſtitui, *l. 11. C. eod.*
g Imò vtilem, *l. 70. ff. de verb. oblig.*
h i. directam, *l. 41. ff. de furtis.*
i quæ in factum dicitur, *l. 12. §. 6. ff. mandati.*
k *v. Cuiac.* 4. *ad Afric.*
l *l. 21. ff. de manumiſſ. teſt.*
m eo genere poſthumus commodius inſtituitur, *l. 20. de lib.*
n ſic in Satyra Varronis, quæ inſcribitur *Teſtamentum*: Si quis mihi filius vnus, pluréſve: nam qui vnius tantùm mentionem facit, in periculo rumpendi deducit teſtamentum pluribus natis.
o adde *l. 13. ff. de liberis.*
p adde *l. 78. ff. ſup. eod.*
q Inſtitutus ſine parte id conſequitur quod aſſi deeſt.
r *l. 36. ff. eod.*
ſ *l. 15. C. de teſtamentis.*
t i. heres. Hoc etiam pro domino ita ſumitur, §. vbi Theoph. *Inſt. de heredum qualitate.*
u Imò non valet, quia inſtitutio & legatum & datio, ſine meritis antecedentibus, *l. pro ſocio*: *v. l.* 9. 8. *ff. eod.*
x *l. 9. §. 8. ſup.* adde *l. 3. ff. de liberis*: *v. Valer.* 5. Maledictio inſtitutionem non vitiat.
y *l. 76. §. 4. ff. de leg. 2. Inſt. eod. pr. ver. eſt tamen caſus.*
z maculatum. *Inſt. de hered. inſt. in pr.* ἔνοχον τῇ μοιχείᾳ. *Theophil.* vbi ſcripſi.
a facit *l. 4. C. l. 58. in fin. ff. hoc tit. l. 5. C. de teſtam. l. C. de neceßariis.*
b Imo, vtcumque libertas ſuperuacuè data videatur, inſtitutio tamen non infirmatur. *Pauli ſent.* 4. §. 20.

n. obst. reg. Catonis q. ad libertates n. pertinet. l. 1. de reg. Cat. et §. eod.

cum eis *a* teſtamenti factio, ſiue ipſi heredes inſtituantur, ſiue hi, qui in poteſtate eorum ſunt: & id duobus *b* temporibus inſpicitur, teſtamenti facti, vt conſtiterit inſtitutio: & mortis teſtatoris, vt effectum habeat: hoc ampliùs, & cùm adibit hereditatem, eſſe debet cum eo teſtamenti factio: ſiue purè, ſiue ſub conditione heres inſtitutus ſit. nam ius *c* heredis eo vel maximè tempore inſpiciendum eſt, quo adquirit hereditatem. Medio *d* autem tempore inter factum teſtamentum, & mortem teſtatoris, vel conditionem inſtitutionis exiſtentem, mutatio iuris *e* heredi non nocet: quia (vt dixi) tria tempora *f* inſpicimus.

De ſeruo proprio inſtituto, deinde alienato. 1. De conditione impoſſibili. 2. De diuiſione hereditatis.

50. *Vlpianus* libro 6. Regularum.

SEruum meum heredem inſtitutum cum libertate, ſi viuus vendidero ei, cum quo teſtamenti factio non eſt, poſteáque eum redemero *g*: ex teſtamento mihi heres eſſe poterit. nec medium † tempus, ‖ quo apud eum fuit, vitiauit inſtitutionem. quia verum eſt, vtroque tempore, tam teſtamenti faciendi, quàm mortis ‖tempore,‖ meum fuiſſe. Vnde, ſi apud eum remanſerit, vitiatur inſtitutio: vel, ſi cum eo teſtamenti factio eſt, iuſſu eius adeundo adquiret ei hereditatem.

1‖ ¶ Si in non faciendo impoſſibilis *h* conditio inſtitutione heredis ſit expreſſa, ſecundum omnium ſententiam heres erit, perinde ac ſi purè inſtitutus eſſet.

2 ¶ Hereditas plerumque *i* diuiditur in duodecim vncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vſque ad aſſem, ‖puta ‖ hæc: ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, ‖as.‖

De inſtitutione ſerui proprij ſi liber erit. 1. vel ſi meus erit cùm moriar.

51. *Marcianus* ‖ libro 3. Regularum. ‖

TAlem inſtitutionem quidam valere non putabant, *Stichus liber eſto: & ſi k liber erit heres eſto.* Sed Diuus Marcus reſcripſit *l* hanc inſtitutionem valere, perinde *m* atque ſi non erat adiectum, *ſi liber erit.*

1 ¶ Si quis ita ſcripſerit, *Stichus, ſi meus erit cùm moriar, liber, & heres eſto:* alienatus non *n* poterit iuſſu emptoris adire hereditatem: quamuis, etſi non erat hoc expreſſum, non aliàs liber & heres fieri poterat, quam ſi manſiſſet eius.

¶ Sed ſi viuus eum manumiſerit, Celſus libro quintodecimo Digeſtorum ſcribit, fieri hunc heredem. non enim hunc caſum teſtatorem voluiſſe excludere palàm eſt: neque verba omnino repugnant: nam quamuis ſeruus eius non eſt, at certè libertus eſt.

De ſeruo hereditario.

52. *Paulus* ‖ libro 2. Regularum. ‖

SEruus hereditarius *o* heres inſtitui poteſt: ſi modo teſtamenti factio fuit cum *p* defuncto: licèt cum herede inſtituto non ſit.

Si quibuſdam inſtitutis ‖ & inuicem ſubſtitutis ac cæteris exheredatis, deinde legata, & libertates dentur, poſtea alij heredes inſtituantur, & inuicem ſubſtituantur.

53. *Marcellus* ‖ libro ſingulari Reſponſorum. ‖

LVcius Titius, Sero & Sempronio ex ſemiſſibus heredibus inſtitutis, & cæteris *q* exheredatis, inuicem heredem ſubſtituit, deinde legata, & libertates dedit: poſtea ita ſubiecit: *Cornelius, & Saluſtius, & Varo æquis partibus heredes ſunto, quos inuicem ſubſtituo.* quæro quantum vel priores duo *r* ex ſemiſſibus inſtituti, vel poſteriores *ſ* habere debeant? Marcellus reſpondit, in obſcuro eſſe, Cornelium & Saluſtium & Varonem primo, an ſecundo, vel tertio gradu heredes inſtituere voluerit: ſed ſecundùm ſcripturam teſtamenti, quæ poneretur, alterum *t* aſſem datum eis videri.

Si ſeruus proprius pupillariter ſubſtitutus alienetur à pupillo, & inſtituatur heres ab emptore.

54. *Neratius* ‖ libro 1. Membranarum. ‖

PAter filio impuberi ſeruum heredem ſubſtituit, liberúmque eſſe iuſſit, eum pupillus vendidit *u* Titio. Titius eum, iam primo teſtamento facto, in ſecundo teſtamento liberum heredémque eſſe iuſſit *x*: ſuperius teſtamentum Titij ruptum eſt: quia his ſeruus & heres poteſt eſſe: &, vt ſuperius *y* teſtamentum rumpatur, ſufficit, ita poſterius factum eſſe, vt aliquo caſu potuerit ex eo heres exiſtere: quod ad vim autem eius inſtitutionis pertinet, ita ſe res habet *z*, vt, quamdiu pupillo ex ea ſubſtitutione heres poteſt eſſe, ex Titij teſtamento libertatem hereditátemque conſequi non poſſit: ſi pupillus in ſuam *a* tutelam peruenerit, perinde ex Titij teſtamento liber heréſque ſit, ac ſi pupillo ſubſtitutus non fuiſſet: ſi pupillo heres extitit: propiùs eſt, vt Titio quoque, ſi velit, heres eſſe poſſit.

De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

55. *Paulus* ‖ libro primo ad legem Æliam Sentiam. ‖

SI is, qui ſoluendo non *b* eſt, primo loco Stichum, ſecundo eum, cui ex fideicommiſſi cauſa libertatem debet, liberum & heredem inſtituerit: Neratius ſecundo *a* loco heredem ſcriptum fore ait: quia non *l* videtur creditorum fraudandorum cauſa manumiſſus *e*.

a §. 4. *Inſtitut. de hered. qualit.* facit *l. 21. ſupr. eod. l. 10. C. eod.*
b *d. §. 4.*
c capacitas vel incapacitas.
d *d. §. 4 verſ. medio autem tempore.*
e capacitatis vel incapacitatis.
f momenta trium temporum.
g *l. 9. §. penult. ſ. eod.*
† Media tempora non nocent in his quæ ſubſtantiam ex interpellationis tẽpore capiunt, *vt hic.* ſecus eſt in his quæ continuationem tẽporis exigunt, *l. 5. l. 22. §. 23. infra de vſucap. Bald. hic.*
h *l. 3. inf. de cond. & demonſtr.*
i *v. l. 3. §. 1. ſupra eod. §. 5. Inſtitut. eod.*
k *l. 9. §. 14. ſupra eod. Inſt. eod. l. 21. l. 22. infr. de cond. inſtit.*
l corrigendo ſcilicet.
m dixi ad *l. 6. C. de inſtit.*
n quia non fuit teſtatoris, quo tempore, mortuus eſt teſtator.
o *l. 31. §. 1. ſupra eod.*
p *Vlpian. 22. §. 7. Theoph. §. 2. Inſtit. de hered. inſtit.*
q i. filiis: alias, in extraneis hæc enunciatio inepta eſt.
r Seius & Sempronius.
ſ Cornelius, Saluſtius, Varo.
t qui ſine parte heres inſtitutus eſt, vacantem portionem vel alium aſſem occupat, *l. 17. §. 3. ſupra eod. §. 6. verſ. ſi verò totum. Inſtit. eod. l. vlt. ȷ. ſecund. tab.*
u Seruus ſubſtitutus impuberi, interim poteſt alienari cum ſua cauſa, *Bald.*
x emptor ſcilicet.
y Prius teſtamentum poſteriore rumpitur.
z Seruus ſubſtitutus impuberi, & ab eo alienatus, non poteſt à nouo domino heres inſtitui: niſi is impubes in ſuam tutelam venerit. adde *l. 2. §. 1. inf. de ſtatulib. l. vlt. infr. de vulgari.*
a id eſt, cùm pubes factus fuerit, *l. 50. ȷ. de legat. 3. l. 5. §. 2. ȷ. ex quib. cauſ. in poſſ.*
b *l. 42. ȷ. eod.*

De inſtitutione, ſi intra annum illum deceſſero.

56. *Idem* ‖ libro ſingulari de ſecundis tabulis. ‖

POteſt *d* quis ita heredem inſtituere: *ſi intra annum ſeptuageſimum deceſſero, ille mihi hæres eſto.* non enim pro parte teſtatus intelligi debet, ſed ſub conditione inſtituiſſe.

De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

57. *Idem* ‖ libro 57. ad Edictum. ‖

SI is, qui ſoluendo non eſt, ſeruum cum libertate heredem inſtituerit, & liberum ſubſtituerit: antè incipiendum erit à ſubſtituto. lex enim Ælia *e* Sentia ita demum ei, qui in fraudem creditorum heres inſtitutus eſt, conſeruat libertatem, ſi nemo alius ex eo teſtamento hæres eſſe poteſt.

De pronomine, hic. 1. *De herede ſub appellatione fratris inſtituto.*

58. *Idem* libro 4. ad Vitellium.

NEmo dubitat rectè ita *f* heredem nuncupari poſſe, *hic g mihi heres eſto.* cùm ſit coràm qui oſtenditur.

1 ¶ Qui frater *h* non eſt, ſi fraterna *i* caritate diligitur, rectè *k* cum nomine ſuo ſub appellatione fratris heres inſtituitur.

De libero homine bona fide ſeruiente. 1. De ſocio inſtituto ex qua parte ſocius eſt. 2. De coniunctis. 3. De iure accreſcendi. 4. quo tempore ſpectatur teſtamenti factio. 5. De inſtituto ex parte purè, & ex parte ſub conditione. 7. Si cohæres cohæredi ſucceſſerit.

59. *Celſus* ‖ libro 16. Digeſtorum. ‖

LIber *l* homo, cùm tibi ſeruiret, heres inſtitutus, iuſſu tuo adiit. Trebatius eſſe eum heredem. Labeo, tunc non eſſe heredem, ſi neceſſitate id fecerit, non quòd alioquin vellet obligari.

1 ¶ Si quis ita heredem inſtituerit: *Titius qua ex parte mihi ſocius eſt in vectigali ſalinarum, pro ea parte mihi heres eſto:* quidam putant, ſi aſſe deſcripto id dictum ſit, vt maximè ſocius fuerit Titius, non eſſe heredem: ſed, ſi qua pars vacua relicta fuerit, ex ea heredem eſſe quòd totum & ineptum, & vitioſum eſt: quid enim vetat, aſſe deſcripto vtiliter Titium, ex parte fortè quarta, ex qua ſocius erat, heredem inſtitutum eſſe.

2 ¶ *Titius heres eſto* m, *Seius, & Mæuius heredes ſunto.* verum eſt quod Proculo placet, duos ſemiſſes eſſe, quorum alter coniunctim duobus datur.

3 ¶ Cùm quis ex inſtitutis, qui ‖ *n* non ‖ cum aliquo coniunctim inſtitutus ſit, heres non eſt pars eius omnibus pro portionibus hereditariis adcreſcit: neque refert, primo loco quis inſtitutus, an alicui ſubſtitutus heres ſit.

4 ¶ Si heres inſtitutus ſcribendi teſtamenti tempore ciuis Romanus fuit, deinde *p* ei aqua & igni interdictum eſt, heres ſit, ſi intra illud tempus quo teſtator deceſſit, redierit *q*, aut ſi ſub conditione heres inſtitutus eſt, quo tempore conditio exſiſtit.

¶ Idem & in legatis, & in bonorum poſſeſſionibus.

5 ¶ *Titius ex ſemiſſe heres eſto, Seius ex quadrante heres eſto: Titius, ſi in Capitolium aſcenderit, ex alio quadrante heres eſto:* antequam Capitolium aſcendat, ſi pro herede gerat: ‖ ex ſemiſſe heres erit: ‖ ſi Capitolium aſcenderit, & ex quadrante heres erit: nec erit ei neceſſe *r* pro herede gerere, quippe iam heredi.

6 ¶ Si ita ſcriptum fuerit: *Titius ex parte tertia, Mæuius ex parte tertia heredes ſunto. Titius ſi intra tertias Kalendas nauis ex Aſia venerit, ex reliqua parte heres eſto.* videamus, ne Titius ſtatim ex ſemiſſe heres ſit. nam duo heredes inſtituti ſunt. Sed Titius aut ex ſemiſſe, aut ex beſſe: ita ſextans vtique erit in pendenti: & ſi conditio exſtiterit, ex beſſe heres erit: ſi non exſtiterit, ille ſextans Mæuio adcreſcet: ſed ſi deceſſerit Titius, antequam conditio exſiſtat, deinde conditio exſtiterit, tamen ille ſextans non Titio heredi, ſed Mæuio adcreſcet. nam, cùm adhuc dubium eſſet, Titio, an Mæuio is ſextans datus eſſet, Titius deceſſit. nec *ſ* poteſt intelligi datus ei, qui tempore dandi in rerum natura *t* non fuit.

7 ¶ Si Attius Titium & Mæuium & Seium æquis partibus heredes inſtituit, Titius interim ſolus adiit hereditatem, & Seium heredem inſtituit: poterit Seius Titij adire hereditatem: Attij vel adire *u*, vel omittere: ſed Attio antequam adeat vel omittat eius hereditatem, ex ſemiſſe heres erit: ſi adierit Seius Attij hereditatem, Titius ex triente duntaxat heres erit, & per hereditatem Titij triens duntaxat ad Seium perueniet, alterum trientem ex ſua inſtitutione habebit.

¶ Quid ergo ſi ab Attio Titius & Seius heredes inſtituti ſunt, Titius adierit hereditatem, Titio Seius heres exſtiterit? potéſtne Attij hereditatem omittere? an neceſſario ei ex aſſe heres eſt? quippe cùm alius nemo *x* heres inſtitutus eſt, quam ſi is ipſe ‖ qui ‖ ex aliqua

a *l. 24. in fin. infr. qui & à quib.*
b Fraudem facere non videtur creditoribus defunctus, qui cum ſeruum manumittit, quem ex fideicommiſſo manumittere debet.
c Nec enim à tali debitore volens manumittitur, *l. 84. ȷ. eod.*
d Imò non poteſt: eo enim caſu heredi nihil datum videtur, *l. 1. §. 1. ȷ. de reg. Catoniana.*
e de qua *lex 2. ȷ. eod.*
f adde *Vlpian. 20. §. 1.*
g Heredis nomen nuncupari non eſt neceſſe: ſufficit inſtitutum demonſtrare, *l. 9. §. 8. ſup. eod.*
h Fratrem appellare poſſumus, quem heredem nominamus, vide *l. 4. ſ. de confirm. tutor* adde *l. 48. in fin. ſupr. hoc tit.*
i adde *l. 8. Cod de obligat.*
k neque vitiatur inſtitutio quaſi incerta aut perperam perſona inſtituta. vide quæ ſcripſi ad *l. 24. infr. de teſtam. militis.* Error in nomine heredis, cùm de perſona conſtat, non vitiat heredis inſtitutionem. ſunt enim vocabula reperta hominis gratia, quæ ſi alio modo intelligantur, nihil intereſt, *l. ſi in nomine 4. C. de teſtam. §. ſi quidem in nomine. Inſtit. de legat.* ita falſa patris vel patriæ denominatio non vitiat inſtitutionem, *l. his verbis 48. in fin. ſ. eod.* Ita fratris vocabulo, amicum rectè inſtituimus, *vt hic.* vt & vxorem, adfinis vocabulo, *l. non ideo. 5. C. de heredib. inſt.* vide plura apud Manticam 4. *de Coniectur 5.*
l *l. 54. infr. de adquir. rerum. l. 21. C. de iure deliber.*
m vide *l. 11. ſupra eod.*
n Portio diſiunctis ab omnibus, omnibus accreſcit pro hereditaria parte, *Bald.*
o Ita legendum putat Duaren. 2. *de iure accreſcendi* 11.
p inter teſtamentum factum & mortem teſtatoris.
q *l. 104. ȷ. de condit. & demonſtr.*
r Ius expreſſum trahit ad ſe tacitum, *Bald.*
ſ Dubius euentus in vltimis voluntatibus non tranſmittitur, *Bald.*
t Dari nihil intelligitur ei qui in rerum natura non eſt. u Quoties quis ſibi plures inſtitutiones diuerſorum aſſerit, poteſt vnam agnoſcere aliam repudiare, *Bald.* x Heres pro parte, coheredem non habens, in ſolidum eſt heres, *Bald.*

parte iam heres eſt: perinde eſt, quaſi vnus heres per Titium *a* inſtitutus ſit.

De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

60. *Celſus* ‖ libro 29. Digeſtorum.‖

QVi ſoluendo non erat, ſeruum primo loco, & alterum ſeruum ſecundo loco heredes ſcripſit: ſolus is, qui primo loco ſcriptus eſt, hereditatem capit. nam lege Ælia *b* Sentia ita cauetur, vt ſi duo pluréſve ex eadem cauſa heredes ſcripti ſint, vti *c* quiſque primus ſcriptus ſit, heres ſit.

De exheredatione.

61. *Modeſtinus* ‖ libro 8. Reſponſorum.‖

QVi volebat *d* filiam exheredare, ſic teſtamento comprehendit: *Te autem, filia, ideo exheredaui, quoniam* e *contentam* f *te eſſe dotis* g *valui*: quæro, an efficaciter exheredata ſit? Modeſtinus reſpondit, nihil proponi, cur non eſſet voluntate teſtatoris exheredata.

De relicto in tempus capiendæ hereditatis. 1. De demonſtratione heredis.

62. *Idem* ‖ libro 2. Pandectarum. ‖

IN tempus *h* capiendę hereditatis inſtitui heredem poſſe beneuolentię eſt. veluti: *Lucius Titius, cùm capere potuerit, heres eſto.* Idem & in legato.

1 ¶ Quotiens *i* non apparet, quis heres inſtitutus ſit, inſtitutio non valet: quippe euenire poteſt, ſi teſtator complures amicos eodem *k* nomine habeat, & ad deſignationē nominis ſingulari nomine vtatur: niſi ex aliis apertiſſimis *l* probationibus fuerit reuelatum, pro qua perſona teſtator ſenſerit.

De coniunctis, & diſiunctis, & iure accreſcendi.

63. *Iauolenus* ‖ libro 1. ex Caſſio. ‖

HEredes ſine partibus vtrùm *m* coniunctim, an ſeparatim ſcribantur, hoc intereſt: quòd, ſi quis ex coniunctis deceſſit, hoc non ad omnes, ſed ad reliquos, qui coniuncti erant, pertinet. ſin autem ex ſeparatis, ad omnes qui teſtamento eodem ſcripti ſunt heredes, portio eius pertinet.

De ſeruo poſthumi.

64. *Idem* ‖ libro 7. Epiſtolarum.‖

EIus ſeruum qui poſt *n* mortem meam natus erit, heredem inſtitui poſſe, Labeo frequenter ſcribit: ídque verum eſſe manifeſto argumento comprobat: quia ſeruus hereditarius *o*, prius quàm adeatur hereditas, inſtitui heres poteſt: quamuis is teſtamenti facti tempore nullius *p* ſit.

De legato. De commendatione liberti.

65. *Idem* ‖ libro 12. Epiſtolarum.‖

HEreditas ad Statium Primum nullo iure pertinet, cùm inſtitutus heres non ſit: nec quicquam ei prodeſt *q*, quod *r* ab eo aliquid legatum eſt, aut libertus ei defuncti teſtamento commendatus *ſ* eſt, ex quo, ſi manumiſſus non eſt, ſeruus eſt.

De iure accreſcendi.

66. *Pomponius* libro 1. ad Quintum Mucium.

SI ita quis heredes inſtituerit: *Titius* t *heres eſto, Gaius* u *& Mauius* x *æquis ex partibus heredes ſunto*: quamuis Et ſyllaba coniunctionem *y* faciat, ſi quis tamen ex his *z* decedat, non *a* alteri ſoli *b* pars adcreſcit, ſed ‖ & ‖ omnibus coheredibus *c* pro hereditariis portionibus: quia non tam coniunxiſſe *d*, quàm celerius dixiſſe videatur *e*.

De inſtitutione & conditionali & pura.

67. *Idem* libro 2. ad Quintum Mucium.

SI ita ſcriptum fuerit, *Tithaſus* f, *ſi in capitolium aſcenderit, heres eſto. Tithaſus heres eſto*, ſecunda ſcriptura potior erit: plenior *g* eſt enim quàm prior.

De inſtitutione collata in voluntatem alterius. De his quæ tacita valent, expreſſa non valent.

68. *Idem* libro 7. ad Quintum Mucium.

SI quis Sempronium heredem inſtituerit ſub hac *a* conditione, *Si Titius in Capitolium aſcenderit*: quamuis non aliàs heres eſſe poſſit Sempronius, niſi Titius aſcendiſſet in Capitolium, & hoc ipſum in poteſtate ſit repoſitum Titij: quia tamen ſcriptura non eſt expreſſa voluntas Titij, erit vtilis ea inſtitutio. Atquin ſi quis ita ſcripſerit, *ſi Titius voluerit, Sempronius heres eſto*: non valet inſtitutio *b*. * Quædam enim in teſtamentis ſi exprimantur *c*, effectum nullum habent, quando, ſi verbis tegantur, eandem ſignificationem habeant, quam haberent expreſſa, ‖ & ‖ momentum aliquod habebunt. Sic enim filij exheredatio cum eo valet, ſi quis heres exiſtat: & tamen nemo dubitat quin ſi ita *d* aliquis filium exheredauerit, *Titius heres eſto & cùm heres erit Titius, filius exheres eſto*, nullius momenti eſſe exheredationem.

De inſtitutione duorum heredum.

69. *Proculus* libro 2. Epiſtolarum.

COrnelius, *& Mauius, vter eorum volet, heres eſto*: vterque vult. Trebatius, neutrum fore heredem: Cartilius, vtrumque: tu cui adſentiaris? Proculus, Cartilio adſentior, & illam adiectionem, *vter eorum volet.* ſuperuacuam puto *e*: id enim, etiam ea non adiecta, futurum fuit: vt, vter vellet, heres eſſet: vter nollet, heres non eſſet: quòd ſi hi ex numero neceſſariorum *f* heredum eſſent, tum id non fruſtra adiectum eſſe *g*: & non ſolùm figuram, ſed vim quoque conditionis continere: dicerem tamen, ſi vterque heres eſſe vellet, vtrumque heredem eſſe.

De captatoria inſtitutione.

70. *Papinianus* ‖ libro 6. Reſponſorum.‖

CAptatorias *h* inſtitutiones non eas ſenatus improbauit, quæ mutuis *i* affectionibus iudicia prouocauerunt: ſed quarum conditio confertur ad ſecretum *k* alienæ *l* voluntatis *m*.

71. *Paulus* ‖ libro 5. ad Legem Iuliam & Papiam.‖

ILlæ autem inſtitutiones captatoriæ non ſunt: veluti ſi ita heredem quis inſtituat, *qua* n *ex parte Titius me heredem inſtituit, ex ea parte Mauius heres eſto*: quia in præteritum *o*, non in futurum inſtitutio collata eſt.

1 ¶ Sed illud quæri poteſt an idem ſeruandum ſit, quod ſenatus cenſuit, etiam ſi in aliam perſonam captionem *p* direxerit: veluti ſi ita ſcripſerit: *Titius ſi Mæuium* q *tabulis teſtamenti ſui heredem à ſe ſcriptum oſtenderit, probaueritque, heres eſto*: quod in ſententiam ſenatuſconſulti incidere non eſt dubium *r*.

De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

72. *Terentius Clemens* ‖ libro quarto ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI quis ſolidum *ſ* à lege capere non poſſit *t* & ex aſſe ſit inſtitutus ab eo *u* qui ſoluendo non eſt. Iulianus, ex aſſe eum heredem eſſe reſpondit: legi enim locum non eſſe in ea hereditate quæ ſoluendo non eſt.

De conditione.

73. *Gaius* ‖ libro 13. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SVb conditione herede inſtituto, ſi ſubſtituamus: niſi eandem conditionem repetemus, purè eum heredem ſubſtituere intelligimur.

De exceptione certæ rei, vel vſusfructus.

74. *Licinius Rufinus* ‖ libro 2. Regularum. ‖

SI *x* ita quis heres inſtitutus fuerit *excepto* y *fundo, excepto vſuſructu heres eſto*: perinde erit iure ciuili, atque ſi ſine ea re heres inſtitutus eſſet: idque auctoritate Galli Aquilij factum eſt.

De filio ſubſtituto, vel exheredato à ſubſtituto.

75. *Papinianus* ‖ libro 12. Quæſtionum.

SI filius ſubſtituatur ei *z* à quo præteritus eſt: non vt inteſtati patris, ſed ex teſtamento habebit hereditatem: quoniam, & quolibet alio ſubſtituto, ſi fuiſſet ab eo exheredatus, inde teſtamentum inciperet, vbi filius eſſet exheredatus.

De ſeruo vxori à marito mortis cauſa donato.

76. *Idem* ‖ libro 15. Quæſtionum.‖

a per Attium, *Cuiac.*
b *l.* 83. §. 1. ℑ. *eod. l.* 42. ℑ. *eod.*
c *l.* 24. §. 17. *infr. de fideicom. liber.* Ordo verborum deſignat ordinem intellectus, *Bald.*
d *l.* 2. *l.* 17. *ſup. de liberis. l.* 3. *C. de liberis.*
e Exheredatio his verbis non inducitur: vt nec tollitur ad ſupplementum actio *l.* 29. *C. de inoffic.*
f Exheredationibus interdum cauſa non turpis adiiciebatur, *vt hic & l. emptor* 65. §. *vlt.* ℑ. *de rei vindic.* Et ita Leontius Philoſophus, cum Eudoxiæ filiæ (quæ poſtea Theodoſio nupſit) ex ſiderum poſitione & effectu proſperam fortunam portendi præuideret, modicum ideo quid ei reliquit, quòd fortuna ſua contenta eſſe ea deberet, *Zonar. tomo* 3.
g *al.* dote.
h Non capax poteſt inſtitui, cum capere poterit. *Bal.* Porrò tempus capiendæ hereditatis hic refer ad orbum de quo dixi ad *Vlp.* 13.
i *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 16. *l.* 17. §. 3. ℑ *de regulis iuris*: vide quæ notaui ad *l.* 20. ℑ. *de teſtament. tut.* vide Antonium Fabrum 2. *Coniectur.* 9.
k Inſtitutis pluribus eiuſdem nominis, is demum videbitur inſtitutus, qui probauerit ſe à teſtatore deſignatum: ſin minus, ob inſtitutionis incertum, inſtitutio non valet. Quid ſi teſtator Titium heredem inſtituit & ſit aliquis Titius teſtatori ſpeciali aliqua amicitia coniunctus, aut genere proximus? hæ circunſtantiæ nominis obſcuritatem declarant, *Romanus in l. heredes palam* 21. ℑ. *de teſtam. l. duo ſunt Titij* 30. ℑ. *de teſtam. tutela. Iaſ. l.* 1. §. *hoc autem*, ℑ. *ad Trebell.* Ita putant, Titio filiam & neptem habente, & filiam inſtituente (etſi ſuperſtes neptem appellauerit ſemper nomine filiæ) filiam tamen inſtitutam videri non neptem, *l. cum acutiſſimi* 30. *C. de fideicommiſſ. Cynus, Albericus, Raven. Iaſon in l. ſi pater* 4. *C de heredib. inſtit.* Eadem ratione filiis inſtitutis, ſolos filios non filiás inſtitutas videri, ſi filiæ ſtatuto excludantur, maſculis extantibus. *Anchar. Bald. in l. tres fratres* 35. ℑ. *de pact. Alex in l. Gallus* 29. §. *quidam rectè, ſup. de liberis.* Huc referendum pauperibus indiſtinctè inſtitutis, pauperes eius Eccleſiæ inſtitutos intelligi, in qua teſtator domicilium ſuámque habitationem habuerit, *l. ſi quis ad declinandam.* 49. §. *vbi* 3. *C. de epiſcopis. l. hac conditio* 10. *in fin.* ℑ. *de cond. & demonſtr.*
l Quoties dubitatur de perſona heredis, apertiſſimis probationibus debet oſtendi de quo teſtator ſenſerit. *Bal.*
m *v. l.* 142. ℑ. *de verb ſign.*
n Seruus eius qui nondum eſt in rerum natura, poteſt inſtitui, §. 2. *Inſt. eod. Bald.*
o vide *l.* 31. ℑ. *eod.*
p Seruus hereditarius nullius eſt, veritate inſpecta: fictione tamen dicitur hereditatis.
q ad præſumendam ſcilicet inſtitutionem.
r Non ideo quis præſumitur inſtitutus heres, quòd ab eo quid legatum ſit.
ſ Commendatio titulum non confert, *Bald.*
t Hic Titius Caio & Mæuio (de quibus infrà) coniunctus eſt re tantum.
u Hi duo verbis coniuncti.
x Hi duo verbis tantum coniuncti, quia ſub vna oratione comprehenduntur: & tamen re non ſunt coniuncti, propter diuiſionem portionum: quia teſtator dixit, æquis partibus, *Bart. l.* 89. ℑ. *de leg.* 3.
y verbalem ſcilicet.
z duobus ſcilicet.
a & ita verbis coniuncti non præferuntur re coniunctis.
b verbis coniuncto.
c id eſt, etiam ei qui re tantùm eſt coniunctus.
d ſub. re quàm verbis.
e celeriùs dixi, *Gaius & Mæuius heredes ſunto*, quàm *Gaius heres eſto, Mæuius heres eſto.*
f Hoc verbo Græci manſuetum ſignificant; πιθασοὶ, ἥμεροι, πρᾶοι, Heſychius.
g Plenior voluntas eſt ſeruanda in teſtamento, *vt hic*: in procuratoris mandato, in ſtatutis, in arbitriis, *Bald.*

a *l.* 52. ℑ. *de cond. & demonſtr.*
b quia etſi in voluntatem & poteſtatem tertij poteſt conferri conditio facti, non tamen mera conditio voluntatis poni poteſt, *l.* 52. ℑ. *de cond. & demonſtr.*
c *l.* 52. *in fin.* ℑ. *de cond. & demonſtr. l.* 77. *l.* 195. ℑ. *de reg. iur.*
d Exheredatio filij non poteſt poſt aditam hereditatem conferri. *Bald.*
e quia hereditas non defertur nolenti.
f *v. l.* 12. *infrà de cond. inſtit.*
g Cur? talis inſtitutio, *ſi voluerit*, non eſt in ſuo conditionalis, quia ſuſpendendum effectum inſtitutionis: ſed eum vtrùm ex neceſſario voluntarium facit. *Bald.*
h *l.* 64. ℑ. *de leg.* v. in hunc locum Cuiac. 16. *obſ.*
i *l.* 3. ℑ. *ſi quis quem teſtari. l.* ... *de pact.* Quamen, ſi legum mutuatis, hoc ſermonibus, blanditiis, p... catis affectionibus, dixi ad *l.* 11. ... *teſtam. milit.* ... *d. l.* 3.
k *l.* 3. *in fin.* ... *probat. l.* 10. ... *l.* 11. *Cod.* ... *militis*: ... alienæ voluntatis, eſt-ne conditio ... teſtatore ... eo fine, vt ... heres inſtitu... Cuiac 16. *obſ.* ... *Auguſtinus* ... *mendat.* 15. ... tius Captatoria inſtitutio eſt, ... conditio ſeu ... tus confertur ... ſtatore, in ... alterius vo... tem? An ve... chna teſtatoris quam alteri ... ditatem poſſit ... ſi ab eo ip... alius inſtitu... *l.* 12. *Cod. de* ... hoc modo: ... heres eſto, ... quoque teſtam... ſuo heredem ... ciet hęc enim ... ditio in ſecre... alienæ volun... confertur: ... eſt & viſcata, ... captatoria.
l *l.* 52. ℑ. *de cond. demonſtr.*
m Non ita eſt ... legato vt in inſtitutione, *v. l.* 43. ... *de legat.* 1.

n *l.* 1. *infr. de his, quæ pro non ſcriptis.*
o *l.* 29. ℑ. *eod.* Poteſt quis adſtringi ad inſtituendum, ſpe præmij, *Bald.*
p *al.* captationem.
q *v. l.* 61. *infr. de verb. oblig.*
r Igitur non valebit inſtitutio facta ſpe alterius ſubſtitutionis: videtur tamen eſſe contra legem 19. *C. de pactis.*
ſ Bannitus an aliquid poſſit adquirere in territorio vnde bannitus ſit: vide Socinum *regula* 36.
t vt filius naturalis, *l.* 1. *C. de nupt. l.* 1. *C. de naturalibus liberis.*
u Solidi non capax, poteſt inſtitui ab eo qui non eſt ſoluendo.
x vide Langebekium *cap.* 5. *Annotationum.* Exceptio quæ repugnat actui cui interponitur, vitiatur & non vitiat.
y *l.* 82. *infra de legat.* 2.
z *l.* 3. *in fin.* ſupra de liberis.

Seuus

SEruus vxori à marito mortis cauſa donatus, mariti manet *a*, vt & Iuliano quoque videtur. Idem ſi accipiat libertatem ſimul & hæreditatem, viro neceſſarius hæres erit, nec ſine libertate aliquid ei legari poteſt *b*.

De herede ſcripto in codicillis.

77. *Idem* ‖ libro 17. Quæſtionum.

ASſe toto non *c* diſtributo ita ſcriptum eſt, *quem d heredem codicillis e fecero, heres eſto*: Titium codicillis hæredem inſtituit, eius quidem inſtitutio valet, ideò quòd licèt codicillis *f* dari hæreditas non poſſit *g*, tamen hæc ex teſtamento data *h* videtur, ſed hoc tantùm *i* ex hæreditate habebit, quantum ex aſſe reſiduum manſit.

De heredibus inſtitutis ex certis rebus. 1. De inſtitutione ex duabus partibus, & ex quadrante. De nummis legatis. 2. Quibus caſibus ſit tranſitus ad dupondium. 3. De inſtituto ex reliqua parte vel non facta reliqui mentione.

78. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

QVi non militabat *k*, bonorum maternorum, quæ in Pannonia poſſidebat, libertum hæredem inſtituit: paternorum, quæ habebat in Syria, Titium. iure ſemiſſes ambos habere conſtitit. ſed arbitrum diuidendæ hæreditatis ſupremam voluntatem, factis adiudicationibus *l*, & interpoſitis propter actiones cautionibus, ſequi ſalua Falcidia. ſcilicet vt quod vice mutua præſtarent, doli ratione quadranti retinendo compẽſetur *m*.

1 ¶ Lucio Titio ex duabus partibus, Publio Mæuio ex quadrante ſcriptis hæredibus, aſſem in dodrantem eſſe diuiſum reſpondi. modum enim duarum partium *n* ex quadrante *o* declarari *p*. Quod veteres nummis Titio legatis, nummorum ſpecie non demonſtrata *q*, cæterorum legatorum contemplatione receperunt.

2 ¶ Filiis hæredibus, æquis partibus inſtitutis, ac poſtea fratris filio pro duabus vnciis, vnum aſſem inter omnes videri factum placuit: & ex eo decem vncias filios accepiſſe. tunc *r* enim ex altero aſſe portionem intelligi relictam, cùm, aſſe nominatim dato, vel duodecim vnciis diſtributis, reſidua portio non inuenitur. *nihil *ſ* autem intereſt, quo loco ſine portione quis heres inſtituatur, quo magis aſſis reſiduum accepiſſe videatur.

3 ¶ Seius Mæuium ex parte quam per leges *t* capere poſſit, hęredem inſtituit: ex reliqua *u* Titium: ſi Mæuius ſolidum capere poterit, Titius adiectus, aut ſubſtitutus hæres non erit.

79. *Idem* ‖ libro 1. Definitionum. ‖

QVòd ſi non ſit reliqui facta mentio: tantundem in altero aſſe habebit Mæuius, quantum Titius in primo.

80. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

QVòd ſi Mæuius nullius capax ſit, in totum ſubſtitutus admittitur.

De poſtumis. De inſtitutione captatoria.

81. *Paulus* ‖ libro 9. Quæſtionum. ‖

CLemens Patronus teſtamento cauerat, *vt ſi ſibi filius natus fuiſſet, heres eſſet ſi duo filij ex æquis partibus heredes eſſent: ſi duæ filiæ ſimiliter: ſi filius & filia: filio duas partes, filiæ tertiam dederat x.* duobus filiis & filia natis, quærebatur *y* quemadmodum in propoſita ſpecie partes faciemus: cùm filij debeant pares eſſe, vel etiam ſinguli duplo plus quàm ſoror accipere. quinque igitur partes, fieri oportet, vt ex his binas maſculi, vnam fœmina accipiat.

1 ¶ Si ita ſcripſerit teſtator: *Quanta z ex parte me à Titio heredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte Sempronius mihi heres eſto*: non eſt captatoria *a* inſtitutio, planè nullo recitato teſtamento ab ipſo teſtatore, inanis videbitur inſtitutio, remota ſuſpicione captatoriæ inſtitutionis.

De inſtitutione, ſi legitimus heres vindicare nolit.

82. *Scæuola* ‖ libro 15. Quæſtionum. ‖

SI quis ita *b* hæres inſtituatur, *Si legitimus heres vindicare nolit hereditatem meam* puto deficere conditionem teſtamenti, illo vindicante.

De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

83. *Idem* ‖ libro 18. Quæſtionum. ‖

SI non lex Ælia Sentia *c*, ſed alia lex *d* vel ſenatuſconſultum *e*, aut etiam conſtitutio *f*, ſerui libertatem impediat: is neceſſarius fieri non poteſt *g*, etiam ſi non ſit ſoluendo teſtator.

1 ¶ Temporibus Diui Hadriani ſenatus cenſuit, ſi teſtator, qui, cùm moritur, ſoluendo non fuit, duobus pluribuſve libertatem dederit, eiſque hæreditatem reſtitui iuſſerit, & inſtitutus hæres ſuſpectam ſibi hęreditatem dixerit, vt adire eam cogatur, & ad libertatem perueniat, qui priore *a* loco ſcriptus fuerit, eique hæreditas reſtituatur, idem ſeruandum in his, quibus per fideicommiſſum libertas data fuerit. Igitur, ſi primo loco ſcriptus deſideraret adire hæreditatem, nulla difficultas erit, nam ſi poſteriores quoque liberos ſe eſſe dicent, & reſtitui hæreditatem deſiderent, an ſoluendo ſit hæreditas, & omnibus liberis factis reſtitui deberet, apud prætorem quæreretur: abſente autem primo, ſequens deſiderans adiri hęreditatem, non eſt audiendus. quia ſi primus velit *b* ſibi reſtitui hęreditatem pręferendus eſt, & hic ſeruus futurus.

a Imò non manet, *l. 28. ſup. de donat. int. vir.*
b ſummo iure: ſecus ex æquitate, *l. 5. §. 2. C. de neceſſar.*
c *l. 17. ī. eod.*
d Relatio cum omnib. ſuis qualitatibus fit.
e Directa inſtitutio codicillis, teſtamento id referente, declarata valet.
f *l. 2. C. de codicil.*
g niſi à milite, *l. 19. ſup. de teſtam. militis.*
h *l. 38. ī. de cond. & demonſt.*
i In relato quidquid eſt, id in referente cenſetur repetitum, *lege in ſententiis 56. ī. de re iudicata.*
k aliud in milite, *l. 10. §. 6. infr. ad Trebell.*
l *l. 35. ſup. eod.*
m Compenſatio fit generis ad genus.
n in quibus Titius fuit inſtitutus.
o id eſt, ex ea parte qua Mæuius inſtitutus eſt.
p Sequentia declarant præcedentia. Sic teſtator appellatione duarum partium intellexit duos quadrantes.
q tunc nummi currentes intelliguntur legati, *Bald.*
r Non fit tranſitus ad dupondium, vbi verba & mens teſtatoris poſſunt ſaluari ſine iſto tranſitu, *Bald.*
ſ *§. 6. Inſt. eod.*
t *ſub.* Papias, *Vlpian. 13.*
u Partis & reſidui appellatio, totum comprehendit, *Bal.* *adde legem. 2. C. eod.*
x non videbatur teſtator in eum caſum cauiſſe: ſed tamen cauit, ſi voluit filio & filia natis, filium duas partes, filiam tertiam habere: duobus filiis & filia natis, duo filij quatuor partes habebunt, filia quintam. Quæ eſt ratio huc proportio vnius ad vnam, ea debet eſſe duorum ad vnam.
y adde *legem 47. §. 2. ī. eo. l. 13. ī. de liber.*
z Baldus hic notat dictionem, *quanta*, indicare conditionem.
a *l. 70. ī. eod.*
b Ex voluntate teſtatoris cauſa inteſtati poteſt præcedere cauſam teſtati in ordine ſuccedendi, *Baldus.* voluntate teſtatoris poteſt cauſa inteſtati præcedere teſtati cauſam: ſubſtitutio vulgaris poteſt fieri ab inteſtato hærede, c de qua *leg. 42. l. 60 ī. eo.* d puta Fauia, *l. 12. ī. de manumiſſ.* e vide *legem 11. ī. qui & à quibus.*
f *l. 48. §. 2. ſup. eod. l. 1. l. 2. C. qui poſſunt ad libert.*
g Imò, is qui ſoluendo non eſt, hæredem neceſſarium vnicum etiam in fraudem creditorum relinquere poteſt, *l. 2. C. de neceſſariis.*

Si dominus ſeruum, cui libertatem debebat, inſtituerit.

84. ‖ *Paulus* libro 23. Quęſtionum.

SI ſeruo fideicommiſſa data ſit libertas, hæres *c* hunc eundem ſeruum cum libertate hæredem reliquiſſet, quęſitum eſt, an neceſſarius fiat heres. & humanius eſt, & magis ęquitatis ratione ſubnixum, non fieri neceſſarium. qui enim, etiam inuito *d* defuncto, poterat libertatem extorquere, is liber eſſe iuſſus, non *e* magnum videtur beneficium à defuncto conſequi: imò nihil *f* commodi ſenſiſſe, ſed magis debitam ſibi accepiſſe libertatem.

1 ¶ Idem probandum erit & in illo ſeruo, quem teſtator ea lege emerat, vt manumitteret, ſi hæres fuerit inſtitutus. Nam & hic ſepoſito beneficio teſtatoris, proprio iure poterit, ad libertatem peruenire ex conſtitutione Diui Marci *g*.

2 ¶ Idem & in eo, qui *h* propria ſua data pecunia, emptus eſt ab aliquo. Nam & hic poterit ab ipſo teſtatore libertatem extorquere.

De particula, aut.

85. *Scæuola* ‖ libro 2. Reſponſorum. ‖

LVcius Titius, qui fratrem habebat, teſtamento ita cauit: *Titius frater meus ex aſſe mihi heres eſto. ſi mihi Titius heres eſſe noluerit, aut* i *(quod* k *abominor) prius morietur, quàm meam hereditatem adierit, aut filium filiámve ex ſe natum natámve non habebit: tunc Stichus, & Pamphilus, ſerui mei, liberi & heredes mihi æquis partibus ſunto.* quęro: cùm Titius hæreditatem adierit, & liberos aditę hęreditatis tempore non habuerit: an Stichus & Pamphilus ex ſubſtitutione liberi & hęredes eſſe poſſint: Item quęro, ſi ex ſubſtitutione neque liberi, neque hęredes eſſe poſſint: an in partem hæreditatis videantur adiecti, reſpondit: Apparet quidem non eam mentem teſtatoris fuiſſe, vt quemquam hęredem adhiberet fratri, quem apertè ex aſſe hęredem inſtituiſſet. igitur ſi frater adiit, Stichus & Pamphilus hęredes non erunt: quòd eos ampliùs noluit hæredes eſſe, ſi frater, priuſquàm hæreditatem adiret, deceſſiſſet liberis relictis. nam prudens conſilium teſtantis animaduertitur. non *l* enim fratrem ſolum hęredem prętulit ſubſtitutis: ſed & eius liberos.

De ſuo herede ſub conditione inſtituto.

86. *Macianus* ‖ libro 7. fideicommiſſorum. ‖

IAm dubitari non poteſt, ſuos quoque heredes ſub hac *m* conditione inſtitui poſſe, *vt, ſi voluiſſent, heredes eſſent. ſi heredes non eſſent, alium, quem viſum erit.* eis ſubſtituere. Negatumque hoc caſu neceſſe eſſe ſub contraria conditione filium exhęredare, primùm, quia tunc tantùm id exigeretur, cùm in poteſtate eius non eſſet, an hæres patri exiſteret, exſpectantis extrinſecus poſitæ conditionis euentum. deinde quòd etſi quacunque poſita conditione deberet filius ſub contraria conditione exhęredari: in propoſito ne poſſibilis quidem reperiri poſſet. certè ſi verbis exprimeretur, inepta *n* fieret. huic enim cõditioni, *Si volet, heres eſto*, quę alia verba contraria *o* concipi poſſunt, quàm hęc, *Si nolet heres eſſe, exheres eſto*? quod quam ſit ridiculum *p* nulli non patet.

1 ¶ Non ab re autem hoc loco velut exceſſus † hic ſubiungetur. ſuis ita hęredibus inſtitutis, *ſi voluerint* q hęredes eſſe, non permittendum amplius abſtinere ſe hęreditate: cùm ea conditione inſtituti, iam non vt neceſſarij, ſed ſua ſponte hęredes extiterunt, ſed & ceteris conditionibus, quæ *r* in ipſorum ſunt poteſtate, ſi ſui pareant, ius abſtinendi adſequi non debent.

Si teſtator aſſem exceſſerit: & alium ex reſidua parte, vel partis non facta mentione inſtituerit.

87. *Hermogenianus* ‖ libro 3. iuris Epitomarum. ‖

EX vnciis ſex primo hærede inſtituto, ſecundo ex octo, ſi tertius ex reſidua parte, vel nulla portionis facta mentione hęres inſtituatur: quinque vncias hęreditatis tertius habebit. in viginti quatuor etenim partes hęreditate diſtributa, tertio ratio *ſ* calculi, veluti *t* ex decem partib. inſtituto, quinque vncias adſignauit.

De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

88. *Gaius* ‖ libro ſingul. de Caſibus. ‖

EI qui ſoluendo non eſt, aliquo *u* caſu euenit, vt & ſeruus cum libertate hęres exſiſtat, ‖ & pręterea alius hæres adiiciatur. velut ſi ſeruo cũ libertate herede inſtituto, ‖ ita adiectum ſit, *Si mihi Stichus heres erit, tunc Titius quoque heres eſto.* Nam Titius, antequam Stichus ex

a *l. 60. ſup. eo. l. 24. ī. qui & à quibus manumiſſ.*
b *leg. 22. §. 1. ī. ad Trebell.*
c *al.* & hæres. *al.* deinde hæres.
d *l. 60. ſup. eod.*
e *leg. 50. ſup. de ritu.*
f Statutum tale ſit: legata vectigali certo & inſinuationi ſint obnoxia: legatum pro malè ablatis à teſtatore relictum vectigali & inſinuationi obnoxium non erit. Cur? legatis id quod debet ſoluit: legatarius vero ſuum recipit. v. Corſetum in Statuto, cauetur.
g de qua vide *l. 2. C. ſi manc. ita fuer. alien. vt manumit.*
h *l. 4. ī. de manum.*
i hæc particula pro, &, hic ſumitur, vt & *l. 6. C. de inſtit. & ſubſtit.* vide *l. pen. Cod. de verb. ſign.*
k *l. 41. in fin. ī. de vulgari. l. 88. §. 9. ſup. de leg. 2. Plinius 9. epiſtol. ad Tyron. Q. Curt. 7.* Quod dij prohibeant, *Terentius* Quod Deus auertat. *Cic.* Dij auertuncent. *Cicer. 9. ad Atticum.*
l Verba teſtatoris ſunt interpretanda, vti naturalis ratio & neceſſitudo ſanguinis dictat. *Bald.* adde *l. 6. C. de Inſtit.*
m *l. 69. ſup. eod. l. 12. ī. de condit. inſtit.*
n Inepta, impoſſibilia. Quod ineptum eſt dicitur impoſſibile.
o Velle & Nolle contraria, *vt hic.* non nolle, medium eſt: *l. 3. ī. de reg. iur.*
p Cur ridiculum? quia nemo ſeipſum exheredare poteſt.
† i. digreſſio *Alciat. 1. parerg. 4.*
q Nulla magis poteſtatiua eſt conditio, quàm iſta. *Si voluerit.*
r *l. 4. ſup. eod.*
ſ Ratio calculi eſt ſeruanda. *Bald.*
t *l. 18. ī. eod.*
u Poteſt fieri per poſterius (purà conditionaliter) quod per prius (id eſt, ſimpliciter) fieri non poteſt. *Bald.*

teſtamento hæres exſtiterit, hæres eſſe non poteſt *a*. cùm autem ſemel hæres exſtiterit ſeruus, non poteſt adiectus efficere, vt qui ſemel heres extitit, deſinat hæres eſſe.

De ſocio, de ſeruo communi, de ſeruo hæredis.

89. *Paulus* ‖ libro 2. Manulium. ‖

SI ſocius heres inſtitutus ſit ex aſſe, & ſeruo communi legetur purè ſine *c* libertate, hoc legatum non conſtitit *d*.

¶ Planè ſub conditione ei vtiliter & ſine libertate legabitur: quoniam & proprio ſeruo ab hærede rectè ſub conditione legatur. Quare etiam heres inſtitui ſine libertate, vt alienus, ſocio hærede ſcripto poterit: quia & proprius cum domino hæres inſtitui poterit.

De ſeruo proprio inſtituto qui necem domini detexit.

90. *Triphoninus* ‖ libro 21. Diſputationum. ‖

TEſtamento domini ſeruus ſub conditione cum libertate hæres inſtitutus, pendente adhuc conditione necem domini detexit, eúmque prætor *mereri e libertatem* decreuit, etſi poſtea conditio teſtamenti exſtiterit, aliunde liber eſt, id eſt ex præmio non *f* ex teſtamento. igitur non eſt neceſſarius domino hæres: licet autem ei volenti adire *g*.

De Imperatore litis cauſa inſtituto.

91. *Paulus* " libro 5. Sententiarum. "

IMperatorem litis *h* cauſa hæredem inſtitui, inuidioſum *i* eſt. nec calumniæ *k* facultatem ex principali maieſtate capi oportet *l*.

De teſtamento ex falſa cauſa mutato.

92. *Idem.* Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris ſex primo, ſeu Decretorum *m* libro. ‖ ſecundo. ‖

PActum eius Androſtenes Pactumeiam Magnam filiam Pactumeij Magni ex aſſe hæredem inſtituerat: eíque patrem eius ſubſtituerat. Pactumeio Magno occiſo, & rumore perlato *n*, quaſi filia quoque eius mortua, mutauit teſtamentum, Nouiúmque Rufum hæredem inſtituit, hac præfatione: *Quia heredes quos volui habere, mihi continere non potui, Noui* [*u*] *Rufus heres eſto.* Pactumeia Magna ſupplicauit Imperatores noſtros, & cognitione ſuſcepta, licèt modus inſtitutione contineretur, quia falſus *o* non ſolet obeſſe, tamen ex voluntate teſtantis putauit Imperator ei ſubueniendum: igitur pronuntiauit *p hereditatem ad Magnam pertinere*: ſed legata ex poſteriore teſtamento eam præſtare debere, perinde atque ſi in poſterioribus tabulis ipſa fuiſſet hæres ſcripta.

DE VVLGARI *p* ET PVPILLARI *r* ſubſtitutione *ſ*.

TIT. VI.

Diuiſio inſtitutionis. 1. ſubſtitutionis. 2. De liberis inſtitutis, vel exheredatis. Qui ei ſubſtitui poſſunt. 2. Si pater ſibi heredem non inſtituerit.

Modeſtinus ‖ libro 2. Pandectarum. ‖

HEREDES *t* aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti: inſtituti primo gradu *n*: ſubſtituti, ſecundo, vel tertio.

1 ¶ Hæredis ſubſtitutio duplex eſt, aut ſimplex, veluti. *Lucius Titius heres eſto: ſi mihi Lucius Titius hæres non erit, tunc Seius heres "mihi" eſto: ſi heres non erit, ſiue erit & intra puberbatem deceſſerit, tunc Gaius Seius heres mihi eſto.*

2 ¶ Subſtituere liberis tam heredibus inſtitutis quàm exhæredatis *x* poſſumus, & tam eum quem hæredem nobis inſtituimus, quàm alterum.

3 ¶ Subſtituere liberis pater non poteſt, niſi ſi *y* heredem ſibi inſtituerit. nam ſine *z* heredis inſtitutione nihil in teſtamento ſcriptum valet.

Quibus liberis pupillariter ſubſtituitur. 1. Si pater ſibi teſtamentum non fecerit, aut eius hæreditas ex teſtamento adita non ſit. 2. De herede inſtituto adire cogendo. 3. Si minor adeundæ hæreditatis cauſa ſit reſtitutus. 4. De ordine ſcripturæ. De filio vel ſeruo teſtatoris, vel poſthumo ſuo pupillariter ſubſtitutis. 7. De ordine in quæſtione an valeat teſtamentum.

2. *Vlpianus* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

MOribus *a* introductum eſt, *Vt quis liberis* b *impuberibus* c *teſtamentum facere poſſit, donec maſculi ad quatuordecim* d *annos perueniant, fœminæ ad duodecim.* Quod ſic erit accipiendum, ſi ſint in poteſtate *e*. cæterùm emancipatis non poſſumus: Poſthumis *f* planè poſſumus: Nepotibus etiã poſſumus: & deinceps ſi qui non recaſuri ſunt in patris poteſtatem. Sed ſi eos patres præcedant, ita demum ſubſtitui eis poteſt, ſi hæredes inſtituti ſint, vel exheredati. ita enim poſt legem Velleam ſuccedendo non rumpunt teſtamentum. nam ſi principale *a* ruptum ſit teſtamentum, & pupillare euanuit.

¶ Sed ſi extraneum quis impuberem heredem ſcripſerit, poterit ei ſubſtituere: ſi modò eum in locum nepotis adoptauerit, vel adrogauerit, filio præcedente.

1 ¶ Quiſquis autem impuberi teſtamentum facit, ſibi *b* quoque debet facere. Cæterùm ſoli filio non poterit, niſi fortè miles *c* ſit. Adeò autem, niſi ſibi quoque fecerit, non valet: vt niſi adita quoque patris hereditas ſit pupillare teſtamentum euaneſcat.

¶ Planè ſi omiſſa cauſa principalis teſtamenti, ab inteſtato poſſideatur hereditas, dicendum eſt & pupillo ſubſtitutum ſeruandum.

2 ¶ Interdum etiam pupillaris teſtamenti cauſa compellendum heredem inſtitutum adire hæreditatem, vt ex ſecundis tabulis fideicommiſſum conualeſcat: vtputa, ſi iam pupillus deceſſit. ceterùm ſi adhuc *d* viuat, *improbum* e *eſſe Iulianus exiſtimat, cum qui ſollicitus eſt de viui hereditate.*

3 ¶ Ego, etiamſi minor vigintiquinque annis adeunde hereditatis cauſa fuerit reſtitutus, puto *f* proficere ſecundis tabulis, vt pretor vtiles actiones decernat ſubſtituto.

4 ¶ Prius *ſ* autem ſibi quis debet hæredem ſcribere, deinde filio ſubſtituere, & non conuertere ordinem ſcripturæ, & hoc Iulianus ‖ putat, " prius ſibi debere, deinde filio heredem ſcribere. ‖ ceterùm, ſi antè filio, deinde ſibi teſtamentum faciat, non valere. Quæ ſententia reſcripto Imperatoris noſtri ad Virium Lupum Britannie preſidem comprobata *g* eſt. & meritò: conſtat enim vnum *h* eſſe teſtamentum, licèt due ſint hereditates, vſque adeò, vt quos quis ſibi facit neceſſarios, eoſdem etiam filio faciat, & poſthumum ſuum filio impuberi poſſit quis ſubſtituere.

5 ¶ Sed & ſi *i* quis *k* ita fuerit teſtatus, *Si filius meus intra quartumdecimum annum deceſſerit, Seius heres eſto*: deinde, *Filius heres eſto*: valet ſubſtitutio, licèt conuerſa *l* ſcriptura filij teſtamentum fecerit.

6 ¶ Sed & ſi ita ſcripſerit, *Si filius mihi heres non erit. Seius heres eſto; filius hæres eſto*: ſecundo quidem gradu Seius ſcriptus eſt heres, & ſi filius hæres non exſtiterit, proculdubio Seius *m* ei heres erit. ſed etſi exſtiterit filius heres, & in *n* pubertate defunctus eſt, Seius admittendus rectè videtur, vt non ordo ſcripturæ, ſed ordo ſucceſſionis ſpectetur.

7 ¶ Quod igitur dictum eſt, ſingulis liberorum ſubſtituere licere, ideo adiectum eſt, vt declaretur *o*, non eſſe à filij teſtamento incipiendum *p* impuberis *q*.

De ſubſtitutione pupillari, quiſquis mihi heres erit.

3. *Modeſtinus* ‖ libro 1. Differentiarum.

CVm filio impuberi pater ita *r* ſubſtituerit: *Quiſquis mihi hæres erit, idem filio impuberi hæres eſto*: placuit ad hanc ſubſtitutionem ſcriptos tantummodo " ad hæreditatem " admitti. itaque *ſ* dominus cui per ſeruum hæreditatis portio queſita ſit, ex ſubſtitutione impuberi heres effici non poterit, ſi ſeruus ab eius exierit poteſtate.

Si pater in vnum caſum ſubſtituerit. 1. De ſubſtitutione reciproca.

4. *Idem* libro ſingulari de Eurematicis *t*. "

IAm hoc iure vtimur ex Diui Marci & Veri conſtitutione: *Vt cum pater impuberi filio in alterum caſum ſubſtituiſſet, in vtrumque caſum ſubſtituiſſe intelligatur u*, ſiue filius heres non exſtiterit, ſiue exſtiterit, & impubes deceſſerit.

1 ¶ Quod ius ad tertium *x* quoque genus ſubſtitutionis tractum eſſe videtur. Nam ſi pater duos filios impuberes heredes inſtituat, eóſque inuicem ſubſtituat, in vtrumque caſum reciprocam *y* ſubſtitutionem factam videri Diuus Pius conſtituit.

2 ¶ Sed ſi alter pubes *z*, alter impubes, hoc communi vni verbo *a*. *eóſque inuicem* b *ſubſtituo*, ſibi fuerint ſubſtituti, in vulgarem tantummodo caſum factam videri ſubſtitutionem Seuerus & Antoninus conſtituit. incongruens *c* enim videbatur, vt in altero duplex eſſet ſubſtitutio, in altero ſola vulgaris. Hoc itaque caſu ſingulis ſeparatim pater ſubſtituere debebit: vt ſi pubes heres

---

a Cur ita vide *l.* 3. §. 2. ꝭ. *eod.*
b *l.* 7. §. 10. *in fin. ſup. de minor.*
c *l.* 76. *in fi.* ꝭ. *eod.*
d *l.* 76. *in fi.* ꝭ. *eod.* *v. l.* 3. *C. de legat.*
e purè, ſc. atque ita vox publica priuati ac teſtatoris voci præiudicat. *Bald.*
f *l.* 84. ꝭ. *eod.*
g Seruus hoc caſu ex neceſſario fit voluntarius, aliàs neceſſarius eſt, *v. l.* 57. *in fin.* ꝭ. *de adquir. hæred.*
h §. *vlt. Inſt quibus mod teſt. infirmentur, l. vlt. ſup. qui teſt. Paul.* 5. *ſent.* 12. §. 8. *v. l.* 1. *C. qui milit.*
i *v. l. vlt. C. Ne fiſcus vel Reſpub. Paul d. loco.*
k *al.* calumniæ.
l Notandum hoc, aduerſus eos, qui Romanam Eccleſiam inſtituunt, ſperantes eam litem cohæredibus ſuis ob id moturam. *Bald.* Idem hic notat, Plura priuatis permitti, quam principi. Principem magis quàm alios abſtinere debere ab illicitis. Hæc verba litteris aureis ſcribenda, hæc ille, adde Suet. in Domitiano.
m de tribus Pauli Decretorum libris, vide Cuiac. 2. *obſ.* 26.
n *l.* 28. *ſup. de in offic. l.* 11 §. 12. ꝭ. *de adulter. l.* 3. §. 3. ꝭ. *de teſtibus, v. Cic. de Orat.*
o Falſus modus inſtitutionis hæredi obeſſe non ſolet: ſecundum teſtamentum ex falſa cauſa factum, non rumpit nec vitiat primum. Heres tamen in primo ſcriptus, cogitur ſoluere legata in ſecundo relicta. quia falſa cauſa legatis non fuit adiecta, ſed inſtitutioni tantum.
p In hac ſententia Princeps non dicit, *condemno.* atque ita ſufficit, ferre ſententiam declaratoriam, licèt non ſit inſertum verbum, *condemno*, vel *abſoluto*. facit *lex* 21. §. 1. ꝭ. *de recept.*
q 2. *Inſt.* 15.
r 2. *Inſtit.* 16. 6. *C.* 26.
ſ ſubſtitutio appendix inſtitutionis præcedentis, *l.* 35. ꝭ. *de adqu. hær.*
t *Paul.* 3. *ſent.* 4. §. 17. *Vlp* 22. §. 33. 35. *Synopſ.* 10. *c.* 1. 5. *Harm.* 8. §. 1. §. 2.
u *i.* primo loco, *l.* 2. §. 4. ꝭ. *ſecund. tab.* x §. 4. *Inſt. de pupillari. Vlp.* 23. §. 8.
y *l. vlt.* ꝭ. *de iure codicill.* §. 34. *Inſt. de legat.* z Inſtitutione hæredis teſtamenta vim accipiunt, *l. vlt. C. de iure codicill.* §. 34. *Inſt. de legat.*
a Conſuetudine & ſtatuto fieri poteſt, vt quis decedat pro parte teſtatus, & inteſtatus, *v. Tiraq.* 13. *priuilegio piæ cauſæ.* b in poteſtate, *verſ. quod ſic.* ꝭ. poſthumis etiam, *verſ. poſthumis.* non tantùm filiis, ſed & nepotibus. *v. verſ. nepotib.* An & extraneis impuberibus? *v. verſ ſed ſi extraneus.* c *Inſt. de pupil. in princ. l.* 7. *C. de impub. & aliis ſubſtitut.* d §. 8. *Inſt. de pupill.*
e cum non extranei, §. *vlt. Inſt. de pupil.*
f §. 4. *Inſt. de pupill.*

a §. 3. *in fin.* [...] *de pupill.*
b *d.* §. 5. *in pr.*
c *l.* 15. §. 5. *l.* 41. [...] *fin. inf. de teſtam. milit.*
d de viuentis hæreditate ſollicitum eſſe, improbum [...] *l.* 1. § 21. ꝭ. *de* [...] *lat bon l. vlt.* [...] *pactis, l.* 2. *in fin.* [...] *de his quæ vt* [...] *dign. l.* 9. 2. *l.* 30. [...] *donat.*
e niſi præſente [...] de cuius hæreditate agitur, [...] ſcatur, *l. vlt. C.* [...] *pactis.*
f *l.* 1. *ſup. de* [...] *red. inſtit*
g improbata, [...] ueanus. 1. [...] reprehenſus à [...] berto 1. *recept.* [...]
h vel quaſi, §. [...] *Inſt. de pupill.* [...] plex, *l.* 1. *inf.* [...] *plus quam per* [...] *Falcid.*
i Sed & ſi [...] *Goueanus* 1. [...] reprehenſus à [...] berto 1. *recept.* [...]
k præmiſſa [...] ſubſtitutione [...] tutioni.
l Verba præ[...] ta & poſtpoſ[...] dem ſignific[...] *Bald.*
m Vulgaris [...] preſſa quoti[...] pillarem ta[...] includit, na[...] habet vulga[...] pupillaris: [...] ex ea patri & [...] puberi ſucce[...] *Bald.*
n *al.* intra.
o id autem [...] cat verbum, [...] tuere, quod [...] ficat ſecundu[...] ctum, & non [...] rem, *Bald.*
p ſi ſpectet [...] nem ſucceſſi[...] non ſcripturæ.
q id eſt, qui [...] impubes.
r id eſt, gene[...] ter.
ſ *v. l.* 7. *C.* [...]
t de quibus [...] 58. *ſup. ſolut.*
u Vulgaris exp[...] continet ta[...] pupillarem: [...] conuerſo. *Bald.*
x Primus ca[...] eſt delatæ hered[...] tatis: ſecund[...] adquiſitæ, *l.* 8. *C.* [...] *impub. & aliis,* [...] tius eſt, qui hab[...] formulam diuerſ[...] à vulgari & à p[...] pillari ſubſtitu[...] ne, introductam p[...] tiſſimum prop[...] caduca: vt remed[...] ſubſtitutionis [...] procæ, valeret in[...] cohæredes ius a[...] creſcendi, iantiqui[...] potius quàm ius caduci. Et formulam ſi inſpicias, multa ſunt genera ſubſtitutionum: ſi ſucceſſionem, duo tantùm, vulgaris & pupillaris: qua diuiſione comprehenduntur quæcunque ad inſtar earum rediguntur, & duplices, ſiue, vt loquitur Theophilus, vulgaris pupillaris, *Cuiac. hic.*
y Reciprocam ſubſtitutionem noſtri breuiloquam, (quod breui ſermone plures contineat ſubſtitutiones) vulgarem & pupillarem, id eſt, compendioſam appellant.
z *vt l.* 6. *C. de teſtam. milit. l.* 2. *C. de impuber.*
a Verbum *ſubſtituere*, eſt verbum commune: poteſt enim trahi ad diuerſas ſpecies inſtitutionum, puta directam & fideicommiſſariam. *Bald.*
b *l.* 45. *inf. eod. l.* 2. *C. eod.*
c Incongruë de perſona reſpondetur, *vt hic*: de contractu, *l.* 52. §. 2. *inf.* [...] *verb. oblig.* de facto, *l.* 24. ꝭ. *de legat.* 2. de aliis atque aliis rebus, *l.* 13. ꝭ. *de offic. præſid.*

non

non exſtiterit, impubes ei ſubſtituatur: ſi autem impubes heres extiterit, & intra pubertatem deceſſerit, pubes frater in portionem coheredis ſubſtituatur. quo caſu in vtrumque euentum ſubſtitutus videbitur: ne, ſi vulgari modo impuberi quoque ſubſtituat, voluntatis quæſtionem relinquat, vtrum de vna vulgari tantummodò ſubſtitutione in vtriuſque perſona ſenſiſſe intelligatur, ita enim in altero vtraque ſubſtitutio intelligitur, ſi voluntas *a* parentis non refragetur, vel certè euitandæ quæſtionis gratia ſpecialiter *b* in vtrumque caſum impuberi ſubſtituat fratrem: *Siue heres non erit, ſiue erit, & intra pubertatis annos deceſſerit.*

De ſubſtitutione, quiſquis mihi heres erit. Quiſquis mihi heres erit conditio ad deficientis quoque partem vocat. Duar.

5. *Gaius* ‖ libro tertio ad legem Iuliam & Papiam ‖

SI in teſtamento heredes ſcripti ita alicui ſubſtituti fuerint, *vt ſi is* c *heres non eſſet, quiſquis ſibi heres eſſet, is in parte quoque deficientis eſſet heres*: proqua parte quiſque heres exſtitiſſet, pro *d* ea parte eum in portione quoque deficientis vocari placet, neque intereſſe, iure inſtitutionis quiſque ex maiore parte heres factus eſſet, an quòd per legem *e* alteram partem alicuius vindicaſſet.

Prohibitus ſuccedere patri, quatenus poſſit ſuccedere filio.

6. *Terentius Clemens* libro 4. ad legem Iuliam & Papiam.

SI is *f* qui ex bonis teſtatoris ſolidum capere non poſſit, ſubſtitutus ſit ab eo impuberi filio eius ſolidum ex ea cauſa capiet, quaſi à pupillo capiat: ſed hoc ita interpretari Iulianus noſter videtur, vt ex bonis quæ teſtatoris fuerant amplius capere non poſſit: quòd ſi pupillo aliquid præterea adquiſitum eſſet, aut ſi exheredato eſſet ſubſtitutus, non impediri eum capere, quaſi à pupillo capiat.

De ſubſtitutione facta poſt pubertatem.

7. *Papinianus* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

VErbis ciuilibus *g* ſubſtitutionem poſt quartumdecimum annum ætatis fruſtra fieri conuenit *h*. ſed qui non admittitur vt ſubſtitutus, vt adiectus heres quandoque non erit, ne fiat contra voluntatem, ſi filius non habeat totum interim, quod ei teſtamento pater dedit.

De ſubſtitutione pupillari pura, vel conditionali: veluti 1. Si mihi heres erit; aut, Quiſquis mihi heres erit.

8. *Vlpianus* libro 4. ad Sabinum.

QVi liberis *i* impuberibus ſubſtituit, aut purè *k* aut ſub conditione *l* ſolet ſubſtituere.

¶ Purè *m* ſic, *Si n filius meus intra pubertatem deceſſerit, Seius heres eſto.* ſiue Seius iſte heres inſtitutus ſit, & impuberi ſubſtitutus, nullam habet conditionem: ſiue ſolùm ſubſtitutus.

¶ Sub *o* conditione autem inſtitutum ſi ſubſtituat, id eſt *ſi mihi heres erit*, non aliàs exiſtet heres ex ſubſtitutione, niſi ex inſtitutione heres fuerit *p*: cui ſimilis *q* eſt & hæc ſubſtitutio: *Quiſquis r mihi ex ſupraſcriptis heres erit*, habet enim in ſe ‖ eandem ‖ conditionem ſimilem ſuperiori.

1 ¶ Hæc verba, *Quiſquis mihi heres erit, idem impuberi filio heres eſto*, hunc habent ſenſum, vt non omnis qui patri heres extitit, ſed *ſ* is qui ex teſtamento heres extitit, ſubſtitus videatur: & ideo neque pater, qui per filium; neque dominus, qui per ſeruum exſtitit, ad ſubſtitutionem admittetur, neque hæredis *t* heres quia non *u* ex iudicio veniunt: partes *x* quoque eædem ad ſubſtituros pertinent, quas in ipſius patrisfamiliæ habuerunt hereditate.

Si pater heredes ſuos & alium præterea pupillo ſubſtituat.

9. *Labeo* libro primo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

SI pater filio impuberi eoſdem quos ſibi, & te vnum *y* præterea heredem inſtituit, bonorum filij te dimidiam *z*, cæteros patris heredes communiter dimidiam ita habere, vt vnus ſemis apud te maneat, alterius ſemiſſis pro his partibus inter heredes paternos diuiſio fiat, quibus ex partibus hereditatem paternam haberent.

De ſubſtitutione pupillari, Quiſquis mihi heres erit. 1. qui ſunt heredes neceſſarij pupillo. 2. in quibus bonis ſuccedit ſubſtitutus impuberi. 3. De ſubſtituto pupillariter qui repudiauit hereditatem patris. 5. in quibus bonis ſuccedit ſubſtitutus impuberi. 7. De eo qui inſtitutus & ſibi ſubſtitutus eſt.

a vt tacita includatur expreſſæ, in poteſtate teſtatoris eſt. *Bald.*

b Optimum eſt conſilium, vt teſtator ſubſtituendo exprimat ſingulos caſus, vt ne quæſtio voluntatis remaneat. *Bald.*

c vide quæ ſcripſi ad *l. vnicam, C. de caducis.*

d Quantam partem quis habet in inſtitutione primæua, iure primæuo vel accreſcendi, tantam habet ex ſubſtitutione, *Bald.* adde *l. 24. ʃ. eod.*

e Papiam caducariam, *l. vn. C. de caducis*, id eſt, iure accreſcendi: & ſic, pars iure accreſcendi dicitur propria, *Bald.*

f puta cœlebs, vide *Vlpian. 3. §. 2. 9.* vel filius naturalis, *l. 2. C. de nat. Accurſ.* vel vxor inſtituta pro parte, & pupillo ſubſtituta, quæ olim plus decima bonorum mariti capere non poterat per legem Iuliam hodie ſublatam, *l. 2. C. de infirm. pœnis cœlibat. Goueanus.* His verò verbis Cuiac. *9. obſeru.* 17. aliud quam de orbo & cœlibe exemplum profert, puta de vxore quæ ex teſtamento mariti ſolidum capere non poteſt: ex teſtamento filij poteſt. *Vlp.* 15.

g Verba ciuilia, directa, legitima, communia vulgaria, quibus opponuntur obliqua & precaria: directa ſunt vt *Heres eſto, Heredem facio: do, lego, capito, ſumito, habeto. Vlp. 25. §. 1. Zaſ. Gouean. Duar. 2. diſput. 9.* vide Cuiac. 11. *obſ.* 25.

h niſi à milite. *l. 15. ʃ. eod.*

i Subſtitutio pupillaris poteſt fieri purè & ſub conditione extrinſeca.

k Quid ita? An aliud eſt ſubſtitutio, quam conditionalis inſtitutio? *v. l. 41. §. 6. ʃ. eod.*

l *l. vlt. §. 1. ʃ. eod. Paul. 5. ſent. 4. §. 18.*

m In ſubſtitutione pupillari purè facta non requiritur vt inſtitutus ſit heres patris.

n Conditio quæ tacitè ineſt, etiam expreſſa actum conditionalem non facit.

o Verba affirmatiua ſub conditione concepta, diſpoſitionem & inſtitutionem inducunt, *vt hic.* etſi vulgò dicatur, in diſpoſitione non eſſe ea quæ ſunt in conditione: & conditionem nihil certum conſtituere.

p Imò, vt hæres non ſit, aliud erit, *l. 21. ʃ. de hered. ib.*

q Inſtitutiones ſi Titius mihi heres erit: *&*, Quiſquis mihi heres erit, verborum conceptione & formula diſſimiles, re & effectu pares ſunt.

r *Quiſquis*, diſtributiuè iunctum verbo futuri temporis inducit diſpoſitionem.*

ſ Subſtitutio pupillaris in qua fit mentio heredum teſtatoris, ad eos tantùm heredes pertinet, qui iudicio defuncti ſunt heredes, at non per aliam perſonam (vt eſt pater per filium: dominus per ſeruum.) Hi non ſunt heredes ex iudicio defuncti, ſed per mediam perſonam. vnde notant verbum ſimpliciter prolatum, intelligi per prius, non per poſterius: hoc eſt directo, ac primariò, non ſecundariò.

t *l. 70. ʃ. de ve. b. ſign.* u Heredum alij heredes iudicio defuncti, alij non iudicio defuncti, *vt hic. & l. 1. §. 4. vt legatorum nomine.*

x *l. 5. ʃ. eod. l. 34. ʃ. eod.* y Coniuncti habentur loco vnius perſonæ: disiunctus, loco alterius. z *v. l. vlt. C. eod.*

10. *Vlpianus* libro 4. ad Sabinum.

SEd ſi plures ſint ita ſubſtituti: *Quiſquis mihi ex ſupraſcriptis heres erit*, deinde quidam ex illis, poſteaquam heredes exſtiterint patri, obierunt: ſoli ſuperſtites *a* ex ſubſtitutione heredes exiſtent, pro rata partium, ex quibus inſtituti ſint: nec quicquam valebit ex perſona defunctorum.

1 ¶ Quos *b* poſſum heredes mihi facere neceſſarios, poſſum & filio: vt ſeruum meum, & fratrem ſuum, quamuis in rebus humanis *c* nondum ſit: poſtumus igitur erit fratri heres neceſſarius.

2 ¶ Filio impuberi herede ex aſſe inſtituto ſubſtitutus quis eſt: extitit patris filius heres, an poſſit ſubſtitutus ſeparare hereditates, vt filij habeat, patris non habeat? Non poteſt: ſed aut vtriuſque debet hereditatem habere, aut neutrius: iuncta *d* enim hereditas cœpit eſſe.

3 ¶ Idémque eſt ſi pater me heredem ſcripſerit ex parte, ‖ & ‖ filium ex parte, & ego patris hereditatem repudiauero: nam neque filij hereditatem habere poſſum.

4 ¶ Si ex aſſe heres inſtitutus, filio exheredato ſubſtitutus, repudiauerit patris hereditatem, cùm non haberet ſubſtitutum, non poterit filij adire.* nec enim valet filij teſtamentum, niſi *e* patris fuerit adita hereditas: nec ‖ enim ‖ ſufficit ad ſecundarum tabularum vim, ſic eſſe factum teſtamentum, vt ex eo adiri hereditas poſſit.

5 ¶ Ad ſubſtitutos *f* pupillares pertinent, & ſi *g* quæ poſtea pupillis obuenerint. neque enim ſuis bonis teſtator ſubſtituit, ſed impuberis, cùm & exheredato ſubſtituere quis poſſit. niſi mihi proponas militem eſſe, qui ſubſtituit heredem hac mente, vt ea ſola velit ad ſubſtitutum pertinere, quæ à ſe ad inſtitutum peruenerunt.

6 ¶ In adrogato quoque impubere dicimus, ad ſubſtitutum eius ab adrogatore datum non debere pertinere ea quæ haberet, ſi adrogatus non eſſet: ſed ea ſola quæ ipſe ei dedit adrogator: niſi fortè diſtinguimus, vt quartam quidem, quam omnimodo ex reſcripto Diui Pij debuit ei relinquere, ſubſtitutus habere non poſſit, ſuperfluum habeat. Scæuola tamen libro decimo Quæſtionum putat, vel hoc *h* adrogatori permittendum: quæ ſententia habet rationem. ego etiam amplius puto, & ſi quid beneficio adrogatoris adquiſiit, & hæc ſubſtitutum poſſe habere, vtputà adrogatoris amicus *i* vel cognatus ei aliquid reliquit.

7 ¶ Nemo inſtitutus, & ſibi ſubſtitutus ſine cauſæ mutatione *k* quicquam proficit: ſed hoc in vno gradu. cæterùm, ſi duo ſint gradus, poteſt dici valere ſubſtitutionem: vt Iulianus libro trigeſimo Digeſtorum putat. ſi quidem ſic ſit ſubſtitutus ſibi, cùm haberet coheredem Titium, *Si Stichus heres non erit liber & heres eſto*: non valere ſubſtitutionem, quòd ſi ita: *Si Titius heres non erit, tunc Stichus liber, & heres & in eius partem eſto*: duos gradus eſſe: atque ideo repudiante Titio Stichum liberum & heredem fore.

Quo tempore ſpectatur an heres poſſit capere.

11. *Paulus* ‖ libro 1. ad Sabinum.

SI is qui heres inſtitutus eſt, filio ſubſtitutus ſit, nihil *l* oberit ei in ſubſtitutione, ſi ‖ tunc capere poſſit, cùm filius deceſſit. Contra quoque poteſt pœnas *m* in teſtamento pupilli pati, licèt in patris paſſus non ſit.

De ſeparatione hereditatis paternæ & pupillaris.

12. *Papinianus* ‖ libro 1. Quæſtionum. ‖

SI filius qui patri, ac poſtea fratri ex ſecundis tabulis heres extitit, hereditatem patris recuſet, fraternam autem retinere malit, audiri debet *n*. iuſtiùs enim prætorem facturum exiſtimo, ſi fratri ſeparationem bonorum patris conceſſerit. etenim ius dicenti *o* propoſitum eſt, liberos oneribus hereditariis non ſponte ſuſceptis liberare, non inuitos ab hereditate remouere: præſertim, quòd remotis tabulis ſecundis legitimam haberet fratris hereditatem. itaque legata dumtaxat ex ſecundis tabulis præſtari debent, habita ratione facultatium in Falcidia, non patris, vt aliàs ſolet, ſed impuberis.

De gradu ſubſtituti pupillariter.

13. *Pomponius* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

QVo gradu *p* heres liberis ſubſtituatur, nihil intereſt.

De fine ſubſtitutionis pupillaris.

14. *Idem* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

IN pupillari ſubſtitutione, licet longius *q* tempus comprehenſum fuerit, tamen finietur ſubſtitutio pubertati *r*.

a Spes vulgaris ſubſtitutionis non tranſmittitur ad heredes.

b Neceſſarius patri, poteſt & impuberi neceſſarius fieri, *l. 2. §. 4. ſupr. eod l. 6. in fin. ſup. tit. prox.*

c humanus.

d *l. 59. infr. de adquir. hered.* Coniunctorum & vnitorum impoſſibilis eſt ſeparatio. Hereditatem propriè dici ante aditam hereditatem: poſt aditam, patrimonium heredis dici, hinc colligunt. Socin. ad *l. 1. §. 8. infr. de adquir. hered.*

e Principale quando eſt caducum, & acceſſorium etiam caducum eſt. *Bald.*

f Sicut pater non poteſt decedere pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus: ita nec filius cui pupillariter ſubſtituitur. *Bald.*

g Imò non ea, *l. 21. §. 1. ʃ. de adopt.*

h id eſt, quartam ſubſtitutionis. Atque ita pater, non tantùm naturalis, ſed & adoptiuus poteſt ſubſtituere filio pupillariter etiam in legitima. *Bald.*

i Beneficium quod alij confertur meo nomine mihi confertur. An idem in vxore, vt quæ ei fuerint donata à conſanguineis mariti, cenſeantur, ei data fauore mariti? vt ita donatio marito adquiratur: Veteres aiunt: Alciatus negat: de qua præſumptione vide Alciatum 1. *præſumpt.* 1. v. quæ notaui ad *l. 9. C. de donat. ante nupt.*

k id eſt, ſine ademptione commodi ex ſubſtitutione prouenientis *Bart.* Cauſa mutatur, ſi res à me in alium transferatur, *l. 48. §. 1. ʃ. eodem.*

l Cur? pupillaris ſubſtitutio, conditionalis eſt, *v. l. 1. ʃ. eod.* In diſpoſitione autem conditionali inſpicitur tempus exiſtentis conditionis. Capacitas ſubſtituti ſpectatur tempore cedentis ſubſtitutionis.

m Pœna eſt, non poſſe capere ex teſtamento, *Bal.* Pœnas autem legis Iuliæ cœlibibus conſtitutas intelligito de quibus dixi ad *Vlp. 14. §. 1. v. Vlp. 14. §. 1.*

n *l. 57. §. 1. ad Trebell.* o id eſt, prætori, *l. 1. ʃ. de iuriſd.* p *l. 36. ʃ. eod.* q quid ſi breuius? *l. 21. ʃ. eod.*

r *al.* pubertate. Ita pupillaris ſubſtitutio finitur pubertate: filiis, enim impuberibus tantùm fieri poteſt. *vt hic, l. coheredi 41. §. cum filiæ 2. hoc tit. Inſt. de pupillari. 2. Caius 4.* Hanc ſubſtitutionem ſic deſcribit Horatius 2. *Sermon.* 5. Si cui præterea validus malè filius, in re Præclara ſublatus aletur, ne manifeſtum Cœlibis obſequium nudet te, leniter in ſpem Arripere officioſus, & vt ſcribare ſecundus Heres, vt ſi quis caſus puerum egerit Orco, In vacuum venias.

De ſubſtitutione facta à milite.

15. *Papinianus* libro 6. Reſponſorum.

CEnturio *a* filiis, *ſi intra* b *quintum & vicenſimum annum ætatis ſine liberis vita deceſſerint*, directo ſubſtituit. intra quatuordecim annos etiam propria bona filio ſubſtitutus iure communi capiet. poſt eam autem ætatem ex priuilegio militum, patris duntaxat, cum *c* fructibus *d* inuentis in hereditate.

Si ſeruus legetur, & à ſubſtituto filij liber eſſe iubeatur. 1. *Si pater primùm ſibi, deinde filio, vel primùm ſibi & filio, deinde ſibi teſtamentum fecerit.*

16. *Pomponius* ‖ libro 3. ad Sabinum.‖

SI quis eum, quem *e* teſtamento ſuo legauit, rurſus à ſubſtituto filij liberum eſſe iuſſerit, liber erit: quaſi legato adempto. nam & in legato in ‖ his ‖ teſtamentis nouiſſima *f* ſcriptura erit ſpectanda: ſicut in eodem teſtamento ‖ vel teſtamento & ‖ codicillis confirmatis obſeruaretur.

1 ¶ Si ſuo teſtamento perfecto alia *g* rurſus hora *h* pater filio teſtamentum fecerit, adhibitis legitimis teſtibus, nihilominus id valebit, & tamen patris teſtamentum ratum manebit. Nam & ſi ſibi & filio pater teſtamentum feciſſet, deinde ſibi tantùm, vtrumque ſuperius rumpetur. Sed ſi ſecundum teſtamentum ita fecerit pater, vt ſibi heredem inſtituat, *ſi viuo ſe filius decedat*: poteſt dici non rumpi ſuperius teſtamentum: quia* ſecundum non valet, in quo *i* filius præteritus ſit.

De naſcituro poſt mortem eius, cui pupillariter ſubſtituitur.

17. *Idem* ‖ libro 4. ad Sabinum.‖

SVbſtitui liberis is etiam poteſt, qui *k* poſt mortem eius natus fuerit, cui ſubſtitutus heres fuerit.

De ſeruo communi pupillariter ſubſtituto. De ſubſtitutione vel inſtitutione ſerui legati.

18. *Vlpianus* ‖ libro 16. ad Sabinum.‖

SI ſeruus communis *l* ſubſtitutus ſit impuberi cum libertate, ſi quidem à patrefamiliâs fuiſſet redemptus, erit impuberi neceſſarius. ſi verò ab impubere redemptus, non neceſſarius, ſed voluntarius fit heres, vt Iulianus libro trigenſimo Digeſtorum ſcribit. quòd ſi neque à patre, neque à pupillo fuerit redemptus, æquitatis ratio ſuggerit, vt ipſe pretium *m* partis ſuæ domino offerens poſſit & libertatem, & hereditatem conſequi.

1 ¶ Si Titio fuerit legatus *n* ſeruus, poſſe eum impuberi *o* ſubſtitui cum libertate, quemadmodum inſtitui potuit legatus. & euaneſcit legatum exiſtente conditione ſubſtitutionis.

19. *Iulianus* ‖ libro 30. Digeſtorum.‖

IDem eſt, & ſi poſt *p* mortem legatarij ſeruus ſubſtitutus ſit.

De ſubſtitutione pupillari.

20. *Vlpianus* libro 16. ad Sabinum.

PAtris & filij *q* teſtamentum pro vno *r* habetur, etiam in iure prætorio. nam (vt Marcellus libro Digeſtorum nono ſcribit) ſufficit *ſ* tabulas eſſe patris ſignatas, etſi reſignatæ ſint filij: & ſeptem ſigna patri ſufficiunt.

1 ¶ Si pater ſibi per *t* ſcripturam, filio per nuncupationem, vel *u* contrà, fecerit teſtamentum, valebit.

De ſubſtitutione, ſi intra decimum annum deceſſerit.

21. *Idem* ‖ libro 41. ad Edictum.‖

SI ita quis ſubſtituerit * *ſi filius meus intra* x *decimum annum deceſſerit, Seius heres eſto*: deinde hic ante quartumdecimum, poſt decimum, deceſſerit: magis eſt, vt non poſſit bonorum poſſeſſionem ſubſtitutus petere. non enim videtur in hunc caſum ſubſtitutus.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

22. *Gaius* libro 15. ad Edictum Prouinciale.

IS, qui contra tabulas teſtamenti patris bonorum poſſeſſionem petierit ſi fratri impuberi ſubſtitutus *y* ſit, repellitur *z* à ſubſtitutione.

Ex ſubſtitutione reciproca qui & quatenus vocentur.

23. *Papinianus* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

QVi *a* plures heredes inſtituit, ita ſcripſit, *Eóſque omnes inuicem* b *ſubſtituo*. poſt aditam à quibuſdam ex his hereditatem, vno eorum defuncto, ſi conditio ſubſtitutionis exſtitit, alio herede partem ſuam repudiante, ad ſuperſtites tota portio pertinebit. quoniam inuicem in omnem cauſam ſinguli ſubſtituti videbuntur. vbi enim quis heredes inſtituit, & ita ſcribit, *Eóſque inuicem ſubſtituo*: hi ſubſtitui videbuntur: qui heredes exſtiterunt *c*.

Pars data in inſtitutione, cenſetur data in ſubſtitutione.

24. *Vlpianus* ‖ libro 4. Diſputationum.‖

SI plures ſint inſtituti ex *a* diuerſis partibus, & omnes inuicem ſubſtituti, plerumque credendum ‖&‖ ex *b* iiſdem partibus ſubſtitutos, ex quibus inſtituti ſint: vt ſi fortè vnus ex vncia, ſecundus ex octo, tertius ex quadrante ſit inſtitutus, repudiante tertio in nouem partes diuidatur quadrans, ferátque octo partes qui ex beſſe inſtitutus fuerat, vnam partem, qui ex vncia ‖ ſcriptus eſt: ‖ niſi fortè alia mens fuerit teſtatoris, quod vix credendum eſt, niſi *c* euidenter fuerit expreſſum.

De filiis impuberibus inuicem ſubſtitutis & extraneo ſubſtituto ei qui nouiſſimus morietur.

25. *Iulianus* ‖ libro 24. Digeſtorum. ‖

SI pater impuberes filios, inuicem ſubſtituerit, & ei qui nouiſſimus mortuus fuerit, Titium: reſpondendum eſt ſolos fratres *d* bonorum poſſeſſionem accepturos, & quodammodo duos gradus huius inſtitutionis factos: vt primò fratres inuicem ſubſtituerentur: ſi illi *e* non eſſent, tunc *f* Titius vocaretur.

Si poſtumus pupillariter ſubſtitutus viuo patre naſcatur.

26. *Idem* ‖ libro 29. Digeſtorum.‖

SI pater filium impuberem heredem ſcripſerit, & ei ſubſtituerit, ſi quis ſibi poſt mortem natus erit, deinde viuo fratre poſtumus *g* natus fuerit, teſtamentum ‖ viuo ‖ rumpetur. poſt mortem autem fratris viuo patre natus, ſolus heres patri ſuo exiſtet.

Si quis heredi ſubſtituto ſubſtituatur.

27. *Idem* ‖ libro 30. Digeſtorum. ‖

SI *h* Titius coheredi ſuo ſubſtitutus fuerit, deinde *i* ei Sempronius, veriùs puto in vtramque *k* partem Sempronium ſubſtitutum eſſe.

De L. Cornelia.

28. *Idem* ‖ libro 62. Digeſtorum. ‖

LEx *l* Cornelia, quę teſtamenta eorum qui in hoſtium poteſtate deceſſerunt, confirmat *m*, non ſolùm ad hereditatem ipſorum, qui teſtamenta fecerunt, pertinet, ſed ad omnes hereditates, quæ ad quemque ex eorum teſtamento pertinere potuiſſent, ſi in hoſtium poteſtatem non peruenissent. Quapropter cùm pater in hoſtium poteſtate deceſſit, filio impubere relicto in ciuitate, & is intra tempus pubertatis deceſſerit, hereditas ad ſubſtitutum pertinet, perinde ac ſi pater in hoſtium poteſtatem non perueniſſet. Sed ſi pater in ciuitate, deceſſit filius impubes apud hoſtes. ſi quidem mortuo patre filius in hoſtium poteſtatem peruenerit, non commodè *n* dicitur, hereditatem eius ex ea lege ad ſubſtitutos pertinere. ſi verò viuo patre filius in hoſtium poteſtatem peruenerit, non exiſtimo legi Corneliæ locum eſſe: quia non efficitur per eam, vt is, qui nulla bona in ciuitate reliquit, heredes habeat. Quare etiam ſi pubes *o* filius viuo patre captus fuerit: deinde, mortuo in ciuitate patre, in hoſtium poteſtate deceſſerit: patris hereditas ex lege duodecim tabularum, non *p* filij ex lege Cornelia, ad adgnatum proximum pertinet.

29. *Scæuola* ‖ libro 15. Quæſtionum. ‖

SI pater captus ſit ab hoſtibus, mox filius, & ibi ambo *q* decedant: quamuis prior pater decedat, lex Cornelia ad pupilli ſubſtitutionem non pertinebit, niſi reuerſus in ciuitate impubes decedat: quoniam *r* & ſi ambo in ciuitate deceſſiſſent, veniret ſubſtitutus.

De ſubſtitutis tertio gradu.

30. *Iulianus* ‖ libro 78. Digeſtorum. ‖

QVidam teſtamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta heredem inſtituit deinde Quieto Florum, Proculo Soſiam heredes ſubſtituit: deinde, ſi neque Florus, neque Soſia heredes eſſent, tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam *ſ* Leptitanorum, ‖&‖ ex quarta complures heredes ſubſtituit in plures quàm tres vncias. Quietus hereditatem adiit. Proculus & Soſia viuo teſtatore deceſſerunt. quæritur, quadrans Proculo datus ad Quietum an ad ſubſtitutos tertio *t* gradu pertineat. reſpondi, eam videri voluntatem patrisfamiliâs fuiſſe, vt tertio gradu ſcriptos heredes ita demum ſubſtituerit, ſi tota hereditas vacaſſet: idque apparere euidenter *u* ex eo, quòd plures quàm duodecim vncias inter eos diſtribuiſſet, & idcirco partem quartam hereditatis, de qua quæritur, ad Quietum pertinere.

De ſubſtitutione pupillari, quiſquis mihi heres erit. 1. *vel, ſi ille mihi heres non erit.*

31. *Idem* ‖ libro ſingulari de Ambiguitatibus. ‖

IN ſubſtitutione filio ita facta, *Quiſquis mihi ex ſuprascriptis heres erit, idem filio* x *heres eſto*, quæritur, quiſquis heres quandoque fuerit, intelligatur: an quiſquis heres tunc erit, cùm filius moriatur? Placuit *t* prudentibus, ſi quandoque *y* heres

a & ſic miles, *l.* 8. *C. eod.*
b v. Cuiac. in hanc *l.* 11. *obſ.* 23. & 12. *obſ.* 27. Compendioſa ſubſtitutio facta à milite diſertis verbis, tempore pupillaris ætatis, valet vt pupillaris: poſt pubertatem verò, valet vt militaris, & in eam veniunt nuda bona teſtatoris cum fructibus extantibus, non autem bona impuberis.
c Fructus inuenti in hereditate, tempore mortis, vel percepti poſt mortem teſtatoris iacente hereditate, vel percepti poſt aditam hereditatem, an & quemadmodum fideicommiſſario ſint reſtituendi, vide omnino apud Manticam 7. *de Coniectur. vltimar. volunt.* 10.
d *l.* 9. ̄. *ad l. Fal.*
e *v. l.* 14. *infrà de leg.* 2.
f vide quæ notaui ad *l.* 21. §. 1. *ſup. qui teſt.*
g Teſtator poteſt facere teſtamentum ſibi & filio, diuerſis horis & tabulis.
h de hora & horis, v. Cuiac. c. 2. *de præſcriptionib.* & Oldend. *cap.* 7. *de præſcriptionib.*
i *v. l.* 7. ̄. *de lib.*
k Poſtumus poteſt iam nato pupillariter ſubſtitui. *Bald.*
l *l.* 6. §. 3. *ſupra de hered. inſtit.*
m Fauore libertatis & pupillaris ſubſtitutionis partem ſuam vendere quis cogitur, *v. l.* 1. §. 1. *C. de com. ſeruo manum.*
n *l.* 14. ̄. *eod.*
o *l.* 5. §. 3. *C. de neceſſariis.*
p *l.* 38. ̄. *de hered. inſtitut.*
q *ſub.* impuberis.
r §. 2. & *ibidem Theoph. Inſt. de pupill. l.* 28. *verſ. me illud mouet. inſ. de vulg. auth. iud.* ideóque ſolennitas vnica ſufficit in vtroque. *Bald.* & conſequenter, vt ibidem Theoph. ſcribit, ſeptem teſtes ſufficiunt, neque quatuordecim exigentur.
ſ *l.* 7. ̄. *ſecund. tab.*
t *l.* 8. *in fin.* ̄. *ſecund. tab.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 11. ̄. *teſt. quemadmodum oper.*
u Poteſt quis ſibi teſtamentum ſcriptum facere: filio verò per nuncupationem: & retrò: filio per ſcripturam, ſibi per nuncupationem.
x quid ſi in tempus longius? *v. l.* 14. ̄. *eod.* Permiſſum intra tempus, poſt tempus videtur denegatum: *Bald.*
y *v. Tiraq. priuileg.* 29. *piæ cauſæ.*
z *l.* 8. §. 4. ̄. *de inoffic. l.* 27. §. 2. ̄. *ad Treb. l.* 5. §. 2. §. 4. ̄. *de leg. præſtand.* impugnans paternum teſtamentum, non debet ex pupillari & acceſſorio commodum reportare. *Bald.*
a vide Langebekium, c. 7. *Annotationum. Cuiac. in hanc legem.* 10. *obſ.* 40.
b ex ſubſtitutione reciproca debent admitti heredes ſuperſtites, non autem heredes præmortuorum: & debent admitti pro hereditariis portionibus. *Bal.*
c *l.* 41. §. 1. ̄. *de adquir. hered.*

a § 2. *Inſtit. de vulgari.*
b *l.* 5. *l.* 8. *in fin. l.* 10. ̄. *eod. l.* 7. §. 1. ̄. *de adquir. rer.* §. 2. *Inſtit. de vulg.* §. 7. *in fin. Inſtit. de pupill. l.* 1. *C. de impub.* & *aliis.*
c vt ſi dixerit teſtator, hos ſubſtituo æquis partibus.
d præmortui ſc. ac primo defuncti.
e fratres.
f Subſtitutus poſt filios, aliquo viuente, non admittitur. Extraneus in dubio videtur ſubſtitutus poſt mortem omnium filiorum. Nunquam admittitur ſubſtitutus, vbi perſona ſupereſt quæ ex præſumpta voluntate defuncti ſubſtitutum antecedere debet. *Bald.*
g Adgnatione poſtumi rumpitur teſtamentum ex ſubſtitutione. *Bald.*
q §. 5. *Inſtit. de vulgar.*
i Subſtitutus ſubſtituti videtur vtrique ſubſtitutus. *Bald.*
k Cur ita? vide Paponem 10. *Areſtorum* 3. *art.* 3.
l Vide Antonium Fabrum 3. *Coniect.* 9.
m Heres eius qui apud hoſtes mortuus eſt, heres fingitur ante mortem patris, idque propter fictionem legis Corneliæ, *l.* 15. ̄. *fam. familiæ, l.* 12. *ſup. qui teſt. l.* 9. *ſup. de iniuſto. l.* 3. ̄. *infra de bon. poſſ. l.* 4. §. 1. *infra de bon. libert. l.* 22. ̄. *de captiuis.* vide in hanc leg. Cuiac. 15. *obſ.* 17.
n non incommodè *Cuiac.*
o impubes, Cuiac. ad *l.* 10. §. 1. *infra de captiuis.* quæ eſt ex lib. 29. Papiniani Quæſtionum.
p *l.* 10. *in fin.* ̄. *de captiuis.*
q *l.* 11. ̄. *de captiuis.*
r quamquam, Cuiac. ad *l.* 19. ̄. *de vſurp. & vſuc.*
ſ *l. vlt. inf. de excuſ.* *fibus.*
t Coniunctus ſubſtituto præfertur ex præſumpta voluntate teſtatoris, *l.* 2. §. 6. ̄. *de bon. poſſ. ſecund. tab.*
u Probari euidenter dicitur quod probatur ex coniecturis & veriſimilitudinibus. *Bal.*
x pupillo, *vt inf. eod.*
y Semel quem heredem extitiſſe ſufficit, niſi teſtator eum heredem eſſe tempore mortis requirat, *Bald.* Momento cōditionem extitiſſe ſufficit.

heres fuiſſet. quamuis "enim viuo pupillo hæres eſſe deſiſſet *a*, fortè ex cauſa de inofficioſo, quæ pro parte mota eſt: futurum tamen eum heredem, ex ſubſtitutione creditum eſt.

1 ¶ Non ſimili modo in hac ſpecie dicendum eſt, ſi quis cum filios duos haberet Gaium puberem, Lucium impuberem, ita filio ſubſtituiſſet: *Si Lucius filius meus impubes deceſſerit, neque mihi Gaius filius heres erit* b, *tunc Seius heres eſto.* nam ita prudentes hoc interpretati ſunt, vt ad impuberis mortem conditio ſubſtitutionis eſſet referenda.

De coheredibus ſubſtitutis, & alio aliiſue adiectis.

32. *Idem* ‖ libro 1. ad Vrſeium Ferocem. ‖

QVi complures heredes ex diſparibus *c* partib. inſtituerat, & in his Attium, ſi Attius non adierit, cæteros ex iiſdem partibus, quibus inſtituerat, heredes ei ſubſtituerat: deinde ſi Attius non adiiſſet. Titium coheredem eis qui ſubſtituti ſunt, adiecit. quæſitum eſt quam partem is, & quam cæteri habituri eſſent? Reſpondi: Titium virilem *d*, cæteros hereditarias. veluti ſi tres fuiſſent, Titium partem quartam Attianę partis habiturum, reliquarum partium hereditarias partes, ex quibus inſtituti erant, reliquos habituros eſſe. Quòd ſi non ſolùm Titium, ſed etiam alios adieciſſet heredes: hos quidem viriles partes habituros. veluti ſi tres (vt puta) coheredes fuiſſent ſubſtituti, extranei duo adiecti: hos quintas partes Attianæ partis, reliquos autem coheredes hæreditarias partes habituros eſſe ‖ dixit. ‖

Si mater filio, cum pubes erit, inſtituto, vulgariter ſubſtituat. 1. Si quis nepoti ſecundum Galli formulam inſtituto, vulgariter ſubſtituatur.

33. *Africanus* ‖ libro 2. *e* Quæſtionum. ‖

SI mater ita teſtetur, vt filium impuberem, cùm *f* erit annorum quatuordecim, heredem inſtituat, eique pupillaribus *g* tabulis, ſi ſibi heres non erit, alium ſubſtituat, valet *h* ſubſtitutio.

1 ¶ Si filius & ex eo nepos poſthumus ita heredes inſtituantur, vt Gallo Aquilio placuit, & nepoti, ſi is heres non erit, Titius ſubſtituatur, filio herede exiſtente *i*, Titium omni modo, id eſt, etiam ſi nepos natus non fuerit, excludi *k* reſpondit.

De ſupremo, & proximo. 1. De ſubſtitutione, Quiſquis mihi heres erit. 2. De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

34. *Idem* ‖ libro 4. *l* Quæſtionum. ‖

EX duobus impuberibus ei, qui ſupremus moreretur, heredem ſubſtituit. ſi ſimul *m* morerentur, vtrique heredem eſſe reſpondit: quia ſupremus *n* non is demũ qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, intelligatur. ſicut & è contrario proximus *o* non ſolùm is qui ante aliquem, ſed etiam is ante quem nemo ſit, intelligitur.

1 ¶ Filium impuberem, & Titium heredes inſtituit: Titio Mæuium ſubſtituit: filio quiſquis ſibi heres eſſet ex ſupraſcriptis ſubſtituit. Titius omiſit hereditatem, Mæuius adiit: mortuo deinde filio, putat magis ei ſoli ex ſubſtitutione deferri pupilli hæreditatem, qui patris quoque hereditatem adierit.

2 ¶ Etiam ſi onera patris tabulas bonorum poſſeſſio petita ſit, ſubſtitutio tamen pupillaris valet, & legata omnibus pręſtanda ſunt quæ à ſubſtitutione data ſunt.

35. *Idem* ‖ libro 5. Quæſtionum. ‖

ET ſi contra tabulas patris petita ſit à pupillo bonorum poſſeſſio, in ſubſtitutum tamen eius actionem legati dandam eſſe, ita vt augeantur *p* præterea *q* quod filius extraneis non debuerit. ſic & creſcere à ſubſtituto data legata, ſi per bonorum poſſeſſionem plus ad filium perueniſſet: quemadmodum & ipſe filius plus exceptis deberet. his conſequens eſſe exiſtimo, vt ſi impubes ex aſſe hæres ſcriptus ſit, & per bonorum poſſeſſionem ſemis ei ablatus ſit, ſubſtitutus in partem legati nomine exoneretur: vt quemadmodum portio, quę per bonorum poſſeſſionem acceſſerit, auget legata; ita & hic, quę abſceſſerit, minuat *r*.

De numero graduum. De ſeruo herede neceſſario. 1. De numero heredum ſingulis gradibus. De ſubſtitutione reciproca.

36. *Marcianus* " libro 4. Inſtitutionum."

POteſt *ſ* quis in teſtamento plures *t* gradus heredum *u* facere: puta, *Si ille heres non erit, ille heres eſto.* & deinceps plures, vt nouiſſimo loco in ſubſidium vel ſeruum neceſſarium heredem inſtituat.

1 ¶ Et vel plures *x* in vnius locum poſſunt ſubſtitui, vel vnus in plurium, vel ſingulis ſinguli, vel inuicem ipſi qui heredes inſtituti ſunt.

Si ſingulis liberis vel nouiſſimè morituro ſubſtituatur.

37. *Florentinus* ‖ libro 10. Inſtitutionum. ‖

VEl ſingulis *y* liberis, (vel) qui eorum nouiſſimus morietur, heres ſubſtitui poteſt: ſingulis, ſi neminem eorum inteſtato decedere velit: nouiſſimo, ſi ius legitimarum hereditatium integrum inter eos cuſtodiri velit.

Si non omnibus liberis ſubſtituatur. 1. De ſubſtitutione pupillari ad breue tempus ætatis. 2. & aliis ſubſtitutis poſt illud tempus. 3. Si heres à fideicommiſſario coactus adierit.

38. *Paulus* " libro ſingulari de ſecundis tabulis."

QVi plures liberos habet, poteſt quibuſdam *a* ſubſtituere: neque vtique neceſſe habet, omnibus: ſicuti poteſt nulli ſubſtituere.

1 ¶ Ergo *b* & ad breue tempus ætatis ſubſtituere poteſt: vtputà, *ſi filius meus intra annum decimum deceſſerit, Titius ei heres eſto.*

2 ¶ Itaque & ſi diuerſos ſubſtituat poſt finem ætatis, admittendum erit: veluti, *ſi intra decimum annum deceſſerit, Titius heres eſto: ſi poſt decimum, intra quartumdecimum, Mæuius heres eſto.*

3 ¶ Si à patre inſtitutus, rogatúſque hereditatem reſtituere, coactus *c* ex fideicommiſſario *d* adierit, quamuis cętera quæ in eodem teſtamento relicta ſunt, per eam aditionem confirmentur, vt legata & libertates: *e* ſecundas tamen tabulas non oportere reſuſcitari deſtituto iam iure ciuili teſtamento, ‖Quintus‖ Ceruidius Scæuola noſter dicebat. Sed plerique in diuerſa ſunt opinione: quia & pupillares tabulæ pars *e* ſunt prioris teſtamenti. quo iure vtimur.

De duobus impuberibus, altero in poteſtate, altero emancipato. 1. Si alius vulgariter, alius pupillariter ſubſtituatur. 2. De iure adcreſcendi.

39. *Iauolenus* ‖ lib. 1. ex Poſterioribus Labeonis. ‖

CVm ex filio quis duos nepotes impuberes habebat, ſed alterum eorum in poteſtate, alterum non *f*, & vellet vtrumque ex æquis partibus hęredem habere, & ſi quis ex his impubes deceſſiſſet, ad alterum partem eius transferre, ex conſilio *g* Labeonis, Ofilij, Caſcellij, Trebatij, eum quem in poteſtate habebat, ſolum heredem fecit, & ab eo alteri dimidiam partem hereditatis, *cùm in ſuam* h *tutelam veniſſet*, legauit *i*. quod ſi is qui in poteſtate ſua eſſet, impubes deceſſiſſet: alterum heredem ei ſubſtituit.

1 ¶ Filio impuberi in ſingulas *k* cauſas alium, & alium heredem ſubſtituere poſſumus, veluti vt alius, ſi ſibi nullus filius fuerit: & alius, ſi filius fuerit, & impubes mortuus fuerit, heres ſit.

2 ¶ Quidam quatuor hæredes fecerat, & omnibus heredibus præter vnum ſubſtituerat: vnus ille, cui non erat quiſquam ſubſtitutus, & ex cæteris alter viuo patrefamiliàs deceſſerat. partem, cui nemo *l* erat ſubſtitutus, ad ſubſtitutum quoque *m* pertinere, Ofilius, Caſcellius reſponderunt: quorum ſententia vera eſt.

De bonis impuberis adrogati.

40. *Papinianus* " libro 29. Quæſtionum."

CAuſa cognita *n* impubes adrogatus deceſſerat: quemadmodum legitimis heredibus auctoritate principali proſpicitur vinculo cautionis: ita ſi fortè ſubſtituit naturalis pater impuberi, ſuccurrendum erit ſubſtituto. nam & legitimis heredibus futuris non alię quàm vtiles *o* actiones præſtari poſſunt.

Si ei, qui coheredi ſubſtitutus eſt, alius ſubſtituatur. 1. De ſubſtitutione reciproca. 2. Si is cui parens ſubſtituit mortis tempore non ſit in eius familia. 3. De fideicommiſſo. 4. De coniunctis. De ſubſtitutione reciproca. 6. Si coheres vel extraneus ſubſtituatur impuberi. De eadem re vni in primis tabulis, alteri in ſecundis legata. 7 De pupillari ſubſtitutione ei qui nouiſſimus morietur. 8. De ſubſtitutione in locum partémve filij. De inſtituto ex re certa.

41. *Idem* " libro 6. Reſponſorum. ‖

COheredis *p* ſubſtitutus, priùs quàm hæreditatem adiret, aut conditio ſubſtitutionis exiſteret, vita deceſſit, ad *q* ſubſtitutum eius, ſiue ante ſubſtitutionem, ſiue poſtea ſubſtitutus ſit, vtraque portio pertinebit. nec *r* intererit, prior ſubſtitutus poſt inſtitutum, an ante decedat.

1 ¶ Ex his *ſ* verbis, *eóſque inuicem ſubſtituo*, non adeuntis portio ſcriptis heredibus pro modo ſibi vel alij quæſitæ portionis defertur.

2 ¶ Cùm filiæ, vel nepoti, qui locum filij tenuit, aut poſt teſtamentum cœpit tenere parens ſubſtituit: ſi quis ex his mortis quoque tempore non fuit in familia: ſubſtitutio pupillaris ſit irrita.

3 ¶ Quòd ſi heredem filium pater rogauerit, *ſi t impubes diem ſuum obierit, Titio hæreditatem ſuam reſtituere*: legitimum heredem *u* filij, ſalua *x* falcidia, cogendum *y*

a Heres interdum eſſe deſinit, *l. 43. in f. J. eod. §. 4. Inſt. de hered. ab inteſtato.*

b Differentiam nota inter hanc conditionem, *Si heres non erit*, de qua *hic*: & illam, *Quiſquis heres erit*, de qua *ſup. eod.* Primo caſu, exiſtente conditione ſubſtitutus excluditur: poſteriore, admittitur. Cur? facilius quis admittitur ad fauorem, quam à fauore excluditur. *Bald.*

c Diſiuncti in inſtitutione, intelliguntur diſiuncti in ſubſtitutione, facta per verba, *Quiſquis mihi heres erit. Bald.*

d Coheredes, reſpectu aliorum ſubſtitutorum dicuntur venire in viriles: habito reſpectu inter ſeipſos, diuidunt pro hereditariis portionibus. *Bald.*

e vide Cuiac. 2. *ad Afric.*

f *v. l. 9. C. de hered. inſt.*

g pupillares dicuntur impropriè: quia mater non poteſt ſubſtituere pupillariter.

h Subſtituere filio vulgariter mater poteſt etiam in legitima. An & pupillariter? non poteſt.

i apparente, vide Cuiac. 2. *ad Afric.*

k Subſtitutio facta in locum deficientis primi & ſecundi gradus non vendicat ſibi locum inſtituto adeunte. *Bald.*

l vide Cuiac. 4. *ad Afric.*

m *l. 42. inf. eod. l. 22. §. 4. ſ. de donat. l. 9. inf. de rebus dub. l. 11. J. ſecund. tab.* Quæſtio eſt de pariter commorientibus, cuiuſmodi inſcriptio eſt veteris cuiuſdam fabulæ Plauti, *Commorientes*. tranſlatæ ex Græca Diphili, *συναποθνήσκοντες*, *Cuiac.*

n Supremus dicitur primus & vltimus.

o *l. 9. inf. de rebus dub. l. 1. §. 5. J. vnde cognat. l. 92. l. 155. l. 162. inf. de verb ſign.*

p *l. 5. inf. de leg. præſtand.*

q al. augeantur legata: propterea, ſic in *l. 60. §. 6. J. de legat.* 2. legitur *propterea* pro *præterea*.

r *l. vlt. in fin. infr. de legat. 3.*

ſ *l. 1. l. 13. ſup. eo. Inſt. de vulg. in pr.*

t etiam in infinitum, *l. 1. ſup. eod.*

u & ſic ſubſtitutionum. x *§. 1. Inſt. de vulg.* vbi vide Theophilum 35. *Synopſ. Baſil.* 10. *c.* 34. 5. *Harmen.* 8. *§.* 3.

y *§. 6. Inſt. de pupillari l. 87. §. 2. J. de legat. 2.*

a *l. 19. §. 1. l. 49. J. eod.*

b Argumentum de perſonis ad tempus valet: ſecus de numero perſonarum ad diminutionem temporum. *Bald.*

c *l. 14. §. 4. ad Trebell.* ſicut aditio ſpontanea paternæ hæreditatis confirmat tabulas pupillares, ſic & coacta aditio. *Bald.*

d al. fideicommiſſo.

e *§. 5. Inſt. de pupill.*

f & ita diuerſæ conditionis, *l. 45. inf. eod. l. 6. C. de teſtam. milit.*

g Sapiens teſtator teſtari debet conſilio ſapientum; *Bal.*

h id eſt, poſt 14. annum, *v. l. 54. ſup. de hæred. inſtituend.*

i hoc verbum eſt obliquum.

k vt ita expreſſum faciat, ceſſare tacitum, *Bald.*

l *l. 29. in fin. ſup. eod. l. 42. inf. eod. l. 9. J. de reb. dub.*

m non ſolùm ad primos hæredes inſtitutos, atque ita ſubſtitutus vulgariter inſtitutis dicitur coniunctus *Bal.*

n nec enim aliter poteſt, vide *l. 18. ſup. de adopt. l. 2. C. de adopt.*

o Per publicam perſonam adquiritur vtilis, non directa actio. *Baldus.* quod confirmat Cuiacius *conſultatione. 46.*

p vide Langbeçki m c. 11. *Adnotat.*

q *l. 27. ſup. eodem.* Subſtitutus ſubſtituti, eiuſdémque cohæredes videtur in vtriuſque portionem ſubſtitutus. *Baldus.* ſubſtitutus ſubſtituto directa ſubſtitutione, intelligitur ſubſtitutus quoque inſtituto, vt hic: & fideicommiſſaria ſubſtitutione, multo magis, in qua teſtatoris voluntas potiſſimum ſpectatur, *l. heredes 57. §. cum ita. 1 J. ad Trebell.*

r vide Paponium 20. *Areſtor. 3. artic. 2.*

ſ Reciproca ſubſtitutio videtur facta pro partibus hereditariis ſibi vel alteri quæſitis. *Bald.*

t Subſtituere etiam poſt pubertatem verbis fideicommiſſariis liberis noſtris poſſumus. adde *l. 6. in fin. C. de teſtam. milit.* u Falcidia & Trebellianica deducitur etiam ab herede, dixi ad *l. 10. C. ad leg Falcid.*

x Hinc colligit Goueanus, Iure ciuili vnius duntaxat quartæ retentionem permitti: additque *l. 20. C. ad legem Falcidiam* qua de re alibi dicam commodiùs.

b Subſtitutiones odioſas eſſe hinc colligunt, cum onus heredibus inferant, & eorum mortem ſpectent, dixi ad *l. 3. §. 5. infrà de verborum obligat.* & bonorum alienationem impediant. *l. vlt. C. de fideicommiſſo* quod odioſum, *l. non vſque. 2. infra Si à parente.* hoc etiam notant, ſubſtitutionem eſſe facultatem fauore cognationis excogitatam, vt ita in familia bona conſeruentur. *Decius conſil. 652. Socinus Iunior conſilio 168. Baldus conſilio 104.* & in dubio ſemper pro fideicommiſſo iudicandum eſſe. vide Socinum, *conſil. 54.*

ſubſtitutio vulgaris facta 3 caſu quo heres non erit et dicitur a pluribus pupilaris quia eſt de pupilo et quia pubertate erit:

patris hereditatem, vt ab impubere fideicommiſſo poſt mortem eius dato, reſtituere placuit. Nec aliud ſeruandum, cùm ſubſtitutionis conditio puberem ætatem verbis precariis egreditur. Quæ ita locum habebunt, ſi *a* patris teſtamentum iure valuit: alioquin ſi non valuit, ea ſcriptura, quam teſtamentum eſſe voluit, codicillos non faciet *b*, niſi hoc expreſſum eſt. Nec fideicommiſſo propriæ *c* facultates filij tenebuntur. Et ideo ſi pater filium exhæredauerit *d*, & ei nihil reliquerit, nullum fideicommiſſum erit. Alioquin ſi legata, vel fideicommiſſa filius acceperit, intra modum eorum fideicommiſſum hæreditatis à filio datum: citra Falcidiæ rationem debebitur.

4 ¶ Qui diſcretas *e* portiones coniunctis *f* pluribus ſeparatim dedit, ac poſt omnem inſtitutionis ordinem ita ſcripſit, *quos heredes meos inuicem ſubſtituo*: coniunctos *g* primo *h* loco vice mutua ſubſtituere videtur: quibus inſtitutionum partes non agnoſcentibus, cæteros omnes cohęredes admitti.

5 ¶ Qui patrem & filium pro parte hæredes inſtituerat, & inuicem ſubſtituerat: reliquis cohæredibus datis, poſt completum aſſem ita ſcripſit, *hos omnes inuicem ſubſtituo*. voluntatis fit quæſtio, commemoratione omnium, patrem & filium ſubſtitutioni cohæredum miſcuiſſet, an eam ſcripturam ad cæteros ‖omnes ‖ tranſtuliſſet. quod magis veriſimile videtur propter *i* ſpecialem inter patrem & filium ſubſtitutionem.

6 ¶ Cohæres impuberi filio datus, eidémque ſubſtitutus‖, legata è ſecundis *k* tabulis relicta perinde *l* præſtabit *m*, ac ſi purè partem, & ſub conditione partem alteram accepiſſet. Non *n* idem ſeruabitur alio *o* ſubſtituto. nam ille Falcidiæ rationem induceret, quaſi planè *p* ſub conditione primis tabulis hæres inſtitutus: tametſi maximè cohæres filio datus quadrantem integrum obtinere. Nam & cùm legatum primis *q* tabulis Titio datur, ſecundis autem tabulis eadem res Sempronio, Sempronius quandoque Titio concurrit.

7 ¶ Cùm pater impuberi *r* filiæ, quæ nouiſſima diem ſuum obiiſſet, tabulas ſecundas feciſſet, & impubes filia, ſuperſtite ſorore pubere vita deceſſiſſet, irritam eſſe factam ſubſtitutionem placuit: in perſona quidem prioris quia non nouiſſima *ſ* deceſſit: in alterius verò quia puberem ętatem compleuit.

8 ¶ Non videri *t* cum vitio factam ſubſtitutionem his verbis placuit: *Ille filius meus ſi (quod u abominor) intra pubertatis annos deceſſerit, tunc in locum partémve eius Titius heres eſto*; non *x* magis, quàm ſi poſt demonſtratam conditionem ſibi hæredem eſſe ſubſtitutum iuſſiſſet. Nam & qui *y* certæ rei hęres inſtituitur, cohęrede non dato *z*, bonorum omnium hæreditatem obtinet.

De duobus impuberibus ſimul pereuntibus.

42. *Idem* ‖ libro I. Definitionum.‖

QVi duos impuberes filios hæredes reliquerat, ita ſubſtituit, *ſi a ambo b mortui eſſent*, deinde pueri poſt mortem patris ſimul perierunt. duæ hereditates ſubſtituto deferuntur. ſed ſi diuerſis temporibus vita decedant, in hæreditate nouiſſimi pueri eius fratris qui antè mortuus eſt, hæreditatem ſubſtitutus inueniet, ſed in ratione Falcidiæ, pueri prioris *c* hæreditas non veniet: nec ſubſtitutus amplius, quam ſeſcunciam *d* iure *e* teſtamenti deſiderabit. Legata quoque quæ à ſubſtituto eius filij data ſunt, qui prior inteſtato deceſſit, ad irritum recidunt.

De ſubſtitutione quaſi pupillari. 1. de ſubſtituto ad breue tempus ætatis, & alio ſubſtituto poſt illud tempus. 2. De filio à primo herede præterito. 3. De ſubſtitutione, Quiſquis mihi hæres erit.

43. *Paulus* ‖ libro 9. Quæſtionum. ‖

EX facto *f* quæritur: Qui filium habebat mutum puberem, impetrauit † à principe *g*, *vt muto h ſubſtituere ei liceret*, & ſubſtituit Titium: mutus *i* duxit vxorem poſt mortem patris, & naſcitur ei filius, quæro, an rumpatur teſtamentum? Reſpondi: Beneficia *k* quidem principalia ipſi principes ſolent interpretari *l*. verùm voluntatem † principis inſpicientibus poteſt dici, eatenus id eum tribuere voluiſſe, quatenus *m* filius eius in eadem valetudine *n* perſeuerat: " &" vt quemadmodum † iure ciuili pubertate *o* finitur pupillare teſtamentum, ita princeps imitatus ſit ius in eo, qui propter infirmitatem non poteſt teſtari. Nam *p* & ſi furioſo filio ſubſtituiſſet, diceremus deſinere *q* valere teſtamentum cùm reſipuiſſet, *r* quia iam poſſet ſibi teſtamentum facere. Etenim iniquum † incipit fieri beneficium principis, ſi adhuc id valere dicamus. auferret enim teſtamenti factionem homini ſanæ mentis: Igitur etiam * agnatione *ſ* ſui hæredis dicendum eſt rumpi ſubſtitutionem, quia nihil intereſt, alium hæredem inſtitueret ipſe filius poſtea, an iure habere cœpit ſuum hæredem. nec enim aut patrem, aut principem de hoc caſu cogitaſſe veriſimile eſt, vt eum, qui poſtea naſceretur, exhęredaret. Nec intereſt, quemadmodum beneficium principale intercedat circa teſtamenti factionem, vtrum in perſonam vnius, an compluriuim.

1 ¶ Item quæro, ſi ita facta proponatur ſubſtitutio: *filius meus, ſi intra t decem annos deceſſerit, Titius heres eſto: ſi intra quatuordecim Mæuius*: filiúſque octo annorum deceſſerit, vtrùm Titius ſolus ex ſubſtitutione ei hæres erit, an & Mæuius quia certum eſt & intra decem, & intra quatuordecim annos filium deceſſiſſe? Reſpondi, * omne quidem ſpatium quod eſt intra pubertatem, liberum eſſe patri ad ſubſtituendum filio: ſed finis *u* huius pubertas eſt. magis autem eſt, in vtroque eorum tempus ſuum ſeparatim *x* ſeruari: niſi contraria voluntas teſtatoris apertè oſtendatur.

2 ¶ Lucius Titius, cùm haberet filios in poteſtate, vxorem hæredem ſcripſit, & ei ſubſtituit filios. quæſitum eſt, an inſtitutio vxoris nullius momenti ſit, eo *y* quòd ab *z* eo gradu filij non eſſent exhæredati? Reſpondi, eum gradum, à quo filij præteriti ſint nullius *a* eſſe momenti, & ideò, cùm iidem ſubſtituti proponantur, ex teſtamento eos hæredes exſtitiſſe videri. ſcilicet quia non totum teſtamentum infirmant filij? ſed tantum *b* eum gradum, qui ab initio non valuit: ſicut reſponſum eſt, ſi à primo ſit filius præteritus, à ſecundo exhęredatus. nihil autem intereſt, qua ratione ſecundi hæredis inſtitutio valeat: vtrum quia ab eo filius exhæredatus eſt, an quia ipſe filius ſubſtitutus eſt. 3 ¶ Iulius *c* Longinus pater eos, quos ſibi hæredes inſtituerat, filio ita ſubſtituit, *Quiſquis d ſibi hæres eſſet*. Vnus ex hæredibus inſtitutis, qui tacitam *e* fidem accommodauerat, vt non capienti partem ex eo, quod acceperat, daret, ad ſubſtitutionem impuberis admiſſus, vtrum *f* pro ea parte, pro qua ſcriptus fuit, veniat: an verò pro ea quam cepit, ita vt augeatur eius pars in ſubſtitutione?

præſertim ſi agnationis facta ſit mentio. *Ancharanus conſ. 29. Gozadinus conſil. 89. Curtius conſil. 22. Pariſ. conſ. 7. 35. 63. Craneta conſ. 228.* Plenam denique interpretationem ſumendam in fideicommiſſis, vt actus valeant, *Crauetta conſ. 208. Decius in l. in teſtamentis. 12. ǰ. de regulis.*

a Si non valet teſtamentum, non valet ſubſtitutio fideicōmiſſi. *Baldus.*

b Clauſula, *ſi non valet iure teſtamenti, &c.* non intelligitur tacitè, ſed debet adiici expreſſe, *Bald.* vide *l. 28. inf. de fideicommiſſ. libertat.* Porrò de clauſula codicillari, adde *l. 8. §. 1. C. de codicill.*

c *l. 17. §. 2. inf. ad Trebell.* In fideicommiſſaria ſubſtitutione non veniūt bona impuberis ſecus in pupillari. *Bald.*

d Subſtitutio fideicommiſſaria non poteſt fieri exheredato: ſecus in pupillari, *Bald.*

e diſtinctas, ſeparatas.

f quod ſit rarò.

g Subſtitutio reciproca generaliter facta, refertur prius ad coniunctos, deinde ad cæteros, *Bald.* vel ita: Subſtitutio facta per relatiuum *quos*, ius adcreſcendi imitatur, *Bald.* vel ita, reciproca ſubſtitutio inuicem videtur facta ſecundùm ordinem coniunctionis, *Graſſ. §. ius adcreſcendi. quæſt. 8. num. 2.* vel ita, vbi diſcretæ inſtitutorum ſunt portiones, etiam eorum ſubſtitutiones diſcretæ intelliguntur, nec alterutra ad alteram producitur. h Ordinem in ſubſtitutione præſumimus ex amore & dilectione defuncti. In ſubſtitutionibus præſumuntur à teſtatore magis dilecti, hoc eſt, in ſubſtitutionibus præferuntur qui teſtatoris habent affectionem atque iudicium: *Caſtrenſis: Aretius, Alexand. Iaſ. hic. Alex. 2. conſ. 66. Decius conſ. 86. Curtius Iunior conſ. 125. 161.* Ius coniunctionis ſimul & ſubſtitutionis, nuda ſubſtitutione potentius eſt. Ex coniunctione voluntas defuncti præſumitur. i *l. vlt. in fin. Cod. eod.* k Legata relicta in ſecundis tabulis, contribuuntur cum relictis à ſubſtituto in primis tabulis, non cum relictis ab alio. l Subſtitutus pupillariter perinde habetur, ac ſi eſſet ſubſtitutus in teſtamento paterno ſub conditione: quia nihil aliud eſt ſubſtitutio, quàm conditionalis inſtitutio *l. in ratione legis Falcidiæ 11. § quod vulgo 5. inf. ad leg. Falcid.*

m de contribuendis legatis ab inſtituto, & ab eodem impubere ſubſtituto relictis. vide Cuiacium 4. *obſer.* 36. Quoties pars grauata non grauatæ accedit, ex ſubſtitutione pupillari portio augetur per non grauatam, & ita fit contributio, *vt hic.* Non augetur, tamen quoties legata nominatim relicta à pupillo, *l. qui fundum, 37. §. qui filium. 4. l. in ratione 11. § quęſitum 7. inf. ad leg. Falcid.* aut ſi grauata portio non grauatę accedat ex iure accreſcendi, *l. quod ſi alterutro. 78. ǰ. ad leg. Falcid.*

n de non contribuendis legatis à pupillo, & pupilli ſubſtituto relictis cum his quæ ab alio quodam cohærede pupillo relicta ſunt, vide Cuiac 4. *obſ.* 37.

o Pars quæ defertur ex ſubſtitutione ad extraneum, non augetur portione cohæredis. Quid ita? vide *l. in ſingulis 77. ǰ. ad leg. Falcid.*

p id eſt ſimpliciter. q legata re duobus, vni in teſtamento patris, alteri in tabulis pupillaribus, ſecundo legato non intelligitur primum ademptum, *vt hic: l. plane 34. §. ſi coniunctim. 9. ǰ. de legat. 1.* Quinimò tales legatarij faciunt ſibi partes per concurſum perinde ac ſi res eadem legata fuiſſet duobus in eodem teſtamento, *l. ſi pluribus. 33. ǰ. de legat. 1. §. ſi eadem, Inſtit. de legat.* Re denique videntur coniuncti. r Subſtitutio pupillaris facta nouiſſimo in pupillari ætate morienti, exſpirat ſi vltimus moriatur pubes.

ſ *alius,* non deceſſit.

t vide Cuiacium in hunc §. 10. *obſeru.* 40. Subſtitutio facta filio valet, licèt inſtitutio non præceſſerit: cùm intelligatur præceſſiſſe, *Bartol.* quod non probatur Dyno, Alberico, Angelo, Baldo, Iaſoni, adde *l. 37. ǰ. de hæred. inſtit. l. 10. ǰ. de mortis cauſa, l. vnic. C. de caducis.*

u *l. 4. C. eod. l. 85. ǰ. de hæred. inſtit.*

x id eſt, non magis quàm ſi adiecta eſſet alia conditio extrinſeca.

y *5. Harmen. 1. §. 38.* Subſtitutio pupillaris facta in partem vel rem certam, ſi alius non reperitur, trahitur ad vniuerſum patrimonium.

z Patris appellatione totum interdum continetur, *leg. 2. §. 2. infrà ſecundum tabulas.*

a Subſtitutus duo[bus] impuberibus, [ſi] ambo in ætate pu[pillari] deceſſerint, vtrique ex pupilla[ri] ſubſtitutione ſucce[dit]. aliàs vltim[o] morienti, & in ra[tione] Falcidiæ [non] computatur hære[ditas] primi qui[a] in hereditate [ſe]cundi reperit, [&] legata relicta à [ſub]ſtituto impub[eris] euaneſcunt.

b *v. l. 34. ǰ. eod.*

c *l. 11. §. 2. ǰ. [ad] l. Falcid.*

d Seſcuncia [...] vncia cum dimi[dia] vt *l. filium 5. ǰ. [de] leg. pręſtand.*

e Falcidia reti[netur] dicitur iure te[ſta]menti, *vt hic* [...] aliàs iure hære[di]tario, *l. 14. ǰ. ad [l.] Falc.* adde quę[...] ſi ad *l. 30. ǰ. de [...] empt.*

f Nouum [...] erat, patrem p[...] filio ſubſtituer[e].

† Hodie [...] neceſſe imp[...] poteſt enim [...] exemplariter [ſub]ſtituere filio [...] *l. 9. C. eod.*

g Princep[s] ſubſtituendi [...] poteſt conce[dere].

h Muto fili[o] parens ſubſ[tituit].

i Mutus p[...] xorem duce[re] *ſup. de iure* [...] & voto o[...] *arg. l. 124. ǰ.* [...] *gul. Bald.* [...] *ric. hic.*

k *l. 191. in[f.] de reg. iuris.*

l interp[...] principis v[...] habet. *Non[...]* & ſtatuti.

†. Mens reſcr[ipti] præſumitur [...]

m Subſtitu[tio ex]emplaris fa[cta] priuilegio [princi]pis ration[e] vel vitij [...] morbo ve[l] expirat. *B[ald.]*

n eſt enim [...] ſus, *l. 9. ǰ.* [...] *tio.*

† Reſcripta [princi]pum, ius co[mmune in] ſimilibus [...] imitantur.

o. Pupilla[re teſta]mentum p[ubertate] finitur.

d Ceſſante [...] ceſſat furioſ[i ſubſtitutio] exemplaris [...] tutio, *vt hic*: & eodem modo ætate impubere ceſſante, ceſſat pupillaris, *verſ. quemad. ǰ. eo.* & eodem modo ceſſante impedimento linguæ vel orationis, [ceſſat] ſubſtitutio facta filio muto, *hac l.* q *l. 31. ſup. eo.* r reſipuiſſet. † Æquum d[...] dum, ſi iniquum eſſe incipit. ſ *l. 101. ǰ. de cond. & dem l. 6. C. de inſt. & ſubſt.* t *l. 38. §. 1. ǰ. eo.* u Species temporis derogat generi. *Bald.* x Specie deroga[tur ge]neri: idque vel in rebus *l. vxorem. 41. §. feliciſſimo. 3. ǰ. de leg. 3. l. quęſitum 12. ǰ. de fundo inſt.* vel in tempore, *vt hic.* vel in perſonis, *l. cohęredi 41. §. qui [...] 5. ſup. eo.* y Præteritus ſi filius ſit à primo gradu, ſubſtitutus à ſecundo, [...] teſtamentum à ſecundo gradu. Primo gradu vitiato, incipit teſtamentum à ſe[cundo]. Ita filius impugnans primum gradum à quo præteritus eſt, poteſt ſuccedere ex [ſub]ſtitutione vulgari. z *l. 3. in fi. ǰ. de lib.* a Præterito filij in poteſtate poſiti [...] teſtamentum ipſo iure nullum, *l. 1. ǰ. de iniuſt. l. poſthumo. C. de bon. poſſ. con[tra tab.]* b Primum gradum qui improbat, reportare commodum poteſt ex ſecun[do gra]du. *Bal.* c *Anton. Fab. 5. Coniect. 17.* * d Qui ſemel eſt hæres, licèt deſi[nat eſſe] hæres in totum vel pro parte (vt quia ei tanquam indigno aufertur hære[ditas]) admittitur tamen ad ſubſtitutionem propter verba: *Quiſquis mihi hæres erit [...] meo ſubſtitutus.* e Tacitam fidem accommodas, qui incapaci partem ex eo [quod] accipit dat.

f verborum traiectionem hic obſeruat Cuiac. in prælectione ad me tra[nſmiſſa]: vtrum pro ea parte quam cepit veniat, an pro ea parte pro qua ſcriptus fu[it, ita] vt augeatur, &c.

Reſpondi* : Qui in fraudem *a* legum idem accommodat, adeundo heres efficitur, nec *b* deſinet heres eſſe, licet res quæ ita relictæ ſunt, auferuntur *c* vnde & ex ſecundis tabulis in tantum heres eſſe poteſt, in quantum ſcriptus eſſet: ſatis *d* enim punitus eſt in eo, in quo fecit contra leges. Quinimò, etſi deſineret heres eſſe, idem dicerem quemadmodum *e* intelligendum eſt in eo, qui, cum ſcriptus eſſet heres, poſtquam adiſſet hereditatem, in ſeruitutem redactus eſt, & poſtea libertate donatus, cui permiſſum eſt, ad ſubſtitutionem venire, quæ ei in teſtamento *f* fuerat relicta. licet enim hereditatem ex inſtitutione amiſit, tamen ex ſubſtitutione iſtam portionem, quantum *g* amiſit percepturum.

Primas tabulas ex ſecundis non confirmari.

44\. *Idem* ‖ libro 10. Quæſtionum. ‖

Ex pupillari teſtamento ſuperius principale *h* neque ex parte, neque in totum confirmari poſſe, Mæcianus ſcripſit *i*.

De ſubſtitutione reciproca.

45\. *Idem* ‖ libro 12. Reſponſorum. ‖

Lucius Titius legitimum filium, & alterum *k* naturalem, heredes inſtituit, eóſque inuicem *l* ſubſtituit. Titius legitimus filius, quem pater anniculum reliquit, poſt patris mortem impubes deceſſit, ſuperſtite matre, & fratre naturali, quem etiam coheredem habebat. quæro ‖ an ‖ hereditas eius ad Titium naturalem fratrem ex cauſa ſubſtitutionis pertineat, an verò ad matrem? Reſpondi: ad primum *m* caſum non exiſtentium hæredum, ſubſtitutionem, de qua quæritur, pertinere: non ad ſequentem *n*, ſi quis eorum poſtea deceſſiſſet intra pubertatem. cùm in naturalis filij perſona duplex *o* ſubſtitutio locum habere non poterit, & ideo ad matrem legitimi filij hereditas ab inteſtato pertinet *p*.

1 ¶ Paulus reſpondit, ſi omnes inſtituti heredes omnibus inuicem ſubſtituti eſſent, eius portionem, qui quibuſdam defunctis poſtea portionem ſuam repudiauit, ad eum *q* ſolum, qui eo tempore ſuperuixit, ex ſubſtitutione pertinere.

De fideicommiſſo, & conditione, ſi mihi heres erit.

46\. *Idem* ‖ libro 13. Reſponſorum ‖

Paterfamilias primis tabulis poſtumo herede inſtituto, ſecundis ſibi, vel filio, ſi intra pubertatem deceſſiſſet Gaium Seium fratrem ſuum ſubſtituit, deinde Titium Gaio Seio: & poſtea ſic dixit, *quod ſi Gaius Seius frater meus primo loco ſubſtitutus, heres r mihi eſſet, tunc Titio fideicommiſſum relinquo.* quæro, cùm filius patri heres extiterit, eóque intra pubertatem mortuo, frater teſtatoris ex ſubſtitutione heres ſit an fideicommiſſum debeatur, cùm ita relictum ſit, ſi Gaius Seius frater ſuus ſibi heres extitiſſet? Reſpondi fratrem defuncti, qui in vtrumque caſum ‖ inſtitutus vel ‖ ſubſtitutus eſt, filio impubere defuncto, ea, quæ teſtator reliquit, præſtare debere. nec aduerſari hæc verba, *quòd ſi Gaius Seius mihi heres erit, tunc dari volo*: cùm verum ſit, eum & teſtatori heredem extitiſſe.

De ſubſtitutis ſubſtitutæ pupillariter.

47\. *Scæuola* ‖ libro 2. Reſponſorum. ‖

Qui habebat filium & filiam impuberes, inſtituto filio herede, filiam exheredauit: &, *ſi filius intra pubertatem deceſſiſſet*, filiam eidem ſubſtituit, ſed filiæ, ſi antequam nuberet deceſſiſſet, vxorem ſuam item ſororem ſuam ſubſtituit. quæro, cùm filia impubes *ſ* prior *t* deceſſerit, deinde frater eius impubes, an filij hereditas ad vxorem & ſororem teſtatoris iure ſubſtitutionis pertineat? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, non *u* pertinere.

De ſeruo communi. 1. *De ſeruo legato, & inſtituto, deinde ſub conditione* ſi heres non erit, *inſtituto cum libertate ſi quis ſibi ſubſtituatur.* 2. *De ſeruo proprio pupillariter ſubſtituto. deinde alienato à pupillo, & inſtituto ab emptore.*

a v. l. 30. *ſuprà de legib.*

b Heredi indigno aufertur commodum hereditatis, non tamen nomen heredis: nec vllum aliud commodum, quod ſequela ſit ſolius nominis, *Bald.* Ita fiſcus hoc caſu non propriè heres fuerit, licet teneat locum heredis in eo quod debetur, quod creditum eſt, quod legatum eſt, *l. 2. C. ad leg. Iul. de vi. l. cum fiſco 9. ꝟ. de Senatuſc. Sillaniano, l. recuſare 6. §. ſi fiſcus 2. ꝟ. ad Treb.*

c Tacitam fidem qui adcommodat de reſtituenda re incapaci, priuatur eo quod reſtituere voluit incapaci, (quippe ea parte deliquit) at non ſubſtitutione pupillari, in qua nihil deliquit, *vt hic. arg. l. 29. §. 2. ꝟ. de donat.* Vnde notant, Excluſum à teſtamento paterno, non excludi à tabulis pupillaribus, ius ſubſtitutionis pupillaris, bonorum publicatione ſeu confiſcatione non contineri. Quid ita? futura non continentur publicatione bonorum, *l. eius 8. §. 1. ꝟ. de teſt. l. ſi mandauero tibi 22. §. in cuius 5. ſup à mandati.* An quia publicatio ad bona pupilli nihil pertinet, ſed ad bona patris tantum, quibus eſt adcommodata fides tacita: vt vult Iaſon.

d Duplici pœna nemo afficiendus, *l. 4. §. 2. ꝟ. de lege Rhod.*

e Heres qui ob ſeruitutem eſſe deſinit, ſi poſt fiat liber, admittitur ad ſubſtitutionem factam his verbis, *Quiſquis mihi heres erit.* Quid ita? licet ſeruitute ius heredis amiſit, retinet tamen nomen heredis, quod ſatis eſt, vt recuperata libertate recuperet quoque ius ſubſtitutionis.

f an in inſtitutione data? id enim teſtamentum interdum ſignificat? v. Cuiac. 7. *obſeru.* 18.

g *al.* quantum.

h Acceſſorium non confirmat ſuum principale, *vt hic.* Hinc fit, vt remiſſo pignore, debitum remiſſum non intelligatur: vt pactum veſtitum aut ſtipulatio pœnalis rei acceſſoriæ non veſtiat pactum nudum adiectum rei principali, *l. nuda 5. C. de contrah. ſtipul.*

i ne ex pupillari, quod ex principali valet, ipſum principale confirmari videatur, *v. l. 10. ꝟ. de iur. codicil.* Principale non capit vires ab acceſſorio.

k *v. l. 4. §. 2. ꝟ. eod.*

l *l. 39. ſuprà eod.*

m id eſt vulgaris ſubſtitutionis & ſic quo caſu heredes non exiſtunt.

n id eſt ſecundum, ac pupillaris ſubſtitutionis. *l. 8. C. de impub.*

o Abſurdum eſt vnius verbi in alterius perſona vim eſſe duplicem, in alterius, ſimplicem, *Goueanus.*

p pertinet aliter, ſi eiuſdem ætatis liberi inſtituti, inuicémque ſubſtituti fuiſſent: tunc enim altero defuncto intra pubertatem, eius ſucceſſio non ad matrem, ſed ad ſubſtitutum eius deuoluitur, *vulg.* quam Cuiac. 17. *obſer.* 26. ita emendat: aliter ſi eiuſdem conditionis & ætatis liberi.

q *v. l. 81. ꝟ. de adquir. hered.*

r Heredis appellatio complectitur omnem heredem, qui iudicio teſtatoris ſuccedit ex quocumque gradu, *Bald.*

ſ *al.* pubes, *al.* in pubertate.

t Subſtitutus moriens, viuente eo cui ſubſtitutus fuit, non tranſmittit ius ſubſtitutionis ad heredem, *Bald.*

u Subſtitutione pupillari pubertatis aduentu extincta, etiam extinguitur tacita pupillaris quæ ea continetur: deſtructo medio, deſtruitur finis.

48\. *Idem* "libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum."

Seruum communem *a* habemus: hic heres ſcriptus eſt, & *ſi b heres non ſit*, Mæuius illi ſubſtitutus eſt. alterius iuſſu dominorum adiit hereditatem, alterius non. quæritur, an ſubſtituto locus ſit, an non? Et verius eſt ſubſtituto *c* locum eſſe *d*.

1 ¶ *Titius heres eſto Stichum Mæuio do lego. Stichus heres eſto. Si Stichus heres non erit, Stichus liber heréſque eſto.* in hac quæſtione in primis quærendum eſt, vtrum vnus gradus ſit, an duo: & an cauſa mutata *e* ſit ſubſtitutionis, an eadem permaneat? Et quidem in pleriſque quæritur, an ipſe ſibi ſubſtitui poſſit? Et reſpondetur, cauſa *f* inſtitutionis mutata *g* ſubſtitui poſſe. igitur ſi Titius heres ſcriptus ſit, &, ſi heres non ſit, idem heres iuſſus ſit, ſubſtitutio nullius momenti erit; ſed ſi ſub conditione quis heres ſcriptus ſit, purè autem ſubſtitutus "eſt," cauſa immutatur: quoniam poteſt ex inſtitutione defici conditio, & ſubſtitutio aliquid adferre. ſed ſi extiterit conditio, duæ *h* puræ ſunt, & ideo nullius momenti erit ſubſtitutio: contra ſi purè quis inſtituatur, deinde ſub conditione ſibi ſubſtituatur, nihil *i* facit ſubſtitutio conditionalis, nec mutata intelligatur: quippe cùm, ‖ & ‖ ſi exſtiterit conditio, duæ puræ ſint inſtitutiones.

¶ ſecundum hæc propoſita quæſtio manifeſtetur: *Titius heres eſto, Stichum Mæuio do lego, Stichus heres eſto, ſi Stichus heres non erit, Stichus liber heréſque eſto.* Nos didicimus, quoniam eodem teſtamento & legatus ſit Stichus, & libertatem accepit, præualere *k* libertatem. &, ſi præualet libertas, non deberi *l* legatum. & ideo iuſſu legatarij non poſſe adire hereditatem. ac per *m* hoc verum eſſe, Stichum heredem non eſſe. & ex ſequentibus verbis libertatem illi competere, cùm vnus gradus videtur.

¶ Quid ergo, ſi non adierit Titius? Incipiet ſubſtitutione Stichus liber & heres eſſe. porrò, quamdiu non adiit iuſſu legatarij, nec ex cauſa legati, intelligitur legatarij eſſe effectus. & ideo certum eſt, illum heredem non eſſe. ac per hoc ex his verbis *ſi heres non erit, Stichus liber heréſque eſto*, liber, & heres exiſtet. Hoc autem quod ſentimus, Iulianus quoque in libris ſuis probat.

2 ¶ Si pupillus ſubſtitutum ſibi ſeruum alienauerit *n*, eúmque emptor liberum heredémque inſtituerit, nunquid iſte in ſubſtitutione habeat ſubſtitutus vniuerſum? Et ſi quidem pupillus ad pubertatem peruenerit, neceſſarius *o* ex teſtamento emptoris heres exſtitit: ſin verò intra pubertatem deceſſerit, ex ſubſtitutione quidem liber & heres fit: & neceſſarius patri pupilli. emptori autem voluntarius *p* heres exſtitit.

DE CONDITIONIBVS *q* Inſtitutionum.

TIT. VII.

De conditione impoſſibili, vel alio mendo.

1\. *Vlpianus* ‖ libro quinto ad Sabinum.

Svb impoſſibili *r* conditione, vel alio *ſ* mendo *t* factam inſtitutionem placet non *u* vitiari.

De pronomine meus. 1. mei.

2\. *Idem* libro ſexto ad Sabinum.

a Vnus quoties plures repræſentat in parte heres eſſe poteſt (atque ita locum ſubſtitutioni vulgari facere) & pro parte non eſſe, *Bald.* Vel ita: ſi ſeruo duorum dominorum communi inſtituto datus ſubſtitutus vulgaris iuſſu vnius adit, alterius repudiat, ſubſtitutus admittitur. Ita ſeruus communis inſtitutus heres, poteſt pro parte adire & pro parte repudiare: contra *l. 1. l. 2. l. ſi ſolus. 80. ꝟ. de adquir. hered. l. quidam 10. C. de iure delib.* hoc ideo, quia perſonam duorum repræſentat.

b Conditio, *ſi heres non ſit*, inſtitutionibus adiecta, id ſignificat, *quatenus heres non erit.*

c ſubſtitutus hic concurrit cum inſtituto.

d pro parte ſcilicet non omnino, *l. 65. infra de adquir. hered.*

e Subſtitui ſibi ipſi niſi mutetur cauſa, nemo poteſt, hoc eſt niſi ſubſtituto ſubſtitutio adferat emolumentum aliquod, vel *l. ſed ſi plures 10 ꝟ. eodem.* Quid ita? effectu ipſo vnus & idem bis inſtitutus eſſet. ita ſecunda inſtitutio idē continens quod prima, inutilis eſt. Sic quoties bis legatur, ſecundum legatum non valet. *l. cum quæſtio 23. C. de legatis.* vt & quoties his idem ſtipulamur, ſecunda ſtipulatio nihil iuuat, *l. qui bis idem 18. ꝟ. de verb. oblig.* niſi ſubſtitutio vtilitatem aliquam ſubſtituto adierat: quia teſtator ſæpius loqui poteſt, at nō ſæpius inſtituere vel legare, *l. Menius 66 §. cum qui. ꝟ. de leg. 2.*

f id eſt vtilitas.

g *l. 10. in fin. ꝟ. eod.*

h Conditio purificata, hoc eſt, quæ extitit, pura cenſetur, idem operatur quod quæ pura eſt ab initio. Puri & purificati inſtrumenti idem eſt iudicium, *l. ſi pupillus 26. §. 1. ꝟ. de cond. inſtit l. qui de inofficioſo 20. ꝟ. de inoff. v. Iaſ. hic.*

i *l. 27. ꝟ. de hered. inſt.*

k Duo quoties relinquuntur quæ ſimul valere non poſſunt, valet id quod eſt fauorabilius: Ita libertatis legatum legato ſerui præualebit, *l. 14. ꝟ. de leg. 2. l. 10. in fin. ꝟ. de manum. teſt. l. 50. ꝟ. de fideic. liber. l. 20. ꝟ. de reg. iur.*

l ſi liber eſt, legatum de ipſo factum nullum eſt: legatarius eius non erit dominus.

m Qui non poteſt adire ex inſtitutione, nec ex ſuo arbitrio, nec alterius iuſſu adire poteſt. *Bald.*

n Alienatio à pupillo facta, pupillari ſubſtitutioni non officit, *Bald.* Pupillus alienando ſeruum ſibi pupillariter ſubſtitutum, iudicium in teſtatoris non euertit. Ita valet alienatio ſerui pupillariter ſubſtituti pendente conditione & caſu pupillaris ſubſtitutionis; ſic res ſubiectas legato vel fideicommiſſo conditionali poteſt interim heres alienare: cuius tamen alienatio reſoluitur adueniente conditione, *l. vlt. §. pen. C. com. de legat. l. Marcellus 15. ꝟ. de mortis cauſa don.* An pupillus eadem ratione poterit alienare omnia bona ſua, vt & ſeruum? Bart. Bal. Angel. Imola, Alexan. Caſtr. Raphaël ita putant, in *l. ſed ſi conditioni 61. §. ſi ſeruum communem 3. ſupra de hered. inſt. arg. l. fideicommiſſa 11. §. ſi rem 12. ꝟ. de leg. 3.* Iaſon negare videtur: cum ſit inter hæc duo (alienationem ſerui & bonorum) diſcrimen: & cùm ſerui alienatio reuocetur, adueniente conditione: in bonis verò ſit alia ratio.

o *l. 71. §. 1 infra de adq. her.* Seruus ſubſtitutus pupillariter, heres neceſſarius eſt, etiam primi teſtatoris, *vt hic.* Quid ita? Heres heredis teſtatoris eſt heres, *l. paterf. 46. ꝟ. eod.*

p *l. 54. in fin. ꝟ. de her. inſt.*

q 6. *C.* 25. Conditio eſt euentus futurus, qui in dubio eſt, ſit an non ſit, *Cuiac. hic.*

r Impoſſibilis natura vel iure conditio, vel aliter inepta quæ pro non adiecta habetur, inſtitutionem non vitiat, vt æquitate prætoris pura remaneat inſtitutio, *v. l. 3. ꝟ. de cond. & dem.* adde §. 10. *& ibid. Theoph. Inſt. de her. inſt.*

ſ Inepto ſcilicet. Relatiuum facere conditionem hinc notat Bald. quoties euentum futurum notat.

t vel alio modo, *Hal.* malè ſenſus eſt enim hic: impoſſibilis conditio non vitiat in teſtamento, mendi colore, quo non probabiliter vti poſſit in contractibus: cum enim in contractibus res geratur inter duos, non videtur mendum eis excidiſſe, quod non alter animaduertere & confeſtim corrigere potuerit *l. 31. infra de oblig.*

u niſi ſit ἄτοπος, huiuſmodi enim conditio

Si teſta

SI teſtamento comprehenſum ſit, *ille ſeruus ſi meus erit, aut, qui meus erit, cùm moriar heres eſto* : quatenus accipiatur *meus* a, quæritur. Et ſi quidem alienauit in eo vſumfructum, nihilo b minus ipſius c eſt. ſi verò partem in eo alienauit, an deficiat conditio inſtitutionis, quæritur? Et verius eſt, non d defeciſſe conditionem, niſi e euidentiſſimis probationibus teſtatorem voluiſſe apparuerit, pro hac conditione hæc verba inſeruiſſe, ſi totus ſeruus in dominio eius remanſerit. tunc enim, parte alienata, conditio deficit.

1 ¶ Sed ſi duo ſerui ita ſint heredes inſtituti, *Primus & ſecundus ſi mei erunt, cùm moriar, liberi & heredes ſunto,* & alter ex his ſit alienatus. Celſus rectè putat, ſic accipiendum, atque ſi ſingulos f ſeparatim ſub eadem conditione heredes inſtituiſſet.

Si per heredem non fiet quominus impleat conditionem.

3. *Paulus* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

SI ita heres inſtitutus ſim, *ſi decem d dero* : & accipere nolit g, cui dare iuſſus ſum, pro impleta conditione habetur.

De ſocietate. 1. De ſeruo hereditario non alienando : & Muciana cautione.

4. *Vlpianus* ‖ libro 8. ad Sabinum. ‖

SI h qui ita ſint inſtituti : *Si ſocij vna bonorum meorum permanſerint vſque* i *ad annos ſedecim, heredes ſunto*: inutilem k eſſe inſtitutionem ſecundum verborum ſignificationem Marcellus ait l : Iulianus autem quoniam & ante m habitam n hereditatem iniri ſocietas poteſt, quaſi rei futuræ, valere inſtitutionem: quod eſt verum o.

1 ¶ Idem Iulianus ſcribit, eum, qui ita heres inſtitutus eſt, *ſi ſeruum hereditarium non alienauerit*, cauentem p coheredi implere conditionem. cæterùm, ſi ſolus heres ſcriptus ſit, ſub impoſſibili q conditione heredem inſtitutum videri. quę ſententia vera eſt.

De pluribus conditionibus.

5. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

SI heredi plures r conditiones coniunctim ſ datæ ſint, omnibus parendum eſt : quia vnius t loco habentur. ſi disiunctim u ſint, cuilibet x.

De monumento faciendo, & impoßibilitate conditionis.

6. *Vlpianus* ‖ libro 9. ad Sabinum.

SI quis ita inſtitutus ſit, *ſi monumentum poſt mortem teſtatoris in triduo* y *proximo mortis eius feciſſet*: cùm monumentum in triduo perfici non poſſit, dicendum erit, conditionem euaneſcere, quaſi impoſſibilem z.

De cautione legatorum præſtandorum.

7. *Pomponius* ‖ libro 5. ad Sabinum. ‖

SI quis ſub conditione heredes inſtituiſſet, *ſi inuicem cauiſſent, ſe legata eo teſtamento relicta reddituros*. placet remitti eis conditionem. quia ad fraudem a legum reſpicerent, quę vetarent, quoſdam legata capere : quanquam ‖ & ‖ ſi cautum eſſet, in ipſa actione, exceptione b tuendus eſſet promiſſor.

De iureiurando.

8. *Vlpianus* ‖ libro 50. ad Edictum ‖

QVę ſub conditione c *iuriſiurandi* relinquuntur, à prætore reprobantur d. prouidit enim, ne is, qui ſub iuriſiurandi conditione quid accepit, aut omittendo conditionem, perderet hereditatem, legatúmve : aut cogeretur, turpiter accipiendo, conditionem iurare. voluit ergo, eum, cui ſub iuriſiurandi conditione quid relictum eſt, ita capere, vt capiunt hi, quibus nulla talis iuriſiurandi conditio inſeritur. & rectè : cum enim faciles e ſint nonnulli hominum ad iurandum contemptu f religionis g, alij perquam timidi h metu diuini numinis vſque ad ſuperſtitionem i : ne vel hi, vel illi, aut conſequerentur, aut perderent quod relictum eſt, prætor conſultiſſimè interuenit. etenim potuit is, qui voluit factum, quod religionis conditionę adſtringit, ſub conditione faciendi relinquere. ita enim homines aut facientes admitterentur, aut non facientes deficerentur conditione.

1 ¶ Hoc edictum etiam ad legata pertinet, non tantum ad heredum inſtitutionem.

2 ¶ In fideicommiſſis quoque oportebit eos, qui de fideicommiſſo cognoſcunt, ſubſequi a prętoris b edictum, ea propter, quia vice c legatorum funguntur.

3 ¶ Et d in mortis e cauſa donationibus dicendum eſt, edicto locum eſſe f, ſi fortè quis cauerit *niſi iuraſſet* g *ſe aliquid* facturum, reſtituturum, quod accepit. oportebit itaque remitti cautionem.

4 ¶ Si quis ſub iuriſiurandi conditione, & præterea h ſub alia ſit inſtitutus: huic videndum eſt, an remittatur conditio? Et magis eſt, vt remitti iuriſiurandi conditio debeat, licèt i alij conditioni parendum habeat.

5 ¶ Sed ſi ſub iuriſiurandi conditione ſit inſtitutus, aut ſi decem ‖ millia ‖ dederit, hoc eſt, alternata conditione, vt aut pareat conditioni, aut iuret, aliud quid videndum. nunquid remitti ei conditio non debet, quia poteſt alteri conditioni parendo eſſe ſecurus? Sed eſt verius remittendam conditionem, ne k alia ratione conditio, alia eum vrgeat ad iuſiurandum.

6 ¶ Quotiens heres iurare iubetur *daturum ſe aliquid vel facturum*, quod non improbum eſt, actiones hereditarias non l alias habebit, quàm m ſi dederit, vel fecerit id quod erat iuſſus iurare.

7 ¶ Mortuo n autem, vel manumiſſo Sticho viuo teſtatore, qui ita heres inſtitutus eſt, *ſi iuraſſet ſe Stichum manumiſſurum*: non videbitur defectus conditione ‖ heres ‖: quamuis verum ſit, compellendum eum manumittere, ſi viueret.

¶ Idem eſt, & ſi ita heres inſtitutus eſſet quis, *Titius heres eſto, ita* o *vt Stichum manumittat*, aut *Titio centum ita lego, vt Stichum manumittat* : nam, mortuo Sticho, nemo dicet ſummouendum eum. Non videtur enim defectus conditione, ſi parere conditioni p non poſſit: implenda eſt enim voluntas, ſi q poteſt.

8 ¶ De hoc iureiurando remittendo non r eſt neceſſe adire prætorem. ſemel enim ſ in perpetuum à prętore remiſſum eſt, nec per ſingulos remittendum. Et idcirco, ex quo dies legati ceſſerit, remiſſum v detur, etiam ignorante u ſcripto herede. Ideóque in herede legatarij rectè probatur, vt poſt diem legati cedentem, ſi deceſſerit legatarius, debeat heres eius actione de legato vti, quaſi purè legato relicto ei, cui heres exſtiterat.

De conditione contra bonos mores.

9. *Paulus* ‖ libro 45. ad Edictum. ‖

COnditiones, quæ contra bonos x mores inſeruntur, remittendę ſunt. veluti *ſi* y *ab hoſtibus patrem ſuum non redemerit* z, *ſi parentibus ſuis, patronóve alimenta non præſtiterit.*

De herede ſcribendo. 1. aut ſcripto in codicillis. 2. De conditione in præteritum, vel præſens relata.

10. *Vlpianus* ‖ libro 8. Diſputationum. ‖

INſtitutio talis, *Si codicillis* a *Seium heredem ſcripſero, heres eſto*, non eſt inutilis in quouis herede inſtituto, præter b filium. eſt enim conditionalis inſtitutio. nec videtur hereditas codicillis c data, quod interdictum eſt. verùm conditionalis eſt hæc inſtitutio, quę teſtamento data eſſet. Proinde & ſi ita ſcripſerit: *Cuius* d *nomen codicillis* e *ſcripſero, ille mihi heres eſto*, pari ratione dicendum erit inſtitutionem valere, nullo iure impediente.

1 ¶ Si quem ita inſtitutum f ponamus : *Ille, ſi eum codicillis heredem ſcripſi, heres eſto*. valet inſtitutio, etiam in filio, qui in poteſtate eſt. cùm* nulla ſit conditio, quæ in pręteritum g confertur, vel h quæ in pręſens : veluti, *Si rex Parthorum viuit. Si nauis in portu ſtat.*

vitiat. iu. l. 16. infra eodem.
a l. 85. ℑ. de leg. 3.
b Dominij voce, intelligitur etiam nuda proprietas : quod dominiũ vindicantibus, in rei vindicatione ſcitu vtile eſt, adde l. *ſtipulandum* 15. §. 1. ℑ. *qui ſatiſdare. l. cuiuſcumque* 60. §. *ſi fundus*, ℑ. *de vſufr.*
c proprietarij. Quod pro parte meum eſt, vel commune meum dici tur : parte, inquam, proprietatis ſcilicet *l.* 1. §. 1. *infr. de Sylaniano.*
d Cur non deficit conditio? Noſtrum eſt, etiam cuius pars noſtra dici poteſt.
e *l.* 68. §. 2. *infr. de legat.* 3.
f Conditio diuiditur ſiue vni, ſiue pluribus adiiciatur.
g *l.* 45. ℑ. *de cond. & dem. l.* 161. ℑ. *de reg. iur.* & ita conditio dandi dicitur impleri per ſolam oblationem, ſi is, cui debetur, nolit recipere, *Bald.*
h vide Antonium Fabrum 2. *Conie͞ct.* 16.
i Teſtator poteſt præcipere heredibus, ne diuidant, niſi ad certum vſque tempus.
k Cur inutilis eſt? quia perplexa huius cõditionis forma conditioni inſtitutionis repugnat.
l *ſubaudi*, & malè : quippe heredes eſſe non poſſunt antequam ſocij: nec ſocij bonorum præſentium, antequam heredes, quia nondum domini.
m Societas ſuper futura ſucceſſione interdum poteſt contrahi, *Bald.*
n *al.* aditam.
o Itaque ſufficit conditionem impleri quoquomodo contracta ſocietate, dummódo per tempus adiectum à teſtatore duret

a Iudex ſequi formam legis debet, nec ab ea recedere.
b *ſub.* fideicommiſſarij, *Vlp.* 25. §. 12.
c iiſque ſunt exæquata, *l.* 1. ℑ. *de leg.* 1.
d Edictum prætori vltimarum volun tatum, extendit ad donationes mortis cauſa.
e Conditio impoſſibilis adiecta donationi cauſa mortis, non vitiat donationem. v. Coſ tum *ſingulari* Conditio.
f quia ad inſ legatorum ferè ſu comparatæ, §. *Inſt. de donat.*
g Renuncianti be neficio legis 2. *de reſcindenda ven ditione*, beneficio dictæ legis non hinc colligunt tamen Socinum *gula* 226 & 436
h *l.* 26. ℑ. *de cond. & demonſtr.*
i Conditio non remittitur cet iniuſta, iuriſiurandi, iuncta remitti Ita vtile non vitiatur.
k Prohibitum pliciter, prohi etiam altern *Bald.* alternati cauſatiuè co poteſt, qui non poteſt.
l Conditio menti licet tatur, non remittitur nomine iu bet. ita aliud berare iu obligatione pali.
m *l.* 14. ℑ. 3. *l.* 26. ℑ. *de demonſt.*
n *l.* 6. *in fi cond. & dem*
o modus ſtratur his v p id eſt mod ad Titulum *qua ſub mod*
q Conditio ſubintelligit quocunque mandato, v *reg. iur. in* 6.
r Iuramentu per legem re eſt, ibi mini factóve iudici

p Mutiana cautione, v. *l.* 72. §. 2. ℑ. *de cond. & dem.* & Cuiac. 5. *obſer.* 2. Conditio negatiua impletur per cautionem Mutianam, *Bald.* q de qua v. *l.* 3. ℑ. *de cond. & dem.* adde Cuiac. *conſultatione* 5.
r Conditiones coniunctæ, omnes adimplendæ. In diſiunctis, electio eſt implentis. In copulatiua & coniunctiua, duo extrema vera eſſe oportet. in alternatiua, vnum ſufficit eſſe verum, *l.* 13. §. 2. ℑ. *de reb. dub. l.* 129. ℑ. *de verb. obl.*
ſ §. 11. *Inſt. de hered. inſt* t Coniuncti, vnius loco habentur. v. quæ ſcripſi ad *l.* 29. ℑ. *de verb. obl.* u *l.* 78. *in fin* ℑ. *de cond. & dem.*
x id eſt vni ex pluribus. Dictio, *quilibet*, eſt dictio particularis, non vniuerſalis: non collectiua, ſed diſtributiua: de qua v. Molinæum, 1. *parte Conſuet.* §. 2. *Gloſſ* 4. *n.* 49.
y de ſumptu triduano ſepulchri, vide Ciceronem, 2. & 3. *de legibus.*
z Conditioni adiectæ in fraudem legum non eſt parendum : ac licet re ipſa obtemperatum ſit aut in contractum tranſlata ſit, vim tamen non conſequitur. Vnde notant, impoſſibile teſtatori per modum diſpoſitiuum, non poſſe eundem id per modum conditionis facere, *l.* 3. ℑ. *de cond. & dem.*
a Præſumitur dolus vbi nimia diligentia adhibita, dixi ad *l.* 2. *C. de furt.* & ad *l.* 17. *C. de teſtam.* b *l.* 1. § 14. *in fin* ℑ. *vt legatorum.*
c id eſt ſi iurauerit, *l.* 29. §. 2. ℑ. *de teſtam milit. l.* 112. ℑ. *de leg.* 1. *l.* 20. ℑ. *de cond. demon.* v. Cuiac. 5. *obſer.* 1.
d Imo, non reprobantur, *l.* 39. ℑ. *de iureiur.* non reprobantur in conuentionibus : ſed in inſtitutionibus.
e Iurans facilè, Deum non timet: difficilè, timet, v. c. *Etſi Chriſtus, de iureiur.*
f Atque adeo intrepidi quæcunque altaria tangunt, *Iuuenal ſatyr.* 13.
g Religionem contemnunt qui facilè iurant: & hi impij: alij metu diuini numinis vix iurant: & hi plerumque ſuperſtitioſi. Ita neque in iureiurando impietas, neque ſuperſtitio ferenda.
l. 2. *C. de fide inſtr.*
de qua v. *l.* 1. §. 9. ℑ. *de aedilitio*, & *l.* 30. ℑ. *de pœnis*

eſt opus. ſ Iudicem adiri non eſt neceſſe in his quæ iure ſunt permiſſa. Ge liter ſemel diſpoſitum, ſigillatim conſtitui non eſt neceſſe. Quod remiſſum eſt ge non eſt neceſſe remitti à iudice, *l. de pupillo* 5. ℑ. *de operis noui nuntiat.*
t An quia mors teſtatoris euenit, vt vult poſt Gloſſ. Bartolus? An quia legatarius impleuit onus legato adiectum, vt vult Dynus? Primam veriorem in tranſmiſſione: alteram in petitione notat, *Bald.*
u Ignorantes etiam iuuantur legis beneficio, adde *l. multum intereſt* 21. ℑ. *de condit. & demonſtr.* x *l.* 14. *l.* 15. ℑ. *eod. l.* 29. §. 2. *in fi.* ℑ. *de teſtam milit. l.* 2. §. ℑ. *ad Tertull.* y Patrem redimere filius naturaliter tenetur, v. *Nou.* 15. *cap.* & quæ ſcripſi ad *l* 5. §. 16. ℑ. *de agnoſc. liberis.*
z facit *l.* 73. ℑ. *de iure dot.*
a *l.* 38. ℑ. *de cond. & demonſtr.* b Inſtitui ſub conditione futura filius non poteſt, *vt hic.* ſub præſenti vel præterita poteſt, §. 1. ℑ. *eod.*
c Codicillis hereditas dari non poteſt, *l. Scæuola* 76. ℑ. *ad Treb. l.* 14. *C de teſtam.*
d Inſtitutio facta in ſcriptura confirmata, videtur facta in ſcriptura confirmante: confirmatum retrotrahitur ad tempus confirmationis. confirmatio confirmandum præcedere poteſt, *l. Aurelius* 28. §. *teſtam.* ℑ. *de liberatione legata.*
e Codicillis teſtamentum declarari & purificari poteſt, *Bald.*
f Conditio nulla in præteritum vel præſens confertur, *vt hic*: exiſtentia tamen eius probanda eſt, *l. qui ſub cond.* 111. ℑ. *de cond. & demonſt.* g *l.* 80. ℑ. *de cond. & demonſt.*
h Sub conditione præterita vel præſenti inſtitui etiam filius poteſt. Vnde notant, inſtitutionis filij conditionem veram eſſe ſufficere: non requiri vt ſit liquidam: differentiam eſſe inter non liquidum & conditionale.

Si per

Si per heredem non ſtet quo minùs imple t conditionem.

11. *Iulianus* " libro 29. Digeſtorum. "

SI quis teſtamento hoc modo ſcripſerit: *Filius a meus ſi Titium adoptauerit* b, *heres eſto: Si non adoptauerit, exheres eſto*: & filio parato c adoptare, Titius nolit d ſe adrogandum dare, erit filius heres, quaſi expleta e conditione.

De conditione, ſi volet.

12. *Hermogenianus* ‖ lib. 3. Iuris Epitomarum ‖

VErba hæc, *Pub ius Mauius ſi volet heres eſto*, in neceſſario f conditionem faciunt g; vt ſi nolit, heres non exiſtat. "nam" in h voluntaria heredis perſona fruſtra adduntur: cùm & ſi i non fuerint addita, inuitus non efficitur k heres.

De conditione impleta.

13. *Iulianus* ‖ libro 30. Digeſtorum. ‖

EI l, qui ita hereditatem, vel legatum accepit, *ſi decem dederit*, neque hereditas, neque legatum aliter adquiri poteſt, quàm ſi poſt impletam conditionem id egerit ſcriptus heres, vel legatarius, per quod hereditas aut legatum adquiri ſolet.

De conditione contra ius, aut contra bonos mores aut deriſoria.

14. *Marcianus* ‖ libro 4. Inſtitutionum. ‖

COnditiones contra edicta m Imperatorum, aut contra leges, aut quæ legis vicem obtinent, ſcriptę, vel quę contra bonos mores, vel deriſoriæ ſunt, aut huiuſmodi, quas prætores improbauerunt n, pro non ſcriptis habentur: & perinde, ac ſi conditio hereditati, ſiue legato adiecta non eſſet, capitur hereditas legatúmve.

15. *Papinianus* ‖ libro 16. Quæſtionum. ‖

FIlius, qui fuit in poteſtate, ſub conditione ſcriptus hæres, quam ſenatus aut princeps improbant o, teſtamentum infirmet p patris, ac q ſi conditio non eſſet in eius poteſtate. nam quę facta lędunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (vt generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt: nec r facere nos poſſe credendum eſt.

De perplexitate.

16. *Marcianus* ‖ libro 4. Inſtitutionum. ‖

SI *Titius heres erit, Seius heres eſto: Si Seius heres erit, Titius heres eſto.* Iulianus inutilem ſ eſſe inſtitutionem t ſcribit, cùm conditio exiſtere non poſſit.

De pluribus conditionibus.

17. *Florentinus* ‖ libro 10. Inſtitutionum. ‖

SI plures inſtitutiones u ex eadem parte ſub diuerſis conditionibus fuerint x, conditio, quæ prior extiterit, occupabit inſtitutionem y.

De tacita repetitione.

18. *Marcianus* ‖ libro 7. Inſtitutionum. ‖

CVm z ſeruus purè liber, & heres ſcriptus ſub conditione ſit. &, ſi heres non extiterit, legatum acceperit, in legato repetitam a videri conditionem, Diuus Pius reſcripſit.

1 ¶ Hac ratione & Papinianus ſcribit, cùm auia nepotem *ſub conditione emancipationis* pro parte heredem inſtituit, & poſtea codicillis ſcriptis *hoc amplius* b ei legauit, quàm quòd heredem eum inſtituit, repetitam videri conditionem emancipationis etiam in legato: quamuis in legato nullam, vt in hereditate, ſubſtitutionem c feciſſet.

Si quis ſuſpectam hereditatem adierit.

19. *Idem* " libro 8. Inſtitutionum. "

SI ita ſcriptum fuerit, *Titius heres eſto: ſi Titius heres erit, Mauius heres eſto*, ſi d Titius ſuſpectam e adierit hereditatem, poteſt Męuius ſuo arbitrio adire, & quartam f retinere.

De dote non petenda. 1. De manumiſſione ſerui hereditarij. 2. De inſtitutione, & legato.

20. *Labeo* ‖ libro 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum. ‖

MVlier, quæ viro ſuo ex dote promiſſam pecuniam debebat, virum heredem ita inſtituerat: *ſi eam pecuniam quam doti promiſiſſet, neque* g *petiſſet, neque* h *exegiſſit*; puto ſi vir denuntiaſſet cæteris hæredibus per a ſe non b ſtare, quo minùs acceptum faceret id quod ex dote ſibi deberetur ſtatim † eum heredem futurum. Quòd ſi ſolus heres inſtitutus eſſet in tali conditione, nihilo minus puto ſtatim eum heredem futurum: quia ἀδυνατος c, id eſt, *impoſſibilis* conditio pro non ſcripta accipienda eſt.

1 ¶ Si quis hereditarium d ſeruum iuſſus eſt manumittere, & heres eſſe, quamuis ſi manumiſerit, nihil agat, tamen heres erit. verum eſt enim, eum manumiſiſſe. ſed poſt aditionem libertas ſeruo data, ſecundùm voluntatem teſtatoris conualeſcit.

2 ¶ Si quis te heredem ita inſtituit, *ſi ſe* e *heredem inſtituiſſes, aut quid ſibi legaſſes*, nihil f intereſt, quo g gradu is à te heres inſtitutus, vel quid h ei legatum i ſit dummodò aliquo k gradu id te feciſſe probes.

De conditione, cùm liber erit.

21. *Celſus* " libro 16. Digeſtorum. "

SEruus alienus ita l heres inſtitui poteſt, *Cùm liber erit.* proprius autem ita inſtitui non m poteſt n.

22. *Gaius* " libro 18. ad Edictum Prouinciale. "

QVia ratio ſuadet, eum, qui libertatem dare poteſt, ipſum debere aut præſenti die, aut in diem, aut ſub conditione dare libertatem, nec habere facultatem, in caſum à quolibet obuenientis libertatis, heredem inſtituere.

De alternatione, ſi per heredem non ſtet quo minùs conditionem impleat.

23. *Marcellus* ‖ libro 12. Digeſtorum. ‖

VTer *ex fratribus meis conſobrinam* o *noſtram duxerit* p *vxorem, ex dodrante: qui non duxerit ex quadrante heres eſto.* aut nubit alteri, aut non vult nubere. conſobrinam qui ex his duxit ‖ vxorem ‖ habebit dodrantem: erit alterius quadrans: ſi neuter eam duxerit vxorem: non quia ipſi ducere noluerunt. ſed quia illa nubere noluerit, ambo in partes æquales admittuntur. plerumque enim hæc conditio: *Si vxorem duxerit, ſi dederit, ſi fecerit*, ita accipi oportet, quòd q per eum non ſtet, quo minùs ducat, det, aut faciat.

24. *Papinianus* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

QVi *ex fratribus meis Titiam conſobrinam vxorem duxerit, ex beſſe heres eſto: Qui non duxerit, ex triente heres eſto*, viuo teſtatore conſobrina defuncta: ambo ad hereditatem venientes ſemiſſes habebunt: quia verùm eſt, eos heredes inſtitutos. ſed emolumento portionum euentu nuptiarum diſcretos r.

De ſeruo.

25. *Modeſtinus* " libro 9. Regularum. "

SVb conditione heres inſtitutus ſeruus, ſine iuſſu domini conditioni parere ‖ non ‖ poteſt ſ.

De pupillo.

26. *Pomponius* ‖ lib. 2. ad Quintum Mucium. ‖

SI pupillus ſub conditione heres inſtitutus fuerit, conditioni etiam ſine t tutoris auctoritate parere poteſt. Idémque eſt, ‖ & ſi legatum ei ſub conditione relictum fuerit. quia conditione expleta, pro eo eſt, quaſi purè ei hereditas, vel legatum relictum ſit.

De reliquiis teſtatoris. 1. De codicillis.

27. *Modeſtinus* libro 8. Reſponſorum.

QVidam in ſuo teſtamento heredem ſcripſit ſub tali conditione, *ſi* u *reliquias eius in mare abiiciat.* quęrebatur, cùm heres inſtitutus conditioni non paruiſſet, an expellendus eſt ab hereditate? Modeſtinus reſpondit, Laudandus x eſt magis, quàm accuſandus heres, qui reliquias teſtatoris non in mare ſecundum ipſius voluntatem abiecit: ſed memoria humanę conditionis, ſepulturæ tradidit. ſed hoc prius inſpiciendum eſt, ne z homo, qui talem conditionem poſuit,

a *ſub.* emancipatus.
b *l.41. §.8. ǰ. de legat.*
c Paratus implere conditionem teſtamenti filius, ex ipſo teſtamento propriè, non per fictionem, ſuccedit.
d *l.45. ǰ. de cond. & demonſt.*
e *al.* impleta. Ita conditio licet remittatur à prætore, ſi tamen inſtitutus paratus eſt eam implere, non ſuccedet tanquàm ex conditione remiſſa, ſed tanquam ex impleta hoc caſu, ciuili: illo, prætorio iure ſuccedet *Bald.*
f *l.69. 86. ſ. de hered. inſtit.*
g Imò, talis conditio pro enunciatione pura habetur, *l. 1. §. 8. ǰ. ſi quis omiſſa cauſa.*
h *l.69. in fi. ſ. de hæred. inſt.*
i *Si*, particula, non ſemper facit conditionem.
k efficiatur.
l Conditionem qui implet, adire hereditatem, aut legatum agnouiſſe non videtur. Ita hic inſtitutus ſub conditione poteſtatiua, poteſt repudiare impleta conditione.
m *l.9. ſ. eo. Pau. 3. ſent. 4. §. 15. l.20. ǰ. de cond. & dem. Inſt. de leg. in fin. l. vn. C. de his quæ pœnæ nomin. l. 6. C. de pactis.*
n *l.15. ǰ. eo.*
o improbauerunt. *l.14. ſ. eod.* i. quam improbant ſenatuſconſulta, vel conſtitutiones principum.
p infirmat, *Hal.* atqui huiuſmodi conditiones, vt impoſſibiles de iure pro non ſcriptis habentur. *l.3. ǰ. de cond. & dem.*
q Conditio turpis adiecta filio inſtituto in poteſtate patris, reddit teſtamentum nullum.
r *v. c.58. de reg. in 6.* Impoſſibilia dicuntur, quæ non niſi cum dedecore poſſumus: quæ ſalua fama & exiſtimatione non poſſumus v. quæ notaui ad *Nov. 83. & l. 79. ſ. de iure dot.* Paria ſunt impoſſibile & turpe: in noſtri poteſtate non eſſe, & iniuſtum.
ſ *v. l. 188. ǰ. de reg. iur.* t Huiuſmodi enim inſtitutio eſt perplexa (nec enim hic conditio præcedere poteſt effectum diſpoſitionis. *Bald.*) *eſt* τῶν ἀπόρων *l. 88. ǰ. ad l. Falc.* Perplexa eſt inſtitutio ſub conditione facta, quoties conditio non poteſt præcedere ſuæ diſpoſitionis effectum. adde *l. vlt. verſ. ſecundùm hac. ſ. tit. prox.*
u i. plures conditiones continentes inſtitutionem.
x *ſub.* de eodem herede vel de pluribus.
y eáque conſiderabitur.
z Conditio adiecta inſtitutioni, videtur repetita in legato & prælegato.
a *l.77. ǰ. de cond. & dem.*
b quid his verbis ſignificetur, *v. Cuiac. 8 obſ 36.*
c *al.* mentionem. d Conditio, *ſi heres erit*, impletur etiam per coactam aditionem: huiuſmodi conditionem interpretamur non tantùm in ſpontanea, ſed & in coacta aditione. Coacta aditio, aditio eſt, & puram efficit conditionem, ſi heres erit. e *l.67. ǰ. ad Treb.* f *ſub.* ſuæ partis, non Titij.
g v. in hanc l. Cuiac. 9. *obſ.4.* h Dos profectitia remanet penes virum, dixi ad *l. 4. C. ſoluto matr.*

a Conditio non petendi & non exigendi, impletur per acceptilationem vel ſi per virum non ſtet quo minus, accepto feratur. Paria ſunt conditionem reiectam, & pro reiecta habitam.
b *l.23. in fi. ǰ. eod.*
† nulla præſtita cautione vel oblata.
c Dotis lucrandæ pactum locũ habet ſiue dos ſit ſoluta, ſiue non ſit ſoluta. *v. l. 3. l. 7. in fin. ǰ. de cond. & demonſt.*
d Pone conditioné fuiſſe, *Titius heres eſto ſi ſeruum meum manumiſerit.*
e Pone eam conditionem fuiſſe, *Titius heres eſto, ſi me inſtituerit.*
f *l. 29. ſ. de hered. inſtit.* huiuſmodi inſtitutio, éſtne captatoria? *v. l. 1. in fin. ǰ. de his quæ pro non ſcriptis.* dixi *l. 11. C. de teſt. mil. l. 70. ſ. de hered. inſtit. l. 64. ǰ. de legat. 1.*
g Subſtitutus omnis, etiam inſtitutus dici poteſt. Conditio ad inſtitutionem relata, locum habet etiam in ſubſtitutione.
h Legatarius dicitur, cui quid etiam minimum legatum eſt.
i Legatarius etiam is dicitur, qui ius habet ab inſtituto. vel à ſubſtituto, vel quouis alio gradu.
k Verbum *Inſtituo*, eſt cõmune ad omnes gradus. Inſtituit qui ſubſtituit.
l *l. 9. §. 14. & ſeq. l. 51. ſ. de hered. & Inſt. in pr. §. 1. Inſt. qui teſtam. tutores.*
m Cur non poteſt? An quia quod teſtator in ſua poteſtate habet, id fortunæ committere non debeat?
n nam quod explicari liberè poteſt à teſtatore, fortunæ non eſt committendum. *Bald.*
o Conſobrinam vxorem ducere licuit: *v. l. 24. ǰ. eo.*
p *l. 24. ǰ. eod. l. 2. §. 6. ǰ. ſecund. tab.* q Conditionem impleuiſſe is videtur per quem non ſtat eam impleri, *l. 20. ſ. eo. l. 92. §. 1. ǰ. de leg. 1. l. 13. in fi. ǰ. de annuis: l. 14. l. 40. l. 56. in fi. l. 58. ǰ. de cond. & dem.*
r Conditio licet deficiens diſtributionem deficere faciat, deficere tamen diſtributum non facit. *Bald.*
ſ parere poteſt *Cuiac. 2. obſer. 16. arg l. 5. ǰ. de cond. & demonſt.* dixi *l. 26. ǰ. eod.*
t Conditioni parere pupillus poteſt etiam ſine tutoris auctoritate, eique parendo conſequitur hereditatem, & legatum, *l. 5. ǰ de cond. & dem.*
u Ex verbis teſtamenti præſumitur quis furioſus, ſi ſapiunt ea furorem: niſi per alia indicia contrarium probetur *Bal.* x voluntas defuncti non ſemper eſt ſequenda, piè poteſt interdum non ſeruari, *l. 14. §. 5. l. 37. in fi. ſ. de religioſis, l. 5. §. 4. ſ. de adm. tut. l. 1. in fi. ǰ. ad l. Falc. Nou. 1. c. 1. Nou. 22. c. 43. in fi. l. 5. ǰ. de vſufr.*
y An quod hominis id conditioni præ cæteris animantibus debetur, vt mortuus ſepeliri debeat, non abiici? An teſtandæ immortalitatis cauſa id fit, cùm nota ſit eius ſepultura? Cicero 1. *Tuſcul.* Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos etiam futura cogitare? idem 3. *de Finibus.* Ex hac animorum affectione teſtamenta, commendationéſque morientium natæ ſunt. vbi verbum *commendandi* ad ſepulturam refero, *l. 14. §. 4. ſ. de religioſ.* Valentinianus Nouella de ſepulchris Tit. 5. ſumptus exquiſitos in ſepulchra Prudentium intelligentia recuſaret, ſi nihil crederet eſſe poſt mortem. An potiùs quòd ſepultura quaſi imago eſt corporis humani corruptioni obnoxij? An quod ſepulchri honore lætantur animæ, & circa ſua cadauera oberrant, vt Valentinianus innuit. *Nou. 5.* & gentilitas putauit, 2. *Lactant.* 2. Iudæique nonnulli. v. Fauium ad 14. & 21. *Deuteronomij.* z Conditio inhumana, quæ humanitati contraria eſt, tanquam iuri contraria ſpernitur.

aeque

a Id eſt, non.
b Præſumitur teſtator ſanæ mentis niſi cõtrarium probetur. adde *l. nec codicillos* 5. *C. de codicill.* Item præſumptio alia aliam tollit, *vt hic*.
c §. 2. *Inſt. de codicillis: v. l.* 2. *C. de codicillis.*
d Inſtitui ſub conditione poteſtatiua (quæ in eius ſit poteſtate) filius poteſt. Quid ſi ea ſit quæ non poſſit vltimo vitæ ſpiritu viuente filio impleri? ſubſtituto & venientibus ab inteſtato locum faciet.
e *v. l.* 42. ꝟ. *de hered. inſt.*
f Conditio facti temporis ſpatium continens, impleri vltimo vitæ momento non poteſt: dandi, poteſt: etiam per alium: quinimò impleta ignoranti, puram diſpoſitionem efficit.
g *v. l.* 5. ꝟ. *de hered. inſt.*
h adde *l.* 12. ꝟ. *de verb. ſign.*
i Conditioni implendæ poteſt vnus pro alio ſe offerre, *l. decem.* 72. §. 1. *inf. de ſolut.* adde *l.* 15. *in fin.* ꝟ. *de ſtatu hominum*, ac maximè quidem ſi perſona ſit coniuncta, *l.* 1. *l.* 2. ꝟ. *de liberandi.*
k ſi Alexandriæ erit filius.
l dum eſt in actu moriendi, & efficitur ſuus heres, & ita tranſmittit: nam ſi non tranſmitteret, momentanea iſta adquiſitio negligeretur, *l. vlt. C. de bon. quæ liber.* Ita ſui heredis exiſtentia, etiã momentanea, inducit tranſmiſſionem hereditatis.
m de hac conditione v. Duarenem 1. *diſp.* 15.
n in actu moriendi exiſtente.
o quia prius defecit conditio inſtitutionis, quàm vita: ita quodam momento extitit conditio & tranſmittitur: vt hinc colligas, ſuam ita tranſmittere hereditatem, vt legatarios legatum.

neque *a* compos mentis eſſet. igitur ſi *b* perſpicuis rationibus hæc ſuſpicio amoueri poteſt, nullo modo legitimus heres de hereditate controuerſiam facit ſcripto ‖ heredi. ‖

1 ¶ Heredi, quem teſtamento purè inſtituit, codicillis ſcripſit conditionem. quæro an ei parere neceſſe habeat? Modeſtinus reſpondit Hereditas *c* codicillis neque adimi poteſt. porrò in defectu conditionis de ademptione hereditatis cogitaſſe intelligitur.

De filio inſtituto ſub conditione, & nepotibus ſubſtitutis, vel non ſubſtitutis.

28. *Papinianus* ‖ libro 13. Quæſtionum. ‖

SI filius ſub conditione heres erit, & nepotes ex eo ſubſtituantur: cùm non *d* ſufficit, ſub qualibet conditione filium heredem inſtitui, ſed ita demum teſtamẽtum ratum eſt, ſi *e* conditio fuit in filij poteſtate: conſideremus, nunquid interſit, quæ conditio fuerit adſcripta, vtrum quæ *f* moriente *g* filio impleri non potuit: (veluti *ſi Alexandriam ierit filius, heres eſto*, iſque Romæ deceſſit) an verò quæ potuit *h* etiam extremo vitæ momento impleri: veluti, *Si Titio decem dederit filius heres eſto.* quæ conditio nomine filij per *i* alium impleri poteſt. nam ſuperior *k* quidem ſpecies conditionis admittit viuo filio nepotes ad hereditatem: quibus ſi neminem ſubſtitutum haberet dum *l* moritur, legitimus patri heres extiterit. argumentóque eſt, quod apud Seruium quoque relatum eſt: quendam enim refert ita heredem inſtitutum, *ſi in m Capitolium aſcenderit*: quòd *ſi non aſcendiſſet legatum ei datum.* eumque, antequam aſcenderet, mortem obiiſſe. de quo reſpondit Seruius, conditionem morte defeciſſe: ideóque moriente *n* eo legati diem ceſſiſſe *o*: altera *p* verò ſpecies conditionis viuo filio non *q* admittit nepotes ad hereditatem, qui ſubſtituti ſi non eſſent, inteſtato auo heredes extiterent. neque *r* enim filius videretur obſtitiſſe, poſt cuius mortem patris teſtamentum deſtituitur *ſ*. quemadmodum *t* ſi exheredato eodem filio, nepotes, cùm filius moreretur, heredes fuiſſent *u* inſtituti.

DE *x* IVRE DELIBERANDI *y*.

TIT. VIII.

De ſeruo. 1. *Verba edicti.* 2. *Quod tempus præſtituendum.*

Vlpianus ‖ libro 60. ad Edictum. ‖

SI ſeruus fuerit heres inſtitutus, vtique *z* non ipſi præſtituimus tempus ad deliberandum, ſed ei, cuius ſeruus eſt, quia pro *a* nullo iſti habentur apud prætorem. itémque ſi plurium ſeruus ſit, vtique omnibus dominis præſtituemus.

1 ¶ Ait prætor, *ſi tempus ad deliberandum petet* b, *dabo.*

2 ¶ Cùm dicit tempus, nec adicit diem, ſine *c* dubio oſtendit, eſſe in ius dicentis poteſtate, quem diem præſtituat *d*.

2. *Paulus* ‖ libro 57. ad Edictum. ‖

ITaque pauciores centum dierum non ſunt dandi.

An dies ad deliberandum ſæpius detur.

3. *Vlpianus* ‖ libro 60. ad Edictum. ‖

NEc non illud ſciendum, nonnunquam ſemel, nonnunquam ſæpius *e* diem ad deliberandum datum eſſe, dum *f* prætori ſuadetur, tempus, quod primum aditus præſtituerat, non ſuffeciſſe.

4. *Idem* ‖ libro 61. ad Edictum. ‖

SEd hoc impetrari non debet, niſi ex magna cauſa.

De inſtrumentis inſpiciendis. 1. *De diſtractione & ſolutione.*

5. *Idem* ‖ libro 70. ad Edictum. ‖

ARiſto ſcribit, non *g* ſolùm creditoribus, ſed & heredi inſtituto prætorem ſubuenire debere, hiſque copiam inſtrumentorum *a* inſpiciendorum facere, vt perinde *b* inſtruere ſe poſſint, expediet, nécne, agnoſcere hereditatem.

1 ¶ Si maior ſit hereditas, & deliberat heres, & res ſunt in hereditate, quæ *c* ex tractu temporis deteriores fiunt, adito *d* prætore poteſt is, qui deliberat, ſine præiudicio *e* eas iuſtis pretiis vendere *f*: qui poſſit etiam ea, quæ nimium ſumptuoſa *g* ſint, veluti iumenta, aut venalicia, item ea quæ morâ deteriora fiant, vendere. quique præterea curaturus ſit, vt æs alienum *h*, quod ſub pœna, vel ſub pretioſis pignoribus *i* debeatur, ſoluatur.

6. *Gaius* libro vicenſimotertio ad Edictum Prouinciale.

IGitur ſi quidem in hereditate ſit vinum, oleum, frumentum, numerata pecunia, inde fieri debebunt impendia *k*, ſi minùs, à debitoribus hereditariis exigenda *l* pecunia. quod ſi nulli ſunt debitores, aut iudicem prouocent *m*, venire debent res ſuperuacuę *n*.

Alia verba edicti, ſi pupilli nomine petitum ſit.

1. *Et eorum interpretatio.*

7. *Vlpianus* ‖ libro 60. ad Edictum. ‖

AIt Prætor: *Si o pupilli, pupillæ nomine poſtulabitur tempus ad deliberandum, an expediat, cum hereditatem retinere: & hoc datum ſit: Si iuſta cauſa eſſe videbitur: bona interea deminui, niſi ſi cauſa cognita boni viri arbitratu, vetabo* p.

1 ¶ Meritò prætor impedit interim deminutionem, quamdiu nomine pupilli petitur tempus ad deliberandum.

2 ¶ Quid ſit autem *deminui* q *vetabo*, videamus. his verbis prætor non tantùm alienationem *r* impedit, verumetiam actiones exerceri non patitur: eſt enim abſurdum ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere *ſ*. & ita Labeo ſcribit.

3 ¶ In cauſæ autem cognitione hoc vertetur, an iuſta *t* cauſa ſit, vt diminuere prætor permittat.

¶ Ergo & funeris cauſa deminui permittet. Item eorum, quæ ſine piaculo non poſſunt præteriri.

¶ Veſcendi *u* gratia æquè deminui permittet, ſed & vbi vrget, ex aliis quoque cauſis permittere eum oportet, vt ædificia farciantur, ne agri inculti ſint, ſi qua pecunia ſub pœna debetur, vt reſtituatur, ne pignora *x* diſtrahantur.

¶ Ex aliis quoque iuſtis cauſis prætor aditus deminutionem permittet: neque enim ſine permiſſu eius debet deminutio fieri.

De eo qui ſe abſtinuit.

8. *Idem* ‖ libro 61. ad Edictum. ‖

SI quis ſuus heres, poſteaquam ſe *y* abſtinuerit, tunc petat *z* tempus ad deliberandum, videamus an impetrare debeat? Magiſque eſt, vt ex cauſa debeat impetrare, cùm nondum *a* bona venierint.

De alimentis.

9. *Paulus* ‖ libro 58. ad Edictum. ‖

FIlius, dum deliberat, alimenta habere debet ex hereditate *b*.

De gradibus heredum.

10. *Marcellus* ‖ libro 28. Digeſtorum. ‖

SI plures gradus *c* ſint heredum inſtitutorum, per ſingulos obſeruaturum ſe ait prætor, id quod præfiniendo tempore *d* deliberationis edicit *e*: videlicet vt à primo quoque ad ſequentem tranſlata *f* hereditate, quamprimùm inueniat ſucceſſorem, qui *g* poſſit defuncti creditoribus reſpondere.

De conditione, ſi filius nullus erit qui in ſuam tutelam veniat, *& filio libertino.*

11. *Iauolenus* ‖ libro 4. ex poſterioribus Labeonis. ‖

QVi filium libertinum *h* habebat, heredem eum inſtituerat, deinde ita ſcripſerat: *ſi mihi filius* i *nullus erit qui in ſuam* k *tutelam veniat, tum Dama ſeruus liber eſto.* is filius pupillus libertinus erat *l*. quærebatur, ſi *m* Dama liber eſſet? Trebatius negat *n*: quia filij *o* appellatione libertinus quoque contineretur. Labeo contrà: quia eo loco verum *p* filium accipi oportet. Trebatij ſententiam probo *q*: ſi *r* tamen teſtatorem de hoc filio locutum eſſe apparet.

a *l.* 28. ꝟ. *de adq. hered.*
b fortè legendum *exinde* vel *inde*.
c Officium iudicis Pendente dilatione non quieſcit in his quæ neceſſe eſt interim expediri. Dilatio non impedit ſequeſtrem, ſi iuſta cauſa id exigat.
d Sequeſter fructus vendere poteſt, adito tamen prætore, hoc eſt, eius auctoritate, *l.* 7. *in fin. infr. eod. l. vlt.* ꝟ. *de reb. cred. l. ſi magiſtratus* 26. *infra de reb. auctor. iud.*
e *ſub.* aditionis inducendæ vel præſumendæ.
f *l.* 5. *ſupr. de bon.* [...]*pet.*
g Sumptuoſa di[...]cuntur, in quibus magni ſump[...] exiguntur.
h & alimenta[...] 9. ꝟ. *eod.*
i *l.* 7. *in fin.* ꝟ. [...]
k adde *l. vlt.* [...] *C. de bon quæ lib.*
l *ſub.* per cur[...]rem bonis datum
m negando ſe [...]bitores.
n Fructus, & [...] in fructu conſi[...] omnia, temp[...] fiunt deteriora.
o Deliberante [...]pillo, bona he[...]taria alienari, actiones he[...]tariæ exercer[...] poſſunt niſi [...] cognita. P[...] permiſſu.
p de veti[...] prætore *v. l. vetante* 102. [...] *regul.*
q *v. Hot.* 3. [...]
r rerum pr[...]rum, *l.* 63. ꝟ. [...] *curat. l.* 22. *C.* [...]*min.*
ſ in iudiciu[...] ducere, [...] alienationis *Bald.*
t & neceſſa[...] 53. ꝟ. *de pet.* [...]
u *l.* 9. ꝟ. *eod.*
x *l.* 5. *in fin.* [...] pretioſa fort[...]
y poſt repud[...]nem.
z & ita vari[...] ꝟ. *de collat.* [...] quæ ſcripſi ad [...] §. 1. *infr. de* [...]
a licitum [...] ſtinenti adi[...] integra, *l.* 6. [...] *optione*: *l.* [...] *repud. hered.*
b *l.* 6. §. 3. [...] maximè ſi [...]
c *v. l.* 3. ꝟ. *de* [...]
e in edi[...]

p ſi Titio decem dederit.
q quia per totum vitæ tempus pendet conditio inſtitutionis.
r Filius non officit ſequentibus in ſuitate, quoties ipſe nunquam fuit ſuus, vt quia dum vixit, fuit in ſuſpenſo conditio.   ſ §. 7. *Inſt. de hered. quæ ab inteſt.*
t Similitudo eius qui conditionis defectu & per exheredationem excluditur: neutro caſu reperitur exiſtentia ſui heredis.
u hoc caſu nepotes tanquam ſui ſuccederent auo.   x 6. *C. eod.*
y Tempus dabatur inſtitutis deliberandi, & cernendæ hereditatis (de cretione *v. Vlp.* 22. §. 27. *& ſeq*) hodie tutior inuenta eſt ratio adquirendæ hereditatis, ex inuentario ſcilicet: de qua *v. l. vlt. C. eod.*
z Deliberandi ius dominis competit, non ſeruis. Vnde colligas, Deliberandi tempus ſtatui perſonis idoneis & capacibus, non incapacibus.
a *l.* 13. ꝟ. *de capite minutis: l.* 32. *infr. de reg. iur.*
b Deliberandi tempus non datur niſi petenti. facit *l. ad peremptorium* 68. ꝟ. *de iudiciis, l.* 2. *Cod. vt intra certum tempus ciuilis quæſtio terminetur. l.* 4. §. *hoc iudicium.* ꝟ. *de damno. l. properandum* 13. §. 1. *C. de iudiciis.*
c Arbitrarium tempus eſt, quod lege non eſt finitum.   d *l.* 9. *in fin. C. eod.*
e Imò nunquam ſæpiùs, *l. vlt.* §. 13. *in fin. C. eod.*   f Deliberandi tempus ſæpiùs ex magna tamen cauſa dari poteſt.   g Deliberandi tempus, creditorum & heredum fauore introductum. Debent autem creditores heredibus copiam inſtrumentorum inſpiciendorum facere, vt ſe inſtruere inde poſſint, agnoſcere debeant necne hereditatem. Ita editio inſtrumentorum fieri debet deliberanti,

ſint ei bona, *l.* 51. ꝟ. *de petit. her. l. vlt. in fin. C. de ordin. cognit.*
d per ſingulos gradus termini ſinguli ſtatuendi ſunt, *Bald.*
f per lapſum temporis.   g non ad alium finem, putà excludendum [...]ſorem. dixi ad *l.* 1. §. 12. *infra de ſucceſſ.*
h qui in ſeruitute conceptus ſimul cum patre manumiſſus erat.
i in genere loquitur de filio, non de filio inſtituto.
k *l.* 50. *infr. de leg.* 3.
l & in tutelam ſuam venerat.   m id eſt, *an.*
n & rectè: ſeruata reſtrictione Iauoleni, de qua in fine *infrà eod.*
o v. in hunc locum Cuiac. 3. *obſ.* 37. Appellatione filij continetur etiam [...] naturalis in ſeruitute conceptus. *Bald.*
p Verus autem mihi filius non videtur, qui in ſeruitute mihi conceptus [...] demoſtrat[...] pote, extra nuptias, quæ in ſeruos non cadunt. Filius eſt autem quem [...] nuptiæ, *l.* 6. ꝟ. *de his qui ſunt ſui.*
q Cur: filius meus etiamſi libertinus ſit, meus tamen eſt filius, nec minus [...] natura, quòd libertinus ſit.
r nam mens & voluntas teſtatoris ſemper ſpectanda eſt.

LIBER

LIBER VIGESIMVS NONVS.

DE TESTAMENTO *a* MILITIS.

De origine priuilegij militaris. 1. Etymologia militis, & exercitus. περὶ τάγματος. περὶ χιλιάρχου.

Vlpianus ‖ libro 45. ad Edictum.

MILITIBVS liberam *b* teſtamenti factionem primus quidem *Diuus Iulius c Cæſar* conceſſit. ſed ea conceſſio temporalis erat.

¶ Poſtea verò primus *Diuus Titus* dedit.

¶ Poſt hoc *Domitianus*.

¶ Poſtea Diuus *Nerua* pleniſſimam indulgentiam in milites contulit. eámque & Traianus ſecutus eſt. & exinde mandatis inſeri cœpit caput tale; ‖ Caput ex mandatis: ‖ *Cùm in notitiam meam prolatum ſit, ſubinde teſtamenta "à" commilitonibus d relicta proferri, quæ poſſint in controuerſiam deduci, ſi ad diligentiam legum reuocentur & obſeruantiam: ſecutus animi mei integritudinem erga optimos fideliſſimóſque commilitones, ſimplicitati e eorum conſulendum exiſtimaui, vt quoquo modo f teſtati fuiſſent, rata eſſet eorum voluntas. Faciant igitur teſtamenta quomodo volent: faciant quomodo poterint, ſufficiátque ad bonorum ſuorum diuiſionem faciendam nuda g voluntas teſtatoris* h.

1 ¶ Miles autem appellatur, vel *i* à militia, id eſt duritia, quam pro nobis ſuſtinent, aut à multitudine, aut à malo, quod arcere milites ſolent: ‖ aut à numero mille *k* hominum, ‖ ducitum *l* à Græco verbo, tractum *m* à tagmate. nam Græci mille hominum multitudinem τάγμα appellant quaſi milleſimum quemque dictum. vnde ipſum ducem χιλίαρχον appellant *n*.

¶ Exercitus autem nomen ab exercitatione *o* traxit.

Cur de teſtamento militis ſeparatim edicatur.

2. *Gaius* libro 15. ad Edictum Prouinciale.

DE militis teſtamento ideo ſeparatim proconſul edicit, quòd optimè nouit, ex conſtitutionibus principalibus propria atque ſingularia iura in teſtamenta *p* eorum obſeruari.

De milite, qui deſtinauit iure communi teſtari: de clauſula codicillari.

3. *Vlpianus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

SI miles, qui *q* deſtinauerat communi iure *r* teſtari, ante defecerit, quàm teſtaretur, Pomponius dubitat. Sed cur non in milite diuerſum probet? neque enim, qui voluit iure communi teſtari, ſtatim beneficio militari renunciauit.* nec *ſ* credendus eſt quiſquam genus teſtandi eligere ad impugnanda ſua iudicia. ſed magis vtroque genere voluiſſe propter fortuitos caſus, quemadmodum plerique pagani ſolent, cùm teſtamenta faciunt per ſcripturam, adiicere, *velle hoc etiam vice t codicillorum valere*: quiſquam dixerit, ſi imperfectum ſit teſtamentum, codicillos non eſſe? nam ſecundùm noſtram ſententiam etiam Diuus Marcus reſcripſit.

De muto & ſurdo.

4. *Idem* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

IVre militari ſurdum *u* & mutum teſtamentum facere poſſe ante cauſariam *x* miſſionem, in numeris manentem placet.

De ſubſtitutione.

5. *Idem* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

MIlites etiam *y* his, qui heredes extiterunt poſſunt ſubſtituere in his duntaxat, quæ ſunt ex teſtamento eorum conſecuti.

De inſtitutione ex fundo.

6. *Idem* ‖ libro 5. ad Sabinum. ‖

SI miles vnum ex fundo heredem ſcripſerit, creditum *z* quantum *a* ad reſiduum patrimonium inteſtatus deceſſiſſe * miles *b* enim pro *c* parte teſtatus poteſt decedere, pro parte inteſtatus.

De adgnatione poſthumi vel quaſi.

7. *Idem* " libro 9." ad Sabinum. "

QVi iure militari teſtatur, etſi ignorauerit *a* prægnantem vxorem, vel *b* non fuit prægnas, hoc tamen animo fuit, vt vellet quiſquis ſibi naſceretur, exheredem eſſe: teſtamentum *c* non rumpitur.

8. *Marcellus* ‖ libro 10. Digeſtorum. ‖

IDem eſt, & ſi adrogauerit filium, nepóſve ſucceſſerit in locum filij.

1. *De teſtamento facto ante militiam.*

9 *Vlpianus* lib. 9. ad Sabinum. ‖

IDémque erit dicendum, & ſi nato filio, viuo ſe, maluit eodem teſtamento durante decedere. nam videtur iure militari refeciſſe teſtamentum.

1 ¶ Vt eſt reſcriptum à Diuo Pio in eo, qui, cùm eſſet paganus, fecit teſtamentum, mox militare *d* cœpit. nam hoc quoque iure militari incipiet valere, ſi hoc maluit miles.

De hoſtium potito.

10. *Idem* libro 11. ad Sabinum.

FAcere teſtamentum hoſtium potitus *e* nec iure militari poteſt *f*.

De capitali condemnatione. 1. De incertitudine aut ignorantia ſtatus.

11. *Vlpianus* libro 45. ad Edictum.

EX *g* militari delicto capite damnatis teſtamentum facere licet ſuper bonis duntaxat *h* caſtrenſibus. ſed vtrum iure militari, an iure communi quæritur, magis autem eſt, vt iure militari eis teſtandum ſit. nam cùm ei quaſi militi tribuatur ius teſtandi, conſequens erit dicere, iure militari ei teſtandum, quod ita intelligi oportet, ſi non ſacramenti *i* fides rupta ſit.

1 ¶ Si miles incertus *k* an ſui iuris ſit, teſtamentum fecerit, in ea conditione eſt teſtamentum eius, vt valeat. nam & ſi incertus, an pater ſuus viuat, teſtamentum fecerit, teſtamentum eius valebit.

2 ¶ Si filiusfamilias ignorans patrem ſuum deceſſiſſe, de caſtrenſi peculio in militia teſtatus ſit, non pertinebunt ad heredem eius patris bona, ſed ſola *l* caſtrenſia.

12. *Papinianus* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

MIlites enim ea duntaxat, quæ haberent *m*, ſcriptis relinquunt.

De mutatione teſtamenti 1. De veteranis. 2. Qui poſſunt à milite inſtitui. 3. De ſeruo proprio, quaſi libero inſtituto. 4. De fideicommiſſo trahendo ad ius directum, ſi heres mortuus ſit antequam adeat.

13. *Vlpianus* ‖ libro 45. ad Edictum. ‖

IDem eſt, & ſi de teſtamento mutando cogitauit: non quia adimere volebat caſtrenſia bona heredi ſcripto, ſed quia de paternis teſtari volebat, & alium heredem ſcribere *n*.

1 ¶ Sed ſi iam veteranus deceſſit, vniuerſa *o* bona etiam paterna ad heredem pertinere caſtrenſium, Marcellus libro vndecimo digeſtorum ſcribit.

NEque enim iam *p* potuit de parte bonorum teſtari *q*.

2 ¶ Et deportati, & ferè omnes, qui teſtamenti factionem non habent, à milite heredes inſtitui poſſunt. Sed ſi ſeruum pœnæ heredem ſcribat, inſtitutio non valebit. Sed ſi mortis tempore in ciuitate inueniatur, inſtitutio incipit conualeſcere *r*, quaſi nunc data hereditate. Et generaliter in omnibus id poterit dici, quos miles ſcribit heredes, vt inſtitutio *s* incipiat vires habere, ſi mortis tempore talis inueniatur, vt à milite inſtitui poterit.

3 ¶ Si ſeruum proprium, quem liberum eſſe crediſſet, miles heredem *ſ* ſine libertate inſtituit, in ea conditione eſt, vt inſtitutio non *t* valeat.

4 ¶ Cùm miles in teſtamento ſuo ſeruo libertatem dederit, eidémque & a primo & à ſecundo herede per *u* fideicommiſſum hereditatem reliquerit: quamuis & primus heres & ſubſtitutus prius quam adierint hereditatem, mortem obierunt, non *x* debere inteſtati exitum facere, Imperator noſter cum Diuo Seuero reſcripſit, ſed perinde habendum eſt ac ſi eidem ſeruo libertas ſimul & hereditas directo data eſſet: quæ vtraque ad eum peruenire teſtatorem voluiſſe, negari non poteſt.

a 6. *Cod.* 21. & 2. *Inſtit.* 11. & 53. *Synopſ.* 21.
b habet enim multa propria & ſingularia, *l.* 2. ͡. *eod.* Poteſt enim miles imperfectè teſtari, *l.* 35. & notis, *l.* 40. ͡. *eod.* quoquo modo, *Inſt. eod. in princ. l.* 1. *C. eod.*
c & poſt eum Auguſtus, Nerua, Traianus, *Inſtit. quibus non eſt permiſſ. in prin.* & alij.
d Sic enim, id eſt cõmilitones, principes appellant milites. quoties verò eos exauctorant, *Quirites*, id eſt, quaſi priuatos & paganos, vide Petrum Fabr. 1. *Semeſtr.* 17.
e imperitiæ, *Inſt. eod. in pr.*
f *Inſt. ibid.*
g *l.* 15. §. 1. *infrà eodem.*
h niſi domi ſit. tunc enim iure cõmuni teſtari debet, *l. pen. C. eod.* quidam addunt, ſi in tentoriis duobus vocatis teſtibus: *arg. l.* 24. ͡ *eod.* ſi in prœlio, etiam nullo vocato teſte teſtari poſſe, *l.* 15. *Cod. eod.* quæ Viglius non probat. Probat tamen *Inſtit. eod. in pr. num.* 11. adhuc hodie in condendis teſtamentis durare militiæ priuilegia.
i Miles vel à "militia, multitudine, malo, millenario numero, *vt hic.* à malitia, *Varro.*
k Tot enim milites, nempe mille, tres tribus mittebant ad legionem conficiendam, *Varro de lingua.*
l *al.* ductum.
m adde & aliud etymon, à mollitia κατὰ ἀντίφρασιν dici, quod nihil molle, ſed potius quid aſperum g r t *Paul. apud Feſtum*: alij à malitia deriuant.
n *al.* χίλιον. vnde χιλιαστὺς tractum eſt, &c.
o quod exercitando fiat melior *Varro* 4. *de lingua.* adde *l.* 12. ͡. *de re milit.*
p *al.* teſtamento, *al.* teſtamentis.
q *Synopſ. eod. cap.* 3.
r id eſt, perfectè ac ſolenniter, *l.* 35 *l.* 40. ͡. *eod.*
ſ de hac præſumptione v. Alciat. 3. *Præſumpt.* 55.
t *l.* 8. §. 1. *C de codicil.*
u vide ad hanc legem Viglium §. *quinimò & mutus* 2. *Inſt. eod.*
x *l.* 17. *C. eodem.*
y vide *l.* 6. *in fin. C. eod.*
z creditur, *vulgar.*
a §. 5. & *ibi Theoph. Inſt. de hæred. inſt. l.* 7. ͡. *de reg. iur.*
b an & alius? interdum poſſe innuit *l.* 14. ͡. *eod.* An ad pias cauſas? ita putat Tiraquellus priuilegio 13. *piæ cauſæ*: adde *l.* 15. ͡. *de inoff.*
c *l.* 11. *in fin. l.* 12. *l.* 13. *l.* 19. *l.* 37. ͡. *eod. l.* 1. *C. eod. l.* 7. ͡. *de reg. iur.*

a Ignorantia non officit teſtamento militis, *Bald.*
b vel cum prægnantem ſcierit. *Hal.*
c agnatione poſthumi.
d *l.* 20. ͡. *eod.*
e id eſt, captiuus, vide *l.* 15. *ſuprà ex quib. cauſ. maior.*
f *l.* 8. ͡. *qui teſtam. fac.*
g *l.* 6. §. 5. ͡. *de iniuſto. l.* 1. ͡. *de Veteran. & milit. ſucceſſ.*
h dixi ad *l.* 14. *C. eodem.*
i De ſacramento militari dixi plenius ad *l.* 2. ͡. *de veteranis*: adde 16. *Gell.* 3. *Halicarn.* 10. *Appianum* 1. *Ciuili.* in Conſulis verba iurabant, *Liuius* 3. 22. 45. Cæſaris ſalutem ſe omnibus antelaturos promittebant, *Arrian* 3. *Epicteti* 14. patrem, matrem, & omnes proximos peierabant. *Tertull. de corona milit.* quin, ſe & liberos: *Sueton. in Caligula*, ſe niſi cõpleta militia non receſſuros, 9. *Iſid.* 3. *Seruius* 8. *Aeneid.* Iurabant in verba & præcepta principis, *Veget.* 2. *cap.* 6. *Sueton. in Claudio c.* 9. *in Galba* 15. 16. *Othone* 8. *Vitellio* 15. *Veſpaſiano* 6. *Tacit.* 6. 17. 20. *Ammian.* 21. & 26. Id erat ſacramento rogari & dicere. *Liuius* 4. 24. 25. *Seneca epiſt.* 37. 66. *Plin.* 10. *Epiſt. Tacit.* 1. 20.
k *l* 9. ͡. *de iure codicillorum.*
l quorum "ratione moritur teſtatus. v. *l.* 6. ͡. *eod.*
m quæ habent, *Hal.*
n vt eo pacto in paganis moriantur inteſtati, *l.* 2. *C. eod.*
o *l.* 19. §. 2. ͡ *de caſtrenſi peculio.*
p poſtquam factus eſt veteranus.
q Quia iure communi teſtari debuit. §. 3 *Inſt. eod.*
r Teſtamentum militis citius conualeſcit, quam pagani, *Bald.*
ſ vel tutorem, adde *l.* 24. §. 9. ͡. *de fideicommiſſ. lib.*
t Cur ita? vide *l.* 5. *in fin. C. eod.*
u Fauore militiæ & libertatis ratione, verba obliqua trahuntur ad directa, *Bald.*
x idque iure ſpeciali.

14. *Marcianus* ‖libro 4. Fideicommiſſorum.‖

TRactabatur, an tale *a* aliquid & in paganorum teſtamentis indulgendum eſſet. & *i* placet, non ſine diſtinctione hoc fieri. ſed ſi quidem viuo teſtatore & ſciente *b* deceſſiſſent, nihil noui ſtatuendum: ſi autem ignorante, aut poſt mortem eius, omnimodo ſubueniendum.

De teſtatore, qui non eſt ſoluendo. 1. De nuda voluntate instituendi vel confirmandi. 2. De teſtamento facto ante militiam. 3. De eo qui ſe ſcripſit heredem in teſtamento. 4. De tempore & conditione. 5. De ſubſtitutione pupillari. 6. De tempore petendæ bonorum poſſeſſ.

15. *Vlpianus* ‖libro 45. ad Edictum.‖

IN fraudem *c* planè creditorum nec miles amplius quam vnum neceſſarium facere poterit.

1 ¶ Sicut autem hereditatem miles nuda *d* voluntate dare poteſt, ita & adimere poteſt. Denique ſi cancellauerit teſtamentum ſuum, vel inciderit *e*, nullius erit momenti. Si tamen teſtamentum cancellauerit, & mox valere voluerit, valebit ex ſuprema voluntate.

¶ Et ideo cùm miles induxiſſet teſtamentum ſuum, mox anulo ſuo ſignaſſet, qui ſuper ea re cogniturus erit, conſiderabit quo propoſito id fecerit. nam ſi mutatæ *f* voluntatis eum pœnituiſſe probabitur, renouatum teſtamentum intelligetur. quod ſi ideo, ne ea, quæ ſcripta fuerint, legi poſſint, cauſa irriti facti iudicij potior exiſtimabitur.

2 ¶ Teſtamentum ante militiam factum à milite, ſi in militia deceſſerit, iure militari valere, ſi militis voluntas contraria non ſit *g*. Diuus Pius reſcripſit.

3 ¶ Si quis ſe ſcribat heredem in teſtamento militis, non remittitur ei ſenatuſconſulti pœna.

4 ¶ Miles & ad *h* tempus heredem facere poteſt, & alium poſt tempus, vel ex conditione *i*, vel in conditionem.

5 ¶ Item tam ſibi *i*, quam filio, iure militari teſtamentum facere poteſt: & ſoli filio, tametſi ſibi non fecerit. quod teſtamentum valebit, ſi fortè pater vel in militia, vel intra annum militiæ deceſſit.

6 ¶ Bonorum poſſeſſionem vltra tempora *k* edicto determinata, nec militis poſſe agnoſci, Papinianus libro 14. ‖ quæſtionum ſcribit. ‖ quia generalis eſt iſta determinatio *l*.

De fundo dotali.

16. *Paulus* ‖libro 43. ad Edictum.‖

DOtalem fundum ſi legauerit miles, non erit ratum legatum propter legem Iuliam *m*.

De heredibus inſtitutis ex certis rebus. 1. Si alius ſit heres rerum caſtrenſium, alius cæterarum. 2. De ademptione ſolius hereditatis. 3. Si pater militis omiſſa cauſa teſtamenti, peculium poſſideat, aut dolo fecerit, quo minus poſſideret. 4. De teſtamento facto in militia, & codicillis poſt militiam, de lege Falcidia.

17. *Gaius* libro 15. ad Edictum Prouinciale.

SI certarum *n* rerum heredes inſtituerit miles, veluti alium, vrbanorum prædiorum, alium ruſticorum, alium *o* cæterarum rerum: valebit inſtitutio, perindéque habebitur, atque ſi ſine partibus heredes eos inſtituiſſet, réſque omnes *p* ſuas per præceptionem cuique legando diſtribuiſſet.

1 ¶ Iulianus etiam ait, ſi quis alium caſtrenſium rerum, alium cæterarum ſcripſiſſet, quaſi duorum hominum duas *q* hereditates intelligi. Vt etiam in æs alienum quod in caſtris contractum eſſet, ſolus is teneatur qui caſtrenſium rerum heres inſtitutus eſſet, extra caſtra contracto ære alieno is ſolus *r* obligetur, qui cæterarum rerum heres ſcriptus eſſet.

¶ Cui ſcilicet conueniens videtur reſpondiſſe, vt ex quaqua cauſa debeatur militi, vel huic heredi, vel illi, ipſo iure debeatur.

¶ Quòd ſi alterutra pars bonorum æri alieno, quod ex ea cauſa pendebit, non ſufficiat, & propter hoc is, qui ex ea parte heres inſtitutus eſt, non adierit, alterum, qui adiſſet, compellendum eſſe *ſ*, aut defendere totam hereditatem, aut totam creditoribus ſoluere.

2 ¶ Si eodem teſtamento miles eundem heredem, deinde exheredem ſcripſerit, adempta videtur hereditas: cùm in paganorum teſtamento ſola *t* hereditas exheredatione adimi *u* non poſſit.

3 ¶ Si pater à filiofamiliàs milite ex caſtrenſi peculio heres inſtitutus omiſſa *x* cauſa teſtamenti, aliquid ex peculio poſſidebit, dolóve malo fecerit, quo minùs poſſideret, datur in eum legatorum *y* actio.

4 ¶ Si miles teſtamentũ in militia fecerit, codicillos poſt *z* militiam, & intra annum miſſionis moriatur, pleriſque placet, in codicillis iuris ciuilis regulam ſpectari debere: quia non ſunt à milite facti, nec ad rem pertinere, quod teſtamento confirmati ſunt.

¶ Ideóque in his legatis, quæ teſtamento data ſunt, legi, Falcidiæ locum *a* non eſſe: at in his, quæ codicillis ſcripta ſunt, locum eſſe.

18. *Tryphoninus* ‖ libro 18. Diſputationum.‖

SI verò compoſita vtraque legata, tam quæ teſtamento, quàm quæ codicillis data ſunt, *b* vltra dodrantem ſint, quæritur, quatenus minuantur ea, in quibus Falcidia locum habet. commodiſſime autem id ſtatuetur, vt ex vniuerſitate bonorum inſolidum ſolutis legatis, quæ teſtamento miles dederat, id quod ſupererit, pro dodrante & quadrante diuidatur inter heredes, & eos, quibus codicillis legata data ſunt.

1 ¶ Quid ergo, ſi conſumant vniuerſorum bonorum quantitatem legata, quæ teſtamento data ſunt, vtrum nihil *b* ferent hi, quibus codicillis legatum eſt, an aliquid? Et quoniam ſi adhuc miles hæc quoque legaſſet, contribuebantur *c* omnia, & pro rata ex omnibus decedebat ea portio, quam amplius legauerat, quàm in bonis habuerat: nunc quoque idem fiat. deinde conſtituta quantitate legatorum, quæ codicillis data ſunt, ex ſumma, quæ efficiebatur debita, ſi æquo iure omnia deberentur, quartam deducat his ſolis, quibus codicillis legata ſunt.

2 ¶ Quod ſi poſt vtraque legata ſolida computata, deprehenderetur, quod remaneat apud heredem, non tamen ſufficiens quartæ eorundem legatorum, quod ei deeſt, detrahatur his ſolis, quibus codicillis legata data ſunt.

De duobus teſtamentis, de herede ex parte. de codicillis & teſtamento. 2. De duobus heredibus tempore diſtinctis.

19. *Vlpianus* ‖libro 4. Diſputationum.‖

QVærebatur, ſi miles, qui habebat iam factum teſtamentum, aliud *d* feciſſet, & in eo comprehendiſſet, *fidei e heredis committere, vt priores tabulæ valerent*, quid iuris eſſet? dicebam: Militi licet plura teſtamenta facere *f*. ſed, ſiue ſimul fecerit, ſiue ſeparatim, vtique valebunt, ſi hoc ſpecialiter expreſſerit: nec ſuperius per inferius rumpetur, cùm & ex parte heredem inſtituere poſſit, hoc eſt, ex parte *g* teſtato, ex parte inteſtato decedere. Quinimò & ſi codicillos antè *h* fecerat, poterit eos, per teſtamentum ſequens cauendo, in poteſtatem inſtitutionis redigere *i*, & efficere directâ inſtitutionem, quæ erat precaria. Secundùm hæc in propoſito referebam, ſi hoc animo fuerit miles, vt valeret prius factum teſtamentum: id quod cauit, valere oportere, ac per hoc effici, vt duo teſtamenta ſint. ſed in propoſito cùm fidei heredis committatur, vt valeat prius teſtamentum, apparet, eum non *k* ipſo iure valere voluiſſe, ſed *l* magis per fideicommiſſum, id eſt, in cauſam fideicommiſſi, & codicillorum vim prioris teſtamenti conuertiſſe.

1 ¶ Vtrùm autem totum teſtamentum in eam cauſam conuerſum *m* ſit, hoc eſt, & heredis inſtitutio, an verò legata tãtum, & fideicommiſſa, & libertates quæritur? Sed mihi videtur non ſolum cætera præter inſtitutionem heredis, ſed & ipſam inſtitutionem *n* in cauſam fideicommiſſi vertiſſe, niſi aliud teſtatorem ſcripſiſſe probetur.

2 ¶ Si quis à milite heres ad tempus *o* ſcriptus eſſet, & alius ex tempore, quæritur, an poſterior heres à priore relicta legata debet: & arbitror, hunc non debere, niſi alia voluntas militis probetur.

De tribuno militum qui ſucceſſorem accepit. 1. De teſtamento facto ante militiam.

20. *Iulianus* ‖libro 27. Digeſtorum.‖

TRibunus militum, ſi intra dies certos, quàm ſucceſſor eius in caſtra venerat, manens in caſtris codicillos fecerit, & ibi deceſſerit: quoniam deſinit militis loco haberi, poſtquam ſucceſſor eius in caſtra venit, ideo *p* communi iure ciuium Romanorum codicilli eius æſtimandi ſunt.

1 ¶ Cùm aliquis facto teſtamento militare cœperit, id quoque teſtamentum, quod † antequam militare cœperit, fecerat, aliquo caſu intelligitur militiæ tempore factum: veluti ſi tabulas inciderit *q*. & legerit teſtamentum, ac rurſus ſuo ſigno ſignauerit *r*. amplius ſi, & aliquid interleuerit, perduxerit, adiecerit, emendauerit. quòd ſi nihil horum inciderit, teſtamentum eius ad priuilegia militum non pertinebit.

De anno miſſionis.

21. *Africanus* ‖ libro 4. Quæſtionum.‖

QVod *ſ* conſtitutum eſt, vt teſtamentum militiæ tempore factum, etiam intra *u* annum poſt miſſionem valeret, quantum ad verba eius, ad eos duntaxat *x* qui mitti ſolent, id beneficium pertinere exiſtimauit ſecundùm quod neque præfectos, neque tribunos, aut cæteros qui ſucceſſoribus acceptis militare deſinunt, hoc priuilegium habituros.

De capitis minutione.

22. *Marcianus* ‖ libro 4. Inſtitutionum.‖

MIles *y* filiusfamilias, ſi capite minutus fuerit, vel emancipatus *z*, vel in adoptionem datus à patre ſuo,

---

a fauore libertatis ſcil. de qua actum. *l. 13. in fin. ſ. eod.* poſſis etiam non inutiliter quærere: An paganus hodie pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus mori poſſit: præſertim ratione diuerſorum bonorum diuerſam iuriſdictionem habentium, & ad pias cauſas. vide Tiraquellum priuilegio 3. *piæ cauſæ.*

b Fideicommiſſarius moriens viuo teſtatore, eóque id ſciente, tranſmittit fideicommiſſi ius in heredem: adde quæ dixi ad *l. 14. C. de fideicomm. v. Sebaſt. Medices tract. de morte. parte 2. Concluſ. 44.*

c Priuilegium alicui conceſſum, in damnũ tertij recidere nõ debet, *Bal.*

d *l. 1. ſ. eod.*

e *l. 20. in f. ſ. eod.*

f *l. 25. in f. ſ. eo.*

g Eo ipſo quod miles, teſtamentum factum non mutat, approbare videtur, *Bald.*

h puta quoad vixit, *l. 19. ſ. eod. l. 8. C. eo. l. 41. ſ. eod.*

i *l. 2. §. 1. ſ. de vulgari.*

k anni, in liberis: centum dierum, in reliquis, *§. 4. in f. Inſt. de bon. poſſeſſ.*

l προθεσμία, *v. Cuiac. initio libelli de præſcript.*

m de qua *v. l. vn. §. 15. C. de rei vx. act.*

n adde *l. 16. §. 6. ſ. ad Trebell.*

o An aliud in pagano, *v. l. 78. ſ. de hered. inſt.*

p caſtrenſes & paganicas.

q nihil habebunt inter ſe commune heredes inſtituti, *v. l. 1. C. eod.*

r Onus æris alieni. ſuum ſequitur patrimonium, *Bal.*

ſ fauore creditorum ſcil. vno repudiante alter in ſolidum tenebitur: iuſque adcreſcendi habebit, & ſic non obſtat, *l. 1. ſ. eod.*

t *al.* ſola exheredatione hereditas adimi non poſſit, vt ſit ſenſus: Hereditatem in pagani teſtamento ſola exheredatione non adimi, ſed etiam aliis modis, puta mutatione teſtamenti. Sed dic *ſola*, i. ſine libertate.

u *l. 13. §. 1. ſ. de liberis l. 1. §. 4. ſ. de his quæ in teſt. l. 6. in f. ſ. de her. inſt.*

x Pater occupans iure peculij, & omittens ex teſtamento tenetur legatariis, *Bal.*

y teſtamento filij legatorum.

z *l. 17. ſ. ad l. Falc.*

a dixi ad *l. 11. C. eodem.*

b Relicta teſtamento diminuuntur per relictum codicillorum: relicta codicillis, finguntur relicta teſtamento, *Bald.*

c *l. 11. §. 5. infra leg. Falc.*

d miles cum duobus teſtamentis decedere poteſt, *Bal.*

e *al.* ſe fidei.

f ita, vt prius per poſtremum non ſeatur reuocatum *Hal.*

g *l. 6. ſ. eod.*

h *l. 77. ſ. de her. inſt.*

i Teſtator per verba obliqua ... ferre in di... *Bald.*

k Teſtamentum quod ipſo iure valet, ... voluntate per ... commiſſum ... poteſt: hoc ... cauſam fidei commiſſi & codicillorum verti ...

l vide quæ ad *l. 10. C. ... fac.*

m Codicill... ius quo... mento ... non ſolum ... runtur lega... etiam heredi... tutio, *Bal.*

n Fideicom... rius lata ... tione, ... dici poteſt, *ſ. legataria ... teſt. v. ... ad l. 1. §. ... Trebell.*

o *v. l. 15. ... eod.* Aliud ... nare ſucc... per diſti... ten poris, ... ſubſtitue...

p Priuileg... conceditur ... officium, ... ficio termi... *Bald.*

† *l. 6. ſ. eod.*

q *l. 15. ſ. ... eodem.*

r Sigillum ... qui ſcriptu... cui appen... approbare ... *Bald.*

ſ *v. Cuiac. ... Afric.*

t *Syn. Baſ. ... ex tit. 21. ...*

u *l. 26. ſ. ...*

x A verbis ... vel ſtatuti, ... uilegij ... non debemus, ... poſſumus priuileg... extendere, *Bal.*

y aliud in pagano. Teſtamentum enim pagani, capitis diminutione infirmatur, *§. 4. Inſt. quibus mod. teſtam. infirm.* Et hoc itaque quod hac lege traditur ſingulare in milite.

SGCB2021

ſuo teſtamentum eius valet, quaſi ex *a* noua voluntate.

23. *Tertyllianus* ‖ libro ſingulari de Caſtrenſi peculio. ‖

IDem *b*, & ſi paterfamiliâs miles de caſtrenſibus rebus duntaxat teſtatus, adrogandum ſe dederit. Si verò miſſus *c* iam, hoc *d* fecerat *e*. non *f* valet teſtamentum.

Reſcriptum Traiani.

14. *Florentinus* ‖ lib. 10. Inſtitutionum. ‖

DIuus *g* Traianus Statilio Seuero *h* ita reſcripſit: Id priuilegium quod militantibus datum eſt, *vt quoquo modo facta ab his teſtamenta rata ſint*, ſic intelligi debet, vt vtique prius conſtare debeat, teſtamentum factum eſſe, quod & ſine ſcriptura & à non militantibus fieri poteſt. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis *i* ad hoc hominibus vt voluntatem ſuam teſtaretur, ita locutus eſt, vt declareret, quem vellet ſibi eſſe heredem, & cui libertatem tribuere, poteſt videri, ſine ſcripto hoc modo eſſe teſtatus, & voluntas eius rata habenda eſt; Cęterùm ſi *k* (vt plerumque ſermonibus *l* fieri ſolet) dixit alicui, *Ego te heredem facio*: aut, *tibi bona mea relinquo*: non oportet hoc pro teſtamento obſeruari. Nec *m* vllorum magis intereſt quàm ipſorum quibus id priuilegium datum eſt, eiuſmodi exemplum non admitti. alioquin non difficulter poſt mortem alicuius militis teſtes exiſterent, qui adfirmarent ſe audiſſe dicentem aliquem, relinquere ſe bona, cui viſum ſit, & per hoc iudicia *n* vera ſubuertuntur *o*.

De teſtamento facto ante militiam.

25. *Marcellus* ‖ libro ſingulari Reſponſorum. ‖

TItius, prius *p* quàm tribunus legionis *q* factus, eſſet, teſtamentum fecit, & poſtea cinctus *r*, minente eodem defunctus eſt. quęro, an militis teſtamentum videatur eſſe, Marcellus reſpondit: Teſtamentum, quod ante tribunatum feciſſet ſi poſtea ab eo factum, dictum probaretur, quòd valere vellet, ad commune ius pertinet. conſtitutionibus enim principum non militum, teſtamenta *s*: ſed quæ à militibus facta ſunt, confirmantur. Sed planè feciſſe teſtamentum eum interpretãdum eſt, qui ſe velle teſtamentum, quod antè fecerat, valere, aliquo modo declarauit.

De ignominioſa miſſione.

26. *Macer* ‖ libro 2. Militarium. ‖

TEſtamenta eorum, qui *ſ* ignominiæ *t* cauſa miſſi ſunt, ſtatim deſinunt militari *u* iure valere, quod anni *x* ſpatium teſtamentis eorum, qui honeſtam, vel cauſariam miſſionem meruerunt, tribuitur.

1 ¶ Ius teſtandi de caſtrenſi *y* peculio, quod filiisfamiliâs militantibus conceſſum eſt, ad eos, qui ignominiæ cauſa miſſi ſunt, non pertinet: quod hoc pręmij loco *z* merentibus tributum eſt.

De reuerſione ad primum teſtamentum.

27. *Papinianus* ‖ libro 6. Reſponſorum.

CEnturio *a* ſecundo teſtamento poſtumos heredes inſtituit, neque *b* ſubſtitutos dedit: quibus non additis ad ſuperius *c* teſtamentum ſe redire teſtatus eſt: cętera, quæ ſecundo teſtamento ſcripſit, eſſe irrita placuit, niſi nominatim ea confirmaſſet, ad priorem voluntatem reuerſus.

De filiofamiliâs milite qui filio impuberi ſubſtituit, & tutores dedit.

28. *Vlpianus* ‖ libro 36. ad Sabinum. ‖

CVm filius familiâs miles deceſſiſſet, filio impubere herede inſtituto, eíque ſubſtituiſſet in aui poteſtate manenti, tutoréſque dediſſet: Diui fratres reſcripſerunt, ſubſtitutionem *d* quidem valere, tutoris *e* autem dationem non valere: quia hereditati quidem ſuæ miles qualem vellet ſubſtitutionem facere poteſt: verumtamen alienum *a* ius minuere non poteſt.

a *l. 6. in fin. ſup. de iniuſto, §. 5. inſt. eo.*
b vt ſit idem in adrogatione quod in adoptione.
c militia.
d i. ſe adrogandum dederit.
e *al.* ecerit.
f quia poſt miſſionem, paganus cenſetur & pagani teſtamentum infirmatur, ſi poſt teſtamentum à ſe factum, alicui ſe adrogandum dederit, quia per adrogationem factus eſt alienæ poteſtatis.
g *§. 1. Inſt. eo.*
h Catilio Seuero *Hal.* de eo extat epiſtola Plinij *lib. 1.* ſub Traiano vixit, fuitque D. Marco proauus maternus, *Capitolinus in Marco*, prę ſes Syriæ, *Spartianus Hadriano*. Præfectus vrbi & ea dignitate priuatus ab eodem Hadriano, *v. Spartianum in Hadriano*.
i Teſtes in teſtamento militis requiruntur, & quideml plures & rogati, v. quæ ſcripſi ad *Nou. Leon.* 40.
k inſtitutum eum hæredem non continuò intelligimus, quem teſtator ſe facturum heredem iactauerit, *vt hic. l. vlt. ff. de teſt.* (etſi inſtitutiones tanquam fauorabiles, aliâs extendere ſoleamus.) Hoc fit, vt ne inſtitutiones contra teſtatoris voluntatem interpretemur, adeò vt verbum, *inſtituit*, plerumque flectamus ad fideicommiſſum, vt teſtatoris voluntas ſeruetur. *Paulus Caſt. 2. conſil.* 5. Ita fit quoque vt is inſtitutus non videatur, quem in contractu aliquo heredem meum appellauero. *Bart. in l. tale pactum. 40. in fi. ſup. de pactis. Alex. in l. licet inter priuatos. 19. C. de pact.* quemadmodum is inſtitutus non videtur, cui decẽ pro ſua benedictione reliquero. *Bal. in proœmio decr. Alex. in l. apud Iulian.* 11. *l. nam quod* 14. *§. non omnis 5. ff. ad Treb. 2. conſ. 70. Iaſ. Auth. nouiſſima C. de inof. & in l. & ſi pepererit 3. ſup. de liberis.* niſi communi vſu benedictionis verbum accipiatur pro inſtitutione, *arg. l. Labeo. 7. ff. de ſupellect.*
l ὁμιλίαις *Theoph. §. 2. Inſt. eo.* m *l. 7. C. de reſcindenda: §. 1. Inſt. de milit. teſt.*
n βουλήσεις dixit Theophilus, voluntates. o *al.* ſubuerterentur. p Qualitas quæ cauſa alicuius effectus eſt tunc temporis ineſſe debet & exigitur, cùm de illo effectu diſponitur: nec poſtea ſuperueniens patrocinatur.
q Legiones ſub Iulio fuerunt triginta legiones ſingulæ decem cohortibus conſtabant. Prima cenſu, genere, literis, forma, & virtute pollentes habuit: reliquæ prout principi placuiſſet à Tribunis vel præpoſitis regebantur. Legionibus itaque fuerunt ſui tribuni, *vt hic*, vt & cohortibus, adde quæ de legionib. dixi ad *l. 12. C. de re mil. lib. 12.* r Cingebantur vt milites, & de veteri more milites cingendi, dixi ad *l. 43. ff. eo.* ſ *Synop. Baſilicon. 35. tit. 20. c. 21.* t ignominia, *Hal.*
u Teſtamentum infamis valet iure communi, non priuilegiato, *Bald.*
x *l. 11. ſup. eo. l. 5. C. eo. l. 38. ff. eo. §. 3. Inſt. eo. & ibid. Theoph.* y *l. 30. ff. eod.*
z Priuilegia conceduntur in præmium, ideóque nec ad odioſos & immerentes pertinent, *Bald.* Priuilegium nemo conſequi ex eo debet quod pœnam meretur.
a *v. Contium 1. diſput. 3.* b neque eo quemquam ſubſtituit, poſtea huiuſmodi verbis cauit, quibus non editis ad ſuperius teſtamentum, &c. *Zoanet. lib. reſtit. c. 1.*
c primum teſtamentum, vi confirmationis extremæ efficitur tertium, & præualet ſecundo. *Bal.* niſi contrarium exprimatur. *Alberic.* d *l. 5. ſup. eo.*
e *l. 41. §. 2. ff. eo. l. 2. ſup. de teſt. tut. l. 46. ſup. de adm. tut.*

De reſtitutione ex S.C. Trebelliano. 1. De manumiſſione. 2. De conditione iuriſiurandi, vel turpi. 3. De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

29. *Marcellus* ‖ libro 10. Digeſtorum. ‖

SI à milite ſcriptus heres ſua ſponte adierit hereditatem, & rogatus totam hereditatem reſtituerit, ex Trebelliano *b* tranſeunt actiones.

1 ¶ Miles *c* teſtamento ſuo manumittendo, nihil efficit in eo, cuius libertas lege Ælia Sentia vel aliqua impeditur.

2 ¶ Edictum prætoris *quo iuſiurandum d heredibus inſtitutis legata iiſque remittitur.* locum habet etiam in militum teſtamentis: ſicut etiam in fideicommiſſis.

¶ Idemque ſi turpis *e* eſſet conditio.

3 ¶ Patri *f* ‖ eius ‖ qui in emancipatione ipſe manumiſſor extitiſſet, contra tabulas teſtamenti dandam bonorum poſſeſſionem partis debitæ placet exceptis his rebus, quas in caſtris adquiſiſſet, quarum liberam teſtamenti factionem habet.

30. *Paulus* ‖ libro 7. Quæſtionum. ‖

NAm in ‖ bona caſtrenſia non eſſe dandam *g* contra tabulas filij militis bonorum poſſeſſionem, Diuus Pius Antoninus reſcripſit.

De manumiſſione ſerui legati.

31. *Marcellus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

SI miles Titio & Seio ſeruum legauerit, & eum Titius manumiſiſſet, deliberante Seio, moxque is legatum omiſiſſet, liberandum fore dico. quia & ſi heres ſeruum alicui legatum interim manumiſiſſet, deinde legatarius *h* repudiaſſet, liber *i* eſſet.

Si ſecundùm voluntatem militis non adeatur.

32. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Regularum. ‖

SI ſecundùm probabilem voluntatem militis hereditas eius non adeatur, nec res caſtrenſes heredibus competunt *k*.

De poſtumo.

33. *Tertyllianus* ‖ libro ſingulari de Caſtrenſi peculio. ‖

SI filiusfamiliâs miles feciſſet teſtamentum more militiæ, deinde poſt mortem patris poſtumus ei naſceretur, vtique rumpitur *l* eius teſtamentum. Verùm ſi perſeueraſſet in ea voluntate, vt vellet adhuc illud teſtamentum valere, valiturum illud, quaſi rurſum aliud factum, ſi modò militaret adhuc eo tempore quo naſceretur illi poſtumus.

1 ¶ Sed ſi filiusfamiliâs miles feciſſet teſtamentum, deinde poſtea, viuo eo, & adhuc auo quoque ſuperſtite, naſceretur ei poſtumus, non rumpitur eius teſtamentum: quia cùm id, quod naſceretur, in poteſtatem eius non perueniret, non videtur ſuus heres adgnaſci. Ac ne auo quidem ſuo hunc nepotem poſtumum cùm viuo filio naſceretur, ſuum heredem protinus adgnaſci. & ideo nec aui teſtamentum rumpi: quoniam licèt in poteſtate aui protinus eſſe inciperet, tamen antecederet *m* eum filius.

2 ¶ Secundum quæ, ſi filiusfamiliâs miles teſtamentum fecerit, & omiſerit poſtumum per errorem, non quòd volebat exheredatum: deinde poſtumus, poſt mortem aui, viuo adhuc filio, i. patre ſuo, natus fuerit, omnimodò rumpet illius teſtamentum. Sed ſi quidem pagano *n* iam illo facto natus ſit, nec conualeſcet ruptum: ſi verò militante adhuc, natus fuerit, rumpetur: deinde, ſi voluerit ratum illud eſſe pater, conualeſcet ſic, quaſi denuò factum.

3 ¶ Sed & ſi viuo auo naſcatur poſtumus, hic non rumpet continuò patris teſtamentum: ſi ſuperuixerit poſt mortem aui, viuo adhuc patre rumpet *o*: quòd nouus illi nunc primùm heres adgnaſcitur. Ita tamen, vt nunquam poſſit duorum *p* ſimul teſtamenta rumpere, & aui, & patris.

De milite qui mori maluit. 1. De ſecundo teſtamento cœpto. 2. De nuda militis voluntate.

34. *Paulus* ‖ libro 14. Quæſtionum. ‖

EIus militis, qui *q* doloris impatientia *r*, vel tędio vitę mori maluit, teſtamentum valere, vel inteſtati bona ab his, qui lege vocantur, vindicari, Diuus Hadrianus reſcripſit.

1 ¶ Militia miſſus intra annum teſtamentum facere cœpit, neque perficere *ſ* potuit: poteſt dici ſolutum ita eſſe teſtamentum, quod in militia fecit, ſi iure militię fuit ſcriptum: alioquin, ſi valuit iure communi, non eſſe iure reſciſſum.

2 ¶ Nec tamen circa militem eadem adhibetur diſtinctio. Nam quocunque *t* modo teſtamentum

a *l. 2. ſup. de teſt. tut.* priuilegio ſuo miles ius alienum minuere non poteſt. Priuilegia omnia interpretanda ſunt ſaluo tertij cuiuſque iure, *l. 15. ff. eod. l. 43. C. de vulgari. l. 4. C. de emancipat. c. venientes, extra de reſcr.*
b In militis teſtamento habet locum auctoritas Senatuſconſulti Trebelliani. *Bal.*
c Prohibita per legem miles facere non poteſt, *v. l. 4. C. eo.*
d Remiſſa heredib. per legem miles teſtamento ſuo imperare non poteſt, *l. 8. ff. de condit. inſtit.*
e *l. 14. ff. de condit. inſtit.*
f Bonorum poſſeſſio contra tabulas quæ datur emancipato in aliis bonis quam caſtrenſibus competit, *vt hic: & l. 30. ff. v. Cuiac. 8. obſ. 25.*
g patri ſc. *l. 1. §. 4. ff. ſi à parente quis manumiſſ.*
h *l. 2. ff. de manumiſſ.* Ius accreſcendi retrò fingit & actum conualeſcere facit: factum per eum qui plenum ius non habuit conualeſcit ſi ius plenum ei ſuperuenit.
i *v. l. 1. C. de communi ſeruo. Inſt. de donat. in fin.*
k Legata ad pias cauſas non deberi, non adita hereditate hinc Baldus colligit, cùm ex teſtamento militis, ex quo hereditas non eſt adita, non debeantur.
l Poſthumus rumpit teſtamentum filij militis, niſi naſcatur viuo auo, quia tunc patri ſuo non adgnaſcitur.
m Nepos hic teſtamentum aui non rumpit, quia à patre præceditur.
n Teſtamentum ruptum agnatione poſthumi non conualeſcit ex nuda voluntate pagani, ſed militis. *Bald.* Nuda illa voluntas non eſt teſtamentũ, ſed in teſtamento tantùm perſeueratio.
o *l. 28. §. 2. ff. de liberis.*
p Eſt impoſſibile, vt nepos ſimul rumpat teſtamentum patris & aui, ſicut eſt impoſſibile, vt ſit in vtriuſque poteſtate, & vtrique agnaſcatur *Bald.* q *Synopſis 35. tit. 21. c. 27.* r *l. 6. §. 7. ff. de iniuſto.* Lepidum eſt, quod hic à quibuſdam dicitur & præſertim à Baldo, Teſtamenta eorum qui ſeipſos impatientia doloris occidunt, valere ſecundùm Iuriſconſultos: eos tamen ad inferos ire ſecundùm Theologos. ſ Teſtamentum perfectum rumpit imperfectum, niſi in milite, *Bald.* t Teſtamentum imperfectum militis alio imperfecto reuocari poteſt *vt hic.* At imperfectum teſtamentum patris inter liberos non poteſt reuocari niſi alio perfecto, v. quæ ſcripſi ad *Nou. 107. c. 2.*

fecerit,

fecerit, nouiſſima voluntate reſcindetur: quoniam voluntas quoque *a* militis teſtamenti *b* eſt.

35. *Idem* ‖ libro 19. Quæſtionum. ‖

MIles ſi teſtamentum imperfectum *c* relinquat, ſcriptura, quæ profertur, perfecti teſtamenti poteſtatem obtinet. nam militis teſtamentum, ſola *d* perficitur voluntate.

¶ Quique plura per dies varios ſcribit, ſæpe facere teſtamentum videtur.

De codicillis ad teſtamentum factis. 1. De priore teſtamento mutato pro parte. 2. De adgnatione poſthuma. 3. Si veteranus qui iure communi, militiæ tempore; teſtamentũ fecerat, inteſtatus eſſe malit. 4. Si is, qui teſtamento militari ſuperius iure communi factum rupit, poſt annum miſſionis deceſſerit.

36. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

MIlitis codicillis ad teſtamentum factis, etiam hereditas iure videtur dari: quare ſi partem dimidiam hereditatis codicillis dederit, teſtamento ſcriptus ex aſſe heres, partem dimidiam habebit. legata autem teſtamento data communiter *d* debentur.

1 ¶ Miles caſtrenſium bonorum, & non caſtrenſium diuerſis heredibus inſtitutis, poſtea caſtrenſium bonorum alios heredes inſtituit: prioribus tabulis tantum abſtuliſſe videtur, quantum in poſteriores contulerit: nec videtur mutare, etſi prioribus tabulis vnus heres ſcriptus fuiſſet.

2 ¶ Miles in ſupremis ordinandis ignarus *f* vxorem eſſe prægnatem, ventris non habuit mentionem: poſt mortem patris filia nata ruptum eſſe teſtamentum apparuit, neque legata deberi: ſi qua verò medio tempore ſcriptus heres legata ſoluiſſet, vtilibus actionibus filiæ datis, ob improuiſum caſum eſſe reuocanda *g*, nec inſtitutum, cùm bonæ fidei poſſeſſor fuerit, quod inde ſeruari non potuiſſet, præſtare.

3 ¶ Veteranus moriens teſtamentum iure communi, tempore militiæ factum, irritum eſſe voluit *h*, & inteſtatus *i* eſſe maluit: heredum inſtitutiones, ‖ ac ſubſtitutiones ‖ in eodem ſtatu manſiſſe placuit: legata verò petentes, exceptione *k* doli mali ſecundum ius commune ſummoueri, cuius exceptionis vires ex perſona petentis æſtimantur: ‖ & ‖ alioquin potior *l* eſt, in re pari, cauſa poſſeſſoris *m*.

4 ¶ Miles iure communi teſtatus, poſtea teſtamento iure militiæ ſuper bonis omnibus facto, poſt annum militiæ vita deceſſerat: prioris teſtamenti, quod ruptum eſſe conſtabat, non redintegrari vires conſtitit.

Si ex duobus heredibus vnus adeat qua ex parte miles inteſtato moritur, ea ex parte patronus ei ſuccedit.

37. *Paulus* ‖ libro 7. Quæſtionum. ‖

SI duobus à milite liberto ſcriptis heredibus alter omiſerit hereditatem, pro ea parte inteſtatus videbitur defunctus deceſſiſſe: quia miles & pro *n* parte teſtari poteſt, & competit patrono ab inteſtato bonorum poſſeſſio: niſi ‖ ſi ‖ hæc voluntas defuncti probata fuerit, vt omittente altero, ad alterum vellet totam redire *o* hereditatem.

Si conditio poſt annum miſſionis extiterit. 1. Si miles miſſus iterum militare cœperit.

38. *Idem* ‖ libro 8. Quæſtionum. ‖

QVod dicitur, ſi miles intra *p* annum quàm miſſus eſt, deceſſerit, valere eius teſtamentum, quod iure militari fecerat, verum eſt, etiam ſi poſt annum conditio inſtitutionis extiterit, mortuo eo intra annum. Et ideo, ſi heredi filio ſubſtituerit, nihil intereſt, quando filius moriatur: ſufficit enim patrem intra annum obiſſe.

1 ¶ Miles teſtamentum fecerat: deinde non ignominiæ cauſa miſſus, rurſus *q* cinctus *r* eſt in alia militia: quærebatur, an teſtamentum eius, quod in militia fecerat, valeret. quæſiui, vtrùm iure militari, an communi iure teſtatus eſt: & ſi quidem communi iure teſtatus eſt, nulla dubitatio eſt, quin valeat: ſed ſi vt miles feciſſet teſtamentum, agitare cœpi, quando adſumptus fuiſſet, poſtquàm deſiit in numeris eſſe, vtrùm intra annum an poſt annum: cognoui intra annum eum adſumptum: ergo ſi cùm adhuc iure militari valeret, rurſus eodem iure poſſet teſtari, nunquid etiam poſt annum eo mortuo valeat teſtamentum? Me mouebat, quòd alia militia eſt poſterior, ſed humanius eſt dicere, valere teſtamentum, quaſi coniuncto munere militiæ. Non loquor *ſ* de eo, qui voluit valere teſtamentum etiam adſumptus: hic enim quaſi in militia ſequenti fecit teſtamentum, exemplo eius, qui paganus fecit, deinde militare cœpit.

De mortuo apud hoſtes, & de lege Cornelia.

39. *Idem* ‖ libro 9. Quæſtionum. ‖

SI filiusfamiliàs miles captus, apud hoſtes deceſſerit, dicemus, legem Corneliam *t* etiam ad eius teſtamentum pertinere, ſed quæramus, ſi pater eius priùs in ciuitate deceſſerit, relicto nepote ex filio, an ſimiliter *u* teſtamentum patris rumpatur. & dicendum eſt, non rumpi teſtamentum: quia ex eo tempore, quo captus eſt, videtur deceſſiſſe *x*.

De teſtamento notis excepto, & nondum literis præſcripto. 1. Si ſeruo legatum ſit. 2. De ſeruo inſtituta, deinde legata vt manumittatur.

a al. quæque militis teſtamentum eſt.
b vice ſc. vel legendum eſt teſtamentum.
c l.3.§.eod. Synopſis 35.tit.21.c.28.
d & nuda, l.1.§.eo.
e Qui ſuccedit in patrem hereditatis, ſuccedit in partem operum, *Bald.*
f l.9.l.10.C.eod.
g Ignorantia (putà preteriti poſthumi) dans cauſam teſtamento ei officit, & legata ſoluta condicuntur. *Bald.*
h v. Paponem 20. *Arreſtorum* 1. §.2.
i Teſtamentum alio teſtamento reuocandum. dixi ad *Auth. hoc inter liberos. C. de teſtam.*
k vide l.30. C. de teſt.
l Si actor non habet ius petendi, licèt reus non habeat ius poſſidendi, reus tamen potior eſt: ex regula, qua poſſeſſores potiores ſunt iure, *Bald.*
m l.154.ff. de reg. iur.
n l.6.§.eod.
o Verbum *redeat*, eſt verbum directum, *Bald.*
p v. l.26.§.eod.
q Priuilegia coniunguntur, & facto prætextu vnius priuilegij conſeruatur per aliud priuilegium ſuperueniens. *Bal.*
r Cingerentur vti & milites, de veteri more militum cingendorum, dixi ad l.43.ff.eod.
ſ Quia tunc dubium non eſſet valiturum ex recenti voluntate. *Bald.*
t l.14.ff. de capt.
u Hoc vocabulum magnam vim habere indicat *Cuiac.*
x & ita eo tempore quo filium ſuum in poteſtate non habebit. *Accurſ.* hanc enim negatiuam Cuiacius gloſſæ reſtituit, vt mihi fidem fecit eius quædam prælectio ad me tranſmiſſa.

40. *Idem* ‖ libro 11. Reſponſorum. ‖

LVcius Titius miles notario " ſuo " teſtamentum ſcribendum notis *a* dictauit, & antequàm literis *b* perſcriberetur, vita defunctus eſt. quæro, an hæc dictatio valere poſſit *c*? Reſpondi, militibus quoquo modo velint, & quomodo poſſunt, teſtamentum facere conceſſum eſſe: ita tamen, vt hoc ita ſubſecutum eſſe legitimis *d* probationibus oſtendatur.

1 ¶ Idem reſpondit, ex teſtamento eius, qui iure militari teſtatus eſſet, ſeruum qui (licèt ſub conditione) legatum meruit *e*, etiam libertatem poſſe ſibi vindicare.

2 ¶ Idem " reſpondit "; Lucius Titius miles teſtamentum ita fecit, *Pamphila ſerua mea ex aſſe mihi heres eſto.* alio deinde capite, Sempronio commilitoni ſuo eandem Pamphilam reliquit: cuius fidei commiſit, vt eam manumitteret. quæro, an heres eſſet Pamphila, atque ſi directò accepiſſet libertatem. reſpondi intelligendum militem qui ancillam ſuam heredem inſtituerat ignoraſſe, poſſe ex ea inſtitutione etiam libertatem ei competere: & ideo ſine cauſa poſtea à commilitone petiſſe, vt eandem manumitteret. cùm ex priore ſcriptura libera *f* & heres effecta eſt, poſtea nullo præiudicio voluntati facto, fruſtrà legata eſt.

De herede ex tempore, vel ad tempus. 1. De muliere in quam turpis ſuſpicio cadit. 2. De tutoris datione. 3. De legato relicto à ſubſtituto filij non inſtituti. 4. De ſubſtitutione filio emancipato, vel in poteſtate aui exiſtenti facta. 5. De hereditate non adita.

41. *Tryphoninus* ‖ libro octauodecimo Diſputationum. ‖

MIles ita heredem ſcribere poteſt *g*: *Quoad viuit Titius, heres eſto: poſt mortem eius, Septicius.* Sed ſi ita ſcripſerit *Titius vſque ad annos decem heres eſto*, nemine ſubſtituto, inteſtati cauſa poſt decem annos locum habebit. Et quia diximus, ex certo tempore, & vſque ad certum tempus, milites poſſe inſtituere heredem, his *h* conſequens eſt, vt antequàm dies veniat, quo admittatur inſtitutus, inteſtati hereditas deferatur. Et quod in bonorum portione ei licet, hoc etiam in temporis ſpatio, licet non modicum ſit, ex eodem priuilegio competat.

1 ¶ Mulier, in *i* quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, nec ex teſtamento militis aliquid capere poteſt, vt Diuus Hadrianus reſcripſit.

2 ¶ Nec tutorem ei *k*, qui in aliena eſt poteſtate, miles dare poteſt.

3 ¶ Si miles exheredauerit filium, vel ſciens eum filium ſuum eſſe, ſilentio præterierit, an legatum à ſubſtituto eius dare poſſit, quæſitum eſt. dixi non poſſe licet ampla legata reliquerit *l* exheredato *m*.

4 ¶ Miles & emancipato filio ſubſtituere poteſt. Verùm hoc *n* ius in his exercebitur, quę ab ipſo ad eum, cui ſubſtituit, peruenerint, non etiam in his, ‖ ſi ‖ quæ habuerit, vel poſtea adquiſierit. nam & ſi filio ſuo, viuo adhuc auo, ſubſtituit, poſt adquiſitam ei aui hereditatem, nemo diceret ad ſubſtitutum pertinere.

5 ¶ Si militis adita non fuerit hereditas, an ſubſtitutio, quam pupillo fecit, valeat, quæritur? Et conſequens erit, hoc dicere: quia permittitur, militem filio facere teſtamentum, quamuis ſibi *o* non fecerit.

Ex quo tempore quis iure militari teſtari poſſit.

42. *Vlpianus* " libro quadragenſimoquinto ad Edictum. "

EX eo tempore quis iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros *p* relatus eſt: antè non: proinde qui *q* nondum in numeris ſunt, licèt *r* etiam lecti tirones ſint, & publicis expenſis iter faciunt, nondum milites ſunt: debent enim in numeros referri.

43. *Papinianus* " libro ſexto Reſponſorum. "

FIliusfamiliàs equeſtri militia exornatus, & in comitatu principum retentus, cingi *ſ* confeſtim *t* iuſſus teſtamentum de caſtrenſi peculio facere poteſt.

De his qui in hoſtico loco teſtantur.

44. *Vlpianus* ‖ libro quadragenſimoquinto ad Edictum. ‖

a Synopſ. 35. tit. c.33. de teſtamento notis ſcripto pagano & milite, vide Cuiac. 3. obſ. adde quæ ſcripſi ad l.133. ſuprà de quib. cauſis maior. l.15. Cod. hoc tit. 9.§.3. ſupra de her. inſt.
b Plenioribus v. quæ ſcripſi ad contractus 17. C. de fide inſtrum.
c Non valet, Paponem 3. Notar. 2.
d l.24.§.eod.
e vide l.7 in f. Cod. eod. In alia ita ius non eſt, l. l 5.§.2. C. de nec. heredib.
f l. 10. in f. infra de manum. ſtam.
g i. ad tempus 15.§.4. l.19. l.3. C. eod.
h Diuiſionem recipiunt in ſtantia, diuiſion. recipiunt temp. *Bald.*
i l. 14. infr. his quæ vt in Synopſis 6. Tit. ex lib. 35. Tit. c.36. Miles to perſonam in re non p. *Bald.*
k l.29. ſup. l.2. ſupr. de te. tut.
l reliquerit heredato mil. emancipato adde l.5.§ eo.
m Miles non reſt relinquens ſti uto exhere. *Bald.*
n Miles teſt. impuberi fil. ita teſtatur vt mentum pup. fruatur mil. priuilegio, v. Aliud eſſe vol. pater miles te. filio impuber. pias cauſas, raquellum 20. uilegio pia cauſ.
o l.15.§.5. eod.
p i. in aliq. cohortem, di. l.18. C. eod. l. l. fin. infra de b. poſſ. ex teſtam. lit.
q Numeris m. tum qui non c. netur, militum p. uilegiis non f. tur.
r Sola electio militem non facit, in numerum rec. ptio.
ſ Cingi militi apud Romanos mos fuit, l.25. l.3. ſupr. eod. gladio, & præfectos. Xiph. liqus in Traian. exemplo militum, Seruius 2. Æneid. Inde teſtamentum in procinctu, quod milites pugnaturi, *Feſt.* vel vt Plutarchus refert, ὅταν πεϱιζώννυσθαι ἔμελλον, præſentibus commilitibus nuncupabant: de quo teſtamenti genere Cicero 1. *de Oratore, & 2. de Natura.* Velleius 2. Tacit. 1. Nec in caſtris ſine nota diſcinctus verſabatur. hinc pœnæ militaris genus, diſcingi, *Sueton. Liuius, Frontinus* 4. diſcincti quoque ſub iugum mittebantur *Feſtus,* qui exauctorabantur *Herodian.* 2.
t Proximus cingi habetur pro cincto, paria ſunt, aliquid eſſe factum, vel in proximo faciendum. *Bald.*

Reſcripta

SGCB2021

REſcripta principum oſtendunt, omnes omnino, qui eius ſunt gradus, vt iure militari teſtari non poſsint *a*, ſi in hoſtico *b* deprehendantur, & illic decedant, quomodo *c* velint, & quomodo poſsint teſtari, ſiue præſes ſit prouinciæ, ſiue quis alius qui iure militari teſtari non poteſt.

DE ADQVIRENDA *d* VEL omittenda *e* hereditate.

TIT. II.

De aditione & repudiatione pro parte.

Paulus ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

QVI totam hereditatem *f* adquirere poteſt, is pro parte, eam ſcindendo adire non *g* poteſt.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

SEd & ſi quis ex pluribus partibus in eiuſdem hereditate inſtitutus ſit, non poteſt quaſdam partes repudiare, quaſdam agnoſcere.

De ſubſtitutione.

3. *Idem* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

QVamdiu *h* prior heres inſtitutus hereditatem adire poteſt, ſubſtitutus non poteſt.

De eo qui non poteſt adire.

4. *Idem* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

NOlle adire hereditatem non videtur, qui non poteſt *i* adire.

De muto. De ſurdo. 1. De prodigo.

5 *Idem* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

MVtum *k*, nec non ſurdum, etiam ita natos, pro herede gerere, & obligari hereditati poſſe, conſtat.

1 ¶ Eum, cui *l* lege bonis interdicitur, heredem inſtitutum poſſe adire hereditatem conſtat.

De filiofamilias inſtituto. 4. De eo qui ſe putat filiumſamil. aut incertus eſt. 5. De inſtitutione nepotis ex filio exheredato. 6. De herede adoptato à filio exheredato. 7. De metu.

6. *Idem* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

QVi in aliena eſt poteſtate, non poteſt inuitum *m* hereditati obligare eum, in cuius eſt poteſtate, ne æri alieno pater obligaretur.

1 ¶ Sed *n* in bonorum *o* poſſeſſione placuit, ratam *p* haberi poſſe eam, quam citra *q* voluntatem adgnouit is qui poteſtati ſubiectus eſt.

2 ¶ Sed & ſi legitima hereditas filio delata ſit ex ſenatuſconſulto Orficiano matris *r*, idem *ſ* erit probandum.

3 ¶ Sed & ſi non adierit filius, diu *t* tamen poſſedit pater hereditatem, credendus eſt admiſiſſe *u* hereditatem, vt Diuus Pius & Imperator noſter reſcripſerunt.

4 ¶ Si is, qui *x* putabat *y* ſe filiumfamilias, patris iuſſu adierit, eum neque ſibi, neque ei qui iuſsit, quæſiſſe hereditatem conſtat: quamquam *z* is quem pater iuſsit adire, & deceſsit *a*, ſi adierit *b* iam mortuo patre, obliget ſe hereditati, vt Iulianus libro trigeſimo primo digeſtorum ſcripſit. Nam eum qui dubitat *c*, vtrum filiusfamilias, an paterfamilias morte patris factus ſit, poſſe adire hereditatem magis admittit.

5 ¶ Interdum filijfamilias & ſine *d* aditione adquirent hereditatem his in quorum ſunt poteſtate, vt puta ſi nepos *e* ex filio exheredato, heres ſit inſtitutus: patrem enim ſuum ſine aditione faciet heredem, & quidem neceſſarium *f*.

a *Synopſis* 35. *tit.* 21. *cap.* 39. vt pagani.
b *d. l. vnic. in pr.* Miles vt & alius quicunque moriens in hoſtium vel inimicorum manu, ſine vlla ſolennitate teſtari poteſt. *Bald.*
c *l.* 15. *C. eod.*
d 6. *C.* 30. quid ſit adire hereditatem bona, inſtitutionẽ, nomen, teſtamentũ, v. Cuiac. 7. *obſer.* 18.
e 6. *C.* 31. *Paul.* 4. *ſent.* 4.
f *l.* 6. *C. de impub.* vel totum legatum. *Paulus* 3. *ſent.* 6. §. 12, adde *l.* 38. ꝭ. *de leg.* 1.
g *l.* 20. *in fin. C. de iure delib.*
h *l.* 69. ꝭ. *eod. l.* 3. *in fin. l.* 37. ꝭ. *de hered. inſt. l.* 4. ꝭ. *de iniuſto, l.* 19. §. 1. *infr. de cond. & dem. l.* 3. §. 2. ꝭ. *ſecund. tab. l.* 5. *C. de impub.*
i *l.* 18. ꝭ *eod.* Priuatio eius eſt, cuius eſt poſitio. Vbi non adſiſtit iuris potentia, voluntas eſt inanis & vacua. *Bald.*
k *l.* 93 §. 1. 2. ꝭ. *eo.* §. *vlt. in fin. inſt. de heredum qualit.*
l vide *l.* 6. *infra de verborum obligat.*
m patrem vel dominum, ſcilicet, *l.* 8. *in princ. verſ. ſiue à contrario. C. de bonis quæ liber.* Ita aditione filij vel ſerui non obligantur patres vel domini.
n Hereditatem filius adire non poteſt ſine iuſſu patris, licèt bonorum poſſeſſionem poſſit petere, eam petitionem patre poſtea ratam habente, *vel ita.* Hereditatis aditio confirmari non poteſt ratihabitione patris, licet bonorum poſſeſſio & decretum poſſit. Quid: quæ ratio eſt, vt hereditatis aditio facta per filium ratihabitione patris confirmari non poſſit, bonorum poſſeſſio verò poſſit? An quia hereditatis initio per procuratorem adiri non poteſt, eadem ex poſt facto rata haberi quoque non poteſt? *l. Pannonius* 86. ꝭ. *eod.* An quia aditio hereditatis actus legitimus eſt, qui in pendenti eſſe nequeat, *l. actus* 77. ꝭ. *de reg. iur.* bonorum verò poſſeſſio actus non ſit legitimus? An quia aditio, miniſterij non eſt, ſed tota pendet ab animo conſtituentis adire? An vt ne heres, per alium heres eſſe videatur, non directo? o Decretalis bonorum poſſeſſio poteſt eſſe in pendenti & confirmari ratihabitione, *l.* 1. *C. qui admitti.* p *l.* 24. ꝭ. *rem ratam haberi.*
q *l.* 1. *C. qui admitti ad bonorum*, id eſt ſine iuſſu, non præcedente iuſſu. Quid? poteſtne filius hereditatem adire ſine iuſſu patris? poteſt, eo etiam contradicente, *l. vlt. C. de bonis quæ liber.* multo magis ignorante, *l. qui poteſt* 26. ꝭ. *de regulis iuris.*
r Videbatur filius in hereditate materna adquirenda tanquam ſibi debita plus poſſe, quam in hereditate extranei, *l. filiusfam.* 92. ꝭ. *eod.* ſed vtrobique idem eſt, *vt hic.* ſ *ſub.* vt aditio facta non præcedente iuſſu patris non valeat. t *l.* 10. *C. de pet. hered. l.* 4. *l.* 18. *circa fin. C. de iure delib.* Præſumitur ſolennitas iuris ex temporis diuturnitate: vnde notant, Præſumi pro conſuetudine & longa poſſeſſione.
u id eſt, agnouiſſe: ea nimirum ſolennitate quæ in iure requiritur.
x Errans (qui exiſtimat ſe iuſſu patris adire) hereditatem adire non poteſt, *vt hic.* ſciens vel dubitans, poteſt, *vt* ꝭ. *eod.*
y *l.* 96. ꝭ. *eodem.*
z Hinc colligitur, Actus ſequentes præſumi fieri ad executionem præcedentium, vide Alciat. 2. *præſumpt.* 24.
a *ſub.* pater: poſt iuſſum & ante aditionem.
b *ſubaudi*, filius.
c Dubitans quod quis facit, valet omni modo, quo melius valere poteſt, *vt hic.* niſi certa ſcientia nominatim exigatur, *l. in totum omnia* 76. ꝭ. *de regulis.*
d vide §. 3. *Inſt. de hered. quæ ab inteſtato.* ſine iuſſu præcedente aditionem.
e Nepos (patre exheredato) auo ſuus eſt heres & neceſſarius, *vt hic.* Cynus anomalum heredem putat: cùm ſit in poteſtate, non tamen proximus tempore mortis: & malè.
f Heres quiſque is efficitur, qualis is fuit per quem heres factus eſt. Ita non neceſſarius heres alium neceſſarium non facit.

6 ¶ Sed ſi quis heres inſtitutus adoptetur à filio exheredato, neceſſarium eum non facit, ſed iuberi debet, vt adeat, quoniam mortis tempore in poteſtate non fuerit. nam per *a* eum qui exiſtere neceſſarius non poteſt, qui ipſe non eſſet exſtaturus.

7 ¶ Celſus lib. quintodecimo digeſtorum ſcripſit.

EVm qui *b* metu verborum *c*, vel aliquo timore coactus, fallens † adierit hereditatem, ſiue liber ſit, heredem non *d* fieri placet, ſiue ſeruus ſit, dominum heredem non facere.

De ſubſtitutione vulgari. 1. De abſtentione. 2. De herede heredis.

7. *Paulus* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

SI *e* quis filiumfamilias heredem inſtituerit, & ita ſcripſerit, *Si mihi Titius iſte filiusfamilias heres non fuerit, Sempronius heres eſto*, filio adeunte iuſſu patris, ſubſtitutus excluditur.

1 ¶ Si filius, priùs quàm ſciret ſe neceſſarium extitiſſe patri heredem, deceſſerit relicto filio neceſſario, permittendum *g* eſt nepoti abſtinere ſe aui hereditate: quia & patri *h* eius idem tribueretur.

2 ¶ In omni ſucceſsione, qui ei *i* heres extitit, qui Titio heres fuit, Titio quoque heres videtur eſſe, nec poteſt Titij omittere hereditatem.

De impubere

8. *Vlpianus* libro 7. ad Sabinum.

MOre *k* noſtræ *l* ciuitatis neque pupillus, neque pupilla, ſine tutoris auctoritate obligari poſſunt *m*: hereditas *n* autem *o* quin obliget *p* nos æri alieno, etiam ſi non ſit ſoluendo, plus *q* quam manifeſtum eſt. de *r* ea autem hereditate loquimur in qua non ſuccedunt huiuſmodi perſonæ quaſi neceſſariæ.

1 ¶ Impubes *ſ* qui in *t* alterius poteſtate eſt, ſi iuſſu eius adierit hereditatem, licet conſilij *u* capax non fuerit, ei adquirit hereditatem.

Pupillus poteſt cum tutoris auctoritate hereditatem adire. Bart.

9. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

PVpillus ſi *x* fari *y* poſsit, licèt huius ætatis ſit, vt cauſam adquirendæ *z* hereditatis non intelligat: (quamuis non videatur *a* ſcire huiuſmodi ætatis puer: neque enim ſcire *b*, neque decernere talis *c* ætas poteſt, non *d* magis quam furioſus:) tamen cùm tutoris auctoritate hereditatem adquirere poteſt: hoc enim fauorabiliter eis præſtatur.

Si deſtinans partem habere pro herede geſſerit.

10. *Vlpianus* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

SI ex aſſe heres deſtinauerit *e* partem *f* habere hereditatis: videtur *g* in aſſem pro herede geſsiſſe.

De abſtentione.

11. *Pomponius* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

IMpuberibus *h* liberis omnimodo *i* abſtinendi poteſtas fit: puberibus autem, ita ſi *k* ſe non immiſcuerint.

12. *Vlpianus* ‖ libro 11. ad Edictum.

EI qui ſe non miſcuit hereditati paternæ, ſiue maior ſit, ſiue minor, non eſſe *l* neceſſe prætorem adire, ſed ſufficit *m*, ſe non miſcuiſſe hereditati. Et eſt in ſemenſtribus Viuiis Soteri & Victorino reſcriptum, non eſſe neceſſe pupillis in integrum reſtitui ex auito *n* contractu, quorum pater conſtituerat non agnoſcere hereditatem, neque *o* quicquam amouerat, vel pro herede geſſerat.

De effectu repudiationis. de hereditate delata. 1. Si quis dubitet an ſit delata, de ſubſtituto. 3. De filiofam. inſtituto.

13. *Idem* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

IS qui heres inſtitutus eſt, vel ‖ is ‖ cui legitima hereditas delata eſt, repudiatione *p* hereditatem amittit. Hoc ita verum eſt, ſi *q* in ea cauſa erat hereditas, vt & adiri poſſet: cæterum heres inſtitutus ſub conditione, ſi ante conditionem exiſtentem repudiauit, nihil egit, qualiſqualis fuit conditio, etſi in arbitrium collata eſt.

1 ¶ Si quis dubitet *r*, viuat teſtator, necne, repu-

a Heredem neceſſarium non facit, qui ipſe non eſt neceſſarius, *vt hic.* Exheredatus à patre, alium adoptando, adoptiuum non facit neceſſarium heredem patri.
b Proteſtatio præcedens aditioni hereditatis contraria, actum aditionis reddit inutilem.
c Verberum. Cin. ad *l.* 21. §. 3. ꝭ. *de eo quod metus cauſa.* adde *l.* 16. *C. de iure deliberandi.* ex impreſſa lectione colligit Baldus, Potentiorum verba inducere iuſtum metum.
† id eſt, clam: vel decipiens per proteſtationem præmiſſam.
d Imò ſit heres *d. l.* 21. §. 5. ꝭ. *de eo quod met. cauſ.*
e Hereditatis aditio facta per filiũfam. iuſſu patris, vulgarem ſubſtitutum excludit.
f *l.* 40. ꝭ. *de hered. inſtituend.*
g Suus heres tranſmittit ius immiſcendi & abſtinendi: beneficia adquirendi & omittendi, ad heredes tranſeunt.
h *l.* 42. ꝭ. *eod.*
i Heres heredis, teſtatoris primi heres cenſetur. *l. vlt. C. de hered. inſtit l.* 3. *ſuprà de hered. petit. l.* 194. ꝭ. *de reg. iur.*
k Moribus multa introducta. Eſt verò moribus hic, idem quod iure ciuili. Cæterum iuris moribus recepti, adde aliud exemplum ex Vlpiani ſexto ad Sabinum, *ex l.* 2. ꝭ. *de vulgari, & l.* 1. ꝭ. *de don. t. inter viuum.*
l & ciuili iure, *l.* 43. ꝭ. *de oblig.*
m ciuiliter & naturaliter.
n idem in bonorũ poſſeſ. §. 1. *Inſt. de auctoritate tut.*
o Pupillus ſine tutoris auctoritate non obligatur ex ſuo facto, ſed ex diſpoſitione legitima: non poteſt itaque adire hereditatem ſine tutoris auctoritate. p Obligat nos æri alieno hereditas, etiam ſi non ſit ſoluendo. q Probationes quaſdam plusquam notorias eſſe hinc colligunt. r Cur de ea loquitur hic iuriſconſultus? quia vbi pupillus ſuus & neceſſarius eſt heres, iure ipſo eſt heres etiam ſine tutoris auctoritate. ſic tamen eſt heres vt abſtinere poſſit, vt abſtinendi beneficium habeat, quod beneficium abſtinendi id ei præſtat, vt ne ante conueniri poſſit quàm ſe hereditati immiſcuerit. ſ *l.* 7. §. 1. ꝭ. *de bon. poſſ.* t Filius maior infante, hereditatem iuſſu patris adire poteſt. u Impubes non plenè conſilij capax eſt, plenum conſilium non habet, *l.* 9. ꝭ. *eo. l. vlt. C. de teſt. milit l.* 1. *C. de falſa moneta.* x Hereditatem adire tutoris auctoritate pupillus maior infante poteſt.
y *l.* 18. *C. de iure deliberandi.* z *ſub.* teſtato, vel ab inteſtato. a *l.* 26. ꝭ. *de iure iur. l. vlt.* ꝭ. *de iuris & facti ignor.* b Neſcire is dicitur qui ex cauſis rem non cognoſcit: Nam id ſcire eſt. Scire tum demum aliquid arbitramur, cum eius cauſas cognoſcimus. c *Vlp.* 22. §. 8. d Pupilli & furioſi ſimilitudo. e Deſtinatio pro actu perfecto eſt nonnunquam. f Indiuidui partem qui facit, totum feciſſe videtur. g *l.* 80. ꝭ. *eod.* h *l.* 57. *in prin. verſ. ſed impuberib.* ꝭ. *eod.*
i id eſt non impediente immixtione. k Nam ſi ſe immiſcuerint, abſtinendi beneficium non habent ipſo iure, ſed per reſtitutionem in integrum.
l Iure communi quod conceditur, precibus impetrari à principe vel iudice non eſt neceſſe. adde *l. quæ ſub conditione* 8. ꝭ. *de cond. inſt. v. l.* 6. ꝭ. *ad Treb.*
m *l.* 2. *C. de leg. hered.* n Hereditate auita nepos abſtinere poteſt & ſe immiſcere hereditati paternæ: vt cõtractibus aui nepos non teneatur, niſi eius ſit heres mediatè, vel immediatè. o *l.* 42. *in fi.* ꝭ. *eo.* p contraria deſtinatione, *Inſt. de her. qualit. in fi.* §. 5 *Inſt. de bon. poſſ. l.* 1. §. 3 ꝭ. *vnde liberi l.* 1. §. 6. ꝭ. *de ſucceſſ. edicto l.* 4. ꝭ. *quis ordo in bon. poſſ l.* 22. §. 1. *C. de iure delib. l.* 4. *C. de repud.* q Renunciatio iuri nondum competenti non valet; adde *l.* 45. §. 1. ꝭ. *de leg.* 2, r *d. l.* 23. ꝭ. *eo.* Hereditatẽ

SGCB2021

repudiare non poteſt, qui dubitat de morte teſtatoris. Renunciare nemo poteſt iuri nondum competenti, vel quod dubitat competere.

a Hereditatem repudiare non poteſt ſubſtitutus vulgaris, antequam eam repudiet inſtitutus.

b Cernere eſt, quaſi decernere ſe heredem eſſe. de cretione *v. Cuiac. 7. obſer. 18. Vlp. 22. §. 27. & ſeq.*

c Hodie repudiare poteſt etiam ſine patre vel non adire, *l. 8. C. de bon. quæ liber.*

d *l. 11. Cod. de iure delib.*

e Cur ita? *v. l. 1. §. 1. infr. de ſucceſſ. edicto.*

f Hoc eſt, ſuperiora obtinent, ſiue de hereditate teſtamentaria agatur, ſiue de legitima.

g Hereditatem repudiare non poteſt qui errat in qualitate ſucceſſionis, *v. l. 13. ꝭ. eod.*

h Opinio quæ repugnat hereditatis aditioni vel repudiationi, inutilem reddit aditionem & repudiationem.

i in opinione plus eſt quā in veritate, *vt hic. l. 20. ꝭ. quib. mod. vſuſſr.* Imò minus, *l. 4. ꝭ. de manumiſſ. vindict.* Imò non plus, *vt l. 2. §. 2. §. 15. ꝭ. pro emptore, d. l. 20. §. 11. Inſt. de legat. l. 9. §. 4. ſuprà de iuris & facti ignor.* Opinio ſpectatur in his quæ dependent ab animo & voluntate gerentis: vnius verò opinio non ſpectatur aduerſus omnes vel ipſam veritatem, *v. Azonem rubrica 58.*

k *ſub.* eius. Quid ita? quia opinatur ſe neceſſarium, cùm ſit volūtarius. Pluſne eſt in neceſſario herede quam in voluntario? Eſt ſanè: Voluntarius repudiare poteſt: neceſſarius non poteſt. Ne alioqui putes cum Accurſio & aliis hic regulam generalem conſtitui. Nam contra, interdum minus eſt in opinione priuati quam in veritate, *l. 20. ꝭ. quib. mod. vſuſfr.* & ita plus ei nocet opinio, quàm proſit veritas.

diando nihil agit. 2 ¶ Subſtitutus *a* quoque ſi in liter ſi ante repudiat, quam heres inſtitutus decernat *b* de hereditate, nihil valebit repudiatio.

3 ¶ Neque filiusfamilias repudiando ſine *c* patre, neque *d* pater ſine filio, alteri nocet *e*: vtrique autem poſſunt repudiare.

14. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

IDem *f* eſt etiam, ſi legitima hereditas filiis obuenit.

De voluntario herede, qui ſe putat neceſſarium vel contra.

15. *Vlpianus* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

IS qui putat *g* ſe neceſſarium, cùm ſit voluntarius, non poterit repudiare. nam *h* plus *i* eſt in opinione *k*, quam in veritate.

16. *Idem* ‖ libro 24. ad Edictum.

ET è contrario, qui ſe putat neceſſarium, voluntarius exiſtere non *l* poteſt.

Si teſtamentum dicatur non valere. 1. De inſtitutione heredis legitimi.

17. *Idem* ‖ libro 7. ad Sabinum.

NEc *m* is qui non valere teſtamentum, aut falſum eſſe putat, repudiare poteſt. Sed ſi certum *n* ſit, falſum non *o* eſſe, quod falſum dicitur, ſicut adeundo adquirit, ita repudiando amittit hereditatem.

1 ¶ Heres inſtitutus, idémque legitimus: ſi quaſi inſtitutus repudiauerit, quaſi *p* legitimus non amittit hereditatem: ſed ſi *q* quaſi legitimus repudiauerit, ſiquidem ſcit ſe heredem inſtitutum, credendus eſt vtrumque *r* repudiaſſe: ſi ignorat, ad neutrum ei repudiatio nocebit: neque ad teſtamentariam, quoniam hanc non repudiauit: neque ad legitimam, quoniam nondum ei fuerat delata *ſ*.

De eo qui poteſt acquirere, vel non.

18. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum.

IS *t* poteſt repudiare, qui & adquirere poteſt.

De morte teſtatoris.

19. *Idem* ‖ libro 59. ad Edictum. ‖

QVi hereditatem adire, vel bonorum poſſeſsionem petere volet, certus *u* eſſe debet *x*, defunctum eſſe teſtatorem.

Quid ſit pro herede gerere. 1. De his quæ filius geſſit.

20. *Vlpianus* libro 61. ad Edictum.

PRo *y* herede gerere videtur *z* is qui aliquid facit quaſi heres. & generaliter Iulianus ſcribit, eum demum pro herede gerere, qui aliquid quaſi heres gerit: pro herede autem gerere, non eſſe *a* facti, quam animi *b*. nam hoc animo eſſe debet, vt velit eſſe heres. cæterùm ſi quid *c* pietatis ‖ cauſa fecit, ‖ ſi quid cuſtodiæ *d* cauſa fecit, ſi quid quaſi non heres egit, ſed quaſi alio iure dominus, apparet non videri pro herede geſsiſſe. ‖

1 ¶ Et ideo ſolent teſtari liberi, qui neceſſarij exiſtunt, non animo heredis ſe gerere quæ gerunt, ſed aut pietatis, aut cuſtodiæ cauſa, aut pro *e* ſuo: vtputa patrem *ſepeliuit* f, vel *iuſta ei* g *fecit*, ſi animo heredis, pro herede geſsit. enimuerò *h*, ſi pietatis cauſa hoc fecit, non videtur pro herede geſsiſſe. Seruos hereditarios *pauit*, iumenta aut pauit, aut diſtraxit: ſi hoc vt heres geſſit, pro herede: aut ſi non vt heres, ſed *i* vt cuſtodiat, aut putauit ſua, aut dum deliberat, quid fecit, conſulens, vt ſaluę ſint res hereditariæ, ſi forte ei non placuerit pro herede gerere, apparet non videri pro herede geſsiſſe.

¶ Proinde & ſi fundos, aut ædes *locauit*, vel *fulſit*, vel ‖ſi‖ quid aliud fecit, non hoc animo, quaſi pro herede gereret, ſed dum ei, qui ſubſtitutus eſt, vel ab inteſtato heres exſtaturus *k*, proſpicit, aut res tempore perituras diſtraxit, in ea cauſa eſt, vt pro herede non geſſerit, quia non hoc animo fecerit.

2 ¶ Si quid tamen quaſi heres petit, ſed ex his, quæ ad heredem extraneum non tranſeunt, videamus, an oneribus ſe immerſerit hereditariis, vtputa à liberto parentis operas petit: has heres extraneus petere non potuit: hic tamen petendo conſequi poteſt: & conſtat, pro herede eum non geſsiſſe, cùm petitio earum *a* etiam creditoribus competat, & maximè futurarum.

3 ¶ Sed & qui in ſepulchrum hereditarium mortuum intulit, obligari paternis creditoribus non eſt exiſtimandus *b*, vt Papinianus ait quæ ſententia humanior eſt, licet Iulianus contra ſcripſerit.

4 ¶ Papinianus ſcribit, filium heredem inſtitutum, qui ſe bonis paternis abſtinuit, vulgò putare quoſdam, ſi à ſtatulibero pecuniam accepit, à creditoribus conueniendum, ſiue nummi peculiares fuerint, ſiue non fuerint: quia ex defuncti voluntate accipitur, quod conditionis implendæ cauſa datur. Iulianus autem, & ſi *c* non abſtinuit, idem exiſtimauit.

¶ Ita demum autem pro herede geſsiſſe ait Papinianus, ſi ſolus heres ſit. cæterùm ſi coheredem habeat, & coheres adiit, non eſt cogendus (inquit) is qui accepit à ſtatulibero, actiones creditorum ſuſcipere. nam, cùm ſe filius abſtinet, idem debebit conſequi *d* iure prætorio, quod emancipatus conſequitur, qui hereditatem repudiauit: quo facto, ſtatuliber filio nominatim pecuniam dare iuſſus, potuiſſet non heredi dando ad libertatem peruenire.

¶ Itaque tunc pro herede geri dicendum eſſe ait, quotiens accipit quod citra nomen *e* & ius *f* heredis accipere non poterat.

5 ¶ Si ſepulchri violati filius aget, quamuis hereditarij, quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiſcere. hæc enim actio pœnam & vindictam *g*, quam rei perſecutionem, continet.

De re ſurrepta, vel expilata. 1. De ſolo animo. 2. De hereditate delata, vel non. 3. De ignoratione partis, vel conditionis.

21. *Idem* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

SI quis extraneus rem hereditariam quaſi *h* ſubripiens vel expilans tenet, non pro herede gerit nam *i* admiſſum contrariam *k* voluntatem declarat.

1 ¶ Interdum autem animus *l* ſolus eum obſtringet hereditati: vtputa ſi re non hereditaria quaſi heres viſus ſit.

2 ¶ Sed ita demum pro herede gerendo adquirēt hereditatem, ſi *m* iam ſit ‖ ei ‖ delata. cæterum ex quibus cauſis repudiantem nihil agere diximus, ex iiſdem cauſis nec pro herede gerendo quicquam agere ſciendum eſt.

3 ¶ Si quis partem *n*, ex qua inſtitutus eſt, ignorauit, Iulianus ſcribit, nihil ei nocere, quominus pro herede gereret. quod & Caſſius probat, ſi conditionem, ſub qua heres inſtitutus eſt, non ignorat. ſi tamen extitit conditio, ſub qua [ſubſtitutus] eſt. Quid tamen, ſi ignorat conditionem extitiſſe *o*? puto poſſe *p* adire hereditatem. quemadmodum ſi ignoret, an coheredis, cui ſubſtitutus eſt, repudiatione portio ei delata ſit.

De ignorantia cauſæ, ex qua defertur hereditas.

22. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

SI is, ad quem legitima hereditas pertinet, putauerit defunctum ſeruum ſuum eſſe, & quaſi peculium eius nactus ſit, placet, non obligari eum hereditati.

¶ Idem ergo dicemus, (vt ait Pomponius) ſi quaſi libertini ſui, cùm ingenuus eſſet, bona ‖ eius ‖ occupauit. Nam * vt quis pro herede gerendo obſtringat ſe hereditati, ſcire *q* debet, qua ex cauſa hereditas ad eum pertineat. veluti adgnatus proximus iuſto teſtamento ſcriptus heres antequam tabulæ proferantur, cùm exiſtimaret, inteſtato patremfamilias mortuum, quamuis omnia pro domino fecerit, heres tamen non erit.

¶ Et idem iuris erit, ſi *r* non iuſto teſtamento ſcriptus heres, prolatis tabulis, cùm putaret iuſtum eſſe, quamuis omnia pro domino adminiſtrauerit, hereditatem tamen non *ſ* adquiret.

Si heres certus ſit vel incertus de iure ſuo.

23. *Pomponius* ‖ libro 3. ad Sabinum.

IN repudianda hereditate, vel legato, certus *t* eſſe debet de ſuo iure is qui repudiat.

De hereditate non gratis omiſſa.

24. *Vlpianus* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

FVit quæſtionis, an pro herede gerere videatur, qui *u* pretiū hereditatis omittendæ cauſa capit? Et obtinuit, hunc pro herede quidem nō gerere, qui ideo accepit ne heres ſit, in edictū tamen prætoris incidere *x*.

a Filius agens … heres, intellig… ſe talem aſſere… qualem natura … tionis requirit…

b Quia exhered… etiam id licet… §. 1. ꝭ. de religio…

c *v. l. 4. C. arb… tutelæ.*

d adde *l. 57. ꝭ.* …

e quod conſiſti… appellatione.

f quod in eff… ſeu commodo c… ſiſtit.

g *l. 6. in fin. l.* … *fi. ꝭ. de ſepulc.* Fil… qui ius vindi… perſequitur, … aliquid hered… rium attingit, … videtur pro her… gerere, *Bald.*

h *l. 20. §. 1.* … *ſeruos, ꝭ. eod. l.* … §. 10. *C. de iure* … *berand.*

i Iniuriarum … ri eum qui … dicit, *Tx* … *ſaluo honore* … hinc colligit… fationem … exceptionem … modi, iniuri… excludere … ſare, cum … iurioſa præ… iniuriæ in… animum oſte… y. Guidonem *quæſt. 465.* … 2. *obſ. 101.* … ſcripſi ad *l. ſi* … *uicij 5. C. de* …

k Cur con… Nemo ſibi … facere int… Subripuiſſe … citur, igi… furatus eſt … num, non … de geſſit. … qui pro her… rit tanqua… attingit. … non eſt mo… reditatis a… Non adit he… tem, qui qui… ſubuertit.

l *l. 88. ꝭ. eod.* … mo ſolo her… tem adit, qui … heres vtitur … hereditaria, … mum potius … factum inſpi…

m *l. 27. l. 69.* … *9. C. qui adm…* *12. C. de iure d…*

d adde *l. 75.* … *l. 5. in fin.* … *hereditatis a…* prohibetur … norat … po… hereditatis, … ditionem … tionis impleta…

o *ſub.* & eo … ignorat cond… adiectam: … credit ſe pure … tutum: quippe …

l Quamdiu manet in eodem errore. m Hereditatem repudiando is nihil agit qui putat teſtamentum non valere, vel eſſe falſum. n *l. 3. in fin. ꝭ. eod.*

o Negatiuam indefinitam ſub ſenſum cadere hinc colligit *Bald.* p *l. 41. l. 76. in fin. ꝭ. eod. l. 3. ꝭ. vnde legitimi. l. 1. §. 11. ꝭ. de ſucceſſ. l. 2. §. 2. ꝭ. ad Tert. l. 91. ꝭ. de reg. iur. l. 13. C. de iure delib.* q id eſt ſi quaſi ex teſtamento, *l. 91. ꝭ. de reg. iur.*

r Heres inſtitutus, cùm vnum vult, duo vult. vnum, id ſcilicet quòd ipſe vult: alterum verò ſine quo velle non poteſt. Repudiatio vnius, non eſt alterius repudiatio, niſi aliter valere non poſſit. Ita vnus actus vim plurium habere poteſt, *l. ſing. 15. ꝭ. ſi certum pet. l. 3. §. ſciendū, ꝭ. de don. inter virum.* vno iure excluſus, alio non admittitur, *l. vindicantem, ꝭ. de euict. l. filius 13. ꝭ. de bon. liber. l. 1. §. ſed videndum, ꝭ. de ſucceſſ. edicto: l. miles 11. §. 60. ꝭ. de adult.* ſ Quid ita? quia cauſa teſtati inteſtati cauſam præcedit, *v. l. 94. ꝭ. eod.* t *l. 4. ſup. cod. l. 174. in fi. ꝭ. de reg. iur.* Contrariorum eadem eſt diſciplina, vt vbi vnū non ſit, non ſit & alterum. u *v. l. 32. ꝭ. eo. adde l. 1. ꝭ. pro emptore.* x Cur? viuentis nulla eſt hereditas, nec viuo aliquo poteſt, quis ſe pro herede gerere: *l. 17. l. 94. ꝭ. eo. l. 2. §. interdum. ſup. de vulgari; l. 1. §. 21. ꝭ. de coll. l. 5. C. ſolut. matrim.* y *Vlp. 22. § 26. §. vlt. Inſt. de hered. qualit. v. l. 1. C. de repud. v. Mantic. 12. de coniect. 12. & vlt.* z Aditio alia tacita: alia expreſſa. a *al.* non tam eſſe facti. Eſt verò Helleniſmus *Ant. Aug. 4. Emend. 8.* b *l. 5. C. de iur. delib.*

c *v. l. 1. C. de iure delib. l. 1. C. de repudia. hered.* d Fortè vel cuſtodiendi corporis, vel cuſtodiendarum rerum cauſa. e i. putans ſua, ꝭ eo. f *l. 49. in fi. ſup. familiæ.*

g *al.* buſta. & malè, *v. l. 2. ſup. de tus. vacand.* Buſtum eſt de combuſtis: Iuſtum de ſepulturis. Forcat. 1. *Necyomant.* h i. Nam ſi. i *l. 4. C. vnde legitimi, l. 1. C. de repud. §. vlt. Inſt. de her. qualit.* adde *l. 21. 22. 23. 42. §. 1. 78. 87. ꝭ. eo.* k exſtiturus.

ret adiectam conditionem: & neſciret eam extitiſſe, adire non poſſet, *l. mulier* … *ꝭ. de cond. & dem.* ſed tamen Accurſ. putat re ipſa ignoraſſe, vehementer … opinatum eámque vehementem opinionem veritati & certitudini exæquari.

p Imò, non poteſt, *l. 2. in fin l. 23. ꝭ. de cond. & demonſt.* q Hereditatem a… nemo poteſt, niſi qui ſcit qua ex cauſa ad eum hereditas perueniat, *l. 93. ꝭ. eod.* *§. 4. ꝭ. ſecund. tab. §. vlt. inſt. de hered. qualitate, l. 3. ꝭ. de eo qui pro herede.*

r *l. 6. ꝭ. ſecund. tab.* ſ Cur non adquiret? Errauit in cauſa ſubſtantiali. Aditio … facta ex vna cauſa ſeu vno capite, ex alia cauſa vel capite non confirmatur. Itaque … adire volens cogitur dicere, an ex teſtamento, vel ab inteſtato ſit heres. Hoc … dixerit, adire non poterit. *Bal.* t *l. 13. §. 1. l. 8. l. 16. l. 17. ſuprà eod.*

u Pro herede non gerit, qui quid accepit, aut ſtipulatus eſt, ne heres eſſet; a… omittendæ hereditatis cauſa. Quid igitur? mortis cauſa accepiſſe videtur. Differt … enim pro herede gerere, & mortis cauſa accipere: hereditatem adire, & hereditatis … omittendæ cauſa aliquid accipere. Actus agentium interpretamur ex eorum propo… ſito, non ex oppoſito.

x Cur ita? *v. l. 21. ꝭ. eod l. 12. ꝭ. ſi quis omiſſ. cauſa.*

ſiue

ſiue igitur à ſubſtituto non hæres accepit, ſiue à legitimo, mortis cauſa accepiſſe videtur.

¶ Idémque *a* erit, &, ſi non accepit: ſed promiſſa ſit ea pecunia. nam & ſtipulando *b* mortis cauſa capit.

De bona fide ſeruiente, de ſeruo fructuario. 1. Vel vniuerſitatis 2. Vel fiſci. 3. Vel pœnæ. 4. De iuſſu paterno.

25. *Idem* libro 8. ad Sabinum.

SI *c* quis mihi bona fide ſeruiat ſeruus alienus, iuſſu *d* meo hæreditatem adeundo, nihil promouebit, nec adquiret mihi: nec fructuarius quidem ſeruus.

1 ¶ Seruus municipum, vel collegij, vel decuriæ *e* heres inſtitutus, manumiſſus, vel alienatus, adibit hæreditatem.

2 ¶ Si fiſci *f* ſeruus ſit, iuſſu procuratoris *g* Cæſaris adibit hæreditatem, vt eſt ſæpè reſcriptum.

3 ¶ Si quis planè ſeruus pœnæ *h* fuerit effectus, ad gladium *i*, vel ad beſtias, vel in metallum damnatus, ſi fuerit hæres inſtitutus, pro *k* non ſcripto hoc *l* habebitur: idque Diuus Pius reſcripſit.

4 ¶ Iuſſum *m* eius, qui in poteſtate habet, non *n* eſt ſimile tutoris auctoritati, quæ interponitur perfecto *o* negotio, ſed præcedere debet *p*, vt Gaius Caſsius libro ſecundo iuris ciuilis ſcribit. & putat, vel per internuntium *q* fieri poſſe, vel per epiſtolam *ſ*.

5 ¶ Sed vtrum generaliter, *quacunque tibi hæreditas fuerit delata*, an ſpecialiter? Et magis placet, (vt Gaius Caſsius ſcribit) ſpecialiter *t* debere mandare.

6 ¶ An nominatim de viui *u* hæreditate mandari poſsit, quæritur? ſed ego non puto recipiendum, vt de viui hæreditate mandetur.

¶ Planè, ſi rumor *x* fuit *Lucium Titium deceſſiſſe*, poterit ei mandare, vt, ſi ſcripſit eum, adeat: aut ſi cluſæ *y* adhuc tabulæ ſunt, & ſit *z* incertum an filius ſcriptus ſit hæres.

7 ¶ Sed quid ſi mandauit, *vt hæreditatem colligat a*? an videtur mandaſſe, vt adeat? quid ſi, *vt petat bonorum* b *poſſeſsionem*? aut, *vt rem hæreditariam diſtrahat*? aut quid ſi petitam bonorum poſſeſsionem ratam *c* habuit, mox *d* filius adeat hereditatem? vel quid ſi pro hærede gerere mandauit, filius adiit hæreditatem? an iuſſu *e* videatur adiſſe, dubitari poteſt? Imò verius eſt, ex his omnibus aditionem eſſe introducendam.

8 ¶ Pater filio ita ſcripſit, *ſcio fili, quod pro tua prudentia inuigilabis* f *hæreditati delatæ tibi Lucij Titij*, puto, iuſſu patris adiſſe *g*.

9 ¶ Quid ſi mandauit *ſi* h *expedit adire, adito*: *ſi* i *putas expedire adire adito*? erit iuſſu aditum.

10 ¶ *Si coram* k *Titio* iuſsit adire, ſi *l* arbitrio Lucij Titij, rectè puto iuſsiſſe.

11 ¶ Sed ſi mandauit quaſi ex aſſe inſtituto, & inueniatur ex parte, non *m* puto ex iuſſu adiſſe. Quòd ſi ex parte iuſsit, poteſt ex aſſe adire.

¶ Aliter *n* atque ſi mandauit quaſi ab inteſtato, & ex teſtamento adiit. nam non puto quicquam egiſſe. At ſi ex teſtamento mandauit, poterit *b* & ab inteſtato, quoniam, *p* non fecit deteriorem conditionem patris.

¶ Idémque, & ſi *q* quaſi inſtituto præcepit, & inueniatur ſubſtitutus, vel contra *r*.

a Argumentum à pecunia numerata accepta, ad ſtipulatam.

b *v. l. 34. infr. de mort. cauſ.*

c Hæreditas non adquiritur per ſeruum bona fide poſſeſſum, vel fructuarium.

d Iuſſus n. præcedere debet, §. 4. ℨ. *eod.*

e *ſubaudi*, vrbis Romæ. Decurialium vrbis Romæ corpus fuit. Hi acta Senatus perſcribebant & ſeruabant, *l. 1. l. 2. C. de decurialib. vrbis Romæ.*

f *l. 46. §. pen. inf. de iure fiſci.*

g *l. 1. §. 2. ℨ. de offi. procuratoris. Caſ. l. 46. §. 1. ℨ. de iure fiſci adde tit. de offic. procur. Cæſar.*

h Pœnæ ſeruus, non eſt ſeruus Cæſaris aut fiſci.

i Hæreditatem fiſcus non adquirit per ſeruum pœnæ, vide. 8. *in fi. ſup. qui teſtam. fac.* vide Cuiac. 13. *obſ.* 10.

k *l. 17. ℨ. de pœnis.*

l id eſt, pro non ſcripta habebitur huiuſmodi hominis inſtitutio.

m pater enim certiorari debet, *l. vlt. ℨ. quis ordo in bon. poſſ.* Iuſſus patris debet præcedere in adeunda hæreditate; ſed conſenſus poteſt ſequi. *Bald.*

n Iuſſus & auctoritatis differentia. Iuſſus præcedit negotium: auctoritas perfecto negotio, ſeu in ipſo negotio interponitur, *vt hic.* Iuſſus per nuntium & epiſtolam fieri poteſt: auctoritas non poteſt, *vt hic.* dixi ad *l. 9. §. 3. infr. de auctor. præſt.* o Auctoritas perfecto negotio interponitur, *vt hic*, id eſt ſtatim in ipſo negotio, non poſt tranſactum negotium, vt dixi *l. 9. §. 5. ſup. de auctor. tutor.* Comitatur negotium, non antecedit, neque ſequitur. p Imò, non eſt neceſſe, *l. 1. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ.* q Nuntio vti poſſumus in iubendo: at non in auctoritate præſtanda.

r Epiſtola iubere poſſumus: auctoritatem interponere non poſſumus.

ſ iuſſus poteſt fieri in abſentia. *Bald.* id eſt, Abſens iubere poteſt.

t Generale non tantum valet quoad generalia, quantum ſpeciale quoad ſpecialia, *vt hic.* valet tamen in caſib. iure expreſſis. *v. l. 14. §. 4. & ibi Bald. ſup. ſi quis cantionib.* u Viuentis vt hæreditas adeatur mandari rectè non poteſt. *l. 21. §. 2. ſup. eodem.* Spes in mortem alterius collata reprobatur. *Bald.* x Pro licito habetur, quod licere probatur. *Bald.* y Scripturæ cluſæ vera certitudo haberi non poteſt. Baldus: qui hic etiam notat, Atteſtationes clauſas eſſe oportere, donec publicentur, ne committatur fraus aliqua. *Bald.* z & ſic incertum, *Hal.*

a Huiuſmodi impropria vocabula non nocent, *l. pater 101. §. conditionem 2. ℨ. de cond. & demonſt. l. quoniam. 15. C. de teſt.* Vnde notant, eum qui collector hæreditatis defuncti à defuncto ſit relictus, hæredem eſſe. Nam qui iubet hereditatem colligi, iubet adiri hæreditatem. Vnde rurſus colligas, Verba minùs propria non vitiare iuſſum. Paria ſunt dici; Hereditatem meam collige: & hæres mihi eſto. b *l. 117. ℨ. de reg.* c Ratihabitio bonorum poſſeſſionis inducit tacitum iuſſum aditionis, *Bald.* d Hæres iure prætorio factus, etiam iure ciuili hæres fieri poteſt. Ita hæreditas vna & eadem diuerſo iure apud vnum & eundem eſſe poteſt, *l. fructus 7. §. ſi fundum. 12. ſup. ſoluto matrimonio: l. puberem. 12. C. de iure delib.* e *l. 51. inf. eod.* f Verba enunciatiua & monitoria mandatum tacitè inducunt. *Bald.* Ita interpellaſſe debitorem videtur creditor ſi ei dixerit, *Cogita vt mihi ſatisfacias.* Item delictum ſeruo mandaſſe qui ei dixerit, *vide vt ne domum redeas niſi me vltus ſis*, & eo nomine tanquam mandatorem delicti capite plexum Florentiæ refert Bartolus. g *v. l. 92. ℨ. eod.* h Conſenſu conſanguineorum minor contrahere ſtatuto iuſſus, ſi ſine eorum conſenſu contrahit, contractus ipſo iure nullus eſt. v. Socinum, *reg. 261.* i Pater conferendo filio liberum arbitrium adeundi, mandare videtur ei vt adeat. *Bald.* k Hæreditatis aditionem in arbitrium filij vel tertij pater conferre poteſt. l ſcilicet arbitrio. *Hal.* m Quid ita? Error in iubente iuſſum vitiat. n A forma mandati non eſt recedendum. Qui à forma recedit, à ſubſtantia recedit. *Bald.* o Qui mandat quod eſt magis periculoſum, videtur mandare quod eſt minus, *Bald.* p Hæreditatem adire iure inteſtati minus periculoſum eſt, quàm ex teſtamento.

q Inſtitutionis verbo ſubſtitutio continetur, nec enim ſpecie inter ſe differunt, ſed gradu. r *ſub.* dum ne fiat deterior conditio.

12 ¶ Sed ſi mandauit, vt patris adiret, ſit autem & impuberi ſubſtitutus, non ſufficit iuſſum.

13 ¶ Planè *a* ſi ſic mandauit, *ſi qua ex teſtamento Lucij Titij deferatur hereditas*, poteſt defendi, iuſſu adiſſe.

14 ¶ Sed ſi poſteaquam iuſſit, pœnitentiam *b* egit *c*, prius quàm adiret, nihil agit adeundo.

15 ¶ Item ſi ſe adrogandum dederit prius quàm filius adiret, non eſt adquiſita hæreditas.

De iuſſu patris vel domini.

26. *Paulus* libro 2. ad Sabinum.

SI ego & ſeruus meus, vel filius heres inſtitutus ſit, ſi iuſſero filio, vel ſeruo adire, ſtatim *d* & ex mea inſtitutione me heredem eſſe Pomponius ſcribit, idem & Marcellus probat, & Iulianus.

Si viuus ſit is in cuius bonis gerendum eſt.

27. *Pomponius* libro 3. ad Sabinum.

NEminem pro hærede gerere poſſe viuo *e* eo, cuius in bonis gerendum ſit, Labeo ait.

De rationibus, tabulis, literis inſpiciendis.

28. *Vlpianus* libro 8. ad Sabinum.

ARiſto exiſtimat, prætorem *f* aditum facultatem facere debere hæredi rationes *g* defuncti ab eo petere, penes quem depoſitæ ſunt deliberanti de adeunda hereditate.

29. *Pomponius* libro 3. ad Sabinum.

QVi hæres inſtitutus prohibeatur ab eo, qui vnà inſtitutus, iam hæreditatem adiit, tabulas, literas, rationes inſpicere *h* mortui, vnde ſcire poſſet, an ſibi adeunda eſſet hæreditas, non videtur pro hærede gerere.

De iuſſu paterno. 1. De proximo hærede à filio poſtumo: & de ſuo hærede. 8. Si teſtamentum dicatur non valere.

30. *Vlpianus* libro 8. ad Sabinum.

CVm quidam legationis *i* cauſa abſens *k* filium heredem inſtitutum non potuiſſet iubere adire in prouincia agentem. Diuus Pius reſcripſit conſulibus, ſubuenire ei oportere *l*, mortuo filio; eo quòd reipublicæ cauſa aberat *m*.

1 ¶ Quod dicitur, *proximus* n *à filio poſtumo heres dum* o *mulier prægnas eſt, aut putatur eſſe, adire hereditatem non poteſt: ſed ſi ſcit non eſſe prægnantem, poteſt*: accipe, proximus à ventre, qui ſuum hæredem pariturus eſt. Et non ſolùm ad teſtatos hæc verba, verum ad inteſtatos quoque pertinent.

¶ Et in eo ventre idem accipias, qui legitimum, vel *p* conſanguineum pariturus eſt. Quoniam mortis tempore, qui in vtero eſt, quantum ad moram faciendam inferiorib. & ſibi locum faciendum, ſi fuerit editus, pro *q* iam nato habetur.

¶ Idémque & per bonorum poſſeſsionem edictalem *r*. Denique prætor ventrem mittit in poſſeſsionem.

2 ¶ Siue igitur putem prægnatem, ſiue ſit re vera prægnas quæ eum paritura eſt qui ſuus hæres futurus eſt, adire hæreditatem non poſſum: quoniam in eo eſt, vt rumpatur teſtamentum, niſi *ſ* ſi proponas, ventrem inſtitutum, vel exhæredatum *t*.

3 ¶ Quod dicitur, *ſi putatur eſſe prægnans*, ſic accipiendum eſt, ſi dicat ſe prægnatem.

¶ Quid ergo, ſi ipſa non dicat, ſed neget, alij dicant prægnatem eſſe? Adhuc adiri hæreditas non poteſt: finge obſtetrices dicere.

¶ Quid ſi ipſe putat ſolus? ſi iuſta ratione ductus, non poteſt adire? ſi ſecundum multorum *u* opinionem, poteſt.

4 ¶ Quid ergo, ſi prægnas fuit, cùm putaret hæres non eſſe prægnatem, & adiit, mox abortum *x* factum eſt? Proculdubio nihil egerit. Totiens igitur ei ſua præſumptio proficit, quotiens concurrit cum veritate *y*.

¶ 5 Sed & ſi ipſa mulier hæres inſtituta ſit, quæ ſe prægnatem fingit, adeundo adquiret hæreditatem. Per contrarium non adquiret, ſi ſe putet prægnatem, cùm non ſit.

6 ¶ Suum hæredem, certum eſt, ex aſſe *z* hæredem eſſe, etſi putat eſſe prægnatem mulierem, quæ non *a* eſt prægnas. Quid ſi vnum in vtero habeat; an ex parte dimidia ſit hæres? ſiue inſtitutum poſthumum proponas, ſiue inteſtatum patrem deceſsiſſe: quod & (Sextum Pomponium *b*) opinatum Tertyllianus *c* libro 4.

a Speciale mandatum adeundi reſtrictius eſt generali. Specifica verba minus continent quàm indefinita.

b Hæreditatis adeundæ iuſſus reuocari poteſt, licèt in notitiam iuſſi non venerit.

c De effectu reuocationis, vide *hic. Baldus.*

d Adire partem ſibi per alium delatam qui vult, idem & partem ſibi delatam adire intelligitur. Conſenſus mediatus, trahit ad ſe immediatum.

e *l. 11. §. 2. l. 25. §. 6. ſup. eo.* Viuentis hæreditas adiri non poteſt.

f *l. 5. ℨ. de iure delib.*

g Probantur rationib. defuncti, eiuſdem facultates. adde *l. Neſennius. 34. ℨ. de negotiis. l. maritus 95 in fi. ℨ. ad legem Falcid.*

h Non videtur adire hereditatem qui petit inſtrumenta defuncti edi.

i *l. 86. ℨ eod.* legationis cauſa abſens, Reipublicæ cauſa abſens dicitur.

k *l. vlt. §. 1. ℨ. quis ordo in bon. poſſeſſ.* Hæreditatis adeundæ commodo excluſus propter propriam vel filii abſentiam reſtituitur.

l Imò non oportet, *l. denique, 3. §. ſed vtrum. 4. ſup. de minoribus?* Patri non ſubuenitur ob ætatem filij, *vt ibi.* propter abſentiam eiuſdem ſubuenitur, *vt hic*, vt ea ratione plenior ſit abſentiæ quàm ætatis reſtitutio.

m Legatione qui fungitur, reipublicæ cauſa abeſt.

n *l. 1. §. 14. ſup de inſp. ventre. l. 1. §. 6. ℨ ſimul. ventris nomi.* Proximus defuncto dum adire hereditatem ex teſtamento vel ab inteſtato poteſt, remotiores non admittuntur, Ita fit vt ſiue vxor defuncti ſit prægnans, *vt hic.* ſiue dubitetur eſſe, §. 2. ℨ. poſterior adire non poſſit hæreditatem.

o Prægnante vxore defuncti, poſterior adire non poteſt. *Bald.* p Legitimus & conſanguineus hic opponuntur, cùm tamen vnus & idem poſſit eſſe interdum legitimus & conſanguineus, *l. 1. in fin. ℨ. de ſuis.*

q Venter, id eſt, is qui in ventre eſt, pro nato habetur, *l. 84. inf. eod v. l. 7. ℨ. de ſtatu, l. 2. 3. §. 9. ℨ de ſuis.* r Imo, & decretalem, *l. 3. §. à municip. verſ. proinde. ℨ. de bonorum poſſeſſ.* Vtramque habet. Eadem enim ratio eſt edictalis ad decretalem, quæ iuris ad ſententiam vel decretum. ſ Venter iure æqualis vel poſterior non exſpectatur. t Venter inſtitui & exhæredari poteſt. u *v. l. 3. ſup. de SC. Macedon.* Fama dicitur multorum opinio, *Bald.* Sic præſumitur nemo id ignorare quod in fama omnium eſt: aliàs præſumitur ignorantia, *l. 6. C. qui militare.*

x Abortum dixit in neutro vt & Feſtus Abortum.

y Tria ſunt quæ faciunt aditionem valere, veritas, propria hæredis opinio, & fama, ſcilicet, quòd non ſit prægnans. Porrò fama conſideranda eſt, vbi agitur de incerto, non de iis quæ certa ſunt. *Bal.* De fama vide Tertull. *in apolog. aduerſ. gentes.*

z *l. 5. ſup ſi pars hered. l. 3. §. 10. ℨ de ſuis.* a Si vxor non eſt prægnans, filius iam natus, eſt hæres in ſolidum. *Bald.*

b *al.* Pomponium.

c Tertullianus libros quæſtionum compoſuit.

quæſtionum refert: putaſſe enim, ſicuti cùm vacuo *a* vtero ſuus ex aſſe heres eſt, ita & cùm vnum gerit, nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare poteſt, (quod quidem poſt certum tempus conceptionis eueniet) ex parte dimidia & ignorantem fore heredem, non *b* ex quarta, vt Iulianus putat.

7 ¶ Scientia *c* autem, vel opinio, ſi filius familiàs, vel ſeruus inſtituti ſunt, vtrum ipſorum, an domini, vel patris accipienda ſit? finge patrem putaſſe prægnatem, filium certum eſſe finge, & ſic adire: an adquirat hæreditatem? puto adquirere: ſed contra, non adquirere.

8 ¶ Si *d* certus *e* ſum, non eſſe falſum teſtamentum, vel irritum, vel ruptum: licet dicatur eſſe, poſſum adire hereditatem.

De poſtumo & iure accreſcendi.

31. *Paulus* lib. 2. ad Sabinum.

HEredi cum poſtumo *f* inſtituto reliquæ partes adcreſcunt, *g*, quæ poſtumo datæ ſunt, ſi certum ſit non eſſe prægnatem licèt heres ignoret *h*.

De ignorantia & dubitatione heredis.

32. *Vlpianus* lib. 8. ad Sabinum.

HEres inſtitutus, ſi *i* putet teſtatorem viuere, quamuis iam defunctus ſit, adire hereditatem non poteſt *k*.

1 ¶ Sed & ſi ſcit, ſe heredem inſtitutum, ſed vtrum purè, an ſub conditione ignoret, non poterit adire hereditatem, licèt purè heres inſtitutus ſit: & ſub conditione, licèt paruerit conditioni.

2 ¶ Sed & ſi de conditione teſtatoris *l* incertus ſit, paterfamiliàs, an filiusfam. ſit, non poterit adire hereditatem, etſi eius conditionis ſit in veritate, vt teſtari potuerit.

33. *Paulus* lib. 12. ad Plautium.

QVòd ſi dubitet, apud hoſtes deceſſit, an ciuis Romanus *m*, quoniam vtroque *n* caſu eſt ius adeundi, & in *o* re eſt, vt poſſit adire: dicendum eſt poſſe adire.

Error in conditione perſonæ adeuntis, aditionem non impedit. Ex Bart.

34. *Vlpianus* lib. 8. ad Sabinum.

SEd & ſi de *p* ſua *q* conditione quis dubitet, an filiusfamiliàs ſit, poſſe eum adquirere hereditatem, iam dictum eſt.

¶ Cur autem, ſi ſuam ignoret conditionem adire poteſt, ſi teſtatoris *r*, non poteſt? illa ratio eſt, quòd qui conditionem teſtatoris ignorat, an valeat teſtamentum dubitat: qui de ſua, de teſtamento certus eſt.

1 ¶ Sed & ſi cùm *ſ* eſſet purè inſtitutus, putauit ſub conditione, & impleta conditione, quam *t* inectam putauit adiit, an poſſit adquirere hereditatem? Conſequens eſt dicere, poſſe eum adire *u*, maximè cum hæc ſuſpicio nihil ei offuerit, nec periculum attulerit.

¶ Facilius quis admittet, ſi quis purè inſtitutus, putabit ſe ſub conditione inſtitutum, conditionemque impletam quam in *x* euentum putabat. nam in nullo hæc ſuſpicio offuit.

De ſubſtituto coheredi. 1. De patre & filio coheredibus. 2. De fratribus cohæredibus.

35. *Idem* lib. 9. ad Sabinum.

SI quis hæres inſtitutus ex parte, mox Titio ſubſtitutus, antequam ex cauſa ſubſtitutionis ei deferatur hereditas, pro herede geſſerit, erit heres ex cauſa quoque ſubſtitutionis *y*: quoniam inuito *z* quoque ei adcreſcit portio.

¶ Idem dico, & ſi filiusfamiliàs, vel ſeruus iuſſu domini vel patris adierint hereditatem, mox emancipatus, vel manumiſſus, ex cauſa ſubſtitutionis adeant. erunt namque heredes: ſunt enim appendices *a* præcedentis inſtitutionis.

1 ¶ Si *b* excluſus *c* per conditionem ſibi datam pa-

a Vacuus vterus dicitur, mulier quæ prægnans non eſt. Nam hic opponitur mulieri quæ vnum vtero gerit.
b Imò ex quarta, *l. Antiqui, 3. ſup. ſi pars hered. pet. l. ſed & ſi 28. ſup. de iudiciis.* His ſufficit naturæ certitudo: ibi certum quoque iudici eſſe debet. Ita manifeſtum aliud natura eſt, aliud nobis, *l. cum ad præſens 37. ſ. ſi cert. leg. ſi pecuniam, 5. ſ. ſi ſeruum. ſ. de cond. ob cauſ.*
c In hereditate, filio vel ſeruo, qui maiores ſunt pupillis, delata, inſpicitur eorum ſcientia, non patris & domini, *vt hic.* ſi minores pupillis, patris vel domini inſpicietur ſcientia: cùm ſcientiam perfectam habere non poſſint. *l. pupillus 9. ſup. eod.*
d Hereditatem adire poteſt, qui certus eſt valere teſtamentum, licèt communi opinione teſtamentum falſum habeatur.
e *l. 17. ſ. eod.*
f Poſthumo non nato, aut ſi eum certum ſit non naſciturum, partes eius adcreſcunt eius coheredi.
g *l. 3. in fin. inf. de bon. poſſ.*
h Adcreſcit portio deficiens vel ignoranti. In iure adcreſcendi conſideratur veritas, non opinio.
i Hereditatem adire non poteſt qui dubitat, an hereditas ſibi ſit delata (vt ſi dubitet de vita teſtatoris, de conditione teſtamento inſerta, de teſtatoris ſtatu) Contra adire poteſt, ſi certus ſit delatam ſibi hereditatem eſſe, licèt dubius ſit in quibuſdam circunſtantiis: vt ſi dubitet, teſtator captiuus, deceſſerit, necne: an ipſe ſui iuris ſit, vel non ſit: ſufficit enim ſciſſe eum mortuum eſſe, licèt eius mortis modum ignoret. k Cur ita? *v. l. 19. ſup. eo l. 1. §. 4. ĵ. ſecund. tab. l. 4. C. de poſtli.* l *l. 34. ĵ. eo.* m Conſtabat tamen ei teſtamentum in ciuitate conditum, ſciebat quidem teſtatorem mortuum, ſed ignorabat an captiuus, an dimiſſus capitiuitate mortuus eſſet. Ita ignorabat, an heres eſſet ex lege Cornelia, an ex fictione poſtliminij. Huiuſmodi dubitatio non nocet. ſcit enim ſatis, qui effectum compertum habet, licèt modum ignoret. n Dubitatio non nocet, quoties neutra pars dubitationis nocet: ſecus, ſi altera tantùm, vt *l. 32. ſ. eo.* o & nihil aliud vetat eum adire. p Hereditatem adire poteſt, qui de ſua conditione dubitat: non poteſt, qui de conditione teſtatoris, *vt hic.* Cur tam varie? Qui ignorat conditionem teſtatoris, dubitat an valet teſtamentum: id ignorat, vnde ius præcipuè defertur. Qui ſuam ignorat, de teſtamento certus eſt, non ignorat id quod præcipuum eſt, ſed quod ſecundarium & acceſſorium tantùm, *vt ĵ. eo.* q *l. 96. ĵ. eod.* r *32. §. vlt. ſup. eo.* ſ Hereditatem adire poteſt, qui credit, inſtitutionis conditionem extitiſſe, quæ pura planè fuerit. t Qui credit inſtitutionem purificatam, quæ à principio pura fuerat, is poteſt adire hereditatem. *Bald.* u Nec. n. errat in effectu, ſed in eius mediis. x i. quam nondum eueniſſe putabat. y puta antè repudiationem Titij. z *l. 53. in fi. l. 59. in fi. ĵ. eod. l. 6. in fi. C. de imp. l. 20. in fi. C. de iure delib. l. vn. §. 10. verſ. in his itaque. C. de caducis.* Aditio hereditatis ex inſtitutione, trahit ad ſe partem venientem ex ſubſtitutione vulgari, vel ex iure adcreſcendi; vt quæ ſint appendices inſtitutionis. Ita quod ius fuerit in principali, idem fuerit & in appendicibus: in eandem perſonam ita concurret ius ſubſtitutionis & accreſcendi.
a Dicuntur & appendiciæ, dixi ad Feſtum *in Appendices.* b v. in hunc . Cuiac. 12. obſ. 14. c Adire qui non poteſt ex ſua perſona (vtpote conditione exclusus)

ter filium iuſſit adire, dicendum erit, eum non quæſiſſe ſuam portionem.

2 ¶ Sed ſi ex duobus filiis vnum iuſſerit, debebit & alium filium iubere adire.

De patre & filio, vel domino & ſeruo coheredibus.

36. *Pomponius* lib. 3. ad Sabinum.

SI ex ſua parte dominus vel pater adierit, neceſſarium eſt iuſſum *a*, vt filius vel ſeruus cohæredes adeant *b*.

De iure heredis.

37. *Idem* lib. 5. ad Sabinum.

HEres in omne *c* ius mortui, non tantum ſingularum rerum *d* dominium ſuccedit: cùm & ea, quæ in nominibus *e* ſint, ad heredem tranſeant *f*.

De duobus ſuis heredibus quorum alter immiſcuit ſe.

38. *Vlpianus* lib. 43. ad Edictum.

SI duo ſint neceſſarij heredes, quorum alter ſe abſtinuit, alter poſteaquam prior abſtinuit, immiſcuit ſe: dicendum eſt, hunc non poſſe recuſare, quo minus tota *g* onera hereditaria ſubeat: qui enim ſcit, aut *h* ſcire potuit, illo abſtinente, ſe oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur.

De cauſa teſtati & inteſtati.

39. *Idem* lib. 4. ad Edictum.

QVamdiu *i* poteſt ex teſtamento adiri hereditas, ab inteſtato non *k* defertur.

De filio inſtituto, & ſubſtituto impuberi.

40. *Idem* lib. 4. Diſputationum.

QVæſitum eſt, an, licèt quis paternæ hereditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris voluntatem habeat, vel faciat, an creditoribus paternis cogatur reſpondere: vtputà *l* ſi impuberi fuerit ſubſtitutus: in qua ſpecie Iulianus libro vicenſimoſexto Digeſtorum ſcripſit, incidere eum in edictum *m*, ſi ſe immiſcuerit impuberis hereditati. nam qui iudicium parentis oppugnauerit *n*, non debet ex eadem hereditate quicquam conſequi. Sed Marcellus eleganter diſtinguit, multum intereſſe, vtrum ex aſſe fuerit inſtitutus " in " patris teſtamento, an ex parte: vt ſi ex parte, potuerit ſine metu, remota patris ſucceſſione, impuberis hereditatem amplecti.

41. *Iulianus* lib. 26. Digeſtorum.

FIlius *o*, qui ſe paterna hereditate abſtinuit *p*, ſi exheredati fratris hereditati ſe immiſcuerit *q*, & pro herede geſſerit, poterit ex *r* ſubſtitutione hereditatem obtinere.

De herede inſtituto & ſubſtituto impuberi. 1. De ſocietate. 2. De manumiſſione ſerui paterni. 3. Vel caſtrenſis peculij.

42. *Vlpianus* lib. 4. Diſputationum.

IVlianus libro vicenſimoſexto Digeſtorum ſcripſit.

SI pupillus paterna hereditate ſe abſtinuiſſet, deinde ei aliquis heres exſtitiſſet, non *ſ* eſſe eum compellendum creditoribus paternis reſpondere, niſi ſubſtitutus ei fuit *t*. inclinat enim in hoc, vt putet ſubſtitutum etiam patris onera ſubiturum: quæ *u* ſententia à Marcello rectè notata eſt: impugnat. n. vtilitatem *x* pupilli, qui ipſe ſaltem poteſt habere ſucceſſorem: metu enim onerum patris timidius quis etiam impuberis hereditatem adibit. Alioquin (inquit) & ſi frater fuit, omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſidebit hereditatem, & quidem impunè. * nec enim videtur voluiſſe fraudare *y* edictum,

iubere filium hæredem adire teſt, portion ſuam non adqu iudicio teſtato ſed patrio i non vt heres functi, ſed vt ter eius quem heredem hab vnde notant. trem & filium dem ſimul te mento inſtitu non ordine ſuc ſionis, ſed ſ inſtitutos: vt obſtet *lex*, Gl *29. idem ſ. de liberis & poſth.* cùm ibi teſtari oportuerit dech ctum Galli co lìo.
a *l. 26. ſ. eod. l. inf. ſi quis o cauſa.*
b adde *l. 80. inf. eodem.*
c *l. 1. 2. 3. ĵ. de poſſeſ. l. 59. ĵ. de iur.*
d corporalium
e Nomina ſu quæ debentur,
f *l. 156. l. 97 de reg. iur. l. 76. in fi. ſ. de trah. empt.* non ſolum nij defuncti, & omnium ga onum ſor ſt, ſiue a ſiue paſſiua, ei & in eum petunt.
g Qui adit ditatem pro totum conſeq ſi pars coh vacet, & dum tenetur toribus here riis. *Bal.*
h Paria ſunt & facilè ſcir ſe. Qui ſcire habetur pro te.
i Teſtati cauſ tior eſt quàm inteſtati, ſi teſtamentum eſt, neque rumpi poſſit, *ĵ. eo. l. 89. ĵ. de*

lis iur. l. 2. C. vnde liberi. l. 8. C. comm. de ſucceſſion. k v. tamen *l. ſi quis ita* ... *ſup. de hered. inſtit.* l Subſtitutus impuberi inſtituto, Iuliani ſententia non ... ſubſtitutionem ſiue inſtitutionem obtinere: Marcelli verò ſententia diſting... Nam ſi ſolus fuit inſtitutus, vera eſt ſententia Iuliani: ſin cohæredem, qui & ... habuerit, ſubſtitutionem conſequi poterit: etſi hæreditatem paternam non ha... Ita qui ſolus inſtitutus eſt, & repudiat hæreditatem primam, pupillarem obt... non poteſt: ſi cohæredem habuit, eumque adeuntem, poteſt. *Bald.* Agnoſcens ... reditatem pupillarem, paternam videtur quoque agnoſcere, ſi ſolus fuit hæ... cus, ſi habuit cohæredem. m De hoc edicto v. Cuiac. 18. *obſ.* 8.
n Ex teſtamento quod quis impugnat, nemo reportat commodum. o Hic ... ſtitutus, ac præterea ſubſtitutus pupillariter fratri exhæredato. p *l. 17.* ... q *ſub.* fratre mortuo in pupillari ætate: vt ita extitiſſe conditionem ſubſtitu... nis pupillaris dicamus. r Cur ex ſubſtitutione hereditatem obtinebit, cum ... hæreditate paterna abſtinuerit? Perobſcurè ſanè dicitur. Exiſtentiam ſui hære... confirmare tabulas pupillares, vt ipſe ſuus hæres poſſit pupillariter ſucced... exheredato. ſ *l. 7. §. 1. l. 12. circa fin. ſ. eo. l. 56. ĵ. eo.* Imò compellendus eſt, vt Mar... cellus Iulianum notans illico ſubiicit. t Aliud eſt, ſi ei ab inteſtato ſuccederet. u Subſtitutus pupillo, ſi pupillus hæreditate paterna ſe abſtinuit, & impubes d... ceſſit, adeundo ex ſubſtitutione, hæreditariis oneribus defuncti teſtatoris non ... netur Marcelli ſententia, ea parte Iulianum notantis. Primum enim, cur non ... pilli hæreditatem quis adeat lucroſam, vt ea ratione defunctus aliquem hab... hæredem, quem non haberet, ſi qui ei ſubſtitutus eſt, vnà cum ipſius pupilli hæ... ditate, patris pupilli hæreditatem oneroſam adire cogeretur. Ita Iuliani ſen... tia hæc cum repugnet vtilitati pupilli, rectè notata eſt à Marcello. Eſt & hæc ... tio aduerſus Iulianum: Subſtitutus in hac hypotheſi mallet ab inteſtato, quam ... ſubſtitutione ſuccedere. Nam ab inteſtato ſuccedens euitaret onera hæredit... patris pupilli. Ab Inteſtato eo ſuccedente deſtitutum fieret teſtamentum: id... nullo ſubſtituti ipſius incommodo, cui iure licet ab inteſtato ſuccedere poti... quàm ex teſtamento, ſi id dolo non faciat, ſed vt damnum euitet.
x Subſtitutio pupillaris, & ex ea ſucceſſio continet vtilitatem ipſius pupilli.
y *l. 77. §. 31. in fi. ĵ. de legat. 2.* Fraudem non committit qui periculum cauet. Fraudem legi Corneliæ non facit, qui ſuis rebus cauet: qui damni vitandi cauſa mauult ab inteſtato ſuccedere, quàm ex teſtamento, *l. cùm pater 77. §. Titio 31. ĵ. de legat. 2.*

qui

qui ſibi proſpici t, ne oneribus patris pupilli hereditas implicaretur. Sed *a* quod in fratre ſcripſit, credo ita intelligendum, ſi non impuberis frater fuit, ſed teſtatoris. ceterum vtique, ſi frater à patre fratri ſubſtitutus impuberi *b* ſit, ſine dubio neceſſarius heres exiſtet.

1 ¶ Si in ſocietatem quam viuo *c* patre inchoauerat filius, poſt mortem patris perſeuerauerit *d*, Iulianus rectè diſtinguit, intereſſe, vtrùm rem cœptam ſub patre perficit, an nouam inchoauit. Nam ſi quid nouum in ſocietatem inchoauit, non videri miſcuiſſe hereditati patris ſcripſit.

2 ¶ Si ſeruum paternum filius *e* manumiſerit *f*, ſine dubio miſcuiſſe ſe paternæ hereditati videbitur.

3 ¶ Proponebatur filius à patre de *g* caſtrenſi peculio ſeruos comparaſſe, eóſque à patre manumittere rogatus, cum heres eſſet ab eo inſtitutus. querebatur, ſi ſe abſtinuiſſet paterna hereditate, eóſque manumiſiſſet, an miſcuiſſe ſe paternæ hereditati videatur: dicebamus, niſi euidenter quaſi heres manumiſerit, non debere eum calumniam pati, quaſi ſe miſcuerit hereditati.

De ſeruo hereditario.

43. *Iulianus* ‖ libro 30. Digeſtorum. ‖

HEres per ſeruum hereditarium eiuſdem hereditatis partem, vel id quod eiuſdem hereditatis ſit, adquirere non poteſt *h*.

De reſtitutione aduerſus immixtionem.

44. *Idem* ‖ lib. 47. Digeſtorum. ‖

QVotiens pupillus patri heres extitit, & abſtinet ſe hereditate, quamuis patris bona ſub creditoribus fiant, tamen *i* rata haberi debent quæcunque pupillus bona *k* fide geſſerit: & ideo ei, qui fundum tutore auctore, à pupillo emerit *l*, ſuccurrendum erit *m*. nec intereſt, pupillus ſoluendo ſit, nécne.

De ſeruo adeunte.

45. *Idem* ‖ lib. 1. ad Vrſeium Ferocem. ‖

ADitio *n* hereditatis non eſt in opera ſeruili.

1 ¶ Idcirco, ſi ſeruus dotalis *o* adierit, actione de dote, eam hereditatem mulier reciperabit, quamuis ea, quæ ex operis dotalium adquiruntur, ad virum pertineant *p*.

2 ¶ Et cùm quæſtus *q* & compendij ſocietas initur, quidquid ex operis ſuis ſocius adquiſierit, in medium conferet, ſibi autem quiſque hereditatem *r* adquirit.

3 ¶ Præterea nec fructuarius *ſ* quidem ſeruus iuſſu eius, qui vſumfructum in eo habet, adire hereditatem poterit.

4 ¶ Et quod à quibuſdam reſpondetur, ſi liber homo qui bona fide mihi ſeruiebat, propter *t* me heres inſtitutus erit, poſſe eum iuſſu meo adire hereditatem: poteſt verum eſſe, vt intelligatur non operâ ſuâ mihi adquirere, ſed ex re mea, ſicut *u* in ſtipulando, & per traditionem accipiendo, ex re mea mihi adquirat.

Si teſtamentum falſum dicatur.

46. *Africanus* ‖ libro 1. *x* Quæſtionum. ‖

CVm falſum *y* teſtamentum diceretur, ſi quidem ipſe heres accuſaretur, quoniam certus eſſe debeat, *ſe z falſum non feciſſe*, rectè adibit hereditatem: ſin autem alius argueretur citra conſcientiam eius, non poteſt adire, quaſi dubitet verum eſſe teſtamentum.

De furore.

47. *Idem* ‖ libro 4. *a* Quæſtionum. ‖

QVi ſeruum ſuum heredem inſtitutum adire iuſſerat, priùs quàm ille adiret, furioſus *b* eſt factus: negauit, rectè ſeruum aditurum: quoniam non niſi voluntate domini adquiri hereditas poteſt. * furioſi autem voluntas nulla eſt.

48. *Paulus* ‖ libro 1. Manualium. ‖

SI quis alicui *c* mandauerit, vt ſi æſtimauerit, peteret ſibi bonorum poſſeſſionem, & poſtquàm ille petiit, furere *d* cœperit, nihilominùs adquiſita eſt ei bonorum poſſeſſio. quòd ſi antequàm ille petat, is, qui mandauit petendam, furere cœperit, dicendum non eſt, ſtatim ei adquiſitam bonorum poſſeſſionem. igitur bonorum poſſeſſionis petitio ratihabitione debet confirmari.

De authoritate tutoris.

49. *Africanus* ‖ libro 4. *e* Quæſtionum. ‖

PVpillum *f* etiam eo *g* tutore auctore, qui tutela *a* non gerat, hereditatem adeundo obligari ait *a*.

50. *Modeſtinus* ‖ lib. ſingulari de Euremaricis. ‖

SI per epiſtolam *b* ſeruo pupilli tutor hereditatem adire iuſſerit, ſi poſt ſubſcriptam epiſtolam tutor moriatur *c*: antequam ex epiſtola ſeruus adiret, nemo dicturus eſt, obligari *d* poſtea pupillum hereditati.

De dubitatione vtrum ex duobus teſtamentis valeat. 1. De iuſſu paterno. 2. Aditione conditionali.

51. *Africanus* ‖ libro 4. *e* Quæſtionum. ‖

EVm, qui duobus teſtamentis eiuſdem teſtatoris heres ſcribitur, cùm dubitet, num poſterius falſum ſit, ex neutro eorum poſſe adire hereditatem, placet *f*.

1 ¶ Filiusfamiliàs heres ſcriptus patrem ſuum certiorem fecerat, videri ſibi ſoluendo eſſe hereditatem: pater reſcripſerat, ſibi parum idoneam renunciari *g*. Itaque debere eum diligentius explorare, & ita adire, ſi idoneam comperiſſet filius, acceptis literis patris, adiit hereditatem: dubitatum eſt, an rectè adiſſet: probabilius diceretur, quamdiu perſuaſum ei non ſit, ſoluendo eſſe hereditatem, patrem non obligaſſe.

2 ¶ Sed & ſi ita quis dixerit *ſi h ſoluendo hereditas eſt, adeo hereditatem*, nulla *i* aditio eſt.

De filio furioſi. 1. De inſtituto ex parte purè, ex parte ſub conditione.

52. *Marcianus* ‖ libro 4. Inſtitutionum. ‖

CVm heres inſtitutus erat filius; & habebat patrem furioſum, in cuius *k* erat poteſtate, interponere ſe ſuam beneuolentiam, Diuus Pius reſcripſit, vt ſi filiusfamilias adierit *l*, perinde habeatur, atque ſi paterfamilias adiſſet: permiſitque ei & ſeruos hereditatis manumittere *m*.

1 ¶ Qui ex parte heres inſtitutus eſt purè, ex parte ſub conditione, ſolus: etiam *n* pendente conditione, ſi adierit hereditatem, ex aſſe heres erit: quia ſolus heres futurus eſt omnimodo; niſi habeat in conditionalem partem ſubſtitutum.

De iure accreſcendi.

53. *Gaius* libro 14. ad legem Iuliam & Papiam.

QVi ex duabus partibus heres inſtitutus fuerit, ex alia purè, ex alia ſub conditione, & ex pura inſtitutione adierit, & deceſſerit, poſteáque conditio extiterit, ea quoque pars ad heredem *o* eius pertinet.

1 ¶ Qui ſemel aliqua ex parte heres extiterit, deficientium partes etiam inuitus *p* excipit, ‖ id eſt *q*, tacitè ei deficientium partes etiam inuito adcreſcunt.

De tempore ſucceſſionis.

54. *Florentinus* ‖ libro 8. Inſtitutionum. ‖

HEres quandoque *r* adeundo hereditatem, iam *ſ* tunc *t* à morte ſucceſſiſſe defuncto intelligitur.

De abſtentione.

55. *Marcianus* ‖ libro 2. Regularum. ‖

CVm hereditate patris neceſſarius heres ſe abſtineat, conditio coheredi, ſiue ſuo, ſiue extraneo, defertur, vt aut totam adgnoſcat, aut a tota recedat: & ita ſe abſtinere poteſt propter *u* alium, qui per ſuam perſonam non poterat: ſi tamen creditores dicant, ſe contentos eſſe eius portione, quia non poteſt exonerari, niſi deferatur conditio, & alterius parte abſtinere ſe creditores debent, vt eius actiones ei, qui conuenitur, dentur.

56. *Vlpianus* ‖ libro 57. ad Edictum.

SI is qui immiſcuit ſe hereditati, deceſſiſſet, deinde alter ſe abſtinet: eadem conditio deferenda eſt heredi *x* eius, quæ & ipſi: quod Marcellus ait.

De abſtentione. 1. De reſtitutione in integrum. 2. De ſeruis neceſſariis heredibus.

57. *Gaius* ‖ libro 23. ad Edictum Prouinciale. ‖

NEceſſariis heredibus non ſolum impuberibus, ſed *y* etiam pluribus, abſtinendi *z* ſe *a* ab hereditate

---

a Frater teſtatoris poteſt eſſe heres impuberis ex ſubſtitutione, nec erit vllo modo heres teſtatoris. Frater autem impuberis, vtrique heres eſt neceſſarius.
b v. l. 1. §. 16. ſ. *de adq. rer. dominio*.
c & eius conſenſu.
d Filius qui rem cœptam à patre perficit, videtur ſe immiſcere: ſecus ſi inchoat nouum factum vel propriũ. *Bald.*
e non emancipatus. *l. 1. Cod de iure deliberand.*
f *l. 86. §. vlt. ſ. eod.* Hereditatem adire videtur qui ſeruum hereditarium manumittit. quippe nemo ſeruum hereditarium manumittere poteſt niſi heres.
g Filius proprio iure cùm vtitur, paternæ hereditati non ſe immiſcet. Actum quemque interpretamur, vt eo minus quiſque obligetur.
h Quia antequam heres adeat, non eſt heres: poſt aditionem heredis, ſeruus non eſt amplius hereditarius. *Bart.*
i Licèt quis (puta pupilli adminiſtrator) remoueatur ab officio, valent tamen ea quæ per eũ legitimè facta ſunt, conſtante officio.
k *l. 6 §. 2. infr. de rebus author.*
l æris alieni ſoluendi cauſa *l. magis. 5. §. non paßim 9. ſ. de reb. eorum.*
m Vt non reuocetur fundus à pupillo venditus.
n Hereditatis adeundæ actus, in opera non conſiſtit. *vt hic.* Ideóque hereditas quæſita per ſeruum dotalem, mulieri ſoluto matrimonio reſtituenda eſt §. 1. *infr. eod.* quę non reſtitueretur, ſi operis ſerui quæſita diceretur. nam quod ex operis ſerui dotalis maritus adquirit, id ſuũ facit, & ſibi adquirit: neque reſtituit mulieri.
o *l. 47. ſ. de iur. dot.*
p niſi teſtator expreſſim vetuerit marito adquiri *l. 65. ſ. de iure dot.*
q Hereditatis adquiſitionem non inducit quæſtus & compendij ſocietas, *l. 13. l. 71. ſ. pro ſocio.*
r *l. 9. ſ. pro ſuo.*
ſ *l. 25. ſ. eod.* Hereditatem ſibi relictam fructuarius ſeruus fructuario non adquirit.
t Contemplatione mei quod diſponitur, meum eſſe videtur, *Bal.* Hereditas propter me relicta homini libero, qui bona fide à me poſſidetur mihi adquiritur.
u Argumentum à contractu ad hereditatis aditionem nota.
x v. Cuiac. 1. *ad Afr. fol. 4.*
y *l. 1. C. de bon. poſſ. ſecund. tab.*
z Præſumitur in facto proprio quis ſcire veritatem: certúſque eſſe, ſe id feciſſe, vel non feciſſe, *Bald.*
a v. Cuiac. 4. *ad Afr. fol. 53.*
b *l. 48. ſ. eod.* Mandatum de adeunda hereditate tacitè reuocatur per furorem mandanti ſuperuenientem.
c putà procuratori *l. 3. §. 7. ſ. de bon. poſſ.*
d Furor ſuperueniens non vitiat actum iam perfectum *l. 47. ſ. eod.*
e v. Cuiac. 4. *ad Afr. fol. 54.*
f maiorem infante: qui fari poteſt. Nam infans ne tutore quidem auctore adire poteſt, vt qui verba aditionis fari non poſſit: ſubuenitur tamen ei, vt per tutorem adire poſſit, *l. ſi infanti. 18. C. de iure delib.*
g Pupillus tutore honorario auctore hereditatem adire poteſt, *vt hic*: imò non poteſt, dixi ad *l. 4. ſ. de auct. tut.*

a adde *l. 4. ſ. de auct. tut.*
b Epiſtola iubere poſſumus adiri hereditatem.
c Morte tutoris reuocatur mandatum procuratoris à tutore conſtituti, *l. 26. l. 27. §. 1. ſupra mandati.*
d *l. 7. ſ. ratam rem haberi.*
e v. Cuiac. 4. *ad Afr. fol. 46.*
f Cur ita? vel ideo quod de vtriuſque teſtamenti viribus dubitat. Prioris ſc. an per poſterius ſit reuocatum: poſterioris, an ſit verum.
g Pater qui filio reſcribit, *ſibi videri non idoneam hereditatem*, eo ipſo videtur prohibere, ne adeat, donec filio oppoſitum reſcribat, *Bald.*
h Aditionem hereditatis actum eſſe qui non recipiat conditionem, hinc colligunt, *v. l. 77. ſ. de reg. iur.*
i Quid ita? Hereditatis aditio actus legitimus eſt, purè fieri debet, ſine cõditione, ſemel, *l. 80. in fin. ſ. eod.* tutore auctore, non curatore, *l. 90. ſ. eo.* iuſſu patris & domini, teſtato & certis conceptiſque verbis, per ſe, non per alium ſymbolo aliquo, veluti percuſſione digitorum. Quæ omnia ceſſant in petitione bonorum poſſeſſionis quia ius prætoriũ ius ſolenne non eſt, *l. 27. ſ. de reg. iur.* ſic iuſſum adeundi conditionale eſſe poteſt, licèt aditio eſſe non poſſit conditionalis.
k *l. 8. ſ. de his, qui ſunt ſui.*
l quid ſi mutuum contraxerit? idem eſſe ait *Bald.*
m Furorem ob patris, filio à Principe permittitur ius adeundæ hereditatis ſibi delatæ, & manumittendi, vnde notant, Filium, ſi furioſum parentem habeat, rectè contrahere ſine eius conſenſu, (tametſi aliàs conſenſum patris lex vel ſtatutum exigat) item vtiliter ei mutuo obligari: denique pro patrefamilias haberi.
n Conditio minimè expectanda eſt, cuius euentu atque exiſtentia effectus non augetur. Conditio neceſſaria adquiſitionem non impedit neque ſuſpendit, ſed contingens tantùm.
o Etiam heredi heredis pro parte adquiritur portio, in conditionis euentum, *Bald.* adde *l. 2. in fin. ſ. de liber. legat.* Conditionem inſtitutionis ad heredem meum hic non tranſmitto, ſed ius accreſcendi ab ipſa inſtitutione informatum expreſſa teſtatoris voluntate. Ideóque meus heres coheredi meo præfertur, *Bald.* Spem denique iuris adcreſcendi meum ad heredem tranſmitto, *Alberic.*
p Ius adcreſcendæ hæreditatis defertur etiam inuito.
q Tacitè fieri intelligitur, quod ab inuito fieri lex iubet.
r quandocunque.
ſ *l. 193. ſ. de reg. iur.*
t Hereditatis aditio fingit heredem ſtatim à morte teſtatoris adiiſſe. Retro agitur hereditatis aditio. adde *l. 41. ſ. de reb. cred.*
u *l. 29. in fin. ſ. de liberat. leg.* Permittitur ex accidenti, quod aliàs non permitteretur, *Bald.* Quod non poſſum per me, poſſum interdum per alium. Abſtinere nobis licèt ab hereditate propter alium, quod iure noſtro aliàs non licet.
x Æquitas quæ patrocinatur defuncto, patrocinatur eius heredi, *Bald.*
y Abſtinendi beneficium datur impuberibus & puberibus.
z Abſtinendi beneficium heredes habent niſi ſe immiſcuerint: de abſtinendi beneficio adde §. 2. *Inſtit. de heredum qualitate & differentia.* Porrò duplex abſtinendi beneficium eſt: vnum conceſſum edicto prætoris mortui, ſuo heredi competens antequàm ſe immiſceat. Imò & poſt immixtionem quæ ipſo iure non valet. Alterum quod à iudice conceditur, reſtitutione in integrum data, poſt immixtionem quæ ipſo iure tenet: conceditur, inquam, fauore ætatis minori idque extraneo heredi, vt ſuo.
a Abſtinendi beneficium eò pertinet, vt quis ſe ab hereditate abſtineat.

proconſul *a* poteſtatem facit: vt quamuis creditorib. *b* hæreditariis iure ciuili teneantur, tamen in eos actio non detur, ſi velint derelinquere hæreditatem.

¶ Sed impuberib. quidem, etiam ſi ſe immiſcuerint *c* hæreditati, præſtat abſtinendi facultatem: puberibus autem ita ſi *d* ſe non immiſcuerint.

1 ¶ Sed tamen & puberibus minoribus vigintiquinque annis, ſi temerè damnoſam hæreditatem parentis appetierint, ex generali *e* edicto, quod eſt de minoribus vigintiquinque annis, ſuccurrit: cùm, & ſi extranei damnoſam hæreditatem adierint, ex ea parte edicti in integrum eos reſtituit.

2 ¶ Seruis autem neceſſariis hæredibus, ſiue puberes, ſiue impuberes ſint, hoc non permittitur *f*.

58. *Paulus* ‖ libro 2. Regularum. ‖

EX parte hæres inſtitutus ſeruus, & nondum adita hereditate à cohærede eius, liber & hæres fit neceſſarius: quia non *g* à coherede, ſed à ſemetipſo accipit libertatem: niſi ita inſtitutus fuerit, *cùm mihi quis hæres erit, Stichus liber & hæres eſto.*

De inſtituto qui ſubſtitutus eſt impuberi.

59. *Neratius* ‖ libro 2. Membranarum. ‖

QVi patri hæres extitit, ſi idem filio impuberi ſubſtitutus eſt, non poteſt hereditatem eius prætermittere: quod ſic recipiendum eſt, ‖etiam‖ ſi viuo pupillo mortuus erit, deinde pupillus impubes deceſſerit: nam is, qui hæres extiterit, pupillo quoque hæres neceſſario *h* erit. nam ſi ipſum inuitum obligat, coniungi *i* eam paternæ hæreditati, & adcreſcendi iure adquiri cuicumque *k* patris hæredi exiſtimandum eſt.

De inſtituto, qui ab inteſtato petit.

60. *Iauolenus* libro 1. ex poſterioribus Labeonis.

FIlium emancipatum *l* pater ſolum hæredem inſtituit, *& ſi is hæres non eſſet* ſeruum liberum & hæredem eſſe iuſſerat. filius, tanquam pater demens fuiſſet, bonorum eius poſſeſſionem ab inteſtato petiit, & ita hæreditatem poſſedit. Labeo ait, ſi probaretur *m* ſana mente pater teſtamentum feciſſe; filium ex teſtamento patri hæredem eſſe hoc falſum puto: nam filius emancipatus cùm hæreditatem teſtamento datam ad ſe pertinere noluit, continuò *n* ea ad ſubſtitutum hæredem tranſit. nec poteſt videri pro hærede geſſiſſe, qui, vt hæreditatem omitteret, ex alia parte edicti poſſeſſionem bonorum petat. *Paulus*: Et Proculus, Labeonis ſententiam improbat, & ‖in‖ Iauoleni ſententia eſt.

De reſtitutione in integrum, & iure accreſcendi.

61. *Macer* libro 1. de Officio Præſidis.

SI minor annis, poſteaquàm ex parte hæres extitit, in integrum reſtitutus eſt: Diuus Seuerus conſtituit, vt eius patris onus cohæres ſuſcipere non *o* cogatur, ſed bonorum poſſeſſio creditoribus detur.

Si hæres ſcriptus pareat conditioni. 1. Iuſſu domini.

62. *Iauolenus* ‖ libro 1. ex poſterioribus Labeonis. ‖

ANtiſtius Labeo ait, ſi ita inſtitutus ſit, *ſi iurauerit, hæres eſto*: quamuis *p* iurauerit, non tamen eum ſtatim hæredem futurum, antequàm *q* pro hærede aliquid geſſerit: quia iurando voluntatem magis ſuam declaraſſe *r* videatur. Ego *ſ* puto ſatis eum pro hærede geſſiſſe, ſi *t* vt hæres iurauerit: Proculus idem: eóque iure vtimur.

1 ¶ Si ſeruus hæres inſtitutus, poſt iuſſum domini, antequàm adiret, alienatus eſſet, nouum iuſſum *u* poſterioris *x* domini, non iuſſum prioris exigitur *y*.

De furioſo.

63. *Libro* ‖ ſingulari regularum Pomponij Marcellus notat. ‖

FVrioſus adquirere ſibi commodum hæreditatis ex teſtamento non poteſt *z*, niſi ‖ ſi ‖ neceſſarius patri, aut domino hæres exiſtat, per *a* alium autem adquiri ei poteſt: veluti per ſeruum, vel eum, quem in poteſtate habet.

De ſeruo communi.

64. *Iauolenus* ‖ libro 2. ex poſterioribus Labeonis. ‖

SEruus duorum hæres inſtitutus, & adire iuſſus, ſi alterius domini iuſſu adierit, deinde manumiſſus fuerit, poterit ipſe adeundò ex parte dimidia hæres eſſe.

65. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

ET ſi ſubſtitutum haberet idem ſeruus: ita, *Si heres non erit, ille hæres eſto*, ſubſtitutus locum non habet *a*.

66. *Vlpianus* ‖ libro 61. ad Edictum. ‖

SI ſeruus communis *b* vel vni ex dominis, vel pluribus, vel omnib. hæres extiterit neceſſarius, nullius eorum hæreditate ſe poterit abſtinere.

67. *Idem* ‖ libro 1. Regularum. ‖

SEruus communis ab extero hæres inſtitutus, ſi iuſſu vnius adierit hereditatem, non pro maiore parte interim hæredem eum facit, quam *c* pro dominica: deinde cæteris ſociis non iubentibus, tacito *d* iure partes ei adcreſcunt *e*.

68. *Paulus* ‖ libro 5. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

CVm ſolus ſeruus heres inſtitutus ſit, ſicut licet vno tempore omnium dominorum iuſſu adire hæreditatem, ita & ſeparatis temporibus ſingulorum iuſſu rectè adit. Nam quia ſæpius adit, non ex teſtamento, ſed ex iure dominorum venire, vtilitatis cauſa videtur: ne alterius *f* feſtinatione alterius ius lædatur.

De tempore adeundi, vel repudiandi.

69. *Vlpianus* ‖ libro 60. ad Edictum. ‖

QVamdiu *g* inſtitutus admitti poteſt, ſubſtituto locus non eſt. nec ante ſuccedere poteſt, quam excluſo hærede inſtituto. Eueniet igitur, vt neceſſarium ſit remedium *h* prætoris & circa denegandas primo actiones, & circa præſtituendum *i* tempus ſubſtituto: quia *k* intra diem primo præſtitutum neque adire hæreditatem poteſt, neque pro hærede gerere. Is *l* autem, qui tertio gradu ſcriptus eſt, ſi primo deliberante ſecundus decedat, ipſe poteſt ſuccedere *m*. Ergo expectamus *n* in ſingulis, vt priùs eis deferatur hæreditas, tunc deinde, poſteaquàm delata eſt, exſpectamus diem *o* præſtitutum, intra *p* quem ‖diem‖ niſi aut adeat, aut pro hærede gerat, denegamus *q* ei actiones.

Siue ſuccedatur iure ciuili, ſiue prætorio, ſcripti præcedunt legitimos, etiamſi conditio ſit adiecta: & interim non poteſt repudiari, niſi coram iudice. Bart.

70. *Paulus* " libro 57. ad Edictum. "

IN plurium hæredum gradib. hoc ſeruandum eſt, vt, ſi teſtamentum proferatur, priùs *r* à ſcriptis *ſ* incipiatur, deinde *t* tranſitus fiat ad eos, ad quos legitima hæreditas pertinet: etiam *u* ſi idem ſit, ad quem vtroque modo pertineat. Nam hoc gradatim *x* conſequitur, vt prius *y* ex teſtamento, delatam deinde legitimam repudiet. Idem iuris eſt in bonorum poſſeſſione, vt priùs ſcriptus repellat bonorum poſſeſſionem, deinde is, qui ab inteſtato petere poteſt.

1 ¶ Si verò ei, ad quem legitima hæreditas poteſt pertinere, conditio data ſit: nihil conſtituere poteſt de legitima, antequám dies conditionis tranſeat: & ideo dicendum eſt & in eo caſu; ſi reſpondit *neutram z hæreditatem ad* a *ſe velle pertinere*, bona defuncti à creditoribus poſſidenda " ſunt. "

De ſeruo redempto ab hoſtib. 1. De eo qui manumitti debuit. 3. De ſuo herede per quem factum eſt, quo quid ex hereditate amoueretur.

71. *Vlpianus* " libro 61. ad Edictum. "

SI ſeruum quis alienum ab hoſtib. redemerit, & heredem eum cum libertate inſtituerit: magis *a* puto fore eum liberum, & neceſſarium heredem. nam cùm ſcribit ei libertatem, vinculo ſuo reſoluit: & in hoc ſolùm reddit iure poſtliminij, vt non iterum *b* ſeruus eius fiat, cuius erat, antequam caperetur, (hoc enim ſatis impium eſt) ſed *vt" priſtino domino ſuam æſtimationem *c* omnimodo offerat, vel maneat ei obligatus, donec pretiū ſoluat: quod libertatis fauore introductum eſt.

1 ¶ Si quis hac lege emptus ſit, vt intra certum diem manumittatur, & cum libertate hæres inſtitutus ſit: an ei ſuccurrendum ſit, vt ſe abſtineat, videamus: magíſque eſt, vt, donec *d* dies non extiterit, poſſit ei neceſſarius hæres effici, & non poſſit "ſe" ſe abſtinere: ſin autem dies præteritus fuerit, tunc non neceſſarius, ſed voluntarius hæres efficitur, & poteſt ſe abſtinere ſecundùm exemplum eius, cui fideicommiſſaria libertas ſub conditione debebatur.

2 ¶ Si quis dederit nummos domino, vt manumittatur, puto huic omnimodò eſſe ſuccurrendum.

3 ¶ Prætor

a Cur proconſul ſ agitur hac lege de edicto prouinciali, vt inſcriptio huius legis indicat.
b Suus heres, mero iure eſt heres: eóque creditoribus hereditariis tenetur.
c Abſtinendi beneficium hæres ſuus poſt immiſtionem, non habet, niſi immiſtio ſit ipſo iure nulla, vel ex edicto de minoribus, ope reſtitutionis in integrum reuocetur, *Bald.*
d ante immiſtionem.
e Edictum de minorib. generale.
f Contra immiſtionem iuris, & de iure (qualis eſt quæ à ſeruis fit vtpotè neceſſariis heredibus) non habet locum beneficium & remedium abſtinendi. *Bald.*
g Inſtitutionis ius ideo dicitur directum, quòd eo iure quis à ſe ipſo capiat, non per mediam alterius manum: atque hinc manifeſta eſt differentia inſtitutionis directæ & obliquæ.
h Quoties acquiſitio & tranſmiſſio neceſſaria eſt, hæreditas non adita tranſmittitur ad hæredes: ſecus ſi voluntaria. *Bald.*
i *l. 10. §. 2. ſupr. de vulgari.*
k Spes iuris adcreſcendi tranſmutitur ad quemlibet hæredem. *Bald.*
l Emancipatus filius bonorum poſſeſſionem inutiliter agnouit, & bona poſſedit: An poſſidendo videtur gerere pro herede, vt ne impediatur illo actu inutili? Labeo ita putat, Iauolenus poſt Proculum contra ſentit. Quid ita? Hæs poſſeſſio differt à quæſtione pro herede, non ex ea deſcendit pro herede geſtio: ſed manat potius ab vtili agnitione.
m Probare non cogitur heres teſtatorem ſanæ mentis fuiſſe, niſi contraria præſumptione oneretur. Quo iure? præſumitur quiſque ſanæ mentis eſſe. Cur præſumitur? Naturalis hæc qualitas eſt hominis: προλήψεις & præſumptiones tutò ac certò ducimus à natura. n *l. 3. C. de impub. & aliis ſubſtit.*
o Inuito non adcreſcit portio deficiens ex poſt facto, per reſtitutionem in integrum, *Bald.* p Iurans, voluntatem ſuam perſpicuè, imò enixiſſimè oſtendit. Iuſiurandum voluntatis enixæ, teſtimonium euidentiſſimum eſt. q Adire hereditatem non videtur qui implet conditionem, niſi hoc expreſsè animo adeundi fecerit. *Bart.* r Iurando voluntas declaratur.
ſ v. quæ ſcripſi ad *l. 13. ſup. de conſt. inſtit.* u Adire non videtur qui conditionem implet citra animum adeundi. Animus diſtinguit aditionem.
u Iuſſum neutro genere dixit. x *§. 1. verſ. ſi verò alienatus. Inſt. de hered. inſti.*
y Cur ita? Finita poteſtate domini, iuſſus eius finitur. z *l. 7. §. 3. C. de curat. furioſi.* vide Hotomanum. 5 *obſ. 27.* a Per ſeruum, ſiúmve quem in poteſtate habet furioſus adquirere hæreditatem poteſt; licèt per ſeipſum non poſſit, *vt hic.* Cur tam variè? An quia iure factóque ipſe adquirere non tam prohibetur, quàm non poteſt adquirere: qui ſi prohibitus eſſet per ſe adquirere, per alium quoque adquirere non poſſet.

a omnino, ſecus pro parte, *l. vlt. ſuprà de vulgari.*
b *§. 3. Inſt. de heredib. inſt.*
c *§. 3. & ibi Theophil. Inſt. de heredib. inſt.*
d Quid ita? ne defunctus pro parte inteſtatus moriatur, Adcreſcendi ius eam ob cauſam inductum eſt. *v. Graſſum. §. Ius. adcreſcendi. quæſt. 3.*
e *l. 3. in fi. j. de bon. poſſ.* Adcreſcendi ius eſt inter heredes lege coniunctos, *vt hic.* non inter legatarios. *l. & Proculo. 20. j. de leg. 2.* Cur tam variè? Ius adcreſcendi locum habet in directo iure adquirendi (talis eſt hereditas) etiam inter non coniunctos, ne teſtator decedat pro parte teſtatus & inteſtatus.
f *l. vlt. j. de Silaniano. l. 5. §. 5. infra de noui operis nunt.*
g *l. 3. ſup. eod.* Subſtitutus non admittitur, quamdiu inſtitutus admitti poteſt hoc eſt, niſi poſt inſtitutum, verbi gratia, inſtituto excluſo: vel per tacitam renunciationem quæ temporis lapſu inducitur. ita ordo ſuccedendi ſeruatur, vbi plures ſunt gradus, neque admittuntur ſecundi, ſequentéſve, niſi prioribus excluſis.
h Petente primo ſubſtituto præfigitur terminus ſubſtituto. Petente verò ſecundo ſubſtituto, primo ſubſtituto præſtituitur terminus.
i Tempus adeundi præſtituitur inſtituto, petente primo ſubſtituto: primis verò ſubſtitutis, ſi poſteriores aut ſequentes id petant. Quippe quæ ratio inſtituti eſt ad primos ſubſtitutos, eadem eſt eorum ad vlteriores.
k vide quæ ſcripſi ad *l. vlt. §. 14. C. de iure delib.*
l Subſtitutus ſecundus ſuccedit in locum primi, primo decedente, vt ex ſecundo fiat primus ſubſtitutus. Ita ſecundæ inſtitutiones primæ fiunt. m vt ſubſtitutio ſecunda prima eſſe incipiat.
n Fatalia adquirendi, exercendi acceptandi tempora nemini nocent, antequam ius alicui competere cœperit: omnis enim priuatio habitum aliquem exigit.
o bonorum poſſeſſioni ſc. *l. 4. j. de bon. poſſ. l. 1. in pr. §. 1. j. de ſucceſſ. edict. l. 4. C. qui admit. §. 4. circa fi. inſt. de bon. poſſ.*
p Renuntiatio tacita, diei lapſu inducitur. Renuntiat adquirendæ hæreditati, qui intra tempus adeundæ hæreditatis conſtitutum non adit.
q Sequens non admittitur, niſi primus excludatur per renuntiationem ſaltem tacitam, quæ inducitur ex termini lapſu. r *l. 2. l. 4. l. 5. C. vnde legitimi.*
ſ Teſtati cauſa præcedit cauſam inteſtati, iure ciuili & Prætorio, *Bald.*
t Legitimi heredes ſuccedunt poſt inſtitutos, & teſtamentarios u Ordo qui in diuerſis eſt perſonis, in vna & eadem perſona ſeruatur, ſi in eam diuerſa iura concurrant. x Legitimus ſub conditione inſtitutus, pendente conditione adire hæreditatem non poteſt, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato.
y *l. 39. ſ. eod.* z *l. 77. inf. eod.*
a nec repudiauit *l. 60. ſup. eo.* dixi ad *l. 43. ſup. de act. empt.*
b non vt iterum *Cont. 1. lect. 7.* c Seruum alienum, quem ab hoſtib. redemimus, inſtituere heredem poſſumus, numerato prius precio eius domino. *Bald.*
d *l. 3. §. 3. ſup. de heredib. inſt. l. vlt. in fin. ſup. de vulgari.*

3 ¶ Prætor ait, *Si per eum, eámve factum erit, quo quid ex ea hæreditate amoueretur* a.

4 ¶ Si quis ſuus ſe dicit retinere hæreditatem, nolle, aliquid autem ex hæreditate amouerit, abſtinendi beneficium non habebit.

5 ¶ Non dixit prætor. *Si quid amouerit*, ſed, *Si per eum eámve factum erit, quo quid ex ea amoueretur*: ſiue ergo ipſe amouerit, ſiue amouendum curauerit, edictum locum habebit.

6 ¶ Amouiſſe eum accipimus, qui quid celauerit, aut interuerterit, aut conſumpſerit.

7 ¶ Ait prætor, *Quo quid ex ea amoueretur*: ſiue autem vna res, ſiue plures fuerint amotæ, edicto locus eſt: ſiue ex ea hæreditate ſint, ſiue ad eam hæreditatem pertineant.

8 ¶ Amouere non videtur, qui non *b* callido animo nec maligno rem repoſuit. Ne is quidem, qui in re errauit, dum putat non eſſe hæreditariam. Si igitur non animo amouendi, nec vt hæreditati damnum det rem abſtulit, ſed dum putat non eſſe hęreditariam, dicendum eſt eum amouiſſe non videri.

9 ¶ Hæc verba edicti ad eum pertinent, qui ante quid amouit, deinde ſe abſtinet: cęterùm ſi *c* antè ſe abſtinuit, deinde tunc amouit, hic videamus an edicto locus ſit? magiſque eſt, vt putem, iſtic Sabini ſententiam admittendam. ſcilicet vt furti potius actione creditoribus teneatur. etenim qui ſemel ſe abſtinuit, quemadmodum ex pòſt delicto obligatur?

De tempore adeundi.

72. *Paulus* ‖ libro 1. ad Plautium.

SI quis hæres ita ſcriptus fuerit, *vt intra certum tempus adeat hæreditatem, &, ſi non ita adierit, alius ei ſubſtituatur.* prior autem heres, antequam adiret, deceſſerit *d*, nemo dubitat, quin ſubſtitutus vltimum diem *e* aditionis exſpectare non ſolet *f*.

De alimentis.

73. *Idem* ‖ libro 7. ad Plautium.‖

SI quis, non *g* quaſi hæres, ſed quaſi patroni filius, egens *h*, à liberto patrono ali velit: proculdubio hoc extra *i* cauſam eſt immiſcendi ſe bonis paternis. & ita rectè Labeo ſcribit.

De ignorantia vel dubitatione heredis.

74. *Idem* ‖ libro 12. ad Plautium,

QVi putat ſe decem *k* dare iuſſum, cùm quinque iuſſus ſit, ſi decem dederit, fiet hæres adeundo.

1 ¶ At ſi quinque putet ſe iuſſum dare, cum decem dare iuſſus eſt, & dat quinque *l*, non implet conditionem, ſed ad aliquid proficit, vt, ſi adimpleuerit reliquum, aliorum quinque datione videatur conditio eſſe impleta.

2 ¶ Qui *m* bona fide ſeruit, ſi quaſi iuſſu *n* domini adierit, non obligabitur.

3 ¶ Similis eſt huic ſtatuliber, qui iuſſus ab hærede adire hæreditatem, poſt conditionem libertatis exiſtentem, cùm hoc ignoraret, adiit.

4 ¶ De eo, qui hęres inſtitutus ab aliquo, dubitat *o*, an libertas ei ex teſtamento domini obtigerit, cùm neſciat conditionem libertatis extitiſſe, vel hæreditatem *p* aditam, an adeundo hæres fiat, videndum? Iulianus hunc diceret fieri hęredem.

De errore petentis bon. poſſeſſionem, vel adeuntis.

75. *Marcellus* ‖ libro 9. Digeſtorum.‖

EX ſemiſſe Titius hęres ſcriptus eſt: quadrantis *q* bonorum poſſeſſionem per errorem *r* petit: quęro, an nihil actum ſit, an verò perinde omnia ſeruanda ſint ac ſi quadrans nominatus non ſit: reſpondit, magis nihil actum eſſe, quemadmodum cùm ex ſemiſſe ſcriptus heres, ex quadrante per errorem adiit hęreditatem.

De ſubſtituto, qui ex parte ſub conditione inſtitutus eſt.

76. *Iauolenus* ‖ libro 4. Epiſtolarum.‖

SI tu ex parte ſexta ſub conditione inſtitutus fuiſſes hæres, & omittente partem ſuam Titio, cui ſubſtitutus eras, ex ſubſtitutione adiſſes, deinde conditio iure ſextantis extitiſſet, quæro, an adire neceſſe habueris, ne ſextans tuus intereat? Reſpondit: Nihil intereſt, vtrum ex ſubſtitutione priùs adierit, an ex prima inſtitutione: cùm ab vtraque cauſa vna aditio ſufficiat: ſextans itaque qui ſub conditionem datus mihi eſt, ad me ſolum pertinet.

1 ¶ Item ſi tu ſextantis, ex quo inſtitutus eſſes heres, omiſeris aditionem, nunquid dubitas, quin *ſ* ex ſubſtitutione adeundo Titianæ partis habiturus partem eſſes? reſpondit: Non dubito, quin, ſi prima inſtitutione adeundo hæres eſſe poſſim, in poteſtate *t* mea ſit, quam partem hęreditatis aut amittere velim, aut vindicare.

De cauſa teſtamenti & ab inteſtato.

77. *Pomponius* libro 8. ad Quintum Mucium.

ILlud dubitari poteſt, ‖ an ‖ ſi cùm teſtamento hęres inſtitutus eſſem ab eo, qui etiam ſi inteſtatus deceſſiſſet, legitima hęreditas eius ad me pertineret, an ſimul *u* vtramque hęreditatem repudiare poſſim, quoniam antequam ex teſtamento hęreditatem repudiarim, legitima nondum ad me pertinet: verùm eodem *x* momento intelligor *a* & ex teſtamento, & legitimam repudiare: ſicuti ſi legitimam velim ad me pertinere, cùm ſciam teſtamento mihi relictam, videbor ante repudiare teſtamentum *b*, & ita legitimam acquiſiſſe.

a Sui heredes, nec furari ex hereditate, nec ſubripere, nec expilare, ſed leniore verbo amouere dicuntur, & eodé modo heredes non fieri, ſed exiſtere, & apparere. ἀναφαίνεσθαι, v. Cuiac. *Inſti. de her. qualit.*

b Doli etſi lex non faciat mentionem, dolus tamen ſubintelligitur, *Bald.*

c Quod impedit indulgendum beneficium, non tollit indultum. *Bald.*

d Finita cauſa dilationis, finitur dilatio *Bald.* Quoties certum eſt primum adire non poſſe: ſubſtitutus adire poteſt: *vel ita,* Inſtitutione concepta in diem, vel ſub conditione, exiſtente conditione poteſt adiri hereditas, die non expectata.

e qui adpoſitus fuit in inſtitutione: aliàs nunquam intelligitur dies repetita ſeu intellecta, niſi coniectura aliqua probabilis id ſuadeat.

f non ſoleat. *Hal.* adde *l. vlt. C. qui admitt.*

g Hereditati ſe non immiſcet qui gerit: non quaſi heres: ſed quaſi filius.

h ſecus ſi locuples, *l. 5. §. 19. ſup. de de agnoſcen. liber.*

i Actus diuerſus ab aditione, non includit hęreditatis aditionem. *Bald.*

k Errans in quantitate aditionis, adire hereditatem non vetatur.

l *l. 23. l. 32.* ℑ. *de cond. & demonſtr.* Errans implet conditionem plus faciendo, ſed non minus. *Bald.*

m Hereditati ſe non obligat, qui per alium poſſeſſus heres inſtitutus eſt, intuitu alterius adit.

n *l. 1. C. de iure del.*

o *l. 96.* ℑ. *eod.*

p *v. l. vn. §. 6. C. de caducis.*

q Qui ex minori parte, quam ſit inſtitutus adit, non adit.

r Actus errore admiſſus non valet ſiue fiat coram iudice, ſiue extra iudicium. *Bald.*

ſ Repudians hæreditatem ex inſtitutione, admitti poteſt ex ſubſtitutione vulgari. *Bald.*

t *l. 17. §. 1. ſup. eo.*

u *l. 70. in fi. ſ. eo.*

x Conſequens qui vult, idem vult antecedens, *v. l. ad rem. 56. l. ad legatum. 62. ſ. de curatorib.*

De ſocietate, & rerum communium vſu.

78. *Idem* libro 35. ad Quintum Mucium.

DVo fratres fuerant, bona communia habuerant: eorum alter inteſtato mortuus, ſuum hęredem non reliquerat: frater, qui ſupererat, nolebat ei hęres eſſe: conſulebat, num ob eam rem, quòd communibus, cùm ſciret eum mortuum eſſe, vſus *c* eſſet, hęreditati ſe alligaſſet. reſpondit, niſi eo conſilio vſus eſſet, quòd vellet ſe heredem eſſe, non aſtringi: itaque cauere debet, ne qua in re plus ſua parte dominationem *d* interponeret.

De acquiſitione per alium.

79. *Vlpianus* ‖ lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam.‖

PLacet, quotiens *e* adquiritur per aliquem hęreditas vel quid aliud ei, cuius quis in poteſtate eſt, confeſtim *f* adquiri ei cuius eſt in *g* poteſtate, neque *h* momento aliquo ſubſiſtere in perſona eius, per quem adquiritur, & ſic adquiri ei, cui adquiritur.

De inſtituto ex pluribus partibus. 2. Si ſeruus ex parte purè inſtitutus ſit, ex parte ſub conditione, dato coherede.

80. *Paulus* libro 5. ad legem Iuliam & Papiam.

SI ſolus hęres ex plurib. *i* partib. fuero inſtitutus, vnam partem omittere non poſſum: nec *k* intereſt, in quibuſdam habeam ſubſtitutum, nécne.

1 ¶ Idem puto, etiamſi aliis mixtus hęredibus, ex plurib. partib. hęres inſtitutus ſim: quòd & hic adeundo *l* vnam portionem, omnes acquiro, ſi tamen delatę ſint.

2 ¶ Item *m* ſi ſeruus meus ex parte hęres inſtitutus ſit purè, ex parte ſub conditione, dato ſcilicet cohęrede, & iuſſu meo adierit, deinde eo manumiſſo conditio alterius portionis extiterit: verius eſt, non mihi eſſe adquiſitam illam portionem, ſed ipſum comitari: omnia enim paria permanere debent in id tempus, quo alterius portionis conditio extet, vt adquiratur ei, cui prior portio adquiſita eſt.

3 ¶ Ego quidem puto, & ſi adhuc in poteſtate ſit, iterum adeundum eſſe, ſi conditio extiterit: & illud, quod dicimus ſemel *n* adeundum, in eiuſdem perſona locum habet, non *o* cùm per alium adquirenda eſt hęreditas *p*.

De ſpe ſubſtitutionis ad heredem non tranſmittenda.

81. *Vlpianus* ‖ lib. 13 ad legem Iuliam & Papiam.‖

TOtiens videtur hęres inſtitutus, etiam in cauſa ſubſtitutionis *q* adiſſe, quotiens adquirere ſibi poſſit. nam ſi mortuus *r* eſſet, ad hęredem non transferret ſubſtitutionęm.

De ſeruo inſtituto cuius dominus capax non eſt.

82. *Terentius Clemens* ‖ libro 16. ad legem Iuliam & Papiam.‖

SI ſeruus eius, qui capere non poteſt, hęres inſtituatur, & antequam iuſſu domini adeat hęreditatem, manumiſſus, alienatúſve ſit, & nihil in fraudem legis factum eſſet, ipſe admittitur ad hereditatem. ſed & ſi partem capere poſſit dominus eius, eadem *ſ* dicenda ſunt de parte, quam ille capere non poteſt. nihil enim intereſt de vniuerſo *t* quęratur, quod capere non poſſit an de portione.

De iure accreſcendi.

83. *Vlpianus* ‖ libro 18. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI totam an *u* partem, ex qua quis hęres inſtitutus eſt, tacitè rogatus ſit reſtituere, apparet, nihil ei debere adcreſcere: quia *x* rem *y* non videtur habere *z*.

De ventre præterito.

84. *Papinianus* ‖ libro 16. Queſtionum.‖

a Repudians ab inteſtato, videtur etiam ex teſtamento repudiare: quia cùm aliquid ſimpliciter fit, præſumitur fieri eo ordine quo debet fieri *Bald.* Facta priore loco præſumuntur, quæ priore loco fieri oportet. Prius eſt autem, vt quis ex teſtamento ſuccedat, quàm ab inteſtato.

b i. hæreditatem. Interdum enim vocabulum Teſtamenti pro hereditate vſurpatur, v. Cuiac. *7. obſeru. 8. in fin.*

c Remanere in communi, ſeu vſus rei communis (niſi ius communionis excedatur: id autem accidit, cùm quis ſolus, & in ſolidum poſſidere vult) præſumptiuam aditionem hereditatis nō inducit. *Bal.*

d Dominationem interponit non qui pro fructuario, aut poſſeſſore, aut patrefamiliàs, ſed qui ſe pro proprietario gerit. Cuiac. 10. *obſ.* 16.

e *l. 10. inf. de adq. rer.*

f Adquiſitio duplex Baldo conſtituitur. Vna quæ tranſeat, Altera quę permaneat. Primam notat proficiſci à perſona adquirente, & in eam deſinere cui adquiritur, totam tamen cohærere perſonæ adquirēti, *l. qui liberis. 8. §. hac verba. 1. ſ. de vulgari, l. cùm filio. 11.* ℑ. *de legat. 1.* Alteram ita cohærere perſonæ cui adquiritur, vt ab ea non ſeparetur.

g Ordo nullus hic temporis ſtatuitur, ſed intellectus tantùm.

h ἐν ἀτόμῳ, de momento v. Cuiac. *c. 1. de præſcriptionib* Ciuiles adquiſitiones ex perſona filij vel ſerui, immediate tranſeunt in patrem vel dominum. *Bald.*

Gomez [illegible] cap. 10. n. 2.

i *l. 52. ſup. eo.* k Licet teſtator ſubſtitutum det vulgarem, non videtur tamen permittere, vt actus aditionis ſcindatur. *Bald.* l inſtitutus ſæpius ab eodem, non poteſt fieri ſæpius heres, vt ita vnica aditio trahatur ad omnem portionem, *vt hic.* Quid ſi ex ſe heres fieri non poſſit, ſed per alium? Noua portio nouam requiret aditionem, *§. vlt.* ℑ. Quid ita? mox ſequetur. m v. in hunc §. Cui. 12. *obſ.* 24. n Aditio hęreditatis eſt actus legitimus: ideóque purè fit, *l. 77.* ℑ. *de reg. iur.* & ſemel *vt hic*: v. Cuiac. 7. *obſ.* 18. dixi *l. 51. in fi. ſ. eod. & l. 90.* ℑ. *eod.* o *l. 36. ſup. eod. l. 22. §. 1.* ℑ. *de oper. libert.*

p Quia propter perſonam mediam, cuius ſtatus poteſt variari, non poteſt omnis inſtitutio vniformiter, i. eadem cenſeri. Variato autem medio, variantur extrema, & eorum effectus. *Bald.*

q Spes ſuccedendi ex ſubſtitutione vulgari, ad hæredem non tranſmittitur, *vt hic,* ius tamen adcreſcendi tranſmittitur. *Bald. hic. & l. qui pueri. 69. ſup. eo.*

r *l. 9. in fi.* ℑ. *de ſuis. l. 8. in fi. l. 10. l. 23. in fin. l. 45. in fin. l. 47. ſup. de vulg.*

ſ v. Anton. Fabr. 1. *Coniect.* 10.

t *l. 3.* ℑ. *pro derelicto.* Quod de toto prædicatur, & de parte quoque prędicari intelligitur, *v. l. 78. ſup. de rei vind. l. 1. ſup. de euict.* u Si totam hæreditatem aut partem. *Hal.* Si totam eam *Cuiac.* 2. *obſ.* 7. 3. *obſ.* 38. vt hæc particula *an* veteri more vſurpata ſit pro *eam*, adde *l. 29. in fin.* ℑ. *de ſtatu lib.*

x Adcreſcendi ius rei, non perſonæ, defertur: ſcriptum in rem eſt, ideóque nec perſonam ſequitur, quoties nimirū agitur de proprietate non de vſufructu. Cur tam variè? In vſufructu ius principale ſcriptum ac conceptum eſt in perſonam fructuarij: igitur & eius iuris acceſſio perſonalis: acceſſio, inquam, i. ius accreſcendi, *l. ſi Titio. 33. §. vſumfructum 1. ſup. de vſufr.* y Principale cui adimitur, ei adimitur acceſſorium, *Bald.* z Indignus eſt eique velut indigno eripitur hæreditas, qui tacitè cauet ſe incapaci hereditatem reſtituturum, vide Cuiac. 12. *obſ.*

VEntre *a* præterito, ſi filius, qui fuit emancipatus aut exter *b*, heres inſtitutus ſit, quandiu rumpi teſtamentum poteſt *c*: non *d* defertur ex teſtamento hereditas *e*: ſed ſi vacua *f* ventre mulier fuit, & incerto eo, filius in familia retentus, vita deceſſit, heres fuiſſe intelligitur: emancipatus, aut exter, non aliter poſſunt hereditatem quærere, quam ſi non eſſe prægnatem ſciant. ergo ſi ventre pleno ſit mulier, nónne iniquum erit, interea *g* defunctum filij heredi ſuo *h* relinquere nihil? & ideo decreto *i* filio ſuccurrendum eſt: quia, ſiue frater ei naſcatur, ſiue non naſcatur, patri heres futurus eſt. eadémque ratio facit, vt emancipato quoque ſubueniri debeat, qui alterutro caſu rem omnimodo habiturus eſt.

De metu.

85. *Idem* ‖ libro 30. Quæſtionum. ‖

SI metus *k* cauſa adeat aliquis hereditatem, fiet vt quia inuitus heres exiſtat, detur abſtinendi facultas.

Si quis moriatur antequam ſciat ſe inſtitutum. 1. De hereditate rei perduellionis. 2. Quid ſit pro herede gerere.

86. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

PAnnonius Auitus *l*, cùm in Cilicia procuraret, hæres inſtitutus, antè vita deceſſerat, quàm hæredem ſe inſtitutum cognoſceret: quia bonorum poſſeſſionem quàm procurator eius petierat, heredes Auiti ratam habere non potuerant, ex perſona defuncti reſtitutionem in integrum implorabant, quæ ſtricto iure *m* non competit, quia intra diem *n* aditionis Auitus obiiſſet. Diuum tamen Pium contrà conſtituiſſe Mecianus libro quæſtionum refert in eo, qui legationis *o* cauſa Romæ erat, & filium: qui matris delatam poſſeſſionem abſens amiſerat, ſine *p* reſpectu eius diſtinctionis reſtitutionem (locum) habere: quod & hic humanitatis gratia obtinendum eſt.

1 ¶ Rei perduellionis *q* hæreditatem, ſuſpenſa cognitione filius emancipatus, cui de patris innocentia liquet, poteſt quęrere.

2 ¶ Pro herede geſſiſſe filium placet, qui *r* moriens, comperto matrem ſuam inteſtato vita deceſſiſſe, codicillis petit ab hærede ſuo, vt maternorum bonorum ſeruum manumitteret *ſ*, ac ſibi parentibúſque ſuis in poſſeſſione matris monumentum extrueret.

Quid ſit ſe immiſcere. 1. De actionibus confuſis pupillo reſtituendis.

87. *Idem* ‖ libro 10. Reſponſorum. ‖

EVm bonis patris ſe miſcere conuenit *t*, qui remoto familiæ vinculo, pro herede gerere videretur: & ideo filius, qui tanquam ex bonis matris, cuius hæreditatem ſuſcepit, agrum ad hereditatem patris pertinentem vt maternum, ignorans poſſedit *t*, abſtinendi conſilium, quod in bonis patris tenuit, amiſiſſe non videtur.

1 ¶ Pupillis, quos placuit onerib. hæreditariis eſſe liberandos *u* confuſas *x* actiones reſtitui oportet.

Quid ſit pro herede gerere.

88. *Paulus* ‖ libro 1. Quæſtionum. ‖

GErit *y* pro hærede, qui animo *z* agnoſcit ſucceſſionem: licèt nihil *a* attingat hæreditarium: vnde & ſi domum pignori datam, ſicut hęreditariam, retinuit, cuius poſſeſſio qualiſqualis *b* fuit in hęreditate, pro hærede gerere videtur: idémque eſt, & ſi alienam rem, vt hęreditariam, poſſediſſet.

De abſtentione pupilli, & eius fideiuſſoribus.

89. *Scæuola* ‖ libro 13. Quæſtionum. ‖

SI pupillus *c* ſe hæreditate abſtineat, ſuccurrendum eſt, & *d* fideiuſſoribus ab eo datis, ſi ex hæreditario contractu conuenirentur.

De curatore. 1. De peculio caſtrenſi.

90. *Paulus* ‖ libro 12. Reſponſorum reſpondit. ‖

PEr curatorem *e* hereditatem *f* adquiri non poſſe *g*.

1 ¶ Idem reſpondit, ſi iuſſu aui nepos patris, qui de caſtrenſi peculio teſtamentum fecit, hæreditatem adiſſet, adquiſiſſe ei ea, de quibus pater teſtari poteſt: quia caſtrenſia eſſe mutatione *a* perſonæ deſierint.

De eo qui abſtinuit, & per ſuppoſitam perſonam bona emit.

91. *Idem* ‖ libro 15. Reſponſorum reſpondit. ‖

SI is, qui bonis paternis ſe abſtinuit, per ſuppoſitam *b* perſonam emptoris bona patris mercatus probatur, perinde eum conueniri oportere à creditoribus, atque ſi bonis paternis ſe immiſcuiſſet.

De iuſſu.

92. *Idem* ‖ libro 17. Reſponſorum. ‖

FIliusfamiliàs duxit vxorem: ea, filiis ſublatis inteſtata deceſſit: filij iuſſu patris, non aui *c*, adierunt hereditatem: quæro, an auo adquiſita ſit hereditas? Paulus reſpondit, ſecundum ea, quæ proponuntur, nihil actum eſſe.

In mandante requiritur certitudo cauſæ. 1. Iuſſus poteſt fieri nutu & litteris. Bart.

93. *Idem* ‖ libro 3. Sententiarum. ‖

PAter quotiens filio mandat adire, certus eſſe debet, ‖an‖ pro parte, an ex aſſe: & ‖an‖ ex inſtitutione, an ex ſubſtitutione: & ‖an‖ teſtamento *d*, an ab inteſtato filius ſuus heres exiſtat.

1 ¶ Mutus *e* pater vel dominus, filio vel ſeruo heredibus inſtitutis, magis eſt, vt, ſi intellectu non careat, nutu iubere poſſit adire hereditatem: vt ei iure eius commodum quæri poſſit, quod facilè explicari poſſit ſcientia literarum.

2 ¶ Mutus ſeruus, iuſſu domini pro herede gerendo, obligat dominum hereditati.

De repudiatione bonorum ſuperſtitis.

94. *Hermogenianus* ‖ libro 3. Iuris Epitomarum. ‖

QVi ſuperſtitis *f* bona repudiat, poſt mortem eius adire hereditatem, item bonorum poſſeſſionem petere non prohibetur *g*.

Quibus modis hereditas recuſatur.

95. *Paulus* ‖ libro 4. Sententiarum. ‖

REcuſari *h* hereditas non tantùm verbis, ſed etiam re *i* poteſt, & alio *k* quouis indicio voluntatis.

De pube, e, qui ſe pupillum putat.

96. *Hermogenianus* ‖ libro 3. Iuris Epitomarum. ‖

QVi ſe pupillum falsò *l* exiſtimans, cùm eſſet pubes, pro hærede geſſit, quò minùs hæres exiſtat, nihil error talis ei nocebit.

De eo qui adit ex poſteriore teſtamento quod putat valere.

97. *Paulus* libro 3. Decretorum.

CLodius Clodianus, facto prius teſtamento, poſtea eundem hæredem in alio teſtamento inutiliter facto inſtituerat: ſcriptus heres, cùm poſterius putaret valere, ex eo hęreditatem adire voluit: ſed poſtea hoc inutile repertum eſt. Papinianus putabat *m*, repudiaſſe eum ex priore hęreditatem, ex poſteriore autem non poſſe adire: dicebam, non *n* repudiare eum, qui putaret poſterius valere: pronunciauit, Clodianum inteſtatum *o* deceſſiſſe.

Si quidem ex hæredibus reſtituas aduerſus aditionem.

98. *Scæuola* libro 26. Digeſtorum.

QVæ neptis ſuę nomine, quam ex Seia habebat, Sempronio tot dotis nomine ſpoponderat, & pro vſuris, in exhibitionem, certam ſummam pręſtabat: deceſſit, relictâ Seiâ filiâ, & aliis hæredibus, cùm quibus Sempronius iudicio *p* egit, condemnatique pro portionibus hæreditariis ſinguli hæredes, inter quos & Seia, Sempronio cauerunt, ſummam, qua quiſque condemnatus erat, vſuris iiſdem, quæ ad exhibitionem à teſtatrice præſtabantur: poſtea, excepta Seia filia, cæteri hæredes abſtinuerunt hereditate beneficio *q* principis, & tota hæreditas ad Seiam *r* pertinere cœpit: quæro, an *ſ* in Seiam, quæ ſola heres remanſit, & omnia vt ſola hæres egerat, pro eorum quoque portionibus, qui beneficio principali hæreditate abſtinuerint, vtilis actio dari debeat? Reſpondit pro parte eorum, qui ‖ſe‖ abſtinuiſſent, actiones ſolere decerni in eam, quæ adiſſet, & maluiſſet integra hæreditaria onera ſubire.

Si vnus ex neceſſariis hæredibus abſtineat.

99. *Pomponius* ‖ lib. 1. Senatuſconſultorum. ‖

ARiſto in decretis Frontianis *t* ita refert: Cùm duæ filiæ patri neceſſariæ hæredes extitiſſent, altera ſe paterna abſtinuerat *u* hæreditate, altera bona paterna vindicarat, totúmque onus ſuſcipere parata erat *x*: Sanctum *y* Caſſium prætorem, cauſa cognita, actiones hæreditarias vtiles daturum, rectè pollicitum, ei *z*, quę ad hæreditatem patris acceſſerat *a*, denegaturúmque ei quæ ſe abſtinuerat.

a Ventre præterito, inſtitutus interea adire non poteſt. Quid ita? mox dicetur, *l.30. §.3. l.46. ſup. eod. v.* in hanc legem Cuiac. *3. obſ. 11.*
b Exter, id eſt, extraneus.
c *ſub.* nato poſthumo.
d Cur? pendent interim vires teſtamenti, & inſtituti præteritos expectant. *Bald.*
e interim adiri hereditas non poteſt, neque bonorum poſſeſſio peti.
f forte legendum *vacuo*, vt *j.* ventre pleno.
g id eſt, dum ius teſtamenti pendet, *v. l.4. in fin. infr. contra tabulas.*
h An etiam in extraneo? vide quæ ſcripſi ad *l. vnic. §.3. C. de caduc. tollend.*
i *v. tit. de ventre in poſſeſſ.*
k Metu facta aditio abſtentionem non impedit. Arbitrium quod non eſt liberum, neminem hereditati obligat. *Bal. l.6. ſ. e. l.21. §.5. ſup. de eo quod metus cauſ. l.16. C. de iure delib.* An velle videatur, qui cogitur, vide Cuia. *16. obſer. vlt.*
l Pomponius Auitus *Hal.*
m aliàs, ex æquo & bono competit. Impeditur igitur adire ex iuſta abſentia, licet interim decedat, ius tamen petendæ reſtitutionis & aditionis relinquit hæredi.
n Dies aditionis, centum dies *l.9. §.1. ſup. de iuris & facti ignor.* dixi ad *l.2. C. qui admitti.*
o *l.30. ſup. eod.*
p hæc quæ ſequuntur videntur eſſe Triboniani.
q Pendente accuſatione contra memoriam defuncti, heres (cui liquet de innocentia) adire poteſt *Bald.*
r Poteſt, quis teſtamentum faciendo hereditatem adire, & quaſi contrahere: hic qui teſtatur de re hereditaria ſibi relicta, videtur gerere pro herede, adde *l. ſi auia 8. C eod.* Vltimæ voluntati poteſt ita contractus permiſceri, *Bald.*
ſ *l.42. §.2. ſup. eod.* t Actus qui in extraneo inducit hereditatis aditionem, in ſuo inducit immiſtionem. *Bart.* u data eis reſtitutione aduerſus aditionem.
x Reſtitutio in integrum actiones confuſas in integrum ſtatum reſtituit.
y *l.20. ſup. eod.* z Ex animo dependet pro herede geſtio. Quid? an pro herede geſtio animo ſolo ſine verbis aut factis inducitur? Item quibus verbis vel factis? An & non faciendo, aut res hereditarias pupilli nomine in commentarium vel inuentarium referendo? v. hic Bartolum *l.21. §.1. ſ. eo.* a *l.4. C. vnde legit. l.6. l.14. C. de iure delib. d. l.5. §.1. ſ. de admin.* b Hereditas veram poſſeſſionem non habet, ſed qualemqualem: de hac voce *v. l.5. in fi. ſ. de cond.* Hinc notant, poſſeſſionem impropriiſſimam eſſe in hereditate: hoc eſt non veram: ideóque fingi non poſſe eam poſſidere: cùm in iis tantum fictio locum obtineat, in quibus veritati ſit locus. *Zaſ. 2. Reſponſ. 27.* vbi de fictionis & improprietatis differentia. Adde quæ ſcripſi ad *l.32. j. ad Treb.* c *l.51. ſ. de procuratorib. l.2. in fi. ſ. de adminiſt. tut.* d nihil. n. creditoribus hereditariis deperit, vt quib. etiã ſalua maneat actio, aduerſus eum qui nomine hereditario aditurus eſt, trãſlatione iudicij nil amittũt. *3. Harm. 6. §.27.* e, per procuratorẽ. *Hal.* Atque ita legitur in manuſcriptis Contij. Vnde quidam hunc locũ ita accipiũt: hereditas adquiri non poteſt per procuratorẽ, *vt hic.* cùm tamen poſſit per procuratorem Cæſaris *l.1. ſ. de offic. proc. Cæſar.* v. Contium *2. Subceſiuar. 17.* f nisi opimã *l.1. in fi. ſ. de off. procur. Cæſar. l.3. §.7. j. de bon. poſſ.* An per procuratorem, tutorem, curatorem adquiri poſſit hereditas, v. Cuiac. *1. obſ. 34.* g eſt enim actus legitimus, ideóque niſi purè *l.77. j. de reg. iur. v. l.51. in fi. ſup. eod.* niſi ſemel *l.80. in fi. ſup. eod.* niſi verbis conceptis *l.51. in fi. ſ. eod.* niſi teſtib. præſentib adiri poteſt hæreditas. v. Cuiac. *7. obſ. 18.*
a *l. vlt. C. de inoffícioſ.*
b Titulus adquiſitus clam, & generalis poſſeſſio, faciunt vt præſumatur fraus & ſimulatio. *Bald. v. l. 2. C. de repudian.*
c Nepos in aui poteſtate poſitus, aui iuſſu, non patris, adire debet.
d *d. l.22. ſ. eod.*
e *l.5. ſup. eod. l.13. j. de bon. poſſeſſ.* furioſus *Inſt. de hæred. qualit. in fin.*
f *l.13. l.17. in fi. l.70. ſup. eod l.4. j. de adſign. liber.* Viuus heredem non habet ideóque qui ſibi à filio paciſcitur, filio paciſcitur non heredi.
g niſi renunciationi interpoſitum ſit iuramentum, eáque iuramento ſit coniuncta *c.2. de pact. in 6. v. l.3. C. de collat.*
h Hereditas recuſari quib. verbis videatur, vide apud Manticam *12. c. 14.*
i *v. l.7. j. ad Treb.* Factis non tantum verbis res declaratur. vide *Paul. 4. ſent. 4. §.1.*
k veluti ſi patiatur res hereditarias deſtrui, *l.2. C. de infantibus expoſit.*
l *l.6. §.34. l.4. l.74. in fin. ſup. eod. l.21. circa finem j. de cond. & demonſtrat.* Veritas præfertur opinioni. *Bal.*
m & malè *infrà eod.*
n Repudiare hereditatem ex priori teſtamento delatam non videtur qui eam adit ex ſecundo teſtamento quod valere putat. Nec repudiat is hæreditatem qui eam ſibi competere ignorat.
o Inſtitutus in teſtamento ſolenni ante aditam hæreditatem decedens, facit teſtatorem inteſtatum deceſſiſſe.
p Actio diuiſa inter plures hæredes per legem 12. Tab. per ſententiam ſubſequentem, & cautionem, cohæredibus ſe abſtinentibus, ſolida transfertur in perſonam eius, qui eam hereditatem poſſidet, vt in eum actio rei iudicatæ transferatur.
q *l.60. in fin. ſup. eo.*
r *ſub.* volentem.
ſ Aduerſus vnum ex pluribus heredibus adeuntem ſolidæ actiones dantur.
t Frontonianis. *Hal.* u Aduerſus aditionem hereditatis vno heredum reſtituto alteri coheredi tota adcreſcit hereditas. Proinde vt in ſolidum adeunti, ſolidæ actiones hereditariæ competunt: ita in ſolidum abſtinenti denegantur quoque ſolidæ. x parata eſſet. *Hal.*
y Secundum Caſſium. *Hal.* Fortè *Statium.*
z *ſub.* filiæ.
a acceſſerat. *Hal.*

TESTA

TESTAMENTA QVEMADMODVM aperiantur *a*, inſpiciantur, & deſcribantur.

TIT. III.

Quibus fiat copia inſpiciendi deſcribendique teſtamentum.
1. Ratio huius edicti. 2. Si quis neget ſe ſigillum ſuum adgnoſcere.

Gaius || libro 17. ad Edictum Prouinciale. ||

OMnibus, quicumque deſiderant *b* tabulas *c* teſtamenti inſpicere *d*, vel etiam deſcribere, deſpiciendi *e* deſcribendique poteſtatem facturum ſe prętor pollicetur. Quod vel ſuo vel alieno nomine deſideranti tribuere eum, manifeſtum eſt.

1 ¶ Ratio autem huius edicti manifeſta eſt: neque enim ſine iudice tranſigi, neque apud iudicem exquiri veritas de his controuerſiis, quæ ex teſtamento proficiſcerentur aliter poteſt, quam inſpectis *f* cognitiſque verbis teſtamenti.

2 ¶ Si *g* quis *h* neget ſigillum ſuum agnoſcere, *i* non ideo quidem minus aperiuntur tabulæ, ſed alias ſuſpectæ *i* fiunt.

Cuius eſt teſtamentum. 1. Quæ dicuntur teſtamenta. 2. Quæ pertinent ad cauſam teſtamenti. 3. De pluribus teſtamentis. 4. Si dubitetur, vtrum viuat, an deceſſerit teſtator. 5. De lectione. 6. De die & Conſule. 7. De tempore ad exhibendum dando. 8. De eo qui fatetur, aut negat apud ſe tabulas eſſe.

2 *Vlpianus* || libro 50. ad Edictum. ||

TAbularum teſtamenti inſtrumentum *k* non eſt vnius hominis, hoc eſt heredis, ſed vniuerſorum, quibus *l*. quid illic adſcriptum eſt: quin potius publicum eſt inſtrumentum.

1 ¶ Teſtamentum autem propriè illud dicitur, quod iure perfectum eſt: ſed abuſiuè teſtamenta ea *m* quoque appellamus, quę falſa *n* ſunt, vel iniuſta, vel irrita, vel rupta: itémque imperfecta *o* ſolemus teſtaměta dicere.

2 ¶ Ad cauſam autem teſtamenti pertinere videtur, id quodcunque *p* quaſi ad teſtamentum factum ſit, in quacumque materia fuerit ſcriptum, quod contineat ſupremam voluntatem, & tam principales, quàm *q* ſecundæ *r* tabulæ edicto continentur.

3 ¶ Si plura ſint teſtamenta, quæ quis exhiberi deſideret, vniuerſorum ei facultas facienda eſt.

4 ¶ Si dubitetur *ſ*, vtrum viuat, an deceſſerit is cuius quis, quod ad cauſam teſtamenti pertinet, inſpici † deſcribique poſtulat, dicendum eſt, prætorem cauſa cognita ſtatuere id debere, vt, ſi liquerit *t* eum viuere, non *u* permittat inſpici tabulas: & vt ipſam ſcripturam quis inſpiciat, & ſigilla, & quid aliud ex tabulis velit ſpectare.

5 ¶ Inſpectio tabularum etiam lectionem *x* earum indicat.

6 ¶ Diem autem & conſulem *y* tabularum non *z* patitur prætor deſcribi vel inſpici: idcirco, ne quid falſi fiat. namque *a* etiam inſpectio materiam falſo fabricando inſtruere poteſt *b*.

7 ¶ Vtrum autem in continenti *c* poteſtatem inſpiciendi vel deſcribendi iubet, an deſideranti tempus dabit ad exhibitionem? Et magis eſt, vt dari debeat ſecundum locorum *d* anguſtias, ſeu prolixitates.

8 ¶ Si quis non negans apud ſe tabulas eſſe, non patiatur inſpici & deſcribi, omnimodo ad hoc compelletur: ſi tamen neget *e* penes ſe tabulas eſſe, dicendum eſt ad *f* interdictum remitti, quod eſt de tabulis exhibědis.

De vindicatione tabularum, & actione ad exhibendum.

3 *Gaius* " libro 17. ad Edictum Prouinciale. "

IPſi tamen heredi vindicatio *g* tabularum, ſicut ceterarum hereditariarum rerum competit: & ob id *a* ad exhibendum *b* quoque agere poteſt.

De ſignatoribus cogendis, & de abſentibus.

4. *Vlpianus* " libro 50. ad Edictum. "

CVm *c* ab initio aperiendę ſint tabulæ, prætoris *d* id officium eſt, vt cogat *e* ſignatores *f* conuenire, & ſigilla *g* ſua recognoſcere *h*.

5. *Paulus* " libro 8. ad Plautium. "

VEl negare ſe ſignaſſe: publicè *i* enim expedit ſuprema hominum iudicia exitum † habere.

6. *Vlpianus* || libro 50. ad Edictum. ||

SEd ſi maior pars *k* ſignatorum fuerit inuenta, poterit ipſis interuenientibus reſignari teſtamentum, & recitari.

7. *Gaius* " libro 7. ad Edictum Prouinciale. "

SEd ſi *l* quis ex ſignatoribus aberit, mitti debent tabulæ teſtamenti, vbi *m* ipſe ſit, vti adgnoſcat. nam reuocari *n* eum adgnoſcendi cauſa oneroſum eſt: quippe ſæpe cum magna captione à rebus noſtris reuocamur: *& ſit iniquum, damnoſum o cuique eſſe officium ſuum.* Nec ad rem pertinet, vnus abſit, an omnes: & ſi forte, omnibus abſentibus, cauſa aliqua aperire tabulas vrgeat, debet Proconſul curare, vt interuenientibus optimæ *p* opinionis viris aperiantur, & poſt deſcriptum *q* & recognitum factum, ab hiſdem, quibus interuenientibus apertæ ſunt, obſignentur: tunc deinde eò mittantur, vbi ipſi ſignatores ſint, ad inſpicienda ſigilla ſua.

De ſecundis tabulis.

8. *Vlpianus* " libro 50. ad Edictum. "

PVpillares *r* tabulas, etiam ſi non fuerit ſuperſcriptum, ne aperirentur, attamen, ſi ſeorſum eas ſignatas teſtator reliquerit, prætor eas aperiri, niſi *ſ* cauſa cognita, non patietur *t*.

9. *Paulus* || libro 45. ad Edictum. ||

SI mulier ventris *u* nomine in poſſeſſione ſit, aperiendæ ſunt ſecundę tabulæ, vt ſciatur, cui demandata ſit curatio.

De duobus exemplariis. 1. De tabulis ſui natura apertis. 2. Si tabulæ non appareant.

10. *Vlpianus* || libro 13. ad legem Iuliam & Papiam. ||

SI in duobus *x* exemplariis ſcriptum ſit teſtamentum, alterutro patefacto, apertæ tabulæ ſunt.

1 ¶ Si ſui natura tabulæ patefactæ ſunt, apertum videri *y* teſtamentum non dubitatur: non enim quæremus, à quo aperiantur.

2 ¶ Si tabulæ non compareant *z*, vel exuſtæ *a* ſint, futurum eſt, vt ſubuenire *b* legatariis debeat. Idem eſt, ſi ſuppreſſæ, vel occultæ ſint.

De codicillis & ſecundis tabulis.

11. *Gaius* " libro 11. ad legem Iuliam & Papiam. "

SIcut *c* codicilli pars *d* intelliguntur teſtamenti: ita ſecundæ *e* tabulæ principalium tabularum partem obtinere videntur.

De authentico & exemplo.

12. *Vlpianus* || libro 13. ad legem Iuliam & Papiam. ||

SI quis fecerit teſtamentum, & exemplum eius: exemplo quidem aperto nondum apertum eſt teſtamentum: quòd ſi authenticum *f* patefactum eſt, totum apertum eſt.

---

a 6.C.32.
b id eſt quorum intereſt: non calūniandi animo petentibus. Nam verba generalia ad honeſtos petitores reſtringuntur, *Bald.*
c quid qui nuncupatiuum? collige ex *l. 2. C ſecund. tab.*
d *v. l. 1. ī. de tabulis exhibendis*: legere *l. 2. §. 5. ī. eo.*
e *al.* inſpiciendi.
f Tranſactionem & renunciationem factam, non inſpectis, cognitiſq; verbis teſtamenti, non valere hinc colligas, *l. 6. in fin. l. 12. s. de tranſactionib.* qua de re v. Rolandum à Valle *conſ.* 13. præſertim *num.* 26. *& ſequentibus*, v. Paponem 3. *Nota.* 9. *c. des reſtitutions de tranſactions dependans de teſtament.*
g 35. *Syn.* 6. *c.* 2.
h ex teſtibus.
i Contradictio vnius teſtis non impedit aperturam teſtamenti, ſed reddit ſcripturam ſuſpectam, *Bald.*
k *l. 1. ſuprà de fide inſtrum.*
l *l. 3. §. 10. infra de tabu. exhib.*
m Hæ qualitates ſunt teſtamentorū: Teſtamentorum alia iure perfecta, alia falſa, iniuſta, irrita, rupta, imperfecta.
n adde *l. 6. infra de falſis.*
o *l. 1. §. 5. infra de tab. exhib.*
p ſeu, id quod quocumque tenore factum ſit, *l. vlt. Cod. eod. l. 1. ī. de tab. exhib.*
q ordo eſt inuerſus, legendum eſt tam ſecundę, quam principales, *Pet. Fab. 1. Semeſt.* 23.
r de quibus in *l. 11. ī. eod.*
† tabulas ſcilicet.
ſ Mors quemadmodum probetur, vide *in l. 6. §. 2. ī. de Silaniano.*
t In præterito, vt pluit & luit. v. Cuiac. 11. *obſer.* 1.
u hoc Bald. ita extendit, vt viuo teſtatore notarius non debeat heredi teſtamentum edere: adde *Hebræor.* 9. 11. viuentis atque ſuperſtitis hominis tabulæ hoc edicto non exhibentur. x Inſpiciendi inſtrumenti data facultate, datur & facultas eius legendi, v. quæ dixi in *l. 6. ī. de alimentis.* vt per contrarium colligamus, ea non eſſe inſpicienda, quæ legenda non ſint.
y hinc colligere poſſumus: Moris fuiſſe apud veteres diem & conſulem teſtamentis adſcribi: adde *l. 3. C. eo. Cicero 13. Epiſt. fam.* 29. An vero id neceſſitatis eſt, nihil nocere teſtamento, ſi vtrumque deſit, poſt Pithæum ex veteribus auctoribus refert Cuiac. in *l. 20. ſ. qui teſt. fac.* quod eodem modo, id eſt, ſine die cautio interponi poſſit, *l. 34. §. 1. in fin. ſuprà de pign.* v. quæ notaui ad *l. 3. ī. de accuſ.* & ad *l. 21. C. de teſt.* z Imò patitur *l. prætor 14. §. 1. ſ. de edendo*? Patitur ſi à tabellione, eóve petatur, cuius muneris ſit inſtrumenta atque teſtamenta conficere, *d. l. prætor.* ſecus ſi à nudo poſſeſſore teſtamenti: & ita hunc locum veteres accipiunt Bartolus, Bald. Albericus a *l. 1. §. 2. ſ. de edendo.* b Quamodo? nempe quia poſſunt actores, die vel conſule cognitis, μεταγενέστερον, ἔγγραφον καὶ ἀνατρεπτικὸν conficere *1. Har.* 4. quo ſcilicet quaſi poſteriore prius rumpatur, v. Cuiac. 3. *obſer.* 7.
c Dilatio iuſta editioni inſtrumentorum concedenda. d Locorum habita ratione dilationes dari ſolent. e *l. 1. §. 1. ī. de tab. exhib.* Teſtis negans, etiam vnicus, actum reddit dubium: dixi ad *l. 9. in fin. C. de teſtib.*
f Aduerſus confitentem ſe tabulas habere teſtamenti, hoc edictum: aduerſus negantem, interdictum de tabulis exhibendis datur. Cur tam varie? An quia hoc edictum officio iudicis ſine litis conteſtatione, & in confitentem datur: interdictum verò iudicij formam exigit, exceptiones & probationes, vt putat Baldus?
g Heres, vt cæteras res hereditarias vindicare poteſt, ita & tabulas teſtamenti.

a Cui vindicatio, ei & ad exhibendum actio competit.
b *l. 3. §. 8. ſupra ad exhibendum.*
c Formam publicandi teſtamenti ex hoc loco obſerua: & iuncta, *l. 5. 6. 7.* & ſequentibus: adde Paul. 4. *ſent.* 6. §. 1.
d 35. *Syn.* 6. *cap.* 4. vel cuiuſque idonei, vel competentis iudicis, *l. 2. Cod. eodem.*
e Teſtes cogi poſſunt ſigilla ſua recognoſcere.
f Quid ſi mortui ſint ſignatores, An teſtamentum concidet? non putat Viglius (*ad §. 7. inſtit. de teſt. ordin. num.* 9.) etiam ſi eo caſu penitus ſigilla cognoſci nequeant, dummodo appareat ſubſcriptum, ſubſignatumque à mortuo teſtamentum, Iniquum eſt enim vt vnius teſtis facto pereat teſtamentū, cum alioquin de voluntate certi eſſe poſſimus. arg. *l. vlt. C. de edicto D. Hadriani.* adde *l. 6. ī. eodem.*
g Quid ſi de teſtamento non ſcripto, ſed nuncupatiuo agitur, & vnus teſtium ſit mortuus. An teſtamentum concidet? negat *ibi.* Viglius *num.* 5. 6.
h hæc igitur verba, *officium Prætoris vt eſt cogat, &c.* tunc locū habent, cum teſtamentum ſcriptum eſt & omnes teſtes viuunt.
i *l. 1. ī. tit. prox. l. 1. C. de ſacr. ſanct. Eccl. Nou.* 22. *c.* 2.
† id eſt effectum.
k 35. *Syn.* 6. *cap.* 6. Quid ſi nulli omnino ſint præſentes? coram Prætore & honeſtis perſonis teſtamentum aperiri poterit, *ī. eo. & l. 2. C. eod.* l 35. *Syn.* 6. *c.* 7.
m vide *l. 18. C. de teſt.* n *l. 3. § 6. ſupra de teſtib.* Teſtis negotia ſua omittere cogi non poteſt teſtimonij dicendi cauſa: ne officium quod alteri præſtat, ei ſit damnoſum, *l. 19. C. de teſtib.*
o *l. 1. l. 29. ſ. ex quibus cauſis maior. l. 140. ī. de regulis iuris.*
p *l. 2. C. eod.* v. omnino Paulum 4. *ſent.* 6. §. 2. *& C. de edicto Diui Hadriani.*
q *v. l. 4. l. 5. ſuprà familiæ.*
r vide *l. 3. C. eod.*
ſ v. quæ ſcripſi ad *l. 11. ī. eod.*
t Cur ita? *v. §. 3. Inſt. de pupillari.*
u *l. 1. ī. de ventre in poſſeſſ.*
x *v. l. vlt ī. eod. l. 1. §. 5. ī. ſecund. tab.*
y Quid ita? natura quod fit, eo loco eſt, quo quæ conſtant ac perficiuntur artificio. Ars & natura comparantur. Nihil intereſt natura an facto hominis tabulæ aperiantur. z *l. 1. §. 3. in fin. ī. ſecund. tab.*
a adde *d. l. 1. §. vltim.* b Incerta igitur petitio admittetur: etſi neque incerta probatio; neque condemnatio admittatur.
c Codicilli eadem ad teſtamentum ratio, quæ ſecundarum tabularum ad principales. Codicilli, pars teſtamenti: ſecundæ tabulæ, pars ſunt principalium tabularum: Codicilli, ſupplementum teſtamenti.
d *l. 18. ī. de iure codicillorum.*
e *l. 2. §. 2. ſupra eod.* Secundæ tabulæ, pupillares dicuntur: quibus opponuntur, *vt hic: l. 2. §. 2. ſ. eod.* principales, *l. 5. §. 14. ī. de his quibus vt indign. l. 11. §. 5. l. 76. ī. ad l. Falcid. l. 1. §. 1. ī ſi cui plus quam per legem Falcid. l. 2. §. 13. ī. de ſtatulib.* Secundæ auté dicuntur fortè, quod pupillares ſubſtitutiones in inferiori parte teſtamēti ſeu ima cera fieri ſolebant: aut plerumque cauebant, ne inferiores illæ viuo teſtatore aperirentur 2. *Gaij Inſt. 4. §. 3. Inſt. de pupillari ſubſt. l. vlt. ī. ad SC. Trebellian.* Ideoque non aperiebantur, niſi cauſa cognita, *l. 8. ſuprà eod.* Plerumque tamen ſufficiebat ſolas patris tabulas ſignatas eſſe, *l. 20. ſuprà de vulgari: l. 9. in fin. ī. de bonorum poſſeſſ. ſecund. tab.* Atque ita ex teſtamento quod ſecundas tabulas habet adiri poteſt hereditas, *l. 14. §. 3. ī. ad SC. Trebell.*
f Authenticum teſtamentum niſi apertum ſit, exempli apertura non ſufficit, *vt hic.* niſi manu eiuſdem notarij exemplum apertum fuerit, *Imola hic.* de authentico vide *l. 8. ſupra famil. 1æ erciſc. l. 3. C. de diuerſ. reſcriptis.*

SI QVIS OMISSA *a* CAVSA teſtamenti, ab inteſtato, vel alio † modo poſſideat hereditatem.

TIT. IV.

Summa edicti. 1. De eo qui per ſe vel alium poteſt acquirere. 2. De eo qui in poteſtate habet heredem inſtitutum. 5. Si idem ſit inſtitutus & ſubſtitutus. 6. De repudiatione. 7. De ſuis heredibus. 8. De conditione poteſtatiua. 9. De cauſa ex qua hereditas poſſidetur. 10. De eo qui dolo deſiit. 11. aut non cœpit poſſidere. 13. De fraude omittentis, vt ad legitimum perueniat.

Vlpianus ‖ libro 50. ad Edictum. ‖

PRætor *b* voluntates defunctorum tuetur *c*, & eorum calliditati occurrit, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato hereditatem partémve eius poſſident ad hoc, vt eos circumueniant, quibus quid ex iudicio defuncti deberi potuit, ſi non ab inteſtato poſſideretur hereditas: & in eos actionem pollicetur *d*.

1 ¶ Et parui refert, vtrum quis per ſemetipſum, an per alium adquirere potuit hereditatem. nam, quomodocunque potuit, ſi non adquiſiit hereditatem, in ea cauſa eſt vt incidat in edictum prætoris.

2 ¶ Prætermittere autem cauſam teſtamenti videtur, qui *e*, cùm *f* poſſet iubere, noluit id facere.

3 ¶ Quid ergo, ſi ſeruus eius, cùm iuberetur adire hereditatem, dicto audiens non fuit? Sed compellendus eſt ſeruus hoc facere, ideóque dominus ab inteſtato veniens incidit in edictum.

4 ¶ Sin autem nec certioratus eſt dominus à ſeruo, & poſtea ipſe ab inteſtato poſſedit hereditatē, non debet incidere in edictum, niſi ſi fingit ignorantiam *g*.

5 ¶ Si proponatur idem & inſtitutus *h* & ſubſtitutus, & prętermiſerit inſtitutionem, an incidat in edictum, quæritur? Et non puto incidere, quaſi teſtator hanc ei dederit facultatem, qui eum ſubſtituit.

6 ¶ Prætermittere *i* eſt cauſam teſtamenti, ſi quis repudiauerit hereditatem.

7 ¶ Qui ſunt in poteſtate, ſtatim *k* heredes ſunt ex teſtamento: nec, quòd ſe abſtinere poſſunt, quicquam facit: quòd ſi poſtea miſcuerunt *l*, ex teſtamento videntur heredes: niſi ſi abſtinuerint quidem ſe teſtamento, verum ab inteſtato petierint bonorum poſſeſſionem: hi enim incident in edictum.

8 ¶ Qui ſub conditione inſtitutus, heres potuit *m* parere conditioni, nec paruit, cùm conditio talis ſit, vt in arbitrio ſit heredis inſtituti: deinde ab inteſtato poſſideat hereditatem, debebit edicto teneri: quia eiuſmodi conditio pro pura debet haberi.

9 ¶ Non quærimus, qui prætermiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato hereditatem poſſideant, vtrum iure legitimo poſſideant, an non. nam quoquo *n* iure poſſideant hereditatem, vel partem *o* eius, conueniri ex edicto poterunt: vtique ſi non ex alia cauſa poſſideant. Vtputa, ſi quis omiſit quidem hereditatem, ſed ex † cauſa fideicommiſſi poſſidet, miſſus in poſſeſſionē fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa. Vel ſi proponas eum crediti *p* ſeruandi cauſa veniſſe in poſſeſſionem. nam nec ex hac cauſa legatariis reſpondere cogetur.

¶ Totiens igitur edictum prætoris locum habebit, quotiens aut quaſi heres legitimus poſſidet: aut quia bonorum poſſeſſionem accipit ab inteſtato, aut ſi fortè quaſi prædo poſſideat hereditatem, fingens *q* ſibi aliquem titulum ab inteſtato poſſeſſionis: quocunque enim modo hereditatem lucrifacturus † quis ſit, legata præſtabit.

10 ¶ Sanè interueniente cautione *r*, *Euicta hereditate legata reddi*: etſi non poſſideat quis hereditatem, dolo autem malo fecerit, quo *ſ* minùs poſſideat, eueniet, vt perinde teneatur, atque ſi hereditatem adiſſet.

11 ¶ Dolo autem malo feciſſe videtur, quo minus poſſideat, qui ad alium transtulit poſſeſſionem per fraudem, vt legatarij, cæteríque qui quid in teſtamento acceperunt, careant his, quæ ſibi relicta ſunt.

12 ¶ Sane quæſtionis fuit, vtrùm is demum dolo malo facere videatur, quo minus poſſideat, qui per dolum eam poſſeſſionem dimittat, quam aliquādo habuit. an verò is quoque *t*, qui hoc ipſum malitioſè fecit, ne ab initio poſſidere inciperet? Labeo ſibi videri ait non minus *u* delinquere eum qui non incipiat poſſidere, quam eum, qui deſinat: quæ ſententia obtinet.

13 ¶ Si quis per fraudem *x* omiſerit hereditatem vt ad legitimum perueniat, legatorum petitione tenebitur *y*.

a 6. C. 39. prætermiſſa, *l*. 1. §. 2. §. 6. ℨ. *eod*. Relicta teſtamento regulariter ab inteſtato non debentur. debentur tamen iure prætorio, propter fraudem omittentium ex teſtamento, & detinentium ab inteſtato, *l*. 1. §. 9. *in fin*. ℨ. *eod*.

† velut bonorum poſſeſſor vel prædo, *l*. 1. §. 9. *in fin*. ℨ. *eod*.

b *l*. *vlt*. *C*. *eod*.

c *v*. *l*. 5. *ſuprà tit*. *prox*.

d conueniri poſſunt, *l*. 6. ℨ. *eod*.

e Iuſſiſſe intelligitur, qui iubere potuit, nec iuſſit.

f Dominus non poteſt obtendere inobedientiam ſerui, cum habeat ius cogendi *Bald*. Hæc cōpulſio velut probabilis & neceſſaria, aditionem non vitiat, *l*. 3. *C*. *de hered*. *inſtit*.

g Ficta ſimulatáque ignorantia non excuſat. Scire quis vbi tenetur ſimulata præſumitur ignorantia, *l*. 5. ꝭ *ſi certum*.

h Inſtitutus coheredi ſubſtitutus, poteſt ſi velit, inſtitutionem omittere, adde *l*. 8. §. 9. *ſuprà de inoff*. *l*. 16. *ſuprà de liberis & poſthum*. *l*. 10. *in fi*. ꝭ. *de vulgari*.

i Teſtamenti cauſam prætermittit, qui hereditatem repudiat.

k *v*. *l*. 11. *ſuprà de liberis*. Filius eſt heres ipſo iure, eámque ob cauſam creditoribus tenetur, *Bald*. Omittens tamen prætorio iure ex teſtamento non tenetur, ſed ex hoc edicto: *v*. *l*. 57. ꝭ. *de adq*. *hered*.

l Miſceat ſe ſui, adeunt extranei.

m Conditio poteſtatiua non cenſetur conditio, *Bald*. *l*. 174. *infra de reg*. *iuris*.

n *v*. *l*. *vlt*. ℨ. *eod*.

o *l*. 13 ℨ. *eod*.

† Primum heredem adire ſufficit vt legata debeantur, licet ſecundus non adeat.

p dixi ad *l*. 2. *Cod*. *qui potiores*.

q Colorata vel improba poſſeſſio, non eſt melioris conditionis, quam ea, quæ iuſtum titulum habet, *Baldus*. In fraudem poſſidet, qui iuſtā poſſidendi cauſam non habet. Habens titulum probabilem, à fraude excuſatur. Vbi non eſt fraus, ceſſat hoc edictum.

r *v*. *l*. *vlt*. *C*. *de pet*. *her*.

ſ *v*. *l*. 131. ℨ. *de reg*. *iur*. † Gratuita poſſeſſio iuris vel facti poſſeſſorem ex hoc edicto adſtringit. t *v*. *l*. 151. ℨ. *de reg*. *iur*.

u Imo minus tenetur hic, quàm ille *l*. 68. §. 1. ꝭ. *pro ſocio*, *l*. 1. §. 6. ℨ. *ſi quid in fraud*. *patroni*, *l*. 9. ℨ. *quæ in fraud*. *cred*.

x accepta pecunia, *v*. *l*. 4. ℨ. *eod*. *l*. 1. *C*. *eod*.

y Imò is non tenebitur, ſed poſſeſſor, *l*. 4. §. 1. *in fin*. ℨ. *eod*. ſed diſcutiendus primùm erit legitimus qui poſſidet.

De eo qui pretio accepto prætermiſit.

2. *Idem* ‖ libro 7. ad Sabinum. ‖

LIcèt pro herede gerere non videatur, qui pretio *a* accepto prætermiſit hereditatem, tamen dandam in eum *b* actionem, exemplo eius, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſidet hereditatem, Diuus Hadrianus reſcripſit: proinde legatariis & fideicommiſſariis tenebitur.

1 ¶ Sed vtrum ab eo erit incipiendum, & ſic ad hedem veniendum, an conuertemus ordinem? Mihi videtur humanior eſſe hæc ſententia, vt poſſeſſor hereditatis prior excutiatur, maximè ſi lucratiuam *c* habet poſſeſſionem.

3. *Pomponius* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

SI pecuniam *d* à ſubſtituto acceperis, vt prætermittres, iſque adierit, an danda ſit legatariis actio, dubitari poteſt. & puto, ſi ipſe quoque prætermiſerit, & quòd lege ad ſe rediret, poſſidebit hereditatem, in vtrumque veſtrum dandam: vt ei tamen, cui ab vtroque legatum ſit, in alterutrum detur actio.

De eo qui gratis omiſit. 1. De poſſeſſore & eo qui omiſit. 2. Si heres vel legatarius omiſerit. 3. De hereditate vendita.

4. *Vlpianus* ‖ libro 50. ad Edictum.

SI quis pecuniam non accepit, ſimpliciter autem omiſit cauſam teſtamenti, dum *e* vult præſtitum, ei qui ſubſtitutus eſt, vel legitimo: numquid locus non ſit edicto? Planè indignandum *f* eſt, circumuentam voluntatem defuncti: & ideo ſi liquido conſtiterit, in necem legatariorum hoc factum: quamuis non pecunia accepta, ſed nimia *g* gratia collata: dicendum erit, locum eſſe vtili actioni aduerſus eum, qui poſſidet hereditatem,

1 ¶ Et rectè dicetur: Vbicunque quis dum vult præſtitum ei, qui ſe repudiante venturus eſt, non repudiaturus niſi præſtitum vellet, & maximè ſi ob euertenda iudicia id fecit, ‖ ibi dicendum eſt ‖ aduerſus poſſeſſorem competere actionem: ſic tamen, vt, vbi quidem pecunia accepta repudiauit, ibi dicamus, eum, qui omiſit conueniendum: vbi verò gratis, in fraudem tamen eorum quibus quid relictum eſt, poſſeſſorem *h* debere conueniri vtili actione.

2 ¶ Quamquam de heredibus inſtitutis videatur prætor loqui, attamen etiam ad alios hæc res ſerpet: vt ſi ſit legatarius *i*, à quo fideicommiſſum relictum eſt, & hic id egerit, vt omittatur hereditas, dolóque id fecit, conueniri debeat.

3 ¶ Si quis vendiderit *k* hereditatem, vtique poſſidere videtur *l*: non dolo feciſſe, quo minus poſſideat.

De patrono aliter inſtituto quàm debuerit.

5. *Marcellus* ‖ libro 12. Digeſtorum ‖

EXcuſatus videtur patronus *m*, qui inſtitutionem prætermiſit, cùm aliter eſſet à liberto ſcriptus heres, quàm eum inſtitui oportet, nam & ſi ſeruus eius ex aſſe inſtitutus fuerit, & per quemcunque caſum *n* non potuerit iuſſu domini adire hereditatem, impunè prætermittet ex teſtamento hereditatem.

De voluntate teſtatoris, & alia iuſta cauſa omittendi. 4. Si bona ad alium pertineant. De colluſione. 5. De poſſeſſione. 7. Bonorum vacantium. 8. De patrono. 9. De bonorum poſſeſſione contra tabulas. 10. De libertate relicta ſub conditione.

6. *Vlpianus* ‖ libro 50. ad Edictum. ‖

QVia autem is, qui ab inteſtato poſſidet hereditatem, conueniri *o* poteſt, ſi omittit cauſam teſtamenti; quęſitum eſt, ſi quaſi ex voluntate teſtatoris videatur omiſiſſe, an cogatur præſtare. Vtputa, fratrem ſuum ſcripſit heredem, & codicillos fecit ab inteſtato, petitque a fratre, vt *ſi legitima hereditas ad eum pertinuerit fideicommiſſa præſtaret quibuſdam*: ſi igitur, omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſideat hereditatem, videndum eſt, an legatariis cogatur reſpondere: Et Iulianus lib. 31. Digeſtorum ſcribit, cogendum primum legata pręſtare: mox, dimiſſis legatis, ſi quid ſuperfuerit ex dodrante, tunc fideicommiſſa cogi pręſtare: cæterùm, ſi legata adſumant *p* dodrantem, tunc nihil fideicommiſſariis præſtandum: habere enim integrum *q* quadrantem *r* legitimum heredem oportet *ſ*. Ordo igitur à Iuliano adhibetur, vt priùs legata *t* pręſtentur: deinde ex ſuperfluo *u* fideicommiſſa *x*, dummodo quadrans non tangatur. Ego puto Iuliani ſententiam ita accipiendam, vt, ſi omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſideat hereditatem, cogatur omnimodò legata pręſtare. nec † enim vtique omittere ei hereditatem permiſit, qui fideicommiſſa ab eo relinquit ab inteſtato.

1 ¶ Planè ſi nominatim id *y* ei permiſit *z*, dicemus, non eum incidere in edictum: quia vſus eſt facultate ea, quam ei teſtator conceſſit, quod ſi non ei conceſſit ſpecialiter teſtator omittere, is ordo erit ſequendus, quem Iulianus oſtendit.

2 ¶ Quid deinde dicemus, ſi iiſdem & ex teſtamento legata, & fideicommiſſa ab inteſtato fuerint relicta, & præterea aliis fideicommiſſa? an ordinem illum

a Pro herede non gerit, qui pretium accipit, ne ſit heres: ſed vt hereditas ad ſubſtitutum deferatur, in edictum tamen incidit, *l*. 3. *l*. 10. *in fin*. ℨ. *eo*. *l*. 24. *ſupra de adq*. *her*. Quomodo legatariis tenetur & fideicommiſſariis, vt *hic*. diſcuſſo prius ſubſtituto, §. 1. ℨ. *eod*. Vnde notant, vafro etiam homini & cauto, ordinis & diſcuſſionis beneficium dari.

b *d*. *l*. 24.

c Imò qui pro donato habet, à legatariis non conuenitur, *l*. *vlt*. ℨ. *eo*.

d *v* *l*. 2. ꝭ. *eod*.

e dum vult gratificari ſubſtituto vel legitimo heredi, *l*. 1. *C*. *eod*.

f Indignantur leges, teſtatorum voluntates circumueniri.

g Nimia gratia qui facit, æquè punitur atque is qui pecunia accepta quid facit.

h Imo poſſeſſor non conueniendus eſt, ſed is qui omiſit, *l*. 1. *in fin*. *ſuprà eodem*.

i Legatarius, (qui ab inteſtato ſuccedere potuit, *Bald*.) cuius dolo malo repudiata hereditas eſt, fideicōmiſſariis relicta à ſe præſtare cogitur.

k *l*. 28. ℨ. *eod*.

l Vendens hereditatem, non tenetur tanquam fraudulentus, ſed tanquam verus heres. *Bal*.

m Fraudem non fecit, qui fraudem excluſit, adde *l*. 6. §. 8. ℨ. *eod*.

n puta, fugam, *l*. *quod ſæpe*, 13. §. *ſi quis amico*, *l*. 3. ꝭ. *de contr*. *empt*. Fraudē non commiſit qui fecit quod potuit. *l*. 1. §. 35. ℨ. *tit*. *prox*.

o *l*. 1. ꝭ *eod*.

p abſumant, *Hal*.

q hic locus oſtendit legitimam onetari legatis non poſſe, & Falcidiam deduci.

r legis Falcidiæ ſcilicet, *l*. 18. *in fin*. ℨ. *eod*. *l*. *vlt*. *C* *eod*. *l*. 1 §. 2. *l*. 22. ℨ. *ad l*. *Falc*.

ſ Imo non oportet, *l*. 1. §. 2. ℨ. *ad l*. *Falc*.

t tanquam relicta ex teſtamento.

u *ſub*. dodrante.

x *ſub*. tanquam relicta ab inteſtato.

† Ab inteſtato relinquens, ius abſtinendi ex teſtamento non confert. Inteſtati clauſula exiſtentiam ſui heredis ab inteſtato non excludit.

y *ſub*. omittere ex teſtamento hereditatem.

z Repetitis legatis ab inteſtato, non præſumitur ius abſtinendi conceſſum, niſi nominatim ſit promiſſum, §. 3. ℨ. *eod*. *l*. 1. §. 5. *in fin*. ꝭ. *eod*.

debeamus

debeamus facere, quem Iulianus monſtrat, an verò contribuemus omnes fideicommiſſarios, quaſi æquales? Et magis eſt, vt ita diſtinguamus, multum intereſſe, vtrùm incidit in edictum heres, an non. Nam ſi incidit, præferendi *a* erunt hi, quibus teſtamento relicta fuerunt quædam: ſin verò non incidit, quia hæc fuit teſtatoris voluntas, vt *b* daret ei facultatem, & ab inteſtato ſuccedendi, vel quia alia cauſa interceſſit, quæ ſecundùm ea, quæ ſupra ſcripta ſunt, non offendit edictum, dicendum eſt, contribui fideicommiſſa debere quaſi exæquata.

3 ¶ Non ſimpliciter autem prætor pollicitus eſt, ſe daturum actionem *c*, ſed cauſa cognita. nam ſiue inuenerit teſtatorem huius rei *d* auctorem *e*, eſſe ipſúmque permiſiſſe ab inteſtato ſuccedere, aut ſi qua alia *f* iuſta cauſa omittendi interuenerit, vtique non dabit actionem in eum *g* legatorum.

4 ¶ Item ſi inuenerit bona ad alium pertinere, non dabit actionem. ſi verò nulla ſuſpicio *h* colluſionis religionem prætoris inſtruxerit.

5 ¶ Si autem is, cui auferri hereditas poteſt, aliquid poſſideat de hereditate, & poſſidere deſierit ſine dolo malo, magis eſt vt deſinat conueniri.

6 ¶ Quod ergo tempus ſpectabimus, poſſideat, nécne? litis conteſtatæ tempus ſpectari debet.

7 ¶ Certe ſi vacantia bona quis poſſederit, & quadriennium *i* præterierit, indubitatè conueniri poterit ex hac parte edicti: quia & omiſit cauſam teſtamenti, & quia ab inteſtato poſſedit: & quidem ſic, vt præſcriptione quadriennij tutus ſit.

8 ¶ Si patronus ex debita ſibi portione heres ſcriptus, dato ſibi coherede, ex alia parte omiſerit inſtitutionem, quia debita pars eius erat exhauſta: omiſerit & coheres: deinde poſſideat patronus ab inteſtato legitimam hereditatem totam, dandam in eum legatorum actionem Celſus libro ſextodecimo Digeſtorum ait, quæ in Titium competeret: ſufficerétque patrono *k*, quòd integram debitam ſibi portionem habeat. hæc autem ita ſunt, ſi coheres colluſit cum patrono: aliter enim non eſſe patronum cogendum legata præſtare: neque *l* enim interdictum eſt, vt quis omittat hereditatem, ſi ſine *m* fraude id fiat.

9 ¶ Hoc *n* edictum etiam ad contra tabulas *o* bonorum poſſeſſionem pertinere, magis dicendum eſt: ſc. vt qui accipiendo contra tabulas bonorum poſſeſſionem, liberis parentibúſque *p* legata præſtaret, ſi omiſerit eam bonorum poſſeſſionem, & ab inteſtato poſſideat hereditatem, cogatur ea præſtare, quæ præſtaret, ſi contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit.

10 ¶ Si libertas ſub conditione fuerit data: *Si decem dederit*, & omiſſa cauſa teſtamenti fuerit, non aliter libertas competet, quàm ſi conditioni paritum ſit †.

De legato præceptionis.

7. *Marcellus* libro 12. Digeſtorum.

QVidam Titium & Mæuium inſtituit heredes, & centum Titio legauit: vterque omiſſo *q* teſtamento legitimam adiit hereditatem. non probe legatorum actionem Titius poſtulabit.

¶ Idem, ſi vtrique legaſſet *r*.

De conditione.

8. *Vlpianus* libro 50. ad Edictum.

SI quis ſub *ſ* conditione dandorum decem vel qua alia, quæ in dando, vel in faciendo fuit, heres inſtitutus, omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſideat hereditatem: videndum eſt an huic, in cuius perſonam conditio collata eſt, ſubueniri debeat? Et magis eſt, ne ſubueniatur *t*: neque enim legatarius eſt.

9. *Paulus* libro 45. ad Edictum.

SEd & ſi adhuc parendi conditioni tempus habeat, hac parte edicti non tenetur.

Si is qui omiſit cum alio poſſideat. De ſubſtituto cui legatum eſt. 2. Si inſtitutus, vel ſubſtitutus omiſerint.

10. *Vlpianus* libro 50. ad Edictum.

SI non ſolus, ſed cum *u* alio poſſidet hereditatem, is qui omiſit cauſam teſtamenti, rectiſſimè Iulianus ait, quod & Marcellus probat, dandam in ipſum quoque legatorum actionē vtilem *x*: nec *y* enim aſpernari debet, obeſſe ſibi factum heredis ſcripti, cui etiam profuerit: hoc *z* autem ita eſt, niſi ſi pecuniam accepit is, qui omiſit cauſam teſtamenti: tunc enim in ſolidum tenebitur.

1 ¶ Cùm ſubſtitutis ab inſtitutis legata fuiſſent relicta *a*, & tam inſtituti *b*, quàm ſubſtituti omiſſa cauſa teſtamenti, poſſideant ab inteſtato hereditatem: Diuus Pius reſcripſit, neque improbè, neque imprudenter *c* inſtitutos legata recuſare ſubſtitutis data: rectè enim recuſant in ſe dari legatorum, fideíve commiſſorum petitionem ſubſtituto, cui liberum fuit adeundi hereditatem, non fideicommiſſum petere, ſed vniuerſa bona obtinere.

a Legata quæ debentur tanquam ex teſtamento, priùs ſunt ſoluenda, quā ea quæ debentur tanquam ab inteſtato. *Bald.*
b Ordo Iuliani locum habet vbi in agendo cauſa teſtati & inteſtati concurrit: vbi verò ſola teſtati cauſa eſt, omnes legatarij & fideicommiſſarij pares ſunt, §. 1. ȷ. *eod.*
c *ſub.* in eum qui ex teſtamento repudiat hereditatem vt eam ab inteſtato adeat.
d i. omiſſionis ex teſtamento.
e §. 1. ȷ. *eod.*
f de hac clauſula *v. l* 12. *in fin. ſupra qui ſatiſdare.*
g omittentem ex teſtamento, & ab inteſtato adeuntem.
h *l. ab herede* 2. *inf. de ſeparat.* probatur colluſio per ſuſpicionem & indicia.
i à tempore denunciationis: vicennium verò à tēpore delationis, *l.* 1. § 2. §. 3. ȷ. *de iure fiſci.*
k *l.* 19. ȷ. *eod.*
l inuitus nemo cogitur hereditatē retinere, ſeu non omittere: modò id fiat ſine fraude.
m *l.* 77. §. 31. ȷ. *de leg.* 2.
n *v. l.* 9. *C. contra tabulas.*
o v. Cuiac. 13. *obſ.* 20.
p *l. vl ver. ſancimus. Cod. de liberis præt.*
† ſtatim adde, *l.* 12. *in fin.* ȷ. *de manu. teſtam.*
q adire hereditatem qui poteſt, eam ſi omittit, beneficio huius edicti non vtitur. *Bart.*
r prælegata per hoc edictum non confirmantur. *Bald.*
ſ Hoc edictum locum non habet, eius cauſa, quod conditionis implendæ cauſa dandum eſt.
t Imò ſubueniri debet in eum qui conditionem non implet, *l.* 1. §. 8 *ſup. eodem.*
u poſſidens cum doloſo in fraudem creditorum, conuenitur ſimul cū eo. *Bald.*
x ex ſententia edicti, *l.* 2. *l.* 4. ȷ. *eod. l.* 19. *l.* 27. *in fin.* ȷ. *eo. l.* 1. *C. eo.*
y Damnum ſentire debet, qui & lucrum conſequitur, *l.* 149. ȷ. *de reg. iur.*
z *ſub.* vt vterque teneatur pro parte.
a fortè ſub conditione, ſi ſubſtituti non ſint, *vt l. ſi in teſtamento* 22, *in fin. infr. eodem.*
b Si inſtitutus & ſubſtitutus repudiant in fraudem legatariorum, non poteſt ſubſtitutus petere legata relicta ſibi ab ſtituto. *Bald.*
c *al.* impudenter.

2 ¶ Si duo ſint heredes, inſtitutus, & ſubſtitutus, & ambo, omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſideant hereditatem: quæſtionis eſt, an ambo cogantur legata præſtare, & vtrum vnuſquiſque ea legata, quæ à ſe relicta ſunt: an verò ambo vtraque legata cogantur præſtare. Ego puto in ſolidum *a* aduerſus ſingulos legatorum petitionem dandam.

¶ Sed vtrùm eorum, quæ à ſe legata ſunt, an verò etiam eorum, quæ ab altero herede, videamus. Et aliàs proponamus, inſtitutum ſolum poſſidere hereditatem eorum legatorum, quæ ſunt à ſe relicta, an etiam eorum, quæ ſunt à ſubſtituto relicta, actionem patietur? dicendum eſt, ita demum etiam eorum, ſi dolo ſubſtituti perueniat ad inſtitutos hereditas ſine pecunia. nam ſi pecuniam accepit ſubſtitutus, ipſe erit conueniendus.

¶ Item ſi ſolus ſubſtitutus poſſideret, ſi quidem pecunia *b* accepta, inſtitutus omiſiſſet, dicemus inſtitutum ſuis legatariis reſpondere debere, ſubſtitutum ſuis. Si autem ſine pecunia, aduerſus ſubſtitutum dabimus actionem.

¶ Nunc cùm ambo poſſideant, meliùs dicetur, ſingulos ſuis legatariis reſpondere debere.

11. *Iauolenus* libro 7. Epiſtolarum.

SI *c* ab inſtituto & ſubſtituto eadem res mihi legata ſit, & omiſſa cauſa teſtamenti, hereditatem poſſideant lege: etiam ſi ab vtroque herede ſolidum *d* mihi debetur, tamen ab vno legatum conſecutus, ab altero petere non potero: eligere itaque reum potero.

De libertatibus. 1. *De herede eius, qui incidit in hoc edictum.*

12. *Vlpianus* libro 50. ad Edictum.

DE libertatibus *e* quoque in hoc caſu quæſitum eſt an competant tam hæ, quæ ab inſtituto, quàm hæ, quæ à ſubſtituto datæ ſunt? Et magis eſt, vt competant tam directæ, quàm fideicommiſſariæ *f*.

1 ¶ Heredem eius *g*, qui omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſidet hereditatem, in ſolidum legatorum actione teneri conſtat: magis eſt enim rei perſecutionem, quàm pœnam continere: & ideo & perpetuam eſſe. hoc autem ita eſt, niſi propter dolum defuncti *h* conueniatur heres: tunc enim in id *i*, quod ad eum peruenit conueniretur.

De eo qui partem ſiue rem poſſidet.

13. *Gaius* lib. 17. ad Edictum Prouinciale.

ET ſi non totam aliquis *k* hereditatem, partémve *l* eius, ex qua heres inſtitutus eſt, ab inteſtato poſſideat *m*, ſed vel minimam *n* portiunculam, vel etiam vnam aliquam rem, tenetur hoc edicto.

14. *Idem* libro 2. de teſtamentis ad Edictum prætoris Vrbani.

QVamuis non propriè pars hereditatis in vna *o* re intelligatur.

15. *Idem* libro decimoſeptimo ad Edictum Prouinciale.

NEc id iniquum eſt: cùm, ex ſuo *p* quiſque vitio, hoc incommodo afficiatur.

16. *Idem* libro 2. de teſtamentis ad Edictum prætoris Vrbani.

CVm enim hereditas ab eo *q* quoque peti poſſit, qui vnam aliquam rem hereditario nomine poſſideat: dubitari non oportet, quin verum ſit quod diximus.

Si omittens non poſſideat.

17. *Idem* libro decimoſeptimo ad Edictum Prouinciale.

SI quis omiſſa cauſa teſtamenti, omnino eam hereditatem non poſſideat, excluduntur legatarij *r*. nam *ſ* liberum cuique eſſe debet, etiam lucroſam hereditatem omittere, licèt eo modo legata *t* libertateſque intercidant: ſed in fideicommiſſariis *u* hereditatibus id prouiſum eſt, vt, ſi ſcriptus heres nollet adire hereditatem, iuſſu prætoris adeat *x*, & reſtituat, quod beneficium *y* his, quibus ſingulæ res per fideicommiſſum relictæ ſint, non magis tributum eſt, quàm legatariis.

De duobus heredibus omittentibus. 1. *De lege Falcidia.*

18. *Idem* libro 2. de teſtamentis ad Edictum prętoris Vrbani.

SI duo heredes inſtituti, ambo, omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſideant hereditatem, tunc quia vterque prætorio iure perinde habetur, atque ſi ex teſtamento hereditatem adiiſſet pro partibus *z* in ſingulos competit actio.

1 ¶ Admonendi ſumus, huic, in quem ex hac parte edicti legatorum actio datur, beneficium legis Falcidię *a* concedendum.

De parte debita patrono.

19. *Idem* libro decimoſeptimo ad Edictum Prouinciale.

Præter

a Si inſtitutus & ſubſtitutus repudiauit in fraudem legatariorum, vnuſquiſque tenetur ſuis legatariis in ſolidum. *Bald.* adde *l.* 11. ȷ. *eod.*
b *l.* 2. *l.* 3. *ſupra eodem.*
c Si inſtitutus & ſubſtitutus repudiat in fraudem legatariorum, & vterque poſſidet, legatario vtriuſque vterque tenetur in ſolidum: alter tamen eſt eligendus.
d adde *l* 10. §. *vl. in pr.* ȷ. *eod.*
e purè relictis *l.* 22. *verſ. cum enim* ȷ. *eod.*
f per heredes inſtitutos & ſubſtitutos præſtandę.
g ſcripti heredis.
h qui omiſit aliquid quod adipiſci potuit: vel qui res hereditarias ad alium præmio accepto tranſtulit.
i Ex dolo defuncti deſcendit obligatio in heredem, ſi ad eum peruenit res aliqua. *Bald.*
k maior annis 25. *l.* 24. ȷ. *eod.*
l *l.* 1. §. 9. *ſupra eodem.*
m ſolus (aliàs pro parte tantùm teneretur *l.* 10. *ſup. eod.*) & quidem pro herede, vel poſſeſſore *l.* 1. §. 9. *ſupra eod. l. vlt.* ȷ. *eod.*
n Minima etiam poſſeſſio idem præſtat, quod maior, *vt hic*. & ſic in poſſeſſione beneficij eſſe dicendus erit, qui res eius aliquas poſſidebit. *Bald.* Minimum in vnitis facit partem *l.* 23. ȷ. *de vſurpat* in ſeparatis vel ſeparabilibus non item.
o §. 9. *Inſt. de fideicomm. hered*
p *l* 203. ȷ. *de reg. iur.*
q *l.* 4. ȷ. *de hered. pet.*
r *l.* 2. *in fin. Cod. eodem.*
ſ inuitus nemo cogitur hereditatē etiam lucroſam adire excepto fideicommiſſario vniuerſali.
t *d. l.* 2. *in fin.*
u in vniuerſali fideicommiſſo.
x *l.* 45. ȷ. *ad Treb.* §. 6. *verſ. ſed quartæ. Inſtit. de fideicomm. hered.*
y *ſub.* cogendi heredem adire.
z vide *l.* 24. *infra eodem.*
a i. quartæ, *l.* 6. *in pr. verſ. ego. ſuprà eodem.*

PRæterea patrono *a* quoque,qui ex aſſe heres inſtitutus eſt,ſi ab inteſtato poſſederit hereditatem, commodum partis debitę,quod habiturus foret, ſi ex teſtamento adiſſet hereditatem,ſaluum"ei"debet eſſe.

De legato relicto ab inſtituto,& à ſubſtituto.

20.*Vlpianus*‖libro 4. Diſputationum.‖

SI eadem res diuerſis perſonis ab inſtituto,& ſubſtituto fuerit relicta,non vterque,ſed qui ab inſtituto *b* accepit,ſolus vindicabit *c*.

De patre heredis omittente.

21. *Iulianus* libro 27. Digeſtorum.

SI filius meus à matre ſua heres ſcriptus fuerit, & ego,teſtamenti cauſa omiſſa,bonorum poſſeſſionem *d* einſdem filij nomine petiero,actio legatorum in me dari debebit,non ſecus ac ſi ipſe heres ſcriptus,omiſſa cauſa teſtamenti, bonorum poſſeſſionem ab inteſtato accepiſſem.

De legato,libertate, & hereditate. 2. Si legetur ſubſtituto ſub conditione, ſi heres non erit.

22, *Idem* ‖ libro 31. Digeſtorum. ‖

SI in teſtamento ita ſcriptum fuerit,*Titius heres eſto: ſi Titius heres erit Mæuius hæres eſto*:& Titius omiſſa cauſa teſtamenti hereditatem legitimam *e* poſſederit, Mæuio *f* aduerſus eum petitio hereditatis dari non debet pro parte quam habiturus eſſet, ſi teſtamenti cauſa omiſſa non fuiſſet. Cùm enim omiſſo teſtamento hereditas poſſidetur, legatorum quidem & libertatium ratio *g* habenda eſt: quia aliter *h*,quàm ab herede dari non potuerunt.hereditatis verò,quæ ita data eſt, rationem habere pretor non debet: ſua enim culpa teſtator ſub hac conditione hereditatis partem dedit, quam potuit purè *i* dare.

1 ¶ Quare & ſi ita ſcriptum fuiſſet, *Titius heres eſto quiſquis mihi ex ſupraſcriptis heres erit, Stichus liber herẽſque eſto*,& Titius omiſſo teſtamento,hereditatem poſſideat libertatem pretor Stichi tueri non debet, nec hereditatis petitionem ei dare.

2 ¶ Si quis hoc modo teſtamentum ſcripſerit *Titius heres eſto: ſi Titius heres non erit Mæuius heres eſto: quiſquis mihi ex ſupraſcriptis heres erit, Mæuio,ſi mihi heres non erit, centum dato*: deinde Titius *k*, omiſſo teſtamento, legitimam hereditatem poſſideat, an Mæuio, cuius in poteſtate fuit, vt ex ſubſtitutione adeundo totam *l* hereditatem haberet, legatorum actio dari debeat, quæritur. & placet dari: quia nihil prohibet, Mæuium iuſtam cauſam habuiſſe propter quam nollet negotiis hereditariis implicari *m*.

De filiis inſtitutis, & emancipato præterito.

23.*Vlpianus* ‖ libro 46. ad Edictum. ‖

SI filius *n* qui manſit in patris poteſtate, item filia *o*, heredes inſtituti,præterito fratre emancipato, qui contra tabulas accipere poſſeſſionem potuit, vt inteſtati patris poſſeſſionem acceperint, legata omnibus preſtabunt,nec *p* filia dotem *q* ſuam fratri conferet, cùm vt ſcripta videatur hereditatem habere.

De pupillo. 1. De adulto.

24.*Paulus* ‖ libro 60.ad Edictum.‖

SI dolo tutoris omiſerit pupillus,cauſam teſtamenti, & legitimam hereditatem poſſideat *r*, danda eſt legatorum actio in pupillum: ſed eatenus *ſ*, quatenus hereditas ei adquiſita eſt: quid enim,ſi cum alio poſſideat hereditatem?

1 ¶ Sed hoc & in eo, qui pubes eſt,plerique putant obſeruandum, vt pro qua parte poſſideat, teneatur: quamuis prætor perinde *t* in eum det actionem,atque ſi adiſſet hereditatem.

De eo qui omiſit,& iuſſit ſeruum ſubſtitutum; l.26. vel filiam ſubſtitutam adire. §.1. aut filiæ ſubſtitutus adiit.

25.*Celſus* libro 16. Digeſtorum.

CVi ſeruus ipſius ſubſtitutus eſt,ſeruum ſuum adire *u*, iuſſit *x*, ſi idcirco fecit,ne legata præſtaret,vtraque *y* preſtabit, & quà heres eſt, & quà,omiſſa cauſa teſtamenti,poſſidet ex ſubſtitutione hereditatem, ſalua Falcidia *z* ei ſeruata.

26. *Papinianus*" libro 16. Quæſtionum."

IVlianus ſcribit, patrem, qui filiam ſibi ſubſtitutam iuſſit adire hereditatem, legata quæ ab ipſo data ſunt ex ſententia edicti præſtaturum, quoniam filia patri ſubſtituitur in caſu *a*, non vt arbitrium eligendi relinquatur: ſed ſi varia legata ſupra dodrantem data ſint,eorum priùs rationem habendam, quæ à filia relicta ſunt:non *b* enim caret dolo pater, qui,

a *l.6.§.8. ſupra eodem.*
b *v.l.13. C.de fideicommiſſ.*
c Dominium legatorum ex hoc edicto ſeruatorum tranſit recta via in legatarios,ſine vlla traditione.
d vnde legitimi *l.2.in fin. vnde legitimi.*
e Legitima hereditas,quæ ab inteſtato defertur, cui opponitur teſtamenti cauſa.
f Inſtitutio directa hoc edicto non ſeruatur. Sed & id quoque colligunt: Nullam obligationem naturalem eſſe inter coheredes, reiecta Gloſſa *l. ſi poſt diuiſionem* 4. *C.de iuris & facti ignor.*
g *l* 12.ſ.*eod.l.*28. *in fin.l.*29.j. *eod. l.* 2.*C eod.*
h Legata & fideicommiſſa aliter, quàm ab herede dari non poſſunt.
i adde *l. Seruus alienus* 21. *cum l. ſeq. ſupra de cond. inſtit.*
k Subſtitutus omittens iuſta ratione, non in fraudem, petit legata ſibi data ab inſtituto qui in fraudem repudiauit.
l Vniuerſum qui repudiauit *ſ*, poteſt alio iure venire ad partem vniuerſi. *Bald.*
m facit *l.*4.§.11. j.*de doli mali.*
n v.Cuiac. 3.*obſ.* 20.
o Soror quæ conuenitur ad legata hoc edicto, quia cenſetur heres teſtamentaria, non confert dotem.Baldus inde colligit: Fictionem & veritatem eodem niti priuilegio: Fictum hæredem conſequi priuilegia veri heredis: fictum ciuem,veri ciuis.
p Introductum contra me, in fauorem meum inducere me poſſe vt ius retinendi habeam.hinc Baldus colligit *arg. l.ſi filius* 12. *in fin. ſup.de interrogat.*
q *l.*3.*inf. de dotis collatione.*
r Omittens ex teſtamento vt ab inteſtato adeat, minimam rem poſſidendo,tenetur in ſolidum id præſtare quod ab eo relictum eſt,hoc tamen fallit in minore,qui ſi dolo tutoris omiſerit,non tenetur, niſi quatenus poſſidet. adde quæ ſcripſi ad *l.*12.*in fin.ſupr. eod.*
ſ *l.18. in pr. ſupra eod.*
t Perinde dixit: temperamentum tamen quoddam adhibendum eſt, *Bald.*
u quaſi dicat, ex inſtitutione repudiauit.
x *v.l.36 ſupr.de adqu. hered.*
y relicta à ſe & à ſeruo.
z *v.l 18.in fin.ſupr. eod.*
a Subſtitutio vulgaris comprehendit duos caſus. *ſi heres eſſe noluerit,vel non potuerit*.*l.*3. *C.de hered.inſtit.*
b Honor commodo pecuniario præferendus,*l.*11.§.3.j.*de adult.* qui ſecus facit, dolo facere videtur. Honeſtum præferendum vtili. Contra dolo non facit; qui honorem proprium alieno præfert, *l.7.C.de ſeruitutibus.*

honore *a* proprio omiſſo, propter *b* compendium alienam *c* inſtitutionem maluit.

1 ¶ Denique ſi filiæ pater ſubſtitutus adiit hereditatem,nihil cum dolo facere Iulianus exiſtimat *d*: quia nemo filiæ patrem contra votum *e* parentum ſubſtituere videtur,ſed vt arbitrium eligendi relinquat.

De inſtitutione & pupillari ſubſtitutione. 1. De eo qui non emancipauit filium ſuum ſubſtitutum. 2. De non fidè ſcripto herede.

27. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum.‖

MAter ſecundis tabulis impuberi filio ſubſtituta, locum *f* edicto facit,ſi,omiſſo teſtamento *g*,legitimam hereditatem filij poſſideat. Idem iuris erit, & ſi filio heres data ſit & ſubſtituta.

1 ¶ In ſententiam edicti,propter legatorum cauſam, frater incidiſſe non *h* videbatur *i*, qui filium *k* ſuum ſubſtitutum impuberi teſtamento fratris non emancipauit,ſed ab inteſtato per eum bona poſſidere cœpit.

2 ¶ In eum,qui teſtamento ſcriptus heres non fuit, ſi fraudis *l* conſilio cum heredibus ſcriptis participato *m*,legitimam hereditatem ſolus poſſideat, actio legatorum ex ſententia prætoris dabitur.

De venditione ſerui inſtituti. 1. De legatis, fideicommiſſis, & libertatibus.

28. *Mæcianus*" libro 4. Fideicommiſſorum."

SI ſeruum heredem inſtitutum Dominus, qui ipſe rogatus fuerat fideicommiſſum præſtare, priùs quàm adire iuberet,vendiderit *n*, preſtare id debet: cùm per pretium ſerui, hereditatis quoque æſtimationem conſequatur.

1 ¶ Inſtitutus heres & rogatus reſtituere hereditatem,ſi omiſſa cauſa teſtamenti,legitimam hereditatem poſſideat,non dubiè,vt legata cæteráque fideicommiſſa,ita hereditatem quoque reſtituere compellendus eſt: libertates *o* quoque tam directas, quàm fideicommiſſarias: ſed ſi alienos ſeruos rogatus ſit manumittere,vtique redimere eos debebit. eam autem deceſſionem patietur is,cui reſtituta fuerit hereditas,quam is, qui ei reſtituerit,paſſurus fuit.

29 *Vlpianus*"libro 5.Fideicommiſſorum.

QVi,omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato poſſidet hereditatem, ſeruos ad libertatem perducere debet: ne eis factum noceat eius qui ex teſtamento adire noluit,ſic *p* tamen,vt habeat libertos.

De cauſa poſſeſſionis.

30.*Hermogenianus*",lib. 3.Iuris Epitomarum."

QVi,omiſſa cauſa teſtamenti,pro *q* emptore *r*,vel pro dote: vel pro donato *ſ*,ſiue alio *t* quolibet titulo, exceptis pro herede, & pro poſſeſſore,poſſideat hereditatem,à legatariis & fideicommiſſariis non conuenitur.

DE *u* SENATVSCONSVLTO SILANIANO *x*, & Claudiano *y*, quorum teſtamenta ne aperiantur *z*.

TIT. V.

Senatuſconſulta,vt occiſo domino quæſtio habeatur, & ſupplicium ſumatur de ſeruis,niſi opem tulerint. Ratio S.C. 1. De nuda proprietate. 2. De bonæ fidei poſſeſſore. De fructuario. 3. De ſeruo pignerato 4. vel ſub conditione legato. De ſtatu libero. 5. De libertate debita ex fideicommiſſo. 6. De parte dominij. 7. De ſeruis patris. 10. De alumno. 11. De ſeruis matris. 12. De filiis captiui occiſis. 13. De ſeruis patris purè legatis,vel manumiſſis. 14. De ſeruis peculij caſtrenſis. 15. De viro & vxore. 16. De occiſo vi aut clam. 22. De eo qui ſibi manus intulit 24. Si non conſtet occiſum eſſe. 25. Quæſtio quid. 26. De his qui ſunt in eodem tecto, vel in eadem regione. 30. De occiſo in villa. 31. vel itinere. 32. De ſeruis impuberibus. 34. De auxilio lato. 36. De clamore. 37. De ſeruo vulnerato. 38. Si dominus de ſeruis conqueſtus non ſit.

Vlpianus ‖ libro 50. ad Edictum.

CVM aliter nulla domus tuta eſſe poſſit,niſi periculo capitis ſui,cuſtodiam *a* dominis tam ab domeſticis, quàm ab extraneis, præſtare ſerui cogantur: ideo ſenatuſconſulta introducta ſunt de publica queſtione *b* à familia necatorum habenda.

1 ¶ Domini appellatione continetur, qui *c* habet proprietatem etſi vſusfructus alienus ſit.

2 ¶ Qui ſeruum bona fide poſſedit, domini appella-

a Inſtitutionis titulus eſt honorabilis: exheredatio, notæ & iniuriæ ſpecies eſt, *l. filium*, 5. §. 6. j. *de legatis præſt.*
b *v.l.5. C.de Inſt.*
c etiam filij ſui.
d Vota parentum hæc ſunt, ſibi adquirere,tum filiis: at non filiis,deinde ſibi: aut ſimul ſibi & filiis. Ita qui reditum ſibi liberiſque emit, ſibi eos comparat primò, & quidem ſuperſtiti: deinde poſt mortem liberis.
e *v.l.7. in fin.* j. *vnde liberi.*
f Præſumitur in dolo eſſe mater, quæ propriam inſtitutionem omiſit,vt adeat ex ſubſtitutione filiæ.
g i. ſubſtitutione pupillari quæ ex teſtamento defertur.
h Dolum non admittit pater qui filium emancipare non vult, ſed potius ab inteſtato poſſidere.
i non videbitur, *Hal.* imò videbitur, is enim qui potuit parere,& nõ paruit, tenetur, *l.*1.§.8.ſ. *eod.*
k *ſub.* inſtitutum ſub conditione emancipationis.
l 10.*in pr.*ſ.*eo.*
m dolo ceſſante hoc edictum ceſſat.
n *v.l.4.in fi* ſ.*eod.*
o *l.12.*ſ.*eod.*
p Patronatus ius ad eum pertinet qui, omiſſa cauſa teſtamenti, hereditatem adiit,*vt hic*, ad eum quoque Falcidia pertinet *l.* 6.*l.*18.ſ.*eo.l.*1.§.2. j.*ad leg. Falcid.*
q Hoc edicto non conuenitur qui poſſidet titulo inter viuos.
r Imo is conuenitur,*l.*91.ſ. *de adqu. hered.*
ſ Imò conuenitur *l.2.in fin.*ſ.*eod.*
t *l.1.§.9.*ſ.*eod.*
u 6.*C.*35.3.*Paulus ſent.*5.35. *Ecl.*16.
x hoc Senatuſconſultum factum eſt non ſub D. Marco ſed Auguſti temporibus, Dola bella, & Silano coſſ. nam Senatuſconſultum de quo agitur in *l.*13.j.*eod.*poſterius fuit Silaniano. id verò factum fuit ſub Auguſto.Simile igitur veri eſt,anno præcedenti Silanianũ eſſe factũ. Cuiac. 1.*obſ.*19.id notat ex monitione P. Fabri.
y quod & Neronianum appellari à Paulo 3. *ſent.*5. & Piſonianum putat *ibid.* Cuiacius.
z nec aperiant. *Hal.* Porrò hæc fuit Senatuſconſulti ſententia, hereditatem eius, qui à familia occiſus eſſe dicetur, ante habitam quæſtionem, adiri non poſſe: neque bonorum poſſeſſionem poſtulari. *Paul.*3. *ſent.*5. §. 1. An heres antea adire non poſſit? v. Cuiac. 18. *obſ.*6.
a de qua *l.*19. j.*eod.*
b v. Tacit. 14. *Annal.* adde Plin. *in epiſt. l.*18.ſ.*familia l.*27.ſ.*comm. diuid.*
c Domini appellatione intelligitur etiam nudus proprietarius. facit *l. rectè* 25. j.*de verb. ſign.* vt ne ea ratione varius videatur, qui ſe dominum dixerit aut aſſeuerit, & proprietarium probauerit.

tione

tione non *a* continebitur: nec *b* qui vſumfructum *c* ſolum habuit.

3 ¶ Seruus pignori *d* datus, quod attinet ad debitoris necem, per omnia "perinde" habetur, atque ſi pignori datus non eſſet.

4 ¶ Serui appellatione etiam hi continentur, qui ſub conditione legati ſunt. nam *e* medio tempore *f* heredis ſunt: nec *g*, quod conditio exiſtens efficit, vt deſinant eſſe heredis, facit, ne videantur interim eius eſſe. ¶ Idêmque erit dicendum in ſtatu libero.

5 ¶ Sed in eo, cui fideicommiſſa libertas *h* purè debetur, exſtat reſcriptum Diui Pij ad Iubentium Sabinum, quo oſtenditur, non *i* eſſe feſtinandum ad tormenta eius, cui fideicommiſſa libertas debetur: & magis eſt, ne puniatur ob hoc, quod ſub *k* eodem tecto fuit, niſi particeps *l* ſceleris fuerit.

6 ¶ Domini appellatione etiam pro parte *m* dominum contineri dicendum eſt.

7 ¶ Domini appellatione & filiusfamiliâs *n* cæteríque liberi, qui in poteſtate ſunt, continentur. Senatuſconſultum enim Silanianum non ſolum ad patresfamilias, verùm ad liberos quoque pertinet.

8 ¶ Quid deinde dicemus, ſi liberi non ſint in poteſtate? Marcellus lib. 12. Digeſtorum dubitat: ego puto plenius accipiendum, vt etiam ad eos liberos pertineat, qui in poteſtate non ſunt.

9 ¶ In eo qui eſt in adoptionem datus, non *o* putamus locum habere ſenatuſconſultum: quamuis in adoptato locum habet.

10 ¶ Sed nec in alumno *p* occiſo locus eſt ſenatuſconſulto.

11 ¶ De matris *q* ſeruis, filio filiâve occiſis, quæſtio non habebitur.

12 ¶ Si pater ab hoſtibus captus ſit, quæſtionem de ſeruis habendam & ſupplicium, filio occiſo, eleganter Scæuola ait. Quod etiam poſt mortem patris probat, ſi antequam ei ſuus heres exiſtat, occiſus fuerit.

13 ¶ Idem Scæuola ait, conſtantius defendendum, herede inſtituto filio, de his quæſtionem habendam & ſupplicium qui purè *r* legati vel manumiſſi ſunt, ante aditam hereditatem filio occiſo: quamuis enim ſi viueret, herede eo exiſtente, ipſius *ſ* non eſſent futuri: attamen, vbi deceſsit, qua extinctum legatum & libertas eſt, ſenatuſconſulto fore locum dicit.

14 ¶ Si pater necatus ſit, an de ſeruis filij quæſtio habeatur, ſi fortè in caſtrenſi peculio ſeruos habuit? & magis eſt, quęſtionem de ſeruis filij *t* habendam *u*, ſuppliciúmque ſumendum, licet non ſit in poteſtate filius.

15 ¶ Si vir *x* aut vxor occiſi eſſe proponantur, de ſeruis eorum quæſtio habetur *y*: quamquam neque viri ſerui propriè vxoris dicantur, neque vxoris propriè viri: ſed quia *z* commixta familia "eſt," & vna *a* domus eſt, ita vindicandum, atque in propriis ſeruis, ſenatus cenſuit.

16 ¶ Sed neque vxore occiſa, neque marito de ſeruis ſoceri quęſtionem habendam, ſenatus cenſuit, Marcellus autem lib. 12. Digeſtorum etiam in ſoceri ſeruis idem, quod in mariti, rectè dixit.

17 ¶ Occiſorum *b* appellatione eos contineri Labeo ſcribit, qui per *c* vim aut cędem ſunt interfecti, "vt puta iugulatum, ſtrangulatum, præcipitatum, vel ſaxo, vel fuſte, vel lapide percuſſum, vel quo alio *d* telo "necatum."

18 ¶ Quod ſi quis (puta) veneno *e*, vel etiam quo alio, quod clam necare ſoleat, interemptus ſit, ad "hoc" ſenatuſconſultum vindicta mortis eius non pertinebit: hoc idcirco, quia totiens puniendi ſunt "ſerui," quia auxilium domino non tulerunt, quotiens potuerunt ei *f* aduerſus vim opem ferre, & non tulerunt. Cęterùm *g* quid potuerunt facere aduerſus eos, qui veneno, vel quo alio more inſidiantur.

19 ¶ Planè ſi venenum per vim infuſum ſit, ſenatuſconſultum locum habet.

20 ¶ Vbicumque igitur vis adhibita eſt, quæ interimere ſolet, ibi dicendum eſt locum ſenatuſconſulto fore.

21 ¶ Quid ergo ſi dominus veneno, non per vim necatus eſſe proponatur: impunitum erit factum? nullo modo, licet enim ceſſat ſenatuſconſultum Silanianum, nec quæſtio ſuppliciúmque de his, qui ſub eodem tecto fuerunt, habeatur: tamen ſi qui conſcij, vel factores *h* ſceleris fuerunt, hi demum ſupplicio adficiuntur: & adiri hereditas, aperiríque tabulæ etiam antè quæſtionem habitam poſſunt.

22 ¶ Si *i* ſibi *k* manus quis intulit, ſenatuſconſulto quidem Silaniano locus non eſt, ſed mors eius

a Imo habetur: non enim ſe poteſt negare dominum.
b Imo fructuarius, dominium formalis vſusfructus habet.
c *Inſt. de hered. inſtit. in fin. pr.*
d Pignus eſt in dominio debitoris, *v. l. 27. §. 2. j. de adult.*
e Heredis ſunt ſerui & in eius dominio pendente conditione & die, ſerui ſub conditione legati, vt & ſtatuliberi, *vt hic.*
f *v. l. 4. ſ. ſi ſeruit. vindic.*
g Conditio exiſtens in legatis retro non agitur.
h *l. 5 C. de quæſt.*
i Cur non eſt feſtinandum? quia mox manumittendus, habetur pro manumiſſo.
k Sub eodem tecto fuiſſe, crimen non eſt: ſed tum demum crimen admiſit ſeruus, cum ſceleris particeps fuit.
l Participes ſcelerum, vt rei ipſi tenentur.
m §. 1. ſ. *eod. l.* 15. §. 1. ſ. *qui ſatiſd. l.* 13. §. 1. ſ. *de fundo dotali. l. 2. ſ. de cond. inſtit.*
n Dominium eiuſque filios à vaſallis defendi oportere, Baldus hinc colligit. Eadem pœna puniri vaſallum offendentem dominum, & eius liberos. Caraſtrum patris, prodeſſe filiis eius & nepotibus, etiam emancipatis: at non aliis, puta familiaribus, domeſticis & alienis.
o Quid ita? Adoptiuus in aliam familiam adſcitus eſt.
p De alumno dixi ad *l. 1. C quæ res pignori.*
q Filium non eſſe de domo matris, Baldus hinc colligit: & rurſus, Matre viuente, rei maternæ dominos filios non haberi.
r vel ſub conditione, §. 4. ſ. *eod.* adde *l. 64. infra de furtis.*
ſ *l. 64. j. de furt.*
t vt qui ſeruiunt filio, cenſeantur quoque patri ſeruire.
u Imo non eſt habenda, *l. 10. §. 2 j. de quæſt.*
x v. Paul. 3. *ſent.* 5. §. 5.
y *l. 1. §. 13. j. de qu.*
z Matrimonij vis, vnam domum facit viri & vxoris.

a *v l. 1. ſ. rerum amotarum.* b Occiſi dicuntur qui vi aut cæde interfecti: puta iugulati, ſtrangulati, præcipitati, percuſſi ſaxo, vel fuſte, vel lapide, necati denique alioquo telo. c *v. Paul. 3. ſent. 5. §. 2.*
d *v. l 233. §. 2. j de verb ſign.* e *v. l. 21. j. eod.* Imo ſi veneno, idem erit. Honeſtati enim heredis conuenit, qualemcunque mortem teſtatoris inuitam non prætermittere, *Paul. 3. ſent. 5. §. 2.* f *l. 3. §. 4. j. eo. l. vlt. in fin. C. eo. l. 50. j. de reg. iur.* g vis parum nihilve prodeſt aduerſus ea, quæ clam geri ac committi ſolent. h *al.* fautores. i Seruus dominum impedire cogitur, ne ſeipſum ſtrangulet, aut ſibi manus inferat. Id enim iniuriam inferre non eſt, ſed opem ferre: vis non omnis, iniuria eſt: ſed quæ animo fit nocendi. Ita vim non facit medicus, dum ſecat, aut qui furioſum ligat. k *Paul. 3. ſent. 5. §. 4.*

vindicatur: ſcilicet vt ſi in conſpectu ſeruorum hoc fecit, potuerúntque eum in ſe ſæuientem prohibere, pœna adficiantur: ſi verò non potuerunt, liberentur.

23 ¶ Si quis non metu criminis imminentis, ſed tędio *a* vitæ, vel impatientia doloris ſibi manus intulit, eius teſtamentum aperiri & recitari mortis caſus non impedit.

24 ¶ Item illud ſciendum eſt, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, non haberi de familia quæſtionem. liquere igitur debet, ſcelere interemptum, vt ſenatuſconſulto locus ſit.

25 ¶ Quæſtionem autem ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis.

26 ¶ Hoc autem ſenatuſconſultum eos quidem *qui ſub* b *eodem tecto* fuerunt, omnimodo punit: eos verò qui non *c* ſub eodem tecto, ſed in eadem regione *d*, non aliter, niſi conſcij fuiſſent.

27 ¶ Eodem *e* autem tecto qualiter accipiatur, videamus: vtrum intra eoſdem parietes, an & vltra *f*, intra eandem diætam, vel cubiculum, vel eandem domum, vel eoſdem hortos, vel totam villam, & ait Sextus *g* ſic eſſe ſæpè *h* iudicatum, vt quicunque eò loci *i* fuerunt, vnde vocem *k* exaudire potuerunt, hi puniantur, quaſi ſub eodem tecto fuerint: licèt alij validioris vocis, alij exiguioris "ſunt," nec omnes vndique exaudiri poſſint.

28 ¶ Iuxta hoc tamen videtur & Diuus Hadrianus reſcripſiſſe in hæc verba: Serui *l* quotiens dominis ſuis auxilium ferre poſſunt, non *m* debent ſaluti eorum ſuam anteponere: potuiſſe autem ancillam, quæ in eodem conclaui cum domina ſua fuerat, auxilium ei ferre, ſi non corpore ſuo, at certè voce *n* plorantem, vt hi, qui in domo fuerant, aut vicini audirent, hoc ipſo manifeſtum eſt, quòd dixit percuſſorem ſibi mortem minatum, ſi proclamaſſet: vltimum vtique ſupplicium pati debet vel in hoc, ne *o* cęteri ſerui credant, in periculo dominorum ſibi quemque conſulere debere.

29 ¶ Hoc reſcriptum multa continet. nam ei non parcit, qui in eodem conclaui fuit, & ei qui timuit *p* mori, non ignoſcit, & quod vel voce *q* oporteat ſeruos dominis auxilium ferre oſtendit.

30 ¶ Si quis in villa agens occiſus ſit, plus quàm iniquum eſt, ſi fortè diffuſa latè prædia habeat, de omnibus, qui in ea regione fuerint, ſeruis, & quæſtionem haberi, & ſupplicium ſumi. ſufficit ergo eos, qui cum ipſo, qui occiſus dicitur, fuerunt, & qui ſuſpicione cędis, aut conſcientia attingi videbuntur, "de his" quęſtionem haberi.

31 ¶ Cùm dominus in itinere *r* eſſet occiſus, de his, qui vnà cum eo *ſ* fuerunt, cùm occideretur, vel cum vna fuiſſent, profugerunt, ſupplicium ſumendum eſt. quòd ſi cùm domino nemo fuit, cùm occideretur, ceſſant iſta ſenatuſconſulta.

32 ¶ Impubes *ſ* ſeruus, vel ancilla nondum viripotens, non in eadem cauſa erunt: ætas enim excuſationem meretur.

33 ¶ Impuberi autem vtrum in ſupplicio tantùm parcimus, an verò etiam in quęſtione: Et magis eſt, vt *t* de impubere nec quęſtio habeatur. & alias ſolet hoc in vſu obſeruari, vt impuberes non torqueantur. terreri tantum ſolent, & habena *u*, vel ferula *x* cædi.

34 ¶ Excuſantur autem ſerui, qui auxilium tulerunt ſine dolo malo. nam ſi finxit *y* ſe quis auxilium ferre, vel dicis *z* gratia tulit, nihil hoc commentum ei proderit.

35 ¶ Tuliſſe *a* autem auxilium non tantum is videtur, qui ſeruauit dominum (hoc eſt, qui potuit ita opem ferre, vt ſaluus eſſet dominus) verum is quoque, qui quidquid *b* potuit, fecit: tametſi, dominus interfectus eſt, veluti ſi quis clamauit, *vt ad auxilium* conueniretur: aut terruit aggreſſores, atque ſi quis turbam conuocauit, aut ſi corpus ſuum obiecit, vel alias corpore ſuo auxilium tulit.

36 ¶ Non tamen ſemper, qui clamore vſus eſt auxilium tuliſſe videtur: quid enim, ſi cùm poſſet manu depellere à domino periculum, ille clamorem inanem elegit? plectendus vtique erit.

37 ¶ Quid ſi *c* vulnerati ſint ſerui, cùm protegerent dominum: dicendum eſt, parci eis debere, niſi ſi aut ipſi *d* ſibi vulnera iſta fecerunt data opera, ne punirentur: aut alia *e* vulnera iſti acceperunt, vt poſſent nihilominus opem ferre, ſi voluiſſent.

38 ¶ Si dominus mortiferè vulneratus ſuperuixerit *f*, nec de quoquam ſeruorum ſuorum conqueſtus *g* ſit, etiam ſi ſub eodem tecto fuerunt, tamen parcendum illis erit.

Si dominus officium ſeruorum purgauerit.

2. *Calliſtratus* libro 5. de Cognitionibus.

DIuus Marcus Commodus Piſoni reſcripſit in hęc verba. Cùm conſtiterit apud te, Piſo cariſſime,

a *l. 5. §. 4. j. de bon. eor. qui ante ſent.*
b qui ſuffuerunt. ſuffuerat enim Feſtus exponit, ſub eodem tecto fuerat.
c *l. vlt. C. eo.* *Paul. 3. ſent. 5. §. 6.*
d an vrbis? An regio hic idem quod vicus? an idẽ quod prouincia?
e Sub eodem tecto fuiſſe hi dicuntur qui eo loco fuerint, vnde vocem eius cui vis infertur exaudire potuerint.
f *Pau. 3. ſent. 5. §. 3.*
g Μέρβιος ſic Gręcis teſte Leunclauio.
h Indicatis ſæpè rebus ſtandum eſt. Optima enim interpretatio eſt quę ducitur ex ſententiis iudicantium.
i puta cum eodem in itinere, vel de proximo, *Paul. 3. ſent. 5. §. 6. 7. 8.*
k Vicini dicuntur, qui vocem alterius conquerentis audire poſſunt.
l *v. 6. Valerij 8.*
m v. quæ ſcripſi in mea epitome feudorum, Titulo *de his quæ vt indig.*
n *l. vlt. C. eod.* Voce etiam nuda auxilium ferre poſſe quis intelligitur. Quin his vocibus & querelis exauditis, indicia de vi rectè colliguntur.
o adde *l. 1. Cod. ad l. Iul. repet.*
p Mortis metus non excuſat ſeruum pro domini vita ac ſalute ſeruanda mori recuſantem. Eadem pene poſſis dicere de ſubdito Principem ſuum in vitæ diſcrimine deſerente.
q clamore.
r *Paul. 3. ſent. 5. §. 8.*
ſ §. 33. j. *eod. l. 14. j. eod.* delicti tamen non capax, *l. 23. j. de furt.*
t *l. 10. j. de qu.*
u Habena, hic lorum: Horat. 2. *Epiſt. 2.* in ſcalis iacuit, metuens pendentis habenæ.
x adde *l. 1. Cod. de curſu publico. lib. 12. tit. 51.*
y Fictum auxilium vt & ficta querela non excuſat.
z de hac dictione, *v. l. 4. ſ. commodati.*

a Probat ſe opem domino tuliſſe, non is tantum qui probat ſe dominum ſeruaſſe, ſed & qui fecit quidquid potuit, qui clamauit ad auxilium, qui terruit aggreſſores, qui turbam conuocauit, qui corpus ſuum obiecit, vel alias auxiliũ tulit.

b Auxilium opémve tuliſſe dicitur, qui fecit quod potuit, adde *l. 5. ſ. ſi quis omiſſa cauſa teſt.*
c Probans infirmitatem, probat quoque ſe opem ferre non potuiſſe. d Adfectata vulnera non excuſant ſeruum opem domino non ferentem. e Vulnus modicum non excuſ. ſeruum, domino opem non ferentem. f Mortiferum ac mortale ſeu lethale dicitur, tametſi vulneratus ſuperuiuat. g *l. 2. j. eodem.*

[illegible]

Iulium Doratum, poſteaquam conterritus aduentu latronum profugerat in villam ſuam, vulneratum eſſe, mox *a* teſtamento facto purgaſſe *b* officium ſeruorum ſuorum: nec pietas pro ſeruis, nec ſolicitudo heredis obtinere debet, vt ad pœnam vocentur, quos abſoluit dominus ipſe.

De ſeruo ægroto. 1. Si dominus de ſeruis conqueſtus ſit. 2. De viro & vxore. 3. De ſeruo qui vni tantum opem tulit. 6. De ſeruo clauſo. 7. vel ætate defecto. 8. vel ſurdo. 9. vel cæco. 10. vel muto. 11. vel furioſo. 12. De receptatore ſerui noxij. 13. De eo qui cædem domini detexit. 16. De manumiſſis teſtamento. 18. Edicta prætoris de tabulis non aperiendis & Summa. 19. De apertura. 21. De eo qui ignorat occiſum. 22. De ignorantia Iuris. 23. De lino inciſo. 24. De parte aperta. 25. De codicillis. 26. Si id, quod apertum eſt, Iure valeat vel non. 27. De ſecundis tabulis. 28. De pluribus relinquentibus. 29. De ſucceſſione ab inteſtato. 30. De eo qui deceſſit antequam adiret.

3. *Vlpianus* ‖ libro 50. ad Edictum. ‖

SI quis in *c* graui valetudine *d* adfectus, opem domino ferre non potuerit, ſubueniendum eſt ei.

1 ¶ Si quis moriens *e* dixiſſet, *à ſeruo f vim mortis allatam eſſe ſibi*, dicendum eſt, non *g* eſſe credendum domino, ſi moriens hoc dixit: niſi potuerit & probari.

2 ¶ Si maritus vxorem noctu intra cubiculum ſecum cubantem necauerit, vel vxor maritum, ſerui pœna ſenatuſconſulti liberabuntur.

¶ Sed & ſi exaudiſſent *h*, & opem non tuliſſent, plectendi erunt, non tantum ſi proprij eſſent mulieris, ſed etiam ſi mariti.

3 ¶ Si tamen maritus in adulterio deprehenſam occidat: quia ignoſcitur *i* ei, dicendum eſt, non tantum mariti, ſed etiam vxoris ſeruos liberandos, ſi iuſtum *k* dolorem exſequenti domino non reſtiterunt *l*.

4 ¶ Si cùm omnes domini adgreſſuram paterentur, vni ſeruus opem tulit, an ſit excuſandus: an vero, quia omnibus non tulit, plectendus? & magis eſt, "vt" ſi quidem omnibus ferre potuit, quamuis quibuſdam tulit, ſupplicio adficiendum: ſi verò ſimul omnibus non potuit, excuſandum, quia quibuſdam opem tulerit. nam illud durum eſt dicere, ſi, cum duobus auxilium ferre non poſſit, elegit *m* alteri eſſe auxilio, electione crimen eum contraxiſſe.

5 ¶ Quare & ſi ſeruus mulieris marito dominæ magis auxilio fuit, quam dominæ, vel contra, dicendum eſt, ignoſci ei debere.

6 ¶ Subuenitur eis, qui eo tempore, quo dominus dominàve, occiſus eſt, clauſi ita fuerunt ſine dolo malo, vt erumpere ſuccurrendi cauſa, aut comprehendendi eos, qui cædem fecerint, non potuerint. Nec intereſt, à quo clauſi continebuntur. Sic tamen, ſi non *n* data opera voluerint ſe ita includi, ne opem ferre poſſint. Clauſos *o* accipere debemus, & ſi ſunt vincti: ſi tamen ita vincti, vt omnino erumpere vincula, & auxilio eſſe non potuerunt.

7 ¶ Ignoſcitur etiam his, qui ætate defecti *p* ſunt.

8 ¶ Surdus quoque inter imbecillos *q* numerandus eſt, aut inter eos, qui ſub eodem tecto *r* non ſunt: quia vt illi *ſ* per ſpatium, ita hic per morbum nihil audit.

9 ¶ Cæcus quoque veniam mereri debet.

10 ¶ Mutum ſimili modo excipimus, ſed ibi, vbi vocis tantum auxilium ſuperfuit.

11 ¶ Furioſos excipi nequaquam dubium eſt.

12 ¶ Si quis "quem" eorum ſeruum ſeruámve ex ea familia, qui eius facinoris noxius erit, receperit *t* vel celauerit ſciens dolo malo, in ea cauſa eſt, ac ſi lege, quæ de ſicariis lata eſt, facinoris noxius fuerit.

13 ¶ Si ex ſtipulatu ſeruus debeatur, & cædem domini arguerit *u*, & pro "hoc" præmio *x* liber eſſe iuſſus ſit, ex ſtipulatu actio ſtipulatori non datur: nam, & ſi ſupplicio adfectus fuiſſet, non daretur: quòd ſi ſub eodem tecto non fuit, ex ſtipulatu actio in æſtimatione ſerui vtilis erit creditori.

14 ¶ Vtrum autem is ſolus videatur indicaſſe *y* vel arguiſſe, qui ad hoc proſiliit vltro, an etiam is, qui, cùm accuſaretur, ipſe detorſit in alium crimen? & magis eſt, vt ille hoc præmio dignus ſit, qui vltro ad accuſationem proſiliit.

15 ¶ Hi quoque, qui non potuerunt alias ad libertatem peruenire, (vtputà ſi hac lege diſtractus erat *quis ne manumitteretur*) potuerunt propter hoc, quod in commune vtile eſt, ad libertatem peruenire.

16 ¶ De his quoque ſeruis, qui teſtamento manumiſſi ſunt *z*, perinde atque ſeruis, ſupplicium ſumendum eſt.

17 ¶ De his, qui, antequam teſtamentum occiſi occiſæve aperiretur, profugiſſent, poſteáque aperto teſtamento liberi ſcripti inuenirentur, perinde, ac ſi de ſeruis, quæſtio habenda, ſuppliciúmque ſumendum eſt. nam eſt æquiſſimum, vltioni dominorum non obſtare indulgentiam ipſorum; quam *a* quiſque pleniorem eſſet expertus, eo grauiorem ſceleri ſuo pœnam merebitur.

18 ¶ Quod ad cauſam teſtamenti pertinens relictum erit ab eo qui occiſus eſſe dicetur, id ne quis ſciens dolo malo aperiendum, recitandum, deſcribendúmque curet: edicto cauetur, prius quam de ea familia quæſtio ex ſenatuſconſulto habita, ſuppliciúmque de noxiis ſumptum fuerit.

19 ¶ Aperire autem hic ille videtur, qui naturaliter *a* aperit ſiue ſint ſignatæ, ſiue non ſint legatæ *b*, ſed tantùm naturaliter clauſæ.

20 ¶ Aperire accipere debemus, prohibitos nos, vel palam, vel publicè, vel ſecreto. Omnis enim apertura prohibita eſt.

21 ¶ Si quis ignorans occiſum, aperuerit, non debet hoc edicto teneri *c*.

22 ¶ Et ſi ſciens, non *d* tamen dolo aperuit, æquè non tenebitur, ſi fortè per imperitiam *e*, vel per ruſticitatem *f*, ignarus edicti prætoris, vel ſenatuſconſulti aperuit.

23 ¶ Si quis tabulas quidem non aperuit naturaliter, linum autem inciderit, excuſatus erit: quia dolo caret, qui ipſas tabulas non aperuit.

24 ¶ Si autem non totum teſtamentum, ſed pars *g* eius aperta ſit, dicendum eſt, in edictum incidiſſe eum, qui aperuit. parui enim refert, vtrum totum, an pars aperiatur.

25 ¶ Si quis codicillos aperuerit, teſtamentum non aperuerit, in edictum incidit. nam & codicilli ad cauſam teſtamenti pertinent.

26 ¶ Item ſiue iure valeat id, quod apertum eſt, ſiue non valeat, attamen edicto locus eſt.

27 ¶ Eadem ſeruantur & de his, quæ ad cauſam ſubſtitutionis pertinent, ſi pupillus pupilláve occiſus occiſáve eſſe dicetur.

28 ¶ Si alius aperuit, alius recitauit, alius deſcripſerit, omnes in edictum incident, qui ſingula eorum fecerunt.

29 ¶ Non tantùm ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato hereditas ad hoc edictum pertinet, vt ne *h* quis adeat, bonorúmve poſſeſſionem *i* petat, antequam quæſtio de familia habeatur, ne heres, propter compendium ſuum, familię facinus occultaret.

30 ¶ Eleganter Scæuola ait, vt quis ad heredem ſuum vtiles actiones tranſmittat, ſi fortè ante aditionem deceſſit, exploratū eſſe debere, idcirco eum non adire quod ſenatuſconſulto, edictóque terreatur.

31 ¶ Si conditioni intra diem ex die mortis præſtitutum parere iuſſi ignorantia non paruerunt, ſi idcirco ignoratum eſt quia metu ſenatuſconſulti aperiri tabulæ non potuerunt, ſuccurritur *k* eis ad implendam conditionem.

32 ¶ Si & aliud impedimentum ſit de non adeunda hereditate, vel aperiendarum tabularum, "ſit" & ſenatuſconſulti: nihil *l* prodeſſe impedimentum ſenatuſconſulti, ſi & aliud fuit: veluti ſi prægnas *m* vxor occiſi fuit, vel etiam putabatur, & propterea adire hereditatem inſtitutus non potuerit.

4. *Papinianus* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

QVi poſthumos heredes inſtituerat, non natis poſthumis, vxorem ſecundo loco ſcripſit heredem: cùm à familia necatus diceretur, vxor diem ſuum obierat *n*: heredes mulieris actiones ex conſtitutione *o* ſibi dari poſtulabant: eos ita demum audiendos eſſe reſpondi, ſi mulier, quam in vtero nihil geſtare conſtabat, propter ſenatuſconſultum hereditatem adire noluit: alioquin prægnate *p* ea defuncta nullam *q* iniuriæ querelam interueniſſe.

De neceſſariis heredibus. 1. De bonorum poſſeſſione. 2. De publicatione bonorum. 5. De incuria & medici inſidiis.

5. *Vlpianus* "libro 50. ad Edictum."

NEceſſarios heredes puto edicto comprehendi, ſi *r* ſe miſceant hereditati.

1 ¶ Nec bonorum *ſ* poſſeſſionem peti prætor permittit: & ego puto ad omnes *t* bonorum poſſeſſiones hoc edictum pertinere.

2 ¶ Non alias bona publicantur *u*, quam ſi conſtabit eſſe occiſum patremfamilias, & heredem ante quæſtionem de familia habitam, ſuppliciúmque ſumptum, adiſſe hereditatem.

3 ¶ Vbi quis incuria necatus eſt, vel medici *x* inſidiis, adiri quidem hereditas poteſt, ſed heredi defenſio mortis incumbit.

Si certus ſit percuſſor. 1. De herede accuſato. 2. Si vnus ex dominis non compareat. 3. De eo qui nec appetitus eſt, nec occiſus.

6. *Paulus* ‖ libro 46. ad Edictum. ‖

ET *y* ſi percuſſor certus ſit, tamen habenda quæſtio *z* eſt, vt cædis mandator *a* inueniatur. Vtique autem ipſe *b* maximè quæſtioni dabitur *c*, quamuis & cæteri *d* puniantur.

a id eſt poſt, *l. 1. ſ. de reb. cred.*
b *v. l. 5. 6. famil. erciſc.*
c Hæc particula videtur ſupereſſe: aut ſolœciſmus fuerit. De ſolœciſmo, adde *l. 82. ſ. de leg. 1. l. 14. C. de fideic.* Solœciſmum autem dictum putant à Solone, quod in legibus ſuis pingui Minerua ſic locutus.
d facit *l. 15. in pr. l. 23. §. 1. l. 34. ſ. de oper. libert.*
e Morientis teſtimonio, dicto, & querelis an fides habenda ſit: vt ex iis quis torqueri poſſit, dixi ad *l. 6. C. de teſt. ordin.* Sanè hic non creditur morienti, niſi & rei veritas probetur: tametſi alias nemo præſumitur moriés immemor ſuæ ſalutis, *l. vlt. Cod. ad l. Iul. repetum.*
f vel à filio, *l. 4. ſ. de inoſficioſo.*
g Confeſſionem & depoſitionem morientis, & offenſi non audiri obſerua: facit *l. 39 ſ. de pign. l. 28. in fin. ſ. ad Velleian.* nec fidem facere aduerſus ſeruos, *vt hic*: filios *d. l. 4. ſup de inoff.* vt hinc poſsis colligere, Rei depoſitionem ſupplicij tempore, neminem onerare, alteri præiudicium non facere, v. Medicem *parte 3. Tractat. de morte, num. 52.*
h *v. l. 4. an ſi. pr. ſ. de noxalibus.*
i quantum ad pœnam legis attinet Corneliæ, non tamen in totum, *l. 22. in fi. l. 24. l. 38. §. 8. ſ. de adul. l. 1. in fi. ſ. de ſicariis.*
k Iuſtum dolorem cuique licet exequi, adde *l. 4. C. de adult.*
l Alias, Non reſiſtere, cum poſſis, culpa eſt.
m Gratificationi locus eſt in re pari, *Bald. v. l. 53. l. 54. ſ. de re iudic.*
n *l. 2. §. 8. ſ. ſi quis cautiom.*
o *l. 9. ſ. ex quib. cauſ. maior.*
p Senes & decrepitos à quæſtione & tormentis immunes eſſe hinc colligunt, *v. Clar. 5. ſent. §. vlt. qu. 64.*
q *l. 3. l. 9. ſ. de ædil. l. 43. ſuprà de vulgari.*
r qui ſub eodem tecto non ſunt.
ſ *l. 1. §. 29. ſuprà eodem.*
t Qui reum recepit, eodem quo reus tenetur crimine: *v. l. 1. ſ. de recep.*
u indicauerit, *§. 14. 15. ſ. eo. l. 197. ſ. de verb. ſig. l. 1 C. pro quib. cauſ. ſerui.* vide Cuiac. 28. *obſer.* 21.
x *v l. 25. ſ. eod. l. 2. ſ. de iur. fiſci. l. 8. ſ. de accuſat.*
y vindicaſſe, *Hal.* Florentinam defendit Auguſt. 2. *Emendat.* 19. Cuiac. 18. *obſ.* 22.
z de ſtatu liberis: de quibus in *l. 1. §. 4. in fin. ſ. eod.* adde *Paul. 3 ſent. 5. §. 6.*
a Pœnæ maiore digni ſunt, qui maiora præmia ſunt experti, *l. vn. in fin. C. de conductorib. lib. 11. tit. 71* vide Nou. Valentiniani *de ſepulchris in §. clericos.*

a Naturaliter tabulas aperire dicitur, qui facit vt id quod naturaliter clauſum eſt, videri poſſit, & oculis percipi, adde *§. 24. ſ. eod.*
b *al.* ligatæ.
c quia non præſumitur dolo feciſſe, qui ignorans fecit: de qua præſumptione, *v. Alciat. 3. præſumpt. 30.*
d Dolum non continuò admittit, qui ſciens quid facit: cum imperitia & ruſticitate poſſit excuſari.
e *l. 5. §. 1. ſ. de his quæ vt indign.*
f iuris, vt *l. 8. C. qui admitti.* cui parci ſolet, *l. 7. §. 4. ſ. de iuriſd. l. 2. §. 1. ſ. ſi quis in ius vocat. l. 1. in fin. ſuprà eodem l. 1. in fi. ſ. de inſpic. vent. l. 2. in fin. ſ. de iure fiſci l. 31. C. de teſt.* quæ in ſagaciſſimis fallit, arg. *l. 6. §. 19. de excuſ. tut.* & in delictis. Iaſon in *d. l. 7.* ait ruſticitatem nunquam excuſare, niſi in iis bus iure comprehenſis.
g v. quæ notaui in Epitome feudorum *Tit. ſi quid in fraudem patroni: & Tit. de contr. empt.*
h *l. 5. §. 1. ſ. eod.*
i *l. 5. §. 1. ſ. eod.*
k v. quæ notaui in *l. vnic. C. de cad. tollen.*
l In dubio potior eſt & inſpicitur magis quæ nocet, quam quæ prodeſt, *v. l. ſ. de fideiuſſ.* ac maximè quidem in inſeparabilibus.
m *l. 4. in fin. inſ. eodem.*
n antequam adiret.
o ex ſubſtitutione, *Cuiac. 4. obſer. 13.*
p *l. 3 in fin. ſ.*
q nec poſſunt dici torqueri mulieris heredes.
r Suos non dicit hanc edicti pœnam antequam ſe immiſcuerint ex hoc loco notat Baldus.
ſ *l. 3. §. 29. ſ.* *Paul. 3. ſent. 5.*
t ſunt enim bonorum poſſeſſiones ordinariæ, vel extraordinariæ, *ſ. de bon. poſſ.*
u *l. 8. in fin. inſ. eodem.*
x Medicus eo caſu punitur, *l. 6. §. ſ. de off. præſ.* adde *l. 3. infra de var. & extraordin. cognit.*
y multo magis incertus.
z de familia ſcilicet peſſimè: namque hunc locum Accurſius accipit de percuſſore qui certus eſt.
a *l. 17. infrà eod.* primus vel ſecundus.
b percuſſor ſcilicet.
c ob eam rem ſcilicet, vt prodat mandatorem.
d ſerui qui ſub eodem tecto ſunt.

1 ¶ Quamuis

1 ¶ Quamuis alias in caput domini ſerui non torqueantur, rectè tamen fiet quæſtio, etiam *a* ſi heredem accuſet, ſiue extraneus heres, ſiue ex ſuis ſit.

2 ¶ Si vnus ex dominis non compareat *b*, querendum eſt de caſu eius per ſeruos, quos communes habuerunt: magis enim de ſalute aut vltione domini non comparentis, quàm in caput præſentis torquebuntur.

3 ¶ Si appetitus *c* ſit, nec occiſus dominus, nihil ſenatuſconſulto cauetur: ipſe enim in familiam ſuam poteſt animaduertere.

7. *Idem* "libro ſingulari ad Senatuſconſultum Silanianum. ‖

ET (in) libertos extraordinarium *d* auxilium habebit.

De ſeruo vendito. 1. De caſtrenſi peculio.

8. *Idem* ‖ libro 46. ad Edictum. ‖

SEnatuſconſulto Piſoniano cauetur, *vt, ſi pœnæ obnoxius ſeruus veniſſet e quandoque animaduerſum in eum eſſet, vt venditor pretium f præſtaret*: ne emptori iniuriam feciſſe videatur ſenatus.

1 ¶ Si filiusfamilias, qui in caſtrenſi *g* peculio teſtatus eſt, occiſus ſit: omnimodo id defendendum eſt, vt ex quibus caſibus ad fiſcum *h* patrisfamilias bona pertinent, his caſibus & huius peculium, potiùs quàm ad heredes, qui deliquerunt in adeundo, & ſimilibus, vltive non ſunt.

De confiſcatione bonorum ob mortem inultam.

9. *Gaius* " libro decimoſeptimo ad Edictum Prouinciale."

CVm fiſco caduca *i* bona defuncti addicantur propter inultam mortem, in *k* eum legatorum actio datur *l*, & libertates ratę ſunt, eorum ſcilicet qui ſenatuſconſulto excipiuntur.

De filio exheredato. 1. De libertis.

10. *Paulus* "libro ſingulari ad Senatuſconſultum Silanianum."

SI exheredatus filius, antequàm adiretur patris hereditas, occiſus ſit, ex euentu *m* inſpicietur: vt, ſi adita fuerit hereditas, quaſi alieni fuiſſe videantur: ſi verò irritum teſtamentum factum ſit: quia ipſius eſſent, ſi viueret, omnia perinde aguntur, ac ſi dominus eſſet.

1 ¶ Sub Diuo Traiano conſtitutum eſt, de his libertis quos viuus manumiſerat quæſtionem haberi.

11. *Tryphoninus* ‖ libro 2. Diſputationum. ‖

IDémque erit & de *n* his qui ius anulorum petierant.

Si ſeruus legatus pro præmio libertatem accipiat.

12. *Paulus* " libro ſingulari ad Senatuſconſultum Silanianum. "

SI ſeruus à teſtatore occiſo legatus ſit, & prætor pro præmio ſtatuerit liberum eum eſſe, dicendum eſt non impediri libertatem *o*.

De tempore cognitionis aperti teſtamenti.

13. *Venuleius Saturninus* ‖ libro ſecundo de publicis iudiciis. ‖

IN cognitione aperti aduerſus *l* ſenatuſconſultum teſtamenti eius, *l* qui à familia ſua occiſus dicatur, quinquennij *p* tempus conſtitutum eſt ſenatuſconſulto, Tauro & Lepido conſulibus *q*: quod tamen ad extraneos pertinet: namque eos, qui parricidij pœna teneri poſſunt, ſemper *r* accuſare permittitur eodem ſenatuſconſulto.

De ſeruo impubere.

14. *Marcianus* " libro 11. de publicis iudiciis.*

EXcipiuntur ſenatuſconſulto Silaniano impuberes ſſerui. Trebius autem Germanus legatus etiam de impubere ſumi iuſſit ſupplicium, & tamen non ſine ratione. nam *t* is puer *u* nec multum à puberi, *x* ætate aberat, & ad pedes domini cubuerat cùm occideretur: nec poſtea cædem eius prodiderat: vt enim opem ferre eum non potuiſſe conſtabat, ita ſilentium præſtitiſſe etiam poſtea, certum erat: & his duntaxat impuberibus ſenatuſconſulto parci credebat, qui tantùm ſub eodem tecto fuiſſent, qui verò miniſtri vel participes cædis fuiſſent, & eius ætatis, (quanquam nondum puberis) vt rei intellectum capere poſſent, his non magis in cæde domini, quàm in vlla alia *y* cauſa parci oportere.

Si ſubſtitutus vltus ſit necem teſtatoris. 1. Si heredi ſcripto legatum fuerit. 2. De herede ſcripto. vel legitimo.

15. *Marcianus* " libro ſingulari de Delatoribus. "

SI ſequens *z* gradus vltus fuerit necem teſtatoris, an priore *a* hereditas ad illum transferatur? Et ait Papinianus non eſſe hoc. nam pœna illius, huius præmium eſſe non debet.

1 ¶ Cùm ex parte heredi inſtituto legatum quoque erat, & in vlciſcenda morte ceſſauerat: Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, tam hereditatis portionem, quàm legatum ei auferendum.

2 ¶ Heredibus *a* autem, qui in vlciſcenda morte defuncti ceſſauerant, tam teſtamento, quàm ab inteſtato auferuntur bona (fortè & ſi quaſi patronus venit) quamuis hi ſuo iure admittantur.

Si ſeruus communis necem detexit.

16. *Marcellus* ‖ libro 12. Digeſtorum ‖

DOmino à familia *b* occiſo ſeruus communis *c* necem eius detexit. fauore libertatis liber quidem fieri debet, pretij *d* autem partem ſibi contingentem ſocium conſequi oportet.

De familia torquenda.

17. *Modeſtinus* ‖ libro 8. Regularum. ‖

PRius de ſe familia torquenda eſt: &, ſi confiteatur, tunc interrogetur, quo mandante *e* flagitium admiſſum ſit.

De querela inofficioſi, & morte defuncti vindicanda.

18. *Idem* ‖ libro 9. Regularum ‖

ET inofficioſo teſtamento queri idem *f*, & mortem vindicare defuncti non prohibetur: idque Paulus reſpondit.

De auxilio à familia ferendo.

19. *Idem* ‖ libro 8. Pandectarum. ‖

CVm *f* dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet *g* & *h* armis, & manu *i*, & clamoribus *k*, & obiectu *l* corporis, quòd ſi, cùm poſſet, non tulerit, meritò de ea ſupplicium ſumitur.

De rebus hereditariis ordinandis.

20. *Papinianus* " libro 2. Reſponſorum."

HEres, qui veneni *m* cauſam perſequitur, res hereditarias vrgentes *n* ordinare, ſaluis probationum indiciis non prohibetur *o*.

De tempore petendæ poſſeſſionis. de libertate. 1. De fideicommiſſo. 2. De appellatione.

21. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

PRopter veneni *p* quæſtionem tempus petendæ poſſeſſionis non profertur, cùm eo quoque ſuſpenſo crimine rectè petatur. Aliud ſenatui placuit, cùm à familia dominus necatus dicitur: ſeruorum videlicet cauſa, quorum libertatem, quæſtionis habendæ gratia, negligi neceſſe eſt.

1 ¶ Neptis, quæ poſſeſſionem auiæ petierat, mortem eius, interfectam ſciens, non defenderat: fideicommiſſum *q*, quod auia ex alio teſtamento nepti debuit, in reſtituendis fiſco bonis non eſſe deducendum placuit. dolus enim heredis punitus eſt: ſi *r* autem negligentia mulier emolumentum bonorum amiſerit, fideicommiſſum eſſe retinendum, integrato *ſ* iure debiti rationis eſt.

2 ¶ Præſidis iniquitate reis illatæ cædis abſolutis heredibus, qui non defunctoriè *t* debitum officium impleuerant, quamuis *u* non prouocaſſent, hereditatem auferri non oportere viſum eſt.

De morte heredis.

22. *Paulus* libro 16. Reſponſorum.

GAius Seius, cùm langueſceret *x*, quæſtus eſt, *ſe veneno occidi y à ſeruo ſuo*, & ſic exſpirauit *x*: cui heres exſtitit Lucia Titia ſoror, & mortem eius exequi *a* neglexit, & ipſa poſt annum decimum *b* deceſſit: exſtitit, qui bona nuntiaret *c* Gaij Seij. quęro, an morte Titiæ extinctum ſit crimen? Paulus reſpondit, cauſam de qua quęritur, cùm ſit pecuniaria *d* morte *e* ingratæ *f* heredis extinctam non videri.

De S.C. Trebelliano.

23. *Marcianus* ‖ libro 13. Fideicommiſſorum. ‖

SI antequam patefieret teſtatorem occiſum, tabulæ teſtamenti apertæ eſſent, deinde innotuiſſet, id admiſſum eſſe: cauſâ cognitâ puto *g* compellendum inſtitutum adire hereditatem, quam ſuſpectam diceret, & ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituere *h*.

24. *Vlpianus* ‖ lib. 50. ad Edictum. ‖

SI quis quaſi ſuſpectam hereditatem coactus *i* adit, non tenetur edicto.

De præmio eius qui fugitiuos requiſiuit & conuicit. 2. De actione populari in centum aureos.

25. *Gaius* " libro decimoſeptimo ad Edictum Prouinciale."

a Habetur de familia quæſtio, etiãſi heres teſtatorem occidiſſe dicatur, *Paulus 3. ſent. 5. § 9.*

b Mortuus præſumitur, ac probatur qui diu quæſitus in itinere aut conflictu non comparet. Alios modos mortis probandæ v. apud Capellam Tholozanam, *deciſ.* 12. An & anno centeſimo? *v. l. 23. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Ex hac quoque lege decidenda eſt pars legis 2. §. 4. *ſup. teſtamenta quemadm. aper.*

c Perfecta eſſe homicidia ac delicta interdum exigitur vt vindicari poſſint. ideóque de perfectis delictis ſtatuta intelligenda eſſe notat Baldus: vt ad ſtatuta de homicidio, non pertineat lex *is qui cum telo. Cod ad l. Corn. de ſicariis.*

d vt ſc. in ſeruitutem redigantur, arg. *l. 2. C. de libertis.*

e Alienatio ſerui fiſco ob pœnam obnoxij, non impedit vindictam fiſci.

f facit *lex ſi fundus 33. ſupra locati.*

g Caſtrenſe peculiũ publicatur propter delictum heredis filij.

h *v. l. 5. §. 2. ſupra eod. l. 9. ĩ. eod.*

i Caduca bona fiſco addicuntur propter inultam mortem.

k Heredtate publicata ſeu confiſcata, omnia onera hereditatis tranſeunt in fiſcum. Onera, inquam, legatorum, & libertatum.

l atque ita ſentit onus hereditatis, *l. 2. in fin. ĩ. ſi quis aliquem teſtari.* & in eum datur legatorum perſecutio, *l. 50. §. 2. ĩ. de leg. 1.* quemadmodum & aduerſus priuatos ſucceſſores, *l. 2. in fin. ĩ. de alimentis, l. 60. in fin. infr. de cond. & demonſt. l. 3. in fin. infra ad Treb. l. 14. ĩ. de iure fiſci. l vn. §. 14. C. de caducis.*

m Euentus futurus expectandus, quoties inſpecto tempore præſenti, de delicto non liquet, *Bald.*

n adde *l. 42. ĩ. de adulter.*

o quia liber habetur pro mortuo, *l. ſi mihi alienum. 92. ĩ. de ſolut. l. inter omnes 46. ĩ. de furtis*, & ſic obliquè & indirecto ius tertij abſorbetur, *Bald.*

p v. Cuiac. 4 *obſ.* 14. *ad l. Pomp. de parricid.* adde Tiraquellum *de pœnis cauſa* 29.

q v. quæ not. *ad inſcriptionem huius tituli.*

r *l. vlt. ĩ.*

ſ *l. 1. §. 32. ſ. eod.*

t Impubes qui non multum à puberi ætate abeſt, pœna capitali puniri poteſt.

u Puer impubes.

x *al.* à pubertate.

y quam in nulla alia. *Hal.*

z vtputa ſoror defuncti, *l. 10. C. de his quæ vt indign.*

a An à priore, putà vxore defuncti inſtitutæ, *d. l. 1.*

a facit *lex 20. d. 11. ĩ. de his quæ vt indignis.*

b Extat hæc Marcelli ſententia in *l. 1. C. de communi ſeruo.*

c 36. *Syn.* περὶ φόνων, *c.* 16.

d *§. vlt. Inſtit. de donation.*

e *l. 6. ſupra eod.* quo in anno. *manuſcript. Accurſ.* vnde notat, Teſtes interrogandos eſſe de die & menſe. dixi ad Accurſium *Nouella de teſtib. §. & iicèt.*

f 36. *Syn.* περὶ φόνων, *c.* 8.

g *l. 1. ſ. eod.*

h Auxilium ferre alter alteri, armis, manu, clamore, & corporis obiectu poteſt.

i *l. 1. §. 36. ſ. eod.*

k *l. 1. §. 28. §. 36. l. 3. §. 10. ſ. eod.*

l *l. 1. §. 35. in fin. ſ. eod.*

m *l. 1. §. 18. § 19. l. 5. in fin. ſ. eo. l. 21. ĩ. eod. l. 9. C. eod.* Veneni alia cauſa eſt, & alia necis per vim illatæ, *l. 21. ĩ. eod.*

n reficere ædificia quę ruinam minantur, tueri pignora pretioſa, ſeruos hereditarios paſcere: diſtrahere oneroſa: & ſeruos inutiles; dummodo eos non diſtrahat qui prolationibus idonei ſunt.

o ſenatuſconſulto ſcil. Silaniano, quia Silanianum non pertinet ad cauſam veneni.

p *v. l. 19. ſ. eod.*

q & fructus, *l. 17. infra de his quæ vt indig.*

r Confuſa aditione hereditatis actio non integratur, ſi hereditas ob dolum ſit euicta: ſecus, ſi per negligentiam, ita in pœnis pecuniariis culpa ſufficit, neque dolus exigitur.

ſ v. quæ ſcripſi ad *l. 98. §. 2. infra de ſolut.*

t *v. l. 1. §. 34. ſ. eo.*

u Sufficit heredi accuſaſſe, nec tenetur appellare.

x *v. l. 3. §. 1. ſ. eo.*

y Mori viuentem, non mortuum, hinc colligunt.

z *v. l. 18. §. 1. infr. de manu. teſt. l. 1. §. 18. ĩ. de collat. l. 11. Cod. de contr. ſtip. 6. Gell. 13.*

a vindicare, vlciſci.

b poſt decennium mouetur quæſtio bonorum, & ſic ingratus heres longo tempore non præſcribit, *Bald. v.* tamen *l. 13. ſ. eod.*

c fiſco.

d & ipſo iure impoſita.

e Mors delinquentis non impedit cauſam bonorum poſt mortem agitari, *Bald.*

f Ingratus eſt heres, qui non vindicat mortem defuncti, *Bald.*

g Hereditatem adire cogendus eſt heres, & reſtituere fideicommiſſum, etiam ante vindicatam mortem defuncti. hoc amplius adiicit Bald. mortis defuncti vindicandæ onus heredi, at non fideicommiſſario vniuerſali incumbere, *l. pen. in fin. ĩ. cod.*

h & ſic reſtitutio fideicommiſſi non patitur moram propter inultam mortem defuncti, *Bald.*

i putà à prætore. Iuſſus enim iudicis excuſat, *l. 2. §. vlt. in pr. §. ſi quis cautionib. l. quod quis mand. e. de reg. in 6.*

Lege

LEge Cornelia cauetur de premio *a* accuſatoris, qui requiſiuit & renunciauit eos ſeruos, qui ex ea familia ante queſtionem fugerint *b*: vt in ſingulos *c* ſeruos, quos conuicerit, quinque aureos ex bonis occiſi: aut, ſi inde redigi ea quantitas non poſſit, ex publico *d* accipiat: quod præmium non in omnes ſeruos, qui ſub eodem tecto locóve fuerint, ſed in eos ſolos qui cædem admiſiſſent, accuſatori tribuitur.

1 ¶ Præterea cauetur, vt de his, qui ante quæſtionem habitá fugerint, ſi aperto teſtamento liberi ſcripti inueniantur, lege de ſicariis iudicium fiat, ita vt ex *e* vinculis cauſam dicant, & conuicti, perinde ac ſerui puniantur, & ei, qui conuicerit, deni aurei præmij nomine darentur ex bonis damnati.

2 ¶ Ex hoc edicto actio proficiſcitur contra eum, qui aduerſus edictum prætoris tabulas "teſtamenti aperuiſſe" dicetur: "vel ſi quid aliud feciſſe dicetur. nam, (vt ex ſupradictis apparet) plura ſunt, propter quę pœna edicti conſtituta eſt.

¶ Palam eſt autem popularem actionem eſſe: cuius *f* pœna in centum *g* aureos ex bonis damnati extenditur: & inde partem dimidiam ei, cuius opera conuictus erit, præmij nomine ſe daturum pretor pollicetur, partem *h* in publicum redacturum.

De eo qui fideicommiſſum accepit ab herede.

26. *Scæuola* libro 34. Digeſtorum.

FIdeicommiſſum *i*, quod ex teſtamento fratris patruelis Gaius Seius Titio debebat, ab heredibus Seij Titius accepit, quæſitum eſt, cum necem Gaij Seij heredes eius non vindicauerint, an" Titius "nihilominus" eos" heredes *k* vt indignos accuſare poſsit ob id, quòd necem eius non vindicauerint: nec obſit ei quod ab iiſdem fideicommiſſum ex teſtamento fratris patruelis conſecutus ſit: reſpondit, nihil proponi cur obſtaret.

An delictum heredis coheredi noceat.

27. *Calliſtratus* ‖ libro 1. de Iure fiſci. ‖

SI de pluribus heredibus, quibuſdam inuitis, aut ignorantibus, apertum erit teſtamentum, non amittunt portiones ſuas, qui *l* culpa carent.

SI QVIS *m* ALIQVEM TESTARI prohibuerit, vel coëgerit *n*.

TIT. VI.

De teſtamentario prohibito. 1. Si dominus ſcripti heredis dolo fecerit ne teſtamentum mutaretur. 2. De pluribus heredibus.

Vlpianus ‖ libro quadrageſimo octauo ad Edictum. ‖

QVI *o*, dum captat hereditatem legitimam, vel ex teſtamento, prohibuit teſtamentarium *p* introire, volente eo *q* facere *r* teſtamentum, vel mutare *ſ*, Diuus Hadrianus conſtituit, denegari ei debere actiones, denegatiſque ei actionibus, fiſco *t* locum fore.

1 ¶ Si dominus *u* dolo fecerit, ne teſtamentum mutaretur *x*, in quo ſeruus eius ſcriptus erat, quamuis manumiſſus adierit hereditatem, actiones ei denegantur: cùm *y* & liberis eius, ſi quid fuerit datum, denegari debeat, etſi non fuerint in poteſtate.

¶ Sed ſi legatum ei relictum ſit, idque reſtituere ſit rogatus, cōſequens erit dicere, admitti eum ad legatum quod non ipſe habuiſſet, ſed ad alium ſit tranſlaturus.

2 ¶ Si plures heredes inſtituti ſint, & omnes dolo fecerint, quò minùs teſtamentum mutaretur, dicendum eſt actiones omnibus denegari: quia omnes dolo fecerunt.

De teſtibus impeditis. 1. De fratribus. 2. De fideicommiſſo.

2. *Paulus* ‖ libro 44. ad Edictum. ‖

SI *z* quis dolo malo fecerit, vt teſtes non veniant *a*, & per hoc deficiatur facultas teſtamenti faciendi, denegandæ ſunt actiones ei, qui dolo fecerit, ſiue legitimus heres ſit, ſiue priore teſtamento ſcriptus.

1 ¶ Fratris autem factum fratri *b* non nocet.

2 ¶ Si fidei eius, qui dolum admiſit, commiſſum eſt, vt hereditatem reſtitueret: ea hereditas caduca *c* cum ſuis *d* oneribus fiet, vt commodum legis Falcidię fiſcus ſentiat, dodrantis autem fideicommiſſarius.

De viro & vxore.

3. *Papinianus* ‖ libro 15. Reſponſorum. ‖

VIrum, qui non *a* per vim, nec dolum, quo minus vxor contra eum, mutata voluntate, codicillos faceret, interceſſerat, ſed (vt fieri adſolet) offenſam *b* ęgrę mulieris maritali ſermone placauerat, in crimen non incidiſſe reſpondi: nec ei, quod teſtamento fuerat datum, auferendum.

DE *c* IVRE *d* CODICILLORVM *e*.

TIT. VII.

De teſtamento non iure facto.

Vlpianus " libro 4. Diſputationum. "

SÆpiſſimè reſcriptum & conſtitutum eſt, eum qui teſtamentum facere opinatus eſt, nec voluit quaſi codicillos id valere videri nec *f* codicillos feciſſe. Ideóque quod in illo teſtamento ſcriptum eſt, licèt quaſi in codicillis poterit valere, tamen non debetur.

De nato. 1. mortuóve poſt teſtamentum ante codicillos. 2. vtrum ſpectetur tempus teſtamenti facti, an codicillorum. De libertate. 3. De furioſo 4. De hereditate.

2. *Iulianus* ‖ libro 37. Digeſtorum. ‖

SI ei *g*, qui poſt teſtamentum factum, & ante codicillos ſcriptos natus eſſet, codicillis per fideicommiſſum aliquid daretur, vtile eſt.

1 ¶ Quod ſi ei, qui † poſt teſtamentum factum, & antequam codicilli ſcriberentur, mortuus eſſet, datum eſſet, pro non ſcripto habetur.

2 ¶ Codicillorum ius ſingulare *h* eſt, vt quæcumque in his ſcribentur, perinde haberentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent. Ideóque *i* ſeruo, qui teſtamenti facti tempore teſtatoris fuiſſet, codicillorum tempore alienus, non rectè libertas directa datur. Et contrà, ſi cùm teſtamentum fiebat, alienus eſſet, codicillorum tempore teſtatoris, intelligitur alieno ſeruo libertas data. Et ideo licèt directę libertates deficiunt, attamen ad fideicommiſſarias eundum eſt.

3 ¶ Furioſus *k* non intelligitur codillos facere: quia nec aliud quicquam agere intelligitur, cùm per omnia *l*, & in omnibus, abſentis *m* vel quieſcentis loco habeatur *n*.

4 ¶ Hereditas teſtamento inutiliter *o* data, non poteſt *p* codicillis quaſi hereditas confirmari; ſed ex fideicommiſſo petitur, ſalua ratione legis Falcidię.

De codicillis ab inteſtato. 1. De legitimis heredibus natis poſt codicillos. 2. De teſtamento facto.

3. *Idem* " libro 39. Digeſtorum. "

SI quis, cùm teſtamentum nullum *q* habebat, codicillis fideicommiſſa hoc modo dedit, *Quiſquis r mihi heres erit bonorúmve poſſeſſor, eius fidei committo*: fideicommiſſa præſtari debent: quia paterfamiliâs, qui teſtamenti factionem habet, & codicillos faceret *ſ* perinde haberi debet, ac ſi omnes heredes eius eſſent, ad quos legitima eius hereditas vel bonorum poſſeſſio peruentura eſſet.

1 ¶ Sed & ſi poſt codicillos factos natus quis eſſet, proximus adgnatus, vel ſuus heres, fideicommiſſum præſtari debebit. intelligitur enim is quoque heres ſcriptus: & ideo non perinde habendus eſt, ac ſi rupiſſet hos codicillos.

2 ¶ Teſtamento facto, etiam *t* ſi codicilli in eo confirmati non eſſent, vires tamen ex eo capient.

¶ Denique ſi ex teſtamento hereditas *u* adita *x* non fuiſſet, fideicommiſſum ex huiuſmodi codicillis nullius momenti erit.

De eo qui non eſt ſoluendo.

4. *Idem* ‖ libro 63. Digeſtorum. ‖

EVm qui codicillorum tempore ſoluendo ſit, rectè libertatem dare placuit: quamuis teſtamenti facti tempore ſoluendo non fuerit.

De codicillis factis ante teſtamentum.

---

l.3.§.13.ſ.eod. v. quæ ſcripſi ad l.13.§.2.ſ. de iure fiſ. Cicer. pro Cluentio: Præmio quis ad accuſandum inuitatur.

b Fuga ſola ſuſpicionem facit. dixi ad Nou.53. c.4. & 161.c.1.l.15.C.de probat.

c Statutum ſi talentum deferenti reum læſæ maieſtatis pollicebitur, quot quis reos detulerit, tot talenta feret.

d Præmium de bonis offenſi, ei qui vindicat eius necem, debetur. Quid ſi bona offenſi non ſufficiunt? debetur è publico. *Bald.*

e *l.2. infra de cuſtod. reor.* Reus criminis cauſam ex vinculis debet dicere, nec, licèt datis fideiuſſoribus, dimittendus eſt, *Bald.*

f adde *l.12.ſ.de dolo*: adde *§ 3. Inſt. de ſucceſſ. libert.*

g in centum millia ſeſtertium. *Pau. 5. ſent.* in decem Hotom. in ſua diſputatione de aureo Iuſtinianeo.

h Popularibus in actionibus pars pecuniæ actori, dimidia fiſco applicatur: quod verum eſt in caſibus expreſſis a iure: aliàs regulariter totum actori debetur, *l. Agraria 3. ſ. de termino. l. ſi qua 244. ſ. de verb. ſign. l. ſi quis id quod 7. ſ. de iuriſd. omn. iud. Bald.*

i Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt accuſare heredē de inuita morte defuncti, *Bald.*

k *l.9.ſ.eodem.*

l *l.5.§.6.ſ. de noui operis nunc.* Puniri non debet, qui culpa caret.

m *G.ſ.34. v. Paul. 5. ſent. §.2.35. Ecleg. 4.*

n de eo crimine, v. in oratione Iſæi περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου.

o Ei etiam velut indigno aufertur hereditas qui adfinem (tollenda eſt ex hoc loco vox hæc *adfinem.* Nulla eſt enim adfinitatis iure ab inteſtato ſucceſſio) vel cognatum, cui ipſe ab inteſtato ſucceſſurus erat, teſtamentum facere prohibuit: aut ne iure ſubſiſteret operam dedit. *Paul. 5. ſent. 12. §. 2.* adde *l.2. C. eod.*

p i. teſtamenti ſcriptorem, *l.9. §.6. ſ. de hered. inſt. l.3. in fin. ſ. ad Treb. l.22. §.10. ſ. de falſis.*

q ſic interpretor: eò, vbi quis vult teſtamentum facere vel mutare, vel dic, eo, i. teſtatore.

r vel ordinare, *l.2. C. eod.*

ſ *§.1. l. eodem l.19. ſ. de his quæ vt indig.*

t *Synop. eod. c.1.*

u Domini delictum aduerſus hoc edictum nocet eius ſeruo heredi ſcripto.

x *in pr. ſ. eod. l. vn. infra quib. non compet. bon. poſſ.*

y Patris delictum aduerſus hoc edictum nocet eius filio heredi ſcripto, etiam emancipato.

z *Synopſ. eod. c.2.*

a & ita iure non ſubſiſteret. *Paul. 5. ſent. 2. §. 1.*

b *l.5. §.5. ſ. de nou. oper nunc.*

c Heredi qui fraudem admiſit aduerſus hoc edictum ſuccedit fiſcus cum onere.

d *v. l.9. ſuprà de Silaniano.*

a Vis aut dolu[illegible] non eſt, offenſam vxoris maritali ſermone placare.

b iudicium vxoris poſtremum, in ſ[illegible] prouocare, maritali ſermone, non eſt criminoſum, *l. vlt. C. eo.* adde *l.70. ſ. de hered. inſt.*

c *6. C. 36. 2. Inſt. vlt. 4. C. Theo. 4. 36. Ecl. 1.*

d ac ſolennitate. Porrò non tanta ſolennitas requiritur in codicillis, quanta in teſtamento *§. vlt. Inſt. eod.*

e Codicillus quid eſt? An correctio teſtamenti, vt Moſthopulus putat? An ſupplementum teſtamenti, vt Theophilus? Neutrum præciſè verum eſt. Nam & ſine teſtamento fieri codicillus poteſt, & qui neque corrigit, neque ſupplet teſtamentum, codicillus eſt. Codicillus igitur eſt inteſtati voluntas, vel teſtamenti ſequela minus ſolennis. [illegible] enim ab inteſtato verbis precari[illegible] tantùm, & ex teſtamento vires acci[illegible]pit. Teſtamentum ſi non valet, aut rumpitur, non valet codicillus, rumpitur codicillus. Quid ſi ante teſtamentum factus eſt? eſt etiam ſequela, quia intellectu poſterior eſt, *l.5. inſ. eodem.*

f Inutile teſtamentum vim codicillorum non habet, *l.13. §.1. ſ. eod. l.29. ſ. qui teſtamenta.*

g Codicillis fideicommiſſum relin[illegible] qui poteſt ei qui in vtero ſit teſtamenti tempore vel [illegible] natus ſit codicillorum tempore.

† *l.4. ſ. de his qui pro non ſcriptis.*

h Codicillis ſcripta perinde habentur ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent, [illegible] *hic.* inde fit vt rupto teſtamento, rumpantur codicilli.

i Codicillis di[illegible] libertas rectè non datur ſeruo qui alienus fuerit tempore teſtamenti, licèt tempore codicillorum fuerit teſtatoris, *vt hic.* vt per contrarium, Codicillis rectè datur directa libertas ſeruo, qui teſtamenti tempore fuerit teſtatoris, licèt codicillorum tempore fuerit alienus.

k *l.5. C. eod* quid diſtet à prodigo v. Hotom. *3. obſ. 29.*

l Imò, non per omnia, *l.2. ſ. de procurat.*

m *l.7 §.9.10.11. ſ. quib. ex cauſ. in poſſ. l.124. in fin. ſ. de reg. iur.*

n vox *Habetur*, fictionem notat, niſi antecedant hæc verba *per omnia*, vt *hic*: vel, *in omnibus*. Vnde notant, vt peregrinus ciuis factus, cæterorum ciuium iure fruatur, cautionem optimam eſſe, vt mixta hæc verba, *habeatur & ſi* coniungantur. v. Corſetum ſingulari, *Habetur*.

o Inutiliter teſtamento data hereditas, codicillis quaſi hereditas confirmari non poteſt. Inutile teſtamentum non valet vt codicillus. Hereditatis appellatio directa intelligitur, *vt hic, l in libertatibus 5. ſ. de manumiſſ. teſt.*

p Nec enim ius teſtamenti & codicillorum confundi oportet, *§.2. Inſt. eod. l.14. C. de teſt.*

q *v. l.9. ſ. eod.* Qui ſuccedit ab inteſtato poteſt grauari.

r hæc verba, *Quiſquis mihi heres erit*, etiam non facto teſtamento, ab inteſtato venientes referuntur, *Bald.*

ſ & codicillos facit.

t Codicilli vires ex teſtamento capiunt, etiam ſi in teſtamento non ſint cōfirmati.

u Codicillus, vt teſtamento non valente, non valet: ita rupto teſtamento, rumpitur, adde *l.6. inſ. a eodem.*

x Si factum eſt teſtamentum ad codicillorum confirmationem, requiritur aditio ex teſtamento: ſi non eſt factum, ab inteſtato: & ita Baldus aduerſus Accurſium tenet, *hic, & l.2. ſ. de fideic. libert. l. qui filio, §. ſeruus ſ. de hered. inſt.*

5. *Papinianus*

5. *Papinianus* ‖ libro 7. Reſponſorum.‖

ANte *a* tabulas teſtamenti codicilli facti † non aliter valent, quàmſi teſtamento, quod poſtea factum eſt, ‖vel‖codicillis confirmentur: aut voluntas eorum quocunque *b* iudicio retineatur. ſed non ſeruabuntur ea, de quibus aliter defunctus nouiſſimè iudicauit.

De conditione. De ſubſtitutione. 1. *De pluribus codicillis.* 2. *De ſcriptura & ſignaculis.* 3. *Qui poſſunt facere codicillos.* 4. *Si mortuo legetur.*

6. *Marcianus* ‖ libro 7. Inſtitutionum.‖

DIui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, nihil egiſſe matrem, quæ, cùm purè liberos ſuos heredes inſtituerit, conditionem emancipationis codicillis adiecit: quia neque *c* conditionem heredi inſtituto codicillis adiicere, neque ſubſtituere directò poteſt.

1 ¶ Codicillos & plures *d* quis facere poteſt, & ipſius manu neque *e* ſcribi, neque ſignari neceſſe eſt.

2 ¶ Licèt in confirmatione codicillorum paterfamiliàs adiecerit, *vt f non aliàs valere velit, quàm ſua manu ſignatos & ſubſcriptos*: tamen valent facti ab eo codicilli, licèt neque ab eo ſignati, neque manu eius ſcripti fuerint: nam ea, quæ poſtea *g* geruntur, prioribus derogant *h*.

3 ¶ Codicillos is demum facere poteſt, qui *i* & teſtamentum facere poteſt *k*.

4 ¶ Si poſt teſtamentum factum mortuo *l* codicillis quis legauerit, licèt teſtamento confirmatis: pro *m* non ſcripto legatum ſit.

Vtrùm ſpectetur tempus teſtamenti facti, an codicillorum.

7. *Idem* ‖ libro 2. Regularum.‖

QVædam non referuntur ad confirmationem codicillorum, veluti ſi ante captiuitatem quis codicillos confirmauerit, & in captiuitate codicillos ſcribat. nam non valent. idem eſt, ſi aliquo modo ius teſtamenti faciendi deſierit habere.

1 ¶ Præterea in illis quæ non iuris, ‖ſed facti ſunt, non eſt perinde habendum, quod codicillis ſcribitur, atque ſi, vbi confirmatio *o*, ſcriptum fuiſſet. Veluti ſi ita in codicillis ſcriptum erit, *veſtem quæ mea eſt*: codicillorum tempus ſpectandum, non quo confirmantur.

¶ Item, *Si Titius viuus eſt* p: vel *ſi tot annis eſt* codicillis legauit Seio, tempus codicillorum, non quo tempore ſit teſtamentum, ſpectandùm.

Quibus modis codicilli fiunt. 1. *De fideicommiſſo ab inteſtato.* 2. *qui poſſunt facere codicillos.* 3. *De arrogatione & emancipatione. De muto. De agnatione poſtumi.* 4. *De militia.* 5. *Si ſeruo legatum in teſtamento, libertas in codicillis datur.* 6. *De confirmatione codicillorum nouiſſimorum.*

8. *Paulus* ‖ libro ſingulari de iure codicillorum.‖

COnficiuntur codicilli quatuor modis, aut enim in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommiſſum teſtamento facto, aut ſine *q* teſtamēto.

1 ¶ Sed ideo fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus, quoniam creditur paterfamiliàs ſponte ſua his relinquere legitimam hereditatem.

2 ¶ Codicilli totiens valent, quotiens quis *r* teſtamentum quoque facere poſſit. Non tamen hoc ita intelligemus, vt exigamus, potuiſſe eum eo tempore quo ſcribit eos codicillos, teſtamentum facere: (quid enim, ſi ſufficientium teſtium facultatem non habuit?) ſed ſi iure teſtamenti factionem habuit.

3 ¶ Si poſt factum teſtamentum codicillos quis confirmauerit, deinde adrogandum *ſ* ſe præbuerit, & ibi † codicillos fecerit, atque ita emancipatus deceſſerit? quæritur, an ex codicillis legata debeantur. nam & teſtamentum valet, ſed eo tempore eos fecit, quo teſtamenti factionem non habuit: nec ſimilis eſt muto *t*, qui rectè codicillos confirmauerit. licèt enim is teſtamentum facere non poſſit, tamen teſtamentum quod ante fecerat, in eodem ſtatu eſt: huius teſtamentum ſublatum eſt, & de alienis quodammodo rebus teſtatur. Sed dicemus, codicillos valere. nam etſi poſtumus natus ruperit teſtamentum, & deceſſerit? nihilominùs codicilli valent †.

4 ¶ Si miles teſtamentum quidem ante militiam, ſed codicillos in militia fecerit: an iure militari valeant codicilli, quæritur; quoniam teſtamentum iure communi valet, niſi ‖ſi‖ militię tempore ſignauit, vel quędam adiecerit? Certè codicilli militiæ tempore facti, non debent referri ad teſtamentum, ſed iure militari valent.

5 ¶ Si *u* ei ſeruo, qui teſtamento legatum acceperat libertas codicillis detur: vtile legatum eſſe dicemus: quaſi *x* ab initio conſtiterit legatum.

§.1. & ibi Theophilus vbi dixi. *Inſt. eod. l.* 22. §. 6. *inf. de falſis.* adde Ant. Fabr. 5. *Coniect.* 12. 5. *Harm.* 5. §. 7. 36. *Synopſ.* 1. c. 1.

† Codicillus etiam ante teſtamentum factus, teſtamenti ſequela eſt: quippe intellectu poſterior eſt: valet quoque etiamſi teſtamento non ſit confirmatus, ſi modò voluntas teſtatoris quocumque iudicio retineatur. Hodie codicilli valent, etiamſi non ſint ſpecialiter confirmati §. 1. *Inſt. eod.*

b ſed tamen Cuiacius putat, Codicillis ſcripta verbis directis: non aliter valere quam ſi ſpecialiter codicilli teſtamento ſint cōfirmati 18. *obſ.* 7.

c §. 2. *in fi. Inſt. eo. l.* 27 *in fin. ſupr. de cond inſt.* Imò quis conditionem codicillis adiicere poteſt, *l. pen. in fin.* ſ. *de condit. inſt.*

d §. *vlt. Inſt. eod.*

e Codicillus teſtamenti ſequela eſt minus ſolennis. §. *vlt. Inſtit. de codicill.* nullæ in eo formulæ obſeruantur, nulla certa verba, nullus ordo, nullus in eo libripens, nullus emptor familię, nec ſcribi aut ſignari debet, teſtatoris manu, *vt hic.*

f *l.* 21. *infra de legat.* 3.

g Poſteriores codicilli prioribus derogant.

h de clauſula derogatoria vide Cuiac. 14. *obſ.* 7. *v. l.* 75. *infr. de reg. iur.*

i *l.* 8. §. 2. ſ. *eo.*

k iure ſc. Nam ſi facto non iure prohibeor teſtari (veluti ſi ſeptem teſtes deſint, quinque tamen adſunt) codicillos facere poſſum, *l.* 8 §. 2. ſ. *eo. l. vlt. C. eo.*

l *v. l.* 4. ſ. *de his quæ pro non ſcriptis.*

m Hoc referendum eſt ad caduca, in quibus iuriſconſulti verſati, dixi ad *l. vnic C. de caducis.*

n Cauſa efficiens vbi deficit, ibi confirmatio nihil operatur. *Bald.*

o vbi confirmauit. *Bal.*

p Verbum *eſt*, denotat tempus præſens. *Bal.*

q *l.* 3. *ſupr. eo. l.* 16. *infr. eo* §. 1. *Inſt. eo.*

r *l.* 6. §. 3. ſ. *eo.*

ſ *l.* 6. §. 5. ſ. *de inuſto.* † apud adrogatorem. t *l.* 6. *in fin. ſup. qui teſtam.* §. 3. *in fin. Inſt. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam.*

† Prætorio iure.

u Codicillis ſcripta perinde confirmantur, ac ſi teſtamento ſcripta eſſent. Inde fit, vt legatum teſtamento relictum ſeruo proprio valeat, quaſi relictum cum libertate, ſi modò libertas codicillis adſcripta ſit.

x Si legatum ab initio non valet, confirmatur ex poſt facto, impedimento ex vltima voluntate teſtatoris ſublato. *Bart. l.* 91. §. 2. ſ. *de legat.* 1. *l.* 9. *C.* 19. ſ. *de manumiſſ. teſtam. l.* 8. *C. de fideicommiſſ.* vt hic regula Catoniana locum non habeat Codicilli teſtamento iuncti, Catonianam regulam impediunt, *Bald.*

¶ Si quis certi generis codicillos confirmauerit, putà *quos nouiſſimos fecero*. non vtique ſtatim, quæ codicillis dantur, conſiſtere videbuntur, quandiu *a* alij quoque fieri poſſint. & ideo, ſi alij poſtea fiant, legata in prioribus data non valebunt.

De incerto ſui ſtatus.

9. *Marcellus* ‖ libro 9. Digeſtorum.‖

ARiſto negauit valere codicillos ab eo factos, qui paterfamiliàs néc ne eſſet, ignoraſſet *b*. *Vlpianus notat*, Niſi *c* veteranus fuit. tunc enim & teſtamentum valebit.

De hereditate.

10. *Papinianus* ‖ libro 15. Quęſtionum.‖

QVod per *d* manus traditum eſt *e*, *codicillis hereditatem dari non poſſe*, rationem illam habet: ne *f* per codicillos, qui ex teſtamento valerent, ipſum teſtamentum, quod vires per inſtitutionem heredum accipit, confirmari videretur.

De libertatibus & poſtuma præterita.

11. *Idem* ‖ libro 19. Quæſtionum.‖

QVi graui *g* vtero vxorem eſſe ignorabat, codicillis ad filium ſcriptis, libertates *h* dedit. nata poſt mortem patris filia, cùm de ea nihil patrem ſenſiſſe conſtitiſſet: placuit, libertates *i* à ſolo filio præſtari poſſe.

12. *Idem* ‖ libro 22. Quæſtionum.‖

REdemptis à ſorore partibus.

De hereditate.

13. *Idem* ‖ libro 19. Quæſtionum.‖

ILlud ‖enim‖ ſine dubio dici non poteſt, etiam filiam manumittere cogendam, cùm ab ea nihil pater perceperit, & iure ſuo heres exſtiterit.

1 ¶ Tractari ſolet de eo, qui cùm tabulas teſtamenti non feciſſet, codicillis ita ſcripſit, *Titium heredem eſſe volo*. ſed multum intereſt, vtrùm fideicommiſſariam hereditatem à legitimo per hanc ſcripturam, quam codicillorum inſtar habere voluit, reliquerit, an verò teſtamentum facere ſe exiſtimauerit. nam hoc caſu nihil à legitimo peti poterit. voluntatis autem quæſtio ex ‖eo‖ ſcripto plerumque declarabitur *k*. nam ſi fortè à Titio legata reliquit, ſubſtitutum adſcripſit, heres ſi non extitiſſet: ſine dubio non codicillos, ſed teſtamentum facere voluiſſe intelligetur *l*.

De legato relicto, vel adempto in codicillis poſt mortem heredis.

14. *Scæuola* libro 8. Quæſtionum.

QVidam referunt (quantum repeto) apud Viuianum Sabini & Caſſij & Proculi expoſitam eſſe in quæſtione *m* huiuſmodi controuerſiam, an legata, quę, poſteaquam inſtituti mortem obierunt *n*, codicillis adſcripta vel adempta ſunt, à ſubſtitutis debeantur, id eſt, an perinde datio & ademptio etiam hoc *o* tempore codicillis facta valeat, ac ſi teſtamento facta eſſet. quod Sabinum & Caſsium reſpondiſſe aiunt, Proculo diſſentiente. nimirum autem Sabini & Caſsij; collectio *p* (quam & ipſi reddunt) illa eſt, quòd *codicilli pro parte* q *teſtamenti habentur, obſeruationémque* r *& legem iuris inde traditam ſeruent*. Ego autem auſim ſententiam Proculi veriſsimam dicere. * nullius enim momenti eſt legatum, quod datum eſt ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis *ſ* non eſt licet teſtamenti fuerit. eſſe enim debet, cui detur: deinde ſic quæri, an datum conſiſtat: vt non antè *t* iuris ratio, quàm perſona, quærēda ſit. & in propoſito igitur, quod poſt *u* obitum heredis codicillis legatum, vel ademptum eſt, nullius momenti eſt. quia heres, ad quem ſermonem conferat, in rebus humanis non eſt, eáque ademptio & datio nunc vana efficietur. Hæc in eo herede, qui ex aſſe inſtitutus erit, dato ſubſtituto, ita vt ab inſtituto codicilli confirmarentur.

1 ¶ Quòd ſi duo inſtituti ſint, ſubſtitutis datis: vnúſque eorum deceſſerit: vtilia videntur legata, ſed circa coheredem erit tractatus, nunquid totum legatum debeat, ſi, *quiſquis mihi heres erit*, legatum erit: an vero non: quia ſit ſubſtitutus heres, qui partem faciat, licèt ipſe non debeat. idem etiam poteſt circa nomina expreſſa tractari. multóque magis ſolum coheredem, totum *x* debere puto quia is adiunctus ſit: qui etiam tunc, cùm adiungebatur, in rebus humanis non erat.

15. *Africanus* ‖ libro 2. *y* Quæſtionum ‖

SEd cùm ea teſtatoris voluntas fuerit, vt ex vniuerſa hereditate legata erogarentur: dicendum, ſcriptis heredibus profuturam doli exceptionem: ſi ampliùs *z* quàm hereditaria portio petatur.

a Vltimus codicillus non eſt, poſt quē alium facere ſuperſtes teſtator poteſt. Viuo teſtatore, nullum eius teſtamentum nouiſſimum ſeu vltimum eſt dicendum.

b *l.* 1. ſ. *de leg.* 3.

c Codicillos facere non poteſt qui de ſuo ſtatu dubitat, niſi ſit miles, *l.* 11. *ſupr. de teſtam. militis.*

d Traditiones ſuas habent etiam iuriſconſulti.

e *l.* 6. §. 1. ſ. *eo.* §. 2. *Inſt. eo.*

f adde *l.* 44. *ſupr. de vulgari.* Codicillis teſtamentum cōfirmari non poteſt. Quid ita? Acceſsio ſuum principale nō confirmat. Cauſa ſuæ cauſæ nihil eſſe poteſt. quod confirmat, confirmato maius eſt.

g i. prægnantem.

h Libertas codicillis relinqui poteſt.

i adde *l.* 77. §. 29. ſ. *de leg.* 2. *l.* 31. §. 1. ſ. *de fideicommiſſ. liber.*

k Ex præſumptione colligitur, vtrum teſtator voluerit inſtituere directò, vel non *Bart.*

l quomodo? *v. l.* 14 *C. de teſtam.* Teſtamentum, non codicillos facere voluiſſe is videtur, qui heredem inſtituit, qui ab herede legata reliquit, qui ſubſtitutum heredi adſcripſit, hæc enim omnia teſtamento fieri ſolent.

m Quæſtio, propoſitio dubia eſt.

n Pro non ſcripto dicitur, quidquid ei relinquitur, qui non eſt, vel ab eo qui non eſt in rerum natura *Bald.*

o poſt mortem heredum inſtitutorū.

p i. ſyllogiſmus, concluſio.

q Codicilli, pars ſunt teſtamenti, *v. l.* 16 ſ. *eo.*

r Hoc quid eſt: Codicilli pro parte teſtamenti habentur, obſeruationem & legem iuris inde traditam ſeruant. Ne dicas, eaſdem eſſe teſtamenti & codicillorum ſolennitates. Sed eadem in codicillis obſeruari quæ in teſtamento, vt is demum faciat codicillos, qui teſtamentum, *l.* 6. §. 3. *ſup. eo.* & vt ei legetur codicillis, cui & teſtamento legari poteſt, *l.* 12. §. 1. *infra de captiuis.*

ſ *v. l.* 4. *infra de his quæ pro non ſcriptis.*

t Priùs quærendum eſt de perſona, quàm de iure. *Bald.* *v. l.* 6. *infra de falſis.*

u Codicillis legatum relinqui & adimi poſt obitum heredis non poſſe hinc colligunt. item, legem iuris codicillorum inde traditam ſeu petitam. Codicillos & teſtamenta iiſdem modis infirmari, vt & poſt Azonem Accurſius rectè notat.

x Imò, partem *l.* 9. *in fin* ſ. *eo.*

y v. Cuiac. 2. *ad Afric. fol.* 14. 15. 16. 17.

z *l.* 1. §. 17. *infra ad Trebell.*

a l.8.ſ.eodem.
b l.14.ſ.eod. l.11. ſ. quemad. teſtam. operiant.
c l.52.ſ.de pactis.
d Hereditas promitti non poteſt, Bald. Lepidum eſt, quod idem adiicit, eum qui hereditatem promittit ſeruire de vento.
e ſubintellige ante vel poſt hoc tempus, à me ſcriptum.
f Imò obtinent. Nam epiſtola fideicommiſſum relinqui poteſt, l.22.C. de fideic.
g Verbum futuri tẽporis etiam præterita comprehendit, l.123.ſ. de verb. ſignif.
h vide Antonium Fabrum 3. Coniectur.11.

De codicillis ab inteſtato vel ex teſtamento. De nato poſt codicillos.

16. *Paulus* ‖ libro 21. Quæſtionum. ‖

AB *a* inteſtato factis codicillis relicta, etiam poſtea natus inteſtati ſucceſſor debebit. quicunque enim ab inteſtato ſucceſſerit, locum habent codicilli. nam vnus caſus eſt, nec intereſt, quis ſuccedit, dum inteſtato ſuccedat, ad teſtamentum autem, quod quoquo tempore feciſſet, pertinent *b* codicilli, & (vt manifeſtius dicam) inteſtato patrefamilias mortuo, nihil deſiderant codicilli, ſed vicem teſtamenti exhibent, teſtamento autem facto: ius ſequuntur eius.

De literis.

17. *Idem* ‖ libro 3. Sententiarum. ‖

LIteræ *c*, quibus hereditas promittitur *d*, vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent.

De codicillis ante teſtamentum factis.

18. *Celſus* ‖ libro 20. Digeſtorum. ‖

PLotiana Celſo ſuo ſalutem. Lucius Titius his verbis ita cauit: *Si quid tabulis alióve quo genere ad hoc teſtamentum pertinens e reliquero f, ita valere volo.* quæro, an codicilli, qui ante hoc teſtamentum ſcripti ſunt, debeant rati eſſe? Iuuentius Celſus Plotianæ ſalutem. Hæc verba: *Si quid ad hoc teſtamentum pertinens reliquero, valere volo:* etiam ea, quæ ante teſtamentum ſcripta ſunt comprehendere.

Si quis damnetur quaſi ſolus heres ab inteſtato, & habeat coheredem.

19. *Marcellus* ‖ libro 14. Digeſtorum. ‖

IS *g* qui vnum filium habebat, cum codicillos *h* ad eum ſcripſiſſet, deceſſit inteſtatus, herede eo *a* ‖ & ‖ quem poſtea procreauit. adgnatione ſui heredis nemo dixerit codicillos euanuiſſe. igitur ſi nihil tum de poſtumis ſperauit *b*: ‖ & ‖ codicilli non euaneſcent: & quæ relicta ſunt pro parte dimidia filius, ad quem codicillus factus eſt, ſoluere compellitur: non etiam poſtumus: ſed & ſi codicillos reliquiſſet duobus ſuperſtitibus filiis decedens: cùm putaret alterum ex his prius deceſſiſſe: ſimili modo dici poteſt: omnia perinde debere filium, ad quem ſcripti ſunt codicilli, atque ſi ſolus heres extitiſſet patri *c*. immò duntaxat partem *d* debet. Eorum tamen, quæ pro parte præſtari non poſſunt, nihil eorum præſtandum. quoniam illi non fuerit filio ablaturus, niſi *e* ſolum putaret ſucceſſorẽ ſibi futurum.

De herede nuncupato, & legatis ſolis ſcriptis.

20. *Paulus* ‖ lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI palam *f* heres nuncupatus *g* ſit, legata *h* autem in tabulis collata fuerint: Iulianus ait, tabulas teſtamenti non intelligi, quibus *i* heres ſcriptus non eſt, & magis codicilli *k*, quàm teſtamentum, exiſtimandæ ſint: & hoc puto rectiùs dici.

a herede eo ... cto, Hal.
b A filio quem ... ſtator grauare credidit, legata debentur, Bald.
c extitiſſet p... Vlpianus no... Imò, &c. Hal. ... dem modo Vl... nus notat Mar... lum in l.27. i... ſ. de pignor. l... fin. ſ. de admini... tut.
d Imò, totum, l... in fin. ſ. eod.
e Non præſu... tur patrem ... diminuere he... tatem filij per... gatum: de qua p... ſumptione ... Alciatum, I. ... ſumpt. 3.

f Sic enim nuncupandi ſunt, l.21.ſ. qui teſtamenta. g Codicilli pars eſſe ... ſunt teſtamenti etiam nuncupatiui.
h ſine heredis inſtitutione adiecta.
i v.l.1. in fin ſ. de vulgari.
k Nominatio heredis ſine ſcriptura, non facit vt ſcriptura continens legat... inſtitutione ſit teſtamentum, ſed vt codicilli habeantur, Bart.

LIBER TRIGESIMVS.

DE *a* LEGATIS *b* ET *c* FIDEICOMMISSIS *d*.

(LIBER PRIMVS)

a De legatis multa præclarè & acutè notata. v. apud Antonium Fabrum 6. Coniect. 1. adde 2. Cai. 7. §. vlt. §. 10. Inſtit. de fideic. her. & Inſt. de ſingul. reb. per fideic. relict.
b 6.C.37 2. inſtit. 20. Vlp. 24. Paul. 3. ſent. 6. & Har. 10. & 44. Eclog. 1. Legatum quid eſt? An delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo quod vniuerſum foret heredis, alicui quid collatum vult: vt Florentius ſcribit, l.116.ſ. eod. An donatio teſtamento relicta, vt Modeſtinus, l.36.ſ. de leg. 2. His adde quaſi quædam legata eſſe, v. l. filiæ 18. C. familiæ. vbi vide Accurſium.
c Legata imperatiuè, fideicommiſſa, precariis verbis relinquuntur, Vlp 24. §.1. & 25. §.1.

De exæquatione legatorum, & fideicommiſſorum.

Vlpianus libro 67. ad Edictum.

PER *e* omnia *f* exæquata *g* ſunt *h* legata *i* fideicommiſſis *k*.

Qui poſſunt fideicommittere.

2. *Idem* libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

SCiendum eſt, eos demum fideicommiſſum poſſe relinquere, qui *l* teſtandi ius habent *m*.

De conditione.

3. *Idem* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

HÆc verba teſtatoris: *Quiſquis n mihi ex ſupraſcriptis heres erit*: aut, *ſi o heres erit Seius*: vel, *ſi hereditatem adierit*. ſubiectum legatum, vel fideicommiſſum, non faciunt conditionale *p*.

De errore in nomine rei legatæ. 1. De legato relicto ab herede certarum rerum.

4. *Idem* ‖ libro 5. ad Sabinum. ‖

SI quis in fundi *q* vocabulo *r* errauit, & Cornelianum pro Semproniano nominauit: debebitur Sempronianus. Sed ſi in corpore ſerrauit, non debebitur *t*. Quòd ſi quis, cùm vellet veſtem legare, ſupellectilem adſcripſit, dum putat ſupellectilis appellatione veſtem contineri: Pomponius ſcripſit *x* veſtem non deberi: quemadmodum ſi quis putet, auri appellatione electrum, vel aurichalcum *n* contineri: vel (quod eſt ſtultius) veſtis *a* appellatione etiam argentum contineri. Rerum enim vocabula *b* immutabilia ſunt: hominum *c* mutabilia *d*.

1 ¶ Si quis heredes inſtituerit, & ita legauerit, *Quiſquis mihi Gallicanarum rerum heres erit, damnas eſto dare*, ab omnibus *e* heredibus videri legatum. quoniam ad omnes eos res Gallicanæ pertinent.

De electione. 1. & pronomine, Meus.

5. *Paulus* ‖ lib. 1. ad Sabinum. ‖

SErui electione legata, ſemel *f* duntaxat optare poſſumus.

1 ¶ Labeo ait: cùm certa res aut perſona legatur ita, *Qui meus erit, cùm moriar heres dato*: & communis ſit *g*, totum deberi: Trebatium verò reſpondiſſe, partem *h* deberi, Caſſius ſcripſit. quod & verius eſt.

2 ¶ Cùm fundus communis legatus ſit non adiecta portione, ſed *Meum i*, nominauerit, portionem *k* deberi conſtat.

De conditione & demonſtratione. 1. De pronomine, Meus.

6. *Iulianus* ‖ lib. 33. Digeſtorum. ‖

STichum *qui meus erit cùm moriar, heres meus dato*. magis conditionem *l* legato inieciſſe, quam demonſtrare *m* voluiſſe patremfamilias apparet: eo quòd, ſi demonſtrandi cauſa hæc oratio poneretur, ita *n* concepta eſſet, *Stichus, qui meus eſt*: non *qui meus erit*. Sed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit, vt, ſi totum alienauerit legatum extinguatur. ſi partem, pro ea parte debeatur, quæ teſtatoris mortis tempore fuerit.

De domino legatarij repudiante.

7. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

LEgatum ſeruo delatum dominus poteſt *o* repudiare *p*.

De augmento & decremento. 1. De duobus heredibus alternatè oneratis. 2. De pluribus rebus alternatè legatis.

8. *Pomponius* libro 2. ad Sabinum.

SI ex toto fundo legato teſtator partem *q* alienaſſet, reliquã duntaxat partẽ deberi placet: quia *r*, etiam

a Veſtis app... tione argent... continetur.
b Errore, pr... nomine admiſſ... gatum debetur... appellatiuo, vel ... pore non deb... Quid ita? voc... rerum immu... lia: ideóque in... nemo cenſetur ... rare: Hominum ... rò, mutabilia ... ideóque facil... vt in illis erro... mitti poſſit, & ... decipi.
c Vocabula ... rerum: alia ho... num: hæc mu... poſſunt: illa ... poſſunt. Quid ... minum vocab... quæ ſunt? Ne d... cum Accurſ. ea ... quæ ab homin... impoſita, qui... omnia, etiam re... vocabula ab ho... nibus impoſita... ſte Ariſt. I. de ... terp. & c. 2. de ge... rat. Ne dixeris ... ſus cum eodem ... eſſe quæ ſint ho... num, ſed quę ab ... minibus dedu... Verbi gratia, ... Cornelianus, ... Sempronianus ... dus vocabula ... non rerum, ſed ... minum. Fundus ... nomen eſt, & q... dem immutabile. Hominum verò vocabula mutari poſſunt, poteſt enim fieri, vt qui fuerit Cornelianus fundus, poſtea ſit Sempronianus, nempe dominis mutatis fundorum. vide Ferrandum 1. Explic. ...
d l. vnic. C. de mutat nomin. e Quotiens enim teſtator, volo vt quiſquis mihi heres erit, det centum, nullum heredem excipio, ideóque ab omnibus peti poteſt, l.33.ſ. de leg. 2. f l.20.ſ. de optione. Semel eligere permiſſum: nec vbi elegerit, variare licet. adde l. huiuſmodi 84. §. Stichum 9. ſ. eod. Electione, ius eligendi in vniuerſum abſumimus. g Poſſumus rem communem legare. Nam quod commune eſt, aut futurum commune eſt, meum eſt, v. l.46.ſ. de ritu, l.2. C. de comm. ſeru. h l.30. §.49. ſ. de leg. 3. i Verba *meum & tuum*, ſunt ambigua: intelliguntur enim de toto & parte, l.25.ſ. de verb ſignif. vide in hunc locum Socinum reg. 224. k l.2. §.1. ſ. eo. l vt nihil interſit, an ita dictum fuerit, *qui meus erit*: an ita, *Si meus erit*, l.85.ſ. de leg. 3. vide Cui. 2. obſ. 30. m Imò huiuſmodi enunciatio demonſtrationem continet, l.34 in fi. ſ. de auro. n id eſt, in præteritum tempus. nam demonſtratio, in præteritum: conditio in futurum concipitur, l.34. in fin. ſ. de condit. & demonſtr. o Imò non poteſt. l.34. §.2. ſ. de leg. 2. v. Cui. 3. obſ. 11. p quia poteſt & alienare. Repudiare, eſt alienare, l.5. §.8. ſ. de rebus eorum. q l.24. §. penult. ſ. eo. r id eſt, quia ſicut res legata aucta creſcit, ita deminuta decreſcit.

d 6.C.42. 2. Inſt. 23. Vlp 25. Paul. 4. ſent. 1. Ad hunc titulum ſcripſerunt ex neotericis Zaſius, Alciatus, Duarenus, Ferretus. e Per omnia exæquata dicuntur quod vi eadem ſunt, licet nomine & forma ſint diuerſa, ... Sed non vſque. Inſt eo. §. 1. Inſt. de ... nat. §. pari ratione. Inſt. quib mod. ius patriæ poteſt. l. Antoninus 42. ſ. de fideic. ... Ius ciuile, ſ. de iuſtitia, l. vlt. C. de contrah. empt. f puta in quartæ deductione ... qua vide Cuiacium 4. obſer. 4. g à Iuſtiniano, v. l. 2. C. comm. de legatis ... hic. & 2. diſp. 9. De verbo exæquari, adde l. vnic. §. 1. ſ. vtrubi. §. 4. in fin. ... interdict. h legata fideicommiſſis exæquata, igitur diuerſa. Eſt enim di... ... cum exæquatio. Fuerint igitur forma & nomine diuerſa: vt & natura, eadem. i Siquidem olim erant inter legata & fideicommiſſa differentiæ, de quibus vide hic Alciatum 2.3.4.5.6. & Duar. k an particularia & ſingularia, non autem vniuerſalia? ait Zaſius hic num. 13. l Vlp. 25. §. 4. l. 1. ſ. de leg. 3. adde l. 24. ſ. de fideicommiſſ. libert. l. conficiuntur 8. §. codicilli 2. ſ. de iure codicill. m Filius vt cunque teſtari nõ poſſit, poteſt tamẽ donare cauſa mortis, l. 25. §. 1. ſ. de mort. cauſa. n Dictio *quiſquis*, ad conditionem faciendam apta eſt, l. 6. ſ. eod. o Dictio, *Si*, conditionem facit, l. 24. ſ. quando dies legat. p Cur ita? vel idem, quod conditio quæ tacitè, Bald. vel neceſſitate ineſt, legatum conditionale non facit, Socinus Zaſius hic. eius expreſſio ſiue adiectio nihil efficit, Alciat. hic. adde l. 107. ſ. de cond. & demonſt. Tacitè quæ inſunt, ſi adiecta ſint, nihil noui iuris conſtituunt, l. 3. C. de fideiuſſ. l. 22. §. 9. ſ. quando dies legati: l. 7. in fin. C. de reuoc. donat. q vel hominis, l. 8. §. 2. ſ. ſecund. tab. r appellatiuo nomine, vt ſequens exemplum docet. ſ l. 9. ſ. de contrah. empt. l. 9. ſ. de hered. inſt. t tunc enim teſtator non ſcripſit quod voluit: ſcripſit autem quod noluit. u Aurichalcum non ideo dicitur, quod ex auro & ære mixtum ſit alias venditio aurichalci pro auro valeret, l. 14. ſ. de contrah. empt. ſed aurichalcum hic, eſt æs quod auri colorem & ſplendorem habet, quod longo iam tempore non reperiri effœta tellure Plinius ait, lib. 34. vide Ant. Mercat. 1. notat. 4. v. Ioſeph. Scalig. apud Feſt in voce, Aurichalcum vbi etiam dixi: adde l. 45. in fine ſuprà de contrah. empt. Fuit auro præſtantius, Plaut. Seruium 12. Æneid.

ſi adiecit

ſi adieciſſet *a* aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet.

1 ¶ Si ita *b* ſcriptum ſit, *Lucius Titius heres meus, aut Maeuius heres meus decem Seio dato*, cùm vtro *c* velit, Seius aget: vt ſi cum vno actum ſit, & ſolutum, alter *d* liberetur: quaſi ‖ ſi ‖ duo rei promittendi in ſolidum obligati fuiſſent.

¶ Quid ergo, ſi ab altero partem petierit? liberum ei *e* erit ab alterutro reliquum petere.

¶ Idem erit, & ſi alter partem ſoluiſſet.

2 ¶ Si ita legatum ſit, *Lecticarios f octo, aut g pro his in homines ſingulos certam pecuniam, vtrum legatarius volet*: non poteſt legatarius partem ſeruorum vindicare, pro parte, nummos petere: quia vnum *h* in alterutra cauſa legatum ſit. quemadmodum ſi olei pondo quinquaginta, aut in ſingulas libras certum *i* æs legatum ſit, ne aliter obſeruantibus etiam vno homine legato diuiſio concedatur. nec intereſt, diuiſa ea ſumma, aut iuncta ponatur. ‖ & ‖ certè octo *k* ſeruis, aut pro omnibus *l* certa pecunia legata, non *m* poſſe inuitum heredem partem pecuniæ, partem mancipiorum debere.

De eo quod eſt apud hoſtes.

9. *Idem* libro 3. ad Sabinum.

ID quod apud hoſtes eſt, legari *n* poſſe *o* Octauenus ſcripſit: & poſtliminij *p* iure conſiſtere *q*.

De optione.

10. *Paulus* "libro 2. ad Sabinum."

IVlianus, nèc *r* à filiofamiliàs ſine iuſſu patris optari poſſe, nec ante aditam hæreditatem putat: quod eſt verum.

De fideicommiſſo relicto à patre, vel domino legatarij.

11. *Papinianus* "libro 9. ſQuæſtionum."

CVm *t* filiofamilias vel ſeruo alieno *u* legatum vel hereditas datur, fideicommitti patris vel domini poteſt *x*, ac tunc demum ex perſona ipſorum fideicommiſſum vires capit, cùm ipſis, per quos commodum hereditatis vel legati patri *y* dominóve quæritur, fideicommiſſum relinquitur.

¶ Denique Iulianus non inſubtili ratione motus, patrem, cuius filius heres inſtitutus eſt, extero quidem, habita ratione legis Falcidiæ, reſtituere hereditatem reſpondit: quoniam ex perſona filij teneretur: ipſi verò filio non admiſſa Falcidia: quoniam ex perſona ſua ſibi filius obligari non poſſet: ac pater non vt heres *z*, ſed vt pater rogari videtur.

¶ Et ideo ſi filius rogatus ſit pater poſt mortem ſuam, quod ad ſe peruenit ex legato vel hereditate filio relictis reſtituere, iſque viuo patre decedat, omnimodo patrem id retenturum: quoniam fideicommiſſum ex perſona patris vires acceperit.

Si legatarius collegatario ſucceſſerit. 1. De difficultate præſtationis. 2. De ſeruis alienis. 3. De nouiſſimis & præcedentibus ſcripturis.

12. *Pomponius* "libro 3. ad Sabinum."

SI mihi & tibi eadem res legata fuerit: deinde, die legari cedente, heres tibi extitero *a* liberum mihi eſſe Labeo ait, ex meo legato, an ex eo, quod tibi heres ſim, adquiram ‖ legatum. ‖ ſi voluero eam rem ex meo legato ad me pertinere, vt tota mea ſit, ex hereditario *b* legato petere eam poſſe *c* Proculus ait.

1 ¶ Si quis ſeruos, quos Gadibus *d* haberet, eo teſtamento, quod Romæ moriens fecerit, triduo *e* quo mortuus fuerit, heredem dare mihi damnauerit, ratum eſſe legatum *f*, & anguſtias *g* temporis nihil legato nocere.

2 ¶ Regula iuris ciuilis eſt, quæ efficit, *vt h quibus ipſis legare poſſumus, eorum quoque ſeruis i legare poſſimus.*

3 ¶ In legatis nouiſſimæ *k* ſcripturæ valent, quia mutari *a* cauſa præcedentis legati vel die, vel conditione, vel in totum ademptione poteſt. Sed ſi ſub alia & alia conditione legatum ademptum eſt, nouiſsima ademptio ſpectanda eſt.

¶ Interdum tamen in legatis non poſterior, ſed præcedens ſcriptura valet, nam ſi ita ſcripſero: *Quod Titio infra legauero, id neque do, neque lego*: quod infra legatum erit, non valebit. Nam & eum ſermonem quo præſentia legata data in diem proferuntur *b*, ad poſtea quoque ſcripta legata pertinere placuit *c*.

¶ Voluntas *d* ergo facit, quod in teſtamento ſcriptum valeat.

De homine generaliter legato.

13. *Idem* "libro 4. ad Sabinum."

CVm incertus homo legatus tibi eſſet, heres Stichum ſeruo tuo tradidit. Neratius reſpondit, ſi voluntate *e* domini tradidit, vel ratum hoc dominus habuerit: perinde eum liberatum, atque ſi Stichus legatus eſſet.

De ademptione legati.

14. *Vlpianus* "libro 15. ad Sabinum."

SI ita ſit adſcriptum, *Si cui legauero bis, ſemel heres ei dato*: vel, vt ſemel debeatur: & eidem duas quantitates adſcripſerit, vel duos fundos, an vtrumque debeatur? Et ait Ariſto, vnum videri legatum. nam quod ademptum eſt, nec *f* datum videri, ſecundùm Celſi & Marcelli ſententiam, quæ vera eſt.

1 ¶ Sed Papinianus libro nonodecimo quæſt. ait: & ſi poſt legata ſæpius adſcripta idem hoc ſubiecit, *ſemel g præſtari velle*: & hoc ante impletum teſtamentum fecerit: ipſo iure videri cętera legata adempta: ſed quo *h* magis erit ademptum: non enim apparet. & ait, poſſe dici, exiguius eſſe præſtandum.

De errore in quantitate. 1. De iure accreſcendi.

15. *Paulus* "libro 3. ad Sabinum."

QVi quartam partem bonorum legare voluit, dimidiam ſcripſit. Proculus rectè ait, poſſe defendi quartam legatam: quia ineſſet *i* dimidiæ.

¶ Idem erit, & ſi quinquaginta voluit legare, & centum ſcripta ſint. quinquaginta enim debebuntur.

¶ Sed & ſi plus legare voluit, & minus ſcripſit, valebit legatum.

1 ¶ Si quis vnam ſummam filiabus *k* legauerit, vt etiam de poſtuma ſentiret: ſi ea non eſt nata, ſuperſtiti *l* ſolidum debebitur *m*.

Si is qui cum alio damnatus ſit ſolus ſit heres. 2. De iure accreſcendi.

16. *Pomponius* "libro 5. ad Sabinum."

SI duobus res coniunctim legata ſit, quamuis alter in rerum natura non *n* fuerit, alteri ſolam partem deberi puto verum eſſe.

¶ Heres, adiecto ei nomine cuiuſdam, qui heres non ſit, dare damnatus, totum legatum debet: nam & ſi duos ex heredibus ſuis nominatim quis damnaſſet, & alter hereditatem non adiſſet: qui adiſſet *o*, totum deberet, ſi pars eius, qui non adiſſet, ad eum qui adiſſet peruenerit.

2 ¶ Si Titio & poſtumis legatum ſit, non nato poſtumo *p*, totum Titius vindicabit.

¶ Sed & ſi teſtator Titio & poſthumis viriles partes dari voluiſſet, vel etiam id expreſſiſſet: totum legatum Titio debetur, non nato poſtumo.

Cur appellatione filiæ continetur poſtuma. 1. Si poſtumæ legetur, & plures naſcantur. 2. De legato præceptionis.

17. *Vlpianus* libro 15. ad Sabinum.

QVi filiabus *q* legauit, ſi mentionem aliqua *r* parte teſtamenti poſtumæ fecit, videtur in filiarum legato & de poſtuma *ſ* ſenſiſſe.

1 ¶ Si quis ita legauerit: *Si qua t filia mihi genitur u, ei heres meus centum dato*: pluribus natis *x*, videtur ſingulis tantumdem legaſſe. quod ita accipiendum "eſt" *y* niſi euidens ſit contraria ſententia teſtatoris.

2 ¶ Si *z* vni ex heredibus fuerit legatum: hoc deberi ei officio iudicis familiæ herciſcundæ, manifeſtum eſt: ſed etſi abſtinuerit ſe *a* hereditate, conſequi eum hoc legatum poſſe, conſtat.

18. *Iulianus* "lib. 31. Digeſtorum."

ET quidem totum *b* legatum petere poteſt, quamuis à *c* ſemetipſo inutiliter ei legatum fuiſſet.

De repetitione legati. 1. Et pluribus legatariis.

19. *Vlpianus* "libro 15. ad Sabinum."

a l. 3. *infra de inſtructo*: l. 32. §. 15. *ſup. de donat. inter vir.*
b *v.* l. 9. ℑ. *de duobus reis.*
c l. 25. *inf. de legat.* 2.
d l. 51. *in fin. ſup. de euiction.*
e *al.* ei.
f Lecticarios, *Haloand.* & l. 29. *inf. de verb. oblig.* Cæterum lecticarij erant, qui lecticas faciebant, in quibus per vrbem potentiores ac ditiores circunferebantur, vt & l. 65. §. 1. ℑ. *de leg.* 3. l. *vn.* C. *de excuſat. artif.* quarum lecticarum meminit Iuuenalis *Satyra* 1. Quin & eodem nomine dicebantur hi quoque, qui lecticas ipſas circunferebant, quos Petronius Arbiter lectuarios appellat. Procurator, inquit, inſulæ, à duobus lectuariis in mediam rixam profertur. Lecticariorũ meminit quoque Sulpicius in quadã ad Ciceronem epiſtola.
g atque, ita illud aut illud. vide l. 27. *inf. de leg.* 2.
h In alternatiuis vnũ tantum legatũ eſſe intelligitur.
i Æſtimatio ſi pro re legata alternatiuè ſubiicitur, non poteſt ſolui pars rei legatæ, & pars æſtimationis.
k id eſt, ad numerũ.
l aliud fuerit, ſi pro ſingulis certa pecunia danda eſſet.
m ne varia ſolutio in vna re recipiatur, adde l. 15. ℑ. *de leg.* 2.
n Immo, legari non poſſe videtur, id quod noſtrum apud hoſtes noſtros ſit. Nam fundum hoſtium ſtipulari non poſſumus, l. 103. *inf. de verb. obl.* An aliud in legato, aliud in ſtipulatione fuerit? Id apertius explicemus. Rem noſtram quæ ſemel noſtra fuerit, quæque apud hoſtes ſit, legare poſſumus, vt & ſtipulari (*vt hic.* quod ſatis innuunt hæc verba, *iure poſtliminij*) quæ nunquam noſtra fuit, quæque apud hoſtes ſit, neque ſtipulari, neque legare poſſumus: Hinc notant, Pontificem Romanum, regnum Hieroſolymitanum poſſeſſum à Saracenis regi Carolo legaſſe & donaſſe rectè, cùm ſemel Eccleſiæ fuerit.
o non poſſe. *Hal.*
p vel emptionis: *l.* 104. §. 1. *inf. eo.*
q Res in qua ſpes eſt poſtliminij, legari poteſt. Quis autem legatarij fructus fuerit? Heredi incumbit onus eius rei redimendæ ac recuperandæ. *Iaſ.*
r Quid ita optioni tacite ineſt repudiatio: ſi quidem vno electo ex pluribus aliud repudiatur, *d. l.* 5. *ſup. eo.* id autem filio ſine patre non licet, *l.* 13. *in fin. ſup. de adquir. hered.* Ita filiusfamilias ſine iuſſu patris optare legatum non poteſt.
ſ Vide ad hanc legem Cuiacium. 10. *obſ.* 38.
t *l.* 62. *inf. de leg.* 2.
u ea patri vel domino adquiritur, *l.* 79. *ſup. de adquir. hered.*
x vt ſcilicet emancipet filium, vel ſeruum, eique hereditatem reſtituat.
y hic pater (cuius filius eſt inſtitutus heres) cùm extero reſtituit hæreditatem fideicommiſſariam, quartam deducit, vt heres in effectu: cùm ipſi filio non deducit.
z quia ſi vt hæres reſtitueret, ſibi ipſi reſtitueret: quod eſt abſurdum, *l.* 41. *in fin. pr. ſup. de euictionib. Duarenus hic.*
a & ita legatum adcreuerit mihi ex cauſa lucratiua, *l.* 21. §. 1. *inf. de leg.* 3.
b ex teſtamentario. c eam non poſſe. *Contius.* d loco à Roma remoto *Horat.* 2. *Ode* 2. e & ita ſub conditione impoſſibili. f vtcunque ſit conditio impoſſibilis, *v. l.* 3. *inf de cond & demonſt.* g *l* 19. C. *eod.*
h legatum ſeruus an poſſit capere ex perſona eius domini; diiudicandum eſt de quo vide quæ ſcripſi ad *l.* 1. ℑ. *de verbor. oblig.*
i *l.* 82. § *vlt. inf de leg.* 2. *l.* 5. *inf. de ſeruitute legata.*
k *l.* 87. *inf. de cond & demonſt.* l vide tamen *verſ. interdum inf. eod.*

a Legati cauſa mutari poteſt vel in die vel in conditione, vel in totum ademptione. adde *l.* 75. *infr. de reg. iur.*
b *l.* 30. *in fin. infr. eodem.*
c *v. l.* 22. ℑ. *de legat* 3.
d *l.* 7. *in fin. inf. de ſupellect.* v. Cuiac. 14. *obſ.* 7.
e *l.* 49. *ſup. de ſolutionib.*
f *l.* 17. C. *eod.*
g & ſic nuda voluntate adimuntur legata, *l.* 3. *in fi.* ℑ. *de adimend.*
h *al.* quod *vel* quo ſ. cur.
i quia ineſt. *Hal.* *l.* 9. § 3. *ſup. de her. inſt. v. l.* 110. *inf. de reg. iur.* §
k omnibus.
l deficiens portio ſuperſtiti adcreſcit.
m & adcreſcet, *l.* 7. *inf. de reb. dub.*
n *l.* 34. §. 9. ℑ. *eo.*
o *l.* 122. §. 1. *inf. eodem.*
p *l.* 7. *in pr. inf. de reb. dub.*
q Filiæ legans etiam de poſtuma ſenſiſſe intelligitur, ſi mentionem aliqua parte teſtamenti poſtumæ fecerit: ſecus ſi non fecerit. Hunc tamen locum refert Iaſon ad verè poſthumos qui mortuo teſtatore naſcuntur, non ad natos, poſt teſtamẽtum viuo teſtatore: cum eos teſtator viderit, immo & dilexerit, *l. ſi cognatis* 19. *inf. de reb. dub.* *l. omnia* 32. *in fin. inf. tit. prox.* Quid ſi quis filiabus leget id quod eis neceſſitate præſtare tenetur, verbi gratia, dotem aut tutorem det? poſtumam contineri notant. *l. ſi quis filiab.* 5. ſ. *de teſt. tut.* vide Iaſonem *hic nu.* 26. & *ſeq.*
r vide quę ſcripſi ad *l.* 50. *inf. eo.* Teſtamenti (vt & legis & ſtatuti) verba ambigua, alia eius parte declarantur & interpretationem accipiunt. *vt hic.* Imò & teſtatoris aliis ſcripturis & epiſtolis, *l. alimenta.* 16. §. 1. ℑ. *de alimen.* vt per contrarium contractus verba declarantur ex verbis prolatis in vltima voluntate, *l. vxori* 33. *in fin. inf de leg.* 3. Ita fiet, vt vnà cum clauſula legati, legatario petenti ea ſit quoque edenda clauſula, ex qua ipſius legati clauſula interpretationem & lucem poteſt accipere, *Bart. Ang. Iaſ.* ſ *v. l.* 164. ℑ. *de verb ſign.*
t *Qua* particula diſtributiua, quæ vt vni, ita pluribus conuenit, vt, *quiſquis* & *quicunque.* u ἀρχαϊσμός. Varro Andabata, Hæc loca aliquid genunt. Lucretius 3. Tanto magis inficiandum, totum extra corpus durare genique. Priſcianus *lib.* 10. Geno pro Gigno vetuſtiſſimi protulerunt. Varro 4. *de re ruſtic.* Antequam genat ſiliquas.
x Singularis ſępe accipitur pro plurali, *vt hic.* filia pro filiabus, *l.* 81. §. 8. ℑ. *l.* 24. *l.* 25. *l.* 26. ℑ. *de hered. inſt. l. vlt.* ℑ *ad Treb.*
y Euidens quid eſt? quod etiam coniecturis colligitur *l. licet imperator.* 74. ℑ. *eo. l. quidam teſtam.* 30. *ſup. de vulgari.*
i Prælegata, hoc eſt legata nobis etiam inſtitutis, conſequimur iudicio familiæ erciſcundæ: h. e. pro parte: at ſi hereditatem repudiauerimus, actione ex teſtamento ſolidum conſequemur. a *l.* 91. §. 2. ℑ. *eo* *l* 4. § 11. ℑ. *de doli mal.* *v. l.* 12. C. *de legatis.* Legatarius pro parte & pro alia heres, hereditate abſtinere & legatum conſequi poteſt.
a v. quæ ſcripſi ad *l.* 16. C. *de fideic.* c *l.* 116. §. 1. ℑ. *eod.*

Ii 2

LEgata inutiliter data, Papinianus putat libro quæſtionum confirmari per repetitionem *a*, ‖id eſt, per hanc ſcripturam‖poſtea fortè in codicillis factam, *Hoc amplius ei heres meus dato*. & diuerſum eſſe in illa ſcriptura: *Quas pecunias legaui: quibus dies adpoſitus non eſt, annua, bima trima die, heres meus dare damnas eſto.* non enim hoc egiſſe teſtatorem, vt confirmaret quæ inutilia ſunt: ſed vt diem vtilibus prorogaret.

1 ¶ Idem eodem loco & in ſubſtituto impuberis ſcripſit: vt, ſi fuerit ab impubere inutiliter legatum, ſubſtitutus hoc debeat, ſi hoc amplius legatum ab eo ſit relictum aliquid, nec ille patri hæres extiterit, & deceſſerit.

2 ¶ In legato pluribus relicto, ſi partes adiectæ non ſunt; æquæ *b* ſeruantur.

Si vnus ex ſeruis legetur.

20. *Pomponius* ‖ libro 5. ad Sabinum. ‖

QVi duos ſeruos haberet, vnum *c* ex his legaſſet, vt non intelligeretur quem legaſſet *d*, legatarij *e* eſt electio.

De grege & inſula.

21. *Vlpianus* ‖ libro 15. ad Sabinum. ‖

GRege *f* legato, & quæ poſtea *g* accedunt, ad legatarium pertinent.

22. *Pomponius* ‖ libro 5. ad Sabinum. ‖

SI grege legato, aliqua pecora, viuo teſtatore, mortua eſſent, in eorúmque locum aliqua eſſent ſubſtituta *h*, eundem *i* gregem videri, & ſi deminutum ex eo grege pecus eſſet, & vel vnus bos ſupereſſet *k*, eum vindicari poſſe, quamuis grex deſiſſet eſſe: quemadmodum inſula legata, ſi *l* combuſta eſſet, area poſſit vindicari *m*.

23. *Paulus* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

SI quis bonorum partem legauerit, vt hodie fit: ſine fructibus *n* reſtituitur: niſi mora *o* interceſſerit heredis.

De re futura. 1. De vſufructu. 2. De augmento 3. De decremento rei legatæ. 4. De pronomine, Meum.

24. *Pomponius* ‖ libro 5. ad Sabinum. ‖

QVod in rerum natura adhuc non ſit *p*, legari poſſe: veluti, *quidquid illa ancilla peperiſſet*, conſtitit: vel ita, *ex vino, quod in fundo meo natum eſt*: vel, *fœtus tantum dato*.

1 ¶ Si vſumfructum *q* habeam, eumque legauerim: niſi poſtea proprietatem eius nactus ſim, inutile legatum eſt.

2 ¶ Si quis poſt teſtamentum factum fundo Titiano legato partem aliquam adiecerit *r*, quam fundi Titiani deſtinaret: id quod adiectum *ſ* eſt, exigi à legatario poteſt, & ſimilis eſt cauſa alluuionis *t* " & " maximè ſi ex alio agro, qui fuit eius, cùm teſtamentum faceret, eam partem adiecit.

3 ¶ Quod ſi poſt teſtamentum factum, ex fundo Titiano aliquid detraxit *u*, & alij fundo adiecit, videndum eſt, vtrùmne eam quoque partem legatarius petiturus ſit, an hoc minus: quaſi fundi Titiani eſſe deſierit: cùm noſtra deſtinatione fundorum nomina *x* & domus, non natura, conſtituerentur, & magis eſt, vt quod alij deſtinatum eſt, ademptum eſſe videatur.

4 ¶ Si nauem legauero, & ſpecialiter meam adſcripſero, eámque per partes totam refecero *y*. carina eadem manente, nihilominus rectè à legatario vindicaretur.

Si patri heredis legetur.

25. *Paulus* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

A Filio *z* hærede *a* etiam purè patri *b* legari poteſt. nec intereſt, an die cedente legati in patris poteſtate ſit. Igitur & ſi iuſſu patris adita ſit hæreditas. imputabitur ei in falcidiam.

Quid ſit legatorum nomine pertinere. 1. De interitu rei legatæ. 2. De parte bonorum.

26. *Pomponius* ‖ libro 5. ad Sabinum. ‖

NOn *c* amplius legatorum nomine ad quemquam pertinere videtur, quàm quod deducto eo quòd explendæ conditionis cauſa datum eſſet, ſupereſſet.

1 ¶ *Si certum corpus* hæres dare damnatus ſit? nec fecerit: quò minus ibi, vbi id eſſet, traderet, ſi *d* id poſtea ſine dolo & culpa hęredis perierit, deterior fit legatarij *e* conditio.

2 ¶ Cùm, *bonorum parte* legata, dubium ſit, vtrum rerum partes, an æſtimatio debeatur: Sabinus quidem & Caſſius æſtimationem, Proculus & Nerua rerum partes eſſe legatas exiſtimauerunt. Sed oportet hęredi ſuccurri *f*, vt ipſe eligat, ſiue rerum partes, ſiue æſtimationem dare maluerit. In his tamen rebus partem dare hęres conceditur, quę ſine damno diuidi poſſunt. ſin autem vel naturaliter *g* indiuiſæ ſint, vel ſine damno diuiſio earum fieri non poteſt, æſtimatio ab hærede omnimodo præſtanda eſt.

27. *Paulus* ‖ libro 9. ad Plautium. ‖

POteſt autem hæres vel paucioribus, vel in vna re relictam partem legatario dare: in quam vel legatarius conſenſerit, vel iudex *h* æſtimauerit, ne neceſſe haberet legatarius in omnibus *i* reb. vindicare portionem.

De debito legato creditori.

28. *Vlpianus* ‖ libro 19. ad Sabinum ‖

SI creditori meo, tutus *a* aduerſus eum exceptione, id quod ei debeo legem: vtile legatum eſt, quia remiſſa ei exceptio videtur. ſicut Ariſto ait: id quod honoraria actione mihi debetur, ſi legetur mihi, legatum valere: quia ciuilis mihi datur actio pro honoraria.

1 ¶ Marcellus libro vicenſimo octauo putat: rem quam ex ſtipulatu mihi debes, ſi legaueris: vtile eſſe legatum: vt neque *b* Falcidia hoc minuat.

29. *Paulus* ‖ libro 6. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SIn *c* autem neque *d* modo, neque tempore, neque conditione, neque loco debitum *e* differatur, inutile *f* eſt legatum.

De clauſula qua dies adiicitur legatis, quibus dies appoſitus non eſt.

30. *Vlpianus* " libro 19. ad Sabinum. "

TAlis ſcriptura, *quas pecunias g legaui, quibus dies adpoſitus h non eſt, eas heres meus annua, bima, trima die dato*: ad corpora legata non *i* pertinet: ſed ad ea, quę pondere, numero, menſura continentur.

1 ¶ Et ad ea tantùm legata pertinet, quibus dies non eſt adpoſitus. proinde ſi fortè purè legatum eſt ex hac adiectione prorogabitur.

2 ¶ Quid ſi fortè *centum* mihi legata ſunt *præſentia*? vtrum annua die *k* dabuntur, an verò præſentia: & ait Seruius, & Labeo, præſens deberi. Quamuis igitur ſuperuacua ſit hęc adiectio, quantum ad vim, & effectum legati pertinet: tamen ad hoc proficiet, vt præſenti die legatum debeatur.

3 ¶ Sed ſi *l in annos ſingulos* aut *ſingulos menſes* ſit legatum relictum: ceſſabit ea ſcriptura quia hoc legatum & initium *m* finem habet.

4 ¶ Sed & ſi ſub conditione ſit legatum relictum, poteſt dici, ceſſare annuam adiectionem: quia dies incertus *n* appellatur *o* conditio.

5 ¶ Cui congruit, quod Trebatius exiſtimat: ſi cui legetur, *quando annorum viginti erit*. vulgarem *p* hanc *q* clauſulam ceſſare.

6 ¶ Item ſi legetur pecunia, *quæ r in arca eſt*, vel vinum *quod in apothecis eſt*: dicendum eſt, ceſſare clauſulam: quoniam quotiens ſpecies legetur, ceſſare diximus.

7 ¶ Hanc *ſ* autem ſcripturam non ſolùm ad præcedentia *t* "ſola" legata, ſed ad vniuerſa, quę teſtamento adſcripta ſunt, extendi, Gallus Aquilius, Ofilius, Trebatius reſponderunt. idque verum eſt.

31. *Paulus* " libro 3. ad Sabinum. ‖

SEd etiam ad ea, quę codicillis confirmatis poſtea legata fuerint, hæc clauſula pertinet.

De legatorum repetitione à ſubſtituto pupilli. 1. De verbo homonymo. 2. De relicto parti ciuitatis.

32. *Vlpianus* " libro 20. ad Sabinum. "

SI quis à filio pupillo herede inſtituto, *cùm u is in tutelam ſuam veniſset*, pecuniam legauerit, & à ſubſtituto herede legata repetierat *x*, impubere *y* filio mortuo, ſecundus heres legatum non debebit. quod ita verum eſſe tam Sextus, quàm Pomponius putant, ſi repetitio *z* legatorum ad eum modum concepta ſit, ‖veluti: ‖ *Quæ à filio meo legaui, quæque dare eum iuſſi mihi heres eſſet, id heres meus a iiſdem diebus dato.* ſed ſi ita repetita fuerint *b*: *Quæ à filio meo legaui, heres meus dato*, purè repetita videbuntur legata, & duntaxat demonſtratio eorum facta. igitur & hoc ipſum legatum de quo quæritur pręſens debebitur.

1 ¶ Si quis plures Stichos habens, Stichum legauerit: ſi non apparet, de quo Sticho ſenſit: quem *c* elegerit, debet præſtare.

---

a l. 32 inf. eo. de particulis repetitioni ſeruientibus. vide Cuiac. 8. obſ. 36. ſanè τὸ *Amplius*. hac lege repetitionem inducit.

b arg. l. 23. in fin. C. eo. adde §. 6. Inſt. de hered. inſt.

c ex duobus ſcil. Aliud erit ſi vnum tantum legauerit: tunc enim heredis electio eſt, l. 32. §. 1. j. eo.

d 1. Quoties incertus ex certis legatus eſt, legatarij electio eſt.

e l. 2. inf. de optione. v. l. 106. inf. de verb. oblig. quid ſi duo ſint legatarij? is in eligendo præfertur, qui prior erit nominatus, argum. l. 34. ſup. de vſufr.

f 5 Harm. 10. §. 6.

i toto vniuerſali.

g §. 38. Inſt. eo. l. 3. inf. de inſtructo.

h l. 24. in fin. inf. eo. l. 65. §. 1. in fin. inf. de legat. 2. l. 16. l. 79. §. pen. inf. de legat. 3.

i l. 76. ſup. de iudiciis.

k In reſiduis vniuerſitatis ſupererit legatum, l. 10. in fin. l. 11. ſup. quib. mod. vſusfr. l. 38. inf. de auro.

l 5. Harm. 20. §. 7.

m Imò, eo caſu area vindicari non poteſt, l. 5. §. 1. ſup. quib. mod. vſusfr.

n l. 77. §. 19. inf. de legat. 2. l. 18 §. 1. §. 2. j. ad Trebell.

o l. 84. inf. de legat. 2. l. 26. j. de legat. 3. adde idem eſſe in legatis ad pias cauſas, l. 46. §. 4. C. de epiſcopis.

p ſed tamen eſſe poteſt, l. 15. l. 17. j. de legat. 3. §. 7. Inſt. eo. alias legatum erit inutile, l. 7. in f. j. de tritico.

q l. 20. C. eo.

r v. l. 1. C. finium regund.

ſ l. 3. j. de inſtruct.

t l. 16. j. de leg. 3. adde l. 16. §. de pignor.

u v. l. 8. §. eo. l. 65. j. de leg. 2. d. l. 3.

x v. l. 12. §. finium regund.

y v. l. 22. ſup. eo.

z Vlp. 24. §. 24. Legare à ſeruo hærede, ipſi domino ita poſſumus, §. 33. & ibi Theoph. Inſt. de leg.

a inſtituto ſcil.

b l. 91. j. eo. l. 17. in fin. j. quando dies legat.

c l. 70. in fin. pr. j. de leg. 2.

d interdum ſine detrimento hæredis moritur ſeruus legatus.

c l. 14. in fin. §. eo. l. 32. §. 2. j. de leg. 2. l. 22. in fin. l. 88. §. 2. j. de leg. 3. l. 18. in fin. j. de auro: l. 30. §. 2. j. ad leg. Falcid. §. 16. Inſt. hoc tit.

f l. 32 §. 7. j. de vſuf. legato. g indiuidua alia ſunt natura, alia lege. Natura, quæ naturaliter diuidi non poſſunt: lege quæ ſine damno diuidi non poſſunt.

h vel arbiter, l. 3. §. 2. j. de alimen. i i. in ſingulis.

a l. 13. inf. de lib. rat. legata.

b l. 1. §. 13. inf. de dote prælegata.

c Debitum differtur modo, tempore, conditione, loco, hic. & re ipſa, l. 1... mo, 55. inf eo. l. interdum 73. inf. de verb ob. His detractis præſenti die debetur ex ſtipulatione, l. 14 j. de reg. iur. in conſtituto decem dierum ſpatij eſt, l. promiſſ... 21 § 1. ſup. de conſtituta pecun.

d Cum obligationem differri dicit id eſt, modo, tempore, conditione, loco, quatuor terminos in decuſſem collocari & quaſi χιασμὸν facit quod & σχῆμα χιαστὸν vocant Græci. nam modo reſpondet conditioni, tempus loco vide Cuiac. 14. obſer. 24.

e mihi ſcil. l... verſ. contra inf. de liberatione. §. 14 ... eo.

f Legare creditor debitor quod ei ſe debeat non poteſt: niſi modo tempore, conditione, loco melior faciat creditoris conditionem, hic. adde Socin. reg. 220.

g Pecuniæ legatæ corpora non continentur, ſed ea tantùm quæ pondere numero, menſura conſtant.

h l. 54. j. de cond. & demonſt. Poſt hæc verba, quibus dies adpoſitus non eſt, Cuiacius putat eſſe ex interpretatione, non ex formula: idque apparere ex lege 19. ... eo vide Cuiac. ... obſeru. 19.

i Imò pertinet l. 178. inf. de verb. ſign.

k id eſt, tribus penſionibus compendium enim orationis hic affectat Tribonianus pro annua, bima, trima die, v. Cuiac. 7. obſ 20. dixi ad Vlp. 6. 13. l. 3. inf. de annuis.

l Legata in annos ſingulos ac menſes, initium & finem habent & quia initium finem habent, certa ſunt: diem habent, vt ne videantur ex eorum legatorum numero, quibus dies non eſt appoſitus. m Certa dicuntur quæ initium & finem habent. Certitudo eſſe cenſetur in his quæ initium & finem aliquem habent.

n Conditio, incertus dies dici poteſt.

o l. 75. infr. de cond. & demonſt. l. 8. C. de teſtam. manumiſſ. Conditio, dies eſt incertus. p annua, bima, trima die. q quæ prorogat legata purè relicta.

r Quoties quæ pondere, numero, vel menſura conſtant, non ſimpliciter legantur, ſed vti certo quodam loco concluduntur, non quantitatis, ſed ſpeciei legatum eſt. Ita pecunia quæ in arca eſt legata, ſpeciei eſt legatum ac corporis, non quantitatis, vt hic. Quis inde effectus? Pecuniæ legato, pecunia quæ ita in arca fuerit non continebitur. Quid ita? Pecuniæ legato, quantitates ſolæ continentur, non ſpecies, vt hic. non corpora, hac l. in pr.

ſ Qui ita loquitur, *Quas pecunias legaui*, (de hac enim ſcriptura loquitur Vlpianus de qua loquutus eſt huius legis initio) legata ea non tantùm intelligit, quę antea legauit, ſed & vniuerſa, hoc eſt ea, quæ poſteà legabit, eodem teſtamento; vt hic. Immo, & ea quæ legauerit in codicillis teſtamento confirmatis, l. 31. inf eo.

t l. 11. in fin. ſup eo l. 31. inf. eod. u Conditionem facit tempus certæ ætatis, puta pubertatis, adiectæ grauato. x Repetita à ſubſtituto qualitas, quæ legatum vitiat, in dubio non cenſetur, l. ſeruo. 113. §. ſi ab impubere, 4. inf eo. l. Titia 134. §. 1. inf de verb. oblig. Quid ita? ne actus pereat, l. quoties 12. j. de reb. dub.

y antequam veniret in tutelam ſuam. z vide l. 19. ſup. eo.

a Heres teſtatoris eſt is etiam, quem pupillariter filio ſuo quis ſubſtituit, vt hic, l. ſed ſi plures, 10. §. ad ſubſtitutos 5. ſup. de vulgari. l. vlt. C. de hered. inſtit.

b l. 37. in fin. l. 39. §. 6. inf eo. v. l. 20. ſup. eo. c quem heres elegerit vulg. imò quem legatarius elegerit, vide legem 106. infra de verborum obligationibus. Ita, Electio eſt hæredis, ſi certum aliquem teſtator ſenſerit, de eo tamen non

1 ¶ Si

conſtet. Cur hic incertitudo non vitiat legatum? Apparet ex nomine proprio rei legatæ adiecto, teſtatorem certi cuiuſdam habuiſſe rationem, licet in indiuiduo ac ſpecie is ſit incertus. Quid ſi incerta ſit perſona legatarij, an idem? ita putat Caſtrenſis ex *l. ſi quis ſeruum* 8. §. *ſi inter duos*. j. *de legat.* 2. quod Iaſoni diſplicet *l. ſi fuerit*. 10. *verſ. ſed etſi legatum. l. ſi quis de pluribus* 27. *inf. de reb. dub.* An idẽ in iudiciis, vt heres poſsit voluntatem defuncti declarare? nõ idem, ne reo fiat præiudicium. *Iaſ. hic.*

a Legari parti ciuitatis poteſt, modò ad cõmodum totius ciuitatis pertineat, *vt hic.* vt id legatum peti poſſe videatur à tota & vniuerſa ciuitate, licet eius parti ſit relictum. Quid: pars ciuitatis expulſa, poteſtne ſyndicum ſibi eligere? poſſe cenſet Bartolus *hic.* An parti ciuitatis improbatæ, puta ſectæ, legari poteſt? non poteſt. An pars ciuitatis quæ intra pomerium vel muros & ea quæ extra eſt, ſeparatim poſſunt alicui ciuitatem ipſã ſubiicere? negat Bart. Bald. Caſtr. Iaſ.

b Poteſt autem legari ciuitatibus, *Vlp.* 24. §. 28.

c 5. *Har.* 10. §. 8.

d An re & verbis, vt putant Dynus, Aretinus? An verbis tantum, vt Caſtrenſis? Iaſon dubius hæret inter vtroſque.

e Legatariorum eiuſdem rei vnus ex teſtamento actione perſonali: alter rei vindicatione experiri poteſt.

f *l.* 8. §. 1. j. *eod.*

g Quid ita? vide quæ ſcripſi ad *l.* 43. j. *de re iudicata.*

h Legata re eadem duobus ſeparatim, quilibet in dubio pro virili admittitur, non in ſolidum.

2 ¶ Si parti *a* ciuitatis *b* aliquid ſit relictum, quod ad ornatum, vel compendium reipublicæ ſpectat: ſine dubio debebitur.

De re pluribus legata.

33. *Paulus* ‖ libro 3. Regularum.

SI *c* pluribus eadem res legata fuerit: ſi quidem coniunctim *d*: etiam *e* ſi alter vindicet, alter ex teſtamento agat: non plus *f* quam partem *g* habebit is qui ex teſtamento aget.

¶ Quod ſi ſeparatim *h*, ſi quidem euidentiſsimè *i* apparuerit: ademptione à priore legatario facta, ad ſecundum legatum, teſtatorem conuolaſſe: ſolum poſteriorem ad legatum peruenire, placet. Sin autem hoc minimè apparere poteſt, pro virili *k* portione ad legatum omnes venire, ſcilicet *l* niſi *m* ipſe teſtator ex ſcriptura manifeſtiſſimus *n* eſt, vtrumque eorum ſolidum accipere voluiſſe. tunc enim vni pretium, alij ipſa res adſignatur: electione rei vel pretij *o* ſeruanda ei, qui *p* prior *q* de legato ſine fideicommiſſo litem conteſtatus eſt. ita tamen, vt non *r* habeat licentiam, altero electo, ad alterum tranſire.

1. De eadem re ſæpius in eodem teſtamento, vel duobus teſtamentis legata. 7. De emente rem ſibi legatam. 8. De eadem re duobus teſtamentis legata. 9. De legatariis coniunctis. 10. vel diſiunctis. 11. Si legetur heredi & extraneo. 12. Si legetur heredibus. 13. Si vnus ex legatariis heredi ſucceſſerit. 14. De duabus rebus alternatè legatis. 15. De fundo legato vt pro parte habeat.

34. *Vlpianus* ‖ libro 21. ad Sabinum. ‖

PLanè, vbi transferre voluit legatum in nouiſsimum, priori non debebitur: tametſi *ſ* nouiſsimus talis ſit, in cuius perſona legatum non conſtitit. At ſi coniuncti diſiunctive commixti ſint, coniuncti *t* vnius perſonæ poteſtate funguntur.

1 ¶ Si eadem *u* res ſæpiùs *x* legetur in eodem teſtamento: ampliùs, quàm ſemel peti non poteſt, ſufficitque, vel rem conſequi, vel rei æſtimationem.

2 ¶ Sed ſi duorum *y* teſtamentis mihi eadem res legata ſit: bis petere potero, vt ex altero teſtamento rem conſequar, ex altero æſtimationem.

3 ¶ Sed ſi non corpus ſit legatum, ſed quantitas *z* eadem in eodem teſtamento ſæpius: Diuus Pius reſcripſit, tunc ſæpiùs præſtandam ſummam, ſi euidentiſſimis probationibus oſtendatur teſtatorem multiplicaſſe *a* legatum voluiſſe. Idemque & in fideicommiſſo conſtituit. Eiúſque rei ratio euidens eſt, quòd eadem res, ſepiùs preſtari non poteſt. eadem *b* ſumma, volente teſtatore, multiplicari poteſt.

4 ¶ Sed hoc ita erit accipiendum, ſi non certum corpus nummorum ſæpius ſit relictum, vtputa *centum quæ c in arca habet*, ſæpiùs legauit, tunc enim fundo *d* legato eſſe comparandum credo.

5 ¶ Sed ſi pondus auri vel argenti ſæpius ſit relictum, Papinianus reſpondit, magis *e* ſummæ legato comparandum. meritò: quoniam non ſpecies certa relicta videatur.

6 ¶ Proinde & ſi quid aliud eſt, quod pondere, numero, menſura continetur, ſæpius relictum: idem erit dicendum. ‖ id eſt, ſæpiùs deberi, ſi hoc teſtator voluerit. ‖

7 ¶ Quòd ſi rem emiſſem *f* mihi legatam vſque ad pretium quod mihi abeſt, competet mihi ex teſtamento actio.

8 ¶ Et multo magis hoc dicendum eſt, ſi duobus teſtamentis mihi eadem res legata ſit: ſed alter me reſtituere rogauerit, vel ipſam rem, vel aliud pro ea. aut ‖ ſi ‖ ſub conditione legaſſet dandi quid pro ea. nam hactenus mihi abeſſe res videtur, quatenus ſum præſtaturus.

9 ¶ Si coniunctim *g* res legetur, conſtat partes *h* ab initio fieri. nec ſolum hi partem *i* faciunt, in quorum perſona conſtitit *k* legatum: verùm hi quoque in quorum perſona non conſtitit legatum. vtputa ſi Titio, & ſeruo proprio ſine libertate *l*.

10 ¶ Sed ſi in pupillari teſtamento alij eandem rem legauerit, quam mihi in ſuo teſtamento legauit: Iulianus ſcribit, concurſu *a* partes nos habere. interim igitur partem habebit is, cui in ſuo teſtamento legauit.

11 ¶ Si duobus res ſit *b* legata, quorum alter heres inſtitutus ſit: à ſemetipſo ei legatum inutiliter videtur ideóque quod ei à ſe legatum eſt, ad collegatarium pertinebit.

12 ¶ Inde dicitur: ſi duo ſint heredes, vnus ex vncia, alter ex vndecim vnciis: & eis fundus legatus ſit: vnciarum hæredem vndecim partes in fundo habiturum *d* coheredem vnciam.

13 ¶ Planè ſi alter ex legatariis, heres extiterit heredi, à quo legatum erat relictum: non ideò minus partem collegatario faciet: retinet enim pro parte legatum.

14 Si ita Titio legetur, *fundum Seianum vel vſum-fructum eius ſibi habeto*: duo eſſe legata & arbitrio *e* eius eſſe, an velit vſumfructum vindicare.

15 ¶ Sed & ſi quis ita leget, Titio *fundum do, lego, vt eum pro parte habeat*: mihi videtur poſſe dici, partem habiturum: videri eum fundi, appellatione non totum fundum, ſed *f* partem appellaſſe. nam & pars *g* fundus rectè appellatur.

De manumiſſione ſerui legati.

35. *Paulus* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

SI ‖ heres ‖ alienum hominem dare damnatus ſit, & hic à domino *h* manumiſſus ſit: nihil ex hoc legato debetur *i*.

De perplexitate exceptionum. 1. De exceptione. 2. De particula Et, & particula Cum *2. De interitu rei duobus legatę.*

36. *Pomponius* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

T*Itia textores meos omnes, præterquàm quos hoc teſtamento alij legaui. lego. Plotiæ vernas* k *meos omnes, præterquàm quos alij legaui, lego* l. cùm eſſent quidam ‖ & ‖ vernæ iidem & textores: Labeo ait: quoniam nec quos Titiæ textores non legauerit, aliter apparere poſsit, quàm ſi cognitum fuerit, quos eorum Plotiæ legauerit; nec quos Plotiæ *m* legauerit, poſſit: neutrius legato exceptos eſſe eos, de quibus quæritur: & ideo communes *n* ambobus eſſe: hoc enim iuris eſt, & ſi neutrius legati nomine quicquam eſſet exceptum.

1 ¶ Quòd ſi hoc modo eſſet legatum, *textores omnes præter vernas*: & rurſus: *vernas omnes præter textores*: qui & verna & textor eſſet, neutri fuiſſe legatum.

2 ¶ Nihil *o* diſtat: vtrùm ita legetur. *Titio, & Mæuio*, an ita, *Titio cum* p *Mæuio*. vtrobique enim coniunctim legatum videtur.

3 ¶ Si alteri *q* Stichum heres dederit, quem duobus dare damnatus fuerat: & antequam interpellaretur ab altero *r*, Stichus mortuus *ſ* eſt. heres non tenetur: quia nihil *t* per eum factum intelligitur.

De legato generali. 1. Si teſtator de re certa ſenſit: nec apparet, de qua cogitauit.

37. *Vlpianus* ‖ libro 21. ad Sabinum. ‖

LEgato generaliter relicto veluti *hominis* Gaius Caſſius ſcribit: id eſſe obſeruandum, ne optimus *u*, vel peſſimus *x* accipiatur *y*. quæ ſententia reſcripto Imperatoris noſtri, & Diui Seueri iuuatur: qui reſcripſerunt homine *z* legato actorem *a* non poſſe eligi *b*.

1 ¶ Si de certo fundo ſenſit teſtator, nec appareat de quo cogitauit, electio *c* heredis erit, quem velit dare: aut, ſi appareat, ipſe fundus vindicabitur.

¶ Sed & ſi lancem legauerit; nec appareat, quam, æquè electio eſt heredis, quam velit dare.

De acquiſitione, & repudiatione pro parte. 1. De effectu repudiationis.

38. *Pomponius* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

LEgatarius *d* pro parte adquirere, pro parte *e* repudiare legatum non poteſt, heredes *f* eius poſſunt vt alter eorum partem ſuam adquirat, alter repudiet.

1 ¶ Si legatum nobis relictum conſtituerimus nolle ad nos pertinere, pro *g* eo erit, quaſi nec legatum quidem ſit. & ideo dicimus, nec confuſas ſeruitutes, ſi fortè prędium mihi legatum prædio meo debuerit ſeruitutes. & integra furti actio manebit, ſi ſeruus legatus ſit ‖ ei, ‖ cuius nomine furti agere poterit legatarius.

De fuga aut abſentia ſerui legati. 1. De fructibus & cæteris acceſſionibus & rei legatæ interitu. 2. Si res vẽdita ante traditio-

a vt vno non petente, alteri adquiratur *l.* 1. §. 2. 3. j. *de vſuf. adcreſc.*

b al. res ſit legata.

c *l.* 116. §. 1. j. *eod.*

d *l.* 104. §. 3. 4. *inf. eodem.*

e adde *l.* 23. *inf. de leg.* 2. *l.* 10. *inf. de vſufructu legato.*

f Fundi appellatione, pars venit.

g Partis fundi appellatione, totus ipſe fundus intelligitur, vide *l.* 60. *inf. de verb. ſignif.*

h vel à prætore, præmij cauſa, *l.* 12. *ſup. de Silaniano.* & ſi c[f]actum heredis non interuenit, §. 6. *Inſtit. de legat.*

i Si res aliena deſiit poſſe præſtari ſine facto debentis, iam nec æſtimatio ſoluetur. *Zaſ.*

k id eſt, dominatos vernas, *Varro* 9. *de lingua* v. *l.* 15. j. *de auro.* vere natos, quod tempus anni maximè naturale fœturæ eſt, *Feſtus, Nonius*, verna οἰκογενής vide Cuiac. 10. *obſer.* 17. hoc autem vocabulo, *verna*, ſignificamus ſeruos domi noſtræ natos. vide *Robert.* 2. *ſent.* 13.

l hinc oritur perplexa petitio. Titia petit textores omnes, etiam vernas, cùm non apparet à ſuo legato vllos textores eſſe exceptos. Plotia contra petit omnes vernas, etiamſi ſint textores: cum non apparęat à ſuo teſtamẽto vllos vernas eſſe exceptos.

m Plotiæ vernas non legauerit, intelligi poſsit, *Haloand.*

n Si duobus (puta Titiæ & Plotiæ) certi generis (putà textores & vernas) ſerui legentur, ij communes erunt qui de vtroque participant, etiamſi obſcurè excipiantur: clarè excepti, ſunt neutrius. *Zaſ.*

o *Et, Cùm* hę, inquam, particulæ eandem vim habẽt: vtræque coniunguntur.

p *l.* 112. §. 2. *inf. eod. l.* 7. *in fin. ſup. de vſufr. adcreſc. l.* 40. *inf. de vſu & vſufr. leg.*

q id eſt, vni ex legatariis.

r id heredi licet.

i *l.* 7. *in fin. C. eod.* k *l. vn.* §. 11. *verſ. ſin. autem diſiunctim, C. de caduc.* l *Scilicet* particula: declarat & reſtringit, *l. iuſiurandum quod ex conuentione* 17. §. *procurat.* 3. *ſup. de iureiur. l.* 7. §. *vlt.* j. *ſoluto matrim.* m *d.* §. 11. *verſ. hac autem ita.* n Manifeſtiſſimum quid? vel id quod ex coniecturis colligimus: *l. licèt* 74. *inf. eod.*

o *v. l.* 20. j. *de leg.* 3. p Occupantis melior eſt conditio. q Litis conteſtatione lis occupatur, *l.* 32. *ſup. de probat.* r *l.* 20. *inf. de optione.* Electio in vltimis voluntatibus mutari non poteſt. ſ *l.* 20. *inf. de adimendis.* Inutilis tranſlatio, legatum perimit.

t aduerſus diſiunctos ſc. facit *l.* 7. *ſup. de vſufr. adcreſc.* u 5 *Harm.* 10. §. 31.

x *l.* 23. *in fin. C. eo. v. l.* 66. j. *de leg.* 2. *l.* 11. j. *qui omiſſa cauſa teſtam. l.* 1. §. *pen. inf. de dote prælegat.* Species (& quæ ad ſpeciem accedunt) ſæpe legatæ ſemel tantùm debentur: niſi in duorum teſtamentis, excipe etiam §. 3. *inf. eo.* adde *l.* 10. j. *de leg.* 2.

y *v.* §. 6. *Inſt. eo. l.* 66. *inf. de leg.* 2. z *l.* 87. *in fin. pr.* j. *de leg.* 2. De differentia corporis & quantitatis vide Cuiac. 14. *obſ.* 19. adde *l.* 94. *inf. de ſolutionibus.*

a adde *l.* 29. *ſup. de iure dot.* b *l.* 21. §. 1. *in fin. de leg.* 3. c *v. l.* 30. §. 6. *ſup. eo.*

d id eſt, rei legato. e Ponderis auri, & ſummæ legatæ ſimilitudo, & à ſpecie certa differentia. adde quæ ſcripſi ad *l.* 1 *ſup. de contr. empt.*

f *l.* 108. §. 4. §. 5. *inf. eo.* g *l.* 75. j. *eo.* h Partes fieri dicuntur alicui, quoties vno ex duobus coniunctis non percipiente, alteri pars adcreſcit.

i Partem hi faciunt, non quorum perſonæ in diuiſione hereditatis partem accipiunt: ſed cùm eius qui repudiat aut incapax eſt, pars coniuncto adcreſcit.

k Quod ab initio, in vno legatariorum conſtitit, alteri non adcreſcit *l.* 16. *ſup. eo. l.* 84. §. 8. j. *eo. l.* 7. *inf. de leg.* 2. *v. Vlp.* 4. §. 12. l legetur ſcilicet.

ſ vide Manticam 19. *de coniect.* 12. t Eadem eſt ratio in lege 114. *in fin.* j. *eod.* adde *l.* 45. j. *de oblig. & act.* u *l. vlt.* §. 1. *in fin. C. comm. de legatis.*

x *l.* 110. *inf. eo.* y ſed mediocris, *l.* 14. *in fin ſup. eo. l.* 39. §. 6. *inf. eo.*

z Homine ſeu ſeruo legato, actorem ſeruum eligere non poſſumus. Actor enim inter ſeruos potiorem locum obtinet. *v. l.* 35. §. 2. *C. de donat.*

a Actor enim ſeruos, ſummus cenſebatur inter ſeruos, actum enim domini gerebat, & plerumque ei notæ meliùs erant res domini, quàm ipſimet domino, vide *l.* 17. *ſup. de peculio.*

b Electio in legatis, legatarij eſt, *vt hic.* quod obtinet in vindicationis legato,

c *l.* 32. §. 1. *ſup. eo.* quin & minor, ſi is vtilis aliquo modo eſſe poſsit: vide Socinum *regula* 212. d 5. *Harmenop.* 10. §. 5. e *l.* 4. *l.* 6. *l.* 58. *inf. de leg.* 2. adde Pau. 3. *ſent.* 6. §. 12. adde *l.* 1. *ſup. de adquir. hered.*

f Heredibus interdum plus iuris competit, quàm teſtatori.

g *l.* 44. §. 1. *l.* 86. §. 2. j. *eod. l.* 26. *C. de fideicomm.*

nem legetur venditori. 3. Vel extraneo. 4. De lapide cædendo. 5. De oneribus præteritis ab herede ſoluendis. 6. De verbo homonymo. 7. De re aliena. 8. De re principis. 9. De re vniuerſitatis. 10. De re principis.

39. *Vlpianus* ‖ libro 21. ad Sabinum. ‖

CVm *a* ſeruus legatus in fuga *b* ‖ eſſet, ‖ vel longinquo abſens exigatur, operam præſtare heres debet, vt *c* eam rem requirat, & præſtet. & ita Iulianus ſcribit, nam & ſumptum an in hanc rem facere heres deberet, Africanus ‖ libro vicenſimo epiſtolarum. ‖

APud Iulianum quærit: putátque, ſumptum præſtandum. quod & ego arbitror ſequendum.

1 ¶ Fructus *d* autem hi deducuntur in petitionem, non *e* quos heres percepit, ſed quos legatarius percipere potuit. & id in operis ſeruorum, vel vecturis iumentorum, vel naulis *f* nauium dicendum.

¶ Quod in fructibus dicitur, hoc *g* & in penſionibus vrbanorum ędificiorum intelligendum erit.

¶ In vſurarum autem quantitate mos *h* regionis erit ſequendus: iudex igitur vſurarum modum æſtimabit, & ſtatuet.

¶ Ipſius quoque rei interitum poſt *i* moram *k* ‖ debet, ſicut *l* in ſtipulatione, ‖ poſt moram res interierit, ęſtimatio eius prętatur. Item partus *m* ancillarum.

¶ Et ſi ſeruus fuerit legatus: & hereditas *n*, vel legatum, vel quid per eum adquiſitum ſit, heres pręſtare debet.

2 Si Titius à me rem emiſſet: & eandem *o* mihi legaſſet, antequam *p* ei traderem: mox *q* ei tradidero, & pretium recepero: videtur *r* quidem is prima *ſ* facie rem mihi meam *t* legaſſe, & ideo legatum non conſiſtere. ſed ex *u* empto actione liberatus, vtique per *x* legatam rem vindicare potero, quam tradidi. Sed ſi *y* nondum erat ſolutum mihi pretium *z*, Iulianus ſcribit: ex vendito quidem me acturum, vt pretium exſequar: ex *a* teſtamento verò, vt rem, quam vendidi, & tradidi recipiam.

¶ Idem ſubiungit: ſi pretium quidem mihi erat ſolutum, rem autem nondum tradideram: ex teſtamento me agentem liberationem *b* conſequi *c*.

3 ¶ Idem Iulianus ſcribit: ſi fundum teſtator, quem ab alio emerat *d*, mihi legauit: heredem cogendum *e* mihi actionem *f* ex empto pręſtare: ſcilicèt ſi nondũ res tradita fuerit vel defuncto *g*, vel heredi *h*

4 ¶ Si quis alicui legauerit, *licere a lapidem cædere*, quęſitum eſt: an etiam ad heredem hoc legatum tranſeat: & Marcellus negat, ad heredem tranſmitti *b* niſi *c* nomen heredis adiectum legato fuerit.

5 ¶ Heres *d* cogitur legati prædij ſoluere vectigal *e* pręteritum *f*, vel *g* tributum, vel ſolarium *h*, vel cloacarium *i*, vel pro aquæ forma.

6 ¶ Scio ex facto tractatum, cum quidam duos fundos eiuſdem nominis habens, legaſſet fundum Cornelianum: & eſſet alter pretij maioris, alter minoris: & heres diceret minorem legatum, legatarius maiorem. volgò fatebitur *k*, vtique minorem *l* enim legaſſe ſi maiorem non potuerit docere legatarius.

7 ¶ Conſtat, etiam res alienas *m* legari poſſe: vtique ſi parari poſſint *n* etiamſi difficilis *o* earum paratio ſit.

8 ¶ Si verò Saluſtianos hortos, qui *p* ſunt Auguſti, vel fundum Albanum, qui principalibus vſib. deſeruit, legauerit quis: furioſi *q* eſt, talia *r* legata teſtamento adſcribere.

9 ¶ Item campum *ſ* Martium, aut forum *t* Romanum, vel ędem ſacram *u* legari non poſſe conſtat.

10 ¶ Sed & ea prędia Cæſaris, quæ in *x* formam patrimonij redacta ſub procuratore *y* patrimonij ſunt, ſi legentur, nec *z* ęſtimatio eorum debet pręſtari. quoniam commercium eorum, niſi *a* iuſſu *b* principis non ſit: cum *c* diſtrahi non ſoleant.

De re aliena.

40. *Idem* ‖ libro 2. Fideicommiſſorum. ‖

a 5. *Harm.* 10. §. 10. b *l.* 84. §. 10. ꝭ *eo.* c *l.* 69. *in fi.* ꝭ. *eod.* d adde Paul. 3. *ſent.* 6. §. 46. e De fructibus percipiendis qui tenetur heres (idem in malæ fidei poſſeſſore, *l. præterea* 20. *l. ſi nauis* 62. *in fi. ſup. de rei vindic.*) eos fructus præſtat non quos ipſe, ſed quos aduerſarius percipere potuiſſet, vt in fructibus percipiendis habeatur ratio petitoris, non poſſeſſoris. Quod obtinet in fructibus prædij vrbani, ruſtici, & aliis, *vt h.* f *v. l.* 6 *ſuprà qui potiores.* g Argumentum à fructibus ad penſiones nota. h *l.* 1. *ſup. de vſur.* i Fructus omnes, vt & alias acceſſiones naturales & ciuiles, heres poſt moram ſuam, præſtat legatario: ſi modò legatarius legatum petat actione perſonali ex teſtamento (quemadmodum in bonæ fidei iudiciis ſit, *l. mora* 32. §. *in bonæ,* 2. *l videamus* §. *ſi actionem* 6. ꝭ. *de vſur.* Sin legatum petat rei vindicatione (vt ſi res legata ſit ipſius legatarij) fructus etiam ante moram heredis percipiet: ab eo nimirum tempore, quo rei legatæ factus eſt dominus: id eſt à tempore aditæ hereditatis, *l. ſi tibi homo* 86. §. *cùm ſeruus* 2. ꝭ. *eo* tanquam perceptos ex re propria, *l. Herennius* 42. *ſup. de vſu. l.* 1. *l.* 2. *C. de vſur. & fruct. rei leg.* Ita titulus non excuſat heredem à fructibus percipiendis quod videtur eſſe contra *l. ſi fundum* 17. *C. de rei vindic.* Quid ita? in re legata, legatarius eſt quaſi heres *l. id tempus* 14. *in fin.* ꝭ. *de vſucapionib. l. quod in rerum* 24. §. 1. *ſup.* ꝭ. *eod.* k vel poſt culpam ſuam & delictum, *l.* 47. *in fin.* ꝭ. *eo.* l Atqui fructus in iudiciis ſtricti iuris debentur à litis conteſtatione: in bonæ fidei, à mora. *l. cùm fundus* 3. *ſup. ſi certum l. videamus* 38. §. *ſi actionem* 7. *ſup. de vſur.* In vtroque iudicio poſt moram & interitum, debetur æſtimatio (atque ita ſimilitudo eſt contractuum ſtricti iuris & vltimarum voluntatum, *l. ſi ex legati cauſa* 23. ꝭ. *de verb. obl.*) in fructibus, alia ratio eſt inter iudicia bonæ fidei & ſtricti iuris. m Partus poſt moram hæredis, debetur legatario. *vt hic.* Quin, ante moram debetur, ſi partus ſit perceptus ex re propria ipſius legatarij, *l. ſi tibi homo.* 86. §. *cum ſeruus* 2. ꝭ. *eo.* n *l.* 86. §. 2. *in fi.* ꝭ. *eo.* o Legari mihi res mea poteſt, in qua alius ius habet: *l. ſenatus* 43. § *qui ab hoſtib. inf. eo.* aut quæ mihi auocari poteſt, *vt hic. l. in bello* 12. §. *ſi quis* 7. *inf. de capt.* aut dubio iure mea eſt. p Legatum non extinguitur mutatione rei legatæ facta ab alio quam teſtatore, *l. quod in rerum* 24. §. 1. *ſupra eo.* quod extinguitur, ſi teſtator voluntate vltrò ac ſponte dominium eius alienet, *l. fideicomm.* 21. §. *ſi rem* 12. ꝭ. *de leg.* 3. q etiam ex interuallo: Ita *mox* particula interdum magnum ſpatium continet. *l. ſed & ſi quid* 22. §. *ſi operas* 2. *ſup. de vſufr.* r Si teſtator legat venditori rem quam ab eo emit: deinde legatarius idémque venditor eandem rem tradiderit teſtatori, pretio recepto, huiuſmodi traditione non videtur legatarius ius legati abdicare. ſ Prima facie videri qui dicit, deinde contrarium definit, diſcedit à priori opinione, *c. ad audientiam. de reſcr.* ſi nihil poſt definit, qui prima facie videri ſibi ait, definiiſſe rem, ipſis verbis ſatis intelligitur, *l. vnic.* §. *ſi vero non omnes. C. de caduc.* t licèt res mea mihi legari non poſſit *l.* 13. *C. eo.* ſi tamen tu in re mea ius habeas, huius iuris reſpectu mihi rem meam legare poteſ. u Venditor tradens rem emptori liberatur actione ex empto: etiamſi non tranſtulerit dominium: forte quia non erat dominus, *l. ex empto* 11. ꝭ. *de act. empt.* x Liberationis legatum in actionem verti hinc colligunt. facit *l. quod mihi, inf. de liberatione.* y Venditor ante receptum pretium, rem ſimpliciter tradens, fidem habere de pretio intelligitur: niſi contra denunciet: atque ita transfert dominium. z tunc fidem habui de pretio, *l.* 19. *ſup. de contrah. empt.* a Rem & pretium eius ſimul interdum conſequimur, quoties nimirum actiones variis ex cauſis oriuntur: vt hic actio ex contractu oritur ad pretium, ex teſtamento, ad rem ipſam: aliàs rem ſimul & pretium conſequi non poſſumus, *l.* 1. *C. ſi ſeruus extero: l. reſcriptum.* 10. § *ſi pacto* 1. *ſup. de pact. l. prædia* 28. *ſup. de act. empt.* b Legans ſibi debitum ipſi debitori liberationem videtur legare. de quo tamen vide hic Iaſonem *num.* 4. dicam etiam paulo poſt. c Legata quæ tendunt ad liberationem, actionem pariunt Zaſ. *num.* 11. d & necdum à venditore per traditionem acceperat. e Legato nomine, hæres nomen teſtatoris, & actionem ex eo nomine competentem cedendo, ſe ac defunctum pariter liberat, *l. ſeruum filij* 44. §. *cum chirographum* 5. ꝭ. *eo.* f Legans rem ſibi debitã, intelligitur legaſſe actionem, quam habet ad rem. Zaſ. adde § 21. *Inſt. eo.* Imò quiddam aliud quàm actioné. hoc enim caſu legatarius nõ experitur ſine ceſſione, *vt hic.* cùm actio legata eſt, experitur vtili actione *l. ex legato* 18. *C. de leg.* vide Cephalum 1. *conſ.* 15. *num.* 7. g Legans rem ſibi debitã ab extraneo, etſi tacitè videatur legare nomen debitoris, ſi tamẽ teſtator poſt teſtamentũ eam rem à debitore exegerit, non extinguit legatum. *vt hic.* ſecus ſi dixerit, lego nomen debitoris Titij: quoniam id exigendo extinguitur legatum, *l. fideicomm.* 6. §. *ſi rem* 12. ꝭ. *de leg.* 3. h Legans ſimpliciter rem ſibi debitam ex contractu emptionis, nondum tamen ſibi traditam, actionem ex empto legaſſe intelligitur cogitur enim heres teſtatoris legatario actionem ex empto præſtare.

a Legato factum cohærens, perſonæ legatarij cohæret, vt ne tranſeat faciendi ius ad heredem (tametſi ſolet dici eãdem perſonam eſſe teſtatoris & heredis: idem ius eſſe in herede quod in eius auctore) niſi nominatim dictum ſit, vt heredi quoque ius faciendi eſſet. Quid? quo iure factum hic dicitur cohærere legato & perſonæ legatarij? An quia incertum & infinitum qualitate & tempore: cum teſtator legat, *licere lapidem cædere,* neque adiicit, modum tempúſve cædendi, vt putat Iaſon. Quid? cùm hoc ius in heredem non tranſire hic dicatur; licétne legatario quamdiu vixerit ſæpius ac ſæpius, an verò ſemel tantum lapidem cædere? arg. *l.* bones 89. §. *hoc ſermone,* ꝭ. *de verb. ſign.* Hoc ait Aretinus? Caſtrenſis addubitat: Iaſon annuum legatum eſſe ait, arg *l. cum quidam* 23. ꝭ. *de annuis.* b eſt enim perſonale legatum, *v. l.* 22. ꝭ. *de vſu & vſufr. leg.* c *v. l.* 92. ꝭ. *de verb. obl.* Renunciare emphyteuſi pro ſe & liberis acceptæ patrem non poſſe hinc colligunt, cum caſus contingens in perſona legatarij, non noceat eius heredibus *hic.* & duæ quaſi conceſſiones videantur, vna patri, altera liberis facta, *l. ſtipulatio iſta* 38. §. *ſi quis ita* 10. ꝭ. *de verb. obl. l. vlt. ſup. de pact. Dyn. Ray. Bald. Salyc. Flor. Raphaël, Caſtrenſ. Iaſ.* niſi fortè pater adquiſiuiſſet emphyteuſin pro ſe & liberis heredibus, In hoc enim propoſito liberi heredis facto, & renunciatione patris obligantur. *Imola, Alex.* d Heres cogitur ſoluere vectigalia & onera publica merè realia pręterita, hoc eſt rei legatæ cohærentia, *vt hic.* Cur præterita ſoluere cogitur? prædium huiuſmodi onerum nomine obligatum cenſetur, *l. Imperatores* 7. ꝭ. *de publ. l.* 1. *C. in quib. cauſ. pignus tacitè.* ſed & fructus præteriti temporis ex ea re legata percipit heres, §. 1. ꝭ. *eod.* Igitur & hoc onus ſentire debet. Quid ſi tale vectigal viuo teſtatore indictum, & eius ſolutio poſt mortem eius incidat? Heres id vectigal præſtare etiam cogitur, vt impoſiti vectigalis habeatur potius ratio, quàm temporis quo ſolui vectigal debet. *Caſtr. Alex. Aretin. Bald. Iaſ.* Quid ſi vectigal ſoluendum par ſit fructibus rei legatæ? Cynus putat tributi in futurum præſtandi onus ad heredem pertinere. *arg. l. qui concubinam* 29. *l. qui quatuor* 30. §. *qui hortos* 1. ꝭ. *de legat.* 3. ne legatum alioqui penitus inutile reddatur. e Hypothecam tacitam in collectis induci hinc colligunt, vt bona allibrata & acaſtrata (ſic enim loquuntur Itali) pro collectis ſint tantùm ſubiecta hypothecæ *l.* 1. *C. in quib. cauſis pignus* ac niſi collectæ ſoluuntur, poſſint vendi, *l. vlt. C. ſine cenſu. & C. de vendend. bonis fiſci, l. Imperatores* 7. ꝭ *de publ.* Imò vendi poſſunt pro pœnis etiam impoſitis, *Alex. in notis ad Bart. in l. creditor* 12. ꝭ *de act. empt.* adeò vt poſt ea ſolenniter vendita debitor non admittatur offerens collectas: ſecus ſi non ſolenniter vendita *l.* 1. *C. de fide & iure haſt. fiſc. Bald. in l.* 1. *C. ſi propter publ. cenſit.* f idque ratione legatarij, aliàs ipſe fiſcus poteſt, ſi vult, ab ipſo prædio, i. à legatario, vel emptore & poſſeſſore, tributum exigere, *l.* 7. ꝭ. *de public. l.* 36. ꝭ. *de iure fiſci: l.* 5. *in fin.* ꝭ. *de cenſib. l.* 1. *C. de annon. & tribut.* g Vectigalis, tributi, ſolarij, cloacarij, & aquæ formæ differentia. h de quo vide *l.* 15. *in fin.* ꝭ. *qui potior.* i *l.* 27. §. 3. *ſup. de vſufr. adcreſc.* k *al.* fatebatur. Porrò his verbis, *volgò fatebitur*: nihil aliud ſignificatur, quam vulgò & paſſim receptum eſſe: vel vulgus etiam id dicturum. l Minimum de incertis legare teſtator intelligitur: vt ea in re electio ſit heredis eius non legatarij. *v l.* 14. *in fi. l.* 37. ꝭ. *eod.* adde *l.* 43. *in fin.* ꝭ. *de leg.* 2. *l.* 29. *l.* 75. ꝭ. *de leg.* 3. m Alienas res legare (vt & eas quarum difficilis paratio ſeu adquiſitio eſt) poſſumus, *vt hic.* ſcientes tamen, vel coniunctæ perſonæ, *l. cùm alienam* 10. *C. de leg. l. vnum ex familia* 67. §. *ſi rem* 8. ꝭ. *de legat.* 2. An & in re aliena hæredem inſtituere? non poſſumus etiam ſi ſcientem, *l. vlt. C. de hered. Inſt.* Quid ita? An quia legatum præcipuè ac ſecundariò rem legatam reſpicit: heredis verò inſtitutio, perſonam, vt Bald. & Iaſon notant. n aliàs non *l.* 14. *in fin.* ꝭ *de leg.* 3. *l.* 4. § 1. ꝭ. *de ſtatulib.* o Difficultas præſtationis non vitiat legatum, *vt hic.* quia nec vitiat contractum etiam ſtricti iuris, *l. continuus* 137. §. *Illud* 4. ꝭ. *de verb. oblig. l. In teſtamentis* 12. *inf. de regul.* p qui non ſunt in commercio. q Furioſus videtur qui hortos Auguſti aut rem principis vſui ſeruientem legat. *vt hic.* Ita furor ex ſermone eius de quo agitur, probatur, adde *l. quidam in ſuo* 8. *de cond. inſtit.* r Difficile admodũ, impoſſibile. Quis inde eſt effectus? huiuſmodi difficultas rei legatæ cohærens legatũ vitiat, adeò vt nec æſtimatio quidem debeatur. An idem ſi talis difficultas tempori pręſtationis rei legatæ cohæreat aut conditioni? vide *l. ſi mihi & tibi* 12. §. *ſi quis* 1. ꝭ. *eo. l.* 1. ꝭ. *de cond. inſt.* ſ §. 4. *inſtit. eo.* ibi dixi ad Theophilum. t *l.* 137. §. 6. ꝭ *de verb. obligat.* u *Vlpian.* 24. §. 9 x In formam patrimonij Cæſaris prædia redigi dicebantur, quæ patrimonio Cæſaris (veluti corpori alicui ſuo) iungebantur. y Procurator patrimonij, qui & rei priuatæ procurator. Meminit huius Procuratoris Capitolinus *in Macrino.* Fuit autem inſtitutus primum à Seuero poſt Clodium Albinum victum, teſte Spartiano. Antea rei familiari principis, liberti plerumque, nonnunquam equites, ſine aliqua muneris & adminiſtrationis forma duo pluréſve præficiebantur, *Tacit.* 3. Hic procurator rei dominicæ appellari cœptus, *l. penult. C. de conuen. fiſci debit.* cui ſimilis fuit poſterioribus temporibus, Comes rerum priuatarum, de quo dixi *C. de off. Comit. rer priuat.* z Legatorum (quorum omnino difficilis ac impoſſibilis præſtatio eſt) ne quidem æſtimatio debetur, *vt hic.* Quid ſi ignarus teſtator coniunctæ perſonæ rem principis legauit? Raphaël putat æſtimationem deberi: quia ſi ſciuiſſet principis eſſe, aliud legaſſet, *l. ſi quis inquilinos* 112. ꝭ. *eo.* quod Caſtrenſis & Alex. non probat. a Impoſſibile cenſetur, quod priuati expedire non poſſunt, ſine principis vel domini ſui conſenſu, adde *l* 24. §. 1. & §. 2 ꝭ. *de fideicomm. libert.* vide tamen *l. quidam relegatus* 5. ꝭ *de rebus dub. l. intercidit* 59. ꝭ. *de cond. & demonſtr.* b *l.* 12. *C. de fundis patrimonialibus.* aliàs locari tantum ſolent, *l.* 12. *C. d. tit.* c Patrimonium principis ſine eius iuſſu ſpeciali vendi non poteſt, adde *l.* 1. *ſup. de off. proc. Caſ.*

Sed

Sed ſi res aliena, cuius *a* commercium legatarius non habet, ei *b*, cui ius poſsidendi non *c* eſt, per fideicommiſſum relinquatur, puto æſtimationem *d* deberi *e*.

De rebus corporalibus vel incorporalibus. 1. De his quæ ſunt ædificiis iuncta.

41. *Idem* ‖ libro 21. ad Sabinum. ‖

Cætera igitur præter hæc videamus. & *f* quidem *corpora* g legari omnia, & *iura* h, & *ſeruitutes* i poſſunt.

1 ¶ Sed ea, quæ ædibus iuncta ſunt, legari non *k* poſſunt. quia hæc legari non poſſe ſenatus cenſuit, Auiola & Panſa *l* conſulibus *m*.

2 ¶ Tractari tamen poterit, ſi quando marmora, vel columnæ fuerint ſeparatæ ab ædibus, an legatum conualeſcat. & *n* ſi quidem ab initio non conſtitit legatum, ex poſt facto non conualeſcet, quemadmodum nec res mea legata mihi ſi *o*. poſt teſtamentum factum fuerit alienata *p*. quia vires ab initio legatum non habuit *q*. Sed ſi ſub *r* conditione legetur, poterit *ſ* legatum valere: *ſi exiſtentis conditionis tempore mea non ſit, vel ædibus iuncta non ſit*: ſecundum eos & qui emi *u* rem meam ſub conditione, & promitti *x* mihi ſtipulanti, & legari aiunt. Purum igitur legatum Catoniana regula impediet: conditionale non *y*, quia ad conditionalia Catoniana non *z* pertinet.

3 ¶ Item quæri poteſt, ſi quis binas ædes habens alteras legauerit. & ex alteris aliquid iunctum ei cui ædes legauit, an legatum valebit. mouet quæſtionem, quòd ex ſenatusconſulto & conſtitutionibus licet *a* nobis ab ædibus noſtris *b* in alias ædes *c* transferre poſſeſſoribus earum futuris, id eſt, non diſtracturis, & ita Imperator noſter & Diuus Seuerus reſcripſerunt. nunquid ergo & legari poſſit ei cui aliam domum legem? Sed negandum erit. quia cui legatum eſt, non eſt poſſeſſor futurus.

4 ¶ Si duobus domum legauerit Sempronianam, & ex ea alteri eorum marmora ad extructionem domus Seianæ, quam ei legauerat: non male agitabitur, an valeat, quia dominus *d* eſt vtriuſque legatarius. Et quid, ſi quis domum *deductis* e *marmoribus* legauerit, quæ voluit heredem habere ad extruendam domum quam retinebat in hereditate? Sed melius dicetur in vtroque, detractionem non *f* valere, legatum tamen valebit, vt *g* æſtimatio eorum præſtetur.

5 ¶ Sed ſi quis ad opus reipublicæ faciendum legauit: puto valere legatum. nam & Papinianus libro vndecimo reſponſorum refert, Imperatorem noſtrum, & Diuum Seuerum conſtituiſſe, eos, qui reipublicæ ad opus promiſerint, poſſe detrahere ex ædibus ſuis vrbanis atque ruſticis, & id ad opus vti. quia *h* li quoque non promercij *a* cauſa id haberent.

¶ Sed videamus, vtrum ei *b* ſoli ciuitati legari poſſit, in cuius territorio eſt, an, & de alia ciuitate in aliam transferre poſſit? Et puto, non eſſe permittendum *c*. quanquam conſtitutum ſit *d*, vt de domo quam aliquis habet, ei permittatur in domum alterius *e* ciuitatis transferre.

6 ¶ Hoc ſenatuſconſultum non tantùm ad vrbem *f*, ſed & alias *g* ciuitates pertinet.

7 ¶ Sed & Diuorum fratrum eſt reſcriptum ad libellum Prócliani & Epitynchani ob debitum *h* publicum deſiderantium, vt ſibi diſtrahere *i* permittatur, quod eis ius diſtrahendi denegauerunt *k*.

8 ¶ Hoc ſenatuſconſultum non tantùm ad ædes, ſed & ad balinea, vel aliud quod ædificium, vel porticus *l*, ſine *m* ædibus, vel tabernas, vel popinas extenditur *n*.

9 ¶ Item ‖ hoc ‖ prohibetur [hæc] legari, quod non alias *o* præſtari poteſt, quàm vt ædibus detrahatur, ſubducatur, id eſt, marmora, vel columnæ.

¶ Idem & in regulis *p*, ‖ & in ‖ tignis, & oſtiis *q* ſenatus cenſuit.

¶ Sed & in bibliothecis parietibus inhærentibus.

10 ¶ Sed ſi cancelli ‖ ſint ‖, vel vela: legari poterunt. Non tamen fiſtulæ, vel *r* caſtella *ſ*.

11 ¶ Sed automataria *t*, aut ſi qui canthari, per *u*, quos aquæ ſaliunt, poterunt legari: maximè ſi impoſititij ſint.

12 ¶ Quid ergo in ſtatuis dicendum? ſi quidem inhærent parietibus, non licebit. ſi verò alias exiſtant, dubitari poteſt. Verùm mens ſenatus plenius accipienda eſt: vt ſi qua ibi fuerunt perpetua *x* quaſi portio ædium, diſtrahi non poſſint.

13 ¶ Proinde dicendum eſt, nec tabulas adfixas & parietibus adiunctas, vel ſingula ſigilla adæquata, legari poſſe.

14 ¶ Sed ſi parauit *y* quædam teſtator quaſi *z* tranſlaturus in aliam domum, & hæc legauit: dubitari poterit, an valeat? Et *a* puto valere.

15 ¶ Sed ſi ea quæ legauit, ædibus *b* iunxit, extinctum *c* erit legatum.

16 ¶ Sed ſi *d* heres ea iunxit, puto non extingui.

42. *Idem* ‖ libro 2. fideicommiſſorum. ‖

Siue ſcit, ſiue ignorauit *e*.

De legato in arbitrium heredis vel extranei collato. 3. De redempto ab hoſtibus.

43. *Idem* ‖ libro 21. ad Sabinum. ‖

Senatus enim ea quæ ſunt ædium, legari *f* (non) permiſit: hæc autem mortis tempore ædium non fuerunt: hæres ergo æſtimationem præſtabit. Sed ſi detraxerit, & *g* præſtiterit, pœnis erit locus: quamuis, vt non vendat, detraxit, ſed *h* vt exſoluat.

1 ¶ Marcellus etiam ſcribit, ſi maritus diætam *i* in *k* vxoris hortis *l*, quos in dotem acceperat, fecerit, poſſe eum hæc detrahere *m*, quæ vſui eius futura ſint ſine mulieris tamen damno. nec *n* ad hoc ei ſenatuſ-

a Legata re aliena quæ ſit in commercio cuiuſque præterquam legatarij, debetur æſtimatio: ſi modò vitio legatarij impedimentum acciderit. *Iaſ.* Quid ſi quis ſtipuletur id cuius commercium ipſe non habeat, habeant cæteri? ne quidem æſtimatio debetur: *l. multum intereſt.* 34. *J. de verb. oblig.* Quid ita? ſtipulationes ſtrictè interpretamur, *l. quidquid,* 99. *inf. de verbor. oblig.*

b *al.* & ita Græci χ. Synopſis Baſilic. 44. *Tit* 1. *cap.* 38.

c ei cui ius poſſidendi eſt, Cuiac. ad *l.* 34. *infra de verb. oblig.* Idem repetit in Inſtitutionibus, repræhenſus à Roberto 3. *animad.* 11. defenſus ab Antonio Mercatore 3. *notat.* 11.

d *v. l.* 114. §. 5. *inf. eod. l.* 11. §. 16. *inf. de leg.* 3.

e Æſtimatio rei debetur fideicommiſſario quoties ius poſſidendæ rei legatæ non habet, & legatarius qui rem ei præſtare debet, eius commercium non habet.

f Edictum legatorum prohibitorium eſt certarum rerum, vt & certarum perſonarum, *vt hic.* Idem in edicto de teſtibus, *l.* 1. *ſup. de teſtib. l. quoniam* 12. *C. de teſt.* de teſtamentis *l. ſi quæremus* 4. *ſup. de teſtam.* de matrimoniis, *c. cum apud ext. de ſponſa* procuratoribus, *l. mutus* 43. §. 1. *ſup. de procur.* Permiſſa quæque, niſi prohibita ſint. Prohibitum autem qui quid ait, id probare cogitur. g §. 11. *Inſt eod.*

h *l.* 30. §. 1. *inf. de legat.* 3. i *l.* 17. *in fin. J. de legat.* 3. k §. 3. *in fin. J. eod.* Imò poſſunt: præſertim ſi ſine damno auferri poſſunt, *l.* 43. §. 1. *J. eod. l.* 45. *ſup. de donat. inter vir.* & auferendæ res aptandæ ſunt ædificio publico, §. 5. *J. eod. v. l.* 6. *C. de ædificiis priuatis.* adde *l.* 11. §. 14. *J. de legat.* 3. l Affixa ædibus nunquam legari poſſunt: ne vrbs ruinis deformetur, *l.* 2. *C. de ædific. priuat.* Aliud igitur fuerit: ſi amoueri poſſint ſine ædium deformatione, *l. nutu* 21. *in fin. J. de legat.* 3. *l. Marcellus* 45. *ſ. de don. inter. vir.* ſi ædificium illicitè factum *l. fideicomm.* 11. §. *ſi quis illicitè J. de legat.* 3. ſi domunculæ affixa, *l. ſenatus* 43. §. *Marcellus* 1. *J. eo.* ſi adfixa legentur ad opus aliquod publicum §. 5. *J. eod.* m ſub Traiano, anno Chriſti 123. n Ab initio nullum, ceſſante etiam impedimento non conualeſcit.

o & ſi poſt. p §. 10. *J. in fin. Inſt. eod.* q Imò legatum mihi hoc caſu debetur, *l.* 1. *in fi J. de regula Catoniana.* v. Cuiac. ad *l.* 16. *J. de verb. oblig.*

r Adfixæ ædibus poſſunt legari ſub conditione *l.* 98. *inf. de cond. & demonſtr.*

ſ Sub conditione quædam fieri poſſunt, quæ purè facere non licet.

t Expectatio ea iniuſta non cenſetur, vt adfixa ædibus ſeparentur. *vt hic.* (ſecus eſt ſi quis expectet, vt liber fiat ſeruus: vt ſacrum fiat profanum, *l. inter ſtipulantem* 82. §. *ſacram.* 5. *J. de verb. oblig.*) Quid ita? adfixa ea iuſtè poſſunt multis modis eximi, vt transferantur in alias ædes domini. u Mea res ſub conditione mihi vendi, promitti, legarive poteſt, *vt hic.* adde *l. proprias* 13. *C eod.* x *v. l.* 98. *ſ. de verb. obl.* y *v l.* 4 *J. de regula Catoniana.* z Cur regula Catoniana ad legata conditionalia & ſubſtitutiones (quæ nihil aliud ſunt quam conditionales inſtitutiones) *l. in ratione* 11. §. *quod vul.* 5. *J ad leg. Falcid.* non pertinet? An quod teſtator qui conditionem adiicit, tempus teſtamenti non vult inſpici, ſed aliquod futurum tempus? a Imò non licet, ſi ea detractione publicus deformetur aſpectus, *l.* 2. *C. de ædificiis priuatis.* b non communibus tamen, *l. ſi quis poſt hanc* 6. *C. de ædific. priuat.* c etiam diſiunctas, diuerſas, & in alia ciuitate ſitas §. 5. *verſ. ſed videamus inf.* at non villa, *l. ſi quis poſt hanc.* 6. *C. de ædific. priuat.* d Pro parte dominus, verè totius rei dominus dici poteſt. Nam verbum *eſt*, quod ſequitur, veritatis eſt index: ſi modò veritas notari poteſt. alias ſecus: vt in hoc exemplo. *Florentini ſunt originarij Peruſini.* vox ea *ſunt*, fictionis eſt nota, non veritatis. nec enim ſtatuentium auctoritas quicquam valet aduerſus naturam. præſtat itaque dici, Pro parte dominum, totius dominum fictè dici. e Directo legando quod quis facere non poteſt, id & excipiendo non facit. Quemadmodum non poſſis damnare legatarium, vt ex domo ei legata detrahat marmora, eáque heredi præſtet. Ita non poſſis ædes legare deductis marmoribus: hoc eſt, vt ex iis ædibus heres ipſe detrahat marmora. f Directò quidquid prohibetur: etiam per obliquum prohibetur.

g Legatum de adfixis domui detrahendis per ſe inutile eſt, vt detrahi poſſint vtile eſt tamen vt debeatur æſtimatio. h Adfixa ædibus tollenda legari non poſſunt, niſi tollenda in opus publicum legentur. Quid ita? Qui ita legat, promercij cauſa id non facit, *vt hic*; nec oratione generali publica vtilitas coërcenda, *l. ſi quis in graui* 3. §. *vtrum.* 14. *ſup ad Syllan. l. hoc modo.* 64. *inf. de condict. & demonſtr.* ita à fauore publico, vrbis ruinis non deformandæ, recedimus propter fauorem publicum maiorem. Fauendum eſt vtilitati publicæ magis, quàm ornatui ædium.

a quod vetitum eſt, *l.* 52. *ſ. de contrah. empt. v. l. vlt. inf. de damno.*

b Adfixa ædibus in vna ciuitate legari non poſſunt ad vſum publicum alterius ciuitatis, *vt hic.* Ita vni ciuitati nihil detrahendum, vt id alteri tribuatur.

c Neque enim reipublicæ ſuæ detrahendum eſt propter alterius commodum.

d Adfixa ædibus in aliam domum noſtram alterius ciuitatis transferre poſſumus, *vt hic.* licèt legare nō poſſumus, *vt ſup. eod.*

e Eadem ratione notant, Frumento vetito extra territorium exportari, frumentum quemque exportare poſſe extra territorium vſus ſui cauſa. noſtra namque intereſt frumento proprio non vti, quàm ab alio emere, etſi eodem pretio.

f Vrbis Romanæ ſtatuta ad alias ciuitates extenduntur, in quibus eadem eſt ratio licèt ſola Roma publicum habeat, *l. cùm* 16. *J. de verb. ſig.*

g quibus hoc datum erat à ſenatu, vt legibus Romanis vterentur. *Zaz.*

h Adfixa ædibus detrahere non licet ob debita vectigalia, tributa, & cætera huiuſmodi. non licet, inquam, ſiue ipſi domino, ſiue officialibus. Adfixa, intellige oſtia, regulas feneſtras. At poſſumus detrahere adfixa, vt fiat ædificium publicum §. 5. *ſ. eo.* An id fit, quaſi magis fauendum ornatui quàm debito publico: cùm in omnium oculos ornatus incurrat, non debitum? i hinc poſſis etiam colligere, non valere legatum domus, vt diruatur, *l* 114. §. 9 *inf. eod.* k legimus tamen motu iudicis villas delinquentis dirui poſſe, *l.* 20. *ſup. commun. diuid.*

l Porticus appellatione domus non continetur, niſi per extenſionem. *vt hic.*

m porticus in ædibus. *Hal.* n ſunt enim ſpecies ædificij, *l.* 9. *in fin. J. de incend.* o §. 1. *ſup. eo. l.* 43. *l.* 114. §. 9. *J. eod.* p *al.* tegulis. q Oſtium continetur, appellatione domus, *l.* 1. §. *hoc interdict. verſ. cloaca inf. de cloacis.* r τὸ *Vel*, quibuſdam videtur diſpungendum, arg *l.* 78. *ſ. de contrah. empt.* ſ *al.* caſtelli. t quæ ſponte mouentur, vt horologia, vide Alciat. 1. *pareg.* 20. u *v. l.* 79. *in fin. J. de verb. ſignif.* x Quæ perperuò, & tanquam portio ædibus inhærent, detrahi non debent. adde *l. fundi* 17. §. *Labeo.* 7. *J. de act. empt.* y Deſtinata ad ædificium legari poſſunt, *vt hic.* At adfixa non poſſunt, *ſup. eod. hac l.* Deſtinatorum & adfixorum alia ratio eſt. Deſtinatum ædificio, non eſt ædificij: non eſt perfectum: non habetur pro impleto, ac perfecto, ac facto. z de deſtinationis effectu, *v. l* 58. §. 1. *ſup. pro ſocio.* Deſtinata ad aliquod ædificium legari poſſunt. a Adfixa ædibus noſtris detrahere poſſumus, vt in alias noſtras transferamus, ac poſtea propoſito mutato ita alteri tertio legare. Quid ita? vbi ab initio ſeparatio adfixorum licita fuit, licet id propoſitum mutare, vt ex pòſt facto liceat, quod aliàs non liceret.

b adde *l.* 6 *inf. de auro.*

c Cur extinctum erit? legatum extinguitur, quoties facto teſtatoris, etiam neceſſario, res legata eſſe deſinit. Ita fit vt ſi rem legatam iunxerit ædibus ſuis teſtator, extinctum rei eiuſce legatum intelligatur. adde *l. Seia* 6. *J. de auro.*

d Legatum facto heredis extingui iure non poteſt: teſtatoris, poteſt, *l. ſi id quod* 21. *J. de liberatione.* e Legata res ſi facto heredis perierit, imò & nuda eius ignorantia ac negligentia debetur æſtimatio legatario.

f *v. l.* 41. §. 9. *ſup. eo* g *al.* vt præſtet, *vel*, vt præſtaret. Vnde colligimus, Heredem non excuſari à pœna huius legis, ſi res adfixas ædibus ſeparauerit, vt ſatisfaceret legato ac voluntati teſtatoris. h Solutio emptioni ſimilis. Ita lex prohibens & pœnalis venditionibus adiecta extenditur ad in ſolutum dationem, *l.* 1. *J. pro empt. l. vlt. inf. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. l. ſi prædium* 4. *C. de euict.* i Diæta habitatio voluptatis cauſa. Alij exponunt, domunculam fructuum cauſa: & ita prædium ruſticum, *vt Arct. Bald. Rayn.* Alij domunculam etiam in vrbe, *vt Imola & Alexand.* Alij habitationem patrisfamilias, in qua die is habitet. Diætæ, commutatione Græcis vſitatæ. Ζεταὶ dicuntur Lampridio in Heliogabalo duobus locis.

k In hortis diætas veteres habuere, *vt hic*: *l.* 66. §. 1. *ſup. de don. inter vir. & vxor. l.* 13. *in fin ſup. de vſufr. l.* 41. §. 1. *l.* 55. §. 3. *J. de lig.* 3. *Plin.* 2. *epiſt. ad Caſtium.*

l de hortis dixi ad *l.* 66. *&* ad *l.* 4. §. 5. *J de penu.* m *l.* 45. *ſ. de don. inter virum.* vide Cuiac. 5. *obſeru.* 16. n Cur non eſt impedimento? Maritus adfixa prædio dotali ita detrahendo non id facit, negotiandi ſeu promercij cauſa (quod ſenatus prohibet, *l. cætera* 41. *l. ſenatus* 43. *ſ. eo.*) ſed neceſſitate, ne ſuas expenſas amittat, *l Marcellus* 4. *ſup. de don. inter vir. l. dote ancillam.* 9. *C. de rei vindic. l. pro voluptuariis* 9. *ſup. de impenſis.*

conſultum futurum impedimento. Ergo ſi non eſt ei obfuturumquominus detrahar, dici oportebit, poſſe eum hæc legare, quę detrahere poteſt.

2 ¶ Legatum in aliena *a* voluntate poni *b* poteſt *c*, in heredis *d* non *e* poteſt *f*.

3 ¶ Qui ab hoſtibus redemptus eſt, legari ſibi *g* poterit. & proficiet legatum ad liberationem vinculi *h* pignoris, quod in eo habuit qui redemit.

De peculio caſtrenſi. 1. Si quis rem ſibi legatam alij legauerit. 2. De mutatione rei legatæ. 4. De domo impoſita areæ legatæ. 5. De chirographo. 6. De nomine. 7. Si ſeruus legetur, & liber eſſe iubeatur. 8. Si ſtatuliberum heres legauerit. 9. De aditu ad fundum, cuius eſt vſusfructus legatus.

44. *Idem* ‖ libro 22. ad Sabinum. ‖

SEruum filij *i* ſui caſtrenſis peculij, legare pater *k* poteſt, &, ſi viuo patre mortuus ſit filius, & apud patrem peculium remanſit, conſtitit legatum, cum *l* enim filius iure ſuo non vtitur, retrò creditur pater dominium in ſeruo peculiari habuiſſe.

1 ¶ Si quis rem ſibi *m* legatam ignorans adhuc legauerit, poſtea cognouerit, & voluerit ad ſe pertinere, legatum valebit, quia, vbi legatarius non repudiauit, retrò *n* ipſius fuiſſe videtur, ex quo hereditas adita eſt. ſi verò repudiauerit, retrò *o* videtur ‖ res ‖ repudiata fuiſſe heredis.

2 ¶ Si pocula quis legauit, & *p* maſſa facta eſt *q*, vel contra: item ſi lana legetur & veſtimentum ex ea fiat *r*: Iulianus libro trigeſimo ſecundo digeſtorum ſcripſit, legatum in omnibus ſuprascriptis conſiſtere: & deberi quod extat. quam ſententiam puto veram, ſi modò non mutauerit teſtator voluntatem.

3 ¶ Sed & ſi lancem legauit, & maſſam *t* fecit, mox poculum, debebitur poculũ, durãte ſcilicet voluntate.

4 ¶ Si areæ *u* legatæ domus impoſita ſit, debebitur legatario *x*, niſi teſtator mutauit voluntatem.

5 ¶ Eum, qui chirographum *y* legat, debitum legare, non ſolùm tabulas: argumento *z* eſt venditio, nam *a*, cùm chirographa veneunt, nomen veniſſe videtur.

6 ¶ Sed etſi nomen *b* legetur, benignè id quod debetur accipiendum eſt: vt actiones aduerſus debitorem cedantur *c*.

7 ¶ Si idem ſeruus & legatus, & liber *d* eſſe iuſſus ſit, interdum *e* procedere ſolum legatum poterit, vt *f* puta, ſi in fraudem creditoris data erit libertas *g*: vel ſi is ſit ſeruus, qui in perpetuam *h* ſeruitutem venierit. idem erit, vel ſi ſeruus ſit forte pignori *a* datus.

8 ¶ Si ſtatuliberum *b* heres legauerit, expediet *c* heredi *d* ipſum ſtatuliberum præſtare, magis quàm æſtimationem: etenim *e* æſtimationem ‖ veram ‖ *f* præſtabit: ipſum verò ſi dederit, exiſtente conditione, nullum ſentiet damnum, iam *g* enim æſtimatio poſtea non petitur ab eo hominis liberi.

9 ¶ Si duos fundos habens teſtator, alterius mihi vſumfructum, alterum Titio leget: aditum *h* mihi legatarius non debebit, ſed heres *i* cogitur redimere aditum *k* & præſtare.

Si legatarius rem emerit, & alienauerit. 1. Qualis res præſtari debet ex legato generali. 2. Vel ſpeciali, vel ſtipulatione.

45. *Pomponius* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

SI à ſubſtituto pupilli ancillas tibi legaſſem, eaſque tu à pupillo *l* emiſſes *m*, &, antequam *n* ſcires tibi legatas eſſe, alienaueris: vtile *o* legatum eſſe *p*, Neratius, & Ariſto, & Ofilius probant.

1 ¶ Heres generaliter *q* dare damnatus, ſanum eum eſſe promittere *ſ* non *t* debet: ſed *furtis & noxis ſolutum eſſe* promittere debebit. quia ita *u* dare debet, vt *x* eum habere liceat. ſanitas autem ſerui ad proprietatem *y* eius nihil pertinet. Sed ob id quod furtum fecit ſeruus aut noxam nocuit, euenit quo minus eum habere domino liceat. ſicuti ob id, quod obligatus eſt fundus, accidere poſſit, vt eum habere domino non liceat.

2 ¶ Si verò certus homo legatus eſt, talis *z* dari debet, qualis *a* eſt.

46. *Idem* libro 9. Epiſtolarum.

QVæ de legato dicta ſunt, eadem *b* transferre licebit ad eum, qui *vel Stichum vel hominem dari* c promiſerit.

Quando & vbi legatum ſolui debet. 2. De ſeruo legato qui in fuga eſt. 3. De duobus ſeruis alternatiè legatis. 4. ſi res periit, aut non comparet. 5. De culpa æſtimatione. 6. De interitu rei legatæ.

47. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

CVm res legata eſt, ſi quidem propria fuit teſtatoris, & copiá eius habet heres, moram facere non debet *d*, ſed eam præſtare *e*. Sed ſi res alibi ſit quam vbi petitur, primum quidem conſtat, ibi *f* eſſe præſtandam, vbi *g* relicta eſt: niſi alibi teſtator voluit. nam ſi alibi voluit,

a tertij cuiuſdam,
b expreſſè vel tacitè.
c Imò non poteſt, *l. 52. ʃ. de condit. & demonſt.* v. Cuiac. 2. *obſ.* 2.
d in cuius voluntatem collatum eſt legatum.
e Cur non poteſt legatum conferri in liberam voluntatem heredis? Heres nunquam præſumeretur velle obligari, *l. ſub hac ʃ. de obligationib.*
f *l. 8. ʃ. de obl. & act.* v. tamen *l. 11. §. 7. ʃ. de leg. 3. l. 46. §. 3. 4. inſ. de fideicomm. libert.*
g Legare homini libero, in quem ius pignoris ipſi habemus (vt is eſt, quem ab hoſtibus redemimus) ius illud pignoris poſſumus: vt ea ratione iure pignoris videatur liberatus, *vt hic*: eodem modo vaſallo ius vaſallagij legare poſſumus: vt & debitori actionem quam in eum habemus. vnde notant in his ſpeciebus, differentiam non eſſe inter legatarium ipſum & rem legatam: legatarium & rem legatam vnum eſſe. ita fur & res furtiua ſimul eſt fugitiuus. *l. ancilla 60. ʃ. de furtis. l. 1. C. de ſeru. fugitiuis.*

a *l. 3. Cod. de ſerũ. pign. da. o.*
b *l. 81. §. 9. ʃ. eo.*
c Euictio vbi nec debetur, conſultius eſt rem ipſam præſtare, quam æſtimationem.
d heredis ſcil.
e i. alioqui. Etſi electionem habet heres heredis, vt vel det ſtatuliberum, vel eius æſtimationem: ſed ſtultus fuerit valdè, ſi maluerit æſtimationem ſoluere, quam ipſum ſtatuliberum præſtare.
f adde *l. mortis cauſ. 8. in fin. ʃ. de donat. cauſ mortis.*
g Æſtimatio (poſt rem ipſam ſemel nobis præſtitam) amplius à nobis peti non poteſt, *vt hic*. Quid ſi quis æſtimationem præſtiterit legati cuius legatæ conditio non extitit? eam æſtimationem repetet? minimè. Quid ita? non videtur æſtimatio dubium euentus conditionis, *l. ſeruus 4. ſup. cond. furt. l. ſi h. 68. l. Lucius, vlt. inſ. ad Treb.*
h Vſufructu fundi legato intelligitur via ad fundum fructuarium neceſſ...

h Captiuus redemptus, redimenti eſt pignori: tantiſper dum ei redemptionis pretium ſoluerit, *l. 15. ʃ. de capt.* i *l. 9. verſ. idem referebat. ʃ. de caſtr. pec.* adde *l. 98. §. 3. inſ. de ſol.* k An & ipſe filius caſtrenſe ſuũ peculiũ legare poteſt? ſic ſanè & id abalienare ſiue inter viuos, ſiue vltima voluntate, *l. 2. ſup. ad Maced.* l Filiofamiliàs milite inteſtato moriẽte, caſtrẽſia eius omnia finguntur retro fuiſſe patris eius, *vt hic, l. proponeb. 9. l. hereditate 19. in pr. & §. pater. 3. l. vlt. ʃ. de caſtr. pecul.* eáque occupat pater iure peculij, *l. 2. l. pater qui caſtrenſ. ʃ. de caſtrenſi.* Cur finguntur retrò patris fuiſſe? quidquid filius etiam miles adquirit, patri adquirit ſtricto iure. Nam militia non eſt modus tollendæ patriæ poteſtatis *l. placet. 79. ʃ. de adq. hered. l. 1. ʃ. ſi quis, à parente manum. §. filiusfam. Inſt. quib. mod. ius. pat l. 2. C. de caſtr. pec. lib. 12.* Hinc fit vt publicato filio, non publicatur eius peculium, *l. 3. C. de bon. proſcr.* m Legare rem nobis legatam ignorantes poſſumus, ſi modo legatũ voluerimus ad nos pertinere, *vt hic.* Quid ſi legatum repudiauerimus? res ita repudiata retrò videtur fuiſſe heredis *ʃ. eo in fi.* An valebit legatum? Bart. Salicetus Caſtrenſ. Alex. ita putant: Dynus, Iacob. de Aretio, Cynus, Baldus, Angelus, Fulgoſius, Imola, Raphaël, Iaſon negant. Talis enim repudiatio, alienatio eſt, *l. magis 5. §. fundum. 8. ʃ. de reb. cor.* vt ea re videatur extingui legatum, *l. rem legatam 18. ʃ. de adim legat. l. fideicomm. 11. §. ſi rem. 12. ʃ. de leg. 3.* n *l. 38. §. 1. ʃ. eo. l. 17. in fi. l. 34. l. 35. l. 36. ʃ. ad l. Aquil. l. 8. ʃ. de reb. dub.* o Legatum legatarij cenſetur fuiſſe à morte teſtatoris, ficte: à die aditæ hæreditatis, vere. *l. ſi tibi homo. 86. §. cùm ſeruus ʃ. eo.* p Legata res, ſæpiùs arte mutata legatum non extinguitur. Huiuſmodi iterata mutatio, non continuatam voluntatem efficit. q legatum conſiſtit. *ʃ. eo.* imò non conſiſtit, *l. 36. in pr. ʃ. de vſufr.* r legatum conſiſtit. *ʃ. eo.* Imò non conſiſtit, *l. 88. in pr. ʃ. de leg. 3.* ſ *§. 3. ʃ. eo. l. 49. § 5. l. 88. in fi. ʃ. de leg. 3.* adde *l. 9. in pr. verſ. hæc omnia §. 2. ʃ. de tritico* t v. *§. 2. ʃ. eo.* u In area legata ædificatum legatario debetur etiam vltra aream ipſam. Ita legato ſolo, cedit ſuperficies & ædificium ei poſt impoſitum: facit *l. Paul. 29. ʃ. de pign. l. adeo. 7. §. cùm in ſuo. 10. ʃ. de adq. rer. dom. l. 2. C. de rei vind.* Augmentum legati cedit legatario, *l. ſi ex toto 8. l. quod in rerũ 24. §. 1. ʃ. eo.* x & ipſa domus & ſuperficies, *l. 39. ʃ. de leg. 2.* y Chirographum qui legat, debitum legat. ſunt iſta ſynonima, chirographum, debitum, creditum, quod debetur, nomẽ debitoris, actio. His ſpeciebus effectu ipſa actio cenſetur legata, *vt hic.* aliud fuerit, ſi quis legauerit ſpecificè rem ſibi debitam. id. n. legatũ rei eſſe dicitur, non actionis. Inter hæc duo diſcrimen conſtituitur. Priore caſu, legatarius ſine vlla ceſſione heredis, actione ſua vtiliter experiri poteſt: poſteriore ſine ceſſione nõ poteſt, *l. ex legato C. de leg l. 39. §. 2. ʃ. eo.* v Cephal. 1. *conſ. 15. v. l. 59. ʃ. de leg. 3 v. l. 1. C. de don* z Argumentũ à venditione ad legatũ: à contractu ad vltimas volũtates valet affirmatiuè, *vt hic.* adde quæ ſcripſi ad *l. 3. ʃ. de v. ſig.* ad *l. 46. ʃ. de pact.* Quo iure? Contractibus cùm minus faueatur, licet à minori ad maius interpretationem extendere atque argumentari. a Chirographo legato vel vendito, non tabulæ, ſed debitũ & nomẽ ipſum, quod tabulis continetur, legatũ & venditum intelligitur, *vt hic.* Quid ita? legatum alias ridiculum eſſet, & inutile. b *l. 39. §. 3. ʃ. eo.* c Legato nomine debitoris, liberatur heres teſtatoris cedendo legatario actionem, *vt hic. l. ſi ſic 75. §. 1. ʃ. eo* vnde notãt, heredem ſuo ſumptu & impenſa id nomen exigere non cogi. immo ne quidem ſuis ſumptibus inſtrumentum nominis dare. *Bald. Ang. Flor. Alex. Iaſ.* d Hæc capita ſeparata ſunt, & ad diuerſas perſonas referuntur, vt ea re vtile per inutile non vitietur, *l. ſancimus 34. C. de donat. l. 1. §. itèm §. Trebatius. ʃ. de aqua quotid.* e Interdũ, vox inquam illa *Interdum* natura ſua denotat regulam generalem contrariã eſſe, *l. interdum 29. ʃ. de cõd. indeb.* f Legatus vni ſeruus & liber eſſe iuſſus in fraudem creditorũ. non fit liber: valet eo caſu legatum ſerui. Libertatis datione inutili, nõ reuocatur legatũ ſerui ipſius cui libertas ita data eſt inutiliter. g tũc. n. qui inutiliter manumittitur, legari eodẽ teſtamento poteſt, *l. 38. ʃ. de leg. 2.* h id enim fieri poteſt, *v. l. 5. C. ſi manc. ita fuerit aliẽ.*

legata per alium fundum teſtatoris, *vt hic.* Quid ita? fundum fructuarium ... fundi vnius vſumfructum videtur ea qualitate & conditione legaſſe, quia ... habuit, *l. damnas 15. §. 1. ʃ. de vſufr. leg. l. binas 36. ſup. de ſeruitutib. vrban. §. vlt. ʃ. ſi vſuſf. petat. l. teſtatrix. 20. ſup. ſi ſeruitus vindic.* Quid eo nomine ... quem agetur? non in legatarium alterius fundi, è cuius fundo ſeruitutem ex... ctamus, ſed in ipſum heredem. Cur non in legatarium fundi? quia nihil à ... mihi legatum eſt, ſed ab herede.
i *l. 15. ʃ. de vſu. & vſufr. leg.* k adde *l. vlt. in pr. ʃ. de ſeruit. vrb.*
l à cuius perſona ſubſtitutum eſt. m res pupillari ſubſtitutioni obnoxia ig... ranter alienari poteſt. *Bald.* Atqui res obnoxiæ reſtitutioni ex ſubſtitutione fi... deicommiſſaria & vulgari alienari non poſſunt, *l. vlt. §. ſin autem. Auth. res ... C. comm. de leg.* Aliud eſt in ſubſtitutione pupillari, *vt hic. l. qui filium 4. ... vbi pupilli. l. 1. §. 2. ſupra de tutela & rationib.* Cur aliud? Vt teſtator poteſt ... alienare, facto teſtamento, *l. cum hic ſtatus 32. §. oratio. 16. ʃ. de donat. inter ... & vxor. l. fideicomm. 11. §. rem. inſ. de legat. 3.* ita pupillus poſt ſubſtitutionem pupillarem, quia ſubſtitutio pupillaris, eius eſt teſtamentum, *l. Papinianus ... ſed nec impuberis 5. ſup. de inoſ. l. 2. §. prius l. patris & filij 20. ſup. de vulgari.* Prae... rea ſubſtitutio pupillaris bono pupilli inuenta eſt; non vt ei ſit operi *Inſt. de ... pillari.* & eo differt à fideicommiſſaria & vulgari: quæ oneri ſunt, *l. coheredi 41 ... cum filio 2. ſup. de vulgari.* An dicemus potius, poſt Baldum & Alexandrum ... pillum habentem ſubſtitutionem pupillarem, non poſſe res ſubſtitutioni ob... xias, niſi ob iuſtam cauſam, alienare, *ar. l. 1. §. 2. verſ. ſed nonnullos ʃ. de tutela ... rationibus diſtr.* An dicemus, *dictum verſ. ſed nonnullos*, referendum eſſe ad ... ſtitutionem fideicommiſſariam cum Iaſone? n Emens (etiam ſcienter) lega... ab extraneo vel ab herede, rem legatam eueniente conditione petere poteſt, ... Quid ita? Iuri futuro etiam expreſſe renunciari poteſt.
o Cur? quia tu non poſſides ancillas tibi legatas, ſed eorum pretium habes ... cauſa oneroſa. p & legatum petetur, non obſtante, quod legatarius interim ... merit ab inſtituto. q non nominatim ac ſpecialiter, *l. 58. ʃ. de euict.*
t Damnationis in legato electionem eſſe heredis hinc colligunt. ſ *l. 71. §. 1. ... l. 68. ʃ. ad Trebell.* t In genere legato ſeruo heres vel infirmum ſeruum dando, li... ratur, *vt hic* dat etiam mediocrem, qui dat infirmum, *arg. l. legato generaliter 3... eod. l. ſi heres generaliter 110. inſ. eo.* u *l. 26. §. 3. inſ. de legat. 3.* x in Generis ... gato heres præſtat euictionem, *vt hic.* in ſpeciei, non præſtat, *§. 1. ʃ. eo.* An quiſ... neri nulla eſt qualitas, vt ſpeciei? *in fin. ʃ. eo.* vt putat Baldus & Fulgoſ. An quo... legato generis lata poteſtas eſt heredis in re præſtanda: in ſpeciei, reciſior, vt ... ſet Belliaperticanus? y adde *l. 75. in fin. ʃ. de verb. oblig.* z Species legata talis ... herede præſtanda eſt, qualis ea eſt, *vt hic.* Quid ſi teſtator ſciuit eam eſſe al... obligatam? cogitur heres eam luere, *l. quid ergo. 53. §. ſi heres 3. l. ſi res obligata 5... eod.* a *l. 56. l. 70. l. 116. in fin ʃ. eod.* b Similitudinem vltimatum voluntatum ... contractuum hinc nota, vide hic Duarenum, & argumentum à teſtamento ad co... tractus adſumi. vide *l. 26. ʃ. de pignoratitia. l. 4. in fin. ʃ. de oper. liber.* & è contra... *21. ʃ. de verb. obl.* vide hic plura apud Iaſonem. e Dandi promiſſor in cõtractu ſtri... iuris, dominium transferre cogitur, *vt hic. §. ſic itaque 14. Inſt. de act. l. vbi autem ... 75. in fi. ʃ. de verb. obl. l. vlt. ʃ. de condict. ob cauſ.* An & in bonæ fidei? præſtatio... eius quod intereſt liberari putat Accurſius, *in §. actionum 28. Inſtit. de act.* quod ... Ioanni Fabro, & Angelo diſplicet. Angelus putat Accurſij ſententiam veram eſſe ... in obligationibus dandi & faciendi mixtis. d minus enim ſolueret, quam legatum ... eſt, *l. 85. ʃ. de ſolut.* e præſtare abſque mora, *Hal.* qua intercedente, vſuras & omnem ... vtilitatem præſtandã Sabinus ait. Sed ſi &c. ita vulgata habet: Ita veteres quoque ... legerunt. De mora vide Hotomannum 2. *obſ.* 12. de vſuris adde *l. 84. in fi ʃ. eo.*
f *v. l. vn. C. vbi fideicomm.* g An vbi erat tempore teſtamenti? an vbi res ipſa ſita ... eſt? Heres ſpeciem legatam ibi in dubio præſtare cogitur, vbi ea ſita eſt vt adeun... do non continuò contrahat eo loci vbi adit hereditatem, ſed vbi res ſitæ, vt hic ... in contractibus ſpecies præſtanda, vbi petitur, *l. heres abſens 19. ʃ. de iudic.*

ibi præſtanda eſt, vbi teſtator voluit, vel vbi veriſimile *a* eſt eum voluiſſe. & ita Iulianus ſcripſit tam in propriis, quam in alienis legatis.

¶ Sed ſi alibi relicta eſt, alibi *b* autem ab herede tranſlata *c* eſt *d* dolo malo eius, niſi ibi præſtetur, vbi petitur, heres condemnabitur doli ſui nomine, cæterùm ſi ſine dolo, ibi præſtabitur, quo tranſtulit.

1 ¶ Sed ſi id *e* petatur, quod pondere, numero, menſura continetur: ſi quidem certum corpus legatum eſt, (veluti frumentum ex illo horreo, vel vinum ex apotheca illa) ibi præſtabitur, vbi relictum eſt: niſi alia mens fuit teſtantis, ſin verò non fuit certa ſpecies, ibi erit præſtandum, vbi *g* petitur.

2 ¶ Itaque ſi Stichus ſit legatus, & *h* culpa *i* heredis non pareat, debebit æſtimationem eius præſtare. ſed ſi culpa nulla interuenit, cauere heres debet reſtitutione ſerui, non æſtimationem præſtare.

¶ Sed & ſi alienus ſeruus in fuga ſit ſine culpa heredis, idem dici poteſt. nam " & " in alieno culpa admitti poteſt. cauebit autem ſic, *vt ſi fuerit adprehenſus aut ipſe aut æſtimatio præſtetur.*

¶ Quod & in ſeruo ab hoſtibus capto conſtat.

3 ¶ Sed ſi Stichus aut Pamphilus legetur, & alter ex his vel in fuga *k* ſit, vel apud hoſtes, dicendum erit præſentem præſtari, aut abſentis æſtimationem. totiens *l* enim electio eſt heredi committenda, quotiens moram non eſt facturus legatario.

¶ Qua ratione placuit, & ſi alter deceſſerit *m*, alterum omnimodo præſtandum. fortaſsis vel mortui pretium.

¶ Sed ſi ambo ſint in fuga, non ita cauendum eſt, vt ſi in poteſtatem ambo redirent: ſed ſi vel alter, & vel ipſum, vel abſentis æſtimationem præſtandam.

4 ¶ Item ſi res aliena vel hereditaria ſine culpa heredis perierit, vel non compareat, nihil amplius quam cauere eum oportebit. ſed ſi culpa *n* heredis res periit *o*, ſtatim damnandus eſt.

5 ¶ Culpa autem qualiter ſit æſtimanda, videamus: an non ſolum ea quæ dolo proxima ‖ ſit, ‖ verum etiam quæ leuis eſt: an nunquid & diligentia *p* quoque exigenda eſt ab herede. quod verius eſt.

6 ¶ Item ſi fundus chaſmate perierit, Labeo ait vtique æſtimationem non deberi. quod *q* ita verum eſt, ſi non *r* poſt moram *ſ* factam id euenerit: potuit *t* enim eum acceptum legatarius vendere.

Si ſeruus heredis rem legatam ſurripiat. 1. Si vnus ex heredibus ſeruum legatum interficiat.

48. *Pomponius* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

SI heredis ſeruus rem legatam ignorante *u* domino, ſubtraxiſſet & vendidiſſet: Atilicinus, in factum *x*, dandam actionem: *vt vel noxæ ſeruum dederet dominus:* vel *ex peculio y præſtaret quod ex venditione eius rei haberet.*

1 ¶ Si vnus ex heredibus ſeruum legatum occidiſſet: omnino mihi non *z* placet, coheredem teneri, cuius culpa factum non ſit, ne res in rerum natura ſit.

De legato cum erit quatuordecim annorum. 4. De debito legato creditori. 8. De damnato vendere.

49. *Vlpianus* ‖ libro 23. ad Sabinum. ‖

a *l. 52. §. 2. ǰ. de iudiciis.* Veriſimilis etiam voluntas defuncti ſeruanda, nō tantum expreſſa.

b Legatam rem alio transferre dolo malo heres non debet. Quid ſi tranſtulerit? vbi eam petet legatarius præſtabit, qui antè eam alibi præſtare non cogebatur, quam quo loco ſita erat.

c *l. 38. ſup. de iudiciis.*

d Quid ſi ſine dolo malo in prouinciam tranſtulerit longinquam? Idem fuerit, vt eam præſtare teneatur, *l. ſi ſeruum 91. §. de illo 2. ǰ. de verb. oblig.*

e Quantitas legata (idem ‖ in legato generis quidam ſtatuunt) præſtatur ab herede legatarij, vbi ipſa quantitas petitur: non eo loco vbi quantitas ipſa eſt, *vt hic.* Quid ita? quantitas nullo certo loco circunſcribitur, *l. Gaius 86. infra de legat. 2.*

f *d. l. 38. verſ. præterea.*

g vide Pekium, *c. 33. de amortizatione bonorum, l. 30. ǰ. de legat. 3.*

h Heres legati ſua culpa amiſſi præſtat æſtimationem legatario, ſiue res propria fuerit teſtatoris, ſiue aliena. Quid ſi ſine culpa amiſerit? non præſtat æſtimationem, ſed cauet ſe eam reſtituturum, vbi inuenerit.

i *§. 4. ǰ. eod.*

k *v. l. 2. in fin. ǰ. de rei vind.*

l In legato alternatiuo electio eſt heredis, *vt hic.* Imo legatarij, *l. Lucio 23. ǰ tit. 1.* An hic legati præſtatio, relata nominatim eſt ad heredem vt putat Dynus, Baldus, Caſtrenſ. Alex. Aretinus, An potius heredis eſt electio, vbi nullam moram facit legatario, vt hinc colligit Iaſon? quod verius. Ita Sticho & Pamphilo præſentibus eliget heres quem præſtet: ſi præſens Stichus, abſens ſit Pamphilus, eligere abſentem non poterit, vt eum det legatario vt qui moram ſua electione faceret ipſi legatario: quod hic vetatur.

m *l. 11. circa fin. ǰ. de leg. 2.* n *§. 2. ǰ. eod.* o *ſub.* vel non appareat. hæc enim paria, non eſſe, & non apparere, *Bart.* p Obligatus ex teſtamento de leui, non de leuiſſima culpa tenetur, *Bald.* ſed omnino Iaſon aduerſus Gloſſam Accurſij, & Duarenus putant, Heredem non tantum teneri ob culpam latam, ſed etiam ob leuem & leuiſſimam. hic enim dici heredem primum leuem præſtare, deinde diligentiam. Quod quid aliud quam leuiſſima culpa? v. Duar. *hic* adde *l. 108. §. 12. ǰ. eo.*

q legatæ rei interitu ante moram hæres liberatur: vt ne quidem æſtimationem præſtet, *vt hic.* Excipe caſum *l. cum quidam 7. C. de condit. inſert.* r Superueniens caſus non excuſat moram præcedentem, *Bald. l. 39. §. 1. in fin. ſuprà eo. l. 108. §. 11. ǰ. eod. l. 6. ǰ. de vſu & vſufr. l. 3. Cod. de vſur. & fruct. leg.* ſ Poſt moram heres præſtat interitum rei legatæ. Quid ita? res ipſa legatario ſi præſtita fuiſſet, potuiſſet non apud eum, ſed apud alium mori, *vt hic.* Ita aduerſus moram admittentes, ſtrictam interpretationem, iúſque ſtrictum ſequimur, *l. locum 3. §. condemnatio 11. ǰ. de tabul. exhib. l. de ætate 11. §. qui tacuit 4. ǰ. de interrog. act.* t *l. 14. §. 1. in fi. ſuprà de eo quod met. cauſ.* u Heredis ſeruo furtum committente in re legata domino ignorante, heres liberatur, vel ſeruum noxæ dedendo, vel præſtando ex peculio ſerui, quod ipſe ſeruus ex venditione rei legatæ redegerit, *vt hic.* Immò nō liberatur noxæ dedēdo: cum id quod ad ſe peruenerit reſtituere prius cogatur, deinde ſeruum noxæ dedere. *l. ſi ſeruus 14. ſup. de cond. furtiua.* An hac lege noſtra furti agitur: ibi, in id quod dominus ex ſeruo conſequutus eſt, vt Aretinus putat? An noxæ dabit, ſi nihil ad eum peruenit: de peculio verò conuenitur, ſi nihil peruenit? Quid ſi in ſerui peculio minus ſit, quam pretium rei legatæ venditæ ſit? vltra peculium tenetur, veram æſtimationem præſtare, *l. miles 6. §. decem 1. ǰ. de re iudicata: l. 1. verſ. ſi ſeruus. ſuprà de his qui deiecer.* Quid ſi domino ſciente ſeruus rei legatæ nocuit? dominus tenetur in ſolidum, *l. 2. l. in delictis 4. ſuprà de noxal. lib.* x *l. 63. in fin. ǰ. de leg. 2. l. 9. §. 4. in fin. ſup. ad exhib.* adde *l. 52. §. 20. in fin. ǰ. de furtis.*

y De peculio actione ex ſerui delicto dominus non tenetur, niſi qua quid ad eum peruenit, factúſve eſt locupletior, *l. 3. §. ex furtiua 12. ſupr. de pecul. l. quoties 34. ſupr. de noxal. lib.* z Imo factum coheredis nocet alteri coheredi, *l. 2. §. 1. § etiamſi. l. 4. §. Cato. l. 5. in fin. ǰ. de verb. oblig.* Nocet in indiuiduis: & ſi pœnam defunctus promiſerit, *d. l. 2.* non nocet, *vt hic.* Imò prodeſt vt cæteri liberentur, *l. non amplius 26. l. cum res 47. ſuprà eod.*

SI cui legetur, *cùm a 14. annorum erit*, certo iure vtimur, vt *b* tunc ſit 14. annorum, cùm *c* impleuerit: & ita Imperatorem decreuiſſe Marcellus ſcripſit.

1 ¶ Ergo cùm eſſet ſic relictum, *cùm ad 14. annum perueniſſet, annua, bima, trima die*, & decem & ſeptem annorum mortis tempore inueniatur, præſens legatum erit, proinde ſi 15. annorum, conſequenter dicemus poſt biennium deberi. ſi ſedecim, poſt annum debebitur, ſi menſes deſint ad 17. annum, reſiduis menſibus ‖ debetur. ‖ hæc ita, ſi putans minorem eſſe 14. annorum, cùm iam exceſſiſſet, ſic legauit: ſi verò ſcit, triennium ad legati præſtationem ex die teſtamenti facti numerabimus.

2 ¶ Hoc *d* autem legatum & conditionale eſt, & in diem, conditionale tamdiu, quamdiu 14. annus ſit completus, poſtea in diem.

3 ¶ Et ideo, ſi quidem ante 14. annum deceſſerit, ad heredem nihil tranſit, certè poſtea ad heredem transfert ‖ Quòd ſi teſtamenti facti tempore minor 14. annis filius inueniatur: puto tempus *annua, bima, trima die* præſtationis ex die completi 14. anni ſtatim cedere: niſi euidens alia mens probaretur teſtatoris aliud ſentientis.

4 ¶ Si Titio *decem, quæ ego debeo*, legauero, & rogauero eadem creditori præſtare: fideicommiſſum quidem in creditoris perſona non valet, quia nihil eius intereſt: heres verò poteſt cum legatario agere, quia ipſius *e* intereſt creditori ſolui, ne eum conueniat. ergo propter hoc valebit legatum.

5 ¶ Sed ſi teſtator decem mihi ſub fideiuſſore debuit, fideicommiſſi petitio non ſolùm heredi, ſed & fideiuſſori competit: intereſt enim eius ſolui mihi, quàm ipſum conuentum, mandati actionem intendere. nec intereſt, ſoluendo ſit, nécne.

6 ¶ Iulianus ‖ libro 39. Digeſtorum ſcribit. ‖

SI fideiuſſor creditori legaſſet, *quod ei deberet f*, an legatum valeret? & ait, creditoris quidem nihil *g* intereſſe, verum debitorem habere ex teſtamento actionem: intereſt enim ipſius liberari, quippe conueniri à fideiuſſoris herede non *h* poterit.

7 ¶ Quòd ſi idem fideiuſſor Titio leget, & fidei eius commiſerit *vt i creditori ſoluat*, & debitor, & fideiuſſoris heres agere cum Titio ex cauſa fideicommiſſi poterunt: quia vtriuſque intereſt legatarium ſoluere.

8 ¶ Meminiſſe autem oportet, eum *k* qui damnatur *l* ‖ hoc ‖ ſolum fundum vendere, non *m* gratis damnari hoc facere, ſed hoc ſolum, vt vendat vero *n* pretio.

9 ¶ Quòd ſi certo *o* pretio ſit damnatus facere, neceſſe habebit tanti vendere, quanti damnatus eſt.

De ſeruo communi. 1. De ſententia lata contra heredem. 2. Si quis ante quæſtionem de familia habitam adierit, vel necem teſtatoris non defenderit. 3. De nummis.

50. *Idem* ‖ libro 24. ad Sabinum. ‖

SI ſeruus plurium ſit, pro *p* dominij portione legatum ei relictum adquiret.

1 ¶ Si hereditatis iudex contra heredem pronuntiauerit non *q* agentem cauſam, vel luſoriè *r* agentem, nihil hoc nocebit legatariis.

¶ Quid ergo ſi per iniuriam fuerit pronunciatū, non tamen prouocauit *ſ*? Iniuria ei facta *t*, non *u* nocebit legatariis, vt & Sabinus ſignificat. Si tamen ſecundum ſubſtitutum *x* pronunciet, an ille legatariis teneatur, videamus: & cum ius facit hæc pronunciatio,

a v. Cuiac. *ad l. 5. §. qui teſt.* Robertum 3. *animad.* 26. Anton. Mercat. 3. *not.* 26.

b Impletus annus hic non cenſetur, qui tantum inceptus eſt. Quatuordecim annorum hic cenſetur, qui non decimum quartum cœpit, ſed qui eum perfectè impleuit.

c *l. 48. ǰ. de cond. & demonſt. l. 22. ǰ. quando dies leg.*

d *d. l. 22. ǰ. quando dies leg.*

e *l. 11. §. 22. ǰ. de leg. 3.* hinc ſumitur exceptio, Tua non intereſt: Tu non es nominatus in teſtamento. de qua exceptione v. Olden. 51. *de except.*

f Fideiuſſor, debitor eſt creditoris, vt & *l. & magis 4. ǰ. de ſolut. l. ſi ſeruum 91. §. nunc videamus 4. ǰ. de verb. oblig.* vnde notat poſt Angelum Iaſon, Fideiuſſorem apud pupillū, eiuſdem tutorem eſſe non poſſe: cum fideiuſſor apud pupillum ſit eius debitor, *Auth. minoris debitor. Cod. qui dare tut.* v *l. 7. ǰ. de liberat. legata.* Fideiuſſorem autem apud pupillum intellige eum qui pro pupilli debitore fideiuſſit.

g Imo creditoris intereſt. Fideiuſſor enim id legans creditori quod ei debeat, vtilitatem adfert creditori. Nam iure nouo creditor experiri aduerſus reū principalē prius debet, deinde aduerſus fideiuſſorem. *Auth. præſente, C. de fideiuſ.* Cui beneficio videtur hoc generis legato renūciare ipſe fideiuſſor. vnde putat Salicetus hanc legē eſſe correctā. Sed non ita eſt: Pone fideiuſſorem renuntiaſſe beneficio d. Authenticæ *præſente*: Hoc generis legato (de quo hic agitur) videbitur fideiuſſor renuntiaſſe ei beneficio. quod & putat Iaſon. h Fideiuſſor legans creditori, quod ipſe ei debeat, non ſe à creditore liberat, ſed debitorem potius, vt nō fideiuſſoris heredes poſſint conuenire, *vt hic.* Quid ſi heredes ipſi creditori ſoluerint? ne id quidem repeti poſſe à debitore per fideiuſſoris heredes notat Iaſon, adde *l. tribus 8. ǰ. de vſufr. earum rerum.* i Fideiuſſor damnare poteſt legatarium, vel heredem, vt pro debitore principali ſoluant. k Vendere ſimpliciter damnatus heres à teſtatore, intelligitur iuſſus vendere iuſto pretio. l *l. 54. l. 89. §. 1. ǰ. de legat. 2. l. 30. §. 3. ǰ. de leg. 3. l. 5. ǰ. de act. empt.* m Nec enim eſt venditio ſine pretio, *l. 2. in fin. ǰ. de contrah. empt.* n de vero & iuſto pretio v. Fornerium 2. *ſelect.* 19. & quæ notaui ad *l. 2. C. de reſcindenda.* & Nouellam Romani ſenioris.

o Vendere certo pretio damnatus heres, pretium egredi non debet, etiamſi modicum eſſet, vt eo prætextu iuuari non poſſit, *l. 2. C. de reſcin. vend.* adde *l. etiam. §. 1. ǰ. de pet. hered.* niſi teſtator putauit id eſſe iuſtum pretium quod adiecit *Raph. Alex. Iaſ.* arg. *l. cum tale 72. §. falſam 6. ǰ. de cond. & dem.*

p *l. 20. in fin. ǰ. de leg. 2.* Legatum ſeruo communi relictum, dominis adquiritur non æqualiter, ſed pro dominica portione, *vt hic.* vnde notant relictum caſtro, adquiri dominis caſtri non æqualiter, ſed pro dominicis portionibus. *Bald. Fulgoſ. Imol. Raph. Iaſon.* vt eadem ratione res noſtræ nobis adquirant vt ſerui, *l. Caius. ǰ. de annuis legatis.* q Sententia lata contra heredem, legatariis non nocet, ſi ea lata ſit contra heredem cauſam non defendentem, vel ſi ſententia iniurioſa dicatur, & ab ea non appellauit, *vt hic.* His caſibus exceptis, ſententia lata cōtra heredem nocet legatariis, *l. Papinianus 8. §. ſi ex cauſa 16. ǰ. de inoff. l. ſi ſuperatus 3. §. 1. ſuprà de pignorib. l. 1. ǰ. de except. rei iudic.*

r *l. ſi perluſorio 14. in fin. ǰ. de appell. l. qui repudiantis 17. in fin. ǰ. de inoff. l. diu 27. ǰ. de liberali. l. ſed etſi. ſuprà de euict.* ſ *al.* prouocabit.

t facta nocebit legatariis, *Cuiac. 2. obſ. 7.* adde & eundem 16. *obſer.* 32. reprehenſus e autem à Roberto 2. *receptarum ſent.* 13.

u *l. 14. in pr. & §. 1. ǰ. de appell.*

x Legata relicta ab inſtituto cenſentur repetita à ſubſtituto, *vt hic.* Quid ita? ſubſtitutus inſtituti locum ſuſtinet, *l. coheredis 41. ǰ. de vulgari, l. Iulianus 15. §. de hered. inſt.* Ita ius coniunctionis inſtituti tranſit ad ſubſtitutum, *l. cum ex filio 39. §. vlt. ſuprà de vulg.*

non valet fideicommiſſum quia non est debitum novi rei quia legatarius a debito actione liberatur l. 70 de leg. 2o l. 8 de leg. 3 —

quod

quod attinet ad ipſius perſona n, numquid legatariis teneatur. nec enim tam improbè cauſari poteſt, ſecundum ſe iudicatum per gratiam: reſpondebit a igitur & legatariis b, vt creditoribus c.

2 ¶ Si quis ante quæſtionem de familia habitam, adierit hereditatem, vel necem teſtatoris nõ defenderit, legatorum perſecutio aduerſus d fiſcum locum habet.

¶ Quid tamen ſi fiſcus bona non adgnoſcat? Ex neceſsitate redundabit onus legatorum ad heredem.

¶ Sed ſi ſubiecit delatorem ſibi, vt ei e hereditas adiudicetur, & oneribus careret, vel minus f plenè defendit cauſam? non ſe exonerat, exemplo eius qui colluſorie g de hereditate litigauit.

3 ¶ Si numerus nummorum legatus ſit, neque h apparet quales ſint legati, ante i omnia ipſius patrisfamilias k conſuetudo, deinde regionis l, in qua verſatus eſt, exquirenda eſt. ſed & mens m patrisfamiliæ, & legatarij dignitas, vel caritas, & neceſſitudo, item earum, quæ præcedunt n, vel quæ ſequuntur, ſummarum ſcripta ſunt ſpectanda.

De certis nummis aut certa lance.

51. *Papinianus* ‖ libro 4. Quæſtionum. ‖

SEd ſi certos o nummos, veluti quos in arca habet, aut certam lancem legauit: non numerata pecunia, ſed ipſa corpora nummorum, vel rei legatæ continentur: neque permutationem recipiunt: & exemplo cuiuſlibet corporis æſtimanda ſunt.

De ſeruis omnibus cum peculio legatis. 1. De legato repetito à ſubſtituto.

52. *Paulus* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

SI cui ſerui omnes *cum* p *peculio* legati ſint, etiam hi ſerui debentur, qui nullum peculium habent.

1 ¶ Si à filio impubere ſub conditione legatum ſit, & filius heres extitit, deinde mortuus eſt: poteſt dici patremfamilias, qui à filio ſub conditione legauit, à ſubſtituto purè repetiit q ſtatim voluiſſe à ſubſtituto dari, ſi filius pendente conditione deceſsiſſet.

2. De re his eidem legata. 3. De ſeruo occiſo. 4. Vel noxæ dedito. 5. De animali occiſo. 6. De damno infecto. 7. De illatione mortui. 8. De ſeruo ad maleficium compulſo ab herede, vt ab alio occideretur. 9. De ſeruo capto ab hoſtibus.

53. *Vlpianus* ‖ libro 25. ad Sabinum. ‖

QVid ergo, ſi maiorem quantitatem à ſubſtituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod à ſubſtituto relictum eſt. quod verò concurrit cum ſumma ſuperioribus tabulis inſcripta, inde debebitur.

1 ¶ Sed ſi repetierit legatum cum alio, fortè fundum mihi legauerat ab impubere, repetiit hunc ab impuberis herede mihi & Seio: repetitio r hæc efficiet, vt pars mihi debeatur.

2 ¶ Si quis duos heredes ſcripſerit, & damnauerit vnumquemque, ſolidam rem legatario præſtare, idem eſt atque ſi duobus teſtamentis legatum eſſet. nam & ſi mihi & filio, vel ſeruo meo eſſet eodem teſtamento legatum, ſine dubio valeret legatum vtriuſque, vt & Marcellus apud Iulianum adiicit.

3 ¶ Si heres hominem legatum occidit ob facinus ſ, hoc eſt, merentem ‖ſine dubio‖ dicendum erit, eum ex teſtamento non teneri.

4 ¶ Sed ſi noxæ dedit, an teneatur, quia poteſt redimere? & puto teneri.

5 ¶ Sed ſi animal legatum occiderit, puto teneri, non vt carnem præſtet, vel cetera ‖λείψανα t, id eſt, *reliquias*, ‖ſed vt u præſtet pretium quanti eſſet, ſi viueret.

6 ¶ Item ſi ædes legatas ob damnum infectum poſsideri paſſus eſt: puto eum teneri. debuit enim x repromittere y.

7 ¶ Sed ſi mortuum intulit, fecítque z religioſum locum legatum: ſi quidem patremfamilias intulit cum alio inferre non poſſet, vel tam opportunè non haberet, ex teſtamento non tenebitur. an verò teneatur, vt pretium loci præſtet: ‖Et‖ ſi quidem ipſe paterfamilias illo inferri voluit: ex teſtamento non tenebitur. quod ſi heres intulit ſuo arbitrio, debebit præſtare, ſi ſit in hereditate, vnde pretium præſtetur. teſtator enim qui legauit vel alio inferri voluit, vel pretium loci legatario offerri.

8 ¶ Item ſi ſeruum non ipſe occidit, ſed compulit a ad maleficium, vt ab alio occideretur, vel ſupplicio adficeretur, æquiſsimum erit, pretium eum præſtare: quòd ſi ſua b mala mente ad hoc proceſſit, ceſſabit æſtimatio c.

9 ¶ Seruus legatus, ſi ab hoſtibus captus ſit, ſine dolo heredis, non præſtabitur: ſi dolo, præſtabitur.

De turpi legato 1. De conditione ſi arbitratu illius nupſerit 2. De conditione implenda. 3. Quota pars debeatur à ſingulis heredibus.

54. *Pomponius* ‖ libro 8. ad Sabinum. ‖

TVrpia a legata, quæ denotandi magis legatarij gratia ſcribuntur, odio ſcribentis pro non ſcriptis habentur.

1 ¶ Si Titiæ legatum relictum eſt, *Si* b *arbitratu Seij nupſiſſet*, & viuo teſtatore Seius deceſsiſſet, & ea nupſiſſet, legatum ei deberi.

2 ¶ Sed & ſi ſerui mors impediſſet c manumiſsionem, cum tibi legatum eſſet, ſi eum manumiſiſſes: nihilominus debetur tibi legatum: quia per te non ſtetit, quominus perueniat ad libertatem.

3 ¶ Si pars heredum nominata d ſit in legando, viriles e partes heredes debet: ſi verò omnes, hereditarias.

De legibus. de obligatione.

55. *Idem* ‖ libro 9. ad Sabinum. ‖

NEmo f poteſt in teſtamento ſuo cauere, ne leges g in ſuo teſtamento locum habeant h quia nec tempore i, aut loco, aut conditione finiri obligatio heredis legatorum nomine poteſt k.

De ſeruo legato qualis legatario præſtatur.

56. *Idem* ‖ libro 51. ad Sabinum. ‖

SI legati ſerui nomine ſtipuletur legatarius, fugitiuum eum non eſſe præſtari: nihil veniet in eam ſtipulationem, quia qualis ſit, talis l ex teſtamento præſtari debet. nec vllum in legato damnum facere intelligeretur.

De re obligata.

57. *Vlpianus* ‖ libro 33. ad Sabinum. ‖

SI m res obligata, per fideicommiſſum fuerit relicta, ſi quidem ſcit n eam teſtator obligatam, ab herede luenda eſt: niſi ſi animo alio fuerit: ſi neſciat à fideicommiſſario: niſi ſi vel hanc, vel aliam rem relicturus fuiſſet, ſi ſciſſet obligatam: vel poteſt aliquid eſſe ſuperfluum exſoluto ære alieno. Quod ſi teſtator eo animo fuit, vt quamquam liberandorum prædiorum onus ad heredes ſuos pertinere noluerit, nõ tamen apertè vtique de his liberandis ſenſerit, poterit fideicommiſſarius per doli exceptionem, à creditoribus, qui hypothecaria ſecum agerent, conſequi *vt actiones ſibi exhiberentur* o. quod quamquam ſuo tempore non fecerit, tamen per iuriſdictionem præſidis prouinciæ id ei præſtabitur.

De ſumptibus in rem legatam factis.

58. *Papinianus* libro 9. Reſponſorum. ‖

DOmus hereditarias exuſtas, & heredis nummis extructas, ex cauſa fideicommiſsi poſt mortem heredis reſtituendas, viri boni arbitratu ſumptuum rationibus deductis p, & ædificiorum ætatibus q examinatis, reſpondi.

59. *Vlpianus* ‖ libro 33. ad Edictum. ‖

SI r modo nulla culpa eius incendium ſ contigiſſet.

60. *Iulianus* libro 39. Digeſtorum.

QVòd ſi nulla retentione facta domum tradidiſſet, incerti condictio ei competet, quaſi plus debito ſoluerit.

61. *Papinianus* ‖ libro 9. Reſponſorum. ‖

SVmptus autem in reficienda domu neceſſarios t à legatario factos, petenti ei legatum, cuius poſtea conditio exſtitit, non eſſe reputandos, exiſtimaui.

De ancilla cum liberis legata.

62. *Paulus* ‖ libro 41. ad Edictum. ‖

SI ancilla *cum* u *liberis* x legata ſit, & ancilla ſola, ſi non ſint liberi: & liberi ſoli, ſi non ſit ancilla, debentur.

De ancillis, & eo quod ex his natum erit.

63. *Celſus* ‖ lib. 17. Digeſtorum. ‖

SI ancillas omnes, & quod ex his natum erit, teſtator legauerit, vna mortua, Seruius partum eius negat deberi: quia acceſſionis loco legatus ſit. quod falſum puto: & nec verbis, nec voluntati defuncti accommodata hæc ſententia eſt.

De captatoria ſcriptura.

64. *Gaius* ‖ lib. 15. ad Edictum Prouinciale. ‖

CAptatoriæ y ſcripturæ ſimili modo neque in hereditatibus, neque in legatis z valent.

a Heres ſecundum quem in cauſa petitæ hæreditatis, etiam iniuria iudicatum eſt, tenetur creditoribus & legatariis, *Dyn. Bald. Imol. Caſtrenſ. Iaſ.*
b adde *l. 74. ꝟ. eo.*
c v. quæ notaui ad *l. 1. §. qui teſt.*
d *v. l. 9. §. de Silaniano.*
e fiſco.
f in fraudem legatorum.
g facit *l. 1. §. 34. §. de Silaniano.*
h *l. 75. ꝟ. de leg. 3.*
i Obſcurum legatum his coniecturis declaratur conſuetudine patris familias, regionis, mente teſtatoris, dignitate legatarij, caritate, neceſſitudine, ex præcedentibus, & ſequentibus, *vt hic.* Quid? coniecturæ quæ hic enumerantur, quo ordine hic enumerantur, ſuntne potiores? Caſtrenſis negat, exiſtimans potiorem eſſe coniecturam quæ ex antecedentibus & conſequentibus ac vicinitate ſcripturarum ducatur, *arg. l. cum pater 77. §. cùm imperfecta 22. ꝟ. de leg. 2. l. hæredes palam 21. §. ſi quid poſt 1. §. de teſtam.* Contrarium cenſet Pet. Imol. Alex. Aret. arg. *d. l. cum pater 77. Non. 1. §. inordinatum: l. nec enim 6. ꝟ. de ſolut. l. 2. §. prius. ſuprà de vulgari. l. pen. ꝟ. de aliment. l. ſicut annum 14. inf. de annuis. l. nummis 75. ꝟ. de leg. 3.*
k *d. l. 75. l. 13. in fi. §. de vſuris. l. 21. §. 1. ſuprà qui teſt. l. 3. in fin. infr. de ſupellect.*
l *l. 21. §. 19. ſupr. de ædilit. l. 1. ſuprà de vſuris d. §. 1. l. 1. in fin. ſuprà de inſpic. ventr. l. 18. §. 3. ꝟ. de inſtructo l. 34. ꝟ. de reg. iur.*
m Mens teſtatoris, eſt mens eius coniecturata: vel coniecturæ quibus mẽtem colligimus.
n Præcedentia lucem adferunt ſequentibus obſcuris & generalibus: & è contra, *vt hic*, etiamſi præcedentia ſint meræ præfationes, *l. vlt. §. de hered. inſt. l. Titia 134. §. idem. inf. de verb. oblig.*
o *v. l. 75. ꝟ. de leg. 3.*
p adde *l. 13. in fin. ꝟ. de manum. teſt.*
q reperit. *Hal.* adde *l. 89. ꝟ. de cond. & dem.*
r *l. 22. in fin. C. eod.*
ſ *l. 69. ꝟ. de v. oblig.*
t id eſt reliquias, id eſt carnem & corium, nec ea quidem debentur vſufructuario, *l. pen. § quib. mod. vſuſfr. amit. l. 49. ꝟ. de leg. 2.*
u *l. 14. §. 1. ſuprà de cond. furt.* adde *l. 49. in fin. ſuprà de rei vind.*
x Imo non debuit, *l. 15. §. 3. ꝟ. de damno.*
y quia miſſus eſt tantum ex primo decreto, *Accurſius.*
z *l. vlt. ꝟ. de religioſis. l. 66. §. 4. ꝟ. de leg. 2.*
a Paria ſunt occidere, vel compellere aliquem ad delinquendum, vnde mors ſeruatur, *Bald.* b id eſt ipſius ſerui. c id eſt æſtimationis periculo.

a *§. vlt. Inſtit. eod. l. 112. §. 3. ꝟ. eod. l. vnic. ꝟ. de his quæ pœna.*
b id eſt ſub ea conditione.
c *l. 6. §. 1. infrà de cond. & demonſt.*
d *l. 124. ꝟ. eo.*
e æquas, *l. 23. ꝟ. ad Treb.*
f nota locum de ratione teſtandi.
g *l. 35. C. de inoff.* ideóq; teſtator non poterit prohibere inſinuationem teſtamenti, ſi ea ſtatuto requiretur, *Decio res hic* non poterit prohibere liberos primi gradus præſertim, quominus detrahant quartam Trebellianicam *v. l. 6. C. ad SC. Trebell.* eóſve legitima defraudare ſine iuſta cauſa, non poterit fructuario remittere cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, *v. l. 1. C. de vſuf.* Cuiacius tamen aliud putat, arg. *l. vlt. C. arbitr. tut.* non poterit in præiudicium creditorum etiam creditori remittere inuentarii confectionem, vide *l. 1. §. 1. Cod. de iur. delib.* non poterit etiam prohibere quo minus heredes in perpetuum hereditatem diuidant, *v. l. 52. §. 9. l. 70. pro ſocio.* Non poterit quoque legatario poteſtatem facere propria authoritate, poſſidere herede res legatas capiendi legati, *l. 5. C. de leg.* adde *l. 34. §. 1. ꝟ. de leg.* 3. ſcripſi ad *l. 1.* 2. *ꝟ. quorum legatorum.* non poterit etiam prohibere quominus heres res ſuas alienet, *v. l.* … *C. de Iudæis.* ſed … ius adcreſcendi inter inſtitutos, *v. l.* … 7. *ꝟ. de regul. iur.* de quibus v. Cl… 3. *ſent. in §. teſtamentũ q. 61. & ſeq.*
h *l. 112. in fi.* … *l. 7. §. 16. ſuprà de pact. l. 6. ſup. de adminiſt. tut. l. 13.* … *de teſtam. l. 27.* … *reg. iur.* v. Iul. Cl… rum 3. *ſent. §. teſtamentum quæſt. 61.*
i De tempore, loco, & conditione, v. Duaren. *hic.* k teſtator ſcilicet, poteſt tamen ipſe heres pacto ius ſuum deterius facere. l *l. 45. in fin. ſuprà eod.*
m 5. *Harm. 10. §. 37.* n *l. 6. C. de fideic. §. 11. in fin. Inſt. hoc tit. l. 21. §. de probat.*
o exhibeantur. p Qui in conſeruandis rebus hereditariis ſumptus factus eſt, imputari debet, *l. 19. in fin. ꝟ. ad Treb.*
q ſtatu & quantitate ædificiorum ex modulo lateritij, aut cæmentitij, aut marmorei operis æſtimatione facta, *Cuiac.* Alius tamen ætatis vocabulo intelligit æſtimationem factam temporis, quo ædes ab herede reſtauratæ duraturæ ſint. quem reprehendit Cuiac. 18. *obſer.* 38. v. eundem Cuiacium de ætatis vocabulo 6. *obſ.* 3. Alij legunt quantitatibus, alij qualitatibus. *Fornev.* 2.
r tunc enim teneretur.
ſ *l. 3. §. 1. ſuprà de off. Præf. vigil.*
t neceſſario factos petenti legatario, legatum, cuius poſtea conditio extitit non eſſe reputandos, &c. audio doctiſſimum virum Iacobum Cuiacium, hanc legem ita emendaſſe.
u vide *l. 3. ꝟ. de peculio legato.*
x natis vel naſcituris.
y captare, eſt venari & aucupari lucrum. Porro Captatoriæ ſcripturæ ſunt; αἱ χάριν ἀντιλήψεως γραφαί. *Synopſis Baſilic. 2. cap. 36.*
z neque inſtitutionibus, *l. 11. Cod. de teſtament. milit. l. 70. ſuprà de heredibus inſtit.*

De parti

De particula præter. *De conditione,* ſi legatarius volet. 2. *De domo.*

65. *Idem* ‖ libro 1. de legatis ad Edictum Prætoris. ‖

SI ita legatum ſit: *Scio ſeruos decem do: præter eos decem quos Titio legaui:* ſi quidem decem tantùm inueniantur in hereditate, inutile eſt legatum: ſi verò ampliores, poſt eos quos Titius elegit, in cæteris valet legatum: ſed non in ampliores quàm decem qui legati ſunt. quod ſi minus ſunt, in tantos, quanti *a* inueniantur.

1 ¶ *Illi, ſi* b *valet, Stichum do,* conditionale *c* eſt legatum: & non aliter ad heredem tranſit, quàm ſi legatarius voluerit: quamuis alias quod ſine adiectione, *Si volet.* legatum ſit, ad heredem legatarij tranſmittitur. aliud *d* eſt enim iuris, ſi quid tacite *e* continetur, aliud ſi verbis exprimatur.

2 ¶ Si domus fuerit legata, licet particulatim *f* ita refecta ſit, vt nihil ex priſtina materia ſuperſit: tamen dicemus, vtile manere legatum, at ſi, ea domu deſtructa, aliam g eodem loco teſtator ædificauerit, dicemus interire legatum: niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe fuerit adprobatum.

De re emenda, vel vendenda.

66. *Gaius* libro decimooctauo ad Edictum Prouinciale.

ET ſi æquo pretio emere *h*, vel vendere *i* iuſſerit heredem ſuum teſtator, adhuc vtile legatum eſt. quid enim, ſi legatarius, à quo emere fundum heres iuſſus eſt, cùm ex neceſſitate eum fundum venderet, nullum inueniret emptorem? vel ex diuerſo, quid ſi legatarij magni intereſſet, eum fundum emere, nec aliter heres venditurus eſſet, quàm ſi teſtator iuſſiſſet?

De delicto ſerui legati. 1. *Quotam partem ſinguli heredes debent.*

67. *Idem* ‖ libro 1. de legatis ad Edictum Prætoris. ‖

SEruus vni ex heredibus legatus, ſi quid in hereditate malitioſè feciſſe dicatur, fortè rationes interleuiſſe *k*, non aliter adiudicandus eſt, quàm ex eo, volentibus coheredibus, quæſtio habeatur. Idem eſt & ſi extraneo fuerit legatus.

1 ¶ Si ex pluribus heredibus ex diſparibus partibus inſtitutis, duobus eadem res legata ſit, heredes non pro hereditaria portione, ſed pro virili *l* id legatum habere debent.

De legato poſt mortem patris. 1. *Vel domini.* 2. *De libertate relicta ſeruo legato.*

68. *Idem* ‖ libro decimooctauo ad Edictum Prouinciale. ‖

SI *poſt mortem patris* filio legetur, dubium non eſt, quin mortuo patre ad filium pertineat legatum. nec intersit *m*, an patri heres extiterit, nécne.

1 ¶ Sed ſi ſeruo *poſt mortem domini* relictum *n* legatum eſt, ſi quidem in ea cauſa durabit *o*, ad heredem domini pertineat *p*: vſque adeò vt idem iuris eſt *q*, & ſi teſtamento domini liber eſſe iuſſus fuerit. ante enim cedit dies legati quàm aliquis heres domino exiſtat *r*. quo fit vt hereditari adquiſitum legatum, poſtea herede aliquo exiſtente ad eum pertineat: præter quam ſi ſuus hæres aliquis, aut neceſſarius domino ex eo teſtamento factus erit. tunc enim quia in vnum concurrit, vt & heres exiſtat, & dies legati cedat, probabilius dicitur ad ipſum potius, cui relictum eſt, pertinere legatum, quàm ad heredem eius à quo libertatem conſequitur.

2 ¶ Si purè *ſ* legatus ſeruus, ſub conditione liber eſſe iuſſus fuerit, ſub contraria conditione valet legatum: & ideo exiſtente conditione legatum perimitur: deficiente, ad legatarium pertinebit. & ideo ſi pendente conditione ‖libertatis‖ legatarius deceſſerit, poſteáque defecerit conditio ‖libertatis‖ ad heredem legatarij non pertinet legatum.

3 ¶ Quòd ſi idem purè legatus ſit, & ex die liber eſſe iuſſus erit, omnimodo inutile legatum eſt, quia diem venturam certum eſt. ita Iulianus quoque ſenſit.

4 ¶ Vnde ait: Si ſeruus Titio legatus ſit, & idem poſt mortem Titij liber eſſe iuſſus fuerit, inutile legatum eſt *t*: quia moriturum Titium certum *u* eſt.

Si ſeruo legato legetur. 1. *De alienatione ſerui ſub conditione legati.* 2. *De ære alieno ſoluendo, de dote.* 3. *De ſeruitutibus.* 4. *De rationibus reddendis.* 5. *Si dubitetur an res legata extet.*

69. *Idem* ‖ libro 2. de legatis ad Edictum Prætoris. ‖

SEruo legato *x* legari poſſe receptum eſt: quòd adita hereditate ſtatim ſeruus adquiritur legatario, deinde ſequetur legatum.

1 ¶ Si ſeruum ſub conditione legatum heres alienauerit *y*: deinde conditio extiterit: poteſt nihilominus à legatario vindicari, nec extinguitur legatum.

2 ¶ Si teſtator quoſdam ex heredibus iuſſerit æs alienum ſoluere, non creditores habebunt aduerſus eos actionem, ſed coheredes *z*, quorum intereſt hoc fieri. Nec ſolum hoc caſu alius *a* habet actionem, quàm cui teſtator dari iuſſit: ſed alio quoque. veluti ſi filiæ nomine genero aut ſponſo dotem dari iuſſerit: non enim gener aut ſponſus, ſed à filia habet actionem, cuius maximè intereſt.

3 ¶ (Si fundus qui legatus eſt) ſeruitutem debeat impoſitam, qualis *c* eſt, dari debet. Quòd ſi ita legatus ſit, vti *d Optimus maximúſque* liber *e* præſtandus eſt,

4 ¶ Seruus qui in negotio fuerit legatus ‖, non antè tradi debet, quàm rationes explicet. & ſi ad iudicium itum ſit, iudicis eædem partes eſſe debent.

5 ¶ Si res quæ legata eſt, an in rerum natura ſit, dubitetur, fortè ſi dubium ſit, an homo legatus viuat: placuit agi quidem ex teſtamento poſſe, ſed officio iudicis contineri, vt cautio *a* interponeretur, qua heres caueret, eam rem perſecuturum: &, ſi nactus ſit, legatario reſtituturum.

a l.8.§.2.ǰ. de legat. 2.
b Expreſſum enim magis operatur, quam tacitum. *Bal.*
c *l.* 11. ſ. *de rebus creditis l.* 69. ǰ. *de cond. & dem.*
d *l.* 69. ǰ. *de cond. & demonſt.*
e *l.* 47. ǰ. *de cond. & demonſt.*
f Per partes, *l.* 10. §. 3. ſ. *quibus modis vſusfructus.* 5. *Harmen.* 10. §. 32.
g *l.* 7. ǰ. *de inſtruct.* adde *l.* 76. *ſupr. de iudic.*
h Factum legari poteſt, *l.* 108. *in fi.* ǰ. *eod.*
i *l.* 49. §. 8. ſ. *eod.*
k *v. l.* 12. *C. de teſtam. ordin.*
l *l.* 2. ǰ *de inſtruct.*
m vbi fit mentio filij ab extraneo, filius non venit vt heres, ſed vt filius: ſecus ſi à patre. *v l.* 17. §. 4. *ſupr. de pact.*
n ab extraneo ſcilicet.
o ſeruus ſc.
p i. pertinebit.
q *al.* ſit.
r i. cedit à die mortis, *l.* 1. §. 5. *C. de caducis.*
ſ *l.* 20. ǰ. *de vſu & vſufr. leg.*
t Imò, non eſt inutile, *l.* 65. *in fin.* ǰ. *de leg.* 2.
u Mors certa, dies mortis incertus *l.* 1. §. 2. ǰ. *de cond. & demonſt.*
x *l.* 91. §. 3. ǰ. *eod.*
y *l.* 15. ǰ. *de rebus dubiis*
z *l.* 20. §. 3. §. 8. ſ. *familia.*
a *l.* 11. §. 22. ǰ. *de leg.* 3. *l.* 8. §. 3. ǰ. *de liberat. legata.*
b aliud in dote *l.* 5. *C. de dotis promiſſ.*
c *l.* 66. §. 6. *inf. de legat.* 2.
d adde *l.* 91. §. 4. ǰ. *de leg.* 3. *l.* 22. ǰ. *de inſtructo.*
e *l.* 59. ſ. *de contrah. emp. l* 75. ſ. *de euict.*

De furto, de ſeruitutibus.

70. *Idem* ‖ libro decimooctauo ad Edictum Prouinciale. ‖

SI ſeruus Titij furtum *b* mihi fecerit, deinde Titius herede me inſtituto ſeruum tibi legauerit, non eſt iniquum talem *c* ſeruum tibi tradi, qualis apud Titium fuit, id eſt, vt me indemnem præſtes furti nomine, quod is fecerit apud Titium.

1 ¶ Nam & ſi fundus, qui meo fundo ſeruiebat, tibi legatus fuerit: non aliter à me tibi præſtari debeat, quàm vt priſtinam ſeruitutem recipiam.

2 ¶ Nec diſſimile eſt ei, qui mandato alicuius ſeruum emit, vel ei, qui ſeruum redhibet: qui omnes non *d* aliter reſtituere ſeruum coguntur, quàm vt ratio habeatur furti, quod ab eo ſeruo factum fuerit, vel antequam negotium contraheretur, vel poſtea.

3 ¶ Quare & ſi poſt aditam hereditatem ſeruus legatus heredi furtum fecerit, ita præſtari debebit, vt ob hoc delictum quaſi litis æſtimatio à legatario ſufferatur heredi.

De domo. 1. *De euictione.* 2. *De tempore ad ſoluendum dando.* 3. *De æſtimatione loco rei præſtanda.* 4. *De fundo vectigali.*

71. *Vlpianus* ‖ libro 51. ad Edictum. ‖

SI domus alicui ſimpliciter *e* ſit legata, neque adiectum, quę domus: cogentur *f* heredes, quam vellet *g*, domum ex his, quas teſtator habebat, legatario dare. quòd ſi *h* nullas ædes reliquerit, magis deriſorium eſt, quàm vtile legatum.

1 ¶ De euictione, an cauere debeat is, qui ſeruum præſtat ex cauſa legati, videamus. & regulariter dicendum eſt, quotiens ſine iudicio præſtita res legata euincitur, poſſe eam ex teſtamento peti: cæterùm ſi iudicio petita eſt, officio iudicis cautio neceſſaria eſt *i*, vt ſit ex ſtipulatu actio.

2 ¶ In pecunia legata confitenti heredi modicum *i* tempus ad ſolutionem dandum eſt. nec vrgendum ad ſuſpiciendum iudicium. quod quidem tempus ex bono & æquo prætorem obſeruare oportebit.

3 ¶ Qui confitetur ſe quidem debere: iuſtam autem cauſam *k* adfert, cur vtique pręſtare non poſsit: audiendus eſt? vtputa ſi aliena res legata ſit, negétque dominum eam vendere, vel immenſum pretium eius rei petere adfirmet, aut ſi ſeruum hereditarium neget ſe debere præſtare: forte patrem ſuum *l* vel matrem, vel fratres naturales *m*: æquiſsimum eſt enim, concedi ei ex hac cauſa ęſtimationem officio iudicis pręſtare.

4 ¶ Cùm alicui poculum legatum eſſet, vellétque heres ęſtimationem pręſtare: quia iniquum eſſe aiebat, id ſeparari à ſe; non impetrauit id à prætore. alia enim conditio eſt hominum, alia cæterarum rerum. in hominibus enim benigna ratione receptum eſt, quod ſupra probauimus.

5 ¶ Si fundus municipum vectigalis *n* ipſis municipibus ſit legatus, an legatum conſiſtat, petique poſsit, videamus, & Iulianus lib. 38. digeſtorum ſcribit, quamuis fundus vectigalis municipum ſit *o*, attamen, quia *p* aliquod *q* ius in eo, is qui legauit, habet, valere legatū.

6 ¶ Sed & ſi non municipibus, ſed alij fundum vectigalem *r* legauerit, non *ſ* videri proprietatem rei legatam, ſed id ius quod in vectigalibus fundis habemus.

72. *Paulus* ‖ libro 48. ad Edictum ‖

SI quis legauerit fundum Cornelianum, *exceptis vineis quæ mortis eius tempore erunt t*: ſi nullæ vineæ erunt, legato nihil decedit.

De iuſſo facere, vt quis habeat. 1. *De ciuitatibus & vicis.*

73. *Gaius* ‖ libro 3. de legatis ad Edictum. Prætoris. ‖

SI heres iuſſus ſit *facere* u, *vt Lucius centum* ' *habeat*, cogendus eſt heres centum dare: quia nemo facere poteſt, vt ego habeam centum, niſi mihi dederit.

1 ¶ Vicis legata perinde *x* licere capere, atque ciuitatibus *y*, reſcripto imperatoris noſtri ſignificatur.

De repetitione legati à ſubſtituto.

74. *Vlpianus* " libro 4. Diſputationum. "

LIcèt Imperator noſter *z* cum patre *a* reſcripſerit, *videri* b *voluntate teſtatoris repetita* c *à ſubſtituto, quæ ab inſtituto fuerāt relicta*; tamen hoc ita erit accipiendum,

a *l.* 39. ǰ. *eod.*
b *l.* 6. ǰ. *de furtis.*
c *l.* 45. *in fi.* ſ. *eod.*
d *l.* 23. §. 8. ſ. *de ædilitio.*
e i. ſine certa deſignatione: veluti ſi teſtator non dixerit, Titio Do lego domum illam ſitā in tali vico, vel quam emi à Sempronio, vel quam inhabito nunc & incolo.
f cogetur heres quam domum vellet ex his, *vulg. l.* 106. ǰ. *de verb. obl.* cogentur heredes quam domum voleat ex his, *Hal.* adde *l.* 32. §. 1. *ſupr. eodem.*
g *al.* quam voluerit.
h *d. l.* 105.
i *v. l.* 1. §. 6. ǰ. *ſi quis teſtamento.*
k *v. l.* 45. §. 1. *ſup. eod. l.* 29. §. 3. ǰ. *de leg.* 3.
l facit *l.* 8. ſ. *de pignorib.*
m *l.* 11. ǰ. *de manumiſſ. vindict.* In auctione, fratres hoſtilis haſta non diuidit, *Senec. c.* 9. *Controuerſ.* 3.
n Vectigalis fundus legari, etiam ipſis municipibus, poteſt.
o proprietatem & dominium directum municipes in eo habeant.
p adde *l.* 16. *in f. ſupr. quib. mod. vſusfr.*
q Dominium vtile vel actione in rem, *l.* 1. §. 1. *ſupr. ſi ager vectigalis.*
r *l.* 1. ſ *ſi ager vectigalis.* Eadem ratio in tabernis, quæ in ſolo publico, *l.* 32. *ſup. de contrah. empt.*
ſ Vectigalis fundi poſſeſſor proprietatem non habet, ſed ius tantum: proprietas penes ipſum municipium eſt.
t vide *l.* 123. ǰ. *de verb. ſign.*
u His verbis, *Fac heres vt Titius centum habeat*, iubetur heres Titio centū dare. An & his, *cura vt habeat*? negat Baldus. Cur? prioribus verbis factum immediatum ſoluendi: poſterioribus promittendi factum demonſtratur. *Bald.*
x Vicorum & ciuitatum ius in capiendis legatis exæquatum eſt.
y vide *l.* 122. *inf. eodem.*
z Antoninus ſc.
a Seuero ſc. *l.* 61. *in fi.* ǰ. *de leg.* 2. *l.* 4. *C. de S. C. Treb.*
b de hac præſumptione vide Alciatum 3. *præſ* 36 adde Socinū *reg.* 334.
c Repetita à ſubſtituto videntur legata, quæ relicta ab inſtituto, niſi aliud appareat. *l.* 50. §. 2. ſ. *eod l.* 126. *infra* g 61. *in fin. l* 77. §. 15. *l.* 82. §. 1. ǰ. *de leg.* 2.

vide quoad 23 parte huius & lg. 71 §. 3. de Cell

dum,

dum, ſi non fuit euidens *a* diuerſa *b* voluntas, quæ ex multis colligetur: an quis ab herede legatum vel fideicommiſſum relictum noluerit à ſubſtituto deberi. quid enim, ſi aliam rem relinquit à ſubſtituto ei fideicommiſſario vel legatario quam ab inſtituto non reliquerat? vel quid ſi certa cauſa fuit, cur ab inſtituto reliquerat, quæ in ſubſtituto ceſſaret? vel quid ſi ſubſtituit ex parte fideicommiſſarium, cui ab inſtituto reliquerat fideicommiſſum? In obſcura igitur voluntate locum habere reſcriptum dicendum eſt.

De legato collato in arbitrium heredis. 1. De eo quod quis debet. 3. Alternatè.

75. *Idem* || libro 5. Diſputationum. ||

SI ſic legatum vel fideicommiſſum ſit relictum, *Si æſtimauerit c heres, ſi comprobauerit, ſi iuſtum putauerit*: & legatum & fideicommiſſum debebitur. quoniam quaſi viro *d* potius bono ei commiſſum eſt, non in meram *e* voluntatem heredis collatum.

1 ¶ Si mihi, *quod Titius decet*, fuerit legatum, neque Titius debeat *f*, ſciendum eſt nullum eſſe legatum: & quidem, ſi quantitas non ſit adiecta, euidenti ratione nihil debebitur *g*: quia non apparet quantum fuerit legatum. nam & ſi quid ego Titio debeo, ei legauero quantitate non adiecta, conſtat, nullum eſſe legatum: cùm ſi decem, quæ Titio debeo, legauero, nec quicquam Titio debeam, falſa *h* demonſtratio non perimit legatum, vt in legato dotis Iulianus reſpondit.

2 ¶ Quod ſi addiderit, *decem, quæ mihi Titius debet, lego*: ſine dubio nihil erit in legato. nam inter falſam demonſtrationem, & falſam conditionem, ſiue cauſam, multum intereſt. proinde & ſi Titio decem, quæ mihi Seius debet legauero, nullum erit legatum: eſſe enim debitor debet. nam & ſi *i* viuus exegiſſem, extingueretur legatum. &, ſi debitor maneret, actiones aduerſus eum heres meus duntaxat præſtare cogeretur.

3 ¶ Si quis ita ſtipulatus, *Stichum aut decem, vtrùm ego velim*, legauerit, quod *k* ei debebatur, tenebitur heres eius, vt præſtet *l* legatario actionem, electionem habituro, vtrùm Stichum, an decem perſequi malit.

4 ¶ Proinde ſi Stichum legauerit, cùm ille ei Stichum aut decem deberet, incerti *m* actio legatario aduerſus heredem competit, vt ſcripſit Iulianus lib. 33. Digeſtorum, per quam actionem compellat heredem experiri. & ſi Stichum conſecutus fuerit, præſtabit ei: ſi decem *n*, nihil conſequetur. ſecundùm quod erit in arbitrio debitoris, an ſit legatarius is, cui Stichus legatus eſt.

76. *Iulianus* || libro 34. Digeſtorum. ||

QVòd ſi quis *Stichum aut Pamphilum* ſtipulatus, Sempronio Stichum legaſſet, Mæuio Pamphilum, oneratus heres intelligitur, vt neceſſe habeat alteri *o* actionem ſuam, alteri *p* æſtimationem Stichi aut Pamphili dare.

De fideicommiſſo relicto à depoſitario, vel alio debitore.

77. *Vlpianus* || libro 5. Diſputationum. ||

SI pecunia fuit depoſita *q* apud aliquem, eiuſque fideicommiſſum, vt eam pecuniam præſtet, fideicommiſſum ex reſcripto Diui Pij debebitur, quaſi videatur heres rogatus remittere id debitori. nam ſi conueniatur debitor ab herede, doli exceptione vti poteſt quæ res vtile fideicommiſſum facit. quod cùm ita ſe habet, ab omni debitore fideicommiſſum relinqui poteſt.

De fideicommiſſo relicto à legatario.

78. *Idem* || libro 8. Diſputationum. ||

FIdeicommiſſum, quod *r* à legatario relinquitur, ita demum ab eo debetur, ſi *ſ* ad legatarium legatum peruenerit.

De decem relictis Titio, & Seio.

79. *Iulianus* || libro 5. Digeſtorum. ||

SI quis teſtamento ſuo, *Titio & Seio decem dari* iuſſerit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem: vt dena *t* dixiſſe videatur *u*, qui decem dixit.

De relictis vltra vires patrimonij.

80. Apud *Iulianum* libro 32. Digeſtorum. *Marcellus* notat.

IS, qui ſola triginta reliquerat, Titio triginta legauit, Seio viginti, Mæuio decem. Maſſurius Sabinus probat Titium quindecim, Seium decem, Mæuium quinque conſecuturos. ita tamen, vt ex his pro rata *x* portionis Falcidiæ ſatisfiat.

Si heres fundum legatum legauerit. 1. Si ſeruo plurium legetur. 2. De ſeruo vni purè, alteri ſub conditione. niſi manumittatur *legato. 3. Si fundus excepto ædificio legetur. 4. De legata,* Quiſquis cum patrono heres erit. *De ſeruis à teſtatore æſtimatis. 5. De conditione quæ conſiſtit in dando, & de acceptilatione. 6. Si legatarius ignorans ſibi legatum rem legatam legauerit. 7. De legato à filio impubere: & à ſubſtituto. 8. De coniunctione & alternatione legatariorum. 9. De ſtatulibero. 10. Si ſeruus à filio impubere legetur, & à ſubſtituto liber eſſe iubeatur.*

81. *Iulianus* libro 32. Digeſtorum.

SI fundum ſub conditione legatum heres *a* pendente conditione ſub alia conditione alij legaſſet, & poſt exiſtentem conditionem, quæ priore teſtamento præpoſita fuiſſet: tunc ea conditio ſub qua heres legauerat extitiſſet, dominium à priore *b* legatario non diſcedit.

1 ¶ Si ſeruo communi res legata fuiſſet, poteſt alter dominus agnoſcere legatum, alter *c* repellere. nam in hanc cauſam ſeruus communis quaſi duo ſerui ſunt.

2 ¶ *Stichum Sempronio do lego. Si Sempronius Stichum intra annum non manumiſerit, eundem Stichum Titio do lego.* quæſitum eſt, quid iuris eſſet? Reſpondi, Sempronium interim totum habiturum: &, ſi quidem intra annum manumiſiſſet, liberum eum effecturum. ſin autem hoc non feciſſet, totum ad Titium pertinere.

3 ¶ Qui fundum *excepto ædificio d* legat, appellatione *e* ædificij aut ſuperficiem *f* ſignificat aut ſolum quoque, cui ædificium ſuperpoſitum eſt. Si de ſoli ſuperficie exceperit, nihilominus iure legati totus *g* fundus vindicabitur, ſed exceptione doli mali poſita, conſequetur heres || id, || *vt ſibi habitare in villa liceat.* in quo inerit. *vt iter quoque & actum in ea habeat.* Si verò ſolum quoque exceptum fuerit, fundus excepta villa vindicari debebit, & ſeruitus ipſo iure villæ debebitur, non ſecus ac ſi duorum fundorum dominus alterum legauerit, ita vt alteri ſeruiret. ſed inclinandum eſt teſtatorem etiam de ſolo *h* cogitaſſe, ſine quo ædificium ſtare non poteſt.

4 ¶ Si libertus patronum ex ſeptunce heredem ſcripſerit, alios ex cæteris: & ita legauerit: *Quiſquis mihi alius ex ſupraſcriptis cum patrono meo heres erit, ſeruos illum & illum Titio lego, quos æſtimo i ſingulos vicenis aureis:* intelligendum erit à coherede patroni duntaxat legatum datum, & ideo Titium non amplius quincuncem in ſeruis, vindicare poſſe: Adiectio autem illa, *Quos æſtimo ſingulos vicenis aureis*, non mutat legati conditionem, ſi legis Falcidiæ rationem habere oporteat: nihilominùs enim verum pretium ſeruorum in æſtimationem deducetur.

5 ¶ *Titio fundum do lego, ſi heredi meo decem dederit*: ſi decem heres Titio debuiſſet, & ea Titius accepta *k* ei feciſſet, fundum vindicare poteſt.

6 ¶ Si *l* Titius, cui Stichus legatus fuerat, antequàm ſciret ad ſe legatum pertinere, deceſſerit, & eundem Seio legauerit, & heres Titij legatum non *m* repudiauerit, Stichum Seius vindicabit.

7 ¶ Si paterfamiliâs ab impubere filio, Titio fundum legauerit, & à ſubſtituto eundem eidem Titio, & pupillus patri heres exſtiterit *n*, ſiue vindicauerit Titius legatum, ſiue repudiauerit: quamuis filius impubes deceſſerit à ſubſtituto vindicare non poterit: hoc enim quod rurſus à ſubſtituto legatur, perinde habendum eſt, ac ſi repetita legata eſſent. Quare & ſi purè à filio *o*, ſub conditione à ſubſtituto legatum fuerit, perinde omnia ſeruabuntur, ac ſi tantùm à filio legatum fuiſſet. contrà autem, ſi à filio ſub conditione, à ſubſtituto purè legatum fuerit, & pupillus pendente conditione deceſſerit, ex ſubſtitutione ſola legatum valebit.

8 ¶ His verbis, *Lucio & Titio eorúmve cui fundum do lego*, vtiliter legatur: & ſi vtrique vixerint, vtrique *p* ſi alter, alteri totum *q* debebitur.

9 ¶ Cùm ſtatuliber *r* ſub conditione legatus eſt, & pendente conditione legati, conditio ſtatutæ libertatis defecit, legatum vtile fit. nam ſicut ſtatuta *ſ* libertas tunc perimit legatum, cùm vires accipit, ita legatum quoque non antè perimi poteſt, quam dies ceſſerit eius.

10 ¶ A filio impubere legatus, & à ſubſtituto liber eſſe iuſſus, ſi quidem pupillus ad pubertatem peruenerit, ab eo cui legatus fuerat, vindicabitur. mortuo *t* verò pupillo, libertas competit *u*.

¶ Longè magis hoc ſeruari conueniet, ſi idem ſeruus ſub conditione ab impubere legatus fuerit, & pendente conditione, filius intra pubertatem deceſſerit.

Si legatarius rem ex alia cauſa acquiſierit. 2. Vel rei vſumfructum. 3. Aut eius partem. 4. De partu legato & emptione ancillæ. 5. De duobus reis. 6. De alternatione.

82 *Iulianus* || libro 33. Digeſtorum. ||

NOn quocunque modo || ſi || legatarij res facta fuerit, die cedente, obligatio legati extinguitur, ſed ita, ſi eo modo fuerit eius, quo auelli non poſsit. Ponamus rem quæ mihi purè legata ſit, accipere me per traditionem die legati cedente, ab eo herede, à quo eadem ſub conditione alij legata fuerit? nempe agam ex teſtamento: quia is ſtatus eſt eius, vt exiſtente conditione diſceſſurum ſit à me dominium. nam & ſi ex ſtipulatione mihi Stichus debeatur, & is cùm ſub conditione alij legatus eſſet, factus fuerit meus ex cauſa lucratiua *x*, nihilominùs exiſtente conditione, ex ſtipulatu agere potero.

1 ¶ Si ex bonis eius qui reipub. cauſa aberat rem vſu acquiſierim, & ea, antequam euinceretur, mihi legata ſit, deinde poſtea euincatur *y*, rectè ex teſtamento petam eam mihi dari oportere.

2 ¶ Fundus mihi legatus eſt *z*, proprietatem *a* eius fundi redemi *b* detracto *c* vſufructu: poſtea venditor capite *d* minutus eſt, & vſufructus

a Euidens dicitur voluntas quæ ex liquidis & apertis coniecturis multis apparet. multa autem dicuntur tria.
b Coniectura coniecturam tollit.
c *v.l.11.§.7.ĵ.de legat. 3.*
d Legatum in meram heredis voluntatem conferri non poteſt: in quaſi viri boni arbitrium, poteſt. *l.24.ſup.locati.*
e veluti ſi dixit, ſi voluerit heres centum Titio dato.
f i. nec reperiatur debitum, adde *l.3*?. *§.5.infr.de legat.2. l.25.in fi.ĵ.de liberat.legata.*
g *v.l.20.ĵ.de ver. oblig.*
h *v.l.21.ſ.de leg. 2. l.33. ĵ. de cond. & demonſt.*
i *§.21.inſt.eo.*
k ius alternatiuum.
l Actio alternatiua cedi poteſt.
m Incerti hæc actio legatario cópetit aduerſus heredem, vt agat: & ſic libellus hic valet, Ago aduerſus te, vt aduerſus Titium agas.
n *l.50. §.1. ĵ. de legat.2.*
o ei ſcilicet, cui eligendi, poteſtas obuenerit.
p ei ſc. qui eligere non poteſt.
q Depoſitarius & debitor poteſt fideicommiſſi onere grauari, & grauatus habet exceptionem contra heredem petentem. *Bald.*
r Fideicommiſſum à legatario relinqui poteſt: idque proprie fideicommiſſũ eſt. *Bald.*
ſ *l.70.ĵ. de leg.2.*
t i. ſingulis decem facit *l.44.in fin. ĵ. de legat.2.*
u Imo, qui ſibi & Titio decem, eadẽ, non alia ſtipulatur, *l.38. §. 19. ĵ. de verb.oblig.*
x Propter defectũ facultatum & propter legem Falcidiam, fit legatorum deminutio, *Bart.* Pro rata diminuuntur legata, vt hæres Falcidiam ſuam habeat. Quælibet contributio pro rata fieri debet.

a Heres non poteſt derogare diſpoſitioni teſtatoris.
b *l.105.ĵ.de cond. & demonſt.*
c *l.41. §.9. inf. de legat.2.*
d quod in eo fundo eſt.
e i. legato.
f ipſum ædificium.
g & ſic ſuperficies ſequitur ſolum, *l.21.ſ. de pignor. l.44.§.1 in fin. ĵ. de obligat. & act.*
h Imò, de ſola ſuperficie cogitaſſe dicendum eſt. *v.l.30. ſ. de ſeruitut. ruſtic.*
i Quarta, quæ per legem Falcidiæ retinetur æſtimatione, quam teſtator fecit non minui poteſt, neque auferri. *l.15.in f. l.42.infr.ad l.Falc. v.l.1.C.arbitr.*
k Dat, qui acceptum facit. [...]que *dare* [...] *iuſſus Titio* [...] *gatum accipere* [...] *herede*, legatum vindicare poteſt, ſi Titio decem [...] cepto tulerit, [...] 115.ĵ.de reg.iur.
l vide Langlæum c.13. [...] *tionum.*
m vide quæ notaui ad *l.19.* [...] *ſ. quemadm.* [...] *amitt.* vide [...] notaui ad Nouellam 48.c.1.
n & ita habet [...] cauſa lucratiua [...] 21.§.1.ĵ. de leg.
o *v.l.89.* [...] *cond. & demonſt.*
p *§.1. ſ. eod.*
q *l. 7. ĵ. de* [...] *dubiis.*
r *l.44.§.8.* [...] *l.9.§ vlt.* [...] *optione.*
ſ conditio [...] liberi.
t Intra pupillarem ætatem.
u legatum [...] non valet.
x Lucratiuæ [...] cauſæ concurrunt quatenus in [...] plus eſt, quam altera, *Bald* adde *l.17.ĵ. de oblig. act.*
y Mea res [...] poteſt à me euinci, mihi legari [...] teſt. *Bald.*
z à non domino.
a & ſic non totum fundum.
b *§.9.Inſt.eod.*
c i. ſolam proprietatem emi, non vſumfructum.
d Vſusfructus capitis minutione [...] fructuarij extinguitur.

fructus

fructus ad me pertinere *a* cœpit, ſi ex teſtamento egero *b*, iudex tanti litem æſtimare debebit, quantum mihi aberit *c*.

3 ¶ *Marcellus*: Idem erit, & ſi partem redemero, pars mihi legata eſt, aut donata, partem *d* enim duntaxat petere debebo.

4 ¶ *Iulianus*: Quod ſi legatum mihi eſt, quod ex Pamphila natum erit, ego Pamphilam *e* mercatus ſum, & ea apud me peperit, non poſſum videri partum ex cauſa lucratiua habere, quia matrem eius mercatus ſum. argumentum rei eſt, quod euicto eo actio ex empto competit.

5 ¶ Qui Gaium & Lucium eiuſdem pecuniæ reos habebat, ſi ita legauerit: *Quod mihi Gaius debet id heres meus Sempronio damnas eſto dare. Quod mihi Lucius debet id heres meus Mæuio damnas eſto dare*, eam conditionem heredis ſui conſtituit *f*, vt is neceſſe habeat alteri actiones ſuas, alteri litis æſtimationem præſtare. Si tamen viuus teſtator Gaio acceptum fecit, neceſſe eſt, vt Sempronij & Mæuij legatum inutile ſit.

6 ¶ Cùm mihi *Stichus aut Pamphilus* legati fuiſſent duorum *g* teſtamentis, & Stichum ex ‖ altero ‖ teſtamento conſecutus fuiſſem, ex altero Pamphilum petere poſſum: quia & ſi vno teſtamento Stichus aut Pamphilus legati fuiſſent, & Stichus ex cauſa lucratiua meus factus fuiſſet, nihilominus Pamphilum petere poſſem.

De parte.

83 *Marcellus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

Titius Stichi partem *h* tibi legauit, eiuſdem Stichi partem Seius tibi legauit, ex vtriuſque teſtamento conſequeris.

De conditione quæ in cauendo conſiſtit. 2. Si heres rem legatam eidem legatario legauerit. 3. De legato generali, & rei interitu. 4. De ædibus & ſeruitutibus. De ſeruo debilitato. 5. Si legatarius rem legatam emerit ab herede. 6. De dote à patre legata. 7. De conditione, Si tabulas chirographi reddiderit, *8. De legatariis coniunctis. 9. De alternatione. 10. De ancilla quæ in fuga eſt. 11. De alternatione. 12. qui ſunt coniuncti, vel disiuncti. 13. De heredibus legatariis.*

84. *Iulianus* ‖ libro 33. Digeſtorum. ‖

Hviuſmodi legatum, *Si Titius heredi meo cauerit i, centum Mæuio ſe daturum, & heres meus Titio centum dato*, vtile *l*, ‖ legatum ‖ eſt: quemadmodum *m* quod alicui legatum, ex *n* cauſa fideicommiſſi reſtituatur.

1 ¶ Eadem *o* ratione hoc quoque legatum vtile ſit. *Si Titius heredi meo cauerit, ſe in municipio ex centum aureis opus facturum: Tum ei centum aureos heres meus dare damnas eſto.*

2 ¶ Si Sempronius Titium heredem inſtituerit, & ab eo poſt biennium fundum dari iuſſerit Mæuio: Titius deinde *p* ab herede ſuo eundem fundum Mæuio præſenti die legauerit, & Mæuius pretium *q* fundi ab herede Titij acceperit, ſi ex teſtamento Sempronij fundum petere velit, exceptione repelli poterit, ſi pretio fundi contentus non erit.

3 ¶ Si cui homo legatus fuiſſet, & per legatarium ſtetiſſet quo minus Stichum, cùm heres tradere volebat, acciperet: mortuo Sticho, exceptio *r* doli mali heredi proderit.

4 ¶ Ædes, quibus heredis ædes ſeruiebant, legatæ *ſ*, ſunt traditæ *t* legatario, non impoſita ſeruitute: dixi, poſſe legatarium ex teſtamento agere, quia non *u* plenũ legatum accepiſſet. nam & eum, qui debilitatum ab herede ſeruum acceperit, rectè ‖ ex ‖ teſtamento agere.

5 ¶ Qui ſeruum teſtamento ſibi legatum ignorans *x* eum ſibi legatum ab herede emit: ſi cognito legato, ex teſtamento egerit & ſeruum acceperit, actione ex vendito abſolui debet *y*, quia hoc iudicium fidei bonæ eſt, & continet *z* in ſe doli mali exceptionem.

¶ Quod ſi pretio ſoluto, ex teſtamento agere inſtituerit, hominem conſequi debebit, actione ex empto pretium reciperabit. quemadmodum reciperaret, ſi homo euictus fuiſſet.

¶ Quod ſi iudicio ex empto actũ fuerit, & tunc actor compererit legatum ſibi hominem eſſe, & agat ex teſtamento, non aliter abſolui heredem oportebit, quàm ſi pretium reſtituerit, & hominem actoris fecerit.

6 ¶ Cùm pater *a* pro filia ſua dotis nomine, centum promiſiſſet, deinde eidem centum eadem legaſſet, doli mali exceptione heres tutus erit *b* ſi & gener ex promiſſione, & puella ex teſtamento agere inſtituerit: conuenire enim inter eos oportet, vt alterutra actione contenti ſint.

7 ¶ Si ita cui legatum eſſet, *Si tabulas c chirographi mei heredi meo reddiderit, heres meus ei decem dato*, huiuſmodi conditio hanc vim habet *a*, ſi heredem meum debito liberauerit. quare & ſi tabulæ exſtabunt, non intelligetur conditioni ſatisfeciſſe creditor niſi acceptum heredi fecerit *b*. & ſi tabulæ in rerum natura non fuerint, exiſtimabitur impleſſe conditionem, ſi heredem liberauerit. Nec ad rem pertinebit, iam tunc, cùm teſtamentum fiebat, tabulæ intercideriat, an poſtea, vel mortuo teſtatore.

8 ¶ Si Titio & Mæuio legatus fuerit Stichus, qui Titij erat, debebitur pars Stichi Mæuio. nam Titius, quãuis ad legatum non admittatur, partem *c* faciet.

9 ¶ *Stichum aut Pamphilum, vtrum heres meus volet d, Titio dato.* ſi dixerit *e* heres, Stichum ſe velle dare, Sticho mortuo liberabitur. cum autem ſemel dixerit heres, vtrum dare velit, mutare *f* ſententiam non poterit.

10 ¶ Legatum eſt ita, *Fundum Cornelianum, & mancipia, quæ in eo fundo, cùm moriar, mea erunt, heres meus Titio dato.* ancilla quæ in eo fundo eſſe conſueuerat, mortis tempore, cùm in fuga eſſet, enixa eſt: quæro, an vel ipſa vel partus eius legato cedat? reſpondi, Ancilla quamuis in fuga *g* ſit, legata *h* videtur: & licèt fugitiua erat, perinde habetur, ac ſi in eo fundo fuiſſet moriente patrefamilias. huic conſequens eſt, vt partus *i* quoque matrem ſequatur & perinde *k* legato cedat, ac ſi in fundo editus fuiſſet.

11 ¶ Si Titio Stichus aut Pamphilus, vtrum eorum mallet, legatus eſt, deinde Pamphilum teſtator Titio donauit *l*, Stichus in obligatione remanet.

12 ¶ Quibus ita legatum fuerit, *Titio, & Mæuio ſingulos ſeruos do, lego*: Conſtat ‖ eos ‖ non *m* concurſuros in eundem ſeruum: ſicuti non concurrunt cùm ita legatur, *Titio ſeruum do, lego: Mæuio alterum ſeruum do lego.*

13 ¶ Si is cui legatum fuerat, antequam conſtitueret, qua actione vti vellet, deceſſit duobus heredibus relictis, legatum accipere ſimul venientes, niſi *n* conſenſerint, non poſſunt. quare quamdiu alter rem vindicare vult, alter in perſonam agere non poteſt: ſed ſi conſenſerint, rem communiter habebunt, conſentire autem vel ſua ſponte *o* debent, vel iudice *p* imminente.

De legatariis coniunctis.

85. *Paulus* ‖ libro 11. ad Plautium. ‖

Dvobus coniunctim *q* fundus erat legatus: alter ex his partis æſtimationem per actionem perſonalem abſtulit; alter ſi fundum totum *r* vindicare velit, exceptione doli pro parte dimidia repellitur, quia defunctus ſemel ad eos legatum peruenire voluit.

De pignore. 1. De re bis legata. 2. De ſeruo legato. De legati repudiatione vel agnitione. 3. De fundo vnius heredis. 4. De ſuperficie.

86. *Iulianus* ‖ libro 34. Digeſtorum. ‖

Si tibi homo, quem pignori dederas *ſ*, legatus ab alio *t* fuerit, actionem ex teſtamento habebis aduerſus heredem, vt pignus luatur.

1 ¶ Si teſtamento Stichus ab vno herede legatus fuerit Mæuio, & eidem codicillis idem Stichus ab omnibus heredibus, & antequam codicilli aperirentur, Mæuius litis æſtimationem conſecutus fuerit, ipſo iure vindicari ex codicillis non poteſt: quia teſtator ſemel legatum ad eum peruenire voluit.

2 ¶ Cùm ſeruus legatur, & ipſius ſerui ſtatus, & omnium, quæ perſonam eius attingunt, in ſuſpenſo *u* eſt. nam ſi legatarius repulerit à ſe legatum, nunquam *x* eius fuiſſe videbitur: ſi non repulerit, ex die aditæ hereditatis eius intelligetur. Secundum hanc regulam & de iure eorum, quæ per traditionem ſeruus acceperit, aut ſtipulatus fuerit, déque his *y* quæ legata ei, vel donata fuerunt, ſtatuetur, vt vel heredis, vel legatarij ſeruus ſingula geſſiſſe exiſtimetur.

3 ¶ Si fundus ab omnibus heredibus legatus ſit, qui vnius heredis eſſet, is quidem cuius fundus eſſet, non amplius, quam partem ſuam præſtabit, cæteri in reliquas partes tenebuntur.

4 ¶ Valet legatum, ſi ſuperficies *z* legata ſit ei *a*, cuius in ſolo fuerit: licet is dominus ſoli ſit, nã conſequetur, vt hac ſeruitute † liberetur, & ſuperficiem lucrifaciat.

Si filio eidémque heredi prælegatum ſit.

87. *Papinianus* ‖ libro 18. Quæſtionum. ‖

Filio pater, quem in poteſtate retinuit, heredi pro parte inſtituto, legatum quoque relinquit. duriſſima *b* ſententia eſt *c* exiſtimantium denegandam ei legati petitionem, ſi patris abſtinuerit hereditate. * non *d* enim impugnatur iudicium ab eo, qui iuſtis

---

a Conſolidationis iure.
b fundi legati nomine aduerſus heredem teſtatoris.
c id tantum quod numerauit proprietaris nomine: non enim æſtimabit vſumfr. qui ad me rediit vel pertinere cœpit iure conſolidationis. Is enim ex lucratiua cauſa meus factus eſt.
d *l. 22. circa fin. ſ. de legat. 2.*
e *l. 3. ſ. de leg. 2.*
f *l. vn. §. 11. verſ. hoc autem ita. C. de caducit.*
g Lucratiuæ duæ cauſæ in diuerſis rebus, teſtamentis & partibus poſſunt concurrere.
h hic pars Stichi legatur, quæ pars legetur, non exprimitur: hinc colligit Bald. In parte intellectuali, quæ non poteſt ad oculum demonſtrari, concurrere poſſe plures cauſas lucratiuas.
i *l. 31. ſ. ad Treb. l. 3. C. de legatis.*
k Licet onus æquipolleat, hoc eſt, par ſit legato, nihilominus, legatum eſt vtile. *Bald.*
l Legatum cautionis, dandi vel faciendi, *vt hic: & §. 1. ſ. eo.* præſtandi, comparatur legato cui onus reſtituendi adiectum eſt.
m Legatum vtile eſt, etiamſi tantundem ſit in onere, quantum in ipſo legato, *vt hic.* Imo non eſt, *l. ſin autem 29. ſupr. eo. l. ciuitatib. 122. in fin. ſ. eodem.*
n *al.* vt ex cauſa.
o Hinc colligunt, ſtipulationem & contractum teſtamento permiſceri poſſe.
p Si in teſtamento teſtatoris & heredis eidem, eadem res legatur, ſemel tantùm debetur, *Bald.* Cur ſemel? hæ duæ cauſæ lucratiuæ deſcendunt ex teſtamentis duorum, quæ loco vnius habentur, ſcilicet teſtatoris & heredis. deinde heres videtur id ius tantum legare quod ipſe habeat, hoc eſt, ius per biennium retinendi.
q Qui ex vna cauſa rei æſtimationem conſecutus eſt, non poteſt conſequi rem ex alia cauſa lucratiua: vide tamen Bald. *hic.*
r *v. l. 72. ſ. de ſolut.*
ſ in diem vel ſub conditione.
t exiſtente die vel conditione.
u *v. l. 12. ſ. de auro.* Si res legata traditur deterior, vel in ea aliquid iuris deſit; non contingit heredi liberatio ab ex teſtamento actione, *Bald.*
x *v. l 16. ſuprà de contr. empt.*
y Bis enim eandem rem conſequi non debet, *l. 108. §. 4. ſ. eo.*
z dixi ad *l. 3. C. de except.*
a *l. 1 C eodem.*
b vt ad duplicem præſtationem non teneatur: vnde colligitur, Patrem pro filia dotem promittentem, ſi poſtea quid ei legauerit, animo compenſandæ dotis promiſſæ legaſſe ei intelligi. vide tamen Socin. regula 287.
c *l. 59. ſ. de leg. 3.*

a Conditio reddendi chirographi, liberationem debiti includit, *Bal.* ne alioqui ſit inane legatum.
b & tabulas reddiderit.
c *l. 34 §. 9. ſ. eo.* Qui non admittitur ad partem iure legati, ad eam iure proprij dominij admitti debet, *Bald.*
d *v. l. 109. §. 1. ſ. eodem.*
e *l. 11. §. 1. in fin. ſ. de legat. 2.*
f *d. l. 11. l. 20. ſ. de opt* Eligens variare non poteſt, *Bald.*
g *l. 39. ſ. eo. l. 82. ſ. de legat. 3.*
h Fugitiua res, quæ videlicet fugit, fingitur præſens iuris fictione.
i *l. 1. in fin. infr. ad munici pal.*
k Ex quo mater eſt in fuga, & partus in fuga eſſe dicitur, *Bald.* Fugitiuæ matris partus fugitiuus cenſetur.
l *l. 82. §. vlt. ſuprà eodem.*
m *l. 23. in fin. C. eo.* Quid ita? vocantur ad res diuerſas. licet enim ſint coniuncti verbis, re tamen ſunt diſiuncti: ideóque pars coniuncto deficiẽs, alteri coniuncto non adcreſcit, ſed heredi teſtatoris, *Craſſus §. Ius adcreſcendi: quæſt. 8. num. 5.*
n *l. 34. ſ. de vſufr. l. 3. in fin. ſ. quemadm. vſufr. amit.*
o v quæ notaui ad *l. 52. ſ. de obligat.*
p Tranſactio non fit ideo irrita, quod iudice iubente facta ſit.
q *v. l. 80. ſ. de legat. 3.*
r Nec enim poteſt cum, fundo duobus coniunctim legato, ſingulis pro virili detur actio: *l. 9. l. 33. §. 9. l. 79. §. eo. l. 88. §. 6. in fi. ſ. de legat. 2. l. 80 ſ. de legat. 3. §. 8. Inſt. eo. l. 56. infra de verb. oblig.*
ſ Mea res alicui obligata, poteſt mihi ab extraneo legari, & venit in huiuſmodi legato luitio, *Bald.*
t non à creditore.
u Legatæ rei dominium, recta via tranſit ad legatarium adita hereditate, *v. l. 64. inf. de furtis.*
x *l. 54. §. 1. ſuprà eo.*
y *l. 39. §. 1. ſ. eo. §. 3. Inſtit. per quas perſon. cuique adquirat.* vide quæ notaui ad *l. 62. ſ. de leg. 3.*
z Superficiarius poteſt legare proprietario ius ſuum, id eſt, ipſam ſuperficiem, *l. 1. ſ. de liberatione.*
a debitori, *l. 1. ſ. de liberatione.*
† Superficies, eſt ſeruitutis ſpecies, *vt hic*, impropriè: ſuperficiarius enim vtile dominium habet, vt & emphyteuticarius, *Dynus, Bald.*
b *l. 4. §. 9. ſ. de doli mali except. v. l. 12. C. de legat. Socin. regul. 156.*
c Imò non eſt, cum priuetur legitima, *v. l. 4. ſ. ad Trebellian.* Renuntians non dicitur impugnare.

a volnit. *Hal.*
b *l.4.§.11. infr. de doli mali.*
c Emancipato ſuus heres prætoris beneficio comparatur. *v.Bald.* Suus heres non præſumitur ſe immiſcuiſſe, niſi creditores immixtionem eius probent. vide Mantieam 12. *de coniect.* 10.
† poteſt enim legatum admittere & hereditatem repudiare.
d v.Cuiac.14.*obſ.* 29.
e inſtitutis inter eos verbis legatorum bona diuiſerit, voluntatis ratione legatorum, &c. *vulg. Hal.*
f Filius inſtitutus poteſt grauari, filio ſuo in aui poteſtate conſtituto, *Bald.* vide quæ notaui ad *l.9.Cod.de don. ante nup.*
g *l.25.ſ.eod.*

h & ſic purè. Purum eſt enim quod præſenti die legatur.
i *l.86. in fin.* ʃ. *de cond. & dem.*
k dixi ad *l.12.C.de legatis.*
l Poteſt enim ſeruo legato legari, *l.69.ſ.eodem.* olim non poterat, *Vlpian.*24.

m Legatum ambulat cum perſona legatarij, adde *l.16.* ʃ. *de precario.*
n Seruo legato quod viuo teſtatore adquiritur, legatario non cedit, ſed heredi teſtatoris: Acceſſorium non poteſt prius adquiri quam principale, *l.38.infra de leg.2.*
o *l.1.C.de vſuris & fructibus legatorum.*
p id eſt præſtari, *l.84. in fin. infrà de leg.2.*
† Hereditatem hic appellat, bona viuentis: non malè: ſpe namque ſunt futura hereditas. Nomen deſtinatum poſt mortem poteſt ante mortem imponi, *Bald.*
q Valor rei ex eius reditu ſumitur, *v. l.13.ſ. de rebus eorum.qui ſub.*
x Soluendo rem liberatur, qui ad pretium tenetur propter rem.

ſ *l.23. in fin.ſ.de condit.inſtit. l. 88. §.3.ʃ.de leg.2.*

rationibus noluit a negotiis hereditariis implicari.

88. *Marcianus* ‖ libro 6. Inſtitutionum. ‖

SEd ſi non aliàs voluit pater habere eum legatum, niſi hereditatem retineat, tunc neque aduerſus coheredem dandam ei legati petitionem, ſecundùm Ariſtonis ſententiam conſtat, cùm ipſi filio non videretur eſſe ſoluendo hereditas. & hoc ita eſt, licèt non conditionaliter expreſsiſſet, intellexiſſe tamen manifeſtiſſime adprobetur.

89. *Iulianus* " libro 36. Digeſtorum. "

NAm nec emancipatus, hereditate omiſſa, legatum *b* ab herede petere prohibetur: prætor enim permittendo his, qui in poteſtate fuerint, abſtinere *c* ſe hereditate paterna, manifeſtum facit, ius ſe in perſona eorum tribuere, quod futurum eſſet, ſi liberum arbitrium adeundæ hereditatis habuiſſent.

90. *Papinianus* " libro 18. Quæſtionum."

QVid ergo, ſi ita legauerit? *Hac amplius filio meo*: non dubiè voluntatis quidem quæſtio erit: ſed non ʃ abſimilis eſt prioris caſus circa filij prouidentiam *d*, niſi euidens voluntas contraria patris probetur.

1 ¶ Planè ſi pluribus filiis inſtitutis *e*, ratione legatorum actio denegabitur ei, qui non agnouerit hereditatem.

Si filio, vel patri vel fratri heredis, vel ſeruo patris eius legetur. 1. *Si legetur ſeruo.* 2. *Legato: de acceſſionibus rei legatæ.*

91. *Iulianus* ‖ libro 36. Digeſtorum. ‖

QVæſitum eſt, ſi filiusfam. qui filium ʃ habeat heres inſtitutus fuiſſet, cùm eſſet vterque in poteſtate aliena, an ab eo, filio eius legari poſsit? reſpondi. Cùm poſsit à filio patri *g* legari, conſequens eſt, vt vel fratri ipſius, vel filio, vel etiam ſeruo patris ſui legetur.

1 ¶ Præſenti *h* quidem die data libertate, ſeruo legari vel purè, vel ſub conditione poterit.

¶ Cùm verò libertas ſub conditione data fuerit, alias vtiliter, alias inutiliter purè legabitur. Nam ſi ea conditio libertatis fuerit, vt patrefamil. ſtatim mortuo poſsit ante aditam hereditatem exiſtere conditio, (veluti, *Stichus ſi decem Titio dederit, vel Capitolium aſcenderit, liber eſto*) vtile legatum eſt: huiuſmodi autem conditiones, *ſi heredi decem dederis, ſi poſt aditam hereditatem Capitolium aſcenderit*, inutile legatum efficient.

¶ Neceſſario *i* autem ex aſſe herede ſcripto, etiam hæ conditiones, quæ ante aditam hereditatem impleri poſſunt, inutile legatum efficient.

2 ¶ Duobus heredibus inſtitutis, alteri Stichum legauerat, & eidem Sticho decem, cùm Stichus viuo teſtatore, ad libertatem perueniſſet, totum legatum ei debebitur. nam in ſolidum conſtitiſſe cauſſam legati in eius perſona, hoc quoque argumento eſt, quod ſi heres cui legatus fuerat, hereditatem non adiſſet *k*, ſolidum ab altero herede conſequi poſsit.

3 ¶ Seruo legato legatum datum eſt *l*. ſi *m* alienatus à teſtatore fuiſſet, legatum ad emptorem pertinebit.

4 ¶ Cùm ſeruus Titio, & eidem ſeruo aliquid legatur, fideicommitti poteſt, *vt aut ſeruum alicui reſtituat, vel ea quæ ſeruo legata ſunt*. hoc amplius, etiam ipſi ſeruo, cùm liber erit, fideicommiſſum à Titio dari poteſt.

5 ¶ Si quis Stichum legauerit, & eundem alienauerit, vel manumiſerit, deinde codicillis eidem legatum dederit, legatum vel manumiſſo, vel emptori debebitur.

6 ¶ Si mihi ſeruus à te herede legatus fuerit, & eidem ſeruo aliquis legauerit, & viuo eo qui mihi ſeruum legauerat, dies legati ſeruo dati ceſſerit, confeſtim id legatum hereditati *n* adquiritur. & ideo quamuis poſtea moritur is qui ſeruum mihi legauerat, ad me id, quod ſeruo legatum eſt, non pertinebit.

7 ¶ Cùm homo ex teſtamento petitus eſt, cauſa eius temporis, quo lis conteſtabatur *o*, repræſentari *p* debet actori: & ſicut partus ancillarum, ſicut fructus fundorum interim percepti in hoc iudicium deducuntur, ita quod eruo legatorum, vel hereditatis † nomine interim obuenerit, præſtandum eſt petitori.

De venditione fundi per fideicommiſſum relicti. 1. *De conditione implenda.* 2. *De herede legitimo fideicommittentis vel filij eius impuberis.*

92. *Iulianus* " libro 19. Digeſtorum."

SI fundum per fideicommiſſum relictum vnus ex heredibus, excuſſo *q* pretio ſecundum reditum eius fundi mercatus ſit, propter æs alienum hereditarium præſente & adſignante eo, cui fideicommiſſum debebatur, placet non fundum, ſed pretium eius reſtitui deberi. *Marcellus* notat. Si fundum reſtituere malit *r* heres audiendum exiſtimo.

1 ¶ *Iulianus.*

SI Titio pecunia legata fuerit, & eius fideicommiſſum, *vt alienum ſeruum manumitteret*, nec dominus eum vendere velit, nihilominus legatum capiet: quia per eum non ʃ ſtat, quo minus fideicommiſſum præſtet: nam, & ſi mortuus fuiſſet ſeruus, à legato non ſummoueretur.

2 ¶ Sicuti conceditur vnicuique ab eo, ad quem legitima eius hereditas, vel bonorum poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſum dare, ita & ab eo, ad quem impuberis filij legitima hereditas, vel bonorum poſſeſſio peruentura eſt, fideicommiſſa rectè dabuntur.

93. *Vlpianus* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

QVod fideicommiſſum hactenus *a*, quatenus impubes decedat, valebit. cæterùm, ſi pubes factus deceſſerit euaneſcit fideicommiſſum.

1. *De ſeruo herede vendito.* 2. *De alternatione.* 3. *qui poſſunt onerari fideicommiſſo.*

94. *Iulianus* ‖ libro 39. Digeſtorum. ‖

PLanè ſi filium impuberem exheredauerit *b*, fideicommiſſum legitimus heres præſtare cogendus non erit, niſi idem & patri heres fuerit.

1 ¶ Qui rogatus erat hereditatem, ex qua ſeruus eius heres inſtitutus erat, reſtituere, (cùm) alij ſeruum vendidiſſet, quæſitum eſt, an hereditatem reſtituere cogendus eſt is ad quem hereditas ex emptione ſerui heredis ſcripti peruenerit, dixi, compellendum eſſe ad fideicommiſſum reſtituendum eum qui ſeruum ſuum heredem ſcriptum vendidit, cùm pretium hereditatis, quam reſtituere rogatus eſt, habeat.

¶ Is autem ad quem hereditas ex emptione ſerui heredis ſcripti peruenerit, ex cauſa *c* cogendus erit fideicommiſſum præſtare, id eſt, ſi dominus ſerui heredis ſcripti ſoluendo non erit.

2 ¶ Si cui Stichus aut Dama legatus eſſet, electione legatario data & fidei eius commiſſum eſſet, vt Stichum alteri præſtaret, ſi Damam vindicare *d* maluerit; nihilominus Stichum ex cauſa fideicommiſsi præſtare debebit *e*. ſiue enim pluris eſt Dama, compellendus ‖eſt‖ Stichum redimere: ſiue minoris, æquè Stichum iuſtè dare cogetur, cùm per eum ſteterit, quo minùs ex teſtamento haberet, quod fideicommiſſum ʃ fuerit.

3 ¶ Qui teſtamento manumittitur, & neque legatum, neque hereditatem capit, fideicommiſſum præſtare cogendus non eſt *g*. Ac ne is quidem, qui ſeruum legatum rogatus fuerit manumittere. Is enim demum pecuniam ex cauſa fideicommiſsi præſtare cogendus eſt, qui aliquid eiuſdem generis, vel ſimilis, ex teſtamento conſequitur.

95. *Vlpianus* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

VIdendum tamen eſt, nunquid, ſi vice operarum ‖ rogauerit eum aliquid *h*, debeat hoc fideicommiſſum valere: quod nequaquam dicendum eſt: quia nec operæ imponi huiuſmodi liberto *i* poſſunt, nec impoſitæ exiguntur, quamuis teſtator ita cauerit.

De demonſtratione & conditione. 1. *De bonis vacantibus.* 2. *De morte ſerui legati.* 3. *De herede rogato præcipere, & legatariis diſtribuere.* 4. *De pecunia danda à ſtatulibero.*

96. *Iulianus* ‖ libro 39, Digeſtorum. ‖

QVidam teſtamento vel codicillis ita legauit, *aureos quadringentos Pamphilæ dari volo ita, vt infra ſcriptum eſt, à Iulio auctore aureos tot: & in caſtris quos habeo tot: & in numerato quos habeo, tot*: poſt multos annos, eadem voluntate manente deceſsit, cùm omnes ſummæ in alios *k* vſus translatæ eſſent: quæro, an debeatur fideicommiſſum? reſpondi, Vero ſimilius eſt patremfamilias demonſtrare potius heredibus voluiſſe, vnde aureos quadringentos ſine incommodo rei familiaris contrahere poſsint, quam conditionem fideicommiſſo inieciſſe, quod initio purè datum eſſet: & ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur.

1 ¶ Quotiens lege *l* Iulia *m* bona vacantia *n* ad fiſcum pertinent, & legata & fideicommiſſa præſtantur, quæ *o* præſtare cogeretur heres, à quo relicta erant.

2 ¶ Si tibi ſeruus legatus fuerit, & petitum à te, *vt Titio aliquid præſtares vſque ad pretium ſerui*. deinde ſeruus deceſſerit, nihil fideicommiſsi nomine præſtare cogendus erit *p*.

3 ¶ Si ſcriptus ex parte rogatus ſit, *præcipere pecuniam, & eis quibus teſtamento legatum erat, diſtribuere* q, id quod ſub conditione legatum eſt, tunc præcipere debebit, cùm conditio extiterit: interim *r* aut ei, aut his, quibus legatum eſt, ſatiſdari oportet.

4 ¶ Cui ſtatu liber pecuniam dare iuſſus eſt, is rogari poteſt, *vt eandem pecuniam alicui reſtituat*. Nam cùm poſſit teſtator codicillis pure libertatem dare, & hoc modo conditionem extinguere: cur non etiam per fideicommiſſum eandem pecuniam adimendi poteſtatem habeat?

De re legata aut alia reſtituenda.

97. *Idem* ‖ libro 42. Digeſtorum. ‖

SI mihi Stichus legatus eſſet, fideíque meæ commiſſum, *vt aut Stichum, aut Pamphilum meum ſeruum redderem*, & in Sticho aliquid ex legato ſ propter legem Falcidiam perdidiſſem, neceſſe habebo, aut Pamphilum ſeruum meum totum Titio dare, aut eam partem Stichi, quam legatorum nomine accepero.

De ſeruo capto ab hoſtibus.

98. *Idem* ‖ libro 52. Digeſtorum. ‖

SEruus ab hoſtibus captus *t*, rectè legatur: hoc enim iure poſtliminij fit, vt quemadmodum heredem inſtituere poſſumus ſeruum, qui in hoſtium poteſtate eſt, ita legare quoque eum poſſemus.

a id eſt, valebit, … tempus vſque pubertatis. non poſt pubertatem.
b A legitimo herede exheredato, fideicommiſſum dari non poteſt, v.*l.126.* ʃ.*eod.*
c *v.l.2.C. de here. dit. vend.*
d dixi ad *Vlpian.* 24.§ 14.
e quia videtur do… verſatus fuiſſe in exigendo Dama… cum non eius, … Stichi præſtat… fuerit ei commiſſ… *l.* 08.§.12.ʃ.eo.
f *al.* fidei… commiſſum fuer…
g Neminem enim oportet plus lega… nomine præſtare quam ad eum ex hereditate peruen… *l* 1.§.17.*inf ad Trebell.*
h aliquid dare, …
i id eſt fideicommiſſario, *l.5.C…* *operis liber.*
k *l.13.inf. de … mendis legatis.*
l Vacantia … Lege Iulia … cum deferebantur. Vacantia ſunt … tem quæ non … bent aut rep… heredem, … occupet, vel … *v.tit. Codicis … nis vacantibus.*
m caducarii… 20.§.7.*in f…*
n Inteſtatorum … cultates ſine … timis hered… morientium … iuribus vind… tur, *v. tit. C… vacantibus li…* *tit.*10.*l.* po… *præpoſ. ſacr.* … 11.*tit.*5.
o *l.6.§.3.… Trebell.*
p aliud erit … ritus pro ma… dotalem pe… legauerit, … uo marito … ſint. tunc e… riti volunta… da eſt, *l.* 8.ʃ. …
q *v. Nouell.* 68. *l.* 7. *inf… cui plus qu… legem Falcid.*
r Executoribus … diſpenſatoribus … ſtamentariis p… tur cautio leg… *vt hic. l.*14 … ʃ.*eod. l.* 12. … *ſup. qui ſatiſd… in fin. C. vt in … ſeſſ. legat.* Imo … petitio, *l. alio… alimentis* adde … ſcripſi ad *l.* 10… *eod.*
ſ *l* 21.§.1.ʃ.*de … nuis legatis.*
t ſeu res hoſti… *l.*104.§.2.ʃ.…

De

De domino & ſeruo legatariis.

99. *Idem* ‖ libro 70. Digeſtorum. ‖

SI domino *a* Stichus legatus eſſet, & ſeruo eius *b* optio data, partem dimidiam *c* Stichi dico ad dominum pertinere, quòd poſſit ſeruus manumiſſus eundem Stichum optare.

Si heres rem legatam eidem legauerit.

100. *Idem* ‖ libro 77. Digeſtorum. ‖

SI mihi Sempronius *d* à Titio herede legauerit, Titiúſque *e* mihi ſub eadem conditione eandem rem legauerit, exiſtente conditione, capiam legatum ex teſtamento Sempronij *f*.

De domino & ſeruo collegatariis. 1. *De capto ab hoſtibus.*

101. *Idem* ‖ libro 78. Digeſtorum. ‖

SI ſeruo meo Stichus legatus fuerit teſtamento, ídque legatum repudiauero *g*, deinde prolatis codicillis apparuerit, mihi quoque eundem Stichum legatum eſſe, nihilominùs eundem vindicare poſſum.

1 ¶ Si ei, qui in hoſtium *h* poteſtate eſt, legatum fuerit, & is apud hoſtes deceſſerit, nullius momenti legatum erit, quamuis poſtliminio confirmari potuit.

De teſtatore minore viginti annis.

102. *Idem* ‖ libro 81. Digeſtorum. ‖

SI minor ‖ quàm ‖ viginti annis dominus ſeruum cauſa non probata manumiſerit, & poſtea legatum ei dederit, íſque alienatus ad libertatem perductus fuiſſet, legatum non capit †, nam perinde nullius eſt momenti legatum, ac ſi ſine libertate datum fuiſſet.

De tacito fideicommiſſo.

103. *Idem* ‖ libro 83. Digeſtorum. ‖

IN tacitis *i* fideicommiſſis fraus *k* legi fieri videtur *l* quotiens quis neque teſtamento, neque codicillis rogaretur *m*, ſed domeſtica *n* cautione *o*, vel chirographo obligaret ſe ad præſtandum fideicommiſſum ei, qui capere non poteſt.

De heredibus generaliter damnatis, & herede excepto. 1. *De tabellis heredi reddendis.* 2. *De re hoſtium.* 3. *Si legetur heredi à primo gradu.* 6. *vel à ſecundo,* 7. *De ſocero herede.*

104. *Idem* ‖ libro 1. ad Vrſeium Ferocem. ‖

AB omnibus heredibus legatum ita erat, *Quiſquis mihi heres erit, damnas p eſto Titio dare centum*: deinde infrà comprehenſum erat, ne vnus ex heredibus ei daret: quæritur, reliqui heredes vtrùm tota centum ‖ dare ‖ deberent, an deducta vnius ‖ illius ‖ hereditaria portione? reſpondit, verius eſſe reliquos *q* heredes tota centum debere, cùm & ſignificatio verborum non repugnet huic ſententiæ, & voluntas teſtatoris congruat.

1 ¶ In teſtamento ſic erat ſcriptum, *Lucio Titio ſi is heredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromiſeram, dederit, centum dato.* Titius deinde, antequàm tabellas heredi redderet, deceſſerat *r*. quæſitum eſt, an heredi eius legatum deberetur? Caſſius reſpondit, ſi tabulæ fuiſſent, non deberi: quia non redditis his dies legati non ceſsit. Iulianus notat: Si teſtamenti faciendi tempore tabulæ nullæ fuerunt, vna ratione dici poteſt, legatum Titio deberi, quod ἀδώνατος, id eſt, *impoßibilis* *t* conditio pro non *u* ſcripta habetur.

2 ¶ Etiam rem *x* hoſtium poſſe legari Sabinus ait, ſi aliquo caſu emi poſsit.

3 ¶ Si Attio ita legatum fuerit, *Quiſquis mihi heres erit, damnas eſto Attio heredi decem dare*: deducta *y* ſua parte, Attius decem petet *z*.

4 ¶ Item ſi iuſſus fuiſſet heres decem dare, & fundum ſibi habere, deducta *a* ſua parte decem dabit.

5 ¶ Denique conſtitit, cùm ita legatum fuiſſet, *Quiſquis mihi heres erit, damnas eſto heredi meo decem dare*, exæquari omnium heredum partes: eo quòd vnuſquiſque & ſibi & coheredi ſuo dari damnatus videtur.

6 ¶ Cùm quidam heredem inſtituit, *quandoque b mater eius deceßiſſet*, deinde ſecundus heres ſcriptus fuiſſet, & ab eo legata ei qui ſub conditione heres inſtitutus fuiſſet, relicta eſſent, iſque, viua matre deceſſiſſet poſtquàm dies legati ceſſerit: quæſitum eſt, an heredi eius legata deberentur, verius eſt legatum heredi deberi *c*, ſiue purè à ſubſtituto legatum datum eſt primo heredi, ſiue ſub hac conditione, *Si heres non fuerit*: quia moriente eo conditio impletur.

7 ¶ Si ſocero à genero ſuo herede inſtituto, pars *d* hereditatis alij legata fuiſſet, deducta *e* dote, eum debiturum eſſe partem hereditatis legatam, Sabinus reſpondit: quemadmodum ſi pecunia ex crediti cauſa ſocero debita fuiſſet, ea deducta partem hereditatis daturus fuiſſet.

a putà Sempronio.
b putà Sempronij.
c Quoties res legata eſt duobus coniunctim, vni purè, alteri ſub conditione, is cui purè relinquitur, interim partem tantùm conſequitur. *Bart.*
d primus teſtator.
e ſecundus teſtator heres prioris.
f prioris teſtatoris ſc. & ſic diſpoſitio heredis non tollit diſpoſitionem defuncti. *Bart.* adde *l.67. l.88. l.12.* ȷ. *de leg.2.*
g Duobus legatis relictis, vnum repudiare, alterum amplecti poſſumus, *l.5.* ȷ. *de legat.2.*
h §.24. *Inſt. de legatis; l.4. in fin.* ȷ. *de his quæ pro non ſcriptis: l.1. C. de hered. inſtit.*
† hodie minor ex quo tempore teſtari poteſt, libertatem poteſt conferre, *Nou.19.c.2.*
i Taciti fideicommiſſi definitionem hinc obſerua *l.46. ſupr. de her. pet. l.17. §.2.* ȷ. *de vſur. l.3. ſup. de probat.*
k *l.123. in fin. inf. eo. l.10. inf. de his quæ vt indign. l.45.* ȷ. *de iure fiſci.*
l Fraus huiuſmodi punitur confiſcatione, *l.3. §.5.* ȷ. *de iure fiſci.*
m i. non palàm, *l.3.* ȷ. *de iure fiſci. Vlp.25. §.17.*
n Tacitè fit, quod fit donti, vel nuda pollicitatione vel cautione vel chirographo.
o putà nuda pollicitatione, *d.l.10.* ȷ. *de his quæ vt indign.*
p Damnas pro damnatus. Alij legunt, damnes: ea forma qua Copes pro Copioſo.
q Si teſtator vnum ex heredibus ab onere præſtandi legati eximit, cæteri ad onus integrum tenentur, *Bart.*
r adde *l.109.* ȷ. *de cond. & dem.*
ſ addendo.
t Legatario mortuo, ante conditionis poſſibilis euentum, legatum extinguitur. *Bart.*
u *l.3.* ȷ. *de cond. & dem.*
x *l.103.* ȷ. *de verb. oblig. l.9. & 98. ſupr. eodem.*
y Iurare contra ſeipſum, neminem inuitum cogi hinc colligunt nonnulli. *v. Additiones Bartoli ad l. Paul. 29. in fin. infr. de pign.*
z Cur ita? *v. l.34. §.11.* ȷ. *eod.*
a *l.44. in fin.* ȷ. *de cond. & dem.*
b quandocunque *Hal.*
c Si conditio impletur vltimo vitæ momento, legatum transfertur ad heredem.
d *l.3. in fin. l.9.* ȷ. *de legat.2.*
e Rogatus reſtituere hereditatem, deducit dotem ſibi debitam, & quodlibet aliud debitum.

De eo quod quis debet.

105. *Idem* ‖ libro 1. ex Minicio. ‖

LEgatum ita erat, *Quæ Lucius Titius mihi debet a* "ea" *heres meus Cornelio dare damnas eſto*: nihil amplius ex hoc legato quàm actiones ſuas heres præſtare debet.

De oratione imperfecta.

106. *Alfenus Varus* "libro 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum."

SI in teſtamento ſcriptum eſſet, *Heres meus aureos centum Licinio damnas eſto*, neque adſcripſiſſet *b* *dare*: deberi legatum conſtat *c*.

De herede iuſſo præcipere & præſtare legata. 1. *Si ſeruo legato legetur.*

107. *Africanus* ‖ libro 2. Quæſtionum *d.* ‖

SI à pluribus heredibus legata ſint, eáque vnus ex his præcipere *e* iubeatur, & præſtare, in poteſtate eorum quibus ſit legatum, debere eſſe ait, vtrùmne à ſingulis heredibus petere velint, an ab eo qui præcipere ſit iuſſus. Itaque eum, qui præcipere iuſſus eſt, cauere debere coheredibus indemnes eos præſtari.

1 ¶ Si quis ſeruum, cui aliquid *f* ſine libertate legauerit *cùm morietur ipſe ſeruus*, leget: minimè dubitandum, quin vtile legatum futurum ſit: propterea *g* ſc. quòd moriente ſeruo, id quod ipſi legatum erit, ad eum, cui ipſe legatus fuerit, peruenturum ſit.

De ſeruo qui in fuga eſt vbi præſtatur legatum. 1. *Si ſeruo legatario res legata donetur.* 2. *De legato generali.* 3. *De alternatione.* 4. *Si legatarius rem ſtipulatus ſit.* 5. *De rebis eidem legata.* 6. *Si fundus defuncti heredi ab alio legetur.* 7. *De verbo,* hoc ampliùs. 9. *Si ſeruus alienus liber eſſe iuſſus & legatus ſit.* 10. *De legato vel ſtipulatione, decem quæ in arca.* 11. *De mora & rei periculo.* 12. *de dolo & culpa.* 13. *Si creditor rogetur, pignus vendere & ſuperfluum reſtituere.* 14. *Si quis rogetur acceptis centum, aliquid facere.* 15. *De mutuo & vſuris.*

108. *Idem* ‖ libro 4. *h* Quæſtionum. ‖

SI ſeruus legatus, viuo teſtatore fugiſſe *i* dicatur, & impenſa, & periculo *k* eius, cui legatus ſit, reddi debet: quoniam rem legatam eo *l* loco præſtare heres debeat, in quo à teſtatore ſit relicta.

1 ¶ Si id, quod ex teſtamento mihi debes, quilibet alius ſeruo meo donauerit, manebit adhuc mihi ex teſtamento actio, & maximè ſi ignorem meam factam eſſe; alioquin conſequens erit, vt etiam ſi tu ipſe ſeruo meo eam donaueris, inuito me libereris: quod nullo modo recipiendum eſt: quando ne ſolutione quidem inuito me facta libereris.

2 ¶ Cùm homo Titio legatus eſſet, quæſitum eſt vtrùm arbitrium heredis eſt, quem velit dandi, an potiùs legatarij? Reſpondi, veriùs dici, electionem *m* eius eſſe, cui poteſtas ſit, qua actione vti velit. "i. legatarij."

3 ¶ Huiuſmodi legatum: *Illi aut illi vter eorum prior Capitolium aſcenderit*, vtile eſſe, euidenti argumento probari ait, quòd conſtet vſumfructum libertis legatum *& qui eorum ſuperuixerit* *n*, proprietatem vtiliter legari.

¶ Idque & de herede inſtituendo dicendum exiſtimauit.

4 ¶ Stichum, quem de te ſtipulatus eram, Titius à te herede mihi legauit: ſi quidem non *o* ex lucratiua cauſa ſtipulatio interceſsit, vtile legatum eſſe placebat: ſin è duabus, tunc magis ‖ placet, ‖ inutile eſſe legatum, quia nec abſit quicquam, nec bis eadem res præſtari poſsit.

5 ¶ Sed ſi cùm mihi ex teſtamento Titij Stichum deberes, eundem à te herede Sempronius mihi legauerit, fideique meæ commiſerit, *vt cum alicui reſtituam*, legatum vtile erit: quia *p* non ſum habiturus. Idem iuris erit, & ſi pecuniam à me legauerit. Multo magis ſi in priore teſtamento fideicommiſſum ſit. Item ſi in priore teſtamento Falcidiæ locus ſit, quod inde abſcidit ratione Falcidiæ, ex ſequenti teſtamento conſequar.

6 ¶ Item ſi domino heres exſtitero, qui non eſſet ſoluendo, cuius fundum tu mihi dare iuſſus eſſes, manebit tua obligatio, ſicut maneret, ſi eum fundum emiſſem.

7 ¶ Si ita ſcriptum erit, *Amplius quàm Titio legaui, heres meus Seio decem dato*, dubitandum non erit, quin & Titio ſuum legatum maneat. & Seio nihil vltra decem debeatur. nam & vſitatum ferè eſt ſic legare: *Lucio Titio tot & hoc q amplius vxori & liberis eius tot.*

8 ¶ Si *r* ei, cui nihil legatum eſt, cum hac adiectione, *Hoc amplius* aliquid *ſ* legetur: minimè dubitandum eſt quin id, quod ita legauerit, debeatur: multóque minus dubitandum, ſi ab eo qui nihil mihi debet, ita ſtipulatus fuero, *Amplius quàm mihi debes, decem dare ſpondes*: quin decem debeantur.

9 ¶ Si ſeruus alienus liber eſſe iuſſus, & legatus ſit, petitum ex legato poſſe ait. nam cùm ill[illegible]tas nullius

a *l.10.* ȷ. *de liberat. leg.*
b *l.67. §.9.* ȷ. *de legat.2.*
c Vnde perfecta hæc oratio ſatis intelligitur, etſi verbum principale deficiat.
d v. Cuiac. *ad Afric.*
e Diſpenſare, præſtare, diſtribuere: hic diſpenſator eſt legatorum, & ita appellatur in Nouella Martiani *de teſtibus & ὑπαρχός. Baſil.* & in *l.17.* ȷ. *de leg.2.* miniſter. Huiuſmodi miniſtros executores teſtamentorum vocat ἐπιτρόπους Nouella Leonis 68. Laërtio ἐπιμεληταὶ τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων dicuntur. v. Cuiac. *ibid.* exequendi teſtamenti cauſa ſæpe eligebantur à teſtatore huiuſmodi perſonæ, *l.7. infr. ſi cui plus quàm per l. Falcid. Nou. Martiani de teſtib.* His diſpenſatoribus præſtatur cautio legatorum, *l.96. §.3.* ȷ. *eod.* Imo & petitio, vt hic, & *l. alio.9.* ȷ. *de alimentis.*
f Legari ſeruo legato poteſt, v. quæ ſcripſi ad *l.5. §.2. C. de neceſſ. hered.*
g v. ad hunc locum Cuiacium 2. *ad Afric. fol.19.* & quemadmodũ hunc paragraphum diſpungi oporteat.
h v. Cuiac. in hanc *l.5. ad Afric. fol.73. ad 81.*
i *l.8. infra de leg.2.*
k v. quæ notaui ad *l.30. §.1. infr. de legat.3.*
l *v. l. vn. C. vbi fideicommiſſum.*
m *v. l.2. infr. de optione. Cicero 2. de inuentione.* Heres meus quæ volet dato, nihil attinuiſſe ſcribi *quæ volet.* v. Cuiac. *ibid.*
n *v. l.11.* ȷ. *de reb. dub.*
o *l.43. in pr. l.84. §.5. ſupr. eo. l.102. §.2. infr. de legat.3. §.6. Inſt. de leg.1.* tamen *l.22. §.1.* ȷ. *de leg.3.*
p *l.34. §.7 ſupra eod.*
q Verbum *amplius* ſolutum, implicationem facit, repetitionem inducit. Verbum, *hoc amplius*, replicationem *Bald.*
r Falſa demonſtratio non minuit legatum.
ſ certum ſc.

lius momenti ſit abſurdum eſſe, per eam legatum infirmari, quod alioquin valeret, & ſi ſolùm datum fuiſſet.

10 ¶ Qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel ſtipulanti promiſit, *Decem quæ in arca habeo* a, & legatum, & ſtipulatio valebit b: ita tamen, vt ſola quinque vel ex ſtipulatione, vel ex teſtamento debeantur: vt verò quinque quæ deerunt c, ex teſtamento peti poſſint, vix ratio patietur. nam quodammodo certum corpus, quod in rerum natura non ſit, legatum videtur. Quod ſi mortis tempore plena ſumma fuerat, & poſtea aliquid ex ea deperierit, ſine dubio ſoli heredi deperit.

11 ¶ Si ſeruus legatus ſit, & moram d heres fecerit, periculo eius, & viuit, & deterior fit, vt ſi debilem e fortè tradat, nihilominùs teneatur.

12 ¶ Cùm quid tibi legatum, fideíve tuæ commiſſum ſit, vt mihi reſtituas, ſi quidem nihil præterea ex teſtamento capias, dolum malum duntaxat in exigendo eo legato, alioquin f etiam culpam g te mihi præſtare debere, exiſtimauit. ſicut in contractibus fidei bonæ ſeruatur, vt ſi quidem vtriuſque h contrahentis commodum verſetur, etiam culpa: ſin vnius ſolius, dolus malus tantummodò præſtetur.

13 ¶ Qui margarita Titio pignori dederat, filium heredem inſtituit, & filium exheredauit, deinde ita cauit: *Te Titi rogo fideique tuæ* i *committo, vti margarita, quæ tibi pignori dedi, venēas, & deducto omni debito tuo, quod amplius erit id omne filiæ meæ reſtituas.* ex ea ſcriptura filiam a fratre fideicommiſſum petere poſſe, vt is actiones ſuas aduerſus debitorem ei præſtaret. hoc enim caſu eum, qui creditor fuiſſet debitorem intelligendum eius ſcil. quòd pretium pignoris ſummam debiti excedat.

14 ¶ Non autem mirandum, ſi‖cùm‖alius rogatus ſit, alius k fideicommiſſo obſtringatur. nam & cùm in teſtamento ita ſcribatur: *Te Titi rogo, vt acceptis centum* l, *illum ſeruum manumittas, vel Sempronio quid præſtes*, parum quidem aptè m ſcribi, verùm æquè intelligendum heredis fideicommiſſum, vt pecuniam Titio præſtet. ideóque & ipſum Titium cum herede acturum: & libertatem ſeruo, vel Sempronio, quod rogatus ſit, præſtare cogendum.

15 ¶ Aufidius filij ſui fideicommiſit, *vt certam pecuniam quatuor libertis ſuis mutuam daret* n, *& vſuras leuiores* o *taxauerat*: placuit, hoc fideicommiſſum vtile totum eſſe.

Interpretatio facienda, per quam legatum non ſit inutile. Duarenus. Facultas ſoluendi aliud pro alio tranſit ad ſingularem poſſeſſorem. Bartolus. Si maritus vxori leget, quæ ei donauerit. 1. *De alternatione.*

109. *Idem* ‖ libro 6. p Quæſtionum. ‖

SI quando quis vxori ſuæ ea, quæ viuus donauerat, vulgari q modo leget, non de aliis donationibus videri eum ſentire ait, quàm de his quæ iure valituræ non ſunt. alioquin‖ & ‖fruſtra r legaturus ſit, ‖atque‖ ſi ita exprimat, *Quæ vxori iure donauero*; vel ita *quæ vxori manumiſſionis cauſa* ſ *donauero,* " *ea ei lego.* " nam inutile legatum futurum eſt.

1 ¶ Heres, cuius fideicommiſſum erat, vt mihi fundum aut centum daret, fundum Titio vendidit: cùm electio t ei relinquitur, vtrùm malit dandi, vt tamen alterum ſolidum præſtet, prætoris officio conuenire exiſtimo, vt ſi pecuniam Titius offerat, inhibeat fundi perſecutionem. ita enim eadem u cauſa conſtitueretur, quæ futura eſſet ſi alienatus fundus non fuiſſet, quando etiam aduerſus ipſum heredem officium prætoris ſiue arbitri x tale eſſe deberet, vt ſi fundus non præſtaretur, neque pluris, neque minoris, quàm centum æſtimaretur.

De legato generali.

110. *Idem* ‖ libro 8. Quæſtionum. ‖

SI heres generaliter ſeruum, *quem* y *ipſe voluerit*, dare iuſſus, ſciens furem dederit, iſque furtum legatario fecerit, de dolo‖malo‖agi poſſe ait. ſed quoniam illud verum eſt heredem in hoc teneri vt non z peſſimum det, ad hoc tenetur vt & alium hominem præſtet, & hunc pro noxæ deditione relinquat.

De excuſatione tutoris.

111. *Marcianus* ‖ libro 2. Inſtitutionum. ‖

ETiam ſi partis a bonorum ſe excuſauerit tutor (putà Italicarum b, vel prouincialium rerum) totum, quod teſtamento datum eſt, ei auferetur. & ita Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

De adſcripititiis. 1. *De manumiſſione ſerui legati.* 2. *De particula* Cùm. 3. *De facto illicito.* 4. *De iureiurando.*

112. *Idem* ‖ libro 6. Inſtitutionum. ‖

SI ‖ quis‖inquilinos ſine prædiis, quibus c adhærent legauerit, inutile eſt legatum d. ſed an æſtimatio debeatur, ex voluntate defuncti ſtatuendum eſſe, Diui Marcus & Commodus reſcripſerunt.

1 ¶ Cùm ſeruum ſuum heres damnatus dare, eum manumiſerit a, tenetur in eius æſtimationem: nec intereſt, ſcierit, an ignorauerit legatum.

¶ Sed & ſi donauerit ſeruum heres, & eum is cui donatus eſt, manumiſerit, tenetur heres. quamuis ignorauerit, à ſe eum legatum eſſe.

2 ¶ Si ita legatum fuerit, *Titio cum Seio do, lego* b, vtriſque legatum eſt. Sicut vtrumque legatum eſt, cùm fundus, cum domo Formiana legatus eſt.

3 ¶ Si quis ſcripſerit teſtamento fieri, quod contra ius c eſt, vel bonos mores, non valet: veluti ſi quis ſcripſerit contra legem aliquid, vel contra edictum prætoris, vel etiam turpe d aliquid.

4 ¶ Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: iuſiurandum contra vim e legum & auctoritatem iuris in teſtamento ſcriptum, nullius eſſe momenti.

De ſeruo alieno. 1. *De cibariis ſeruo legatis.* 2. *De legatis repetitis à ſubſtituto in tertio gradu.* 3. *Vel à ſubſtituto impuberis.* 5. *De ſepultura.*

113. *Idem* libro 7. Inſtitutionum.

SEruo alieno ita legari poteſt. *Quoad* f *ſeruiat*: vel, *ſi ſeruus* fortè *Titij erit*, vt & Marcellus ait.

1 ¶ Si quis poſt tempus libertatem ſeruo ſuo dederit, & interea rogauerit heredem, donec ad libertatem perueniat, cibaria g ei dare: teſtatoris voluntati obtemperandum eſſe, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

2 ¶ Si quis à primo herede centum legauerit alicui, & eidem à ſecundo ducenta, poſteáque generaliter repetierit legata, trecenta videtur repetiiſſe.

3 ¶ Sed ſi pater impuberi filio ſubſtituerit, & à ſubſtituto legata repetierit, ſi pupillus heres extiterit, & intra pubertatem deceſſerit, repetitio non valet: quia voluntas defuncti hæc eſt, vt ſemel debeantur.

4 ¶ Si ab impubere legatum fuerit ſub conditione, *Si ad pubertatem peruenerit*, & à ſubſtituto repetitum h fuerit, legatum debetur & à ſubſtituto: nec videtur repetita conditio quæ i inutile legatum facit.

5 ¶ Ineptas k voluntates defunctorum circa ſepulturam (veluti veſtes l, aut ſi qua alia ſuperuacua vt in funus impendantur) non valere Papinianus libro tertio reſponſorum ſcribit.

De peculio caſtrenſi. 1. *De liberto & patrono.* 2. *De fiſco. Si quis rogetur reſtituere fundum ſibi legatum, & præterea centum poſt mortem ſuam.* 4. *vel purè.* 5. *Si relinquatur ei, qui capere non poteſt.* 6. *De rogato vt heredem inſtituat.* 7. *De rogato hereditatem ſuam vel partem eius reſtituere.* 8. *De emancipatione.* 9. *De ædibus deſtruendis.* 10. *De manumiſſione fideicommiſſarij.* 11. *De fideicommiſſo relicto filiofam. vel ſeruo.* 13. *De conditione*, ſi ſine liberis deceſſerit. 14. *De alienatione prohibita.* 15. *hoc adiecto*, vt in familia relinquatur. 19. *De morte ſerui relicti.*

114. *Idem* ‖ libro 8. Inſtitutionum. ‖

FIliusfamiliàs m miles vel veteranus, licèt ſine teſtamento decedat, poteſt fideicommittere à patre: quia etiam teſtamentum facere poteſt.

1 ¶ Si libertus ab inteſtato deceſſerit, à patrono poteſt, vſque ad n partem debitam, fideicommiſſum relinquere: quia, ſi teſtamentum faceret, licebit ei partem debitam ſolam relinquere.

2 ¶ Qui inteſtato decedit, & ſcit bona ſua ad fiſcum peruentura vacantia, fidei fiſci committere poteſt.

3 ¶ Apud Marcellum lib. 12. digeſtorum talis quæſtio agitatur: Quidam ab eo, cui fundum legauerat, fideicommiſerat, vt eum fundum poſt mortem ſuam reſtitueret Sempronio. eiuſdem legatarij fideicommiſerat, vt Titio daret centum: quæritur, quid iuris ſit: & ait Marcellus, ſi Titio teſtator centum ex fructibus, quos viuus legatarius perceperit, reliquerit, & legatarius poſt tantùm temporis deceſſiſſet, vt ex fructibus centum fierent, Titium centum accepturum: ſi poſt acceptum legatum confeſtim deceſſiſſet legatarius, Titij fideicommiſſum extingui: quia placet * non plus o poſſe rogari quem reſtituere, quàm quantum ‖ ei relictum eſt.

4 ¶ Sed ſi Titij fideicommiſſum non eſt in tempus mortis legatarij collatum: ait Marcellus confeſtim fideicommiſſum Titio dandum, ſed cautione exacta, quanto amplius cœperit, reddi: quam cautionem ita committi, ſi priùs legatarius deceſſerit, quàm ex fructibus centum perciperet, ſed vix eſt, vt legatarium ex reditibus voluerit ante p dare quàm fructus legatarius percepiſſet. Certe erit legatarius audiendus, ſi velit totum fundum præſtare, ſi de reſtituendo caueatur: abſurdum enim eſt, de ſuo q eum præſtare centum, maximè ſi fundus centum, vel non multo pluris eſt: quo iure vtimur.

5 ¶ Si quid alicui r licitè fuerit relictum ‖ vel ius aliud ‖ quod ipſe quidem propter corporis ſ ſui t vitium

---

a v. l. 37. ſ. de verb. obl. l. 82. ſ. de verb. ſign. hæc verba pro conditione & cauſa ſunt, qualitatem ſignificant, & ius legati, & certum corpus nummorũ.
b Imò non valebit, l. 120. ſ. de verb. oblig.
c i. quæ non erunt in rerũ natura, l. 7. in fin. ſ. de tritico.
d l. 47. §. pen. & vlt. ſ. eod.
e adde l. 12. ſ. de auro.
f ſi commodum ſentias.
g Qui teſtamento commodum non ſentit, de leui culpa non tenetur: ſecus, ſi ſentit commodum. Bald.
h l. 5. §. 2. ſ. commodati.
i Licèt verba legati referantur ad debitorem, actio tamen competit contra heredem, cui in dubio videtur onus impoſitum. Bart.
k v. l. 77. §. 31. ſ. de legat. 2.
l ab herede meo.
m al. Apertè. v. Antonium Fabrum 5. Coniect. 8. Nam aptè id ſcriptum eſt, ſed non apertè ſatis, quia his verbis, heres pecuniam Titio dare neque iuſſus, neque rogatus eſt.
n Factum vtiliter legari poteſt, l. 66. ſ. eod.
o Valet legatum in quo heres iubetur pecuniam leuiorib. vſuris mutuare, Bald.
p v. Cuiac. 6. ad African.
q de quo l. 33. §. 1. ſ. de leg. 3. l. 13. ſ. de auro.
r Verborum interpretatio ea ſumenda eſt, vt nihil fruſtra adiectum videatur, l. 84. §. 4. l. 110. ſ. eo. l. 25. §. 17. ſ. famil.
ſ l. 22. C. de don. inter virum.
t l. 10. in fin. ſ. de iure dot.
u emptor eius conditionis eſſe debet, cuius & venditor. Bald.
x v. quæ notaui ad l. 7. ſ. de fideicommiſſ. v. ad hunc locum Antonium Fabrum 3. coniectur. 11.
y v. l. 109. §. 1. ſ. eod.
z l. 37. ſ. eod. l. 99. ſ. de verb. obl. l. 5. C. de dona. Malè ſoluens non liberatur. Bald.
a v. quæ notaui ad l. 13. §. 3. ſupr. de excuſat. tutor. Qui peccat in parte officij, in toto peccare videtur. Bald.
b l. 28. ſ. de teſtament. tut.
c l. 7. C. de agricolis & cenſitis.
d Nam quæ à ſolo inſeparabilia ſunt, per ſe ſeparatim legata nihil operantur.

a §. 16. verſ. ſi verò, Inſt. de legat.
b l. 36. §. 2. ſupra eodem.
c Quod lex reprobat, teſtator approbare non poteſt, Bal. l. 55. ſupr. eod. l. 16. infra de vſu & vſufr. l. 3. in fin. infr. de annuis. l. vn. C. de his quæ pœnæ. §. vlt. Inſt. de legat.
d l. 54. ſ. eod. turpia legata Græcis, λοιδορείων ἔχοντα
e l. 8. ſ. de cond. inſtit. Iuramentum non firmat actum iure prohibitum, Bald. adde l. 5. C. de legib. c. non eſt obligatorium, de regul. in 6.
f l. 82. in fin. ſ. de legat. 2.
g l. 17. infra de alimen.
h adde l. 89. ſ. de cond. & demon.
i Repetita [illegible] cenſetur conditio quæ repetita vitiaret, & inutile legatum faceret. [illegible] l. ab exheredat. [illegible] §. vlt. infr. eod. [illegible] infr. de dote prælegata: l. vlt. infr. [illegible] manumiſſis teſt. [illegible] l. Titia 134. §. [illegible] de verb. oblig. [illegible] in l. cùm ſeruum [illegible] ſup. de conditio. [illegible] inſtitutionum, [illegible] ſtrenſ. in l. quia [illegible] infr. de cond. & demonſt. Alexan. [illegible] l. ſi idem 11. [illegible] vnà 2. ſupr. de iuriſd. omn. iud.
k Nec enim [illegible] nis qui teſtatur [illegible] pit.
l vt l. vlt. in [illegible] infra de auro, l. [illegible] §. 5. ſupr. de relig. [illegible] ſis. Idem conſti[illegible] ſe Lycurgum [illegible] Alexander ab Alexandro, 3. Genial. & 6. c. 4. Q[illegible] grauiter ex [illegible] toris Baldus. [illegible] dus egreſſus [illegible] de ventre m[illegible] meæ, & nudus [illegible] uertar illuc. [illegible] tamen Rebuff. [illegible] aliud de Epiſc[illegible] ſentire, quaſi [illegible] ſit eos ſine veſti[illegible] ſepelire. adde [illegible] tonium in Aug[illegible] cap. 100. & [illegible] nium 34.
m l. [illegible] §. 6. infr. [illegible] Trebell.
n l. 2. in fin. inf. de dote.
o l. 2. §. 17. inf. [illegible] Trebell.
p Quod eſt præſtandum ratione fructuum, non debet præſtari ante perceptos fructus. adde l. 58. ſupra de vſufruct.
q l. 34. §. 2. in fin. ſ. de legat. 3.
r & ſic capaci[illegible] proinde non obſta[illegible] bit l. 49. §. 2. ſ. de legat. 2.
ſ Vitium eſt facti non iuris.
t l. 40. ſ. eod.

l. 113. §. quoad ſeruiat. obl. l. 5. de ſerui. leg. quæ huic ſubſtitutio opponitur. v. etiam debitor. 82. §. 2. de leg. 2.

a Vt quia militia vel feudum eſt relictum, arg. l. 11. §. 16. j. de leg. 3.
b vt ſi peregrino quid legatum ſit eo loco vbi quid poſſidere non poteſt, l. vnica. C. non licere habitatorib. Quid ſi militi ſit legatus fundus, vt illo militet loco? mutare locum non cogetur, capax eſt huius legati. l. 9. in fi. j. de re militari.
c Vide quæ ſcripſi in Epitome Feudorum, Titulo de teſtamentis.
d Pretium rei eſt quanti res comparari conſueuit, & ſic ex conſuetudine & vſu pretium rei metimur.
e l. 17. infra ad Trebellian.
f Iuſſus alium heredem etiam in ſuis & propriis bonis inſtituere, per fideicommiſſum grauatus reſtituere videtur.
g Patitur, ſecundum vulgarem formam iuris & ſi filios ſuos emancipare rogatus, &c. Cuiac. v. Paulum 4. ſent. 13. §. 1. & ibid. Cui.
h l. 70. §. 2. j. de leg. 2.
i Vulgatis formula hic interprete Accurſio, ſtricta eſt formula. ſed veriſimilius eſt, ius rerum & ordinarium intelligi quo legatarius non cogitur filios emancipare: quia patria poteſtas eſt res inæſtimabilis & ſancta. Cogi tamen poteſt iure extraordinario, id eſt authoritate principis. adde l. 92. j. de leg. 3. Gerh. & demon. Paul. 4. ſent. 13. §. 3. Cæterum quidam hic initium paragraphi conſtituunt.
k Imò cogitur, l. 92. j. de condit. & demonſt.
l inæſtimabilis eſt patria poteſtas: vt hic. vt & libertas, l. 106. j. de regulis iuris.
m v. quæ notaui ad l. 41. §. 1. j. eod.
n vide l. 12. in fin. §. qui ſatiſdare.
o l. 1. §. 1. j. vt in poſſeſſ. legat.
p vide l. 5. j. vt poſſeſſ. legat.

tium, vel propter qualitatem relicti, vel aliam *a* quamcunque probabilem *b* cauſam habere non potuit, alius tamen *c* hoc habere potuit: quanti *d* ſolet comparari, tantam æſtimationem accipiet.

6 ¶ Vt quis heredem inſtituat aliquem rogari *e* non poteſt: planè *f* ſenatus cenſuit perinde habendum, atque ſi rogaſſet hereditatem reſtitui.

7 ¶ Quid ergo, ſi heres poſt mortem ſuam rogatus fuerit hereditatis ſuæ partem quartam reſtituere? Verius eſſe exiſtimo, quod & Scæuola notat, & Papirius Fronto ſcribit, valere fideicommiſſum, atque ſi de hereditate ſua reſtituenda rogatus eſſet: & eatenus reſtituenda eſt, quatenus *g* hereditas teſtatoris patitur, ſecundum *h* vulgarem *i* formam iuris.

8 ¶ Sed ſi liberos ſuos emancipare rogatus fuerit, non cogitur *k* hoc facere, poteſtas enim patria inæſtimabilis *l* eſt.

9 ¶ Ædes deſtruendæ *m* neque legari, neque per fideicommiſſum relinqui poſſunt: & ita ſenatus cenſuit

10 ¶ Si fideicommiſſum relictum fuerit ſeruo alieno ſine libertate: & ad libertatem peruenerit: dicendum eſt, poſſe eum admitti ad capiendum.

11 Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, eum qui rogatus eſt ſub conditione fratris ſui filiis reſtituere, ante diem fideicommiſſi cedentem ne quidem ex voluntate eorum poſſe reſtituere his in poteſtate patris agentibus: cum poſſit, die fideicommiſſi cedente, ſui iuris conſtitutis ipſis debere reſtitui, vel ſi aliquis ex his antè deceſſerit, non omnibus.

12 ¶ Iidem principes reſcripſerunt, filiis ante diem fideicommiſſi venientem reſtitui hereditatem maternam neceſſe non eſſe: ſed præſtare heredem poſſe vulgarem cautionem *n*: aut ſi præſtare eam non poterit, mitti liberos in *o* poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi cauſa, vt pro pignore, non *p* vt pro dominis poſſideant, vel alienandi ius, ſed vt pignus habeant, vt filius per patrem fructus conſequatur, & ſeruus per dominum.

13 ¶ Cùm erit rogatus, ſi ſine liberis deceſſerit, per fideicommiſſum reſtituere, conditio defeciſſe videbitur, ſi patri ſuperuixerint liberi: nec quæritur, an heredes exſtiterint.

14 ¶ Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, eos, qui teſtamento vetant quid alienari, nec *q* cauſam exprimunt, propter quam id fieri velint, niſi *r* inuenitur perſona, cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum eſt, nullius eſſe momenti ſcripturam, quaſi nudum præceptum reliquerint: quia talem legem teſtamento non poſſunt dicere. Quòd ſi liberis, aut poſteris, aut libertis, aut heredibus, aut aliis quibuſdam perſonis conſulentes, eiuſmodi voluntatem ſignificarent, eam ſeruandam eſſe: ſed hæc neque creditoribus *ſ*, neque fiſco *t* fraudi eſſe. nam ſi heredis, propter *u* teſtatoris creditores, bona venierunt, fortunam communem fideicommiſſarij quoque ſequuntur.

15 ¶ Cum pater, filio herede inſtituto, ex quo tres habuerat nepotes, fideicommiſit, *ne fundum alienaret: & vt in x familia relinqueret,* & filius decedens, duos heredes inſtituit *y*, tertium exheredauit, eum fundum extraneo legauit: Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, verum eſſe, non paruiſſe voluntati defuncti filium.

16 ¶ Sed & ſi cum duos exheredauit, vnum heredem inſtituit, fundum extraneo legauit, ‖ vt ‖ putat Marcellus, poſſe exheredatos petere fideicommiſſum. Quod euenit, & ſi viuus filios emancipaſſet *z*, & poſtea fundum alienaſſet.

17 ¶ Sed ſi omnes filij heredes inſtituti ſint ex diſparibus partibus, non poſſunt petere fideicommiſſum ex minore parte ſcripti, vt viriles, non hereditarias partes in eo habeant: verum *a* eſt enim, in familia reliquiſſe, licet vni *b* reliquiſſet.

18 ¶ Item ſi vnum heredem inſtituiſſet, nec quicquam legaſſet, exheredati nihil interim, quamdiu in familia res eſt petere poſſunt.

19 ¶ Interdum etiam cum lucro *c* heredis moritur ſeruus legatus, vel per fideicommiſſum relictus: veluti ſi alienus *d*, vel ‖licet‖ proprius, pluribus tamen ſeparatim ita relictus, vt vnuſquiſque in ſolidum capiat: ‖ſcilicet ſi‖ ſine culpa heredis mortuus ſit.

De verbis precariis.

115. *Vlpianus* ‖ libro 2. Inſtitutionum. ‖

ETiam hoc modo *a*, *Cupio* b *des, opto des, credo* c *te daturum*, fideicommiſſum eſt.

Deſinitio legati. 1. Si legetur heredi, vel heredi & extraneis. 2. An heres legari poſsit. 3. De ſeruo hereditario. 4. Legatus fundus dari debet, & de ſeruitutibus.

116. *Florentinus* ‖ libro 11. Inſtitutionum. ‖

LEgatum eſt delibatio *d* hereditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum heredis foret, alicui quid collatum velit.

1 ¶ Heredi à ſemetipſo *e* legatum dari non poteſt, à ‖te‖ coherede poteſt. Itaque ſi fundus legatus ſit ei, qui ex parte dimidia heres inſtitutus eſt, & duobus extraneis: ad heredem, cui legatus eſt, ſexta pars fundi pertinet: quia à ſe vindicare non poteſt, à coherede verò ſemiſſario, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte: extranei autem, & ab ipſo herede, cui legatum eſt, ſemiſſem, & ab alio herede trientem vindicabunt.

2 ¶ Alienus ſeruus heres inſtitutus legari ipſe à ſe nec totus, nec pro parte poteſt.

3 ¶ Seruo hereditario rectè legatur, licèt ea adita non ſit: quia hereditas perſonæ *f* defuncti, qui eam reliquit, vice fungitur.

4 ¶ Fundus legatus talis dari debet, qualis *g* relictus eſt: itaque ſiue ipſe fundo heredis ſeruitutem debuit, ſiue ei fundus heredis, licet confuſione *h* dominij ſeruitus exſtincta ſit, priſtinum ius reſtituendum eſt. & niſi legatarius imponi *i* ſeruitutem patiatur, petenti ei legatum, exceptio doli mali opponetur: ſi vero fundo legato ſeruitus non reſtituetur, actio ex teſtamento ſupereſt.

De ciuitate.

117. *Marcianus* ‖ libro 13. Inſtitutionum. ‖

SI quid relictum ſit ciuitatibus *k*, omne valet: ſiue *l* in diſtributionem *m* relinquatur, ſiue in opus, ſiue in alimenta, vel in eruditionem *n* puerorum, ſiue quid aliud.

De verbis precariis.

118. *Neratius* ‖ libro 10. Regularum. ‖

ET eo modo *o* relictum, *Exigo* p, *deſidero vti des*, fideicommiſſum valet: ſed & ita, *Volo hereditatem meam Titij eſſe, ſcio hereditatem meam reſtituturum te Titio.*

De rationibus reddendis.

119. *Marcianus* ‖ libro 1. Regularum. ‖

SI ſeruus *vetitus eſt à teſtatore rationes* q *reddere*, non hoc conſequitur, vt ne *r*, quod apud eum ſit, reddat, & lucrifaciat, ſed ne ſcrupuloſa *ſ* inquiſitio fiat: hoc eſt, vt negligentiæ ratio non habeatur, ſed tantùm fraudium *t*. Ideo & manumiſſo non videtur peculium legari per hoc, quòd vetitus eſt rationes reddere *u*.

De alienatione ædium quarum reditus legatus eſt. 1. Si fideicommiſſarij diſtractioni conſenſerint. 2. De fructibus fundi legati.

120. *Vlpianus* ‖ libro 2. Reſponſorum. ‖

NIhil proponi, cur prohibeatur heres ædificia diſtrahere *x*, quorum *y* reditus ſportulæ *z* ſunt relictæ: ſalua tamen cauſa legati.

1 ¶ Omnibus *a*, quibus fideicommiſſum relictum eſt, ad diſtractionem conſentientibus, nullam fideicommiſſi petitionem ſuperfuturam.

2 ¶ Fructus ex fundo purè legato, poſt aditam hereditatem *b* à legatario perceptos, ad ipſum pertinere: colonum *c* autem cum herede ex conducto habere actionem.

De particula Cum.

121. *Marcianus* ‖ libro 3. Regularum. ‖

SI quis legauerit Titio cum Mæuio, & ſine altero alter ad legatum admittitur. nam & cum dicit prætor, *Ventrem cum* d *liberis in poſſeſsionem eſſe iubeo*: etſi non ſint liberi, venter in poſſeſſionem mittetur.

De relicto ad ornatum, vel honorem ciuitatis. 1. Si is à quo legatum eſt non adierit. 2. Si is, cui ſub conditione dandi legatum eſt, oneretur fideicommiſſo.

122. *Paulus* ‖ libro 3. Regularum. ‖

CIuitatibus *e* legari poteſt † etiam quod ad *f* honorem, ornatúmque † ciuitatis pertinet.

¶ Ad ornatum, puta quod ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium legatum fuerit.

¶ Ad honorem, putà quod ad munus † edendum,

a facit l. 11. j. de leg. 3.
b Fideicommiſſi verba Cupio, opto, credo te daturum. adde l. 118. j. eo. Paul. 4. ſent. 1. §. 6. dixi ad l. 2. Cod. de codicill. l. 2. C. commun. de leg. & l. 11. C. de fideicommiſſ.
c al. confido.
d μείωσις 34. Ecleg. 1. cap. 105. adde & aliam definitionem, l. 36. j. de leg. 2. & §. 1. Inſt. eo.
e l. 18. l. 34. §. 11. in fin. j. eo. Vlp. 24. §. 22.
f vide l. 31. ſupr. de hered. inſt.
g l. 45. in fin. ſupra eodem.
h l. 1. ſup. quemadmodum ſeruit.
i l. 76. §. 2. j. de legat. 2.
k Ciuitatibus legari poteſt. l. 122. j. eo.
l Ciuitatibus in eas cauſas legabatur in diſtributionem, opus, alimenta, eruditionem puerorum, vt hic. & ſimilia, vt ad honorem & ornatū eius. v. l. 122. j. eod.
m Diſtributio hæc aliàs diuiſio dicitur, l. 121. j. eod. vbi vide. diſtributionis quoque verbo intelliguntur aliæ diſtributiones quæ penſitari ſolent Eccleſiaſticis perſonis, quod ſtatis horis ſolennibus precibus adfuerint: §. 1 de ætate & qualitat in Clement. cap. vn. de clericis non reſidē in 6. cap. licet vobis de præbend.
n Eruditionis is eſt fauor vt in eam relicta valeant.
o adde l. 11. inf. de legat. 3.
p v. l. 111. j. eod.
q l. 23. §. 1. inf. de pecul. vide l. 5. §. 7. ſuprà de adminiſt. tutor.
r Rationibus reddendis liberatus reliqua debet reddere, vt hic. vt & ipſa rationum volumina, l. vltima, §. infr. de liberat. legata.
ſ Rationibus reddendis liberatus ſcrupuloſè non eſt inquirendus, negligentiæ, namque eius ratio non habetur, ſed fraudis & doli tantum.
t l. 9. j. de liberat.

q l. 38. §. 4. l. 93. j. de leg. 3.
r l. 69. §. 3. j. de leg. 2. v Rolandum à Valle 1. *Conſil.* 25. *num.* 17. 18. 19.
ſ Bonorum alienatione vetita, excipiuntur in gratiam creditorum, pignora, Cuiac. 5. *obſeru.* 16. vide l. 1. C. *debitorem venditionem pignor.*
t Bonorum alienatione vetita, excipitur viceſima. nec enim iuſſus teſtatoris, fiſco fraudi eſſe debet, quominus fiſcus detrahat viceſimam, Cuiac. 5. *obſeru.* 16. An verò id referemus ad viceſimam rerum venalium, vel hereditatis; vide eundem 9. *obſeruat.* 24.
u Nam ſi propter heredis, *Haloander.*
x dixi 5. *Feud.* 13.
y Alienationis verbo inſtitutio comprehenditur, adde l. 1. C. *de fundo dotali. l. vlt. C. de rebus alienis non alienandis.*
z Tunc enim non eſt voluntaria alienatio, l. 69. §. 1. j. de leg. 2.
a d. l. 69. in fin.
b l. 67. §. 2. in fin. j. de legat. 2.
c id eſt, citra damnum heredis, l. 26. §. 1. j. eo.
d l. 22. in fin. j. de leg. 3.

u Rationibus reddendis liberatus & manumiſſus, hoc ipſo quod rationibus reddendis liberatus eſt peculium ſuum non conſequitur. Hinc etiam colligitur legatum vtile non vitiari per inutilem libertatis dationem. x vide l. 49. §. 8. j. eodem. l. 21. j. de annuis legatis: l. 38. j. de vſu & vſufr. y al. è quorum reditu ſportulæ, *Haloander.*
z Sportulæ quid, vide Budæum in l. 3. §. ſi mulier 17. j. de donat. int. vir. & vxor. Alciat. 3. diſpunct. 17. a l. 11. C. de fideicommiſſis.
b Tunc enim heres eſt in mora dandi legati: ideóque fructus reſtituere tenetur, l. 84. j. de leg. 2. adde quædam ex Paulo huic loco non inidonea 3. ſent. 6. §. 64.
c l. 32. j. locati. d Dictio *Cum*, non facit conditionem, l. 13. in fin. j. de manumiſſ. teſtament.
e l. 37. in fin. l. 117. j. eod l. 26. j. de negot l. 1. §. 5. j. ad l. Falcid. l. 26. j. ad Trebell. l. 12. j. vt in poſſeſſ. Vlp. 24. §. 28.
† Olim non poterant neque per alium inſtitui heredes poterant, Vlp. 22. §. 5.
f Honor ciuitatis ab eius ornatu diſtinguitur. Ad ornatum ciuitatum hæc pertinent, forum, theatrum, ſtadium: ad honorem verò hæc, muneris editio, venatio, ludi ſcenici & Circenſes. † Gladiatorium munus intellige.

venationémve a, ludos ſcenicos b, ludos Circenſes, ‖relictum fuerit‖: aut quod ad diuiſionem c ſingulorum ciuium, vel epulum d, relictum fuerit: hoc amplius quod in alimenta infirmæ ætatis, putà e (ſenioribus f, vel pueris, puelliſque) relictum fuerit, ad honorem g ciuitatis pertinere reſpondetur.

1 ¶ *Lucius h Titius & Gaius Seius Publio Mæuio decem dare damnas i ſunto.* Gaius Seius heres non extitit. Sabinus ait, Titium ſolum legatum debiturum: nam Seium pro non ſcripto habendum eſſe. hæc ſententia vera eſt.‖hoc eſt, Titius tota decem debebit.‖

2 ¶ Eum, cui ſub hac conditione fundus legatus eſt, *Si centum heredi dediſſet*, ſi tantum k ſit in pretio fundi, quantum heredi dare iuſſus eſt, non eſt legatarius cogendus fideicommiſſum à ſe relictum præſtare: quoniam nihil l ex teſtamento videtur capere, qui tantum erogat quantum accipit.

Si fideicommiſſarius heredi ſucceſſerit pro parte. 1. De tacito fideicommiſſo.

123. *Marcellus*‖libro ſingulari Reſponſorum.‖

LVcius Titius, cùm duos filios heredes relinqueret, teſtamento ita cauit: *Quiſquis mihi liberorum meorum heres erit, cius fidei committo, vt ſi quis ex his ſine liberis decedat, hereditatis meæ beſſem m, cum morietur, fratribus ſuis reſtituat.* frater decedens fratrem ſuum ex dodrante fecit heredem. quæro, an fideicommiſſo ſatisfecerit? Marcellus reſpondit, id quod ex teſtamento Lucij Titij fratri teſtator debuiſſet, pro n ea parte, qua alius heres exſtitiſſet, peti poſſe, niſi diuerſum ſenſiſſe eum probaretur. nam paruum o inter hanc ſpeciem intereſt: & cum p alias creditor debitori ſuo exſtitit heres: ſed planè audiendus erit coheres, ſi probare q poſſit, ea mente teſtatorem heredem inſtituiſſe fratrem ſuum, vt contentus inſtitutione, fideicommiſſo abſtinere deberet.

1 ¶ In teſtamento ita ſcriptum eſt, *Gaio Seio illud & illud heres meus dato: & te rogo, Sei, fideique tuæ mando, vti ea omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt, reddas ſine vlla mora ei r redderes ipſe.* quæro, an tacitum ſ fideicommiſſum ſit, cùm perſonam teſtator, cui reſtitui vellet, teſtamento non ſignificauerit? Marcellus reſpondit: Si in fraudem legum tacitam fidem Seius accommodaſſet, nihil ei prodeſſe ‖ poteſt: ſi his verbis paterfam. cum eo locutus eſſet: non enim ideo circumueniſſe minus leges exiſtimandus eſt, cum perinde incertum ſit, cui proſpectum voluerit.

Pro qua parte heredes teneant.

124. *Neratius*‖libro 5. Membranarum.‖

SI heredes nominatim a enumerati, dare quid damnati ſunt, propius eſt, vt viriles b partes debeant c: quia perſonarum enumeratio hunc effectum habet, vt exæquentur d in legato pręſtando: qui ſi nominati non eſſent, hereditarias partes debituri eſſent.

De legato præceptionis & bonorum poſſeßione contra tabulas.

125. *Rutilius Maximus* ‖libro ſingulari ad legem Falcidiam.‖

SI heres centum præcipere iuſſus ſit, & reſtituere hereditatem, & patronus bonorum poſſeſſionem contra tabulas petierit, ſicut legata, ita & præceptio pro parte, quam patronus abſtulit, minuetur e.

De ſubſtituto vt legitimo herede exheredati. 1. De ſubſtitutis poſtumo.

126. *Paulus*‖libro ſingulari de ſecundis tabulis.‖

AB exheredati ſubſtituto inutiliter legatum datur. Ergo nec à legitimo exheredati fideicommiſſum dari poterit: quòd & legitimi eo iure pręſtare coguntur, quo, ſi ſcripti fuiſſent.

¶ Sed ſi committente aliquo ex liberis in edictum prætoris, quo contra tabulas bonorum poſſeſſionem pollicetur, ſcriptus quoque filius contra tabulas bonorum poſſeſſionem petierit, ſubſtitutus eius, legata pro modo patrimonij, quod ad filium peruenit, præſtabit, perinde ac ſi id, quod per bonorum poſſeſſionem filius habuit, à patre accepiſſet.

1 ¶ Cùm à poſtumo f ita legetur, *Si heres erit*, & non nato poſtumo, ſubſtituti adeant, legata eos debere, exiſtimandum g eſt, quę ille, ſi viueret, debiturus erat.

De poſtumo alieno.

127. *Idem* ‖libro ſingulari de iure Codicillorum.‖

A Fratris h poſtumo fideicommiſſum dari poteſt: ſola enim voluntas i ſeruatur in fideicommiſſis: & obtinuit Galli k ſententia, alienos l quoque poſtumos legitimos nobis heredes fieri.

Si tutor pupillam ſuam vxorem duxerit.

128. *Marcianus* ‖ libro 2. Inſtitutionum.‖

SI tutor pupillam ſuam contra m ſenatuſconſultum vxorem duxit, illa quidem ex teſtamento eius capere poteſt, ipſe autem non n poteſt. & meritò: delinquunt o enim hi, qui prohibitas nuptias contrahunt, & meritò puniendi ſunt: quod imputari non p poteſt mulieri q, quę à tutore decepta eſt.

a De venatione, adde quæ ſcripſi ad *l.4. ſ. de adminiſtr. rer. l.5. ſ. de pollicit.* adde *Nou.* 105. *c.*1. vbi dixi.
b Ludorum alij ſcenici, *l.5. §. interdum. ſ. commodat. l.2. l.4. Cod. Th. de prętor. & quæſt.* alij Circenſes, *l.2. in fi. ſ. de his qui notantur, l.12. §. Equitij, ſ. de vſu: l.1. ſ. de munerib. v.18. Iſid.* 12. *Suet. Nerone* 11. dixi de ludis ad leges 12. Tabularum. adde Alex. ab Alexandro *6. gen. al.* 19.
c Diuiſio hic eſt diſtributio, *l.117. ſup. eod.* adde *l.23. ſ. de annuis.*
d *l.17. in fin. ſ. de cond. & demonſtr.* viſceratione, *l.54. ſ. de legat.* 3. *Ant. Aug.* 4. *Emend.* 1.
e hinc colligit Alciatus, Statutum aliquid diſponens in caſu infirmitatis, habere locum in caſu ſenectutis Probata ſenectute, præſumptionem iuris eſſe, quod quis æger ſit, v. Alciat. 1. *præſumpt.* 53. Ibidem tradit, præſumptionem eſſe, libidinem in ſenectute minui.
f adde *l.8. §.10. ſ. de tranſact.*
g Quod in alimenta ſenum, puerorum & puellarum relinquitur, ad honorem ciuitatis pertinet.
h *l. vn. § 3. C. de caducis.*
i Veteres dicebant, damnas in plurali, non damnes, *v. Paul. 3. ſent. 6. §. 6. & ibid. Cuiac.* adde *l.34. §.1. ſ. de leg.3.*
k adde *l.23. ſ. de leg.3.*
l Capere non videtur, qui tantùm erogat, quantum accipit. *v. l.51. ſ. de reg. iuris.*
m Octo vncias duos trientes.
n *l.50. ſ. de fideiuſſorib.*
n *al.* parum.
p Confuſio fit pro parte, quoties creditor debitori ſuccedit, *l.6. C. de hered. act.*
q *l.85. ſ. de leg.2.*
r *al.* & reddas ipſe.
ſ de quo lex 103. *ſuprà eod.*

a *l.54. in fi. ſupr. eo.* quid ſit nominatim, *v. l.92. ſ. de leg.3.*
b Imò, pro hereditariis conueniendi ſunt, *l.17. ſ. de duobus reis.*
c & accipiant, *§.6. Inſt. de hered. inſt.*
d vt ſint pares eiuſdémque conditionis.
e *l. vlt. in fin. ſ. de leg.3.*
f nam poſtumo fideicommitti poteſt. *l.1. §.6. inf. de leg.3.*
g Repetitam non videri códitionem, quæ repetita vitiaret legatum hinc colligunt. dixi ad *l.113. §.4. ſ. eo.*
h Poſtumo alieno fideicommitti poteſt, *§.26. Inſt. eod.*
i *l.7. in fin. ſ. de ſupellectili.*
k *l.29. ſuprà de liberis.*
l Alienus mihi eſt poſtumus, qui fratri etiam eſt poſtumus.
m *l.63. in fin. ſ. de ritu: l.2. §.1. ſ. de his quæ vt indignis.* vide titulum *Codicis de interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem.*
n Pœna inter cæteras prohibitas nuptias contrahentis hæc eſt, vt ex teſtamento ius capiendi non habeat.
o Prohibitas nuptias contrahere eſt delictum, & ideo puniẽdum.
p Pœna ibi imponi non debet, vbi non eſt delictum.
q Præſumi mulierem à viro decipi hinc colligunt, nimis ſanè generaliter: cùm hic tantum agatur de pupilla, quæ à tutore ſuo decepta fuiſſe dicitur.

LIBER TRIGESIMVS PRIMVS.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

(LIBER SECVNDVS.)

De legato in arbitrium alterius collato.

Vlpianus libro 9 ad Sabinum.

IN arbitrium alterius a conferri legatum, veluti b conditio c poteſt d. quid enim intereſt e, *Si Titius in Capitolium aſcenderit*, mihi legetur: an, *Si voluerit*?

1 ¶ Sed cum ita legatum ſit pupillo ſiue pupillę, *Arbitrio tutorum*, neque conditio ineſt legato, neque mora. cum placeat, in teſtamentis legatum in alterius arbitrium collatum, pro f viri boni arbitrio accipi. quę g enim mora eſt in boni viri arbitrio, quod iniectum legato velut certam quantitatem exprimit, pro viribus h videlicet patrimonij?

De numero legatorum.

2. *Paulus* ‖ libro 75. ad Edictum.‖

QVotiens nominatim i plures res in legato k exprimuntur l, plura legata ſunt. ſi autem ſupellex m, aut argentum, aut peculium, aut inſtrumentum legatum ſit, vnum legatum ‖eſt.‖

De conditione quæ eſt in poteſtate heredis.

3. *Idem* ‖ libro 4. ad Plautium.‖

SI ita legetur: *Heres dare damnas eſto ſi in Capitolium non aſcenderit*, vtile legatum eſt: quamuis in poteſtate eius ſit aſcendere, vel non aſcendere.

An poßit pro parte repudiari, pro parte acquiri.

4. *Idem* ‖ libro 8. ad Plautium.‖

NEminem eiuſdem rei legatæ ſibi partem a velle, partem b nolle, verius eſt.

5. *Idem* ‖ libro 7. Quæſtionum.‖

SEd duobus c legatis relictis, vnum quidem repudiare, alterum vero amplecti poſſe, reſpondetur.

1 ¶ Sed ſi vnum ex legatis onus d habet, & hoc repellatur, non idem dicendum eſt. pone eum, cui decem & Stichus legatus eſt rogatum e ſeruum manumittere. ſi Falcidia locum habet, ex decem, vtriuſque legati quarta deducetur. igitur, repudiato ſeruo, non euitabitur onus deductionis, ſed legatarius ex pecunia duas quartas relinquet.

6. *Idem* ‖ libro ſingulari ad legem Falcidiam ‖

GRege autem legato, non poteſt f quędam ſperni, quędam vindicari: quia non plura, ſed vnum legatum eſt. ¶ Idémque g dicemus peculio legato, aut veſte h, aut argento, & ſimilibus.

Si vnus ex collegatariis capere non poteſt.

7. *Idem* ‖ libro 8. ad Plautium.‖

SI Titio i, & ei k, qui capere l non poteſt, decem legata ſunt: quia duobus heres dare damnatur m, & vnus capere non poteſt, quinque ſola Titio dantur.

De ſeruo qui in fuga eſt. 1. Si cui decem, aut ſi noluerit, homo legetur. 2. De amphoris tot ex dolio illo. 3. Si dubitetur, vtri damnatum ſit legatum. 5. De parte hereditatis.

8. *Idem* ‖ libro 9. ad Plautium.‖

SI quis ſeruũ heredis vel alienũ legauerit, & is fugiſſet, cautiones interponendæ ſunt de reducendo eo. ſed ſi

a An extranei? ſic putat Auguſti. 14. *emend.* 15. *in fi.* ſed tamen adde *l.75. ſ. de legat.* 1.
b ſimilitudine probat ſuperiorem ſententiam.
c veluti conditionẽ, Cuiac. 2. *obſ.* 2.
d Imò, legatum in heredis voluntatem conferri non poteſt, *l.43. §.2. ſ. de leg.1.* Quid aio? Imò poteſt, ſi modo non plenum arbitrium ei committas, ſed quaſi bono viro, *l.11. §.7. ſ. de leg.* 3. *v.* Cuiac. *obſ.* 2.
e Imò, multum, nam legatum ſub hac conditione, *Si Titius Capitolium aſcenderit*, debetur, *l.68. ſ. de heredib. inſt. l.11. §.1. l.52. ſ. de cond. & dem.* ſub ea, *ſi voluerit*, non debetur, *l.11. §.7. ſ. de legat.3. v. Bart. hic*
f *d. l.11. §.7. ſ. de leg.3. l.7. ſ. de contr. emp. l.47. §.1. in fi. ſ. de admin. tut.*
g Præſumi pro laudo & ſententia arbitri colligit hinc Alciat. 3. *præſ.* 12.
h *l.14. ſ. de annuis.*
i *l.3. ſ. de peculio.*
k idem in ſtipulatione: tot enim ſunt ſtipulationes, quot res ſunt, *l.29. ſ. de ver. obl.*
l ſub. coniunctim, non disiunctim, *l.27. ſ. eo.*
m *l.6. in fi. ſ. eo.*
n *v. l.7. ſ. de cond. & dem.*

a vaſalli catalogum cogi dominum ſeu patronum vniuerſum adprobare, hinc colligit Molinæus in *conſuet. Pariſ. de matiere feudale. §.35. num.28.*
b Legatarius pro parte adquirere vnũ vel idem legatum, pro parte verò repudiare non poteſt, *l.38. ſupr. de leg.1.*
c ex diuerſis cauſis, *l.101. §.1. ſ. de leg.1.* adde *l.10. ſ. de vſu & vſufr. leg.*
d *l.15. in fin. ſ. de alimentis.*
e *d. l.36. §.3. ſ. ad l. Falcid. l.22. ſ. de fideicommiſſ. libert.*
f non poſſunt, *Hal.* adde *l.38. ſ. de leg.1.*
g Cur? hæc cum legantur, vnũ corpus videtur legatum.
h *l.2. ſ. eod.*
i qui capere poteſt.
k puta Mæuio.
l *l.34. §.9. ſupr. de leg.1.*
m de legato damnationis, *v. Vlp.* 24. *§.4.*

ſed ſi quidem viuo teſtatore fugerit, expenſis *a* legatarij reducitur: ſi poſt mortem ſumptib. hæredis.

1 ¶ Si ita legetur, *Sempronio decem: aut, ſi noluerit, hominem Stichum lego*: hoc caſu duo legata ſunt. ſed vni *b* contentus eſſe debet.

2 ¶ Si quis legauerit, *ex illo dolio amphoras decem*, etſi non decem, ſed pauciores *c* inueniri poſſint, non extinguitur legatum: ſed hoc tantummodò accipit, quod inuenitur.

3 ¶ Si inter duos dubitetur de eodem legato, cuí potius dari oportet, vtputa ſi *Titio* relictum eſt, & duo eiuſdem nominis amici teſtatoris veniant, & legatum petant, & hæres ſoluere paratus ſit, deinde ambo defendere hęredem parati ſint, eligere *d* debere hæredem, cui ſoluat, vt ab eo defendatur.

4 ¶ Certam pecuniam legatam ſi & legatarius, & ſubſtituti legatarij peterent, & hęres ſoluere paratus ſit, ſi ambo defendere hæredem parati ſint, eligere debet hæres, cui ſoluat, vt ab eo defendatur. & ſi neutrius manifeſta calumnia videatur, ei potius ſoluendum, cui primùm *e* legatum eſt.

5 ¶ Si cui certam *f* partem hæreditatis legauero: Diuus Hadrianus reſcripſit, vt neque pretia manumiſſorum, neque funeris impenſa deduceretur.

De parte bonorum.

9. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Regularum. ‖

CVm autem pars bonorum ita legatur, *bonorum meorum, quæ ſunt, cum moriar*: dos *g*, & manumiſſorum pretia è medio deducenda ſunt.

De acceſſione.

10. *Iauolenus* ‖ libro 1. ex Plautio. ‖

CVm fundus nominatim legatus ſit, ſi quid ‖ ei ‖ poſt teſtamentum factum adiectum *h* eſt, id quoque legato cedit, etiam ſi illa verba adiecta non ſint, *Qui meus erit*, ſi modò teſtator eam partem non ſeparatim poſſidet, ſed vniuerſitati prioris fundi adiunxit.

De ſtatulibero I. De alternatione.

11. *Pomponius* ‖ libro 7. ex Plautio. ‖

STatuliberum ab hęrede ne tunc quidem, cùm dubia ſit eius ex teſtamento libertas, legatum ſine libertate accipere poſſe Labeo ait: quia ſeruus eius *i* eſſet, ſed ſi hæres eandem *k* conditionem legato inferat, quæ libertati à teſtatore data præpoſita fuerit, valet legatum. nam & ſi, cùm moreretur hæres: ſeruus liber eſſe iuſſus eſſet, rectè ſine libertate ei ab hærede legari poſſe conſtitit: quia ſuperuacuum ſit, ei libertatem dare, quam ex teſtamento hæredis capturus non ſit, ſed ‖ ex ‖ teſtatoris ‖ habet. ‖ *Stichum aut Pamphilum velit hæres meus volet. Titio dato: dum vtrum volet dare, eo l die, quo teſtamentum recitatum erit, dicat.* ſi non dixerit hæres, Pamphilum, an Stichum dare malit, perinde obligatum eum eſſe puto, ac ſi Stichum aut Pamphilum dare damnatus eſſet, vtrùm legatarius elegerit. Si dixerit *m*, ſe Stichum dare velle, Sticho mortuo, liberari eum. Si ante diem legati cedentem alter *n* mortuus fuerit: alter, qui ſupererit, in obligatione manebit. Cùm autem ſemel dixerit hæres, vtrum dare velit, mutare *o* ſententiam non poterit: & ita Iuliano placuit.

De pecunia. I. De legato, cùm hæres morietur.

12. *Paulus* ‖ libro 2. ad Vitellium. ‖

SI pecunia legata in bonis legantis non ſit, ſoluendo tamen hæreditas ſit, hæres pecuniam legatam dare compellitur, ſiue de ſuo, ſiue ex *p* venditione rerum hæreditariarum, ſiue vnde voluerit.

1 ¶ Quod ita *q* legatum eſt: *Heres cum morietur, Lucio Titio dato decem*, cum incerta die legatum eſt, ad hæredes legatarij non pertinet, ſi viuo hærede deceſſerit.

De duobus reis. I. De eo quod teſtatori debetur.

13. *Pomponius* ‖ libro 7. ex Plautio. ‖

QVi duos reos eiuſdem pecuniæ habet, Titium atque Mæuium ita legauit: *Quod mihi Titius debet, Mæuio heres meus dato: quod Mæuius debet Seio dato*. his verbis onerat hæredem: nam cùm actiones ſuas hæres Męuio præſtiterit aduerſus Titium, videtur Męuius facto eius liberatus eſſe. & idcirco Seio hęres tenebitur *r*.

1 ¶ Si is, qui vnum reum habebat, quod is ſibi deberet, duobus in ſolidum ſeparatim legaſſet, oneratur hæres duob. ſatisfacere, vni actione cedendo, alteri pecuniam ſoluendo *ſ*.

Si ſeruus legatus & liber eſſe iuſſus ſit. I. De ſeruo alieno.

14. *Paulus* ‖ libro 4. ad Vitellium. ‖

SI idem ſeruus & legatus *t*, & liber eſſe iuſſus ſit, fauor libertatis preualet *u*. ſin autem & in poſteriore ſcriptura legatus eſt, & euidens *x* ademptio libertatis oſtenditur, legatum propter defuncti voluntatem præualebit.

a *l.108.ſ.de leg I.*
b *al. vno.*
c *l.65.l.108.§.10. ſup. de leg. I.*
d Gratificari heris vni collegatario poteſt, ‖ vbi collegatarij pares ſunt per omnia, vide Bal. *hic.*
e *l.6.C. de legat.* Pręſumitur enim in dubio magis pro inſtituto, quam pro ſubſtituto. *Bald.*
f Legatarius certæ partis hereditatis, non partis bonorum, ſubiicitur oneribus, *vt hic: & l.9. ſ. eo. l. vlt. ſ. de vſu & vſufr.*
g *l.104. in fi. ſup. de leg. I.*
h Accedit quod res legata legatario cedit, & ad legatarium pertinet. *Bart.* Ampliatis per teſtatorem legati finibus, legatum ampliatur. *Bald.* Imò non augetur, *l. 7. inf. de auro.* ſed ibi vox *meam* legatum reſtringit ad tempus teſtamenti.
i hæredis, *l.9. ſ. de ſtatu lib.*
k Hæres non legat ſtatulibero, niſi ſub conditione libertatis, vel niſi fiat liber per mortem heredis *Bald.*
l Electionem ad tempus vſque concedens, poſt tempus videtur cauſam reuocare, & alteri cõcedere Terminus à teſtatore præſtitutus, peremptorius eſt, *vt hic.* vt & contrahentibus, *l. qui fundum. 40. ſup. de contrah. empt.*
m *l.84 §.9. ſup. de leg. I.*
n *l.47. §.3. ſup. de leg. I.*
o *d. §.9. l.20. ſ. de optione.* Electio facta ex vltima voluntate libera voluntate mutari non poteſt. *Bald.* Cur? an propter tranſlationem dominij, vt vult Accurſius? an quod vltimo vitam tales pendere non debeant, vt Baldus argument. *ſ. receptum eſt 18. ſ. commun. præd.*
p *l.26. ſ. familiæ:* Pecuniæ legatario debetur pecunia numerata, licet in bonis teſtatoris non ſit inuenta, ſed ſola immobilia. *Bald.*
q Legatum in mortem hæredis collatum non tranſmittitur, ſi Legatarius viuo teſtatore deceſſerit, *l. 4. inf. quando dies leg.*
r Quando facto hæredis debitor liberatur, imputatur heredi, *Bal.*
ſ Cur? iura ceſſa vni, non poſſunt poſtea cedi alteri, *l. vnic. §. 14. C. de caducis.*
t Duo quoties ſimul relinquuntur quæ ſimul valere non poſſunt, valet fauorabilius, *Bald. l. 16. l. 18. in fin. ſup. de vulgari, l. 94. in fi. ſ. de cond. & demonſtr. l. 10. in fin. l. 40. inf. de manumiſſ. teſtam.*
u excipe caſum legis 37 *inf. eod.*
x vide *l. 50. ſ. de fideicommiſſ. libert.*

1 ¶ Seruo alieno *a* herede inſtituto, poſt mortem domini eius, cui adquiſita hereditas, & libertatem fideicommiſſariam dari poſſe, conſtat.

De alternatione.

15. *Celſus* ‖ libro 6. Digeſtorum. ‖

SI quis, duobus heredibus inſtitutis, ita legauerit, *Stichum aut decem heredes danto.* non *b* poteſt alter heredum quinque, alter partem Stichi dare, ſed neceſſe eſt, vtrumque aut Stichum totum, aut decem ſoluere.

16. *Paulus* ‖ libro 16. Digeſtorum. ‖

SI Titio aut *c* Seio, *vtri heres vellet*, legatum relictum eſt, heres alteri dando, ab vtroque liberatur: ſi neutri dat, vterque perinde petere poteſt atque ſi ipſi ſoli legatum foret. nam vt ſtipulando duo rei conſtitui poſſunt, ita & teſtamento poteſt id fieri.

De fideicommiſſo relicto à legatario. I. Si vni ex libertis legatum ſit, nec appareat cui.

17. *Marcellus* ‖ libro 10. Digeſtorum. ‖

SI quis Titio decem legauerit, & rogauerit *d*, *vt ea reſtituat Mæuio*, Męuiúſque fuerit mortuus *e*, Titij *f* commodo cedit, non hęredis: niſi *g* dumtaxat vt miniſtrum *h* Titium elegit.

¶ Idem eſt, & ſi ponas vſumfructum legatum.

1 ¶ Si hęres damnatus eſſet, decem vni ex libertis dare, & non conſtituerit cui daret, hęres omnibus *i* eadem decem pręſtare cogendus eſt.

De re legatarij.

18. *Celſus* ‖ libro 17. Digeſtorum. ‖

HEredem meum ita tibi obligare poſſum: vt, ſi quandoque ego moriar, tuus ſeruus Stichus non erit, dare eum tibi damnas ſit.

De alternatione.

19. *Idem* ‖ libro 18. Digeſtorum. ‖

SI is cui legatus ſit Stichus aut Pamphilus, cùm Stichum ſibi legatum putaret, vindicauerit, amplius mutandę vindicationis ius non habet *k*: tanquàm ſi damnatus *l* heres alterutrum dare, Stichum dederit, cùm ignoret ſibi permiſſum, vel Pamphilum dare, nihil repetere poſſit *m*.

De ſeruo communi & iure accreſcendi.

20. *Idem* ‖ libro 19. Digeſtorum. ‖

ET Proculo placebat, & à *n* patre ſic accepi, quod *o* ſeruo communi legatum ſit, ſi alter dominorum omitteret *p*, alteri non adcreſcere. non *q* enim coniunctim, ſed partes *r* legatas. nam ambo ſi vindicarent, eam quemque *ſ* legati partem habiturum, quam in ſeruo haberet.

De dote, de verbo reddere.

21. *Idem* ‖ libro 20. Digeſtorum. ‖

CVm quidam vxori ſuę dotem reddidiſſet, quadraginta ei legare voluiſſet, & quanquam ſciret dotem redditam *t*, hoc tamen pretextu vſus eſſet, quaſi dotis reddendę nomine eam ſummam legaret: exiſtimo, deberi quadraginta. etenim *reddendi u* verbum, quanquam ſignificationem habeat retrò dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.

Si teſtator rem legatam aut eius partem legatario ſoluerit.

22. *Idem* ‖ libro 21. Digeſtorum. ‖

LVcius Titius, in teſtamento ſuo Publio Męuio *militiam x ſuam* reliquit *y* ſiue *pecuniam eius, quæcumque redigi ex venditione eius potuerit, cum ſuis commodis.* ſed cùm ſuperuixit teſtamento Lucius Titius, militiam vendidit, & pretium exegit, & dedit *z* ei cui illam militiam vel pretium eius teſtamento dari voluerit. poſt mortem Lucij Titij iterum Publius Męuius, vel militiam, vel precium eius ab hæredibus Lucij Titij exigebat Celſus: exiſtimo pretium militię præſtari non oportere, niſi legatarius oſtenderit, teſtatorem, & poſt factam ſolutionem, iterum eum pretium militię accipere voluiſſe. quòd ſi non totum *a* pretium militiæ, ſed partem viuus teſtator legatario dedit, reliqui ſupereſſe exactionem: niſi hæres ‖ & ‖ ab hoc deceſſiſſe teſtatorem oſtenderit: onus *b* enim probandi mutatam eſſe defuncti voluntatem, ad eum pertinet, qui fideicommiſſum recuſat.

De alternatione. De vſufructu rei legata.

23. *Marcellus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

LVcio Titio *fundum Seianum, vel vſumfructum fundi Seiani lego.* poteſt legatarius vel fundum vindicare *c*, vel

a *l.16. ſ. de fidei-comm. libert.*
b In diuerſis rebus non poteſt fieri ſolutio, *Bald.* adde *l. 85. ſ. de verb. oblig. l.8. in fi. ſ. de leg. I. l.34. §.1. ſ. de ſolutionibus.*
c *v. l. 9. inf. de duobus reis.*
d Legatarius rogari de legato reſtituendo poteſt.
e *l.60. inf. eo. l.38. §.6. inf. de leg. 3 l. vn. §.4. §.9. verſ. ſin autem. C. de caducis.*
f Legem Papiam ea tantùm vindicare, quæ apud hæredem remanſura ſunt, non quæ apud legatarium: hinc colligit Cuiacius 5. *ad Africanum.* adde *l. 60. ſ. eo. 5. Harmen. 10. §.26. l.8. ſ. de alim.*
g *l.8. ſ. de alimentis.*
h Qui à Græcis vocatur [illegible], de quo vide quæ notaui ad *l. 107. ſup. de leg. I.*
i *l.24. verſ. idem ait. inf. eo.*
k Cur ita? v. quæ notaui ad *l.35. ſup. de cond. indeb.*
l dixi ad *Vlpian.* 24. §. 14.
m nihil repetere poterit, *Bal.* Imò poterit, *l. 19. §. 3. ſup. de cond. indeb.* v. Cuiac. 8. *obſ.* 32.
n Patris ſui opinionem & ſententiam defendere pulchrum eſt, eámque authoritatibus aliis defendere, *vt hic, & l. 29. ſ. eo.* diſcedere tamen ab ea, iure poſſumus, *l. 3. §. 7. ſup. de cond. cauſa data.*
o An proprietas, an vſusfructus? non vſusfructus, *v. l. 1. §. 1. ſ. de vſu.* ergo proprietas. cur ita? non ideo certè, quòd vſusfructus perſonæ ſerui cohæreat. nam ſi ita eſſet nunquam à perſona, vt perſonale quoddam diſcederet.
p Omittimus delata, amittimus adquiſita: omiſſa proprietas, vel omiſſus vſusfructus alteri adcreſcit: amiſſa non adcreſcit, amiſſus non adcreſcit vide Cuiac. 5. *ad Afric. ſol. 69.*
q Imò adcreſcit, *l. 1. §. 1. ſ. de vſusfructu adcreſcendo.*

r *l. 80. ſ. de leg. 3.* ſ *l. 50. ſup. de leg. I.* t *§. 15. Inſt. eod. l. 1. C. de falſa cauſa*
u *l. 100. ſ. de leg. 3. l. 94. inf. de verb. ſign.*
x Militia eſt officium eorum, qui in aliqua ſchola inter ſtatuta relati ſunt, ex quo commoda & ſalaria à Principe conſequuntur. y poterat enim interdum militia relinqui, *l. vlt. C. de pign.* z Legata viuus teſtator præſtare poteſt: ſi præſtiterit, eo mortuo iterum peti non poterunt: non enim pręſumitur legatum duplicare voluiſſe, *l. 6 ſ. de auro.* at non hæreditas, *v. l. 1 ſ. pro herede.*
a Totum habet, cui nihil deducitur. Partis exactio, partis alterius exactionem non tollit.
b *l. 11. §. 12. inf. de leg. 3.* vide quæ ſcripſi ad *l. 22. ſup. de probat.*
c dixi ad *Vlp.* 24. §. 14.

fructum : quod facere non poteſt is, cui tantùm fundus *a* legatus eſt.

De legato in voluntatem hæredis collato.

24. *Vlpianus* ‖ libro 2. Fideicommiſſorum. ‖

CVm quidam ita fideicommiſſum reliquiſſet, *Rogo reſtituas libertis meis quibus* b *voles*; Marcellus putauit, poſſe hæredem & indignum c præferre. At ſi ita, *His quos dignos putaueris*, petere poſſe ait eos, qui non offenderint. Idem ait, ſi neminem *d* eligat, omnes ad petitionem fideicommiſsi admitti videri, quaſi iam præſenti die datum, cùm ſic relinquitur, ‖*quibus volet*, ‖ nec vlli offerat. Planè, ſi cæteri defuncti ſunt, ſuperſtiti dandum, vel hæredi eius, ſi priùs, quàm peteret, deceſsit. Scæuola autem notat: Si omnes petere potuerunt: cùm nulli offertur, cur non *e* & qui deceſſerunt ad hæredem transmiſerunt? vtique, ſi vno petente iam eligere non poteſt, cui det? videtur enim Marcellus, cùm fideicommiſſum ita relinquitur, *Ex libertis cui volueris*, ‖arbitrari ‖ niſi offerat, cui hæres velit & ſtatim offerat, ſine aliquo ſcilicet interuallo, ſtatim competere omnib. *f* petitionem. cùm igitur omnibus competat, merito notatus eſt, cur ſuperſtiti ſoli putet dandum : niſi fortè antequam iuſtum tempus prætereat, quo potuit eligere, cui potius offerat, cæteri deceſſerint.

25. *Marcellus* ‖ libro 15. Digeſtorum. ‖

SI tamen, quibuſdam abſentibus, præſentes petent *g*, cùm præſenti die relictum ſit fideicommiſſum, cauſa cognita *h* ſtatuendum eſt, explorandúmque an & alij ſint petituri.

De vſufructu rei legatæ.

26. *Idem* ‖ libro 16. Digeſtorum. ‖

IS, cuius in ſeruo proprietas erat, fructuario *i* hærede inſtituto, alicui eum ſeruum legauit. non poteſt hæres doli mali exceptione vti, ſi legatarius vindicare ſeruum vellet non relicto hæredi vſufructu.

De alternatiuis.

27. *Celſus* ‖ libro 34. Digeſtorum. ‖

SI illud *k* aut *l* illud legatum ſit, vnum legatum eſt. Si ‖ ſub contrariis conditionibus aliud atque aliud legatum eſt, vnum *m* legatum eſſe arbitramur. neque refert, & heredum, & eorum, quibus legatum eſt, diuerſas perſonas eſſe, veluti ſi ita legatum eſt, *Si Nerua conſul factus erit, Titius hæres Attio fundum: ſi non erit Nerua conſul factus, Seius hæres Mæuio centum dato.*

De parte debita patrono.

28. *Marcellus* ‖ libro 29. Digeſtorum. ‖

CVm patronus ex debita parte inſtitutus, fideicommiſſum relictum ab eo præſtare non cogitur *n*, ſi omiſerit inſtitutionem, qui eam partem vindicant, vtrùm eodem modo retinere, an verò præſtare debeant fideicommiſſum. & magis eſt, deberi fideicommiſſum, quoniam * quod illius perſonæ preſtaretur, hoc nequaquam ad *o* alium pertinere deberet.

Si legatarius oneratus fideicommiſſo, non accipiat legatum.
1. De relictu ab hærede qui non adiuit.

29. *Celſus* ‖ libro 36. Digeſtorum. ‖

PAter *p* meus referebat, cùm eſſet in conſilio Duceni Veri conſulis, itum in ſententiam ſuam: vt cùm Otacilius Catulus, filia ex aſſe hærede inſtituta, liberto ducenta legaſſet, petiſſétque ab eo, vt ea cócubinæ ipſius daret : & libertus, viuo teſtatore, deceſsiſſet : & quod ei relictum erat, apud filiam remanſiſſet, cogeretur *q* filia id fideicommiſſum concubinæ reddere.

1 ¶ Quod alicuius hæredis nominatim fidei committitur, poteſt videri : ita demum dari voluiſſe, ſi ille extitiſſet hæres.

2 ¶ Si *r* filio hæredi pars eius, à quo nominatim legatum eſt, adcreſcit, non † præſtabit legatum, quod iure antiquo *ſ* capit.

De relicto in tutelam viæ non adſcripta certa quantitate.

30. *Idem* ‖ libro 37. Digeſtorum. ‖

QVidam in teſtamento ita ſcripſit : *Reipublicæ Graniſcanorum* t *lego in tutelam viæ* ‖ *reficiendæ*, ‖ *quæ eſt in colonia eorum, vſque ad viam Aureliam.* quæſitum eſt, an hoc legatum valeat? Iuuentius Celſus reſpondit: Propemodum quidem imperfecta eſt hæc ſcriptura, ‖*in tutelam*‖ *Aureliæ* ‖ *viæ*: quia ſumma adſcripta non eſt. Poteſt tamen videri tanta ſumma legata, quanta ei rei ſufficeret ſi modò non apparet, aliam fuiſſe defuncti voluntatem, aut ex magnitudine eius pecaniæ, aut ex mediocritate *x* facultatum, quàm teſtatrix reliquit. tunc enim officio iudicis, ſecundùm æſtimationem patrimonij, & legati quantitas definiri poteſt.

De his qui manumitti non poſſunt, legatis vt manumittantur.

31. *Modeſtinus* ‖ libro 1. Regularum. ‖

SI quis *x*, quos non poterit *y* manumittere, legauit, vt manumitterentur : nec legatum, nec libertas valet.

a Alternatiuè totum vel pars, vbi legatur vtrumque eſt in obligatione, adde *l. 34. in fi. ſ. de leg. 1. l. 10. ʃ. de vſu & vſufr. l. 2. ʃ. de optione.* vide *l. 10. in fin. ſ. de iure dot.*
b *Volo* verbum ſui natura liberam tribuit poteſtatem, adde *l. 46. in pr. inf. de fideicomm. lib. l. 7. §. 1. inf. de rebus dub. Iaſ. l. ſi ſit. 75. ſup. de leg. 1.*
c Indignus poteſt eligi.
d *l. 17. in fi. ſ. eo. l. 67. §. 7. l. 77. §. 4. ʃ. de leg. 3. l. 21. in fi. ʃ. de ſtatu liberis.*
e *d. l. 17. in fi. ſ. eo.*
f *l. vnic. C. de his qui ante apert. tabulas.*
g *al.* petant.
h interim dum abſunt alij : facit *l. 4. infr. de rebus auth. iud.*
i Teſtator legando rem ſimpliciter, intelligitur legare proprietatem, *Bald.*
k *l. 8. §. 2. ſup. de leg. 1. l. 25. ʃ. quando dies leg.*
l aliud erit ſi ita legetur, *Illud & illud, v. l. 2. ſup. eod.* adde quæ ſcripſi ad *l. 29. ʃ. de verb. oblig.*
m adde *l. 2. ſup. de in diem addi.* Vnum dicitur quod finaliter vnum eſt. *Bald.*
n *al.* cogatur.
o *l. 11. l. 32. ſ. ſoluto. l. 1. §. 1. ʃ. de iure immunitatis. l. 68. l. 196. ʃ. de reg. iur. c. 7. de reg. iur. in 6. §. 6. Inſtit. de iure natur.*
p *al.* Celſus pater meus.
q *l. 9. inf. de vſu. v. l. 1. §. 43. infr. de aqua quotidiana & æſtiua.* Legata quaſi caduca adcreſcunt cum onere. *Bald.*
r *al.* vnde ſi filio.
† hoc, iure antiquo receptum erat, ante reſcriptum diui Seueri, *l. 61. in fin. inf. eod.* hodie aliud conſtitutum eſt, *l. 74. in fi. ſ. de leg. 1.*
ſ Ius antiquum vocat, quod ante legem Papiam, *l. vnic. C. de caducis.*
t Liuius 41. Plenis religionum animis, prodigia inſuper nunciata; Tuſculi, facem in cœlo viſam, Gabiis ædem Apollinis & priuata ædificia complura, Graniſcis murum portámque de cœlo tacta.
u *l. 69. §. 4. ſup. de iure dot.*
x putà minor. vide *l. 4. ſ. de ſeruis exportandis.*
y quos non potuit. *Bald.* quos non poterat.

Relictum quando præſtari debet. 1. De fundo detento à legatario ante conditionem impletam. 2. De his quæ in fundo erunt. 3. De legato, Quicquid in horreo erit. *4. De herede legatarij fideicommiſſo onerati. 5. Si res legatę non reperiuntur. 6. De fideicommiſſo relicto familiæ.*

32. *Idem* ‖ libro 9. Regularum. ‖

OMnia, quæ teſtamentis ſine die vel conditione adſcribuntur, ex die *a* aditæ hæreditatis præſtentur *b*.

1 ¶ Fundum ante conditionem completam ab herede non traditum, ſed à legatario detentum *c* hęres vindicare cum fructibus poterit *d*.

2 ¶ Cum ita legatur, *Illi hoc amplius fundum illum cum* e *omnibus rebus, quæ in eodem fundo erunt*, mancipia *f* quoque continentur.

3 ¶ Cùm ita legatur, *Quidquid in horreo meo erit*: & is, cui legatum eſt, ex rebus non legatis, ignorante eo, ampliandi *g* legati ſui gratia, in horreum intulerit : quod illatum eſt, non videtur eſſe legatum.

4 ¶ Quod à legatario petitum erat, *vt alij reſtitueret*, ſi legatarius decedat, heres *h* quoque eius id, quod legatum eſt, preſtare debebit.

5 ¶ Species nominatim legatæ, ſi non reperiantur *i*, nec dolo heredis deeſſe probentur *k*, peti ex eodem teſtamento non poſſunt.

6 ¶ In fideicommiſſo, quod *familiæ* l relinquitur, hi ad petitionem eius admitti poſſunt, qui *m* nominati ſunt *n*, aut poſt omnes eos extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui *o* ex his primo gradu procreati ſint: niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatē ſuam extēderit.

Qui & pro qua parte præſtant legata.

33. *Idem* ‖ libro 9. Reſponſorum reſpondit. ‖

LEgatorum petitio aduerſus heredes pro partibus hęreditariis *p* competit : nec pro his, qui ſoluendo non ſunt, onerari cohęredes oportet. *q*.

1 ¶ Qui plures heredes inſtituit teſtamento, à quibuſdam nominatim reliquit legata, poſtea codicillos ad omnes heredes ſcripſit. quęro, quæ *r* legata debeantur? Modeſtinus reſpondit, cùm manifeſtè teſtator teſtamento expreſſerit, à quib. hæredibus legata preſtari vellet, licèt codicillos ad omnes ſcripſerit, apparet tamen ea, quę codicillis dedit, ab his *ſ* preſtanda eſſe, quos munere *t* fungi *u* debere teſtamento ſuo oſtendit teſtator.

De fideicommiſſo, Peto vt ſeruum tuum manumittas cùm tot capita ſeruorum tibi in Codicillis legauero.
1. De heredibus iuſſis accipere à ſemetipſis. 2. De domino fideicommiſſarij qui diuiſioni quaſi teſtis interfuit. 3. De his quæ teſtator in prętorium vxoris tranſtulerat. 4. De conditione implenda. 5. De dote filię relicta. 6. De eo quem teſtator dixit eſſe onera ſuſtentaturum & legata præſtaturum. 7. De his quæ teſtator dixit futura heredis poſt mortem eius, qui ea reliquerat.

34. *Idem* ‖ libro 10. Reſponſorum. ‖

TItia, cùm teſtamento facto decederet, hæredibus inſtitutis Mæuia & Sempronio filiis ſuis ex æquis partibus, petit à Mæuia, vt Stichum ſeruum ſuum manumitteret in hęc verba, *A te autem Mæuia filia cariſsima peto, vt Stichum ſeruum tuum manumittas, cùm in miniſterio tuo tot capita ſeruorum tibi his Codicillis legauero*: nec legauit *x*. quæro, quid his verbis relictum videatur, cùm vt ſuprà cautum eſt, duobus hęredibus inſtitutis defunctam teſtatricem, & mancipia hereditaria duarum perſonarum fuiſſe, & codicillis nihil relictum ſit de præſtandis mancipiis, nec poſsit vtile fideicommiſſum putari, quod datum non ſit, cùm legaſſe ſe dixerit, nec adiecerit legati ſpeciem, nec ab herede, vti preſtarentur mancipia, petierit? Modeſtinus reſpondit, ex verbis conſultationi inſertis Mæuiam, neque legati, neque fideicommiſsi petitionem habere, neque libertatem ſeruo dare compelli.

1 ¶ Lucius Titius in teſtamento ſuo ita cauit: Ὀκταβιάνη Στρατονίκη τῇ γλυκυτάτῃ μου θυγατρὶ χαίρειν. Βούλομαι αὐτὴν παρ᾽ ἑαυτῆς λαβεῖν χωρίον Γάζαν σὺν ταῖς ἐνθήκαις αὐτοῦ πάσαις. Ὀκταβιανῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ γλυκυτάτῳ υἱῷ μου χαίρειν. Ἐξαίρετον βούλομαι αὐτὸν παρ᾽ ἑαυτοῦ λαβεῖν σύγκτησιν, *y* ἀμιόφορον. *z* Κομιάνην, σὺν αἷς ἔχει ἐνθήκαις πάσαις. *i.* *Octauianę Stra-*

a *v. l. 7. ʃ. quando dies legat.* Notat Bald. quadruplicem ceſſionem legatorum. Primam, quoad transmiſſionem, *vn. §. 5. C. de cad.* Secundam, quoad dominij translationem, *l. 86. §. 2. ſ. de leg. 1.* Tertiam quoad actionem naſcentem. Quartam quoad præſtationem.
b aute igitur debentur legata nec præſtantur.
c Legatarius non poteſt inuadere rem legatam conditione : & inuadit, intervindicatur ab *Bald.*
d Cur ita? *l. 12. inſi n. ſup. de vſuf.*
e *l. 68. in fi. l. §. 2. l. 93. §. 2. de leg. 3.*
f Rerum appellatione continentur perſonæ, quæ notaui ad *ſup. de reb. cred.*
g *v. l. 18. §. 1. de inſtructo.*
h *l. 40. §. 1. ʃ. de*
i *l. 26. §. 1. ſ. de legat. 1.*
l. Quæ non reperiuntur, præſumuntur non eſſe. *Bald.*
k Dolum velpam qui allegat probationis onus ſuſtinet.
l adde *l. 54. inf. leg. Falc.* Familia & agnatione ordine admittitur ſit ad bona vel ex fideicommiſſo vel quæ primigenio debetur vel agnationi, Couarruuiam *practic. 38.*
m Nomine proprio ad ſubſtitutionem vocati teſtatore, præferuntur : præſentur enim magis dilecti.
n ſuo ordine, quatenus proximiores.
o Repræſentatio eſt in fideicommiſſis, filius ingreditur locum patris defuncti, vt aduerſus Baldum, per Gloſſam, Angelum, Puteum, Imolam, Alexandrum, Socinum, Bertrandum, Ruinum, Crauettam, Chaſſaneum, Duranctium, Decium, Gozadinum, Molinæum, Fabium de Eugubio, & Corneum, refert Cephalus 1. *conſ. 16. num. 29.*
p *l. 44. ʃ. eo. l. 4. in fi. ſ. de leg. 1. l. 98. ʃ. de leg. 3.*
q vbi agitur perſonali, non hypothecaria, vide *hic. Bald.* vide quæ ſcripſi ad *l. 1. C. de hered. act.*
r *al.* qui.
ſ vide *l. 13. ʃ. de alimentis.*
t Fortè, quos eo munere fungi.
u Fungi munere legati eſt legatum præſtare, *l. 2. ʃ. ad Treb.* ſed fungi munere Falcidiæ dicitur, qui Falcidiam patitur, *l. 77. §. 1. ʃ. eod.*
x Onus iniunctum prætextu alicuius emolumenti, non debetur, ſi illud emolumentum non detur. *Bald.*
y σύγκτησις *hic & l. alumnæ. 30. §. Titia. 1. inf. de adimendis.* Gloſſis Maſſa, quod & verbum eadem ſignificatione eſt in nouella Leonis & Anthemij, *Nouella de bonis vacantib.* vt communi inquiunt iure Geſtiana maſſa, de qua quæritur, prædictæ dominæ illuſtri reſtituatur. Eſt autem, σύγκτησις hic & *l. 30. §. 1. infra de adimendis legatis*, multa prædia vicina ac ſe continentia. Qua ratione dici exiſtimant, Syntheſim veſtium *l. 18. infra de auro.* Vaſorum, *Martial. Statius ſyluar. 4. Q. Serenus Samonicus, cap. de lumbricis & cap. de venenis*, Maſſæ terræ frequenter apud Gregorium libris Regiſtri legitur. Galli *Meſtairies.*

a *v. l. vlt. §. 17. inf. de muneribus.*

tunicæ dulciſſimæ filiæ meæ ſalutē. Volo eam à ſe a ipſi accipere villam Gazam cum impoſitionibus b *ſuis omnibus. Octaui no Alexandro dulciſſimo filio meo ſalutem. Præcipuum volo eum accipere ſyntesin ſterilium* c *villarum cum impoſitionibus ſuis* quæro, an huiuſmodi ſcriptura integrum prædium ſingulis datum eſſe videatur, an verò partem hereditariam duntaxat contineat, cùm inutiliter à ſemetipſo quemque eorum, quam habebat, partem accipere voluit? Modeſtinus reſpondit, non ſic *d* interpretandam ſcripturam, de qua quæritur, vt fideicommiſſum inutile fiat. Item quæro, ſi integrum prædium relictum eſſe videtur, an pretium portionis fratri & coheredi ſoluendum ſit: vt hoc ipſo, quòd à *e* ſemetipſo accipere præcepit, pretio illato integrum habere eum voluerit. Item reſpondit, ad ſolutionem pretij fideicommiſſarium minimè compellendum.

2 ¶ Lucia Titia inteſtata moriens, à filiis ſuis per fideicommiſſum alieno ſeruo domum reliquit poſt mortem, filij eius (iidem qui heredes) cùm diuiſerunt hereditatem matris, diuiſerunt etiam domum, in qua diuiſione dominus ſerui fideicommiſſarij quaſi *f* teſtis adfuit. quæro, an fideicommiſsi perſecutionem adquiſitam ſibi per ſeruum, eo quòd interfuit diuiſioni, amiſiſſe videatur? Modeſtinus reſpondit, fideicommiſſum ipſo iure amiſſum non eſſe *g*, quod ne repudiari *h* quidem poteſt. ſed nec per doli exceptionem ſummoueretur, niſi euidenter apparuerit, omittendi fideicommiſsi cauſa hoc ‖ eum ‖ feciſſe.

3 ¶ Gaius Seius ‖ cùm domum ſuam ‖ haberet, & in prætorio *i* vxoris ſuæ tranſtuliſſet, quaſdam res de domo ſuo in ‖ eodem *k* prætorio *l* tranſtulit, ibique poſt multos dies decedens teſtamento vxorem ſuam heredem & alios complures reliquit. quo teſtamento ſignificauit verba, quæ infra ſcripta ſunt. *In primis ſciant heredes mei, nullam pecuniam eſſe penes* m *vxorem meam. Sed nec aliud quidquam. Ideóque hoc nomine eam inquietari nolo.* quæro, an ea, quæ viuo eo in prætorio vxoris eius tranſlata ſunt, communi hereditati vindicari poſsint, & an ſecundùm verba teſtamenti præſcribi coheredibus poſsit à parte vxoris defuncti? Modeſtinus reſpondit, ſi ea, quæ in domum ſeu prætorium vxoris defunctus tranſtulit, præcipua ad eam pertinere voluit, nihil proponi, cur voluntate *n* ipſius ſtandum non ſit: neceſſe igitur habet mulier *p* talem voluntatem fuiſſe teſtatoris oſtendere. quod niſi fecerit, in hereditate mariti & hæc remanere oportet.

4 ¶ Si ea conditione liberto *q* fideicommiſſum relictum eſt, *ne r à filiis eius recederet*: & *ſ* per tutores factum eſt, quo minùs conditionem impleret, iniquum eſt eum, cum ſit inculpatus, emolumento fideicommiſsi carere.

5 ¶ Qui, inuita filia, de dote egerat, deceſsit, eadem illa exheredata, filio herede inſtituto, & ab eo fideicommiſſum filiæ dotis nomine reliquit. quæro, quantum à fratre mulier conſequi debeat? Modeſtinus reſpondit. Quod in primis eſt, non *t* eſſe conſumptam de dote actionem mulieri, cùm patri ſuo non *u* conſenſerit, vtique non ignoras: ſic enim res explicatur, vt, ſi quidem maior *x* quantitas in priore dote fuit, illius petitione ſit tantummodò mulier contenta. quod ſi in ſumma dotis nomine legata amplius ſit, quam in dote principali, compenſatio *y* fiat vſque ad eandem ſummam, quæ concurrit, & id tantummodò, quod excedit in ſequenti ſumma, ex teſtamento conſequatur. non *z* eſt enim veriſimile, patrem duplici præſtatione dotis filiam eundémque heredem onerare voluiſſe. præterea cùm *a* putauerit ſe efficaciter, licèt non conſentiente filia, inſtituiſſe aduerſus generum de dote actionem.

6 ¶ Lucius Titius, relictis duobus filiis ſuis heredibus diuerſi ſexus inſtitutis, addidit caput generale, *vt legata, & libertates ab his heredibus ſuis præſtarentur*: quadam *b* tamen parte teſtamenti à filio petiit, vt omne onus legatorum in ſe ſuſtineret, in hunc modum: ‖ *Ea* ‖ *quæcunque in legatis reliqui, vel dari præcepi: ab Attiano filio meo & herede dari præſtarique iubebo* c. deinde ſubiecit in præceptione relinquenda filiæ ſuæ hæc verba: *Paulinæ filiæ meæ dulciſſimæ ſi quid me viuo dedi, comparaui, ſibi habere iubeo: cuius rei quæſtionem fieri veto, & peto à te, filia cariſſima, ne a velis iraſci quod amplioren ſubſtantiam fratri tuo reliquerim, quem* b *ſcis magna onera ſuſtentaturum, & legata, quæ ſupra ſcripſi, præſtaturum.* quæro, an ‖ ex ‖ his extremis verbis, quibus cum filia ſua in teſtamento pater locutus eſt effectum videtur, vt hereditariis actionibus, id eſt omnibus filium ſuum onerauerit, an verò iam *c* ſolùm propter onus legatorum locutus *d* eſſe videatur, petitiones autem hereditariæ in vtrumque heredem creditoribus dari debeant? Modeſtinus reſpondit vt actiones creditorum filius ſolus *e* excipiat, iuſsiſſe teſtatorem non proponi *f*.

7 ¶ Titia cùm nuberet Gaio Seio, dedit in dotem prædia, & quaſdam alias res. poſtea decedens codicillis ita cauit: Γάϊον Σέϊον τὸν ἄνδρα μου παρακατατίθεμαί σοι ὦ θύγατερ. ᾧ βούλομαι δοθῆναι εἰς βίου χρῆσιν, καὶ ἐπικαρπίαν, μετοχὴν g κώμης Ναχλήνων, ἣν ἔφθασα δεδωκυῖα εἰς προῖκα, σὺν σώμασι τοῖς ἐμφερομένοις τῇ προικί, καὶ κατὰ μηδὲν ἐνοχληθῆναι αὐτὸν περὶ τῆς προικός. ἔσται γὰρ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ σὰ καὶ τῶν τέκνων σου. id eſt, *Gaium Seium virum meum commendo tibi* g *filia, cui volo dari ad vitæ vſum & fructum participationem Caſtelli Nacleorum quam præueni dediſſe in dotem, cum corporibus quæ inferuntur doti, & in nihilum moleſtari eum de dote, erunt enim poſt mortem eius tua, & filiorum tuorum.* præterea alia multa ‖ huic ‖ eidem marito legauit, vt quandiu viueret, haberet. quæro, an propter hæc, quæ codicillis ei extra dotem relicta ſunt, poſsit, poſt mortem Gaij Seij, ex cauſa fideicommiſsi, petitio filiæ & heredi *h* Titiæ competere, & earum rerum nomine quas in dotem Gaius Seius accepit. Modeſtinus reſpondit: Licèt non ea verba proponuntur, ex quibus filia teſtatricis fideicommiſſum à Gaio Seio, poſtquàm præſtiterit, quæ teſtamento legata ſunt, petere poſsit: tamen nihil prohibet, propter voluntatem *i* teſtatricis, poſt mortem Gaij Seij, fideicommiſſum peti.

Si vxori legetur quæ vſus huius cauſa parata ſunt.

35. *Idem* ‖ lib. 16. Reſponſorum reſpondit. ‖

LEgatis vxori, quæ vſus eius cauſa parata ſunt, eos ſeruos ad eam non pertinere, qui non proprij ipſius, ſed communis *k* vſus cauſa parti *l* ſunt.

Deſcriptio legati.

36. *Idem* ‖ libro 3. Pandectarum. ‖

LEgatum eſt donatio *m* teſtamento *n* relicta *o*.

Si ſeruus legetur, & liber eſſe iubeatur.

37. *Iauolenus* ‖ lib. 1 ex Caſsio ‖

QVi teſtamento inutiliter *p* manumiſſus eſt, legari eodem teſtamento poteſt: quia totiens efficacior eſt libertas legato, quotiens vtiliter data eſt.

De eo quod ſeruus legatus adquirit.

38. *Idem* ‖ libro 2. ex Caſsio ‖

QVod ſeruus legatus ante aditam hereditatem adquiſiuit, hereditati *q* adquirit.

De ædificio impoſito areæ legaæ.

39. *Idem* ‖ lib 3. ex Caſsio.

SI areæ *r* legatæ, poſt teſtamentum factum, ædificium impoſitum eſt, vtrumque debebitur, & ſolum, & ſuperficium *ſ*.

De legato duobus ſeruis vni ‖

40. *Idem* ‖ libro 1. Epiſtolarum. ‖

SI duobus ſeruis meis eadem res legata eſt, & alterius ſerui nomine ad me eam pertinere nolo, totum *t* ad me pertinebit: quia partem alterius [ſerui *u* per alterum ſeruum adquiro, perinde ac ſi meo & alterius] ſeruo eſſet legatum.

De iure adcreſcendi. 1. De dote.

41. *Idem* ‖ libro 7. Epiſtolarum. ‖

M*Æuio fundi partem dimidiam, Seio* x *partem dimidiam lego: eundem fundum Titio* y *lego.* ſi Seius deceſſerit, pars eius vtrique adcreſcit: quia cum ſeparatim *z* & partes fundi, & totus legatus ſit, neceſſe eſt, vt ea pars quæ ceſſat, pro portione legati cuique eorum, quibus fundus ſeparatim legatus eſt, adcreſcat.

1 ¶ [illegible] me heredi *a* vxori meæ ita legatum eſt: *Quidquid propter Titiam ad Seiam* b *dotis nomine peruenit, tantam pecuniam Seius heres meus Titiæ det.* quæro, an deductiones impenſarum fieri poſsint, quæ fierent ſi de dote ageretur. reſpondit: Non dubito, quin vxori ſuæ *c* quod ita legatum eſt, *A te heres peto, quidquid ad te perueniſſet, vt tantum ei dares.* tota dos ſine *d* ratione deductionis impenſarum mulieri debeatur.

¶ Non autem idem ius ſeruari debet ex teſtamento extranei, quod ſeruatur in teſtamento viri, qui dotem

a Teſtator legatario ius conferre poteſt, legati non ab herede, ſed per ſe, hoc eſt, à ſemetipſo capiendi: ita reſtringe, *l.* 1. §. 2. ͞J. *quorum legatorum.* non tamen ‖ auferendi ab ipſo herede iam ‖ poſſeſſore, *Clarus*] 3. ‖ *ſent.* 68. Porrò eam partem expreſsè auferre poteſt, vel tacitè. Expreſsè, *vt* ͞S. *eo.* Tacitè, ſi cum teſtator faciat executorem teſtamenti, ſi vetet heredem moleſtiam vllam inferre legatario iure ‖ legata: ſi voluit legatum liberè ad legatarium peruenire: ſi rem legatario tradidit, aut eam apud eundem ſciuit eſſe ſine vitio v. Ripenſem ad *l.* 1. ͞J. *quod legatorum. num* 11. 12. 13. 14.

b ὀρθήκαις. Entheca quid ſit, vide *l.* 2. *infr. de inſtructo.*

c σύγκτησιν ἀγωνοφόρον. Ἀμνοφόρον. *Hal.* alij ἀγνοφόρον, vt ſit plantæ genus, *Ariſt.* 9. *de nat. anim.* hic interpres videtur legiſſe ἀφόρων χωρίων vel magis ἀπόρων: quo verbo fœnea poſſeſſio intelligitur in Nouellis. v. quæ dicam ad *l. vlt. C. de fundis patr.* vide Pet. Fabrum 2. *Agonost.* 17.

d Verba teſtatoris à proprietate detorqueri poſſunt, ne alioquin legatum inutile fiat. *Bart.*

e vide *l.* 18. *l.* 34. §. 11. *l.* 116. § 1. *ſupr. de leg.* 1. *Vlpian.* 24. §. 22.

f ‖ Qui diuiſioni tanquam teſtis adfuit, repudiare ius quod in ea poteſt prætendere cenſetur, vide Bart. *l.* 34. *in fin.* ͞S. *ſoluto.*

g Imò, videtur amiſſum, *l.* 26. §. 1. *in fin. ſupra de pignorib.*

h Imò, repudiari poteſt, *l.* 7. *ſupr. de leg.* 2. vide Cuiac. 2 *obſ.* 11. quod nec repudiatū. *Haloand.*

i *aliàs*, prætorium.

k *aliàs*, in idem prætorium.

l villa vrbana. Prætoria prædia voluptati deſeruiunt, *l.* 196. ͞J. *de verbor. ſignific.*

m de hac dictione vide *l.* 63. ͞J. *de verbor. ſignif.*

n voluntati ipſius.

o Cur ita? vide *leg.* 69. *infra de leg.* 3.

p Imò non mulier ſed heres, *l.* 18. ͞J. *de auro.*

q Idem dicendum, ſi maritus vxori alimenta legauerit ſub ea conditione, ſi cum liberis ſuis vixerit. Prohibita enim vxor cum ſuis liberis morari, ab eorum tutore, relictum etiam conſequetur.

r *l.* 30. §. 5. *infra de leg.* 3.

ſ Quod fit à perſona repræſentante, videtur fieri à perſona repræſentata. *Bald.*

t Dotis actio mulieri ſeu filiæ non conſumitur, qua inuita pater de dote egit.

u Inuitus dicitur, qui non conſenſit.

x *l.* 22. §. 3 *l.* 37. *ſup. ſolut.*

y Compenſandi animo in dubio quiſque intelligitur legare potiùs, quàm donandi. præſumitur compenſandi voluntas magis quàm donandi.

z Præſumi non debet teſtator voluiſſe heredem duplici præſtatione onerare.

a Præſumitur quiſque id facere quod iure valet & valere poteſt.

b Specialis vt ita diſpoſitio deroget generali. *Bart.*

c *al.* iubeo.

a verba adulatoria non inducunt fideicommiſsi petitionem. *Bald.*

b hæc verba, vt ſuperflua, non vitiant rei veritatem, *l.* 32. §. 6. ͞J. *de auro.*

c *al.* eam.

d *al.* allocutus.

e Imò is intelligitur oneratus qui præcipere, iuſſus eſt, *l.* 170. *ſupra de leg* 1.

f nam propter generalia verba non eſt veriſimile in dubio velle teſtatorem à ſpeciali prouiſione receſsiſſe, *Bald.*

g μετοχὴ quæ hic dicitur, non eſt participatio, ſed vniuerſitas prædiorum vno clauſa ſepto, authore Suida illo Dauidis loco, ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό, cuius conſeptum in ſemet reuoluitur: qua oratione ſumma ciuium coniunctio ſignificatur.

h *v. l.* 22. *C. de legatis.*

i *l.* 7. ͞J. *de ſupellectile.*

k vide *l.* 10. ͞J. *de auro.*

l *al.* parati.

m 34. *Eclog.* 1. §. 1.

n Imò, & codicillis legatum relinqui poteſt *C. de his quæ pœnæ nomine teſtament. vel codicillis relinquuntur.*

o ab herede præſtanda, arg. *l.* 5. *C. eod.* §. 1. *Inſt. eodem.* Ad hanc definitionem v. Cuiac. *hic in paratit.* adde aliam definitionem legati ex lege 116. ͞S. *de leg.* 1.

p puta in fraudem creditorum. *l.* 44. §. 7. *ſupra de leg.* 1.

q Hereditati adquirit ſeruus hereditarius, quidquid adquiritur. hoc eſt quicquid adquiritur ante aditam hereditatem, id hereditati adquirit, *l.* 91. §. 6. *ſupra de leg.* 1.

r *l.* 44. §. 4. *ſupra de leg.* 1.

ſ Superficij vox reperitur in lege 32. *ſup. de iure dot.* & in indice Titulorum, de ſuperficiis.

t *l.* 58. *in fin. l.* 60. ͞J. *eod.*

u incluſa in quibuſdam codicibus deſunt.

x Hic Seius & Mæuius verbis coniuncti.

y Hic re tantum coniunctus eſt.

z Atqui non eſt inter eos ius adcreſcendi, inter quos nullà eſt coniunctio, argument. *leg.* 20. ͞S. *eo. leg.* 1. *ſup. de vſufruct. adcreſcend.*

a *aliàs*, herede.

b vide omnino ad hunc locum Antonium Fabrum. 1. *Coniectur.* 3.

c *aliàs*, tuæ (ſimilis eſt error in *l. ex aſſe* 28. *infra ad Trebellian.*) Et ita legendum demonſtrant verba hæc ſequentia, quidquid ad te perueniſſet. Vtique enim dixiſſet Iauolenus, quidquid ad me peruenit, ſi de legato teſtatoris vxori relicto intellexiſſet.

d Imò quaſdam impenſam deducet, *l.* 5. ͞J. *de dote.*

vxori relegauit. hæc enim taxationis loco, habenda eſt. *Quidquid ad te peruenit.* illic autem, vbi vir vxori relegat, id videtur legare, quod in iudicio dotis ‖mulier‖ conſecutura fuerit.

Si non capax ſolidi inceretur fideicommiſſo.

42. *Idem*‖lib. 11. Epiſtolarum.‖

CVm ei, qui *a* partem *b* capiebat, legatum eſſet, vt *c* alij reſtitueret, placuit ſolidum *d* capere poſſe.

De legato quantum heres habebit. 1. vel quanti vnus heres habebit. 2. De fructibus fideicommiſſi in diem relicti. 3. De alternatione.

43. *Pomponius*‖libro 3. ad Quintum Mucium.‖

SI ita relictum fuerit: *Quantum heres e meus habebit, tantum Tithaſo dari volo:* pro eo eſt, quaſi ita ſcriptum ſit, Quantum omnes *f* heredes habebunt.

1 ¶ Quòd ſi ita fuerit: *Quantum vnus heres habebit, tantum Tithaſo heredes meos dare volo*: minor *g* pars erit accipienda, quæ venit in legato.

2 ¶ Pegaſus ſolitus fuerat diſtinguere, ſi in diem fideicommiſſum relictum ſit, veluti poſt annos decem, intereſſe, cuius cauſa tempus dilatum ſit: vtrùmne heredis, quo caſu heredem fructum retinere debere: an legatarij, veluti ſi in tempus pubertatis ei, qui impubes ſit, fideicommiſſum relictum ſit: tunc *h* enim fructus præſtandos & antecedentis temporis, & hæc ita intelligenda ſunt, ſi non *i* nominatim adiectum eſt, vt cum incremento heres fideicommiſſum præſtet.

3 ¶ Si ita ſcriptum ſit, *Decem aut quindecim heres dato*: pro eo eſt, ac ſi decem *k* ſola legata ſint, aut ſi ita ſit, *Poſt annum, aut poſt biennium, quàm ego deceſſero, heres dato*: poſt biennium *l* videtur legatum, quia heredis *m* eſſet poteſtas in eligendo.

De legato, heres meus damnas eſto. 1. De eadem ſumma bis legata.

44. *Idem*‖lib. 4. ad Quintum Mucium.‖

SI pluribus heredibus inſtitutis ita ſcriptum ſit, *Heres meus n damnas eſto dare aureos quinque*: non quilibet heres, ſed omnes videbuntur damnati, vt vnà quinque dent.

1 ¶ Si ita legatum fuerit, *Lucius Titius heres meus Tithaſo quinque aureos dare damnas eſto*: deinde *o* alio loco ita: *Publius Mauius heres meus Tithaſo quinque aureos damnas eſto dare*: niſi Titius *p* oſtenderit adimendi *q* cauſa à Publio legatum eſſe relictum: quinos *r* aureos ab vtroque accipiet.

De filiis & filiabus. 1. De repudiatione legati conditionalis, vel in diem. 2. De conditione nuptiarum.

45. *Idem*‖libro 8. ad Quintum Mucium.‖

SI ita ſit ſcriptum: *Filiabus ſ meis centum aureos do*: an & maſculini generis & fœminini liberis legatum videatur? nam ſi ita ſcriptum eſſet, *Filiis meis hoſce tutores do*: reſponſum eſt, etiam *t* filiabus tutores datos eſſe. quod non *u* eſt ex contrario accipiendum, vt filiarum nomine etiam maſculi contineantur. exemplo enim peſſimum eſt, fœminino *x* vocabulo etiam maſculos contineri.

1 ¶ Si ſub conditione, vel ex die certa, nobis legatum ſit, ante *y* conditionem vel diem certum, repudiare non poſſumus. nam nec pertinet ad nos antequàm *z* dies veniat, vel conditio exiſtat.

2 ¶ Si pater filiæ ſuæ teſtamento aureos tot heredem dare iuſſerit, *vbi a ea nupſiſſet: ſi filia nupta ſit b*, cùm teſtamentum fit, ſed abſente patre & ignorante, nihilo minùs legatum debetur. ſi enim hoc pater non ignorabat, videtur de aliis nuptiis ſenſiſſe.

De eo quod quis debet.

46. *Proculus*‖libro 5. Epiſtolarum.‖

SI ſcripſiſſet, qui legabat, *Quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego*. nec adiecit, *Præſens in diémve* non dubitarem, quantum ad verborum ſignificationem *c* attineret, quin ea pecunia comprehenſa non eſſet, cuius dies, moriente eo qui teſtamentum feciſſet, nondum veniſſet. adiiciendo autem hæc verba, *Præſens, in diémve*: apertè mihi videtur oſtendiſſe, eam quoque pecuniam legare voluiſſe.

De duobus exemplariis.

47. *Idem* libro 6. Epiſtolarum.

SEmpronius Proculus Nepoti ſuo ſalutem. Binæ *d* tabulæ teſtamenti eodem tempore exemplarij *e* cauſa ſcriptæ, vt vulgò *a* fieri ſolet, eiuſdem patrisfamiliàs proferuntur. in alteris centum, in alteris quinquaginta aurei legati ſunt Titio. quæris, vtrùm & *b* quinquaginta aureos, an centum dumtaxat habiturus ſit? Proculus reſpondit. In hoc caſu‖magis‖heredi parcendum eſt, ideóque vtrumque legatum nullo modo debetur, ſed tantummodò quinquaginta aurei.

De dote relegata. 1. De herede demente.

48. *Idem* lib. 8. Epiſtolarum.

LIcinius Lucuſta Proculo ſuo ſalutem. Cùm faciat conditionem in releganda dote, vt ſi mallet vxor mancipia, quæ in dotem dederit, quàm pecuniam numeratam recipere ſi ea mancipia vxor malit, nunquid etiam ea mancipia, quæ poſtea ex his mancipiis nata ſunt, vxori debeantur, quæro *c*. Proculus Lucuſtæ ſuo ſalutem. Si vxor mallet mancipia, quàm dotem accipere ipſa mancipia, quæ æſtimata in dotem dedit, non *d* etiam partus mancipiorum ei debebuntur.

1 ¶ Bonorum poſſeſsione dementis curatori data, legata à curatore, qui furioſum defendit, peti poterunt. Sed qui petent, cauere *e* debebunt, *ſi hereditas euicta fuerit quod legatorum nomine datum ſit, reditu f iri.*

De morte animalis legati. 1. De teſſera frumentaria. De militia. 2. De re cuius commercium legatarius, 3. Vel heres non habet. 14. De oneribus partis accreſcentis.

49. *Paulus*‖lib. 5. ad Legem Iuliam & Papiam.‖

MOrtuo boue, qui legatus eſt, neque corium *g* neque caro *h* debetur.

i 1 ¶ Si Titio frumentaria *k* teſſera *l* legata ſit, & is deceſſerit, quidam putant extingui legatum. ſed hoc non eſt verum. nam cui teſſera, vel militia legatur, æſtimatio videtur legata.

2 ¶ Labeo *m* refert, agrum, cuius commercium non habes, legari tibi poſſe. Trebatium reſpondiſſe. quod meritò *n* Priſcus Fulcinius falſum eſſe aiebat.

3 ¶ Sed *o* Proculus ‖ait‖ ſi quis heredem ſuum eum fundum, cuius commercium is heres non habeat dare iuſſerat ei, qui eius commercium habeat: putat heredem obligatum eſſe (quod verius eſt) vel in ipſam rem, ſi hęc in bonis teſtatoris fuerit: vel ſi non eſt, in eius æſtimationem.

4 ¶ Si teſtator dari quid‖iuſsiſſet, aut opus fieri *p*, aut munus dari, pro portione ſua, eos præſtare, quibus pars hereditatis adcreſceret, ęque atque cætera legata placet.

De ſubſtitutione. 1. De eo quod quis debet alternatè 2. Vel ſimpliciter.

50. *Marcellus* ‖ libro 20. Digeſtorum. ‖

VT heredibus ſubſtitui poteſt, ita etiam legatariis *q*. videamus, an idem fieri poſsit, & cùm *r* mortis cauſa donabitur, vt id promittat ille alteri, ſi ipſe capere non poterit. quod magis eſt: quia in poſterioris quoque perſonam donatio confertur.

1 ¶ SI Titius mihi Stichum aut decem debeat, & legauero tibi Stichum quem mihi debet, placet extingui *ſ* legatum, decem ſolutis. & ſi diuerſis, alij decem, alij Stichus legatus fuerit, ex euentu ſolutionis legatum valet.

2 ¶ Cùm ita legatum eſt: *Quantam pecuniam heres meus à Titio exegerit, tantam Mauio dato*, ſi ſub conditione legatum eſt, antequam exacta pecunia ſit, legatarius agere non poteſt. quod ſi ſtatim dies legati cedit: (vt Publicius rectè putat) legatarius agere poteſt, vt actiones præſtentur.

De capacitate. 1. De adoptione.

51. *Vlpianus* libro 8. ad legem Iuliam & Papiam.

SI ita quis teſtamento ſuo cauiſſet: *Illi quantum plurimum per legem t accipere poteſt, dari volo*: vtique tunc, cùm *u* quando capere potuerit, videtur ei relictum. ſed & ſi dixerit: *Quam maximam partem dare poſſum x, damnas eſto heres meus ei dare*: idem erit dicendum.

1 ¶ Is, cui in *y tempus liberorum* tertia pars relicta eſt, vtique non poterit adoptando *z* tertiam partem conſequi.

De capacitate.

52. *Terentius Clemens* ‖ libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.‖

NOn oportet *a* prius de conditione cuiuſquam quęri, quàm hereditas legatumve ad eum pertineat.

De eo quod mulieri relictum eſt pro dote.

53. *Idem* ‖ libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.‖

CVm ab vno *b* herede mulieri pro dote, compenſandi *c* animo legatum eſſet, eáque dotem ſuam ferre, quam legatum maluerit: vtrum in omnes heredes, an in eum ſolum, à quo legatum eſt, actio ei dote *d* dari debeat, quæritur. Iulianus, in

a *l.16.§.15. infra ad Treb.*
b Legari incapaci poteſt, vt reſtituat legatum capaci, *vt hic. & l.28. ȷ. de leg.3. l.16. §.15. ȷ. ad Trebell.*
c putà orbo. Dixi ad Vlpianum 13. *l.16. §.12. ȷ. ad Trebell.* vel vxori & viro v. Vlpianum *Titulo, de decimis.*
d Solidum totum atque integrum eſt id quod deductionē patitur nullam. Seneca 2. *de beneficiis.* Vt beneficia tua illibata, vt integra ad eos quibus promiſſa ſunt, perueniant, ſine vlla, quod aiunt, deductione.
e Relatio facta ad heredem complectitur omnes heredes, *Bald.*
f ergo iſte dimidiam, reliqui heredes aliam partem dimidiam habituri ſunt.
g nam in dubia minimum accipiendum eſt, *l.39. ſ. de leg.1.* Imò minimũ non eſt accipiendũ, *l.37. ſ. de leg.1. l.38. ȷ. de auro.*
h *l.3. §.2. in fin. ſ. de vſuris. l.21. §.2. in fi. ȷ. de annuis, l.78. §.12. infra ad Trebellianum.*
i *l.63. §.4. inf. ad Trebellianum.*
k eſt enim hæc ſumma minor, *l.12. l.83. §.3. l.109. infr. de verb. oblig.* facit *l.39. §.6. ſ. de legat.1.* vide *c.30. de regulis in 6.*
l hoc enim tempus debitori commodius eſt, *d. §.6.*
m Imò legatarij, *l.23. ſupr. eod.* dixi ad *Vlp.24. §.14.*
n Indefinita vox æquipollet vniuerſali, collectiuè non diſtributiuè, *Bartolus, Baldus.*
o Vbi ſunt diuerſæ orationes, & diuerſi heredes grauari, quilibet per ſe de diuerſa ſumma grauatus intelligitur, *Bald.* vel ſic. Si vni à diuerſis heredibus quantitas relinquitur, in dubio ab vtroque debebitur tota, *Bald.*
p heres ſcilicet. Imò non is ſed legatarius probare debet, *l.19. ſ. de iure dotium.*
q facit *l.9. inf. de adimendis.*
r *l.113. §.2 ſup. de leg.1.* ſ 5. *Harmenop* 10. §.3. t *leg.16. §.1. ſup. de teſtament. tut.* vide *l.116. infr. de verbor. ſignif.*
u vide Hotom. *conſ.5.*
x *l.82. inf. de leg.3.* vide quæ notaui ad *Nouellam 134. cap.9.*
y Renunciari iuri nondum competenti non poteſt. adde *l.13. ſupr. de adquirend. hereditate.*
z *l.1. §.11. infr. quod legatorum.*
a De hac voce, *vbi*, iunct. verbo futuri temporis, vide Bartolum in *leg.1. infra de condit. & demonſtr.*
b iam ſcilicet. Si iam facta ſunt, quæ conditionis loco ponuntur, & neſciat teſtator, præſentia debentur, *l.11. inſ. de cond. & demonſtr.*
c cui in dubio, niſi contrarium probetur, ſtatur, *lege 69. ȷ. de legatis 3.*
d *§.13. Inſtit. de teſtament.*
e al. exemplaris. Quid? Exemplarium ſeu exemplar, eſtne originale, ſeu primaria ſcriptura, vt putat Accurſius, & Bartolus? An id quod ex aliquo tranſcriptum eſt, vt Bertrandus 1. Explicationum 33.

a *l.1. §.5. inſr. [...] eund. tab. §. ſed [...] vnum Inſtit. de [...] ſtament.*
b *al.* centum [...] quinquaginta.
c ἀποσιώπησις ſeu reticentia, figura eſt quoties [...] tacetur, quod facile intelligi poteſt. Idem accidit quoties Icti proponunt quæſtionem, nec reſpondent. Nam [...] adfirmando propoſuerunt quæſtionem intelliguntur reſpondere etiam adfirmando: contra negatiuè, negando. *l.31. §.1. ſup. de [...] cred.*
d *l.14. in fin. ȷ. [...] vſur.*
e *l.8. ȷ. ſi cui plus quàm per legem Falcid.*
f redditum iri.
g *l.30. ſup. quibus modis vſusf. v. l. [...] §.5. ȷ. de leg.1.*
h *l.70. §.2. l. [...] ſ. quibus modis vſusfruct.*
i aliud eſt, ſi [...] dicari bos poteſt, *l.49. in fin. ſ. de [...] vind. l.14. §.2. [...] condict. furt.*
k *l.52. §.1. ſup. [...] iudiciis.* Teſſera frumentaria [...] ſignum frumentarium, quo exhibito frumentum certa portione à principe dabatur, *l.87. ȷ.* v. Turneb. 19. [...] *uerſ.26.* hinc [...] rarij, qui annos [...] diuidebant, [...] Cuiac. 6. obſeru. 33. *in fin.* vide [...] uaru uiam 4. [...] *riarum 1. num. & ſeq.*
l vel tribus, *l. [...] ȷ. de leg.3.*
m vide Cuiac. *Inſtit. eod. l.34. [...] verb. oblig.*
n Imò, immerito, vide quæ notaui [...] *l.34. infr. de verb. oblig.*
o quaſi diceret multum intereſt verum ſtipuler rem cuius commercium non habeo, an promittam. Prior [...] ſu, inutilis eſt mihi ſtipulatio: alter [...] vtilis eſt, *l.34. [...] verb. oblig.*
p Damnari heres poteſt vt alij [...] mum extruat, vide Pau. 3. ſent. 6. §. [...]
q *l.36. §.1. l.77. [...] de cond. & demonſt.* dixi ad *leg.9. C. [...] fideicomm.*
r *§.1. Inſtit. de ſing. rebus per fideicommiſſ. relict.*
ſ *l.57. in fin. ſup. de leg.1.*
t Iuliam & Papiam, vt inſcriptio huius loci indicat.
u genus loquendi obſerua *cum quando*. aliàs alterutra ſufficit.
x ſubaudi. per legem. Poſſe enim dicimur quæ per leges poſſumus.
y *vt l.9. infra. de cond. & demonſt.*
z Parentum appellatione non ſemper veniunt adoptiui, *l.76 ȷ. de cond. & demonſt.* aliter quàm in lege 8. *ſup. de in ius vocand.*
a etiam à fiſco. v. Cuiac. ad *Afric. ſol.8.*
b i. cùm vnus heres oneratus eſt, facit *l.20. §.8. ſ. familia l.46. ſ. ſoluto.*
c Quid? compenſandi animus num præſumitur: vide *l.34. §.5. ſupra eodem. ȷ. ſup. de hered. inſt. l.85. infr. de legat.3.*
d *al.* de dote.

eum

eum *a* primùm à quo legatum ſit actionem dandam putat. nam cùm aut ſuo iure, aut iudicio mariti contenta eſſe debeat, æquum eſſe, eum à quo ei maritus aliquid pro dote legauerat, vſque ad quantitatem legati onus huius æris alieni ſuſtinere, reliqua parte dotis ab hæredibus ei præſtanda.

1 ¶ Eadem erunt dicenda, ſi heres inſtituta pro dote, omiſerit hæreditatem, vt in ſubſtitutum actio detur, & hoc verum eſt.

2 ¶ Sed de legatis & legis Falcidiæ ratione bellè dubitatur, vtrum is *b*, in quem ſolum dotis actio detur, legata integra ex perſona ſua debeat, perinde ac ſi omnes hæredes dotem præſtarent: an dotem totam in ære *c* alieno computare, quia in eum ſolum actio eius detur. quod ſanè magis rationem habere videtur.

De conditione ſi tantum dederit legatarius, quanti res valet.

54. *Idem* ‖libro 13. ad legem Iuliam & Papiam.‖

SI cui fundus *d* centum dignus legatus fuerit, *ſi centum hæredi, vel cuilibet alij dederit*, vberrimum videtur eſſe legatum. nam aliàs intereſt legatarij fundum potius habere quàm centum. * ſępe enim confines *e* fundos etiam *f* ſupra iuſtam æſtimationem intereſt noſtra adquirere.

Si legatarius collegatario ſucceſſerit. 1. De ſeruo hæreditario.

55. *Gaius* ‖libro 12. ad legem Iuliam & Papiam.‖

SI Titio & mihi eadem res legata fuerit: & is die cedente legati deceſſerit, me hærede relicto, & vel ex mea propria cauſa, vel ex hæreditaria legatum repudiauero, magis placere video, partem defeciſſe.

1 ¶ Si eo hærede inſtituto, qui vel nihil vel non totum capere poteſt, ſeruo hęreditario legatum fuerit, tractantibus nobis de capacitate *g*, videndum eſt, vtrum hæredis, an defuncti perſona, an neutrius ſpectari debeat. & poſt multas varietates placet: vt quia nullus eſt dominus, in cuius perſona de capacitate quæri poſſit, ſine vllo impedimento adquiratur legatum hęreditati, atque ob id omnimodo ad eum pertineat, quicunque poſtea hæres exſtiterit, ſecundum quod accipere poteſt. reliqua autem pars ad eos, qui iure vocatur, venit.

De principe.

56. *Idem* ‖libro 14. ad legem Iuliam & Papiam.‖

QVod principi *h* relictum eſt, qui antequàm dies legati cedat, ab hominib. ereptus eſt, ex conſtitutione Diui Antonini, ſucceſſori eius debetur.

De Auguſta.

57. *Iunius Mauricianus* ‖ libro 2. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI Auguſtæ legaueris, & ea inter homines eſſe deſierit: deficit, quod ei relictum eſt *k*, ſicuti Diuus Hadrianus in Plotinæ, & proximè Imperator Antoninus in Fauſtinæ *l* Auguſtæ perſona conſtituit, cùm ea antè inter homines eſſe deſiit, quàm teſtator decederet.

Si legatarius rem ex parte voluerit.

58. *Gaius* ‖libro 14. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI cui res legata fuerit, & omnino aliqua ex parte voluerit ſuam eſſe, totam *m* adquirit.

Si legatur Domino & ſeruo, vel duobus ſeruis eiuſdem.

59. *Terentius Clemens* ‖ libro 15. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI mihi purè, ſeruo meo vel purè, vel ſub conditione, eadem res legata eſt *n*, egóque legatum, quod mihi datum eſt, repudiem: deinde conditione exiſtente, id quod ſeruo meo legatum eſt, vellem ad me pertinere, partem legati deficere reſponſum eſt. niſi ſi quis dubitet, an exiſtente conditione *o*. ſi ſeruus viuat, omnimodo legatum meum fiat, quod ſemel ad me pertinere voluerim. quod *p* æquius eſſe videtur.

¶ Idem eſt, & ſi duobus ſeruis meis eadem res legetur.

Si fideicommiſſum à legatario relictum deficiat.

60. *Vlpianus* ‖libro 16. ad legem Iuliam & Papiam.‖ *L*

IVlianus ait, ſi à filio hęrede legatum ſit Seio, fideique eius commiſſum ‖fuerit‖ ſub conditione, vt Titio daret, & Titius pendente conditione deceſſerit, fideicommiſſum deficiens *q*, apud *r* Seium manet, non ad filium hæredem pertinet. quia * in fideicommiſſis potiorem cauſam habere eum, cuius fides electa ſit, ſenatus voluit.

De oneribus portionis accreſcentis.

61. *Vlpianus* ‖lib. 18. ad legem Iuliam & Papiam.‖

SI Titio & Mæuio hæredibus inſtitutis, qui quadringenta relinquebat, à Titio ducenta legauerit, & quiſquis hæres eſſet centum, neque Mæuius hæreditatem adierit, trecenta *ſ* Titius debebit.

1 ¶ Iulianus quidem ait, ſi alter ex legitimis hæredibus repudiaſſet portionem, cùm eſſent ab eo fideicommiſſa relicta, cohæredem eius non eſſe cogendum fideicommiſſa præſtare: portionem enim ad cohæredem ſine onere pertinere. ſed poſt † reſcriptum Seueri, quo fideicommiſſa ab inſtituto relicta, à ſubſtitu[...] bentur *a*: & hic *b* quaſi ſubſtitutus [...] onere conſequetur adcreſcentem [...]onem.

De fideicommiſſo relicto à domino heredis.

62. *Licinius Rufinus* libro 4. Regularum.

SI alienus *c* ſeruus hæres inſtitutus fuerit, à domino eius fideicommiſſum relinqui poteſt *d*: ſed ita hoc fideicommiſſum dominus præſtare debet, ſi per ſeruum factus ſit hæres. quòd ſi antequàm iuſſu eius adiretur hæreditas, ſeruus manumiſſus fuerit, & ſuo arbitrio adierit hæreditatem: dominus id debiturus non eſt, quia hæres factus non eſt: nec ſeruus, quia rogatus eſt *e*: itaque vtilis actio hoc caſu competit, vt is *f*, ad quem emolumentum hæreditatis peruenerit, & fideicommiſſum præſtare compellatur *g*.

De re in funus conſumpta.

63. *Calliſtratus* ‖ libro 4. Edicti monitorij. ‖

SI hæres rem legatam ignorans *h*, in funus *i* conſumpſit: ad exhibendum actione non tenebitur: quia nec poſſidet, nec dolo malo fecit quominus poſſideret. ſed per in factum *k* actionem legatario conſulitur, vt indemnitas ei ab hærede præſtetur.

De mutua ſubſtitutione omiſſa. De coniecturis.

64. *Papinianus* ‖libro 15. Quæſtionum.‖

CVm proponebatur, in ſcriptura fideicommiſſi, quod pluribus ſub conditione fuerat relictum, per errorem omiſſam mutuam ſubſtitutionem, quam teſtator in ſecundis tabulis, cùm eoſdem ſubſtitueret, expreſſit: Diui Marcus & Commodus Imperatores reſcripſerunt, voluntatem manifeſtam *l* videri mutuę factæ ſubſtitutionis. etenim in cauſa fideicommiſſi, vtcunque præcaria voluntas quæreretur, coniectura potuit admitti.

De peculio, de familia. De lecticariis. De pediſſequis. 1. De quadriga. 2. Si ſeruo legato libertas poſt tempus relinquatur.

65. *Idem* ‖ libro 16. Quæſtionum.‖

PEculium legatum augeri *m* & minui poteſt, ſi res peculij poſtea eſſe incipiant, aut deſinant.

¶ Idem in familia erit ſiue vniuerſam familiam ſuam, ſiue certam, veluti vrbanam *n*, aut ruſticam legauerit, ac poſtea ſeruorum officia *o*, vel miniſteria mutauerit.

¶ Eadem ſunt, lecticariis aut pediſſequis legatis.

1 ¶ Quadrigæ *p* legatum, equo poſtea mortuo *q*, perire quidam ita credunt, ſi equus ille deceſſit, qui demonſtrabat *r* quadrigam *ſ*. ſed ſi medio tempore deminuta ſuppleatur *t*, ad legatarium pertinebit.

2 ¶ Titio Stichus legatus, poſt mortem Titij libertatem accepit & legatum adita *u* hereditate, & libertas poſt mortem Titij competit *x*.

¶ Idémque eſt, & ſi moriente Titio liber eſſe iuſſus eſt.

3 ¶ Si tamen Titio ex parte hærede inſtituto, ſeruus legatus ‖ſit.‖ & poſt mortem eius liber eſſe iuſſus ſit, ſiue adierit hæreditatem Titius *y*, ſiue non adierit, poſt cuius mortem libertas ei data eſt, defuncto eo, libertas competit.

Si heres legatario legauerit. 1. De eadem re duobus teſtamentis legata. 4 Si hæres ſepelierit in loco legato. 5. De re legata in teſtamento & in codicillis. 6. De vſufructu, & ſeruitutibus fundi legati, & cæteris præſtationibus. 7. De nuda proprietate legata à municipibus.

66. *Idem* ‖ libro 17. Quæſtionum. ‖

MÆuius fundum mihi ac Titio ſub conditione legauit, hęres autem eius eundem ſub eadem conditione mihi legauit. Verendum eſſe Iulianus ait, ne exſtante conditione pars eadem ex vtroque teſtamento mihi debeatur. Voluntatis tamen quęſtio erit. nam incredibile videtur, id egiſſe hęredem vt eadem portio bis *z* eidem debeatur. Sed veriſimile *a* eſt, de altera parte eum cogitaſſe. Sanè conſtitutio principis, qua placuit eidem ſæpè legatum corpus, non onerare hæredem, ad vnum teſtamentum pertinet. Debitor autem ‖non‖ ſemper, quod debet, iure legat: ſed ita, ſi *b* plus ſit in ſpecie legati. ſi enim idem ſub eadem conditione relinquitur, quod emolumentum legati futurum eſt?

1 ¶ Duorum *c* teſtamentis pars fundi, quæ Mæuij eſt, Titio legata eſt, non ineleganter probatum eſt, ab vno hærede ſoluta parte fundi, quæ Mæuij fuit, ex alio teſtamento liberationem obtingere, neque poſtea parte alienata reuocari actionem ſemel extinctam *d*.

2 ¶ Sed ſi pars fundi ſimpliciter, nō quæ Mæuij fuit

a Teſtator poteſt vnum hęredem grauare reſtitutione dotis.

b *l.8. infr. ad leg. Falcid.*

c Tota dos computatur in ære alieno: vnde, non detrahitur Falcidia de dote, ſed de reſiduo. *Bald.*

d adde *l.49. in fi. ſup. de leg. 1.*

e Confines fundos interdum ſupra iuſtam æſtimationem emimus, *l.1. §.15. inf. ſi quid in fraudē patroni, l. 36. ℑ. de bonis libert.*

f Id quod intereſt ſępe excedit iuſtam rei æſtimationem.

g *l.31. ſup. de hæred. inſt.*

*

h Princeps ſolutus eſt legibus caducariis: quia ſunt odioſæ vide quæ ſcripſi ad *l. 4. C. ad leg. Falcid.*

i quia licet Imperator moriatur, dignitas tamen imperatoris, & eius officium non moritur. *Baldus.* aliud eſt in Auguſta, *l.7. ℑ. eod.*

k atqui Principe mortuo non deficit, *l. 56. ſup. eod.* Iiſdem autem priuilegiis quibus princeps Auguſta eius vxor fruitur, vtitur, *l.32. ſup. de legibus.* Cur tam variè vel ideo quòd dignitas Auguſtæ mediatam cauſam habet, & à mariti dignitate dependet: eóque nomine ſucceſſorem in Auguſtæ dignitate non habet.

l Vxoris ſuæ.

m quia pro parte repudiare non poteſt, *l. 38. ſup. de leg. 1.* Partis acceptatio, reliquum ad ſe trahit, *Bald.*

n eo caſu diuerſa iura in meam perſonam conueniunt.

o ſub qua legatum eſt ſeruo meo.

p Quando plura iura concurrunt, vno repudiato, non repudiatur alterum *Bald* adde *l.40. ſupra de legat. 1.*

q Si fideicommiſſum deficit, legatum remanet penes legatarium, nec tranſit ad heredem. *Bart.*

r *v. l.16. l.17. ſup. eodem.*

ſ Si portio minus grauata magis grauatæ accedit, augetur legatum. *Baldus.*

† aliud erat ante reſcriptum [...]

a *l.74. ℑ. de leg. 1.*

b cui portio iure adcreſcendi adquiritur.

c puta Titij.

d cuiuis, putà tertio.

e *al.* non eſt.

f putà ſeruus manumiſſus.

g atque ita non grauatus fideicommiſſo, conuenitur vt commodum ſentiens: & onus iniunctum domino petitur actione vtili ex teſtamento ab eius ſeruo manumiſſo adeunte hæreditatem, *Bald.*

h *l vlt. in fin. inf. ſup. ad exhib. l. 25. §.2. in fin. inf. ad Trebellian. l. 1. §.17. in fin. inf. vt legatorum.*

i Ignorantia hæredis rem legatam in alium vſum conuertentis, cum excuſat à dolo non eum tamen à præſtatione æſtimationis liberat. *Bald.*

k *l.48 ſup. eod.*

l Fideicommiſſaria ſubſtitutio probatur per coniecturas, *Bald.* Probari ſeptem teſtib. voluntatem teſtatoris omiſſam errore notarij hinc colligunt, vide plura apud Mynſingerum 4. *obſ.* 98.

m *§.20. Inſt. hoc tit. l.8. ℑ. de pecul. legato.* creſcit, decreſcit, moritur, homini ſimile eſt *v. l.40. ℑ. de pecul.*

n *v. l. 79. inf. de legat. 3.*

o adde *l. 65. §. 1. inf. de leg. 3.*

p Quadriga, biga triga à Latinis: eſt numerus quaternarius, binarius, ternarius. Græci eodem modo Συνωρίδα, τετρωρίδα dicunt. Marcellus Empiricus quadrigam vocat τὸ τετραφάρμακον medicorum, Propertius *lib.* 3. vocat quadrigam Caiſtri, vrbes Epheſum, Smirnam, Colophonem, Miletum: & vetus poëta, Triga mihi paucos inter dilecta ſodales, Triga ſodalitij, pars bene magna mei. hęc Ioſephus Scaliger *in* [...] *ꝑerijs.*

q *l.58. ℑ. pro ſocio.*

r ὁ καλλιστεύων ἐν αὐτοῖς.

ſ Cur ita? collige ex *l.31. in fi. l.38. §.15. ſup. de ædilit.* quam vide.

t *l.10. in fi. l. 11. ℑ. quib. mod. vſufr.* adde *l.22. ſup. de leg. 1.* u *l.25. infr. de manumiſſ. teſt.*

x imò non competit, *l.68. in fin ſup. de leg. 1.*

y *l.26. §.6. inſ. de fideic. lib.* z *l.14. §.1. l.34. §.1. ſup. de leg. 1. l.1. §. pen. inf. de dote.*

a *v. l.114. inf. de reg. iur.*

b *§.14. Inſt. eod. l.25. verſ. contra. in fin. ℑ. de liberatione.*

c *l.34. §.2. ſup. de leg. 1. v. §.6.* & ibi Theophilum *Inſtitut. de leg.* vbi ſcripſi.

d Extincta ſemel actio non reuocatur.

SGCB2021

a prior perimit, Hal. facit l.83. ſup.
b l.87. [illegible]
c namque Hott. 18. illuſtr. quæſt.
d namque plures Hal. quod Hotomanus probat, quæſt. illuſtr. 18.
e Dominium diuidi poteſt.
f Intellectu iuris, non diuiſione corporis, plures in vno & eodem fundo partes dominij habent, l.5. ȷ. de ſtipul. ſeruorum.
g Intellectus & corpus opponuntur,
h vide Cuiac. 14. obſ. 21.
i v. l.13. C. eod.
k l. vlt. ſup. de religioſis.
l Codicillis legari poteſt.
m l.42. in fi. ſup. de vſufr. & quemadmodum. l.18. inf. de verb. obl.
n Imò, vſusfructus pars eſt dominij, l.7. ſup. de vſufr. & quemadmod. l.70. §.1. in fi. ȷ. de fideiuſſor. Hotom. 18. illuſtr.
o v. l.27. infr. de ſolutionib.
p l.11. ȷ. de auro.
q Heres tenetur, ſi fundus traditur deminutus, putà cum vſufructu, vel pignoratus, vel ab alio poſſeſſus.
r præter, Cuiac. 5. ad Afric. & ſic l. 35. ſup. de vulgari. legitur malè præterea, pro propterea.
ſ l.5. §. de vſufructu & quemadmodum.
t l.114. §.17. ſup. de leg. 1. Electio poteſt fieri in vltimis voluntatibus, & non vitiat teſtamentum, Bald.
u Is cui commiſſa electio eſt, cogi poteſt officio iudicis vt eligat.
x l.100. §. de leg. 1.
y Cur poteſt? hoc caſu ius eligendi non conſiſtit in præſenti, ſed à tépore mortis: cum non conſummetur electione.
z Electus non dicitur, adquirere ius in electione, ſed ex teſtamento, ex quo procedit electio, & ideo in ratione legis Falcidiæ non inſpiciuntur vires patrimonij eligentis, ſed teſtatoris, Bald.

legetur, ſolutio prior non peremit a alteram actio[nem]: atque etiam hanc eandem partem aliquo modo ſuam b factam poterit alter heres ſoluere:* [neque c] plures d vno fundo dominium e iuris intellectu f, non g diuiſione corporis obtinent.

3 ¶ Non idem reſpondetur, cùm duob. teſtamentis generatim homo legatur. nam qui, ſoluente altero, legatarij factus eſt, quamuis poſtea ſit alienatus, ab altero hęrede idem ſolui non poterit.

¶ Eadémque ratio ſtipulationis eſt. * Hominis h enim legatum, orationis compendio ſingulos homines continet, vt quę ab initio non conſiſtit in his i qui legatarij fuerunt, ita fruſtra ſoluitur cuius dominium poſtea legatarius adeptus eſt, tametſi dominus eſſe deſinit.

4 ¶ In fundo legato ſi hęres k ſepelierit, ęſtimatio referenda erit ad totum pretium fundi, quo potuit ante ſepulturam æſtimari: quare ſi fuerit ſolutus, actionem adhuc ex teſtamento propter locum alienatum durare rationis eſt.

5 ¶ Eum qui ab vno ex hæredibus qui ſolus oneratus fuerat, litis ęſtimationem legatæ rei abſtulit, poſtea codicillis l apertis ab omnibus hęredib. eiuſdem rei relictę dixi dominium non quærere. * eum enim, qui pluribus ſpeciebus iuris vteretur, non ſępius m eandem rem eidem legare, ſed loqui ſępius.

6 ¶ Fundo legato, ſi vſusfructus alienus ſit, nihilominus petendus eſt ab hęrede.* vſusfructus enim, etſi in iure non n in parte conſiſtit, emolumentum tamen rei continet. Enimuerò fundo relicto, ob reliquas o pręſtationes. quę legatum ſequuntur p, agetur. verbi gratia quaſi fundus pignori datus, vel aliena poſſeſſio ſit.

¶ Non idem placuit de cęteris ſeruitutibus.

¶ Sin autem res mea legetur mihi, legatum propter r iſtas cauſas non valebit.

7 ¶ A municipibus hęredibus ſcriptis, detracto vſufructu, legari proprietas poteſt: quia non vtendo ſ poſſunt vſumfructum amittere.

De re relicta illi ex familia quem heres cum morietur elegerit. 8. Si teſtator rem heredis quaſi ſuam legauerit. 9. De verbis omiſſis. 10. Si teſtator cauit, non dubitare ſe, vxorem liberis ſuis reddituram.

67. *Idem* ‖ libro 19. Quęſtionum. ‖

VNum ex familia, propter fideicommiſſum à ſe, cùm moreretur, relictum, hęres eligere t debet: u ei, quem elegit, fruſtra teſtamento ſuo legat, quod, poſteaquam electus eſt, ex alio x teſtamento petere poteſt: vtrum ergo non conſtitit, quod datur, quaſi creditori relictum: an, quamdiu poteſt y mutari voluntas, non rectè creditori comparabitur? Siue tamen durat electio, fuiſſe videtur creditor, ſiue mutetur, ex neutro teſtamento petitio competit.

1 ¶ Si falcidia z quęratur, perinde omnia ſeruabuntur, ac ſi nominatim ei, qui poſtea electus eſt, primo teſtamento fideicommiſſum relictum fuiſſet.* non enim facultas neceſſarię electionis, proprię liberalitatis a beneficium eſt. quid b eſt enim quod de ſuo videatur reliquiſſe, qui quod relinquit omnimodò reddere debuit?

2 ¶ Itaque ſi cum fortè tres ex familia eſſent eius, qui fideicommiſſum reliquit, eodem, vel diſpari gradu: ſatis erit vni c reliquiſſe. nam poſtquam d paritum eſt voluntati, cæteri conditione deficiunt.

3 ¶ Sed ſi vno ex familia hęrede inſtituto, ille fundus extraneo e relictus eſt: perinde fideicommiſſum ex illo teſtamento petetur, ac ſi nemo de familia hæredi hæres extitiſſet. verùm is, qui hæres ſcriptus eſt, ratione doli exceptionis cæteris fideicommiſſum petentib. facere partem intelligitur. † nam quæ ratio cæteros admittit, eadem tacitam ſ inducit penſationem.

4 ¶ Si duos de familia non æquis portionib. hæredes ſcripſerit g, & partem (fortè quartam) extero h eiuſdem fundi legauerit, pro his quidem portionibus, quas iure hęreditario retinent, fideicommiſſum non petetur: non magis, quàm ſi alteri fundum pręlegaſſet. pro altera vero parte, quæ in externum collata eſt, virilem qui ſunt de familia, petent: admiſſa, propter hęredes, virilium portionum penſatione.

5 ¶ Sed & ſi i fundum hæres vni ex familia reliquerit, eiuſque fideicommiſerit, *vt eum extero reſtituat:* [illegible] hoc fideicommiſſum peti poſſit: dixi i a demum peti poſſe, ſi a fundi pretium efficiat. ſed ſiquidem ille prior teſtator ita fideicommiſſum reliquiſſet. *Rogo fundum cui voles, aut quibus voles ex familia relinquas*, rem in expedito fore. quòd ſi talia b verba fuiſſent, *Peto non fundus de familia exeat*: hæredis hęredem propter ſequens fideicommiſſum, quod in exterum collatum eſt, oneratum intelligi: petituris c deinceps cæteris ex primo teſtamento fideicommiſſum, poſt mortem videlicet eius qui primo electus eſt.

6 ¶ Et ideo ſi, electo vno, fideicommiſſum in exterum non conferatur, non aliàs ei, qui electus eſt, fideicommiſſum præſtandum erit, quàm interpoſitis cautionib. d *fundum, cùm morietur ſi non in familia cum effectu relinqueretur reſtitui.*

7 ¶ *Rogo fundum, cùm morieris, reſtituas ex libertis cui voles.* quod ad verba attinet, ipſius erit electio, nec petere quiſquam poterit, quamdiu præferri alius poteſt defuncto eo, prius e quam eligat, petent omnes f. Itaque eueniet, vt quod vni datum eſt, viuis pluribus vnus petere non poſſit: ſed omnes petant, quod non omnibus datum eſt. & ita demum petere poſſit vnus, ſi ſolus moriente eo ſuperfuit.

8 ¶ Si rem tuam g, quam h exiſtimabam meam, te hęrede inſtituto, Titio legem, non eſt Neratij Priſci ſententiæ nec conſtitutioni locus: qua cauetur, non cogendum pręſtare legatum hęredem. nam ſuccurſum eſt hęredibus, ne cogerentur redimere, quod teſtator ſuum exiſtimans reliquit: ſunt i enim magis in legandis ſuis k rebus, quàm in alienis comparandis, & onerandis hæredibus faciliores voluntates. quod in hac ſpecie non euenit, cùm dominium rei ſit apud hęredem.

9 ¶ Si omiſſa l fideicommiſſi verba ſint, & cætera, quę leguntur, cum his, quæ ſcribi debuerant, congruant, rectè datum, & minus ſcriptum, exemplo inſtitutionis, legatorúmque, intelligetur. quam ſententiam optimus quoque Imperator noſter Seuerus ſecutus eſt.

10 ¶ Item Marcus Imperator reſcripſit, verba quib. teſtator ita cauerat, *non dubitare m ſe quodcumque vxor eius cepiſſet, liberis ſuis reddituram*, pro fideicommiſſo accipienda. Quod reſcriptum ſummam habet vtilitatem, ne ſcilicet honor n bene tranſacti matrimonij, fides etiam communium o liberorum decipiat patrem, qui melius de matre pręſumpſerat. & ideo princeps prouidentiſsimus & iuris religioſiſsimus p, cum fideicommiſſi verba q ceſſare animaduerteret, eum ſermonem pro fideicommiſſo reſcripſit accipiendum.

68. *Paulus* ‖ libro 11. Quęſtionum. ‖

DEquens quęſtio eſt, an etiam, quę viuus r per donationem in vxorem contulit, in fideicommiſſi petitionem veniant: reſpondi, ea extra cauſam bonorum defuncti computari debere ſ, & propterea fideicommiſſo non contineri, quia ea habitura eſſet etiam alio hęrede exiſtente. Planè nominatim maritus vxoris fideicommittere poteſt, vt & ea reſtituat.

De fideicommiſſo, contentus ſis pro tua parte centum aureis. 1. *De alienatione prohibita.* 2. *De fideicommiſſo tutoris.* 3. *De alienatione extra familiam prohibita.*

69. *Papinianus* ‖ libro 19. Queſtionum.

PEto *Luci Titi contentus* t *ſis centum aureis*, fideicommiſſum valere placuit: ídque reſcriptum eſt: Quid er-

a ſi prætereat tu... dem ei relict... ſet, quod fundi... tium efficeret.
b In famili... dum relinq... grauatus, qu... bet etiam ... tiorem ex fu... poteſt ſeligere, *hic*: hoc ideo... electus non h... ſed teſtatori h... ditatem acc... ferre debet. ... tus in *l. qui T...* 122. §. *cohere...* ȷ. *de verb. obl.*
c dixi 5. Feu...
d *l.3. §.4. in... adimend.*
a *v l.21. C... fideicomm.*
f *l.24. verſ... ſup. eo.* Heredi... eligere. Eo... tuo, ante ele... nem ius eli... non tranſmitti... *Bald.*
g i. hæredis... 25. *C. de fidei...*
h *v. l.10. C...* let legatum re... reditariæ ab... rante teſtatore... ctum, *Bald.*
i Legare rem... priam magis... ligitur te... quàm alienam... *hic*: nam &... vltimæ vol... conſentaneum... magis, qu... in finem i... eſt vt de re... propria qu... ſtari poſſit... *teſtament.* E... ſenten[t]ia, ha... conſectaneæ... tur: (Teſtato... dubio videri... ſolum legare... in ipſa re habe... *quod in rerum... tura* 24. §.1. ... *leg.1. l. Sticho... de vſufruct.* le... *vxor patrui* ... *de leg.* Cautio... chirographum... inſtrumentum... gantem, ius qu... iis habet ac... tum legare in... gitur, *l. ſerui...* 44. §. *eum qui... de leg. 1. l. qui chirographum* 59. ȷ. *de leg. 3.* Rationum librum legantem, debi... credita legare videri. *Corneus* 4. *conſ.* 173. Legantem Eccleſiæ, non ipſas ædes... prædia, ſed ius patronatus legare, arg. *l. monumenta* 14. *C. de legatis* legantem fu... vectigalem non proprietatem, ſed ius legare, *l. ſi domus*, 71. §. *vlt. ſup. de leg. 1.* ... communem cum alio legans, partem ſuam tantùm ita legat, *l. ſerui electione* §. *vlt. ſup. de legat. 1.* (niſi rem cum ipſo hærede communem legat teſtator: ... enim totam legat niſi fundum ſuum legauerit.) *Bar. in d.* §. *vlt. Corn. 2. conſ.* ... Fundum ſuum legans, non id legat, eámve partem quam præſtare ipſe alij per... actione tenetur, *l. qui concubinam.* 29. *l. qui quatuor.* 30. §. *qui fundum* 4. *inf. de le...* ſicuti dimidiam dimidiæ, quam habet, is tantùm legat, qui dimidiam indi... ſtè legat arg. *l. Lucius*, 88. §. *filiam* 9. *hoc tit.* Ita qui rem tibi pignoratam leg... non ipſam rem, ſed ius pignoris tantùm legaſſe videtur *l. Iuliano* 86. *inf. de leg...* Ita qui rem ſibi debitam legat, actionem in perſonam relinquit eius rei nomin... non rem ipſam præcisè, *l. cùm ſeruus* 39. §. *ſi Titius* 2. *ſup. de leg. 1.* Ius deniq... ſuum relinquit etſi ius id in ſpe mera conſiſtat. *Accurſ. in l. ſeruum filij* 44. §... *de leg. 1.* & morte ipſius teſtatoris ſit petiturum, atque ita futurum ſit inutile... *vxor.* 20. *C. de leg.* Quid ſi teſtator rem alienam poſſidet, eámque leget ſimplici... etiam proprietatem ipſam non tantùm poſſeſſionem legaſſe videbitur. *Alex. in l. ſi domus.* 71. §. *vlt, ſup. de leg. 1.* Quid ſi partim iure proprio ſeu directo, & empl... teuſeos rem poſſideat, remque leget: eam tantùm partem legaſſe, quam habuit iure directo, notat Socinus iunior *conſ.* 72. *num.* 70. Quid ſi rem alienam ſciens legau... aliud § *non ſolum* 4 *Inſt. de legat.* Vide plura apud Manticam 9. *de coniecturis vlti-marum voluntatum c. 1.* k §.4. *Inſt. eo.* l *v. l.10. C. de fideicomm.* Imperfecta ſcriptura dummodo intellectum aliquem admittere poſſit, non vitiat. *Bald.*
m Verba huiuſmodi enunciatiua diſpoſitionem inducunt.
n quo legitima vxor à concubina differt, *l.49.* §.4. *infr. de legat. 3.*
o hæc res mouet maximè, *l.57. ſup. de ritu.*
p Contractus principum omnes bonæ fidei, nullos ſtricti iuris eſſe hinc colligunt.
q *v. l.15. Cod. de fideicommiſſ.*
r Quæ à viuo teſtatore donata ſunt non cenſentur fuiſſe in eius bonis, *l.67. in fi.* §. *eod.* ſ Imo, non debet, *d. l.15.*
t His verbis vtpote taxatiuis & deprecatiuis factum fideicommiſſum valet, *v. l.* 11. §.4. *inf. de leg. 3.*

a Donare non videtur qui aliquo iure cogente cedit, vel ſoluit. *v. l.29. inf. de donat.* Hæres iuris neceſsitate eligit: ideóque eligendo non donat, *l.18. in fin. inf. de acquirendis.*
b Primogenituræ onus imponi non poteſt, id ita nonnulli ex hoc loco notant & colligunt, adde notata ad Authenticam *licet* 28. *C. de epiſcop.* c *l.114. §.17. in fin.* §. *de legatis* 1. adde *l.94. in fin. inf. de legat. 3.*
d Electio vnius, eſt excluſio reliquorum. *Bald.*
e Eligere de familia non dicitur qui vno de familia inſtituto, fundum legat extraneo: & ideo omnis ex familia ad petendum admittetur, *Bald.*
† Partem facit, qui, quòd ſit vniuerſalis hæres, non admittitur ad partem.
ſ Compenſatione excluſus, ius adcreſcendi alteri non tribuit. adde *l.78. ſup. de heredib. inſtit.* quid ſit tacita penſatio vide Cuiac. 15. *obſeru.* 1.
g Is ſcilicet qui teſtamento iuſſus erat, rem vni ex familia electo relinquere.
h Iuſſus vnum ex familia eligere, mandato non ſatisfacit, dum exterum eligit. i is ſcilicet qui iuſſus eſt, teſtamento fundum vni ex familia reſtituere.

go, ſi

go, ſi cùm heredem ex parte inſtituiſſet, ita locutus eſt, *Peto, pro parte tua contentus ſis Luci Titi centum aureis*, petere poterunt coheredes partem hereditatis retinente [eo] ſiue præcipiente, quo contentum eſſe voluit defunctus. Sine dubio facilius eſt hoc probare quam probari potuit illud: cùm ibi fideicommiſſum petatur ab his, "cum" a quibus teſtator non eſt locutus.

¶ Idem dicemus ſi cùm ex aſſe ſcripſiſſet heredem, eius gratia, qui legitimus heres futurus eſſet, ita loquatur: *Peto pro hereditate quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum iure legitimo rediret, contentus ſis centum aureis.*

1 ¶ Prædium quod *nomine* b *familię* relinquitur, ſi non voluntaria c facta ſit alienatio, ſed bona heredis veneant d, tamdiu e emptor retinere debet, quamdiu debitor haberet bonis non venditis: poſt mortem eius non habiturus, quod f exte- g heres præſtare cogeretur.

2 ¶ Mater, filio impubere herede h inſtituto, tutorem eidem adſcripſit i, eiúſque fideicommiſit, *vt, ſi filius ſuus intra 14 annos deceſſiſſet, reſtitueret* k *hereditatem Sempronio.* non l ideo minus fideicommiſſum rectè datum intelligi debet, quia tutorem dare mater non potuit. nam & ſi pater, non iure facto teſtamento tutoris fideicommiſerit, ęquè præſtabitur, quemadmodum ſi iure teſtamentum factum fuiſſet. ſufficit enim vt ab impubere datum fideicommiſſum videatur, ab eo m dari, quem is qui dabat, tutorem dederat, vel etiam tutorem fore arbitrabatur.

¶ Idem in curatore impuberis vel minoris annis debet probari.

¶ Nec intereſt, tutor rectè datus viuo patre moriatur, vel aliquo priuilegio excuſetur, vel tutor eſſe non poſsit propter ætatem, cui tutor fuerat datus. quibus certè caſibus fideicommiſſum non intercidit, quod à pupillo datum videtur.

¶ Hac denique ratione placuit, à tutore, qui nihil accepit, fideicommiſſum pupillo relinqui non poſſe: quoniam quod ab eo relinquitur extero, non ipſius proprio, ſed pupilli iure debeatur.

3 ¶ Fratre herede inſtituto petiit, *ne domus alienaretur, ſed vt* n *in familia relinqueretur.* ſi non paruerit heres voluntati, ſed domum alienauerit, vel extero herede inſtituto deceſſerit, omnes fideicommiſſum petent, qui o in familia fuerunt.

¶ Quid ergo, ſi non ſint eiuſdem gradus? ita res temperari debet, vt p proximus quiſque primo q loco videatur inuitatus. nec tamen ideo ſequentium cauſa propter ſuperiores in poſterum lædi debet, ſed ita proximus quiſque admittendus eſt, ſi paratus ſit cauere, ſe familiæ domum reſtituturum. Quòd ſi cautio non fuerit ab eo, qui primo loco admiſſus eſt, deſiderata, nulla quidem eo nomine naſcetur condictio r. ſed ſi domus ad exterum quandoque peruenerit, fideicommiſſi petitio familiæ competit ſ. Cautionem t autem ratione doli mali exceptionis puto iuſtè deſiderari, quamuis nemo alius vlterior ex familia ſuperſit.

4 ¶ Si quidam ſint poſtea emancipati u, tractari poteſt, an hi quoque rectè fideicommiſſum petant, & puto rectè petituros, quoniam familiæ x appellatione perſonę quoque hæ demonſtratæ intelliguntur.

De legatario rogato reſtituere totum, vel partem. 1. *vel duplum eius quod accepit.* 2. *De herede iuſſo heredem facere.* 3. *de iuſſo reſtituere quidquid ex hereditate ſupererit.*

70. *Idem* "libro 20. Quæſtionum."

IMperator Antoninus reſcripſit, legatarium, ſi nihil y ex legato accepit, ei, cui debet fideicommiſſum, actionibus ſuis poſſe cedere z, nec id cogendum ſoluere. Quid ergo, ſi non totum, ſed partem legati relicti reſtituere rogatus, abſtinuit eo? vtrùm actionibus ſuis in totum cogetur cedere, an vero non niſi ad eam quantitatem, quæ fideicommiſſo continetur: quod ratio ſuadet.

¶ Sed & ſi legatum perceperit, * non amplius ex cauſa fideicommiſſi cogendus erit ſoluere, quam recepit.

1 ¶ Si centum legatis *duplum* a *reſtituere* rogatus ſit, ad ſummam legati videbitur conſtituiſſe. Si autem poſt tempus fideicommiſſum relictum ſit, vſurarum duntaxat additamẽtum admittetur. nec mutanda ſententia erit, quòd fortè legato percepto magnum emolumentum ex aliquo negotio conſecutus eſt, aut pœnam ſtipulationis imminentem euaſit.

¶ Hęc ita, ſi quantitas cum quantitate conferatur. Enimuero b ſi pecunia accepta, rogatus ſit rem propriam, quanquam c maioris pretij eſt, reſtituere, non d eſt audiendus legatarius, legato præcepto ſi velit computare: non enim æquitas hoc probare patitur, ſi quod legatorum nomine perceperit, legatarius offerat.

2 ¶ Cùm quidam filio ſuo ex parte herede inſtituto, patruum eius coheredem ei dediſſet, & ab eo petiſſet, *vt* e *filium ſuum pro virili portione filiis ſuis coheredem faceret*, ſi quidem minus f eſſet in virili portione quàm fratris hereditas habuit, nihil amplius peti poſſe. quod ſi plus, etiam fructuum, quos patruus percepit, vel cum percipere potuerit, dolo non cepit habendam eſſe rationem, reſponſum eſt: non ſecus quàm ſi centum "milibus" legatis rogetur, poſt tempus maiorem quantitatem reſtituere.

a Non inſpicitur cum quo teſtator loquitur, ſed in quem teſtatoris intentio dirigitur, adde *l.* 108. §. 13. ꝟ. *de leg.* 1.
b nomini familiæ, *Hal.*
c *l.* 114. §. 14. ꝟ. *de leg.* 1. adde *l.* 21. ꝟ. *de fideicommiſſ. libert.* v. Cuiac. 15. *obſer.* 7. Quoties à teſtatore cauſa alienationis proficiſcitur, res alienatæ nunquam reuocantur.
d Verbi gratia à fiſco, *v. l.* 48. *in fin.* ꝟ. *de iure fiſci.*
e Propter debitum heredis bona ſubiecta reſtitutioni videri poſſunt vſufructu tenus.
f *al.* quod etiam exter.
g extraneus.
h *v. l.* 4. *C. de teſtam.*
i & ita vtiliter.
k *v. l.* 20. *C. de fideicomm.*
l *l.* 31. §. 1. ꝟ. *de vſu & vſufructu.*
m *l.* 5. *C. de rebus cred.*
n *v. l.* 135. §. 3. ꝟ. *de verb. oblig.*
o quid ſi nulli ſint? *v. l.* 114. §. 14. ꝟ. *de leg.* 1.
p Ordinem obſeruandum circa gradus nota. Pręſumitur enim affectio ordinata, *Bald.*
q *l.* 77. §. 5. ꝟ. *eo. l.* 6. *C. de inſtit.*
r Imò naſcetur, *l.* 5. § 1 ꝟ. *de vſufr. quemadm. caueat.*
ſ Cur ita? *v. l. vlt. C. de rebus alienis non alienan.*
t *l.* 3. §. 4. *in fi.* ꝟ. *de adimen.*
u *l.* 14. §. 17. *in fin.* ꝟ. *de leg.* 1.
x familia quid ſit, *v. l.* 196. ꝟ. *de verb. ſign.*
y *l.* 78. *ſuprà de leg.* 1.
z *l* 8. ꝟ. *de leg.* 3.
a Legatarius quantitatis non poteſt vltra grauari quam percipiat: poteſt tamen grauari in ſpecie maiori, *inf. eod. verſ. enim verò ſi pecunia accepta*, *Bald.*
b *v.* ꝟ. *eod.*
c vide *l.* 36. ꝟ. *ad l. Falc.*
d *v. l.* 26. ꝟ. *de leg.* 3. *l.* 1. §. 17. *in fin.* ꝟ. *ad Treb.*
e *v. l.* 114. §. 6. *ſup. de leg.* 1.
f adde *l.* 122. *in fi.* ꝟ. *de leg* 1.

5 ¶ Cùm autem rogatus, *quidquid ex* a *hereditate ſuperit, poſt mortem ſuam reſtituere* de pretio rerum venditarum alias b comparat, deminuiſſe c, quæ vendidit, non videtur.

71. *Idem* ‖ libro 8. Reſponſorum. ‖

SEd quod inde comparatum eſt, vice permutati d dominij reſtitueretur.

72. *Idem* "libro 20. Quæſtionum."

IDem ſeruandum erit, & ſi proprios e creditores, ex ea pecunia dimiſerit. * non enim abſumitur, quod in corpore patrimonij retinetur.

De matre partus legati empta.

73. *Idem* ‖ libro 23. Quæſtionum ‖

SI *quod ex* f *Pamphila naſcetur*, legatum mihi fuerit, & ego Pamphilam emam, eáque apud me ſit enixa, ratione ſumma reſponſum eſt, non g ex cauſa lucratiua partum intelligi meum factum, ideóque petendum ex teſtamento, tanquam iſtum emiſſem: vt ſcilicet pretij contributione facta, conſequar tantum, quanti puerum, deducta matris ęſtimatione, conſtitiſſe mihi, iudex in cauſa legati datus æſtimauerit.

De prolatione diei.

74. *Idem* ‖ libro 27. Quæſtionum. ‖

T*Itio centum aureos heres præſens dato* h: deinde protulit diem legatorum: non eſt verum, quod Alfenus retulit, centum præſenti i deberi: quia diem proprium habuerunt.

De epiſtola. 1. *De legato præceptionum.*

75. *Idem* "libro 6. Reſponſorum."

MIles ad ſororem epiſtolam k, quam poſt mortem ſuam aperiri mandauit, talem ſcripſit: *Scire te volo, donare* l *me tibi aureos octingentos* fideicommiſſum deberi ſorori conſtitit. nec aliud probandum in cuiuſlibet ſuprema voluntate. placet enim conſiſtere fideicommiſſum: ac m ſi n defunctus cum eo loquatur, quem precario remuneratur o.

1 ¶ Pro parte heres inſtitutus, cui pręceptiones erant relictæ, poſt diem p legatorum cedentem, ante aditam hereditatem vita deceſsit: partem hereditatis ad coheredes ſubſtitutos pertinere placuit: præceptionum q autem portiones, quæ pro parte coheredum conſtiterunt, ad r heredes eius tranſmitti.

De teſtamento pro parte reſciſſo per querelam inofficioſi. 1. *De hereditate legata.* 2. *De vſufructu, & ſeruitutibus rei legatæ.* 3. *De eo quod quis debet legato.* 4. *Si ſtatus ſerui, cui legatum eſt, extrinſecus ſuſpendatur.* 5. *De iuſſo plus reſtituere vni quam alij.* 6 *Si tutori non iure dato legetur.* 7. *De Muciana cautione.* 8. *De variis actionibus legatorũ.* 9. *De memoria teſtatoris damnata.*

76. *Idem* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

CVm filius ſ diuiſis t tribunalibus u actionem inofficioſi teſtamenti matris pertuliſſet x, atque ita variæ y ſententiæ iudicum extitiſſent, heredem, qui filium vicerat, pro partibus, quas aliis coheredibus abſtulit filius, non z habiturum pręceptiones ſibi datas, non magis quàm cęteros legatarios actiones, conſtitit. ſed a libertates ex teſtamento competere placuit, cùm pro parte filius de teſtamento matris litigaſſet. quod non erit trahendum ad ſeruitutes, quæ pro parte minui non b poſſunt, planè petetur integra ſeruitus ab eo, qui filium vicit. patris autem æſtimatio præſtituitur c. aut ſi paratus erit filius pretio accepto ſeruitutem præbere, doli ſummouebitur exceptione legatarius, ſi non offerat partis æſtimationem d, exemplo ſcilicet legis Falcidiæ.

1 ¶ *Lucio Sempronio lego omnem hereditatem Publij* e *Meuij* Sempronius ea demum onera ſuſcipiet, quæ Meuianę hereditatis fuerunt, & in diem mortis eius, qui heres Męuij extitit, perſeuerauerunt. ſicut vice mutua pręſtabuntur actiones, quę pręſtari potuerunt.

2 ¶ Dominus, herede fructuario ſcripto, fundum f ſub conditione legauit g. voluntatis ratio non pa-

titur,

a Rogatus poſt mortem ſuam reſtituere, *quidquid ei ex hereditate à fun[illegible] ſupererit* res quaſi à hereditarias vendidit de earum pretio aliàs comparauit: quæro vtrum res eas ita comparatas reſtituere poſt mortem ſuam debeat? tenetur. Quid i[illegible] quia ſuperſunt non ſunt deminutæ. Atqui non tam ex hereditate defuncti, quam ex pretio rei hereditariæ venditæ, comparatæ videntur: Iuris fictione videntur ex hereditate ſupereſſe. Quo modo: res ita cõparatæ vice permutati dominij ſunt, *l.* 71. ꝟ. *eo.* ſunt rerum hereditariarum vice.
*
b Hereditarias res non deminuit, qui ex earum pretio alias comparauit.
c Deminuere, quid ſit, *v. l.* 21. *ſuprà de hered. per.*
d Succedit ita res in locum pretij cõtra legem 25. § 1 *ſuprà de hered. pet*. in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei. V. quę notaui ad *l.* 34. *ſup. de pig. l.* 26. *ſup. de iure dotium. l.* 22. *in fin. ſuprà ſolut.*
e Qui rogatus reſtituere, *quidquid ex hereditate ſupererit*, hereditarias res aliquas vendidit: & ea ex pecunia fideicommiſſaria creditores proprios dimiſit, eam pecuniã reſtituere cogitur. Cur ita? ei ſupereſſe ea pecunia intelligitur. Quomodo ſupereſſe? quia nõ abſumpſit, ſed in corpore patrimonij retinuit. Quomodo retinuit? ea pecunia creditores proprios dimiſit.
*
f *l.* 82. §. 4. ꝟ. *de leg.* 1. *l.* 12. *in fi.* ꝟ. *de capt.*
g Ancillam prægnantem ſi quis emit, partum ex cauſa lucratiua habere nõ intelligitur. *Bal.*

h *præſenti dato*, Haloander. i præſenti die, Cuiac. 7. *obſer.* 20. reprehenſus à Roberto, 1. *recept.* 24. k 5. *Har.* 10. §. 35. *v. l.* 2. *C. de fideic.*
l Donationis verbum hic ſumi pro fideicommiſſi relicto obſerua.
m *al.* etſi. n Scribens, quaſi loquitur, *v. l.* 7. *in fin.* ꝟ. *de ſupellectile.*
o quem precario rogat, Cuiac. 2. *obſ.* 3.
p *l. vn.* §. 2. *C. de caducis.*
q *v. l.* 12. *C. de legatis.*
r Prelegata adcreſcendi in iure non veniunt, *l.* 18. ꝟ. *de leg.* 1. *v. l.* 16. *C. de fideic.*
ſ exheredatus à matre ſcilicet.
t Cur dixit, diuiſis tribunalibus? ſcripſi ad *l.* 10. *ſuprà de inofficioſo.* adde Cuiac. 10. *obſer.* 20. Ræuardum *lib.* 5. *tribunalium.*
u erant enim quatuor. *Quintilianus* 11. *c.* 5. *in fin.* ſed omnino v. Cuiac. 10. *obſ.* 10.
x id eſt, egiſſet de inofficioſo teſtamento.
y puta quędam pro filio, quædam aduerſus filium, *v. l.* 15. §. 2. *de inoff. l.* 13. *C. de inoff.*
z Pro qua parte reſolutum eſt teſtamentum, pro ea neque legata, neque fideicommiſſa neque prælegata debentur, *d. l.* 13.
a *d. l.* 13. *C. de inoffic.*
b Excepto vſufructu omnes ſeruitutes indiuiduę ſunt, *v. l.* 1. §. 9. ꝟ. *ad l. Falc.*
c *al.* præſtabitur.
d *v. l.* 80. *in fin.* ꝟ. *ad l. Falc.*
e vide *l. vlt. C. de hered. inſtit.*
f cuius vſusfructus erat penes ipſum heredem.
g Titio puta. Nunc fingamus conditionem euenisse & legatarium fundum a herede petere: quæri poſsit quid iuris ſit.

titur, vt heres ex cauſa fructus *a* emolumentum retineat, diuerſum *b* in cæteris prædiorum ſeruitutibus, quas heres habuit, reſponſum eſt, quoniam fructus *c* portionis inſtar obtinet *d*.

3 ¶ *Heres meus Titio dato, quod ex teſtamento Sempronij debetur e mihi.* cùm iure nouationis, quam legatarius idémque teſtator ante fecerat legatum ex teſtamento non debeatur: * placuit falſam demonſtrationem legatario non obeſſe, nec in totum falſum videri, quod veritatis primordio adiuuaretur.

4 ¶ Seruus purè manumiſſus, cui libertas propter impedimentum iuris poſt aditam hereditatem non competit, quod ſtatus eius extrinſecus ſuſpenditur, fortè propter adulterij *f* quæſtionem, ex eodem teſtamento neque legata, neque fideicommiſſa purè data ſperare poteſt: quia dies inutiliter cedit.

5 ¶ Pater cum filia pro ſemiſſe herede inſtituta, ſic teſtamento locutus fuerat: *Peto cum morieris, licet alios quoque filios ſuſceperis, Sempronio nepoti meo plus g tribuas in honorem nominis mei.* neceſſitas quidem reſtituendi nepotibus viriles partes præcedere videbatur. ſed moderandæ portionis, quam maiorem in vnius nepotis perſonam conferri voluit, arbitrium filiæ datum.

6 ¶ Non iure tutori dato mater legauit, ſi conſentiat, vt decreto prætoris confirmetur, & prætor non *h* idoneum exiſtimet, actio legati "non" denegabitur.

7 ¶ Qui Mucianam cautionem *i*, *alicuius non faciendi cauſa*, interpoſuit: ſi poſtea *k* fecerit, fructus *l* quoque legatorum, quos principio promitti neceſſe eſt, reſtituere debet.

8 ¶ Variis *m* actionibus legatorum ſimul legatarius vti non poteſt, quia legatum datum, in partes diuidi non poteſt. non enim ea mente datum eſt legatariis, pluribus actionibus vti, ſed vt laxior eis agendi facultas ſit, ex vna interim, quæ fuerat electa, legatum petere.

9 ¶ Repetendorum legatorum facultas ex eo teſtamento ſolutorum danda eſt, quod irritum eſſe poſt *n* defuncti memoriam *o* damnatam apparuit, modò ſi à legatis ſolutis crimen perduellionis illatum eſt.

De hereditate, prædio, & pecunia acceptis reſtituenda. 1. De donatione cauſa mortis. 2. De dote viro legata. 3. De ſurdo & muto. De ignorantibus. 4. De morte & deportatione. 5. De pretio prædij dotalis & legato. 6. Si creditor debitori mandauerit, vt ei ſoluat, cui mortis cauſa donabat. 7. Si heres oneratus fideicommiſſo non adeat. 8. De euictione. 9. De dote. 10. De fideicommiſſario eligendo, cum heres morietur. 11. De manumiſſis ex fideicommiſſo. 12. De fideicommiſſo, quidquid ad te peruenerit. 13. *De conditione,* ſi ſine liberis deceſſerit. 14. *De rationibus reddendis à curatore. 15. De fideicommiſſi repetitione à ſubſtituto. 16. De menſæ negotio. 17. De partu ancillæ relicto. 18. De diuiſione facta à coheredibus rogatis hereditatem reſtituere poſt mortem, & de nominum prædiorúmque periculo. 19. De fructibus rei relicta. 20. De rebus relictis, nec controuerſia oriatur. 21. De traditis & aſſignatis vni ex heredibus cuſtodia cauſa. 22. De ſcriptura imperfecta. 23. De iureiurando. 24. Si pater filiæ mandet ne teſtetur, quoad liberos tollat. 25. De fideicommiſſo* diſtribuas liberis vt quiſque meruerit. 26. *De verbis fideicommiſſi. 27. De alienatione extra familiam prohibita. 29. Si is, quem teſtator ſolum ſucceſſurum putabat, fideicommiſſo oneretur. 30. De verbis,* contentus ſis, *& c. quæ vim habent æſtimationis, non fideicommiſſi. 31. Si fideicommiſſo oneratus fideicommiſſarium heredem inſtituat eúmque oneret fideicommiſſo. 32. De alternatione, electione & ſubſtitutione. 33. De eo quod fideicommittens dixit ſe alia ſcriptura declaraturum.*

77. *Idem* lib. 8. Reſponſorum.

CVm pater filios eorúmque matrem heredes inſtituiſſet, ita ſcripſit: *Peto à te filia, vt, acceptis ex hereditate mea in portionem tuam centum aureis & prædio Tuſculano partem hereditatis reſtituas matri tuæ.* reſpondi, prædium *p* quidem hereditarium iudicio diuiſionis de communi filiam habituram: pecuniam autem de parte ſua retenturam.

1 ¶ Eorum quibus mortis *q* cauſa donatum eſt, fidei committi quoquo tempore poteſt, quod fideicommiſſum heredes ſalua Falcidiæ ratione, quam in his *r* quoque donationibus exemplo legatorum locum habere placuit, præſtabunt. Si pars donationis fideicommiſſo teneatur, fideicommiſſum quoque munere Falcidiæ fungetur *ſ*. Si tamen alimenta præſtari voluit, collationis totum onus in reſiduo donationis eſſe reſpondendum erit ex defuncti voluntate, qui de maiore pecunia præſtari non dubiè voluit integra.

2 ¶ Mater filiis ſuis vulgo *t* conceptis dotem ſuam, mortis cauſa donando, ſtipulari *u* permiſit. cùm aliis heredibus inſtitutis: petiſſet à filiis, *viro dotem reſtitui*: totum viro fideicommiſſum dotis deberi, ſi Falcidiæ ratio non interuenerit, ideo retentionem *a* dotis virum habere placuit. alioquin Falcidiæ partem heredibus, à filiis ex ſtipulatu cum viro agentibus, ex dote eſſe per in factum actionem, reddendam *b*.

3 ¶ Surdo & muto, † qui legatum accipit, *vt cùm morietur reſtituat*, rectè mandatur. nam & ignorantes *c* adſtringuntur fideicommiſſo *c* quibus ignorantibus *d* emolumentum ex teſtamento quæritur.

4 ¶ *Hereditatem e filius cum moreretur filiis ſuis, vel cui ex his voluiſſet,* reſtituere fuerat rogatus: quo interea in inſulam deportato *f*, eligendi facultatem non eſſe pœna peremptam placuit *g*, nec fideicommiſſi conditionem ante mortem filij heredis exiſtere, viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, cùm de aliis eligendi poteſtas non fuerit.

5 ¶ Qui dotale prædium contra legem Iuliam vendidit *h*, vxori legatum dedit *i*, & emptoris fideicommiſit, *vt amplius k ei pretium reſtituat.* emptorem fideicommiſſi *l* non teneri conſtabat *m*. ſi tamen accepto legato, mulier venditionem irritam faceret, eam oblato pretio, doli placuit exceptione ſummoueri.

6 ¶ Mæuio debitori ſuo reus ſtipulandi mandauit, vt *Titio, cui mortis cauſa donabat, pecuniam debitam ſolueret.* cùm ſciens *n* dominum vita deceſſiſſe Mæuius pecuniam dediſſet, non eſſe liberationem ſecutam, conſtitit: nec, ſi Mæuius ſoluendo non eſſet, in Titium actionem ſolidi, vel iure Falcidiæ dandam eſſe: quia mortis cauſa cepiſſe non videretur. diuerſum probandum foret, ſi Mæuius ignorans *o* dominum vita deceſſiſſe, pecuniam errore lapſus dediſſet. tunc enim portio iure Falcidiæ reuocaretur *p*.

7 ¶ Cùm pater fideicommiſſum prædiorum, ex teſtamento matris, filiæ deberet. eandem pro parte ita heredem inſtituit, *vt hereditatem fideicommiſſo compenſaret q*, eadémque prædia, filio exheredato, dari voluit: quamquam filia patris hereditatem ſuſcipere noluiſſet, fideicommiſſum tamen ab *r* heredibus eſſe filio præſtandum, ad quos hereditatis portio, quam accepit filia, redierat, placuit. quod ſi alium filiæ ſubſtituiſſet, eum oportere filio fideicommiſſum reddere.

8 ¶ Euictis *ſ* prædiis, quæ pater, qui ſe dominum eſſe crediderit, verbis fideicommiſſi filio reliquit; nulla cum fratribus & coheredibus actio erit. ſi tamen inter filios diuiſionem fecit, arbiter, coniectura voluntatis, non patietur, eum partes coheredibus prælegatas reſtituere, niſi parati fuerint, & ipſi patris iudicium fratri conſeruare.

9 ¶ Pater certam pecuniam exheredatæ filiæ verbis fideicommiſſi reliquit: *eúmque nuptura dotis nomine dari voluit filio dotem ſtipulante*: cùm filius minorem *t* dotem dediſſet, ſuperfluum eſſe filiæ reddendum conſtabat. Diuortio quoque ſecuto, fideicommiſſum filiam rectè petituram, vt actio ſtipulationis ſibi præſtaretur: quoniam veriſimile *u* non erat, patrem interponi ſtipulationem voluiſſe, quo filia poſt primas nuptias indotata conſtitueretur. cæterùm ſi *x* poſtea nuberet, ad ſecundas nuptias cautionem extendi non *y* oportere.

10 ¶ A *z* filia *a* pater petierat, vt *cui vellet ex liberis ſuis, prædia, cùm moreretur, reſtitueret*, vni ex liberis prædia fideicommiſſi *b* viua *c* donauit. non eſſe electionem, propter incertum diem fideicommiſſi certæ donationis videbatur. Nam in eum deſtinatio dirigi poteſt, qui fideicommiſſum inter cæteros habiturus eſt, remota matris electione.

11 ¶ *Fidei heredum meorum committo, ne fundum Tuſculanum alienent, & ne de familia nominis* d *mei exeat.* ſecundum voluntatem eos quoque inuitatos intelligendum eſt, quibus heredes extranei fideicommiſſam *e* libertatem reddiderunt.

12 ¶ *Fidei tuæ committo, vxor, vt des, vt reſtituas filiæ meæ, cùm morieris, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis peruenerit.* etiam ea quæ poſtea codicillis vxori dedit, fideicommiſſo continebuntur. nam * ordo *f* ſcripturæ non impedit cauſam iuris ac voluntatis. ſed dos prælegata retinebitur. quoniam reddi *g* potius videtur, quam dari.

13 ¶ *Volo prædia dari libertis meis. Quod ſi quis eorũ ſine* h

a Voluntas præſumpta non patitur vt heres, prætextu vſusfructus ſibi competentis in eo fundo, ſolam proprietatem legatorum cedat. hinc colligimus, Teſtatorem, ſimpliciter legantem, videri legare ius ſuum & heredis, ſi tale ius in vſufructu, vel proprietate conſiſtit, *Bald.*

b Caſus ita conſtitue, & finge heredem meum ius ſtillicidij habere in fundum meum, finge me eiuſdem fundum Titio legaſſe. Titium fundum liberum ſibi tradi ab herede meo poſtulare: num audiendus eſt? Minimè, *l.116. in fin. ſuprà de leg. 1. l. 18. ſ. de ſeru.*

c in primo caſu ſcilicet.

d *v. l. 48. ſ. de ver. oblig.*

e Debitum nobis fuiſſe dicere poſſumus quod ante nouationem debitum fuit.

f *l. 48. §. 2. ſ. de hered. inſt. l. vnic. infra de adempt. libert.*

g Plus, præſupponit tantundem: Natura comparatiui includit poſitiuum, *Bald.* & ſic venditor donans emptori *quod plus valet res*, non renunciat beneficio legis 2. *C. de reſcindenda.* quia qui plus donat non dat immodicum, *Bald.*

h vide quæ ſcripſi ad *l. 26. C. de legatis.*

i Mutiana cautio plenam reſtitutionem rei & fructus continet, *Bal.*

k vide *l. 17. infra de his quæ vt indig.*

l *v. Nouell. 22. capit. 44.*

m Plures enim legatario competunt, *l. 1. C. commun. de fideic.*

n Memoria defuncti quoties damnatur, teſtamentum eius nullum eſſe pronunciatur, legata ſoluta repetuntur, *Baldus.*

o Memoria defuncti interdum damnatur.

p *l. 58. § 3. infr. ad Treb.*

q *l. 1. in princ. & fin. infra de leg. 3.* vide *l. 9. Cod. de fideicommiſſ.* vel non mortis, *l. 89. §. 3. infrà eodem.*

r *v. l. 5. Cod. ad l. Falc.*

ſ Fungi munere Falcidiæ, eſt eam pati, dixi ad *l. 33. ſ. eod.*

t Mater filiis vulgo conceptis donare poteſt mortis cauſa. u *l. 11. in fin. infra de dote.*

t *l. 78. in fi. ſ. ad Tert.* u Indotatam filiam eſſe ac manere velle pater non præſumitur. Iuſſi filium ſtipulari dotem ſororum reddi: ſorore tantum mortua dotem petet: non ea diuertente tantum vel eius marito moriente, ne indotata maneat.

x v. Langebekium *cap. 12. Annotationum.*

y Nupta intelligitur quæ primas nuptias contraxit, non ſecundas, *vt hic. l. boues § hoc ſ. 1. ſ. de verb. ſign.* Quid non nupta? cælebs: quæ nec primas nuptias experta eſt: Virgo. v. Cuiacium *conſultatione 47.*

z Quid ita? Simpliciter enunciata, ad primum actum tantum referuntur. Vnde notant, pœnam primæ ſtipulationis interpoſitæ in prima locatione, non cenſeri repetitam in ſecunda locatione: cum pœna non ſit ex eodem contractu, aut ex natura contractus.

a v. interpretationem huius loci apud *Cuiac. 10. obſeru. 39.*

b *al.* fideicommiſſa.

c Eligere qui debet, cum morietur, ante mortem eligere non poteſt, eligendo ante mortem nihil agit.

d nomen quid in iure ſignificat, v. Alciat. 4. *diſp. 1.*

e *al.* fideicommiſſariam.

f *v. l. 6. ſ. de ſolut.*

g *v. l. 2. circa fin. ſ. de dote.* v. Paul. 4. *ſent.* 1. §. 7.

h Cur ex voluntate? Sine liberis non decedit, qui cum filiis naturalibus deceſſit. adde *l. vlt. ſuprà de iure delib.*

a *v. l. 18. Cod. ad l. Falc.*

b *l. 21. infrà ad Treb.*

† *v. Paul. 4. ſent. 1. §. 4.*

c adde *l. vltim. C. quando dies legatorum.*

d Dominium ſine traditione acquiritur ex teſtamento.

e v. Cuiac. 3. obſ. 10. *in pr.*

f Ius eligendi, & ea quæ facultatis ſunt quæque in facto conſiſtunt, deportatus non perdit, *Bald.*

g Cur ita? mors naturalis ra eſt, quæ corporis & animæ ſeparationem continet, *l. 48. in fin. ſ. de iure fiſci: l. 121. ſ. de verb. obl.* deportatio in inſulam. Mortis naturalis caſus trahitur ad deportationem, id eſt, mortem ciuilem. fideicõmiſſum in mortem collatum non debetur per mortem ciuilem, ſed expectatur mors naturalis. adde *l. 10. ſ. de cap. minutis, l. 48. §. 1. ſ. de iure fiſci.* vt *l. 121. §. pen. infr. de verb. obl.*

h *l. vnic. §. 13. C. de rei vxor. act.*

i animo compenſandi, *d. l. vn. §.*

k id eſt præterea. *l. vlt. § 1. ſ. de doli mali except.* ſenſus, maritus vxori legatum, & præterea fideicommiſſum dediſſe.

l fideicommiſſi nomine conſtabat. Antonius Faber 4. *coniect. 11.*

m Cur ita? *v. l. ... §. 17. in fin. ... Treb.*

n Sciens qui ſoluit quod ſoluere non tenetur, donare præſumitur, *Bald.*

o *l. 19. §. 3. infra ... donat.* Soluens ignoranter liberatur, & ſolutum defalcatur, hoc eſt deducitur, *Bald.*

p *v. l. 18. Cod. ad l. Falc.*

q Legari poteſt fideicommiſſo ... noxia.

r *l. 61. in fin. ſ. eod.*

ſ *l. 69. l. 72. ſ. ad Treb.*

liberis

liberis vita deceſſerit, *partes eorum ad reliquos pertinere volo.* collibertum *a* patris eundemque filium, ex *b* voluntate *c* ſubſtitutionem excludere placuit.

14 ¶ Curatoris ſui fruſtrà fideicommiſiſſe videbatur, *vt heredi fratri, negotiorum geſtorum rationem redderet.* quanquam igitur teſtamento cautum eſſet, *vt cùm ad ſtatum d ſuum frater perueniſſet, ei demum ſolueretur*: tamen ſub curatore alio fratrem agentem, rectè placuit actionem inferre: cùm illis verbis fratri potiùs conſultum videretur, quàm ſolutio, quæ iuſtè fieri potuit, dilata.

15 ¶ Ab inſtituto extraneo prædia libertis, cùm moreretur, verbis fideicommiſſi reliquerat, & petierat *ne ex e nomine familiæ alienarentur.* ſubſtitutum ea prædia debere ex defuncti voluntate reſpondi. ſed vtrùm confeſtim, an ſub eadem conditione voluntatis eſſe quæſtionem, ſed coniectura ex voluntate teſtatoris capienda mors inſtituti *f* expectanda eſt.

16 ¶ Menſæ *g* negotium ex cauſa fideicommiſſi cum *h* indemnitate heredum per cautionem ſuſceptum emptioni ſimile videtur. & ideo non erit quærendum, an plus in ære alieno ſit *i*, quàm in quæſtu.

17 ¶ Pater filiæ mancipia, quæ nubenti dedit, verbis fideicommiſſi præſtari voluit. partus ſuſceptos, etſi matres ante teſtamentum mortuæ fuiſſent, ex cauſa fideicommiſſi præſtandos reſpondi. nec aliud in vxore confirmatis donationibus pridem obſeruatum eſt.

18 ¶ Hereditatem poſt mortem ſuam rogati reſtituere, nominum periculo, quę per diuiſionem *k* obtigerunt, inter coheredes interpoſitis *l* delegationibus *m*, non adſtringantur: non magis, quàm prędiorum: cùm permutatio rerum diſcernens communionem interueniet.

19 ¶ *Filia mea præcipiat ſibique habeat, volo, rem matris ſuæ fructus*, quos medio tempore pater percipiet, nec in ſeparato habuit, ſed abſumpſit, vel in ſuum patrimonium conuertit, non videntur filiæ relicti.

20 ¶ *Dulciſſimis fratribus meis, auunculis autem tuis, quæcunque mihi ſuperſunt in Pamphilia, Lycia, vel vbicunque de maternis bonis, concedi volo, ne quam cum his controuerſiam habeas.* omnia corpora maternæ hereditatis, quæ in eadem cauſa dominij manſerunt, ad voluntatem *n* fideicommiſſi pertinent, ex iiſdem igitur facultatibus percepta pecunia, & in corpus proprij patrimonij verſa, item iure diuiſionis res propriæ factę non pręſtabuntur. cùm diſcordiis *o* propinquorum ſedandis proſpexerit, quas materia *p* communionis ſolet excitare.

21 ¶ Pater pluribus filiis heredibus inſtitutis moriens claues *q* & anulum cuſtodiæ cauſa, maioris natu filiæ tradidit, & libertum eidem filiæ, qui præſens erat, res, quas ſub cura ſua habuit, adſignare *ſ* iuſſit. commune *t* filiorum negotium geſtum intelligebatur. nec ob eam rem apud arbitrium diuiſionis præcipuam cauſam filiæ fore.

22 ¶ Cùm imperfecta *u* ſcriptura inuenitur, ita demum verbum legati, vel fideicommiſſi, quod præcedit *x*, vel ſequitur, ad communionem *y* adſumitur, ſi dicto *z* ſcriptum congruat.

23 ¶ Filius matrem heredem ſcripſerat, & fideicommiſſa tabulis data cum *a* iuriſiurandi religione præſtari rogauerat: cùm teſtamentum nullo *b* iure factum eſſet, nihilominùs matrem legitimam heredem cogendam præſtare fideicommiſſa, reſpondi. nam *c* enixæ *d* voluntatis preces ad omnem ſucceſſionis ſpeciem porrectæ videbantur.

a vide *l. vlt. ſ. de iure delib.*
b vide *l. 157. infra de reg. iur.*
c vide *l. 6. in fin. C. de inſtit.*
d *l. 13. ſ. de probat.* dixi ad *l. 5. C. quando dies legat.* *exemplo.* i. ætatem 25. annorum ſic appellat, quòd ſit creſcendi finis: qualis perfecta, plena ac integra ætas à Iuriſconſultis dicitur, quæ ſequitur ætas παρακμὴ dicitur: Hippocrates enim apud *Galen. 5. Aphoriſ.* 9. ſentit, ætatem 25. annorum eſſe finem pubertatis. v. Cuiac. *ſ. de minorib.*
e *§. 11. ſ. eod.* vide *l. 74. ſupr. de leg. 1. l. 108. ſ. de con. & demonſt.*
f *al.* ſubſtituti.
g Menſæ negotiũ legari poteſt.
h i. ita vt heredes indemnes ſeruet legatarius. Vniuerſitatis oneroſæ legatarius, cauere de ſuſcipiendis oneribus debet, licèt plus ſit in onere quàm in legato, indemnitatis hæc formula notanda eſt.
i vide *l. 6. l. 7. ſ. pro ſocio.*
k Nomina inter coheredes interpoſitis delegationibus diuidebantur, *l. 2. §. vlt. ſupr. familiæ, l. ſi arbiter. 11. l. vlt. ſ. de diſtract. pign.*
l Inter coheredes æs alienum diuiditur lege 12. tabularum: vel pacto, interpoſitis delegationibus.
m contra quàm in *l. 40. §. 2. ſuprà de pact.*

n Fideicommiſſa ipſa ampliantur, reſtringuntur, extenduntur, declarantur, & limitantur per rationem, & cauſam propter quam teſtator motus fuit ad fideicommiſſum ita faciendum (adeò vt talis ratio potius attendi debeat: quàm verba expreſſa, eámque communem eſſe concluſionem refert Iulius Clarus 3. *ſent. §. teſt. qu. 76. n. 1.* Ratio dictum ampliat & declarat tanquam mens & anima diſpoſitionis: verbis præfertur, vt anima corpori: caſus expreſſos continet, vt ne omiſſi intelligantur: continet, inquam, vt genus ſpecies continet.
o Diſcordiæ inter propinquos ſedandæ gratia, is intellectus nobis ſumendus eſt in lege, ſtatuto, teſtamento, vt ad propinquos inter ſe componendos interpretationē ſemper ſumamus. adde *l. 6. §. 2. C. de bonis quæ lib. l. 1. C. de pactis. l. 11. C. de tranſact.*
p Communio inter propinquos diſcordias excitare ſolet *l. 25. ſ. de ſer. vrb.*
q Clauium & anuli traditio facta vni filiorum à patre, intelligitur facta ad cuſtodiam, non ad tranſlationem dominij, hoc eſt ad cuſtodiam non transferendi dominij cauſa, *vt hic.* Imò transfertur dominium traditione clauium *l. clauibus 74. ſ. de contr. empt.* Ibi traditionem clauium præceſſit titulus ordinatus ad dominium. Idem actus numero, vbi diuerſa eſt agentis voluntas diuerſos effectus parit.
r Primogenitis claues & anulum à patre moriente interdum tradi ſolitum hinc colligas, vide *l. vlt ſup. de fide inſtrum.*
ſ *Adſignandi* verbum iuris tranſlationem hic non innuit.
t Cur commune? Præſumitur pater filios ex æquo diligere.
u Imperfecta ſcriptura hic quid eſt? An ſemiplena? An impropria? *Bald.*
x Oratio imperfecta vel ex præcedenti, vel ſequenti perficitur, ſi hoc fieri poteſt.
y Quid eſt ad communionem verba præcedentia vel ſequentia adſumi? nihil aliud quàm interpretationem adferri imperfectæ ſcripturæ, ex antecedentibus & ſequentibus ipſius ſcripturæ.
z Dictum hic quid eſt: voluntas, intentio, Scriptum dicto non congruit, cùm aliud natura vocabuli, aliud voluntas loquentis habet.
a vide *l. 3. inf. de iur. fiſci. l. 1. C. comm. de legatis.*
b putà, quia teſtes non erant rogati.
c Codicillaris clauſula, vt & inteſtari, interdum tacitè ſubintelligitur, *vt hic.* Iurante teſtatore, vel herede, ſubintelligitur clauſula codicillaris, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum.
d Iuſiurandum enixæ voluntatis argumentum eſt, *vt hic.* Catullus, Qui dum quid cupiens animus prægeſtit adipiſci, Nil metuit iurare: adde quæ not. ad *l. 37. §. 5. ſ. de leg. 3.* v. Cuiac. 17. *obſ.* 21. & ad *Nouell. 48.*

24 ¶ *Mando a filia mea pro b ſalute ſollicitus ipſius, vt quoad liberos tollat, teſtamentum non faciat: ita enim poterit ſine periculo viuere.* fideicommiſſariam hereditatem ſorori coheredi non *c* videri relictam apparuit. quòd *d* non de pecunia ſua teſtari, ſed obtentu conſilij *e*, derogare iuri, teſtamentum fieri prohibendo, voluit.

25 ¶ *Rogo filia, bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis, vt quiſque de te meruerit f.* videtur omnibus liberis, etſi *g* non æqualiter promeruerint, fideicommiſſum relictum. quibus, matris electione ceſſante, ſufficiet, ſi *h* non offenderint. eos autem, quos mater elegerit, fore potiores, ſi ſoli promeruiſſent, exiſtimaui quod ſi neminem elegerit, eos ſolos non admitti, qui offenderunt.

26 ¶ Donationis prædiorum epiſtolam *i*, ignorante filio, mater in æde *k* ſacra verbis fideicommiſſi non ſubnixam depoſuit, & literas tales ad Æditum *l* miſit: *Inſtrumentum voluntatis meæ poſt mortem meam filio meo tradi volo.* cùm pluribus heredibus inteſtato *m* diem ſuum obiiſſet, intelligi fideicommiſſum filio relictum, reſpondi. non *n* enim quæri oportet, cum quo de ſupremis quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigetur *o*.

27 ¶ Libertis prædium reliquit, ac petiit, *ne id alienarent, vtque in familia p libertorum retinerent* ſi excepto vno, cæteri *q* partes ſuas vendiderint *r*, qui non vendidit *ſ*, cæterorum partes, quibus non dedit alienandi voluntatem, integras petet. eos enim ad fideicommiſſum videtur inuitaſſe, qui *t* iudicio paruerint. alioquin * perabſurdum erit, vice mutua petitionem induci. ſcilicet vt ab altero partem alienatam quis petat, cùm *u* partem ſuam alienando perdiderit. ſed hoc ita procedere poteſt, ſi *x* pariter alienauerint. ceterùm prout quiſque prior alienauerit, partem poſterioribus non faciet: qui verò tardiùs vendidit, ei, qui non vendidit, in ſuperiorum partibus feciſſe partem intelligetur. at ſi nemo vendiderit, & nouiſſimus ſine liberis vita deceſſerit, fideicommiſſi petitio non ſupererit.

28 ¶ Cùm inter libertos ad prędij legatum liberta quoque fuiſſet admiſſa, quod patronus petiit, vt de nomine familiæ non exiret, heredem libertæ filium *y* partem prædij, quam mater accepit, retinere viſum eſt.

29 ¶ Cùm exiſtimaret *z* ad ſolam conſobrinam ſuam bona peruentura, codicillis ab ea factis, pluribus fideicommiſſa reliquerat. iure ſucceſſionis ad duos eiuſdem gradus poſſeſſione deuoluta, rationibus "æquitatis," & perpetui edicti exemplo, pro parte dimidia mulierem releuandam reſpondi: ſed libertates *a* ab ea præſtandas, quas intercidere damni cauſa durum videbatur.

30 ¶ Pater qui filio ſemiſſem dederat, & ſororibus eius impuberibus quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: *Fili contentus b eris pro tuo ſemiſſe aureis ducentis, & vos filiæ pro veſtris quadrantibus centenis aureis,* vice mutua liberis fideicommiſſum hereditatis reliquiſſe non videbatur, ſed æſtimationem *c*, vt à parentibus frugi fieri ſolet, patrimonij ſui feciſſe. nec idcirco fratrem iudicio tutelæ bonæ fidei rationes quandoque præſcriptione demonſtratæ quantitatis excluſurum.

31 ¶ Titio fratri ſuo Mæuius hereditatem Seij, "a" quo heres inſtitutus erat, poſt mortem ſuam reſtituere rogatus, eodem Titio herede ſcripto, petiit, vt moriens Titius tam ſuam, quàm Seij hereditatem Sempronio reſtitueret. cùm ex fructibus medio tempore perceptis, fideicommiſſi debitam quantitatem Titius percepiſſet, æris alieni loco non eſſe deducendum fideicommiſſum reſpondi: quoniam ratione *d* compenſationis percepiſſe debitum videbatur. planè ſi ea lege Mæuius Titium heredem inſtituat, *ne fideicommiſſum ex teſtamento Seij retineat:* Falcidiam compenſationi ſufficere: ſed iniquitate *e* occurrere: prudentius autem fecerit, ſi ex teſtamento fratris hereditatem repudiauerit, & inteſtati poſſeſſionem acceperit. nec videbitur dolo feciſſe cùm fraudem excluſerit *f*.

32 ¶ *A te peto, marite, ſi quid liberorum habueris, illis prædia g relinquas h: vel ſi non habueris, tuis ſiue meis propinquis, aut etiam libertis noſtris,* non eſſe datam electio-

a id eſt, conſulo *ſ. eo.* adde *l. 68. §. 1. ſ. de leg. 3.*
b *Inſt. de ſubſt. pupill.*
c Imò, ex hac ſcriptura fideicommiſſum debetur, *l. 74. in princ. ſ. ad Trebell.*
d Fauore alterius dicta ſeu enunciata in eius fraudem verti non oportet.
e Conſilium non obligat eum cui conſilium datur teſtamento.
f *l. 20. infr. de manum. teſt.*
g Imò, vt quiſque meruerit, *ſ. eodem. l. cum filius. 76. §. pater. 5. ſ. eo* Cur ita, An lex eo æquam diſtributionem facit, quod teſtator rem totam ad merita heredis, non ad ſua retulerit?
h Præſumitur enim quilibet bonus (de qua præſumptione v. Alciatum 3. *præſump.* 2.) & idoneus 3. *præſumpt.* 3. Præſumitur meruiſſe, qui non demeruit.
i Epiſtola quæ reperitur in ęde ſacra depoſita per teſtatorem, probat eius voluntatem.
k vide *l. 5. in fin. ſ. familia.*
l Æditùus qui ædes tuetur *§. 2. inſt. de tutelis.*
m *al.* inſtitutis: quod improbat Antonius Faber 3. *Coniecturarum* 12.
n Teſtator poteſt cum extraneo prorſus loqui de ſupremis ſuis: hoc eſt, vltima voluntate.
o *al.* dirigatur vel dirigitur.
p *Nouell. 159. c. 3.*
q id eſt, omnes ſimul.
r Simul, non ſucceſſiuè. *verſ. ſed hoc ita ſ. eod.*
ſ nec conſenſis *v. l. 11. C. de fideic.*
t vide *l. 114. in fi. & l. 154. in fin. ſ. de reg. iur.*

u Pœnam qui petit, extra omnem culpam debet eſſe: qui non facit quod non debet, percipit quod non oportet. Hæc enim natura pœnarum, & legitimarum & conuentionalium, vt liquida ſit cauſa prius quam pœna petatur. v. Bart. ad *l. 55. ſ. locati.*
x vide *Nouell. 159. cap. 3.*
y non alienat extra familiam, quæ filio vendit, licèt mater filium in ſua familia verè non habeat. *Bald.*
z v. quæ ſcripſi ad *l. 56. §. 1. infra de verb. oblig.*
a vide *l. 11. ſuprà de iure Codicillorum.*
b vide *l. 11. infra de leg. 3.*
c Æſtimatio facta à teſtatore portionum hereditariarum, non facit ius fideicommiſſi inter heredes, v. quæ notaui ad *Nou. 46. c. 1.*
d *l. 12. infra ad l. Falcid.*
e *al* iniquitatem.
f Dolus bonus eſt fraudem excludere, *l. 1. infr. de doli ma. l. 6. §. 8. ſupr. ſi quis omiſſa.* Qui fraudem excludit, non præſumitur fraudulentus: de qua præſumptione v. Alciatum 3. *præſumpt.* 18.
g fingamus duo reliquiſſe.
h Subſtituere legatariis & fideicommiſſariis poſſumus, vide *l. 6. C. de fideicomm.*

nem

nem a, ſed ordinem b ſcripturæ c factum ſubſtitutioni, reſpondi.

33 ¶ Vicos ciuitati relictos, qui proprios fines habebant, ex cauſa fideicommiſſi non d ideò minus deberi placuit e, quod teſtator fines eorum ſignificaturum, & certaminis formam, quam celebrari ſingulis annis voluit, alia ſcriptura ſe declaraturum promiſit, ac poſtea morte prçuentus non fecit.

De mora. 1. De æſtimatione loco rei legatario ſoluenda. 2. De mora & vſuris, & ſumptibus litis. 3. De alienatione extra familiam prohibita. 4. De eo qui emit à creditore.

78. *Vlpianus* " libro 9. Reſponſorum. "

QVi ſolidum fideicommiſſum fruſtra petebat, herede Falcidiam f obiiciente ſi ſpartem interim g ſolui ſibi deſiderauerit, neque acceperit, in ea moram paſſus intelligitur.

1 ¶ Cùm poſt mortem emptoris, venditionem reipublicę prædiorum optimus maximúſque princeps noſter Seuerus Auguſtus reſcindi h, heredibus pretio reſtituto, iuſsiſſet, de pecunia legatario i, cui prędium emptor ex ea poſſeſsione legauerat, coniectura voluntatis, pro modo æſtimationis partem ſoluendam eſſe reſpondi.

2 ¶ Etiam reſpublica fideicommiſſi poſt moram k, vſuras prçſtare cogitur, ſed damnum, ſi quod ex ea re fuerit ſecutum, ab his ſarciendum erit, qui poſt dictam ſententiam iudicatum ſoluere l ſuperſederunt.

¶ Nec aliud ſeruabitur in litis ſumptibus, ſi m ratio litigandi non fuit*. ignauiam etenim prætendentes audiri non oportere.

¶ Quod in tutoribus n quoque probatur.

3 ¶ Prædium pater de familia liberorum alienari, verbis fideicommiſsi prohibuit. ſupremus o ex liberis, qui fideicommiſſum petere potuit non idcirco minùs actionem in bonis ſuis reliquiſſe viſus eſt, quòd heredem extrarium p ſine liberis decedens habuit.

4 ¶ Si creditor ab eo, qui teſtamentum fecit q, domum acceptam iure pignoris vendidit, contra emptorem fideicommiſsi cauſa r, tametſi voluntatem defuncti non ignorauit, nihil decernetur.

Si rem fideicommiſſam, quidve ex ea oneratus fideicommiſſario & aliis reliquerit.

79. *Idem* " libro 11. Reſponſorum. "

QVæ fideicommiſſa moriens libertis viri debuit, eorundem prædiorum ſuis ſ quoque libertis fructum reliquit. iuris ignoratione lapſi, qui petere prædia ex mariti teſtamento debuerunt t, ſecundùm fideicommiſſum inter cæteros u longo tempore perceperunt. non ideo peremptam videri petitionem x prioris fideicommiſsi conſtitit y.

De acquiſitione legati.

80. *Idem* ‖ libro 1. Definitionum. ‖

LEgatum ita z dominium rei legatarij facit, vt hereditas heredis res ſingulas. quod eo pertinet, vt, ſi purè res relicta ſit, & legatarius non repudiauit defuncti voluntatem rectâ a viâ dominium, quod hereditatis fuit, ad legatarium tranſeat, nunquam factum heredis.

Si ſcriptus heres ſuccedat ab inteſtato,

81. *Paulus* ‖ libro 9. Queſtionum. ‖

SI quis teſtamento facto, à filiis ſuis, quos heredes inſtituiſſet. fideicommiſſa reliquiſſet, non vt à legitimis heredibus, ſed vt à ſcriptis, & teſtamentum aliquo b caſu irritum factum ſit, filij ab inteſtato venientes fideicommiſſa ex teſtamento præſtare compelli non c poſſunt.

De debito legato creditori. 1. De legatis à ſubſtitutis. 2. Si legetur ſeruo alieno.

82. *Idem* ‖ libro 10. Quæſtionum. ‖

DEbitor decem legauit creditori, quæ ei poſt annum ſub pignore debebat d: non (vt quidam putant) medij temporis tantùm commodum ex teſtamento debetur, ſed tota decem peti poſſunt. Nec tollitur petitio, ſi interim annus ſuperuenerit. nam ſufficit, quod vtiliter dies ceſsit. Quòd ſi viuo teſtatore annus ſuperueniat: dicendum erit inutile e effici legatum, quanquàm conſtiterit ab initio. Sic & in dote prælegata reſponſum eſt, totam eam ex teſtamento peti poſſe f. Alioquin, ſecundùm illam ſententiam, ſi interuſurium g tantùm eſt in legato, quid dicemus, ſi fundus legatus ſit ex die debitus? nam nec pecunia peti poteſt, quæ non a eſt legata: nec pars fundi facile inueniretur, quæ poſsit pro commodo peti.

1 ¶ Si Primo & Secundo & Tertio heredibus inſtitutis, ſic legata dentur: *Si mihi primus heres non erit, ſecundus Titio decem dato: Si ſecundus mihi heres non erit, primus Seio ſundum Tuſculanum dato*, vtriſque omittentibus hereditatem, Primo, & Secundo, quęrebatur, ſubſtituti quos eis dederat, an &, cui legata præſtare debent. ab b vtroque ſubſtituto legata debentur.

2 ¶ Seruo alieno poſſe rem domini legari Valens ſcribit. item id quod domino eius purè debetur: cùm enim ſeruo alieno aliquid in teſtamento damus, domini c perſona ad hoc tantùm inſpicitur, vt ſit cum eo teſtamenti factio. cæterùm ex perſona ſerui conſtitit legatum. Et ideò rectiſsimè Iulianus definit,* id demum ſeruo alieno legari poſſe, quod ipſe liber factus capere poſſet. Calumnioſa eſt enim illa annotatio, poſſe legari ſeruo, & quandiu d ſeruiat. nam & hoc legatum perſona ſerui vires accipit. Alioquin & illud annotaremus, eſſe quoſdam ſeruos, qui, licèt libertatem conſequi non poſsint, attamen legatum & hereditatem poſſunt adquirere domino. Ex illo igitur præcepto, quod dicemus, *ſerui inſpici perſonam in teſtamentis*, dictum eſt, ſeruo hereditario e legari poſſe. Ita non mirum, ſi res domini, & quod ei debetur, ſeruo eius purè legari poſsit, quamuis f domino eius non poſſent ‖ hęc ‖ vtiliter legari.

Si ſeruus alienus heredi à quo fideicommiſſum ſub conditione meruit, ſubſtituatur.

83. *Idem* " libro 11. Quæſtionum. "

LAtinus Largus. Proximè ex facto incidit ſpecies talis. Libertinus patronum ex ſemiſſe heredem inſtituit, & filiam ſuam ex alio ſemiſſe. fideicommiſit filiæ, vt quibuſdam ancillis patroni reſtitueret, cùm hę manumiſſæ eſſent, & ſi eadem filia heres non eſſet, ſubſtituit ei eaſdem ancillas. quoniam filia non voluit heres exiſtere: ancillę iuſſu domini, "i. patroni" adierunt defuncti hereditatem: poſt aliquantum temporis ab eo manumiſſę quęrebant, an fideicommiſſum petere ab eodem patrono poſsint. rogo ergo, quid de hoc exiſtimes, reſcribas? Reſpondi, nec g repetitum videri in hunc caſum fideicommiſſum, ſed alterutrum datum, vel fideicommiſſum, vel ipſam hereditatem. meliùs autem dici, in h eundem caſum ſubſtitutas videri, in quem caſum fideicommiſſum meruerunt: & ideo ad ſubſtitutionem eas vocari. Cùm enim ſeruo alieno fideicommiſſum, ab vno ex heredibus ſub conditione libertatis fuerit datum, idémque ſeruus ei heredi ſubſtituatur: licèt purè ſubſtitutio facta ſit; tamen ſub i eadem conditione ſubſtitui videtur, ſub qua fideicommiſſum meruit.

De libertate & pecunia per fideicommiſſum relictis ſeruo proprio.

84. *Idem* ‖ libro 21. Quæſtionum. ‖

SI quis ſeruo ſuo fideicommiſſam libertatem reliquit, & aliud quid adſcripſit, quidam dicunt: quia placebat, ab herede eum manumitti debere: futurum eſſe, vt non admittatur ad fideicommiſſum. ſed hoc iniquum eſt. in huiuſmodi enim perſona vtriuſque quodammodo dies ceſsit, & libertatis, & pecuniæ petendæ: adeò vt putem* ſi mora fiat præſtandę libertati, etiam fideicommiſſo moram videri factam, & vſurarum k onus accedere. nam & cętera, quæ medio tempore adquiſiit domino, dum moratur præſtare libertatem, eidem reſtitui oportere, rectiſsimè reſponſum eſt.

De pignore legato creditori.

85. *Paulus* ‖ libro 4. Reſponſorum. ‖

CReditorem, cui l res pigneris iure obligata à debitore legata eſſet, non prohiberi pecuniam creditam petere, ſi voluntas teſtatoris compenſare m volentis euidenter non oſtenderetur.

De herede inſtituto, exceptis domibus & quæ ibi ſunt. 1. De ſundo diuiſo, vt faciliùs locetur.

86. *Idem* " libro 13. Reſponſorum. "

G*Aius Seius pronepos meus heres mihi eſto ex ſemiſſe bonorum meorum excepta n domo mea & paterna in quibus habito, cum omnibus quę ibi o ſunt. Quæ omnia ſcias ad portionem hereditatis, quam tibi dedi, non pertinere.* quæro, cùm ſit in his domus argentum, nomina debitorum, ſupellex, mancipia, an hæc omnia, quæ illic inueniuntur, ad alios heredes inſtitutos debeant pertinere? Paulus: Reſpondi, nomina debitorum non p contineri, ſed omnium eſſe communia, in cęteris verò nullum pronepoti locum eſſe.

1 ¶ Titius, cùm fratris filio fundos * & vrbana prædia legaret, in ... & fundum Seianum legauit: quem ipſe paterfamiliàs, quoad viueret ... quidem nomine vniuerſum habuit, ſed quo q facilius conductore ... inueniret, per duas r partes locabat, ita vt ex qualitate loci ... periorem partem, Seianum ſuperiorem: inferiorem autem ... tem, Seianum inferiorem appellaret: quæro, an is fundus to... ad fratris

---

a marito, vt vi ſuperiorum verborũ donet hereditatem cui volet: ſed videtur mulier ſubſtituiſſe propinquos liberis, ſecundum ordinem ſcripturæ.
b *l. 69. §. 3. ſ. eod.* Ordo ſcripturæ videtur eſſe. Tuis liberis, meos propinquos, propinquis tuis, meos: vtriſque libertos noſtros ſubſtituo.
c legẽdum videtur, *ſcriptura.*
d *v. l. 8. C. de inſtitutionib.*
e Imò, non deberi videtur. Notum eſt enim, eum qui conditionem deſtinat inſerere nec eam addidit, non inſtituiſſe videri, *l. 9. §. 5. ſ. de heredib. inſt.*
f *l. 2. C. de vſuris & fructibus legator.*
g Iuſta cauſa in parte, non tollit moram in alia, *Bart.* Partis & totius aliam eſſe interdum rationem hinc colligitur.
h Rempublicam reſtitui aduerſus contractum obſeruat, *Bald.*
i Si prædium euincitur, pretium legatario debetur, *Bald.*
k Quid: num huiuſmodi mora ab interpellatione finitur? an à die condemnatæ reipublicæ? Prius aiunt veteres, ſecundũ Coraſium 2. *Miſcell. 7. in fin.*
l *l. 9. §. 5. ſ. de admin. tut.*
m *l. 6. C. de adm. tut.*
n *l. 23. C. de adm. tutor.*
o Finita cauſa prohibitæ alienationi, res alienari in extraneum poteſt, *Bald.*
p *l. 2. Cod. quando dies.*
q & vetuit res ſuas extra familiam alienari.
r i. Fideicommiſſarij ab huiuſmodi emptore fundum teſtatoris non ideò auocabunt, quòd is fundum extra familiam voluerit alienari.
ſ id eſt, & viri & ſuis libertis.
t id eſt liberti viri.
u id eſt, cum libertis vxoris.
x aduerſus libertos vxoris.
y vtens re minus vtili, non præiudicat ſibi ad petendam poſtea rem magis vtilem.
z i. recta via legata ab eo qui legauit ad eum cui legata ſunt tranſeunt, *l. 64. in fin. ſ. de furtis.* a *l. 64. ſ. de furt.*
b ex cauſa pręteritionis vel exheredationis.
c Imò poſſunt, *l. 12. ſ. de iniuſto* adde tamen *l. 1. C. de poſtliminio reuerſis.*
d i. debitor creditori ſuo purè, quæ ei ſub conditione debebat legauit. id enim peteſt, *l. 13. l. 14. ſ. de lib.*
e Imò, non ſit inutile, *l. 5. ſ. ad l. Falc. §. 14. Inſt. de legat.* Solue; eſt inutile, & ſine commodo, cum alia actione perſonali ex obligatione peti poſsit. Eſt vtile, cùm actione ex teſtamento peti poſſit.
f ſtatim ſcilic. quamuis alioquin annua die dos præſtanda eſſet, *l. 1. §. 2. ſ. de dot.*
g Interuſurium, commodum eſt repreſentatæ ſummæ, quæ in diem debebatur *l. 66. inf. ad l. Falc. l. 9. §. 8. ſup. de peculio.* Sed quid? In vulgata editione legitur, *Intereſſe.* Si ita eſt, verbum *intereſſe* erit ſubſtantiuũ, vt c. 1. *de reſcriptis cap. ſi facta. Si de feudo controuer. 3. Quintil. 9.* Hac penè dicendi forma vſus eſt Plin. 7. *epiſt.* Hieronymus *in epiſtola aduerſus Ioannem Epiſ. Hieroſolym.* Bene, inquit, benè: ſed

que iſtud ... tam benè? Vi... lius, Donat ha... viro: vide Co... 1. *miſcel. 20.* Cri... rapere *l. crimen*... *dice de vi publ*... Scire tuum ... eſt. *Perſius.* Cum ... ſtrum ad viuere... ſte adſpexi. ... ſuum cuique ... Fumæus ad *cap. de Jeo quod* ... notat idem ve... reperiri in *l. 3*... *fin. ſupr. de* ... *empt.* quod fal... adde Gilbertum ... *ſing. qu.*
a Non entis n... qualitates.
b *l. 74. ſ. de leg.* ... in hanc leg. Cu... 17. *obſ. 5.*
c *l. 12. §. 2. ſup. leg. 1. l. 5. inf. de* ... *vit. leg.*
d Imo, non e... lumnioſum ... poſſe ſeruo leg... quoad ſeruie... *ſ. de leg. 1.*
e *v. l. 26. ſ. de* ... *ſeruor.*
f Imo, ei l... non poſſumus ... domino legare ... poſſumus *l. 1*... *§. de leg. 1.*
g Imo repetitu... detur *l. 74.* ... *leg. 1.*
h Conditio ... fideicommiſſo ... videtur repet... ſubſtitutione ... gari de eadem ... *Bald.*
i adde *l.* ... *cond. & dem.*
k Vſuræ & ... in legatis & ... commiſſis deb... poſt moram ... 1. ſ. *eo. l. 23. l.* ... 91. *in fin. l.* ... *fi. ſ. de leg. 1.* ... *de leg. 3. l. 33.* ... *vſur.*
l *v. l. 16.* ... *gatis.*
m vide *l. 6.* ... *hered. aſi. l.* ... *hered. inſt.* ... *leg. §. l. 12. inf.* ... *Falc.* adde Pa... *ſent. 6. §. 8.*
n De inſtitu... facta ſub hu... formula adde ... *ſupr. de hered.* ...
o Legato om... quæ in domo ... nomina deb... non continen... *l. 92. ſ. de leg.* ...
p Imò, co... videntur *l. 27.* ... *ſ. de inſtructo.*
q *v. l. 14. Cod. Sacroſ. Eccl.*
r & ita di... partibus, vt ... Atqui pars, ... bis eſt, quod ... indiuiſo hab... *l. 25. inſr. de* ... *ſign.*

ad fratris filium pertineat. Paulus reſpondit, ſi teſtator fundum Seianum vno nomine vniuerſum poſſedit, quamuis eundem diuiſis *a* partibus locauerat, vniuerſum *b* eum ex cauſa fideicommiſsi præſtari oportere, niſi *c* ſi heres, de qua parte teſtator ſenſerit, euidenter probauerit.

De teſſera frumentaria. 1. De vſuris & mora. 2. De fideicommiſſo eius, qui vltimus deceſſerit. 3. De inofficioſa donatione.

87. *Idem* ‖ libro 14. Reſponſorum.‖

TItia Seio teſſeram *d* frumentariam comparari voluit poſt diem *e* trigenſimum à morte ipſius. quæro, cum Seius *f*, viua teſtatrice, teſſeram frumentariam ex cauſa lucratiua habere cœpit, nec *g* poſsit id quod habet, petere, an ei actio competat. Paulus reſpondit, ei, de quo quæritur, pretium *h* teſſeræ præſtandum, quoniam tale fideicommiſſum magis in quantitate *i*, quàm in corpore conſiſtit.

1 ¶ Vſuras fideicommiſsi, poſt *k* impletos annos 25. puellæ, ex quo mora *l* facta eſt, deberi reſpondi. quamuis enim conſtitutum ſit, vt minoribus 25. annis vſuræ omnimodo præſtentur, tamen non pro mora hoc habendum eſt, quam ſufficit ſemel *m* interueniſſe, vt perpetuo debeantur,

2 ¶ Seia libertis ſuis fundum legauit, fideique eorum ita commiſit: *Fidei autem veſtræ Vere & Sapide committo, ne eum fundum vendatis: eumque qui n ex vobis vltimus deceſſerit, cùm morietur, reſtituat Symphoro liberto meo & ſucceſſori, & Beryllo & Sapido, quos infra manumiſi, quive ex his tunc ſuperuiuent.* quæro, cum nec in prima parte teſtamenti, qua fundum prælegauit, eos ſubſtituit, in ſecunda tamen adiecerit verbum, *Qui vltimus deceſſerit*, an pars vnius defuncti ad alterum pertineret. Paulus reſpondit: teſtatricem videri in eo fideicommiſſo, de quo quæritur, duos gradus ſubſtitutionis feciſſe: vnum vt is, qui ex duobus prior morietur, alteri reſtitueret; alterum, vt nouiſsimus his reſtitueret, quos nominatim poſtea enumerauit.

3 ¶ Imperator *o* Alexander *p* Auguſtus Claudiano Iuliano præfecto vrbi: Si liquet tibi, Iuliane cariſsime, auiam interuertendæ inofficioſi querelæ patrimonium ſuum donationibus in nepotem factis exinaniſſe *q* ratio depoſcit, id quod donatum eſt, pro dimidia *r* parte *ſ* reuocari.

4 ¶ Lucius Titius, cum haberet quinque liberos, vniuerſos emancipauit, & in vnum *t* filium Gaium Seium ampliſsimas facultates donationibus contulit, & modicum ſibi reſiduum ſeruauit, & vniuerſos liberos cum vxore ſcripſit heredes. in eodem teſtamento duas poſſeſsiones, quas retinuerat, eidem Gaio Seio prælegauit: & ab eo petiit, *vt ex reditibus prædiorum, quæ viuus u ei donauerat, Mæuiæ filiæ tot aureos daret, item alteri fratri alios tot* conuentus à Mænia ſorore ſua, legem Falcidiam implorat, quæro, cùm ſanctiſsimus Imperator (vt ſuprà ſcriptum eſt) contra voluntatem donantis, ea quæ donata ſunt, reuocari præceperit, an Gaius Seius compellendus ſit ſecundum voluntatem patris, ex donationibus fideicommiſſum præſtare heredi ſororis. Paulus reſpondit: poſt literas *x* Imperatoris noſtri dubitari non oportere, quin in hac quoque ſpecie de qua quæritur, ſubueniendum *y* ſit liberis, quorum portio, in vnum filium donationibus collatis, imminuta eſt: præſertim cùm Imperator noſter contra voluntatem patris ſubuenerit: in propoſita autem cauſa etiam voluntas patris pro his, qui fideicommiſſum petunt, intercedit. ſed ſi Falcidia lex intercedit, fideicommiſſa in ſolidum eſſe præſtanda propter immodicarum donationum rationem.

De augmento & decremento. 1. De ſumma præcipienda pro ſepultura. 2. De hereditate boniſue præcipiendis cum ſuis oneribus. 3. De modo implendo. 4. Si legatarius dolo heredis factum eſſe dixerit ne teſtamentum mutaretur, nec obtinuerit. 5. De repræſentatione legati in diem. 6. Si ita relinquatur. libertis libertabúſque, & quos hoc teſtamento manumiſi, & Seiæ alumnæ meæ. *7. De legatis duplicatis à ſubſtituta. 8. De nomine legato. 9. De eo quod teſtator vult deficientibus ſcriptis heredibus ad aliquem pertinere. 10. De falſa debiti confeſsione. 11. De alimentis. 12. De fideicommiſſo filiis reſtituendo. 13. Si fidei committatur legatarij vt ſeruo heredis reſtituat. 14. De alternatione prohibita. 16. Si rogatus relinquere vni potius quàm alij inteſtatus decedat. 17. De voluntate teſtatoris, vt non legitimè factum pro iure legitimo habeatur.*

88. *Scæuola* ‖ libro 3. Reſponſorum.‖

Diuiſio facta gratia culturæ, non eſt vera diuiſio: nec ea inducit numerum prædiorum, *Bald.* Idem notat hinc colligi poſſe: Eum, qui non poſſit diuidere, poſſe tamen dimidium locare quoad fructus. adde quæ ſcripſi ad *l. 1. C. finium regundorum.*

b Zaſius 2. *Reſp.* 21. notat, Caſtri alicuius apprehenſione, omnia alia corpora ad id caſtrum pertinentia, adprehenſa intelligi.

c Si aliud eſt in parte quam in toto, non quidquid prædicatur de toto, idem prædicabitur de parte.

d Teſſera quid, v. *l. 49. §. 1. ſ. eod.* vbi dixi plenè, & de legato tribus, *v. l. 35. ſ. de leg. 3.*

e hic libertati fideicommiſſariæ inijcitur conditio, *Si legauero*, v. Cuiac. ad *l. 2. ſup. de hered. inſt.*

f legatarius.

g Petere iuſtè id nemo poſſit, quod ipſe iam habeat.

h habet igitur teſſeram & pretium.

i *l. 34. §. 3. ſupr. de leg. 1. v. l. 94. §. 1. ſ. de ſolut.*

k Finita ætate, cuius fauore conceditur priuilegium, finitur priuilegium *Bald.*

l *l. 84. ſuprà eodem.*

m adde *l. 2. §. 3. ſ. quod vi aut clam*, hoc eſt, vna interpellatio ſufficit, modo fiat opportuno loco vel tempore, nec remittatur, v. Cuiac. 8. *ad Afric. fol.* 203.

n *v. l. 37. ſuprà de vulgari, l. 2. Cod. quando dies leg.*

o qui Paulum conſuluit hoc Imperatoris reſcriptum libello ſuo præpoſuiſſe videtur: vt Paulus iudicaret accommodari poſſet nécne, ad propoſitæ quæſtionis definitionem idque indicat, *§. vltim. in fin. infra eodem.* vide Pith. 16. *not. Meſaic.*

p Querela inofficioſæ donationis eſt ex reſcripto Alexandri, *vt hic.*

q de donationibus immodicis, v. Cuia. 5. *obſeru.* 14. adde *l. 1. C. ne inof. donat.*

r quartæ partis, *l. 5. l. 6. l. 7. Cod. de inoff. donat.* Cur pro dimidia? fortè plures erant heredes: vide quæ ſcripſi ad *l. 8. C. de reuoc. don.*

ſ *v. l. 16. §. 1. ſ. de iure patron.*

t Donatio inofficioſa in vnum ex liberis collata, per querelam alterius reuocatur vſque ad legitimam ei debitam portionem, *Bald.*

u *l. 37. §. 3. ſ. de leg. 3. l. 56 in fin. ſ. ad l. Falc.* Pater poteſt eum fideicommiſſi onere grauare, cui inofficioſè donauit irreuocabiliter inter viuos, *Bald.*

x de quibus §. 3. *ſuprà eod.*

y *l. 1. l. 6. l. 7. C. de inoff. donat. Nou. 92. c. 1.*

LVcius Titius teſtamento ita cauit: *Si quid cuique liberorum meorum dedi, aut donaui, aut in vſum conceſſi, ſiue ſibi adquiſiit, aut ei ab aliquo datum aut relictum eſt, id ſibi præcipiat, ſumat, habeat.* filij nomine calendarium *a* fecerat. poſtea ſententia dicta eſt, & placuit, id quod ſub nomine ipſius filij in calendario remanſerat, ei deberi, non etiam id quod exactum in rationes ſuas pater conuertiſſet. quæro, ſi id quod exegiſſet pater ex nominibus filij ante teſtamentum factum, iterum poſt teſtamentum factum in nomen filij conuertiſſet, an ad filium ſecundum ſententiam pertineret? Reſpondi, id quod ex eadem cauſa exactum, in eandem cauſam rediſſet, deberi.

1 ¶ *A te peto Titi, fideique tuæ committo, vti curam b condendi corporis mei ſuſcipias, & pro hoc tot aureos è medio præcipito.* quæro, an ſi Lucius Titius minus *c* quam decem aureos erogauerit, reliqua ſumma heredibus proficiat? Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, heredum commodo proficere.

2 ¶ Quæ marito heres extiterat, ita teſtamento cauit *Mæui & Semproni, filij dulciſsimi, præcipitote omne quicquid ex hereditate boniſue Titij Domini mei d, patris veſtri, ad me peruenit mortis eius tempore: ita tamen, vt omne e onus eiuſdem hereditatis tam in præteritum, quàm in futurum, nec non etiam ſi quid poſt mortem Titij domini mei ſolui, adgnoſcatis.* quæro, an, ſi quid ſoluiſſet poſt mortem mariti, cum ipſa fructus cepiſſet *f*, dediſſet, ad onus *g* eorum pertineret? Reſpondi, ſecundum ea quę proponerentur, ea duntaxat onera legatariis impoſuiſſe, quæ ſupereſſent.

3 ¶ *Quiſquis mihi heres heredéſue erunt, hoc amplius Lucius Eutychius, quàm quod eum heredem inſtitui, è media hereditate ſumito ſibique habeto vnà cum h Pamphilo, quem liberum eſſe iubeo, inſtrumentum tabernæ ferrariæ, ita vt negotium exerceatis.* Lucius Eutychius *i* viua teſtatrice deceſsit: pars hereditatis eius ad coheredem pertinuit. quæro, an Pamphilus eodem teſtamento manumiſſus, ad petitionem partis inſtrumenti admitti poſsit, licet taberna, vt voluit teſtatrix, exerceri non poſsit? Reſpondi, admitti.

4 ¶ Sempronia ſubſtituta heredi inſtituto, legata accepit *ſi heres non eſſet.* mouit contra † inſtitutum actionem, quod dolo eius factum eſſe dicebat, quo minus teſtatrix volens primo loco ſcribere eam heredem, teſtamentum mutaret, nec obtinuit. quæro, an legati perſecutionem ſaluam haberet? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, ſaluam habere.

5 ¶ Teſtator legata *ante quinquennium vetuit peti præſtarique.* ſed heres quædam ſua *k* ſponte ante quinquennium ſoluit. quæſitum eſt, an eius quod ante diem exiſtentem ſolutum eſt, repræſentationem, in reliqua ſolutione legati reputare poſsit? Reſpondi, non propterea minus relictum videri *l*, quod aliquid ante diem ſit ſolutum.

6 ¶ Lucius Titius teſtamento ita cauit. *Prædiolum meum dari volo libertis libertabúſque meis, & quos hoc teſtamento manumiſi, & Seiæ alumnæ m meæ, ita ne n de nomine familiæ meę exeat, donec ad vnum proprietas perueniat.* quæro, an Seia in communione cum libertis habeat portionem, an verò ſibi partem dimidiam eius prædioli vindicare poſsit? Reſpondi, perſpicuam *o* eſſe teſtantis voluntatem, omnes ad viriles *p* partes vocantis.

7 ¶ Impuberem filium heredem inſtituit, vxori dotem prælegauit, item ornamenta, & ſeruos, & aureos decem: & ſi impubes deceſsiſſet, ſubſtituit, à quibus ita legauit: *Quæcumque primis tabulis dedi, ea item omnia ab heredibus quoque heredis mei in duplum dari volo.* quæritur an ex ſubſtitutione, impubere mortuo, dos quoque iterum debeatur? Reſpondi, non videri de dotis legato duplicando teſtatorem ſenſiſſe.

¶ Item quæro, cùm corpora legata, etiam nunc ex lucratiua cauſa poſsideantur, an à ſubſtitutis peti poſſint? Reſpondi, non poſſe.

8 ¶ *Ciuibus q meis do lego chirographum Gaij Seij.* poſtea codicillis *vetuit a Seio exigi: & ab herede petit, vt ex alterius debito, quem codicillis nominauit eandem ſummam reipublicæ daret.* quęſitum eſt, ſi poſterior idoneus *r* non eſſet, an integram quantitatem heredes pręſtare debeant? Reſpondi, heredes reipublicæ aduerſus eum duntaxat debitorem, qui nouiſsimis codicillis (vt proponitur) deſignatus eſt *ſ*, actionem præſtare debere.

9 ¶ Filiam ex aſſe inſtituit heredem, eíque ſubſtituit nepotem ſuum, & ita cauit: *Si (quod ſ abominor) neq; filia mea neque nepos meus heredes mei erunt: tunc portionem meam partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere t volo.* quęritur, cùm ante teſtatorem & filia & nepos deceſſerunt, & inteſtati *u* bona pertinuerunt ad pronepotem eius, an fideicommiſſum ad libertos pertineret? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, ſi nullus alius heres inſtitutus, ſubſtitutúſque eſſet, quam filia & nepos, videri legitimorum fideicommiſſum eſſe, vt pręſtarentur.

10 ¶ *Quiſquis mihi heres erit ſciat debere x me Demetrio patruo meo denaria tria, & depoſita apud me à Seleuco patruo meo denaria tria, quæ etiam protinus reddi & ſolui eis iubeo.* quæſitum eſt, an, ſi non deberentur, actio eſſet? Reſpondi, ſi non deberentur, nullam quaſi ex debito actionem eſſe, ſed ex fideicommiſſo.

11 ¶ Lucius

a adde *l. 64. ſ. de leg. 3* hinc quæſtio naſcitur, An quod pater filij nomine mutuo dederit, filio donaſſe videatur.

b Sepulturæ & condendi ſui corporis curam vni interdum demandabant teſtatores.

c Executor minus expendens, quam teſtator dixit, reſiduum reddit heredi *Bald.* Nudus miniſter nullum commodum ſentire debet ex teſtamento. *Bart.* Quid ſi plus? non rectè petit. ad. de *l. 31. §. 4. ſupr. de negotiis.* Cur ita? *v. l. 17. ſ. eod. l. 60. §. 3. ſup. mandati, v. l. 102. ſ. de verb. ſign.*

d ita ſolent mulieres maritos ſuos dominos vocare.

e Præceptum obſerua de onere omni hereditario agnoſcendo.

f *al.* quos percepiſſet.

g adde *l. 48. l. 65. ſ. de rei vind.*

h de hac dictione, *v. l. 13. in fin. ſ. de manum. teſt.*

i Eutychus.

† Impugnans heredem, non dicitur impugnare teſtamentum: nec ideo perdit commodum teſtamenti, *Bald* & legata, *Bart.*

k *v. l. vltim. C. ne vxor pro marito.*

l debebit, *Cuiac. 5. obſeru.* 13.

m De alumno. *v. l. 1. Cod. quæ res pignori.*

n de hoc legati genere, adde *l. 108. ſ. de cond. & dem.*

o Qua in re perſpicua eſt? in eo ſcilicet quod omnibus pariter reliquit ſub eadem conditione, *Ne fundus de nomine familiæ exeat.*

p *l. 85. ſ. de leg. 1.*

q Ciuibus qui legat, ciuitati legaſſe intelligitur, *l. 2. ſ. de reb. dubiis.*

r Nomen debitoris ſi alicui lego, heres meus ad ſolam nominis ceſſionem faciendam tenetur, nec idoneum præterea nomen facere cogitur.

ſ *v. l. 85. ſuprà de hered. inſt.*

t *Pertinere* verbum ad fideicommiſſum trahitur, *Bart.*

u Relicta in defectum teſtamenti, videntur ab inteſtato relicta *Bald.*

x Confeſſio in vltima voluntate non probat contractum inter viuos, niſi pars altera præſens fuerit.

11 ¶ Lucius Titius Damam & Pamphilum libertos ſuos ante biennium mortis ſuæ de *a* domu dimiſit *b*, & cibaria *c*, quæ dabat, præſtare deſiit: mox facto teſtamento ita legauit: *Quiſquis mihi heres erit, omnibus libertis meis, quos hoc teſtamento manumiſi, & quos antè habui, quoſque vt manumittantur petij, alimentorum nomine in menſes ſingulos certam pecuniam dato.* quæſitum eſt, an Damæ & Pamphilo fideicommiſſum debeatur? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, ita deberi ſi *d* hi qui petent, manifeſtè docerent, eo animo circa ſe patronum, cum teſtamentum faceret, eſſe cœpiſſe, vt his quoque legatum dari vellet: alioquin nihil ipſis *e* præſtetur.

12 ¶ Damę & Pamphilo, quos teſtamento manumiſerat, fundum dedit, *ita vt poſt mortem ſuam filiæ ſuæ reſtituerent*, eodem teſtamento petiit ab heredibus ſuis, *vt Pamphilam manumitterent*, quæ Pamphila filia naturalis erat Pamphili. idem Pamphilus, poſt diem legati ſui cedentem, teſtamento heredem inſtituit Mæuium, eiuſque fideicommiſit, *vt hereditatem ſuam*, (i. fundi ſuprascripti partem dimidiam, quam ſolam in bonis ex teſtamento patronæ ſuæ habebat) *Pamphilæ filiæ ſuæ, cùm primum libera fuiſſet, reſtitueret.* Quæro: Pamphila manumiſſa vtrum ex teſtamento ſuperiore patris ſui patroni eam partem petere poſſit, an verò ex teſtamento patris naturalis *f* ex cauſa fideicommiſſi, habita ratione legis Falcidiæ? Reſpondi, ex his quę proponerentur probari, Pamphilam duntaxat ex teſtamento ſuperiore fideicommiſſum petere poſſe. *Claudius*: quia creditur, * appellatione filiorum & naturales liberos, i. in ſeruitute *g* ſuſceptos, contineri *h*.

13 ¶

Scæuola: CODICILLIS Gaio Seio centum legauit, eiuſque fideicommiſit, *vt ancilla teſtatoris ea daret.* quæro, an vtile fideicommiſſum ſit, quod legatarius ancillæ teſtatoris dare iuſſus eſt. reſpondi, non eſſe *i*. Item, ſi vtile non eſt, an legatarius heredi, cuius ancilla eſt, reſtituere compellatur? Reſpondi, non compelli. ſed nec ipſum legatarium *k* legatum petere poſſe.

14 ¶ Inſulam libertis vtriuſque ſexus legauit, ita *vt ex reditu eius maſculi l duplum fœminæ ſimplum percipiant: eamque alienari vetuit*: ex conſenſu omnium ab herede venundata eſt: quæro, an & ex pretio inſulæ duplum mares, ſimplum caperent fœminæ? Reſpondi, ob pretium nullam *m* fideicommiſſi perſecutionem eſſe, niſi ea mente *n* venditioni conſenſerunt, vt ſimiliter ex pretio mares quidem duplum, fœminæ autem ſimplum conſequantur.

15 ¶ Inſtituto filio herede, & ex eo nepotibus emancipatis, teſtator ita cauit: Βούλομαι δὲ τὰς ἐμὰς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μηδὲ δανείζεσθαι κατ' αὐτῶν, ἀλλὰ μένειν αὐτὰς ἀκεραίας αὐτοῖς, καὶ υἱοῖς καὶ ἐκγόνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, ἐὰν δέ τις βουληθῇ αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ, ἢ δανείσασθαι κατ' αὐτοῦ, ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ δανείσασθαι παρ' αὐτοῦ. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, ἔσται τὸ χρηματιζόμενον ἄχρηστον καὶ ἄκυρον. id eſt, *Volo meas ædes non vendi ab heredibus meis, neque fœnerari ſuper o eas: ſed manere eas firmas ſimplices, meis filiis & nepotibus per vniuerſum † tempus. Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem ſuam, vel fœnerari ſuper eam: poteſtatem habeat vendere coheredi ſuo, & fœnerari ab eo. ſi autem aliquis præter hæc p feterit: erit, quod obligatur, inutile atque irritum.* quæritur, cùm filius defuncti mutuam pecuniam à Flauia Dionyſia acceperit, & locatis *q* ædibus pro parte ſua penſiones ſibi debitas creditrici delegauerit, an conditio teſtamenti extitiſſe videatur, vt filiis ſuis fideicommiſſi nomine teneatur? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, non extitiſſe.

16 ¶ Matre & vxore heredibus inſtitutis ita cauit, *A te vxor cariſſima peto, ne quid poſt mortem tuam fratribus tuis r relinquas. Habes filios ſororum tuarum, quibus relinquas. Scis vnum fratrem tuum, filium noſtrum occidiſſe, dum ei rapinam ſ facit. ſed & alius mihi deteriora fecit.* quæro cùm vxor inteſtata *t* deceſſerit & legitima eius hereditas ad fratrem pertineat, an "ſororis" filij fideicommiſſum ab eo petere poſſunt? Reſpondi, poſſe defendi, fideicommiſſum deberi.

a Alimenta legans libertis, iis legaſſe alimenta non intelligitur, quos domo ſua ſuperſtes cum eſſet expulit, niſi probent ſe in patroni gratiam rediſſe: vnde notant, Generalia & fauorabilia verba ad eos qui offenderunt & indignos non extendi.

b Signum irati patroni & dirimendæ amicitiæ maximum eſt domo dimitti à patrono. *Tac. 5. l. 51. in pr. & §. j. de manum. teſt.* Ita expulſus domo alicuius, preſumitur eſſe inimicus: vt in eum teſtari nō poſſit, adde *l. teſtam. Centurio 51. infr. de manum. teſt.*

c Cibaria liberti à patronis interdum accipiebant.

d ſi qui peterent, *Hal.*

e Generalia verba reſtringuntur, ne odioſi comprehendantur. *Bart.* Verba referſitur ad merentes, non ad delinquentes, *v. l. 10. §. ſoluto.* Generale mandatum habens, cum inimicis mandantis tranſigere non poteſt, *Bald.*

f *l. 100. §. de leg. I.*

g Filij naturales in ſeruitute concepti, filiorum appellatione cōtinentur.

h *l. vlt. in fin. §. de iur. delib. v. l. 6. in fin. Cod. de inſt. & ſubſt.* Venient igitur ad Emphyteuſim quæ promiſſa ſtipulanti & eius filiis fuerit.

i Cur ita? quia libertas non cenſetur data. Nemo paganus propriæ ancillæ legat libertate non adſcripta, aut data, *l. 20. j. de adimendis. l. 4. C. de legat. l. 28. C. de fideic.*

k ſi non poſſidet.

l Maſculis duplum: fœminis ſimplum legari obſerua.

m Cur ita? quia conſenſus alienationi præſtitus vim tacitæ repudiationis habet, *Bald.* Ita fiet, vt ſi teſtator ita inſulam legauerit, vt ex reditu eius maſculi duplum, fœminæ ſimplum percipiant, reditus æqualiter inter liberos diuidatur, at non ipſa proprietas.

17 ¶ *Lucius Titius hoc meum teſtamentum ſcripſi ſine vllo Iuriſperito a, rationem animi b mei potius ſecutus, quàm nimiam & miſeram diligentiam c: & ſi minus aliquid legitimè minuſve peritè fecero, pro d iure legitimo haberi debet hominis ſani voluntas.* deinde heredes inſtituit. quæſitum eſt inteſtati *e* eius bonorum poſſeſſione petita, an portiones adſcriptæ ex cauſa fideicommiſſi peti *f* poſſunt? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, poſſe.

De epiſtola. 1. De rei æſtimatione. 2. Si legetur ſcripto heredi, ſi heres non erit, & præterea alij. 3. De communicatione bonorum ex cauſa fideicommiſſi. 4. Si rem fideicommiſſarij obligauerint, creditorque vni ex illis vendiderit. 5. De dote onerata fideicommiſſo. 6. Si fideicommiſſarius onerato ſucceſſerit pro parte. 7. De re alienata ab eo qui ignorabat ſe oneratum fideicommiſſo.

89. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

TEſtamento filium & vxorem ſuam heredes inſtituit: poſtea epiſtolam ſcripſiſſe dicitur: qua & quidquid in peculio habuit filius, ei donauit, & adiecit, *præcipua hoc eum ſuique iuris, & poſt mortem ſuam habere velle.* quæro, cùm teſtamento ſignificauerit, ſi quid obſignatum recepiſſet, id vice *f* codicillorum valeret, epiſtola autem non *g* ſit obſignata, an quæ epiſtola continentur, ad filium pertineant? Reſpondi, ſi fides *h* epiſtolæ relictæ conſtaret, deberi, quæ in ea dare ſe velle ſignificauit.

1 ¶ Qui indiuiſam cum fratre ſuo rem habebat: filias ſuas heredes inſtituit, & ita cauit. *Propter res vniuerſas quæ mihi cum illo fratre meo patruo veſtro, communes ſunt, quas æſtimationis conſtiterit eſſe vniuerſas duo millium aureorum fidei veſtræ committo, vti pro portione veſtra mille aureos à Lucretio Pacato patruo veſtro accipiatis.* huic teſtamento quinquennio ſuperuixit *i*, & abundè patrimonium reliquit. quæſitum eſt, an heredes Lucretij Pacati ſecundum verba ſupraſcripta offerentes mille aureos, fideicommiſſum conſequantur? Reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur, non facere voluntatem, vt vniuerſa datis millenis aureis reſtituerentur: ſed æſtimationis, quæ mortis tempore in rebus fuerat, oblationem debere fieri.

2 ¶ Seio, quem heredi ſubſtituerat, ita legauit: *Seio ſi mihi heres non erit & vxori eius Marcellę argenti libras quindecim dari volo.* quæro, cùm Seius heres extiterit, an Marcellæ legati dimidia portio debeatur? Reſpondi, ſecundùm ea quę proponerentur, deberi.

3 ¶ Lucius Titius inteſtato *k* moriturus, cùm haberet vxorem, & ex ea filia emancipatam, codicillis hæc *l* verba inſeruit: *Pertinent in autem hi codicilli ad vxorem & filiam: primùm autem rogo ſic inter vos agatis vt me viuo egiſtis itaque rogo, vt quicquid aut ego reliquero, aut quod vos ipſi habetis, commune m vobis ſit o.* filia inteſtati patris bonorum poſſeſſionem accepit. quęritur, an aliqua pars hereditatis Lucij Titij ex cauſa fideicommiſſi à filia matri deberetur, & quota? Reſpondi, ſecundùm ea quę proponerentur, dimidiam partem deberi, ſi modo vxor parata ſit, in commune bona ſua conferre.

4 ¶ Quatuor filios æquis partibus inſtituit, & fundum per pręceptionem ſingulis legauit: filij cùm vniuerſa bona patris obligata eſſent, mutua accepta pecunia hereditario creditori ſoluerant, & poſteriori obligauerunt: qui cùm ei debitum non ſolueretur, prædia vniuerſa, lege pignoris, vni ex heredibus vendidit *p*. quęritur, an cùm iſte filius ex cauſa emptionis ea poſſideat, fratribus & coheredibus fideicommiſſi petitio eſſet, an vero ea perempta eſſet, cùm communiter vniuerſa ſequenti creditori obligauerint? Reſpondi, actionem *q* quidem fideicommiſſi in *r* perſonam competentem omnibus inuicem manere, non autem fideicommiſſum reſtituendum eſt, niſi prius debitum ab eis emptori eidemque coheredi perſolueretur.

5 ¶ Filię fideicommiſit in hęc verba: *Peto à te, filia mea, vt dotalem ſ cautionē poſt mortem meā mutes, & ita remo-*

a Veterùm adeo exacta diligentia fuit in teſtamentis ordinandis, vt ſine Iuriſperito vix quiſquam teſtamentum facere auderet. Ita litem vix inſtituebant aut ſuſcipiebant ſine aduocato. *Nou. 58. c. 1.* 22. *C. de teſtament.* Craſſus apud Ciceronem 2. *de orat.* Scæuolam ludens Si, inquit, nullum erit teſtamentum ritè factum, quod tu ſcripſeris omnes ad te ciues cum tabulis venient omnium teſtamentu ſcribes ... Arrianus 2. *diſſertionum Epicteti* (ſic enim Gellius 17. c. 19. Titulum eorum librorum reddidit) ... καὶ ἐξηγεῖται ... μιμεῖσθαι, ἀλλὰ ... ἀδηκτὶ δ' ... μὴ εἰδώς, πῶς ... γράφειν ἢ ... λαβὼν τὸν ... Suetonius in ... *ne c. 32.* Dein ... ingratorum ... cipem, teſta... ad fiſcum ... rent, ac ne ... eſſet ſtudioſis ... qui ſcripſiſſent ... dictitaſſent ... *ille*: Quo loco ... dioſi iuris ... riti, *l. 1. de* ... *ſeſſ. l. diuus* ... *extr. cognit.*

b Clauſulam codicillarem ... bus teſtamen... die tacitè i... notat Cuiac... *Africanum* ... *plicatione* ... *ſibi fundum* ... ſoleat ... frequentiſſima ... omnium teſta... ferè eadem ... quæ Lucio ... *hac lege.* Sol... ſumuntur ... *l. 31. §. 20.* ... *adilitio.*

c Argui ... ficere poteſt ... leges hab... cum in ſuo ... mento *l. 55.* ... *de leg. I.*

d *l. 29. inſ.* ... *qui teſtam.* ...

e Fideicom... inteſtato poſſunt, vide

n expreſſim declarata, alias reſeruatio in mente retenta nihil operatur. *Bald. v. l. 7. C. de condict. ob cauſam dat.*

o Qui petit ſibi credi *ſuper res ſuas* perinde eſt ac ſi diceret, Res meas tibi obligo. *Bald.* vide quæ ſcripſi *l. 10. j. de annuis.* † Subſtitutiones perpetuæ & in infinitum iure ciuili approbatæ; *vt hic.* hodie intra quartum gradum reſtrictæ *Nou. 159.* adde Hotom. *1. conſ.*

p l. ſi heredum aliquis alteri quàm coheredi ſuo partem vendiderit, aut pignori dederit, hinc nota. Prohibitum vendere extraneo, non prohiberi eidem locare.

q Alienare prohibitus, locare in longiſſimum tempus ſeu 100 annos non prohibetur, *v. Socin. reg. 1 5.*

r Prohibitus alteri ... Titio, relinquere, videtur iuſſus facere & curare, ne Titius ab inteſtato ſuccedat. *Bald.*

ſ Rapinam facere hic eſt rapas ſerere, & locum iis ſerendis parare. Rapina etiam rapiſtrum dicitur. *Column. 9. §. 4.* Sic porrina dicitur, in *l. 58. ſupra de vſufr.* Rapina & Rapina. *Column. 1. c. 1.*

t Inteſtatum mori, ſpecies eſt relicti & alienationis. *Bald.*

de codicillis. Teſtator iubere poteſt, vt valeat teſtamentum omnimodo quo valere poterit: vt ſi non valeat iure teſtamenti, valeat iure codicillorum adde ... *in fin. infr. ad Treb.*

f iure.

g Obſignatio in codicillis non requiritur neceſſario. Ratio dubitandi ... ex *l. 6. §. 2. §. de iure codicill.*

h De fide epiſtolæ conſtat, ſi manu eius, de quo quæritur, ſcriptam eſſe ... alias epiſtola non probat.

i Generalia verba teſtamenti (vt & generalis æſtimatio facta à teſtatore bonorum ſuorum) reſtringuntur ad tempus teſtamenti. non referuntur autem ad bona poſt quæſita. Baldus.

k *l. 114. §. 2. ſupra de leg. I.*

l vide *l. 11. j. de leg. 3.*

m *l. 78. infra ad Treb.*

n Communione bonorum legata quid veniat, vide *d. leg. 78.* Poteſt teſtator præcipere in teſtamento communionem heredibus. *Bald.*

o Poſſumus cum tota re etiam partem noſtram emere, vt in *l. 17. §. commun.* vide *l. 13. in fin. ſuprà de die in diem addict.*

p Sic tamen vt poſſit diuidi, *l. vlt. C. comm. diui. l. 30. l. 75. j. pro ſocio.*

q familiæ erciſcundæ ſcil. *l. 7. C. familiæ.*

r vide *l. 50. ſupra de rei vindicat.*

ſ Poteſt pater per fideicommiſſum filiæ ſubſtituere in dote. *Bald.* quando excedit legitimam: alias non poteſt vllum onus legitimæ imponi. *Bald. in l.* ... *niam 32. in fin. ſupra de inoffícioſo.*

nere, vt

a id eſt, ita vt.
b id eſt, poſt mortem veſtram.
c extraneo.
d *l.16. infr. de auro.*

ues, vt a fratres tot dotem ſtipularentur hoc caſu, vt ſi ſine liberis vno pluribúſve in matrimonio morieris, dos ad eos perueniat. poſt mortem patris deceſsit maritus, antequàm renouaretur cautio dotalis: & poſtea alij nupta deceſsit, nullo liberorum relicto, viuo adhuc Titio vno ex fratribus: quæſitum eſt, an Titius petitionem haberet rerum, quæ in dote fuerant? Reſpondi, poſſe fideicommiſſum ab heredibus ſororis peti, ſi per eam ſtetit, quo minus dotem frater ſtipularetur.

6 ¶ Filium & filiam heredes inſtituit, & libertis legata dedit, eorúmque fideicommiſit in hæc verba: *A vobis peto, vt quidquid vobis legaui, contenti ſitis viuentes, vt poſt vos* b *filiis meis reſtituatis.* defuncta teſtatricis filia Mæuia libertus deceſsit, herede inſtituto patronæ filio ex parte debita, ex altera extraneo. quæſitum eſt, an adita hereditate, patronæ filius à coherede ſuo c partem eorum quę ex teſtamento matris ad Mæuium libertum peruenerant petere poteſt? Reſpondi, eius quod ei deberetur, ſi *d* hereditatem non adiſſet, partem à coherede petere poſſe.

7 ¶ Maritus vxorem ex aſſe heredem inſtituit, cuius poſt mortem codicillos aperiri teſtator præcepit. prędium hereditarium vxor infructuoſum rationi ſuę exiſtimans *a* vendidit *b*. emptor quærit, an retractari hæc venditio poſsit poſt mortem mulieris ab his, quibus codicillis per fideicommiſſum hereditas data deprehenderetur, an verò ſolùm quantitas pretij ab herede vxoris fideicommiſſariis debeatur? Reſpondi, propter iuſtam *c* ignorantiam tam mulieris *d*, quàm emptoris, heredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommiſſario pretium dare debere.

a vide *l.65.* ꝧ. *eod.*
b vide Bertrandum 4. *conſ.6.*
c *l. vlt* ꝧ. *de tranſ. l.1. in fin.* ꝧ. *depoſiti.* Res ſubiecta reſtitutioni, propter iuſtam ignorantiã, poteſt efficaciter alienari, debetur tamen pretium. *Bald.* Hinc etiam colligit Rolandus à Valle 1. *conſ. 9. n.4.* Diſcuſsionis exceptionem dari ementi rem fideicommiſſariam aduerſus euincentem. vide tamen quæ ſcripſi ad *l.29. C. de iure dotium.* adde omnino huic legi Bertrandum 4. *conſ.6.*
d quæ ignorans ignoranti vendidit.

LIBER TRIGESIMVS SECVNDVS.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS,

(LIBER TERTIVS *a*)

De ignorantia vel dubitatione teſtatoris. 1. De manumiſſione teſtatoris. 2. De aqua & igni interdictis. De deportatis. 6 De eo ad quem aliquid perventurum eſt. 7. De proximo bonorum poſſeſſore, & inferioribus. 8. De nondum nato. 9. De ſucceſſione edicto.

Vlpianus ‖ libro 1. Fideicommiſſorum ‖

SI incertus *b* quis ſit, captiuus ‖ ſit, ‖ an à latrunculis obſeſſus, teſtamentum facere non poteſt *c*.

¶ Sed & ſi ſui iuris ſit ignarus, putétque ſe per errorem, quia à latronibus *d* captus eſt, ſeruũ eſſe velut hoſtium, vel legatus *e*, ‖ qui ‖ nihil ſe à captiuo differre putat, non poſſe fideicommittere certum eſt: quia nec *f* teſtari poteſt, qui an liceat ſibi teſtari dubitat.

1 ¶ Sed ſi filiusfamiliàs *g* vel ſeruus *h* fideicommiſſum reliquerit, non valet: ſi tamen manumiſſi deceſsiſſe proponantur, conſtanter dicemus fideicommiſſum relictum videri, quaſi nunc datum, cùm mors ei contingit, videlicet ſi durauerit *i* voluntas poſt manumiſſionem. hęc vtique nemo credet in teſtamentis nos *k* eſſe probaturos: quia * nihil in teſtamento valet, quotiens ipſum teſtamentum non valet, ſed ſi aliàs fideicommiſſum quis reliquerit.

2 ¶ Hi quibus aqua & *l* igni interdictum eſt, "item *m*" deportati *n* fideicommiſſum relinquere non poſſunt: quia nec teſtamenti faciendi ius habent, cùm ſint ἀπόλιδες *o*, id eſt, *extorres* p.

3 ¶ ‖ Deportatos *q* autem eos accipere debemus, quibus princeps inſulas adnotauit *r*, vel de quibus deportandis ſcripſit. cęterum, priùs quàm factum preſidis comprobet, nondum amiſiſſe quis ciuitatem videtur. proinde ſi antè deceſsiſſet, ciuis deceſsiſſe videtur. & fideicommiſſum, quod antè reliquerat, quàm ſententiam pateretur, valebit: ſed ‖ & ‖ ſi poſt ſententiam, antequàm Imperator comprobet, valebit quod factum eſt: quia certum ſtatum vſque adhuc habuit.

4 ¶ A Prefectis verò pretorio, vel eo qui vice *ſ* prefecti ex mandatis principis cognoſcet, item à prefecto vrbis deportatos, (quia *t* ei quoque epiſtola Diui Seueri & Imperatoris noſtri ius deportandi datum eſt) ſtatim amittere ciuitatem *u*: & ideo *x* nec teſtamenti faciendi ius, nec fideicommittendi conſtat habere.

5 ¶ Si quis planè in inſulam deportatus codicillos ibi fecerit, & indulgentia Imperatoris reſtitutus, iiſdem codicillis durantibus deceſſerit, poteſt defendi fideicommiſſum valere, ſi modò in eadem voluntate durauit.

6 ¶ Sciendum eſt autem, eorum fideicommitti [quem] poſſe ad quos aliquid *a* perventurum eſt morte eius, vel dum eis datur, vel dum eis non adimitur.

7 ¶ Nec tantùm proximi bonorum poſſeſſoris, verum inferioris *b* quoque fidei committere poſſumus.

8 ¶ Sed & eius, qui nondum *c* natus eſt, ‖ fideicommitti poſſe ‖ ſi modò natus nobis ſucceſſurus ſit.

9 ¶ Illud certè indubitatè dicitur, ſi quis inteſtatus decedens, ab eo qui primo gradu ei ſuccedere potuit, fideicommiſſum reliquerit, ſi illo repudiante, ad ſequentem gradum deuoluta ſit ſucceſsio, eum fideicommiſſum *d* non debere: & ita Imperator noſter *e* reſcripſit.

10 ¶ Sed & ſi à patrono ſit relictum, & aliquis ex liberis eius mortuo *f*, admiſſus ſit ad bonorum poſſeſſionem, idem erit dicendum.

De filio præterito.

2. *Gaius* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

EX filio *g* prçterito *h*, licèt ſuus heres erit, fideicommiſſum relinqui non poteſt.

De viro & uxore. 1. De fideicommiſſo eius, cui ſeruus legatus eſt manumittendus. 2. De debito legato creditori. 3. De proprietario cuius vſusfructus mortis cauſa donatus eſt. 4. De pignore liberato mortis cauſa.

3. *Vlpianus* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

SI mulier dotem ſtipulata fuerit, & accepto tulit marito in hoc dotem, *vt fideicommiſſum det*, dicendum eſt, fideicommiſſum deberi percepiſſe enim aliquid à muliere videtur: hæc ita, ſi mortis cauſa *i* donatura mulier marito fecit acceptum.

¶ Sed & ſi mortis cauſa auxerit marito dotem, vel in matrimonium eius mortis cauſa redierit, poteſt dici fideicommiſſum ab eo deberi.

1 ¶ Iulianus ſcribit, ſi ſeruus mihi legatus ſit, eúmque manumittere rogatus ſim, fideicommiſſum à me relinqui non poſſe: ſcilicet ſi purè roger, nam ſi ſub conditione, vel in diem, propter fructum medij temporis, poſſe me obligari, nec Iulianus dubitaret.

2 ¶ Si rem quis debeat ex ſtipulatu ei, cui rem legauerit, fideicommittere "eius" non poterit *k*, licet ex legato commodum ſentire videatur, quod dominium nanciſcitur ſtatim, nec expectat ex ſtipulatu actionem: fortaſsis quis dicat, & ſumptum litis, quem ſuſtineret, ſi ex ſtipulatione litigaret, eum lucrari. ſed nequaquam dicendum eſt, huius fideicommitti poſſe.

3 ¶ Sed "&" ſi habenti tibi proprietatem, vſumfructum mortis *l* cauſa ceſſero poteſt dici, fideicommittere me poſſe. nec quemquam moueat, quod vſusfructus ſolet morte *m* extingui. nam *n* medij potius temporis, quo viuat, qui donauit, commodum cogitemus *o*.

4 ¶ Si autem pignus *p* debitoris liberauero mortis cauſa, & eius fideicommiſero, non poteſt valere fideicommiſſura.

a In primo, de rebus quæ legari poſſunt ‖: in ſecundo, de perſonis quibus legare poſſumus: hoc præcipuè libro agitur de verborum & rerum ſignificatione, quæ ad legata pertinent.
b *v. l. 14. in fin.* ꝧ. *qui teſtam.*
c niſi ſit miles *l. 11. §. 1.* ꝧ. *de teſt. milit.* adde *l. 9.* ꝧ. *de iure codicill.*
d *l.13.* ꝧ. *qui teſt.*
e extranei ſcil. aliàs Romanus legatus teſtamentum facere poteſt, *l.13. §.1.* ꝧ. *qui teſtam.*
f *v. l 2.* ꝧ. *de leg. 1. Vlp. 25. §. 4.*
g *l.6.* ꝧ. *qui teſt.*
h *l.19.* ꝧ. *qui teſt.*
i *v. l. pen. C. qui teſt.* v. Orciacum *c. vl. qu. Academic.*
k non eſſe. ita ſcriptum eſſe in archetypo Florentino ait Antonius Auguſtinus 1. *cap. 2.*
l *l. 1. §. 1. ſupr. qui teſtam.*
m *al.* id eſt, deportatio namque ſucceſsit in locum interdictionis aquæ & ignis *l. 2. infr. de pœn.* quæ & ipſa exilium vocatur in *l. 2.* ꝧ. *de public. iudic.* Porrò de aquę & ignis interdictione agitur in *d. l 1. l. 18. in fin.* ꝧ. *de ſtatu. l. 5.* ꝧ. *de cap. minut. l. 6. in fin. infra de grad. l 38. infra de ſolut. l. 10. in fin. infra de vi publ. l. 3. infra ad l. Iul pecul. l. 2. infra de pœnis l. vlt. infra de legationib. l. 5. in fin.* ꝧ. *de variis & extr. cognit.* Fuit autem introducta hæc pœna propterea quod vita ciui Romano vetuſtiſsimis legibus eripi non poterat. *Cicero pro Balbo, pro Cecinna. Cæſar apud Saluſt. in Catilinar. Liuius, Paterculus, Paul. 5. ſent.* Hæc per debat exul, quod in his duobus aqua & igni ſcilicet, vitę ſeu viuendi cauſa ſit. *Ouid 4. Faſtor.* exulem nefas erat domo recipere. *Paul. 5. ſent. 28.* Manſit autem hæc pœna ad tempora vſque Imperatorum *l. 2.* ꝧ *de pœnis*, v. Briſſonium, 3. *ſelect. 3.*
n *d. l. 1. §. 2.*
o *l. 17. infra de pœnis.*
p *Exterris* ἔξορισος *Gloſſis.*
q *l. 7. §. 2. infra de interdict. & releg.*
r Reſcripto ſuo ſcilicet. De Adnotatis à principe in inſulas, v. Duar. 1. *Diſpunct. 8. in fin. & l. 3. C. de precib.*
s Vicarij, præfectorum prætorio erant vicarij *l. 2.* ꝧ. *de offic. eius qui vic. l. 1. C. vt omnes iudices, l. 4. C. de annon & tributis: & l. 1.* ꝧ. *de proximis Sacrorum ſcriniorum.* Porrò quot fuerint vicarij, cùm in Oriente, tum in Occidente, Notitia Imperij Romani indicabit.
t Præfectus vrbi deportandi poteſtatem habet.
u Deportatus ciuitatem amittit.
x Teſtamentum facere, niſi quis ciuis ſit, nemo poteſt, ideóque deportatus, teſtamentum facere non poteſt. Imò ne quidem fideicommittendi poteſtatem habet, adde *l. 7. §. 2. infra de interdictis.*

a *l. 1. §. 17. in fin.* ꝧ. *ad Treb.*
b *l. 5. in fin. infra eod.*
c id eſt, poſthumi *l. 126 in fin. ſupr. de leg. 1. v. Paul. 4. ſent. 1. §. 2.*
d fideicommiſſum debere. Ita legit & negationem hoc loco diſpungit Antonius Faber 4. *Coniectur. 15.* ne hic locus repugnet §. 6. 7. 8 *ſupr. eod & l. ſi Titio. 61. §. Iulia* ꝧ. *de leg. 2.*
e Seuerus vel Antoninus.
f *al.* mortuo eo.
g vel à patrono *l. 31. §. 3.* ꝧ. *de fideic. libert.*
h *l. 31. Cod. de fideic.*
i Eorum fideicommitti poteſt, quibus mortis cauſa donatum eſt, *l. 77. §. 1. ſupra de leg. 2.*
k Imò poterit, eo maximè quidem quòd commodum repreſentationis hic eſſe dicitur, *l. 1. §. 10.* ꝧ *ad l Falc.*
l *d. l 77. §. 1.* ꝧ. *de leg. 2.*
m *l. 1. §. 1. l. 5. ſup. quib. mod. vſusfr.*
n Vſusfructus poteſt mortis cauſa donari: adeò vt ea etiam donatione fructus medij temporis debeantur: & retrò agatur ipſa donatio, etiam fructus cauſa, *vt hic.* quod non idem eſt in donatione coniugum, morte confirmata: vti notatur in lege *talis ſcriptura ſupra de leg. 1.* Ita mortis cauſa donatarius fructus lucratur etiam ante mortem quæſitos.
o *al.* cogitamus.
p pignoris remiſſionem non eſſe donationem hinc colligit Baldus, facit *l. 1. §. 1. ſupra quibus modis pignus ſoluitur.*

De fidei

De fideicommiſſo à patre vel domino heredis.

4. *Paulus* "libro 4. Sententiarum."

A *a* Patre vel domino relictum fideicommiſſum, ſi hereditas ei non quæratur ab emancipato filio vel ſeruo manumiſſo, vtilibus actionibus poſtulatur. penes eos enim quęſitæ hereditatis emolumentum remanet.

De municipio & his qui rempublicam gerunt. 1. De herede heredis, vel legatarij.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Fideicommiſſorum. ‖

SI fuerit municipio *b* legatum relictum, ab his qui rempublicam gerunt, fideicommiſſum dari poteſt.

¶ Si quis non ab herede vel legatario, ſed *c* ab *d* heredis vel legatarij herede fideicommiſſum reliquerit, hoc valere, benignum eſt.

De rogato fideicommittere. 1. De fideicommiſſo, ſi Stichus Seij factus, iuſſu eius adierit.

6. *Paulus* "libro 1. Fideicommiſſorum."

SEd & ſi ſic fideicommiſſum dedero ab herede meo, *Te rogo Luci Titi, vt ab herede tuo* e *petas dari Mæuio decem aureos*, vtile erit fideicommiſſum, ſcilicet, vt mortuo Titio, ab herede eius peti poſsit. idquè & Iulianus reſpondit.

1 ¶ Sic autem fideicommiſſum dari non poterit, *Si Stichus Seij factus, iuſſu eius hereditatem adierit, rogo, dei.* quoniam qui fortuitò, non iudicio *f* teſtatoris, conſequitur hereditatem vel legatum, non debet onerari: nec recipiendum eſſe, vt cui nihil *g* dederis, eum rogando obliges.

De ſeruo deportati. 1. De deportato. 2. De fideicommiſſo, à creditore relicto.

7. *Vlpianus* "libro 1. Fideicommiſſorum."

SI *h* deportati *i* ſeruo fideicommiſſum fuerit adſcriptum: ad fiſcum pertinere dicendum eſt, niſi ſi eum deportatus viuo teſtatore alienauerit, vel fuerit reſtitutus: tunc enim ad ipſum debebit pertinere.

1 ¶ Si miles *k* deportato fideicommiſſum reliquerit, verius eſt, quod & Marcellus probat, capere eum poſſe.

2 ¶ Si quis creditori ſuo legauerit id *l* quod debet, fideicommitti eius non poterit, niſi commodum aliquod ex legato conſequatur, forte exceptionis timore, vel ſi quod in diem debitum fuit, vel ſub conditionem.

De fideicommiſſo legatarij. 1. De ſeruo heredis. 2. De fidei patris commiſſo, vt reſtituat filiæ.

8. *Paulus* "libro 1. Fideicommiſſorum.

SI legatarius à quo fideicommiſſum datum eſt, petierit legatum, id tantùm quod per iudicem exegerit præſtare fideicommiſſario cogetur: vel, ſi non exegerit, actione cedere *m*: ad eum enim litis periculum ſpectare iniquum eſt, ſi non culpa legatarij lis perierit.

1 ¶ Seruo heredis fideicommiſſum vtiliter non relinquitur, niſi fidei eius commiſerit, vt ſeruum manumittat.

2 ¶ Cùm ita petiſſet teſtator, *vt quidquid ex bonis eius ad Patrem perueniſſet, filiæ ſuę reſtitueret: vt eo amplius haberet, quàm ex bonis patris habitura eſſet*: Diuus Pius reſcripſit, manifeſtum eſſe, de eo tempore ſenſiſſe teſtatorem: quod poſt mortem patris futurum eſſet.

De ſuccedentibus ab inteſtato.

9. *Mæcianus* "libro 1. Fideicommiſſorum."

SI ita fuerit fideicommiſſum relictum, *ad quemcunque ex teſtamento meo, vel ab inteſtato*, vel ita, *ad* n *quemcunque quoque iure bona mea peruenient*: hac oratione & eius, qui poſtea natus erit: inve familiam venerit, & eius, qui poſtea cognatus eſſe cœperit, fideicommiſſum videtur: eius quoque, quę nondum nupta erit, ſed poſtea eo caſu quo ex edicto *o* ad vxorem bona mariti inteſtati ſolent pertinere.

De coniunctis.

10. *Valens* "libro 2. Fideicommiſſorum."

SI tibi, & *ei, qui ex tribus liberis meis in funus meum venerit*: centum aureos legauero, non *p* minuitur in tua perſona legatum, ſi *q* nemo venit *r*.

De verbis fideicommiſſi. 1. De exemplo teſtamenti præparato. 2. De commendatione. 3. De rogato reſtituere portionem accepta certa quantitate. 4. De verbis ſufficit tibi: *vel* contentus eſto. *5. De fideicommiſſo vel legato collato in arbitrium heredis. 9 De rogato prædia diligere & curam eorum agere, vt poſsint ad filios peruenire. 10. De filio heredis fideicommiſſario. 11. De conditione, ſi* morte patris ſui iuris fuerit effectus. *12. De alienatione rei legatæ. 13. De exactione debiti legati. 14. De ædificio illicitè facto. 15. De fauore. 16. De militia relicta ſeruo alieno. 17. quid præſtandum ex fideicommiſſo. 18. Si quis alicui reliquerit, & ſi is relictum perdidiſſet, rurſus id ei reliquerit. 19. Si fideicommittens dixerit ſummam fideicommiſſam poſſe compenſari. De voluntate fideicommittentis ſeruanda. 20. Si plurium intereſt & teſtator de vno; 21. De pluribus ſenſerit. 22. De rogato ſoluere publicum pro aliquo 23. De relicto in opus ciuitatis faciendum. 24. De rebus indiuiduis. 25. De iuſſo opus facere.*

11. *Vlpianus* ‖ libro 2. Fideicommiſſorum. ‖

FIdeicommiſſa *a* quocunque *b* ſermone relinqui poſſunt, non ſolum Latina, vel Græca *c*, ſed etiam Punica vel Gallicana, vel alterius cuiuſcunque gentis.

1 ¶ Quotiens quis exemplum teſtamenti præparat, & prius decedat, quàm teſtetur, non valent *d* quaſi *e* ex codicillis, quæ in exemplo ſcripta ſunt, licèt verba fideicommiſſi ſcriptura habeat, & ita Diuum Pium decreuiſſe Mæcianus ſcribit.

2 ¶ Si ita quis ſcripſerit, *Illum tibi commendo* f, Diuus Pius reſcripſit, fideicommiſſum non deberi. aliud eſt enim perſonam commendare, aliud voluntatem ſuam fideicommittentis heredibus inſinuare.

3 ¶ Cùm eſſet quis rogatus reſtituere portionem accepta *g* certa quantitate, reſponſum eſt, vltrò petere ipſum fideicommiſſum ab herede poſſe. Sed vtrùm, ſi volet, præcipiet, reſtituétque portionem: an verò, & ſi noluerit, cogatur, accepta quantitate portionem reſtituere, propriæ eſt deliberationis. Et ſanè, cùm quis rogatur, accepta certa quantitate portionem reſtituere, duplex eſt fideicommiſſum: vnum, vt poſsit petere quantitatem paratus portionem cedere: aliud, vt etſi non petet, tamen *h* cogatur *i* fideicommiſſario reſtituere parato præſtare quantitatem.

4 ¶ Si quis ita ſcripſerit, *Sufficiunt tibi vineæ, vel fundus*, fideicommiſſum eſt quoniam & illud fideicommiſſum eſſe arbitramur, *contentus* k *eſto* l *illa re*.

5 ¶ Sic fideicommiſſum relictum, *niſi heres meus noluerit, illi decem dari volo*, quaſi conditionale fideicommiſſum eſt & primam voluntatem exigit ideóque poſt primam voluntatem non erit arbitrium heredis dicendi noluiſſe.

6 ¶ Hoc autem legatum, *cùm* m *voluerit*, tractum habet, quamdiu viuat is, à quo fideicommiſſum relictum eſt verùm ſi antequam dederit *n* deceſſerit, heres eius † præſtat *o*. ſed & ſi fideicommiſſarius, antequàm heres conſtituat, deceſſerit, ad heredem ſuum nihil tranſtuliſſe, videtur: conditionale *p* enim eſſe legatum, nemini dubium eſt: & pendente conditione legati, videri deceſsiſſe fideicommiſſarium.

7 ¶ Quanquàm autem fideicommiſſum ita relictum non debeatur † *ſi* q *voluerit* r, tamen ſi ita adſcriptum fuerit *ſi fuerit arbitratus* ſ, *ſi putauerit*, *ſi æſtimauerit* t, *ſi vtile tibi fuerit viſum, vel videbitur*, debebitur. non enim plenum *u* arbitrium voluntatis heredi dedit, ſed quaſi viro bono commiſſum relictum.

8 ¶ Proinde ſi ita ſit fideicommiſſum relictum, *illi, ſi te meruerit* x, omnimodo fideicommiſſum debebitur. ſi modò meritum, quaſi apud virum bonum, collocare fideicommiſſarius potuit. Et ſi ita ſit *ſi te non offenderit*, ęque debebitur. Nec poterit heres cauſari, non eſſe meritum, ſi alius vir *y* bonus & non infeſtus meritum potuit admittere.

9 ¶ Hæc verba, *Te fili rogo, vt prædia quæ ad te peruenerint, pro* z *tua diligentia diligas, & curam eorum agas, vt poſſint* a *ad filios tuos peruenire* b, licèt non ſatis expriмuit fideicommiſſum, ſed magis conſilium *c* quàm neceſsitatem relinquendi, tamen ea prædia in nepotibus poſt mortem patris eorum vim fideicommiſsi videntur continere.

10 ¶ Si filio à patre herede inſtituto fideicommiſſum relictum fuerit, etſi verbis non ſit ita relictum, *cùm pater moreretur*. ſed *d* intelligi hoc poſsit, (puta quia ſic relictum eſt, *vt relinquat* e *filio*, vel *volo eum habere* f: vel *volo ad eum pertinere* g) defendetur in id tem-

a Fideicommiſſum à patre vel domino (putà à Titio) relictum, vtili actione fideicommiſſarius petere poteſt ab emancipato filio vel ſeruo eius à cuius perſona relictum eſt: hoc eſt à filio vel ſeruo Titij, ſi modò ipſi Titio hereditas relicta adquiri non poteſt.

b Municipio quod legaui, id per fideicommiſſum alteri poſſum relinquere à perſona eius qui municipium ſeu eam Rempublicam gerit.

c Fideicommittere poſſumus etiam ab heredis vel legatarij herede.

d Rectè fideicommittitur ei ad quem aliquid peruenturum eſt *l. 1. § 6. ſup. eod. l. 15. ʒ. de liber. leg.*

e vide *l. 40. § 1. ʒ. ad Trebell.*

f Qui fortuitò, non iudicio teſtatoris capit, non poteſt grauari: ſiue vtamur proprio ſiue appellatiuo nomine. *Zaſ.* 2. *intel.* 11.

g *l. 1. § 17. infr. ad Trebell.*

h vide *l. 82. § 2. ʒ. de leg. 2.*

i & ſic incapacis iure ciuili.

k *l. 5 C. de teſt. am. milit.*

l *l. 5. ſuprà ad leg. Falcid.*

m actionem cedere, *Hal. l. 70. ſup. de leg. 2.*

n Si teſtator fideicommiſſum ab omni ſucceſſore reliquit, etiam is ſucceſſor fideicommiſſum præſtat quem teſtator ſucceſſurum non credebat. Cuiuſcunque enim heredis nomine, intelliguntur etiam hi heredes, de quibus teſtator non cogitauit: putà poſthumus, cognatus, vxor.

o vide *l. vnic. infra vnde vir & vxor.*

p *Non minuitur*, hic, nihil aliud eſt, quàm Non decreſcit. Nam per contrarium, Adcreſcit, idem eſt, quod non minuitur vel non decreſcit. Quid? num centum aurei, tui erunt? Quidam ita putant, cùm pluribus coniunctim ſunt legati: & quòd ob reliquorum moram diligenti pars adcreſcat. id Accurſius non probat, vim enim eam coniunctionis eſſe, vt re pluribus coniunctim legata, nemo plus parte ſua poſſit petere. Secus fore ſi disiunctim, centum aurei eſſent legati.

q Conditio quæ vni perſonaliter adſcribitur, ad alterum non porrigitur. *Bald.*

r adde *l. 13. in fin. infr. de manumiſſ. teſtam.*

a Cur dixit ... commiſſa, qua... que lingua da... ſe? Olim directa... uilia ſeu leg... teſtamentorum... ba Latina dum... lingua concip... terant. Obliq... fideicommiſſa... uis lingua enu... poterant. *Vl. 25.*...

b & quaque... ma.

c Fideicomm... olim Græcè... tum valebat, ... legatum ... ſcriptum non ... ret. *Vlp. 25. §*... Græcè accept... poteſt, *v. l. 8.*... *ʒ. de accepti*... tutor dati, ... olim non p... *l. vlt. C de t*... teſtari Græ... que poſſumu... *in fin. C. d*... directam ... tem dare ... olim quoq... licuit) *l.* ... *teſt. manum*... decreta ... Latinè op... 48. *ʒ. de* ... ſed poſt ... Byzantium ... rium: eti... ſententiæ ... perunt, *l.* ... *ſent. & in*... *nib.* ſic ve... gatio Gr... poteſt, *l.* ... *verb. oblig*... *de verb. o*... deiuſſio, ... *de fidei*... acceptil... 4. *ʒ. de a*...

d Imò v... *ʒ. de fidei*... *tatib. l.* ... *codicill.*

e vide ... *codicill.*

f Comm... eſt verb... rium. P... 1. § 6. ... *fideic. lib*...

g *l. 40.*... v. Cuiac... *tranſact.*

h *§ 7.*... *de fideic*...

i Imo, ... *l. 30. §*... *l. Falc.*

k *l. 37*... *l. 69. in*... *ʒ. de leg*...

l Qui... miſſum etiam cum eo cui relinquit loqui poteſt, *d. l. 69. v. Paul. 4 ſent. 1. § 5.* ... 13 *ʒ. eo. l. 46. § 4. ʒ. de fideicomm. libert.*

n id eſt, voluerit. vide Cuiac. ...

† nihil pręſtat. Hotom. ita legit 1. *obſ. 8. in fin.* & particulam *nihil* ſeq... aduocat.

o aliud in ſtipulationib. vt *l. 46. § 2. ʒ. de ver. obl.*

p Dies incertus, eſt conditio *l. 75. ʒ. de cond. & demonſt. Accurſ.* † Imm... *l. 1. ʒ. de leg. 2.*

q *Volo*, Verbum inquam hoc, *Volo* liberam poteſtatem ... *hic: & l. 24. in fin. ʒ. de leg. 2. l. 46. ʒ. de fideic. libert. l. vtrùm 7. ʒ. de reb. d*...

r heres *l. 43. § 3. ʒ. de leg. 2.*

ſ heres ſcil.

t *l. 73. ʒ. de leg. 2.* legatum in arbitrium heredis quaſi viri boni collat...

u Arbitrium plenum & viri boni differunt.

x ſi demeruerit. *Hal. l. 46. § 3. ʒ. de fideic. l. 20. ʒ. de manum. teſt.*

y vide *l. 22. in fin. ʒ. de reg. iur.*

z Fideicommiſſum relinquit, qui ... vtitur, pro tua diligentia dilige prædia, quæ ad te peruenerint, & curam agas, vt poſſint ad filios tuos peruenire.

a *Poſſe*, verbum trahitur ad neceſſitatem: neque nudam potentiam de... ſed actum, planè.

b Peruenire verbum indicat fideicommiſſum.

c Verba conſilij inter liberos inferunt neceſſitatem.

d Quod intelligi poteſt, habetur pro expreſſo, *Bald.*

e A patre filio relinqui poteſt ad tempus quo ſui iuris erit, *vt hic.* put... teſt, *§. an ſeruo. Inſt. de leg.*

f *Habere* verbum trahitur ad fideicommiſſum, vide *l. Centurio 15. ʒ. de v*...

g *Pertinere* verbum fideicommiſſarium, *vt hic*, Imò directum. *l. licet. 19.*... Dic, hic commune eſſe.

pus fideicommiſſum relictum, quo *a* ſui iuris filius efficitur.

11 ¶ Si cui ita fuerit fideicommiſſum relictum. *Si b morte patris ſui iuris fuerit effectus*, & emancipatione *c* ſui iuris factus ſit, non *d* videri *e* defeciſſe conditionem, ſed & cùm *f* mors patri contingat, quaſi extante conditione, ad fideicommiſſum admittetur.

12 ¶ Si rem ſuam teſtator legauerit, eámque neceſsitate vrgente alienauerit *g*, fideicommiſſum peti poſſe, niſi probetur, adimere ei teſtatorem voluiſſe, probationem autem mutatæ voluntatis ab *h* heredibus exigendam.

13 ¶ Ergo & ſi nomen quis debitoris exegerit, quod per fideicommiſſum reliquit, non tamen hoc animo, quaſi vellet extinguere fideicommiſſum, poterit dici, deberi.

¶ Niſi fortè inter hæc intereſt *i*: hic enim extinguitur ipſa conſtantia *k* debiti, ibi res durat, tametſi alienata ſit. Cùm tamen quidam nomen debitoris exegiſſet, & pro *l* depoſito pecuniam habuiſſet, putaui fideicommiſsi petitionem ſupereſſe, maximè, quia non ipſe exegerat, ſed debitor vltrò pecuniam obtulerat, quam offerente ipſo non potuit (non) accipere.

¶ Paulatim igitur admittemus, etſi ex hac parte pecuniæ rem comparauerit, quam non hoc animo exegit, vt fideicommiſſarium priuaret fideicommiſſo, poſſe adhuc fideicommiſsi petitionem ſupereſſe.

14 ¶ Si quis illicitè ædificaſſet *m* (id *n* eſt, hoc quod dirui conſtitutiones iubent) an fideicommiſſum relinquere ex eo *o* quis *p* poſſet, videamus. & puto poſſe *q*. cum enim dirui neceſſe ſit, nulla dubitatio eſt, quin ſenatuſconſultum impedimento non ſit.

15 ¶ Si heres rogatus ſit certam ſummam vſuris certis fœnori dare *r*, vtile eſt fideicommiſſum. Sed Mæcianus putat, non aliàs cogendum credere quàm idoneè ei caueatur: ſed ego procliuior ſum, vt putem cautionem non exigendam.

16 ¶ Si ſeruo alieno *ſ* militia *t* relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur. & aut ſcit ſeruum eſſe, & dico æſtimationem deberi *u*: aut ignorauit, & denegari fideicommiſsi perſecutio debet: quia † ſi ſciſſet ſeruum, non reliquiſſet.

17 ¶ Ex his apparet, cùm per fideicommiſſum aliquid relinquitur, ipſum præſtandum, quod relictum eſt. cùm verò ipſum præſtari non poteſt, æſtimationem eſſe præſtandam.

18 ¶ Si quis *decem* alicui per fideicommiſſum reliquerit, & ſi *x* perdidiſſet id quod teſtamento relictum eſt, rurſus ei reliquerit: quærebatur, an ſequens fideicommiſſum valeat, vel an exigere heres debeat cautionem, ſalua fore decem ne cogatur ad præſtationem, & an ſi ſæpiùs perdidiſſet, ſæpiùs ei ſarciretur fideicommiſſum? Diuus Pius reſcripſit, neque cautionem exigendam, & non *y* amplius, quàm ſemel, poſtquàm perdidiſſet, præſtandum. non enim onerandus eſt heres, vt in infinitum, quotiens perdiderit, reſtituere ei tantundem debeat, ſed vt per fideicommiſſum poſterius duplicata eius legata videantur, nec ampliùs ad periculum heredis pertineant, ſi quid poſtea is conſumpſerit, ex ſoluto & poſteriore fideicommiſſo.

19 ¶ Item ſi quis certam quantitatem cui reliquerit, & addiderit, faciliùs hanc ſummam poſſe compenſari, cùm debitor ſit fideicommiſſarius ex cauſa hereditatis Gaij Seij, nec velit ille hereditatem adire Gaij Seij, ſed petat fideicommiſſum: Imperator noſter, contra voluntatem eum teſtantis petere fideicommiſſum, reſcripſit: cum * in fideicommiſſis præcipuè ſpectanda ſeruandaque ſit teſtatoris voluntas *z*.

20 ¶ Plerumque euenit, multorum intereſſe id *a* quod relinquitur: verùm teſtatorem vni *b* voluiſſe honorem habitum. & eſt hæc ſententia Marcelli veriſsima.

adde *l.8. in fin. ſup. eod.*
b *l.70. ȷ. de cond. & dem. l.15. ȷ. quando dies leg.*
c & ſic non morte, ſeu alio modo quàm morte.
d Imo videtur defeciſſe: nec enim ciuilis actus eandem vim habet, quam naturalis, hoc eſt, non videtur idem eſſe ſolui patria poteſtate per emancipationem & per mortem patris. arg. *l. vlt. C. de his qui veniam ætatis.* Dic, ciuilis, & naturalis actus hic eundem eſſe effectum: in lege contraria, diuerſum.
e Cur ita? nil enim refert quid ex æquipollentibus fiat.
f Imò ſtatim debebitur cùm ſui iuris factus fuerit, *l. mulier 41. inf. ad Trebell. l. ſi ita. 15. inf. quando dies legat. l.3. C. de inſt.* An dicemus etiam ante mortem patris admitti: licet videri poſsit res non eſſe ſine controuerſia: vt vult Accurſius? An ſtatim admitti vtili actione ex teſtamento: non ſtatim, ſed poſt mortem patris directa actione teſtamenti; cùm, viuo patre, nec dum plenè liberatus ſit, propter reuerentiam patri debitam, *l. 1. C. de ingratis liberis.* vt Iacobus Aretinus? An hunc locum propriè accipiendum eſſe: leges contrarias, ex hac noſtra lege definiendas & accipiendas eſſe, vt cenſet Petrus?
g *v. §. 12. Inſtit. de legatis. Paulus 4. ſent. 1 § 9. v. l. 3. C. de legatis.* Neceſſaria alienatio, non perimit legatum. *Bald.* voluntaria, perimit. vide Socinum *regula 218.*
h Imò à legatario. Nam legatarius probare debet, teſtatorem non mutaſſe voluntatem. *l. cum ſeruus 15. l. rem legatam 18. inf. de adimen legatis?* Hic neceſsitate: ibi voluntate teſtator alienauit. i Rem legare, & eam alienare: eſtne idem quod nomen legare, & id exigere? Non idem. Cùm teſtator rem corporalem à ſe legatam alienat, res ipſa durat: cùm nomen exigit, conſtantia ſeu ſubſtantia debiti extinguitur. Poſteriore caſu ſiue teſtator nomen exegerit ſponte vel neceſsitate, legatarius probare debet, ſibi non ademptum fuiſſe nomen ea exactione. Priore verò caſu, onus probandi non ſuſtinet, niſi cùm teſtator rem ipſam voluntate alienauit. k ſubſtantia. *Bart.* σύστασις *Anton. Aug. 2. Emend. 1.*
l Nomen qui legat, idque poſt à debitore exigit, legatariis id ademiſſe non intelligitur, ſi nomen id exactum in depoſito habuit. Hoc indicio legatarius probare poteſt, nomen ſibi non eſſe ademptum à teſtatore.
m putà ædificio iunxiſſet. n Ædificata illicitè, dirui lex iubet. o Ex ædificio neceſſariò diruendo, poſſunt legari marmora & columnæ *Bald.* Nec enim reputatur eſſe id quod neceſſariò deſtrui debet, *idem.* p *al.* quid. q Ædificata illicitè per fideicommiſſum relinquere poſſumus, *vt hic.* vt ſit hic caſus exceptionis loco ad *l. 41. §. 1. ſup. de legat. 1.* r Factum legari poteſt, *l. 109. in fin. ſup. de l. 1.* ſ *v. l. 40. ſup. de legat. 1.* t Militia quid ſit *v. Nou. 53 c. 5.* huius incapax eſt ſeruus. u tale enim legatum in quantitate potius, (cuius ſeruus non eſt incapax) quam in corpore conſiſtit. vide Cuiacium ad *l. 34. inf. de verb. oblig.* † Militiæ incapaces ſerui. Vnde notant: ruſticos feudum nobile ſibi ſtipulari non poſſe. x *l. 1. § 11. inſ. vt legat. ſeu fideicommiſſ.* y *d. §. 11. l. vlt §. 13. in fin. C. de iure delib.* z *l. 7. in fin. inſ. de ſupellectil.* a id eſt, plerumque euenit vt pluribus competat legati petitio, tametſi vni ex eis legatum ſit. b vt in eis legatis ſpectetur illud Caſsij, cui bono; & Platonis, πρὸς ἀγαθόν. *Cuiac. 14. obſ. 26.*

21 ¶ Sic euenit vt interdum, ſi pluribus teſtator honorem habere voluit, & de pluribus ſenſit, quamuis vnum *a* legatum ſit, tamen ad perſecutionem eius plures admittantur. Vt putà ſi decem fuerunt eiuſdem rei *b* ſtipulandi, & heres, vel fideicommiſſarius rogatus eſt, *vt eis c ſolueret.* hic enim, ſi omnium intereſt, & de omnibus ſenſit teſtator, fideicommiſſum relictum omnes petere potuerunt *d*. ſed vtrùm in partem agent, an in ſolidum, videamus? & credo, prout cuiuſque intereſt, conſequentur. vnus igitur, qui occupat, agendo totum conſequitur, ita vt caueat, *defenſu iri aduerſus cæteros fideicommiſſarios eum, qui ſoluit*, ſiue ſocij ſunt, ſiue *e* non.

22 ¶ * Interdum alterius nomen ſcribitur in teſtamento, alteri *f* verò fideicommiſsi petitio vel legati competit, vtputà ſi fidei heredis committatur, *vt ipſe publicum g pro h Titio præſtet.* fideicommiſſum hoc, vel legatum non *i* publicanus petit, licèt ei ſit adſcriptum. ſed ipſe petere poterit, pro quo legatum relictum eſt. Multum autem intereſſe arbitror, cui volet proſpectum, cuiuſque contemplatione teſtator fecerit. plerumque *k* autem intelligendum eſt, priuati cauſa hoc feciſſe, licet emolumentum publicano quæratur.

23 ¶ *Si in opere ciuitatis faciendo*, aliquid relictum ſit, vnumquemque *l* heredem in *m* ſolidum teneri, Diuus Marcus & Lucius Verus Proculæ reſcripſerunt. tempus tamen coheredi præſtituerunt, intra quod mittat ad opus faciendum, poſt quod ſolam Proculam voluerunt facere, imputaturam coheredi ſumptum pro parte eius *n*.

24 ¶ Ergo & in ſtatua, & in ſeruitute, cæteriſque, quæ diuiſionem *o* non recipiunt. idem Diuus Marcus reſcripſit.

25 ¶ Si quis *opus facere* iuſſus, paratus ſit pecuniam dare reipublicæ, vt ipſa faciat, cùm teſtator nec ipſum id fieri voluerit non *p* audietur *q*. & ita Diuus Marcus reſcripſit.

De artificio docendo.

12. *Valens* ‖ lib. 1. Fideicommiſſorum. ‖

S*Tichus liber eſto, & vt eum hæres artificium doceat, vnde ſe tueri poßit, peto.* Pegaſus inutile fideicommiſſum eſſe ait, quia genus *r* artificij adiectum non eſſet. ſed prætor, aut arbiter *ſ*, ex *t* voluntate *u* defuncti, & ætate, & conditione, & natura, ingenioque eius, cui relictum erit, ſtatuet *x*, quod potiſsimum artificium heres docere eum ſumptibus ſuis debeat.

De verbo, hoc amplius.

13. *Macianus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum ‖

SI ſic locutus erit teſtator, *Heres meus illi fundum dato: Seio hoc y amplius decem.* non erit dubitandum, quin Seius & fundi partem *z*, & decem ex teſtamento percipere debeat.

De conditione, ſi non nupſerit. 1. De conditione iuriſiurandi. 2. De re aliena redimenda.

14. *Gaius* ‖ lib. 1. Fideicommiſſorum. ‖

NOn dubium eſt, quin, ſi vxori legatum ſit, *ſi non a nupſerit*, idque alij reſtituere rogata ſit, cogenda *b* ſit, ſi nupſerit, reſtituere.

1 ¶ Heres quoque, cui iuriſiurandi *c* conditio remittitur, legatum & fideicommiſſum debet.

2 ¶ Sed ſi cui legatum relictum eſt, *vt alienam rem redimat, vel præſtet.* ſi redimere *d* non poſsit, quod dominus non vendat, vel *e* immodico *f* pretio vendat: iuſtam *g* æſtimationem inferat.

De his quæ in profundo eſſe dicuntur.

15. *Macianus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum. ‖

HÆ res teſtatoris legatæ, quæ in profundo eſſe *h* dicuntur, quandoque *i* apparuerint, præſtantur.

De alluuione, de inſula, de re futura.

16. *Pomponius* ‖ lib. 1. Fideicommiſſorum. ‖

SÆpe legatum plenius *k* reſtituitur fideicommiſſario, quàm eſſet relictum, veluti ſi alluuione ager auctus eſſet, vel etiam inſulæ natæ *l*.

De ſeruitute.

17. *Macianus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum. ‖

ETiam ea, quæ futura *m* ſunt legari poſſunt, vt inſula, vel in mare, vel in fluminibus enata.

a Quamuis vni legatum ſit. Cuiac. *ibid.*
b id eſt, promiſſoris. Cuiac. 14. *obſ. 26.*
c vt ei ſolueret. Cuiac. *ibid*
d *al.* poterunt.
e Accurſius tamen *in l. ex duobus. inf. de duobus reis* negare videtur, Reos debendi agendo occupare debitum quoties ſocij non ſunt: quod & Bartolus notat.
f *l. 4. ſup. eo. l. 108. §. 14. ſup. de l. 1.*
g id eſt, vectigal. quidam tamen hic legunt *publicano.*
h Pro Titio præſtare, eſt nomine Titij.
i Imò publicanus petit *l. ſeruo legato 69. §. ſi teſtator. 2. ſup. de l. 1.* Hic publicani non intererat, vtpote nudi executoris. ideóque ei non proſpicitur.
k Præſumitur quiſque ei cauiſſe, cuius intereſt maximè.
l *l. 25. §. 12. ſup. familiæ.* Cur in ſolidum quilibet heredum tenetur? ita ius eſt in indiuiduis. *vt §. 24. ȷ. eod.*
m Imò pro parte. *l. mortuo 49. §. vlt. ſup. tit. 1.* Ibi heredes iuſsi tantum dare ad opus: hic ipſum opus facere.
n vide *l. 80. in fin. inf. ad l. Falc.*
o *l. 72. ȷ. de verb. oblig.*
p Cur non audietur? quia electa eſt induſtria perſonæ. Facti debitor ex teſtamento, facere præcisè cogitur. adde *l. ſtip. 72. ȷ. de verb. oblig.*
q Facere opus aliquod iuſſus legatarius à teſtatore ipſe præcisè facere cogitur, nec liberatur ſumptus operis offerendo, *vt hic.* faciendi operis reus proprio ex contractu multo magis facere ipſemet cogendus erit. Corraſius 2. *miſcell. 3. n. 4*
r Eſt enim longa inter artifices differentia, *l. 31. inf. de ſolut.*
ſ vide quæ notaui ad *l. pen. inf. de confeßis.*
t Certum colligimus ex coniecturis voluntatis defuncti, ætatis, conditionis, naturæ, ingenij, adde *l. 6. §. 5. inf. de Carboniano.* u *l. 7. C. de fideicommiſſ.*
x Imò non ſtatuet: quia incertum.
y Videtur teſtatoris hæc fuiſſe ſententia: Titio & Seio fundum heres dato: Seio verò hoc amplius, decem.
z Imò ſola decem Seius feret. *l. 108. §. 7. ſup. de legat 1.*
a *l. 63. in fin. inf de cond. & dem.*
b Imò, non eſt cogenda. vide *l. 22. inf. de cond. & dem.* vide Robert. 1. *animaduerſ. 3.* & Anton. Mercat. 1. *notar. 3.* An ius nouum hic proponitur? An hæc verba *quaſi cogenda* idem ſignificant, quod *non cogenda*? An potius hic fideicommiſſum ſimpliciter relictum eſt citra pœnam, ſi non nupſerit: vt probat Bartolus?
c *l. 8. §. 6. ſupr. de cond. inſtit.*
d *l. 30. in fin. inf. eod.*
e Paria ſunt nolle vendere, & iniuſto pretio. f *l. 31. §. 4. inf. de fideic liber.*
g Vendere iuſſus, ſi immodicum pretium exigat, modum in pretio ſeruare cogitur à iudice, *vt hic. l. alieno 31. §. ſi is cuius 4. inf. de fideic. libert.*
h *l. 24. ſup. de l. 1. 2. Harm. 6. §. 1.*
i Quandocunque.
k *l. 3. inf de inſtructo.* l Inſulæ quædam interdum naſcuntur: de quibus vide Plin. 2. c. 85. 86. & 87. quæ continenti adiunctæ fuerint, *v. ibid. c. 88.*
m *d. l. 24. ſup. de l. 1.*

1 ¶ Seruitus *a* quoque ſeruo prædium habenti rectè legatur.

De poſteriore teſtamento non iure facto.

18. *Pomponius* || lib. 1. Fideicommiſſorum. ||

SI iure teſtamento facto fideicommiſſum tibi reliquero *b*, deinde *c* poſtea aliud fecero non iure, in quo fideicommiſſum relictum tibi, vel aliud quàm quod priore teſtamento, vel omnino non ſit relictum, videndum eſt, mens mea hæc fuerit facientis poſtea teſtamentum, vt nolim ratum tibi ſit priore teſtamento relictum. quia nuda *d* voluntate fideicommiſſa infirmarentur? Sed vix *e* id obtinere poteſt. fortaſsis ideo, quòd ita demum à priore teſtamento velim recedi, ſi poſterius valiturum ſit. & nunc ex poſteriore teſtamento fideicommiſſum ei non debetur, etiam ſi iidem heredes vtroque teſtamento inſtituti, ex priori exſtiterunt.

De relicto vt quid fiat.

19. *Valens* || lib. 5. Fideicommiſſorum. ||

SI tibi legatum eſt, vel fideicommiſſum relictum, *vti quid facias*, etiam ſi non intereſt heredis id fieri, negandam tibi actionem, ſi *f* non *g* caueas heredi futurum, quod defunctus voluit, Nerua & Atilicinus rectè putauerunt.

De eadem re duobus relicta in ſolidum.

20. *Vlpianus* || lib. 6. Fideicommiſſorum. ||

SI res mihi per fideicommiſſum relicta, eadem tibi legata, vel per fideicommiſſum relicta ſit, non communicandi animo, ſed vtrique in ſolidum: ambigendum non eſt, ſi alteri ſit ſoluta: alterum, nullum quidem ius in ipſam rem habere, ſed *h* actionem de pretio integram eum habere.

De nutu, de cauſa lucratiua. 2. De columnis vel tignis relictis.

21. *Paulus* || lib. 4. Sententiarum. ||

NVtu *i* etiam relinquitur *k* fideicommiſſum, dummodò is nutu relinquat *l*, qui & loqui poteſt *m*, niſi ſuperueniens morbus ei impedimento ſit *n*.

1 ¶ Fideicommiſſum relictum, & apud eum, cui relictum eſt, ex cauſa lucratiua *o* inuentum, extingui placuit: niſi *p* defunctus æſtimationem quoque eius præſtari voluit.

2 ¶ Columnis ædium vel tignis per fideicommiſſum relictis, ea tantummodo ampliſsimus ordo præſtari voluit, nulla æſtimationis facta mentione quæ ſine domus iniuria *q* auferri poſſunt.

De priore & poſteriore voluntate. 1. De condemnatione militis. 2. De morte ſerui relicti.

22. *Hermogenianus* || lib. 4. Iuris Epitomarum. ||

SI quis in principio teſtamenti adſcripſerit, *cui bis legauero, ſemel r deberi volo*, poſtea eodem teſtamento, vel codicillis, ſciens, ſæpè eidem legauerit, ſuprema voluntas potior *ſ* habetur. nemo enim eam ſibi poteſt legem dicere, vt à priore ei recedere non *t* liceat. Sed hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter *u* dixerit, *prioris voluntatis ſibi x pœnituiſſe, & voluiſſe y, vt legatarius plura legata accipiat.*

1 ¶ Miles *z*, in eum ex militari delicto capitali dicta ſententia, permittente *a* eo in ipſa ſententia, qui damnauit, ſicut teſtamenti faciendi, ita fideicommiſſi relinquendi poteſtatem conſequitur.

2 ¶ Mortis damnum per fideicommiſſum ſerui relicti, antequàm mora fiat, fideicommiſſarius ſolus *b* patitur: licet alienus relinquatur.

Si relictum ſit Imperatori ex teſtamento imperfecto.

23. *Paulus* lib. 5. Sententiarum.

EX *c* imperfecto teſtamento legata vel fideicommiſſa Imperatorem vindicare, inuerecundum *d* eſt *e*: decet enim tantæ maieſtati, eas ſeruare leges *f* quibus ipſe ſolutus eſſe videtur.

De repetitione indebiti.

24. *Neratius* || lib. 2. Reſponſorum. ||

CReditori ita poteſt legari, ne indebitum ab eo *a* repeteretur.

De alternatione. 1. De quæſtione voluntatis.

25 *Paulus* || lib. 1. ad Neratium. ||

I*Lle aut b ille heres Seio centum dato*, poteſt Seius, ab vtro *c* velit, petere.

1 ¶ Cum in verbis nulla ambiguitas eſt, non *d* debet admitti voluntatis quæſtio.

De fructibus & omni damno & mora.

26. *Idem* || libro 2. ad Neratium. ||

IS qui fideicommiſſum debet, poſt moram *e* non tantùm fructus, ſed etiam omne damnum, quo adfectus eſt fideicommiſſarius, præſtare cogitur.

Si legatur filiæ heredis in teſtamento & relinquatur patri in Codicillis. 1. De rogato in codicillis vt certa re contentus ſit pro omni hereditate, & his quæ in teſtamento relicta fuerant. 2. De fideicommiſſo quod teſtator à debitore ſolui voluit.

27. *Idem* || lib. 2. Decretorum. ||

PAula Callinico ex parte herede inſtituto, filiæ eiuſdem Iubentianæ, cùm in familia nupſiſſet, decem teſtamento legauit. deinde *f* poſt tempus codicillis factis, centum eidem Callinico reliquerat, non adiecto *hæc amplius*. pronuntiauit, vtramque ſummam deberi, maximè cùm in codicillis filiæ Callinici nihil legatum fuiſſet.

1 ¶ Pompeius Hermippus filium Hermippum ex dodrante, filiam Titianam ex quadrante heredes inſtituerat, & prædia certa ſingulis prælegauerat. præterea, ſi ſine liberis Hermippus moreretur, aliam poſſeſſionem filiæ dari iuſſerat: poſt teſtamentum factis codicillis, filiæ certa prædia dederat, eamque his contentam *g* eſſe voluit pro omni hereditate, & his quæ in teſtamento reliquerat. Hermippi bona ad fiſcum peruenerant. Titiana ſoror fideicommiſſum petebat. quærebatur vtrum pro hereditate tantum, an & pro his, quæ poſt mortem frater rogatus erat reſtituere, pater eam voluiſſet accipere ea, quæ codicillis *h* reliquerat, mihi ab omni voluntate receſſum videbatur, placuit humanius interpretari, ea ſola *i*, quæ viuente *k* fratre acceptura erat, adempta videri, non etiam quæ poſt mortem eius reliquerat, ſi *l* ſine liberis decederet, & ita pronunciauit.

2 ¶ Iulianus Seuerus decedens, inſtitutis quibuſdam heredibus, alumno ſuo quinquaginta legauerat. eaque Iulio *m* Mauro colono ſuo, ex penſionibus fundi debitis *n* ab eo, præſtari voluerat: eidémque Mauro quædam legauerat, cum de hereditate fiſcus quæſtionem mouiſſet, iuſſu *o* procuratoris *p* Maurus pecuniam fiſco ſoluerat, poſtea heres ſcriptus obtinuerat fiſcum *q*, alumno autem mortuo, heres eius fideicommiſſum ab herede Mauri petebat. placuit Imperatori, non *r* videri eius *ſ* fideicommiſſum, ſed demonſtratum *t*, vnde accipere poſſet, & ideo heres Seueri *u* hæc præſtare debet.

De capacitate.

28. *Paulus* || libro ſingulari ad Senatuſconſultum Tertulianum. ||

SI fidei meæ committatur, vt quod mihi relictum fuerit ſupra *x* quod capere poſſum *y*, alij *z* reſtituam: poſſe *a* me id capere conſtat.

De legato, veſtem quæ eius cauſa empta, parata eſſet. 1. Si legetur tanta pars quantam habet vnus heres. 2. De verbo peruenisse. 3. De euictione. 4. De conditione, ſi in poteſtate mea erunt.

29. *Labeo* lib. 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

QVi concubinam habebat, ei veſtem prioris concubinæ vtendam dederat, deinde ita legauit, *veſtem, quæ eius cauſa empta* b, *parata eſſet*. Caſcellius, Trebatius negant, ei deberi prioris concubinæ cauſa parata: quia alia *c* conditio eſſet in vxore. Labeo id non probat: quia in eiuſmodi legato non ius *d* vxoreum ſequendum, ſed verborum interpretatio *e* eſſet facienda, idémque vel in filia,

a *l. 41. ſupr. de legat. 1. & l. 15. inf. de ſeruitute legata.*
b *al.* reliquero.
c Legatum relictum in teſtamento ſolemni, per voluntatem minus ſolemnem ſequentem non intelligitur reuocatum.
d Nuda voluntate fideicommiſſum adimitur.
e Imò obtinebit, & relicta in primo teſtamento non debentur, licèt ſequēs voluntas ſit inualida, *l. 5. in fin. l. licèt transferatur 20. l. 4. J. de adimendis. l. fideicomm. 27. C. de fideic. l. planè 33. ſupr. de legat. 1.* An leges contrariæ locum habent quoties expreſſe legatum reuocatum eſt ſecundo teſtamento vtili? Tùm enim præſumitur teſtator legatum prioris teſtamenti reuocaſſe. An verò in *d. l. 3. & d. l. 4.* præſumitur legatum ex aliis indiciis (putà inimicitiis) ademptum: non ex ſola teſtamenti ſecundi factione?
f Imò legatarius non cauet. *l. liberto. 21. §. Largius 4. inf. tit. prox.* cauet legatarius: at non nudus executor.
g Legatarius de modo implendo cauere debet. *l. 40. in fin. inf. de cond. & dem. Nou. 1. c. 9.*
h Ad pretium competit actio vbi res haberi non poteſt.
i *l. 22. C. de fideic. Vlp. 23. § 3. Ecleg. 4. Ecleg. 3.* Sine ſcriptura. adde *l. 5. infr. de re iudicat.* Quid: nutu quomodo quis relinquere poteſt? vel humeris, vel capite adnuendo, *l. ſeruo inuito. 65. §. ſi pupillo. 3. infr. ad Treb.* quod & notarius in teſtamentum referre cogitur.
k Imò non relinquitur, *l. diſcretis. 10. C. qui teſta.* non relinquitur, ſeu relinqui non poteſt ab omnino muto: ſed ab eo qui mutus ſit ex accidenti.
l i. à quo rogatus erit & ita nutu relinqui poteſt, ſi ab altero verba idonea pronunciata ſint, & ad ea teſtator nutu reſponderit. m igitur mutus teſtamentum non faciet *l. 10. C. qui teſtam. Vlp. 20. §. 7. §. 13.* vtique, niſi morbus ei impedimento ſit *infr. eod.* n hæc verba, *niſi ſuperueniens* & ſequentia ex *d. l. 10.* ſumpta eſſe ait Cuiac. ad *l. 6. ſup. qui teſtam.* o 44. *Synopſ. 4. c. 21.* putà ſucceſsione, legato. *l. 12. l. 81. §. 7. l. 108. §. 4. ſup. de leg. 1. §. 6. Inſt. de legat.*
p *l. 34. §. 3. ſup. de legat. 1.* q & ita reſtringe *l. 43 ſupr. de leg. 1.* nec enim rectè legantur domus deſtruendæ 34. *Eclog. 1. c. 102.* Vectigalium aut pignoris cauſa ædes tecto vel tegulis nudari non poſſe hinc colligit Bart. arg. *l. cætera ſup. de leg. 1.*
r His verbis teſtator, libertatem teſtandi ſibi præripere videtur.
ſ Ita: bis idem debebitur. t *l. 7. §. 8. ſup. de donat. inter vi.*
u Hæc verba Triboniani eſſe videntur, non Hermogeniani Iuriſconſulti. Nam exigit ante ſcientiam, poſt ſpecialem derogationem. vide Cuiac. 14. *obſ. 7.* vbi de clauſula derogatoria tractat. adde Iulium Clarum 3. *ſent. §. teſtam q. 99. & l. 6. §. 2. §. de iur. codic.* vide Papon. 10. *arreſtor.* 1. §. 4. x *al.* ſc. y Bartolus tamen negat teſtatorem tollere poſſe vim legis *Mæuius 66. §. duorum ſupra de leg. 2.* qua cauetur, duas cauſas lucratiuas circa rem eandem, in eundem, concurrere non poſſe.
z *l. 32. § 8. ſup. de donat. inter vir. l. 11. ſup. de teſt. milit.*
a Dixi ad *l. 14. C. de teſt. milit.* b *l. 114. in fin. ſup de legat. 1.*
c 5. *Harm. 8. §. 104. & 105. l. 3. C. de teſt* & quod ibid. notaui.
d Audiant hoc Principum adulatores: non tantum inuerecundum eſt ſubditis & Principi id ſentire, ſed etiam non licet, *l. 4. C. de legib.*
e vide quæ notaui de iure Principis ad *Nou. 85. in princ. & Nou. 105. c. 2. in fin.*
f paſsim: & exempli cauſa, in teſtamentis, *l. 7. C. qui teſt. l. vlt. ſup. qui teſt. l. 81. ſup. de hered. inſt. l. 3. C. de teſt.*
g rectè ait, *videtur.* nec enim verè ſolutus eſt legibus, quin legibus alligatus eſt. *l. 4. C. de legib.*

a Iam acceptum ... ad quod repete... dum aliàs here... competebat cond... ctio.
b vide *l. 9. J. de d... bus reis.*
c *l. 8. §. 1. ſup... legat. 1.*
d *l. 7. in fin. J. de ... pellectili.*
e *l. 23. ſup. de le... l. 8. l. 39. ſup... vſuris. l. 118. ... Trebell.*
f Legatum filiæ ... teſtamento fact... non reuocatur ... legatum factum ... tri in codici... *Bart.*
g Si teſtator ... aliquem conte... eſſe pro his qu... teſtamento reli... rit, intelligi... relictis purè, ... his quæ ſub c... tione, ſenſiſſe, ...
h Legatum fili... ctum non reuo... per legatum f... patri in codic...
i i. ea tantu... purè legata ...
k Imò & fid... miſſum futur... betur. *l. qui ... 122. § duo f... infr. de verb...* An hic æquit... ius ſtrictum ... tius hic lo... pater inter li... ibi frater int... tres? An pot... malè iudica... fuit? hanc ... tiam vt vera... Bartolus?
l i. non ea ... conditione ... Verba exclu... telliguntur ... rebus ita ... quod facit ... pretationem ... *quamuis de ... in 6.* v. Ange... *quoties 9. §. ... 13. ſupra de ... bus inſtit.*
m à Iulio ... *Hal.*
n à debitore ... gatum præſt... luerat.
o Hoc facit ... ſtionem, ... nitas poſſit ... debitores ... ſoluere, & ... uant, vtrum ... rentur *Bart.*
p fiſci.
q ita legitur ... quitur Iuriſc... *l. 15. §. qui potiores*, obtinuerat aduerſus fiſcum. *Hal.* r Imò quoties debit... monſtratur vnde ſoluatur, videtur grauatus debitor, non heres. *l pen. §. ... ſupr. de l. 2. l. ſi ſeruus 108. §. pen l. ſi pecunia 77. ſup. de l. 1.* An hic debitor da... tus eſt à iudice ſoluere? An hic relictum non agnouit? An debitor hic adhi... fuit ad executionem ſolum fideicommiſsi? Hoc verius videtur. *Bart.*
ſ i. Mauri. t Si debitum demonſtretur vnde ſoluatur, non videtur grauatus debi... ſed heres. *Bart.* Imò, ipſe debitor grauatus videtur *l. 88. §. 8. §. de l. 2.*
u teſtatoris. x Legatum incapaci relictum an valeat, v. in *l. cogi 16. §. Hi ...* *inſ. ad Treb.* y i. mihi incapaci. z v. quæ ſcripſi ad *l. 42. §. de l. 2.*
a *l. 16. §. 15. J. ad Treb.* b Duobus adiectiuis prolatis reſpectu vnius ſubſtan... non requiritur vtriuſque concurſus. Nam licèt hic teſtator dicat empta, par... ſufficit parata eſſe. Licèt teſtator dicat empta parata. Sufficit parata eſſe, licèt ... empta. c Differt enim vxor dignitate à concubina *l. 49. § 4. J. eod.*
d ius vxoreum, vel vxorium, eſt ius receptum in vxore.
e Quæ interpretatio? vt veſtis prioris concubinæ, legata intelligatur ſecundæ ... toris concubinæ, licèt ei legauerit, veſtem eius cauſa emptam, paratam. Atqui ... hac ſpecie, veſtis qua de agitur, ſecundæ concubinæ cauſa non fuit empta, ſed ... ris? licèt coniunctim empta parata ſecundæ concubinæ legauerit teſtator, ſuffic... tamen alterutrum verum eſſe, ſufficit paratam fuiſſe eius cauſa licèt non empt... *vt hic.* Atqui in coniuncta oratione requiritur vtraſque partes veras eſſe. *l. 5 ... plures. 5. §. de cond. Inſt. l. ſi ita ſtip. fuero Decem 109. J. de verb. obl.* An hæc ora... neque coniuncta, atque diſiuncta, ſed ſoluta? An potius in coniuncta oratione ſuffi... cit alteram partem veram eſſe, quoties duo adiectiua referuntur ad ſubſtantiu... generis: non ad certum aliquod & finitum?

vel in qualibet alia perſona iuris eſſet. Labeonis ſententia vera eſt.

1 ¶ Cùm ita legatum eſſet, *vt Titia vxor mea tantundem partem habeat* a, *quantulam* b *vnus heres*, ſi non æquales partes eſſent heredum: Quintus Mucius, & Gallus putabant, maximam partem legatam eſſe, quia in maiore c minor quoque ineſſet. Seruius, Ofilius, minimam d: quia cùm heres || dare || damnatus eſſet in poteſtate eius eſſet, quam partem daret. Labeo hoc probat: idque verum eſt.

2 ¶ Cùm ita legatum eſſet, *quanta e pecunia ex hereditate Titij ad me peruenit, tantam pecuniam heres meus Seiæ dato*, id legatum putat Labeo, quod acceptum in tabulis f ſuis ex ea hereditate teſtator retuliſſet. cæterùm negat cauendum heredi à legatario, ſi quid fortè poſtea eius hereditatis nomine heres damnatus eſſet. Ego contrà puto g: quia * non poteſt videri perueniſſe h ad heredem, quod eius hereditatis nomine præſtaturus eſſet. Idem Alfenus Varus Seruio placuiſſe ſcribit. quod & verum eſt.

3 ¶ Si heres tibi, ſeruo generaliter legato, Stichum tradiderit, iſque à te euictus i fuiſſet, poſſe k te ex teſtamento agere, Labeo ſcribit. quia * non l videtur heres dediſſe, quod ita dederat, vt habere non poſſis: & hoc verum puto. ſed hoc amplius ait debere te, prius m quam iudicium accipiatur, denunciare heredi. nam ſi aliter feceris, agenti ex teſtamento opponetur tibi doli mali exceptio.

4 ¶ *Si Stichus & Dama ſerui mei in poteſtate mea erunt cùm moriar, tum Stichus & Dama liberi ſunto, & fundum illum ſibi habento.* ſi alterum ex his poſt teſtamentum factum dominus alienaſſet, vel manumiſiſſet, neutrum liberum futurum Labeo putat, || ſed Tubero eum, qui remanſiſſet in poteſtate, liberum futurum, & legatum habiturum putat. Tuberonis ſententiam voluntati defuncti magis puto conuenire.

De duobus paribus. 1. De fructibus prædij conducti. 2. De pecunia & libertate ſeruo proprio legatis. 3. De re vendenda certo precio. 4. De fundo communi. 5. De legato vxori, dum cum filio Capuæ erit. 6. De ædibus alienis.

30. *Idem* libro 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

QVi quatuor pocula oleaginea habebat, ita legauit: *Pocula oleaginea paria* n *duo*. reſpondi, vnum par legatum eſſe, quia non ita eſſet, *bina par* a: neque ita *poculorum paria duo*. idem & Trebatius.

1 ¶ Qui hortos publicos à republica conductos habebat, *eorum hortorum fructus* o *vſque ad luſtrum* p, *quo conducti eſſent, Aufidio legauerat, & heredem eam conductionem eorum hortorum ei dare damnauerat, ſinerèque vti eum & frui.* Reſpondi, heredem teneri, ſinere frui. hoc ampliùs heredem q mercedem r quoque hortorum reipublicæ præſtaturum.

2 ¶ Cùm teſtamento ſcriptum eſſet, *Sticho ſeruo meo heres quinque dato: & ſi Stichus heredi meo biennium ſeruierit, liber eſto.* poſt biennium legatum deberi exiſtimo: quia in id ſ tempus & libertas, & t legatum referri deberet: quod & Trebatius reſpondit u.

3 ¶ *Si fundum mihi vendere* x *certo pretio damnatus es*, nullum fructum eius rei ea venditione excipere, tibi liberum erit: quia id pretium ad totam y cauſam fundi pertinet.

4 ¶ Qui fundum, mandatu meo in ſocietate, mihi z & ſibi emerat, deinde eum finibus a diuiſerat, & prius quàm mihi traderet, ita eum tibi legauerat, *fundum meum* b *illi do*, negaui, amplius c partem d deberi e: quia veriſimile non eſſet, ita teſtatum eſſe patremfamiliàs, vt mandati heres eius damnaretur.

5 ¶ *Vxori meæ, dum cum* f *filio meo Capuæ erit* g, *heres meus ducenta dato*: filius h à matre migrauit. ſi ambo Capuæ habitaſſent, legatum matri debitū iri i putaui, quamuis vnà k nō habitaſſent. ſin autē in aliud municipium tranſiſſent, vnius anni tantummodo debitu iri, quo vnà habitaſſent, quantolibet tempore. Trebatius ait: Videamus, an his verbis, *dum cum filio Capuæ erit*, non conditio ſignificetur. Sed ea ſcriptura pro ſuperuacuo debet haberi? quod non a probo. Sin autem per mulierem mora non eſt, quo minus cum filio habitet, legata ei deberi.

6 ¶ Si ædes alienas vt dares, damnatus ſis, neque b eas vlla c conditione emere poſſis, æſtimare iudicem oportere. Atteius ſcribit, quanti ædes ſint, vt pretio ſoluto heres liberetur.

¶ Idémque iuris eſt, etſi cum potuiſſes emere, non emeres.

De ædibus.

31. *Idem* libro primo Pithanorum à Paulo Epitomatorum.

SI cui ædes legatæ ſunt, is omne habebit id ædificium, quod ſolum d earum ædium erit. *Paulus*: Hoc tunc demum falſum eſt, cum e dominus f || ædium || binarum aliquod conclaue, quod ſupra concamerationem g alterarum ædium eſſet in vſum alterarum conuertit, atque ita his vſus fuerit. namque eo modo alteris ædibus id accedet, alteris decedet.

De ſubſtitutione.

32. *Scæuola* " lib. 14. Digeſtorum. "

SExtiam filiam ex quadrante, ex reliquis Seium & Marcium ſororis filios ſcripſit heredes. Sextiam ſubſtituit Marcio, & Marcium Sextiæ, dedit autem per præceptionem h Marcio certas ſpecies. Marcius partē hereditatis, ex qua ſcriptus erat, omiſit: & eo inteſtato defuncto, bona eius ad fratrem legitimum Seium deuoluta ſunt: quæſitum eſt, an Sextia ex ſubſtitutione etiam hæc, quæ prælegata i Marcio erant, iure ſubſtitutionis à legitimo herede defuncti ſibi vindicare poſſit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, Sextiam in legatis, quæ Marcio data ſunt, ſubſtitutam non eſſe.

De legato domus, eam partem in qua morari conſueuimus. 1. De verbo temporis præteriti. 2. De viro qui vxori, cuius pignus lucrat, legauit quidquid conceſſit.

33. *Idem* || libro 15. Digeſtorum. ||

VXori ſuæ inter cætera ita legauit: *Et domus eam partem, in qua morari conſueuimus.* quæſitum eſt, cùm tam teſtamenti faciēdi tempore, quàm mortis, totam k domum in vſu habuerit, nec quicquam ex ea locatum: an ea tantummodò videtur legaſſe cubicula, in quibus dormire l conſueuerat? Reſpondit, eam omnem m partem, in qua morari cùm familia ſua conſueuiſſet.

1 ¶ Vxori ſuæ inter cætera ita legauit, *vxori meæ quicquid viuus* n *dedi, donaui, vſibúſve eius comparaui, concedi volo.* quæro, an quod poſt teſtamentum factum ei donatum eſt, id quoque conceſſum videatur? Reſpondit, verba quæ proponerentur, nihil o pro p futuro || tempore || ſignificare.

2 ¶ Cùm Seius pro vxore centum aureos creditori ſoluerit, & ornamentum pignori poſitum fuerit, poſtea q autem teſtamento facto vxori ſuæ legauerit, *quicquid ad eum* r *in re ſtipulatum eius conceſſit, & hoc amplius vicenos aureos annuos.* quæſitum eſt, an hos centum aureos heredes viri ab vxore, vel ab heredibus eius repetant? Reſpondit, ſi donationis cauſa creditori ſoluiſſet, teneri heredes ex cauſa fideicommiſſi. ſi repetant, atque etiam petentes, exceptione ſummoueri. quod præſumptum ſ eſſe debet t, niſi contrarium ab herede approbetur u.

De nomine legato. 1. De optione nominis. 2. De ære alieno ſoluendo ab heredibus. 3. De oneribus ab vno ex heredibus ſoluendis.

34. *Idem* || libro 16. Digeſtorum. ||

a *Habeat*, particula adiecta portioni hereditatis, trahitur ad fideicommiſſum, non ad inſtitutionem. Quin id verbi refertur ad heredē: perinde ac ſi dictum fuiſſet, ab heredis manu accipiat. Vnde notant, verba executiua legati, referri ad heredem, non ad legatarium.

b *l. 43. ſup. de legat. 2.*

c Maiori parti minor ineſt.

d Minora in dubiis adſumimus, *v. l. 12. inf. de verb. oblig.*

e adde *l. 97. inf. de verb ſignif.*

f Atqui actori reus non edit, *l. qui accuſare. 4. l. vlt. Cod. de edendo.* non edit ad intentionem ſeu probationes nunc primum inſtituendas, ſed ad inſtitutas iam adiuuandas adde *l. prædiis 91. §. Titio. 3. inf. eo. l. pen. in fin. inf. ad legem Falcid.*

g Cauendum ſcil. *l. 36. inf. ad Treb.*

h *Peruenit ſeu peruenerit*, intelligitur cum effectu *l. 39. §. 6. ſup. de leg. 1.*

i *l. 71. §. 1. ſup. de leg. 1.*

k Imò non potes: nec enim legatario præſtat euictionem hæres, *l. ſi à ſubſtituto 45. §. 1. ſup. de legat. 1.* legatario ſpeciei non præſtat euictionem hæres, ſed generis tantùm.

l Traditum non intelligitur, quod iurè poteſt auocari, *l. 3. ſup. de actionib. empt. l. 35. §. 1. ſup. de leg. 1.*

m Euictionem denuntiare ante litem conteſtatam debet, qui titulum lucratiuum habet: nam qui oneroſum habet, quandocunque ante ſententiam denunciare poteſt. adde *l. ſi rem 29. in fin. ſup. de euictionib.*

n Paria duo & bina paria legare, differunt.

a Imò probandum videtur. Nam certo loco addici, ſeruitutis ſpecies eſt: quæ nulli libero homini, ſed libertis tantum iniici poteſt. *l. Titio. 71. § Titio. 2. inf. de cond. & demonſtr.* Sanè addici certo loco ſimpliciter, ſpecies eſt ſeruitutis: Secus ſi quid cui legetur, ſub ea conditione, ſi certo loco moretur.

b Æſtimationem ædium legatarum præſtare cogitur heres, qui eas emere iuſſus eſt, non poteſt. Quid ſi heres potuit emere, nec emit? idem: *l. cum pater. 60. in fi. cum l. ſequent. infra ad leg. Falcid.* adde *l. ſi quis. 2. C. de in litem iurand.*

c *l. 14. in fin. ſup. eod. § 4. inſt. eo.*

d *al.* quod ſupra ſolum.

e Ædibus legatis quid cedat vel non cedat æſtimamus ex earum aditu. adde *legem quod conclaue 47. inf. de damno.*

f Ex cuius vſu voluntas eius inſpicitur, *l. 15. in fin. inſ. de vſu & vſufr.*

g *v. l. 1. C. de ædific. priuat.*

h *vt l. 34. §. 1. inf. eodem.*

i Prælegata non veniunt in ſubſtitutione vulgari: ſecus in fideicommiſſaria *Fal. l. 3. §. 4. inf. ad Trebell. v. l. 16. C. de fideiuſſ.*

k Partis appellatione totū interdū (puta ratione incertitudini) intelligitur *arg. l. 2. in fi. C. de her. inſt.* Eſt συνεκδοχὴ, quoties pars rei, temporis, & ſimiliū pro toto ſumitur, adde *l. 76. ſup. de rei vind.*

l Morari propriè ibi quis dicitur, vbi dormire quis cōſueuit.

m Quid, Domo legata in qua morari conſueuit teſtator, non tota domus debebitur quam in vſu habuit teſtamenti vel mortis tempore? An potius omnis ea pars in qua morari cum familia ſua conſueuit? An ea tantùm cubicula in quibus dormire conſueuerat? tot enim partes hac quæſtione proponuntur. Iuriſconſultus eam omnem partem deberi, in qua morari cum familia ſua conſueuit: quæ verba interpretes accipiunt de tota domo, quod falſum puto. Legauit enim teſtator his verbis, *eam partem in qua morari conſueuimus.* Conſueuimus dixit, non, *Conſueui*, vt intelligamus id legatum referendum eſſe ad eas partes, in quibus non ipſe ſolus, ſed tota familia dormiuit. Nec tamen continuò totas ædes deberi: quia partem ædium, non totas ædes legauit: niſi omni parte ædium eius familia habitare conſueuerit.

o nam iura legari poſſunt, *l. 41. ſ. de leg. 1.* p Conductiones in quinquennium fieri ſolebant, vide *l. 4. §. 1. ſ. de reb cred. l. 67. §. vlt. inf. de furt.* dixi ad Varronem *lib. 5.* & ad Feſtum. q Imò legatarium, *l. 7. §. 2. verſ. Hactenus. l. ſi pendentes. 27. §. ſi quid cloacarij 3. ſ. de vſufruct.*

r *l. 27. §. 3. ſ. de vſufruct. & quemadmodum* Horti conducti legati heres mercedem ſoluere tenetur, alioquin legatarius nullam penè vtilitatē ſentiet, *vt hic.* Eodem modo ſi ſeruus legatus in fuga eſt, hæres operam, ſumptúmque in eo conquirendo ac redimendo præſtare debet, *l. 108. ſ. de leg. 1.* vnde notant, Heredem teneri præſtare pretium amortizationis regi ac fiſco debitæ ex legato immobilium Eccleſiæ facto quod tamen Pekio diſplicet, *cap. 33. de amortizatione bonorum.*

ſ biennij ſcil. t Conditio appoſita libertati, videtur appoſita legato, vide tamen *l. quæſitum 91. §. 1. ſ. de leg. 1.* u interim tamen alendus eſt, ab herede, *l. 16. ſ. de annuis.* x *l. 49. in fin. ſ. de legat. 1.*

y Non ad ipſum tantum corpus fundi, ſed ad fructus omnes ei cohærentes.

z Ita mandatum conſiſtere poteſt. *l. 2. §. 4. ſ. mandati.*

a Finibus agri diuidebantur. b rectè ait, *meum*. quod enim commune eſt, noſtrum eſt quodammodo. c Legato fundo, pars fundi ea non debetur quam teſtator actione perſonali, alteri dare debuit.

d Amplius parte *l. 5. §. 1. §. 2. ſ. de leg. 1.* e & meritò, nec enim ſocius plus parte ſua alienare poteſt, *v. l. 68. ſ. pro ſocio.* f *l. 34. §. 4. ſ de leg. 2. l. 8. ſ. de cond. & dem.*

g i. eadem in vrbe. h Legatum vxori factum, *dum cum filio Capuæ erit*, ſemper debetur, ſi per filium ſtet: ſin caſu, his tantum annis debebitur, quibus morata fuerit: non pro futuris, aut deinceps.

i debitum iri. *Hal.*

k i. in eadem domo. Diuerſum autem eſt ſi ita legetur vxori, *dum cum filio erit* (hoc enim caſu ſimul cum filio & in eadem domo eſſe debet) & legetur *dum cum filio Capuæ erit*: Sufficit enim Capuæ eſſe, vt ne in eadem domo morari ei ſit neceſſe.

n Legans vxori *quidquid ei viuus donauit*, non intelligitur id ei legare, quod poſt id teſtamentum ei donauerit. Ita verbum præteriti temporis non extenditur ad futurum. o Imò aliquid, *l. Tabis ſcriptura 30. §. vlt. l. ſequent. ſup. de leg. 1.* Verbum præteriti temporis non extenditur ad futura quæ iure non ſunt conceſſa, putà ad donationes iure non permiſſas. p Verbum præteriti temporis licèt alias porrigatur ad futurum, non tamen porrigitur ad ea quæ à iure communi exorbitant. *Bart.* q Ex verbis prolatis in teſtamento poteſt id declarari quod ex mera voluntate teſtatoris dependet, licèt ad contractum pertineat. *Bart.* Dubia mens contractus inter viuos habiti verbis vltimæ voluntatis declarari poteſt, *l. 9. C. de iure delib.* r Ne dicas quidquid vxori conceſſit aut donauit? Sed quidquid ad vxoris creditorem (cuius paulò ante facta mentio eſt) in re eius ſtipulatum conceſſit, id eſt, quidquid ei ex eius ſtipulatione ad numeratum eſt: quidquid eo nomine ad eum peruenerit: adde Menochium *2. de arbitr. centur. 1. caſu 18. in 17. 18.*

ſ De hac præſumptione vide Menochium *dict. loco.* Alciatum *1. præſumpt. 32.*

t Imò non debet ex his verbis præſumptum, *l. ſi donatio S. C. de donat.* Præſumitur donatio, ſi is à quo res accipitur ſit diues, & quantitas accepta non ſit magna.

u *al.* probetur.

NOmen debitoris in hæc verba legauit: *Titio hoc amplius dari volo decem aureos quos mihi heredes Gaij Seij debent, aduerſus quos ei actionem mandari volo eique eorundem pignora tradi.* quæro. vtrum hæredes tantùm decem dare debeant, an ‖in‖ omne debitum hoc eſt in vſuras *a* debeant mandare? Reſpondi, videre vniuerſam eius nominis obligationem legatam.

¶ Item quæro, cùm ignorante matrefamiliàs, actores in prouincia adiectis ſorti vſuris, decem ſtipulati ſint, an ex cauſa fideicommiſsi ſuprascripti, etiam incrementum huius debiti ad Titium pertineat? Reſpondit, pertinere.

1 ¶ Filio ex parte herede ſcripto, pręceptionem *b* dedit inter cætera his verbis, *Titio filio meo nomina ex Kalendario c, quæ elegerit: filius meus ſibi viginti da e damnas d ſunto: ſine dolo malo:* eidem filio viuus omnium rerum ſuarum adminiſtrationem permiſit: qui poſt teſtamentum factum, ante mortem patris annos decem, quibus procurabat patri contrà veterem conſuetudinem patris, qua Kalendarium exercebatur, nouos debitores amplarum pecuniarum fecit, & in priores, quos pater exiguarum fortunarum habebat, maius creditum contulit, ad hoc, vt viginti nominibus propè *e* omnis ſubſtantia Kalendarij eſſet: quæſitum eſt, an huic filio eorum nominum, quæ ipſe fecit, præceptio permittenda eſſet? Reſpondi: ex his electionem *f* habere, quæ teſtamenti *g* tempore teſtator in Kalendario habuit.

2 ¶ Vni ex hæredibus per præceptionem reliquit ea, quæ ex patrimonio viri ſui Aretonis ei ſupererant, eiúſque fideicommiſsit. hæc eadem reſtituere pronepoti, cùm erit annorum ſedecim, in quibus hęc verba adiecit: *Item rogo vti reliquum æs alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus creditoribus ex reditibus eorum bonorum ſoluas, reddas, ſatiſque facias.* quæſitum eſt, ‖an,‖ ſi probauerit hæres, non ſufficere reditum bonorum ad totius debiti exſolutionem, nihilominus tamen ipſe debet adgnoſcere onus æris alieni? Reſpondit,* manifeſtè proponi, ex reditibus bonorum eorum iuſſum æs alienum exſoluere, non *h* de proprio.

3 ¶ Pater filio & filia hæredibus inſtitutis, cùm ſingulis certa prædia, & Kalendaria prælegaſſet, ita cauit: *A te autem fili, cariſsime* peto quæcunque legaui præſtari volo. Et ſi quid euenerit æris alieni ſi quod in tempus pro mutuo i acceperam, & debuero, à te ſolui volo, vt quod ſorori tuæ reliqui integrum ad eam pertineat.* quæſitum *k* eſt, an quod ex quacunque *l* cauſa debuit pater, à filio ſit præſtandum? Reſpondit poſſe filiam ex fideicommiſſo conſequi, vt leuaretur *m*, quo magis integrum, quòd teſtator dediſſet ad eam perueniſſet *n*.

De tribu comparanda. De mora heredis. 1. De falſa demonſtratione. 3. De vſu balinei.

35. *Idem* ‖ libro 17. Digeſtorum.‖

PAtronus liberto ſtatim *tribum* o *emi* petierat *p*, libertus diu moram ab herede patroni paſſus eſt, & decedens hæredem reliquit clariſſimum *q* virum. quæſitum eſt, an tribus æſtimatio heredi eius debeatur? Reſpondit deberi *r*.

¶ Idem quæſiit, an & commoda *ſ*, & principales liberalitates *t*, quas libertus ex eadem tribu vſque in diem mortis ſuæ conſecuturus fuiſſet, ſi ei ea tribus ſecundùm voluntatem patroni ſui tunc comparata eſſet; an verò vſuræ *u* æſtimationis hęredi eius debeantur? Reſpondi, quidquid ipſi conſecuturus eſſet, id ad heredem ſuum tranſmittere.

1 ¶ Sempronio ita legauit, *Sempronius ſumito prædia ea omnia quæ ſunt vſque x ad prædium, quod vocatur Gaas, finibus Galatiæ, ſub cura villici Primi, ita vt hæc omnia inſtructa ſunt.* quæſitum eſt, cùm in eodem confinio prædiorum vnum ſit prædium non Galatię, ſed Cappadociæ finibus, ſub cura tamen eiuſdem villici, an etiam id *y* prædium cùm cæteris ad Sempronium pertineat? Reſpondit, & hoc deberi *z*.

2 ¶ Libertis, quos nominauerat, ita legauit: *Fundũ Trebatianum qui eſt in regione Atellata: Idem fundũ Satrianũ qui eſt in regione Niphana, cum taberna dari volo.* quęſitum eſt, cum inter fundos, quos ſuprà legauit, ſit quidem fundus vocabulo Satrianus, in regione *a* tamen Niphana non ſit, an ex cauſa fideicommiſſi libertis debeatur? Reſpondit, ſi nullus eſſet Satrianus in regione Niphana, & de eo ſenſiſſe teſtatorem certum ſit, qui alibi eſſet, non ‖ idcirco‖ minus deberi, quia in regione deſignanda lapſus *b* eſſet.

3 ¶ Codicillis confirmatis ita cauit. *Tiburtibus municipibus meis, amantiſsimiſque. Scitis balineum Iulianum, iunctum domui meæ, ita vt publicè ſumptu heredum meorum & diligentia decem menſibus totius anni præbeatur gratis.* quęſitum eſt, an & ſumptus refectionibus neceſſarios heredes præſtare debeant? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, videri teſtatorem ſuper *e* calefactionis & præbitionis onus, de his *d* quoque ſenſiſſe, qui *e* ad quotidianam tutelam *f* pertineant, quibus balineæ aut inſtruuntur, aut denique inter ſolitas ceſſationum vices parari purgaríque, vt habiles ad lauandum fierent, ſint ſolitæ.

De inofficioſo teſtamento.

36. Apud *Scęuolam* lib. 18. Digeſtorum *Claudius* notat.

NEc fideicommiſſa ab inteſtato data debentur ab eo *g*, cuius de inofficioſo *h* teſtamento conſtitiſſet: quia crederetur quaſi furioſus teſtamentum facere non potuiſſe: ideóque nec aliud quid pertinens ad ſuprema eius iudicia valet.

Si is cui ſua res legata eſt oneretur fideicommiſſo. 1. De codicillis quibus præcipitur, vt ſi quid aliud prolatum eſſet, non valeat. 2. De hereditate codicillis in alium tranſlata. 3. De fideicommiſſo donatarij. 4. De eo cui mulier mandauit, vt dotem ſtipularetur. 5. De confeſsione debiti facta in teſtamento. 7. De fideicommiſſo omnibus quos manumiſi, manumiſeroue ſiue his tabulis, ſiue quibuſcunque aliis.

37. *Scæuola* ‖ libro 8. Digeſtorum.‖

CVm quis decedens Seiæ matri fundum, qui proprius matris erat, legauerat, ab ea petierat, vt eundem, cùm moreretur, Flauiæ Albinæ coniugi ſuæ reſtitueret: poſt mortem teſtatoris, mater apud magiſtratum profeſſa eſt, nihil ſe aduerſus voluntatem filij ſui facturam, paratámque ſe fundum Flauię Albinę tradere, ſi ſibi annua bina præſtarentur redituum nomine: ſed neque poſſeſſionem tradidit, neque annua bina accepit. quęſitum eſt, an iure fundum alij vendere poſſit? Reſpondit, ſi de legati iure, fideique commiſſi quæreretur, ſecundum ea, quæ proponerentur: nec *i* valuiſſe, quòd matri ſuum legabatur: neque onus fideicommiſſi proceſsiſſe, ſi modo nihil *k* præterea mater cepiſſet.

1 ¶ Qui teſtamento hæredem ſcripſerat, Mæuio ducenta legauit, & fidei eius commiſit, *Vt centum daret Glaucetychæ, Elpidi autem quinquaginta:* poſtea Mæuius volente teſtatore, literas emiſit ad eas, ſecundum voluntatem teſtatoris reſtituturum: poſtea teſtator fecit codicillos, quibus & hoc præcepit, *vt præter hos codicillos ſi quid aliud prolatum eſſet, non valeat* l: quæſitum eſt, an Mæuius, qui ducenta accepit quia mutauit voluntatem de ea epiſtola teſtator, à mulierib. conueniri ex cauſa fideicommiſsi poſsit? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponuntur fruſtra *m* Mæuium conueniri, ſiue ducenta, ſiue prædium pro his accepit.

2 ¶ Seiam & Mæuium libertos ſuos æquis partibus heredes ſcripſit. Męuio ſubſtituit Sempronium pupillum ſuum: deinde codicillos per fideicommiſſum cõfirmauit, quibus ita cauit. *Lucius Titius Seiæ heredi ſuæ, quam pro parte dimidia inſtitui, ſalutem. Meuium libertum meum, quem in teſtamento pro parte dimidia heredem inſtitui, eam partem hereditatis veto accipere. Cuius* n *in locum partémue eius, Publium Sempronium dominum meum heredem eſſe volo:* & Męuio, ad quem hereditatis portionem noluit peruenire, cum hoc elogio *o* fideicommiſſum reliquit: *Mæuio liberto meo de me nihil merito dari volo lagynos* p *vini vetuſti centum quinquaginta.* quęſitum eſt, cùm voluntas *q* teſtatoris hęc fuerit, vt omnimodo perueniat portio hereditatis ad Sempronium pupillum, an fideicommiſſum ex verbis ſupraſcriptis valere intelligatur, & à quo Sempronius petere poſſit, cùm ad certam perſonam codicillos ſcripſerit? Reſpondi, poſſe fideicommiſſum à Męuio peti.

3 ¶ Pater emancipato filio bona ſua vniuerſa exceptis duobus ſeruis, non mortis cauſa donauit, & ſtipulatus eſt à filio in hæc verba: *Quæ tibi mancipia, quæque prædia donationis* r *cauſa tradidi, ceßi; per te non fieri dolo ‖ vel ‖ malo neque per eum ad quem ea res pertinebit, quo minus ea mancipia, quæque ex his adgnata erunt, eáque prædia cum inſtrumento, cùm ego volam vel cùm morieris, quæque eorum exſtabunt, neque dolo malo aut fraude factóue tuo, eiúſque ad quem ea res pertinebit, in rerum natura, aut in poteſtate eſſe deſiſſent: Si viuam mihi, aut cui ego volam reddantur, reſtituantur. Stipulatus eſt Lucius Titius pater, ſpopondit Lucius Titius filius.* Idem pater decedens, epiſtolam fideicommiſſariam ad filium ſuum ſcripſit in hęc verba: *Lucio Titio filio ſuo ſalutem. Certus* ſ *de tua pietate fidei tuæ committo, vti des, præſtes illi & illi certam pecuniã: & Lucrionem ſeruũ meum liberũ eſſe volo.* Quæſitum eſt, cùm filius patris nec bonorũ poſſeſsionẽ acceperit, nec ei heres exſtiterit, an ex epiſtola, fideicommiſſa & libertaté præſtare

debeat

a Nominis legato debitum & vſuræ continentur. *Bart.*
b *vt l.32. ſup. eod.* appellat poſtea electionem.
c *v. l.64. in fin. ſ. eod.* Dubitatio ex hoc verbo generali oritur in hac lege: quæritur enim an teſtator viginti leget filio ex Kalendario pręſenti quod eſt teſtamenti tempore: an verò ex Kalendario quod poſt tempus teſtamenti valde auctum eſt.
d in plurali: non damnes, *v. l.122. §.1. ſup. de leg. 1.*
e Donatione omnium ptopè facultatum (vt & omnium) fraudem præſumi hinc colligit Bartolus.
f adde *l. vlt. inf. de optione l. vlt. inf. de auro.* antea dixit præceptionem.
g Imò eliget ex futuris, *l. vlt inf. de optione. l. Mela. 14. §. 1. ſ. de alimẽt.*
h *l. 114. §. 3. in fin. ſup. de leg. 1. l. 1. §. 17. in fi. ſ. ad Treb.* Imò legatarius hæreditatis tenetur ad onera. *l. ſtatuliberum 11. §. vlt. l. cùm filius 76. §. 1. ſup. de leg. 2.* Non tenetur quoties teſtator deſignauit onera: ſeu voluit heredes onera ſubire.
i pro mutua, vt *l. 15. §. 5. ſup. locati. Cæſar. 3. de bello ciuili.* quaſi mutuo datur quod prærogatur *P. Pithœus apud Cuiac. 3. obſ. 1.*
k Cur quæſitum? Mutui facta tantum fuit mentio. verùm quæcunque declarandi cauſa adiecta ſunt, ea minuere legatum non debent. *Mutui* verbum declarãdi, non reſtringendi cauſa adiectum eſt.
l Promutui ſcil. vel alia.
m *al.* vt tenetur illo, ſcil. ære alieno.
n *al.* perueniat.
o Tribus emendæ legatum obſerua. Libertini ciues Romani in tribus vrbanas referebantur, ſed non ſimul ac libertatem nacti erant, Sicut L. Cornelio non ſtatim tribus conceſſa fuit ac ciuitas, vt Cicero ſcribit, *nat. pro L. Corn.* Vnde hic liberto tribum emi mandat patronus.
p nec enim ſimul atque quis libertatem nactus erat, in tribus vrbanas referebatur, ſic L. Corn. tribus conceſſa non fuit ſtatim cum ipſa ciuitate, vt ait Cicer, *pro L. Corn.* Cuiac. *7. obſ. 14.* Quod de tribu emenda dixi, dic idem de teſſera frumentaria, *l. 49. §. 1. ſup. de leg. 2.*
q i. Senatorium, dixi ad *l. 5. ſ. de curatore furioſo.* r Imo non debetur tribus æſtimatio, ſed ipſa res ſeu ipſa tribus, *l. ſi domus 71. §. cum alieni 4. ſup. de leg. 1.* An æſtimatio hic præſtanda eſt, quod teſtator certæ perſonæ tribum præſtare voluit: ea autem perſona ſublata, res præſtari non debeat, ſed æſtimatio? An potius hic non tribus legata, ſed emptio tribus & ita factum, vt poſt moram faciendi teneatur heres in id quod intereſt.
ſ i. annonas, teſſeras frumentarias, liberalitates principis, ad quem locum propriè pertinet hæc inſcriptio vetus, *Traiano, Auguſto, Germanico, Dacico, Pontifici maximo Trib. pot. 6. Imp. 4. Coſ. V. P. P. tribus 35. quod liberalitate optimi principis commoda eorum etiam locorum adiectione amplificauit,* relata à Cuiacio *7. obſ. 14. in fin.* t Congiaria veteres gloſſæ ſcribunt congiarium liberalitatem in legibus appellari, Congiarium ἐπίδωσις ἐπὶ τῶν νόμων δωρεά *v. Cuiac. 10. obſ. 37. in fi.* u *l. 84. ſ. de leg. 2.* x *de dictione* vſque, *vide Bart. hic.* & quam vim habeat quoties agitur de fauore vel odio: quoties adiecta loco, tempori, numero, gradus. y adde *l. 61. §. 1. ſ. eo.* z Imo hoc prædium non debetur. Nam dictio vſque excludit, *l. filiusfam. 114. §. 1. ſ. de leg. 1. l. ſacculary 7. §. ſunt quædam 9. in fi.*

ſ. de extraord. ... §. in publico, ... de fluminib. Excedit vbi aliàs ... pretatio legis ... ſet vitioſa, *l.* ... cum exceptione ... §. quatenus 10. ... quod metus cauſ... vlt. ſup. de ſenat. ... à caligato 21. ... de Nupt. Au... hoc ius C. de ... Authent. quod ... cum. Cod. de ... caut. non ... ta. Nou. de ... 23. c. 3. §. illud ...
a Error regi... non nocet, ſi ... ſtet de corpore.
b Falſa demonſtratio non vitiat ... tum, *l. 33.* ... cond. & demon.
e id eſt, ſupra.
d Balinei vſu legato, videntur ... gata omnia ... ſaria ad Balin... *Bart.*
e *al.* quæ: vel ... ſis verbum qui verbum ſu... referre.
f refectionem ſuprà.
g *l. 13. ſ. de* ... Rupto teſtamento per querelam præſtantur le... ab inteſtato ... repetita. *Bart.*
h *l. 13. ſup.* ... officioſo: di... *l. vl. §. 1. C. de* ... cill.
i Si non ... gatum, nec ... fideicommiſſ... iectum. *Bart.*
k vltra parte... bitam, *l. 20.* ... donationibus.
l Is poſtea ... tatem de ... mutauit.
m Imo con... rectè poteſt ... tarius ex fidei... miſſo, cum il... teſtatore pro... rit ſe reſtitu... *l. vlt. in pr. ſ.* ... *l. Statius 4...* de iure fiſci. ... hic facta pro... eſt contempla... alicuius leg... quod poſtea ... ctum non eſt ... gum. *l. 1. §. ſ.* ... ſub conditione ... inf. vt legam... in d. verò, leg... promiſſio fact... inter viuos, ... contemplatione ... gati? in in d. l. ... dio hæredis ſu... pientis in ſe ... tum fideicom... ſum id conſtitu... eſt?
n *l. 3. Cod. de her. inſtit.*
o *v. l. 14. in fin. de liberis.*
p lagenas vi... Hal.
q verba direct... in codicillis pro... lata, ad fideicommiſſum trahuntur. *Bart.*
r *l. 87. §. 4. ſup. eod.*
ſ Donatario volenti poteſt im...

debeat? Reſpondit, etſi neque hereditatem adiſſet, neque bonorum poſſeſſionem petiſſet, & nihil ex hereditate poſſideret, tamen nihil minus & ex ſtipulatu *a* ab heredibus patris, & fideicommiſſo ab his, quorum intereſt, quaſi debitorem conueniri poſſe: maximè poſt conſtitutionem Diui Pij, quæ hoc induxit.

4 ¶ Nuptura, duobus filiis ‖ ſuis, ‖ quos ex priore marito habebat, mandauit, *Vt b viginti, quæ doti dabat, ſtipularentur in omnem caſum, quo ſolui poſſet matrimonium, vt etiam alterutri ex his tota dos ſoluatur.* conſtante matrimonio, vno ex filiis mortuo, vxor per epiſtolam petiit à ſuperſtite filio, vti quandoque partem dimidiam dumtaxat dotis exigeret, & ea contentus *c* erit. alteram autem partem *d* apud maritum eius remanere concedat. quæſitum eſt, poſtea in matrimonio muliere defuncta, an maritus, ſi de tota dote conueniatur à filio, doli mali exceptione ſe tueri poſſit, & an vltrò ex cauſa fideicommiſſi actio ei competit, vt de parte obligationis accepto ei feratur? Reſpondit, & exceptionem vtilem fore, & vltro *e* ex fideicommiſſo peti poſſe.

¶ Idem quærit, an de reliqua dimidia parte mandati actio vtilis ſit heredibus mulieris aduerſus filium eius? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, maximè poſt literas ad filium ſcriptas, non fore vtilem. *Claudius*: Quoniam in his expreſſit, vt contentus eſſet partis dimidiæ dotis: quibus verbis ſatis fideicommiſſum filio relinqui placuit.

5 ¶ Codicillis ita ſcripſit:

Βούλομαι πάντα τὰ ὑποτεταγμένα κύρια εἶναι. Μαξίμῳ τῷ κυρίῳ μου δηνάρια μυριάδας πεντακισχίλια ἅπερ ἔλαβον παρακαταθήκην παρὰ τοῦ θείου αὐτοῦ Ἰουλίου Μαξίμου, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω, ἃ γίνονται σὺν τόκῳ, τρεῖς μυριάδας ἀποδοθῆναι αὐτῷ βούλομαι, οὕτω γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα. id eſt, *Volo omnia quæ inf à ordinata ſunt firma eſſe. Maximo meo denaria quinquies mille, quæ accepi in depoſitum à patruo eius Iulio Maximo, vt ei viro facto vel adulto reddam cum vſuris, quæ ſunt triginta millia, ei dari volo: ita enim patruo ſuo iuraui f.* Quæſitum eſt, an ad depoſitam pecuniam petendam ſufficiant verba codicillorum: cùm hanc ſolam nec aliam vllam probationem habeant? Reſpondi. Ex his quæ proponerentur. ſcilicet cùm *g* iuſiurandum dediſſe ſuper hoc teſtator adfirmauit, credenda *h* eſt ſcriptura *i*.

6 ¶ Titia honeſtiſſima fœmina cum negotiis ſuis opera Callimachi ſemper vteretur, qui ex teſtamento capere *k* non poterat, teſtamento facto manu ſua ita cauit: *Τιτία διεθέμην καὶ βούλομαι δοθῆναι Καλλιμάχῳ μισθοῦ χάριν δηνάρια μύρια.* id eſt, *Titia teſtamentum condidi, & volo dentur Callimacho mercedis gratia l denarium decem millia.* quæro, an hæc pecunia, ex cauſa mercedis, ab heredibus Titiæ exigi poſſit? Reſpondi, non idcirco, quòd ſcriptum eſt, exigi poſſe in fraudem legis relictum *m*.

7 ¶ Ex his verbis teſtamenti: *Omnibus quos n quáſve manumiſi, manumiſeram o, ſiue p his tabulis, ſiue quibuſcumque aliis, filios filiáſve ſuos omnes concedi volo*: quæſitum eſt, an his, quos viuus manumiſſet, debeantur filij? Reſpondit his quoque, quos quáſve ante teſtamentum factum manumiſiſſet, filios filiáſve ex cauſa fideicommiſſi præſtari oportere.

De alienatione & oppigneratione prohibita. 1. De fideicommiſſo deficiente. 7. De alienatione prohibita. 8. De coherede recipiendo in re prælegata.

38. *Idem* ‖ lib. 19. Digeſtorum. ‖

PAter *q* *filium heredem prædia alienare r, ſeu pignori ponere, prohibuerat: ſed conſeruari liberis ex iuſtis nuptiis, & cæteris cognatis, fideicommiſerat.* filius prædia, quæ pater obligata reliquerat, dimiſſo hereditario creditore, nummis noui creditoris, à priore in ſequentem creditorem, pignoris hypothecæve nomine, tranſtulit. quæſitum eſt, an pignus rectè contractum eſſet? Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, rectè *ſ* contractum.

¶ Idem quæſiit, cùm filius prædia hæreditaria, vt dimitteret hereditarios creditores, diſtraxiſſet: an emptores, qui fideicommiſſum ignorauerunt, bene emeriat? Reſpondi, ſecundùm ea quę proponerentur, rectè contractum, ſi non erat aliud in hereditate, vnde debitum exſoluiſſet *t*.

1 ¶ Duobus libertis Sticho & Erote heredibus inſtitutis, ita cauit: *Fundum Cornelianum de u nomine x meorum exire veto.* vnus ex heredibus Stichus ancillam Areſcuſam teſtamento liberam eſſe iuſſit, eique partem ſuam fundi legauit. quæro, an Eros, & cæteri conliberti Stichi, ex cauſa fideicommiſſi, eius fundi partem ab herede Stichi petere poſſint? Reſpondit, non *y* contineri.

2 ¶ Filiam *z* ſuam heredem ſcripſerat: & ita cauerat: *Veto autem ædificium de nomine meo exire: ſed ad vernas meos, quos hoc teſtamento nominaui a, pertinere volo* b. quæſitum eſt, defuncta herede, & legatariis vernis, an ad vnum libertum, qui remanſit, totum fideicommiſſum pertineret? Reſpondit ad *c* eum, qui ex vernis ſupereſſet, ſecundum ea quę proponerentur, virilem *d* partem pertinere.

3 ¶ Fundum *e* à filio, *quoad vixerit, vetuit venundari, donari, pignorari*: & hæc verba adiecit: *Quod ſi aduerſus voluntatem meam facere voluerit fundum Titianum ad f fiſcum pertinere: ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine veſtro nunquam exeat.* quæſitum eſt, cùm viuus filius eum fundum ſecundum voluntatem patris retinuerit: an, defuncto eo, non ad heredes ſcriptos à filio, ſed ad eos, qui de familia ſunt, pertineat? Reſpondit, hoc ex voluntate defuncti colligi poſſe, filium, quoad viueret, alienare vel pignorare non poſſe. teſtamenti *g* autem factionem & in eo fundo in extraneos etiam heredes habiturum *h*.

4 ¶ Iulius Agrippa primipilaris teſtamento ſuo cauit, *ne vllo modo reliquias eius, & prædium ſuburbanum, aut domum maiorem heres eius pignoraret, aut vllo modo alienaret.* filia eius heres ſcripta heredem reliquit filiam ſuam neptem primipilaris; quæ eaſdem res diu poſſedit, & decedens extraneos inſtituit heredes. quæſitum eſt, an ea prędia extraneus heres haberet, an verò ad Iuliam dominam *i*, quæ habuit patruum maiorem Iulium Agrippam, pertinerent? Reſpondi, cùm hoc nudum *k* preceptum *l* eſt, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum quo minùs ad heredes pertinerent *m*.

5 ¶ Quindecim libertis, quos nominauerat, prædiolum cum taberna legauerat, & adiecerat hæc verba: *Sibique eos habere poſſidere volo ea lege & conditione, ne quis eorum partem ſuam vendere donaréve, aliúdve quid facere alij n velit. Quod ſi aduerſus ea quid factum erit, tunc eas portiones prædiúmve cum taberna ad rempublicam Tuſculanorum pertinere volo.* quidam ex his libertis vendiderunt partes ſuas duobus conlibertis ſuis ex eodem *o* corpore: emptores autem defuncti Gaium Seium extraneum heredem reliquerunt. quæſitum eſt, partes, quæ venierunt, vtrùm ad Gaium Seium, an ad ſuperſtites collibertos ſuos, qui partes ſuas non vendiderunt, pertinerent? Reſpondit, ſecundùm ea quę proponerentur, ad Gaium Seium pertinere *p*.

¶ Idem quæſiit, an partes venditæ ad Rempublicam Tuſculanorum pertinerent? Reſpondi, non pertinere. *Claudius*: Quia non poſſidentis perſona, qui nunc extraneus eſt, reſpicienda eſt, ſed emptorum, qui ſecundum voluntatem defunctæ ex illis fuerunt, quibus permiſerat teſtatrix venundari. nec conditio exſtitit dati fideicommiſſi *q* Tuſculanis.

6 ¶ Fideicommiſit *r* eius, cui duo milia legauit, in hæc verba: *A te Petroni peto, vti ea duo "milia" ſolidorum reddas collegio ſ cuiuſdam templi.* quæſitum eſt, cùm id collegium poſtea diſſolutum *t* ſit, vtrùm legatum ad Petronium pertineat, an verò apud heredem remanere debeat? Reſpondit Petronium iure petere, vtique ſi per eum non ſtetit, parere defuncti voluntati.

7 ¶ Mater filios heredes ſcripſerat, & adiecit: *Prędia quę ad eos ex bonis meis peruentura ſunt nulla ex cauſa abalienent u, ſed conſeruent ſucceſſioni x ſuæ, déque ea re inuicem ſibi caueant.* ex his verbis quæſitum eſt an prædia per fideicommiſſum relicta videantur? Reſpondit, nihil de fideicommiſſo proponi.

8 ¶ Ex parte dimidia heredi inſtituto, per præceptionem fundum legauit, & ab eo ita petiit, *Peto, vti velis coheredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem hoc amplius te præcipere iuſſi, Clodium Verum nepotem meum, cognatum tuum.* quæſitum eſt, an pars fundi ex cauſa

Poni onus fideicommiſſi à teſtatore, tanquam debitori, *Bart.*
a *l. 3. C. de donationib. quæ ſub modo.*
b Dotem ſibi reddi mandato mulieris qui ſtipulatur præſumitur in dubio interpoſitus, vt miniſter: non vt ſuo nomine ac ſi ſibi dotem ſtipularetur.
c *l. 11. §. 4. ſ. eo.*
d vide *l. vlt. ȷ. de dote.*
e vltro petere poſſe quid ſit, *v. l. 10. ſ. de negotiis.*
f iurata confeſſio teſtatoris probationem inducit, auget fidem ſcripturæ, & debitoribus prodeſt: aliàs nihil veritati officit, quòd defunctus modum patrimonij ſui iurando declarauit. *v. Nou. 418.*
g adde *l. 6. C. de prob. l. 5. C. familiæ.*
h *l. 77. §. 23. ſ. de leg. 2.* Imò non eſt credenda. *Authentica, ſi quis in aliquo documento. C. de edendo l. rationes 6. C. de probat.* credenda eſt contra teſtatorem, non contra alium: contra ſcribentem, non contra tertium.
i An ad probationem depoſiti: An potius ad fideicommiſſi petitionem: Alij hoc poſtremum putant, arg. *l. Lucius 93. §. Semproniæ. ȷ. eo. l. qui vxori. 18. ȷ. de auro l. ſi creditor. 28. ſupra de leg. 1. l. Lucius Titius. 88. §. quiſquis. 10. ſ. de leg. 2.* Alij probationem induci cenſet, ſiue quia teſtator iurauit: ſiue quia dixit ſe iuraſſe.
k Confeſſio (etiam iurata) teſtamento facta fauore incapacis, preſumitur facta in fraudem, adde *l. qui teſtamentum. 27. ſ. de probat.*
l facit *l. 27. ſ. de probation.*
m facit *Nou. 119. c. 3.*
n *l. 9. inf. de alimentis.*
o *al.* manumiſerim.
p *Siue*, particula non reſtringit. adde *l. ſi quis ita: 30. infr. de auro.*
q v. Langebekium *cap. 16. Annotationum.*
r Alienationis prohibitio propriè pertinet ad alienationem voluntariam, non ad neceſſariam, adde *l. Peto 69. §. prædium. 1. ſ. de leg. 2. l. filiusfam. 114. §. Diui. 14. ſ. de l. 1.*
ſ Alienandi prohibitione, neceſſaria non continetur, *Bart.* t *al.* exſolueretur. u ſimilis petitio eſt in *l. 94. ȷ. eod.* v. quæ ſcripſi ad *l. 108. ȷ. de cond. & demonſt.*
x v. Alciat. 4. *diſpunct.* 1.
y aliud in formula de qua in §. 7. *ȷ. eod.* vbi mandat teſtator prædium *ſuæ ſucceſſioni* ſeruari. Quin liberti appellatione libertus liberti continetur, *l. cùm pater. 88. §. fidei heredum 11. §. cùm inter 28. ſ. de leg. 2. l. alimenta 16. §. vlt. ȷ. de alimentis.*
z v. Cuiacium 15. *obſ.* 4.

a dando libertatem, quæ ex lege Caninia danda erat nominatim, *l. 88. §. 6. ſ. de leg. 2. Cuiac. 15. obſ. 14.*
b his verbis poſt mortem heredis ædificium vernis legatum videtur, *l. 15. ȷ. de auro.*
c Prohibitio hæc *veto venire ſeu vendi, & volo ad tales peruenire*, plurium contemplatione facta conditionalis eſt peruenit enim fundus ad nominatos, ſi prædium venditum fuerit aduerſus prohibitionem teſtatoris. Ideóque in hac ſpecie venditus fundus eius erit, qui ex pluribus illis tempore venditionis ſuperſtes fuerit.
p Nominum enim nuncupatio viriles partes ab initio fecit: & ideò ſingulis ab initio quaſi diuiſim partes adſcriptæ fuiſſe videntur, *l. 41. §. 9. ſ. eo. l. 7. ſ. de leg. 2.* & conſequenter inter eos non eſt ius adcreſcendi. *l. 3. ſ. de vſufr. adcreſcend. l. 16. in fi. ſ. de leg. 1.* ideò, inquam, inter eos non eſt ius adcreſcendi, niſi adiecerit teſtator, donec ad vernas ędificium perueniat. v. Cuiac. 15. *obſ.* 4.
e v. Alciat. *hic.* Prohibitum ad tempus, poſt tempus permiſſum preſumitur.
f *l. 1. C. debitorem venditionem pignoris.*
g Alienatio interdicta filio, *quoad vixerit*, non videtur ei interdicta in teſtamento: Prohibitio alienationis heredi facta, *donec vixerit*, non impedit quo minus teſtamento leget extraneo: ideóque prohibitus in vita alienare, non impeditur heredem ſcribere etiam extraneum, *Alciatus.* h Imò non eſt habiturus. Nam ratio prohibitæ alienationis, etiam teſtamento alienationem comprehendit: dixit enim teſtator, *de nomine veſtro nunquam exeat.* v. Bart. Quinimo alienare prohibitus, in perpetuum etiam teſtamento alienare prohibetur, *l. 114. §. 15. ſ. de leg. 1. l. 15. C. de ſecund. nupt.* v. Couenatium 2. q. 14.
i hinc notat Cuiacius 3. *obſ. 18. in fin.* matronas dici etiam dominas, non reſpectu maritorum duntaxat (quomodo ipſi quoque mariti ab vxoribus domini appellantur) ſed etiam ex ſe. adde *l. 19. §. 1. ȷ. de annuis.* ea de re vide etiam Fornerium 1. *ſelect.* 11.
k ſecus vbi nudum non eſt *l. peto 69. §. fratre. 3. ſ. de leg. 2.* Nudum autem præceptum hic eſt, quod nullam pœnæ adiectionem continet.
l Alienationis nuda prohibitio, ſine cauſa adiecta, alienationem non impedit.
m Cur ita? cùm fauore heredis fratris ſit, ei renunciatum poteſt. Collige ex *lege 62. ȷ. de acquir. rer.*
n Alij alienare prohibitus, intelligitur prohibitus aliis omnibus alienare, præter coniunctos. Nam ad coniunctos in eodem legato, non refertur, & inuicem videtur permiſſa alienatio, facit *l. voluntas. 4. C. de fideicomm.* repugnare tamen videtur [illegible] tio *l. cùm hi. 8. §. ſi vni. 15. ſup. de tranſact.*
o Ex eodem corpore liberti, an ſunt liberti eodem teſtamento nominati? An eiuſdem patroni? p Cur pertinet? Prohibitus alienare partem ſuam, non videtur prohibitus alienare partem quam redemit. *Bart.* v. Bellonum 4. *ſupputationum* 12.
q reipublicæ Tuſculanorum, *Hal.* r Tuſculanus fidei eius cui duo milia ſolidorum legauerat, commiſit in hæc verba. *Hal.* ſ Collegio legari poteſt, *l. 20. ȷ. de reb. dub. l. 2. l. 3. C. de incertis perſonis.* t An legata pias ad cauſas caduca, remanent apud grauatum? remanere non videntur, cum in alias cauſas æquè pias conuerti debeant *l. 16. ȷ. de vſu & vſufr.* v tamen hic Bart. u v. *l. 67. ȷ. de verb. ſign.*
x hæc formula diuerſa eſt à §. 1. *ſ. eod.* y dubitari. *Viglius 32. Pandect. 6. fol. 703.* Quid? Dynus putat non eſſe hic fideicommiſſum ex verbis ſed ex mente: Alij putant fideicommiſſum non eſſe inter heredes, ſed inter eorum ſucceſſores. Bartolus putat, nullo modo fideicommiſſum eſſe: cùm hic agatur de ſucceſſore vniuerſali, adde *l. ſciendum. 19. §. pen. ſ. de ædilitio. l. ſciendum 70. ad fin. ȷ. de verb. ſign.*

fideicommiſſi nepoti debeatur? Reſpondi deberi *a*.

De fideicommiſſo ſcio ad filios meos peruentura. 1. De prædiis relictis quæ fideicommiſſarius voluit, & de verbo μάλιςα. 2. De reuocatione legati.

39. *Idem* ‖ libro 20. Digeſtorum.

P*Amphilo liberto hoc amplius, quam codicillis reliqui dari volo centum. Scio* b *omnia quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura, cum affectionem tuam circa eos bene perſpectam habeam.* quæro, an verbis ſupraſcriptis Pamphili fideicommiſit, vt poſt mortem filiis defuncti centum reſtituat? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non videri quidem, quantum ad verba teſtatoris pertinet, fideicommiſſum Pamphili, vt centum reſtitueret: ſed cùm, ſententiam *c* defuncti à liberto decipi, ſatis inhumanum eſt, centum ei relictos, filiis teſtatoris debere reſtitui: quia in ſimili ſpecie & Imperator noſter Diuus Marcus hoc conſtituit.

1 ¶ Propoſitum eſt, non habentem liberos, nec cognatos, in diſcrimine *d* vitæ conſtitutum per infirmitatem, arceſſitis *e* amicis *f*, Caio Seio contubernali dixiſſe, *quòd vellet* g *ei relinquere prædia, quæ nominaſſet, cáque dicta in teſtationem* h *Gaium Seium redegiſſe,* etiam ipſo teſtatore *i* interrogato, an ea dixiſſet, & reſponſo *k* eius tali *l* μάλιςα, id eſt, *maximè*, inſerto. quæſitum eſt, an prædia, quæ deſtinata eſſent, ex cauſa fideicommiſſi ad Gaium Seium pertinerent? Reſpondit, ſuper hoc nec dubitandum eſſe, quin fideicommiſſum valeat.

2 ¶ Duas filias æquis ex partibus heredes fecerat, alteri fundum prelegauerat, & ab ea petierat, *vt ſorori ſuæ viginti daret.* ab eadem filia petiit, vt *partem dimidiam fundi eidem ſorori reſtitueret.* quæſitum eſt, an viginti præſtari ‖ non ‖ deberent? Reſpondi, non *m* eſſe preſtanda.

Si vt ſolus heres legitimus fideicommiſſo oneratus ex parte bonorum poſſeſsionem acceperit. 1. De iuſſo reſtituere hereditatem corpore aliquo retento.

40. *Idem* ‖ libro 27. Digeſtorum. ‖

POſt emancipationem patris ſuſceptam *n*, à patruo vt legitimo *o* herede petierat, *vt partem hereditatis auunculo ſuo daret, & agros duos*: ad vtrumque autem, vt proximum cognatum, ſucceſſio eius pertinuit per *p* bonorum poſſeſsionem. quæſitum eſt, cùm in parte hereditatis fideicommiſſum non conſtiterit, quam ſuo iure per bonorum poſſeſsionem auunculus habiturus eſt, an nihilo minus in partem agrorum conſiſtat, vt Titius partes agrorum duas, id eſt, vnam, quam ſuo iure per bonorum poſſeſsionem habeat, alteram verò partem ex cauſa fideicommiſsi petere debeat? Reſpondit, poſſe petere.

¶ Idem quæſiit, ſi ab eodem patruo fideicommiſſum alius quoque dederit, vtrùm in ſolidum, an verò pro parte ab eo præſtanda *q* ſint? Reſpondit, in ſolidum *r* præſtari.

1 ¶ Seiam ex dodrante, Mæuium ex quadrante inſtituit heredes. fidei Seiæ commiſit in hæc verba: *A te peto, tuæque fidei committo, quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit* ſ, *reſtituas filio tuo, retentis* t *tibi hortis meis.* quæſitum eſt: cùm generali capite fideicommiſiſſet, quiſquis heres eſſet, de omnibus vt præſtarent quod cuique legaſſet, ‖ præſtari fieriue iuſsiſſet: ‖ an cùm dodrantem hereditatis reſtitueret, hortos in aſſem vindicare Seia debeat? Reſpondit, etiam coheredis fideicommiſſum videri, vt quadrantem, quem in his hortis haberet Seia *u*, redderet.

De vindicatione prohibita. 1. De parte domus libertis legatæ, vni liberto legata. 2. De filiis patri legatis præter legatos vxori. 3. De re quibuſdam nominatim, deinde vni ex heredib. ſermone generali legata. 4. De pueris intra ſeptem annos ætatis legatis. 5. An filiis legatis, nepotes debeantur. 6. De fideicommiſſo, quidquid ibi poſſideo 7. Si pater filiæ dotem reliquerit eamque rogauerit pati, vt filius & vxor ſtipulentur. deinde ipſe viuus dotem dederit. 8. De adoptione. 9. De agri plaga tranſcribenda ita vt pretium hereditati inſeratur, de euictione ſi promittatur & cautio præſtetur ne ea res ad certas perſonas perueniat. 10. De partu rei relictæ. 11. De patre naturali, quæ cum filiæ fideicommiſſum deberet, dotem pro ea dedit. 12. De fideicommiſſo reſtituto ante diem. 13. De rogato reſtituere cum volet. 14. De rogata reſtituere, à qua ſatis exigi vetuit.

41. *Idem* ‖ libro 22. Digeſtorum. ‖

VXorem & filium communem heredes inſtituit, & vxoris fideicommiſit in hæc verba: *Peto à te domina a vxor, ne ex fundo Titiano partem tibi vindices* b, *cum ſcias me vniuerſam emptionem eius fundi feciſſe, ſed beneficio affectionis & pietatis, quam tibi debui, eandem emptionem, cùm nummis meis comparaſſem, tecum communicaſſe.* quæſitum eſt, an eum fundum in ſolidum filij eſſe voluerit? Reſpondit, eum, de quo quæreretur, perinde rationem in fundo haberi voluiſſe, ac ſi vniuerſus hereditarius eſſet, vt pro *c* dimidia parte & vxor, & filius agrum vt hereditarium habeant.

1 ¶ In teſtamento ita ſcriptum fuit, *Domum meam cum horto* d *applicito, libertis meis concedi volo.* & alio capite: *Fortunio liberto meo ex domu mea, quam libertis dedi dictam* e *in qua habitabam item cellarium* f *iunctum eidem diætæ, ab herede meo concedi volo* quæſitum eſt, an heres teſtatoris oneratus videatur in præſtando legato, Fortunio, quamuis domus vniuerſa libertis ſit prælegata? Reſpondit, non eſſe oneratum *g*.

2 ¶ Codicillis confirmatis ita cauit: *Omnibus autem libertis meis, & quos viuus, & quos his codicillis manumiſi vel poſtea manumiſero, contubernales* h *ſuas, item filios, filias lego, niſi ſi quos quáſve ad vxorem meam teſtamento pertinere volui, vel ei nominatim legaui, legauero.* idem poſtea petiit ab heredibus ſuis, *vt regionem Vmbriæ, "Tuſciæ" Piceno* i *coheredes vxori ſuæ reſtituerent cum omnibus, quæ ibi erunt, & mancipiis ruſticis, vel vrbanis, & actoribus, exceptis manumiſsis.* quæſitum eſt, cum Eros & Stichus ſerui in diem vitæ teſtatoris, in Vmbria, in Piceno actum adminiſtrauerint: ſint autem Damæ, quem teſtator viuus manumiſerat, filij naturales, vtrùm eidem Damę ex verbis codicilli ab heredibus præſtandi ſint, an verò ad Seiam vxorem ex verbis epiſtolę pertineant? Reſpondit, ex codicillis ad partem eos naturalem pietatis intuitu *k* pertinere.

3 ¶ Felicisſimo & Felicisſimæ, *l* quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legauit cum caſa *l.* & alio capite, Titio filio, quem ex parte quarta heredem ſcripſerat, prælegauerat in hæc verba: *Titi fili hoc amplius de medio ſumito legata mea, quæ mihi tam pater tuus preſens, quàm Cœlius Iuſtus frater patris reliquerunt.* quæſitum eſt: cum fundus Gargilianus teſtatrici à marito eius, id eſt, à patre Titij filij legatus ſit, cui fundus ex cauſa fideicommiſſi debeatur, vtrùm Titio filio tantùm, an Felicisſimo & Felicisſimæ, an tribus? Reſpondit, non eſſe veriſimile, eam quæ nihil aliud Felicisſimo & Felicisſimæ, niſi hæc, ‖ quæ ‖ ſpecialiter legauit, ad filium, cui & hereditatis ſuæ partem reliquit, legatum generali *m* ſermone transferre voluiſſe.

4 ¶ Teſtamento pueros *n* ita legauerat, *Publio Mæuio dominulo* o *meo ab heredibus meis dari volo pueros quinque ex meis, duntaxat intra annos ſeptem.* poſt annos complures, quàm fecit teſtamentum, moritur. quęſitum eſt, cuius ętatis Męuio mancipia debeantur: vtrúmne, quæ teſtamenti facti tempore intra ſeptem annos fuerunt, an quę mortis tempore intra eam ætatem inueniantur? Reſpondit, eam videri ætatem deſignatam, quæ eſſet, cùm *p* à teſtatore relinquerentur.

5 ¶ Concubinæ *q* inter cætera his verbis legauerat: *Fundum in Appia* r *cum villico* ſ *ſuo, & contubernali* t *eius & filiis* u *dari volo.* quæſitum eſt, an *x* nepotes quoque villici, & contubernalis eius teſtator ad concubinam pertinere voluit? Reſpondit, nihil proponi, cur non deberentur.

6 ¶ Legauerat per fideicommiſſum Mæuiis ita, *& quidquid* y *in patria* z *Gadibus poſsideo.* quæſitum eſt, an ſi quam ſuburbanam adiacentem poſſeſsionem haberet, hæc quoque ex cauſa fideicommiſsi Mæuiis debeatur? Reſpondit, poſſe *a* ad hanc quoque verborum ſignificationem extendi.

¶ Item quæſitum eſt, calendarij *b*, quod in patria ſua, vel intra *c* fines eius, defunctus exercuit, inſtrumenta in domo, quam in patria ſua habebat, reliquit. an id quoque Kalendarium propter verba ſupra ſcripta Mæuiis ex cauſa fideicommiſsi deberetur? Reſpondit, non deberi *d*.

¶ Item quæſitum eſt, an pecunia, quæ in arca domi Gadibus inuenta eſſet, vel ex diuerſis nominibus exacta, & ibi depoſita *e*, ex fideicommiſſo debeatur?

---

a Ad fideicommiſſum ita trahuntur verba inſtitutionis ex re certa, ſi ad heredem inſtitutum verba ſint relata. *l. 1. §. ſi ex fundo 4. l. ex facto 35. ſupra de hered. inſt.*

b Verba enunciatiua ad grauatum directa diſpoſitionem inducunt, *Bart.* & fideicommiſſum, *l. 67. in fin. ſ. de l. 2.*

c *v. l. 7 in fin. inf. de ſupellectil.*

d Teſtari quiſque poteſt, etiam in diſcrimine vitæ conſtitutus. adde *l. 5. C. ad Trebell.*

e accerſitis *Hal.* & ita arceſſere eſt euocare. Porrò *arceſſendi* verbum, eo ſignificatum accipitur in *l. dominicis 7. C. vbi cauſa fiſcales.* apud Feſtum quidam ita legunt, Nouerca dicitur quam quis liberis ſublatis arceſſendæ (malè legitur arcédæ) aliis augendæ) familiæ cauſa vxorem ducit.

f id eſt, legatariis, Duarenus, Fornerius 2. *ſelect.* 12. tradit, legatarios in teſtaméto teſtes eſſe poſſe. *arg. l. 14. infr. de reb. dubiis.* quod non placet Cuiacio 9 *obſ. 37. in fin.*

g Verbum *vellem*, in vltimis voluntatibus, & aliis actionibus dependentiam habentib. de futuro diſpoſitioné inducit: ſecus in his quæ incontinenti debent perfici, *Bart.* quod Caſtrenſi & Iaſoni diſplicet, in *l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate.* cùm quidquid teſtamento vel inter viuos dicitur, diſpoſitionem inducat, ſi animo perpenſo ac deliberato dicatur, *l. 8. ſ. de iure delib.*

h Signatoribus teſtamenti rectè legari hinc colligunt. *l. 22. Cod. de teſt.*

i Teſtamentum fieri poteſt ſtipulatione interpoſita.

k vide Iaſonem in *l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate.*

l adde *l. 1. §. 2. ſ. de verb. oblig. l. 12. C. de fideiuſſorib. §. 1. Inſtit. de verb. oblig.*

m Reuocato legato onus legati reuocatum intelligitur, facit *l. alteri. 25. ſ. de adim. legat.*

n filia ſcilicet.

o Emancipatione tollitúrne ius legitimum? tollitur iure nouo. *§. vlt. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. lege 14. C. de legit. her.*

p & ita iure prætorio: non iure fideicommiſſi.

q Quid? à quo præſtanda ſunt hæc fideicommiſſa? An à patruo, qui ſoluere grauatus videtur, *ſ. eodem*? An ab auunculo? vide *Bart.* hic.

r Imò partem, *l. 29. in fin. ſupr. de iure codicill. l. 79. §. 29. ſ. de leg. 2.*

ſ vide *l. 57. ſ. ad ſenatuſconſ. Treb.*

t Retinere corpus hereditarium aliquod iuſſus, pro parte ſua retentionem: pro parte coheredum etiam petitionem habet.

u Seiæ redderet, Ita emendat Antonius Faber 1. *Coniecturar.* 14.

a quo ſenſu vxor[illegible] dominę dicerentur v. Fornerium 1. ſ[illegible] *lect.* 11. Cuiacius 3. *obſ.* 18. *in fin.* add *l. 38. §. 4. ſ. eod.* 19. *§. 1. ſ. de annu*[illegible]

b adde *l. 6. Cod. quis alteri vel ſibi*

c his verbis defi[illegible]cientibus, vxor di[illegible]midium fundi ha[illegible]beret ex emptione & aliud dimidium diuideret cum fi[illegible]lio, arg. *l. 22. inf. ſ. de peculio.*

d De hortis [illegible] habitationibus [illegible]terum in hortis dixi ad *l. 66. §.* [illegible] *ſupr. de donat. in*[illegible] *virum.*

e Diætæ habi[illegible]tiones voluptu[illegible] in hortis, *vt hic,* *dict. l. 66. l. 43.* [illegible] *ſ. de legat. 1.*

f vide *l. 24.* [illegible] *manumiſſ. teſtam.*

g Cur ita? quia [illegible] eſt veriſimile te[illegible]torem voluiſſe [illegible]uare heredé du[illegible] præſtatione. *Ba*[illegible]

h i. vxores ſeru[illegible] 5. *ſ. eo. v. l. 12.* [illegible] *§. 33. ſ. de inſ*[illegible] Inter ſeruos n[illegible] cónubium, ſed [illegible]tubernium, *l.* [illegible] *de inceſtis.* i[illegible] nota Vxores &[illegible] parentibus [illegible] poſſe.

i in Piceno c[illegible]redi vxori. *H*[illegible]

k *l. 102. ſ. de*[illegible] *& demonſt.* [illegible] enim veriſimi[illegible] teſtatorem v[illegible] duram ſepara[illegible] iniungere, *§.* [illegible] *l. 11. C com.* [illegible] *que indicij:* [illegible] 6. 7. 8. *ſ. de*[illegible] 71. *§. 3. in fin.* [illegible] *leg. 1. l. 2. C. de*[illegible] *qui filios diſtra*[illegible] *ſ. de liberali* [illegible] An quia leg[illegible] vxoris magis [illegible]rale eſt quàm [illegible]torum, ideo [illegible] per ſpeciem [illegible]gatur? An quia [illegible]ri hic nomi[illegible] non relinquit[illegible] generaliter?

l Caſa, quid? [illegible] ad *l. penult.* [illegible] *vſufr.*

m Generi per [illegible]ciem derogatur [illegible] 99. *in fin. ſ. eo.* [illegible] *ſ. de reg. iur.*

n Pueri appe[illegible]tione ætatem p[illegible]rilem demonſtra[illegible] *l. 204. in fin. ſ. de verb. ſign.*

o ſic Marculus à Marco dicitur apud Feſtum.

p Legati mancipij æſtimatio à tempore facti teſtamenti, non mortis teſtatoris [illegible]citur. vide quæ notaui ad *l. 3.* in verbo *deteriorem in fin. ſ. de reb. cred.*

q Concubinæ ſuæ legare quis poteſt, non omni tamen, ſed veræ tantùm & leg[illegible]bus permiſſæ.

r via ſcilicet.

ſ Villicus, villæ cuſtos.

t Contubernalis eſt quæ ſeruo coniuncta, non vocatur vxor, ſed contubernalis.

u Filiorum legatorum appellatione, veniunt nepotes.

x Quid verò proponit[illegible] vt nepotes debeantur? fortè vt euitetur dura nepotum à parentibus ſeparatio, [illegible] *§. 2. ſ. eod.*

y vox generalis.

z in patria ſeu vrbe noſtra eſſe ea poſſeſſio videtur, quæ v[illegible] adiacet. adde *l. 12. in fin. ſ. de ſuppellectil.*

a Patriæ appellatione, etiam ſuburb[illegible] continentur. Ita qui legat quod in patria habet, legat id omne quod in vrbe [illegible] & eius ſuburbiis poſſidet.

b Qui legat, *quidquid in patria ſua poſſidet.* Calend[illegible]rium quod in patria eiúſve finibus habet, non legat.

c Qui legat, *id quod in patria ſua poſſidet,* non id tantum legat quod in patria ſu[illegible] poſſidet, ſed id omne quod intra patriæ fines eius eſt. *Patriæ* verbum finibus pr[illegible]priis ac ſuis etiam terminamus.

d Cur ita? vel ideo quòd in generali legat[illegible] non continentur nomina debitorum, *l. 86. ſ. de leg. 2.*

e *ſub.* ad tempus no[illegible] perpetuò, *l. ſi fundus 44. l ſi chorus. 79. §. 1. ſ. eod. l ſi vxori 39. §. cùm ita. 1. ſ. de*[illegible]*ra, l. 32. ſ. de pignerib. l. 7. ſ. in quib. cauſis pign. tacitè.*

debeatur? Reſpondit, ſupra *a* reſponſum.

7 ¶ Teſtamento, quo filium & vxorem hæredes inſtituerat, filiæ per fideicommiſſum centum, cùm in familia nuberet, legauit, & adiecit ita: *Fidei tuæ, filia committo, vt cùm in familia nubas* b, *& quotieſcumque nubes, patiaris ex dote tua, quam dabit, partem dimidiam ſtipulare fratrem tuum & Seiam matrem tuam pro partibus dimidijs dari ſibi, ſi in matrimonio eius, cui nubes, ſine diuortio facto, priuſquàm dos tua reddatur eove nomine ſatisfactum erit, morieris nullo filio filiave ex eo relicto* pater virginem filiam nuptum collocauit, eiuſque nomine dotem dedit *c*, & poſt diuortium eandem recepit, & alij in matrimonium cum dote dedit, & ſtipulatus eſt, eam ‖ dotem ‖ ſibi aut filiæ ſuæ reddi, manente filia in matrimonio ſecundo, mortuus eſt eodem teſtamento relicto, eique hæredes exſtiterunt filius & vxor: poſtea marito defuncto, puella, dote recepta, nupſit alij, ſi præſentibus *d* & conſentientib. fratre & matre, quæ etiam dotem eius auxit, & *e* neuter eorum ſtipulati ſunt dotem. mox matri filius & filia heredes exſtiterunt. deinde in matrimonio filia deceſsit, marito herede relicto. quæſitum eſt, cum puella non ex cauſa legati pecuniam in dotem ab heredib. patris acceperat, ſed mortuo ſecundo marito materfamiliàs facta dotem reciperauerat, an hæres eius ex cauſa fideicommiſsi fratri defunctæ teneatur in eam pecuniam quam percipere poſſet, ſi dotem ſtipulatus eſſet? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non teneri.

8 ¶ ‖ Eius ‖ heres, vel legatarius rogatus eſt, *vt quendam* f *adoptet*, his verbis adiectis: *Si alias fecerit, exheres eſto*: vel, *perdat legatum*, quæſitum eſt, ſi non adoptauerit, an ‖ ei, qui adoptatus non eſt, ‖ actio quædam ex fideicommiſſo competit? Reſpondit, fideicommiſſum quo quis rogatur, vt adoptet, ratum non *g* eſſe.

9 ¶ *Agri plagam* h, *quæ eſt in regione illa Mauiis, Publio & Gaio tranſcribi* i *volo pretio facto* k *viri boni arbitratu, & hereditati illato, duplæ euictione expromiſſa reliquis heredibus, ita vt ſub pœna centum promittant, eam agri plagam partémve eius ad Seiam poſteroſve eius non peruenturam quaqua ratione.* quæſitum eſt, an legatum valeat, cùm Publius emere velit, Gaius nolit? Reſpondit, eum qui fideicommiſſum præſtari ſibi velit, poſſe *l* partem *m* dimidiam eius agri qui legatus eſt, petere, quamuis alter perſequi nolit.

¶ Item quęſitum eſt, cautio, quæ interponi debeat ſecundum voluntatem, pro quota parte cuiuſque hæredum pręſtanda ſit? Reſpondit, pro ea portione, quæ ex fideicommiſſo præſtatur.

10 ¶ Sorori legauit homines, quos nominauit teſtamento, eiúſque fidei commiſit, vt eadem mancipia filiis ſuis, cum obiret, reſtitueret quæſitum eſt, adgnata ex his an defuncti filiis heredib. reſtituenda ſint poſt mortem legatariæ, an remaneant ad *n* heredes eius? Reſpondit ‖ ea, ‖ quæ poſtea adnata eſſent, verbis fideicommiſſi non *o* contineri.

11 ¶ Pater naturalis filiæ ſuæ, ex teſtamento mariti eius, fideicommiſſi debitor, cùm ea mulier alij nuberet, non mandatu mulieris, dotem marito eius dedit, & ſibi reddi eam ſtipulatus eſt, ſi ſine liberis filia moreretur. mulier filiam ſuſcepit: quæſitum eſt, an fideicommiſſum à patre exigere poſſit? Reſpondit, ſi nec *p* ratam habuiſſet dotem datam, ſupereſſe fideicommiſſi petitionem.

¶ Idem quęſiit, an, ſi pater accepto facere ſtipulationem velit, mulieri perſecutio fideicommiſſorum deneganda ſit? Reſpondit, ſuprà reſponſum, eumque patrem, de quo quęreretur, ſi ita dediſſet, vt mulier ratum haberet, poſſe condicere.

12 ¶ Seium maritum ſcripſit heredem, eíque ſubſtituit Appiem alumnam, fideíque heredis commiſit, vt poſt mortem ſuam hereditatem eidem alumnę reſtitueret, aut, ſi quid ante contigiſſet *q* alumnę, tunc Valeriano fratris filio reſtitueret eandem hereditatem. quęſitum eſt, ſi Seius viuus quicquid ad eum ex hereditate perueniſſet, alumnę reſtituiſſet, an ſecundùm voluntatem defunctę id feciſſe videretur: pręſertim cùm hęc eidem ſubſtituta eſſet? Reſpondit, ſi viuo *r* Seio Appia deceſſiſſet, non eſſe liberatum à fideicommiſſo Valeriano relicto.

13 ¶ Scęuola reſpondit: Cùm heres ſcriptus rogatus eſſet, cùm *ſ* volet, alij reſtituere hereditatem, interim non eſt compellendus ad fideicommiſſum. *Claudius.* Poſt *t* mortem ‖ enim ‖ vtique creditur datum.

14 ¶ Heredis ſcripti fidei commiſerat, vt Seię vxori vniuerſam reſtitueret hereditatem, & vxoris fidei commiſit in hęc verba. *A te Seia peto, vt quidquid ad te ex hæreditate mea peruenerit, exceptis his,* " ſi " *quæ tibi ſupra legaui, reliquum omne reddas, reſtituas Mauiæ infanti dulciſſimæ. A qua Seia ſatis* a *exigi veto, cùm ſciam, eam potius rem aucturam, quàm detrimento futuram.* quęſitum eſt, an ſtatim *b* Mauia fideicommiſſum à Seia petere poſſit? Reſpondit, nihil proponi, cur non poſſit *c*.

De ſumptibus in monumentum extruendum.

42. *Idem* ‖ lib. 33. Digeſtorum. ‖

TItius heredes inſtituit Seiam vxorem ex parte duodecima, Mæuiam ex reliquis partibus, & de monumento, quod ſibi exſtrui volebat, ita cauit: *Corpus meum vxori meæ volo tradi ſepeliendum in fundo illo, & monumentum exſtrui vſque ad quadringentos aureos* quęro, cùm in duodecima parte non amplius, quam centum quinquaginta aurei, ex bonis mariti ad vxorem perueniant, an hac ſcriptura ab ea ſola monumentum ſibi teſtator exſtrui voluerit? Reſpondi, ab vtraque *d* herede monumentum pro hęreditariis portionibus, inſtruendum *e*.

De quantitate dotis legatæ, arbitrio boni viri conſtituendæ.

43. *Celſus* ‖ lib. 15. Digeſtorum. ‖

SI filię pater dotem arbitratu tutorum dari iuſsiſſet, Tubero perinde hoc habendum ait, ac ſi viri boni arbitratu legatum ſit. Labeo quærit, quemadmodum apparet, quantam dotem cuiuſque filię boni viri arbitratu conſtitui oportet? ait id, non † eſſe difficile ex dignitate *f*, ex facultatibus, ex numero liberorum teſtamentum facientis ęſtimare.

De fundo legato cum his quæ ibi erunt.

44. *Pomponius* ‖ lib. 2. ad Sabinum. ‖

SI fundus legatus ſit *cum his quæ ibi* g *erunt*, quę ad tempus *h* ibi ſunt, non videntur legata. & ideo *i* pecunię, quę fœnerandi cauſa ibi fuerunt, non ſunt legatę.

De vxoris cauſa emptis vel paratis.

45. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

HOc legatum, *vxoris* k *cauſa* l *parata* m, generale *n* eſt, & continet tam veſtem, quàm argentum, aurum, ornamenta, ceteráque quę vxoris gratia parantur.

¶ Sed quę videantur *vxoris cauſa parari*? Sabinus libris ad Vitellium ita ſcripſit. Quod *o* in vſu frequentiſsimè verſatur, vt in legatis vxoris adiiciatur, *quod eius cauſa parata ſint*. hanc interpretationem obtinuit. quod magis vxoris ‖ cauſa, ‖ quàm *p* communis promiſcuique vſus cauſa paratum foret. neque intereſſe viſum eſt, ante *q* ductam vxorem id paterfamilias parauiſſet, an poſtea, an etiam ex his rebus, quibus ipſe vti ſoleret, vxori aliquid adſignauiſſet, dum id mulieris vſibus propriè adtributum eſſet.

46. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Vitellium. ‖

EA tamen adiectio legatum alias exiguius, aliàs plenius efficiat *r*: augetur, cùm ſic *ſ* ſcriptum eſt. *Quæque eius cauſa parata ſunt.* Id enim ſignificat, & ſi quid pręter ea, quę dicta ſunt eius cauſa paratum eſt: minuitur detracta coniunctione: quia ex omnibus ſuprà comprehenſis ea ſola definiuntur, quæ eius cauſa parata ſunt.

47. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

SI quid earum rerum ante *t* comparauit, quam vxorem duxit, ſi id ei, vt vteretur, tradidit: perinde eſt, quaſi poſtea parauiſſet: ex eo autem legato ea pertinent ad vxorem, quæ eius cauſa empta, comparata *u*, quęque retenta ſunt: in quibus etiam quę prioris vxoris, quęque filię, neptis, vel nurus fuerunt, continentur.

1 ¶ Inter *emptum* x & *paratum* quid intereſt, quęritur? Et reſponſum eſt, in empto paratum ineſſe *y*, in parato non continuò emptum contineri: veluti ſi quis, quę prioris vxoris cauſa emiſſet, poſteriori vxori tradidiſſet, eas res eum poſterioris vxoris cauſa parauiſſe, non emiſſe, conſtat. Ideóque quamuis maritus poſterioris vxoris cauſa nihil emerit: tamen tradendo, quę prior habuerit, eius cauſa parata ſunt: & ſi ei adſignata *z* non

a ff. In caſu proximo, d.l.86. Quis ille caſus eſt? *Legato eorum quæ in patria noſtra habemus* non contineri Calendaria, non contineri pecunias quoque ad tempus ibi depoſitas.

b nubes *Hal.*

c & ita ademiſſe legatum ei cenſetur, arg. *l. 11. C. de legatis.*

d Præſenti & conſentienti non fit iniuria.

e Repudiato ex legato nihil peti poteſt.

f *l. 11. ff. de condit. inſt.*

g Imò eſt ratum *l. ſi cui 92. ff. de cond. & dem.* Quid? valétne onus adoptandi, licèt petitionem fideicommiſsi non inducat ei quem iuſsit teſtator adoptare? An potius nullo modo valet id onus, tanquam contra bonos mores? An *d. l. ſi cui.* agitur de emancipando: hic de adoptando: adde *l. ſi quis teſt. 11. ff. de cond. inſt. l. filiusfamilias 114. §. ſed ſi liberos. 8. ff. de legat. 1.*

h Plaga agri, regio, tractus.

i Tranſcribi eſt transferri: ducta locutione ex eo quod veteres in foro, & de menſæ ſcriptura magis quàm ex arca, domoque pecuniam numerabant: nam quòd argentarius Titio acceptum ferret, Titiique nomen expungeret, tranſcribere dicebatur: hæc vox etiam reperitur in *l. 13. ff. ad Velleianum, l. 12. ff. de præſcr. l. 14. in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

k conſtituto.

l Imò non poteſt l. 64. *ff. de contr. empt.*

m *l. 81. §. 1. ff. de l. 1.*

n *Ad*, pro *apud*, vt *l. vn. ff. apud eum à quo appellatur, l. 7. ff. de incendio*: vt *apud* pro *ad l. 43. ſuprà familiæ.*

o *l. 14. §. 1. verſ. Paulus reſpondit, in fin. ff. de vſuris.*

p Pater naturalis dotando filiam, magis compenſandi, quàm donandi animum habuiſſe videtur: ſecus in legitimo, *l. vlt. C. de dot. promiſſ.* hinc colligitur, Patrem naturalem non cogi filias dotare. vide quæ notaui ad *l. 19. ff. de ritu nuptiarum.* Quod Paleotus *tractatu de ſpuriis cap. 49. num. 5.* negat pertinere ad patrem naturalem, qui multa bona habeat. vide Campegium *tractatu de dote parte 1. quæſtion. 17.*

q vide *l. 162. ff. de verb. ſign.*

r *l. 14. §. 11. in fin. ſup. de l. 1.*

ſ *l. 11. § 6. ſup. eod.*

t Reſtituere, *cum volet*, rogatus, poſt mortem ſuam reſtituere rogatus intelligitur. In vltimis voluntatibus moriendo quis velle videtur, *vt hic.* imò moriendo videtur nolle, *l. centeſimis 46. §. ſi ita ſtip. 2. inf. de verb. oblig.* Aliud in contractibus: aliud in vltimis voluntatibus.

a Satis exigi qui vetat, fideicommiſsi diem non differt.

b Fideicommiſſum purè relictum ſtatim peti poteſt.

c ſtatim ſcilicet. Imò ſtatim peti non debet, ſed poſt mortem matris, arg. *l. 75. ff. ad Treb.*

d Imò ab ea tantum, cui ſepulturæ cura commiſſa eſt. poteſt enim vel vnum tantum heredum teſtator onerare, *l. cùm ab vno. 53. ff. de l. 2.* poteſt, ſi vult: ſed hic in dubio præſumitur cura ſepulturæ vni tantum iniecta: exteros ſumptus ex æquo ab hæredibus faciendos eſſe voluiſſe quod etiam ex quantitate relicti colligitur.

e quo nomine coheres à coherede cogi poteſt actione familiæ, vel pręſcriptis in factum, *l. 18. §. 2. ff. familiæ.* ab extraneo non poteſt ſed à Pontificibus, *l. 50. in fin. ſup. de hered. petit. l. 8. ſup. de relig. l. vlt. ſup. de mortuo inferendo. l. 28. C. de Epiſcopis*: vel à prætore, *l. 14. §. 2. ſup. de relig.*

† Imò difficile eſt, *l. 1. C. de dotis prom.* adde *l. cum poſt. §. gener. ſup. de iure dot.*

f vide *l. 60. l. 69. §. 4. ſup. de iure dot. l. 25. C. de nupt. l. 9. C. de adm. tut.*

g Eſſe alicubi ea intelliguntur, quæ ibidem ſunt perpetuò, non ad tempus.

h vel caſu, *l. 67. l. 68. in fi. l. 84. in fin. ff. eod. l. 3. §. 3. ſup. de hered. inſt. l. 33. §. 2. ff. de vſu & vſufr.*

i *His quæ ibi erunt* legatis, pecunia fœnerandi cauſa non intelligitur legata, *vt hic.* Cur ita? quæ fœnerandi cauſa alicubi pecunia eſt, ad tempus eſt, non perpetuò, modò ibi eſt, modò non eſt. Hoc autem legato. *quæ ibi erunt,* legata intelliguntur quæ perpetuò ibi ſunt, non ad tempus. verbi τοῦ εἶναι, hæc natura eſt, vt res momentarias, fluxas ac minimè manentes non innuat. adde quæ ſcripſi ad *l. 41. §. 6. in fi. ſup. eod.*

k *Syn. Baſil. 44. Tit. 3. c. 49.* l *l. 47. ff. eo. l. 13. ff. de auro.*

m Paratorum vxoris cauſa, voce intelligitur id omne quod eius cauſa paratum eſt: puta continetur veſtis, argentum, aurum, ornamenta, cæteráque quæ vxoris gratia parari ſolent. n Cur generale eſt? Indefinita generalia.

o Parata alicuius cauſa ea videntur, quæ ad eius uſum proprium ſunt deſtinata: non quæ ad vſum communem eius & alterius.

p *l. 10. ff. de auro.*

q *l. 47. in pr.*

r *al.* efficit.

ſ *d. l. 10. verſ. ſed quod Quintus. ff. de auro.* Pone ita legatum: *Veſtem, aurum, argentum, quæ vxoris cauſa parata ſunt, do lego.* Relatiuum *quæ* ea tantum demonſtrat quæ nominatim ſunt expreſſa. At cùm ita lego, *Veſtem, aurum, argentum, quæque vxoris cauſa parata ſunt, do, lego.* legatum in hac ſpecie augetur. Nec enim veſtis, aurum & argentum tantùm debetur, ſed alia, quæcumque vxoris cauſa parata fuerint. Tanti intereſt, relatiuo *quæ* adiiciatur coniunctio, *que*, an non adiiciatur, priore enim caſu exiguius eſt legatum: poſteriore verò vberius.

t *v. l. 45. in fi. ſup. eo.*

u *al. parata, vt §. 1. ff. eo.*

x *l. 49. §. 3. ff. eo.*

y Imo non ineſt: Nam qui legat empta, non legat parata.

z i. tradita: Adſignare & tradere idem eſt, *l. 19. ff. de auro*: *l. 22. ff. de manumiſſ. teſt. Plin. 19. Epiſt.* v. Cuiac. 12. *obſ. 8. in fin.*

ſunt, legato cedunt atque prioris vxoris cauſa parata ſunt, ita poſteriori debentur, ſi ei adſignata *a* ſint. quia non eſt ita de poſteriore vxore cogitatum, cùm compararentur.

48. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

NAm ne id quidem, quod traditum eſt, ſi poſtea ademptum ſit, legato cedet.

4. De concubina. 5. Vel vxoris. 7. Vel filij filiæve, vel ſerui ſeruæve cauſa paratis.

49. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

ITem legato continentur mancipia, putà lecticarii *b*, qui ſolam matremfamiliàs portabant: item iumenta, vel lectica *c* vel ſella, vel burdones *d*. item mancipia alia, puellæ fortaſſis, quas ſibi comatas *e* mulieres exornant.

1 ¶ Sed & ſi fortè virilia ei quædam donauerit, quodammodo eius cauſa parata videbuntur.

2 ¶ Proinde & ſi quædam promiſcui vſus ſint, ſolitus tamen fuerit ab ea quaſi vſum mutuari, dicendum erit ipſius cauſa videri parata.

3 ¶ Item intereſt *f*, *ipſius cauſa parata g*, ſint ei legata, an *ipſius cauſa empta*. paratis enim omnia continentur, quæ ipſius vſib. fuerunt deſtinata *h*. empta verò ea ſola, quæ propter eam empta fecit maritus. vnde non *i* continebuntur emptis ſolis legatis, quæ alia ratione paterfamiliàs adquiſita ei deſtinauit, vtroque autem legato continebuntur, & quæ maritus emi mandauerat, vel quæ emerat, necdum autem ei adſignauerat, adſignaturus ſi vixiſſet.

4 ¶ Parui autem refert, vxori, an concubinæ quis leget, quæ *eius cauſa empta parata ſunt*. ſanè enim, niſi *k* dignitate *l*, nihil intereſt.

5 ¶ Si vxori aurum *quod eius cauſa paratum eſt*, legatum ſit, & poſtea ſit conflatum *m*, materia tamen maneat, ea ei debetur.

6 ¶ Sed vt legatum valeat, mortis tempore vxorem eſſe debere, Proculus ſcripſit, & verum eſt. * ſeparatio *n* enim diſſoluit legatum.

7 ¶ Hoc legatum & filio & filiæ relinqui poteſt, *Quæ eius gratia parata o ſunt*: & ſeruo ſeruæque, & continebuntur, quæ ipſi ſunt attributa *p* vel deſtinata *q*.

De legato, cùm in ſuam tutelam peruenerit. 4. Vel cùm ſui iuris fuerit factus. 5. Vel cum ad pubertatem preuenerit. 6. Vel cum ſuæ ætatis, vel legitimæ, vel iuſtæ, vel maturæ factus ſit, vel cum adoleuerit.

50. *Idem* ‖ lib. 13. ad Sabinum. ‖

CVm filiofamiliàs ita legatur, *Cùm is in ſuam tutelam ſuam r peruenerit*, pubertatis tempus ſignificatur. Et ſanè ſi impuberi *s* filiofamiliàs legatum ſit, plerumque ſentiendum eſt, quod Sabinus ait, vt non & paterfamiliàs fiat, ſed vt pubes. Cæterùm ſi mater quæ ſuſpectam habuit mariti, à quo diuorterat, vitam filio ſuo, quamuis impuberi leget, non videtur ſenſiſſe de eo tempore, quo pubes eſt, ſed de eo quo & pubes, & paterfamilias eſt. Nam & ſi pubes fuit, multo magis dicendus, de patrefamiliàs eam ſenſiſſe, ac ſi dixiſſet, *In ſuam tutelam & in ſuam poteſtatem.*

1 ¶ Quod ſi quis patrifamiliàs impuberi leget, cùm ſuæ tutelæ ſit, de pubertate ſenſit. Interdum & de viginti quinque annis: ſi mens teſtantis appareat. Nam ſi iam puberi, minori tamen vigintiquinque annis legauit, procul dubio anni viginti quinque erunt præſtituti.

2 ¶ Item ſi furioſo *u*, vel prodigo, vel ei, cui prætor ex cauſa curatorem dedit, ita *x* ſit legatum, puto, & de eo ſenſum caſu, quo curæ, & tutelæ liberetur.

3 ¶ Ex his & huiuſmodi apparet, voluntatis quæſtionem Sabinum interpretatum. Et vtique non dubitaret, ſi puberi, & multò magis maiori vigintiquinque annis ita ſit legatum, de ſua poteſtate teſtatorem ſenſiſſe.

4 ¶ Sic autem hæc ſcriptura varia eſt, & voluntatis habet quæſtionem, vt illa quoque ſi quis ita ſcripſerit, *Cùm ſui iuris fuerit factus*. nam aliter aliàs accipitur *y*, & plerumque *z* poteſtatis liberationem continet, plerumque pubertatem, vel viceſimumquintum annum.

5 ¶ Ego quidem, & ſi quis iam puberi minori tamen vigintiquinque annis ſic legauerit, *Cùm ad pubertatem peruenerit* puto, de ætate *a* eum ſenſiſſe, quæ caret in integrum reſtitutione.

6 ¶ Idem & ſi ‖ quis, ‖ *Cum ſuæ ætatis fuerit factus*, *vel legitimæ ætatis*, vtrum *b* de pubertate, an de vigintiquinque annis ſenſum ‖ ſit, ‖ diſputari de voluntate poteſt, non minus quàm ſi ita adſcripſerit, *Cùm iuſtæ c ætatis* ‖ *ſit* ‖ *factus*: vel, *cùm maturæ ætatis*: vel, *cùm adoleuerit.*

De legato cùm in tutelam ſuam peruenerit.

51. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

SI filiæfamiliàs ita legatum ſit, *Cùm in tutelam d ſuam peruenerit*, tunc debebitur, cum viripotens *e* facta fuerit.

52. *Vlpianus* ‖ lib. 24. ad Sabinum. ‖

LIbrorum appellatione continentur omnia volumina *f*, ſiue in charta, ſiue in membrana ſint, ſiue in quauis alia materia. Sed & ſi in phylira *g* aut ‖ in ‖ tilia, (vt nonnulli conficiunt) aut in quo alio corio: idem erit dicendum.

¶ Quòd ſi in codicib. ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, vel in ceratis codicillis, an debeantur, videamus? & Caius Caſſius ſcribit, deberi & membranas libris legatis. conſequenter igitur cætera quoque debebuntur, ſi non aduerſatur voluntas teſtatoris.

1 ¶ Si cui *Centum libri* ſint legati, centum volumina *h* ei dabimus. non centum, quæ quis ingenio ſuo metitus eſt, cui ad libri ſcripturam ſufficerent: vtputà cùm haberet Homerum totum in vno volumine, non quadraginta octo libros computamus: ſed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum eſt.

2 ¶ Si Homeri corpus *i* ſit legatum, & non ſit plenum, quantæcumque partes *k* hodie inueniantur *l*, debentur.

3 ¶ Libris autem legatis bibliothecas *m* non contineri Sabinus ſcripſit. Idem & Caſſius. ait enim, membranas, quæ ſcriptæ ſint, contineri: deinde adiecit, neque armaria, neque ſcrinia, neque cætera, in quibus libri conduntur, deberi.

4 ¶ Quod tamen Caſſius de membranis puris ſcripſit, verum eſt. nam nec chartæ puræ ‖ debentur, ‖ *libris legatis*: nec *chartis n legatis* libri debebuntur. niſi fortè & hic nos vrſerit voluntas *o*. vtputa ſi quis fortè chartas ſic reliquerit: *Chartas meas vniuerſas*: qui nihil aliud, quàm libros, habebat, ſtudioſus ſtudioſo. nemo enim dubitabit, libros deberi. nam in vſu plerique libros chartas appellant.

¶ Quid ergo, ſi quis *chartas* legauerit *puras*? Membranæ non continebuntur, neque cæteræ ad ſcribendum materię, ſed nec cœpti *p* ſcribi libri.

5 ¶ Vnde non male quæritur, ſi *libri* legati ſint, an contineantur nondum perſcripti? Et non puto contineri. non magis quàm veſtis appellatione, nondum detexta *q* continetur. ſed perſcripti libri nondum malleati *r* vel ornati continebuntur, proinde & nondum conglutinati, vel emendati continebuntur. ſed & membranæ nondum conſutæ continebuntur.

6 ¶ Chartis legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartę nondum perfectæ continebuntur.

7 ¶ Sed ſi *bibliothecam* legauerit, vtrum armarium *ſ* ſolum, vel armaria ‖ continebuntur, ‖ an verò libri quoque contineantur, quæritur? & eleganter Nerua ait, intereſſe ‖ id, ‖ quod teſtator ſenſerit: nam & *t* locum ſignificari bibliothecam eo, aliàs armarium, ‖ (ſicuti dicimus, eboream bibliothecam emit) ‖ alias libros, ‖ ſicuti dicimus, bibliothecam emiſſe. ‖ Quod igitur ſcribit Sabinus, libros bibliothecam non ſequi, non per omnia verum eſt. nam interdum armaria quoque debentur, quæ plerique bibliothecas appellant. Planè ſi mihi proponas adhærentia *u* eſſe membro *x* armaria, vel adfixa, ſine dubio non debebuntur, cùm ædificij portio ſint.

8 ¶ Quod in bibliotheca tractauimus, idem Pomponius lib. 6. ex Sabino *in dactylotheca y* legato tractat. & ait anulos quoque contineri, non ſolùm thecam, quæ anulorum cauſa parata ſit. hoc autem ex eo coniectat, quòd ita proponitur quis legaſſe, *Dactyliothecam meam, & ſi quos præterea anulos habeo*, & ita Labeonem quoque exiſtimaſſe ait.

9 ¶ Sunt tamen quædam, quæ omnimodo legatum ſequuntur, vt *lectum* legatum contineat, & fulctra *z*: & *armariis & loculis* clauſtra & claues cedunt.

De argento legato. 1. De anulis legatis.

53. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

ARgento legato conſtat arculas *a* ad legatarium non pertinere.

---

a l. tradita.
b Lecticis & ſellis honeſtiores fœminę vehebantur; quarum vſus contrà probroſis fœminis interdictus à Domitiano, teſte Suetonio & Dione 58. Seneca *de remediis fort.* Apuleio 1. *Metamorphoſ.* vnde Tertullianus, peſſum ire pudicitiam querebatur, quod ſtolis, ſelliſque deauratis in publico mulieres verſarentur, quo facies de plano poſſet perſpici. adde quæ ſcripſi de veſte matronarum & meretricum ad *l.* 15. §. 15. ȷ. *de iniur.* & de ſella geſtatoria, ad *l.* 7. ſ. *de ſeru. ruſt. præd.* §. 7. *Theoph. de iure naturali.* de vehiculis honoratorum & carrucis dixi *tit. C. de honor. vehiculis.*
c de qua vide *l.* 7. ſ. *de ſeru. ruſt.*
d i. mulos. eodem namque ſenſu ad *l.* 62. ȷ. *eod.* Greci ſcribunt, τῶ λεγάτω τῶν βορδονίων ἢ αἱ μῦλαι περιέχονται. (*Synopſ. Baſil.* 44. *Tit.* 3. *c.* 58 legit χορδονιῶν) Hieronymus in *tranſlat.* 2. *Regum.* vt tollam onus duorum burdonum. Burdones etiam manui & burici vocantur. vide Cuiac. 10. *obſeru.* 16. *in pr.* Peſſimè Accurſius hic expoſuit, baculos quib. effertur domina: eóſve qui dominam portabant.
e queis ſibi comas mulieres *Cuiac. ibid.* Hæ ſunt quæ cimfiones dicuntur, ornatrices, *v. l.* 65. §. 3. ȷ. *eod. dem.*
f Generis legato, ſpecies omnes continentur: ſpeciei verò, non continetur alia ſpecies ſub eodem genere poſita.
g inter paratum & emptum intereſt, vide *l.* 47. §. 1. ſ. *eo.*
h Imò deſtinata ad vſum non videntur contineri, cùm non habeantur pro traditis. *l. cætera.* 41. *in fin. l. ſeq.* ſ. *de l.* 1.
i Imò empti nomine continetur paratum, *l.* 47. §. 1. ſ. *eo.*
k Vxor à concubina non differt niſi dignitate, *vt hic.* Quid ita? Vtraque coniunctio iure ciuili comprobatur, *l* 1. ſ. *de concub. Nouel. quibus modis naturales* 89. §. 1.
l Matrisfamiliàs nomine quamlibet honeſtam mulierem intelligimus, *l.* 41. *in fi.* ſ. *de ritu*: *l.* 3. *in fin.* ȷ. *de lib. exhib. l.* 46. *in fi. inf. de verb. ſign. l.* 29. *C. de adulteris.* adde *l.* 67. §. 10. ſ. *de legat.* 2. vide Cuiacium 3. *obſ.* 18.
m *l.* 44. §. 2. *ſup. de l.* 1. *u l.* 13. ȷ. *de auro.*
o *Parata* verbo attributa & deſtinata continentur.
p Attributa à deſtinatis diſtinguuntur.
q Deſtinata dicuntur quæ parata. r In tutelam ſuam veniſſe, nihil aliud quàm pubertatis tempus attigiſſe: id ve tempus, quo quis alterius tutelam euadens, ſuam ſubire videtur. ſ *l. vlt.* ſ. *de iure delib. Inſt. de pupillari.*
t Impuberi filiofamiliàs relictum, cum primum pubes factus fuerit non debebitur, licèt nondum ſit paterfamiliàs.
u *l. antepen. C. de curat. furioſi.*
x cum in ſuam tutelam vel curam venerit: cum ſui ipſius tutor & curator idoneus eſſe poterit.
y *aliàs*, accipiatur.
z Sui iuris dicuntur, qui vel poteſtate liberati, qui puberes, qui xxv. annum attigerunt.

a de ea ætate, ...
b nec enim ſuff... ad veniam im... trandam, ętatis al... gatio, *l. vlt. C. de* ... *qui ven. ætat.*
c Ætates hic ... enumerantur, ... matura, adoleſce... & paulò ante, ... ætas, legitima.
d i. tutelæ finem.
e *l.* ... §. 2. ȷ. *quib.* ... *cauſ. in poſſ. eatur.*
f Volumina ... dicta ſunt quod ... teres volumina ... Cylindri, i. volu... rij modum com... care ſolebant. ... Paulum 3. *ſent.* 6. 87.
g foliis chartæ ... colligatis, 13. *Pl.* ... 15. 16. *c.* 26. 20. ... de phylira & ... vide Cottam in ... *morialibus*, in ... Librorum.
h *Synopſ. Baſil.* ... *Tit.* 3. *c.* 48. ... men & liber ... idem. quod ... rius Valla non ... mittit authori... Plinij qui ... bros in ſex vol... na diuiſos (... amplitudinem ... fert: ita vol... libro minus ... Sed Valla paru... ſequitur hu... cum. Porro ... men, à volu... vnde volumen ... pentis caudæ ... gilio, & Valer...
i Eodem modo ... tinè diceremu... pus iuris c... Corpus enim ... tur pro opere ... quo ſcripto, C... ad *Quint. fratr.* ... Hinc ſωμα... ίκα legum, ... *Leon.* 1.
k quantæcum... partes inuenia... *Hal.* quantæcu... partes rhapſo... alij ita legunt.
l *l.* 76. ȷ. *eod.*
m de biblio... *v.* §. 7. ȷ. *eod.* ... *l.* 50. ſ. *de contr.* *empt.*
n Chartarum ... ne, libros, le... videri Prud... coniiciunt ... argumentis: ... dixerit teſta... chartam vniuer... quod nullas ... chartas quàm ... bros habuerit ... ſtudioſus ſtud... ita legauerit. ... Cuiac. *conſult.* 3...
o vide *l.* 15. ... *fideicom.*
p *l.* 19. §. 1. ȷ. ... *auro*: de deſtinatio... vide quæ notaui ... *l.* 58. §. 1. 5. *pro ſoc.*
q *l.* 22. *l.* 23. ȷ. ... *auro.*
r Malleati libri ... hac voce vtitur Columella 12. *c.* 19. ſ *l.* 12. §. 34. ȷ. *de inſtructo*, *l.* 50. ſ. *de contr. empt.*
t Feſtus: Bibliothecæ, & apud Græcos & apud Latinos tam librorum per... magnus numerus, quàm locus ipſe, in quo libri collocati ſunt, appellantur. Quinimo hic bibliotheca non tantum eſt ædificium in quo libri, ſed etiam armarium.
u vide *l.* 17. ſ. *de act. empt. l.* 12. §. 23. ȷ. *de inſtructo.*
x Membrum pro cubiculo ſumitur hic & *leg.* 13. §. 1. ȷ. *de manumiſſ. teſtament.*
y Dactilotheca annulorum capſula. 37. *Plin.* 1.
z fulcra *Hal.* fulcro lectum cedit *l.* 26. §. 1. *in fi.* ȷ. *de adq. rer. dom.*
a Arculas argenteas Heliogabalus fertur primus habuiſſe. *Lampr.*

1 ¶ Item

1 ¶ Item annulis legatis dactyliothecæ *a* non cedunt.

De verbo, hoc amplius.

54. *Pomponius* "libro 7. ad Sabinum."

SI purè tibi legauero: deinde poſtea ſcripſero ita, *hoc* *b* *amplius ſi nauis ex Aſia venerit, heres meus ei fundum dato.* verius eſt, eo verbo *amplius* ſuperiora repeti.

¶ Sicuti dicimus, *Lucius Titius plebi quinta milia dedit, hoc amplius Seius viſcerationem c*, quina quoque milia Seium dediſſe intelligimus. Et, *Titius accepit quinque, Seius hoc amplius fundum*, Seium quinque quoque cepiſſe intelligimus.

De lignis & materia. 7. De lignis, carbonibus, titionibus, lignis coctis. 8. De ſulphuratis. 9. De ad faces paratis. 10. De ſtrobilis.

55. *Vlpianus* "lib. 25. ad Sabinum."

LIgni *d* appellatio nomen generale eſt: ſed ſic ſeparatur, vt ſit aliquid materia *e*, aliquid *f* lignum. *Materia* eſt, quæ ad ædificandum, fulciendum neceſſaria eſt: *lignum*, quidquid comburendi cauſa paratum eſt.

¶ Sed vtrùm ita demum, ſi conciſum ſit, an & ſi non ſit? & Quintus Mucius libro 2. refert, ſi cui ligna legata eſſent, quę in fundo erant, arbores quidem materiæ cauſa ſucciſas non deberi. nec adiecit, ſi ‖non‖ comburendi gratia ſucciſæ ſunt, ad eum pertinere. ſed ſic intelligi conſequens eſt.

1 ¶ Ofilius quoque libro 5. iuris partiti ita ſcripſit, cui ligna legata ſunt, ad eum ‖omnia‖ ligna pertinere, quę alio nomine non appellantur, velut virgæ, carbones, nuclei oliuarum, quibus ad nullam aliam rem, niſi ad comburendum poſſit vti. ſed & balani *g*, vel ſi qui alij nuclei.

2 ¶ Idem libro 2. negat, arbores nondum conciſas, niſi quæ minutatim conciduntur, videri ei legatas, cui ligna legata ſunt. ego autem arbitror, hoc quoque ligni appellatione contineri, quod nondum minutatim fuit conciſum, ſi iam concidendo fuit deſtinatum. proinde ſi ſyluam huic rei habebat deſtinatam, ſylua quidem non cedet. deiectæ autem arbores lignorum appellatione continebuntur, niſi aliud teſtator ſenſit.

3 ¶ Lignis autem legatis, quod comburendi cauſa paratum eſt, continetur: ſiue ad balnei calefactionem, ſiue diætarum *h*, hypocauſtorum *i*, ſiue ad calcem, vel ad aliam rem coquendam ſolebat vti.

4 ¶ Ofilius libro 5. iuris partiti ſcripſit, nec ſarmenta *ligni* appellatione contineri. ‖ſed (ſi voluntas non refragatur) & virgulæ, & gremia *k*, & ſarmenta *l*, & ſuperamenta † materiarum, & vitium ſtirpes, atque radices *m* continebuntur.

5 ¶ Lignorum appellatione in quibuſdam regionibus (vt in Ægypto, vbi arundine pro ligno vtuntur, & arundines, & papyrum comburitur) & herbulæ quædam, vel ſpinæ, vel vepres continebuntur. quid mirum? cum ξύλον, *id eſt lignum*, hoc, & naues *n* ξυληγὰς *o* *id eſt lignorum vectrices*, appellant: quæ hæc ἀπὸ τῶν ἑλῶν, *id eſt à paludibus* deducunt.

6 ¶ In quibuſdam prouinciis & editu *p* bubum ad hanc rem vtuntur.

7 ¶ Si lignum *q* ſit paratum ad carbones coquendas *r* atque conficiendas, ait Ofilius libro 5. iuris partiti, *Carbonum* appellatione huiuſmodi materiam non contineri.

¶ Sed an lignorum? & fortaſſis quis dicet, nec lignorum. non enim lignorum gratia hæc teſtator habuit. Sed & titiones, & alia ligna cocta ne fumum faciant, vtrùm ligno, an carboni, an ſuo generi adnumerabimus? Et magis eſt vt proprium genus habeatur.

8 ¶ Sulphurata *ſ* quoque de ligno æquè eandem habebunt definitionem.

9 ¶ Ad faces *t* quoque parata, non erunt lignorum appellatione comprehenſa, niſi hęc fuit voluntas.

10 ¶ De pinu *u* autem integri ſtrobili *x*, ligni appellatione continebuntur.

De palis & perticis.

56. *Paulus* ‖libro 4. ad Sabinum.‖

PAli *y*, & perticæ in numerum materię redigendi ſunt & ideo lignorum appellatione non continentur.

De materia, area, armario.

57. *Pomponius* ‖libro 30. ad Sabinum.‖

SEruius reſpondit, cui *omnis z materia* legata ſit, ei nec arcam, nec armarium legatum eſſe.

De vxoris causa paratis.

58. *Vlpianus* "libro 4. Diſputationum."

a v. l. 67. *infra de furt.*
b *l.* 10. §. 2. *infra de annuis. l.* 3. *infra de dolo.* de hac voce v. Cuiac. 8. *obſ.* 36.
c Viſceratio, διανομὴ χρέως. Gloſſis: quid eſſet dixi ad *l.* 122. ſ. *de l.* 1. viſceratio ſine amico, vita lupi & leonis eſt, Seneca 2. *epiſt.* 19. adde eundem 10. *epiſt.* 74.
d *l.* 167. ǰ. *de verb. ſign.*
e Aliud eſt materia, aliud lignum, dixi ad *l.* 57. ǰ. *eod. ad l.* 12. ſ. *de vſufr.* dixi ad Feſtum in Abietaria negotiatio.
f *al.* aliud.
g *d. l.* 167. *in fin.* βάλανος generale nomen eſt, omnia continens quæ apud non glandis vocabulo comprehenduntur: de quibus v. Dioſcoridem c. 1. 54. & 13. *Plin.* 4.
h Dietæ cubicula, ſiue cœnacula, in quibus viuimus verſamurque æſtate ad vmbram, hyeme ad ſolem ἐκ τοῦ διαιτάομαι, id eſt, viuo. hæc vox reperitur in *l.* 13. §. 7. 8. *ſupr. de vſufr. l.* 43. §. 1. ſ. *de l.* 1. hinc diætarij, *l.* 12. §. 42. ǰ. *de inſtructo.* δίαιτα cœnaculum Gloſ.
i Hypocauſtis vſi veteres, *l.* 16. *ſuprà mandati.* ὑπόκαυστον ἐκ τῶν ὑποκαίειν. locus, qui ſuccenſo ſub pauimento igne, calefieri ſolet.
k Gremia, *l.* 13. *in fin.* ǰ. *arbor. furtim cæſarum.* hinc gremiales arbores, v. *l.* 7. § 12. ſ. *ſoluto.* Gremia Gallis, *bourrées, Coſterets.*
l adde Feſtum *in Sarpta.*
† ſuperamenta materiarum, *Coupeaux.*
m *al.* ridicas, *vt l.* 15. §. 3. ǰ. *quod vi.* Radices vitium, *ſouches.*
n v. quæ notaui ad *l.* 1. §. 12. *ſuprà de exerc.*
o Alciatus 2. *prætermiſſ.* legit σχέδια, vel ξυλοφόρας νῆας.
p Editus boum, ſtercus, excrementum. Editus dicitur ab edendo, ſeu extra mittendo.
q *l.* 167. ǰ. *de verb. ſign.* lignum deputatum ad carbones coquendos, non eſt lignum. vide quæ de deſtinatione ſcripſi ad *l.* 58. §. 1. *ſup. pro ſocio.* ἀνθραξ. carbo factus ἀνθρακιὰ faciendus.
r coquendos, *Hal.*
ſ ſulphura, *Hal. d. l.* 167.
t *d. l.* 167. u *d. l.* 167.
x ςρόβιλος, id eſt, nucleus pineus, v. Plin. 16. c. 15.
y *l.* 17. ſ. *de contr. empt. l.* 168. ǰ *de verb. ſignif.*
z *l.* 55. ſ. *eod. l.* 88. §. 1. ǰ. *eod.* Materiam qui legat non intelligitur legaſſe materiatum, id eſt ex materia confectum corpus aliquod: ac maximè quidem ſi ſpecies facta ad priſtinam materiam reduci non poteſt, §. *cum ex aliena. Inſt. de rer. diuiſ.* adde *l.* 53. ſ. *eod.* & quæ ſcripſi ad *l.* 44. §. 2. *ſuprà de l.* 1.

CVm vxori ſuæ quis ea, *quæ cauſa eius parata ſunt* a, legaſſet, deinde *b* viuus purpuras comparaſſet in prouincia, nec dum tamen aduexiſſet, reſcriptum eſt, ad mulierem purpuras pertinere.

De chirographo.

59. *Iulianus* "lib. 34. Digeſtorum."

QVi *chirographum* c legat, non tantum de tabulis cogitat, ſed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur. appellatione enim chirographi vti nos pro ipſis actionibus palam eſt: cùm venditis chirographis, intelligimus nomen veniſſe. quin etiam ſi nomen *d* quis legauerit, id, quod in actionibus eſt, legatum intelligitur.

De agnis. 1. De ſeruis & ancillis vrbanis. 2. De vxoris cauſa paratis, de penu. 3. De prædiis & quæ prædiorum colendorum cauſa parata ſunt.

60. *Alfenus* "lib. 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum."

CVm quæreretur, *agni* e legati quatenus viderentur? Quidam aiebant, agnum dumtaxat ſex menſium, ſed verius eſt, eos legatos eſſe, qui minores *f* anniculi *g* eſſent.

1 ¶ *Seruis & ancillis vrbanis* h *legatis*, agaſonem, mulionem legato non contineri reſpondi. eos enim ſolos ‖in‖ eo numero haberi, quos paterfamilias circum *i* ſe ipſe ſui cultus cauſa haberet.

2 ¶ *Lana, lino, purpura vxori legatis*, quæ eius cauſa parata eſſent, cùm multam lanam, & omnis generis reliquiſſet: quærebatur, an omnis deberetur? Reſpondit, ſi nihil ex ea deſtinaſſet ad vſum vxoris, ſed omnis commixta eſſet, non diſſimilem eſſe deliberationem, cum penus legata eſſet, & multas res, quæ penus eſſent, reliquiſſet, ex quibus paterfamilias vendere ſolitus *k* eſſet. nam ſi vina diffudiſſet, habiturus vſioni *l* ipſe, & heres eius, tamen omne in penu exiſtimari. ſed cùm probaretur, eum, qui teſtamentum feciſſet, partem penus pendere ſolitum eſſe, conſtitutum eſſe, vt ex eo, quod ad annum *m* opus eſſet, heredes legatario darent. ſic mihi placet & in lana fieri, vt ex ea, quod ad vſum annuum mulieri ſatis eſſet, "ea" ſumeret, non enim deducto eo, quod ad viri vſum opus eſſet, reliquum vxori legatum eſſet: ſed quod vxoris cauſa paratum eſſet.

3 ¶ *Prædiis legatis, & quæ eorum prædiorum colendorum cauſa empta parataque eſſent*, neque topiarium, † neque ſaltuarium legatum videri ait: (topiarium enim ornandi, ſaltuarium *n* autem tuendi *o* & cuſtodiendi fundi, magis quàm colendi paratum eſſe) aſinum machinarium legatum videri: item oues *p*, quæ ſtercorandi fundi cauſa pararentur. item vpilionem *q*, ſi eius generis oues curaret.

De textoribus qui ſui eſſent cùm moreretur.

61. *Idem* "lib. 8. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum."

TExtoribus omnibus, *qui ſui eſſent cùm moreretur*, legatis, quæſitum eſt. an & is, quem poſtea *r* ex his oſtiarium feciſſet, legato contineretur? Reſpondit, contineri. non enim ad aliud artificium *ſ*, ſed ad alium vſum tranſductum eſſe.

De ſexu maſculino & fœminino.

62. *Iulianus* "lib. ſingulari de Ambiguitatibus."

QVi duos mulos habebat, ita legauit, *mulos duos qui mei erunt, cùm moriar, Scio heres dato.* idem nullos mulos, ſed duas mulas reliquerat, reſpondit Seruius, deberi legatum, quia *t* mulorum *u* appellatione etiam mulæ continentur, quemadmodum appellatione ſeruorum etiam *x* ſeruæ plerumque continentur. Id autem eo veniet, quod * ſemper ſexus *y* maſculinus ‖ etiam‖ fœmininum "ſexum" continet.

De repetitione legatorum.

63. *Idem* "lib. 1. ad Vrſeium Ferocem."

IN repetundis *z* legatis hæc verba quæ adiici ſolent, *item a dare damnas eſto*, & ad conditiones, & ad dies legatorum eaſdem repetendas referri, Sabinus reſpondit.

De Kalendario.

64. *Africanus* "libro 6. Quæſtionum."

QVi filium & nepotem heredem inſtituerat, certa prædia, quæque in his mortis tempore ſua eſſent, nepoti per fideicommiſſum dederat, *excepto* b *Kalendario* c. mortis tempore in ea, arca, in qua inſtrumenta & cautiones debitorum erant, pecunia numerata inuenta eſt? Pleriſque videbatur, vix veriſimile eſſe, vt teſtator de pecunia numerata ſenſiſſet. Ego autem illud dignum animaduerſione exiſtimabam, cùm quis Kalendarium *d* præſtari alicui voluerit, vtrúmne

a parata eſſent, *Hal.*
b deinde viuus, *Hal.* vide in hanc l. Cuiac. 12 *obſ.* 8.
c *l.* 44. §. 5. *l.* 84. §. 7. ſ. *de l.* 1. *l.* 3. §. 1. ǰ. *de liberat. leg. l.* 18. §. 2. *l.* 28. ǰ. *de mort. cauſ. don. l.* 38 ǰ. *de obl.*
d *l.* 4. *infr. de verb. ſign.*
e *l.* 65. *in fin.* ǰ *eod.* *Paulus* 3. *ſent.* 6. §. 74.
f *Syn. Baſ.* 44. *tit.* 3. c. 56.
g *al.* anniculis.
h vrbanis ſeruis legatis agaſones & muliones non continentur, ſed ij tantum, quos paterfamilias circum ſe ſui cultus cauſa habuit.
i *l.* 99. ǰ. *eod. l.* 12. ǰ. *de ſuppellect. l.* 210. *infra de verb. ſign.*
k *l.* 4. §. 2. ǰ. *de penu legata*: de loco à ſolitis & conſuetis dixi ad *l.* 9. §. 8. *ſupra de rebus cred.*
l *Vſionis* verbo vſus eſt Iuriſconſultus quoque in *l.* 27. § 4. ǰ. *de auro.* ſic vſio Varroni, & abuſio Ciceroni 11. *ad Atticum* 20.
m Ita pro vno tantum anno debebitur. adde *l. nam quod liquida* 4. §. *item ſi quis* 2. ǰ. *de penu legata.*
† Topiarius quid, dixi *l.* 8. *in fin.* ǰ. *de inſtructo.*
n de quo *l.* 12. §. 4. ǰ. *de inſtructo.*
o *l.* 16. §. 1. *ſupr. de vſu & habit.*
p *l.* 9. *infra de inſtructo.*
q opilionem, vide Paul. 3 *ſent.* 6. §. 38. *in fin.* opilio, quaſi ouilio, id eſt, ouium cuſtos.
r Mutatio artificij ad officium, non mutat ſubſtantiam legati.
ſ Seruo ab vno artificio ad aliud tranſlato, legatum extinguitur. vide Cuiac. 9. *obſer.* 27. adde *l.* 65. §. 1. *infr. eod.*
t Mulorum legato, mulæ continentur.
u ἡμιόνων. de quibus v. *l.* 49. *ſup. eod. Syn.* 44. *Tit.* 3. *cap.* 8.
x *l.* 81. ǰ. *eod. l.* 101. *l.* 195. *in fin. infr. de verb. ſign.*
y Maſculinus ſexus fœmininum ſemper continet, *l.* 1. ǰ. *de verb ſign.*
z in repetitione legatorum, *l.* 80. *leg.* 82. ǰ. *de verb. ſignif.* adde *l.* 120. *ibid.*
a *Item*, dictio inducit repetitionem præcedentis qualitatis, vbi perſonarum vel rerum identitas eſt, v. *Bart. hic.*

b *l.* 6. ǰ. *de inſtructo.* c Kalendario legato vel excepto à legato nomina debitorum & pecuniæ deſtinatæ ad Kalendarium legata vel excepta intelliguntur.
d *l.* 34. §. 1. *ſuprà eod. l.* 88. *ſuprà de l.* 2.

no mina

nomina dumtaxat debitorum præſtari voluiſſe intelligendus eſt, an vero etiam pecuniam, ſi qua ab his exacta, eidem tamen Kalendario deſtinata fuerit. & magis puto: quemadmodum ſi exactæ pecuniæ, & rurſus collocatæ eſſent, permutatio nominum non periret, vel minueret fideicommiſſum, ita ipſæ quoque pecuniæ, ſi adhuc *a* Kalendario, id eſt, nominibus faciendis, deſtinatæ eſſent, eidem fideicommiſſo cedere debeant, quin etiam illud quoque ‖ putem ‖ defendi poſſe, vt non modò à debitoribus exactæ pecuniæ, ſed quacunque de cauſa redactæ, eidem tamen rationi ‖ fuerint ‖ deſtinatæ, fideicommiſſo cedant.

De ſeruis negotiatoribus. 1. De officio & artificio ſeruorum. 3. De ornatricibus. 4. De pecoribus. 5. Et iumentis. 6. De equis. 7. De ouibus & agnis.

65. *Marcianus* ‖ lib. 7. Inſtitutionum. ‖

LEgatis ſeruis, *exceptis negotiatoribus* b, Labeo ſcripſit, eos legato exceptos videri, qui præpoſiti eſſent negotij exercendi cauſa: veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpoſiti eſſent: cubicularios autem, vel obſonatores, vel eos qui piſcatoribus *c* præpoſiti ſunt, non videri negotiationis appellatione contineri. & puto veram eſſe Labeonis ſententiam.

1 ¶ Si ex *d* officio quis ad artificium tranſierit, quidam rectè putant, legatum extingui *e*, quia officium artificio mutatur *f*. Non idem è contrario *g*, cùm lecticarius *h*, cocus *i* poſtea factus eſt.

2 ¶ Si vnus ſeruus plura artificia ſciat, & alij coci legati fuerunt, alij textores, alij lecticarij, ei cedere ſeruum dicendum eſt *k*, cui legati ſunt, in quo artificio plerumque verſabatur *l*.

3 ¶ Ornatricibus *m* legatis, Celſus ſcripſit *n* eas quæ duos tantùm menſes apud magiſtrum fuerunt, legato non cedere. alij *o* & has cedere, ne neceſſe ſit, nullam cedere, cùm omnes adhuc diſcere poſsint, & * omne artificium incrementum recipit *p*. quod *q* magis obtinere debet, quia humanæ naturæ congruum *r* eſt.

4 ¶ Pecoribus *ſ* legatis, Caſsius ſcripſit quadrupedes contineri, quæ gregatim paſcuntur. & ſues *t* autem pecorum appellatione continentur: quia & hi gregatim paſcuntur. ſic denique & Homerus in Odyſſea ait:

Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ,

id eſt,

Inuenies hunc aſsidentem ſuibus quæ paſcuntur
Iuxta Coracis ſaxum iuxtaque fontem Arethuſam.

5 ¶ Iumentis *u* legatis boues *x* non continentur, nec contra *y*.

6 ¶ Equis " autem " legatis & equæ continentur.

7 ¶ Ouibus *z* legatis, agni *a* non continentur: quamdiu autem agnorum loco ſunt ex vſu cuiuſque loci ſumendum eſt, nam in quibuſdam locis ouium numero eſſe videntur, cùm ad tonſuram venerint.

De auibus legatis.

66. *Paulus* ‖ libro 3. Sententiarum *b* ‖

AVibus legatis, anſeres, phaſiani, & gallinæ, & auiaria debebuntur: phaſianarij autem, & paſtores anſerum non continentur: niſi id teſtator expreſſit.

De ſaltu, & his quæ ibi eſſe ſolent.

67. *Marcianus* " lib. 7. Inſtitutionum. "

QVi ſaltum æſtiuum *c* legauit, & hoc amplius *etiam eas res* " *legauerit,* " *quæ ibi eſſe ſolent* d, non videtur de illis pecoribus ſenſiſſe, quæ hyeme in hybernis, aut æſtate in æſtiuis eſſe ſolent, ſed de illis " ſenſit, " quæ perpetuo *e* ibi ſunt.

De pignore. 1. De verbis futurum enunciantibus. 2. De ſeruis communibus. 3. De prædiis cum Enthecis.

68. *Vlpianus* " lib. 1. Reſponſorum. *

" IVliano reſpondit: "

TEſtatorem, adiiciendo *Prædium Seianum omne* a, eam quoque *b* partem fundi ſupraſcripti quaſi ad ſe pertinentem videri *c* per fideicommiſſum reliquiſſe, quam ex cauſa pignoris nactus eſt, ſaluo ſcilicet iure debitoris.

1 ¶ Ex his verbis, *Curate* d *agros attendere, & ita fiet, vt filius meus filios veſtros vobis condonet*, fideicommiſſum peti non *e* poſſe.

2 ¶ Seruos communes à Seia ita relictos, *Si* f *mei erunt, cùm moriar*, non deberi, ſi *g* modò hoc ſenſit teſtatrix, vt ita deberentur, ſi in ſolidum eius fuiſſent.

3 ¶ Prædiis *cùm his enthecis* h *quæ in ea poſſeſsione ſunt*, relictis, mancipia quoque prædiorum, cùm illic teſtamenti facti tempore fuerunt, cedent: ſed & quæ poſtea acceſſerunt, ſi *i* modò hoc teſtator manifeſtè expreſsit.

De verborum ſignificatione. 1. De iuuenibus.

69. *Marcellus* ‖ libro ſingulari Reſponſorum. ‖

NOn *k* aliter à *l* ſignificatione verborum recedi oportet, quàm *m* cùm manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem.

1 ¶ Titius codicillis ſuis ita cauit: *Publio Mæuio omnes iuuenes quos in miniſterio habeo, dari volo.* quæro, à qua ætate iuuenes, & in quam intelligi debeant? Marcellus reſpondit, quos verbis quæ proponerentur, demonſtrare voluerit teſtator ad notionem *n* eius, qui de ea re cogniturus eſſet, pertinere. * non enim in cauſa teſtamentorum ad definitionem *o* vtique deſcendendum eſt, cùm plerumque abuſiuè loquantur, nec propriis nominibus ac vocabulis ſemper vtantur, cæterùm exiſtimari poſſet iuuenis is, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad *p* incipiat inter ſeniores numerari.

De lana legata. 11. De lino legato. 12. De verſicoloribus. 13. De purpura.

70. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

SI cui *lana* q legetur, id legatum videtur, quod cinctum non *r* eſt *ſ*, ſed αὐτοφυές, *i. e. ſponte natum* †.

1 ¶ Siue autem facta eſt, ſiue infecta, lanæ appellatione continetur.

2 ¶ Quæſitum eſt, vtrum lanæ appellatione ea ſola contineatur, quæ neta non eſt, an & ea, quæ neta eſt: vtputa ſtamen & ſubtemen *t*? Et Sabinus & netam contineri *u* putat, cuius ſententia vtimur.

3 ¶ Lanæ appellationem eatenus extendi placet, quoad *x* ad telam *y* perueniſſet.

4 ¶ Et ſciendum ſuccidam *z* quoque contineri, & lotam, ſi modò tincta non ſit.

5 ¶ Lanæ appellatione tomentum *a* non continebitur *b*.

6 ¶ Sed nec ea lana, ex qua quis quaſi veſtimentum fecerit valetudinis vel deliciarum gratia, continebitur.

7 ¶ Nec ea quidem, quæ fomentationis gratia parata ſunt, vel medicinæ *c*, lanarum appellatione continentur.

8 ¶ Sed an pelles *d* lauatæ contineantur. & has lanæ cedere manifeſtum eſt.

9 ¶ Lana legata, etiam leporinam lanam & anſerinam, & caprinam *e* credo contineri, & de ligno, quam ἐριόξυλον f (*id eſt lanam ligneam*) appellant.

10 ¶ Linum autem, lana legata, vtique non continebitur.

a addè *l. pen.* ʒ. *de adimendis.*
b Negotiatores ſerui dicuntur, qui ad emendum, locandum & conducendum præpoſiti: at non ij qui officium aliquod exercent in herili domo, *vt hic.* Quid qui mutuum dat: qui proprias poſſeſsiones locat, aut alias conducit: aut ſemel quid mercatus eſt vt reuenderet: eſtne negotiator? non eſt, *Bart.*
c fortè legendum *piſcationibus.*
d Officij & artificij diſcrimen eſt, de effectu huius differentiæ, v. Forcatulum c. 27. *Pinnus.*
e *l. 12. in fin. ſupr. quib. mod. vſusfr.* adde *l. 65. ſuprà de l. 2.*
f Quia officium artificio mutatur, non idem è contrario. Cum lecticarius cocus poſtea factus eſt. ſi vnus ſeruus, &c. Zoanetus 1. 7. *veſtit.* ita monet legendum.
g v. Cuiac. 9. *obſer.* 17. *in pr.*
h Lecticarij hic, & §. 1. ʒ. *eod.* An artifices qui lectos faciunt: an potius qui lecticam portant? v. quæ ſcripſi ad *l. 8. §. 2. ſupr. de l. 1.*
i Cocus nomen officij non artificij hic conſtituitur. Atqui inter artifices refertur, §. 2. ʒ. *eod.* quod & confirmat *l. ſi quid vendit.* 18. ʒ. *de ædilitio.* Ita Liuius queritur de inſigni temporis luxu, quo coqui miniſterium in artem tranſiit. & extant Cœlij & Apicij de re culinaria libri decem, vbi eum artificem nominat. An dicemus cum Accurſio coquum eſſe artificem, cum delicatiores cibos parat? An hic dicemus coquum nominari artificem: neque lecticarium (hoc eſt, qui lecticam portet) in coquum euaſiſſe: ſed coquum in lecticarium? Quæret aliquis, cui bono hæc ita ſollicitè diſquiri ſit neceſſe? ſi coquum artificem poſuerimus, eadem opera pluris æſtimari fatebimur, *l. ſi duobus* 3. *§. ſancimus, C. communia de leg.* Deinde ſi artificiales vel fabriles operas indebitas patrono libertus errore iuris præſtiterit, æſtimationem earum condicet: qui tamen officialium æſtimationem non condiceret, *l. ſi non ſortem* 26. *§. libertus* 12. ʒ. *de cond. indebiti.* Artificiales operæ edentis ſumptu & victu præſtantur, *l. ſuo victu* 8. ʒ. *de operis lib.* officiales patroni, *l. operæ* 21. ʒ. *de operis libert.*
k dicendum eſt, qui legatus eſt artificio in quo plerumque, *Hal.*
l adde *l. 61. ſuprà eod.*
m Ornatrices mulieres *ciniflones* dicuntur, quibus mulieres comas ſibi exornabant. adde *l. 49. in pr. ſuprà eod.* adde *l. 25. §. 1. ʒ. de auro. Feſtus*, Acus qua ornatrix vtitur. Acus comatoria Petronio. Ouidius, Tuta ſit ornatrix. Martialis, Galenus apud Cuiacium 11. *obſ.* 16. *in fin.* Hinc cinerarij, Varroni 4. *de lingua.* & in *codice* Feſto: ornatrix Gallis *atour neresse.*
n & malè, *vide verſ. magis infra.* o probatur hæc ſententia à Martiano.
q adde *l. 20.* ʒ. *de fideic. liber.* q Ornatricibus legatis cedunt etiam eæ quæ tyrocinium adhuc faciunt & eo nomine ſunt apud magiſtrum.
r Cur congruum eſt? quamdiu viuimus diſcere poſſumus, *l. 20.* ʒ. *de fideic. libert.*
ſ Paul. 3. *ſent.* 6. § 73. *l. 38. §. 3. 4. 5. 6. ſuprà de ædilitio* 44. *Syn.* 3. *c.* 6.
t *l. 2. §. 2. ſup. ad l. Aquil.* §. 1. *Inſt. de l. Aquil.* u *l. 38. §. 6. ſup. de ædil. Paul. 7. ſent.* 6. §. 74. x Idem eſt in mulis. *l. 62. ſup. eod.* adde *l. 81.* ʒ. *eod. l. 89.* ʒ. *de ver. ſig.*
y Bobus legatis non continentur iumenta.
z *l. 81. §. pen. & vlt.* ʒ. *eod.*
a *l. 60. ſuprà eod.* b *tit. 6. §. 76.*
c ſaltuum alij æſtiui, alij hyberni. dixi ad Feſtum *in ſaltus.*
d *ſolet* verbum, perpetuitatem notat.
e vide *l. 44. ſuprà eod.*

a Omne qui di[…] nihil excipit.
b id eſt non tan[…] partem ſuam, ſe[…] eam quam à ſe […] pignori accepit.
c Imò non vide[…] *l. 73. l. 101. inf.* […]
d facit *l. 32.* […] *vſu.* Quid ſi dix[…] Mando vt non […] cias teſtamen[…] *v. l. 77. §. 24.* […] *l. 2.*
e Imò peti p[…] *l. 84.* ʒ. *ad Treb.*
f Conditio, ſi […] *erit*, intelligit[…] ſolidum, ſi te[…] hoc ſenſit, ali[…] cus, *l. 2. ſup.* […] *cond. inſt. l. Sti*[…] *qui meus erit* 6[…] *l. 1. l. ſi quis ſu*[…] *infrà eod.*
g *l. 2.* ʒ. *de cond*[…]
h *v. l. 34. §.* […] *l. 2. v. l. 2.* […] *ſtructo* 44. *Sy*[…] *c. 64.* Cuiac. […] videtur, en[…] ad *l. vlt. C. de* […] *præd. vrb.*
i *l. 32. in fin.* […] *de l. 2.*
k 44. *Syn.* […] imo aliter: […] dum enim v[…] nifeſtæ vo[…] teſtatoris n[…] tur, *l. 4.* ʒ. *de l.* […] ibi erratum […] nomine app[…] uo.
l Quid? quo[…] iudex recede[…] borum ſignif[…] ne teſtamen[…] enim iudici[…] pretari teſt[…] *l. voluntatis* […] *fideic.* Prim[…] ſpicit, quid […] teſtator: […] quid veriſim[…] eo deficien[…] mam ad ſi[…] tionem ve[…] recurrit: q[…] plures ſint, […] interpretatio[…] ſequitur, […] propriam. […] plures prop[…] minimam ſe[…] *l. in condit.* […] *ter Seuerin*[…] *§. cond. 2.* ʒ. *de cond. & dem. l. ſi ſeruus plurium,* 50. *§. vlt. ſup. de l.* 1. Dynus c[…] 30. *de reg. in 6. l. 1. §. ſi is qui nauem* 19. *ſuprà de exercitoria.*
m *l. 34. §. 3. l. 46. ſuprà de l. 2. l. 27. §. 2.* ʒ. *de inſtructo.*
n *l. 7. C. de fideic.* o id eſt, ad propriam verborum ſignificationem, *l. 18. §.* […] *inſtr. l. 7. in fin.* ʒ. *de ſuppell. l. 219.* ʒ. *de ver. ſign. l. 96.* ʒ. *de reg. iur. l. 3. in fin. C.* […] *ris præteritis.* p Iuuentutem ſequitur ſenectus. *Senec. 4. Epiſt.* 30. Iuuenis c[…] qui inter ſenes non refertur. q *l. 88.* ʒ. *eod.*
r Imo lana legata, ea etiam quæ tincta eſt debetur. Lana tincta, etiam lana e[…] *§. 6.* ʒ. *de auro: Paul 3. ſent. 6. §. 82.* ſ *§. 12.* ʒ. *eod.* † nondum fucatum.
t ſubtegmen. *Hal.* & malè. ſubtemen eſt quod ſubeſt ſtamini. Subtemen κρόκ[…] *αὐη.* v. Cuiac. 11. *obſer.* 6. & *ςήμων.* apud Terentium tamen *Heautontim. act.* […] tur ſubtegmen. u Imò lanæ appellatione ſtamen ſubteménve legatum non c[…] netur. *Paul. 3. ſent. 6. §. 82.* ſolue: Paulo ſubtemen eſt, filum in lana iam c[…] tum. Sabino verò hic, filium ſubteminis cauſa paratum. *Cuiac. ibid.* Lanæ fi[…] quoad vſque ad telam peruenit. *Gou. 2. Var. 9.* x Tela enim facta, tela dici[…] lanæ appellationem amiſit. y Lana legata, non continetur ea quæ ad telam pe[…] nit, h. e. quæ tela facta eſt. z ſuccidam, *Hal.* a tormentum, *Hal.* & malè. neque […] hic de aliqua machina bellica ſenſit Vlpianus. Interim notandum eſt, aliud la[…] eſſe, aliud tomentum. b licet lanas in tomenti vſum veniſſe, id eſt, tomenti […] eſſe teſtetur Plinius 8. c. 48. De tomento Lingonico & Circenſi v. Martialem […] *Epigram.* 159. & 160. Petrum Fabrum 1. *ſemeſt.* 11. c ſi quidem lanæ ſordid[…] irrigationes commodæ ſunt: vſtæ, in vlceribus carnem cito conſumunt. *Æginet*[…] ſuccidæ, ſuperuacuus eſt vſus: lota ad implendum vulnus proficit, *Celſus 5.* […] *medica.* oleo imbuta, ad aluei profluuium valet. *Traianus* 8. c. 7. calida & ſulph[…] ta, ad pleuritidem ſedandam confert. *Æginet*a 3. c. 33.
d Lana legata etiam ea continetur quæ non eſt ſeparata pellibus, *vt hic.* Q[…] Bart. refert ad pelles animantium iam mortuorum, non viuorum: deinde refert […] pelles eorum animalium, quæ lanæ cauſa primario ac directo habentur: non q[…] habentur propter pelles directò, propter lanam ſecundario. Negat præterea lana[…] anſerinam contineri legato lanæ, vſu regionis ſuæ.
e Lana caprina.
f eſt lanugo quæ ex pomo cuiuſdam fruticis apud Arabas decerpitur: goſſypi[…] veteribus, & quia hæc lanugo inſtar lanuginis mali cotonei, *Coton* appellatur. […] *ciat. parerg* 25. quibuſdam ſericum videtur: dixi ad *l. 2. C. quæ res venire.*

11 ¶ Lino

11 ¶ Lino autem legato, tam factum, quàm infectum continetur, quodque netum, quodque in tela eſt, quod eſt nondum detextum. Ergo aliud *a* in lino, quàm in lana eſt. Et quidem ſi tinctum linum ſit, credo, lino continebitur.

12 ¶ Verſicoloribus *b* videndum eſt, & conſtabat *c* apud veteres, lanæ *d* appellatione verſicoloria non contineri, ſed ea omnia videri legata quę tincta ſunt, & neta, quæ neque detexta, neque contexta ſunt. proinde quæritur, an purpura appellatione verſicolorium contineatur. & ego arbitror, ea *e* quæ tincta non ſunt, verſicoloribus non adnumerari. & ideo neque album, neque naturaliter nigrum contineri, nec alterius coloris naturalis. purpuram *f* autem, & coccum, quoniam nihil natiui coloris ſunt, contineri *g* arbitror, niſi aliud ſenſit teſtator.

13 ¶ Purpurę autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto. ſed coccum *h* non continebitur, fucinum *i*, & ianthinum *k* continebitur. Purpuræ appellatione etiam ſubtemen factum contineri nemo dubitat. lana tingendę purpuræ "cauſa" deſtinata *l* non continebitur.

De verbo, Suum.

71. *Idem* ‖ libro 20. ad Sabinum.

CVm *ſuæ m* ancillæ ſiue ſerui in teſtamento ſcribuntur, hi deſignari videntur, quos paterfamiliàs ſeruorum numero habuit.

72. *Paulus* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

EAdem in omnibus rebus, quas *ſuas* quis legauerit, dicenda ſunt.

73. *Vlpianus* ‖ libro 20. ad Sabinum ‖

SVos *n* autem ſeruos vel ancillas eos accipimus, qui ſunt pleno *o* iure teſtantis, inter quos fructuarij non continebuntur.

1 ¶ Sed qui bona fide teſtatori ſeruiunt, ſuorum appellatione eos, quos ſuorum numero habuit, voluit contineri.

2 ¶ Eos verò quis pignori *p* hypothecæve dedit *q*, ſine dubio inter ſuos *r* legaſſe videbitur debitor, creditor nequaquam.

3 ¶ Proinde ſi quis ſeruos habuit proprios, ſed *ſ* quorum operas locabat *t*, vel piſtorias *u*, vel hiſtrionicas, vel alias ſimiles, an *ſeruorum* appellatione etiam hos legaſſe videatur? Quod & præſumi *x* oportet, niſi *y* contraria voluntas teſtatoris appareat.

4 ¶ Eum qui venaliciariam *z* "vitam" exercebat, puto *ſuorum* numero non facilè contineri velle eiuſmodi mancipia, niſi euidens voluntas fuit etiam de his ſentientis. nam quos quis ideo comparauit, vt illico diſtraheret, mercis *a* magis loco, quàm ſuorum habuiſſe credendus eſt.

5 ¶ Vicarios *b* autem ſeruorum *ſuorum* numero non contineri, Pomponius libro quinto ſcribit.

74. *Pomponius* "libro 6. ad Sabinum"

SI quis *ſuos* ſeruos legauit, communes *c* quoque continentur, & in quibus vſusfructus *a* alienus fuit.

De nummis.

75. *Vlpianus* "libro 20. ad Sabinum."

NVmmis *e* indiſtinctè legatis, hoc receptum eſt, vt exiguiores *f* legati videantur, ſi neque ex conſuetudine patrisfamilias, neque ex regionis, vnde fuit, neque ex contextu *g* teſtamenti poſsit apparere.

De chartis, de tabulis.

76. *Idem* ‖ libro 2. ad Edictum. ‖

CHartis *h* legatis, nemo dicet ſcriptas, & libros iam factos, legato cedere.

¶ Hoc idem & in tabulis eſt.

De repetitione legatorum.

77. *Iauolenus* ‖ libro 1. ex Plautio. ‖

CVm in ſubſtitutione legata repetuntur, libertates *i* etiam continentur.

a Imo non aliud in lino quàm in lana *l.32.§.6.*ǰ*. de auro.*
b *al.* de verſicoloribus.
c & conſtat apud veteres lanæ appellatione verſicoloria non contineri. Pet. Fab. apud Cuiac. 3. *ſent. Paul. 6. §. 82.*
d *in pr. ſup. eod.*
e Verſicolorium appellatione non continentur ea quæ tincta non ſunt: quæ naturaliter alba, vel nigra: denique quæ quemque colorem alium naturalem retinent.
f Verſicolorium appellatione continetur purpura & coccum.
g *Paul. 3. ſent. 6. §. 82.*
h vide *l. 78. §. 5.* ǰ. *eod.*
i ſuccinum quidam legunt. Buccinum *Hal.* quod Cottæ placet, *in voce* Purpura. Eſt autem buccinum inter genera concharum, minor purpura, ad ſimilitudinem buccini, quo ſonus editur. *Plin. 9. c. 36.*
k Ianthinum, i. purpurea viola: vnde ianthina veſtis. Martialis 2. *Epigr.* 39. Buccina famoſæ donans & ianthina mœchæ. v. Cotta *in dictione* purpura. Inde purpura ianthina in *l. 1. C. quæ res venire.*
l Deſtinata lana purpuræ tingendæ, nondum eſt purpura, pro purpura non habetur.
m *v. l. 73.* ǰ*. eod.*
n Suum cuiuſque eſt, quod pleno iure eius eſt, *l. 71. l. 72. ſupr. eod. l. 74.* ǰ*. eod. l. 24. §. 4.* ǰ*. de auro, 44. Synopſ. 3. c. 69.* ſuo vſu habere quid vide *l. 203.* ǰ*. de verb. ſign.*
o Pleno iure rem non habet, qui in ea vſumfructum tantùm obtinet.
p vt olim fiduciæ *Paul. 3. ſent. 6. §. 69. in fin.*
q Noſtrum non eſt quod pignori accepimus, *l. 9. in fin.* ǰ*. de ſuppellect.*
r Suum quiſque rectè dixerit, quod pignori dedit *l. 9 C. de pign.* ſ Suum quiſque ſeruum rectè appellat, cuius operas locat. Quid ita? Qui locat ſerui ſui operas dominium ſerui non amittit. Locando dominium non amittimus, *l. 101.* ǰ*. eod.* adde *l. 68. ſup. eod. l. 39. ſup locati.*
t Locat operas, qui mercedem accipit. u Locari piſtorum, hiſtrionum & ſimilium operæ ſolebant.
x Cur præſumitur ſuorum numero habere? hoc ideo, quòd qui ſeruum ſuum locat, dominium transferre non intelligitur. Nihil dominij ſui amittit, qui rem ſuam alteri locat. Suorum igitur numero ſeruos habere præſumitur qui eorum operas locauerit.
y A pręſumptione communi recedimus inſpecta agentis contraria voluntate.
z Venalitiarios ſeruos non legat, qui ſuos ſeruos legat. Quid ita? Tales ſeruos venditor mercis loco potius habet, quam ſuorum numero. ſuorum numero ea quiſque habet, quę conſtantia quadam poſſidet. Quæ cauſa mercis poſſidemus, ea in horas, atque adeò in momenta poſſidemus, hoc eſt, tantiſper dum inueniatur emptor, *v. l. 37. l. 44. §. 1. ſup. de ædilis.*
a vide *l. 207.* ǰ*. de verb. ſign.*
b *l. 38. §. 2. ſupr. de peculio legato.*
c Commune quod eſt, meum dici poteſt *l. 239. in fin.* ǰ*. de verb. ſign.*
d *l. 25.* ǰ*. de verb. ſign.*
e *l. 50. in fin. l. 51. ſup. de leg. 1.*
f *v. l. 39. §. 6. ſupr. de leg. 1.*
g *v. l. 44.* ǰ*. de manum. teſt.*
h *l. 52. § 14. ſupr. eod.*
l. 89. infra de verborum ſign. [illegible]

De eo qui diſciplinæ cauſa abeſt. 1. De nominibus debitorum. De nummis. de legato generali vel ſpeciali. 2. De prædiis vti poſſeſſa ſunt, & quæcunque ibi erunt. 3. De fundo ita vti eſt, adſcribendo. 4. De materia & ſpecie. 5. De purpura, cocco, coracyno, hiſgino, melino. 6. De vxoris cauſa paratis. 7. De his quæ in fundo ſunt.

78. *Paulus* ‖ libro 2. ad Vitellium. "

QVæſitum eſt Stichum ſeruum ex eo fundo ante annum mortis teſtatoris abductum, & diſciplinæ *a* traditum, poſtea in eum fundum non reuerſum: an deberetur? Reſponſum eſt, ſi ſtudendi cauſa miſiſſet, non quò de fundo eum aliorſum transferret deberi.

1 ¶ *Mæui fili, quod iam tibi maximam partem facultatium dederim, contentus eſſe debes fundo Semproniano, cum ſuis inhabitantibus, id eſt, familia & quæ ibi erunt.* quæſitum eſt de nominibus debitorum, & nummis. Eadem epiſtolam talem emiſit. *Argentum omne & ſuppellectilem, quodcumque habeo, tibi dono, & quidquid in prædio Semproniano habeo.* an ſupellex, quę in aliis prædiis, vel domibus eſſet, ad Mæuium pertineret, & an ſerui, quos ex eo fundo aliis legauit? Reſponſum eſt, nomina *b*, & nummos non videri deberi, niſi manifeſtè de his quoque legandis voluntas defunctæ adprobaretur. ſeruos ex iiſdem fundis aliis datos, deminuiſſe filij legatum, de argento, & ſupellectili, quę alibi eſſet, eum cuius notio eſt, ęſtimaturum, vt id obtineat, quod teſtatori placuiſſe à legatario adprobabitur.

2 ¶ Prędia quidam reliquit, adiectis his verbis: *Vti à me poſſeſſa ſunt, & quęcumque ibi erunt, cùm moriar.* quęſitum eſt de mancipiis *c*, quę in his prędiis morata *d* fuerunt, vel operis ruſtici cauſa, vel alterius officij, cęteriſque rebus quę ibi fuerunt in diem mortis, an ad legatarium pertinerent: Reſpondit, ea omnia de quibus quęreretur, legata videri.

3 ¶ *Peto vt fundum meum Capanianum* e *Geneſiæ alumnæ meæ adſcribatis ducentorum aureorum ita vti* f *eſt.* quæritur, an fundo & reliqua colonorum, & mancipia, ſi qua mortis tempore in eo fuerunt, debeantur? Reſpondit reliqua quidem colonorum non *g* legata, cętera verò videri "illis" verbis, *ita vti eſt*, data.

4 ¶ Illud fortaſſe quæſiturus ſit aliquis, cur argenti appellatione etiam *h* factum argentum comprehendatur, cùm ſi marmor legatum eſſet, nihil pręter rudem materiam demonſtratum videri poſſe. cuius hęc ratio traditur: quippe *i* ea quę talis naturæ ſint, vt ſępius in ſua redigi poſsint initia, ea materiæ potentia victa, numquam vires eius effugiant.

5 ¶ Coccum *k* quod proprio nomine appellatur, quin verſicoloribus cederet, nemo dubitauit. Quin minus porrò coracinum *l* aut iſginum, aut melinum ſuo nomine quàm coccum purpuráve deſignatur.

6 ¶ Cùm vir ita legaſſet: *Quę vxoris cauſa m parata ſunt, ei do lego,* "ego" apud prætorem *n* fideicommiſſarium petebam etiam res ęſtimatas *o*, quarum pretium in dotem erant. nec obtinui *p*, quaſi teſtator non ſenſiſſet de his rebus atquin, ſi in vſum eius datę ſint, nihil intereſt, ab ipſa, an ab alio comparatę ſunt. poſtea apud Aburnium *q* Valentem inueni ita relatum. Mulier res ęſtimatas in dotem dederat, ac deinde maritus ei legauerat his verbis: *Quę eius cauſa comparata, emptaque eſſent.* dixit emptorum paratorúmque appellatione non contineri ea quę in dotem data eſſent, niſi ſi maritus eas res, poſtea quàm ipſius factę eſſent, in vxoris vſum conuertiſſet.

7 ¶ Rebus quę in fundo ſunt legatis, accedunt etiam ea, quę tunc non ſunt, ſi eſſe ſolent: nec *r* quę caſu *ſ* ibi fuerunt legata, exiſtimantur.

De choro & familia. 1. De legato, Quæ ibi mobilia mea erunt. 2. De area. 3. De ſeruo legato.

79. *Celſus* ‖ libro 9. Digeſtorum. ‖

SI chorus aut familia *t* legetur, perinde *u* eſt, quaſi ſinguli homines legati ſint.

1 ¶ His verbis, *Quæ ibi mobilia* x *mea* y *erunt, do lego*, nummos ibi repoſitos vt *z* mutui darentur *a*, non eſſe legatos, Proculus ait *b*: at eos, quos pręſidij *c* cauſa repoſitos habet, (vt quidam bellis ciuilibus *d* factitaſſent) eos legato contineri: & audiſſe *e* ſe ruſticos ſenes ita dicentes, *pecuniam*

a adde Senec. 9. *Controuerſ. 9.* Fundo inſtructo legato, vti eſt, miſſus ſtudiorum cauſa debetur: atque ita abſens habetur pro præſente: ſtudiorum cauſa abſens, abeſſe non videtur: Idem de actore *l. 12. §. 38. l. 20. §. 6.* ǰ*. de inſtructo.*
b *l. 86.* ǰ*. de leg. 2.*
c *l. 32. in fin.* ǰ*. de legat. 2.*
d Ea eſſe in fundo videntur, quæ ibi ſunt, vt perpetuò ſint.
e *al.* Campanum.
f *l. 101. in fin.* ǰ*. eo. l. 27. §. pen.* ǰ*. de inſtruct.*
g Cur non legata? An quia reliqua ibi non erant vt perpetuo eſſent? An quod reliqua, & cætera debita, certum fundum non afficiunt, ſed vniuerſum potius defuncti patrimonium, *vt l. ſi fideic. 50. §. tractatum 1. ſupra de iudic. l. iudic. l. ex facto, 35. ſupra de heredit. inſt.*
h *l. 19.* ǰ*. de auro.*
i Materiæ appellatione non continetur materiatum, quod ad ſuam materiam reuerti non poteſt *l. 57.* ǰ*. eod.*
k Coccum *l. 70. §. 12. in fin ſup. eod.* rubeum gramé laudatiſsimum quod naſcitur circa Emeritam Luſitaniæ ciuitatem.
l crocinum, aut cœnanthinum, aut mœlinum, Cotta *in voce* croceum: Crocinus, idem, quod croceus, vel ita coccinum, i. coccei coloris: vbi de cœnanthino, Hiſgino ſeu Iſgino ac melino colore tractat. Crocinum quidam putant herbam eſſe quam Granam appellant, eamque nigram & velut coracinam colore conui. *Alciat. 2. parerg. n. 1.*
m *l. 58.* ǰ*. eod.*
n De prætore fideicommiſſario dixi ad *l. 25. §. 12.*
o Empti & parati legato non continentur res æſtimatæ in dotem datæ ſi non fuerint ad vſum traditæ.
p Num hæc ſententia iuſta fuit? ſic omnes putant: à quibus Cuiacius diſſentit quem vide 12. *obſ. 9.*
q Aburnius hic valens libros fideicommiſſorum ſcripſit.
r Caſu quæ abſunt vel adſunt, abeſſe vel adeſſe non videntur.
ſ *v. l. 44. ſupra eodem.*
t vide *l. 39.* ǰ*. de verb. oblig.*
u v. ad hunc locum Cuiacium *6. ad Afric. fol. 99.*
x adde *l. 93.* ǰ*. de verb. ſign.*
y Mobilibus legatis aurum & argentum non debetur, niſi de eis manifeſtè teſtator ſenſerit. *Paul. 3. ſent. 6. §. 60.*
z Eſſe alicubi non videntur, quæ ibi ſunt vt mutuò dentur.
a facit *l. 95.* ǰ*. eod.* vel vt ex eis emerentur prædia. *l. 3. §. 6. ſupr. de contr. tut. l. 12. de adm. tut.*
b Cur ita? vel ideo quòd legibus præſumitur teſtator quibuſcunque mobilibus memoratis, non generaliter pretioſiora quæque, ſed ſpecialiter memoraturus fuiſſe. *Har. 5. 1. tit. 12.* alij hanc rationem addunt, quòd hæc pecunia animi deſtinatione non fuit teſtatori ſua. Aliud verò fore volunt ſi ſimpliciter mobilia legata ſint. vide in hunc locum Hotom. 5. *obſ.* 3. elegantiſſimè tractantem, An pecunia fœneratitia, & in prædiorum emptionem, depoſita mobilis ſit, nécne.
c id eſt, θησαυρίζειν, reponere in craſtinum & futuras neceſſitates.
d de bello ciuili: *v. l. 21. §. 1.* ǰ*. de captiuis.*
e prouerbia an probant? [illegible] *6. in fin. ſup. de off.* [illegible]

incertitudo datur circa res non circa personas v. l. 3. 2. §. 1 de leg. 1.

ſine peculio fragilem eſſe : peculium *a* appellantes, quod præſidij cauſa ſeponeretur.

2 ¶ Area legata, ſi inædificata medio tempore fuerit, ac rurſus *b* area ſit: quamquam tunc peti non *c* poterat, nunc *d* tamen debetur.

3 ¶ Seruus quoque legatus, ſi interim manumittatur, & poſtea ſeruus factus ſit, ‖poſtea‖ peti poteſt *e*.

De coniunctis.

80. *Idem* ‖ libro 35. Digeſtorum. ‖

COniunctim *f* heredes inſtitui, aut coniunctim legari, hoc eſt, totam hereditatem, & tota legata ſingulis data eſſe, partes *g* autem concurſu fieri *h*.

De ſexu. 1. De muliere vel viro legatis. De pecudibus. 3. De armento. 4. De ouibus. 5. De ouium grege.

81. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Differentiarum. ‖

SEruis *i* legatis etiam ancillas quidam deberi rectè putant: quaſi commune nomen vtrumque ſexum contineat. Ancillis vero legatis maſculos *k* non deberi nemo dubitat.

¶ Sed pueris legatis etiam puellæ *l* debentur. Id non æquè, in puellis pueros contineri dicendum eſt.

1 ¶ Mulieribus verò legatis etiam *m* virgines debentur *n*, ſicuti viris legatis, etiam pueros deberi reſpondetur.

2 ¶ Pecudibus *o* autem legatis, & boues, & cætera iumenta continentur.

3 ¶ Armento autem legato, etiam boues *p* contineri conuenit, non *q* etiam greges ouium, & caprarum.

4 ¶ Ouibus *r* legatis, neque agnos, neque arietes contineri quidam rectè exiſtimant.

5 ¶ Ouium vero grege legato, & arietes, & agnos deberi nemo dubitat.

82. *Idem* ‖ libro 9. Regularum. ‖

SEruus, qui in fundo morari ſolitus erat, ſi fugerit *ſ*, licèt poſt mortem teſtatoris adprehendatur, fundo legato, vt inſtructus eſt, etiam ipſe ‖legato‖ cedit.

De fructibus & cæteris quæ vice fructuum ſunt. 1. De poſteris.

83. *Idem* ‖ libro 10. Reſponſorum. ‖

QVod his verbis relictum eſt: *Quidquid ex hereditate bonisve t meis ad te peruenerit cùm morieris, reſtituas*: fructus *u*, quos heres viuus percepit, item quæ fructuū *x* vice ſunt, non *y* venire placuit. nec enim quicquam proponi, ex quo de his quoque reſtituendis teſtatricem rogaſſe probari poteſt.

1 ¶ Idem teſtator qui libertis fideicommiſſum relinquebat, ſubſtitutione inter eos facta expreſſit, *vt poſt mortem extremi ad poſteros eorum pertineret*. quæro, cùm nemo alius ſit, niſi libertus eius, qui extremo mortuus eſt: an is ad fideicommiſſum admitti debeat: Reſpondit, Poſterarum *z* appellatione liberos tantummodo, non etiam libertos eorum, quibus fideicommiſſum relictum eſt, fideicommiſſo contineri, nequaquam incertum eſt.

De his, quæ ſunt Romæ, legatis.

84. *Iauolenus* ‖ libro 2. ex Caſſio. ‖

CVi, *quæ a Romæ eſſent*, legata ſunt, ei etiam quæ cuſtodiæ cauſa in horreis *b* extra vrbem repoſita ſunt, debentur *c*.

De verbo, Meum.

85. *Pomponius* ‖ lib. 2. ad Quintum Mucium. ‖

NVper conſtitutum eſt à principe, vt & non adiecto hoc *d Meum e*, ſi quis corpus alicui leget, & ita ſentiat, vt ita demum præſtetur, ſi ſuum ſit: ita valere legatum, vt appareat, magis ſententiam legantis, non hoc verbum *Meum*, reſpiciendum eſſe. & ideo elegans eſt illa diſtinctio, vt, quotiens certum corpus legatur, ad præſens tempus adiectum hoc verbum *Meum* non faciat conditionem. ſi verò incertum *f* corpus legetur, (veluti ita, *vina mea, veſtem meam*) videatur pro conditione hoc verbum eſſe *Mea*, vt ea demum, quæ illius ſint, videantur legata. quod non puto fortiter poſſe defendi. ſed potius & hic veſtem, vel vinum, quod ſuorum *g* numero habuerit, hoc legatum eſſe. ſic enim reſponſum eſt, etiam quod coacuerit *h*, vinum legato cedere, ſi id vini numero teſtator habuiſſet.

¶ Planè in mortis tempore collatum hunc ſermonem, *veſtem quæ mea erit*, ſine dubio pro conditione accipiendum puto, ſed & *Stichum qui meus erit*, puto pro conditione accipiendum. nec intereſſe, vtrum ita, *Qui meus erit*: an ita *ſi meus erit*. vtrubique conditionē eam eſſe. Labeo tamen ſcribit, etiam in futurum tempus collatum hunc ſermonem, *qui meus erit*, pro demonſtratione accipiendum. ſed *a* alio iure vtimur *b*.

De legato; domum, quæque mea ibi erunt.

86. *Proculus* ‖ lib. 5. Epiſtolarum. ‖

SI ita legatum eſt, *Domum, quæque mea ibi erunt cùm moriar*, nummos ad diem exactos à debitoribus, vt aliis nominibus collocarentur, non puto legatos eſſe, & Labeonis diſtinctionem valdè probo, qui ſcripſit, nec quod caſu abeſſet, minùs eſſe legatum; nec quod caſu *c* ibi ſit, magis eſſe legatum.

Quæ continentur appellatione legati.

87. *Paulus* ‖ libro quarto ad legem Iuliam & Papiam. ‖

ET fideicommiſſum, & mortis cauſa donatio *d* appellatione legati continetur *e*.

De lana. 1. De materia. 2. De naue. 3. De maſſa.

88. *Idem* ‖ lib. 5. ad Legem Iuliam & Papiam. ‖

LAna *f* legata, veſtem, quæ ex ea facta ſit, deberi *g* non placet *h*.

1 ¶ Sed & materia *i* legata, nauis, armariúmve ex ea factum, non vindicetur.

2 ¶ Naue autem legata diſſoluta *k*, neque materia, neque nauis debetur.

3 ¶ Maſſa autem legata, ſcyphi *l* ex ea facti, exigi poſſunt *m*.

De coniunctis.

89. *Idem* ‖ libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam. ‖

RE *n* coniuncti videntur, non etiam verbis, cùm duobus ſeparatim *o* eadem res legatur. Item verbis *p*, non etiam re, *Titio & Seio fundum æquis q partibus do lego*: quoniam ſemper partes habent legatarij. Præfertur *r* igitur omnimodo cæteris, qui & re & verbis coniunctus eſt. Quòd ſi re tantùm coniunctus ſit, conſtat non eſſe potiorem *ſ*. Si verò verbis quidem coniunctus ſit, re autem non, quæſtionis eſt, an coniunctus *t* potior ſit? & magis eſt, vt & ipſe præferatur *u*.

De legato nominatim.

90. *Idem* ‖ libro ſeptimo ad Legem Iuliam & Papiam.

NOminatim *x* legatum accipiendum eſt, quod *y* à quo legatum ſit, intelligitur, licèt *z* nomen *a* pronunciatum non ſit.

De reliquis. 2. De prædiis cum prætorio, ſicut à teſtatore in diem mortis poſſeſſa ſunt, de taberna purpuraria cum ſeruis inſtitoribus & purpura quæ in diem mortis fuerunt. 3. De prædiis ſicuti comparata ſunt. 4. De domo legata.

91. *Papinianus* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

PRædiis per præceptionem filiæ datis, *cum reliquis b actorum & colonorum*, ea reliqua videntur legata, quæ de reditu prædiorum in eadem cauſa manſerunt. alioquin pecuniam à colonis exactam, & in Kalendarium in eadem regione verſam reliquis non contineri neque colonorum, neque actorum, facilè conſtabit, tametſi nominatim actores ad filiam pertinere voluit.

1 ¶ Ex his verbis, *Lucio Titio prædia mea illa cum prætorio, ſicut c à me in diem mortis ea poſſeſſa ſunt, do*, inſtrumentum ruſticum, & omnia, quæ ibi fuerunt, quo domus fuiſſet inſtructior deberi conuenit, colonorum reliqua non debentur.

2 ¶ Pater filio *tabernam d purpurariam cum ſeruis inſtitoribus, & purpuris, quæ in diem mortis eius ibi fuerunt*, legauit. neque pretia purpuræ condita, neque *e* debita *f*, neque reliqua legato contineri placuit.

3 ¶ Titio

---

a l.4.l.5.§.3.§. *de pecul.*
b l.22. *ſupra de leg.1.*
c Imò peti poteſt: nec enim deſiit eſſe in rerum natura *l.98.§.vlt.§.de ſolutio.*
d *l.36.§. de vſufructu.*
e Imò peti non poteſt *l.27.in fin.§. de adim.*
f *l.85. ſupra de leg.1.*
g Partes concurſu fieri dicuntur, quoties vno partem ſuam non petente, alter qui petit, totū conſequitur, *l.1.§.3.§. de vſuf. adcreſcend.*
h vide *Vlp.24.§.13.& ibi. Cuiac.*
i *Paul.3. ſent. 6. §.69* Maſculinum concipit fœmininū *l.62. in fin.§. eod. l.101. in fin.§. de verb ſign.*
k vide *l.45.§ſupra de leg.2.*
l vide *l.204.§. de verb ſign.*
m mulieris legato, etiam virgo continetur, *l.25.§.9.§.de auro*: adde *l.13. l.195 in fin. infr. de verborum ſignificatione: Synopſ.d.loco. n 44. Syn.3.c.75.*
o Imò non debentur. Nam ex Seruio 2. Æneidos Valla notat, mulierum appellatione virgines non contineri: quod tamen hic dicitur, vt & virorum appellatione pueros contineri. Verùm legiſſe vel Tertullianum grauem authorem in libro de velandis virginibus debuit Valla. Naturale, inquit, vocabulum eſt fœmina. Naturalis vocabuli generale, mulier, generalis etiam ſpeciale, virgo, vel nupta vel vidua, vel quot etiam ætatis nomine accedunt. adde quæ ſcripſi ad *l.quæritur, 14. §.3. ſupra de ædilitio edicto.*
p *l. 89. infra de verb.ſign.* adde quæ ſcripſi ad *l.12.§.de ſeru.ruſtic.præd.*
q non enim oues & capræ erant. Armenta autem ab arando.
r *l.63.in fin §. eo.*
ſ Fugitiuus dicitur eſſe in eo loco à quo fugit *l.84.§.10.ſup.de legat.1.*
t Bona & hereditas differunt. adde *l.16.§.1.§. ad Trebell.*
u *l.55.§. ad Trebellian.*
x Fructuum vice eſſe quæ dicuntur? vſuræ, penſiones.
y Imò veniunt, *l.3.§.2.ſup.de vſuris, l.32.§.ad Treb* An dicta *l.3.* dies adiecta eſt fideicommiſſarij gratia hic heredis? An dicta *l.32.* vox *quantumcumque*, vſurpata, hic autem vox *quidquid*?
z Poſterorum appellatione continentur liberi, non liberti.

a *l.4.§.4.§.de pen.leg.*
b De horreis ſcripſi ad *l.7.§.de inſtruct.*
c Imò non debentur, *l. quæſitum 78.§.vlt.ſupr.eod.l.ſi vxori.39.§ de auro.* An dicemus deberi, perinde ac ſi in ciuitate eſſent? An quæ extra vrbem cuſtodiæ cauſa depoſita fuerunt, ea mente fuerunt vt eſſent poſtea in vrbe & quidem perpetuò? An potius horti extra vrbem, horti ſunt vrbi contigui?
d *Meum* pronomen adiectum certo corpori & verbo præſenti, demonſtrationem: incerto corpori, taxationem: futuro tempori conditionem facit.
e *l.2. ſup. de cond. inſt. l.6. ſup. de leg.1.*
f *l.10. verſ. ſed quod Quintus §. de auro.*
g *l.73. ſupra eodem.*
h *l.9. §.2. §. de tritico.*

a ſc. vt particula *ſi meus erit*, ... conditionem ... innuat, quàm ... monſtrationem ... *§.de leg.1.*
b Imò non alio iure vtimur, hæc ... particula demonſtrationem ... *l.34.in fin.§.de ...ro.*
c Caſu rem alio ... ſeu certo loco ... non inſpicimus ... hoc potiùs perp... ibi eſſe, v.l.4... *l.35.§.3.§.de h... inſt.*
d An vt fideicommiſſum, & mortis cauſa donatio ... ti appellatione ... tinetur, ita & ... ditas continetur ... *lege obuenire ... de verb.ſign.* ... in *l.filium, §.le... gata 5.§.de le... ſtandis.*
e *§.2.inſtit... nationib.*
f adde *l.70...* *Paul.3.ſent...* *in fin.*
g dixi ad *l...* *1.§.de leg.1.*
h Potentior ... enim forma ... materiæ. Po... tior eſt in ... mæ natura, ... materiæ. In ... ex lana legat... mētum fiat, le... nihilominus ... tur, *l.44.§... leg.1.* v. Cuiac... *Afr.fol.65.*
i *l.57.§...*
k *l.10.§.7... mod vſuf... 5.§.de verb... 98.in fin.§...*
l *d.l.44.§... leg.1.*
m Imò non ... ſunt, *l.10...* *quib.mod.vſuf...*
n *l.142.§...* *ſign.* v. in hac ... Alciatum hic ... *Paradox. 8...* c.7. Ripenſ... Zaſium 1. ... 18. Porrò, ... tùm coniunct... quibus ſepar... hoc eſt, du... orationibus ... res legatur.
o i. duabus ... & eadem orationibus.
p Verbis tantum coniuncti dicuntur, quibus vna partes eiuſdem relinquuntur, adde *l.3.§.1.§.quib.mod.vſufr.amitt.*
q adde *l.13.l.66.infra de her.inſt.*
r Coniunctus ſimul re, & verbis, re tantùm vel verbis tantùm coniuncto præfertur. l *ſub.* re & verbis coniuncto.
r Quidnam hac voce intelligendus eſt re & verbis coniunctus? Quidam putant, nam cum mox ſequatur. Coniunctum eſſe potiorem, ſatis oſtenditur re & verbis coniunctum, coniuncto verbis tantum eſſe potiorem. Alij hanc vocem, *Coniunctus* accipiunt pro verbis tantum coniuncto, hac ſententia. Coniunctus verbis tantùm potior eſt re tantùm coniuncto. Nam ſi hoc modo potior eſt verbis tantùm coniunctus, dicendum eſt eum potiorem eſſe re tantùm coniuncto, cùm verbis ... que coniuncto non ſit potior. Alij contra hanc eandem vocem *Coniunctus* accipiunt, de re tantùm coniuncto, quem verbis tantùm coniuncto anteponunt. Pla... Bologninus re tantùm coniunctos præferri ait. Hugolini tamen & Petri, communis denique ſententia eſt, verbis tantum coniunctos præferri re tantùm coniunctis. Azo, Accurſius, & alij multi neutrum alteri præferri, ſed ſimul admitti exiſtimant. v. Graſſum *lib. ſent. § Ius adcreſcendi q.13.*
u de iure accreſcendi hic communiter tractatur, de quo v. Graſſum in ſententiis *§. Ius adcreſcendi.*
x *l.34.§.de cond. & demonſt.*
y Nominatum legatum videtur, quod, à quo legatum ſit, intelligitur. adde Theoph. *verſ.nominatim.Inſt.de exhered. libert.*
z Nominatim legatum intelligitur non tantùm ex pronunciatione, ſed ex intellectu.
a proprium.
b *v.l.97. l.101.§.eod.*
c *l.20.§.de inſtructo*, v. Paul. *3.ſent 6.§.53.l.52.in fin.§.de act.empt.*
d Taberna *purpuraria* legata cum purpuris & inſtitoribus eius, pretia purpuræ condita vel debita, non debentur eo legato.
e Imò debita, *l.cùm pater. §. menſæ, §. de leg.2.* Ibi legatur menſa ſeu negotiatio, hic taberna ſeu locus.

SGCB2021

3 ¶ *Titio Seiana prædia ſicuti comparata ſunt do lego.* cùm eſſent Gabiniana quoque ſimul vno pretio comparata, non *a* ſufficere ſolum argumentum emptionis reſpondi: ſed *b* inſpiciendum, an litteris *c* & rationibus *d* appellatione Seianorum Gabiniana quoque continerentur, & vtriuſque poſſeſſionis confuſi *e* reditus, titulo Seianorum accepto lati eſſent.

4 ¶ Balneas legatæ domus eſſe portionem constabat. quod ſi eas publicè *f* præbuit, ita *g* domus eſſe portionem balneas, ſi per domum quoque intrinſecus adirentur, & in vſu patris familiæ vel vxoris nõnunquam fuerunt, & mercedes eius inter cæteras meritoriorum domus rationibus accepto ferebantur, & vno pretio comparatę, vel inſtructæ communi coniuncti fuiſſent.

5 ¶ Qui domum poſſidebat, hortum *h* vicinum *i* ædibus comparauit, ac poſtea domum legauit, ſi hortum domus cauſa comparauit, vt amœniorem domum ac *k* ſalubriorem poſſideret, aditúmque *l* in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum *m* fuit, domus legato continebitur.

6 ¶ Appellatione domus inſulam quoque iniunctam domui videri *n*, ſi vno pretio cum domu fuiſſet comparata, & vtriuſque penſiones ſimiliter accepto latas rationibus oſtenderetur *o*.

De inſtrumentis & pecunia.

92. *Paulus* libro 13. Reſponſorum.

SI *mihi Mauia & Nigidia filiæ meæ heredes erunt, tunc Mauia è medio ſumito, præcipito, ſibique habeto fundos meos: illum & illum cum caſulis & cuſtodibus omnium* p *horum fundorum & cum his omnibus agris, qui ad coniunctionem cuiuſque eorum fundorum emptione, vel quolibet alio caſu obtigerint; item cum omnibus mancipiis, pecoribus, iumentis, cæteriſque vniuerſis ſpeciebus, quæ in* q *iiſdem fundis, quóve eorum, cum moriar, erunt, vti optimi maximique ſunt, vtique eos in diem mortis meæ poſſedi, & (vt plenius dicam) ita vti clauduntur.* in fundo autem vno ex his, qui prælegati ſunt, tabularium *r* eſt, in quo ſunt & complurium mancipiorum emptiones: ſed & fundorum, & variorum contractuum inſtrumenta. prętereà & nomina debitorum quæro, an *ſ* inſtrumenta communia ſint? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponuntur, inſtrumenta *t* emptionum, item debitorum, quæ in fundo prælegato remanſerunt, non *u* videri legato contineri.

1 ¶ His verbis, domibus legatis, *Fidei heredum meorum committo, vti ſinant eum habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni inſtrumento* x, *& repoſitis omnibus*, non videri teſtatorem de pecunia *y* numerata, aut inſtrumentis debitorum ſenſiſſe.

De alienatione prohibita. 1. De confeſſione debiti facta in teſtamento. 2. De prædiis vti poſſeſſa ſunt, & quæcunque ibi erunt tempore mortis. 3. De fratribus & ſororibus. 4. De fundo cum ſyluis, vti optimus maximúſque eſt. 5. De coherede in re legata recipiendo.

93. *Scæuola* lib. 3. Reſponſorum.

LVcius Titius teſtamento ſuo ita cauit, *ne* z *vllo modo prædium ſuburbanum, aut domum heres alienaret*: filia eius heres ſcripta heredem reliquit filiam ſuam, quæ eaſdem res diu poſſedit, & decedens extraneos heredes inſtituit. quæſitum eſt, an prædia pertinerent ad Iuliam, quæ Lucium Titium teſtatorem patruum maiorem habuit? Reſpondit, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, quo minus ad heredem pertineret, cum hoc nudum *a* præceptum eſt.

1 ¶ *Semproniæ mulieri meæ reddi* b *iubeo ab heredibus meis centum aureos, quos* c *mutuos acceperam.* quæſitum eſt, ſi hanc pecuniam vt debitam Sempronia petens *d*, victa ſit, an fideicommiſſum peti poſſit? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, poſſe ex cauſa fideicommiſſi peti. quod apparuiſſet non fuiſſe ex *e* alia cauſa debitum.

2 ¶ Quidã prędia legauit libertis, adiectis his verbis, *vti à me poſſeſſa ſunt, & quęcunque ibi erunt, cum moriar.* quæſitum eſt, an mancipia † quę in his prædiis morata in diem mortis patrisfam. fuerunt operis ruſtici cauſa vel alterius officij, cęteræque res, quę ibi fuerunt, ad legatarios pertineant? Reſpondit, pertinere.

3 ¶ Quæſitum eſt, an, quod heredes fratribus *a* rogati eſſent reſtituere, etiam ad ſorores pertineret? Reſpondit, pertinere *b*, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem probetur.

4 ¶ Collegio *c* fabrorum *fundum cum ſyluis, quæ ei cedere ſolent vti* d *optimus maximúſque eſſet*, legauit. quæro, an ea quoque quæ in diem mortis ibi fuiſſent (id eſt fœnum, pabulum, palea: item machinæ, vaſa vinaria, id eſt, cuppę & dolia quæ in cella defixa ſunt, item granaria) legata eſſent? Reſpondit, non *e* rectè peti quod legatum non *f* eſſet.

5 ¶ Ex *g* parte dimidia herede inſtituto, per præceptionem fundum legauit, & ab eo ita petiit: *Peto, vti velis coheredem tibi recipere* h *in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iuſſi, Clodium Verum nepotem meum, cognatum tuum.* quęro, an pars fundi ex cauſa fideicommiſſi nepoti deberetur? Reſpondit, deberi.

De petitione, ne fundus de nomine teſtatoris exeat.

94. *Valens* lib. 2. Fideicommiſſorum.

IS, qui complures libertos relinquebat, tribus ex his fundum legauerat, & petierat, *vt curarent ne* i *de nomine ſuo* k *exiret*, quęrebat ex tribus qui primus moriebatur, vtrum vtrique vel alteri ex his qui ſibi in legato coniuncti eſſent, relinquere partem ſuam deberet, an poſſet vel alij conliberto ſuo eam relinquere? placuit, etſi voluntatis quæſtio eſſet, ſatis illum facturum, etſi alij *l* reliquiſſet. quòd ſi nulli dediſſet, occupantis, an omnium conlibertorum, & num eorum tantum quibus pariter legatum eſſet, petitio fideicommiſſi eſſet *m*, dubitabatur? & Iulianus rectè omnibus debere putauit.

Interpretatio verborum, Quantas ſummas.

95. *Mecianus* libro 2. Fideicommiſſorum.

QVisquis *mihi heres erit, damnas eſto* (dare), *fideique eius committo, vti det, quantas* m *ſummas dictauero, dedero.* Ariſto res quoque corporales contineri ait, vt prędia, mancipia, veſtem, argentum, quia & hoc verbum *Quantas*, non ad numeratam, duntaxat pecuniam referri, ex dotis relegatione & ſtipulatione emptæ *n* hereditatis apparet: & *Summa* o appellatio ſimiliter accipi deberet, vt in his argumentis quę relata eſſent, oſtenditur. voluntatem *p* propter ea defuncti, quæ maximè in fideicommiſſis valeret, ei ſententiæ ſuffragari. neque enim poſt eam præfationem *q* adiecturum teſtatorem fuiſſe res corporales *r*, ſi duntaxat pecuniam numeratam præſtari voluiſſet.

De hereditate reſtituenda.

96. *Gaius* libro 2. Fideicommiſſorum.

SI Titius ex parte heres rogatus ſit, *Mæuio hereditatem reſtituere*, & rurſus Titio coheres eius rogatus ſit partem ſuam, aut partis *ſ* partem reſtituere, an hanc quoque partem, quam à coherede ex fideicommiſſo recipit, Titius reſtituere Mæuio debeat. Diuus Antoninus conſultus reſcripſit, non *t* debere reſtituere: quia hereditatis appellatione neque legata, neque fideicommiſſa continentur *u*.

De reliquis.

97. *Paulus* libro 2. Decretorum.

OSidius *x* quidam inſtituta filia Valeriana herede, actori ſuo Antiocho data libertate, prędia certa, & peculium, *& reliqua* y *relegauerat, tam ſua, quam colonorum.* legatarius proferebat, manu patrisfamilias reliquatum, "&" tam ſuo, quam colonorum nomine. Item in eadem ſcriptura adiectum in hunc modum: *Item quorum rationem reddere debeat, ſcilicet quæ in condito habuerat paterfamilias, frumenti, vini & cæterarum rerum*, quæ & ipſa libertus petebat, & ex reliquis eſſe dicebat, & apud præſidem obtinuerat. Ex diuerſo cùm diceretur, reliqua colonorum ab eo non peti, nec propria, diuerſam autem cauſam eſſe eorum quę in condito eſſent: Imperator *z* interrogauit *a* partem *b* legatarij quęrendi *c* cauſa: pone (inquit) in condito centies *d* aut eorum eſſe, quę in vſum ſumi ſolerent, diceres totum, quod eſſet relictum in arca deberi? & placuit rectè appellaſſe. A parte legatarij ſuggeſtum eſt, quędam à colonis poſt mortem patrisfamilię exacta. reſpondit, hoc quod poſt mortem exactum *e* fuiſſet, reddendum eſſe legatario.

De verbo, heres.

98. *Idem* lib. ſingulari de forma teſtamenti.

SI plures gradus *f* ſint heredũ, & ſcriptum ſit, *Heres* g

a Probari ſolo emptionis titulo fines plebanatus, hinc colligit poſt Accurſ. *Bart.*
b Voluntas teſtatoris magis colligitur ex eius vſu quã ex inſtrumentis emptionis.
c Rem actori cedere ad intentionem iuuandam hinc colligit Bartolus.
d hoc genus probationis eſt firmiſſimũ, *l. 1. ȷ. de reb. dub.*
e *l. 20. §. 7. inf. de inſtructo.*
f Domo legata, balineum eius quod publicum probatur, niſi alias ſeparetur, legato cedit, *Paul. 3. ſent. 6.*
g Non ex vna, ſed ex pluribus coniecturis colligitur, legato domuum balneas contineri, quę publicè præberi ſolebant, adde *l. 52. §. 4. ſup. eod.* vide Cuiac. *conſult. 35.*
h Domo legata, hortus debetur ſi hortus domus cauſa comparatus eſt vt amœnior ac ſalubrior domus eſſet, & aditus in eum per domum fuit: deniqȝ ſi hortus ædiũ additamentum fuit.
i adde *l. vlt. ſupr. de ſeru. vrban.*
k Hortos amœnitatis cauſa comparamus.
l Aditui cedit res ea, ad quam per eum aditum acceditur. Ex aditu iudicatur, res vna cedat alteri, an non cedat. adde l. *quod conclaue. ȷ. de damno.*
m Additamenta etiã immobilia cedunt principalibus ſuis.
n Primogenito, ſeu Maiori natu, inſula huiuſmodi acceſſura eſt, ſi vi ſtatuti domum paternam iure hereditario cõſequi debeat, *Bart.*
o addit Bartolus, idem dicendũ eſſe, ſi aliunde aditus non ſit, *l. 47. in fin. ȷ. de damn.* adde *l. 31. ſ. eod.*
p Etſi hoc legatum latiſſimè patet, non tamen eo continentur inſtrumẽta, ȷ eo.
q *l. 41. §. 6. in fin. l. 76. §. 1. l. 91. §. 2. ſup. eod. l. 86. ſ. de leg. 2. l. 12. §. 45. l. 18. in fin. ȷ. de inſtructo.* r Tabularium, locus vbi tabulæ & inſtrumenta ſeruantur.
ſ inſtrumenta non continentur legato generali. t Inſtrumenta legato generalì non continentur.
u Imo, videntur contineri, *l. 27. §. 3. in fin. ȷ. de inſtructo.*
x *Inſtrumenti* vox, ad inſtrumentum domuum (quarum ante facta mentio eſt) refertur. Proinde legata domo cum omni inſtrumento, pecuniæ in ea domo repertæ non debebuntur. nec enim pecunia domus eſt inſtrumentum.
y adde *l. 79. §. 1. ſup. eod.* z Alienare prohibito Titio herede, heres Titij alienare poteſt. videtur enim hæc prohibitio vnius ac certi cuiuſdam tantum heredis eſſe. Aliud fuerit ſi teſtator indefinitè heredem alienare vetuerit. hoc enim interdicto omnes teſtatoris heredes, etiam ſecundi prohibentur alienare, *vt hic. l. ſi plures, ȷ. eod. Nouell. de reſtitut.* Quid ſi filios alienare voluit? nepotibus ius alienandi eſt. *d. Nouella.* a Nudum præceptum teſtatoris non valet, *Bart.* Nudum dicitur, quod nullam præcepti rationem habet, *l. 38. §. 4. ſuprà eod.*
b *v. l. 94. ȷ. de verb. ſign.* c Confeſſio à teſtatore facta, nocet ei in teſtamento confitenti, dixi ad *l. 37. §. 6. ſuprà eod.*
d *l. 28 in fin. ȷ. de liberatione.*
e Sententia abſolutoria in vna cauſa lata, non parit exceptionem rei iudicatæ aduerſus eum qui ex alia cauſa agere velit.
† vide *l. 32. in fin ſuprà de legat. 2.*

a Fratrum appellatione continentur etiam ſorores, *vt hic.* conſanguinei vel vterini ſecundi gradus, niſi fortè alia ſit alicubi loquendi ratio *22. quæſt. 2. c. quæritur.*
b *v. l. 38. ſuprà familia.*
c Collegium ſunt etiam fabri habuerunt Romæ.
d *l. 69. §. 3. ſupr. de leg. 1. l. 22. ȷ. de inſtructo.*
e Imò rectè hæ petuntur: fundo enim legato *vti optimus eſt*, etiam inſtrumẽta fundi debentur, *l. fundo. ȷ. de fundo inſtructo.*
f Atqui vendita domo huiuſmodi res, emptori cedunt, *l. 18. l. 54. in fin. ſupra de act. emp.* Tiraquellus *lib. de retract. §. 1. gl. 7. nu. 98.* hic mendum eſſe putat.
g extat hic idem locus *in l. pater filium in fi. ſ. eod.*
h His verbis, *Recipe tibi coheredem in fundo Iuliano Claudium*, fideicommiſſum inducitur.
i ſimilis petitio eſt in *l. 38. §. 1. ſup. eo. l. 108. ȷ. de cond. & demonſt.*
k Libertos, gentilitium nomen patronorum ſuorum vſurpaſſe hinc colligitur: qua de re dixi ad *l. 108. ȷ. de cond. & dem.*
l & ſic appellatione familiæ continentur non nominati à defuncto, *Bart.*
m adde *l. 117. ȷ. de verb. ſign. l. 37. ſupr. de peculio.*
n *l. 2. ſ. de hered. petit.*
o *Summa* verbum ſpeciebus & corporibus adcommodatur, non vi propria, ſed ex manifeſtaria defuncti voluntate: qui cum ; dixiſſet initio, *quas ſummas dictauero*, dõ lego, dictam: poſtea, corpora.
p Voluntas defuncti maximè in fideicommiſſis ſpectãda, *v. l. 7. C. de fideicom. l. pen. ſuſ. de leg. 1.*
q Præfationem vocat, clauſulam ſuperiorem, *quantas ſummas dictauero.*
r Incorpoream rem eſſe pecuniam hinc colligit Hotomanus 15. *Illuſt.* v. *l. 94. ſ. 1. ȷ. de ſolut.* ſ adde *l. 164. ȷ. de verb. ſign.* t Imò debet, *l. 16. C. de fideicommiſſis.*
u Imo continentur. eſt enim hereditas ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, *l. 34. ȷ. de verb. ſign.* Inter iura defuncti legata continentur.
x *al.* Ofilius.
y *l. 91. ſuprà eod. l. 17. ȷ. de opt l. 20. §. 3. ȷ. de inſtructo.*
z non fruſtra Imperatoris fit hic mentio: eſt enim hic locus ex libris Decretorum Pauli. ſunt autem Decreta, ſententiæ Imperatoriæ.
a In iure reddendo, vel ipſi Principes plerumque partes, ſeu litigatores interrogabant. b puta patronum legatarij: aut eum qui à legatario erat.
c & quaſi irridendi, vt ſit quaſi Ironia, vt in *l. 13. ſuprà quid metus cauſa:* adde *l. 34. ȷ. de verb ſign.*
d id eſt centena nullia aureorum.
e Reliquorum appellatione, non continetur pecunia iam exacta, vel quæ ad vſum patrisfamilias eſt repoſita: *Bart,* f & ita ſint inſtituti & ſubſtituti.
g Heres in genere ſimpliciter grauatus, & nominatus à teſtatore omnes heredum gradus complectitur.

meus dato, ad omnes *a* gradus hic ſermo pertinet. ſicuti hęc verba, *Quiſquis mihi heres erit*. Itaque ſi quis velit non omnes heredes legatorum præſtatione onerare, ſed aliquos ex his, nominatim damnare debet.

De mancipiis vrbanis & ruſticis. 4. Si idem ſit lecticarius & cocus. 5. Vel verna & curſor.

99. *Idem* lib. ſingulari de inſtrumenti ſignificatione.

SEruis vrbanis *b* legatis, quidam vrbana mancipia nô loco *c*, ſed opere ſeparant, vt licet in prædiis ruſticis ſint, tamen, ſi opus ruſticum non faciant, vrbani videntur. dicendum autem eſt, quod vrbani *d* intelligendi ſunt, quos paterfam. inter vrbanos adnumerare ſolitus ſit. quod maximè ex libellis familiæ, item cibariis *e* deprehendi poterit.

1 ¶ Venatores *f* & aucupes vtrum in vrbanis, an in ruſticis contineantur, poteſt dubitari, ſed dicendum eſt vbi paterfamilias moraretur, & hos alebat, ibi eos numerari.

2 ¶ Muliones *g* de vrbano miniſterio ſunt: niſi propter opus ruſtre teſtator eos deſtinatos habebat.

3 ¶ Eum, qui natus eſt ex ancilla vrbana & miſſus in villam nutriendus, interim in neutris eſſe quidam putant. videamus, ne in vrbanis eſſe intelligatur: quod magis placet.

4 ¶ Seruis lecticariis legatis, ſi idem lecticarius ſit, & cocus, accedet *h* legato.

5 ¶ Si alij vernę *i*, alij curſores legati ſunt, ſi quidam & vernæ & curſores ſint, curſoribus cedent *i* * ſemper enim ſpecies *k* generi derogat. ſi in ſpecie *l* aut in genere vtrique ſint, plerumque *m* communicabuntur.

De verbo, reddere. 1. *De duobus ſtatuis marmoreis & omni marmore legatis.* 2. *De factis paratiſque vxoris cauſa.* 3. *De vaſis.* 4. *De teſtudineis.*

100. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex Poſterioribus Labeonis. ‖

HEres meus damnas eſto Lucio Titio ‖ *Stichum ſeruum meum reddere* n. vel ita, *Illum ſeruum meum illi reddito*. Caſcellius ait, deberi. neque id Labeo improbat, quia *qui reddere *o* iubetur, ſimul & dare iubetur.

1 ¶ Duę ſtatuę marmoreę cuidam nominatim, item omne marmor erat legatum, nullam ſtatuam marmoream, præter duas, Caſcellius putat deberi. Ofilius, Trebatius côtra. Labeo Caſcellij ſententiam probat, quod verum puto: quia duas ſtatuas legando poteſt videri non putaſſe in marmore ſe ſtatuas legare.

2 ¶ *Uxori meæ veſtem, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod eius cauſa factum paratúmque eſſet omne do lego*. Trebatius hæc verba, *Quod eius cauſa factum paratúmque eſt*, ad aurum & argentum duntaxat referri putat. Proculus ad omnia *p*. quod & verum eſt.

3 ¶ Cui *Corinthia* q *vaſa* r legata eſſent, *s* & βάσεις (*id eſt, baſes ſeu fulcra*) quoque eorum vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi, Trebatius reſpondit. Labeo autem id non probat, ſi eas βάσεις *t* teſtator numero vaſorum habuit. Proculus verò rectè ait, ſi æneę quidem ſint, non autem Corinthię non deberi.

4 ¶ Cui *teſtudinea* legata eſſent, ei lectos teſtudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo, Trebatius reſponderunt. Quod verum eſt.

De prædiis legatis ὅσα κέκτημαι, *h. e. quæcumque poſſideo.* 1. *De fundo ita vti eſt.*

101. *Scæuola* ‖ lib. 16. Digeſtorum. ‖

QVi habebat in prouincia, ex qua oriundus erat, propria prædia, & alia pignori ſibi data ob debita, codicillis ita ſcripſit· τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δοθῆναι *t* ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι, σὺν πᾶσιν τοῖς ἐνοῦσιν ἐσκευασμένοις, δούλοις, καρποῖς, ἀποθέτοις *u*, κατασκευαῖς πάσαις: *id eſt ſuauiſſimæ patriæ meæ volo in partem ſuam dari & ipſi ſeparatim adiudico prędia omnia, quæcumque in Syria poſſideo, cum omnibus in eis exiſtentibus" & "pecoribus" & "ſeruis, * & "fructibus" & "vſu conſumptilibus" & " apparatu omni.* Quæſitum eſt, an etiam prędia, quæ pignori habuit teſtator, patriæ ſuę reliquiſſe videatur? Reſpondit, ſecundùm ea quę proponerentur, non *x* videri relicta, ſi modo in *y* proprium patrimonium (quod ferè *z* ceſſante debitore ſit) non ſint redacta.

1 ¶ *Peto fundum meum, ita vti a eſt, alumnæ meæ dari*. quęſitum eſt, an fundo & reliqua colonorum, & mancipia, ſi qua mortis tempore in eo fundo fuerint, debeantur? Reſpondit, reliqua *b* quidem colonorum non eſſe legata, cętera verò videri illis verbis, *ita vti eſt*, data.

De lateralibus viatoriis, & quidquid in his conditum erit. 1. De falſa demonſtratione. 2. De militia.

102. *Idem* ‖ libro 17. Digeſtorum. ‖

HIs verbis legauit: *Uxori meæ lateraria c meæ viatoria, & quidquid in his conditum erit, quę membranulis meis manuſcriptis continebuntur, nec ea ſint exacta, cùm moriar, licet in rationes meas tranſlata ſint, & cautiones ad actorem meum tranſtulerim*. hic chirographa debitorum, & pecuniam, cùm eſſet profecturus *d* in vrbem, in lateralibus condidit, & chirographis exactis, quam pecunia erogata, reuerſus in patriam, poſt biennium alia chirographa prędiorum, quę poſtea comparauerat, & pecuniam in lateralia condidit. quęſitum eſt, an ea tantùm videatur nomina ei legaſſe, quę poſtea reuerſus in hiſdem lateralibus côdidit? Reſpondit, ſecūdum ea quę proponerētur, non deberi, quę mortis tempore in his lateralibus eſſent, & membranis manu eius ſcriptis continerentur.

¶ Idem quęſiit, an, cùm emptiones prędiorum in hiſdem lateralibus condiderat, prędia quoque legato cedant? Reſpondit, non quidem manifeſtè apparere, quid de prędiis ſenſiſſet, verùm ſi ea mente emptiones ibi ‖ haberet, vt his legatarię datis proprietas prędiorum pręſtaretur, poſſe defendi, prędia quoque deberi.

1 ¶ Paterfamilias ita legauit, *Lances numero duas leues e, quas de ſigillaribus f emi, dari volo* is de ſigillaribus leues *g* quidem non emerat, lances autem emptas habebat, & dictauerat teſtamentum ante triduum, quàm moreretur. quæſitum eſt, an hæ lances, quas emptas de ſigillaribus habuit, legato cederent, cùm nullas alias de ſigillaribus emerit, nec legauerit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, deberi eas, quas de ſigillaribus emiſſet.

2 ¶ Alumno præcepit militiam emi his verbis: *Sempronio alumno meo illud & illud, & cum per ætatem licebit, militiam illam cum introitu* h *comparari volo, huic quoque omnia integra*. quæſitum eſt, ſi Sempronius eam militiam ſibi comparauerit, an pretium eius, ſed & id, quod pro introitu erogari ſolet, ex cauſa fideicommiſſi ab heredibus conſequi poſſit? Reſpondit, ſecundum ea, quę proponerentur, poſſe.

3 ¶ Idem teſtator liberto *i* militiam *k* his verbis legauit *Seio liberto meo militiam do lego illam*, quam militiam & teſtator habuit. quęſitum eſt, an onera *l* omnia & introitus militię ab herede ſint danda? Reſpondit, danda.

De legatis relictis à ſubſtituto pupilli exheredati. 2. De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

103. *Idem* ‖ libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum. ‖

SI pater exheredato filio ſubſtituit *m* heredem extraneum, deinde *n* ille extraneus hunc filium heredem inſtituit, & heres factus intra pubertatem decedat, puto, à ſubſtituto ei filio, omnino legata præſtari non *o* debere. quia non directo *p*, ſed per ſucceſſionem ad filium hereditas patris peruenit.

1 ¶ Plus ego in fratre, qui, cum heres extitiſſet patri, exheredatum fratrem heredem inſtituit, accepi, ſubſtitutum eius legatum non debere: ac ne quidem ſi inteſtato fratri ſucceſſerit: quia non principaliter, ſed per ſucceſſionem bona fratris *q* ad eum peruenerunt.

2 ¶ Si filius ex vncia heres inſtitutus ſit *r*, & ‖ ab ‖ eo legata data ſint, habeat & ſubſtitutum, deinde commiſſo edicto per alium filium, accepit partis dimidię bonorum poſſeſſionem, ſubſtitutus eius, vtrum ex vncia legata *ſ* præſtat, an verò ex ſemiſſe? Et verius eſt ex ſemiſſe *t*. ‖ ſed *u* ex vncia omnibus: ex reliquis, liberis & parentibus. ‖

3 ¶ Contra quoque ſi ex dodrante inſtitutus, commiſſo edicto, ſemiſſem *x* acceperit bonorum poſſeſſionem, ex ſemiſſe tantùm legata ſubſtitutus debebit. quomodo *y* enim augetur, vbi amplius eſt in bonorum poſſeſſione: ſic & vbi *z* minus eſt, deducitur.

a l. 33. *ſuprà de leg.* 2.

b Vrbani ſerui à ruſticis nô loco, ſed opera ſeparantur. vnde accidit vt in prædio ruſtico eſſe poſſint ſerui, & tamen vrbani eſſe, *l.* 60. §. 1. ſ. *eod. l.* 65. *ſuprà de leg.* 2. *l.* 12. ſ. *de ſupellect. l.* 166. ſ. *de verb. ſign.*

c in quo habitant, *l.* 166. *l.* 198. ſ. *de verb ſign.*

d Vrbani ſerui quos vrbanorum numero teſtator habuit.

e *l.* 166. ſ. *de verb. ſign.* cibariis, id eſt, diariis & demenſis. Horatius 2. *epiſt.* cum ſeruis vrbana diaria rodere mauis. vide Cuiac. ad *Nouell.* 6.

f *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 71. *l.* 12. §. 12. ſ. *de inſtructo.*

g *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 72.

h Imo non accedet: id enim officium inſpiciendum eſt, in quo magis verſatur, *l. legatis* 65. §. *ſi vnus* 2. ſ. *eo.* An hic cocus fuerit vilium ciborum? An ibi æquè in vtroque officio verſatus, in vno tamen aſſiduus magis quam in alio?

i *v. l.* 36. ſ. *de leg.* 1.

k in dubio potior exiſtimatur cauſa ſpecialis quā generalis. v. quæ notaui ad *l.* 5. ſ. *de fideiuſſ. l.* 1. ſ. *de auro. l.* 41. ſ. *de pœnis: l.* 80. ſ. *de reg. iuris: l.* 16. ſ. *de legibus*: adde *l.* 7. ſ. *de except. rei iudic.*

l Atqui ſpecies accidentibus non côſtat, §. *vlt. Inſt. de iure perſonarum*. Litis ſignificatione ſpecies diuerſæ dici poſſunt quæ ſolis accidentibus differunt.

m *v. hic Accurſ.*

n *Reddendi* verbo datio continetur, *l.* 94. ſ. *de verb ſig.*

o *v. l.* 94. ſ. *de ver. ſign.*

p ita vt intelligatur etiam legata veſtis eius cauſa non parata.

q Corinthiorum vaſorum tanta olim fuit æſtimatio vt argento & auro penè anteponerentur. adde Plinium 8. *cap.* 1.

r de legato vaſorum, *v. l.* 19. §. 10. ſ. *de auro.*

ſ abaces. Vulgata & Nebriſſenſ.

t *al.* σωθῆναι.

u ἀποθέτοις, Alciatus legit 4. *diſpunction.* 18. à ἀπατάω, quod eſt conſumo: quaſi diceret, cum iis quæ vſu conſumi poſſunt: malè. καρπὸς ἀπόθετος, Polluci, eſt ὁ ψυγέμενος, καὶ ἡλιούμενος, fructus reſeruatitius & ſole aduſtus, *v. Ferrandum* 1. *Explic.* 34. Gloſſis ἀπόθετον conditum & depoſitum.

x Prædiis legatis, ea non intelligitur teſtator legaſſe, quæ pignorata habuit, niſi ex mora debitoris non ſoluentis, ea in proprium patrimonium vertit. v. quæ ſcripſi ad *l.* 9. *in fin.* ſ. *de ſupellectile*. Imò videtur relicta. Nam qui omne legat, nihil excipit. *l.* 68. ſ. *eo.* ſolue: Prædia obligata hic non videntur obligata quia dictio *omnis* ea duntaxat comprehendit quæ natura verborum ſignificari poſſunt. adde *l.* 73. §. 2. *ſuprà eod.*

y Pignus in proprium patrimonium creditoris verſum eſſe exiſtimatur, ceſſante diu debitore in ſolutione.

z Ceſſat debitor in luenda re pignorata, ſi ſit tali pretio pignorata, vt non ſit ſpes eius amplius luendæ, *v. l.* 31. *ſuprà de pignorib.* & ita reſtringe *l.* 22. §. 1. ſ. *de noxa.*

bb Id cum accidit, creditor pignus penè in proprium patrimonium redigit, ſuúmque eſſe arbitratur, & proinde ſi mea Romæ exiſtentia legauero, tale pignus legaſſe videri potero. Meum enim eſſe putare potui, quod luere diutiſſimo tempore ceſſauit meus debitor.

k Militia legata, onera & introitus militiæ præſtantur ab herede. l hon... legit Cuiacius ad *l.* 7. *Cod. de prox. ſac. ſcrin.* m inſtituit, v. Cuiac. ... *ſeru.* 32.

a Exheredatum eum ſubſtituto ſuo inſtituere poſſumus.

o Imò ſubſtitutus exheredati legata præſtare debet: poteſt enim legatis on... à teſtatore, *l. in ratione* 11. §. *vlt.* ſ. *ad l. Falcid.* Subſtitutus grauari poteſt, q... ipſius defuncti eſt heres: aliàs non poteſt. p id eſt, non principaliter. §. 1 ... vtrumque idem eſt, *Cuiac ibid. &* §. *vlt. inſt quod cum eo.*

q patris ad eum, Cuiac. 2. *obſer.* 32.

r ſit, habeat & ſubſtitutum, & ab eo legata data ſint, deinde, &c. ſic reſtituit Cu... cius 3 *obſer.* 9. quam lectionem non probat Antonius Faber 5. *Coniect.* 1.

ſ à ſe non à pupillo, *Cuiac. ibid.*

t vſque ad ſemiſſem, *l.* 5. ſ. *de leg. præſtand.*

u ſed ex v. o. c. r. l. & p. hæc verba eſſe cuiuſdam imperiti interpretis ... cius *ibid.*

x ſemiſſis acceperit, &c. *Cuiac. ibid.*

y Oppoſitum in oppoſito idem operatur quod propoſitum in propoſ... *prà de vulgari.*

z *l.* 35. *in fin.* ſ. *de vulgari. l.* 125. ſ. *de legatis* 1.

LIBER

LIBER TRIGESIMVS TERTIVS.

DE ANNVIS *a* LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

Vbi legatum præſtandum.

Pomponius " lib. 5. ad Sabinum. "

CVM *in annos ſingulos* quid legatum ſit, neque adſcriptum, quo loco detur: quocunque *b* loco petetur, dari debet. ſicuti ex ſtipulatu *c*, aut nomine *d* facto petatur.

De mora heredis.

2. *Idem* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

IN annos *e* ſingulos heres damnatus *ſinere me frui fundo*, ſi initio anni, quo colere deberem, moram fecerit, licèt poſteà patiatur, quia cultura ſim excluſus, tamen totius *f* anni nomine mihi tenebitur: quemadmodum ſi *diurnas operas Stichi da e damnatus*, non à mane *g*, ſed à ſexta *h* diei hora det, totius diei nomine tenetur.

De legato, annua, bima, trima die. 5. De legato trima die. 6. De vſuris.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 24. ad Sabinum. ‖

SI legatum ſit relictum *i* annua, bima, trima, die *k*, triginta fortè, dena *l* per ſingulos debentur annos, licèt non fuerit adiectum æquis *penſionibus*.

1 ¶ Proinde & ſi adiectum fuerit *penſionibus*, licèt non ſit inſertum *æquis*: item ſi ſcriptum fuerit *æquis*, licèt non ſit adiectum *penſionibus*, dicendum erit, æquas fieri.

2 ¶ Sed ſi adiectum *Penſionibus inæquis*, inæquales debebuntur. Quæ ergo debeantur, videamus. Et puto eas deberi, (niſi ſpecialiter teſtator electionem heredi dedit) qui *m* vir bonus fuerit arbitratus: vt pro facultatibus defuncti & depoſitione *n* patrimonij debeantur.

3 ¶ Sed & ſi fuerit adiectum *Viri boni arbitratu*, hoc ſequemur, vt pro poſitione patrimonij ſine vexatione & incommodo heredis fiat.

4 ¶ Quid ſi ita, *Penſionibus, quas o putauerit legatarius?* an totum petere poſsit, videamus. Et, puto totum non petendum ſimul: ſicut & in heredis electione. fieri enim penſiones debere teſtator voluit, quantitates dumtaxat penſionum in arbitrium heredis, aut legatarij contulit.

5 ¶ Sed ſi ita ſit legatum, *Heres meus Titio decem trima p die dato*, vtrùm penſionibus, an verò poſt triennium debeatur? Et puto ſic *q* accipiendum, quaſi paterfamiliàs de annua, bima, trima die ſenſiſſe proponatur.

6 ¶ Si cui certa quantitas legetur, *& quoad præſtetur in ſingulos annos certum aliquid, velut vſuras* r iuſſerit teſtator præſtari, legatum *a* valet: ſed *b* in vſuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem *c* vſurarum non excedit.

De numero & natura legati annui & transmißione ad heredes.

4. *Paulus* ‖ lib. 62. ad Edictum. ‖

SI *in ſingulos annos* alicui legatum ſit, Sabinus (cuius ſententia vera eſt) plura *d* legata eſſe ait: & primi anni purum, ſequentium *e*, conditionale. videri enim hanc ineſſe conditionem, *ſi viuat*: & ideo, mortuo *f* eo *g*, ad heredem *h* legatum non tranſire.

De penſione vltimi anni.

5. *Modeſtinus* ‖ lib. 10. Reſponſorum. ‖

A *Vobis quoque, cæteri heredes peto, vt vxori meæ præſtetis, quoad viuet, annuos decem aureos.* vxor ſuperuixit marito quinquennio & quatuor menſibus. quæro, an heredibus eius ſexti anni legatum integrum debeatur? Modeſtinus reſpondit, integri *i* ſexti anni *k* legatum deberi *l*.

De pecunia ad ludos, quibus heredes voluit præſidere, relicta.

6. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

ANnuam pecuniam ad ludos *m* ciuitati reliquit, quibus præſidere heredes voluit. ſucceſſores heredum negant ſe debere, quaſi teſtator tamdiu præſtari voluiſſet, quamdiu præſiderent heredes. quæro igitur, " an, " cùm præſidendi mentionem fecerit, ad tempus fideicommiſſum, an perpetuò præſtari voluerit? Modeſtinus reſpondit, fideicommiſſum quotannis in *n* perpetuum *o* reipublicæ præſtandum eſſe.

De eo, quod ad ſcribentis authoritatem, non ad obligationem inducendam pertinent.

7. *Pomponius* " lib. 8. ad Quintum Mucium. "

QVintus Mucius ait: Si quis in teſtamento ita ſcripſit, *Filij filiæque meæ ibi ſunto, vbi* p *eos mater ſua eſſe volet, eiſque heres meus in annos ſingulos, inque pueros puellaſque ſingulas damnas eſto dare cibarij nomine aureos decem*, ſi tutores eam pecuniam dare nolunt *q* ei, apud quem pueri atque puellæ ſunt: nihil eſt, quòd ex teſtamento agere poſsit *r*. nam ea res eò pertinet, vti tutores ſciant, quæ voluntas teſtatoris fuit, vti poſsint eam pecuniam ſine periculo dare. *Pomponius*: In *ſ* teſtamentis quædam ſcribuntur, quæ ad authoritatem dumtaxat ſcribentis referuntur, nec obligationem pariunt. Hæc autem talia ſunt, ſi te heredem ſolum inſtituam, & ſcribam, *vti monumentum mihi certa pecunia facias.* nullam enim obligationem ea ſcriptura recipit, ſed ad auctoritatem meam conſeruandam poteris, ſi velis, facere.

¶ Aliter atque ſi, coherede tibi dato, idem ſcripſero. nam ſiue te ſolum damnauero, *vti monumentum facias*, coheres tuus agere tecum poterit familiæ herciſcundæ, vti facias: quoniam intereſt *t* illius. quinetiam ſi vtrique iuſſi eſtis hoc facere, inuicem actionem habebitis.

¶ Ad auctoritatem ſcribentis hoc quoque pertinet, cùm quis iuſſit *in municipio imagines* u *poni*. nam ſi non honoris municipij gratia id feciſſet, ſed ſua, actio eo *x* nomine nulli competit. Itaque hæc Quinti Mucij

a 44. *Eclog.* 4. legatum in annos ſingulos, debetur in ingreſſu anni *l.* 8. *ff. eod.*

b In dubio legatum ibi dari debet vbi petitur *l.* 38. *verſ. præt. ff. de iudiciis. l.* 47. §. 2. *ff. de l.* 1.

c Hæ duæ actiones hic rectè diſtinguuntur. Alia eſt enim obligatio ex ſtipulato, alia quæ ex nomine fit, cum ex menſæ ſcriptura pecunia numeratur, nominibus contrahitur obligatio cū ex arca, ex domo. *l.* 40. *ff. de reb. creditis*: per ſtipulationem. v. Cuiac. ad *l.* 9. *ſupr. de pact.*

d Nominibus obligatio (quæ & ſcriptura fieri dicebatur) olim in vſu §. 1. *Inſt. de literarum oblig.* tabulas proferebat qui alterum ſibi obligabat ex quoque contractu: & ad eas ſcribendas & ſubſignandas vrgebat, omiſſa veteris obligationis cauſa, ex litterarum ſubſignatione ciuilis ſuccederet debiti perſecutio. *Theoph. Inſt. de litterarum oblig.* Cum nomina fiebant, pararij interponebantur, ſignatores aduocabantur, & chirographum dabatur Seneca 2. *de benef.* qui obligatur ſtipulatione, interrogabatur quoque. quod tamen nonnulli negant, arg. *l.* 2. §. 1. *l.* 37. *ff. de verb. obl. Idem Seneca* 3. *de benef.* 15. (Porro pararij, quibuſdam librarij. *arg l.* 93. *ff. de regulis iuris.* Plauto *Aulularia.* actuarij. Vlpiano Tabellio,) Teſtes verò in nominibus Romæ, equites aliique clari nominis & integræ famæ viri (quales ex albo Prætorio priuati litigaturi, aliquid factui, ſibi quaſi iudices & arbitros eligebant Seneca 3. *de benefic.* 14. Gell. 2.) in prouinciis duumuiri, decuriones, & alij non ignobiles, *l.* 22. *ff. de teſtibus.* Hæc erat formula interrogationis, *Centum illos aureos, quos mihi ex cauſa mutui debes, tu mihi ex conuentione & promißione litterarum tuarum dabis?* Tùm debitor reſpondebat. *Ex conuentione dabo mearum litterarum.*) falſus eſt enim Theophilus *d. loco*, dum commentus eſt ad creditorem litteras miſiſſe debitorem. Is enim præſens interrogabatur, vt dixi.) Creditor tabulas tenens, parariis dabat tranſcribendam formulam, adiecto loco, die, conſule *l.* 1. *ff. de edendo*: *l.* 9. §. 1. *ff. de pœnis.* Teſtes deinde ſubſignabant, & nomen eo amplius ſuum ſubſcribebant *l.* 39. *ff. de verb. oblig. l.* 22. §. 4. *ff. qui teſtam. l.* 4. *ff. de auct. tutorum.* modum ſignandi explicat Paulus 5. *ſent.* 25. *Hi ſignatores* dicebantur, à teſtibus vtcumque differentes, *l.* 20. *ff. de teſtibus l. vlt. ff. de lege commiſſ. l.* 52. §. 1. *ff. de furtis.* Huiuſmodi nomina, ſyngraphæ appellatæ potius quàm chirographa. Nam in chirographis geſta tantùm: in ſyngraphis, citra fidem veritatis etiam pactio veniebat. *Pædianus.* Ita plurium nomina fiebant, Seneca 2. *de benefic.* plurium ſcilicet præſentia. Nam qui nomine obligatur, vnum tantùm nomen facit, non plura, *l.* 41. *in fin. ff. de fideicomm. libert. l.* 22. §. 10. *ff. mandat.* e adde *l.* 16. *in fin. ff. de verb. oblig.*

f Imò partis tantum *l. ſtip. non diuiduntur.* 72. §. *planè* 2. *ff. de verb. oblig.* Hic partis aut in parte anni admiſſa totius temporis commodum abſtulit.

g adde *l.* 3. *l.* 15. *ff. de operis libert.*

h Hora diei ſexta Romanis meridies. *v. l.* 7. *ff. de vſurpat.*

i dic idem eſſe ſi ita legatum ſit. *donec nubat l.* 17. die nundinarum *l.* 20. §. 1. die naturali *l.* 23. per quadriennium *l.* 24. *ff. eod.* quotannis *l.* 12. §. 6. *ff. quando dies*: ſi ex reditu pars aliqua legetur *l.* 58. *in fin. ff. de vſufr. & quemadm.*

k id eſt, vnis, ſecundis, tertiis penſionibus.

l Legatum, *annua, bima, trima die*, præſtari debet per annuas penſiones æquales, niſi mens alia teſtatoris fuerit.

m quas vir, &c. vel quomodo iuſſus diſtribuere arbitrio viri boni fungi debet.

n poſitione §. 3. *ff. eod.* Poſitionem autem vocat, ſitum patrimonij.

o dare iubens, penſionibus quas Tertius aliquis declarauerit, ſi ille Tertius declarare non potuerit, videtur iuſſiſſe vt vna penſione id detur. p Trima die qui quid dari alteri iubet, compendioſè annuam, bimam, trimam diem intelligit: vnde notat Bartolus, iuſſum dare tribus terminis iuſſum intelligi dare tribus annis. q id eſt, poſt triennium. r de vſuris teſtamentariis, *v. l.* 15. *C. de vſur. vel fruct. l.*

a vſurarum præſtandarum.

b Vſuræ etiam teſtamento adiectæ legatæque legitimum vſurarum modum excedere non debent. Et tamen hinc ſatis conſtat Iure ciuili, vſuras etiam teſtamentarias permitti. Nam iure Canonico aliud dicendum putat Bartolus. adde *l.* 2. *infr. de his quæ pœnæ nomine.*

c *l.* 1. *ff. de vſuris. l.* 12. *ff. de l.* 1. dixi ad *l.* 1. §. 3. *ff. de pign.*

d *l.* 11. *ff. eod. l.* 13. *ff. quando dies.* Non eſt ita in ſtipulatione quæ in annos ſingulos concepta, quæ vna eſt *l.* 16. *in fin. ff. de verb. oblig.* Imò vnum legatum eſt *l. nec ſemel* 12. *l. ſi cum præfinitione* 20. *l. Firmio* 26. *in fin. infr. quando dies legat.* An ibi vnum legatum, cuius præſtatio diuiſa fuerit fauore heredis? An ibi alimentaria cauſa eſt? An ibi certum tempus adiectum? Prior interpretatio magis vera.

e in legatario, ſingulis annis capacitatem exigimus, in ſtipulationibus initio capacitatem fuiſſe ſat eſt, *l.* 1. §. 16. *ff. ad l. Falcid. l.* 10. *l.* 32. *ff. quando dies legat. l.* 3. *in fi. ff. de mort. cauſ. v. d. l.* 16. *in fi. ff. de verb. ſign.* adde *l. poſt duos* 15. *C. de aduoc. diuerſ. iudic.* excipe tamen *l.* 6. *ff. eod.*

f *l.* 10. *ff. de cap. minut.*

g Legatario ſcil. & quidem ante conditionem.

h ejus, id eſt, ipſius legatarij.

i Legatum annuum vt tranſmitti poſsit ſufficit vltimum annum eſſe cœptū.

k nec dum completi. *l.* 22. *ff. eod. l.* 58. *ſupr. de vſufr. & quemadm.* l Imò non debetur *l. ſi operas* 26. *l. ſi ſed & ſi quid* §. *ſi operas.* 2. *ſup. de vſufr. l. petitionem.* 13. *C. de aduoc. diuerſ.*

m Annua reipub. *vt hic*, vel templo, *vt l.* 20. *in fin. ff. eod.* legata, in perpetuum debentur, adde *l.* 16. *ff. de vſu & vſufr. legato.* neque morte executoris extinguuntur.

n Imò non præſtatur in perpetuum *l. legatum.* 4. *in fin. ff. de admin. rerum ad ciuit. pertinentium.* Ibi ad ludos inhoneſtos relictum eſt.

o aliud eſt in vſufructu qui centum annis tantùm durat, *l.* 8. *ff. de vſufr. legato*, ne proprietas alioqui ſemper ſit inutilis, *Bart.*

p Educationem liberorum ſuorum patres plerumque committebant matrum eorum arbitrio. q quod iuſta de cauſa nolint pupillos ibi morari vbi mater eorum iuſsit vel decreuit.

r Officio tamen iudicis quis poteſt.

ſ In teſtamentis non omnia quæ ibidem adſcripta ſunt, obligant heredem: ſunt enim nonnulla quæ ad authoritatem dumtaxat ſcribentis referuntur: hoc eſt, quæ eius tantum cauſa non alterius priuati, aut ciuitatis adiiciuntur. Iuſsit teſtator monumentum ſibi fieri ab vnico & ſolo herede? ille vnicus ac ſolus heres, nemini obligatus eſt, vt monumentum id faciat, ſed authoritate ſolius defuncti ad id cogi poteſt. Obligatio nulla eſt niſi inter diuerſas perſonas. Nulla eſt inter teſtatorem & heredem: Eſt inter coheredes. ideoque iuſſus heres in hac ſpecie monumentum facere, cogi ad id per coheredem poteſt: quemadmodum inuicem eo nomine experiri poterunt, ſi vtrique iuſsi fuerint monumentum defuncto ponere.

t is agere poteſt cuius intereſt, *l.* 5. *in fin. ff. ne quis eum*: hinc exceptio illa ſvalida eſt, Tua non intereſt: agere itaque non potes.

u Imagines ponendæ in municipio plerumque legabantur *l.* 17. *in fin. ſupr. de vſur. l.* 42. *in fin. ſup. de vſu. l.* 14. *infra de cond. & dem. l.* 5. *infr. de oper. pub.* Cic. 4. *Verrinæ duob. locis.* x vide *l.* 6. *in fin. ff. de aere.*

ſcripto

ſcriptura *a, Liberi mei ibi ſunto,vbi eos mater ſua eſſe vol*. *b*, nullam obligationem parit, ſed ad auctoritatem defuncti conſeruandam ‖id‖ pertinebit: vt,vbi iuſſerit, ibi ſint.

¶ Nec tamen ſemper *c* voluntas eius aut iuſſum conſeruari debet: veluti *d* ſi prætor edoctus ſit, non expedire,pupillum eo morari,vbi pater iuſſerit,propter vitium,quod pater fortè ignorauit in eis perſonis eſſe, apud quas morari iuſſit. Si autem pro cibariis eorum in annos ſingulos aurei decem relicti ſint,ſiue hoc ſermone ſignificantur,apud quos morari mater pupillos voluerit: ſiue ita acceperimus hunc ſermonem, vt ipſis filiis id legatum debeatur, vtile erit: & magis enim eſt,vt prouidentia filiorum ſuorum hoc feciſſe debeatur. Et in omnibus, vbi auctoritas ſola teſtatoris eſt, neque omnimodo ſpernenda, neque omnimodo obſeruanda eſt: ſed interuentu *e* iudicis hæc omnia debent, ſi non ad turpem cauſam feruntur,ad effectum perduci.

Collatio annui legati & vſusfructus.

8. *Gaius* ‖ lib. 5. ad leg. Iuliam & Papiam. ‖

IN ſingulos annos relictum legatum ſimile *f* eſt vſuifructui,cùm morte *g* finiatur: ſanè capitis deminutione *h* non finitur,cùm vſusfr. finiatur. & vſusfructus ita legari poteſt, *Titio vſumfructum fundi lego,*" *&* " *quotieſcunque capite minutus erit, eundem vſumfructum ei do.* illud eſt certè ampliùs in hoc legato: quod ingreſſu *i* cuiuſlibet anni,ſi deceſſerit legatarius, eius anni legatum heredi ſuo relinquit,quod in vſufructu non ita eſt: cum * fructuarius, etiam ſi maturis *k* fructibus, nondum tamen perceptis, deceſſerit, heredi ſuo eos fructus non *l* relinquet.

De pignore.

9. *Papinianus* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

FVndus,quem paterfam. libertis legatorum nomine quæ in annos ſingulos relinquit, pignus *m* eſſe voluit: ex cauſa fideicommiſſi rei ſeruandæ gratia rectè *n* petetur. *Paulus* notat *o*. Hoc admittendum eſt, & in aliis rebus hereditariis, vt & in eas *p* legatarius mittatur *q*.

De *diuiſione legati.* I. De *eo quod à teſtatrice viua præſtabatur.* 2. De *centum legatis,præter id quod annui nomine à viuo accipiebat.* 3. De *eo quod à teſtatrice viua præſtabatur.*

10. *Idem* ‖ lib. 8. Reſponſorum. ‖

S*Eio amico fideliſſimo ſi voluerit ſicut meis negotiis interueniebat,eodem modo filiorum meorum interuenire,annuos ſenos aureos & habitationem, qua vtitur, præſtari volo.* non *r* ideo minus annua Seio pro parte hereditaria viuentis filię deberi placuit,quod ex tribus filiis Titię duo, aliis heredibus inſtitutis, vita deceſſerunt: cùm tam labor *ſ*, quàm pecunia,diuiſionem reciperent.

1 ¶ *Medico Sempronio quæ viua præſtabam,dari volo*: ea *t* videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam *u* liberalitatis voluntatem habuerunt.

2 ¶ *Vxori præter* x *id quod à me viuo annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo*: annuum videtur, & ſemel centum aureos reliquiſſe.

3 ¶ *Libertis dari volo,quæ viua præſtabam,*& habitatio *z* præſtabitur: ſumptus iumentorum non debebitur, quem actori domina præſtare ſolita fuit vtilitatis ſuæ cauſa. ideo nec ſumptum medicamentorum medicus *a* libertus rectè petet: quem vt patronam *b* eiuſque familiam curaret,acceptabat *c*.

De numero legatorum: de iure capiendi.

11. *Paulus* ‖ lib. 21. Quæſtionum. ‖

CVm in annos ſingulos legatur, plura *d* legata eſſe placet,& per ſingula legata ius capiendi inſpicietur. idem in ſeruo inſpiciendum eſt ex perſona dominorum.

De ſeruitute.

12. *Idem* ‖ lib. 13. Reſponſorum. ‖

GAius Seius prædia diuerſis pagis Mæuiæ & Seiæ legauit, & ita cauit: *Præſtari autem volo ex prædiis Potitianis, prædiis a Lutatianis annuum harundinis milia trecena, & ſalicis mundæ annua librarum ſingula milia*: quæro, an id legatum defuncta legataria extinctum ſit? Paulus reſpondit, ſeruitutem *b* iure conſtitutam non videri neque in perſonam *c*, neque *d* in rem: ſed fideicommiſſi petitionem competiſſe ei cui prædia Lutatiana legata ſunt: & ideò, cùm annua legata fuerint, mortua *e* legataria,finitum legatum *f* videri.

De conditione implenda.

13 *Scæuola* ‖ lib. 4. Reſponſorum. ‖

MÆuia nepotem ex Mæuio puberem heredem inſtituit & Lucio Titio ita legauit: *Lucio Titio viro bono, cuius obſequio gratias ago, dari volo annuos, quandiu viuat, aureos decem, ſi rebus nepotis mei interueniat, omnémque adminiſtrationem rerum nepotis mei ad ſollicitudinem ſuam reuocauerit.* quæro, cùm Lucius Titius aliquo tempore Mæuij negotia geſſerit, & per eum non *g* ſtet,quo minùs gerat: Publius autem Mæuius nollet eum adminiſtrare,an fideicommiſſum præſtari debeat? Reſpondi, ſi *h* non propter fraudem, aliámve quam iuſtam cauſam improbandæ operæ cauſa remotus eſſet à negotiis,quæ adminiſtrare ſecundum defuncti voluntatem vellet,percepturum legatum.

1 ¶ Vxore herede ſcripta ita cauit. *Libertis meis omnibus alimentorum nomine ſingulis annuos denarios duodecim ab herede dari volo, ſi ab vxore mea non* i *receſſerint.* quæro, cùm paterfam. ſua voluntate de ciuitate difficilè profectus ſit, ea autem adſiduè proficiſcatur, an liberti cum ea proficiſci *k* debeant: Reſpondi,non poſſe abſolutè reſponderi, cùm multa oriri poſsint, quæ pro bono ſint ęſtimanda: ideóque huiuſmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda eſt.

¶ Item quæritur: cùm proficiſcens eis nihil amplius obtulerit,ac per hoc eam ſecuti non ſint: an legatum debeatur? Reſpondit: & hoc ex longinquis, breuibuſque *l* excurſionibus & modo *m* legati æſtimandum eſſe.

De ſumma non adiecta.

14. *Vlpianus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum. ‖

SI cui annuum fuerit ‖relictum ſine *n* adiectione ſummæ, nihil videri huic adſcriptum Mela ait. ſed eſt verior Neruæ ſententia *o*, quod teſtator præſtare ſolitus fuerat, id videri relictum: ſi minus,ex dignitate perſonæ ſtatui oportebit.

De ſolutione ante diem.

15. *Valens* ‖ lib. 7. Fideicommiſſorum. ‖

IAuolenus.

EVm qui rogatus, *poſt decem annos reſtituere pecuniam*, ante *p* diem reſtituerat. Reſpondi: ſi *q* propter capientis perſonam, quòd rem familiarem tueri non poſſet in diem fideicommiſſum relictum probetur, & perdituro *r* ei id heres ante diem reſtituiſſet, nullo modo liberatum eſſe. quòd ſi tempus heredis *ſ* cauſa prorogatum eſſet,vt commodum medij temporis ipſe ſentiret, liberatum eum intelligi: nam & plus eum præſtitiſſe quam debuiſſet.

Si ſeruo libertas, poſt certum tempus legatum ex die mortis domini relinquatur.

16. *Paulus* " lib. 3. ad Neratium. "

SEruus *poſt decem annos liber eſſe iuſſus eſt*, legatúmque ei ex die mortis domini in annos ſingulos relictum eſt: eorum *t* quidem annorum, quibus iam liber erit, legatum debebitur: interim autem hæres ei alimenta præſtare compellitur *u*.

De legato, donec nubat. 1. *De vino quod domi naſceretur.*

17. *Labeo* ‖ lib. 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum. ‖

a Scriptura Mucij dicitur, vt alibi Iuliani & Africani.
b vel iuſſerat. *inf. eod.*
c Teſtatoris non omnem voluntatem ſeruat Prætor. *vt hic.* adde *l.* 14. §. 5. ȷ. *de religioſis*: *l.* 10. *ſupr. de confir. tutor.*
d Pupillus vbi morari debeat, ſummæ curæ eſſe debet iudicibus: adeò vt voluntatem parentum ea parte (ſi pupillis noceat) negligere poſsint & debeant iudices.
e Executoribus teſtamentariis imminent iudices, vt teſtamenta exequantur: Caſtrenſis in *l. nulli* 28. *C. de Epiſcopis.*
f Similitudo & diſsimilitudo vſusfructus, & in annos ſingulos relicti: Similitudo, vtrumque morte finitur: diſſimilitudo triplex. Nam vſusfructus capitis diminutione finitur: poteſt prorogari in tempus capitis deminutionis: fructuarius in ingreſſu anni moriens, fructus nondum perceptos ad heredem non tranſmittit.
g *v. l.* 3. *in fin.* ȷ. *quib. mod. vſusfr.*
h *l.* 10. ȷ. *de capite minutis.*
i legatarius in ſingulos anuos, ſi in ingreſſu cuiuſque anni deceſſerit, eius anni legatum heredi ſuo relinquit.
k & pendentibus: maturi & pendentes fructus agent legatum.
l Fructus pendentes ad heredem ſuum vſufructuarius non tranſmittit, *l.* 13. ȷ. *quib. modis vſusfr. amit. l.* 25. §. 1. *verſ. præterea. ſupr. de vſuris*: *l.* 48. ȷ. *de adq. rer. dom.* §. 36. *Inſtit. de rerum diuiſ.*
m Poteſt ager in alimenta obligari, *l.* 8. §. 11. ȷ. *de tranſact. v. l.* 12. ȷ. *de alimentis.*
n Cur rectè petetur? Qui quid legat ſuper aliquo fundo,eum obligare videtur. l. 88. §. *inſtit.* 35. ȷ. *de l.* 2. vide tamen Romanum *conſ.* 358. *n.* 9. *& conſ.* 508. *n.* 2.
o vt ſingulare ſcilicet non tamen reprehendit. p & interdum heredis ipſius. *l.* 6. *C. vt in poſſ. legat.* q ſi non ſatiſdetur. ȷ. *vt in poſſeſſ.*
r Imò ideò minus debebitur, *l.* 13. ȷ. *eod.* ibi ſtetit per eum,cum quo morari debebat: hic per caſum. adde *l.* 1. *C. de inſt. & ſubſt. l. in teſt.* 27. ȷ. *de cond. & dem.*
ſ Labor & pecunia diuidi poſſunt. adde *l.* 13. ȷ. *eod.*
t Imo ea quæ tempore mortis præſtitit. *l. Mela.* 14. §. 1. ȷ. *de alim.*
u Incerta nunquam quis in dubio præſumitur promiſiſſe. vnde notant generalem renuntiationem non complecti inſolitas ſiccitates,dixi ad *l.* 78. *ſupr. de cont. empt.* Procuratorem generalem poſſe ea facere, quæ dominus ſolitus erat facere. *l. vel vniuerſ.* 12. *ſupr. de pign.*
x *l.* 54. ȷ. *de l.* 3. *Præter*, dictio ponitur incluſiuè, quoties cadit inter res ſeparatas, quarum vna aliam non comprehendit (vt inter genus & ſpecies) alias ſecus. *l. Nam quod* 4. *in fin.* ȷ. *de penu l. c. dudum. extr. de elect.*
y excipienda ſunt ex hoc ſermone generali quæ vtilitatis meæ cauſa ſuperſtes eis præſtabam. z *l.* 33. ȷ. *de vſuſſ. leg.*
a Medicinam exercebant etiam liberti.
b Legans, quæ viuus præſtabat,ea tantùm legat, quæ ipſe ſui cauſa,non eius vxor ſui cauſa præſtabat. c *l.* 40. §. 2. ȷ. *de pact. l.* 9. *in fin.* ȷ. *de alim.*
d *v. l.* 4. ȷ. *eod. l.* 28. ȷ. *quib. mod. vſusfr.*
e Idem ſi dixi de fundo. *l. vlt. in fin. ſup. de contrah. empt.*

a Quemadm[...] cùm legatur [...] meo adquiri[...] mihi: ita q[...] legatur rei me[...] detur mihi [...] qui. *Bart.*
b An eo n[...] prædium eſt [...] gatum? eſt [...] raliter non [...] ſpecialiter, *l.* [...] *comm. de leg.* [...] *ditor.* 4. ȷ. *de ſep*[...] *bon.*
c Imò in [...] nam: cùm ſit [...] fructus, *l. ſi q*[...] 20. ȷ. *de vſuf*[...] fructus à [...] percipiebat: [...] alio.
d Imò in re[...] item 3. *l. v*[...] ȷ. *de ſeruit.* [...] ſanè non eſt [...] tus, nec ein[...] patientia [...] tur. *vt l. quot*[...] ȷ. *de ſeruit.* [...] tur. Hic le[...] annua: ſer[...] verò perpetu[...] *l.* 4. ȷ. *de ſer*[...] numerum [...] relinquitur: [...] tus realis [...] tuitur ex fu[...] ceſsitate *l.* [...] *licinus* 35. [...] *ſeru. ruſt.*
e Annua p[...] finitur mort[...] tarij *v. l.* 1[...] *cap. minutis.*
f non viden[...] quoſdam leg[...] tat Bartolus.
g Conditi[...] pendet ex [...] rij & terti[...] tate, ſi te[...] impeditur, [...] cto & culpa[...] rij habetur [...] pleta: adde [...] ȷ. *eod. l.* 8. [...] *de condit.* [...] *monſt.*
h Imò [...] non conſeq[...] etiam ſi [...] de remouen[...] *Seio* 20. ȷ. [...] caſu remou[...] hic facto ei[...] cuius perſo[...] pleri debu[...] ditio.
i Morari cu[...] quo qui te[...] non tenetur [...] ſimpliciter al[...] qui: id tamen arbitrio boni viri declarandum erit. *Bart.* k adde *l.* 23. *in fin.* [...] *cond. inſt. l.* 20. *in fin.* ȷ. *de oper. libert.*
l Vxor tenetur virum ſequi ſi modica ſit excurſio. *Bart.*
m hoc eſt, quantitate legati: quod fortè non ſufficit ad huiuſmodi exp[...] Vnde notant, vaſallum ſequi dominum ſuum non cogi, ſi itineri faciendo [...] fructus non ſufficiant.
n Incertum legatum valet,non quia annuum eſt,ſed quia alimenta contine[...] non valet *l. cum poſt* 69. §. *gener.* 4. *ſupr. de iure dotium.* ita in contractibus in[...] promiſsio non valet. *d.* §. *gener. l. triticum.* 94. *l. ita ſtipul.* 115. ȷ. *de verb. oblig.* [...] aliquo a[...]io certum eſſe demonſtretur. *d. l. triticum* 94. vel niſi cauſa fauorabili[...] puta dotis,alimentorum & viæ reficiendæ.
o In legato indefinito, primum inſpicitur conſuetudo legantis, deinde ea ce[...] te, modus eius patrimonij: & ſic fauore alimentorum legatum incertum va[...] *l.* 22. *inf. de alimentis.*
p Ante diem reſtituens legatum an liberetur, adde *l.* 50. ȷ. *de obl. l.* 17. ȷ. *de reg. i*[...]
q An tempus capientis ſeu legatarij cauſa adiectum præſumitur, an potius h[...] diſ heredis, vtpote debitoris: vt notatur in *l. qui Romæ* 122. ȷ. *de verb. obl.*
r Quid ſi non perdituro ſoluit? ſolutione heres liberatur.
ſ Dilatio ſi heredis gratia adiecta fuerit, antè ſolui poterit: ſi legatarij, non p[...] terit, *l.* 122. ȷ. *de verb. obl.*
t *l.* 113. *ſup. de l.* 1 *l.* 30. §. 2. *ſup. de leg.* 3.
u Imò,non compellitur,cum legatum eo caſu non valeat, *l.* 4. *C. de legatis.* An cog[...] tur officio iudicis fauore alimentorum, *l. ſeruos* 17. ȷ. *de alimentis l. ſi in metall*[...] 3. ȷ. *de his quæ pro non ſcriptis.* An ſeruus eo tempore quo ſeruus eſt, in dominu[...] non agit: liber factus agit pro tempore iam præterito, *l. lecta* 20. *ſupr. ſi certum*[...] *huiuſm.* 64 ȷ. *de verb. obl.* Prior vera: Nam hic interim, hoc eſt etiam dum ſeru[...] eſt, alere ſeruum dicitur. Quid? an huius legati nomine ſeruum conſtituet procu[...] torem? *v. l. ſeruum quoque,* 33. *ſup. de procur.*

Legatum

LEgatum ita eſt, *Attiæ, donec a nubat, quinquaginta dammas eſto heres meus dare.* neque adſcriptum eſt, *in annos ſingulos.* Labeo, Trebatius, præſens legatum deberi putat, ſed rectius dicetur, id legatum *b* in annos ſingulos deberi.

1 ¶ *Vini Falerni quod domi naſcetur, quotannis in annos ſingulos binos culeos heres meus Attio dato.* etiam pro eo anno, quo nihil *c* vini natum eſt deberi duos culeos *d*: ſi modò ex vindemia cæterorum annorum dari poſſit.

De morte fideicommiſſarij. 1. Quando legatum peti poteſt.

18. *Scæuola* ‖ lib. 14. Digeſtorum. ‖

COdicillis teſtamento confirmatis *e*, fundum libertis legauit, *eúmque alienari vetuit ſed pertinere voluit & ad filios libertorum vel ex his natos.* deinde hæc verba adiecit: *A quibus præſtari volo heredi ex reditu eius fundi decem per annos ſingulos vſque ad annos triginta quinque à die mortis meæ.* quęſitum eſt cùm heres à Titio inſtitutus, intra *f* trigenſimum annum ętatis deceſſerit, an reſidui temporis fideicommiſſum ex verbis ſupraſcriptis heredis quoque heredi *g* debeatur? Reſpondit, deberi *h* niſi oſtendatur à libertis: teſtatorem ad heredis trigenſimum quintum annum reſpexiſſe *i*.

1 ¶ Sticho alumno ſuo centum, & menſtruos decem & annuos centum dari voluit: & Semproniam, quam heredem ex triente inſtituerat, rogauit in hęc verba: *Fidei tuæ committo, Sempronia ſoror, vti legata quæ alumnis meis reliqui ex medio recipias, & apud te habeas,* quoad *k* *vſque commendatos habeas.* quęſitum eſt, cùm Sempronia, cuius fidei commiſſum ſit, abſtinuerat ſe hereditate, antequam *l* ſecundùm voluntatem defuncti perciperet pecuniam alumnis relictam, an Sticho de legatis actio etiam ante vicenſimum quintum annum competat? Reſpondit, competere *m*.

De morte legatarij onerati fideicommiſſo. 1. De legato generali & ſpeciali. 2. De eo quod teſtatrix viua præſtabat.

19. *Idem* ‖ libro 17. Digeſtorum. ‖

TItia, herede Seia ſcripta, vſumfructum fundi Męuio legauit, eiúſque fideicommiſit in hæc verba: *A te Mæui ex n reditu fundi Speratiani præſtari volo, Arrio Pamphilo & Arrio Sticho* ‖ *ex die mortis meæ annuos ſexcentos quotannis, quoad viuent.* quęſitum eſt, cùm Mæuius annua alimenta pręſtiterit, poſt mortem autem eius fundus ad heredem Titię pleno iure redierit, an alimenta ex fideicommiſſo, Pamphilo & Sticho debeantur? Reſpondi, nihil *o* proponi, cur debeant præſtari ab heredibus Titiæ, cum ab vſufructuario alimenta relicta ſint.

¶ Idem quæſiit, an ab heredibus Męuij legatarij præſtanda ſint? Reſpondi, nihil ab herede legatarij, niſi teſtatorem manifeſtè probetur voluiſſe etiam, finito vſufructu pręſtari, ſi modò id, quod ex vſufructu receptum eſſet, ei rei parandę ſufficeret.

1 ¶ Qui Marco homini docto certa annua pręſtabat, teſtamento cauit: *Domina p ſanctiſſima ſcio te de amicis meis curaturam, ne q quid his deſit: verumtamen & Marco dari octingenta r.* quęſitum eſt, an Marcus, pręſtitis ſibi ex cauſa legati octingentis, annua quoque *ſ* conſequi debeat? Reſpondit, nihil *t* proponi, cur non ſecundùm ea, quę in conſultatione collata eſſent, debeantur.

2 ¶ *Lucio Titio auri pondo u tria, quæ viua præſtabam.* quęro cùm teſtatrix quadraginta Titio, quoad viueret *a*, ſalarij nomine certam ſummam, & amplius feſtorum dierum nomine certum pondus argenti, aut pro eo pretium pręſtiterit, an eadem ex cauſa legati vel fideicommiſſi ab heredibus eius Titio *b* pręſtari debeant? Reſpondit, nihil proponi cur pręſtanda non ſint.

De conditione. 1. De eo quod relictum eſt ſacerdoti & hierophylaco, & libertis qui in illo templo erunt.

20. *Idem* ‖ libro 18. Digeſtorum. ‖

ANnua *b* his verbis legauit: *Si morarentur c cum matre mea quam heredem ex parte inſtitui* quęſitum eſt, an mortua *d* matre, cõditio adpoſita defeciſſe videatur, ac per hoc neque cibaria, neque veſtiaria his debeantur? Reſpondit, ſecundum ea *e* quę proponerentur, deberi *f*.

1 ¶ Attia fideicommiſſum his verbis reliquit: *Quiſquis mihi heres erit fidei eius committo, vti det ex reditu cænaculi mei & horrei, poſt obitum, ſacerdoti g & hierophylaco h, & libertis qui in illo templo erunt i, donaria decem die nundinarum k quæ ibi poſui.* quæro, vtrùm his dumtaxat, qui eo tempore, quo legabatur, in rebus humanis & in eo officio fuerint, debitum ſit; an etiam his qui in locum eorum ſucceſſerunt? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, miniſterium nominatorum deſignatum, cęterùm *l* datum templo *m*.

¶ Item quęro, vtrùm vno duntaxat anno decem fideicommiſſi nomine debeantur, an etiam in perpetuum *n* decem annua præſtanda ſint? Reſpondit, in perpetuum.

De alienatione prædij cuius reditus pars relicta eſt. 1. De lege Falcidia. 2. De fideicommiſſo reciproco. De fructibus. 3. De modo implendo. 4. De ſatiſdatione. 5. De morte eius cuius fideicommiſſum eſt.

21. *Idem* ‖ libro 22. Digeſtorum. ‖

LIberto ſuo ita legauit: *Præſtari volo Philoni, vſquedum viuet, quinquageſimam omnis reditus, quę o prædiis à colonis vel emptoribus p fructus ex conſuetudine domus meæ præſtantur.* heredes prædia vendiderunt *q*, ex quorum reditu quinquageſima relicta eſt. quęſitum eſt, an pretij vſurę, quę ex conſuetudine in prouincia pręſtarentur, quinquageſima debeatur? Reſpondit, reditus *r* dũtaxat quinquageſimas legatas, licet prędia vendita ſunt.

1 ¶ A liberto, cui fundum legauerat ferentem annua ſexaginta per fideicommiſſum *ſ* dederat Pamphilę annua dena. quęſitum eſt, ſi lex Falcidia *t* liberto legatum minuerit, an Pamphilæ quoque annuum fideicommiſſum minutum videatur *u*, cùm ex reditu legata ſint, qui largitur etiam ſi Falcidia partem dimidiam fundi abſtulerit, annuam Pamphilę præſtationem? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non videri minutum *x*, niſi ſi alia mens teſtatoris probaretur.

2 ¶ Filium ex dodrante, vxorem ex quadrante inſtituit heredes, & filij fidei commiſit, vt nouercæ reſtitueret hereditatem: ab ea autem petiit, *vt infirmitatem filij commendatam y haberet: eique menſtruos aureos denos præſtaret, donec ad vicenſimumquintum annum ætatis peruenerit: cùm autem impleſſet eam ætatem partem dimidiam hereditatis ei reſtitueret.* filius deducta dodrantis parte quarta, ex qua inſtitutus erat, nouercæ hereditatem reſtituit: & poſtea impleuit vicenſimumquintum annum ętatis. quæſitum eſt, cùm nouerca vniuerſę hereditatis haberet dodrantem, ſemunciam *z*, & ſicilicum *a*, an eius partem dimidiam priuigno ſuo reſtitueret? Reſpondi, ſecundum ea quę proponerentur, tantum reſtituendum, quantum cum eo, quod Falcidiæ nomine filius deduxiſſet, ſemiſſem faceret.

¶ Idem quæſiit, an, quòd infirmitati *b* filij pater conſulere voluerit, fructus quoque medij temporis nouerca eis reſtituere deberet? Reſpondit, ſecundùm ea quę proponerentur, debere.

3 ¶ Lucius Titius teſtamento patrię ſuæ ciuitatis *c* Sebaſtenorum centum legauit, vti alternis annis ex vſuris eiuſdem certamina *d* ſub nomine ‖ ipſius ‖ celebrarentur: & adiecit hæc verba: *Quod ſi conditione ſupraſcripta recipere legatam ſibi pecuniam ciuitas Sebaſtenorum noluerit, nullo modo heredes meos obligatos ei eſſe volo, ſed habere ſibi pecuniam.* poſtea pręſes prouincię ex nominibus debitorum hereditariorum elegit idonea nomina, & in cauſam legati reipublicę adiudicauit *e*, poſt cuius ſententiam reſpublica a pleriſque adiudi-

a Legatum, *donec nubat*, intelligitur annuum. *Bart.* Idem dicendum ſi legatũ ſit, *quoad viuet, l. 56. §. 4. j. de ver. obl.*
b Imò vnicum legatum eſſe videtur. *l. apud Iulianum. 39. §. 6. l. ſi ita 65. ſup. de leg. 1.* Dic annuum hic eſſe fauore dotis: vt legataria facilius nubat in tam lauta dote. *vt hic.* Idem dicendum in alimentis & in ſimilibus cauſis fauore dignis.
c In annuo legato quod in fructibus vnius anni deficit ſequentium annorum fructibus ſupplendum, *Bart. l. 13. inf. de tritico, l. 12. inf. de alimentis.*
d *v. l. vlt. ſup. de pignor. act.*
e Tali confirmatione heredi opus non eſt, *Inſt. de codicill.*
f & ita ante 35. cuius temporis nominati, facta mentio eſt à teſtatore.
g Deberi ait Iuriſconſultus, atqui annuum legatum finitur morte, *l. 8. ſup. eod.*
h Imò non debetur: quia annuum legatum finitur morte legatarij *l. in ſingulos 8 ſuprà eo.* Legatum annuum ad certum vſque tempus, non item: cum debeatur ac præſtetur ad vſque finem temporis teſtamento præſtituti.
i *Forte legendum eſt*, non reſpexiſſe, hac ſententia: Ad annos triginta quinque legatum eſt Titio: Titius ante id tempus mortuus eſt: debetúrne legatum reſidui temporis eius heredibus? debetur: niſi oſtendatur teſtatorem ad trigeſimum quintum annum non reſpexiſſe, id eſt, noluiſſe fideicommiſſum hæredi præſtari ab legatariis, ſi heres ante 35. annum moreretur.
k id eſt, vſque ad 25. annum ætatis, arg. *l. 21. §. 4. inf. eod.*
l Atqui, tametſi repudians, retinere pecuniam apud ſe potuit, vt miniſtra quippe non heres, miniſter eſſe poteſt, *l. alimenta 16. inf. de alimentis.* Hic quia heres & miniſtra ſeu executrix relicta ſimul, hæreditate repudiata, miniſterium exequendi legati retinere non poteſt. adde *l. Lucius 14. j. de fideic. libert.*
m ante diem ſcilicet, Immo non competit ante diem, *l. 1. j. de cond. & demonſtr.* Hic, dies adiecta fauore legatarij, non ibi. Imò hoc caſu nulla omnino petitio eſſe videtur, *l. 26. in fin. inf. quando dies legati.* Hic ſine vllo commodo depoſitam apud ſe pecuniam habere debuit.
n *l. 20 §. 2. inf. de alimentis.*
o Imò legatum deficiens remanet apud heredem cùm ſuo onere, *l. ſi ab eo. 9. j. de vſufruct. l. vnic. §. pro ſecundo §. nouiſſimè. C. de caducis tollend.* Hic legatum cœpit ab ipſo legatario: & eò amplius natura ſua & voluntate defuncti extinctum. Ibi legatum nunquam verè cœpit: quin eò amplius, finitio eius eſt citra cogitationem & voluntatem defuncti.
p Matronæ dicebantur dominæ, non tantùm maritis ſuis comparatæ, *l. 41. ſup. de leg. 3. l. vlt. inf. de auro: Nou. 74. c. 4.* ſed & ex ſeſe *l. 38. §. 4. ſup. de legat. 1.*
q His verbis, *ne quid his deſit.* legare videmur quod viui atque ſuperſtites legatario præſtabamus.
r volo ſcilicet. hoc enim verbum ſubintelligitur, *l. 10. C. de fideicommiſſ.*
ſ A legato generali per ſpeciale non receditur, quoties ſimpliciter relinquitur, non ob eandem cauſam.
t Imò ſpeciei legato, receditur à generali, *l. alimenta 16. §. Baſilica 2. l. Stichus. 20. inf. de alimentis.* An ibi teſtator id ita voluit expreſsè: vt putat Accurſius? An ibi relicta ſpecies eſt ob eandem cauſam, ex qua & genus: vt vult Dynus? An ibi legatum alimentorum iterari non poteſt: hoc autem legatum poteſt, vt vult Petrus? Atqui rurſus dicitur generalem ſententiam ad ſpecialem non referri, *l. ſtipulationes commodiſſimum. 53. l. doli clauſ. 119. inf. de verb. oblig.* Non refertur, ſi generalis ſententia præcedat & ſpecialis ſequatur: ſecus, ſi ſpecialis præcedat, & generalis ſequatur.
u Si teſtator id pondus legauit, quod præſtabat ad numerum, legatum tamen valet ad ipſum pondus.

a *al.* viueret & ſalarij.
b cibaria & veſtiaria.
c vide ad hanc *l. Cuiac. 17. obſer. 22. in fin.*
d *l. 20. in fin. j. de aliment.*
e Si conditio legati deficit morte eius in quem collata conditio eſt, nõ extinguitur legatum, *vt hic.*
f Imò non debetur: *l. 1. C. de inſt. l. in teſt. 27. j. de cond. & demonſtr.* Speciale eſt hic fauore alimentorum.
g Eccleſiæ ſacerdoti legatum videtur ipſi Eccleſiæ relictum ſeu Eccleſiæ intuitu legatum, *vide Bart. in l. ciuibus 2. j. de rebus dub.*
h ἱεροφύλακι. *Hal.* ſeu ędituo, *l. 3. §. 1. j. de tab. exhib.*
i *v. l. 3. ſuprà eod.* legatum reipublicę vel templo, perpetuum eſt, Cuiac. ad *l. 16. j. de ver. oblig.* ait habere ſe conſtitutionem Iuſtiniani, περὶ καταλιμπανομένων ἀναλίων πτωχίοις, ἢ ξενῶσιν ἢ ἄλλοις τισὶν εὐαγέσι συστήμασιν. intellig. & forte *l. 46. §. 7. C. de epiſc.*
k Nundinæ hic, denicales ſunt ferię & Nouemdialia. de quibus dixi ad Feſtum.
l Eccleſiæ ſacerdoti legatum, intelligitur eſſe annuum fauore piæ cauſæ.
m *v. l. 13. j. de reb. dub.*
n An vltra centum annos? An centum annis tantùm vt in vſufructu? collige ex *l. penult. j. eo. l. ſi vſusfr. 8. j. de vſufr. l. annua n. 6. § eo.*
o *al.* quæ ex prædiis.
p id eſt conductoribus, *v. Cui. 9. obſ. 15.* vide quæ notaui ad *l. 19. l. 20. ſuprà de act. empt.*
q ſuo quidem iure, ſed tamen ſaluo iure legatorum, *l. 120. ſup. de leg. 1.*
r Legatum ex reditu certę rei præſtandum, non extinguitur alienatione hereditatis.
ſ Legatario fideicommitti poteſt.
t qua vtitur heres aduerſus legatarios, *l. 1. ſuprà ad l. Falc.*
u non videtur. & ita legatarius onere extrinſeco grauatus Falcidiam non detrahit contra fideicommiſſarium, licet ipſe Falcidiam ab herede paſſus fuerit, *l. 25. in fin. j. ad l. Falc.*
x Imò, tantùm minuendum eſt fideicommiſſario, quantum legatario ex Falcidia detractum erit, *l. 32. §. 4. j. ad l. Falc.* An hic legatarius damnatus eſt dare quiddam extrinſecum: puta decem: ibi intrinſecum, putà partem relicti ſeu legati?
y Commendabant interdum parentes liberos ſuos amicis ſuis: *vt hic. & l. generali 32. §. duas 6. j. de vſufr. l. Lucius 78. §. filium 8. j. ad Trebell.* Cicero lib. 2. & 3. *de Finibus. 1 de Oratore Ouid. 3. Triſt. 13. 4 Propert. vlt. Cæſar de bello ciuil. Terent. Andr. act. 1. Scen. 5. Suet. Claudio c. 6.* Libertos *l. verba 5. j. de alimentis: l. Imperatores 52. j. de manumiſſ. teſtam. l. Thais 41. §. Lucius j. de fideicommiſſ. libert. l. fideicommiſſa 11. §. ſi ita quis; ſuprà de leg. 3.*
z Semuncia vnciæ pars dimidia.
a *Sicilicum* vnciæ pars quarta, teſte Voluſio Mætiano duæ drachmæ.
b *l. 43. §. 2. ſuprà de leg. 2.*
c *al.* ciuitati.
d vel quid tale, *l. 17. in fin. j. de cond. & demonſt.*
e *Vlp. 19. §. 10.*

catis ſibi pecunias percepit. quæſitum eſt an h reſpublica conditionibus a teſtamento adſcriptis poſtea non paruerit, legatum ad filios heredes pertineat? Reſpondit rempublicam voluntati b teſtatoris parere compellendam c: ac niſi faciat, in his quidem ſummis, quæ per numerationem vel nouationem d ſolutæ e ſunt, vtili repetitione f heredes adiuuandos: ab his verò nominibus, quæ neque ſoluerunt reipublicæ, neque nouatione g abſceſſerunt à priſtina obligatione, non prohibendos, quo minus debitum petant.

4 ¶ Largius Euripianus conſuluit, alumno certam pecuniam patronum teſtamento legaſſe, deque ea re teſtamento ita cauiſſe: *Pecuniam quam Titio liberto & alumno meo legaui, eſſe volo penes* h *Publium Mæuium vſque ad annum viceſimumquintum ætatis eius, próque ea computari cum eo vſuras quadrantes. Quantum autem in ſumptum ei ſtatuendum ſit, tu Publi Mæui cùm* i *patris affectum ei præſtare debeas, æſtimabis.* quæſitum eſt, an heredes à Publio Mæuio ſatis accipere debuerint, ſoluentes eam pecuniam? Reſpondit, cùm teſtamento nulla exigendæ k ſatiſdationis commemoratio fiat, ſatis habuiſſe heredes, ſecundùm voluntatem defuncti Publio Mæuio pecuniam numerare. & ideo nec Titius alumnus vel heredes eius audiri debeant aduerſus heredes patroni agentes, quòd ſatis non exegerunt. ex ea enim numeratione etiam à Titio, ac proinde etiam ab heredibus eius liberatos eſſe ſupraſcriptos heredes: niſi l viuente m teſtatore Publius Mæuius ſoluendo eſſe deſierit. tunc etiam cautio ab eo exigenda eſt.

5 ¶ Pater duos filios æquis ex partibus inſtituit heredes maiorem, & minorem, qui etiam impubes n erat: & in partem eius certa prædia reliquit: & cum quatuordecim annos impleuerit, certam pecuniam ei legauit, idque fratris eius fidei commiſit, à quo petiit hæc verba: *A te peto, Sei, vt ab annis duodecim ætatis ad ſtudia liberalia fratris tui inferas matri eius annua tot vſque ad annos quatuordecim, eo amplius tributa fratris tui pro* o *cenſu eius dependas, donec bona reſtituas, & ad te reditus prædiorum illorum pertineant, quoad perueniat frater tuus ad annos quatuordecim.* quæſitum eſt, defuncto maiore fratre, herede alio relicto, vtrùm omnis conditio percipiendi reditus p fundorum, anniuerſaria præſtetur, & alia quæ præſtaturus eſſet, ſi viueret Seius, ad heredem eius tranſierint q: an verò id omne protinus ad pupillum & tutores transferri debeat? Reſpondit, Secundùm ea quæ proponerentur, intelligetur r teſtator quaſi cum tutore locutus, vt tempore, quo tutela reſtituenda eſt, hæc quæ pro annuis præſtari iuſsiſſet, percipiendiſque fructibus, finiantur. ſed cùm maior frater morte præuentus eſt, omnia, quæ relicta ſunt, ad pupillum & tutores eius confeſtim ſ poſt mortem fratris tranſiſſe.

De penſione anni non completi.

22. *Alfenus Varus* ‖ lib. 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum. ‖

Filiæ meæ, quotienſcunque vidua erit, in annos ſingulos centum heres meus dato. quæritur, ſi filia minus annui temporis vidua fuiſſet, nunquid minus ei centum deberentur. Reſpondit, ſibi videri t, tametſi totus annus nondum fuiſſet, tamen deberi.

Vtrum legatum ſit perpetuum.

23 *Marcianus* ‖ lib. 6. Inſtitutionum. ‖

Cvm quidam decurionibus diuiſiones u dari voluiſſet die x natalis ſui, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, non eſſe veriſimile, teſtatorem de vno anno ſenſiſſe: ſed de perpetuo legato.

24. *Idem* ‖ lib. 8. Inſtitutionum. ‖

Cvm erat certa pecunia, id eſt, centum, reipublicæ Sardianorum y relicta per quadriennium z certaminis Chryſanthiani a, Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, videri perpetuam b penſitationem reliquiſſe teſtatorem per quadriennium, non in primum quadriennium.

De filiofam.

25. *Valens* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum. ‖

Filiofamilias, quoad in poteſtate patris ſit, in annos ſingulos dena c dari poſſunt.

a id eſt modo. vide quæ ſcripſi ad *titul. C. de his quæ ſub modo.*
b *l. 1. l. 5. ſuprà de adm. tut.*
c Immo, poteſt eam ſummam in alios vſus conuertere, *l. 17. infrà de vſufr. l. 5. l. 5. ꝗ. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* Poteſt, niſi teſtator mandauerit eas ſummas ad heredes ſuos redire, ſi id quod ipſe iuſſerit non fiet.
d ſolutio fit vel numeratione vel nouatione.
e extinctæ.
f *d. l. 17. in fi. l. 2. C. de his quæ ſub modo.*
g Nouatione abſcedimus à priſtina ſeu contracta obligatione.
h Quid ſi poſt mortem? Idem: Imo & multo magis, *Accurſ. Bart.*
i Executorem teſtamentarium hunc conſtituit Caſtrenſis in *l. Nulli 28. C. de epiſc.* Qui Græcis ὑπεργος, in *l. 17. ꝗ. de l. 2.* Diſpenſator legatorum *Nou. Martiani, de teſt. clerio.* Qui & ἐπίτροπος, *Nou. Leonis 68.* Vbi clerici tutores & curatores eſſe non poſſunt, & tamen poſſunt ἐπίτροποι, id eſt, executores eſſe. Huiuſmodi executores, in teſtamento Theophraſti & Stratonis apud Diogenem Laërtium, dicuntur ἐπιμεληταὶ τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων.
k *v. l. 7. ꝗ. ſi cui plus quam per l. Falc.*
l Legatorum diſtributor ſatiſdare non debet, niſi pauper fiat teſtatore ignorante. adde *l. diuus 7. ꝗ. ſi cui plus quam per l. Falc.* Vnde notant, Paupertatis interuentu procuratorem reuocatum intelligi, *l. 12. in fi. ꝗ. qui ſatiſdare.* idem in tutore, *l. 8 ſuprà de confirm. tutore.*

DE VSV d ET VSVFRVCTV, ‖ ET reditu e ‖, & habitatione & operis, per legatum vel fideicommiſſum datis.

TIT. II.

An legatum valeat. De natura ſeruitutis.

1. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

NEc vſus nec vſusfructus itineris, actus, viæ, aquæductus legari poteſt f, quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non g poteſt. nec erit vtile ex ſenatuſconſulto h, quo cauetur, *vt omnium, quæ in bonis ſint, vſusfructus legari poſſit*, quia id i neque k ex bonis, neque l extra bona ſit. ſed incerti actio erit cum herede: vt legatario quamdiu vixerit eundi, agendi, ducendi facultatem præſtet, aut ea ſeruitus conſtituatur ſub hac cautione, vt, ſi deceſſerit legatarius, vel capite deminutus ex magna cauſa fuerit, reſtituatur.

De operis ſeruorum.

2. *Papinianus* ‖ lib. 17. Quæſtionum. ‖

HOminis operæ legatæ, capitis m deminutione, vel non vtendo non amittuntur n. Et quoniam ex operis mercedem percipere legatarius poteſt, etiam o operas eius ipſe locare p poterit. Quas ſi prohibeat heres capi, tenebitur. Idem eſt q, & ſi ſeruus ſe locauerit. Et quia legatarius fructuarius non eſt, ad heredem ſuum operarum legatum tranſmittit. ſed ſeruo vſucapto legatum r perit ſ.

De operis hominis liberi.

3. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

HOminis quoque liberi t operæ legari poſſunt: ſicut locari, & in ſtipulationem deduci.

De nuda proprietate legata.

4. *Vlpianus* ‖ lib. 18. ad Sabinum. ‖

SI purè proprietas legata erit, ea ad legatarium perueniet, quamuis fructuarius heres ſit inſtitutus.

5. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

VSumfructum *cum moriar* u inutiliter x ſtipulor. idem eſt in legato: quia & conſtitutus vſusfructus morte intercidere ſolet.

De mora heredis.

6. *Pomponius* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

SI vſusfructus mihi *in biennium continuum à morte teſtatoris legatus ſit*, & per heredem ſteterit y, quo minus eum mihi daret, præterito biennio, nihilominus tenetur. quemadmodum teneretur, ſi res legata in rerum natura eſſe deſiſſet, quam quis deberet, moratuſque z eſſet in ea danda, vt peti quidem iam vſusfructus qui legatus ſit non a poſſit: quia alius futurus ſit, quàm qui legatus fuerit. ſed b æſtimatio c eius bima dumtaxat facienda ſit.

De operis.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 26. ad Edictum. ‖

OPeræ teſtamento relictæ quando cedere debeant? vtrum ex quo petit eas legatarius, an ex quo adita hereditas eſt? & cui pereant dies, quibus æger ſeruus fuit? Et puto, ex d die petitionis e ea cedere. quare ſi poſt petitas æger f eſſe ſeruus cœperit, legatario peribunt.

a Chryſas teſte S[…]bone 10. oppid[…] Apollinis del[…] inſigne. Vnde c[…]men Chryſanth[…]num, *hic.* vt Apo[…]nis honori id c[…]men à Sardi[…]dicatum ſu[…]ſit: vel fortè C[…] Memoriæ enim […]ditum eſt, Cer[…] Argos venien[…] Pelaſgo hoſ[…] exceptam: ib[…] Chryſantide de[…] raptu cognou[…] *Pauſan. in A[…] lib. 1.*
b *l. 20. in fi[…] eod.*
c adde *l. 79. ꝗ. d[…]*
d 44. *Eccl. 5.*
e *v. l. 16. l. 17[…] l. 38. ꝗ. eod.*
f nec pignorar[…] *l. 11. ꝗ. de pig[…]*
g *l. 33. in fi[…] ſeru. ruſt.* I[…]teſt, *l. 2. §. 1.[…] quem 14. ꝗ. de […] ruſt. l. 15. ſupr[…] mun. præd.* in […]tute nobis c[…]ta ſeruitute[…] conſtituere […]ſumus: in […] fundo, qui […]teri ſeruiat, […]tutem co[…] poſſumus. […]uitutis non […]nitus ſed ſe[…] iure fundi,
h *Vlp. 14.* […]
i Seruitut[…]priè ex b[…] ſunt, *vt* […]men, quia […]nino ext[…] magis eſt […] adnumer[…]ratione ta[…] ſunt qua[…]telligunt[…] noſtris c[…]tur.
k Imò eſt […]cum eius […] nobis c[…] & excepti[…] *in bonis* […] *ver. dom.* N[…] bonis, […] ſine fun[…] neque non […] fundum c[…] *l. ſi aliena* […] *de vſuc.* […] *de ſeru.* […] acceſſio a[…] tamen la[…]terpretati[…]

bonis. l Imò ſeruitutes ſunt extra bona, quia nobis debentur in prædi[…] *l. vti frui 5. ſupr. ſi vſusfr. pet.* Non eſt ita extra bona, vt proprietas eius ſi[…]
m Operarum legatum ab vſusfructus legato differt. Operæ non amittuntu[r] […] diminutione vel non vtendo: deinde operas locare poſſumus, & merced[em] accipere. Quin ipſe ſeruus, cuius operas ipſi habemus, ipſe ſe locare poteſt. […]mò ad heredes operarum legatum tranſmittimus. n *l. 2. l. 3. ꝗ. de oper. ſeru[or.]*
o Locare operas ſerui in quo operas quis habet, poteſt: *l. 3. ſuprà de operis ſ[eru.]*
p Aliud eſt ex operis ſerui mercedem capere: aliud operas ſerui locare. Q[…] poteſt & hoc ſanè poteſt; & retrò: Qui illud non poteſt, hoc non poteſt, […] 14. *obſ.* 23 q id eſt v. Cuiac. in hunc locum 14. *obſ.* 23. r operarum ſcil.
ſ atqui vſucapto ſeruo, ius pignoris vel vſusfructus, quod in eo habes, non […]tur, *l. 7. C. de pign.* Cur tam variè? vel ideo quòd operæ dominij ius ſequu[ntur, pi]gnus, non item, v. Cuiac. 19. *obſ.* 23.
t vt liberti, *l. 26. §. 12. ꝗ. de cond. indeb. l. 9. ꝗ. de oper. libert.*
u Vſusfructus ab eo caſu incipere non poteſt: à quo extingui ſolet, *l. 5. […] vſufr. & quemadm.*
x Imò ſtipulatio hoc modo concepta eſt vtilis, *l. 45. §. 1. ꝗ. de verb. obl.* add[e] *C. vt actiones ab hered. l. 11. C. de contr. ſtip.* hoc certè verum eſt in reliqui[s] […] in vſufructu falſum. Nec enim quis vſumfructum ſibi, *cùm morietur*, ſtipulari […] ne alias vſusfructus eo incipiat vnde debet extingui.
y *l. 35. l. 57. ꝗ. de vſufr. & quemadm.* z *v. l. 47. in fin. ꝗ. de l. 1.*
a Id quod intereſt in obligationibus faciendis, petitur quoties deſiit poſſe […] *l. ſtipul. non diuiduntur 72. ꝗ. de verb. ob.* b Æſtimatio ſuccedit loco rei.
c quæ rei peremptæ loco ſolet ſuccedere. In eam etiam veniunt fructus perce[pti] […]
d Imò cùm præteritæ fuerint, *l. 32. § 2. l. 22. ꝗ. de operis libert.* Ibi certæ: hic, in[…]
d Imò à die mortis: vt cætera legata, *l. vn. §. in nouiſſimo. C. de caducis.* à di[e …]tionis cedunt, vt dici poſſint eſſe obligationes à die mortis, vt tranſmitti.
f & debilis. *l. vlt. § 2. ꝗ. de oper. ſeruor.*

m Heres ſoluens executori teſtamentario, conueniri non poteſt à legatariis.
n & ita maior eſt ei fiduciarius, *Inſt. de fiducia. tu.* o pro cuius modo certum eſt, ſingularum ciuitatum ciues & poſſeſſores tributa dependere: adde *l. 7. C. de bon. proſcript.* vide Cuiac. ꝗ. *de cenſib.* p Atqui fructus hunc maiorem fratrem non lucrari videtur, *ex l. ſi ita 43. §. Pegaſus 2. ꝗ. de l. 2. l. in fideic. 3. §. cum Polidius 5. ꝗ. de vſuris.* Hic teſtator voluit maiorem natu lucrari fructus.
q non tranſeunt, *l. 49. §. 3. ſup. de legat. 1. l. 22. ꝗ. de vſufr.*
r Imò non intelligitur: nec enim præſumitur perſona extrinſeca, arg. *l. ſi ita ſtip. 126. §. Chryſogonus 2. ꝗ. de verb. oblig.* Deinde præſumitur quiſque id quod agit, nomine proprio agere, *l. & magis 4. ꝗ. de ſolut.* Hæc omnino vera, niſi circumſtantiæ aliud ſuadeant, *l. poſt mortem 5. ſuprà quando ex facto tutoris, l. cum poſt. 43. ſup. de adm. tut.* Nam hic teſtator de rebus pupilli loquitur: & voluntatem ſuam retulit ad tempus pupillaris ætatis: & loquutus cum ſucceſſore ſeu fratre, qui tutor erat fiduciarius, videtur.
ſ Imò, non confeſtim, ſed poſt pubertatem, *l. 5. C. quando dies legat. l. Seius 46. ꝗ. ad Treb.* An quod ibi tempus adiectum, grauati cauſa: hic, onerati? An hic ſe retulit ad tempus quo tutela finitur: vt nihil interſit morte an tempore finiatur? An intereſt, legetur prius alicui, deinde executor conſtituatur, *vt hic, & l. à filia 62. §. 1. ꝗ. ad Treb.* vel legatarius damnetur in certum tempus ætatis reſtituere, *d. l. Seius 46. l. ex his 5. C. quando dies.*
t adde *l. 5. ſuprà eod.* u vide *l. 122. ſuprà de l. 1.* adde *Sueton. Iulio cap. 83. in fin.* Diuiſio Gloſsis διανομὴ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου.
x *v. l. 3. ſuprà eod.*
y Sardis vrbs Tmolo monti vitifero contermina, in prouincia Mæonia, id eſt, Lydia, proxima Myſiæ, de qua *l. 3. ſup. de off. aſſeſſor.* Vnde Sardiana iuriſdictio 5. *Plin.* 29. Strabo 12. refert, Sardiam terræmotu ætate Tiberij, qua ipſe floruit, concuſſam: deinde reſtitutam, florentem ac claram extitiſſe. Sardis hæc olim regis Lidiæ & Crœſi ſedes ac regia. z *v. d. l. 3.*

De vſu

De vſufructu municipibus relicto.

8. *Gaius* ‖ lib. 3. de legatis ad Edictum prætoris. ‖

SI vſusfructus *a* municipibus legatus erit, quæritur, quouſque in eo vſufructu tuendi ſint. Nam ſi quis eos perpetuò tuetur, nulla vtilitas erit nudæ proprietatis, ſemper abſcedente vſufructu, vnde *b* centum *c* annos *d* obſeruandos eſſe conſtat *e*: qui finis vitæ longiſſimus *f* eſſet.

De fideicommiſſo legatarij.

9. *Vlpianus* ‖ libro 8. Diſputationum. ‖

SI ab eo, cui legatus eſſet vſusfructus, fideicommiſſum fuerit relictum: licèt vſusfructus ad legatarium non *g* peruenerit, heres *h* tamen, penes quem vſusfructus remanet, fideicommiſſum præſtat *i*: quod & in militis teſtamento erit dicendum, ſi legatarius, a quo fideicommiſſum relictum eſt, repudiauerit legatum, vel viuo teſtatore deceſſerit.

De fundo & eius vſufructu eidem legato.

10. *Iulianus* ‖ lib. 71. Digeſtorum. ‖

SI Titio *fundus, &* k *eiuſdem fundi vſusfructus* legatus fuerit: erit *l* in poteſtate eius, fundum *m* an vſumfructum vindicare malit. & ſi fundum elegerit, neceſſario plenam *n* proprietatem habebit, licèt vſumfructum à ſe repulerit. Si verò vſumfructum habere maluerit, & proprietatem fundi repulerit, ſolum vſumfructum habebit.

De habitatione.

11. *Idem* ‖ libro 1. ex Minicio. ‖

HAbitationis legatum in ſingulos annos, ab *o* initio anni deberi *p* conſtat.

De eo quod heres poſuit in fundo cuius vſusfructus legatus eſt.

12. *Alfenus Varus* ‖ lib. 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

HEres in fundo, cuius vſusfructus legatus eſt, villam poſuit. eam inuito fructuario demolire *q* non poteſt: nihilo magis, quàm ſi quam arborem poſuiſſet, ex fundo illis euellere *r* vellet. ſed ſi antequàm vſufructuarius prohibuerit, demolierit *ſ*, impunè facturum.

De relicto alternis annis.

13. *Paulus* ‖ libro 13. ad Plautium. ‖

CVm vſusfructus alternis *t* annis legatur, non vnum, ſed plura *u* legata ſunt. aliud *x* eſt in ſeruitute aquæ, & viæ. viæ enim ſeruitus vna *y* eſt: quia natura ſui habet intermiſſionem *z*.

De vſufructu duobus ſeparatim relicto.

14. *Celſus* ‖ lib. 18. Digeſtorum. ‖

DVos ſeparatim *vti frui ſinere* damnatus heres, communiter vti frui paſſus eſt. quærebatur, an vtrique ex teſtamento teneretur. Dixi teneri, ſi *a* teſtator vtrumque ſolidum habere voluit. nam ipſius onus eſt, vt ſolidum ſingulis legatum præſtaret. qua parte igitur alterum vti frui ſineret heres, ea parte eum non ſinere alterum vti frui: ideóque per æſtimationem, vnicuique quod deeſt, replere debet.

De habitatione quoad viuet. 1. De via fructuario præſtanda.

15. *Marcellus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

D*Amnas eſto heres Titium ſinere in illa domo habitare, quoad viuet*: vnum *b* videtur eſſe legatum.

1 ¶ Qui duos fundos habebat, vnum legauit, & alterius fundi vſumfructum alij legauit. quæro, ſi fructuarius ad fundum aliunde *c* viam non habeat, quàm per illum fundum, qui legatus eſt, an fructuario ſeruitus debeatur? Reſpondit, quemadmodum ſi in hereditate eſſet fundus, per quem fructuario poteſt præſtari via, ſecundum voluntatem defuncti, videtur id exigere ab herede *a* ita & in hac ſpecie non *b* aliter concedendum eſſe legatario fundum vindicare, niſi prius ius *c* tranſeundi vſufructuario præſtet, vt * hæc forma in agris ſeruetur, quę viuo *d* teſtatore obtinuerit: ſiue donec vſusfructus permanet, ſiue dum ad ſuam proprietatem redierit.

De legato ciuitati ad certum vſum.

16. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Reſponſorum. ‖

LEgatum ciuitati relictum eſt, *vt ex reditibus* e *quotannis in ea ciuitate, memoriæ conſeruandæ defuncti gratia, ſpectaculum* f *celebretur*: quod illic celebrari non licet, quæro, quid de legato exiſtimes? Modeſtinus reſpondit: cùm teſtator ſpectaculum edi voluerit in ciuitate, ſed tale *g*, quod ibi celebrari non licet, iniquum eſſe, hanc quantitatem, quam in ſpectaculum defunctus deſtinauerit, lucro hæredum cedere *h*. igitur adhibitis *i* heredibus, & primoribus *k* ciuitatis, diſpiciendum *l* eſt *m*, in quam rem conuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio & licito genere celebretur.

17. *Scęuola* ‖ libro 3. Reſponſorum. ‖

QVidam prędia reipublicæ legauit, de quorum reditu *n* quotannis ludos edi voluit, & adiecit: *Quæ legata peto decuriones, & rogo ne* o *in aliam ſpeciem aut alios vſus conuertere velitis.* reſpublica per quadriennium continuum ludos non edidit. quæro, an reditus quos quadriennio reſpublica percepit, hæredibus reſtituere debeat, vel compenſare in aliam ſpeciem legati ex eodem teſtamento? Reſpondit, & inuitis heredibus poſſeſſione adprehenſa, perceptos fructus reſtituendos *p* eſſe, & non erogatum ſecundum defuncti voluntatem, in alia, quæ deberentur, compenſari.

De legatario deſignando.

18. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Reſponſorum. ‖

QVi plures habebat libertos, teſtamento ſuo dixit, *ſe habitationem relinquere iis, quos codicillis deſignaſſet*, cùm *q* nullos poſtea deſignauerit: quæro, an omnes admitti debeant? Reſpondit, Si patronus, qui ſe deſignaturum perſonas libertorum pollicitus eſt, nullum poſtea deſignauit, legatum habitationis perfectum eſſe non *r* videtur: non *ſ* exiſtente, cui datum intelligi poſſit.

Si alij fundus, alij vſusfructus, eiuſdem fundi legetur.

19. *Idem* ‖ lib. ſingulari de Eurematicis. ‖

SI alij fundum, alij vſumfructum eiuſdem fundi teſtator legauerit: ſi eo propoſito fecit, vt alter nudam proprietatem haberet, errore *t* labitur. nam detracto vſufructu proprietatem eum legare oportet eo modo: *Titio fundum detracto vſufructu lego.* vel *Seio eiuſdem fundi vſumfructum heres dato.* quod niſi fecerit vſusfructus inter eos communicabitur: quòd * interdum *u* plus valet ſcriptura, quàm peractum ſit.

De vſufructu ſerui qui ſub conditione liber eſſe iuſſus eſt.

20. *Pomponius* ‖ lib. 8. ad Quintum Mucium. ‖

SI ſeruum ſub *x* conditione liberum eſſe iubeam, & vſumfructum eius tibi legauero, valet legatum.

De alternatione.

21. *Paulus* ‖ lib. 7. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

TItio vſusfructus Stichi, *aut ſi nauis ex Aſia venerit, decem legata ſunt.* non petet vſumfructum, antequam *y* conditio decem exiſtat, vel deficiat: ne *z* poteſtas heredi vtrum velit dandi auferatur.

De reditu.

22. *Vlpianus* ‖ lib. 15. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

P*Atrimonij mei reditum* a *omnibus* b *annis vxori meæ dari volo.* Ariſto reſpondit, ad heredem vxoris non c

a An in annum ciuitati relictum ita finitur vt vſusfructus. Rogerius negat: Hugolinus ait, quod & Bartolo probatur, *l. in ſingulos 8. ſup. tit. prox.*

b An nullo penitus alio modo? Imò & non vtendo: & ſi ciuitas aratrum patiatur, *l. Mæuius 66. §. vlt ſup. de leg. 2. l. ſi vſusfructus 21. ſup. quibus mod. vſusfruct. amittatur.*

c Imò triginta tantùm, *l. 68. in fi. princ. infr. ad leg. Falcid. v. Cuiac. 34. de præſcript.*

d *l. 56. in fin. de vſufr. & quemadmodum.*

e Idem dicitur de legato ad redemptionem captiuorum: vt ſcilicet excludi non poſſit niſi præſcriptione centum annorum. v. quæ ſcripſi ad *l. 23. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

f atque ita Reſpublica æſtimatur, ὡς ὁ μακροχρόνιος ἄνθρωπος. hoc temporis ſpatium, ſæculum Varroni dicitur.

g Legatum caducum vel quaſi, remanet apud heredem cum onere ſuo.

h *l. 29. §. 1. ſup. de legat. 2. l. 19. inf. de adimend.*

i Imò non præſtat, *l. vn. §. in primo Cod. de caducis.* Quæ pro non ſcriptis dicuntur apud legatarium remanent ſine onere, *vt ibi.* Caduca & quaſi, ad eum tranſeunt cum onere. adde quæ ſcripſi in *l. Titia 19. ſup. tit. prox. l. Stichus 20. §. 1. inf. de alimentis legatis.*

k Coniunctio ſiue coniuncta oratio poſita inter res penitus diuerſas reſoluitur in diſiunctam, *vt hic.* vt & in his formulis: Valeat iure teſtamenti & codicillorum: ſubſtituo vulgariter & pupillariter & per fideicommiſſum. Conſtituo Titium procuratorem, actorem & nuncium: vxor ſit domina & fructuaria. *Bart. hic.* l *l. 5. ff. de leg. 2.*

m *v. l. 23 ſup. de leg. 2.* i. proprietatem.

u Plena proprietas eſt quæ vſumfructum ſibi coniunctum habet. o *l. 12. §. 1. ff. quando dies legat.* Imò ab initio anni habitatio deberi non poteſt: cum habeat cauſam continuam, ac ſucceſſiuam, per annum integrum, *l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. ſup. locati.* An hic habitatio eſt relicta, ibi pecunia pro habitatione? An ibi initio anni deberi dicitur habitatio quod eo tempore inſpicimus, an legatarius habitationis ſit capax legati: non quod ei præciſè eo tempore debeatur? Bartolus ita putat, aduerſus multos.

p Quid ſi habitationis legatarius intra annum mortuus fuerit? habitationem non tranſmittet ad heredes: exemplo vſusfructus, *l. cum antiquitas. 13. C. de vſufr.*

q demoliri non poteſt. *Hal.*

r *l. 15. in pr. ſup. de vſufr. & quemadm.*

ſ demolitus erit. *Hal adde l. 2. ſup ſi vſusfruct. pet.* In fructuario fundo villam poſitam here demoliri non poteſt inuito fructuario.

t poteſt enim ita conſtitui, *l. 16. §. 2. ſup. familiæ* vel ex die *l. 4. ſup. de vſufr. & quemadm. l. vn. §. 3. ſup. quando dies vſufr.* u *l. 28. ſup quib mod. vſusfruct.*

x Cur aliud? legatum viæ quia perpetuum, indiuiduum eſt, *l. 4. ſup. de ſeruitut.* vſusfructus diuidi poteſt. y imò multiplex, *l ſi prius 17. inſ. de aqua pluuia.* Ibi, ſeparatim conceſſio aquæ facta eſt, ideóque multiplex eſt ſeruitus: hic ſimul ac ſemel. z in vſu ſcilicet, & continua poſſeſſione *l. 20. ſup. de ſeruitutib. vrban.* in vſufructu non idem nam & ſi poſſit vſufructuarius non ita aſſiduo capere fructus, tamen aſſiduò vtitur re, eáque fruitur, dum eam naturaliter poſſidet. vide *Cuiac. 14. obſeru. 8.*

a *l. vn. §. 11. verſ. hoc autem ita. C. de caduc. tollend.*

b Imò annuum & in annos ſingulos eſt legatum ob vocem, *quoad, & donec. l. leg. 17. ſup. tit. prox.* ibi diuiduum, hic indiuiduum eſt legatum. diuiduum ibi, quia vſusfructus: indiuiduum hic quia habitationis. c Vſusfructus adminiculis eget, *l. 1. §. 3. ſup. ſi vſusfruct. petat. l. vlt. ſup. de ſeruitut. vrban.*

a *l. 45. in fin. ff. de leg 1.*

b Vſusfructus legatario viam heres conſtituere poteſt, retinendo alterum fundum legatum per quem via petitur ad alium fundum legatum, *vt hic.* Atqui viam emere tenetur heres, nō gratis exigere ab altere legatario. *l. ſeruum filij, 44. §. vlt. ff. de leg. 1.* ibi redimit viam heres per retentionem vel incerti conditionem. proinde hæ ſpecies non ſunt diuerſę.

c De iure tranſeundi, dixi ad *l. 6. ff. de ſeruit. leg.*

d *v. l. 31. ſup. de legat. 3.*

e de reditu legato adde *l. 17. l. 22. l. 38. ff. eo.*

f Ludos funebres intelligit: qui mos apud Homerum obſeruatus fuiſſe perſpicitur. *v. Alciat. 1. parerg. 22.* officium autem mortuis talibus ſpectaculis facere ſe, veteres arbitrabantur. olim, quoniam animas defunctorum humano ſanguine propiciari creditum erat, captiuos, vel malo ingenio ſeruos mercati, in exequiis immolabant. Poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare. itaque, quos parauerant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantùm vt occidi diſcerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant. ita mortem homicidiis conſolabantur. Hæc muneris origo. Tertullianus *lib. de Spectacul. c. de munere.*

g *l. 112. §. pen. ff. de leg. 1. adde l. 37. inſ. de cond. & demonſt. l. 13. in fin. ff. de pollicitationib. adde l. 11. ff. de religioſ.*

h Imò, heredibus cedere debet, *l. 38. §. 6. in fin. ff. de leg. 3. l. 21. §. 2. ff. de annuis.* Immo conuerti in alium vſum licitum Reipublicæ & ciuitatis commodè debet, *ff. eo. l. 1. l. conditiones 9. l. filius 15. ſup. de cond. inſtit.*

i Imo adito Principe *l. legatam 4. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* ſi pecunia, qua de agitur, ad vſum illicitum relicta, *vt hic.* aut non ſufficit vſui licito, *d. l. legatam.* per ipſos primores ciuitatis in alium vſum verti poteſt. Sin ad vſum licitum ſufficit, in alium vſum verti non poteſt ſine authoritate principis, *d. l. legatam c. 2. de religioſis domib. in Clem.* niſi teſtator ad ſuos heredes reuerti legatum voluerit, ſi id factum non fuerit, *l. 17. ff. eo. l liberto 21. §. Lucius 3. ff. tit. 1.*

k Primores ciuitatis, & primarij ciuitatis, Ciceronis 3. *Verrina.*

l Quid ſi diſſentient? Iudex medius adhibebitur, arg. *l. 1. l. in coniunctione 10. C. de nupt.*

m Obſerua diligentiſſimè hoc conſilium, poteſt enim ad res maximè vtiles aptari: adde *l. 1. & l. 4. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit.*

n *v. l. 16. ſup. eod.*

o Qui ſic teſtatur, periculo legis ſuperioris (16. ſcil.) occurrit.

p *v. l. 21. §. 3. ff. de annuis: l. 2. C. de his quæ ſub modo.*

q Incerto legatario habitatio relicta non debetur: Incertitudine legatarij, legatum redditur nullum, *vt hic.*

r Imò videtur perfectum, *l. cùm pater 77. §. vlt. ff. de leg. 2. l. ſi teſtam. 8. C. de inſt. & ſubſtit.* Ibi certa perſona ſines incerti: hi incerta eſt perſona.

ſ *l. 4. ff. de reb. dub.* t *l. 1. §. 17. ff. vt leg. nomine.* * u *v. l. 34. ff. de reg. iur.*

x *l. 68. §. 2. ff. de leg. 1.*

y *v. l. 14. ff. quando dies legat.*

z Electio eſt heredis in alternatiuis, *vt hic.* Imò legatarij eſt, *l. Lucio 23. ſup. de leg. 2.* Hic verba executiua relata fuerunt ad heredem: ibi ad legatarium.

a de reditu *v. l. 16. l. 17. ſup. eod. & l. 38. inf. eod.*

b Legare reditum omnibus annis & ſingulis annis. Imò & vſumfructum legare paria ſunt. c *l. 41. ff. eod.*

tranſire : quia *a* aut vſuifructui *b* ſimile eſſet *c*, aut huic legato *in annos ſingulos*.

De repetitione vſusfructus.

23. *Iunius* d *Mauricianus* ‖ libro 2. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

LIcet teſtatori repetere *e* legatum vſusfructus, vt etiam poſt capitis deminutionem deberetur *f*: & hoc nuper Imperator Antoninus ad libellum reſcripſit, tunc tantùm *g* eſſe huic conſtitutioni locum, cùm in annos ſingulos relegaretur.

De fructu bonorum legato. 1. De ſeruo quem teſtator alicui ſeruire voluit.

24. *Papinianus* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

VXori fructu bonorum legato, fœnus *h* quoque ſortium, quas defunctus collocauit, poſt *i* impletam ex ſenatusconſulto *k* cautionem præſtabitur *l*. Igitur vſuras nominum in hereditate relictorum ante cautionem interpoſitam debitas, velut ſortes, in cautionem deduci neceſſe eſt *m*. non idem ſeruabitur, nominibus ab herede factis, tunc enim ſortes dumtaxat legatario dabuntur : aut, quòd propter moram vſuras quoque reddi placuit, ſuper his non cauebitur.

1 ¶ *Scorpum* n *ſeruum meum Semproniæ concubinæ meæ ſeruire* o *volo*. non videtur *q* proprietas ſerui relicta, ſed vſusfructus.

De morte fructuarij.

25. *Idem* ‖ libro 8. Reſponſorum. ‖

QVi fructus *q* prædiorum vxori reliquit: poſt mortem eius, *prædia cum reditibus ab heredes ſuos redire voluit* imperitia lapſus *ſ*, nullum fideicommiſſum dominus *t*, neque *u* proprietatis, neque fructus *x*, ad eos reuerti dedit *y*. etenim reditus futuri, non præteriti *z* temporis demonſtrari videbantur.

Si heres pendente conditione legati fundi vel proprietatis deceſſerit. 1. De coniunctis & iure accreſcendi.

26. *Paulus* ‖ lib. 10. Quæſtionum.

SEmpronius Attalus ab hærede ſuo fundum in Italia Gaio poſt decennium, *deducto a vſufructu*, dari iuſsit. quære, cùm medio hoc decennij ſpatio heres vita functus ſit, an poſt tempus decennij plenus fundus ad legatarium pertineat. mouet. n. me quod dies legati huius ſiue fideicommiſſi ceſſerit, ac per hoc, & ad heredem legatarij pertinere potuerit: & ideo quaſi circa debitum iam legatum mortuo herede. vſusfructus extinctus ſit, nec ad heredem heredis pertinere poſsit? Reſpondi. *Dies quidem fideicommiſsi vel legati cedit ſtatim, cùm *b* poſt tempus certum hæres dare rogatur, ſiue iubetur, ſed *c* vſusfructus nondum eſt heredis. niſi cùm dominium deducto vſufructu, præſtitit. & ideo capitis deminutione, vel morte perire non poteſt, quod nondum habuit.

¶ Idem euenit, ſi proprietas, deducto vſufructu, ſub conditione legata ſit : & pendente conditione heres deceſſerit. tunc *d* enim ab heredis herede incipit vſusfructus, qui ex perſona eius finietur.

¶ Sed his caſibus de ſententia teſtatoris quærendum eſt, qui vtique *e* de eo vſufructu detrahendo ſenſit, qui *f* coniunctus eſſet heredis perſonæ. quo exſtincto, ſolidam *g* proprietatem ad legatarium voluit pertinere, nec plus tranſmitti ad ſucceſſorem ſuum qui nondum habere cœpit vſumfructum, quàm ſi iam habere cepiſſet.

1 ¶ Si fundus duobus *h*, alij vſusfructus legatus ſit : non trientes in vſufructu, ſed ſemiſſes conſtituuntur.

¶ Idémque eſt ex contrario, ſi duo ſint fructuarij, & alij proprietas legata eſt. Et inter eos tantùm adcreſcendi ius eſt.

De repetitione indebiti.

27. *Scæuola* ‖ libro 1. Reſponſorum. ‖

VXori maritus per fideicommiſſum vſumfructum, & alia, & dotem prælegauit : heredes vſumfructum ei conceſſerunt : poſt biennium, illicitum matrimonium fuiſſe pronuntiatum eſt *i*. quæſitum eſt, an id, quod preterito tempore poſſedit, ab ea repeti poſsit *a*? Reſpondit, id, quod fructus nomine percepiſſet *b*, repeti poſſe *c*.

De oneribus fundi fructuarij.

28. *Paulus* ‖ libro 13. Reſponſorum. ‖

QVero, ſi vſusfructus fundi legatus eſt, & eidem fundo indictiones temporariæ indictę ſint, quid iuris ſit? Paulus reſpondit, idem iuris eſſe & in his ſpeciebus, quæ poſtea indicuntur, quod in vectigalibus dependendis reſponſum eſt *d*: ideóque hoc onus ad fructuarium *e* pertinet.

De vſufructu relicto à legatario.

29. *Gaius* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

SI quis vſumfructum legatum ſibi, alij reſtituere rogatus ſit, eúmque in fundum induxerit fruendi cauſa: licèt iure ciuili morte *f*, & capitis deminutione ex perſona legatarij pereat *g* vſusfructus, quòd huic ipſo iure adquiſitus eſt : tamen prætor iuriſdictione ſua id agere debet, vt idem ſeruetur *h*, quod futurum eſſet, ſi ei cui ex fideicommiſſo reſtitutus eſſet, legati iure adquiſitus fuiſſet.

De vſufructu legato donec ſatisfiat. 1. Si vſusfructus colono legetur.

30. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex poſterioribus Labeonis. ‖

CVi vſusfructus legatus eſſet, *donec i ei totius dotis ſatisfieret k*: cùm ei heres pro ſua parte *l* ſatisdediſſet: quamuis *m* reliqui ſatis non darent: tamen pro ea parte vſumfructum deſinere habere mulierem, ait Labeo. idem fieri, & ſi per mulierem mora fieret, quo minus ſatis acciperet.

1 ¶ Colono ſuo dominus vſumfructum fundi quem is colebat, legauerat. agat colonus cum herede, ita vt iudex cogat heredem ex locationis actione eum liberare *n*.

De vſufructu partis pro indiuiſo.

31. *Labeo* ‖ libro 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum. ‖

IS qui fundum tecum communem habebat, *vſumfructum fundi vxori o legauerat*, poſt mortem eius tecum heres arbitrum communi diuidundo petierat. Blæſus ait, Trebatium reſpondiſſe, ſi arbiter certis regionibus fundum diuiſiſſet, eius partis, quę tibi obtigerit, vſumfructum mulieri nulla ex parte deberi : ſed eius, quod heredi obtigiſſet, totius vſumfructum eam habituram. Ego hoc falſum puto. Nam cùm ante arbitrum communi diuidundo coniunctus pro indiuiſo ex parte dimidia totius fundi vſusfructus mulieris fuiſſet : *non *p* potuiſſe arbitrum, inter alios iudicando, alterius ius mutare. quod & receptum eſt.

Quibus verbis legatur. 1. De vſufructu legato ita vt poſt obitum legatarij ad heredes aut ad eum qui ex his viuet, redeat. 2. De vſufructu domuum & omnium quę ibi ſunt, excepto argento: item fundorum & Salinarum legatis. 4. ex reuocatione legati. 5. De ſumptibus. 6. De vſufructu portionis filij mente capti ſorori eius eidémque coheredi legato. 7. De morte fructuarij, & reliquis colonorum. 8. De vſufructu partis bonorum.

32. *Scæuola* ‖ libro 15. Digeſtorum. ‖

GEnerali *q* capite prępoſito, quidam in teſtamento ſuo ita adiecit: *Felici, quem liberum eſſe iuſſi, vſumfructum fundi Veſtigiani lego: cuius proprietatem puto te r conſecuturum ſi non contenderit cum herede meo, ſed potius concordauerit. Sed & tu heres omnia fac, vt amici ſitis. hoc enim vobis expedit.* quęſitum eſt, an viuente herede exigere poſsit Felix fundi proprietatem. Reſpondit, nihil proponi *ſ* cur Felici, proprietas fundi legata videretur.

1 ¶ Filios *t* ex Seio, & filiam ex alio marito, heredes inſtituit *u* æquis portionibus, & matri ita legauerat : *Æliæ Dorcadi matri meæ dari volo, quoad viuat, vſumfructum x bonorum meorum : ita vt poſt obitum eius ad liberos meos, aut ad eum, qui y ex his viuet, pertineat.* filij poſt aditam hereditatem deceſſerant. quæſitum eſt : mortua matre, ſuperſtite filia teſtatricis, vſusfructus vtrum ad ſolam filiam, an vero pro portione hereditatis pertineret? Reſpondit,

a Similis, eiuſdem iuris cenſentur.
b *l. 3. in fi. ſup. quibus modis vſusfr. amitt. l. 21. in fin. ſ. de annuis.*
c Vſusfructus & legatum in annos ſingulos ad heredes nõ tranſit.
d Iulius Vlpianus. *Hal.*
e *l. 3. l. 5. ſup. quibus mod. vſusf. l. 3. §. 2. ſ. vſusfruct. quemadm. caueat.*
f debeatur.
g tunc tamen, *Hal.* nec tantùm. *Cuiac. 14. obſer. 17.* reprehenſus à Roberto *1. animaduerſ. 5. ad d. l. 8. ſup. de annuis: & d. l. 3. l. 5. ſup. quib. mod. vſusfr.* defenſus ab Antonio Mercatore *1. notat. 3.* vt ſit ſenſus. Vſumfructum nõ tacitè tantùm, ſed etiam expreſſim repeti poſſe, *d. l. 3.*
h Fructuario vſuræ pecuniæ fœneratæ per defunctum debentur, cuiuſcunque temporis eæ ſint: ab herede fœneratæ, debentur ex mora, *vt hic.*
i Quid? fructuarius facitne fructus ſuos ante præſtitam ſatisdationem? *Oldr. nit, argum. huius legis* Azo negat, *arg. l. hac edictali, 6. §. his illud 1. in fin. C. de ſecundis nuptiis.* Quid iuris ſit? Fructus perceptos ab heredes ante præſtitam cautionẽ, ſuos non facit : ſed à ſe perceptos ſciente & patiente herede: ſecus ſi ignorante & inuito. *Bart.*
k Cautionem vxor pręſtitiſſe etiam intelligitur, quæ ſciẽte & patiente proprietario vſa eſt : vt eo caſu fructus ſuos faciat, perinde ac ſi cautionem pręſtitiſſet, *v. Mynſing. 1. obſ. 6.*
l vt eas quidem conſequatur, non lucretur.
m de quo vide §. 2. *inſt. de vſufr.*
n Scorpium *Hal.*
o ſeruire vel ſeruitia debere, & ſeruũ eſſe ſeruitus & ſeruitium differunt. Poteſtas domini, ſeruitutem: patientia ſeruientis, ſeruitium facit. Vaſalli non ſunt ſerui, ſed ἀντίδουλοι. p In dubio niſi aliud teſtator dixerit, *l. 4. §. 4. ſ. de ſtatulib.* q i. vſumfructum. r Legatum vſusfructus non valet, vt legatarius poſt mortem ſuam reſtituat fructus.
ſ Imò imperitia non labitur, qui ita legat, *l. 15. ſ. de auro : l. vlt. ſ. de vſufr. ear. rer.* t al. dicimus. u quia proprietatem nullis legauit. x præteriti temporis : hos enim lucrata eſt mulier iure fructuario.
y al. debere. z Fructus præteriti vſusfructus, non reſtituuntur, *vt hic.* imputantur tamen in quartam, *l. in fideicommiſſaria 18. ſ. ad Treb.* a Vſufructu deducto legamus fundum quoties alicui proprietatem legamus, ipſum verò vſumfructum heredi : Per contrarium dominio deducto ſeu proprietate deducta, legamus fructum, quoties proprietatis dominum ipſum heredem eſſe volumus : fructus verò, ipſum legatarium. Prior vſusfructus coniunctus eſt heredis perſonæ, *verſ. ſed his ſ. eo.* b *l. 1. ſ. de cond. & dem. l. 13. ſ. quando dies legat.* c legatum in diem cedit à die mortis, ſi transmittendi ius ſpectes : ſin dominij adquiſitionem, non cedit niſi die adueniente. d Vſusfructus ab heredis herede incipere poteſt, quoties deducto vſufructu proprietas ſub conditione alicui legata eſt : & pendente ipſa conditione, hæres fructuarius moritur. e *v. l. 36. §. 1. ſ. de vſuſ.* f Vſusfructus coniunctus heredis perſonæ dicitur, quoties vſusfructus ei relictus eſt: proprietas alteri. g Solidam proprietatem hic intelligit cui ipſe vſusfructus acceſſit.
h *l. 9. ſ. de vſufr. adcreſ.*
i & ita apparuit per errorem facti vſumfructum ſolutum. *l. 7. C. de cond. indeb.*

a *l. 15. ſup. de ... indeb.*
b Cur ita? ... *ſ. de his quæ ... dign.*
c Imò non ... repeti legatum ... ctum iuiuſte ... *l. præfectus 63 ... de ritu: l. 2. ... his quib. vt indig.* Ibi aduerſus ... rantem vxorem ... repetitur : hic ... uerſus ſcientem ... ab ipſa mulie... à fiſco? à fiſco, ...
d *v. l. 7. §. 1. ... ſup. de vſufr. quemadmod.*
e Imò ad here... *l. 102. in fin. ... §. vlt. ſ. de ...* Heres præſtat ... ra, pro iure ... percipiendorum fructuarius ... onera, ſi ipſis ... ctibus, vel ... vel perſonæ ... ta adde *l. 7. ... verſ. ...* *de vſufr.*
f *v. l. 3. in ... quib. mod. vſuf.*
g Imò non ... *l. 4. infr. de ... l. vſuf. 57. ... matrim.* Hi... fructus re... alteri volun... functi qui ... ctum conſti... ſecus.
h *Sub. ſi ...* miſſario ... reſtitutio, ... ante ſ fidei... ſum defic... *quis Titio ... de legat. 2.*
i Atqui ... datur pro ... *Cod. ne ...* *dotium.* N... datur con... trimonio, ... ſoluto, vt ...
k Satisfa... ſatisdat, ... Imò non ... niſi qui ſol... *rem 9. §. ... tisfactum. ... pignorat. ... quando. C. ... tuta pecuni...*
l *vt l. 56. ... ideo ſingul... ſua parte, ... cond. & dem.*
m Imò omnes ... dare oportet ... *ſi vnus, C. ... pign. l. ſi ... 8. §. ſi vnus, ... de pign. act. ... inter cohær... ſufr. ſup. ... erciſcunda.*
n multò ma... verum erit, ſi expreſſim colono liberatio legata ſit, *l. 18. inf. de liberat. leg.*
o de ſimili ſcribendi formula, *v. l. 34. in fin. ſ. eod.*
p *l. 3. C. communi diuid.*
q ea ſcilicet, quæ legauero, ea dari volo.
r hic teſtator dirigit verba ad legatarium.
ſ his verbis, ſcilicet : *Puta te conſecuturum* : item, *Fac, vt amici ſitis.* Imò ... videtur. Nam rectè fideicommittitur his verbis: cupio, opto vt des, credo te ... rum, *l. 115.* exigo, deſidero vt des, ſcio hereditatẽ meam reſtituturum te, *l. 11. ... de legat. 1.* mando vt des, *l. 74. ſ. ad Trebell.* Imò, non aliud videtur. Nec enim ... verbis fideicommittitur, *curate id attendere*: ita fiet vt filius meus filios veſtros ... condonet, *l. 68. §. 1. ſup. de leg. 3.* Ex qua lege colligitur. Verba adulatoria ... noratum directa, non inducere diſpoſitionem. *Bart.*
t vide Langebeccium *cap. 18.*
u mater ſcilicet.
x Vſumfructum omnium bonorum matri legare filius poteſt, ea lege, vt vſusfructus reuertatur ad liberos ſuos.
y Fingamus, mortuum eſſe vnum ex liberis teſtatoris, relictis liberis. Fingamus ... fructuariam mortuam. Num vſusfructus partiendus erit inter filium ſuperſtitem teſtatricis, & liberos alterius filij defuncti? Minimè: ſolius enim ſuperſtitis ... hæc verba, *Aut ad eum qui ex his viuet, pertineat.*

ad eos

ad eos redire, apud quos *a* proprietas eſſet. *Claudius*: Non credidit *b* ipſum vſumfructum in *c* vicem portionum hereditariarum poſt mortem auiæ inter ipſos datum: eò magis, quòd æquis partibus heredes erant ſcripti.

2 ¶ *Vxori vſumfructum domuum, & omnium rerum, quæ in his omnibus erant, excepto argento, legauerat, item vſumfructum fundorum & ſalinarum.* quæſitum eſt, an lanæ cuiuſque coloris, mercis cauſa paratę. item purpuræ, quę in domibus erant, vſusfructus ei deberetur? Reſpondit, excepto argento, & his, quæ mercis *d* cauſa comparata ſunt, ceterorum omnium vſumfructum legatariam habere.

3 ¶ Idem quæſiit, cùm in ſalinis, quarum vſusfructus legatus eſſet, ſalis inuentus ſit non minimus modus, an ad vxorem ex cauſa fideicommiſſi vſusfructus pertineat? Reſpondit, de his legandis, quę venalia ibi eſſent, non ſenſiſſe teſtatorem.

4 ¶ Item quæſiit: cum eodem teſtamento ita cauerit, *A te peto vxor, vti ex vſufructu, quem tibi præſtari volo in annum quintumdecimum, contenta e ſis annuis quadringentis: quod ampliùs fuerit, rationibus heredis heredúmve meorum inſeratur*: an receſſum videatur à ſuperiore capite: ideóque vxor non ampliùs habeat ex vſufructu, quàm annuos quadringentos. Reſpondit, ſatis id, quod quæreretur, apertè verba, quæ proponerentur, declarare.

5 ¶ Lucius Titius, teſtamento ſuo, Publio Mæuio fundum Tuſculanum reliquit: eiúſque fideicommiſit, vt eiuſdem fundi partem dimidiam vſusfructus Titiæ præſtaret. Publius Mæuius villam vetuſtate corruptam, cogendis & conſeruandis fructibus neceſſariam ædificauit. quæro, an ſumptus partem proportione vſusfructus Titia, *f* adgnoſcere debeat? Reſpondit, ſi priùs, quàm vſumfructum præſtaret, neceſſariò ædificauit, non aliàs cogendum reſtituere, quàm eius *g* ſumptus ratio habeatur.

6 ¶ Duas filias & filium mente captum heredes ſcripſit, filij portionis mente *h* capti datæ vſumfructum legauit in hæc verba: *Hoc amplius Publia Clementiana præcipiet ſibi quartæ partis hereditatis meæ, ex qua Iulium Iuſtum, filium meum heredem inſtitui, peióque à te Publia Clementiana, vti fratrem tuum Iulium Iuſtum alas, tucaris, dependas pro eo, pro i quo tibi vſumfructum portionis eius reliqui, donec mentis compos fiat, & conualeſcat*: quæſitum eſt, cùm filius in eodem furore in die mortis ſuæ perſeuerans deceſſerit, an vſusfructus interciderit? Reſpondit, verbis, quæ proponerentur, perſeuerare legatum: niſi maniſeſtiſſimè probetur, aliud teſtatorem ſenſiſſe.

7 ¶ Heredis inſtituti fideicommiſit, *filio ſuo annua decem præſtare, aut ea prædia emere, & adſignare, vt k vſumfructum haberet, reditum efficientia l annua decem.* filius fundos ſibi ab herede ſecundum matris voluntatem traditos locauit, & quæſitum eſt, defuncto eo, reliqua colonorum vtrúmne ad heredem filij fructuarij, an verò ad heredem Seiæ teſtatricis pertineant? Reſpondit, nihil proponi, cur ad heredem Seiæ pertineant.

8 ¶ Vſumfructum tertiæ partis bonorum ſuorum vni ex heredibus legauerat. quæſitum eſt, an pecunię que ex rebus diuiſis, ſecundùm æſtimationem effecta eſt, tertia præſtanda ſit? Reſpondit, heredis *m* eſſe electionem, vtrùm rerum, an æſtimationis vſumfructum præſtare vellet *n*.

9 ¶ Item quæſitum eſt: tributa *o* pręter *p* ea, quę vel pro prædiis aut mouentibus *q* deberi & reddi neceſſe eſt, an eximenda ſint ex quantitate, vt reliquę *r* dumtaxat pecuniæ, ſi hoc heres eligerit, reddi debeat? Reſpondit reliquę pecunię tertiam præſtandam.

De his quæ viuus præſtabat legatis. 2. De petitione, vt heres patiatur libertos, vbi nunc agunt, ſeneſcere.

33. *Idem* libro 17. Digeſtorum.

SEmpronio ea, quæ viuus præſtabam, dari volo. is etiam habitabat *ſ* in teſtatoris domo, quę vni ex heredibus prælegata erat. quæſitum eſt, an habitatio quoque debeatur: Reſpondit, nihil proponi, cur non debeatur.

1 ¶ Ex his verbis teſtamenti, *libertis meis, quibus nominatim nihil reliqui, quæ viuus præſtabam dari volo*: quæſitum eſt, an libertis, qui *t* cum patrono ſuo in diem mortis habitabant, etiam habitatio relicta videatur? Reſpondit, videri *u*.

2 ¶ Codicillis ita ſcripſit: *Negidium x Titium, Dionem libertos meos ſenes, & infirmos, peto in locis y, in quibus nunc agunt, ſeneſcere z patiamini.* quæro, an ex hoc capite liberti ſupra ſcripti ex fideicommiſſo fructus locorum, quibus morantur, recipere debeant, cùm alia, quæ eis ſpecialiter legata ſunt, ſine controuerſia conſecuti ſint? Reſpondit, verbis quę proponerentur, id petitum, vt ad *a* eum *b* modum paterentur heredes ibi eos eſſe, ad quem modum ipſa patiebatur.

De fideicommiſſo relicto ab eo qui nouiſſimus morietur.
1. De curatoris fideicommiſſo.

34. *Idem* libro 18. Digeſtorum.

COdicillis fideicommiſſa in hęc verba dedit: *Libertis, libertabúſque meis, & quos in codicillis manumiſi, fundum vbi me humari volui, dari volo: vt qui ab his deceſſerit, portio eius reliquis adcreſcat c, ita vt ad nouiſſimum pertineat, poſt cuius nouiſſimi deceſſum ad rempub. Arelatenſium d pertinere volo: hoc amplius libertis libertabúſque meis habitationes in domo, quamdiu viuent, Pactia & Trophimæ dictæ, omnes, quibus vti conſueuit, habitet, quam domum poſt mortem eorum e ad rem publicam pertinere volo.* Quæſitum eſt, reipubl. fideicommiſſum vtrùm ab herede, an à libertis datum ſit. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, poſſe ita verba accipi, vt eius legatarij qui nouiſſimus decederet, fideicommiſſum videatur.

¶ Idem quęſiit, defunctis quibuſdam ex libertis, quibus habitatio relicta erat, an portiones domus, in quibus hi habitauerant, iam ad remp. pertineant? Reſpondit, quoad aliquis eorum viuat, fideicommiſſum reipublicę non deberi.

1 ¶ Qui *f* Semproniam ex parte decima, & Mæuiam ex parte decima, alumnum *g* ex reliquis partibus inſtituerat heredes, curatorem alumno dedit cùm *h* iure facere putaret, & curatoris fideicommiſit, *ne pateretur fundum venire, ſed cum Sempronia & Mæuia nutricibus ſuis frueretur reditu eius.* & ima *i* parte teſtamenti ita adiecit: *Omnem voluntatem meam fidei heredum meorum committo.* quæſitum eſt, an tertias partes vſusfructus fundi nutrices ex fideicommiſſo petere poſſint. quamuis curatorei *k* receptus ſit, quem iure dare non poterit alumno? Reſpondit: ſecundùm ea, quæ proponerentur, vtiliter *l* fideicommiſſo voluntatem ſuam confirmaſſe. id igitur cuique dediſſe, vt & nutrices vnà cum alumno reditu fundi vterentur.

De conditione & die.
Licet extiterit conditio, tamen expectanda eſt dies, quæ ſupereſt. Bart.

35. *Idem* libro 22. Digeſtorum.

VXori vſumfructum villę *m* legauit in quinquennium à die mortis ſuę. Deinde hęc verba adiecit: *Et peracto quinquennio, cum eius vſusfructus eſſe deſierit, tunc n eum fundū illi & illi libertis dari volo.* quęſitum eſt, cum vxor intra *o* quinquennium deceſſerit, an libertis proprietatis petitio iam an verò impleto quinquennio competat: quia peracto quinquennio teſtator proprietatem legauerat. Reſpondit, poſt *p* completum quinquennium fundum ad libertos pertinere.

Si fructuarius proprietatem legauerit.

36. *Idem* libro 25. Digeſtorum.

STicho teſtamento manumiſſo fundi vſusfructus erat legatus. & cum is vti fruique deſiſſet, fidei heredum teſtator commiſit, vti eum fundum darent Lucio Titio. ſed Stichus teſtamento ſuo eiuſdem fundi proprietatem nepotibus ſuis legauit, & heredes Stichi ex teſtamento eius legatariis nepotibus eum fundum tradiderunt. quæſitum eſt, cum nepotes legatarij ignorauerint conditionem fundi ſuprascripti priore teſtamento datam, & plus quàm tempore ſtatuto *q* poſſederint, an eum fundum ſibi adquiſierint: Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, legatarios ſibi adquiſiſſe.

1 ¶ Idem quæſiit, ſi aliquo caſu legatariis auferri poſſit, an repetitionem ab heredibus Stichi eius nepotes habere poſſunt. Reſpondit: ſupra quidem de adquiſitione reſponſum: verùm, ſi ex alia cauſa adquiſitio ceſſaſſet, videri Stichum ſi poſt mortem eorum, quibus proprietas legata eſſet, teſtamentum feciſſet potiùs quòd habere ſe crederet, quàm quòd onerare heredes vellet, legaſſe.

De vſufructu bonorum.

37. *Idem* libro 33. Digeſtorum.

V*Xori meæ vſumfructum lego bonorum meorum r vſque dum filia mea annos impleat octodecim.* quęſitum eſt, an prędiorum tam ruſticorum, quàm vrbanorum, & mancipiorum, & ſupellectilis, itémque calēdarij vſusfructus ad vxorem pertineat? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, omnium *ſ* pertinere.

De reditu.

38. *Idem* libro 3. Reſponſorum.

F*Vndi Æbutiani t reditus u vxori meæ, quoad viuat, dari volo.* quęro, an poſſit tutor heredis fundum vendere, & legatario offerre quantitatem annuam, quam viuo patrefamiliàs ex locatione fundi redigere conſueuerat? reſpondit, poſſe *x*.

¶ Item quęro, an habitare impunè prohiberi poſſit? Reſpondit: non eſſe obſtrictum heredem ob habitationem præſtandam.

¶ Item quęro, an compellendus ſit heres reficere prędium? Reſpondit, ſi heredis facto minores reditus facti eſſent, legatarium rectè deſiderare, quod ob eam rem deminutum ſit.

a & ſic non ad ſolam filiam quæ ſola ex liberis defuncti ſuperſtes eſt, ſed ad filiorum pręmortuorum liberos, id eſt, ad nepotes teſtatricis.
b Scæuola ſcilicet vt hic ait Claudius, vide Cuiac. 10. *obſ.* 39. Antonius Faber 1. *Coniect.* 11. ita emendat: Claudius: nam credidit, feliciter, meo iudicio. Quo magis enim hanc legem retractò, Claudium Scæuolæ adiicere rationem, eiuſque ſententiam confirmare non notare deprehendo.
c id eſt, pro rata.
d Vſufructu omnium rerum legato, ea quæ mercis cauſa comparata ſunt non comprehenduntur Mercis cauſa, id eſt, ad tempus, *l.* 44. *ſ. de leg.* 3. Imò, merces videtur legato omnium bonorum comprehendi. Nam qui pignori dat tabernam, merces quoque pignorare cenſetur, quæ mortis ſuæ tempore in taberna reperientur, *l.* 34. *in fin. principij*, *ſ. de pignorib.*
e *v. l.* 3. *in fin. ſ. de adimendis.*
f fructuaria ſcilicet. hinc collige, Ad expenſas factas pro fructibus colligendis, fructuarium teneri pro rata. *Bart.*
g *l.* 50. *in fin. ſ. de vſufruct. & quemadm. l.* 19. *in fi. inf. ad Treb.*
h Hotomanus 3. *obſ.* 5. putat, hæc verba ex Gloſſa in contextum irrepſiſſe: niſi legas, portionis filio mente capto, datæ, &c.
i Finita cauſa impulſiua legati, non extinguitur legatum: niſi de mente teſtatoris conſtiterit aliud: *Bart.*
k Vſusfructus ſubrogatus in locum annui legati, eius naturam ſapit. *Bart.*
l i. quæ reditum annorum decem efficerent.
m *l.* 26. *in fin. ſupr. de leg.* 1.
n Alterutrum heres hoc caſu ſoluere poteſt. *Bart.*
o Onus tributorum pertinet ad legatariū vſusfructus, *Bart.*
p Tributum duplex: vnum ſoli, alterum capitis, *l. vlt.* §. 7. *ſ. de cenſib. adde Feſtum in Tributorum.*
q ſeruis & animalibus. r i. penſionis debitæ, *v. l.* 101. *ſ. de leg.* 3.
ſ Quid ſi non habitabat? idem videtur iuris eſſe, *l.* 10 *in fin. ſ. de annuis.*
t Liberti plerumque cum patrono ſuo habitabant, inde familiæ & quaſi clientes, *l.* 2. *ſ. de vſu & habit.*
u his caſibus ea vidantur relicta quæ certam formam erogationis annuæ habuerunt, non incertæ liberalitatis voluntatem, *l.* 10. §. 1. *ſup. de annuis.*
x Nigidium. *Hal.*
y Senibus libertis plerumque habitationem legabant patroni.
z habere gerocomium volo. Græci 2. *Paratitlorum* 5.

a ad eum modum degant, ad quem me viuo degeb.
b Heres grauatus pati, in dubio id pati debet, quod ipſe teſtator patiebatur.
c *Adcreſcat* verbum, inducit fideicommiſſum. *v. interpretes in l. Centurio* 15. *ſ. de vulgari.*
d *v. l.* 13. *ſ. de inſtitori.*
e Fideicommiſſum relictum poſt mortem omnium, ab vltimo decedente videtur eſſe relictum.
f in hunc §. vide Cuiac. 3. *obſ.* 27.
g De alumno dixi ad *l.* 1. *C. quæ res pignori.*
h *l.* 69. §. 2. *ſ. de leg.* 2. Non iure autem dederat: quia curator teſtamento non datur.
i ſeu ima cera. *Suet. in Iulio c.* 83. Extrema cera, *Cicer.* 3. *in Verrem*, eo ſenſu quatuor ceras ſe impleſſe ait *Plaut. in Curculione.* In prima cera, *Sueton. in Nerone.* Solebant enim veteres etiam ceratis codicillis ſcribere, *l.* 52. *ſ. de leg.* 3.
k curatorei, i. curatori, ſic in *l.* 3. *ſ. eod.* legitur *vxorei*, pro *vxori*, *Cuiac.* 3. *obſ.* 27.
l & ita fideicommiſſum relictum à curatore, quem quis putabat idoneum, ab herede ſcripto debetur. *Bart.*
m *l.* 15. *l.* 16. *ſ. de inſtruct.*
n *Tunc*, particula extremitatem temporis demonſtrat.
o *l.* 12. *in fin. C. de vſufr.*
p Conditio licèt extiterit, expectanda tamen eſt dies, quæ ſupereſt. Imò non eſt expectanda dies *l. aliquando* 15. *ſ. ad Velleia. l. fundus.* 4. *ſup. ſi vſusfr. pet.* An ibi conditio & dies adiecta *l. in illa* 8. *ſ. de verb. oblig.* An dies hic expectanda eſt: quod particula *Tunc*, hic adiecta ſit, quæ temporis extremitatem innuit. *l.* 4 *in fin. ſ. de cond. & demonſtr.*
q decem inter præſentes: viginti inter abſentes. *l. vltim. C. de preſcript. longi temporis.*
r adde *l. vlt. ſ. eod.*
ſ omnia pertinere. *Hal.* Imò, non omnia, ſed dodrans, *v. l.* 29. *ſ. de vſufr. v.* quæ notaui ad *Nou.* 18. *c.* 3.

t Trebatiani. *Hal.* u Reditus propriè pecuniæ ſunt ex locatione prædiorum redactæ: *l.* 22. *ſupra eod.* impropriè fructus omnes, *l.* 17. *l.* 25. *ſuprà eod.*
x nam & eſſe heres poteſt, *l.* 120. *ſupra de leg.* 1.

¶ Item quero, quo diſtat hoc legatum ab vſufructu? Reſpondit, ex his, quæ ſuprà reſponſa eſſent, intelligi differentiam *a*.

De rebus legatis ita, vt proprietas ad filias teſtatoris reuertatur.

39. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

FIlios heredes inſtituit, vxori veſtem, mundum muliebrem, lanam, linum, & alias res legauit, & adiecit: *Proprietatem autem eorum, quæ ſuprascripta ſunt, reuerti volo ad filias meas, quæve ex his tunc viuent.* queſitum eſt vtrùm vſusfructus, an proprietas earum rerum data ſit? Reſpondit, proprietatem legatam videri *b*.

De particula, cum.

40. *Alfenus Varus* ‖ libro 8. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

I*Lli cum illo habitationem lego.* perinde eſt, ac ſi *c* ita, *illi & illi legaſſet.*

De fructibus annuis.

41. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex poſterioribus Labeonis. ‖

CVm ita legatum eſſet, *Fructus annuos fundi Corneliani Publio Mænio do lego.* perinde *d* putat accipiendum eſſe Labeo, ac ſi vſusfructus fundi ſimiliter eſſet legatus: quia hęc mens fuiſſe teſtatoris videatur.

De fructibus maturis vel immaturis.

42. *Idem* ‖ libro 5. ex poſterioribus Labeonis. ‖

IN fructu id eſſe intelligitur, quod ad vſum hominis inductum eſt. neque enim maturitas *e* naturalis hic ſpectanda eſt: ſed id tempus, quo magis colono dominóve eum fructum tollere expedit. itaque cùm olea immatura *f* plus habeat reditus *g*, quam ſi matura legatur, non poteſt videri, ſi immatura lecta eſt, in fructu non eſſe.

De vſufructu bonorum vel rerum.

43. *Venuleius* ‖ libro 10. Actionum. ‖

NIhil *h* intereſt, vtrum bonorum quis, an rerum *i* tertiæ *k* partis vſumfructum legauerit. nam ſi bonorum vſusfructus legabitur, etiam æs *l* alienum ex bonis deducetur: &, quod in actionibus *m* erit, computabitur. at ſi, certarum *n* rerum vſusfructus legatus erit, non idem obſeruabitur.

DE SERVITVTE LEGATA.

TIT. III.

De ædificat. ex ſuperiore taberna ad inferiorem.

Iulianus ‖ lib. 1. ex Minicio. ‖

QVI duas tabernas coniunctas habebat, eas ſingulas duobus legauit. quæſitum eſt: ſi quid ex ſuperiore taberna in inferiorem inędificatum eſſet, num inferior oneri ferundo in ſuperioris tabernæ loco contineretur? Reſpondit, ſeruitutem impoſitam videri. *Iulianus* notat: Videamus, ne hoc ita verum ſit, ſi aut nominatim hæc ſeruitus impoſita eſt, aut ita legatum datum eſt: *Tabernam meam, vti* o *nunc eſt, do lego.*

De fundo communi. De pluribus heredibus ſtipulatoris.

2. *Marcellus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

FVndum communem habentibus legari *p* poteſt via: cùm & communis ſeruus rectè *q* viam ſtipulatur: & cùm duo ei, qui ipſe viam ſtipulatus fuerit, heredes extiterint, non corrumpitur ſtipulatio.

De fundo vni cum via, alij ſine via legato. De fundo ſub conditione: vel pro parte purè, pro parte ſub conditione: & via purè legata. De fundo communi.

3. *Idem* ‖ libro 29. Digeſtorum. ‖

SI *r* fundum *ſ* Mæuio, & ad eum viam per alium fundum, & eundem fundum ſine via Titio legaſſet: ſi vterquę fundum vindicaſſet, ſine via ‖ legato ‖ fundum ceſſurum: quia neque adquiri per *e* partem ſeruitus poſſit. Et ſi prius Mæuius fundum vindicaret, altero deliberante, poſſe dubitari, an, ſi poſtea Titius omiſiſſet, viæ legatum ſaluum eſſet. & hoc magis videbatur. Quanquàm ſi ſub conditione quis fundum legaſſet, viam purè: aut pro parte Fundum purè, pro parte ſub conditione, & viam ſine conditione: ſi, pendente ea, legati dies ceſſiſſet *u*, interiturum fore viæ legatum. * Vt reſponſum eſt, cùm alteri ex vicinis, qui fundum communem habebant, viam ſub conditione, alteri purè legaſſet: pendente *x* conditione deceſſiſſet *y*: quia alterius legatarij perſona impedimento eſſet, quo minùs ſolidus fundus cum via vindicaretur.

De pariete communi.

4. *Iauolenus* ‖ libro 9. Epiſtolarum. ‖

SI is, qui duas ędes habebat, vnas mihi, alteras tibi legauit: & medius paries, qui vtraſque ædes diſtinguat, interuenit; eo iure eum communem nobis eſſe exiſtimo, quo, ſi paries tantùm duobus nobis communiter eſſet legatus. ideoque neque me, neque te agere poſſe, ius non eſſe alteri ita immiſſas habere. nam quod communiter ſocius habet, & in iure eum habere conſtitit. itaque de ea re arbiter *z* communi diuidundo ſumendus eſt.

De ſeruo alieno.

5. *Papinianus* ‖ libro 16. Queſtionum. ‖

ETſi maximè *a* teſtamenti factio cum ſeruis alienis *b* ex perſona dominorum eſt; ea tamen, quę ſeruis relinquuntur, ita valent, ſi liberis relicta poſſent valere. ſic ad fundum domini via ſeruo fruſtra legatur.

a Imò, nulla eſt differentia inter vſumfructum & legatum reditus quoad viuet, *l. 41. ſup. eod.*
b addito onere fideicommiſſi ſcil. *v. l. 15. in fin. inf. de auro.* alioquin earum rerum inutilis eſſet vſusfructus, *l. 1. 2. ſup. de vſufr. ear. rer.*
c *v. l. 36. §. 2. ꝟ. de legat. 1.*
d *l. 22. ꝟ. eo l. 20. ſup. de vſufruct. & quemadm.* Immo, perinde non eſt, *v. l. 41. ꝟ. de euictionibus.* Aliud eſt vſusfructus annui legati, *l. vn. ſup. quando dies vſusfructi. leg. cedat.*
e *v. l. 8. in fi. ꝟ. de vſufr & quemad.*
f Immatura olea plus habet reditus. quàm matura, *vt hic* Quid ita? minimum amurcæ effluit ex matura, vide plura apud Forcatulum, *c. 10. Penus.*
g tenetur tamen lege Aquilia, qui eam legerit, *l. 27. §. 25. ad leg. Aquil.*
h Nonnihil *Hal.* Multum intereſt. *Vulgat.* vide Antonium Fabrum 1. *Coniectur.* 14.
i rerum certarum. Ita emendat Anton. Faber *Coniectur.* 14.
k dixi ad *l. 4. Cod. quando dies legati.*
l vide Rolandum à Valle, 1. *conſ.* 22. *num.* 19.
m *v. l. 49. infr. de verb. ſign.*
n *l. 8. l. 9. ſupra de legat. 2.*
o *v. l. 52. in fin. ꝟ. de act. empt.* adde *l. 34. ꝟ. de pignor.*
p adde *l. vlt. in fin. ſupra commun. prædiorum.*
q *l. 12. ꝟ. de ſeruitutibus; l. 19. ſup. de ſeruitutibus ruſtic.*
r v. in hanc l. Cuiac. 1. *obſ.* 23.
ſ pone Tuſculanum & quidem ſolidum.
t *v. l. 11. ꝟ. de ſeruitut. b.*
u Cedere eſt incipere deberi, *l. 213. ꝟ. de verb. ſign.*
x & pendente, Cuiac. 1. *obſ.* 23.
y dies deceſſiſſet Cuiac. *ibid.*
z vt fiat diuiſio *l. 25. ꝟ. de ſeruitut. vrban.*
a de hac dictione dixi *in l. qui ſe patris. C. vnde liberi.*
b *l. 12. §. 2 ſup. de leg. 1. l. 28. in fin. ſupr. de leg. 2.*

De domo filiæ legata, & iure tranſeundi per domus hereditarias.

6. *Idem* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

PAter filiæ domum legauit, *eique per domus hereditarias ius tranſeundi prǽſtari voluit.* ſi filia domum ſuam habitet, viro *a* quoque ius tranſeundi præſtabitur. alioquin filiæ præſtari non videbitur. quòd ſi quis non *b* vſum tranſeundi perſonę datum, ſed legatum ſeruitutis *c* eſſe plenum intelligat: tantundem iuris ad heredem quoque tranſmittetur. quòd hic nequaquam *d* admittendum eſt: ne quod affectu filiæ datum eſt, hoc & ad exteros eius heredes tranſire videatur.

De pluribus heredibus.

7. *Paulus* ‖ libro 21. Quæſtionum. ‖

CVm à pluribus heredibus inſtitutis via legata eſt, quia partem *e* non recipit, ſinguli heredes in ſolidum conueniuntur. quia & vno ex heredibus adeunte vindicari poteſt.

DE DOTE PRÆLEGATA ff.

TIT. IV.

Quid continetur legato dotis. 1. De pacto dotali. 2. De repræſentatione. 3. De donatione inter virum & vxorem. 4. De impenſis in res dotales factis. 5. De dote ſtante matrimonio ſoluta. 6. De interitu rei dotalis. 7. De dote promiſſa, nec data. 8. De demonſtratione. 9. Si ſocer nurui. 10. Vel marito dotem legauerit. 12. De dote alij legata, vt mulieri reſtituatur. 13. Vel mulieri vt alij reſtituat. 14. De legato generali & ſpeciali. 15. De fundo dotali locato.

Vlpianus ‖ libro 19. ad Sabinum. ‖

CVM dos relegatur, verum eſt, id dotis legato ineſſe, quod actione de dote inerat *g*.

1 ¶ Et ideo, ſi inter virum, & vxorem conuenerat *h*: vt morte viri ſoluto matrimonio, filio communi interueniente dos apud mariti heredem remaneret, & maritus decedens dotem relegauerit, ſtari pacto non debet ob hoc, quòd dos relegata eſt. Verùm & citra relegationem hoc probari debet. nam * quod eſt admiſſum, poſſe deteriorem conditionem dotis fieri interuenientibus liberis, totiens *i* locum habet, quotiens ipſa *k* in matrimonio decedit, vel diuortium interuenit.

2 ¶ ‖ Et ‖ verum eſt, commodum in dote relegata eſſe repræſentationis *l*: quamuis annua *m* die dos præſtaretur.

3 ¶ Eſt & illud, quòd ob res donatas *n* hodie poſt ſenatuſconſultum *o* nulla ſit exactio *p*, ſi modò voluntatem non *q* mutauit teſtator.

4 ¶ Impenſæ autem ipſo iure dotem minuunt. ſed quod diximus, ipſo iure *ſ* dotē impenſis minui, non ad ſingula corpora *t*, ſed ad vniuerſitatē *u* erit referendū.

5 ¶ Adeo autem dotis actionem continet dotis relegatio, vt ſi viuus eam vxori (ſcilicet quibus licet caſibus *x*) ſoluerit, ceſſet legatum.

6 ¶ Sed & ſi mancipia fuerint in dote non æſtimata. & hæc demortua *y* ſint, legatum dotis in his euaneſcit.

7 ¶ Sed & ſi dotem promiſerit mulier, neque dederit, & decedens maritus vxori dotem prælegauerit, mulier nihil amplius quàm liberationem *z* habebit. Nam & ſi quis ita legauerit: *Centum quæ a in arca habeo*: aut, *Quæ ille apud me depoſuit*: ſi nulla ſint, nihil *b* deberi conſtat, quia nulla corpora ſint.

8 ¶ Si quis vxori fundum Titianum his verbis legaſſet: *Is enim fundus propter illam ad me peruenit*, omnimodò debetur fundus. nam * quicquid demonſtratæ *c* rei additur ſatis demonſtratę, fruſtra *d* eſt.

9 ¶ *Celſus* libro 20. Digeſtorum ſcribit.

SI ſocer nurui dotem relegauit, ſi quidem ius actionis de dote voluit relegare, nullius momenti eſſe legatum, quippe nupta *e* eſt. ſed ſi voluit eam recipere dotalem pecuniam (inquit) vtile erit legatum. Si tamen hæc dotem receperit, nihilominus maritus dotis perſecutionem habebit: ſiue heres inſtitutus eſſet, familiæ herciſcundæ iudicio: ſiue non, vtili actione. Ego puto, quoniam non hoc voluit ſocer: vt bis dotem heres prǽſtet: & mulierem agentem ex teſtamento, cauere *f* debere, *defenſu g iri heredem aduerſus maritum.* ¶ Ergo & maritus idem debebit cauere, aduerſus mulierem defenſu iri, ſi prior agat.

a *v. l. 4. §. 1.* [...] *vſu & habitat.* [...] *ꝟ. de ver. obl.*
b Ius tranſeundi hoc eſt, iter, ſeruitus quidem ruſtica, [...] tamen perſonæ co[...] ceditur, non præ[...] interdum, *vt hic* [...] *15. §. 1. in fin.* [...] *vſufr. legato: l. 41.* [...] *de ſeruit. vrban.* Eius generis eſt [...] coris ad aquam [...] pulſus *l. 4. ſup. ſeru. pręd. ruſt.* [...] ductus: *l. 37.* [...] *ſeruit. ruſt.*
c prædialis.
d *v. l. 1. §. 43.* [...] *de aqua quot.*
e *l. 80. in fin.* [...] *leg. Falc.* Via [...] non recipit, ind[...] dua eſt.
f relegata. Ha[...] ita legimus [...] hoc titulo [...] προικὸς ἀντι[...] τευθεῖσης 44. [...] Formula rele[...] dotis hęc eſt, [...] ta pecunia do[...] mine ad me [...] nit, tantum [...] meus dato. [...] *hic.* Relegare[...] teri quadam [...] rem ſuam leg[...] *iac. 4. obſ. 23.* [...] in hoc etiam [...] Protheſin q[...] obſeruant.
g & ita fruct[...] ſunt ante [...] percepti, *v. l.* [...] *fin. ſup. de vſ*[...]
h *l. 2. ſup.* [...] *dotalib.*
i *l. 2. l. 16.* [...] *de pact. dotal.* [...] *C. de pact. con*[...]
k non mariti [...] *C. de pact. con*[...]
l *§. 12.* [...] *fin. ꝟ. eo. l. 24.* [...] *ſoluto.* Repræ[...] qui ante d[...] uit: qui effic[...] ſit [præſens] [...] quaſi ad ma[...] ſens detur.
m compendi[...] cit, annua [...] nua, bima [...] die, *l. 30.* [...] *leg. 1.* vide q[...] pſi ad *l. 4.* [...]
n inter (vi[...] vxorem ſc.
o cuius ſit [...] *in l. 32. in p*[...] *§. 2. ſupr. de* [...] *inter vir.*
p ab herede [...] toris ſc. eſt [...] durum & [...] vt res, dona[...] piatur aduer[...] luntatem ſup[...] eius qui [...] *d. §. 2.*
q *d. l. 32. §.* [...]

r neceſſariæ ſc. *l. 2. ꝟ. eo. l. vn. §. 5. verſ. cur enim C. de rei vx. act.* ſ *l. 56. §.* [...] *iure dot l. 5. l. 15. ꝟ. de impenſis.* t dotis. u eiuſdem dotis, *l. 5. in pr. ꝟ. de imp.* [...] 50. §. 1. ꝟ *de iud.* x putà, vt ſe ſuóſque alat. *l. 73. §. 1. de iure dot. v. l. vn. C. ſi dos* [...] *matr. ſoluta fuer.* y *l. 8. ꝟ. eo.* z dotis quæ dari debuit, quia maritus de ea tantù[m] [...] taſſe videtur, *Acc.* a adde, *l. 84. §. 4. ꝟ. de leg. 1.* b Imò, alibi deberi [...] aliquid non vt dos, ſed vt legatum. Sufficit enim teſtatorem quantitatem exp[...] dotis, etſi ea in dotem verè data non ſit, *l. 3. C. de falſa cauſa*: vt valeat non qua[...] ſed quaſi fideicommiſſum, *l. 88. §. 10. ꝟ. de leg. 2.* * Demonſtrata res intelligitu[r] [...] tempore & facto finita eſt, *l. 137. in fin. ꝟ. de ver. obl.* Notoria quam omnes ſc[...] *l. 223. ꝟ. de ver. ſign.* quæ ſenſu ipſo deprehenditur, *c. 2. de verb. ſign. in 6.* quæ fr[e]quentiſſimè *l. 9. §. 2. ꝟ. de edendo.* Notorium iuris eſt, quod lex tacita, ratio[que na]turalis nobis indidit, Cic. pro Milone. *l. 4. ꝟ. ad l. Aq. l. 3. §. 7. ꝟ. de excuſ. tut. l.* [...] *de bon. dam. l. 220. in fin. ꝟ. de ver. ſig.* Facti verò notoriū eſt, quod negari neq[ue] [...] neque poteſt. adde *l. 11. §. 12. ꝟ. de act. empt.* d Notoria non indigent probatione [...] 31. *de reg. in 6. l. 137. §. 2. ꝟ. de ver obl l. 33. ꝟ. de cond. & dem.* e *l. vn. C. ſi dos con*[...] *matrim ſoluta fuerit.* f Quid ſi cautio eſt omiſſa? poteſt mulier conueniri a[...] incerti, vt caueat, vel repetat quod datum eſt, *l. quod ſi nulla 60. ꝟ. de leg. 1.* [...] *cept. 40. § ſi pars. ꝟ. de cond. indeb.* g Imò de indemnitate cauere debet, [...]

10 ¶ Per

SGCB2021

10 ¶ Per contrarium apud Iulianum libro trigeſimoſeptimo *a* quæritur, ſi ſocer filio ſuo exheredato dotem nurus legaſſet? Et ait, agi quidem cum marito exheredato de dote non poſſe: verumtamen ipſum dotem perſecuturum ex cauſa legati: ſed non aliàs eum legatum conſecuturum, quàm ſi cauerit *b*, *heredes aduerſus mulierem defenſu iri*: & differentiam *c* facit inter eum, cui dos relegata eſt, & orcinum *d* libertum, cui peculium legatum eſt. namque eum *e* de peculio poſſe *f* conueniri *g* ait, heredem *h* non poſſe: quia peculium deſiit *i* penes ſe habere. at dotis actio nihilominus competit *k* etſi dotem deſierit habere.

11 ¶ Idem Iulianus quærit, ſi dotem marito relegauerit ſocer, an dote ſoluta *l* mulieri legatum mariti extinguatur? Et dicit extingui: quia nihil eſſet iam, quod marito poſſet præſtari.

12 ¶ Idem quærit, ſi dos alij legata eſſet, eámque rogatus ſit mulieri reſtituere: an lex Falcidia in legato locum haberet? Et dicit habere *m*: ſed, quod minus eſt in fideicommiſſo mulierem dotis actione conſecuturam. Ego quæro, an commoda repræſentationis in hoc legato ſic obſeruentur, atque ſi dos ipſi mulieri fuiſſet relegata, & puto ‖ habere. ‖

13 ¶ Idem Iulianus quærit, ſi mulieri dos ſit relegata, eaque rogata *dotem reſtituere*: an Falcidia locum habeat? & negat *n* habere: quoniam fideicommiſſum quoque negat valere. Quòd ſi præterea quid vxori legatum ſit, putat ex reſiduo fideicommiſſum præſtari. quod vtique habita ratione Falcidiæ, mulieri præſtabitur. Sed & marito ex parte herede inſtituto, à ſocero dote prælegata, legatum dotis Falcidiam paſſurum: videlicet, quia adhuc conſtante *o* matrimonio indebita dos videtur relegata, verùm quod Falcidia recidit, in familiæ erciſcundæ iudicio maritum præcepturum, quemadmodum totam dotem præciperet, ſi non eſſet relegata.

14 ¶ Mela ſcripſit: ſi fundus in dote ſit, & ſpecialiter ſit legatus, mox generaliter dos relegata, non bis *p*, ſed ſemel deberi fundum.

15 ¶ Ibidem Mela coniungit, ſi fundus in dote fuit locatus à marito ad certum tempus: vxorem non *q* aliàs fundum ex relegatione conſequi, quàm ſi cauerit, *ſe paſſuram colonum frui*: dummodò ipſa penſiones percipiat.

De fideicommiſſo vxoris honoratæ, vel mariti honorati.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 5. Diſputationum. ‖

CVm quis vxoris ſuæ dotem relegat, fideique commiſſum ab ea relinquit. hoc *r* fideicommiſſum ex commodo quod ex relegatione mulier ſentit, æſtimabitur. & ita Celſus quoque libro viceſimo digeſtorum ſcripſit. Quod ſi neceſſariæ fuerunt impenſæ, quæ ipſo iure *ſ* dotem minuunt: ampliùs dici poteſt, ſi tanta quantitas dotis, quàm maritus accepit, ei relegata eſt: oportere dici, etiam eam quantitatem poſſe fideicommiſſum erogare, quæ ipſo iure dotem minuit. eſſe enim mulierem legatarium, nemo eſt, qui dubitet. Sed *t* & ſi non dos, ſed pro dote aliquid vxori fuerit legatum: adhuc quaſi dos relegata accipitur.

¶ Hoc amplius Iulianus ſcripſit: etſi non fuerit adiectum, pro dote eſſe legatum, hoc *u* tamen animo relictum, adhuc eius eſſe conditionis. Vxor igitur, ſi rogetur vel dotem, vel quod pro dote legatum eſt, vel quod in vicem dotis ſibi adſcriptum eſt, reſtituere, non cogetur niſi eatenus, quatenus diximus, reſtituere.

¶ Et ideo heres inſtituta, rogatáque quantitatem hereditatis reſtituere: id demum reſtituet, quod quantitatem dotis excedit: idque quod ex repræſentationis commodo ſentit: Nam & ſi quis, cùm à nuru dotem accepiſſet, filium ſuum heredem inſtituerit: eúmque rogauerit *quidquid ad eum ex hereditate perueniſſet, reſtituere*: mox morte vxoris dotem fuerit lucratus: id non reſtitueret *x*, quod ex dote percepit: quia matrimonij cauſa id lucratus eſt, non ex patris iudicio *y*.

1 ¶ Mulier dotem promiſit quadringentorum, & dedit fundos duos in ducenta: præterea nomine debitorum in reſidua ducenta. mox maritus eius decedens pro dote fundos ei duos, non eos quos in dotem acceperat, reliquit: & præterea duos illos dotales quos æſtimatos acceperat, reliquit, fideique eius commiſit, *vt quidquid ad ſe ex hereditate eius perueniſſet, id reſtitueret Seio cum moreretur.* quærebatur quantum eſſet in fideicommiſſo, muliere defuncta? dicebam, vxorem hanc quæ rogata eſt, *quidquid ad ſe peruenerit ex teſtamento reſtituere*, in ea eſſe conditione, vt id demum reſtituere rogetur quod deducta *a* dotis quantitate ad eam peruenit: dotem enim recepiſſe eam magis *b*, quàm accepiſſe: ſaluo eo, quod ex commodo repræſentationis ab ea fideicommitti potuit.

¶ Proinde id quidem, quod pro dote maritus ei reliquit, non cogetur reſtituere: niſi plus *c* fuit in in eo quam in quantitate dotis: reſiduum verò, quod præterea illi relictum eſt, cum *d* fructibus cogetur reſtituere. Habebit igitur præcipuam dotem cum ſuis fructibus. id verò, quod extrinſecus ei relictum eſt, cum fructibus, qui ad eam peruenerint, reſtituet.

De legato amplius quàm dotem.

3. *Iulianus* ‖ lib. 4. Digeſtorum. ‖

QVi ita legat vxori ſuæ, *Titiæ amplius e quàm dotem, aureos tot heres meus damnas eſto dare*: manifeſtus eſt *f* dotem quoque relegaſſe.

De prolatione diei.

4. *Africanus* ‖ lib. 5. *g* Quæſtionum. ‖

CVm vulgari *h* modo dies legatorum profertur, nihil *i* eam rem ad dotis relegationem pertinere ait: quia ſuum diem habeat.

De ſolutione dotis non differenda.

5. *Marcianus* ‖ lib. 3. Regularum. ‖

DOte relegata, non *k* eſt hæres *l* audiendus, ſi velit ob *m* donationes in mulierem factas ſolutionem differre, vel ob impenſas *n* alias, quàm quæ ipſo iure dotem minuunt. aliud eſt enim, minorem *o* eſſe factam dotem, quod per neceſſarias *p* impenſas accidit: aliud, pignoris nomine retineri dotem ob ea, quæ mulierem inuicem præſtare æquum eſt.

De pecunia legata pro dote.

6. *Labeo* ‖ lib. 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum. ‖

CVm ſcriptum eſſet: *Quæ pecunia propter vxorem meam ad me venit, quinquaginta, tantumdem pro ea dote heres meus dato*: quamuis quadraginta dotis fuiſſent: tamen quinquaginta debere Alfenus Varus Seruium reſpondiſſe ſcribit. quia *q* propoſita ſumma quinquaginta adiecta ſit.

1 ¶ Item ei qui dotem nullam habebat, vir ſic legauerat: *Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua pro ea quinquaginta heres dato.* deberi ei legatum Ofilius, Caſcellius, item & Seruij auditores *r* retulerunt, perinde habendum eſſe, ac ſi ſeruus alicui mortuus *ſ* aut pro eo centum legata eſſent. quod verum eſt, quia his verbis non *t* dos ipſa, ſed pro dote pecunia legata videtur.

Si pater dotem à nuru acceptam filio exheredato legauit.

7. *Papinianus* ‖ lib. 18. Quæſtionum. ‖

PAter dotem à nuru acceptam filio exheredato *u* legauit, heres patris, oppoſita doli exceptione, non ante ſoluere legatum cogendus eſt, quam ei cautum fuerit de *x* indemnitate ſoluto matrimonio.

1 ¶ Sed ſi prius quàm legatum filio ſolueretur *y*, mulier dotem ſuam recuperauit, *z*, fruſtrà *a* filius de legato aget.

2 ¶ Sed ſi lex Falcidia locum in legato dotis aduerſus filium exheredatum habuerit *b*, & mulier ſolutionem ratam fecerit, propter eam quantitatem, quam heres retinuerit, vtilis actio dotis ei dabitur. quòd ſi ratum non habeat, defendi quidem debebit heres à viro, qui ſe *c* defenſurum promiſit. ſed ſi totam litem vir ſolus ſubierit, actio iudicati *d*, ſi cautum

a *al.* viceſimo ſeptimo.
b *l. 7. in pr. ī. eod.*
c Differentiæ inter peculium legatum libertis, & dotem legatam marito: ratio hæc eſt: quòd actio de dote, ex contractu eſt: actio de peculio, ex contractu reali, *l. quæſitum 30. ſup. de peculio.* Priore actione heredes ſoceri tenentur, licèt deſierint habere: poſteriore, libertus non tenetur, ſi deſierit habere peculium: vt in pupillo eſt qui ſine culpa ſua rem habere deſiit, *l. ſi à bona 21. ſup. de rei vind.*
d Orcinus libertus quis, vide in §. 2. *Inſt. de ſingulis rebus.*
e Libertus poteſt conueniri, ſi peculium ei ſit prælegatum. adde *l. 2. C. an ſeruus pro ſuo facto.*
f Imò non poteſt ſeruus conueniri, ſed hæres, *l. 1. C. an ſeruus pro ſuo facto: v. tertiam ſolutionem Accurſij.*
g Nam qui peculium cohæredi prælegat, cum onere legat, *l. 6. ī. de peculio legato.*
h Imò poteſt conueniri, ex quo illi cauere neceſſe eſt, *l. 17. l. 18. ī. de peculio legato.*
i *l. 28. ſup. de peculio.*
k Dos licèt ſit ſoluta viro, actio tamen de dote adhuc ſupereſt, *vt hic.* quod verum ſi poſtea ſit ſolitum matrimonium: aliàs non peteret, *v. ſup. eod. in prin.* aut ſi conſtante matrimonio actionem dari eo caſu dixeris, actionem hic interpretabere, non ipſam omnimodo actionem, ſed ſpem tantùm actionis.
l *l. 7. §. 1. ī. eod.*
m Imò non habet, *l. 57. inf. ad l. Falc.*
n *l. 28. in fin. ſ. de l. 1.*
o Dos conſtante adhuc matrimonio relegari non poteſt. Cur non poteſt? quia indebita, *vt hic.* Ita dos vtiliter relegatur, quæ debita.
p *l. 66. ſup. de legat. 2.*
q Imò aliàs: nec enim tenetur mulier ſtare colono mariti. *l. nihil, proponi 120. §. vlt. ſ. de l. 1.* an hoc ſpeciale eſt in dote, v. *Bart. in l. ſi filiofamiliàs 25. §. vlt. ſup. ſoluto.* r Dotis prælegatæ (hoc eſt, quam vxori ſuæ relegat maritus) commodum per fideicommiſſum maritus alteri relinquere poteſt.
ſ Neceſſariæ impenſæ dotem ipſo iure minuunt. *v. l. 1. §. 4. ſup. eod. l. 5. ī. eod.*
t Dos relegata videtur, non modò ſi dos ipſa relegata eſt, ſed & ſi pro dote aliquid relegatum eſt.
u Compenſationis habendæ animo non præſumitur maritus legare vxori, hoc eſt, vt legatum habeat vxor dotis loco. adde *l. vnic. §. ſciendum C. de rei vxoriæ act. l. credit. 85. ſup. de l. 2.*
x non reſtituet. *Hal. l. 67. l. 68. ſup. de l. 2.*
y Quod quis ex dote lucratur, id ad paternam hereditatem non refert.

a Atqui poteſt quis rogari reſtituere vltra id quod ei ſit relictum, *l. Imper. 70. §. 1. ſup. de l. 2.*
b Recipit dotem, non accipit mulier, cùm ei dos relegatur, *l. 77. §. 12. in fin. ſ. de l. 2.* adde *l. 41 ī. de bon. lib.*
c *l. 114. §. 3. in fin. ſup. de l. 1.*
d Immo, cum fructibus non reſtituet, *l quod his verbis 83. ſup. de legat. 3.* Coniectura quadam videtur teſtator hic reliquiſſe pro debito: atque ita vt reſtitueret cum fructibus.
e adde *l. 54. ſup. de l. 3. vide Cuiacium 8. obſeru. 36.* Verbum *amplius*, repetitionem inducit. Quid ſi vxori maritus legauit centum præter dotem, *vt l. Seio 10. §. vxor. ſ. de annuis legat.* vel ſupra dotem *l. fructus 7. §. quod in anno 6. ſup. ſoluto matrimonio l. ex conducto 15. §. pen. ſup. locati.* vel vltra dotem, *l. ſi vltra 22. C. de fideiuſſoribus.* Dotem relegaſſe intelligitur.
f Imò non eſt. Nam vox *amplius* repetitionem non inducit, niſi adiectum ſit hoc, *vel* eò amplius, *l. ſi ſeruus 108. §. ſi ita ſcriptum 7. ſup. de l. 1.*
g *vide Cuiac. 5. ad Afric.*
h id eſt, his verbis, annua, bima, trima die, *l. 30. §. 2. ſup de l. 1. vid. Cuiacium 7. obſeru. 20. & Goueanum 1. var. 28.* Ea erat vulgaris clauſula, legatis adiici ſolita, *vt hic.* Iis ſoluendis annuum diem præfiniuit Auguſtus, *Suet. in eius vita* Annuus dies, tres penſiones, *Cuiac. ibid. 6. Vlp. 8. & 13.*
i Imò aliquid pertinet, *l. talis 30. ſup. de l. 1.* ſpeciale eſt in dote.
k *l. 41. §. 1. ī. de legat. 2.* l Heres dicebat, iniquum eſſe, mulierem vtrumque conſequi, & dotem & donationem. m Dote relegata, non poteſt hæres teſtatoris dotem retinere, propter impenſas vtiles in eam factas, vel donationes vxori factas; cùm impenſas neceſſarias poſſit deducere. n *l 15. ſ. de impenſis.*
o ipſo iure ſcilicet, id enim fit per neceſſarias impenſas, *l 2. ſup. eod.*
q Imò neceſſariis impenſis dos minuitur, dote relegata, *l. Mæuio 41. §. 1. ſup. de legat. 2.* Hic dos ſimpliciter relegata: ibi, quidquid ad maritum peruenit.
q *al.* quia propoſita ſumma quinquaginta adiecta ſint, hic Bartolus: Si legat aliquis pro dote adiecta certa quantitate, ſiue dos fuerit nulla, ſiue minor, tenet legatum. r Auditores Seruij, eius diſcipuli. dixi ad *l. 1. §. 6. ī. de aqua pluuia.*
ſ Corpus quod in rerum natura non eſt, & pecunia alternatiuè, quoties legatur legatum in pecunia vtile eſt, *Bart.* t adde *l. 3. C. de falſa cauſa adiecta.*
u *l. 1. §. 10. ſ. eod.* x Imò, cauere debet de hærede defendendo, §. 2. *ī. eod. & l. 1. §. 9. ſup. eod.* Vtraque cautio eiuſdem eſt effectus, adde *l. 2. C. de in litem dando tut. l. ſi quid poſſeſſor 31. ſup. de hereditatis petit.* y *l. 1. §. 11. ſup. eod.* z Atqui mulier conſtante matrimonio dotem recuperare non poteſt, *l. in rebus 30. §. omnis C. de iure dotium.* An hic matrimonium ſolutum fuit, vel ad inopiam maritus vergebat, vt putat Rogerius? At hic matrimonium ſolutum fuit reſpectu ſoceri, *l. cum hic 32 §. ſi ſocer 17. ſup. de donat. inter virum*, vt vult Iacobus de Aretio? An mulier facto, non iure, dotem recepit, vt vult Azo? An actio de dote committi poteſt conſtante matrimonio, vt putat Ioannes? An hic dotem recepit: quibus caſibus iure eam recipere poteſt, vt innuere videtur Bartolus, *arg. l. mutus 73. §. manente, 1. ſup. de iur. dot. l. quamuis 20. ſup. ſolut. matrim.* Bartol. Rogerij & Azonis ſententias præfert.
a Imò non fruſtrà: quia ſolutio facta mulieri, nocere viro non debet, *l. ſi Stichum 8. § vlt. ī. de nouat. l. vlt. in fin. ī. de verb. oblig.* Hic non tam alij perſonę, quàm creditori creditoris ſolutio facta eſſe videtur, *l. 1. §. idem Iulianus. ſup. eod.*
b Atqui Falcidia locum aduerſus filium habere non poteſt: cùm hoc iudicio familiæ erciſcundæ conſequatur vt debitum, *l. ſi filia 20. §. 2. ſup. famil. erciſc.* An hic ſolutum eſt matrimonium, vt putat Rogerius? An potius hic conſtante matrimonio hoc agebat actor ex teſtamento, *l. 2 §. idem Iulianus ſup. eod.*
c *l. 1. §. 9. ſup. eod.* Atqui de indemnitate cauere debet, *hac l. in prin. dixi ibid.*
d *vide l. 4. de re iudicata.*

non *a* erit, pro *b* ea quantitate, quæ iure Falcidiæ petenda eſt, aduerſus heredem dabitur.

3 ¶ Sed ſi prius quàm legatum filio ſolueretur, mulier diuertit: quanquam ipſa nondum pręcipere dotem poſsit: non ideo tamen actio filij differtur quia tunc iiſdem *c* diebus filio ſolui dotem *d* reſponſum eſt: cùm patri pro parte heres extitit, & ad perceptionem dotis ſoluto matrimonio poſtquam heres extitit, admiſſus eſt.

4 ¶ Si forte per errorem cautio defenſionis omiſſa ſit; & ex cauſa fideicommiſsi filius dotem acceperit, vt indebitum fideicommiſſum non repetetur. cautionis enim præſtandę neceſsitas ſolutionem moratur: non indebitum facit quod fuit debitum. ſed non erit iniquum heredi ſubueniri *e*.

5 ¶ Quid ergo, ſi patris heres ſoluendo non ſit? nonne iuſte mulieri dabitur aduerſus vi[r]um vtilis *f* actio dotis? cui dos perire non debet: quia non interpoſuit per errorem heres cautionem.

De pecunia legata pro dote.

8. *Idem* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

VIr vxori, quę dotem in mancipiis habebat, pecuniam *g* pro dote legauerat. viuo viro mancipiis mortuis *h*, uxor poſt virum vita deceſsit: ad heredem eius actio legati rectè tranſmittitur *i*: quoniam mariti voluntas ſeruanda eſt.

Si teſtator certum fundum, & quæ nuptura obtulit æſtimata in ſpeciebus reſtitui voluit.

9 *Idem* ‖ lib. 8. Reſponſorum. ‖

V*Xori meæ fundum Cornelianum, & quæ nuptura obtulit æſtimata* k *in ſpeciebus reſtitui volo.* reſpondi, non ęſtimatum prędium in dotem datum, exceptum non videri, ſed * vniuerſa dote prælegata, rerum æſtimatarum pretium non relictum. verùm ipſas res, quales inuenirentur.

De fundo vxori pro dato & alij legato.

10 *Scæuola* ‖ lib. 8 Quęſtionum. ‖

SI Seiæ pro dote centum fundus legatus ſit, idémque Mæuio, quod Mæuio Falcidia aufert, pro eo quaſi concurſus non fuerit, mulier plus vindicet. quia amplius ſit in dote mulieris.

Si mulier dotem ad quam ſtipulandam alium adhibuerat, viro reliquit.

11. *Paulus* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

SEia cum nuberet Lucio Titio, dedit dotis nomine centum aureos, & adhibuit Quintum Mucium, qui nihil numerauit, ſed dotem ſtipulatus eſt, ſi morte mulieris ſolutum fuerit matrimonium. Seia moriens teſtamento ſuo ita cauit: *Lucio Titio marito meo cui maximas gratias ago, dari volo ſuper* l *dotem quam ei dedi, tot aureos.* quęro cùm inſtituit Lucium Titium conuenire Quintus Mucius ex ſtipulatu actionem; an repellere eum maritus poſſit ex verbis teſtamenti? Reſpondit, ſi Quintus Mucius mandante Seia, non *m* donationis cauſa, ſtipulatus eſt, heredibus mulieris eum teneri: & ideo Quintum Mucium exceptione repellendum eſſe. quod ſi *n* donationis cauſa Seia ſtipulari permiſiſſet, videri eum in eum caſum qui morte mulieris exſtitit, mortis cauſa ſtipulatum: & ideo fidei eius committi potuiſſe *o* in eum caſum, dicendum fore.

De conditione implenda.

12. *Scæuola* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

QVi dote in pecunia numerata, & æſtimatis rebus acceperat, vxori ita legauit: *Seiæ vxori meæ ſi omnes res quæ tabulis* p *dotalibus contineantur heredi meo exhibuerit, & tradiderit ſummam dotis, quam mihi pro ea pater eius intulit, dari volo: hoc amplius " denarios " decem.* quæſitum eſt cùm res in dotem datæ plures ipſo vſu finitæ eſſent *q*, nec moriente marito fuerant, an quaſi ſub impoſsibili conditione legatum datum debeatur? Reſpondi, videri conditioni paritum, ſi quod ex rebus in dotem datis ſupererat, in poteſtatem heredis peruenit.

Si filiusfamil. dotem ab vxore accepit, eámque illi paterfam. factus legauit.

13. *Labeo* ‖ lib. 1. Pithanorum à Paulo Epitomatorum. ‖

P*Aulus*: ‖ Si filiusfamiliàs vxorem cùm haberet, dotem ab ea acceperat: deinde paterfamiliàs factus, dotem ei, vt ſolet, legauit: quamuis patri heres non erit, tamen id legatum debebitur.

De eo cui teſtator voluntatem ſuam declaraſſe teſtatus eſt.

14. *Scæuola* ‖ lib. 15. Digeſtorum. ‖

THeopompus teſtamento facto duas filias & filium æquis partibus inſtituit heredes, & codicillis ita cauit. Τὴν θυγατέρα μου Κελσπῖναν, ἣν ηὐχόμην ἐκδοῦναι ὧ ἂν οἱ φίλοι μου καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσωσι προνοήσει ἐκδοθῆναι Πολλιανὸς, εἰδώς μου τὴν γνώμην, ἐπὶ τοῖς ἴσοις, ἐφ' οἷς καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς ἐξέδωκα. id eſt, *Filiam meam Chriſpinam, quam vellem tradi nuptui cuicumque amici mei & cognati approbabunt; prouidebit* a *tradi Pollianus* b *ſciens* c *mentem meam in æqualibus portionibus in quibus & ſororem eius tradidi.* Pollianus à marito puellæ iuratus *d* ſcripſit *e*, voluiſſe patrem eandem quantitatem in dotem accipere etiam minorem filiam, quam maior accepiſſet: quæro an eandem ſummam dotis nomine coheredes extra partem hereditatis minoris filię pręſtare debeant? Reſpondit, eum cuius notio eſt, æſtimaturum, vt eandem quantitas ex communi pręcipua minori filiæ dotis nomine detur.

De re obligata.

15. *Gaius* " lib. 2. de legatis ad Edictum prætoris. "

LIcèt placeat pignoratas res vel in publicum obligatas, heredem qui dare iuſſus eſt, liberare debere: tamen ſi is qui tales res in dotem accepit, dotem prælegauerit, non cogetur heres liberare eas, niſi aliud ſpecialiter teſtator dixerit.

Si vxori legetur dos, quæ alij reddenda erat.

16. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Vitellium. ‖

QVi dotem *f* à matre vxoris acceperat, & ſtipulanti ei promiſerat, teſtamento vxori dotem legauit, cum quęſitum eſſet, an vxor dotis ſummam conſequi poſſet: Reſpondit Scęuola, non videri dari vxori, quod neceſſe ſit matri reddi, aliàs ſic reſpondit, non videri *g*, niſi manifeſtè vxor docuiſſet eam teſtantis voluntatem fuiſſe, vt onerare heredes duplici *h* præſtatione dotis vellet.

De legato vxori quidquid ei comparaui & quod mihi dedit. 1. Vel quanta pecunia ad me, inve ſtipulationem dotis eius nomine peruenit.

17. *Scæuola* " lib. 3. Reſponſorum. "

VXori ita legauit: *vxor mea, quidquid ei comparaui, & quod mihi dedit è medio ſibi ſumat.* quæro, an dos pręlegata videatur? Reſpondit, verbis quæ proponerentur, videri *e* & de dote legata loqui: niſi aliud teſtatorem voluiſſe probaretur.

1 ¶ *Titiæ vxori meæ, quanta pecunia ad me, inve ſtipulationem dotis eius nomine peruenit, quæ dos eſt dotalibus duobus conſignatis inſtrumentis centum aureorum*: quæſitum eſt, an vtramque ſummam conſequi poſſit: Reſpondit, nihil proponi cur non pòſſit.

DE OPTIONE *l* VEL ELECTIONE *m* LEGATA.

TIT. V.

De ſeruis.

Vlpianus ‖ lib. 2. ad Sabinum. "

DIVVS Pius Cæcilio Proculo reſcripſit, eum cui ſeruorum legata ſit electio, tres *n* poſſe *o* eligere.

De ſeruo. 1. De legato generali. 2. Si legatarius ſemel elegerit.

2. *Idem* " lib. 20. ad Sabinum. "

QVotiens ſerui electio vel optio datur, legatarius *p* optabit quem velit *q*.

1 ¶ Sed & homine generaliter legato, arbitrium eligendi quem acciperet, ad legatarium pertinet.

2 ¶ Data igitur optione, ſi quis optauerit alienum *r* ſeruum, vel hominem liberum, videndum eſt an conſumpſerit optionem. & puto non conſumi.

3 ¶ Eum *ſ*, cui centum amphorarum electio data ſit, acetum eligentem, non conſumere optionem, ſi id acetum elegerit, quòd vini *t* numero, paterfamiliàs non habuit.

3. *Idem* " lib. 23. ad Sabinum. "

SCilicet ſi ante exhibitionem, hoc eſt, ante deguſtationem *u* acetum elegerit.

4. *Paulus* " lib. 3. ad Sabinum. "

SCyphi electione data, ſi non *x* omnibus ſcyphis exhibitis legatarius elegiſſet, integram *y* ei optionem

a Quid ſi cautum erit? An maritus in ſolidum tenebitur, ſi præſens fuit tempore ſtipulationis? An nullo modo conuenitur, ſi cautum fuerit animo nouandi, vt vult Iacobus de Rauenna? An tenetur ex ſtipulatione propria, non procuratoria, vt ex Cyno notat Bartolus.

b Imò in ſolidum, *l. ſi procurator 28. l. ſi actor 29. ſ. de procurat.*

c Imò incontinenti dotem conſequi poteſt, ſi agere uelit familiæ erciſcundæ, *l. ſi filiæ 20. §. 2. ſ. familiæ.* Aut hic ſolutum eſt matrimonium: aut ſi ſolutum non eſt, incontinenti dotem vir recuperabit, ſi onera matrimonij ſuſtinebit.

d dotem reſponſum eſt cum patri heres extitit, & ad perceptionem dotis ſoluto matrimonio, poſt quàm heres exſtitit, admiſſus eſt. *Cuiac. 11. obſer. 29.*

e Qua actione? condictione incerta ad cautionem exigendam, *l. 1. ſ. de vſufr. ear. rer.*

f Dotis nomine experiri poteſt aduerſus maritum vxor, ſi heres ſoceri non ſit ſoluendo. qua actione? vtili *vt hic.* Imò & mandati, negotiorum incerti de dote, *Bart. hic.*

g *ſub.* certam. ſeu expreſſam, *Rogerius apud Bart.* Atqui teneri videntur hæredes etiamſi quantitas non fuerit expreſſa, *l. plerumque 10. l. in rebus 17. ſ. de iure dot.* Hic mancipia mortua ſunt ſine culpa heredis ſeu mariti.

h *l. 1. §. 9. ſup. eod.*

i Imò non tranſmittitur, neque mortuis mancipiis æſtimatio debetur. arg. *l. 26. §. 1. ſup. de l. 1.* Hic legata eſt certa quantitas pro ſerui pretio: at non ſerui pretium indefinitè, nulla quantitate expreſſa.

k de hac ęſtimatione, *v. l. 10. ſ. de iure dot.* *

l ſuper dotem quæ marito ſuo mulier quid legat, ipſam dotem etiam legare intelligitur.

m Adhibitus ad ſtipulandum totam dotem, in dubio non videtur adhibitus animo donando *Bart.* adde *l. 77. §. 4. ſ. de l. 3. l. 2. C. de iure delib.*

n Adhibitus animo donandi, intelligitur cauſa mortis, ſi mortis cauſa facta eſt mentio, *Bart. l. 77. §. 2. ſ. de l. 2.*

o Imò non potuit, *l. 29. §. vlt. ſup. de pactis datalibus.*

p Dotalibus tabulis, vide quæ ſcripſi ad *l. 19. ſup. de pactis dotalibus.*

q atqui ita impoſsibile eſſet, vxorem eas res hæredi mariti exhibere iuxta defuncti voluntatem.

r id eſt. Si conditio pro parte eſt poſsibilis, ſufficit ſi ei pareatur in eo quod poſſibile eſt, *Bart.*

De optione agit. §. 22. 23. *Inſt. de legat. l. vl. C. com. de l.* m περὶ τῶν κατὰ [...] λογὴν λεγατευομένων 44. *Eclog.* 8.

n multò magis duos, arg. *l. 12. ſ. de teſtib.* An vnicum tantùm: vtique, ſi eius tanti[...] ratio habeatur. Sin verò iuſſus eſt quis pauperibus bona diſtribuere, vnum tant[...] eligere non poteſt, *Bart.*

o Sed iure tres eligere poteſt. veteres, qui frugi erant, tribus ſeruis erant conte[...] vt ad *l. 85. inf. de verb. ſign.* p *l. 20. l. 24. in fin. l. 108. §. 2. ſ. de l. 1. l. 23. ſ. de legat.* [...] *§. 22. Inſt. de legat. Vlp. 24. §. 14.*

q non tamen optimum. *l. 37. ſup. de l. 1.* r nihil agit. Nam optione data debet eli[...] de rebus hæreditariis, *Bart.* ſ *Harmen* 10. §. 38. 44. *Synopſ. 9. c. 3.*

t Acetum interdum à patrefamiliàs vini numero haberi poteſt, *l. 9. ĵ. tit. prox.*

u Deguſtatio ſola non facit electionem. adde *l. 1. in pr. l. 4. §. 1. l. 15. ſup. de peri[...]* Guſtus ad hoc prodeſt, vt improbare liceat, *l. 34. §. 5. ſup. de contr. empt. v. l. [...] fin. ĵ de tritico.*

x Ante exhibitionem rerum electio non tenet, niſi à ſciente facta.

y Vt denuo poſsit eligere.

a Dotis filiæ qua[n]titatem per ali[...] pater declarare p[o]teſt, vide tamen q[uæ] ſcripſi ad Nou[ell.] 18. c. 6.

b Atqui id videt[ur] fieri non poſſe: c[um] vni teſti non cred[i]tur, *l. 9. C. de teſt[ib.]* Aliud eſt in alter[ius] voluntatem aliqu[id] conferre: aliud, al[i]cui amico manda[re] tanquam mentis [...] inſtructo, vt cu[...] vſus venerit, [...] fidem faciat. [...] Alciat. 2. *pareg.* [...] *v. l. 1. in fin.* [...] *verb. oblig.* & [...] teſtator expr[...] nominatim ſe [...] quales porti[...] ſeruari velle.

c Captatoriam [...] poſitionem qu[...] alicuius ſpeci[...] voluntatem c[...] ſit, ſpeciali [...] fauore non in[...] ri, & poſſe [...] tem hoc iube[...] ſol us teſtis [...] marioni ſtetu[...] dam hinc [...] gunt, quod n[...] cet Alciato: [...] vide 2. *Paręrg.* [...] tamen Manu[...] Caſtrenſem & [...] uettam notat [...] ſingulares a[...] ad probandam [...] iecturam vol[...] defuncti, 11. [...] *iecturis vlti[...] voluntatum* [...] 18.

d Iuramen[...] ſtandi cauſa [...] catus.

e Teſtimoni[...] pto ſperfert [...] poteſt.

f vide *l. 57. ſ[...] l. 1.*

g non debet[...] lem errorem [...] Cuiacius in [...] 5. *in fi. ſ. de l.* [...] *Cuiac. 11. obſ.* [...]

h aliàs id [...] veriſimile [...] rem voluiſſe [...]

i Si teſtator [...] vxori quæ ei [...] videtur dote[m] linquere, *Bar[t.]*

k adde §. 5. [...] *legatis.*

l optionem [...] eſſe legitimum [...] 77. *inf. de re[g.]* [...] ait. Cuiacius [...] Fit enim ſole[nni]ter, vel exh[...] publicè famili[...] rebus legatis, [...] de præſente, [...] verbis, *l. 20. ſ[...]* teſtibus præſen[...] ſemel & purè, [...] dum Prætore [...] ad eam decern[...]

manere

manere *a* placet *b*: niſi *c* ex his dumtaxat eligere voluiſſet, cùm ſciret & alios eſſe.

5. *Africanus* ‖ lib. 5. *d* Quæſtionum. ‖

NEc ſolum ſi fraude heredis, ſed etiam ſi alia qualibet cauſa id euenerit.

De tempore præſtituendo ad eligendum.

6. *Pomponius* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

MAncipiorum electio legata eſt, ne venditio quandòque eligente legatario interpelletur, decernere *e* debet prætor, niſi intra tempus *f* ab ipſo præfinitum elegiſſet, actionem legatorum ei non competere.

¶ Quid ergo ſi die prçterito, ſed antequam *g* venderet heres, vindicare legatarius velit? quia non eſt damnum ſubiturus heres; propter quod decernere prætor id ſolet. & quid ſi die præterito, quem finierit prętor, heres aliquos ex ſeruis, vel omnes manumiſerit? nonne prętor eorum tuebitur libertatem? ergo totiens actio deneganda non eſt, ſi omnia in *h* integro ſint.

¶ Idem eſt & ſi pignori aliquos ex his ſeruis heres dederit poſt diem, vel vendiderit.

7. *Paulus* ‖ lib. 10. Quæſtionum. ‖

IMò & ſi quoſdam ſeruos diſtraxit, quoſdam retinuit, non eſt audiendus legatarius, ſi velit optare ex retentis ab herede, cùm iam iam diſpoſuerit *i* familiam heres.

1. De rerum numero. 2. De collegatariis. 3. De rebus depoſitis.

8. *Pomponius* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

SI tibi electio ſerui, & mihi reliqui legati ſunt, decernendum *k* eſt à prætore, niſi intra certum tempus optaueris, petitionem tibi non *l* datu iri.

1 ¶ Si ex quatuor viriolis *m* duæ, quas elegiſſem, mihi legatæ ſint: ſiue *n* duæ ſolæ relictæ ſint, ſiue ab initio duę ſolę fuerint, valet legatum.

2 ¶ Vnius hominis mihi & tibi optio data eſt, cum ego optaſſem, ſi non mutaſſem voluntatem, deinde tu eundem optaueris, vtriuſque noſtrum ſeruum futurum. quòd ſi antè deceſſiſſem, vel furioſus factus eſſem, non futurum communem. quia * non videor *o* conſentire, qui ſentire *p* non poſſum *q*. humanius autem erit vt & in hoc caſu, quaſi ſemel electione facta, fiat communis.

3 ¶ Si rerum depoſitarum electio mihi relicta ſit, & ad exhibendum cum eo, apud quem depoſitæ ſint, agere potero: & cum herede agere vt *r* depoſiti agendo, facultatem mihi eligendi pręſtet.

De conditione, alternatione. 2. De libertate purè, vel ſub conditione relicta.

9. *Iulianus* ‖ lib. 32. Digeſtorum. ‖

CVm ita legatur: *Titio Stichum do lego ſi Pamphilum non elegerit*: ſimile eſt, atque ſi ita legatum fuiſſet: *Titio Stichum, aut Pamphilum, vtrum eorum volet, do lego.*

1 ¶ Quęſitum eſt ſi Stichus ſub conditione *ſ* liber eſſe iuſſus ſit, & mihi optio ſerui data eſſet, vel ſeruus generaliter legatus eſſet: quid iuris eſſet? Dixi, commodiùs conſtitui, eum, qui ſub conditione libertatem Sticho det, & optionem ſeruorum non cogitare de Sticho: ſicuti conſtat non cogitare eum de eo, cui prçſentem libertatem dederit. ſecundùm quod ſi Stichum optauero vel elegero, nihil agam: & ex cæteris nihilominus optabo.

2 ¶ In eodem caſu quęſitum eſt, ſi optione ſeruorum data, antequam optarem conditio ſtatutæ libertatis defeciſſet, an Stichum optare poſſim? Puto Mucianæ ſententiæ adſentiendum: qua placet, ipſa libertate legatum perimi, non datione ſtatutę *u* libertatis: quare ſiue viuo teſtatore, ſiue poſt mortem ‖ & ‖ ante aditam hereditatem conditio ſtatutæ libertatis defecerit: legatum erit vtile. nam ſicut pura *u* libertas, ita ſtatuta *x* libertas, aditę hereditatis tempore vires accipit. ideo‖que ‖ Stichum optare poſſum.

De manumiſſione legatarij.

10 *Idem* ‖ lib. 34. Digeſtorum. ‖

SI Pamphilo ſeruo Lucij Titij ſeruus generaliter legatus ſit, deinde Dominus Pamphili, poſtquam dies legati ceſſerit *y*, eum manumiſiſſet: ſi quidem Titius ſeruum vindicauerit: extinguitur Pamphili legatum: quia non eſſet in hereditate, qui poſſit optari. ſi verò *z* Titius legatum à ſe repudiaſſet: Pamphilum optare poſſe legatum conſtat. licèt enim manumiſſione Pamphili duæ *a* perſonæ conſtituerentur, Titij, & Pamphili: vnius tamen rei legatum inter eas vertitur: & Titio vindicante, optio extinguitur: repudiante *a*, Pamphilus optare poteſt.

Si ſeruo legato, vel ſeruo communi legetur.

11. *Idem* ‖ lib. 36. Digeſtorum. ‖

SI Eros Seio legatus ſit, & Eroti *b* fundus, deinde optio ſerui Mæuio data fuerit, iſque Erotem optauerit, fundus *c* ad ſolum *d* Seium pertinebit: quoniam aditæ hereditatis tempore is ſolus erit, ad quem poſſet legatum pertinere. Nam & cum ſeruo communi alter ex ſociis legat, idcirco ad ſolum ſocium, totum legatum pertinet: quoniam die legati cedente ſolus eſt, cui per eum ſeruum poſſit adquirere.

De electione data heredibus.

12. *Idem* ‖ lib. 1. ex Minicio. ‖

SEruo generaliter legato: verius eſt, omnes heredes, ſi eis electio data eſt, eundem *e* dare debere. ſi non conſentiant heredes, ex teſtamento eos teneri.

Si ſeruo proprio legetur ſine libertate. 1. Si emptor hereditatis vt optetur, poſtulet.

13. *Paulus* ‖ lib. 8. ad Plautium. ‖

SI optio ſerui data mihi fuerit, & Sticho aliquid teſtator ſine *f* libertate legaſſet, tunc ſequens legatum conſiſtit, cùm tota familia ad vnum, id eſt, Stichum, reciderit: vt quaſi purè legato, vtiliter ſit legatum. Nec aduerſatur Catoniana *g*, ſi voluntarius heres inſtitutus ſit: quia poteſt ante aditam hereditatem etiamſi ſtatim deceſſerit, familia minui. Quòd ſi neceſſarius heres inſtitutus ſit, ſequens legatum propter Catonianam inutile eſt.

1 ¶ Pomponius ſcribit, emptore hereditatis poſtulante, vt is, cui ſerui optio legata ſit, optet: videndum eſſe, an prætor, vt id faciat, cogere debeat legatarium, quemadmodum ſi heres inſtitutus id poſtularet: quia poteſt per heredem id emptor conſequi. & quare non poſſit, non video.

De manumiſſione.

14. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex Caſſio. ‖

SI cum optio ſerui ex vniuerſa familia legata eſſet, heres aliquem, prius *h* quàm optaretur, manumiſit, ad libertatem eum interim non *i* perducit: ſeruum tamen, quem ita manumiſerit, amittit: quia is aut electus, legato cedit, aut relictus, tunc liber oſtenditur.

Si ſeruo proprio legetur ſine libertate.

15 *Idem* ‖ lib. 2. Epiſtolarum. ‖

SEruo ſine libertate legaui *k*, deinde optionem ſeruorum Męuio dedi. is eundem ſeruum optauit. quęro, an id quoque, quod legatum eſt ei deberetur? Reſpondit: Non puto legatum huius ſerui nomine ad dominum pertinere.

Quando optatur.

16. *Terentius Clemens* ‖ lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

OPtione legata placet non poſſe ante aditam *l* hereditatem optari: & nihil agi ſi optaretur.

De electione omiſſa.

17. *Idem* ‖ lib. 17. ad legem Iuliam & Papiam ‖

CVm optio duorum ſeruorum Titio data ſit, reliqui *m* Mæuio legati ſint, ceſſante primo in electione *, reliquorum appellatione omnes *n* ad Mæuium pertinent.

De legato generali.

18. *Scæuola* ‖ lib. 13. Quęſtionum. ‖

HOmine legato, Neratius ait, nihil agi repudiato Pamphilo. itaque eum ipſum eligi poſſe *o*.

Si moriatur legatarius antequam eligat.

19. *Paulus* ‖ lib. 2. Sententiarum. ‖

I*Llud aut illud vtrum elegerit legatarius*, nullo à legatario electo, decedente eo poſt diem legati cedentem, ad heredem tranſmitti *p* placuit *q*.

Si legatarius ſemel elegerit.

20. *Labeo* ‖ lib. 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum. ‖

APud Aufidium lib. 1. reſcriptum eſt, cum ita legatum eſt, *Veſtimenta, quæ volet, triclinaria r ſumito ſ, ſibique habeto*: ſi is dixiſſet, quæ vellet: deinde, antequam ea ſumeret alia ſe velle dixiſſet, mutare voluntatem eum non *t* poſſe *u*, vt alia ſumeret: quia omne ius legati prima teſtatione *x*, qua ſumere ſe dixiſſet, conſumpſit: quoniam res continuo *y* eius fit, ſimul ac ſi dixerit eam ſumere.

De legato cùm nupſerit.

21. *Scæuola* ‖ lib. 2. Digeſtorum. ‖

FIlium & vxorem heredes ſcripſit, filiam exheredauit, & ei legatum dedit, cùm in familia nuberet, centum, ‖ & cùm in familia nupſerit, ‖ his verbis, *Inſuper arbitratu Semproniæ matris eius mancipia decem: quæ confeſtim poſt aditam hereditatem meam à Sempronia vxore mea eligi volo. Quæ mancipia cum in familiam nupſerit, dari volo. Et ſi antequam nupſerit, aliquod ex mancipiis deceſſerit, tunc in locum eius arbitratu Semproniæ matris eius dari volo, dum ad eam plenus numerus perueniat. Quòd ſi Sempronia mater eius non elegerit, tunc ipſa ſibi quæ volet, eligat.* quæſitum eſt *y* cùm mater elege

a l. 9. §. 1. ſuprà de dolo.
b vt poſtea voluntatem mutare poſſit: alias non poteſt, l. 20. J. eod.
c renunciaſſe tunc iuri ſuo intelligitur.
d vide Cuiac. 5. ad Afric.
e l. 8. J. eod.
f hinc colligit Hotomanus 32. Illuſtr. Optionem purè fieri ſolitam: ne alioqui heres ſemper incerto ſuſpenſoque ſit animo: ſemel fiebat, l. 20. J. eod. l. 5. ſup. de leg. 1. Seneca 24. controu. Non oportet tibi amplius optare, quam ſemel. Omnis nimia potentia ſaluberrimè breuitate conſtringitur ſine iuſſu patris, nec ante aditam hereditatem, l. 10. ſ. de l. 1. l. 25. J. de liberali: exhibitio quoque vniuerſa rerum optandarum fiebat, l. 3. §. 6. ſup. de exhib l. 80. §. 3. J. de furtis. v. Cuiac. 5. ad Afric.
g adde l. 7. ſup. de in integrum.
h l. 8. ſupr. de iure deliber. l. vlt. C. de repud. hered.
i quomodo alios alienando, pignorando, manumittendo, retinendo.
k l. 6. ſuprà eod.
l l. 28. J. de verb ſign.
m viriolæ quid, dixi ad l. 14. ſ. de contrah. empt. adde l. vlt. J. de auro.
n Falſa demonſtratio, legatum optionis non vitiat.
o naturaliter vel fictè. ad id enim ſe porrigit legis fictio, ad quod ius naturæ porrigitur.
p l. 33. in fin. C de inoff. Conſentire non intelligitur, qui ſentire non poteſt.
q Imo poſſum, l. 2. in fin. ſ. ſoluto.
r Exhibitio vt fiat, agi ad exhibendum, ex teſtamento poteſt, Bart.
ſ Optio cui data eſt, ſeruum purè vel ſub conditione manumiſſum eligere non poteſt, Bart.
t ſtatu libertatis, Hal. adde l. 81. in fin. ſupr. de l. 1.
u l. 81. §. 9. ſup. de l. 1.
x Statuta libertas puræ opponitur.
y à die mortis ſcilicet, l. vnic. §. 5. C. de caduc.
z Senſus eſt: Ius electionis relictum ſeruo, competit eius domino poſt manumiſſionem, ſi vult; ſi non vult, ipſi ſeruo manumiſſo, Bart.

a Heredes quibus data eſt optio, conſentire debent.
b id eſt, ſeruo legato.
c id eſt, res legata ſeruo legato.
d non ad Mæuium, & ita legatum factum ſeruo legato, ad legatarium optionis non pertinet, Bart.
e l. 107. §. 1. ſ. de l. 1.
f v. l. 88. J. de cond. & dem.
g regula ſcilicet, l. 3. J. qui & à quib. manum.
h Seruus manumiſſus ab herede, ante electionẽ fruſtra manumittitur, quoad perſonam eligere debentis: vtiliter manumittitur, quoad perſonam manumittentis.
i Gur. quia plenum dominium ſerui legati nõ habet. adde l. 11. J. de manum.
k huiuſmodi legatum eſt inutile, l. 4. C. de legat.
l l. 10. in fin. ſ. de legat. 1.
m v. l. 160. J. de verb. ſign.
n l. 99. ſuprà de l. 3.
o imo, non poteſt eligi, l. 27. §. 7. ſup. de pactis.
p olim non tranſmittebatur, §. 23. Inſt. de legat.
q v. l. 12. J. quando dies legatorum.
r Triclinaria veſtimenta, quibus in tricliniis vtebantur.
ſ Vindicationis hoc legatum eſt.
t Imo poteſt, vide Accurſ. ad l. 21. in fin. littera h, ſ. de act. empt. l. vnum familia. 67. ſuprà de legat. 2.
u ſemel enim fit, v. quæ notaui ad l. 6. ſupr. eod. adde l. 4. l. 84. §. 68. ſup. de leg. 1. l. 11. in fin. l. 33. in fin. ſuprà de leg. 2. l. 8. C. de inofficioſo, l. 17. C. de teſtib. l. 4. §. 2. ſ. de lege commiſſoria, v. Dynum ad cap. 21. de regulis in 6.
x optionem legari certis verbis fieri ſolitam: hinc Hotomanus colligit 32. Illuſt. adde Vlp. 24. §. 14.
y an ſine traditione?

a Manumiſſione vel emancipatione ſeu ſolutione poteſtatis duæ aut plures perſonæ conſtitui dicuntur *hic*, vt & à Theophilo manumiſſione perſonas, hoc eſt, patrem à filio ſeparari, atque diſcernit: quæ alias poteſtatis iure ac modo, vnius perſonę loco iure ciuili habentur. Ideóque Ariſtoteles ſcribens filium patris quandam eſſe partem, adiecit rectè, πλὴν ὅσαν ἤδη λάβῃ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀξίαν καὶ χωρισθῇ ἀπ' αὐτοῦ, quod iure ciuili fit emancipatione vel manumiſſione, & vtroque genere duæ perſonæ quodammodo conſtituuntur.

ter *a* elegerit,an ea quæ ex his mancipiis ante nuptias adgnata ſunt ad puellam ſupra numerum decem mancipiorum pertineant? Reſpondit, cum mancipiorum legatum in tempus nuptiarum teſtator tranſtulit, id quod medio tempore ancillæ enixæ ſunt, ad filiam non *b* pertinere.

¶ Idem quæſiit, ante nuptias, eorundem mancipiorum fructus & vſus, an ad Semproniam matrem pertineant? Reſpondit, nihil proponi cur ad matrem pro ſolido pertineant.

Ex quibus rebus eligendum.

21. *Idem* ‖ lib. 17. Digeſtorum. ‖

MAritus vxori ſuæ codicillis per fideicommiſſum dedit prædia: item lances, quas elegerit, quatuor. quæſitum eſt, an ex his lancibus, quæ mortis *c* tempore ſint, eligere poſſit? Reſpondit, poſſe.

DE *d* TRITICO, VINO, VEL oleo legato.

TIT. VI.

De vino & aceto.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 20. ad Sabinum. ‖

VIno legato acetum quoque continetur, quod paterfamilias vini *e* numero habuit.

De penu & vino. 1. De optione legata.

2. *Pomponius* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

CVm alij penum, alij vinum legatum eſſet, excepto vino, omne penum ad alium legatarium pertinebit.

1 ¶ Si centum amphoræ, quas velles, tibi legatę ſint, ex teſtamento agendo conſequi potes, vt deguſtare *f* tibi liceat: aut quanti interfuerit licere tibi deguſtare, ad *g* exhibendum agere potes.

De vino & aceto. 1. De vino & vaſis.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 23. ad Sabinum. ‖

SI cui vinum ſit legatum centum amphorarum, cùm nullum vinum reliquiſſet, vinum heredem empturum, & præſtaturum, non *h* acetum, quod vini numero fuit.

1 ¶ Si vinum legatum ſit, videamus an cum vaſis debeatur? Et Celſus inquit *, vino legato, etiamſi non ſit legatum cum vaſis, vaſa quoque legata videri. non quia pars ſunt vini vaſa, quemadmodum emblemata *i* argenti ſcyphorum fortè, vel ſpeculi *k*, ſed quia credibile eſt, mentem teſtantis eam eſſe, vt voluerit acceſſioni eſſe vino amphoras: & ſic (inquit) loquimur habere nos amphoras mille, ad menſurā vini referentes.

¶ In doliis *l* non puto verum: vt, vino legato & dolia debeantur: maximè ſi depreſſa *m* in cella vinaria fuerint: aut ea ſunt, quæ *n* per magnitudinem difficilè *o* mouentur.

¶ In cuppis autem ſiue cuppulis puto admittendum & ea deberi: niſi pari modo immobiles in agro, veluti inſtrumentum agri, erant.

¶ Vino legato, vtres non debebuntur, nec culleos *p* quidem deberi dico.

De qualitate olei.

4. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

CVm certum pondus olei, non adiecta qualitate *q*, legatur, non *r* ſolet quæri, cuius generis oleo vti ſolitus fuerit teſtator, aut cuius generis ‖oleum‖ iſtius regionis homines in vſu habeant. *ſ* & ideo liberum *t* eſt heredi, cuius vellet generis oleum legatario ſoluere.

De quantitate vini quod in fundo natum eſt.

5. *Iulianus* ‖ lib. 15. Digeſtorum. ‖

CVm certus numerus amphorarum vini legatus, eſſet *u* ex eo quod in fundo Semproniano natum eſſet, & minus *x* natum eſſet, non *y* amplius deberi placuit: & quaſi taxationis vicem obtinere hæc verba, *Quod natum erit:*

De vino & vaſis: de ſeruis & peculio.

6. *Proculus* ‖ lib. 5. Epiſtolarum. ‖

CVi vinum heres dare damnatus eſt, quod in amphoris & cadis diffuſum *z* eſt, dari debet: etiamſi vaſorum mentio facta non eſt.

¶ Item quamuis cum vaſis, cadis, legatum eſt: tamen id quoque quod in doliis, legatum eſſe videtur.

¶ Sicuti ſi ſeruos omnes cum peculio cuiuſque eorum legaſſet, etiam eos, quibus peculij nihil eſſet, legaſſe videretur.

De quantitate non adiecta. 1. De pondere rei impoſſibilis.

7. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex poſterioribus Labeonis. ‖

QVidam heredem damnauerat dare vxori ſuæ vinum, oleum, frumentum, acetum, mella, ſalſamenta. Trebatius aiebat, ex ſingulis rebus non *a* amplius deberi, quàm quantum heres mulieri dare voluiſſet. quoniam non adiectum eſſet, quantum ex quaque re daretur. Ofilius, Caſcellius, Tubero, omne quantum paterfamilias reliquiſſet, legatum putant. Labeo id probat, idque verum eſt.

1 ¶ *Lucio Titio tritici modios centum, qui b ſinguli pondo centum pendeant, heres dato.* Ofilius, nihil legatum eſſe; quod & Labeo probat: quoniam eiuſmodi triticum in rerum natura *a* non eſſet: quod verum puto.

De mora legatarij.

8. *Pomponius* ‖ lib. 6. Epiſtolarum. ‖

SI heres damnatus ſit dare vinum quod in doliis eſſet, & per legatarium ſtetit, quo minus accipiat: periculosè heredem facturum, ſi id vinum effundat: ſed legatarium petentem vinum ab herede doli mali exceptione placuit ſummoueri, ſi non præſtet, id quod propter moram eius damnum paſſus ſit heres.

Vini appellatione quid contineatur. 1. De aceto legato. 2. De vino quod acuit. 3. De vino paterno, vel peculiari. 4. De vino veteri.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 23. ad Sabinum. ‖

SI *b* quis vinum legauerit, omne *c* continetur; quod ex vinea natum vinum permanſit.

¶ Sed ſi mulſum ſit factum, vini appellatione non continebitur proprie. niſi fortè paterfamiliàs etiam de hoc ſenſit.

¶ Certè zythum *d* quod in quibuſdam prouinciis ex tritico, vel ‖ex‖ hordeo, vel ‖ex‖ pane conficitur *e*, non continebitur.

¶ Simili modo nec camum *f*, nec ceruesia *g* continebitur, nec hydromeli *h*. Quid conditum? nec hoc puto, niſi alia mens teſtantis fuit. OEnomeli *i* planè, id eſt dulciſsimum vinum, continebitur *k*.

¶ Et paſſum *l*, niſi contraria ſit mens continebitur: Defrutum *m* non continebitur, quod potius conditura loco fuit.

¶ Acinaticium *n* planè vino continebitur.

¶ Cydoneum *o* & ſi qua *p* alia ſunt quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur.

¶ Item acetum vini appellatione non continebitur.

¶ Hęc omnia ita demum vini nomine non continentur, ſi *q* modo vini numero à teſtatore non ſunt habita. alioquin Sabinus ſcribit, omnia *r* vini appellatione contineri, quæ vini numero paterfamilias habuit. Igitur & acetum, quod vini numero paterfamilias habuit & zythum, & camum, & cætera quæ pro hominum affectione atque vſu, vini numero habebuntur. Quòd ſi totum vinum, quod paterfamiliàs habuit, coacuit, non extinguitur legatum.

1 ¶ Si acetum quis legauerit, non continebitur legato acetū, quod vini numero teſtator habuit: embamma *ſ* autem continebitur: quia *t* aceti numero fuit.

2 ¶ Item ſi quis vinum, quod habuit, legauit: deinde ‖hoc‖ coacuit: licet poſtea in aceti locum tranſlatum ſit à patrefamiliàs, vino legato continebitur: quia id quod teſtamenti facti tempore vinum fuit, demonſtratum eſt. & eſt hoc verum, niſi *u* voluntas aduerſetur.

3 ¶ Vino autem paterno legato, id demum legatum videtur, quod teſtator vini numero habuit, non quod pater.

¶ Item ſi peculiare vinum legatum ſit, id continebitur, quod ſerui habuerunt. Cur tam diuersè? quòd paternum vinum iam cœpit vſus *x* ipſius teſtatoris eſſe ac peculiare in vſu ſeruorum remanſit.

4 ¶ Item ſi vinum vetus *y* ſit legatum.

10. *Hermogenianus* ‖ lib. 2. Iuris Epitomarum. ‖

EX vſu teſtatoris legatum æſtimabitur: id eſt, quot annorum vino pro vetere vtebatur, quod ſi non appareat.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 23. ad Sabinum. ‖

a Opt'onem ſerui per procuratorem, cui id mandatum ſit, fieri poſſe Hinc Hotomanus colligit 3. *Illuſtr.*
b *v l. 14. ſuprà de vſuris.*
c *l. 34. §. 1. ſ. de l. 3.*
d 44. *Eclog. 9.*
e *l. 9. verſ. hæc omnia & in fin. j. eod. l. 2. in fi. ſ. de optione.*
f de deguſtatione dixi ad *l. 3. j. de optione.*
g *l. 38. in fin. ſ. de iudiciis. l. 8. in fin. ſ. de optione.*
h Imò id acetum præſtabit, *l. 1. ſ. eod.*
i Emblemata ſunt pars ſcyphorum vel ſpeculi, de quibus *v. l. 7. §. 1. ſ. ad exhibendum, l. 17. j. de auro. Paul. 3. ſent. 6. §. 89.*
k σπέτλα vel σπέ. χλα 44. *Eclog. 9. c. 3.*
l *l. 14. l. 15. j. eod.*
m Dolia non debentur vino legato: non enim pars ſunt vini, maximè ſi depreſſa ſint: vinum igitur ſolum debetur, οὐ μὴν οἱ πίθοι καὶ μάλιστα οἱ κεχωσμένοι 44. *Eclog. 9. c. 3.*
n Immobilibus rebus adnumerantur quæ per magnitudinem difficilè mouentur.
o Difficilè, id eſt, ſine fractione.
p οὔτε ἀσκοί. *Ecl. ibid.*
q bonitate.
r *fortè legendum eſt, vt ex coniectura clariſsimi & doctiſſimi viri collegæ mei Iacobi Lectij, tunc quæri, & poſt,* nec ideo liberum eſt.
ſ *al.* nec ideo, *vt ſuprà.*
t *l. 52. ſ. mandati.*
u 44. *Synop. cap. 5. Har. 10. §. 39.*
x adde *l. 39. §. 1. ſ. de contr. empt.*
y Immo amplius, ac totum legatum debetur, *l. 12. in fi. j. de alim.*
z *l. 9. l. 15. j. eod.*
a Imo nil dari oportet, ſi quidem legatum indefinitum non valet, arg. *l. 94. j. de ver. obl.*
b Modij ſinguli tritici, centum pondo multi pendebant. ita triticum veteres non tantum modiatione explorabant, ſed appenſione ac pondere.

a *l. 108. §. 10.* [...] *de l. 1.*
b Cuiac. 24. [...] 39.
c Vinum eſt, [...] ex vinea natu[...] mulſum, zyth[...] camum, cere[...] hydromeli co[...] tum, œnomeli, [...] ſum, defrutum, [...] naticium, cyd[...] acetum? vide [...] legem.
d Zythum q[...] ſabaia Illyricis [...] *mianus* 29. [...] injuriosè co[...] labatur vt [...] rius, eſt aute[...] baia, ex hord[...] frumento in [...] rem conuerſu[...] perrimus in [...] co potus.
e vel ex pa[...] (ſiue panico) [...] citur, *Cuia*[...] enim zythum [...] pane. Idem [...] tum repre[...] legentem, fa[...] *obſer.* 30.
f nec curmi[...] ita legit D[...] des apud [...] *ibid.* Curmi[...] mum ideo [...] lora. *Cuiac.* [...] *Apitio* ſed [...] nymus Mer[...] 5. *Var.* 1. [...] mum eſſe [...] genus ex va[...] bus commi[...] inde ac ce[...] non abſimi[...] Baiæ potio[...] in Illirico [...] deo & frum[...] bat, *Amm*[...] his adde A[...] *prætermiſſ*[...]
g nec cereu[...] à Cerere di[...] frumento.
h Hydrome[...] ex aqua & [...] vetuſtate vi[...] rem adſen[...] Dioſcorides [...] 13 24. *Plin.*
i Oenome[...] ex vino & [...]
k Imo, [...] non conti[...] Mulſum eni[...] continebitur, *in princ. ſuprà eod.* Mulſum autem & œnomeli eadem ſunt D[...]ridi & Plinio, & Alciat. 9. *parerg.* 2. duplex genus œnomeli ſtatuit, *v. ibi*[...]
l *v. l. vlt. §. 1. j. eodem.*
m Defrutum á deferuendo. Idem de ſapa dicendum eſt, quæ à defruto [...]fert: niſi nomine & modo, & decoquendi menſura: defrutum muſtum e[...]ctum ad dimidium redactum deferuendo: ſapa, ad tertium. adde *l. quæſitum* [...] *cellarium* 9. *ſup. de fundo inſtructo.* de ſapa & defruto coquendis *v.* 12. [...] 10. & 20.
n Acinaticium ex vuarum acinis aqua maceratis fit, idem quod lora: ſed [...] id non placet Mercurali. 5. *Var.* 1. Ex Caſſiodoro *var.* 12. Probat protropos[...]dromi genus eſſe, Galeno ſæpius in vſu medicamentorum nominatum, quod [...]ret, indicat Plinius 14. *cap.* 9. fuiſſe inter dulcium genera: dulcia à vino [...]cta fuiſſe. ſed ille malè *hic.* legit Acinaticium vino non contineri. Galli[...] *deſpenſe.*
o Cydonem ex malis cotoneis: quod & cotoneum, Macrob. 7. *Saturnal.* [...] *ſcorid.* 3.
p vt piratica, & pomatica ex piris & pomis: aut etiam quæ ex ceraſis, fru[...] & ſorbis, *Virg. 3. Georgicon. & pocula læti Fermento atque acidis imitantur vi*[...]*bis*, Venetis Sorbole.
q *v. l. 1. ſup. eod.* r Vini appellatione ea omnia continentur, quæ vini nume[...]terfamilias habuit. adde *l. 2. in fin. ſup. tit. prox.*
ſ Embamma, *l. 9. in fin. ſup. de contrah. empt.* acetum factitium. τὸ ὄξος σκευ[...] quod & βάμμα. vide Cuiac. 2. *obſ.* 4. & 15. *obſer.* 27. *in fin.*
t nam ei magna aceti portio admiſcetur, & ita *l.* 12. *Columel.* 33. de emb[...]non bammate. Idem author 12. *cap.* 55. cuiuſdam ſinapis ad embammata [...] mentionem facit. v. Mercurial. 1. *var.* 14. Embamma, intinctus dicitur, *l. 9. in* [...] *ſuprà de contrah. empt.* ἐμβάπτειν enim eſt intingere. Dioſcoridis interp[...] oleo vſurpat Cuiac. 15. *obſer.* 27. *in fin.* bene pro aceto ὄξος σκευαστικόν.
u *l. 44. §. 2. in fin. ſup. de l. 1. l. 85. verſ ſic enim reſponſum eſt, ſup. de l. 3. l. 67.* [...] *ſuprà de leg.* 3.
x *al.* vſui.
y Vinum vetus ex vſu teſtatoris accipimus, *leg. 10. j. eod.* vſu deficiente, [...]tus dicimus quod eſt anni prioris, *leg. 11. leg. 11. j. eod.* vide Zaſius 2. *Re*[...]*ſorum* 14.

Vetus

Vetus *a* accipietur, quod *b* non eſt nouum : id eſt, & anni prioris *c* vinum appellatione veteris continebitur.

12. *Paulus* ‖ libro 4. ad Sabinum."

Nam aliter obſeruantibus quis finis, aut quod initium veteris vini ſumeretur *d*.

De quantitate vini, quod in fundo naſcetur.

13. *Vlpianus* " lib. 23. ad Sabinum.

Ex eo vino quod in illo fundo naſcetur, heres meus amphoras decem quotannis *e* in annos ſingulos dato. quo anno natum non *f* fuiſſet ex ſuperiore anno eius fundi eum numerum amphorarum heredem daturum, Sabinus exiſtimat, quę ſententia, ſi voluntas non aduerſetur, mihi quoque placet.

De vino & vaſis.

14. *Pomponius* " lib. 6. ad Sabinum."

Vino *g* legato, ea demum vaſa ſequuntur, quę *h* ita diffuſa ſunt, vt non ad perpetuum vſum "vaſa" reſeruarentur, veluti amphoræ & cadi.

15. *Proculus* " lib. 2. Epiſtolarum."

Vinum cum *i* vaſis legauit: negauit Trebatius, quod in doliis ſit, deberi. & ſenſum teſtatoris alium putat eſſe : verborum alium. ceterùm dolia in vaſis vinariis non eſſent *k*, ego, etſi dolia in vaſis vinariis non ſunt, tamen non concederem *l* Trebatio, vinum, quod in doliis eſſet, id eſt, quod in vaſis non eſſet, non eſſe legatum. *Illud verum eſſe puto, cui vinum *cum vaſis* legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffuſa ſeruamus, legatos eſſe *m*: vinum enim in amphoras & cados hac mente diffundimus, vt in his ſit: donec vſus cauſa probetur *n*: & ſcilicet id vendimus cum his amphoris & cadis. in dolia autem alia mente coniicimus: ſcilicet vt ex his poſtea vel in amphoras & cados diffundamus, vel ſine ipſis doliis veneat.

De dulcibus legatis.

16. *Idem* " lib. 3. ex Poſterioribus Labeonis."

Qui vinum Surrentinum in vrnalib. habebat diffuſum, is tibi vinum legauerat in *o* amphoris. omne illud quoque vinum quod in vrnalibus fuiſſet, legatum eſſe Labeo & Trebatius reſponderunt.

1 ¶ Cui dulcia *p* legata eſſent, ſi nihil aliud, teſtamento ſignificetur: omnia hæc eſſe legata, mulſum *q*, paſſum *r*, defrutum *ſ*, & ſimiles potiones *t*: item vuas *u*, ficos, palmas *x*, caricas *y*.

2 ¶ Quòd ſi ita eſſet legatum : *Vinum amphorarium, aminæum, Grecum, & dulcia omnia*: nihil inter dulcia, niſi quod potionis fuiſſet, legatum *z* putat Labeo ex collatione *a* vini amphorarij, quod non improbo.

DE INSTRVCTO *b* VEL INSTRVMENTO LEGATO.

TIT. VII.

De numero legatarij. 2. De alienatione fundi.

Paulus ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

Siue *c* cum inſtrumento fundus legatus eſt, ſiue inſtructus : duo legata intelliguntur.

1 ¶ Fundo cum inſtrumento legato, & alienato *d*, inſtrumentum non vindicabitur ex ſententia defuncti.

De prælegato. 1. De enthecis.

2. *Papinianus* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

Cum pater, pluribus filiis heredibus ſcriptis, duobus præceptionem bonorum auiæ pręter partes hereditarias dediſſet: pro partibus coheredum viriles habituros legatarios placuit.

1 ¶ Dotes *a* prædiorum, quę Græco vocabulo ἐνθῆκαι *b* appellantur, cùm non inſtructa legantur, legatario non præſtantur.

Si is, cui fundus inſtructus legatus eſt, rogetur fundum reſtituere. 1. De ſeruis inutiliter manumiſſis.

3. *Idem* ‖ libro 8. Reſponſorum. ‖

Fundum, inſtructum libertis patronus teſtamento legauit, poſtea codicillis petit, vt morientes partes ſuas fundi ſuperſtitibus reſtituerent, nec *c* inſtructi mentionem habuit, talem *c* in cauſam fideicommiſſi deductum videri placuit, qualis fuerat legatus : ſed *d* medij temporis augmenta *e* fœtuum & partuum, item detrimenta *f* fatalium fideicommiſſo contineri *g*.

1 ¶ Minor viginti annis inſtructa prædia conſobrinę ſuæ dari voluit, & quoſdam ſeruos prędiorum viuus manumiſit. non idcirco ſerui manumiſſi præſtabuntur, quod ad libertatem peruenire non poſſunt.

¶ Idem iuris eſt, cùm ex quauis alia cauſa libertas non competit.

De bobus.

4. *Iauolenus* " libro 2. ex Poſterioribus Labeonis. "

Cum quidam duos fundos iunctos haberet, & ex altero boues cum opus feciſſent, in alterum reuerterentur: vtrumque fundum *cum inſtrumento* legauerat, Labeo "Trebatius" boues *h* ei *i* fundo ceſſuros putant vbi opus feciſſent, non *k* vbi manere conſueuiſſent. Caſcellius contra. Labeonis ſententiam prob o *l*.

De fundo cum inſtrumento, vel fundo & inſtrumento, vel fundo inſtructo legato.

5. *Labeo* " lib. primo Pithanon à Paulo Epitomatorum."

Si *m* cui fundum & inſtrumentum eius legare vis, nihil intereſt, quomodo leges: *Fundum cum inſtrumento*: an *Fundum & inſtrumentum* : an *Fundum inſtructum*. *Paulus*. Immò contra *n*. nam inter ea legata hoc intereſt, quòd ſi fundo alienato *o* mortuus fuerit qui ita legauit, ex hac ſcriptura, *Fundum cum inſtrumento*, nihil *p* erit legatum: ex cæteris *q* poterit inſtrumentum eſſe legatum.

De debitore condemnato qui ſatis non fecit.

6. *Scæuola* ‖ lib. 16. Digeſtorum. ‖

Nepoti legauerat, quę certa regione prædia habuerat, vt inſtructa ſunt, cum vino, grano, calendario *r*. & adiecerat hęc verba: *Quidquid erit, cùm moriar, in illa regione, & quidquid in quacunque ſpecie erit in illa regione, vel quod meum ſ erit.* viua teſtatrice vnus ex debitoribus condemnatus, viuente teſtatrice ſatis non fecit. quæſitum eſt, an quod ex ſententia iudicis deberetur, ad nepotem pertineret ? Reſpondit, nihil proponi cur non deberetur.

De mutatione voluntatis.

7. *Idem* ‖ libro 22. Digeſtorum. ‖

Tabernam *ſ* cum cęnaculo Pardulæ manumiſſo teſtamento legauerat cum mercibus & inſtrumentis & ſupellectili quæ ibi eſſet. item horreum *t* vinarium cum vino & vaſis, & inſtrumento, & inſtitoribus, quos ſecum habere conſueuerat. quęſitum eſt, "&" cum viuo teſtatore inſula, in qua cœnaculum fuit, quod ei legatum erat, exuſta ſit, & poſt biennium eodem *u* loco conſtituta noua: & horreum, quod eidem legatum erat à teſtatore venierit *x*, vini autem venditio dilata ſit, vt ex eo commoda venirent, an vniuerſa legata Pardula conſequi poſſit? reſpondit, ea in quibus voluntas mutata eſſet, non deberi.

De inſtrumento fundi.

8. *Vlpianus* " lib. 20. ad Sabinum. "

In *y* inſtrumento fundi *z* ea eſſe, quæ fructus quærendi, cogendi, conſeruandi gratia parata ſunt, Sabi-

a de vino tradit hæc Gellius 13. *Noctium vlt.* Vinum nouum refrigerat. Vetus calefacit: medium, eſt prandium caninum: id eſt, pro vino non habendũ : ſi quidem canis vino non vtitur : nigrum, vires: album, vrinam: medium ſeu giluum ac κίῤῥον, πέψιν efficit. Nouũ menſe Nouembri militib. dari moris erat : veteris enim difficilis erat erogatio *l. 10. Cod. de erog. militaris annonæ.*

b Definitio ſumpta à remotione contrarij.

c è contrario, nouum eſt quo nullum eſt recentius. *v. Zaſ. 1. Reſp. 4.*

d atque ita malè *Bart. in l. 2. ſupr. de reb. cred* definit vinum illud vetus eſſe, ſi vltra annum ſeruari non poſſit, ſimul ac clarum eſſe cœpit.

e quotannis, & annos ſingulos non differunt.

f *l. 17. in fin. ſ. de annuis legatis.*

g 1. *Harm. 10. §. 37.*

h Fortè legendũ *in qua vina ita diffuſa.* Nam vina diffuſa aptè dicimus, at non vaſa diffuſa.

i Vino cum vaſis legato, vinum quod in doliis ſit, legatum Trebatius negat : Proculus concedit, dolia quidem non eſſe in vaſis vinariis, ſed tamen vino cum vaſis legato, vinum quod in doliis fuerit, legatum intelligi. Interim fatetur vino *cum vaſis* legato, vinum quod in amphoris & cadis fuerit, legatum quoque: & alia mente vina diffundi in cados & amphoras, alia in dolia. k non erunt. Imò ſunt, *l. 206. j. de verb ſign.* l *al.* non concederent. m ſunt enim vaſa vinaria, & ad condendum vinum parata. Culei verò & vtres ad deferendum. Dolia verò ad perpetuum vſum cellæ deprimuntur, *v. Cuiac. 2. obſ. 36.* n *Fortè legendum*, promatur, *vel* prodigatur. o In amphoris vino legato id etiam vinum debetur quod in vrnalibus ſit.

p Dulcium legato quid comprehendatur, *v. Paul. 3. ſent. 6. §. 77. Plautus in Pſeudolo.* Quid ſi opus fiet vt dulce promat indidem: ec quid habet ? murrinam, paſſum, defrutum, melinam, *Cuiac. ib.* Murrina quid eſt ? Num vinum ex baccis myrrhi factum : vt vult Iulius Scaliger *in 6. Theophra. de cauſis plantarum 38.* Num vinum, aut altera potio odoribus condita, ἀπὸ τοῦ μύρου vt vult Iunius ? Certè non eſt vinum lautiſſimum myrrhæ odore conditum, vt ait Plin. 14. *c.* 12. Mulieribus enim Romanis, myrrhina vti licuit. (Porrò de murrha adde illud Tibulli 3. Spirabat Tyria murrha: Virgilius: Crines vibrabat ferro murrhaque madentes *Hor. 3. Carm.* 14 murrheum nodo cohibere crimen) vino non æquè 10. *Gell.* 23. Eam nectar verterunt Græci : mulieres ipſæ, muriolam *Feſtus*. Deinde murrinam inter dulcia refert Plautus, Myrrha verò eſt amara. Huiuſmodi vinum myrrhatum Iudæi Chriſto crucifixo obtulerunt. Rectè Mercurialis 5. *variar.* 1. ait ſolum myrrhinę nomen remanſiſſe: conſtare tamen dulcib. myrrhinam adnumerari, eſſeque potionis mixtæ genus. q Mulſum *v l. 9. ſ. eod.* r Paſſum vinum, *l. 9. ſ. eod.* quod ex vuis paſſis conficitur. Paſſa vua, quæ in ſole paſſa eſt aduri. *Varro.*

ſ Defrutum quid, dixi, *l. 9. ſ. eod. & l. 12. §. 10. j. de inſtructo.* t ſapam addit Paulus *ib. v. d. §. 10.* u Paſſas ſc. & dulce vinum, *Paul. ib.* x Palmas hic accipe pro fructu ipſo, non pro arbore. Porrò de palma arbore, hoc ſingulare eſt eam ponderi non cedere, ſed reniti 3. *Gell. 6. Plut. Naturalium c. 32.* vnde ſignum victoriæ, palma cuius magnæ glandes Nicolai dicebantur, *v. Plut. ſympoſiac. 4.* palmarium, munus victoriæ *l. 1. §. ſi cui cautum, j. de variis & extr. cognit.* y Caricæ etiam poſſunt numerari inter poma, *l. 205. j. de verb. ſig.* Porrò caricæ, ſiue cariotæ palmarum fructus Caricas cum aſſe Ianuariis Calendis pauperes & clientes offerebant patronis. Martialis in *Xeniis*. Aurea porrigitur Iani Cariota Calendis, ſed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet. *Idem alibi de phiala Ruffi.* Hoc linitur ſputo Iani cariota Calendis, Quam fert cum paruo ſordidus aſſe cliens. Mel quoque oblatum refert Ouidius 2. *Faſtorum* ibi. Quid vult palma ſibi rugoſaque carica dixi, Et data ſub niueo candida melia Cado. Cætera vide ib. z Generalia reſtringuuntur ad caſus ſuperius expreſſos. a v. quæ notaui ad *l. 1 in f. j de rebus dubiis, l. 91. §. 3. ſ. de leg. 3.* b περὶ παρασκευῆς καὶ ἐξ ὁπλισμοῦ &c. 44. *Eclog. 10.*

c vide *Cuiac.* 7. *obſ.* 24.

d *l. 5, in fin. j. eodem.*

a *l. 20. §. 1. j. eod.* 52. §. 2. *j. de fideiuſſ. l. 1. C. ad l. Falc.*

b *l 34. §. 1. ſup. de legat. 2.* ἐνθῆκαι, i. ferramenta & inſtrumenta agri cauſa repoſita. *Hal. adde Nou. 128. c. 8. l. 9. de vſufructu.* Iſidorus rei copioſa ſubſtantia: aliàs, entheca pecuniam ſepoſitam à menſariis ſignificat apud Libanium & onus impoſitum naui. nam Auguſtinus *ad fratres in Heremo*, Euthecam nobis habere non licet, *v. Cuiac ad Nou.* 128. Quidquid enthecarum poſſederat *Sidonius, apud Turneb. 8. adu. 9.*

c *al.* ſed & medij.

d Vide Manticam *6. de coniect. vltim. voluntatum* 4.

e *l. 19. j. eo. l. 21. l. 24. §. 2. ſ. de legat. 1. l. 16. l. 50. in fi. ſ. de leg. 3. l. 19. §. 13. j. de auro.*

f adde *l. 24 §. 3. ſ. de legat. 1.*

g non contineri. ita legit Martinus apud Accurſium. Ita quoque emendat Antonius Faber 5. *coniectur. quem vide.*

h Boues aratorij pars inſtrumẽti fundi. dixi ad *Authentic. Agricola. C. quæ res pignori.*

i *l. 12. §. 14. j. eod. l. 35. §. 3. ſ. de hered. inſtit.*

k Conſuetudinem non ſemper ſequitur.

l Immò probandum non videtur. Nam duo faciunt pro Caſcellio. Vnum boue in eo fundo morari & in eum fundum reuerti ſolitos, ſeu conſuetudo. Alterum, quod veriſimile ſit in eodem fundo boues quoque opus feciſſe. ita veriſimile eſt, hic ita legendum eſſe : Labeo, Trebatius boues & fundo ceſſuros putant, vbi manere conſueuiſſent, non vbi opus feciſſent: Caſcellius contrà. Labeonis ſententiam probo. Idque eò magis amplectendum videtur, quòd idem Labeo ſimilis ea parte ſui ipſius ſit *in l. 39. §. 1. j. de auro, & argento.* m 2. *Harm.* 10. §. 40.

n Imò non contra §. 17. *in fin. inſt. de legatis.* Fundi inſtructi, quam fundi cum inſtrumento relicti legatum plenius eſt, 1. *l. 12. §. 28. j. eod.*

o *l. 1. in fin. ſupr. eod. §. 17. Inſt. de legatis.*

p Cur ? quia manifeſta eſt teſtatoris ſententia, *l. 1. in fin. ſup. eod.*

q *l. 16. ſupr. de vſu & habitatione.*

r adde *l. 64. ſup. de leg. 3.*

ſ *l. 23. infra eod.*

t Horrea in vrbe varia fuiſſe diſcimus ex Petri Victoris libello de regionibus vrbis Romæ. Et non tantùm frumentaria, ſed & vinaria, *vt hic. l. 12. §. 39. §. 40. l. 20. §. 8. j. eid. l. 2. C. de periculo*: vini apothecæ frequentius ea appellabantur, mercium, inſtrumentorum, pignorum, rerumq; omnium mobilium ac pretioſiſſimarum, *l. 3. §. 2. ſup. de officio pref. vigil. l. 6. ſup. de edendo: l. 19. §. 3. de iudiciis l. 74. ſupr. de contrah. empt. l. 55. ſupr. locati: l. 21. §. 6. j. de furtis.* vbi etiam quædam de horreis dixi) *l. 24. ſup. de legat. 3. l. 9. §. de pignoratitia act. l. 12. §. 39. §. 40. j. eo. l 32. §. 4. j. de auro: l. 30. §. 4. l. ad leg. Falcid. Apuleius 3. de Aſin.* Atque ita effracturæ periculo horrea ſæpè obnoxia, *l. 1. §. 3. ſupr. de off. praf. vigilum l. 55. ſup. locati: l. 1. l. 4. §. de locato.*

u *l. 65. in fin. ſupr. de legat. 1.*

x *l. 11. §. 12. ſ. legat. 3.*

y 44. *Synopſis. 10. c. 8.* 2. *Harm. 10. §. 41. Varro 4. de lingua num. 32.*

x *l. 24. §. 2. §. 4. ſ. [illegible] l. 16. §. vlt. l. 2. in fin. ſupra eod. l. [illegible] de verb. ſig.*

nus libris ad Vitellium euidenter enumerat.

¶ Quærendi *a*: veluti *b* homines, qui agrum colunt, & qui eos *c* exercent, præpoſitive ſunt his, quorum in numero ſunt vilici *d*, "&" monitores *e*: præterea boues domiti, & pecora ſtercorandi cauſa parata: vaſaque vtilia culturæ, quæ ſunt aratra, ligones, ſarculi *f*, falces putatoriæ, bidentes, & ſi qua ſimilia *g* dici poſſunt.

¶ Cogendi *h* quemadmodum torcularia, corbes *i*, falcéſque meſſoriæ, falces fænariæ *k*, quali *l* vindemiatorij, exceptoriique, in quibus vuæ comportantur.

¶ Conſeruandi *m*, quaſi dolia, licèt defoſſa non ſint, & cupæ *n*.

1 ¶ Quibuſdam in regionibus accedunt inſtrumento, ſi villa cultior *o* eſt, veluti *p* atrienſes *q*, ſcoparij *r*, ſi etiam viridiaria *ſ* ſint, "topiarij *t*:" ſi fundus ſaltus *u*, paſtionéſque habet, greges *x* pecorum, paſtores, ſaltuarij *y*.

9. *Paulus* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

DE grege ouium ita diſtinguendum eſt: vt ſi ideo comparatus ſit *z*, vt ex eo fructus caperetur, non debetur. ſi verò ideo quia non aliter ex ſaltu fructus percipi poterit, contra erit: quia per greges fructus ex ſaltu percipiantur.

10. *Vlpianus* ‖ libro 20. ad Sabinum. ‖

SI reditus *a* "etiam" ex melle conſtat, aluei *b*, apéſque continentur.

11. *Iauolenus* "libro 2. ex Caſſio."

EAdem ratio eſt in auibus, quæ in inſulis maritimis aluntur.

16. *De inſtrumento domus.* 17. *De fundo inſtructo,* 36. *De imaginibus.* 37 *De prediis inſtructis.* 39. *De horreis inſtructis.* 40. *De ſupellectili.* 41. *De fundo inſtructo.* 42. *De domo inſtructa.* 44. *De ſeruis, qui in fundo morantur, legatis.* 45. *De his quæ ſunt in domo.* 46. *De fundo, ita vt inſtructus eſt legato, & alia re adiecta.* 47. *De hortis inſtructis, & eo quod in hortis eſt, alij ſpecialiter legato.*

12. *Vlpianus* "libro 20. ad Sabinum."

QVæſitum eſt, an frumentum *c* quod cibariis cultorum paratum foret, inſtrumento cederet? Et plurimis non placet: quia conſumeretur. quippe * inſtrumentum *d* eſt apparatus rerum diutius manſurarum, ſine quibus exerceri nequiret poſſeſſio, ! accedit eò, quod cibaria, victus magis quàm colendi cauſa parentur. Sed * ego puto, & frumentum, & vinum ad cibaria paratum inſtrumento contineri *b*, "& ita Seruium reſpondiſſe auditores *e* eius referunt. Item nonnullis viſum eſt, frumentum, quod ſerendi *f* cauſa ſepoſitum eſt, inſtrumento contineri, puto, quia & inſtar culturæ eſſet: & ita conſumitur, vt ſemper reponeretur, ſed cauſa ſeminis nihil à cibariis differt.

1 ¶ Conſeruandi fructus cauſa, veluti granaria *g*, (quia in his fructus cuſtodiuntur) vrceos, capſellas in quibus fructus componuntur: ſed & ea, quæ exportandorum fructuum cauſa parantur, inſtrumenti eſſe conſtat: veluti iumenta *h*, & vehicula *i* & naues & cupæ & culei.

2 ¶ Alfenus autem, ſi quoſdam ex hominibus aliis legauerit, cæteros qui in fundo fuerunt, non contineri inſtrumento ait: quia nihil animalis inſtrumenti eſſe opinabatur: quod non eſt verum *k*: conſtat enim eos *l*, qui agri gratia ibi ſunt, inſtrumento contineri.

3 ¶ Quæritur, an ſeruus, qui quaſi colonus *m* in agro erat inſtrumento legato, contineatur? & Labeo & Pegaſus rectè negauerunt: quia non pro inſtrumento in fūdo fuerat, etiam ſi ſolitus fuerat, & familię imperare.

4 ¶ Saltuarium *x* autem Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum ſeruandorum gratia paratus ſit, eum non, qui finium cuſtodiendorum *o* cauſa ſed Neratius etiam hunc. & hoc iure vtimur, vt omnes ſaltuarij contineantur.

§ v. Paul. 3. ſen. 6. §. 35.

b Inſtrumenti fundi pars, homines ſeu ſerui. *Ariſtot.* 1. *Polit.* 3. ὁ δοῦλος κτήματι ἔμψυχοι, καὶ ὥσπερ ὄργανον πρὸ ὀργάνων πᾶς ὁ ὑπηρέτης. ſeruus res quædam poſſeſſio animata eſt & miniſter omnis veluti eſt inſtrumentum, inſtrumenta omnia antecedens.

c *ſub.* homines.

d Vilicus eſt is qui præponitur rationibus ruſticis, fructibus percipiendis, & vniuerſo operi ruſtico, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 37. *l.* 16. *infr. de inſ. de villici officiis. vide Catonem de re ruſtica. c.* 5. *&* 142.

e Monitores hic & Paulo 3. *ſent.* 6. §. 5. *Varroni* 4. *de lingua.* & Columellæ, qui ceſſatores operum in re ruſtica admonent: vt neceſſe non ſit cum Cotta legere, *vinitores*, monitores quoque Feſto dicebantur, qui hiſtriones in ſcena monebant, quales & oratoribus adfuiſſe teſtis Cicero *in Philippicis* Plinius in *Panegyrico.*

f ſarcula. *Hal.*

g vt ſalicta & arundineta, cæſa & pali, *l.* 12. §. 11. ȷ. *eo.*

h *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 36.

i Corbes, aluei falcéſque *Paul. d. loco.*

k moles oliuarias adiicit Paulus *d. loco.*

l *al.* quales.

m *l.* 2. *C. de verb. ſig. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 37.

n adiiciuntur hic à Paulo vehicula ruſtica, cibaria, piſtores, aſini, focariæ, ancillæ, quæ veſtimenta ruſticis faciunt, ſcoria & ſutor. Porro Cupæ: Synopſeos author, βοττις.

o Villam cultiorem faciebant atrienſes & ſcoparij: vt viridiaria, topiarij: ſaltus, paſtionéſque, ſaltuarij: greges pecorum, paſtores, de quibus hic.

p Atrienſis & ſcoparij operæ in eo erant, vt villa cuſtodita benè, & cultior etiā eſſet. q de Atrienſibus (qui & diætarij & diætarchæ) & ſcopariis *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 34. Atrienſis Gloſſis, διαιτάριος, διαιτάρχης. *Synopſis* 44. *tit.* 10. *c.* 8. μέσαυλα φυλάττων.

r μέσαυλα σαροῦντες. *Synop. d. loco.*

ſ *v. l.* 26. ȷ. *eod. l.* 60. *in fin.* ȷ. *de leg.* 3. Græcis ἀλσοφύλακες. *auctor Synopſeos ibid.* ſunt enim ἄλση, viridia ſeu viridiaria.

t Topiarij ſunt qui topiis id eſt, frumentis arbores aut herbas figurant in varias formas, *v. l.* 60. *in fin.* ȷ. *de leg.* 3.

u ἕλη καὶ βοσκαί. *Synopſ. Varro* 4. *de lingua n.* 4. Quos agros non colebant propter ſyluas aut id genus vbi poſcit paſci & poſſidebant, ab vſu ſuo ſaltus nominarunt. Hæc etiam τὰ ἄλσεα καὶ νομάς: Noſtri nemora. x *al.* gregéſque.

y *l.* 12. §. 4. ȷ. *eod. v. Paul.* 3 *ſent.* 6. §. 55. z adde *l.* 60. *in fin.* ȷ. *de leg.* 3. *l.* 2. *C. de verb ſign.* a adde *l.* 12. §. 12. ȷ. *eod.* b adde *Paul.* 3. *ſent.* 6. § 36. c de frumento repoſito ad mancipiorum exhibitionem adde *l.* 18. §. 9. ȷ. *eod.* * d *l.* 5. §. 13. ȷ. *de tributoria*: adde §. 16. ȷ. *eod.* e Auditores diſcipuli. *v.* §. 6. ȷ. *eo.* f adde *l.* 18. ȷ. *de act. empt.* g Granariis fructus cuſtodiuntur *d. l.* 18. §. 9. ȷ. *cod. Paul.* 2. *ſent.* 6. §. 35. h Puta aſinus *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 37. Aſinus machinarius §. 10. ȷ. *cod.* non tamen aſina molendaria *l.* 18. §. 2. ȷ. *eo. Paul.* 3. *ſent.* 6 §. 37. i *in fi. pr.* ȷ. *eo.* adde & cacabos: & patinas, vrceos, ſi modò teſtatoris vſui non repugnet, *l.* 18. §. 3. ȷ. *eo.* k hoc falſum eſt ȷ. *eod.* verum eſt autem animalia ſuppellectilis verbo non contineri *l.* 2. ȷ. *de ſupellectili.*

l *l.* 19. ȷ. *eo.* m de officio patrisfamiliâs erga colonos, *v.* 1. *Columell.* 7. n Saltuarij fructus ſeruabant & fines cuſtodiebant, *l.* 8. *in fi. ſup. eo. l.* 15. §. 2. *l.* 17. *in fi.* ȷ. *eo. l.* 60. *in fin.* ȷ. *de leonis.* 2. *Pau.* 3. *ſent.* 6. §. 35.

o v e cuſtodibus *l.* 15. §. *vlt. inf. eod.*

5 ¶ Trebatius amplius etiam piſtorem *a* & tonſorem *b* qui familiæ ruſticæ cauſa parati ſunt, putat contineri: item fabrum, qui villæ reficiendæ cauſa paratus ſit, & mulieres, quę panem coquant, quæque villam ſeruent: item molitores, ſi ad vſum ruſticum parati ſunt: item focariam *c*, & villicam *d*, ſi modò aliquo officio virum adiuuet: item lanificas *e* quæ familiam ruſticam veſtiunt, & quæ pulmentaria *f* ruſticis coquant.

6 ¶ Sed an inſtrumenti inſtrumentum legato inſtrumento continetur, quæritur. hæc enim, quæ ruſticorum cauſa parantur, lanificæ *g*, & lanæ & tonſores *h* & fullones, & focariæ *i* non agri ſunt inſtrumentum ſed inſtrumenti. puto igitur, etiam focariam contineri: ſed & lanificas, & cæteros: qui ſupra numerati ſunt. & ita Seruium reſpondiſſe auditores *k* eius referunt.

7 ¶ Vxores quoque, & infantes eorum, qui ſuprà enumerati ſunt, credendum eſt in eadem *l* villa agentes voluiſſe teſtatorem legato contineri: neque enim duram *l* ſeparationem iniunxiſſe credendus eſt.

8 ¶ Si aliqua parte anni in fundo paſcantur pecora, aliqua parte his pabulum conducitur, vel ſerui ſi aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedem *m* mittuntur: nihilo ‖ minùs ‖ inſtrumento continentur *n*.

9 ¶ Cellarium *o* quoque, " (id eſt" ideo præpoſitum vt rationes ſaluę ſint) item oſtiarium, mulionémque, inſtrumenti eſſe conſtat.

10 ¶ Et molas *p* & machinas, fœnum, ſtipulas, aſinum machinarium *q*, machinam frumentariam, vas æneum, in quo ſapa *r* coqueretur, & defrutum *ſ* fiat, & aqua ad bibendum, lauandámque familiam paratur, inſtrumenti eſſe *t*, & cribra, & plauſtra, quibus *u* ſtercus euehatur.

11 ¶ Ea verò, quæ ſolo continentur inſtrumenti fundi non eſſe Caſsius ſcribit, veluti arundineta, & ſalicta, antequam cæſa ſint *: quia fundus fundi inſtrumentum eſſe non poteſt *x*, ſed ſi cęſa *y* ſint, puto contineri: quia quærendo fructui deſeruiunt.

¶ Idem & in palis *z* erit dicendum.

12 ¶ Si in agro *venationes a* ſint, puto venatores *b* quoque, & veſtigatores *c*, & canes &c. quæ ad venationem ſunt neceſſaria, inſtrumento contineri: maximè ſi ager "&" ex hoc reditum habuit.

13 ¶ Et ſi ab *aucupio* reditus fuit, aucupes, & plagę, & huius rei inſtrumentum agri inſtrumento continebitur. nec mirum, cùm & aues *d* inſtrumento, exemplo apium *e*, contineri Sabinus & Caſsius putauerunt.

14 ¶ Si quis eodem inſtrumento in plurimis agris vtatur, cuius agri ſit inſtrumentum, quæritur. & ego arbitror, ſi quidem apparet voluntas patrisfamiliæ, cui *f* potius agro deſtinauerat, eius eſſe inſtrumentum: cęteri enim agri ab hoc agro veluti mutuantur: ſi non appareat, nullius inſtrumento cedet, neque enim pro parte diuidemus inſtrumentum.

15 ¶ Supellex, cæteráque, ſi qua in agro fuerunt, quo inſtructior eſſet paterfam. inſtrumento fundi non continentur *g*.

16 ¶ Si domus ſit inſtrumentum legatum, videndum quid contineatur. & Pegaſus ait, inſtrumentum domus id eſſe, quod tempeſtatis arcendæ aut incendij *h* cauſa paratur, non quod voluptatis gratia. itaque neque ſpecularia *i*, neque vela quæ frigoris cauſa vel vmbræ in domo ſunt, deberi *k*. Quæ ſententia Caſſij fuit, qui dicebat, inter inſtrumentum & ornamentum multum intereſſe. inſtrumenti enim ea eſſe, quæ ad tutelam domus pertinent, ornamenti quę ad voluptatem, ſicuti tabulas pictas.

17 ¶ Vela autem Cilicia *l* inſtrumenti eſſe *m* Caſſius, quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluuia laborent.

18 ¶ Acetum *n* quoque, quod extinguendi incendij cauſa paratur. item cetones, ſiphones *o*, perticę quoq;

a *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 37. *l.* 15. ȷ. *eo.*

b *de quo* §. 6. *infr.*

c *v.* §. 6. ȷ. *eod.*

d de officio villici *v. Caton.* 3. & 5. & 142. 1. *Colu.* 7.

e §. 5. ȷ. *eod. l.* ... *in fin.* ȷ. *eod.*

f *l.* 18. §. 3 ȷ. *eod.*

g §. 5. ȷ. *eod.*

h *d.* §. 5. ȷ. *eod.*

i *d.* §. 5. ȷ. *eo. l.* ... *eo. l.* 2. *C. de don* ... *virum, l.* 3. ... *cond. inſeri. Paul.* ... *ſent.* 6. §. 3. vbi ... dam legunt ... *riam.* Cæterùm ... *ria* eſt quæ ... colit, culinaria ... quas μαγείρ... dicimus, Hiero... mus focarias ... dit. *Turneb.* 8. ... 9. dicitur & ... rius, *l.* 1. §. 5. ... *te.* Eadem ... caſaria Feſto, ... ſæ cuſtos.

k Auditoris ... monium admi... *vt hic.* & hac ... lege *in pr.*

ſ contubern... 41. §. 1. ȷ. *de* ... *Paul.* 3. *ſent.* 6 ...

m *facit d.* §. ... ȷ. *de pignorib.*

n Imò non ... netur, *l.* 19. *in* ... *eod. Paul.* 3. *ſen.* ... 40.

o *Paul.* 3. ... §. 72. Cella... *Hal.*

p *l.* 25. *in fi.* ...

q i. molend... qui molit, & ... torquet: hinc ... chinaria ... *Auſonius* 7. ... piſtrinalia. ... chinis *Cic.* ... *con. v. Tur.* ... *verſ.* 9.

r faba *Hal.* ... eſt muſtum ... diam partem ... ctum *Varro* ... *Nonium.*

ſ Defrutum ... *v.* 12. *Columel.* ... de defruto ... ȷ. *de tritico.*

t Imo aſinus ... chinarius non ... ſtrumenti, *l.* 1 ... ȷ. *eod.*

u Varro 4. ... *gua.* Sirpea qu... geis ſirpatur, ... colligendo i... catur, in qua ...

aliúdve quid euehitur. x §. 23. ȷ. *eod.* tunc enim ea pars fundi ſunt, *l.* 44. ... *vind. l.* 17. ȷ. *de act. empt.*

y vtcunque non ſint cæſa vſufructuarij ſunt, cum quodam temperamento, ... *fin. ſup. de vſufr. l.* 17. *l.* 18. *ſupr. de act. empt.*

z *d. l.* 9. *d l.* 17.

a *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 61. b *l.* 99. §. 1. *ſupr. de leg.* 3. c *Varro* 4. *de lingua,* ... veſtigator à veſtigiis ferarum quas indagat, vt venator à venatu. Gloſſis veſtig... ἰχνευτής qui & iiſdem ſagax. d *l.* 11. ȷ. *eod.* e *l.* 10. *ſup. eod.*

f cuius potius agro. *Hal. l.* 4. ȷ. *eod.*

g inſtructi tamen continentur, §. 28. ȷ. *eod.*

h *Paul.* 3 *ſent.* 6. §. 56.

i *v.* §. 25. ȷ. *eod.*

k Imò debentur. §. 17. ȷ. *eod.* l *l.* 17. §. 4. *ſupr. de act. empt.* Vela Cilicia ... tegumenta aſpera ex pilis pecorum, quæ & ſegeſtra. *Procop,* 2. *ad bellum Perſ.* ... *dæ apud Cuiac.* 13. *obſ.* 13. Aſconius 1. *in Verrem*, interpretatur texta de pilis ... vſum nautarum & caſtrorum.

m Imò, non ſunt inſtrumentio §. 16. *ſup. eod.*

n Acetum ſolum ex omnibus humoribus creſcentem flammam violenter ... guit, dum per frigus ſuum calorem vincit elementi. 7. *Macrob. Saturn.* 6. adde ... §. 5. ȷ. *de penu.* Cui rei aptiſſimum eſt quod Luitprandus 3. *hiſtor.* 6. ait: Ignem ... cum nullo præterquam aceti liquore extingui. De vi aceti in vnionibus ſol... dis, dixi ad *l* 6. ȷ. *de auro.*

o Siphones inter inſtrumenta, incendiis extinguendis referuntur, *vt hic,* & ... *Plin. in epiſt ad Traianum de Nicomedenſium incendio.* Vaſa autem ait eſſe Iſidor... *vlt. c.* 6. quæ aquas ſuffiando fundunt. Meminit etiam ſiphonij *Colum.* ... *Sent.* 12. *quæſtio Natural.* Paſſim autem in ædibus fuiſſe ſiphones qui ſubterrane... mentibus aquam exprimerent, teſtis eſt Strabo *lib.* 15.

& ſca

& ſcalæ, & formiones, & ſpongias *a*, & amis *b*, & ſcopas *c* contineri plerique, & Pegaſus aiunt.

19 ¶ Tegulam *d* autem & tignum eius rei cauſa paratum, inſtrumento contineri, ſi ad huiuſmodi cauſa non habeat tigna parata, ad alios vſus non deſeruientia. Proinde & fulcimenta, ſi qua habebat huic rei neceſſaria, etiam ea inſtrumento domus continebuntur.

20 ¶ De velis, quæ in hypethris *e* extenduntur, item de his quæ ſunt circa columnas, Celſus ſcribit magis ſupellectili adnumeranda. & ita Sabinum & Caſſium putare.

21 ¶ Canales autem, & arpagones, & amas *f*, inſtrumento contineri conſtat.

22 ¶ Item perticæ, quibus araneæ detergantur: item ſpongiæ *g*, quibus columnæ, pauimenta, podia *h* extergantur *i*: ſcalæ, quæ ad lacunaria admoueantur, inſtrumenti ſunt, quia mundiorem domum reddunt.

23 ¶ Papinianus quoque lib. 7. Reſponſorum ait: Sigilla *k*, & ſtatuæ *l* adfixæ, *inſtrumento domus* non continentur, ſed domus portio *m* ſunt *n*. quæ verò non *o* ſunt adfixa, inſtrumento non continentur, inquit: ſupellectili enim adnumerantur. excepto horologio *p* æreo, quod non eſt adfixum. nam & hoc inſtrumento domus putat contineri, ſicut prothyrum *q* domus, ſi velamen eſt (inquit) inſtrumento domus continetur.

24 ¶ Fiſtulæ autem & canales & crateres, & ſi qua ſunt alia ad aquas ſalientes *r* neceſſaria, item ſerræ & claues *ſ*, magis domus portio quàm domus inſtrumentum ſunt.

25 ¶ Specularia *t* quoque adfixa, magis puto domus eſſe partem: nam & in emptione domus & ſpecularia & pegmata *u* cedere, ſiue in ædificio ſunt poſita, ſiue ad tempus detracta. Sed ſi non ſint repoſita, ad hoc tamen ſint, vt ſuppleantur, ſi qua deſint, inſtrumento potius continebuntur.

26 ¶ Cancellos *x* quoque inſtrumento contineri puto.

27 ¶ Sed ſi *fundus* non ſit cum *y* inſtrumento legatus, ſed *ita vt inſtructus ſit*, quæſitum eſt an plus contineatur, quàm ſi cum inſtrumento legatus eſſet? Et Sabinus ‖libris‖ ad Vitellium ſcribit, fatendum eſſe, *plus eſſe cùm inſtructus fundus legetur, quàm ſi cum inſtrumento: quam ſententiam quotidie increſcere & inualeſcere videmus. Quanto igitur hoc legatum vberius eſt, videndum eſt? Et Sabinus definit, & Caſſius apud Vitellium notat. Omnia quæ eo collocata ſunt, vt inſtructior eſſet paterfam. inſtructo (inquit) continebuntur, ‖id eſt quæ ibi habuit, vt inſtructior eſſet.‖ Hoc ergo legato non agri inſtrumentum, ſed *z* proprium ſuum inſtrumentum reliquiſſe videtur.

28 ¶ Proinde ſi *fundus* ſit *inſtructus* legatus, & ſupellex continebitur *a*, quæ illic fuit vſus ipſius gratia, & veſtis non ſolum ſtragula, ſed qua ibi vti ſolebat. menſæ quoque eboreæ *b*, vel ſi quæ aliæ, item vitrea *c*, & aurum, & argentum, vina *d* quoque, ſi qua ibi fuerint vſus ipſius cauſa continentur *e*, & ſi quid aliud vtenſilium *f*.

29 ¶ Sed ſi qua eo congeſſerat *g* non vſus ſui cauſa, ſed cuſtodiæ *h* gratia, non continebuntur. vina etiam, quæ in apothecis *i* ſunt, non cedent. & hoc iure vtimur, vt quæ ibi paterfamilias quaſi in horreo habuit, hæc non contineantur.

30 ¶ Celſus quoque lib. 19. Digeſtorum ſcribit, fructus ibi repoſitos, vt venirent *k*, vel in alium vſum, quàm fundi conuerterentur, inſtructo fundo non contineri.

31 ¶ Idem Celſus eodem libro ait, etiam ſupellecticarios *l*, & cæteros hoc genus ſeruos contineri, id eſt miniſteria, quibus inſtructus erat in eo fundo, extra ea, quæ libertatem acceperunt, & qui rure morari ſolebant.

32 ¶ Si inſtructum fundum legaſſet, ea pædagogia *m*, quæ ibi habebat, vt cùm ibi veniſſet, præſto eſſent in triclinio, legato continentur.

33 Contubernales *n* quoque ſeruorum, id eſt vxores, & natos inſtructo fundo contineri verum eſt.

34 ¶ *Inſtructo* autem *fundo*, & bibliothecam *o*, & libros qui *p* illic erant, vt quotiens veniſſet, vteretur, contineri conſtat. ſed *q* ſi quaſi apotheca *r* librorum vtebatur, contra erit dicendum.

35 ¶ Neratius quoque lib. 4. Epiſtolarum Rufino reſpondit, *inſtructo fundo* & ſupellectilem, & vina, & mancipia non ſolum ad cultum cuſtodiamve *ſ* villæ, ſed etiam quæ vt ipſi patrifam. in miniſterio ibi eſſent, legato cedere.

36 ¶ Imagines quoque hæ ſolę legatę videntur quę in aliquo ornatu villæ fuerunt.

a v. §. 22. j. eod.
b §. 21. j. eo. l. 3. §. 3. ſupr. de off. præf. vigil.
c ſcaphas, *Hal.* à ſcopis ſcoparij.
d *Paul. 3. ſent. 6.* §. 56.
e *l. 242. §. 2. j. de verb. ſign. §. 18. inf. eodem.*
f §. 18. ſ. eod.
g §. 18 *ſup. eo.*
h Podium quid *v. Cuiac. 13. obſ. 13.*
i effingantur, vide *Cuiac 3. obſer. 13.*
k ſigilla, ſigna habentia formã Deorum vel hominum.
l *l. 17. ſ. de actio. empt. l. 245. j. de verb. ſign.*
m *v. l. 242. infr. de verb. ſign.*
n Imo non ſunt, *l. 245. infr. de verb. ſign.*
o §. 11. *ſup. eo.*
p de horologio, adde *l. 41. §. 11. ſ. de leg. 1.*
q de prothyro, *l. 245. j. de verb. ſign. v. Cuiac. 14. obſ. 11.*
r *l. 13. ſupr. de act. empt. l. 79. infr. de verb. ſign.*
ſ *l. 17. ſup. de act. empt.*
t Specularia, §. 16. *ſup. eo. l. 15. §. 6. ſ. de vſuf. Pau. 3. ſent. 6.* (hinc ſpecularis lapis) integumenta ſunt ex ſpeculari lapide. Martial. Hybernis obiecta notis, ſpecularia puros Admittunt ſoles, & ſine face diem. Alij legunt, *ſpecula*.
u antepagmenta ſeu valuarum ornamenta affixa antis. *Turneb. 8. aduerſ. 9.* de pegmatis, v. *Cott. in voce Specularia.*
x *l. 41. §. 10. ſ. de leg. 1.*
y *l. 8. ſup. eo.*
z *l 16. ſupr. de vſu & habit.*
a inſtructo ſcilicet, *vt hic.* non inſtrumento, §. 15. ſ. eo.
b §. 43. j. eo.
c *Paul. 3. ſent. 6.* §. 67.
d §. 35. §. 39. j. eod.
e Imo non continẽtur, *v. l. 15. §. 1. j. eo.*
f *v. l. 12. j. de decur.*
g *l. 1. C. de ver. ſign. Paul. 3. ſen. 6. §. 39.*
h *v. l. 1. C. de ver. ſign.*
i Apotheca, eſt locus ad quaſcumque res recondendas idoneus.
k *l. 1. in fin. C. de ver. ſign.* non vt ibi abſumerentur, *Paul. 3. ſent. 6.* §. 42.
l Supellecticarij qui ſupellectilem curãt, *Turneb. 8. aduerſ. 9.*
m *l. 15. §. 16. j. de iniur.* id eſt puerorum cœtus. hinc pædagogianos Marcellinus *lib. 26.* vocat, quos *pagios* appellare ſolemus, *v. Turneb. 8. adu. 9. Senec. 12. ep. 123.* fit mentio pædagogi, *l. 13. j. de manum. vind.*
n Contubernales, id eſt vxores eorum ſeruorum qui operantur in fundo, inſtrumento cedunt: ne dura ſeparatio inducatur, *Paul. 2. ſent. 6. §. 38.* at non vxores eorum qui mercedem præſtare conſueuerunt *ibid. §. 40.* addit *l. 41. §. 2. ſuprà de leg. 3. & §. 7. ſup. eo.*
o *Paul. 3. ſent. 6. §. 5. l. 32. §. 7. ſuprà de leg. 3.*
p Bibliothecas etiam in fundis & prædiis veteres habuere.
q Bibliotheca & apotheca librorum differunt.
r *v. l. 42. §. 6. j. de fur.*
ſ §. [illegible] *ſup. eo. l. 5. §. vlt. j. eo.*

37 ¶ Papinianus quoque, *prædiis inſtructis* legatis, mancipia non contineri, quæ temporis cauſa illic fuerunt, ac non eo animo tranſtulit paterfamilias, vt aut fundi, aut ſuum inſtrumentum faceret.

38 ¶ Idem reſpondit, *prædiis inſtructis* legatis, actorem *a* ex his in prouinciam miſſum, vt ordinatis negotiis ad priſtinum actum rediret, legato prædiorum cedere, quamuis nondum redierit.

39 ¶ Idem reſpondit, *inſtructis hortis* legatis, etiam vina, quæ ibi fuerunt, quo domus eſſet inſtructior, contineri. aliud eſſe, ſi horrea *b* ibi habuit vnde inſtruebatur, vel in vrbe, vel in aliis prędiis.

40 ¶ Idem reſpondit, *domo* per fideicommiſſum relicta *cum ſupellectili* *c* Claudio Hieroniano *d*, clariſſimo viro ab Vmbrio Primo, & menſas, & cęteram ſupellectilem, quam in hortos *e* paterfam. in proconſulatum profecturus cõtulerat, vt tutiore loco eſſent, cõtineri.

41 ¶ Idem reſpondit theriacam *f* quoque, & cętera medicamenta quę ſeceſſus cauſa dominus ibi habuit, & veſtem propter ſeceſſum ibi depoſitam, inſtructo fundo legato ineſſe.

42 ¶ Idem reſpondit *domo ita g vt inſtructa eſt* cùm omni iure ſuo *legata*, vrbanam *h* familiam, item artifices, quorum operæ cęteris quoque prædiis exhibebantur, legato non contineri. hoſtiarij autem, (inquit) vel topiarij *i*, diætarij *k*, aquarij, domui tantum deſeruientes continebuntur: ſed quod de artificibus ait, falſum eſt, ſi eius domus cauſa parati ſunt, licet aliis quoque prędiis commodabantur.

43 ¶ Idem reſpondit, *domo inſtructa* legata, menſas eboreas *l*, & libros *m* non contineri. ſed ‖&‖ hoc falſum eſt. nam omne, quidquid in domo fuit, quo inſtructior † ibi eſſet paterfamilias, continebitur. ſupellectilem *n* autem patriſfamiliæ inſtrumentum eſſe, nemo dubitat. Denique Neratius lib. 4. Epiſtolarum Marcello fratri *o* ſuo reſpondit, & veſtem domus inſtructę legato contineri: maxime, inquit, in propoſita ſpecie, proponebatur enim, qui legauerat, argentum & rationes excepiſſe. nam qui hæc (inquit) excepit *p*, non poteſt non videri de cęteris rebus, quæ in ea eſſent, ſenſiſſe.

¶ Sed & ipſe Papinianus eodem libro Reſponſorum ait, patrem mercatorem ac fœneratorem, qui duos filios totidémque filias heredes inſtituerat, ita legaſſe: *Filiis maribus domum meam inſtructam do lego, darique iubeo*: merces & pignora an contineantur, quæri poſſe? Sed facilem iudici voluntatis coniecturam fore, cæteris patris facultatibus examinatis *q*.

44 ¶ Celſus ſcribit *ſeruis qui in fundo morarentur*, legatis, vicarios eorum non contineri, niſi appareat & de vicariis eum ſenſiſſe.

45 ¶ Papinianus quoque libro 7. Reſponſorum vxori, * cui vir *omnia quę in domo erant*, ab herede filia præſtari voluit, cautiones *r* debitorum emptionéſque ſeruorum, non *ſ* videri legatas reſpondit. niſi (inquit) ex alia parte, & de ſeruis eum cogitaſſe apparuerit. ſcilicet vt eorum ſeruorum ei legaſſe videatur emptiones, quos & ipſos voluit ad eam pertinere.

46 ¶ Si quis *fundum, ita vt inſtructus eſt*, legauerit, & adiecerit cum ſupellectili, vel mancipiis, vel vna aliqua re, quæ nominatim expreſſa non erat *t*, vtrùm minuit legatum adiiciendo *u* ſpeciem, an verò non quæritur, & Papinianus reſpondit, non *x* videri minutum, ſed potius ex abundanti adiectum.

47 ¶ Idem Papinianus libro 7. Reſponſorum ait, *Inſtructis hortis*, filio legatis, mater argẽtum muliebre filiæ legauerat. Reſpondit, etiam id argentum muliebre, quod in hortis habuit, vt ibi eſſet inſtructior, ad filiam pertinere.

De inſtrumento tabernæ cauponiæ, vel caupona.
1. *Vel balneario.*

13. *Paulus* libro 4. ad Sabinum.

TAbernæ cauponię *y* inſtrumento legato, etiam inſtitores contineri, Neratius exiſtimat, ſed videndum, ne inter inſtrumentum tabernæ cauponiæ, & inſtrumentum cauponæ, ſit diſcrimen, vt tabernæ non niſi loci inſtrumẽta ſint, vt dolia, vaſa, ancones *z*, calices, trullę *a*, quę circa cœnam *b* ſolent traiici,

a *l. 20. §. 3. j. eo.*
b *ſub.* vinaria. de quibus dixi ad *l. 7. ſ. eo.*
c ſupellectili ab Claudio Herminiano clariſſimo viro, Vmbrio Primo, *Cuiac. 1. obſ. 18.*
d Hieronymiano, *Hal.* Hermoniano *alij* ‖forte legendum eſt, Herminiano, Tertullianus *ad Scapulam*, Poſſumus, inquit, æquè & exitum quorundã præſidum tibi proponere, qui in fine vitæ ſuæ recordati ſũt deliquiſſe, quod vexaſſent Chriſtianos, Claudius Herminianus in Capadocia, cùm indignè ferens vxorem ſuam ad hanc ſectã tranſiiſſe Chriſtianos crudeliter tractaſſet: ſolúſque in Prætorio ſuo vaſtatus peſte, cum viuus vermibus ebulliſſet: Nemo ſciat, aiebat, ne gaudeant Chriſtiani, *v. Cuiac. 1. obſeru. 28.*
e in horrea *vulgata*: comprobata è Briſſonio *4. ſel. 18.* Monetur autẽ quod horrea cuſtodiæ cauſa fiebant, non horti dixi ad *l. 7. ſ. eod.*
f Theriaca eſt medicamentum aduerſus omnium animantium venena, 20. *Plin. 24.* ita dicitur ἀπὸ τῶν θηρίων, à venenatis beſtiis, ſiue quod ex carne viperina fiat, ſiue quod aduerſus venenata animalia proſit. Vt conficiatur, quas vires habeat, vide *Ælium 4. Tetrab. cap. 87. & ſeqq.* Paulum Æginetam *7. de re medica 11. v. Nicandrum. Forcatulum cap. 1. penus.*
g *Pau. 3. ſent. 6.* §. 58.
h *l. 60. §. 1. ſ. de leg. 3.*
i *l. 8. §. 1. l. 17. in fin. ſ. eo. l. 60. in fin. ſ. de leg. 3.* Topiarius dicitur à topiis, id eſt funiculis quibus frutices & arbuſculæ tonſiles in animalium aut rerum hiſtorias, luculenta varietate, aſſimilantur, religantur, torquentur, flectuntúrque: *v. Turn. 18. adu. 13.*
k Diætarij, v. quæ notaui de diæta ad *l. 55. §. 3. ſuprà de leg. 3.*
l Menſæ eboreæ, inſtructi fundi legato continentur §. 28. ſ. eo.
m quos illic habuit ſtudiorum cauſa. §. 34. ſ. eo.
† vel munitior vel tutior ab incendio. *Paul. 3. ſent. 6. §. 55.*
n *v. l. 1. j. de ſupellectile.*
o Dixi ad *l. vltim. C. de ſeruis Reipub.*
p Exceptio firmat regulam, *l. 4. in prin. j. de penu. l. 63. in fi. j. de cond. & dem.*
q vt ſi ſint exiguæ non cedant, *Accurſ.*
* r *l. 92. in fi. pr. ſ. de leg. 3.*
ſ Imo cedunt, *Paul. 3. ſent. 6. §. 59. l. 86. ſuprà de leg. 2.*
t vel quæ nominatim expreſſa erat: vel quæ nominatim expreſſerat. *Hotom. 3. obſ. 2. & 30.*
u Specierum enumeratione minuitur legatum generale: niſi ſpecies ex abundanti per errorem adiectæ ſint, *v. l. 9. infrà de ſupellect.*
x Imò modus videtur legato adiectus, *l. 9. j. de ſupellect.* Solue, *vt ibi.*
y *l. 15. in fin. l. 23. j. eo. Pau. ſent. 6. §. 61.*
z Ancones Calices inflexi, & angulum habentes inde enim nomen habent.
a trullæ, *l. 19. §. 9. j. de auro.* trullæ, *l. 36. j. de auro.* trulli Feſto *in Naſſiterna.* trullæ, *Pau. 3. ſent. 6. §. 86.* quæ & barriones, de trullis *v. Cuiac. 17. obſeru. 7.* in eis non tenebatur vinum, ſed fundebatur in pocula. Truam quoque appellat Nonius *cap. 1. in Trudus 68.* Ticinius Salina Cocus magnum ahenum quando feruit, paulla confutat trua. Trulleum *Varroni 4. de lingua.* quæ à culina in lanatrinam aquam fundunt. Ibidem mentio Trullei & vinariæ trullæ. Eſt & Feſto Dium & Trua id quo permouent coquentes exta *in Andruare & Antruare.*
b cœnum, *Hal.* ahenum, *Alciat. 7. pareg. 3.*

item vrnæ æreæ, & congiaria *a* ſextaria, & ſimilia: cauponæ autem, cum negociationis nomen ſit, etiam inſtitores *b*.

1 ¶ Inſtrumento balneario *c* legato, etiam balneatorem *d* contineri, Neratius reſpondit.

14. *Idem* ‖ libro 2. ad Vitellium. ‖

CEntinetur autem & fornicator *e*.

De factis paratíſque tabernarum exercendarum, inſtruendarum, piſtrini, cauponæ cauſa. 1. De domo inſtructa. 2. De fundo inſtructo, vel cum inſtrumento.

15. *Pomponius* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

SI ita teſtamento ſcriptum ſit, *quæ tabernarum f exercendarum inſtruendarum, piſtrini, cauponæ cauſa facta parataque ſunt, do lego.* ‖ his verbis Seruius reſpondit, & caballos *g*, qui in piſtrinis eſſent, & piſtores, & in cauponio inſtitores *h*, & focariam *i*, mercéſque, quę in his tabernis eſſent, legatas videri.

1 ¶ Domo inſtructa, reſponſum eſt, ſupellectilem legatam, non *k* etiam vina, quia domus vinis inſtructa intelligi non poteſt.

2 ¶ Mulier villę cuſtos *l* perpetua fundo, qui cum inſtrumento legatus eſſet, aut inſtructo continebitur, ſicuti ſaltuarius: par enim ratio eſt. nam deſiderant tam villę, quam agri cuſtodiam illic, ne quid vicini aut agri, aut fructuum occupent: ne quid cęterarum rerum, quę in villa continentur: villa autem ſine vlla dubitatione pars fundi habetur *m*.

De inſtrumento villæ. 1. Vel vineæ. 2. De fundo inſtructo.

16. *Alfenus* ‖ lib. 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum. ‖

VIllę *n* inſtrumento legato, ſupellectilem non *o* contineri verius eſt.

1 ¶ Vinea & inſtrumento eius legato inſtrumentum vineę nihil eſſe, Seruius reſpondit, qui eum conſulebat, Cornelium reſpondiſſe aiebat, palos, perticas, raſtros, ligones inſtrumenti vineę eſſe, quod verius eſt.

2 ¶ Quidam vxori fundum, vti *p* inſtructus eſſet, in quo ipſe habitabat, legauit. conſultus de mulieribus lanificis *q* an inſtrumento continerentur? Reſpondit, non quidem eſſe inſtrumenti fundi, ſed quoniam ipſe paterfamilias, qui legaſſet, in eo fundo habitaſſet, dubitare non oportere, quin & ancillæ, & cæterę res, quibus paterfamilias in eo fundo eſſet inſtructus, omnes legatæ viderentur.

De inſtrumento pictorio. 1. Piſcatorio. 2. Balneatorio, fundi, cauponiæ.

17. *Marcianus* ‖ libro 7. Inſtitutionum. ‖

ITem *pictoris r* inſtrumento legato, cerę, colores ſimiliáque horum legato cedunt. item peniculi *ſ* & cauteria *t*, & conchæ *u*.

1 ¶ Inſtrumento *piſcatorio* contineri Ariſto ait nauicellas *x*, quæ piſcium capiendorum cauſa comparatę ſunt. ſed & piſcatores contineri verius eſt *y*.

2 ¶ Inſtrumento *balneatorio z* legato, dictum eſt balneatorem *a* ſic inſtrumento contineri balneario, quomodo inſtrumento fundi ſaltuarium *b*, & topiarios *c*: & inſtrumento cauponio inſtitorem *d*, cùm balneę ſine balneatoribus vſum ſuum prębere non poſsint.

De inſtrumento lanionis. 1. De perſonis. 2. De inſtrumento fundi. 10. De inſtrumento medici. 11. De fundo inſtructo, & mancipiis nominatim legatis. 12. De fundo & his quæ ibi ſunt. 13. De villa ita vt teſtator poſſedit, cum quibuſdam ſpecialiter legatis. 14. De domo inſtructa.

18. *Paulus* ‖ libro 2. ad Vitellium. ‖

CVm de lanionis inſtrumento quęritur, ſemota carne menſas, pondera *e*, ferramentáque laniandæ carnis cauſa pręparata, item trutinas *f*, cultros, dolabras inſtrumento relinquimus.

1 ¶ Inſtrumento legato, aliquando etiam perſonas legantium neceſſe eſt inſpici, vt ecce, piſtorio inſtrumento legato, ita ipſi piſtores ineſſe videri poſſunt *g*, ſi paterfamilias piſtrinum exercuit. nam plurimum intereſt, inſtrumentum piſtoribus, an piſtrino paratũ ſit.

2 ¶ Aſinam *h* molendariam & molam negat Neratius inſtrumento fundi contineri.

a Congiarium vas, congij vnius capax, ſeu ſex ſextariorũ: interdum munus imperatorium ſignificat.
b *l.* 15. *l.* 17. ‖ ʒ. *eod.* Imo inſtitores non cedunt, *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 61.
c *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 65. *l.* 17. *in fin. inf. eodem.*
d *l.* 17. §. 1. ʒ. *eo.*
e Fornicator, vel (vt ab aliis legitur) Fornacator, id eſt qui fornacem balnei, caminúmque ſuccendit, vide *Turneb.* 8. *aduerſ.* 9. qui & fornacarius, in *l.* 27. §. 9. *ſup. ad l. Aquil.* de furnario dicam ad *l.* 24. §. 7. ʒ. *de damno.*
f *l.* 23. ʒ. *eod.*
g Caballi. hinc caballatio *l.* 14. *C. de erogat. milit. annonæ.* & caballarius *in gl. Iſidori.*
h *v. l.* 13. *in fin. pr. ſup. eod.*
i *de qua v. l.* 12. §. 16. *ſuprà eodem.*
k Imò etiam vina, *l.* 12. §. 35. *ſup. eo.*
l *v. l.* 12. §. 4. §. 35. ʒ. *eod.*
m ideoque alterutro legato, alter alteri cedit, *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 68.
n adde *l.* 35. *ſup. de vſufr. legat.*
o adde *l.* 19. §. *pen.* ʒ. *eod.*
p *v. l.* 8. *ſup. eo.*
q *v. l.* 12. §. 5. *ſup. eodem.*
r *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 63.
ſ penicilli, *Paul. ibid.*
t *Paul. ibid.* Cauteria ſunt quibus pictores olim ceris pingentes picturam tabularum inurebant, *Turneb.* 8. *aduerſ.* 9. de hac pictura intellexit Ouidius, tabuláſque coloribus vris, *Cotta in voce Cauteria.* Encaute picturæ genus à quo monumenta ciuitatis encauta, & ea cautarium dicitur, *l.* 9. *C. de agricolis, Cuiac. ibid.* de Encauſto dicam ad *l.* 6. *C. de diuerſ. reſcript.*
u addit *ibid.* Paulus & temperandorum colorum vaſa.
x nauicellas, *Hal.* nauiculas, *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 66.
y adde & retia, naſſas & fuſcinas, *Paul. ibid.* Naſſæ meminit Feſtus, Naſſa Gloſſis κυρτὸς ἁλιευτικός.
z *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 65. balneario, *Hal.*
a dixi *l.* 13. *in fin. ſuprà eod.*
b *v. l.* 12. §. 4. *ſuprà eod.* c *v. l.* 12. §. 41. *ſuprà eod.* d *v. l.* 13. *in fin. prin.* ʒ. *eod.* adde & ſcamna, hypodia, fiſtulas, miliaria, epitonia, rotas aquarias, & iumenta quæ ligna deferunt, *Paul. ibid.*
e Carnem moris fuiſſe Romæ ad pondus vendi, hinc colligere poſſis. de ponderibus amplius dicam ad *tit. C. de ponderatoribus.*
f Carnes hinc conſtat Romæ (vt & apud Græcos, *teſte Plutarch. c. 2. ſympoſiorum vlt.*) ad pondus veniſſe (vt in quibuſdam Galliæ partibus ad hunc diem manſit mos ille.) Lampridius in *Alexandro.* Tantum carnis fuit intra biennium, vt cum fuiſſet octo minutalis libra, ad duos vnumque vtriuſque carnis (porcinę & bubulæ) libra redigeretur. Idque probat vetus inſcriptio apud Briſſonium 1. *Variar.* 36. id qua conſuetudine micandi ſublata, lex iubet carnes ſub exagio, id eſt, ſub trutina vendi. id etiam probat *lex* 4. *C. Theo. de ſuariis.* qua mandatur, vt pondus porcorum, trutina, non oculari libertate quæratur. Hoc preterea addendum eſt, curam carnis Romæ commiſſam fuiſſe P. vrbis, *l.* 1. §. 11. *ſuprà de offic. præfect. vrb.* formam curæ carnis, vide, apud *Ammian.* 26.
g id eſt, ſerui qui piſtrinum exercent: quin & cribra, aſini, molæ, machinæ, quibus farinæ ſubiguntur, *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 64.
h *l.* 12. §. 10. *ſuprà eod.* adde *l.* 26. *in fin.* ʒ. *eod.*

3 ¶ Item caccabos, & patinas ‖ in ‖ inſtrumento fundi eſſe dicimus, quia ſine his pulmentarium coqui non poteſt. Nec multum refert inter caccabos, & aënum *a*, quod ſupra focum pendet. hic *b* aqua *c* ad potandum calefit. in illis *d* pulmentarium *e* coquitur. Quod ſi aënum inſtrumento continetur, vrcei quoque, quibus aqua in aënum infunditur, in idem genus rediguntur, ac deinceps in infinitum primis quibuſque proxima copulata procedunt. * optimum ergo eſſe Pedius ait, non propriam verborum ſignificationem *f* ſcrutari, ſed in primis, quid teſtator demonſtrare voluerit, deinde in qua pręſumptione ſunt, qui in quaque regione *g* commorantur.

4 ¶ Cùm de villico *h* quæreretur, ‖ & ‖ an inſtrumento ineſſet, & dubitaretur: Scæuola conſultus reſpondit, ſi non penſionis certa quantitate, ſed fide dominica *i* coleretur, deberi.

5 ¶ Idem conſultus de meta *k* molendaria reſpondit: ſi ruſticis eius fundi operariis moleretur, eam quoque deberi. eſt autem meta, inferior pars molæ, catillus *l* ſuperior.

6 ¶ De bubulco quoque ita reſpondit, ſiue de eo qui bubus ibi araret, ſiue de eo qui boues eius fundi aratores paſceret, quęreretur deberi.

7 ¶ De putatoribus *m* quoque ‖ ita ‖ reſpondit, ſi eius fundi cauſa haberentur, ineſſe.

8 ¶ Paſtores quoque & foſſores ad legatarium pertinere.

9 ¶ Item cum fundus ita legatus eſſet, *Manio fundum Seianum, ita vt optimus maximúſque eſt cum n omni inſtrumento ruſtico, & vrbano, & mancipiis, quę ibi ſunt.* & quęreretur, an ſemina *o* deberentur? Reſpondit verius eſſe deberi, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe, heres probaret.

¶ Idem reſpondit de frumento repoſito *p* ad mancipiorum exhibitionem *q*.

10 ¶ In inſtrumento medici *r* eſſe collyria *ſ*, & emplaſtra, & cętera eius generis *t*, Caſsius ſcribit.

11 ¶ Cui fundum inſtructum legauerat, nominatim mancipia legauit. quęſitum eſt, an reliqua mancipia, quę non nominaſſet, inſtrumento cęderent. Caſſius ait, reſponſum eſſe, tametſi mancipia inſtructi fundi ſint, tamen videri eos ſolos legatos eſſe, qui nominati eſſent quod appareret non intellexiſſe patremfamilias, inſtrumento quoque ſeruos adnumeratos ‖ eſſe. ‖

12 ¶ Sabinus, cui fundus, quęque ibi ſint, legata ſunt, ei fundus, & omnia quæ in eo ſolita ſunt eſſe, qui que ibi maiore *u* parte anni morari, & hi qui in eum manendi cauſa recipere ſe conſueuerunt, legari videntur. at ſi qua conſulto *x* in fundo congeſta, contractáve ſunt, quo legatum cumularetur, ea non videntur legata eſſe.

13 ¶ Quidam cùm ita legaſſet, *Villam meam ita vt ipſe poſſedi, cum ſupellectile, menſis, mancipiis, quæ ibi deputabuntur, vrbanis, & ruſticis, vinis quę in diem mortis meę ibi erunt, & decem aureis.* & quęreretur, cum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & veſticulam habuerit, an eadem omnia legato cederent, quoniam quędam enumeraſſet. Scęuola reſpondit, ſpecialiter expreſſa, ‖ quæ ‖ legato cederent.

14 ¶ Domum inſtructam legauit cum omnibus adfixis. quęritur de inſtrumentis *y* debitorum, an ea legatarius habere poteſt? Reſpondit, ſecundum ea quę proponerentur, non poſſe.

De inſtrumento fundi vel villæ.

19. *Paulus* ‖ libro 13. Reſponſorum. ‖

SI mancipia *z* quę poſt teſtamentum factum, in fundum Seię, relictum à teſtatore inducta fundi colendi gratia, in eodem fundo fuerint, ea quoque inſtrumento fundi contineri reſpondi. quamuis enim ea mancipia teſtator demonſtraſſet, quę tunc ibi eſſent, cùm legaret, tamen non minuendi legati, ſed augendi *a* cauſa, mancipiorum quoque fecit mentionem. cęterùm inſtrumento fundi mancipia quoque colendi agri cauſa inducta, contineri non ambigitur.

a ahenum, quæ notaui ad §. 2. *ſuprà* ... *empt.*
b *al.* hoc aëno.
c Aqua calida res inter potan... nonnunquam ... *vt hic: Seneca* ... *Ira* 2. Iraſcun... calida nõ bi... beatur, ſi vitia... ctum eſt, ſi ... luto ſparſus e... 25. *de Ira* 25. ... mis ſordidiſq... bus non ex... mur. Parum... puer, aut par... pidior aqua ... erogata, aut ... tus chorus, a... ſa negligenti... ſita ad iſta ... inſania eſt. ... lix, quod cal... biberent, ... *de lingua* ... Calix, hinc ... 8. *epigram.* ... dam poſci... ſed nondum ... venit. Iuue... *tyr.* 5. calida... que miniſt... Thermopo... *Plautum* ... & Ther... *apud eundem* ... *Curculione* ... *dente*, ca... quibus aqu... vendebatur ... morem ... ſuſtulit. ... gula caupo... terfecit, q... ſillæ aqua... vendidiſſe ... Hic Druſ... tis notat... aliquando ... tus, ad ... tinguend... infundi ... *Dion.* Ea ... Claudius ... dius bibe... per iocum ... *Sueton.* Ti... Porro ... calida vin... debantur, ... bus præſer... Ieius 2. Aq... iniecta po... bibam. ... 32. *epigr.* ... niua lege... quincunce... Incipiat ... quam te... lix *alibi* ... 13. Iam ... potata cal... ſtros, Si non potares, Sextiliane, merum. Plautus *Curculione*, Calidum bibunt atque ebrioſi incedunt, *&* *in Milite.* Hic caldum exhibit in prandio. *Tacit.* ... calida & libata guſtu potio traditur Britannico. *Plin.* 7. *cap.* 53. Calidam ... io popoſcit. Vas huic aquæ inſtitutum, Athenæo 3. θερμιστεον, quod ... rium *Seneca* 3. *Natura* 24. *&* 4. *cap.* 9. Plura v. apud Lipſium 1. *Electorum* ...
d Caccabis vtebantur ad pulmentarium coquendum.
e id eſt, cibus *Varro.* veteribus gloſſis προσφάγιον. ſic vetus interpres ... γιον, pulmentarium vertit, v. Cuiacium 11. *obſer.* 8. adde quæ ſcripſi ad ... 4. *de lingua vbi de caccabo.*
f *v. l.* 69. ʒ. *de leg.* 3. g *l.* 50. *in fin. ſuprà de legatis* 3.
h *l.* 8. *ſuprà eod. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 35.
i *l.* 10. §. 1. ʒ. *eod.* k *v. l.* 20. *in fin.* ʒ. *eod.*
l Catillus, quo operitur machina ſeu meta. Plutarchus in Philopœmene ... προαγουμενον λίθον, *Liuius* 9. ſaxum. m *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 50.
n *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 43. o *l.* 12. ʒ. *eo.* p *d l.* 12. q id eſt alimenta.
r Medici ſunt qui medicamenta conficiunt, vulnera curant, cucurbitas admo... qui circumcidunt aut caſtrant, *l. lege Cornelia.* §. *vlt.* ʒ. *ad l. Corn. de ſicar.* 5. *Pa...* §. 7. 13. ſ §. 25. *Inſt. de rerum diuiſ. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 61.
t puta ferramenta, & apparatum omnem ad conficienda medicamenta, *Pa...* *ſent.* 6. §. 62. adde quædam ex *l.* 12. §. 41. *ſup. eo. l.* 21. §. 1. *l.* 25. *in fin.* ʒ. *de au...*
u vide quæ notaui ad *l.* 160. §. 1. ʒ. *de reg. iur.*
x *l.* 32. *ſuprà de leg.* 1. *l.* 39. *in fin.* ʒ. *de auro.*
y adde *l.* 21. ʒ. *eo.* Adfixorum ædibus nomine, inſtrumenta debitorum non co... nentur.
z *v. l.* 12. §. 2. *ſuprà eod.*
a *v. l.* 3. *ſuprà eodem.*

1 ¶ Paulus reſpondit, villæ *a* inſtrumento neque fructus repoſitos *b*, neque equitium contineri. ſupellectilem autem legato cedere *c*. ſeruum verò arte fabrica peritum *d*, qui annuam mercedem præſtabat, inſtrumento villæ non contineri.

De fundo inſtructo. 2. De fundis inſtructis, & domo. De inſtrumento habitationis. 3. De prædiis vt inſtructa ſunt, cum dotibus & reliquis colonorum, & villicorum, & mancipiis & pecore omni, & peculiis, & cum actore. 6. De fundo cum inſtrumento, & his, quæ in eodem erunt. 7. De paſcuis. 8. De domibus inſtructis. 9. De verbis, vti poſſedi.

20. *Scæuola* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

SEiæ *e* ex parte heredi inſtitutæ, ſi heres erit, fundos per præceptionem dederat inſtructos cum ſuis villicis & reliquis *f* colonorum, & codicillis ita ſcripſit: *Poſtea mihi venit in mentum, Seiæ fundos, quos reliqui, ita vt ſunt inſtructi ruſtico inſtrumento, ſupellectili, pecore, & villicis, cum reliquis colonorum & aphotheca, habere volo.* quæſitum, an etiam ea quæ patrisfam. vſus quotidiani cauſa in fundis fuerunt, legato continerentur? Reſpondi, teſtamento quidem (vt proponeretur) Seiæ inſuper *g* fundum legatum, verùm non *h* amplius deberi, quàm in codicillis *i* quos ſanè poſt obliuionem teſtamentariæ ſcripturæ feciſſet, inſtructi appellatione contineri velle ſe, manifeſtè oſtendiſſet.

1 ¶ Liberto ſuo quidam prædia legauit his verbis: *Seio liberto meo fundos illum & illum do lego, ita vt inſtructi i ſunt, cum dotibus* k, *& reliquis colonorum, & ſaluariis cum contubernalibus ſuis, & filijs & filiabus.* quæſitum eſt, an Stichus ſeruus, qui prædium vnum ex his coluit, & reliquatus eſt amplam ſummam, ex cauſa fideicommiſſi Seio debeatur? Reſpondit, ſi non fide dominica *l*, ſed mercede, vt extranei coloni ſolent, fundum coluiſſet, non deberi.

2 ¶ *Gaio Seio alumno meo fundos meos illum* m *& illum, ita vt inſtructi ſunt, & domum ſuperiorem dari volo.* quæſitum eſt, an etiam domum inſtructam dari voluerit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, ita videri dediſſe, niſi is, à quo peteretur, aliud teſtatorem ſenſiſſe manifeſtè doceret. at ſi habitationis *n* id eſt, ædificij inſtrumentum legaſſet, non cedere ſeruos operæ aliiue rei paratos.

3 ¶ Prædia, vt inſtructa ſunt, cùm dotibus, & reliquis colonorum, & villicorum, & mancipiis *p*, & pecore omni legauit, & peculiis, & cum actore. quæſitum eſt, an reliqua colonorum, qui finita conductione, interpoſita cautione, de colonia *q* diſceſſerant, ex verbis ſupraſcriptis legato cedant? Reſpondit, non videri de his reliquis eſſe cogitatum.

4 ¶ Idem quæſiit in actore *r* legato, an vxor & filia legato cedant, cùm actor non in prædiis, ſed in ciuitate moratus ſit? Reſpondit, nihil *ſ* proponi, cur cedant *t*.

5 ¶ Idem quæſiit, cùm teſtator, facto teſtamento, in prouinciam ſit profectus, an ea mancipia quæ poſt profectionem eius, aut mortem, ſine cuiuſquam auctoritate, ſponte ſua ad parentes & notos ſibi homines in fundos legatos tranſiere, legato cedant? Reſpondit, non legatos eos, qui fortè veluti commeantes tranſiſſent.

6 ¶ *Pamphilæ libertæ meæ dari volo fundum Titianum, cum inſtrumento & his quæ in eodem erunt. cùm moriar.* quæſitum eſt, ſi Stichus ſeruus ex eo fundo ante annum mortis teſtatoris abductus, & in diſciplinam *u* traditus, poſtea in eum fundum non reuerſus *x* ſit, an debeatur? Reſpondit, ſi ſtudendi cauſa *y* miſiſſet, non quo à fundo eum aliorſum transferat, deberi.

7 ¶ *Tirannæ ſorori meæ fundum meum Gracianum, cum ſtabulo, & inſtrumento ruſtico omni relinquo.* quæritur, an fundi appellatione etiam paſcua *z*, quæ ad eum ſimul cum fundo peruenerint, & quæ ſemper in vſibus huius poſſeſſionis habuerat, legato cederent? Reſpondit ſi prata fundo Græciano ita coniunxiſſet *a*, vti ſub vna fundi appellatione haberentur, ea quoque deberi.

8 ¶ Inſtructis *b* domibus legatis, crabattus *c* argento inaurato tectus, mortis Titiæ tempore in domibus non eſt repertus, ſed in horreis *d* tantiſper conditus. quæro, an is quoque præſtandus ſit? Reſpondit, ſi in domo eſſe ſoleret *e*, & quo tutiore loco haberetur, interim in horreum allatus eſſet, nihilo minùs præſtandum.

9 ¶ Quod adiecit teſtator, *vti f poſſedi*, an hoc ſignificet ſicut inſtructa in diem mortis habuit, id eſt, cum mancipiis, pecoribus, inſtrumento ruſtico? Reſpondit, Non de iure quæritur.

De fundo legato ſine inſtrumento.

21. *Pomponius* ‖ libro primo Fideicommiſſorum. ‖

CVm fundus ſine inſtrumento legatus ſit, dolia *g*, molæ *h* oliuariæ *i*, & prælum *k*, & quæcunque infixa *l* inædificatáque *m* ſunt, fundo legato continentur. * nulla *n* autem ex his rebus, quæ moueri *o* poſſunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur.

a Paul. 3. ſent. 6. §. 68.
b in villa ſc.
c Imò non cedit. l. 16. ſup. eod.
d l. 12. §. 8. in fin. ſ. eod Paul. 3. ſent. 6. §. 40.
e Vide ad hunc locum Antonium Fabrum 1. Coniect. 7.
f i. penſionibus debitis à colono, l. 101. in fin. ſupr. de legat. 3.
g inſtructum fundum. Ita Cuiacius emendat. probatur ab Antonio Fab. 1. Coniect. 7.
h atque ita enumeratio ſpecierum facta in codicillis, reſtringit legatum generis factum in teſtamento. Bart.
i Legato fundi inſtructi non cedit ſeruus qui colit data mercede. Bart.
k v. l. 2. ſup. eod.
l l. 8 §. 4. ſup. eod.
m Copulatiuæ vis, qualitatem præcedentis legati repetit in ſequenti. Bart.
n De habitationis definitione, vide Hotom. 3. obſ 23.
o v. l. 2. in fi. ſ. eod. l. 97. ſup. de l. 3.
p Paul. 3 ſent. 6. §. 47.
q de Colonia. adde l. 1. §. 23. ſ. ne quid in loco publico.
r l. 12. §. 38. ſ. eod. Paul. 3. ſent. 6. §. 48.
ſ Imò cedere videntur l. 12. §. 4. ſ. eod.
t ſeruo legato quid contineatur. v. l. 62. ſ. de l. 3.
u Paul. 3. ſent. 6. §. 52.
x adde l. 12. §. 38. ſup. eod.
y Cauſa finalis inſpicitur.
z Paul. 3. ſent. 7. §. 14.
a l 8. ſ. eod.
b Paul 3. ſent. 6. §. 49.
c Grabbatus. Hal. κράββατος eſt lectulus meridiando idoneus.
d De horreis, vide quæ ſcripſi ad l. 7. ſup. eod.
e Conſuetudo patrisfam. inſpicitur.
f l. 27. §. 3. ſ. eod. l. 91. §. 1. ſupra de l. 3.
g l. 26. ſ. eod
h Paul 3. ſent. 6. §. 56.
i molæ oleariæ. Varr. 4. de lingua.
k l. 19. §. 5. ſupra locati.
l infixa, adde & immobilia, v. Cuiac. 9. obſ. 9.
m ¶ infixa & inædificata, fūdi legato cedunt.
*
n nullæ autem Hal.
o Mobilia, fundi appellatione non continentur.

¶ De molis tum *a* quæri ſolet, cùm ita adfixæ, itáve inædificatæ ſint, vt partes ædificiorum eſſe videantur.

De fundo vt optimus maximuſque eſt. 1. De peculio.

22. *Paulus* ‖ lib. 3. Sententiarum. ‖

FVndo legato, *vt b optimus maximuſque eſt*, retia apraria, & cætera venationis inſtrumenta continebuntur. ‖ quod etiam ‖ ad inſtrumēta pertinet, ſi *c* quæſtus *d* fundi ex maxima parte in venationibus conſiſtat.

1 ¶ Fundo legato *"cum" mancipiis, & pecoribus & omni inſtrumento ruſtico, & vrbano.* peculium actoris *e* ante teſtatorem defuncti, ſi ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere.

De inſtrumento tabernæ.

23. *Neratius* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

CVm quæratur, quod ſit tabernæ *f* inſtrumentum: intereſſe, quod genus negotiationis in ea exerceri ſolitum *g* ſit.

De inſtrumento fundi.

24. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Neratium. ‖

FVndus qui locatus erat, legatus eſt cum inſtrumento, inſtrumentum, quod colonus in eo habuit, legato cedit. *Paulus.*

AN quod coloni fuit, an tantum *h* id quod teſtatoris *i* fuit? Et hoc magis *b* dicendum eſt, niſi nullum domini fuit.

Illud inſtrumentum, quod in fundo inſpicitur, non quod fundus ſuſtinere poteſt. Bartolus.

25. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex Poſterioribus Labeonis. ‖

FVndi inſtrumento legato, id pecus cedere putabat Tubero quod is fundus ſuſtinere *i* potuiſſet. Labeo contrà. quid enim fiet (inquit) ſi cùm mille oues fundus ſuſtinere potuiſſet, duo millia ouium in eo fundo fuerint: quas oues potiſſimum legato ceſſuras exiſtimabimus? nec *k* quærendum eſſe, quid debuiſſet parari pecoris inſtrumenti fundi cauſa, ſed quid paratum eſſet *l*. non enim ex numero aut multitudine legata æſtimandum eſſe. Labeonis ſententiam probo.

1 ¶ Quidam, cùm in fundo figlinas haberet figulorum opera, maiore parte anni, ad opus ruſticum vtebatur: deinde eius fundi inſtrumentum legauerat. Labeo, Trebatius, non videri figulos *m* in inſtrumento fundi eſſe.

2 ¶ Item cùm inſtrumentum omne legatum eſſet excepto pecore, paſtores ouiliones, ouilia quoque legato contineri, Ofilius non rectè putat *n*.

De doliis, & viridariis quæ in eis ſunt. 1. De molis.

26. *Idem* " lib. 5. ex Poſterioribus Labeonis."

DOlia *o* fictilia *p*, item plumbea, quibus terra adgeſta eſt, & in his viridaria *q* poſita, ædium eſſe Labeo, Trebatius putant: ita id verum puto, ſi *r* ita illigata ſint ædibus, vt ibi perpetuò poſita ſint.

1 ¶ Molas *ſ* manuarias quidem ſupellectilis, iumentarias autem inſtrumenti eſſe Ofilius ait, Labeo, Caſcellius, Trebatius neutras ſupellectilis, ſed potius *t* inſtrumenti putant eſſe, quod verum puto.

De prædiis cum ſeruis qui ibi erunt. 1. De fundo ita vt eſt inſtructus, cum omnibus rebus & mancipiis, & reliquis colonorum. 3. De fundo, & his quæ in eo ſunt 4. De verbis ſicut eſt. *5. De fundis vt inſtructi ſunt, cum ſuis ſalictis & ſyluis.*

27. *Scæuola* lib. 6. Digeſtorum.

PRædia maritima cum ſeruis qui ibi erunt u, & omni inſtrumento, & fructibus, qui ibi erunt, & reliquis x colonorum* nutritori ſuo legauit quæſitum eſt, an ſerui piſcatores *y*, qui ſolebant in miniſterio teſtatoris eſſe, & vbicunque *z* eum ſequi, & vrbicis rationibus expungebantur *a*, nec mortis teſtatoris tempore in prædiis legatis deprehenſi fuerint, legati eſſe videantur? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non eſſe legatos.

1 ¶ Adfini ſuo ita legauit: *Fundum Cornelianum Titio, ita vt eſt inſtructus, cum omnibus rebus & mancipiis & reliquis colonorum dari volo*, hæc teſtatrix Romæ *b* litis cauſa ex Africa veniens, mancipia quædam ex fundo ſupraſcripto, quo citius per hyemen [operam eligeret *c*,] ſecum abduxit. quæſitum eſt, an ea mancipia fideicommiſſo cedant, cùm quædam ex his ruſticis officiis ad tempus *d* peregrinationis abducta ſint, relictis conſeruabus, & filiis ſuis, & quædam matribus, & patribus? Reſpondit, mancipia, de quibus quæreretur, ſecundum ea, quæ proponerentur, ex cauſa fideicommiſſi deberi.

2 ¶ Item quæſiit, an fructus eiuſdem fundi, qui ibi in diem mortis coacti manſerint, fideicommiſſo cedant, cùm pleniſſima *e* teſtatoris erga adfinem voluntas ab eo quoque manifeſtetur, quod reliqua colonorum eiuſdem poſſeſſionis ad eum pertinere voluerit?

Reſpon-

a nam immobilia adfixa, & inædificata fundi legato comprehenduntur.
b l. 69. §. 3. ſ. de legat. 1. l. 65. § 3. ſ. de legat. 3. v. Paul. 3 ſent. 6. §. 47.
c l. 26. ſ. de vſuris.
d v. Paul. 3. ſent. 6. §. 47.
e ſub. ſerui.
f l. 13. l. 15. l. 17. in fin. ſ. eod. adde l. 32. ſ. de contra. empt. adde l. 34. ſ. de pign.
g Conſuetudo loci ac tabernæ inſpicitur.
h vt ſc. teſtator id tantùm quod ſuum erat videatur legaſſe: facit l. 5. in fin. ſup. de l. 1.
i i. alere.
k Imò, ius potius quàm factum inſpiciendum eſt, l. 12. ſ. de off. præſid.
l l. 60. §. 2. ſup. de l. 3.
m figlinas.
n & meritò, nam remoto principali (pecoribus ſc.) & acceſſorium (paſtor ſc.) remouetur. l. 2. ſ. de peculio.
o v. l. 21. ſup. eod.
p v. Plin. 35. c. 12. v. Iuuenal. ſatyra 14. in fin.
q Viridaria, l. 8. §. 1. ſ. eod. l. 12. ſ. de ſeruit. vrban. Vlp. 6. Suet. in Tiberio 60. Lampridius in Heliogabalo 4. Vege. 6. quæ & viridia in l. 15. §. 1. de ſeruit. l. 3. ſ. de ſeru. vrban. l. 79. in fi. ſ. de ver. ſig. 6. Vitruuius 6. & 5. c. 9. Sen. 15. epiſt. 1. Ciſterna viridibus ſubdita, Seneca 13. epiſt. Pli. 5. epiſt. ad Apollinarem 1. Macr. 1. Sat. 4. viridiaria, l. 13. §. 4. ſupr. de vſu.
r dolia tamen vt non illigata ſint & defoſſa, inſtrumento cedunt. l. 8. in fi. pr. ſup. eod.
ſ l. 12. §. 10. l. 18. §. 5. ſup. eod.
t Imò mola non eſt inſtrumenti l. 18. §. 2. ſup. eod.
u Seruis piſcatoribus non adnumerandi ſunt ij piſcatores qui ſolebant eſſe in miniſterio teſtatoris & cum quocunque ſequi: quique mortis eius tempore in prædiis maritimis non ſunt deprehenſi.
x i. penſionibus debitis à colonis, l. 101. §. 1. ſup. de legat. 3.
y Piſcatores ſerui, prædiis maritimis adtributi.
z Quocunque.
a al. fungebantur.
b Romam. Hal.
c per hyemem, adoram legeret. Hal.
d adde l. 35. in fin. ſ. de hered. inſt.
e vide l. 69. ſupr. de legat. 3.

Reſpondit, in huiuſmodi ſcriptura poſſe reſponderi, hoc ſolum quærendum, an manifeſtè appareat defunctam id, de quo quæreretur, dari noluiſſe.

3 ¶ Libero *a* quem heredem ex parte ſcripſit, fundum per præceptionem dedit in hæc verba: *Pamphile liberte præcipito, tibique habeto fundum meum Titianum, & agellum Sempronianum cum inſtrumento, & his, quæ in eodem erunt, cum b moriar, familiáque, quæ in eo fundo moratur, exceptis quos manumiſero.* quæſitum erat, cùm teſtator in eo fundo aliquantum vini in doliis habuerit, quòd viuus totum vendiderat *c*, & partem tertiam pretij pro eo acceperat, an vinum in doliis remanens, ad libertum ex cauſa præceptionis pertineat? Reſpondit verbis quæ proponerentur, contineri, niſi manifeſtè contrariam voluntatem coheredes approbent. In eo fundo inſtrumenta calendarij & nummos reliquit, reſponſum eſt de nummis quoque, vt ſupra reſponſum *d*.

4 ¶ Ita legatum eſt: *Seiitiæ ſorori meæ fundi paterni mei Seiani partem dari volo ſicut e eſt, & alteram partem, ita vt in diem mortis fuerit.* quæſitum eſt, an ex verbis ſuprascriptis aſſeres, & præla iam poſita paratáque, vt immitterentur ædificio, item inſtrumentum vrbanum, & ruſticum, cum mancipiis, quæ fundi cauſa erant, ad legatarios pertineant? Reſpondit. Poſſunt hæc verba *ſicut f eſt*, ad inſtructum referri.

5 ¶ Fundos legauit in hæc verba, *Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos. ita vt inſtructi ſunt, Caſſianum, Nonianum, cum ſuis ſalictis & ſyluis.* quæſitum eſt, cum ſiluæ, & ſalicta non in fundis ſupraſcriptis, ſed in adiectis *g* agellis, & quos ſimul teſtator comparauit, nec ſine his fundi coli poſſint, an legato cederent? Reſpondit, id tantum cedere legato, quod verbis comprehendiſſet.

De fundo inſtructo.

28. *Idem* ‖ lib. 23. Digeſtorum. ‖

LVcius Titius fundum, vti erat *h* inſtructus, legauerat, quæſitum eſt, fundus inſtructus quemadmodum dari debeat, vtrum *i* ſicut inſtructus fuit mortis patrisfamiliæ tempore, vt quæ medio tempore adgnata aut in fundum illata ſunt, heredis ſint: an verò inſtructus fundus eo tempore *k* inſpici debeat, quo factum eſt teſtamentum? an verò eo tempore, quo fundus peti cœperit, vt quidquid eo tempore inſtrumenti deprehendatur, legatario proficiat? Reſpondit, ea quibus inſtructus ſit fundus, ſecundùm verba legati, quæ ſint in eadem cauſa, cùm dies *l* legati cedat *m*, inſtrumento contineri.

De inſtrumento nauis.

29. *Labeo* libro 1. Πιθανῶν.

SI nauem cum inſtrumento emiſti, præſtari tibi debet ſcapha nauis. *Paulus.* Immò contrà: etenim ſcapha nauis non *n* eſt inſtrumentum nauis. etenim mediocriter *o*, non genere *p* ab ea differt. inſtrumentum autem cuiuſque rei neceſſe eſt alterius generis eſſe, atque ea quæque ſit. quod Pomponio lib. 7. epiſtolarum placuit.

a vide ad hunc paragraphum Anton. Fabr. I. *Coniect.* 6.
b *l.* 20. *in fin.* ȝ. *eod.*
c *l.* 11. §. 12. ȝ. *de legat.* 3.
d contineri ſc. Imò, nomina & inſtrumento non continentur fundi appellatione, *l.* 92. ȝ. *de legat.* 3.
e *l.* 78. §. 3. *l.* 101. *in fin.* ȝ. *de l.* 3.
f *l.* 20. *in fin. ſup. eo.*
g vide *l.* 3. ȝ. *C. l.* 24. §. 2. ȝ. *de legat.* 1. *h al. erit.*
i Tempus mortis teſtatoris an ſpectandum: an teſtamenti, an quo legatum peti cœpit: an cum dies legati cedat.
k v. quæ notaui ad *l.* 3. *ſupr. de rebus cred.* & *l.* 41. §. 4. ȝ. *de l.* 3.
l *l.* 28. *in fin. infra quando dies.*
m Imò ea videtur legaſſe quæ teſtamenti tempore fuerunt, *arg. l.* 7. *in fin.* ȝ. *de auro.*
n *l.* 44. *ſupra de euict.* v. quæ notaui ad *l.* 1. §. 1. ȝ. *de exerc.* Quid ita? Nauis per ſe ſubſiſtit, non eſt igitur maioris nauis inſtrumentum.
o *l.* 3. §. 1. ȝ. *de rei vend.*
p Genere differunt quæ ſunt ſub diuerſis generibus (ita genere differunt Nauis & eius inſtrumentum: genere conueniunt, Nauis & ſcapha, *vt hic.*) vel quorum vnum genus, alterum ſpecies. Specie differunt, quæ ſunt ſub eodem genere. verbi gratia, aliud eſt vendere, aliud venditioni conſentire *l.* 160. ȝ. *de reg. iur.* donum & munus *l.* 194. ȝ. *de verb. ſig.* Creditum & mutuum, *l.* 2. ȝ. *de reb. cred.*
q περὶ τεχνῶν λεγομένων 44. *Eclog.* 11.

DE PECVLIO LEGATO.

TIT. VIII.

De alienatione, manumiſſione, morte.

Paulus ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

SEruo legato cum *r* peculio, & alienato, vel manumiſſo, vel mortuo *ſ*, legatum etiam peculij extinguitur.

2. *Gaius* libro 18. ad Edictum Prouinciale.

NAm quæ acceſſionum locum obtinent, extinguuntur *u* cùm principales *x* res peremptæ fuerint.

3. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

AT *y* ſi ancilla cum ſuis *z* natis legata ſit, etiam *a* mortua ea, vel alienata, vel manumiſſa, nati ad legatarium pertinebunt, quia duo *b* legata ſunt ſeparata.

4. *Gaius* ‖ lib. 18. ad Edictum Prouinciale. ‖

SEd & ſi cum vicariis ſuis legatus ſit ſeruus, durat vicariorum legatum, & mortuo eo, aut alienato, aut manumiſſo.

De nominibus.

5. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

PEculio legato, conſtat heredem nomina peculiaria perſequi poſſe, & inſuper ipſum, ſi quid debeat ſeruo, reddere *c* legatario debere.

De corporibus, 1. De ære alieno. 2. De peculio vicarij. 4. De eo quod dominus debet, vel domino. 5. Vel heredi debetur.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 25. ad Sabinum. ‖

SI peculium legetur, & ſit in corporibus: (putà fundi, vel ædes) ſi quidem nihil ſit, quod ſeruus domino, vel conſeruis, liberiſve domini debeat, integra corpora vindicabuntur *a*. ſin verò ſit, quod domino, vel ſupraſcriptis perſonis debeatur, deminui ſingula *b* corpora pro rata debebunt. & ita Iulianus & Celſus putant.

1 ¶ Et ſi fuerit legatum peculium, *non deducto ære alieno.* verendum, ne inutile legatum ſit, quia id quod adiiciatur, contra naturam legati ſit. ſed puto verum, (ad) hanc *c* adiectionem non vitiare legatum, ſed nihil ei addicere: nec enim poteſt creſcere vindicatio peculij per hanc adiectionem.

¶ Planè ſi proponas, legatarium nactum poſſeſſionem rerum, exceptione doli aduerſus heredem vindicantem vti poteſt, habet enim in ſolidis rebus voluntatem æris alieni non deducendi.

¶ Sed & ſi dominus remittere ſe ſeruo, quod debet, vel nihil ſibi ſeruum debere ſignificauerit, valet hæc adiectio, quia nuda voluntate poteſt dominus ſeruo remittere, quod ei debet.

2 ¶ Vicario autem meo mihi legato, an & vicarij mei peculium ad me pertineat, quæritur? Et putamus contineri *d* legato vicarij eius peculium, niſi aduerſa ſit voluntas teſtatoris.

3 ¶ Si ſeruus, & vicarius eius, liberi eſſe iuſſi ſint, eiſque peculia ſua legata ſint, verba ſecundùm voluntatem teſtatoris exaudienda, tanquam de duob. ſeparatiſque peculiis teſtatore locuto: & ſecundùm hæc vicarius vicarij non communicabitur, niſi hæc mens fuit teſtantis.

4 ¶ Sicut autem æs alienum, hoc eſt, quod *e* debetur domino, minuit legatum peculium, ita per contrarium id *f*, quod dominus debet ſeruo, augere debet. Sed huic ſententiæ aduerſatur reſcriptum imperatoris noſtri, & patris eius, quod ita eſt. Cùm peculium ſeruo legatur, non etiam id conceditur, vt petitionem habeat pecuniæ, quam ſe in rationem domini impendiſſe dicit.

¶ Quid tamen, ſi hæc voluntas fuit teſtatoris? cur non poſſit conſequi? certè compenſari debet hoc quod impendit, cum eo, quod domino debetur *g*.

¶ An & quod dominus ſcripſiſſet *h* ſe ſeruo debere, peculio legato cederet? Pegaſius negat. idem Nerua. & cùm Gneus Domitius filiæ ſuæ peculium, quod eius eſſet, legaſſet, & annuum, quod ei ſolitus erat dare, biennio non dediſſet, ſed in rationibus ſuis retuliſſet, filiæ ſe debere quinquaginta: Attilicinus exiſtimauit, legato non cedere. quod verum eſt, quia conſonat reſcripto.

5 ¶ Non ſolùm autem, quod domino debetur, peculio legato deducitur, ſed & ſi quid heredi *i* debitum fuit.

De arrogatione.

7. *Pomponius* ‖ lib. 7. ad Sabinum. ‖

SI quis creditori ſuo adrogandum *k* ſe dederit, & agetur de peculio cum adrogatore, idem puto dicendum quod de herede dicitur.

De eo quod heredi. 2. Vel conſeruo debetur. 3. De eo quod heredi. 5. Vel domino datum eſt. 6. De liberatione legata debitori peculiari. 7. De peculio tacite legato. 8. Quo tempore ſpectatur quantitas peculij.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 25. ad Sabinum. ‖

DEnique Pegaſius reſpondit, ſi ſtatulibero, cui peculium legatum, heres *l* interim crediderit, id ipſo iure detrahi *m*, & corpora ſing‖ etiam ‖ per hoc æs alienum deminui.

1 ¶ Proinde ſi purè libertatem accipiet, & heres vel viuo domino ante aditam hereditatem, ſeruo crediderit, legatum peculij minuetur ſecundum Iuliani ſententiam, licèt dominus ſerui nunquam fuerit.

2 ¶ Qui Stichum & Pamphilum ſeruos habebat, teſtamento eos manumiſit, & vnicuique peculium ſuum legauit. placet, quod alteri debe peculio eius decedere, & alterius *n* accedere legato.

3 ¶ Item quæritur, ſi ſeruo libertas data ſit, *ſi decem dediſſet heredi*, peculiúmque ei legatum ſit, an decem quæ dediſſet heredi, debeant de peculio decedere? Et eſt verum, quod Sabino placuit, hoc minus eſſe in peculio legato.

4 ¶ Plus ait Sabinus, ſi ſtatuliber ſeruum heredi vendiderit, perinde finere eum in peculio eſſe, atque ſi extraneo vendidiſſet.

5 ¶ His conſequenter quæritur, ſi ſeruus cum domino de libertate ctus fuerit, & partem *o* pecuniæ dederit, & antequam reſiduum dederet dominus deceſſerit, liberúmque eſſe teſtamento iuſſerit cum peculio, an quod domino dederit, in peculio ſit imputandum? Et ait Labeo peculio decedere. planè ſi nondum dederat, ſed donec totum traderet pro depoſito apud eum fuerit, id in peculio eſſe placuit.

6 ¶ Item ſi ſeruo peculium ſit legatum, & à debitore eius peculiari res vetitus ſit petere, verum eſt, hoc minus eſſe in legato peculio. hoc detrahendum id quod debitori legatum eſt.

7 ¶ Interdum, & ſi non ſit legatum peculium, velut legatum, ſic accipitur, id eſt, in huiuſmodi ſpecie. quidam ſeruo libertatem, *ſi rationes redidiſſet p*, dederat, *& ſi heredibus centum intuliſſet.* Imperator igitur noſter cum patre reſcripſit, peculium quidem non niſi legatum deberi. verùm (in ſi conditionibus præſcriptis paruit ſeruus, teſtatorem voluiſſe eum nere peculium interpretamur, videlicet *q* ex eo, quòd ex peculio eum ſerat centum inferre.

8 ¶ Vtrum

r Peculij & ſerui peculiaris differentia eſt, *vt hic.* & *l.* 4. ȝ. *eod.* vt & peculij & mercis peculiaris *l.* 1. §. *peculiarem* ȝ. *de trib. act.*
ſ peculij & in rem verſi, quamuis & hoc ipſum in peculio ſit.
t *l.* 12. ȝ. *eod. l.* 39. §. 4 ȝ. *familiæ*: §. 17. *Inſt. de legat.*
t Cur ita? *v. l.* 2. ȝ. *eod.*
u Principali extincto, extinguitur acceſſorium *l.* 19. *in fin.* ȝ. *de dolo*: *l.* 129. *in fin. l.* 178. ȝ. *de regulis iuris. Theoph.* §. 17. *inſt. de legatis.*
x Imò non extinguuntur *l.* 12. ȝ. *eod. l. fundo* 22. §. *vlt.* ȝ. *tit. prox. l. intelligere* 2. *C. de luitione pign. l. quid tamen* 10. *ſup. quib. mod. vſusfr. amitt.*
y etſi. *Hal.* z *l.* 3. ȝ. *eod. l.* 2. *ſup. de legat.* 1. §. 17. *Inſt. de legat. l.* 38. ȝ. *de auro.*
a *v. l.* 62. ȝ. *de l.* 1. b adde *l.* 1. ȝ. *de inſtructo.*
c *l.* 23. ȝ. *eod.*

a Peculium quali vindicatur, res ſingulæ petuntur: quando condicitur poteſt vniuerſaliter peti. *Bart.*
b Imo vniuerſum agi ſufficit: eſt enim peculium quiddam vniuerſum *l.* ... *dicitur* §. ȝ. *de im penſis. arg. l.* 1. ȝ. *de edendo.* ſic ſanè ſi actione perſonali petatur peculium: aliàs ſingula corpora petenda, ſi agatur rei vindicatione.
c i. etiamſi hæc clauſula, *non deducto ære alieno*, ſit adiecta.
d Imò ſeruo legato peculium eius non continetur *l.* 24. ... *eod.*
e *l.* 9. §. 4. ȝ. *de peculio.*
f *l.* 23. §. 1. ... *eod.* §. 1. *Inſtit. de legat.*
g naturaliter, *l.* 41. ȝ. *de peculio.*
h Dominus ... pater filio ... ſe debere, ... hoc efficitur ... tor *l.* 49. ... *peculio.* ... ratio *l.* 26. ... *nat.*
i vide *l.* 8. ...
k *l.* 42. ȝ. *de ... lio.*
l *l.* 6. *in fin.* ... *eod.*
m *l.* 9. §. ... *dit.* ȝ. *de* ... *ria*: *v.* ... *Afric. in* ... *tione legis* ... *exercitoria* ... *vlt.*
n *v. l.* 9. ȝ. *eod.*
o *v. l.* 6. ȝ. *de* ... *miſſ.* & *l.* 11. ... *de peculio*
p §. 20. *in fin.* ... *legat.*
q Peculium ... citè legate ...

8 ¶ Vtrùm autem id demum peculium accipimus, quod mortis tempore fuit, an verò, & quod poſtea acceſsit, applicamus, vel quod deceſsit, detrahimus? Et Iulianus aliàs accipiendum legatum peculij ait, ſi ipſi ſeruo legetur, aliàs, ſi alij. nam ſi ipſi, id tempus in legato ſpectandum, quo dies *a* legati cedit: ſi verò extraneo, mortis *b* tempus. ſic tamen, vt incrementa *c* ex rebus peculiaribus ad eum perueniant, vt putà partus ancillarum, vel fœtus pecorum. quod autem ex operis ſuis, vel ex alia re accedit, id ſi alij quàm ipſi legetur peculium non debebitur. Hoc vtrumque Iulianus ſecundùm voluntatem teſtatoris ſcribit. cùm enim ipſi ſuum peculium legatur, veriſimile eſt, eum omne augmentum ad ipſum pertinere voluiſſe, cui patrimonium manumiſſo futurum eſt: cùm alij, non ſic. tamen vt, ſi in alterius perſona hoc eum ſenſiſſe appareat, idem dicas.

De eo quod ordinarius debet vicario. 1. Si ſeruus conſeruum vulneret, ſcindat, frangat, ſurripiat. 2. Se vulneret, ſe occidat, fugiat.

9. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

ID quod ſeruo, qui *d* in ipſius peculio eſt, debetur, non deducitur ex legato peculio, quamuis conſeruus eius ſit.

1 ¶ Si conſeruum ſuum vulnerauerit *e* ſeruus, & viliorem fecerit, Marcellus non eſſe dubitandum, deduci ex peculio, quod domino intereſſet. nam quid intereſt, conſeruum vulneret, an ſcindat aliquid, vel frangat, an ſubripiat *f*? quo caſu ſine dubio minuitur peculium. ſed non *g* vltra ſimplum.

2 ¶ Sed ſi ſe vulnerauit, vel etiam occidit, nihil eſt deducendum hoc nomine. alioquin dicemus, & ſi fugerit, deducendum id, quanto vilior ſit factus propter fugam.

De eo quod patri, vel domino debetur.

10. *Pomponius* ‖ lib. 7. ad Sabinum. ‖

SI peculium ſeruo, vel filio prælegare *h* velis, ne deducatur id, quod tibi debebitur, ſpecialiter *i* ea quæ in peculio erunt, leganda ſunt.

De peculio futuro.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 29. ad Edictum. ‖

EI quoque, qui nihil *k* in peculio habet, poteſt peculium legari. non enim tantum præſens, ſed etiam futurum peculium legari poteſt.

De morte ſerui.

12. *Iulianus* ‖ lib. 37. Digeſtorum. ‖

TVnc inutile legatum peculij fit, cùm ſeruus viuo teſtatore decedit *l*. cæterùm, ſi mortis tempore ſeruus vixerit, peculium legato cedet.

13. *Celſus* ‖ lib. 19. Digeſtorum. ‖

ALiter atque ſi ſeruus veſtitus legatus foret.

14. *Alfenus Varus* ‖ lib. 5. Digeſtorum. ‖

QVidam in teſtamento ita ſcripſerat, *Pamphilus ſeruus meus peculium ſuum cùm moriar, ſibi habeto, liberque eſto.* conſulebatur, rectène Pamphilo peculium legatum videretur, quòd prius quàm liber eſſet, peculium ſibi habere iuſſus eſſet. reſpondit *, in coniunctionibus ordinem *m* nullum *n* eſſe, neque quicquam intereſſe, vtrum eorum primum diceretur, aut ſcriberetur. quare rectè peculium legatum videri, ac ſi prius liber eſſe, deinde peculium ſibi habere iuſſus eſt.

Si ſerui peculium alij, alij omnes ancillæ legentur, & ſit ancilla peculiaris.

15. *Idem* ‖ lib. 2. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum. ‖

SEruo manumiſſo peculium legatum erat. alio capite omnes ancillas ſuas vxori legauerat. in peculio ſerui ancilla fuit *o*: ſerui *p* eam eſſe reſpondit. neque referre, vti prius legatum eſſet.

De eo quod vicarius debet domino.

16. *Africanus* ‖ lib. 5. Quæſtionum. ‖

STichus habet in peculio Pamphilum *r*. hunc dominus noxali *ſ* iudicio defendit, & damnatus litis æſtimationem ſoluit. deinde Stichum teſtamento manumiſit: eique peculium legauit. quæſitum eſt, an quod Pamphili nomine præſtitum ſit, ex peculio vel ipſius Pamphili vel Stichi deducendum ſit? Reſpondit, Pamphili quidem de peculio vtique deducendum, quantacumque ea ſumma eſſet, id eſt, etiam ſi eum noxę dedere expediſſet: quidquid *t* enim pro capite ſerui præſtitum ſit, in eo debitorem eum domini conſtitui. quòd ſi Pamphili peculium non ſufficiat, tunc ex peculio Stichi non vltra pretium Pamphili deduci debere.

1 ¶ Quæſitum eſt, ſi ex alia ‖ qua ‖ cauſa Pamphilus pecuniam domino debuiſſet, nec ex peculio eius ſeruari poſſet, an vſque *u* ad pretium eius ex peculio Stichi poſſit deducere? Negauit. neque enim ſimile id ſuperiori eſſe, ibi enim propterea pretium vicarij deducendum, quod eo nomine ipſe Stichus ob defenſionem *a* vicarij ſui domino debitor conſtituatur. at in propoſito, quia Stichus nihil debeat, ex eius peculio nihil eſſe deducendum, ſed ex Pamphili duntaxat, qui certè ipſe in ſuo *b* peculio eſſe intelligi non poteſt.

telligitur, qui iubet ſeruum liberum eſſe ſub hac conditione, *ſi rationes reddiderit & heredib. centum intulerit.* Iuſſiſſe enim intelligitur dominus, centũ ex peculio inferre. Diminutionem quę inducunt, augmentum operantur, ſi inutilis alioqui futura ſit diſpoſitio. *l. 19. ſ. de vſufruct.* alias, non operantur diminutionem *leg. 72. in fin. ſupra de cond. & dem.*

a *d. §. 20.*

b *d. §. 20. l. 83. ſ. ad l. Falcid.*

c *d. §. 20. l. pen. ſ. de peculio: l. 28. in fin. ſ. de ſtatulib.*

d Vicarius quod debet ordinario, peculium vicarij minuit.

e *l. 9. §. 1. ſupra de peculio.*

f *l. 4. §. 3. l. 9. ſupr. de peculio.*

g Pœnas ipſo iure à lege impoſitas, non augeri, etiam contra negantem, hinc colligit. *Bart.*

h Prælegari peculium cur dicimus, non legari? Prælegare eſt alteri quodammodo rem ſuam legare, *vt l. vlt. inf. eod. l. 1. §. ſi ſeruus 4. ſ. de except. rei venditæ.* Sic obligatio prælegatur, *l. non ſolum 7. §. penult. infr. de liberatione.* vt & dos, *ſ. de dote prælegata.*

i & ita nulla erit ambiguitas, εὑρήμα ad hunc locum refert hoc Bartolus. Pone ſtatuto ementem vniuerſim ſeu auerſione omnia bona alicuius, æri alieno eius obnoxium fieri? Cautio, inquit, tibi fuerit, vt ſigillatim debitoris bona compares. Ita enim fiet, vt ne venditoris, æri alieno ſubiiciare.

k *l. 30. ſupr. de peculio.*

l *l. 1. ſup. eod. l. 2. ſ. de pœnis.*

m Orationem ſc. adde *l. 25. C. de teſt. l. 6. ſ. de ſolut.*

*

n Imò ordo antiquus ſeruatur *l. 34. ſup. de vſufr.*

o vt vicaria ſc. *l. 73. in fin. ſupr. de l. 3. v. l. 38. §. 2. ſ. de peculio.*

p Imò, non ſerui tantum, ſed & reliquarum ancillarum eſt communis, *l. 36. ſup. de legat. 1.*

q vide *Cuiac. 5. ad Afric.*

r vicarium ſc.

ſ adde *l. 11. ſup. de peculio.*

t Inuito beneficium dari interdum poſſe, hinc colligunt, adeò vt quiſque pro inuito ſoluere poſſit, cui ſit pes vel manus ex pœna ſtatuti vel ſententiæ amputanda, niſi intra certum diem ſoluerit, *Bart. hic. Bald. in l. vlt. C. de negotiis. Decius in regula inuito 69. ſ. de regul. iur.* adde *quæ ſcripſi ad l. 1. 2. l. 3. l. 4. ſ. de liberat. l. 6. ſ. de appell.*

u *l. 38. §. 2. ſ. de peculio.*

Si dominus iudicium ſerui nomine acceperit.

17. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex Caſſio. ‖

QVi peculium ſerui legauerat, iudicium eo nomine acceperat, deinde deceſſerat. placuit, non aliter peculium ex cauſa legati præſtari, quam ſi de *c* accepto iudicio heredi caueretur.

De creditoribus peculiariis.

18. *Marcianus* ‖ lib. 6. Inſtitutionum. ‖

SI ſeruo manumiſſo peculium legatum fuerit, in eum ſine dubio creditoribus peculiariis actiones non † competunt. ſed non aliàs heres peculium præſtare debet, niſi ei caueatur defenſu iri aduerſus creditores peculiarios.

De manumiſsione inter viuos.

19. *Papinianus* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

CVm *d* dominus ſeruum vellet manumittere, profeſſionem *e* edi ſibi peculij iuſſit, atque ita ſeruus libertatem accepit: res peculij profeſſioni ſubtractas, non videri manumiſſo tacitè conceſſas apparuit.

1 ¶ Teſtamento data libertate, peculium legauerat, eundemque poſtea manumiſerat: libertus, vt & nominum peculij actiones ei præſtarentur, ex teſtamento conſequetur.

2 ¶ Filiusfamiliàs, cui pater peculium legauit, ſeruum peculij viuo patre manumiſit *f*. ſeruus communis omnium heredum eſt exemptus peculio propter filij deſtinationem, quia id peculium ad legatarium pertinet, quod in ea cauſa, moriente parte, inueniatur.

20. *Marcianus* ‖ lib. 7. Inſtitutionum. ‖

NIhilque *g* intereſt, ‖ antè ‖ legatus, deinde inutiliter manumiſſus ſit, an contrà.

De vicario.

21. *Scæuola* ‖ lib. 8. Quæſtionum. ‖

SI Sticho manumiſſo peculium legatum ſit, & Titio ſeruus peculiaris, quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantum ei accedere, cui vicarius legatus eſt, Iulianus ait.

De eo quod domino debetur, heredi ſoluto. 1. De vicario communi.

22. *Labeo* ‖ lib. 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

DOminus ſeruum teſtamento manumiſerat, & ei peculium legauerat. Is ſeruus mille nummos domino debuerat, & eos heredi ſoluit? Reſpondi, omnes eas res, deberi orcino, ſi pecuniam orcinus quam debuerat ſoluiſſet.

1 ¶ Dominus ſeruum qui cum eo vicarium communem habebat, teſtamento manumiſerat, & peculium ei legauerat. deinde † ipſum vicarium, qui communis erat, nominatim & ipſi, & libertæ ſuæ legauerat? Reſpondi, partem *h* quartam libertæ, & reliquam ‖ partem ‖ quartam liberti futuram: quod & Trebatius.

De peculio relicto ei, qui iuſſus eſt liber eſſe, ſi rationes reddidiſſet. 1. De eo quod dominus ſeruo debet. 2. De his quos teſtator iuſſit eſſe ἀνεξετάστους h. e. à reddendis rationibus liberos.

23. *Scæuola* ‖ lib. 15. Digeſtorum. ‖

DOminus Sticho ſeruo ſuo, qui bona liberti eius geſſit, cui pro parte dimidia teſtamento heres extiterat, in quibus negotiis geſtis, & Kalendaria fuerunt, teſtamento ſuo libertatem dederat, *ſi rationem reddidiſſet*, eique peculium ſuum per fideicommiſſum dedit. Stichus ſummas, quibus reliquatus erat tam ex Kalendario, quam ex variis cauſis reddidit, manentibus debitoribus pro quibus ipſe pecuniam heredibus patroni refuderat, libertatemque adeptus deceſsit. quæſitum eſt, an heredibus Stichi aduerſus nomina debitorum, pro quibus Stichus pecuniam heredibus patroni intulit heredes patroni ex cauſa fideicommiſsi, compellendi ſint actiones præſtare, cùm nihil aliud à Sticho patrono debitum fuerit? reſpondit pręſtandum *i*.

1 ¶ Teſtamento codicilliſve ſeruos manumiſit, & peculia legauit, & de Sticho ita cauit: *Stichum ſeruum meum liberum eſſe volo, eique volo dari decem aureos, & quidquid ex ratione loculorum meorum habet: rationes autem heredibus meis dari volo. his omnibus quos hoc teſtamento manumiſi, peculia ſua concedi volo.* quæſitum eſt, an quod amplius ratione loculorum in diem mortis erogauit, Stichus ex peculio ſuo ab heredibus recipere debeat, cùm ex conſuetudine *k* domus eſſet, vt quidquid amplius ex ſuo in rationem *l* loculorum erogaſſet, dominica ratio ei deberet, atque exſolueret? Reſpondit, ſecundum ea, quæ propter conſuetudinem proponerentur, id quoque peculio legato contineri, quod & dominica ratio deberet, & ſoleret reddere.

2 ¶ Seruis libertates, legatáque dederat *m* & conditionem ita ſcripſerat, Ὅσους κατέλιπον ἐλευθέρους, καὶ τὰ ληγάτα αὐτοῖς, τούτους βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστους. m. id eſt, *Quotquot reliqui liberos, atque ‖ eis ‖ legata, eos ipſos inexcuſſos eſſe volo.* quæſitum eſt, an peculia quoque legata his videbuntur? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non videri legata.

3 ¶ Item quæſitum eſt, an ex iiſdem verbis reliqua *n* rationum, quaſi legata retinere poſsint, aut ſi res dominicas apud ſe habue-

a adde *l. 41. ſ. de negotiis.*

b nemo eſt in peculio ſuo, *d. §. 2.*

c *l. 18. ſ. eod. l. 8. ſ. ſi cui plus quàm per l. Falc.*

† Cur? liber fratris non tenetur de iis quæ geſsit in ſeruitute.

d vide Langebekium *c. 38. annotationum.*

e Peculij profeſsionem qui à ſeruo, quem manumittere velit, edi ſibi poſtulat dominus, hac ipſo peculium ſibi recepiſſe intelligitur potius quàm ſeruo conceſsiſſe. vnde ſequitur: Dominum qui contentus fuerit his quæ in huiuſmodi profeſsione continentur, ea quæ profeſſione illa non continebuntur, tacitè ſeruo conceſsiſſe, niſi fortè ea ſeruus per dolum ſubtraxit. Dolus enim in omni cauſa excipiendus eſt. Improfeſſa peculio non cedunt. Cætera quæ Accurſius hic adiicit falſa eſſe Langebekius notat *c. 38. annotationum.*

f Sine voluntate patris: idque iniuria, *l. 13. ſ. de iure patron.*

g Imò intereſſe videtur, *l. 7. ſ. de manumiſ.*

† Peculium hic primò legatur, deinde vicarius, & ita res eadem hic legatur ſub diuerſis appellationibus: ſecus eſt ſi ſub eadem appellatione res eadem legetur, *l. cum q. 23. C. de legat.*

h *l. 41. §. 1. ſup. de legat. 1.*

i *l. 5. ſ. eod.*

k Quod dominus debet ſeruo, computatur in peculio ſuo, ſi talis erat domini conſuetudo. *Bart.*

l *l. 6. §. 4. ſ. eod.*

m *l. 119. ſ. de l. 1. v. l. 5. §. 6. ſupr. de adm. tut.*

n *l. 12. inf. de liberatione.*

rint *a*, aut ſi qui eorum coloni prædiorum fuerunt, penſiones *b*: Reſpondit, ſuprà *c* reſponſum.

De ſeruo legato.

24. *Vlpianus* ‖ lib. 43. ad Sabinum. ‖

SI legatus fuerit ſeruus, peculium excipere non *d* eſt neceſſe, quia non *e* ſequitur niſi legetur.

De vicario vicarij.

25. *Celſus* ‖ lib. 19. Digeſtorum. ‖

SI ſeruus liber eſſe iuſſus ſit, eique peculium legatum ſit, vicariorum eius vicarij legato continentur.

De fœnore quod pater filij nomine exercuit.

26. *Scæuola* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

T*iti fili. è medio præcipito, ſumito, tibique habeto domum illam: item aureos centum*: alio deinde capite peculia filiis prælegauit. quæſitum eſt, an peculio prælegato, & centum aurei, & vſuræ eorum deberentur, cum rationibus breuiariis *f* in ære alieno & ſortem & vſuras inter cæteros creditores complexus ſit? Reſpondit, ſi id fœnus nomine *g* filij exercuiſſet, & vſuras, ita vt proponerentur, filio adſcripſiſſet, id quoque peculio legato deberi.

DE PENV *h* LEGATA.

TIT. IX.

Si heres penum dare, & niſi penum dederit, nummos dare damnetur.

Vlpianus ‖ lib. 24. ad Sabinum. ‖

VXori ſuæ in annos ſingulos penoris aliquid heres dare iuſſus eſt, ſi *i* non dediſſet, nummos dare damnatus eſt. quæritur, an penus legata peti poſſit, an verò ſolummodò ſit in præſtatione, & ſi non præſtetur, tunc quantitas petatur. Etſi quidem ſemel penus ſit legata, non per ſingulos annos, certo iure vtimur, (vt & Marcellus lib. 39. Digeſtorum apud Iulianum notat) in præſtatione eſſe duntaxat penum, quantitatem verò & peti poſſe. habebit igitur hæres oblationem tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia conteſtetur, niſi fortè aliud tempus vel mente vel verbis teſtator præſtituit. Quòd ſi in annos ſingulos penus legata ſit, per ſingulos annos penus adhuc poterit præſtari. ſi minùs, ſummæ per ſingulos annos petentur.

¶ Quid ergo, ſi vna ſumma legata ſit, & primò penus non ſit præſtita? vtrùm tota ſumma debeatur, quaſi toto penoris legato transfuſo, an verò quantitas primi anni æſtimationis ſola ſit tranſlata, dubitari poteſt. Puto tamen, ſic voluntatem ſequendam teſtatoris, vt tota ſumma illico, poſtquam ceſſauerit heres dare penum vxori, præſtetur, heredis in deuotione coërcenda.

De vaſis.

2. *Marcianus* ‖ lib. 3. Regularum. ‖

PEnu certa cum vaſis certis legata & conſumpta *k*, ne vaſa quidem cedunt legato, exemplo *l* peculij.

De his quæ vſui potuique ſunt. 1. Vel non. 2. De penu eſculenta. 3. De eſculentis. 4. De poculentis. 5. De aceto. 6. De vſus gratia paratis. 8. De frumento vel legumine. 9. De lignis, carbonibus, & cæteris per quæ penus conficitur. De molis, thure, cereis. 10. De vnguentis, chartis, odoribus. 11. De vaſis.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

QVi penum legat, quid legato complectatur, videamus. & Quintus Mucius *m* ſcribit lib. 2. iuris ciuilis, penu legata contineri, quæ eſui *n* potuique ſunt. idem Sabinus libris ad Vitellium ſcribit. quæ harum (inquit) patrisfamiliæ, vxoris, liberorúmve eius, vel familiæ, quæ circa eos eſſe ſolet: item iumentorum *o*, quæ dominici vſus cauſa parata ſunt.

1 ¶ Sed Ariſto notat, etiam quæ eſui potuique non ſunt, contineri legato: vtputa ea, in quibus *p* eſſe ſolemus: oleum fortè, garum *q*, muria *r*, mel, cæteráque his ſimilia.

2 ¶ Planè (inquit) ſi penus eſculenta legetur, Labeo lib. 9. poſteriorum ſcribit, nihil eorum cedere, quia non hæc eſſe, ſed per ea ſolemus. Trebatius in melle contrà ſcribit. meritò: quia mel eſſe ſolemus. Sed Proculus omnia hæc contineri rectè ſcribit, niſi contraria mens teſtatoris appareat.

3 ¶ Eſculenta vtrùm ea quæ eſſe, an & ea per quæ eſſe ſolemus, legauerit? Et ea quoque legato contineri credendum, niſi contraria mens patrisfamiliàs doceatur. mella certè ſemper eſculentæ *ſ* penui cedere.

¶ Lacertas quoque cum muria *a* ſua contineri, nec Labeo negauit.

4 ¶ Poculenta penu, ea, quæ vini loco paterfamiliàs habuit, continebuntur: ſupraſcripta verò non continebuntur.

5 ¶ Penori acetum *b* quoque cedere nemo dubitat, niſi extinguendi ignis *c* cauſa fuit paratum. tunc enim vſui potuique non fuit. & ita Ofilius lib. 16. actionum ſcribit.

6 ¶ Sed quod diximus, *vſus ſui gratia paratum*, accipiendum erit, & amicorum *d* eius, & clientium, & vniuerſorum, quos circa ſe habet: non etiam eius familiæ, quam neque circa ſe, neque circa ſuos habet: putà ſi qui ſunt in villis deputati, quos Quintus Mucius ſic definiebat, vt eorum cibaria contineri putet, qui opus non facerent. Sed materiam præbuit Seruio notandi, vt textorum, & textricum cibaria adiiceret contineri. ſed Mucius eos voluit ſignificare, qui circa patremfam ſunt.

7 ¶ Simili modo & iumentorum *e* cibaria penui continentur, ſed eorum iumentorum, quæ vſibus ipſius, & amicorum deſeruiunt. cæterùm ſi qua iumenta agris deſeruiebant, vel locabantur, legato non cedere cibaria eorum.

8 ¶ Siue autem frumentum, ſiue quid leguminis in cella *f* penuaria *g* habuit, penoris legato continebitur. ſed & hordeum ſiue familiæ, ſiue iumentorum *h* gratia, & Ofilius ſcribit lib. 16. actionum.

9 ¶ Ligna, & carbones *i*, cæteráque, per quæ penus conficeretur, an penoris legato contineantur, quæritur? & Quintus Mucius & Ofilius negauerunt *k*, non magis quam molæ (inquiunt) continentur. Iidem & thus & ceras contineri negauerunt *l*. Sed Rutilius & ligna & carbones, quæ non vendendi cauſa parata ſunt, contineri ait. Sextus autem Cæcilius etiam thus, & cereos *m* in domeſticum vſum paratos contineri legato ſcribit.

10 ¶ Seruius apud Melam, & vnguentum, & chartas epiſtolares penoris eſſe, ſcribit. & eſt verius, hæc omnia, odores quoque contineri, ſed & chartas *n* ad ratiunculam, vel ad logarium *o* paratas contineri.

11 ¶ Vaſa *p* quoque penuaria quin contineantur, nulla dubitatio eſt. Ariſto autem ſcribit, dolia non contineri. & eſt verum ſecundùm illam diſtinctionem, quam ſupra in vino fecimus. Nec frumenti, nec leguminum thecæ, arculæ fortè, vel ſportæ, vel ſi qua alia ſunt, quæ horrei penuarij, vel cellæ penuariæ inſtruendæ gratia habentur, non continebuntur. ſed ea ſola continentur, ſine quibus penus haberi non rectè poteſt.

De his, quæ in promptuario ſunt. 1. De eo qui fructus vendere ſolet. 3. De genere vocabuli penus. 4. De penu quæ Romæ eſt. 5. De penu vrbana. 6. De vino excepto.

4. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

NAm quod liquidæ materiæ ſit, quia per ſe eſſe non poteſt, rapit *q* ſecum in acceſſionis locum id ſine quo eſſe non poteſt: vaſa autem, acceſſio legatæ penus, non legata ſunt. Denique penu conſumpta, vaſa non debentur. Sed & ſi penum cum vaſis ſpecialiter ſit legatum, vaſa non debebuntur, vel conſumpta *r* penu, vel adempta.

1 ¶ Si cui, quæ in promptuario ſint, legata fuerint, non omnis penus legata eſt.

2 ¶ Item ſi quis ſolitus fructus ſuos vendere, penum legauerit, non omnia, quæ & promercij *ſ* cauſa habuit, legaſſe videtur, ſed ea ſola, quæ in penum *t* ſibi ſeparabat. quod ſi promiſcuè vti ſolebat, tunc, quantum ad annuum vſum ei ſufficeret, familiæque eius *u*, cæterorûmque, qui circa eum ſunt, legato cedet: quod ferè (inquit Sabinus) euenit in perſonis mercatorum, aut quotiens cella eſt olei, & vini, quæ venire ſolebant, in hereditate relicta.

3 ¶ Nomen autem *penus* mihi traditum eſt omnibus *x* generibus dictum.

4 ¶ Si ita legetur, *Penum quæ Romæ ſit*, vtrùm, quæ eſt intra continentia, legata videtur, an verò ea ſola, quæ eſt intra murum? & quidem vrbes ferè omnes muro tenus *y* finiri, Romam continentibus *z*, & vrbem Romam æquè continentibus.

5 ¶ Quòd ſi vrbana penus ſit legata, omnem quæ vbique *a* eſt, legatam videri, Labeo ait: etiam ſi in villa ſit, vrbico vſui deſtinata. ſicuti *b* vrbica miniſteria dicimus, & quæ extra vrbem nobis miniſtrare conſueuerunt. Si autem extra vrbem, Romæ tamen ſit, ſed & ſi in hortis *c* ſit vrbi iunctis *d*, idem erit dicendum.

6 ¶ Si cui penus legata ſit præter vinum, omnis penus legata videtur, excepto vino. Sed ſi ita ſcriptum ſit, *Omnem* e *penum præter* f *vinum: quod* g *Romæ erit*: ſola penus, quæ Romæ eſt, legata videtur. Et ita & Pomponius lib. 6. ad Sabinum ſcribit.

De eo quod bibitur. 1. De pipere, liguſtico, careo, laſere, & cæteris huiuſmodi.

3. *Idem* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

a *ſub.* eas retinere poſsint.
b ſubintellige, retinere poſsint.
c Quid? non contineri nec videri legatum. §. 2. ȷ. eo.
d *v. l. 29. ſupra de contr. empt.*
e Imò ſequitur, *Paul. 3. ſent. 6. §. 34.* adde *l. 6. §. 2. ſ. eod.*
f Breuiariæ rationes in epitomen & compendium redactæ, ratiunculæ & legatarium videntur appellari *in l. 3. §. 10. ȷ. de penu legata.* Suetonius *in Galba cap. 12.* breuiarium rationem dixit.
g quod pater pro filio ſtipulatur in profectitio peculio, id in dubio ei concedere videtur. *Barr.*
h περὶ κελλαρικῶ. 44. *Eclog.* 12. penum definiunt Græci ὅσα εἰς πόσιν καὶ βρῶσιν συναθροίζεται. *Cuia.* hic ea continentur παντα τὰ βρώσιμα καὶ πόσιμα. *Eclog. ibid.* Penus eſt, quod eſculentum aut poculentum eſt, *Scæuola apud 4. Gell. quem ibid. vide*: Penora, res ad victum quotidianum neceſſariæ *Paul. apud Feſtum.* Videtur penus vocari, quòd huiuſmodi res ad victum neceſſariæ, intus & penitus recondamur. vide Forcatulum *c. 1. 2. Penus.* Eſt autem penus vel eſculenta *l. 3. §. 2. §. 3. ȷ. eod.* vel poculenta, §. 4.
i *l. 1. §. 8. ȷ. ad l. Falc. l. 19. ȷ. quando dies legat.*
k *l. 4. in pr. ȷ. eod.*
l *l. 12. ſ. tit. prox.*
m Scæuola ſcil. *v. 4. Gell. 1.*
n *l. 5. inf. eod.*
o *§. 8. in fin. ȷ. eo.*
p nota formam loquendi, oleum garum, muriam, non eſſe eſui potuique, ſed in iis nos eſſe, ea nos non eſſe, ſed per ea tantum nos eſſe *§. 2. ȷ. eod.* non ſunt eſculenta vel poculenta ſed eorum velut condimenta.
q i. liquamen ex piſce Silluro confectum. *Aurel. 2. Chronic.* oxygarum liquamen acetoſum, *Apitius. v. Cuiac. 9. obſ. 9.* vel eſt liquor piſcium ſalſus, quo olim piſces condiebant. *v. 20. Iſid. 3. dixi ad l. 1. C. quæ res exportari.* Hinc γαρέψης 2. *Har. 4. §. 33.* ſalſamentarius. adde Forcat. *c. 1. penus.*
r *§. 1. ȷ. eod* γάρον ἅλμην 44. *Ecl. 12. c. vni.* ἅλμη, Cotta *in voce penoris* legiſſe videtur amurcam. Muriam antiqui dixere liquamen, & Syrorum lingua ſic dici refert Acron *apud Cuiac. 9. obſeru. 9.* muria lacertas condiri legimus *in §. 3. ſ. eod.* & oliuas albas *apud Celſum 2.* eámque copia ſalis, & calore ſolis ſpiſſari, *v. Mercur. 2. Variar. 26.* Muriæ componendæ rationem *v. apud Colummell. 12.* Porrò apud Feſtum Muries eſt ſal in pila tunſum & in ollam fictilem coniectum, & in furno percoctum, quo dehinc in aquam miſſo Veſtales virgines vtebantur in ſacrificio.
ſ Lacertos. Lacertus Græcis σαῦρος dicitur. Ideóque argumento huius loci, apud Martialem 10. *Epigr.* 48. non incommodè legemus, Secta coronabunt muriato, (non turatos) oua lacertos.

a *v. §. 1. ſ. eod.*
b adde *l. 9. ſup. de tritico.*
c *v. l 18. §. 18. ſup. de inſtructo.*
d *l. 4. §. 2. ȷ. eod.*
e *v. §. 8. inf. eod.*
f de cella dixi ad Feſtum.
g quæ & penaria Martiano Capellæ.
h *in fin. princ. ſ. eod. §. 7. ſup. eod.*
i *l. 55. ſ. de l. 2.*
k malè: Diſtinguendum eſt enim vt paulò pòſt diſtinguit Rutilius.
l malè: diſtingue itaque vt paulò pòſt diſtinguit Sextus Cæcilius.
m Cerei in domeſticum vſum parati, penoris legato cedunt. 44. *Synopſ. 12. c. 3.*
n Græcis ἐπιστολιμαῖοι χάρται. *Syn. ibid.*
o λογάριον *Hal.* dicitur à λόγος, alibi breuiaria, rationes dicuntur. *l. vlt. ſupr. tit. prox.* χάρτας εἰς τὰ λογοθέσια. *Synop. ibid.*
p *l. vlt. ȷ. eod.*
q Quæ ſine alio eſſe non poſſunt, acceſſionis loco ea rapiunt ſine quib. non conſiſtunt.
r *l. 2. ſup. eod.*
ſ Promercij cauſa habentur, quæ venalia, nō ſunt tantùm, ſed quæ palam venalia haberi ſolent, vt præpoſitio *pro*, vim augeat. *l. quod §. 10. ſup. de impenſis.*
t *l. 60. §. 1. ſupr. de leg. 3.*
u *l. 3. §. 6. ſup. eod.*
x Penus omnibus generibus dicitur, hic penus, hæc penus, hoc penus. *§. vlt. ȷ. eod. l. 2. ȷ. de tritico*: *Nonius, Seruius, Terentius in Eunucho, & ibi Donatus.*
y *l. 87. ȷ. de verb. ſign.*
z *l. 84. ſ. de l. 3. l. 87. infr. de verb. ſign.*
a *l. 12. ȷ. de ſupellect.*
b Vrbica miniſteria, non ea tantum quæ in vrbe, ſed & quæ extra vrbem miniſtrare dominis ſolent.
c de hortis dixi & habitationibus veterum in hortis, ad *l. 66. §. 1. ſup. de donat. inter vir.*
d Rectè ait, iunctis, nam extra vrbem horti. *Cic. 12. ad Atticum.* Inde qui in hortis, abſentes non videntur: imò præſentes habentur *l. 5. ſ. de proc.*
e *al.* omne: ſequitur enim mox, *quod.* Verum hæc particula referri poteſt ad vinum quod antecedit, niſi pro *quod*, ſit, *quæ res*, vide Forcatulum *c. 1. penus.*
f id eſt, excepto vino.
g Relatiuum reſtringere ſuum antecedens ad quod diſtinctionis cauſa, non id ad quod excipiendi gratia, refertur; licèt hoc propinquius ſit, hinc colligunt interpretes.

NOn omne, quod bibetur a, in penu habetur; alioqui neceſſe eſt, vt omnia medicamenta, quę biberentur, continerentur. itaque ea demum penoris eſſe, quæ alendi b cauſa biberentur, quo in numero antidotum c non eſt: & ſanè verè Caſſius ſenſit.

1 ¶ Sed quod quidam negauerunt, piper, & liguſticum d, & careum e, & laſer, & cætera huiuſmodi in penu non eſſe, improbatum eſt.

De inſtrumento piſtrini. De vaſis.

6. *Idem* ‖ lib. 10. ad Sabinum. ‖

INſtrumentum piſtrini, item vniuerſa vaſa cocitatoria f, penu non continentur.

De omni penu.

7. *Scæuola* ‖ libro 3. Reſponſorum. ‖

P*Enum meam omnem ad matrem liberoſque meos qui cum matre ſunt, pertinere volo.* quæro, ſi tutores pupilli eam ſolummodò penum deberi, quæ in cœnaculo eſſet, dicant: ſint autem & in horreis amphorę g, an hę quoque deberentur. reſpondit, quidquid penoris vſus cauſa vbicunque habuiſſet, deberi.

a bibitur.
b *l.* 3. *ſup. eod.*
c de Antidoto *v. l.* 36. §. 2. *ſup. de contrah. empt.*
d liguſtricum Caræum.
e Gareum *Turnebus* 8. *aduerſ.* 6. eſt ſemen exiguum ſtomacho iucundum, cibo gratum, quod oxyporis miſcebatur. quidam carenum legunt. Carei meminis Dioſcorides *c.* 66. Alciatus in *l. negotiatores. C. de excuſat artiſic.* Carreum legit, & ea voce intelligit liguſtrum, quod à Catris celeberrimo Parthorum emporio aduehitur.
f coquinaria *Haloan.* cocinatoria *Cuiac. c.* 2. *obſer.* 6. *en ſi. l.* 19. §. 12. *in fi.* ǀ. *de auro.* Aliis cociatoria. Aliis item concinatoria: Eadem dicuntur Feſto cocula.
g *v. l.* 13. *in fi.* ſ. *eo.*
h περὶ οἰκονομικῆς. 44. *Eclog.* 13. vnde ſupellex dicitur *v. l.* 7. ǀ. *eo.*

DE SVPELLECTILE h LEGATA.

TIT. X.

Definitio ſupellectilis. Quæ res hac actione continentur.

1. *Pomponius* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

SVPELLEX i eſt domeſticum patrisfamiliæ inſtrumentum k, quod neque argento, auróve facto, vel veſti adnumeretur.

2. *Florentinus* ‖ lib. 11. Inſtitutionum. ‖

ID eſt, res mouentes l non animales m.

De vaſis. 1. De capſis & armariis. 3. De vitreis, argenteis, aureis, inargentatis, inauratis, ingemmatis. 4. De murrhinis, & cryſtallinis. 5. De materia ſupellectilis.

3. *Paulus* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

SVpellectili legata hęc n continentur: menſæ, trapezophora o, deificę p, ſubſellia q, ſcamna, r lecti etiam inargentati ſ culcitrę, toralia t, imperia u, vaſa aquaria, pelues, aquiminalia x, cādelabra y, lucernę, trullę z.

1 ¶ Item vaſa ænea vulgaria, id eſt, quę non proprio eſſent loco adtributa.

i quæ & ἐνδομενία *Cuiac. hic.* hoc notat Feſtus veteres dixiſſe etiam ſupellectilis, non ſupellex.
k id omne quod inſtruit domum patris familiàs: ab inſtruēdo namque aliquo, inſtrumentum dicitur *l.* 1. ſ. *de fide inſtrum.* i Supellex eſt id omne quod domum inſtruit. Ergo argentum, aurum factum & veſtes? Minimè, *l.* 1. ſ. *eo.* Ergo res cæteræ mouentes? ſic ſanè, dummodo non ſint animales, *vt hic*, & proinde ſerui, boues, equi & ſimiles res animales ſupellectilis appellatione non continentur.
m *l.* 12. §. 2. ſ. *de inſtructo adde l.* 207. ǀ. *de verb. ſign.* n *adde Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 67.
o ad verbum, quæ menſam ſuſtinent, ea vox reperitur apud Paulum 3. *ſent.* 6. §. 36. τραπεζόφοροι οἱ τὰς τραπέζας ἔχοντες, repoſitoria 33. *Plin.* 11. τραπεζόφορον Caliclare *Gloſſis.* p δελφῖνες *Ecl. ibid.* Delphica. 33. *Plin.* 11. Deificæ, abaci ſunt, è quib. vina miniſtrantur, *v. Cuiac.* 10. *obſeru.* 13. q ſubſellia. *Hal.* συβέλλια *Ecl. ibid.* dixi ad Varronem quid ſubſellia. r quæ & hypodia, quæ ſub pede ſedentib. ponuntur. *Cuiac. apud Paul.* 3. *ſent.* 6 §. 65. ſ lectos auratos & inargentatos dicimus ex hoc loco & *l.* 9. §. 1. ǀ. *eo. l. cum aurum* 19. §. *lectum* 8. *inf. de auro.* Porrò lecti, de quib. hic, conuiuarum: in quibus veteres ſolebant, depoſitis ſoleis, cœnare. *Terent. Heauton.* Adſide, accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt, video alios feſtinare, lectos ſternere, cœnā apparare. Plautus *Truculento*: deme de me ſoleas, cedo vinum. Martialis 3. *epigr.* 50. Depoſui ſoleas, adfertur protinus ingens Inter lactucas, oxygarúmque liber. Horatius 2. *ſerm.* 8. de Naſidieno inter cœnam ſurgente, & ſoleas poſcit. in his autem non ſedebant, ſed accumbebant, quod medium eſt inter ambulare & ſedere, *l. hæc verba,* 124. ǀ. *de verb. ſign.* Accumbebant reclinata ſupera parte corporis in cubitum ſiniſtrum, infera in longum porrecta ac iacente capite leuiter erecto, dorſo à puluillis modicè ſuffulto. Primus decumbebat ad caput lecti cuius pedes porrigebantur pone dorſum ſecundi: ſecundus verò occiput obuertebat ad vmbilicum primi, puluillo interiecto, pedes iacebant ad tergum tertij & ſic deinceps tertius, ſic quartus. Is qui primus & ad caput lecti, ſummus: (qui locus altus ac Pontificalis Seruio & malè) qui ad pedes, imus: qui inter iſtos, medius: & hic locus honoratior & dignior. ſic Cicero Conſularis. 9. *epiſt. ad Pat.* medius inter Atticum & Verrium cœnat. Ita Dido, mediam ſe locat *apud Virg.* Sertorius Imperator medius interior in medio: ſuper eum Iuſtus ſenator, in ſummo Antonius, & infra ſcriba Sertorij Verſius, & alter ſcriba Mœcenas in imo, medius inter Tarquitium & Ouium Perpeſiua *Salluſt.* 3. *hiſt.* Igitur quoties tres in vno lecto, medius digniſſimus: proximus honor, ſummus: ſi quatuor, medius dicebatur, qui proximus erat à ſummo: ſi duo tantum, digniſſimus, ſummus fuit. plura vide apud Lipſium 3. *Antiquar. lect.* 1. t ςρώματα προσκεφάλαια. *Ecl. ibid.* inſtructa & ceruicalia: de quib *l.* 25. §. 5. ǀ. *de auro & argento.*
u Cuiacius, impilia aut impelia 10. *obſ.* 13. Sed Ioſephus Scaliger, *ad* 1. *Varr. de re ruſtica.* monet imperia hic legi pro imparia. Imparia vaſa eſſe in ſupellectile familiari, quæ paterfamiliàs ſibi ſeruat præter ea quæ ſunt vſus quotidiani: à Catone præcipi, trapetes impares eſſe oportere: impares. i. præter illos quotidianos in ſingulis torcularibus vt, ſi aliquid fractum ſit in quotidianis, imparia in illorum locum ſufficiantur: Paria vocari, quæ habentur quotidiano vſu: Imparia alibi vocari ſuperuacanea. Hæc ille. x ſic etiam legitur §. 3. ǀ. *eo.* & *apud Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 56. aquiminaria *Hal.* vox aquiminaria extat in *l.* 19. §. 12. & *in l.* 21. §. *vlt.* ǀ. *de aur.* χερνιβοξέστα vel χερνιβοξέσα *Ecl. ib.* Aquimanilia legit Ioſephus Scal. apud Feſtum *in dictione manalem lapidem*: Idem apud Nonium *c.* 15. in Trulleum ita legit, vrceolum aquæmanalem (non aquæmanale) dicimus χερνιβόν: v. etiam *Cuiac.* 10. *obſ.* 13. Aquimanile autem dicitur vel quod ex eo aqua maneat in pelues, vel quod aquam poſcere ſolerent his verbis, *Aquam manibus*, vt apud Plautum *Truculento & in Perſo*: Fabius pictor apud Nonium, Aquam pedibus manibuſque dato, pocubum ſiniſtra manu teneto, dextra vas cum aqua. Caper Grammaticus, veteres manibus pedibúſque aquam dixerunt, Gloſſæ. Aqua manus νιψίχεσθαι. Ariſtophanes Grammaticus: ὅτι δ᾽ ἔθος λέγειν ὕδωρ κατὰ χειρὸς πρὸ τοῦ εἰσαχθῆναι τὴν τράπεζαν, μετὰ δὲ τὸ δειπνῆσαι, ἀπονίψασθαι δὲ τοῦ.
y adde *l. pen.* ǀ. *de verb. ſign.*
z *v. l.* 3. ſ. *de inſtructo.*

2 ¶ Præterea capſę a, armaria. ſed ſunt, qui recte putant, capſas & armaria, ſi librorum aut veſtium aut armamentorum b gratia parata ſint, non eſſe in ſupellectili: quia ne hę quidem ipſæ res, quib. adtributæ eſſent, ſupellectilis inſtrumento cederent.

3 ¶ Vitrea eſcaria, & potoria in ſupellectili ſunt, ſicut fictilia. nec ſolùm vulgaria, ſed etiam quæ in pretio magno ſunt: nam & pelues argenteas, & aquiminalia c argentea, & menſas, & lectos inargentatos, vel inauratos, atque gemmatos, in ſupellectili eſſe non dubitatur: vſque adeò, vt idem iuris ſit, & ſi tota argentea, vel aurea ſint.

4 ¶ De murrhinis d & cryſtallinis dubitari poteſt, an debeant adnumerari ſupellectili, propter eximium vſum & pretium: ſed & de his idem dicendum eſt.

5 ¶ Nec intereſt, cuius materiæ ſint res, quę ſunt in ſupellectili. ſed craterem argenteum non eſſe in ſupellectili e, nec vllum vas argenteum, ſecundum ſeculi ſ ſeueritatem nondum admittentis ſupellectilem argenteam. Hodie propter vſum imperitorum g, ſi in argento relatum ſit candelabrum argenteum, argenti eſſe videtur, & error h ius facit i.

De rhedis & ſedulariis.

4. *Idem* lib. ſingulari de inſtrumenti ſignificatione.

RHedæ k. & ſedularia l ſupellectili adnumerari ſolent.

De tapetis, linteis, ſtragulis, toralibus, pellibus, loris.

5. *Idem* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

DE tapetis m quæri poteſt, ſubſellia n cathedralia o, quibus inſterni ſolent, vtrum in veſte ſint, ſicut ſtragula, an in ſupellectili, ſicut toralia p, quę propria ſtragulorum non ſunt. & hoc magis placuit, ea ſupellectili contineri.

1 ¶ De tapetis autem vel linteis, quib. inſternuntur vehicula, dubitari poteſt, an ſint in ſupellectili. ſed dicendum eſt: potius inſtrumenti viatorij q ea eſſe, ſicut pelles r, quib. inuoluuntur veſtimenta. lora ſ quoque, quibus hæ pelles conſtringi ſolent.

Definitio ſupellectilis. 1. De pugillaribus & codicibus.

6. *Alfenus* ‖ lib. 3. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum. ‖

SVpellectilis eas eſſe res puto, quæ ad vſum communem t patrisfamiliàs paratę eſſent, quę nomen ſui generis ſeparatim non haberent. quare quæ ad artificij genus aliquod pertinerent, neque ad communem vſum patrisfamiliàs accommodatæ eſſent, ſupellectilis non eſſe.

1 ¶ Sed nec pugillares, & codices in ſupellectili ſunt.

Etymologia. 1. & definitio ſupellectilis. De materia, & ſpecie 2. De verbis & mente legantis.

7. *Celſus* ‖ libro 19. Digeſtorum. ‖

LAbeo ait, originem u fuiſſe ſupellectilis, quòd olim his, qui in legationem proficiſcerentur, legari ſolerent, quę ſub x pellib. vſui forent.

1 ¶ Tubero hoc modo demonſtrare ſupellectilem tentat, inſtrumentum quoddam patrisfamiliæ rerum ad quotidianum y vſum paratarum, quod in aliam ſpeciem non caderet, vt (verbi gratia) penum, argentum, veſtem, ornamenta, inſtrumenta agri, aut domus. Nec mirum eſt, morib. z ciuitatis & vſu rerum, appellationem eius mutatam eſſe: nam fictili a, aut lignea, aut vitrea, aut ærea denique ſupellectili vtebantur. nunc ex ebore b, atque teſtudine c, & argento, iam ex auro etiam atque gemmis ſupellectili vtuntur. quare ſpeciem d potius rerum, quàm materiam intueri oportet, ſupellectilis potius, an argenti, an veſtis ſint.

2 ¶ Seruius fatetur, ſententiam eius qui legauerit, aſpici oportere, in quā rationem ea ſolitus e ſit referre.

a *Paul.* 5. *ſent.* 6. §. 67.
b armorum.
c *l.* 7. *in pr.* ſ. *eod.*
d *l.* 19. §. 19. ǀ. *de auro.* μύεινα *Ecl. ibid. c.* 1. & *c.* 10. quę malè *apud Paul.* byſſina vocantur *v. Cuiac.* 3. *Paul.* 6. §. 7. Murrea dicuntur in *l.* 11. *in fi. inf. eo.* Murra pro vaſe myrrhino accipitur apud Martialem 12. *Epigr.* 113. Si calidum potas, ardenti murra falerno Conuenit, & melior ſit ſapor ille mero, de murrha aliàs dixi.
e argentea.
f *v. Plin.* 33. *c.* 11.
g Imperitos hic appellat, omnes qui neſciunt æſtimare verum argenti pretium & vſum: qui argento promiſcuè & viliſſimis in rebus vtuntur.
h καὶ ἡ πλάνη τοῦ χρωμένου νόμον ποιεῖ 44. *Eclog.* 13. *c.* 1. *in fi.* 1. imperitia teſtatoris ius facit. *Plin.* 4. *Epiſt.* Bonis heredibus, defunctorum voluntatem intellexiſſe, pro iure eſt, *v. Cui.* 10. *obſ.* 13.
i Quomodo facit ? Error hic facti eſt, quo non læditur ius publicum Error hic voluntas eſt errantis teſtatoris: aliàs error iuris nocet, *l.* 23. §. 2. *in fi. inf. de fideic. lib.* ſed & id additur. Errorem ius facere contingenter, non neceſſariò. Poſſis & errorem hic accipere imperitiam teſtatoris, qui candelabrum in argento numerat, non in ſupellectili.
k Inſtrumenti ſignificatione rhædæ, &c. *Hal.*
l ſeliquaſtra *Hal.* vt *apud Feſtum.* Sedularia ſunt quæ in rheda ſedenti ſubiiciebantur. *Auguſt. emend.* 4. Seliquaſtra ſedilia antiqui vocabant D. in L. conuerſo à ſedendo *Feſtus.* Sedularia legiſſe videtur Turnebus 8. *adu.* 9. quæ in ſedibus: ſicut cathedraria quæ cathedris, de quibus *l.* 5. *inf. eo.* & idē Turn. 18. *adu.* 23. vt roſaria, roſæ, ſedularia tanquam ſedillaria. m *al.* trapetis, & *malè.* n ſubſellia, cathedraria. *Hal.* o *v. l.* 4. *ſup. eo.* p *l.* 3. ſ. *eo.* Toral, thori inuolucrum. i. congeſtæ plumæ, vel herbæ, vel arundinis operimentum quod & elegantiore rurſus ſtragulo obducebatur, conuiuij cauſa, aut feriarum *Turneb.* 1. *adu.* 24.
q Viatorium inſtrumentum quo vtimur in via & itinere faciendo.
r *l.* 24. *l.* 25. ǀ. *de auro.*
ſ Petronius Arbiter, ego vos (inquit) in duas jam pelles coniiciam, vinctóſque loris inter veſtimenta, pro ſarcinis habebo. *Cuiac.* 10. *obſ.* 13. t i. domeſticum, *l.* 1. *ſup. eo.* v. quæ not. ad *l.* 6. *ſup. de pign.* πρὸς τὴν καθημερινὴν αὐτοῦ χρῆσιν.
u aliam adfert Turneb. 16. *aduerſ.* 25. Supellectilem à lectis dici, vt ſupellex prius habita ſit, quæ ſuper lectum poni ſoleret, dein familiare quiduis. x ſub pellib. viuebant milites. *Liuius* 3. militem Romanum in opere ac labore, niuib. pruiniſque obrutum ſub pellib. durare. idem 37. ſub pellibus habendos milites eſſe. Cic. *in Lucullo*, non multum ocij ſub ipſis pellib. relinquatur. *Feſtus in contubernalis.* Tabernacula dicta ex tabulis, licet ex tentoriis & pellib. fiant.
y πρὸς τὴν καθημερινὴν αὐτοῦ χρῆσιν. *v.* ſ. *eo.*
z adde *l.* 9. §. 1. ǀ. *e.*
a hinc illud Propertij 4. Fictilib. creuere diis, hæc aurea templa: & ita Iuuenalis XI. Hanc rebus Latiis curam præſtare ſolebat, Fictilis, & nullo violatus Iuppiter auro. Item ille, Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem. *Seneca,* 10. *ep.* 31. loquens de diis, cogita illos, cum propitij eſſent, fictiles fuiſſe.
b hinc menſæ eboreæ *l.* 12. §. 28. *ſup. de inſtructo.*
c hinc teſtudineorum legatum, & teſtudinei lecti *l.* 100. *ſup. de leg.* 3. Primus Caruilius Polio teſtudines ſecare in laminas, lectóſque & repoſitoria his veſtire inſtituit 33. *Plin.* 11.
d *v l.* 76. *in fi.* ſ. *de iudiciis.*
e *l.* 10. ǀ. *eod.*

re. verùm ſi ea, de quibus *a* non ambigeretur, quin in alieno genere eſſent (vtputà eſcarium *b* argentum, aut penulas, & togas) ſupellectili quis adſcribere ſolitus *c* ſit, non idcirco exiſtimari oportere, ſupellectili legata ea quoque contineri. non *d* enim ex opinionib. ſingulorum, ſed ex communi vſu nomina exaudiri debere. id, Tubero parum ſibi liquere ait. nam quorſum nomina, (inquit) niſi vt demonſtrarent voluntatem dicentis? equidem non arbitror quemquam dicere, quod non ſentiret, vt maximè nomine vſus ſit, quo id appellari ſolet. Nam vocis miniſterio vtimur: cęterùm* nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitauerit. Sed etſi magnopere me Tuberonis & ratio, & auctoritas mouet, non tamen à Seruio diſſentio, non videri quemquam dixiſſe, cuius *e* non ſuo nomine vſus ſit, nam* etſi prior atque potentior eſt, quam vox, mens *f* dicentis: tamen nemo ſine voce *g* dixiſſe exiſtimatur. niſi fortè & eos, qui loqui non poſſunt, conato *h* ipſo & ſono quodam καὶ τῇ ἀνάρθρῳ φωνῇ, i. *inarticulata voce*, dicere exiſtimamus.

De argento.

8. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Reſponſorum. ‖

CVm quidam vxori ſuæ legauerat domum *cum* i *iure ſuo omni, & inſtrumento, & ſupellectili*: quærebatur *k*. an videretur & argentum eſcale, & potorium legato contineri. Reſpondit, ſi quid *l* in ſupellectili argentum eſt, deberi. eſcale *m* autem, vel potorium argentum non deberi, niſi hoc quoque teſtatorem ſenſiſſe legatarius doceat.

De enumeratione ſpecierum. 1. De menſis, lectis, candelabris. 2. De pignore.

9. *Papinianus* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

LEgata ſupellectili, cùm ſpecies ex abundanti *n* per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur. ſi tamen ſpecies certi numeri demonſtratæ fuerint, modus generi datus in his ſpeciebus intelligitur.

¶ Idem ſeruabitur inſtructo prædio legato, ſi quædam ſpecies numerum certum acceperint.

1 ¶ Supellectilis menſas eſſe cuiuſcunque materiæ (ſcilicet vel argenteas, vel argento incluſas *o*) placet. Nam & argenteos *p* lectos, item argentea candelabra ſupellectili cedere, poſterior ætas *q* recepit cùm & Vlyſſem ex auro & argento lectum viuentis arboris truncis ædificatum ornaſſe, quem Penelopa recognoſcendi viri ſignum accepit, vt voluit Homerus *r*.

2 ¶ Supellectili ſua omni legata, acceptum argentum pignori *ſ* non continebitur: quia ſupellectilem ſuam *a* legauit: vtique ſi non in vſu *b* creditoris id argentum voluntate debitoris fuit, ſed propoſitum *c* propter contractus fidem, ac reſtituendæ rei vinculum.

De veſte.

10. *Iauolenus* ‖ lib. 3. ex poſterioribus Labeonis. ‖

QVi veſtem omnem, & res plurium generum ſupellectilis *d* expenſo ferre ſolitus *e* erat, is vxori ſupellectilem legauerat. rectè negabant, veſtem legato ceſſuram Labeo, Ofilius, Caſcellius: quia non *f* poſſet videri veſtis appellatione ſupellectilis contineri.

De vaſis.

11. *Idem* ‖ lib. 10. ex poſterioribus Labeonis. ‖

VAſa ænea *g* ſalientis aquę poſita; item ſi quid aliud magis deliciarum *h*, quàm vſus cauſa paratum eſſet, non eſſe ſupellectilis, Labeo, Trebatius putant.

¶ Murrea *i* autem vaſa, & vitrea, quæ ad vſum edendi, & bibendi cauſa parata eſſent, in ſupellectili dicuntur *k* eſſe.

De vrbanis ruſticis, ſeu peregrinis.

12. *Labeo* ‖ lib. 4. Pithanon a Paulo Epitomatorum. ‖

QVemadmodum vrbanus ſeruus & ruſticus diſtinguitur non *l* loco, ſed genere vſus, ita vrbana, penus & ſupellex ad vſum vrbanum, non ad locum vrbanum aut peregrinum, dirigenda eſt. multúmque intereſt, penus & ſupellex ea, quę in vrbe ſit, an vrbana *m* legetur, vel promittatur.

De habitatione.

13. *Modeſtinus* ‖ lib. 9. Reſponſorum reſpondit. ‖

NVnquam *n* ex eo, quòd ſupellectilem legauit maritus teſtamento, habitationem *o*, in qua ſupellex fuit, legaſſe videtur. quare contra defuncti voluntatem habitationem ſibi mulierem vindicare proculdubio eſt.

De fundo vel domo legata.

14. *Calliſtratus* ‖ libro 3. de cognitionibus. ‖

FVndo legato, inſtrumentum eius non *p* aliter legato cedit *q*, niſi ſpecialiter id expreſſum ſit. Nam & domo legata, neque inſtrumentum eius, neque ſupellex aliter legato cedit, quamſi id ipſum nominatim expreſſum à teſtatore fuerit.

a *l.23. in fi. ſup. de leg. 3.*
b eſcale, *l. 8. inf. eodem.*
c *l.10. inf. eod.*
d Verba ſeu nomina non ex opinione hominis exaudiri oportet, ſed ex communi vſu.
*
e qui non ſuo *Hal.* *
f *l.12. in fi. l.127. in fi. ſup. de leg. 1, l. 34. in fi. ſup. de leg. 2. l.69. in fi. ſup. de leg. 3. l.19 l.101. §. 2.). de cond. & demonſt., l.23. C. de leg. l.16. C. de fideic.*
g *l.20. ſup de arbitr. l.3. ſup. de reb. dub.*
h conatu ipſo. *Hal.*
i. cum omni ſua cauſa & ſtatu.
k ex verbo ſuppellectilis ſc.
l *al.* aliquod.
m eſcarium, *l.7. §. vlt. in pr. ſup. eo.*
n adde *l.12. §.46. ſup. de inſtructo.*
o v. quæ notaui ad *l. 41. in fin. ſup. de contrah. empt.*
p vide quę ſcripſi ad *l.3. ſup. eod.*
q *l.3. in fin. l.7. §.1. ſup. eod. l. vlt. in fin. inf. eod.*
r *3. Odyſſ.*
ſ Pignus non continetur ſupellectilis legato, niſi in vſu creditoris fuit, voluntate debitoris, *vt hic.* aut niſi in proprium patrimonium creditoris verſum fuerit, ceſſante nimirum debitore, *l.101. ſup. de leg. 3.* Quid ſi pignus in eam quantitatem ſit nexum, ſpes vt non ſit id vnquam à debitore lui poſſe? id pignus non tantùm obligatum, ſed alienatum planè intelligitur, *Bart. hic, & in l. in quorum finibus 24. ſupra de pignor. argum. l. 101. ſup. de leg. 3.* vt eo ... tradant, id genus ... in cenſum publicum à creditore deferendum eſſe, ſtante ſtatuto, vt quiſque ... ſuas in cenſum deferat. Aug. *in l. cùm notiſſimi 7. Cod. de præſcipt. 30. ann.* Alex. *in l. 1. §. per ſeruum 15.). de adquir. poſſ.* Deinde ... pignus in creditoris poſſeſſione eſſe, non debitoris. Huius generis pignore, legatum adimere legatario teſtatorem. Huius pignoris fructus fieri creditoris. Hoc caſu pignorantem alienare videri. Neg. ... gnſan. *de pignorib. 2. membro 4. num. 27. & ſeqq.*
a *l.99. in fi. inf. de verb. ſign. l.34. in ... de auro.*
b Pignore vti debitoris volunt... creditor poteſt.
c *Quid ſi legat ... poſitum.*
d fortè ſupellectilis ... hoc ſenſu, ſupellectilis legato, ... non continetur etiamſi teſtator ... ſupellectilem ... uit, veſtem om... & res plurium ... tum ſupellectilis ... penſo ferre ſolitus fuit.
e *l.7. §.2. ſup. eo.*
f Cur ita? vel ideo quod multum ... exiſtimare, ſupellectilis appellatione veſtem contineri, & rerum vocabula, quę διδασκαλικὰ ὄργανα, καὶ διακειτικὰ τῆς οὐσίας, arbitrio noſtro mutari ... *v. Cuiac. ad 3. Paul. ſent. 6. §. 6. 7. v. l. 6. ſup. de pign.*
g ahenea. *Hal.* τὰ τὸ ἀναβλύζοντα χαλκᾶ σκεύη. *44. Ecl. 13. c. 10. l. 79. in fin. inf. de verb. ſign.*
h Deliciarum cauſa potius quàm vſus gratia parata, ſupellectilis legato non continentur.
i *v. l.3. §.4. ſup. eod.*
k *v. l.9. §.1. ſup. eod.*
l *l.60. §.1. ſup. de leg. 3. l. ... inf. de verb. ſign.*
m *l.4. §.5.). de penu.*
n Supellectilis appellatione, non continetur habitatio in qua ſit ſupellex.
o Supellectile vxori legata, domus in qua ſupellex legata eſt, non continetur.
p Imò, nunquam cedit *Paul. 3. ſent. 6. §. 34.*
q *l.2. in fin. ſup. de inſtructo.*

LIBER TRIGESIMVS QVARTVS.

DE *a* ALIMENTIS *b* VEL CIBARIIS LEGATIS.

De aqua.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 5. de omnibus tribunalibus. ‖

SI alimenta fuerint legata, dici poteſt, etiam aquam *c* legato ineſſe, ſi in ea regione fuerint legata, vbi venundari *d* aqua ſolet.

De libertis, De fiſco.

2. *Marcianus* ‖ lib. 8. Inſtitutionum.

SI quis libertis *e* alimenta reliquerit, etſi legati fuerint ſerui, & rogati legatarij manumittere, ad fideicommiſſum admittuntur, vt & Diui quoque Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.

1 ¶ Et licèt ad fiſcum *f* bona fuerint deuoluta, ex quibus alimenta debeantur, pręſtanda ſunt, ſicuti ſi ad quemlibet ſucceſſorem tranſiſſent.

De diuiſione alimentorum. De electione vnius qui ea præſtet.

3. *Vlpianus* ‖ libro 2. de Officio Conſulis.

SOlent iudices *a*, ex cauſa alimentorum, libertos diuidere *b*, quotiens plures ſunt heredes: ne *c* à ſingulis heredibus minutatim *d* alimenta petentes diſtribuantur: quam diuiſionem perinde tueri oportet, atque ſi paterfamiliàs ipſe libertos diuiſiſſet.

¶ Solent & vnum eligere, per quem alimenta pręſtentur, aut ex voluntate defuncti, aut arbitrio *e* ſuo; vt reſcripta ſubiecta oſtendunt: Exemplum libelli dati mihi à libertis Silij miſi vobis, ſciens, ad exemplum iſtam rem pertinere: quia multi teſtamentis ſuis pręſtari libertis iubent neceſſaria: quæ, quia minimi æris ſunt, ad nihilum perducuntur, cùm plures hęredes cœperunt per ſucceſſiones exiſtere. qua de cauſa puto vos rectè facturos, ſi conuocatis Fauillę hęredibus, procuratoribúſve *f* eorum, conſtitueritis, cui à cęteris dari debeat pecunia, ex cuius vſuris alimenta præſtentur. debebit autem is qui accipiet, cauere *g* eis, qui dabunt, redditurum ſe, vt quiſque ex libertis deceſſerit, alióvequo modo in ciuitate eſſe deſierit, tantum ex ſorte, quantum efficiet pro portione computatio. Diuus Pius Rubrio cuidam Teleſphoro reſcripſit: Conſules, vocatis his, à quibus vobis alimenta deberi ex cauſa fideicommiſſi conſtiterit, vel omnes ab vno, vel facta pro rata diſtributione, quis & à quibus percipiatis, decernent. Fiſcus enim, ſi eo nomine quid ab eo vobis deberetur: exemplum

a Alimentorum fauor in multis elucet. Primùm enim ex minus vtili voluntate debentur, *l. 1. C. de fideic.* poſſunt relinqui incapacibus *l. is cui 11. l. ſeruos 17. inf. eo.* generali clauſula, legata minuente, non minuuntur, *l. libert. 18. §. poſtumis 3. inf. eo.* intelliguntur repetita à ſubſtituto *l. 4. §. Lucius.). eo.* priuilegium habent exigendi: habet enim executor actionem, *l. alio). eo.* dilationes pauciores admittunt, *l. 2.). de iudic.* ſed nec appellationem, *l. vlt. inf. de appell. recip.* nec compenſationem interdum, *l. 3. C. de compenſat.* pubertatis tempus in longius tempus protrahunt, vt eò longius debeantur, *l. 4.). eo.* pacto remitti non poſſunt ſine auctoritate iudicis, *l. 8. ſup. de tranſact.* peti die etiam feriato poſſunt. *l. 2. ſup. de feriis.*
b περὶ τροφείων 44. Eclog. 14. de alimentorum fauore Rebuffus in *tractatu ſententiarum prouiſionalium tom. 1. art. 3. gloſſ. 2. in verbo. Donnez en matiere d'alimens.*
c Aqua alimentorum legato continetur. de aquæ legato adde *l. 14. §. 3. inſr. eodem.*
d *l. 14. §. vlt. inf. eod.*
e *l. 116. inf. eod.*
f *ſup. de Syllaniano. Senat.*

a fortè Conſules, vt ex inſcriptione huius legis ... colligi: vel ... iudices à Conſulibus dati.
b vt ita conſulatur alimentario, *l. ... §. 9. ſup. de tranſact.*
c Alimentorum fauore vnus conuenitur: ne ſi plures conuenire ſit neceſſe, difficilior ſit exactio.
d vide *l.3. ſup. familiæ.* adde quæ ſcripſi ad *l. 2. C. de hered. act.*
e adde *l. 27. ſup. de legat. 1.* adde *l. 33. §. 4. C. de epiſcop.*
f Citatio & iudicium à procuratore incipere poteſt *l. 21. §. 2. ſup. ex quib. cauſ. maior. l. penult. §. 1.). ad leg. Falcid. l. 1. § 1. C. de epiſc. l. 3. C. de procur.*
g *v. l. 50. in fin. ſup. de vſufr.*

a ſequetur.

a ſequetur. Iam nunc ſciatis, partes eorum, qui ſoluendo eſſe deſierint, non pertinere *b* ad onus reliquorum hæredum.

De prædio relicto in alimenta. 1. De alimentis purè legatis.

4. *Modeſtinus* ‖ libro 10. Reſponſorum. ‖

Τοῖς τε ἀπελευθέροις, τοῖς τε ἀπελευθέραις μου οὓς ζῶσα, ἔντε τῇ διαθήκῃ ἔντε τῷ κωδικίλλῳ ἠλευθέρωσα, ἢ ἐλευθερώσω δοθῆναι βούλομαι τὰ ἐν Χίοις μου χωρία ἐπὶ τῷ καὶ ὅσα ζώσης μου ἐλάμβανον, ἐπιχεῖσθαι αὐτοῖς κιβαρίου καὶ βεστιαρίου ὀνόματι. id eſt, *Libertis libertabúſque meis, quos viuens in teſtamento & codicillis manumiſi, vel manumittam, dari volo mea prædia quæ in Chio inſula habeo: ad hoc, vt, quæcunque viuente me acceperint, conſtituantur eis cibarij & veſtiarij nomine.* quæro, quam habeant ſignificationem, vtrùm *c* vt ex prædiis alimenta ipſi capiant, an verò vt, præter prædia, & cibaria, & veſtiaria ab herede percipiant, & vtrùm proprietas, an vſusfructus relictus eſt, & ſi proprietas relicta ſit, aliquid tamen ſuperfluum inueniatur in reditibus, quàm eſt in quantitate cibariorum, & veſtiariorum, an ad hæredem patronæ pertineat. & ſi mortui aliqui ex libertis ſint, an pars eorum ad fideicommiſſarios ſuperſtites pertinet, & an die cedente fideicommiſſi, morientium libertorum portiones ad hæredes eorum, an teſtatoris decurrant? Modeſtinus reſpondit, Videntur mihi ipſa prædia eſſe libertis relicta, vt pleno *d* dominio hæc habeant, & non per ſolum vſumfructum. & ideo & ſi quid ſuperfluum in reditibus, quàm in cibariis erit, hoc ad libertos pertineat.

¶ Sed etſi deceſſerit fideicommiſſarius ante *e* diem fideicommiſſi cedentem, pars eius ad *f* cęteros fideicommiſſarios percinet. poſt diem autem cedentem ſi qui mortui ſint, ad ſuos hęredes hæc tranſmittent.

1 ¶ Lucius Titius teſtamento ſuo libertis libertabúſque cibaria & veſtiaria à liberis ‖ ſuis ‖ eiſdemque heredibus pręſtari iuſſit, nulla conditione addita. quęro, an, ſi *g* ſine patroni liberis, iidem liberti agant, cibaria & veſtiaria accipere poſſint? Modeſtinus reſpondit, nihil proponi propter quod petitio eorum, quæ teſtamento purè legata ſunt, non competat.

De omnibus libertis.

5. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

VErba teſtamenti: *Omnibus libertis noſtris* h *cibaria præſtabitis pro arbitrio veſtro, non ignorantes, quos ex his caros habuerim:* item alio loco: *Prothumum, Polychronium, Hypatium commendo, vt & vobiſcum* i *ſint & cibaria præſtetis, peto.* quæro, an omnib. cibaria debent dari, an his, quos commendauit, & cum hæredib. eſſe iuſſit. Modeſtinus reſpondit omnibus *k* libertis cibaria relicta proponi, quorum modum viri boni arbitrio ſtatuendum eſſe.

Quæ continentur appellatione alimentorum.

6. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex Caſſio. ‖

LEgatis alimentis, cibaria, & veſtitus, & habitatio *l* debebitur *m*: quia ſine *n* his ali corpus non poteſt. cætera *o* quæ ad diſciplinam pertinent, legato non *p* continentur.

7. *Paulus* ‖ libro 14. Reſponſorum. ‖

NIſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur.

De legato præceptionis. De eo cui legatorum diuiſio mandatur.

8. *Papinianus* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

PEcuniæ ſortem alimentis libertorum deſtinatam, vnum ex hęredib. ſecundum voluntatem defuncti pręcipientem *q* cauere non *r* eſſe cogendum, ex perſona deficientium *ſ* partes cohæredibus reſtitui, placuit, ob eam igitur ſpeciem poſt mortem omnium libertorum indebiti non competit actio, nec vtilis dabitur.

¶ Diuerſa *a* cauſa eſt *b* eius *c* cui legatorum diuiſio mandatur. Nam ea res pręſentem *d* ac momentariam curam iniungit. alimentorum verò præbendorum neceſſitas, oneribus *e* menſtruis, atque annuis, verecundiam quoque pulſantibus, adſtringitur.

De nudo miniſtro. 1. De cibariis & veſtiario, quæ teſtatrix præſtabat.

9. *Idem* ‖ lib. 8. Reſponſorum. ‖

ALio herede inſtituto, ita ſcipſit: *A te peto Gai Sei, quidquid ex hereditate mea redegeris, illis alumnis meis des* h, *ſingulis denos aureos: eandémque ſummam penes te eſſe volo, cuius ex incremento eos alere, te volo* i, *reliquum reſtitues Numerio conliberto noſtro* reſpondi, quamuis diſtrahere *i* bona Gaius Seius, alio ſcripto hęrede, non poſſit; tamen, eum alumnis relictam pecuniam vt ſeruet ac reſtituat intra Falcidiam, recte petiturum *k*: quod de ſuperfluo probari non poteſt.

1 ¶ Eum quoque libertum *l* inter eos, quibus cibaria, item veſtiarium patrona, quæ viua præſtabat, reliquit, rectè fideicommiſſum petiturum exiſtimaui, qui annuos viginti aureos, & menſtruum frumentum atque vinum acceptauit *m*.

De herede heredis. 1. De dilatione & mora. 2. De arbitrio boni viri.

10. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

CVm vnus ex heredibus certam pecuniam præcipere iuſſus eſſet, de cuius ſorte libertis alimenta pręſtaret: heredem quoque hęredis ad præceptionem admitti placuit. ſi tamen plures *n* hęredes heres haberet, intentionem quidem defuncti prima facie refragari, ſed aliud probari non oportere. quid enim, ſi cæteros hæredes ſuos euitauit, & quietam ac verecundam atque etiam idoneam, libertis conſulens, domum ſequi maluit: & ideo ab omnibus hæredibus hæredis alimenta pręſtabuntur.

1 ¶ Verbis fideicommiſſi purè manumiſſo *o*, præteriti quoque temporis alimenta reddenda ſunt, quamuis tardius libertatem reciperauerit, nec hæres moram libertati fecerit. tunc enim explorari moram oportet, cùm de vſuris fideicommiſſi quæritur, non de ipſis fideicommiſſis.

2 ¶ Alimentis viri boni arbitratu filiæ relictis, ab hærede filio pro modo legatę dotis, quam ſolam pater exheredatæ filiæ nubenti dari voluit, atque pro incrementis *p* ætatis, eam exhibendam eſſe reſpondi, non pro viribus hereditatis.

De reſtitutione damnati.

11. *Paulus* ‖ libro 10. Queſtionum. ‖

IS, cui "annua" alimenta relicta fuerant, in metallum damnatus, indulgentia principis reſtitutus eſt? Reſpondi, eum & præcedentium *q* annorum rectè cepiſſe alimenta, & ſequentium *r* deberi ei.

De prædiis pro alimentis obligatis.

12. *Idem* ‖ libro 14. Reſponſorum. ‖

LVcius Titius libertis ſuis cibaria & veſtiaria annua certorum nummorum reliquit, & poſteriore parte teſtamenti ita cauit: *Obligatos ſ eis ob cauſam fideicommiſſi fundos meos illum & illum, vt ex reditu eorum alimenta ſuprà ſcripta percipiant.* quæſitum eſt, an ſi quando *t* minores reditus prouenerint, quam eſt quantitas cibariorum & veſtiariorum, hæredes ad ſupplendam eam onerari non debeant: vel ſi alio anno exceſſerint, an ſupplendum ſit, quod ſuperiore anno minus perceperint? Paulus reſpondit, cibaria & veſtiaria libertis defuncti integra *u* deberi, neque ex eo, quod poſtea prædia his pignoris iure teſtator obligare voluit, vt ex reditu eorum alimenta perciperent, minuiſſe eum, vel auxiſſe ea, quæ reliquerat, videri.

De tranſlatione legati. 1. Si legetur alicui, quoad cum illo moretur.

13. *Scæuola* ‖ lib. 4. Reſponſorum. ‖

GAio Seio trecentos aureos legauit, *vt ex vſuris eius ſummæ libertis cibaria & veſtiaria præſtaret, quæ ſtatuerat, codicillis autem eandem ſummam vetuit dari Gaio Seio, ſed* x *dari Publio Meuio voluit.* quęro, an libertis fideicommiſſum debeat Męuius? Reſpondi, Męuium, niſi *y* aliud de quo non deliberaretur, doceat ſibi à teſtatore iniunctum, videri ſecundum voluntatem teſtatoris recepiſſe *z* ea onera, quæ adſcripta erant ei ſummę, quę in eum codicillis transferebatur.

1 ¶ Imperator Antoninus Pius libertis Sextiæ Baſilię. Quamuis verba teſtamenti ita ſe habeant, *vt, quoad cum Claudio Iuſto morati eſſetis, alimenta & veſtiarium legata ſint*: tamen hanc fuiſſe defunctæ co-

---

a *v. l. 6. ſup. de iure fiſci.*
b *l. 24 in fi C. familiæ erciſcund.*
c Fundus pluribus ſi relinquitur vt alimenta percipiant, videtur plena proprietas eſſe relicta: quæ etiam ad hæredes & coniunctos tranſmittitur.
d licet alimentorum, quæ morte finiri ſolent, mentio facta ſit, tamen & in heredem legatarij hic fundus tranſmittetur, & alienari poterit conſulto Prætore. Illa. n. verba, *ad alimenta. & cibarij veſtiarijque nomine*, cauſam legandi, non vſumfructum exprimunt *l. pen. ĵ eo. v. Cuiac. ad l. 8. §. 12. ſup. de tranſact.*
e ſecus ſi poſt, *v. l. 21. C. de fideic.*
f *l. 7. inf. de rebus dub.*
g ſine patroni liberis viuere, hic, nihil aliud eſt quam extra domum liberorum patroni: hac ſententia, Legatis alimentis & veſtiario libertis, tacitam conditionem non imponi libertis legatariis, vt cum teſtatoris liberis viuant quib. fortè commodius ſit domi ſuæ alimenta & veſtiaria accipere: ne quis hic cum Accurſio ſomniet, extraneos quoſdam vnà cum liberis inſtitutos, vel aliquos ſubſtitutos fuiſſe liberis abſentibus. Eſt igitur huius loci hic ſenſus. Alimentis relictis legatarios non cogi morari cum heredib. teſtatoris.
h meis, *Hal.*
i qui hæredes mei eſtis.
k *l. vlt. inf. de reb. dub.*
l nec tamen qui de eorum alterutro tranſigit, de altero tranſegiſſe cenſetur, *l. 8. §. 12. ĵ. de tranſ.*
m *l. vlt ĵ eo. l. 43. ĵ. de verb ſign.* Imò non debebitur: quippe *alimentorum* appellatione veſtitus & habitatio non continentur: nam qui alimentis renunciant, neutri renunciant, *l. 8. §. 12. ĵ. de tranſact.* Reſpondeo vbi de renunciatione alimentorum agitur, alimentorum voce duo illa non continentur. nam ſtrictè renunciationes interpretantur, vbi de legatis alimentis agimus, continentur, ac pleniorem interpretationem facimus.
n Vno conceſſo & omnia videntur conceſſa, ſine quib. id explicari non poteſt. Ideóque alimentis legatis, veſtis & habitatio, *vt hic.* conceſſa iuriſdictione, media ad eam tendentia. *l. 2. ſup. de iuriſd.* rei vindicatione, actio ad exhibendum *l. 56. 62. ſup. de procuratorib.* tabularum inſpectione, lectio *l. 2. §. 5. teſt. quemadmod. aper.* areæ conceſſione, ſuperficies *l. 44. §. 1. ver. placet. ĵ. de obl.* vſufructu conceſſo, acceſſus *l. 10. in fi. ſup. de ſer. vrban.* hauſtu aquæ aditus & iter concedi intelligitur *v. l. 20. §. 1. ſup. de ſeruitut. vrban. l. 3. §. 3. ſup. de ſeruit. ruſt.* ſeruus datus tutor, intelligitur liber. Nam quoties caſus omiſſus ἐνεργείᾳ & virtute expreſſi comprehendi poteſt, toties ad illum fieri debet extenſio: vt caſus omiſſus expreſſo contineri videatur vi ipſius vocabuli, aut actus antecedentis, aut connexi, aut conſequentis eius, aut ex neceſſaria cauſa ex eo emergente. *ſciat. in l. 2. ſup. de iuriſdict. vide ad hanc legem Roland. à Valle conſ. 22.* o Imò continentur ea quæ ad diſciplinam pertinent legato alimentorum. *l. qui filium, 4. ĵ. vbi pupillus educari.* Diſciplinæ debentur, ſi iure ſanguinis vel officio iudicis debentur alimenta: non debentur, ſi nudo teſtamento ſint relicta. p An pharmaca debentur ſi alimenta ſimpliciter alicui relicta. *leg. verbo victum 43. leg. 44. ĵ. de verbor ſignificat. leg. cum dotem 22. §. fin autem. 8. ſup. ſolut matrim.* Quod ſi non ſimpliciter ſed operanti relicta, minimi, non magni pretij pharmaca debentur, *l. 7. §. impendi. 16. ſup ſoluto, l. 2. l. omnino. 12. ſup. de impenſis.* An lectus debetur. *l. inſtratum, 45. l. quos nos 234. §. verbum viuere. ĵ. de verbor. ſignif.* q vt legatarium ſcilicet, non vt miniſtrum. r Cur non eſt cogendus? *v. l. 17. l. 60. ſup. de leg. 3. 5. Harmenop. 10. §. 26.* *
ſ diberrorum ſcilicet.

a Heres cui quid prælegatum eſt cum onere alimentorum, cauere non tenetur. Vel reddere coheredibus deficientium portionem: ſecus ſi nudus ſit miniſter.
b Imò non eſt diuerſa: quia cauere non cogitur, *l. diuus 7. ĵ ſi cui plus quam per leg. Falcid. adde l. ſi à pluribus, 107. ſuprà de legat. 1.*
c *l. 18. ĵ. de leg. 2.*
d *l. 88. §. 1. ſupr. de leg. 2.*
e Alimenta collegiis legata annuatim, *l. ſi quis ad declinandam 49. Cod. de epiſcop.* privatis menſtruatim præſtantur, *vt hic: l. vlt. ſupra de liberis agnoſcendis.* niſi talia ſint alimenta (pone exemplum in veſtimentis & lectis) quę menſtruam ſolutionem non recipiant: ea enim annuatim ſoluenda.
f Verecundia & pudore perinde interdum adſtringimur vt obligatione ciuili. vnde colligit Bartolus eum excuſari qui verecundia fectum omiſerit *v. l. 1. §. 5. quarum rerũ actio non datur.*
g lego, adſtringit.
h hoc verbo motus Bartolus tractat hic de *executoribus teſtamentariis*, quem vide. *adde l. 28. C. de epiſcopis & clericis.*
i Executor teſtamenti, bona defuncti diſtrahere non poteſt, ſed actionem habet pro relictis alimentorum vſque ad Falcidiam.
k Executor, miniſter ſeu diſpenſator teſtamentarius legatorum petitionem habet, *vt hic. & l. 107. ſupr. de leg. 1. l. nullo. 28. C. de Epiſcopis.* de quo plura ſcripſi ad *d. l. 107.*
l *adde l. 37. in fin. ſup. de leg. 3.*
m Acceptare quid *v. l. 11. in fin. ſupra de annuis legatis.*
n *l. 16. inf. eod.*
o *l. 11. infr. eodem l. 18.*
§. 1. ĵ. eod.
p adde *l. 3. §. 2. ĵ. vbi pupillus.*
q *l. 10. §. 1. ſup. eo.*
r *l. 13. ĵ. de his quæ pro non.*

ſ ita legari poteſt, *l. 8. §. 15. in fin. ſupra de tranſactionibus. l. 26. ſup. de pignorat. l. 9. ſup. de annuis. l. 4. ĵ. de ſeparationibus, l. 1. 2. C. communia de legatis.* ſed & pignus teſtamento rectè contrahi hinc colligitur, *vt l. 8. §. 15. verſ. idem ſup. de tranſact. l. 26. ſup. ĵ pro ſocio. l. 1. Cod. commun. de legat.*
t *l. 17. in. fin. ſup. de annuis.*
u *vide Guidonem Papium deciſ. 5.* Imò non integra *l. 5. ſup. de tritico.*
x Legatum intelligitur tranſlatum in alium cum onere ſuo. adde *l. legatum, 24. ĵ de adimen. leg.*
y *l. 74. ſup de legat. 1. l. 32. in fi. ſup. de leg. 2.*
z Imò non recepit, *l. ſi tibi, inf. de adimendis.* Ibi legatum tranſlatum fuit in eundem, hic in alium.

gitationem interpretor, vt & a poſt b mortem Iuſti eadem vobis præſtari voluerit. reſpondit, eiuſmodi ſcripturam ita accipi, vt neceſſitas alimentis præſtandis perpetuò c maneat d.

¶ Item conſultus de tali ſcriptura, *& tecum ſint ſemper, volo.* quæro, cùm manumiſſi ab herede, cum eo morati diu ſint, ſed ob e grauiorem ſeruitutem ab eo diſceſſerint, an alimenta his debeantur, quæ negat ſe præſtare, niſi f vice ſeruitutis iis vteretur g? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, deberi.

De relictis puero vel puellæ. 1. De pubertate. 2. de alimentis, quæ viuus præſtabat. 3. De aqua.

14. *Vlpianus* libro 2. Fideicommiſſorum.

MEla ait, ſi puero h vel puellæ alimenta relinquantur, vſque ad pubertatem deberi. ſed hoc verum non eſt. tam diu enim debebitur, donec teſtator voluit; aut, ſi non patet quid ſentiat, per totum i tempus vitæ debebuntur.

2 ¶ Certè ſi *vſque* k *ad pubertatem* l alimenta relinquantur, ſi quis exemplum l alimentorum, quæ dudum pueris & puellis dabantur, velit ſequi: ſciat Hadrianum conſtituiſſe, vt pueri vſque ad decimum m octauum, puellæ vſque ad quartumdecimum annum alantur. & hanc formam ab Hadriano datam obſeruandam eſſe Imperator noſter reſcripſit. ſed etſi generaliter pubertas non ſic definiatur, tamen pietatis intuitu in ſola ſpecie alimentorum hoc tempus ætatis eſſe obſeruandum, non eſt inciuile.

2 ¶ Sed ſi alimenta, *quæ viuus præſtabat*, reliquerit, ea demum præſtabuntur, quæ mortis tempore præſtare ſolitus n erat: quare ſi fortè variè præſtiterit, eius tamen temporis præſtatio ſpectabitur, quod proximum mortis eius fuit.

¶ Quid ergo ſi cùm teſtaretur, minùs præſtabat, plus mortis tempore, vel contrà? adhuc erit dicendum, eam præſtationem ſequendam quæ o nouiſſima p fuit.

3 ¶ Quidam libertis ſuis *vt alimenta, ita aquam* q *quoque per fideicommiſſum reliquerat*, conſulebar de fideicommiſſo, cum in ea regione Africæ, vel fortè Ægypti res agi proponebatur, vbi aqua venalis r eſt. dicebam igitur, eſſe emolumentum fideicommiſſi, ſiue quis habens ciſternas id reliquerit, ſiue non: vt ſit in fideicommiſſo, quanto ſ quis aquam ſibi eſſet comparaturus: nec videri inutile eſſe fideicommiſſum, quaſi t ſeruitute prædij, non u poſſeſſori vicinæ poſſeſſionis relicta.

¶ Nam & x hauſtus aquæ, vt pecoris ad aquam appulſus, eſt y ſeruitus perſonæ z: tamen ei a, qui vicinus non eſt, inutiliter relinquitur.

¶ In eadem cauſa b erunt geſtandi, vel in tuo vuas premendi c vel areæ d tuæ ad frumenta cæteráque legumina exprimenda vtendi. hæc enim aqua perſonæ relinquitur.

De alimentis relictis à legatario. 1. De his quæ teſtator præſtabat.

15. *Scæuola* lib. 17. Digeſtorum.

A Filio herede codicillis Seiæ decem reliquit, & alumno his verbis: *Mæuio infanti alumno meo quadringenta dari volo, quæ peto à te Seia* e *ſuſcipias & vſuras ei quincunces* f *in annum vſque viceſimum ætatis præſtes, eumque ſuſcipias, & tuearis* quæſitum eſt an Seia, poſtquam legatum ſuum acceperit, ſi nolit pecuniam alumno relictam ſuſcipere, vel in ſuſpicienda ea ceſſauerit, onus g alimentorum ex die mortis teſtatoris compellenda ſit agnoſcere? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, compellendam præſtare, cùm fideicommiſſum ſit.

¶ Idem quæſiit, an heres quoque Seiæ in annos viginti alimenta præſtare debeat? Reſpondit, debere.

1 ¶ Teſtator concubinæ mancipia ruſtica numero octo legauit, & his cibaria præſtari iuſſit in hæc verba: *Eiſque mancipiis, quæ ſupra legaui, cibarij nomine ab heredibus meis præſtari volo quæ* h *me viuo accipiebant.* quæſitum eſt, cùm viuo teſtatore ſemper mācipia ruſtica tēpore meſſium & arearum delegata fuerint, & eo tempore cibaria ex ratione domini ſui nunquam acceperint, excepto cuſtode prædij, an hæres eius quoque temporis, id eſt meſſis, & arearum, & cibaria concubinæ pro mancipiis ruſticis præſtare deberet? Reſpondit, eum cuius notio eſt æſtimaturum. *Claudius.* Meritò, nam ſi eodem modo, quo apud teſtatorem a fuerunt, & apud concubinam futura legauit, non debebuntur eius temporis, de quo quæſitum eſt, cibaria. verùm ſi velut in miniſterium vrbanum ab his transferentur, debebuntur.

2 ¶ Titia decedens teſtamento ita cauit: *omnibus libertis libertabuſque meis cibaria & veſtiaria, quæ a viua præſtabam, dari præſtarique volo.* quæſitum eſt. cùm tribus ſolis eo tempore, quo ea vixit, ſicut rationib. continebatur, cibaria & veſtiaria præſtiterit, an heres eius à ceteris quoque libertis conueniri poſſit, an verò trib. tantum ſit obnoxius, qui rationib. ipſius cibaria & veſtiaria accepiſſe reperiuntur? Reſpondit, ab omnibus b.

De morte heredis. 1. De his, quæ teſtator præſtabat. De liberto paterno. 2. De legato generali, & ſpeciali. 3. De libertis communib.

16. *Idem* libro 18. Digeſtorum.

ALimenta & veſtiaria libertis ſuis dedit, quæſitum eſt, an quia nominatim à Moderato vno ex heredib. dari iuſſit teſtator, ſolus Moderatus debeat, non etiam poſt mortem Moderati heredes eius? Reſpondit, & heredes c teneri.

1 ¶ Libertis d libertabúſque, item quos, quaſque teſtamento codicilliſve manumiſerat, *alimenta Commoda, quæ viua præſtabat, dari iuſſerat: item omnib. libertis libertabuſque fundos.* quæſitum eſt, an ad ea legata admitteretur liberti paterni libertus e, cui ſcribere ſolebat ita, Ἀπὸ Ῥυφίνης ἡμετέρῳ ἀπελευθέρῳ, id eſt, *Rufina prognato liberto noſtro.* epiſtola f etiam emiſſa ad ordinem ciuitatis, vnde oriunda erat, petierat *vti publicè, quòd medicus erat, ſalaria ei præſtarentur*, manifeſtando g literis ſuis, *eum ſuum eſſe libertum* h? Reſpondit, eum cuius notio eſt, æſtimaturum, vt ſi quidem viua ea & ei præſtabat, nihilo minùs ad fideicommiſſum admitteretur, aliter verò non.

2 ¶ Baſilicæ libertæ decem dedit, quam apud Epictetum & Calliſtum libertos eſſe voluit, *vt, cum fuerit Baſilica annorum viginti quinque cum vſuris quincuncib.* i *reſtituerentur: ita vt ex vſuris aleretur, prout ætatem ampliauerit.* quæſitum eſt, an ex alio k capite, quo generaliter libertis libertabúſque, cibaria & veſtiaria & habitationem reliquit, etiam Baſilicæ deberetur? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non l deberi, niſi hoc quoque ei datum probaretur. *Claudius.* Quia deſtinauerat alimentis eius vſuras pecuniæ, quas ſpecialiter ei prælegauerat.

3 ¶ Qui ſocietatem omnium bonorum ſuorum cum vxore m ſua per annos amplius quadraginta habuit, teſtamento eandem vxorem, & nepotem ex filio, æquis partib. heredes reliquit, & ita cauit: *Item libertis meis* n, *quos viuus manumiſi, ea quæ præſtabam.* quæſitum eſt, an & qui eo tempore, quo ſocietas inter eos permanſit, manumiſſi ab vtriſque, & communes liberti facti ſunt, ea quæ à viuente percipiebant, ſolida ex fideicommiſſo petere poſſint? Reſpondit, non amplius quàm quod vir pro o ſua parte præſtabat, deberi.

De ſeruis teſtatoris.

17. *Idem* lib. 19. Digeſtorum.

SEruos ad cuſtodiam p templi reliquerat, & his ab herede legauerat his verbis: *Peto, fideique tuæ committo, vt des, præſtet, in memoriam meam pediſſequis* q *meis quos ad curam templi reliqui, ſingulis menſtrua cibaria* r, *& annua veſtiaria certa.* quæſitum eſt, cum templum nondum ſ eſſet extructum ex die mortis, an verò ex eo tempore, quo templum explicitum fuerit, percipere ſerui debeant legatum? Reſpondit, officio iudicis heredem compellendum ſeruis t relicta præſtare, donec u templum extrueretur.

Si ſpecialiter in teſtamento: deinde generaliter in codicillis relictum ſit. 1. De tempore quo non eſt facta interpellatio. 2. de morte eius, qui certo ætatis ſuæ anno rogatus erat præſtare 3. De deminutione relictorum in teſtamento. 4. De onere morandi in aliquo loco.

18. *Idem* lib. 20. Digeſtorum.

LIbertis, quos teſtamento manumiſerat, alimentorum nomine menſtruos decem legauerat: deinde x codicillis generaliter omnib. libertis mēſtruos ſeptem, & annuos veſtiarij nomine denos legauit. quæſitum

a Imò non debentur poſt mortem *l. Seio. 10. ʃ. de annuis legat.* Ibi legatum adiectum fauore eius cum quo debet morari: hic, ſecus.

b *l. 20 in fi. ʃ. eod.*

c Alimenta ſimpliciter relicta ab aliquo, etiam mortuo eo à quo ſunt relicta, debentur legatario, perpetuo. n. relicta intelliguntur: perpetuò, hoc eſt ad vitam ipſius legatarij.

d Imò non manet. Nam conditione iniuſta, caſu deficiente, deficit legatum, *l. legatum, 4. C. de cōdi. inſtr. l. in teſtamento. 31. ʃ. de cond. & dem.* Ne dixeris particulam hanc *quoad* non facere conditionem, *l. 1. C. de legat.* ſed hoc ſpeciale eſſe fauore alimentorum.

e Morari qui cum aliquo iuſſus eſt legatarius, ſi facto aduerſarij non poteſt cum eo morari, legatum non amittit. Facto, puta ob grauiorem ſeruitutem familiæ, malos mores, *vt hic: adde l. Mæuia. 13. ʃ. de annuis l pen. ʃ. vbi pupilli.* mora hæredis non nocet legatario conditionem implere volenti.

f Plus & grauius eſt, alimenta legatario offerre, vt eo vice ſeruitutis vtaris, quàm ea offerre vt in defuncti domo moretur. vnde colligitur, morandi cum herede onus legatario ſeu alimentario adiectum, hunc effectum parere, vt alimentarius quædam ſeruitia præſtet heredis pro qualitate perſonæ, non iure ſeruitutis, ſed vice ſeruitutis, *vt hic.* Porrò alimentis vxori relictis in domo teſtatoris, vxorē heredib. viri operari cogi alij aiunt, alij negant: quod & honeſtius eſt, *v. Bal l. 1. C. de leg. adde l. ſicut patronus 48. ʃ de operis libert.* g Alimenta ſintne præſtanda legatario in domo defuncti teſtatoris, an heredis, an ipſius legatarij vide Roland. à Valle 1. *conſ. 22. n. 9 adde l. 11. C. comm. vtriuſque iud.* h puero vel puellæ alimenta relicta, non debentur vſque ad pubertatem, ſed per totum vitæ tempus. atqui pueritia pubertate finitur? *Pueri* appellatio hic non ætate certa præſtationem alimentorum definit, ſed indicat potius perſonam ea ætate tum affectam nec legatum relinqui ob eam vel ad eam vſque ætatem tantum. i *l. 8. ſup. de tranſact. l. 68. ʃ. ad l. Falc.* Imò vltra vitam debentur, *l. 3. ſup. e.* hic alimenta: ibi fundus ad alimenta relictus eſt, adde *l. 8. § modus ſup. de tranſact. l. heredit. 68. ʃ. ad l. Falc.*

k vſque ad pubertatem alimenta alicui relicta, pueris ad 18. puellis ad 14. annum præſtabuntur. l *v. l. 12. C. de ſacroſ. Eccl.* m Pubertas plena, fauore alimentorum in maſculo 18. in fœmina 14. anno finitur. n *v. l. 34. ʃ. de regul.* o Solitum facere dicimus, quod vltima vice facit. vox *ſolitus* etiam in vna vice ſignificationem ſuam oſtendit. p *l. 6. in fi. C. ne de ſtatu defunct.* q Aqua legari poteſt, *vt hic* Imò alimentorum legato continetur, *l. 1. ſup. eod.* r Aqua in Africa & Ægypto venalis *adde l. 1. ſup. eod.* ſ Aquam qui legat, aquæ pretium legat, *vt hic.* imo ipſa ſpecie debetur, *l. 8. §. ſi cui non ſummus 24. ſup. de tranſact.* t l. hoc prætextu quòd ſeruitus prædij legari non poſſit ei qui vicinam poſſeſſionem non habeat. Aquam. n. qui hic legat, non ſeruitutem legat, ſed debitum perſonale u ſeu domino *l. 1 ſup. cum præd.*

z al. etſi malè. y interdum ſc. z Imò ius hauriendi, non perſonæ ſed prædij eſt, *l. 1. §. 1. l. 20. in fi. ſup. de ſeruit. ruſtic.* a *l. 38. l. 39. ſup. de ſeruit vrban.*

b inutiliter legabitur.

c pomum decerpendi, cœnandi, ſpatiandi, *l. 8. ʃ. de ſeruit.* aucupandi *l. 16. ſup. de ſeruit. ruſtic* d vide quæ ſcripſi ad *l. vlt. C. de ſeruit. & Feſtum.*

e Executrix teſtamenti fœmina eſſe poteſt, v. Pekium c. 20. *de teſtam coniugum.*

f *de quib. v. l. 17. ſup. de vſuris.*

g *l. 5. §. 1. ſup. de leg. 2.*

h Relatiuum hoc ſuum antecedens limitat, & tempore, & quantitate, *Bart.*

a Hoc relatiuum limitat ſuum antecedens, non alia, *Bart.*

b *l. 19. in fi. ʃ. eo.*

c *adde l. 2. in fi. l. 10. ſup. eo.* Legata relicta ab herede, debentur ab herede heredis. *Bart.* non tantùm libertates,

d Fideicommiſſo relicto, libertas datur manumiſſis per fideicommiſſum, & libertorum liberti *l. 2. ſup. eod.* ſed & iis qui manumiſſi teſtamento, *vide Paul. 4 ſent. 1. §. 16.*

e Libertorum heredis appellatione, libertus liberti continetur, quem teſtator vt ſuum agnouit.

f Teſtatoris voluntas probari poteſt & declarari ex alia ſcriptura eiuſdem teſtatoris puta epiſtolis eius, *vt hic,* de quo vide plura apud Manticam 2. *de coniecturis, 16. n. 19.*

g Voluntas defuncti ex eius ſcriptura probatur, *l. 15. in f. ſup. eod. l. 34. ſup. de negotiis.*

h Medicinam exercebant etiam liberti, *l. 25. §. 1. l. 26. de operis libertorum l. 41. §. 6. ʃ. de fid. lib.* vt & ſerui. *ad l. 1. §. 5. C. de communi ſeruo manumiſſo.*

i *de quibus v. l. 15. ſup. eod. & l. ʃ. de vſuris.*

k Clauſula generalis in legato non rei iterabili (velut alimentorum) non refertur ad ea de quib. ſpecialiter non eſt cautum, *vt hic.* ſecus in iterabili *l. 19. §. 1. ſup. de annuis.*

l *l. 20. ʃ. eo.* Imò debetur, *l. Titia. §. qui Marco 1. ſup. de an. leg.* Hic legatum, quia alimentorum eſt, iterari non poteſt ibi poteſt. Vel dic ibi legati diuerſas cauſas eſſe: hic vnam & eandem.

m Societas omnium bonorum haberi poteſt cum vxore, facit *l. 1. ſup. de ritu.* Imò omnis contractus præter donationem poteſt cùm eadem iniri: dixi *ad l. 31. §. 3. ſup. de don. inter vir.*

n Appellatione *ſuorum* libertorum intelliguntur etiam communes, *l. 74. ſup. de leg. 3.*

o *l. 5. in fi. ʃ. de leg. 1.*

p Templi cuſtodiam, ſeruis interdum teſtatores mandabant: & quidem cuſtodiam, *vt hic:* curam verò, *vt ʃ eo.* adde *l. 35. ʃ. de liber. cauſ.*

q pediſſequis noſtris legare poſſumus, adde *l. 65. ſup. de leg. 2.*

r *l. 113. §. 1. ſup. de leg. 1.*

ſ Templo quod non eſt, ſed eſſe poteſt, poteſt relinqui. *Bart.* v. quæ ſcripſi ad *l. 5. §. 2. C de neceſſariis ſeruis heredib. inſt.*

t Serui, licèt ſint incapaces, tamen in cauſa alimentorum admittuntur: *Bart.*

u *l. 100. ſup. de leg. 1. l. 23. in fi ſup. de ſeruit. vrb.*

x Codicillis generalib. verbis conceptis, minuuntur relicta in teſtamento facta, *vt hic.* at non ea quæ relicta in teſtamento ad pias cauſas, *Tiraq. 19. priuilegio piæ cauſæ.* Imò generalis clauſula vltimæ voluntatis edicta, ſpecialiter antea relicta hic minuit, v. quæ ſcripſi ad *l. 16. §. 2. ſup. eo.*

eſt,

eſt, ſian‖& ex teſtamento, & ex codicillis, libertis fideicōmiſſum heredes præſtare debeant? Reſpondit, nihil *a* proponi, cur non ea quæ codicillis data proponerentur, præſtari deberent. nam ab his quæ teſtamento cibariorum nomine legata eſſent, receſſum eſt propter ea quæ codicillis relicta ſunt.

1 ¶ Manumiſſis teſtamento, cibaria annua, *ſi cum matre morabuntur*: per fideicommiſſum dedit. mater filio triennio ſuperuixit, neque *b* cibaria, neque veſtiaria eis præſtitit, cùm in petitione fideicommiſſi liberti ceſſarent. ſed & filia, poſteaquam matri heres exitit, quoad vixit, annis quatuordecim interpellata de iiſdem ſoluendis non eſt. quæſitum eſt an poſt mortem filiæ à nouiſſimo herede petere poſſint, & tam præteriti *c* temporis, quàm futuri, id quod cibariorum nomine & veſtiarij relictum eſt? Reſpondit, ſi conditio extitiſſet, nihil proponi, cur non poſſent.

2 ¶ Ab hæredibus Stichum manumitti voluit *d*, eíque, *ſi cum Seio moraretur*, cibaria & veſtiaria præſtari à Seio, deinde hæc verba adiecit: *Te e autem Sei peto, vt cùm f ad annum vicenſimum quintum perueneris militiam ei compares ſi tamen te ante non reliquerit*. quęſitum eſt, Sticho ſtatim libertatem conſecuto, prius autem defuncto Seio, quàm ad annum vicenſimum quintum perueniret, an ab his, ad quos bona Seij peruenerunt, militia Sticho comparari debeat. & ſi placet deberi, vtrum ſtatim militia comparanda ſit; an eo tempore, quo Seius annum vicenſimumquintum expleturus fuiſſet, ſi ſuperuixiſſet? Reſpondit, cùm placeat comparandam, non *g* ante deberi *h* quàm id tempus ceſsiſſet.

3 ¶ Poſtumis hæredibus inſtitutis, & patre, & matre, & ſubſtitutione facta, actores manumiſit, & peculia eis legauit, & annua, & certis libertis ſuis legata, & aliis exteris plura. deinde poſt teſtamentum factum nata filia codicillis ita cauit: *Si quid teſtamento quod ante i hoc tempus feci, legaui cui dari volui: peto ab his, vti tertiam partem Petinæ filiæ meæ reddant.* ſecundis autem tabulis facta pupillari ſubſtitutione, impuberib. libertis, quibus à parentib. libertates dedit, eò ampliùs alterum tantùm, quantum in nummo, præter cibaria & veſtiaria, dari voluit. quæſitum eſt, cum ſuperuixiſſet filia, teſtamento aperto & codicillis, poſtea autem deceſſerit, & fideicommiſſum datum ei de reſtituenda parte tertia ad heredes ſuos tranſmiſerat, an etiam cibariorum & veſtiariorum tertiæ partes ei per fideicommiſſum datæ eſſe videantur? Reſpondit, non *k* videri.

¶ Idem quæſiit, an eorum, quæ codicillis per fideicommiſſum relicta ſunt, tertiæ partes ad filiam pertinere deberent? Reſpondit, non deberi.

¶ Idem quæſiit, an alterum tantùm à ſubſtitutione legatum, deducta tertia parte quantitatis legatorum teſtamento datorum, computari debeat, vt duæ partes quantitatis debeantur, præter codicillos, quib. tertiam partem‖codicillis‖legatorum ad filiam ſuam pertinere voluit? Reſpondit integrum *l* ex tabulis ſubſtitutionis deberi.

4 ¶ Cibaria & veſtiaria per fideicommiſſum dederat, & ita adiecerat, *quos libertos meos, vbi corpus meum poſitum fuerit, ibi in eos morari iubeo, vt per abſentiam filiarum mearum ad ſacorſagum n meum memoriam o meam quotannis celebrent.* quæſitum eſt, vni ex libertis, qui à die mortis neque ad heredes acceſſerit, neque ad ſepulchrum morari voluerit, an alimenta præſtanda ſint? Reſpondit, non præſtanda *p*.

De cibarijs & alijs quæ teſtator præſtabat.

19. *Idem* ‖ lib. 22. Digeſtorum. ‖

TEſtamento ita cautum fuit, *Libertis meis cibaria, quaque alia præſtabam, ab heredibus meis præſtari volo.* vnus ex libertis, ex *q* voluntate patroni, negotij ſui gratia, quadriennio ante diem mortis abfuit. ex hac cauſa cibaria quæ ante acceperat, mortis tempore non accepit, cui tamen liberto eodem teſtamento patronus, ſicut & aliis, quos viuus manumiſerat, legatum quinque dederat. quæſitum eſt, an iſti quoque cibaria, & reliqua, quæ ceteris libertis legata ſunt, debeantur? Reſpondit, cur *r* non?

De legato ſpeciali & generali. 1. De contubernali & liberis. 2. De relicto à legatario. 3. De conditione implenda.

20. *Idem* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

S*Tichus nutricis meæ nepos, liber eſto: cui decem aureos annuos dari volo.* qui deinde, interpoſitis nominibus *ſ*, eidem Sticho *t contubernalem u eius, & liberos legauit, iiſque quæ viuus præſtabat.* deinde alio capite *libertis omnibus, quæ viuus præſtabat*, dari iuſsit. quæro, an Stichus, præter ſuum legatum & alimenta percipere poſsit? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non poſſe.

1 ¶ Item *cùm alimenta libertis vtriuſque ſexus reliquerit à republica & ex prædijs, quæ ei legauit, dari voluiſſet.* quæro, Sticho contubernali & liberis vtrum ab herede inſtituto, an à republica diaria & veſtiaria, quæ viuus dabat, præſtari deberent? Reſpondit poſſe benigna *a* voluntatis interpretatione dici, iis quoque à republica præſtanda.

2 ¶ Titia vſumfructum fundi legauit Mæuio, eiúſque fidei commiſit, *vt ex reditu fundi præſtaret Pamphilæ & Sticho annuos centenos nummos, quoad viuerent* b. quæro, an mortuo Mæuio, hæres alimenta debeat? Reſpondit, nihil proponi, cur debeat præſtari ab herede Titiæ. ſed nec ab hærede legatarij, niſi id teſtator manifeſtè probetur voluiſſe, etiam finito *c* vſufructu præſtari: ſi modò id quod ex vſufructu receptum eſſet, ei rei præſtandæ ſufficeret.

3 Mater filio herede inſtituto, per fideicommiſſum libertatem Pamphilo ſeruo dedit, eidem cibariorum nomine legauit quinos aureos & veſtiarij, in ſingulos annos, quinquagenos, ſi cum filio eius moretur. quęro, filio defuncto *d* an alimenta debentur? Reſpondit, ſi conditioni paruiſſet, deberi & poſt mortem.

De diarijs vel cibarijs.

21 *Vlpianus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum. ‖

DIariis *e*, ‖vel cibariis‖ relictis, neque habitationem neque veſtiarium, neque calciarium deberi palam eſt: quoniam *f* de cibo tantum teſtator ſenſit.

De quantitate non adſcripta. 1. Si is qui debet alimenta, vineas alimentario reliquerit, vti habeat vnde ſe paſcat.

22. *Valens* ‖ lib. 1. Fideicommiſſorum. ‖

CVm alimenta per fideicommiſſum relicta ſunt, non *g* adiecta quantitate, ante omnia inſpiciendum eſt, quæ defunctus ſolitus fuerat ei præſtare: deinde, quid cæteris eiuſdem ordinis reliquerit. ſi neutrum apparuerit: tum *h* ex facultatib. *i* defuncti, & caritate *k* eius, cui fideicommiſſum datum erit, modus ſtatui debebit.

1 ¶ Qui fratris ſui libertis alimenta debebat *l*, is teſtamento vineas cum hac adiectione reliquerat: *Vt habeant, vnde ſe paſcant.* ſi pro alimentis vineas reliquiſſet. non aliter eis ex fideicommiſſi cauſa eas præſtari debere, quàm ſi teſtamenti obligatione heredes liberaſſent. aut, ſi id omiſſum fuiſſet, & poſtea ex teſtamento agerent, doli mali exceptione tutum heredem futurum. ſcilicet ſi non minus valent vineæ, quàm alimentorum æſtimatio. illam autem adiectionem, *Vt habeant, vnde ſe paſcant*, magis ad cauſam prælegandi, quàm ad vſumfructum conſtituendum pertinere.

De aliquo educando. De alimentorum appellatione.

23. *Paulus* ‖ lib. 4 ad Neratium. ‖

ROgatus es, *vt quendam educes* m: ad victum neceſſaria ei præſtare cogendus es. *Paulus*: Cur plenius eſt alimentorum legatum, vbi dictum eſt, & veſtiarium, & habitationem contineri? imo ambo exæquanda ſunt.

DE AVRO, ARGENTO, MVNDO *n*, ornamentis, vnguentis, veſte, vel veſtimentis, & ſtatuis legatis.

TIT. II.

De legato generali & ſpeciali. 1. De pondere.

1. *Pomponius* ‖ lib. 6 ad Sabinum. ‖

SI alij veſtimenta, alij *o* veſtis muliebris ſeparatim legata ſit, detractis muliebribus, & ei adſignatis, cui ſpecialiter legata ſunt, reliquum alteri debetur.

¶ Idem eſt, cùm alteri mundus muliebris, alteri argentum omne legatum eſſet de argento, quod in mundo eſſet.

¶ Item ſi duæ ſtatuæ marmoreæ *p* tibi, & deinde omne marmor legatum eſſet, præter duas, nulla ſtatua marmorea legata eſt tibi.

¶ Item, vrbanis ſeruis tibi legatis, ſi mihi diſpenſator legatus ſit.

1 ¶ Cui certum pondus *q* argenti *r* dare heres iuſſus ſit, ei pecuniam numeratam dando iure ipſe liberatur, ſi in ea pecunia eadem ęſtimatio fuerit: quod ita verum eſt, ſi non certum genus *ſ* argenti legatum ſit.

De vxoris cauſa paratis & diuortio.

2. *Africanus* ‖ lib. 2. *t* Quæſtionum. ‖

QVi tibi mandauerat, vt ornamenta in vſum vxoris ſuę emeres, eidem vxori (vti adſolet *u*) legauit, quę

a *l. 19. inf. eod.*
b Alimenta debita non ſoluta, poſſunt peti tam præterita quàm futura, *Bart.* & quidē eodem libello, *l. 35. ſup. de iud. l. 1. C. de fideic.*
c *l. 10. §. 1. ſ. eod.*
d teſtator.
e *al.* A te.
f adde & vide *l. 16. inf de manum teſt.*
g Imò, antè, *l. 62. in fi. ſ. ad Treb.*
h & ita tempus certæ ætatis conditionem non facit *v. d. l. 13.* Imò facit, *l ſi ita ſcriptum 16. ſ. de manum. teſt.* An hic certum fuit teſtatorem diei adiectione, conditionem adieciſſe, vt vult Iacobus Aretinus? An hic tempus adiicitur onerato: ibi honorato?
i Deminutio legatorum relictorum in teſtamento, non pertinet ad legata, nec ad alimenta relicta ſupra, in codicillis vel in tabulis pupillarib. *Bart.*
k Imò videtur: & hæc clauſula refertur ad omnia relicta, *l. talis ſcriptura, 30. ſ. de legat. 1.* hic ſpecialis eſt fauor alimentorum.
l Imò non integrū, ſed ea quæ ſunt relicta in codicillis, *d. l. talis.* ibi ſimpliciter adiecit quæ legauit: hic legauit quæ in codicillis.
m nota genus legati: adde *l. 71. §. 2. ſ. de cond. & dem.*
n Sracofagus de quo *l. 37. ſ. de religioſis. l. 6. ſup. de ſepulchro violato C. Theod.* dicitur autem ἐκ τοῦ τὰ σάρκα φάγειν. fiebatque huiuſmodi ſepulchrum ex lapide fiſsili, corpora celerrime conſumente, qui in Troade pluribus locis naſcebatur, *v. 16. Iſid. 4.*
o Defunctorum & mortuorum memoriam Ethnici quotannis ſacrificij quodam genere celebrare ſoliti. Sacra illa anniuerſaria erant.
p Cauſa dubitandi erat, quod huiuſmodi legatum eſt ſpecies ſeruitutis, *d. l. 71.* Dicendum autem hoc locum non habere in alio quàm in libertis, *Bart.*
q Abſens propter negotia teſtatoris, vt præſens debet alimenta percipere. *Bar.*
r *l. 15. in fin. l. 18. ſ. eod.*
ſ an quia certa nomina adſignauit, ex quib. ſolutionem fieri voluit, vt putat Accurſius.
t & id Sticho, &c. *Anton. Auguſt. 3. emend. 2.*
u Contuberales ſeruorum vxores *v. apud Anton. Aug. 3 emend. 2. adde l. 41. §. 2. ſup. de l. 3. l. 41. §. 15. ſup. de fideic. libe*

a Qua in re conſiſtat benigna hæc interpretatio? An quod olim non poterat à legatario legari vt putat Accurſius? An quod contubernali & libertis non reliquis libertatem expreſsè, & tamen ij continentur appellatione libertorum, vt vult Iacobus de Aretio?
b quoad viueret. *Hal. adde l. 19. ſup. de annuis.*
c Cùm finitur legatum, finitur quoque onus ei adiectum, niſi aliud voluntate teſtatoris appareat. *Bart.*
d *l. 13. §. 1. ſup. eo. l. 20. ſ. de annuis, l. 1. C. de legat.*
e Diaria quotidiani victus. alio intellectu hæc vox ſignificat erogationes annonarum, ſportulas & ſalaria de quibus vide *Nou. 57.* militibus dabantur. Cicero *8. ad Atticum 22.* Cæſar *3. de bello ciuili.* Quidam legunt viariis, alij viuariis, alij veſtiariis, quos improbat Accurſius.
f Imò, quia de cibo teſtatus, ſemper habitatio & Veſtiariū debentur: Victus enim verbum hæc omnia comprehendit, *l. vlt. ſ. e. l. 43. l. 44. de verb. ſign.*
g *l. 14. ſup. de annuis.*
h Si alimenta ſimpliciter legantur, debentur arbitrio boni viri, inſpectis his circumſtantiis.
i An hoc innuitur, bona defuncti vendi oportere, vt alimēta præſtentur, ſi fructus non ſufficiunt. Proprietas vendi non debet: ſed ex quantitate facultatum, alimenta præſtanda, *l. Imper. 50. inf. ad Treb.*
k vide quæ ſcripſi ad *l. 12. §. 4. ſ. de vſu.*
l Compenſandi animo ſi quid cui reliquit debitor, legatarius id petere non poterit niſi heredem liberet. quo omiſſo, doli mali exceptione repellitur.
m Idem eſt, grauare heredem, *vt aliquē educet.* & ab eo alimenta relinquere.
n κοσμιῶν verbo Græci hic videntur comprehendere & mundum & ornamentum, *44. Ecl. 15. l. 8. l. 13. l. 25. §. 10. l. 30 l. 32. §. 6. l. 39. ſ. eo.*
o Veſtis muliebris, veſtimenti: argentum muliebre, mundi muliebris: ſtatuæ marmoreæ, marmoris: diſpenſator, vrbanorum ſeruorum appellatione continentur. Legato earum ſpecierum generis legato derogatur.
p *l. 100. §. 1. ſ. de l. 3.*
q Pondus argenti in genere qui debet liberatur æſtimationis ſolutione.
r dixi *l. 9. l. 35. §. ſ. eod.*
ſ vel ſpecies *l. 9. ſ. eod.*
t vide *Cuiac. 2. ad Afric.*
u Maritus ita vulgò vxori legat, *l. 45. ſ. de l. 3.*

eius cauſa parata erunt. tu deinde poſt *a* mortem mandatoris, ignorans eum deceſsiſſe, emiſti. non debebuntur mulieri: quoniam ea verba *b* ad mortis tempus referuntur. At ſi viuente teſtatore, muliere autem mortua, emeris: non ineleganter dicetur, inefficax *c* hoc legatum eſſe, quando non poſsit verè dici, eius cauſa paratum videri, quæ prius deceſsit.

4 Eadem dicenda erunt, & ſi viuat quidem mulier, ſed diuerterit: & quęratur, an poſt empta ei debeantur, quaſi non videantur vxoris cauſa parata.

3. *Celſus* ‖ lib. 19. Digeſtorum. ‖

VXori legauit, quæ eius cauſa parata ſunt, & ante mortem diuortit *d*. non deberi, quia adempta videantur, Proculus ait, nimirum facti quęſtio eſt: nam poteſt, nec repudiatę adimere voluiſſe.

De lanis purpureis.

4. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

CVm quidam libertum ſuum in Aſiam *e* miſiſſet ad purpureas *f* emendas, & teſtamento vxori ſuę lanam purpuream legaſſet: pertinere ad eam, ſi quam purpuram viuo eo libertus emiſſet, Seruius reſpondit.

De teſtatricis cauſa paratis.

5. *Africanus* ‖ lib. 2. Quæſtionum. ‖

APud Pumphidium *g* quęſtionum lib. 2. ita ſcriptum eſt: Si mulier mandauerit tibi, vt ſibi vniones vſus ſui cauſa emeres, ſi tu poſt mortem eius, cùm putares eam viuere, emeris: Atilicinus negat eſſe legatos ei, cui mulier ita legauerit: *Ornamenta, quæ* h *mea cauſa parata ſunt, eruntve.* non enim eius cauſa videri parata eſſe, quę iam mortua ea empta fuerint.

De ſolutione vel mutatione rei relictæ. 2. De porticu & imaginib.

6. *Marcellus* ‖ lib. ſingulari Reſponſorum. ‖

SEia ab hærede Publio Męuio ita legauit: *Antoniæ Tertyllæ do lego auri pondo tot, & vnionem* l *cum hyacinthis.* poſtea vnionem ſoluit *k*, neque *l* vllum mortis tempore inter ornamenta ſua vnionem reliquit. quęro, an hæres, ex cauſa fideicommiſsi, æſtimationem rei, quæ in hæreditate non eſt, præſtare debeat? Marcellus reſpondit, non debere.

1 ¶ Item quæro ſi probari poſsit, Seiam vniones & hyacinthos quoſdam in aliam ſpeciem ornamenti, quod poſtea pretioſius fecit, additis aliis gemmis & margaritis, conuertiſſe, an hos vniones vel hyacinthos petere poſsit, & heres compellatur ornamento poſteriori eximere, & pręſtare? Marcellus reſpondit, petere non poſſe. * nam *m* qui fieri poteſt, vt legatum vel fideicommiſſum durare exiſtimetur: cùm id, quod teſtamento dabatur, in ſua ſpecie *n* non permanſerit? nam quodammodo extinctum ſit: vt interim omittam, quod etiam diſſolutione ac permutatione tali voluntas quoque videatur mutata.

LVcius Titius teſtamento ita ſcripſit, *Heredem meum volo, fideique eius committo, vt in patriam* o *meam faciat porticum publicam, in qua poni volo imagines* p *argenteas, item marmoreas.* quęro, an legatum valeat? Marcellus reſpondit, valere: & operis, cæterorúmque, quæ ibi teſtator poni voluerit, legatum ad patriam pertinere. intelligi enim ‖ potuit, ‖ aliquod ciuitati accedere ornamentum.

De verbo meum.

7. *Paulus* ‖ lib. 8. ad Plautium. ‖

SI ita eſſet legatum, *Veſtem meam argentum meum damnas eſto dare*: id legatum videtur, quod *q* teſtamenti *r* tempore fuiſſet. quia præſens tempus ſemper intelligeretur, ſi aliud comprehenſum non eſſet. nam cùm dicit, *Veſtem meam, argentum meum*: hac *ſ* demonſtratione *meum* t pręſens, non futurum *u* tempus oſtendit.

¶ Idem eſt, & ſi quis ita legauerit, *ſeruos meos.*

De legato, veſtem, mundum, ornamentaque muliebria.

8. *Idem* lib. 8. ad Plautium.

PLautius: Mulier ita legauit: *Quiſquis mihi heres erit Titiæ veſtem meam,* x *mundum, ornamentáque muliebria damnas eſto dare.* Caſsius ait, ſi non appareret, quid ſenſiſſet, omnem *y* veſtem ſecundùm verba teſtamenti legatam videri. *Paulus*: Idem Iauolenus ſcribit. quia veriſimile eſt, (inquit) teſtatricem tantum ornamentorum vniuerſitati derogaſſe, quib. ſignificationem muliebrium accommodaſſet. accedere eo, quòd illa demonſtratio *muliebria* neque veſti, neque mundo applicari, ſalua ratione recti *z* ſermonis, poteſt.

a Ius caducum innuit. v. l. vn. C. de caducis.
b i. particula *Erũt*, l. 2. j. de reg. Caton.
c vide in hunc locum Cuiacium ibi. & 19. obſer. 17. in pr.
d l. 49. §. pen. ſup. de l. 3.
e fortè Tyrum: quæ purpuræ conchiliiſque fuit nobiliſsima ciuitas, v. § 34. in fin. Inſt. de action. Cuiac. 10. obſ. 17.
f Tyrias ſc. Cuiac. ibid.
g de Puphidio aut Puſidio vide Cuiac. 1. obſ. 9. Eius fit etiam mentio in l. 29. j. de reb. autho.
h l. 2. ſup. eod.
i vide quę dixi l. 19. §. pen. j. eod.
k Rei legatæ à ſuo principali ſeparatio legatum extinguit. Ne alioqui putes cum Accurſio, vnionem ſolutum eſſe legatario: ſolutionem vnionis hoc loco ita accipimus, vt de linea ademptus fuerit ac detractus: eóque ſenſu accipitur in l. 25. §. 11. j. eod. niſi ſolutum vnionem velis interpretari aceto liquefactum: quod & fieri vi aceti poteſt 2. Vitruu. 3. 23. Plin. 1. & 9. c. 5. Macrob. 3. Saturn. 7. 9. Valer. 1. Suet. in Caligula. 2. Briſſon. elect. 10. quod etſi factu facile, hic tamen minus conuenire ſuſpicio eſt.
l vide l. 106. inf. de verb. ſign.
m al. neque enim fieri poſſe.
n mutata namque forma, prope interimitur rei ſubſtantia, l. 9. §. 3. §. ad exhib.
o al. patria mea.
p l. 8. in fi. j. eod. l. 7. verſ. ad author. ſcribentis. ſup. de annuu.
q *Meum & Tuum* futura non continet, ſed præſentia tantùm, vt hic vnde notant, collatis priuilegiis alicuius Academiæ, alteri ea priuilegia, quæ in præſenti tunc fuerunt, conceſſa intelligi, non futura, vt poſt Guilielmum Cureum notat Corſetus ſingulari meus. vide Eeroum, qu. 20.
x Imò, ea veſtis debetur, quæ, die legati cedente teſtatoris eſt, l. 28. ſup. de inſtructo & l. 10. ſup. de l. 2. vide deciſiones Capellæ Tholoſanæ, deciſ. 190.
ſ Negat tamen Molinæus L. conſuet. gloſ. 5. n. 17. fieri reſtrictionem ad tempus teſtamenti, vt huius particulæ, *meum*: ſed ex vi & natura diſpoſitionis, quæ eſt præſentis temporis.
t adde l. 19. j. de reb. dubiis adde l. 5. in fin. §. de legat. 1. Roland. à Valle 4. conſ. 39.
u Imò, & eam ſignificat quam in vſus ſuos habuit, l. 25. §. 6. j. eod.
x hanc particulam, *meam* expungit Cuiac. 10. obſ. 17.
y l. 33. j. eod.
z Recti ſermonis ratio ſeruanda; vide Cuiac. 17. obſeru. 16. & quæ notaui ad l. 4. C. de arbitr.

De pondere.

9. *Modeſtinus* ‖ lib. 9. Regularum. ‖

CVm certum auri vel argenti pondus legatum eſt, ſi non *a* ſpecies *b* deſignata ſit: non materias ſed pretium *c* pręſentis temporis præſtari debet.

De vxoris cauſa paratis. De falſa demonſtratione.

10. *Pomponius* ‖ lib. 5. ad Quintum Mucium. ‖

QVintus Mucius ait: Si paterfamiliàs vxori vas, aut veſtimentum, aut quippiam aliud ita legauit, *Quod eius cauſa emptum paratumve eſſet*. id videtur legaſſe, quod *d* magis illius, quàm communis vſus cauſa, paratum eſſet, *Pomponius*: Sed hoc verum eſt, non ſolum ſi ipſius viri & vxoris, ‖ communis *e* vſus, ‖ ſed etiam ſi liberorum eius, aut alterius alicuius, communis vſus fuerit. id enim videtur demonſtraſſe, quod proprio vſui vxoris comparatum ſit. Sed quod Quintus Mucius demonſtrat, vas, aut veſtimentum, aut quid aliud: efficit, vt falſa ſint, quę ſubiecimus. multum enim intereſt, generaliter, an ſpecialiter legentur hæc. nam ſi generaliter (veluti ita, *Quæ vxoris cauſa comparata ſunt*) vera eſt illius definitio. ſi verò ita ſcriptum fuerit, *Veſtem illam purpuream*, vt certa demonſtraret: licèt adiectum ſit, *Quæ eius cauſa empta paratáve eſſent*: licèt neque empta, neque parata, neque in vſum ei data ſint, legatum omnimodo valet. quia * certo *f* corpore legato, demonſtratio *g* falſa poſita non *h* perimit legatum, veluti ſi ita ſit ſcriptum: *Stichum quem ex venditione Titij emi.* nam ſi neque emit aut ex alia venditione emit, legatum nihilominus valet. Planè ſi ita legatum fuerit: *Vas aut veſtimẽta*: ‖ aut ‖ *quæ vxoris cauſa parata ſunt.* tunc æquè erit vera Quinti Mucij ſententia. quo caſu ſciendum eſt: etiam ſi alienæ res hæ fuerint, quas putauit *k* teſtator ſuas eſſe, heredem teneri, vt eas det.

De auro, gemmis, margaritis quæ in eo auro ſunt.

11. *Proculus* ‖ lib. 5. Epiſtolarum. ‖

SI quis legauerit aurum, gemmas, margaritas, quę *l* in eo auro eſſent, etiam id aurum, cui neque gemmæ, neque margaritæ ineſſent legaſſe videtur.

De imagine.

12. *Papinianus* ‖ lib. 17. Quæſtionum. ‖

SI imaginem *m* legatam hæres *n* deraſit, & tabulam ſoluit: poteſt dici, actionem ex teſtamento durare, quia legatum imaginis, non tabulæ *o* fuit.

De carrucha cum mulis. De veſte.

13. *Scæuola* ‖ lib. 15. Digeſtorum. ‖

VXori quis legauit his verbis: *Mundum muliebrem omnem, ornamenta, & quidquid viuus dedi, donaui, eius cauſa* p *comparaui, confeci, id omne dari volo.* quæſitum eſt, an carrucha dormitoria *q* cùm mulis, *r* cum *ſ* ſemper vxor vſa ſit, ei debeatur? Reſpondit, ſi eius vſus cauſa habita eſſet, deberi *t*.

¶ Idem quæſiit, an ex eadem clauſula veſtis, quam ancillis, vel lecticariis *u* eiuſdem vxoris ſuæ comparauerat, vel fecerat, præſtanda eſſet? Reſpondit, præſtandam *x*.

De ſtatua.

14. *Pomponius* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

SI ſtatuam legauero, & poſtea ex alia ſtatua brachium *y* ei adiecero *z*, omni modo ſtatua à legatario vindicari poteſt.

De proprietate, vſufructu fideicommiſſo.

15. *Scæuola* ‖ lib 15. Digeſtorum. ‖

SPecies auri & argenti Seiæ legauit, & ab ea petiit in *a* hęc verba: *A te Seia peto vt quidquid tibi ſpecialiter in auro, argento legaui, id, cùm morieris, reddas, reſtituas illi & illi vernis* b *meis. Quarum rerum vſusfructus dum viues, tibi ſufficiet.* quæſitum eſt, an vſusfructus auri & argenti ſolus legatariæ debeatur? Reſpondit, verbis, quæ proponerentur *c*, proprietatem *d* legatam, addito onere fideicommiſsi.

De verbo ſeruare.

16. *Idem* ‖ lib. 18. Digeſtorum. ‖

FIliam in poteſtate patris manentem mater ſcripſit hæredem, eique patrem Mæuium ſubſtituit, & ita ſcripſit: *Quiſquis mihi heres erit fidei eius committo, vti ornamenta mea omnia, aurum, argentum, veſtimenta, quibus ego vſa ſum, ne veneant, & filiæ meæ reſeruentur.* e quæſitum eſt: cùm filia recuſante, pater ex ſubſtitutione heres extitiſſet, & inteſtato deceſsiſſet, filia autem bonis eius abſtinuerat: an fideicommiſſum petere poſsit? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, videri patris vtiliter fideicommiſſum. *Claudius* Quoniam verbo *ſeruandi*, quod ſcriptum eſt, videri in id tempus *f* dilatum fideicommiſſum, quo *g* ſui iuris futurus eſſet is, cui dabatur.

De his, quæ alij rei iuncta ſunt.

17. *Vlpianus* ‖ lib 21. ad Sabinum. ‖

SI gemma ex anulo legetur, vel aliæ materiæ iunctę, vel emblemata *h*: rectè legantur, & ſeparantur, & præſtanda ſunt.

a l. 1. in fi. j. eo.
b certum genus argenti. l. 16 ſup. eo.
c l. 35. inf. eod.
d Noſtrum id propriè eſſe dicitur, quod omni ex parte noſtrum eſt, cuius nulla pars eſt alij communis.
e non igitur vxoris cauſa paratur, quod ipſius & abſentis cauſa paratur. Bart.
f de lucerto vide l. 85. ſup. de legat. 3.
g v. l. 33. j. de cond. & dem.
h Cur non perimit? ſufficit certum corpus deſignatum eſſe, licet impropriis verbis demõſtretur.
i Cuiacius ita legit, vaſa aut veſtimenta, quæ vxoris, &c. 10. obſ. 17.
k l. 10. C. de legat.
l Relatiuum reſtringit antecedens ad quod refertur. Bart.
m imaginis legatum valet.
n adde l 84. §. 4. l. 108. §. 11. ſup. de l. 1.
o deraſæ ſcil. aliud eſt imago aliud tabula rudis.
p l. 47. §. de l. 3.
q de carrucha legato, vide Paul. 3. ſent. 6. §. 91.
r hunc mulæ carrucharię, l. 38. §. ſup. de ædilitio.
ſ al. qua.
t Cur debetur? legauit quidquid viuus donauit.
u l. 65. §. 1. ſup. de l. 1.
x Cur præſtandi? legauit quicquid eius cauſa comparauit.
y adde l. 23. §. ſup. de rei vind.
z Additum formæ primæ, legatum non minuit: Bart.
a vide Cuiac. 15. obſ 4.
b libertis ſcilicet, non ſeruis, ſeruis enim inutiliter legatur, de vernis vide Cuiac. 10. obſ. 17.
c l. 39. ſup. de vſufr. l. vide l. 38. §. 1. ſup. de l. 3. vide Cuiac. 10. obſ. 39.
d Imò vſumfructum cum legatum ſit reſtituendum poſt mortem, l. 12. j. de vſufruct. earum rer. Imo neque vſumfructum neque proprietatem, l. 25. ſup. de vſufru. leg.
e l. vlt. §. pen. ſup. de l. 2.
f Poteſt legari filio ſi legatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris confertur. Bart.
g l. 29. infra ad Treb.
h Emblemata dicuntur, ea quæ rei alicuius ornatus cauſa adiiciuntur, l. 19. §. 5. §. 6. l. 32. §. 1. j. eod. l. 7. §. 2. ſup. ad exhib. Paul. 3 ſent. 6. §. 89. l. 3. §. 1. ſup. de tritico.

De eo

De eo quod teſtator quaſi domino iuſſit reddi. 2. De Speciebus in hereditate inuentis vel non.

18. *Scæuola* " lib. 22. Digeſtorum. "

QVi vxori ſuæ legauerat bonorum ſuorum decimam *a*, & mancipia, & ſpecies argenti, quas expreſſerat *b*, eidem anulos & veſtem reddi ab heredibus petiit, quaſi propria vxoris fuiſſent: quæſitum eſt, ſi vxoris non fuerint, an præſtari ex cauſa legati deberent? Reſpondit, legandi animo dediſſe ea videri, niſi *c* contrarium ab herede approbetur.

1 ¶ Idem teſtator fidei commiſit vxoris, vt, quidquid ad eam ex teſtamento perueniſſet, alumno communi reſtitueret. quæſitum eſt, an etiam eas res, quas proprias vxoris ſuæ fuiſſe teſtator ſciat, eique reddi præcepit, alumno præſtare debeat? Reſpondit, ſi propriæ fuiſſent, non debere: ſi legato adquirerentur, debere.

2 ¶ Mulier teſtamento, & poſtea codicillis multas ſpecies veſtis, argenti, quas vel ipſa ſe confeciſſe, vel habere ſignificauit, ſpecialiter per fideicommiſſum reliquit. quæſitum eſt, an non aliæ legatariis cederent, quam quæ in hereditate inuentæ eſſent? Reſpondit, eas cedere, quæ inuentæ *d* eſſent.

De auro vel argento. 1. De pondere. 4. De vaſculis. 5. De argento. De veſtimentis. 6. De auro. 8. De argento. 9. Facto. 10. De vaſis. 11. De argento infecto, facto, celato. 12. Eſcario. 13. Quid cui cedat. 17. De gemmis, lapillis. 18. margaritis. 19. murrhinis vaſis. 20. De auro. De gemmis, quid cui cedat.

19. *Vlpianus* ‖ lib. 20. ad Sabinum. ‖

CVm aurum vel argentum legatum eſt: quidquid auri argentique relictum ſit, legato continetur. ſiue factum *e*, ſiue infectum. pecuniam autem ſignatam placet eo legato non *f* contineri.

1 ¶ Proinde ſi certum *g* pondus auri ſit legatum, vel argenti, magis quantitas legata videtur: nec ex vaſis tanget *h*.

2 ¶ Sed ſi argenti facti pondo centum ſint legata: ex facto argento debebitur legatum. Vnde eſt quæſitum apud Celſum, an & vaſcula poſsit ſeparare? Et ſcripſit vaſcula non *i* ſeparaturũ, licèt ei optio fuerit relicta.

3 ¶ Idem Celſus lib. 19. quæſtionum quærit, ſi centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, vt ſic appendantur? & Proculus & Celſus aiunt, exempto plumbo appendi debere. nam & emptoribus replumbatæ *k* adſignantur, & in rationes argenti pondus ſic defertur. quæ ſententia habet rationem.

4 ¶ Planè ſi cui vaſcula argentea, vt puta lances quadratæ ſint legatę, etiam plumbum *l* quo continentur *m*, eum ſequetur.

5 ¶ Simili modo quæritur, ſi cui argentum legetur, an enblemata *n* aurea, quæ in eo ſunt, eum ſequantur. Et Pomponius lib. 5. ex Sabino diſtinguit multum intereſſe, certum pondus ei argenti facti legetur, an verò argentum factum: ſi pondus, non contineri: ſi argentum factum, contineri: quoniam argento cedit, quod ad ſpeciem argenti iunctum eſt. Quemadmodum claui *o* aurei & purpuræ *p* pars ſunt veſtimentorum. Idem Pomponius libris epiſtolarum.

ETſi non ſunt claui *q* veſtimentis conſuti, tamen veſte legata contineri.

6 ¶ Idem Celſus lib. 19. Digeſtorum, commentariorum ſeptimo ſcribit, auro legato ea quæ inaurata *r* ſunt, non deberi: nec aurea emblemata *ſ* quæ in abſidibus *t* argenteis ſint.

7 ¶ An autem auri appellatione anuli *u* aurei contineantur, quæritur? Et Quintus Saturninus lib. 10. ad edictum ſcribit, contineri.

8 ¶ Lectum *x* planè argẽteum, vel *y* ſi qua alia ſupellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur, ſi numero argenti habita non *z* eſt. Vt in iunctura *a* argentea ſcio me dixiſſe, quòd non in argentario paterfamilias reponebat. Sed nec candelabra, nec lucernæ argenteæ, vel ſigilla, quæ in domo repoſita ſunt, vel imagines argenteæ, argenti appellatione continebuntur: nec ſpeculum *b* " vel " parieti adfixum, vel etiam quod mulier mundi cauſa habuit, ſi *c* modo non in argenti numero habita ſunt.

9 ¶ Argento facto legato, Quintus Mucius ait vaſa argentea contineri, veluti parapſidas *d*, acetabula, tryllas *e*, pelues & his ſimilia, non tamen quæ ſupellectilis ſunt.

a Decimam vxorius legare ſolebant mariti. Quinimo iure antiquo viri & vxores inter ſe decimam tantum, matrimonij nomine capere poterant, *Vlp.* 15.
b hoc non fuit contra ius antiquum, quoniam teſtamento additur onus fideicommiſſi, *l.* 42. ȷ. *de l.* 2. *l.* 28. *ſupra de l.* 3. adde *l. vlt. ſupr. de vetuſt. l. v. Cuiac.* 10. *obſ.* 17.
c Et ita recedimus à verborum proprietate, vt ſaluum ſit legatum.
d *v. l.* 26. §. 1. *ſup. de l.* 1.
e *l.* 78. §. 4. *ſup. de l.* 3. *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 82.
f *l.* 27. § 1. ȷ. *eod.*
g dixi ad *l.* 35. §. 1. *C. de don.*
h Imo tanget. Nam argento legato vaſa continentur, *l.* 19. *in fin.* ȷ. *eo.* Aliud eſt certum pondus legare, aliud argentũ.
i Solebant enim veteres paria vaſorum, aut bina paria aut plura plumbo colligare, *vide Cuiac.* 12. *obſ.* 37.
k replumbata, *Cuiac. ibid.*
l id eſt, nodus plumbeus iure acceſſionis eis cedet, *v. Cuiac. ibid.*
m *l.* 10. ȷ. *de precario.*
n *v. l.* 17. *ſuprà eo. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 89.
o *v. Cuiac.* 12. *obſ.* 39.
p Claui ex purpura fiebant, *Cic.* 2. *de legib. Feſtus in Ricinium.*
q *l.* 23. §. 1. 1. *in fi.* ȷ *eod.*
r Auro legato, neque inaurata neque aurea emblemata debentur.
ſ *l.* 17. ȷ. *eod. l.* 32. §. 1. ȷ. *eod.*
t Abſides ſunt lances rotundæ eſcariæ: ſunt etiam tabulæ. adde §. 9. *infra.*
u Auri appellatione anuli etiam aurei continentur.
x Lectum argenteum hic vſurpat in neutro genere.
y Argenti appellatione non continetur lectus argenteus, ſupellex argentea, iunctura argentea, candelabra, lucernæ, ſigilla, imagines, ſpeculum argẽteum.
b alias continebitur, *l.* 2. *in fin. ſuprà de ſupellect.*

a *μύλων χόσμω.* 44. *Ecl.* 1. *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 91.
b *v. l.* 25. §. 10. ȷ. *eod.*
c Cur id dictum? Nempè quod luxurioſis mulieribus *ſpecula* fuere interdum totis paria corporibus auro argentòque cælata, denique gemmis adornata: quorum vnum ex his pluris fœminæ conſtitit quam antiquarum dos fuit, illa quæ publicè dabatur Imperatorum pauperum filiabus: An tu exiſtimas ex auro nitidum filias Scipionis habuiſſe ſpeculum, cum illis dos fuiſſet æs graue? Non feciſſet illis ſenatus dotem, ſi habuiſſent, *Seneca* 1. *Naturalium vlt.*
d *l.* 32. §. 1. ȷ. *eod.* Parapſis, & acetabulum idem: illud Græcum, hoc Latinum vocabulum eſt. Heſychio ὀξύβαφον eſt, & τρύβλιον. Apſis, eſt vas in quo ponitur eſca: §. 6. *ſup. eod.* Parapſis, quod illi accedit acetabulum, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 17.
e trullas *vulgat.* & malè.

10 ¶ Sed cui vaſa *a* ſint legata non ſolum ea continentur, quæ *b* aliquid in ſe recipiant *c* edendi *d* bibendíque cauſa paratum, ſed & quæ aliquid ſuſtineant. & ideò ſcutellas, vel promulſidaria *e* contineri.

¶ Repoſitoria quoque continebuntur. nam vaſorum appellatio generalis eſt. dicimus vaſa vinaria, & naualia *f*.

11 ¶ Infecti *g* autem argenti appellatio rudem *h* materiam continet. id eſt, non factam.

¶ Quid ergo, ſi cœptum *i* ſit argentum fabricari nondum perfectum? vtrum facti, an infecti appellatione contineatur, dubitari poteſt. ſed puto magis facti, Certè ſi iam erat factum, ſed celabatur: facti appellatione continebitur.

¶ An & celati continebitur, quod celari cœpit *k*: & puto contineri, ſi cui fortè celatum *l* ſit argentum legatum.

12 ¶ Si cui eſcarium *m* argentum legatum ſit, id ſolum debebitur, quod ad epulandum in miniſterio habuit, " id eſt, ad eſum & potum *n*. "

¶ Vnde de aquiminario *o* dubitatum eſt. & puto contineri. nam & hoc propter eſcam paratur. Certe *p* ſi caccabos *q* argenteos habebat, vel miliarium *r* argenteum, vel ſartaginem, vel aliud vas ad coquendum, dubitari poterit, an eſcario contineatur? & hæc magis cocinatorij *ſ* inſtrumenti ſunt.

13 ¶ Perueniamus & ad gemmas incluſas *t* argento, auróque. & ait Sabinus, auro argentóve cedere. ei enim cedit, cuius maior *u* eſt ſpecies. quod rectè expreſſum ſemper enim cùm quærimus, quid cui cedat: illud ſpectamus, quid cuius rei ornandæ cauſa adhibetur: vt acceſsio *x* cedat principali. cedent igitur gemmę fialis vel lancibus, incluſæ auro argentóve.

14 ¶ Sed & in coronis menſarum gemmæ coronis cedent: & hæ menſis.

15 ¶ In margaritis quoque & auro idem eſt: nam ſi margaritę auri ornandi gratia adhibitæ ſunt, auro cedunt. ſi contra, aurum margaritis cedet.

16 ¶ Idem & in gemmis anulis incluſis.

17 ¶ Gemmæ autem ſunt perlucidæ materiæ quas (vt refert Sabinus libris ad Vitellium) Seruius " a " lapillis eo diſtinguebat: quod gemmæ eſſent perlucidę materiæ, veluti ſmaragdi *y*, chryſolithi *z*, amethyſti *a*: lapilli autem contrarię *b* ſuperioribus naturę, vt obſiani *c*, venientani *d*.

18 ¶ Margaritas autem nec gemmis nec lapillis contineri, ſatis conſtitiſſe *e*, ibidem Sabinus ait, quia concha *f* apud rubrum *g* mare & creſcit, & coaleſcit.

19 ¶ Murrina *h* autem vaſa in gemmis non eſſe *i* Caſſius ſcribit.

20 ¶ Auro legato vaſa aurea continentur *k*. & gemmis, gemmea " vaſa ": ſecundum hęc ſiue gemmæ ſint in aureis vaſis ſiue in argenteis, auro, argentóve cedent: quoniam hoc *l* ſpectamus, quę res cuius rei ordinandæ *m* cauſa fuerit adhibita, non quę ſit pretioſior.

20. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

SI vt habiliter gemmæ geri poſsint, incluſæ auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus cedere *n*.

De argento proprio. 1. De vnguentis. 2. De aquiminario.

a *l.* 32. §. 5. ȷ. *eod.* adde *l.* 100. §. 3. ȷ. *de leg.* 3.
b Vaſa eo fine parata, vt aliquid in ſe recipiant.
c *v. Paul* 3. *ſent.* 6. §. 86.
d Vaſorum alia edendi bibendíve, alia ſuſtinendi cauſa, alia vt quid in iis reponatur.
e vaſa in quibus promulſis vel condimentum ponitur, *v. Turneb.* 28. *obſer.* 23.
f nauaria, niuaria, naualia, *v. l.* 21. ȷ. *eodem.*
g *l.* 27. §. 4. ȷ. *eod.*
h Infectum argentum; rudis materia argenti.
i Cœptum fabricari argentum, facti argenti appellatione continetur: vt & factum, nondum tamen celatum.
k Cœptum cælari argentum, cælato argento continetur.
l Cælatum quid, v. Feſtum in *caſa*: hinc cęlatura. *l.* 13. ȷ. *de con furtiua.*
m Eſcario argento legato, continetur omne argentũ quod ad eſum & potum pertinet: vt & aquiminarium.
n *l.* 32. §. 3. ȷ. *eod.* hęc verba *ad eſum & potum* adultera eſſe notat Cuiacius: aut legendum eſſe, item ad eſum & potum, 10. *obſ.* 17.
o *v. l.* 21. *in fi.* ȷ. *eo. v. l.* 3. ȷ. *de ſupellectile*: adde *Cuiac.* 10. *obſ.* 17.
p Eſcarium argentum à cocinatorio ſeu coquinatorio diſtinguitur. Eſcaria vaſa ſunt in quibus quę ad eſcam parãtur ſeu offeruntur: quę nobis ſunt in miniſterio, dum edimus & potamus: Cocinatoria verò in quibus coquimus, vt ſunt caccabi, miliaria, ſartagines.
q Caccabi eſt quo pulmentarium coquitur.
r Miliarium eſt non vas ad milium coquendum, ſed aënum, in quo aqua ad potãdum caleſit, *v. l.* 38. *in fi.* ȷ. *de act. empt. v. Cuiac* 2. *obſ.* 6. Gloſsis Θερμαντήρ.
ſ coquinarij, *al v. l. pen.* ȷ. *de pen.*
t *Paul.* 3. *ſent.* 6. § 88.
u Minus cedit maiori.
x Acceſsio cedit principali, *l.* 26. *l.* 29. ȷ. *eod.* §. 26. *Inſt. de rer. diuiſ. l.* 23. §. 5. *ſuprà de rei vind.*
y *v.* 16. *Iſid.* 7. *de viridiorib. gemmis.*
z Gemmarum ſunt quędam genera ex ſpecie metallorum vel lapidum cognominata, *Chryſophis* aurum tantum videtur eſſe, *Chryſolitus* auro ſimilis eſt, cum marini coloris ſimilitudine, hunc Æthiopia gignit, *Chryſolectrus* ſimilis auro, ſed in colorem electri vergens matutino tantum aſpectu iucundus, capaciſsimus ignium, & ſi iuxta fuerit, citiſsimè ardeſcens, *Chryſolampis* ex auro & igne vocata. Aurea eſt enim die & nocte ignea, *Ammochryſus* (aut potius *Pſammochryſus*) arenis auro intermixtis nunc bractearum, nunc pulueris habet quadrulas. gignitur in Perſide, *Leochryſus* colore aureo interueniẽte candida vena, *Melochryſus* quod veluti per aurum ſincerum, ſic hæc gemma tranſluceat, *Chryſocolla* gignitur in India vbi formicæ eruunt aurum. Eſt auro ſimilis & habet naturam magnetis, niſi quod aurum augere traditur, 16. *Iſid.* 14. *de aureis.* Hic addatur *Chryſopraſius* 16. *Iſid.* 13.
a Inter purpureas gemmas principatum Amethyſtus Indicus tenet, *Iſid.* 16. *cap.* 19. vbi inter purpureas gemmas refertur; ab eodem quoque Saphyrus, Hyacynthus, Hyacynthizon, Ametiſtezon, Chelidonia, Cyanea, Roditis.
b Imo non ſunt contrarię naturę, eſt enim *obſidianus* (qui hic obſianus) in genere vitri, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, in ſpeculis parietum pro imagine, vmbras reddens, ex quo multi gemmas & imagines faciunt, 36. *Plin* 27. *in fin.*
c *al.* obſidiani, *vt* ȷ. *dixi*, dicitur tamen obſius, *Iſid.* 16. *c.* 4.
d *Fortè* Veientani, *Iſid.* 16. *c.* 11. de nigris: Veientana, inquit, Italica gemma eſt, à Veientibus reperta, nigra facie, albis intermicantibus notis.
e Iuriſconſultis ſcilicet: nam alij auctores refragantur.
f Margarita namque conchę pars eſt, potius quam gemmæ aut lapilli: vel conchæ partus, vt voluit *Plin. v. Cuiac.* 10. *obſ.* 18.
g inde Hieronymo, rubri maris grana, *Tertull. in lib. de reſurrectione.* rubentis maris grana, & Martialis 6. *epigramma.* Erithrei Capilli & 8. *epigr.* 28. gemmæ Erythręis erutę vadis dicuntur, *v. Cuiac. ibid.*
h *de murrinis*, *v. l.* 3. §. 4. *ſup. de ſupellect.*
i quia nec chryſtallina continentur, perinde ac vitrea & fragilia, *Plin.* 33. Murryna & chryſtallina ex eadem tellure effodimus, quibus pretium facit ipſa fragilitas. Hoc argumentum opum; hæc vera luxuria exiſtimata eſt habere, quod poſsit totum perire, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 18. adde *Senecam epiſt.* 124.
k Imo non continentur, *l.* 19. *in fin.* ȷ. *eod.*
l *v. l.* 29. *in fin.* ȷ. *eod.*
m *al.* ornandæ.
n Imo non cedunt, *l.* 31. ȷ. *eod.*

21. *Pomponius* " lib. 6. ad Sabinum."

IN argento potorio *a* vtrùm id dumtaxat ſit, in quo bibi poſſit: an etiam id, quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, veluti colum niuarium *b*, & vrceoli, dubitari poteſt. ſed propius eſt, vt hæc quoque inſint.

1 ¶ Vnguentis legatis non tantum ea legata videntur quibus vngimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis *c*, qualia ſunt, commagena, glaucina *d*, crina *e*, roſa, mura, colum *f*, nardum purum *g*. hoc quidem etiam, quo elegantiores ſint & mundiores vnguntur fœminę.

2 ¶ Sed de aquiminario *h* Caſsius ait, conſultum ſe reſpondiſſe, cùm alteri argentum potorium, alteri eſcarium legatum eſſet, eſcario *i* cedere.

De veſtibus & veſtimentis.

22. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

VEſtimentum, id eſt, quod detextum eſt, etſi defectum non ſit: ‖ id eſt, ſi ſit conſummatum. Quod in tela eſt, nondum ‖ pertextum, vel ‖ detextum, contextum appellatur. Quiſquis igitur veſtem legauerit, neque ſtamen, neque ſubtemen *k* legato continebitur.

23. *Idem* ‖ lib. 44. ad Sabinum. ‖

VEſtis *l*, an veſtimenta legentur nihil refert.

1 ¶ Veſtimentorum ſunt omnia lanea, lineáque vel ſerica, vel bombycina *m*, quæ induendi *n*, præcingendi *o*, amiciendi *p*, inſternendi *q*, iniiciendi *r*, incubandive *ſ* cauſa parata ſunt, & quæ his acceſſionis vice cedunt *t*, quæ ſunt inſitæ *u* picturæ *x*, clauíque *y*, qui veſtibus inſuuntur.

2 ¶ Veſtimenta omnia aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia aut familiarica *z*.

¶ Virilia *a* ſunt, quæ ipſius patris familiæ cauſa parata ſunt, veluti togæ, tunicæ, palliola, veſtimenta, ſtragula, amfitapa *b*, " & " ſaga, reliquaque ſimilia.

¶ Puerilia ſunt, quæ ad nullum alium vſum pertinent, niſi puerilem, veluti togæ, prætextæ, aliculæ *c*, chlamydes, pallia quæ filiis noſtris comparamus.

¶ Muliebria ſunt, quæ matriſfamiliæ cauſa ſunt comparata, quibus vir non facilè vti poteſt ſine vituperatione. veluti ſtolæ *d*, pallia *e*, tunicæ *f*, capitia *g*, zonæ, mitræ *h*, quæ magis capitis tegendi, quam ornandi cauſa ſunt comparata, plagulæ *i*, penulæ *k*.

¶ Communia ſunt, quibus promiſcuè *l* vtitur mulier cum viro: velut ſi ‖ eiuſmodi ‖ penula *m*, palliúmve eſt, & reliqua huiuſmodi, quibus ſine reprehenſione vel vir vel vxor vtatur.

¶ Familiarica ſunt, quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt: ſicuti ſaga *n*, tunicæ *o*, penulæ *p*, lintea, veſtimenta, ſtragula, & conſimilia.

3 ¶ Veſtis etiam ex pellibus conſtabit.

24. *Paulus* " ‖ lib. 11. ad Sabinum."

CVm & tunicas, & ſtragula pellicea nonnulli habeant.

10. *De ornamento vel mundo muliebri.*

25. *Vlpianus* " lib. 44. ad Sabinum."

ARgumento ſunt etiam nationes quædam, veluti *a* Sarmatarum *b*, quæ pellibus teguntur.

1 ¶ Ariſto etiam coactilia *c* veſti cedere ait, & tegimenta *d* ſubſelliorum *e* huic legato cedere.

2 ¶ Vittæ *f* margaritarum, item fibulæ ornamentorum magis, quàm veſtis ſunt.

3 ¶ Tapeta veſti cedunt, quæ aut ſterni aut iniici ſolent. Sed ſtragulas & babylonica *g* quæ equis inſterni ſolent, non puto veſtis eſſe.

4 ¶ Faſciæ crurales, peduleſque *h*, & impilia *i* veſtis loco ſunt, quia partem corporis veſtiunt.

¶ Alia *k* cauſa eſt odonum *l*, quia vſum calciamentorum præſtant.

5 ¶ Ceruicalia *m* quoque veſtis nomine continentur.

6 ¶ Si quis addiderit *veſtem ſuam*, apparet, de *n* ea eum ſenſiſſe, quam ipſe in vſus ſuos habuit.

7 ¶ Culcitæ *o* etiam veſtis erunt.

8 ¶ Item pelles caprinę & agninæ veſtis erunt.

9 ¶ Muliebri veſte legata, & *p* infantilem contineri, & puellarum, & virginum *q*, Pomponius libro 22. ad Sabinum rectè ſcribit, mulieres *r* enim omnes dici, quæcumque ſexus fœminini ſunt.

10 ¶ Ornamenta muliebria ſunt quibus mulier ornatur, veluti inaures *ſ*, armillæ *t*, viriolæ *u*, annuli, præter ſignatorios *x*, & omnia, quę ad aliam rem nullam parantur, niſi corporis ornandi cauſa: quo ex numero etiam hęc ſunt, aurum, gemmę, lapilli: quia aliam nullam in ſe vtilitatem habent.

¶ Mundus *y* muliebris eſt, quo *z* mulier mundior fit. Continentur eo ſpecula *a*, matulę *b*, vnguenta, vaſa vnguentaria, & ſi qua ſimilia dici poſſint, veluti *c* lauatio, " riſcus *d*."

¶ Ornamentorum hęc, vittę *e*, mitrę *f*, ſemimitrę, calantica *g*, acus *h* cum margarita, quam mulieres habere ſolent, reticula, crocufantia *i*. Sicut & mulier poteſt eſſe munda, non *k* tamen ornata: vt ſolet contingere in his quę ſe emendauerint lotę in balneo, neque ſe ornauerint: & contra eſt aliqua ex ſomno ſtatim ornata, non tamen commundata.

11 ¶ Margarita, ſi non ſoluta *l* ſunt, vel qui alij lapides, ſi quidem exemptiles ſint, dicendum eſt ornamentorum loco haberi. Sed etſi in hoc ſint reſoluti vt componantur: ornamētorum loco ſunt. Quòd ſi adhuc ſint rudes lapilli, vel margaritę, vel gemmę ornamentorum loco non erunt, niſi alia mens fuit teſtantis, qui hęc quoque, quę ad ornamenta parauerat, ornamentorum loco & appellatione comprehendi voluit.

12 ¶ Vnguenta, quibus valetudinis *m* cauſa vngimur, mundo non *n* continentur.

De veſte & ornamentis.

26. *Paulus* " lib. 1. ad Sabinum. ‖

a *l.* 36. *in fin. infra eod. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 90.
b Colum niuarium, *Hal.* vas ad colādum vinum. *Alciat.* 8. *parerg.* 8. de colonnario, *v. Martial.* 12. *epig.* 111. de ſacco niuario 114. de lagena niuaria 116. adde 117. 118.
c *l.* 25. *in fi.* ̄j. *eod.*
d glaucina, crinina Rhodina è myrrha, *Hal.*
e *Fortè* Cyprina, à flore Cypri 4. *Iſid.* 12.
f Coſtum, *v. l. vlt.* §. 7. ̄j. *de public.*
g nardinum purum, *Hal.* Nardinum purum, nardum purū. nardus piſtica dicitur in Euangelio. quam & *Marcellus lib de medicamentis*, & Theophylactus vocat ἄδολον καὶ κατὰ πίστεως κατασκευασθεῖσαν, & gloſſę veteres nardum piſticam, balſamum ſine empoſtura, *v. Cuiac.* 8. *ad Afr. fol.* 164. de nardo adde *l. vlt.* §. 7. ̄j. *de publican.*
h *l.* 19. §. 12. ̄s. *eod. l.* 3. ̄s. *de ſupellect.*
i Atqui aquiminario ad aquam, & ſic ad potum potius quam ad eſcam vtimur.
k *v l.* 70. §. 2. ̄j. *de leg.* 3.
l *l.* 8. *l.* 22 ̄s *eod. l.* 37. ̄j. *eod. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 79.
m bombycina. *Hal.* Bombycina veſtis, *hic & Paulo* 3. *ſent.* 6. & 19. *Iſid.* 22. à bombyce vermiculo. adde Clementem Alexandrinum 2. *Pædag.* 10. *Tert. lib. de pallio, & 3. aduerſus Marcionem & 11. Plin.* 3. *Seruium* 2. *Georg.* n vt tunicæ, capitia. o vt zonæ, ſemizonæ, ſemicinctia, quæ veſtes præcinctoriæ à D. Auguſtino, & περιζώματα. *v Cuiac.* 10. *obſ.* 18.
p vt pallia, quæ Tertullianus ait operire ſolutim id eſt, vno circumiectu operiendi dixit, *Paul.* 4. *ſent.* 6 §. 79. & Varro amictum circumiectum, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 17.
q vt veſtes ſtratoriæ, aut ſtragulæ, veluti amphitapa, pſilotapa, pallia, periſtromata, *l.* 45. ̄j *de verb. ſign.* r vt tapeta quibus menſæ teguntur, *l.* 25. §. 3. ̄j. *eod.* inſternuntur ſubtus; iniiciuntur ſupra: vtimur tamen vtroque promiſcuè, *l.* 45. ̄j. *de ver. ſign.*
ſ vt culcitra, toralia. t cedunt inſititæ picturæ, *vt teſt. Cuiac.* 12. *obſ.* 24.
u Inſititæ, *Petr. Pithæus apud Cuiac.* 10. *obſ.* 17. Inſititæ, ſunt ſegmenta & limbi aſſuti veſtibus, *bordures*. An interdicto vſu purpuræ, ſegmenta purpurea interdicta videantur, *v. Cuiac.* 12. *obſ.* 24. adde quæ de ſegmentis purpuræ & eorum commercio permiſſo dixi ad *Nou. Leon.* 80. x & varietates colorum *Forcat. Cupidinum.* 20. *n.* 9.
y *l.* 19. §. 1. ̄s. *eod.* Hinc clauata, veſtimenta clauis intertexta, aut calceamenta clauis confixa *Feſtus.* z *hic & ̄j. eod. in fin.* Eo ſenſu familiarica dicuntur, quo Varroni & Vitruuio ſellæ familiaricæ, *v. Cuiac. ibid.*
a *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 80. b ἀμφιτάπης χίτων ἑκατέρωθεν ἔχων μαλλούς, *Heſychius.* ſtragulæ vtrinque villoſæ: Galli vocant *Mantes*: villoſa ſunt Turcarum tapetia, non tamen vtrinque, *v. Turneb.* 28. *aduerſ.* 20. c id eſt, togæ breues, *vide Cuiac.* 20. *obſ.* 17. Malè Holoander legit, *alicubi*: alij legunt, *caligulæ*.
d nec enim ſtola numeratur inter veſtes viriles: etiam ſi ea vel Caligula vel Heliogabalus vtantur: vt merito, στολὴν ἀπανθρώπων. Tatianus dixerit *in oratione* πρὸς Ἕλληνας. *Cuiac. ad* 3. *Paul.* 6. §. 8. videntur tamen ſtola vſi interdum maſculi Ennius Telepho. *apud Nonium c.* 14. Cedo & caueo veſtitus, ſquallida ſeptus ſtola. Idem *eadem*. Regnum reliquit ſeptus medici ſtola. Quo loco notat etiam Nonius, ſtolam veteribus non honeſtam veſtem ſolum, ſed etiam omnem quæ corpus tegeret. Stola etiam vtebantur matronæ, *Feſtus matron.* e pallæ Petrus Faber 1. *ſemeſtr.* 15. Eſt enim palla honeſtæ mulieris veſtimentum, tunicæ pallium, *Nonius c.* 14. dictam pallam quod foris & palam: vt intuſium quod intus Varro ſcribit 4. *de lingua*.
f Varro de vita populi Romani, 4. *apud Nonium c.* 14. Hæc tria quoque coniungit. Tunicas, capitia, Zonas. g Capitia, pectoris ſunt ornamenta quod pectus capiant, Varroni 4. *de lingua*: non capitis vt putat Nonius *c.* 14. *n.* 37. vbi capitia, *capitula* appellari quoque ait. vt & Iſidoro 19. *c.* 31. Cappa appellatur à forma Capitali: Varroni 4. *de lingua*. quòd ſacerdotulæ in capite ſolent habere.
h Mitræ veſti adnumerantur, ſi tegendi capitis cauſa eis mulieres vti cœperint, *vt hic*: ſin venuſtatis, ornamentis, *l.* 25. §. 10. *l.* 26. ̄j. *eod. Iſid.* 19. *c.* 31. mitra pileum Phrygium, quale eſt ornamentum capitis deuotarum fœminarum eſt; & ex lana redimicula quibus mitra alligatur. Regula, mitra virginalis capitis.
i dicitur à plaga. Plaga Varroni eſt chlamys, *Nonio* 8. *c.* 14. plaga grande linteum, tegmen, quod nunc torale vel lecticariam ſyndonem dicimus, quarum diminutiuū, plagulæ. k Atqui paulò poſt penulam recenſet inter virilia veſtimenta.
l *v. Fornier.* 2. *ſelect.* 1. m *v. Fabrum* 1. *Semeſt.* 15. n Sagum eſt veſtimentum militare, *Cicero* 1. *epiſt. ad Cæſarem*, deſcendi ad forum togatus, cum reliqui conſulares ſagati vellent deſcendere. Siſenna hiſtoriar. 3. ſenatus auctoritate ſagaria nunc: & apud *Non. c.* 14. dicitur ſagus *Varro virgula diuina*. Cum neque aptam mollis humeris fibulam ſagus ferret. o Tunica veſtimentum ſine manicis, *Non. c.* 14.
p Penula veſtis ſupra tunicam, *Non. c.* 14.

a & Scythiarum, Seneca 14. *epiſt.* 91.
b Sarmatæ, qui & Sauromatę, alij ſunt Aſiatici, alij Europæi. Hi *Poloni* hodie appellantur.
c Coactilia indumenta ſunt ſtrictim compacta ex filis craſsioribus: quo et genere petaſi & καυμασίαι & galbanæ, vel molliora alia quædam, quæ ex lanis xylinis, caprinis, ouilibus conficiuntur: huiuſmodi ſunt thoracomachi, *Cuiac.* 5. *obſer.* 11. Galli vocant *fulires* & *Gabans*.
d tegmenta.
e quæ & ſolaria, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 17.
f *v. Petrum Fab.* 1. *ſemeſtr.* 16.
g Babulonicum gloſsis ψιλὴ πολύμιτος. & alibi: βαβυλωνικοῦ δέρματος εἶδος. Beneuentanus *Plin.* 8. *c.* 48. Colores diuerſos picturæ intexere Babylon maximé celebrauit, & nomen impoſuit. *Ibidem* Metello Scipio triclinaria Babylonica ſeſtertium octingentis millibus vænisſe tunc, poſuit in criminibus Capitolinis quę Neroni princ quadragies ſeſtertium nuper ſtetere.
h de impilibus pedulis, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 11. *in fin.* ... λα *Feſtus.* Pedules ſunt faſciæ pedum aut calceamentorum *Cuiac.* 10. *obſ.* 17. pedules, ἐνώπια.
i impilia, & in quibuſdam legitur apud *Plin.* 19. *c.* 2. non mapalia, πόδια. Theophraſtus 8. περὶ ζῴων, πόδια. k *legendum videtur*, Nec alia eſt cauſa odonum. Nam cur odones non ſint veſtimentorum numero, cum vſum calciamentorum præſtent?
l Vdonum, *Hal.* ſunt autem lanei calcei. In donatione Conſtantini σανδάλια καὶ διὰ ὀθονίων. vetus interpres habet, vdonibus, *Cuiac.* 10. *obſ.* 17. ſed Turnebus vdones legit, & interpretatur calceamenta ex hircinis pellibus contexta 1. *aduerſ.* 13. Cotta, Vndones legit: & Vndones cilicios interpretatur ab vndis, dictos quaſi cymaritos & vndulatos: ineptiſsimè, mea ſententia.
m Ceruical gloſsi ὑπαυχένιον. n Suum ac cuiuſque eſt, quod in vſus ſuos habet.
o Culcitræ, *Hal.* p Mulieris appellatione continentur etiam infantes, puellæ & virgines ſexus fœminini. q v. quæ ſcripſi ad *l.* 81. §. 1. ̄s. *de l.* 3. *l.* 13. ̄j. *de verb ſign.*
r *l.* 81. §. 1. ̄s. *de leg.* 3. ſ ἐνώπια. t Armillæ & viriolæ ornamenta ſunt manuum quæ ψέλλια, κλάνια, περιχείρια. *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 17. *in fin. v. l.* 4. *ſup. de contr. empt.* vnde dicta armilla. vide apud Feſtum.
u Gloſsis ψέλιον viriola, armilla ψέλιον ἀνδρῶν, brachionarium.
x *v. Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 85. *v. l.* 74. ̄j. *de verb. ſign.* y *v. Paul.* 8. *ſent* 6. §. 83.
z Mundus muliebris dictus à munditia, *Varro* 4. *de lingua*.
a *l.* 19. §. 8. *ſup. eo.* Nouit etiam ſpeculum argenteum Plinius, & diſpoſitio cœnæ Cypriani, *v Cuiac.* 10. *obſ.* 17. In mundo etiam collocat *Varro* 4. *de lingua*.
b ἀρύταινα. *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 17. c Veluti *alabaſtriſcus* ornamentorum, &c. *Turneb.* 28. *aduerſ.* 23. Quid tamen ſi *rica* legatur. Nam *Varro* 4. *de lingua* Ricam refert in mundum muliebrem, vt & diſcerniculum, pecten, ſpeculum, reticulum, calamiſtros & mitram, palliola, interpretatur capitis Feſtus. d in veteri contractu emptionis legit Cuiacius, ſupellectilem & cum ea baſem, coſinum, riſcum. Riſcus κιβωτὸς μεγάλη. Hieronymus *in Ezechielem*, riſco, loculis omnem ſupellectilem tribuunt, *v. Cuiac.* 8. *obſ.* 1. e de vittis, *v. Turneb.* 29. *aduerſ.* 4. anademata, *l.* 26. ̄j. *eod.*
f *l.* 23. §. §. ̄s. *eod.* g calantica, *Hal.* idem quod mitra, indè decalanticare, id eſt, calanticam detrahere, *v. Cuiac* 10. *obſ.* 17 *in fin.* Gloſsis calantica, εἶδος ζώνης.
h Acus qua ſarcinatrix vel etiam ornatrix vtitur, *Feſtus*: *dixi ad l.* 65. §. 3. ̄s. *de l.* 3. diſcerniculum vocari videtur à Varrone 4. *de lingua*. Eſt enim diſcerniculum quo diſcernitur capillus: vt calamiſtri, quibus calefactis in cinere capillus ornatur, qui ea miniſtrabat, à cinere cinerarius eſt appellatus.
i crocohiphanta, *Hal.* ornamenta capitis villoſa, quæ ſub reticulis contexta per eorum plagulas apparent, *Hotom.* ſed Turnebus 28. *aduerſ.* 23. ornamenta ſine vllo ſtamine contexta interpretatur. crocyphantum dicitur quòd διὰ κρόκης ὑφαίνεται. Gloſsis *periculum*, γύναιος καὶ κροκύφαντος. k mundæ & ornatæ mulieris differentia, *v.* 12. *Colum.* 3. Ferrandus, 1. *Explicationum* 35. ornamentum & veſtem mundi ſeu κόσμου appellatione contineri probare nititur, *ex Liuio* 32. 34. *Polyb.* 1. Gellio, Nonio, Varrone, Feſto, Cic. 1. *de diu.* Iuſtino 20. Artemidoro *lib.* 2. Galeno περὶ διαγνώσεως. Polluce 5. Platone in *Alcibiade*; ab Halicarnaſſeo ornatum à veſte ſeparari *Halicarn.* 2. adde Cottam *memor in voce* vndones.
l De ſolutis margaritis dixi ad *l.* 6. ̄s. *eod.* m *l.* 15. § 1. ̄j. *eo.*
n Cur vnguenta quibus vtimur valetudinis cauſa, mundi appellatione non continentur: non enim in id parata ſunt.

Quamuis

QVamuis *a* quædam ex veſte magis ornatus gratia, quàm quod corpus tegant, comparentur: tamen, quod eo nomine ſint reperta, potius *b* habenda eſſe veſtis numero quàm ornamentorum.

¶ Similiter ornamentorum eſſe conſtat quibus vti mulieres venuſtatis & ornatus cauſa cœperunt: neque referre, ſi quędam eorum alium quoque vſum præbeant: ſicuti mitrę, & anademata *c*. quamuis enim corpus tegant, tamen ornamentorum, non veſtis eſſe.

De argento. 2. *Suo* 3. *De argento & auro facto.* 4. *De omni auro. De auro facto vel infecto. De auro vel argento ſignato* 5. *De argento.* 6 *Facto.*

27. *Vlpianus* ‖ lib. 44. ad Sabinum. ‖

QVintus Mucius libro ſecundo iuris ciuilis ita definit, argentum factum *d* vas argenteum videri eſſe.

1 ¶ An cui argentum omne legatum eſt, ei nummi quoque legati eſſe videantur, quæritur, & ego puto, non *e* contineri, non facilè enim quiſquam argenti numero nummos computat.

¶ Item argento facto legato, puto, niſi euidenter contra ſenſiſſe teſtatorem appareat, nummos non contineri.

2 ¶ Argento omni legato *quod ſuum* f eſſet, ſine dubio non *g* debetur id quod in credito eſſet. hoc ideo, quia *h* non *i* videtur ſuum eſſe, quod *l* vindicari non poſsit.

3 ¶ Cui aurum, vel argentum factum legatum eſt, ſi fractum aut colliſum ſit: non continetur. Seruius enim exiſtimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commode vti poſſumus. argentum autem fractum & colliſum non incidere in eam definitionem, ſed infecto contineri.

4 ¶ Cui legatum eſt aurum omne *quod ſuum eſſet* k *cùm moreretur* l, vindicare potuit, ſuum eſſe. Sed ſi qua diſtributio eius rei facta eſt: tunc intereſt, quomodo ſit legatum.

¶ *Si factum aurum* m legatum eſt, omne ad eum pertinet, cui legatum eſt, ex quo auro aliquid eſt effectum: ſiue id ſuę, ſiue alterius vſionis *n* cauſa paratum eſſet, veluti vaſa aurea, emblemata, ſigna, aurum muliebre, & cætera, quæ his rebus ſint ſimilia. Sed ſi infectum legatum eſt, quod eius ita factum eſt: vt eo, "quod" ad rem *o* comparatum eſt, non poſſit vti ſine refectione, quòdque ab eo *p* patrefamilias infecti numero fuerat, id videtur legatum eſſe.

¶ Si autem *aurum vel argentum ſignatum* legatum eſt, id paterfamilias videtur teſtamento legaſſe, quod eius aliqua forma eſt expreſſum: veluti, quę Philippi *q* ſunt, itémque nomiſmata, & ſimilia.

5 ¶ Argento legato non puto, ventris cauſa habita ſcapha *r* contineri: quia argenti numero non habentur.

6 ¶ Argentum factum rectè quis ita deſinierit, quod *ſ* neque in maſſa, neque in lamna *t* neque in ſignato, neque in ſupellectili *u*, neque in mundo *x*, neque in ornamentis inſit.

Do teſtatoris cauſa parato.

28. *Alphenus* " *Varus* libro 7. Digeſtorum. "

CVm in teſtamento alicui argentum, *quod vſus ſui cauſa paratum eſſet*, legaretur, itémque veſtis, aut ſupellex: quæſitum eſt, quid cuiuſque vſus cauſa parata videretur paratum eſſe: vtrúmne id argentum, quod victus ſui cauſa paratum paterfamilias ad quotidianum vſum paraſſet: an & ſi eas menſas argenteas, & eius generis argentum haberet, quo ipſe non temerè *y* vteretur, ſed commodare ad ludos, & ad cæteras apparationes ſolueret? Et magis placet, quod victus ſui cauſa paratum eſt, tantùm contineri.

De auro argento facto. 1. *De principali & acceſſorio.*

29. *Florentinus* * lib. 11. inſtitutionum. "

SI quando alterius generis materia auro argentóve iniecta ſit: ſi factum aurum, vel argentum legetur, & id quod iniectum *z* eſt debetur.

1 ¶ Vtra autem vtrius materiæ ſit acceſſio *a*, viſu *b* atque vſu rei, conſuetudinis patriſfamilias ęſtimandum eſt.

De verbo Seu.

30. *Paulus* ‖ libro ſingulari de adſignatione libertorum. ‖

a v. *Petrum Fabrum* 1. *ſemeſt.* 16. *in prin.*
b Principale attendi debet, non ſecundarium.
c Anademata id eſt, redimicula *vt Pollux.* 7. c. 12. *Heſychius v. Cuiac.* 10. *obſ.* 17. *in fi.* Gloſſas redimicula ἀναδέσματα pro redimicula ἀναδέσματα quę & Caſtella *Feſto in Ridimiculum* eſt autem ab ἀναδέω. vnde Etymologicus & Fauorinus ςεφανώματα appellat. *Lucretius* 4. fiunt anademata mitræ. Sed quid? Alciatus 2. *Prætermiſſorum: & Cotta in voce* Vndones leguntur ἀναδέσματα, fieri enim ἀναδεσμῆς mentioné apud *Suidam adde Ferrandum, c. explic.* 36.
d *l.* 19. *ſ. eo.*
e *adde l.* 19. *ſ. eo. l.* 78. *§.* 4. *ſ. de leg.* 3. Aliud putat *Cic. in Topicis in loco à genere.*
f Pro nominibus poſſeſſiuis iunctis cum ſubſtantiuo alterius generis (puta cum auro, tritico) dominium ſignificari notat Socinus *reg.* 96.
g *l.* 34. *j. eod.* Imò debetur *Cicer. in Topicis.*
h Suum nemo id poſſit dicere, quod vindicare nō poſſit. Igitur à vindicatione ad proprietatem aſcendimus, adde *l.* 236. *j. de ver ſign.*
i v. quæ notaui ad *l.* 1. *ſ. de reb. cred.*
k quod ſuum eſſet, *Hal.*
l *al.* moreretur, eius omne aurum fiet quod tunc paterfamilias, cum moreretur, vindicare potuit, ſuum eſſe.
m Aurum factum rectè definitur, omne ex quo ſpecies aliqua effecta eſt. Infectum, quod ita factum eſt, vt eo (cuius id rei cauſa comparaueris) non poſſis vti ſine refectione noua. Rudis auri materia eſt, aurum infectum, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 18.
a hoc verbo vtitur Iuriſconſultus, *l.* 60. §. 2. *ſ. de leg.* 3. *Cato de re ruſtica: & Gellius* 4. *cap.* 1. *v Anton. Aug.* 2. *cap.* 2.

o vt eo ad rem ad quam comparatum eſt, *Hal.* p ſuperius enim dixit, eius omne aurum fieri, quod tunc paterfamilias, cùm moreretur, habuit, *v. Cuiac.* 10 *obſ.* 18.
q Qui & Philippei. Sunt aurei nummi à Philippo: rege ita nominati huius nummi frequens apud Plautum fit mentio, *Hot.* 1. *epiſt.* 1. Philippi regale numiſma à Philippis regibus Macedoniæ.
r Scaphia vaſa ad purgandam aluum. ne alioqui putes cum Accurſio, genus cinguli. Scaphium etiam ſignificat vas potorium, *Plaut. in Perſe. Cicero* 6. *in Verrem:* ſed & vas quo horas deſignabant, imò & vas ad ignem: & inſtrumentum medicum, & ruſticum, quin etiam pars eſt corporis vicina femoribus: ſed & tonſuræ inhoneſtioris genus, *Iuuenal. ſatyr.* 6. *Martialis: Ferrandus* 1. *Explicationum* 37.
ſ Argentum factum eſt, quod neque in maſſa, vel lamina, vel in ſupellectili, vel in mundo, vel ornamentis. t lamina, *Hal.*
u *l.* 7. *ſ. de ſupellectile.*
x *l.* 25. §. 10. *ſuprà eod.*
y non ſolus, *l.* 203 *j. de verb. ſign.*
z *l.* 32. *ſuprà eod.*
a *l.* 19. §. 13. *ſuprà eod.*
b Viſus & aſpectus iudicio multa committuntur, adde *l.* 32. §. 5. *j. eod.*

SI quis ita legauerit: *vxori meæ mundum, ornamenta ſeu a quæ eius cauſa paraui, do lego*, placet omnia deberi. Sicuti, cùm ita legatur, *Titio vina, quę in vrbe habeo ſeu* b *in porta do lego:* ‖ omnia deberi. ‖ Hoc enim verbum *ſeu*, ampliandi legati gratia poſitum eſt.

De verbo, minor.

31. *Labeo* " lib. 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum. ‖

QVi lancem maximam, minorem, minimam relinquebat, ita legauerat, *Lancem minorem illi lego:* mediæ *c* magnitudinis videri legatam lancem reſponſum eſt, ſi non appareret, quam lancem ex his paterfamilias demonſtrare voluiſſet.

De argento facto. 1. *De auro facto.* 2. *De argento potorio vel eſcario.* 4. *De verbo* meum. 3. *De argento & electro.* 6. *De verbo generali & ſpeciali.* 7. *De mundo muliebri.* 8. *Si teſtator detraxerit de re legata.*

32. *Paulus* "lib. 2. ad Vitellium."

PEdiculis *d* argenteis adiuncta ſigilla ęnea, ceteráque omnia, quę ad eandem ſimilitudinem redigi poſſunt, argento facto cedunt.

1 ¶ Auro facto adnumerantur gemmę annulis incluſę: quippe annulorum ſunt. Cymbia *e* argentea cruſtis aureis illigata, margaritę, quę ita ornamentis muliebribus contextę ſunt, vt in his aſpectus auri potentior ſit, auro facto adnumerantur *f*. Aurea emblemata quę in ‖ lapidibus ‖ *g* apſidibus *h* argenteis eſſent, & replumbari poſſent, deberi Gallus ait *i*: ſed Labeo improbat. Tubero autem, quod teſtator auri numero habuiſſet, legatum deberi ait. alioquin *k* aurata *l*, & incluſa vaſa alterius materię, auri numero non habenda.

1 ¶ Argento potorio vel eſcario legato, in his quę dubium eſt, cuius generis ſint, conſuetudinem patrisfamilias ſpectandam: non etiam in his, quę certum eſt eius generis ‖ non ‖ eſſe.

3 ¶ Quidam primipilaris *m* vxori ſuę argentum eſcarium *n* legauerat, quęſitum eſt, cùm paterfamilias in argento ſuo vaſa habuerit quibus & potabat *o* & edebat, an legato hęc quoque vaſa continerentur? Scęuola reſpondit, contineri.

4 ¶ Idem, cùm quęreretur de tali legato. *Hoc amplius filia mea dulciſsima è medio ſumito tibique habeto ornamentum omne meum muliebre cum p auro, & ſi qua alia muliebria apparuerint:* cùm teſtatrix negotiatrix fuerit, an non ſolum argentum, quod in domo vel intra horreum *q* vſibus eius fuit, legato cedat: ſed etiam quod in baſilica *r* fuit muliebre? Reſpondit, ſi teſtatrix habuit proprium argentum *ſ* ad vſum ſuum paratum, non *t* videri id legatum, quod negotiandi cauſa venale proponi ſoleret: niſi de eo quoque ſenſiſſe, is qui petat, probet.

5 ¶ Neratius Proculum refert, ita reſpondiſſe: vaſis electrinis *u* legatis, nihil intereſſe, quantum ea vaſa de quibus quæritur, argenti aut electri habebant.

¶ Sed vtrum argentum electro, an electrum argento cedat? Id ex aſpectu *x* vaſorum faciliùs intelligi poſſe. quod ſi in obſcuro ſit, inſpiciendum eſt, in vtro numero ea vaſa is, qui teſtamentum fecit, habuerit.

6 ¶ Labeo teſtamento ſuo Neratię vxori ſuę nominatim legauit, *veſtem, mundum muliebrem omnem ornamentáque muliebria omnia. lanam, linum, purpuram, verſicoloria facta infectáque omnia*, &c. ſed non mutat ſubſtantiam *y* rerum non neceſſaria verborum multiplicatio: quia *z* Labeo teſtamento lanam, ac deinde verſicoloria ſcripſit: quaſi deſit *a* lana tincta, lana eſſe, detractóque verbo *verſicoloria*, nihilominus etiam verſicoloria debebuntur: ſi non appareat aliam defuncti voluntatem fuiſſe.

7 ¶ Titia mundum muliebrem Septicię legauit. ea putabat, ſibi legata & ornamenta & monilia, in quibus gemmę & margaritę inſunt, & anulos, & veſtem tam coloriam, quam verſicoloriam. quęſitum eſt, an hęc omnia mundo continerentur. Scęuola reſpondit ex his quę proponerentur, dumtaxat argumentum *b* balneare mundo muliebri contineri.

a dic idem eſſe de particula, *vel.* 14. *ſ. de iniuſto*, adde *l.* 53 *j. de ver. ſign.*
b *v. Romanum ſingul.* 548. *verbo* 549.
c Minorem rem apud Latinos interdum intelligi, hinc colligere poſſumus quæ mediæ ſit magnitudinis. Eodem ſenſu: *minorem libertatem* dici, quæ eſt inter iuſtam & dedititiam: & minorem capitis deminutionem: minorem ordinem, *v. Cuiac.* 10. *obſ.* 39. *in fin.*
d pendiculis vel pendiciilis. gloſſæ ἀρπεδόνας interpretatur *Leunclauius.*
e pocula ad modum cymbæ facta: *Feſtus* 20. *Iſid.* 5.
f Immo non adnumerantur, *l.* 10. *ſ. eod.*
g hanc vocem *lapidibus*, delendam eſſe ait Cuiac. 6. *obſ.* 13. *in fin.*
h *l.* 19. §. 6. *ſupr. eo.*
i Vt in conſultatione Demiphonis apud Terentium 2. *Phormionis* 3. ex tribus vnus negat, alter adfirmat, tertius cunctatur: & apud *Vlpianum* 11. §. *vlt.* vbi pubertas à Caſſianis definitur ex habitu à Proculo annis XIV. à Priſco aliter adde *l.* 10. *C. de adop.* ita in hac quæſt. Gallus deberi emblemata ait, Labeo negat, Tubero in facto atque adeo in incerto, rem eſſe poſitam ait. Dubitandi cauſa hæc eſt: quòd in auratis, vel auro incluſis argenteis vaſis, aurum ita alligetur, vt non detrahatur; quaſi confuſione facta. Emblemata vero aurea plerumque exemptitia ſunt. verum tamen eſt, omnia argento legato cedere, nihil eorum auro legato cedere, *Cuiac.* 6. *obſer* 31.
k id eſt, Cæterum, *Cuiac.* 8. *obſ.* 31.
l Auro legato, inaurata, vel auro incluſa, auro cooperta, & veſtita non debentur.

m Primipilaris. n Eſcario argento legato ea vaſa argentea debentur quibus paterfamilias potabat & edebat.
o id eſt quod illi erat in promiſcuo vſu, *v Cuiac.* 11. *obſ.* 7.
y Aurata, vt & aurum muliebre venale venditum eſſe hac formula colligitur.
q De horreis, v. quæ ſcripſi ad *l.* 7. *ſup. de inſtructo.*
r Quid ſi legas *in taberna*: nam hic agitur de muliere auri & argenti negotiatrice, de auro & argento negotiandi cauſa venali. niſi Baſilicam hic intelligas fori vel argentariorum.
ſ Cur argenti facit hoc loco mentionem in reſponſione, cùm ipſa quæſtio fuerit de auro? an vt intelligamus auro legato, argentum deberi?
t Auro legato non id intelligitur legatum, quod negotiandi cauſa venale proponi ſolet.
u Electri tria ſunt genera, vnum ex arboribus, quod & ſuccinum, aliud naturale, tertium fit de tribus partibus auri, & vna argenti, *Seruius* 8. *Aeneid.* adde *l.* 4. *ſup. de leg.* 1. *l.* 7. §. 8. *j. de adquir. rer. v.* 15. *Iſid.* 23.
x Aſpectui quædam committenda, *v. l.* 26. *in fin. j. eod.*
y Subſtantiam rerum teſtamento adſcriptarum non mutat verborum non neceſſaria multiplicatio, adde *l.* 65 *j. de verb. obl.* z quamuis Labeo, *Hal.*
a Tincta lana, etiam lana eſt.
b argentum balneare, *Cuiac.* 20. *obſ.* 17. ὁ τῶν λουτρῶν ἄργυρος. adde *Paul.* 3. *ſent.* 6. §. 83.

8 ¶ Item

8 ¶ Item cùm inaures, in quibus duæ margaritę *a* elenchi *b*, & ſmaragdi duo, legaſſet: & poſtea elenchos eiſdem detraxiſſet: & quæreretur, an nihilo minùs, detractis elenchis, inaures deberentur. Reſpondit, deberi ſi maneant inaures, quamuis margaritæ eis detractæ ſint.

9 ¶ De alio idem reſpondit: cum quædam ornamentum mamillarum *c* ex cylindris *d* triginta quattuor, & tympanis *e* margaritis trigintaquatuor legaſſet: & poſtea quatuor ex cylindris, etiam ſex de margaritis detraxiſſet.

De veſte aut veſtimento virili vel muliebri.

33. *Pomponius* ‖ lib. 4. ad Quintum Mucium. ‖

INter veſtem *f* virilem & veſtimenta virilia nihil intereſt: ſed difficultatem facit mens legantis, ſi & ipſe ſolitus fuerit vti quadam veſte, quæ etiam mulieribus conueniens eſt. itaque ante omnia dicendum eſt, eam legatam eſſe, de qua ſenſerit teſtator: non quæ re vera aut muliebris, aut virilis ſit. nam & Quintus [Titius] ait, ſcire *g* ſe quendam ſenatorem muliebribus cænatoriis vti ſolitum. qui, ſi legaret *h* muliebrem veſtem, non *i* videretur de ea ſenſiſſe, qua ipſe quaſi virili vtebatur.

De omni auro ſuo 1. *De vxoris cauſa parato.*

34. *Idem* lib. 9. ad Quintum Mucium.

SCribit Quintus Mucius: *Si aurum ſuum omne paterfamilias vxori ſuę legaſſet*: id aurum, quod aurifici faciendum dediſſet, aut quod ei deberetur, ſi ab aurifice ei repenſum non eſſet, mulieri non debetur. *Pomponius*. Hoc ex parte verum eſt, ex parte falſum.

¶ Nam de eo, quod debetur, ſine dubio, vtputa ſi auri libras ſtipulatus fuerit, hoc *k* aurum quod ei deberetur ex ſtipulatu, non pertinet ad vxorem. cùm illius factum adhuc non ſit. id enim quod ſuum eſſet, non *l* quod in actione haberet, legauit.

¶ In aurifice falſum eſt, ſi *m* aurum dederit, ita *n* vt ex eo auro aliquid ſibi faceret. nam tunc, licet apud aurificem ſit aurum, dominium *o* tamen non mutauit: manet tamen eius qui dedit, & tantùm videtur mercedem præſtaturus pro opera aurifici, per quod eò perducimur, vt nihilo minùs vxori debeatur. Quod ſi aurum dedit aurifici, vt non tamen ex eo auro fieret ſibi aliquod corpuſculum, ſed ex alio: tunc quatenus dominium tranſit eius auri ad aurificem, (quippe quaſi permutationem feciſſe videatur) & hoc aurum non tranſibit ad vxorem.

1 ¶ Item ſcribit Quintus Mucius: ſi maritus vxori, cùm haberet quinque pondo auri legaſſet ita: *aurum quodcumque vxoris cauſa paratum eſſet, vti hæres vxori daret*: etiam ſi libra auri inde veniſſet, & mortis tempore ampliùs, quam quatuor libræ non deprehenderentur: in totis quinque libris heredem eſſe obligatum: quoniam articulus *eſt* præſentis *p* temporis demonſtrationem in ſe continet. Quod ipſum quantum ad ‖ ipſam ‖ iuris obligationem pertineat, rectè dicetur: *q* id eſt, vt ipſo iure heres ſit obligatus. verùm ſciendum. Si in hoc alienauerit teſtator inde libram, quòd diminuere vellet ex legato vxoris ſuæ, tunc mutata voluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni: vt, ſi perſeuerauerit mulier in petendis quinque libris, exceptione doli mali ſubmoueatur. Sed ſi ex neceſſitate *q* aliqua compulſus teſtator, non quod vellet deminuere ex legato, tunc mulieri ipſo iure quinque librę auri debebuntur, nec doli *r* mali exceptio nocebit aduerſus petentem.

2 ¶ Quod ſi ita legaſſet vxori, *aurum quod eius cauſa paratum erit* *ſ*, tunc rectiſſimè ſcribit Quintus Mucius, vt hæc ſcriptura habeat in ſe *t* demonſtrationem *u* legati, & argumentum. ideóque ipſo iure alienata libra auri amplius quatuor pondo non remanebunt in obligatione, nec erit vtendum diſtinctione, qua ex cauſa alienauerit teſtator.

De pondere.

35. *Paulus* ‖ lib. 14. Reſponſorum. ‖

TItia amicæ meæ cum qua ſine *x* mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo. quæro, an hæredes ad præſtationem integræ materiæ auri, an ad pretium, & quantum præſtandum compellendi ſint. Paulus reſpondit, aut aurum ei, de qua quæritur, præſtari oportere, aut *y* pretium *z* auri, quanti comparari poteſt.

a Margaritæ lingua Indica dicũtur, æſte Ariano: vniones, Latinè.
b Elenchus, eſt lapillus ex genere margaritarum, faſtigiatæ longitudinis, alabaſtri figura in pleniorem orbem detinens, 9. *Plin.* 35. Auribus extenſis magnos commiſit elenchos *Iuuenalis ſatyra* 6. Porrò hoc notandum eſt margaritas elenchos iunctim appellari, non margaritas & elenchos. Dicuntur & cum in modum, §. 9. ĩ. *eod.* tympani margaritæ, non tympani & margaritæ.
c ornamenta mamillarum. *Hal. Martialis* 14. mamillare vocat, *v. Pollucem.*
d cylindrus proceritatis eſt orbiculatæ: in eo differt ab elencho, de quo ſuprà. Eſt & cylindrus gemmæ ac ſmaragdi ſpecies. 5. *Plin.* 37. *Iuuenal. ſatyr.* 2.
e tympaniis *Hal.* Tympanæ margaritæ. *v.* 6. *Pliny* 33. quæ quia inſtar tympani ab vna parte tumidæ ſeu rotundæ ſunt, ab altera planæ: tympania nominantur: ſolidę ſunt ſubſtantiæ, in quo differunt à philemmatis.
f Veſtis virilis & veſtimentum virile, idem.
g Viri interdum muliebribus cœnatoriis vtebantur.
h qui ſi legaret virilem. *Hot.* 3. *obſeru.* 13. vt ſit ſenſus, Legato veſtis virilis abuſiuã muliebrem non contineri aliàs ſenſus eſt, veſtis muliebris appellatione ea non continebitur, qua viri inhoneſtè vtuntur.
i Immo videtur & de ea ſenſiſſe, *l.* 110. *in fine. infra de ver. oblig.* ſolue. Aliud in ſtipulatione, aliud in legato.
k Qui omne ſuum aurum legat, aurum non legat quod in credito habet *l.* 22. §. 7. ſ. *eodem.* l Suum nemo rectè dixerit, quod in actione tantum habet, cùm in id tantum agere, non id vindicare poſſit. m de duobus rerum locatarum generibus *v.* *l.* 31. ſ. *locat.*
n Suum argentum vxori qui legat, & id quoque argentum legaſſe intelligitur quod aurifici dedit aut appendit, vt ex eo aliquid ſibi faceret.
o Noſtrum eſt cuius dominium ipſi habemus.
p *l.* 7. *ſup. eo.*
q *l.* 11 §. 12. *ſup. de leg.* 3.
r *v.* *l.* 19. *in fi.* ĩ. *de reg. iur.*
ſ de verbo, *erit* adde *l.* 123. ĩ. *de ver. ſign.*
t habeat in ſe & diminutionem legati, & augmentum, ſic legit Cuiacius 2. *obſ.* 39. *in fin.*
u Imò, conditionem magis, quam demonſtrationem habet, *l.* 8. ſ. *de leg.* 1. *l.* 65. ſ. *de leg.* 3.
x Hinc illæ inſcriptiones, ſine vlla animi offenſa: ſine vlla animi læſura; ſine vlla querela: ſine vllo iurgio.
y Imò non videtur talis diſtinctio admittenda, ſed præcisè pretium dari debet, 9 *ſu_rà eo.* z *v.* *l.* 35. *C. de donat.* *l.* 1. *in fi.* *l.* 9. *l.* 19. ſ. *eod.*

1 ¶ Item quęro: ſi lite conteſtata prætor ita pronuntiauit, vt materia prę̃ſtetur: an tutores audiendi ſint, ab hac ſententia pupillum, aduerſus quem pronuntiatum eſt, apud *a* ſucceſſorem eius integrum reſtituere volentes? Paulus reſpondit, prætorem qui auro legato certi ponderis, materiam præſtari iuſſit, rectè pronunciaſſe videri.

De electione poculi.

36. *Scæuola* ‖ libro 3. Reſponſorum. ‖

SEiæ dulciſſimæ poculum *b* aureum *c* quod elegerit fidei heredum committo, vt dárent. quęro: cùm in hæreditate non ſint niſi trullæ *d*, ſchyphi, modioli, phialæ: an Seia de his ſpeciebus eligere poſſit? Reſpondit, cum omnia potui *e* parata, pocula dicantur *f* poſſe eam ex his eligere.

De ornamentis.

37. *Paulus* ‖ libro 21. Reſponſorum. ‖

ORnamentorum *f* appellatione veſtem muliebrem non contineri, nec errorem heredis *g* ius mutaſſe reſpondi *h*.

De ſpeciebus in hereditate inuentis vel non. 1. *De electione*, 2. *De ſigno ſtatuendo.*

38. *Scæuola* ‖ libro 3. Reſponſorum.

TItia teſtamento, item codicillis multas ſpecies tam argenti, quàm veſtis ſpecialiter per fideicommiſſum reliquit. quæro, an non aliæ ſpecies legato cedant quàm quę in hereditate inuentæ eſſent? Reſpondit, eas cedere quæ *i* inuentæ eſſent: de cęteris cauendum *k* vt ſi inuentæ eſſent, præſtentur.

1 ¶ *Sempronia Piæ hoc amplius coopertoria Tabiana* *l*, *& tunicas tres cum palliolis, quæ elegerit dari volo.* quæro, an ex vniuerſa veſte, id eſt "an ex" ſyntheſi *m*, tunicas ſingulas, & *n* palliola Sempronia eligere poſſit? Reſpondit, ſi eſſent tunicæ ſingulares *o* cum palliolis relictæ, ex his duntaxat eligi poſſe: quod ſi non eſt *p*, heredem vel tunicas & palliola, ſed ex ſyntheſi *q* præſtaturum, vel veram æſtimationem earum.

2 ¶ Seia teſtamento ita cauit: *ſi r mihi per conditionem humanam contigerit ipſa faciam; ſin autem, ab heredibus meis fieri volo, iubeóque ſignum ſ Dei ex libris centum in illa ſacra ade & in patria ſtatui, ſubſcriptione eum t nominis mei.* quæſitum eſt, cum *u* in eo templo non niſi aut ærea, aut argentea *x* tantum ſint dona: hæredes Seiæ vtrùm ex argento, an ex auro ſignum ponere compellendi ſunt, an æreum? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur argenteum *y* ponendum *z*.

De mundo muliebri. 1. *De legato argenti, quod ibi erit.*

39. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex Poſterioribus Labeonis. ‖

SI vxori mundus muliebris legatus eſſet: ea tantummodò deberi, Ofilius, Labeo reſponderunt, quæ ex his tradita vtendi cauſa vxori viro *a* fuiſſent, aliter enim interpretantibus, ſummam fore captionem *b* ſi vaſcularius *c* aut faber argentarius vxori ita legaſſet.

1 ¶ Cùm ita legatum eſſet, *Argentum quod domo* *d* *meæ erit, cum moriar.* Ofilius nec quod depoſitum *e* à ſe: nec quod commodatum reliquiſſet, argentum legatum videri, reſpondit. Idem Caſcellius de commodato. Labeo, quod depoſitum eſſet ita deberi, ſi *f* pręſentis cuſtodiæ cauſa, non perpetuæ, veluti theſauros, depoſitum eſſet. quia illa verba, *Quod domo* *g* *meę erit, ſic accipi debere, eſſe* *h* *ſolebat*: & hoc probo.

2 ¶ Atteius Seruium reſpondiſſe ſcribit: cui argentum, quod in Tuſculano fundo, cùm moreretur, habuiſ-

a Reſtitui pupill[...] poteſt à prętor[...] ſucceſſore aduer[...] ſententiam prior[...]
b Quæſtio eſt, an [...] legata ſit electi[...] poculi aurei trull[...] aureæ eligi poſſint[...] vtique poſſunt, [...] *ſi.* ĩ. *eo.*
c *ex hoc verbo* [...] ſumitur ratio dubitandi, perinde ac (vellet) iuriſconſultus, legatarium legato poculi aurei, (quo caſu aureum non fuerit) argenteum poculum poſſe eligere: hoc æquitas non patitur, vt cui certæ qualitatis res legata eſt, ei p[...]ſte̦tur ĩ longè diuerſa. Ratio dubitandi ſumitur ex verbo *poculum*, de quo ſ. 7. *Cuiac.* 11. *obſ.* 7.
d vtcumque enim trullis, ſcyphis, &c. non fumatur vinum, funditur tamen in pocula. Trullæ [...]nubrium longum erat, & cauum, fundendo vino aptum potius quàm bibendo. Scyphis etiam & phialis raró vtebantur ad bibendum quod eſſent capaces nimis, & magna[...]ſa: eis ornabantur abaci *Cuiac. ibi.*
e id eſt, non tantum ea, vnde potatur, ſed etiam omnia potui parata.
f *l.* 26. ſ. *eo.* *Pau. ſent.* 6. §. 84.
g ſoluentis ſcil.
h Nullus enim errantis conſenſus *l.* 9. *C. de iur. & fact. ignor.*
i *v.* *l.* 22. *l.* 61. ſ. *de leg.* 1.
k *v.* *l.* 69. *in fin.* ſ. *de leg.* 1.
l à Tabia ciuitate Italiæ.
m Syntheſim Accurſius locum atque domicilium facit eius qui hic teſtatur. Syntheſim Alciatus 2. *parerg.* 21. [...] eſſe ait, quod Galli *linream* vocant: Turnebus 23. *adu.* 19. lautiorem veſtem qua populo Romano certis diebus publicè (vt Saturnalibus) vti licebat; Idem *lib.* 17. *c.* 18. pro veſte elegantiſſima & viris parum decora accipit. Alij, pro virili veſte. vt vt ſit Syntheſis, hoc loco, veſtis vniuerſa defuncti definitur, id eſt, & Tabiana, & aliis præterea in locis relicta: vt ſit Senſus, Si electio trium coopertoriorum Tabianorum, & trium tunicarum cum palliolis relicta ſit: neque ſuperiora in vrbe Tabiana reperta ſint, heredem eo caſu teneri legatario ea omnia præſtare ex reliqua veſte defuncti, quam fortè aliis locis habuit: ſin minus, veram æſtimationem. Ferrando *Explicat.* 32. ſyntheſis, veſtes in vno loco poſitæ, *vt apud Martialem* 2. Ita ſyntheſis vaſorum, *Martiali* 1. *adde Statium* 4. *ſyluarum.* Q. Serenum Samonianum 1. *de lumbricis, &* 6. 1. *de venenis prohibendis*: *l.* 34. §. 1. ſ. *de leg.* 1. *l.* 30. ĩ. *de adimendis.*
n an & palliola, *Hal.*
o tunicæ ſingulæ, *Hal.*
p quod ſi non eſſet, *Hal.*
q vel tunicam & palliolum ex ſyntheſi præſtaturum, *Hal.*
r id eſt, ſi mihi quid humanitus non contigerit, & ſic ſuperſtes fuero.
ſ Imagines ponendas interdum legabant veteres, *v* *l.* 6. *in fin. ſup. eod.* 2. *Petr. Fabr. in Semeſtribus.* t Imaginibus templorum, qui eas ponebant nomen ſuum inſcribebant. u Ratio dubitandi ſumitur à loci, quo legatum relictum eſt, qualitate.
x *Puto legendum*, an ærea, aut aurea, aut argentea, vt ex ſequentibus poteſt colligi.
y & ita in dubio, iuſſus *ſignum* deo ponere, in eo templo vbi nullum aureum ſed argenteum vel æneum aliquod ſignum reperitur, argenteum debebit & ſic Bartolus non malè ſenſit, Fauore religionis, intelligi legatum in dubio id quod maius eſt. *adde Ludouicum Roman. ſing.* 517.
z *Facit* *l.* 37. *ſup. de leg.* 1. Imò non argenteum ponendum eſt, ſed ęreum: cùm ſit minus. *l.* 39. §. 6. *ſup. de leg* 1. *l.* 43 *ſup. de leg.* 2.
a *al.* à viro. b ea vitanda eſt, *l.* 5. *in fin. ſup. de tranſ.*
c *l.* 61. ĩ. *de obl. & act.* d *al.* domi.
e *l.* 41. §. 8. *ſuprà de leg.* 3.
f *Ita legendum videtur*: ſi perpetuæ veluti theſauro, non ſi præſentis cuſtodiæ cauſa depoſitum eſſet: Nam mox ſequitur *eſſe ſolebat*, ſimilis eſt error in *l.* 4. *ſup. de inſtructo* *l.* 17. §. 7. *ſup. de act. empt.*
g *al.* domi.
h *l.* 35. §. 3 *ſup. de hered. Inſt.* *l.* 4. *ſup. de inſtructo.*

ſet:

ſet, legatum eſſet: & quod, antequam moreretur, ex vrbe in Tuſculanum iuſſu teſtatoris tranſlatum eſſet, deberi. contra fore, ſi iniuſſu *a* tranſlatum eſſet.

De argento viatorio. 1. De argento balneari. 2. De ornamentis vniuerſis.

40. *Scæuola* lib. 17. Digeſtorum.

MEdico ſuo contubernali *b* & communium expeditionum comiti inter cætera ita legauerat: *Argentum viatorium meum dari volo.* quæſitum eſt: cùm paterfamilias in diuerſis temporibus, reipublicæ cauſa abfuerat: quod viatorium *c* argentum hoc legato comprehenſum eſſe videtur? Reſpondit, quod habuiſſet argentum viatorium eo tempore, cùm teſtamentum faciebat, deberi.

1 ¶ Vxori ſuę teſtamento ita legatum eſt: *Semproniæ dominæ d meæ hoc amplius argentum balneare e.* quæſitum eſt, an etiam id argentum, quo diebus feſtis in balineo vti conſueuit, legato cedat. Reſpondit, omne legatum videri.

2 ¶ Mulier decedens ornamenta legauerat: *Seia amicæ meæ ornamenta vniuerſa dari volo.* eodem teſtamento ita ſcripſerat, *Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri † mihi quæcunque f ſepulturæ mea cauſa feram ex ornamentis, lineas g duas ex margaritis, & viriolas h ex ſmaragdis.* ſed neque heredes *i* neque maritus, cùm humi corpus daret, ea ornamenta, quæ corpori iuſſus erat adiici, dederunt. quæſitum eſt, vtrum ad eam cui ornamenta vniuerſa reliquerat, pertineant, an ad heredes? Reſpondit, non ad heredes, ſed ad legatariam pertinere.

DE LIBERATIONE *k* LEGATA.
TIT. III.

De eo quod debetur. 1. De pignore.

1. *Vlpianus* libro 21. ad Sabinum.

OMnibus debitoribus ea *l* quæ debent, rectè legantur: licèt domini eorum ſint.

1 ¶ Iulianus ſcripſit, ſi res pignori *m* data legetur debitori à creditore, valere legatum, habereque eum actionem, vt pignus recipiat, priùs quàm pecuniam ſoluat. ſic autem loquitur Iulianus, quaſi *n* debitum non debeat lucrari. ſed ſi alia teſtantis voluntas fuit, & ad hoc peruenietur exemplo luitionis.

De reo & fideiuſſore. 1. De herede heredis.

2. *Pomponius* lib. 6. ad Sabinum.

HEredem damnatum *o à fideiuſſore non petere*, ab reo petere poſſe: ſed à reo *p* petere vetitum, ſi à fideiuſſore petat, reo ex teſtamento teneri Celſus putat.

1 ¶ Idem Celſus ait, *nullam dubitationem habere, quin herede petere à debitore vetito, nec heres *q* heredis petere poſſit.

An valeat legatum. 1. De chirographo reddito. 2. Vel dato vt reddatur. 3. De effectu huius legati. 4. An legatarius ſit cuius nomen non eſt ſcriptum in teſtamento.

3. *Vlpianus* libro 23. ad Sabinum.

LIberationem debitori *r* poſſe legari, iam *ſ* certum eſt.

1 ¶ Sed etſi chirographum *t* quis decedens debitori ſuo dederit, exceptionem ei competere puto: quaſi *u* pro *x* fideicommiſſo huiuſmodi datione valitura.

2 ¶ Iulianus etiam libro 40. Digeſtorum ſcripſit: Si quis decedens, Chirographum Seij Titio dederit: *vt y poſt mortem ſuam Seio det, aut ſi conualuiſſet, ſibi redderet*: deinde Titius, defuncto donatore, Seio dederit *z* & heres eius petat debitum: Seius doli exceptionem habet.

3 ¶ Nunc de effectu legati videamus. &, ſi quidem mihi liberatio ſit relicta, cùm ſolus ſim debitor: ſiue à me petatur, exceptione *a* vti poſſum: ſiue *b* non petatur, poſſum *c* agere, *vt liberer per acceptilationem.*

¶ Sed etſi cum alio ſim debitor, puta duo *d* rei fuimus promittendi, & mihi ſoli teſtator conſultum voluit *e*, agendo conſequar, non *f* vt accepto liberer, ne *g* etiam conreus meus liberetur contra teſtatoris voluntatem: ſed pacto *h* liberabor *i*.

¶ Sed quid ſi ſocij *a* fuimus, videamus, ne per acceptilationem debeam liberari: alioquin, dum *b* à conreo meo petitur, ego inquietor? Et ita Iulianus libro 32. Digeſtorum ſcripſit: ſi quidem ſocij non ſimus, pacto me debere liberari: ſi ſocij, per acceptilationem *c*.

4 ¶ Conſequenter quæritur, an & ille ſocius, pro legatario habeatur, cuius *d* nomen in teſtamento ſcriptum non eſt: licet commodum ex teſtamento ad vtrumque pertineat, ſi ſocij ſunt. & eſt *e* verum non ſolum eum cuius nomen in teſtamento ſcriptum eſt, legatarium habendum: verùm eum quoque, qui non eſt ſcriptus, ſi & eius contemplatione liberatio relicta eſſet.

5 ¶ Vtrique autem legatarij habentur, & in hoc caſu. nam etſi quod ego debeo Titio, ſit ei legatum mei gratia, vt ego liberer nemo me negabit legatarium vt & Iulianus eodem libro ſcribit. & Marcellus notat, vtriuſque legatum eſſe, tam meum, quam creditoris mei, etſi ſoluendo fuero. intereſſe enim creditoris, duos reos habere.

4. *Pomponius* libro 7 ex Plautio.

QVid ergo eſt, cùm agere poterit *g* creditor ex teſtamento? non aliter heres condemnari debebit, quam *h* ſi caueatur ei *aduerſus debitorem defenſu iri.* Item agente debitore, nihil *i* amplius heres præſtare debet, quam vt eum aduerſus creditorem defendat.

De reo & fideiuſſore. 2. De patre & filio. de marito.

5. *Vlpianus* libro 23. ad Sabinum.

SI *k* quis reum habeat & fideiuſſorem, & reo liberationem leget: Iulianus ibidem ſcripſit, reum *l* per acceptilationem liberandum. alioquin *m*, ſi fideiuſſorem cœperit conuenire, alia ratione reus conuenitur.

¶ Quid tamen, ſi donationis *n* cauſa fideiuſſor interuenit: nec *o* habet aduerſus reum regreſſum? vel quid, ſi ad fideiuſſorem pecunia peruenerit, & ipſe reum dederit, vice ſua, ipſeque fideiuſſerit? pacto eſt reus liberandus. Atquin ſolemus dicere, * *pacti exceptionem p fideiuſſori dandam quæ reo competit*: ſed cùm alia ſit mens legantis, alia paciſcentis, nequaquam *q* hoc dicimus.

1 ¶ Quòd ſi fideiuſſori ſit liberatio legata, ſine dubio (vt & Iulianus ſcripſit) pacto erit fideiuſſor liberandus. ſed *r* & hic puto interdum acceptilatione liberandum, ſi vel reus ipſe verè fuit, aut in eam rem ſocius reus.

2 ¶ Idem Iulianus eodem libro ſcripſit, ſi *ſ* filiusfamilias debitor fuerit, & patri eius fuerit liberatio relicta: patrem pacto *t* liberandum eſſe, ne etiam filius liberetur. & parui (inquit) refert, ſi ſit aliquid in peculio die legati cedente, nècne. ſecuritatem enim pater per hoc legatum conſequitur, maximè (inquit) cum rei iudicandæ tempus circa peculium *u* ſpectetur.

¶ Huic patri ſimilem facit Iulianus maritum, cui vxor poſt diuortium liberationem dotis legauit. nam & hunc, licet die legati cedente, ſoluendo non ſit, legatarium eſſe: & vtrumque, ait, ſolutum repetere *x* non poſſe. Sed eſt verius, quod Marcellus notat, patrem petere poſſe. nondum enim erat debitor, cùm ſolueret: maritum non poſſe, quod debitum ſoluit. patrem enim etſi quis debitorem exiſtimauerit, attamen loco eſſe conditionalis *y* debitoris: quem, ſolutum repetere poſſe, non ambigitur.

3 ¶ Sed ſi *z* damnatus ſit heres *filium liberare*, non adiicit Iulianus, vtrum acceptilatione filius, an pacto ſit liberandus? Sed videtur hoc ſentire, quaſi acceptilatione debeat liberari, quę *a* res patri quoque proderit. quod obtinendum eſt: niſi euidenter approbetur, contrarium ſenſiſſe teſtatorem, id eſt ne filius inquietetur, non, ne pater. tunc *b* enim acceptilatione eum non liberandum, ſed pacto.

4 ¶ Idem Iulianus ſcripſit, ſi pro filio pater fideiuſſerit *c*, eíque liberatio ſit legata, eum pacto liberandum, quaſi fideiuſſorem, non quaſi *d* patrem: &

a l. 32. §. de leg. 2. l. 8. §. 12. ſuprà de inſtructo.
b Contubernales: qui eodem contubernio vtuntur vel vſi cõtubernio, hoc eſt lecto, ac tentorio. adde Feſtum in Adtubernalis, & Contubernalis.
c Viatorium argentum quo in via & itinere vtimur. adde l. 7. §. eod.
d v. l. 19. §. 1. ſuprà de annuis.
e Balneare argentum, quo in balneis vtimur.
† Hodie non licet inferre mortuis pecuniam: id eſt, ſepelire vna cum mortuo pecuniam, l. 4 §. 6. j. ad L. Iul. pecul.
f v. l. 14 §. 5. ſuprà de religioſ. v. l. 113. in fin. §. de leg. 1.
g v. quæ ſcripſi ad l. 52. §. 25. j. de furtis.
h v. l. 8. §. 1. ſupr. de optione.
i Adde l. 14. §. 5. §. de religioſis.
k περὶ ἐλευθερίας χρεῶν 44. Ecl. 16.
l l. 3. j. eo. l. 86. in fin. ſuprà de leg. 1. l. 18. C. de fideicom. §. 13. inſt. de leg.
m l. 31. j. eod. adde l. 3. ſup. de pactis.
n Legans debitori ſuo pignus ſibi obligatum, non præſumitur ei debitum remiſiſſe, vt hic. Hoc legato acceſſorij (hoc eſt pignorum) legatum non intelligitur principale ſeu debitum, l. ex pupillari 44. §. de vulgar. Quid ſi pignus par ſit debito? Aliud dicendum putat Bartolus. arg. l. qui habebat. 101. ſuprà de leg. 3. quod Angelo, Caſtrenſi & Alexandro diſplicet: poteſt enim vel ſola pignoris obligati remiſſio, vtilis eſſe legatario: & in d. l. qui habebat, res pignori obligata, non fuit legata debitori, ſed alicui extraneo relicta.
o liberatio relinquitur variis modis. Expreſsè relinquitur, quotiens nimirum liberatio nominatim relinquitur, l. 3. j. eod. Idem eſt ſi tibi relinquo, id quod ipſe mihi debeas, l. 1. §. eo. ſi damno heredem meum non petere, vt hic. ſi chirographum tibi lego l. 3. §. 1. j. eod.
p l. 5. j. eod. *
q l. 53 ſup. de adq. hered. r v. l. 1. ſup. eod. ſ Olim itaque non ſatis conſtabat: hodie conſtat, vt hic. & l. 1. ſup. eod. t l. 59. ſuprà de leg. 3.
u Quaſi particula eſt nota improprietatis. x Imo valet vt donatio inter viuos, l. 1. j. de don. l. 3. & l. Seia 42. in fin. j. de donat. cauſa mort. An hic dixit teſtatur mortis ſuæ cauſa inſtrumentum dare: An hæc donatio cauſa mortis, effectu ipſo quaſi fideicommiſſum eſt?
y l. 18. §. 2. j. de mortis cauſa donationib.
z Quid ſi dare nolit? negotiorum tenebitur, l. ſi pupilli 6. §. ſi quis pecuniam 2. ſup. de negotiis. a l. 22. j. eod. l. 17. C. de fideicommiſſ. b Exceptionis ſubſidium, eſt agere ſiue actio, v. l. 8. j. de doli mali. c v. l. 9. in fin. j. de nouationib.
d l. 31. §. 2. j. eod. e nempe quia mei vnius contemplatione reliquit.
f Acceptilationis & pacti differentia. Acceptilatio vim ſolutionis habet, pactum non habet. g Imo liberari non poſſum, quin mea liberatio proſit alteri, ſaltem pro ea parte, qua in me regreſſum habet, l. 1. C. de duobus reis. Contrarium verum.
h l. 5. §. 1. l. 10. in prin. j. eod.
Atqui pactum minime hic videtur neceſſarium; cum mihi competat exceptio:

nec enim pacto opus eſt, vbi exceptio eſt, l. hæc ſtipulatio, 14. §. Diuus, 1 infra vt legatorum. l. pen ſupr. de pet. hered. Quoties exceptio nobis adeſt, agi nõ poteſt, vt pacto ſe aduerſarius obliget: ſed vt nos pacto etiam liberet, de quo vide hic Bartolum.
a omnium bonorum vel in illo debito, ſic vt inter nos lucrum & damnum eſſet commune. l. eandem 9. j. de duobus reis.
b Conuenimur ab aduerſario mediatè vel immediatè. Mediatè per correum, ſeu correo noſtro conuento.
c Differunt hæc duo liberari per acceptilationem, & pactũ. d l. 10. in fi. l. 12. in fin. §. de inoff.
d Non nominatus in teſtamento, habetur pro legatario, ſi teſtator prodeſſe illi voluit, Bart.
e Imo non eſt verum: Nam creditor non habetur vt legatarius, l. ſi cui 39. §. ſi Iulio 4. & ſeq. ſupr. de leg. 1. non habetur, niſi teſtator ei prodeſſe voluit.
f Imo non intereſt plures reos ſoluendo habere, ſi vnum ſoluendo habeamus, l. ſi quis ſtipulatus Stichum 112. §. vlt. j. de ver. obl. v Bart.
g al. poſſit. al. cœperit.
h Formulam libelli obſerua, quo peto heredem compelli vt me contra debitorem defendat: aut ſi minimè id faciat vt in quod intereſt mea damnetur. Bald.
i imo non id agit, vt heres tantùm præſtet, quantum ipſe præſtaret creditori, l. 6. j. eo. Sic ſanè, ſi heres nolit defendere.
k Vide explicationem huius loci apud Antonium Fabrum 4. Coniect. 18.
l l. 2. ſup. eo.
m l. 3. §. 2. in fin. ſupr. eod.
n Fideiuſſor interdũ donationis cauſa fideiubet, l. 32. ſup. de pactis: l. 16. §. 1. ſup. ad Velleianum: l. 9. §. non ſolum, ſuprà de ſenatuſc. Macedoniano.
o Fideiuſſor donationis cauſa fideiubens, regreſſum in reum principalem non habet.*
p l. 3. §. 3. ſuprà eod.
q Imo pactum cum reo principali factum fideiuſſori prodeſt, l. ſi mulier 16. §. ſi ab ea 1. ſup. ad Velleianum.
r Fideiuſſor, cui relicta liberatio eſt, interdum pacto, interdum acceptilatione liberandus eſt.
ſ Pater pacto liberandus eſt, cuius filiofamilias debitori liberatio legata eſt.
t l. 6. §. 1. j. eodem.
u l. 17. j. eodem.
x l. 8. l. 9. ſuprà de condict. indeb.
y l. 48. ſup. de cond. indeb.
z Filius cui liberatio eſt relicta, in dubio acceptilatione liberandus eſt, quoties non eum ſolum voluit liberatum eſſe teſtator, ſed & eius patrem: alias pacto tantum liberandus eſt.
a Acceptilatio facta filiofamilias debitori, prodeſt eius patri: a pacto, verò facta liberatio, non prodeſt.
b Differentiam pacti & acceptilationis obſerua.
c Fideiubere pro filio pater poteſt, l. 1. §. 3. ſup. quod iuſſu.
d v. l. 6. ſuprà quod cuiuſque vniuerſ.

ideo

ideo de peculio poſſe conueniri,hoc *a* ita demum putat,ſi dumtaxat quaſi fideiuſſorem voluit teſtator liberari: cæterum ſi & quaſi patrem,&‖de peculio erit liberandus.

6. *Iauolenus* ‖ libro 6. Epiſtolarum ‖

POſt emancipationem verò filij‖ eatenus *b* pater actionem habebit,quatenus aliquid ex peculio, aut in rem verſo præſtaturus eſt.id enim legatorum nomine ad patrem pertinebit,quod eius intererit.

1 ¶ Illud queri poteſt,an eo quoque nomine pater ex teſtamento agere poſſit, vt etiam filius actione liberetur? Quibuſdam eo vſque extendi actionem placebat:quia patris intereſſe videatur, ſi peculium filio poſt emancipationem conceſſiſſet,integrum ius *c* eius permanere.Ego contra ſentio:nihil quicquam amplius patri præſtandum ex eiuſmodi ſcriptura teſtamenti puto : quàm vt nihil ex eo, quod præſtaturus heredi fuerit,præſtet.

De parte. 1. De obligatione alternata. 2. De quantitate. 3. De herede damnato ſoluere creditori. 4. De exactione & petitione.

7. *Vlpianus* " lib.23. ad Sabinum."

NOn ſolùm autem, quod *d* debetur, remitti poteſt, verum etiam pars *e* eius,vel pars *f* obligationis, vt eſt apud Iulianum tractatum libro 33.digeſtorum.

1 ¶ Si is,qui ſtipulatus *Stichum aut decem*,damnauerit heredem Stichum non petere:legatum valere conſtat. ſed quid contineat videamus ? Et Iulianus ſcribit, actionem ex teſtamento in hoc eſſe videri vt debitor accepto liberetur. quæ res vtique debitorem & *g* in decem liberauit *h*,quia**acceptilatio ſolutioni comparatur.* i & quemadmodum ſi Stichum ſoluiſſet debitor,liberaretur,ita & acceptilatione Stichi liberari.

2 ¶ Sed ſi debitorem decem damnatus ſit heres viginti liberare,idem Iulianus ſcripſit"lib.33."nihilominus eſſe liberandum decem. nam ſi ei viginti accepto ferantur,in decem liberabitur.

3 ¶ Sed ſi duobus heredibus inſtitutis, alterum ex his damnauerit creditori ſoluere, valet legatum propter coheredem, eúmque ex teſtamento acturum , vt creditori ſoluatur.

4 ¶ Liberatio autem debitori legata ita demum effectum habet,ſi non fuerit exactum *k* id à debitore, dum viuat teſtator.cæterùm,ſi exactum eſt, euaneſcit legatum.

5 ¶ Vnde quærit Iulianus,ſi ab impuberis ſubſtituto ſit liberatio relicta,deinde impubes exegerit,quod debetur,an euaneſcat legatum?Et cùm conſtet pupillum in his quæ à ſubſtituto *l* relinquuntur , perſonam ſuſtinere eius,à quo ſub conditione legatur:conſequens eſt,ſubſtitutum actione ex teſtamento teneri,ſi pupillus à debitore exegerit.

6 ¶ Idémque eſt,& ſi pupillus non exegerit,ſed ſolummodo litem ſit conteſtatus,teneri eum, vt remittat actionem.

7 ¶ Nam & ſi debitori liberatio ſub conditione legata fuiſſet,& vel lis fuiſſet conteſtata,vel etiam exactum pendente conditione,ex teſtamento *m* actio maneret,liberatione relicta.

De debitore teſtatoris vel heredis vel alius. 1. De liberatione ad tempus. 3. De herede legatarij. 5. De rationibus reddendis. 6. De dolo. 7. De cauſa obligationis.

8. *Pomponius*‖lib.6. ad Sabinum ‖

NOn ſolum noſtrum debitorem,ſed & heredis,& cuiuſlibet alterius *n*,vt liberetur,legare poſſumus.

1 ¶ Poteſt heres damnari , vt *o* ad certum tempus non petat à debitore:ſed ſine dubio nec liberare eum intra id tempus debebit. & ſi debitor deceſſerit , ab herede *p* eius intra id tempus peti non poterit.

2 ¶ Illud videndum eſt,an eius *q* temporis intra quod petere heres vetitus ſit,vel vſuras vel pœnas petere poſſit, & Priſcus Neratius exiſtimabat, cõmittere eum aduerſus teſtamentum,ſi petiſſet quod verum eſt.

3 ¶ Tale legatum , *Heres meus à ſolo* r *Lucio Titio ne petito*,ad heredem Lucij Titij non tranſit,ſi nihil viuo Lucio Titio aduerſus teſtamentum ab herede, eo quod ab eo exigere debitum tentauit,ſit commiſſum. * quotiens *ſ* enim cohæret perſonæ id,quod legatur, veluti perſonalis ſeruitus ad heredem eius non tranſit. ‖ ſi non cohæret, tranſit.‖

4 ¶ Si verba liberationis *in rem* t ſint collata pro eo eſt, quaſi heres ab eo debitore, hæredéque *u* eius petere vetitus ſit , vt adiectio heredis perinde nihil valeat,atque non eſſet valitura,ipſius debitoris perſona non comprehenſa.

5 ¶ Is qui *reddere* x *rationes iuſſus ſit* ; non videtur

a Liberatione pater, filij fideiuſſori legata , interdum ipſe pater vel pacto vel acceptilatione liberandus eſt , pacto , ſi eum teſtator liberari voluit , quaſi fideiuſſorem : acceptilatione , ſi eum liberari voluit vt patrem. Priore non poſteriore caſu pater, cui ea liberatio eſt relicta , de peculio tenetur.

b Imo non id agere debet vt defendatur, *l.4.ſ.eod.*

c quod habet vt filio ſuccedat , *l.6. ſ. quibus mod. ius patr. poteſt.* hinc nota. Non habẽdam æſtimationem ſpei, quod quis alteri poſſit ſuccedere , *Bart.* Spes quidem eſt ac dici poteſt ſucceſſionis : verum ea ſpes illegitima eſt, *l.vlt.C.de pactis*: *v.tamen l.3.§. ſed vtrum.ſ.de minorib.*

d totum debitum.

e *v.l.9.ſ. de acceptilat.*

f vel vt ne ad tempus petatur, §. 13. *Inſt. de leg.*

g Liberatione vnius rei ſub alternatione debitæ,relicta liberatio alterius quoque rei relicta intelligitur, *vt hic.*

h Imo non liberabit in altera , *l. qui hominem 11. ſ. tit. 1.* Ibi ſpeciei liberatio eſt hic vnius partis alternatiuæ.

*

i *l.31.in fin. ſ. de nouat. l.5. l.16. ſ. de acceptilatione.* Imò acceptilatio non comparatur ſolutioni, *l.49. in fin. ſ. de ſolution.*

k vel ſolutum, *l.21. ſ.eod.*

l Relictum à ſubſtituto , videtur relictum conditionaliter ab ipſo pupillo, *l.11.§.5.ſ.ad leg. Falc.*

m *v. l.17. C. de fideicomm.*

n extranei.

o *l.28.§.8.ſ.eo.§. 13. Inſt. de legatis.*

p *§.4.ſ.eod.*

q *l.40.ſ. de rebus credit.*

r *l.20.ſ.eod.*

ſ Legatum perſonæ cohærens (vt eſt perſonalis ſeruitus) ad heredem non tranſit.

t Liberatione in rem collata , heres teſtatoris petere prohibetur , non modo à debitore teſtatoris , ſed & à debitoris herede.

u *l.15.ſ.eod.*

x Rationes reddere , eſt edere rationes legendas & computandas,tradere etiam libros rationum , inſtrumentáque actus ſui , inſtruere heredem de ſingulis quæ ad eam rem pertinent , & non hoc tantum, ſed etiam reliqua ſoluere in ſolidum, *vt hic.* Rationum redditio incipit à facto,id eſt computatione & diſpunctione rationum, & deſinit in pecuniæ dationem, qua de cauſa miſta eſt conditio, quæ in faciendo & dando conſiſtit , *v. ſupra in l. cum ſeruus 82. ſuprà de conditio. & demonſtrat.*

ſatisfacere,ſi reliquum *a* reddat,non editis rationibus.

6 ¶ Si heres *vetitus ſit agere cum eo qui negotia defuncti geſſerit*,non videtur obligatio ei prælegata, quæ *b* dolo *c* vel"ex"fraude eius,qui negotia geſſerit,commiſſa ſit, & teſtator id videtur ſenſiſſe.ideo ſi heres negotiorum geſtorum egiſſet, agens procurator ex teſtamento incerti,doli mali exceptione excludi poteſt.

7 ¶ Et ei *d* liberatio rectè legatur, apud quem depoſuero,vel cui commodauero,pignorive dedero,vel ei quem ex furtiua cauſa mihi dare oportet.

De reliquis. 1. De dolo.

9. *Vlpianus* " libro 24.ad Sabinum."

SI *e* quis *rationes* f *exigere* vetetur:vt eſt ſępiſſimè reſcriptum, non *g* impeditur reliquas *h* exigere , quas quis ſe *i* reliquauit,& ſi quid dolo *k* fecit qui rationes geſſit.Quod ſi quis & hæc *l* velit remittere , ita debet legare:*Damnas eſto heres meus,quidquid ab eo exegerit illa vel illa actione,id ei reſtituere,vel actionem ei remittere.*

De reo fideiuſſore, & extraneo.

10. *Iulianus* " lib. 33. Digeſtorum."

SI damnatus heres fuerit,*à fideiuſſore quidem non petere, quod autem reus debet Titio dare*, paciſci *m* debet, ne à fideiuſſore petat,& aduerſus reum actiones *n* ſuas præſtare legatario. Quemadmodum damnatus heres *ne à reo petat*,& damnatus dare,quod fideiuſſor debet:à reo acceptum *o* facere,& legatario litis æſtimationem ſufferre cogatur.

Si debitor fideiuſſori aut debitor creditori legauerit.

11. *Idem*"lib.36. Digeſtorum."

SI debitor *fideiuſſorem ſuum ab herede ſuo liberari* iuſſerit, an fideiuſſor liberari debeat? Reſpondit , debere. Item quæſitum eſt,an,quia mandati *p* actione heredes tenerentur,inutile legatum eſt,quod debitor creditori ſuo legat. Reſpondit, quotiens debitor creditori ſuo legaret:ita inutile *q* eſſe legatum,ſi nihil intereſſet creditoris ex teſtamento potius agere *r* quàm ex priſtina obligatione. nam & ſi Titius mandauerit Mæuio , vt pecuniam promitteret,deinde liberari eum iuſſerit a ſtipulatore,manifeſtum eſt, quantum interſit promiſſoris liberari potius *r*,quam præſtare ex ſtipulatu, deinde mandati agere.

De rationibus reddendis.

12. *Idem*‖libro 39. Digeſtorum.‖

LVcius Titius, cùm Erotem actorem haberet, codicillis ita cauit : *Erotem liberum eſſe volo:quem rationes* ſ *reddere volo eius temporis,quod erit poſt nouiſſimam ſubſcriptionem* t: Poſtea viuus Erotem manumiſit , in eodem actu habuit,rationéſque ſubſcripſit vſque in eum diem qui fuit antè pauciſſimos dies,quàm moreretur.heredes Lucij Titij dicunt:quaſdam ſummas & ſeruum adhuc Erotem,& poſtea liberum accepiſſe : neque in eas rationes,quę à Lucio Titio ſuſcriptæ ſunt , intuliſſe. quæro,an heredes ab Erote nihil exigere debent eius temporis quo Lucius Titius ſubſcripſit?Reſpondi,Erotem ex ea cauſa, quę proponeretur,liberationem petere non *u* poſſe: niſi & hoc ſpecialiter ei remiſſum eſt.

De exceptione perpetua.

13. *Idem*"libro 81.Digeſtorum."

SI creditor debitori , qui ſe exceptione *x* perpetua tueri poterat, legauerit quod ſibi deberet:nullius *y* momenti legatum erit. At ſi idem debitor creditori legauerit , intelligendum erit , exceptionem eum remitti creditori voluiſſe.

De die & conditione.

14. *Vlpianus*"lib.1. Fideicommiſſorum."

IDem eſt, & ſi in diem *z* debitor fuit , vel ſub conditione.

De herede heredis.

15. *Idem*‖libro 64.ad Edictum.‖

SI quis in teſtamento damnatus eſt,*ne à Titio debitore exigat* : neque ipſum, neque *a* heredem eius poteſt conuenire *b*.nam neque heredis heres agere,neque ab heredis herede poteſt peti.Heredis *c* autem heres poteſt damnari,ne exigat debitorem.

De locatione & conductione.

16. *Paulus* " libro 9.ad Plautium."

EI cui fundum in quinquenniũ locauerã *d*, legaui : *Quidquid* e *eum mihi dare facere oportet,oportebitve, vt ſineret heres ſibi habere.* Nerua,Attilicinus, ſi heres prohiberet eum frui , ex conducto *f*, ſi iure locationis quid

a *l.13.§.2.ſ. [...] manum.teſt.*

b Prohibitus pete[...] à debitore , [...] intelligitur prohi[...]bitus id petere quo[d] debitor dolo v[el] fraude ſubtraxit. [...] ad dolo ablata, no[n] extenditur liberat[io] debitori relicta.

c *l.9.ſ.eod.*

d Quid ? liberatio relicta depoſitari[o] commodatario, c[re]ditori pignoratiti[o] obligato furti : [...] continentur ? [...] dolus & culpa [...] tum quę illis actio[nibus] continentu[r] an vero & res ipſ[a] v. hic Bartolu[m] cæterum conduct[ori] legans locatur[...] quidquid eum d[are] oportet , oportebi[t]ve, non item ipſa[m] conductam lega[t] ſed liberation[em] penſionis : *v.l.1[...] ſ.eod.* de quo [...] Ruinum 2. [...] 25.

e v. Beroum [...] 21.

f Præterita [...] ſtionis non fi[...] *v.l.20.ſ.eod.*

g *l.8.§.6.ſup[...] l.20. in fin. ſ[...] l.119. in fin.ſ[...] leg 1.*

h Reliquæ , [...] qua, *l. vltim.* [...] *ſ. eod.*

i quis ipſe [...] quauit, *Hal.*

k *l.72.§.3.in[...] de cond. & dem.*

l reliqua.

m *l.3.§.3.[...] eodem.*

n *l.10.in fin.[...] leg.1.*

o *l.3.§.3.ſ.eod.*

p adde *l.38.[...] mandati.*

q *l.13.l.23.[...] eodem.*

r Cur ? quia [in]tereſt mea , [...] non ſoluere , [...] ſolutum repet[...] dicitur legatum [...]lere. *Bart.*

ſ dixi ad *l.9.[...] eodem.*

t his verbis vide[...] prioris tempori[s] berationem [...]quiſſe.

u Liberatio [...] onere *redden[dar]*um rationum , [...] reliqua non por[...]gitur , niſi exp[ri]matur , *Bart. l.[...] in fin. ſ. eod. l.[...] ſ.de leg.1.*

y Imo alicuiu[s] momenti , legatum enim liberation[is] parit actionem , [...] legatarius liberet[ur] per acceptilation[em] *l. 4. §. 1. ſ. eo[dem].*

z id eſt puta po[ſt] annum, *l. 82. [...] leg. 3.*

a *l.8.§.4.ſ.eodem.*

b & ſic in dubio,relictum liberationis intelligitur in rem , vt perſonam heredis comprehendat. c *l.5.in fin.ſuprà de leg.3.*

d Conductori liberatio legari poteſt. e his verbis, *quidquid eum mihi dare facerève oportet,oportebitve*, omne id videtur remiſſum, ad quod præſtandum actione perſonali debitor tenetur:remiſſa videtur tota locatio : idque omne cuius nomine tenebatur ratione doli vel culpæ,vel reliquorum : item vt heres teneatur pati vti frui,vt gratuitam habitationem preſtet,*vt hic. & l.17.l.18.ſ.eod.*

f Vt ſi liberatæ ſint hæ perſonæ à depoſito , commodato, &c. res ab eis peti no[n]

retine

retineret, ex teſtamento fore obligatum aiunt: quia nihil intereſſet peteretur *a*, an retineret: totam enim locationem legatam videri.

17. *Iauolenus* ‖ lib. 2. Labeonis Poſteriorum. ‖

RELiqua quoque in iudicio locationis venire.

18. *Paulus* ‖ lib. 9. ad Plautium. ‖

CAſſius: Etiam ſi habitatio eo modo legata eſſet, gratuitam habitationem heres præſtare deberet. & præterea placuit agere poſſe colonum *b* cum herede ex teſtamento *c*, *vt liberetur conductione.* quod rectiſsimè dicitur.

De cauſa obligationis.

19. *Modeſtinus* ‖ lib. 9. Regularum. ‖

CVm ita teſtemur: *Heres meus damnas eſto liberare illum, quod C is negotia d mea geſsit: & ſi quid eum mihi dare facere oportet, ab eo non exigere*: damnatur heres, nec creditas ab eo quoque pecunias exiget. in ſimili autem legato vix eſt vt de eo quoque legando paterfamilias ſenſerit: quod ſeruis eius peculij nomine debetur.

De herede debitoris. 1. De dolo curatorum, & eo quod apud ipſos eſt.

20. *Idem* ‖ lib. 10. Reſponſorum. ‖

A*Vrelio Sempronio fratri meo. Neminem moleſtari volo nomine debiti, neque exigere e aliquid ab eo f quamdiu viueret g, neque de ſorte, aut vſura, nomine debiti: & abſoluo "ei", & libero ex pignoribus eius domum & poſſeſsionem Caperlatham* h. Modeſtinus reſpondit, ipſum debitorem, ſi conueniatur, exceptione tutum eſſe. diuerſum *i* in perſona heredis eius.

1 ¶ Caius Seius cùm adoleuiſſet *k*, accepit curatores Publium Mæuium & Lucium Sempronium. "ſed enim" idem Gaius Seius intra legitimam *l* ætatem conſtitutus, cùm in fatum concideret, teſtamento *m* ſuo de curatoribus ſuis ita cauit: *Quæſtionem n curatoribus meis nemo faciat, rem enim ipſe tractaui.* quæro, an rationem curę heredes adulti à curatoribus petere poſsint: cùm defunctus (vt ex verbis teſtamenti apparet) confeſſus ſit, ſe omnem rem ſuam adminiſtraſſe? Modeſtinus reſpondit: ſi † quid dolo *o* curatores fecerunt, aut ſi quæ res teſtatoris penes eos ſunt, eo nomine conueniri eos poſſe.

Quibus modis legatum liberationis vel nominis extinguitur.

21. *Terentius Clemens* " lib. 12 ad legem Iuliam & Papiam "

SI id quod mihi deberes *p*, vel tibi vel alij legauero, idque mihi ſolueris *q*, vel qualibet alia ratione liberatus à me fueris, extinguitur legatum.

1 ¶ Vnde Iuliano placuit, etſi debitori heres extiterit creditor, poſteáque ipſe creditor deceſſerit, legatum extingui. & hoc verum eſt: quia confuſione perinde extinguitur obligatio, ac ſolutione.

2 ¶ Sed ſi ſub conditione dato legato heres præoccupauerit, & exegerit debitum, aliud dici oportet. quia in arbitrio heredis eſſe non debet: vt quandoque conditione exiſtente, neque ipſi legatario debeatur legatum, ſi tum viuat, & capere poſſit, neque ei, ad quem hoc commodum peruenit, ſi legatarius capere non poſſit.

De exceptione & actione.

22. *Papinianus* ‖ lib. 19. Quæſtionum. ‖

Q*Vod mihi Sempronius debet, peti nolo* r: non tantùm exceptionem habere debitorem, ſed & fideicommiſſum, vt liberetur, petere poſſe, reſponſum eſt.

De procuratore.

23. *Idem* " lib. 7. Reſponſorum. "

PRocurator *à quo rationem heres exigere prohibitus, eóque* ſ *nomine procuratorem liberare damnatus eſt*, pecuniam ab argentario debitam ex contractu, quem vt procurator fecit, iure mandati cogetur reſtituere, vel actiones præſtare.

Si debitor heredis poſt mortem teſtatoris ſoluerit.

24. *Idem* " lib. 8. Reſponſorum. "

CVm heres rogatur debitorem ſuum liberare, de *t* eo tantum cogitatum videtur, quod in obligatione manſerit. itaque ſi quid ante tabulas apertas fuerit ſolutum, ad cauſam fideicommiſsi non pertinebit. quod autem poſt tabulas apertas ante aditam hereditatem ab eo qui voluntatem defuncti non ignorauit fuerit exactum *u*, dolo proximum erit: ideóque repeti poteſt.

De certa quantitate vel ſpecie adiecta vel non.

25. *Paulus* " lib. 10. Quæſtionum. "

LEgaui Titio quod mihi debetur, vel adiecta certa quantitate ſiue ſpecie, vel non adiecta, aut ex contrario, æquè cum diſtinctione: veluti *Titio* x *quod ei debeo.* vel ita, *Titio centum, quæ ei debeo* y. quæro, an per omnia requirendum putes an debitum ſit. & pleniùs rogo: quæ ad hæc ſpectant attingas. quotidiana *a* enim ſunt. Reſpondi: Si is, cui Titius debebat, debitum ei remittere voluit,* nihil intereſt, heredem ſuum iuſsit, vt eum liberaret, an prohibeat eum exigere. vtroque enim modo liberandus eſt debitor, & vtroque caſu competit vltrò ad liberandum debitori actio.

¶ Quod ſi etiam centum aureorum, vel fundi debiti mentionem fecit, ſiquidem debitor fuiſſe probetur, liberandus eſt: quòd ſi nihil *b* debeat, poterit dici quaſi falſa demonſtratione adiecta, etiam peti, quod comprehenſum eſt, poſſe. Sed poterit hoc dici, ſi ita legauit, *centum aureos, quos mihi debet*: vel *c*: *Stichum* d *quem debet heres meus damnas eſto non petere.*

¶ Quòd ſi *e* ſic dixit: *heres meus centum aureos, quos mihi* " Titius " *debet damnas eſto ei dare* f: etiam illud tentari poterit, vt petere poſſit, quaſi falſa demonſtratione *g* adiecta. quod mihi nequaquam placet, cùm dandi verbum ad debitum referre ſe teſtator exiſtimauerit.

¶ Contra autem ſi debitor creditori leget, nullam *h* vtilitatem video, ſi ſine quantitate leget. Sed & ſi id demonſtret, quod debere ſe confitetur, nulla vtilitas eſt, niſi in his ſpeciebus, in quibus *i* emolumentum debiti ampliatur. Quod ſi centum aureos, quos ſe debere dixit, legauit: ſi quidem debet, inutile eſt legatum. certa enim nummorum quantitas ſimilis eſt Sticho legato cum demonſtratione falſa. idque & Diuus Pius "reſcripſit, certa pecunia dotis acceptę nomine legata.

De tutore & pupillo.

26. *Scæuola* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

TVtor decedens aliis heredibus ſcriptis pupillo ſuo, cuius tutelam geſſit, tertiam partem bonorum dari voluit: *ſi heredibus ſuis tutelæ cauſa controuerſiam non fecerit* k, *ſed eo nomine omnes liberauerit*: pupillus legatum prętulit, & poſtea nihilominus petiit, quicquid ex diſtractione, aliáve cauſa ad tutorem ſuum ex tutela peruenerit. quæro, an verbis teſtamenti ab his exactionibus excludatur? Reſpondit: ſi priùs quam conditioni pareret, fideicommiſſum percepiſſet, & pergeret petere id in quo contra conditionem faceret, doli mali exceptionem *l* obſtaturam: niſi paratus eſſet, quod ex cauſa fideicommiſsi percepiſſet, reddere. quod ei ætatis beneficio indulgendum eſt.

De peculio.

27. *Tryphoninus* ‖ lib. 8. Diſputationum. ‖

VIdeamus, ſi ei *m*, cum quo de peculio actio erit, liberatio teſtamento legata ſit, an ſi die, quo legata cedere ſolent, nihil in peculio ſit, legatarij loco habetur. atquin nondum debitor fuit, nec procedit vt emolumentum aliquod ex legato ad eum perueniat, niſi propter ſpem *n* futuri peculij. nunquid ergo in pendenti ſit, an legatarius fuerit, perinde atque ſi qua alia cauſa ſpem legati dubiam faceret.

De fideicommiſſo, Ne quid ex ratione tutelæ à pupillis exigatur. 1. De eo quod poſt teſtamentum deberi cœpit. 3. De liberatione patri relicta. 4. De ratione tutelæ non poſcenda. 5. De imminutione fideicommiſsi. 6. De ſorte & vſuris. 7. De rationibus non reddendis à manumiſſo. 8. De liberatione ad tempus. 9. De rationibus actus non reddendis à manumiſſo. 10. De liberatione ad tempus. 11. De rationibus actus non reddendis. 12. De eo quod tutori debetur. 13. Si vt creditori legetur.

28. *Scæuola* " lib. 16. Digeſtorum. *

AVrelius Symphorus fideiuſſerat pro tutore quodam: & decedens eiſdem pupillis legauit in hæc verba: *Arellio Latino & Arellio Felici ſingulis quina o, cùm quis eorum quatuordecim annorum fuerit, ad quod tempus præſtari eis volo ſingulis alimentorum nomine menſtruos denarios ſenos, & veſtiarij nomine annuos denarios vigintiquinque, quo legato contenti eſſe debetis, quando tutela veſtra non minimo damno rationem meam adflixerit. à vobis autem heredes mei peto, ne quid ex ratione tutelæ ab his p exigere, vel ab hoc legato eorum retinere velitis.* quæſitum eſt: ſi heres eius ex cauſa fideiuſsionis aliquid præſtiterit an ab herede filiorum eius, pro quo fideiuſſerat, repetere poſſit? Reſpondit: verbis quæ proponerentur, id ſolum videri heredum fideicommiſſum, ne exigerent quod ex ratione tutelæ, quam ipſe Symphorus adminiſtrauerat, ab Arelliis ſibi deberetur.

3 ¶ Teſtamento facto debitoribus liberationem reliquerat. poſt inciſo *q* lino, & recognito teſtamēto aliud teſtamentum fecit, in quo repetiit legatum his verbis: *quibúſque legata in eo teſtamento quod incideram, dedi, omnia rata eſſe & quæque ſcripta ſunt, volo.* quæſitum eſt, adita ex ſequente teſtamento hereditate, an debitores, quibus priori teſtamento liberatio relicta erat conſequi poſſint, vt etiam eius *r* quantitatis nomine, quam poſt prius teſtamentum debere cœperant, liberarentur: &, ſi ab his heredes petere cœperint, an doli mali

a al. peteret.
b l. 24. in fin. ſup. locati. l. 30. in fin. ſ. de vſu & vſufr. l.
c quoad hic. Hal.
d adde l. 8. § pen. ſ. eod.
e al. exigi.
f l. 8. §. 3. ſupr. eod. l. 28. §. 1. j. eod.
g al. viuet.
h cauſa perlata, Hal. cum prolatis Aloiatus legit: Prolatorum nomine intelligit res quas paterfamilias ex vrbe rus aduehit, Alc. 6. parerg. 23. Sed Antonius Auguſtinus legit Caperlatam, idque nomen poſſeſſionis fuiſſe ait Auguſtinus 3. emend. 7. adde Cuiac. 7. obſ. 16.
i Imo, non eſt diuerſum, l. 15. ſuprà eod.
k Curator adoleſcenti, id eſt, puberi datur.
l dixi ad l. 27. ſup. de negotiis.
m Teſtamentum facere adultus poteſt, etiamſi curatorem habeat, vt hic.
n l. 7. §. 7. ſuprà de adm. tut.
† 5. Harm. 11. §. 55. Liberatio curatoribus relicta, non extenditur ad dolum eorum & reliqua, v. l. 8. §. 6. ſ. eod. vide plura hic apud Bartol.
o l. 9. ſ. eod. l. 28. §. 9. j. eod. l. 5. § 7. ſup. de adm. tut. v. l. 18. C. de fideic.
p al. debes, vel debeas.
q l. 7. §. 4. ſup. eod. v. l. 24. in fin. infra eod.
r l. 3. §. 3. ſ. eo. l. 37. §. 4. ſ. de l. 3. l. 8. j. de doli except. §. 3. Inſt. de l.
ſ His verbis reſtringitur liberationis legatum: quæ ſi deeſſent, ac liberatus ſimpliciter fuiſſet procurator, aliud diceretur, l. 20. §. 1. ſuprà eodem.
t Liberatio heredi heredis relicta ad debitum tempore apertarum tabularum reſtringitur.
u l. 21. ſup. eod.
x puta ei qui meo nomine fideiuſſit, l. 11. ſup. eod.
y id fit per damnationem vel ſinendi modum; ea quoque verba pro demonſtratione ſunt.

a Quotidiana plenius tractanda, l. 1. ſuprà de ſuſpectis tutor.
b l. 75. §. 1. ſup. de l. 1.
c hæc verba, vel Stichum quem debet heres meus damnas eſto non petere. diſpungenda eſſe notat Antonius Faber 5. Coniect. 2.
d Cuiac. 5. ad Afr. fol. 79. videtur velle ita intelligi: Decem quæ mihi debet, heres meus damnas eſto non petere: quia liberationem legaui, non qualitatem, ſi nihil debeat Titius, nulla legati petitio eſt.
e Quæ ratio eſt hic differentiæ? v. Ant. Fabrum ibid.
f id eſt donare, vel remittere.
g Falſa demonſtratio non vitiat legatum, v. l. 33. j. de cond. & dem.
h Cur ita? Qui neque modo, neque tempore, neque cōditione, neque loco debitum differt, inutiliter legat, l. 29. ſuprà de leg. 1.
i v. l. 66. ſuprà de leg. 1.
k A legatario poſſumus liberationem relinquere heredibus noſtris.
l Agnito legato conditionali, legatarius impugnans conditionem remouetur.
m adde l. 5. §. 4. ſ. eod. l. 57. ſupr. de pec. l. 45. ſ. de iure dot.
n Spe legatarius quis nonnunquam dicitur, licèt re non ſit legatarius, Bart.
o Quina, bina, dena & his ſimiles voces ſunt diſpertiuæ, v. quæ ſcripſi ad l. 56. §. 2. j. ad l. Falc.
p Liberatio relicta pupillo non extenditur ad eius tutorem.
q l. 30. C. de teſt.
r Legatum liberationis ad debitum tempore teſtamenti reſtringitur, non ad poſt contractum, Bart. Hoc eſt liberatio relicta debitoribus, refertur ad eos debitores, qui debitores erant tēpore teſtamenti, vt hic. Fulgoſius conſ. 37. Eadem ratione liberatione relicta debitoribus intelligitur relicta debitoribus purè non in diem, Raph. conſ. 170. vt nec iis videtur liberationem teſtator reliquiſſe, qui res eius poſſident: qui non propriè debitores dicuntur, Bald. in l. cùm neceſsitatem 18. C. de fideicommiſſ. & in l. 1. C. de falſa cauſa adiecta. tametſi rei vindicatione conueniri poſſint, §. 1. Inſt. de act. l. 1. C. de alienat. iud. mut. cauſa facta, l. actionum 25. j. de oblig.

exceptio

a adde *l.102.ſup.de l.3.*
b Liberatio generalis patri relicta, continet liberationem reliquorum: ſecus in extraneo, *Bart.* de hac præſumptione v. *Alciat. 1.præſumpt.6.*
*
o *l.50.in fin.ſ.de l.1.l.72.l.102.in fin.j.de cõdit. & dem. Valer. 5.4. v. Alcia.dicto loco.*
d approbaretur. *al.*
e *v.l.vlt.§.2.j.eod.*
f Liberatione *generali* ea remiſſa non videtur, quæ vindicare teſtator potuit.
g hoc verbum reperitur *in l.30. j. de adimendis* vide *Cuiac.8.obſ 36.*
h Sortem remittens teſtator, intelligitur vſuras quoque remittere poſt teſtamentum contractas *l.31.§.4.j.eod.*
i Ratione adiecta, ſolent legata reſtringi.
k i.ex eo quod cùm ſeruus eſſet, geſſit, *l.1.l.2.l.5.C.an ſeruus pro ſuo facto poſt manum. teneatur. l.4.C.de teſt. manum.*
l Ex reſponſione colligimus, quid in ipſa interrogatione dictum aut cogitatum fuerit, *vt hic.* Item poſitiones ex reſponſione rei: vt ex concluſione, capita antecedentia libelli intelligimus. adde *l. cùm pater. 77. §. dulciſſimis. 20.ſup de l.2.l epiſtolam 75.j.adTreb.*
m quod ſibi legatum eſt.
n *l.8.§.1.ſ.eod.* Liberatio cui ad tempus relicta eſt ſilentium interim aduerſario imponi petere poteſt.
o Menſæ argentariorum quid? dictũ eſt, *l.26.ſ.de conſtituta pecunia.*
p id eſt, quatenus vires legati patiuntur.
q *l.20.in fin.ſ.eod.*
r Actum dominicum adminiſtrabãt ſerui, vel per menſam, vel extra.
ſ Legatum *ne rationes exigantur*, eatenus extendi vel ampliari oportet, quatenus teſtatorem voluiſſe colligemus.
t Cur ita? *v.l.25.in ſ.ſ.eo.*
u *v. l.75.infr.de re iudic.*
x Imò, impediri videtur. nec enim cuique conceſſum eſt, pro parte probare, & pro parte reprobare, *l.27.ſ.de procur.*

exceptione ſummonerentur: Reſpondit non liberari.

2 ¶ Titius Seio debitori ſuo ita legauit: *Do lego Seio denarios decem. Item dono illi quidquid ſortis & vſurarum nomine mihi debebat.* præterea generaliter damnauit heredes, fideique eorum commiſit vti darent, reſtituerent vnicuique quidquid ei legaſſet. poſtea Seius aliam præterea pecuniam à Titio mutuatus eſt. quæro, an hæc quoque pecunia quæ *a* poſt teſtamentum factum data eſſet Seio, legata intelligatur? Reſpondit, cùm in præteritum tempus verba collata proponerentur, non eſſe poſterius credendum legatum.

3 ¶ Titius teſtamento facto & filiis heredibus inſtitutis, de patre *b* tutore ſuo quondam facto ita locutus eſt: *Scium patrem meum liberatum eſſe volo ab actione tutelæ.* quæro, hæc verba quatenus accipi debent: id eſt: an pecunias quas vel ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis, in ſuos vſus conuertit, vel nomine ſuo fœnerauit filiis & heredibus teſtatoris, nepotibus ſuis debeat reddere? Reſpondit, eum cuius notio eſt, æſtimaturum*. *præſumptio enim propter naturalem c effectum facit, omnia patri videri conceſſa:* niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem ab heredibus eius approbetur *d*.

4 ¶ Mæuia *e* teſtamento ſuo alterum ex heredibus ſuis actione tutelæ voluit liberari his verbis: *Rationem tutelæ, quam egit Iulianus Paulus cum Antiſtio Cicerone, poſci ab eo nolo, eóque nomine cauſa omni liberatum eſſe volo.* quæro, an, ſi qua pecunia ex tutela apud eum remanſit, peti ab eo poſſit? Reſpondit, nihil proponi cur pecunia, quæ *f* pupillæ eſt, & apud tutorem poſita maneret, legata videretur.

5 ¶ Teſtamento ita ſcripſerat: *Titio adfini meo quidquid mihi quacumque ex cauſa debebat, remitti volo, eóque amplius decem do.* codicillis ita ſcripſerat: *Titio hoc amplius adfini & debitori meo vſuram pecuniæ, quam mihi debebat, ab herede meo, donec aduiuet g. Quod ſi exigere vltra voluntatem meam putauerit, eius ſortis vſuram eidem Titio ab heredibus meis, donec viuet, præſtari volo.* quæſitum eſt, cùm augendi potius, quam minuendi teſtator voluntatem habuerit, an heredes ex cauſa fideicommiſſi Titio teneantur, vt eum omni debito liberent? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, videri minutum legatum, quod primo dederat.

6 ¶ Legatum eſt teſtamento hoc modo: *Seio concedi volo, quidquid mihi ab eo debitum eſt, vel fidem meam pro eo obligaui.* quæro vtrum id ſolum quod teſtamenti facti tempore debebatur legatum ſit, an etiam ſi quid ex ea ſumma, vſurarum *h* nomine poſtea acceſſit, legato cedat? Reſpondit, videri omnem obligationem eius debiti per fideicommiſſum ſolui voluiſſe.

7 ¶ Sticho teſtamento manumiſſo fundum inſtructum & alia legauit, & hæc verba adiecit, *quem rationem reddere veto, quia i inſtrumenta penes ſe habet.* quæſitum eſt, an Stichus reliqua, quæ ex adminiſtratione actus debuerat, reddere debuerit? Reſpondi, Stichum eo nomine non teneri. *Claudius*: Nemo enim ex ſeruitutis actu *k* poſt libertatem tenetur, & conſultatio *l* ad ius debiti relata fuerat. retineri ergo reliqua poſſunt cum peculio, aut ex eo deduci, ſi legatum eſt *m*.

8 ¶ *Centum, quæ apud Apronianum depoſita habeo, apud ipſum eſſe volo, donec filius meus ad annos viginti peruenerit, eiuſque pecuniæ vſuram exigi veto.* quæſitum eſt, an ex cauſa fideicommiſſi Apronianus conſequi poſſit, ne ante *n* tempus à teſtatore præſcriptum ea ſumma ab eo exigatur? Reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur, conſequi poſſe.

9 ¶ Filias heredes ſcripſerat, quarum fidei commiſit in hæc verba: *Ne à Gaio Seio rationes actus rei meæ, quæ per menſam o eius," ſiue extra" menſam" in diem mortis meæ geſta eſt, exigatis: eôque p nomine eum liberetis:* quæſitum eſt, cùm vniuerſas rationes in diem mortis iſte *q*, adminiſtrauerit, & *r* per menſam ſuam & "quæ" extra adminiſtrabantur, an ad rationes reddendas heredibus teneatur? Reſpondit, liberationem quidem ſecundùm ea, quæ proponerentur, legatam eſſe: ſed quatenus præſtanda ſit, ex *ſ* qualitate diſceptationis iudicem æſtimaturum.

10 ¶ Eum qui tutelam ipſius adminiſtrauerat, " & " fratrem ſuum, & alios " quoſdam " ſcripſit heredes, & tutori legauit, *quæ impenderat in ſe & fratrem ipſius, decem.* quæſitum eſt, an vtile eſſet in perſona eius fideicommiſſum? Reſpondit, ſi id dederit per fideicommiſſum quod debebatur, peti *n* non poſſe.

11 ¶ Idem quæſiit, ſi in tutoris perſona inutile eſſet, an in perſona fratris vtile videretur, quoniam illi proficeret, cuius & ipſius tutelam adminiſtraſſet? Reſpondit, fratri vtiliter eſſe legatum, cum ſuo debito liberetur.

12 ¶ Idem quæſiit: ſi tutor amplecteretur fideicommiſſum, ita vt quibuſdam *u* ſtari vellet verbis teſtamenti, in quibuſdam autem recedat, quod minorem quantitatem ſumptuum dicat fideicommiſſo contineri, quam ipſe erogauerat, an audiri deberet? Reſpondit, non *x* impediri eum ſcriptura teſtamenti, quominus omne, quod ſibi deberi probaſſet, petere poſſet.

13 ¶ Quidam ita legauit: *Sempronia vxori meæ reddi iubeo a ab heredibus meis quinquaginta, ea quæ mutua b acceperam chirographo particulatim in negotia mea* quæſitum eſt, an, ſi verè vxoris debitor fuerit, fideicommiſſum conſtiterit? Reſpondit, ſi debita fuiſſet, nullum eſſe fideicommiſſum.

14 ¶ Idem quæſiit, an ſi hanc pecuniam vt debitam apud iudicem petierit, & victa fuerit: an fideicommiſſum peti poſſit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponuntur, poſſe ex cauſa fideicommiſſi peti, quòd apparuiſſet non fuiſſe ex alia cauſa debitum.

De duobus reis.

29. *Paulus* ‖ lib.6.ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI is qui duos reos promittendi habet, damnauerit heredem, vt vtroſque liberet: ſi alter ex his capere non poſſit nec ſocij ſint, delegari debebit is qui nihil capit *d*, ei, cui hoc commodum lege competit. cuius petitione vtrumque accidit, vt & hoc commodum ad eum perueniat, & is qui capit, liberetur. Quod ſi ſocij ſint, propter *e* eum qui capax eſt, & ille capit *f* per conſequentias, liberato illo per acceptilationem, id enim eueniret, etiam ſi ſolum capacem liberare iuſſus eſſet.

De iudicio non exercendo.

30. *Idem* ‖ lib.10. Quæſtionum. ‖

PEtitor *g* vel poſſeſſor damnauit heredem ſuum, *ne centumuirale* h *iudicium exerceat.* de effectu legati quæritur? Et dictum, ita demum vtile videri legatum eſſe, ſi malam cauſam aduerſarius teſtatoris habuit, vt litigante herede vinci debuerit. tunc enim non tantùm litis emolumentum, ſed etiam ſumptus heres legatario præſtare cogitur: nam in bona *i* cauſa nihil videtur eſſe in legato, nec *k* propter *e* ſumptus. quod quidam exiſtimauerunt.

De ſolutione poſt teſtamentum facta. 1. De rationibus à liberto non reddendis. 2. De ratione tutelæ non repoſcenda. 4. De ſorte & vſuris. 5. De nouatione poſt teſtamentum facta.

31. *Scæuola* ‖ lib.3. Reſponſorum. ‖

CReditor debitori legauit ita: *Gaio Seio quidquid mihi ſub pignore hortorum ſuorum debuit, ab heredibus meis dari volo* m. quæro, cum teſtator viuus à Seio aliquid recepit: an id ex cauſa legati peti poſſit? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponentur non poſſe.

¶ Idem repetiit: & ait, ‖ item ‖ teſtatorem ante factos codicillos quibus legauit, penè omnem pecuniam ſortis & vſurarum recepiſſe, ita vt modicum ſortis & vſurarum debeatur: & quæſiit, an ei petitio competeret, propter verba ad præteritum relata *quidquid mihi debuit?* Reſpondit: Prius quidem ſecundum ea quæ proponerentur, rectè reſponſum eſt. verùm poſterius propter ea quæ in tempore adderentur, ita ab iudice æſtimandum vt inſpiceret, obliuióne pecuniæ ſolutæ, aut quòd ex inſcio numerara eſſet, id feciſſet, an conſultò quod quantitatem quondam debitam, non ius liberationis dare voluiſſet.

1 ¶ Inter cætera liberto ita legauit: *& ſi quid me viuo geſſit, rationes ab eo exigi veto.* quæritur, an chartas *n*, in quibus rationes *o* conſcriptæ ſunt, item reliquas *p*, ſecundùm accepta *q* & expenſa heredibus reddere debeat? Reſpondit, ea, de quibus quæreretur, poſſe heredem vindicare: id autem, quod conſeruis, qui remanent in hereditate, crediderit, & in rem domini verſum eſſet, deſiſſe in reliquis eſſe.

2 ¶ Titia, quæ duos tutores habuerat, ita cauit: *Rationem tutelæ meæ, quam egit Publius Mæuius cum Lucio Titio repoſci ab eo nolo.* quæritur, an ſi qua pecunia apud eum ex tutela remanſit, peti ab eo poſſit? Reſpondit, nihil proponi, cur non pecunia, quæ pupillæ eſſet, & apud tutorem remaneret, legata videretur.

3 ¶ Item quæritur, an contutor liberatus videretur? Reſpondit, contutorem non *r* liberari.

4 ¶ *Gaio Seio optimè merito hoc amplius lego concedique volo, neque ab eo peti, neque ab heredibus eius, quidquid mihi aut chirographis aut rationibus debitor eſt, vel quidquid à me mutuum accepit, vel fidem meam pro eo obligaui.* quæro id ſolùm vtrùm quod eo tempore, quo teſtamentum fiebat, debebatur, legatum ſit: an & ſi quid ex ea ſumma vſurarum *ſ* nomine poſtea acceſſit, legato cedat? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, videri omnem *t* obligationem Seio eius debiti per fideicommiſſum ſolui voluiſſe.

5 ¶ Item quæritur ſi poſtea nouatione facta, & ampliata ſumma, cœperit debere, an id, quod ex vetere contractu debebatur, nihilominus in cauſa legati duret, & an verò nouatione facta, quaſi nouus debitor ampliatę ſummę poſſit conueniri? Reſpondit, id dumtaxat legatum videri, quod tunc debuiſſet: ſi tamen manſit in ea voluntate teſtator, quæ tunc fuiſſet.

a Iubeo Verbum eſt precarium, & vtrunque ſignificat, volo, ſiue cupio. hæc verba παρακλητικὰ dicuntur & inflexa & fideicommiſſaria, verba hæc precaria ſunt, peto, rogo, volo, mando, *l.2.C. comm. de legatis §. vlt. Inſt. de ſingulis rebus per fideicomm.* item, deprecor, cupio, iniungo, deſidero, *l.15.l.118.ſ. de l.1.* & relinquo, *l.79. j. ad Treb. v. Cuiac.4. ſent.Paul. 1.§.6.*
b Mutuum inter coniuges eſt permiſſum, *vt hic.* imò & omnis contractus præter donatioñe: dixi *ad l.31.§.3. ſupra de donat. inter virum & vxorem.*
c ſi debitor fuiſſet, *Hal.*
d Iunge *l.140.ſ. de verb. ſign.* quæ eiuſdem libri.
e Quod per me poſſum, poſſum interdum propter alium (puta meum ſocium) *l.13.ſ. inf. de acceptil. 4. infra de decurionibus, l.55.j de hered.*
f Imò capere debet, *l.5.§.1. donat. inter vir.*
g hereditatis ſ...
h i. petitionem hereditatis, *v.l. pr. C. de pet. hered.*
i id eſt, ſi aduerſarius teſtatorem ... rius bonam ha... rus fuiſſet ca... legatum ei reli... nihil proficere...
k ſed nec prop... *Hal.*
l Principali in... ſi legatum non ... let propter ... ptus litis etiam ... valebit.
m adde & has formulas legandæ rationis, heres ... ra, ne exige, *l.* ... *eod.* parte con... eſto, *l.37.§.4...* *l.3.* dotem ... meo reſtitue, *l.* ... *§.2. ſ. de l.2.* ... vobis legaſſem ... me parens ... male accepiſſet, ... hoſtes ſubſtan... meam abſtuliſſ... *l.17. §.1. ... mali.* ſoluta eſt ... hi pecunia, *l.1.* ... *C. de falſa cauſa.*
o Ration. reddend. ... teſtamento libe... tus volumina ra... num tradere c... tur, & reliqua ... apud eum ſunt, ... *l. ſi ſeruus ... 119. ſ. de l.1.*
o *l.12.ſ.eod.*
p Reliquæ, reliquorum *vt l.9.ſ.eod.*
q Rationum duæ partes precipuæ, accepti & expenſi.

r *l.3.§.3.ſ.eod.* Relatiuum ea ratione reſtringit ſuum antecedens ad quod directè ac principaliter refertur, non ad quod acceſſoriè.
ſ *l.28.§.6.ſ.eod.*
t hinc & ex *§.vlt.j.eod.* collige, legatum liberationis porrigi ad debitum acceſſoriè poſt teſtamentum contractum, & ad nomen debitum quod primi loco ſuccedit. *Bart.* v. quæ ſcripſi ad *l.28.§.1.ſupr.eod.l.7.ſupr.de auro.*

DE ADIMENDIS a VEL TRANSFERENDIS b legatis vel fideicommiſsis.

TIT. IV.

De actu & itinere.

1. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

QVI actu c legato iter adimat d, nihil adimit e, quia nunquam actus f ſine itinere eſſe poteſt g.

De proprietate & vſufructu. 2. De parte.

2. *Pomponius* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

FVndo legato adimi ita poteſt, *Fundum illi præter* h *vſum fructum neque do, neque lego*, vt vſusfructus in legato relinquatur.

1 ¶ Sed & fructus i adimi poteſt, vt proprietas relinquatur.

2 ¶ Item pars k fundi legati adimi poteſt.

Conditiones non minus adimi quàm adſcribi poſſunt. De tranſlatione conditionali. 4. Legatum ſecundo, ſi primus legatarius alienauerit. 5. Si plus adimatur quàm datum ſit. 6. Si aliud detur, aliud adimatur. 7. De incertitudine. 8. De puritate & conditione. 10. De imminutione. 11. De nuda voluntate. De inimicitiis. 14. & reconciliatione.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 24. ad Sabinum. ‖

SI quis ita legauerit: *Titio fundum do lego* l, *ſi Titius deceſſerit* m, *Seio* n *heres meus dare damnas eſto* o, rectè tranſlatum p legatum videtur: ſed etſi iam mortuo eo, cui legatum erat, eaſdem res tranſtulerit, Sempronio debetur.

1 ¶ Si quis Titio legauerit ſic: *Titio dato, aut ſi Titius ante deceſſerit quàm accipiat* q, *Sempronio dato*, ſecundùm meram ſubtilitatem vtrique obligatū videri heredem, id eſt, ‖&‖ Sempronio & heredi Titij, ſed ſi quidem mora Titio ab herede facta eſt, ad heredes eius legati exactio tranſmittitur, Sempronio repellendo. ſin autem nulla mora interceſſerit, tunc Sempronius legatum accipit, & non Titij heredes. ſed ſi ante r diem legati cedentem deceſſerit Titius, ſoli Sempronio debetur legatum.

2 ¶ Idem dicendum eſt, & fideicommiſſa hereditate puero data, aut, ſi ante reſtitutam deceſſiſſet, matri eius relicta, [illegible] ſi puer ante diem legati cedentē deceſſiſſet, matri d[illegible]eatur: ſi poſtea, ad pupilli heredes fideicommiſſum tranſmittatur, vtpote re ſipſa mora ſubſecuta.

3 ¶ Sed & cùm quis ita l[illegible]aſſet, *heres meus Titio dato: ſi non dederit, Sempronio dato* [illegible] demum Sempronio debetur, ſi dies eius in perſona Titij non ceſſiſſet.

4 ¶ Si quis ita legauerit: *heres meus Titio fundum dato, & ſi Titius eum fundum alienauerit, heres meus eundem fundum Seio dato*, oneratus eſt heres. non enim à Titio fideicommiſſum relictum eſt, ſi alienaſſet fundum, ſed ab herede ei legatum eſt. heres igitur debebit, doli exceptione poſita proſpicere ſibi cautione t à Titio de fundo non u alienando.

5 ¶ Si quis plus x quam dedit, ademerit, ademptio valet, veluti ſi quis viginti legauerit, & quadraginta ademerit.

6 ¶ Si loci vſumfructum leget teſtator, & iter adimat, non valet ademptio, nec vitiatur legatum.

¶ Sicuti, qui proprietatem fundi legat, iter adimendo, legatum non minuit.

7 ¶ Si duobus Titiis ſeparatim legauerit, & vni ademerit, nec y appareat cui ademptum ſit, vtrique z legatum debetur. quemadmodum & in dando, ſi non appareat cui datum ſit, dicemus neutri a legatum.

8 ¶ Si Titio fundus purè, eadémque ſub conditione legatus ſit, deinde poſtea ademptum ſit ſic, *Titio fundum, quem ſub conditione legaui, heres meus ne dato* ex nulla b datione debetur, niſi ſpecialiter dixerit, purè eum legatum velle accipere.

9 ¶ Conditio c legati an adimi poſſit, vel hereditatis, vel ſtatuliberi, videndum Et Iulianus ſcribit, in ſtatu libero detractam conditionem non repræſentare libertatem. Papinianus quoque libro ſeptimodecimo quęſtionum ſcribit generaliter, conditionem adimi non poſſe. nec enim datur (inquit) conditio, ſed adſcribitur, quod autem adſcribitur, non poteſt adimi, ſed quod datur. ſed * melius eſt, ſenſum d magis, quàm verba amplecti, & conditiones e ſicuti adſcribi, ita & adimi poſſe.

10 ¶ Cùm Titio centum teſtamento legaſſet, & eidem codicillis ita legaſſet: *Titio* f *quinquaginta dumtaxat* g, *nec amplius heres meus dato*, non amplius quinquaginta legatarium petiturum.

11 ¶ Non ſolùm autem legata, ſed & fideicommiſſa adimi poſſunt: & quidem nuda a voluntate b. Vnde quæritur, an etiam inimicitiis interpoſitis fideicommiſſum non debeatur. & ſi quidem capitales c vel grauiſsimæ d inimicitiæ interceſſerint, ademptum videri quod relictum eſt. ſin autem leuis offenſa manet fideicommiſſum. Secundum hæc & in legato tractamus, doli e exceptione oppoſita.

a 2. *Inſtit.* 11. An & quatenus legatum vitiatū, mutatum, extinctum, finitum dicatur inſpecta diſpoſitione legis vel principis, inſpecto modo vel forma legati, inſpecta mutatione formæ rei legatæ, inſpecto facto teſtatoris, legatarij, iure, caſu eueniente & tempore. vide apud Simonem de Prætis, *lib.* 4. *de interpr. vlt. volunt. interpr. vlt. dubitat. vlt.*

b addit Ecloga καὶ ἀποκαταστάσεως, id eſt, de reſtitutione 44. *Eclog.* 17.

c Actu legato, iter ei adimi non poteſt.

d adimit. *Hal.*

e Cur: quia iter ad actum, eſt pars ſubſtantialis partis autem ſubſtantialis ademptio nihil valet. *Bart.* adde *l.* 14. §. 1. *in fin. ſup. de vſu.*

f Actus ſine itinere eſſe non poteſt.

g Imò eſſe poteſt, eſt enim ab itinere actus diuerſus, *l.* 1. *ſup. de ſeru. ruſt.*

h Negatiua oratio, ſi prior eſt, dictio præcedens ponit illud de quo prius erat diſpoſitū. *Bart.*

i *d. l.* 14. §. 1. *ſup. de vſu.*

k *l.* 3. §. *pen.* ꝫ. *eod.*

l audis legatum.

m audis conditionem.

n *al.* Sempronio.

o audis quæ heres iubeatur facere poſt euentum conditionis.

p *l.* 25. *inf. ad Treb.*

q Verbum *accipiend.* verificatur, ſiue accipiat legatarius, ſiue per eum non ſtet, ſiue per eum ſtare non fingatur, *Bart.* adde *l.* 23. *in fi. ſup. de cond. inſt.*

r *l.* 10. *in fin.* ꝫ. *eod.*

ſ *l.* 5. *C. ex quibus cauſis in integr.*

t *l.* 69. §. 3 *ſup. de l.* 2. Facto legatarij quoties heres damnum ſentire poteſt legatarius ei cauere de illo non faciendo cogitur. *Bart.*

u *l.* 67. §. 5. *ſup. de legat.* 2.

x Plus qui adimit, quam dedit, & id quod minus eſt, ademiſſe intelligendus eſt. Minus enim ineſt ei quod plus eſt, vide *l.* 110. *inf. de reg. iur.*

y *l.* 10. *in fin. inf. de reb. dub.*

z *al.* neutri, *al.* vtrique.

a vtrumque. ſic enim à quibuſdam legi ſcribit Bartolus.

b Ademptio ſi ad rē refertur, adimi quoque omnis diſpoſitio facta circa illā rem videtur. *Bart.* c *l.* 53. *inf. de cond. & dem.* *

d *l.* 10. ꝫ. *de confirm. tutore*, vide *l.* 3. *C. de liberis præteritis.*

e Non ſolum res legata adimi poteſt, ſed & qualitas rei legatæ adiecta.

f pars enim adimi poteſt. *l.* 2. *in fin. ſup. eod.*

g Dictio *taxatiua* in reſiduo inducit ademptionem. An dictio taxatiua poſita in lege noua ſufficit ad inducendam veteris correctionem? Bartolus poſt alios negare videtur, Iaſon autem ait, idque puto verius.

4. *Idem* ‖ lib. 33. ad Sabinum. ‖

QVòd ſi iterum in amicitiam redierunt, & pœnituit f teſtatorem prioris offenſæ, legatum vel fideicommiſſum relictum redintegratur. * ambulatoria g enim eſt voluntas defuncti vſque ad vitæ ſupremum exitum.

Collatio ademptionis & translationis.

5. *Gaius* ‖ lib. 2. ad Edictum vrbicum. ‖

SIcut adimi legatum poteſt, ita & ad alium transferri h: veluti hoc modo, *Quod* i *Titio legaui, id Seio do lego.* quæ res in perſonam Titij tacitam k ademptionem continet.

Quibus modis translatio fit.

6. *Paulus* ‖ lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

TRanſlatio legati fit quatuor modis: aut enim à perſona l in perſonam transfertur; aut ab m eo qui dare iuſſus eſt, transfertur, vt alius det: aut cùm res n pro re datur, pro fundo decem aurei: aut quod purè datum eſt, transfertur ſub conditione.

1 ¶ Sed ſi id quod à Titio dedi, à Mæuio dem: quamuis ſoleant eſſe duo eiuſdem rei debitores, tamen verius eſt hoc caſu ademptum eſſe legatum. nam cùm dico, *quod Titium dare damnaui, Seius damnas eſto dare:* videor dicere, ne Titius det.

2 ¶ Item ſi pro fundo decem legentur, quidam putant non eſſe ademptum priùs legatum. ſed verius eſt, ademptum eſſe. * nouiſsima o enim voluntas ſeruatur.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 24. ad Sabinum. ‖

QVòd ſi alij legetur ſub conditione, quod alij purè datum eſt, non plenè receſſum videtur à primo p: ſed ita demum, ſi conditio ſequentis exſtiterit. cæterum ſi hoc animo fuerit teſtator, vt omnimodò receſſum à primo putauerit, dicendum erit à primo ademptum legatum.

8. *Iulianus* ‖ lib. 32. Digeſtorum. ‖

ET ideo ſi viuo teſtatore mortuus fuerit is, in quem tranſlatum legatum fuerit, nihilo magis ad eum, à quo tranſlatum fuerit, pertinebit.

Si quantitas bis relinquatur, bis debetur: niſi animo adimendi ſecunda voluntas fuit expreſſa Bart.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 5. Diſputationum. ‖

CVm centum, quæ quis purè reliquit, conditione adiecta iterum q eidem legauit: ſi quidem quaſi aliam hanc ſummam eſſe voluit, & quod purè relictum eſt, ſtatim debebitur, & quod ſub conditione adſcriptum eſt, ſi conditio exſtiterit.

¶ Quòd ſi eandem ſummam mutata voluntate ſub conditione reliquit: pura datio, conditionalis effecta videbitur. Quare ſi in eodem teſtamento in quo centum adſcripſerat, poſtea quinquaginta r reliquerit: ſi quidem ſ alia voluit eſſe hæc quinquaginta, centum quinquaginta debebuntur. ſin verò quinquaginta tantùm deberi voluit, quinquaginta tantùm debebuntur.

¶ Idem eſt, & ſi in codicillis ‖id‖ fuerit factum.

De ademptione. 1. vel translatione conditionali.

10. *Iulianus* ‖ lib. 37. Digeſtorum. ‖

SI legatum purè datum Titio, adimatur t ſub conditione, & pendente conditione Titius deceſſerit: quamuis conditio defecerit, ad heredem Titij legatum non pertinebit. nam legatum cùm ſub conditione adimitur, perinde eſt, ac ſi ſub contraria conditione datum fuiſſet.

1 ¶ Quòd ita legatum eſt: *Titio decem heres meus dato, ſi Titio non dederit* u, *eadem decem Sempronio dato*: ſi moriatur Titius ante x diem legati, Sempronius legatum vtiliter petet. tranſlatum enim legatum intelligi debebit.

De legato generis & ademptione ſpeciei.

11. *Idem* ‖ lib. 54. Digeſtorum. ‖

QVi hominem legat, & Stichum adimit y, non z perimit legatum, ſed extenuat a.

12. *Vlpianus* ‖ lib. 50. ad Sabinum.

VT Stichum legatarius eligere non poſsit.

De eo quem teſtator [illegible] libertum vocauit.

13. *Marcianus* ‖ lib. 6. Inſtitutionum. ‖

DIui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, cùm teſtator poſtrema b ſcriptura, quaqua ratione motus,

a ad adimendi formas refert *l.* 13. *l.* 16. *l.* 29. ꝫ. *eod. l.* 14. *circa fin. ſup. de l.* 1. *l.* 18. ꝫ. *de l.* 3. *l.* 32. §. 4. *ſup. de vſufruct. legato: l.* 27. *C. de fideic.*

b adde *l.* 27. *C. de teſt.*

c *v. l.* 9. ꝫ. *de his quæ vt indignis. l.* 5. *ſup. de teſtib.*

d Grauiſsimæ inimicitiæ, maioris partis bonorum vel ſtatus, §. 11. §. 12. *Inſt. de excuſ. tutorū: l. vlt. in fin. princ. Cod. de reuoc. donat.*

e *l.* 15. *inf. eo. l.* 19. *inf. de reg. iur.*

*

f v. quæ ſcrip. ad *l.* 5. *C. familia.*

g *v. l.* 32. §. 3. *in fin. ſup. de don. inter vir. & vxor.*

h §. 1. *Inſt. eod.*

i Prioris obligationis commemoratione inducitur nouatio, *l.* 47. *inf. de verb. oblig.*

k Translatio in alium, tacitam ademptionem inducit, *Bart.*

l eius cui legatur.

m id eſt, ab eo à cuius perſona legatur.

n *l.* 30. §. 1. ꝫ. *eod. l.* 23. *C. de l.*

o *v. l.* 87. *infr. de cond. & dem.*

p Cur ita? *v. l.* 6. ꝫ. *quando dies legat.*

q Bis ſi quantitas modis diuerſis relinquitur, bis debetur, niſi animo adimendi ſecunda voluntas fuerit expreſſa, *Bart.*

r Centum quinquaginta, & ita hunc locum reſtituit Ant. Faber 5. *Coniect.* 18. nam & ea ſumma mox ſequitur: & id agit Vlpianus, vt doceat tantum deberi, quantum ſit legatum.

ſ *l.* 44. *in fin.* ꝫ. *de l.* 2.

t *v. l.* 6. ꝫ. *quando dies legati.*

u puta quia deceſſit *l.* 3. §. 1. ꝫ. *eo.*

x Imò etſi deceſſerit antequam accipiat, legatum vtiliter petet: velut in fideicōmiſſo vniuerſali receptum eſt, *l. quidam ita* 25. *inf. ad Treb.* An diuerſitatis hæc differentia eſt, quod in legato quantitatis dominium recta via non transeat, ſicut in fideicōmiſſo vniuerſali? An potiùs hic dominium non tranſit recta via, ſtatim tamen deberi incipit. In fideicommiſſo verò vniuer[illegible] acceptatio, id eſt cognitio fideicommiſſarij neceſſaria eſt, eiuſque factum requiritur, cùm in fideicommiſſo damnum eſſe poſsit: in legato verò merum lucrum verſetur?

y adde *l.* 7. §. 1. *ſup. de liberatione.*

y Imò perimit *l. non ſolùm* 8. §. 1. ꝫ. *de liberatione legata.* Hic in legato generis: ibi in alternatiuo.

a Extenuare & adimere legatum differunt. Qui adimit, in totum perimit: qui extenuat, non in totum perimit, ſed partem tantum adimit.

b *l.* 6. *in fin. ſup. eod.*

peſsimum libertum eſſe adieciſſet: ea quæ priori ſcriptura ei relicta fuerant, adempta videri *a*.

De legato inutili. 1. *De ademptione ex his cauſis ex quibus datio non valet.*

14. *Florentinus* "lib. 11. Inſtitutionum."

LEgata inutiliter data, ademptione non confirmantur. veluti ſi domino herede inſtituto, ‖ſeruo‖ purè legatum, ſub conditione adimatur. nam * purè *b* legatum ſi ſub *c* conditione adimatur, ſub contraria conditione datum intelligitur *d*: & ideo confirmatur. ademptio autem quo minus, non quo magis legatum debeatur, interuenit.

1 ¶ * Quibus ex cauſis datio legati inutilis eſt, ex iiſdem cauſis etiam ademptio inefficax *e* habetur *f* veluti ſi viam *g* pro parte adimas, aut pro parte liberam eſſe vetes.

De alienatione & redemptione ſerui legati.

15. *Paulus* ‖ lib. ſingulari de aſſignatione libertorum. ‖

CVm ſeruus legatus à teſtatore, & alienatus *h* rurſus redemptus ſit à teſtatore, non debetur *i* legatario, oppoſita exceptione *k* doli mali, ſanè ſi probet legatarius nouam voluntatem teſtatoris, non *l* ſubmouebitur.

Collatio inductionis & ademptionis.

16. *Idem* ‖ ex lib. ſingulari de iure Codicillorum. ‖

NIhil intereſt *m*, inducatur *n* quod ſcriptum eſt, an adimatur.

De priore & poſteriore ſcriptura.

17. *Celſus* ‖ lib. 22. Digeſtorum. ‖

NIhil prohibet *o*, priorem ſcripturam poſteriore *p* corrigere, commutare, reſcindere.

De donatione rei legatæ.

18. *Modeſtinus* ‖ lib. 8. Differentiarum. ‖

REm legatam ‖ſi‖ teſtator viuus *q* alij donauerit, omnimodo extinguitur legatum. nec *r* diſtinguimus, vtrum propter neceſsitatem rei familiaris, an mera *ſ* voluntate donauerit: vt, ſi neceſsitate donauerit, legatum debeatur: ſi nuda voluntate, non debeatur. hæc enim diſtinctio in donantis munificentiam non cadit: cùm * nemo *t* in neceſsitatibus liberalis exiſtat.

De fideicommiſſo relicto à legatario, cui legatum ademptum eſt.

19. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

MOdeſtinus reſpondit ‖

SI adimendo legatum, quod Mæuio relictum ſit, fideicommiſſum ab eo datum defunctus reuocare *u* noluit *x*, heredes *y* ex cauſa fideicommiſsi conueniri poſſe, rectè probari.

De translatione in eum cui deberi non poteſt.

20. *Pomponius* ‖ lib. 1. ad Quintum Mucium. ‖

LIcèt transferam legatum in eum *z*, cum quo nobis teſtamenti factio non eſt, ſiue in ſeruum proprium, cui ſine *a* libertate legauero: licet eis non debeatur, nec *b* illi tamen debebitur, cui fuerit ademptum *c*.

Cui adimi poteſt.

21. *Licinius Rufinus* ‖ lib. 4. Regularum. ‖

LEgatum nulli alij *d* adimi poteſt, quàm cui datum eſt, quapropter ſi filio, aut ſeruo alieno legatum fuerit, domino aut patri legatum adimi non *e* poteſt.

De inimicitiis.

22. *Papinianus* ‖ lib. 6. Reſponſorum. ‖

EX parte heres inſtitutus, etiam legatum acceperat. eum teſtator inimicitiis grauiſsimis *f* perſecutus, cum teſtamentum aliud facere inſtituiſſet, neque perficere potuiſſet, præteriit. hæreditariæ quidem actiones ei non denegabuntur, ſed legatum ſi petat, exceptione doli mali ſubmouebitur.

De poſſeſsione empta ex pecunia legata.

23. *Idem* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

PAter inter filios facultatibus diuiſis *a* filiam ex ratione primipili *b* commodorum trecentos aureos accipere voluit, ac poſtea de pecunia commodorum poſſeſsionem parauit *c*. nihilo minùs fratres & coheredes ſorori fideicommiſſum præſtabunt *d*. Non enim abſumptum videtur, quod in corpus patrimonij verſum eſt. cùm autem, inter filios diuiſo patrimonio, res indiuiſas ad omnes coheredes pertinere voluiſſet: ita poſſeſsionem ex commodis comparatam diuidi placuit, vt in eam ſuperflui pretij filia portionem hæreditariam accipiat. hoc enim eueniret, in bonis pecunia relicta *e*.

De translatione legati conditionalis. 1. *De donatione rei legatæ.*

24. *Idem* ‖ lib. 8. Reſponſorum. ‖

LEgatum ſub conditione datum *f*, cum transfertur, ſub eadem conditione transferri videtur, ſi non conditio priori perſonæ cohæreat: nam *g* ſi quis vxori *ſublatis* h *liberis* legauerit, repetita conditio non videbitur, quæ fuit in perſona mulieris neceſſaria *i*.

1 ¶ Pater hortos inſtructos filiæ legauit: poſtea quædam ex mancipiis hortorum vxori donauit *k*, ſiue donationes confirmauit, ſiue non confirmauit, poſterior voluntas filiæ legato potior erit *l*. Sed etſi *m* non valet donatio, tamen *n* minuiſſe filiæ legatum pater intelligitur.

De duobus prælegatis.

25. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

ALteri ex heredibus præceptionem prædij dedit, mox alteri præſtari aduerſus debitorem actiones *o* ad eum *p* finem mandauit, quo prædium fuerat comparatum, cùm poſtea prædio diſtracto citra vllam offenſam eius, qui præceptionem acceperat, pretium in corpus patrimonij rediſſet, non *q* eſſe præſtandas actiones coheredi, reſpondi.

Si ſeruo legato legatum fuerit.

26. *Paulus* ‖ lib. 9. Quæſtionum. ‖

SI *r* ſeruo cum libertate dato legato, & alienato, adimatur libertas: quamuis alieno inutiliter adimatur *ſ*, tamen legatum ad emptorem non peruenturum. & meritò: conſtitit enim ademptio quia poſsit *t* redimi. ſicut datio cùm in eum confertur, qui teſtamenti faciendi tempore fuit teſtatoris, deinde alienato codicillis libertas datur.

1 ¶ Quid ergo, ſi eum, quem liberum eſſe quis iuſſerat, manumiſerat viuus, deinde codicillis libertatem ei ademerit? videamus, an perdiderit legatum vana ademptio libertatis. quod quidam putant: ſed * ſuperuacua *u* ſcriptura non nocet legato.

27. *Idem* ‖ lib. 21. Quæſtionum. ‖

SEruus legatus eſt, & ei aliquid: ſi alienato eo adimatur, quod ei legatum eſt, valet ademptio: quia & legatum poteſt procedere, ſi redimatur.

1 ¶ Seruo legato, & inter viuos manumiſſo, ſi legatum adimatur, nullius momenti ademptio eſt: igitur legatum quod ipſi datum eſt, capiet. nam etſi rurſus in ſeruitutem reciderit, non tamen legatum eius reſuſcitabitur *x*. nouus *y* enim videtur homo eſſe.

De poſteriore ſcriptura.

28. *Valens* ‖ lib. 5. Fideicommiſſorum. ‖

SI tibi certam rem legauero, & rogauero te, *vt eam Titio reſtitueres*: deinde *z* eandem rem tibi fideicommiſero, nec rogauero te, vt alij eam præſtares: quæritur, an in tua poteſtate ſit ex cauſa fideicommiſsi eligere, vt fideicommiſſum non preſtes. & *a* magis poſteriorem *b* ſcripturam teſtamenti placuit ſpectari.

De liberto quem teſtator ingratum appellauit.

29. *Paulus* ‖ lib. 3. Sententiarum. ‖

LIbertus *c*, qui in priore parte teſtamenti legatum acceperat, & ingratus *d* poſtea *e* eadem ſcriptura à teſtatore appellatus eſt, commutata *f* voluntate, actionem ex teſtamento habere non poteſt.

a Imò non videtur. nec enim teſtimonio vel querelis teſtatoris fides adhibenda, *l.* 3. §. 1. ꝟ. *ad Syllanianum.* *Nou.* 115. §. *cauſa.* Hic teſtator legatum tantum adimit, ibi, pœnam infligere vult. Item in dicta Nouella, teſtator vult auferre filio ſucceſsionem quę ei lege debetur: hic, beneficium indebitum. *

b Adimens ſub conditione, dat ſub conditione.

c Ita, non adimere, dare eſt. λειπτότη. dixi ad *l.* 29. *in fin. ſup de probat.*

d Priuatione poſita ſeu conſtituta, videtur ſequi poſitio habitus. *Bart.*

e Imò non eſt inefficax: quia inutilis ademptio non perimit legatum *v. l.* 20. *inf. eod.*

f & è contrà, *v. l.* 26. *inf. eod.*

g *v. l.* 11. *in fin.* ꝟ. *de ſeru.*

h Teſtator ſuperuiuens ſi eam rem, quam reliquit, vendiderit, extinguitur fideicommiſſum. *Paul.* 4. *ſent.* 1. §. 6.

i non reconualeſcit. Cur ita? quia ſeruo herede cum libertate inſtituto, & pòſt alienato, & mox redempto, inſtitutio conualeſcit, *l.* 9. §. 16. ꝟ. *de hered. inſt.*

k *l.* 3. *in fin.* ꝟ. *eod.*

l vide *l.* 19. *in fin. inf. de reg. iur.* Imò ſubmouebitur *l.* 28. *inf. eod.* *l. verum eſt* 58. *inf. de manum. teſt. in d. l.* 18. diſtinguitur alienatio ſpontanea à neceſſaria. *In d. l. verum* 58. ſpecialis eſt fauor libertatis: niſi dicatur ex *l.* 4. ꝟ. *eo.* ceſſantibus inimicitiis, cauſam adimēdi ceſſare præſumi: meram autem alienationem legati, nō eſſe cauſam voluntatis mutatę, ſed indicium tantum.

m adde *l.* 3. *in fin. ſup. eod.*

n adimit legatum, qui inducit, *l.* 1 *l.* 2. §. 2. *ſup. de his quæ in teſt.* o cur ita? *v. l.* 1. *in fin. ſup. eo.* p *l.* 6. *in fin. ſup. eo. l.* 87. ꝟ. *de cond. & dem.*

q adde *Paul.* 4. *ſent.* 1. §. 9. r vt in alienatione *l.* 11. §. 12. *ſup. de l.* 3. dixi ad *l.* 3. *C. de legatis.* ſ Mera voluntas, quæ neceſsitatem non continet. *

t *l.* 29. ꝟ. *de donat.* οὐδεὶς ἄκων δωρεῖται 44. *Eclog.* 17. Donare nemo præſumitur quoties rei familiaris neceſsitate premitur. u *l.* 9. *ſup. de vſu & vſufr. l.*

x In dubio autem non præſumitur reuocare velle.

y Legatum ſimpliciter ademptum apud heredem cum ſuo onere remanet, *vt hic.* vt per contrarium, quoties in alium transfertur, cum ſuo onere transfertur, *l. Gaio.* 13. *ſup. de alim.* z *l.* 34. *ſup. de l.* 1.

a *l.* 4. *C. de legat.* b Imò illi non debebitur: Inutilis enim tranſlatio non perimit legatum arg. c. *non præſtat. de reg. in* 6. *l.* 1. ꝟ. *de nou. l. ſi id quod* 7. *ſup. de reſcin. vend.* Aliud in contractibus qui duorum voluntate conſtant: aliud in vltimis voluntatibus, *vt hic, & l plane* 94. ꝟ. *de l.* 1. Atqui rurſus poſsis dicere, ademptione inutili non vitiari legatum, *l.* 14. *in fin. ſup. eod.* Ibi ademptio inutilis erat rei & incertitudinis ratione: hic autem de inutili agitur, quæ vtilem habet in ſe ademptionem.

c Cur? quæ facti ſunt, non tranſeunt ad alium, *l.* 44. *inf. de cond. & dem.*

d nec enim ei adimi poteſt, qui non habet.

e Imò poteſt, *l. legatum ſeruo* 7. *ſup. de legat.* 1. *l.* 1. §. *per ſeruum.* ꝟ. *de ſucceſſorio.* Parentes & domini legata filiis & ſeruis poſſunt repudiare: & tamen legatum eorum filiis vel ſeruis, non poteſt illis adimi Nam cùm repudiant, mortuo iam teſtatore, rem ſuam repudiant. Adimi autem illis, quod (viuo vtpote teſtatore) eorum non fuerit, non poteſt.

f adde *l.* 3. *in fin. ſup. eod.*

a Parentes nonnunquam bona ſua inter liberos teſtamento diuidebant, *vt hic, & l.* 30. §. 3. ꝟ. *eod. l. ſi filia nupta,* 20. §. *ſi pater,* 3. *l. ex parte* 39. §. *pater* 5. *l. quæ pater* 50. ꝟ. *familiæ l. quoties* 10. *l ſi cogitatione* 21. *l. licet* 23. *C. familiæ, l. ſcripturæ* 10. *C. cōm. vtriuſque iudicij.* ſic Conſtantinus inter liberos teſtamento imperium diuiſit, Theodoretus 1. *hiſt. eccleſ.* 2. Sozomen. *vlt.* 1. *Rufinus* 11.

b Primipilum, annona militaris: *C. de primipilo.*

c pater ſcilicet, & ſic pecuniā in alios vſus tranſtulit, *l.* 69. ꝟ. *de legat.* 1. Si ex pecunia legata per teſtatorem aliquid emitur, legatum nō extinguitur, ſed ex re empta præſtatur, *Bart.*

d Imò non præſtabunt. Nam alienatione rei legatæ extinguitur legatum, *l.* 18. ꝟ. *eod.* Hic autem pecunia legata eſt in emptioně vel alicuius; atque ita pecunia alienata eſt. Sic ſanè: ſed tamen rem emptam ea pecunia in ſuo patrimonio retinuit teſtator. Imò vt res empta ſeruata fuerit in patrimonio, extinguitur etiam legatum, *l. Seia ſup. de auro.* Ibi ſpecies legata: hic quantitas in genere: genera non ita facile perimuntur vt ſpecies.

e *l.* 25. *in fin.* ꝟ. *familiæ.*

f *l.* 95. ꝟ. *de cond. & dem.*

g Legatum intelligitur transferri cum ſua conditione, niſi conditio cohæreat perſonæ.

h *v. l.* 4. *C. quando dies legator.*

i vide *Cuiac.* 10. *obſ.* 17.

k inutiliter ſcilicet.

l Cur ita? vel ideò quòd per donationem inutilem inducitur legati ademptio *Bart.*

m dixi ad *l.* 18. *ſup. eod.*

n Inutili donatione inducitur legati ademptio. o De hoc genere loquendi, dixi ad *l.* 19. *in fin. ſup. de compenſat.* p Si teſtator vni heredum aliquid prælegat, & propter illam cauſam alij cohæredi prælegat aliquid: ſi adimit prælegatum vni, intelligitur ademptum prælegatum alteri, licèt expreſsè dictum non fuerit. *Bart.*

q Prælegato vni adempto (vt ſeruetur æqualitas) intelligitur & alteri prælegatum ademptum. de quo vide Manticam 5. *de coniect. n.* 30. & 39.

r vide Langebekium *cap* 23. *annot.*

ſ id eſt, adimi videatur. t *l.* 27. ꝟ. *eod.*

u Superuacuæ ſcripturæ non nocent legatariis, vide *l.* 17. *C. de teſt.*

x Imò reſuſcitabitur, *l.* 79. *in fin. ſup. de l.* 3.

y Nouus homo videtur eſſe, qui ex libertate in ſeruitutem rurſus cadit.

z id eſt, in alio teſtamento, *l.* 3. §. 7. *ſup. ſi cui plus quàm per l.*

a Tranſlatio legati facta ab vno in eundem, non videtur fieri cum onere, *vt hic.* ſecus ſi facta ſit in aliam perſonam, *l. legat. ſub cond.* 24. ꝟ. *eod.* *l Caio* 12. *de alim.* Adde etiam *l. cum ſeruus* 18. *ſup. de cond. inſt. l. auia* 77. ꝟ. *de cond. & dem.*

b *l.* 6. *in fin. ſup. eod.*

c *l.* 13. *ſup. eod.*

d *l.* 13. *ſup. eod.* fingamus, eum patronum non redemiſſe ab hoſtibus. vide *Nouell.* 112. *c* 3.

e id eſt, ſecunda aut poſteriore.

f Mutaſſe voluntatem ſuam teſtator intelligitur, qui eum cui initio quid legauit poſteriore teſtamenti ſui parte ingratum vocauit.

De fidei

De fideicommiſſo tranſlato ab herede ad legatarium. 1. De legato tranſlato in heredem ſi hæreditatem omiſerit. 2. De ademptione modi. 3. De mutatione voluntatis pro parte. 4. De tranſlatione ob ſuſpicionem mortis eius à quo transfertur.

30. *Scæuola* ‖ libro 20. Digeſtorum. ‖

ALumnę ſuæ plura legauerat: quædam ex his abſtulit: quædam vt præſtarentur, ab hærede ſuo petiit: in quibus & viginti dare voluit his verbis. *Hoc amplius do, lego, darique volo viginti auri libras:* & adiecit, *Fideique tuæ, Atti, committo, vt in primis Semproniam ſororem tuam pro tua pietate & regere & tueri velis: & ſi putaueris eam ad bonam vitæ conſuetudinem reuerſam, ita viginti auri* a *libras ei reddere, cum morieris: interim tamen reditus* a *eius, id eſt, vſuras ſemiſſes, ei præſtes.* poſtea codicillis ad Mæuium legatarium eaſdem *b* viginti libras auri tranſtulit, & fidei eius commiſit in hæc verba: *Viginti libras auri, quas c teſtamento Sempronię alumnæ meæ reliqui, eas dari volo Mæuio, cautionibus interpoſitis. vt ex ea ſumma eidem Semproniæ, quamdiu aduixerit, d, pręſtet menſtruos denarios quinque & veſtiarij nomine denarios centenos vicenos quinos, idque fidei veſtræ committo: Certa e ſum autem, Mæui, pro ſua pietate petiturum ab herede tuo vt voluntas mea in perſona alumnæ meæ duret.* quæſitum eſt, an Mæuius legatarius cogendus ſit poſt mortem ſuam viginti libras auri Semproniæ reſtituere, ſicut rogatus fuerat Attius hæres? Reſpondit, ſecundùm ea quę proponerentur, viginti quidem auri libras non cogendum præſtare: ſed alia quæ ab eo alumnæ relicta ſunt, deberi & à Mæuio, & ab herede eius, donec viuit alumna.

1 ¶ Titia teſtamento Seiam libertam, eandémque collactaneam ex parte duodecima heredem inſtituerat. Pamphilo liberto ſuo pręedia per fideicommiſſum dedit. in quibus & σύγκτησιν f, i. *latifundium* prædiorum, quę appellabatur circa Colonem. eidem liberto poſtea per epiſtolam aliàs g etiam res donauit, in quibus de Seia & Pamphilo ita eſt locuta: ‖Titia‖ Τοῖς κληρονόμοις μου χαίρειν. Βούλομαι βέβαια εἶναι τὰ ὑποτεταγμένα ὅσα ἔφθασα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Παμφίλου πεποιηκέναι. ἐὰν Σεῖα ἡ σύντροφός μου κληρονόμος μὴ γένηται, ἐξ οὗ γέγραφα αὐτὴν μέρους: βούλομαι αὐτῇ δοθῆναι "τὴν" σύγκτησιν h τὴν περὶ Κολώνην, id eſt. *Hæredibus meis ſalutem. Volo firma eſſe quæ inferius ordinata ſunt, quæcumque in nomen Pamphili iam ante conſtitui. Si Seia collactanea mea heres non fiet ex parte ex qua eam ſcripſi, volo ei dari ſynkteſyn, quæ eſt circa Colonen.* quæſitu eſt, cùm Seia liberta, omiſſa parte hereditatis ei teſtamento adſcripta, ex codicillis fideicommiſſum, id eſt, σύγκτησιν circa colonem eligat, an ſi Pamphilus ex cauſa fideicommiſſi eadem pręedia vindicet, i doli mali exceptione ſummoueri debeat? Reſpondit, tranſlatum videri fideicommiſſum prædiorum, i. σύγκτησιν quę eſt circa Colonen, ‖in Seiam libertam.‖

2 ¶ Ab hæredibus petierat, vt ſi in prouincia deceſſiſſet, ſexaginta Lucio Titio darentur, vt is corpus eius curaret in patriam reportari. & adiecerat hæc verba, *Cui concedi volo, ſi quid ex ea pecunia ſuperetit.* eadem die codicillos ad heredes ſuos ita ſcripſerat: *Peto à vobis, vt ſiue in prouincia, ſiue in via aliquid mihi humanitus* i *acciderit, corpus meum curetis & in Campaniam & in monumentum filiorum meorum reportare.* quæſitum eſt, an id, quod ſuperfuerit ex ſexaginta à Lucio Titio tacitè ademeri? Reſpondit, ademptum *k* videri.

3 ¶ Qui filias ex diſparibus portionibus teſtamento hęredes inſtituerat, penè omnium bonorum ſuorum eodem teſtamento diuiſionem *l* fecit: deinde hęc verba adiecit: Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα τῶν ὑπαρχόντων μου ὁμοίως καὶ τὰ τῆς κληρονομίας βάρη. ἔσται μόνον τῶν δύο "μου" θυγατέρων Πρίμης καὶ Σεκούνδης, ἢ τῆς ἐξ αὐτῶν περιούσης id eſt, *Reliqua autem omnia bona exiſtentia mihi, ſimiliter & hereditaria onera, erunt ſolùm duarum filiarum mearum, ſcil. Primæ & Secundæ, vel quæ ex his ſubſiſtet m.* poſtea codicillis longè aliam *n* diuiſionem fecit bonorum inter eaſdem, inter quas & teſtamento diuiſerat: quædam tamen nulli nominatim dedit. quæſitum eſt, an Prima & Secunda filiæ ex verbis teſtamenti conſequi poſſint, vt ſolæ habeant ea, quæ nominatim nulli relicta ſunt in diuiſione quæ nouiſſima à patre facta eſt? Reſpondit, non *o* à tota voluntate receſſiſſe videri, ſed ab his tantùm rebus, quas reformaſſet.

4 ¶ Cùm poſt apertas tabulas teſtamenti Priſcillianus vixerit: de cuius legato portioneque hereditatis, mater epiſtola ita cauerat: *Quoniam cognoui Priſcillianum filium meum in extremis eſſe iuſtiſſimum & piiſſimum duxi, portionem eius hereditatis, quam ei teſtamento dederam, legare Mariano fratri meo & Ianuario marito meo æquis portionibus. Et ſi quid ei amplius legaueram, vt ſi quid ei humanitus* p *contigerit, do lego, darique eis volo,* poſtea ex eadem infirmitate *q* Priſcillianus deceſſit. quęſitum eſt, an legatum quoque eius ad Ianuarium, & Marianum ex cauſa fideicommiſſi pertineat? Reſpondit, poſſe videri, ſi deceſſiſſet ex ea infirmitate, omnimodo & legatum ad eos, de quibus quæreretur, tranſtuliſſe.

Si ſeruus legatus transferatur in fundum alteri legatum. 1. De ademptione fideicommiſſi relicti à legatario. 2. De capitali accuſatione. 3. De peculio.

31. *Idem* ‖ libro 14. Digeſtorum. ‖

FIlio ex parte hæredi *a* inſtituto duos fundos cum mancipiis & inſtrumento omni legauit. Idem vxori plura legata, & ſeruos Stichum & Damam legauit. ſed cùm in altero ex fundis filio prælegatis cognouiſſet vilicum *b* non eſſe, Stichum miſit, & tam rei ruſticæ, quàm rationibus fundi pręfecit. quæſitum eſt, Stichus vtrum ad vxorem, an ad filium pertineret? Reſpondit, cùm memor *c* erat eorum quę teſtamento cauiſſet, Stichum his prædiis, in quæ tranſlatus *d* eſt, actorem cedere, nec vxorem poſſe Stichum ex fideicommiſſi cauſa petere.

1 ¶ Matri ſuę hęredi ex parte inſtitutæ quatuor pręedia legauit, & fidei eius commiſit, *vt ex his duo ſocero reſtitueret:* deinde codicillis *e* ſocero ademit fideicommiſſum. quęſitum eſt, an nihilominus ex prælegatione ad matrem pertineret? Reſpondit nihil proponi cur ad matrem pertinerent *f*.

2 ¶ Seia teſtamento ſuo legauit Titio auri pondo quinque. Titius accuſauit *g* eam, quod patrem ſuum mandaſſet interficiendum. Seia poſt inſtitutam accuſationem codicillos confecit: nec ademit Titio priuigno legatum: & ante finem accuſationis deceſſit. acta cauſa pronuntiatum eſt, patrem Titij ſcelere Seiæ non interceptum *h*. quæro, cùm codicillis legatum, quod teſtamento Titio dederat, non ademerit, an ab heredibus Seię Titio debeatur? Reſpondit, ſecundùm ea, quæ proponerentur, non *i* deberi.

3 ¶ Filię, quam in poteſtate habebat, inter cætera legauit peculium. idem poſt factum teſtamentum pecuniam à debitore filię exegit, & in ſuam *k* rationem conuertit. quęro, an filia eo nomine cum hæredibus patris agere poſsit? Reſpondit, ſi probaret non adimendi animo factum, agere poſſe.

De pecunia numerata. De rebus corporalibus. 1. De libertate.

32. *Venuleius* ‖ libro 10. Actionum. ‖

DEtrahere *l* legatis, vel adiicere, ſi nihil preter numeratam pecuniam legatum ſit, promptum eſt. cum *m* verò res corporales interuenient, & ſcriptura difficilior fit, & obſcura porrio.

1 ¶ Cùm libertas adimitur, legata ſeruis relicta *n* nihil attinet adimi.

DE REBVS DVBIIS.

TIT. V.

De alternatione & homonymia.

1. *Papinianus* ‖ libro 7. Reſponſorum. ‖

FVNDVM *p* Mæuianum aut Seianum Titio legauerat. cùm vniuerſa poſſeſsio *q* plurium prediorum ſub appellatione fundi Mæuiani *r* rationibus demonſtraretur *ſ*. Reſpondi, non *t* videri cætera *u* prædia legato voluiſſe defunctum cedere, ſi fundi Seiani pretium *x* à fundi Mæuiani pretio *y* non magna pecunia diſtingueretur.

De relicto ciuibus.

2. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

CIuibus *z* ciuitatis *a* legatum vel fideicommiſſum datum, ciuitati *b* relictum videtur.

De ſermone ambiguo. De eo qui aliud dicit quàm vult.

3. *Paulus* ‖ libro 14. Quæſtionum. ‖

IN ambiguo *c* ſermone non *d* vtrumque dicimus, ſed id duntaxat quod volumus *e*: itaque * qui aliud dixit

a v. *l. 24. ſup. de præſcript.*
b Repetita conditio prioris legati non intelligitur, quoties in ſequenti alia conditio adiicitur. *v. Manticam 10. de coniectur. n. 30.*
c *v. l. 28. §. 3. ſup. de liberatione legata.*
d Si fideicommiſſum ab vno in alium transfertur cum onere ſpeciali, onus primo iniunctum in perſona ſecundi, in quem transfertur cum onere ſpeciali, non videtur repetitum. *Bart.*
e his verbis fideicommiſſum innuitur.
f vide *Alciat. 1. prætermiſſ. v. l. 33. §. 1. ſup. de legat. 1. l. 38. §. 1. ſupra de auro.*
g Si de rebus ſpecialiter legatis, & ſub generali nomine confirmatis vna alteri legetur, ea in totum videtur eſſe legata, & legatario primo adempta, *Bart.*
h σύγκτησις quid eſſet, dixi ad *l. 34. §. 1. ſuprà de leg. 2.*
i *vide §. vlt. infra eodem.*
k Per ademptionem oneris adiecti in vim modi, etiam legatum videtur ademptum. tunc enim duæ obligationes ſunt & quidem correlatiuæ. Hæres enim dare: legatarius modum implere cogitur. In correlatiuis autem vno ſublato aliud tollitur, *l. vlt. inf. de acceptil. l. 5. §. de reſcindenda venditione. Bart.*
l Parentes nonnunquam bona ſua inter liberos teſtamento diuidebant, dixi ad *l. 23. §. cod.*
m Superſtes erit, id enim περιέσται ſignificat. Omnes qui ſuperſunt. *Cicero 6. Epiſtolarum Plaut. Aſinar.* ſicut tu vis vnicam gnatam tuæ ſupereſſe vitæ: ne alioqui putes cum Viuiano τὸ ſubſiſtet, referri ad vocem βάρη.
n Quantum ad res reſeruatas, videtur teſtator voluntatem mutare, non quantum ad alias, *Bart.*
o addè *l. 1. in fin. ſup. cod.*
p *§. 2. ſup. eo. l. 26. ſup. depoſiti §. 1. inſt. de donat.* his verbis mors intelligitur. q *l. 3. l. 4. infra de mortis cauſ. donat.* Tranſlatio legati facta occaſione mortis ſparatæ ex præſenti, vel iam exiſtente infirmitate, ita demum effectum habebit, ſi ex eadem infirmitate legatarius morietur, non ſi ex alia. *Bart.*

a ex parte heredè. *Hal.*
b de villeo vide *l. 16. §. de inſtitoria.*
c Præſumitur quiſque memor eſſe eorum quæ ſemel ſciuerit. hoc an ſit perpetuò verum, vide *Nou. 18. c. 6. v. l. ex conſenſu 23. §. vlt. §. de appellat.*
d Si ſeruus legatus transfertur in fundum, vt ibi perpetuò ſit, legatum eius factum videtur extinctum eſſe.
e Poteſt enim codicillis adimi *§. 1. Inſt. eo. Vlp. 24. §. 29.*
f non pertinerent: ita emendat Anton. Faber 3. *Coniect.* 18.
g Accuſans teſtatorē criminis capitalis, videtur inimicus ei capitalis eſſe, ideóque legatum amittit, *adde l. 3. infi. §. cod.*
h *al* inter emptum.
i *l. 1. §. de his quæ vt indign.*
k *l. 64. ſup. de leg. 3.*
l *l. 3. l. 13. ſup. cod.*
m Corporalibus rebus pecuniam non adnumerari hinc colligunt, *v. l. 94. §. 1. §. de ſolut.*
n Cur? quia per conſequentiam adempta intelliguntur.
o addit *Eclog. 44. c. 18.* καὶ περὶ ἀφανῶν προσώπων, i. de incertis perſonis. Si ita eſt, malim coniungere huic titulo Titulum Codicis *de incertis perſonis,* quā *de verb. ſig.* Et certè ita eſt, paſſim hoc titulo agi de incertis perſonis: vnde & interpretes hoc titulo paſſim tractant de amphibologia & ambiguitate, quæ vel ex ſingulis vel ex coniunctis vocibus oritur. de qua Quintilianus 7 Cæterùm hic tractatus eſt τῶν ἀδήλων ſeu ἀπόρων, *l. 88. §. ad leg. Falcid.*
p v. in hanc legem *Cuiac. 8. obſ. 25.*
q i. σύγκτησις, *l. 30 ſup. de liberat.*

r ex hoc verbo naſcitur ambiguitas, nam fundi Mæuiani appellatione quidam Mæuianus ſpecialis & alius vniuerſalis teſtatoris intelligi poteſt: hæc ὁμωνυμία rem dubiam facit.
ſ hoc genus probationis firmiſſimum eſt *l. 91. §. 3. ſup. de leg. 3.* t Et ita eſt. Nam fundo Mæuiano & Seiano legatis, ſi plures Mæuiani fundi fuerint in bonis teſtatoris, is Mæuianus legatus videbitur, cuius pretium non magna pecunia diſtinguetur à fundo Seiano. u i. vniuerſa illa prædia quæ appellatione Mæuiani comprehendebat. x Comparatio rerum adiunctarum dubitationem omnem tollit. Ex comparatione fundorum legatorum, ambiguitas ſoluitur. adde *l. vlt. in fi. ſup. de tritico.* Atque ita ex duobus Mæuianis fundis, is Mæuianus videbitur legatus qui magis accedet ad pretium Seiani. Cur ita ius eſt? vel ideo quod qui Mæuianum aut Seianum legat, æqualia legata inter ſe coniunxiſſe intelligitur. ideóque in dubio ex Seiano fundo, qui certus eſt, Mæuiani qui incertus eſt, æſtimatio facienda erit. y pretio magna pecunia, &c. *Hotom. 1. obſ. 3.* reprehenſus à Roberto 2. *recept. 6.*
z Ciuibus legari poteſt, *l. 88. ſup. de leg. 2.* Porro Azo & Accurſius hac voce adminiſtratores ciuitatis intelligit. ineptè tamen aut potius non neceſſario. Ciuium enim nomen latius patet nec ſoli adminiſtratores Reipublicæ ciues ſunt. a indefinitè non vni vel duobus. b eodem modo legimus, Relictum hierophylaco & ſacerdoti templi, templo deberi, *l. 20. in fi. §. de annuis.* ideoque priuilegium conceſſum ciuibus, loco & vniuerſitati conceſſum intelligi. *Socin.* Porro ciuitati relinqui poteſt, *l. 122. ſup. de leg. 1.* c *v. 10. Gell. 12.* d in ambiguo ſermone etſi duplex aut multiplex eſt interpretatio: tamen qui ambiguè loquitur, nō ad omnes eas interpretationes ſimul ſe refert, ſed ad vnam tantùm: nimirū ad eam quam vult: de qua denique intelligit. Nam id demum dixiſſe videri debemus, quod ipſi dicere voluimus. Itaque futurum eſt vt qui aliud dicat, quam velit, hoc eſt, vt qui ſermone ambiguo vtatur, neque id dicat quod vox ſignificat: neque id quod velit. Non enim dicit id quod vox ſignificat, quia aliud planè vult. Neque id quod vult, quia vox, qua ipſe vtitur, aliud ſignificat. e Prior enim eſt atque potentior

quàm vult: neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult: neque id, quod vult, quia id non loquitur.

De eo quod conditionis implendæ cauſa datur.

3. *Idem* libro 19 Reſponſorum.

P*Aulus reſpondit id, quod conditionis* a *implendæ cauſa datum eſt, ſine dubio & certis & incertis perſonis dari debere* b, *vt fideicommiſſi petitio poſſit competere.*

De nomine fideicommiſſarij non adſcripto.

4. *Idem* " lib. 19. Reſponſorum. "

PAulus reſpondit, cùm nomen fideicommiſſarij c teſtamento adſcriptum non ſit d, nulli perſonæ neque certę, neque incertę, datum fideicommiſſum videri, indubitatum eſt †.

De perſona incerta. 1. Si relinquatur iam nato & poſthumo.

5. *Gaius* " libro 1. fideicommiſſorum. "

QVidam relegatus e facto teſtamento poſt heredis inſtitutionem, & poſt legata quibuſdam data ita ſubiecit: *Si quis ex heredibus ceteriſue amicis, quorum hoc teſtamento mentionem habui, ſiue quis alius reſtitutionem mihi impetrauerit* f *ab imperatore, & antè deceſſero, quàm ei gratias agerem: volo dari ei, qui id egerit, à ceteris* g *heredibus aureos tot.* vnus ex his quos hæredes ſcripſerat, impetrauit ei reſtitutionem: & antequam h id ſciret, deceſſit, cùm de fideicommiſſo quæreretur, an deberetur: conſultus Iulianus reſpondit, deberi. ſed etiam ſi non heres vel legatarius: ſed alius i ex amicis curauit eum reſtitui, & ei fideicommiſſum præſtari.

1 ¶ Si tibi k & poſthumo ſuo vel alieno hæreditatem reſtituere quis rogauerit.

6. *Marcianus* " lib. 3. Fideicommiſſorum. "

VEl ex parte ‖te & ex parte ‖poſthumum heredem inſtituiſſet legatúmve ſimiliter, vel fideicommiſſum dediſſet.

De iuſſo reſtituere, cui ex coheredibus velit.

7. *Gaius* " lib. 1. Fideicommiſſorum. "

VTrùm ita poſtumus partem faciat l, ſi natus ſit: an & ſi natus non ſit, quęritur? Ego commodius dici puto, ſi quidem natus non eſt, minimè eum partem facere m; ſed totum n ad te pertinere, quaſi ab initio tibi ſolido relicto: ſin autem natus fuerit vtroſque accipere, quantum cuique relictum eſt, vt vno nato pars tibi dimidia debeatur: duobus natis, tertia tibi debeatur: tribus natis, quia trigemini o quoque naſcuntur, quarta ‖debeatur. ‖& noſtra quidem ętate Serapias Alexandrina mulier ad Diuum Hadrianum perducta eſt cum quinque p liberis, quos vno fœtu enixa eſt, ſed tamen quod vltra tres naſcitur, ferè portentoſum videtur.

1 ¶ Cùm quidam, pluribus hęredibus inſtitutis, vnius fideicommiſiſſet *vt cum moreretur vni ex coheredibus, cui* q *ipſe vellet* r, *reſtitueret eam partem hæreditatis quæ ad eum perueniſſet*: veriſſimum eſt vtile eſſe fideicommiſſum. nec enim in arbitrio eius, qui rogatus eſt, poſitum eſt, an omnino velit reſtituere, ſed cui potius reſtituat.* plurimùm enim intereſt, vtrum in poteſtate ſ eius quem teſtator obligari cogitat, faciat, ſi velit dare, an poſt neceſſitatem dandi, ſolius diſtribuendi liberum arbitrium concedat.

2 ¶ Quęſitum eſt, ſi coheredes ex diſparibus partibus ſcripti ſint, vtrum partem ſuam in viriles partes reſtituere ſingulis debeat, an pro portionibus hereditariis, ex quibus heredes ſcripti ſint? Et placuit, ſi teſtator ita reſtitui iuſſiſſet partem, ſi aliquam pecuniam dediſſent, ſi quidem æquas t partes iuſſi fuerint dare, conueniens videri eſſe, etiam ex fideicommiſſo æquas partes ei reſtitui oportere: ſi verò diſpares in ea pecunia diſtribuenda ſignificauit teſtator, vt videantur u hereditariis portionib. congruere, conſentaneum x eſſe etiam fideicommiſſum y pro hereditariis partibus eis reſtitui debere.

De commorientibus.

8. *Paulus* " libro 2. Sententiarum. "

SI inter virum & vxorem donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatum eſt, ad eum z res redit, qui donauerat. quòd ſi ſimul, tam is cui donatum eſt, quàm is qui donauerit, quęſtionis decidendæ gratia, magis placuit valere donationem: eò maximè quod donator non ſuperuiuat, qui rem condicere poſſit.

9. *Tryphoninus* " lib. 21. Diſputationum. "

QVi duos impuberes filios habebat, ei qui ſupremus a moritur, Titium ſubſtituit. duo impuberes ſimul in naue perierunt. quæſitum eſt, an ſubſtituto, & cuius hereditas deferatur. dixi: Si ordine vitâ deceſſiſſent, priori mortuo frater ab inteſtato heres erit, poſteriori ſubſtitutus: in ea tamen hereditate etiam ante defuncti filij habebit hereditatem. in propoſita autem quæſtione, vbi ſimul perierunt: quia cum neutri b frater ſuperſtes fuit, quaſi vtrique vltimi deceſſiſſe ‖ſibi‖ videantur? an verò neutri, quia comparatio poſterioris decedentis ex facto prioris mortui ſumitur? Sed ſuperior ſententia magis admittenda eſt, vt vtrique heres ſit. Nam & qui vnicum a filium habet, ſi ſupremum morienti ſubſtituit, non videtur inutiliter ſubſtituiſſe: &* proximus b adgnatus intelligitur etiam, qui ſolus eſt, quique neminem c antecedit. & hic vtrique, quia neutri eorum alter ſuperſtes fuit, vltimi primique obierunt.

1 ¶ Cùm bello pater cum filio periiſſet, matérque filij, quaſi poſtea mortui, bona vindicaret, adgnati d verò patris, quaſi filius antè periiſſet: Diuus Hadrianus credidit, patrem e prius f mortuum.

2 ¶ Si cum filio ſuo libertus ſimul perierit g, inteſtati patrono legitima defertur hęreditas, ſi non probatur ſuperuixiſſe patri filius. hoc enim reuerentia patronatus ſuggerente dicimus.

3 ¶ Si maritus & vxor ſimul perierint, ſtipulatio de dote h ex capitulo, *Si in matrimonio mulier deceſſiſſet*, habebit locum, ſi non probatur illa ſuperſtes viro fuiſſe.

4 ¶ Si Lucius Titius cum filio pubere, quem ſolum teſtamento ſcriptum hæredem habebat, perierit, intelligitur ſuperuixiſſe filius k patri, & ex teſtamento hæres fuiſſe, & filij hæreditas ſucceſſoribus eius defertur, niſi contrarium approbetur.

¶ Quòd ſi impubes l cum patre filius perierit, creditur pater ſuperuixiſſe m, niſi & hic contrarium approbetur.

De perſona incerta. 1. De conditione, Si primùm marem peperit.

10. *Vlpianus* " libro 6. Diſputationum. "

SI fuerit legatum relictum, ex cognatis meis *qui primus Capitolium aſcenderit*, ſi ſimul n duo veniſſe dicantur, nec apparet quis prior venerit, an impedietur legatum? vel, *ei qui monumentum fecerit*, & plures fecerint. vel ei qui maximus natu eſt, & duo pares ætate ſint. ſed & ſi legatum Sempronio amico fuerit relictum, & duo ſint ęqua charitate coniuncti.

¶ Sed & ſi duobus hominibus eiuſdem nominis fuerit legatum, putà Semproniis, mox Sempronio ademptum ſit, nec appareat cui ademptum ſit; vtrum datio in vtriuſque perſona infringitur, an ademptio nulla eſt, quæri poteſt. Item ſi ex pluribus ſeruis eiuſdem nominis vni, vel quibuſdam libertas relicta eſt. Et verius eſt, in his omnibus etiam legata & libertates o impediri: ademptionem p autem in vtrumque valere.

1 ¶ Planè ſi ita libertatem acceperit ancilla, *Si primùm marem pepererit, libera eſto*, & hæc vno vtero marem & fœminam peperiſſet: ſi quidem certum eſt, quid prius ediidiſſet, non debet de ipſius ſtatu ambigi, vtrum libera eſſet, nécne. ſed nec filiæ: nam ſi poſtea edita eſt, erit ingenua, ſin autem hoc incertum eſt nec poteſt, nec per ſubtilitatem q iudicialem manifeſtari: * in ambiguis rebus humaniorem r ſententiam ſequi oportet, vt tam ipſa libertatem conſequatur, quàm filia eius ingenuitatem, quaſi per pręſumptionem ſ priore maſculo edito.

De perſona incerta ex certis.

11. *Iulianus* " libro 36. Digeſtorum. "

QVotiens libertis vſusfructus legatur, & ei, qui nouiſſimus t ſuperuixerit, proprietas. vtile eſt legatum u. exiſtimo enim omnibus libertis proprietatem ſub hac conditione *Si nouiſſimus ſuperuixerit* z, dari.

De oratione ambigua.

12. *Idem* " libro 50. Digeſtorum. "

QVotiens in actionibus, aut ‖in‖ exceptionibus ambigua oratio eſt: commodiſſimum eſt, id accipi, quo res, de qua agitur magis valeat y quàm pereat.

De particula, cum. de conditione, ſi illud aut illud: vel, ſi illud & illud: vel ſi quid factum non erit. De natura orationis vniuerſalis, vel particularis.

13. *Idem* ‖ lib. ſingulari de Ambiguitatibus. ‖

SI is qui ducenta depoſuit, ita leget, *Seio cum* z *ducentis quæ apud eum depoſui, trecenta lego*, ſingulæ ſummę ſepa-

meus dicentis, quàm eius vox, *l. 7. in fin. ſup. de ſupellectile. l. 07. inf. de reg. iur.*

a puta legati in perſonam indefinitè pręſtandi, *l. 10. inf. eod.* atque ita dandi conditio conferri poteſt in perſonam incertam, *l. 14. inf. eod. l. 21. l. 22. infr. de ſtatulib.**

b i. dari poſſe.

c fideicommiſſariis incertis legari non poteſt, *l. 18. ꝭ. de vſufruct. legato.*

d omnimodo, & nulla eius demonſtratio penitus facta.

† id hodie correctum videtur, *l. 10. Cod. de incertis perſonis.*

e is enim poteſt teſtamentum facere, *l. 8. §. 3. ſup. qui teſtam.*

f cum effectu ſc. nō ſolo conatu: & ſic valet legatum incertis perſonis declarandis ex futuro euentu.

g cæterorum appellatione omnes comprehenduntur, *l. 60. inf. de verb ſign.*

h *l. 19. in fin. inf. de cond. & demonſt.*

i vtcunque hic teſtator videtur velle gratificari ei hæredi, à quo beneficium acceperit: ſi tamen ab alio vno extraneo beneficium acceperit, intelligitur ei legare.

k 5. *Harmen.* 16. §. 30.

l i. vtrum facit, vt quem habet coniunctum, ſit partiarius, nec ei totum adcreſcat.

m id eſt, non impedit coniunctum quominus totum accipiat, *l. 16. in fin. ſup. de legat.* 1.

n Legatum in coniuncti perſona deficiens, alteri coniuncto adcreſcit, *l. 15. l. 16. in fin. ſup. de leg. 1. l. 24. l. 25. ſuprà de hered. inſt. l. 26. in fin. inf. de cond. & demonſtr. l. vn. C. de caduc §. 8. Inſt. de legatis.*

o tergemini, *v. l. 3. §. vlt. ſup. ſi pars hered.*

p quod vt verum ſit, vide quæ notaui ad *l. 36. inf. de ſolut.*

q *l. 46. inf. de fideicommiſſ. libert.*

r *Velle* verbum liberam poteſtatem confert.

* ſ Subſtantia legati, vt fideicommiſſi, in arbitrium alterius conferri non poteſt: ſed electio, & nominatio perſonæ, *l. 11. §. 7. ꝭ. de leg. 3.*

t *l. 23. infra ad Trebellian.* u vt videatur, *Hal.* x Correlatiuorum vno aliud declaratur *Cuman.*

y Ab onere commodum regulatur, *Socin.*

z *l. 32. §. 4. ſup. de donat. inter vir. l. 6. Cod. de don. inter vir. Paulus 2. ſentent. 23. §. 1.*

a ſupremus moreretur, *Hal. l. 12. ꝭ. de vulgari; l. 34. inf. ad Trebell.*

b qui neuter frater ſuperſtes, *Hal.*

a *v. l. 162. ꝭ. de ver. oblig.*

b Proximus eſt, qui & ſolus, *l. 1. §. 6. ꝭ. vnde cognati.* qui ante aliquem eſt, & quem ante nemo eſt: Supremus eſt, poſt quem nemo, *l. 34. ſup. de vulgari: l. 92. l. 155. l. 162. inf. de verb. ſign. §. 5. Inſt. de legit. agnat.*

c quemque nemo antecedit.

d Hexameter Iuriſconſulto hic excidit, vt & alibi: dixi *l. 46. ſup. de ædilitio.*

e Patre & filio publicè ſimul mortuis in bello, filius patri præſumitur ſuperuixiſſe.

f Imò præſumitur filius poſtremus mortuus, §. 4. *infra. inf. eod. l. ex facto 17. § ſi quis autem 7. ꝭ. ad Trebell.* In dicto §. 4. filius impubes præſumitur ante patrem mortuus *d. §. ſi quis autem 7.* fine liberis decedere intelligitur, qui non probatur deceſſiſſe relictis liberis: ſi autem ſine liberis deceſſiſſe intelligitur, qui ſimul atque vna cum ipſo filio deceſſiſſe proponitur.

g Si libertus & filius ſimul moriantur, patroni fauore non præſumitur filius ſuperuixiſſe *Socin.* Aliàs, ſi filius præſumeretur poſt patrem mortuus, eius inteſtati hereditas ad patronum non deferretur.

h lucranda ſcil.

i i. obtinet & verificatur, ſi maritus & vxor ſimul moriantur, *l. 32. in fin. ſup. de relig.*

k Aſcendens prius mortuus intelligitur, quàm deſcendens: vt in huiuſmodi caſibus ab ordine naturali mortalitatis ducatur argumentum, *l. 15. ſup. de inoffic.*

l aliud eſt in pubere, *l. 22. inf. eo.*

m ætas enim impuberis repentino caſui magis videtur ſubiecta, *l. 23. ꝭ. eod.* aliud eſt in pubere. n Lex præmium primo aliquid facienti decernens, quomodo intelligenda ſit, ſi duo ſimul faciant: vide *Alciat. 9. parerg.* 10. Dic paucis, ſtricto iure, neutri; ex æquitate, vtrique: præſertim ſi præmium facile diuidi poteſt. o *l. 28. ꝭ. eod. l. 31. ꝭ. de manum. teſtam. l. 3. § 7. ſup. de adimend.* p al. ademptione. & ita Donellus hic legit.

q idque incertitudinis cauſa: quamuis earum magnus ſit fauor. Ad pias autem cauſas, quod hic dicitur de libertate, transfert Socinus.

r Si de natiuitatis ordine non apparet, prior natus præſumitur ille ex quo mater libertatem conſequitur: & ita fauore libertatis maſculus cenſetur prior natus, *in fin. ꝭ. eod. Socin. v. l. 5. C. de bon. quæ liberis.* Dixi ad *l. 8. ſup. de pactis: l. 14. C. de fideicom. libert. l. 24. in fin. ſup. de conſtituta pecunia. l. 13. ꝭ de liberis & poſthumis.*

ſ Præſumptio hęc vnde oritur? præſumitur maſculus fortior: & ita prior editus.

t id eſt, vltimus.

u Poſſum enim legare incerto alicui, dum poſtea certus fieri poſſit, *l. 5. ſup. eo.*

x *adde l. 108. §. 3. ſup. de leg. 1.*

y Interpretatio nobis ea ſumenda eſt, quæ quod actum geſtúmque ſit conſeruet, *l. 21. inf. eod. l. 16. in fin. princ. inf. ad Trebell. l. 109. ſup. de leg. 1. de hac præſumptione vide Alciat. 3. præſumpt. 32.* & ſic pro actore & ſtipulatore. aliàs aduerſus vtrumque ſumenda interpretatio eſt, *l. 38. §. 18. infra de verb ſignif.*

z dictio, *cum* appoſita inter res legatas, idem importat quod dictio *&*, *Socinus.*

ratæ

ratæ quidem, certam habent demonſtrationem. coniunctione *a* verò tali incidunt in ambignitatem. ſed dicendum eſt, non trecenta, ſed quingenta deberi, quia duæ ſummæ iunguntur.

1 ¶ Si quis leget, *Fundum Seianum heres meus Attio cum Dione Mauij ſeruo dato*: dubitatur quidem Dioni quoque fundus legatus ſit, an Dio cum fundo legatus ſit. ſed magis *b* dicendum eſt, non ſolùm fundum, ſed etiam ſeruum Dionem eſſe legatum: maximè ſi nullas iuſtas cauſas habuit Dioni legandi.

2 ¶ Cùm *c* ita ſtipulationem concipimus: *Si hominem aut d fundum non dederit, centum dari ſpondes?* vtrumque *e* eſt faciendum, ne ſtipulatio committatur, id eſt, ſiue alterum, ſiue neutrum factum ſit, tenebit ſtipulatio.

¶ Idémque eſt euidenter, cùm propoſitis ſpecialiter pluribus rebus, quas fieri volumus, ita ſtipulamur: *Si quid eorum factum non erit? veluti, Stichum & Damam & Herotem ſiſti? Si quis eorum non ſteterit, decem dari?* neceſſe eſt enim omnes *f* eſſe ſiſtendos, vt ſtipulationi ſatisfiat.

¶ Vel (vt propiùs accedamus) fingamus ita ſtipulationem factam, *Si ſtichum & Damam & Herotem non ſtiteris, decem dari?* neque enim dubitabimus, quin æquè omnes ſiſti oporteat.

3 ¶ Vtrùm *g* ita concipias ſtipulationem, *Si illud aut illud factum non erit*: an hoc modo: *Si quid eorum factum non h erit quæ vt i fierent, comprehenſa ſunt*: hoc intereſt, quod quamuis altero facto verum ſit, hoc aut illud verè factum eſſe, non ideo tamen verum erit hoc aut illud factum non eſſe. nam ſimul ea poſſunt eſſe vera *k*, quamuis inter ſe contraria ſunt, quia cùm ſignificatio non ex vniuerſo *l*, ſed ex aliquo *m* ſumitur, ſi veri aliquid inde ſit, veram efficit totam orationem. Sicut è contrario duæ orationes pugnantia *n* continentes ſimul falſæ ſunt. veluti ſi qui *o* liberorum partim puberes, partim impuberes deceſſerint. Nam & hoc falſum erit, omnes impuberes deceſſiſſe: & illud, omnes puberes deceſſiſſe. id accidit, quia ſignificatio ſumitur ex vniuerſo: in quo *p* ſi aliquid falſum eſt, totam orationem falſam efficit. Animaduertendum igitur eſt, quid ſit de quo quæritur. Nam cùm ita concipio, *Si illud aut q illud non fuerit*, quæri debet, an aliquid factum non ſit. illius *r* effectus hic eſt, vt neutrum fiat: huius autem, vt vtrumque *ſ* fiat. nec in illo prodeſt, aliquid non feciſſe, ſi aliquid factum ſit: neque in hoc aliquid feciſſe, ſi aliquid factum non ſit.

4 ¶ Proinde ſi quis || ita || interroget, *Eorum quid, quæ obiiciuntur tibi, feciſti?* ille neget: hoc *t* exprimat: Eorum quid quæ obiiciuntur, non feci. id eſt, nihil horum feci.

5 ¶ Si quis autem plura in ſtipulatum deducat, quorum vnum *u* fieri velit, ita comprehendere debet: *Illud aut illud fieri ſpondes? ſi nihil eorum factum erit tantum dabis?*

6 ¶ Item ſi paterfamiliâs in teſtamento ita ſcripſerit: *Si quis mihi filius aut filia genitur x, heres mihi eſto y: Si mihi filius aut filia heres non erit, Seius heres eſto z*, non ſatis voluntatem ſuam declarauit, ſi non aliter extraneum heredem eſſe volet, quàm ſi neque filius, neque filia heres ſit. hoc enim modo concipi oportet. *Si mihi neque filius neque filia heres erit.* poteſt autem interdum ſuperior ſcriptura eſſe neceſſaria, ſi quis, cùm filium & filiam habeat, vtrumque heredem inſtituere velit: ſed, ſiue alter heres futurus ſit, extraneum miſcere: ſiue neuter, extraneum ſubſtituere. ſed procliuior eſt ſententia *a* teſtatoris ſic eſſe interpretanda *b*, vt, ſiue filius, ſiue filia nati ei fuerint: extraneus non admittatur, niſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſerit.

De legato illis qui teſtamentum ſignauerint.

14. *Marcianus* || libro 6. Inſtitutionum. ||

SI quis ita ſcripſerit, *illis, qui meum teſtamentum ſignauerint c, heres meus decem dato*, Trebatius vtile legatum eſſe putat: quod Pomponius verius eſſe exiſtimat. quia ipſum teſtamentum confirmatur *d* teſtibus *e* adhibitis. quod verum eſſe exiſtimo.

De agnitione vel repudiatione legati.

15. *Idem* || lib. 2. Regularum. ||

QVædam ſunt, in quibus res dubia eſt, ſed ex poſt facto retroducitur, & apparet *a* quid actum eſt. Vt ecce: ſi res legata fuerit, & deliberante legatario eam rem heres alij tradiderit *b*. nam ſiquidem voluerit legatarius habere legatum, traditio nulla eſt. ſi verò repudiauerit *c*, valet.

¶ Tantundem eſt, & *d* ſi pecuniam hereditariam legatam crediderit heres. nam ſi quidem non repudiauerit legatarius, alienam pecuniam credidit: ſi verò repudiauerit, ſuam pecuniam crediſſe videtur. Quid ergo ſi conſumpta fuerit pecunia? vtique idem erit ex euentu dicendum.

De commorientibus.

16. *Idem* || libro 3. Regularum. ||

QVod de pariter *e* mortuis tractamus *f*, & in aliis *g* agitatum eſt. vt ecce, ſi mater ſtipulata eſt, dotem à marito, mortua filia in matrimonio, ſibi reddi, & ſimul cum filia petit, an ad heredem matris actio ex ſtipulatu competeret? Et Diuus Pius reſcripſit, non eſſe commiſſam ſtipulationem: quia mater filiæ non ſuperuixit *h*.

1 ¶ Item quæritur, ſi extraneus, qui dotem ſtipulatus, ſimul cum marito deceſſerit, vel cum ea propter quam ſtipulatus eſſet, an ad heredem ſuum actionem tranſmittat?

17. *Paulus* || libro 12. ad Plautium. ||

IDem eſt, ſi dos vxori prelegata ſit, & ſimul cum marito perierit.

18 *Marcianus* || libro 3. Regularum. ||

SEd & in illo quæritur, ſi pariter pupillus, & qui ei ſubſtitutus erat frater neceſſarius deceſſerit, an frater fratri exiſtat heres, an contrà. vel ſi duo inuicem neceſſarij ſubſtituti ſunt, & vnà perierint, an heredes extitiſſe videantur, vel alter alteri: hoc eſt, ſi inuicem hereditatem rogati fuerint reſtituere.* In quibus caſibus ſi pariter deceſſerint, nec appareat quis antè ſpiritum emiſit, non *i* videtur alter alteri ſuperuixiſſe.

1 ¶ Sed & circa legem Falcidiam. ſi dominus cum ſeruis ſimul vita functus ſit, ſerui, quaſi in bonis eius mortis tempore fuerint, non computantur.

De cognatis & cognatione.

19. *Vlpianus* || libro 25. ad Sabinum. ||

SI cognatis legatum *k* ſit, & hi cognati quidem eſſe deſierunt, in ciuitate autem maneant: dicendum, deberi legatum. cognati enim teſtamenti facti tempore *l* fuerunt. Certè ſi quis teſtamenti facti tempore cognatus non fuit, mortis *m* tempore factus eſt per adrogationem, faciliùs legatum conſequitur.

1 ¶ Si quis cognationi leget, idem eſt, atque ſi cognatis *n* legaſſet.

De collegio.

20. *Paulus* || libro 12. ad Plautium. ||

CVm ſenatus temporibus Diui *o* Marci permiſerit collegiis legari, nulla dubitatio eſt, quòd ſi corpori *p*, cui licet coire, legatum ſit, debeatur. cui autem non licet, ſi legetur, non valebit, niſi ſingulis legetur. hi enim, non quaſi collegium, ſed quaſi certi homines, admittentur ad legatum.

De ambiguitate.

21. *Idem* || libro 14. ad Plautium. ||

VBi eſt verborum ambiguitas, valet, quod acti *q* eſt veluti cùm Stichum ſtipuler, & ſint plures Stichi; vel hominem, || vel || Carthagini cùm ſint duæ *r* Carthagines: ſemper in dubiis id agendum eſt, vt quàm tutiſſimo loco res ſit bona fide contracta, niſi cùm apertè contra leges ſcriptum eſt.

De commorientibus.

22. *Iauolenus* || libro 5. ex Caſsio. ||

CVm pubere filio mater nauphragio *ſ* periit, cùm explorari non poſsit, vter prior extinctus ſit, humanius eſt credere, filium *t* diutiùs vixiſſe.

23. *Gaius* || lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam. ||

SI mulier cum filio impubere nauphragio *u* periit, priorem filium *x* necatum eſſe intelligitur.

De eo quod ambiguè, vel perperam ſcriptum eſt.

24. *Marcellus* || libro 11. Digeſtorum. ||

CVm in teſtamento ambiguè, aut etiam perperam ſcriptum eſt, benignè interpretari, & ſecundum id quod credibile *y* eſt cogitatum, credendum eſt.

De eo quem dicturum ſe ſignificauit.

25. *Celſus* || libro 22. Digeſtorum ||

QVem heredi meo dixero velle me liberum eſſe, liber eſto: cui vt dare damnas ſit heres meus, dixero, ei heres meus dare damnas eſto teſtatoris voluntas, ſi quibuſdam *z* argumentis apparebit de quo dixit, adimplenda eſt.

De ambiguitate ſtipulationis.

26. *Idem* || libro 26. Digeſtorum. ||

CVm quæritur in ſtipulatione *a*, quid acti ſit, am-

a Hoc ambiguum συνδετικὸν, coniunctionem appellant.
b Senſus eſt, Si ſeruus accipi poteſt vt res legata, & vt legatarius, in dubio accipitur pro re legata.
c vide in hunc §. Hotom *obſ.* 1.
d hominem & fundum. Hoto. *ibid.*
e vide *l.* 5. *ſup. de cond. inſtit.*
f Cùm plures res in ſtipulationem deducuntur, tot ſunt ſtipulationes, quot res: & ſingulæ debentur, *l.* 29. *l.* 16. *inf. de verb. obligat.* idem eſt cum plures res legantur, *l.* 2. *ſup. de leg.* 2.
g v. ad hunc §. Gouean. 2. *var.* 22. Cuiac. 5. *obſeru.* 3. Langebekium *c.* 39. *Annotationum.* Hotom. 3. *obſer.* 1.
h factum erit. Quidã tempore Accurſij ita legerũt. Hot. 3. *obſ.* 1.
i quæ vt non fierent. Cuiac. 5. *obſ.* 3. Hot. 3. reprehenſus à Roberto 2. *rec.* 22.
k Nec enim ſemper ex duabus orationibus contrariis, vna eſt vera, altera falſa: ſed duæ aduerſæ ſimul poſſunt eſſe falſæ: veluti omnis actio eſt in factum: Non omnis actio eſt in factum. vide Cuiac. 5. *obſ.* 3.
l καθόλου.
m ἀπὸ μέρους, de parte.
n *v. l.* 188. *inf. de reg. iur.*
o hanc particulam, *qui*, expungendam monet Hotom. 3. *obſ.* 1.
p in vniuerſali oratione, ſi falſa aliqua particula reperitur, totam enunciatione falſam efficiet. In vniuerſali denique; ſi quid eſt falſum, tota oratio falſa eſt. *Bald.*
q ſi illud & illud. Hotom. *obſeru.* 1.
r In ſtipulatione copulatiua, de duobus non faciendis; neutrum fieri debet, ne pœna aliqua cõmittatur *Caſtrenſ.*
ſ & ſic dictio, *quid*, particularis dialecticis, reſoluitur in vniuerſalem apud Iuriſconſultos: vt comprehendatur etiam minus quid.
t ſenſus eſt: qui interrogatus, an quid eorum quæ obiiciuntur, fecerit, reſpondet. Non feci, hoc reſpondet, Nihil feci. Cuiac. *ibid.* Totum negat.
u *v. l.* 110. §. 3. *inf. de reg. iur.*
x antiquè dixit *genitur*. gignetur. *Haloand.*
y audis inſtitutionem.
z audis ſubſtitutionem.
a procliuius eſt ſententiam teſtatoris, &c. *Hal.*
b interpretandam, *Hal.* ſenſus eſt, Alternatiuam ex tacita mente teſtatoris reſolui in coniunctam: ne videatur teſtator extraneum propriæ poſteritati præferre voluiſſe. *Socin.* In dubio quiſque ſuos prætuliſſe extraneis cenſendus eſt.
c audis legari incertis perſonis. adde *l.* 4. *l.* 6. *ſup. eod.*
d id eſt, etſi incerta ab initio teſtatoris perſona fuerit, ex ipſo tamen euentu poſtea certò apparet quis teſtamentum ſignauerit.
e hinc colligit Viglius *ad* §. 11. *Inſtitut. de teſtament. ordin.* Legatarium teſtem in teſtamento eſſe poſſe, ne ſi denegetur id ei, tardior, aut nunquam ad teſtamentum veniat. Id etiam probat Fornerius 2. *ſelect.* 12. Signatoribus itaque & teſtibus exiguus legati honos aſpergitur, vt eorum beneficio teſtamenti ſeruetur fides, quæ ne periret, vel inimicis teſtibus vteremur, eis relinqui poſſe receptum eſt. quod vt verum ſit, vide Cuiacium 9. *obſ.* 37. *in fin.* vide tamen *l.* 22. §. *de teſtam.*

a Exitus acta probat.
b & ita alienauerit. *l.* 69. §. 1. *l.* 120. *ſup. de leg.* 1. *l.* 105. *inf. de cond. & demonſtr. l.* 31. *j. de re militari*: & ſic reſtringe *l. vlt.* §. 2. *C. commun. de legat.*
c Legatario rem repudiante, fingitur res nunquam fuiſſe legatarij, ſed ſemper heredis, *l.* 8. *in fin. ſup. de reb. cred.*
d *l. vlt.* §. 3. *C. com. de leg.*
e adde *l.* 17. *l.* 22. *j. eod.* vide Bart. in hanc legem.
f in legatis.
g putà in ſtipulationibus.
h excipe *l.* 23. *inf. eod.*
i Vt alter alteri ſit heres, neceſſe eſt vt ſuperuixerit, *Caſtr. Socin.*
k purè non ſub conditione: vt poſt Ruinum. Socinum & Curtium notat Rolandus à Valle 4. *conſ.* 39. *num.* 3.
l Tempus teſtamenti facti inſpicitur, non euentus, *l.* 24. *inf. de leg. præſt.*
m Imo, legati cedentis. *l.* 24. *inf. de leg. præſt.*
n adde *l.* 2. *ſ. eod.*
o *Vlp.* 4. §. 28.
p vide *l.* 1. 2. 3. *C. de incert. perſon.* *l.* 1. *ſup. quod cuiuſque vniverſ. l.* 8. *C. de hered. inſt.*
q *l.* 12 *ſ. eod. l.* 28. *j. eod. l.* 66. *ſup. de iudiciis*, *l.* 72. *j. de reg. iur.*
r vna, in Africa, altera in Hiſpania.
ſ naufragio.
t *l.* 16 *ſup. eo.* adde *l.* 13 *ſ. de inoff. l.* 7. *j de bon. damn.*
u *al.* naufragio.
x eſt enim debilior, *l.* 10. *ſup. eod. l.* 26. *de pact. dotal l.* 17. §. 7. *j. ad Trebell.* de hac præſumptione vide Alciat. 1. *præſumpt.* 49. excipe *l.* 10. *ſ. eodem.*
y Interpretatio debet fieri ſecundum id quod magis eſt veriſimile, *Socin.* a *l.* de *c.* 45. *de reg. in* 6.
z Paria ſunt verbis & relatione aliquid declarare. A pari procedunt, quod teſtator declarat propriis verbis, vel per relationem. *Socin.* adde *l.* 123. *in fin. ſup. de leg.* 1.
a dubia ſcilicet, & in ambiguis.

biguitas contra *a* ſtipulatorem *b* eſt.

De incertitudine.

27. *Modeſtinus*‖lib. 1. Regularum.

SI quis de pluribus vnum manumitti * voluerit, nec appareat, de quo manumittendo teſtator ſenſit: nulli *c* eorum fideicommiſſa *d* competit libertas *e*.

De errore in verbis.

28. *Iauolenus*‖lib. 3. ex poſterioribus Labeonis.‖

QVi habebat Flaccum fullonem, & Philonicum piſtorem, vxori Flaccum piſtorem *f* legauerat. qui eorum, & num vterque deberetur? placuit primò eum legatum eſſe, quem teſtator legare ſenſiſſet *g*. quòd ſi non appareret: primùm inſpiciendum eſſe, an nomina ſeruorum dominus nota *h* habuiſſet. quòd ſi habuiſſet, eum deberi qui nominatus eſſet, tametſi *i* in artificio erratum eſſet. ſin autem ignota nomina ſeruorum eſſent, piſtorem legatum videri, perinde ac‖ſi‖nomen ei adiectum non eſſet.

De clauſula in fine poſita.

29. *Scæuola*‖libro 18. Digeſtorum.‖

PLures teſtamento manumiſerat, in quibus Sabinam, & Cyprogeniam, cùm quiſque eorum ad trigeſimum annũ ętatis perueniſſent: &, cùm liber quiſque eorum eſſet, certam ſummam dari voluerat, & coniuncta ſcriptura ita cauerat: *Sabinæ & Cyprogeniæ dari "volo," cùm ad ſtatutam k ætatem peruenerint, ſingulis decem: & hoc l amplius alimentorum nomine in annos ſingulos, quoad viuent, ſingulis decem.* quęſitum eſt, vtrum omnibus *m* manumiſsis alimenta debeantur, an verò Sabinæ, & Cyprogeniæ ſolis? Reſpondit ſecundùm ea quæ proponerentur, videri omnibus alimenta legata.

DE HIS QVÆ POENÆ *n* CAVSA relinquuntur *o*.

TIT. VI.

De relicto in pœnam eius cui per alium acquiritur.

1. *Africanus*‖libro Quæſtionum.‖

FILIO FAMILIAS vel ſeruo herede inſtituto, etiam ſi in patris dominiue pœnam illicitè vel probroſè datum eſt: nullius † momenti legatum eſſe reſpondit. non enim id ſolum, quod in heredes, ſed omne, quod in cuiuſque lucrum aliquod ex vltima voluntate ſentientis,‖talem‖pœnam in teſtamento ſcriptum ſit, nullius momenti habendum.

Diſtinctio pœnæ, conditionis, tranſlationis.

2. *Marcianus*‖lib. 6. Inſtitutionum.‖

POEnam à conditione voluntas teſtatoris ſeparat *p*. &‖an‖pœna, an conditio, an tranſlatio ſit‖, ex voluntate defuncti apparet: idque Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

DE REGVLA *q* CATONIANA *r*.

TIT. VII.

Regula prima de legato conditionali.

1. *Celſus*‖lib. 35. Digeſtorum.‖

CATONIANA regula ſic definit: * quòd, ſi teſtamenti facti tempore deceſsiſſet teſtator, inutile *ſ* foret: id legatum, quandocunque *t* deceſſerit, non valere. Quæ definitio in quibuſdam falſa eſt.

1 ¶ Quid enim, ſi quis ita legauerit: *ſi poſt Kalendas mortuus fuero, Titio dato*: an cauillamur *u*? nam hoc modo, ſi ſtatim mortuus fuerit, nõ eſſe datũ legatum, verius *x* eſt, quàm inutiliter datum.

1 ¶ Item, ſi tibi legatus eſt fundus, qui ſcribendi teſtamenti tempore tuus eſt: ſi *y* eum viuo teſtatore alienaueris, legatum tibi debetur: quod non deberetur, ſi teſtator ſtatim deceſsiſſet.

2. *Paulus*‖libro 14. ad Plautium‖

SEd & ſi ſic legauerit, *ſi filia mea Titio nupta erit z*, ſufficere viſum eſt, ſi mortis tempore nupta inueniatur, licet teſtamenti facti tempore fuerit impubes.

a v. l. 38. §. 18. l. 99. ȷ. *de verb. obl.*
b & ſic ſecundùm promiſſorem *v. l. 99. ȷ. de verb. oblig.*
c Cur nulli? Ne dixeris cum Bartolo & Socino hoc ideo eſſe quod hic incertitudo ſit rerum & perſonarum. Eſt enim hic rerum certitudo, puta libertatis: vna eſt enim libertas, *l. vnic. C. de Latina libertate. §. vlt. In. de libert.* Dicendum potius hic ſolam eſſe incertitudinem perſonæ & ignorari cui ſit relicta libertas. Iure autem veteri, (quod quia mutatum in eo non reperitur conſtare intelligendum eſt, *l. præcipimus. 32. C. de appell. l. ſancimus 27. C. de teſtam.*) incertæ perſonę libertatem dari non potuiſſe: cum placeret veteribus ſeruos nominatim liberos fieri oportere. *§. 25. verſ. libertas quoque. Inſt. de legat.* ac præterea ſi quem liberum fieri in hac ſpecie diceremus, is forte liber fieret quem teſtator noluiſſet: contra is ſeruus maneret quem liberum eſſe voluiſſet. v. Manticam 6. *de Coniect.* 3. *num.* 38.
d per fideicommiſſum relicta.
e Incertitudinis ratione, vitiatur legatum libertatis *l. 10. in fi. pr. ſ. ea. l. 2. ȷ. de his quæ pro non ſcrip. l. 30. ſ. de teſt. mut. l. 188. ȷ. de regul.*
f audis ſub falſa demonſtratione legatum fieri.
g in primis enim ſpectanda eſt teſtatoris voluntas.
h Ex notitia teſtatoris cognoſcitur eius voluntas. *l. 12 §. 4. ſup. de vſu & habit.*
i Magis attenditur demonſtratio per nomen proprium magis notum, quam per nomen artificij. *Bart.*
k Statuta ætas hic triginta anni. vide quæ ſcripſi ad Vlp. 1. §. 2.
l Dictio, *hoc amplius*, eſt repetitio præcedentis legati. *Socin.*
m *l. 5. in fin. ſ. de aliment.*
n Pœnæ cauſa legatum relinquitur, quod non gratia legatarij, ſed in pœnam & odium heredis relinquitur.
o vel ſcribuntur in teſtamento, vel codicillis ſc. 6. C. 41. † Vlp. 25, §. 13. hodie vtiliter pœnæ nomine relinquitur, *l. 1. C. eod. §. vlt. Inſtit. de leg.* niſi pœna ſit adiecta mandato rei probroſæ.
p Si odio heredis id adpoſitum eſt, pœna eſt: ſi in fauorem legatarij, conditio. *Socin.*
q ea Sententia dicitur in *l. 86. inf. de cond. & demonſtr.* Catonianæ vel Caſſianæ ſententiæ, *Non. 26.* adde *Theoph. 32. inſt. de legatis.*
r per eam legata cedunt, non ab apertis tabulis (vt lex Iulia & Papia caducæ volebant) ſed à morte teſtatoris. vide ad hanc regulam Hotom. 2. *obſer.* 3.
ſ *l. 29. l. 178. l. 201. inf. de reg. iur. Inſt. de exher. lib.* t id eſt, poſt teſtamentum factum, vel ſtatim à teſtamento facto §. 1. §. 2. *inf. eod.* u Cauillatio fit, quoties quis ſcienter falſo argumento vtitur aut verba captat. Cic. *pro Cæcinna.* Quint. Porrò de cauillatione adde *l. 177. l. 233. inf. de verb ſign. l. 6, inf. de reg. iur. l. 2. §. 44. inf. ad Tert.* x Imò, non eſt verum. *v. l. 55. ſup. de her. inſt.*
y An hoc innuit, ſub tali conditione legatum eſſe? Minimè.
z intellige, *quandocunque*: verbi gratia, etiam poſt teſtamentum teſtatoris.

De his quorum dies cedit poſt aditam hereditatem.

3. *Papinianus*‖libro 15. Quæſtionum.‖

CAtoniana regula non pertinet ad hereditates *a*, neque ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, ſed poſt aditam cedit hereditatem.

De conditionali inſtitutione.

4. *Vlpianus*‖libro 10. ad Sabinum.‖

PLacet Catonis regulam ad *b* conditionales *c* inſtitutiones non pertinere.

De nouis legibus.

5. *Idem*‖libro 22. ad Sabinum.‖

REgula Catoniana ad nouas leges *d* non pertinet.

DE HIS, QVÆ PRO *e* NON SCRIPTIS habentur.

TIT. VIII.

De eo quod quis ſibi adſcripſit in teſtamento.

1. *Iulianus*‖lib. 78. Digeſtorum.‖

SI quis hereditatem vel legatum adſcripſerit *f*, quæritur, an hereditas vel legatum pro non ſcripto habeatur. & quid, ſi ſubſtitutum habeat huiuſmodi inſtitutio? Reſpondit. Pars hereditatis, de qua me conſuluiſti, ad ſubſtitutum pertinet. nam ſenatus, cùm pœnas legis Cornelię conſtitueret aduerſus eum, qui ſibi hereditatem vel legatum ſcripſiſſet, eodem modo improbaſſe videtur, quo improbatæ *g* ſunt illæ, *Qua ex parte me Titius heredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit, ex ea parte heres eſto.* vt perinde *h* haberentur, ac ſi inſertæ teſtamento non fuiſſent.

De his quæ non intelliguntur.

2. *Alfenus Varus*‖libro 5. Digeſtorum.‖

QVæ in teſtamento ſcripta eſſent, neque intelligerentur, quid ſignificarent, ea perinde *i* ſunt ac ſi ſcripta non eſſent: reliqua *k* autem per ſeipſa valent.

De damnatis in metallum. 2. De ſeruo alieno redempto à teſtatore. De his quæ in eam cauſam perueniunt.

3. *Marcianus*‖lib. 11. Inſtitutionum.‖

SI in *l* metallum damnato quid extra *m* cauſam alimentorum *n* relictum fuerit, pro non ſcripto eſt *o*, nec ad fiſcum pertinet. nam pœnæ ſeruus eſt, non Cęſaris. & ita Diuus Pius reſcripſit.

1 ¶ Sed etſi poſt teſtamentum factum heres inſtitutus vel legatarius in metallum datus ſit, ad fiſcum non pertinet.

2 ¶ Item ſi ſeruo alieno quid legatum fuerit, & poſtea à teſtatore redemptus ſit, legatum extinguitur. Nam * quæ *p* in eam cauſam peruenerunt, à qua incipere non poterant, pro non ſcriptis habentur.

De eo qui non eſt in rebus humanis. 1. De captiuo.

4. *Vlpianus*‖lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam.‖

SI eo tempore, quo alicui legatum adſcribebatur, in rebus humanis *q* non erat, pro non ſcripto hoc habebitur.

1 ¶ Sed & ſi in hoſtium poteſtate *r* erat, quo *ſ* teſtamentum fiebat, neque ab hoſtibus rediit, pro non ſcripto erit.

¶ Et ita Iulianus ſcribit.

De eo quod quis ſibi adſcripſit.

5. *Paulus*‖lib. 11. Quæſtionum.‖

QVod quis ſibi adſcripſerit, ſi alij *t* reſtituere à teſtatore iuſſus eſt, cum onere fideicommiſſum id apud heredem remanet, quamuis pro *u* non ſcripto eſſet. Idem eſt & in teſtamento militis.

DE HIS QVÆ *x* VT INDIGNIS auferuntur *y*.

TIT. IX.

De eo qui patronum quaſi illicitæ mercis negotiatorem detulit.

1. *Marcianus*‖libro 6. Inſtitutionum.‖

DIVI Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, quaſi indignum carere legato ſeu fideicommiſſo libertum, quæ ei teſtamento patroni relicta erant: cùm patronum ſuum poſt mortem eius quaſi illicitæ *z* mercis negotiatorem detulerat, quamuis & præmium *a* meruit.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas & pupillari ſubſtitutione. 1. De nuptiis illicitis. 3. De eo qui vini bona donauit.

2. *Idem*‖lib. 11. Inſtitutionum.‖

AVfertur hereditas ex aſſe, & ad fiſcum pertinet, ſi emancipatus filius contra *b* tabulas bonorum poſſeſsionem, patris, vt pręteritus petierit, & ex ſubſtitutione impuberis adierit hereditatem. 1 ¶ Item ſi quis contra *c* mandata duxerit vxorem ex ea prouincia, in qua officium aliquod gerit: quod ei ex teſtamẽto vxoris adquiſitum eſt, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, retinere eum non poſſe, tanquam ſi tutor pupillam *d* contra decretum ampliſsimi ordinis in domum ſuam duxiſſet *e*: vtroque ergo caſu, etſi ex aſſe he-

a ad libertates, legit Cuiac. 4. obſ. 5. v. Hot. 5. obſ. 3. ſed Gouean. 2. var. 29. intelligit hereditatem relictam ſeruo legato, cuius dies, niſi adita hereditate, cedere non poteſt, *l. vn. §. 6. C. de cad. toll.*
b *l. 41. §. 2. ſup. de leg 1.*
c v. quæ ſcripſi ad *l. 212. ȷ. de reg. iur.*
d puta legem Iuliam & Papiam, quibus cedit dies ex apertis tabulis, Cuiac. 4 *obſ. 4.* quę ſententia diſplicet Hotom. 2. *obſ. 3.*
e *v. l. vn. §. 2. §. 3. C. de caducis.*
f ſibi adſcripſerit, *l. 15. ȷ. de falſa.*
g *l. 71. ſup. de her. inſt.*
h Imò aliter habentur, & valet huiuſmodi Inſtitutio, *l. 29. ſup. de hered. inſt.*
i vide *l. 28. ȷ. de reb. dub.*
k Vtile per inutile non vitiatur.
l Incapaci quod relinquitur, pro non ſcripto eſt, ideo cedit heredi non fiſco, *vt hic.*
m *l. 11. ſ. de alim.*
n Alimenta poſſunt legari in metallum damnato.
o & ſic apud heredem remanet.
p vide ad hunc verſiculum Cuiac. *obſ. 13.*
q *l. 2. §. 6. in fi. 14. ſup. de iure codicillor.*
r *l. 101. in fin. de leg. 1.*
ſ *ſub. tempore.*
t *l. 14. in fin. inf. de falſis.*
u *v. l. vn. §. 3. C. de caducis.*
x *6. C. 35.* videatur hunc titulum Aſpidium, Boſſium in 114.
y Ea dicebantur veteribus ereptitia huius, itaque tituli ſit hæc Epitome: Omnibus qui contra voluntatem defuncti faciunt, vt indignis aufertur hæreditas, ſi nihil teſtamento in fraudem legis fuerit cautum. *Paul. 3. ſent. 5. §. 10.*
z *v. tit. C. quæ res vendi non poſſunt.* dixi ad *l. 11. §. 3. ȷ. de public.*
a Præmium meretur, vt delator: ingratè patronum accuſans, priuatur eius legato: atque ita ex eodem pœnam & præmium conſequitur.
b indignus eſt, qui contra tabulas petiit: idcirco hereditas ei aufertur. *l. 18. in fin. ȷ. contra tabulas.*
c Indignus eſt qui contra mandata vel ſenatuſconſulta vxorem duxit, *l. 63. ſup. de ritu.* d *v. tit. C. de interd. ęto matrimonio inter pupil.* e De in domum ductione dixi ad *l. 15. ȷ. de cond. & demonſtr.*

SGCB2021

heres inſtitutus adierit hereditatem, fiſco *a* locus fit. nam quaſi indigno ei aufertur hereditas.

2 ¶ Per contrarium autem ducta tam ab eo, qui officium in prouincia gerebat, quàm à tutore *b* illicitè: magis eſt vt dicatur capere ‖ illam ‖ ex teſtamento: nec quaſi indignam eſſe repellendam.

3 ¶ Idem erit, ſi quis viui ignorantis bona, vel partem bonorum alicuius cognati donauerit *c*: nam quaſi indigno aufertur.

De eo cuius negligentia & culpa teſtatrix mortua eſt.

3. *Idem* " lib. 5. Regularum. "

INdignum eſſe Diuus Pius illum decreuit, (vt & Marcellus lib. 12. digeſtorum refert) qui manifeſtiſſimè comprobatus eſt id egiſſe, vt per negligentiam *d* & culpam ſuam mulier, à qua hæres inſtitutus erat, moreretur.

De accuſatione falſi.

4. *Vlpianus* ‖ lib. 14. ad Edictum.

PApinianus lib. 5. Quæſtionum ait, ſi quis vnum heredem quaſi per falſum *e* adſcriptum accuſauit, legatum ei non auferri à coherede relictum, quem non inquietauit.

De accuſatione teſtamenti. 2. De excuſatione tutoris. 3. De accuſatione teſtamenti. 4. De manumiſsione. 5. De accuſatione teſtamenti. 20. De præmio quod datur his qui ſe deferunt.

5. *Paulus* " lib. 1. de iure Fiſci. "

POſt legatum acceptum, non tantùm licebit falſum arguere *f* teſtamentum, ſed & non iure factum contendere: inofficioſum *g* autem dicere non permittitur.

1 ¶ Ille, qui non iure factum contendit, nec obtinuit, non repellitur ab eo, quod meruit. Ergo qui legatum ſecutus, poſtea falſum dixit, amittere debebit, quod conſecutus eſt.

¶ De eo verò, qui legatum accepit, ſi neget iure factum eſſe teſtamentum, Diuus Pius ita reſcripſit: Cognati ; Sophronis licèt ab herede inſtituto acceperant legata: tamen ſi is eius conditionis fuerit viſus, vt obtinere hereditatem non poſsit, & iure inteſtati ad eos cognatos pertinet, petere hereditatem ipſo iure poterunt.

¶ Prohibendi *h* autem ſint, an non, ex cuiuſque perſona *i*, conditione *k*, ætate *l*, cognita cauſa à iudice, conſtituendum erit.

2 ¶ Amittere id quod teſtamento meruit, & eum placuit, qui tutor datus excuſauit *m* ſe à tutela. Sed ſi conſecutus fuerit, non admittitur ad excuſationem. Diuerſum puto in eo qui legatum tantùm meruit, & à matre pupilli tutor petitus, excuſare ſe maluit. hic enim nihil *n* contra iudicium defuncti fecit. Sed hoc legatum quod tutori denegatur, non ad fiſcum transfertur, ſed filio relinquitur, cuius vtilitates deſertæ ſunt.

3 ¶ Si pater *o* accuſauerit teſtamentum, vel dominus, denegabitur ei actio etiam eius, quod filio eius vel ſeruo legatum eſt, ſi ad ipſos emolumentum rei peruenturum eſt. quod ſi perſonam illorum ſpectet, diuerſum dicendum eſt.

4 ¶ Si ſeruum ſuum rogatus ‖ ſit manumittere, qui legatum meruit, vel etiam ipſi ſeruo vtrumque datum ſit, dicendum eſt, non debere obeſſe ſeruo factum domini: ſed à fiſco redimendum, vt manumittatur. ſi tamen velit ſeruum vendere: quia non poteſt cogi, qui iudicium ſpreuit *p* defuncti.

5 ¶ Si filiusfamiliàs falſum accuſauerit teſtamentum: videndum eſt, an denegari debeat actio patri. & puto, ſi inuito *q* patre accuſauit, non eſſe denegandam patri actionem.

6 ¶ Si is, cui rogatus ſum legatum reſtituere, falſum dixerit, reſtituere id fiſco debebo.

7 ¶ Qui accuſauit falſum, heres *r* legatario extitit, vel heredi ſcripto: nihil huic nocere dicendum eſt.

8 ¶ Similis eſt *ſ* ei, & qui inofficioſum dicit.

9 ¶ Ætati *t* eius, qui accuſauit, ignoſcitur *u*. & maximè ſi tutor, vel curator dicere falſum vel inofficioſum velit: & ita Imperatores Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

10 ¶ His verò, qui teſtimonio ſuo intentionem accuſatoris adiuuauerunt, deneganda eſt actio idque Diuus Seuerus decreuit.

11 ¶ Sunt qui putant, & rectè, & ei *x* denegandam, qui accuſatori adfuit, vel fideiuſſor pro eo extiterit.

12 ¶ Quidam & præſidem indignum putant, qui teſtamentum falſum pronuntiauit, ſi appellatione intercedente heres ſcriptus obtinuit.

13 ¶ Aduocatum fiſci, qui intentionem delatoris *y* exequitur, in omnibus officij *z* neceſsitas ſatis excuſat *a*.

14 ¶ Qui principale *b* teſtamentum arguit, & *c* à

a l.13. *inf.eod.*
b indigna non eſt quæ nupſit officiali prouinciæ, vel tutori, *v.l.vlt.ſup.de legat.1.* niſi ſciuit nuptias inutiles eſſe, *l.63. ſupra de ritu l.27.ſup.de vſufr.leg.*
c *l.29.l.30.inf. de donat. l.vltim. C. de pact.*
d *v.l.8. ſup. ad l. Aquil.*
e Delictum iniuria adfecti perſonam nō egreditur *l.5. infr. de iniur. l.2. in fin. ſup de alimentis.*
f adde *l.30. ĵ. de except. rei iud. l.3. ĵ. de falſis. l.43. in fin.ſup.de her.pet.*
g *l.24.ĵ.eod.l.10. in fin. ſup. de inoff. l.8.in fin. C. de inoffic.*
h *ſub.* à petitione hæreditatis.
i *putà*, ſi mulier ſit. 1. *Harmen.13. in fin. adde Cuiac.5.obſeru.9.*
k *putà*, ſi miles vel ruſticus, *l.4. §.22. ſup.de Syllaniano.*
l *putà* ſi minor.
m *l.32. verſ.rectè. ſup.de excuſ.tut.37. Synopſ. Baſil. 1. cap. 21. 5. Harmen. 11. §.41.*
n *l.34. ſup. de excuſ.tut.*
o *v. Paul.5. ſent. 12.§.3.*
p i. qui nihil accepit à teſtatore, *l.35.inf. de fideic.lib. §.2. verſ. quod ſi dominus. Inſt. de ſing. reb. per fideicomm.* ſecus ſi recepit, *l.19. in fi. ĵ. de fideicomm. liber.*
q In publicis iudiciis, filius poteſt accuſare inuito patre, *l.69.ĵ.de adult.*
r *v.l.7.ĵ.eod.*
ſ v. tamen *l. vlt. in fin.ſup.de inoff.*
t *v.Paul.5.ſent.12. §.4.v.l.8.§.2.ĵ. de bon.lib.*
u Imò, non ignoſcitur, niſi beneficio principali, *l.22. in fin. inf. eod.* adde *l.2.C.eod.*
x Cur ei? quia voluntate accuſatori adfuit conſilio vel fideiubendo.
y Delatoris quodammodo eſt patronus, fiſci patronus, *vt l.vlt. C. de delatoribus.* Si verò ſine delatore agit, ipſe delator eſt potius quàm fiſci patronus.
z Neceſſitas officij excuſat delatorem, & delatoris adiutorem adde *l.22.ĵ. eo. l.2. Cod. de delatoribus. vbi dixi:* adde *l. pen. ſup. de poſtulando.*
a Non fit igitur infamis, vt delator, neque punitur. Idem dicendum de ſeruis fiſcalibus. vide *Cuiac.ad l.2. C. de delator.* Neque tenetur parti ad expenſas, multò minus ad talionis pœnam. Cogendus eſt tamen delatorem nominare: ne prætextu vel colore officij, clam ſuas inimicitias exerceat.
b quid ſi codicillos? vide *l.15.ĵ. eod.*
c Teſtamenti principalis, cum ſecundis tabulis & codicillis, connexitas & ſimilitudo.

ſecundis *a* tabulis repellendus eſt, item à codicillis ad teſtamentum factis, licèt non confirmatis. Non idem ſequendum eſt, ſi ſecundas tabulas, vel codicillos coarguit. quia non vtrumque hoc caſu improbaſſe videtur.

15 ¶ An libertas ei ſeruo data, qui teſtimonio *b* ſuo infringere voluerit teſtamentum, auferri debeat videndum eſt. fideicommiſſum vtique non *c* eſt dignus conſequi: & de libertate Diuus Pius iudicauit, eſſe ea priuandum.

16 ¶ Ei qui tutor datus eſt, non prodeſt ad excuſationem, quod falſum dixit, ſed à legato *d* remouetur.

17 ¶ Qui mortis cauſa donationem *e* accepit à teſtatore, non eſt ſimilis in hac cauſa legatario.

18 ¶ Alia cauſa eſt eius, qui propter teſtamentum à legatario vel à ſtatulibero *f* accipere iuſſus eſt. hic enim vt indignus repelletur.

19 ¶ Et Falcidiæ beneficium heredi ſcripto auferri debere, Diuus Pius & Diuus Marcus putauerunt.

20 ¶ Omnes, qui vt indigni repellentur *g* ſummouendi ſunt à præmio, quod ſecundum edictum Diui Traiani datur his, qui ſe deferunt.

De re mota.

6. *Marcellus* ‖ lib. 22. Digeſtorum. ‖

REſcriptum eſt à principe, * heredem rei *h*, quam amouiſſet, quartam non retinere. & ideo ſi is qui quadringenta habebat, vniuerſa quadringenta legauit, & heres centum ſubtraxiſſet: trecentorum quartam retinebit, ſeptuaginta quinque ſcilicet: & ducenta viginti quinque dabit legatariis "ex" centum, quæ ſubripuit, legatariis quidem dabit ſeptuagintaquinque: reliqua, id eſt, vigintiquinque, ad fiſcum venient.

De accuſatione teſtamenti.

7. *Modeſtinus* " lib. 6. Differentiarum. "

QVi Titij teſtamentum falſum dixit, nec obtinuit, hæredi *i* eius heres exiſtere prohibendus non eſt: quia non principaliter *k* in Titij hereditatem ſuccedit.

De actionibus confuſis.

8. *Idem* " lib. 9. Regularum. "

INdigno herede pronuntiato, adempta hereditate, confuſas actiones reſtitui *l* non oportet.

De inimicitiis. 1. De maledictione. 2. De ſtatus controuerſia.

9. *Vlpianus* " lib. 14. ad legem Iuliam & Papiam. "

SI inimicitiæ capitales *m* interuenerunt inter legatarium & teſtatorem, & veriſimile eſſe cœperit teſtatorem noluiſſe, legatum ſiue fideicommiſſum præſtari ei, cui adſcriptum relictum eſt: magis eſt, vt legatum ab eo peti non poſsit.

1 ¶ Sed etſi palam & apertè teſtatori male dixerit *n*, & infauſtas voces aduerſus eum iactauerit, idem erit dicendum.

2 ¶ Si autem ſtatus *o* eius controuerſiam mouit, denegatur eius, quod teſtamento accepit, perſecutio: ex qua ſpecie ſtatim fiſco defertur.

De tacito fideicommiſſo. 1. Si fideicommiſſarius deſierit poſſe capere. 2. De tacito fideicommiſſo.

10. *Gaius* " lib. 15. ad legem Iuliam & Papiam. "

IN fraudem iuris fidem accommodat, qui vel id quod relinquitur, vel aliud tacitè *p* promittit reſtituturum ſe perſonæ, quæ *q* legibus ex teſtamento capere prohibetur, ſiue chirographum *r* eo nomine dederit, ſiue nuda pollicitatione repromiſerit.

1 ¶ Si quis ei, qui capere poſsit, rogatus fuerit reſtituere, & mortis tempore prohibetur legibus hoc capere: non dubito, quin, etſi deficit fideicommiſſum, apud eum tamen, qui rogatus eſt reſtituere, manere *ſ* debet quia nulla fraus eius interueniſſe videtur. niſi ſi in futurum caſum fidem accommodauit, id eſt, vt licèt capere legibus prohiberi cœperit, reſtituat.

2 ¶ Rectè dictum eſt, ſi pater *t* filij, quem in poteſtate habebat, tacitam fidem interpoſuerit, non debere id filio nocere: quia parendi *u* neceſsitatem habuerit.

11. *Papinianus* " lib. 15. Quæſtionum. "

HEres, qui tacitam fidem contra leges accommodauit, in ea parte, qua fraudem adhibuit, Falcidia *x* non vtitur. & ita ſenatus *y* cenſuit.

¶ Sed ſi maior modus inſtitutionis, quàm fraudis fuerit, quod ad Falcidiam attinet, de ſuperfluo quarta retinebitur.

De incapaci herede ſcripto in poſteriore teſtamento. De nomine heredis inducto.

12. *Idem* " lib. 16. Quæſtionum "

CVm quidam ſcripſiſſet *z* heredes, quos inſtituere non potuerat, quamuis inſtitutio nō valeret, neque ſuperius *a* teſtamentum ruptum eſſet, heredibus *b* tamen vt indignis, qui non habuerunt ſupremā *c* volun-

a Secundis tabulis hic opponitur principale teſtamentum. vid. quæ ſcripſi ad *l.11. ſup. teſt.quemadmodum.*
b Teſtis admittitur aduerſus teſtamentum.
c Imò non eſt indignus, *l.24.in fin.ĵ.de falſis.*
d *l.6.ſup.de hered. pet.*
e adde *l.11.ſup.de inoff.*
f Indignus heres priuatur etiam commodo quod accepit à ſtatulibero ‖ vel legatario. vide ad hunc locum Manticam 11. *de coniecturis vltimarum voluntatum 27. n. 29.* vbi notat indignitatis cauſam referri vel ad portionem hereditatis incapaci reſtituendæ, vel ad teſtamentum quod heres ipſe accuſat.
g repelluntur. *Hal.*
*
h *l.24 l.68.in fi. inf. ad leg. Falcid. Nou.1. c.2.* dixi ad Accurſium *Nou. 1. c.2.* & hoc iure veteri.
i *l.5.§.7.ſup.eo.*
k ſed per alium heredem non denique voluntate ‖ ipſius teſtatoris hæres factus eſt, ſed voluntate eius hæredis.
l *l.17. l.18. §.1.ĵ. eod. l.29. in fin.ĵ. de iure fiſci.*
m *l.6.§.17.18.ſ. de excuſ.tut. l.3. in fin.ſuprà de adimend. §.11. Inſtit.de excuſ. tut.*
n *l.1.in fin.inf.de iure patron.*
o *l.17.§.pen. ſ.de excuſ.tut.* ‖ *§.12.Inſt. de excuſ.tut.*
p *l.103. ſup.de legat.1.*
q *v.Vlp.25.§.17.*
r Chirographo obligamur aut nuda pollicitatione, *l.3.inf. de iure fiſci.*
ſ *l.vlt.inf. eod.*
t vel dominus ſerui, vide *l.12. ĵ. ad leg. Falcid.*
u *l.13. inf. ad leg. Falcid.* huc refer. *Gell.2.cap.7.*
x id eſt, quadrantē non deducit, nec caducum vindicat ex eo teſtamento ſi liberos habeat. *Vlp. Ibi.*
y id eſt, Senatuſconſulto Plauciano id cautum eſt, *l.59. in fin.ad leg.Falcid.*
z in ſecundo teſtamento *Baſilica.*
a prius.
b & ſic heredes in priore teſtamento ſcripti quaſi indigni remouentur, *Græci.*
c vltimam.

tatem, abſtulit *a* iam pridem ſenatus hæreditatem. Quod Diuus Marcus in eius perſona iudicauit, cuius nomen peracto teſtamento teſtator induxerat *b* cauſam enim ad præfectos *c* ærarij miſit. Verùm ab eo legata relicta ſalua manſerunt: de præceptionibus eidem datis voluntatis erit quæſtio. & legatum ei non denegabitur, niſi hoc euidenter teſtatorem voluiſſe appareat.

De matrimonio cum adultera.

13. *Idem* || lib. 32. Quæſtionum. ||

CLaudius Seleucus Papiniano ſuo ſalutem. Mæuius in adulterio Semproniæ damnatus, eandem Semproniam non *d* damnatam duxit *e* vxorem, qui moriens hæredem eam reliquit. quæro, an iuſtum matrimonium fuerit, & an mulier ad hereditatem admittatur. reſpondi neque tale *f* matrimonium ſtare, neque hereditatis lucrum *g* ad mulierem || pertinere, || ſed quod relictum eſt, ad † fiſcum *h* peruenire. ſed etſi talis mulier virum heredem inſtituerit, & ab eo quaſi ab indigno hereditatem auferri dicimus.

De ſtupro.

14. *Idem* || lib. 33. Quæſtionum. ||

MVlierem *i*, quæ ſtupro cognita in contubernio militis fuit, etſi ſacramento *k* miles ſolutus intra annum mortem obierit, non admitti ad teſtamentum iure militiæ factum: & id quod relictum eſt, ad *l* fiſcum pertinere, proximè tibi reſpondi.

De accuſatione codicillorum.

15. *Idem* || lib. 6. Reſponſorum. ||

HEredi qui falſos codicillos *m* eſſe dixit, neque obtinuit, hereditas *n* non aufertur: ſi tamen aliquid à coherede codicillis acceperit, eius actio denegabitur. itaque ſi bonorum inter heredes diuiſionem defunctus codicillis fecerit, partes quidem hæreditarias, in quibus legatum conſiſtere non potuit, tenebit, ſed Falcidiæ beneficio non vtetur, ſi tantùm *o* in amiſsis portionibus erit, quod Falcidiam æquitate compenſationis recuſaret.

De accuſatione ſubiecti partus. 1. De concubina. 2. De nomine heredis inducto.

16. *Idem* || lib. 8. Reſponſorum. ||

CVm tabulis *p* ſecundis pater impuberi filio fratris *q* filios, coheredibus datis ſubſtituiſſet, ac ſubſtituti fratris filij poſt mortem pueri, matrem eius partus *r* ſubiecti *ſ* ream poſtulaſſent, vt hereditatem patrui legitimam obtinerent: victis auferendam eſſe partem hereditatis ex cauſa ſubſtitutionis, reſpondi: quia ex teſtamento ſententiam *t* ſecundùm ſe dictam non haberent.

1 ¶ Quoniam *u* ſtuprum in ea contrahi non placuit, quæ ſe non *x* patroni concubinam eſſe patitur *y*, eius, qui concubinam habuit, quod teſtamento relictum eſt, actio non denegabitur. idque in teſtamento Coccei Caſsiani clariſsimi viri, qui Rufinam ingenuam honore *z* pleno dilexerat, optimi maximique principes noſtri iudicauerunt: cuius *a* filiam *b*, quam alumnam *c* teſtamento Caſsianus nepti coheredem

a Cur? Cum teſtator in priori voluntate non perſeuerauerit, teſtator iudicauit ea re planè ſe odio heredis ad ſecundá voluntatem tranſire *Græci*.
b *l. 16. in fin. inf. eo. l. 2. §. 7. inf. ſecund. tab.*
c Præfecti ærarij cognoſcebant de caducis *v. l. 5. ſup. de his quæ in teſtam. dixi ad l. 42. ℨ. de iure fiſci.*
d *v. 6. Harmen. 2. in fin.* ſecus fuerit, ſi damnatam adulterij duxit, *l. 37. ℨ. de minor.*
e Atqui damnatum & ſupplicio capitali eum affectum oportuit, *l. quamuis 30. C. de adulteriis.* An hoc iure adulterij pœna non fuit capitalis, *arg. l. 2. §. miles 3. ſup. de his qui notantur infamia. l. qui cũ vno 4. §. adulterij 7. inf. de re milit.* An adulterij pœna capitalis eſt certis perſonis, quæ aliis non fit, vt notatur *l. ſi quis viduam 5. inſ. de quæſtionibus.* An hic cauſa cognita minor pœna impoſita eſt, *l. quid ergo. 13. §. pœna grauior 7. ſup. de his qui notantur?*
f Nemo poteſt cum iure in vxorem ducere quam per adulterium polluit. Huiuſmodi vxori tanquam indignæ aufertur quod à viro ei relinquitur. *Bart.* adde *c. fin. de eo qui duxit in matr. quam polluit per adulteriũ.* Quid quo ſenſu matrimonium adulteri cum adultera non eſt? Canoniſtæ id intelligunt verũ eſſe, ſi adulterium commiſſum fuerit, data fide matrimonij contrahendi, mortuo vxoris marito *d. c. vlt.* g *l. 2. ſup. eod.*
† Imò certis perſonis defertur. *l. qui contra l. 4. C. de inceſt.* vnde hæc lex emendata nouo iure videtur. *Bart.* h *d. l. 2 l. 14. ℨ. eod. l. 32. in fin. ſup. de don. inter virum.*
i *l. 41. §. 1. ſup. de teſt. milit.* k *v. l. 11. inf. ad l. Iul. de adul.*
l Imò quod relinquitur à milite ei quam per ſtuprum cognouit, non cedit fiſco, *l. affect. 5. ℨ. de don.* lex contraria in pagano, hæc in milite obtinet. *Ita not. l. 2. C. de don. inter vir. l. miles 41. §. 1 ſup. de teſt. milit.*
m adde *l. 5. §. 14. ſup. eod*
n Cur non aufertur? Acceſſorium qui impugnat, eo tantum priuatur, at non his quæ conſequi poteſt ex iure principali. o adde *l. 61. inf. ad l. Falc.*
p Secundæ tabulæ, pupillaris ſubſtitutio.
q Subſtituere filio impuberi, fratris filios poſſumus.
r Suppoſitum qui partum eſſe ait, ſecundas tabulas impugnat: ideóque vt indigno ei auferuntur quæ illis tabulis ei relicta.
ſ atque ita teſtamentum impugnabat. *arg. l. 4. C. de hered. inſt.*
t ſententia ſecundum ſe dicta non haberent. Ita legit & emendat Anton. Faber *6. coniect.* 19. atque ita veteres quoſdam legiſſe notat Bart.
u adde *l. 1. ſup. de concubinis.* adi ad hanc legem Langebeccium *c. 31 annot.* Anton. Fabrum 3. *coniect.* 13. x Cum concubina nemo ſtuprum committit iure ciuili: eſt enim concubinatus iure ciuili permiſſus, *l. 3. ſup. de concub.* Quod etiam permiſſum fuit in concubina patrono iuncta: cum iure ciuili liberta multò honeſtius patroni fuerit concubina, quàm vxor *l. 1. ℨ. de concubin.* Vnde conſtat, concubinæ teſtamento relinqui poſſe, eique actionem non denegari. Imò & matri concubinæ, & liberis eius (ex alio autem concubinatu ſuſceptis) relinqui poteſt: cum ſi turpis eſſet coniunctio, æquè in liberis atque in matre inutile eſſet relictum.
y vide Cuiacium 3. *obſeru.* 3.
z Honor hic plenus eſt maritalis, quo differt vxor à concubina, *l. 49. §. 4. in fin. ſup. de legat. 3. l. 31. inf. de donat.* Concubina, matrisfamiliàs honeſtatem non habet, niſi patroni concubina ſit, *l. 41. in fin. ℨ. de ritu.* Nuptias facit plenus honor, *vt hic.* maritalis honor & affectio, *l. donat. 31. ℨ. de donat.* Honor eſt in ipſa appellatione, *Nou. 74.* vxor, materfamiliàs, domina, nomina ſunt dignitatis. Concubina quaſi nomen voluptatis. Porrò hic quidam etiam legunt *pleno amore*, quam lectionem non improbat Antonius Faber 3. *coniect.* 14.
a iudicauerunt, quam alumnam teſtamento Caſsianus nepti coheredem datam appellauerat, cuius filiam vulgò quæſitam apparuit. Ita hunc locum reſtituit & emendat Antonius Faber 2. *coniect.* 14.
b cum idem Caſsianus poſt mortem Rufinæ dixiſſet ſc.
c quaſi eam educaſſet.

datam appellauerat *a*, vulgò quæſitum *b* apparuit.

2 ¶ Cùm hæredis nomen, mutata voluntate paterfamiliàs inciſis tabulis induxiſſet *c*, atque ideo fiſco portionis emolumentum adiudicatum fuiſſet, eam rem legatariis non obeſſe, qui retinuerant voluntatem, Diuo Marco placuit: & ideo cum ſuo onere fiſcum ſuccedere.

De vindicta defuncti omiſſa.

17. *Idem* || lib. 13. Reſponſorum. ||

HEredem qui ſciens defuncti vindictam inſuper habuit *d*, fructus *e* omnes reſtituere cogendum exiſtimaui. nec probè deſideraturum, actionem *f* confuſam reſtitui. Deceptum *g* autem ignoratione facti *h*, bonæ fidei poſſeſſoris defenſionem habiturum, ante motam ſc. controuerſiam, ſi ratio fructuum ſubducatur. nec improbè confuſam *i* actionem reddi poſtulaturum.

De tacito fideicommiſſo. De morte non defenſa.

18. *Idem* || lib. 15. Reſponſorum. ||

EVm, qui tacitum fideicommiſſum in fraudem legis ſuſcepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, reſtituere cogendum reſpondi. quòd bonæ fidei poſſeſſor fuiſſe non videtur, exemplo bonorum fiſco vindicatorum. ¶ Poſt motam de tacito fideicommiſſo controuerſiam, ante pretia fructuum percepta cum vſuris *k* eſſe reſtituenda reſpondi: ſed omnium fructuum, quorum pretia percepta fuerant. quod ſi fructus in vſu habuit, eorum pretia tantum reſtitui ſatis erit. Sed Diuus Seuerus bonorum tacitè relictorum, citra diſtinctionem *l* temporis, fructus duntaxat deberi, non *m* etiam vſuras eorum, benignè decreuit. quo iure vtimur.

1 ¶ Bonis vniuerſis *n* ex cauſa taciti fideicommiſsi fiſco reſtitutis, heredem onus æris alieni non ſpectare conuenit. Nec aliud ſeruatur, morte non defenſa. Si quid tamen ob aditam hereditatem actionibus aut ſeruitutibus confuſis *o*, amiſerit, auxilio reſtitutionis non merebitur.

2 ¶ Pro parte hæres inſtitutus, prædij legatum acceperat, & in hereditate non capienti reſtituendi tacitum miniſterium ſuſceperat, quanquam legatum pro ipſius parte non conſtitiſſet, ideóque portionem iſtam pro herede poſsideret, tamen ei prædium integrum *p* eſſe relinquendum reſpondi: neque enim rationem iuris *q*, ac poſſeſsionis varietatem inducere diuiſionem *r* voluntatis.

De impedito mutare teſtamentum.

19. *Paulus* || lib. 16. Reſponſorum reſpondit. ||

SI ſcriptis heredibus ideo hereditas ablata eſt, quòd teſtator aliud teſtamentum mutata voluntate facere voluit, & impeditus *ſ* ab ipſis eſt, ab vniuerſo iudicio priore receſsiſſe eum videri.

De morte non defenſa.

20. *Hermogenianus* || lib. 3. iuris epitomarum. ||

EI *t* qui *u* mortem *x* vxoris non defendit *y*, vt indigno *z* dos *a* aufertur.

21. *Paulus* || lib. 5. Sententiarum. ||

POrtionéſque eorum fiſco vindicantur, qui mortem libertorum *c* ſuſpectò decedentium non defenderunt. omnes *d* enim heredes, vel eos, qui *e* loco heredis ſunt, officioſè *f* agere circa defuncti vindictam, conuenit.

Si tutor teſtamentum falſum, & inofficioſum dicat.

22. *Tryphoninus* || lib. 5. Diſputationum. ||

TVtorem, qui pupilli ſui nomine *g falſum vel inofficioſum* h *teſtamentum* dixit, non *i* perdere ſua legata, ſi non obtinuerit, optima ratione defenditur *k*. & ſi libertum patris pupilli ſuo nomine capitis accuſauerit, non repelli à bonorum poſſeſsione contra tabulas, quia officij neceſsitas, & tutoris fides excuſata eſſe debet. Nec quiſquam iudicum calumnia *l* notabit tutorem, qui non ſuis ſimultatibus accuſationem ſub nomine pupilli inſtituit, ſed cogente fortè matre pupilli, vel libertis patris inſtantibus. Et ſi tutor reum aliquem

a quæritur, an eſt iuſtè potuerit legare.
b cæterùm vulgò quæſtum feciſſe apparuit. *Cuiac. 5. obſ. 8.* hinc ſumitur ratio decidendi, iuſtè ei legatum videri ex quo Cocceius Caſsianus ſtuprum cum legataria non commiſerit: ſtuprũ non commiſiſſe hinc apparet, quòd eam concubinam habuerit, quæ vulgò quæſtum fecerit *l. 3. ℨ. de concub.*
c *l. 12 ſup. eod.*
d i. neglexit: Inſuper habendi verbo vſus eſt Gellius 1. *c. 19.* Apuleius 1. *de Aſino. v. Muretum 11. variar. 17.* adde quæ notaui ad *l. 43. ℨ. de religioſis.* adde *l. 2. C. ſi quis omiſſa cauſa.*
e *l. 1. C. eod. l. 76. §. 7. ſup. de l. 1.*
f *l. 8. ſup. eod.*
g *l. 21. §. 1. ſup. de Silaniano.*
h Quid ſi ignorantia iuris? ſecus: *l. ſed etſi, 25. §. ſcire. 16. ſup. de petit. hered.* Ignorantia iuris, quoties de fructibus quæſtio eſt, nemini in mala fide conſtituit, *l ſi fur. 32. §. 1. ℨ. de vſucap.*
i Confuſæ actiones non reſtituuntur niſi ignorantia deceptis, *vt hic.*
k *l. 1. C. eod. l. 17. §. 2. ſup. de vſuris.*
l citra finem temporis, *l. pen. ℨ. de re militari.*
m etiamſi ſit bonæ fidei iudicium.
n Onus æris alieni non ei incumbit, cui bona vniuerſa auferuntur, nec tamen iura confuſa reſtaurantur.
o *l. 8. ℨ. eod.*
p In bonis quæ auferuntur ex cauſa taciti fideicommiſſi, prælegata non veniunt.
q *ſub.* ſtricti.
r Quid ſi legas, diuiſionis *voluntatem.* Nam paulò antè ſcripſit prædium integrum eſſe relinquendum.
ſ indignus eſt hereditate defuncti ſcriptus hæres, qui defunctum impediuit ne teſtamentum mutaret, *l. 1. ſup. de his quæ pro non ſcript.* t viro ſiue marito. u Dos vxoris num marito adquiretur, ſi vxoris necem vltus fuerit? olim ita fuiſſe videtur: hodie non item: dixi ad *l. vnic. §. illo proculdubio. C. de rei vxoriæ actione.*
x adde *l. 21. ℨ. eod. l. 25. ℨ. de iure fiſci.* y i. non vlciſcitur.
z indignus dote eſt maritus qui mortem vxoris non defendit.
a quam lucrari aliter potuit. b Imo non cedit fiſco, ſed heredibus mulieris, *l. ſi ab hoſtib. 10. §. vlt. ſup. ſoluto.* ibi vxor à marito: hic ab alio fuit interfecta. Priore caſu, vir nullo tempore dotem lucratus eſt. poſteriore, ſecus: quam tamen amittit, quòd mortem vxoris non vindicauerit. c Indignus eſt qui mortem liberti non defendit, adde *l. 20. ℨ. eod. l. 15. in fin ℨ. de Silaniano.*
d Heredes vel qui loco heredis ſunt, officioſè circa defuncti vindictá agere debent.
e Bonorum poſſeſſores heredis loco ſunt.
f Officium præſtat defuncto, qui eius mortem vindicat.
g An eſt ad vtilitatem pupilli, vt putat Accurſius? An potius etiam tutorio nomine accuſare poteſt, *vt hic. & l. Polla 2. C. eod.* licèt ſubſcribere nomine pupilli non poſſit, *l. 2. qui accuſare. arg. l. vlt. C. de iniur.* vbi alius accuſat, alius ſubſcribit.
h *l. 30. ℨ. de inoff. §. 5. Inſt. de inoff.* i Imò amittit, *l. 5. §. 11. ℨ. eo. l. filius 22. l. vlt. ℨ. de inoff.* hic neceſsitate officij accuſat: ibi voluntate.
k Eſt enim æquum vt qui neceſsitate officij teſtamentum accuſat, eo quod proprio nomine meruit non priuetur. adde *l. vlt. ſup. de poſtul.*
l adde *l. vlt. ſup. de poſtul. l. 2. C. qui accuſare. Paul. 5. ſent. 4. §. 9.*

poſtulauerit,

a adde *l.5.§.9.ʒ.eod.*
b Plauciano, de quo *l.59. in fin. ʒ.ad l. Falc.*

poſtulauerit pupilli nomine, & ideo non ſit exſecutus, quod interim ad pubertatem pupillus peruenerit, non oportet dici, in Turpillianum eum S. C. incidiſſe. diſcreta ſunt enim iura, quamuis plura in eandem perſonam deuenerint, aliud tutoris, aliud legatarij. & cùm non ſuæ perſonæ iure, ſed pupilli accuſauerit, propriam pœnam mereri non debet. Denique pupillo relicta in eo teſtamento niſi *a* à principe conſeruata ſint, pereunt. adeo ille eſt accuſatoris defenſor, & quaſi patronus. idem & Sabinus libris ad Vitellium ſcripſit.

De tacito fideicommiſſo.

23. *Gaius* " lib. ſing. de tacitis Fideicommiſſis. "

SI quilibet heres ex cuiuſcunque teſtamento tacitè rogatus fuerit, vt quadrantem, quem legis Falcidiæ beneficio retinuit, non capienti reſtituat, æquè locus erit S. C. *b*. neque enim multum intererit inter tale fideicommiſſum, & cùm quis id quod ad ſe ex hereditate peruenerit, reſtituere rogatus ſit.

Si teſtamentum non iure factum dicatur.

24. *Papinianus* " lib. 18. Quæſtionum. "

SI teſtamentum patris iure *a* factum filius negauit, quoniam de iure *b* diſputauit, non iudicium impugnauit, aut accuſauit, retinet defuncti voluntatem.

De tacito fideicommiſſo.

25. *Idem* ‖ lib. 14. Reſponſorum. ‖

SI gener *c* ſocerum heredem reliquerit, taciti fideicommiſſi ſuſpicionem ſola ratio paternæ *d* affectionis non admittit *e*.

1 ¶ Apud Scæuolam libro trigeſimo Digeſtorum Claudius notat.

SI viuo teſtatore deceſſerit is, cui illicitè *f* legatum relictum erat, non fiſco *g* hoc vindicatur, ſed apud *h* eum, à quo relictum eſt, remanet *i*.

a *l.3.§.5.ʒ.eod.*
b Teſtamentum qui iure factum negat, de iure tantum teſtamenti diſputat, non autem iudicium defuncti impugnat.
c vxor eſt incapax ex lege Papia decimaria: ideóque tantū fideicommiſſum ei perperam relinquitur, *vt hic*: hodie ex cōſtitutione, *l.2. C. de infirmandis pœnis cœlibatus*, non eſt incapax. d eſt enim loco parentis, *l.16. ſup. ſoluto.* e Præſumptio heredis non inducitur ex ſola conſanguinitate. *Bart.* f v. Tiraquellum c.29. priuilegio piæ cauſæ. g hoc referendum ad caduca, de quibus videnda eſt *l. vnic. C. de caducis.* h id eſt apud heredem teſtatoris. i *l.10.§.1.ʒ.eod.*

LIBER TRIGESIMVS QVINTVS.

DE *a* CONDITIONIBVS *b* ET DEMONSTRATIONIBVS ET CAVSIS *c*, ET MODIS *d* EORVM, quæ in teſtamento ſcribuntur.

Diuiſio legati. 1. De die certo. 2. De die incerto. 3 De conditione.

1. *Pomponius* " libro tertio ad Quintum Mucium. "

LEGATIS, quæ relinquuntur *e*, aut dies incertus *f*, aut conditio adſcribitur: aut, ſi nihil horum factum ſit, præſentia *g* ſunt, niſi *h* ſi vi ipſa conditio inſit.

1 ¶ Cùm dies certus adſcriptus eſt, quamuis dies *i* nondum venerit, ſolui tamen poſſunt: quia certum eſt ea debitu iri.

2 ¶ Dies autem incertus *k* eſt, cùm ita ſcribitur: *Heres meus cùm morietur decem dato.* nam diem incertum mors *l* habet eius. & ideo, ſi legatarius ante deceſſerit, ad heredem eius legatum non tranſit: quia non ceſſit dies viuo eo, quamuis certum *m* fuerit moriturum heredem.

3 ¶ Ineſt *n* autem conditio legati, veluti cùm ita legamus: *Quod ex Areſcuſa natum fuerit, heres dato*: aut, *Fructus, qui ex eo fundo percepti fuerint, heres dato* o: aut, *Seruum quem alij non legauero, Seio dato.*

Diuiſio conditionum. De tempore earum implendarum.

2. *Vlpianus* " lib. 5. ad Sabinum. "

COnditionum quædam ſunt, quæ quandoque *p* impleri poſſunt, etiam *a* viuo *b* teſtatore *c*, vtputà, *Si nauis ex Aſia venerit.* nam quandoque venerit nauis, conditioni paritum videtur. quædam *d*, quæ non niſi *e* poſt mortem teſtatoris, *Si decem dederit: Si Capitolium aſcenderit.* nam *f* vt paruiſſe quis *g* conditioni videatur, etiam ſcire *h* debet *i* hanc conditionem inſertam nam, ſi fato *k* fecerit, non *l* videtur obtemperaſſe *m* voluntati.

De conditione impoſſibili.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

OBtinuit impoſſibiles *n* conditiones teſtamento *o* adſcriptas pro *p* nullis habendas

De conditione dandi. 1. De particula, tum.

4. *Pomponius* " lib. 3. ad Sabinum. "

SI his *q*, legatum eſt *r*, quibus *ſ* patronus *t* legata præſtat *u*, temperare *x* debet prætor conditionem *y* vt & patrono *z*, & heredibus ſcriptis, pro portione dentur *a* conditionis explendæ gratia *b*.

1 ¶ Si ita ſcriptum ſit: *Si in quinquennio proximo,*

a De conditionibus multis diſputat Bartolus in explicatione legis 1. hoc titulo, nimirum: Quid ſit conditio, quibus verbis inducatur: & vtrum ſemper inducatur hoc articulo, *ſi*: An inducatur aduerbio, præpoſitione quanis, vi nominis, pronomine, verbo, participio, gerundio, ſupino.

b inſertis, ſcilicet tam legatis quam fideicommiſſis & libertatibus *6. C. 46.* περὶ τῶν ὑπὸ αἵρεσιν καὶ ἡμέραν λεγατευθέντων, i. de his quæ ſub conditione & die legata ſunt 44. *Eclog.* 29. adde *tit.30.*

c de falſa cauſa adiecta legato vel fideicommiſſo *6.C.44.* Cauſa exprimit rationem, quæ nos mouet vt alteri legemus.

d περὶ τῶν ὑπὸ τρόπων λεγατευθέντων 44. *Eclog.* 28. de his quæ ſub modo legata vel fideicommiſſa relinquuntur *6. C.41.* Vt hæc omnia ſeparemus, Demonſtratio rem ipſam legatam notat, deſignat ac depingit: Conditio, ſuſpendit tranſmiſſionem legati: Modus oſtendit quid legatarium ex legato facere velimus.

e dies aut certus aut incertus, *Holoand.*

f vide §.2 *ʒ.eod.* quid ſi certus? *v.§.1.ʒ.eod.*

g Si dies certus aut conditio expreſsè vel tacitè legato non adiicitur, legatum purum intelligitur.

h *v.§.3.ʒ.eod.*

i Quod in diem debetur, ante ſolui poteſt, licet peti non poſſit? *l.137.§.2. in fi. ʒ. de verb. oblig.*

k Si, *cum heres moriretur*, legatur, conditionale legatum eſt, *l.4. l.21. ʒ. quando dies legator.*

l Mors habet diem incertum, licet ſit certa, *ʒ. eod.*

m *l.68. in fin. ſuprà de l.1.*

n ex re ipſa, *l.73. ʒ. de verb. oblig.* extrinſecus ſcilicet, non ex teſtamento, huiuſmodi tacitæ conditiones non faciunt legata conditionalia, *l. 99. ʒ. de verborum obligationibus.* Tacitæ igitur ſunt conditiones, quæ inſunt: quæ velit nolit teſtator, inſunt tamen ac ſubintelliguntur. Accidunt autem ſex modis huius generis conditiones tacitæ: puta ex neceſſitate (vt natura rei, & iuris diſpoſitione) tacita ademptione, repetitione, legis ſubauditione, præſumptione, qualitate legati, *Baldus hic.*

o his caſibus expectare legatarius debet donec fructus naſcantur & per rerum naturam præſtari poſſint, *d. l.99. l.83.§.5. ʒ. de verborum obligationibus, l.39. in fin. ſuprà de contrah. empt.* hæc verba quaſi taxationis vicem obtinent, *l.5. ſuprà de tritico.*

p etiam viuo teſtatore vt mox ſequitur.

a Conditiones caſuales teſtamento adiectæ, poſſunt etiam viuo teſtatore impleri: poteſtatiuæ, poſt mortem, & quidem ſcienter non facto ipſo. Quid ſi contractui vel legi adiectæ huiuſmodi conditiones? Idem. Nam caſuales impletas eſſe ante contractum ſufficit, etiam iis ignorantibus qui contraxere, *l. hæc conditio 10. in fi. ʒ. eod.* poteſtatiuæ ac faciles, implendæ poſt contractum à ſciente, non fato. b *l.11. in fi. ʒ. eo.*

c veluti caſuales, quæ quòd ex poteſtate honorati non pendeant, dici non poteſt teſtator ſenſiſſe, vt ab herede implerentur, ſed effectum tantum & implementum huiuſmodi conditionum ſpectaſſe. d vt poteſtatiuæ, in poteſtate heredis poſitæ.

e An ante vel poſt aditam hereditatem? ſi implenda conditio ab herede, & in perſona heredis, poſt aditam hereditatem implenda eſt: alias ante.

f Præſumitur quis non fato vel caſu, ſed implendæ conditionis animo Capitolium aſcendiſſe, quoties idem probatur ſciuiſſe conditionem ſibi adiectam. Fingit lex ſeu præſumitur eo animo Capitolium aſcendiſſe.

g puta heres. h *l.11. ʒ. eod.*

i Imo, non tenetur ſcire, *l.21. in fin. ʒ. de adq. hered.*

k id eſt, citra deliberationem ac ſcientiam; vel ſi ignorans.

l Cur non videtur? Conditionem poteſtatiuam implere, nihil aliud eſt, quam parere teſtatoris obſequij natura pendet ab animo, non à fato.

m Obtemperare, eſt conſentire. Qui ignorat, conſentire non poteſt. Conſenſus ſcientiam præſumit, *l.2. ʒ. de iud.* n *l.6.§.1. ʒ. eod. l.16. in fin. ʒ. de iniuſto, l.50.§.1. ſup. de hered. inſt. l.1. l.4. in fin. l.6 l.20. ſup. de cond. inſt. l.12.§.1 in fin. l.104.§.1. in fin. ſup. de leg. 1.§ 10. Inſt. de hered. inſt.*

o Impoſſibilis conditio ex legatis & inſtitutionibus reiicitur, *l.1. ʒ. de cond. inſt.* An & ex contractibus? Minimè impoſſibilis conditio voluntates vltimas non vitiat contractus, *l. non ſolum 31. ʒ. de obligat.*

p id eſt, vitiantur & non vitiant, *l.1. ʒ. de cond. inſt.* euaneſcunt, *l.6. d. tit.* pro non ſcriptis accipiendæ ſunt, *l.6. in fin. ʒ. eod l.20. d. tit. l.16. in fi. ſup. de iniuſto. l.104. C. de leg. 1.§.10. inſt. de her. inſt.* pro non adiectis, *l.135. ʒ. de reg. iur.* perinde eſt ac ſi purè legatum eſſet. *l.50 §.1. ſup. de hered. inſt.* nihil legato nocent, *l.12.§.1. in fi. ſup. de l 1.* q parentibus & liberis. r à liberto.

ſ id eſt, liberis, *l.64. in fin. ʒ. ad Treb.*

t Præteritus ſcilicet à liberto ſuo, & ſic rumpens teſtamentum eius. Pro tertia namque hodie bonorum poſſeſſionem ab inteſtato habet.

u accepta bonorum poſſeſſione contra tabulas liberti.

x non enim legatarij debent ea quæ dare iuſſi ſunt ſcripto heredi, ſoli & vni ſcripto heredi in hac ſpecie dare, ſed pro portione ea dare ſcripto heredi & patrono defuncti, qui pro tertia, teſtamentum defuncti rupit, pro ea namque parte heres eſt. y Fingamus relictum legatariis aliquid ſub hac conditione, *ſi ſcriptis heredibus decem dediſſent.*

z quamuis non ſcripto heredi, ſed tantum bonorum poſſeſſori: & merito: nam quem ſequuntur commoda, eum ſequi debent & onera: *Socinus.*

a ea quæ teſtator voluit ſcriptis heredibus à legatariis dari b vt eo pacto patronus, bonorum poſſeſſor, & ſcripti heredes voluntati defuncti pareant: atque ita conditio heredi ſcripto adiecta in bonorum poſſeſſore obtineat, *Socin.*

Titio

SGCB2021

Titio filius natus non erit, tum a decem Seiæ heres dato : ſi Titius antè mortuus ſit, non *b* ſtatim Seiæ decem deberi: quia hic articulus *tum* c extremi quinquennij tempus ſignificat.

De pupillo. 1. *De ſeruo & filiofamilias.*

5. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

CONditionibus pupillus *c* & ſine tutoris auctoritate parere *d* poteſt *e* : nec quem mouerit quòd expleta conditione neceſſarius heres aliquando eſſe poteſt *f*. nam hoc iure poteſtatis fieri, non conditionis expletæ *g*.

1 ¶ Item ſeruus vel filiusfamilias ſine iuſſu patris vel domini conditionem implere poſſunt. quia eo facto nemo fraudatur *h*.

De arbitrio. 1. *De conditione impoßibili.*

6. *Pomponius* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

MVlta teſtamento non committitur ab herede vel legatario, vel eo, qui ex vltima voluntare aliquid lucratur, qui alicuius arbitratu *i* monumentum facere iuſſus ſit, ſi is, cuius arbitrium *k* eſt, non viuat, vel adeſſe non poſsit, aut rei *l* arbitrari nolit.

1 ¶ Si ſeruos certos quis manumiſiſſet, heres eſſe iuſſus erat, quibuſdam ex his ante mortuis, Neratius reſpondit, defici eum conditione. nec æſtimabat pareri poſſet conditioni, necne. Sed Seruius reſpondit, cùm ita eſſet ſcriptum. *Si filia & mater mea viuent* m, altera iam mortua *n*, non defici conditione. idem eſt & apud Labeonem ſcriptum. Sabinus quoque & Caſsius, quaſi impoſsibiles eas conditiones in teſtamento poſitas, pro non ſcriptis eſſe. quæ ſententia admittenda eſt.

De conditione, quæ in non faciendo conſiſtit, & de cautione Muciana.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 18. ad Sabinum. ‖

MVcianæ *o* cautionis *p* vtilitas *q* conſiſtit in conditionibus, quæ in non *r* faciendo ſunt conceptæ: vtputà *Si in Capitolium non* ſ *aſcenderit* : *ſi Stichum non manumiſerit*, & in ſimilibus. & ita Ariſtoni, & Neratio, & Iuliano vſum eſt. quæ ſententia & conſtitutione Diui Pij comprobata eſt. Nec ſolum in legatis placuit, verùm in hereditatibus quoque idem remedium admiſſum eſt.

1 ¶ Vnde ſi vxor maritum ſuum, cui dotem promiſerat, ita heredem ſcripſerit ex parte : *Si dotem quam ei promiſit, neque* t *petierit, neque exegerit* : denuntiare *u* eum poſſe coheredi, paratum ſe accepto facere dotem, vel *x* cauere: & ita adire poſſe hereditatem. ſed ſi ex aſſe ſit inſtitutus maritus ſub ea conditione, quoniam non *y* eſt, cui caueat, non impediri eum quominus adeat hereditatem. nam * iure ipſo videtur impleta conditio, eo *z* quòd non eſt, quem poſsit de dote conuenire ipſe adeundo hereditatem.

Qui debet cum aliquo eſſe, non tenetur cum eo omni momento morari. Bart.

8. *Pomponius* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

SI quis ita legauerit : *Dum vxor mea cum a filio erit, heres meus ei tantum dato* : ſi ea latitans patronum, de medio diſceſsit, vt tamen conſilium retineret habendi ſecum liberos, deberi ei legatum, Trebatius, & Labeo aiunt: quia non omne momentum exigendum ſit *b*, vt cum liberis ſit : ſed ſi eam mentem, & id propoſitum habeat, ne filium à ſemet dimittat, néve *c* per eam ſtet, quo minus cum ea filius educetur.

De conditione liberorum.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 20. ad Sabinum. ‖

SOlemns dicere, eum qui in *d* tempus liberorum vxori legat, de his non ſenſiſſe, quos *e* iam tunc vxor habuit, cum teſtaretur maritus *f*.

De conditione nuptiarum 1. *Si iam factum ſit quod conditionis loco ponitur.*

10. *Vlpianus* ‖ lib. 23. ad Sabinum. ‖

HÆc conditio, *Filia mea cùm nupſerit*, talis eſt, vt qui teſtatus eſt, impleri ſolummodo conditionem voluerit : non ſatis egerit, quando & ideo, "&" ſi viuo teſtatore nupſerit poſt teſtamentum factum, impleta conditio videtur, præſertim cùm conditio hæc talis eſt, vt ſemel impleri debeat.

¶ Sed enim non omnes coniunctiones implent conditionem. putà enim nondum *a* nubilis ætatis in domum mariti deducta *b*, non paruit conditioni, ſed & ſi ei coniuncta ſit, cuius nuptiis ei interdictum ſit, idem dicemus. an tamen nubendo poſtea parere conditioni poſsit, quaſi non nupſerit, dubitari poteſt. & ſi teſtator de primo nuptiali iugo ſenſit puto defectam cōditione. benignè tamen dicendum eſt, nondum impletam conditionem *c* defectam.

1 ¶ Si ‖ ſic ‖ legatum ſit, *Si nauis ex Aſia venerit*. & ignorante teſtatore nauis venerit teſtamenti facti tempore : dicendum, pro impleta haberi.

¶ Et ſi cui ſic legatum eſt, *Cum pubes erit*, ſimiliſmodo hoc erit dicendum.

1. *De conditionibus promiſcuis.* 2. *Vel non promiſcuis.*

11. *Paulus* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

SI iam facta ſunt, quæ conditionis loco ponuntur *d*, & ſciat teſtator, quæ iterum fieri poſſunt *e*, expectentur, vt fiant : ſi verò neſciat *f*, præſenti debeantur.

1 ¶ Item ſciendum eſt, promiſcuas *g* conditiones poſt mortem impleri oportere, ſi in hoc fiant, vt teſtamento pareatur : veluti, *Si Capitolium aſcenderit*, & ſimilia : non promiſcuās, etiam *b* viuo teſtatore exiſtere poſſe : veluti, *Si Titius conſul factus fuerit.*

Exemplum cauſæ, diſtinctio cauſæ, & pœnæ.

12. *Vlpianus* ‖ lib. 24. ad Sabinum. ‖

SI ita legatum ſit : *Quoniam* i *filius maior ex arca mea decem ſuſtulit, heres minor filius decem è medio ſumito*, debetur legatum : quia idcirco relictum eſt, vt conditio filiorum exæquaretur. & ſanè hæc cauſa eſt. nam cauſa in præteritum, pœna *k* in futurum *l* confertur.

De conditione dandi.

13. *Paulus* ‖ lib. 5. ad Sabinum ‖

SI fundus alicui legatus fuerit, ſi pupillo vel furioſo pecuniam dediſſet, videtur *m* expreſſe conditionem curatori, vel tutori dando.

De conditione implenda.

14. *Pomponius* ‖ lib. 8. ad Sabinum. ‖

T*Itius ſi ſtatuas* n *in municipio poſuerit, heres eſto.* ſi paratus eſt ponere, ſed locus à municipibus ei non datur *o*, Sabinus Proculus, heredem eum fore *p* : & in legato idem iuris eſſe dicunt.

De conditione nuptiarum.

15. *Vlpianus* ‖ lib. 35. ad Sabinum. ‖

CVi fuerit ſub hac conditione legatum *q*, *Si in familia nupſiſſet*, videtur impleta conditio, ſtatim atque ducta *r* eſt vxor, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus

a id eſt, finito penitus quinquennio, adde *l. 42. ӡ. de ver. oblig.* adde de particula, *Tum. l. pen. ſ. de teſt. tut.*

b Conditio hæc negatiua non dicitur impleta quam primum exploratū eſt eam impleri non poſſe ? minimè. vtcunque enim conditio hec deficiat ante diem, exſpectandus eſt tamen dies, propter dictionem, *tum*, quæ extremitatem temporis demonſtrat.

c Tum articulus, ſignificat extremum tempus, adde *l. in ſubſt. 31. ſ. de vulg. l. 1. §. rectiſsimè 34. ӡ. de vi & vi armata. l. in illa ſtip. 8. l. hic iure 10. ӡ. de verb. oblig. l. vxori vſ. mfruct. 35. ſ. de vſufr. l.*

d *l. 26. ſ. de cond. inſt.*

e Cur poteſt ? An quòd conditionem implet neque contrahit verè, vel quaſi vt putat Baldus? An quod neque ſe obligat, vel alienat ? An potius, quod viam ſibi tantum feciſſe ad adeundum videatur impleta conditione, non verè adiiſſe?

f talis eſt obiectio, Si pupillus id poteſt : poteſt igitur obligari ſine tutore: nam adita hereditate obligatur. id autem non eſt ei permiſſum. *l. 11. ſuprà de auct. tut. §. 1. Inſt. de auct. tut.*

g conditione expleta, pro eo eſt, quaſi purè ei hereditas vel legatum relictum ſit, *d. l. 26. in fin.* Eo caſu abſtinere poteſt, *l. 1. 2. C. ſi minor. ab hered.* hoc igitur, iure poteſtatis facit : nec ita cenſetur pupillus adire, vt neceſſariò ac perpetuò illigetur hereditati, poſt conditionem impletam, iure poteſt, ea adita, abſtinere.

h Quæ nemini præiudicant, vel obſunt citra ſolennitatem poſſunt fieri, *Bald.*

i *l. 28. ӡ. eo.* adde *l. 43. 44. l. 113. ӡ. de verb. oblig. l. 54. § 1. ſ. de leg. 1.* k adde *l. 40. §. 5. ӡ. eod. l. 11. ſ. de con. cau. datæ.* l aut ei, *Hal.* m *l. 45. ſup. de her. inſt.* id eſt ſi ſuperuixerint. hæc conditio eſt de futuro, *v. Graſſum, §. inſt. q. 25. in fin.* n *l. 8. §. 7. ſ. de cond. inſt. l. 53. §. 2. ſup. de leg. 1.* o Muciana cautio à Mucio Scæuola inuenta eſt, adde *l. 77. ӡ. eod.*

p Cautio hæc fit datis fideiuſſoribus, *l. cum ſub hac 67. ӡ. eod. Auth. cui relictum. C. de indicta viduit.* q alias ſine cautione, relicta conditionaliter, niſi impleta conditione, peti non poſſunt. r id eſt, in conditionibus negatiuis conſiſtentibus in non faciendo, *l. 3. ſup. eo. v. l. 7. ſup. ſi ſer. vind.* adde *Nou. 22. c. 44.*

ſ *l. 3. ſup. de leg. 2.* t Atqui ſoluto matrimonio dotem reſtituere maritus debet. Igitur non neceſſe eſt id ei remitti? An dicemus maritum, pacto interpoſito dotem hic lucrari oportuiſſe: vel ſtatuto? Plerumque autem mulieres in dote maritis ſoluenda, moram ita admittunt, *l. ſi donaturus 9. ſup. de con. ob cauſam. l. Iuli. n. 20. ſup. de iure dotium.* u Conditionis implendæ debitor, ipſe ſe offerre, cúmque adire cui implenda eſt conditio, debet: neque petitionem operiri, *l. pen. §. Priſcus 3. ӡ. eo.*

x id eſt, &, nam vtrumque fieri oportet, *Caſtr.* y Imò eſt : caueri enim oportet venientibus ab inteſtato, *l. is qui 18. ӡ. eod.* z Pro facto habetur, quod non poteſt fieri *l. 6. ſup. eod. l. 20 ſup. de cond. inſt.* a *l. 30. § 5. ſup. de leg. 3.*

b id enim impoſſibile eſt, hinc colligitur, Ad probandam continuam poſſeſſionem habitationem, neceſſe non eſſe ſingula temporum momenta probare.

c *l 10. l. 13. ſup. de annuis.*

d *l. 51. in fi. ſup. de leg. 2.* e *l. 61. ӡ. eod.*

ſed de futuris. Imò, etiam ad antea natos id refertur, arg. *l. 25. ſup. de pact. dot.*

a *l. 4. ſ. de ritu. l. 68. ſ. de iure dot. l. 30. ӡ. quando dies leg. inſtit. de nupt.*

b De in domum deductione, dixi ad *l. 15. ӡ. eod.*

c non defectam, Cuiac. 13. *obſ. 40.*

d puta, nauis ex Aſia venerit.

e huiuſmodi conditio rerum euenire poteſt, huius conditionis eſt reiteratio, ideóque reditus alter nauis ex Aſia expectandus eſt. Quod ſi talis conditio ſit, quæ iterari non poſſit, qui ſciens eam adiicit, velle non præſumitur vt eius euentus expectetur. Nec enim in dubio, voluntas teſtatoris ad ea quæ ſunt impoſſibilia extendi debet.

f *l. 45. in fin. ſuprà de leg. 2.*

g Promiſcuæ conditiones, poteſtatiuæ. Caſuales, ſunt non promiſcuæ. cur ita dicuntur ? An quia poteſtatiuæ ſunt in facili, caſuales in difficili ? an promiſcuæ ſint ὑπὸ χεῖρας & promptæ. An verò promiſcuæ dicuntur quod nulli ferè ſit poteſtatiua quæ & non poſſit eſſe non poteſtatiua, *l. 3. l. 4. §. 1. ſup. de hered. inſt.* caſualis non poſſit eſſe poteſtatiua. Mixta verò dicatur cuius euentus partim pendet ex caſu, veluti, *Si Titio reuerſo ab hoſtibus decem dederit, v. Cuiac. 14. obſ. 2.*

h *l. 2. ſuprà eodem.*

i Cauſa demonſtratur his vocibus, quoniam, *vt hic.* quia *l. 17. § 2. ӡ. eo.* & ſimilibus.

k *v. l. 19. ӡ. eo.* l Pœna ſolet imponi, facturis vel non facturis aliquid.

m Conditio collata in perſonam domini vel pupilli poteſt in perſona eius adminiſtratori impleri, & meritò, quia is repræſentat perſonam domini vel pupilli, *Bald.*

n Statuæ ponendæ interdum legabantur, dixi ad *l. 7. ſ. de annuis.*

o nec enim cuiquam in loco publico citra conſenſum publicum id permittitur. Talis conditio partim pendet à legatario, partim ab aliis, quorum impedimentum ſi interuenerit, pro impleta reſpectu legatarij habebitur.

p nec enim per eum ſtat, *l. 23. in fin. ӡ. de cond. inſt.*

q aut ſtipulanti promiſſum, *l. 21. ſup. de iure dot. quæ eſt eiuſdem libri.*

r Quid? vxor quando viro ducta cenſetur ? ducta hic certè intelligitur, etiam antequam in mariti cubiculum venerit, multo magis antequam maritus cum ea concubuerit. Quid? Num ductam intelligimus, in mariti hortos deductam, in ſeparata tamen diæta habitantem, antequam aqua & igni die nuptiarum ſit accepta, vt *l. 66. §. 1. ſup. de don. inter vir.* An verò in mariti domum deductam? vt *l. 5. 6. 7. ſuprà de ritu.* vt ſit ſenſus, In muliere domum deducta non concubitum ſed conſenſum facere nuptias: ne alioqui ſi nudus conſenſus id faciat, etiam cum caſtrato, & puella, nondum viri potente, & muliere arcta vulna nuptias eſſe dicamus, v. Hotom. *4. obſ. 26.* Quæres exinde, Num ſufficiat oſculum ei à marito datum, vt ducta cenſeatur, arg. *l. 16. C. de nupt.* Num quæ in maritum per verba de futuro conſenſit? An ea tantum quæ per verba de præſenti ducta eſt ? Alterutro caſu, num conſenſus nudus citra copulam ſufficit, vt ducta intelligatur ? Nam hi omnes gradus diligenter diſtinguendi ſunt, Conſenſus per verba de futuro, per verba de præſenti, oſculum, in hortos mariti, in domum, in cubiculum deductio, aquæ & ignis interuentus, olim: (hodie ſacra & Eccleſiaſtica, & publica benedictio) poſtremò, ipſe concubitus? Siquidem hinc definiri video ab Andrea Gayllo 2. *obſer. 80.* ſtatutum de lucro dotis conceptum in caſum non exiſtentium liberorum, locum etiam in deſponſata habere. Ductam ego planè putauerim, ſi verbis de præſenti ducta fuerit, licet neque in domum mariti deducta ſit, neque cum eo concubuerit, ſed præſtat hanc rem totam ex ipſa antiquitate deducere. Vetus mos Romanis fuit, in mariti domum nouas nuptas traducendi, vt hinc colligitur & *l. 10. ſuprà eo. l. 5. §. 1. ſup. comm. l. 9. ſ. de ſponſ. l. 68. l. 69. §. 3. ſ. de iure dot. l. 32. §. 27. l. pen. ſup. de don. inter vir. l. 2. §. 1. ſuprà de his quæ vt indignis l. 17. in fin ӡ. de reb. author. iudicu poſſid. Tacit. lib. 12. Seneca 4. Controu. Aug 6. de ciuit. 9.* Veſpere autem domum vxores transferebantur tædis ac facibus præeuntibus. Noctu enim nubebant. *Feſtus*, eam ob cauſam in Catull. Epithalamio noctem imminere pueri & puellæ monent. Porrò velatæ deducebantur. *Tertull lib. de velandis virginibus.* Deus qui huic ſolenni deductioni præerat, Domiducus dicebatur. *Marcianus Capella 2. Philologiæ.* Domus ipſius poſtes inungebantur, vnde vxoris ſiue vnxoris nomen. *Donatus in Terent. 9. Iſid. vlt.* Ex hoc more promanauit, id quod præciſè dicimus, *vxorem ducere*, ſubintellecta voce, *domum* : plenè verò ac perfectè dicimus, vxorem domum ducere: *Plaut. aulularia duobus locis : Terent. Hecyra duobus locis : Phormione* : quo & modo Græci ἀγαγέσθαι γυναῖκα dicunt : *Lyſias in oratione de Eratoſthenis cæde. Pollux 2.* Hinc innubere veteribus eſt tranſire. *Nonius* quippe nubentes in domum mariti tranſibant. Huiuſmodi deductio ſic in nuptiis exacta, mulier vt abſens abſenti per literas nubere non poſſit, *l. 5. ſuprà de ritu, l. 69 §. 3. ſuprà de iure dot.* etſi vir abſens ducere poterat, *Paul. 2. ſent. 20.* adde *Briſſon. 1. ſelect. 18.*

conſenſus

SGCB2021

conſenſus *a* facit *b*.

De his quæ extra teſtamentum incurrunt, vel ex teſtamento oriuntur.

16. *Gaius* libro 1. de teſtamentis ad Edictum Prætoris.

IN his *c*, quæ extra teſtamentum incurrerent *d*, poſſunt res ex *e* bono & æquo *f* interpretationem capere. Ea verò, quæ ex ipſo teſtamento orirentur, neceſſe eſt ſecundùm ſcripti *g* iuris rationem expediri.

De falſa demonſtratione. 2. De falſa cauſa. 3. De cauſa conditionaliter concepta. 4. De modo.

17. *Idem* lib. 2. de legatis ad Edictum Prætoris.

DEmonſtratio falſa eſt, veluti ſi ita ſcriptum ſit, *Seruum Stichum, quem de Titio emi fundum Tuſculanum qui mihi à Seio donatus eſt*. nam ſi conſtat, de quo homine, de quo fundo ſenſerit teſtator, ad rem non pertinet *h*, ſi is, quem emiſſe ſignificauit, donatus eſſet, aut, quem donatum ſibi eſſe ſignificauerat, emerit.

1 ¶ Igitur & ſi ita ſeruus legatus ſit, *Stichum cocum, Stichum tutorem Titio lego*: licet neque cocus, neque ſutor ſit, ad legatarium pertinebit, ſi de eo ſenſiſſe teſtatorem conueniat. nam & * ſi in perſona legatarij deſignanda aliquid erratum fuerit, conſtat autem, cui legare voluerit: perinde valet legatum, ac ſi nullus error interueniret *i*.

2 ¶ Quod autem iuris eſt in falſa demonſtratione, hoc vel magis eſt in falſa cauſa *k*. veluti ita: *Titio fundum do, quia negotia mea curauit*. item, *Fundum Titius filius meus præcipito, quia frater eius "ipſe" ex arca tot aureos ſumpſit*. licet enim frater huius pecuniam ex arca non ſumpſit, vtile legatum eſt.

3 ¶ At ſi conditionaliter *l* concepta ſit cauſa, veluti hoc modo, *Titio, ſi negotia mea curauit, fundum do: Titius filius meus ſi frater eius centum ex arca ſumpſit, fundum præcipito*, ita vtile erit legatum, ſi & ille negotia curauit, & huius frater centum ex arca ſumpſit.

4 ¶ Quòd ſi cui in hoc legatum ſit, vt ex eo aliquid faceret, veluti monumentum teſtatori, vel opus, aut epulum municipibus faceret, vel ex eo vt partem alij reſtitueret, ſub modo *m* legatum videtur.

De cautione Muciana.

18. *Idem* lib. 18. ad Edictum prouinciale.

IS cui ſub conditione non faciendi aliquid relictum eſt, ei ſcilicet cauere debet Muciana *n* cautione ad quem iure ciuili, deficiente conditione hoc, legatum eáve hereditas pertinere poteſt.

De voluntate defuncti. 1. De ſcriptura ſi heres non erit, vel quidquid mihi Epheſi oportet dari.

Conditio quæ tacitè ineſt ſi exprimatur, legatum conditionale non facit, niſi teſtator aliter voluerit.
Ex Bart.

19. *Vlpianus* libro 5. Diſputationum.

IN conditionibus primum locum voluntas *o* defuncti obtinet, eáque regit conditiones *p*. denique & in ea conditione *q*, *Si filia mea cum Titio nupta erit*, placuit, non ſemper mortis tempus obſeruari, ſed voluntate patrocinante tardiùs *r* produci.

1 ¶ Hæc ſcriptura, *Si primus heres erit damnas eſto dare*, pro conditione non eſt accipienda *ſ*. magis enim demonſtrauit teſtator, quando legatum debeatur, quàm conditionem inſeruit niſi forte hoc animo fuerat teſtator, vt faceret conditionem. Proinde nec illud dicendum erit facere conditionem, *Quidquid mihi Epheſi oportet dari, hoc do, lego*. Sed ſi ſic leget: *Si Primus mihi heres non erit, damnas eſto Secundus dare*, & Primus heres extitit, legatum non debebitur. ſi Primus adierit cum Secundo, non exſtitiſſe conditionem nequaquam ambigendum eſt.

2 ¶ Si patronus contra tabulas *t* bonorum poſſeſſione accepta debitam portionem occupet, legata quæ ſic *u* data ſunt, *Si patronus heres x non erit*, non debet coheres patroni præſtare *y*.

3 ¶ Si à primo ita legatum eſt, *Si ſecundus heres non erit, viginti Titio dato*. ſimili modo à Secundo, eidem Titio ita legatum eſt, *Si Primus heres non erit*, & ambo heredes extiterint, legati conditio deficiet: ſi alter heres extitit, alter heres non extitit, legatum debebitur *z*.

De conditione turpi, vel iuriſiurandi.

20. *Marcellus* apud Iulianum libro 27. Digeſtorum notat.

NOn dubitamus, quin turpes *a* conditiones remittendæ ſunt, quo in numero plerumque ſunt etiam iuriſiurandi.

21. *Iulianus* libro 31. Digeſtorum.

MVltum *b* intereſt, conditio facti *c* an iuris eſſet. Nam huiuſmodi *d* conditiones, *Si nauis ex Aſia venerit: ſi Titius Conſul factus erit*, quamuis impletæ

a maritalis affectio, *l. 12. §. 13. ſ. de don. int. vir. l. 30. j. de reg. iur.*
b id eſt, conſenſu diſtinguuntur nuptiæ à concubinatu, *l. 4. ſ. de concub.* ſolo conſenſu, etiam ſine tabulis & ſcriptura.
c id eſt in re dubia.
d incurrunt, *Hal.*
e Teſtamenta arbitrio viri boni interpretari nos oportet, *v. Mantic. 3. de coniect. 2.*
f Aequum & bonum nos deducit ad humaniorem interpretationem, *l. 10. in fi. ſ. de rebus dub.*
g adde *l. 69. ſ. de leg. 3.*
h id eſt, non nocet, *l. 33. j. eod. l. 8. §. 2. j. ſecund tab.*
i interueniſſet, *Hal.*
k Nec enim falſa cauſa legato obeſt, *l. 72. § 6. j. eo. §. 31. Inſt. de legat.*
l *d. §. 31. verſ. ſed ſi conditionaliter. Inſt. de legat.*
m *v. l. 1. C. de his quæ ſub modo.*
n *v. l. 7. ſ. eod.*
o *v. Manticam 3 de Coniecturis vltimarum voluntatum 3.*
p & diſcernitur à pœna, *l. vlt. j. de his quę pœnæ.* & cauſa *l. 12. ſ. eod.*
q *v. l. 6. C. de inſtit.*
r vt ita ſufficiat quod quandoque fuerit nupta ante mortis ſuæ tempus.
ſ Nam quæ tacitè inſunt, actum conditionalem non faciũt, *Socin.*
t *ſub.* liberti.
u id eſt, ſub hac conditione.
x Verbum, *heres* verificatur etiam in herede Prętorio, *Socin. v. l. 117. j. de reg. iur. l. 1. l. 2. ſ. de poſſeſſoria hered. petit. l. 2. j. de bon. poſſ.*
y Quia ſuccedens contra tabulas dicitur etiam heres, *Bald.*
z atque ita conditio, *ſi heres erit*, dicitur purificata, pro quacunque parte ſit heres, ideóque maſculis exiſtentibus heredibus tamdiu fœminę excluduntur, quandiu reperitur maſculus ex minima parte heres.

a *l. 14. ſ. de cond. inſtit.*
b Conditiones aliæ facti, aliæ iuris.
c facti ſcil.
d Facti conditio dicitur, quæ à teſtatore exprimitur, nec à lege ſubintelligitur: iuris, quæ à lege ſubintelligitur, *Socin.*

eſſent *a*, impedient *b* heredem circa adeundam hereditatem, quamdiu ignoraret *c* eas impletas eſſe. Quæ verò ex *d* iure veniunt, in his nihil amplius exigendum, quàm vt impletæ ſint *e*: veluti ſi quis ſe filiumfam. exiſtimat *f*, cùm ſit paterfam. poterit adquirere hereditatem. quare & ex parte heres ſcriptus qui ignorat, an tabulæ teſtamenti apertæ ſint, adire hereditatem poterit.

De conditione nuptiarum.

22. *Idem* libro 35. Digeſtorum.

QVotiens ſub conditione mulieri *g* legatur, *ſi non h nupſerit*, & eiuſdem fideicommiſſum ſit, vt Titio reſtituat, ſi nubat, commodè ſtatuitur, & ſi nupſerit, legatum eam petere poſſe †, & non eſſe cogendam fideicommiſſum præſtare.

De conditione dandi heredibus.

23. *Idem* lib. 43. Digeſtorum.

QVi duobus heredibus decem dare iuſſus eſt, & fundum ſibi habere, verius eſt, vt conditionem ſcindere *i* non poſſit, ne etiam legatum ſcindatur. Igitur quamuis alteri quinque *k* dederit, nullam partem fundi vindicabit, niſi alteri quoque adeunti hereditatem reliqua quinque numerauerit, aut illo omittente hereditatem, ei qui ſolus adierit hereditatem, tota decem dederit.

De conditione implenda.

24. *Iulianus* libro 55. Digeſtorum.

IVre ciuili receptum eſt, quotiens *l* per eum, cuius intereſt conditionem impleri *m*, fit quominus impleatur, vt perinde habeatur, ac ſi impleta conditio fuiſſet.

¶ Quod plerique & ad legata, & ad heredum inſtitutiones perduxerunt.

¶ Quibus † exemplis ſtipulationes quoque committi quidam rectè putauerunt, cùm per promiſſorem factum eſſet, quo minus ſtipulator conditioni pareret.

De conditione liberorum.

25 *Iulianus* libro 69. Digeſtorum.

CVm vir vxori, *quandoque n liberos habebit*, fundum legat, ſi mulier diuortio facto liberos ex alio procreauerit, deinde ſoluto ſecundo matrimonio ad priorem maritum redierit, non intelligitur expleta conditio *o*, quod teſtatorem veriſimile *p* non eſt de his liberis ſenſiſſe, qui ſe viuo ex alio *q* ſuſcepti fuiſſent.

De conditione iuriſiurandi aut dandi faciendi ve. 1. De iure accreſcendi.

26. *Idem* libro 82. Digeſtorum.

HÆc ſcriptura *r ſi viginti dederit aut iurauerit ſe aliquid facturum*, vnam conditionem exprimit habentem duas *ſ* partes. quare ſi quicunque heres ſcriptus erit ſub conditione *t*, ſi iurauerit ſe decem daturum, aut monumentum facturum, quamuis verbis edicti ad hereditatem, vel legatum admittatur, tamen compellitur facere id quod facturum ſe iurare iuſſus eſt, ſolo *u* iureiurando remiſſo.

1 ¶ Cùm eadem res alteri purè, alteri ſub conditione legatur, aut cum alter purè, alter ſub conditione heres ſcriptus eſt, pars legati vel hereditatis, deficiente conditione adcreſcit *x* etiam heredi *y* eius cui purè legatum vel hereditas data eſt, ſi tamen hereditas eius adita fuerit.

De teſtatore qui iuſſit monumentum ad cuiuſdam exemplum ſibi fieri.

27. *Alfenus Varus* libro 5. Digeſtorum.

IN teſtamento quidam ſcripſerat, *vt ſibi monumentum ad z exemplum eius quod in via Salaria † eſſet Publij Septimij Demetrij a fieret: niſi factum eſſet, heredes magna pecunia multare*. & cùm id monumentum Publij Septimij Demetrij nullum *b* reperiebatur, ſed Publij Septimij Damæ erat, ad quod exemplum ſuſpicabatur eum qui teſtamentum fecerat, monumentum ſibi fieri voluiſſe: quærebant heredes, cuiuſmodi monumentum ſe facere oporteret, & ſi ob eam rem nullum monumentum feciſſent, quia non reperirent, ad quod exemplum facerent, num pœna tenerentur? Reſpondit, ſi intelligeretur, quod monumentum demonſtrare voluiſſet is qui teſtamentum feciſſet, tametſi in ſcriptura *c* non tum

a impletæ ſunt, *Hal.*
b Imò, non impedient, *l. 21. in fi. ſ. de acquir.*
c ignorauerit, *Hal.* adde *l. 2. ſ. eo.*
d Conditio iuris eſt quæ ex iure venit.
e In conditionibus iuris, ſufficit ſola veritas exiſtentiæ conditionis: In conditionibus facti pręter exiſtentiam conditionis requiritur ſcientia heredis, *Socinus.*
f *l. 96. ſ. de adquir. hered.*
g indeſinitè, quid ſi vxori? ſi nupſerit, cogenda erit reſtituere, *l. 14. ſ. de leg. 3. v. Rober. 1. animad. 1. 2. 3. v. Ant. Mercatorem 1. notat. 1. 2. 3 præſertim 3.*
h *v. Tiraquellum 18. priuilegio piæ cauſæ.*
† Hoc videtur abrogatum, *Nou. 22. c. 44.* Vnam enim ex duabus conditionibus cogitur vxor legataria eligere, aut nuptiis abſtinere, ſi legatum habere velit: aut ſi nuptias eligit, legato carere.
i Dandi conditio vt quæuis alia, non diuiditur: pro parte impleri non poteſt, *l. 56. j. eo.*
k *l. 74. §. 1. ſ. de adquir. hered.*
l *l. 81. in fin. j. eod. l. 50. in fi. ſ. de contrah. empt. l. 20. in fin. l. 38. ſ. locati & l. 32. §. 1. ſ. de vſuris: l. 23. in fin. ſ. de condit. inſtit. l. 50. in fi. l. 83. in fi. j. de verb. oblig. l. 1. §. 13. j. de extraord. cog. l. 161. j. de reg. iur. l. 1. Cod. de inſt. & ſubſt. l. 1. Cod. de his quæ ſub modo.*
m non impleri, *v. Hotom. 4. obſ. 21.*
† Argumentum ab vltima voluntate ad contractus. obſerua. dixi *l. 46. ſ. de pact.*
n *v. Vlp. 15. verſ. prætor.*
o Cur ita? legatum factum à marito vxori in tempus liberorum, intelligitur de liberis communibus ex ſe non ex alio marito ſuſceptis. Verbum *liberorum*, in dubio intelligitur de liberis proferentis ſiue loquentis mariti.

p *v. l. 114. j. de reg. iur.* q vide quæ ſcripſi ad *l. 4. C. quando dies legat.*
r ſic legit Cuiacius 5. *obſ. 1. in fi.* hæc ſcriptura, *Si iurauerit ſe viginti daturum aut aliquid facturum.*
ſ adde *l. 23. §. 1. ſ. de recept. arbitris.* Cur ita? Vbi duæ conditiones alternatiuè ponuntur, videtur vna eſſe conditio quę duas partes habeat.
t *l. 8. §. 4. ſ. de cond. inſt.* u Conditio iuriſiurandi licet remittatur, id tamen quod in iuramento continetur, impleri debet, *Socin.*
x *l. 7. ſuprà de reb. dub.* y Ius adcreſcendi tranſmittitur ad heredes, *l. 9. j. de ſuis.* Cur? adcreſcit portioni, non perſonæ, *l. 33. in fi. ſ. de vſufructu & quemadm.*
z Inſcriptiones monumentorum fidem facere hinc colligunt. dixi *l. 6. in fin. ſ. de relig. l. 6. C. de religioſis.*
† Salaria via Romæ dicta quod per eam Sabini ſal à mari deferebant, v. Feſtum *Salarij & Salariam.*
a Demetrij nomen pro Dama ſumitur per parallagen: vt Cratini pro Cratiſt. *l. 4. j. de manum. teſt.*
b Authentico deſinente, id vnde exemplum ſuum oportet eſſe deſinit, *Caſtr. in l. omnia priuilegia 35. C. de epiſcopis.*
c *v. l. 6. C. de relig.*

eſſet,

eſſet, tamen ad id quod ille ſe demonſtrare animo ſenſiſſet, fieri debere. ſin autem voluntas eius ignoraretur, pœnam quidem nullam vim habere, quoniam ad quod exemplum fieri iuſsiſſet, id nuſquam extaret, monumentum tamen *a* omnimodo ſecundùm ſubſtantiam & dignitatem defuncti extruere debere.

De conditione, ſi illius arbitratu nupſerit. 1. *De ſpecie quę in locum alterius succeßit.*

28. *Paulus* ‖ lib. 2. Epitomarum Alfeni Digeſtorum. ‖

FIliæ *b* ſuę ita quis legauit, *ſi Attia filia mea arbitratu Lucij Titij nupſerit, ei tot hæres meus dato.* Titio ante teſtatorem mortuo, Attia nupſerat. quærebatur, an legatum ei deberetur? Reſpondit, deberi *c*.

1 ¶ *Attia vxor mea Optato* d *Philargyrum puerum, Agatheam ancillam, qui mei erunt cùm moriar.* is qui teſtamentum fecit, Agatheam, quam teſtamenti tempore habuit, vendidit, & poſtea ancillas emit. ex his vni Agatheæ nomen impoſuit, qua ſitum eſt, an hæc legata videretur? Reſpondit, legatam videri *e*.

De conditione, Si in Capitolium aſcenderit.

29. *Iulianus* ‖ lib. 1. ad Vrſeium Ferocem. ‖

HÆc conditio *ſi in Capitolium aſcenderit*, ſic recipienda eſt, ſi ‖ cùm primum potuerit Capitolium aſcendere *f*.

De iure accreſcendi.

30. *Idem* ‖ libro 1. ex Minicio. ‖

SI ſeparatim mihi totus fundus purè, tibi ſub conditione legatus fuerit *g*, & tu deceſſeris antequam cõditio extiterit, non *h* habebo neceſsitatem implere conditionem, vtpote cùm etiam ſi conditio defecerit, pars quam vindicaturus eras mihi adcreſcat *i*.

De conditione implenda.

31. *Africanus* ‖ libro 2. *k* Quæſtionum. ‖

IN teſtamento ita erat ſcriptum, *Stichus & Pamphila liberi ſunto, & ſi* l *in matrimonium coïerint, heres meus his centum dare damnas eſto.* Stichus ante apertas *m* tabulas deceſsit? Reſpondit, partem Stichi defectam *n* eſſe: ſed & Pamphilam defectam conditione *o* videri, ideóque partem eius apud heredem remanſuram. Sed etſi vterque viueret, & Stichus nollet *p* eam vxorem ducere, cùm mulier parata eſſet nubere: illi quidem legatum deberetur, Stichi autem portio inutilis fiebat. Nam cùm vni ita legatum ſit, *Titio, ſi Seiam vxorem duxerit, heres meus centum dato.* ſi quidem Seia moriatur, defectus conditione intelligitur: at ſi ipſe decedat nihil ad heredem ſuum eum tranſmittere *q*, quia morte eius conditio defeciſſe intelligitur, vtroque autem viuente, ſi quidem ipſe nolit vxorem ducere, quia ipſius facto conditio deficit, nihil ex legato conſequitur: muliere autem nolente nubere, cùm ipſe paratus eſſet, legatum ei debetur.

De rationibus reddendis.

32. *Idem* ‖ libro 9. Quæſtionum. ‖

QVamuis *rationes* q *reddere*, nihil aliud ſit, quàm reliqua ſoluere, tamen ſi & ſtatuliberi, & heredis culpa, ſine fraude *r* tamen ſerui minus ſolutum ſit, & bona fide redditas eſſe rationes, exiſtimatum fuerit, liberum fore. & niſi ita obſeruetur, neminem, qui ſub conditione ita manumiſſus eſſet, vnquam ad libertatem peruenturum, ſi per imprudentiam *ſ* minus ſolutum eſſet.

¶ Hæc ita accipienda ait, ſi quando is qui rationes reddere iuſſus ſit, per aliquem errorem *t* ſine dolo *u* malo ita rationes ediderit, vt dominus quoque circa computationem erraret.

De falſa demonſtratione. 1. *Si inter plures de nomine controuerſia ſit.* 2. *De iure aureorum anulorum.* 3. *De conditione*, ſi mea erit. 4. *Vel*, ſi mei erunt.

33. *Marcianus* ‖ libro 6. Inſtitutionum. ‖

FAlſa *x* demonſtratio neque legatario *y*, neque fideicommiſſario nocet, neque heredi *z* inſtituto. velut ſi fratrem dixerit, vel ſororem, vel nepotem, vel quodlibet aliud. & hoc ita iuris ciuilis ratione *a* & conſtitutionibus Diuorum Seueri & Antonini cautum eſt.

1 ¶ Sed ſi controuerſia ſit de nomine inter plures, qui probauerit ſenſiſſe de ſe defunctum, ille admittetur.

2 ¶ Sed ſi cui quaſi liberto, id eſt inter libertos, legatum fuerit, non *b* idcirco legatum amittit, quia poſtea anulos ab Imperatore acceperit. nam honor *c* eius auctus eſt, non conditio mutata. & ita Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

3 ¶ Si quis legauerit rem ita, ſi mortis tempore eius erit, nec tunc eius inuenitur, nec æſtimatio *d* eius legari videbitur.

a Forma per teſtatorem expreſſa ſi non reperitur, arbitrio boni viri declaranda fuerit, *Socin.*
b Mora Tertij non nocet ei qui quid facere eius conſilio damnatus eſt, *l. 72. §. 4. ȷ. eodem l. 3. C. comm. de leg.*
c v. Cuiac. in hanc *l. 17. obſer. 22.*
d Optionis legatum.
e Quoties rei emptæ idem nomen quod habebat res legata, & poſtea alienata, imponitur, indicium eſt teſtatorem velle, rem ita de nouo emptam ſubſtitui, & eſſe loco prioris
f poſt mortem teſtatoris ſcilicet, *l. 2. in fin. ȷ. eod.* Conditio poteſtatiua facilis, ſtatim, vt poteſt, implenda eſt.
g re ſumus coniuncti: nec videtur plenè receſſum à meo legato: conditio ſequentis expectanda eſt, *l. 7. ȷ. de adim.*
h Ius non decreſcendi procedit ſine onere.
i id eſt ad me in ſolidum pertinet iure non decreſcendi, *Bald.* & ſic, in coniunctis re, habet locum ius adcreſcẽdi, id eſt non decreſcendi, *Socin.* adcreſcendi, inquam, ſine onere.
k v. Cuiac. 2. *ad Afric.*
l 5. *Har.* 10. §. 45.
m v. Vlp. 24. §. 31. *l. 4. C. de con. inſert. l. 104. ȷ. eo.*
n *l. 59. ȷ. eod.*
o Cur? conditio pẽdens ex facto duorum, ſi caſu non facto vnius deficit, non habetur pro impleta.
p *l. 1. C. de inſt. & ſubſt. l. 1. Cod. de his quæ ſub modo.*
q *l. 32. ȷ. eod.*
r Impleta conditio rationum reddendarum dicitur, ſi bona fide, rationes ſunt redditę, licet in calculo ſit erratum, *Bal.*
ſ *l. 74. ȷ. de adqu. hered.*
t adde *l. 37. in fin. ȷ. de excuſat.*
u Cur: bona fide quod factum eſt, pœnam non meretur: v. Cuiac. 9. *ad Afric. in hanc legem.*
x Falſa demonſtratio non nocet, *l. 17. ſuprà eod. l. 34. l. 40. §. 4. in fin. ȷ eo. l. 75. §. 2. in fi. l. 108. §. 8. ſup. de leg. 1. l. 35. §. 2. in fi. l. 102. §. 1. ſup. de leg. 3. l. 1. §. 8. ſup. de dote: l. 10. circa fin. ſuprà de auro: l. 25. verſ. quod ſi ſeru. ȷ. de liberatione. l. 28. ſup. de rebus dubiis. l. 2. l. vltim. C. de falſa cauſa adiect. § 30. Inſtitut. de legatis.*
y Imò, legatario nocet. nam falſa demonſtratio legati, non facit legatum, *l. 72. §. 7. ȷ. eodem.*
z *v. l. 48. in fin. ſupr. de heredib. inſt.*
a De iuris & conſtitutionum differentia, vide Cuiac. 7. *obſ.* 19.
b *l. 1. ȷ. de iure aur. anul.*
c Anulorum aureorum iure honor augetur, conditio non mutatur, vide quæ ſcripſi ad *l. 3. ȷ. de bonis libert & l. vlt. C. de iure aureorum anulorum.*
d Æſtimatio legati quando debeatur, vide Manticam 8. *de coniect.* 8. 9.

4 ¶ Quid ergo, ſi quis ita ſcripſerit, *Stichum & Pamphilum Titio do lego ſi mei erunt, cùm moriar*, & vnum ex his alienauerit *a*, an vel alter poſsit à legatario vindicari? Placet vindicari. nam hunc *b* ſermonem, licet pluralis ſit, pro eo oportet accipi, atque ſi ſeparatim dixiſſet, *Stichum ſi meus erit, cùm moriar.*

De demonſtratione. 1. *Diſcrimen demonſtrationis & conditionis.*

34. *Florentinus* ‖ libro 11. Inſtitutionum. ‖

NOminatim *c* alicui legatur ita, *Lucio Titio*, an *d* per demonſtrationem *e* corporis, vel artificij vel officij, vel neceſsitudinis, vel adfinitatis, nihil intereſt. nam* demonſtratio plerumque vice *f* nominis fungitur. nec intereſt *g*, falſa, an vera ſit: ſi certum ſit, quem teſtator demonſtrauerit.

1 ¶ Inter demonſtrationem, & conditionem hoc intereſt, quòd demonſtratio *h* plerumque factam rem oſtendit, conditio futuram.

De leuißima libertatis conditione.

35. *Pomponius* " lib. ſingulari Regularum. "

LEuiſsima *i* libertatis conditio ea intelligenda eſt, quæ ad libertatem perducit *k*, quamuis natura grauior & durior ſit *l*.

De relicto in honorem conſulatus. 1. *De tempore fideicommißi reſtituendi.*

36. *Marcellus* " libro ſingulari Reſponſorum. "

PVblius Mæuius teſtamento ſuo ita cauit, *Quiſquis mihi heres heredéſve erunt, do lego fideique eorum committo, vti dent Gaio Seio ſororis meæ filio in honorem conſulatus quadringenta.* viuo *m* Mæuio Seius conſul deſignatus *n* eſt, & munus *o* edidit. deinde ex calendis Ianuariis *p* conſulatum ingreſſus eſt, atque ita Mæuius deceſsit: quæro, an quadringenta Seio debeantur? Marcellus reſpondit, deberi.

1 ¶ Titia codicillis de prædiis, quę teſtamento Septicię reliquerat, ita cauit, *A te peto Septicia, vt filio meo, cùm annorum ſedecim eſſet* q, *eadem prædia reſtitueres* r. *quod ſi filius meus ſedecim annos non impleuerit, peto, vti reddas* ſ *ea, reſtituas Publio Mæuio, & Gaio Cornelio.* quæro, cum Septicia deceſſerit, deinde filius quintum decimum annum agens defunctus ſit, an repræſentetur fideicommiſſum quintodecimo anno impleto, & *t* heredes Septiciæ reſtituere id Publio Mæuio & Gaio Cornelio debeant? Marcellus reſpondit, Septiciam ius, quod in his prædiis habuiſſet, heredi ſuo reliquiſſe. etenim * videri contra voluntatem teſtatricis repræſentationem *u* fideicommiſsi deſiderari, vt amplius ad ſubſtitutos perueniat, quàm ad puerum peruenire vel à Septicia vel ab heredibus potuiſſet. & verba quidem videntur repręſentare fideicommiſſum; ſed non *x* eſt veriſimile, vt maturiùs voluerit teſtatrix ad ſubſtitutos id trãsferre.

¶ Nec quicquam mutat, quòd Septicia ante deceſsit. nam etſi puer viueret, non priùs Septiciæ heredes, quàm Septicia, poſſent conueniri.

De legato vt manumittatur.

37. *Paulus* " libro ſingulari ad legem Fuſiam Caniniam. "

SI quis eum, quem ipſe manumittere non poterat *y*, legauerit ita, *vt eum legatarius manumitteret*, etſi à legato non repellatur *z*, non eſt compellendus, vt manumittat: quoniam * totiens ſecundùm voluntatem teſtatoris facere compellitur, quotiens *a* contra legem nihil ſit futurum. idque Neratius ſcripſit. & tamen à legato non eſſe eum repellendum: quoniam *b* magis legatarium aliquod commodum teſtator in hoc ſeruo, quam heredem, habere voluiſſet.

De quantitate non adſcripta in teſtamento.

38. *Idem* " libro ſingulari de iure Codicillorum. "

SI ita ſcripſero, *quantum codicillis Titio legauero*, licet codicillis legatum explicetur, tamen ex teſtamento *c* valet, ſoláque quantitas in codicillo delata eſt. nam & apud veteres legata talia fuere, *quantum ei per epiſtolam* d *ſcripſero; quantum ex illa actione detraxero: heres dato.*

Ad quos refertur conditio. 1. *De foro.*

39. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ex poſteriori bus Labeonis. ‖

a *l. 2. in fi. ſuprà de cond. inſt.*
b Pluralitas diuerſos effectus reſpiciens, ſuas in ſingularitates reſtituitur, *vt hic.* ſecus ſi communem effectum reſpicit, *l. 8. §. 3. ȷ. de pignoratitia, v. l. 148. ȷ. de reg. iur.*
c Si nominatim, *Hal.*
d *l. 90. ȷ. de leg. 3.*
e *Theoph. Inſtit. de exhered. liber. verſ. nominatim.* *
f *l. 6. in fi. ſupr. de rei vind. l. 6. ȷ. de reb cred.*
g *l. 33. ſup. eod.*
h adde *l. 12. ſuprà eod. l. 6. ſup. de leg. 1. l. 2. ȷ. de his quæ pœn.*
i Poteſt enim libertas ſub pluribus conditionibus dari, *l. 45. ȷ. de manum. teſt.*
k Facilius ſcilicet *l. 5. ȷ. de manum. teſt.*
l demus inſtitutum ſub his conditionibus, vel ſi decem dederit, vel ſi cœlum digito tetigerit, poſterior quidem grauior & magis impoſſibilis, facilius deducit ad libertatem: facilius, inquam, quia habetur pro non adiecta, *l. ſuprà eodem.*
m *l. 91. circa fi. eod.*
n Conſules ... tempore deſignabantur: alio magiſtratum ingrediebantur. adde *l. ... §. 6. ȷ. de hereditate pet.*
o Munera gladiatoria etiam conſules edebant tamen perraro: venationes ſæpe, Cicero *Offic.* Magnificentiſſima Pompeij munera ſecundo conſulatu, *Suet. in Nerone cap. 4.* Domitius Præturæ conſulatúſque honore, Venationes & in vico & in omnibus vrbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium ſed tanta ſæuitia vt neceſſe fuerit Auguſto, clam fruſtrà monitum coërcere, adde *Nou.* 105. c. 1.
p Conſules ex calendis Ianuariis conſulatum inibant.
q *fortè*, eſſit, id eſt, erit.
r *al.* reſtituas, *Haloand.*
ſ Subſtituere à legatario & fideicommiſſario poſſumus, *l. 77. ȷ. eod. v. l. 9. C. de fideicomm.*
t & an heredes, *Hal.* adde *l. 40. ȷ. ad Treb.* *
u Repræſentatio fideicommiſſi.
x Poteſt tamen maturari, *l. 62. §. 4. ȷ. ad Treb.*
y per legem Fuſiam Caniniam, vt ex inſcriptione huius legis colligitur, de qua v tit Inſt. *de L. Fuſia Caninia & Vlp c. 1.*
z & ſic, Falſus modus non vitiat, licet vitietur. *
a *v. l. 16. ſuprà de vſu & vſufr. l*
b Onus iniunctum ſi deficit, cedit lucro eius, cui erat iniunctum: & ſic in re legata, legatarius cenſetur magis dilectus quam heres, *Socin.*
c *l. 77. ȷ. de her inſt. l. 10. ſup. de condit. inſtit. l. 1. C. de codicillis.*
d Teſtatoris voluntatem interpretari poſſumus ex eius epiſtola & memoriali manuſcripto, ſi id voluerit, dum tamen ex comparatione literarum vel aliis legitimis coniecturis conſtet, ſchedulam qua de agitur, manu teſtatoris ſcriptam eſſe, facit *l. Theopompus 14. ȷ de dote.* Planè executores non tenentur ſequi voluntatem ſcriptam in epiſtola, niſi veritas epiſtolæ quinque teſtibus comprobetur, cum poſſit eſſe ſuppoſititia, *Alciatus 9. conſil. 157. num. 12.* de teſtamento holographo, v. *Nouell. 2. Theodorij de teſtamentis.*

Quæ

QVæ conditio ad genus perſonarum non ad certas & notas perſonas pertineat, eam exiſtimamus totius eſſe teſtamenti, & ad omnes *a* heredes inſtitutos pertinere, at quæ conditio ad certas perſonas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum dumtaxat *b* gradum, quo hæ perſonæ inſtitutæ fuerunt.

1 ¶ Cùm ita in teſtamento ſcriptum erat, *vt aliquid in foro fiat*, neque adſcriptum erat, in quo foro: Labeo ait, ſi *c* non appareat, quid mortuus ſenſerit, in eius municipij foro faciendum, in *d* quo *e* is qui teſtamentum fecerit, domicilium habuerit: quam ſententiam ego quoque probo.

De conditione implenda. 1. De impenſis. 2. De conditione legatis generaliter, & ex interuallo adiecta. 3. De eo quod dominus ſeruo debet. 4. De falſa demonſtratione. 5. De legato ad monumentum ædificandum.

40. *Idem* lib. 2. ex Poſterioribus Labeonis

QVibus diebus vicinus tuus te via publica, cum ad parendum conditioni ire velles, ire prohibuerit, nec per *f* te ſtaret, quo minus agendo ob calumnias eum ſummoueas, hi dies conditioni nõ imputabuntur.

1 ¶ Quidam ita legauerat, *Si Publius Cornelius impenſam g, quam in fundum Seianum feci, heredi meo dederit tum heres meus Publio Cornelio fundum Seianum dato.* Caſcellius aiebat, etiam pretium fundi dare debere. Ofilius *impenſæ verbo negat pretium ſignificari *h*, ſed eos dumtaxat ſumptus *i*, quos in eum, poſteaquam emptus eſſet, fecit. Idem Cinna ſcribit, adiecto eo, quòd non deductis fructibus impenſarum ratio haberi debeat. & hoc magis verum puto.

2 ¶ Quidam Titio centum legauerat, deinde infra ita iuſſerat, *Quas pecunias cuique legaui, eas heres meus, ſi mater mea moritur, dato.* mortuo patrefamilias Titius vixerat, & viua matrefamiliàs deceſſerat: mortua matre, heredibus Titij legatum deberi Ofilius reſpondit, quoniam non ſub conditione eſſet legatum, ſed ante legatum purè *k*, deinde dies ſoluendi adiecta. videamus, (inquit Labeo) ne id falſum ſit, quia nihil *l* intersit, vtrum ita ſcribatur, *Quas pecunias cuique legaui eas heres meus ſi mater mea moritur, dato*: an ita *m*, *niſi* n *mater mea moritur, ne* o *dato.* vtrobique *p* enim ſub conditione vel datum, vel ademptum eſſe legatum. Labeonis reſponſum probo.

3 ¶ Dominus ſeruo aureos quinque ſic legauerat, *Heres meus Sticho ſeruo meo, quem teſtamento liberum eſſe iuſſi, aureos quinque, quos in tabulis debeo, dato.* nihil ſeruo legatum eſſe Namuſa Seruium reſpondiſſe ſcribit, quia dominus ſeruo nihil debere potuiſſet. ego puto, *ſecundum mentem teſtatoris naturale *q* magis quàm ciuile debitum ſpectandum eſſe. & eo iure vtimur.

4 ¶ Qui dotalem fundum nullum habebat, ita *r* legauerat *Fundum Cornelianum quem illa mihi doti dedit, ei heres dato.* Labeo, Ofilius, Trebatius reſponderunt, fundum nihilominus legatum *ſ* eſſe, quia cum fundus Cornelianus in rerum natura ſit, demonſtratio falſa legatum non perimit *t*.

5 ¶ Thermus Minor, quorum arbitratu *u* monumentum ſibi fieri vellet, teſtamento ſcripſerat. deinde ita legauerat *Luciis, Publiis, Corneliis ad monumentum meum ædificandum mille heres meus* x *dato.* Trebatius reſpondit, pro eo habendum, ac ſi ita legatum eſſet, ſi ſatisdediſſent ſe ita id monumentum ex ea pecunia facturos. Labeo Trebatij ſententiam probat, quia hæc mens teſtantis fuiſſet, vt ea pecunia in monumentum conſumeretur. idem & ego & Proculus probamus.

De conditione.

41. *Vlpianus* libro 34. ad Edictum.

LEgata ſub conditione relicta non ſtatim, ſed cum *y* conditio extiterit, deberi incipiunt. ideoque interim delegari non potuerunt.

De conditione, Si in poteſtate manſerit.

42. *Africanus* lib. 2. *z* Quæſtionum.

FIliofamiliàs legatum eſt ſub hac conditione, ſi in poteſtate patris manſiſſet, magis patri legatum videri ait, & patrem ſuo nomine legatum petere.

¶ Idem iuris eſſe, & ſi ſeruo *a* ſimiliter legetur. Argumentum rei eſt, quòd, etſi cibaria ſeruis Titij legentur, proculdubio domini eſt, non ſeruorum legatum.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas. 1. De lege Falcidia. 2. De partis capacitate. 3. De lege Falcidia.

43. *Paulus* lib. 8. ad Plautium.

P*Lautius.* Rogatus eſt heres *b* à liberto *c* teſtatore, *vt percepti a ſibi decem* b, *totam hereditatem venderet* c. poſtea patronus *d* defuncti bonorum poſſeſſionem contra tabulas petierat, & partem *e* hereditatis, quæ debebatur, abſtulerat *f*. Proculus, Caſſius, fideicommiſſarium pro rata, quod ſoluit, repetere *g* debere aiunt *h Paulus*: Hoc iure vtimur. nam quemadmodum præſtatione fideicommiſſorum & legatorum heres exoneratur *i* per prætorem, ita etiam ipſe partem conſequi debet.

1 ¶ Diuerſum eſt, ſi Falcidia interueniat, & minuat legatum. nam his caſibus nihil repetetur, quia in ſolidum conditioni paretur *k*.

2 ¶ Item ſcinditur ius dandi, ſi is cui legatum eſt, non poteſt partem hæreditatis ſibi relictam totam capere. nam verius eſt, partem eum præſtare debere, partem illos, qui auferunt, ab eo quod plus relictum eſt, quàm à lege conceditur.

3 ¶ Neratius libro 1. Reſponſorum ſcribit, ex duobus ſcriptis heredibus, ſi vnus rogatus ſit tibi hereditatem reſtituere, tu Titio certam ſummam dare, & beneficio legis Falcidię in reſtituendo hęres vtatur, quanto minus tibi pręſtiterit, tanto *l* minus te Titio præſtare, non eſſe iniquum.

Cui dandum eſt vt impleatur conditio. 4. De SC. Trebelliano. 6. De controuerſia hereditatis. 7. De SC. Trebelliano. 8. An conditio dandi recipiat diuiſionem.

44. *Idem* libro 9. ad Plautium.

QVi *m* hæredi dare iuſſus eſt, ſeruo alieno inſtituto, non domino dare debet. nam & ſi alio herede inſtituto iuſſus eſt ſeruo Titij dare, ipſi ſeruo datur, quia **quæ facti* n *ſunt, non* o *tranſeunt ad dominum.* quemadmodum ſi mihi aut ſeruo Titij ſtipulatus ſim, non Titio, ſed ſeruo eius dari poteſt. & hęc vera ſunt.

1 ¶ Sed cùm hæredi dare iuſſus eſt, videamus, ne domino dandum ſit. & conſequens eſt, & hic ſeruo dari.

2 ¶ Certè ſtatuliber, quin domino dare debeat, non eſt dubium.

3 ¶ Contrà, qui domino debet dare *p*, non implet conditionem dando ſeruo eius, niſi dominus conſenſerit. nemo enim in tali ſpecie conditionem, neſciente me, vel nolente, implere poteſt.

4 ¶ Cùm hereditas ex Trebelliano S.C. reſtituta eſt, heredi *q* dandum eſt, vt impleatur conditio, nec *r* hoc reſtituendum eſt ex cauſa fideicommiſſi.

5 ¶ Sed cùm ſuſpectam adiit, & reſtituit, dubitabatur, an ei auferendum ſit? & benignius eſt, & in hoc caſu nihil *ſ* ei auferri.

6 ¶ Si autem, me herede inſtituto, controuerſia mihi fiat hereditatis, ſi cauet legatarius, euicta hereditate reddi legatum, & *t* ipſi cauendum eſt, reddi *u* quod dedit.

7 ¶ Sed ſi iuſſus ſis mihi decem dare, & accipere hereditatem ex S.C. decem tibi ex cauſa fideicommiſſi non reſtituam.

8 ¶ Si duorum *x* ſeruo legatum ſit ſub conditione dandi, non poſſe per partes conditioni pareri *y* quidam aiunt, ſed ſemel dandam pecuniam. ſed ego contra *z* puto *a*.

9 ¶ Si pars rei legatæ vſucapta *b* ſit, an in ſolidum parendum ſit, dubito: & poteſt dici pro parte *c* parendum ex ſententia teſtatoris.

10 ¶ *Plautius*, Vni ex heredibus fundum legaui, ſi centum heredibus dediſſet. deducet ſuam partem hereditariam *d*, & reliquam ſummam heredibus pro portione *e* eorum dabit. At ſi heres ex parte ita inſtitutus eſſet, *ſi heredib. decem dediſſet.* non aliter eſſet heres, quàm ſi tota decem coheredib. dediſſet *f*, quia non antè ad hereditatem admitteretur, quàm ſi omnem ſummam dediſſet. Nam cum & ſeruus teſtamento liber, & ex parte heres ita ſcriptus eſſet, ſi heredibus decem dediſſet: conſtitit, non *g* aliter eum liberum heredémque futurum, quàm ſi tota decem coheredibus dediſſet. *Paulus.* Hoc iure vtimur.

De acceptilatione.

45. *Idem* lib. 16. ad Plautium.

IVlianus ait, ſi heredi legatarius, cui ſub conditione legatũ erat, *Si heredi decem dederit*, id quod ei deberet,

a Quia verbum, *heres*, comprehendit omnes gradus heredũ, *l. 1. ſup. de vulg.*
b Cur ita? collige ex lege 27. §. 4. *in fin. ſupra de pactis.*
c *v. l. 95. l. 115. inf. de ver. oblig.*
d Locus in teſtamentis interdum ſubintelligitur, vt ecce. Teſtator iuſſit fieri rem quampiam loco non adſcripto: in ea ciuitate id fiet in qua teſtator domicilium habuit, *vt hic. & l. 49. C. de epiſc.*
e *l. 26. C. de ſacr. eccleſ.*
f vide *l. 23. ſup. de cond. inſt.*
g Fundi legatarius ſub hac conditione, *ſi impenſas in eo factas reſtituerit*, heredi ſolas impenſas reſtituit, non fundi pretium: fructus tamen perceptos non lucratur.
h meritò, nam pretium rei, non eſt in rem, ſed propter rem habendam & adquirendam impenſa. *Socin.*
i vide *l. 9. C. de euictionib.*
k Eadem res cum legatur vni pure, & alteri ſub conditione, legatum prius extinguitur *l. 89. inf. eod.*
l Conditio vtroque hoc caſu conſtituitur, *dato, ſi mater mea moritur: & niſi mater mea moritur, ne dato.*
m Oratio conditionalis habet à contrario ſenſu implicitam negatiuam, *Bald.*
n Niſi, conditionem facit. adde *l. 2. ꝟ. de in diem addict.*
o adde *l. 59. ꝟ. de manumiſſ. teſtam.* adde Alciat. 5. *Paradox.* 4.
p Conditio quacunque parte teſtamenti adiecta, legatum conditionale reddit. *Bald.*
*
q *l. 83. inf. de ſolut. l. 32 inf. de regul. iur.* & ſic, Quoties verba teſtatoris non poſſunt verificari, i. accipi propriè (puta de vero debito, & exigibili, quale eſt ciuile) verificantur & accipienda ſunt impropriè de debito naturali, *Socin.*
r ita relictum, valet vt legatum, non vt dos, *l. 21. in fin. inf. de verb. obligat.* hinc collige per teſtamentum & vltimam confeſſionem non probari rem dotalem eſſe. *l. 48. in fin. ꝟ. de liberat. leg. l. 21. in fin. inf. de verb. oblig.*
ſ *l. 33. ſup. eodem.*
t *l. 71. inf. e. d. l. 19. ſup. de legat. 3.*
u adde *l. 6. ſup. eo.* adde *l. 11. ſup. de cond. cauſa data.*
x ſi ſatisdederint monumentum ædificaturos.
y Conditio legatum ſuſpendit, *l. 5. §. 21. inf. quando dies.*
z v. Cuiac. 2. *ad Afr. fol. 21.*
a Interpretes hoc ad monachos extendunt. ſunt enim præpoſitis & Abbatibus ſuis ſeruorum loco. Bart. ad *l. 8. ſup. de tranſact.*
b puta Plautius patronus. c puta Titio.

a vt perceptis ſibi decem.
b puta à Caio.
c Venderet. *Hal.*
d præteritus ſc. à ſuo liberto.
e puta tertiam.
f eidem Caio.
g à Plautio.
h Diminuta refert ſicut diminuitur onus, ita re aucta augetur. *Socin.*
i à Caio fideicommiſſario.
k Falcidia introducta fauore heredis, in damnum eius non retorquenda. *Bal. l. 6. C. de leg. h.*
l Fidei commiſſarius cui per fideicommiſſum aliquid relictum eſt ea lege, *vt Titio aliquid det.* tantum detrahit ex legatis quę præſtare debet, quantum hæres ei detraxit per Falcidiam, *l. 32. §. 4. ꝟ. ad l. Falcid. l. 63. §. 12 inf. ad Trebell.*
m legatarius ſc.
n Facti quæ ſunt ad dominum non tranſeunt. *l. 24. ꝟ. de adqu. poſſ. adde l. 21. ꝟ. de adimendis: §. 2. Inſtit. de ſtipulat. ſeruor. l. 38. §. 6. ꝟ. de verb. ob.*
o In eius perſona debet impleri conditio, in cuius perſona eſt formata, non in perſona alterius. *Hal.*
p Dare domino iuſſus, conditionem nõ implet dando eius ſeruo. Quę in facto conſiſtunt, ea per ſeruum domino non adquiruntur.
q directo ſc. Nam conditio dandi hæredi, intelligitur de directo hærede, non vtili, puta fideicommiſſario. Et meritò nam verba quæ directò & vtiliter intelligi poſſunt, accipienda ſunt potius de eo quod directum eſt, quàm quod obliquum, *Socin.* Ita implenda eſt conditio heredi ſeu eius cõmodo, licèt alij hæreditatem reſtituat ex fideicommiſſo. Quid ſi ei ablata eſt hereditas vt indigno? Quid ſi hereditatem vendidit? Idem: *Bart.* Quid ſi minor reſtitutus in integrum nudo nomine hæres ſit? Bartolus dubitat. Imola negat dandum eſſe minori, *in l. qui liberis* 8. § *hęc verba* 1. ꝟ. *de vulg.*
r Conditionis implendæ gratia quæ dantur hæredi, ea fideicommiſſario reſtituere hæres non debet.
ſ Cur nihil aufertur? An quòd ridiculum ſit, ſi incontinenti auferatur, vt putat *Bart. arg. l. vlt. C. de bon. quæ lib.*
t Cauet legatarius hæredi de legato ei reſtituendo, ſi ipſi heredi fuerit euicta hæreditas: ita viciſſim legatario cauet hæres de eo reſtituendo quod ab eodem legatario accepit conditionem implendi, ſeu implendæ conditionis gratia.
u Euincitur vbi legatum, datum implendæ conditionis cauſa, recipitur, *Bald.*
x & ſic communi.
y à diuerſis dominis ſc.
z Cur? quoties vnus plures repræſentat, idem iuris eſt de vno quod de pluribus ſeparatis, *facit, l. & Proculo* 20 *ꝟ. de leg. 2.*
a & meritò, quia ſeruus communis vicem dominorũ ſuſtinet, *l. 1. § 4. ꝟ. de ſtip. ſeru.*
b Sicut per alienationem voluntariam teſtatoris cenſetur reuocatũ legatum, *l. 11. §. 12. ꝟ. de leg. 3.* ita per alienationem cauſatam ab vſucapione. *l. 28. ꝟ. de verb. ſign.*
c Diminuto legato per vſucapionem, diminuitur conditio. *Bart.* Emolumẽto legati præſcriptione minuto, onus ei iniunctum minuitur *v. Bald.*
d hoc enim caſu eſt heres, ſicut alij.
e Iuſſus dare *heredib.* cenſetur iuſſus dare pro hereditaria portione, non viriliter *Socin.*
f & meritò, quia hæc conditio eſt adiecta inſtitutioni: ideoque non antè hæres eſſe poterit, quam impleta conditio fuerit.
g *adde l. 15. in f. ꝟ. de ſtat. hom.*

SCCB2021

heres accepto tuliſſet *a*, non quidem videri conditioni paruiſſe, quaſi dederit, ſed quaſi per heredem ſtet, quo minus pareat: poſſe petere legatum, quaſi extiterit conditio.

Quando dies conditionis cedit.

46. *Idem* ‖ libro 3. ad Vitellium.

SI in *b* diem (exempli gratia) centeſimum imperatum eſt ſtatulibero, vt pecuniam ſolueret *c*, neque initium temporis eius, quod futurum eſſet, adſcriptum eſt, adita *d* hereditate cedere dies incipit: quia *e* abſurdum *f* viſum eſt, antè diem præterire, quàm is exiſteret, quem oportet accipere, & hoc in omnibus qui heredi dare iuſſi ſunt, dicendum eſt: igitur & legatario ex adita hereditate ad parendum conditioni tempus computabitur.

De conditione expreſſa, quæ non expreſſa ineſſet.

47. *Marcellus* ‖ lib. 14. Digeſtorum. ‖

SEruo libertatem ita dedit, *Ille, ſi meus erit g, liber eſto*: legatum vel hereditatem ſine conditione ei dedit, deinde eum alienauit. debebitur domino eius legatum vel hereditas, & iuſſu eius adiri poterit. nam id expreſſit, *Si meus erit*, in libertate danda: quo futurum erat, vt impediretur libertas, etiamſi expreſſum non eſſet. ſæpenumero tamen mutatur rei effectus, quanquam *h* id expreſſerit teſtator, quod, etſi non feciſſet, ineſſet tamen.

De relicto, cùm ad annum illum perueniſſet.

48. *Idem* ‖ lib. 15. Digeſtorum. ‖

NOn putabam diem fideicommiſſi veniſſe, cùm ſextumdecimum *i* annum ingreſſus fuiſſet, cui erat relictum, *cùm ad annum 16. perueniſſet*. & ita etiam Aurelius *k* Imperator Antoninus ad appellationem ex Germania *l* iudicauit.

De relicto in annos decem.

49. *Celſus* ‖ libro 22. Digeſtorum. ‖

SI *in annos decem* heres dare damnatus, aut quis liber eſſe iuſſus eſt, nouiſſimo *m* eius temporis die legatum debebitur, & libertas obtingit.

De rationibus reddendis.

50. *Vlpianus* ‖ libro 1. de officio Conſulis. ‖

SI cui libertas data ſit directo ſub hac *n* conditione *ſi rationes reddidiſſet*, arbitrium *o* à conſulibus Diuus Pius dari permiſit his verbis: Aditi à vobis ampliſſimi conſules *p* arbitrum dabunt, qui excuſſis rationibus, non tantùm quæ reliqua ſunt Epaphroditi, conſtituent, verumetiam quas rationes, quæque inſtrumenta tradere, aut exhibere dominis ſuis debeat. cuius ſententiæ cùm fuerit ſatisfactum, non impedietur Epaphroditi libertas.

De pluribus conditionibus disiunctis. 1. De conditione dandi heredi.

51. *Modeſtinus* ‖ libro 5. Differentiarum. ‖

SVb diuerſis conditionibus diſiunctim poſitis liber eſſe iuſſus, eam conditionem eligere poteſt, quæ ſibi leuior *q* eſſe videbitur: legato verò eo modo relicto, legatarium nouiſſimæ conditioni parere oportet.

1 ¶ Heredi decem dare iuſſus, & liber eſſe, & heredis heredi *ſ* dando perueniet ad libertatẽ. quod non ſimiliter in legatarij *t* perſona cuſtodiri Publicius ſcribit.

De conditione expreſſa vel tacita.

52. *Idem* ‖ lib. 7. Differentiarum. ‖

NOnnunquam contingit, vt quædam nominatim expreſſa officiant, quamuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura. quod euenit, ſi alicui ita legatur, *Titio decem do lego ſi Mæuius Capitolium aſcenderit*. nam quamuis in arbitrio Mæuij ſit, an Capitolium aſcendat, & velit efficere, vt Titio legatum debeatur. non tamen poterit aliis *x* verbis vtiliter legari, *Si Mæuius voluerit, Titio decem do*. nam * in alienam *y* voluntatem *z* conferri *a* legatum non *b* poteſt. Inde dictum eſt, * Expreſſa *c* nocent *d*, non expreſſa non nocent.

De conditione rationum reddendarum.

53. *Idem* ‖ libro ſingulari de Eurematicis. ‖

SI quis ſeruum liberum eſſe iuſſerit, *ſi heredi rationes reddidiſſet e*, poſteaque *f* eum rationes reddere vetuerit, quaſi puram facturus libertatem, competit ex teſtamento libertas.

De prorogatione legatorum. 1. Si duobus legetur ſub conditione dandi.

54. *Iauolenus* ‖ libro 2. ex Caſſio. ‖

SI quis legata quibus *a* dies adpoſita non eſſet, *annua, bima, trima die dari iuſſit*, & alicui, *cùm pubes eſſet*, pecuniam legauit, id quoque legatum annua, bima, trima die poſt pubertatem præſtandum eſſe, in commentariis Gaij ſcriptum eſt, quia magis conditio, quàm dies legato adiecta eſſet. contra ego ſentio, quia * ferè dies ponitur ad prorogandа ea, quę ad præſens tempus, non etiam quæ in futurum legata ſunt, diéſque pubertatis habet *b* aliquam temporis demonſtrationem.

1 ¶ Duobus eadem res ſi *c heredi centum dediſſent*, legata eſt: ſi alter *d* ex his quinquaginta dederit, partem legati conſequetur, & pars eius, qui non dederit, alteri cum ſua conditione adcreſcit *e*.

De conditione dandi incapaci.

55. *Idem* ‖ libro 13. Epiſtolarum. ‖

MÆuius, cui fundus legatus eſt, *ſi Callimacho*, cum quo teſtamenti factionem non habebat, *ducenta dediſſet*, conditioni parere debet, & ducenta dare, vt ad eum legatus fundus pertineat, licet *f* nummos non faciat accipientis. quid enim intereſt, vtrum tali perſonæ dare iubeatur, an aliquo loco ponere, vel *g* in mare deiicere? neque enim illud quod ad talem perſonam peruenturum eſt, teſtamenti nomine, ſed *h* mortis cauſa capitur.

An conditio dandi recipiat diuiſionem.

56. *Idem* ‖ lib. 14. Epiſtolarum. ‖

CVi fundus legatus eſt, *ſi decem dederit*, partem fundi conſequi non poteſt, niſi totam pecuniam numeraſſet. diſſimilis eſt cauſa, * cùm duobus eadem res ſub conditione legata eſt. in hac enim quæſtione ſtatim à teſtamento, quo pluribus conditio adpoſita eſt, diuiſa quoque in ſingulas perſonas videri poteſt, & ideo ſinguli cum *i* ſua parte & conditioni parere, & legatum capere poſſunt. nam quamuis ſumma vniuerſæ conditionis ſit adſcripta, enumeratione *k* perſonarum poteſt videri eſſe diuiſa. in eo verò quod vni ſub conditione legatum eſt, ſcindi ex accidenti conditio non debet: & omnis numerus *l* eorum, qui in locum eius ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona eſt habendus.

De operis.

57. *Pomponius* ‖ lib. 9. ad Quintum Mucium. ‖

QVæſitum eſt, an ſi iuſſus fuerit ſeruus *quinque operas extraneo dare, vt liber ſit*, conditio talis ſit recipienda, vt quemadmodum circa pecuniæ dationem dicitur, ita & circa prȩſtationem operarum dicamus? Sed hoc iure vtimur, vt quemadmodum dictum eſt, ſi pecuniam ex peculio ſuo det extraneo, admitti eum ad libertatem: ita & ſi operam præſtiterit, neceſſe ſit eum admitti ad libertatem. itaque ‖ & ‖ in propoſito ſapienter faciet heres, ſi impedierit *m* eum quominus præſtet & operas. hac enim ratione ſeruus perueniet quidem ad libertatem, ſed operis eius extraneus non vtetur.

De conditione nuptiarum.

58. *Idem* ‖ libro 10. ex variis lectionibus. ‖

SI ancillæ alienæ, *cùm ea nupſiſſet*, legatum ſit, Proculus ait, vtile legatum eſſe, quia poſſit *n* manumiſſa nubere.

An morte. 1. Et media. 2. Vel maxima capitis deminutione legatum extinguitur.

59. *Vlpianus* ‖ libro decimotertio ad legem Iuliam *o* & Papiam. ‖

INtercidit legatum, ſi ea perſona deceſſerit *p*, cui legatum eſt ſub conditione.

1 ¶ Quid ergo, ſi non deceſſerit *q*, ſed in ciuitate eſſe deſierit: puta alicui legatum, *ſi conſul fuerit*, & is in inſulam deportatus *r* eſt. nunquid non interim extinguitur legatum, quia reſtitui *ſ* in ciuitate poteſt? quod probabilius *t* eſſe arbitror.

2 ¶ Non *u* idem erit dicendum, ſi ea pœna in eum ſtatuta fuerit, quæ irrogat ſeruitutem. quia * ſeruitus *x* morti adſimilatur *y*.

Diuiſio conditionum. 1. De fiſco.

60. *Paulus* ‖ libro 7. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

IN facto *z* conſiſtentes conditiones varietatem habent, & quaſi tripartitam recipiunt diuiſionem, *vt quid detur, vt quid fiat, vt quid obtingat a*, vel retro *b*, *ne detur, ne fiat, ne obtingat*. ex his dandi faciendíque conditiones in perſonas collocantur *c* aut ipſorum, quibus quid relinquitur, aut aliorum: tertia ſpecies in euentu ponetur.

1 ¶ Fiſcus iiſdem *d* conditionibus parere debet, quibus perſona, à qua ad ipſum, quod relictum eſt, peruenit. ſicut etiam cum ſuo onere hoc ipſum vindicat.

De conditione liberorum.

61. *Vlpianus* ‖ lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI vir vxori ad tempus liberorum legauerit, dubitari poteſt, an de his duntaxat filiis ſenſiſſet teſtator,

---

a Iuſſus *dare*, acceptum ferendo non paret conditioni. Eſt. n. aliud dare, aliud liberare, qui dat, facit quid accipientis: qui liberat, nihil facit accipientis: acceptilatio licèt vim habeat ſolutionis, non tamen dicitur propriè ſolutio. Igitur non dicitur impleta dandi conditio per acceptilationem. *Socin.* adde *l. 49.* ff. *de ſolut.*

b Si intra, *Hal.*

c Iuſſus dare ſimpliciter, intelligitur iuſſus dare heredi. *Soc.*

d Tempus conditionis dandi heredi, non incipit currere, niſi poſt aditam hereditatem. *Socin.*

e Repetita conditio non cenſetur quæ tacitè ineſt: quia fruſtra & inutiliter eſſet expreſſa. *v. Manticam* 10. *de coniect.* 6. *num.* 27.

f Dilatio temporis non prius poteſt habere finem quam principium.

g cum moriar ſc.

h *l. 6.* ff. §. 1. ſ. *de leg. 1.* v. quæ notaui ad *l. 56.* ſ. *mandati.*

i decimum quartum *Cuiac. ad l. 5. 6. qui teſt.*

k aliud autem iudicauit Imperator Hadrianus. *l. 74.* §. 1. ff. *ad Treb.* adde *l. 49.* ſ. *de leg. 1. l. 5. Cod. quand. dies leg.*

l Germania Imperio Romano ſubdita fuit. Appellationes enim ex Germania ad Imperatorem fuiſſe hic locus indicio eſt: adde *l. 11.* ſ. *de euict.*

m i. vltimo. Imo ſtatim, *l. 4. in fin.* ff. *de manu. teſt.*

n *l. 47.* §. 2. ff. *de fideicom. libert.*

o *l. 53. in fin.* ſ. *de iudic.*

p Conſules arbitros dabant ad rationes manumiſſorum audiendas.

q *l. 35. ſupra eod. l. 87.* ff. *eod.*

r *l. 94. in fi.* ff. *eo.*

ſ Heredi etiam hæredis dando fit liber is qui iuſſus eſt heredi dare & ita liber eſſe.

t *l. 109.* ff. *eod.*

u *l. 68. ſup. de hered. inſt.*

x Legatum expreſſè in alterius voluntatem non poteſt conferri: tacitè & non ita verbis apertis poteſt.*

y *l. 32. l. 68. verſ. atquin ſi quis: l. 70. ſup. de her. inſt* 64. *ſup. de leg. 1. v. Cuiac. 2. obſ.* 2. extranei, vel heredis, *l. ſenatus* 43. §. *legatum* 2. *ſup. de leg. 1. l. fideic. libert.* 23. ff. *de fideic. libert.*

z meram & profuſam.

a expreſſim.

b Imò poteſt, *l. 43.* §. 2. *ſup. de leg. 1.*

c *l. 68. ſup. de hered. inſt.*

d vbi ſc. ratione expreſſi occurrit aliqua ratio vitiandi actus, *Bald. v. l. 195.* ff. *de regul. iur.* e *l. 3.* § 9. *ſup. de adimendis.*

f Sicut legata poſſunt adimi, ita & conditiones: nec tamen per amotam conditionem videtur id remotum cui conditio erat adiuncta, ſed purificatur. *Bald.*

a *l. 30.* ſ. *de leg. 1.*

b Dies incerta interpellat pro homine ex quo dies eſt. *Bald.*

c i. ſub hac conditione.

d *l. 15.* ſ. *de ſtatu.*

e Adcreſcit cum onere ſuo, pars deficiens.

f Dandi verbum hic impropriè ita ſumetur, *l. 167.* ff. *de reg. iur.*

g Atqui conditio in mare proiiciendi ſeruari non debet. *l. quidam* 27. ſ. *de cond. inſt.* Aliud in pecunia, aliud in hominis reliquiis.

h adde *l. 8. inf. de mort. cauſ.*

i pro ſua. *Hal. l. 44.* §. 8. *inf.* ſ. *eod. l. 11.* §. 1. *l. 13.* §. 2. ff. *de manu. teſt. l. 90. ſup. de vſufr. legat.*

k Enumeratio perſonarum vim diuiſionis portionum habet.

l Numerus omnis qui vnius in locum ſubſtituitur, pro vna perſona habetur, *Bal.*

m *l. 23. in fin.* ſ. *de cond. inſt.*

n Conditio dicitur eſſe poſſibilis, quæ etiam ſtatu mutato poſſibilis eſt. *Bald.*

o An lex Iulia & Papia ſunt vna lex vel duæ? negat Robertus 1. *animad.* 1. ait Anton. Mercator 1. *notat.* 1. *in princ. & ſ.* adde *l. 43. l. 44.* ſ. *de ritu.*

p *l. 31.* ſ. *eod. l. 69.* ff. *eod. l. 59.* § 6. ſ. *de hered. inſt. l. 65.* §. 1. ſ. *de leg. 1. l. 11.* §. 6. *ſup. de leg.* 3.

q naturaliter.

r Deportatione legatarij non extinguitur ei legatum, ſed ſuſpenditur tantum.

ſ *l. 104.* ff. *eo.*

t Deportatio hunc in modum morti non comparatur, idque cohibendorum caducorum & legis Papiæ cauſa. vide Cuiacium ad *l. 121.* §. 2. ff. *de verb. oblig.*

u Deportatio ſeruitutem non irrogat.

x & manumiſſio *l. 92.* ff. *de ſol.*

y aſſimilatur. *Haloand.* adde *l. 3. in fin.* ſ *de cap. minut. l. 32.* §. 6. ſ. *de donat. inter vir. l. 209.* ff. *de reg. iur.*

z Qui facit, dat: dat, qui facit, *v. l. 218. inf. de verb. oblig.*

a *al.* contingat, ea ponitur / in euentu.

b i. è conuerſo. vt *l. 40.* §. 2. *inf. de adq. poſſ. l. 21.* §. 2. *in fin.* ff. *de fideic. inſt.*

c conferuntur. d *l. 9. ſup. de Silan. l. 2.* ſ. *de aliment. l. 6. inf. de iure fiſci.*

qui

qui poſt mortem eius nati fuiſſent: an ‖&‖ de his, qui viuo *a* eo ab eo ſuſcepti fuiſſent poſt *b* teſtamentum factum, cùm manente matrimonio deceſsiſſet. verùm æquum eſt proficere *c*, ſiue viuo marito, ſiue poſt mortem naſcatur.

1. De conditione dandi & non ſolidi capacitate.

62. *Terentius Clemens* ‖lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.‖

SEd ſi hoc ſpecialiter expreſsit teſtator, etiam ſi ex alio poſt mortem ſuam liberos procreauerit, nihilominùs eam ad legatum admitti.

1 ¶ Cuidam non *d* ſolidum capienti, amplius legi conceſſæ portionis relicta eſt, *ſi heredi aliquid dediſſet.* quæritur, an id quod conditionis implendæ cauſa dederat, conſequi ex cauſa legati poſsit, quaſi non capiat id quod deroget: an verò id extra ſit, nec ideo magis ex bonis teſtatoris amplius capiat, quàm capturus eſſet, ſi ſine conditione legatum eſſet? Et Iulianus rectiſsimè ſcribit, tantò *e* amplius eum capturum, quantum conditionis implendæ cauſa dare eum oportet, nec intereſſe heredi, an extraneo dare iuſſus ſit, quia computatione facta, quæ ſemper in perſona eius introduceretur, non amplius legi conceſſæ portionis ad eum ſubſideret.

2 ¶ Cùm vir vxori, *Si à liberis ne nupſerit,* in annos ſingulos aliquid legauit, quid iuris ſit? Iulianus reſpondit, poſſe † mulierem nubere, & legatum capere. quod ſi ita ſcriptum eſſet, *Si à f liberis impuberibus g ne nupſerit,* legem locum non habere, quia magis cura liberorum, quàm viduitas iniungeretur.

63. *Gaius* "lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam."

CVm ita legatum ſit, *Si Titio non nupſerit.* vel ita, *Si neque Titio, neque Seio, neque Mæuio nupſerit.* & denique ſi plures perſonæ comprehenſæ fuerint, magis placuit, cuilibet eorum ſi nupſerit, amiſſuram legatum, nec videri tali *h* conditione viduitatem *i* iniunctam, cum alij cuilibet ſatis commodè poſsit nubere.

1 Videamus & ſi ita legatum ſit, *Si Titio nupſerit,* & quidem ſi honeſte *k* Titio poſsit nubere, dubium non erit, quin, niſi *l* paruerit conditioni, excludatur à legato. ſi verò indignus ſit nuptiis eius, iſte Titius, dicendum eſt poſſe beneficio legis cuilibet nubere.* quæ enim Titio nubere iubetur, cæteris *m* omnibus nubere prohibetur. itaque ſi Titius indignus ſit, tale eſt, quale *n* ſi generaliter ſcriptum eſſet, *Si non nupſerit,* imò, ſi verum amamus, durior hæc conditio eſt, quàm illa, *Si non nupſerit.* nam & cæteris omnibus nubere prohibetur, & Titio, cui inhoneſtè nuptura ſit, [cùm] nubere iubetur.

64. *Terentius* "*Clemens* lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam."

HOc modo legato dato *Si Lucio Titio non nupſerit,* non *o* eſſe legi *p* locum Iulianus aiebat.

2 ¶ Quòd ſi ita ſcriptum eſſet, *Si Ariciæ non nupſerit?* intereſſe, an fraus legi facta eſſet. nam ſi ea eſſet, quæ alibi *q* nuptias non facilè poſsit inuenire, interpretandum, ipſo *r* iure reſcindi, quod fraudandæ legis gratia eſſet adſcriptum. * legem enim, vtilem reipublicæ, ſobolis *ſ* ſcilicet procreandæ cauſa latam, adiuuandam interpretatione.

Si heres pendente legati conditione deceſſerit.

65. *Paulus* ‖ lib. 62. ad Edictum.‖

LEgato ſub conditione relicto, ſi heres, à quo ſub conditione legatum eſt, pendente conditione moriatur *t*, heredem ſuum obligatum relinquit.

De manumiſsione ſtatuliberi.

66. *Modeſtinus* ‖ lib. 10. Reſponſorum.‖

HEres ſtatuliberum, cui in euentum conditionis fideicommiſſum reſtituere rogatus erat, manumiſit *u*. quæro, an fideicommiſſum ei præſtare debeat? Herennius Modeſtinus reſpondit: Quanquam ſtatuliberum heres manumiſerit, tamen fideicommiſſum, quod ſub iiſdem conditionibus relictum ei debet, ita præſtare cogitur, ſi conditiones impletas eſſe præſtabit *x*, aut per eum ſtetit, quominus impleantur.

De cautione Muciana, & tranſlatione conditionali.

67. *Iauolenus* ‖ lib. 11. Epiſtolarum.‖

CVm ſub hac conditione fundus alicui legatus eſſet, *Si y ſeruum non manumiſerit,* &, ſi manumiſerit, legatum fundi ad Mæuium tranſlatum eſſet, legatarius de non liberando ſatiſdedit, & legatum accepit, & poſtea liberauit. quæro, an aliquid Mæuio detur? reſpondit: Si cui ita legatum erit, *Si ſeruum non manumiſerit,* ſatiſdatione interpoſita, accipere ab herede *z* legatum poterit: & ſi poſtea ſeruum manumiſerit, commiſſa ſtipulatione heredi, vel fundum, vel quanti ea res eſt, reſtituet. eoque caſu heres ei, cui ex ſequenti conditione legatum debuerit, reſtituet.

De conditione nuptiarum.

68. *Iauolenus* " lib. 2. ex Caſsio.

SI ita legatum eſſet, *Cùm nupſerit,* ſi nupta fuerit & hoc teſtator ſciſſet, alterum matrimonium erit exſpectandum *a*, nihilque intererit *b*, vtrum viuo teſtatore, an poſt mortem ea iterum nupſerit.

De legato, ſi voluerit.

69. *Gaius* "lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam."

SI ita expreſſum erit, *Titio ſi a voluerit do lego,* apud Labeonem Proculus notat, non aliter ad heredem legatarij pertinere, quàm ſi ipſe legatarius voluerit *b* ad ſe pertinere. quia conditio perſonæ iniuncta videtur.

De conditione emancipationis.

70. *Papinianus* ‖ lib. 16. Quæſtionum.‖

DVos mater filios ſub conditione emancipationis ex partibus heredes inſtituit, eiſque plurium rerum præceptiones purè dedit. hereditatem adierunt. patrem à legatorum commodo illa quoque ratio debet ſummouere, quod emancipando *c* filios, obſecutus voluntati, ſupremum iudicium vxoris ſuæ cuſtodiri voluit.

De fundo emendo. 1. De matrimonio. 2. De iure libertatis. 3. De dote.

71. *Idem* ‖ lib. 17. Quæſtionum.‖

TItio centum, *ita d vt fundum emat,* legata ſunt. non *e* eſſe cogendum Titium cauere *f* Sextus Cæcilius exiſtimat, quoniam ad ipſum duntaxat emolumentum legati rediret.

¶ Sed ſi filio, fratri, alumno minus induſtrio proſpectum eſſe voluit, intereſſe heredis credendum eſt, atque ideo cautionem interponendam, vt & fundus comparetur, ac poſtea *g* non alienaretur.

1 ¶ Titio centum relicta ſunt ita, *vt Mæuiam vxorem, quæ vidua eſt, ducat.* conditio *h* non remittetur, & ideo nec cautio remittenda eſt. Huic ſententiæ non refragatur, quod ſi quis pecuniam promittat, ſi Mæuiam vxorem non ducat, Prætor actionem denegat. * aliud eſt enim eligendi matrimonij pœnæ *i* metu libertatem *k* auferri, aliud ad teſtamẽtum certa lege inuitari.

2 ¶ Titio centum relicta ſunt ita, *vt à monumento meo l non recedat,* vel *vti in illa ciuitate domicilium habeat.** poteſt dici, non *m* eſſe locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur. Sed in defuncti libertis *n* alio iure vtimur.

3 ¶ *Titio genero meo heres meus dotis Seiæ filiæ meæ nomine centum dato.* legati quidem emolumentum ad Seiam, quæ dotem habere incipit, pertinebit. ſed quia non tantum mulieri *o*, ſed Titio quoque, cui pecuniam legauit, conſultum videtur, prope eſt, vt ipſe legatarius intelligatur, & legatum petere debeat.

¶ Si poſt diuortium genero pecuniam heres ſoluerit, æquè liberabitur, quoniam in dotem ſolutio conuertitur.

¶ Conſtante autem matrimonio, etiam prohibente muliere, Titio rectè ſoluetur. hoc enim & mulieris intereſt *o*, vt incipiat eſſe dotata. Nam & ſi quis ipſam quoque petitionem habere reſponderit, eáque pecuniam petat, neque dotis fieri velit, non dubiè doli ſummouebitur exceptione.

¶ Ante nuptias verò Titio vel muliere defunctis legatum apud heredem manet. Quod ſi nolit eam vxorem ducere cauſa legati, quod ad mulieris perſonam attinet, ſatisfactum intelligetur, ſed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem exiſtimabat, nupta muliere Titio, ſine cautione legatum deberi: quoniam pecunia dotis *p* efficeretur. ſed cùm ante nuptias, quia purum legatum eſt, peti poteſt, cautio, *Mulieri pecuniam reddi,* neceſſaria erit.

¶ Quod ſi maritus vitio ſuo cauſa ceciderit, neque ſoluendo ſit, nunquid aduerſus heredem mulieri, quæ nihil reliquit, ſuccurri debeat ob eam pecuniam, quæ doti fuerat deſtinata? Sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, ſaluam habebit, non ſoluta pecunia viro, mulier actionem.

De conditione, ſi à liberis non diſceſſerit. 2. De cautione fideicommiſsi non petenda 3. & ratione non exigenda. 4 De conditione, ſi arbitratu illius nupſerit. 5. vel ſi non nupſerit. 6. De falſa cauſa. 7. De conditione falſa, vel deficiente. 8. De falſa demonſtratione.

72. *Idem* ‖ lib. 18. Quæſtionum.‖

CVm tale legatum eſſet relictum, *Titiæ, ſi à liberis non diſceſſerit:* negauerunt *q*, eam rectè cauere, quia vel mortuis liberis legati conditio poſsit exiſtere, ſed diſplicuit ſententia.* non enim voto *r* matris opponi tam ominoſa non interponendæ cautionis interpretatio debuit.

1 ¶ Cum patronus liberto certam pecuniam legaſſet, ſi à liberis "eius" non diſceſsiſſet, permiſit Imperator velut *ſ* Mucianam *t* cautionem offerri. fuit enim periculoſum ac triſte, libertum coniunctum patroni liberis, eorundem mortem exſpectare.

2 ¶ Titius *u* heredem inſtitutum rogauit poſt mortem ſuam hereditatem reſtituere, ſi fideicommiſsi cautio non fuiſſet petita: Mucianæ cautionis exemplum, ante conſtitutionem remiſſæ cautionis locum habere non potuit, quoniam viuo eo *x*, cui relictum eſt, impleri conditio potuit.

3 Quid

a v. quæ ſcripſi ad *l. 4. C. quando dies legatorum.*
b *l. 9. ſ. eod.*
c *l. 91. in fi. ĵ eod.*
d *l. 2. C. de natural. liberis.*
e vſque ad concurrentem quantitatem oneris cum relicto, etiam non capax capit: quia non videtur habere ex cauſa lucratiua. *Bald.*
† hodie non poteſt. *Nou. 21. c. 44.*
f *l. 72. §. 5. ĵ. eo.*
g *al.* non.
h Viduitatem perpetuam inducens conditio remittitur. *Bald.*
i *l. 64. ĵ. eod.*
k *l. 2. C. de inſt. & ſubſt.*
l 71. §. 1. ĵ. eo.
m *l. 12. §. 43. ſ. de inſtructo: l. 6. ĵ. de iure patron.*
n *l. 14. ſ. de l. 3.* hinc Bald. Vxori carere marito melius eſt, quàm malum maritum habere.
o *l. 63. ſ. eo.*
p Iuliæ & Papiæ: vt indicat huius legis inſcriptio.
q Actus quoties geri niſi certo loco interdicto non poteſt, actus interdictus intelligitur.
r Ipſo iure reſcinditur quod fraudandæ legis cauſa factum eſt.
ſ *l. 1. ſ. ſolut.* Lex reip. vtilis, extendenda eſt. *Bald.*
t Legatum conditionale non perit, licet grauatus moriatur pendente conditione. *Bald.*
u ante conditionis euentum.
x prætenderit. *Bald.* conſtituit. *alij.*
y *l. 73. ĵ. eod.*
z Legatarius in quẽ tranſlatio pœnæ cauſa fit capere de manu heredis, non de manu primi legatarij debet *Bald.*
a verba conditionalia in dubio intelliguntur de futuro, *Bald.*
b *l. 91. in fin. ĵ. eo. l. 2. ſ. eo.*

a Legatum valet in arbitrium legatarij collata conditione, *vt hic.* An & ſtipulatio in voluntatem ſtipulatoris? Ita cẽſet Cuiac. ad *l. 17. ĵ. de verb. obl.*
b i. declarauerit, & ſic legatum collatum in voluntatem legatarij, ante declarationem non tranſmittitur. *Bald.*
c adde *l.* o. ſ. eo.
d & ſic ſub modo.
e adde *l. 92. ĵ. eo. l. 15. C. de fideic.*
f ſc. empturum.
g Omnis qui cauet de modo implendo, tenetur cauere de modo impleto conſeruando, vt ſi quid contra fecerit, aut contrauenerit, rem reſtituat. *Bald.*
h *l 63. ſ. eo.* Modus hic appellatur conditio *vt l. 108. ĵ. eo. l. 1. C. de his quæ ſub modo.*
*
i *l. 2. C. de inutilib. ſtip.*
k Debent enim matrimonia eſſe libera *l. 134. ĵ. de verb. obl.*
l *v. l. 44. ĵ. de man. teſt.* Pacto quis non poteſt ſtringi ad *domicilium* vno tãtum in loco habendum. *Bald.* Manumiſſi eunt & habitant quo lubet, *l. 12. C. de oper. libert. v. Cuiac. 14. obſ. 27.* an ſubdito liceat patriam mutare *vide Papon. 3. not. lib. 6. tit. des lettres de naturalité. fol. 462.*
*
m Poſsit ex hoc loco videri, iniquas eſſe inſtitutiones, quibus parẽtes certi loci incolatum ſeu *domicilium* liberis iniungunt.
n *l. 18. in fin. ſ. de alimentis.* Conditione infringi libertas ingenui non poteſt: liberti, poteſt.
o *l. 1. ſ. ſoluto.*
p *l. 2. C. de fideiuſſorib. dot.*
q & malè; *verſic. ſed diſplicuit.*
*
r *l. 28. ſ. de liberat. legata,* adde *l. vlt. C. de inſt. & ſubſt.*
ſ i. ad exemplum Mucianæ comparata de hac particula v. quæ ſcripſi ad *l. 1. §. 2. ĵ. de ſuperficieb.*
t De Muciana cautione ſcripſi *ad Nou. 22. c. 43.*
u *v. Cuiac. in hunc §. 14. obſ. 37.*
x *l. 101. §. penult. ĵ. eod.*

3 ¶ Quid ergo, ſi ita ſcriptum ſit? *Peto poſt mortem tuam reſtituas hereditatem, ita ne ſatis fideicommiſſi petatur, néve a ratio exigatur.* ſine dubio per huiuſmodi verba non interponendæ quidem cautionis conditio videbitur adſcripta, rationi verò non exigendæ modus adhibitus, ſcilicet vt culpa, non etiam dolus b remiſſus intelligatur, ídque in eius perſona, qui negotia geſsit, cuíque rationis reddendæ neceſsitas fuerat teſtamento remiſſa, reſcriptum eſt.

4 ¶ *Si arbitratu Titij Seia nupſerit, heres meus ei fundum dato.* viuo Titio etiam c ſine arbitrio Titij eam nubentem legatum accipere, reſpondendum eſt, eámque legis ſententiam videri, ne quod omnino nuptiis d impedimentum inferatur.

¶ Sed ſi Titius viuo e teſtatore decedat, licèt conditio deficit, quia tamen ſuſpenſa quoque pro nihilo foret, mulieri ſuccurretur.

5 ¶ *Mæuia ſi non nupſerit, fundum cum morietur lego.* poteſt dici, & ſi nupſerit, eam confeſtim ad legatum admitti †. Non idem probatur, ſi f certus dies incertúſve alius legato fuerit adſcriptus.

6 ¶ Falſam cauſam legato non g obeſſe, verius eſt, quia ratio legandi legato non cohæret. ſed plerunque doli exceptio locum habebit, ſi probetur alias legaturus non fuiſſe.

7 ¶ Falſam conditionem Caſsius & Celius Sabinus impoſsibilem h eſſe dixerunt, veluti *Pamphilus ſi quod Titio debeo ſoluerit, liber eſto,* ſi modo nihil Titio fuit debitum. Quòd ſi poſt teſtamentum factum teſtator pecuniam exſoluit, defeciſſe i conditionem intelligi.

8 ¶ Falſam legati demonſtrationem non facere legatum, Sabinus reſpondit: veluti ſi quis cum Titio nihil legaſſet, ita ſcriptum reliquerit *ex centum quæ Titio legaui, quinquaginta heres Seio dato.* idque ſumpſit ex defuncti voluntate. quia non animo legandi, ſed deminuendi legatum, quod falsò datum exiſtimaret, ita ſcriberet.

¶ Propter falſam tamen demonſtrationem legati non plus Seius adſequetur, quàm ſi verè demonſtratum fuiſſet.

De legato duobus ſub contrariis conditionibus & cautione Muciana.

73. *Idem* ‖ lib. 19. Quæſtionum. ‖

Titio fundus *ſi in Aſiam non venerit*: idem, *ſi peruenerit,* Sempronio legatus eſt. cùm * in omnibus conditionibus, quæ morte legatariorum finiuntur receptum eſt, vt Muciana k cautio interponatur, heres cautionem à Titio accepit, & fundum ei dedit, ſi poſtea in Aſiam peruenerit, Sempronio heres quod l ex ſtipulatu cautionis interpoſitæ conſequi poteſt, vtili actione præſtare cogitur. ſed ſi cautio medio tempore defecerit, quæ ſollicitè † fuerat exacta, non de ſuo præſtabit heres, ſed quia nihil ei poteſt obiici, ſatis erit actiones præſtari. ſi tamen, Titius cùm in Aſiam veniſſet, Sempronius priùs quàm legatum accipiat, deceſſerit, heredi eius deberetur, quod defunctus petere potuit.

De iure accreſcendi.

74. *Idem* ‖ lib. 32. Quæſtionum ‖

Mulieri & Titio vſusfructus, *ſi m non nupſerit* n *mulier,* relictus eſt o. ſi mulier nupſerit, p, quamdiu Titius & viuit, & in eodem ſtatu q erit r, partem ſ vſusfructus habebit t: tantum enim beneficio legis ex legato conceſſum eſſe mulieri intelligendum eſt, quantum haberet, ſi u conditioni paruiſſet. nec x, ſi Titius, qui conditione defectus y eſt, legatum repudiet, ea res mulieri proderit z.

De die incerto.

75. *Idem* ‖ lib. 34. Quæſtionum. ‖

Dies incertus a conditionem b in teſtamento c facit.

De conditione ſi ſine liberis deceſſerit.

76. *Idem* lib. 6. Reſponſorum.

Fideicommiſſum à filiis relictum, *ſi quis ex his ſine liberis diem ſuum obierit,* adoptionis d commento non excluditur.

De repetitione conditionis vel liberationis 1. *De cautione Muciana* 2. *& legato alicui, ſi mulier non nupſerit.* 3. *De tutoribus iuſsis ſub conditione ad rem gerendam accedere. De remiſsione cautionis legatorum vel fideicommiſſorum.*

77. *Idem* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

Auia, quæ nepotem ſub conditione emancipationis pro parte heredem inſtituerat, ita poſtea codicillis ſcripſit. *Hoc amplius nepoti meo, quam quod eum heredem inſtitui, lego prædia illa.* conditionem emancipationis repetitam a videri placet, quamuis auia nullam b in legatis, vt in hereditate ſubſtitutionem feciſſet. Nam & cùm ſeruus purè quidem liber, heres autem ſub conditione ſcriptus, & ſi heres non exſtiterit, legatum accipere iuſſus eſt, in legato repetitam videri libertatem c Diuus Pius reſcripſit.

1 * ¶ Muciana cautio locum non habet, ſi d per aliam conditionem actio legati differri poſsit.

2 ¶ *Titio ſi mulier non nupſerit, heres centum dato.* quam pecuniam eidem mulieri Titius reſtituere rogatus eſt: ſi nupſerit mulier, die legati cedente, fideicommiſſum petet: remoto autem fideicommiſſo, legatarius exemplum Mucianæ cautionis non habebit.

3 ¶ Pater exheredatæ filiæ tutores dedit, eóſque, ſi mater eius, impubere filia conſtituta, vita deceſſiſſet, ad rem gerendam accedere iuſſit. cùm vxori mandatum eſſet, *vt moriens filiæ communi decies e reſtitueret*: non ſub conditione tutores videbuntur dati, nec ſi quid aliud interea puella quæſiſſet, eius adminiſtratione prohiberi: cautio verò fideicommiſsi matri remiſſa. * Quocunque indicio f voluntatis cautio legatorum vel fideicommiſſorum remitti g poteſt. Itaque ſi *cautionis non petendæ* conditio legato, vel fideicommiſſo præſcribatur, conditionem ea res non faciet. non enim deficiet, ſi quis caueri deſiderauerit h, onere cautionis non ſecuto. quod aduerſus inuitum hodie iure publico ſequi non poteſt, poſtquam remitti poſſe cautionem placuit.

De conditione implenda. 1. *De conditionibus diſiunctis.*

78. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

Cum pupillus aut tutor eius conditionem in perſonam pupilli collatam impedit, tam legati, quàm libertatis, iure i communi conditio impleta k eſſe videtur.

1 ¶ Diſiunctiuo l modo conditionibus adſcriptis, alteram m defeciſſe non oberit, altera vel poſtea impleta. Nec intereſt, in poteſtate fuerint accipientis conditiones, an in euentum collatæ.

De legato cùm morietur legatarius. 1. *vel heres.* 2. *De cautione Muciana.* 3. *De vſufructu* 4. *De nuptiis.*

79. *Idem* ‖ lib. 1. Definitionum. ‖

Heres meus cùm n *morietur Titius, centum ei dato*: purum o legatum eſt, quia non conditione, ſed mora ſuſpenditur. non poteſt enim conditio non exſiſtere.

1 ¶ *Heres meus cùm ipſe* p *morietur, centum Titio dato*: legatum ſub q conditione relictum eſt. quamuis enim heredem moriturum certum ſit, tamen incertum eſt, an legatario viuo dies legati non cedat: & non eſt certum, ad eum legatum peruenturum.

2 ¶ Qui poſt Mucianam r cautionem interpoſitam legatum accepit, ſi contra cautionem aliquid fecerit, ſtipulatione commiſſa etiam fructus ſ heredi reſtituet. hoc enim legatarius & in exordio cauere cogitur.

3 ¶ Quamuis vſusfructus, cum morietur legatarius, inutiliter legetur, tamen cautionis Mucianæ remedium, vſufructu quoque ſub conditionem alicuius non faciendi legato locum habet.

4 ¶ * Quod in fraudem legis t ad impediendas nuptias ſcriptum eſt, nullam u vim habet: veluti, *Titio patri centum ſi filia, quam habet in poteſtate, non nupſerit, heres dato: vel filiofamiliàs ſi pater eius vxorem non duxerit, heres dato.*

De conditione & modo.

80. *Scæuola* ‖ lib. 8. Quæſtionum. ‖

Eas cauſas quæ protinus x agentem repellunt y in fideicommiſsis, non z pro conditionalibus obſeruari oportet a. eas verò, quæ habent moram cum ſumptu b, admittemus cautione oblata. nec enim parem dicemus eum, cui ita datum ſit, *ſi monumentum fecerit.* & eum, cui datum eſt, *vt monumentum faciat* c.

De rationibus reddendis. 1. *De conditione implenda.*

81. *Paulus* ‖ lib. 21. Quæſtionum. ‖

Iulius Paulus Numphidio. Quæſiſti ſi ita teſtamento cautum eſſet: *Stichus ſi rationes reddiderit cum contubernali ſua, liber eſto: eiſque decem heres dato.* an Sticho mortuo d, antequam rationes redderet, vel pariatore e, vel reliqua habente, libera eſſet mulier, & an de legato idem accipiamus. Libertate data *ſi rationes reddiderit,* hanc

a Teſtator poteſt remittere heredi neceſsitatem conficiendi inuentarij: ea tamen remiſsione dolus minimè continetur, aliàs heres fideicommiſſario vniuerſali tenetur rationem reddere. & eam ob cauſam inuentarium facere. *Bald.*

b *v. l. 9. ſ. de libera.*

c Conditio nuptiarum in conſilium vel arbitrium alterius collata non tenet, quamuis dos poſsit conferri in arbitrium alterius *Bald.*

d *v. l. 4. ſ. de vſur.*

e *l. 28. ſ. eo.*

† *v. Nou. 22. c. 44.*

f Conditio expreſſa vel tacita non nubendi reiicitur: non alia ſuſpenſio *l. 62. in fi. j. eo.*

g falſa cauſa legatum non vitiat, niſi de voluntate teſtatoris ducatur *l. 17. §. 2. ſ. eo. l. 31. Inſt. de legat.* & ibi Theophilus, vbi dixi.

h Falſa & impoſsibilis conditio æquipollent, *Bald.*

i Et ſic valebit fauore libertatis. *Accurſ.*

k *l. 7. ſ. eo.*

l *l. 79. §. 2. j. eod.*

† Satis eſt etiam quod crediderit ei velut bono viro *Gloſſ. hic: v. Tiraq. de pœnis: cauſa 51.*

m & ita ſub conditione viduitatis.

n i. ſub hac conditione.

o coniunctim ſc.

p Quæritur, Num vſusfructus, & mulieri & Titio debeatur? reſponſio. Pars mulieri tantū debetur. *j. eo in verbo* tantum: in parte altera Titius conditione deficit, nec mulieri adcreſcit *in fi. j. eo.*

q matrimonij.

r ipſa mulier ſcilicet.

ſ quaſi diceret, poſt nuptias à muliere contractas contra voluntatem teſtatoris, mulier ipſa partem tantum vſusfructus conſequitur, Titius ipſe conditione defectus eſt, non tamen ei pars Titij adcreſcit. *in fi. j. eo.*

t atque ita mulier admittitur ad legatum contra voluntatem teſtatoris, idque iure ſpeciali & fauore matrimonij.

u Si non nupſiſſet.

x Adcreſcendi ius non habet, qui ad legatum iure ſpeciali contra voluntatem defuncti admittitur *Bart. Bald. Socin. l. 3. §. 3. l. 5. j. de* [l]*egatis præſtand.* ſecus ſi non iure ſpeciali admittitur *l. 1. ſ. de vſufr. accreſ.* Hæc tamen regula diſplicet Alciato *6. Paradox. 8.*

y Cum viduitatis conditio remittitur in hac ſpecie mulieri: non autem Titio *l. 1. C. de indicta viduitate.*

z ad quem igitur reditura eſt portio Titij conditione defecti? vtique ad proprietarium. Caſus hic valde ſingularis eſt, vt in quo ius adcreſcendi non ſit inter re & verbis coniunctos.

a Dies incertus eſt, cùm ita ſcribitur: Heres meus cùm morietur dato, *l. 1. §. 2. ſ. eodem.*

b Dies incertus appellatur conditio, *l. 30. §. 4. in fin. ſ. de l. 1. l. 38. §. 3. j. de verb. oblig*

c & contractibus *l. 56. in fin. j. de cond. indeb.* in qua, argumento huius legis, legendum eſſe opinor, *conditionis,* non *conditionis.*

d *l. 51. in fi. ſ. de legat. 2.*

a Repetita in le[gatis] conditio vide[tur] inſtitutioni here[di] adiecta *l. 82. l. 1*[0] *j. e. l. 18. ſ. de co*[nd.] *inſt. l. 83. in fi. ſ*[.] *l. 2.*

b *v. l. 30. §. 1. ſ.*

c *v. Cuiac. 8. obſ.* [...] *in fin.*

d Vnum impedimentum remouere non ſufficit, [ſi] plura remouen[da] ſunt. *Caſtrenſ.*

e centena ſc. [...] videtur hæc fu[iſſe] magna quantita[s] vt dixi ad *l. 6. in* [...] *ſ. de vſuris.*

f dixi ad *l. 2. C.* [...] *miliæ: & ad l. 1.* [...] *fin. C. vt in poſſ. legat.*

g *l. 7. C. vt in poſſ. legat.*

h *l. 12. j. vt leg. nomin.*

i Ius commune [op]ponitur iuri ſingulari *l. 23. §. 3.* [...] *fideic. lib.* quæ le[gi] legi coniuncta eſt. Ius commune regula iuris. *l.* [...] *10. j. de ſtatulib.*

k *l. 23. in fin.* [...] *cond. inſt.*

l *l. 5. in fin.* [...] *cond. inſt. §. 11.* [...] *de her. inſt.*

m *v. l. 10.* [...] *reg. iur.*

n Legatum in [tem]pus mortis co[llatum] in momentum [...] potius quàm [...] collatum vide[tur.]

o non tamen [...]tur aut pr[æ] præſenti die.

p *Paul. 3. ſent.* [...] *6. l. 9. C. de* [...] *inſt.*

q *l. 4. j. quando* [...] *legat.*

r *Vide Cuiac.* [...] *obſ. 32.*

ſ *Nou. 22. c. 44.*

t ſub. Iuliæ Miſ[cel]læ: de qua di[xi] *l. 1. l. 2. l. 7. C.* [...] *dicta viduitate* [...] *Iulia Miſcella* [tol]*lenda.*

u *dixi ad Nou.* [...] *c. 43.*

x ſtatim, confeſtim veluti ſit leg[atum] ſit ſub conditio[ne] quæ vel tum [...] iam antea falſa [...] *Dyn. Bart.*

y Quales ſunt [...] quæ ad præſ[ens] tempus collatæ.

z i. legatū peti i[n] caſibus nō poteſt [...] oblata cautione.

a ſunt enim conti[n]nuò veræ vel falſæ *l. 13. ſup. de reb. d*[ub.] *l. 10. in fi. ſup. de cond. inſt. l. 120. in fi. j. de verb. oblig.*

b moram coniunctam *v. Forner.* [...] *ſelect. vlt.* malè.

c non faciat. *Hal.*

d *l. 40. in fi. j. de ſtatu*[lib.]

e Pariator, reliquator eſt, Græcis ἀπο[...]τακτος i. pariator; reliquatori opponitur, *v. Cuiac. 9.* [...] *Afric. fol. 210.* aliud eſt à parario. de quo Seneca 2. de Clementia & 3. *v. Briſ*[...] *finium* in verbo paria facere.

hanc conditionem rationum reddendarum, vt iuſſus videatur reliqua reddere, ſi qua habet, cum fide actus ſui. quæ ſi *a* nulla ſunt, purè accepiſſe libertatem videbuntur. & ſi poſt aditam hæreditatem deceſsit, competente libertate, etiam legatum eos ſecutum eſt. quòd ſi, cùm adhuc reliqua haberet, deceſsit, ſub eadem conditione & contubernalis eius libertatem accepiſſe videtur, & defecta‖videbitur‖ conditione. Sed non ineleganter illud dicetur, Stichum quidem ſub conditione manumiſſum, contubernalem autem eius purè, & illam *b* coniunctionem non ad coniungendam conditionem, ſed ad neceſsitudinem demonſtrandam pertinere.

1 ¶ Tunc demum pro *c* impleta habetur conditio, cùm per eum *d* ſtat, qui, ſi impleta eſſet, debiturus erat.

De rationibus reddendis.

82. *Calliſtratus* ‖ libro 2. Quæſtionum. ‖

CVm ſeruus ita liber eſſe iuſſus ſit, *ſi rationes* e *reddiderit; eique fundum heres dare damnas ſit*, videamus, vtrum conditio libertati præpoſita ſit, an verò & legato. & quidem ſi libertati ſoli accipiamus præpoſitam, nullus tractatus amplius ſupereſt. nam legatum purum inuenitur, & ideo inutile fit. quòd ſi conditio etiam legato inſita ſit, quod quidam rectè putant, ſimul cum libertate dies quoque legati vtiliter cedit. Quid ergo continetur his *f* verbis *ſi rationes reddiderit?* Quidam hoc aiunt, ſi reliqua reddiderit. quaſi nihil *g* interſit, vtrùm ſub hac conditione *ſi reliqua*, vel ſi hac, *ſi rationes reddiderit*. Sed nos neque *h* conditionem meram putamus eſſe, quæ in datione exſiſtit, neque meram conditionem, quæ in facto ſit, ſed eam conditionem, quæ ex mixtura quadam conſiſtit. nam non *i* vtique, ſi ille in folle *k* reliqua obtulerit, liber erit. non enim teſtator hoc ſenſit: ſed illud, vt rationes reddat, quomodo ſeruus reddere ſolet *l*, id eſt, legendas offerre rationes primùm, deinde computandas, vt explorari poſsit, imputationes probè, an improbè, referantur, accepta rectè relata, an non rectè. Ita enim incipit *m* quidem res à facto, peruenit autem ad pecuniam. ineſt his verbis etiam, heredes notitia inſtrui rationum, vt ſciant, quid in quaque ratione ſcriptum ſit. nam quod ipſe viuus facturus erat, ab hæredib. ſuis fieri iuſsiſſe intelligitur. ille autem vtique non ſic ſolebat ſeruo ſuo oſtendenti reliqua, rationes ſubſcribere, ſed ita vt legeret *n*, examinaret, exciperet. Itaque cùm ſeruo ſub hac conditione teſtamento libertas datur, *Si rationes reddiderit*. non hanc ſolam habet ſignificationem, ſi cautiones inſtrumentaque omnia actus ſui exhibuerit hæredi, ſed & ſi *o* reliqua ſoluerit.

De filio teſtatoris herede ſcripto ſub conditione.

83 *Paulus* ‖ libro 11. Reſponſorum. ‖

LVcius Titius ita teſtamentum fecit. *Aurelius Claudius natus ex illa muliere ſi* p, *filium meum ſe eſſe iudici probauerit, heres mihi eſto*. Paulus reſpondit, filium, de quo quæreretur, non ſub ea conditione inſtitutum videri, quæ *q* in poteſtate *r* eius eſt: & ideo teſtamentum nullius eſſe momenti *t*.

De conditione, ſi cum filio meo morati fuerint.

84. *Idem* ‖ libro 14. Reſponſorum. ‖

ILlis libertis alimentorum nomine, ſi cum filio meo morati fuerint, menſtruos denarios centenos, & veſtiaria dari volo. liberti in obſequio fuerunt, quamdiu adoleſcens ad militiam promoueretur. qua cauſa effectum eſt, vt quibuſdam Romæ relictis proficiſceretur. & apud *u* caſtra defunctus eſt. quæſitum eſt, an ab heredibus eius alimenta debeantur. Paulus reſpondit, conditionem quidem in perſona libertorum, qui cum filio defuncti morati ſunt, aut per eos non ſtetit, quo minùs morarentur, mortuo filio teſtatoris defeciſſe non *x* videri: ſed ſi teſtator propter filij vtilitatem his, qui cum eo morati fuiſſent, alimenta præſtari voluit, contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere.

De verbis, cùm illi petierint.

Legatum alicui, cùm petierit, non eſt conditionale. Ex Bart.

85. *Scæuola* ‖ libro 3. Reſponſorum. ‖

TItia hæredis inſtituti liberos habentis ‖filij fideicommiſit, vti rem eius vniuerſam reſtitueret filiis eius, liberiſve eorum, cùm *y* ipſi petiſſent, ſine‖vlla iuris cauillatione. quæro, an his verbis, *cùm illi à te petierint*, conditio fideicommiſſo adſcripta videatur? Reſpondit, Non videri.

De libertate ſub conditione, & legato relictis ſeruo.

86. *Macianus* ‖ libro 3. Fideicommiſſorum. ‖

a dixi ad l. 31. §. 1. ſ. de ſtatulib.
b v. Manticam 10. de coniect. 5. n. 15. in fi.
c Pro impleta conditio eſt, quæ mora aduerſarij non impletur.
d Impleta ei conditio intelligitur. per quem ſtat vt ne impleatur. v. l. 24. ſup. eod.
e l. 108. inf. eo. v. l. 5. ſ. de ſtatulib. l. 89. in fi. ſ. de ver. ſign. v. quæ notaui ad l. 8. ſup. familiæ.
f l. 32. l. 81. ſup. e. l. 111. ſ. eo. l. 31. ſ. de ſtatulib.
g Rationes reddere & reliqua ſoluere, conditio eadem, vt hic. & l. 8 §. 5. ſup. de liber. legat.
h Rationum reddendarum conditio mixta ex faciendo & dando: Quid ita? incipit à faciendo, deſinit in pecuniæ dationem, vt inf. eo.
i Rationes reddere non videtur, qui chartas in quibus conſcriptæ ſunt rationes, tradit, qui edit rationes tantum, niſi & reliqua ſoluat: & è contra non videtur, rationes reddere qui tantum offert in folle.
k in ſacculo, l. 3. §. 6. ſ. de ſtatuliberis. vt ille Iuuenalis verſus, Si reddat veterem cum tota ærugine follem. hinc deponere ſacculum, adde l. 1. §. 36. l. 29. l. 29. ſ. depoſiti, in ſacculo ſoluere, l. 25. §. 1. in fi. ſ. de vſufructu, & quemadmodum atque ita Bartolus intelligendam ait eſſe legem 19. C. de vſuris. In qua agitur de oblatione & conſignatione pecuniæ ad euitandas vſuras facienda.
a Argumentum à ſolitis & conſuetudine.
m Rationum reddendarum conditio incipit à facto, & peruenit deinde ad pecuniam, hoc eſt, incipit à computatione & diſpunctione rationum, & definit in pecuniæ dationem.
n Rationes reddens pati aduerſarium debet, legere, examinare, excipere.
o Imo non cogitur reliqua ſoluere, l. 37. ſ. de fideic. liber. l. 5. C. an ſeruus ex ſuo facto.
p Probatio filiationis, conditio non eſt poteſtatiua, adde l. 13. C. de prob. l. 6. ſup. de his qui ſunt ſui. v. Menoch. 2. de arbit. 1. caſu 88. n. 4. 9. q adde Aug. 5. Confeſſ. 5. 6.
r Qui ſub tali conditione inſtituit, non iure teſtatur, l. 4. ſup. de her. inſt. l. 4. C. de inſt. adde Menoc. 2. de arqi. 1. caſu 88. n. 8. 9. 10. ſ vtcunque tamen non probetur, lex eum definit eſſe filium teſtatoris, qui ex eo eiuſque vxore natus eſt, l. 6. ſup. de his qui ſunt ſui: l. 6. in fi. ſup. de in ius vocando. Præſumitur filius tametſi directè non probetur. t hinc colligimus, Non ſufficere præſumptionem legis, vbi probatio formaliter requiritur. Alciat. tract. præſump. fol. 603.
u id eſt, in caſtris. x l. 1. C. de leg. y l. 48. ſ. de verb. oblig.

IVlianus noſter, eum, *qui decem dare & ita liber eſſe* iuſſus eſſet, ſi à viuente manumiſſus eſſet, non aliter legatum, quod ei cum libertate datum eſſet, habiturum, quam ſi conditioni libertatis paruiſſet. Item in emptore, ſi alienatus eſſet. Sed id tunc *a* locum habet, cùm omnimodo ſimul cum libertate legatum adquiri potuit, licet legato impoſita non ſit, veluti cum in tempus libertatis legatum collatum eſſet.

¶ Cùm verò libertas ſub conditione, legatum autem præſenti die datum eſt, in hoc quæſtio eſt, an conſtiterit *b* legatum. etenim nec Catonianæ *c* ſententiæ locum in propoſito eſſe, quia etſi ſtatim teſtator deceſſiſſet, non tamen omnimodo inutile eſſet legatum: cùm poſſet conditio libertatis ante *d* aditam hæreditatem impleri, & legatum manumiſſo deberi, niſi fortè neceſſarius *e* hæres extitiſſet. tunc enim omnimodo inutile erit legatum iure ipſo: quia ſub conditione acceperit libertatem.

De priore & poſteriore ſcriptura.

87. *Valens* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

QVod traditum eſt, in legatis nouiſsimam *f*, in libertatibus leuiſsimam *g* conditionem ſpectandam eſſe.

88. *Gaius* ‖ lib. 1. Fideicommiſſorum. ‖

(ID eſt, quæ ipſi ſeruo commodior ſit.)

89. *Valens* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum.

NOn ad ea duntaxat pertinet, quæ ſæpius ſub diuerſis conditionibus: ſed etiam, quæ primo purè *h*, deinde ſub conditione dantur. Itaque quod heres purè dare iuſſus eſt: quódve purè legatum eſt, cùm id ex *i* interuallo ſub conditione legatum eſt, poſterius valet. Si priùs ſub conditione, deinde *k* purè legatum eſt, præſens debetur. Quod ſi purè legatum eſt, præſens debetur. Quod ſi purè legatum, ex continenti hæres ſub conditione damnatus aut rogatus eſt dare, perinde eſt, ac ſi iuncta ſubiecta ſcriptura idem legatum eſſet, vel vt præſens vindicari, ſi hoc voluerit legatarius, vel, cùm conditio exſtiterit ab herede peti poſsit: niſi commemoratione *l* ſuperioris legati poſterius ſcriptum fuerit velut: *Stichum quem illi legaui hæres meus ei, ſi illud factum erit, dato*. tunc n. reuocandi animo præſens legatum & ſub conditione dandi ita ſcripſiſſe videbitur. & ſi ante conditionem rem vindicet, doli exceptio locum habere poterit.

90. *Gaius* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

PEr fideicommiſſum variè data libertate, non leuiſſima ſpectanda eſt, ſed nouiſsima: quia poſterior voluntas *m* potior haberi debet: cui conſonat etiam reſcriptum diui Antonini.

Diuiſio conditionum.

91. *Macianus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum. ‖

COnditionum, quę in futurum conferuntur, triplex *n* natura eſt, vt quædam ad id tempus, quo teſtator viuat. quædam ad id quod poſt mortem eius futurum ſit. quędam ad alterutrum pertineant. tempus autem vel certum vel infinitum comprehendatur. quę omnia non minus in fideicommiſsis quàm in inſtitutionibus ac legatis incidere ſolent. Vt hæc conditio, *Titiæ ſi mihi nupſerit*, non dubiè, niſi viuente teſtatore: illa autem, *Si ad exequias funeris mei venerit*, niſi poſt mortem impleri non poſsit. Illa verò *Si filio meo nupſerit*, vel viuente *o*, vel mortuo *p* teſtatore impleri poſsit. Et prima quidem ac tertia ex relatis conditionibus, infinitum tempus habent: quandoque enim nupſerit, impletur conditio. ſecunda ad certum tempus adſcripta eſt.

De emancipatione.

92. *Vlpianus* ‖ libro 5. Fideicommiſſorum. ‖

SI cui legatum fuerit relictum, iſque rogatus ſit *liberos ſuos emancipare*, an cogi debeat manumittere? Et retineo me dixiſſe, defici eos à petitione fideicommiſſi. neque enim prætor fideicommiſſarius *q* eos ad libertatem tuetur vt ſeruos. Papinianum quoque libro nono reſponſorum ſcribere referebam, non *r* eſſe cogendum emancipare filios ſuos. Arbitror tamen extra *ſ* ordinem debere conſtitui, eum, qui agnouit ‖id‖ quod ſibi relictum eſt hac contemplatione, vt liberos ſuos emanciparet, cogendum *t* emancipare. neque enim debet circumueniri teſtantium voluntas. ſic deinde hoc accipiendum, quemadmodum ſi ſub conditione liberorum emancipandorum ei fuiſſet legatum, vel ita relictum, vt eos emanciparet.

¶ Cui rei conſequens eſt, quod Diuus Seuerus reſcripſit. nam cùm quædam mulier nepotes ſuos heredes inſtituiſſet, & ipſum filium cohæredem filiis ſuis dediſſet, eóſque inuicem ſubſtituiſſet, rogaſſetque filium, *vt filios emanciparet*, non autem rogaſſet, *vt hereditatem eis reſtitueret*, ex auctoritate Diui Seueri emancipare eos compulſus eſt, híſque reſtituere hereditatem: & adiectum eſt, ‖vt‖ ſi tardiùs id faceret, quaſi ex mora vſuras præſtaturum. videri *u* enim eum qui moram faceret emancipationi, moram reſtitutioni fideicommiſsi eum facere.

93. *Papinianus* ‖ libro S. Reſponſorum. ‖

MAter *x* filio ſuo cohæredes ſine vlla conditione filias ipſius dedit, ac petiit, *vt filias ſuas emanciparet* *y*, ita vt curatores à prætore acciperent, filij videri fidei commiſiſſe placuit, vt eas ſui iuris

a l. 66. ſ. eod.
b v. §. 32. Inſt. de legat.
c l. 13. ſup. de optio. Nou. 26. §. 1.
d l. vnic. §. 6. C. de caducis.
e l. 91. §. 1. ſupra de legat. 1.
f l. 88. l. 89. ſ. eo. l. 8. in fin ſup. de teſtam. tut. l. 16. ſup. de vulgari, l. 6. l. 17. in fin. ſ. de adimend. l. 12. §. vlt. ſup. de leg. 1. l. 3. C. de codicillis. l. 19. C. de fideicommiſſ.
g v. l. 35. ſup. eo.
h l. 40. §. 2. ſup. eo. l. 7. ſup. de adim.
i non coniuncta ſcriptura.
k l. 52. in fin. l. 81. §. 7. l. 113. §. vlt. ſ. de leg. 1. l. vlt. in fin. ſ. de fideicom. libert.
l Nouatio inducitur commemoratione prioris obligationis v. l. 47. ſ. de ver. oblig.
m l. 5. in fi. ſup. de manumiſſ. teſt.
n adde l. 16. ſup. de iniuſto.
o l. 36. l. 61. l. 68. ſup. eod. l. 7. C. de inſtitution.
p l. 19. ſup. eod.
q Fideicommiſſarius Prætor, qui de fideicommiſſis cognoſcebat; de quo dixi ad Vlpian. 25. §. 12.
r Emancipare filios agnito legato, legatarius non cogitur, vt hic non cogitur, inquam iure ordinario, ſeu ſecundum vulgarem formulam iuris, l. 114. §. 8. ſ. de leg. 1. quia patria poteſtas inæſtimabilis eſt & ſancta. ſed iure extraordinario ſeu authoritate principis, dixi d. § 8. l. 4. C. de emancipationib. adde Paul. 4. ſent. 13. §. 1.
ſ Cui opponitur vulgaris forma iuris, l. 113. §. 3. in fi. l. 114. §. 8. ſup. de leg. 1.
t Imo non eſt cogendus, l. 114. §. 8. ſup. de legat. 1.
u Moram qui in præcedenti committit, eandem in conſequenti committere videtur, Caſtrenſis.
x pater filio. Haloand.
y l. 70. ſupra eodem.

conſtitutas, ad hæreditatem auiæ peruenire pateretur: nec ad rem pertinere, ſi portionem filiarum iure ſubſtitutionis quęſiſſet.

Differentia ſtatuliberi & legatarij in conditione dandi heredi. 1. vel non hæredi.

94. *Hermogenianus* ‖ lib. 1. Iuris Epitomarum. ‖

CVm ita datur libertas, *Si Titio*, qui non eſt hæres, *decem dederit*: certa *a* perſona demonſtratur, ac propterea in perſonam eius tantùm conditio impleri poteſt. ſanè ſi cum ceſſerit dies, pecuniam conditione comprehenſam ſtatuliber habuerit, iure conſtituto *b* nulli dando, conſequitur libertatem.

c ¶ Diuerſa cauſa eſt legatarij, in cuius perſona placuit conditionem deficere, ſi antequam dederit legatarius pecuniam, Titius moriatur.

1 ¶ Ex his verbis, *ſi hæredi*, vel, *ſi hæredi Titio decem dederit, liber eſto*, non tantùm hæredi, ſed etiam heredis *c* heredi dando, peruenit ad libertatem. at ſi nullus heredi ſucceſſerit, iure conſtituto, nulli dando ad libertatem perueniet.

De tranſlatione.

95. *Idem* ‖ lib. 4. Iuris Epitomarum. ‖

LEgatum ſub conditione relictum, & ad alium tranſlatum, ſi non conditio perſonæ *d* cohæreat, ſub *e* eadem conditione tranſlatum videtur.

De verbo deſinere. 1. De nuptiis & libertate.

96. *Paulus* ‖ lib. 1. ad Neratium. ‖

TItio vſusfructus ſerui legatus eſt, & *ſi ad eum pertinere deſiſſet*, libertas ſeruo data eſt. Titius viuo teſtatore deceſsit. libertas non *f* valet: quia *g* conditio nec initium accepit. *Paulus*: Ergo & ſi viueret Titius & capere non poteſt, idem dicendum eſt. deſiſſe *h* enim non videtur, quod nec incepit.

1 ¶ Serui vſusfructus mulieri, *quoad vidua eſſet*, legatus, idem ſeruus *ſi i ea nupſiſſet*, liber eſſe iuſſus eſt. ſi mulier nupſerit, liber erit *k*, quia potior eſt legato libertas *l*.

De Conditione iuriſiurandi.

97. *Idem* ‖ lib. 2. ad Neratium. ‖

MVnicipibus, *ſi iuraſſent m*, legatum eſt. hęc conditio non eſt impoſsibilis. *Paulus*: Quemadmodum ergo pareri poteſt? per eos itaque iurabunt *n*, per quos *o* municipij res geruntur.

De re legatarij.

98. *Idem* ‖ libro 3. ad Neratium. ‖

MEa res ſub *p* conditione legari mihi poteſt: quia in huiuſmodi legatis non teſtamenti facti tempus, ſed conditionis expletæ ſpectari oportet.

De conditione quæ tacitè ineſt.

99. *Papinianus* ‖ libro 18. Quæſtionum. ‖

COnditiones extrinſecus *q* non ex teſtamento *r* venientes, id eſt, quę tacite *ſ* ineſſe *t* videntur, non *u* faciunt legata conditionalia.

De nuptiis.

100. *Idem* ‖ lib. 7. Reſponſorum. ‖

TItiæ, *ſi non nupſerit* ducenta: *ſi nupſerit*, centum legauit. nupſit mulier. ducenta, non etiam centum reſidua petat. ridiculum *x* eſt enim, eandem & vt viduam & vt nuptam admitti.

1. De liberis. 2. De verbis & voluntate. De verbo, tutela. 3. De conditione, ſi in matrimonio perſeuerauerit. 4. De menſtruis vel annuis relictis.

101. *Idem* ‖ libro 8. Reſponſorum. ‖

PAter Seuerianam Proculam Ælio Philippo cognato nuptiis teſtamento deſignauit *y*, eidem filiæ prædium, *ſi Aelio Philippo nupſiſſet*, verbis fideicommiſsi reliquit: quòd *ſi non nupſiſſet*, idem prædium Philippo dari voluit. nondum viripotes puella diem ſuum obiit; Reſpondi, cùm *in *z* conditionib. teſtamentorum voluntatem potiùs quàm verba conſiderari oporteat, Ælio Philippo fideicommiſſum ita datum videri, ſi ei Procula defuncti filia nubere noluiſſet *a*. quare cum ea prius quàm viripotens fieret, vita deceſſerit, conditionem extitiſſe non videri *b*.

1 ¶ Ita fideicommiſſo dato, *Volo reſtituas ſi ſine liberis decedas*, conditio deficit ex voluntate, vel vno *c* filio ſuperſtite relicto.

2 ¶ Conditionum verba, quæ teſtamento præſcribuntur, pro *d* voluntate conſiderantur, & ideò cùm tutores teſtamento dati, quoniam interea puer adoleuerat *e* id egerint, vt curatores ipſi conſtituerentur, conditio fideicommiſsi talis pręſcripta, *Si tutelam in annum octauum decimum f geſſerint*, defeciſſe non videbitur.

3 ¶ Socrus nurui fideicommiſſum ita reliquerat, *ſi cum filio meo in matrimonio perſeuerauerit*. diuortio ſine culpa viri poſt mortem ſocrus facto, defeciſſe conditionem reſpondi, nec ante diem fideicommiſsi cedere, quàm mori cœperit nupta, vel maritus: & ideo nec Mucianam cautionem locum habere, quia *a* morte viri conditio poſsit exiſtere.

4 ¶ Fideicommiſſa menſtrua & annua ſub ea conditione liberto relicta, *Quandiu res patroni filiæ geſſerit*, etſi præſtari neceſſe eſt, filia prohibente res ſuas adminiſtrari, tamen voluntatem filia mutante conditionem reſumunt, quoniam plura ſunt.

De conditione ſubaudita, ſi ſine liberis deceſſerit.

102. *Idem b* ‖ libro 9. Reſponſorum. ‖

CVm auus filium ac nepotem ex altero filio hæredes inſtituiſſet, à nepote petiit, vt, *ſi c intra annum trigeſimum moreretur, hereditatem patruo ſuo reſtitueret*. nepos liberis relictis, intra ætatem ſupraſcriptam vita deceſſit. fideicommiſsi conditionem coniectura *d* pietatis, reſpondi defeciſſe *e*, quòd minus ſcriptum, quàm dictum fuerat, inueniretur.

De cautione legati non exigenda.

103. *Paulus* ‖ libro 14. Quæſtionum. ‖

SI ita legatum ſit, *Titio poſt decem annos dato ſi ſatis ab hærede non exegerit*, & Titius intra decimum annum deceſſerit, ad hæredem ſuum tranſmittat legatum: quia moriente eo conditio exſtitit *f*.

Quo tempore teſtamenti factio ſpectatur.

104. *Idem* ‖ libro 14. Reſponſorum. ‖

EVm, qui poſt apertum *g* teſtamentum deportatus *h*, & reſtitutus eſt, fideicommiſſum petere poſſe cuius conditio poſtea exſtitit, quàm ciuitatem Romanam recipiat.

De iure hæredis in re legata ſub conditione.

105. *Pomponius* ‖ lib. 5. Epiſtolarum. ‖

SI fundum à teſtatore ſub conditione legatum hæres alij, pendente conditione legauit, poſt exiſtentem conditionem, quæ priori teſtamento prępoſita fuerat, neque proprietas à priori *i* legatario recedit, nec locum religioſum in eo fundo hæres facere, nec ſeruitutem imponere poterit. ſed & impoſita ſeruitus *k* finietur, exiſtente conditione.

De conditione, ſi illi non nupſerit.

106. *Iulianus* ‖ lib. 25. Digeſtorum. ‖

HOc genus legati, *Si Titio non nupſerit*, perinde habendum eſt, ac ſi poſt mortem Titij legatum fuiſſet: & ideo nec Muciana *l* ſatisdatione interpoſita capere legatum poteſt. ſed & alij nubendo, nihilo minus legatum conſequitur.

Utrum ſit legatum purum, an conditionale.

107. *Gaius* ‖ libro ſingulari de Caſibus. ‖

ALiquando accidit, vt ſub conditione *m* datum legatum, purum intelligatur *n*. veluti *o*, quod ſub eadem *p* conditione relictum eſt, ſub qua etiam hæres alius inſtitutus eſt. item quod ſub hac conditione relictum eſt, *Si hæreditatem adierit*. Ex diuerſo quoque purum datum legatum, conditionale videtur: veluti quod ſub conditione ademptum eſt: quia ſub contraria *q* conditione datum intelligitur.

De tacita repetitione.

108. *Scæuola* ‖ libro 19. Digeſtorum. ‖

LIbertis omnibus legauit domum, & hæc verba adiecit, *vt r in ea habitent liberti, ne ſ de nomine t exeat, & vt ad vnum, qui nouiſſimus exſtiterit perueniat. & eo amplius u eiſdem liberis meis dari volo fundum Soſianum.* quæſitum eſt, an conditio *x* adpoſita, *ne de y nomine exiret*. ad ſequens quoque legatum pertineret? Reſpondit, pertinere.

De rogato reſtituere hereditatem acceptis centum nummis.

109. *Idem* ‖ libro 20. Digeſtorum. ‖

A Teſtatore rogatus, *vt acceptis z centum nummis reſtitueret hæreditatem Titiæ cohæredi ſuæ*, adita hæreditate deceſsit. ſimiliter & Titia, antequam daret centum, quæſitũ eſt, an heres Titiæ, offerendo centum, ex fideicommiſſo *a*, partem *b* hereditatis conſequi poſsit. reſpondit, heredem conditioni parere *c* nõ poſſe: *Claudius*:

a Conditio dandi certæ perſonæ, perſonam non egreditur. *Caſtr. adde l. 95. ʒ. eod.*
b id eſt, conſtitutionibus: quæ ſæpe & plurimum aut nulla aut leui ratione diſcrepant à iure communi.
c *l. 51. §. pen. ſ. eo.*
d primi legatarij.
e *l. 24. ſup. de adimendis.*
f *l. 19. ſup. quemadmod. ſeruit.*
g Interdum tamen quod non cœpit, deficere dicitur, *l. 3. ſup. de vſuſr. & quemadmod.*
h Priuatio præſupponit habitum. Ita deſinere non poteſt quod nec incepit, *vt hic, v. l. 208. ʒ. de regul. iur.* dixi *l. 43. §. 9. ſup. de ædilitio.*
i *l. 14. ſ. de leg. 2.*
k *l. vltim. infr. de ſtatulib.*
l Libertas potior eſt legato alteri facto, vt in hac ſpecie ſerui vſusfructus legatus eſt mulieri *quoad vidua eſſet, ſi ea nupſiſſet liber eſſe iuſſus eſt is ſeruus.* Fauendum eſt potius libertati ſerui, quàm nuptiis legatariæ, ad hunc modum legato, piam cauſam potiorem eſſe tradunt, de quo vide Tiraquell. *§. priuilegio piæ cauſæ.* Vbi etiam notat, Conditionem impedientem matrimonium reiici, niſi vocata ſit pia cauſa, deficiente conditione. quippe huiuſmodi conditione non impleta, piam cauſam ſuccedere. Hæc ille: tametſi ex hac lege colligi poſsit matrimonij libertate potiorem eſſe manumiſsionem ſerui.
m *l. 122. ſ. de leg. 1.*
n Imò non cogantur iurare: iuramenti conditio remittitur, *l. 26. in fi. princ. ſ. eo.*
o per eos quibus ſumma Reipublicæ commiſſa eſt, *l. 14. inf. ad municip.* per maiorem partem, *l. 160. §. 1. ʒ. de reg. iur.*
p *l. 41. §. 2. ſup. de leg. 1.* non purè *§. 10. Inſt. de leg. & ib. Theoph. vbi dixi adde l. 13. C. de legat.*
q ex natura rei legatæ.
r non ex voluntate teſtatoris.
ſ Conditionum tacitarum varia exempla vide apud Oldendorpium, *in Topicis loco ab authoritate*, ſeu *præiudiciis.* t *l. 1. §. vltim. ſup. eod. l. 6. ʒ. quando dies leg.* u Imò faciunt. *v. l. 1. in fi. ſup. eo.*
x de exceptione contrarietatis, *v. Oldend. c. 26. de exceptionib.* per eam aduerſarius repellitur contraria proponens. y deſtinauit. *v. l. 36. l. 66. ſ. de ritu.* * z *l. 19. ſup. eod.* a Immatura viro, non dicitur nolle nubere, vt quæ nubere, etiam volens, non poſſit. Nolle dicimur cuius contrarium poſſumus, *v. l. 3. l. 4. inf. de regulis.*
b vt noluiſſe non videatur, qui velle non potuit, *Bart.*
c *l. 6. §. 2. C. ad Sen. Trebell. l. 148. l. 149. inf. de reg. iur.*
d *l. 7. in fi. ſ. de ſupellectile.*
e & finita tutela eius eſſet.
f Tutelam liberorum ad annum vſque decimum octauum parens eorum poteſt extendere.

a *l. 72. §. 2. ſup. eod.*
b vide Bartholomæum Socinum in hanc legem, qui ad nauſeam vſque repetiit.
c Rogati reſtituere liberi alteri hereditatem, intelliguntur rogati reſtituere ſi hac conditione, ſi ſine liberis ipſi deceſſerint, vt hic add. 6. C. de inſtit. l. 30. de fideicomm.
d nec enim præſumitur auus voluiſſe cogere nepotem, vt reſtitueret patruo hereditatem eius, quàm proprijs liberis: l. 30. C. de fideicomm. l. 8. C. de donationib. de præſumptione Alciat. 1 præſum. 9. v. l. 30. C. de fideicomm.
e ideoque nepos reſtituet hereditatem patruo, ſed liberis proprijs. hinc colligitur liberos in conditione poſitos intelligi ad hereditatem vocari, l. 10. ſ. eo. l. 43. ſ. de legari: l. 6. C. de conditionib. l. 38. de fideic. l. 22. ad & excludentes nepotes neos. Magna tamen quæſtio occurrit: An nepos hoc caſu cogatur vniuerſam hereditatem filijs relinquere, & an ei facultates minuendæ, 13. illuſtr. & rum 3. ſent. mentum qu.
f certum eum, vt poteſt ſatisdationem exigere non poſſit.
g *l. 31. ſup.*
h *l. 59. in p. l. 59. §. 4. ſup. redib. inſt.*
i *l. 81. ſup. 1. l. 15. ſup. dubiis.*
k *v. l. 11. quemad. ſeruit.*
l Conditio teſt impleri legatario, non tur præſtita ne Muciana m conditione vt *l. 111. ʒ.*
n Expreſſa quæ tacitè nihil operantur *l. 19. §. 1. ſ. de leg. 1. l. 11. 22. §. 1. ʒ. quando dies leg.*

o *l. 21. §. 1. ʒ. quando dies legat.* p eandem conditionem, *Flor.* q *l. 6. §. dies leg. l. 10 ſup. de adimend.*
r *vt*, particula modum facit. ſ Similis petitio eſt *in l. 94. ſ. de leg. 2. l. ſ. de leg. 2.*
t libertos gentilitium nomen patronorum tuliſſe hinc colligitur: quod etiam firmatur, *l. 77. §. 15. ſup. de leg. 2. l. 38. §. 1. l. 94. ſup. de leg. 3. Tertull. libro de reſurrectione carnis: Lactant. 3. Inſtit. 3.* Hinc Spurij Camilli libertus, Camillus, *Problemat.* & Pompeij magni libertus, Pompeius Lencus, 25. *Plin. 5. Sueton. claris oratoribus.* Ciceronis libertus, Laurea Tullius 31. *Plin. 1.* Cornelij libertus Cornelius Alexander *à Suida.* Quin patronorum origine liberti cenſiti, *l. 6. in fi. ʒ. ad municipal.* Appellatione etiam familiæ continentur, *l. vltim. verb. ſign.* Et tamen familiaria ſepulchra libertis paternis negant liberi, *l. 6. de religioſis.*
u Dictio, *eo amplius*, non ſolum legati, ſed & conditionis antecedentis repetitio eſt. *Bart.*
x Modus hic appellatur conditio, *vt l. 71. §. 1. ſup. eo.*
y *l. 77. l. 82. ſup. eo.* z Ablatiuum abſolutum facere conditionem hinc colligitur.
a *al.* fideicommiſſi partem. b quæ potuiſſet reſtitui Titiæ, ſi ſuperſtes contuliſſet hæredi.
c *leg. 51. in fin. leg. 104. §. 1. ſup. de leg. 1.*

Magno

Vide l. 11. § 1 quęad mod. ſeruitut. amit. imagine.

Magno *a* ingenio de iure, aperto *b* reſpondit, cùm poteſt dubitari, an in propoſito conditio eſſet.

De pecunia data à ſtatulibero.

110. *Pomponius* ‖ lib. 9. Epiſtolarum.

‖ ETiam ‖ ſi inuitis heredibus ex peculio ſtatuliber pecuniam Titio det, liber quidem fit: ſed Titius, qui inuitis hæredibus ſciens accepit, pro poſſeſſore videtur eam pecuniam poſſidere, vt auocare *c* eam hi, qui inuiti fuerunt, poſſint.

De rationibus reddendis.

111. *Idem* ‖ lib. 11. Epiſtolarum. ‖

QVi *ſub conditione rationum reddendarum* d *liber eſſe iuſſus eſt* docere *e* debet, conſtare fidem omnibus, quæ ab eo geſta ſunt, vt neque *f* ſubtraxerit quid ex his quæ acceperit, neque expenſum *g* rationib. præſcripſerit, quod non dederat ſed & quod reliquum per contextum ſcriptum eſt remanere apud eum, ſoluere debet. neque enim aliter liber eſſe poteſt, quam ſi hoc modo conditioni, ſub qua data eſt libertas, ſatisfecerit. Cæterùm debitores, cùm quib. ipſe contraxit, non præſtare cogendus eſt: ſed eo tempore quo his creditum eſt, eius conditionis fuiſſe, vt diligens paterfamiliâs his crediturus fuerit.

An conditio faciendi. 1. vel dandi recipiat diuiſionem. 3. vbi rationes reddendæ.

112. *Idem* ‖ lib. 12. Epiſtolarum. ‖

TAles conditiones, *ſi monumentum* (putà) *fecerint*, plurib. *i* propoſitæ, non *k* poſſunt niſi *l* in omnib. ſimul perſonis exiſtere.

1 ¶ Item, *Si Symphoro & Ianuario centum Titius præſtiterit, fundum ei lego.* Symphoro mortuo an legatum periſſet? ſed hoc quoque ſic puto interpretandum, vt ſi dum quiſque eorum viuet, præſtitiſſet? Sed benigna interpretatione dicendum, ſi non poſt moram Titij Symphorus deceſſit, debere partem dimidiam Ianuario dantem, partem fundi dimidiam legatariam eſſe conſecuturum.

2 ¶ De illo quoque quæritur, fundus quibuſdam legatus eſt, ſi pecuniam certam in funus, impenſámque perferendi *m* corporis in aliam regionem dediſſent. nam, niſi vterque dederit, neutri ſit legatum, quoniam conditio niſi per vtrumque expleri non poteſt. Sed, hæc humanius interpretari ſolemus: vt cùm duob. fundus legatus ſit, ſi decem dediſſent, & alteri dando partem, legatum quoque debeatur.

3 ¶ Priſcus reſpondit, ſtatuliberum non *n* vtique ibi, vbi paterfamiliâs deceſſit, aut, vbi ipſe relictus ſit, aut vbi *o* velit, rationes reddere debere, ſed interim proficiſci ad eum cui reddere debeat. vtique ſi is reipublicæ cauſa aberit: veriſſimum eſt autem, vt aliâs *p* aliud ex perſona locoque ſit æſtimandum.

De conditione antequam res ſuas adminiſtrare poſſet, deceßiſſet.

113. *Paulus* Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris ſex libro ſecundo. ‖

CVm filius rogatus fuiſſet à patre *ſi antequam res ſuas adminiſtrare poſſet* q, *deceßiſſet, hereditatem Titio reſtituere*, & egreſſus viginti annos deceſſiſſet: reſcriptum fideicommiſſum deberi.

AD *r* LEGEM *ſ* FALCIDIAM.

TIT. II.

Verba legis. 1. De mortuis apud hoſtes. 2. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hereditatem. 3. De iuriſiurandi conditione remiſſa. 4. De eo quod legatum eſt ſeruo proprio, vel captiuo, vel poſtumo. 5. vel municipibus, vel Deo. 6. De re teſtatoris, vel aliena. 7. De corpore, quantitate, iure, 8. De legato penoris & legato decem, ſi penus non detur. 9. De vſufructu & ſerui operis. 10. De debito legato creditori. 11. Si legatarius poſſideat voluntate heredis. 12. De cautione quanto amplius, quàm per legem Falcidiam cœperit reddi. 13. De ſubſtitutione cohæredis. 14. De iure accreſcendi. 15. De arrogatione cohæredis. 16. De annuo legato. 17. De naturali debito. 18. Si debitor creditori ſucceſſerit. 19. De impenſa funeris & monumenti.

L. 1. *Paulus* ‖ lib. ſingulari ad legem Falcidiam. ‖

LEx Falcidia *t* lata *u* eſt, quæ primo capite liberam *a* legandi facultatem dedit ‖ vſque ad dodrantem ‖ *b* his verbis: *Qui ciues* c *Romani ſunt, qui eorum poſt* d *hanc legem rogatam* e *teſtamentum* f *facere volet, vt eam* g *pecuniam* h *eáſque res quibúſque* i *dare* k *legare* l *volet, ius* m *poteſtáſque eſto,* ‖ *vt* n *hac lege ſequenti licebit.* ‖ Secundo capite modum legatorum conſtituit his verbis, *Quicunque ciuis Romanus poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quantam cuique ciui Romano pecuniam iure publico* o *dare legare volet, ius poteſtáſque eſto, dum* p *ita detur legatum* q *ne minus, quàm partem quartam* † *hereditatis* r, *eo teſtamento heredes capiant, eis* ſ *quib. quid ita datum legatumve* t *erit, eam pecuniam ſine fraude* u *ſua capere liceto, iſque* x *heres, qui eam pecuniam dare iuſſus damnatus erit, eam pecuniam debeto dare quam damnatus eſt.*

1 ¶ Lex Falcidia etiam ad eos *y*, qui apud hoſtes *z* moriuntur, propter legem Corneliam pertinere videtur. quod ea lex perinde eorum teſtamenta confirmat, atque *a* ſi in ciuitate deceſſiſſent, propter quam fictionem *b* lex Falcidia, & omnes teſtamentariæ pertinent: quæ *c* tamen poſſint locum habere.

2 ¶ Ad eos qui, omiſſa cauſa teſtamenti, poſſident hereditatem, non pertinet lex Falcidia, ſed per edictum *d* prætoris inducitur poteſtas legis.

3 ¶ Idémque eſt, ſi iuriſiurandi conditio remiſſa *e* ſit.

4 ¶ Sed & ſi ſeruo ſuo teſtator data libertate legauerit, quia differtur id in tempus, quo liber futurus eſt item ſi ei, qui apud hoſtes eſt, aut ei, qui nondum natus eſt, datum ſit aliquid, hæc lex locum habebit.

5 ¶ Ad municipium *f* quoque legata, vel *g* etiam ea quæ Deo *h* relinquuntur, lex Falcidia pertinet †.

6 ¶ Non ſolùm autem ad res proprias teſtatoris legatas, ſed & alienas lex pertinet.

7 ¶ Et omne, quod ex bonis defuncti erogatur, refertur ad hanc legem, ſiue in corpore conſtet certo incertóve, ſiue pondere, numero, menſura valeat, aut etiam ſi ius legatum ſit, vt vſusfructus, aut quod in nominib. *i* eſt.

8 ¶ Item ſi ita legatum ſit, *heres meus Seio penum dato: ſi non dederit, decem* k *dato*: quidam putant omnimodo in legato decem eſſe, penum autem mortis cauſa capi, nec in Falcidiam imputare id heredem poſſe. Ego autem didici *l*, ſi in continenti heres penum ſoluerit, videri hoc legatum eſſe & in legem Falcidiam imputari *m* poſſe. & quod dixi *in* n *continenti*, ita capiendum, cum aliquo *o* ſpatio. quòd ſi iam mora facta ſoluerit hæres penum, tunc nec legatum eum accepiſſe, nec in Falcidiam imputari *p* poſſe: iam enim transfuſum legatum eſſe, & decem deberi.

a Scæuolam laudat Tryphoninus. b *al.* apertè: *al.* non aperto. c *adde l.* 20. §. 1. ȷ. *de ſtatuliberis.* d *l.* 82. *ſup. eod.* e Quemadmodum autem probabit ſe nihil ſubtraxiſſe? hoc ipſo quod ſubtraxiſſe non probatur, *ſuper ſeruis.* 6. *C. qui milit.* f Rationes bona fide reddi non videntur, ſi quid expenſis falsò retulerit ſtatuliber, vel ſi quid ſubtraxerit acceptis. g Quid? qua tandem ratione probaturus eſt, ſe verum præſcripſiſſe? An hæc perſona ex earum numero eſt, quarum iuramento ſtari debeat. *arg. l. diuus* 7. ȷ. *ſi cui plus quàm per leg. Falcid. l. ſi quis pro redemptione* 36. *C. de donat.* An tum demum cum probauerit virum bonum tantum fuiſſe expenſurum, *arg. l. vlt. C. de alimentis pupillo præſtandis.* h *l.* 41. *in fin. inf. de fideicommiſſ. libertatib.* i vide quæ notaui ad *l.* 6. §. 2. ſ. *de excuſ. tut.* k Imò indiuidua conditio poteſt per vnum impleri, *l. pen. C. eod.* Poteſt per vnum impleri vt ei proſit, non aliis: niſi contraria ſit voluntas defuncti. l *v. l.* 13. ȷ. *de manumiſſ teſtam. l.* 44. *ſup. de hæred. inſtituend.* m *l.* 14. §. 3. *ſup. de religioſis*: *v. Plin.* 1. *epiſt.* 73. n Rationes reddere ſtatuliberi debent, non vbi teſtator mortuus eſt, non vbi is ipſe relictus ſit: non denique, vbi velit, ſed apud eum, cui reddere debet: quod totum iudicis arbitrio relinquitur, qui id æſtimaturus eſt ex qualitate loci, &c. o *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. ſ. *de edendo.* p Circunſtantiæ perſonarum & locorum efficiunt, vt aliud & aliud æſtimetur. q quæritur quando quis res ſuas adminiſtrare poſſe cenſeatur? Negat lex, etiam poſt viceſimum annum id cenſeri. Nemo dici poteſt res ſuas adminiſtrare ante 25. annum *adde l. vlt. C. de his qui veniam ætat.* r 6. C. 49. 2. *Inſt.* 22. *Nou.* 1. 18. *Pau.* 3. *ſent.* 8. περὶ φαλκιδίας, 44. *Eccl. tit.* 31. 5. *Harm.* 9. *Vlp.* 25. §. 14. & *ſeq.* ſ quæ & plebiſcitum dici poteſt. t Falcidia non à falce, (vt quidam etiam ætate Harmenopoli exiſtimarunt, 5. *Harme.* 9.) ſed à Falcidio Tribuno plebis, temporib. Auguſti adhuc triumuiri, *Gou.* Goueanus tamen refert Auguſtum eam ſanxiſſe. Porrò vt donationib. lex Cincia: dotibus Papia, *Corn. Tacit.* manumiſſionibus Caninia, *Inſt. de l. Fuſ. Canin.* Ita legatis lex Furia primum *Inſtit. eo. vbi Theop. Cic. pro Balbo.* deinde lex Voconia, & ad extremum lex Falcidia præſcripſit modum, dodrantis ſcil. qui ciuilis modus dicitur à Cornelio Tacito. Eadem Falcidia, conſtitutione D. Seueri poſtea ampliata eſt ad donationes cauſa mortis: SC. Pegaſiano (quod Veſpaſiani temporibus, vt Tribellianum Neronis temporib. factum eſt) ad fideicommiſſa teſtamento relicta, Conſtitutione D. Pij, ad fideicommiſſa ab inteſtato *v. Cuiac. in parat. hic.* u Cur lata eſt? lex XII. tabularum liberam poteſtatem legandi fecerat: deinde lex Furia, *Vlp. in pr.* §. 2. plus mille aſſibus legatarium vetabat capere: hinc eueniebat, vt multiplicato legatariorum numero heres nihil caperet. poſtea lex Voconia vetabat quenquam plus alteri legare, quam ad heredem legantis perueniret. hinc eueniebat vt plurib. legatariis exiſtentibus, vnus interdum aureus ab herede perciperetur. ſpe tam exigui lucelli fiebat vt nullus heres adire vellet. Ne id eſſet lata lex eſt Falcidia: ea quartam hereditatis penes heredem eſſe voluit, quouis prohibito legare vltra dodrantem bonorum.

a *Nouell.* 1. *in pr.* & *c.* 2. b hæc verba vſque ad dodrantem νοθεύονται: quia finis dodrantis ſecundo capite, non hoc primo capite, dirigitur. *Cuiac. C. eod.* Hæc etiam verba Haloander non legit. c Omnes Quirites hoc verbo comprehenduntur, alterum erat principium legum, *quicunq.* *Senator*, qua lege nec plebs, nec equites continebantur, *Cic. pro Rabirio & pro Cluentio, v. Gou. hic.* d nam nulla lex iure ciuili, præteritum tempus reſpicit. e Rogata dicitur, quum populus interrogabatur, iuberètne legem eſſe. Itaque in tabellis quib. ſuffragia ferebantur, ſcripta hæc verba erant, *vti rogas. Gouean.* f nec. n. alibi quam in teſtamento legatum relinquebatur §. 10 *Inſt. de fideic. hær.* g quam pecuniam, quaſque res, *Duar. diſp.* 58. ſam pecuniam, ſaſque res, ἀρχαϊκῶς *Cuiac. C. eo.* h Pecuniæ verbo intellige res hæreditarias patrimonij, vel extra iura, actiones, *Gou. l.* 13. *C. de teſt. l.* 77. §. 24. ſ. *de leg.* 2. in quibuſcunque, ſiue maribus ſiue fœminis. k per vindicationem. l per damnationem vel alium legandi modum. m *v. l.* 53. *l.* 120. ȷ. *de verb. ſign. Nou.* 22. *c.* 2. *Vlp.* 1. §. 9. 11. §. 14. n hæc verba, *v. hac l. ſeq. licebit*: νοθεύονται *Cuiac. C. eo.* o non teſtamento, *l.* 3. ſ. *qui teſtam.* ſed quod per leges licet legare, *l.* 67. ȷ. *eo.* p *l.* 73. *in fi.* ȷ. *eo.* & meritò: vt per legem Falcid. delibari poſſit hæreditas, onerari vel exhauriri non poſſit. Legata hereditatem delibant, quæ non excedunt dodrantem: onerant, quæ excedunt: exhauriunt, quæ aſſem abſumant. *v. Cuia apud Pau.* 3. *ſen.* 8. §. 1. q detur, legetur, *Cuia. C. eo.* † quæ hodie aucta eſt, *v. Nou.* 18. An liberi, fideicommiſſo grauati duas quartas detrahere poſſint iure ciuili, alibi dicam. r quam ideo iure hæreditatis habere debet, *l.* 90. ȷ. *eod.* ſ hic Duarenus tertium caput legis Falcidiæ conſtituit, 1. *diſp.* 58. t datum legatum *Cuia. C. eo.* u ſine pœna quadrupli legis Furiæ, *v. Duar.* 2. *diſp.* 10. ſine vlla dodrantis diminutione ex lege Voconia. *adde Cuia.* 7. *obſ.* 33. *l.* 131. ȷ. *de verb. ſign.* x Quartum caput legis Falcidiæ addit *Duaren.* 1. *diſp.* 58. quod Cuiacio diſplicet. *C. eo.* y i. ad eorum teſtamenta. lex. n. Falcidia locum habebit & Falcidia deducetur ex relictis in huiuſmodi teſtamentis. z *l.* 18. *verſ. nec huc. contrarium.* ȷ. *eo.* a fingit enim lex Cornelia captiuum ipſamet hora captiuitatis deceſſiſſe. *l. eius* 8. ſ. *de teſt* b De fictione inductiua, priuatiua, tranſlatiua, vetatiua, permiſſiua, impropria, propria, (his. n. vocibus, interpretes docendi cauſa vtuntur) v. diſputationem *Pyrri in fi.* Conſuetudinum Aurelianenſium. c non. n. lex Cornelia captiuorum teſtamenta confirmat, qui tempore teſtamenti factionem teſtamenti non habuere, *l. pater.* 10. *in fi.* ȷ. *de capt.* d *adde l.* 6. ſ. *ſi quis omiſſ. cauſ.* e *l.* 26. *in fi. pr.* ſ. *de cond & dem.* f municipum, *l.* 112. ſ. *de leg.* 1. g non etiam ea, *Cuia. Inſt. eo.* & *apud* 4. *Paul. ſent.* 5. §. 3. & 10. *obſ.* 34. reprehenſus à Fornerio 2. *ſelect.* 25. & à Roberto 1. *recept. lect.* 15. † neque. n. iniquum videri debet, ſi de legatis Deo relictis quarta detrahatur, cùm ipſis rebus, Dij non indigeant quas ipſi mortalib. ad vſum vitæ tribuunt *Gou.* verùm hodie in legatis ad pias cauſas Falcidia locum non habet; *Nou.* 131. *c.* 12. quod intellige, ſi hæres moram admittit in relictis ad pias cauſas præſtandis. h Deo legare poſſumus. Porrò apud veteres, Dij non omnes heredes poterant inſtitui, 2. *Vlp.* 22. §. *Deo* 6. i In nominib. eſt, quod in tabulis debetur: quod quamuis noſtrum non ſit (quia vindicari non poteſt) tamen quia nobis debetur, rectè noſtrum appellatur. Goueanus hac voce actiones intelligit. k *l.* 19. ȷ. *quando dies legat. l.* 1. ſ. *de penu.* l à quod fortè à Iuliano: fuit enim Iuliani Vlpianus ſtudioſiſſimus. m i. & ideo hæres detrahet ſuam ex eo Falcidiam. Nota in hac lege verbum *imputandi* ſenſu planè contrario accipi, quam toto hoc titulo, vbi imputare in Falcidiam, eſt adnumerare Falcidiæ. n verba hæc in continenti, ex continenti, confeſtim, ſtatim, illico, quàm primum, accipienda ſunt cum aliquo temporis laxamento, *l.* 1. *l.* 13. ȷ. *de ſolut.* o cum aliquo temperamento, quod iudicis arbitrio definitur, *l.* 105. ȷ. *de ſolu. l.* 5. §. 1. ȷ. *de collat.* p i. non detrahet ratione ſuæ Falcidiæ. Nam lex Falcidia ad ea legata pertinet, quæ voluntate teſtatoris erogantur. Quod autem mortis cauſa capitur à legatario (quamuis de patrimonio teſtatoris erogetur) ad legem tamen Falcidiam non pertinet. id enim ſua voluntate hæres dat, vt legati onus defugiat, ſicuti oſtendit lex 93. ȷ. *eod.* In iis quæ cauſa mortis capiuntur admitti Falcidia non poteſt, *v. tamen l.* 5. *C. ad l. Falc.* & *l.* 2. *C. de mort. cauſ. donat.*

¶ Idémque erit, & ſi ab initio ita legatum datum ſit, *ſi penum a non dederit, decem dato*, qui hic penus non eſt legata, & penus ſi datur, mortis cauſa capitur: quia deficit legati conditio.

9 ¶ Si *vſusfructus* legatus ſit, qui & diuidi *b* poteſt *c*, non ſicut cæteræ ſeruitutes indiuiduæ ſunt, veteres quidem æſtimandum totum vſumfructum putabant, & ita conſtituendum, quantum ſit in legato. Sed Ariſto à veterum opinione receſsit. ait enim, poſſe *d* quartam partem ex eo, ſicut ex corporibus, retineri, idque Iulianus rectè probat.

¶ Sed *operis ſerui* legatis, cùm neque *e* vſus, neque vſusfructus in eo legato eſſe videtur, neceſſaria eſt veterum ſententia, vt ſciamus, quantum eſt in legato: quia neceſſariò ex omnibus, quæ ſint facti, pars decedere debet, nec pars operæ intelligi poteſt. Immo & in vſusfructu, ſi quæratur, quantum hic capiat, cui vſusfructus datus eſt, quantum ad cæterorum legatorum æſtimationem, aut etiam huius ipſius, ne dodrantem excedat legatum, neceſſariò ad veterum ſententiam reuertendum eſt.

10 ¶ Si quis creditori ſuo, quod debet, legauerit: aut inutile legatum erit, ſi nullum commodum in eo verſabitur: aut, ſi propter repræſentationis (putà) commodum vtile erit, lex quoque Facidia in eo *f* commodo locum habebit.

11 ¶ Si legatarius poſſeſsionem nactus eſt, & non *g* poteſt auocari ei res, quia voluntate heredis errantis *h* nactus eſt poſſeſsionem, dabitur actio *i* hæredi vt id, quod ſupra dodrantem eſt offeratur *k*.

12 ¶ Interdum omnimodo neceſſarium eſt, ſolidum ſolui legatario *l* interpoſita *m* ſtipulatione *n*, *Quanto o amplius, quàm per legem Falcidiam cœperit, reddi*. Veluti, ſi quæ à pupillo legata ſint *p*, non excedant modum legis Falcidiæ. veremur autem, ne impubere eo mortuo alia legata inueniantur, quæ contributione facta excedant dodrantem.

¶ Idem dicitur, & ſi principali teſtamento quędam ſub conditione legata ſunt: quæ an debeantur, incertum eſt, & ideo ſi hæres ſine iudice *q* ſoluere paratus ſit, proſpiciet ſibi per hanc ſtipulationem.

13 ¶ Id *r*, quod ex ſubſtitutione cohæredis ad coheredem *ſ* peruenit, proficit legatariis *t*. is enim ſimilis eſt heres, ex parte purè, ex parte ſub conditione heredi inſtituto: ſed ea *u*, quę ab eo *x* legata ſunt, ſi omiſerit *y* hæreditatem *z*, non augebuntur, ſcilicet ſi ab eo *a* nominatim *b* data ſunt, non *c Quiſquis d mihi heres erit*.

14 ¶ Si *e* coheredis mei portio *f* exhauſta ſit *g* mea integra, & illam vindicauero *h*, Caſsius confundendas *i* eſſe partes exiſtimat *k*. Proculus contrà: in qua ſpecie & Iulianus Proculo *l* adſenſit. quam ſententiam probabiliorem eſſe puto.

¶ Sed & Diuus Antoninus iudicaſſe dicitur commiſcendas *m* eſſe vtraſque partes in computatione legis Falcidiæ.

15 ¶ Si coheredem meum *n* poſt aditam *o* hereditatem adrogauero *p* non dubitabitur, quin ſeparandæ *q* ſint portiones, perinde atque ſi coheredi meo heres extitiſſem.

16 ¶ *Si in annos ſingulos*, legatum ſit Titio, quia multa *r* legata & conditionalia *ſ* ſunt, cautioni *t* locus eſt *u*, quæ in edicto proponitur, *Quantò amplius accipit, reddi*.

17 ¶ Id quod natura *a* hæreditati debetur, & peti quidem non poteſt, ſolutum verò non repetitur *b*, non eſſe computandum in hæreditate quidam putant *c*. Sed Iulianus & hęc ex euentu augere patrimonium, aut non augere exiſtimat, & hereditario iure id quoque capi: ideóque & in reſtitutionem hereditatis venturum.

18 ¶ Si debitor *d* creditori heres exiſtat, quamuis confuſione liberetur *e*, tamen locupletiorem hęreditatem percipere videtur, vt computetur ei, quod debet, quamuis aditione *f* confuſum ſit.

19 ¶ De impenſa monumenti nomine facta, quæritur an deduci debeat. & Sabinus ita deducendum putat: ſi neceſſarium fuerit monumentum *g* extruere. Marcellus conſultus, an funeris *h* monumentíque impenſa, quantam teſtator fieri iuſsit, in ære alieno deduci debeat? Reſpondit, non amplius eo nomine, quàm quod funeris cauſa conſumptum eſt, deducendum. nam eius quod in exſtructionem monumenti erogatum eſt, diuerſam eſſe cauſam. nec enim ita monumenti ædificationem neceſſariam eſſe, vt ſit funus *i* ac ſepultura. idcirco eum, cui pecunia ad faciendum monumentum legata ſit, Falcidiam paſſurum.

2. *Marcellus* ‖ libro 22. Digeſtorum.

NEc amplius concedendum erit, quàm quod ſufficiat ad ſpeciem modicam *k* monumenti.

De venditore hereditatis non ſoluendo. 1. De tranſactione. 2. De annuo legato reipublicæ relicto.

3. *Paulus* ‖ lib. ſingulari ad legem Falcidiam. ‖

SI heres inſtitutus, eam hereditatem, quæ ſoluendo non eſt *l*, vendiderit *m*, vix quidem poterit perſuaderi non fuiſſe eam hereditatem ſoluendo, quæ emptorem inuenerit: vera autem ratione nihil legatariis debebitur, quia magis ex ſtultitia *n* emptoris habere videtur heres inſtitutus, quàm ex bonis defuncti. nam & è contrario, ſi malè vendiderit res hereditarias, non erit hoc legatariorum detrimentum. ita ergo commodum debet eſſe hęredis, ſi bene res adminiſtrauerit.

1 ¶ Sed & ſi is, qui ſoluendo non eſt, legauerit, & hæres cum creditoribus deciderit *o*, ne ſolidum ſolueret, & ob eam deciſionem factum ſit, vt aliquid retineret, nihil tamen legatariis debiturum: quia eam pecuniam non ex hæreditate, ſed ex deciſione habet.

2 ¶ Item *p* ſi reipublicę *q* in annos ſingulos legatum ſit *r*, cùm de lege Falcidia quęratur. Marcellus putat tantùm videri legatum, quantum ſufficiat ſorti ad vſuras trientes *ſ* eius ſummę, quæ legata eſt, colligendas.

Si legatarius pendente legati conditione heredi ſucceſſerit, deinde legati conditio extiterit.

4. *Papinianus* ‖ libro 16. Quęſtionum. ‖

FVndo legato mihi ſub conditione *t*, pendente legati conditione, heres *u* me heredem inſtituit, ac poſtea legati conditio extitit. in Falcidiæ ratione *x*, fundus non *y* iure hereditario, ſed legati, meus eſſe intelligitur †.

De pollicitatione.

5. *Idem* ‖ libro 8. Reſponſorum. ‖

VErbis *z* legati vel fideicommiſsi non *a* neceſſariò *b* ciuitati *c* relinquitur, quod ex cauſa pollicitationis præſtari neceſſe eſt *d*. Itaque ſi debiti *e* modum teſtamento dominus *f* exceſsit, ſuperfluum dumtaxat Falcidia minuetur *g*. Quare nec fideicommitti legatarij *h* poterit *i*.

¶ Quod ſi dies aut conditio legatum fecerit *k*, non vtilitatis *l* æſtimatio, ſed totum *m* petetur, quod datum eſt *n*: nec, ſi viuo teſtatore *o* dies venerit, aut conditio fuerit impleta, fiet irritum quod ſemel competit.

De ſumptu funeris.

6. *Venuleius* ‖ libro 13. Stipulationum. ‖

a vide *l.135. §. 2. inf. de verb. obl.*
b vſusfructus diuiduus eſt, *l. 5. ff. de vſufr. l.19. ff. de vſu. l.14. ff. quibus mod. vſusfr. vide in hunc locum Hotoman. 18. illuſtr.* vbi notat quemadmodũ vſusfructus diuidi poſſit.
c quamuis ius ſit, & meritò: huic enim iuri corpora ſubſunt, hoc eſt, fructus qui diuidi poſſunt.
d *l.8 inf. eod. l. 5. ſup. de vſufr.*
e Imò vſus, *l. 5. ff. de oper. ſeruor.*
f *l. 5. infr. eod.*
g Cur non poteſt auocari poſſeſſio ei qui eam nactus eſt ab errante, cum errore acta nil valeât? *l. 15. ſup. de iuriſd.*
h in facto ſcilic. ſeu non exiſtimantis falcidiam ſibi competere, cùm eſſet ignarus patrimonij. Aliud planè erit, ſi ſciens prudens legata promittat vel ſoluat *l.9 C. eo.* Nam ſi ſoluerit ignorantia iuris, comparatur ei qui donat, *d. l. 9.*
i incerti condictio, non certi, *l. 21. l. 22. ff. ad Treb.*
k auferatur.
l cur enim eum remoretur incertitudo hæredis dubitantis, habitura ſit nécne locum Falcidia?
m Cur interponitur? ne ſcilicet lapſo facultatibus legatario, res heredi pereat qui neceſſario ſolida legata ſoluit.
n *l. 1. §. 9. ff. ſi cui plus quàm per legem.* Cauet qui dat fideiuſſorem.
o *l. 1. §. 11. ſi cui plus quàm per legem.*
p Senſus eſt: Ante ſecundarum tabularum apertionem (quæ legis conſilio clauſæ manent) legata primis tabulis relicta, interim ſolida ſoluuntur exacta cautione *Quanto amplius*, quæ quidem cautio committitur apertis tabulis, ſi legata ſecundarum tabularum cum legatis primarum commixta dodrantem excedant hæreditatis teſtatoris, *Gouean. ad l. 1. §. 1. ff. tit. prox.*
q id eſt, arbitro, quem Prætor dare ſolet ad ineundam quantitatem patrimonij, *l. 1. §. 6. ff. tit prox.* r vide ad hanc legem Antonium Fabrum, *4. Coniect. 13.*
ſ puta ad me eius ſubſtitutum peruenit. t vt id quod ad me ita peruenit augeat legata à me relicta. u Hæc non de ſubſtitutione intelligenda, ſed de iure adcreſcendi. x i. à me. y i. ſi omiſero, & eo caſu portio mei coheredis mihi tamen non ſubſtituto adcreſcit. z aditionem. *Hal.*
a id eſt, à me. b i. nomine eius expreſſo, *l. 1. ff. de liberis.* c i. non ita.
d hæc enim verba ſunt communia. ideóque meus cohæres, quamuis mihi non ſit ſubſtitutus, legata à me relicta, quaſi à ſe relicta, ſolida præſtabit.
e *v. Cuiac 4. obſ. 33. & 15. c. 14.* f Nihil hic de ſubſtitutione proponitur, ſed de portione defecta adcreſcente, non repudiata: quod colligitur ex verbo *vindicauero*, quod mox ſequitur. g vt putà, quia vltra dodrantem legatũ erat ab eo, legata erant ab eo tredecim, cùm legatum XII. tantùm eſſet. h vt ita legatariis integra tredecim præſtem. i vt putà, quia ille partem vel repudiat, vel capere non poteſt: & ea mihi accedit, & ita onera eius portioni meæ non oneratæ accedit.
k & malè *inf. eo.* ſenſus eſt: Quemadmodum quod ex ſubſtitutione cohęredis ad me peruenit, legata à me relicta auget. *§. 13. ff. eo.* ita & accreſcens eius portio meis proficit legatariis: quia repudiante cohærede ex parte vtraque videor ab initio inſtitutus. *Gouean.* l Imo Caſſio: fuit enim Iulianus Caſſianus. & ideo Cuiacius monet hic legendum eſſe *Caſsio v. Cuiac. 27. obſ. 23. in fin.* m non commiſcendas, *Cuiac. 4. obſ. 35.* n cuius partem teſtator non grauauit, meam verò exhauſit. o aliud eſt hi ante aditam, *§. 13. ff. eo.* & ita, Quod ex arrogatione cohæredis ad me peruenit, eſt, cùm legatariis meis proficit: eſt, cum non proficit. *Gouean.*
p videor eo caſu eius vniuerſa bona acquiſiuiſſe. q vt ita non proſit legatariis, quibus à me legatum eſt, portio non grauata cohæredis mei. r *l. 4. ſup. de annuis. l. 10. inf. quando dies leg.*
ſ eorum enim dies non ſemel, ſed per ſingulos annos cedit, *l. 11. ff. quando dies legat.* Ea ratione in annuis legatis, & ſtipulationibus annuis ab initio cuiuſque anni computandum eſt tempus præſcriptionis, *l. 7. §. vlt. Cod. de præſcript. 30. annor.*
t *l. 45 in fin. inf. eod.*
u nec enim propter incertam conditionem fieri poteſt computatio.

a putà nudo pacto, *l. 84. in fin. inf. de reg. iur.*
b Sunt enim quædam natura debita quæ ſoluta repeti poſſunt. Ea cum poſſint inuito heredi extorqueri, mirum non eſt, ſi eius hereditatem non augeant neque legatariis proficiant, *vid. Gouean.*
c & malè. *infr. n.* Cur ita? vide *l. 10. ff. de obligat. & act.*
d *vt l. 95. ff. eod. l. 41. §. vltim. ſup. de euict.*
e ab eo cui ſucceſſit.
f Confundit res ſuas cum defuncti bonis qui defuncti hęreditatem adit: igitur qui adit, confundit, aditióque ipſa confuſionem parit.
g quid ſit, vide *l. ... ff. de religioſis.*
h *vide l. vlt. ... C. de iure delib.*
i *§. vlt. Inſt. ...* funeraria ... *vide l 14. §. ... de religioſis.*
k De ſumptu funerum & ſepulchrorum dixi ad legem duodecim tabularum.
l talis enim poteſt, *l. 3. ff. ... nor. poſſeſſ. l. ... de verb. ſign.*
m hæreditatem maiori pretio ... valuit, ſi ... illud hæres ... ex ſtultitia ... ris, non ex ... tione defuncti ... que ea ſumma proderit lega...
n Emens ... iori & im... pretio, ... emiſſe videtur de colligitur ... pendium ... extra rem ... *§. 6. ff. de ... tut.* Bonis ... non adm... quod hæ... prudentia, ... titia ... quæſiuit.
o id enim poteſt ante ... tatem aditam ...
p Huius par... rationem fructúmve ſe ignorare profitetur *Caſtrenſis*. ſed ad hunc locum Go... videndus eſt, *hic.* q *l. 3. C. ad Trebell.*
r *l. 68. in fin. pr. inf. eod.*
ſ Trientes vſuræ leues ſunt, vide *Capitolinum in Alex.* ſuntque tertia pars centeſimæ. Centeſima eſt quæ ſingulis menſibus centeſimam ſortis partem ... De trientib. vſuris, *vide Hotom. 1. de vſuris, l. 7. §. 17. ff. de pactis.*
t putà à Titio. u Titij ſcilicet.
x id eſt, cum inibitur ratio patrimonij hæredis.
y *l. 6. C. eod.* † & meritò quia *iure hereditario habere* non videor, quod ab ... rede inſtituto eram habiturus: ideoque neque in reſtitutionem hæreditatis ... niet, *l. 68. ff. de legat. 2.*
z Vide ad hanc legem Antonium Fabrum 4. *Coniect.* 12. à verbis legati ... fideicommiſſi non neceſſario, hoc eſt fruſtrà & inutiliter relinquitur, quod ex ... cauſa præſtari neceſſe eſt.
b quia id ſine tuo legato conſequi poteſt. c putà creditrici.
d Cur? pollicitatio facta Reipublicæ obligat pollicentem, *l. 1. §. 1. ff. de pollicitationibus.*
e id eſt, eius quod ex ſua pollicitatione debuit.
f id eſt, teſtator. g ab hærede ſcil.
h creditores ſcil.
i cui ſcil. teſtator nil de ſuo dat, niſi ei plus legauerit, quàm debuit: tunc ... de ſuperfluo fideicommittere poteſt.
k i. ſi purè legauero ſtipulanti, quod illi in diem vel ſub conditione debui.
l vtilitatis hæc æſtimatio verſatur in repræſentatione, *l. 1. §. 10. ſup. eod.*
m inde igitur Falcidia detrahetur, æſtimata tamen vtilitate legati quam dies ... conditio remiſſa affert, *l. 2. ſup. de dote præleg.* *adde l. 82. ſup. de legat. 2.*
n *§. 16. Inſt. de legatis.*

Seruis

SI vir *a* vxori *b* hæres extiterit, & in funus eius impenderit, non videbitur totum quaſi hæres impendere *c*. ſed deducto eo, quod quaſi dotis nomine quam lucrifacit, conferre *d* debuerit.

De ſeruitute

7. *Papinianus* ‖ lib. 7. Quæſtionum. ‖

LEge Falcidia interueniente legata ſeruitus, quoniam diuidi *a* non poteſt *c*, non aliter in ſolidum reſtituetur, niſi partis offeratur æſtimatio.

De ære alieno.

8. *Idem* ‖ lib. 14. Quæſtionum. ‖

IN legem *f* Falcidiam *g* æris alieni rationem *h* in hereditate relicti, quod vnus *i* ex heredib. *k* ſoluere *l* damnatus ſit *m*, ipſe ſolus habebit *n*.

De fructu. 1. De partu ancillæ.

9. *Idem* ‖ lib. 19. Quæſtionum ‖

IN Falcidia placuit, vt fructus poſtea *o* percepti, qui maturi *p* mortis *q* tempore fuerunt, augeant hæreditatis æſtimationem *r* fundi nomine, qui videtur illo in tempore fuiſſe pretioſior *ſ*.

1 ¶ Circa ventrem ancillæ nulla *t* temporis admiſſa diſtinctio eſt. nec immeritò, quia partus nondum editus, homo non rectè fuiſſe dicitur *u*.

De eo quod poteſt ad hæredem peruenire.

10. *Idem* ‖ lib. 20. Quæſtionum. ‖

QVod ſupra quadrantem apud heredem poteſt peruenire, ſupra dodrantem in pecuniam *x* legatum non onerat heredem, veluti hæreditas pupilli *y*, ſi fortè ſubſtitutus ſit exhæredato *z*, qui patri pupilli heres exſtitit.

De retentionibus omnis temporis 1. De morte ſerui cui ſub conditione libertas data fuerat. 2. De parte bonorum ablata. 4. Si ſeruus teſtamento manumiſſus decedat ante aditionem. De ſeruis qui moriente domino, ea valetudine affecti erant, vt viuere non poſſent, & his qui ſub eodem tecto fuerunt, cum dominus à familia necaretur. 5. De tabulis puppillaribus.

11. *Idem* ‖ lib. 29. Quæſtionum, ‖

IN ratione legis Falcidiæ retentiones *a* omnis temporis heredi in quadrantem imputantur.

1 ¶ Si ſeruus ſub conditione libertate data, vita deceſſit, ſi quidem impleta conditio quandoque fuerit, hæredi non videbitur periſſe. quod ſi defecerit, in contrarium ratio trahit. ſed, quanti ſtatuliber, moriens fuiſſe videbitur.

1 ¶ Imperator Marcus Antonius decreuit, heredes, quib. pars bonorum ablata eſt *b*, non *c* in ampliorem partem, quam pro ea parte, quæ relicta eſt, legatorum nomine teneri.

3 ¶ Cum quidam, parte dimidia bonorum adempta, fuiſſet relegatus: idemque, prouocatione interpoſita *d* teſtamento poſtea facto obiiſſet, atque poſt mortem eius, *non iuſtè appellatum* eſſet prouintiatum: *e* quæſitum eſt, vtrùm æris alieni loco pars dimidia abſcederet, vt reſidua ſola videretur fuiſſe in bonis, an verò ſuccurri hæredi neceſſarium eſſe videbitur? Sed videtur ſuccurri debere, cùm animus litigantis ‖&‖ obtinendi votũ hanc opinionem admittit.

4 ¶ Si ſeruus teſtamento manumiſſus, ante aditam hereditatem decedat, heredi quidem periſſe intelligitur. ſed cuius pretij erit, qui ſi viueret, nõ *f* æſtimaretur? Nam & eos, qui moriente *y* domino, ea valetudine affecti fuerant, vt eos non poſſe viuere certum eſſet, tamen, ſi poſtea moriantur, hæreditati periſſe reſponſum eſt. Nec aliud in his, qui ſub eodem tecto fuerunt, cùm dominus à familia necaretur. 5. ¶ Quod vulgo dicitur *g*, * *in tabulis patris* h *& filij vnam* i *Falcidiam ſeruari*, quam poteſtatem habeat, videndum eſt: Quamuis enim ſubſtitutus, quæ à pupillo relicta *a* ſunt, cum filius heres exſtitit, vt æs *b* alienum quodlibet debeat, tamen propter ea quæ data ſunt tabulis ſecundis, contributioni *d* locus eſt. Secundum quæ poterit euenire, ne ſubſtitutus quicquam retineat, vel vt *e* longè plus habeat quartæ paternæ hæreditatis.

¶ Quid *f* ergo, ſi non ſufficiat pupilli hereditas legatis, cùm patris ſuffeciſſet? de ſuo quadrante *g* nimirum dabit ſubſtitutus: quoniam pater legauit de ſuo. nec ad rem pertinet, quòd ex nullo teſtamento præſtatur vltra vires patrimonij, cum in hac parte iuris legata quæ tabulis ſecundis *h* relinquuntur, quaſi primis ſub conditione relicta intelliguntur.

6 ¶ Si filio ſuo duos ſubſtituerit, & alterius portionem onerauerit, tractari ſolet, an ex perſona ſua Falcidiam poſſit inducere ſubſtitutus, quam pupillus non haberet, vel vnus pupilli ſubſtitutus. ! & facilè quis dixerit conſequenter prioribus, quæ de patrimonij ratione dicta ſunt, non eſſe Falcidiæ locum: & vltra vires portionis conueniendum alterum ſubſtitutum. ſed verior eſt diuerſa ſententia, perinde huic quartam relinquendam exiſtimantium, atque ita ſi patri hæres exſtitiſſet. vt enim opes *i* patris & contributio legatorum inde capiunt & formam & originem: ita plures ſubſtituti, ſubducta perſona pupilli, reuocandi ſunt ad intellectum inſtitutionis.

¶ Quid tamen dicemus de altero ſubſtituto, qui non eſt oneratus? ſi fortè nondum legata pupillus à ſe relicta ſoluit, & aliquid vltra dodrantem ſit: in omnibus & ipſum Falcidiam habiturum? atquin quartam habet. neque idem patiatur inſtituti comparatio. rurſus ſi negemus, aliud apertè quam quod vulgò probatum eſt, reſpondetur. Itaque varietas exiſtet: vt is quidem, qui proprio nomine oneratus eſt, velut inſtitutus deſideret quartam, alter autem, qui non eſt oneratus vt ſubſtitutus, licèt portio largiatur eius, non in ſolidum conueniatur propter calculi confuſionem. Hinc conſequens eſt, vt ſi pupillo de Falcidia cautum *k* fuit, duobus committatur ſtipulatio, videlicèt in eam quantitatem, quam vnuſquiſque ſibi retinere potuiſſet.

7 ¶ Quæſitum eſt, ſi quis pupillo coheredem ſubſtituiſſet, quemadmodum legis Falcidiæ ratio inquiri debeat: & quale eſt, quod vulgo diceretur, *legatorum rationem ſeparandam?* Dixi quantum ad legata, quæ pater à filio, item à ſubſtituto reliquit, nullam fieri poſſe ſeparationem, cùm communi calculo ſubiiciantur, & inuicem inducant *l* contributionem. ſed legata quæ ab inſtituto extero data ſunt, permiſceri cæteris non oportere. ideóque quartam pupillo datæ portionis habere ſubſtitutum, quamuis ſuam portionem habeat, vt inſtitutus: & aliam cauſam eſſe eius, qui ex variis portionibus hæres ſcriberetur. ibi enim legatorum confundi rationem non minùs, quàm ſi ſemel fuiſſet nuncupatus ex ea portione, quæ conficeretur ex pluribus. neque referre, purè ſæpè, an ſub diuerſis conditionibus ſit hæres inſtitutus.

8 ¶ Si quis exhæredato filio ſubſtituit hæredem inſtitutum, & ab eo tabulis quoque ſecundis legauerit, neceſſario ratio confundetur, cùm ideò legata valere *m* dixerit Iulianus à ſubſtituto relicta, quòd idem patri hæres extiterit.

Si creditor ſucceſſerit debitori.

12. *Idem* ‖ lib. 30. Quæſtionum. ‖

SI debitor creditore hærede inſtituto, petiſſet *n*, *ne in ratione legis Falcidiæ ponenda creditum ſuum legatarijs reputaret* *o*, ſine dubio ratione doli *p* mali exceptionis apud arbitrum Falcidiæ defuncti voluntas ſeruatur *q*.

De tacito fideicommiſſo.

13. *Idem* ‖ lib. 37. Quæſtionum. ‖

SI tacitum fideicommiſſum *r* ſeruus iniungente domino ſuſceperit, habiturum eum legis Falcidiæ beneficium, quia parere *ſ* domino debuit, conſtitutum eſt. Idémque placuit in filio, qui fuit in patris poteſtate.

An dos imputetur in Falcidiam. 1. De onere retentionis omittendæ. 2. De tabulis pupillaribus.

14. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

PAter *t* filiam, quæ à viro diuerterat, hæredem pro parte inſtituit, & ab ea petiit *vt fratri & coheredi ſuo portionem hereditatis acceptam, deducta ſexta reſtitueret*. admiſſa compenſatione dotis in Falcidiæ ratione: ſi pater dotem conſentiente *u* filia non petiſſet, Falcidiam quidem iure *x* hereditario, do-

---

a qui dotem ex pacto poſt mortem vxoris lucrabatur.
b in cuius patrimonio erant ducenta, in dote centum.
c partem enim vt heres impendit: aliam vero partem de ſuo proprio, vt dominus dotis quam lucrifecit. ideoque ſi centum in funus vxoris impendit, quinquaginta tantum vt heres vxoris, hereditatis oneri imputabit: eoque facto Falcidiam à legatariis detrahet.
d *l.1.§.9.ſup.eod. l.80. in ſi.inf.eo.*
e quæritur quo modo de ea Falcidia detrahetur ab herede? ſi ſpectamus ſeruitutis legatæ naturam, ſeruitus legatario detrahi non poteſt: quin ſolida ſeruitus tribuenda eſt, *d. l.80. l. 76. ʒ. de leg.2.* Igitur ne heres careat ſua falcidia, eundum eſt ad æſtimationem ſeruitutis legatæ, vt ex ea quartam hæres detrahat.
f *al.* lege Falcidia.
g i. in ratione legis Falcidiæ ponenda.
h putà centum.
i putà Titius.
k fingamus duos hæredes relictos æquis partibus, ab eis plurima legata relicta, ab vno verò (puta Titio) nominatim centum relicta fuiſſe Caio.
l creditori teſtatoris ſ. putà Caio.
m nominatim ſ.
n i. ſubſtinebit. vt quemadmodum is heres qui nominatim iuſſus eſt creditori ſoluere, ſolus compelli poteſt ad ſolutionem: ita ſolus ex huiuſmodi legato deducit Falcidiam non eius coheres, *l.53. in fi. ſup.de leg.2.* Alij hæc verba variè interpretantur: ipſe ſolus tenetur: Alij, ſolus deducet, *vt Dynus*: Alij, ipſe ſolus deducet quem teſtator damnat, *vt Bar.*
o poſt mortem teſtatoris. p Aliud in immaturis & ſic Goueanus intelligit *l.18.ʒ.ad Trebell.* q teſtatoris. r ideóque legatariis proderunt vt plenius heres eis legata ſoluat, *adde l.15.in fi.ſup.de vulgari.* ſ propter fructus. t Imò aliqua. Nam partus augere hæreditatem videtur, cùm ſit pars rei, *l.1.§.ex hoc reſcripto.1. ſup.de ventre inſp.l.ſi quod ex Pamphila.73.ʒ.de leg.1.l.qui in vtero.7.ʒ. de ſtatu.*
u Partus nondum editus, non eſt homo. Sequimur enim Stoicorum ſententiam ἔμβρυα non eſſe animalia: ſed tamen Galenus ἐν ὅροις ἰατρικοῖς, & libro proprio εἰ ζῷον τὸ κατὰ γαστρός: quomodo & leges Lycurgi & Solonis docent ἔμβρυον eſſe animal. nam quæ abegit partum punitur: ſed hoc non tam quod animal quam quod ſpem animalis peremit, *l.2. ſup.de mortuo inferendo*: idque fit fictione quadam, qua partus habetur pro animali. Idem ſcribit Galenus *lib.* περὶ φιλοσόφου ἱστορίας. *v.Cuiac.ad l.2.§.6.ſup. de excuſ tut.* Tertullianus in *apologetico*. Nobis verò homicidio ſeueriter interdicto etiam conceptum vtero, dum adhuc ſanguis in hominem delibatur, diſſoluere non licet. Homicidij feſtinatio eſt, prohibere naſci: nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentium diſturbet: homo eſt, & qui eſt futurus, & fructus hominis iam in ſemine eſt. x in pecuniam legatam, *v.Cuia.4.obſ.36.in fi.* y Quod ex re alterius, quamuis teſtatoris voluntate ac iudicio ad hæredem peruenit, in Falcidiam non imputatur. z *l.1. §.2.ſup. de vulg.2. l.50. ʒ. eod.* Retineri hic intellige legata quæ apud hæredem ipſum remanent, qualia ſunt & quæ vel ab initio non conſtiterunt, vel quæ poſtea deferuntur. b puta per contra tabulas, vel querelam inofficioſi. c l.43. §.1. *ſup.de cond.& dem.* d Appellatio ſuſpendit ſententiæ effectum, *l.6.§.1.ſup.de his qui notant.* hinc videri poteſt pars hæc obligata quodammodo fuiſſe in bonis defuncti. e hinc videri poteſt, partem illam perire hæredi.
f *vt l vltim.ſup.de his qui deiecer.* g *l.80.in princ.& fin.ʒ.eod.l.1.§.1.ʒ.ſi cui plus quàm per leg.* * h quarum illæ principales: hæ ſecundæ dicuntur, ſcripſi *ad l.11. ſup.teſtamen.quemad. aperiantur.* i Vna falcidia in duplicibus teſtamentis ſeruatur. Fit & in eiſdem legatorum & bonorum contributio: in Falcidia in eis detrahenda, mortis paternæ tempus inſpicitur: bonorum augmentum vel diminutio poſt contingens, legatariis nec prodeſt, nec nocet.

a legata.
b Subſtitutus pupillo, hoc loco, legata à pupillo relicta integra ſoluit: quæ ab eo relicta non ſoluit, ſed contributioni locus eſt.
c *l.18.§.1.ʒ.de teſt. milit.*
d Contributio fit hæredi à legatario, *vt hic & l. 14. §.1.l.15.l.30.§.7. l.78. inf eod.* Contributio enim oſtendit quantum cuique debeatur.
e velut. *Haloan.* quod improbat Cuiacius 4. *obſer.* 34. *in fin.*
f *al.* Quid enim. *Goueanus.*
g hoc verbum, *quadrante*, expungit Goueanus *hic.* Cuiacius verò defendit 4. *obſ.* 34.
h i. pupillaribus. dixi, *ad l.11. C.teſta. quemadmod. aperiantur.*
i vt enim opus. *Hal.* vt enim confuſio patrimonij. Rauconetus & poſt eum Balduinus tractatu ad legem Falcidiam: vt enim opes patris formam capiunt & originem, & inde contributio legatorum, ita &c. *Gouean. hic.* vt ſit ſenſus, vt in duplicibus tabulis opes & bona, de quibus legata relinquuntur & præſtantur, capiunt patris formam (dicuntur namque patrimonium) & originem (quia à teſtatore proficiſcuntur) ſic inde contributio legatorum naſcitur, quod abſurdum ſit ſeparari legatorum rationem, quæ ex iiſdem bonis relinquuntur.
k *vt l.31.inf.eo.*
l *l.78 in fi.ʒ.eo.*
m Imo non valent. *l. 103. ſup. de leg. 3. l.77. §. 31. ſup. de leg. 2.*
n *l.6.C.de hæredit. act.*
o & ſic vt compenſaret ſibi debitum, *l.85. ſup. de leg.2.*
p *v. quæ ſcripſi ad l.22. inf eo.*
q Nam in imponenda ratione legis Falcidiæ creditor hæres à debitore inſtitutus, ſuum creditum detrahit, *l. 6. C.eo.*
r hic Goueanus ſcribit, legata incapacibus, ad fiſcum pertinere, & in eis fiſcum Falcidiam pati: quo nomine reprehenditur à Cuiacio. 7. *obſ.31.in fi.* ſ *adde l.10.in fin.ſup.de his quæ vt indig.vide l.37.ſup.ad leg. Aquil. l.14.ſup.de falſis.* t Falcidiæ non imputantur data inter viuos filio à patre vel extraneo dotis vel donationis cauſa: huiuſmodi enim res à patrimonio donatoris exceptæ fuerunt *v.Graſſum.§.Falcid. quæſt.16.*
u *dixi ad Vlp.6.§.4.*
x Falcidia iure hæreditario retinetur, *vt hic.* & iure teſtamenti. *l.42. ſup. de vulgari.* Cur ita? dixi *ad l.30.ſup. de act.empt.*

tem *a* autem iure proprio *b* filiam habituram, reſpondi: quia dos in hereditate patris non inuenitur *c*.

1 ¶ Auia nepotib. heredibus inſtitutis, fideicommiſit, *vt omiſſa* d *retentione* e, *quæ per legem Falcidiam ex alio* f *teſtamento competebat* g, *ſolida legata fratrib. & cohæredib. ſoluerent*, rectè *h* datum fideicommiſſum reſpondi, ſed huius quoque onus in contributionem *i* venire.

2 ¶ Duobus *k* impuberib. ſubſtitutum, vtrique *l* heredem exiſtentem, in alterius hæreditate Falcidia non vti conuenit, ſi de bonis alterius impuberis quartam partem hereditatis patris, quæ ad filios peruenerit, retineat.

3 ¶ Quòd ſi frater fratri *m* legitimus hæres extitit, & impuberi ſupremo ſubſtitutus, portio quidem paternorum bonorum, quam inteſtatus puer accepit rationi Falcidiæ non confundetur. ſed quartam eius tantum portionem ſubſtitutus retinebit, quam impubes accepit qui ſubſtitutum habuit.

De mortis cauſa donatione. 1. De ſtipulatione, ne Falcidia vtatur. 2. De annuis legatis. 3. Si creditor ſucceſſerit debitori. 5. De donatione inter virum & vxorem. 6. De fructibus. 7. De fideicommiſſo portionis ſupplendæ gratia. 8. De æſtimatione teſtatoris.

15. *Idem* ‖ lib. 13. Reſponſorum. ‖

QVod *n* bonis iure Falcidiæ contribuendum *o* eſt à debitore, cui mortis *p* cauſa pacto *q* debitum remiſſum eſt, in factum *r* concepta replicatione ſretinebitur.

1 ¶ Frater, cùm heredem ſororem ſcriberet, alium ab ea, cui donatum volebat, ſtipulari curauit *t*, ne *u Falcidia vteretur, & vt certam pecuniam, ſi contra feciſſet, præſtaret*. priuatorum *x* cautione legib. *y* non eſſe refragandum conſtitit, & ideo ſororem iure publico retentionem habituram †, & actionem ex ſtipulatu denegandam.

2 ¶ Non *z* idcirco minus Falcidiæ rationem in cæteris annuis *a* legatis admitti viſum eſt, quod primo ac ſecundo anno ſine vlla detractione fuiſſent legatario ſoluta.

3 ¶ Quod auus ex cauſa tutelæ nepoti debuit *b*, cùm auo nepos ſolus heres extitiſſet, ratio Falcidiæ ſi poneretur, in ære alieno bonis deducendum reſpondi. nec ad rem pertinere, quòd heredem auus, idemque tutor rogauerat, vt ſi ſine liberis ante certam ætatem decederet, tam hæreditaria quàm propria bona reſtitueret. non enim ex hoc hereditatem debito compenſatam videri, cùm vel ideo maximè declaretur, non eſſe compenſationem factam, quoniam hæredem ſuum habere propria bona defunctus oſtendit.

¶ Planè ſi conditio fideicommiſſi fuerit impleta, fructus hæreditatis poſt mortem aui percepti, pari pecunia debito tutelæ compenſabuntur: ſed quartam hæres nepotis de bonis *c* duntaxat, quæ moriens auus reliquit, retinebit.

4 ¶ Cùm fideicommiſſum ex voluntate matris à patre moriente debitum filio, pater hæreditate ſua, quam in filium conferebat, compenſari voluit, quod filio debetur, ſi ratio Falcidiæ poni cœperit, fini *d* quadrantis, quem ex bonis patris cum effectu percepit, compenſabitur: atque ita ſuperfluum æris alieni dodranti tantùm detrahetur.

5 ¶ Ex donationibus *e* in vxorem collatis, quod heres eius reddere viro cogitur, in bonis mulieris non erit. nam ita fit locupletior, vt tanto pauperior eſſe videatur. quod autem heres inde minuit, viro non *f* perit.

6 ¶ Fructus prædiorum ſub conditione verbis fideicommiſſi relictos, in cauſam fideicommiſſi non deductos, heres in ratione Falcidiæ ſic accepto facere ſibi cogitur, vt quartam ‖ & ‖ quartæ fructus ex die mortis, bonorum, quæ mortis tempore fuerunt, habeat. Nec ad rem pertinet, quando Falcidia lex admiſſa ſit. nam etſi maximè poſt impletam conditionem fideicommiſſum locum habere cœpit, tamen ex die mortis fructus *g* quadrantis apud hæredem relinqui neceſſe eſt.

7 ¶ Fideicommiſſum portionis ſupplendæ gratia, pro qua matrem filius hæredem inſtituit, eidem matri datum, ratione Falcidiæ minuitur, & eam pecuniam mater ſupra *h* quartam portionis ſuæ percipiet.

8 ¶ Quarta, quæ per legem Falcidiam retinetur, æſtimatione *a*, quam teſtator fecit, non ma[g]is minui *b* poteſt *c* quàm auferri *d*.

De Falcidia ab initio non detracta.

16. *Scæuola* ‖ lib. 3. Quæſtionum. ‖

SI ex pluribus reb. legatis heres quaſdam ſoluerit *e*, ex reliquis Falcidiam plenam per doli *f* exceptionem retinere poteſt: etiam pro his, quæ iam data ſunt.

1 ¶ Sed etſi vna res ſit legata, cuius pars ſoluta ſit, ex reliquo poteſt plena Falcidia retineri.

De teſtamento militari, & codicillis poſt miſſionem factis.

17. *Idem* ‖ lib. 6. Quæſtionum. ‖

SI poſt miſſionem *g* faciat codicillos miles *h*, & intra annum decedat, ex teſtamento quod in militia iure militari fecit, plena *i* legata: ex codicillis, habita *k* Falcidiæ ratione præſtari debere dicitur. ſed res ita expedietur: ſi cum quadringenta haberet, teſtamento quadringenta, codicillis centum legauerit: ex quinta parte (id eſt octoginta, quæ ad legatarium ex codicillis peruenient, ſi Falcidiam non pateretur) quartam (id eſt viginti) hæres retinebit.

De caſtrenſi peculio. De mortuo apud hoſtes.

18. *Paulus* ‖ lib. 11. Quæſtionum. ‖

FIliusfamilias *l*, qui *m* militauerat, decedens patris ſui fidei commiſit codicillis *n*, *vt peculium ſuum caſtrenſe Titio poſt mortem reſtitueret* o. quærebatur, an *p* vt hæres *q* quartam deducere poſſit? Dixi * legem Falcidiam inductam *r* eſſe à Diuo Pio etiam in inteſtatorum *ſ* ſucceſſionibus, propter fideicommiſſa. ſed in propoſito nec hæreditatem eſſe: quamuis *u* placeret mihi extraneo hærede inſtituto, fieri hereditatem aditione eius. nam cùm apud patrem remanet: ius priſtinum durat, & peculium eſt. Nec huic contrarium eſt, quòd in teſtamento eius, qui apud *x* hoſtes deceſſit, exercetur Falcidia. nam fictio legis Corneliæ & hæreditatem & heredem facit. Sed me non dubitare, quin debeat id quoque indulgeri legis *y* beneficium, ſi quidem ‖ quaſi *z* ‖ patris familiæ bona reſtituere cogitur, & hæres ſcriptus, omiſſa ex teſtamento aditione, exemplo edicti legatorum nomine conuenietur.

1 ¶ His conſequens erit, vt ſi ex fructib. medio tempore quartam & quartæ fructus *a* habuerit pater etiam Trebellianum ſenatuſconſultum inducamus, & vtiles actiones exerceri poſſint, fiátque hæreditas *b* poſt reſtitutionem.

De venditione.

19. *Scæuola* ‖ lib. 8. *t* Quæſtionum. ‖

SI dignum decem *c* fundum damnetur heres quinque vendere *d*, ſine dubio quinque *e* erunt imputanda *f* Falcidiæ *g*.

Si legetur domino hæredis.

20. *Idem* ‖ lib. 9. Quæſtionum. ‖

SI à *h* ſeruo *i* meo herede inſtituto mihi legetur, & mihi adquiratur hæreditas: negat *k* Marcianus, id legatum in Falcidia computari: quia non debeatur *l*.

De naturali obligatione. 1. de domino & ſeruo cohæredibus vel collegatarijs.

21. *Paulus* ‖ lib. 12. Quæſtionum. ‖

SI pupillus, cui ſine tutore auctore decẽ mutua data ſunt, legatũ à creditore meruerit ſub hac conditione, *ſi decẽ, quæ acceperit, heredi reddiderit*, vna numeratione

a Dos mulieris eſt proprium patrimonium, etiamſi ſit in patris poteſtate, *vt hic. & l. 4. ȷ. de collation. l. denique. §. ergo. ſ. de minorib.*
b *vide l. 3. §. 5. ſ. de minorib. l. 16. ſ. de religioſ. l. 4. ȷ. de collat.* hinc collige, Quæ extra cauſam teſtamenti capiuntur in Falcidiam non imputari. Imò dos in quartam imputatur, *l. 29. Cod. de inoff.* & filia alterutro contenta eſſe debet, *l. 22. §. 3. ſup. ſoluto.*
c atqui dotem pater grauare poteſt, *l. vltim. §. 5. ſup. de leg. 2.*
d Nepotes rogare non poſſumus ne Trebelliana vtantur.
e *vide quæ ſcripſi ad l. 93. inf. eod.*
f Falcidiam deduci ex noſtro teſtamento prohibere non poſſumus: ex alieno, poſſumus.
g Res enim hæredum legari poſſunt.
h Res hæredem legare poſſumus: ſed tamen eius fideicommiſſi onus in contributionem venit.
i In ratione legis ponenda legata omnia contribuuntur, hoc eſt, ea quæ teſtator de ſuis bonis reliquit, & quæ de bonis hæredis, *v. l. 11. §. 5. ſup. eod.*
k *l. 42. ſ. de vulgari.*
l Si plurib. vnus ſubſtitutus vtrique directò ſuccedit, contributio locum habet: ſecus ſi vni directò, alteri per conſequentiam ſuccedit, *Bart.*
m mortuo ſcil. intra pubertatem.
n *al.* Quod de bonis.
o *v. l. 14. §. 5. ſ. eo.*
p Donationes mortis cauſa referuntur in cumulum bonorum, vt inde Falcidia detrahatur. *Gouean.*
q de non petendo, *v. l. 82. inf. eod.*
r διυγμαςικῶς ſic in Gloſſis Philoxeni, *v. Theoph. Inſt. de except.* replicatio in factum reſpondet exceptioni in factum *l. 14. l. 23. ȷ. de except. vbi dixi.* ſ *v. l. 22. ȷ. eod.*
t Senſus eſt, Quemadmodum teſtamento vetari Falcidia ſecundum regulam iuris antiqui non poteſt, ita conuentione alligari hæres non poteſt viuo teſtatore, ne Falcidia vtatur, *v. Cuiac. ad Nou. 1.* u Falcidiæ detractionem olim non potuiſſe prohiberi à teſtatore: hoc eſt detractam fuiſſe contra teſtatoris voluntatem hinc colligitur: hodie poteſt prohiberi: de quo v. *Authen. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc. v. Manticam 9. de coniect. 13 num. 3.* x *v. l. 20. ſup. de religioſis.*
y *l. 1. C. de teſt.* † hodie non habet *Nou. 1. c. 2.* Nam ſi Falcidia teſtamento prohiberi poteſt, eidem poteſt & inter Viuos renunciari, *l. 46. ſup. de pact.* Sed in *d. l. 46.* non dicitur legatarius ſatiſdationem remiſiſſe viuo teſtatore, ſed hoc potius, à legatario, non minus hæredi eam ſatiſdationem remitti poſſe, quàm à teſtatore. z Hodie aliud *Nou. 1. c. 3.*
a Non ea ſunt annua, quæ annua, bima, trima die relinquuntur, vt ſentit *hic Gouean.* vnde & eo nomine reprehenditur à Cuiac. 8. *ob.* 20.
b *l. 6. C. eo.* c *l. 58. §. 5. ȷ. ad Treb.*
d de hoc loquendi genere, *v. l. 19. ſup. de compenſationib.* e *adde l. 32. ſup. de donat. inter vir.* f proinde hæres marito id præſtare tenebitur.
g *l. 17. C. eod.* h *l. 22. §. 2. ad Trebell.*

a *l. 81. §. 1. ſ. de leg. 1.*
b *l. 27. in fi. ȷ. e[od.]*
c hodie poteſt, *Nou. 1. c. 2.*
d augeri.
e vni & eidem legatario ſc. *arg. l. 15. §. 2. ſup. eo.* idque ſine diminutione ac integrè. ideóque non eſt mirum Nouella 1. c. 3. vetari heredem vni legata integra, alijs non integra ſoluere, eſt enim eius diuerſa ab hac lege ſpecies.
f *v. l. 22. inf. eod.*
g aliàs, ante miſſionem facti à milite codicilli, ad legem Falcidiam non pertinent.
h *l. 92. l. vlt. ȷ. ... l. 17. l. 18. 19. ſup. de teſtam. mil.*
i in militis teſtamento legi Falcidiæ locus non eſt *l. 1. §. 12. ȷ. ... l. 1. §. 18. ȷ. ad Trebell. l. 12. C. ... mil.*
k *dixi ad l. ... de teſtam. milit.*
l v. Langebe... c. 27. *annot.*
m & ſic ... nus.
n nullo teſtamento facto, at inteſtatus filius patrem rogat ... tuus reſtituat peculium.
o moritur ... eius heredi peculium caſtrenſe quartam ... volunt.
p pater ſc.
q filij.
r quia legis Falcidiæ verba ... teſtatorum ... ſucceſſiones ... nent.
ſ Falcidia propriè ad teſtamenta ... cauſam ... trahitur ... ad cauſam ... ti, *vt hic*, ...
Glicia propriè pertinet ad teſtamenta, trahitur tamen ad codicillos facto[s ab in]teſtato. *vide Cuiac. Nou. 18.* t id eſt, peculium de quo agitur non fuit a[pud pa]trem tanquam hereditas, quia peculium apud ſe retinuit iure poteſtatis ... patri licet, quoties filius iure ſuo non vtitur. *l. 17. ȷ. de caſtrenſi*: non e[ſt] hæreditatis: ergo nec detrahetur quarta, quia quarta tantùm detrahitur ... ditate. u id eſt, non ſufficit filium de peculio caſtrenſi teſtatum eſſe, vt pe[culium] eius cenſeatur hæreditas, neceſſe eſt enim præterea vt adeatur ex teſta[mento]. x *l. 1. § 1. ſup. eod.* y Falcidiæ ſcili. inductæ à Diuo Pio, in ſucceſſionib. ... torum. z ſenſus eſt, Pater quaſi legitimus hæres filij reſtituit. merito ... quaſi hæredi legitimo legis Falcidiæ beneficium ei indulgebitur. a *l. ... ȷ. ad Treb.* b Peculium caſtrenſe quod fuit apud patrem non vt hæredit[as] ... reſtitutionem eius à patre factam, hereditas cenſetur. c Si fundum dignum decem, hæres quinque vendere iuſſus ſit, quinque legata intelliguntur, *vt l. ... dum 87. inf. eod.* Nam cum ex fundo digno decem, hæres à legatario pre[tij no]mine quinque accipit, altera quinque tantùm ſunt in legato. Proinde & ... quinque hæres Falcidiam detrahet, vt detrahere ſolet ex aliis legatis. Q[uod ſi] hæres fundum æquo pretio vendere damnetur Titio, vtile erit legatum ... fortè Titio expediat, etiam æquo pretio eum fundum conſequi velut vic[inum] vel à maioribus alteri relictum *leg. etſi æquo pretio 66. ſup. de leg. 1.* An ex h[oc le]gato Falcidiam hæres deducat? minimè, cùm nihil de ſuo teſtator eroget.
d Legatum eſt vtile, *leg. 66. ſup. de leg. 1.* Quid ſi rem dignam quinque iuſſ[us] hæres decem emere? *vide l. 30. §. 1. ȷ. eod.*
e quæ ſcilicet pretij loco heres accepit.
f Cur hoc pretium in Falcidiam imputatur? loco rei cedit.
g reliqua quinque legata intelliguntur, *l. 30. §. 1. l. 65. l. 87. ȷ. eo.* h ſi à ſ[eruo] herede inſtituto domino legetur, legatum valet. *§. an ſeruo, 32. Inſtit. de le[g.] l. cum legato ſeruo 17. ȷ. quando dies legatorum.* itaque huiuſmodi legato cætera [le]gata non diminuentur, ſi iuſſu domini ſeruus hereditatem adierit, *vt hic.* Nam ... Falcidiam imputatur hoc legatum, *leg. à filio 25. ſup. de leg. 1.*
i Quid ſi à filio, *vide leg. 25. ſup. de legat. 1.* Quid ſi à domino hærede inſtitu[to] ſeruo legetur? inutile eſt legatum propter regulam Catonianam, neque conu[a]leſcit, quandoque ſeruo manumiſſo *§. an ſeruo 32. Inſtit. de legat.* Itaque domi[no] in Falcidiam imputabitur. *l. 78. inf. eod.* Neque reliqua legata per huiuſmodi le[gatum] minuentur.
k Imò imputabitur *argument. l. 25. ſup. de leg. 1.*
l etiam ſeruo manumiſſo, idque ob regulam Catonianam. *§. 32. Inſt. de leg.*

& implet

& implet conditionem, & liberatur naturali *a* obligatione *b*, vt etiam in falcidia hæredi imputentur; quamuis non imputarentur, ſi tantùm conditionis implendæ cauſa data fuiſſent. Adeò autem & ſoluere videtur, vt repudiato legato, vel Sticho, qui legatus eſt, mortuo, nihil repetere poſſit.

1 ¶ Si ego & ſeruus meus heredes inſtituti ſimus ex diuerſis partibus, nec a ſeruo erogatus dodrans his quibus à me legatum eſt, contra falcidiam proderit, quod ex portione ſerui ad me peruenit ſupra falcidiã eius portionis. Ex contrario ſi ſeruo meo ſeruus, & mihi decem legata fuerint, ſerui falcidia ex decem mihi legatis non tenetur, exemplo eodem falcidiæ *c*. nam quartam retineo ex perſona *d* ſerui, quamuis de mea portione nihil exhauſtum ſit.

De prælegato. 1. De legatis ab herede, & fideicommiſſo à domino heredis relictis. 2. Si ſeruus domino ſubſtituatur. 3. De debitore qui non eſt ſoluendo.

22. *Idem* ‖ libro 17. Quæſtionum. ‖

NEſennius Apollinaris Iulio Paulo. Ex facto, domine, ſpecies eiuſmodi incidit. Titia filias ſuas tres num. æquis ex partibus ſcripſit heredes, & à ſingulis legata inuicem dedit, ab vna tamen ita legauit tam cohæredibus eius, quàm extraneis *e*, vt falcidiæ ſit locus. quæro, an aduerſus cohæredes ſuas, à quibus legata & ipſa accepit, vti poſsit falcidia, & ſi non poſsit, vel doli *f* exceptione ſummouenda eſt, quemadmodum aduerſus extraneos computatio falcidiæ iniri poſsit? Reſpondi *g*, Id quidem * quod à coherede legatorum nomine percipitur, non *h* ſolet legatariis proficere *i*, quo minus falcidiam patiantur. ſed *k* cùm is, qui legatum preſtaturus eſt, ab eodem aliquid ex teſtamento petit, non eſt audiendus, deſiderans vti aduerſus eum falcidię beneficio, ſi id, quod percepturus eſt *l* ex voluntate teſtatoris ſuppleat: quod deducere deſiderat. Planè cæteris legatariis non vniuerſam, quod cohæredi præſtat, imputabit, ſed quantum daturus eſſet, ſi nihil ab eo perciperet.

1 ¶ Seruo herede inſtituto, ſi à domino fideicommiſſa, à ſeruo legata data ſunt, prius ratio legatorum habenda eſt. deinde ex eo quod ſupereſt, fideicommiſſorum. dominus enim ideo tenetur, quòd ad eum peruenit; peruenit autem, quod deductis legatis ſupereſt. Planè *m* falcidiam exercet.

2 ¶ Sed & ſi dominus, omiſſa hæreditatis aditione, ſeruum ſibi ſubſtitutum adire iuſsit, prius erogantur quæ ab ipſo domino data ſunt: tunc eorum, quæ à ſeruo relicta ſunt, ratio initur, ſi patitur falcidia.

3 ¶ Si debitori *n* liberatio legata ſit, quamuis ſoluendo non ſit, totum legatum computetur *o*, licèt nomen hoc non augeat hereditatem, niſi ex *p* euentu. Igitur ſi falcidia locum habeat, hoc plus videbitur legatum, quod huic legatum eſſet. cætera quoque minuentur legata per hoc, & ipſum hoc per alia: capere enim videtur, eo quòd liberatur.

4 ¶ Sed ſi alij hoc nomen legetur, nullum legatum erit, nec cęteris contribuetur.

De fundo & via legatis.

23. *Scæuola* ‖ libro 15. Quæſtionum. ‖

SI *fundus* mihi legetur & via, in falcidiæ ratione, ſi tantùm *q* ſit in via, quantum *r* amplius eſt in falcidia, integer fundus capietur, & *ſ* via perit.

¶ Sed ſi *via* legetur, nec ſoluendo ſit hereditas, non debebitur.

¶ Videndum etiam, ſi *fundo & via legato*, minus, ex vtroque deſideret, quàm ſit viæ pretium. Poteſt coacta *t* ratione dici, non tantùm fundum ſolidum capi, ſed *u* etiam vt doli *x* exceptio tantùm farciat, quantum deeſt, ne plus habeat, quàm falcidia deſiderat. Vt tunc ſolum via intercidat, quotiens plus Falcidia deſiderat, quàm eſt viæ pretium.

De rebus ab herede ſubtractis. 1. De partu ancillæ. 2. De fructibus rei heredis.

24. *Paulus* ‖ lib. 14. Reſponſorum reſpondit. ‖

FAlcidiæ legis rationem, ſi haberi oportet, ita habendam, ac ſi hæ res, quæ *y* ab herede ſubtractæ ſunt, in hereditate relictæ non fuiſſent.

1 ¶ Idem reſpondit, partus ancillarum ante diem fideicommiſſi editos, ad heredes eius, qui rogatus eſt, pertinere, eóſque in quartam & quartæ fructus computandos, ſi de lege falcidia quæſtio intercedat.

2 ¶ Idem reſpondit, fructus ex propria re hæredis, quæ legata eſt, poſt diem fideicommiſſi cedentem perceptos, etſi non ſint reſtituendi fideicommiſſario, hęredi in quartam imputari non ſolere.

De patre & filio coheredibus. 1. De fideicommiſſo legatarij.

25. *Scæuola* ‖ libro 4. Reſponſorum. ‖

MAritum ſuum & filium communem æquis partibus hæredes inſtituit. quęſitum eſt, an in ratione legis Falcidię imputandum ſit marito, quod ad eum ex eadem hereditate per filium peruenit. reſpondit, ſi ex inſtitutione filij tantum retineat, quantum ad falcidiam ſatis ſit, nihil quartę nomine deducendum. 1 ¶ A liberto, cui fundum legauerat, per fideicommiſſum Seiæ annua decem dedit. quęſitum eſt, ſi

a Atqui conſtat pupillum naturaliter non obligari, *l.* 41. *ſup. de condict. indeb.* v. quæ ſcripſi ad *l.* 59. ℑ. *de oblig. & act.*
b *v. l.* 5. *inf. de fideiuſſ.*
c eodem exemplo Falcidianam quartam. *Cuiac.* 7. *obſeru.* 35.
d *l.* 1. §. 14. *ſup. eo l.* 78. *in fi.* ℑ. *eod.*
e ſic lege, quàm extraneis: vt Falcidiæ ſit locus. quæro, &c.
f vide quæ ſcripſi ad *l.* 22. ℑ. *eo.*
g ad poſtremam quæſtionem ſcil. id eſt, quemadmodum aduerſus extraneos computatio Falcidiæ iniri poſſit.
*
h *l.* 74. *l.* 86. *l.* 91. ℑ. *eod.*
i i. in quartam hæredis non imputatur, quod quis à cohærede percepit, *vt l.* 9. *inf. eo.*
k Reſpondet priori quæſtioni: An ſcilicet cohæres prælegato honoratus, altero oneratus, ex eo detrahat Falcidiam.
l *l.* 35. §. 1. *ſup. de hered. inſt.*
m *l.* 6. *ſup. ſi quis omiſſa cauſa.*
n *l.* 83. ℑ. *eod. l.* 34. §. 1. *& vltim.* ℑ. *de mortis cauſa donat.*
o al. computatur.
p *l.* 56. §. 1. *inf. eo.*
q *l.* 122. *in fi. ſup. de leg.* 1. *l.* 70. *ſup. de leg.* 2.
r vulgat. quanta.
ſ nec, *Goueanus* reprehenſus ab Antonio Fabro 4. *Coniect.* 6.
t Coacta ratio, ſtricta ratio.
u ſed & viam. Ita emendat vir clariſſimus & collega meus Iacobus Lectius.
x Falcidiæ retentio non fit nulla exceptione oppoſita, vt quidam perperam putant, ſed ope exceptionis doli, vel in factum, *vt hic. l.* 12. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 22. *ſup. eod. l.* 80. *in fi. infr. eod. l.* 21. *in fin. inf. ad Trebell.* idque apud iudicem.
y *l.* 6. *ſup. de his quæ vt indign.*

lex falcidia liberti *a* legatum minuerit, an Seiæ quoque annuum fideicommiſſum minutum videatur, cùm reditus largiatur annuam præſtationem? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non videri minutum, niſi alia mens teſtatoris probetur.

De linea margaritorum, quæ eſt apud legatarium. 1. De ſtatuis.

26. *Idem* ‖ libro 5. Reſponſorum. ‖

LIneam *b* margaritorum trigintaquinque legauit, quę linea apud legatarium fuerat mortis tempore. quęro, an ea linea heredi reſtitui deberet propter legem Falcidiam: reſpondit, poſſe *c* hæredem conſequi, vt ei reſtituatur. ac, ſi malit, poſſe vindicare *d* partem in ea linea, quæ propter legis Falcidiæ rationem deberet remanere.

1 ¶ Quæſitum eſt, an pretium ſtatuarum *e* Falcidiam pati debeat. reſpondit, debere.

An poſſit teſtator prohibere retentionem Falcidiæ.

27. *Idem* ‖ lib. 6 Reſponſorum. ‖

S*Eius & Agerius ſi intra diem trigeſimum mortis meæ reipublicæ noſtræ cauerint contentos ſe futuros tot aureis, legis Falcidiæ beneficio omiſſo: hæredes mihi ſunto, quos inuicem ſubſtituo. quod ſi voluntati meæ non conſenſerint, exhæredes ſunto.* quæſitum eſt, an hæredes inſtituti hereditatem adire poſsint, ſi conditioni parere nolunt, cùm habeant ſubſtitutos eadem conditione præſcripta? Reſpondit Seium & Agerium primo loco inſtitutos perinde adire poſſe, ac ſi ea conditio *f*, quæ fraudis *g* cauſa adſcripta eſt, adſcripta *h* non eſſet.

Si patri legetur.

28. *Macianus* ‖ libro 1. Fideicommiſſorum. ‖

PAter *i* quoque in legatis, quę filius ei dedit, alio hærede inſtituto, legis Falcidiæ rationem patitur.

De re à legatario vel fideicommiſſario heredi poſt tempus reſtituenda.

29. *Paulus* ‖ libro 2. Fideicommiſſorum. ‖

SI à me tibi fideicommiſſum ‖ vel legatum ‖ eſt, túque id poſt tempus rogatus ſis mihi reſtituere, non puto hoc imputandum eſſe in Falcidiam: quia incipio poſtea quaſi *k* fideicommiſſarius id recipere.

De eo quod accidit poſt mortem teſtatoris. De iuſſo vendere vel emere certo pretio. 2. De damno poſt mortem teſtatoris illato. 7. De eo quod hæredi datur conditionis implendę cauſa. De eo quod heres non figura conditionis accipere iuſſus eſt. 10. Si legetur hæredi, vel ſeruo hæredis, vel ſeruo proprio.

30. *Mecianus* ‖ libro 8. Fideicommiſſorum. ‖

IN ratione legis Falcidiæ mortes *l* ſeruorum cæterorumque animalium, furta, rapinę, incendia, ruinæ, naufragia, vis hoſtium, prędonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in ſumma, quodcumque damnum, ſi modo culpa legatarij careant, heredi *m* pereunt. Quemadmodum *n* ad heredis lucrum pertinent fructus *o*, partus ancillarum, & quæ per ſeruos adquiſita ſunt (vt ſtipulationes, rerum traditiones, legata, hæreditatéſve his datæ, cæteræ donationes) item ſeruitutes, quibus liberata prædia pretioſiora fierent, actiones adquiſitæ, vt furti, damni iniurię, ſimiléſque, quorum nihil in rationem legis Falcidię cadit.

1 ¶ Vendere *p* autem vel emere *q* iuſſus certo pretio fundum, aliámve quampiam rem, in legis Falcidiæ ratione, cùm quantum ſit legatum, requiratur, tantum eo nomine inducentur, quanto pluris minoríſve ſit res ea quantitate, quam quo pretio teſtator accipi daríve iuſsit. ſed *r* vt ei quidem portioni, quæ legatis deductis facienda erit, amplius deducetur. quippe non noſtri *ſ* cauſa capi id pretium: ſed eo deducto pretium reliquum legatum eſſe intellectum eſt.

2 ¶ Rurſus diligenter animaduertendum eſt, ne, quod dicitur, *damna poſt mortem teſtatoris illata ad ſolum heredem reſpicere*, vſquequaque & ſine *t*, vlla diſtinctione recipiatur. quod *u* enim *x*, remota lege Falcidia, in totum iuris foret, hoc idem fore in ea parte, quæ lege Falcidia conſtitueretur, hoc. n. attinet, damna poſtea facta non deduci, ne amota portio legatis fideive commiſsis detrahatur.

3 ¶ Verum eſt autem, his ſolis, quę pondere *y*, numero, menſura conſtant, nec damno poſtea incidente, ex portione, quæ fieri † ad æſtimationem eorum bonorum, quę mortis tempore fuerunt quicquam detrahi.

4 ¶ Certis verò corporibus, & his ipſis ita relictis: *Pecuniã quã z in illa arca: vinũ, quod in illis doliis: Põdus ar-*

a *l.* 21. §. 1. ℑ. *de annuis.*
b Linea margaritorum ornamentum eſt quod mulieres inferunt collo ex margaritis contextum, Græci τραχηλικὸν κόσμον. vide *Cuiac.* 8. *obſ.* 2. hinc colligere poſſis, Falcidiam & legitimam detrahi ex quibuſcunque rebus. Hotomanus 4. *obſeru.* 10. putat eam etiã detrahi ex quibuſcunque aliis rebus quàm corporib.
c *l.* 21. ℑ. *ad Treb.*
d Falcidia lege non tantum quartæ retentionem dari, ſed etiam vindicationem hinc colligunt: quod Cuiacius improbat 4. *obſ.* 2.
e Quia aliàs diuidi non poſſunt *l.* 80. *in fin.* ℑ. *eo.*
f ne ſc. heres vtatur Falcidia, *v l.* 15. *in fin.* ℑ. *eo.*
g hodie valet huiuſmodi conditio: nempe vt heredes ſcripti caueant, contentos ſe tot aureis futuros, &c. *Nouell.* 1. c. 2.
h Conditio in fraudem adiecta, pro nõ adiecta habetur, *Bal.*
i Falcidiam etiam pater in legatis ſibi à filio relictis patitur.
k Quod heres habiturus eſt non iure hæreditatis, non imputatur in Falcidiam. *Bart.*
l *v. l.* 73. ℑ. *eo* Pone totam hereditatem defuncti, mortis eius tempore dignã 1200. legatarium verò 900. petere vt iure Falcidiæ 300. maneant apud heredem. Pone heredem hac exceptione vti hereditatem defuncti ita imminutam eſſe, vt 900. tantum valeat. heredem denique poſtulare vt ex 900. Falcidiam detrahat.
m Quid ſi inuentarium factum ſit? an heredi peribunt? negat Bartolus, *arg. l. vltim.* §. 4. *C. de iure delib.*
n Damna & lucra obuenientia hæreditati poſt mortem teſtatoris, ad heredẽ ſpectant, non ad legatarios. vide tamen §. 2. ℑ. *eod.*
o *l.* 73. ℑ. *eo.*

p *l.* 19. *ſup. eo.* Vendere iuſſus rem minore quàm valet pretio, quo plus res valebit, eò & plus in legato fuerit. per contrarium iuſſus emere maiori pretio, quò maius pretium rei fuerit, eo & plus in legato erit. q ſi rem dignam quinque, decem emere iuſſus ſit hæres, quinque duntaxat legata intelligentur, *vt hic.*
r Goueanus monet hunc locum corruptum eſſe. ſ non mortis cauſa, *Goueanus hic.* vt ſi quæras, cur id quod pretii loco datur, deduci oporteat, cum quæritur quantum in legato ſit? Reſponderi poſſit, ideo deduci, quia mortis cauſa non capitur: eo deducto, quod reliquum fuerit in legato erit. Interdum enim perit res legatario, *l.* 26. §. 1. ℑ. *de legat.* u Partis ad partem ea ratio eſt, quæ totius ad totum eſt.
x Quemadmodum hęres damnum omne pręſtat ſi falcidiam nullo modo grauatam habet, ita ſi in parte grauati Falcidiam habebit, in parte damnum ſentiet.
y Pecunia, frumento, vino.
† fieri ſolet *Haloand.*
z vide *l.* 37. ℑ. *de verborum obligationibus.*

SGCB2021

genti, quod in illis horreis a habeo, ſi ſine culpa heredis deperierunt, vel deteriora ſunt facta, proculdubio aut b nihil debebitur, aut eorum quę exſtabunt, qualia erunt ea portio debebitur, quæ per legem Falcidiam efficiatur ex æſtimatione bonorum, quæ mortis teſtatoris tempore fuerint.

5 ¶ Incertæ autem res relictæ diſtinctionem recipiunt. nam ſi ex ſuis rebus incertam rem teſtator reliquiſſet: veluti, *Argentum quod elegerit* c, & omne argentum teſtatoris interiſſet ſine culpa hæredis, nihil deberetur. ſin verò argenti pondus purè relictum eſſet: quamuis omne argentum teſtatoris deperiſſet, admiſſa lege Falcidia portio eius quantitatis ſumetur, quę fuit in bonis eo tempore, quo teſtator deceſſit: nec ad imminuendam eam quicquam damna poſtea incidentia proficient.

6 ¶ Res tamen, quæ interierint, pro nulla parte, ac ne æſtimatio quidem debeatur, non magis quàm ſi omnes res per ſpeciem numeratæ, relictæ eſſent.

7 ¶ Tametſi autem legis Falcidiæ ratione, quæ d conditionis implendæ cauſa heredi ſunt data, in quartam non computantur, tamen id, quod non figura conditionis accipere iuſſus eſt ab e eo, cui hereditatem reſtituere rogatus eſt, Celſo & Iuliano noſtro placuit computari f: quemadmodum ſi ea ſummâ heres vendere eas res iuſſus eſſet: quia non conditionis implendæ cauſa, ſed quodammodo pro pretio inferre ſunt iuſſi. Quo loco amplius quæſitum eſt, an fideicommiſſarius quoque inuitus cogatur dare eam ſummam, & g recipere hæreditatem, quaſi & ipſius fideicommiſſum eſſet. ſed id veriſimile non eſt, cùm talis oratio magis ipſius cauſa, quàm contra ipſum poſita videatur.

8 ¶ Cùm lex Falcidia interuenit, non h veniunt in contributionem i, quæ ipſi heredi à ſemetipſo k vel ſeruo eius legata fideive commiſſa ſunt.

¶ Alia cauſa eſt eorum, quæ in diem certam dantur. nam, ſi libertatis l dies cœpit cedere, ei debebuntur, & in contributionem veniunt. Ac ne ea quidem, quæ quis ſeruis ſuis inutiliter m ſine libertate legauit fideive commiſit, in computationem eius legis cedunt.

9 ¶ Res, quas neque per fideicommiſſum relinqui poſſe certum eſt, n in legis Falcidiæ computationem non veniunt.

De cautione, quantò amplius cœperit reddi.

31. *Pomponius* || libro 2. Fideicommiſſorum. ||

Is, cui fideicommiſſum ſoluitur, ſicut is, cui legatum eſt, ſatiſdare debet n, quod amplius ceperit, quàm per legem Falcidiam ei licuerit, reddi. Veluti cùm propter conditionem aliorum fideicommiſſorum vel legatorum legis Falcidię cauſa pendebit. Sed & ſecundum o Caſſij & veterum opinionem, ſi à pupillo fideicommiſſa capiuntur, propter ea quæ à ſubſtituto erunt relicta, cauere debebit his cui ſoluatur. Nam quamuis repetitio ſit eorum, quæ fideicommiſſi nomine non debita ſoluentur, tamen ſatiſdato p cautum debet eſſe ei, à quo pecunia proficiſceretur, ne damnum ſentiat, deficiente eo cui ſolutum erit.

De actionibus pœnalibus. 1. De actionibus honorariis. 2. De Cautione quantò amplius. 3. De legato annua, bima, trima die. 4. De fidei legatarij commiſſo. 5. De libertate.

32. *Macianus* || libro 9. Fideicommiſſorum. ||

POEnales q actiones, ſiue r legitimæ ſ ſiue honorariæ, exceptis t popularib. in bonis actoris non ideo minus computandæ ſunt, quia morte eorum intercidere poſſunt. E contrario autem eædem actiones nihil bonis rei, defuncto eo detrahunt. Sed ne in actoris quidem bonis, defuncto eo, iniuriarum u actio poterit computari: quia & ipſa ſimul x cum eò intercidit, vt vſusfructus y & id, quod in z dies, menſes, annóſve ſingulos alicui, *quoad viuat*, debeatur. Etenim ea demum obligatio rei bonis diminutionem præſtat, quę in heredem tranſit. Nec contrarium eſt, quod viuente reo, eo minus in bonis eius intelligebatur. nam etſi ita ſtipulatus eſſet, vt cum moreretur, debere ei inciperet, tamen augerentur bona eius: quemadmodum ſi ipſe ſub eadem conditione promiſiſſet, defuncto eo, minuerentur.

1 ¶ Honorarię quoque actiones, quę intra certum tempus à prætore promittuntur, cum bonis a actoris, defuncto eo, augmentum b rei c deceſſionémve, ſi tales erunt, vt in heredem quoque tranſeant, præſtabunt.

2 ¶ Iulianus ſcribit, ſi vtriuſque heredis pars exhauſta eſt legatis, & alter ex heredib. cautionem d prętoriam accepit, à legatariis, non ęqualiter, ſed pro ſuo modo legis Falcidię rationē, & actionem ex ſtipulatu habiturum. omnes n. prętorias ſtipulationes eiuſdem e interpretationis eſſe. nam conſtare, ex iudicatum ſolui ſtipulatione, ſiue à parte actoris, ſiue à rei plures heredes extitiſſent, non omnib. nec aduerſus omnes actionem contingere. ſed duntaxat his, qui viciſſent, & aduerſus victos: hiſque aduerſus quos res defenſa non eſſet, aduerſus eos f, qui rem non defendiſſent.

a in horreis res pretioſiſsimæ reponi ſolitæ erant. l. 1. §. 1. ſup. de off. præfect. vigil. adde quæ de horreis ſcripſi ad l. 7. ſup. de inſtructo.
b l. 26. §. 1. ſup. de leg. 1.
c Electionis legatum incertum.
d l. 40. in fi. l. 44. l. 90. in fin. ʃ. eo.
e ab eis quibus res certas reſtituere rogatus eſt. ita emendat Antonius Faber 6. Coniect. 3.
f §. 1. ſup. eod.
g hæc verba & recipere hereditatem, gloſſema eſſe exiſtimat Anton. Faber 6. Coniect. 3.
h Legata quæ non valent, non veniunt in rationem legis Falcidiæ. Bart.
i v. l. 11. ſup. eod.
k Nec enim poſſet heredi à ſemetipſo legari, l. 116. § 1. ſup. de leg. 1.
l nam ſi liberato dies cœpit cedere. Cuiac. 14. obſ. 10. in fin.
m §. 32. Inſtit. de leg.
n l. 1. ʃ. ſi cui plus quàm per leg. Falc.
o dixi l. 45. §. 1. ſup. eod.
p l. 1. §. 9. ʃ. ſi cui plus quàm per: l. 21. ʃ. ad Trebell.
q Pœnales actiones (exceptis popularibus) in bonis actoris (Imò & actoris) ſunt, licet morte eorum intercidere poſſint.
r Pœnales actiones aut legitimæ ſunt aut honorariæ.
ſ vt furti nec manifeſti. Inſt. de noxal.
t Populares actiones in bonis non ſunt.
u Iniuriarum actio in bonis actoris, eo defuncto non computatur, l. 13. ʃ. de iniuriis.
x Iniuriarum actio vnà cum actore moriente, intercidit.
y Vſusfructus mortuo fructuario extinguitur.
z Debitum in diem quoad viuat creditor, eo mortuo extinguitur.
a tum bonis, Hal. in bonis. Gou.
b augmentum, cum rei deceſsionem. Petrus Faber apud Cuiac. 7. obſ. 35. adde Vertranium Maurum, ad lib. 5. Varro de lingua.
c rei verò deceſſionem, Gou.
d Cautio hęc quæ eſt? quod amplius quam per legem Falcidiam liceat reddi, dixi l. 3. §. 4. ʃ. ſi cui plus quàm per legem. Interdum tamen officio iudicis interponitur hæc cautio, l. ex facto 2. ʃ. de heredib. inſt. e l. 7. ʃ. de Prætoriis ſtipul. f Stipulatio interpoſita ab vno ex heredib. ad alios non porrigitur. Bart.

3 ¶ Annua, bima, trima die aureis centenis legatis, ex omnib. a ſummis, non b tantùm ex poſteriorib. portionem legis Falcidiæ detrahi placuit.

4 ¶ Si Titio viginti legatis portio per legem Falcidiam detracta eſſet, cùm ipſe quoque quinque Seio rogatus eſſet reſtituere: Vindius noſter tantùm Seio pro portione ex quinque detrahendum c ait, quantum Titio ex viginti detractum eſſet. quę ſententia & ęquitatem & rationem magis habet. quia * exemplo hæredis legatarius ad fideicommiſſa præſtanda obligabitur. nec, quia ex ſua perſona legatarius inducere legem Falcidiam non poſſit, idcirco quod paſſus eſſet, non imputaturum, niſi fortè teſtator ita fidei eius commiſiſſet, vt totum, quicquid ex teſtamento cœpiſſet, reſtitueret.

5 ¶ Si autem manumittere ſeruum vel ſuum vel alienum rogatus ſit, omnimodo pręſtare debebit libertatem. nec hoc contrarium eſt ſuperiori: quia * fauor d libertatis ſæpe & alias benigniores e ſententias exprimit.

33. *Paulus* || libro 3. Fideicommiſſorum. ||

SI ſeruus tibi legatus ſit, eúmque e rogatus ſis manumittere, nec prętereà capias, vnde quartam, quę per Falcidiam retinetur, recipere f poſſis, ſenatus cenſuit, ceſſare Falcidiam g.

34. *Marcellus* || libro 42. Digeſtorum. ||

IVliani h notat i.

IN teſtatoris ſeruo non erit Falcidię locus. Si verò pecuniam k aliúdve quid legauerit, fideíque legatarij commiſerit, vt alienum ſeruum vel legatarij manumitteret, locus erit.

35. *Vlpianus* || lib. 6. Diſputationum. ||

PLanè ſi quid ſit præterea l legatum ipſi ſeruo, Falcidiæ locum fore ſenatus declarauit. Vnde Scęuola ait * in eo quod præterea ſeruo legatum eſt, ita Falcidiam admittendam, vt inde, & quod pro ſeruo præſtandum eſt, ſumatur.

36. *Paulus* || libro 3. Fideicommiſſorum. ||

SEd ſi non ſeruus ipſe legatus ſit, ſed pecunia m, rogatúſque ſit legatarius *ſeruum ſuum manumittere*, Falcidiam patietur, & nihilominus n cogetur manumittere: quia o tanti æſtimaſſe videbitur ſeruum ſuum.

1 ¶ Quid ſi alienus ſeruus fuerit? in eo non plus quam accepit ad redimendum cogitur impendere.

2 ¶ Sin verò hęres ſeruum rogatus ſit manumittere, placet pretium p eius, vt æs alienum deducendum eſſe.

3 ¶ Si ſolus ſeruus legatus, & q fideicommiſſa libertate donatus fuerit, licèt Falcidia interueniente, totus vindicari petive poteſt. ſed etſi aliud r prętereà capiat legatarius, adhuc ſeruus totus peti poteſt, quartam autem vtriuſque ex legato retinendam, ne impediatur libertas.

4 ¶ Si incertum ſit an libertas præſtari debeat, veluti quod ſ ſub conditione, vel poſt t tempus data ſit, nunquid u incerto eo, an præſtetur, cùm poſſit aut ſeruus mori, aut conditio deficere, interim falcidia admittenda eſt: deinde cùm libertas competere, vel deberi cœperit, tum legatarius illam partem recipiat, quam falcidia detraxit? Cæcilio placebat, ſi quid ex operis eius medio x tempore conſecutus fuerit heres, id in pretium eius erogare eum debere propter legis falcidię rationem.

37. *Valens* || lib. 6. de fideicommiſſis. ||

EIus ſerui æſtimatio, perinde ac y ſtatuliberi fieri debet.

1 ¶ Sed & ſi heres ſeruum alienum rogatus eſt manumittere, placuit, vt etiam huius pretium ex æſtimatione hereditatis deduci debeat.

De ſtatulibero. 1. De ſeruo communi. 2. De ſeruo fructuario, pignerato, ſub lege commiſſoria diſtracto, ad diem addicto.

38. *Hermogenianus* || lib. 1. Iuris Epitomarum.

STatuliber, heredis non z auget familiam a.

1 ¶ Communes ſerui in vtriuſque b patrimonio connumerantur.

2 ¶ Cuius vſusfructus alienus eſt in dominio proprietatis connumeratur, pignori dati, in debitoris c: ſub lege commiſſoria diſtracti, item ad diem addicti, in venditoris.

Quorum ſeruorum pretium æris alieni loco deducitur.

39. *Paulus* || lib. 3. Sententiarum. ||

ÆRis d alieni loco deducuntur non ſolum pretia eorum, quibus libertas data eſt, & eorum e qui ſupplicio ſunt affecti f, ſed & eius, quem prætor propter f indicium proditę mortis g, vel detectę eorum h coniurationis, libertate donauit.

De teſtamento veterani. 1. De eo qui dat conditionis implendæ cauſa.

40. *Hermogenianus* lib. 4. Iuris Epitomarum. ||

τῇ ὀσίᾳ τῦ κληρονόμυ, 41. Ecl. c. 36. & Scholion 16. ὀυχ κληρονόμυ.
b domini. c eſt enim dominus, l. 6. l. 9. C. de pignorat.
d v. l. 36. §. 1. ſup. eo. l. 6. C. eo.
e quod dominum non iuuiſſent, l. 1. ſup. de Syllaniano.
f v. l. 4. ʃ. de bon. lib. g domini ſc. Græci hic.
h reorum, Hal. Ecl. c. 37. κατ' αὐτῶν aduerſus ipſos.

item, Si pœna com[...] mittitur ex ſtipula[...] tione Prætoria fa[...] vnius heredis, ip[...] ſolus, non alijs, [...] bitur.
a v l. 12. C. eo.
b Centum, ann[...] bima, trima d[...] legata ſunt. Prim[...] rum annorum p[...] ſiones plenæ ſo[...] ſunt: plenæ, hoc e[...] ſine detractione F[...] cidiæ. Quæritur [...] vt ex poſteriori[...] penſionibus Fa[...] diam deducere [...] hæres, ita poſſi[...] omnibus. hoc e[...] anterioribus? Pa[...] adde l. 15. §. [...] circo 2. ʃ. eo.
c Imò nihil de[...] hendum, l. 25. [...] ʃ. eod. l. 97. [...] legat. 1. l. 77. [...] ſup. de leg. 2.
d Fauor liber[...] facit vt quis [...] ſuo libertatem [...] ſtet, quamuis [...] in legato falci[...] patiatur.
e l. 36. §. 3. [...]
f reficere. Go[...]
g nec enim F[...] libertatem [...] l. 34. ʃ. eod. l. 6[...] inf. de fideicom[...] ber. l. 8. §. 9. [...] inoff.
h al. Iulianus.
i Quid nota[...] cellus? ſena[...] ſultum ad [...] duntaxat [...] pertinere.
k l. 36. inf. [...]
l l. 36. §. 3. [...] uo legato, [...] fideicommiſ[...] bertatem [...] mus, ſi quid [...] rea legauerit [...] eo legato F[...] ponetur ex [...] conſulto. Ita [...] & hæredi ſ[...] Falcidia, & [...] non impedia[...]
m l. 34. ſup. [...]
n & ſic plus [...] ſtat, quam acc[...]
o l. 70. ſup. [...] gat. 2.
p l. 39. ʃ. eod.
q l. 33. ſup. [...]
r l. 35. ſup. [...] 56. §. 4. inf. [...] ſup. de leg. 2.
ſ veluti ſi ſu[...]
t l. 56. §. 3. [...]
u hanc part[...] expungit Gou[...]
x l. 58. §. 5. [...] Trebell.
y non eſt en[...] tuliber, cu[...] deicommiſſum [...] eſt libertas. [...] libertas. [...] libertas vel p[...] pus, vel ſub c[...] tione data [...] berum Facit. [...]
z Cur? propte[...] certam ipſius [...] liberi conditio[...]
a i. ſubſtantiam [...] na, hereditatem [...] ὅρον ἐλευθερ[...] ἢ συμψηφίζεται [...] αὔξει τὴν οὐσία[...]

AD veterani a teſtamentum,ſiue paterfamilias, ſiue filiusfamilias ſit, licet intra b annum miſsionis decedat,lex Falcidia pertinet.

1 ¶ Si c cui,ſi d *decem dediſſet*, viginti fundus fuiſſet legatus,is in toto fundo legatarius habebitur.

De legatis præſtitis ſine cautione.

41. *Paulus* ‖ libro 9. ad Edictum. ‖

DOlo e carere non videtur f,ſi iam mota g quis controuerſia hereditatis legata ſine h cautionibus det i.

De æſtimatione.

42. *Vlpianus*" lib. 24. ad Edictum. "

IN Falcidia æſtimatio pretij rerum ex k veritate facienda eſt.

De poſtliminio.

43. *Vlpianus* ‖ lib. 19. ad Edictum. ‖

SErui qui apud hoſtes ſunt poſt mortem teſtatoris reuerſi,quod ad Falcidiam pertinet, locupletiorem faciunt hereditatem l.

De dato conditionis implendæ cauſa.

44. *Idem* ‖ libro 21. ad Edictum. ‖

FAlcidia interuenire m non poteſt, ſi ſtatuliber de alieno dedit,non n de bonis defuncti, vel alias eſt homo liber,qui conditionem o impleuit,

De legato in diem. 1. Vel ſub conditione.

45. *Paulus* ‖ libro 60. ad Edictum. ‖

IN lege Falcidia non habetur pro puro, quod p in diem relictum eſt. medij q enim temporis commodum computatur.

1 ¶ In his legatis, quæ ſub conditione relicta ſunt, Proculus putabat,cum quæritur de lege Falcidia,tantum eſſe in legato,quanti venire poſſunt. quod ſi eſt, & deductio ſic poteſt fieri,vt tantum videatur inde deberi,quanti nomen venire poteſt. ſed hæc ſententia non probatur. cautionibus r ergo melius res temperabitur.

De eo qui ſe daturum promiſit. 2. Vel per legem Falcidiam retinere poterat.

46. *Vlpianus*" lib. 76. ad Edictum. "

QVi quod ſ per Falcidiam retinere poterat, voluntatem teſtatoris ſecutus, ſpopondit ſe daturum t, cogendus eſt u ſoluere x.

De annuis legatis. 1. Quibus competit beneficium l. Falcidiæ.

47 *Idem* ‖ lib. 79. ad Edictum. ‖

LEx Falcidia,ſi interueniat, in omnibus penſionibus locum habet. ſed hoc ex poſt facto y apparebit, vtputà in annos ſingulos legatum relictum eſt. quamdiu Falcidia nondum locum habet, integræ penſiones annuæ dabuntur. ſed enim ſi annus venerit, quo fit, vt contra legem Falcidiam vltra dodrantem aliquid debeatur, eueniet, vt retro omnia legata ſingulorum annorum imminuantur.

1 ¶ Nunquam z legatarius a vel fideicommiſſarius, licet ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituitur ei hereditas, vtitur legis Falcidiæ beneficio.

Si emptor venditori ſucceſſerit, vel contra.

48. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Edictum Ædilium Curulium. ‖

CVm emptor venditori, vel contra heres exſtitit, euicto homine b vtrum duplum in æs alienum deducere vel computare debeat, an ſimplum? duplum enim eſſet, c ſi alius heres extitiſſet d. Et benignius eſt, eodem herede exiſtente, ſimplum ei e imputari.

Si ſeruo legato legetur. 1. Si fundus & ad eum via legetur.

49. *Idem* ‖ lib. 12. ad Plautium. ‖

P*Lautius* f: Seruo, quem tibi legaueram, fundum legaui. Atilicinus, Nerua, Sabinus, primum in ſeruo rationem legis Falcidiæ habendam, & quota pars ex eo decederet eam partem in fundo legato inutilem futuram: deinde ex reliquis partibus fundi, legis Falcidiæ portionem deceſſuram, ſicut ex omnibus legatis. Caſsius quòd ſeruo pars lege Falcidia decedat, incipere ſeruum fieri communem g heredis & legatarij: communi h autem ſeruo cùm legatum ſit, totum a pertinere ad ſocium, quia in eam perſonam legatum conſiſtere poſsit: qua ratione ſemel ex fundo partem legis Falcidiæ deceſſuram, *Paulus*. Caſsij ſententia vtimur. nam & Diuus Pius reſcripſit, ſeruo communi fideicommiſſum datum, totum ad ſocium pertinere.

1 ¶ Interdum euenit, vt propter rationem legis Falcidiæ, ſequens legatum extinguatur. veluti ſi fundus, & ad eum via legata ſit per alium fundum. nam ſi pars fundi remanſerit in hereditate, non poteſt procedere viæ legatum: quia* per partem b ſeruitus adquiri non poteſt.

50. *Celſus* ‖ libro 14. Digeſtorum. ‖

NOn eſt dubium, quin ea c legata, à quibus heres ſummouere exceptione d petitorem poteſt, in quartam ei imputentur, nec e cæterorum legata minuant.

51. *Iulianus*" lib. 61. Digeſtorum. "

NEc intereſt, vtrùm ab initio quaſi inutile fuerit, an ex accidenti poſtea in eum caſum perueniſſet legatum, vt actio eius denegaretur.

52. *Marcellus* ‖ lib. 9. Digeſtorum ‖

EX aſſe patronum f heredem inſtituit libertus, cùm ducentos g aureos in bonis haberet, & legauit filio centum h viginti, extraneo reliqua i, diminutio k legati, quòd extraneo l præſtat legatum, proficit filio ad conſequenda ſolida, quæ ei legata ſunt.

1 ¶ Quacumque ex cauſa m legata non præſtantur, imputantur heredi in quartam partem, quæ propter legem Falcidiam remanere apud eum debet.

De legatis puris & conditionalibus.

53. *Celſus* n ‖ libro 17. Digeſtorum. ‖

SI propter ea, quæ o ſub conditione legata ſunt, pendet legis Falcidiæ ratio, præſenti die data, non p tota vindicabuntur.

De fundo in familia relinquendo.

54. *Marcellus* ‖ libro 15. Digeſtorum. ‖

PAter filium, ex quo tres habebat nepotes, heredem inſtituit, fideique eius commiſit, *ne q fundum alienaret, & vt in familia eum relinqueret*. filius decedens tres filios ſcripſit heredes. quærendum eſt, an omnino quaſi creditores vnuſquiſque in ratione legis Falcidiæ aliquid poſsit deducere: quia in poteſtate ſua habuit pater, cui ex his potius relinqueret. ſed hac ratione nemo in Falcidiæ ratione quicquam deducet quod videndum, ne dure conſtituatur. vtique enim in alieno r ære habuit fundum: neceſsitate quippe obſtrictus fuiſſet filiis eum relinquendi.

De annuis legatis.

55. *Idem*" libro 20. Digeſtorum. "

CVm Titio in ſ annos ſingulos dena legata ſunt, & iudex t legis Falcidiæ rationem inter heredem & alios legatarios habeat, viuo quidem Titio, tanti litem æſtimare debeat, quanti venire id legatum poteſt, in incerto poſito, quamdiu victurus ſit Titius: mortuo autem Titio non aliud u ſpectari debet, quam quid heres ex ea cauſa debuerit.

Si is cum quo de peculio agi poterat, heres creditori extitit. 1. De libertate. 4. Si teſtator futuro heredi quadrantem viuus dederit.

56. *Idem* ‖ lib. 21. Digeſtorum ‖

CVm x quo de peculio agi poterat, heres creditori exſtitit, quæris, cuius temporis peculium computari oporteat in Falcidia lege? Plerique y putant, quod tunc in peculio fuerit, cum adiretur hereditas, inſpiciendum ego dubito z: quoniam* mortis a tempus in ratione legis Falcidiæ ineunda placuit obſeruari: quid enim intereſt, peculium ſerui poſt mortem creditoris diminutum ſit, an debitor pauperior factus ‖ ſit? ‖

1 ¶ Aliquis dicet, Quid ex contrario, ſi ante aditam hereditatem adquiſierit ſeruus? & ego quæram, Si debitoris, qui tunc non b erat ſoluendo, ampliatæ facultates fuerunt? & cùm in iſto placuerit, ex poſt facto vberiorem videri fuiſſe hereditatem, ſicuti cùm conditio c crediti extitit poſt mortem, ita etiam peculij incrementum pleniorem faciet hereditatem.

2 ¶ *Scæuola* notat: Quid ergo, ſi idem ſeruus defuncto & alij dena debuit & vna decem habuit? augetur ſcilicet & his hereditas, decem, quæ defuncto naturaliter debebantur, in hereditate manentibus.

1 ¶ Is qui in bonis vnum dumtaxat ſeruum habebat, legauit eum Titio, & fidei eius commiſit, vt poſt triennium d manumitteret. debet ex eo, quod interim ex operis ſerui ad Titium peruenire poteſt, quarta apud heredem remanere, quemadmodum ſi directò poſt triennium ſeruo libertatem dediſſet, eique vſumfructum ei legaſſet, aut ei proprietatem per fideicommiſſum relinquit.

4 ¶ Si

---

a v. l. 17. ſ. eo. dixi ad l. 12. C. de teſt. milit.
b l. 92. ſ. eod. l. 5. C. de teſt. milit.
c ſi acceptis quinque fundum heres dare iubetur, totus fundus legatus intelligetur, & de toto Falcidia detrahetur, & quinque extra quartam mortis cauſa capiuntur. adde l. 19. ſ. eo. & ibi Gouean.
d id eſt, ſub conditione, l. 76. ſ. eod.
e culpa, l. 4. §. 2. in fi. ſ. tit. prox.
f geſtor ſcilicet negotiorum vel actor.
g aliud ſi non mota, l. 22. §. 4. C. de iure delib.
h l. 9. §. 4. ſuprà ad exhibendum.
i præſtet, vel ſoluat.
k l. 15. in fin. ſ. eod. l. 60. in fin. l. 62. in fin. l. 63. ſ. eo. l. 81. §. 4. in fin. ſuprà de leg. 1.
l quia finguntur non fuiſſe capti, l. 18. §. 8. ſ. de captiuis.
m Falcidiam heres an deducere poſsit de eo quod ſtatuliber conditionis implendæ cauſa non heredi dare grauatus eſt? ſi ſtatuliber ex peculio ſuo dat, Falcidia in eo locum habet: ſi de alieno, non habet. Non enim in bonis defuncti fuit quod datum eſt, v. Langebekium c. 26. annotationum.
n v. l. 36. ſ. de mort. cauſ. donat.
o l. 76. ſ. eod.
p v. l. 5. l. 53. §. 4. ſ. eod.
q l. 58. §. 5. infra ad Treb.
r l. 1. §. 16. ſ. eo. l. 1. § 7. ſ. tit. prox.
ſ l. vlt. C. eod.
t is plenam fidem exhibet teſtatori, l. vlt. C. eod. l. 46. ſ. de pact. l. 20. in fin. ſ. de donat. v. Cuiac. ad Nouell. 1. fol. 339.
u Imo non eſt cogendus. nam ſi cogitur, iuri publico, id eſt, legis Falcidiæ beneficio derogat: id autem fieri non poteſt, l. 15. §. 1. ſ. eod.
x nec enim audiendus eſt ſuæ confeſſioni repugnans, v. l. 20. in fin. ſ. de don.
y Imò ab initio computatio fieri debet, l. 68. ſ. eod.
z Imo aliquando: idque etiam æquitas ſuadet: nam cum exemplo heredis ad legata præſtanda obligetur, æquum eſt etiam eum Falcidia vti l. 32. §. 4. ſ. eod.
a vt enim Trebelliano locus ſit, non ſufficit de hereditate rogatum eſſe, ſed quaſi heredem rogari oportet, l. 22. in fin. ſ. ad Treb. Legatarius autem non eſt heres.
b Fingamus enim emptorem duplam ſtipulatum, quo caſu res ei vendita euinceretur. fingamus eundem ſuo venditori heredem eſſe: fingamus, rem ei euictam eſſe.
c is ſcilicet conſecuturus.
d id eſt, ei à quo rem venditam emit.
e id eſt, ab eo, vt ſit ſenſus, Emptor idémque heres venditori, vtcunque duplum fuerit ſtipulatus à venditore: ſi tamen ei res euincitur, ſimplum imputat æri alieno hereditatis, non duplum. adde l. 2. §. 15. in fin. ſ. de hered. vendit.
f v. Langebekium c. 14. annot.
g Falcidia admiſſa ſeruus legatus ſit communis inter heredem & legatarium, vt hic.
C ſit communis? quia heres vtens iure ſuo, vt heres & dominus retinet Falcidiam iure hereditario, l. 14. ſ. eod. iure teſtamenti, l. 42. ſ. de vulg.
h Communi ſeruo cum libertate, & ſine libertate legari poteſt, totúmque legatum ſocio teſtatoris adquiritur, Paul. 3. ſent. 6. §. 4. l. 63. §. 9. ſ. pro ſocio.

a Imo totum non pertinet, l. 37. §. 1. ſ. de adq. rer. l. 7. §. 1. ſ. de ſti. ſeru.
b adde l. 136. in fi. ſ. de verb. oblig.
c l. 11. ſ. eod. l. 51. l. 52. l. 76. l. 78. in fi. ſ. eod.
d Exceptione remoueri qui poteſt à legati petitione legatum habuiſſe non intelligitur, ideóque id genus legati heredi imputatur in quartam, neque cæterorum legata minuet.
e Imputatio in quartam ideò introducta eſt, vt quam minimum legata minuerentur: quippe Falcidia legata minuit.
f adde l. 1. §. 14. ſ. tit prox.
g & ita cum maior eſſet centenario, v. §. poſtea 2. Inſtit. de ſucceſſ. libertorum.
h Centum viginti extraneo, reliqua reliquis, Accurſ. quod non placet Hotomano.
i id eſt, octingenta, v. Ant. Fabr. 1. Coniectur. 15.
k exoneratio, Gouean.
l extraneo non præſtatur. Gou. hic. arg. §. prox. reprehenſus ab Antonio Fabro 1. Coniectur. 15.
m l. 1. §. 7. ſ. titul. prox.
n Celſus à Proculo profectus, cuius ſententia refutatur, l. 45. §. 1. ſ. eod.
o v. l. 50. ſ. eo.
p tamen tota, veteres, Gouean.
q adde l. 32. in fin. ſ. de legat. 2. dixi 5. feudor. 13.
r Fideicommiſſariam hereditatem heres in ære alieno habet.
ſ Legatum annuum pendente conditione æſtimatur quanti vendi poteſt: poſt conditionis euentum, quanti eſt.
t Iudex legis Falcidiæ is dicitur, qui de lege Falcidia cognoſcit.
u Imò cautio exigenda eſt, l. 1. §. 16. l. 45. in fi. ſ. eo.
x pone exemplum in patre.
y vt Iulianus ſcil. l. 83. ſ. eod.
z Imo de eo non eſt dubitandum. Certum eſt enim peculij quantitatem, quæ aditæ hereditatis fuerat, in quadrantem imputari, l. 83. ſ. eo.
a v. l. 73. ſ. eod.
b adde l. 22. §. 3. ſuprà eod.
c aut ſpes, l. 72. §. 1. ſ. eo.
d id eſt, poſt tempus, l. 36. §. 4. ſuprà eod.

4 ¶ Stichum tibi, ſeruo tuo *a* decem legauit *b*. vel contra, tibi decem, ſeruo tuo Stichum, libertatémque Stichi fidei eius commiſit. *c* ex Falcidia minuit legata. redimere ab herede partem debes, quemadmodum ſi tibi vtrumque legaſſet.

5 ¶ Sæpius euenit, ne emolumentum eius legis heres conſequatur. nam ſi centum aureorum dominus 25. alicui dediſſet, & eum inſtituerit heredem, & dodrantem legauerit, nihil aliud ſub occaſione legis Falcidiæ interuenire poteſt. quia viuus *c* videtur heredi futuro prouidere.

De dote.

57. *Idem* libro 26. Digeſtorum.

CVm *d* dotem maritus alicui legauerit, vt vxori reſtituatur, non *e* habere legem Falcidiam locum dicendum eſt. & ſanè in pleriſque ita obſeruatur, vt omiſſa interpoſiti, capientis perſona ſpectetur.

Quando l. Falcidiæ beneficium implorari poteſt.

58 *Modeſtinus* libro 9. Regularum.

LEgis Falcidię beneficium heres etiam poſt *f* longum *g* tempus mortis teſtatoris implorare *h* non prohibetur.

De eo qui id egit vt fideicommiſſum intercideret. 1. De tacito fideicommiſſo.

59. *Idem* libro 9. Pandectarum.

BEneficio legis Falcidię indignus eſſe videtur, qui id egerit, vt fideicommiſſum intercidat.

1 ¶ Præterea qui non *i* capienti rogatus eſt reſtituere hereditatem, SC. Planciano *k* non conceditur quartam retinere. ſed ea quarta, quam non retinuit, ad *l* fiſcum pertinet ex reſcripto Diui Pij.

De tabulis pupillaribus. 1. De in litem iurando.

60. *Iauolenus* lib. 14. ex Caſsio.

CVm pater impuberi filię heredem ſubſtituit, id, quod ei legatorum nomine à patre obuenit, cum hereditas ad ſubſtitutos pertinet, in computationem legis Falcidię non venit.

1 ¶ Legato petito *m*, cum in litem iuratum eſt *n*, ratio legis Falcidiæ non eius ſummę, in quam legatarius iurauit, haberi debet. ſed eius, quanti re *o* vera id fuit, quod petitum eſt. nam id, quod pœnę *p* cauſa adcreuit, in legem Falcidiam non incidit.

De re aliena legata.

61. *Idem* libro 4. Epiſtolarum.

ALienus fundus tibi legatus eſt: hunc heres cùm emere *q* niſi infinito pretio non poſſet, emit multo pluris quàm quanti erat. qua emptione effectum eſt, vt legatarij ad legem Falcidiam reuocarentur. quęro, cùm ſi fundus tanti, quanti re vera emptus eſſet, legata non fuerant exceſſura ius legis Falcidię, an hoc ipſo heres inſtitutus partem reuocandi à legatariis ius habeat, quod ex voluntate defuncti pluris emerit fundum, quàm quanti erat? reſpondit, *quod amplius *r* heres, quam pretium fundi, legatario ſoluit, id lege Falcidia imputari non poteſt. quia negligentia eius nocere legatariis non debet, vtpote cùm is, confitendo, veram *ſ* æſtimationem præſtare poterat.

De duobus reis. 1. De æſtimatione.

62. *Vlpianus* libro 1. ad legem Iuliam & Papiam.

IN lege Falcidia hoc eſſe ſeruandum Iulianus ait, vt ſi duo rei promittendi fuerint, vel duo rei ſtipulandi, ſi quidem ſocij ſint, in ea re diuidi inter eos debere obligationem, atque ſi ſinguli partem pecuniæ ſtipulati eſſent, vel promiſiſſent. quod ſi societas inter eos nulla fuiſſet, in pendenti *t* eſſe, in vtrius bonis computari oporteat id quod debetur; vel ex cuius bonis detrahi.

1 ¶ Corpora, ſi qua ſunt in bonis defuncti, ſecundùm rei veritatem *u* æſtimanda erunt, hoc eſt, ſecundùm pręſens *x* pretium. nec quicquam eorum formali *y* pretio æſtimandum eſſe ſciendum eſt.

63. *Paulus* libro 2. ad legem Iuliam & Papiam.

PRetia *z* rerum non ex affectu, nec vtilitate *a* ſingulorum, ſed *b* communiter *c* funguntur *d*. Nec enim qui filium naturalem *e* poſsidet, tanto locupletior eſt, quod eum, ſi alius poſsideret, plurimo *a* redempturus fuiſſet.

¶ Sed nec ille, qui filium alienum poſsidet, tantum habet, quanti eum patri vendere poteſt. nec expectandum eſt, dum vendat: ſed in præſentia, non qua filius alicuius, ſed qua homo ęſtimatur.

¶ Eadem cauſa eſt eius ſerui, qui noxa *b* nocuit. nec enim delinquendo quiſque pretioſior fit.

¶ Sed nec heredem poſt mortem teſtatoris inſtitutum ſeruum tanto pluris eſſe, quo pluris *c* venire poteſt, Pedius ſcribit. eſt enim abſurdum *d*, ipſum me heredem inſtitutum non *e* eſſe locupletiorem, antequam *f* adeam. ſi autem ſeruus heres inſtitutus ſit, ſtatim me locupletiorem effectum, cùm multis cauſis *g* accidere poſſit, ne iuſſu noſtro adeat, adquirit nobis certè, cùm adierit. *eſſe autem prępoſterum, ante nos locupletes *h* dici, quàm adquiſierimus.

1 ¶ Cuius debitor ſoluendo non eſt, tantum habet in bonis, quantum *i* exigere poteſt.

2 ¶ Nonnullam tamen pretio varietatem loca, temporáque *k* adferunt. nec enim tantidem Romæ & in Hiſpania oleum æſtimabitur. nec continuis ſterilitatibus tantidem, quanti ſecundis *l* fructibus. dum hic quoque non ex momentis *m* temporum, nec ex ea quę raro accidat, caritate pretia conſtituantur.

Si cui legetur quanto minus per l. Falcidiam capere poterit.

64. *Vlpianus* lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam.

SI in teſtamento ita ſcriptum ſit: *Heres meus Lucio Titio decem dare damnas eſto: & quanto quidem minus* *n* *per legem Falcidiam capere poterit, tanto amplius ei dare damnas eſto:* ſententię teſtatoris ſtandum eſt.

De conditione dandi.

65. *Paulus* libro 6 ad legem Iuliam & Papiam.

SI fundus legatus ſit quinquaginta *o* dignus, ſub hac conditione, *ſi quinquaginta heredi dediſſet*: plerique putant, vtile eſſe legatum: quia conditionis implendæ cauſa datur. nam conſtat *p*, etiam Falcidiam eum pati poſſe. ſed ſi quinquaginta aurei legati ſint, *ſi quinquaginta dediſſet*, dicendum, inutile *q* eſſe legatum, & magis ridiculum eſſe.

De relicto in diem vel ſub conditione. 1. De ære alieno.

66. *Vlpianus* libro 18. ad legem Iuliam & Papiam.

CIrca legem Falcidiam, in eo, quod ſub conditione, vel in diem alicui relictum eſt, hoc obſeruandum eſt. Si decem ſub conditione alicui fuerint relicta, eáque conditio poſt decennium fortè exſtiterit, non videntur decem huic legata, ſed minus decem. quia interuallum temporis, & interuſurium *r* huius ſpatij, minorem facit quantitatem decem.

1 ¶ Sicuti *ſ* legata non debentur, niſi deducto ære alieno aliquid ſuperſit, nec mortis cauſa donationes debebuntur, ſed infirmantur *t* per æs alienum. quare, ſi immodicum æs alienum interueniat, ex re mortis cauſa ſibi donata nihil aliquis conſequitur *u*.

De non ſolidi capacitate.

67. *Terentius Clemens* lib. 4 ad legem Iuliam & Papiam.

QVotiens *x* cuidam amplius legatum ſit, quàm ei capere liceret, & lex Falcidia locum haberet, priùs *y* Falcidiæ ratio habenda eſt: ſcilicet, vt ſubducto eo, quod lex Falcidia exceperit, reliquum *z*, ſi non excedat ſtatutam lege portionem, debeatur.

De æſtimatione alimentorum & vſusfructus. 1. Si heres rem propriam eſſe contendat, & hereditariam eſſe, conuincatur.

68. *Aemilius Macer* libro 2. ad Legem viceſimam *a* Hereditatium.

COmputationi in alimentis *b* faciendæ hanc formam eſſe Vlpianus ſcribit, vt à *prima* *c* *ætate* vſque ad annum viceſimum quantitas alimentorum 30. annorum computetur, eiúſque quantitatis Falcidia præſtetur: *ab annis verò viginti* vſque ad annum viceſimum quintum, annorum viginti octo: *ab annis vigintiquinque* vſque ad annos triginta, annorum 25. *ab annis triginta* vſque ad annos trigintaquinque, annorum vigintiduo: *ab annis trigintaquinque* vſque ad annos quadraginta annorum viginti, *ab annis quadraginta* vſque ad annos quinquaginta "tot" annorum computatio ſit, quot ætati eius ad annum 60. deerit, remiſſo vno anno: *ab anno verò quinquageſimo* vſque ad annum quinquageſimum quintum, annorum nouem, *ab annis quinquagintaquinque* vſque ad annum ſexageſimum, annorum ſeptem, *ab annis 60.* cuiuſcunque ætatis ſit, annorum quinque. Eóque nos iure vti Vlpianus ait, & circa computationem

a *l.* 36. §. 3. ꝟ. *eod.*
b *al.* legaui & *poſt* commiſi.
c in quartam Falcidianam non imputantur ea quæ heredi inter viuos donata ſunt, niſi ideo donata ſint vt integra heres legata præſtaret, *Cuiac.* hinc Paulus, Ea quæ mater viua filio donauit, in quartam non imputantur 3. *ſent.* 8. §. 3.
d Falcidia non deducitur ex legato dotis vxori relegatæ, *vt hic: & l.* 81. §. 1. ꝟ. *eo.*
e Imo habet. *l.* 1. §. 12. *ſuprà de dote prælег.*
f facit *l.* 15. §. 2. *l.* 57. ꝟ. *eo.*
g An decennij? An quadraginta annorum? Ius enim omne annis 40. præſcribitur, *l.* 4. *C. de præſcrip. 30. annorum*, *v. Bar. hic.*
h Excipiendo non agendo.
i incapaci, *l.* 11. *ſup. de his quæ vt indig.*
k *Vlp.* 25. §. 17.
l *l.* 3. *C. eod.*
m & non præſtito.
n Quid ita? conſtat enim in litem non iurari ex teſtamenti cauſa, *l.* 6. *ſup. de in litem iurando*. ſed hic iuratum eſt in actione in rem arbitraria.
o *l.* 44. ꝟ. *eod.*
p Res quam heres ſua culpa amiſit, in eius quartam imputatur, *l.* 16. *ſup. eod. l.* 15. *ſuprà de his quæ vt indign.*
q *v. l.* 88. ꝟ. *de ver. ſign.*
*
r nam legatum per damnationem quo ſolo res aliena legari potuit, inficiatione creſcit in duplum, *v. Cuiac.* 14. *obſ.* 36. *in fin.*
ſ *v. l.* 42. ꝟ. *eo l.* 63. ꝟ. *eod.*
t Cur ita? *v. l.* 2. ꝟ. *de duobus reis.*
u *l.* 33. *ſuprà ad l. Aqu.*
x *l.* 3. §. 5. ꝟ. *de iure fiſci.*
y Formale pretium eſtne conuentum à contrahentibus? an forma cenſuali pręſcriptum? an quo res empta eſt, aut quo vendi poſſet ſi coleretur diligenter, vt vult Goueanus? an à teſtatore præſtitutum? *l.* 15. §. *vlt. ſup. eodem.* Si diligenter ſpectes, *formale*, hic opponitur vero, & pręſenti: cui opponi poteſt pretium quod ex affectu & ſpe ſingulorum ſumitur, *l.* 63. ꝟ. *eo.* formale alioqui poſſet dici commune, *l.* 63. ꝟ. *eod.* quod communiter ſequimur. Sunt enim pretia formanda ab vniuerſa regione, non à quodam priuato, non ex momento temporis, non ex eo quod raro accidit, *l.* 63. *in fin.* ꝟ. *eod.* hac tamen lege formale pretium, aliud eſt quam commune. Eſt igitur ἴδιον συμβολικὸν, ſingulare.
z *d. l.* 33. *ſup. ad l. Aqu.* adde *l.* 10. ꝟ. *de diverſis temp. præſc. l.* 35. *C. de don.*
a Quid: Emphyteuticus fundus quemadmodum æſtimatur? tertia parte totius fundi, *Bald. conſ.* 103.
b Res tanti eſt, quanti vendi poteſt: *vt hic. & l.* 1. §. 16. ꝟ. *ad Trebell.* v. tamen Socinum *reg.* 345.
c An arbitrio iudicis æſtimantur? *v. l.* 3. *ſuprà quod certo*: An potius quòd ea pretia conſideranda ſint quæ in quaque prouincia vel in ciuitate obtinent? §. *vlt.* ꝟ. *eo. v. l.* 2. §. 1. *C. vt nem. liceat in emp. ſpecier. lib.* 10. an inſpecta rei veritate? *v. l.* 14. *ſup. eod.* vel fori pretio?
d finguntur, *Hal.* malè. Fungi, eſt ſuccedere in locum rei, *v. Robert.* 1. *rec. ſent.* 14.
e atque ita liberum hominem.

a propter patern[...] affectionem.
b *al.* noxam[...]gat.
c propter heredi[...]tem delatam.
d *in l. Falcidia* [...]cus *in l. Aqu.*
e Si heres inſti[...]tus ſim antequa[m] adeam, non ſ[um] locupletior: igi[tur] etſi ſeruus me[us] heres fuerit inſtit[u]tus, non ero locupl[e]tior antequam m[e] iuſſu adierit.
f *v. l.* 23. *ſuprà* [...] *l. Aquil.*
g Quid enim ſi a[n]te moriatur? quid ſi mihi hereditas ſu[ſ]pecta? quid ſi ad[ire] nolit? poteſt en[im] nolle, *l. cum pro*[...]*nas* 3. *C. de her. in*[...] Quid ſi coactus a[d]ierit? aditio e[ſt] nullius momenti, qui in aliena. 6. [...] *vlt.* ꝟ. *de adq. her.* Neque enim nud[um] ſerui factum, [ſed] mens attenditur.
*
h Locuples [...] *v. l.* 234. §. 1. [...] *ver. ſign. l.* 126. [...] *l.* 166. ꝟ. *de reg.* [...] *l.* 2. *ſupr. qui* [...] *dare.*
i *l.* 82. ꝟ. *eod.*
k *Cicero* 3. *in V*[er]*rem.* Omnis [...] menti ratio ex te[m]poribus eſt.
l hoc eſt, opi[...] annona & [...] maxima vbertat[e.]
m Et ita que [...]ris res eſt, [...] accipimus, *l. ſi ſti*[...] 21. §. *cum per* [...]*ditorem* 3. ꝟ. *de* [...] *empt.*
n *l.* 88. ꝟ. *eod.*
o *l.* 19. ꝟ. *eod.*
p *l.* 84. *ſuprà* [...] *leg.* 1.
q Si decem leg[ata] ſunt ſub hac con[di]tione, *ſi dec*[em] *legatarius dede*[rit,] legatum inutile [...] & ridiculum: [...] *hic.* cum inter [...]res quantitates [...]hil interſit. Proi[n]de ex huiuſmod[i] legato, Falcidia n[on] deducetur.
r *l.* 58. §. 5. ꝟ. *ad Trebell.* in legat[is] conditionalibus [...] in diem, tanto m[i]nus dicitur eſſe i[n] legato, quam faci[t] ratio interuſurij medij temporis, *Alexander.*
ſ Similitudinem mortis cauſa donationum & legatorum obſerua.
t *l.* 17. *in fin.* ꝟ. *de mort. cauſ. donat.*
u Donari mortis cauſa non poteſt in fraudem creditorum.
x *v. l.* 19. ꝟ. *eod.*
y hic deductio fit ex vno legato duabus legibus, lege Falcidia & lege Iulia, *v. Cuiac. obſer.* 3. z Duas quartas filium de fideicommiſſo reſtituendo grauatum detrahere hinc Accurſius colligit: quo nomine à Cuiacio reprehenditur, 8. *obſer.* 3. de hac quæſtione dicam ad *l.* 3. §. 2. ꝟ. *ad Treb.*
a de viceſima, *v. Cuiac.* 9. *obſer.* 24. Hanc interim legem velut ſingularem & quæ parem non habet obſerua. b adde *l.* 8. *ſuprà de tranſact.*
c adde *l.* 47. *ſuprà eodem.*

vſusfru

vſusfructus *a* faciendam. Solitum eſt tamen *à prima ætate* vſque ad annum trigeſimum, computationem annorum triginta fieri, *ab annis vero triginta*, tot annorum computationem inire, quot ad annum ſexageſimum deeſſe videntur. nunquam ergo *b* quàm triginta annorum computatio initur.

¶ Sic *c* denique, & ſi reipublicæ vſusfructus legetur, ſiue ſimpliciter, ſiue ad ludos, triginta annorum *d* computatio fit.

1 ¶ Si quis ex heredibus rem propriam eſſe contendat, deinde hereditariam eſſe conuincatur *e*: quidam putant, eius quoque Falcidiam non poſſe retineri, quia * nihil intersit, ſubtraxerit *f*, an hereditariam eſſe negauerit, quod Vlpianus rectè improbat.

De vſufructu bonorum, & ære alieno.

69. *Pomponius* " lib. 5. ad Sabinum. "

VSufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum eſt: quoniam * poſt ſenatusconſultum nulla *g* res eſt, quæ non cadat in vſusfructus legatum.

De Falcidiæ ſtipulatione.

70. *Vlpianus* ‖ lib. 19. ad Sabinum. ‖

FAlcidiæ ſtipulatio ſtatim *h* committitur, vbi conditio legati vel debiti exſtitit.

De venditione hereditatis.

71. *Paulus* ‖ lib. 32. ad Edictum. ‖

POteſt heres in vendenda hereditate cauere, *vt* *i*, *& lege Falcidia interueniente ſolida legata præſtentur*: quia ea lex hæredis cauſa lata eſt, nec *k* fraus ei fit *l*, ſi ius ſuum diminuat heres.

De eo quod impenditur explicandarum venditionum cauſa.

72. *Gaius* " lib. 3. de legatis ad Edictum prætoris. "

QVantitas patrimonij, deducto etiam eo, quidquid explicandarum *m* venditionum *n* cauſa impenditur, æſtimatur.

De eo quod contingit poſt mortem teſtatoris. 1. De conditionali debito. 2. Vel legato. 3. Vel libertate. 4. De legatis in diem. 5. Si teſtator intra vel vltra dodrantem legauerit.

73. *Idem* ‖ lib. 18. ad Edictum Prouinciale. ‖

IN quantitate patrimonij exquirenda viſum *o* eſt, mortis *p* tempus ſpectari. Qua de cauſa ſi quis centum in bonis habuerit, tota ea legauerit, nihil legatariis prodeſt, ſi ante aditam hereditatem per ſeruos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum acceſſerit *q* hereditati, vt centum legatorum nomine erogatis habiturus ſit heres quartam partem, ſed neceſſe eſt, vt nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Et ex diuerſo, ſi ex centum ſeptuaginta quinque legauerit, & ante aditam hereditatem in tantum decreuerint bona (incendiis forte, aut naufragiis aut morte ſeruorum) vt non plus quàm ſeptuagintaquinque, vel etiam minus relinquatur, ſolida legata debentur, nec ea res damnoſa eſt heredi, cui liberum eſt non adire hereditatem. quæ res efficit, vt neceſſe ſit legatariis, ne deſtituto *r* teſtamento nihil conſequantur, cum herede in portionem legatorum paciſci.

1 ¶ Magna dubitatio *ſ* fuit de his *t*, quorum conditio mortis tempore pendet, id eſt, an quod ſub cōditione debetur, in ſtipulatoris bonis adnumeretur, & promiſſoris bonis detrahatur. Sed hoc iure vtimur *u*, vt, quanti ea ſpes obligationis venire poſſit, tantum ſtipulatoris quidem bonis accedere videatur, promiſſoris verò decedere aut *x* cautionis res explicari poteſt, vt duorum alterum fiat, aut ita ratio habeatur, tanquam purè debeatur, aut ita tanquam nihil debeatur: deinde heredes & legatarij inter ſe caueant vt exiſtente conditione, aut heres reddat, quanto minus ſoluerit, aut legatarij reſtituant, quanto plus conſecuti ſint.

2 ¶ Sed etſi legata quædam purè, quædam ſub conditione relicta efficiant, vt exiſtente conditione, lex Falcidia locum habeat, purè legata cum cautione *y* redduntur, quo caſu magis in vſu eſt, ſolui quidem purè legata, perinde ac ſi nulla alia ſub conditione legata fuiſſent, cauere autem legatarios debere, ex euentu conditionis, quod amplius accepiſſent redditu iri.

3 ¶ Cuius generis cautio neceſſaria videtur, & ſi quibuſdam ſeruis eodem teſtamento ſub conditione libertas data ſit, quorum pretia, conditione exiſtente, bonis detrahuntur.

4 ¶ In diem *k* relicta legata alterius eſſe iuris, palàm eſt, cùm ea omnimodo tam ipſi legatario, quàm heredibus eius deberi, certum eſt. ſed * tantò minus erogari ex bonis intelligendum eſt, quantum *a* interea, donec dies obtingit, lucraturus eſt ex fructibus vel vſuris.

5 ¶ Ergo optimum quidem eſt, ſtatim ab initio ita teſtatorem diſtribuere legata, ne vltra dodrantem relinquantur. quòd ſi exceſſerit quis dodrantem, pro rata portione, per *b* legem ipſo *c* iure minuuntur *d*. Verbi gratia, ſi is qui quadringenta in bonis habuit, tota ea quadringenta erogauerit, quarta *e* pars legatariis detrahitur. ſi trecenta quinquaginta legauerit, octaua. quòd ſi quingenta legauerit habens quadringenta, initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet. * antè enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt: deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

De eo quod hæres habet iure hereditario, vel iure legati.

74. *Idem* " lib. 3. de legatis ad Edictum Prætoris. "

QVod autem dicitur, *ſi ex iudicio defuncti quartam habeat hæres ſolida præſtanda eſſe legata*, ita accipere debemus, ſi hereditario *f* iure habeat. itaque * quod *g* quis legatorum nomine à coherede accepit, in quadrantem ei non imputatur.

75. Ex lib. 40. Digeſtorum *Iuliani. Marcellus.*

SEd ſi ideo legatum ei datum eſt, *vt integra legata vel fideicommiſſa præſtet*, deneganda erit actio legati, ſi lege Falcidia vti mallet.

De eo quod datur conditionis implendæ cauſa. 1. De legatis inutilibus.

76. *Gaius* " lib. 3. de legatis ad Edictum Prætoris. "

ID autem, quod conditionis *h* implendæ cauſa vel à coherede, vel à legatario, vel à ſtatulibero datur, in Falcidia non imputetur: quia *i* mortis cauſa capitur.

¶ Sane ſi à *k* ſtatulibero peculiares nummos accipiat, pro ſua parte quadranti eos imputare debet: quia pro ea parte non mortis cauſa capere, ſed hereditario *l* iure eos habere intelligitur.

1 ¶ Qua ratione placuit legata, quæ legatarij non capiunt, cùm apud heredes ſubſederint *m*, hereditario iure apud eos remanere intelligi: & ideo *n* quadranti *o* imputanda. nec quicquam intereſſe, vtrum ſtatim ab initio legatum non ſit, an, quod legatum eſt, remanſerit.

De pluribus heredibus.

77. *Idem* " lib. 18. ad Edictum Prouinciale. "

IN ſingulis *p* heredibus rationem legis Falcidiæ componendam eſſe non dubitatur, & ideo ſi Titio & Seio heredibus inſtitutis ſemis hereditatis Titij exhauſtus eſt, Seio autem quadrans totorum bonorum relictus ſit, competit Titio beneficium legis Falcidiæ.

78. *Idem* " lib. 3. de legatis ad Edictum Prætoris vrbani. "

QVòd † ſi alterutro eorum deficiente, alter heres ſolus exſtiterit, vtrum perinde ratio legis Falcidiæ habenda ſit, ac ſi ſtatim ab initio is ſolus heres inſtitutus eſſet, an ſingularum portionum ſeparatim cauſæ ſpectandæ ſunt? Et placet, ſi eius pars legatis exhauſta ſit, qui heres exſtiterit, adiuuari *q* legatarios per deficientem partem: quia ea non eſt legatis onerata, quia & legata, quæ apud heredem remanent †, efficiunt, vt cæteris legatariis aut nihil, aut minus detrahatur: ſi vero defecta pars fuerit exhauſta *r*, perinde *ſ* in ea ponendam rationem legis Falcidiæ, atque ſi ad eum ipſum pertineret, à quo defecta fieret.

De teſtamentis duplicibus.

79. *Idem* ‖ lib. 18. ad Edictum Prouinciale. ‖

IN duplicibus *t* teſtamentis, ſiue de patrimonio quæramus ea ſola ſubſtantia ſpectatur, quam pater, cùm *u* moreretur, habuerit: nec ad rem pertinet, ſi poſt mortem patris filius vel acquiſierit aliquid, vel deminuerit, ſiue de legatis *x* quæramus, tam ea *y* quæ in primis *z*, quàm ea, quæ in ſecundis tabulis relicta ſunt, in vnum contribuuntur *a*, tanquam ſi & ea quæ à filij herede reliquiſſet teſtator, à ſuo herede ſub alia conditione legaſſet.

De pupillari ſubſtitutione. 1. De legatis indiuiduis.

80. *Idem* " lib. 3. de legatis ad Edictum Prætoris. "

SI is, qui quadringenta in patrimonio habebat, filio *b* impubere herede inſtituto, ducenta legauerit, eique Titium & Seium heredes ſubſtituerit, & à Titio centum legauerit, videamus, quid iuris ſit. ſi nondum ſolutis legatis pupillus deceſſerit, & ob id ea

a modici l. 8. §. 4. ꝟ. *de transact.* vſus Goucan.
b Imò ampliùs. conſtat enim alimenta cum vita finiri *l. 8. §. 10. in fi. ꝟ. de transact.*
c Imò aliter. nam legatum debetur reipublicæ vſque ad centum annos, *l. 56. ꝟ. de vſufruct. l. 8. ꝟ. de vſu & vſufr. legato. v. Cuiac. lib. de præſcrip.*
d *v. Cuiac. Nou. 7.*
e Mendacium punitur. dixi *l. 3. ꝟ. de ſenatuſconſ. Macedoniano*, ſi à ſciente commiſſum eſt: eſt enim furi ſimilis, qui ſciens mentitur. vide plura apud Molinæum in *Conſuetudines Pariſ. §. 4. num. 5.*
*
f *v. l. 24. ꝟ. eod. l. 6. ꝟ de his quib. vt indignis.*
*
g Vſusfructus vniuſcuiuſque rei legari poteſt. *Pau. 3. ſent. 6. §. 17. l. 1. l. vlt. ꝟ. de vſufr. legato.* Nulla res eſt quæ non cadat in vſusfructus legatum vel ſtipulationem. Nam ex ſenatuſconſulto remedio cautionis, etiam earum rerum quarum abuſus eſt, non vſus, vſusfructus conſtituitur, *l. 1. l. 2. ꝟ. de vſufructu earum rerum quæ vſu conſumuntur.*
h & poſt longum tempus *l. 58. ſup. eo.*
i Falcidiæ legi heres poteſt *renunciare*: v. Manticam *9. de coniectur. vlt. voluntatum. num. 6.*
k *adde l. 46. ſup. de pactis.*
l poteſt enim quilibet iuri ſuo renuntiare, *l. 29. C. de pactis.*
m *adde l. vlt. §. 9. C. de iure deliberandi.*
n dic idem in eo quod expenſum eſt ad teſtamenti inſinuationem, inuentarij confectionem & huiuſmodi cauſas neceſſarias *d. §. 9.*
o imò aliud viſum eſt Iuliano *l. 83. ꝟ eo.*
p *l. 30. l. 56. ſup. eo. l. 79. ꝟ. eo. l. 18. l. 33. ꝟ. ad Trebell. §. 2. Inſt. de lege Falcidia.* & ibidem *Theophil.*
q *l. 30. ſup. eo.*
r Deſtitutum teſtamentum quodnam dicatur, *v. l. 9. §. 2. ꝟ. de liberis.*
ſ inter quos? inter Caſſianos & Proculianos, de qua dixi *l. 45. §. 2. ſup. eod.*
t *l. 56. §. 1. in fin. ſup. eod.* u Hæc eſt ſententia Proculi refutata à Paulo, *d. l. 45. §. 1.* x hæc eſt ſententia Sabini, Caſſij, Iuliani & contraria Pauli ſententia; quam Gaius quod poſteriore loco eam refert, probare videtur magis.
y *l. 1. §. 3. ꝟ. tit. prox.*
z *l. 45. in pr. ſup. eo. l. 3. §. 3. ſi cui plus quàm per leg. Falc.*

a *l. 58. §. 5. ꝟ. ad Treb.*
b Falcidia lege ipſo iure legata minuuntur.
c i. ex lege Falcidia.
d minui, i. detrahi, retineri, deduci, reddi, dixi *ad l. 30. ꝟ. de act. emp.* Quid? poſſiſne hoc ex loco colligere, lege Falcidia, quartæ etiam vindicationem dari? Cuiacius negat: aliud enim eſt, minuere legata per legem Falcidiam, aliud, vindicare quartam, *v. Cuia. 8. obſ. 2.*
e *l. 1. ſup. eo. inf. eo. in pr.*
*
f Falcidiam iure hereditario habendam eſſe hinc colligunt.
*
g *l. 22. ꝟ. eod.*
h Mortis cauſa capitur quod conditionis implendæ cauſa à coherede vel fideicommiſſario accipitur, *l. 40. l. 41. ſup. eo. l. 91. circa fi. ꝟ. eo.*
i Falcidiæ non imputatur, quod mortis cauſa capitur.
k *v. l. 36. ꝟ. de mort. cauſ. dona.*
l Mortis cauſa capere, & hæreditario iure, opponuntur. Hæc, non illa, Falcidiæ imputantur.
m ſubſident apud hæredes ſeu hereditario iure apud hæredes remanent, quæ à legatariis non capiuntur.
n Falcidiæ imputat heres, ea quæ hæreditario iure à quocunque accipit.
o id eſt Falcidiæ, *v. l. 50. ſup. eo.*
p ac ſi plures eſſent hereditates, *Inſt. eo. vbi Theop. vide in hanc leg. Cuiac. 4. obſ. 31.*
† ſuperiori lege vterque hereditatem adiit: hic vnus tantum, & hic portio non grauata accedit grauatæ.
*
q *l. 13. ſup. eo.*
† velut inutiliter relicta.
r & ſic portio grauata non grauatæ accedit. *v. l. 50. ſup. eo.*
ſ *v. l. 21. in fi. ſup. eodem.*
t Duplicia teſtamenta dicuntur in quib. ſibi quis heredem facit & filio impuberi, *v. l. 11. §. 5. ſup. eo.*
u *v. l. 73. ſup. eod.*
x ſiue de patrimonio, *vt ꝟ. eo.* ſiue de legatis quæramus, *vt hic.* quæ relicta ſunt in vnum contribuuntur & legatarij conferunt hæredi, *l. 88. in fin. ꝟ. eod.* y *d. §. 5.* z De primis & ſecundis tabulis ſcripſi ad *l. 1. ꝟ. teſt. quemadm. aperiantur.*
a *v. l. 18. §. 5. ꝟ. eo.* b *l. 11. § 6. ſup. eo.*

legata vtrique debent, ſolus heres Titius vtetur lege Falcidia. cum enim ducenta ex hereditate pupilli ad eum pertineant, ducenta legatorum nomine debet, centum ex ducentis quæ pupillus debebat, & centum quæ ipſe dare iuſſus eſt. itaque ex vtraque quantitate quarta deducta habebit quinquaginta. in perſona verò Seij lex Falcidia non interuenit, *a* cùm ad eum ex hereditate pupilli ducenta pertineant, & debeat legatorum nomine centum ex ducentis, quæ à pupillo relicta ſunt. quòd ſi pupillus ſoluat legata, debent curare *a* tutores pupilli, vt caueant legatarij.

1 ¶ Quædam legata diuiſionem non recipiunt, Vt ecce legatum viæ, itineris, actuſve, ad nullum enim ea res pro parte poteſt pertinere.

¶ Sed & ſi opus municipibus heres facere iuſſus eſt, indiuiduum videtur legatum. neque enim vllum balineum, aut "vllum" theatrum aut ſtadium feciſſe intelligitur, qui ei propriam formam *b*, quæ ex conſummatione contingit, non dederit. Quorum omnium legatorum nomine, etſi plures heredes ſint, ſinguli in ſolidum tenentur.

¶ Hæc itaque legata, quæ diuiduitatem *c* non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. Sed poteſt heredi hoc remedio ſuccurri, vt æſtimatione *d* facta legati, denunciet legatario, vt partem *e* æſtimationis inferat, ſi non inferat vtatur aduerſus eum exceptione *f* doli mali.

De vſufructu. 1. De dote. 2. De mulieris cauſa paratis.

81. *Idem* lib. 8. ad Edictum Prouinciale.

SEd uſusfructus *g* legatus venit in computationem legis Falcidiæ, nam diuiſionem recipit: adeò vt, ſi duobus legatus fuerit, ipſo iure ad ſingulos *h* partes pertineant.

1 ¶ Dos relegata *i*, extra *k* rationem legis Falcidiæ eſt, ſc. quia ſuam *l* rem mulier recipere videtur.

2 ¶ Sed & de his quoque rebus, quæ mulieris cauſa emptæ, paratæ eſſent, vt hæ quoque extra modum legis eſſent: nominatim ipſa Falcidia lege expreſſum eſt.

Si is qui ſolum in nomine quadringenta in bonis habebat, ipſi debitori liberationem, alij quadringenta legauerit.

82. *Vlpianus* ‖ lib. 8. Diſputationum. ‖

QVærebatur, cùm is, qui ſolum in nomine quadringenta in bonis habebat, ipſi debitori liberationem, Seio autem quadringenta legauerit: ſi debitor vel ſoluendo *m* non ſit, vel centum facere poſſit: quantum quiſque habeat inueruentu legis Falcidiæ? Dicebam, legem Falcidiam, ex eo, quod refici ex hereditate poteſt, quartam heredi tribuere, reſiduum dodrantem inter legatarios diſtribuere. Quare cùm *n* nomen minus ſoluendo eſt in hereditate, eius quod exigi poteſt pro rata fit diſtributio, reſidui venditio facienda eſt, vt id demum in hereditate computetur, quanti nomen diſtrahi poteſt. Sed cùm debitori liberatio relinquitur, ipſe ſibi *o* ſoluendo videtur, & quod ad ſe attinet, diues eſt. quippe ſi ei mortis cauſa acceptò feratur id, quod debet, quadringenta cepiſſe videbitur, licèt nihil facere poſſit. ſenſiſſe enim liberationem plenam videtur, quamuis nihil facere poſſit, ſi ſoli ei liberatio relicta eſt. & ideo Falcidia interueniente, trecenta accepto illi ferri debent, reſidua centum durabunt in obligationem. & ſi quidem facere poſſe cœperit, exigentur ab eo duntaxat vſque ad centum. Idemque erit dicendum, & ſi mortis cauſa accepto ei quadringenta ferantur *p*: vnde ei eleganter dicitur, acceptationem in pendenti *q* fore, vt ſi quidem mortis tempore quadringenta tota inueniantur, in trecenta valeat acceptilatio: ſi vero præterea aliquid inueniatur, quod quadrantem ſuppleat heredi: in quadringenta acceptilatio proficiet. Quòd ſi debitor iſte quadringentorum, duntaxat *r* centum facere poteſt: quia ſibi ſoluendo eſt, neceſſe habebit centum refundere. Cùm igitur debitor ſibi ſoluendo ſit, eueniet, vt ſi, herede aliquo inſtituto, ipſi debitori liberatio, & alij quadringenta legata ſint, ſi quidem ſoluendo ſit, debitor, centum quinquaginta ex trecentis retineat, alia centum quinquaginta legatario præſtentur: heres centum habeat. Sin vero centum tantum facere poſſit, heredi ex refecto quarta ſeruanda eſt. ſic fiet, vt centum, quæ præſtari poſſunt, in quatuor partes diuidantur, tres partes ferant legatarij, heres vigintiquinque habeat, debitor, qui ſoluendo *ſ* non eſt, ſecum centum quinquaginta compenſet. de reſiduis centum quinquaginta, quæ exigi non poſſunt, venditio fiet nominis. idque quaſi ſolum in bonis fuerit, repræſentatur. Quòd ſi nihil facere debitor poteſt, æquè in centum quinquaginta accepto liberandus eſt: de reſiduo venditionem nominis faciendam Neratius ait. quod & nos probamus.

De peculio.

83. *Iulianus* " lib. 12. Digeſtorum. "

SI creditor filij tui heredem te inſtituerit, & legis Falcidiæ rationem

a v. l. 84. in fi. ʒ. eo.
b Forma indiuidua eſt. Pars formæ aut operis nulla eſt, adde l. 112. ſupra de cond. & dem. l. 11. §. 23 ſup. de leg. 3.
c Legata indiuidua defalcantur parte æſtimationis præſtita. *Bart. l. 11. §. 24. ſupr. de leg. 3. l. vlt. ſupr. de ſer. leg.*
d Legatarius ſeruitutis æſtimationem debet offerre heredi, *l. 26. in fi. ſup. eo. l. 5. §. 1. ʒ. de doli except. l. 76. ʒ. de leg. 2. l. vlt. ſup. ſeru. leg.*
e *l. 7. ſup. eo.*
f *v. quæ ſcripſi ad l. 22. ʒ. eod.*
g *v. l. 1. §. 9. ſup. eod.* l
h *v. l vlt. in fin. ſup de vſufru. & quemad.*
i Falcidia non detrahitur ex legato dotis relegatæ, *vt hic.* niſi dos relegata commodum aliquod repræſentationis habeat: tunc enim deducitur. Accurſius *in l. cum dotem. 17. ſup. eo.* Idem tamen contrarium ſentit *in l. 3. C. de falſa cauſa adiecta legat.* idque verius putat Coſta *in c. ſi pater. n. 51. de teſt. v. Craſſum. §. Falcidia q 7.*
k *l. 8. §. 3. ʒ. de leg. præſt.*
l non ex lucratiua cauſa. *Paul. 4. ſent. 1. §. 1.* ſi tamen inſtrumentis vel teſtib. ſuam eſſe probauerit: aliàs ſi ſuam eſſe, ſolo mariti teſtamento probauerit, velut fideicommiſſum, dotem ſuam petet, & Falcidiam in eo patietur *d. l. 3. eod.*
m *v. l. 22. in fin. ſup. eod.*
n *l. 63. §. 1. ſup. eo.*
o Debitor ſibi ipſi ſemper eſt & videtur diues. *Bart.*
p Vel pactum ei fiat de non petendo. v. l. 15. *ſup. eo.*
q Imò ſtipulacio ex præſenti vires accipit l. 26. ʒ. *de ſtip. ſeru.*
r Tantum dicitur eſſe in bonis debitoris, quantum ab eo exigi poteſt, *Bart.*
ſ l. 22. *in fi. ʒ. eod.*

ponas, peculij *a* quantitas, quod aditæ *b* hereditatis tempore fuiſſet, in quadrantem tibi imputabitur.

Quo caſu heres agat quamuis teſtator agere non potuerit.

84. *Idem* ‖ lib. 13. Digeſtorum. ‖

REperitur caſus *c* quo heres agere poteſt, quamuis teſtator agere non potuerit. veluti ſi tutor, cùm ſolueret legata, non interpoſuerit ſtipulationem, *quanto plus quàm per legem Falcidiam capi licuerit, ſolutum fuerit reddi.* pupillus quidem eo nomine tutelæ non agit, ſed heredi *d* eius hoc quoque nomine tutor obligatus erit.

De dote.

85. *Idem* ‖ lib. 18. Digeſtorum. ‖

SI dos *e* ſocero data eſt, & ſolus filius heres patri exſtitiſſet, dotem confeſtim, in computatione hæreditaria, & Falcidiæ rationem, in ære alieno deducet *f*. aliter enim videbitur indotatam *g* vxorem habere. quod ſi filius extraneum *h* coheredem habeat, ipſe quidem ſemper, pro qua parte patri heres erit, dotem in ære alieno deducet, & coheres eius, ant equam dos à filio præcipiatur.

Si prælegetur ei qui iuſſus eſt hereditatem reſtituere.

TItia *i* teſtamento ſuo Titium fratrem ſuum ex parte tertia heredem inſtituit, fideique eius commiſit, *vt hereditatem* k, *retenta quarta parte, Secundæ "&" Proculæ reſtituat*, eadem fratri, quædam "prædia" prælegauit. quæro, an Titius ea, quæ prælegata *l* ſunt, etiam pro ea parte hereditatis, quam rogatus eſt reſtituere, an *m* integra retinere debeat? Reſpondi, Titium legata integra retinere debere, ſed in partem quartam imputari oportere duodecimam *n* partem prædiorum: ſed ſi non eſſet adiectum, vt pars quarta deduceretur, totum *o* trientem *p* prædiorum legi Falcidiæ imputari oportere, quoniam contra *q* ſententiam matrisfamiliæ lex Falcidia induceretur.

De herede iuſſo vendere. 2. Si fideicommiſſarius heredi ſucceſſerit. 3. De conditione. 4. De pupillari ſubſtitutione.

87. *Idem* lib. 61. Digeſtorum.

QVi fundum ſolum in bonis centum relinquebat; ſi heredem ſuum damnauerit, vt eum quinquaginta Titio venderet, non eſt exiſtimandus amplius *r* quàm quinquaginta legiſſe. ideoque lex Falcidia locum non *ſ* habet *t*.

1 ¶ Item [ſi] is, qui duos fundos in bonis centum haberet, ſi me & Titium heredes inſtituiſſet, & damnaſſet me, vt Titio fundum Cornelianum quinquaginta venderem, & contra Titium damnaſſet, vt mihi fundum Seianum quinquaginta venderet, non animaduerto quemadmodum lex Falcidia locum habere poſſit, cùm vterque heredum vnius fundi partem dimidiam hereditario iure habiturus ſit, in qua pars dimidia hereditatis eſt. nam certè, qui damnatus eſt fundum Cornelianum vendere, Seiani fundi partem hereditario iure habet. item qui damnatus eſt Seianum fundum vendere, partem Corneliani fundi hereditario iure retinet.

2 ¶ Si quis heredem inſtituerit eum *u*, cui rogatus fuerat poſt mortem ſuam centum reſtituere, in ratione legis Falcidiæ centum deducere debet: quia ſi alius quilibet heres extitiſſet, hæc centum in ære alieno ponerentur.

3 ¶ Si *x* tu ex parte quarta, Titius ex parte quarta heredes ſcripti fueritis, deinde tu ex parte dimidia *y* heres inſtitutus fueris ſub conditione, & legata item libertates datæ fuerint, pendente *z* conditione, libertates competent, legata tota præſtabuntur. quia ſiue conditio extiterit, te herede exiſtente, vtraque *a* valent, ſiue conditio defecerit, tu & Titius heredes eritis. Lege Falcidia ſi hoc quæris, an exiſtente conditione miſcetur quadrans tuus & ſemis, atque ita *b* pro dodrante ratio ponenda eſt cum his, quibus à te purè herede legatum eſt: reſpondebimus miſceri duas partes.

4 ¶ Qui filium ſuum impuberem & Titium æquis partibus heredes inſtituerat, à filio totum ſemiſſem legauerat *c*, à Titio nihil *d*, & Titium *e* filio ſubſtituerat. quæſitum eſt, cùm Titius ex inſtitutione adiſſet, & impubere filio mortuo, ex ſubſtitutione heres extitiſſet, quantum legatorum nomine præſtare

q Falcidiam detrahi contra voluntatem teſtatoris hinc colligunt. Quartam detrahens ſine voluntate defuncti, totam hereditariam partem ſibi prælegatam, in quartam ſibi imputat: voluntate verò defuncti quartam detrahens, ſolam quartam prælegatorum in quartam imputat. r v. l. 19. *ſup. eod.*
ſ Imò habet, cùm totum in legato eſſe videatur, *l. 91. in fi. ʒ. eo.*
t quia heres habet penes ſe quinquaginta.
u *v. l. 6. C. eod.*
x Incertæ partis ratione non diuiditur actio pro hereditaria portione *v. Bald. in l. 2. num. 6. C. de hæred. act. & ibi Bart.*
y *v. l. 59. §. 5. ſup. de hæred. inſtit.*
z Conditio, cuius euentus vel defectus legata & libertates non vitiat, eorum petitionem non differt, *Bart.*
a legata & libertates. b l. 41. *§. 6. ſup. de vulgari.*
c & ita pars impuberis oneratur.
d & ita pars Titij integra manet.
e id eſt, non oneratum onerato ſubſtituit: hinc collige, Portione integra accedente deberet.

a Filij cuius nomine pater conueniri potuit actione de peculio.
b Imò non aditæ hæreditatis tempus, ſed mortis, ſpectatur, *l. 56. l. 73. ʒ. eo.* vbi Marcellus & Gaius aliud exiſtimant.
c Aliàs regulariter. Quæ actio mihi non competit, hæredi meo non datur, & hæredi eadem quæ defuncti conditio eſt, adde l. 51. §. 3 *ſup. de euict.*
d *l. 80. in fin. ʒ. eo. l. 1. §. 2. ʒ. tit. præ. l. 1. ʒ. de reb. auct. iud.*
e Si filius patri (cui dos data eſt) ſuccedit in ſolidum vel pro parte, dotem vxoris, vt æs alienum, deducet *v. l. 2. C. familiæ erciſcundæ.*
f ſibi. Dos enim apud eum eſſe debet qui onera matrimonij ſuſtinet, *l. 56. §. 1. ʒ. de iure dot. l. 22. §. pen. ſolut.*
g Dotes quantum fieri poteſt mulierib. ſeruandæ, quæ indotatam faciat vxorem interpretatio, in dubio reiici debeat.
h filius ex teſtamento coheredem Gomea.
i lex hæc ſingularis eſt parem concordantem non habens. vide Ferretum in hanc legem. & Antonium Fabrum Coniect. 4.
k i. portionem hæreditariam; in l. 3. §. 1. infra ad Treb.
l Prælegata non veniunt in reſtitutionem & fideicommiſſum quando quis primò rogatur, ſecundò prælegatur, vt hic, *Bar.* ſup. eod. Quid ſi Teſtator de co rogaſſe non videtur quod nondum dederat, adde l. §. 4. ʒ. *ad Treb.*
m ac integra, legendum putat Antonius Faber Coniect. 4.
n i. vnam vnciam
o totum pretium Antonius Faber Coniect. 4.
p quem iure hereditario habet, l. 90. ʒ. eo.

SGCB2021

deberet. & placuit ſolida legata eum præſtare debere. nam confuſi duo ſemiſſes efficerent, vt circa legem Falcidiam totius aſſis ratio haberetur, & ſolida legata præſtarentur. Sed hoc ita verum eſt, ſi filius, antequam patri heres exiſteret, deceſſiſſet.

¶ Si verò patri heres fuit, non ampliora legata debet ſubſtitutus, quàm quibus pupillus obligatus fuerat: quia non ſuo nomine obligatur, ſed defuncti pupilli, qui nihil amplius, quàm ſemiſſis dodrantem præſtare neceſſe habuit.

5 ¶ Quòd ſi extranei heredis ſemis totus legatus fuerit, íſque pupillo à quo nihil legatum erat, ex ſubſtitutione hæres extiterit: poterit dici, augeri *a* legata, & perinde agendum, ac ſi cuilibet cohæredi ſubſtitutus fuiſſet, eóque omittente hereditatem ex aſſe heres extitiſſet: quia ſemper ſubſtitutus rationèm legis Falcidiæ ex quantitate bonorum, quæ pater reliquerit, ponet.

6 ¶ Eadem dicenda ſunt, & ſi pater duos impuberes heredes inſtituerit, & *eoſdem inuicem b ſubſtituerit*, deinde iure ſubſtitutionis ad alterum hereditas reciderit, & legis Falcidiæ ratio habenda ſit.

7 ¶ Qui filios impuberes duos habebat, alterum heredem inſtituit, alterum exhæredauit: deinde exheredatum *c* inſtituto ſubſtituit *d*, ac poſtea exhæredato *e* Mæuium, & ab eo legauit, & exheredatus fratri impuberi extitit heres. deinde impubes deceſſit cum iudicio patris facultates paternæ per cauſam hereditariam ex ſubſtitutione ad eum perueniant, poteſt dici, legata ab eo relicta præſtanda eſſe, habita ratione legis Falcidiæ in his bonis, quæ pater mortis *f* tempore reliquerit.

¶ Nec huic contrarium eſt, quod cum exheredato *g* pater legatum dederit, nihilo *h* magis ſubſtitutus legatis obligabitur: quia eo caſu non hereditatis paternæ portio, ſed legatum ad eum peruenit.

¶ Dicet aliquis: Quid ergo, ſi exhæredatus filius non ex ſubſtitutione fratri ſuo heres extiterit, ſed aut lege, aut per interpoſitam perſonam, atque ita impubes deceſſerit; ſic quoque exiſtimandus erit ſubſtitutus legata debere? Minimè. nam quantum interſit exhæredatus filius ex ſubſtitutione fratri ſuo heres exiſtat, an alio modo, vel ex eo apparet, quod alias ab eo legare pater potuit, alias non potuit. eſt igitur rationi congruens, ne plus iuris circa perſonam ſubſtituti teſtator habeat, quam habuerat in eo, cui eum ſubſtituebat.

8 ¶ Cohæres *b* pupillo datus ſi pro parte ſua legata, habita legis Falcidiæ ratione, præſtiterit: deinde, impubere mortuo, ex ſubſtitutione hæres extiterit, & *k* ſemis pupilli legatis exhauſtus eſſet, ex integro legis Falcidiæ ratio ponenda erit. vt contributis legatis, quæ ab ipſo, & quæ à pupillo data fuerant, pars quarta bonorum apud eum remaneat. licet enim pupillo heres exiſtat, tamen circa legem Falcidiam perinde ratio habetur, ac ſi patri heres extitiſſet. Nec aliter augebuntur legata, quæ ab ipſo vltra dodrantem data fuerant, quam augentur, cum ex parte heres inſtitutus, & coheredi ſuo ſubſtitutus, deliberante cohærede, legata, habita ratione legis Falcidiæ, ſoluit, deinde ex ſubſtitutione alteram quoque partem hereditatis adquirat.

De perplexitate. 3. De legato purè & legato conditionali.

88. *Africanus* ‖ libro 5. Quæſtionum. ‖

QVi quadringenta habebat, trecenta legauit, deinde fundum tibi dignum centum aureis ſub hac conditione legauit, ſi *m* legi Falcidiæ in teſtamento ſuo locus non eſſet. quæritur, quid iuris eſt *n*? dixi *τῶν ἀπόρων o, id eſt, ex perplexis p* hanc quæſtionem eſſe, qui tractatus apud dialecticos *q τοῦ ψευδομένου r, id eſt fruſtratorij cauillatoriíque*, dicitur etenim *ſ* quidquid conſtituerimus verum eſſe, falſum reperietur. namque ſi legatum tibi datum valere dicamus, legi Falcidiæ locus erit, ideóque, deficiente conditione non debebitur. rurſus ſi, quia conditio deficiat legatum valiturum non ſit, legi Falcidiæ locus non

potiſſioni oneratæ, ex ſubſtitutione vulgari, aut pupillari, contributioni locum eſſe: ſecus, ſi onera integra accedat, *v. tamen Cuiac. 15. obſ. 15 & 25. obſeru. 23.* vbi de contributionibus tractat.
a *l. 1. §. 13.* ꝫ. *eod.*
b Subſtitutio reciproca hac formula etiam concipi ſolet.
c Exheredatus poteſt ſubſtitui inſtituto.
d quod poteſt, *l. 1. §. 2.* ꝫ. *de vulgari.*
e Exhæredato inſtituto, poteſt rurſus ſubſtitui.
f adde *l. 78.* ꝫ. *eod.*
g Exhæredato filio legatum aſpergere, hoc eſt, legatum relinquere poſſumus.
h id eſt, nihilominus, *v. l. 12. §. 1.* ꝫ. *de vi bonorum raptorum.*
i *v. in hunc §. Cuiac. 4. obſ. 25. & 15. obſ. 15.*
k nec ſemis. *Cuiac. 15. obſ. 15. in fin. & ad l. 4. in verbo ſi pupilli.* ꝫ. *de vſurpationib.* reprehenſus à Roberto 1. *recep.* 8.
l *v. Cuiac. 5. ad Afr.*
m adde *l. 64. ſupra eodem.*
n an debetur legatum? ſi deberi dixeris, tunc ſequitur quaſi deficiente conditione vt nihil debeatur. ſi non deberi, tunc ſequitur quaſi exiſtente conditione vt totum debeatur. Nec enim ſcindi vnum idémque legatum poteſt, vt pro parte non valeat, *v. Cuiac. ibid.*
o Chryſippus ſcripſit *περὶ τῶν ἀπόρων διαλεκτικῶν λόγων*. Haloander, vt & Alciatus 4. *de verb. ſign.* legit *τῶν ἄκρων* id eſt de apicibus. Porrò *τῶν ἀπόρων*, id eſt eorum quæ exitum non habent, meminit Laërtius *in Zenone Cittico.* & Lucianus *in Lapithis*. *ἀπόρων* generalis eſt appellatio: Soritem complectitur Pſeudomenon, Crocodilum, Electram, *διαλανθάνοντα, ἐγκεκαλυμμένον, κερατίνην, φαλακρὸν θερίζοντα, κυριεύοντα. οὐτίδα*, de quibus vide *ibid. Cuiac.* Fabrum 1. c. 10. Non quia Ceratinæ aut Crocodilinæ poſſint hominem facere ſapientem, ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli.
p Si perplexitas contingit ex accidenti præter teſtatoris propoſitum, ſecundum mentem teſtatoris iudicandum eſt, *Bart.*
q Dialectici hic, ſunt Stoïci, apud quos multæ captiones referuntur. Sunt autem ex eis duæ præcipuæ, pſeudomenos & Sorites, vtriuſque meminit Cicero *in Hortenſio & Lucullo.* Auguſtinus *contra Academicos*: Hieronymus *in Ruffinum & in Amos.* De cauillatione & Sophiſmate agitur in lege 177. ꝫ. *de verb. ſign. l. 65.* ꝫ. *de reg. iur.* Sorites ab euidenter veris ad falſa interrogando deducit, *Senec. 5. de benefic. 19.* Sorites ille inexplicabilis ſubit, cui difficile eſt modum imponere, quia paulatim ſurripit, & non deſinit ſerpere. Pſeudomenon tale eſt, vt ſiue aias, ſiue neges, reperiatur ſtatim id falſum eſſe, *Cuiac. ibid.* adde *Gell. 3. c. 10. & 9. cap. 15. & 16.*
r Pſeudomenon ſyllogiſmum Cicero 2. *de diuin.* mentientem rationem interpretatur: nam quidquid ſtatuitur verum eſſe, ſtatim reperitur falſum: vt in *l. 9.* ꝫ. *de verborum obligationibus.* tibi fundum dabo, niſi illi dedero: illi dabo, niſi tibi dedero.
ſ adde exempla ex *l. 5. in fin. infra ad Trebellianum. l. 9. infra de verb. oblig.*

erit. porrò ſi legi locus non ſit, exiſtente conditione legatum tibi debebitur. cum autem voluntatem teſtatoris eam fuiſſe appareat, vt propter tuum legatum, cæterorum legata minui nollet, magis eſt, vt ſtatuere debeamus tui legati conditionem defeciſſe.

1 ¶ Quid ergo dicemus, ſi ducenta legauit, & tibi ſimiliter ſub eadem conditione ducenta legata eſſe proponantur? nam aut extitiſſe, aut defeciſſe legati tui conditionem, vt aut totum, aut nihil tibi debeatur, & iniquum, & contra voluntatem teſtatoris exiſtimabitur. rurſus partem deberi, rationi *a* non congruit, quando neceſſe eſt, totius legati conditionem vel extitiſſe, vel defeciſſe. Ergo per exceptionem doli mali tota ea res temperanda erit.

2 ¶ Quare cùm quis tale quid conſequi velit, ſic conſequetur. *Si quo amplius legaui vel legauero, quàm per legem Falcidiam licebit, tum quantum ad ſupplendum quadrantem deduci oportet, ex eo legato, quod Titio dedi, heres meus damnas eſto dare.*

3 ¶ Qui *b* ducenta in bonis relinquebat, legauit mihi centum præſenti die, tibi æquè centum ſub conditione. poſt aliquantum temporis extitit conditio, ita tamen, vt ex reditu *c* eius ſummæ, quæ tibi relicta eſt, non amplius quam 25. reciperet. Legis Falcidiæ ratio ita habenda erit heredi, vt 25. conferre ei debeamus, & amplius fructus quinquaginta medij *d* temporis, qui (verbi gratia) efficient quinque. Cum igitur triginta ſint conferenda, quidam putant, quina dena ab vtroque noſtrum conferenda eſſe. quod minimè verum eſt. Licet enim eandem quantitatem acceperimus, manifeſtum tamen eſt, aliquanto vberius eſſe meum legatum. Quare ſtatuendum erit, tanto minus in tuo legato eſſe, quantum ex fructibus eius heres perceperit. Secundum quod in propoſita ſpecie computationem ita iniri oportet, vt ex ſeptem partibus ego quatuor, tu tres conferamus *e*, quoniam quidem quarta pars amplius in meo, quàm in tuo legato eſt.

De alimentis. 1. De vſuris.

89. *Marcianus* libro 7. Inſtitutionum.

DIui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, pecuniam relictam ad alimenta puerorum Falcidiæ ſubiectam eſſe *f*: &, vt idoneis *g* nominibus collocetur pecunia, ad curam ſuam reuocaturum præſidem prouinciæ.

1 ¶ Diui Seuerus & Antoninus generaliter reſcripſerunt Bononio Maximo, * vſuras *h* præſtaturum eum, qui fruſtrationis cauſa beneficium legis Falcidiæ implorauit.

De iuſſo reſtituere hereditatem pecunia accepta.

90. *Florentinus* lib. 11. Inſtitutionum.

SI heres, cuius fideicommiſſum eſt, vt accepta certa pecunia hereditatem reſtituat, à voluntate eius, qui teſtamentum fecit, diſcedat *l*, & poſtea legis Falcidiæ beneficio vti volet, etſi non detur ei, quo accepto hereditatem reſtituere rogatus eſt, tamen fideicommiſſum reſtituere cogi debet: quoniam quod ei pater familiæ dari voluit, legis Falcidiæ commodum præſtat.

Quid imputatur in quartam.

91. *Marcianus* lib. 13. Inſtitutionum.

IN *k* quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas iure hereditario *l* capit, non *m* quas *n* iure legati vel fideicommiſſi vel implendæ conditionis cauſa accipit. nam hæc in quartam non imputantur.

¶ Sed *o* in fideicommiſſaria hereditate reſtituenda, ſiue legatum vel fideicommiſſum datum ſit heredi, ſiue præcipere, vel deducere, vel retinere iuſſus eſt, in quartam id ei imputatur. pro *p* ea vero parte quam accepit à coherede extra quartam, id eſt *q* quod à coherede accipitur. Sed etſi accepta pecunia hereditatem reſtituere rogatus ſit, id quod accipit, in quartam ei imputatur, vt Diuus Pius conſtituit *r*. *

a ſtrictè ſcilicet. nam æquitate exceptionis doli mali, hoc conſequitur heres, vt centum accipiat Titius iure legati, & ita ſeruetur voluntas defuncti.
b *v. Cuiac. ibid.*
c id eſt ex vſuris, *v. l. 14.* ꝫ. *de præſcriptis.* Vſuræ quæ pendente conditione exiguntur de quantitate legata, in legem Falcidiam imputantur, & quod deeſt pro rata ab omnibus legatariis ſuppletur, *Bart.*
e *l. 58. §. 5.* ꝫ. *ad Trebell.*
e in Falcidiæ legis ratione legatarij conferunt heredi, *l. 79.* ꝫ. *eod.*
f Imo ſubiecta non eſt. Ceſſat enim Falcidia in iis quæ ad pias cauſas relicta ſunt, *Nou. 131. c. 12. Auth. ſi mulier. C. hoc tit.*
g Idonea nomina, idonei & locupletes debitores.
h *l. penult. ſupra de vſuris: l. 2. C. de vſur. & fructib. leg.*
i Qui repudiat id quod quartam minuit, quartam non deducit.
k *adde l. 67.* ꝫ. *eod.*
l In Falcidiam ea tantum imputantur, quæ iure hæreditario capiuntur: in Trebellianicam verò, quæ quocunque iudicio teſtatoris, puta legati vel fideicommiſſi, hæreditario. *l. 96.* ꝫ. *de leg. 3.* Cur ita? Lex Falcidia quartam partem hæreditatis apud hæredem manere iubet, ergo nihil quod non eſt hæreditarium poterit in Falcidiam imputari: Trebellianum ſenatuſconſultum voluit ſimpliciter apud heredem remanere quartam ex fideicommiſſis: ergo quicquid fideicommiſſi nomine heres habuerit, id ei in quartam imputabitur, v. Ripenſem, Alciatum *hic & 6. paradox* 4. Duarenum 2. *diſput.* 10. Contium 2. *lect.* 5. & 1. *Subciſiuar.* 15. Cuiac. 8. *obſer.* 4. Goueanum 1. *animaduerſ. pen.* Corraſium 2. *Miſcell.* 1. Interea monet Cuiacius, in quartæ deductione idem omnino ius eſſe legatorum & fideicommiſſorum 8. *obſer.*
m Aliud eſt iure hereditario capere, aliud iure legati & fideicommiſſi, *l. 22. ſuprà eod. l. 96. ſup. de leg. 3.*
n *v. l. 22. ſuprà eod.*
o Atqui fideicommiſſis legata exæquata, *l. 1. ſup. de. leg. 1.* Igitur non aliud eſt hic conſtituendum in fideicommiſſo quàm legato. Goueanus hunc locum emendat, & ita legit, *Sed & in.* Cuiacius putat hunc totum verſiculum generalis prioris ſententiæ explicandæ non reſtringendæ cauſa ſubiectum eſſe. quod tamen improbatur ab Antonio Fabro *6. coniect.* 4. niſi fortè legatur ꝫ. *in quantum id ei non imputatur.*
p Hic locus in Pandectis Florentinis aſteriſco notatus eſt, vt vel omnino tollendum vel emendandum ſuſpicari liceat. alij ita legunt non pro ea parte, *& poſt.* extra quartam enim eſt, quod ab herede accipitur. Ant. Faber *6. coniect.* 4. ita legit, pro ea etiam parte quam à coherede accipit, ſed & ſi accepta, *&c.* atque ita hæc verba, extra quartam, id eſt quod ab herede accipitur, delenda eſſe cenſet.
q Imo non eſt: cum id quod à coherede accipitur, compenſari oporteat: & ita in quartam imputari, *vt hic. & l. 22. ſup. eod. l. 24. C. familiæ.* Aliud eſſe dicitur in Falcidia, aliud in Trebellianica. Imo non aliud: nec enim hæres cogitur fideicommiſſum reſtituere quod à coherede accipitur, *l. 18. in fin.* ꝫ. *ad Trebell.* Non cogitur: niſi ſupra quartam Trebellianicam habeat.
r Incluſa hiſce ſtellulis Cuiac. monet abeſſe ab Archetypo Florentino, & Baſilicis,

Sed

Sed & quod implendæ *a* conditionis cauſa fideicommiſſum hæredi datur : in eadem cauſa eſſe admittendum, ſciendum eſt. * ſi quid verò implendæ conditionis cauſa heres accipiat à legatariis, in Falcidiæ computationem non prodeſſe : & ideo ſi centum prædium legauerit defunctus, ſi quinquaginta hæredi legatarius dederit, centum legatis computationem fieri, & quinquaginta extra hereditatem haberi, ne in quartam ei imputentur.

De teſtamento militis & codicillis poſt miſsionem factis.

92. *Macer* lib. 2. de Re militari.

SImiles *b* teſtamento facto, partem dimidiam hæreditatis ſuæ tibi reſtitui iuſſerit, deinde poſt miſſionem factis codicillis, alteram partem Titio reſtitui rogauerit : ſi quidem poſt *c* annum miſſionis ſuæ deceſſerit : & tibi & Titio hæres partem quartam retinebit : quia eo tempore teſtator deceſſit, quo teſtamentum eius ad beneficium principale pertinere deſierat. ſi verò intra annum miſſionis deceſſerit, ſolus Titius deductionem partis quartæ patietur : quia *d* eo tempore fideicommiſſum ei relictum eſt, quo teſtator iure militari teſtari non potuit.

De rogato reſtituere hereditatem pecunia accepta.

93. *Papinianus* ‖ lib. 20. Quæſtionum. ‖

ACceptis *e* à Mæuio centum *f*. hæreditatem Mæuio reſtituere pecuniamque *g* poſt mortem ſuam *h* Titio dare rogatus eſt *i*, quanquam hæc centum quartam bonorum efficiant : tamen, propter fideicommiſſum ſequens *k*, quartę retentioni *l* locus erit: tunc *m* enim ex conſtitutione Diui Hadriani Falcidiæ ſatisfacit ea quantitas, cum apud hæredem remanet. ſed Falcidiam patietur ſolus, cui hæreditas relicta eſt. nam in *n* centum, quæ mortis cauſa capiuntur, admitti Falcidia non *o* poteſt.

¶ Planè, ſi quis ita ſcripſit, *acceptis centum, peto reſtituas hæreditatem*, neque perſonam dantis demonſtrauerit : quaſi retentam & præceptam pecuniam, ſi quartæ ſufficiat, inducere Trebellianum.

An prælegata imputentur in Falcidiam.

94. *Scæuola* lib. 21. Digeſtorum.

FIlio & filia *p* ſcriptis *q* heredibus ſingulis *r* certa prælegauit : ſed longe minus filiæ, cui etiam domum obligatam prælegauit cum inſtrumentis, & quidquid ibi fuerit, & adiecit hæc verba: *ſed ea conditione lego, vt, quidquid æris alieni in ea domo erit, Titius libertus filij mei exſoluat, & ſit eis vtriſque domus communis.* quæſitum eſt. ſi filia legis Falcidiæ beneficio vti volet *ſ* ad quartam retinendam : an ex hæreditate, quæ ei relicta eſt, deducto ære alieno, eius, quod ſuperfuerit, quartam conſequi debeat? Reſpondit, iure quidem id poſtulaturam : verum non alias ea quæ ei data ſunt, accepturam, ſi modo ea quartam ſuppleant: quam voluntati defuncti ſoluendum præſtando pareret.

De eo quod heres debebat defuncto. 1. De alimentis. 2. edendo.

95. *Idem* lib. 21. Digeſtorum.

MAritus vxoris res *t* extra dotem conſtitutas adminiſtrauit *u*: eaque decedens ante rationem ſibi redditam adminiſtrationis, ex aſſe eundem maritum hæredem reliquit, eiuſque fideicommiſit, vt decem vncias filio communi, cùm moreretur, reſtitueret, duas autem vncias nepoti. quæſitum eſt, an id quoque quod ex adminiſtratione rerum apud maritum reſediſſe conſtiterit, cum cæteris " bonis " pro rata decem vnciarum filio reſtitui debeat? Reſpondit, id quod *x* debuiſſet hæreditati, in rationem venire debere.

1 ¶ Filiæ, quam mater rogauerat, ſi impubes deceſſiſſet, reſtituere hæreditatem Titio, patruus legitimus hæres extitit, in ratione legis Falcidiæ ponenda deſiderat deduci ſortes, ex quarum vſuris alimenta impubes defuncta ex perſona teſtatricis ſuæ pluribus debita præſtitit. quæſitum eſt an, ſi eas deduxerit, cauere *a* debeat, defunctorum alimentariorum *b* portiones pro modo ſortium ſe reſtituturum? Reſpondit, debere cauere.

2 ¶ Poſt aditam hereditatem triennio exacto, legatariis hæres legem Falcidiam opponit : idcirco, quod adminiſtrauit tutelas teſtator, quarum ratio nondum reddita ſit, & quod neget, tantum redigi ex nominibus poſſe, quantum in cautione deductum eſt. quæſitum eſt, an rationes defuncti & omnium inſtrumentorum hæreditariorum & pupillarium rationum legatariis deſiderantibus, hæres deſcribendi *c* poteſtatem facere debeat : ne in poteſtate eius ſit proferre quod velit, & per hoc in fraudem legatarij inducantur? Reſpondit, ad iudicis officium pertinere, explorare ea, per quæ probetur, quanti ſit in bonis.

De eo qui paganus teſtamentum fecit, militia tempore codicillos.

96. *Idem* libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.

MIles *d* ſi, dum paganus erat, fecerit teſtamentum, militiæ tempore codicillos, lex Falcidia in codicillis locum non *e* habet, in teſtamento locum habebit *f*.

SI CVI PLVS, QVAM PER LEGEM Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicetur *g*

TIT. III.

Summa. 1. De teſtamentis duplicib. 4. De ære alieno certo, vel incerto. 5. De fideicommiſſis. 6. De arbitro dando, vel cautione præſtanda. 7. De legatis puris & conditionib. 9. De vtilitate huius cautionis. 10. De mortis cauſa donationibus. 11. De parte vel toto reddendis. 12. De teſtamentis in quibus Falcidia locum non habet. 13. An legatario caueatur. 14. De portione debita patrono. 15. Si res legata apud legatarium interierit.

11. *Verbum*, Amplius, *quandoque totum continet. Bart.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 79. ad Edictum.

SI cui plus, quàm licuerit, legetur, & dubitari iuſtè poſſit, vtrum lex Falcidia locum habitura eſt, nec ne : ſubuenit prætor hæredi, vt ei legatarius ſatiſdet *h*, vt ſi apparuerit, eum amplius legatorum nomine cepiſſe, quàm è lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam det, doluſque malus ab eo abfuturus ſit.

1 ¶ Neque intereſt, vtrum *i* in primis tabulis hoc fiat, an in pupillaribus, an in vtriſque. etenim legem Falcidiam ſemel eſſe admittendam, etiam *k* ſi duplex ſit teſtamentum, iam conuenit : contributis legatis, tam his quæ ab ipſo pupillo, quam his quæ à ſubſtituto impuberi relicta ſunt.

2 ¶ Si non fuiſſet interpoſita ſtipulatio ex perſona pupilli, tutelæ actio heredi *l* pupilli aduerſus tutorem competit. Sed (vt Pomponius ait) & ipſi pupillo & hæredi eius poterit committi ſtipulatio. " ipſi ", quo caſu, viuo eo, Falcidia incipit locum habere.

¶ De tutelæ quoque actione idem ſcribit.

3 ¶ Marcellus ait : Qui quadringenta in bonis habebat impuberem filium hæredem inſtituit, eique ſubſtituit *m* Titium & Seium. nihil à pupillo teſtator legauit, ſed à Titio trecenta. vtrum ducenta (inquit) præſtabuntur, an centum quinquaginta? nam trecenta nullo modo eum præſtare : mihi videtur verius, non amplius eum parte ſua erogare compelli : certè nec minus, ſecundum quod eueniret, vt non ſoli committatur ſtipulatio : ſed omnibus hæredibus interponenda eſt. ſed cauſa cognita Falcidiam locum habere, & legatorum modus facit & æris alieni onus.

4 ¶ Et ſi quidem euidens æs alienum eſt, vel certum, facilis eſt computatio. ſi autem adhuc incertum eſt, quia fortè vel conditio eius pendet, vel creditor litem conteſtatus eſt, & necdum lis finita eſt : dubitabitur, quantum legatariis debeatur propter incertum.

5 ¶ Hodie *n* tamen ſubſimile aliquid fit in fideicommiſſis.

6 ¶ Cum dicitur lex Falcidia locum habere, arbiter *o* dari ſolet *ad ineundam quantitatem bonorum* : tametſi vnus aliquid modicum fideicommiſſum perſequatur, quæ computatio præiudicare non debet cæteris qui ad arbitrum miſſi non ſunt.

¶ Solet tamen ab hærede etiam cæteris denuntiari fideicommiſſariis, *vt veniant ad arbitrum, ibique cauſam ſuam agant.* Plerunque & creditoribus, *vt de ære alieno probent*, habet tamen rationem in legatariis item in fideicommiſſariis : vt, ſi offerat integrum quod relictum eſt hæres deſiderans cauere ſibi hac ſtipulatione, audiatur.

7 ¶ Si legata quædam præſenti die relicta ſunt, quædam *p* ſub conditione : interponenda erit iſta ſtipulatio propter legata conditionalia : dummodo ea legata quæ præſenti ſint, integra ſoluantur. Iulianus denique ſcribit. ſi purè & ſub conditione legata fuerint : non exiſtente conditione lex Falcidia locum habeat, non aliter legatorum, quæ purè data ſunt, actiones dari debere, quàm ſi cautum fuerit hæredi, quanto amplius, quàm per legem Falcidiam licuerit, ceperit.

8 ¶ Idem Iulianus *q* ſcribit, eum cui quadrans ſub conditione, & dodrans purè legatus eſt, cauere debere, quanto amplius quam per legem Falcidiam liceat, ceperit, reddi.

9 ¶ Hæc

hic in Paratitlis, & 8. obſerv. 4. Idem negat Ea imputari, quæ conditionis implendæ cauſa, & legati fideicommiſſi iure dantur, arg. l. 14. C. fam. erciſ.
a l. 76. ſ. eod.
b l. 17. ſupra eod. l. vlt. infra eo.
c l. 40. ſ. eod. v. l. 5. C. de teſt. milit.
d v. quæ ſcripſi ad l. 12. Cod. de teſt. milit.
e Poſtquam hæres acceperit centum
f Mæuio.
g Hæc centum donationis mortis cauſa capit.
h ſub. eam.
i i. poſt mortem legatarij.
k ſub. Gaius.
l i. quia iuſſus eſt eadem centum reſtituere Titio.
m Falcidia lege retentio tantum datur quartæ, non vindicatio, vt hic. l. 14. §. 1. ſupra eo. Nou. 1. idque & ſecundo capite, in quo ait, Capiant, iure nimium retentionis. Idem in S. C. Pegaſiano : nam quod in legatis lex Falcidia, idem in fideicommiſſis Pegaſianum ſubſequitur, §. ſed quia, Inſt. de fideic. her. l. heres 21. ſ. ad Trebell.) Hodie eſt vindicatio ex conſtitutione Iuſtiniani, l. pen. C. ad l. Falc. quod ante Iuſtinianum non fuit : vnde hodie legatario occupanti legatum ſine voluntate hæredis, hæredi datur interdictum, quorum legatorum, vt recipiat rem legatam, ſibique Falcidiam ſeruet per retentionem, l. 1. C. quorum legatorum : vel ſi per errorem ſoluerit integrum legatum, datur condictio indebiti, d. l. hæres 21. §. ſi legatarius, ſ. eo. Conſtat etiam ex ſtipulatione Falcidiæ, ſi interpoſita fuerit, condictionem eſſe. Sunt qui vindicationem eſſe putent ex lege in quantitate, in fi. l. lineam 26. ſ. eo. quod Cuiac. negat & improbat 8. obſer. 2. vbi etiam tenet aduerſus alios Retentionem de qua hic agitur, fieri exceptione demum oppoſita doli, vel in factum. n Conditionis cauſa quod à fideicommiſſo hæres accipit, id hæredi ipſi in Falcidiam imputatur, ſi modo id quod ita acceptum eſt apud hæredem remanſerit, vt hic. o Si hæres non grauatur vt hæres, ſed vt alius commodum ſentiens, Falcidiam non deducit. p Imo poteſt, v. l. 2. C. de mort. cau. dona. An hic hæres quartam integram habet? An mortis cauſa donatarius Falcidiam non detrahit? An potius plenè Falcidia non detrahitur ex mortis cauſa capione, ſiue ea non proueniat ex voluntate teſtatoris, ſiue proueniat, ab alio tamen quàm ab hærede? Nam ſi ab hærede, diſſentiunt interpretes Graſſus. §. Falcidia, quæſt. 8. in fi. q qui in patris ſui teſtatoris poteſtate poſiti erant. q æqualiter. r Cum ab hæredibus inuicem legata vel prælegata relicta ſunt, pro concurrente qualitate compenſationi locus eſt: ſi tantum abs te legati cauſa accipio, quantum nomine Falcidiæ peto Gouean. ſ aduerſus fratrem. t Quænam illæ res extra dotem conſtitutæ paraphernæ, ſeu paraphernalia, l. hac lege 8. C. de pactis conuent. ἐξώπροικα ἢ παράφερνα 4. Har. 7. §. 21. u ſub. & fortè ea quantitate fructus percepit, vt quingenta efficerent, quorum tamen nullam vnquam reddidit rationem, vnde in hac quantitate quærebatur, vtrum eam quantitatem hæres mariti reſtituere cogeretur. Reſpondetur, cogi reſtituere, tametſi videri alioqui poterat eam ſummam viro ab vxore tacitè donatam, aut eius morte confirmatam. x l. 1. §. 18. ſ. eo. l. 9. §. vlt. ſ. de iure dot.

a l. 4. verſ. deb... autem is qui c... piet. ſupra de ... mentis.
b Alimentarij ſunt, quibus a... menta relicta, l... §. 4. ſ. de tranſ... ctionibus.
c Rationes at... inſtrumenta a... edere reus cogi... ad confirmand... replicationem. l... §. 2. ſ. de edend... l. 2. ſup. teſta... quemadm. aper. l...). de bonis auth. l... C. de edendo.
d v. l. 17. ſup. ... dixi ad l. 12. C. teſt. milit.
e Cur? Falcid... locum non hab... in codicillis fa... à milite.
f Cur? Falcid... locum habet in... ſtamento facto pagano.
g & ab hæ... præſtandum lega... rio fuerit : ... eo caſu hæredi... lari tantum ... niam ſibi ... Tractatur ... ſub hoc titulo ... ſtipulatione ... hæreditate ... & morientium ... tes reddi : & ... pulatione ... rij, v. Cuiac.
h l. 1. §. 18. ſup. tit. prox.
i v. quæ ... ad l. 11. ſup. ... quemadm. ... tur.
k l. 11. §. 5. ... l. Falcid. §. ... de pupillari.
l l. 84. inf. ... l. Falcid.
m l. 11. §. 9. ... l. Falcid.
n id eſt, ... natuſconſultum Pegaſianum. ... Cuiac. 8. obſerv. ... 5. vide l. 7. §. ... de iniurijs.
o l. 2. C. de ... Paul. 3. ſen. ...
p l. 45. inf. ... l. 73. §. 2. ... l. Falcid.
q v. quæ ... l. 45. §. 1. ſupra prox.

9 ¶ Hæc ſtipulatio ideo *a* locum habet : quia, etſi repeti poteſt id, quod ſolutum eſt: tamen fieri poteſt, vt non ſit ſoluendo is, cui ſolutum eſt, ac per hoc pereat, quod datum eſt.

10 ¶ In mortis cauſa quoque donationibus poteſt dici, hanc ſtipulationem eſſe interponendam.

11 ¶ Hæc verba ſtipulationis, *Quod amplius* b *legatorum nomine ceperis, quàm è lege Falcidia capere licebit* : non tantùm eum comprehẽdunt, qui amplius acceperit quam ei Falcidia permiſit, vt reddat partem, habeat partem : verum etiam eum, qui totum deberet reſtituere. etenim ſciendum eſt, legem *c* Falcidiam interdum partem eius, quod datum eſt, interdum totum reuocare. cùm enim, habita *d* ratione ęris alieni, Falcidia ineatur, plerumque euenit, vt emergente debito, vel conditione æris alieni exiſtente, totum, quod legatum eſt, exhauriatur. ſed & libertatium conditio interdum exiſtens, efficiet legatum omnino non deberi. quippe cùm habita ratione libertatium, & deductis *h* pretiis eorum, tunc demum legatorum ineatur ratio.

12 ¶ In quibuſdam *e* autem teſtamentis Falcidia quidem locum non habet *g* verumtamen ita obſeruatur : vt licet quadrantem heres non retineat, tamen hactenus legata debeantur, quatenus patrimonij vires ſufficiunt: vtique deducto *f* ære alieno, item deductis pretiis eorum, qui libertatem in teſtamento vel directam, vel fideicommiſſariam acceperunt.

13 ¶ Sed & legatario cauendum eſt, à *g* quo fideicommiſſum relinquitur.

14 ¶ Interdum non legis Falcidiæ, ſed etiam alterius legis *h* in hac ſtipulatione ratio facienda eſt. vtputa ſi patronus *i* ex aſſe heres inſtitutus ſit, & purè quincunx legatus ſit, & ſub conditione aliquid ſuprà debitam *k* patrono partem. nam in hunc caſum ratio facienda eſt illius legis *l* quæ patronos vocat, non *m* legis Falcidiæ.

15 ¶ Si res, quę legata ſit, apud legatarium interierit: probãdum eſt, exceptione ſuccurri ei *n*, qui promiſit *o*.

2. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

ETiam ſi, quanti ea res ſit, promiſit.

1. Qualis ſit hec actio. 2. De legatis in diem, vel conditionalibus. 4. De alimentis. 5. De fiſco & cæteris. De cautione omiſſa. 6. De arbitrio boni viri. 9. An ſæpius committatur hec ſtipulatio. 10. De cautione omiſſa.

3. *Vlpianus* libro 79. ad Edictum.

NIſi ſi dolo ipſius aliquid factum ſit. tunc enim etiam ex doli clauſula, quæ in iſta ſtipulatione continetur, tenebitur, & replicatione repelli poterit.

1 ¶ Hæc cautio, quæ propter legem Falcidiam interponitur, fideiuſſorum habet præſtationem.

2 ¶ Si in plures dies pecunia legata eſt: cùm certum ſit legem Falcidiam locum habere, non ſtipulationi, ſed computationi locum eſſe Pedius ait, vt æſtimetur, quanti ſit quod in diem legatum eſt: & tantum credatur eſſe legatum: efficit ęſtimatio, vt pro modo eius ex omnibus legatis ſtatim legis Falcidiæ ratio habeatur.

3 ¶ Quotiens futurum eſt, vt palàm ſit & ante diem venientem, iam Falcidiam locum habere, totiens computatio eius fit. nam* ſi conditio in mora eſt, expectabimus conditionem, quoad exiſtat, ſi autem dies ſupereſt *p* iam hic intercapedinis temporis habita ratione, atque æſtimatione, ſic de Falcidia diſputabimus, & committi ſtipulationem dicemus.

4 ¶ Quamuis autem omnes legatarij & fideicommiſſarij neceſſe habeant hac ſtipulatione cauere : tamen quibuſdam remitti Diui fratres reſcripſerunt: vtputà his *q* quibus minuta *r* alimenta ſunt relicta. Pompeiæ enim Fauſtinæ reſcripſerunt ſic : Non eandem cauſam eſſe decem aureorum, quos annuos tibi teſtamento Pompeiæ Criſpianę patronæ tuæ relictos proponis, atque fuit alimentorum & veſtiarij libertis relictorum, quibus propterea *ſ* cautionis onus remittendum exiſtimauimus.

5 ¶ Item ſciendum eſt fiſcum *t* hanc cautionem non pati, ſed perinde conueniri poſſe, ac ſi cauiſſet. cæteros autem cuiuſcunque dignitatis ſint, licet iam legata perceperint, compelli *u* debere ad cauendum, Diuus Pius reſcripſit, ex quo reſcripto etiam illud accipimus, quod etiam poſt *x* ſoluta legata voluit ſtipulationem interponi.

6 ¶ Si legatarius heredi qui controuerſiam hereditatis patitur iam, vel ſperat, de reſtituendo legato ſibi præſtito cauerit, & euicta hereditas ſit, ſed negligentia *y*, vel dolo eius qui legatum præſtitit : dicemus non *z* committi ſtipulationem propter viri boni arbitrium, quod ineſt huic ſtipulationi *a*.

7 ¶ Item ſi ipſe *b* qui præſtitit legatum ex alia cauſa ſibi euicerit : (vtputà quia inuenitur ſequenti teſtamento heres ſcriptus, in quo legatum iſte legatarius non acceperat) dicemus committi ſtipulationem propter viri boni arbitrium.

8 ¶ Et generaliter vbicunque hereditatem, vel quantitatem, vel emolumentum pręſtitit is, qui hac ſtipulatione ſibi proſpexerat, dicendum eſt, ibi committi eam: ſi modò culpa abeſt ab eo, qui ſtipulatus eſt.

9 ¶ Quæſitum eſt, an ſæpius *a* committatur? Et placet, etiam ſæpius eam committi ſi per partes ablata eſt hereditas.

10 ¶ Si legatum fuerit præſtitum ante interpoſitam hanc ſtipulationem : an condici poſſit, vt cautio iſta interponatur? mouet quæſtionem, * quòd ea, quæ per errorem omiſſa vel ſoluta ſunt, condici poſſunt. & hic ergo quaſi plus ſolutum videtur ex eo quòd cautio intermiſſa eſt. & ait Pomponius, conditionem interponendę ſatisdationis gratià competere *b*. & puto hoc probandum quod Pomponius, vtilitatis gratià.

De cauſa cognitione. 1. De duobus hereditatem ſibi vindicantibus. 2. Si quis rem ſuam vel hereditariam tradat.

4. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

HÆc autem ſatisdatio *c* locum habet, ſi iuſta cauſa eſſe videbitur. nam iniquum erat omnimodo caueri nondum illata controuerſia litis, cùm poſſint ei luſoriæ *d* minę fieri, ideóque eam rem prætor ad cognitionem ſuam reuocat.

1 ¶ Si duo ex teſtamento hereditatem in ſolidum ſibi vindicent : fortè quòd eiuſdem nominis ſint : tam in poſſeſſorem, quàm in petitorem competunt actiones & creditoribus *e* & legatariis.

2 ¶ Hęc cautio vtique neceſſaria eſt, ſi quis pecuniam ſuam ſoluat *f*, vel rem tradat : ſi verò pecuniam hereditariam ſoluat, vel rem tradat, quidam non putant cauendum: quia nec teneri poteſt eo nomine victus, cùm non poſſideat, vel dolo fecerit, quominus poſſideat. hoc ſi ante motam controuerſiam ſoluat. quod ſi poſtea *e*, tenebitur culpæ nomine.

3 ¶ Sed cùm de nomine inter duos quæſtio eſt : numquid non ſit cauendum ei, qui hereditariam rem tradat, quia omnimodo vnus liberatur : quemadmodum ſi ęs alienum hereditarium ſoluatur? ſed ſi petitor ſuam pecuniam ſoluat, aut rem ſuam tradat : non habet, vnde retineat. & ideo neceſſaria *f* eſt ei cautio.

De fideicommiſſo relicto à legatario.

5. *Marcellus* libro 21. Digeſtorum.

VIdeamus an ſtipulatio *quæ amplius per Falcidiam licuerit, ceperis, dari?* aduerſus eum non ſufficiat, qui legatum alij reſtituere ex fideicommiſſi cauſa debet. ſufficiet autem dici, nihil eius fideicommiſſum eſſe. cauebit ſcilicet legatario & is qui fideicommiſſum accipiet. niſi fortè mallet legatarius, circuitu *g* ſublato heredi caueri. ſed & legatario præterea cauendum eſt, ſi (vt plerumque æquum eſt) pro rata ex fideicommiſſo retinere ei concedendum eſt: quamuis tantum ex legato apud eum erit remanſurum, vt ſufficere poſſit ad pręſtandum fideicommiſſum.

De eo qui non poteſt ſatisdare facilè.

6. *Calliſtratus* libro 4. de Cognitionibus.

CVm non facilè *h* ſatisdationem offerre legatarius, vel fideicommiſſarius poſſit, & futurum ſit vt propter hoc à petitione liberalitatis *i* ex teſtamento ſubmoueantur: nunquid onus ſatisdationis eis remittendum erit? quod videtur *k* adiuuari reſcripto Diui Commodi in hæc verba: Is, cuius de ea re notio eſt, aditus ſi compererit, ideo cautionem à te, exigi, vt à fideicommiſſi petitione auertaris, onus ſatisdationis tibi remitti curabit *l*.

De eo qui iuſſus eſt legata percipere ad diſtribuendum.

7. *Paulus* lib. 7. ad legem Iuliam & Papiam.

DIuus Pius ab eo, qui annua legata præcipere ad diſtribuendum *m* iuſſus erat, vetuit cautionem exigi, *Ceſſantium partes reddi*: niſi apertè cauere iuſſus eſſet.

8. *Macianus* lib. 10. Fideicommiſſorum.

SI heres partem bonorum, vel etiam vniuerſa bona delata ad fiſcum diceret : conſtaret autem de fideicommiſſo : decretum eſt, vt petitori cauenti *n* *Euicta hereditate reſtituiri*, ſolueretur.

Si bona delata ad fiſcum dicantur.

9. *Idem* libro 12. Fideicommiſſorum.

SI non in controuerſia ſit proprietas, ſed vſusfructus, (poteſt *o* enim rei, cuius proprietas Titio legata eſt, vſusfructus alij legari) tunc de eo reſtituendo non heredi, ſed *p* Titio caueri debeat.

¶ Interdum & ſi ab herede legetur vſusfructus, Titio cauendum eſt. veluti ſi detracto vſufructu proprietas ei legetur, vſusfructus Seio, quid enim attinebit hoc caſu, heredi caueri, ad quem emolumentum intercidentis vſusfructus non ſit ſpectandum? Verum ſi vſufructu Seio legato, proprietas Titio ita legetur, vt ; cùm ad Seium pertinere deſierit, habeat proprietatem : tunc heredi caueri oportebit à fructuario : ab herede autem Titio, quia non ſit certum, vſufructu intercepto ad Titium proprietatem reuerſuram.

LIBER

a l.1. §.12. l.31. *in fi. ad* §. *l. Falc. l.* 21. ĵ. *ad Treb.*
b hoc verbum *quod amplius*, interdum totum continet, adde *l.* 2. *C. de hered. inſt. Bart.*
c Falcidia interdum partes legati, interdum totum legatum reuocat.
d *v. l.* 6. *C. eod.*
e *v. l.* 7. *C. eod.*
f §. *vltim. Inſt. ad l. Falc.*
g *v. l.* 3. §. 4. ĵ. *eo.*
h Papiæ, §. 2. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*
i *l.* 52. *ſuprà ad l. Falc.*
k *l.* 64 *in fin.* ĵ. *ad Treb.* Quęnam autem pars illa debita patronis? Olim dimidia ante Iuſtinianum. Suetonius *in Nerone.* vt ex bonis libertorum pro ſemiſſe dodrans cogeretur, adde *l.* 7. *l.* 8. ĵ. *de bonis damnat.* Hodie aſſem habent, *v. l.* 4. *C. de bonis libertorum*, §. 3. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*
l Quæ lex illa eſt? Papia quæ ſemiſſem addicit patrono in bonis liberti maioris centenario, id eſt maius patrimonium habentis centum ſolidis, §. 3. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*
m Duas quartas iure ciuili non detrahi. hinc colligit Bartol. iure canonico purè rogatus reſtituere, duas non detrahit, ſed qui ſub conditione tantum inſtitutus eſt, *cap. Raynutius, c. Raynaldus, extra de teſt.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 67. *ſup. ad l. Falc.*
n legatario.
o id eſt qui cauit heredi ſe reſtiturum id quod plus ceperit, quam per legem falcidiam licuerit.
p Cautio hæc fideiuſſorem exigit.
*
q *l.* 73. §. 4. *ſup. ad l. Falc.*
r de quibus non poteſt tranſigi ſine Prætore, *l.* 8 §. 23. *in fin. ſup. de tranſact.*
ſ prætoriæ cautionis, *Cuiac. ad l.* 5. ĵ. *de verb. oblig. arg. l.* 32. *ſuprà ad l. Falc.*
t Nec enim ſolet fiſcus ſatisdare, *l.* 1. §. 18. ĵ. *vt leg. ſeruand.*
u § *vlt.* ĵ. *eod.*
x *l* 39. ĵ. *de condict. indeb.*
y Euincitur ſi hereditas culpa heredis, nõ committitur ſtipulatio. Quod quis culpa ſua ſentit, id ab alio non recipit, *l.* 29. §. 1. *ſuprà de euiction.* vbi vide Accurſ.
z vel quia paſſus eſt ſe vinci, *v. l.* 9. *C. de leg.*
a Hic tractatur de cautione euicta hereditate legata reddi quæ interponitur quoties dubitatur hereditatem heredi euinci.
b *l.* 28. ſ. *de adimend. l.* Repetita legata tacitè in ſecundo teſtamento non videntur, quæ in primo relicta ſunt : ideóque non debentur, etſi in ſecundo teſtamento idem inſtitutus qui in primo fuit. Caſus hic ſingularis eſt.

a Sæpius committi poteſt prætoria ſtipulatio quæri quod ſingulariter intereſt committitur.
b Omiſſa per errorem cautio, tempore ſolutionis legati poteſt condictione incerti exigi, §. 5. *ſup. eod.*
c Euicta hereditate legata reddi, de qua lex 3. §. 6. ſ. *eod.*
d Vani timoris iuſta excuſatio non eſt, *l.* 184. ĵ. *de reg. l.* 13. *C. de tranſ. l.* 6. *ſup. quod met. cauſa l. metum* 9. *Cod. quod metus cauſa.*
e *l.* 41. *ſuprà ad l. Falc.*
f *l.* 41. ſ. *ad l Falc. l.* 44. ſ. *mandati* : *v. l.* 8. ĵ. *hoc tit. l.* 17. ſ. *de hered. pet.*
g Legatarius debet cauere heredi fideicommiſſarius legatario: vel fideicommiſſarius heredi, cauſa ſeuitandi circuitus, *Bald.*
h Ei qui non poteſt ſatisdare, remittitur ſatisdatio, *Bar.*
i Teſtamentum liberalitatis genus.
k id eſt, ei remittenda eſt. imò, ſatisdatio videtur neceſſaria, *l.* 27. *in fi. C. de epiſcop. audien.*
l adde *l.* 2. *Cod. de vſuris & fructibus legatorum.*
m adde *l.* 21. §. 4. *ſup. de annuis.* De huiuſmodi diſtributoribus ſeu executoribus teſtamentariis, v. quæ ſcripſi ad *l.* 107. *ſuprà de leg.* 1.
n *l.* 48. *in fi. ſuprà de leg.* 2. *l.* 9. *C. de legatis, l.* 4. *in fin. ſup. eod. l.* 6. *ſup. de her. pet. l.* 17. *ſuprà de peculio.*
o Vſusfructus vni poteſt legari : alteri proprietas.
p Cautio vſufructu finito, *rem reſtitui*, debet interponi ei ad quem peruenit proprietas, non heredi tantummodo, *Bart.*

LIBER TRIGESIMVS SEXTVS.

AD SENATVSCONSVLTVM TREBELLIANVM a.

Scopus & nexus. 1. *Tempus.* 2. *Verba.* 3. *Effectus S. C.* 5. *De cauſa teſtati vel inteſtati.* 6. *De peculio caſtrenſi vel quaſi.* 7. *De bon. poſſ. & aliis ſucceſſoribus.* 8. *De fideicommiſſario reſtituente.* 9. *De fideicommiſſo purè vel in diem, & ſub conditione.* 10. *Si pater vel dominus heredis reſtituat.* 11. *Si pater filio reſtituat.* 12. *De tutore vel curatore.* 15. *De collegio vel corpore.* 16. *De precepto fundo.* 17. *De precepta quantitate, qua ſemiſſem hereditatis continet.* 18. *De teſtamento militis.* 19. *De fideicommiſſario reſtituente.* 20. *De ſemiſſe reſtituendo.* 21. *De quantitate precepta, qua quartam continet.*

1\. *Vlpianus* lib. 3. Fideicommiſſorum.

EXplicito b tractatu, qui ad fideicommiſſa ſingularum c rerum pertinet, tranſeamus nunc ad interpretationem S.C. Trebelliani.

1 ¶ Factum eſt enim ſenatuſconſultum temporibus Neronis, octauo Calendas Septembres, Annæo d Seneca & Trebellio Maximo conſulibus e.

2 ¶ Cuius verba hæc ſunt. *Cùm eſſet æquiſsimum in omnibus fideicommiſſariis f hereditatibus, ſi qua de his bonis iudicia penderent, ex his g eos ſubire in h quos ius fructúſque transferetur, potius quàm cuique periculoſam i eſſe fidem ſuam: placet, vt actiones, quę in heredem heredibúſque k dari ſolent, eas neque in eos, neque his dari qui fidei ſuę commiſſum ſicuti rogati eſſent reſtituiſſent, ſed his & in eos, quibus ex teſtamento fideicommiſſum reſtitutum fuiſſet, quo magis in reliquum confirmentur ſupremæ defunctorum voluntates* l.

3 ¶ Sublata eſt hoc ſenatuſconſulto dubitatio m eorum, qui adire hereditatem recuſare ſeu metu litium ſeu prętextu metus "cenſuerunt."

4 ¶ Quanquam autem ſenatus ſubuentum voluit heredibus, ſubuenit tamen & fideicommiſſario. nam in eo, quod heredes, ſi conueniantur, exceptione vti poſſunt, heredibus ſubuentum eſt. in eo vero, quod, ſi agant heredes, repelluntur per exceptionem, quódque agendi facultas fideicommiſſariis competit: proculdubio conſultum eſt fideicommiſſariis.

5 ¶ Hoc autem ſenatuſconſultum locum habet, ſiue ex teſtamento quis heres eſſet, ſiue ab inteſtato n, rogatúſque ſit reſtituere hereditatem.

6 ¶ In filij o quoque familias p militis iudicio, qui de caſtrenſi peculio vel quaſi p caſtrenſi teſtari poteſt, ſenatuſconſultum locum habet r.

7 ¶ Bonorum quoque poſſeſſores ſ vel alij ſucceſſores, ex Trebelliano reſtituere potuerunt hereditatem.

8 ¶ De illo quæritur, an is, cui ex cauſa fideicommiſſi reſtituta eſt hereditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto, ipſe quoque reſtituendo ex eodem SC. transferat actiones. Et Iulianus ſcribit, etiam ipſum t transferre actiones. quod & Mæcianus probat, & nobis placet.

9 ¶ Sed & quotiens quis rogatus duobus reſtituere hereditatem, alteri purè vel in diem, alteri ſub conditione, ſuſpectam u dicit: ei, cui erat rogatus purè vel in diem reſtituere, interim vniuerſam hereditatem reſtitui ſenatus cenſuit: cùm autem extiterit conditio, ſi velit alius fideicommiſſarius partem ſuam ſuſcipere, tranſire ad eum ipſo iure actiones.

10 ¶ Si filio vel ſeruo herede inſtituto, rogatóque reſtituere hereditatem dominus, vel pater reſtituat: ex Trebelliano transferuntur actiones, quod eſt, etiam ſi ſuo nomine rogati ſunt reſtituere.

11 ¶ Idem "eſt", & ſi ipſi filio pater x rogatus ſit reſtituere hereditatem.

12 ¶ Sed & ſi tutor y vel curator adoleſcentis vel furioſi, rogatus ſit reſtituere hereditatem, ſine dubio Trebelliano locus erit.

13 ¶ Fuit quæſitum. ſi ipſi tutori rogatus ſit reſtituere pupillus, an ipſo auctore reſtitutionem facere poſſit. & eſt decretum à Diuo Seuero * non z

a S.C. 48.4. *Paul. ſent.* 2. factum temporibus Neronis, *l.* 1. §. 1. ȷ. *eo. Inſt. eo.* de fideicommiſſariis hereditatibus, 2. *Inſt.* 23. περὶ φιδεικομισσαρίων κληρονομιῶν ἀποκαταστάσεως 35. *Ecl.* 11. de fideicommiſſis *Vlp.* 25. adde de SC. Pegaſiano 2. *Paul. ſent.* 3.

b & ſic de ſingularibus fideicommiſſis prius tractauit Vlpianus, quàm de vniuerſalibus: cum contrarium omnino ſit ſeruatum in Inſtitutionibus.

c in hoc differt Trebellianica à Falcidia.

d §. 4. *Inſt. eod.*

e ſuffectis, non ordinariis anno 815. vide *Tacitum.* nec enim in Faſtis repeniuntur. vide quæ ſcripſi ad Theophilum, §. 4. *Inſt. de fideic. hered.*

f hoc verbum abundare ait Cuiacius 18. *obſ.* 11. quia non tantum in fideicommiſſariis hereditatibus permiſſum hoc eſt, ſed etiam in directis, & in iis quæ ceduntur in iure, vt onera ſubeant ij ad quos ius fructúſque transfertur.

g ex 12. *tabulis*, ita legit Cuiacius 18. *obſ.* 11. *in fin.*

h Fideicommiſſarius vniuerſalis, iuris eſt & fructus ſucceſſor, *vt hic.* lata appellatione, inſtitutus dici poteſt, *l.* 19. §. 1. *ff. de teſt. milit.* Eſt enim heres poſt factam ſibi reſtitutionem, *v. l.* 63. ȷ. *eod.*

i Vnicuique damnoſam fidem ſuam eſſe non oportet, *v. Paul.* 4. *ſen.* 12. §. *vn. in fin.*

k *l. vlt. in fin.* ȷ. *de fideic. libert.*

l voluntates cenſuerunt, *Hal.* Quod verbum *cenſendi* ſolenne in ſenatuſconſultis.

m *l.* 4. ȷ. *eod.*

n *l.* 78. *in pr.* ȷ. *eo. v. l.* 3. *C. eo.* §. 10. *Inſt. eo.* cur ab inteſtato? vel ideo quod ex identitatis ratione licita eſt extẽſio de herede teſtamentario ad heredem ab inteſtato: & ſic, quẽ non honoro expreſſè, ſed tacitè, grauare poſſum, *Ripenſ.*

o *l.* 1 14. *ſuprà de leg.* 1

p *v. ad hunc locum Gouean.* 2. *variar. vlt.*

q Poteſt enim rogari reſtituere, §. 11. *Inſt. eod. l.* 22. *in fin.* ȷ. *eod.*

r Nam cui ius teſtandi competit, is etiam fideicommittere poteſt.

ſ nam ad honorarios ſucceſſores pertinet hoc Senatuſconſultum, *l.* 6. §. 1. *l.* 40. §. 1 ȷ. *eod.* Heredis nomine comprehenditur etiam bonorum poſſeſſor, *l.* 19. §. 2. *ſup. de cond. & dem.*

t *l.* 55. § 2. ȷ. *eod.*

u adde *l.* 16. §. 4. ȷ. *eod.*

x *l.* 40. § 1 ȷ *eod.*

y *v. l. pen.* ȷ. *eod.*

z *l.* 37. §. 1. ȷ. *eodem.*

poſſe tutori ſe auctore reſtituere hereditatem: quia in rem ſuam auctor eſſe non poteſt.

14 ¶ Curatori tamen a adoleſcentis ab adoleſcente poterit reſtitui hereditas. quoniam neceſſaria non a eſt auctoritas ad reſtitutionem.

15 ¶ Si autem collegium b vel corpus ſit c, quod rogatum eſt reſtituere decreto eorum, qui ſunt in collegio vel corpore, in ſingulis, inſpecta eorum perſona, reſtitutionem valere. nec d enim ipſe ſibi videtur, quid horum reſtituere.

16 ¶ Si heres præcepto fundo rogatus ſit hereditatem reſtituere: ex Trebelliano S. C. reſtituet hereditatem. nec multum facit, ſi fundus e pignori datus eſt. neque f enim æris alieni perſonalis actio fundum g ſequitur, ſed eum, cui hereditas ex Trebelliano SC. reſtituta eſt. ſed cauendum eſt heredi à fideicommiſſario, vt ſi fortè fundus fuerit euictus à creditore, habeat "heres" cautum. Iulianus autem cauendum non putat: ſed æſtimandum h, quanti valet ſine hac cautione, hoc i eſt, quanti vendere poteſt ſine cautione: & ſi poteſt tanti vendere non interpoſita cautione, quantum facit quarta pars bonorum, ex Trebelliano tranſituras actiones: ſi minoris, retento eo, quod deeſt, ſimiliter ex Trebelliano reſtitutionem fieri. quæ ſententia multas quæſtiones dirimit.

17 ¶ Si is qui quadringenta in bonis habeat, trecenta legauerit: & deductis ducentis rogauerit heredem Seio reſtituere hereditatem: an trecentorum onus fideicommiſſarius ſubeat, an verò hactenus, quatenus ad eum ex hereditate peruenit? Iulianus ait, competere quidem aduerſus eum trecentorum petitionem, non autem ampliùs quàm in ducentis actionem aduerſus fideicommiſſarium daturum, in heredem autem centum. & mihi videtur vera eſſe Iuliani ſententia: ne damnum fideicommiſſarius ſentiat vltrà quam ad eum ex hereditate quid peruenit. *neminem enim oportere plus k legati nomine præſtare, quàm ad eum ex hereditate peruenit, quamuis l Falcidia ceſſet, vt reſcripto Diui Pij continetur.

18 ¶ Denique nec ex militis teſtamento plus legatorum nomine præſtatur, quàm quantitas eſt hereditatis, ære alieno deducto: nec m tamen quartam retinere fideicommiſſario permittitur.

19 ¶ Inde Neratius ſcribit: ſi heres rogatus reſtituere *totam hereditatem non deducta Falcidia, rogato & ipſi "vt" alij reſtituat*: non vtique debere eum detrahere fideicommiſſario ſecundo quartam: niſi liberalitatem tantùm ad priorem fideicommiſſarium heres voluit pertinere.

20 ¶ Sed & ſi quadringenta habens, ducenta legauerit Titio, & partem dimidiam hereditatis Sempronio reſtituere rogauerit: ex Trebelliano reſtitutionem faciendam Iulianus ait, & legatorum petitionem ſcindi: ſic vt centum quidem petantur ab herede, centum verò alia legatarius fideicommiſſario petat. quod idcirco dicit Iulianus: quoniam, ſecundùm hanc rationem, integram quartam habet, id eſt centum integra:

21 ¶ Idem Iulianus ſcribit: ſi is, qui quadringenta in bonis habeat, trecenta legaſſet, & deductis centum rogaſſet heredem, vt hereditatem Sempronio reſtituat: debere dici, deductis centum reſtituta hereditate legatorum actionem n in fideicommiſſarium dari.

De hereditate fideicommiſſa, cuius dodrantem legata abſumunt.

2\. *Celſus* "libro 21. Digeſtorum."

QVi † quadringenta reliquit, Titio trecenta legauit: heredis fideicommiſit, *vt tibi hereditatem reſtitueret*, íſque ſuſpectam o iuſſu prætoris adiit, & reſtituit. quærebatur, quid legatario dare deberes? Dicendum eſt: quia præſumptum eſt, voluiſſe teſtatorem, cum p onere legatorum fideicommiſſum reſtitui, tota trecenta te dare Titio debere. nam q heres hoc rogatus intelligi debet, vt r te ſuo loco conſtituat. & quod heres perfunctus ſ omnibus hereditariis muneribus (id eſt, poſt legatorum dationem) reliquum habiturus foret, ſi non eſſet rogatus: & tibi reſtitueret hereditatem, id tibi reſtituat. quantum ergo haberet? nempe centum. hæc vt tibi daret rogatus eſt. Itaque ſic incunda

a v. l. 101. ȷ. de v… oblig.

b teſtamento inſ… tuitur heres, *l.* 6. … 4. *l.* 26. ȷ. *eo. l.* 30. … *de vulg. l.* 8. *l.* 12. … *de her. inſt.*

c Hoc fieri quema… modum poteſt: cu… Vlpianus 22. §. 5. … ſtetur fideicommi… ſariam hereditate… municipibus quid… reſtitui poſſe, & h… ſenatuſconſulto p… ſpectum eſſe: mu… cipia tamen & m… nicipes, niſi à libe… tis ſuis inſtitui n… poſſe?

d Sibi ipſi ne… quidquam reſtitue… re dicitur.

e *l.* 18. *in fin.* ȷ. … *mort. cauſ. l.* 25. … 14. ȷ. *de hered.* …

f *v. l.* 25. *C. de* … *l vlt. in fin. Cod.* … *contr. empt.* v. … no ad hunc lo… *Soc. reg.* 276.

g id eſt fundi… poſſeſſor & vſ… ctuarius cen… rerum non co… æs alienum de… ſoluere, *l. vlt.* … *vſufr. leg.*

h adde *l.* 14. … *pr.* ȷ. *de con. fur.*

i dixi ad *l.* 6… *ad l. Falc.*

k *l.* 17. §. 2. … *l.* 15. *in fin.* ȷ. … *codicil. l.* 94. … *l.* 114. §. 3. *in f*… *leg.* 1 *l.* 70. §. … *fin. l.* 77. §. 5. … *leg.* 2. *l.* 6. *l.* 34. … *in fi.* ȷ. *de leg.* … *C de fideic.* … hoc ſolum. *In*… *ſing. reb per fidei*… 2. *Gai.* 7. §. 6.

l poteſt enim … prohiberi, *l.* 2… *fin.* ȷ. *eod.*

m In teſtamen… litis ceſſat Fa… Soc. dixi ad *l.* … *de teſt. milit.*

n *l.* 30. §. 3. ȷ … 9. *Inſt. eo. l.* 2. …

† Hæc lex co… uit reputari ho… bilis iuuenib… *Bart.* Huic ta… adiunge & *l.* 3. …

o Adire ſuſpe… hereditatem … cogitur à iudice … que aditam re… tuere.

p Fideicom… cum onere leg… rum reſtituuntur.

q Nam heres … rogatur deductis … gatis heredita… reſtituere, hoc rog… tum intelligi deb… *&c.* Goueanus … prehenſus ab Ant… Fabr. 4. *Coniect.* …

r Fideicommiſſari… vniuerſalis ſuo lo… heredes conſtituer… id eſt eis cedere … actiones debet.

ſ Perfungi omnibus… hereditariis, eſt le… gata præſtare, *l.* 33. … *ſuprà de leg.* 2. … dixi.

eunda eſt legis Falcidiæ ratio, quaſi heres trecenta Titio dare damnatus, tibi centum dare damnatus ſit. quo euenit, vt, ſi hereditatem ſua ſponte adiſſet, daret Titio ducenta vigintiquinque *a*, tibi ſeptuagintaquinque *b*. non *c* ergo plus Titio debetur, quàm ſi iniuſſu prætoris adita hereditas foret.

1. De teſtamentis in quibus Falcidia locum non habet. 2. De rogato reſtituere deductis legatis. 3. De rebus ab herede alienatis. 4. De iuſſo reſtituere portionem ſuam. 5. De fiſco. 6. Hæreditas quæritur fiſco cum ſuis oneribus, Duar. & Pac.

3. *Vlpianus* lib. 3. Fideicommiſſorum.

MArcellus autem apud Iulianum in hac ſpecie ita ſcribit: ſi ad heredis onus eſſe teſtator legata dixerit, & heres ſponte adit hereditatem, ita debere computationem Falcidiæ iniri, ac ſi quadringenta per fideicommiſſum eſſent relicta, trecenta verò legata: vt in ſeptem partes trecenta diuidantur, & ferat quatuor partes fideicommiſſarius, tres partes legatarius. Quòd ſi ſuſpecta dicta ſit hereditas, & non ſponte heres adiit & reſtituit: centum quidem de quadringentis, quę habiturus eſſet heres, reſident apud fideicommiſſarium, in reliquis autem trecentis eadem diſtributio fiet, vt ex his quatuor partes habeat fideicommiſſarius, reliquas tres legatarius. nam * iniquiſſimum eſt, plus ferre legatarium ideo, quia ſuſpecta dicta eſt hereditas, quam laturus eſſet, ſi ſponte adita fuiſſet.

1 ¶ Quod autem in ſuſpecta hereditate dictum eſt, hoc idem dici poteſt in his teſtamentis, in quibus lex Falcidia locum non habet, in militis *d* dico, & ſi qui ſunt alij.

2 ¶ Item Pomponius ſcribit: Si deductis legatis reſtituere quis hereditatem rogatur. quæſitum eſt vtrùm ſolida legata præſtanda ſint, & quartam ex ſolo fideicommiſſo detrahere poſſit. an verò & ex legatis, & ‖ex‖ fideicommiſſo quartam detrare‖poſſit?‖ Et refert, Ariſtonem reſpondiſſe, ex omnibus *e* detrahendam *f*, hoc eſt, ex legatis, & ex fideicommiſſo.

3 ¶ Res, quæ ab herede alienatæ ſunt, in quartam imputantur heredi *g*.

4 ¶ Quidam liberis ſuis ex diſparibus partibus inſtitutis, datis pręceptionibus, vt *h* ipſe maximam partem patrimonij inter liberos diuiſiſſet, rogauit eum, qui ſine liberis decederet, portionem ſuam fratribus reſtituere. Imperator noſter reſcripſit, præceptiones *i* quoque fideicommiſſo contineri *k*: quia non portionem hereditariam *l* teſtator commemorauit, ſed ſimpliciter portionem: in portionem autem & pręceptiones videri cecidiſſe.

5 ¶ Si is, qui rogatus fuerit hæreditatem reſtituere, ante quæſtionem de familia habitam vel tabulas aperuerit, vel hereditatem adierit, vel quid eorum, quæ ſenatuſconſulto prohibentur, fecerit, ac per hoc publicata fuerit hereditas: fiſcus cum ſuis oneribus hereditatem adquirit. quare commodum quartæ, quod erat habiturus heres inſtitutus, id ad fiſcum pertinet: & ex Trebelliano actiones tranſeunt. ſed & ſi prohibuerit teſtamentarium *m* introducere, vel teſtes conuenire, vel mortem teſtatoris non defendit, vel ex alia cauſa hereditas fiſco vindicata eſt: æquè quartæ quidem commodum ad fiſcum pertinebit: dodrans verò fideicommiſſario reſtituetur.

De herede adire & reſtituere compellendo.

4. *Idem* lib. 4. Fideicommiſſorum.

QVia poterat fieri, vt heres inſtitutus nolit *n* adire hereditatem, veritus ne damno adficeretur: proſpectum eſt *o*, vt ſi fideicommiſſarius diceret ſuo

a ex cauſa legati deducta Falcidia.

b ex cauſa fideicommiſſi, deducta Trebellianica, hinc collige, duas quartas ex teſtamento detrahi poſſe, v. tamen quæ notaui ad *l. 3. inf. eod.*

c Antonius Faber 4. *Coniect. 14. in fi.* putat hanc negationem tollendam eſſe, vel ſcribendum eſſe, *num c*, hoc eſt, in caſu propoſito, Bartolus legiſſe videtur *tunc*.

d in multis dico. *Haloan. l. 7. C. ad l. Falcid.*

e id eſt, ex legatis & ex fideicommiſſis. & ſic videntur hic duæ quartæ ſimul detrahi: Falcidia videlicet & Trebellianica. hoc etiam confirmat *l. 1. ſ. eod.* Hic cauſam præbent mihi interpretes quærendi: An ſuus inſtitutus heres & fideicommiſſo grauatus duas quartas poſſit detrahere: vnam ſc. velut à legatis & fideicommiſſis, alteram ex iure naturali, quaſi naturali iure ſibi debitam? Poſſe dicitur conſuetudine generali recepta ex *c. Rainutius extra de teſt.* Num & iure ciuili? Dixeris poſſe: quòd duæ illæ quartæ vario iure deſcendant: partim videlicet ex ſenatuſconſulto, partim verò naturali lege: & vna tanquam à filio, altera, tanquam ab herede ſcripto retineatur: cæterùm nihil impedire quominus duplici iure quis deducat *l. 68. ſup. ad l. Falc.* præſertim ſi diuerſis temporibus id fiat, & quidem purè naturali iure: ſub conditione verò ex S. C. Trebelliano, quod ἀσύςατον non eſt. Conſtat etiam filium agere poſſe ad legitimæ ſupplementū *l. 30. C. de inoff.* quæ tamen non competit ei iure teſtamenti (nec enim teſtator eam integram reliquit) ſed legibus; nec lucratiuo titulo, ſed naturali iure: & proinde huiuſmodi quartam ad eum deferri inuito etiam patre. Alteram verò quartam patris voluntate velut inſtitutus & grauatus reſtitutione, detrahere poteſt velut quicunque extraneus. Id enim cum ſit permiſſum extraneo, multò magis liberis permittendum eſt, arg. *l. 5. ſ. ad Tertull.* Multa tamen in contrariam partem argumenta affert Hotom. 37. *Illuſt. quæſt.* Eadem eſt in ſententia Cuiac. 8. *obſ. cu.* 3. notum enim eſſe eum qui quartam Falcidiam habuerit, *l. 8. §. 9. ſ. de inoff.* vel Pegaſianam ex fructibus conſecutus fuerit. *d. l. 8. §. 11.* vel ex conſtitutione D. Pij *l. 8. §. 15.* vel ex bonis liberti, *l. 1. §. pen. ſ. ſi cui plus quàm per l. Falc.* ab alia omni detractione repelli. *l. 6. C. ad Trebell.* deinde filius iuſſus fratri reſtituere, iubetur reſcripto principis retenta quarta ex S. C. dodrantem reſtituere. Tertio, quæ legitima natura deberi dicitur, non tam eſt quadrans quàm ipſa hereditas vniuerſa. Quarto ſi res ita eſſet, interdum filius tres quartas detraheret, naturæ ſcilicet Falcidiam & Trebellianicam: neque mouebit interim in contrariam ſententiam hic textus. nam qui de hereditario aſſe (quadringentorum ſcil.) centum detrahit, quartam detrahit: qui 75. de 300. legatis, qui 25. de centum detrahit, is nihil aliud quàm centum (quæ aſſis ſunt quadrans) detrahit. Quæ cùm ita ſint, commentum eſt, iure ciuili, duas quartas detrahi. qua in re doctiſsimis Antecessoribus aſſentior Fr. Hotomano 57. *Illuſtr.* & Cuiac. 8. *obſ.* 3. adde *Nou* 8. c. 1. f Falcidia & Trebellianica quibuſdam caſibus non detrahitur. vide Socin. *reg.* 331.

g Quid ſi ſuorum redimendorum cauſa alienauerit: in quartam imputare num id cogitur? an potiùs id ei impunè licuiſſe dicemus? id videtur, de quo dicam pleniùs ad *Nou. 39. c. 1.* h ſicut ipſe. *Hal.*

i Grauatus reſtituere portionem, cenſetur etiam grauatus reſtituere prælegata.

k Imò non continetur. dixi ad *l. 16. C. de fideicomm.* Vide omnino *Socin. reg* 303.

l *l. 86 ſ. ad Falc.* Imò hereditariam, *v. l. 15. C. fideic.* m Teſtamentarius quis *v. l. 1. ſ. ſi quis teſtam.*

n Hereditatem repudiat, qui dicit ſe nolle adire, v. Mantic 12. *coniect. vlt. volunt.*

o *l. 17 in fin. ſup. ſi quis omiſſa cauſa.*

periculo adire, & reſtitui ſibi velle, cogatur *a* heres inſtitutus à prætore adire, & reſtituere hereditatem. quod ſi fuerit *b* factum, tranſeunt *c* actiones ex Trebelliano, nec *d* quartæ commodo heres in reſtitutione vtetur. nam cùm alieno periculo adierit hereditatem, meritò omni commodo arcebitur. nec intereſt, ſoluendo *e* ſit hereditas, nec ne: ſufficit enim recuſari ab herede inſtituto. neque illud inquiritur, ſoluendo ſit hereditas, an non ſit. opinio enim, vel metus *f*, vel color eius, qui noluit adire hereditatem, inſpicitur, non ſubſtantia hereditatis: nec immeritò. non enim præſcribi heredi inſtituto debet cur metuat hereditatem adire, vel cur nolit: cùm variæ ſint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cumulum, tametſi locuples videatur hereditas, quorundam offenſas, vel inuidiam, quorundam gratificari volentium his, quibus hereditas relicta eſt, ſine onere tamen ſuo.

De hereditate harenarij, vel eius, quæ corpore quæſtum facit.

5. *Mecianus* lib. 6. Fideicommiſſorum.

SEd & qui magna pręditus eſt dignitate vel auctoritate, harenarij, vel eius mulieris, quæ corpore quæſitum fecerit, hereditatem reſtituere cogetur.

De præſentia vel abſentia heredis. 1. De herede inſtituto & aliis ſucceſſoribus 2. De ſuo herede. 3. De fiſco. 4. De municipibus. De collegio. 5. De fideicommiſſaria hereditate ſubſtituto vel legitimo heredi relicta. 6. De loco & die & eo, quod heres dat conditionis implendæ cauſa.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 4. Fideicommiſſorum. ‖

REcuſare autem non tantùm preſentes *g*, ſed etiam abſentes, vel per epiſtolam poſſunt. nam etiam *h* aduerſus abſentes poſtulatur decretum: ſiue certior ſit eorum voluntas, recuſantium adire, & reſtituere hereditatem, ſiue incerta: adeò præſentia *i* eorum *k* non eſt neceſſaria.

1 ¶ Meminiſſe autem oportebit, de herede inſtituto ſenatum loqui *l*. ideóque tractatum eſt apud Iulianum, an inteſtatò locū habeat: ſed eſt verius, eoque iure vtimur, vt hoc ſenatuſconſultum *m* ad inteſtatos *n* quoque pertineat: ſiue legitimi, ſiue honorarij ſint ſucceſſores.

2 ¶ Sed & ad filium, qui in poteſtate eſt, hoc ſenatuſconſultum locum habet; & in cæteris neceſſariis *o*, vt à prætore compellantur *p*, miſcere ſe hereditati, ſic deinde reſtituere. quod ſi fecerint, tranſtuliſſe videbuntur actiones.

3 ¶ Si fiſco *q* vacantia bona deferantur, nec velit bona adgnoſcere, & fideicommiſſario reſtituere: ęquiſſimum erit, quaſi vindicauerit, ſic fiſcum reſtitutionem facere.

4 ¶ Item ſi municipes *r* hereditatem ſuſpectam dicant, heredes inſtituti: dicendum erit, cogi eos adgnoſcere hereditatem, & reſtituere.

¶ Idémque erit & in collegio dicendum.

5 ¶ Titius heres inſtitutus, Sempronio ſubſtituto, rogatus *ſ* eſt ipſi Sempronio hereditatem reſtituere. inſtitutus ſuſpectam dicebat hereditatem. quæritur, an cogendus eſt adire & reſtituere hereditatem, & deliberari poteſt. Sed verius eſt, cogendum eum: quia intereſſe Sempronij poteſt, ex inſtitutione, quàm ex ſubſtitutione hereditatem habere, vel legatis vel libertatibus onerata ſubſtitutione. Nam & ſi legitimus heres fuerit is, cui fideicommiſſaria hereditas relicta eſt, idem dicitur.

6 ¶ Si quis alio loco *t* reſtituere hereditatem iuſſus ſit, & ſuſpectam eam dicat: Iulianus ſcribit, cogendum *u* eum eſſe, ſimilémque ei, qui in diem rogatus eſt reſtituere.

7. *Macianus* ‖ lib. 4. Fideicommiſſorum. ‖

SEd ſciendum eſt impendiorum *x* quoque, quæ ad iter explicandum *y* neceſſaria eſſent rationem haberi debere. nam ſi ita inſtitutus eſſet. (ſi *z*) Titio decem dediſſet: non aliter cogeretur, quàm ſi ei pecūnia offeratur. Sed & ſalutis *a*, ac dignitatis *b* ratio habenda erit. quid enim, ſi morbo adplicitus, Alexandriæ iuſſus fuit adire? vel *c* nomen *d* viſpellionis *e* teſtatoris ferre?

8. *Paulus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum. ‖

DE ætate quoque, & iure (id eſt, liceat ei eò ſire, necne) eſtimabitur.

1. De liberatione. 2. Quid profiteri debet qui ſuſpectam dicit hereditatem 3. De conditione pendente, vel die.

9. *Vlpianus* ‖ libro 4. Fideicommiſſorum. ‖

SEd & ſi alio loco iuſſus eſt adire, & reipub. cauſa abſit *g*: æquè cogendum adire hereditatem, &

a Heres per magiſtratus municipales ex authoritate præſidis, fideicommiſſario poſtulante, hereditatem adire & reſtituere compellitur. *Paul. 4. ſent. 4. §. 2.*

b *al.* non fuerit.

c *l. 28. ſ. de iudic.*

d Legitima priuatur filius ſi hereditatem adire nolit *l. 14. §. 4. l. 2. §. 2. ſ. eo.* v. tamen ad hunc locum Socinum *reg.* 155.

e *l. 9. §. 2. ſ. eod.*

f *l. 45. inſ. eod.*

g *l. 12. l. 95. ſup. de acquir. her. §. vltim. Inſt. de hered. qualit.*

h *v l. 7. §. 1. C. eo.*

i recuſatio tamen neceſſaria eſt.

k i. abſentium.

l *l. 1. ſup. eod.*

m *v. l. 18. ſup. ad l. Falcid. l. 3. C. ad Trebell.*

n Succedentes ab inteſtato, coguntur adire & reſtituere, *v. l. 3. C. eod. §. 10. Inſt. eod.* vbi dixi ad Theophilum.

o Sui coguntur adire & reſtituere.

p imò non compelluntur. arg. *l. 27. §. 3. inſ. eod.*

q Fiſcus cogitur hereditatem adire, & reſtituere, *Bart.* adde *l. 96. §. 1. ſup. de leg. 1.*

r *l. 1. §. 15. ſup. eo.*

ſ adde *l. 27. §. 12. inſ. eod.*

t Eo loco & tempore hereditas reſtituenda (ſi fieri poteſt) quo teſtator iuſſit. *Bart.*

u *ſub.* ſi ea conditione ſit heres, vt non magnum detrimentum aut laborem ſentiat in itinere ſuſcipiendo, & eius profectio ſit admodum vtilis fideicommiſſario. Aliàs in ipſo loco domicilij reſtituere verbo hereditatem poteſt: quæ verbalis reſtitutio ſatis efficax eſt ad omnia iura in fideicōmiſſariū transferenda, vt ſuopte arbitrio, ſuáve authoritate hereditatem alio loco ſuam adeat fideicommiſſarius & ita quoque hunc locum accipis Caſtrenſis.

x *l. 11. inſ. eod.*

y adde *l. 72. ſ. ad l. Falcid.*

z i. ſub conditione, *l. 31. §. 2. l. 63. §. 8. inſ. eod.*

a *l. 8. in fi. ſ. eod.* de exceptione loci non tuti, v. Oldend. c. 17. *de except.* Hanc ob cauſam literæ ſalui conductus peti & impetrari ſolent. b de exceptione loci inhoneſti, v. Oldend. c. 18. *de except.* adde *l. 63. §. 7. inſ eod.*

c Inhoneſtæ conditiones remittuntur. d De conditione nominis ferendi, adde *l. 63. §. 10. inſ. eo. l. 19. in fin. inſr. de donat. Cic. 7. ad Attic. 8. epiſt.* 126. *Sueton. in Iulio Cæſare in fi. Cic. 3. Offic. vbi dr M. Satyro.* adde Paponem titulo de legatis in *Arreſtis.*

e de Viſpellione aliàs dixi.

f Citatus ad locum non tutum, citatus non videtur. Non tutus autem intelligitur, ſi eo accedere citatus non potuit ſine deſcrimine aut periculo, putà vitæ, honoris. adde *Clementinam paſtoralis de re iudicata.*

g nec enim deſideratur heredis præſentia *l. 6. ſuprà eodem l. 13. §. 1. l. 30. infrà eodem.*

reſtituere Iulianus ait, vbi abeſt. 1 ¶ Planè ſi quis petierit *a* ad deliberationem tempus, & impetrauerit *b*, deinde poſt tempus deliberationis adierit & reſtituerit hereditatem: non videtur coactus hoc feciſſe. Nec enim ſuſpectam coactus adit: ſed ſponte poſt deliberationem.

2 ¶ Quòd ſi ſuſpectam dicit, profiteri debet, *non ſibi expedire adire hereditatem*. neque hoc dici oportere, *non eſſe ſoluendo*, ſed profiteri eum oportet, *quod non putat ſibi expedire hereditatem adire.*

3 ¶ Si quis ſub conditione fuit heres ſcriptus, pendente *c* conditione nihil agit, tametſi paratus ſit reſtituere hereditatem.

10. *Gaius* lib. 2. Fideicommiſſorum.

SEd etſi ante diem vel ante conditionem *d* reſtituta ſit hereditas, non transferuntur actiones: quia non ita reſtituitur hereditas, vt teſtator rogauit. planè poſteaquam extiterit conditio, vel dies venerit: ſi ratam habeat reſtitutionem hereditatis: benignius eſt, intelligi tunc translatas videri actiones.

De eo quod heredis intereſt non adire. 1. De tabulis pupillaribus. 2. De abſentia fideicommiſſarij & de eius morte ante hereditatem reſtitutam.

11. *Vlpianus* lib. 4. Fideicommiſſorum.

APud Iulianum relatum eſt, ſi legatum fuit heredi inſtituto relictum, *ſi heres non erit*, & ob hoc ſuſpectam dicat hereditatem ne perdat legatum: offerri ei oportere quantitatem legati à fideicommiſſario: deinde cogendum. nec illud admittit Iulianus, vt quaſi hereditatem non adiſſet, ſic legatum à cohærede petat: adiit *d* enim: ſed magis arbitratur, à fideicommiſſario ei præſtandum. Sed & ſi quid aliud ſua intereſſe dicet: non cogitur adire, niſi *e* ei damnum, vel lucrum à fideicommiſſario ſarciatur: vel à prætore onus remittatur, quod recuſat.

1 ¶ Idem Iulianus ait: ſi duo *f* fuerint à patre inſtituti cum filio eius impubere, & iidem ſubſtituti filio, ſufficere ei, qui fideicommiſſum in ſecundis tabulis accepit, vnum ex hæredibus inſtitutis cogere adire patris hereditatem. hoc enim facto confirmatíſque patris tabulis, poterunt ex ſubſtitutione *g* ambo cogi adire, & reſtituere hereditatem.

2 ¶ Vtrùm autem præſenti, an etiam abſenti reſtitui poſsit, procuratore adeunte prætorem videndum eſt. ego puto, abſenti quoque fideicommiſſario cogi poſſe hæredem inſtitutum adire & reſtituere. nec vereri hæredem oportere, ne fortè in damno moretur. poteſt enim ei per prætorem ſuccurri: ſiue cautum ei fiat, ſiue non, & ante *h* deceſſerit fideicommiſſarius, quàm ei reſtituatur hereditas. eſt enim huius rei exemplum capere ex reſcripto Diui Pij in ſpecie huiuſmodi. Antiſtia decedens Titium heredem inſtituit: & libertatem dedit Albinæ directam: eíque filiam per fideicommiſſum reliquit, rogauitque, vt filiam manumitteret: ſed & Titium rogauit, vt manumiſſæ Albinæ filiæ reſtitueret hæreditatem. cùm igitur Titius ſuſpectam diceret hæreditatem: reſcriptum eſt à Diuo Pio, compellendum eum adire hæreditatem: quo adeunte, Albinæ competituram libertatem, eique filiam tradendam, & ab ea manumittendam, tutorémque filiæ manumiſſę dandum, quo auctore reſtituatur hæreditas filiæ ſtatim *i*, quamuis ſic *k* fuiſſet ei rogatus reſtituere, cùm nubilem ætatem compleſſet: cùm autem poſsit (inquit) euenire, vt ante decedat ea, cui fideicommiſſaria libertas & hæreditas relicta eſt, nec oporteat damno affici eum, qui rogatus adit hereditatem: remedium dedit, vt ſi quid horum contigerit: perinde permittatur venum dari bona Antiſtiæ, ac ſi hæres ei non extitiſſet. Cùm igitur demonſtrauerit Diuus Pius, ſuccurri herede inſtituto, qui compulſus *l* adit: dici poteſt, etiā in cęteris cauſis exemplum hoc ſequendum, ſi cubi venerit, reſtituatur fideicommiſſaria hereditas ei *m*, qui compulit adire, & reſtituere ſibi hæreditatem.

De fideicommiſſo conditionali.

12. *Papinianus* libro 20. Quæſtionum.

SEd cùm ab hærede pro parte inſtituto fideicommiſſa hæreditas ſub conditione relicta eſſet: Imperator Titus Antoninus reſcripſit, non eſſe locum conſtitutioni ſuæ, neque pupillum extra ordinem iuuandum præſertim, ſi nouum beneficium cum alterius iniuria poſtularetur.

1. De præſentia & abſentia heredis. 2. Si quæratur de teſtamento. 3. Vel de viribus fideicommiſſi. 4. Si prætor vel conſul. 5. Vel eius pater ſit heres inſtitutus.

13. *Vlpianus* lib. 4. Fideicommiſſorum.

ILle, à quo ſub *n* conditione fideicommiſſum relictum eſt, cauſari *o* quid non poterit, ne conditio deficiat, & hæreat actionibus: cùm nullum *p* damnum ſit futurum ſecundùm ea quæ oſtendimus.

1 ¶ Iam igitur non deſideratur hæredis præſentia *q*.

2 ¶ Si de teſtamento aliquid quæratur: hæres non debet audiri ſi ſuſpectam ſibi hereditatem dicat. nam & ſi maximè dicatur, vel ius teſtandi non habuiſſe eum, qui teſtatus eſt, vel de viribus teſtamenti, vel de ſua conditione, non erit audiendus.

3 ¶ Quid ergo, ſi de viribus fideicommiſsi tractetur? hæc quæſtio prætermittenda non erit. ſed quid ſi qui fideicommiſſarius dicat? Adeat priùs, & ſic de hoc quęratur? credo, interdum audiendum fideicommiſſarium, ſi cognitio prolixiorem *a* tractatum habeat. finge enim verba fideicommiſsi de longinquo petenda, & iuſtam deliberationem de quantitate fideicommiſsi incidere. dicendum erit compellendum eum adire, ne priùs heres decedens fideicommiſſarium decipiat.

4 ¶ Tempeſtiuum eſt requirere *b*, per quem quis cogatur adire & reſtituere hæreditatem veluti ſi prętor, aut conſul fuerit hæres inſtitutus, ſuſpectámque hæreditatem dicat: an cogi poſsit adire, & reſtituere? &* dicendum eſt, prętorem quidem *c* in prætorem, vel conſulem in conſulem nullum imperium habere. ſed ſi iuriſdictioni ſe ſubiiciant *d*, ſolet prætor in eos ius dicere. ſed & ſi ipſe prętor hęres inſtitutus ſuſpectam dicat, ipſe ſe cogere non poterit: quia triplici *e* officio fungi non *f* poteſt, & ſuſpectam dicentis, & coacti, & cogentis. ſed in his omnibus caſibus atque ſimilibus principale *g* auxilium implorandum eſt.

5 ¶ Si quis filiusfamiliàs *h* ſit, & magiſtratum gerat: patrem ſuum, in cuius eſt poteſtate, cogere poterit, ſuſpectam dicentem hæreditatem adire, & reſtituere.

1. De repudiatione hereditatis. 2. De diſtractione bonorum. 3. De effectu coactæ aditionis. 4. De quartæ retentione. 5. Qui poſſunt cogere heredem adire 6. De fideicommiſſo pecuniario. 7. De hereditate reſtituenda. 8. De familia, pecunia, vniuerſa re, omnibus ſuis, patrimonio facultibus, verbis quidquid habeo, cenſu, fortunis, ſubſtantia, peculio.

14. *Hermogenianus* lib. 14. Fideicommiſſorum.

NAm quod ad ius publicum *i* attinet, non ſequitur ius poteſtatis *k*.

1 ¶ Sed *l* & qui repudiauit *m* hæreditatem, cogetur adire & reſtituere ipſam hæreditatem, ſi iuſtę cauſæ allegentur.

2 ¶ Planè ſi bona venierint *n*, non oportet præceptorem *o*, ne quidem pupillum reſtituere, niſi ex cauſa, vt Diuus Pius reſcripſit.

3 ¶ Si quis compulſus adierit hęreditatem ex teſtamento, quod ſecundas *p* tabulas habebat: quæſitum eſt an *q* per aditionem *r* & tabulæ ſecundę firmarentur: quod videbantur euanuiſſe, non adita patris hęreditate. Et Iulianus lib. 15. ſcribit, & ſequentes *ſ* tabulas confirmari. quæ ſententia veriſsima eſt. nemo enim dubitat, etiam legata pręſtari, & libertates competere, & cętera *t*, quæcunque ſint in teſtamento perinde valere, ac ſi ſua ſponte hęres hæreditatem adiſſet.

4 ¶ Qui compulſus adiit hęreditatem, ſicuti ceteris *u* commodis caret, ita hoc quoque caſu careat, ne poſſit pœnitendo *x* quartam *y* retinere, & ita inuenio ab imperatore noſtro, & Diuo patre eius reſcriptum.

5 ¶ Non *z* omnis autem ſuſpectam hæreditatem repudiatione amiſſam cogere poteſt adiri, & ſibi reſtitui: ſed is *a* demum, ad quem actiones tranſire poſſunt. neque enim ęquum eſt, ad hoc quem compelli adire hæreditatem, vt emolumentum quidem hęreditatis refundat, ipſe verò oneribus hęreditatis obſtrictus relinquatur.

6 ¶ Quare ſi fideicommiſſum pecuniarium alicui fuerit relictum, ceſſat compulſio, tametſi indemnitatis cautio offeratur.

7 ¶ Proinde qui hęreditatem rogatur reſtituere, is demum compellitur reſtituere.

8 ¶ Sed & ſi quis bona rogatus ſit, vel familiam *b*, vel pecuniam *c* rogetur, vel vniuerſam rem meam.

15. *Paulus* lib. 2. Fideicommiſſorum.

VEl omnia ſua:

a v. *l. 9. C. de iure delib.*
b ſolet enim indulgeri tempus ad deliberandum, *l. vlt. §. 13. in fin. C. de iur. delib.*
c *l. 63. §. 7. in fin. inf. eod.*
d Coacta aditio, aditio eſt. Cuius ea vis eſt, vt conditionem legati, ſub ea conditione, *ſi heres non erit*, deficere faciat, *vt hic.* Eadem confirmat tabulas pupillares & alia teſtamento relicta: perinde ac ſi ſpontanea eſſet aditio.
e Adeuntem heredem ſideicommiſſarius *indemnem* ſeruare cogitur: non modò vt ne damnum ſentiat, ſed vt ne lucrum amittat. vnde colligitur, In eo quod intereſt, non tantùm damni, ſed & lucri rationem haberi: vt qui *indemnem* aliquē ſeruare teneatur, id præſtare quoque debeat, vt lucrum non amittat, *l. 7. ſup. eod. l. 27. §. 14. l. 59. verſ. in re autem inſeq. ſ. eo.*
f *l. 17. §. 7. ſ. eo.*
g An hoc innuitur: ſubſtitutionem tacitam vulgarem exigere aditionem ex teſtamento paterno: quaſi ex ea adiri non poſſit hereditas, nec ab ea teſtamentum initium capere vt vult Dynus. An potiùs fideicommiſſarium ſecundis tabulis datum poſſe ac debere poſt mortem pupilli cogere vnum ex inſtitutis in teſtamento paterno, adire ex eo hereditatem: vt ea ratione tabulæ pupillares, vnà cum ipſo fideicommiſſo confirmentur ac tandem etiam cogere omnes ſubſtitutos reſtituere iuſſos, hereditatem pupilli adire, eámque reſtituere: vt Cuneus, Oldradus. Bart. & Caſtrenſis exiſtimant?
h *l. 44. in fin. pr. verſ. quòd ſi fortè. inf. eod.*
i i. ante conditionem, vt dixi *l. 31. l. 50. inf. eod. & l. 10. ſup. eod.*
k *l. 6. in fin. ſ. eo.*
l *l. 14. §. 4. ſ. eod.*
m *l. 61. ſ. eod.*
n *l. 6. in fin. ſ. eod.*
o id eſt, conqueri.
p aliàs, non caperet, *l. 11. ſ. eod.*
q *v. l. 93. ſ. eod.*

a In cauſis ſum… riis non admi… exceptio rei … intereſſe non c… net: ſi vero inte… admittitur: … quirit altiorem… daginem, rele… tur. *Bart.*
b hactenus di… eſt, qui poſſint … adire & reſtitu… Nunc tractatur … perſonis à qu… quis poteſt cogi… re & reſtituere…
c Maior mino… cogere poteſt, … contrà. Par in pa… non habet impe… nec aliquis in ſe… ſum. *Alexand.* … *l. 4. ſ. de recept.*
d *l. 14. ſ. de iu… dict. l. 1. ſ. de iu…*
e Triplici offi… nemo fungi po… adde *l. 9. ſup. pactis.*
f Imò poteſt … *in fi. ſ. eo. l. 3.* … *adoptionibus.*
g id eſt, princi…
h Filiusfam… magiſtratu fun… poteſt cogere … adire & reſtitu…
i vt ſunt ſem… & iudicia vi… men quę nota… *l. 77. ſup. de iur…*
k Publica … tuta pietate pa… potiora ſunt … *ler.* 1. Non tu… parentibus, ſe… patriæ naſcim… *l. §. 15. in fi.* … *ventr. in poſſ.*
l vide Cuia… hunc §. *Inſtit.* … *hered. qualitat.* … *verbis* niſi mino…
m in iure ſcil… repudiatio fit i… re *l. 3. l. 4. C. de* … *pud.* recuſatio … quo modo, *l. 6.* … *l. 95. ſup. de acq… redit.*
n Qui repudia… non cogitur … ſi bona ſint di… cta, tunc enim … non eſt amplius … tegra: vel ſic, E… poſt repudiatio… cogitur quis ad… niſi bona ſint ve… ta *Alexander.* … repudiauit, com… dum adeundi … vtile amiſit, *l.* … 4. *C. de repud.* … poteſt tamen … adire alieno co… modo: hoc eſt, … alteri vtile eſſe p… teſt.

o prætorem. *Hal.* per prætorem. Cuiac. *Inſt. de hered. qualit.* adde quæ ſcripſi ad *l. 11. ſup. teſtamenta quemadm. aperiantur.*
p *l. 12. §. 1. ſup.* …
q Aditione hæreditatis coacta, confirmantur legata, fideicommiſſa, tabulæ pupillares, & cætera omnia.
r *l. 55. §. 2. in princ. inf. eo. l. 4. C. eod. l. 21. l. 38. in fin. ſup. de vulgari.* Quis ille … fideicommiſſarius vniuerſalis cui vel hereditas, vel eius quota, vel res hereditaria relinquitur.
ſ dixi *l. 11. §. 2. inf. eod.*
t *l. 38. in fin ſup. de vulgari.*
u *l. 4. ſup. eod. l. 27. §. 2. ſ. eod.*
x *l. 55. §. 3. ſ. eod. l. 4. in fi. C. eo.*
y Hereditatem qui coactus adiit, pœnitere, hoc eſt vltrò poſtea adire non poteſt, vt tali aditione noua, quartæ beneficium conſequatur.
z Hereditatem adire non quouis petente cogendus eſt heres. nec enim cogitur eam adire niſi petente id fideicommiſſario vniuerſali. Igitur adire non cogitur legatariis vel fideicommiſſariis particularibus petentibus: cùm in eos non ſint onera deſcenſura, ſed commoda tantùm. Periniquum autem eſſet, in legatarios ſola commoda transferri: penes heredem verò inuitum ſola onera.
a Rogatus de reſtituenda re vel quantitate, non poteſt compelli adire. ſecus ſi rogetur de vniuerſitate rerum, vel quotæ, *Bart.*
b id eſt, ſubſtantiam quæ familia dicitur heredis in *l. 38. ſup. ad leg. Falcid.* à Græcis eodem titulo οὐσία τοῦ κληρονόμου appellatur, 31. *Eclog.* 1. *cap.* 36. adde *l. vlt. C. de verb. ſignif.*
c vide *l. 222. ſ. de verb. ſignif.*

1. De

1. *De verbo* peruenire. 2. *De re vel quantitate vel vniuerſitate reſtituenda.* 3. *De rogato reſtituere deducto ære alieno, & legatis.* 4. *De rogato reſtituere partem, vel duobus.* 5. *Si quis rogauerit heredem ſuum reſtituere hereditatem mulieris, quæ ad eum peruenerat, vel totam, vel partem eius.* 6. *De teſtamento militis.* 7. *De duobus heredibus inuicem ſubſtitutis, & fideicommiſſo oneratis.* 8. *Si ex fideicommiſſariis quidam coëgerint.* 10. *De ſeruo duorum.* 11. *Si quis rogetur reſtituere filio ſuo.* 13. *Vel ſeruo ſuo cum libertate* 15. *De herede, qui ſolidum capere non poteſt.* 16. *De ſeruo hereditario.*

16. *Vlpianus* lib. 4. Fideicommiſſorum.

Cogi poterit. ¶ Hoc idem, & ſi *patrimonium* fuerit rogatus, & ſi *facultates*, & ſi *Quidquid habeo*, & ſi *cenſum meum*, & ſi *fortunas meas*, & ſi *ſubſtantiam* a *meam*, & ſi *peculium* b *meum* teſtator dixerit: quia plerique ὑποκοριστικῶς, i. *diminutiuè*, patrimonium ſuum, peculium dicunt c, cogendus erit. de ſucceſsione enim ſua & hic rogauit. Nec ignoro in quibuſdam ex his Mæcianum dubitare, & voluntatis eſſe dicere quæſtionem, vtrum de pecunia tantum, an & de ſucceſsione teſtator ſenſit, in ambiguo d tamen magis de ſucceſsione ſenſum dico, ne e intercidat fideicommiſſum.

1 ¶ Sed & ſi quis ita rogauerit: *Quidquid ad te ex hereditate boniſve* f *meis peruenerit, rogo reſtituas*: cogi poterit adire & reſtituere hereditatem ex Trebelliano ſenatuſconſulto: quanquam *peruenire* g propriè dicatur, quod deductis oneribus ad aliquem peruenit.

2 ¶ Et generaliter autem poteſt dici, ita demum quem non poſſe cogi adire, & reſtituere hæreditatem, ſi de re, vel quantitate h fuerit rogatus. cæterùm ſi de vniuerſitate ſenſiſſe teſtatorem appareat: nulla queſtio eſt, quin, ſiue ſuſpectam dicat, cogi poſsit: ſiue ſponte adit, ex Trebelliano tranſeant actiones.

3 ¶ Inde quæritur, ſi quis hæreditatem rogatus ſit reſtituere, *deducto ære alieno* i, *vel deductis legatis*, an ſuſpectam dicens cogi poſsit adire, & reſtituere hæreditatem: quia vi ipſa magis id quod ſupereſt ex hæreditate, quàm ipſam hæreditatem, reſtituere ſit rogatus: Et ſunt, qui putent, (vt Mæcianus) inutilem hanc deductionem. nec enim poſſe ex iure deduci quantitatem, non magis quàm ſi fundum quis deducto ære alieno, vel deductis legatis reſtituere ſit rogatus. neque enim recipit fundus æris alieni vel legati minutionem. ſed Iulianum exiſtimare refert, Trebelliano ſenatuſconſulto locum eſſe: & ne dupliciter fideicommiſſarius oneretur: & cùm hæres æs alienum vel legatum deducit, & cùm conuenitur à creditoribus & legatariis: reſtituta ſibi ex Trebelliano hæreditate, debere aut deductionem eum non pati ab hærede, aut cauere illi hæredem, defenſum iri eum aduerſus legatarios, cæteroſque.

4 ¶ Si quis hæres inſtitutus, rogatus fuerit hæreditatem non totam, *ſed partem* k *reſtituere*: vel ſi duobus reſtituere ſit rogatus, & alter ex his velit ſibi reſtitui hereditatem, alter recuſet l: ſenatus cenſuit vtroque caſu exonerari eum, qui ſuſpectam hereditatem dicit, totámque hæreditatem tranſire ad eum, qui adire cogit.

5 ¶ Sed & ſi quis non hæreditatis ſuæ partem dimidiam rogauit hæredem ſuum reſtituere, ſed hæreditatem Seiæ quæ ad eum peruenerat vel totam, vel partem eius, hæréſque inſtitutus ſuſpectam dicat, cùm placeat, illud, quod Papinianus ait, ex Trebelliano tranſire *m* actiones: dici poterit, ſi ſuſpecta dicatur hæreditas, cogendum hæredem inſtitutum adire, & reſtituere hæreditatem: totámque hereditatem ad eum, cui reſtituitur, pertinere.

6 ¶ Sed & ſi miles rogauerit *quem res Italicas reſtituere, vel res prouinciales*: dicendum eſt, ſuſpectam dicentem cogi adire, & reſtituere. nam (vt eleganter Mæcianus libro ſexto fideicommiſſorum ait) qua ratione ex certa re *n* miles *o* hæredem inſtituere poteſt, actionéſque ei dabuntur, pari ratione etiam ex Trebelliano tranſibunt actiones: & quamuis placeat, cùm quis hæreditatem bonáque, quæ ſibi ab aliquo obuenerunt, vel quæ in aliqua regione habet reſtituere rogat, ex Trebelliano non tranſeant actiones: tamen contrà reſponderi in militis teſtamento ait. Nam ſicuti conceſſum eſt (inquit) militibus circa inſtitutionem ſeparare ſpecies bonorum: ita & ſi per fideicommiſſum ab inſtitutis hæredibus id fecerit, admitteretur Trebellianum ſenatuſconſultum.

7 ¶ Cùm quidam duos heredes inſtituerit, eóſque inuicem ſubſtituerit, & ab iis petierit, *ſiue vterque, ſiue alter hæres eſſet: vt hæreditas ſua ex parte dimidia reſtitueretur alicui poſt* p *quinquennium*, & ſcripti ſuſpectam ſibi hereditatem dicant: fideicommiſſarius autem deſideret, ſuo periculo adire hereditatem: cenſuit ſenatus, ambos q hæredes alterúmve cogi adire hæreditatem, & fideicommiſſario eam reſtituere: ita vt fideicommiſſario, & aduerſus eum actiones competant, quaſi ex Trebelliano reſtituta hæreditate.

8 ¶ Mæcianus ſcribit: cùm quis ex fideicommiſſariis abeſſet, & præſentes deſiderent, *ſuo periculo adire hæreditatem, tranſlatiſque in ſolidum actionibus in eum qui coëgit*: abſentes, ſi velint fideicommiſſum ſuſcipere, à præſente petent. conſequenter ait nec quartam eum retenturum r aduerſus fideicommiſſarios ſuos: quia nec hæres potuit.

9 ¶ Idem Mecianus quærit, an his, qui duobus vel pluribus rogatus eſt reſtituere hæreditatem, cogente aliquo ſ adire poſsit, & in horum, qui id non deſiderauerunt, portionibus Falcidiæ beneficio vti, ſiue ipſi quoque deſiderent ſibi reſtitui, ſiue alius in locum eorum ſucceſſerit? Et cùm hodie hoc iure vtimur, vt totum tranſeat ad eum, qui coëgit, conſequens erit dicere, quartæ retentionem amiſiſſe eum, qui coactus eſt: quia in ſolidum actiones tranſierint in eum qui coëgit.

¶ Planè ſi proponas, fideicommiſſarium non ita coegiſſe, vt tota hæreditas in ſe transferatur: cùm cœperint cæteri deſiderare, ſibi reſtitui hæreditatem: dicendum, Falcidia eum vti poſſe.

¶ Rectè igitur Mecianus ait, multùm intereſſe, vtrum totam reſtitui hæreditatem ſibi fideicommiſſarius deſiderauerit, an ſuam tantummodò partem. nam ſi ſola pars transfertur, in reſiduo Falcidiæ erit locus. ſi tota hæreditas tranſlata ſit, ceſſat huius legis beneficium.

10 ¶ Si ſeruo duorum rogatus a quis ſit reſtituere hæreditatem, & alter cogere velit ſuſpectam dicentem, alter reſtituere ſibi recuſet. hoc erit dicendum, quod b in duobus, quorum alter ſuſcipere voluit hæreditatem, alter non.

11 ¶ Si pater filio, quem in poteſtate habet rogetur reſtituere hæreditatem, an filius patrem ſuum, ſi ſuſpectam dicat hæreditatem, cogere poſsit? & non eſt dubium, patrem à filio per prętorem cogi poſſe c.

12 ¶ Sed etſi id fideicommiſſum ad caſtrenſe peculium ſpectaturum eſt, & filius familiâs is fuit, qui munus militiæ ſuſtinebat: alióue d quo officio pręerat: multò magis dicendum erit, poſſe eum poſtulare, vt pater ſuus cogatur adire, & reſtituere hæreditatem: quamuis contra obſequium patri debitum videtur id deſideraturus.

13 ¶ Sed ſi ſeruo ſuo rogatus ſit cum libertate quis hæreditatem reſtituere: ſiue directa data ſit libertas, ſiue fideicommiſſaria: dici poterit, eum à ſeruo ſuo non e poſſe cogi adire hæreditatem, quamuis, ſi ſponte adiſſet, cogeretur præſtare fideicommiſſariam libertatem, & hereditatem: idque Mæcianus libro ſeptimo de fideicommiſsis ſcribit.

14 ¶ Idem quęrit, ſi quis paratus ſit domino cauere de indemnitate, an poſsit cogi adire hereditatem, maximè & ſi pretium ſerui offeratur? Et rectè ait, non oportere ſub incerto cautionis committere ſe aditioni hæreditatis.

15 ¶ Hi f, qui ſolidum g capere non poſſunt, ex aſſe heredes inſtituti, & rogati h reſtituere ſolidum, adire hæreditatem, & reſtituere cogentur: cùm i nihil oneris apud eos remanſurum ſit.

16 ¶ Si ego hæres inſtitutus, & rogatus ſim Stichum manumittere, vel alius legatarius: fidei autem meæ commiſſum ſit, vt Titio hæreditatem reſtituam, deinde Titij fidei commiſit, vt Sticho eandem redderet: Stichus cogere me poſsit k adire, & reſtituere hæreditatem.

17 ¶ Talis quoque caſus à Diuo Pio terminatus eſt. nam ſeruo vni ex hæredibus legato, per fideicommiſſum erat ab eo libertas data, & ab l altero hæreditas. Diuus etenim Pius reſcripſit Caſsio Dextro in hæc verba: Hermias ſi Moſco Theodoto ex parte hærede inſtituto à Pamphilo teſtatore legatus eſt, eúmque Theodotus, poſtquam adierit hereditatem, prius quam à cohærede eiuſdem Pamphili adiretur hæreditas, ad iuſtam libertatem perduxit, & ob hoc in eum caſum res perducta eſt, vt is, qui legauit, inteſtatus eſſe non poſsit: Hermia poſtulante (mihi) id Euareſtatus, compellendus eſt periculo eius adire, & ex cauſa fideicommiſsi hæreditatem reſtituere.

De rogato hæredem facere. 1. *De rogato reſtituere hereditatem alterius, cui ſucceſſit.* 2. *De rogato hæredem facere.* 3. *De rogato dare, vel fideicommiſſum relinquere, vel libertatem adſcribere.* 4. *De conditione, ſi ſine liberis deceſſerit.* 6. *De rogato reſtituere filiis ſuis, vel cui ex his voluerit.* 7. *De conditione, ſi ſine liberis deceſſeret.* 8. *De conditione, ſi alieno hærede moriaris.*

17. *Idem* libro ſecundo Fideicommiſſorum.

Ex facto tractatum *m* eſt, an per *n* fideicommiſſum rogari quis poſsit, vt aliquem heredem faciat. & ſenatus cenſuit rogari *o* quidem quem, vt aliquem hæredem faciat, non poſſe: verùm *p* videri per hoc rogaſſe, vt hæreditatem ſuam *q* ei reſtituat: id eſt *r*, quidquid ex hereditate ſua conſecutus eſt, vt ei reſtitueret.

1 ¶ Iulianus quoque libro quadrageſimo Digeſtorum fideicommiſſum tale valere ait: *Fidei tuæ committo, vt hæreditatem Titij reſtituas*: cùm eſſet is, qui rogatus eſt, à Titio hæres inſtitutus.

2 ¶ Non tantùm autem ſi hæredem quem ſcripſero, potero rogare, vt hæredem faciat aliquem: verùm etiam ſi legatum illi, vel quid aliud reliquero. nam hactenus ſ erunt obligati, quatenus quid ad eos peruenit.

3 ¶ Si quis caueret, *Peto, vt illi des*, aut, *illi fideicommiſſum relinquas*, aut, *illi libertatem adſcribas*: admittenda ſunt. nam, cùm in heredum inſtitutione ſenatus cenſuit vtile, de cæteris quoque idem erit accipiendum.

a *adde l. 3. C. de liberis præteritis.*
b Paupertatem ſuam reſtitui ſi teſtator iuſſerit, an & hæreditatem ſuam iuſsiſſe reſtitui intelligendus fuerit? Idem *l. 78. §. 12. ff. eod.*
c Quid ita? olim reditus & cenſus veterum erat in pecore maximè.
d *v. l. 12. ſup. de reb. dub.*
e *d. l. 12.*
f *v. l. 83. ſup. de leg. 3.*
g *v. l. 164. inf. de verb. ſign.*
h *l. 13. circa fin. C. de hæred. inſt.*
i Si aliquis in teſtamento rogatur expreſsè reſtituere *quod ſupereſt à debito & legatis*, tale fideicommiſſum non eſt vniuerſale. *Bart.*
k *§. 2. in fin. Inſt. de fideic. hæred.*
l de recuſanda hæreditate, *v. l. 85 ſup. de adquir. hæred.*
m non tranſire, *vulg. v. Gouean. 2. lect. 2.*
n *al.* excepta re: ex certa re. *Hal. l. 25. §. 1. ſup. famil. erciſc. l. 17. ſup. de teſtam. milit. l. 1. l. 2. C. de re milit.*
o aliud in pagano, *l. 78. ſup. de hered. inſt.*
p Rogatus reſtituere ad diem certam, poteſt interim cogi adire & reſtituere. *Bart.*
q *l. 11. §. 1. ſup. eo. l. 27. §. 5. ff. eod.*
r *l. 28. inf. eod.*
ſ Coactio vnius ex fideicommiſſariis, facit vt hæres amittat quartam vniuerſam, ſi contemplatione totius, non partis coëgit.

a *l. 25. §. 1. ff. eod.*
b Rogatus reſtituere ſeruo plurium, perinde eſt ac ſi eſſet rogatus reſtituere pluribus, *Bart.*
c petita venia, *l. 1. 2. ſup. de in ius voc.* Imò præciſe non eſt cogendus. arg. *l. 19. ff. eod.*
d Quaſi caſtrenſe peculium veteribus non incognitum.
e Imò poteſt dominus ad petitionem ſerui cogi adire, *§. 16. ff. eod.*
f Qui illi orbi vide quæ ſcripſi ad *l. 42. §. de legat. 2. & Vlp. 13.*
g Qui non poteſt ſolidum ſibi capere, is capere poteſt vt alij reſtituat.
h *v. l. 51. ff. de regu. iur.*
i Incapax inſtitui poteſt vt capaci reſtituat, vide Tiraquel. 29. *priuil. piæ cauſæ.*
k Imò, non poteſt. *§. 13. ff. eod.*
l Qui ab vno conſecutus eſt libertatem, poteſt alium cogere adire & reſtituere. *Bart.*
m videtur enim captare alteri hæreditatem.
n vide *l. 76. inf. eodem.*
o *v. l. 71. in fin. ff. de hered. Inſt.*
p & ſic verba directa quę iure directo valere non poſſunt, trahuntur ad fideicommiſſum. *Bartol.*
q teſtatoris ſcilicet. proinde ſi te filio meo ſubſtituero ea ſpe nominatim, quod illum ſis inſtituturus, non valebit inſtitutio: quippe hoc caſu de tua non mea hæreditate reſtituenda agitur.
r Verbuum *ſuum*, ab aliquo prolatum, refertur ad res proferentis.
ſ *l. 1. §. 7. ff. eod.*

4 ¶ Si quis rogatus fuerit, vt, *ſi a ſine* b *liberis deceſſerit, reſtituat hereditatem* c: Papinianus libro octauo Reſponſorum ſcribit, etiam naturalem d filium efficere, vt deficiat conditio: & in libertino, eodem conliberto hoc ſcribit. Mihi autem, quod ad naturales liberos attinet, voluntatis quæſtio videbitur eſſe, de qualibus liberis teſtator ſenſerit. ſed hoc ex dignitate, & ‖ ex ‖ voluntate, & ex conditione eius, qui fideicommiſit, accipiendum erit.

5 ¶ Ex facto tractatum memini. rogauerat quædam mulier filium ſuum, *vt ſi ſine liberis deceſſiſſet, reſtitueret hereditatem fratri ſuo.* is poſtea deportatus, in inſula liberos ſuſceperat. quærebatur igitur, an fideicommiſſi conditio defeciſſet? Nos igitur, hoc dicemus. " conceptos quidem ante deportationem, licèt poſtea edantur, efficere vt conditio deficiat: poſt deportationem e verò ſuſceptos f, quaſi ab alio, non prodeſſe g: maximè cùm etiam bona cum ſua quodammodo cauſa fiſco ſint vindicanda.

6 ¶ Si quis h rogatus fuerit filiis ſuis vel cui ex his voluerit, reſtituere hereditatem: Papinianus libro octauo reſponſorum etiam deportato i ei tribuit eligendi facultatem, cui k liber factus fideicommiſſum reſtitui velit.

¶ Sed ſi ſeruus pœnæ fuerit conſtitutus, nullo ante concepto filio, iam parere conditioni non poterit: deceſſiſſéque ſine liberis videtur. ſed cùm decedit, electionem illam, quam Papinianus deportato dedit, huic dari non oportet.

7 ¶ Si quis autem ſuſceperit quidem filium, verùm viuus amiſerit l: videbitur ſine liberis deceſſiſſe.

¶ Sed ſi naufragio, vel ruina, vel ‖adgreſſu, vel quo alio m modo ſimul cum patre perierit, an conditio defecerit videamus. Et magis non defeciſſe arbitror, quia non eſt verum, filium eius ſuperuixiſſe n. Aut igitur filius ſuperuixit patri, & extinxit conditionem fideicommiſſi: aut non ſuperuixit, & exſtitit conditio. cùm autem quis ante, & quis poſtea deceſſerit, non apparet: extitiſſe conditionem fideicommiſſi magis dicendum eſt.

8 ¶ Si quis ita fideicommiſſum reliquerit, *Fidei tuæ, fili committo, vt ſi alieno herede moriaris, reſtituas Seio hereditatem*: videri eum de liberis o ſenſiſſe Diuus Pius reſcripſit. & ideo, cum quidam ſine liberis decederet, auunculum ab inteſtato bonorum poſſeſſorem habens, exſtitiſſe conditionem fideicommiſſi reſcripſit.

De fructibus. 3. De prælegato.

18. *Idem* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

IN p fideicommiſſaria hæreditatis reſtitutione conſtat non venire fructus q, niſi ex mora r facta eſt, aut cùm quis ſpecialiter ſ fuerit rogatus, & fructus reſtituere.

1 ¶ Planè fructus t in quartam † imputantur, vt eſt ‖ & ‖ reſcriptum.

2 ¶ Quotiens quis rogetur hæreditatem reſtituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hereditatis, fructus autem non hæreditati u, ſed ipſis rebus acceptò feruntur.

3 ¶ Si legatum ſit heredi relictum, & rogatus ſit *portionem hereditatis* reſtituere, id ſolùm non x debere eum reſtituere y, quod à cohærede accepit. cæterùm quod a ſemetipſo ei relictum eſt, in fideicommiſſum cadit. & id Diuus Marcus decreuit.

De rogato dare filio ſuo. 1. De rogato hereditatem partiri. 2. De ſumptu in diſtrahendis, conſeruandiſve rebus facto.

19. *Paulus* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

VBi purè fideicommiſſum datum eſt, ſi adiectum a ſit, *Rogo des filio a tuo, faciáſque vt ad eum perueniat*: reſcriptum eſt, videri in id b tempus dari, quo capere poteſt, id eſt, ſui iuris fiat.

1 ¶ *Te rogo Luci Titij, hereditatem meam cum Attio partiaris* d. ex ſenatuſconſulto Trebelliano in eum cui reſtituta eſt hæreditas, actiones competere Ariſto ait: quia pro hoc accipiendum ſit, *rogo hereditatem illam reſtituas*: nec verba ſpectantur ſenatuſconſulti e, ſed ſententia quibuſcunque verbis: dum teſtator ſenſerit, vt hæreditas ſua reſtituatur.

2 ¶ Qui in diſtrahendis conſeruandíſve rebus hereditariis ſumptus factus eſt, imputari hæredi f deber g.

De relicto ad tempus liberorum.

20 *Vlpianus* ‖ lib. 19. ad Sabinum. ‖

SEd & ſi ad tempus liberorum fuerit legatum relictum, & is vxore prægnante h deceſſerit, ad hæredem ſuum transferat legatum.

De quartæ retentione per errorem omiſſa.

21. *Pomponius* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

HEres, cùm debuerat quartam retinere i totam hæreditatem reſtituit, ‖nec cauit k ſibi ſtipulatione propoſita. ſimilem eum eſſe Ariſto ait illis qui retentiones, quas ſolas habent omittunt: ſed poſſe l eum rerum hereditariarum poſſeſſionem vel repetere m, vel nanciſci n: & aduerſus agentem o doli mali exceptione vti poſſe eum, & debitoribus denuntiare, ne ſolueretur.

De iuſſo reſtituere filiofam. poſt mortem patris. 1. De ſeruis quibus libertas & fideicommiſſum relictum eſt. 2. De fructibus ante reſtitutionem perceptis, 3. De rerum periculo. De culpa hæredis. De ſumptu in res hereditarias facto. 4. De dote. 5. Si quis hereditatem non quaſi hæres reſtituere rogetur.

22. *Vlpianus* ‖ lib. 5. Diſputationum. ‖

MVlier quæ duobus filius in poteſtate patris relictis alij nupſerat, poſteriorem maritum heredem inſtituit, eúmque rogauit liberis ſuis, poſt mortem patris eorum, hæreditatem ſuam reſtituere, vel ei, qui eorum ſupereſſet. eiſdem emancipatis à patre ſuo vitricus reſtituiſſe hæreditatem dicebatur: mox alter ex filiis viuo patre deceſſiſſe. quærebatur, an is, qui ſupererat ex filiis, partem fratri ſuo reſtitutam petere poſſit, quaſi præmaturè datam. Scæuola Diuum Marcum in auditorio p, de huiuſmodi ſpecie iudicaſſe refert. Braſidas quidem Lacedæmonius, vir prætorius, cùm filiis ſuis ab vxore diuortio ſeparata, ſi morte q patris ſui iuris fuiſſent effecti, fideicommiſſum relictum eſſet, eos emancipauerat r. poſt emancipationem fideicommiſſum petebant. decreuiſſe igitur Diuum Marcum refert, fideicommiſſum eis repræſtandum ſ, intellecta matris voluntate, quæ, quia non crediderat t patrem eos emancipaturum diſtulerat in mortem eius, fideicommiſſum, non dilatura id in mortalitatem, ſi eum emancipaturum ſperaſſet. Secundùm hæc dicebam, & in propoſita quæſtione decretum Diui Marci eſſe trahendum, & rectè fideicommiſſum vtriſque ſolutum.

1 ¶ Non eſt dubitatum, cogi u poſſe hæredem inſtitutum adire, & reſtituere hæreditatem ſeruis, ſiue directa, ſiue fideicommiſſaria libertas eis data fuiſſet: cùm aſpernari hæres non deberet perſonam cogentis. habet enim hic quoque aditum, vt qui nondum petere fideicommiſſariam libertatem poſſit, nec directam ſibi vindicare x, propter ſpem tamen libertatis & hæreditatis, aditum ad prætorem & per ſe habeat.

2 ¶ Si hæres poſt multum temporis reſtituat, cùm præſenti die fideicommiſſum ſit, deducta quarta reſtituet. fructus y enim qui percepti ſunt, negligentia petentis, non iudicio defuncti percepti videntur.

¶ Alia cauſa eſt, ſi ſub conditione, vel in diem rogatus fuerit. tunc enim quod percipitur, ſummouet Falcidiam, ſi tantum fuerit, quantum quartam facit, & quartæ z fructus. nam fructus a qui medio tempore percepti ſunt, ex iudicio teſtantis percepti videntur.

3 ¶ Sed enim ſi quis rogetur reſtituere hæreditatẽ, & vel ſerui deceſſerint, vel aliæ res perierint, placet non cogi eum reddere, quod non habet. culpæ b planè

a[?] demus, hæc verba à teſtatore non uiſſe prolata, num iuſſus hæreditatem alteri reſtituere poſt mortem ſuam, poſt ſuſceptos liberos eam cogetur reſtituere? Minimè. cur ita? *v. l. 202. ſ. de cond. & demonſtrat.*
b *v. l. 148. j. de ver. ſign.*
c Mutetur ſpecies facti. demus, patri & eius liberis ius emphyteuſeos & fundi contractus adquiſitum, num ad naturales porrigetur? *vide hic Bart.*
d Naturales liberi efficiunt vt fideicommiſſi conditio deficiat: & ſic filius naturalis excludit ſubſtitutum. *Bartol.* multò magis legitimus, *l. 30. C. de fideicom.* etiam ſi plures non ſint nati, ſed vnus. *l. 148. j. de verb ſignif.* non idem in adoptiuo, *l. 51. in fin. ſup. de leg. 2.* & ſpurio. *Nou. 89. c. vltim. Auth. ex complexu. C. de inceſt.* Porrò huius legis ſententiam reſtringit Ripa octo modis, adde *l. generaliter 6. § cum autem. Cod. de inſt. & ſubſt.* adde Duenaſium regula *Filij naturales* 352. *
e Quid ſi poſt bannimentum & exilium patris? *Bart.* putat ita natos efficere, vt deficiat conditio fideicommiſſi vt ita præferantur ſubſtituto.
f i. conceptos. *v. Cuiac.* 13. *obſ.* 25.
g ſunt tamen legitimi, quia matrimonium durat. *l. 1. C. de repudijs.* non tamen naſcuntur in poteſtate patris. nam per deportationem pater amittit ea quæ ſunt iuris ciuilis, ideóque & patriam poteſtatem, *l. 17. in fin. j. de pœnis.* atque ita caſus eſt, in quo quis eſt legitimus filius, non tamen in poteſtate. h *v. Cuiac. in hunc § 3. obſ.* 10. i Deportatione (ſecus eſt in damnatione ad metallum) non perditur ius eligendi fideicommiſſum. *Bart.* k cui liberorum fideicommiſſum reſtitui velit. *Cuiac* 3. *obſ.* 10. l Conditio. *Si deceſſerit ſine liberis*, intelligitur de ſuperuiuentibus ac ſuperſtitibus relictis: & ideo ſi liberi ante rogatum, vel ſimul cum eo moriuntur, non faciunt conditionem fideicommiſſi deficere. *Bart.* m An bello? minimè, *v. l. 9. § 1. ſ. de reb. dub.* n *l. 23. ſup. de rebus dubiis.*
o Conditio. *Si ſine herede deceſſerit*, intelligitur de liberis. Sine herede hic moritur, qui moritur ſine liberis p 5. *Harm.* 8. § 76. Senſus eſt: Iuſſus hæreditatem reſtituere nulla mentione facta fructuum, fructus non reſtituit. Cur? *v. § 2. j. eod.* Caſus duos excipe de quibus hic *in verſiculo niſi*. adde & niſi dixero: quidquid ad te peruenerit. vel quantacunque pecunia ad te peruenerit, reſtituito *l. 32. § 33. j. eo.* vel peculium equitiumve reſtituito: his enim caſibus hæres fructus etiam reſtituere cogitur, *l. 3. ſ. de inſtructo.* & priore quidem caſu propter verba geminata. *Bart.* ſecundò, propter nomen collectiuum. *Alberic.* licèt tamen fructus regulariter hæres non reſtituat, eos tamen in quartam ſuam imputat § 1. j. eod.
q immaturo: ſecus in maturis *l. 9. ſup. ad l. Falc.* r *l. 23. ſup. de leg. 1.* & ſic actio ex teſtamento ſecundum naturam actionis bonæ fidei, non ſtricti iuris regitur: quia fructus non veniunt hic reſtituendi à die litis conteſtatæ, ſed à die moræ. Et ſic hæc actio (quantum ad fructus, vſuras, & intereſſe) ſeruat naturam actionis bonæ fidei. *Rip.*
ſ *l. 63. § 3. j. eod.* t eo præſertim caſu, vbi mora eſt commiſſa, *l. 38. § 5. j. eo. l. 73. ſup. ad l. Falc.* Trebellianicam ſc. An & in Falcidiam? Minimè, *l. 30. ſ. ad l. Falc.* Cur? *v. l. 91. ſup. ad Falc.* Vide *Bart.* An & in quartam iure naturæ debitam? Minimè *v. l. ſcimus 36. verſ. repetitionem. C. de inofficioſo.* u *v. l. 23. ſup. de leg. 1. l. 83. ſup. de leg. 3.* x Imo quod fideicommiſſo grauatus accipit à coherede cogitur id reſtituere, *l. 24. C. familiæ.* Dic cogi, ſi ſupra quartam Trebellianicam habeat *d. l. 24.* ſecus ſi minus, *vt hic.* idem eſt in lege Falcidia, *l. 22. l. 91. ſup. ad Falc.*
y Prælegata non cadunt in fidei commiſſum hæreditatis, niſi proportione grauati, quia prælegata non veniunt appellatione hæreditatis. *Ripenſis.*

l. 75. § 1. j. eo[d.]
b Fideicommiſſum à patre relictum [...] let, & intelligitur delatum in tempore quo filius ſui iuris erit, *l. 50. j. eod.*
c & ſic præcisè [...] ter non cogitur [...] filio. Imò cogitur *l. 16. § 11. § 12. j. eod.*
d Ex ſententia ſenatuſconſulti tranſeunt actiones, in eum cum [...] hæres iuſſus eſt hæreditatem parti[...]
e fideicommiſ[...] Antonius Faber [...] *coniectur.* 8. [...] hunc locum emendat. Putat autem errorem natum [...] ſe vitio notarij [...] exſcriptoris, qui F. C. fecit ſenatuſconſulti, pro fideicommiſſi.
f Imò heredi [...] imputantur [...] ptus in expli[...] dis venditio[...] factj, *l. 72. [...] leg. Falcid.* [...] Hæredi, id eſt [...] deicommiſſari[...]
g *l. 22. § 3. [...] eod l. 58. ſup. [...] gat. 1. l. 32. § [...] de vſufru. leg. [...] ſup. de vſufr. quemadmod. [...] l. 72. ſ. ad l. F[alc.]*
h *v. l. 18. j. [...] dies legat.*
i Retentio [...] quartæ ex fideicommiſſis, ſenatuſconſulto Pegaſiano [...] Nam quod i[...] tis lex Falcidia [...] idem in fideicommiſſis Pegaſianum ſubſequitur, [...] quia. *Inſt. de [...] hæredit.*
k *v. l. 1. ſup. [...] plus quàm p[...]*
l *l. 1. § 11. [...] ad l. Falcid. [...] § 2. ſup. de leg.*
m *l. 40. § 1 [...] cond. indeb.* [...] condictione [...] ti: Idque Sabinianorum ſententia [...] vt ſit ſenſus [...] redem qui [...] dam hæredi[...] reſtituerit [...] ram, poſſe[...] repetere condictione incerti. [...] quod in *l. 1. [...] gatarim. ſup. [...] Falcid.* de condictione indebiti [...] gitur, de condictione incerti [...] gendum, non [...] Igitur incerti condictione repeti[...] res id quod re[...]

poteſt. n ex ſententia Proculi. Omiſſæ namque cautionis Proculiani dabant [...] dicationem. o vide quæ ſcripſi ad *l. 22. ſup. ad leg. Falcid.* p *ſub.* princ[...] *l. 18. § 1. ſup. de minor. adde l. 41. ſup. de rebus creditis.*
q Vt morte, ita emancipatione pater poteſtatem amittit. ideóque fideicommiſſum ſuſcepturus, quo caſu morte patris fiet ſui iuris fideicommiſſum, accipit, [...] caſu à patre emancipabitur. r Emancipare filium, & illi mori, quoad patriam poteſtatem, paria ſunt, *l. 44. ſup. de iur. dot.* ſ repræſentandum. *v. Cuiac. 3. obſ.* 15. à qua emendatione diſcedit 13. *obſer.* 35. Repræſentare, eſt præmaturè dare [...] præſtare, eſt rem præſtare, *v. l. 6. ſup. quod cum eo.* Diſpoſitio teſtatoris, legis lator[is] ſtatuti, collata in vnum caſum, habetur pro diſpoſita & deciſa in caſu omiſſo, [...] (ſi caſum præuidiſſet) teſtator vel legiſlator prouiſurus fuiſſet, *l. 140. in fin ſup. [de verb. ob.] pactu, l. 102. ſup. de cond. & demonſtr.* u *l. 51. l. 52. inf. eod. l. 13. ſup. de [...] l. 83. in fi. ſup. de hered inſtit. adde Ariſtotel. Ethic.* 10.
x *v. Paul. 4. ſent. 1. § 18.* y *vide Socin. regul.* 172.
z Fructus quartæ reſtituendi, *l. 3. C. eod l. 15. § 6. ſup. ad leg. Falcid.*
a vide quæ ſcripſi ad *l. 51. inf. de regul. iur.*
q Hæres tenetur de dolo, & lata culpa dolo proxima.

reddere

reddere rationem,ſed eius quę dolo proxima eſt. & ita Neratius libro primo Reſponſorum ſcribit.

¶ Sed‖&‖ſi,cùm diſtrahere deberet, non fecit, lata culpa, non leui,& rebus ſuis conſueta *a* negligentia: huiuſmodi rei rationem reddet.

¶ Sed & ſi ędes vſtę ſunt culpa eius,reddet rationẽ.

¶ Preterea ſi qui partus extant,& partuum partus: quia in fructibus hi non habentur.

¶ Sed & ipſe,ſi quem ſumptum *b* fecit in res hęreditarias, detrahet.

¶ Quod ſi ſine facto eius, prolixitate temporis ędes vſu ęquiſitę ſint: ęquiſsimum erit, nihil eum pręſtare, cum culpa careat.

4 ¶ Cùm proponeretur quidam filiam ſuam hęredem inſtituiſſe, & rogaſſe eam, *vt ſi ſine liberis deceſsiſſet, hereditatem Titio reſtitueret*, eáque dotem marito dediſſe certę quantitatis,mox decedens ſine liberis, hęredem inſtituiſſe maritum ſuum,& quęreretur,an dos *c* detrahi poſsit? Dixi,non poſſe dici in euerſionem fideicommiſsi factum,quod & mulieris pudicitię,& patris voto *d* congruebat:quare dicendum eſt,dotem decedere,ac ſi, quod ſuperfuiſſet, rogata eſſet reſtituere. quòd ſi tantos fructus ex hęreditate mulier percepit, vt inde potuerit *e* doti ſatisfieri: dicendum eſt, potiùs *f* fructibus hoc expenſum ferendum † quàm fideicommiſſo.

5 ¶ Vt Trebelliano locus *g* eſſet,non ſufficit de hęreditate rogatum eſſe, ſed quaſi *h* hęredem rogari oportet. Denique ſi cui portio hęreditatis fuerit legata,(legari *i* enim poſſe etiam portionem hęreditatis, placet nobis)rogatúſque *k* fuerit hanc partem reſtituere,dubio procul non fiet reſtitutio ex ſenatuſconſulto. ideóque nec *l* quarta retinetur.

De hæreditate reſtituenda à cohæredibus.

23.*Iulianus*‖libro 39.Digeſtorum.‖

QVotiens paterfamilias vnum vel duos hęredes cohæredibus ſuis reſtituere hæreditatem iubet, intelligitur eaſdem partes in fideicommiſsis facere,quas *m* in hęreditate diſtribuenda fecerit.

¶ Sed ſi iubeantur hi,quibus fideicommiſſum datur, pecuniam numerare,atque ita fideicommiſſa recipere ex quantitate pecunię, quam dare iubentur, voluntas colligenda eſt patrisfamilias. Nam ſi ex diſparibus partibus hęredes ſcripti ęquas *n* partes dare iubentur, propius eſt vt viriles recipere debeant. ſi vero ſumma pecunię dandę congruit portionibus,hęreditarias portiones accipere debebunt.

24.*Papinianus*‖libro 15. Quæſtionum.

NOnnunquam autem ex voluntate *o* variè reſcriptum & iudicatum eſt:videlicet ſi non ſub appellatione hæredum,ſed propriis *p* nominibus expreſsis fideicommiſſum relinquatur.

De rogato reſtituere filio teſtatoris,aut ſi prius quid ei acciderit,matri eius. 1. De fideicommiſſo relicto hæredi à domino eius. 2. De codicillis poſt mortem hæredis aperiendis.

25.*Iulianus*‖libro 39. Digeſtorum.‖

QVidam ita teſtamento ſcripſerat, *A te,hæres,peto, fideique tua committo,vt quidquid ex hæreditate mea ad te peruenerit, filio meo prima quaque die q,aut ſi prius r quid ei acciderit,matri eius des,reddas.* quęritur,cum, antequam adeatur hæreditas,puer deceſſerit, an fideicommiſſum matri debeatur? Reſpondi,ſi puer,antequam dies fidei commiſsi cedat, deceſsiſſet, fideicommiſſum tranſlatum eſſe ad matrem:poſtea autem quàm dies fideicommiſsi cedit,ſi deceſſerit, ad hęredem pueri fideicommiſſum pertinere. Sed an ea voluntas fuit patrisfamiliàs, vt ſi ante reſtitutum fideicommiſſum puer deceſsiſſet, matri potius quàm hæredibus pręſtaretur: prętor ęſtimabit ex perſona *ſ* matris, & ex perſona hęredis pueri. *Marcellus*: Sed teſtatoris voluntati congruum eſt, quandocunque puer deceſſerit, ſiue antequam dies fideicommiſsi cedit,ſiue poſtea,ad matrem transferri fideicommiſſum,ſi non iam puer hoc acceperit.eóque iure vtimur.

1 ¶ Si ſeruo hęrede ſcripto, dominus rogatus eſt eidem *t* ſeruo reſtituere hęreditatem, cùm liber eſſet: vtile *u* fideicommiſſum eſt.

2 ¶ Si quis filium ſuum ex aſſe hęredem inſtituit, & codicillis, quos poſt mortem filij aperiri iuſsit, fidei eius commiſit,vt, *ſi ſine liberis deceſſerit, hereditatem ſuam ſorori ſuæ reſtitueret*,& filius,cùm ſciret,quod in codicillis ſcriptum eſſet, Stichum ſeruum hęreditarium teſtamento ſuo liberum *x* eſſe iuſsit:hęredes filij pretium eius ſerui ſorori defuncti pręſtare debent, libertate *y* fauore ſui ſeruata:hoc amplius, etſi *z* ignoraſſet filius codicillos à patre factos, nihilominus hæredes eius pretium pręſtare debebunt,ne factum cuiuſquam alteri damnum adferat.

3 ¶ Sed & ſi ſeruus iſte à Sempronio hęres inſtitutus ſit, eamque hęreditatem,poſteaquam ex teſtamento fratris ad libertatem peruenerat,adierit: hęreditatis quoque æſtimationem hęredes fratris ſorori eius præſtare debent: quia,ſi manumiſſus non eſſet, iuſſu mulieris adire eam potuiſſet:ſi verò viuente filio Sempronius deceſſerit, hęreditas in cauſa fideicommiſsi non deduceretur: quippe ab ipſo filio adire iuſſus hæreditatem, ei adquireret.

a Conſueta in ſuis rebus negligentia,in alienis rebus adhibita,punitur, *l. 24. §.5 in fin. ſ. ſolutæ.*
b *l.19.in fin.ſ. eod.*
c *Nou.39.c.1.*
d & officio, *v.l.19. ſup.de ritu.*
e *al.* poſſit.
f hinc colligitur, Patrem non teneri dotare filiam, quoties ea habet vnde dotari poſsit. *v. l. 19.ſup.de ritu.*
† hoc abrogatum, *l.6.Cod.eo.*
g *al.* ſit.
h adde *l.92.ſup.ad l.Falcid.*
i Portio hæreditatis legari poteſt.
k poteſt enim rogari, *l.1.§.8. ſ.eod. §.11.Inſt. de fideic. hered. & tit. de ſingulis rebus per fideic. in princ.*
l *l.1.§.17.in fi.l. 18.ſ.eod.l.63.§.11. j.eod.l. 47. ſup. ad leg.Falcid.*
m Repetitæ in fideicommiſſo portiones videntur, quę in inſtitutione fuerunt adpoſitæ, niſi ex onere adpoſito, vel propriorum nominum adiectione inducatur aliud *l.78. §.4.j.eod.*
n *l.7.in fin.ſ.de reb. dubiis.*
o id eſt,ex præſumptione voluntatis.
p *l.54.in fin. ſup. de legat.1.*
q *l. 3 ſup. de adimendis.*
r quàm reſtituas ſc. non priuſquam ceſſerit dies fideicommiſsi:vox enim *priùs*, hic ambigua eſt.
ſ vide quæ ſcripſi ad *l. 12. §.4. ſ. de vſu.*
t *l.16.§.10.ſ.eo.*
u Valet fideicommiſſum, per quod cogitur dominus reſtituere ſeruo inſtituto, *Bart.*
x Seruo reſtitutioni obnoxio libertas dari poteſt: is tamen qui tali ſeruo libertatem confert, eius æſtimationem præſtare cogitur.
y Libertas fideicommiſſario ſeruo data valet, *vt hic. l.70.§.1.j.eo.*ſeruo legato data non valet:vide quæ ſcripſi ad *l.11.j.de manumiſſ.*
z *l.91.§.2. inf. de verb. obl. v.l.63.ſ. de legat.2.*

De ciuitatibus & municipibus.

26.*Paulus*‖lib.ſingulari de Senatuſconſultis.‖

OMnibus ciuitatibus *a* quę ſub *b* imperio populi Romani ſunt,reſtitui debere & poſſe hæreditatem fideicommiſſam, Apronianum *c* ſenatuſconſultum iubet. Sed & actiones in eas placuit ex Trebelliano transferri. Sed *d* municipes ad eas admittuntur.

1. De eo quod ſeruus hæreditarius acquiſiuit. 2. Quid reſtituendum ab eo qui coactus adiit. 3. De ſuo hærede. 4. De fideicommiſſo relicto in tabulis pupillaribus. 6. De bonorum poſſeſſ. contra tabulas 7. De actionibus intentandis, vel ſuſcipiendis. 8. Si quis roget ſuam hæreditatem. 9. Vel aliam. 10. Vel ſuam & aliam reſtitui. 11. Si hæres qui retineat,vel debitor defuncti fuerit. De iudicio fam. erciſc. inter hæredem & fideicommiſſarium. 12. De fideicommiſſo relicto filio qui poteſt petere bonorum poſſeſſ.contra tabulas. 13. De patrono. 14. De rebus percipiendis. 15. De legato ſub conditione. Si hæres non erit. 16. De ſemiſſe purè & altero ſemiſſe,cùm hæres morietur,reſtituendo,& de legatis. 17. De rogato ſeruos ſuos manumittere, & eiſdem hæreditatem reſtituere.

27.*Iulianus*‖libro 40. Digeſtorum.‖

ITa tamen, vt hi *e*, quibus reſtituetur hæreditas, actorem eligant, & ad agendum, & ad excipiendas actiones.

1 ¶ Si ſeruum hæreditarium hæres,qui coactus adierit, iuſsiſſet adire hæreditatem ab alio eidem ſeruo relictam,& tunc hęreditatem,quam ſuſpectam ſibi eſſe dixerat, reſtituerit, an etiam eam hæreditatem, quæ per ſeruum adquiſita eſſet,reſtituere deberet,quęſitum eſt? Dixi,non mag s hanc hæreditatem in reſtitutionem venire, quàm quod ſeruus hæreditarius poſt aditam hæreditatem ſtipulatus fuiſſet,& per traditionem accepiſſet: aut fructus,qui ex rebus hæreditariis percepti fuiſſent,vtique ſi nulla mora *f* fideicommiſſo facta fuiſſet. ſed ſi *g* quid ante *h* aditam hæreditatem ſeruus ſtipulatus fuiſſet, aut per traditionem accepiſſet,id reſtitui debebit,ſicut fructus † ante aditam hæreditatem in reſtitutionem venient.

2 ¶ Qui ſuſpectam ſibi hæreditatem dicit,nullum *i* commodum ex teſtamento conſequetur, quod habiturus non eſſet, ſi hæres inſtitutus non fuiſſet, aut non adiiſſet. & ideo ſi pupillo ſubſtitutus fuerit ita, *Quiſquis mihi heres erit,idem filio meo heres eſto*: hæreditatem,quæ ex ſubſtitutione *k* ad eum peruenerit, reſtituere cogendus erit. ſi verò detracto hoc articulo, *Quiſquis mihi hæres erit*,ſubſtitutus ita fuerit, *Titius filio meo hæres eſto*:tum ſi ſolus patri hæres exſtiterit, nihilominùs cogendus erit hæreditatem pupilli reſtituere: ſi verò cohæredem habuerit, retinebit *l* pupilli hæreditatem, quia potuit,coherede adeunte, quamuis ipſe patris omiſiſſet hæreditatem, ex ſubſtitutione adire.

3 ¶ Si pater filium,quem in poteſtate habebat,hæredem ſcripſerit,& ab eo petierit vt hereditatem Sempronio reſtitueret,iſque ſuſpectam ſibi eſſe dicet: poterit ex Trebelliano ſenatuſconſulto hæreditas reſtitui. quare etſi non immiſcuerit ſe hereditati,nihilominùs actiones *m*,quæ ei,& in eum competebant, ad Sempronium transferentur.

4 ¶ A patre heres ſcriptus, & exheredato filio ſubſtitutus,ſi rogatus fuerit hereditatem, quæ ad eum ex ſubſtitutione peruenerit, Titio reſtituere, cogendus non eſt viuo pupillo patris hereditatem adire: primùm, quia ſub conditione *n* fideicommiſſum datum eſt: deinde, quia *o* non probè de hereditate viuentis pueri aget, mortuo autem pupillo, compelli *p* debet hereditatem patris adire.

5 ¶ Quòd ſi duo hæredes à patre inſtituti fuerint,& vtriuſque fideicommiſſum ſit,vt exheredati filij hereditatem reſtituerent, ſatis erit vel vnum cogi adire, hoc enim facto etiam is, qui patris hereditatem non adit,filij hereditatem adire & reſtituere cogetur.

6 ¶ Quotiens filius emancipatus bonorum poſſeſſionem contra tabulas accipit nulla ratio eſt compellendi heredis ad reſtituendam hereditatem. & ſicut neque legata,neque fideicommiſſa cætera prœſtare cogitur,ita ne ad reſtitutionem quidem herêditatis compelli debet. *Marcellus*: Planè *q* non eſt compellendus adire,ſi *r* iam filius bonorum poſſeſsionem accepit,ne intercidat fideicommiſſum,mortuo herede inſtituto, & omiſſa à filio bonorum poſſeſsione.

7 ¶ Qui ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditatem reſtituit, ſiue petat à debitoribus hereditariis, ſiue ab eo *ſ* petatur: exceptione reſtitutæ hereditatis adiuuari, vel ſummoueri poteſt. actiones *t* autem fideicommiſſario competunt, quas habuit heres eo tempore, quo fideicommiſſum reſtituebat. *Marcellus*: Sed eas quoque actiones, quæ ſub conditione erant,& quarum dies eo tempore non ceſſerat, fideicommiſſario competere placet. Sed antequam *u* reſtitueretur hæreditas, exceptione aliqua heres

a *l.122.j.de leg.1.* adde *l. 26. ſup. de negotiis*: *Vlp.24.§. 28. l.3.in fin. C. de ſponſalib.* & collegiis licitis, *v.l.8. C. de hæredibus inſtit.*
b hinc colligere poſsis, Ad exteras ciuitates non tranſmitti ius fideicommiſsi.
c Apronianum ſenatuſconſultum factum eſt temporib. Diui Marci. adde Vlpian. 21. §. 5. *in fin.*
d *al.* ſed &.
e puta ſyndici. *l.1. l.6 ſ. quod cuiuſque.* alias quidam legunt: *vt his.*
f Fructus percepti negligentia non petentis, non reſtituuntur etiam ab hærede coacto, *Bart.*
g Fructus ex rebus hæreditariis percepti, non ſunt fideicommiſſarij, ſed percepti ante aditam heredicatem, v. Manticam *7. de coniectur.10.*
h Quæſita iacente hereditate, veniunt in reſtitutionem *Bart.*
† Fructus ante aditam hereditatem percepti, hereditatem augent.
i Qui adit coactus, commodum ex hereditate conſequi non debet §. 14. j. *eod.l.4.l.14.§.4. ſ. eod.l.55.§.3. j. eod. l.22.ſup.de vulgari.*
k Quod quis habet ex ſubſtitutione pupillari, non venit in fideicommiſſum, niſi coactus adierit, *Bart.* adde *l.12.ſ.de vulgari.*
l Imò, non retinebit. *l.10.§.2.ſ. de vulgari.*
m Sui hæredis exiſtentia fideicommiſſum confirmat, vt per reſtitutionem transeant actiones, *Bart.l.27.§.2. ſup. de vulgari.*
n quaſi filius ante pubertatis annos vita deceſſerit.
o Viuentis de hereditate non probè agitur.
p Propter fideicommiſſum relictum in ſecundis tabulis, cogitur quis adire ex primis, mortuo demum pupillo. *Bart.*
q Planè compellendus eſt a iure. *Petr. Fab. apud Cuiac. 3. obſ.6.* reprehenſus à Roberto *2.recept.15.*
r ſi non iam filius. *Petr. Fab. ib.* vt ſit ſenſus. Quemadmodum ſubſtitutus aut legitimus per heredem ſcriptum cogitur vt adeat & reſtituat: ita præteritus, ſi non iam bonorum poſſeſsionem contra tabulas acceperit, *Cuiac. ibid.*
ſ *l.49.j. eodem.*
t *l.vltim. §.1.j. de fideicomm. libert.*
u Remedia Trebelliani ſenatuſconſulti habent locum poſt reſtitutionem: ſecus antequam reſtituatur hereditas, *Bart.*

adiuuandus non eſt: cum hoc minus ex cauſa fideicommiſſi reſtituturus ſit.

8 ¶ Trebellianum ſenatuſconſultum locum habet, quoties quis ſuam hęreditatem vel totam *a*, vel pro parte *b*, fidei hæredis committit.

9 ¶ Quare ſi Mæuius te heredem inſtituerit, & rogauerit *c*, *vt hereditatem Titij reſtituas*. túque hereditatem Mæuij adieris: perinde à te fideicommiſſum petetur, ac ſi fundum, qui tibi à Titio legatus eſſet, reſtituere rogatus fuiſſes: ideóque ‖ & ‖ ſi ſuſpectam Mæuij hereditatem dixeris, cogi te non oportet eam adire.

10 ¶ Quòd ſi Mæuius te rogauerit, *& ſuam hereditatem & Titianam reſtituere*, túque ſponte adieris hereditatem: vteris legis Falcidiæ commodo, & partem quartam Mæuianæ hereditatis retinebis, dimidiam & quartam ex fideicommiſſo reſtitues: nec intererit, eidem vtramque hæreditatem, an alij Mæuianam, alij Titianam rogatus fueris reſtituere. ſed ſi ſuſpectam Mæuianam hereditatem dixeris, cogeris eam adire, & reſtituere ei cui rogatus fueris. is autem, cui Titianam hereditatem reſtituere rogatus fueris, non poterit te compellere ad adeundum.

11 ¶ Si ex Trebelliano hereditatem reſtituit heres, & fructus prædiorum retinet *d*, vel ipſa prædia, ſiue etiam debitor eius, qui teſtamentum fecit, fuerit neceſſarium eſt, actionem aduerſus eum fideicommiſſario dari. *Marcellus*: Hoc idem neceſſariò faciendum eſt. cùm, parte *e* hereditatis reſtituta, familiæ erciſcundæ iudicium inter eum, qui reſtituit hereditatem, & qui receperit, accipietur.

12 ¶ Qui rogatus eſt *emancipato filio reſtituere hereditatem*, cogi debet adire, & reſtituere: quamuis *f* filius contra *g* tabulas bonorum poſſeſsionem accipere poſsit.

13 ¶ Si patronus ex parte debita heres inſtitutus, & rogatus reſtituere hereditatem, ſuſpectam ſibi eſſe dicat: puto rectiùs facturum prętorem, ſi coëgerit eum adire hereditatem, & reſtituere: quamuis poſsit mutata *h* voluntate eam partem hereditatis retinere.

14 ¶ Si præceptis quibuſdam rebus heres rogatus ſit reſtituere hereditatem, & coactus eam adierit: an præcipere debeat? Reſpondi, eum qui *i* iuſſu prætoris adit hereditatem, omni commodo prohiberi debere.

15 ¶ Sed ſi eidem legatum eſſet ſub hac conditione, ſi hæres non eſſet & ſuſpectam ſibi hæreditatem dicat: non aliter cogendus eſt adire, quàm vt legata, quæ ſub conditione, ſi heres non eſſet, data erant, reſtituantur: non quidem à cohæredibus, ne onerentur: ſed ab eo cui reſtituta fuerit hereditas. nam ſicut explendæ fidei gratia cogendus eſt adire hæreditatem: ita ob *k* id ipſum damno adfici non debet.

16 ¶ Hæres ex aſſe erat inſtituta conſobrina mea, & eius fideicommiſſum, *vt partem dimidiam hereditatis ſtatim Publio Mæuio reſtitueret, alteram partem, cùm ipſa moreretur, eidem Publio Mæuio*. præterea *l* alia aliis legata data ‖ ſunt. ‖ Mæuius partem dimidiam hereditatis ſtatim percepit, & cauit *m*, *quod ampliùs quàm per legem Falcidiam liceret, cœpiſſet, redditum iri*. ſed & cæteri legata ſolida acceperant, & ſimiliter de reſtituendo, quod amplius percepiſſent, cauerunt. mortua conſobrina mea, Publius Mæuius deſiderat ſibi alteram partem hæreditatis cum fructibus reſtitui. quæro itaque, quantum ei reſtituere debeam: vtrum *n* quod ſupra quadrantem bonorum penes conſobrinam remanſerat, nec amplius quicquam, an *o* & ab aliis quibus legata ſoluta ſunt, repetere quid debeam, & quantum. Item, quæro, ſi quod ab his ex ſtipulatione percepero, & quod apud conſobrinam meam ſupra quadrantem remanſerat, non efficiat partem dimidiam hæreditatis: an *p* ex incremento & fructibus eius ſummæ quæ ſupra quadrantem bonorum penes conſobrinam meam remanſit, ſupplere ei debeam dumtaxat, ne partem dimidiam hæreditatis quantitas, quæ reſtitueretur, excedat: an verò, ſicut Publius Mæuius deſiderat, quidquid ſepoſito quadrante bonorum, eius quadrantis fructibus perceptum eſt, reſtitui ei debet *q*? Reſpondi: quod ſupra quadrantem *r* penes conſobrinam tuam remanſit, ſi adiectis fructibus quantitatem partis dimidiæ hereditatis, quæ mortis tempore fuit, non minuet: totum Publio Męuio reſtituendum. Nec *ſ* ex ſtipulatione ab his, quibus legata ſoluta ſunt, repeti quicquam poteſt. Si verò fructus *t* quantitatem partis dimidiæ exuberant, quadranti tuo, & fructibus eius accedet. ſi verò fructus eius partis, quæ ſupra quadrantem apud conſobrinam tuam remanſerat, non implent quantitatem partis dimidiæ bonorum, ex ſtipulatione agi poterit.

¶ In ſumma *u*, ratio ita ponenda eſt, vt cùm omnimodo quadrantem excedit fructus, ſi in tantum excreuerit, vt quantitatem partis dimidiæ bonorum excedat, etiam id quod exceſſerit, retineas.

17 ¶ Qui ſuos ſeruos rogatus eſt manumittere, & hiſdem hæreditatem reſtituere: detracto pretio ſeruorum, hereditatem reſtituere debebit.

a l, 20. §. 2. p. ſ. eo.
b l. 18. in fin. ſ. eod.
c l. 17. ſup. eod.

d Fideicommiſſario cōtra hæredem datur actio, pro rebus indebitè retentis *Bart.*
e Inter heredem & fideicommiſſariũ patris, competit familiæ erciſcundæ iudicium. *Bart.*
f Hæres cogitur adire, quamuis fideicommiſſario poſſit alio remedio eſſe conſultum *Bart.*
g Præteritus filius cenſetur, qui directo non eſt inſtitutus.
h Patronus poteſt cogi adire & reſtituere ante pœnitentiam. *Bart.*
i Per coactionem perdit quis prælegata, niſi ea percipiat ſub conditione, *ſi hæres non erit. Bart.*
k Officium ſuum nemini damnoſum eſſet debet, *v. l. 7. ſup. quemad. teſt. aper. l. 240. ſ. de reg iur l. 6. §. 5. ſ. de furtis l. 19. C de Teſtibus.*
l & ita vltra vires hæreditarias grauata eſt.
m *vt l. 1. ſup. ſi cui plus quàm per legem Falcid.*
n Prima quæſtio.
o Secunda quæſtio.
p Tertia quęſtio.
q Reſponſio ad primam quæſtionem.
r quem heres inſtituta detraxit à Publio Mæuio, quatenus purè erat inſtitutus, & aliis legatariis.
ſ Reſponſio ad ſecundam quæſtionem.
t Reſponſio ad tertiam quæſtionem.
u Deciſio generalis. Heres grauatus vltra vires hæreditarias, id quod reſtitui vltimo loco debet, ſupplet ex fructibus iudicio teſtatoris perceptis. Si fructus percepti ampliorem quantitatem efficiunt, quàm ſit pars quæ reſtitui debet, illud reſiduum penes hæredem remanebit. At ſi fructus non ſufficiunt, à ſingulis legatariis pro ſua parte detrahetur Trebellianica, vt ita ſatisfiat fideicommiſſario.

De fideicommiſſo pure & conditionali.

28. *Africanus* ‖ libro 6. *a* Quęſtionum. ‖

Ex aſſe heres inſtitutus, partem hereditatis mihi purè, (tibi) ſub conditione reſtituere rogatus, cùm ſuſpectam diceret, poſtulante me adiit, & mihi totam *b* ex ſenatuſconſulto reſtituit. quandoque *c* conditio extiterit, an fructus partis ſuæ *d* reſtituere tibi debeam, non immeritò dubitabatur. Et pleriſque placet, non eſſe eos præſtandos: quia *e* nec ab herede præſtarentur, ſi ſua ſponte adiſſet: ſufficiat autem, ius tuum tibi integrum conſeruari, non etiam meliorem conditionem tuam fieri.

1 ¶ Iidem tamen exiſtimabant, ſi ex aſſe heres inſtitutus, mihi quadrantem purè, tibi ęquè quadrantem ſub conditione reſtituere rogatus ſit, & cùm ſuſpectã hereditatem diceret, cogente me adiit: quandoque conditio extiterit, ſemiſſem tibi eſſe reſtituendum.

2 ¶ Sed nec lege Falcidia in propoſita ſpecie vſurum me puto: quamuis ſcriptus heres, ſi ſponte adiſſet, vteretur.

De ſecundo teſtamento, in quo heres ex certis rebus inſtitutus eſt.

29. *Marcianus* ‖ lib. 4. Inſtitutionum. ‖

Si quis priore facto teſtamento, poſterius fecerit teſtamentum: etiamſi ex certis *f* rebus in poſteriores tabulas heredes inſtituit: ſuperius tamen teſtamentum ſublatum eſt, vt Diui quoque Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. cuius conſtitutionis verba retuli, cum alia quoque præterea in conſtitutione expreſſa ſunt. Imperatores Seuerus & Antoninus, Cocceio Campano. Teſtamentum *g* ſecundo loco factum, licèt in eo certarum rerum heres ſcriptus ſit, iure valere, perinde ac ſi rerum mentio facta non eſſet: ſed teneri heredem ſcriptum, vt contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem reſtituat his, qui priore teſtamento ſcripti fuerant, propter inſerta fideicommiſſaria verba, quibus, vt valeret prius teſtamentum, expreſſum eſt, dubitari non oportet. Et hoc ita intelligendum eſt, ſi *h* non aliquid ſpecialiter contrarium in ſecundo teſtamento fuerit ſcriptum.

De legatione. 1. *De verbo*, meum, tuum. 2. *Si filiofamilias vel ſeruo reſtituatur.* 3. *An actiones in ſolidum tranſeant in fideicommiſſarium.* 4. *De fidei principis commiſſo.*

30. *Idem* ‖ libro 8. Inſtitutionum. ‖

Si legatus *i* ſuſpectam hereditatem dicat, & legationis *k* tempore compellendus eſt accipere iudicium: quia hic non multum officio occupatur. & licet deliberare *l* ſe dicat, an adeat, cogendus eſt adire: ſed non vt ſtatim reſtituat, ſed vt reuerſus domum, ſi putauerit ſibi expedire, commodo Falcidiæ vel teſtamento vtatur: vel, ſi non putauerit, reſtituat totam hereditatem, ne onera patiatur.

1 ¶ Si quis *bona* m *ſua*, vel *omnia ſua* rogauerit reſtituere, fideicommiſſariam reſtitutionem eſſe intelligendum eſt. nam meorum & tuorum appellatione, etiam actiones *n* contineri *o* dicendum eſt.

2 ¶ Si filiofamiliàs vel ſeruo reſtituatur, & poſtea pater vel dominus ratum *p* habuerit, tranſeunt ex Trebelliano ſenatuſconſulto actiones.

3 ¶ Multum *q* intereſt, vtrùm qua *r* pars iure hæreditario retineatur, an verò in re vel pecunia. nam ſuperiore caſu actiones diuiduntur inter hæredem & fideicommiſſarium: poſteriore *ſ* verò apud fideicommiſſarium ſunt actiones.

4 ¶ Et hæres inſtitutus, rogatúſque hæreditatem reſtituere, præcepta aliqua ſumma, vel re: etiam ſi in pręceptione minus quàm quarta pars eſſet, non amplius principem pati vindicaturum.

5 ¶ Sed & ſi ſine vlla præceptione rogatus fuerit hęreditatem reſtituere, plerumque *t* quarta donata eſt à principibus. & ita Diuus Traianus, & Hadrianus, & Antoninus reſcripſerunt.

De eo cui purè. 1. Vel in diem libertas relicta eſt. 2. De conditione inſtitutionis implenda.

31. *Idem* libro 9. Inſtitutionum.

Si cui purè libertas, & per fideicommiſſum ſub conditione hęreditas relicta eſt, cogitur *u* hæres adire hæreditatem, ſi ſuſpectam dicat, & reſtituere: & deficiente conditione libertas ei eripi non poteſt.

1 ¶ Si autem ei, qui in *x* diem libertatem accepit hęreditas per fideicommiſſum relicta fuerit: ſuſpectã eam interim non poſſe adiri, D. Pius Caſsio Hadriano reſcripſit: cùm non poſsit nondum libero hæreditas

a vide Cuiac. *6. ad Afric.*
b tunc heres nullo incommodo adficietur, cum adierit alieno periculo, & ipſo iure indemnis redditur ex Senatuſconſulto, etiam ſine cautione. *Cuiac. hic.*
c i. quo tempore conditio extiterit.
d partis tuæ. *Haloand. & Cuiac. ib. vt inf. ius tuum.*
e *l. 16. § 8. ſ. eod. l. 4. C. eod.* ſenſus eſt autem: Is qui fideicommiſſo aliquo purè honoratus eſt: & ad cuius petitionem heres adiit, alteri fideicommiſſario conditionali fructus perceptos ante euentum conditionis, non reſtituit. Cur ita? quia heres à me compulſus adiit meo periculo, periculum omne ſubij, ideoque omne commodum quod percipere is potuiſſet, ad me tranſlatum eſt. At ſi is non coactus adiiſſet, fructus pendente conditione perceptos non reſtitueret, hinc conſtat, fructus perceptos ab eo, cui fideicommiſſum purè relictum eſt ex parte fideicommiſſarij conditionalis ante euentum conditionis non reſtitui fideicommiſſario conditionali.
f §. 3. *Inſt. quibus mod. teſtam. infirm.*
g vid. Antonium Fabrum 5. *Coniectur.* 19.
h *Synopſis Baſil. 33. tit. 3. & tit. 11. & 23.*
i qui legatione fungitur. adde *l. 66. §. 3. inf. eod.*
k *v. l. 9 ſup. eod.*
l *l. 71. inf. eod.*
m Bona vel omnia ſua qui reſtitui iubet, actiones etiam comprehendit. Fideicommiſſum vniuerſale eſt quoties quis iubetur reſtituere omnia bona vniuerſaliter vel indefinite.
n Meorum & tuorum appellatione actiones, iura, & ſimilia continentur. *l. 91. ſ. de verb. ſignif.* & ita quoque poſt Troilum de Maluitiis notat Corſetus *in ſingularibus.* licèt pleriſque τὸ meum, dominium innuere videatur.
o imo dotis actio, & pretia ſeruorum manumiſſorum deducenda videntur, *l. 9. ſup. de legat. 1.*
p Non valet reſtitutio facta, niſi conſentiente vel ratum habente eo in cuius poteſtate eſt fideicommiſſarius. *Bart. v. l. 65. in pr. & fin. ſ. eod.*
q *§. 9. & ibi Theophil. Inſtit. de fideicommiſſ. libert.*
r *al.* quarta. ſ vide *l. 2. in fin. ſ. eod §. 9. Inſtit. eod.*
t Si heres iuſſus eſt *ſine vlla perceptione hereditatem reſtituere*, nonnunquam extra ordinem condonatur ac remittitur ei quarta, ad voluntatem defuncti accedente reſcripto Principis, *v. Cuiac. 1. ad Nou. 1.*
u *l. 22. §. 1. ſ. eod.* x *v. l. 52. § 1. inſ. eod.*

r.t..1

reſtitui : nec *a* rurſus contra voluntatem defuncti libertatem eſſe præſtandam.

2 ¶ Si *b* ſub conditione heres inſtitutus, rogatúſque hereditatem reſtituere, non vult conditioni parere, & adire hereditatem : ſi facti *c* eſt conditio, debet parere, & adire, & reſtituere : vel ſi in dando ſit, offerente fideicommiſſario. recuſante autem herede factum adimplere, licentia dabitur fideicommiſſario ſecundùm imitationem dationis factum implere. & tunc neceſſitas imponitur (adire) hereditatem.

¶ Cæteræ conditiones, quæ non ſunt in poteſtate heredis *d*, ad afficium *e* prætoris non pertinent.

De fructibus.

32. *Celſus* ‖ lib. 20. Digeſtorum. ‖

BAlliſta filiumfamilias heredem inſtituit ita : *Rebellianus* f *ſi* g *cauerit* h *coloniæ Philippenſium* i, *ſi ſine liberis morietur, quantacunque pecunia ex hereditate de bonis meis ad eum peruenit, eam* k *pecuniam omnem ad coloniam Philippenſium peruenturam* ? Reſpondi, ex his verbis quæ proponis, ‖ id eſt ‖, pecuniam *l*, exiſtimo etiam fructus, quos ex hereditate percepit, reſtituere eum debere : perinde *m* quaſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſiſſet.

33. *Marcianus* libro 8. Inſtitutionum.

SCribit Celſus libro viceſimo Digeſtorum : ſi, qui quadringenta in bonis habebat, petiit ab herede ſuo, *vt ſi ſine liberis moreretur, quanta* n *pecunia ex hereditate ſua ad eam perueniſſet, Mæuio reſtitueretur* : ſi *o* ex fructibus medio tempore quadringenta perceperit, & ſine liberis deceſſerit : heredem eius Mæuio quadringenta debiturum : Et cùm diu multúmque tractauit, an cùm augmentum heres ſenſit, ‖ & ‖ periculum ſuſtineat, an per contrarium ? nouiſſimè ait, * *iniquum eſſe ad fideicommiſſarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet* : & an ad *p* ſupplendum (inquit) quodcumque ex quadringentis defuerit, etiam augmentum ad eum pertinebit : hoc eſt, vt vſque ad ſummam quadringentorum damna & fructus computentur. quod verius eſſe arbitror.

De commorientibus.

34. *Idem* libro 2. Regularum.

SI eius, qui nouiſſimus *q* ex filiis mortuus eſt, partem hereditatis propinquo voluit pater reſtitui, & ſimul fratres diem ſuum obiiſſet, propinquum, ſi non oſtenderit quis nouiſſimus obiiſſeet, ad partem hereditatis non admitti. ſed matrem ex Tertylliano ſenatuſconſulto ad vtriuſque hereditatem admitti conſtat.

De curatore furioſæ.

35. *Vlpianus* ‖ libro. 6. de officio proconſulis.

CVm heres inſtituta furioſa *r* hereditatem eſſet rogata reſtituere, curatorem *ſ* eius ſecundum tabulas bonorum poſſeſſione accepta poſſe transferre actiones, Diuus Pius decreuit.

De cautione heredi præſtanda à fideicommiſſario.

36. *Paulus* libro 13. ad Edictum.

CVm hereditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta *t* eſt, ſi ante ‖ cum ‖ herede compromiſſum eſt, puto fideicommiſſarium cauere debere *u* heredi : ſicut cùm heres multa, antequam reſtitueret, adminiſtrauit. nam quod dicitur, *retinere eum oportere*, non eſt perpetuum. quid enim, ſi nihil eſt, quod retineat? veluti cum omnia in omnibus ſunt, aut in corporibus, quæ non poſſideat. nempe enim is, cui reſtituta eſt, omnia perſequitur, & tamen heres iudiciis, quibus conuentus eſt *x*, aut ſtipulationibus, quibus neceſſe habuit, promittere, [omittere] obſtrictus manebit. ergo non *y* alias cogetur reſtituere, quàm *z* ei caueatur.

Quibus modis reſtituitur. 1. De pupillo & tutore.

37. *Vlpianus* lib. 16. ad Edictum.

a Imò, libertas ante diem & redditas rationes, ſeruo ab herede dari poteſt, *l.32. ſuprà de dolo, l.5. C. de oper. libert. l.3. §.15. ȷ. de ſtatulib. l. vn. §.7. C. de Latina libertate.*

b vide Antonium Fabrum 6. *Coniectur.* 11.

c Heres cogitur parere conditioni poteſtatiuæ, at non caſuali, *Bart.*

d quales ſunt quæ ſunt turpes, vel caſuales, *v. l.63. §.7. ȷ. eod.*

e id eſt, prætor non cogit heredem eam conditionem implere.

f Trebellianus, *Hal.*

g v. quæ ſcripſi ad *l.48. ȷ. de iure fiſci.* de his cautionibus.

h ex hac voce deciſionem legis habes : deberi ſcil. reſtitutionem fructuum fideicommiſſario in hoc caſu. Vult enim Balliſta heredem ſuum non ex teſtamento, & teſtamentaria cautione (qualis eſt quæ legatorum nomine fit, quæque fructuum incrementum non recipit, *l.1. §.13. ȷ. vt leg.*) ſed ex cautione conuentionali fideicommiſſum præſtare. Huiuſmodi conuentio ac cautio incrementum fructuum recipit. argum. *l. 222. ȷ. de verb. ſign.* conuentionalis plenior eſt prætoria, quoniam id plerumque agere videntur contrahentes. non igitur huius legis deciſio pendet ex verbo *omnem*, tunc enim fructus non veniunt, *l.57. ȷ. eod.* non ex verbo *quantacunque* : nam rogatus reſtituere quicquid de hereditate ſuperfuerit, fructus non reſtituit, *l.83. ȷ. de leg.3.* non ex verbo *pecunia*, quia eo caſu etiam fructus lucratur heres, *l.33. ȷ. eod. v. Cuiac. 4. obſ.39.* adde quæ dicam ad *l.58. §.7. ȷ. eod.* quid enim intereſt, teſtator dixerit, quidquid, aut quanta, aut quantacunque?

i Colonia hæc iuris erat Italici, *l.6. ȷ. de cenſib.*

k Pecuniæ verbum hic repetitur per Epanaleſin ſeu geminationem. huius rei occaſione doctores hic multa notant de geminationis effectu, etiam ex interuallo interpoſitæ. Huic Epanalepſi opponitur Periſſologia, ſuperflua verborum adiectio, quæ & inculcatio, cuius multa ſunt exempla apud *Bart l.1. §.7. ȷ. de ædilitio.* Quòd ſi eorundem verborum repetitio ſuperflua fuerit, Battologia fuerit. adde *l.88. ȷ. de adquir. hered.*

l hæc verba mali interpretis eſſe ait Cuiac. 4. *obſ.39.*

m Tacita videtur hæc defuncti voluntas, *l.3. §.2. ſup. de vſuris.* Imò, non videtur teſtator id expreſſiſſe, *l.58. § 7. ȷ. eodem.*

n vide qui notaui ad *l.32. ſup. eod.*

o *l.73. ſup. ad l Falcid.*

p *l.27. §.2. ȷ. eod.*

q *v. l.9. ſuprà de reb. dub.*

r Furioſi curator poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, & hereditatem reſtituere, *Bart.*

ſ *l.7. C. eodem.*

t *l.69. in fin. l.78. §. pen. ȷ. eod.*

u Imò cauere non debet, *l.29. §.2. in fin. ȷ. de leg.3.*

x Heres reſtituere hereditatem iuſſus non tenetur creditoribus hereditariis, ſed his tantum cum quibus contrahit : ideóque fideicommiſſarius hereditatem ei reſtituenti, de indemnitate cauere cogitur.

y *l.23. §.8. ſuprà de ædilitio.*

z id eſt, quam ſi Catullus vtrum illius, an mei, quid ad me? vtor tam benè quàm mihi paratim. Terentius Hecyra *act.2. ſcena 5.* Habui illam, ac ex me eſſet nata, Ouid. Orta dies fuerit : tu deſine credere ventis, id eſt, ſi orta dies fuerit.

REſtituta hereditas videtur, aut re *a* ipſa, ſi fortè paſſus eſt heres poſſideri res hereditatis, vel totas, vel aliquas earum, hac mente, vt vellet reſtituere, & ille ſuſcipere : non ſi ex alia cauſa putauit te poſſidere.

¶ Sed & ſi poſtea ratum *b* habuit, idem erit dicendum.

¶ Sed & ſi verbo *c* dixit ſe reſtituere, vel per epiſtolam *d*, vel per nuncium reſtituat, audietur.

¶ Sed & ſi voluntate tua *e* alij reſtituerit, in *f* te tranſibunt actiones.

¶ Item ſi alius iuſſu meo reſtituit, vel ratam habuit reſtitutionem, tranſiſſe actiones videntur.

1 ¶ Pupillus autem ipſe debet reſtituere tutore *g* auctore : non *h* tutor ſine pupillo, niſi infans eſt, quia nec mandare actiones tutor pupilli ſui poteſt. Ne *i* ſe quidem auctore pupillum reſtituere potuiſſe hereditatem, Diuus Seuerus in perſona Arrij Honorati pupilli decreuit, qui Arrio Antonino patruo & tutori ſuo reſtituerat.

2 ¶ Sed etſi pupillo ſit reſtituenda, non *k* poſſe pupillo ſine tutoris auctoritate reſtitui conſtat.

38. *Paulus* libro 20. ad Edictum.

NOn ‖ enim ‖ ſolutio eſt hereditatis reſtitutio, ſed & ſucceſſio, cùm obligetur.

39. *Vlpianus* ‖ lib. 16. ad Edictum. ‖

SEd nec ipſi tutori indiſtinctè *l* reſtitui poteſt.

De actionibus ciuilibus, vel prætoriis, vel naturalibus.

1. Qui reſtituunt. 2. Quibus reſtituitur.

40. *Paulus* libro 20. ad Edictum.

QVamuis ſenatus de his actionibus transferendis loquatur quæ iure ciuili heredi & in heredem competunt : tamen honorariæ *m* actiones tranſeunt. nulla enim ſeparatio eſt. Immò & cauſa naturalium *n* obligationum tranſit.

1 ¶ Perſona autem heredis inſtituti Trebelliano continetur. verùm hoc iure vtimur, vt & ſucceſſor *o* heredis rectè ex Trebelliano reſtituat : veluti heres, bonorúmve poſſeſſor, vel pater, dominúſve, quibus adquiſita eſt hereditas : omnes enim, quod iuris habent, ex Trebelliano SC. reſtituere debent. nec intereſt, is qui inſtitutis eſt, an pater, dominúſue rogatus eſt reſtituere.

2 ¶ Nihil intereſt *p*, cui noſtro nomine reſtituitur, paterfam. ſit, an is qui in aliena poteſtate eſt.

41. *Gaius* libro 2. Fideicommiſſorum.

MVlier, an maſculus, & ideo ſeruo quoque voluntate *q* noſtra, vel ſi ratum *r* habuerimus, reſtitui poteſt.

De iure ſepulchri.

42. *Paulus* ‖ libro 20. ad Edictum.

QVia perinde eſt, atque ſi mihi reſtituta eſſet hereditas.

1 ¶ Reſtituta hereditate iura *ſ* ſepulchrorum apud heredem *t* remanent *u*.

De iure accreſcendi.

43. *Vlpianus* lib. 22. ad Edictum.

PApinianus *x* tractat : ſi quis heres inſtitutus ex ſemiſſe, rogatus ſit reſtituere hereditatem, & eam ſuſpectam dicens, compulſus adit, deinde fideicommiſſarius ignarus ſit *y*, adcreuiſſe portionem hereditatis poſt reſtitutionem ſcripto heredi : an opus ſit ei alia actione *z* ? & ait, ſecurum eſſe eum poſſe. de illo planè [loco] ſolo quærendum ait, an ei opus ſit noua reſtitutione, poſteaquam portio adcreuit *a*.

De morte fideicommiſſarij antequam hereditatem recipiat.

1. De vſuris, penſionibus & fructibus.

44. *Marcellus* libro 15. Digeſtorum.

POſtulante Sticho, qui eodem teſtamento libertatem, & fideicommiſſam hereditatem acceperat, heres ſuſpectam adiit. mox Stichus, antequam moram in recipienda hæreditate faceret, deceſſit, relicto herede Titio, quæro, an in Titium, ſi nolit recipere fideicommiſſam hereditatem, actiones *b* ex ſenatuſconſulto competant ? Reſpondi : Quoniam ferè is qui compulſus eſt adire hereditatem, confeſtim ei reſtituet, de manumiſſo duntaxat ſenatuſconſulto comprehenſum eſt : nec heredis facta eſt mentio. poteſt tamen euenire vt reſtitutionem diſtulerit heres. veluti ſi pecuniam ei debuerit defunctus, quam retinere maluerit, quam petere *c* : cæterum exiſtimo, idem *d* in herede eius conſtituendum, quod in illo conſtitutum eſt. cur enim recuſaret, quam *e* recuſare non potuit is, cuius hereditatem ſuſcepit? Quòd ſi fortè ante hereditatis reſtitutionem ſine herede deceſſerit libertus, perinde bona eius creditoribus here-

a Hereditatem re ipſa heres reſtituit, cùm patitur eam animo reſtituendi poſſideri à fideicommiſſario, animo fideicommiſſario & ipſe quoque poſſidere (mens enim & animus vtriuſque concurrere debet, *vt hic.*) vel ſi ratam habuit poſſeſſionem, *verſ. ſed & ſi poſtea.* vel ſi verbo, aut epiſtola, aut per nuncium iuſſit reſtitui, *verſ. ſed ſi verbo.* ſi voluntate fideicommiſſarij, alteri hereditatem reſtituit, *verſ. ſed & ſi voluntate.* ſi alium reſtituere iuſſit, aut ab alio factam reſtitutionem ratam habuit, *verſ. item ſi alias.*

b adde *verſ. item ſi. ȷ. eodem. l. 41. ȷ. eodem.*

c *l. 63. ȷ. eod.* Re aut verbis reſtitui poteſt hereditas. Re, fit tradendo vel patiendo.

d Epiſtola heres reſtituere hereditatem fideicommiſſario poteſt.

e id eſt, fideicommiſſarij, *l.65. ȷ. eo.*

f Fideicommiſſarius, hereditate ab herede recepta reſtitutáque actiones hereditarias excipit : in eum denique tranſeunt actiones : effectu eſt heres, *v. l.63. ȷ. eod.*

g Hereditatem fideicommiſſariam pupillus ſine tutore auctore reſtituere non poteſt.

h Hereditatem fideicommiſſariam tutor ſine pupillo reſtituere non poteſt : niſi pupillus ipſe infans ſit.

i *l.1. §.13. ȷ. eod.*

k Cur? dixi *l.38. ſup. de pignoratitia act.*

l eſt enim diſtinguendum, *vt in l.7. C. eod.*

m adde *l.1. §.7. ȷ. eodem.*

n *l.64. ȷ. eod.*

o *l.1. §. 10. ȷ. eod. l.64. §.2. ȷ. eo. l.32. §.4. ȷ. de leg.2. l.6. ȷ. de leg.3. l.36. §.1. ȷ. de cond. & demonſt.*

p Procuratoris ad lites perſona non ſpectatur : & ſic non curatur qualis ſit Procuratoris ad lites perſona, *Bart.*

q *l.65. in fin. infr. eodem.*

r *v. l.27. ȷ. eod.*

ſ de iure ſepulchrorum. adde *l. 4. §. 21. ȷ. de fideic. libert.*

t adde *l.5 l.6. ȷ. de relig.*

u in quibus fideicommiſſarius non ſit ſimilis vero heredi, *v. Accurſ. hic.*

x *v. in hanc legem Cuiac. 12. obſer. 12.*

y fideicommiſſarius ignarus ſit. *vel ita*, gnaturit adcreuiſſe, *Cuiac.* ſic enim veteres legebant, *Cuiac. 12. obſ. 12.* adde *Feſtum in verbo* gnarigauit, *& verba* gnaruiſſe, *& verbo* gnarus & gnaritas, *v. ibid. Ioſeph. Scalig.*

z an opus ſit ei alia additione, *v. Cuiac. 12. obſ. 12.*

a Adcreſcendi iure quod adquiritur, ad fideicommiſſarium pertinet, *Bald.*

b *v. l.7. in fin. C. eod.*

c Retinere ſatius eſt, quàm petere.

d Heredi poteſt iniungi quod & defuncto potuit. Ad id, ad quod poterat compelli defunctus, poteſt compelli heres defuncti, licet verbis legis non exprimatur, *Bart.*

e *ſub.* reſtitutionem facere. Heres recuſare non poteſt quod defunctus non potuit.

ditariis vendere permittendum *a* eſt, ac ſi reſtituta hæreditate deceſſerit.

1 ¶ Sed in huiuſmodi quæſtione rogo reſpondeas, an rectè ſenſerim. Rogata eſt filia *b* ex aſſe hæres reſtituere *hæreditatis partem dimidiam, deductis legatis minimis, & ære alieno non magno*: vt legi Falcidiæ locus non ſit. mora facta ‖ non ‖ eſt reſtitutioni fideicommiſſi. deſidero verbo tenus *c* mihi reſtitui hæreditatem, vt ex Trebelliano ſenatuſconſulto agenti, & ex eo competentibus actionibus etiam vſuras debitas ex mortis die in tempus reſtitutionis perſequar. Item quæro & de penſionibus *d*: quia locationum *e* obligatio in hereditate fuit: ab hærede fructus nullos peto: ſed illa deſiderat refundere me, aut concedere ei actiones vſurarum, & penſionum. non poſſum perſuadere hæreditatis *f* appellatione, quam rogata erat mihi reſtituere, etiam hanc ſtipulationem vſurarum ad me pertinere? Reſpondi: Omnia ea hæreditatis appellatione continentur: quantum enim ‖ quod ad hoc, refert, inter hæc cætera(que) quæ ſub conditione ſunt promiſſa, aut in annos ſingulos, vel menſes: nihil intereſt. Sane pro fructu rei quæ hæreditate continetur, hæc cedunt: nec fructus fideicommiſſarium ſequitur, ſi mora *g* non interceſſit. Sed quia *h* non vt hæres fideicommiſſum (vt ſic dixerim) ſuppleat, poſtulet: ſed *qualis nunc eſt; hæreditas*, deſideret reſtitui ſibi: nequaquam id debet hæres recuſare. nam & quodammodo *i* in partem hæreditatis ſenatus recipi voluit fideicommiſſarium, & haberi hæredis loco, pro qua parte ei reſtituta eſſet hæreditas. Sed cum hæreditarios nummos fœnerauerit *k*, aut ex fundis fructus perceperit, nihil eo nomine præſtat ei cui hæreditas per fideicommiſſum relicta eſt, ſi non interceſſit mora ſcil. quà *l* ſuo periculo fœnerauit, colendòve *m* fundo, vel in cogendis fructibus inſumpſit operam. nec *n* æquum erat, alterius (vt ſic dixeris) procuratorem conſtitui. Nullum autem impendium, vel opera intercedit hæredis, cùm his modis, de quibus eſt quæſitum, augmentum (hæredis) recepit.

De eo qui non vult quartam retinere.

45. *Modeſtinus* lib. ſingulari de Eurematicis.

QVi totam hæreditatem reſtituere rogatus, quartam retinere non vult, fidámque *p* obſequium defuncti precibus præbere deſiderat, ſua ſponte adire debebit hæreditatem, quaſi ex Trebelliano eam reſtituturus. ſuaſerim *q* tamen ſuſpectam potius dicat hæreditatem, coactuſque à prætore reſtituat. hoc enim caſu ex ‖ ipſo ‖ Trebelliano reſtituere videtur: expoſitóque hæreditario metu vniuerſas actiones in eum transferri qui recepit hæreditatem.

De morte fideicommiſſarij antequam hæreditatem recipiat.

46. *Iauolenus* lib. 11. Epiſtolarum.

SEius Saturninus archigubernus *r* ex claſſe Britanica teſtamento fiduciarium *ſ* reliquit hæredem Valerium Maximum trierarchum *t*, à quo periit, *vt filio ſuo Seio Oceano, cùm ad* *u* *annos ſedecim perueniſſet hæreditatem reſtitueret*. Seius Oceanus, antequam impleret annos; defunctus eſt. nunc Mallius Seneca, qui ſe auunculum Seij Oceani dicit, proximitatis nomine hæc bona petit. Maximus autem trierarchus ſibi ea vindicat ideo, quia defunctus eſt is, cui reſtituere iuſſus erat, quæro ergo, vtrùm hæc bona ad Valerium Maximum trierarchū hæredem fiduciariū pertineant: an ad Mallium Senecam, qui ſe pueri defuncti auunculum eſſe dicit? Reſpondi: Si Seius Oceanus, cui fideicommiſſa hæreditas ex teſtamento Seij Saturnini, cùm annos ſedecim haberet à Valerio Maximo fiduciario hærede reſtitui debeat, priuſquam præfinitum tempus ætatis impleret, deceſſit: fiduciaria hæreditas ad eum pertinet, ad quem cætera bona Oceani pertinuerint: quoniam dies fideicommiſſi viuo Oceano ceſſit: ſcilicet ſi prorogando *x* tempus ſolutionis, tutelam magis heredi fiduciario permiſiſſe, quàm incertum diem fideicommiſſi conſtituiſſe videatur.

De naturali debito.

47. *Pomponius* lib. 1. variarum lectionum.

SI hæredi eius, cui natura debuerit, aliquis ſoluerit ei, cui fideicommiſſa hereditas relicta ſit, id reddendum eſt.

De rebus ſubtractis.

48. *Paulus* lib. 14. Reſponſorum.

a factâ prius diſcuſſione, quis ſit hæres. vide Rolandum à valle 1. *conſ.* 20. *num.* 89.
b Actiones, ex prouiſione defuncti deſcendentes in reſtitutionem veniunt.
c Reſtitutio hæreditatis fit vel verbo, vel re ipſa.
d Actiones quæſitæ prouidentia defuncti in reſtitutionem veniunt: vel in hæredes primi gradus.
e Locationum obligatio etiam in hereditate eſt.
f Hereditatis appellatione continentur etiam vſuræ, penſiones, fructus, vt qui hereditatem reſtituere iuſſus ſit, idem ſuperiora omnia reſtituere cogatur.
g Fructus qui percipiuntur mora non reſtituentis, veniunt in fideicommiſſum, etiam liberis primi gradus. *Bart.*
h Liberi primi gradus non tenentur ex fructibus fideicommiſſum ſupplere. *Bart.*
i Fideicommiſſarius in partem hæreditatis recipitur, id eſt, loco hæredis habetur. *adde l. 5. §. 3. in fin. ſ. quod cum eo.*
k Differentiam nota inter fructus perceptos ex prouidentia defuncti, & eos qui opera & induſtria hæredis percipiuntur.
l quia ſuo. ita heres fœnerando pecuniam hereditariam, vſuras eius pecuniæ non præſtat fideicommiſſario. Cur? eam pecuniam ſuo periculo fœneraſſe proponitur.
m hæres hæreditatem reſtituere iuſſus, fructus ex hereditate perceptos non reſtituit fideicommiſſario. Quid ita? quia hic proponitur heres in colendo fundo, cogendiſve fructibus inſumpſiſſe operam.
n adde exempla ex *l.* 22. §. 3. *ſup. eo. l.* 58. §. 5. *inf. eod.*
o de quibus vide *l.* 58. *ſup. ſoluto*

PAulus reſpondit: Si certa portio hæreditatis alicui relicta proponitur, & is res hereditarias quaſdam furatus ſit; in his rebus, quas ſubtraxit, denegari ei petitionem oportere, rectè reſpondetur.

De creditoribus hæreditariis.

49. *Papinianus* lib. 3. Quæſtionum.

CVm hereditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituitur, ſi res vrgeat *a*. & metus erit ne per abſentiam fortè fideicommiſſarij dies actionis exeat; heres iudicium ſuſcipere cogitur.

1 ¶ Similique modo, filio de poſſeſſione contra tabulas deliberante, ſcriptus heres à creditoribus hereditariis conuenitur.

De iuſſo reſtituere filio ſuo.

50. *Idem* lib. 11. Queſtionum.

IMperator Hadrianus, cùm Viuius *b* Cerealis *c* filio ſuo Viuio Simonidi, *ſi d in e poteſtate ſua eſſe deſiſſet, hereditatem reſtituere rogatus eſſet*, ac multa in *f* fraudem *g* ‖ fideicommiſſi ‖ fieri probaretur, reſtitui *h* hereditatem filio iuſſit, ita *i* ne quid in ea pecunia quandiu filius eius viueret *k*, iuris haberet. *l*, nam *m* quia cautiones non poterant interponi conſeruata *n* patria poteſtate, damnum *o* conditionis propter fraudem inflixit. poſt decreti *p* autem auctoritatem, in ea hereditate filio *q* militi comparari debuit, ſi res à poſſeſſoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteret. ſed paternę reuerentię congruum eſt, egenti fortè patri officio iudicis ex acceſſionibus hereditariis emolumentum *r* preſtari.

De legatis deducendis.

51. *Idem.* lib. 17. Quæſtionum.

CVm hæres deductis legatis hæreditatem per fideicommiſſum reſtituere rogatur, non placet ea legata deduci, quæ *ſ* peti non poterant. Sed cum vxori pro patre hæredi ſcriptæ dos prælegetur, eáque deductis legatis hæreditatem reſtituere rogatur, etiamſi quarta, quam per legem Falcidiam retinet, tantum efficiat quantum in dote eſt, tamen pro ſua portione dotis prælegatę partem deducit. cùm enim vtrumque conſequitur, nihil intereſt inter hanc mulierem, & quemuis alium creditorem, heredem inſtitutum, & hereditatem reſtituere rogatum.

¶ Idem probatur, & ſi non deductis legatis fideicommiſſum ab ea relictum ſit.

Si rei legatæ legatarius domino ſucceſſerit. 1. *Si ſeruus ab altero ex hæredibus libertatem, ab altero fideicommiſſam hæreditatem accepit.*

52. *Idem* lib. 19. Queſtionum.

SI res aliena Titio legata fuerit, iſque domino rei herede inſtituto petierit, vt hereditatem Mæuio reſtituat, Mæuius legatum inutiliter petet. non enim poterit conſequi quod ad inſtitutum, id eſt, rei dominum peruenire non poterat.

1 ¶ Seruus ab altero ex heredibus libertatem *u*, ab altero fideicommiſſum hereditatis accepit: ſi neuter adire velit, nullę pretoris partes erunt: quia neque propter ſolam libertatem compellitur adire: neque is, a quo libertas data non eſt, propter eum, qui nondum liber eſt, vt adeat, compellitur: & ſenatuſconſulto locus eſt, cùm ab omnibus directa, vel fideicommiſſa libertas ab eo datur, à quo hæreditas quoque relinquitur: ſed ſi fortè is, à quo libertas data eſt, portionem ſuam repudiauit, vel conditione excluſus eſt: cum portio eius ad alterum peruenerit, defendi poterit adire *x* cogendum. quid enim intereſt, quo iure debitor libertatis & hereditatis idem eſſe cœperit.

Si ſeruo libertas à legatario, hæreditas ab hærede relicta ſit.

53. *Idem* lib. 20. Quæſtionum.

NOn eſt cogendus heres ſuſpectam adire hæreditatem ab eo, cui libertas a legatario *y*, hereditas ab herede relicta eſt, cum ſtatus hominis ex legato pendeat, & nemo ſe cogatur adſtringere hereditariis actionibus propter legatum. quid enim, ſi *z* inter moras non manumittente legatario ſeruus deceſſerit? ſi autem viuo teſtatore legatarius deceſſerit: benignè

a *l.* 27. §. 7. ſ. *eod.*
b Iunius. *Hal.*
c Inſtitutus hæres ſcil.
d id eſt, in id tempus, quo ſui iuris eſſet.
e *vt l.* 19. ſ. *eo.*
f Quin, vt nihil in fraudem fiat, reſtituere cogitur *l.* 16. §. 11. ſ. *eo.*
g Pater diſſipans fideicommiſſum, cogitur filio exiſtenti in poteſtate, reſtituere etiam ante conditionis euentum. *Bart.*
h cautionis onus patri, reſtituere hæreditatem liberis grauato, remitti poteſt à teſtatore, *vt hic: & l. vlt. infr. vt legatorum nomine.* Quid ſi pater bona reſtitutioni obnoxia diſperdat ac profundat? cautre quidem non cogitur, *vt hic & d. l. vlt.* reſtituere tamen cogitur, *vt hic.* Quid ſi extraneus reſtituere ſit grauatus, remiſſaque ei ſit à teſtatore cautio. & is tamen bona reſtitutioni obnoxia euertat? Bartolus putat non cogendum reſtituere. *d. l. vlt.* perperam. Nam dicta lex vltima loquitur de patre, non de extraneo. præterea negat, cautionem remiſſam exigi: non vetat autem reſtitutionem fieri. in ſumma, ſi pater qui in fraudem fideicommiſſi quid facit, reſtituere fideicommiſſaria bona liberis cogitur, *vt hic*; quanto magis extraneus? Et vero ita Alexander quoque ſentit, communis etiam interpretum opinio ita habet. Quod ita verum etiam ſi non omnia ſed partes tantum quaſdam fideicommiſſi euertat hæres reſtituere illis caſibus hereditatem teneatur. de quo vide Berou *quæſt.* 72.

p *l.* 5. §. 15. ſ. *de do. inter vir. l.* 1. *C. hoc tit.* §. 6. *Inſt. eod.*
q Quartam qui retinere non vult, conſultius facit, ſi cedit coacte, quam ſi ſponte. *Bart. Paul* 4. *ſent.* 3. §. 2. §. *vlt.*
r Seius Saturninus archicubernius. *Hal.* archicubernus, id eſt, claſſis præfectus, omnium gubernatorum primus.
ſ Fiduciarius hæres, is dicitur de quo teſtator ſpem fiduciámque concipit reſtituendæ hæreditatis poſt mortem ſuam, *hic & in fi.* ſ. *eo. l.* 67. *in fin.* ſ. *eod.* hinc fiduciaria hæreditas, *in fin.* ſ. *eod.*
t Trierarchus triremis principem.
u Tempus certæ ætatis ex præſumpta voluntate defuncti, propter ſuam maim perſonæ coniunctionem diem facit, non conditionem.
x *l.* 26. §. 1. ſ. *quando dies legat. l.* 5. *C. quando dies.*

i Bona aduentitia pleno iure ad filium familiàs pertinent, *vt hic.* & tamen ea alienare citra voluntatem patris non poteſt, *l. vlt.* §. *filij C. de bon. quæ liber.*
k nam filio mortuo, etiam teſtato, ea hæreditas ad patrem deuoluitur. *v Cuiac. adde l.* 6. ſ. *qui teſtament.*
l *v. Cuiac. ad l.* 6. ſ. *qui teſtam.*
m Cautio de reſtituenda hæreditate filio, inter patrem & filium interponi non poteſt propter authoritatem patriæ poteſtatis, quæ efficit vt lis nulla inter patrem & filium eſſe poſſit, *l. lis nulla* 4. *ſup. de iudiciis.*
n *adde l.* 7. *inf. vt legatorum.* hæc cautio præſtatur filio emancipato, *vt d. l.* 7. non filiofamiliàs, *vt hic.* vide quæ ſcripſi ad *Nouell.* 42. c. 41. adde caſum legis vltimæ *C. de ſent. paſſ.*
o Damnum conditionis hic dicitur, vt damnum voluntatis, *l.* 23. §. 2. ſ. *fideic. libert.* p ab Hadriano interpoſiti. hac enim lege decretum quoddam Hadriani refertur. q *lego*, filius militi. r Emolumenti nomine propriè ſignificantur fruges, fructus & alia emolumenta, *vt l.* 3. §. *item ſi ipſe l. vlt* ſ. *ſi cui plus quā per leg. Falc.* vt in illo Cæſaris loco 1. *de bello Gall.* ſine magno cómeatu, & emolumento ab eo fortè, quod fruges emolantur. vt illo Perſij loco: Granaria emole.
ſ Deducti legatorum non fit de legatis inualidis.
t Dos prælegata deducitur vt debitum, nec impedit quartæ Trebellianicæ deductionem, 6. *C. ad leg. Falc.* u *v. l.* 53. ſ. *eo.* x *v. l.* 22. ſ. *eod.*
y *l.* 52. §. 1. *ſup. eod.* z Inter moras, hoc eſt interim *l.* 28. *ſup. de adminiſtr. tut.*

reſponde

SGCB2021

reſpondetur, cogendum adire, cum in ipſius ſit poteſtate, manumiſſo reſtituere hereditatem.

De rogato reſtituere quidquid ex hereditate ſuperrerit, & obiter de collatione bonorum.

54. *Idem* ‖ libro 19. *a* Quæſtionum. ‖

TItius *b* rogatus eſt, quod ex hereditate ſuperfuiſſet Mæuio reſtituere. quod medio tempore alienatum *c* vel diminutum eſt: ita quandoque peti non poterit *d*, ſi *e* non interuertendi fideicommiſſi gratia tale aliquid factum probetur: verbis enim fideicommiſſi bonam fidem ineſſe conſtat. Diuus autem Marcus, cùm de fideicommiſſaria hereditate cognoſceret, his verbis, *Quidquid ex hereditate mea ſuperfuerit, rogo reſtituas*, & viri boni arbitrium ineſſe credidit. iudicauit enim erogationes, quę ex hereditate factæ dicebantur, non ad ſolam fideicommiſſi deminutionem pertinere: ſed pro rata patrimonij, quod heres proprium habuit, diſtribui oportere. quod mihi videtur non tantum ęquitatis ratione. verùm exemplo quoque motus feciſſe. cùm enim de conferendis bonis fratribus ab emancipato filio quęreretur: pręcipuum autem, quod in caſtris fuerat adquiſitum militi, relinqui placeret: conſultus Imperator, ſumptus, quos miles fecerat, non ex eo tantummodò patrimonio, quod munus collationis pati debuit, ſed pro rata etiam caſtrenſis pecunię decedere oportere conſtituit.

¶ Propter huiuſmodi tractatus Męuius fideicommiſſi nomine cautionem exigere *g* debet *h*. quod eò pertinet: non vt ex ſtipulatione petatur, quod ex fideicommiſſo peti non poterit: ſed vt habeat fideiuſſores eius quantitatis, quam *i* ex fideicommiſſo petere potuit.

De operis & cæteris quæ reſtitui non poſſunt. 1. De eo cui in tempus libertas directo data eſt. 2. De fideicommiſſo reſtituendo. 3. De eo qui ſupremas defuncti preces deſtituit. 4. De herede heredis. 5. De hereditatis euictione.

55. *Idem* libro 20. Quęſtionum.

SI patroni filius extraneo reſtituerit ex Trebelliano hereditatem: operarum actio, quę *k* transferri non potuit, apud heredem manebit: nec ei nocebit exceptio, cum eadem prodeſſe non poſſet ei, qui fideicommiſſum accepit. & generatim ita reſpondendum eſt, non ſummoueri heredem, neque liberari ex his cauſis, quę non pertinent ad reſtitutionem.

1 ¶ Imperator Titus Antoninus reſcripſit, in tempus *l* directò data libertate, non eſſe repręſentandam hereditatis reſtitutionem, quando perſona non eſt, cui reſtitui poteſt.

2 ¶ Qui fideicommiſſam hereditatem ex Trebelliano, cum ſuſpecta *m* diceretur *n*, totam recepit *o*, ſi ipſe quoque rogatus ſit alij reſtituere, totum *p* reſtituere cogetur. & erit in hac quoque reſtitutione Trebelliano locus: quartam enim Falcidię iure fideicommiſſarius retinere non potuit. Nec ad rem pertinet, quòd niſi prior, vt adiretur hereditas deſideraſſet, fideicommiſſum ſecundo loco datum intercidiſſet. * Cùm enim ſemel adita *q* eſt hereditas, omnis defuncti voluntas rata conſtituitur.

¶ Non eſt contrarium, quòd legata cętera non vltra dodrantem pręſtat. aliud eſt enim ex perſona heredis conueniri: aliud proprio nomine defuncti precibus adſtringi. Secundum quę poteſt dici, non eſſe priore tantum deſiderante cogendum inſtitutum adire, vbi nulla portio remanſura ſit apud eum: vtique ſi confeſtim, vel poſt tempus cum fructibus rogatus eſt reddere. ſed & ſi ſine fructibus rogatus eſt reddere, non erit idonea quantitas ad inferendam adeundi neceſſitatem. nec ad rem pertinebit, ſi prior etiam libertatem accepit, vt enim pecuniam, ita nec libertatem ad cogendum inſtitutum accepiſſe ſatis eſt. Quòd ſi prior recuſauerit, placuit vt recta via ſecundus poſſit poſtulare, vt heres adeat, & ſibi reſtituat.

3 ¶ Quid ergo, ſi non alij, ſed ipſi heredi rogatus ſit reſtituere? quia non debet eidem quandoque quarta reddi, quam perdidit, propter huius portionis retentionem erit audiendus.

¶ Sed nec illud tranſlatitiè *r* omittendum eſt, inſtituto, qui coactus eſt adire, fideicommiſſi petitionem denegandam *ſ* eſſe: cur enim non videatur indignus *t*, vt, qui deſtituit ſupremas defuncti preces, conſequatur aliquid ex voluntate? quod fortius probabitur, ſi poſt impletam conditionem coactus eſt adire. nam ‖ ſi ‖ pendente conditione, durum erit idem probare: cùm & Falcidiam pœnitendo potuit inducere.

¶ Nec ignoro poſſe dici, nullo modo fideicommiſſi petitionem denegandam eis, qui iura ſepulcrorum *u* adquiri inſequuntur. Adeò ſenatus ‖ nihil apud eum ex ea parte, quam derelinquit, voluit relinquere: vt nec *x* Falcidiam exercere poſſit, nec præceptio apud eum relinquatur, nec ſubſtitutio quoque ſecundarum tabularum ita facta, *Quiſquis mihi heres erit, filio meo heres eſto*, eidem daretur.

4 ¶ Cui Titiana hereditas ex Trebelliano Senatuſconſulto reſtituta eſt, Mæuianam hereditatem, quam Titius defunctus ex Trebelliano Sempronio reſtituere debuit, & ipſe reſtituere poterit, ſicut alius quilibet ſucceſſor. 5 ¶ Actiones ‖ temporarię Trebelliani ſolent eſſe, euicta hereditate ab eo, qui poſteaquam fideicommiſſam reſtituit hereditatem, victus eſt: ſcilicet ante *a* reſtitutionem lite cum eo conteſtata. poteſtas enim euictionis tollit intellectum reſtitutionis, indebito fideicommiſſo conſtituto.

¶ Planè ſi fideicommiſſum ab eo quoque qui poſtea vicit relictum eſt. quia poſſeſſor in ratione reddendę hereditatis partem, quam fideicommiſſario reſtituit, heredi reputat: defendi poteſt, actiones Trebelliani durare.

De herede in poſſeſſionem mittendo. De alienatione facta à fideicommiſſario ante reſtitutionem.

56. *Idem* libro 7. Reſponſorum.

FIliam fratribus, *certis rebus acceptis*, hereditatem reſtituere pater voluit, ante reſtitutam hereditatem in poſſeſſionem *b* hereditatis filiam quoque mitti placuit. cùm autem interea filij res *c* bonorum in ſolidum diſtraxiſſent, item alias pignori dediſſent: hereditate poſtea *d* reſtituta, conſtitit ex eo facto cęterarum quoque portionum venditiones, item pignora confirmari.

De fructibus. 1. De verbis & voluntate. 2. De gradibus fideicommiſſi, & electione heredi commiſſa.

57. *Idem* ‖ lib. 18. Reſponſorum. ‖

HEredes mei, quidquid ad eos ex hereditate boniſve meis peruenerit e, id omne poſt mortem ſuam reſtituant patriæ meæ coloniæ Beneuentanorum. nihil *f* de fructibus *g* pendente conditione perceptis petitum videri conſtitit.

1 ¶ Cum ita *h* fuerat ſcriptum: *Fidei filiorum meorum committo, vt, ſi quis* i *eorum ſine liberis prior diem ſuum* k *obierit, partem ſuam ſuperſtiti* l *fratri reſtituat. quod ſi vterque* m *ſine liberis diem ſuum obierit, omnem hereditatem ad* n *neptem meam Claudiam peruenire volo.* defuncto altero, ſuperſtite filio, nouiſſimo autem ſine liberis, neptis prima quidem facie propter conditionis verba non admitti videbatur: ſed cum in fideicommiſſis voluntatem *o* ſpectari conueniat, abſurdum eſſe reſpondi, ceſſante prima ſubſtitutione, partis nepti petitionem denegari, quam totam habere voluit auus *p*, ſi nouiſſimus fratris quoque portionem ſuſcepiſſet.

1 ¶ *Peto de te, vxor cariſſima, vti cum morieris, hereditatẽ meam reſtituas filiis meis, vel vni eorum* q, *vel nepotibus meis vel cui* r *volueris, vel cognatis meis, ſi cui voles ex tota cognatione mea.* inter filios reſpõdi ſubſtitutionem fideicommiſſi factam videri: circa nepotes autem, (&) cęteros cognatos, facultatem eligendi datam. ex cęteris autem cognatis, ſi nepotes ſupereſſent, non rectè mulierem electuram propter gradus *ſ* fideicommiſſi pręſcriptos *t*. deficiente verò gradu nepotum, ex cognatis, quam velit perſonam eligi poſſe.

Si heres ante reſtitutionem ſucceſſerit debitori hereditario. 1. De periculo nominum. 2. De vſuris. 3. De præceptione pecuniæ vel prædiorum. 4. vel reditus. 5. De fructibus, vſuris, & penſionibus. 6. De vſuris, de rerum vſu & periculo. 7. De fructibus. 8. De pignore.

58. *Idem* libro 9. Reſponſorum.

DEducta quarta parte reſtituere rogatus hereditatem, prius quàm reſtitueret, hereditario debitori heres extitit: quoniam actio eo confuſa *u*, per Trebellianum redintegrari non poteſt, pecunię quoque debitę dodrans ex cauſa fideicommiſſi petatur. ſed in eum diem, quo actio confuſa eſt, vſurę pręteriti temporis, quę in obligatione vel in officio iudicis fuerunt computabuntur: poſterioris ita demum ſi mora fideicommiſſo facta ſit.

1 ¶ Cùm hereditas ex cauſa fideicommiſſi in tempus reſtituenda eſt: non idcirco nominum periculum ad heredem pertinebit, quod heres à quibuſdam pecuniam exegerit *x*.

2 ¶ Qui poſt tempus hereditatem reſtituere rogatur, vſuras *y* à debitoribus hereditariis perceptas, quarum dies poſt mortem creditoris ceſſit, reſtituere non cogitur. quibus non exactis, omnium vſurarum *z* actio (nam hereditaria *a* ſtipulatio fuit) ex Trebelliano transferetur: & ideo nec indebiti repetitio erit.

a Nou. 108. in pr. & c. 2.
b vide Manticam 4. de Coniect. 4. in fin.
c Rogatus reſtituere *ſuperfluum hereditatis*, non poteſt profundere, dilapidare bona fideicommiſſo obnoxia, licet tamen ei diminuere boni viri arbitratu.
d hodie ad dodrantem diminuere poteſt ex omni cauſa: quinimo & quadrantem certis ex cauſis. *Nou.* 108. c. 1. 2. Aliud erit ſi quis ſimpliciter rogetur *hereditatem reſtituere*. Hæc ſunt diuerſa: grauari ad hereditatem reſtituendam, & grauari ad id tantum reſtituendum quod ex hereditate ſuperfuerit.
e *l.* 25. §. 16. ſ. *de hered. petit. l.* 3. §. 2. *ſup. de vſuris.*
f hoc etiam correctum *d. Nouell.* 108.
g ab herede ſcil. iure nouo tendit eò cautio, vt ſe reſtituturum quadrantem, & de dolo caueat. *Nouell.* 108.
h Imo non debet, *l.* 6. *C. eod.* Solue, Dicta lex 6. locum habet in filio iuſſo reſtituere filiis ſuis, exceptis certis caſibus: hæc lex & dicta Nouella 108. locum habent in filio iuſſo fratri reſtituere.
i *v. l.* 6. *C. de iuris & facti ignorantia.*
k *l.* 42. *in fin.* ſ. *eo.*
l *l.* 31. §. 1. ſ. *eod.*
m *l.* 63. §. 12. j. *eo.*
n ab herede.
o ab herede ſcilicet: quem coëgit adire & reſtituere.
p *l.* 1. §. 8. ſ. *eod.*
*
q Diſpoſita in teſtamento dependent & confirmantur ab adita hereditate, *l.* 31. §. 1. ſ. *de excuſ. tut.*
r id eſt interim, vel defunctoriè, vide l. 1. § 6. j. *ad Turpill.*
ſ *l.* 27. §. 2. *ſuprà eodem.*
t Indignus eſt fideicommiſſo, qui deſtituit ſupremas defuncti preces.
u *l.* 42. ſ. *eod.*
x *l.* 14. §. 4. *ſuprà eodem.*

a ſecus ſi poſt, *l.* *l.* 63. §. 4. j. *eod.*
b adde *Paul.* 3. *ſent.* 5. §. 11. vbi *vide Cuiac.* dixi ab *l.* 2. *C. de Edicto D. Hadriani.*
c id eſt res quaſdam ex bonis.
d Ius ſuperuenient auctoris, confirmat ius ſucceſſoris, *Caſtrenſis.*
e *l.* 40. *in fin. l.* 83. ſ. *de legat.* 3.
f *l* 83. ſ. *de leg.* 3.
g Imo, fructus veniunt, *l.* 32. *in fin.* ſ. *eod.*
h v. Ripenſem qui ad hunc §. integrum penè volumen edidit.
i An hæ voces ſint particulares volus, & non diſtributiuæ, *v. Ripenſ. hic.*
k id eſt mortis, *v. hic Ripenſem.*
l audis filios inſtitutos, & inuicem ſubſtitutos.
m de hac dictione, *vterque* collectiua ſit nécne, an diſtributiua, *v. hic Ripenſ.*
n audis duobus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, neptem ſubſtitui: hinc collige, Subſtitutum in tota hereditate duobus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, cenſeri ex mente teſtatoris vocatum ad portionem vltimi, in cuius ſola perſona exſtitit conditio, *Ripenſis.*
*
o *l. pen.* ſ. *de leg.* 1. *l.* 7. §. 2. ſ. *de ſupellectile.* Sui beneficij quiſquis eſt optimus interpres. Interpretari ſuum beneficium quiſque ſolet: vel eius eſt interpretari qui beneficium dedit.
p Quid ‖? quibus ex coniecturis hic ſumitur voluntas defuncti? an ex inſtitutione reciproca facta inter oneratos, vt vult Caſtrenſis? an ex perſona neptis ſubſtitutæ, vt vult Bartolus? *v. hic Ripenſem.* Sed tamen Iulius Clarus hinc colligit, in dubio teſtatoris mentem pręſumi conſentaneam & conformem iuri communi & ſtatuto, 3. *ſentent.* §. *teſtam. quæſt.* 76 *reg.* 6.
q ſi viuet ſcilicet, hiſque verbis inducitur tacita ſubſtitutio, quæ locum non habet, niſi purificata conditione ſubintellecta: non quod alij nolunt, vel non poſſunt ad fideicommiſſum admitti, *Ripenſis.*
r hinc naſcitur quæſtio, vtrum his verbis vxori detur electio? an verò inter filios facta ſit ſubſtitutio? Poſtremum verum eſt.
ſ Ordo ſcripturæ ſeruandus eſt.
t ſed vnde colligitur hæc teſtatoris intentio? ex ordinata affectione defuncti, quæ cadit inter perſonas ſub eadem alternatione comprehenſas: adde *l.* 77. §. 32. ſ. *de leg.* 2.
u *l.* 80. *in fin.* j. *eod.* Debitum ab herede per aditionem confuſum, in actionem ex teſtamento deuoluitur, *Bart.*
x Exigere enim à quibuſdam, non facit heredem teneri de periculo aliorum, niſi in culpa fuerit, *v. l. periculum* 35. ſ. *de reb. creditis.*
y *l.* 44. *ſuprà eod.*
z In fideicommiſſarium actio vſurarum transfertur, *vt hic.* pignoratitia ſeu hypothecaria non transfertur, *l.* 59. §. 7. j. *eod.* Quid ita variè? actio vſurarum hereditaria eſt, *vt hic.* cæteræ non ſunt hereditariæ.
a Hereditariæ ſtipulationes dicuntur, quæ cœperunt à defuncto: licet accedant principali, quæ hereditaria eſt.

¶ Ac

¶ Ac ſimiliter hereditario creditori, ſi medij temporis non ſoluantur vſuræ, fideicommiſſarium in his quoque Trebellianum tenebit. Nec ideo querelę locus erit, quod de fructibus heres, quos iure ſuo percipiebat, fœnus non ſoluerit.

¶ Quòd ſi fœnus heres medij temporis ſoluerit, eo nomine non erit retentio, cùm *a* proprium negotium geſsit. quippe ſortem reddere creditori coactus, fideicommiſſario nihil vſurarum medij temporis imputabit.

3 ¶ Acceptis centum‖centum, ‖ hereditatem rogatus reſtituere, totam pecuniam iure Falcidiæ percipere videtur. & ita Diui Hadriani reſcriptum intellectum eſt, tanquam ſi ex bonis nummos retenturus fuiſſet. Quod tunc quoque reſpondendum eſt, cùm pro parte hereditatem coheredi ſuo reſtituere rogatur.

¶ Diuerſa *b* cauſa eſt prædiorum pro hereditaria parte retentorum: quippe pecunia omnis de portione retineri poteſt. prædiorum autem alia portio non niſi à cohærede qui dominium habet, accipitur. Cùm autem prædia maioris pretij, quàm portio hereditatis eſſent: in ſuperfluo prædiorum petenti fideicommiſſario Falcidiam interuenire viſum eſt. concurrentem enim pecuniam compenſari placuit.

4 ¶ Hereditatem poſt mortem ſuam exceptis *c* reditibus reſtituere rogatus ancillarum partus non *d* retinebit, nec fœtus pecorum, qui ſummiſsi gregem retinent.

5 ¶ Ante diem fideicommiſsi cedentem fructus & vſuræ, quas debitores hereditarij, cùm poſtea ceſsiſſet dies, ſoluerunt: item mercedes prædiorum ab herede perceptæ, portioni quadrantis imputabuntur *e*.

6 ¶ Cum autem poſt mortem ſuam rogatus hereditatem reſtituere res hereditarias diſtrahere non cogatur heres: ſortium, quæ de pretiis earum redigi potuerunt, vſuræ propter vſum *f* medij temporis perceptæ non videbuntur. denique nec periculum mancipiorum, aut vrbanorum prædiorum præſtare cogitur. ſed nihilominùs vſus *g*, & caſus eorum quadrantem quoque deminuit.

7 ¶ Quod ex hereditate ſuperfuiſſet, cùm moreretur reſtituere rogatus, fructus ſuperfluos reſtituere non *h* videtur rogatus, cum ea verba diminutionem quidem hereditatis admittunt, fructuum autem additamentum non recipiant.

8 ¶ Heres eius, qui bonorum ſuperfluum *i* poſt mortem ſuam reſtituere fuerat rogatus, pignori *k* res hereditarias datas, ſi non in fraudem id factum ſit, liberare non cogitur.

De obligatione naturali & pignore. De legato, ſi heres non extitiſſet. 1. De eo quod heres non tanquam heres acceperit.

59. *Paulus* libro 4. Quæſtionum.

DEbitor *l* ſub pignore, creditorem heredem inſtituit, eúmque rogauit reſtituere hereditatem filiæ ſuæ, ‖id eſt teſtatoris: ‖cum nollet *m* adire vt ſuſpectã, coactus iuſſu prætoris adiit, & reſtituit. cum emptorem pignoris non inueniret, deſiderabat *n* permitti ſibi, iure *o* dominij id poſsidere. Reſpondi: Aditione *p* quidem hereditatis confuſa obligatio eſt.

¶ Videamus autem, ne & pignus liberatum ſit ſublata naturali *q* obligatione. atquin ſiue poſsidet creditor actor, idémque heres rem, ſiue non poſſidet, videamus de effectu rei. & ſi poſsidet, nulla actione à fideicommiſſario conueniri poteſt: neque pignoratitia, quoniam hereditaria eſt *r* actio. neque fideicommiſſum, quaſi minus reſtituerit, rectè petetur. quod eueniret, ſi nullum pignus interceſsiſſet. poſsidet enim eam rem quaſi creditor *ſ*. ſed etſi fideicommiſſarius rem teneat, & hic Seruiana *t* actio tenebit. verum eſt enim, non eſſe ſolutam pecuniam. quemadmodum dicimus, cum amiſſa eſt actio propter exceptionem. Igitur non tantum retentio, ſed etiam petitio pignoris nomine competit, & ſolutum non repetetur. remanet ergo propter *u* pignus naturalis obligatio. ‖In‖ re autem integra non putarem compellendum adire, niſi *x* prius *de indemnitate* eſſet ei cautum, vel ſoluta pecunia eſſet. Nam & cum de lucro † heres ſcriptus adſit, quod fortè legatum accepit, ſi heres non extitiſſet: reſponſum eſt, non eſſe cogendum adire, niſi legato præſtito, vbi quidem potuit dici, nec cogendum eſſe heredem adire, quodammodo contra voluntatem defuncti, qui legando heredi, ſi non adiiſſet, in ipſius voluntate poſuit aditionem. ſed cùm teſtator alterutrum dederit, nos vtrumque ei præſtamus.

1 ¶ Ea quæ dotem dabat, pacta erat cum marito, vt *mortua ſe in matrimonio, dotis pars matri eius redderetur*, nec eo nomine ſtipulatio à matre interpoſita eſt. *e* moriens deinde matrem & maritum ſitum heredes fecerat, & à matre petierat, *vt hereditatem Titio reſtitueret.* iudex addictus *a* de hereditate diuidenda, partem dotis, quaſi *b* ex vtili pacto, pro parte matri adiudicauerat. quærebatur, an & ea portio ex cauſa fideicommiſsi pręſtanda ſit, ‖quam‖ non eſſe reſtituendam puto, quia non *c* quaſi heres, ſed *d* quaſi mater ex pacto *e* accepit, nec occaſione hereditatis, ſed errore *f* ex pacto eam habuit.

a l. 12. §. 6. ſ. qui potiores.
b l. 77. ſ. de leg. 1.
c v. Manticam 7. de coniect. 10. num. 36. 37.
d Imò, reſtituere partus non cogitur, l. 14. in fin. ſ. de vſuris.
e l. 18. l. 23. §. 2. ſ. eod. l. 8. §. 11. ſ. de inofficioſo. l. 18. in fin. l. 36. in fin. l. 45. l. 66. l. 73. §. 4. l. 88. ſ. ad leg. falcid.
f v. Cuiacium 24. obſ. 40.
g id eſt, deminutio ac deperditio, l. 20. § 6. §. vlt. l. 21. ſ. de pet. hered. Vſus enim nonnunquam pro vſucapione ſumitur, l. nec vtilem 20. ſup. ex quibus cauſ. maior.
h Imo, videtur rogatus, l. 3. §. 2. ſ. de vſuris. Cuiacius 12. obſeru. 10. hanc negationem expungit.
i Heredes interdum rogantur reſtituere hereditatem: interdum ſuperfluum hereditatis: id eſt, quod eis ſupererit ex hereditate.
k Pignori obligare poteſt hereditatem heres qui ſuperfluum hereditatis reſtituere iuſſus eſt, ſi modo non in fraudem ipſam hereditatem pignorauit.
l id eſt debitor, qui rem ſuam aliquam creditori obligauit.
m Hereditatem adire ſuſpectam nemo cogitur.
n v. l. 2. C. de iure dominij impetrando.
o l. 24. ſ. de pignoratitia.
p Hereditatis aditione confunditur obligatio.
q Aditio quę fit coactè, naturalem obligationem non perimit, *Bart.*
r non eſt actio. Ita legit Cuiacius 7. ad Africanum. In explicatione legis 21. ſ. de fideiuſſoribus, hoc ſenſu pignoratitiam actionem non tranſire in fideicommiſſarium, cum non ſit hereditaria. arg. l. 73. inf. eod. l. 58. §. 2. ſup. eodem.
ſ Dominium rei pignoratę, quod peruenit ad creditorem irreuocabiliter non perimit hypothecariam ei competentem, *Bartol.*
t aut potius quaſi Seruiana §. 7. inſt. de act.
u non propter res alias. Confuſione tollitur perſonalis obligatio, non realis, vt pignoratitia, vide Cuiac. 9. ad Afric. fol. 211. x vt l. 11. ſuprà eodem.
† De lucro agitur, heres ſcriptus, quod fortè, &c.

De patrono ex debita portione inſtituto.

60. *Idem* libro 11. Quæſtionum.

PAtronus ex debita portione heres inſtitutus, ſextam partem reſtituere rogatus reſtituit. non tranſeunt ex Trebelliano actiones *g*, quoniã non *h* fuit debitũ, quod reſtituit. & ideo, ſi per errorem fecit, etiam repetetur.

De eo cui tantum datur, quantum pro vncia hereditatis competeret.

61. *Idem* libro 14. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, his verbis: *Sempronij heredem te non ſcripſi, feſtinans per infirmitatem, ideóque ei dari volo tantum i, quantum pro vncia hereditatis competeret*, videri quidem magis, quantitatem, quàm portionem hereditatis, relictam. ſed ſic accipiendum, vti videatur de vncia *k* etiam reſtituenda ſenſiſſe.

De dote. 1. Quando fideicommiſſum reſtituendum.

62. *Scæuola* libro 4. Reſponſorum.

A Filia petiit, *vt ſi liberis l ſuperſtitibus moreretur, partem eius, quæ ad eam ex bonis patris perueniſſet: quod ſi ſine liberis, vniuerſum fratri reſtitueret.* quæritur, defuncta ea in matrimonio, ſuperſtite filia *m*, an heres eius, cum parte hereditatis, eius quoque, quod dotis nomine datum erat, partem reſtituere debeat? Reſpondit, *id quod in dotem fuiſſet, *non *n* contineri in partem hereditatis quæ reſtituenda eſt. ſed etſi ex promiſsione dotis aliquid debitum fuit, æris alieni loco habendum.

1 ¶ Alumno certam pecuniam legauit, *& eam recipi à Sempronio mandauit, & certas vſuras alumno præſtari o, donec ad viceſimum annum peruenerit*: deinde alumni fideicommiſit, vt *ſi ſine liberis decederet, partem reſtitueret Sempronio, partem Septicia.* quæſitum eſt, defuncto alumno intra annum viceſimum, an ſubſtituti fideicommiſſum *p* petere poſsint, an verò in id tempus ſuſtinere *q*, quo ſi viueret, alumnus viceſimum annum impleret: Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur poſſe *r*.

De dominio rerum reſtitutarum. 1. De actionibus hereditariis. 2. De euictione hereditatis. 3. De actionibus hereditariis. 4. De hereditate acquiſita per ſeruum hereditarium. 5. De mora fideicommiſſarij. 7. De inſtitutione conditionali. 11. An fideicommiſſarius quartam detrahat. 12 An ob Falcidiam ab herede detractam minuatur fideicommiſſum à fideicommiſſario relictũ. 13. De inſtituto, qui ſubſtitutum habet. 14. De bonorum poſſeſſ. fideicommiſſo. 15. De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

63. *Gaius* libro 2. Fideicommiſſorum.

FActa *ſ* in fideicommiſſarium reſtitutione ſtatim *t* omnes res in bonis fiunt eius, cui reſtituta eſt hereditas, etſi *u* nondum earum nactus fuerit poſſeſsionem.

1 ¶ Si is qui hereditatem ſibi reddi ab herede ſtipulatus ſit, eique ex ſtipulatu *x* agenti reſtituta fuerit hereditas, conſtat nihilominus transferri actiones. hoc ita eſt, ſi is, cum quo actum ſit reſtituat hereditatem. Si verò ob id quod non reſtituerit, æſtimatione hereditatis condemnatus fuerit, remanent actiones hereditariæ apud eum qui condemnatus ſit: actor autem quantitatem conſequitur.

2 ¶ Si heres ſcriptus reſtituerit hereditatem, & poſtea de hereditate controuerſiam paſſus, victus ſit, aut lite ceſſerit *y*, durare actiones conſtitit in fideicommiſſarium ſemel tranſlatas.

3 ¶ Si quis maiorem *z* partem reſtituerit, quàm rogatus eſt in eam partem, quæ excedit, non transferuntur actiones: ſed cum præcepta aliqua re, aut ſumma, rogatus ſit heres reſtituere, & omiſſa retentione totam hereditatem reſtituerit, rectè dicitur transferri actiones.

4 ¶ Si heres ante reſtitutam heteditatem ſeruum hereditarium heredem ab aliquo inſtitutum iuſſerit adire hereditatem, negat Iulianus, debere hanc hereditatem reſtitui, quia de eo rogatus non eſſet, & hoc eſt facendum. requirendùm tamen & illud eſt, num

a Addicitur, iudex cum datur, addictus igitur iudex, datus iudex, vt neceſſe non ſit hic legi *additus iudex.*
b Aſcendentibus ex linea matris per deſcendentes actio non quæritur, *Bart.* adde l. 26. §. 4. ſ. de pact. dotalib. l. 45. ſup. ſoluto.
c Quod peruenit ad heredem, vt heredem, non venit in fideicommiſſum, *Bart.*
d & ſic duarum quodammodo perſonarum vicem ſuſtinet.
e Inutili.
f Quod quis habet ex erronea ſententia in reſtitutionem non venit, *Bart.* vide Molinęum in hunc locum 1. conſuet. 7. num. 33 l. 5. §. 12. ſ. de iure dot. l. 64. §. 5. ſ. ſoluto: l. 3. ſ. de tutelis: l. 5. in fin. ſup. de liberat. v. l. 6. ſuprà quod cuiuſque, l. 5. in fin. ſ. de diuerſ. & tempor. l. 1. §. 4. ſ. de ſtip. ſeru.
g Reſtitutione facta fideicommiſsi non tranſeunt actiones ex Trebelliano, *Bart.*
h Cur? dixi l. 27. §. 13. ſ. eod.
i Siue quota ſit in fideicommiſſo, ſiue in ſolutione, locus eſt Trebelliano *Bart.*
k iuſſus ſoluere tantam pecuniam quanta eſt æſtimatio talis rei, poteſt ſoluere pecuniam quę eſt in obligatione, vel ipſam rem, l. 64. in fin. ſ. ſoluto: l. 92. ſ. de legat. 1.
l in plurali.
m & ſic vna, v. l. 101. §. 1. ſ. de cond. & demonſtr.
* n Dos data, ſiue promiſſa per patrem filię, in fideicommiſſum non cadit, *Bart.* v. l. 78. ſ. eod.
o ex ea pecunia ſcilicet.
p id eſt pecuniam alumni fidei commiſſam.
q erat enim dilatio ſortis alumno ſoluendę data adminiſtratori.
r quia ceſſante cauſa dilationis, ceſſat dilatio. dilatio adpoſita erat in gratiam alterius quo mortuo ceſſat fauor dilationis.

ſ Fideicommiſſarius facta reſtitutione effectu ipſo eſt heres, *vt hic & l. 37. ſup. eod.* quodammodo inſtitutus dici poteſt, *l. 19. §. 1. ſup. de teſtam. milit.* iuris eſt ſucceſſor, *l. 1. §. 2. ſup. eod.*
t v. l. 35. in fin. ſup. de cond. & demonſt.
u Per reſtitutionem verbalem tranſeunt omnia iura in fideicommiſſarium, *Bart.* l. 37. ſuprà eodem.
x Si fideicommiſſum deducitur in ſtipulationem, & reſtituitur, & tranſeunt actiones per Trebellianum: ſecus, ſi litis ęſtimatio ſit ſoluta, *Bart.*
y Sententia vel renunciatio poſt reſtitutionem procedens, fideicommiſſario non prę iudicat, *Bart.*
z Pro eo, quod indebitè reſtituitur reſpectu quotę, non tranſeunt actiones: ſecus ſi reſpectu rei certę, *Bart.*

cum

cum incremento *a* reſtituere hæres rogatus ſit hæreditatem. (ſi) enim hoc fuerit ſubſecutum, etiam eam hæreditatem reſtituere cogitur, niſi euidentiſſimis probationibus fuerit ab hærede adprobatum, contemplatione *b* ſui ſeruum eſſe hæredem inſtitutum.

5 ¶ Reſcripto Diui Antonini ſignificatur, "vt" ſi quis accepta à Titio pecunia, quæ quartam hæreditatis continet, rogatus ſit ei reſtituere hæreditatem, licèt *c* tardiùs detur pecunia, ſine vſuris eam dari debere: quia quanto tardiùs quiſque pecuniam dat, tanto tardiùs ad fideicommiſſum peruenit, & medij temporis fructus perdit. Quamobrem ſi ante datam pecuniam tenuerit hæreditatem, fructus, quos percepit, reſtituere heredi eum oportere.

6 ¶ Idem iuris eſt & ſi quis ita heredis fideicommiſerit, *Rogo ſi Titius tibi centum dederit, reſtituas ei hæreditatem meam.*

7 ¶ Si *d* ſub conditione heres inſtitutus ſit, qui ſuſpectam ſibi hæreditatem eſſe dicit, ſi neque difficultatem, neque turpitudinem vllam habeat conditio, nec impendium *e* aliquid: iubendus eſt parere conditioni, & adire, & ita reſtituere. ſi verò turpis, aut difficilis ſit conditio, apertè iniquum eſt cogi *f* eum explere eam alterius gratia: ſed & remitti eam ab initio viſum eſt. plus enim *g* tribui à prætore ei, qui fideicommiſſum petit, quàm teſtator voluit, abſurdum eſt. vtique autem teſtator, niſi expleta ſit conditio, neque ſcriptum heredem ad hereditatem vocauit, neque per hunc illi voluit reſtitui hereditatem.

8 ¶ Si dandæ *h* pecuniæ conditio adſcripta eſt heredi: debet ei offerre pecuniam is qui poſcit fideicommiſſum, vel hereditatem impleta conditione poſſit adire, & reſtituere.

9 ¶ Quòd ſi conditio adſcripta eſt, & ea eſt, quam prætor remittit, ſufficere edictum, vt Iulianus ait. hactenus iubendus eſt, vt † conſtituat prætoriis actionibus vti, aut petat bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, vt ita nanctus actiones, tunc reſtituta hereditate transferat eas ex ſenatuſconſulto.

10 ¶ Si verò *nominis* i *ferendi* k conditio eſt, quam prætor exigit, recte quidem facturus videtur, ſi eam expleuerit. nihil etiam mali eſt, honeſti hominis nomen adſumere. nec enim in famoſis & turpibus nominibus hanc conditionem exigit prætor. ſed tamen ſi recuſet nomen ferre, remittenda eſt ei conditio, vt Iulianus ait, & permittendæ vtiles actiones, aut bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas danda eſt, vti nanctus actiones, transferat eas ex ſenatuſconſulto.

11 ¶ Si cùm *l* ſuſpectam videret hereditatem, poſtulante *m* me, iuſſu prætoris adieris, & reſtitueris mihi, ita vtar legis Falcidiæ *n* beneficio aduerſus legatarios, ſi tu quoque ea lege vti poteras, & quatenus vti poteras. nam *o* ſi quid præterea à me alicui per fideicommiſſum relictum ſit, id quaſi *p* à legatario relictum non venit in computationem eius legis, ſed extrinſecus numeratur.

12 ¶ Si Titius rogatus ſit hæreditatem Mæuio reſtituere, Mæuius Seio certam pecuniam, & Titius quartæ retinendæ beneficio aduerſus Mæuium vſus fuerit, Neratius ſcribit, Mæuium *q* quoque Seio eo minus equum eſſe præſtare, ne *r* ipſe de ſuo damnum ſentiat.

13 ¶ Iulianus ait, ſi heres inſtitutus Titio rogatus ſit reſtituere, ſubſtitutus Mæuio, & inſtitutus ſuſpectam ſibi hæreditatem eſſe dicat, deſiderante Titio *ſ* iubendum eum adire & reſtituere.

14 ¶ Si quis bonorum poſſeſſoris fideicommiſerit de hereditate reſtituenda, & is paſſus fuerit diem bonorum poſſeſſionis agnoſcendæ tranſire, aut per hoc tempus, quo is cui reſtitui debebit hereditas, aliqua ex cauſa non potuit adire prætorem, & poſtulare, vt petita bonorum poſſeſſione reſtituatur ſibi hereditas, ſuccurri *t* ei debet. id eſt, vt reſtituatur tempus *u* bonorum poſſeſſionis admittendæ, exhibendi fideicommiſſi gratia.

15 ¶ Admonendi autem ſumus *x*, ſi is qui ſoluendo non ſit, Titio herede inſtituto ſeruum liberum eſſe iuſſerit, & rogauerit Titium hæreditatem eidem reſtituere: vix eſſe, vt Titius recuſans adire hereditatem cogatur: nam licet deſiderante ſeruo Titius adierit hæreditatem, non tamen poteſt libertas ſeruo competere, quaſi *a* in fraudem creditorum data: licèt Titius locuples ſit: qua de cauſa nec hæreditas ei reſtitui poteſt. ſed ex ſententia *b* legis dicendum eſt, perinde *c* habendum, ac ſi is ſeruus ſolus liber & heres ſcriptus eſſet, nec Titius heres eſſet.

a Quod pendente dilatione per hereditarium ſeruum adquiritur, in reſtitutionem non venit, ſicut nec alij fructus iudicio teſtatoris percepti. *Bart. l. 18. ſup. ead. l. 43. §. 2. ſup. de legat 2.*

b *l. 21. in fi. ſ. de vſufr. & quem.*

c Licèt fideicommiſſarius pecuniam tardius ſoluat, quàm dare debet, ad vſuras non tenetur. *Bart.*

d de ſententia huius paragraphi vide Antonium Fabrum *6. Coniectur.* 11.

e impedimentum. *Hal.*

f *l. 1. in fi. ſ. eod. l. 64. §. 1. ſ. eod.*

g Cur? Prætor vltimarum voluntatum cuſtos eſt, non euerſor *l. 10. in fi. ſ. de captiuis: l. 14. ſ. de teſtibus.*

h *v. l. 7. ſ. eo.*

† id eſt, hæres proteſtetur ſe velle heredem eſſe, vel bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas petat.

i Nominis ſui ferendi conditionem plerunque legatariis, fideicommiſſariis & heredibus teſtatores imponebant: qua de re vide *l. 5. in fi. ſ. eod. Ciceronem 3. offic. vbi dixi Suet. Octauio c. 101. Ouidium 15. Metam. Dionem* 45. quæ poteſtas fœminis quoque competit. *Cic. 7. ad Att. 8.*

k Qui ita inſtitutus, adoptatur non iure, ſed tamen confirmauur à populo vel à principe. An adoptio fieri poſſit in teſtamento, *v. Cuiac. 7. obſ. 7.*

l *l. 55. §. 2 ſ. eo.*

m & ita inuitus adiſti.

n Falcidia detrahitur aduerſus legatarios.

o Si heres coactus hereditatem adiit, fideicommiſſarius Falcidiam detrahet in relictis ab herede, at non in relictis à ſe.

p *v. l. 22. in fi. ſup. eodem.*

q Quatenus defalcatur à primo fideicommiſſario, eatenus defalcat ipſe à ſuo legatario. *Bart.*

r *l. 43. in fin. ſ de cond. & demonſt.*

ſ ſubſtituto & ſic, Fideicommiſſarius præfertur ſubſtituto vulgariter. *Bartolus.*

t Si inſtitutus paſſus eſt labi tempus agnoſcendę bonorum poſſeſſionis, fideicommiſſario ſuccurritur, vt reſtituatur & agnoſcere cogatur: Bartolus id extendit ad inſinuationem, vt omiſſa ab inſtituto, non noceat fideicommiſſario *l. 16. ſ. ex quibus cauſ. maior.*

u Temporis pręſcriptio interdum magis nocet, quam expreſſa in iure quærendo, non quęſito.

x Qui ſoluendo non eſt, vt ex ſeruis ſuis vni relinquere libertatem poteſt etiam in fraudem creditorum directò, ita eidem hereditatem per fideicommiſſum relinquere poteſt, libertatem verò vel directo, vel per fideicommiſſum, ſ *v. l. qui ſ ſolu*do 42. ſ. de heredib. inſtituendis.*

a Libertas in fraudem creditorum regulariter dari non poteſt.

b Quę illa ſententia eſt? Ius ac poteſtas qua licet dominis directò ſeruum vnum cum libertate inſtituere etiam in fraudem creditorum: idque fauore publico, nimirum vt habeat heredem teſtator *l. & quia defunctorum intereſt. 6. ſ. de interrogat.*

c *l. 13. in fin. ſ. de teſtam. militis.*

De naturali obligatione. 1. De neceſſariis heredibus ſub conditione inſtitutis. 2. De morte hæredis vel fideicommiſſarij ante reſtitutionem. 3. De patrono ex parte debita inſtituto.

64. *Macianus* lib. 4. Fideicommiſſorum.

SI eius pupilli, cui ſine tutoris auctoritate pecunia credita erat *d*, reſtituta ex eo ſenatuſconſulto mihi fuerit hereditas, ſi ſoluam *e* creditori, non repetam: atqui hæres, ſi poſt reſtitutionem ſoluat, repetet non ob aliud, quàm quod ab eo in me naturalis *f* obligatio tranſlata intelligitur. & ſi eius mihi reſtituta ſit hereditas, qui pupillo ſine tutoris auctoritate crediderit, ſi ſoluerit mihi pupillus, non repetet. at ſi hæredi ſoluerit, repetet: non repetiturus, ſi ante reſtitutionem ſoluiſſet.

1 ¶ Si neceſſarij hæredes ſub conditione quamuis leuiſsima hæredes ſint inſtituti, cui parere ſolent: *g* dicendum eſt, cogi reſtituere hæreditatem deſiderantibus his, quibus reſtituere rogati ſunt: quia etiam neceſſarij *h* hæredes, fideicommiſſæ ‖ hæreditatis reſtituendæ gratia, conditioni parere erunt compellendi.

2 ¶ Si quis rogatus reſtituere hæreditatem, deceſſit antequam eam reſtituat, hæres *i* eius poterit hereditatem reſtituere, & ex Trebelliano ſenatuſconſulto tranſeunt actiones. ſed ſi duo ei heredes extitiſſent vti quiſque reſtituiſſet, pro ea parte tranſituras actiones. nam & ſi ipſe partem reſtituiſſet, pro parte interim tranſituras, verius eſt. ſed & ſi plures heredes extiterunt ei, qui rogatus eſt reſtituere hereditatem, ſi quidam interim reſtituerint, vel cùm ei, cui reſtitui debuit, plures heredes extiterint, vt cui reſtituta erit, is pro ea parte ex hoc ſenatuſconſulto habebit actiones.

3 ¶ Si patronus ex parte debita *k* hæres inſtitutus rogatus fuerit eam liberis exheredatis defuncti liberti reſtituere, ſi ſua ſponte adierit, erit Falcidiæ locus: ſi coactus, in ſolidum tranſibunt actiones ex hoc ſenatuſconſulto.

d *ſub.* errore iuris. Hic enim error impedit repetitionem naturalis debiti ſoluti.

e & qui ea factus fuerat locupletior *l. 21. ſ. ad leg. Falcid.*

f Naturales obligationes omnino tranſeunt in fideicommiſſarium, vt hoc modo heres nihil prorſus debeat, *l. 40. ſ. eo.* Naturalis autem obligatio dicitur ex eo quod locupletior factus eſt.

g ſecus, ſi talis ſit vt ei pareri non oporteat. *l. 63. §. 7. ſup. eod.*

h Neceſſarij etiam heredes conditioni reſtituendi fideicommiſsi parere compellendi ſunt.

i *l. 40. ſup. eo.*

k Quę pars patrono debita eſt? ſemis, *§. 2. §. 3. Inſt. de ſucceſſ. lib. l. 1. §. pen. ſup. ſi qui plus quàm per l. Falcid.*

De hæreditate reſtituenda ſeruo, vel domino eius. 1. De fideicommiſſo conditionali. 2. De auctoritate rei iudicatæ. 3. De fideicommiſſario infante, vel ſurdo, vel abſente, vel muto. 4. De rebus alij traditis iuſſu fideicommiſſarij.

65. *Idem* libro 5. Fideicommiſſorum.

SEruo inuito domino, vel ignorante, non rectè reſtituetur hereditas. ſed (ſi) poſtea ratum habuerit, confirmabitur reſtitutio *l*: verùm ipſi domino adquirentur actiones: nec, quia hereditatis adquiſitionis ſimilis eſt hæc reſtitutio, iuſſum præcedere oportet. ſed (vt dictum eſt) etiam ratihabitio ſubſequi poterit, exemplo bonorum poſſeſſionis. Neque intereſt quod ad propoſitum attinet, ipſi domino, an ſeruo quis rogetur reſtituere hereditatem, nec in ea re conſenſu, aut opera ſerui opus eſt: atqui in bonorum poſſeſſione, vel in adeunda hereditate conſenſus eius neceſſarius eſt. itaque ſi qui ſuſpectam dicent hæreditatem, poſtulante domino compellendi erunt adire, & reſtituere hæreditatem.

1 ¶ Si teſtator rogaſſet hæredem, vt reſtituat hæreditatem mulieri, ſi non nupſiſſet, dicendum erit compellendum *m* hæredem, ſi ſuſpectam dicat hæreditatem, adire, & reſtituere eam mulieri, etiam ſi nupſiſſet.

¶ Idem in cæteris quoque conditionibus Iulianus noſter probat, quæ ſimiliter niſi fine vitæ expleri non poſſunt. ſecundum quam ſententiam cautione præſtita his, quorum intereſt, ab his, quibus reſtitui ſub iiſdem conditionibus hæres rogatus eſſet, reſtituet hæreditatem.

2 ¶ Cùm prætor, cognita cauſa per errorem, vel etiam ambitioſè iuberet, hæreditatem vt ex fideicommiſſo reſtitui, etiam publicè *n* intereſt reſtitui *o*, propter rerum iudicatarum auctoritatem *p*.

3 ¶ Si pupillo *q* infanti reſtituere hereditatem quis rogatus ſit, ſi ſponte adierit, etiam ſeruo eius, & ipſi pupillo tutore auctore reſtituetur hæreditas. ſi quidem eo, quòd fari non poteſt, non *r* magis ea res impedietur, quàm in muto pubere volente ſibi reſtitui hęreditatem. ſi autem heres recuſet adire hereditatem, quemadmodū res expediri poſsit, difficile eſt, quia neque tutore deſiderante, periculo pupilli adire hereditatem, Trebelliano ſenatuſconſulto locus ſit futurus: neque pupillus ipſe id deſiderare poſsit, cùm fari non poſsit;

l Ratihabitio namque comparatur mandato. adde *§. vlt ſ. eod.* atqui iuſſus pręcedere debuit vt hereditatem adeat ? *vide hic Bart.*

m Hodie non compellitur reddere, ſi mulier nubat. *Nou.* 22. c. 44.

n *l. 11. ſup. de iuſtitia.*

o Supereſt tamen appellatio *l. 5. §. 1. ſ. de appellat.*

p quę ius facit, *l. 12. ſ. qui & à quibus manum. l. 27. §. 2. ſ. de rece. arbit. l. 50. ſ. de peculio l. 3. in pr. & §. 1. ſup. de pig l. 50. §. 8. ſup. de leg. 1. l. 207. ſ. de regulis: l. 6. ſ. de excep. rei iudicatæ. l. 3. ſ. de popul act.*

q Hereditas reſtitui poteſt pupillo infanti cum authoritate tutoris eius.

r Muti & infantis ſimilitudo.

poſsit, quod aliquatenus circa mutos expediri poteſt. nam ſi auditus capaces ſunt, vel interrogati nutu *a* poſsint ſignificare *b*, velle ſe, periculo ſuo hereditatem adire, quomodo abſentes per nuntium. ſed & infanti non dubito omnimodo ſubueniendum. idque ex ſimilitudine *c* iuris ciuilis *d* vel honorarij conſtituendum eſt. ſiue enim hæres inſtitutus eſſet, non dubiè pro hærede, tutore auctore gerere poſſe videtur, ſiue de bonorum poſſeſsione agitaretur, peti ei per tutorem poſſet. ideóque & hæres compelli per tutorem poteſt adire & reſtituere hereditatem.

¶ Quo *e* exemplo & mutus, qui nihil intelligere poteſt, per curatorem adiuuatur.

4 ¶ Si ſingulæ res ab herede traditæ ſunt iuſſu *f* meo ei, cui eas vendiderim, non dubitabimus, mihi intelligi factam reſtitutionem.

¶ Idem erit, & ſi iuſſu meo tradantur cui ego ex fideicommiſſo, aliave qua cauſa eas præſtare debuerim, vel in creditum ire vel donare voluerim.

De inſtituto ſi cohæres adiſſet. 1. De procuratore fideicommiſſarij abſentis. 2. De actione legis Aquiliæ. 3. Vbi fideicommiſſarius conueniri debet.

66. *Paulus* libro 2. Fideicommiſſorum.

QVi ita inſtitutus eſſet *ſi cohæres eius adiiſſet*, vti poteſt lege Falcidia, etſi cohæres eius coactus adiiſſet, modò *g* ſi *h* ipſe non coactus adierit hæreditatem.

1 ¶ Etiam abſentis procuratori (ſi) deſideraret, poſſe reſtitui hereditatem ex hoc ſenatuſconſulto, Iulianus ſcripſit. ſi *i* tamen caueat de rato habendo, ſi non euidens abſentis voluntas eſſet. ſed dicendum eſt, vt hæres, qui ſuſpectam dicat, non ſit compellendus adire, ſi incertum ſit, an mandauerit, quamuis ei caueatur, propter fragilitatem *k* cautionis. quòd ſi ſponte adierit hæreditatem, non magna captio eſt, ſed actiones, ſi non mandauit, tranſibunt eo tempore, quo ratum habuerit.

2 ¶ Si damnum in ſeruo hæreditario datum ſit, licèt per ſeruum hæreditarium hæredi competere actio cœpit, non tamen tranſit legis *l* Aquiliæ actio ad fideicommiſſarium: hæ enim actiones tranſeunt, quæ ex bonis defuncti pendent *m*.

3 ¶ Si legatus *n* Romæ compulſus adierit hæreditatem & reſtituerit, cogetur *o* Romæ actiones pati fideicommiſſarius, quamuis hæres *p* non cogetur.

4 ¶ An vbi defunctus conueniri debuit, & fideicommiſſarius debeat, videndum. ſi ſua ſponte hæres adiit, & reſtituit hæreditatem, an tribus locis fideicommiſſarius defendi debeat: vbi defunctus, & vbi hæres, & vbi ipſe domicilium habet? oportet itaque ibi fideicommiſſarium conueniri, vbi *q* vel domicilium habet, vel maior pars reſtitutæ hæreditatis habetur.

Si fideicommiſſarius, poſtquam adire coegit, recipere nolit. 1. De fraudatorio interdicto. 3. De fideicommiſſario qui ſolidum capere non poteſt.

67 *Valens* libro 3. Fideicommiſſorum.

SI poſtulante me, ſuſpectam hæreditatem ex decreto prætoris adieris, & nec ego poſtea eam mihi reſtitui velim, nec bonis me immiſcere, hoc fieri debet, vt (quod Octaueno non ineleganter videbatur) à prętore perinde *r* actiones in me dentur, ac ſi hæreditatem recepiſſem. quod eſt iuſtius.

1 ¶ Etiam eo tempore, quo creditorum fraudandorum cõſilium inieris, citra periculum interdicti *ſ* fraudatorij hæreditatem ſuſpectam adibis, & reſtitues mihi. quia & remoto fideicommiſſo liberum *t* tibi fuerat nolenti adire hæreditatem, creditores tuos tali commodo fraudare, & ego nihil turpiter faciam, recipiendo eam hæreditatem, quam remota poſtulatione mea, creditores compellere te, vt adires, non potuerint.

2 ¶ Sed & (ſi) filius ſuus heres patri, rogatus ſit à patre, hæreditatem mihi reſtituere, cùm ſuorum creditorum fraudandorum conſilium iniſſet, tanquam ſuſpectam ex decreto prætoris reſtituerit mihi, vix fraudatorio interdicto locus erit. quia bonis patris eius venditis, nihil proprium creditores eius ex ea hæreditate ferre potuerint. niſi fortè proprij creditores filij audiri debeant, ſi poſtulent, vt dimiſsis patris, eius bona vendere ſibi permittatur.

3 ¶ Si donationis cauſa ſuſpectam hæreditatem ſibi hæres dixerit, & reſtituerit ei, qui ſolidum capere non poſsit, auferetur *a* ei id quod capere non poteſt.

¶ Idem dicendum eſt, & ſi citra conſilium donandi fiduciarius *b* hæres id fecerit.

De teſtatore qui non eſt ſoluendo.

68. *Idem* lib. 4. Fideicommiſſorum.

SI hæres ab eo, qui, cùm moreretur, ſoluendo non fuit, rogatus hæreditatem reſtituere, ſuſpectam ſibi dicit, dubium non eſt, quin hodie *c* coactus ex Trebelliano ſenatuſconſulto reſtituere poſsit. ſed etſi ſua ſponte adierit, ex eodem ſenatuſconſulto reſtituturus eſt. quamuis cùm ſumma, aut *d* certum corpus per fideicommiſſum ab eo, qui ſoluendo *e* non fuit, datum eſt, perinde non debeatur, atque ſi legatum eſſet. eo enim caſu legatarij, ſuperiore hæredis vice fungi eum, cui fideicommiſſum relictum eſt.

1 ¶ Si totam hereditatem rogatus reſtituere tu ſponte adieris, & ſine deductione quartę partis reſtitueris, difficilè quidem crederis per ignorantiam magis, non explendi fideicommiſsi cauſa, hoc feciſſe: ſed ſi *f* probaueris, per *g* errorem te quartam non retinuiſſe, recuperare eam poteris.

De cautione euictionis.

69. *Macianus* libro 8. Fideicommiſſorum.

DE euictione *h* prędiorum, vel mancipiorum, vel cęterarum (rerum) cauere hęres, cùm reſtituit hęreditatem non debet. quinimo in contrarium caueri *i* heredi oportet, ſi quid ex his euictum eſſet, quæ ab ipſo herede veniſſent.

Si fideicommiſſarius, hæredi poſt tempus reſtituere rogetur. 1. De alienatione aut manumiſsione, aut damno dato ab hærede. 2. De temporali actione.

70. *Pomponius* libro 2. Fideicommiſſorum.

SI hęres inſtitutus Titio rogatus fuerit reſtituere hęreditatem, & rurſus Titius hæredi poſt tempus, ſufficiunt directę *k* actiones heredi.

1 ¶ Si hęres *l*, antequam fideicommiſſam hæreditatem reſtitueret, alienauerit *m* quid ex hęreditate, aut ſeruum hęreditarium *n* manumiſerit, aut ruperit quid, vel fregerit, vel vſſerit, non competit in eum vlla ciuilis actio, reſtituta poſtea hęreditate ex Trebelliano ſenatuſconſulto, ſed ex fideicommiſsi cauſa erit hoc quod deperierit perſequendum.

¶ Sin verò poſt reſtitutam hæreditatem horum quid admiſerit hæres, dicendum eſt, lege *o* Aquilia cum eo agi poſſe, ſi ſeruum fortè hęreditarium aut vulnerauerit, aut occiderit.

2 ¶ Si temporalis actio in hęreditate relicta fuerit, tempus, quo hęres experiri ante reſtitutam hæreditatem potuit, imputabitur ei, cui *p* reſtituta fuerit.

De iure deliberandi.

71. *Macianus* libro 10. Fideicommiſſorum.

OMnes qui de hęreditate *q* deliberant *r*, deſiderante eo qui ſuo periculo velit adiri hęreditatem, coguntur adire *ſ*, ſed non ſtatim reſtituere, ſed vt completo tempore deliberationis, (ſi) expedire *t* ſibi compererint hęreditatem, ſentiant commodum teſtamenti eo iure, quo ſi ſponte adiſſent: ſin verò contra oneroſam crediderint, reſtituta ea exonerentur actionibus hæreditariis.

De præceptione fundi alieni.

72. *Pomponius* lib. 4. Fideicommiſſorum.

HEres præcepto fundo rogatus erat hæreditatem reſtituere. fundus alienus erat. Ariſto aiebat, videndum, vtrum eum omnimodo penes heredem fundum eſſe voluit teſtator, an ita demum, (ſi) ipſius eſt: ſed ſibi ſuperius placere. ideóque ęſtimatio eius retinenda *u* eſt.

De pignore. 1. De ſeruitutibus.

73. *Macianus* libro 13. Fideicommiſſorum.

SI hæres pecuniam hæreditariam *x* crediderit, & in eam cauſam pignora acceperit, actiones non *y* competunt ei, cui reſtituta fuerit hęreditas aduerſus ipſa pignora. ſed aliqua dubitatio remanebit, ſi in eum contractum qui *z* ex *a* defuncto fuerit interpoſitus, hæres, antequam reſtitueret hæreditatem, pignus

a Nutu ſolo pleraque ſubſiſtunt, *l. 92. §. 1. ſ. de adq. hæred. l. 52. in fin.]. de obl. & act.* ſic nutu etiá relinquitur fideicommiſſum, *Vlp.* 25. §. 3. Nutus eſt etiam voluntatis ſignificatio.
b ſignificare. *Hal.*
c Quæ illa ſimilitudo eſt? Quemadmodum tutore auctore pupillus infans hæreditatem iure ciuili, vel bonorum poſſeſsionem iure prætorio petere poteſt: ita eodem tutore auctore ſcogi poteſt heres fiduciarius adire hæreditatem & reſtituere.
d Ius ciuile & honorarium hic appellat, paulò poſt, hæreditatem & bonorum poſſeſsionem, vtramque tutore auctore pupillus infans petit.
e Mutus qui nihil omnino intelligere poteſt, per curatorem ita adiuuatur, vt pupillus infans.
f Paria ſunt hæreditatem fideicommiſſario reſtitui, vel alteri, eius iuſſu ſeu voluntate.
g Coacta aditio facit vt conditio, *ſi heres erit*, extitiſſe videatur. denique coacta aditio, aditio eſt pene in omnibus: prodeſt, inquam fideicommiſſario nó ipſi adeunti *l. 4. l. 11. ſup. eod.*
h *l. 19. ſup. de cond. & demonſt.*
i v. quæ ſcripſi ad *l. 6. §. 3. ſup. quod cuiuſque vniuerſ. nomine.*
k Hinc illud Plauti *in Aſinaria.* Vetus eſt, nihili cautio eſt. ſic legendum monet Muretus 8. *variar.* 11. Qui cautionem habet ſæpe litigare cogitur, at cui ſoluta pecunia eſt, ei res omnis in tuto eſt. ideo ſcriptores noſtri, incertæ cautionis euentum dicunt. *l. 6. in fi. ſup. quod falſo tutore.* & Seneca ſyngraphas cautionéſque vocat, vacua habendi ſimulachra. hæc Muretus.
l *l. 7. §. 1. in fin.]. eod. l. 15. ſupra ad l. Aquiliam.*
m *ſub.* & erant adquiſitæ à defuncto: quæ repertæ in hæreditate iacenti adquiſitæ. Nam hæreditas iacens repræſentat defunctum: ſecus ſi poſt aditam hæreditatem: tunc enim hæreditariæ non dicuntur, ſed hæredis patrimonij.
n adde *l. 30. ſup. eodem.*
o Fideicommiſſarius ſortitur forum ex perſona propria & defuncti, non hæredis.
p Eſt enim legati perſonale officium *l. 28. §. 2. ſ. de iudiciis.* Exceptio perſonæ hæredis cohærens, non tranſit in fideicommiſſarium.
q Fideicommiſſarius cui reſtituta eſt hæreditas, ibi conueniendus eſt vbi domicilium habet, vel pars maior reſtitutæ hæreditatis habetur, non vbi hæres qui hęreditatem ei reſtituit, domicilium habet.
r Cogitur hæreditarias actiones pati fideicommiſſarius, qui hæredem coegit adire *l. 11. in fi. l. 44. ſup. eo. l. 1. §. 6.]. de ſeparationibus.*
ſ In interdictum fraudatorium quis incidit per aditionem factam à ſuo vel extraneo. De interdicto fraudatorio, adde *l. 96.]. de ſolutionibus.*
t Cur ita? vide *legem 6.]. quæ in fraud. credit.*

a Plus fideicommiſſario hæres non reſtituit, quam ipſe fideicommiſſarius à defuncto capere potuit, *l. 46.]. de iure fiſci.*
b De eo dixi ad legem 46. *ſup. eo.*
c Hodie id eſt, poſt Senatuſconſultum Pegaſianum. *v. Cuiac. 8. obſ. 5.* de hac particula Hodie *v. l. 7. §. 2.]. de iniuriis.*
d Ex hac disiunctiua quidam colligit, aliud eſſe ſúmam, aliud corpora, *v. l. 94. §. 1.]. de ſolutionibus.*
e Legata ex teſtamento eius qui ſoluendo non fuit, omnino inutilia ſunt, *l. 17.]. de mort. cauſ. donat.*
f Præſumi error iuris non ſolet niſi probetur. dixi ad *cap. 47. de regul. iur.* 6.
g *§. 5. Inſtit. eo. l. 5. §. 15. ſup. de donationibus inter virum.*
h Hæres inſtitutus non cauet de euictione, ſed ſibi cauetur à fideicommiſſario. *Bart. l. 77. §. 8. ſup. de legatis 1.* Cur ita? *v. l. 45. in fin. ſup. de legat. 1.*
i *v. l. 36. ſup. eo.*
k Vt neceſſe non ſit, vtilibus vti, vnde colligunt DD. rectam actionem nobiliorem & meliorem eſſe vtili: & ea præſente vtilem muſſitare, id eſt quieſcere, *l. 1. §. 1. ſup. de publiciana.*
l Ex damno dato ante reſtitutionem, ex teſtamento: poſt reſtitutionem vero actione legis Aquiliæ hæres tenetur.
m *l. vlt. §. 2. verſ. nemo C. communia de legatis* adde legem 104.]. *de ſolutionibus.*
n Libertas ſeruo fideicommiſſo data valet, *vt hic & l. 25. §. 2. ſup. eod.* ſeruo legato data non valet. de quo vide quæ ſcripſi ad *l. 11.]. de manumiſsionibus.*
o adde *legem 6. §. 2 ſup. eod.*
p Negligentia hæredis in ſingularibus rebus adquirendis nocet fideicommiſſario.
q adeunda.
r *v. l. 30. ſup. eod.*
ſ etiam ſtatim.
t Adiiſſe hæreditatem intelligitur qui poſt deliberandi tempus elapſum dixit: Expedit mihi hereditatem adire.
u *l. 77. §. 8. de legatis ſecundo.*
x *l. 21.]. de fideiuſſoribus.* y Actio hypothecaria non tranſit in fideicommiſſarium; ſi hæres antequam reſtitueret hæreditatem à debitore hæreditario pignus acceperit.
z Hæreditarij contractus hæreditaria actio, vel ſtipulatio quæ à defuncto fuit interpoſita.
a qui à defuncto.

accepit,

accepit. sed nec sic quidem ipse ad mitteretur *a* ex fideicommisso: tamen habet aduersus heredem actionem, vt *b* ei cedat *c* pro pignoris commodo actionem.

1 ¶ Cùm ex Trebelliano SC. restituitur hereditas, seruitutes, quas mutuò prædia heredis & testatoris habent, nihilominus valent.

De prohibita testari, antequam liberos habeat. 1. De anno cœpto.

74. *Paulus* ‖ lib. 2. Decretorum. ‖

QVi filium & filiam habebat, teſtamentum fecit, & ita de filia ſua cauerat, Ἐντέλλομαί σοὶ μὴ διαθέσθαι, πρὶν τέκνα σοὶ γενέσθαι, id est, *Mando tibi non testari, donec liberi tibi sint.* pronunciauit Imperator, fideicommissum ex hac *d* scriptura deberi *e*, quasi *f* per *g* hoc, quod prohibuisset eam testari, petisset, vt fratrem suum heredem faceret. sic enim accipiendam eam scripturam, ac si hereditatem suam rogasset eam restituere.

1 ¶ Fabius Antoninus impuberem filium Antoninum & filiam Honoratam relinquens, exheredatis his, matrem eorum Iuniam Valerianam heredem instituit, & ab ea trecenta, & quasdam res filiæ reliquit. reliquam omnem hereditatem filio Antonino, *cùm h ad annum 20. ætatis peruenisset*, voluit restitui, quòd si ante annum 20. decessisset filius, eam hereditatem Honoratæ restitui præcepit. mater intestata decessit, vtrisque liberis legitimis heredibus relictis. postea filius annum agens plenum nonumdecimum, & ingressus vicesimum, nedum *i* tamen eo expleto, decessit, filia herede Fauia Valeriana sua relicta, à qua amita fideicommissum ‖&‖ ex testamento patris portionem hereditatis petebat, & apud presidem obtinuerat. tutores Valerianæ filiæ Antonini, egestatem eius prætendebant, & recitabant Diui Hadriani constitutionem, in qua, quantum ad munera *k* municipalia iusserat eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto numerari. Imperator autem noster *l* motus & æquitate rei, & verbis testamenti, *Si ad annum vicensimum ætatis*, quamuis scire se diceret, à Diuo Marco non excusatum à tutela eum, qui septuagesimum *m* annum ætatis ingressus fuisset, nobis & legis Æliæ Sentiæ argumenta proferentibus, & alia quædam, contra petitricem *n* pronunciauit.

Si is qui credebatur futurus heres ex asse, oneretur fideicommisso, & coheredem habeat. 1. De rogata vt faciat peruenire ad filium suum.

75. *Scæuola* ‖ lib. 18. Digestorum. ‖

EPistolam *o* ad heredem suum (in) hæc verba scripsit: *Titius Cornelio heredi suo salutem A te peto Corneli, quoniam ad te deuoluta est pars matris meæ: Item pars Sempronij curatoris quondam mei contraria* p *fortuna "vsi," & per hoc totus as meus apud te esse speratur* q, *vti reddas* r *restituas Gaio Seio vncias quatuor.* quæsitum est, cùm Sempronius in integrum restitutus *s* sit ab Imperatore *t*, à quo fuerat deportatus *u*, & adierit hereditatem, an is quoque rogatus sit, vt ex sua portione restituat hereditatem? Respondit, Sempronium quidem non proponi rogatum, Cornelium autem heredem debere pro *x* rata portione maternarum defuncti rerum restitutionem Seio facere.

1 ¶ Mulier heredis instituti fideicommisit, vt retenta parte quarta, reliquam *y* partem restitueret nurui quondam suæ, cuius fidei commisit in hac verba, *Rogo te, vt id quod ad te ex bonis meis peruenerit facias* z *peruenire ad filium tuum.* quæsitum est, quando hoc fideicommissum restituere debeat, vtrúmne post mortem suam, an iam nunc? Respondit, ad tempus *a*, quo nurus moreretur, fideicommissum aptandum esse.

De substitutione facta in codicillis.

SCæuola respondit, Si pater filium suum impuberem ex asse scripserit heredem, eíque codicillis substituerit, deinde filius impubes decesserit, licet substi-

a admitteretur.

b Actiones quæ heredi sua prouisione competunt, non transferuntur facta restitutione per Trebellianum, sed noua cessione opus est, *Bart.* Dicamus apertius: Actio hypothecaria non transit in fideicommissariam si heres antequam restitueret hereditatem, à debitore hereditario pignus accepit. Nam separandæ obligationis fideiussoriæ ab obligatione pignoris nulla est ratio. neutra est hereditaria, neuter contractus est hereditarius. vide cætera in *l. 58. §. 2. l. 50. sup. eod.* Denique actiones illæ summo iure non competunt nisi cedantur, *vt j. eod.*

c Cedi posse inuentarij beneficium hinc colligunt: Imò id amplius colligitur, Heredem cogi id omne fideicommissario cedere quod opera sua industriáve adquisiuerit. adde *l. 22. sup. de constituta pecunia, l. 8. suprà quibus modis pignus: l. 1. 9. 3. j. quod legatorum. l. 52. in fin. suprà de administrat. tutorum.*

d Vetans aliquem testari, videtur rogare de hereditate restituenda venientibus ab intestato.

e Imo, non debetur, *l. 77. §. 24. ff. de legat. 2. l. 68. §. 1. ff. de legat. 3. l. 32. sup. de vsu & vsufruct. legat.*

f Prohibitus testari priusquam liberos habeat, intelligitur rogatus hereditatem fratribus restituere.

g Fideicommissi mandatum subintelligimus ex prohibitione alienandi, *vide Simonem de Pratis 3. de interpretatione vltimarum voluntatum dubitat. 1. solut. 10.*

h v. Cuiac. ad *l. 5. sup. qui testam.*

i Num annus cœptus habeatur pro impleto, vide Cuiac. *ibid.*

k *v. l. 8. j. de minorib.* l Antoninus Caracalla. m *v. l. vlt. tit. C. qui ætate se excus.*

n Amitam scil. atque ita hic annus cœptus habetur pro completo. Imò non est habendus pro completo, *l. 46. suprà de conditionib. & demonstrationib. v. Cuiac. ibid.*

o Epistola heredem rogare possumus de restituenda alteri hereditate. Eadem ratione per epistolam legare possumus. An & per nuntium etiam legare possumus? Posse notat Mantica 1. *de coniectur. 11. in fin.* vt si quis cui dicat, *Vade, & dic Titio me ei centum legasse.* vide plura de epistola ibidem, apud eundem Manticam.

p Contraria fortuna vti, pro deportari, adde *l. 77. ff. de legat. 2.*

q Speratus heres alius est, alius reipsa iam heres.

r *al.* reddas & restituas.

s Restitui deportati possunt ab Imperatore, atque ita hereditatem adire.

t Princeps restituere deportatum potest.

u Deportati bona deferuntur ad proximos eius heredes ab intestato.

x Restituere quatuor vncias rogatus vt heres Primi & Secundi: si Primi tantum non Secundi heres fuerit, pro parte Secundi non censetur restituere rogatus; quia Secundo heres non fuit, sed Primo.

y i. est, nouem vncias.

z *l. 19. suprà eodem.*

a Imo, non ad tempus, sed statim, *l. 4. in fin. ff. de leg. 3.*

tutio *a* inutilis sit, quia *b* codicillis hereditas neque dari, neque adimi *c* potest, tamen *d* benigna *e* interpretatione placet, vt mater, quæ *f* ab intestato pupillo successit, substitutis *g* fideicommisso obligetur. quod si *h* inuicem fuerunt substituti, & in fideicommisso substitutionem valere, vnóque eorum mortuo qui supersunt, totum accipiunt.

De his qui tenentur fideicommisso, donec binos liberos educauerint. 1. De conditione, si sine liberis decessisset.

77. *Idem* ‖ lib. 20. Digestorum. ‖

HEredibus institutis filiis vtriusque sexus, singulos rogauit, vt qui sine liberis decederet, partem suam hereditatis sorori fratríve restitueret, aut si frater sorórve non esset, matri suæ: & hæc verba adiecit, *Vósque liberi carissimi hoc fideicommisso teneri inuicem volo donec binos liberos educaueritis.* quæsitum est, si quis ex liberis duos filios procreauerit, quamuis superstites *i* non reliquerit, an heredes eius fideicommissum debeant? Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, videri fideicommissi onere liberatos. †

1 ¶ Titius nepotes ex filia, & furiosam filiam suam heredes instituit, & fideicommisit filiæ, *vt si sine liberis decessisset, pars ei data perueniret ad coheredes.* furiosam ipse Titius in matrimonio collocauit, & enixa est filia post mortem patris. quæsitum est, defuncta furiosa, superstite ex huiusmodi coniunctione parta filia, an fideicommissum ad cohæredes pertineret? Respondit, cùm *k* filiam reliquisse proponeretur fideicommissum non deberi. *Claudius* Nam etsi *l* matrimonium cum furiosa non *m* fuit, satis tamen factum est eiusmodi *n*.

De iussis habere omnia communia. 1. De nudo ministro seu executore. 2. De institutione serui per fideicommissum manumissi. 3. & de eo qui rogatus est ei seruo manumisso restituere, quidquid ad se peruenerit. 4. De iure accrescendi. 5. De rogato restituere fratribus. 6. Si is cuius fideicommissum est, patiatur fundum distrahi à creditore. 7. Si oneratus onerato successerit. 8. De verbis communicationem enunciantibus & de commendatione. 9. De dote. 10. De portione vnius ex fideicommissarijs deficientis. 11. De detractione quartæ. 12. De reditu & mercede seruorum in alimenta relictis. 13. An prælegatum alienari prohibitum veniat in fideicommissum vniuersale. 14. De dote. 15. De iudicio cœpto cum herede, qui restituit. 16. De minore quantitate quam deberetur restituta, & de instrumentis postea repertis.

78. *Idem* ‖ libro 21. Digestorum. ‖

LVcius *o* Titius intestato *p* moriturus, cùm haberet vxorem, & ex ea filiam emancipatam, codicillis hæc verba inseruit. *Pertinent* q *"autem" hi codicilli ad vxorem & filiam. Itaque rogo* r, *quicquid aut ego reliquero, aut vos ipsæ habeatis* s, *commune* t *vobis sit. Quod si non ego rogarem, vno pro vestra pietate faceretis.* filia intestati patris bonorum possessionem accepit. quæsitum est, an aliqua pars hereditatis Lucij Titij ex causa fideicommissi à filia matri debeatur? Respondit, secundùm ea quæ proponerentur, deberi, si etiam vxor parata sit in commune bona sua conferre.

1 ¶ Mænia duos filios heredes reliquerat, & eodem testamento ita cauit. *Fidei autem heredum meorum committo vti omnis substantia mea sit pro deposito sine vsuris apud Gaium Seium & Lucium Titium. (quos etiam si licuisset* u, *curatores substantiæ* x *meæ dedissem, remotis aliis) vt hi restituant nepotibus meis prout quis eorum ad annos 25. peruenerit, pro portione: vel si vnus ei omnem.* quæsitum est, an fideicommissum præstari à scriptis heredibus Lucio Titio, & Seio debeat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, Lucium Titium, item Gaium Seium fideicommissum petere non posse.

2 ¶ Tres heredes scripsit, Mæuium fratrem suum ex dodrante, Seium ex sextante *y*, Stichum eiusdem Seij seruum, filium autem naturalem Mæuij, ex vncia. & fidei commisit Seij, vt Stycham manumitteret, in hæc verba, *A te peto Sei, vti tu Stichum manumitteres dedi vnde faceres.* sed & codicillis ita cauit, *Vnciam ex qua feci Stichum heredem si quam Seius controuersiam* z *moueret* a *ad Mæuium fratrem meum reuerti volo Tu frater secundum fidem & pietatem tuam, quidquid ad te peruenerit ex hereditate mea, Sticho filio tuo restitues, quod vt facias, fidei tuæ committo.* quæsitum est, cùm Seius adierit hereditatem, & propter hoc compulsus Stichum manumiserit *b*, an vnciam hæreditatis, ex qua Stichus heres institutus est, Sticho manumisso restituere debeat? Respondit, non proponi Seium rogatum, vnciam ei restituere.

a Codicillis substitutio fieri non potest stricto iure.

b *l. pen. ff. de condit. instit. l. 6. ff. de iure codicill.*

c Adimit hereditatem, qui instituto substituit, seu substitutum dat. Est igitur substitutio ademptionis species.

d vide *Cuiac. 10. obser. 25.*

e Benignæ interpretationes semper quærendæ & aliis præferendæ.

f Mater pupillo filio ab intestato succedit.

g Mater filio pupillo (cui pater codicillis substituit) succedens ab intestato, substitutis fideicommissi nomine obligatur.

h Substituere de herede in heredem & de descendente in descendentem, possumus. Vide Simonem de Pratis 3. *de interpretatione vltimarum voluntatum, dubit. 1. sent. 10.*

i Cui legatum est, *Si binos liberos educauerit*, conditioni paruisse videtur, si semel binos superstites habuerit, nec requiritur, vt mortis suæ tempore binos relinquat, *vt hic.* secus erit si decreto, si sine liberis decesserit, *v. l. 17. §. 4. sup. eod.*

† Cur ita? vel ideo, quod quocunque tempore hæc conditio obtineat, *v. l. vlt. C. de indicta viduitate.*

k *v. l. 6. Cod. de inst.*

l Ratio dubitandi.

m Imò, furiosus retinet matrimonium, v. quæ notaui ad *l. 13. §. 1. ff. de off. præsid.*

n vt sufficiat quocunque modo liberos sustulisse.

o eadem verba repetuntur in *l. 89. §. 3. ff. de leg. 2.*

p *v. l. 1. §. 5. suprà eodem.*

q *l. vlt. §. 3. ff. de legat. 2.* ita legari potest, argum. *l. 11. ff. de leg. 1.*

r Fideicommissum tacitum his verbis inducitur, *l. vbi §. 3. supra de legat. 2.*

s *lege* habebitis, *vel* habetis: à me scil.

t Possunt aliqui grauari de bonis inuicem communicandis, *Bart.* Quid: pro qua parte bona communia erunt? æqualiter, *d. l. vlt.*

u de iure scilicet. nam testamento curator non datur, *§. 1. instit. de curator.*

x *l. 6. in fin. suprà de tutel.*

y ex duabus vnciis. adde *§. 5. inst. de hered. inst.*

z Controuersia mouetur iure vel facto, in iudicio vel extra, *Accurs. Bart.* adde *Bald. ad l. 2. C. de transactionibus.*

a Controuersiam in re legata non mouere iussus, intelligitur iussus sinere eam rem habere legatarium ad eum plane modum quo res erat.

b *l. 16. §. 10. ff. eod.*

3 ¶ Idem

3 ¶ Idem quæſiit, an, ſi aliquam controuerſiam Seius de vncia hac, ex qua Stichus inſtiturus eſt, facere velit, & Mæuius vnciam ex cauſa fideicommiſſi à Seio fuerit conſecutus, vtrum hanc ſolam vnciam, ex qua Stichus inſtitutus eſt, an verò & dodrantem, ex quo ipſe Mæuius inſtitutus eſt, eidem Sticho reſtituere debeat? Reſpondit, de omni reſtituendo, quod ad Mæuium quoquo modo peruenit, teſtatricem ſenſiſſe.

4 ¶ Pater puerum & puellam heredes inſtituit, eóſque inuicem ſubſtituit *a*, & ſi neuter heres eſſet, eis plures ſubſtituit ‖ ſubſtitutóſque inuicem ſubſtituit *b*, ‖ his verbis: *ſubſtitutos heredes inuicem ſubſtituo*: eorundem *c* filiorum fidei commiſit, vt qui eorum vita *d* ſuperaſſet, & ſine liberis intra annum 30. moreretur, hereditatem his quos heredes ſubſtituerat, reſtituat. filius vita ſororem ſuperauit, & intra 30. annum ſine liberis deceſſit. quæſitum eſt, ex ſubſtitutis vno *e* defuncto ante filium, pars eius, quæ ad cæteros ſubſtitutos, qui ſuperuiuerent, pertinet, vtrum pro virilibus, an pro hereditariis portionibus. quibus ſunt ſubſtituti, pertineat? Reſpondit, conſequens eſſe pro † his partibus quibus *f* ſubſtituti eſſent, fideicommiſſum pertinere.

5 ¶ Mæuia filium heredem inſtituit ex quincunce *g*, Titiam filiam ex quadrante *h*, Septicium filium ex triente *i*, cuius fideicommiſit in hæc verba, *Te rogo fili Septici, ſi intra 20. annum ſine liberis morieris, quidquid ex hereditate mea ad te peruenerit, hoc fratribus* k *suis reſtituas* l. quæſitum eſt, an Septicio filio defuncto intra 20. annum, ſine liberis, hoc fideicommiſſum vtrum pro portionibus hereditariis ad fratrem & ſororem eius pertineat, an vero æqualiter? Reſpondit, pro parte hereditaria.

6 ¶ Titia ex aſſe heres ſcripta partem dimidiam hereditatis Mæuiæ rogata reſtituerat, fundum à teſtatore obligatum luere noluit, ſed eum vendente creditore mandauit *m* redimendum Seiæ. quæſitum eſt, an Titia ex cauſa fideicommiſſi Mæuiæ teneatur? Reſpondit, cùm rogata hereditatem reſtituere proponatur, nihil proponi, cur non teneatur. *Claudius*, Subeſt enim præſtari oportere id, quanto pluris fundus fuit, quàm ad creditorem peruenire oportuit.

7 ¶ Gaio Seio ex ſemiſſe, Titia ex quadrante, & aliis ex reliquis portionibus heredibus inſtitutis ita cauit, *Fidei autem veſtræ mando, Gai Sei, & Lucia Titia vti poſt obitum veſtrum reddatis reſtituatis Titio & Sempronio ſemiſſem patrimonij* n *& portionis eius, quam vobis dedi.* quæſitum eſt, cum vtrique adierint hereditatem, & poſtea Gaius Seius defunctus ſit, Lucia Titia herede inſtituta, an hæc Lucia Titia partem dimidiam ſemiſſis, quam rogatus erat Gaius Seius reſtituere, protinus debeat, an verò, poſt ſuam demum mortem, vniuerſum fideicommiſſum, tam ex ſua perſona, quàm ex Gaij Seij datum reſtituere debeat? Reſpondit Luciam Titiam ſtatim *o* teneri *p*, vt partem dimidiam ſemiſſis ex perſona Seij reſtituat.

8 ¶ Filiam ſuam heredem ſcripſit, & nepotem, quem ex ea habebat, ei ſubſtituit, & ita cauit, *Lucio Titio fratris mei filio* q, *genero meo ducentos aureos relinquo* r, *quo legato ſeio illum contentum eſſe, quoniam ſcripſi vniuerſam rem meam, eo quod filiam meam & nepotem meum heredes ſcripſi, vniuerſam ſubſtantiam eis communicaſſe. Quos inuicem commendo* ſ. filia adita patris hereditate, diuertit à marito. quæſitum eſt, an Titius quondam eius maritus, ſuo vel filij ſui nomine, ex fideicommiſſo communionem bonorum conſequi poſſit viua quondam vxore ſua, vel poſt mortem eius? Reſpondit, nihil fideicommiſſi datum genero proponi, præter ducentos aureos.

9 ¶ Idem quæſiit, eandem vxorem marito herede ſcripto fideicommiſiſſe, *vt cùm moreretur filio communi omne quod ad eum ex hereditate ſua* t *perueniſſet, reſtitueret.* an illæ quoque res & poſſeſſiones, quæ in dotem datæ, & poſt diuortium reſtitutæ mulieri fuerant, fideicõmiſſo contineantur? Reſpondit, quod mulier in bonis ſuis reliquiſſet, id fideicommiſſo contineri. *Claudius*, & aliàs de eodem facto conſultus, ita reſpondit, ſiue reſtitutæ ſint res ſecundum id quod ſupra reſponſum eſt, in bonis mulieris computari: ſiue non ſint reſtitutæ, quia ex ſtipulatione de dote reddenda interpoſita reſtituendæ ſint, eo auctiorem hereditatem computari.

6 ‖¶ Quæ habebat filium, & ex eo nepotem, vtroſque in mariti poteſtate, maritum ex aſſe ſcripſit heredem, eiúſque fidei commiſit in hæc verba. " *Si*" *Titius maritus meus mihi heres erit, peto fideique eius committo: quidquid ex hereditate mea ad eum peruenerit, cùm mori cœperit, det, reſtituat Gaio a filio noſtro, ita tamen, vt decem quidem vncias Gaius* b *habeat, duas autem vncias Seius nepos habeat. quod vt fiat, fidei eius Titij heredis mei committo.* pater emancipauit filium, nepotem amiſit, & ſuperſtite filio deceſſit. quæſitum eſt, an priore *c* parte ſcripturæ vniuerſa hereditas patris ex cauſa fideicommiſſi, filio debeatur, & illa ſequentia *d* verba, *ita tamen, vt decem vncias filius, duas autem nepos habeat*, ex voluntate defunctæ ita demum locum haberent, ſi die fideicommiſſi cedente filius & nepos eorum in natura eſſent: cùm autem non ſuperuixit ad diem fideicommiſſi nepos, ſequens ſcriptura ceſſet? Reſpondit, ea quæ proponerentur oſtendere, decem duntaxat vncias filio datas.

11 ¶ Heres inſtitutus, vxori rogatus *totam hereditatem* reſtituere, reſtituit detracta quarta. quæſitum eſt cùm vxor quartam partem hereditatis præſenti die, & reliquam poſt tempus alij rogata à teſtatore fuiſſet reſtituere, an id *e*, quod heres ei detraxiſſet quartæ nomine, in reſtituendo fideicommiſſo imputare poſſit? Reſpondit, quatenus *f* cepiſſet, fideicommiſſo obſtrictam.

12 ¶ Heredum fidei commiſit, vt quidquid ex parte tertia hereditatis peruenerit ad eos, id redderent Gaio Mæuio alumno teſtatoris, cum fuerit annis 15. & ſubiunxit hæc verba, *interim ex reſectu* g *paupertatis* h, *qui ad vos peruenerit, alatis eum vſuris pro quantitate nummorum redactis. Hoc amplius eidem alumno meo hominem caletanum & vernam ſutorem qui eum artificio ſuo mercede data, alere poterit.* quæſitum eſt, cum alimenta multo minora præſtiterint heredes ſcripti, quam vſuræ ſummæ redactæ competebant, an & reſiduas præſtare compelli debeant totius temporis, an ex die quo 15. expleſſet, & cum ſerui legati ei ſpecialiter, vt ex mercedibus aleretur, ſtatim venierint, vtrum mercedes an vſuras petere debeant? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, teſtatorem videri de omni reditu *i* & mercede ſeruorum reſtituenda ſenſiſſe.

13 ¶ Pluribus heredibus inſtitutis, in quibus & liberis tribus ex dodrante, eiſdem fundos per præceptionem dedit, & ab his petiit, *ne eos alienarent, & vt qui vita ſuperaſſet ſolidos eoſdem fundos obtineret.* deinde vnius ex his libertis Otacilij fidei commiſit, *vti quidquid ad eum ex hereditate boniſve perueniſſet, deducto pro ea parte ære alieno, & legatis* " *&* " *ſibi 20. aureis reſtituat Titio.* quæſitum eſt, an etiam partes tertias fundorum prælegatorum ‖ cum ‖ conliberis eidem deducere deberet? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non debere reſtituere præceptionem quum ipſe teſtator & legata excipi voluiſſet.

14 ¶ Maritus, vxore inſtituta herede ex parte tertia k, & pluribus ei fideicommiſſis datis, dotem quoque prælegauit his verbis, *Seiæ vxori meæ dari volo à filiis meis ſummam dotis eius quæ mihi pro ea illata eſt: eiuſdémque vxoris fidei commiſit, vt partem hereditatis & quæcunque ei legaſſet, poſt mortem ſuam Titio filio communi reſtitueret.* quæſitum eſt, an ſummam quoque dotis inter cætera legata ex cauſa fideicommiſſi filio ſuo reſtituere debeat? Reſpondit non alias *l* niſi manifeſtum eſſet, de dote quoque reſtituenda teſtatorem ſenſiſſe, atque etiam ſi ſenſiſſet, & hoc fuerit adprobatum, ita eius quoque petitionem fore, ſi non minus in quantitate, quę Falcidiæ nomine remaneret, foret, quàm in quantitate dotis.

15 ¶ Rogatus hereditatem reſtituere Septicio, *cùm erit annis 20.* interea fundos, quos defunctus pignori acceperat, vendidit, & propterea pignoratitia ‖ iudicio ‖ à debitore conuentus, deceſſit, herede relicto Sempronio, & iudicio nondum finito, reſtituit hereditatem Septicio. quæſitum eſt, an *m* iudicio nihilominus ipſe condemnari debeat, cum potuit retinere, vel caueri ſibi id quod ex cauſa iudicati præſtaturus eſſet? Reſpondit, iudicij *n* exſecutionem nihilominus aduerſus heredem & poſt reſtitutam hereditatem manſiſſe.

16 ¶ Heres eius, qui poſt mortem ſuam rogatus erat *vniuerſam hereditatem* reſtituere, minimam *o* quantitatem, quam ſolam in bonis fuiſſe dicebat, his, quibus fideicommiſſum debebatur, reſtituit. poſtea repertis inſtrumentis, apparuit quadruplo amplius in hereditate *p* fuiſſe. quæſitum eſt, an in reliquum fideicommiſſi nomine conueniri poſſit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, ſi non *q* tranſactum " eſſet poſſe.

a [ſub. vulgariter & ex diuerſis partibus, & ſubſtitutio expirauit.

b ex diuerſis partibus, *Caſtrenſ.*

c Hæc ſecunda ſubſtitutio eſt.

d Vita alterum ſuperat, qui ſuperſtes relictus eſt.

e Idem eſt ſi nullus fuit defunctus, & omnes venirent ad fideicommiſſum poſt mortem vltimi morientis. Succederent enim pro iis portionibus quibus fuiſſent vulgariter ſubſtituti.

† portiones adiectæ in ſubſtitutione vulgari, cenſentur repetitæ in fideicommiſſo vniuerſali iiſdem facto.

f Id eſt pro portionibus hereditariis, non virilibus, portio deficiens adcreſcit, *l.* 23. *ſup. eodem.*

g Id eſt quinque vnciis.

h id eſt tribus vnciis.

i id eſt, ex quatuor vnciis.

k Quid ſi nullos fratres, ſed ſorores tantum reliquerit? ſororibus debebitur. atque ita appellatione *fratrum* intelliguntur ſorores. Ancharanus hanc regulam reſtringit, vt ea locum non habeat, vbi de odio agitur, adde *l.* 35. *ſuprà de pactis*: adde *l, vltim. j. hoc tit.*

l pro parte eorum hereditaria ſcilicet, vt mox ſequitur.

m Mandans emi, ipſe emere videtur, *l.* 22. §. 3. *ſuprà mandat.* vide quæ ſcripſi ad *l.* 1. *C. de iure dominij impetrando.*

n id eſt, ſemiſſem patrimonij in partes diuiſi. ἐνδιαδὺς ſeu ἐνδιαδυοῖν. id eſt, duo per vnum figura, cum diuerſa rediguntur in vnam conuenientiam: vel quoties vnum duobus exprimitur quale illud, Pateris libabat & auro: pateris aureis *Virgil.* 2. *Georgicon vbi Seruius.* ſic, arguere, pro arguendo conuincere, *l.* 3. §. *peſſumus, ſuprà nautæ, caupones.*

o Duobus rogatis poſt mortem reſtituere, ſi vnus eorum moriatur, pro eius parte competit ſtatim fideicommiſſi petitio, vno decedente, ſitque locus ſubſtituto, adde *l. vltim.* §. *pen. ſuprà de leg.* 2.

p Imo, ſtatim non tenetur. Quoties enim quis reliquit poſt mortem aliquorum perinde eſt ac ſi relictum eſſet poſt mortem omnium, *l.* 34. *in fin. prin. ſuprà de vſufr. leg.*

q Idem poteſt eſſe mihi, & fratris filius, & gener. Valet enim iure ciuili inter duorum fratrum liberos matrimonium. §. 4. *Inſtit. de nupt*, vide *l.* 19. *C. de nuptiis.*

r Verbum, *relinquo*, eſt precarium, vide *Cuiac.* 4. *Paul. ſent.* 1. §. 6.

ſ commendo fidei potris, *Haloand.*

t in bonis mulieris dos numeratur, ſiue ea ſit reſtituta ſiue non ſit reſtituta, ideóque maritus ab vxore grauatus quod ad eum ex bonis vxoris peruenit reſtituere tenebitur.

a Gaius hic primo loco ſolus fideicommiſſarius nominatur.

b Hoc ſecundo loco, pars certa relinquitur Gaio, qui antea ſolus nominatus fuerat fideicommiſſarius.

c Qua is ſolus erat fideicommiſſarius.

d Nihil igitur intereſt, an ab initio, an in ſequenti clauſula ſint partes adſignatæ: vt hoc ſolum conſideretur, an ex certis partibus ei ſit relictum. Paria ſunt itaque ſimpliciter relictum per partes modificare, & ab initio quid per partes relinquere, *Bart.*

e Quatenus heres detraxit à fideicommiſſario, eatenus fideicommiſſarius à cæteris detrahit, *v. l.* 63. §. 12. *ſuprà eod. l.* 43. *ſuprà de cond. & demonſtr. l.* 32. *in fin. ſuprà ad l. Falcid.*

f *l* 1. §. 19. *ſuprà eodem.*

g id eſt, ex omni quod ex meo modico refici poterit.

h Paupertate legata, venit hereditas tota, etiam ſi legans efficiatur diues, *vt hic.* adde *l.* 16. *ſuprà eodem.* adde *Catell. Cottam in voce* paupertas, *Cremenſem ſingulari* 23. dixi in *l.* 16. *ſuprà eodem.*

i *l.* 43. §. 1. *ſup. de legat.* 2.

k Cuiac. 18. *obſer.* 16. veſtigium antiquitatis hic notat, quo vxori non habenti ſolidi capacitatem, licebat legare vſum fructum tertiæ partis bonorum: & cum liberos haberet, eiuſdem partis proprietatem. hoc idem notat 20. *obſeru.* 17. adde *Vlpian.* 15. *de decimis.* dixi ad *l.* 4. *Cod. quando dies legat.*

l hæc verba, *legata* ‖ *reſtituantur*, non porriguntur ad debita prælegata: niſi probetur teſtatorem ſic ſenſiſſe, *Bart.*

m Inſtantia cœpta cum herede, facta reſtitutione durat aduerſus ipſum, & heredem eius, *Bart.*

n pignoratitij.

o puta quintam, id eſt, non ſolidam, non vniuerſam, *l.* 77. §. 9. *ſuprà de legat.* 2.

p *al.* hereditate.

q Res de nouo repertæ nec reſtitutæ debent reſtitui: niſi prima reſtitutio per modum tranſactionis fuerit celebrata, *Bart. l.* 19. *C. de tranſact.*

r Imò, vt ſit tranſactum, tranſactio non extenditur ad res ignoratas tempore tranſactionis: ſiquidem per errorem quis non tam tranſigit, quam decipitur, *l.* 9. §. 1. §. 2. *ſ. de tranſact.* ſed ibi heres fuit in dolo: hic non fuit.

De reſti-

De reſtitutione minoris.

79. *Idem* ‖ libro ſingulari Queſtionum publicè tractatarum. ‖

SI pupillus parenti ſuo heres extitit, & fideicommiſſam hæreditatis partem reſtituit, mox abſtinetur *a* paterna hæreditate, optio deferenda eſt fideicommiſſario, vt aut portionem quoque pupilli *b* adgnoſcat, aut toto diſcedat *c*: aut omnimodo bona vendenda ſunt *d*: vt id quod ſuperfluum eſt *e*, pupillo ſeruetur *f*, & ſi in ſolidum bona venire non poſſunt, omnimodo actiones fideicommiſſariæ deneganda erunt. erat enim in poteſtate illius, vniuerſum ſuſcipere, & ſi quid plus erit, pupillo ſeruare.

De creditoribus heredibus.

80. *Idem* libro 5. Digeſtorum.

MAtrem & auunculum, eoſdémque creditores *g*. ſuos, hæredes ſcripſit Lucius Titius, & eorum fidei commiſit, vt poſt mortem reſtituerent, quod ex re familiari teſtatoris ſuperfuerit, Septicio. hæredes non modicam partem bonorum teſtatoris conſumpſerunt, & multos hęredes reliquerunt: quibus ſcientibus, multa corpora, quæ remanſerunt ex bonis Lucij Titij, Septicius poſſedit. quęſitum eſt, an id quod Lucius Titius debuit matri & auunculo, hæredes eorum à Septicio petere poſsint? Reſpondit, non poſſe. *Claudius*, Aditione enim hęreditatis confuſa *h* obligatio interciderat. ſed fideicommiſsi repetitio erat. cuius æquitas defecit his, qui multa ex hęreditate conſumpſiſſe proponuntur.

De tribus filiis inſtitutis ex quibus duo inuicem vulgariter ſubſtituti ſunt, & per fideicommiſſum rogati ſunt portionem ſuam exceptis bonis maternis & auitis, ei, vel eis, qui ſupereſſent, reſtituere.

81. *Paulus* i Imperialium *k* ſententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris 6. *l* lib. 1. ſeu Decretorum *m* libro 11. *n*

IVlius Fœbus teſtamento facto, cùm tres liberos heredes inſtitueret, Fœbum, & Heracliam ex eadem *o* matre, Polycraten ex alia, æquis portionibus, petiit à Polycrate minore fratre, vt accepto certo prædio, hęreditatem fratribus *p* concederet, & inuicem eos, qui ex eadem matre erant, ſi qui eorum hæres non fuiſſet, ſubſtituerat: Polycrati, ſi intra pubertatem deceſsiſſet, ſecundas tabulas fecit, quas matri eius condemnauit *q* aperiendas *r*, ſi impubes obiſſet. deinde petiit à prioribus, vt ſi quis eorum ſine liberis decederet, portionem ſuam exceptis bonis maternis eorum, & auitis, ei vel eis, qui ſupereſſent, reſtitueret. Heraclia ſoror mortua ſine liberis, fratrem Fœbum hæredem inſtituit. Polycrates fideicommiſſum petierat, & obtinuerat apud Aurelium Proculum proconſulem Achaiæ: appellatione facta, cùm ſolum Fœbus egiſſet μονομερῶς *ſ*, *id eſt, altera parte abſente*, victus eſt, quia *ei vel eis*, verba vtroſque fratres complecterentur. atqui inuicem duos illos tantum ſubſtituerat. ſed & voluntas hęc patris videbatur, qui exceperat eorum bona materna, quia Polycrates aliam matrem & quidem ſuperſtitem habebat: cuius etiam fideicommiſſum erat, vt legata, quę ei dederat inteſtata, moriens Polycrati filio ſuo reſtitueret.

QVANDO *t* DIES *u* LEGATORVM VEL Fideicommiſſorum cedat *x*.

TIT. II.

De tabulis pupillaribus.

1. *Paulus* libro 2. ad Sabinum.

MORTVO patre, licèt viuo pupillo, dies legatorum à *y* ſubſtituto datorum cedit.

De vſufructu, vſu, habitatione.

2. *Vlpianus* ‖ libro 15. ad Sabinum. ‖

SI purè ſit vſusfructus *z* legatus, vel vſus *a*, vel habitatio *b*, neque eorum dies ante aditam hæreditatem cedit, neque petitio ad hæredem tranſit. idem & ſi ex die ſit vſusfructus relictus.

a & mox abſtineat, id enim licet minori, *Cod. ſi minor ab hæred. ſe abſtin.*
b Vacantem ſc.
c niſi velit vniuerſam hæreditatem diſtrahi. ī. *eod.*
d vt ſcil. ſatisfiat creditoribus defuncti.
e ex pretio venditæ hæreditatis.
f ſi fortè iterum ſe reſtitui poſtulet. Atqui ſeruari poteſt ſuperfluum pupillo, cum eo caſu minor omiſſa hæreditate & repudiata, eáque vendita ſit repellendus? *l.* 24. §. 2. ſ. *de minor.* vtique ſeruatur pupillo, quia ſi deicommiſſarius, nõ agnita vniuerſa hæreditate, ſe ea indignum fecit.
g Eidem creditori & heredi licet conſumere ex eo fideicommiſſo, quod vniuerſum reſtituere iuſſus eſt.
h *l.* 58. ſ. *eod.*
i Eadem eſt inſcriptio, *in l. vlt.* ī. *de iure patronatus, v. Cuiac.* 2. *obſ.* 26.
k *al.* Imperalium.
l totidem enim libros decretorum Antonini & Seueri Paulus ſcripſit. Seueri, inquam, *vt in l.* 9. ī. *de decur.*
m Decreta, ſunt ſententiæ prolatæ in cognitionibus cauſarum, vel ab ipſomet Imperatore, vel eo pręſente.
n Libro primo. *Cuiac.* 2. *obſeru.* 6. idem enim ſunt decretorum & imperalium ſententiarum in cognitionibus prolatarum libri. quinimo, decreta nihil aliud ſunt, quàm imperatorum ſententiæ prolatæ in cognitionibus. de quibus poſtea (ſi quid dubij in iis accidiſſet) principes rogabãtur *l.* 97. ſ. *de leg.* 3. *l. vlt.* ī. *de iure fiſci.*
o & ſic vterini erãt.
p Appellatione *fratrum*, ſorores hic continentur, *vt l.* 78. §. 5. ſ. *eo. l.* 35. ſ. *de pactis.*
q *leg.* commẽdauit.
r *v.* §. 3. *Inſt. de pupill.* 2. *Gai. Inſt.* 3. *dixi ad l.* 12. ſ. *teſt. quemadmodum aperiantur.*
ſ κατὰ μίαν μοῖραν *Nou.* 49. *in pr. Nou.* 53. 90. id eſt, aduerſario abſente, vna tantum parte præſente. Quæ productiones teſtium μονομερεῖς appellantur altera, agendi forma eſt, quæ fit vtraque parte præſente κατὰ διάγνωσιν, Μονομερής cauſa alio ſenſu dicitur in *l.* 13. §. 2. ſ. *de iureiurando.* quod ex hac ſolum parte reo condicitur, qua furis eſt, hæres, aut ex illa, qua & fur eſt ipſe, neque dolo malo contrectauit, *v. Cuiac.* 4. *obſ.* 32. & *ad Nou.* 49.
t 6. *C.* 52. *adde* 7. *lib.* 5. *tit.* 3. *Vlp.* 24. §. 30.
u Dies legatorum variè *cedere* dicitur. Plerumque enim quæritur quando dies legati cedat, vel propter tranſmiſſionem, vel propter obligationem, vel propter petitionem, vel propter dominij tranſlationem.
x *v l vnic. C. de caducis.* Porro *cedit* dies cum incipit deberi legatum, venit dies, cùm debitum peti poteſt, *l* 213. ī. *de verb. ſign.* cedit à morte teſtatoris, *l.* 5. ī. *eod.* peti poteſt ab adita hæreditate, *l. vnic.* §. 5. *C. de caducis.*
y *l.* 7. §. 3. ī. *codem.*
z Legatum ſeruitutis perſonalis cedit ab adita hęreditate.
a Quid legatum ſeruitutum realium quando cedit à mortis tempore *Bart. hic.*
b *l.* 9. ī. *codem.*

3. *Idem* lib. 5. Diſputationum.

NAm cùm ad hęredem non transferatur, fruſtrà *a* eſt, ſi ante quis diem eius cedere dixerit.

De legato cùm hæres. 1. Vel cùm legatarius morietur.

4. *Idem* lib. 19. ad Sabinum.

SI *b*, *cùm hæres morietur*, legetur: conditionale *c* legatum eſt *d*. denique *e* viuo hærede defunctus legatarius ad hęredem non *f* transfert.

1 ¶ Si verò, *cùm ipſe legatarius morietur*, legetur ei, certum eſt, legatum ad hæredem tranſmitti *g*.

De morte legatarij poſtquam dies ceſſit. 1. De legato puro vel in diem. De vſufructu. 2. De legato conditionali. 6. Quibus diebus hereditas legatariis præſtatur. 7. Cui acquiritur legatum.

5. *Idem* lib. 20. ad Sabinum.

SI poſt *h* diem legati cedentem legatarius deceſſerit, ad hęredem ſuum transfert legatum.

1 ¶ Itaque ſi purum legatum eſt, ex die mortis *i* dies eius cedit.

¶ Si verò poſt diem ſint legata relicta, ſimili modo atque *k* in puris dies cedit: niſi fortè id fuit legatum, quod *l* ad hęredem non tranſit. nam huius dies non antè cedit, vtputa ſi vſusfructus ſit poſt annum relictus hanc enim ſententiam probamus.

2 ¶ Sed ſi ſub conditione ſit legatum relictum, non priùs dies legati cedit, quàm *m* conditio fuerit impleta, ne quidem ſi ea ſit conditio, quę in poteſtate ſit legatarij.

3 ¶ Sed ſi ea conditio fuit, quam pręτor remittit *n*, ſtatim dies cedit.

4 ¶ Idémque & in impoſsibili *o* conditione, quia pro puro hoc legatum habetur.

5 ¶ Item ſi qua conditio ſit, quę per legatarium non *p* ſtat, quo minus impleatur, ſed aut per hæredem, aut per eius perſonam, in cuius perſona iuſſus eſt parere conditioni, dies legati cedit, quoniam pro *q* impleta habetur: vtputa ſi iuſſus ſim *hæredi decem dare*, & ille accipere nolit.

¶ Sed & ſi ita mihi legatum ſit, *Si Seiam vxorem duxero*, nec ea velit nubere, dicendum erit, diem legati cedere, quòd per me non ſtat, quo minùs paream conditioni, ſed per *r* alium ſtat, quo minùs impleatur conditio.

6 ¶ Iiſdem autem diebus, id eſt, iiſdem penſionibus, hæredi pręſtabitur legatum, quibus legatario ipſi pręſtabatur.

7 ¶ Si cùm dies legati cedere inciperet, alieni quis iuris eſt, deberi his legatum, quorum *ſ* iuri fuit ſubiectus, & ideo ſi purum legatum fuerit, & poſt diem legati cedentem liber factus eſt, apud dominum legatum relinquet. ſed ſi vſusfructus *t* fuerit legatus licèt poſt mortem teſtatoris ante aditam ‖ tamen ‖ hæreditatem ſui iuris efficiatur, ſibi legatum adquirit.

De ademptione conditionali. 1. De legato extrinſecus ſuſpenſo. 2. De codicillis.

6. *Paulus* libro 3. ad Sabinum.

QVod purè datum eſt, ſi *u* ſub conditione adimatur, quaſi ſub conditione legatum habetur.

1 ¶ At ſi extrinſecus *x* ſuſpendatur legatum non ex ipſo teſtamento, licèt antè decedat legatarius, ad hæredem tranſmiſiſſe legatum dicimus. veluti ſi rem dotalem maritus legauerit extero, & vxori aliquam pro dotali re pecuniam: deinde deliberante vxore de electione dotis, deceſſerit legatarius, atque legatum elegerit mulier, ad hęredem tranſire legatum, dictum eſt. idque & Iulianus reſpondit. magis *y* enim mora, quàm conditio, legato iniecta videtur.

2 ¶ Eorum legatorum quę in codicillis relicta ſunt, perinde *z* dies cedit, atque teſtamento relictorum.

De aditione hæredis. 3. De legatis relictis à ſubſtituto vulgariter. 4. vel pupillariter. 6. Si ſeruo legetur.

7. *Vlpianus* † libro 20. ad Sabinum. †

HEredis aditio moram legati quidem petitioni facit *a*, ceſsioni *b* diei non facit.

1 ¶ Proinde † ſiue purè inſtitutus, tardiùs adeat, ſiue ſub *c* conditione, per conditionem impediatur, legatarius ſecurus eſt.

2 ¶ Sed & ſi nondum natus ſit hæres inſtitutus, aut apud hoſtes ſit, ſimiliter legatario non nocebit, eo quòd dies legati ceſsit.

3 ¶ Inde dicimus, Et ſi à ſubſtituto *d* legatum ſit relictum, quamdiu inſtitutus deliberat, defuncto legatario non nocebit, ſi poſtea heres inſtitutus repudiauit. nam ad hęredem ſuum tranſtulerit petitionem.

4 ¶ Tantundem & ſi ab impuberis ſubſtituto legetur nam ad hæredem ſuum legatum transfert.

5 ¶ Tractari tamen poteſt, ſi impuberi ſubſtitu-

a Si dies legati nõ ceſſit à die mortis, ad heredem legatarij non transfertur legatum: ſi ceſſit, transfertur, *l.* 5. §. 1. *l.* 16. *in fi.* ī. *eo. l. vn.* §. 6. *C. de caducis.*
b Conditionale eſt legatum quod confertur in mortem hæredis: ſecus, ſi in mortem legatarij.
c *l.* 13. *in fi.* ī. *eo. l.* 12. *in fi.* ſ. *de leg.* 2. *l.* 1. §. 2. *l* 79. ſ. *de cond. & dem. v. l.* 22. ī. *hoc. tit.*
d Sub die enim incerto relictum eſt, qui habetur conditionis loco *l.* 75. *ſup. de cond. & demonſt.*
e i. & ideò, ſi viuo hærede.
f Cur? mortuus eſt antequam impleta eſſet conditio.
g Cur? moriendo conditionem impleuit.
h Legatum tranſmittitur ad hæredem poſt diei ceſſionem *l.* 3. *C. eo.*
i Cui certum eſt, *v. l.* 26. *ſup. de vſufr. leg.*
k *l.* 21. ī. *eo. l. vnic.* §. 5. *C. de caducis.*
l Vſusfructus ad hæredem non tranſit *l.* 3. *ſup. eo.*
m *l.* 41. *ſup. de cond. & dem. l. vnic. C. de caducis.*
n Qualis eſt iuriſiurandi *l.* 8. *ſup. de cond. & demonſt.* & quæ contra bonos mores, *l.* 63. § 9. *ſup. ad Trebell.*
o Purum habetur quod ſub impoſſibili conditione relictum eſt, *l.* 3. ſ. *de cond. & dem.*
p *v. l.* 161. ī. *de reg. iur.*
q *l.* 24. ſ. *de cond. & dem. l.* 1. *C. de inſt. & ſubſt. l.* 4. *C. de cond. inſert.*
r *l.* 27. *ſup de cond. & demonſt.*
ſ *l.* 18. ī. *de reg. iur.*
t *l.* 14. *in fi. ſup. eo.*
u *l.* 7. *l.* 10. *ſup. de adim. l.* 106. *in fin. ſup. de cond. & dem.*
x Conditio tacita ex teſtamento præcedens, impedit diem legatorum cedere, ſecus ſi extrinſecus veniat *l.* 99. *ſup. de cond. & dem.*
† Præcedentia Sabini fuerunt, hæc Pauli ad Sabinum.
y Differentiam moræ & conditionis obſerua.
z *l. vlt. C eo. l.* 2. §. 2. *l.* 16. *ſup. de iure codicill.*
a nec enim ante aditam hæreditatem debetur, *l.* 32. *ſup. de leg* 2.
† Sabini præcedentia fuerunt, hæc Vlpiani ad Sabinum.
b Ceſſiſſe diem legati, & petere legatum poſſe differunt. Hic enim aditio hæreditatis non differt diej ceſſionem, ſed petitionem.
c *v. l.* 19. §. 2. ī. *eod.*
d *v. l.* 1. *ſup. eod.*

tus

tus damnatus ſit, *ſi intra pubertatẽ filius deceſſerit, Seio centum dare*, an viuo pupillo defunctus Seius ad hæredem transferat, quaſi *a* ea conditio ſit expreſſa, quæ inerat? Et magis eſt, ad hæredem legatarij tranſire.

6 ¶ *Interdum aditio hæredis legatis moram facit.* vtputa † ſi fortè ſeruo manumiſſo, vel ei *b* cui ſeruus legatus eſt, & ideo *c* ſeruo aliquid legatum ſit. nam ſeruo *d* legati relicti ante aditam hęreditatem dies non cedit.

8. *Idem* ‖ libro 24. ad Sabinum. ‖

NAm cùm *e* libertas non priùs competat, quàm adita hæreditate, æquiſsimum viſum eſt, nec legati diem antè cedere. alioquin inutile fieret legatum ſi dies eius ceſsiſſet, antequam libertas competeret. quod euenit, ſi ſeruo purè legetur, & liber eſſe ſub conditione iubeatur, & pendens conditio inueniatur, & poſt aditam hæreditatem.

De habitatione filiofamilias, vel ſeruo legata.

9. *Idem* " lib. 21. ad Sabinum. "

SI habitatio *f* filiofamiliàs vel ſeruo legata ſit, puto non adquiri domino vel patri legatum, ſi *g* ante aditam hæreditatem filius vel ſeruus deceſſerit. nam † cùm perſonę cohæreat, rectè dicitur ante aditam hæreditatem diem non cedere.

De annuis, menſtruis, vel diariis legatis.

10. *Idem* lib. 23. ad Sabinum.

CVm *in annos ſingulos* legatur, non vnum legatum eſſe, ſed plura *h* conſtat.

11. *Iulianus* " libro 37. Digeſtorum. "

NEc refert, ſinguli aurei in annos ſingulos legentur, an in annum primum mille aurei, in ſecundum homo, in tertium frumentum.

De legato generis. 8. De electione alij quàm legatario commiſſa.

11. *Vlpianus* libro 23. ad Sabinum.

NEc *i* ſemel diem eius cedere, ſed per ſingulos *k* annos.

1 ¶ Sed vtrùm initio cuiuſque anni, an verò finito anno cedat, quæſtionis fuit? Et Labeo, Sabinus, & Celſus, & Caſsius, & Iulianus in omnibus, quæ in annos ſingulos relinquuntur, hoc probauerunt, vt initio *l* cuiuſque anni huius legati dies cederet.

2 ¶ Inde Iulianus ait, hoc *m* legatum ſi ſeruo relinquatur, deinde poſt primum vel alterum annum ſit liber, ſibi eum adquirere.

3 ¶ Item Celſus ſcribit quod & Iulianus probat, huius legati diem ex die mortis cedere, non ex quo adita eſt hæreditas: &, ſi fortè poſt multos annos adeatur hæreditas, omnium annorum legatario deberi.

4 ¶ Sed & ſi *quotannis* ſit legatum, mihi videtur etiam in hoc initium *n* cuiuſque anni ſpectandum, niſi fortè euidens ſit voluntas teſtatoris in annuas penſiones ideo diuidentis, quoniam non legatario conſultum, ſed hæredi proſpectum voluit, ne vrgeretur ad ſolutionẽ.

5 ¶ Si in habitatione aliquid, vel in diſciplina legetur ſic, annua *o*, vel *quotannis*, quibus *p* diebus penſio debetur habitationis, vel mercedis diſciplinarũ, iiſdẽ intelligitur legatum relictũ, coniectura voluntatis facta.

6 ¶ Nouiſsimè Pomponius ſcribit, nihil intereſſe, vtrùm *in annos ſingulos*, vel *quotannis* q, an *in ſingulos menſes, vel quot* r *menſibus*, an *in ſingulos dies*, vel *quot diebus* legetur. ipſe quoque huic ſententiæ accedo. proinde, & ſi annui legentur tot aurei, idem erit dicendum.

7 ¶ Si cui *homo* generaliter ſit legatus, & antequam vindicet, deceſſerit *ſ*, ad hæredem ſuum legatum transfert.

8 ¶ Si Titio ſit (ſic) legatum, *Quem Seius elegerit*, & Seius poſt electionem deceſſerit, locus eſt vindicationi ſemel acquiſitę.

De conditione quam certum eſt extituram.

13. *Pomponius* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

HVjuſmodi legatum, *Siue illud factum fuerit ſiue non* " *fuerit* " *illi do lego*, ad hæredem non tranſit, niſi alter caſus viuo legatario extiterit, quoniam cauſa, ex qua debeatur, præcedere *t* ſemper debet. nec quia certum eſt, alterutrum futurum, omnimodo debebitur. nam tale *u* legatum, *Cùm morietur hæres dato*, certum eſt debitum ‖ iri: ‖ & tamen ad hæredem legatarij non tranſit, ſi viuo hærede decedat *x*.

De vſufructu, de alienatione. 2. De legato filiofamiliæ, vt ipſi ſoluatur. 3. Cui acquiritur legatum.

14. *Vlpianus* ‖ libro 24. ad Sabinum. ‖

SI *vſusfructus aut decem, vtrum legatarius voluerit*, " ſint legata, vtrumque ſpectandum *y*, & mortem teſtatoris, (&) aditionem hæreditatis: mortem, propter decem: aditionem, propter vſumfructum. quamuis enim electio ſit legatarij, tamen nondum *z* electioni locus eſſe poteſt. cùm proponatur, "aut" nondum teſtatorem deceſsiſſe, aut eo mortuo hereditas nondum adita. 1 ¶ Inde quærit Iulianus, ſi poſt mortem teſtatoris legatarius decedat, an ad hæredem transfertur decem legatum? Et libro trigeſimo ſeptimo digeſtorum ſcribit, poſſe dici, decem tranſtuliſſe, quia mortuo legatario dies legati cedit. argumentum Iulianus pro ſententia ſua adfert tale, *Seia decem, aut ſi pepererit, fundum hæres meus dato.* nam ſi antequàm pariat, inquit, deceſſerit, ad heredem ſuum decem tranſmittet. 2 ¶ Si ita quis legauerit filiofamiliàs, *vt a ipſi ſoluatur*, poteſt procedere legatum, nec imputari heredi *a* cur non patri, ſed potius filio ſoluat. finge enim hoc nominatim expreſſum ita, *vt filio ſoluat*. certè *b* ſi pater petat exceptione erit repellendus.

3 ¶ Si dies legati ceſſerit, deinde legatarius in ius alienum peruenit, ipſi potius debetur legatum in cuius ipſe ius peruenit. tranſeunt *c* enim cum eo, quæ ei debebantur. ſed ſi ſub conditione fuerit legatum, non tranſit, ſed exſpectabit *d* conditionem, eíque adquiretur, cuius iuris erit, conditionis exiſtentis tempore. quod ſi *e* ſui iuris fuerit eo tempore, ſibi potius adquiret.

De morte patris & emancipatione.

15. *Idem* lib. 5. Diſputationum.

SI ita eſſet liberis fideicommiſſum relictum, *ſi morte patris ſui iuris eſſent effecti* nec mortalitate patris, ſed emancipatione *f* patres familiarum conſtituti ſint, deberi eis fideicommiſſum nemo dubitauerit, diémque eius emancipatione ceſsiſſe qui morte patris cederet.

De alternatione. 1. De vſufructu ſeruo legato.

16. *Iulianus* ‖ lib. 35. Digeſtorum ‖

CVm ita legatum eſt, *Stichum, vel quod ex Pamphila natum erit, hæres meus dato*: non ante dies legati eius cedet: quàm *g* aliquid ex Pamphila natum fuerit, aut certum fuerit, naſci non poſſe.

1 ¶ Cùm ſeruo *h* legato, antequam hereditas eius, qui legauerat, adiretur, vſusfructus ab alio legatus fuerit, & prior hereditas eius, qui vſumfructum legauerit, adita fuerit: nulla ratio eſt, cur diem legati cedere exiſtimemus, antequam ea quoque hereditas, ex qua ſeruus legatus erat, adeatur. cùm neque in præſentia vllum emolumentum hereditati adquiratur: & ſi interim ſeruus mortuus fuerit, legatum extinguatur *i*: quare adita hæreditate exiſtimandum eſt, vſumfructum ad eum, cuius ſeruus legatus eſſet, pertinere.

2 ¶ Quod ſi ſeruus, cui vſusfructus legatus fuerit, ‖ ipſe ‖ legatus non fuerit, dicendum eſt, vſumfructum ad hęreditatem *k* pertinere, eo quod dies eius ante aditam hereditatem non ceſſerit.

Si ſeruo legato aut filiofamilias legetur.

17. *Idem* ‖ lib. 36. Digeſtorum. ‖

CVm legato *l* ſeruo aliquid legatur, dies eius legati, quod ſeruo datur, non mortis tempore, ſed aditæ hęreditatis cedit. & ideo impedimento non eſt regula iuris, quò minùs manumiſſo legatum debeatur. quia etſi confeſtim paterfamiliàs moreretur, non in eiuſdem perſonam & emolumentum legati, & obligatio iuris concurreret.

¶ Perinde igitur eſt hoc, de quo quęritur, ac ſi *m*, filio hærede inſtituto, patri legatum eſſet. quod conſiſtere intelligitur, eo quod quamuis ſtatim paterfamiliàs moriatur, poteſt emancipatus adire hęreditatem, vt patri legatum debeat.

De conditione liberorum.

18. *Idem* ‖ libro 37. Digeſtorum. ‖

IS, cui ita *n* legatum eſt, *Quandoque o liberos habuerit*, ſi prægnante vxore relicta deceſſerit, intelligitur expleta conditione deceſsiſſe, & legatum valere. ſi tamen poſtumus natus fuerit.

De legato ſub conditione in aliud tranſlato. 1. De conditione, ſi quid non detur. 2. De puritate & conditione. 3. De eo quod ſub conditione debetur teſtatori.

19. *Idem* ‖ libro 70. Digeſtorum. ‖

CVm ſine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit: *Vxori meæ penum heres dato. Si* p *non dederit centum dato.* vnum legatum intelligitur ‖ centum: ‖ & ſtatim peti poteſt. penoris autem cauſa eò tantùm pertinet, vt ante ‖ litem conteſtatam tradita peno, heres liberetur.

1 ¶ Quod ſi ita ſcriptum ſit, *Si penum intra Kalendas non dederit, centum dato*: non efficitur, v. duo legata ſint, ſed vt centum legata ſub conditione videantur. idcirco ſi vxor ante kalendas deceſſerit: hæredi ſuo neque penum relinquet, quę legata non eſt: neque ea centum, quia dies legati ceſſerit.

2 ¶ Cùm ab eo mihi fideicommiſſum datum eſt, cui ſub conditione legatum eſt, quemadmodum *q* ſi hærede reſtituto ſub conditione, purè mihi legetur.

3 ¶ Si debitori, quod ſub conditione debet, legatum eſt, præſens legatum eſt: agíque ex teſtamento ſtatim poteſt, vt liberatio præſtetur: & ſi poſt mortem teſtatoris deceſſerit, ad hæredem tranſmittit actionem.

4 Hæc dicenda erunt, & ſi non ipſi debitori, ſed alij cuilibet ſimiliter legatum eſſe proponatur.

De annuis legatis.

20. *Marcianus* libro 6. Inſtitutionum.

SI cum præfinitione annorum legatum fuerit, veluti *Titiæ dona vſque ad annos decem*: Iulianus libro 30. Digeſtorum ſcribit, intereſſe. & ſi quidem alimentorum nomine legatum fuerit, plura eſſe legata, & futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad hæredem non tranſmittere. ſi verò non pro alimentis legauit, ſed in plures penſiones *r* diuiſit exonerandi hæredis gratia, hoc caſu ait omnium annorum vnum eſſe legatum, & intra decennium decedentem legatarium etiam futurorum annorum legatum ad hæredem ſuum tranſmittere. quæ ſententia vera eſt.

De

a l.21.§.1.j.eo.
† ſuperior verſiculus Sabini fuit: hic verò Vlpiani ad Sabinum ſcribentis: vt & l.8.j.eod.
b Vel ſi cui. *Cuiac.* 4.*obſ.*33 & 18.*obſ.*16.
c & eidem ſeruo. *Cuiac.*18.*obſ.*26.
d *l.vnic.§.6. C.de caducis.*
e *d.§.6.*
f *l.2.j. eod.* adde *l.12.§.5.j.eo.*
g *Secus* ſi poſt aditam.
† Hæc Vlpiani ſunt ad Sabinum: præcedentia verò Sabini.
h *v.l.4.j. de annuis, l.1.§.16.j.ad l.Falc.*
i Legatum annuum, non eſt vnum, ſed multiplex, adde §.2.j.eod.
k *l.1.C.eo.l.11.j. de vſufr. legat.*
l Annua legata initio cuiuſque anni cedunt.
m annuum ſcil.
n *d.l.1.C.eo.*
o *l.20.l.26.§.2.j.eo.*
p *v.l.42.j.de ver. oblig.*
q *l.3.ſuprà, de annuis.*
r i.i ſingulis menſibus. *v.l.8.§.24. ſup. de tranſact.* ſic alibi quot diebus apud Liuium *lib.*5. quot Kalendis *Plaut.Sticho.*2. *dixi ad Varronem* 4. *de lingua.*
ſ *l.19. in fin. ſup. de option.§.23.inſt. de leg.*
t *l.43.in fi. ſup.de ædilitio.*
u *l.4. ſup.eo.*
x quia eſt conditionale legatum. nam dies incertus facit conditionem, *l.75.de cond. & demonſt.*
y expectandum. *Cuiac.*18.*obſ.*16.
z *l.21. ſup.de vſufruct.legat.*
a *l.26.§.8. ſup. de cond.indeb.*

a i.Heredi non eſt imputanda hæc ignorantia nec enim ſponte cum legatariis contrahit: non legatarios facit, ſed in ipſos incidit per aditionem hereditatis, *vide Cuiac.* 7. *obſ.*36.
b Qui filio alicuius legat, vt ipſimet ſoluatur, hoc velle intelligitur, vt ne in eo legatum vſumfructum pater legatarij conſequatur, adde *Auth. excipitur. C de bonis quæ liberis, Nouella vt liceat matri & auiæ.*
c *v. l.15. ſup. de adoption.*
d ſed exſpectatur, *Hal.*
e *l.5. C. de teſt. infert.*
f In tempus emancipationis, vel cùm ſui iuris quis eſt fideicommiſſum relictum, quocunque modo patria poteſtate liberato debitur, *Paul.*4.*ſent.* §.12. idemque in eſt, vno caſu excepto.
ſ o *l.11.§.11.ſup. legat.* 3. *l.22.j. Trebell. l.3.§. de inſtitutionib.*
g *l.18.j.eo.*
h *l.17.j.eod.*
i *v.l.3.ſup.eo.*
k i.heredem, *l.*91.§.6.*j.de leg.* vide Cuiacium *obſer.*40.
l *l.16.§.1.ſup.*
m *v l.25. ſup. legat.*1.
n *l.20.j.ad l.153.j.de verb. l.187.j. de reg. iur.*
o Legatum eſt quando liberos, *Hal.*
p adde *l.24.j. l.1.§.8. ſupr. ad l. Falcid. l.1. ſup. de penu.*
q *l.7.ſup.eod. in fi.j.eod.*
r *l.12.§.4.ſup. eod.*

SGCB2021

De die 1. *De conditione.*

21. *Paulus* libro 2. ad Vitellium.

SI dies appoſita legato non eſt, præſens *a* debetur, aut confeſtim *b* ad eum pertinet, cui datum eſt: adiecta, quamuis longa ſit, ſi certa eſt, *veluti Kal. Ianuarijs centeſimis*, dies quidem legati ſtatim cedit, ſed ante diem peti non poteſt.

¶ At ſi incerta *c*, (quaſi *d cum pubes e erit, cum in familiam nupſerit f cùm magiſtratum g inierit cum aliquid demum*, quod ſcribendo *h* comprehendere ſit commodum *i feceris*) niſi tempus, conditióve obtigit, neque res pertinere *k* neque dies legati cedere poteſt.

1 ¶ Si ſub conditione, qua te heredem inſtitui, ſub ea *l* conditione Titio legatum ſit, Pomponius putat, perinde huius legati diem cedere, atque ſi purè relictum eſſet, quoniam certum eſſet, hærede exiſtente debitum iri. neque enim per conditionem heredum fieri incerta legata: nec multum intereſſe tale *m* legatum ab hoc: *Si hæres erit, dato.*

De legato cum, vel ſi quatuordecim annorum factus erit. 1. *De conditione, ſi hæres adeat.*

22. *Pomponius* libro 5. ad Quintum Mucium.

SI Titio, *cum "is" annorum quatuordecim eſſet factus*, legatum fuerit, & is ante quartum decimum annum deceſſerit, verum eſt ad heredem eius legatum non tranſire: quoniam non ſolum diem ſed & conditionem hoc *n* legatum in ſe continet, ſi effectus eſſet annorum quatuordecim. qui autem in rerum natura non eſſet, annorum quatuordecim non eſſe non intelligeretur *o*. Nec *p* intereſt, vtrùm ſcribatur, *Si annorum quatuordecim factus erit*, an ita: cùm priore ſcriptura per conditionem tempus demonſtratur, ſequenti per tempus conditio. vtrubique tamen eadem conditio eſt.

1 ¶ Quædam autem conditiones etiam ſuperuacuæ *q* ſunt. Veluti ſi ita ſcribat: *Titius hæres eſto. Si Titius hereditatem meam adierit. Mæuio decem dato.* nam pro non ſcripto ea conditio erit, vt omnimodo ad heredem Mæuij legatum tranſeat, etiam ſi Mæuius ante aditam hereditatem deceſſerit. Et idem ſi ita fuerit ſcriptum: *Si Titius hæreditatem meam adierit, intra dies r centum, Mæuio decem dato.* nam hoc legatum in diem erit, non ſub conditione: quia definitio Labeonis probãda eſt, dicentis,* id demum legatum ad heredem legatarij tranſire, quod certum ſit debitum iri, ſi adeatur hæreditas.

2 ¶ Si tamen duos heredes inſtituam: & ſi alter ex his adeat hereditatem alicui legem ab omnibus hæredibus: non erit pro ſuperuacua ea conditio, ſed in portionem quidem coheredis valebit: in ipſius autem, cuius perſona in conditione comprehenſa eſt, ſuperuacua erit: perinde atque ſi ſolo coherede inſtituto, eo modo legatum eſſet.

De annuis legatis.

23. *Vlpianus* lib. 4. ad legem Iuliam & Papiam.

CVm in annos ſingulos *ſ* legatum relinquitur: ſine dubio per annos ſingulos, inſpecta conditione legatarij, ait capere. & ſi plurium ſeruus ſit, ſingulorum dominorum erunt perſonæ ſpectandæ.

De legato ſub conditione in aliud tranſlato. 1. *De conditione, ſi quid non detur.*

24. *Paulus* lib. 6. ad legem Iuliam & Papiam.

SI penum heres dare damnatus ſit, vel fundum: & ſi *t* non dediſſet, decem. ego accepi, & penum legatam & tranſlatam *u* eſſe in decem, ſi noluerit penum heres dare: & tunc pecuniam deberi, cum interpellatus fundum non dediſſet. & ſi interea deceſſerit legatarius, tunc heredi eius non niſi fundum deberi. namque cum dictum eſt, "At" *Publicius fundum dato*, perfectum eſt legatum: & cum dicit: *Si non dederit, centum dato*, ſub conditione fundi legatum ademptum videri eo caſu, quo centum deberi cœperint: quorum quia conditio viuo legatario non extiterit, fortè quia interpellatus heres non ſit, euenerit, vt ademptio nihil egerit, fundíque legatum durauerit.

1 ¶ Planè ſi ſic legatum ſit: *Si penum non dederit, decem dato*: dicimus non eſſe penum legatam.

De particula, aut. 1. *De eo quod teſtatori naturaliter debetur. De conditione extrinſecus expectanda.*

25. *Papinianus* libro 18. Quæſtionum.

CVm illud aut illud legetur, enumeratio plurium rerum disiunctiuo modo comprehenſa, plura legata non facit *x*. Nec aliud probari poterit, ſi purè fundum alterum, vel alterum ſub conditione legauerit. nam, pendente conditione *y* non erit electio: nec ſi moriatur, ad heredem tranſiſſe *z* legatum videbitur.

1 ¶ *Heres meus Titio dato, quod mihi Seius a debet.* ſi Seius pupillus ſine tutoris auctoritate nummos accepiſſet, (nec) *b* locupletior factus eſſet, & petitor ad *a* præſens debitum verba retulit, quia nihil *b* eius debet, nullius momenti legatum erit. quòd ſi verbo debiti naturalem *c* obligationem & futuram *d* ſolutionem cogitauit, interim nihil (ſi) Titius petet quaſi tacitè conditio inſerta ſit: non ſecus ac ſi ita dixiſſet, *Titio dato quod pupillus ſoluerit.* vel ſi legaſſet, quod ex Arecuſa natum erit, vel fructus, qui in illo fundo naſcentur *e*. "Contrarium non eſt," quod ſi medio tempore legatarius moriatur, & poſtea partus edatur, fructus perueniant, pecuniam pupillus exſoluat, hæres legatarij petitionem habet. namque dies legati, cui conditio non adſcribitur, quamuis extrinſecus *f* ſpectanda ſit, cedit.

De pecunia relicta ex reditu prædiorum. 1. *De executore quem teſtator voluit vſuras minori, & poſt viceſimum quintum annum ſortem reddere.* 2. *De annuo legato.* 3. *De menſtruis cibariis manumiſsis relictis.*

26. *Idem* libro 9. Reſponſorum.

FIrmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni. poſtea *g* non *h* videri conditionem *i* additam, ſed tempus ſoluendæ pecuniæ prolatum *k* videri reſpondit. fructibus *l* fini *m* relictæ pecuniæ non perceptis, vbertatem eſſe neceſſariam anni ſecundi.

1 ¶ Cum ab heredib. alumno centum dari voluiſſet teſtator, eam pecuniam ad allum transferri, *vt in annum viceſimumquintum trientes vſuras eius ſummæ perciperet alumnus, ac poſt eam ætatem ſortem ipſam*, intra viceſimum quintum annum eo defuncto, tranſmiſſum ad heredem pueri fideicommiſſum reſpondi: nam certam *n* ætatem ſorti ſoluendæ præſtitutam videri, non purè fideicommiſſo relicto conditionem inſertam. cùm autem fideicommiſſum ab eo peti non poſſet, penes quem voluit pecuniam collocari propter hęc verba, *Eamque alumno meo poſt ætatem ſupraſcriptam curabit o reddere*, fideicommiſſum ab hæredibus petendum qui pecuniam dari ſtipulari debuerunt. ſed* fideiuſſores ab eo non petendos, cuius fidem ſequi defunctus maluit.

2 ¶ Pater annua tot ex fructu bonorum, quæ vxori legauit, acceſſura filij patrimonio præter exhibitionem, quam æque matri mandauit, *ad annum ætatis eius viceſimumquintum* vxorem præſtare voluit. non plura *p*, ſed vnum *q* eſſe fideicommiſſum certis penſionibus diuiſum apparuit. & ideo filio intra ætatem ſupraſcriptã diem functo reſidui temporis ad hæredem fideicommiſſum eius tranſmitti. ſed non initio cuiuſque anni peti pecuniam oportere, quod ex fructibus vxori datis pater filio præberi voluit. cæterùm ſi pecuniam annuam pater alimentis filij deſtinaſſet, (non) dubiè, perſonæ *r* deficiente *ſ* cauſa præſtandi videtur *t* extincta.

An conditio adiecta inſtitutioni cenſeatur in legato repetita.

27. *Scæuola* libro 3. Reſponſorum.

FIlium familiâs ex parte purè inſtituit heredem, eíque fideicommiſſum dedit, & eodem teſtamento ita cauit: *Quod ego Lucium Titium heredem inſtitui, ita eum adire hereditatem volo. Si is patria poteſtate liberatus fuerit.* quæſitum eſt, an à cohæredib. eius adita hæreditate, legati filio familiâs dati dies ceſſerit? Reſpondit, ſi purè ſit datum, à cohærede filij pro hæreditaria parte fideicommiſſum peti poſſe.

1 ¶ Menſtruos denarios denos manumiſsis legauit, quæſitum eſt, cùm abſentibus heredibus ex ſenatuſconſulto *u* libertatem ſunt conſecuti, ex quo tempore eis cibaria debeantur; Reſpondit ſecundùm ea quæ proponerentur ex eo tempore his cibaria debeantur, quo liberi eſſe cœperint.

De fundo inſtructo.

28. *Idem* libro 4. Reſponſorum.

SI fundus inſtructus relictus erit, quæritur quemadmodum dari debeat, vtrum ſicut inſtructus fuit mortis tempore, an eo tempore, quo facti ſunt codicilli, an quo peti cœpit? Reſpondit, ea *x* quibus inſtructus ſit fundus, cùm *y* dies legati cedat, deberi.

De rogato quandoqu. dare.

29. *Valens* libro 1. Fideicommiſſorum.

ROge, *quandoque heres meus Titio decem det.* vtique decem heres debebit. ſed quando, dubitari poteſt: vtrum *z* cum *a* primum potuerit, & dies cedit, & ab ipſo petitur.

De conditione nuptiarum.

30. *Labeo* libro 3. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.

a In obligationibus, in quibus dies non ponitur, præſenti die pecunia debetur, *v. l. 41. §. 1. de verb. oblig.*

b à die mortis teſtatoris, *l. 5.* ſ. *e. l. 75. in fi. ſup. ad Treb.*

c *v. l. 1. §. 2. l. 54.* ſ. *de cond. & dem.*

d *v. l. 38. §. 16. inf. de verb. ſign.*

e id eſt, veluti.

f *l. 10.* ſ. *de cond. & demonſt.*

g *l. 1. C. de inſt. & ſubſt.*

h quod ſcribendo, *Hal. fortè*, ſcribenti.

i ei cui legatur, ſcilicet.

k Si ſub conditione, vel ex die certa nobis legatum eſt, legatum ad nos non pertinet, antequam dies vel conditio exiſtat. *l. 45. in fi.* ſ. *de leg. 2.* de die certa, adde *l. 38. §. 6.* ſ. *de verb. oblig.*

l Quod ſub ea conditione relictum eſt, ſub qua etiam heres alius inſtitutus eſt, etiam ſi ſub conditione datum ſit, purum tamen intelligitur, *l. 107. ſup. de cond. & demonſtr.* adde *l. 7. §. 5. ſup. hoc tit.*

m Si quis hæres ſub conditione inſtitutus eſt, & ab eo legatum, eo caſu legatum mihi purè debetur, *l. 19. §. 2. ſup. eod.*

n adde *l. 75. l. 107.* ſ. *de cond. & dem.*

o *l. 49. §. 2. ſup. de leg. 1. adde l. 4. ſup. eo.* ſi non intelligit. *Hal.*

p *v. l. 45. §. 3. inf. de verb. oblig.*

q Superuacuæ conditiones adiectæ cõditionem iuris non mutant, *l. 3. C. de fideiuſſorib. l. 9. §. 1. ſup. de diſtra. pignorum: facit l. 7. in fi. C. de reuoc. donat.*

r Forma cretionis: in his enim centum diebus hæreditas adiri debet, adde *l. 3. §. 8.* ſ. *de minorib. Vlpian. 22. §. 27. 28 & ſequentib. l. 3. §. 8. ſup. de minor.* vide *quæ dixi ad l. 2. C. qui admitti.* De cretione adde Ciceronem 13. *ad Att.* 5. *

ſ *v. l. 4. ſup. de annuis.*

t adde *l. 19.* ſ. *eod.*

u hinc colligi poteſt, pœnæ nomine nouari poſſe, adde *l. 44. in fi.* ſ. *de obl. & act.*

x Si illud, aut illud legatum ſit, vnum legatum eſt, *l. 27. ſupra de legat. 1.*

y Pendente conditione, legatarius eligere non poteſt.

z Qui pendente conditione moritur, ad heredem legatum non transfert.

a pupillus ſc.

b & locupletior. Cuiacius ad *l. 127.* ſ. *de verb. oblig.* reprehenſus à Roberto, 1. *recept.* 17. adde & eundem Cuiac. 17. *obſeru.* 4. *& ad titul. quib. mod. toll. obligat.* haud dubiè non malè negatio hic legitur. Nam hic dicitur pupillum nihil debere. Quod ſi legeris, *locupletior factus eſt*, vt emendat Cuiacius minor aliquid deberet. Hic itaque ſit ſenſus, pupillum ſine tutoris authoritate nummos accipientem, neque ex mutuo locupletiorem factum quidquam debere intelligi, non obligari. Quod lex 59. ſ. de *verb. oblig.* negat pupillum obligari naturaliter, intellige de pupillo penitus impubere, nec locupletiore facto, præſertim ſi tutoris authoritas nõ acceſſit *l. 41.* ſ. *de cond. indeb.* Quod lex 21. *ſupr. ad l. Falcid.* ait pupillum obligari naturaliter, intellige de pubere & locupletiore.

a *fortè* legendum, teſtator.

b i. nihil in præſenti debet pupillus: non poteſt quidquam in præſenti exigi à pupillo, qui mutuo accepto non eſt factus locupletior. Huiuſmodi mutuum exigere à pupillo quã id ſumpſit ſine tutore ſuo non poteſt.

c vide *l. 59. inf. de oblig.*

d à volente, quandocunque.

e eo caſu ſcribi intelligitur conditio *l. 1. in fin.* ſ. *de cond. & demonſt. l. 73.* ſ. *de verb. obl.*

f extra ſcripturam teſtamenti.

g propter ea. *Cuiac.* 18. *obſ.* 26.

h Imo videtur conditio addita *l. 5. ſup. de tritico.*

i quæ tacitè ineſſe ſolet huiuſmodi legatis, ſi fructus naſcantur, *l. 1. in fin. ſup. de cond. & dem. l. 73. inf. de verb. obl.*

k vt ſit ſenſus; Si cui legauero quinquaginta ex reditu fundi Tuſculani, neque quinquaginta ex reditu eiuſdem percepta ſint, non priuabitur legatarius ſui legati commodo: ſed anni ſequentis vbertas expectabitur. Aliud erit, ſi tibi amphoram vini (quod ex fundo Tuſculano natum erit) legauero: tunc enim ſi minus fructuum natum fuerit, nihil debebitur. Cur? hæc verba, *quod natum erit*, taxationis vicem obtinent, *l. 5. ſup. de tritico.*

l ex fructib. fundi relicta pecunia, non percepta *Hal.*

m fini pecuniæ, i. ſi ad modum legatæ pecuniæ fructus ex fundo non ſit perceptus, vt non ſufficiat reditus ad exſoluendam pecuniam legatam, *Duar. 1. diſp. 22.*

n *l. 46. in fin. ſupr. ad Treb.*

o Curandi verbum non inducit fideicommiſſum, non fidem alicuius implorat, ſed diligentiam aliquam tantum *l. 8.* ſ. *qui ſine manumiſſione ad libertatem.**

p Imo, non vnum ſed plura, *l. 10. ſup. eo. l. 1. §. 16. ſup. ad l. Fal. v. l. 4. ſup. de annuis.*

q Iuriſdictionem cumulatione talium præſtationum non impediri hinc colligunt, *l. 11. ſup. de iuriſdict.* cùm plures præſtationes vnius loco habeantur.

r nota regulam.

ſ Alimenta cum vita deficiunt, *lib 8. §. 10. in fi. ſuprà de tranſact.*

t Imò non videtur extincta, dixi *ad l. 18. in fin ſup. de annuis leg.*

u Rubriano *l. 26. §. 2.* ſ. *de fideic. libert.*

x ea quibus, *Hal.*

y Inſtructus fundus ſi relinquitur, dies legati cedentis inſpicitur *Bart.*

z Dandi quandoque debitor intelligitur dare oportere, cùm primùm commodè poterit.

a *l. 29. ſup. de condit. & dem. v. l. 125. inf. de verb. ſign.*

R x

QVod pupillæ legatum eſt, *quandoque a nupſerit*, ſi ea minor, quàm viripotens *b* nupſerit, non *c* ante ei legatum debebitur, quàm viripotens eſſe cœperit: quia non poteſt videri nupta, quæ virum pati non poteſt.

De conditione ſi hæres non erit.

31. *Scæuola* ‖ libro 14. Digeſtorum. ‖

VXori ex parte ſextante hæredi inſtitutæ ſubſtituit: & heredum fidei commiſit, ſi vxor hæres non erit, dotem ei & alia quædam dari. poſt mortem mariti, vxor ante conditionem, & priuſquam adeat hæreditatem, deceſsit *d*. quæſitum eſt, an dies fideicommiſsi, cùm moritur, ceſsiſſe videatur, ideóque heredibus eius debeatur? Reſpondi, ſi vxor prius deceſsit, quàm hereditatem adiret, videri diem fideicommiſsi ceſsiſſe.

VT LEGATORVM *e* SEV FIDEICOMMISſorum ſeruandorum cauſa caueatur *f*.

TIT. III.

De die dandi. De dolo. 1. *De dignitate & facultatib. heredis.* 2. *Ratio huius cautionis ſi non caueatur.* 3. *De legatariis & eorum ſucceſſorib.* 4. *Vel procuratoribus.* 5. *De legatariis alieno iuri ſubiectis.* 6. *De heredib. & eorum ſucceſſorib.* 7. *De fideicommiſſario vniuerſali.* 8. *De his qui per alios hæredes exiſtunt. De honorariis ſucceſſorib.* 9. *Lis de legato.* 10. *De fideicommiſsis.* 11. *Si cui relictum ſit, & ſi id perdidiſſet rurſus relictum.* 12. *Si quis ex aſſe, vel ex parte legatum debeat. De inſtituto, vel ſubſtituto.* 13. *De fructib. & vſuris.* 14. *De legato inutili.* 15. *De procuratore legatarij abſentis.* 16. *De reb. & pretio earum.* 17. *De decem quæ ſunt in arca, vni: & vſufructu eorum, alij legato.* 18. *De fiſco.* 19. *Quatenus hæres legatariis tenetur ex ſtipulatu.* 20. *De legatario qui eſt in poteſtate alterius: & eadem re duobus legata ſub diuerſis vel contrariis conditionibus.*

1. *Vlpianus* libro 79. ad Edictum.

LEGATORVM nomine ſatiſdari oportere *g* prætor *h* putauit, vt quibus teſtator dari fierive voluit, his *i* dieb. detur vel fiat, dolúmque malum abfuturum *k* ſtipulentur.

1 ¶ Semper *l* autem ſatisdare cogitur, cuiuſcunque ſit dignitatis *m*, vel facultatum quarumcunque heres.

2 ¶ Nec ſine ratione hoc prætori viſum eſt, ſicuti hæres incumbit poſſeſsioni bonorum, ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti, ſed aut ſatisdabitur eis, aut ſi ſatis non datur, in poſſeſsionem *n* bonorum venire prætor voluit.

3 ¶ Non ſolum autem omnibus legatariis ‖ ſatisdari oportet: ‖ ſed & ſucceſſorib. *o* legatariorum ſatiſdari debere iam conſtat, quamuis iſti non † ex iudicio defuncti, ſed ſucceſsionis neceſsitate, quaſi ad æs alienum, admittantur.

4 ¶ Sed & procuratorib. legatariorum ſatisdandum eſt. eóque iure vtimur.

5 ¶ Planè ſi ei *p*, qui in poteſtate alicuius erit, legatum ſit, caueatur ei, cuius iuri ſubiectus eſt.

6 ¶ Non ſolùm autem legatorum nomine hæredes cauent, ſed & ſucceſſores eorum.

7 ¶ Is *q* etiam, cui ex ſenatuſconſulto reſtituta eſt hæreditas, nihilominus ad cautionem compellitur.

8 ¶ Nec non & qui per alios hæredes exiſtunt, ſiue honorarij *r* ſucceſſores, ad ſatiſdationem cōpelluntur.

9 ¶ Planè ſi quis *ſ* omiſſa ſtipulatione, litem de legato conteſtatus eſt, probandum eſt, ceſſare *t* debere † ſtipulationem.

10 ¶ Idémque in fideicommiſsis quoque probandum eſt.

11 ¶ Si cui ita ſit legatum vel fideicommiſſum relictum, &, *ſi id perdidiſſet, rurſus relictum*: videamus, an ſatis ſequentis legati ſiue fideicommiſsi petere poſsit. mouet quæſtionem, an fideicommiſſum hoc ſiue legatum debeatur, & quoties debeatur, & an ipſe legatarius cauere debeat ſe non perditurum? De his omnib. extat reſcriptū Diui Pij ad Iunium Mauricium tale: Clodio Fructulo, ſecundum ea quę epiſtola continentur, legata ſiue fideicommiſſa ex teſtamento Clodij Felicis prçſtari debent citra neceſsitatem cauendi, nihil ex iis deminuturum ſe: nam quod fidei heredis ab eodem teſtatore commiſſum eſt, vt ſi Fructulus perdidiſſet, quod ei in teſtamento relictum eſt, rurſus heres ei id reſtitueret, non eò pertinet, vt aut Fructulo priorum legatorum nomine ſatiſdatio iniungenda, aut onerandus ſit hæres in infinito *u*, vt quotiens id perdiderit, reſtituere ei tantumdem debeat, ſed vt per fideicommiſſum poſterius duplicata legata eius videantur. nec ampliùs ad periculum hæredis pertineat, ſi quid poſtea is conſumpſit, ex ſoluto ei poſteriore fideicommiſſo. Reſcripto ergo oſtenſum,* legatarium hæredi non debere cauere, ſe non perditurum.

¶ Verſa vice an heres de ſequenti legato ſiue fideicommiſſo cauere debeat, quæritur: Et putem, non oportere ei caueri: cùm in ſuo arbitrio habeat, ne perdat id quod ſibi relictum eſt, quamuis ſi quis inſpexerit, quod ſub conditione relictum eſt, dicere debeat, ſatisdationem exigendam.

12 ¶ Certè ſiue ex aſſe, ſiue ex parte quis legatum debeat, cauere debet, ſiue inſtitutus ſit heres *a*, ſiue ſubſtitutus.

13 Belliſsimè † quęritur, an hæc ſtipulatio incrementum ex fructibus vel vſuris ſentiat? Et rectè placuit, ex mora incrementum habituram ſtipulationem, (vt) id quod oportebit comprehendat.

14 ¶ Si quis ſub conditione *b* legatum ſtipulatus, pendente conditione deceſſerit, ſtipulatio euaneſcit, ‖ quia ‖ nec ‖ legatum (non) tranſmittitur.

¶ Huic ſtipulationi eaſdem cauſas & conditiones ineſſe ſciendum *c* eſt. proinde ſi qua *d* ſit exceptio, quæ petenti legatum opponi ſolet, eandem ex ſtipulatu *e* quoque agenti opponendam eſſe placet.

15 ¶ Procuratori eius, qui abſens eſſe dicitur, ſi ſtipulanti legati nomine ſpondeat heres, Ofilius ait, ita cauere debere, ſi *f* is cuius nomine caueat, viuat. videlicet ne teneatur illo antè defuncto.

16 ¶ Item quæritur, in hanc ſtipulationem vtrum ipſæ res veniant, quæ legatæ ſunt, an verò pretia earum? Et eſt verius, in hanc ſtipulationem res vel pretia deduci.

17 ¶ Si decem, quæ *g* in arca erant, mihi legata ſint, tibi eorum vſusfructus legatus ſit, ſi purè vtrique legatum ſit relictum, is cui proprietas legata eſt, ipſo iure decem vindicabit, fructuarium autem ex ſenatuſconſulto acturum, & quinque *h* vſumfructum petiturum conſtat. ſed cum decem vindicat proprietarius, per exceptionem doli repelli, qua fructuarius de reſtituendis quinque heredi cauit. Planè ſi decem aureorum poſſeſsionem legatarius habeat: Marcellus ait, dandam vel heredi vel fructuario vtilem actionem in legatarium, ſi modò ei caueatur.

¶ Sed ſi ſub conditione ei decem legata ſint, fructuarium interim decem, oblata cautione, habiturum. legatario verò, cui proprietas relicta eſt, interim legatorum ſtipulatio prçſtanda eſt. Sed ſi omiſerit ſtipulationem, exiſtente conditione, ad exhibendum eum poſſe agere Marcellus ait. ſed ſi ignorans *i* hæres legatum decem fructuario dedit, ad exhibendum eum non teneri palam eſt: ſuccurrendum tamen legatario aduerſus fructuarium, Marcellus ait.

18 ¶ Si ad fiſcum portio hereditatis peruenerit, ceſſabit iſta ſtipulatio: quia* nec *k* ſolet fiſcus *l* ſatiſdare.

19 ¶ Qui minorem partem hęreditatis poſsidet, cùm ex maiore parte heres ſit, ſiquidem ipſo iure minuatur portio hæreditatis, ſecurior erit hæres: neque enim ex maiore parte ex ſtipulatu tenetur legatariis, quam ex qua hæres eſt. ſi vero nomen quidem hæredis apud eos integrum maneat, verumtamen effectu minus habeant hæreditatis, & cauerint legatorum nomine, videntur onerari: quia ipſo iure pro ea parte legata debent, pro qua hæredes ſint. ſed enim æquiſsimum eſt non maiorem partem legatariis ſoluere, quam cuius habent emolumentum. hoc autem euenit, cum *m* hæreditas pro aliqua parte ex Trebelliano reſtituitur. nam pro rata exonerandi ſunt hæredes eius partis nomine cuius emolumentum ſibi ablatum eſt.

20 ¶ Si ei qui in alterius poteſtate erit, incerta die legatum fuerit, cauebitur ei qui habet eum in poteſtate, non præciſè *n*, ſed ſub conditione *o*, ſi cum eius legati dies cedit, in poteſtate ſit. cæterum ſi ſui iuris inueniatur, iniquum eſſe viſum eſt patri cautum eſſe, cùm alij legatum debeatur. quanquam etſi ſine hac adiectione caueretur, verumtamen exceptione patrem vel dominum ſubmoueremus, ſi exiſtentis conditionis tempore non haberent eos in poteſtate. euenit tamen ſecundum hoc, vt in caſum non ſit de legato cautum. nam ſi exiſtentis conditionis tempore ſui iuris ſunt, non erit cautum.

2. *Papinianus* libro 28. Quæſtionum.

NEc, ſi fortè velit pater cauere *p*, *neminem* p *amplius petiturum*, compellendus erit hæres legatum, quod iam filius petere poteſt, alij *q* quàm cui debetur, exſoluere.

3. *Vlpianus* lib. 79. ad Edictum.

SEd & ipſis, qui ſunt in poteſtate *r*, cauendum eſt, quemadmodum ſolet caueri, ſi eadem res duob. *ſ* ſub diuerſis vel contrariis conditionibus relicta ſit. duobus enim ſatisdatur, ſed in vtroque caſu iiſdem perſonis ſatisdationem ſubituris.

4. *Idem* libro 15. ad Edictum.

SI ex cauſa fideicommiſsi ſit apud *t* aliquem hereditas, nec legatorum ſatisdat, in poſſeſsionem aduerſus eum legatarius mittitur.

De herede capto ab hoſtibus. 1. *De appellatione, & obiter de collatione bonorum.* 2. *Si hæres relictum neget.* 3. *Vbi cauendum.* 4. *De pretio rerum diſtractarum.*

5. *Papinianus* libro 28. Quæſtionum.

POſtquam hæres ab hoſtibus captus eſt, conditio legati, cuius nomine propoſita ſtipulatione cautum fuerat, extitit. fideiuſſores interim teneri negaui *y*: quia neque ius, neque *z* perſona eſſet, ad quam verba ſtipulationis derigi *a* poſsint.

1 ¶ Imperator

a id eſt, quandocunque.
b *l.* . . *ſup. de ſponſalib.*
c *l.* . . *ſup. de cond. & demon.* Nuptiarum conditio nuptiis inualidis non impletur. *Bart.*
d Conditio, *Si hæres non erit*, moriente inſtituto pura efficitur.
e ſubſtitutis eadem ratione cauet heres, *l.* 12. 13. *ſup. qui ſatiſdare.*
f legatariis, ab herede ſc. eiuſve ſucceſſorib. *l.* 1. §. 6. ĩ. *eod.* & quando ex ea cauſa ſatisdari debeat 6. C. 53. Apertius Ecloga περὶ ἀσφαλείας τῆς γενομένης παρὰ τοῦ κληρονόμου τοῖς λεγαταρίοις. *Eclog.* 21. *ad* 22. nam de cautione à legatariis hæredi præſtanda ſuperius dictum fuit *tit. ſi cui plus quam per l. Falc.* Porrò hæc cautio quę ab herede preſtatur vulgaris dicitur in *l.* 114. §. 1. *ſ. de leg.* 1. in ea ſtipulatur legatarius heres aut diſpenſator legatorum promittit, *l.* 95. §. 3. *in fin. ſup. de leg.* 1. adpromittit fideiuſſor quem dat heres. Eius formulam, *v. apud Cuiac. C. eo.*
g ab herede, *l.* 8. §. 4. *ſub qui ſatiſd.*
h eſt enim hęc ſtipulatio prætoria. *v. Theoph.* §. 2. *Inſt. de diuiſione ſtipulationum.*
i *l.* 5. §. 6. *ſup. quando dies leg.*
k eodem modo heredi legatarius ſatiſdat, *l.* 1. *ſ. ſi cui plus quam per leg.*
l niſi teſtator remiſit onus ſatisdandi, *v. l.* 7. *C. eod.* niſi fiſcus ſit heres §. 18. ĩ. *eod.* niſi filius filio ſuo dare iubeatur, *l.* 6. *C. ad Treb.* niſi in caſibus in quibus fuiſſet nulla repromiſsio, *l.* 6. *in fi.* ĩ. *eod. v. hic Accurſium.*
m Dignitas & facultas non excuſant ab hac ſatisdatione.
n *l.* 4. *l.* 5. §. 10. ĩ. *e.*
o *l.* 15. §. 1. ĩ. *eod.*
† Heredum alij, iudicio defuncti heredes; alij ſine iudicio defuncti. facit *l.* 8. *ſup. de vulgari.*
p *l.* 3. ĩ. *eo. l.* 3. ĩ. *de prætoriis ſtipulat. l.* 96. §. 3. *ſ. de leg.* 1.
q § 19. *in fi.* ĩ. *eod.*
r qui ſuccedunt iure Prætorio, *l.* 15. §. 1. ĩ. *e.* bonorum poſſeſſores, dixi ad *l.* 24. *in fi. ſ. familiæ erciſcun.* cur ita? colliges ex *l.* 2. *C. ad Treb.*
ſ legatarius. t nec ceſſare, Vulgat. & malè, ſic *Eclog.* 44. *tit.* 12. *in fi.* ἀργεῖ ἢ ἀφελεῖ. *v. l.* 5. §. 1. ĩ. *eo.* u *l.* 21. §. 18. *ſ. de leg.* 3. *

a id eſt, ſiue di[cto], ſiue per [ali]quem, *l.* 14. ĩ. *e.*
† hoc verbum er[go] in *l.* 1. §. 4. ĩ. [quod] *legator. l.* 7. §. 3. *i[n] quod vi aut clam,* 1. §. 5. *infr. qua[rum] rerum.*
b *v. l.* 5. §. 2. *l.* ĩ. *eod.*
c quæ inſunt legato.
d *l.* 7. *ſ. de cond.*
e ex hac ſtipulatione.
f i. cauere d[ebet] ſub conditione, [non] purè.
g *v. l.* 37. ĩ. *de* . . . *oblig.*
h adde *l.* 19. . . *vſuf. legato.*
i *vide l.* 63. *ſup. de leg.* 2.
k i. non. *vt l.* . . 10. ĩ. *de Carboniano.*
l *l.* 3 §. 5. *ſup. ſi cui plus quàm per leg.* Nam fiſcus ſemper idoneus eſſe ſucceſſor intelligitur . . . ſoluendo *l.* 2. . . *ſup de fundo* . . .
m §. 7. *ſup.* . .
n ἀποτόμως . . *Inſtit. de l.* . . abſciſsè, *l.* . . 5. ĩ. *de iure immunitatis.*
o hinc colligi[t Cu]iac. 18. *obſ.* 1. . . incertum, conditionem dici poſſe . . . inter conditionem & diem incertum differentiam eſſe . . . de *l.* 75. *ſup. de cond. & demonſt.*
p De hac formula dixi ad *l.* 15. . . *rem haberi.*
q Pater, licet coniuncta per[sona] filio ſit, non tamen citra voluntatem filij ei ſolui potest. adde *l.* 3. *ſup.* . . *to.*
r *l.* 1. §. 5. *ſup.* . .
ſ vel pluribus . . enim ſingulis ſatisdatur: *l.* 3. *ſ. qui ſatisdare, l.* 9. *in fi.* . . *tit. prox. l.* 8. *in fi.* . . *de prætor ſtip.*
t *l.* 15. §. 1. *inf.* . .
u *l.* 1. §. 1. *in fi.* . . *eod.*
x tenetur tamen poſtea, *v. l.* 94. . . *in fi.* ĩ. *de ſolut.*
y cur potius . . non tenentur quàm in ſpecie legis 14. ĩ. *eod. v. Cuiac.* 15. *obſ.* 7.
z Imò tenetur fideiuſſor, vtcunque neque heres neque poſſeſſor ſit, *l.* 1. §. 14. *in fi. ſup. depoſiti.*
a dirigi *Haloand.*

1 ¶ Imperator Marcus Antoninus Iulio Balbo reſcripſit, eum, à quo res fideicommiſſæ petebantur, cum appellaſſet, cauere: vel, ſi *a* caueat aduerſarius, transferri *b* poſſeſsionem debere *c*. Rectè placuit principi, poſt *d* prouocationem ‖ quoque fideicommiſſi ‖ cautionem interponi. quod enim ante ſententiam, ſi petitionis dies moraretur *e*, fieri debuit *f*, amitti poſt victoriam, dilata petitione non oportuit. Sed quare non cauerat *g* de fideicommiſſo, qui prouocauerit, ſi caueret aduerſarius, ad eum poſſeſſionem eſſe transferendam reſcripſit, cum alia *h* ſit edicti conditio. non enim exigitur à legatario vice mutua cautum: ſed vicaria cuſtodiæ gratia poſſeſſio datur. & qui obtinuit, in poſſeſſionem per prætorem aut præſidem inducitur *i*. ſed prætor quidem in omnium rerum poſſeſſione, quæ in cauſa hæreditaria permanent, omnimodo fideicommiſſi ſeruandi gratia eſſe permittit. princeps autem earum rerum nomine, de quib. fuerat iudicatum, mutuas admiſit cautiones. ſicuti cùm de bonis ſuis conferendis *k* filius, accepta poſſeſſione, cauere non poteſt: quia denegamus ei actiones, defertur conditio cauendi fratrib. ex forma iuriſdictionis, quod ex portione fratris fuerint conſecuti, cum bona propria conferre cœperit, ſe reſtituturos. ſed ſi nec ipſi cauere poſſint, vtiliter probatum eſt, virum bonum *l* ab vtraque parte eligendum, apud quem vt ſequeſtrem *m* fructus deponantur, quique vtiles actiones à prætore datas exerceat. poſſeſſio autem ex reſcripto *n* ſupra relato non aliter ad eum, qui fideicommiſſum petit, transfertur, quam *o* ſi cauerit, tametſi maximè aduerſarius non per inopiam, ſed per contumaciam cauere noluerit. ſed ſi is, qui viuit *p*, non poſſit cauere, vel res deponenda, vel iuriſdictio *q* reſtituenda erit.

2 ¶ Si dies aut conditio *r* legati, fideicommiſſi petitionem actionemve differre dicatur: & ideo ſatiſdatio deſideretur, hæres autem per calumniam poſtulari contendat, & relictum neget, non aliter audiendus etit, qui caueri poſtulat, quam ſi ſcripturam, qua relictum adfirmet, exhibuerit.

3 ¶ Cùm quærebatur, vbi *ſ* fideicommiſſi ſeruandi cauſa caueri oporteat: Imperator Titus Antoninus reſcripſit, ſi domicilium Romæ non haberet hæres, & omnis hæreditas in prouincia eſſet, ad ſatiſdationem fideicommiſſi nomine in prouincia fideicommiſſarium remittendum eſſe. Quare ſi hæres in eum locum, cauendi gratia, remitti deſideret, vbi domicilium habet, legatarius autem ibi caueri poſtulet, vbi eſt hæreditas, non erit hæres remittendus. idque Imperator Titus Antoninus reſcripſit.

4 Quibus literis adiectum, ‖ & ‖ ſi bona iam diſtracta ſunt vel teſtatoris permiſſu *t*, vel concedente legatario: pretium eorum fideicommiſſi ſeruandi cauſa, in depoſito habendum.

De ſumma incerta. 1. *De rebus publicis.*

6. *Vlpianus* lib. 6. Fideicommiſſorum.

SI quando incerta ſumma *u* eſt fideicommiſſi, [eius] qui cognoſcit, taxatione *x* quoque fideiuſſores petuntur.

1 ¶ Admonendi autem ſumus, rebus *y* publicis *z* remitti ſolere ſatiſdationem fideicommiſſorum, etiam ſi quando neceſſitas dandi intercedat. repromiſſio planè exigenda eſt, voluntati defuncti ſtatu iri.

De legato filio vel ſeruo à patre dominóve.

7. *Paulus* lib. 2. Manualium.

FIlio *a* vel ſeruo ſub conditione à patre dominóve hęrede inſtituto legatum eſt. huius legati ſatis petere non poſſunt. ſed pendente conditione emancipatus *b* vel manumiſſus ſi ſatis petant, quæritur, an audiendi ſint, ne beneficium patris, dominíve ipſis oneroſum *a* ſit: an ſibi imputare deberent, qui dederunt eis poſtulandi aduerſus ſe facultatem. ſed melius eſt, per mediocritatem *b* cauſam dirimere, vt cautioni *c* tantum cum hypotheca ſuarum rerum committantur.

a vel ſi non caueat. *Hal.*

b *l.* 1. §. 2. *ſup. eod.* Poſſeſſio pœnæ cauſa eodem iudicio interdum transfertur, dixi ad *l.* 6. *in fin. inf. de Carboniano.*

c Fauore teſtamenti & ſententiæ, niſi heres appellans cauerit, transfertur vera poſſeſſio rerum per ſententiam adiudicatarum, in legatarium vel fideicommiſſarium heredi cauentem. Ideóque hic caſus eſt ſpecialis qui ad miſſionem ex edicto extendi non debet. vide *Molin.* §. 2. *conſuet. Gloſ.* 1. *n.* 5.

d & ita poſt condemnationem: ergo & poſt litem conteſtatam, atqui poſt litem conteſtatam non cauetur? *l.* 1. §. 9. ꝟ. *eod.* Solue, id eſt antequam lis denuò conteſtetur in iudicio appellationis. *Cuia.* 15. *obſ.* 10.

e id eſt, ſi nondum peti legatum, nondum lis de legato conteſtari poteſt. ergo & ante ſententiam, & ante litem conteſtatam, atque ita poſt litem conteſtatam heres ſatiſdat legatario. *v. Cuiac.* 15. *obſeru.* 10. *v. l.* 1. §. 5. *ſup. eod.* malim ita hunc locum accipere. Quemadmodum hæres cauere legatariis cogitur, ſi petitionis diem moratur, ita cauere legatariis cogitur quib. cauere ſententia iuſſus eſt. Deterior eſt enim cauſa condemnati heredis, quam nondum conuenti.

f per hæredem ſcil.

g ſed quare non caueat. *Hal.* ſed quare non cauente. *Cuia* 1. *ſentent. Paul.* 11. §. 1.

h Differentiam reſcripti Marci, & edicti Prætoris obſerua.

i an ita vt hæredem expellat? Minimè, *l.* 5. *inf. tit. prox.* niſi magna ſubſit contumacia, *l.* 7. *in fin. inf. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.*

k *l.* 11. *l.* 16. *inf. de collat. bon.*

l curatorem, *l.* 1. §. 10. ꝟ. *de collat. bonor.*

m ſpeciale eſt, nam regulariter prohibita eſt ſequeſtratio, *l.* 1. *C. de prohib. ſequeſtr.*

n Marci Antonini *in pr. huius* §.

o v. quæ notaui ad *l.* 15. §. 16. ꝟ. *de damno.*

p is qui vicit. *Hal.*

q i. ex edicto Prætoris, is qui vicit fideicommiſſi ſeruandi cauſa, ſimul in poſſeſſionem omnium bonorum cuſtodiendorum cauſa eſſe iubetur. Edictum à reſcripto D. Marci differt: Qui edicto mittitur in poſſeſſionem, ſolus non poſſidet: qui ex reſcripto ſolus poſſidet. *verſ. ſed quare, ſup. eo. v. Cuiac.* 1. *ſent. Paul* 11. §. 1.

r Cauetur etiam legati conditionalis nomine, *l.* 15. ꝟ. *eo. l.* 28. *ſup. de pign.*

ſ *l.* 8 §. 4. *ſup. qui ſatiſdare.*

t adde *l.* 1. §. 3. *ſup de reb. cor.*

u finge annuum relictum, non adiecta quantitate.

x Incertum fideicommiſſum iudex taxare poteſt: idque faciet conſiderata perſona defuncti, *l.* 14. *ſup. de annuis. l.* 4. *C. de act. emp. & l.* 5. *C. ſi quis alteri vel ſibi ſub alter. nom. vel alien. pecun. emerit.* Eadem ratione incertam dotem iudex definit. *Bald. in l. vlt. C. de ſent. quæ ſine certa quantit.* (niſi dos à marito ſimpliciter fuerit legata) *l. vlt. C. de falſa cauſa adiect.* Idem dicendum, ſi quantitas relicta fuerit arbitrio boni viri, tunc enim incerta quantitas non videtur relicta, ſed ea demum quæ patrimonio defuncti conſentanea eſt, *l.* 1. *in fin. ſup. de leg.* 2. Eodem modo incerta legata ad pias cauſas non vitiantur, *l. Stichus,* 12. *ſup. de leg.* 3. *l. quidam teſtam.* 30. *ſup. de legat.* 2. aliis caſibus, incertum legatum non debetur, hoc eſt, quoties non apparet, quid, quale, quantumve debeatur, *l. ſi ſic* 75. §. 1. ꝟ. *de leg* 1.

y & illuſtribus, *l.* 17. *C. de dignitatib.*

z eadem remittitur in aliis cauſis, immobilium poſſeſſionibus, *l.* 13. *ſup qui ſatiſd.*

a Filius & ſeruus emancipati nomine legati exigere poſſunt caueri ſibi.

b *v. l.* 50. *inf ad Trebell.*

Quando dies ſtipulationis cedit, aut venit.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

CVm legatorum nomine ſatiſdatum eſt, ſimul *d* dies legatorum ceſſit, protinus iiſdem dieb. etiam ex ſtipulatione debentur *e*.

9. *Paulus* lib. 12. ad Sabinum.

NOn tamen vt ſtatim peti poſſint. deberi *f* enim dicimus, & quod die certa præſtari oportet, licet dies nondum venerit.

De morte hæredis qui ſatiſdedit.

10. *Pomponius* lib. 26. ad Sabinum.

SI à te hærede legatum mihi ſit ſub conditione, tuque, poſtquam adieris hæreditatem, ſatiſdederis legatorum, & poſt mortem tuam, ante aditam tuam hæreditatem, conditio legati extiterit: Sabinus ait, fideiuſſores mihi teneri *g*: quia omnimodo dari oportet legatum, & (ſi) in rem eſſet concepta ſtipulatio.

De procuratore heredis.

11. *Gaius* lib. 13. ad Edictum Prouinciale.

SI legatarij aduerſus me in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa miſſi ſunt: procurator, vel quis alius meo *h* nomine cauerit, perinde mihi prætor accommodat interdictum, quo iubeantur diſcedere legatarij poſſeſſione, ac ſi ego cauiſſem.

De cautione remiſſa à teſtatore.

12. *Marcianus* lib. 7. Inſtitutionum.

LIcet, *vt i non petatur cautio*, conditio teſtamento ſcripta fuerit, non videtur conditio. & ideo *k* licet deſiderauerit quis caueri ſibi, non videtur conditione defectus, quia poſtquam remitti talem cautionem iure publico placuit, nec onus cautionis ſequitur, ne quidem conditio intelligitur.

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hæreditatem.

13. *Neratius* lib. 7. Membranarum.

EI quoque, (cui) legatorum actio datur in eum, qui prætermiſſa *l* inſtitutione ab inteſtato poſſidet hæreditatem, legatorum ſatiſdatur: & niſi ſatiſdabitur, in poſſeſſione legatorum ſeruandorum cauſa mittitur. nam hæc quoque prætor perinde ſalua eſſe vult, atque ea quæ iure ciuili debentur. Idem Ariſtoni placet.

De fideicommiſſis. 1. *Si certum ſit non eſſe locum fideicommiſſo.*

14. *Vlpianus* lib. 79. ad Edictum.

HÆc ſtipulatio & in fideicommiſſis locum habet, ſi *m* purè fideicommiſſum ſit relictum, ſiue ex die certa, vel ſub conditione: ſiue res aliqua, ſiue hæreditas, ſiue ius aliquod relictum eſt.

1 ¶ Diuus quoque Pius reſcripſit, quoties *n* euidens res *o* eſt, vt *p* certum ſit nullo modo fideicommiſſo locum eſſe: perquàm iniquum eſſe, ſuperuacua cautione onerari hæredem.

De legato præſenti. 1. *& de S.C. Trebelliano.* 2. *De fideicommiſſo ab inteſtato.*

15. *Paulus* lib. 75. ad Edictum.

ETiam *q* de præſenti legato locum habet hæc ſatiſdatio: quoniam nonnullas moras *r*, exercitio iudicij habet.

1 ¶ Si & ab hærede inſtituto legatorum ſatis acceperit ‖ legatarius, & à Trebelliano fideicommiſſario: vtraque quidem ſtipulatio committetur: ſed exceptione ſe tuebitur hæres, quia cauere non debuerit. ſed ſi pars *ſ* hæreditatis reſtituta ſit, ab vtroque cauendum eſt.

2 ¶ Etiam ſi ab inteſtato debeatur fideicommiſſum, locum habet hæc ſtipulatio.

Si duo eiuſdem nominis de legato contendant.

16. *Gaius* lib. 27. ad Edictum Prouinciale.

SI duo eiuſdem nominis [de] legato *t* contendant *u*, vtriſque ſatiſdatur, nec onerari hæredem, cum poſſit eoſdem fideiuſſores ad vtramque ſtipulationem adhibere, qui & ipſi non onerantur: cùm futurum ſit, vt vni tenerentur.

De iure accreſcendi.

17. *Paulus* ‖ lib. 58. ad Edictum. ‖

SI ab vno ex hæredib. legatorum ſatis accipimus, cum ab omnibus hæredibus nobis legatum eſſet, ſi pars cohæredis adcreſcat promiſſori, in totum fideiuſſores tenentur *x*, ſi ſolidum legatum is cœperit debere.

De cautione remiſſa à teſtatore. 1. *De depoſito.* 2. *Si tutor cohæres pupilli in ſolidum cauerit.*

18. *Scæuola* lib. 29. Digeſtorum.

QVi filium legitimum relinquebat, patrem eundémque *y* collibertum ex aſſe ſcripſit hæredem, fideique eius commiſit, vt, *quidquid ad eum ex hæreditate eius peruenißet, cum moreretur, reſtitueret filio teſtatricis nepoti ſuo*: & hæc verba adiecit, *Satis z à Seio patre meo exigi veto.*

a oneroſum eſt enim: quia filius deinceps ſibi adquirit, non patri, dixi ad *l. vnic. in fin C de emancip. l.* 1. *inf. ſi à parente.*

c adde *l.* 33. §. 3. *C. de epiſcopis. & ibidem Caſtrenſem.*

c vide *Nouell.* 21. *cap.* 42.

d ſimul ac dies, *Hal.*

e adde tamen *l.* 9. *inf. eod.*

f *l.* 23. ꝟ. *de verb. ſign.*

g Cur potius fideiuſſores hic tenentur, quam in caſu legis quintæ, *ſup. eod. v. Cuiac,* 15. *obſeru.* 9.

h *l.* 6. *in fin.* ꝟ. *tit. prox. l.* 40. *in fin.* ꝟ. *de ſolutionibus.*

i *l.* 2. *l.* 4. *l.* 7. *C. vt in poſſeſſ. leg.*

k *l.* 77. *in fi. ſup. de cond. & demonſtr.*

l *l.* 2. *C. ſi quis omiſſa cauſa.*

m *al.* ſiue purè.

n Exceptionem parti quæſitam iudex vel Princeps auferre non poteſt, *l.* 2. *Cod. de. precibus Imperatori offer.*

o *vid. l.* 1. *C. vt in poſſ. leg.*

p *l.* 1. §. 3. *& vlt. l.* 2. *l.* 3. ꝟ. *tit. prox.*

q non tantum de conditionali, *l.* 1. §. 4 *l* 2. §. 2. *ſup. eod. l.* 28. *ſup. de pignorib.*

r *l.* 51. ꝟ. *de peculio.*

ſ *v. l.* 4. *ſup. eod.*

t de legato contendunt *Hal.*

u quid enim ſi in nomine legatarij dubitatum ſit. *l.* 4. ꝟ. *pro legato.*

x *l.* 2. ꝟ. *quod legatorum.* Cur? an quod in omnem cauſam accepti, *l.* 56. §. 2. *in fi.* ꝟ. *de fideiuſſoribus arg. l.* 56. §. 2. *in fi. inf. de fideiuſſ.*

y potuit enim filius vna cum matre manumitti.

z Teſtator ſatiſdationem ſeu onus ſatiſdationis remittere poteſt hæredi reſtituere hereditatem grauato. Quid ſi hæres bona ſua diſſipet? cauere non cogitur, *vt hac lege.* An reſtituere cogitur? Ait Accurſius, *argum. l. Imperator,* 50. *ſup. ad Trebell.* aut rem ſequeſtrandam eſſe: aut cauere cogi: aliud enim eſſe nudè cauere & ſatiſdare fideiuſſore dato

quæſitum eſt: cùm iſte Seius ſubſtantiam ſuam diſſiparet *a*, & vereretur pater fideicommiſſarij, ne inane fideicommiſſum conſtituatur, an ad ſatiſdationem fideicommiſſi nomine patrem defunctæ compellere poſſit? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non compellendum cauere *b*.

1 ¶ Idem quæſiit, teſtatricem apud maritum ſuum, ex quo filium reliquerat, res depoſuiſſe non exacta cautione depoſitionis, an ea res patri hæredi reſtitui debeat: an verò, quoniam *c* emolumentum totius hereditatis ad filium defunctæ reuerti deberet apud maritum remaneret, apud quem dos remanſiſſet? Reſpondit, quod mulieris manſiſſet, nec *d* in dote fuiſſet, reſtituendum eſſe heredi.

2 ¶ Tutor, qui & cohæres pupilli erat, abſente pupillo, cùm admonuerunt eum legatarij fideicommiſſi nomine, in ſolidum ipſe cauit *e*. quæſitum eſt, an in pupillum adultum factum danda ſit vtilis actio? Reſpondit, dandam.

VT IN *f* POSSESSIONEM LEGATOrum vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa eſſe liceat *g*.

TIT. IV.

De cautione remiſſa à teſtatore. 1. Quibus ex cauſis legatarius vel fideicommiſſarius mittitur in poſſeſſionem. 2. De liberatione relicta 3. De legato ſoluto. 4. De hereditate non adita.

1. *Vlpianus* lib. 52. ad Edictum.

SI quis, cùm vetitus eſſet *h* ſatis accipere, acceperit, an repeti *i* ſatiſdatio *k* ita poſſit, vt heres condicat liberationem? Et quidem (ſi) ſciens hæres indebitum cauit, repetere *l* non poteſt. quid deinde ſi ignorauit remiſſam ſibi ſatiſdationem? poteſt condicere *m*: ſi verò hoc non potuiſſe remitti crediderit, nunquid condicere poſſit, qui ius ignorauit? adhuc tamen benignè quis dixerit ſatiſdationem condici poſſe.

¶ Quid deinde, ſi commiſſa ſit ſtipulatio? fideiuſſores putamus exceptione vti poſſe, an non? & magis eſt, vt vtantur exceptione: quia ex ea cauſa interceſſit ſatiſdatio, ex qua non debuit.

1 ¶ Non *n* exigit prætor, vt per hæredem ſtet, quo minus caueat. ſed contentus fuit, per legatarium vel fideicommiſſarium non ſtare, quo minus ei caueatur. quare ſi non fuerit, qui interpelletur cautionis nomine, (hoc eſt is à quo legatum fideíve commiſſum relictum eſt) omnimodo poterit legatarius, & fideicommiſſarius in poſſeſſionem ex hoc edicto mitti: quia verum eſt, per eum, cui caueri oportebit, non fieri, quo minus caueatur.

¶ Non *o* tamen & ſatiſdatio debet offerri legatario. ſed ſufficit, ſiue deſiderauerit ei non caueri, ſiue non habeat *p* à quo ſatis deſideret.

2 ¶ Si debitori liberatio ſit relicta, non eſt exigenda cautio: quia habet penes ſe legatum. quippe, ſi conueniatur, exceptione doli mali vti poſſit.

3 ¶ Ei *q*, cui legatum ſolutum eſt, cum conſtet ‖legatum‖ *r* non deberi, Diuus Pius ad Æmilium Equeſtrem reſcripſit, non debere prætorem ſatiſdationem admittere.

4 ¶ Tunc ante aditam hæreditatem ſatiſdandum de legatis eſt, cum adhuc dubium eſt, an hæreditas adeatur. cæterùm ſi certum ſit, repudiatam, vel omiſſam hæreditatem, vel abſtentos neceſſarios hæredes, fruſtra hoc edictum imploratur: cum certum ſit, legatum, vel fideicommiſſum non debere *ſ*.

2. *Idem* lib. 79. ad Edictum.

SI autem certum ſit, hæreditatem necdum aditam fuiſſe, nec ſatiſdatio, nec poſſeſſio locum habet.

Si is à quo ſatis petitur, velit ſtatim conſtare de fideicommiſſo. 1. De calumnia. 2. De procuratore ſatis deſiderante. 3. Si ſemel fuerit ſatiſdatum.

3. *Idem* lib. 52. ad Edictum.

SI is *t*, à quo ſatis petitur, offerat † cognitionem, & dicat, *hodie conſtet* u *de fideicommiſſo, hodie agamus*, dicendum ceſſare ſatiſdationem; cum poſſit ante † de fideicommiſſo, quam de ſatiſdatione conſtare.

1 ¶ Nec non illa cognitio imploranda erit ab hærede, ſi fortè dicatur per calumniam *x* ſatis peti. hoc enim commune eſt omnium ſatiſdationum. Diuus enim Pius reſcripſit, eum, apud quem ſatis petitur, debere explorare *y*, num per calumniam ſatis petatur: de qua re ſummatim debet cognoſcere.

2 ¶ Si procurator *z* ſatis legatorum deſideret, ſi quidem mandatum ei fit, non habebit neceſſe de rato cauere, ſed erit ei ſatiſdandum. ſi verò dubitetur, an mandatum ſit, vel non ſit, de rato cautio erit exigenda.

3 ¶ Si ſemel fuerit ſatiſdatum, quæſitum eſt, an etiam rurſus cauendum ſit, ſi fortè dicatur, egenos fideiuſſores eſſe datos? & magis eſt, vt caueri non *a* debeat. hoc enim Diuus Pius reſcripſit Pacuuiæ Licinianæ: ipſam enim facilitati ſuæ expenſum ferre debere, quæ minus fideiuſſores idoneos accepit. neque enim oportet per ſingula *a* monumenta onerari eum, à quo ſatis petitur.

4. *Papinianus* lib. 28. Quæſtionum.

PLanè ſi noua *b* cauſa allegetur, veluti quod fideiuſſor deceſſerit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiſerit, æquum erit præſtari cautionem.

De effectu miſſionis in poſſeſſionem. 1. De damno infecto. 2. De plurib. legatarijs pluribúſve creditoribus. 4. De legatariis & creditoribus. 5. De rebus hæreditariis, vel non. 6. De his quorum proprietas ad heredem pertinet. 7. De agris vectigalibus. De pignore. 8. De partu, fœtu, fructibus. 9. De rebus bona fide emptis. 10. De depoſito vel commodato. 11. De duob. hæredibus. 12. De tabulis pupillaribus. 13. De alio ſucceſſore quàm herede. 14. De hærede hæredis. 15. De dolo. 16. De rebus hæredis & de mora. 22. De cuſtodia & fructibus. 23. De legatario vtente fruente ex conſtitutione Antonini. 24. Satisfieri defuncti voluntati quomodo accipitur. 25. De aliis ſucceſſorib. quàm hæredibus. 26. De lite conteſtata ab eo qui in poſſeſſionem miſſus eſt. 27. Si miſſus in poſſeſſionem non admittatur. 28. De fidei legatarij commiſſo.

5. *Vlpianus* lib. 52. ad Edictum.

IS *c* cui legatorum fideive commiſſorum *d* nomine non cauetur *e*, miſſus *f* in poſſeſſionem, nunquam *g* pro domino *h* eſſe incipit *i*: nec tam poſſeſſio rerum ei, quàm cuſtodia *k* datur. neque enim expellendi *l* heredem ius habet, ſed ſimul cum eo poſſidere iubetur, vt ſaltem tædio perpetuæ cuſtodiæ extorqueat hæredi cautionem.

1 ¶ Si alius damni infecti nomine miſſus ſit in poſſeſſionem, alius legatorum ſeruandorum cauſa: poſſe *m* eum, qui legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionem miſſus eſt, etiam damni infecti ſatiſdare: qui, ſi ſatiſdederit, non aliter decedere poſſeſſione debebit *n*, quam ſi ei cautum fuerit, etiam eo nomine, quo ſe damni infecti obligauit.

2 ¶ Si plures legatarij mitti in poſſeſſionem deſiderauerint, omnes venire debent in poſſeſſionem. is enim qui ex cauſa legatorum poſſidet, ſibi, non alij poſſidet. Alia *o* eſt cauſa, cùm creditores rei ſeruandæ cauſa mittuntur in poſſeſſionem. nam is qui poſſidet, non ſibi, ſed omnibus poſſidet.

3 ¶ Qui prior miſſus eſt legatarius in poſſeſſionem, non præfertur ei, qui poſtea mittitur. inter legatarios enim nullum ordinem obſeruamus, ſed ſimul omnes æqualiter tuemur.

¶ 4 Poſtquam rei ſeruandæ *p* creditores poſſidere cœperunt, legatorum ſeruandorum gratia miſſus in poſſeſſionem, creditoribus *q* potior non habebitur *r*.

5 ¶ Qui in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa mittitur, in poſſeſſionem quidem rerum hæreditariarum omnimodo veniet, hoc eſt, earum quæ in cauſa hæreditaria manent. earum autem, quæ in cauſa hæreditaria non erunt, non *ſ* alias mittitur, quàm ſi dolo malo in ea cauſa eſſe deſierit: nec ſemper, ſed cauſa cognita.

6 ¶ Bonorum *t* autem appellatione hæ res comprehenſæ videbuntur, quarum proprietas ad hæredem pertinet.

7 Sed & ſi vectigales *u* agri ſunt, & ſi qua pignora teſtatori data, in eorum quoque mittetur poſſeſſionem.

8 ¶ Sed & in partus ancillarum, & fœtus pecorum, idem fructus, æquè omnimodò legatarius & fideicommiſſarius mittetur.

9 ¶ Sed & ſi rem alienam defunctus bona fide emerit, in poſſeſſionem eius mittendum legatarium conſtat. nam & hæc *u* res in cauſa hæreditaria eſt.

10 ¶ Si depoſita res apud defunctum fuerit, vel commodata, locum miſſio non habet: quia non ſunt iſtæ res hæreditariæ *y*.

11 ¶ Si ex duobus hæredib. alter ſatiſdare ſit paratus, alter non, in partem eius; miſſio locum vtique habere debet. Miſſi itaque legatarij impedient etiam eum, qui ſatiſdedit, rei adminiſtratione. quare ſuadendum erit hæredi, vt in aſſem ſatiſdet, ne adminiſtratio eius impediatur.

12 ¶ Si ab impuberis ſubſtituto legata ſint relicta, & impubes deceſſerit: miſſio non ſolum in ea bona, quæ teſtatoris fuerunt, verùm ad ea quoque, quæ impubes adquiſiit, locum habebit: nam hæc quoque hæreditaria ſunt: viuo autem impubere, neque miſſio, neque ſatiſdatio locum habet.

13 ¶ Si hæres non ſit, à quo fideicommiſſum relictū eſt, ſed

a Satiſdatio remiſſa non poteſt peti; etiamſi heres dilapidet.
b quia ad contra voluntatem teſtatoris fieret, *l. 12. ſup. eod.*
c Peti rectè poteſt, quod in continenti reſtitui oportet.
d Igitur quod in dote non fuerit, non erit reſtituendum patri.
e *vt l. vlt. ſ. ſi quis cautionibus.* adde *l. 26. C. de admin. tut. l. vlt. in princ. ſup. quando ex facto tutoris.*
f 6. C. 53. περὶ τῶν νεμομένων τὸ λεγωθευτὲν αἰτευθυλῆς τῆ κληρονόμε, 44. *Eclog.* 24.
g non ſatiſdante ſcil. hærede, aliàs nullius momenti eſt ciuitas, quæ vim executionis in contumaces non habet. *Æſchines apud Vveſemb. hic.*
h à teſtatore *l. 12. l. vlt. ſ. tit. prox.*
i ab herede ſc.
k præſtita legatario ſc.
l indebitum à ſciente ſolutum non repetitur, *l. 1. ſ. de cond. indeb.*
m condictione ſine cauſa, vel incerti, *l. 1. ſ. de cond. ſine cauſa.*
n vt mittatur quis in poſſeſſionem non exigitur conuenti mora, ſed conuenientis.
o Cautionem legatario offerre heres non cogitur.
p eo caſu ſatius eſt ad damnum denunciari, *l. 5. §. 2, 3. inf. de noui oper. l. 4. §. 5. inf. de damno.*
q ſi cui legatum eſt, cum conſtet, &c. *Cuiac. 4. obſeru. 33.*
r *l. 4. in fin. ſ. tit. prox.*
ſ non deberi. *Haloand. l. 19. ſ. de teſtam. tut.*
t i. ſi heres, à quo legatus petit ſatiſdari ſibi legati nomine, dixerit ademptum vel inutile legatum eſſe, & incontinenti ſe id probare velle dixerit: de hac exceptione prius cognoſcendum eſt, quàm de ſatiſdatione: non eſt diſputandum de eo quod ſtatim conſtare poteſt. *diſt 96.*
† officio iudicis.
u hodie conſtat. *Hal.*
† intra breue tempus arbitrio iudicis: veluti intra tempus, intra quod fit examinatio, an fideiuſſores ſint idonei: vel petendum eſt de calumnia iuramentum, *v. Bar. his.*
x *l. 1. §. penult. ſ. eod. l. 14. in fin. ſ. tit. prox. l. 43. ſ. de hered. pet.*
y *l. 1. C. eod.*
z *l. 1. §. 4. ſuprà tit. prox.*
a Imò caueri debet, *l. 10. in fin. ſ. qui ſatiſd. adde l. 22. §. 2. ſup. ſolut.*

a *l. 11. § 18.* … *leg. 3. l. 1. §. 11.* … *vt legat.*
b *l. 10. in fin.* … *ſatiſdare, v. l. 14.* … *de ſtipulat. præ*… *tiis*: vide quæ … pſi ad *l. 5. Cod.* … *ſponſalibus.* … enim ſi fideiuſ… res dati non … idonei? *l. 41. ſup.* … *hered. petit. l. 4* … *de prætor. ſtipul.* … *l. 14. §. 2. ſ. de* … *ſtituta.*
c i. legatari… ipſe.
d ſoluendorum.
e ab hærede … functi.
f ex primo decre… to.
g Legatarius … non cauetur, … miſſus ſit in poſſ… ſionem rerum, … quam earum … minus eſt, … niſi data … res in ſolutum … ſecundo decre… tunc enim … bonis eius … *in fin. ſup.* … *xali.*
h non propri… tem nanciſcitur … ſed ius pign… *l. 5. in fi. l. 5.* … *poſſeſſ. leg.* … gnore, non pro… mino poſſidet … 114. §. 12. … *leg. 1. adde l.* … *pro emptione* … *ſup. de pignor.*
i Imò pro … no poſſidet, … 1. ſ. *ſi ex* … *cauſa. l. ſi finita* … *poſteaquam* … 33. ſ. *de damno* … miſſione lega… rum ſeruando… cauſa, ad decre… ceruenire poteſt.
k Is non poſſ… ſed potius … dit, *l. 1. §. 9. ſ.* … *legatorum.* cuſtodi… cauſa in poſſeſſio… nem rerum hære… tariarum … adde *l. 27. ſ.* … *diciis.* cuſtodi… obſeruatio … ei conceditur … ſ. *quib ex cauſ.* … *poſſeſſ l. 3 in* … *de adquir. poſſ.*
l *l. 15. §. 20.* … *damno.*
m Cur poteſt? … ſus in poſſeſſio… curam bonorum … bere debet, *l.* … *tor 9. ſ. de rebus* … *th vitate iudicis* … *ſid. l. ſi finita* … *§. ſi quis damni* … ſ. *de damno.* … uere autem de dam… no infecto cura … & cuſtodia rei … idéoque ſi cauerit … id ipſum recipie… ab eo cuius res fue… rit.
n *l. 15. §. 41. inf. de damno.*
o Cur alia eſt cauſa? An quia legatarij cauſam lucratiuam haben… creditores oneroſam?
p *l. 3. in fi. inf. de adquir. poſſeſ.* q bonorum tamen ſeparationem petere poſſunt … *l. 6. inf. de ſeparationib.* r niſi poſtquam miſſus eſt in poſſeſſionem legati ſeruandi cauſa, æs alienum hæres contraxit: tunc enim creditoribus hæredis, legatarius eſt potior *l. 3. Cod. eod.*
ſ *l. 8. inf. eod.*
t *l. 49. inf. de verb. ſign.*
u emphyteutici, *l. 15. ſup. qui ſatiſd.*
x *l. 5. §. 5. ſup. de rebus eorum.* y cenſentur tamen quodammodo hæreditariæ … petitione hæreditatis, *l. 19. ſup. de hered. pet.*

eſt, ſed alterius nominis ſucceſſor : dicendum eſt, vt edicto locus ſit, & dolo eius ſit æſtimandus.

14 ¶ Sed & ſi heredis heres ſit, qui dolo fecit, ęquè nocere debebit.

15 ¶ Dolum *a* accipere debemus & culpam latam, ſed non omnem dolum, ſed qui in necem legatariorum & fideicommiſſariorum factus eſt.

16 ¶ Imperator Antoninus *b* Auguſtus reſcripſit, certis ex cauſis etiam in propria *c* bona heredis legatarios & fideicommiſſarios eſſe mittendos *d*: ſi poſt ſex *e* menſes, quam aditi pro *f* tribunali fuerint hi, quorum de ea re notio eſt, in ſatisfactione ceſſatum eſt. inde fructus percepturos, quoad voluntati defunctorum ſatisfiat. Quod remedium ſeruaretur & aduerſus eos qui ex qua cauſa fideicommiſſo moram faciunt.

17 ¶ Satisfactionis verbum licèt latius patet, tamen ad exſoluendum legatum refertur.

18 ¶ Proinde & ſi remiſſa ſit ſatisdatio, reſcriptum locum habebit, quia mora ſit ſolutioni.

19 ¶ Sex autem menſium puto continuum tempus, non poſſeſſionem *g*, computandum.

20 ¶ Ceſſatum non accipimus, ſi pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furioſus vel adoleſcens. nam fruſtratio non debet huiuſmodi perſonis nocere, quæ ſunt indefenſæ.

¶ Certe ſi hereditas iacuerit aliquo tempore, hoc tempus de medio trahendum eſt.

21 ¶ Quæri poterit, an in vicem vſurarum hi fructus cedant, quę in fideicommiſſis debentur. & cùm exemplum pignorum ſequimur, id quod ex fructibus percipitur, primum in vſuras, mox, ſi quid ſuperfluum eſt, in *h* ſortem debet imputari.

¶ Quinimo, & ſi amplius quàm ſibi debetur, perceperit legatarius, exemplo pigneratitię actionis etiam vtilis actio ad id refundendum dari debebit.

¶ Sed pignora quidem quis & diſtrahere poteſt. hic autem frui tantum ei conſtitutio permiſit, vt feſtinetur ad ſententiam.

22 ¶ Qui legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionem mittitur, & *i* fructus *k* cuſtodire *l*, & cætera debebit, & pati quidem heredem colere agros, & fructus redigere : ſed cuſtodire legatarium fructus oportebit, ne ab herede conſumantur. quod ſi hęres fructus nolit cogere, permittendum erit legatario, cogere fructus, & coactos ſeruare.

¶ Quinimo ſi *m* tales ſint fructus, quos primo quoque tempore venire *n* expediat, vendere quoque legatario permittendum eſt, & pretium ſeruare.

¶ In cęteris quoque rebus hereditariis miſſi in poſſeſſionem hoc erit officium *o*, vt vniuerſas res hereditarias colligat, & ibi cuſtodiat, vbi domicilium defunctus habuit. & ſi nulla domus ſit, habitationem *p* conducat *q*, vel horreum quoddam, in quo res collectę cuſtodiantur. & puto, ita legatarium cuſtodire res hereditarias debere, vt *r* neque heredi auferantur, neque depereant, deterioréſve fiant.

23 ¶ Quod ſi ex conſtitutione *ſ* quis in poſſeſſionem mittatur : curandum eſt, ne vis *t* fiat vtenti & fruenti legatario.

24 ¶ Satisfieri voluntati defuncti ſic accipitur quoad voluntati defuncti vel ex fructibus, vel aliunde ſatisfiat.

25 ¶ Conſtitutio autem Diui Antonini pertinet ad eos, à quibus vtiliter fideicommiſſum relictum eſt: (ſi) quamuis heredes non ſint : par enim vtilitas eſt.

26 ¶ In poſſeſſionem miſſus legatorum ſeruandorum cauſa, ſi litem eo nomine conteſtatus ſit, non antè decedere poſſeſſione debet, quam ei pro lite *u* fuerit cautum.

27 ¶ Miſſus in poſſeſſionem, ſi non admittatur, habet interdictum *x* propoſitum, aut per viatorem *y*, aut per officialem prefecti, aut per magiſtratus introducendus eſt in poſſeſſionem.

28 ¶ Miſſio autem locum habebit, non tantum ſi quis idipſum, quod legatum eſt, rogatus ſit, verumetiam ſi quid vel èx eo vel pro eo reſtituere fuerit rogatus.

29 ¶ Si Titio purè legatum fuerit, & eius fideicommiſſum ſub conditione, vt Sempronio reſtitueret : non inique prętorem ſtatuturum Iulianus ſcripſit, ſi antequam legatum conſequatur legatarius, fideicommiſſi conditionalis ſatis non det, vt magis Sempronio det legati perſecutionem, vt is legatario ſatiſdet, deficiente conditione reddi decem. ſed & ſi receperit Titius ab herede decem, ęquum eſſe Iulianus ait, cogi eum inuicem *a* ſatisdare, aut ipſa decem tradere, & Sempronium Titio cauere. & hoc iure vtimur. id enim & Marcellus ait.

30 ¶ Quid ergo, ſi legatum ſub conditione ſit relictum, & fideicommiſſum, neque fideicommiſſi ſatiſdetur ? ęquiſſimum, fideicommiſſarium nomine legati ſatis accipere ab herede, ſi ei legatarius non caueat, ſcilicet vt & ipſe legatario caueat. quod ſi iam accepit legatarius ab herede ſatis, decernendum erit, ex qua ſatisdatione magis fideicommiſſario quam legatario dandam actionem : in eum ſcilicet caſum, quod fideicommiſſi eius conditio extitit: ipſius etiam legati perſecutio danda erit fideicommiſſario, ſi nondum ſolutum eſt, & conditio eius extitit : ſcilicet ſi fuerit fideicommiſſarius paratus cauere legatario.

De vſufructu pecuniæ legato & cautione remiſſa. 1. Quibus ex cauſis fideicommiſſarius de poſſeſſione decedit.

6. *Iulianus* libro 38. Digeſtorum.

SI pecunię numeratę vſusfructus legatus eſſet, & in teſtamento cautum *ne eo nomine ſatiſdaretur*; proprietas non eſt legata : ſed legatario *b* permittendum ſatiſdare, & vſumfructum pecunię habere, & propemodum in hac propoſitione *c* nullę prętoris erant partes, quia niſi *d* ſatiſdetur, agi cum herede non poterit.

1 ¶ Qui fideicommiſſi ſeruandi cauſa in poſſeſſionem miſſus eſt, non prius de poſſeſſione decedere debet, quam ei fideicommiſſum ſolutum *e*, aut eo nomine ſatiſdatum *f* fuerit. nam quod *g* ſi integra re fieret, in poſſeſſionem non mitteretur, id cùm offeretur *h*, diſcedere à poſſeſſione debet.

De ventre.

7. *Modeſtinus* libro 3. Regularum.

DVm venter in poſſeſſionem *i* eſt, nullus legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionem eſſe poteſt.

De hereditate reſtituta.

8. *Papinianus* lib. 6. Quęſtionum.

SI legatorum ſatis non datur reſtituta hereditate, in earum quoque rerum poſſeſſionem legatarius mittendus erit, quæ dolo malo eius, cui reſtituta eſt hereditas, in hereditaria *k* cauſa deſierunt.

De herede condemnato. 1. De duobus legatarijs.

9. *Idem* libro 19. Quęſtionum.

ETiam ſi condemnatus heres fuerit, nec pecuniam ſoluat : legatarius poteſt deſiderare *l* mitti in poſſeſſionem.

1 ¶ Cùm ſub conditionibus contrariis eadem res duobus *m* legetur, ſi non caueatur, vterque mittitur in poſſeſſionem.

Si nulla ſint res hereditariæ, in quas mitti poſſit.

10. *Paulus* libro 3. *n* Sententiarum.

SI nullę ſint res hereditarię, in quas legatarij vel fideicommiſſarij mittantur, in rem quidem heredis mitti non poſſunt, ſed per prętorem *o* denegatas heredi actiones ipſi perſequantur *p*.

De re vni relicta & ab alio poſſeſſa. 1. De ſtatulibero.

11. *Hermogenianus* lib. 4. Iuris Epitomarum.

SI fideicommiſſorum vel legatorum ſeruandorum cauſa miſſus in poſeſſionem, eam rem teneas, quę mihi per fideicommiſſum relicta eſſet, ęquius eſt me eam habere, cui ea ipſa relicta eſt, quam te, qui alterius fideicommiſſi nomine ingreſſus in eam eſſes.

¶ Nam & ſi mihi ſub conditione legatum eſt, & tu medio tempore in *q* poſeſſionem eius factus fueris legatorum ſeruandorum cauſa, deinde conditio impleta eſſet, non denegabitur mihi eius rei integra perſecutio. ¶ Sic enim & ſi ſtatuliberum ex eadem cauſa poſſidere cœpiſſet : impleta conditione, iuſtam libertatem eius impedire non poteſt.

1 ¶ Si rei ſeruandę cauſa in poſſeſſionem miſſus eſſet proprius creditor heredis, & rei *r* per fideicommiſſum mihi relictę adeptus fuerit, nihil me per eum lædi oportere conuenit : non magis, quam ſi ipſo herede eam rem pignori accepiſſet.

De municipijs.

12. *Macianus* libro 12. Fideicommiſſorum.

MVnicipiis *ſ* fideicommiſſum relinqui poſſe dubium non eſt. ſed ſi non caueatur, aduerſus *t* municipes quidem non dubitabimus ex hoc edicto iri in poſſeſſionem poſſe. ipſos verò municipes, ſi his non caueatur, non idem adſecutores : ſed extraordinario remedio opus erit, videlicet vt decreto prætoris actor eorum in poſſeſſionem mittatur.

De minima re relicta.

13. *Calliſtratus* lib. 3. Edicti monitorij.

QVamuis minima *u* res legata ſit, vel per fideicommiſſum relicta : tamen ſi non ſoluatur ab herede, vel *x* eo nomine caueatur, cùm caueri oporteat, in poſſeſſione omnium *y* bonorum, quæ ex ea hereditate ſunt, legatarium ſiue fideicommiſſarium prætor legatorum ſeruandorum cauſa mittit.

a *l.32.ʒ.depoſiti.*
b *v.l.6.C.eod.*
c *l.6.C.eo.Paul.4. ſent.1. §.pen.*
d de hac miſſione vide Zaſium in l.2. *§.initium, in verbo, vindicias, ʒ.de origine iuris.*
e Legatarij poſt ſex menſes quam petere cœperunt, etiam in res proprias heredis inducuntur, inde fructus percepturi quoad ſatisfiat, *vt hic. & l.certa 6.C. eod.*
f vide quæ notaui ad *§.19.ʒ.eod.*
g ſeſſionum, *Duar. 2.diſp.16.Zoanet. 2.reſtitu.* arg. *§.16. ʒ.eod. l.2. §.1.ʒ. quis ordo in bonorum poſſeſſ.* Idem ſentit Goueanus *apud Cuiac. 2.obſ. 18.* Seſſionum dies ſunt quibus Prętor pro tribunali ſedet qui continuis aduerſi, non tamen ſemper vtiles. nam ſæpe fit vt die ſeſſionum non ſemper quis habeat experiundi poteſtatem. Contra dies vtiles plerunque ſunt, quamuis ſeſſionum non ſint, vtputa ſi res talis ſit quę de plano & feriato die poſſit experiri. Vtilis annus conſtat ex 365. diebus vtilibus, de quibus *v. Cuiac. ibid.*
h prius tamen in expēſas quas fecit.
i Seruat legata, qui fructum cuſtodit, qui patitur heredem colere agros, & fructus redigere, qui non patitur heredem fructus abſumere: qui ipſe, moram admittente herede, cogit fructus, & coactos ſeruat. qui fructus (qui ſeruari non poſſunt) vendit & eorum pretium ſeruat: qui res omnes hereditarias colligit, cuſtoditve vbi domicilium defunctus habuit: qui earum ſeruandarum cauſa habitationem vel horreum conducit.
k poteſt tamen vendere & locare, *l. 8.§.2.ʒ.de rebus author. iud.*
l Officium miſſi in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa, quale ſit. m *l.27.ʒ. de rebus authoritat.iud.* n Sequeſtratio rerum quæ ſeruari non poſſunt quoties ſit toties res illæ vendi, & earum pretia in ſequeſtri cauſa eſſe debent. adde *l. litibus 20. C. de agricol. & cenſitis. l.vlt.ʒ.de adquir.rer.* o *l.12.in fin.ʒ. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.* p *lege*, habitationem. q Conducere habitationem, vel horreum fructuum ſeruandorum nomine miſſus in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa poteſt. r *l.5 ʒ eod.* ſ Miſſionis ex reſcripto & edicto, variæ ſunt differentiæ. Ex edicto miſſio fit ab initio ante aditam hereditatem, *l.1. in fin. ʒ eod.* ex reſcripto, poſt aditam : & ſex menſes, *§.20.ʒ.eod.* Præterea edictum non requirit moram heredis. *l.1.§.non.exigit.ſup.eod.* reſcriptum verò exigit, *d.§.2. §.18.ʒ.eod.* Per edictum fit miſſio in bona hereditaria, *§.3.§.16.ʒ.eod.* Miſſus ex edicto, de poſſeſſione recedit præſtita ei ſatisdatione, *l.ſi legatarij aduerſus 11. ʒ.tit 1.* Miſſus ex reſcripto non recedit, niſi plenè ei ſatisfactum ſit, *l.ſi pecunia 6. in fin.ʒ.eod* t Miſſus in poſſeſſionem legatorum cauſa, vtentibus & fruentibus iam legato, legatarius vim facere non debet. u id eſt, iudicatum ſolui, *v. Cuiac.* 10.*obſ.*19. x *l.1.§.9.ʒ.quod legat.l.3.§.1.ʒ.ne vis fiat ei.*
y Formam inducendi alicuius in poſſeſſionem obſerua. An verò iudex legatario id ius tribuere poteſt, vt priuata authoritate res hereditarias adprehendat? Bartolus putat.

a *l.44.ʒ. de bonis liberi.*
b *l.1. C. de vſufr.*
c Propoſitio, quid eſſet dixi ad *l.20. §.1.ſup.de hereditate vendita.*
d Vſufructuarius mobilium rerum ſatiſdare debet, etiam ſi remiſſa ſit ei cautio à teſtatore, *v. l. 1. C. de vſufr.*
e ſi miſſio facta fuit quia non ſoluebatur.
f ſi miſſio facta fuit, quia non ſatiſdabatur.
g *lege*, qui ſi integra re id ei fieret.
h *l.11.ſuprà tit. prox.*
i rerum defuncti.
k *l.5.§.5.ʒ.eod.*
l *ſub.* vel ex reſcripto, vel ex edicto, vel iudicis officio, *l. 4. à Diuo 15. §.ſi rerum 4. infr. de re iudic.*
m *v. l. 3. ſuprà tit. prox.*
n Hæc non extat inter cęteras Pauli ſententias, *lib 3.* quinimo apud eundem reperio, *lib.4 tit.1. §.17.* Eum cui ab herede fideicommiſſum non præſtatur, non ſolum in res hereditaria, ſed in proprias heredis induci. Ideóque locos hic ſatis oſtendit, Pauli ſententias quæ circunferuntur hodie, non Authenticas Pauli, ſed Epitomen tantum nudam eſſe.
o facit, *l.1.§.2. ʒ. quod cuiuſque vniuerſitat.*
p quo ordine? colligo ex *l.15. §.2. ʒ. de re iudic.*
q de hac loquendi formula ſcripſi ad *l.21. C. de furtis.*
r *l.1.C. de bon author.*
ſ *l.122. ʒ de leg. 1. l.26. ʒ ad Trebell. Vlp.24.§.28.*
t *l.2.§.2.ʒ.quod cuiuſque vniuerſit.*
u Etiam pro re minima legatarius mittitur in poſſeſſionem omnium bonorum heredis.
x Cautio ſolutionis ſubſidium.
y Imo, unius tantum, *l.1 in fin ʒ. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.*

a adde *l.27.ff.de inoff. l.vlt. Cod.de ordine cognit.*
b Quid ſi aliæ mulieres ſint? idē, *Accurſius & Bald.* Quid ſi filius vel nepos? Aliud. Accurſius enim putat

De bonis veſcendi cauſa deminuendis.

14. *Labeo* ‖ libro 2. Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum. ‖

QVæ legatorum ſeruandorum cauſa in bonis eſt, in cauſa veſcendi *a* deminuet, ſi filia *b*, neptis, proneptis, vxórve eſſet, nec nupta ſit, nec ſuum quicquam habeat.

De loco facto religioſo. De conſecratione. De manumiſſione.

15. *Valens* ‖ libro 7. Actionum. ‖

INterdum licet dolo malo fecerit heres, quo minus res in cauſa hereditaria maneant, non poterit in poſſeſſionem earum legatarius mitti. veluti ſi locum religioſum fecerit: aut quid publicè conſecrauerit, permiſſu *a* ſcilicet Imperatoris, aut aliquem non in fraudem creditoris manumiſerit.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM

PARS SEXTA †,

LIBER XXXVII.

DE *a* BONORVM POSSESSIONIBVS *b*.

† Septima pars incipit infrà Titulo *de verborum obligation.lib.*45.
a 3.*Inſt.*10. περὶ διακατοχῆς. 40. *Eclog.*1.1.*Harmen.* 23. de poſſeſſionibus dandis, *Vlp.*28. vide praxim huius actionis apud Oldendorpium 5. *claſſ.* 6.*act.*
b hoc verbo quid intelligatur, *v.l.*3. *inf.eod.*
† quæ à Prætore dantur ſcriptis heredibus ſecundum tabulas, ꝟ.*tit.*11.6. C.11. contra tabulas verò ſeu teſtamentum defuncti dantur liberis, *inf. tit.*4.6.*Cod.*12. patronis, vel liberis eorum, ꝟ.*tit.*4. & *ſeq.*6.*C.*13. ab inteſtato, furioſo, infanti, cæco, ſurdo, muto, ꝟ.*tit.*3. filio emācipato. ꝟ.*tit.*8: ventri, ꝟ.*tit.*9. liberis impuberibus quibus fit controuerſia ſtatus & bonorum paternorū. ꝟ.*tit.* 10. parenti qui filium manumiſit, ꝟ.*tit.*12. ex teſtamento militis, *inf.tit.*13. Alia eſt edictalis, *l.*30.§.1. *in fin.* ff.*de adquir. hered.* alia decretalis, *l.*3.§.8.ꝟ.*eo.* *l.*1.§.7.ꝟ.*de ſucceſſor. edicto.* Illa per edictum mortui Prætoris, hæc per Prætorē viuū cum actu datur & cognoſcitur. Quid ſit bonorum poſſeſſio, *v.l.*3.§.2. ꝟ. *eod.* Hodie formulæ veteres petendæ bonorum poſſeſſionis non ſunt in vſu, vide quæ notaui ad §.*vlt.Inſt.eod.* adde *Cuiac.*17.*obſ.*19. Dabantur bonorum poſſeſſiones à Prætore, in Vrbe: à Præſidibus in Prouinciis, *v Cuiac.*4. *obſer* 15. de differentia bonorum poſſeſſionis & hereditatis, v.Manticam 12. *de coniect. vlt. volunt.*15. c omne ius mortui, res ſingulas, nomina, *l.*37.ff.*de adq.hered.*
d id eſt poſſeſſionis, non proprietatis. nec enim Prætor dominium tribuit, ſed poſſeſſionem tantùm, & retentionem. e Imò non hæc omnia tribuit, *l.facta* 63.*ſup.ad Trebell.l. cum heredes* 23. ꝟ.*de adq.poſſeſſ.*
f Bonis inhærent commoda, incommoda, dominia. g Imò bonorum appellatione incommoda non continentur, *l.mulier* 72 ff.*de iur.dot.* h ad eos omne ius transfertur, quod per cauſam hereditatis heres nanciſcitur, *l.*13.ꝟ.*contra tabulas*, heredis loco in omni cauſa à prætore habentur, *l.*117.ꝟ.*de reg.iur.* quin hereditatis appellatione venit bonorum poſſeſſio, *l.*138.ꝟ.*de verb ſign.* i id eſt, heredis loco conſtituuntur beneficio prætoris: ideóque ſeu ipſi agant, ſeu cum his agatur, fictitiis actionibus opus eſt, in quibus heredes eſſe fingantur, *Vlp.*28 §.*vlt.*
k Bona, ſunt vniuerſitatis ſucceſſio & rerum ſingularum & vniuerſarum, etiam nominum, *l.*37.ff.*de adq.her.* l Corporalibus rebus non adnumerantur actiones: ſunt enim iura incorporalia. m *al.* reſpondit, *vt l.ex contractu* 44. ꝟ.*de re iudic.*
n Bonorum poſſeſſio, qua de hic agitur, differt à rerum poſſeſſione de qua agitur *lib.*41.*tit.*2. Rerum poſſeſſio, nuda eſt rei detentio: hæc autem ius & vtile dominium rerum hereditariarum continet. o *l.*50.ff.*de her.pet.* *l.*44.ff.*de adq. poſſ.* Imò facti v.*l.*1.§.4. ꝟ.*de adq. poſſ.* p bonorum poſſeſſionem. *v. Cuiac.in hunc locum* 4.*obſ.*16. q 40.*Syn.Baſ.*1. r Δίκαιον *Eclog.*40.*tit.*1.*c.*1. authoritas, formula, titulus, quo nanciſcimur actiones hereditarias, *l.*63. §.9.10.11. ff.*ad Treb.* ſ eſt enim perſecutio, *l.*178. §.2. ꝟ.*de ver. ſign.* imploratur officium iudicis. t in eo differt à petitione hereditatis (quæ non competit poſſidenti) & à nuda poſſeſſione. Nuda poſſeſſio facti eſt, & poteſt eſſe ſine iuris dominio. Hæc poſſeſſio, iuris eſt vniuerſi, poteſt eſſe ſine rei detentione: quippè alius poteſt euincere hereditatem, *v.Vlp.tit.*25.§.*vlt.* u *l.vlt.C.vnde legitimi, & vnde cognati.* fit tamen quis heres inuitus, licet illico per Prætorem reſtituatur, *l.*21. §.*vlt.*ff.*quod metus cauſ.l.*16.*C.de iure deliber.* adde *l.*85.ff.*de adq.her.*
x Municipij, ſocietatis, decuriæ, & corporis differentia. y quid decuriæ. v. quæ notaui ad *l.*1.*C.de decurial. vrb. Romæ. lib.*1.*tit.*13. *l.*25. §.11. ff.*de adq.her.l.*22 ꝟ.*de fideiuſſ.* z Quæ? ex teſtamento: Imò ab inteſtato, ſi libertum habeant. *l. inteſtato* 3.§.*ſi municip.*6.ꝟ. *de libert. vniuerſit.*

De commodis & incommodis, & rerum dominio.

1. *Vlpianus* ‖ lib.39. ad Edictum. ‖

BONORVM poſſeſſio admiſſa, commoda *c* & incommoda hereditaria; itémque dominium rerum *d*, quę in his bonis ſunt, tribuit. nam hęc omnia *e* bonis *f* ſunt *g* coniuncta.

Collatio heredis & bonorum poſſeſſoris.

2. *Idem* ‖ lib.14. ad Edictum. ‖

IN omnibus enim vice *h* heredum bonorum poſſeſſores habentur *i*.

Bona quomodò accipiuntur. Definitio bonorum poſſeſſionis. 3. De inuito. 4. De vniuerſitatibus. 5. De patre vel filiofam. 5. De captiuo. 7. Per quas perſonas acquiritur. 8. Vbi datur bonorum poſſeſſio. 9. De iure accreſcendi.

3. *Idem* ‖ lib.39. ad Edictum. ‖

BOna autem hic (vt plerumque ſolemus dicere) ita accipienda ſunt, vniuerſitatis *k* cuiuſque ſucceſſionem, qua ſucceditur in ius demortui, ſuſcipitúrque eius rei commodum & incommodum. nam ſiue ſoluendo ſunt bona, ſiue non ſunt, ſiue damnum habent, ſiue lucrum, ſiue in corporibus ſunt, ſiue in actionibus *l*: in hoc loco propriè bona appellabuntur.

1 ¶ Hereditatis autem, bonorúmve poſſeſſio (vt Labeo [re] ſcribit *m*) non *n* vti rerum poſſeſſio accipienda eſt, eſt enim iuris *o* magis, quàm corporis poſſeſſio. denique etſi nihil corporale eſt in hereditate, attamen rectè eius bonorum *p* poſſeſſionem adgnitam Labeo ait.

2 ¶ Bonorum *q* igitur poſſeſſionem ita rectè definiemus, ius *r* perſequendi *ſ* retinendíque *t* patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque, cùm moritur, fuit.

3 ¶ Inuito *u* autem nemini bonorum poſſeſſio adquiritur.

4 ¶ A municipibus *x*, & ſocietatibus, & decuriis *y*, & corporibus, bonorum poſſeſſio *z* adgnoſci poteſt. proinde ſiue actor eorum nomine admittat, ſiue quis alius, rectè competet bonorum poſſeſſio. ſed etſi nemo petat vel agnouerit bonorum poſſeſſionem nomine municipij, habebit municipium bonorum poſſeſſionem, prætoris *a* edicto *b*.

5 ¶ Dari autem bonorum poſſeſſio poteſt tam patrisfamilias, quam filij *c* familias: ſi *d* modò *e* ius teſtandi habuit, de peculio caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi.

6 ¶ Sed & eius, qui *f* apud hoſtes deceſſit, bonorum poſſeſſionem admitti poſſe, quamuis in ſeruiente decedat, nulla dubitatio eſt.

7 ¶ Adquirere quis bonorum poſſeſſionem poteſt *g* vel per ſemetipſum, vel per *h* alium *i*. Quòd ſi, me non *k* mandante, bonorum poſſeſſio mihi petita ſit, tunc competet, cùm *l* ratum habuero, id quod actum eſt. Denique ſi † antè deceſſero, quàm ratum habeam, nulla dubitatio eſt, quin non competat mihi bonorum poſſeſſio: quia neque ego ratum habui, neque heres meus ratum habere poteſt, cùm ad eum non tranſeat ius bonorum poſſeſſionis.

8 ¶ Si cauſa cognita bonorum poſſeſſio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali *m*: quia neque decretum de plano interponi, neque cauſa cognita bonorum poſſeſſio alibi quam pro tribunali dari poteſt.

9 ¶ In bonorum poſſeſſione ſciendum eſt ius eſſe *n* adcreſcendi *o*. proinde ſi plures ſint, quibus bonorum poſſeſſio competit, quorum vnus admiſit bonorum poſſeſſionem, cæteri non admiſerunt.

4. *Gaius* ‖ lib.8. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

VEluti quòd ſpreuerunt ius ſuum: aut tempore bonorum poſſeſſionis finito *p* excluſi ſunt, aut antè mortui ſunt, quàm petierunt bonorum poſſeſſionem. (

5. *Vlpianus* ‖ lib. 39. ad Edictum. ‖

EI, qui admiſit, adcreſcent *q* etiam hæ portiones quæ cæteris competerent, ſi petiſſent bonorum poſſeſſionem.)

Diuiſio bonorum poſſeſſionis. 2. De notis.

6. *Paulus* ‖ lib. 41. ad Edictum. ‖

SEd cùm patrono quidem, contra tabulas certæ *r* partis bonorum poſſeſſionem prætor polliceatur, ſcripto autem heredi, ſecundùm tabulas, alterius partis: conuenit, non eſſe ius adcreſcendi. igitur non petente ſcripto ſecundùm tabulas, alterius quoque partis nominatim patrono poſſeſſionem pollicetur *ſ*: cùm cæteri, quibus adſcreſcendi ius eſt, ſemel debent adgnoſcere bonorum poſſeſſionem.

1 ¶ Bonorum poſſeſſionis beneficium multiplex eſt. nam quædam *t* bonorum poſſeſſiones competunt contra voluntatem: quædam ſecundum voluntatem defunctorum, nec non ab inteſtato habentibus ius *u* legitimum, vel non habentibus propter capitis deminutionem. Quamuis enim iure ciuili deficiant liberi qui propter capitis deminutionem deſierùnt ſui heredes eſſe: propter æquitatem tamen reſcindit eorum capitis deminutionem *x* prætor. ¶ Legum *y* quoque tuendarum cauſa dat bonorum poſſeſſionem.

a *ſub. mortui,*
b Quid? quæ differentia eſt bonorum poſſeſſionis adgnitæ & ereptæ? An hæc edictalis, illa decretalis?
c *l.*34.ff.*de her. petit. l.*1.§.[illegible] *ad Trebell.*
d *Cicero in Top.*
e Quid ſi non ſtatus eſt? filiusfamilias inteſtato mortuo hoc non erat bonorum poſſeſſio: hodie cùm non ſit filiusfamilias habeat heredem [illegible] *bonis qua* [illegible] *Nouell. de bonis ab inteſt.* [illegible]
f *l.*28.*ſup.* [illegible] *gari.*
g Imò, non per alium, [illegible] *de adq. her.* hereditas peti [illegible] quæri non poteſt: bonorum poſſeſſio poteſt: cur [illegible] riè? bonorum poſſeſſio non [illegible] ciuili ac [illegible] ſed prætorio benigno eſt, [illegible] §.1.ꝟ.*eod.* [illegible] tatis adq[illegible] magis ſolenn[illegible]
h An mandatum ſpeciale exigi [illegible] exigi putat Ac[illegible] ſius. Bartolus [illegible] mandato adq[illegible] poſſe probat [illegible] 7.ꝟ.*eod.* multo [illegible] gis generale [illegible] datum ſufficere.
i per procuratorem, *l.*86.ff.*de adq. hered* eo abſ[illegible] *l.*7.ꝟ.*rat. rem* [illegible]
k Per negotiorum geſtorem [illegible] adquiri bonorum poſſeſſio, dummodo is cuius nomine adquiritur, [illegible] adquiſitionem ratam habeat.
l *d.l.*86.*d.l.*[illegible]
† Bonorum poſſeſſio non agnita non tranſmittitur.
m Decretalis bonorum poſſeſſio non niſi pro tribunali dari poteſt, *vt hic.* quia ius tribuit, *Bart.hic.* Edictalis quocumque die, & de plano poteſt. Edictalis, ordinaria eſt: decretalis non item, *v.Cuiac inſtitut.eod. in fin.* Edictalem ſatis erat agnoſcere, decretalem ſolennibus verbis petere moris erat.
n *l.*3.*l.*67.ff.*de adq.hered.l.*4.ꝟ.*quis ordo. l.*1.§.9.ꝟ.*ad Tertull v.l.vnic.C.quando non petent.partes.* o *ſub.* ſine nouo petitione ſeu agnitione. p dabatur enim bonorum poſſeſſio liberis & parentibus intra annum: cæteris, intra centum dies. Hi omnes ſi non intra iuſtum tempus petierant, ſequens gradus admittebatur, perinde ac ſi ſuperiores non fuiſſent, ídque per ſeptem gradus fiebat. *Vlp.*28.§.10.§.11. q *l.*3.*in fin. ſup.eod.*
r *l.*1.*C.de bonor. poſſeſſ.contra tabulas libert.*
ſ Quo iure ſcripto herede repudiante, patronus totum petet? An per vnde legitimi? An ſecundum tabulas? An extraordinario quodam iure? prior ſententia placet Bartolo.
t §.1.*verſic. adhuc autem.* §.3.*inſtitut.eod.*
u vt ſunt ſui & cæteri ſimiles. x putà emancipationem, *l.*15. *C.de legit. heredibus, Inſtit.in princ. verſic. aliquando.*
y vt ꝟ. vt ex legibus & ſenatuſconſultis bonorum poſſeſſio detur.

a ¶ Notis

2 ¶ Notis *a* ſcriptæ tabulæ non continentur edicto, quia notas, literas non *b* eſſe, Pedius libro viceſimo quinto ad edictum ſcribit.

De ſeruo, abſente, non petente, fœmina. 1. De impubere & eius tutore, vel patre.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 1. ad Sabinum. ‖

SEruus bonorum poſſeſsionem *c* rectè admittere poteſt, ſi prætor de conditione eius certus *d* ſit. Nam & abſenti *e* & non *f* petenti *g* dari bonorum poſſeſsio poteſt, ſi hoc ipſum prætor non ignoret. Ergo & fœmina poterit alij bonorum poſſeſſ. petere *h*.

1 ¶ Impubes *i* nec bonorum poſſeſſ. admittere, nec iudicium *k* ſine tutoris auctoritate accipere poteſt. quia tutor pupillo, & pater infanti *l* filio bonorum poſſeſsionem petere poſſunt.

2 ¶ Dies, quibus tutor aut pater *m* ſcit, cedere placet.

8. *Paulus* ‖ lib. 8. ad Plautium. ‖

TVtor *n* autem bonorum poſſeſs. pupillo competentem repudiare non *o* poteſt *p*: quia tutori petere *q* permiſſum eſt, non etiam repudiare *r*.

Si incertum ſit an quis petierit nécne.

9. *Pomponius* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

SI plures gradus ſint poſſeſsionis admittendæ: quamdiu incertum *ſ* ſit, petierit, nécne, poſteriori diem non procedere conſtat.

De ſcientia & ignorantia.

10. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Sabinum. ‖

IN bonorum poſſeſsionibus iuris ignorantia *t* non prodeſt, quo minus dies cedat. & ideo hæredi inſtituto, & ante apertas tabulas dies cedit. ſatis eſt enim ſcire mortuum eſſe, ſéque proximum cognatum fuiſſe, copiámque *u* eorum, quos conſuleret, habuiſſe. ſcientiam enim non *x* hanc accipi, quæ iuris prudentibus ſit: ſed eam, quam quis aut per ſe habeat, aut conſulendo prudentiores adſequi poteſt.

De tutore.

11. *Gaius* ‖ lib. 14. ad Edictum Prouinciale. ‖

SI pupillo tutor bonorum poſſeſsionem petierit: & plus incommodi quàm commodi hæc bonorum poſſeſsio habeat, tutor tutelæ iudicio tenetur *y*.

De ventre, furioſo, captiuo. 1. Si ius ciuile prohibeat hæreditatem capi.

12. *Vlpianus* ‖ libro 48. ad Edictum. ‖

NOn eſt ambigendum, quòd plerúmque *z*, & contra fiſcum *a*, & contra rempublicam admitti debeant quidam *b*, vt puta venter, item furioſus, item is qui captiui bonorum poſſeſsionem petit. 2 ¶ Vbicumque *c* lex, vel ſenatus, vel conſtitutio capere hæreditatem prohibet: & *d* bonorum poſſeſsio ceſſat.

De pœna capitali & relegatione.

13. *Africanus* ‖ libro 5. *e* Quæſtionum. ‖

EDicto prætoris bonorum poſſeſsio his denegatur, qui rei capitalis damnati ſunt, neque in integrum reſtituti ſunt *f*. Rei *g* autem capitalis damnatus intelligitur is, cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio fit. Cùm autem in relegationem quis erit, ad bonorum poſſeſsionem admittitur.

De accuſatione teſtamenti.

14. *Papinianus* ‖ libro 13. Quæſtionum. ‖

CVm quidam propinquus falſum teſtamentum accuſaret, ac poſt longum ſpatium temporis probaſſet: licèt dies ei petendæ poſſeſsionis, quam fortè certus *h* accuſationis petere debuit, ceſsiſſe videtur: attamen, quia hoc propoſito accuſationem inſtruit, vt ſuum ſibi ius ſeruet, adgnouiſſe *a* ſucceſsionem non immeritò videbitur *b*.

De matre impuberis.

15. *Paulus* ‖ libro 11. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, petitionem matris ſolam non *c* adquiſiſſe filiæ impuberi bonorum poſſeſsionem: niſi ſi is, qui eam dedit, euidenter voluit eam impuberi dare.

De furioſo, & ratihabitione.

16. *Idem* ‖ libro 3. Sententiarum. ‖

QVotiens is, cui bonorum poſſeſsio ab altero poſtulata eſt, furere cœperit: magis probatur, ratum *d* eum videri habuiſſe. rati *e* enim habitio ad confirmationem prioris poſtulati pertinet.

SI *f* TABVLÆ TESTAMENTI extabunt *g*.

TIT. II.

De nomine heredis delato: ſi tabulæ poſt mortem teſtatoris interierint.

1. *paulus* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

HÆREDI, cuius nomen inconſulto *h* ita deletum ſit, vt *i* penitus legi non poſsit, dari bonorum poſſeſsio minimè poteſt. quia ex coniectura non propriè ſcriptus videretur. quamuis *k* ſi poſt prolatas tabulas deletum ſit teſtamentum: bonorum poſſeſsio competat. nam & ſi mortis tempore tabulæ fuerint, licèt poſtea interierint, competet bonorum poſſeſsio: quia verum fuit, tabulas extare.

DE BONORVM POSSESSIONE *l* FVrioſo *m*, infanti *n*, muto, ſurdo, cæco competente.

TIT. III.

De furioſo & infante.

1. *Papinianus* ‖ libro 15. Quæſtionum.

FVRIOSO Titius ſubſtitutus eſt. bonorum poſſeſsionis tempus, quamdiu furioſus in eadem conditione eſt, neque inſtituto, neque ſubſtituto cedit *o*, nec, ſi curator furioſi nomine poſſeſsionem accipere poteſt. idcirco ſpatium temporis, quod ſcientibus *p* præfinitum eſt, videbitur cedere. nam & pater *q* infanti filio poſſeſsionem accipit: quo tamen ceſſante, infans non excluditur. Quid ergo, ſi curator accipere nolit? nónne iuſtius, atque vtilius erit, ad eundem modum proximo cuique poſſeſsionem dari, ne bona iaceãt? quo admiſſo, ſubſtitutus cautionem præſtare cogitur *r* omnib. his, quibus bona reſtitui debent: ſi forte inſtitutus in eodem furore deceſſerit, aut compos mentis effectus, ante mortem obierit, quàm hæreditatem adgnoſceret. nam & fieri poteſt, vt viuo furioſo ſubſtitutus decedat, nec tamen furioſus obſtet cæteris, ſi prius & ipſe deceſſerit, quàm hæreditatem adquireret.

De muto, ſurdo, cæco.

2. *Vlpianus* ‖ libro 39. ad Edictum. ‖

MVtus *ſ*, ſurdus, cæcus *t* bonorum poſſeſsionem admittere poſſunt *u*, ſi, quod agatur, intelligant.

DE BONORVM POSSESSIONE contra tabulas *x*.

TIT. IV.

De liberis præteritis naturalib. vel adoptiuis. 1. De iure & ordine. 2. De poſtumis & captiuis. 6. De liberis ſui iuris. 7. De filio emancipato & adoptato. 8. De deportatione, & ſeruitute pœna.

1. *Vlpianus* ‖ libro 39. ad Edictum.

IN contra tabulas bonorum poſſeſsione liberos accipere debemus, ſiue naturales *y*, ſiue adoptiuos, ſi neque *z* inſtituti, neque exhæredati *a* ſunt.

1 ¶ Vocantur autem ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem liberi eo iure, eóque ordine, quo vocantur ad ſucceſsionem ex iure ciuili.

2 ¶ Hæc autem clauſula etiam ad poſtumos videtur pertinere.

---

a ſub. inuſitatis, non indubitatis, *arg. l. 9. §. ſi quis. ſup. de hered. inſtituend. v. Tiraquel. 12. priuil. piæ cauſæ.* de teſtamento notis conſcripto, v. quæ notaui ad *Nouell.* 107. *c.* 1.

Notæ, literæ non ſunt. hinc aliud eſt, notis dictare teſtamentum, & literis perſcribere. *l. 40. ſup. de teſt. militar.* adde quæ ſcripſi ad *l. 33. ſup. ex quibus cauſis maiores.*

c quam? An ſibi delatam vel domino? vtramque *Bart. d. l. 7. C. qui admitti.* Quomodo? vt iudex non vt priuatus: quod vtile eſt actis inſeri: adde *l. hæc autem 5. §. quibus ex cauſis in poſſ.*

e *l. 3. §. 7. ſup. eod.*

f etiam ſeruo. Nam ſi abſenti & non petenti dari poteſt, multò magis dabitur ſeruo petẽti.

g Quid ſi quo caſu abſenti & non petenti datur bonorum poſſeſsio, num ſtatim eidem adquiritur, ſi iudex ita voluit, *l. pen. inf. eod.* An potius neceſſaria eſt ratihabitio? *l. 3. §. adquirere 7. ſup. eod.*

h licèt non poſſit pro alio intercedere, niſi certis caſibus, *v. l. 41. l. 54. ſup. de procuratoribus.*

i *l. 8. ſup. de adq. hered.*

k *l. 8. inf. eo. l. 7. C. qui admitti.*

l *l. 1. inf. de bonor. poſſeſſ. furioſi.*

m hæc verba, *aut pater*, perperam eſſe poſita, notat Cuiacius 14. *obſ.* 8. vbi & hanc quæſtionem explicat, An dies, quibus pater ſciuit, filio infanti competere bonorum poſſeſsionem, cedant filio. Ibidem inter cætera notat, Filium non videri ſcire quod ſcit pater: Municipes ſcire videri quod ſciunt hi, quib. ſumma reipublicæ commiſſa eſt: & pupillum, quod ſcit tutor: dixi ad *l. 2. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ.*

n qualis pater, *l. 11. C. de iur. delib.* adde *l. vlt. C. de bon. quæ liber. l. is qui §. vlt. ſup. de adquir. hered.*

o Imò poteſt, *l. ſi ad pupillum 11. ſup. de authoritate tutor.* An poteſt conſentiente pupillo, *arg. l. 1. §. tutor, ff. de ſucceſſ. edicto l. potuit 5. C. de iur. delib.* An verò conſentientibus amicis & iudice? cùm hæc repudiatio ſpecies ſit alienationis, *arg. l. magis puto 5. §. fundum 8. §. non paſsim 9. ſup. de rebus eorum.* Quin vt hoc ita ſit, videtur tamen dicendum tutorem poſſe repudiare, cùm poſsit adquirere, *l. is poteſt 18. ſup. de adquir. hered. l. qui poteſt 174. inf. de reg. iur.* An fallit in iis qui res aliorum adminiſtrant: quas ſanè non adminiſtrant, cùm eos ſpoliant? An potius dicemus eum qui ſuo nomine poſsit adquirere, eundem repudiare poſſe, niſi prætor impediat: qui autem alieno adquirat, repudiare non poſſe?

p quia alienam repudiaret, quod non permittitur, *l. 1. §. 1. inf. de ſucceſſ. edict.*

q & agnoſcere, *l. 7. C. qui admitti.*

r Repudians alienat.

ſ adde *l. 5. C. qui admitti.*

t *l. 1. l. 9. ſup. de iur. & facti ignor.*

u *v. l. 9. §. 5. ſup. de iuris & facti ignor.*

x *v. l. 2. in fin. inf. quis ordo.*

y *l. 11. ſup. de author. tutor.*

z Imò ſemper: quippe fiſcus vltimus admittitur *l. vn. §. pen. C. de caduc. toll. Nouell.* 1.

a Quid? An differentia eſt fiſci & Reipublicæ? *v. l. Reipublic. 4. C. quib. ex cauſ. maiores.* b Cur hæ perſonæ potius admittentur quàm aliæ? Iure quodam ſpeciali videntur admitti. igitur & facilius excludi, *l. eius militis 34. §. militia 1. ſup. de teſtam. milit.* c Similitudo hæreditatis & bonorum poſſeſsionis. d & ita, Eiuſdem iuris ſunt hereditas & bonorum poſſeſsio, *l. 3 in fin. inf. vnde leg. v. l. 2. ſup. eod. & v. Cuiac. 5. ad Afr. in pr.* f à principe vel Senatuſconſ. *v. Cuiac. ib.* g Capitalis pœna, mors aut aquæ & ignis interdictio, *l. 28. infr. de pœnis.* adde *l. 2. inf. de public. iud. l. ſi verò, 5. §. qui pro rei. ſup. qui ſatiſdare.* h Atqui certi eſſe non poſſunt, quoties facto alieno falſum teſtamentum dicitur, *l. cùm falſum 46. ſup. de adq. hered.* Proferebatur hic teſtamentum factum certa die: qua die certus ſum abfuiſſe, teſtatorem, vt quia cum illo eadem die alibi fuerim adde *l. Pannonius 86. §. rei 5. ſup. de adquir. hered. l. optimam. 14. in fi. C. de contr. ſtipul.*

a Imò non videtur agnouiſſe, agendo inofficioſi, *l. poſthumus 6. §. quemadmodum 7. ff. de inofficioſo, l. Antiſtius 62. ſup. de adq. her.*

b hoc ipſo ſcil. quod falſum accuſauit, *l. 3. C. de repudiand.*

c Imò, per matrem adquiritur filio dominium. *arg. l. 25. ff. depoſiti.*

d adde *l. 24. inf. ratam rem.*

e *v. l. 1. C. qui admitti.*

f hic titulus generalis eſt ad omnes teſtati ſucceſſiones. Cuiac. *hic in ſuis paratitlis.* Idem tamen negat vllos eſſe in Pãdectis titulos generales 7. *obſ.* 32.

g liberis ſcil. præteritis potiſsimum bonorum poſſeſsione contra tabulas data, *Cuiac. hic.* Olim dicebatur *Proferentur, Cicer. 1. in Verrem*, hodie *extabunt.* Sufficit enim extare, licèt non proferantur, *l. 1. §. 1. inf. ſecund. tab.*

h *l. 1. §. 1. ff. de his quæ in teſt. l. 10. in fin. ff. teſtam. quemadmod. l. 2. l. 11. C. de teſtam.*

i Scriptum propriè dici non poteſt quod ſenſu non percipitur, adde *l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delentur.*

k Inſtrumentum plenum initio ac non cancellatũ edi ſeu exhiberi ſufficit: nec mutatur eius authoritas, ſi poſt cancellatum exhibeatur *l. vlt C. de fide inſtrum.*

l quá Ecloga vocat ἀγχιθύρ. 40. *tit.* 1.

m An hæc bonorum poſſeſsio facti vel iuris eſt? Accurſius facti tantum eſſe putat, vt ad fructus percipiendos, tantummodò proſit: non vt verus efficiatur hæres per bonorum poſſeſsionem. contrà Bartolus iuris eſſe exiſtimat, *l. vlt. §. ſed ſi, § tale, C. de curat. furioſi.*

n Quid? hæc bonorum poſſeſsio eſtne iuris vel facti? iuris *l. 1. §. infanti. 15. C. de iure delib.* adquirit enim bonorum poſſeſsionem quæ eſt iuris & ad hæredes ſuos tranſmittit.

o Ius petendæ bonorum poſſeſsionis, furioſo nunquam deperit adde *l. 12. ff. de bon. poſſeſſ.* p *v. l. 2. C. qui admitti.* q *v. d. l. 2. l. 3. ff. quis ordo in bonorum poſſ.*

r huiuſmodi cautionis neceſsitas remiſſa videtur. *l. vlt. §. vlt. C. de curat. furioſi.* Bartolus putat, curatorem cauere non cogi: ſubſtitutum cogi.

ſ *l. 93. §. 1. ſup. de adquir. hered.* t Probari hæc vitia poſſunt ex ipſis actibus, *Bart.*

u Imò non poſſunt: curatoribus enim reguntur, *l. 2. ſup. de curator. furioſi.* non poſſunt ſi penitus ignorent quid agatur: alias poſſunt, *l. ſeruo 65. §. ſi pupillo 3. ſup. ad Treb.* x quam Prætor liberis pollicetur. 6. *C.* 12. 40. *Ecl.* 3. y *Vlp.* 28. §. 3.

z & ſic præteriti. a iuſtè.

3 ¶ Sed etſi ab hoſtib. *a* poſtliminio redierint filij: Pomponius putat, ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem eos admitti.

4 ¶ Si ex trib. filiis vnus ab hoſtibus captus ſit: duobus, qui ſunt in ciuitate, beſsis bonorum poſſeſsio competit.

5 ¶ Idem & in poſtumo. nam quamdiu poſtumus ſperatur, in ea cauſa eſt, vt partem faciat.

6 ¶ Et ſui iuris factos liberos inducit in bonorum poſſeſsionem prætor. ſiue igitur emancipati ſunt, ſiue aliàs exierunt de patris poteſtate, admittuntur ad bonorum poſſeſsionem, ſed adoptiui patris non poteſt. vt enim admitti poſsit, ex liberis *b* eſſe eum oportet.

7 ¶ Qui habebat filium, habebat & nepotem ex eo: filium emancipauit, & adoptauit in locum nepotis, deinde emancipauit. quæritur, an nepoti obſtet? & mihi magis videtur, hunc nepotem non excludi, ſiue pater eius in adoptione manſiſſet quaſi nepos, ſiue emancipatus eſſet: puto enim, & emancipato patre, nepotem quoque cum patre ſuo ex edicto admitti.

8 ¶ Filium habuit, & ex eo nepotem, filius emancipatus vel in poteſtate manens, deportatus eſt. quæritur an nepoti noceat. & verius eſt, in vtroque caſu nepotem admittendum: deportatos enim mortuorum *c* loco habendos. *d*

9 ¶ Si & pater & filius deportati ſint & ambo reſtituti: dicemus ad bonorum poſſeſsionem admitti filium. Sed & ſi filius in metallum damnatus, vel alia pœna, quæ ſeruum efficit, reſtitutus ſit: nihilo minus admittetur: ‖ aliter non ‖

2. *Hermogenianus* ‖lib. 3. Iuris Epitomarum.‖

IDémque eſt, & ſi pater pœna ‖&‖ ſeruus afficiatur, & poſtea reſtituatur *e*.

De emancipatis & eorum liberis. 1. De nepote adoptato in locum filij, & in eo iure retento, vel emancipato. 5. De filio emancipati. 6. Si emancipatus præteritus arrogandum ſe dederit. 7. Si nepotem auus filio. 8. Vel filius auo in adoptionem dederit. 9. Si pater peruenerit in adoptiuam familiam, filius non. 10. De liberis qui iure inſtitui non poſſunt. 12. Si quis ex liberis. 13. Sub conditione. 14 Quæ in ipſius poteſtat e non eſt. 15. Vel ſeruus eius ſit hæres ſcriptus. 16. De legato.

3. *Vlpianus* ‖libro 39. ad Edictum.

NOn *f* tantum autem ipſi emancipati admittuntur ad bonorum poſſeſsionem, verum etiam hi quoque qui ex his nati ſunt.

1 ¶ Si duos habens nepotes, alterum emancipatum loco filij adoptauerit: videndum, an ſolus ille quaſi filius admittatur, quod ita ſeil procedit, ſi, quaſi patrem eius nepotis, quem retinuerat, ſic adoptauerit. melius eſt autem dicere, poſſe eum ſolum ad bonorum poſſeſsionem peruenire.

2 ¶ Sed ſi ſit hic nepos emancipatus, verum eſt dicere, non admitti eum quaſi filium. hic enim quaſi filius non *g* eſt ex liberis, cùm iura adoptionis emancipatione finita ſint.

3 ¶ Si filium habens, & ex eo nepotem, in locum filij nepotem adoptauero, ambo admittentur. planè ſi fuerit *h* emancipatus nepos, non admittetur: quia pater eum præcedit.

4 ¶ Si quis poſt emancipationem quæſitum ſibi filium patri ſuo in adoptionem dederit in locum filij, æquiſsimum eſt, ei præſtari quod cuiuis adrogato filio, idcircóque patri ſuo iungendus eſt. ſed ſi emancipatus hic nepos poſt adoptionem proponatur, æquiſsimum erit eum abſtinere. recipit enim locum ſuum, nec debet patri ſuo iungi.

5 ¶ Si *i* emancipatus filius, vxore *k* non ex voluntate patris ducta filium fuerit ſortitus, dein nepos, patre iam mortuo, ad bonorum poſſeſsionem aui velit venire: admittendus eſt ad eam. non enim per reſciſsionem is, qui filius iuſtus eſt, efficietur non filius, cùm reſciſsio, quo magis ‖admittatur,‖ non quo minus, adhibeatur. nam etſi tam ignominioſam *l* duxerit vxorem filius, vt dedecori ſit tam ipſi, quàm patri, mulierem talem habere: dicemus & ex ea natum, ad bonorum poſſeſſ. aui admitti. cùm poſsit auus iure ſuo vti, eúmque exhæredare *m*. nec enim minus in hoc nepote is, qui de inofficioſo cogniturus eſt, merita *n* nepotis, quàm patris eius delicta perpendet.

6 ¶ Si emancipatus filius præteritus, ante petitam bonorum poſſeſsionem adrogandum *o* ſe dederit: amittit contra tabulas bonorum poſſeſsionem.

7 ¶ Si quis filio ſuo emancipato *p* nepotem, quem ex eo retinuerat, dederit in adoptionem, nepos iſte ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem aui‖ ſui admittitur, patre eius antè defuncto: quia *q* in eius eſt familia. quia & ipſe admitti potuit ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas.

8 ¶ Idemque eſt, & ſi emancipatus filium, quem poſt emancipationem quæſierat, patri ſuo in adoptionem dederit & deceſſerit. nam & hic nepos iſte ad bonorum poſſeſſ. patris ſui admitti debet, quaſi non ſit in alia familia.

9 ¶ Si pater *r* alicuius peruenerit *ſ* in adoptiuam familiam, filius non, an patris ſui in adoptiua familia mortui bonorum poſſeſſ. accipere poſsit? Et arbitror, humaniorem eſſe hanc ſententiam, vt filius hic: quamuis non ſit in eadem familia in qua pater, ad bon. poſſeſſ. tamen eius admittatur.

10 ¶ Liberi, qui inſtitui hæredes iure † non poſſunt *t*, nec *u* contra tab. bonorum poſſeſſ. petere poſſunt. Hæc autem verba, *inſtitui non poſſunt*, ad mortis *a* tempus referuntur.

11 ¶ Si quis ex liberis hæres ſcriptus ſit, ad contra tabulas bonorum poſſeſſ. vocari non debet. cùm enim poſsit ſecundum tabulas habere poſſeſsionem, quò *b* bonum eſt ei contra tabulas dari? Planè, ſi alius *c* committat edictum; & ipſe ad contra tabulas bonorum poſſeſſ. admittetur.

12 ¶ Sed ſi ſub *d* conditione ſcriptus ſit, bonorum poſſeſsionem contra tabulas accipere non poteſt: & ita Iulianus quoque libro viceſimotertio digeſtorum ſcripſit. Quid ergo, ſi *e* defecerit conditio: verum eſt, eum contra tabulas accipere bonorum poſſeſsionem.

13 ¶ Si ſub ea conditione filius emancipatus hæres ſit inſtitutus, quæ in ipſius poteſtate non *f* eſt: quia ſcriptus hæres eſt, bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas accipere poteſt, & debet: nec contra tabulas poteſt. & ſi fortè defecerit conditio, tuendus erit à prætore in tantum, quantum ferret, ſi contra tabulas bonorum poſſeſsionem accepiſſet.

14 ¶ Sed etſi nepos *h* ſub huiuſmodi conditione ſcriptus ſit hæres, idem *i* erit dicendum.

15 ¶ Si quis ex liberis non ſit ſcriptus hæres, ſed ſeruus eius ſcriptus ſit, eumque iuſſerit adire hęreditatē: denegari ei debet bonorū poſſeſsio contra tabulas.

16 ¶ Idémque eſt, & ſi legatum *k* relictum ſibi vel ſeruo ſuo elegerit: nam & hic dicemus, bonorum poſſeſsionem contra tabulas debere denegari.

Si quis hæres extiterit vel non. 1. De nepote ex filio in poteſtate & ſequentibus gradibus. 2. De teſtamentis fœminarum. 3. De præteritione poſtumi, & inſtitutione iam nati.

4. *Paulus* libro 41. ‖ad Edictum. ‖

ILlud notandum eſt quod bonorum poſſeſsio contra tabulas, quæ liberis promittitur, locum habet *l*, ſiue quis hæres extiterit *m*, ſiue non *n*. & hoc eſt, quod dicimus, *contra ipſum teſtamentum o liberis* competere bonorum poſſeſsionem, quod in patrono contra *p* eſt.

1 ¶ Si *q* quis filium, quem in poteſtate habuit, inſtituerit hæredem, vel exhæredauerit, & *r* ex eo nepotem omiſerit, bonorum poſſeſsioni locus non eſt: quia non eſſet nepos ſuus hæres futurus.

¶ Eadem ſunt & in ſequentibus gradibus.

2 ¶ Ad teſtamenta fœminarum *ſ* edictum contra tabulas bonorum poſſeſsionis non pertinet: quia ſuos *t* hæredes non habent *u*.

3 ¶ Si quis eum, qui in vtero eſt, prætermiſerit: etiam nondum nato eo, alius qui hæres inſtitutus eſt, bonorum poſſeſſ. contra tabulas admittere poteſt: quia iniquum eſt, neque quaſi ſcriptum poſſe petere bonorum poſſeſsionem, quamdiu *x* contra tabulas peti poteſt: nec contra tabulas, quamdiu non naſcitur præteritus: vt, etſi antè moriatur, bonorum poſſeſsionis beneficium ad hæredem tranſmittat. quod maximè neceſſarium eſt in filio emancipato ſcripto hęrede: qui nec hæreditatem interim adire poteſt.

5. *Iulianus* ‖libro 24. Digeſtorum. ‖

SEd & ſi deceſſerint, antequam *y* peterent bonorum poſſeſsionem: non eſt iniquum *z*, prætorem decernere, hęredibus eorum ſaluum fore commodū bonorum poſſeſsionis ſecundum tabulas, vel cōtra tabulas.

De filio & nepote, & emancipatione, & adoptione.

6. *Paulus* ‖libro 41. ad Edictum.‖

SI emancipatus filius nepotem procreauerit *a*, & ita deceſſerit, deinde auus eius: nepos *b* ad aui bonorum poſſeſsionem venire poteſt.

1 ¶ Quod ſi ‖&‖ filium & nepotem emancipauerit: viuente quidem filio nepos non veniet: poſt mortem autem eius, ad bonorum poſſeſsionem aui veniet.

2 Nepote quoque ſolo emancipato, & auo mortuo, deinde patre eius, nepos præteritus accipiet patris bonorum poſſeſsionem: quia ſuus hæres eſſet futurus *c* patri, ſi poteſtate aui non exiſſet.

3 ¶ Filio emancipato ſi nepos retentus ſit, & vtrique præteriti: vtrique accipient bonorum poſſeſsionem.

4 ¶ Si filius emancipatus, in adoptiua familia nepotē ſuſtulerit *d*: ne nepos † quidē ad bonorum poſſeſsionem aui naturalis veniet. Sed etſi emancipatus filius

a l. 1. §. 17. inf. de collat.
b l. 3. §. 2. inf. eod. §. 12 in fin. Inſt. de hered. quæ ab inteſt.
c Deportatus mortui loco habetur, l. 63. §. 10 ſup. pro ſocio l. 29. §. 5. in fin. ſup. de lib. & poſth. l. 4. §. 2. infr. de bon. libert.
d Imò, non ſunt habendi, l. 59. ſup. de cond. & demon. l. 5. §. 1. }. de bon. damn. l. 121. §. 2. }. de verb. oblig.
e At enim is qui aliqua ratione ſeruus factus eſt, cognationem non recipit, l. 7. infr. vnde cognati.
f admittuntur autem ipſi, §. 3. Inſt. de exhæred. liberorum.
g l. 1. §. 6. ſup. eod.
h l. 1. §. 6. infr. de coniungend.
i v. Cuiac. in hunc §. 3 obſeru. 5.
k Nepos (ex filio meo, qui non eſt voluntate mea duxit vxorem) filio meo ſeu patre eius præmortuo, poteſt ad bonorum poſſeſsionem aui, hoc eſt, meam venire.
l adde l. 12. ſup. de ſponſal. l. 25. ſup. de ritu, Nouell. 115. c. 3. vide 2. Gell 7.
m ergo multò magis filiam non dotare, vide l. 19. ſup. de ritu.
n v. l. 19. C. de inofficioſo.
o §. 12. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt.
p Patri ſuo emancipato, filius dari in adoptionem poteſt.
q Datus in adoptionem non extraneo l. 6. in fi. }. eod. ſed ex ſua familia vni poſſeſsionem contra tabulas habet, vt hic.
r id eſt, is de cuius bonis agitur.
ſ Factum patris filio non nocet, l. 14. l. 17. in fin. l. vlt. }. eod. l. 2. §. 5. inf. ad Tertull.
† id eſt, vtiliter in rem ſuam & vtilitatem.
t vt ſunt deportati, l. 1. C. de hæred. inſtit.
u Non eſt locus contra tabulas, vbi ſecundùm tabulas bonorum poſſeſsio haberi poteſt.

a Qui mortis tempore inſtitui non poteſt, nec contra tabulas petere poteſt.
b quod bonum eſt Hal.
c qui aliàs non admitteretur. Et ſi interdum facto alterius cóſequimur, quod ex noſtra perſona non habemus, l. 3. in fin. ſ[...] quæ res pignori.
d Etiam ſub conditione heres (ni[...] deficiat conditio) ſcriptus, contra tabulas poſſeſsionem non poſtulat. hinc colligere videtur Bartolus, Iucarationem iniuſtam iuſta cauſa ſuperueniente cófirmari.
e dixi l. 14. }. [...]
f Etiam ſcriptus heres ſub conditione non poteſt [...]tiua, heres ſcriptus eſt.
g l. 2. §. 1. }. ſecund. tab.
h Nihil intereſt ipſi ſimus ſcripti an perſonę iuri ſubiectæ hęredes ſcriptæ ſint, [...] contra tabulas [...]ceamur, vt hic §. 14. }. eod.
i v. Cuiac. ad l. 2. ſup. de lib. & poſth.
k Legatarius contra tabulas bonorum poſſeſſ. non petit.
l κατά γε διαθήκας [...] quippe datur contra ipſum teſtamentum 40. Eclog. 43.
m i. ſiue qui[...] res adierit, ve[...]
n ſenſus eſt, [...] aditam hęreditatem competere filio contra tab. bonorum poſſeſsionem, quod n[...] eſt: nam ante [...]tam hęreditatem filio non comp[...] querela inoff[...] l. 8. § 10. inf. de inoff. cauſa differentię vide Bartolum hic.
o id eſt, etiam nullus ſeu aduerſarius.
p nec enim pa[...] patronus contra tabulas liberti petit bonorum poſſeſsionem, niſi hęreditas ſit adita.
q Synopſis Baſil. con 40. tit. [...]
r l. 1. §. 6. inf. coniungendis [...] emancip.
ſ l. 15. C. de inoff.
Fœminę ſuos hęredes non habent. u nec enim in poteſtate liberos habent aut habere poſſunt §. 3. in fin. Inſt. de hæred. qualit. l. 13. }. de ſuis & legitimis. vel[...] habent tales quę contra tabulas habeant: vel pręteritio materna habebatur [...] exhęredatione, l. 3. C. de inoff. exhęredatis autem non datur contra tabulas [...] 8. inf. ſed hodie hoc corrigitur. Nou. 1. §. exheredatos. Auth. ex cauſa præteritionis, C. de liberis præteritis.
x l. 5. inf. eod. l. 84. ſup. de adquirend. hæred. l. 12. inf. de Carbon. l. 3. §. 10. }. de ſuis & legitimis.
y l. 2. }. de coll. z aliàs regulariter, bonorum poſſeſsio, vel hęreditas non ad[...] vel non agnita non tranſmittitur, vide hic Accurſ.
a non idem ſi adoptauerit, §. 3. Inſt. de hæred. ab inteſt.
b adde de nepote, l. 7. inf. eod.
c §. 3. §. vlt. inf. eod.
d l. 3. inf. de coniungendis.
† hodie videtur is venir[e] nepos in ſuam virilem, d. l. 3. in fin.

procreatis

procreatis nepotibus in adoptionem ſe dederit, vt eum filij ſequantur, idem erit.

¶ Planè ſi is, qui apud adoptiuum auum procreatus eſt, emancipatus ſit: veniet ad bonorum poſſeſſionem aui naturalis.

¶ Adoptio tamdiu nocet quamdiu quis in familia aliena ſit. cæterum emancipatus ad bonorum poſſeſſionem parentium naturalium venit: ſed emancipatus viuis eis, non etiam poſt mortem ‖ eorum. ‖ hoc enim verius eſt, poſt mortem eorum emancipatum non admitti.

7. *Idem* ‖ libro 14. ad Edictum Prouinciale. ‖

SI retentus fuerit in poteſtate *a* nepos *b* filio emancipato; admittitur *c* nepos, viuo auo, ad patris bonorum poſſeſſionem.

De exhæredatis. 4. De exhæredato, & inſtituto. 5. De præterito à primo gradu & exhæredato à ſecundo. 6. Si quis ſe exhæredem ſcripſit. 7. De arrogatione exhæredati. 8. De poſtliminio. 10. De datis in adoptionem, quam partem inſtitutus accipit contra tabulas.

8. *Vlpianus* ‖ libro 40. ad Edictum. ‖

NOn putauit prætor exhæredatione *d* notatos *e* & remotos ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem admittendos: ſicuti nec iure ciuili teſtamenta parentum turbant. ſanè ſi velint inofficioſi *f* querelam inſtituere, eſt in ipſorum arbitrio.

1 ¶ Aliqua parte tabularum exhæredem ſcribi non ſufficit: ſed eo gradu, contra quem petitur bonorum poſſeſſio. vnde ſi *g* à primo gradu exhæredatus ſit filius, à ſecundo præteritus, & primo gradu ſcripti non petierint bonorum poſſeſſionem: poterit contra tabulas accipere bonorum poſſeſſionem.

2 ¶ Non quæuis exhæredatio ſummouet filium à contra tabulas bonorum poſſeſſione, ſed quæ ritè *h* facta eſt.

3 ¶ Si ab vno ex heredibus ſit filius exhæredatus, Marcellus libro 9. Digeſtorum ſcribit, filium non *i* videri exhæredatum: idcirco contra tabulas bonorum poſſeſſionem peti poſſe contra vtrumque heredem.

4 ¶ Si exhæredatus ſit filius, & inſtitutus: obtinente eo gradu, in quo inſtitutus eſt. puto commiſſo edicto ab alio filio, contra tabulas eum bonorum poſſeſſionem petere poſſe.

5 ¶ A primo gradu *k* præteritus eſt filius, à ſecundo exhæredatus: ſi ‖ in ‖ primo gradu ſcripti non *l* ſint in rebus humanis mortis tempore teſtatoris: dicendum eſt, contra tabulas bonorum poſſeſſionem præteritum petere non poſſe, hereditas enim in ſecundo gradu verſatur, non in primo, ex quo neque adiri hereditas, neque bonorum poſſeſſio peti poteſt.

¶ Sed ſi poſt mortem teſtatoris deceſſerint heredes ſcripti: idem Marcellus putat contra tabulas bonorum poſſeſſionem ſemel natam competere *m*.

¶ Sed etſi defecerit conditio inſtitutionis: adhuc tantundem dicit, præteritum ab eo gradu filium contra tabulas bonorum poſſeſſionem petiturum.

¶ Idem ſcribit etſi poſtumus, qui inſtitutus fuit, non fuerit natus. nam adhuc contra tabulas bonorum poſſeſſionem competere filio Marcellus ait.

6 ¶ Si quis ſua manu *ſe exhæredem* ſcripſit *n*: an contra tabulas bonorum poſſeſſionem poſſit accipere, videamus? Et Marcellus libro 9. digeſtorum, nocere ei hanc exhæredationem ait. quia † ſenatus hoc pro non ſcripto non facit, quod contra eum eſt *o*.

7 ¶ Si quis emancipatum filium exhæredauerit, eúmque poſtea adrogauerit: Papinianus lib. 12. quæſtionum ait, iura naturalia in eo præualere. idcirco exhæredationem nocere.

8 ¶ Sed in extraneo *p* Marcelli ſententiam probat, vt exhæredatio ei adrogato poſtea non noceat.

9 ¶ Poſtliminio autem reuerſo filio, dicendum eſt exhæredationem antè factam nocere.

10 ¶ Si filium in adoptiua familia conſtitutum pater naturalis exhæredauerit, deinde ſit filius emancipatus: nocebit ei exhæredatio.

11 ¶ In adoptionem datos filios non *q* ſummoueri prętor voluit, modo heredes inſtituti ſint: & hoc iuſtiſsimè eum feciſſe Labeo ait. nec enim in totum extranei ſunt. ergo ſi fuerunt heredes ſcripti, accipient contra tabulas bonorum poſſeſſionem. ſed ipſi ſoli non committent *r* edictum, niſi fuerit alius præteritus ex liberis, qui ſolent committere edictum. Sed ſi ipſe ſcriptus non ſit, ſed alius qui ‖ ei ‖ adquirere hereditatem poteſt: non eſt in ea cauſa, vt eum ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas admittamus.

12 ¶ Vt autem admittantur ad bonorum poſſeſſionem: ex *ſ* liberis eſſe eos oportet. cæterum ſi adoptiuum filium dedi in adoptionem, & heredem ſcripſi: commiſſo per alios edicto, bonorum poſſeſſio contra tabulas ei non dabitur.

13 ¶ Datur autem ei, qui in adoptiua familia eſt, contra tabulas bonorum poſſeſſio, ſi eo gradu heres ſcriptus ſit, contra quem peti poteſt bonorum poſſeſſio.

14 ¶ Non eſt nouum, vt emancipatus *a* præteritus plus iuris ſcriptis heredibus fratribus ſuis tribuat, quàm habituri eſſent, ſi ſoli *b* fuiſſent. quippe ſi filius, qui in poteſtate patris eſt, ex 12. parte heres ſcribatur emancipato præterito, dimidiam partem beneficio emancipati occupat: qui, ſi emancipatum fratrem non haberet, 12. partem habiturus eſſet. Sed ſi ex parte minima ſit heres inſtitutus, non pro ea parte, qua inſtitutus eſt, tuendus eſt commiſſo *c* edicto: ſed amplius per bonorum poſſeſſionem habere poteſt.* prætori *d* enim propoſitum eſt, cùm contra tabulas bonorum poſſeſſionem dat, eas partes vnicuique liberorum tribuere, quas *e*, inteſtato patre mortuo in hereditate habiturus eſſet, ſi in poteſtate manſiſſet. & ideo ſiue emancipatus, ſiue is qui in poteſtate manſit, ſiue in adoptionem datus ex minima parte heres ſcriptus ſit: non redigitur ad eam portionem, ex qua inſtitutus eſt, ſed virilem accipit.

De datis in adoptionem.

9. *Gaius* ‖ lib. 14. ad Edictum Prouinciale. ‖

VTrum autem pater adoptiuus viuit, an defunctus eſt, nihil intereſt. nam hoc ſolum quæritur, an in adoptiua familia ſit.

4. De liberis qui contra tabulas habere non poſſunt. 5. De exhæredatis. 6. De his qui propter alios contra tabul. poſſeſſ. bonor. petunt.

10. *Idem* ‖ libro 40. ad Edictum. ‖

SI poſt mortem teſtatoris heres inſtitutus filius in adoptionem ſe dederit, bonorum poſſeſſionem contra tabulas accipere poteſt *f*: quia ſcriptis heredibus inſtituti non ſolet nocere adoptio.

1 ¶ Si filius in adoptionem datus auo materno, heres inſtitutus ſit à patre naturali: commiſſo per alium edicto, magis eſt, vt bonorum poſſeſſionem accipere poſſit. nec enim exigimus, vt adeat hereditatem: ſed ſufficit, vt ei delata ſit, adquirique poſſit.

2 ¶ Si in adoptionem datus, poſteaquam iuſſu *g* patris adoptiui hereditatem adiit, emancipatus fuerit: poteſt *h* contra tabulas *i* bonorum poſſeſſionem accipere *k*: hereditatémque ipſe potius habebit, quàm pater adoptiuus.

3 ¶ Illud notandum eſt, quod & ſi adierit hereditatem in adoptionem datus, contra tabulas ei datur. alias autem ſi quis legatum,* ſi quis portionem *l* ſibi datam adgnouerit: à contra tabulas bonorum poſſeſſione repellendus eſt.

4 ¶ Liberi, qui contra tabulas habere non poſſunt, nec partem faciunt, ſi per alios committatur edictum quò enim bonum eſt eis fauere, vt partem faciant, nihil habituris?

5 ¶ Exhæredati liberi quemadmodum edictum non committunt: ita nec commiſſo per alios *m* edicto *n*, cum illis venient ad bonorum poſſeſſionem. vnaque *o* eis querela ſupereſt, ſi de inofficioſo dicant.

6 ¶ Hi, qui propter *p* alios contra tabulas bonorum poſſeſſionem petunt, non expectant vt præteriti bonor. poſſeſſionem accipiant. verùm ipſi quoque bonorum poſſeſſionem petere contra tabulas poſſunt.* cùm *q* enim ſemel beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admiſsi: iam non curant, petant illi, nécne, bonorum poſſeſſionem.

De dato in adoptionem. 1. De diuiſione bonorum poſſeſſionis.

11. *Paulus* ‖ libro 41. ad Edictum. ‖

SI in adoptionem datus, ſub conditione ſcriptus ſit heres à naturali patre: alio committente contra tabulas edictum, & ipſe veniet. ſed ſi defecerit conditio, repellitur ab ea poſſeſſione. Idem puto & in eo, qui purè quidem, ſed non iure ſcriptus ſit heres.

1 ¶ Exemplo iuris legitimi *r* & bonorum poſſeſſio contra tabulas diſtribuitur. igitur nepotes ex vno filio vnam partem habebunt.

De iure accreſcendi. 1. De filio exhæredato in priore teſtamento, & præterito in poſteriore.

12. *Gaius* ‖ libro 8. ad Edictum Prouinciale. ‖

SI duobus filiis, & ex altero filio duobus nepotibus bonorum poſſeſſio competat, & alter ex nepotibus non petat, pars eius fratri † adcreſcit. Si vero ex filiis alter non petat, tam fratri, quàm nepotibus, id prodeſt. námque tunc duo ſemiſſes fiunt, ex quibus alterum filius, alterum nepotes conſequuntur.

1 ¶ Si prius teſtamentum extet iure factum, quo filius exhæredatus eſt, ſequens imperfectum, in quo præteritus ſit filius, poſteriore teſtamento præteritus

rectè

a aui.
b de nepote, adde *l. 6. ſ. eod.*
c Cur? quia ſuus futurus erat patri ſuo, ſi pater non fuiſſet emancipatus.
d Exhæredatis non datur bonorũ poſſeſſio contra tabulas: imo ne quidem iure ciuili teſtamenta parentium turbant. ſi tamen velint, poſſunt de inofficioſo experiri.
e *Syn. Baſ.* 40. *tit.* 3. *c.* 7. *l. vlt. ſ. de liberis.* Infamiæ ſpecies exhæredatio. *l.* 20. *ſ. eod. l. 1. ſ. de coniungendis cum emancipato liberis.*
f *l.* 23. *ſ. de inoffic.*
g Quid ſi à primo præteritus, à ſecũdo exhæredatus? An contra tabulas dabitur, vel non dabitur? *vide hic. Bart.*
h ſolenniter, *Accurſius*, adde *Damhauderium in Enchiridio Parium, in verbo*, inutilis maritus.
i *l.* 3. *§.* 2. *ſuprà de liberis.*
k id eſt. ab inſtitutis, adde *l. 1. §. 7. ſ. de ventr. in poſſ. mit.*
l vt bonorum poſſeſſio contra tabulas peti poſſit, ſufficit bonorum poſſeſſionem peti vel hereditatem adiri potuiſſe poſt mortem defuncti.
m in quem? An cõtra inſtitutos in ſecundo gradu? An contra ipſum teſtamentum? *v. l. 4. ſup. eodem.*
n id poteſt accidere filio patri obtemperanti *l. 22. in fin. ſ. de falſis.*
† Scribere inſtrumentum pro ſe, licet quis prohibeatur: cõtra ſe tamen ſcribere non prohibetur.
o An & id quod pro ſcribente? fingamus Titium ſe filio teſtatoris tutorem adſcripſiſſe? vtique ſuſpectus eſt ideóq; non admittetur vt teſtamẽtarius: dari tamen & confirmari inuitus à prætore poterit nec excuſationem habebit. *l. 18. in fi. ſ. de falſis.*
p *l. 132. in fin. pr. ſ. de verb. oblig.*
q *l. 10. ſ. eod. l. 1. §. 12. ſ. de ventr.*
r Committere edictum dixit, vt paulo poſt.
ſ Bonorum poſſeſſio vnde liberi propriè ac directè, non datur parentibus. dixi ad *tit. C. vnde liberi.*

a *l. 1. §. 3. ſ. de coniungendis.*
b inſtituti ſcil.
c Commiſſum edictum, *vt §. 11. ſuprà eod.* committere edictum.
d prætoris, *al.*
e *l. 11. in fin. l. 13. §. 2. ſ. eod.*
f nec enim in totum extranei ſunt: ſufficit eos heredes inſtitutos eſſe, *l. 8. §. 11. ſup. eod.*
g Iuſſus patris adoptiui excuſat filium, adeo vt licet agnouerit teſtamentum, poſſit tamen venire contra tabulas: Cur? vt ſibi quęrat potius quam patri. At hodie ſibi proprietatem adquirit & conſequenter hæc lex correcta: *Azo & Bart.*
h Cur? iuſſu patris adoptiui adiit coactus. vide quæ ſcripſi ad *l. 14. infr. eodem.*
i commiſſo per alium edicto.
k patris naturalis.
l idem dicendum eſt in eo qui legatum elegit. *l. 3. in fin. ſ. eod. l. 5. §. 2. ſ. de leg. præſt.*
m non exhęredatos ſcil.
n vtpote quia pręteriti.
o Imo præter querelam quę hic eis competere dicitur, videntur admitti ad ſucceſſionem ab inteſtato, *l. vlt. ſup. de liberis.*
p beneficio aliorum, *vt ſ. eo. l. 3. §. 11. ſ. eo. l. 14. ſ. eo.*
q Beneficio, quod habeo propter te, poſſum aduerſus alium vti te inuito, *Bart.* Imo & ſine te, & beneficio ipſo tibi ſublato. Pone enim ea priuilegia Capuæ cõceſſa ab Imperatore, quę Romę: pone priuilegia Romæ vrbis extincta? Capuæ ſua priuilegia ſarta & integra permanebunt. vide Caſtrenſem *in l. omnia priuilegia 33. C. de epiſcopis.*
r id eſt, Quo ordine hereditas, defertur iure ciuili, eodem & bonorum poſſeſſio, *l. 1. §. 1. ſ. eod.*
† ſoli ſcil. non patruis. Cõiunctio in legatis, duobus modis fit. Interdũ enim plures vocantur ad idem ex eadem diſpoſitione, diuerſa tamen ratione: interdum eadem ratione. Hi ius adcreſcendi habent, illi non habent. Cur? illi ex eadem ratione ſunt coniuncti.

recte petet bonorum poſſeſsionem *a*, ſi *b* remoto quoque filio potiores ſunt in ea hereditate, poſteriore teſtamento ſcripti heredes: & ita ius habet, vt cum is, contra quem filius petit bonorum poſſeſsionem, amoto filio poſsit obtinere hereditatem, filius quoque rectè videatur petere bonorum poſſeſsionem: ſi verò ille non poſsit obtinere hereditatem, filius quoque excludatur.

De prædiis & ſeruis hereditariis & omni iure. De nepote dato in adoptionem. 2. De diuiſione bonor. poſſeſſ.

13. *Iulianus* ‖ lib. 23. Digeſtorum. ‖

CVm *c* emancipatus bonorum poſſeſsionem contra tabulas accipit, ſcriptus *d* heres ei hereditatem petenti cogendus eſt, & prædia & ſeruos hereditarios præſtare. omne enim ius transferri æquum eſt, quod per cauſam hereditariam ſcriptus heres nanciſcitur, ad eum, quem prætor heredis *e* loco conſtituit.

1 ¶ Qui duos filios, & ex altero eorum nepotem habebat, eum in adoptionem dedit, & heredem inſtituit præterito altero filio. quæritur, quid in his ſeruari debeat, vtrum in partem patris ſui admittatur, an virilem portionem habeat? Reſpondi: In adoptionem datus nepos, & heres ſcriptus, quamdiu pater eius aut in poteſtate aut emancipatus eſt, non poteſt contra tabulas bonorum poſſeſsionem accipere. ſed & ſi pater eius, antequam bonorum poſſeſsionem acciperet, deceſſerit: non admittitur *f* nepos ad bonorum poſſeſsionem.

2 ¶ Si pater emancipato filio præterito, heredes ſuos ſcripſerit, filium, quem in poteſtate habebat, & alterum, quem in adoptionem dederat, ex quo duos nepotes in familiâ reliquerat, qui & ipſi teſtamento præteriti ſint: bonorum poſſeſsionem pro parte *g* tertia emancipatus, pro parte tertia is, qui in poteſtate remanſit, pro parte tertia qui in adoptionem datus eſt, & filij eius ſimul habebunt: ita vt ſextans patri, ſextans nepotibus cedat.

3 ¶ Si pater ex duobus filiis alterum habentem filios emancipauerit, & vnum ex nepotibus, quem antè emancipauerat, in locum filij adoptauerit, prætérito deinde emancipato deceſſerit: æquius erit, nepoti, qui in locum *h* filij venerit, ſuccurri. & in tres partes hereditatem deduci: vt vnam habeat, qui in poteſtate remanſerit: alteram nepos adoptatus in locum filij, tertiam emancipatus cum filio ſuo qui nepotis loco fuerit. Sed etſi, mortuo filio alter ex nepotibus in locum filij adoptatus fuerit: tres partes in bonis fient. cum ſit æquius, eum qui in locum filij adoptatus eſt, non minus habere, quàm ſi non ex numero nepotum, ſed extraneus adoptatus eſſet.

De eo qui iudicium defuncti approbauit. 1. De nepote ex filio dato in adoptionem, vel emancipato & adrogato.

14. *Africanus* ‖ libro 4. *i* Quæſtionum. ‖

SI duobus filiis emancipatis, alter heres inſtitutus ſit, alter præteritus: ſi inſtitutus adierit: quamuis verbis edicti parum expreſſum ſit: tamen, non poſſe eum petere bonorum poſſeſsionem, reſpondit: quia iudicium patris ſecutus ſit. nec enim emancipatum, ſi legatum acceperit *k*, admitti ad bonorum poſſeſsionem: ſiue ab heredibus inſtitutis, ſiue ab his qui contra tabulas petierint, acceperit.

¶ Sed *l* illud obſeruandum, vt prætor eum, qui heres inſtitutus adierit in eam partem, qua ſcriptus ſit, tueri debeat: dum tamē non *m* ampliorem, quàm habiturus eſſet, ſi bonorum poſſeſsionem accepiſſet, vt hactenus deteriorem cauſam ſuam fecerit: quòd, ſi ex minore parte ſit inſtitutus, eam duntaxat retinere poſsit, & quod *n* extraneis *o* quoque legata præſtare cogatur.

¶ Quod ſi is qui in poteſtate eſt, heres inſtitutus ſit: quoniam neceſſarius heres ſit *p*: non aliud dici poſſe, quàm & ipſum petere poſſe bonorum poſſeſsionem, ſi modo hereditati ſe non immiſcuerit. tunc *q* enim, quia iudicium patris comprobaſſe videtur, "in" eodem *r* loco, quo emancipatum, haberi debere.

1 ¶ Filius in adoptiua familia, vxore ducta, filium ſuſtulit, eúmque poſt mortem patris adoptiui emancipauit. hunc nepotem contra tabulas aui naturalis decreto *ſ* poſſe petere bonorum poſſeſsionem, reſpondit *t*.

¶ Item ſi filius emancipatus, ſublato filio & emancipato, adrogandum ſe dederit, & mortuo adoptiuo patre deceſſerit: & contra patris & contra aui tabulas ex decreto hunc admitti, minimè dubitari debere: ne alioquin ab omnium bonis excluderetur.

De emancipato præterito, qui doli exceptionem heredi oppoſuit.

15. *Marcianus* " lib. 5. Regularum. "

SI præteritus filius emancipatus exceptionem doli mali agenti heredi patris oppoſuerit *u*, de eo quod

a poſſeſsionem. Si remoto, *Hal.*
b μὴ ὑπόντος υἱοῦ. Viglius ex Baſilicis ita reſtituit, nō ſubexiſtente filio, *v. Viglium*, §. *ex eo autem ſolo. inſtit. quib. mod. teſtam.*
c *Syn. Baſ.* 40. *tit.* 3. *cap.* 9.
d *ſub.* extraneus, *l.* 1. §. 3. ℐ. *de collation.*
e nam in omnibus vice heredum bonorum poſſeſſores habentur, *l.* 2. ℐ. *de bon. poſſ.*
f nec per ſe, quia eſt inſtitutus: nec per alium, quia nemo eſt qui poſsit committere in edictum, cum alteri ſit ſubſtitutus, *Accurſ.* adde *l.* 8. §. 13. ℐ. *eod.*
g quam habet ab inteſtato, *v. l.* 8. *in fin.* ℐ. *eod.* Sicut igitur emancipatus per edictum de coniungendis, coniungitur nepotibus in poteſtate retentis, ita & filius in adoptionem datus, alio committente edictum filiis ſuis coniungitur.
h adde *l.* 3. §. 4. ℐ. *eodem.*
i *vide Cuiac.* 4. *ad Afric. fol.* 56.
k ſecus eſt, ſi perierit: & antequam acceperit pœnitentiam egerit, *l.* 8. ℐ. *de bon. libert.*
l *v. l.* 3. §. 11. ℐ. *eo.*
m pone in dodrante fuiſſe inſtitutum.
n *l.* 16. *in fin.* ℐ. *de leg. præſtan.*
o imò, certis tantum, *l.* 15. §. 1. *verſ. ſed ſi ſcriptus.* ℐ. *tit. pro.* 1. *v. Cuiac. ibid.*
p ita legendum eſt, non *fit*, & Græci ita exprimunt, ἐπειδὴ ἐκ διαθήκης ἀναφαίνεται, *v. Cuiac.* 4. *ad Afr. ibi.*
q ſi hereditati ſe immiſcuit.
r vt bonorum poſſeſsionem contra tabulas non petat.
ſ id eſt, data ei decreto bonorū poſſeſsione contra tabulas aui naturalis. quia viuo auo naturali, à patre ſuo naturali emancipatus fuit, licet ab auo adoptiuo nunquam fuerit emancipatus, *Cuia. ibid.*
t nam ſi excluditur à bonis patris, & ab aui bonis excluditur: quia per patrem bona aui conſequitur, *l.* 10. §. 1. ℐ. *de bon. libert.*
u atqui videtur exceptio doli non poſſe obiici heredibus patris, *l.* 4. §. 16. *infra de doli mali.*

patri debuit: non poſſe eum contra tabulas bonorum poſſeſsionem petere exiſtimo: nam hoc *a* ipſo quaſi repudiauit bonorum poſſeſsionem. quòd ita intelligendum eſt, ſi heredem petentem debitum noluerit filius repellere illa exceptione, *Si non contra tabulas bonorum poſſeſsio filio dari poteſt.* ſed magis doli exceptione vſus eſt.

Si filius emancipatus nepoti in poteſtate relicto fideicommiſſam hereditatem reliquerit.

16. *Pomponius* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

SI emancipatus filius nepoti in poteſtate aui relicto ab extraneo herede fideicommiſſam hereditatem, ſi liberatus aui poteſtate fuiſſet, reliquiſſet: ſi ſuſpectus auus ſit, quaſi conſumpturus bona nepotis: non eſſe ei dandam bonorum poſſeſsionem.

Si pater filio emancipato ſe dederit in adoptionem.

17. *Vlpianus* " lib. 35. ad Sabinum. "

SI *b* pater *c* ſe dederit in adoptionem, nec ſequatur eum filius, emancipatus ab eo antea factus: quia in alia familia ſit pater, in alia filius: bonorum poſſeſsionem contra tabulas non *d* poteſt filius eius habere: & ita Iulianus ſcripſit. Marcellus autem ait, iniquum ſibi videri, excludi eos à bonorum poſſeſsione, cùm pater ſe dedit in adoptionem: vbi enim filius non datur in adoptionem, at pater ſe dat: nullum patrem filio adſignat. quæ ſententia non eſt ſine ratione.

De conditionali exheredatione vel inſtitutione. 1. De legato, fideicommiſſo, mortis cauſa donatione.

18. *Hermogenianus* ‖ lib. 3. Iuris Epitomarum. ‖

‖ SEd ‖ ſub conditione exhæredatus, contra tabulas bonorum poſſeſsionem petet, licet ſub conditione heres inſtitutus à contra tabul. bonorum poſſeſsione excludatur. certo *e* enim iudicio liberi à parentium ſucceſsione remouendi ſunt.

1 ¶ Ei *f*, qui contra tabulas bonorum poſſeſsionem accepit, tam legati, quàm fideicommiſsi exactio, ſed & mortis cauſa donationis retentio denegatur. nec intereſt, per ſemetipſos, an per alium quæratur.

Si heres extitit vel non.

19. *Tryphoninus* " libro 15. Diſputationum. "

QVod vulgo dicitur *g liberis datam bonorum poſſeſsionem contra lignum h eſſe*, ſic intelligendum eſt, vt ſufficiat extitiſſe tabulas mortis tempore patris, ex quibus vel adiri hereditas, vel ſecundum eas bonorum poſſeſsio peti potuit: quamuis *i* neutrum eorum poſtea ſecutum ſit, vel ſequi potuit. nam ſi vel omnes inſtituti ſubſtitutique ante teſtatorem deceſſerint, vel is ſcriptus heres fuit, cum quo teſtamenti factio non fuit: peti contra tabulas inane eſt, quæ ſine effectu foret.

De ſuo exheredato & emancipato præterito.

20. *Idem* ‖ lib. 19. Diſputationum. ‖

FIlium, quem *k* in poteſtate habebat, exheredauit *l*. emancipatum præteriit *m*. quæſitum eſt, quatenus emancipatus bonorum poſſeſsionem habiturus ſit. Dixi, ſi ſcripti heredes extranei adierint hereditatem, repellendum eſſe filium qui manſit in poteſtate: quod ſi hi repudiauerint hereditatem, quod facilè ſunt facturi, nihil laturi ex hereditate propter eum, qui contra tabulas accepit bonorum poſſeſsionem: filius ab inteſtato patris ſuus heres deprehendetur: emancipatus autem petens contra tabulas bonorum poſſeſsionem, ſolus habebit bonorum poſſeſsionem.

¶ Sed cum exhæredatio *n* non † adita hereditate ex teſtamento, nullius ſit momenti; ideóque non obſtare eam, nec quo minus contra tabulas ‖ libertorum ‖ patris accipiat bonorum poſſeſsionem. Iulianus rectè reſpondit: ne teſtamentum per omnia irritum ad notam *o* exhæredationis ſolam profeciſſe videatur: redit res ad inteſtati exitum, vt aduerſus filium ſuum ex aſſe heredem ab inteſtato patre emancipatum prætor in parte dimidia tueatur.

¶ Erit ergo venale beneficium ſcripti heredis, extranei: vt, cum ipſe iure hereditatis *p* nihil ſit conſecuturus, adeundo repellat filium in poteſtate relictum, præſtétque aſſem emancipato filio iure contra tabulas bonorum poſſeſsionis: ſi autem omiſerit hereditatem, in portionem bonorum exhæredatum effectum *q* admittet iure factum ſolum ſuum heredem.

¶ Sed quemadmodum prætor emancipatum tueatur, ſi adita *r* non fuerit hereditas: ita nec filius, qui in poteſtate remanſit, aditione adhibita in totum expellendus erit: ſed ad hereditatis *ſ* petitionem admittendus eſt ex cauſa inofficioſi querelæ contra emancipatum mouendæ.

1 ¶ Videamus *t* tamen iſto caſu quo vtrique ad bona patris veniunt, an ei conferre debeat emancipatus. nam neque ex hac parte edicti verbis id facere cogitur, vnde contra tabulas accepit bonorum poſſeſsionem (quę inter eos, quibus ita bonorum poſſeſsio dabitur, caueri de collatione ab emancipato iubet. iſte enim, qui manſit in poteſtate, quod exhæredatus nominatim fuit, non eſt vocatus ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas) neque ex illa parte edicti, qua, inteſtato patre mortuo eman

a Hereditati renuntiare videtur, qui ſibi debitum ſibi exigit, *l.* 2. *ſupr. de condict. indeb.*
b *Syn. Baſ.* 40. *tit.* 3. *c.* 13.
c de cuius ſucceſſione agitur, *l.* 3. §. 9. ℐ. *eod.*
d hanc negationem omittunt Græci.
e certo iudicio liberi à parentium ſucceſsione remouendi, *vt hic* certo id eſt, non ſub conditione, ſed purè.
f Qui contra tabulas bonorū poſſeſsionem accepit, legato, fideicommiſſo, mortis cauſa donatione priuatur, *l.* 2. *ſupr. de his quæ vt indignis.*
g adde *l.* 10. *in fi.* ℐ. *tit. prox.*
h id eſt, contra lígneas teſtamenti tabulas, non contra heredem, Lignum enim tabulas dicimus, *de quo v. Cuiac.* 11. *obſer.* 14. adde *l.* 4. ℐ. *eod.*
i v. in hunc locum Antonium Fabrum 2. *coniect.* 19. *circa finem.*
k adde *l. vlt.* ℐ. *de liberis, l.* 13. ℐ. *de doli mali excep.*
l pater ſcil.
m adde, & extraneos inſtituit.
n Exhæredatio, non adita hereditate ex teſtamento, nullius eſt momenti.
† *v. l.* 12. §. 5. ℐ. *de bon. libert.*
o Exhæredatio, notæ ſpecies, *l.* 8. ℐ. *eod.*
p ciuili, quod emancipatos non agnoſcit, §. 9. *Inſt. de hered.* ℐ. *quæ ab inteſt.*
q effectu admittit, *Cuiac.* 3. *obſer.* 1. id eſt, in effectu. v. Reuardum 4. *Variar.* 8.
r *l.* 8. § 10. ℐ. *de inofficioſo.*
ſ Actio de inofficioſo eſt petitio hereditatis, quæ ex cauſa inofficioſi teſtamenti datur, *vt hic. l.* 10. *ſup. de inofficioſo, l. ſi quis filium* 34. *C. de inoffic. l.* 3. *C. de pet. hered.*
t *vide l.* 1. *Cod. de inoffic.*

tuo eman

tuo, emancipatus ad bonorum poſſeſsionem admiſſus, ad collationem compellitur, quia & ſi frater ab inteſtato heres ſit, emancipatus tamen non inde *a* accepit bonorum poſſeſſionem? Et vereor *b*, ne hactenus filio ſuo profuerit factum heredis ſcripti non adeuntis: vt eum ad portionem admitteret bonorum paternorum, non etiam eorum, quæ emancipatus propria habuit: & hoc ſit conſequens illi: quòd cùm ex minore parte ſcriptus à patre hæres relictus in poteſtate, admiſſo fratre emancipato ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem eius beneficio *c* plus conſequatur, quamuis edicti verbis collatio inducatur ex mente prætoris denegandam ‖ eam ‖ reſpondetur: multo magis autem huic conferri non oportet: quia & à patre exhæredatus, à prætore ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas non vocatus, occaſione omiſſæ hæreditatis à ſcripto hærede nihil habituro propter delatam emancipato à prætore contra tabulas bonorum poſſeſſionem, nomen *d* ſui hæredis adeptus ‖ eſt. ‖

2 ¶ Legata tamen ex parte ſua iſte emancipatus liberis & parentibus præſtare cogetur, non *e* ſolida, ſed diminuta in dimidium *f*, quod relinquitur manenti in poteſtate. Sed nec aduerſus eum conſtituendæ actionis legatorum ratio eſt, qui merito iure inteſtato heres extitit. Sed qui accepit contra tabulas bonorum poſſeſſionem, etiam ſi non fuerit adita hereditas à ſcripto, præſtat legata ea parte teſtamenti data, contra quam bonorum poſſeſſio accepta eſt.

¶ Erit ergo melior hoc caſu conditio in familia *g* relicti filij, quàm foret ſi exhæredatus non eſſet.

De filio dato in adoptionem vel emancipato & nepote in poteſtate retento. 1. De adoptato à filio emancipato.

21. *Modeſtinus* ‖ lib. 6. Pandectarum. ‖

SI is qui filium, & ex eo nepotem in poteſtatem habebat, filium in *h* adoptionem dedit nepote retento in poteſtate, poſtea filius emancipatus à patre adoptiuo, deceſſit extraneis heredibus *i* ſtitutis: filius huius, qui in poteſtate aui remanſit, contra tabulas patris ſui bonorum poſſeſſionem petere poterit: quamuis nunquam in poteſtate huius fuerit. ideo nec debuiſſe in poteſtate eſſe videtur. nam ſi aliter obſeruatur, nec ſi emancipatus filius fuerit, nepos ex eo qui in poteſtate aui remanſit, bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere poterit.

1 ¶ Idémque iuris eſt, ſi emancipato filio, nepos ex eo in poteſtate aui remanſerit, & poſtea patri ſuo in adoptionem datus fuerit. i. contra tabulas aui bonorum poſſeſſionem petere poterit: quia per adoptionem aliena familia non fuerit.

2 ¶ Sed ſi emancipatus filius meus adoptauerit extraneum filium: is, qui adoptatus eſt, filius contra tabulas meas bonorum poſſeſſionem petere non poterit: quia nunquam *i* nepotis loco apud me fuit.

DE LEGATIS PRÆSTANDIS, CONtra tabulas bonorum poſſeſſione petita. *k*

TIT. V.

De æquitate huius tituli. 1. De gradu & ſexu parentium & liberorum. 2. De datis in adoptionem, de adoptiuis. 3. De poſthumis.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

HIC titulus æquitatem *l* quandam habet naturalem, & ad aliquid nouam: vti qui iudicia patris reſcindunt per contra tabulas bonorum poſſeſſionem, ex iudicio eius quibuſdam perſonis *m* legata & fideicommiſſa præſtarent: hoc eſt liberis & parentibus, vxori, nuruíque dotis nomine legatum.

1 ¶ Generaliter autem parentes *n* & liberos prætor excepit: nec gradus liberorum parentiúmve enumerauit: in *o* infinitum *p* igitur *q* eis præſtabitur.

¶ Sed nec perſonas proſecutus eſt: vtrùm ex virili ſexu, an ex fœminino deſcendant. Quiſquis igitur ex liberis, parentibúſque fuerit: ad legati petitionem admittetur: ſed ita demum, ſi iura cognationis ſunt inter eos.

2 ¶ Liberos autem etiam eos ad legatorum petitionem admittimus, qui in adoptionem dati ſunt, vel etiam [in] adoptiuis, dummodò maneant liberi.

3 ¶ Poſtumis liberis legata relicta vtique præſtabuntur.

2. *Iulianus* ‖ lib. 23. Digeſtorum. ‖

ET ideo ſi prægnante vxore filius emancipatus fuerit, bonorum poſſeſſionem contra tabulas acceperit, legatum nepoti *r* præſtare debebit.

De mortis cauſa donationibus. 1. De liberis, parentibus, fratribus, ſororibus. 2. Si ipſis parentibus liberiſve relictum ſit aut ſubiectæ iuri eorum perſonæ. 3. De coniunctis. 4. De fideicommiſſo coniunctæ perſonæ. 5. Vel extranei. 6. De modo. 7. De legatis vtiliter vel inutiliter datis.

.6. ℑ. de dotis collat.
b de hac voce dixi ad *l. 45. in fin. ℑ. de ritu.*
c *l. 1. §. 4. ℑ. col.*
d Exhæredatione ſuorum nomen amittit. hinc colligit Cuiacius *Nouell. 1. l. 1. §. poſt ſuos, ℑ. de ſuis.* eoſdem inter legitimos, ob eam cauſam non vocari: Imò & legitimorum nomen amittere, cùm qui non ſunt ſui, nec legitimi ſint, *l. ſcripto, 7. inf. vnde liberi.* Quinimo inter extraneos non vocari, quia nominatim ſubmoti ſunt hæreditate: vt ea ratione peior ſit exhæredatorum, quàm extraneorum conditio. Nam extranei veniunt contra mentem teſtatoris, conſtitutionis beneficio: exhæredati veniunt contra verba. Quid igitur? inter quos vocari poſſunt? Inter legatarios & fideicommiſſarios forſitan, ſi quid eis legatum fuerit: quia bonis omnibus excluſi non ſunt, & quod aufertur non tam his perſonis adiicitur, quàm bonis aliis defuncti quæ ad eos pertinent poſſunt inter ſubſtitutos vocari, ſi ſubſtituti ſint, licet expirauerit ſubſtitutio, quia & hos hæreditate non omnino excluſit teſtator, quos ſi non primo, ſecundo gradu ad hæreditatem inuitauit.
e *l. 10. §. 2. ℑ. de legatis præſtandis.*
f Legata pro dimidia præſtat emancipatus coniunctis perſonis: ſuis, non ita. *Bart.*
g vide Ræuardum *5. Variar. 1.*
h *l. 3. §. 9. ſup. eo.*
i *l. 10. §. 8. ſuprà, de in ius voc.*
k ex æquitate aliàs, ex ſummo iure, reſciſſo teſtamento per contra tabulas neque legata neque libertates debentur, *l. 8. §. 6. ℑ. de inoff.*
l Tituli ab æquitate interdum commendantur *l. 1. ℑ. tit. prox.*
m liberis & parentibus, *l. 1. C. contr. tab.*
n *l. vlt. in fi. ℑ. cod.*
o *l. 4. in fi. ℑ. de in ius voc. l. 56. l. 220. ℑ. de ver. ſig.*
p Imò, ad tritauũ vſque, *l. 10. §. 7. ℑ. de gradibus.*
q Generalia generaliter intelligenda ſunt.
r adde *l. vlt. ℑ. eo.*

3. *Vlpianus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

SEd & ſi mortis cauſa donationes ſunt collatæ, credo, tuendæ ſunt. ſi autem excepti non ſunt, auferendas eis puto mortis cauſa donationes.

1 ¶ Liberis autem tantum & parentib. prætor proſpexit: non etiam fratri, & ſorori conſeruabit *a* legatum.

2 ¶ Hoc autem ſolum debetur, quod ipſis parentibus relictum eſt, & liberis. cæterùm ſi ſeruo *b* eorum fuerit adſcriptum, vel ſubiectæ iuri eorum perſonæ, non debetur. nec enim quærimus, cui adquiratur: ſed cui *c* honos habitus ſit.

3 ¶ Sed & ſi coniunctim ei fuerit legatum relictum cum eo, cui non præſtatur: ſua tamen † portio ei conſeruabitur.

4 ¶ Item ſi quis ex his perſonis rogatus ſit reſtituere extero, quod ſibi relictum eſt: dicendum, non eſſe legatum præſtandum: quia *d* emolumentum ad eum non reſpicit.

5 ¶ Sed ſi proponas, extero legatum, rogatúmque eum præſtare hoc alicui ex liberis parentibúſque: conſequenter dicemus, præſtari debere.

6 ¶ Hoc amplius, & ſi extraneo relictum ſit ſub hoc modo, vt alicui ex liberis præſtet: æquiſſimum erit dicere non debere ei prætorem denegare actionem.

7 ¶ Ea autem legata ſola præſtant, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipiunt, quæ vtiliter data ſunt. verùm idcirco non debentur, quòd filius contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipit.

4. *Iulianus* ‖ lib. 23. Digeſtorum. ‖

CVm propter hoc plerumque *e* ſcripti hæredes omittant hæreditatem, cùm ſcirent *f* emancipatum aut petiiſſe, aut petiturum contra tabulas bonorum poſſeſſionem.

De tabulis pupillaribus. 2. De bonorum poſſeſſ. contra tabulas. 5. Si legatum ſit liberis & extraneis. 6. De portione hæreditatis conſeruanda. 7. Vſque ad quam quantitatem ſuccurritur. 8. De portione hæreditatis conſeruata.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

FIlium quis impuberem hæredem ſcripſit, eique ſubſtituit: emancipatum autem filium præteriit. deinde vterque filius acceperunt bonorum poſſeſſionem. legata ſunt etiam *g* ſubſtituto impuberis relicta; non tantùm liberis & parentibus, verum etiam extraneis. quæritur an, mortuo impubere, cogatur ſubſtitutus ea præſtare? Et ſi quidem ab impubere relicta ſunt: ſolis liberis, parentibúſque præſtanda ſunt. ſin verò (à) ſubſtituto impuberis: omnibus eum præſtare oportet, habita ratione legis Falcidiæ: ſcil. vt partis dimidiæ, quæ ad eum ex bonis patris peruenit, quartam (i. totius aſſis ſeſcunciam *h*) retineat.

1 ¶ "Quod" ſi impubes ex vncia duntaxat inſtitutus heres fuerit; magis eſt, ſemiſſem *i* vſque legata præſtaturum, habita ratione legis Falcidiæ: licet enim ex vncia fuerit impubes inſtitutus: tamen, quod acceſſit, augebit legata à ſubſtituto relicta.

2 ¶ Omnibus autem liberis præſtari legata prætor voluit, exceptis his liberis, quib. bonorum poſſeſſionem prætor dedit ex cauſis ſupra ſcriptis. nam ſi dedit bonorum poſſeſſionem: non putat legatorum eos perſecutionem habere. Conſtituere igitur apud ſe debet, vtrùm contra tabulas bonorum poſſeſſionem petat, an verò legatum perſequatur. ſi elegerit *k* contra tabulas, non habebit legatum: ſi legatum elegerit, eo iure vtimur, ne petat bonorum poſſeſſionem contra tabulas.

3 ¶ Si quis contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit, deinde poſtea apparuerit, eum ex his liberis non fuiſſe, qui eam bonorum poſſeſſionem accipere poſſunt: ex his tamen eſſe, quibus legata præſtantur: obtinuit, non eſſe ei denegandam petitionem legatorum: ſiue ordinariam *l* bonorum poſſeſſionem petierit, ſiue Carbonianam.

4 ¶ Non ſolùm autem legatum denegatur ei *m*, qui bonorum poſſeſſionem accepit: verumetiam ſi quid aliud ex voluntate acceperit. Cui conſequens eſt, quod Iulianus ſcripſit, ſi fratri ſuo impuberi ſubſtitutus ſit, acceperitque contra tabulas bonorum poſſeſſionem, denegari ei perſecutionem hereditatis fratris impuberis mortui: cui à patre ſubſtitutus eſt.

5 ¶ Si legata fuerint relicta liberis & extraneis: licet vtrorumque præſtatio Falcidiæ locum faceret, legatáque liberorum recideret, tamen nunc ob hoc, quòd extraneis non præſtantur, legata liberorum augentur *n*.

6 ¶ Sed & ſi portio hereditatis fuerit adſcripta ei, qui ex liberis parentibúſve eſt: an ei conſeruanda ſit, vt ſolent legata? Et Iulianus ſæpiſſimè ſcripſit, in portione *o* quoque hæreditatis idem, quod in legato, prob ndum. cuius ſententia reſcripto Diui Pij comprobata eſt: cùm hæreditates *p* non modò honeſto titulo, ſed & pleniore *q* honore tribuantur.

7 ¶ Ad

a al. conſeruabit.
b *l. 23. inf. eo.*
c hoc ideo adiecit: quòd veteres honori ducebant, ſi quantumlibet modicum ſibi ſupremo morientis iudicio relinquebatur, *l. 5. §. 6. inf. eo. l. 52. §. 2. ℑ. de iudiciis.* Cicer. *pro Quintio.* Heredem reliquit hunc Quintium, vt ad quem ſummus mœror morte veniebat, ad eundem ſummus honor quoque perueniret. Idem *pro Cæcinna.* vſumfructum omnium bonorum ſuorum Coponiæ legauit, Magnus honor viri, iucundus mulieri fuiſſet ſi diuturnum eſſe licuiſſet. Quintilianus *in declamationibus.* Inſtitutus primo loco heres: non facio iſtius honoris controuerſiam. *Valer. 7. c. 7.* Conſideremus teſtamenta, quæ honorem hæreditatis transferunt. Per contrarium iniurioſum atque turpe putabant parentum teſtamento præteriri *l. 8. l. 20. ℑ. eo. l. 8. ℑ. de inoffic.* vnde probri loco Cicero obiicit Antonio, quòd ex amicorum teſtamento nullam accepiſſet hereditatem. *adde Briſſonium 4. ſelectorum 19.*
† v. quæ ſcripſi ad *l. 75. in fin. ſup. de cond. & dem.*
d Imò, ob eam cauſam, & quia excluſus eſt legato, fideicommiſſum præſtare cogitur *l. 41. ſupra ex quib. cauſ. maior.*
e *l. 12. inf. eo.*
f *al.* ſciant.
g *l. 34. in fi. l. 35. ℑ. de vulg. l. 103. in fi ſup. de leg. 3.*
h Seſcuncia, vncia cum dimidia *l. 41. ſup. de vulg.*
i *l. vlt. §. vlt. ſup. de leg. 3.*
k *l. 10. §. 3. ſupra contra tab.*
l edictum, *v. Cuiac. inſt. in fi. de bon. poſſ.* cui opponitur decretalis: de qua dixi *l. 1. §. decretalis 7. inf. de ſucceſſorio edicto.*
m *l. 22. ſup. de vulgari.*
n Imò non augentur *§. vlt. in fi. inf. eod.*
o *v. l. 7. inf. eo.*
p v. quæ ſcripſi ad *l. 3. §. 2. ſup. eo. & ad l. 26. ℑ. ſi quis omiſſa cauſa teſt.* adde *l. 2. C. de neceſſariis hæred. inſt.*
q pleniore onere. *Hal.*

7 ¶ Ad eum autem modum talibus perſonis ſuccurrendum eſt, vt ampliore *a* quidem quàm virili portione hæreditatis data, vſque ad virilem tueantur *b*: in minorem autem eatenus actiones his tribuantur, quatenus ſcriptæ ſint. Idem obſeruatur & circa legata, fidei″ve″ commiſſa, quę his data fuerint, & in mortis cauſa donationibus.

8 ¶ Is autem, cui portio hereditatis conſeruatur, vtrum omnibus, an tantum exceptis perſonis legata cogatur præſtare? Et magis *c* probatur *d*, exceptis perſonis ſolis præſtanda *e*. nec tamen ſolius commodo id cedit. nam ſi legatis onerata ſit portio tam liberorum parentiúmve, quàm extraneorum, id quod *f* extraneis non præſtatur, liberis, parentibúſve profuturum non dubitamus.

¶ Igitur ita demum quod extraneis non præſtatur, communicatur *g* cum *h* eo, qui contra tabulas petit, ſi non legatariis liberis parentibúſque dandum ſit.

De bonor. poſſeſſ. contra tab. & vſque ad quam quantitatem ſuccurritur.

6. *Iulianus* ‖ lib.23. Digeſtorum. ‖

SAluius Ariſto Iuliano ſalutem. Qui filium emancipatum habebat: preterito eo, patrem ſuum, & extraneum hæredem inſtituit, & patri legatum dedit. fi·us contra tabulas bonorum poſſeſſionem petit. quæro, ſi vterque hęreditatem adiiſſet, aut alter ex his, aut neuter, an, & *i* quantum legatorum nomine patri debeatur? Reſpondit: Sæpe *k* animaduerti, hanc partem edicti, qua emancipatus accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, liberis & parentibus legata præſtare iubetur, habere nonnullas reprehenſiones. nam ſi dodrans legatus fuerit, plus habiturus eſt is, cui legatum erit, quàm emancipatus. decreto itaque iſta temperari debebunt: vt hæreditatis partem emancipatus præſtet, ita, ne ſcriptus hæres amplius habeat, quàm emancipatus: & legatorum modus temperetur, vt nihil *l* plus ex legatis ad aliquem perueniat, quàm apud emancipatum bonorum poſſeſſionis nomine remanſurum eſt.

7. *Tryphoninus* ‖ lib.16. Diſputationum. ‖

NAm, ſecundùm conſtitutionem Diui Pij ad Tuſcium Fuſcianum Numidiæ legatum, placuit, parentes & liberos hæredes quoque inſtitutos tueri *m* vſque ad partem virilem exemplo legatorum. ne plus haberent ex inſtitutione tales perſonæ, quàm ad eum peruenturum eſſet, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit.

Quæ ſit virilis portio. 1. De portione hæreditatis & legato eidem relictis. 2. De libertatibus. 3. De vxore & nuru.

8. *Vlpianus* ‖ lib.40. ad Edictum. ‖

VIrilis portio *n* quemadmodum accipienda ſit, videamus, pone duos eſſe, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipiunt. vnum eſſe ex liberis, parentibúſque, virilis tertia erit portio: ſed ſi tres ſunt, qui contra tabulas acceperunt, quarta erit virilis, hoc idem & in legatis obſeruabitur.

¶ Sed ſi vnus ſit ex liberis, qui accepit contra tabulas bonorum poſſeſſionem, plures ſint, qui ex liberis parentibúſque legata acceperunt: ſic hoc accipiendum eſt, vt filius præteritus ſemiſſem habeat, cæteri omnes, qui ſunt ex liberis parentibúſve, ſemiſſem.

1 ¶ Si quis ex liberis parentibúſque & hęres inſtitutus ſit, & legatum acceperit: vtrùm tantum portionem ei conſeruamus, an verò & legatum, an alterutrum, quod elegerit: & magis eſt, vt vtrumque *o* conſeruetur. ſed ſic, ne amplius *p* in vtroque quam virilem habeat.

2 ¶ Si adierit hęreditatem is, cui virilis conſeruatur: libertates competent *q* ex neceſſitate per aditionem. verumtamen videndum eſt, an de dolo actione teneatur, qui adit, & magis eſt vt, ſi denunciante eo, qui præteritus accepit contra tabulas bonorum poſſeſſionem, hic adiit hæreditatem. pollicente eo portionem virilem; ſit quod ei imputetur. & de dolo actione teneatur. damno enim adficit hæreditatem, dum competunt libertates.

3 ¶ Si quid vxori, nuruíque fuerit legatum præter *r* dotem: accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione non præſtabitur.

4 ¶ Nurus *ſ* autem appellatione & pronurum cæteráſque contineri nulla dubitatio eſt.

5 ¶ Cùm autem dotis *t* nomine legatur, non puto, ad virilem, vxorem, nurúmve redigendam *u*: cùm mulier iſta ad æs alienum veniat.

6 ¶ Non ſolùm autem dotem prælegatam prætor complectitur, verum etiam ſi pro dote aliquid fuerit relictum. vtputa ſi dos in rebus ‖ ſit ‖, & pro rebus ei quantitas relinquatur: vel contra: dum tamen hoc non minetur, quod pro dote relinquitur.

De gradibus heredum.

9. *Paulus* ‖ lib. 41. ad Edictum. ‖

SEd etſi plus ſit in legato, quàm in dote, dabitur illis actio.

10. *Vlpianus* ‖ lib.40. ad Edictum. ‖

SEd etſi pro dote ex parte *a* aliqua eandem hæredem ſcripſerit, tuendam eſſe puto.

1 ¶ Eſſe autem vxorem mortis tempore exigemus. Si nurui dotem prælegauerit, eáque mortis tempore nupta ſit, nullum legatum eſt: quia dos nondum debeatur. ſed cùm & conſtante matrimonio aduerſus hæredes ſoceri dabitur actio: dicendum eſt, etiam pręlegatę dotis petitionem dari debere.

2 ¶ Non omnia, quæ ab omnibus gradibus relicta ſunt, legata pręſtare eum oportet, qui contra tabulas petit: ſed ea ſola *b*, quæ in eo gradu data ſunt, contra quem bonorum poſſeſſionem accepit. Sed nonnunquam contra alium quidem gradum petita eſt bonorum poſſeſſio, ex alio verò legata præſtanda ſunt, vt ecce: duo gradus hęredum facit: emancipatum præteriit: ab vtroque tamen gradu liberis & parentibus legata adſcripſit: ait Iulianus. Si quidem aliquis ex primo gradu viuit: ea legata præſtabit, quæ liberis & parentibus à primo gradu data ſunt. ſin verò nemo viuit eorum, ea quę à ſequenti. Quòd ſi neque *c* ex primo gradu, neque ex ſecundo quiſquam in rebus fuerit humanis, cùm teſtator moritur: tunc ab inteſtato magis bonorum poſſeſſionem prętерito filio competere, nec legata cuiquam pręſtanda. Quòd ſi poſt mortem teſtatoris ante aditam hęreditatem inſtituti deceſſerint, contrà ipſos quidem videri petitum: verumtamen ab eis relicta legata non eſſe pręſtanda, ſed quę à ſubſtitutis relicta ſunt.

11. *Paulus* ‖ lib.40. ad Edictum. ‖

AT vbi inſtitutus & ſubſtitutus viuant, licèt nemo adeat hereditatem, ea tamen legata deberi dicimus, quę ab inſtituto data ſunt *d*.

12. *Vlpianus* ‖ lib.40. ad Edictum. ‖

SIue autem *e* omiſerint inſtituti, ſiue *f* non omiſerint: dicendum eſt, legata, quę ab ipſis relicta ſunt, pręſtanda: quamuis ſecundo gradu inſtituti, omittentibus eis adierint hæreditatem *g*.

13. *Tryphoninus* ‖ lib.2. Diſputationum. ‖

ITem à ſubſtituto legata deberi dicimus, ſi inſtitutus conditione defectus eſſet, quæ in ipſius poteſtate non fuit. nam ſi eam, quæ in ipſius poteſtate fuit, non impleuit, pro eo habendus eſt, qui noluit adire hęreditatem: quando nihil habiturus emolumenti, conditioni meritò non paruerit.

De vno ex emancipatis inſtituto, & altero præterito. 1. De relicto ab vno ex filijs hæredibus.

14. *Vlpianus* ‖ lib.40. ad Edictum. ‖

NOnnunquam contra tabulas bonorum poſſeſſionem quis habet iure *h* ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionis. vtputa hæres inſtitutus eſt emancipatus filius: alius emancipatus pręteritus. inſtitutus accepit contra tabulas bonorum poſſeſſionem, præteritus omiſit apertiſſimum eſt, vt cogatur omnibus *i* perinde legata pręſtare, atque ſi commiſſum edictum non fuiſſet. nec enim occaſio emancipati pręteriti debet inſtitutum lucro adficere *k*, cùm pręteritus iure ſuo *l* non vtatur.

1 ¶ Si ab vno ex filiis herede inſtituto, nominatim alicui ex liberis parentibúſque legatum datum ſit, & acceperit bonorum poſſeſſionem contra tabulas cum aliis: melius *m* eſt probare, omnes *n* qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperunt congendos id legatum pręſtare.

De ſuo præterito, vel inſtituto. 1. De vno ex emancipatis inſtituto, & altero præterito. 2. Vſque ad quam partem hereditatis hæres ſcriptus tuendus eſt. 3. De ea quæ dotem non habet. 4. De legato ſub conditione dandi heredi.

15. *Paulus* ‖ lib.41. ad Edictum. ‖

IS qui in poteſtate *o* eſt, præteritus legata non debebit pręſtare *p*. etſi contra tabulas bonorum poſſeſſionem petierit *q*, quia, & non petita bonorum poſſeſſione, inteſtati hereditatem obtineret. neque enim exceptio doli mali huic noceat, & abſurdum eſt, eum cogi legata pręſtare, quia bonorum poſſeſſionem petierit, cùm & ſine hac hæreditatem habiturus ſit ſuo iure. Vnde ſi duo præteriti ſunt, emancipatus, & is qui in poteſtate eſt: quidam nec *r* emancipatum pręſtare debere legata exiſtimant: quia effectu fratris aufert partem dimidiam: cùm, etſi hic non peteret, ſuus ſolus rem habiturus eſſet.

¶ Quid ergo eſt, vbi prętеritus ſit ſuus? verius eſt quod dictum eſt. Vbi verò ſcriptus eſt, & voluntatem patris habet, debet teneri legatariis, etiam ſi omi

a quam legata, & ſic verbum *legati* ad hereditatem transfertur *l.220. ſ. de ver ſign.*
b *v. l.17. ſ. de iniu.*
c v. quæ ſcripſi ad *l.15. §.5. ſ. eo.*
d i. complures putant *l.15 §.1. ſ. eod.* an omnibus dubito *l.16. in fi. ſ. eodem.*
e ab eo qui adiit.
f *l.46. ſ. de vſufr. & quemadm. l.35. ſ. de vulgari.*
g Imò non communicatur: neque portio liberorum augetur his ipſis quæ extraneis non præſtantur, §.5. ſ. *eod.* An hic dicemus hic non prodeſſe iure adcreſcendi, ſed iure non decreſcendi? An hic prodeſt, quia re coniuncti ibi non prodeſt, quia diſiuncti? An potius hic legatum indiuiduum eſt, ibi diuiduum? An verò hic præſtantur legata ab eo qui cum habeat voluntatem defuncti, ideo magis onerari poteſt: ibi non præſtantur ab eo qui cum bonorum poſſeſſionem contra tabulas petit voluntatem defuncti impugnat.
h Qui ſpeciali iure legatum habet, idem habet ius non decreſcendi, licèt non habeat ius adcreſcendi, *Bart.*
i *v. l.7. infra eo.*
k Regula ſæpe vitioſa. *l.1. l. omnis definitio. ſ. de regulis iuris.*
l Hi, quibus legatum vel portio hereditatis conſeruatur, vltra virilem non admittuntur. *Bart.*
m *l.4. ſ. §.6. ſ. eo. l.8. §.1. infra eo.*
n de qua dictum *ſ. l.6. l.7. ſ. eo.* adde de virili, legem 145. *ſ. de ver. ſign.*
o Imò, non vtrunque habiturus eſt, cum legata præcipua non habeat *l. 22. in fi. ſ. eo.*
p *l.7. ſupra eo.*
q *l.23. §.1. ſ. de manum. teſt. l.26. §.1. ſ. de fideic. libert.* Imò libertates non competunt rupto teſtamento, *l. Papinianus, 8. §. ſi ex cauſa. ſ. de inoffi.* Ibi rumpitur per querelam, hic per contratab. atque ita teſtamentum iure ciuili valet.
r *v. l.1. ſup. eo.*
ſ *l.50. ſ. de verb. ſign.* adde *l.6. §.1. ſ. de gradibus.*
t Dotem legat, non tantùm qui ipſam dotem, ſed & qui certam ſummam aut aliquid pro dote legat, adde *l.10. ſ. eo.*
u cur ita? quia dos relegata extra rationem legis Falcidiæ eſt, vel ideo quòd rem ſuam mulier recipere videtur.

a *l.5. §.6. ſ. eo.*
b *l.20. in fi. ſ. contra tabulas.*
c *l.19. ſ. tit. prox.*
d Cur ita? quia metu præteriti, videntur repudiaſſe: qui ſi adiiſſent, ſubſtitutus excluderetur *l. poſt aditam. 5. C. de impub. & alijs ſubſtit.*
e *l.4. ſ. eod.*
f *ſub.* ſed deceſſerint hæreditate non adita, petita iam bonorum poſſeſſione contra tabulas; per filium.
g Quid ita? metu præteriti inſtitutus omiſit; ideo, qui petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas, ſuccedit in eius locum *l. cum emancipatus 13. ſup. tit. 1.* ideóque quã legata ipſa ſpectabimns, perinde habetur ac ſi inſtitntus non adiiſſet.
h effectu.
i *l.15. §.1. ſ. eo.*
k adficit tamen *l.18. in fi. ſ. tit. prox.* non lucro legatorum, ſed hereditatis, quia hæreditas quaſi debita eſt *l. vlt. C. de codicill.*
l iure ſuo vtatur, *Hal.*
m Imò deterius: æquius eſt enim vt is teneatur, quem teſtator onerauit: vt ea re teſtatoris voluntas ſeruetur *l. in conditionibus 19. ſ. de cond. & dem.* Dic ideo non in ſolidum hic teneri, quod ei certa pars detraheretur, qui (ſi nihil ei detraheretur) in ſolidum teneretur. adde *l. ſi filia 3. ſ. de coll. dot. l. vlt. ſ. de leg. 3.*
n Imò quidam tantum præſtans *l.18. in fin. ſ. eo.*
p *ſub.* etiam exceptis perſonis.
q quod poteſt *l. vlt. in pr. C. de liberis præteritis.* Imò non poteſt ſuus præteritus teſtamentum rumpere per bonorum poſſeſſionem contra tabulas: Nam quod nullũ eſt, rũpi non poteſt *l. quod vulgo 19. ſ. tit. 1.* præteritione verò filij teſtamentum eſt nullum. *inſt. de exhæredat. liber.* dic nullum eſſe iure ciuili, non prætorio, niſi dicas nullum eſſe, niſi per filiũ confirmetur, *l. ſi filio. 17. ſ. de inofficioſo.* Nam qui petit contra tabulas, videtur probare teſtamentum iure ciuili, *l. poſthumo. 2. C. de bon. poſſeſſ. contra tab.*
r Imò emancipatus legata præſtat *l.16. ſ. eod.* An hic locus ſequente corrigitur? An

ſi om[...]erit bonorum poſſeſſionem. 1. ¶ Sed ſi vnus emancipatus hæres ſcriptus ſit, alter *a* præteritus, & vtrique contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperint: [...] inſtitutus eadem *b* præſtat, quæ præteritus. Sed ſi ſolus heres inſtitutus contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit, omnibus *c* debebit legata præſtare, perinde atque ſi adiſſet hereditatem.

¶ Sed ſi ſcriptus *d* quidem adierit hereditatem, preteritus autem bonorum poſſeſſionem acceperit: hic *e* quidem, qui bonorum poſſeſſionem acceperit, certis *f* perſonis legata debebit.

¶ De ſcripto autem quæritur *g*. & complures *h* putant certis *i* perſonis & eum præſtare debere. quod puto verius eſſe. nam & prætor hac ratione eum tuetur, quòd ex liberis eſt, qui contra tabulas petere potuerunt.

2 ¶ Ita autem tuendus eſt in partem dimidiã, ſi aut ex maiore parte quàm dimidia, hæres inſtitutus ſit, aut ex ſemiſſe. quòd ſi ex minore parte quàm dimidia inſtitutus ſit: dicemus non ex maiore parte, quam inſtitutus ſit, tuendũ eum eſſe. qua enim ratione maiorem partem habere poteſt, cùm nec bonorum poſſeſſionem accepit, nec ex maiore parte inſtitutus ſit?

3 ¶ Et, quæ dotem non habet, nullum legatum debebitur *k*, licet ſub prætextu dotis legetur.

4 ¶ Si extraneo herede inſtituto, ſub hac conditione exceptę perſonę legatum ſit, *ſi heredi decem dederit*: ita ei legatorum actio dabitur, ſi ei, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit, dederit: non ſi heredi inſtituto. quia abſurdum eſt, illum commoda hereditatis habere, alium *l* onera ſuſtinere in præſtando legato. ſed & ſi Titio iuſſus fuerit dare, non illi, ſed filio dare debet.

De ſuo præterito & emancipato inſtituto.

16. *Vlpianus* ‖ lib. 4. Diſputationum. ‖

SI *m* duo proponantur eſſe, vnus *n* in poteſtate præteritus, alius emancipatus inſtitutus: apparet commiſſum eſſe edictum per eum, qui in poteſtate eſt, & ambo petiſſent contra tabulas bonorum poſſeſſionem: is quidem, qui in poteſtate manſit, cùm rem ab inteſtato habeat, non præſtabit liberis & parentibus legata: emancipatus verò nunquid nec ipſe pręſtat: quia ei rem auferret qui pręſtaturus non erat, ſi ſolus eſſet: ſed verius eſt, vel hunc ſaltem debere liberis & parentibus pręſtare legata.

¶ Proinde ſi contra tabulas non accepit, dicendum eſt, tuendum eum in partem & vtique liberis parentibúſque legata præſtaturum.

¶ Sed an & omnibus, dubito *o*: tamen quia plena fruatur voluntate, plenum & obſequium pręſtare teſtatoris iudicio pro ſua parte debet.

De interitu rei legatæ.

17. *Iulianus* ‖ lib. 36. Digeſtorum. ‖

SI emancipato filio præterito, pater extraneum heredem inſtituiſſet, & ab eo rem legaſſet: eáque adita hereditate dolo ſcripti heredis periſſet, aduerſus emancipatum vtilis actio dari debebit, ei ſcilicet perſonæ, cui filius legata præſtare cogitur: quia prætori propoſitum eſt, ſine *p* iniuria cęterarum *q* perſonarum bonorum poſſeſſionem contra tabulas teſtamenti dari.

De præteritione filij emancipati inſtitutione nepotis ex eo in poteſtate retenti, & filij ſui, & legato relicto ei nepoti.

18. *Africanus* ‖ lib. 4. *r* Quæſtionum. ‖

NEpos qui in poteſtate manſit, & filius ſuus *ſ* heredes inſtituti ſunt. nepoti legatum dedit. pater eius emancipatus petit bonorum poſſeſſionem. nepos legato contentus eſt? Quidam in eum ſolum, qui in poteſtate eſſet, legati actionem nepoti dandam reſponderunt: quia ei nihil auferatur: & emancipatus partem filij ſui occupet, in qua onus legatorum non conſiſteret. Sed rectius dicetur, in emancipatum ſolum dandam actionem nepoti, & quidem non vltra quadrantem *t*.

19. *Idem* ‖ libro 5. Quæſtionum. ‖

QVia & ſi omnes petiſſent bonorum poſſeſſionem, ſemis nepotis inter eum & patrem eius diuideretur.

De legatis, donationibus cauſa mortis, portionibus hereditarijs.

20. *Marcianus* ‖ lib. 4. Regularum. ‖

SI filius emancipatus contra tabulas bonor. poſſeſſionem petierit, tuendos quidem liberos & parentes conſtat. ſed ſi variè donatum fuerit exceptis perſonis à teſtatore mortis cauſa, pro rata conferent ad virilem emancipato. ſicut accidit in portionibus hereditariis, & legatis.

1 ¶ Inteſtato autem mortuo patre, ſuper donationibus mortis cauſa factis, non † poterit filius queri *u*. quoniam comparatio nulla legatorum occurrit.

de agitur de emancipato præterito, ibi de inſtituto, qui cum patris habeat voluntatem, magis onerari poſſe videtur? vide plura hic apud Bart.

a & ſic duo hic erant liberi.

b Imò, non eadem, *l. 5. ſup. eod.*

c *l. 14. ſup. eo.*

d inſtitutus.

e præteritus.

f non etiam omnibus, *l. 5. l. 14. ſup. contra tabulas.*

g vtrum certis tantum perſonis præſtare debeat legata: an verò omnibus.

g magis probatur, *l. 5. §. 8. ſup. eodem.* & tamen, an omnibus detur, dubitari poteſt, *v. l. 16. in fin. ꝟ. eod.*

i Imò, omnibus etiam extraneis, *l. 14. ꝟ tit. prox.*

k Imò debebitur, *l. 3. C. de falſa cauſa adiecta legato.* An hic certa quantitas non fuit expreſſa: ibi expreſſa? An dotem veram fuiſſe & eſſe oportet, quoties teſtamentum fit irritum per contra tabulas, quòd ad dotem incitetur, tanquam æs alienum: ſecus ſi teſtamentum non ſit irritum per contra tabulas? *v. Bart. hic.*

l vbi lucrum, ibi periculum collocandum eſt, *l. vlt. § 3. in fi. C. de furt.* Conditio implenda in perſona eius qui contra tabulas petiit.

m de quæſtione huius legis, vide Antonium Fabrum *5. coniect. 13.*

p *l. 15. ꝟ. eod.*

o magis probatur. *l. 5. in fin. ſupr. eod.* complures probant, *l. 17. §. 1. ſup. eod.* Ea oratio negatiua magis eſt, quam adfirmatiua, *l. 16. §. 1. ꝟ. de teſt. tutel. l. 3. ſuprà de teſt. milit.* Dubitans negat, *l. 41. ꝟ. ad l. Aquil. vide Cuiac. ad Afric. fol. 57. in fin.*

p *l. 17. C. de legiti. hered.*

q *al.* certarum, ſimilis error eſt in *l. 3. C. de conuenien. fiſci debitoribus & l. 2. ſupr. qui potiores in pign.*

r *v. Cuiac. 4. ad Afric.*

ſ in poteſtate, *l. 6. ꝟ. de iure patronatus.*

t *l. 19. ꝟ. eod. l. 1. §. 11. l. vltim. ꝟ. de coniungendis.*

† hodie poteſt, *l. 3. C. de inoff. donationibus.*

u Azo hæc verba ad bonorum poſſeſſionem, non ad querelam inofficioſi refert.

De portione hereditatis quam excepta perſona habere potuit repudiata.

21. *Papinianus* ‖ lib. 13. Quæſtionum. ‖

SI portio *a* hereditatis, quam excepta perſona beneficio *b* legis habere potuit, repudietur: pro ea quoque parte filius, qui bonorum poſſeſſionem accepit, non aliis, quam exceptis perſonis, legata præſtabit.

De eo quod prælegatum eſt filio heredi ſcripto.

22. *Idem* ‖ lib. 5. Reſponſorum. ‖

BOnorum poſſeſſione contra tabulas teſtamenti præterito emancipato filio data, ſcriptus heres alter filius qui poſſeſſionem accepit, vel iure *c* ciuili contentus non accepit, legata præcipua non *d* habebit.

De ſeruis quibus propter bonorum poſſeſſionem contra tabulas libertas non competit.

23. *Hermogenianus* ‖ lib. 3. Iuris Epitomarum. ‖

HI, quibus vel relictum, vel virilem Diuus Pius conſeruari conſtituit *e*, ex ſeruis qui libertatem propter bonorum poſſeſſionem contra tabulas acceptam conſequi non potuerunt, nihil habebunt.

Quo tempore ſpectatur, an ſit perſona coniuncta.

24. *Tryphoninus* ‖ lib. 16. Diſputationum. ‖

INteruenit illa quæſtio, quando numero liberorum eſſe debeat is, cui legatum datum eſt, vt id ferre poſſit à filio contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipiente? Et placet ſufficere, in ea neceſſitudine tunc eſſe, quando *f* dies legati † cedit.

De filio emancipato exhæredato, nepote ex eo in poteſtate retento, ex parte inſtituto, & altero filio emancipato præterito. 1. De nepote ex filio dato in adoptionem.

25. *Marcellus* ‖ lib. 9. Digeſtorum. ‖

QVi filium emancipauerat, & nepotem ex eo retinuerat in poteſtate, teſtamento filium exheredauit, nepotem ex aliqua parte inſtituit heredem, & alium filium emancipatum præteriit? Poteſt defendi, nepotem quoque bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere poſſe. nam pro ea parte, qua quiſque inteſtato ſuus heres eſſet, ſi pater ſuus heres non eſſet, bonorum poſſeſſio defertur.

1 ¶ Is, cuius filius in adoptione erat, nepotem, quem filius poſtea procreauerat, ſcripſit heredem: emancipatum filium præteriit. num habet nepos ex edicto bonorum poſſeſſionem? tuendus tamen exemplo parentium *g* & liberorum quibus legata præſtare coguntur, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas acceperunt.

2 ¶ Si fortè ex eodem filio retinuerat nepotem vnum, pluréſve, indubitatè pro ea parte tuendus eſt, pro qua parte tuetur, ſi ex filia nepos aut mater defuncti heredes inſtituti eſſent. nam his comparatur.

DE *h* COLLATIONE *i*.

TIT. VI.

Ratio edicti. 1. Inter quos datur collatio. 2. De in integrum reſtitutione. 3. De inſtitutione filij in poteſtate, & extranei. 5. Si incommodo ſuus afficiatur vel non. 6. Si emancipatus iudicium patris meruit. 8. De morte ſui. 9. De cautione. 12. De remiſſione bonor. paternor. De delegatione debitoris paterni. De re data pro portione conferenda. 13. Si vni tantum conferatur, cum duobus deberetur. 14. De adoptione & emancipatione. 15. De peculio caſtrenſi, vel quaſi. 16. De eo quod dignitatis nomine à patre datum eſt, vel debetur. 17. De capto ab hoſtibus. 18. Si legatum ſit emancipato, cum pater morietur 19. Si filio à patre herede, cum morietur, relictum ſit. 20. De dote. 21. De quarta debita ex conſtitutione Diui Pij. 22. De peculio caſtrenſi. 23. De diminutione facta, & acquiſitione omiſſa. 24. De portionibus collationum

1. *Vlpianus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

HIC titulus *k* manifeſtam habet æquitatem *l*: cùm enim prætor ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas emancipatos admittat participéſque faciat cum his qui ſunt in poteſtate bonorum paternorum, conſequens eſſe credit, vt ſua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna *m*.

1 ¶ Inter eos dabitur collatio, quibus poſſeſſio data eſt *n*.

2 ¶ Planè ſi minorem, vel alium quem reſtituere in integrum ſolet prætor, reſtituerit ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas petendam, quam omiſerat: vtique etiam collationis commodum ei reſtituit.

3 ¶ Si ex dodrante fuit inſtitutus filius qui erat in poteſtate, extraneus ex quadrante, emancipatum accipientem contra tabulas, pro quadrante tantum bona ſua collaturum Iulianus ait: quia ſolum quadrantem fratri abſtulit *o*. argumentum pro hac ſententia adfert Pomponius, quod filius emancipatus *p* nepotibus ex ſe natis ſolis conferre cogitur.

4 ¶ Pater

a Legitima.

b hoc edicto de legatis præſtandis.

c id eſt, ſucceſſione iuris ciuilis.

d Imo, habebit.

e *l. 7. ꝟ. eo. l. 3. §. 2. ſup. eod. l. 8. §. 1. ꝟ. eod.*

f Tempus mortis debet inſpici in gratiam filij, cui facta eſt ſubſtitutio, *Bald.*

† Imo, requiritur tempus teſtamenti, *l. 1. ſup. de regula. Caton.* (ſed hic legatum deficit perſonæ ratione: ſecus ſi aliàs, *l. 1. l. 3. §. quando autem. ꝟ. de iure fiſci*) Imo mortis, *l. 19. ꝟ. de reb. dub.*

g *l. 1. §. 1. ꝟ. eod.*

h de collationibus *6. C. 20.* de collatione bonorum, *Hal.* Collatio, eſt confuſio bonorum propriorum cum paternis, vt ea poſtea æqualiter inter coheredes diuidantur. Porro in collationis tractatu hæc ſententia notanda ſummè eſt. Collationem vel reipſa, vel cautione collationis fieri, vel tanto minus capiendo, *l. 1. §. 11. §. 12. ꝟ. eod. l. 5. C. eod. Nou. 97.*

i bonorum ſuorum ſcil. facienda ab emancipatis liberis, qui ad contra tabulas poſſeſſionem patris admittuntur à Prætore. Æquum eſt autem, vt cum liberi in poteſtate adquirant patri quicquid adquirunt: vt etiam emancipati, quæ ſibi acquiſiuerunt, in communem hæreditatem conferant atque ita æqualiter omnia pro virilibus portionibus diuidant. de Collatione, *v. Paul. 3. ſent. 9. §. vlt.*

k Tituli ab æquitate rerum ipſarum commendari ſolent, *l. 1. ꝟ. tit. proxim.*

l de hac æquitate paulo ante dixi.

m hæc eſt æqualitas mater concordiæ: quia vt dicitur, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ.

n atqui poſſeſſio datur emancipatis, inter quos collatio non eſt, *l. 9. ff. eodem.*

o extraneo vero totum, *l. 13. ꝟ. de bon. poſſ. contra tabulas.*

p *l. 1. §. 13. ꝟ. de coniungendis.*

4 ¶ Pater filium, quem in poteſtate habebat, & extraneum heredem ſcripſit, emancipatum præteriit, bonorum poſſeſſionem contra tabulas vterque filius accepit: poteſt non incommodè dici, emancipatum ita demum conferre fratri ſuo debere, ſi aliquid "ei" ex cauſa hereditaria abſtulerit. nam ſi minore ex parte, quàm dimidia, is qui in poteſtate erat, heres ſcriptus fuerit: iniquè videbitur collationem poſtulare ab eo *a*, propter quem amplius hereditate paterna habiturus eſt.

5 ¶ Totiens igitur collationi locus eſt, quotiens aliquo incommodo affectus eſt is qui in poteſtate eſt, interuentu emancipati. cæterùm, ſi non eſt, collatio ceſſabit.

6 Vel maximè autem tunc *b* emancipatum conferre non oportet: ſi etiam iudicium patris meruit †: nec quicquam amplius nanciſcitur, quam ei pater dedit.

7 ¶ Sed & ſi legatis meruit ſemiſſem vel tantum, quantum contra tabulas bonorum poſſeſſionem occupat: dicendum eſt, non eſſe cogendum ad collationem.

8 ¶ Ibidem Iulianus ait, ſi bonorum poſſeſſione accepta deceſſerit is qui in poteſtate eſt, ad collationem bonorum cogendum emancipatum: vt tantum heredi eius conferat, quantum conferret ipſi, ſi viueret. Quòd ſi ante acceptam *c* bonorum poſſeſſionem deceſſerit ſuus, heredem eius prætor "ita" tueri debebit (inquit) pro ea parte, qua heres ſcriptus fuit is qui in poteſtate erat: non tamen vltra virilem. ad collationem autem non admittit eum in hunc caſum: quia bonorum poſſeſſio admiſſa non eſt.

9 ¶ Iubet autem prætor ita fieri collationem, vt rectè caueatur *d*.

¶ Caueri *e* autem per ſatiſdationem oportere Pomponius ait.

¶ An pignoribus caueri poſſit, videamus? Et Pomponius lib. 79. ad edictum ſcripſit, & reis *f*, & pignoribus rectè *g* caueri de collatione. & ita ego quoque puto.

10 ¶ Si frater cauere non poſſit †, curator *h* portionis eius conſtituitur *i*, apud quem refecta pecunia collocetur: vt tunc demum recipiat quod redactum eſt, cum bona propria contulerit. Quòd ſi per contumaciam *k* actiones denegatæ ſunt, oblata poſtea cautione recipit priſtinum ius.

11 ¶ Quamuis autem edictum prætoris de cautione loquatur, tamen etiam re *l* poſſe fieri collationem, Pomponius libro 79. ad Edictum ſcripſit. Aut enim re (inquit) aut cautione facienda collatio eſt. Igitur diuidat (inquit) bona ſua cum fratribus: & quamuis non caueat, ſatisfacit *m* edicto. Sed & ſi quædam diuidat, de quibuſdam caueat: æquè dicimus *n* eum ſatisfeciſſe. Sed cùm poſſint eſſe quædam in occulto, non ſatis confert, qui non cauit, quamuis diuidat. Si igitur conſtet inter partes, quid ſit in bonis emancipati, ſufficiens collatio eſt diuiſio *o*: ſi non conſtet, ſed dicantur quædam non eſſe in commune redacta: tunc * propter incertum *p* cautio erit interponenda.

12 ¶ Sed & ſi *q* tantum fortè in bonis paternis emancipatus remittat, quantum ex collatione ſuus habere debet, dicendum *r* eſt, emancipatum ſatis contuliſſe videri. Idem & ſi nomen paterni debitoris delegauerit, vel fundum rémve aliam dederit pro portione bonorum quæ conferre debuit.

13 ¶ Si cùm duobus conferre deberet, alteri contulerit, alteri non, vel cum cauet, vel cum diuidit: videndum eſt, vtrum ſextantis tantum ei auferatur emolumentum, an verò trientis totius detrahi debeat. & puto, ſi *ſ* quidem per contumaciam *t* non caueat, totius trientis ei denegandas actiones, nec enim videtur cauiſſe, qui non omnibus cauit. quòd ſi per inopiam, ſextantis tantum denegandas: ſic tamen, vt poſſit ſupplere cautionem, vel collatione, vel cæteris modis, quibus ſuprà diximus: aut curator *u* conſtituatur rem ei ſaluam facturus, haberi enim debet ratio eius, qui non per contumaciam collationem non implet.

14 ¶ Is quoque qui in adoptiua *x* familia eſt, conferre cogitur: hoc eſt, non ipſe *y*, ſed is qui eum habet, ſi maluerit contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere. Planè ſi hic adoptiuus pater ante bonorum poſſeſſionem petitam emancipauerit eum, non cogetur ad collationem. & ita reſcripto Diuorum fratrum expreſſum eſt. Sed ita demum adoptiuus emancipatus collatione fratres priuabit, ſi ſine fraude *z* hoc factum ſit.

15 ¶ Nec caſtrenſe *a*, nec quaſi caſtrenſe peculium fratribus confertur. hoc enim præcipuum eſſe oportere, multis conſtitutionibus continetur.

16 ¶ Sed an id quod dignitatis nomine à patre datum eſt, vel debetur, conferre quis in commune cogatur, videamus? Et ait Papinianus libro 13. quæſtionum non eſſe cogendum, hoc enim propter onera dignitatis *b* præcipuum haberi oportere. ſed ſi adhuc debeatur, hoc ſic interpretandum eſt, vt non ſolus oneretur is qui dignitatem meruit, ſed commune ſit omnium heredùm onus hoc debitum.

17 ¶ Qui ab hoſtibus captus, poſt mortem patris rediit *a*, licet moriente patre nihil habuit, cùm apud hoſtes fuerit, tamen & ad bonorum poſſeſſionem admittetur, & conferet, ſcilicet ea, quæ moriente *b* patre haberet, ſi ab hoſtibus captus non fuiſſet. ſed etſi redemptus ab hoſtibus mortis tempore patris inueniatur, æquè collatio erit facienda.

18 ¶ Si emancipato legatum fuerit, *Cum* c *pater morietur*, etiam hoc conferre debet.

19 ¶ Si ab ipſo patre herede inſtituto, filio eius fideicommiſſum fuerit relictum, *Cum moritur*: an id conferendum eſt, quoniam vtile eſt hoc fideicommiſſum? & eueniet, vt pro eo habeatur, atque ſi poſt mortem patris relictum fuiſſet: nec cogetur hic conferre: quia moriente eo (eius) non fuiſſet.

20 ¶ Emancipatus *d* filius, ſi dotem habeat ab vxore acceptam, hoc minus *e* confert: etſi ante vxor deceſſerit.

21 ¶ Si impubere *f* adrogato ſecundum Diui Pij reſcriptum *g* quarta *h* debetur, videndum eſt, an ſi patris naturalis bonorum poſſeſſionem petat, conferre quartam debeat. quæſtio in eo eſt, an heredi ſuo relinquat quartæ actionem, an non? Et magis eſt, vt ad hæredem transferat: quia perſonalis actio eſt *i*. igitur etiam de quarta conferenda cauere eum oportebit. Sed hoc ita demum, ſi iam nata eſt quartæ petitio. cæterùm ſi adhuc pater adoptiuus viuat, qui eum emancipauit, dicendum eſt cautionem quoque ceſſare. * præmatura *k* eſt enim ſpes *l* collationis, cum adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur.

22 ¶ Si is, qui bona collaturus eſt, habeat filium peculium caſtrenſe habentem, non cogetur vtique peculium eius conferre *m*. ſed ſi iam tunc mortuus erat filius, & caſtrenſe peculium habuit, cum moritur *n* is, cuius bonorum poſſeſſio petenda eſt, an conferre cogatur? cum autem vindicari id patri non ſit neceſſe, dici oportebit conferendum. non enim nunc adquiritur, ſed non adimitur. Amplius dico, & ſi inſtitutus fuerit à filio heres, necdum adierit, habeátque ſubſtitutum, quia non magis nunc quæritur peculium quàm nunc non alienatur, conferri debere.

23 ¶ Confertur autem, etiam ſi quid eius non fuerit, dolo *o* malo autem factum ſit, quò minus eſſet: ſed hoc ſic accipiendum eſt, vt hoc demùm conferatur, quod eius eſſe deſiit dolo malo. cęterum ſi id egit ne *p* adquireret, non venit in collationem. nam hic & ſibi inſidiatus *q* eſt.

24 ¶ Portiones collationum ita erunt faciendæ. vtputà duo ſunt filij in poteſtate, vnus emancipatus habens trecenta: ducenta fratribus confert. ſibi centum, facit enim eis partem, quamuis is ſit, cui conferri non ſolet. Quòd ſi duo ſint filij emancipati habentes trecenta, & duo in poteſtate, æquè dicendum eſt ſingulos *r* ſingulis, qui ſunt in poteſtate centena conferre, centena retinere, ſed ipſos inuicem *ſ* nihil conferre.

¶ Dotis quoque collatio in eundem modum fiet, vt quicunque confert, etiam *t* ſuam *u* perſonam numeret in partibus faciendis.

De nepote poſtumo. 1. De ære alieno. 2. De rebus quæ poſt mortem patris perierunt. 3. De ſtipulatione vel legato conditionali. 4. De actione iniuriarum vel furti. 5. de tribus emancipatis & duobus in poteſtate. 6. Si ex emancipato filio nepos emancipatus mortuo patre ſimul & auo bonorum poſſeſſionem vtriuſque acceperit. 7. De nepotib. conferentibus patruo. 8. Si ex duobus emancipatis vnus conſerat, alter non. 9. De cautione.

2. *Paulus* ‖ lib. 41. ad Edictum. ‖

CVm emancipati *x* filij nomine nepotem poſtumum poſt aui mortem editum dicimus bonorum poſſeſſionem accipere oportere, neceſſarium erit dicere, boná ſua eum conferre: licet non poteſt dici, mortis tempore aui bona habuiſſe, qui ipſe nondum in rerum natura erat. igitur ſiue hereditatem à patre, ſiue legatum acceperit, hoc conferre debebit.

1 ¶ Illud autem intelligendum eſt, filium in bonis habere, quod deducto *y* ære alieno ſupereſt.

¶ Sed ſi ſub conditione debeat, non *z* ſtatim id deducere debebit, ſed id quoque conferre. contra autem caueri ei oportebit ab eo, qui in poteſtate eſt, vt exiſtente conditione defendatur pro ea parte quam contulit.

2 ¶ De illis, quæ ſine culpa filij emancipati poſt mortem patris perierunt, quæritur ad cuius detrimentum ea pertinere debeant. & plerique putant ea, quæ ſine *a* dolo & culpa perierint, ad collationis onus non pertinere, & hoc ex illis verbis intelligendum eſt, quibus prætor viri boni arbitratu iubet conferri bona. vir autem bonus non ſit arbitraturus conferendum id, quod nec habet, nec dolo nec culpa deſiit habere.

3 ¶ Id quoque quod ſub conditione ex ſtipulatu debetur emancipato *b*, conferri debet *c*.

¶ Diuerſum

a *l. 20. §. 1. verſ. & hoc ſit conſequens, ſup. contra tab.*
b *le 1. C. eod.*
† *d. l. 1.* hodie nihil intereſt pater fuerit teſtatus, necne, *Nou. 18. c. 6.*
c *v. l. vn. C. de his qui ante apert.*
d *Vlp. 28. §. 4.*
e In cautione prætoria hoc perpetuum eſt, vt vel pignore vel fideiuſſoribus caueatur, alias contumaci denegantur actiones.
f Interdum id ſit. nam ſatis eſt alias, ſi ſolis fideiuſſoribus caueatur, *l. 1. ſ. qui ſatiſd.*
g Nemo tamen cogitur pignoribus cauere præciſè, *l. 7. ſ. de ſtip. prætor.*
† per inopiam.
h vir bonus, *l. 1. §. 1, ſuprà vt leg. nom.*
i adde *l. 2. in fin. ſ. eod.*
k *§. 13. ſ. eod. l. 8. ſ. eod.*
l Re ſit collatio, re ipſa, ſeu rerum ipſarum collatione, hoc eſt diuiſione, *ſ. eod.* cui opponitur per cautionem collatio.
m ſi conſtet inter partes quid ſit in bonis emancipati. nam ſi non conſtet, ſed dicantur quædam non eſſe in commune redacta, tunc propter incertum cautio erit interponenda, *verſ. ſed cum ſ.* Vlpianus hac diſtinctione adhibita Pomponij ſententiam mitigat.
n diſtingue vt ſuprà dictum eſt.
o id eſt, poſt diuiſionem.
p *vt l. 5. ſ. de ſtatulib. l. 1. C. de procuratorib.*
q Id eſt, tanto minus capere, *l. 5. C. eod. Nou. 97.* Compenſationem ſpeciei ad ſpeciem hinc fieri colligunt, *v. Bart. hic.*
r Confert aut contuliſſe is videtur, qui tantum ex bonis defuncti remittit, quantum ex collatione coheres habere debet.
ſ Imò, vt per contumaciam non caueat, poſtea admittendus eſt quoque, *§. 10. in fin. ſ. eo.*
t *§. 18. ſ. eod.*
u *v. l. 1. in fin. ſ. de muneribus.*
x *l. 5. ſ. eod. l. 2. ſ. de dotis collat.*
y *l. 5. ſ. eo.*
z *l. 5. in prin. ſ. de coniungend.*
a *l. 1. l. 21. C. eod. l. 1. ſ. de caſtrenſi peculio § 1. Inſt. quibus non eſt permiſſ.*
b *l. 20. §. 6. ſuprà familia.*

a In eo compe[tit] tur poſtumo, *l. 1. § 2. ſ. contra tab.*
b *l. 6. C. de collationib.*
c *l. 11. §. 10 ſup. de leg. 3. v. Paul. ſent. 1. §. 11.*
d *l. 3. §. 3. ſ. eod.*
e *l. 5. C. eod.*
f Impuberi, vide *Cuiac. ad 1. Paul. ſent. 13. § vlt.*
g *§. 3 & ibi Theophil. Inſtit. de adop. l. 22. ſ. de adop. l. 2. C. de adopt. l. 8. § ſup. de inoff. l. vlt. ſ. ſi quid in fraudem patron.*
h Quarta Antonini, ſeu D. Pij Antonini in hereditarium nomen non cadit, *Cuiac. ad l. 5. ſ. de in integr.*
i id eſt, quia non eſt in rem hereditatis petitio non eſt; ita ſcil. impubes ſibi vindicat quaſi heres bonorum adrogati quartam partem, ſed agit in perſonam; & has actiones transfert. *v. Cuiac. ad Paul. 1. ſent. 13. § vlt.*
k Improbus qui ſollicitus de viuentis heredita[te] *l. 2. §. 2. ſup. de vulgari.*
l *Nou. 97. c. 6.* [pa]trem ſuperſtitem liberis legitimam præſtare non co[gi] hinc colligunt, tamen Socinus 288.
m quia non ſuum, ſed filij, *ſ. de SC. Maced.*
n Quod quæ[ſitum] poſt mortem [pa]tro quæſitum [co]gitur, venit in collationem, *Bart.*
o ſecus ſi non dolo malo, *l. 2. § 2. ſ. eod.* Dolus ita & poſſeſſionem præſentat.
p *v. l. 134. ſ. de reg. iur.*
q & ideo non fraudatur, *l. 145. ſ. de reg. iur.*
r *l. 3. § 2. ſ. eod. l. 9. C eod.*
ſ Emancipati inter ſe olim non conferebant.
t Conferens, ſuam etiam perſonam numerat in partibus faciendis.
u & ſic virilem deducit, *l. 2. § 5. ſ. eod.*
x Cui nepos ex filio natus eſt poſt mortem, is poteſt petere contra tabulas aui ſui, quia inuenitur præteritus & debet conferre, licet tempore mortis aui in rerum natura non ſit.
y *l. 6. in fin. C. eod. l. 72. ſ. de iur. dot. l. vlt. §. 4. C. de bonis quæ lib.*
z *v. l. 1. §. 20. ſ. eod. l. 3. §. 4. ſ. eod. d. l. 5. C. eod.*
a *l. 1. §. 23. ſ. eod.*
b *al.* ab emancipato.
c Quid ita? *v. l. 78. ſ. de verb. oblig. l. 18. ſ. de reg. iur.*

¶ Diuerſum eſt in legato conditionali: quia etſi in poteſtate fuiſſet, & poſt mortem patris conditio extitiſſet, ipſe haberet actionem.

4 ¶ Emancipatus filius, ſi iniuriarum *a* habet actionem, nihil conferre debet. magis *b* enim vindictæ, quàm pecuniæ, habet perſecutionem.

¶ Sed ſi furti habeat actionem, conferre debebit.

5 ¶ Si tres emancipati, duo in poteſtate ſint: Gaius Caſsius lib. 7. iuris ciuilis tertias *c* conferendas putat: vt emancipati, quia inuicem non conferunt, vnius loco ſint. nec indignari eos oportere, ſi plus conferant, & minus accipiant: quia in poteſtate eorum fuerit, bonorum poſſeſsionem omittere. Iulianus quoque Caſsij ſententiam ſequitur.

6 ¶ Si ex emancipato filio nepos emancipatus, mortuo patre ſimul & auo, bonorum poſſeſsionem vtriuſque acceperit, cùm vterque eorum ſuum hæredem reliquerit: eo modo collatio explicari poteſt: vt, ſi (verbi gratia) centum in bonis habuit: & patruo quinquaginta, & fratri quinquaginta conferre debet. hoc enim ratio facit, ſiue perſonas, ſiue portiones numeremus.

7 ¶ Si duo *d* nepotes ex filio mortuo emancipati, bonorum poſſeſsionem aui petant: vtrùm dimidias, an quartas patruo conferre debeant, quæritur. Et verius eſt, ſemiſſes conferre eos oportere. quia & ſi viuo auo, cùm in eius poteſtate eſſent, ducenta (puta) adquiſiſſent, centum filius, centum duo fratres per hæreditatem aui haberent.

8 ¶ Si duo emancipati bonorum poſſeſsionem petierint, & vnus contulerit, alter non contulerit, huius portio tantùm ei *e*, qui in poteſtate eſt, prodeſſe debet, non etiam emancipato. quoniam eius cauſa, qui in poteſtate eſt, denegantur ei actiones.

9 ¶ Si per inopiam emancipatus cauere non poſſit, non *f* ſtatim ab eo transferenda *g* eſt poſſeſsio, ſed ſuſtinendum *h*, donec poſsit inuenire fideiuſſores, vt tamen de his, quæ mora deteriora futura ſunt, his qui in poteſtate ſunt, actio *i* detur, ipſique caueant in medium collaturos, ſi cautum eis fuerit.

1. De Carboniano edicto. 2. Quibus confertur. de diuiſione bon. 4. De dote. 5. Si poſt cautionem vel collationem bon. poſſeſsio omittatur. 6. De duobus filiis, ſuo & emancipato, duobúſque nepotibus ex dicto emancipato, altero in poteſtate retento, altero adoptato in locum filij.

3. *Iulianus* "libro 23. Digeſtorum."

PRætor non ſub conditione collationis *k* bonorum poſſeſsionem contra tabulas promittit: ſed demonſtrat, quid data bonorum poſſeſsione fieri oportet. Alioquin magna captio erit emancipati, ſi non aliter bonorum poſſeſsionem accipere intelligeretur, niſi cauiſſet de collatione. Nam ſi interim ipſe deceſsiſſet: heredi ſuo nihil relinqueret *l*. Item ſi frater eius deceſsiſſet, non admitteretur ad bonorum poſſeſsionem.

¶ Quid ergo eſt? intelligendum eſt bonorum poſſeſsionem accipere, & antequam caueat. ſed ſi non cauerit, ita obſeruabitur, vt tota hæreditas apud *m* eum, qui in poteſtate fuerit, remaneat *n*.

1 ¶ Emancipatus filius controuerſiam *o* facit impuberi, qui ſe filium & in poteſtate patris fuiſſe dicit. quæro, ſi *p* bona ſua ei emancipatus conferre debeat. *Paulus* notat: Puto conferendum eſſe exacta *q* cautione: vt victus, ſicut hereditatem, ita & quæ collata ſunt, preſtet.

2 ¶ ‖ *Iulianus*: ‖ Quotiens contra tabulas bonorum poſſeſsio datur, emancipati bona ſua conferre debent his ſolis *r*, qui in poteſtate patris fuerint. hoc quemadmodum expediri oporteat, quæri ſolet. nam ſi bona à patre relicta, & emancipatorum in medium conferantur, & ita viriles *ſ* partes ſumantur, eueniet, vt "&" emancipatis quoque collatio ab ipſis facta proſit. Videamus ergo; ne commodiſsimum ſit, emancipatos quartam partem ex bonis paternis ferre, ex ſuis tertiam. quod dico *t*, exemplo manifeſtius fiet: ponamus patrem quadringenta reliquiſſe, & duos in poteſtate filios, duos emancipatos; ex *u* quibus alterum centum, alterum ſexaginta in bonis habere. is, qui centum habebit, centum triginta tria & trientem feret: is verò, qui ſexaginta contulerit, centum viginti. atque ita eueniet, vt collationis emolumentum ad ſolos *x*, qui in poteſtate remanſerint, perueniat.

3 ¶ Emancipati bona ſua conferre cum his qui in poteſtate fuerunt, iubentur.

4 ¶ Quare ſicut is, qui in poteſtate eſt, dotem *x* vxoris præcipit: ita emancipatus quoque, quaſi *y* præcipiat, retinere debet.

5 ¶ Emancipatus præteritus, ſi dum deliberat, cauerit de bonorum collatione, nec bonorum poſſeſsionem petierit, agente fratre ex ſtipulatu, ipſo iure tutus erit. Sed & ſi pecuniam contulerit condictione *z* eam repetet: omiſſa enim bonorum poſſeſsione incipit pecunia ſine cauſa eſſe apud heredem.

a aut adulterij, *l. 15. §. 1. ĩ. ſoluto.*
b *l. 15. §. 46. ĩ. de iniur. l. 10. §. 2. ĩ. ſi quis cautionibus.* dixi *ad l. 7. C. de reuoc. donat.*
c & ſic viriles *l. 1. in fi. ſup. eo. l. 3. §. 2. ĩ. eod.*
d Si ex filio mortuo duo nepotes extant, emancipati & præteriti, ſi petant contra tabulas bonorum poſſeſsionem in bonis aui, debent conferre ſemiſſem.
e *l. 1. §. ſup. 1. eod.*
f ita vt nec modicum, nec magnum tempus abſumatur, *l. 1. §. 10. ſup. eod.*
g Poſſeſsio pœnæ cauſa interdum transfertur eodem iudicio *dixi ad l. 6 in fi. ĩ. de Carboniano.*
h *l. 13. ĩ. de ſolutionib.*
i *al.* auctio: vide Vlpianum 22. §. 26. dixi plenius *ad l. 20. §. 1. ĩ. de liberali cauſa.*
k *al.* cautionis.
l quia pendente conditione deceſsit, *l. vn. § 7. C. de cadu.* Conditionis implendæ ius ad heredem non tranſit.
m *l. 2. § 7. ſup. eo.*
n *ſub.* interim. & turſus remaneat, ſi poſsidet. ſin minus, petat ſibi reſtitui.
o *ſub.* ſtatus.
p id eſt, an. idque more Græcorum. Eadem forma loquendi reperitur *in l. vltim. ſupra de iure deliber. l. 10. §. 7. ĩ. quæ in frau. cred.*
q *l. 15. ĩ. de Carboniano.*
r *l. 1. in fi. ſup. eod.*
ſ *l. 1. §. 5. ſup. eo.*
t Exempla rem maniſeſtiorem reddere ſolent & debent, *vt hic:* adde *l. 51. in fi. ſup. ad l. Aquil.*
u *forte legendum,* exque iis.
x *l. 1. § 30. ſup. eo.*
y Retentio, quaſi præceptio eſt: qui retinet, quaſi pręcipit.
z Collatio ob cauſam facta, cauſa non ſecuta condicitur. item, Conferre bona non eſt ſignum neceſſarium immixtionis hereditatis *l. 13. ĩ. de cond. cauſa data.*

6 ¶ Qui duos *a* filios in poteſtate habebat, & ex vno eorum nepotem *b*, emancipauit filium ex quo nepotem habebat: deinde emancipatus factus procreauit filium quem auus in locum filij adoptauit. & vel inteſtatus, vel teſtamento facto, præterito emancipato filio, deceſsit. quæſitum eſt, quid de bonorum poſſeſsione, quid de collatione iuris eſſet? Reſpondi: Bonorum, de quibus quæritur, tres partes fieri debent, ex quibus vna pertinet ad filium, qui in poteſtate remanſit: altera ad nepotem, qui in locum filij adoptatus eſt: tertia ad emancipatum filium & nepotem, qui in poteſtate remanſerit: ita vt pater ſoli ei conferat, cum quo bonorum poſſeſsionem accipiat.

De dote.

4. *Africanus* "libro 4, Quæſtionum."

FIlium emancipatum dotem, quam filiæ ſuæ nomine dedit, conferre non debere, quia *c* non ſicut in matrisfamiliàs bonis eſſe dos *d* intelligatur, ita & in patris, à quo ſit profecta.

Si is qui vocatur ad bonorum poſſeſsionem ſit in poteſtate alterius. 1. De ſtipulatione collationis admittenda, & quanti quis ex ea condemnatur.

5. *Vlpianus* "libro 79. ad Edictum."

SI quis filium habeat ſui iuris, & ex eo nepotem in poteſtate ſua, conſequenter erit dicendum, ſi nepos patris ſui emancipati accipiat bonorum poſſeſsionem, de conferendis ſuis *e* quoque bonis cauere eum debere, & eſſe ſimilem ei qui adoptauit *f*. hoc enim Diui fratres reſcripſerunt, vt ad collationem auus compellatur.

¶ Planè eodem reſcripto adiectum eſt ſic: Niſi fortè auus iſte nullum ex his bonis fructum adquirere vult, paratúſque *g* eſt de poteſtate nepotem dimittere, vt ad emancipatum omne emolumentum bonorum poſſeſsionis perueniat. Nec idcirco ea filia, quæ poſt emancipationem nata patri hæres extitit, iuſtè queri poterit, (inquit) quòd eo facto collationis commodo excluditur: cùm auo quandoque defuncto, ad bona eius ſimul cùm fratre poſsit venire.

¶ Hæc in patre adoptiuo ratio reddi non poteſt, & tamen & ibi "idem" dicemus, ſi ſine dolo malo emancipauerit.

1 ¶ Stipulatio autem collationis tunc committitur, cùm interpellatus cum aliquo ſpatio *h*, quo conferre potuit, non facit: maximè cùm boni viri arbitratu collationem fieri, edicto prætoris inſertum eſt.

2 ¶ Siue ergo in totum collatio facta non eſt, ſiue in partem facta, locum habebit hæc ſtipulatio.

3 ¶ Et ſiue quis non conferat ex hac ſtipulatione ſiue dolo fecerit, quo minùs conferat: quanti *i* ea res erit, in tantam pecuniam condemnabitur.

De dote.

6. *Celſus* ‖ libro 10. Digeſtorum. ‖

DOtem, "quam" dedit auus paternus, an poſt mortem aui, mortuâ in matrimonio filiâ, patri reddi oporteat, quæritur. occurrit æquitas rei *k*, vt quod pater meus propter me filiæ meæ nomine dedit, proinde *l* ſit *m*, atque ipſe dederim. quippe officium *n* aui circa neptem ex officio *o* patris erga filium pendet. & quia pater filię, ideo auus propter filium nepti dotem dare debet *p*. quid ſi filius "a patre" exhęredatus eſt? Exiſtimo non abſurdè etiam in exhæredato filio idem poſſe defendi, nec infauorabilis ſententia eſt: vt hoc ſaltem habeat ex paternis, quod propter illum datum eſt.

De nepotibus qui in locum filij ſucceſſerunt.

7. *Idem* "libro 13. Digeſtorum."

SI nepotes in locum filij ſucceſſerunt, vna portio iis conferri debet, vti bonorum poſſeſsionis *q* vnam partem habeant. ſed & ipſi ita conferre debent, quaſi omnes vnus eſſent.

De variatione.

8. *Papinianus* ‖ libro 3. Queſtionum. ‖

NOnnunquam prætor variantem *r* non *ſ* repellit, & conſilium mutantis non aſpernatur. Vnde quidam filium emancipatum, qui de bonis conferendis cauere fratribus noluit *t*, audiendum poſtea *u* putauerunt, ſi vellet oblata cautione beneficium bonorum poſſeſsionis exercere, tametſi reſponderi poteſt, videri *x* eum poſſeſsionem repudiaſſe, qui formam poſſeſsionis conſeruare noluit. Sed benignior *y* eſt diuerſa ſententia: maximè cùm de bonis parentis *z* inter fratres diſputetur. quem tamen faciliùs admittendum exiſtimo, ſi intra tempus delatæ poſſeſsionis cautionem offerat. nam poſt † annum, quàm delata eſſet

bonorum

a *l. 1. §. 9. ĩ. de coniungendis.*
b *v. Cuiac. 4. ad Afric. fol. 58.*
c *v. l. 1. in fin. ĩ. de dotis colla. 5. Harm. 8. §. 34.*
d Dos mulieris proprium patrimonium eſt, etiamſi ſit in patris poteſtate, *v. l. 14. ſup. ad l. Falcid.*
e *l. 1. §. 14. ſup. eo.*
f de adoptato, *adde l. 1. §. 14. ſup. eodem.*
g *l. 6. ĩ. vnde libert.*
h Spatium aliquod conferendi, dandum eſt conferenti *l. 105. v. l. 13. ĩ de ſolut. l. 1. §. 18. ſup. ad l. Falc.*
i quanti intereſt actoris cautum fuiſſe, *l. 2. l. 3. l. 19. ĩ. vti poßidet. l. 3. ĩ. de itinere actuque.*
k quæ ſuadet ſc. vt dos ab auo paterno data nepti, auo mortuo, ad parentem filiæ dotatæ reuertatur.
l Perinde ſit. Imò, non perinde eſt, ſi quidem dos eo caſu ad patrem filiæ dotatę non redit *l. 79. ſup. de iure dot.* de hac præſumptione *v. Alci. 1. præſump. 17.*
m vt non conferam, *l. 4. ſup. eo.*
n Officium aui circa neptem mediatum eſt, hoc eſt pendet ex officio patris circa filium.
o Dotare filiam pater, vt & auus neptem ex filio cogitur.
p Auus paternus neptem dotare cogitur, v. quæ notaui ad *l. 19. ſupra de ritu.*
q *l. 1. §. 17. infr. de coniungendis.*
r *l. 11. C. de rebus creditis & contumacem, l. 1. §. 10. ſup. eod.*
ſ *v l. 75. ĩ. de reg. iur.*
t Hereditatem non repudiat, qui dicit ſe nolle conferre, *v. Mantic. 12. de coniect. vltim. volunt. 14.*
n v. quæ ſcripſi *ad l. vltim. C. de repud. her. l. 8. ſupra de iure delib.*
x *ſub.* ſtricto iure.
y Benigniorem ſententiam & interpretationem amplecti debemus, maximè quoties de bonis paternis inter fratres diſputatur. Ita fauendum filio circa hereditatem paternam licèt videatur repudiaſſe.
z Parentis appellatione intelliguntur omnes aſcendentes.
† Hodie id mutatum, *l. vlt. C. de repudianda.*

bonorum poſſeſsio,voluntariam moram cautionis admittere difficilius *a* eſt.

De filio emancipato & eius liberis.

9. *Idem* "libro 5. Reſponſorum."

FIlius emancipatus inteſtati patris bonorum poſſeſſionem accepit. nepos ex eodem *b* in familia retentus,ſemiſſem hereditatis cum emolumento *c* collationis habebit.

¶ Idem nepos ſi poſtea poſſeſsionem inteſtati patris accipiat,fratri poſt emancipationem patris quęſito,& in familia retento,bona ſua conferre cogetur.

De ſuo & emancipato.

10. *Scæuola* libro 5. Quæſtionum.

SI filius in poteſtate heres inſtitutus adeat,& emancipato petente bonorum poſſeſsionem contra tabulas,ipſe non petat, nec conferendum eſt ei. & ita edictum ſe habet.ſed magis *d* ſentio,vt quemadmodum pro parte hereditatem retinet iure eo,quòd bonorum poſſeſsionem petere poſſet:ita & conferri ei debeat. vtique cùm iniuriam per bonorum poſſeſsionem patiatur.

De his quæ poſt mortem patris filio reddi debuerunt.

11. *Paulus* ‖ libro 11. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, ea quæ poſt *e* mortem patris filio reddi debuerunt, emancipatum filium, quamuis prius conſecutus ſit, quàm deberentur, fratri qui in poteſtate patris relictus eſt,conferre non debere: cùm poſt mortem *f* patris non tam ex donatione *g*, quàm ex cauſa debiti,ea poſsidere videatur.

De ventre miſſo in poſſeſsionem, & de poſtumo.

12. *Idem* ‖ libro 41. ad Edictum.‖

SI prægnantem quis vxorem reliquerit,& ea ventris nomine in poſſeſsionem miſſa fuerit, interim ceſſat collatio.nam antequam naſcatur, non poteſt dici in poteſtate morientis fuiſſe.ſed nato *h* conferetur.

DE *i* DOTIS COLLATIONE *k*.

TIT. VII.

Si filia petat bonorum poſſeßionem, vel non. 1. *De ſtipulatione.* 2. *De filio & nepote neptéque ex altero filio.* 3. *De nepte & patruo eius, & nepote & nepte ex alio filio.* 5 *De impenſis* 6. *Si diuortio facto maritus non ſit ſoluendo.* 7. *De dote promiſſa ſub conditione.* 8. *De fratre liberando ex pollicitatione dotis.* 9. *Si emancipatus,qui contra tabulas bonor.poſſeſſ.accepit, filiam dotatam habeat.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

QVamquam ita demum ad collationem dotis pretor cogat filiam,ſi petat bonorum poſſeſsionem,attamen & ſi non petat, conferre debebit, ſi modo ſe bonis paternis miſceat.& hoc Diuus Pius Vlpio Adriano reſcripſit, etiam eam quæ non petierit bonorum poſſeſsionem ad collationem dotis per arbitrium *l* familiæ erciſcundæ poſſe compelli.

1 ¶ Si in ſtipulatum deducta *m* ſit dos: ſi quidem ipſa mulier ſtipulata ſit, vel ipſi negotium geſtum *n*, æquè conferre cogetur.ſi verò alij quęſita eſt ſtipulatio, dicendum eſt ceſſare collationem, & *o* ſi tantùm promiſſa *p* ſit dos,collatio eius fiet *q*.

2 ¶ Si ſit nepos, & neptis ex *r* eodem filio, & dotata ſit neptis,ſit & filius,non pater eorum,neptis omnem dotem ſoli fratri collatura eſt. emancipata autem neptis dotem & bona ſua ſoli nepoti, non etiam patruo conferet.

3 ¶ Sed ſi ſit neptis ſola, non etiam nepos ex eodem, tunc confertur patruo, itemque nepoti "vel nepti" ex alio.

4 ¶ Sed & ſi duæ neptes ſint ex diuerſis filiis conferent & inuicem,& patruo: ſi ex eodem patre,tantùm inuicem conferent.

5 ¶ Cùm dos confertur, impenſarum neceſſariarum fit detractio *ſ*,cæterarum non.

6 ¶ Quod ſi iam factum diuortium eſt, & maritus non ſit ſoluendo, non † debebit integra dos computari mulieri, ſed id quod ad mulierem poteſt peruenire: hoc eſt,quod facere maritus poteſt.

7 ¶ Si ſub conditione pater vel extraneus † dotem promiſerit, cautione opus erit, vt tunc conferat mulier dotem, cùm dotata eſſe cœperit.

8 ¶ Filiam quæ ab inteſtato † patri heres ſit, conferre quidem dotem oportet. conſequens autem eſt, vt ex pollicitatione *t* "dotis" pro parte dimidia fratrem ſuum liberet. æquius enim eſt, in ſolidum de ſuo eam dotatam eſſe.

9 ¶ Si emancipatus filius, qui contra tabulas bonorum poſſeſsionem accepit, filiam dotatam *u* habeat, non debet dotem eius conferre: quia *x* in bonis eius non eſt.

De in adoptionem data.

2. *Gaius* "libro 14. ad Edictum Prouinciale."

FIlia *y* in adoptionem data, & heres inſtituta,debet ſicut emancipata,non ſolum bona ſua,ſed & dotem,quæ ad eam pertinere poterit,conferre: ſi adhuc pater adoptiuus viuit,hic neceſſe habebit conferre.

De filia herede inſtituta.

a non tamen impoſsibile eſt.
b *l.9.C.eod. v.l.1. j.de coniungendis.*
c i.fructib. rerum conferendarum.
d *l.1.j.de dot.coll.*
e *l.1.§.19.ſ. eo.*
f v.Cuiac. 4. *obſ.* 34.vbi tradit, Momentum moriendi vitæ potius, quam morti tribui.
g adde caſum legis 3. §. *pen. ſupra de her.inſt.*
h *l.11. C.eod.* ſed natus non foret,ita videtur legiſſe Hagolinus.
i adde *l.1.§.20.§. vlt. l.4. l.6. ſ. tit. proxim.* Differt hic titulus à ſuperiore, velut ſpecies à genere.
k à filiab.facienda ſc. Tenentur. n. filiæ, non modo emancipatæ, ſed etiam ſuæ: his quibuſcum bonorum poſſeſsionem accipiunt, vel ſi bonis ſe immiſcent,dotem conferre, *l.12.l.17. l.19.C.de collat.l.8. ſ.familiæ erciſc.*
l *vt l.8. C. de coll.*
m ſtipulanti promiſſa, *l.2.C.de coll.*
n *l.pen. ſ.de neg.*
o *al.* ſed ſi.
p *§.8.j. eod. l.2. l. 17. C.de collat.*
q *al.* quomodo. *v. d.l.2.& §.8.j.eo.*
r *l.1.in fi.j.de coniungendis.*
ſ per ipſam mulierem conferentem, vel per eius maritum.
† *l.4. C. de collat.* Hodie id abrogatum, *l.vlt. C.de coll. l.4.§.2. ſupra de iure delib.*
† Hodie etiam ex teſtamento conferre cogitur, *Nou.17. c.6.*
t *v.§.1. in fi.ſ. eo. l.2. C.de collat.*
u à ſe *l.4. ſupra de collat.ſ.Harm.8.§. 34.*vel à patre, *l.6. ſup.de collat.*
x *l.4.ſup.de collat. bonor.*
y adde *l.1. §.14. ſup.de colla. l. 8. §. 11. ſup. de bon.poſſ. contr.tab.*

3. *Vlpianus* "libro 14. Diſputationum."

SI filia fuerit heres inſtituta *a*,collatione dotis non fungetur *b*. vnde ſi commiſſo ab altero edicto neceſſe habuerit contra tabulas bonorum poſſeſsionem accipere,dicendum eſt, quoniam nullam iniuriam fratri facit,non debere eam dotem conferre. nam quod habuit ex iudicio,conuertitur *c* ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem.

¶ Planè ſi ex minore parte fuit hæres inſtituta, & alia quędam in eam contulit,contra tabulas bonorum poſſeſsio aucta portione eius,dicendum erit collationis munere eam fungi: niſi forte contenta fuerit portione,ex qua inſtituta eſt.tunc enim dicendum eſt, ex iudicio parentis eam venientem non debere munus collationis ſuſtinere.

De legato.

4. *Pomponius* "libro 3. ad Quintum Mucium."

SI pater pro filia dotem promiſerit, deinde exheredatæ *d*,vel etiam emancipatę & præteritæ *e* legatum dederit, habebit *f* filia etiam dotem præcipuam, & legatum.

De errore. 1. *De mora, vſuris & fructibus.*

5. *Papinianus* ‖ libro 5. Reſponſorum. ‖

FIlius emancipatus qui poſſeſsionem contra tabulas accipere potuit, inteſtati patris poſſeſsionem accepit. atque ita filia quæ manſit in poteſtate cùm eiuſdem familiæ fratre heres inſtituta poſſeſsionem inteſtati patris errorem fratris emancipati ſecuta,accepit: dotem *g* ſcripto fratri conferre non *h* cogetur: cùm ea poſſeſsio fruſtra petita ſit,& filia fratris voluntatem fini *i* virilis partis retineat: i. vt omnes trientes habeant,& bonorum poſſeſsio vnde liberi ſingatur pro contra tabulas eſſe petita.

1 ¶ Filia quæ ſoluto matrimonio dotem conferre debuit,moram collationi fecit.viri boni arbitratu cogetur vſuras quoque dotis conferre: cùm emancipatus frater etiam fructus conferat, & filia partis ſuæ fructus percipiat.

De querela inofficioſi.

6. *Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum. ‖

PAter filium emancipatum heredem inſtituit *k*, & filiam exheredauit: quæ inofficioſi lite perlata,partem dimidiam hereditatis abſtulit? Non eſſe fratrem bona propria conferre cogendum reſpondi. nam & libertates *l* competere placuit.

7. *Paulus* ‖ libro 11. Reſponſorum. ‖

NEc ipſa dotem fratribus ſuis conferet,cùm diuerſo iure fratres ſunt heredes.

De ea quæ ſe bonis paternis abſtinuit.

8. *Papinianus* "libro 11. Reſponſorum."

PAter nubenti filię quaſdam res præter *m* dotem dedit, eámque in familia retinuit, ac fratribus ſub *n* conditione *o* *ſi dotem, &c. quæ nubenti tradidit, contuliſſet* *p*, *coheredem adſcripſit*. cùm filia *q* ſe bonis abſtinuiſſet, fratribus res in dotem datas vindicantibus exceptionem doli placuit obſtare: quoniam pater filiam alterutrum habere voluit.

Qui non vult hereditatem non cogitur ad collationem. Bart.

9. *Tryphoninus* "libro 6. Diſputationum."

FVit quæſtionis,an ſi ſua heres filia patri cum fratribus contenta dote abſtineat ſe bonis, compellatur eam conferre? Et Diuus Marcus reſcripſit,non compelli abſtinentem *r* ſe ab hereditate patris. ergo non tantùm data apud maritum remanebit,ſed & promiſſa exigetur etiam à fratribus & eſt æris alieni loco: abſceſsit enim à bonis patris.

DE † CONIVNGENDIS *ſ* CVM emancipato liberis eius.

TIT. VIII.

Summa. 1. *Et æquitas edicti.* 2. *De filio in adoptionem dato, vel emancipato.* 3. *De filio ſuo ex beſſe, de emancipato ex triente inſtituto.* 4. *De præteritione vel inſtitutione, vel exheredatione filij.* 6. *Quæ requiruntur vt huic edicto locus ſit. De poſtumo.* 7. *De ordine.* 8. *De poſtliminio.* 9. *Si pater ex duobus filiis alterum emancipauerit, & nepotem ex eo in locum filij adoptauerit, & pręterito emancipato deceſſerit.* 10. *De quantitate portionis ad nepotem pertinentis.* 11. *De diuiſione hereditatis.* 12. *De iure accreſcendi.* 13. *De collatione.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

SI quis ex his,quibus bonorũ poſſeſsionem, pretor pollicetur,in poteſtate parẽtis,cùm moritur,non fuerit: ei, liberíſque, quos in eiuſdẽ familia habuit: ſi

a *l.23. ſup. ſi quis omiſſa cauſa.*
† hodie fungetur, *Authen.ex teſtamento.C.eod.*
b i. dotem non conferat, *v. Duar. 1. diſput.4.* ſic j. collationis munere fungi.
c facto alterius, et quaſi inuita.
d *v.l.vlt.in fin. j. eodem.*
e *l.10.C. de collationib.*
f ſi modò nolit ſuccedere, & contenta eſſe malit dote & legato, *l.3.ſup. eod.*
g *l.3.ſup.eo.l.8.j. eodem.*
h vtpote inſtituta, *l.1.l.3.C.eod.* hodie cogeretur *Nou.17. c.6.*
i de hoc genere loquendi dixi ad *l.17.in fi.ſ.de compenſationibus.*
k & ita diuerſo iure emancipatus & is qui in poteſtate erit vocantur, adde *l.20. §.1.ſup.contr. tab.*
l *v. l.29. j.de except.rei iudicatæ.*
m Hæ res, paraphernæ & extradotales.
n pater extremo iudicio hic confirmat donationem factam filiæ, *v.in hunc locum Pau. 5. ſent.* 11.§.3.
o v. quæ ſcripſi *l.1.C.de collat.*
p Collationi locum eſſe ex teſtamento hinc notat Bartolus.
q *v. l.vlt.in fin. j. eodem.*
r Conferre dotem non cogitur quæ hereditate patris abſtinet, *l.4 l.8. ſup.eod.*
† An hic titulus hodie correctus eſt, ſublata differentia emancipatorum & eorum qui ſunt in poteſtate, *Nouell. de hered. ab inteſtato. S. 1.* Accurſius ita putat, Bartolus exiſtimat hunc titulum tantum eſſe correctum ſi ab inteſtato ſuccedatur (iure Nouellarum & Codicis *l.meminimus 15. C. de legitimis heredibus.*) vel ſi teſtamentum aliquod proponatur, quod vel querela,vel alia ratione nullum redditum ſit, vt ad inteſtati cauſam res tota redierit. Contra, hunc titulum ne hodie quidem correctum eſſe,quoties quis omiſſo iure ciuili ſuccedere vellet iure prætorio, petita bonorum poſſeſſione contra tabulas.

† hodie emancipati ſuis liberis exæquati ſunt.ideóque filios proprios excludunt. *Nou.118.c.1.* atque ita hic titulus non eſt in vſu. Pater enim liberos ſuos tanquam proximior excludit.

ſ *l.5.in pr.inf. ſi tab. teſt.l.9.ſup.de collat. bon. l.9. C. de collat.*

ad eos

ad eos hereditas ſuo nomine *a* pertinebit *b*, neque notam *c* exheredationis meruerunt *d*, bonorum poſſeſsio eius partis datur, quæ ad eum pertineret, ſi in poteſtate permanſiſſet: ita vt ex ea parte dimidiam, reliquam liberi eius habeant. hiſque duntaxat bona ſua conferat.

1 ¶ Hoc *e* edictum æquiſsimum eſt: vt neque emancipatus ſolus veniat, & excludat nepotes in poteſtate manentes: neque nepotes iure *f* poteſtatis obiiciantur *g* patri ſuo.

2 ¶ Et in adoptionem datus filius & hæres inſtitutus, ad hoc edictum pertinet, vt ei iungatur nepos, qui in aui ſui naturalis poteſtate eſt.

¶ Iungitur *h* autem nepos patri ſuo emancipato, ſiue pater præteritus ſit, ſiue inſtitutus. Et hæc erit differentia inter in adoptionem datum, & emancipatum: quòd in adoptionem quidem dato non alias iungitur, niſi inſtituto, & alio committente edictum: emancipato autem, ſiue ſit inſtitutus emancipatus, ſiue ſit præteritus.

3 ¶ Filio in poteſtate ex beſſe, emancipato ex triente hærede inſtituto, Iulianus ait nepotem præteritum petita contra tabulas bonorum poſſeſsione, patruo ſextantem, patri vnciam ablaturum.

4 ¶ Si pater emancipatus exhæredatus ſit, nepotibus ex eo præteritis, qui erant in poteſtate retenti, nepotes admittuntur. abſurdum enim eſt, cùm patri præterito iungantur, inſtituto eo vel exhæredato non admitti.

5 ¶ Sed & ſi patruus eorum, qui erat in poteſtate, ſit præteritus pater exheredatus, debent nepotes admitti. nam exheredatus *i* pater eorum pro mortuo *k* habetur *l*.

6 ¶ Si pater in poteſtate manens exheredatus vel inſtitutus ſit, nepotem ex eo, ſiue in poteſtate manentem, ſiue emancipatum, ad bona aui *m* neque vocari, neque vocandum eſſe Scæuola ait. totiens enim nepoti conſulendum eſt, quotiens in poteſtate retentus eſt, patre emancipato. Liberos igitur eſſe in familia oportet *n*, vt huic edictò locus ſit. eius ſcilicet familia, cuius bonorum poſſeſsio petitur. Sed & ſi poſtumus natus ſit ex emancipato, ante emancipationem conceptus, idem erit dicendum.

7 ¶ Liberos autem non omnes ſimul vocat prætor, ſed gradatim, hoc eſt, eos qui ſui ſunt, ſc. nepotes ſi ſunt: ſi minùs, eos qui ſunt inferioris gradus: nec eos miſcebimus. planè ſi ſint ex emancipato nepos, & ex nepote eius alio pronepos, dicendum erit vtrumque ei iungi, ambo enim ‖ in ‖ ſuorum loco ſucceſſerunt.

8 ¶ Si poſtliminio nepos redierit, dicendum eſt eum patri emancipato coniungi.

9 ¶ Si pater ex duobus *o* filiis, quos in poteſtate habuit, alterum emancipauerit, & nepotem ex eo in locum filij adoptauerit, & præterito emancipato deceſſerit, Iulianus ait, nepoti in locum filij adoptato ſuccurri oportere: vt quaſi filius portionem habeat, quam haberet, & ſi extraneus adoptatus eſſet. ſic fiet (inquit) vt filius qui in poteſtate fuit, tertiam partem: nepos in locum filij adoptatus, aliam tertiam: emancipatus filius cum nepote altero retento in poteſtate partiatur. nec enim minus debet ferre nepos in locum filij adoptatus, quàm ſi ab extraneo *p* eſſet adoptatus.

10 ¶ Illud non intereſt, quota portio hereditatis ad nepotem pertineat, an per quàm modica. nam & ſi modica *q* ſit, attamen dicemus eſſe locum huic parti edicti.

11 ¶ Inter ipſum filium & liberos eius diuiditur hereditas, ita vt ipſe dimidium, liberi dimidium habeant. Proinde pone ſolum eſſe filium emancipatum, & nepotes in poteſtate duos, neminem præterea ex liberis: habebit emancipatus dimidiam partem hereditatis, ‖&‖ aliam dimidiã duo nepotes, vt quadrantes ferant.

¶ Sed ſi ſit præterea alius ‖ filius, ‡ eueniet vt filius habeat dimidiã partem hæreditatis, ex quo nepotes non ſunt, alius filius ſemiſſẽ cum filiis ſuis, ita vt quadrantem hereditatis ipſe ferat, quadrans inter liberos eius diuidatur. ¶ Sed ſi ambo filij ſint emancipati, & habeant ſinguli nepotes, eueniet vt ſinguli ſingulos ſemiſſes cum nepotibus ſuis diuidant: ita vt ipſi quidẽ quadrantes ferant, nepotes autem reſiduos quadrantes. Et ſi alter duos filios, alter tres habeant, quadrans vnus inter duos, alius inter tres diuiditur.

12 ¶ Si quis ex nepotibus, portionẽ ſuam omiſerit *r*, eueniet, vt non ad patrem eius, ſed magis ad fratrem pertineat. Sed & ſi omnes nepotes omittant, patruo nihil adcreſcet, ſed ſoli patri. Quod ‖&‖ ſi pater omiſerit, tunc patruo *ſ* adcreſcet.

13 ¶ Emancipatus filius, ſi quidem nepotes in aui poteſtate non habeat fratribus ſuis *t* conferet. ſed ſi ſint nepotes *u*, voluit eum prætor filiis ſuis, qui ſunt in poteſtate, ſolis *x* conferre. meritò: quia veniendo ad bonorum poſſeſsionem, illis ſolis *y* iniuriam facit.

14 ¶ Nunc videamus, quantum *z* eis conferat? & quidem ſemper, cùm fratrib. emancipatus confert, virilem ſibi detrahit. vtrum & in eo caſu virilem detrahat: an verò quia dimidiam partem habeat bonorum poſſeſsionis, dimidiam partem etiam bonorum ſuorum conferat? Et puto dimidiam tantùm bonorum eis partem conferre. nam etſi alius emancipatus ſit filius, alius in poteſtate retentus: filius emancipatus his duob. nepotib. vnam partem tantùm conferet, & patruo eorum, qui in poteſtate manſit, vnam partem dabit, tertiam ipſe habebit. nec quod nepotib. confertur à patro emancipato, ipſi patri conferent, hoc enim non de bonis aui, ſed propter *a* bona poſtea eis acceſsit.

15 ¶ Eueniet igitur, vt pater emancipatus, ſi centum in bonis habeat, quinquaginta ſibi detrahat, reſidua quinquaginta omnib. nepotib. (i. filiis ſuis) conferat: aut ſi vnum nepotem habeat, & duos ex alio pronepotes, ita diuidat quinquaginta, vt nepos habeat vigintiquinque, pronepotes ex alio vno vigintiquinque. nam & bonorum poſſeſsionis ambo vnam partem habent.

16 ¶ Si ſit filius in poteſtate, alius emancipatus, ex defuncto *b* vnus nepos in poteſtate, alius ‖ nepos ‖ emancipatus, eleganter Scæuola tractat, patruus emancipatus ‖ quantum nepotibus, quantum fratri ſuo conferat. Et ait poſſe dici, tres eum partes facere: vnam ſibi, vnam fratri *c*, vnam *d* iſtis *e* collaturum: quamuis *f* hi minus *g* quam patruus ex hereditate aui concurrente patre *h* ſint habituri. quæ ſententia vera eſt.

17 ¶ Sed etſi ſint duo *i* nepotes ex eodem filio, hique emancipati ‖ ſunt, ‖ & ex altero eorum pronepos in poteſtate defuncti, partem habebit nepos vnus, aliam nepos cum filio ſuo.

18 ¶ Sed etſi nepos, & ex alio nepote defuncto duo pronepotes: vnus ex pronepotib. emancipatus ſoli fratri ſuo conferat: vel ſi frater non eſt, ſoli patruo, non etiam patruo *k* maiori.

De legatis exceptis perſonis præſtandis.

2. *Paulus* ‖ lib. 41. ad Edictum. ‖

Nihil in hac parte edicti cauit prætor, vt legata exceptis *l* perſonis nepos præſtet. Sed poteſt ſuperior ſermo & ad hunc caſum referri. nam abſurdum eſt, patrem quidem eius legata præſtare, ipſum verò plus habere, cùm eadem conditione in eandem partem vocantur.

De duobus filiis emancipatis, nepote in poteſtate retento, & nepote à filio poſt emancipationem ſuſcepto.

3. *Marcellus* ‖ lib. 9. Digeſtorum. ‖

Qui duos filios habebat, alterum ex his emancipauit, nepotem ex eo in poteſtate retinuit. emancipatus filium ſuſtulit, & à patre exheredatus eſt. quæro, cùm frater eius & ipſe emancipatus præteritus ſit, & nepotes ex emancipato filio ab auo heredes inſtituti, quid de bonorum poſſeſsione iuris ſit. & quid interſit, ſi emancipatum quoque, ex quo nepotes erant nati, præteritum eſſe ponamus? Reſpondi: Si filium retento ex eo nepote emancipauerit, & emancipatus procreauerit filium, & heres vterque nepos inſtitutus fuerit, pater eorum exheredatus, alius filius præteritus *m*, ſolus † filius præteritus bonorum poſſeſsionem contra tabulas petere poterit. exheredatus enim obſtat filiis ſuis poſt emancipationem ſuſceptis. nepoti tamen retento in poteſtate bonorum poſſeſsio dari debet: quoniam ſi pater eius emancipatus præteritus eſſet, ſimul cum eo bonorum poſſeſsionem accipere poſſet, propter id caput edicti, quod à Iuliano introductum eſt: i. ex noua *n* clauſula. nec debet deterioris eſſe conditionis, quia pater eius exheredatus ſit. idque ei præterito quoque præſtari oportebit. ſed fratris eius, qui poſt emancipationem natus eſt, diuerſa conditio eſt, conſeruanda eſt tamen & illi ad virilem partem hereditas, ſicut etiam Imperator Antoninus *o* in perſona neptis ex filia reſcripſit.

De filio emancipato nepotibus in poteſtate retentis, & nepotibus poſt emancipationem ſuſceptis.

4. *Modeſtinus* ‖ libro 6. Pandectarum. ‖

Emancipato *p* quis filio retinuit ex eo nepotes in poteſtate. filius emancipatus ſuſceptis poſtea liberis deceſsit. placuit in aui poteſtate manentes, ſimul cum his qui poſt emancipationem nati ſunt, decreto bonorum poſſeſsionem accipere: manente eo, vt ſi velit auus ſibi per nepotes adquiri *q*, bona ſua conferat, aut nepotes emancipet *r*, vt ſibi emolumentum paternæ hereditatis adquirant. idque ‖ ita ‖ Diuus Marcus reſcripſit.

Si nepos exhæredatus hæredi ſcripto ſucceſſerit.

5. *Idem* ‖ lib. 6. Differentiarum. ‖

Si nepos exheredatus hæres extiterit *ſ* ei quẽ auus heredẽ fecerat, deinde pater eius emancipatus teſtamẽto præteritus accipiat contra tabulas patris bonorum poſſeſsionẽ, iungi patri ſuo nepos non pote-

a ſecus fuerit, ſi per mediam perſonam ad eos peruenerit hæreditas *l. 5. inf. eod.*
b id eſt, per ſe directò vocabuntur.
c Exheredatio notæ ſpecies, *l. 8. l. 20. ſup. de bon. poſſ. contra tab.*
d iuſtè ſcil. alioquin ſi iuſtè exheredati ſunt, querelam non proponent. *v. l. 23. ſup. de inoffic.*
e Hoc edictum introductum eſt vt ius ciuile prætorio componeretur ſeu conciliaretur.
f hoc ſolo colore quòd in poteſtate ſui aui fuerint.
g i. præferantur per legem 12. tab. quæ ſolos nepotes vocat *§. 3. Inſt. de exhæred. liber.*
h Imò, non iungitur, *l. 10. in pr. verſ. omnia igitur. C. de adopt.* non iungitur (ſi detur in adoptionem extraneo) ſecus ſi auo.
i Exheredatus quoties pater eſt, nepotes admittuntur: & ita nepotes non iunguntur patri hoc caſu, Imò, iunguntur, *l. 23. ſup. de inoff.*
k Exheredatus quando habeatur pro mortuo, *v. Bar. in §. 6. j. eod. n. 3.*
l Imò, non habetur pro mortuo exheredatus. *l. ſi patronus teſtamento 12. j. de bon. lib.* Non habetur pro mortuo, ſi inualida eſt ipſa exheredatio, vt quia non eſt adita hereditas, *l. filium 20. ſed cùm, ſupr. de bon. poſſ. contra tab.* vel, quia ritè non eſt facta, *l. non putauit. 8. §. non quæuis 2. eod. tit.*
m Imò, vocatur iure ſuo, & vt nepos, *l. 5. §. ſi emancipatus in fin. ſup. de bon. poſſ. contra tab. l. ſi quis filium 34. C. de inoff.* Non admittitur ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas, ſed ad querelam, vt quia non fuit inſtitutus, vel exhæredatus.
n *l. 5. §. 1. j. vnde liberi: l. 3. §. 3. §. 4. & 6. ſ. contr. tabul.*
o *l. 13. in fin. ſup. contra tabulas: l. 3. §. vlt. ſup. de collat. bon.*
p *l. 13. §. vlt. ſup. contra tab.*
q Modicarum etiam rerum nomine datur actio facit *§ 16. Inſt. de ver. diuiſ.*
r v. quæ ſcripſi ad *l. vn. C. quando non petentium partes.*
ſ Imò nepotibus, *l. 5. in fin. j. vnde liberi.* t ſolis. u in aui poteſtate. x *l. 1. §. 3. in fin. ſ. de collat. bonor. l. 5. inf. vnde liberi.*
y qui fuerunt in defuncti poteſtate, non aliis. Pater itaque liberis ſuis confert quibus ſolis iniuriam facit. z de hac quæſtione v. Cuiac. 3. obſ. 29.

a adde *l. 50. in fi. ſup. de peculio.*
b ex defuncto alio emancipato, duo nepotes in poteſtate eleganter Scæuola tractat, & *Cuiac. 3. obſ. 29.*
c *ſub.* qui eſt in poteſtate.
d *l. 7. ſup. de collatione.*
e Quorum vnus eſt in poteſtate: alter emancipatus. Atqui emancipatus emancipato non confert, *l. 25. §. 5. ſ. de colla.* Directò non confert, ſed obliquè, & effectu trientem integram nepos (qui in poteſtate aui fuit) accipit à patruo emancipato, quem mox cum fratre ſuo emancipato diuidit. id eſt, filius in poteſtate partitur illum trientem cum altero fratre emancipato.
f quia non *Hotom. obſ.* forſè legendum quoniam non minùs, quàm patruus ex hæreditate aui concurrentes patruo ſint habituri.
g Imò nihil, ſi pater concurrit, id eſt, ſuccedit: aut certè non minus ſi concurrit patruus.
h *al.* patruo, *vt ſ. dictum eſt.* Cæterũ, ne dicamus cum Accurſio, hic agi de patre in poteſtate poſito, qui vnum ex liberis emancipauerit. Nec enim ſilius in poteſtate poſitus filium emancipare poteſt. Quid igitur? fingemus filiũ emancipatũ, filium ſuum rurſus emancipaſſe. Quod tamen vt ita ſit, quæri poterit quemadmodum emancipatus pater nepoti emancipato conferat, *d. l. 2. §. 5. ſup. de collat.*
i *l. 1. §. 2. ſup. de dotis collat.*
k Paulus maiorem hic accipit pro patruo magno, *v. Cuiac. 3. obſ. 10.*
l de quibus vide *l. 1. & paſsim ſ. de legat. præſtandis.*
m *l. 6 §. 4. ſupra contra tab.*
† hodie non ſolũ filio, ſed & nepoti virilis datur verbis vltimis huius edicti.
n Nouam clauſulã appellat, nuperam, & non ita pridem excogitatam à Iuliano. ſic nouum edictum *in leg. 1. §. ſi pater. 13. j. de ventre in poſſeſſ. mittend.* noua ratio *leg. 32 §. ſi virus 18. in fin. ſ. de donat. inter vir.*

o *leg. 7. j. eod.* p hanc legem Cuiacius indicat fugitiuam eſſe, & à ſuo titulo reiectam & in minùs proprium locum tranſlatam: de quo vide eundem 3. obſ. 57.
q *leg. 1 §. 14. ſ. de collat.* r vide *l. 6. j. vnde libert.*
ſ vide quæ ſcripſi *ad l. 194. inf. de regul. iuris,* quæ eſt eiuſdem libri.

a l.1.ſup.eod.
b hoc verbum Bartolus reſtringit ad nepotes legitimos naturales.
c An virilis? An quantam haberet ex eo edicto, id eſt, quartam? An quantam haberet ſi eſſet in poteſtate: prius aſſerit, Bart.
d de qua l.3.in fi. ſup.eod.
† περὶ ἐγκυμονούσης ϗ ἐγκυμονουμένων, &c.31.Eclog.6.
e Humanis in rebus eſſe dicuntur, qui iam nati ſunt: vt hic. & l.7.j.eo.
f Venter, i. is qui iam conceptus eſt, nec dum natus (aliàs ſi non eſt conceptus ius ſucceſſionis non trāſmittit, v.l.16 inf. de ſuis.) à lege non negligitur propter ſpem naſcendi, l.3. hoc tit l.3.ſ. ſi pars hæredit. Ideóque, quoties de commodo eius agitur perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur, l.7. in rerum natura eſſe intelligitur, l.pen. ſup. de ſtatu. pro ſuperſtite, l.231.j. de verb.ſig. pro iam nato, l.30.§.1.ſ.de adquir.hered. & pro liberto habetur, l.pen.ſup de ſtatu. eſt enim matris, & viſcerum eius portio, l.1.§.1.ſup. de ventre inſp.(qua de cauſa vectura aut naulum eius nomine non debetur, arg. l.19 §.7. ſup. locati.) & aliquo caſu bonorum dominus, l.1.§.2. & poſſeſſor §.10.l.6. hoc tit & patris heres futurus eſt, l.84.ſup. de adquir. hæred. Eius fauore mater in eius bonorum poſſeſſionē mittitur, l.1.ſup ſi ventr.nomin. mulier, vt cibum, potum, veſtitum & tectum pro facultatibus defuncti, próque ſua & eius dignitate percipiat, l.1.§.19.hoc tit. æquius eſt enim, l 1.§.2. & ſanctius, fruſtra & ſub incerto matrem in poſſeſſionem mitti & ali, quam dum incertum eſt & litigatur naſciturus ſit aliquis nécne, ventrem fame perire §.3.hoc tit. præterea, licet mater eius ſupplicij capitalis damnata ſit: liber tamen naſcitur, l.18.ſ. de ſtatu. nec de ea quæſtio aut ſupplicium prius ſumitur, quam pepererit mater v. l.3.inf.de pœnis. vtcunque mater capta ſit ab hoſtibus, venter poſtliminium habet vtcunque vi detineatur, non vſu capitur, l.pen.ſup. de ſtatu. Idem venter obſtat ſequentibus & proximè ſucceſſores remoratur, l.1.§.7.inf. vnde cognati. In hæreditatis portione ventri tres vnciæ adſignantur v.l.3.ſ.ſi pars hereditatis. Tanta cura adhibita fuit naſcituri, vt etiam mater eius mortua non priùs humari poſsit, quam partus ei excidatur, l.2.ſ.de mortuo inferend. quin nihil intereſt naturę ductu, an facto hominis naſcatur, v.l.1.§.9.inf. vnde cognati. Sed quoto die natiuitas eius probatur? ſeptimo menſe, id eſt, 182. die à nuptiis contractis, decimo verò menſe à morte patris v.l.12.ſ.de ſtatu. Et ita nato reſtituitur hereditas. l.pen. ſ. de ſtatu. Et vel non nato vel ſtatim, aut ſine liberis mortuo, proximi heredes ſuccedunt, l.4.in fin.ſ.de bon.poſſ.contra tab. v.ſ.de liberis & poſtumis.
g l.9 ſ.teſtam.quemad. h Omnimodo, eſt re ipſa, non nuda adſeueratione aut adfirmatione cum cauſæ cognitione, l.7.§.1.j.eod. Imò ſummatim hoc cognoſcitur. §.14.j.eo. i l.vlt. j.eo. † Hodie venter exhæredatus mittetur in poſſeſſionem. Nec enim poteſt hodie venter exhæredari quod eius nullū delictū eſſe poſsit, l ſi poſth. 14.ſ de lib. l.maximum 4.C.de lib.præterit. l.ſi quis ſuo 23.§.1.C.de inoff. k ritè, vt l.8.§.2.ſ.contr.tab. l id eſt, inter eos qui primū locū tenent in ſucceſsione. Alioquin vox ſuus in poteſtate filiū hic non ſignificat. m Imò iniquum eſt de alieno largiri, l.filius 7.j de don. Æquius eſt, id eſt, minus iniquum. n Et bonorū poſſeſſor, l.6.j.eo. o Imò ſemper futurus eſt, ſemper admittitur, cùm exheredatio facta ſub conditione non valeat, l.3.§.purè ſ.de liber.& poſt. An exhæredatio (de qua hac lege) conditionalis nullo modo differt aut ſuſpendit ipſam exhæredationem poſt datum poſtumum? An exhæredatus eſt deficiente conditione quę ſit in poteſtate?

rit, ſed vt extraneus excludetur: qu a non a ſuo nomine auo hæres extiterit.

De nepote adoptiuo.

6. *Scæuola* ‖ libro 5. Quæſtionum.‖

SI quis filium habens in poteſtate, extraneum in nepotis b locum quaſi ex eo filium natum adoptet, mox filium emancipet, non iungetur hic nepos filio emancipato: quia deſiit eſſe emancipato ex liberis.

De nepote ſuſcepto poſt filij emancipationem.

7. *Tryphoninus* ‖ libro 16. Diſputationum.‖

SI poſt emancipationem filij ſuſceptus ex eo fuerit nepos, conſeruanda illi erit portio. ſed quanta c, videamus. finge enim patruo ſcripto hæredi coheredem datum hunc nepotem: patrem autem eiuſdem prçteritum accepiſſe contra tabulas bonorum poſſeſſionem. quod ad edictum prætoris attinet, ‖ſemiſſes bonorum fient. nunc vero poſt conſtitutionem d Diui Pij, ſi conſeruatur pars nepoti, vtrum virilis, an quarta debeat ſeruari? nam ſi in aui natus poteſtate fuiſſet, coniungebatur in vnam partem cum patre ſuo. & proponamus eſſe alium ex eodem nepotem in familia aui. duo vnam quartam habituri erant, patre eorum accipiente contra tabulas bonorum poſſeſſionem, ſi fuiſſent in aui poteſtate: an ergo nunc in ſeſcunciam tuendus ſit, qui non in familia retentus eſt? & cui abſcedet pars, quæ huic ceſſura eſt? patri eius tantùm, an & patruo? & puto & patruo. nam & legatum eidem datum præſtaret.

DE VENTRE † IN POSSESSIONEM mittendo, & curatore eius.

TIT. IX.

Ratio & ſumma edicti. 1. *De ea quæ eſt prægnans, vel ſe prægnantem dicit.* 2. *De ſuitate. De exhæredatione.* 3. *Vnius poſtumi.* 4. *De abortu.* 5. *De exheredatione conditionali.* 6. *De exheredatione à primo gradu, & præteritione à ſecundo.* 7 *Vel contra* 8. *De vxore capti ab hoſtibus.* 9. *De exheredatione naſcituri intra vel poſt tres menſes.* 10. *De ea quæ vxor eſſe deſiit.* 11. *Si filius emancipatus vel in adoptionē datus ſit.* 14. *Si negetur vxor, vel nurus vel prægnans eſſe.* 15. *De cauſis ex quibus Carbon.bon. poſſeſsio datur.* 16. *De duabus prægnantibus.* 17. *De curatore ventri & bonis dando.* 19. *De ſumptibus in mulierem faciendis, & de officio dicti curatoris.* 23. *Ex quibus eligitur curator.* 24. *Si nondum ſit curator conſtitutus.* 25. *Vel ſit conſtitutus.* 27. *De partu vel abortu & ea quæ non eſt prægnans.*

1. *Vlpianus* libro 41. ad Edictum.

SICVTI liberorum eorum, qui iam in rebus humanis e ſunt, curam f prætor habuit: ita etiam eos, qui nondum nati ſint, propter ſpem naſcendi non neglexit. nam & hac parte edicti eos tuitus eſt, dum ventrem g mittit in poſſeſſionem vice contra tabulas bonorum poſſeſsionis.

1 ¶ Prægnantem eſſe mulierem oportet omnimodo h, nec dicere ſe prægnantem ſufficit. quare nec tenet datio bonorum poſſeſsionis, niſi verè prægnas fuit & mortis i tempore, & eo quo mitti in poſſeſsionem petit.

2 ¶ Totiens autem mittitur in poſſeſsionem venter, ſi † non eſt exhæredatus k: & id quod in vtero erit inter ſuos l hæredes futurum erit.

¶ Sed & ſi incertum ſit, aliquo tamen caſu poſsit exiſtere, quo, qui editur, ſuus futurus ſit, ventrem mittemus. æquius m enim eſt, vel fruſtra nonnunquam impendia fieri, quàm denegari aliquando alimenta ei qui dominus n bonorum aliquo o caſu futurus eſt.

3 ¶ Quare & ſi ita exheredatio facta ſit: *Si mihi filius vnus naſcetur, exheres eſto.* quia filia naſci poteſt, vel plures a filij, vel filius & filia, venter in poſſeſſionem mittetur. ſatius eſt enim ſub incerto eius, qui edetur, alij etiam eum qui exheredatus ſit, quàm eum qui non ſit exhæredatus, fame necari. ratúmque b eſſe debet, quod deminutum eſt, quamuis is naſcatur, qui repellitur.

4 ¶ Idem erit dicendum, & ſi mulier, quæ fuit in poſſeſsione, abortum c feciſſet.

5 ¶ Sed & ſi ſub d conditione poſtumus ſit exhæredatus, pendente conditione Pedij ſententiam admittimus, exiſtimantis poſſe ventrem in poſſeſsionem mitti: quia ſub incerto vtilius eſt ventrem ali.

6 ¶ Si venter ab inſtitutis exhæredatus ſit, à ſubſtitutis prçteritus, Marcellus negat in poſſeſsionem eum mitti poſſe viuentibus inſtitutis: quia exheredatus eſt. quod verum eſt.

7 ¶ Per contrarium autem ſi ab inſtitutis præteritus ſit venter, à ſubſtitutis exhæredatus, viuis inſtitutis, mittendus eſt in poſſeſsionem: quòd ſi non viuant, negat mittendum: quia ad eum e gradum deuoluta hçreditas eſt, à quo f exhæredatus eſt.

8 ¶ Si filius ab hoſtibus captus ſit, vxor eius prægnas in poſſeſsionem ſoceri bonorum mittenda eſt, nam aliquo caſu ſpes eſt, id quod naſcitur, inter ſuos hæredes futurum. vtputà ſi pater eius apud hoſtes decedat.

9 ¶ Sed & ſi quis ventrem exhæredaſſet, *Qui mihi intra menſes tres mortis meæ natus erit, exhæres eſto:* vel, *qui poſt tres menſes:* venter in poſſeſsionem vtique mittetur: quia aliquo caſu ſuus hæres futurus eſt. & ſanè benigniorem eſſe prætorem in hac parte oportebit: ne qui ſperatur, ante g vitam necetur.

10 ¶ Rectiſsimè autem prætor nuſquam vxoris fecit mentionem: quia fieri poteſt, vt mortis tempore vxor non fuerit, quæ ſe ex eo prægnantem dicit.

11 ¶ Etiam ex emancipato venter ad poſſeſsionem admittitur. Vnde apud Iulianum lib. 27. Digeſtorum quæritur, ſi emancipatus quis ſit, vxore iam prægnate, deinde deceſſiſſet, & pater eius mortuus ſit, an venter in poſſeſſionem emancipati patris mitti poſſit. & rectiſsimè ſcripſit rationem non eſſe, cur venter quem edictum admittit, repelli debeat. eſt enim ęquiſſimum partui conſuli, qui natus bonorum poſſeſſionem h accepturus eſt. Sed & ſi auus viueret, ſimiliter ventrem admittemus.

12 ¶ Si filius in adoptionem datus, deceſſerit prægnate vxore, tunc deinde adoptator defunctus fuerit, mittetur venter in poſſeſsionem i aui adoptiui.

¶ Sed an etiam in eius, qui in adoptionem dederat filium, mittetur, videamus? Et ſi hic nepos poſtumus hæres ab auo naturali inſtitutus ſit, mittetur k in poſſeſsionem: quia & nato ei, ſi nemo ex liberis ſit alius, bonorum poſſeſsio ſecundùm tabulas dari poteſt: aut ſi ſint liberi præteriti, etiam contra tabulas cum ipſis poteſt accipere.

13 ¶ Si pater nuru prægnate filium emancipauerit, non in totum repelli vterus debet: namque natus ſolet patri ex nouo l edicto iungi. Et generaliter, quibus caſibus patri iungitur natus, admittendus eſt venter in poſſeſsionem.

14 ¶ Si ea quæ in poſſeſsionem vult ire, vxor negetur, vel nurus vel eſſe vel fuiſſe, vel ex eo prægnas non eſſe contendatur, decretum interponit prætor ad exemplum Carboniani edicti m. Et ita Diuus Hadrianus Claudio Proculo prætori reſcripſit, vt ſummatim n de re cognoſceret: &, ſi manifeſta calumnia videbitur eius, quę ventris nomine in poſſeſsionem mitti deſiderat, nihil noui decerneret: ſi dubitari de re poterit, operam daret ne præiudicium fiat ei, quod in vtero eſt: ſed ventrem in poſſeſsionem mitti oportet. apparet itaque, niſi manifeſta ſit calumniatrix o mulier, debere eam decretum eligere, & vbi omnino iuſtè dubitari poterit, an ex eo prægnas ſit: decreto tuenda eſt, ne prçiudicium partui fiat.

¶ Idémque eſt & ſi ſtatus mulieri controuerſia fiat.

15 ¶ Et generaliter, ex quibus cauſis Carbonianam bonorum poſſeſsionem puero p prætor dare ſolitus eſt, ex hiſdem cauſis ventri quoque ſubuenire prætorem debere non dubitamus: eo faciliùs, quòd fauorabilior eſt cauſa partus q, quam pueri. partui enim in hoc fauetur, vt in lucem producatur: puero, vt in familiam inducatur. partus enim iſte alendus eſt, qui ‖ & ‖ ſi r non tantùm parenti, cuius eſſe dicitur, verùm etiam reipublicæ ſ naſcitur. 16 ¶ Si quis prima vxore prægnate facta, mox aliam duxerit, eámque pægnatem fecerit, diémque ſuum obierit, edictum ambobus ſufficiet: videlicet cùm nemo contendit, nec calumniatricem dicit.

17 ¶ Quotiens t autem venter in poſſeſsionem mittitur, ſolet mulier curatorem ventri petere: ſolet & bonis. Sed ſi quidem tantum ventri curator datus ſit, creditoribus permittendum, in cuſtodia bonorum eſſe. ſi verò non tantùm ventri, ſed etiam bonis curator datus eſt, poſſunt eſſe ſecuri creditores: cùm periculum ad curatorem

pertineat

a Maſculorum ap pellatione, fœmin non continentur i odioſis & exhæ dationibus, vt hic. Qui filium exhe redat, non exhere dat fœminam, v hic. l. cùm quide 19. ſup. de lib. & poſt. l.pronuntiati 195. inf. de verb ſign.
b Qui vnum fi lium exheredat plures, non exhere dat. Imò plures ex heredare videtur, l.vtrum 7.ſ.de ri dub.l.ſi quis ita 16 §.1. ſ. de teſte tutela An hic vnu tantum nominati exheredatus eſt indefinitè? An po tius in odioſis pl res vnitatis num ro non contine tur?
c l.2.inf.eo.l.1. 7.ſup.ſi mulier ve tris nom.
d l.3.ſup. de lib & poſthum.
e adde l.8.§. contra tab.
f v.l.5.in fi in iuſto.
g §.2.verſ. incertum. §. eod.
h l.6.inf.eod.
i l.8.§.1.ſu tra tab.
k Imò, non tetur, l.33.§. contr tab.
l Nouum edi appellat, nunc mum factum, quæ ſcripſi a circa fin.ſ. d iungendis emancip.lib.
m in quo ſu tim cognoſcit 3. §.4.inf de boniano: l.3 j.ne vis fiat
n Atqui plena nicio exigitur l.1.§.1.ſ.eo. 1. j.eo. vxorem plenè conſtare bet: in aliis ſtionibus ſumm cognitio ſuffic
o v.l.1.§.1. mulier ventris mine: l.3.§.3. Carboniano.
p Puer qui iam tus eſt.
q v.l.1.ſup.ſi tris nomine.
r al. quia non tum parenti.
ſ Patriæ quan debeatur, adde l.2. ſup. iuſtitia & iure 14. ſup.ad Treb l.1. in fin. j. ad Iul. maieſt. l.19. 7. in fin. j. de ca tiuis: l.14.§.4.j. mun. & hon.
t Tranſit Iuri conſultus ad cundam Rubric partem de curat bonis dando, ventri.

pertineat. idcirco curatorem bonis ex inquiſitione dandum, idoneum ſcilicet, oportet creditores curare: vel ſi quis alius eſt, qui non edito partu ſucceſſionem ſperet.

18 ¶ Hoc autem iure vtimur, vt idem curator & bonis & ventri detur. ſed ſi creditores inſtent, vel qui ſperat ſe ſucceſſurum, diligentius atque circumſpectius id fieri debebit, & plures, ſi deſiderentur, dandi ſunt.

19 ¶ Mulier autem in poſſeſſionem miſſa, ea ſola, ſine quibus *a* fœtus ſuſtineri, & ad partum vſque produci non poſſit, ſumere *b* ex bonis debet. & in hanc rem curator *c* conſtituendus eſt, qui cibum, potum, veſtitum, tectum *d* mulieri præſtet pro facultatibus *e* defuncti, & pro dignitate eius atque mulieris.

20 ¶ Deminutio autem ad hos ſumptus fieri debet, primum *f* ex pecunia numerata: ſi ea non fuerit ex his rebus, quæ patrimonia onerare magis impendio, quàm augere fructibus conſueuerunt.

21 ¶ Item, ſi periculum eſt, ne interim res vſucapiantur, ne debitores tempore liberentur, idem curare debet.

22 ¶ Ita igitur curam hoc quoque officio adminiſtrabit, quo ſolent curatores atque tutores pupillorum.

23 ¶ Eligitur autem curator aut ex his, qui tutores dati ſunt poſtumo, aut " ex " neceſſariis adfinibúſque, aut ex ſubſtitutis, aut ex amicis defuncti, aut ex creditoribus: ſed vtique is, qui idoneus videbitur, aut ſi de perſonis eorum quæſtio moueatur, vir bonus eligitur.

24 ¶ Quod ſi nondum ſit curator conſtitutus: (quia plerumque aut non petitur, aut tardius petitur, aut ſerius datur) Seruius aiebat, res hæreditarias hæredem inſtitutum vel ſubſtitutum, obſignare non debere, ſed *g* tantùm pernumerare *h* & mulieri adſignare.

25 ¶ Idem ait, ad cuſtodienda *i* ea, quæ ſine cuſtodia ſalua eſſe non poſſunt, cuſtodem ab hærede ponendum, vt putà pecoris: & ſi nondum meſſis, vindemiáque facta ſit. & ſi fuerit controuerſia, quantum diminui oporteat, arbitrum dandum.

26 ¶ Curatore autem conſtituto, hæc omnia ceſſare puto. conſcribere *k* tamen curatori debent & vendenti, & inuentarium *l* rerum facienti.

27 ¶ Tamdiu autem venter in poſſeſſione eſſe debet, quamdiu aut pariat, aut abortum *m* faciat, aut certum ſit eam non eſſe prægnantem.

28 ¶ Et ſi ſciens prudénſque ſe prægnantem non eſſe conſumpſerit, de ſuo eam id conſumpſiſſe Labeo ait.

Si editus repellatur.

2. *Paulus* ‖ lib.41. ad Edictum. ‖

SEd & ſi eum ediderit, qui repulſus eſt, diſcedere debet.

De ſumptibus bona fide factis.

3. *Hermogenianus* ‖ lib.3. Iuris Epitomarum. ‖

SVmptus *n* autem ab ea facti bona fide, non repetuntur.

De habitatione. 1. De cibarijs ſeruorum.

4. *Paulus* ‖ lib. 41. ad Edictum. ‖

HAbitatio *o* quoque, ſi domum defunctus non habuit, conducenda erit mulieri.

1 ¶ Seruis quoque mulieris, qui neceſſarij ſunt, ad miniſterium eius ſecundùm dignitatem cibaria præſtanda ſunt.

De alimentis mulieri præſtandis. De debito ſoluendo.

5. *Gaius* ‖ lib.14. ad Edictum Prouinciale. ‖

CVrator ventris alimenta *p* mulieri ſtatuere debet, nec ad rem pertinet, an dotem habeat, vnde ſuſtentare ſe poſſit: quia videntur, quæ ita præſtantur, ipſi præſtari, qui in vtero eſt.

1 ¶ Curator ventri datus ſoluendi *q* debiti rationem habere debet: vtique eius, quod *r* ſub pœna, aut pignoribus pretioſis debetur.

De inſtitutione extranei poſtumi.

6. *Vlpianus* ‖ lib.41. ad Edictum. ‖

EXtraneo *ſ* poſtumo hærede inſtituto, non aliter venter in poſſeſſionem mittitur, niſi *t* mater aliunde ſe alere non poſſit: ne fortè ei, qui natus bonorum poſſeſſor *u* futurus eſt, denegaſſe alimenta videamur.

De cauſa inteſtati. 1. De cauſæ cognitione. 2. De ventre cum aliis aut ſolo ad poſſeſſionem admittendo.

7. *Idem* ‖ lib. 41. ad Edictum. ‖

VBicunque ab inteſtato admittitur quis, illic & venter *x* admittitur, ſcilicet ſi talis fuerit is, qui in vtero eſt, vt ſi in rebus humanis *y* eſſet, bonorum poſſeſſionem petere poſſet: vt in omnib. *z* partib. edicti pro ſuperſtite *a* habeatur is qui in vtero eſt.

1 ¶ Interdum non paſſim, ſed *b* cum cauſæ cognitione mitti venter in poſſeſſionem debet, ſi quis ſit, qui controuerſiam referat. Sed hoc tantùm ad eum ventrem erit referendum, qui cum liberis admittitur. cæterùm ſi mittatur vnde legitimi, vel qua alia ex parte: dicendum eſt, non eſſe cauſæ cognitionem neceſſariam, nec enim æquum eſt, in tempus pubertatis ventrem veſci de alieno, in tempus pubertatis dilata controuerſia. Sed enim placet, omnes controuerſias, quæ quaſi ſtatus controuerſiam continent, in tempus pubertatis differri: ſed non vt in poſſeſſione ſit ſtatus controuerſia dilata, ſed ſine poſſeſſione.

2 ¶ Quamuis autem prętor ventrem in poſſeſſionem mittat cum his quibus poſſeſſionem dederit: attamen etiam ſolus *a* venter admittetur ad bonorum poſſeſſionem.

De accuſatione adulterij.

8. *Paulus* ‖ lib. 1. de Adulteriis. ‖

SI ventris nomine mulier miſſa ſit in poſſeſſionem, Diuus Hadrianus Calpurnio Flacco, differendam *b* accuſationem *c* adulterij reſcripſit: ne quod præiudicium fieret nato.

De ſumptibus in alimenta ventris factis.

9. *Vlpianus* ‖ lib.15. ad Sabinum. ‖

CVm venter mittitur in poſſeſſionem, quod in ventris alimenta deminutum eſt, detrahitur velut æs *d* alienum.

De tempore quo natus, vel conceptus eſt poſtumus. De omnibus partibus edicti.

10. *Paulus* ‖ lib. 7. Quæſtionum. ‖

POſtumus *e* natus quocunque *f* tempore, qui tamen temporis morte conceptus *g* iam erit, poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem. nam & ventrem prætor ex *h* omnibus edicti partibus mittit in poſſeſſionem bonorum: non miſſurus ſcilicet, ſi ei nato daturus non eſſet bonorum poſſeſſionem,

DE *i* CARBONIANO *k* EDICTO *l* TIT. X.

Summa. 1. Si pro pupillo ſatis non detur. 2. Quibus competit hoc edictum. 4. Si pater controuerſiam faciat. 5. Si impubes. 6. Vel defunctus dicatur eſſe ſeruus. 7. De fiſco. 8. De inſtitutione vel exheredatione. 9. De accuſatione partus ſubiecti.

1. *Vlpianus* ‖ lib.41. ad Edictum. ‖

SI cui controuerſia fiet, an *m* inter liberos ſit, & impubes *n* ſit, cauſa cognitâ perinde poſſeſſio datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, & iudicium *o* in tempus pubertatis cauſa cognita differtur.

1 ¶ Eum, qui controuerſiam facit, ſi pro pupillo ſatis ei non detur, ſimul in poſſeſſionem eorum bonorum eſſe prætor iubet.

2 ¶ Non tantum maſculi, ſed & fœminæ ex virili ſexu deſcendentes, Carboniani commodum habebunt.

3 ¶ Et generaliter dicimus, his demum Carbonianum competere, quibus *p* contra tabulas bonorum poſſeſſio competit. his verò non competere, qui repellentur à contra tabulas bonorum poſſeſſione.

4 ¶ Si quis non ab aliquo hanc controuerſiam patiatur, quod inter liberos non ſit, ſed ab ipſo patre, vt putà nepos, qui ſe retentum in poteſtate aui dicit ab emancipato, cui iungi deſiderat: an differri debet? & magis eſt, vt differatur. parui. n. refert, quis ei controuerſiam faciat, cùm, etſi *q* teſtator eum negauerit ex liberis, non tamen exhæredem ſcripſerit, Carboniano poſſit eſſe locus.

5 ¶ Sed & ſi quis non tantum ex liberis negetur eſſe, verùm *r* ſeruus *ſ* etiam eſſe dicatur, fortè ex ancilla editus, Iulianus ſcripſit, adhuc Carboniano locum eſſe: quod & Diuus Pius reſcripſit, nam vel magis *t* conſulendum eſt his quibus maius periculum intenditur. nam ſi aliter obſeruetur, inuenta *u* erit ratio, quemadmodum audaciſſimus quiſque maiore iniuria impuberem adficiat, quòd & plura & grauiora de eo mentiatur.

6 ¶ Sed etſi *x* ipſe defunctus ſeruus eſſe dicatur, idem *y* erit dicendum.

7 ¶ Sed & ſi fiſcus facit impuberi controuerſiam, Carbonianum edictum poteſt locum habere.

8 ¶ Pomponius libro ſeptuageſimonono ad edictũ ſcripſit, cùm filius hæres vel exhęres ſcriptus eſt,

a *l.4. l.5. inf. eod.*
b *l.5. §.3. inf. de Carboniano.*
c An curator conſtituitus ventri & bonis? An potius, hanc curam geret, vt quæ ventri ad victum neceſſaria ſunt, ea præſtet: interim dum curator bonis conſtitutus, alias impenſas ſuppeditat.
d *l.4. inf. eod. l.1. §.4. inf. de muneribus.*
e ad eas circumſtantias ſæpiſſimè recurritur, *l.2. §.1. ſup. vbi pupillus.*
f Ordinem & progreſſum ſumptuum faciendorum, & ſic rerum in ſumptus aliquos inſumendarum obſerua. adde *leg. à Diuo 15. inf. de re iudic.*
g Sequeſtratio quibus caſibus interdicta, & eiſdem non cenſetur interdicta pernumeratio & deſcriptio. Neque obſtat *l. defenſionis. 7. C. de iure fiſci.* quippe deſcriptio, qua de illo loco agitur, idem eſt, quod executio & in fiſcum incorporatio.
h i. omnes numerare. Dictio, *per*, omne ſignificat, *l.96. ff. de verbor. ſignif.*
i Cuſtodem apponere Curator debet de iis reb. quæ ſine cuſtodia ſaluæ eſſe non poſſunt.
k Curatores bonis dati, res omnes conſcribere debent.
l Inuentarium rerum facere debet curator datus bonis, *l.1. infr. de curat. bon. da.*
m Abortus vel abactus venter, partus eſſe non videtur, *l.2. & l.3. C. de poſthum.*
n *l.1. §.2. ſup. eod.*
o *l.1. §.19. ſuprà eod.*
p *d. §.19.*
q *v. l.1. §.21. ff. eod.*
r *v. l.4. inf. de ſolut.*
ſ Extraneus hic dicitur, qui neque legitimus neque cognatus eſt. nam legitimus vel cognatus omnino mittitur in poſſeſſionem, & non tantum ſi inſtituatur, ſed etiam ſi ab inteſtato ſuccedit. vide *Cuiac. inſtit. de legitim. in verbo extraneus.*
t Quilibet poſthumus & extraneus mittitur in poſſeſſionem, ſi aliunde non habet vnde ſe alat.
u & dominus, *l.1. §.2. in fin. ſup. eod. l.10. inf. eod.*
x *l. vlt. inf. eod.*
y *l.1. in pr. ſup. eod.*
z *v. l. vlt. inf. eod.*
a *l.7. l.23. ſup. de ſtatu.*
b Imò ſummatim & citrà cognitionem cauſæ mitti ſufficit, *l.1. §.14. ff. eo. l.3. §. adq. 7. l. ſeruus. 7. ff. de bon. poſſ.* Hęc miſſio in poſſeſſionẽ, facti eſt, deminuẽdi cauſã cõtinẽs; *l.1. §. totius. ff. eo. l. 12. ff. ex quib. cau. in poſſ.* Illa, iuris eſt, quę nulliũ prę iudicium adfert poſſeſſioni vel proprietati, ideóque ſummaria ſufficit cognitio. vel ibi poſſidere vult donec naſcatur: hic autem ad pubertatis vſque tempus, & hoc verius quàm ſi cum quibuſdam dixeris, hic ventrem: hic agnatum mitti, vel ibi extraneos reſiſtere, hic deſcendentes. vide *Bart. hic.*

a *l.13. in fin. inf. de manumiſſ. teſt.*
b Imò non differtur, *l.1. C. de falſ.* non differtur quoties agitur de matre punienda: differtur, ſi accuſetur de adulterio vel partu ſuppoſito. hoc enim caſu vocantur tutores.
c adde *l.3. inf. de pœnis.*
d quod deminuitur in alendo ventre, æris alieni loco eſt hæreditari.
e *l.10. in fin. inf. vnde cognat. l.6. ff. de ſuis.*
f legitimo tamen: vide *Nou. 49.*
g *l.1. §.1. ſup. eod.*
h Ex omnibus partib. edicti mitti in poſſeſſionem, éſtne mitti ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue per vnde liberi, ſiue per legitimi? an potius hoc vult iuriſconſultus quemcumque in poſſeſſione mitti, qui ſi naſceretur, haberet bonorum poſſeſſionem à Prætore.
i *6. C. 17. 3. Paul. ſent. 1. 4. Theod. 3.* apertius Ecloga περὶ ἀμφιβαλλομένου ἀνήβου υἱοῦ. i. de filio cui ſit controuerſia an ſit impubes 40. *tit. 5.*
k videtur Cn. Carbo auctor huius edicti fuiſſe, quem legimus apud Valerium 5. & 6. Pompeij pueritiæ & bonorum patris eius (de quibus controuerſiam patiebatur) acerrimum defenſorem & protectorem fuiſſe. *Cuiac. hic.*
l decretum fortè interpoſuit cum Prætor eſſet, quod poſtea, vt vtile, in edictum tranſlatum, vide *Cui. eo.*
m *l.3. §.5. inf. eod. l.2. C. eod.*
n mas vel fœmina, *l.2. inf. eod.*

o vtrumque de ſtatu, & bonis paternis
p *l.10. ſup. de inoff.*
q Pater filio non nocet, etſi eum ex liberis eſſe neget, *vt hic.* Eadem ratione matris adſeueratio filio non nocet, *l. Imperatores 29. §. mulier 1. ſup. de prob.*
r *l.2. C. de edict. D. Hadriani.*
ſ Edictum loquitur tantum de controuerſia, An puer ſit inter liberos defuncti (quæ quæſtio eſt de ſtatu familiæ) ſed porrigitur facillimè et iam ad ſtatum capitis, *l.1. C. hoc tit. vide Cuiac. C. eod.*
t & ita Herodianus περὶ πολιτείας, οἷς κίνδυνος οἰκειότατος, τούτοις ἀναγκαῖον ἐστὶ μάλιστα μέλειν, *v. Cuiac. C. eo.*
u quod eſſe non debet. *l.8. §.20. ff. de tranſact.*
x *l.2. C. de edicto D. Hadriani.*
y Imò aliud, *l. liber. 8. C. de petit. hæred.*

Carbonianum edictum ceſſare, quamuis *a* filius eſſe negetur, quia *b* vel quaſi ſcriptus habet bonorum poſſeſſionem, etiam ſi filius non eſt: vel repellitur quaſi exhæredatus etſi filius eſſe videatur. niſi fortè poſthumus (inquit) eſt hæres inſtitutus, & natus negetur eſſe filius, ſed ſubiectus eſſe dicatur. quo caſu eius partis tantùm danda eſt ei bonorum poſſeſſio, ex qua inſtitutus eſt.

9 ¶ Idem ait, cùm quidam exhæredem ſcripſiſſet filium, quod diceret *eum* c *ex adulterio* d *conceptum*: quia fieret ei hæc controuerſia, an inter liberos ſit, ex hac parte edicti ei bonorum poſſeſſionem competere: cum ſi ſine elogio *e* exhæres ſcriptus eſſet, non haberet bonorum poſſeſſionem. Idémque & ſi ita ſit ſcriptum, *quiſquis eſt qui filium meum ſe eſſe dicit, exheres eſto*: quia non *f* eſt filius exhæredatus.

10 ¶ Si quis filium ſuum hæredem inſtituerit ex minima parte ſic, *ille qui ex illa natus eſt, heres eſto*, non *g* quaſi filium ſuum: deinde hic contendat patrem inteſtatum deceſſiſſe, ſéque ei ſuum hæredem eſſe: intereſt *h* cohæredes eius vtrum negent eum filium *i*, an verò contendant teſtamentum valere. ſi teſtamentum valere contendunt, controuerſia non eſt differenda & Carbonianum ceſſat. quòd ‖ſi‖ filium eum negant, & ad ipſos potius quaſi ad conſanguineos hæreditatem pertinere dicunt: data bonorum poſſeſſione impuberi, controuerſia in tempus pubertatis differtur.

11 ¶ Si mater ſubiecti partus arguatur *k*, an differenda ſit quæſtio propter ſtatum pueri, quæritur? Et ſi *l* quidem pupilli ſtatus in dubium deducatur; differri quæſtio in tempus pubertatis debet, cùm metus poteſt eſſe, ne minus idoneè defendatur. cùm verò mater rea poſtulatur, vtique integra fide & maiore conſtantia cauſam defenſura *m* recenti *n* tempore dubium non eſt, cognitionem fieri oportere: & poſt euentum cognitionis, ſi ſuppoſitum *o* partum apparuerit, actiones hæreditariæ puero denegandæ ſunt, *p*, omniáque perinde habenda, atque ſi hæres ſcriptus non fuiſſet.

2. *Marcianus* ‖ lib. 14. Inſtitutionum.‖

LIcet mulier, quæ partum ſubieciſſe dicitur, deceſſerit: tamen ſi *q* participes maleficij ſint, in præſenti cognoſcendum eſt. ſi autem nemo ſit, qui puniri poſſit, quia omnes participes *r* facinoris forte deceſſerint: ſecundum Carbonianum edictum in tempus pubertatis differenda cognitio eſt.

De bonor. poſſeſſione contra tab. vel ab inteſtato, vel ſecundùm tabulas. 1. De legatis fideicommiſſis. 2. De ſcripto hærede. 3. De ætate eius cui ſuccurrit Carbonianum. 4. De cauſæ cognitione. 5. De accuſatione partus ſubiecti. 7. Si mater filio qui fratri controuerſiam faciebat, ſucceſſerit. 8. Si duo impuberes patiantur ſtatus controuerſiam & alter eorum pubuerit. 9. De petitore & poſſeſſore. 10. Si duo impuberes inuicem faciant controuerſiam. 11. De liberali cauſa. 12. Si debitores controuerſiam impuberi faciant, & hæreditatem ad adgnatum abſentem pertinere contendant. 13. De effectu Carbonianæ poſſeſſionis. 14. De tempore huius poſſeſſionis & ordinario propter hanc agnoſcendo.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 41. ad Edictum.‖

CArbonianum edictum aptatum eſt ad *ſ* contra tabulas bonorum poſſeſſionem, & inteſtati: cùm & in ſecundùm tabulas *t* in quibuſdam caſibus poſſit videri neceſſarium edictum: veluti ſi paterfamiliàs ita inſtituerit, *poſthumus heres eſto, vel poſtuma heres eſto*, & negetur eſſe verum, quod in teſtamento ſcriptum eſt.

1 ¶ Et cùm de fideicommiſſis " vel " de legatis quæritur, differri *u* poteſt cauſa in tempus pubertatis: id enim Diuus Pius Claudio Hadriano reſcripſit.

2 ¶ Quamuis ſcripto hæredi non *x* promitti bonorum poſſeſſ. ex edicto Carboniano *y* certum ſit: tamen quæſtionem ſtatus in tempus pubertatis differri proculdubio eſt. ergo ſi quidem de parentis bonis ſimul & de ſtatu controuerſia fiat, hoc edictum locum habuerit. ſin verò tantùm *z* ſtatus, differetur quæſtio in tempus puberbatis, ſed non ex Carboniano, ſed ex conſtitutionibus.

3 ¶ Puberi quamuis minori vigintiquinque annis Carbonianum non ſuccurrit *a*. Sed, (ſi) cùm eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit *a*, bonorúmque poſſeſſionem accepit, dicendum erit, nihil eum egiſſe. Nam etſi impubes eſſet, mox pubes factus, finiretur bonorum poſſeſſionis emolumentum.

4 ¶ Cauſæ cognitio *b* in eo vertitur, vt ſi manifeſta calumnia appareret eorum, qui infantibus bonorum poſſeſſionem peterent, non daretur bonorum poſſeſſio. ſummatim *c* ergo, cùm petitur ex Carboniano bonorum poſſeſſio, debet *d* prætor cognoſcere. Et ſi quidem abſolutam *e* cauſam inuenerit, euidentérque probatur filium non eſſe: negare debet ei bonorum poſſeſſionem Carbonianam. Si verò ambiguam cauſam, hoc eſt, vel *f* modicum pro puero facientem, vt non videatur euidenter filius non eſſe, dabit ei Carbonianam bonorum poſſeſſionem.

5 ¶ Duæ autem ſunt cauſæ cognitionis *g*: vna dandæ Carbonianæ poſſeſſionis, quæ habet commodum *h* illud, vt perinde *i*, atque ſi nullam controuerſiam pateretur impubes poſſeſſionem accipiat. alia cauſæ cognitio illa, vtrum differri *k* debeat in tempus pubertatis cognitio, an repræſentari. Hoc autem diligentiſſimè prætori examinandum eſt, an expediat pupillo repræſentari *l* cognitionem, an potius differri in tempus pubertatis, & maxime inquirere hoc à *m* cognatis, matre, tutoribúſque pupilli debet. finge *n* eſſe teſtes quoſdam, qui dilata controuerſia aut mutabunt conſilium, aut decedent, aut propter temporis interuallum non eandem fidem habebunt. Vel finge eſſe anum *o* obſtetricem, vel ancillas, quæ veritatem pro partu poſſunt inſinuare, vel inſtrumenta ſatis idonea ad victoriam, vel quædam alia argumenta, vt magis damnum patiatur pupillus, quòd differtur cognitio, quàm compendium, quòd non repræſentatur *p*. Finge, pupillum ſatiſdare *q* non poſſe, & admiſſos in poſſeſſionem, qui de hæreditate controuerſiam faciunt, multa poſſe ſubtrahere, nouare, moliri? aut ſtulti, aut iniqui prætoris erit rem in tempus pubertatis differre cum ſummo eius incommodo, cui conſultum velit. Diuus etiam Hadrianus ita reſcripſit: Quòd in tempus pubertatis res differri ſolet, pupillorum cauſa fit, ne de ſtatu periclitentur, antequam ſe tueri poſſint. cæterùm ſi idoneos habeant, à quibus defendantur, & tam expeditam cauſam, vt ipſorum interſit, maturè de ea iudicari, & tutores eorum iudicio experiri volunt, non *r* debet aduerſus pupillos obſeruari, quod pro ipſis excogitatum eſt: & pendere ſtatus eorum cùm iam poſſit indubitatus eſſe.

6 ¶ Si mater impuberis, ſubiecti partus rea poſtulata cauſam obtinuerit, poterit *ſ* adhuc ſupereſſe ſtatus quæſtio: vt putà ſi dicatur aut non eſſe ex ipſo defuncto conceptus, aut ex ipſo quidem, ſed non ex matrimonio *t* editus.

7 ¶ Si is qui ſtatus controuerſiam filio faciebat, & ſolum ſe filium dicebat, deceſſerit, & mater ei hæres extiterit: ſi quidem, eandem controuerſiam impuberi mater faciat, qui ſe ex alia natum adfirmat, quam filius eius faciebat, ſcilicet vt neget eum filium, idcircóque ad ſe totam hæreditatem ex perſona ſui filij defuncti pertinere " debere " in tempus pubertatis differri Iulianus ait: quia nihil intereſt, ſuo, an hæreditario nomine controuerſiam faciat.

¶ Planè ſi mater *u* concedat, hunc quoque defuncti filium eſſe, idcircóque partem dimidiam hæreditatis ſolam ſibi vindicet ex bonis paternis, non erit iudicium in tempus pubertatis differendum. non *x* enim de paternis *y*, ſed de fraternis bonis impuberi ſit controuerſia.

8. ¶ Ibidem Iulianus quærit. Si duo impuberes patiantur ſtatus controuerſiam, & alter eorum pubuerit, expectari *z* alterius quoque pubertas debet. ſcilicet vt ſic de vtriuſque ſtatu agatur, ne aliquod præiudicium fiat impuberi per puberis perſonam.

9 ¶ Parui refert, vtrum petitor ſit impubes, an poſſeſſor qui ſtatus controuerſiam patitur *a*. nam ſiue poſſideat, ſiue petat, in tempus pubertatis differtur.

a addè *l. 10. ſup. de inoff.*
b Carbonianum non datur, bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas habenti.
c Exhæredationes plerunque fiebant adiecto elogio, ſeu adiecta cauſa, *vt hic.* quod ex adulterio conceptus. *& alibi*: quem ſcio ex me natum non eſſe, *l. ſi poſtumus. 14. §. vlt. ſup. de liberis & poſtumis.* ille illius filius exhæres eſto, *l. Idem 15. ſup. de liberis & poſtumis.* quod ob damnationem Oppianici pecuniam acceperit, *Cic. pro Cluentio.* quòd meretricem amauerit, 7. *Quintil.* 4. Mater mea quæ mihi cum cariſſima, tum dulciſſima fuit, quæque mihi vixit, biſque eadem die vitam dedit, exhæres eſto, 9. *Quint.* 2.
d Imò rectè eo caſu exhæredatur, *l. 3. ſup. de liberis, & poſthum.*
e *v. l. 14. §. de lib.*
f Imò eſt, *l. 3. ſup. de liber. & poſthum.* Valet exhæredatio niſi ſe filium probet.
g *l. 5. Cod. de teſtam. ordin.*
h Carbonianum, locum non habet ſi quæſtio ſit de bonis tantum: ſecus ſi de bonis, ſimul & ſtatu, *l. 3. §. 7. inf. eod.*
i atque ita teſtamenti reſpectu portionis ei attributæ inſtitutionem valere negent, *l. 4. Cod. de her. inſt.*
k hoc crimen capitale eſt, *l. 1. Cod. ad leg. Cornel. de falſis.*
l Status quæſtio differtur, quoties pupilli ſtatus in dubium reuocatur; ſecus ſi mater rea poſtuletur.
m defenſura, recenti tempore dubium non eſt cognitionem fieri oportere. ſic ea verba diſtinguenda &„ interpretanda eſſe ſcribit *Cui. 20. obſeru. 24.*
n id eſt, in præſenti, *v. l. 2. j. eod.* ſic in recenti dicitur, *l. 31. §. 2. inf de reb. auth. iud. l. 25. j. de pœnis.*
o *l. 9. infrà eod.*
p atqui res inter alios iudicata (putà inter matrem & tertium) aliis nocere non debet. Solue: hæc regula diſtinctionem habet, vide *l. 63. j. de re indic.* & ſententia lata aduerſus matrem partui non nocet, *l. 1. C. ad leg. Cornel. de falſis.*
q An viuente vno ex participibus criminum, poſſit agi ciuiliter de crimine aduerſus tertium vide *hic apud Bart.*
r putà obſtetrices, *Paul. 2. ſentent. 24. §. vlt.*
ſ *l. 1. §. 3. eod.*
t *ſubaudi*, bonorum poſſeſſionem.
u *l. 6. §. 5. inf. eod.*
x Imò ſcripto hæredi datur Carboniana bonorum poſſeſſio, *vt initio huius legis.* An ſcripto hæredi iam nato non datur, *vt hic*? An potius etiam nato ſcripto hæredi datur, quotiens ſtatus quæſtio eſt?
y ſed iure communi, *l. 1. l. 2. inſ. quorum bonorum*": *l. 2. C. de edict. Diui Hadriani.*
z non de parentis bonis.
a quidnum puberi propter impuberem ſuccurritur? Minimè. vide *Paulum. 3. ſentent. 1. §. 15.*

a Obreptitia decreta non valent l. *cum verò 26. §. ſubuentum 7. infra de fideicomm. liber. l. magis puto 5. §. pen. §. de reb. cor.*
b de qua *vide l. 2. ſup. eod.*
c Imò cum cauſa cognita, *l. 2. C.* ... *l. Iudices 9. C. de iudicijs.* Porrò in cauſis ſummariis, quæ non magnum ita præiudicium parant, ſemiplenam probationem ſufficere hinc colligunt.
d Atqui in poſſeſſoriis locum non habet regula, ... lo facis, qui ... tis quod reſtitu... rus es, *l. ſi quis ... ſe fundum 7. C. ... legem Iuliam ... vi.* locum non habet in poſſeſſor... recuperandæ, ... adipiſcendæ.
e Abſoluta cauſa ... euidens, cui non opponitur ambigua.
f Ambiguum ... hic facit vel ... dicum pro ... faciens.
g *aliàs*, ... tione.
h Carbonianæ poſſeſſionis ... commodum, ... impubes poſ... nem accipiat ... inde ac ſi n... controuerſia ... teretur.
i vide *l. 1.* ...
k *l. 27. inf.* ... *berali.*
l Repræſentatio cognitio dicitur non differri ... tempus.
m Teſtes in... cognatorum ... coniunctorum ... & interroga... ſunt, cognati... ter tutor.
n Teſtium interrogatio non eſt ... ferenda, ... periculum ... lata interroga... ne, ne con... mutent, ... tur, obliui... tur, *vt hic.* ... teſtes ita ... ros, inter... poſſe ex hoc ... ſatis euide... oſtenditur, *l. 40. ſup. ad ... Aquiliam.*
o quæ ali... vide quæ ... uita non cogitur teſtimonium dicere, *l. 8. ſup. de teſtament.* ad *l. 12. ſup. de probat.*
p *v. l. 1. §. 3. ſup. de ventre.*
q Satiſdationem vel omnibus etiam aliis paſſim perdifficilis eſt.
r In odium & fraudem alicuius verti non debet quod eius fauore inductum ... vide *l. 25. ſup. de legib. l. 6. C. de legib. l. 19. in fin. C. de fide inſtrum. l. 5. §. 1.* ... *ſecundis nuptijs.* Imò plerumque impetrata reſcripta ac beneficia nocent ... tranti, *l. 1. ſup. quod quiſque iuris.*
ſ Imò non poterit: Nam matris abſolutio prodeſt partui, *l. denuntiaſſe ... §. quæritur. 6. inf. de adulterijs.* Prodeſt, quotiens de eodem facto quæ... aduerſus filium, de quo ipſa mater abſoluta eſt. Niſi dicas ius ſpeci... lege contraria, hoc eſt, in adulterio, propter ſequens matrimonium, cui ... admodum fauent.
t legitimo ſcilicet. Sic *Eclog. 40. titul. 5. cap. 3.* τὶ γὰρ ... καὶ μὴ εἶναι υἱὸν τοῦ τελευτήσαντος ἢ ἀπὸ νομίμου ... γάμου.
u mater non negat hunc quoque. *Hal.*
x Imò Carbonianum locum habet, etiamſi non ſit contentio de bonis pa... *l. 6. infrà eod.*
y vide *l. 7. §. 7. j. eod.*
z Imò non debet expectari, *l. 17. ſup. eod. l. 13. inf. eod. v. hic Bart.*
a quoties ſcilicet agitur poſſeſſorio, non petitorio. *Bart.*

10 ¶ Si duo impuberes inuicem faciant ſtatus controuerſiam , intereſt, vtrum quiſque ſe ſolum filium dicat, an & *a* ſe.nam ſi ſe ſolum dicat filium , dicendum eſt , debere controuerſiam ad vtriuſque pubertatem differri,ſiue petitor,ſiue poſſeſſor ſit.

¶ Si verò alter ſe ſolum, alter & ſe dicat,ſi quidem ille adoleuerit,qui ſe ſolum dicat, adhuc differtur cõtrouerſia propter pueritiã *b* eius, qui & ſe dicit,ſed de parte : non de toto. de parte enim vtique nec *c* litigatur.quòd ſi ille adoleuerit,qui & ſe dicit, ille impubes ſit,qui ſe ſolum dicit,non differtur controuerſia,nec enim patitur impubes ſtatus controuerſiam, ſed facit : cum hic pubes & *d* ſe dicat , & illum non neget filium.

11 ¶ Si quis liber & hæres eſſe iuſſus, ſtatus controuerſiam impuberi faciat,qui filius eſſe,& teſtamentum patris rupiſſe dicitur, Iulianus ait , vtraque iudicia, & hæreditatis & libertatis , in tempus pubertatis differenda. neutrum enim eorum ita explicari poteſt,vt non conditioni eius, qui ſe filium eſſe contendat præiudicetur. Cæteræ quoque libertatis quæſtiones ex teſtamento pendentes *e* in tempus pubertatis differuntur.

12 ¶ Cùm extaret impubes , qui ſe filium defuncti diceret, debitoréſque *f* negarent eum filium eſſe defuncti , & inteſtati hereditatem ad agnatum , qui fortè trans mare abierit *g* pertinere : neceſſarium erit puero Carbonianum edictum. ſed & abſenti erit proſpiciendum, vt cautio præſtetur.

13 ¶ Miſſum autem ex Carboniano in poſſeſsionem , ſtudent prætores poſſeſſorem conſtituere *h*. quòd ſi *i* cœperit aut hereditatem petere quaſi bonorum poſſeſſor Carbonianus,aut ſingulas res:rectiſſimè Iulianus libro viceſimo quarto Digeſtorum ſcribit , exceptione eum ſummouendum. contentus enim eſſe debet hac prerogatiua, quòd poſſeſſorem eum prætor tantiſper conſtituit. ſi igitur vult hæreditatem , aut ſingulas *k* res petere , petat *l* (inquit) directa actione quaſi hęres , vt ea petitione iudicari poſſit , an quaſi ex liberis hæres ſit , ne præſumptio Carbonianæ *m* bonorum poſſeſsionis iniuriam aduerſariis afferat. duæ ſententia habet rationem , & æquitatem.

14 ¶ Hæc autem poſſeſſio intra *n* annum datur: ſicuti ordinariæ quoque , quæ liberis dantur, intra annum dantur.

15 ¶ Sed oportebit hunc, qui ſe filium dicit,non ſolum Carbonianam donorum poſſeſſionem accipere,verum etiam ordinariam *o* agnoſcere.

16 ¶ Currunt autem tempora ad vtramque bonorum poſſeſſionem ſeparatim. ordinariæ quidem,ex quo patrem ſuum deceſsiſſe ſcit, & facultatem bonorum poſſeſsionis petendæ habuit : Carbonianæ verò ex eo tempore,ex quo controuerſiam ſibi fieri cognouit.

4. *Iulianus*.lib. 24.Digeſtorum.

IDeo ſi ex prima *p* parte edicti bonorum poſſeſſionem non *q* petierit,aliás poterit ex ſequenti parte edicti ad exemplum Carboniani accipere bonorum poſſeſsionem,aliàs non poterit.nam ſi confeſtim poſt patris mortem controuerſia ei facta fuerit , an inter liberos bonorum poſſeſsionem accipere poſsit,ſimul ad vtriuſque edicti cauſam annus ceſsiſſe videbitur.Si verò interpoſito tempore ſcierit controuerſiam ſibi moueri,poterit etiam finito tempore, intra quod ex prima parte bonorum poſſeſsionem acceperat,ex ſequenti bonorum poſſeſsionem petere.quam cùm acceperit,perpetuò poſſeſſoriis *r* actionibus vtetur. ſed ſi poſt pubertatem contra eum iudicatum fuerit, denegabuntur ei actiones.

Si controuerſiam faciens ex liberis ſit.1. De aduerſario pupilli in poſſeſsionem mittendo. 3. De deminutione veſcendi cauſa. 4. De aduerſario in poſſeſsionem miſſo. 5. De adminiſtratione.

5. *Vlpianus* ‖ libro 41. ad Edictum.‖

SEd ſi is,qui controuerſiam impuberi facit , ex liberis ſit, eueniet vt ſiue caueat *ſ* hic, cui ſtatus ſit controuerſia, ſiue non caueat , attamen ſimul ſit in poſſeſsionem.

1 ¶ Si impubes non defendatur,idcircóque miſſus *t* ſit in poſſeſsionem,etiam aduerſarius eius, actiones hereditarias quis exercebit?Et ait Iulianus libro viceſimoquarto Digeſtorum , curatorem conſtitui debere, qui omnia curet,actiones exerceat.

¶ Denique ſcribit , etiam eum qui cum impubere miſſus eſt in poſſeſsionem, actiones poſſe aduerſus curatorem intendere, nec eſſe prohibendum:nullum enim per hoc preiudicium hæreditati fieri. nam & aduerſus ipſum pupillum , ſi ſatisdediſſet , rectè experiretur.

2 ¶ Quoties impubes ſatis non dat, mittitur in poſſeſsionem aduerſarius eius, ſiue ſatisdet. ſiue non det, ſi velit aduerſarius committi ſibi adminiſtrationem , ſatisdare debet pupillo. cæterùm, ſi ſatis non det,debet *u* curator conſtitui, per quem bona adminiſtrentur.

¶ Aduerſarius autem ſi ſatiſdederit, res,quæ tempore perituræ *a* aut deteriores futuræ ſint,diſtrahere debet.item à debitoribus qui tempore liberabuntur, exigere debet: cætera cum pupillo poſsidebit.

a Et , particula implicat , id eſt, continet aliam.
b *Paul.3.ſent.1.§.1.*
c id eſt , non litigatur , vt τὸ *Nec* accipiatur pro *Non.* vt in legibus xij.tabularum: Aſt ei cuſtos nec eſit : & ſi adorat furto quod nec manifeſtum erit. adde *l.1.§.18. ſup. vt legatorum nomine caueatur.*
d Hæc dictio *Et*, implicat,*v.Bart.vt §.10.ſup.eod.*
e Si propter debita particularia quæſtio ſtatus infertur impuberi, differtur in tempus pubertatis. *Bart.*
f adde *l.7.in fin. ſup.de hered.pet.*
g abierat,*Hal.*
h Hoc eſt miſſum in poſſeſsionem tuetur , at non de nouo poſſeſſorem facit.
i Poſſeſſoria hereditatis petitio datur bonorum poſſeſſoribus , exceptis Carbonianis,*vt hic.* hoc eſt miſſum in poſſeſsionem ex hoc edicto tuetur Prætor:non tamen qui ita miſſus eſt in poſſeſsionem ex Carboniano edicto, hæreditatem , réſve ſingulas vindicare poteſt, niſi ſe filium eſſe plenè probare velit.
k *l.vlt.inf.eod.*
l dixi *l.47.inf. de iure fiſci.1.*
m filiationis ſummatim cognitæ.§.4.*verſ. ſummatim ſup.eod.*
n *l.2.§.9.inf. ad Tertull.*
o id eſt, non ſolùm extraordinariè, ſed etiam ordinariè vide Cuiac. *Inſtit. de bon. poſſeſſ.*
p Prima pars edicti , eſtne contra tabulas ? An bonorum poſſeſsio ordinaria? nam ſequens Carboniana extraordinaria eſt.
q hanc negatiuam expungit Auguſtinus 2.*Emend.*3. & Zoanetus *reſt. c. 3.*
r poſſeſſor his actionibus.*Hal.*
ſ hic incipit agere Iuriſconſultus de ſatiſdatione & tertium caput edicti exponere.
t Mitti in poſſeſſionem quis poteſt bonorum impuberis non defenſi.
u *l.1.in fin.inf.de muneribus.*

3 ¶ An autem veſcendi *b* cauſa deminuere poſsit is,qui ex Carboniano miſſus eſt,videamus? Et ſi quidem ſatis impubes dedit,ſiue decreuit pręſes,ſiue non: deminuet veſcendi cauſa,& hoc minus reſtituet hereditatis petitori. quòd ſi ſatisdare non potuit , & aliter alere ſe videtur non poſſe , deminuendi cauſa vſque ad id quod alimentis eius neceſſarium eſt, mittendus eſt. nec *c* mirum debet videri , hæreditatem propter alimenta minui eius quem fortaſſe iudicabitur filium non eſſe, cùm omnium *d* edictis venter in poſſeſsionem mittatur, & alimenta mulieri præſtentur propter eum,qui poteſt non naſci:maiorque cura debeat adhiberi, ne *e* fame pareat filius,quàm ne minor hæreditas ad petitorem perueniat, ſi apparuit filium non eſſe.

4 ¶ Maximè autem puto , ſi miſſus fuerit in poſſeſsionem aduerſarius *f*,deſiderandum à prætore, ne inſtrumenta *g* in poſſeſsionem ſuam redigat.Cæterùm *h* decipietur pupillus,dum vel inſtruitur aduerſarius eius,vel etiam intercipere ea poteſt.

5 ¶ Cùm autem in ſatisdatione *i* & pupillus & aduerſarius eius ceſſant , curator conſtituendus eſt, qui bona adminiſtret,& quandoque ei qui iudicio vicerit,reſtituat.

¶ Quid tamen,ſi tutores pupilli velint adminiſtrare ? Non erunt audiendi, niſi ſatis dederint nomine pupilli, aut curatores quoque iidem ipſi ſint conſtituti.

De bonis maternis.1. De bonis paternis & maternis vel fraternis. De bonorum poſſeſsione ab inteſtato. 3. De controuerſia ſtatus, & hæreditatis,vel ſtatus tantum. 4. De aduerſario pupilli in poſſeſsionem miſſo. 5. De ſumptibus in pupillum faciendis. De actore & reo.

6. *Paulus* ‖ libro 41. ad Edictum. ‖

DE bonis matris *k* an decretum *l* interponendum ſit,quæritur,& decretum quidem non *m* eſt interponendum.dilatio autem longiſsima danda eſt,quæ *n* in tempus pubertatis extrahet negotium.

1 ¶ Planè ſi ſimul de paternis & ‖ de ‖ maternis bonis controuerſia ſit , vel etiam de fratris, & has controuerſias in tempus pubertatis differendas eſſe *o* Iulianus reſpondit.

2 ¶ Huic autem edicto locus eſt,etiam ſi ab inteſtato ad bonorum poſſeſsionem veniant liberi, tametſi ex inferioribus partibus petant , qua legitimi vocantur,quoniam ſui ſint:vel ex illa,qua cognatis datur.

3 ¶ Ita demum autem huic edicto locus eſt, ſi ‖ ſtatus ‖ & hæreditatis *p* controuerſia ſit. nam ſi tantum ſtatus,quòd(puta)ſeruus dicatur eſſe,nec *q* vlla bonorum controuerſia ſit, hoc caſu liberale iudicium ſtatim *r* explicandum erit.

4 ¶ Qui pupillo controuerſiam facit,ſi ſimul cum eo in poſſeſsionem miſſus eſt , ali ex bonis defuncti non debebit, nec quicquam de bonis deminuere: hæc enim poſſeſsio pro *ſ* ſatisdatione cedit.

5 ¶ Non ſolùm alimenta pupillo præſtari debent: ſed & *t* in ſtudia *u*, & in cæteras neceſſarias impenſas decet impendi pro modo facultatum *x*.

6 ¶ Poſt pubertatem *y* quæritur, an actoris partes ſuſtinere debeat,qui ex Carboniano miſſus eſt in poſſeſsionem.& reſponſum eſt,rei *z* partes eum ſuſtinere debere.maximè ſi *a* cauit.ſed & ſi non cauerat,ſi nunc paratus ſit cauere , quaſi poſſeſſor conueniendus eſt. Quòd ſi nunc non *b* caueat,poſſeſsio *c* transfertur aduerſario ſatis offerente,perinde atque ſi nunc primùm ab eo peteretur hęreditas.

De adoptione. 2. De exheredatione. 3. Si mater impuberis in quæſtionem libertatis vocetur. De cauſæ cognitione. 4. De effectu Carb decreti. 6. De exheredatione. 7. De bonis liberti. 8. An ſimul pupillo Carboniana, & ſcriptis heredibus ſecundum tabulas bonorum poſſeſsio detur.

7. *Iulianus* ‖ libro 24. Digeſtorum. ‖

SI impubes negetur iure adoptatus, & ideo paternæ hæreditatis ei controuerſia fiat , non *d* erit iniquum,ſimile *e* Carboniano decretum interponi.

1 ¶ Item ſi impubes in adoptionem datus eſſe di-

a *l.48.in fin. ſup. de adminiſtratione tutorum.l.23.§.1. ſup.de her.inſt.*
b *v.l.pen.ſup. vt in poſſeſſ.legat.*
c ratio dubitandi.
d omnibus partibus edicti *l.vltim.ʒ.de ventre in poſ.*
e Famis auertendæ ſumma ratio eſt. infantis cauſa ſupplicium matris differri,hinc colligunt,non modò vt pariat , ſed vt natũ alat , ſi modò ab alio educari non poſsit.adde *l. prægnatis.3.ʒ.de pœn.*
f ventris.
g hæreditatis.
h fortè legendum, *cæteroquin*, 1. nam alioqui.
i *l.15.l.16.ʒ. eod.*
k Atqui Carbonianum locum tantum habere videtur , in bonorum paternorum quæſtione,*l.3. §.7. in fin.ſup.*
l Carbonianum ſcilicet.
m Cur ita ? hoc edictum introductum eſt ad ſimilitudinem edicti cõtra tabulas, *l.1. §.1. ſup. eod.* ſed in teſtamento fœminarum bonorum poſſeſsio contra tabulas locum non habet,*l.4.§.2.ſup. contra tabulas.*
n *v.l.3.§.2. ʒ.eo.*
o ex conſtitutione vel interpretatione Iuriſconſultorum.*Accurſ. Bart.*
p *l.3.ʒ.eo.*dixi ad *l.4. C.de hered act.*
q Miſsio in poſſeſsionem vim habet cautionis.*Bart*, adde *l.ſi finita*, 15. *§.eleganter* , 28. *& §. ſequenti, inf. de damno.*
r Imo differtur, *vt ʒ.eod. & l.3.§.2.ſup.eod.* differtur ex conſtitutione , non ex hoc edicto.
ſ *l.13.in fin.ʒ. eo.*
t Alimenta cui debentur , idem debet etiam conſequi expenſas neceſſarias ad Liberales artes ediſcendas *v.ſup. l. legatis 6. ſup. de alimentis.*
u Studiorum cauſa factæ impenſæ, neceſſariis quodammodo adnumerantur. huc facit *l.4 ſup. vbi pupillus.*
x adde & pro qualitate per[illegible]. Nã & ſtudiorum impenſæ ita fieri ſolent.arg *l.12.ʒ.de leg.3.* y *l.14.ʒ.eo.l.18.ʒ. de quæſt* z & ſic quis ex petitore fit reus. *Bart.* a *d.l.15.l.5.ʒ.de hered.pet.* b *Paul.1.ſent.11.§.1.v.l.5.C.de her.act.* c Poſseſsio transfertur pœnæ cauſa eodem iudicio, *vt hic, & l.vlt.C.de rei vindic.l.2.in fin.ʒ de collat.l 1.ʒ.uti poſsidetis, l.poſtquam. 5. §. imperator.1.ʒ.vt legatorum nomine.* d imò eſt iniquum,*vt inf eod.* Hic de vtili Carboniano:ibi de directo. e Cur ſimile Carboniano decretum dicitur?An quia Carbonianum propriè inductum propter liberos legitimos & naturales : hoc autem loquitur de adoptiuis,ideóque propriè hoc edictum locum non habet?An potiùs quod Carbonianum olim ſolennibus verbis conceptum erat : quæ cum hodie ceſsent,ſolennibus veterum formulis ſublatis, Carbonianum hodie ad ſimilitudinem antiquæ ſolennitatis ſit proponendum ? hoc poſtremum putat Hartolus.Nam cùm hoc edictum ad ſimilitudinem bonorum poſseſsionis contra tabulas ſit inductum *l.1.§ illud ſup.eod.* & illud in adoptiuis locum habeat : hoc edictum quoque obtinebit.

catur, & ideo negetur naturalis patris hereditas ad eum pertinere: quia & hoc caſu quæritur, an iure *a* filij hæreditatem obtinere poſſit, locus erit *b* Carboniano edicto.

2 ¶ Cùm verò proponitur exheredatus eſſe, non eſt neceſſarium, controuerſiam pubertatis differri: quia *c* non de ipſius filij, ſed de teſtamenti iure quæritur.

3 ¶ Si mater eius cui & de libertate & de hereditate paterna controuerſia fit, in quæſtionem libertatis vocatur: iudicium de matre non ſemper in tempus pubertatis differendum erit. nam & ipſi qui ſubiectus *d* eſſe dicitur, ex cauſa repræſentari ſolet. *e*.

4 ¶ Quotiens Carbonianum decretum interponitur: eodem loco rem haberi oportet, quo eſſet, ſi nulla controuerſia fieret ei, qui bonorum poſſeſſionem acceperit.

5 ¶ Cùm autem ex duobus fratribus ex hoc decreto miſſis, alter pro parte ſua paternam hereditatem non defendit, compellitur alter totam defendere, aut vniuerſa creditoribus cedere.

6 ¶ Interdum etiam exhæredatus filius ex Carboniano decreto bonorum poſſeſſionem accipiet, ſi non contra tabulas petit bonorum poſſeſſionem, ſed ab inteſtato vnde liberi: quia neget tabulas teſtamenti patris tales eſſe, vt ſecundùm eas bonorum poſſeſſio dari poſſit, & dicatur non eſſe filius.

7 ¶ Si pupillus liberti paterni bonorum poſſeſſionem petet, negaretur autem filius patroni eſſe: quia de paternis *f* bonis nulla controuerſia ‖ ei ‖ fieret, differendum hoc iudicium non eſt. Si verò poſt interpoſitum Carbonianum decretum hæc quoque controuerſia moueretur, hoc iudicium *g* in id tempus differri debet. 8. Quæſitum eſt, an ſimul & pupillus ex Carboniano, & ſcripti hæredes ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem haberent? Reſpondi, ſi filius ‖ non eſſet, aut ‖ non accepiſſet contra tabulas vel ab inteſtato bonorum poſſeſſionem, ſimul & ipſum ex Carboniano & ſcriptos heredes ſecundum tabulas habituros bonorum poſſeſſionem.

Siue patrem pupilli. 1. ſiue pupillum ipſum dicam eſſe in poteſtate mea.

8. *Africanus* ‖ lib. 4. *h* Quæſtionum. ‖

DEceſſit *i*, quem ego filium meum & in mea poteſtate eſſe dico. exiſtit impubes *k*, qui eum patremfamiliàs *l*, & ad ſe hereditatem pertinere dicat. decretum neceſſarium eſſe reſpondi *m*.

1 ¶ Item emancipatus deceſſit inteſtato ſuperſtite filio impubere, qui ſe ei ſuum eſſe dicit. ego contendo, ante emancipationem conceptum *n*, atque ideo in mea poteſtate eſſe, & bona emancipati ad me pertinere. & quidem hunc filium eſſe conſtat. ſed hactenus de ſtatu eius quæritur, ‖ quòd ‖ in poteſtate patris fuerit, nécne, ſententia *o* tamen edicti proculdubio ex Carboniano admittitur. *p*.

Si ſuppoſitus dicitur pupillus.

9. *Neratius* ‖ lib. 6. Membranarum. ‖

QVod Labeo ſcribit, quotiens ſuppoſitus *q* eſſe dicitur pupillus, cum quo de patris eius hereditate controuerſia eſt, curare prætorem debere, vt is in poſſeſſione ſit: de eo puto eum velle intelligi, qui poſt mortem patris familiæ, qui ſe ſine liberis deceſſiſſe crediderit, filius eius eſſe dici cœpit: nam eius, qui adgnitus eſt ab eo, de cuius bonis quæritur, iuſtior in ea re cauſa eſt, quàm poſtumi.

De iureiurando.

10. *Marcellus* ‖ lib. 7. Digeſtorum. ‖

CVm mulier, deferente *r* herede iurauerit, ſe prægnatem eſſe, bonorum poſſeſſio ex *ſ* edicto Carboniano dari debet, vel denegari, ſi illa heredi detulit iuſiurandum, cùm cauſa cognita detur poſſeſſio: ne aut heredi bonorum poſſeſſio data faciat præiudicium, aut denegata ius ordinarium *t* eripiat pupillo.

Si non ſit quæſtio hæreditatis paternæ.

11. *Papinianus* ‖ lib. 13. Quæſtionum. ‖

CVm ſine beneficio prætoris, qui patitur controuerſiam, filius heres eſſe poteſt, fortè quia ſcriptus eſt, edicto Carboniano locus non *u* eſt. ac ſimiliter cùm certum eſt, quamuis filius ſit, eum tamen heredem non fore: veluti ſi Titio hærede inſtituto, poſtumus aut impubes exheredatus *x*, negetur filius.

¶ Nec ad rem pertinet, quod intereſt illius, in quibuſdam filium eſſe: veluti *y* propter fratris *z* ex alia matre nati bona, vel iura libertorum & ſepulchrorum. iſtos enim caſus ad Carbonianum conſtat non pertinere.

De herede ſcripto vel legitimo, contra quem impubes qui ſubiectus dicitur ex edicto primo bonorum poſſeſſ. petit.

12. *Idem* ‖ lib. 14. Quæſtionum. ‖

a de quo *v. l. 9. §. 1. ſ. de l §. vlt. Inſt de adopt. lib. 1. §. pen. ſup. de agnoſc.*

b ex ſententia edicti, non ex verbis: duos alios caſus *v. in l. 8. ȷ. eod.*

c In querela inofficioſi teſtamenti non quæritur an ſit filius, ſed an valeat teſtamentum vel non: atque ita vtrum bonis excludatur. ideoque cum lis ſit de bonis tantum, non ſimul de bonis & ſtatu, nulla dilatio admittitur.

d id eſt, ſuppoſitus.

e ſi expediat, *l. 3. §. 5. ſup. eod.*

f *l. 3. §. 7. verſ. ſi plures ſuprà eod. l. 11. in fin. inf. eod.*

g *v. l. 3. §. 2. ſ. eo.*

h *v. Cuiac. 4. ad Afric. fol. 19.*

i putà Titius, filius meus.

k pura quidam tertius, aut potius filius Titij defuncti nepos meus.

l & ita hic agitur de ſtatu patris pupilli.

m nam parum intereſt, Filius eſſe negetur, an ius filij habere, non negatur eſſe filius defuncti, dicitur tamen filius eius qui erat in aliena poteſtate.

n & ita tunc fuiſſe, & nunc eſſe in mea poteſtate.

o Quoties conſtat quem eſſe ex liberis, dubium eſt tamen an ſit in poteſtate vel ſui iuris, Carboniana poſſeſſio locum habet, non quidem ex ipſis verbis edicti, ſed ex ſententia tantum.

p ex hoc caſu & ſuperiore collige, locum eſſe edicto Carboniano, ſiue patrem pupilli, ſiue pupillum ipſum dicam eſſe in poteſtate mea; *Cyrillus apud Cuiac. 4. ad Afric. ibi.*

q *l. 1. in fin ſ. eo.*

r *l. 3. §. 3. ſup. de iureiur.*

ſ i. ex edicto de ventre in poſſeſſionem mittendo. alias ventri non dicitur propriè bonorum poſſeſſio Carboniana, ſed de ventre in poſſeſſionem mittendo, *l. 1. ſ. de ventre in poſſ. mittēdo.*

t Imò ne quidem extraordinarium ius filio mater eripit, *l. 1. in fi. ſ. eod. l. 3. §. pen. ſup. de iureiur.* Neutrum filio aufert, ſed ſibi tantum præiudicium facit. u *l. 3. §. 2. inf eod.* x Exheredatus Carbonianam non habet à prætore, niſi prius ex iure ciuili querelam inofficioſi mouerit & obtinuerit. y Fratrem me pronunciari interdum mea intereſt: putà propter fratris hereditatem, quod in cauſis præiudicij, maximè notandum. z *l. 6. §. 1. ſup. eod.*

SCriptus heres, contra quem filius impubes, qui ſubiectus dicitur, ex edicto primo bonorum poſſeſſionem petit, exemplo legitimi, ſecundùm tabulas interim accipere non poteſt. quod ſi medio *a* tempore ſcriptus, vel ille, qui inteſtati poſſeſſionem habere potuerit, moriantur: heredibus eorum ſuccurrendum erit: Quid *b* enim, ſi non potuerunt adire hæreditatem iure ceſſante, vel ob litem in dubio conſtituti?

De adulterij quæſtione.

13. *Paulus* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

TItia poſt mortem mariti ſui poſtumam enixa eſt. eidem Titiæ crimen adulterij *c* Sempronius apud preſidem prouincię obiecit. quęro, an in tempus pubertatis quæſtio adulterij differri debeat, ne præiudicium poſtumę fiat? Paulus reſpondit, ſi ei pupillæ, de qua quęritur, bonorum paternorum quęſtio non moueatur, ſine cauſa tutores deſiderare, adulterij quoque quęſtionem in tempus pubertatis pupillę differri.

De petitore, & reo.

14. *Scæuola* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

QVæritur, an impubes qui bonorum poſſeſſionem ex Carboniano accepit, ſi, antequàm poſſeſſio ad eum tranſlata fuerit, pubes *d* factus ſit, petitoris *e* partibus fungi debeat? Reſpondit, in *f* eo quod à poſſeſſore petet, probationem ei incumbere.

De poſſeſſione, rei perſecutione, debiti exactione, collatione.

15. *Hermogenianus* ‖ lib. 3. Iuris Epitomarum. ‖

HÆc bonorum poſſeſſio, ſi ſatis datum *g* ſit, non tantùm ad poſſeſſionem adipiſcendam, ſed *h* ad res *i* etiam perſequendas, & debitum exigendum, & collationem bonorum, & dotis, & omnium, quę conferri diximus, prodeſt.

16. *Paulus* ‖ lib. 41. ad Edictum. ‖

SEd ſicuti de bonis paternis emancipato cauetur, ita de iſtis, quę ipſe confert, cauendum eſt.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS *k* ſecundum tabulas *l*.

TIT. XI.

De materia in qua ſcriptum eſt teſtamentum. 1. De ſupremis tabulis. 2. Si tabulæ non proferantur, vel non aperiantur. 3. Si extent vel non. 4. De ſcientia hæredis. 5. De duobus codicibus. 8. De teſtamenti factione. 10. De lini inciſione. 11. De tabulis roſis, vel lino rupto, vel putrefacto, vel inciſo, vel raſo.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 39. ad Edictum. ‖

TABVLAS teſtamenti accipere debemus omnem *m* materiæ figuram *n*. ſiue igitur tabulæ, ſint ligneæ, ſiue cuiuſcunque materię *o*, ſiue chartæ *p*, ſiue membranæ ſint, vel ſi è corio *q* alicuius animalis, tabulæ rectè dicentur.

1 ¶ Non autem omnes tabulas pretor ſequitur hac parte edicti, ſed ſupremas *r*, hoc eſt, eas quę nouiſſimę ita factę ſunt, poſt quas *ſ* nullę factę ſunt. ſupremæ enim hæ ſunt, non quę ſub ipſo mortis tempore factę ſunt, ſed poſt quas nullę factæ ſunt, licèt hæ veteres ſint.

2 ¶ Sufficit autem extare tabulas, etſi non proferantur, ſi certum ſit eas exſtare. igitur etſi apud furem ſint: vel apud eum, apud quem depoſitę ſunt, dubitari non oportet, admitti poſſe bonorum poſſeſſionem. nec enim opus eſt aperire eas, vt bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas agnoſcatur.

3 ¶ Semel autem extitiſſe tabulas mortuo teſtatore deſideratur, tametſi *t* extare deſierint. quare, & ſi poſtea interciderunt, bonorum poſſeſſio peti poterit.

4 ¶ Scientiam *u* tamen exigemus, vt ſciat hæres extare tabulas, certúſque ſit delatam ſibi bonorum poſſeſſionem.

5 ¶ Si quis in duobus *x* exemplaribus *y* fecerit teſtamentum & aliud exſtet, aliud non exſtet, tabulæ exſtare videntur, petíque poteſt bonorum poſſeſſio.

a dum pendet ... teſtamenti, *l. 4. ... fi. ſup. contra tabul.*

b Hereditas ... adita interdum tranſmittitur, ... hic.

c adde *l. 8. ſup. de ventre in poſſ.*

d nam pubertate finitur hæc bonorum poſſeſſio ... ideo à Græcis dicitur ἡ μέχρι τῆς ἥβης διακατοχὴ v. Cuiac. ... *Afric. fol. 90.*

e nondum tranſlata poſſeſſione ... rum ſi pubuerit, poſſeſſor Carbonianus, petitoris partes ſuſtinet, ... aduerſario ceſſante ſatiſdare ... tus ſit. *l. 9. in fi. ... ſup. eod. v. Cuiac. apud Paul. 1. ... 1. §. 1.*

f Probationes ... incumbunt, qui ... poſſeſſore quid ... tunt: denique ... poſſeſſoribus ... actoribus ... gitur, *l. 2. ſup. ... probat. l. 1. ... de edendo. l. ... de probat.*

g *l. 5. in fin. ... eo. l. 6. ȷ. eod. ... ſup. de collat.*

h Imò non ... perſequendas ... tur: nec enim ... ſus in poſſeſſionem, ex Carboniano poteſt ... vindicare, *l. ... miſſus, ſup. eod.* ... hic agit aduerſus debitores ibi ... uerſus principalem aduerſarium. An quia hic ... tiſdedit, ... tor bonis, agit ... uerſus ſinguli poſſeſſores? ... chore prætore poſſidet, *l. 11. inf. de adquir. poſſ.*

i *l. 3. in fin. ...*

k *6. C. 11. quæ ...* tur ſcriptis hæredibus ſcil. ... rum exemplo ... redibus nuncupatiuis, *v. l. 1. ... bon. poſſ. ſecund. tab.*

l defuncti, ... ſupremas & ... teſtium ſignis ... ſignatas. Sed ... attinet hanc bonorum poſſeſſionem excogitari ... quò ſcilicet ... res viæ conſ... dæ hæreditati... paterent, ſi qui ... iuſtius poſſe... videtur, qui ...

m *l 4. ȷ. eod. l. 22. in fin. ... teſtam. §. 12. Inſt. de teſtam.*

n Figuram materiæ appellat, qualitatem ſeu formam ...

o Materia hic ſumitur pro eo quo aliquid continetur: alias pro eo ex quo quid fit, vt ex vino & melle, mulſum, *§. ſi ducerem 27. Inſt. de rerum diuiſ.* pro quo quid ædificatur, *l. 53. ſup. de leg. 3.* pro occaſione, *l. 1. ſup ad Macedon.*

p Inſtrumenta publica chartaceis, papyraceis, ac ligneis tabulis perſcribi atque etiam publicari poſſunt, eámque fidem faciunt, quam aliæ ſcripturæ faciunt ... adde *l. librorum 52. ſ. de legat 3. l in commodato. 17. §. 3. ſup. commodati.*

q An & in ipſo puluere & lapidibus? ſic videtur, *l. 15. C. de teſtam milit.* Quid ... ſcriptis marmoribus aliíſve lapidibus num plena fides adhibenda? Vide *l. monumentorum 6. C. de religioſis.*

r vide *l. 4. in fin. ſup. de adimendis. l. 1. ſ. de iniuſto, l. 21. C. de teſtamento. §. ... Inſtit. quibus mod. teſtam.*

ſ ſupremum, id eſt, à quo nullum aliud eſt. adde *l. 163. inf. de verb. ſign.*

t *l. 18. ſup. qui teſtam. l. 85. §. 1. inf. de reg. iur.*

u *v. 22. l. 32. ſup. de adquir. her. l. 1. §. 1. ſ. de iuris & facti ignor.*

x Teſtamentum in duobus exemplaribus facere quis poteſt, *l. vnum 24. ſup. ... teſtam. §. ſed & vnum 13 Inſt. de teſtam l. vlt. ſup. de his quæ in teſtam. delentur ... Sempronius 47. de leg. 2 l. 3. §. 1. ſ. de his quæ in teſtam. delentur.* Ita Auguſti teſtamentum duobus codicibus ſcriptum *Suet. in Octauio. c. 101. & in Tiberio ...*

y authenticis.

6 ¶ Sed

6 ¶ Sed etſi in duobus *a* codicibus ſimul ſignatis alios atque alios hæredes ſcripſerit, & vtrumque extet, ex vtroque quaſi ex vno competit bonorum poſſeſsio: quia pro vnis tabulis habendum eſt *b*, & ſupremum vtrumque accipiemus.

7 ¶ Sed ſi vnum fecerit teſtator quaſi teſtamentum, aliud quaſi exemplum, ſi quidem id exſtat, quod voluit eſſe teſtamentum, bonorum poſſeſsio petetur *c*. ſi verò id quod exemplum † erat, bonorum poſſeſsio peti non poterit, vt Pomponius ſcripſit.

8 ¶ Exigit prætor, vt is cuius bonorum poſſeſsio datur, vtroque *d* tempore ius teſtamenti faciendi habuerit *e*, & cùm facit teſtamentum, & cum moritur.

¶ Proinde ſi impubes *f*, vel furioſus *g*, vel quis alius ex his qui teſtamētum facere non poſſunt, teſtamentum fecerit, deinde habens teſtamenti factionem deceſſerit: peti bonorum poſſeſsio non poterit.

¶ Sed & ſi filiusfamilias putans ſe patrem familiàs, teſtamentum fecerit, deinde mortis tempore paterfamiliàs *h* inueniatur, non poteſt bonorum poſſeſsio ‖ ſecundùm ‖ peti.

¶ Sed ſi filiusfamiliàs veteranus de caſtrenſi faciat, deinde emancipatus, vel aliàs paterfamiliàs factus, decedat: poteſt eius bonorum poſſeſsio peti.

¶ Sed ſi ‖ quis ‖ vtroque tempore teſtamenti factionem habuerit, medio tempore non habuerit, bonorum poſſeſsio ſecundùm tabulas peti poterit.

9 ¶ Si quis autem teſtamentum fecerit, deinde *i* amiſerit teſtamenti factionem vel furore, vel quòd ei bonis interdictum eſt, poteſt eius peti bonorum poſſeſsio: quia iure teſtamentum eius valet. & hoc generaliter de omnibus *k* huiuſmodi dicitur, qui amittunt mortis tempore teſtamenti factionem. ſed antè factum eorum teſtamentum valet.

10 ¶ Si linum *l*, quo ligatæ ſunt tabulæ, inciſum *m* ſit, ſi *n* quidem alius contra voluntatem teſtatoris inciderit, bonorum poſſeſsio peti poteſt. quòd ſi ipſe teſtator id fecerit, non *o* videntur ſignatæ *p*. & ideo bonorum poſſeſsio peti non poteſt.

11 ¶ Si roſæ ſint à muribus tabulæ, † vel linum *q* aliter ruptum, vel vetuſtate putrefactum, vel ſitu, vel caſu, & ſic videntur tabulæ ſignatæ. maxime ſi proponas, vel *r* vnum linum tenere. Si ter fortè vel quater linum eſſet circunductum dicendum eſt, ſignatas tabulas eius exſtare, quamuis vel inciſa, vel roſa ſit pars vni *ſ*.

De ordine bonorum poſſeßionis contra tabulas, & ſecundum tabulas. 1. De filio ſub conditione inſtituto. 2. De parte. 3. De tabulis pupillaribus. 4. De gradibus hæredum. 6. De duobus gradibus inſtitutis ſub contrariis conditionibus. 7. De nomine hæredis inducto, vel inconſulto teſtatore ſcripto. 8 De ſubſtituto hæredi ex parte. De iure accreſcendi. 9. De ſeruo hærede ſcripto.

2. *Idem* ‖ libro 41. ad Edictum. ‖

ÆQuiſsimum ordinem prætor ſecutus eſt. Voluit enim, primò ad liberos bonorum poſſeſsionem contra tabulas pertinere, mox, ſi inde ‖ non ‖ ſit occupata, iudicium defuncti ſequendum. Expectandi igitur liberi erunt, quandiu bonorum poſſeſsionem petere poſſunt. quòd ſi tempus fuerit finitum, aut antè deceſſerint *t*, vel repudiauerint *u*, vel ius petendæ bonorum poſſeſsionis amiſerint, tunc reuertetur bonorum poſſeſsio ad ſcriptos *x*.

1 ¶ Si ſub conditione *y* heres, inſtitutus *z* filius ſit, Iulianus peræque putauit, ſecundùm tabulas competere ei, quaſi ſcripto, bonorum poſſeſsionem, qualis qualis conditio ſit, etiam ſi hæc, *Si nauis ex Aſia venerit.* & quamuis defecerit conditio, prætor *a* tamen filium, qui admiſerit ſecundùm tabulas, tueri debebit ac ſi contra tabulas acceperit. quę tuitio ei, qui emancipatus eſt, neceſſaria eſt.

2 ¶ Pro qua quiſque parte hæres ſcriptus eſt, pro ea accipiet bonorum poſſeſsionem, ſic tamen, vt, ſi non ſit, qui ei concurrat, habeat ſolus *b* ‖ bonorum ‖ poſſeſsionem. quamdiu tamen ex hæredibus vnus deliberat, vtrum admittat bonorum poſſeſsionem, an non portio bonorum poſſeſsionis eius cohæredi non defertur.

3 ¶ Si primus quidem ita ſubſtitutus ſit, ſi *c* intra decem: ſecundus, ſi poſt decem intra quatuordecim annos, ſi quidem intra decem deceſſerit: primus ſolus hæres erit, & accipiet bonorum poſſeſsionem: ſi verò poſt decem, intra quatuordecim, ſecundus ſolus hæres erit, & accipiet bonorum poſſeſsionem. nec ſibi iunguntur, cùm ad ſuam quiſque cauſam ſubſtitutus ſit.

4 ¶ Defertur bonorum poſſeſsio ſecundùm tabulas primo gradu ſcriptis *d* hæredibus: mox, illis non petentibus, ſequentibus non ſolùm ſubſtitutis verùm ſubſtituti quoque ſubſtitutis: & per ſeriem ſubſtitutos admittimus. Primo gradu autem ſcriptos accipere debemus omnes, qui primo loco ſcripti ſunt. nam ſicuti ad adeundam hæreditatem proximi ſunt, ita & ad bonor. poſſeſ. admittendam.

a v.l.24.ſup. qui teſt. l.3.§.1.ʒ.de tab. exhibend. §.3. inſt. de teſt. ordin. l.vlt. ʒ.de his, quæ in teſtam. delent.
b Cur? quia vterque codex ſimul ſignatus eſt, & ſic vterque ſupremus intelligitur. In his quæ ſimul fiunt nihil prius aut poſterius eſt, l. etſi à patre. C. de teſt. tut.
c quia ex duobus actibus præſumitur pro benigniore, vide Alciat. 3. de præſumpt. 43.
† Ex teſtamenti exemplo bonorum poſſeſsio peti non poteſt.
d v l.19. ſup. qui teſtam.
e v. quæ ſcripſi ad l. pen. C. qui teſtam.
f d.l.19.
g l.16. ſup. qui teſtam.
h d.l.16. & Inſt. quibus non eſt permiſſ. in fi. pr.
i l.8.ʒ. qui teſt.
k Exemplum pone in captiuo, v. l.4. C. de captiuis & poſtliminio reuerſis.
l Lini appellatione quidam intelligunt linum aliud ab eo in quo ſigilla teſtium erant: vel linum hic intelligendum eſſe non omnino inciſum, ſed quandam tantum eius partem. Verius eſt tamen de lino ipſo principali hic agi, quo videlicet tabellæ colligatæ erant, & in quo ſigna teſtium impreſſa.
m l.1.§.8.ʒ. vnde liberi.
n Hæc controuerſia arbitrio boni iudicis dirimenda.
o v. quæ notaui ad l. 22. ʒ. qui teſtam.
p Tabulę ex quibus bonorum poſſeſsio petitur ſeptem teſtium ſignis ſignatæ eſſe debent, l. 2. C. eodem.
† Quid ſi mures fulloni res datas roſerint, v.l.13. §. 6. ʒ. locati.
q l. pen. Cod. de teſtam.
r vel hic ponitur pro ſaltem.
ſ i. vnius lini.
t l.1.§.7. infra de verb ſign. l.1. §.8. ʒ. de ſucc.
u l.4. ʒ. quis ordo in bon. poſſ.
x §.4. ʒ. eod.
y l.23. ʒ. de hered. inſt.
z v.l.5. ʒ. eod.
a l.3.§.6. ʒ. contr. tab.
b l. 28. in fi. ʒ. de libertat. l. 41. ʒ. de vulg. & l.145. ʒ. de verb. ſig. §. 5. Inſtitut. de her. inſt. c v.l.38.ʒ. de vulg. d l.8. §.3. ʒ. eo l.22.ʒ. de his quæ in teſt.

5 ¶ Si quis ita ſcripſerit: *Primus ex parte hæres eſto, ſi primus hæres non erit, ſecundus hæres eſto, tertius ex alia parte dimidia hæres eſto: ſi non erit, quartus hæres eſto:* primus & tertius priores ad bonorum poſſeſsionem inuitantur.

6 ¶ Si quis ita inſtituerit heredes. *Vter a ex fratribus meis Seiam vxorem duxerit, ex dodrante mihi hæres eſto: vter non duxerit, ex quadrante hæres eſto.* Si quidem mortua fuerit Seia, æquas partes habituros hæredes conſtat. quòd ſi ab altero vxor ducta fuerit, dodrantem & quadrantem eis competere: bonorum autem poſſeſsionem, antequàm exiſtat conditio, neutrum petere.

7 ¶ Si conſultò *b* ſit inductum nomen heredis, indubitanter probatur bonorum poſſeſsionem petere eum non poſſe. quemadmodum non poteſt, qui hæres ſcriptus eſt non conſulto teſtatore. nam * pro non ſcripto eſt, quem ſcribit noluit *c*.

8 ¶ Si duo ſint hæredes inſtituti, Primus, & Secundus, & Secundo Tertius ſubſtitutus, omittente Secundo bonorum poſſeſsionem, Tertius *d* ſuccedit. quòd ſi tertius noluerit hæreditatem adire, vel bonorum poſſeſsionem accipere, recidit bonorum poſſeſsio ad Primum; nec erit ‖ ei ‖ neceſſe petere bonorum poſſeſsionem, ſed ipſo iure ei adcreſcet *e*. hæredi enim ſcripto, ſicut portio hereditatis, ita & bonorum poſſeſsio adcreſcit.

9 ¶ Si ſeruus heres ſcriptus ſit, ei domino defertur bonorum poſſeſsio, ad quem hereditas pertinebit. ambulat enim cum dominio bonorum poſſeſsio: quare ſi mortis tēpore Stichus heres inſtitutus fuit ſeruus Sēpronij, nec Sēpronius eū iuſsit *f* adire, ſed vel deceſsit, vel etiam eū alienauit, & cœpit eſſe Septicij euenit, vt ſi Septicius eum iuſſerit, Septitio deferatur bonorum poſſeſsio: ad hunc enim hęreditas pertinet. vnde ſi per multos dominos tranſierit ſeruus, tres vel plures, nouiſsimo *g* dabimus bonorum poſſeſsionem.

De poſthumo.

3. *Paulus* ‖ libro 41. ad Edictum. ‖

VErum eſt, omnem *h* poſthumum, qui moriente teſtatore in vtero fuerit, ſi natus ſit bonorum poſſeſsionem petere poſſe.

De charta.

4. *Vlpianus* libro 42. ad Edictum.

CHartæ *i* appellatio & ad nouam *k* chartam refertur, & ad deletitiam. proinde & ſi in epiſthographo *l* quis teſtatus ſit, hinc peti poteſt bonorum poſſeſsio.

De conditione.

5. *Idem* ‖ libro 4. Diſputationum. ‖

SI ſub conditione *m* heres quis inſtitutus ſit, & accepta bonorum poſſeſsione ſecundùm tabulas, conditio defecerit: interdum euenit, vt res poſſeſſori concedenda ſit: vtputà ſi filius ſit emancipatus ſub conditione hęres inſtitutus, nam ſi defecerit conditio, attamen ſecundum tabulas bonorum poſſeſsionem eum accipere Iulianus ſcribit: ſed & ſi is fuerit, qui ab inteſtato bonorum poſſeſſor futurus eſſet, tuendum eſſe ſcripſit. & hoc iure vtimur.

1 ¶ Videndum, an legata ab eis debeantur, & filius quidem quaſi contra tabulas bonorum poſſeſsione accepta, rem *n* habere videtur: cæteri verò quaſi ab inteſtato, & ideo filius liberis parentibúſque *o* legata relicta ſolis præſtare cogetur; cæteris non.

¶ Planè ei, cui ab inteſtato fideicommiſſum relictum eſt, erit præſtandum, quaſi videatur hoc ipſo fraudatus, quòd ex teſtamento petita ſit bonorum poſſeſsio.

6. *Idem* ‖ libro 8. Diſput. ‖

HI demum ſub conditione hæredes inſtituti bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas, etiam pendente conditione, nec dum impleta, petere poſſunt, qui *p* vtiliter ſunt inſtituti. quòd ſi inutiliter quis ſit inſtitutus, nec ad bonorum poſſeſsionem inutilis inſtitutio proficit.

De ſignis.

7. *Iulianus* ‖ libro 23. Digeſtorum. ‖

CVm tabulæ teſtamenti plurium *q* ſignis ſignatæ eſſent *r*, & quædam ex his non parent, ſeptem *ſ* tamen ſigna maneant: ſufficit *t* ad bonorum poſſeſsionem dandam, ſeptem teſtium ſigna comparere, licèt non omnium, qui ſignauerint, maneant ſigna.

De parte vacua. 1. De ſubſtitutione pupillari. 2 De errore in nomine vel cognomine. 3. De nomine inducto. 4. De ſubſtitutione pupillari.

8. *Idem* ‖ libro 24. Digeſtorum. ‖

SI ita ſcriptum ſit, *Sempronius ex parte dimidia hæres eſto, Titius ſi nauis ex Aſia venerit ex parte tertia hæres eſto. idem Titius, ſi nauis ex Aſia non venerit, ex parte ſexta hæres eſto:* Titius non ex duabus partibus hæres ſcriptus, ſed ipſe ſibi ſubſtitutus intelligi debet. ideóque non ex maiore parte, quàm tertia ſcriptus videtur. ſecundùm hanc rationem, cùm ſextans *u* vacuus relinquatur, bonorum poſſeſsionem Titius accipiet non ſolùm tertiæ partis, ſed eius quoque quæ ex ſextante eidem adcreſcit.

1 ¶ Qui filio impuberi ſubſtituitur ita. *Si filius meus moriatur, priuſquàm x in ‖ ſuam ‖ tutelā veniat, tūc Titius mihi*

a v.l.23. ſup. de cond. inſt.
b l.8.§.2. inf. eod. l.1.2 ʒ. de his quæ in teſt. delentur.
*
c l.12. in fin. C. de teſtam.
d Subſtitutus præfertur coniuncto expreſsè adde l. vnic. C. de caducis. Auth. hoc amplius, C. de fideiuſſ. vel tacitè: niſi aliud ex voluntate teſtatoris præſumatur, l.30. in fi. ʒ. de vulgari Subſtitutionis ius potentius eſt adcreſcendi iure. Subſtitutio facit ceſſare ius adcreſcendi.
e vt qui vnam partem primus agnouerit, l.59.§.3. ʒ. de hered. inſt.
f Vtilem bonorum poſſeſsionem dari nuncupatis heredibus hinc colligunt.
g §.1. verſ. aliter. Inſt. de hered. inſt.
h v.l.4. ſup. de liber. & poſthum.
i v.l.1. ſup. eod.
k Noua charta eſt in qua nondum aut nunquam quidquā ſcriptum eſt.
l Opiſthographus eſt inuerſa vel aduerſa charta ſcripta. Martial. Sidonius, Plin. 3. epiſt. 5. à tergo etiam ſcripta Iuuenal. 1. adde Porphyrionem ad Horat. hinc Theodoret. Hermopolites ad l.99. inf. de verb. ſignific. λύσιν ὀπισθόγραφον appellat apocham ſcriptam à tergo chirographi. Cuiac. 8. obſ. 16. in fin.
m l.2.§.1. ſup. eo.
n i. hæreditatem, vt dixi, l.13. ſup. de legat. præſtand.
o vel vxori, l.1. ʒ. de leg. præſt.
p l.22. in fin. ſup. de adq. hered.
q quàm ſeptem.
r al. ſunt.
ſ l.2. C. eod.
t iuſtus enim & ſolennis numerus teſtium non deficit.
u l.13.§.2. ſup. de hæred. inſtitut. §.7. Inſt. de hæred. inſt. l.4. ſup. de leg. 1. l. 17. ʒ. cond. & demonſt.
x ſubſtituebant ita veteres plerumque filio impuberi, Cic. 1. & 2. de Oratore, & in Bruto & in Topicis 7. Quintil. 7.

hæres eſto: ſicut hæreditatem vindicat, perinde acſi verbum hoc *mihi* adiectum non eſſet, ita bonorum quoque eius poſſeſsionem accipere poteſt.

2 ¶ Sed & cum in *a* prænomine cognomine erratum eſt, is ad quem hæreditas pertinet, etiam bonorum poſſeſsionem accipit.

3 ¶ Is autem, cuius nomen in teſtamentum voluntate *b* teſtatoris perductum eſt, ſicut ad adeundam hæreditatem, ita ad petendam bonorum poſſeſsionem ſcriptus non intelligitur, quamuis nomen eius legatur.

4 ¶ Quidam teſtamentum in tabulis ſibi fecit, filio autem impuberi *c* per *d* nuncupationem ſubſtituit. reſpondi, ſententiam prætoris in danda bonorum poſſeſsione eam eſſe: vt ſeparatim patris, ſeparatim filij hęredes æſtimari debeant. nã quemadmodũ ſcripto filij hæredi ſeparatim ab hæredibus patris, ita nuncupato poteſt videri ſeparatim à ſcriptis patris hæredibus bonorum poſſeſsio dari.

9. *Pomponius* || libro 2. ad Sabinum. ||

VT bonorum poſſeſsio ſecundũ pupillares tabulas admitti poſsit, requiritur, an *e* patris teſtamentum ſignatum ſit, licèt ſecundæ tabulæ reſignatæ proferantur.

De ſeruo ſub conditione inſtituto.

10. *Paulus* " lib. 8. ad Plautium."

SI ſeruus ſub conditione hæres inſtitutus ſit, an bonorum poſſeſsionem accipere poteſt, dubitatur. & Scæuola noſter probat, poſſe *f*.

De tabulis pupillaribus. 1. De filio reuerſo ab hoſtibus. 2. De capitis deminutione teſtatoris.

11. *Papinianus* " libro 13. Quæſtionum."

QVi ex liberis meis impubes ſupremus *g* morietur, ei Titius heres eſto duobus peregre defunctis, ſi ſubſtitutus ignoret, vter nouiſſimus deceſſerit, admittenda eſt Iuliani ſententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris poſſe peti poſſeſsionem bonorum reſpondit.

1 ¶ Filius hæres inſtitutus, poſt mortem *q* patris ad hoſtibus rediit. bonorum poſſeſsionem accipiet, & anni tempus à quo rediit, ei computabitur.

2 ¶ Teſtamento facto, Titius adrogandum ſe præbuit, ac poſtea ſui iuris effectus, vita deceſsit. ſcriptus hæres, ſi poſſeſsionem petat, exceptione doli mali ſummouebitur: quia dando ſe || in || adrogandum teſtator, cum *i* capite fortunas quoque ſuas in *k* familiam & domum alienam transferat.

¶ Plane ſi ſui iuris effectus, codicillis aut aliis literis *l* *eodem teſtamento ſe mori velle declarauerit*. voluntas, quæ defecerat, iudicio *m* recenti rediſſe intelligitur, non ſecus, ac ſi quis aliud teſtamentum feciſſet, ac ſupremas tabulas incidiſſet, vt priores ſupremas relinqueret. Nec putauerit quiſquam, nuda voluntate conſtitui teſtamentum. non *n* enim de iure teſtamenti maximè quæritur, ſed viribus exceptionis, quæ in hoc iudicio quamquam actori opponatur, ex perſona tamen eius, qui opponit æſtimatur.

De demonſtratione hæredis & portionis.

12. *Paulus* || lib. 7. Quæſtionum. ||

VT ſcriptus hæres agnoſcere poſsit bonorum poſſeſsionem *o*, exigendum puto, vt & demonſtratus ſit propria demonſtratione, & portio adſcripta ei inueniri poſsit: licèt ſine parte heres inſtitutus ſit. nam "qui *p* ſine parte inſtitutus eſt, vacantem portionem, vel alium *q* adem occupat.

¶ Quòd ſi ita hæres ſcriptus ſit, vt interdum *r* excludatur || à || teſtamento, eo *ſ* quod non inuenitur portio, ex qua inſtitutus eſt, nec bonorum poſſeſsionem petere poteſt, id euenit, ſi quis ita hęredem inſtituat: *Titius, quanta ex parte priore teſtamento eum hæredem ſcriptum habeo, hæres eſto*: vel, *Quanta ex parte Codicillis ſcriptum eum habeo, hæres eſto* ſi ſcriptus non inueniatur.

¶ Quod ſi ita ſcripſero, *Titius ſi eum priore teſtamento ex ſemiſſe ſcriptum hæredem habeo*, vel, *ſi eum codicillis ex ſemiſſe hæredem ſcripſero, ex ſemiſſe hæres eſto*: tunc accipiet bonorum poſſeſsionem, quaſi ſub conditione hæres ſcriptus.

a *l. 4. C. de teſt. l. 7. C. de leg. §. 29. Inſt. de leg.*

b & ſic conſultò *l. 2. §. 7. ſup. eod.*

c *l. 20. in fin. ſup. de vulg.*

d Subſtitutio per nuncupationem fieri poteſt: nec requirit ſcripturam neceſſario, *l. 2. C. eod.*

e vt patris, *Hal.* adde *l. 20. in prin. ſup. de vulgari.* & quæ ſcripſi ad *l. 11. §. teſtam. quemadm. aperiantur.*

f Seruus bonorum poſſeſsionem rectè admittere poteſt, *l. 7. ſup. de bonor. poſſ.*

g *l. 34. l. 42. ſup. de reb. dub.*

h *l. 32. in fin. ſ. de hered. inſtit.*

i effectus adrogationis.

k Adrogatus in familiam & domum alienam ſe transfert, ex vna familia in aliam: ex vno nomine in aliud alterius familiæ nomen, *vt hic*, Gentem ita mutat adoptio, at non genus, *l. 1. §. cognationem, infra vnde cognat.* Eſt enim genus a natura, & ius naturæ immutabile ſecundum quod, nobilem ex ignobili adoptio faciet, ſi gentem ſpectes, (cum & Ciceronem ſociaſſe ſe Piſonis familiæ vt ſe nobilitaret Trebellius Pollio ſcribat 19. Tyranno) non ſi genus, niſi id agatur, ſpecialiter adoptione facta apud Principem, *arg. l. ſed ſi hac 10. §. 2. §. 3. ſ. de in ius vocand* quia hæc nobilitas ducitur ex genere. vide plura apud Cuiacium *obſeru. 56.*

l munitis tamen quinque teſtibus *l. vlt. in fin. Cod. de codicillis.*

m *v. l. 10. Cod. qui teſt facere.*

n Quid? quę huius loci ſententia eſt: ſi opponitur id teſtamentum non valuiſſe, vtiliter excipietur de ſubſecutis codicillis: non vt ipſo iure teſtamentum valeat, ſed magis per fideicommiſſum, quaſi defunctus, ad cauſam fideicommiſsi & codicillorum vim teſtamenti traxerit, *l quærebatur 19. verſ. ſed in propoſito. ſup. de militari teſtam.* idque expreſſa omnino in codillis voluntate, *vt hac l. v. Onciacum, quaſt. vlt.*

o hanc ſc. & ſic bonorum poſſeſsionem ſecundum tab.*

p *l. 17. ſup de hæred. inſt.*

q ad quem ſc. deuenitur expleto priore *l. 53. in fin. ſup. de hæred. inſt.*

r interim.

ſ in qua ſcriptus ſit. Qui in nulla parte inuenitur inſtitutus, excluditur teſtamento, *l. 17. §. 3. in fin. ſuprà de hered. inſt.*

t apertius *Eclog.* περὶ τῆς κινουμένης παρὰ τῶν αὐτεξουσίους ποιησάντων τοὺς παῖδας 40. *Eclog. 6. i.* de poſſeſsione, quæ petitur ab iis qui liberos manumiſerunt.

u non ſimpliciter emancipatus, tunc enim habet alia antiqua & patria iura in bonis filij. *Ecl. ib. c. 1. in fi.* Et ita aliud eſſe videtur manumittere filiũ, quam emancipare, Emancipatio gratuito fieri poteſt. Manumiſsio filij, fit accepta à filio pecunia §. 3. ĵ. Ita emancipatus liberto adſimilatur. §. 2. *infr.*

x eius bonorum poſſeſsionem partus (exemplo patroni) petere poteſt.

SI *t* A PARENTE QVIS MAnumiſſus *u* ſit *x*.

TIT. XII.

Summa & ratio edicti. 1. De perſonis manumiſſorum. 2. De nepote manumiſſo ab auo. Deinde arrogato a patre. 3. Si quid parens à filio acceperit. 4. Si filius militare cœperit. 5. De liberis manumiſſoris. 6. De querela inoffícioſi.

1. *Vlpianus* || lib. 45. ad Edictum. ||

EMANCIPATVS à parente *a*, in ea cauſa eſt, vt in contra tabulas *b* bonorum poſſeſsione, liberti *c* patiatur exitum. quod æquiſsimum prætori viſum eſt: quia à parẽte beneficium *d* habuit bonorum quærendorum. quippe, ſi filiusfamilias eſſet, quodcunque ſibi adquireret, eius emolumentum patri quæreret. & ideo itum eſt in hoc, vt parens *e* exemplo patroni ad contra tabulas *f* bonorum poſſeſsionem admittatur.

1 ¶ Enumerantur igitur edicto perſonæ manumiſſorum ſic: *In eo, qui à patre, auóve paterno, proauóve paterni aui patre.*

2 ¶ Nepos ab auo manumiſſus, dedit ſe adrogandum patri *g* ſuo, ſiue manens in poteſtate patris deceſſerit, ſiue manumiſſus diem ſuum obeat, ſolus admittetur auus ad eius ſucceſsionem ex interpretatione edicti. quia perinde defert prætor bonorum poſſeſsionem, atque ſi ex ſeruitute *h* manumiſſus eſſet. porrò ſi hoc eſſet, aut non eſſet adrogatus, quia adrogatio liberti admittenda non eſt: aut ſi obrepſerit, patroni tamen nihilo minus ius integrum maneret.

3 ¶ Si parens vel accepit pecuniam, *vt i emanciparet*, vel poſtea viuus in eum filius, quantum ſatis eſt, contulit, ne *k* iudicia eius inquietet, exceptione doli repelletur *l*.

4 ¶ Eſt & alius caſus, quo bonorum poſſeſsionem contra tabulas parens non accipit, ſi forte filius militare *m* cœperit. nam Diuus Pius reſcripſit, patrem ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem venire non poſſe.

5 ¶ Liberos autem manumiſſoris non venire ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem filij, conſtat, quamuis patroni veniant.

6 ¶ Patrem autem accepta contra tabulas bonorum poſſeſsione, & ius *n* antiquum, quod & ſine manumiſsione habebat, poſſe ſibi defendere, Iulianus ſcripſit. nec enim ei nocere debet, quòd iura patronatus habebat, cùm ſit & pater.

De actione Fauiana & Caluiſiana.

2. *Gaius* || libro 15. ad Edictum Prouinciale. ||

NOn *o* vſque adeo exæquandus eſt patrono parens, vt etiam Fauiana aut Caluiſiana actio ei detur. quia * iniquum eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum *p* ſuarum alienationem.

De turpi vel non turpi herede. 1. De fideicommiſsis.

3. *Paulus* || lib. 8. ad Plautium. ||

PAconius ait: Si turpes *q* perſonas *r* (veluti meretricem) à parente || emancipatus & || manumiſſus hęredes feciſſet, totorum bonorum contra tabulas poſſeſsio parenti datur, aut conſtitutæ parti, ſi non turpis hæres eſſet inſtitutus.

1 ¶ Si filius emancipatus teſtamento ſuo patrem ſuum prętierierit, ſiue hæredem inſtituerit, ſideicommiſſa non cogetur pater præſtare ex ſua parte, quæ ei debetur, etiam ſi adierit hæreditatem.

¶ Sed & ſi filia vel neptis manumiſſa ſit, & pater, vel auus prætericus petat bonorum poſſeſsionem. eadem quæ in filio dicenda ſunt.

De operis.

4. *Marcellus* || lib. 9. Digeſtorum. ||

PAtri, qui filium emancipauit, de his quę libertatis cauſa impoſita fuerint, prætor nihil edicit. & ideo *fruſtrà pater operas *ſ* ſtipulabitur de filio *t*.

De coacto emancipare.

5. *Papinianus* || libro 11. Quæſtionum. ||

a & qui patrem ſuum teſtamento præteriit.

b quam intendit eius parens.

c liberti exitum pati quid eſt? *v. l. pater 14. ſup. de inoff.*

d Beneficium emancipationis, ius bonorum quærendorum.

e i. pater, auus, proauus, *Eclog. ibi. §. 1. ĵ. eod. l. 5. in fin. ĵ. ad Tert. l. 2. in fin. ſup. de legit. tut. l. 16. ſup. de inoff. l. 2. Cod. de inoff.*

f Imò, ad querelam inofficioſi, *l. 1. ſup. de inoff.*

g Filius à patre adrogari poteſt.

h Qui emancipatur à patre, liberto, qui ex ſeruitute manumiſſus eſt, adſimilatur.

i Emancipationis gratia parens recte pecuniam accipit à filio. *vt hic*, plerumque expromiſſorem certæ pecuniæ pro pretio emancipationis ſibi dari parentes deſiderabant, non quaſi exacturi poſt emancipationem, ſed vt huius exactionis metu continerent filium emancipatum in officio; & vt magis curarentur à filio *l. 107. inf. de verb. oblig.* Plautius in ... *cho.* Nunquam ... mis curare poſſe parentem ſuum ... liæ; at operæ, donum, munus, emancipatis imponi non poſſunt: hæc enim ſolis libertis imponuntur, *l. 4. inf. eod. l. pen. inf. de obſequiis.*

k Pactum de non ſuccedendo valet hinc colligunt ... de quo notaui ad *l. 3. l. 17. in fin. C. de collat. l. vlt. C. de emancipat. liber.*

l Pactum vt ... tibi pecuniam ... me tua poteſtate dimittas ... emancipes, ... poſt hac meis iudicia inquietes, ... let, *l. vltim. C. de emancip.* cum non ſit de futura ſucceſsione repudianda, ſed de iis quæ patri non iure ſucceſsionis, ſed in remunerationem & auctoramentum emancipationis debentur.

m Patronus contra ea bona liberti omnino non admittitur, quæ in caſtris ſunt quæſita, *l. 30. ſup. de teſt. milit. l. 3. §. 6 inf de bonis lib.*

n Ius antiquum querela inofficioſi, *Viglius Inſtitut. de inoff. teſt.* Cuiacius lib. *obſeruat. 3.* ius antiquum, eſt querela: ius nouum, bonorum poſſeſsio contra tabulas ἁρμόζοντα αὐτῷ ὡς πατρὶ ἀρχαῖα δίκαια. *Eclog. ibi.* ius retinendæ tertiæ cum emancipamus, *l. vltim C. de emancipat. liberorum: l. 1. l. 3. in fin. C. de bonis maternis, l. 6. C. de bonis quæ liberis: §. 2. Inſtit. per quas perſonas nobis adquiritur.*

o Manumiſsio ſerui quæ fit à domino, differt à manumiſſione filij, quæ fit à patre. Quæ fit à domino, libertum facit (qui Stoicis δοῦλος, non tamen οἰκέτης, vt et Cryſippo Athenæus refert.) Quæ fit à patre ingenui conditionem non mutat. liberto non eſt libera rerum ſuarum alienatio, quam ingenuo manumiſſo ſeu emancipato tolli iniquum eſt, *vt hic*, ſi quidem emancipatus vendidit, in id patri eidémque manumiſſori filio non competit Fauiana, aut Caluiſiana: quæ tamen competit patrono, ſi quid in eius fraudem libertus alienauerit. v plura apud Cuiacium *Conſultatione vltim.**

p *l. 70 ſup. de rei vind. l. 8. ſup. de in litem iurand. l. 9. ſup. rer. amotar. l. vlt. ĵ. de annonis. l. 9. C. de Iudæis, l. 21. C. mandati.* q Turpis perſona eſt meretrix.

r eodem modo fratribus competit querela aduerſus teſtamentum fratris, turpibus perſonis inſtitutis, *l. 27. C. de inoff.*

ſ Operas emancipato filio pater imponere non poteſt: *vt hic*. licet patronus poſſit liberto, *l. penult. ĵ de obſequiis.*

t vide *l. 10. ĵ. de obſequiis.*

Diuus

DIuus Traianus filium, quem pater malè contra pietatem adficiebat *a*, coëgit emancipare. quo poſtea defuncto pater, vt manumiſſor, bonorum poſſeſsionem ſibi competere dicebat. ſed conſilio Neratij Priſci, & Ariſtonis ei propter neceſsitatem ſoluendæ pietatis *b* denegata eſt *c*.

DE BONORVM POSSESSIONE EX teſtamento militis *d*.

TIT. XIII.

De his qui ſunt in hoſtico loco. 1. De Nauarchis, trierarchis, remigibus, nautis, vigilibus. 2. De eo, qui non eſt in numeris.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 45. ad Edictum. ‖

NON dubium eſt, quin debeant ratæ voluntates eſſe eorum, qui in hoſticolo *e* ſuprema iudicia ſua quoque *f* modo ordinaſſent, ibidémque diem ſuum obiiſſent. quanquam enim diſtet conditio militum ab his perſonis, quas conſtitutiones principales ſeparant, tamen qui in *g* procinctu *h* verſantur, cùm eadem pericula experiantur, iura quoque eadem merito ſibi vindicant. Omnes igitur omnino, qui eius ſunt conditionis, vt iure militari teſtari non poſsint, ſi in hoſticolo *i* deprehendantur, & illic decedant, quomodo velint, & quomodo poſsint, teſtabuntur, ſiue præſes quis ſit prouinciæ, ſiue legatus, ſiue quis alius, qui iure militari teſtari non poteſt.

1 ¶ Item nauarchos *k* & trierarchos claſsium iure militari poſſe teſtari nulla dubitatio eſt.

¶ In claſsibus omnes remiges *l*, ‖&‖ nautæ milites ſunt.

¶ Item vigiles *m* milites ſunt, & iure militari eos teſtari poſſe nulla dubitatio eſt.

2 ¶ Si quis militum ex alio numero *n* tranſlatus ſit in alium: quamuis & hinc ſit exemptus, & illo nondum peruenerit, tamen poterit iure militari teſtari. eſt enim miles, quamuis in numeris *o* non ſit.

DE IVRE *p* PATRONATVS.

TIT. XIV.

De querelis patronorum aduerſus libertos.

1. *Vlpianus* libro 9. de Officio Proconſulis.

PAtronorum querelas aduerſus libertos præſides *q* audire, & non tranſlatitiè *r* exequi debent: cùm, ſi ingratus *ſ* libertus ſit, non impunè ferre eum oporteat. ¶ Sed ſi quidem inofficioſus *t* patrono patronæ, liberiſve eorum ſit, tantummodo *u* caſtigari eum ſub comminatione aliqua ſeueritatis non defuturæ, ſi rurſum *x* cauſam querelæ præbuerit, & dimitti oportet.

¶ Enimverò ſi contumeliam fecit, aut conuicium eis dixit, etiam in exilium temporale dari debebit.

¶ Quod ſi manus intulit, in metallum dandus erit.

¶ Idem *y*, & ſi calumniam aliquam eis inſtruxit, vel delatorem ſubornauit, vel quam cauſam aduerſus eos tentauit.

De negociatione licita.

2. *Idem* ‖ libro 1. Opinionum. ‖

LIberti homines negotiatione *z* licita prohiberi à patronis non debent *a*.

De tutore qui ſe excuſauit.

3. *Marcianus* ‖ libro 2. Inſtitutionum. ‖

SI quis tutor datus, eùm ſibi legata eſſet ancilla, & rogatus eam manumittere manumiſerit, adgnito legato, & tutela pupilli ſe excuſauerit *b*, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, hunc eſſe quidem patronum, ſed omni commodo patronatus carere *c*.

De liberis patroni.

4. *Idem* ‖ libro 5. Inſtitutionum. ‖

IVra libertorum patronorum liberis *d*, cùm pater eorum erat perduellionis *e* damnatus, ſalua eſſe diui

a vide Cicer. pro Cluentio: alias non facilè parens cogitur emancipare, l. 8. in fin. ĵ. unde liberi. adde l. 4. C. de emancip. v. Socin. regula pater ad filium 266.

b id eſt, patriæ poteſtatis. Poteſtas in ſeruos longè alia eſt. Quod foris eſt regnum, id domi patria eſt poteſtas. Quod foris tyrannis, id domi dominium, *Tert. in Apologet.* Gratius eſt nomen pietatis quàm poteſtatis. Hinc fit vt magis patresfamiliæ, quā domini vocentur. v. Cuiac. ad l. 132. ĵ. de verb. oblig.

c Syn. Baſ. 35. tit. 3. ex tit. 21. c. 40.

d vel eorum qui ſunt in hoſtico & procinctu.

e Hoſtico, *Hal.* hoſtico loco ἐν τῷ πολεμικῷ τόπῳ 35. Ecl. 3 c. 40. hoſtici meminit lex vltima ſupr. de teſtam. milit. & Liuius. hoſticulum, procinctus, ĵ. eo.

f tam exiguæ ſolennitates ſufficiunt in teſtamento militis, *Inſt. de teſtam. milit. in pr.* l. 1. ſup. de teſt. milit.

g hanc ſententiam Bartol. extendit ad peſtis tempus: vt eo cuique licere debeat teſtari vti poſsit, in tanta ſc. plerumque teſtium & hominum penuria, de quo v. l. 9. & l. vlt. C. de teſt.

h id eſt, in ipſa expeditione, dum ſunt præcincti & expediti ad bellū.

i dic vt ſupra.

k nauarchi, nauitrierarchæ, triremi præſunt, v. l. 46. §. ad Treb.

l qui remos agunt.

m l. 8. §. 4. ſup. de excuſ. tut.

n Numerus eſt catalogus in quo militum nomina erāt preſcripta. Lectus tiro publicis expenſis iter faciens, nondum eſt miles: ideóque nec iure militari teſtatur: cum primū in numeros relatus eſt, miles habetur, l. 42. ſup. de teſt milit. Numerus tamen hic pro ordine & turma accipitur. o i. ordine & turma: ſufficit enim in numerum aliquem relatum eſſe, licet non ſit in numeris. p 6. C. 4. de patr & libert. 49. Ecl. 1. Qui extat 3. Decretorum 38. tit. de iure patronatus, ſolo nominis ſono huic congruit. eſt enim eo loci ius patronatus, ius quo is qui Eccleſiā condidit vel clericum conſtituit, Epiſcopo miniſtrum offerre poteſt, vt ab eo, ſi idoneus iudicatus fuerit, ordinetur, v. Rochum de Curte, tractatu de iure patronatus. Duar. 5. de ſacroſ. Eccleſ. in fin. c. 4. q l. 7. §. 1. ĵ. eo. vt Præfecti vrbi Romæ, l. 1. §. 2. ſ. de offic. præf vrb. facit l. 10. 11. 12. ſup. de offic. præf. r citra dilationem vel maiorem cognitionem, de plano, facit l. 9. §. 3. ſup. de off. proconſ. ſ liberti hæc admiſſa in patronum hoc loco recenſentur, ingratus, inofficioſus, contumelioſus, conuicium, manus inferre, calumniam inſtruere, delatorem ſubornare vel quam cauſam aduerſus patronum tentare. t debet enim officium patrono, l. 5. C. de negot. u minus enim eſt delictum in non faciendo, quàm faciendo, *Bart.* x Iteratio auget pœnam, l. 28. §. 3. ĵ. de pœnis.

y Paria ſunt accuſare, calumniari, ac manus inferre: *Bart.* l. 9. §. 1. ſ. de his quib. vt indign. z l. 18. ĵ. eod. l. 45. ĵ. de oper. libert.

a Imo, poſſe prohiberi videntur, l. 26. ĵ. de oper. libert.

b Atqui ſe excuſare non poteſt, l. ex ſententia 19. ſup. de teſtam. tut. An ibi facto non iure ſe excuſauit? An legatum accepit, eius onus ignorans?

c atque ita poteſt eſſe penes aliquem ius patronatus ſine effectu, *Bart.*

d l. 5. C. de obſequiis. e Patronatus iura quæ in extraneum heredem tranſire non

Seuerus & Antoninus benignißimè reſcripſerunt. ſicut ex alia cauſa *a* punitorum liberis iura libertorum ſalua ſunt.

De liberto qui patrono delatores ſubmiſit. 1. De alimentis.

5. *Idem* "lib. 13. Inſtitutionum."

DIuus Claudius libertum, qui probatus fuerit patrono delatores ſummiſiſſe *b*, qui de ſtatu eius facerent ei quæſtionem, ſeruum *c* patroni ‖eſſe iuſsit eum libertum. ‖

1 ¶ Imperatoris noſtri reſcripto cauetur, vt, ſi patronus libertum ſuum non aluerit *d*, ius patroni perdat.

De iureiurando ne nubat liberta, vel liberos tollat. 1. De ſtipulatione operarum aut in ſingulas aureorum tot. 1. De libertis qui liberos tollere non poſſunt. 3. De iureiurando liberta, vt patrono nubat. 4. De remißione iuriſiurandi ne nuptias contrahat.

6. *Paulus* ‖ libro 2. ad legem Ælliam Sentiam. ‖

ADigere iureiurando, *ne e nubat liberta*, vel *liberos tollat*, intelligitur *f* etiam is, qui libertum iurare patitur *g*. Sed ſi ignorante eo ſuus *h* filius adegerit, ſtipulatus fuerit, nihil ei nocebit: certè ſi iuſſu patroni is, qui in poteſtate eſt, idem fecerit, dicendum eſt, eum hac lege teneri.

1 ¶ Stipulatus eſt centum operas, aut in *i* ſingulas aureos quinos dari. non videtur contra legem ſtipulatus, quia in poteſtate *k* liberti eſt, operas dare.

2 ¶ Quamuis nulla perſona lege excipiatur: tamen *l* intelligendum eſt, de *m* his legem ſentire, qui liberos tollere poſſunt. itaque ſi caſtratum libertum iureiurando quis adegerit *n*. dicendum eſt, non puniri patronum hac lege.

3 ¶ Si patronus libertam iureiurando *o* adegerit, vt ſibi nuberet, ſi quidem ducturus eam adegit, nihil contra legem feciſſe videbitur: ſi verò non ducturus, propter hoc ſolum adegit, ne alij nuberet, fraudem legi factam Iulianus ait, & perinde patronum teneri, ac ſi coëgiſſet *p* iurare libertam non nupturam.

4 ¶ Lege Iulia *q* de maritandis ordinibus permittitur *r* iuſiurandum, quod liberto in hoc impoſitum eſt, *ne vxorem duxerit* libertæ *ne ſ nuberet*: ſi modo nuptias contrahere rectè *t* velint.

De ancilla non proſtituenda. De querelis patronorum aduerſus libertos.

7. *Modeſtinus* ‖ libro ſingulari de Manumiſsionibus ‖

DIuus Veſpaſianus decreuit, vt ſi qua hac lege venierit, ne proſtitueretur, & ſi proſtituta eſſet, vt eſſet libera, ſi poſtea ab emptore alij ſine conditione veniit, ex lege venditionis liberam eſſe, & libertam prioris *u* venditoris.

1 ¶ Mandatis Imperatorum cauetur, vt etiam in prouinciis præſides *x* de querelis patronorum ius dicentes ſecundùm delictum admiſſum libertis pœnas irrogent. Interdum illæ *y* pœnæ à liberto ingrato exiguntur, vel pars bonorum eius aufertur, & patrono datur, vel fuſtibus cæditur, & ita abſoluitur.

De manumiſſo à filiofam. milite. 1. De diſtracto ea lege vt intra tempus manumittatur.

8. *Idem* ‖ libro 6. Regularum. ‖

SEruum à filiofamilias *z* milite manumiſſum, Diuus Hadrianus reſcripſit militem libertum ſuum facere, non patris.

1 ¶ Seruus non manumiſſus libertatem conſequitur, is qui ea lege diſtractus *a* eſt, vt manumittatur intra tempus, quod ſuperueniens, licet non manumittatur faciet tamen libertum emptoris.

De filiis patronorum qui non ſucceſſerunt parentibus. 1. De rei capitalis damnato. De iudice flagitij. De capitis accuſatione.

9. *Modeſtinus* ‖ libro 9. Regularum. ‖

FIlij hereditate paterna ſe abſtinentes, ius *b* quod in libertis habent paternis, non amittunt *c*. Idem & in emancipato.

1 ¶ Vt in bonis liberti locum quidam non haberent, lege excipiuntur, rei capitalis damnatus, ſi reſtitutus non eſt, ſi index cuius flagitij ſit, fueritve, vel maior annis 25. cùm eſſet, capitis *d* accuſauerit libertum paternum.

10. *Terentius Clemens* "lib. 9. ad legem Iuliam & Papiam."

EVm patronum, qui capitis *e* libertum accuſaſſet, excludi a bon. poſſeſsione contra tabulas, placuit Labeo exiſtimabat *f*, capitis *g* accuſationem eam

eſſe,

poſſunt, non tranſeunt etiam in fiſcum, patrono ipſo perduellionatus damnato. adde l. 3. ĵ. de interdictis & relegat. l. 1. Cod. de bonis libert. l. quiſquis 5. C. ad l. Iul. maieſt.

a Imo, in aliis cauſis liberi priuantur eo iure, l. 3. ĵ. de interdict.

b facit l. 1. in fin. ſ. eod.

c l. 6. in fin. ſ. de lib. agnoſc.

d v. l. 33. ĵ. de bon. libert.

e v. l. vltim. infr. eodem.

f Adigit iureiurando, qui iurare patitur.

g cum poſsit prohibere, v. l. 50. ĵ. de reg iur.

h v. l. vlt. ĵ. qui & à quibus manumiſ.

i d. l. vlt. in fin.

k v. l. 10. ſ. de iure dot.

l Lex generaliter loquens, reſtringitur per rationem, *Bart.* ceſſante legis ratione, lex ipſa ceſſat.

m Priuilegia non extenduntur ad eos qui indigni ſunt priuilegio.

n ſub. ne nubat aut liberos tollat, §. vltim. in pr. huius legis.

o v. l. 8. ſup. de in ius vocand. l. 31. ſ. qui & à quib. manum.

p v. l. 63. ſuprà de cond. & demonſt.

q nota ad hoc caput legis Iuliæ etiam referri alia capita ex l. 27. l. vlt. C. de nupt. v. Duar. 1. diſtinct. 40.

r remittitur, *Hal.* vel perimitur: hinc nota legem remittere iuramentum, l. vlt. ſ. qui ſatiſd. l. vlt. ſupr. ad municip.

ſ in pr. §. eod.

t ſecus, ſi illicitè. l. 3. §. 5. ĵ. de ſuis.

u l. 10. ſ. de in ius vocand. l. 34. ſ. de euictionib. v. l. 1. in fin. C. ſi mancip. ita venier.

x v. l. 2. ſ. eod.

y adde alias ex l. 6. in fin. ſup. de adſign. lib.

z l. 3. §. 8 l. 22. ĵ. de bon. lib. l. 3. §. 3. l. 1. in fin. ĵ. de adſign. lib. l. 3. §. 7. infr. de ſuis, l. 30. §. 2. ĵ. qui & à quibus manumiſſ. l. 6. in pr. l. 13. in fin. ĵ. de caſtrenſ. pecul.

a v. l. 3. ĵ. qui ſine manumiſſ.

b obſequia, operas bonorum poſſeſsionem.

c liberi iura libertorum non habent vt liberi: vt hic. Idem in emphyteuſi. adde l. vt iuriſiuran. 7. §. ſi libert. 6. ĵ. de operis libert. *Bart.*

d v. l. 10. ĵ. eodem.

e l. 9 in fin ſ. eo. l. 10. §. 11. ſ. de in ius vocand. l. 3. §. 9 l. 48. ĵ. de bon. libert. l. 33. §. 1. in fin ĵ. de fideicommiſſ. libert.

f Accuſat capitis, qui eius delicti ſiue criminis accuſat, cuius pœna ſit mors vel exilium.

g facit l. 14. §. 3. ĵ. de bon. libert.

eſſe, cuius pœna mors, aut exilium eſſet. Qui *a* nomen detulit, accuſaſſe *b* intelligendus eſt *c*, niſi abolitionem petit. Idque etiam Proculo placuiſſe, Seruilius refert.

11. *Vlpianus* lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

IS autem nec ad legitimam hereditatem *d*, quæ ex lege XII. tabularum defertur, admittitur.

De inſtitutione liberti quaſi filij.

12. *Modeſtinus* lib. I. Reſponſorum.

GAius Seius decedens teſtamento ordinato, inter filios ſuos Iulium libertum ſuum, quaſi & ipſum filium ex parte heredem nominauit. quæro, an huiuſmodi ſcriptura *e* poſsit liberto ſtatum conditionis mutare. Modeſtinus reſpondit, ſtatum mutare non poſſe.

De ſeruo peculiari.

13. *Idem* lib. I. Pandectarum.

FIliusfamilias ſeruum peculiarem *f* manumittere non poteſt: iuſſu *g* tamen patris manumittere poteſt: qui manumiſſus, libertus fit patris.

De iureiurando, de ſententia.

14. *Vlpianus* lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam.

SI iurauero *me patronum eſſe*, dicendum eſt, non eſſe me, quantum *h* ad ſucceſsionem patronum: quia iuſiurandum patronum non facit, aliter *i* atque *ſi patronum eſſe* pronunciatum ſit. tunc enim ſententiæ *k* ſtabitur.

Ad legem Aeliam Sentiam de iureiurando liberti.

15. *Paulus* libro 8. ad legem Iuliam & Papiam.

QVi contra legem Æliam Sentiam ad iurandum libertum adegit, nihil iuris habet nec ipſe, nec liberi *l* eius.

De alienatione facta à liberto.

16 *Vlpianus* lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.

SI libertus minorem ſe centenario *m* in fraudem legis fecerit, ipſo iure non valebit id quod factum eſt. & ideo, quaſi in centenarij liberti bonis locum habebit patronus. quidquid igitur quaqua ratione alienauit, ea alienatio nullius momenti eſt.

¶ Planè *n* ſi qua alienauerit in fraudem patroni, adhuc tamen poſt alienationem maior centenario remaneat: alienatio quidem vires habebit *o*, verumtamen per Fauianam *p* & Caluiſianam actionem reuocabuntur ea quæ per fraudem ſunt alienata. & ita Iulianus ſæpiſsimè ſcribit. eóque iure vtimur. Diuerſitatis autem ea ratio eſt. Quoties in fraudem legis fit alienatio, non valet quod actum eſt. in fraudem autem fit, cum quis ſe minorem centenario facit ad hoc vt legis præceptum euertat. at cum alienatione facta nihilominus centenarius eſt, non videtur in fraudem legis factum, ſed tantum in fraudem patroni: idcirco Fauiano vel Caluiſiano iudicio reuocabitur, id quod alienatum eſt.

1 ¶ Si quis plures res ſimul alienando minorem ſe centenario fecerit, quarum vna reuocata, vel omnium partibus, maior centenario efficitur, vtrum reuocamus omnes , an pro rata ex ſingulis, vt centenarium eum faciamus? magiſque eſt vt omnium *q* rerum alienatio facta nullius momenti ſit.

2 ¶ Si quis planè non ſemel *r* alienauerit, ſed quaſdam *ſ* res antè, quaſdam poſtea, alienatio earum rerum, quæ poſtea alienatæ ſint, ipſo iure non reuocabitur, ſed priorum *t*: in poſterioribus Fauianæ locus erit.

De capitali accuſatione.

17. *Idem* lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam.

DIui fratres *u* in hæc verba reſcripſerunt *x*: Comperimus à peritioribus *y* dubitatum aliquandò, an nepos contra tabulas auiti liberti bonorum poſſeſsionem petere poſsit, ſi eum libertum pater patris *z* cùm annorum 25. eſſet, capitis accuſaſſet *a*: & Proculum ſanè non leuem iuris auctorem in hac opinione fuiſſe, vt nepoti in huiuſmodi cauſa non putaret dandam bonorum poſſeſsionem. cuius ſententiam nos quoque ſecuti ſumus, cum reſcriberemus ad libellum Cæſidiæ Longinæ. ſed & Voluſius Mæcianus *b* amicus *c* noſter, vt & iuris ciuilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxiè diligens, religione reſcripti noſtri ductus, ſicut coram nobis adfirmauit, non arbitratum ſe aliter reſpondere debere. ſed eum & ipſo Mæciano, & aliis *a* amicis noſtris, iuriſperitis adhibitis, plenius tractaremus, magis *b* viſum eſt, nepotem neque *c* verbis, neque ſententia legis, aut edicti prætoris ex perſona vel nota patris ſui excludi *d* à bonis auiti liberti. plurium etiam iuris auctorum, ſed & Saluij Iuliani amici noſtri, clariſsimi viri hanc ſententiam fuiſſe.

1 ¶ Item quęſitum eſt, ſi patroni filius capitis accuſauerit libertum, an hoc noceat liberis ipſius. & Proculus quidem in hac fuit opinione, notam adſperſam patroni filio, liberis eius nocere: Iulianus autem negauit *e*. ſed hic idem, quod Iulianus, erit dicendum.

De negotiatione.

18. *Scæuola* libro 4. Reſponſorum.

QVæro, an libertus prohiberi poteſt à patrono, in eadem colonia, in qua ipſe negotiatur, idem genus negotij exercere. Scæuola reſpondit, non poſſe prohiberi *f*.

De liberto ingrato.

19. *Paulus* lib. I. Sententiarum.

INgratus libertus eſt, qui patrono obſequium *g* non pręſtat, vel res eius, filiorúmve *h* tutelam adminiſtrare detrectat.

De liberto teſtato vel inteſtato.

20. *Idem* libro 3. Sententiarum.

SIcut, teſtamento facto, decedente liberto, poteſtas datur patrono, vel libertatis cauſa impoſita *i* petere, vel partis bonorum poſſeſsionem, ita & cum inteſtato deceſſerit, earum rerum electio ei manet.

De reſtitutione damnati. 1. Si patronus ex parte inſtitutus, id quod deeſt ad ſupplendam debitam portionem per ſeruum ſaluum habeat. 2. De duobus patronis. 3. De liberis liberti.

21. *Hermogenianus* lib. 3. Iuris Epitomarum.

SIue patronus, ſiue libertus deportetur, & poſt *k* reſtituatur, amiſſum patronatus & petendæ contra tabulas bonorum poſſeſsionis ius recipitur: quod ius ſeruatur, & *l* ſi in metallum patronus vel libertus damnatus reſtituatur.

1 ¶ Excluditur contra tabulas bonorum poſſeſsione patronus, & ſi ex vncia heres inſtituatur, & id quod deeſt ad ſupplendam debitam portionem, per ſeruum, iudicio liberti ſine conditione † & dilatione, ei ex hereditate vel legato ſiue fideicommiſſo quæri poteſt.

2 ¶ Ex duobus patronis vnus ex debita *m* parte hæres inſtitutus ſine *n* conditione & dilatione, contra tabulas bonorum poſſeſsionem petere non poterit, licet, ſi minor ei portio eſſet relicta, & contra tabulas bonorum poſſeſsionem petiſſet, alia etiam portio ei adcreſcere *o* potuiſſet.

3 ¶ Naturales liberi liberti exhæredati facti, alio ex parte herede inſtituto, ſi per ſeruum ex alia parte parenti ſucceſſerint, obiiciuntur patrono.

4 ¶ Liberti filius heres inſtitutus, ſi bona repudiauerit *p*, patronus non excluditur.

De filio patronæ.

22. *Gaius* libro ſingulari de Caſibus.

SAtis conſtat, [vt] etiam ſi *q* in poteſtate ſit parentis filius patronæ, nihilominus legitimo iure ad eum pertinere hereditatem.

De ſeruo qui ob necem detectam meruit libertatem. 1. De manumiſsis per errorem.

23. *Tryphoninus* lib. decimoquinto Diſputationum.

SI filius patris necem inultam reliquerit, quam ſeruus detexit *r*, & meruit *ſ* libertatem, dixi, non habendum pro patroni filio, quia indignus *t* eſt.

1 ¶ Cùm ex falſis *u* codicillis qui veri aliquo tempore crediti ſunt, heres ignorans quaſi ex fideicommiſſo libertatem ſeruis præſtitiſſet: reſcriptum eſt à Diuo Hadriano, liberos quidem eos eſſe, ſed æſtimationem ſui præſtare debere: & hos libertos manumiſſoris eſſe rectè probatur, quia ſaluum eſt etiam in his libertis ius patroni.

De libertorum & alimentorum eis debitorum diuiſione.

24. *Paulus* Imperialium *x* ſententiarum in cognitionibus prolatarum ſiue decretorum ex libris ſex libro primo.

CAmelia Pia ab Hermogene appellauerat, quod *y* diceret iudicem de diuidenda hereditate, inter ſe & cohæredem non tantum res, ſed etiam libertos diuiſiſſe. nullo enim iure id eum feciſſe. Placuit, nullam eſſe libertorum diuiſionem: alimentorum *z* autem diuiſionem à iudice inter coheredes factam, eodem modo ratam eſſe.

a Accuſaſſe patronum videtur qui nomen detulit.
b *d. l. 14. §. 8.*
c Imo non eſt dicendus accuſaſſe, *l. qui cum maior 14. §. accuſaſſe 8. ĵ. de bonis libert.* An dicemus, eum qui nomen alterius detulit accuſaſſe videri non ſententia legis, ſed ſerie & formula verborum inſpecta? An potius tum accuſaſſe, cum delationi operam atque induſtriam adiungit, delationis ad exitum perducendæ cauſa?
d *l. 17. ĵ. de bonis libert.*
e facit *l. 1. & 5. C. de teſtam.*
f *l 2. C. qui manumitt. non poſſunt.*
g *l. 16. ĵ. de manumiſsionib.*
h *l. 45. §. 1. ſup. de ritu nupt.* ſecus, quantum ad vocationem in ius, *l. 8. §. 1. ſuprà de in ius vocand.*
i Differentiam iuramenti & ſententiæ obſerua.
k *al.* ſententiæ.
l Imo, liberi eius, vt innocentes, ius patronatus habens, *l. 8. §. 7. ſup. de in ius vocand.*
m Centenario minor quis? vide in *l. 26. ĵ. de bon. lib. §. 2. Inſt. de ſucceſſ. libert.*
n Mitius agitur cum homine quam cum lege, *vt hic.* Imò durius agitur cum homine quàm cum lege, *l. Celſus 23. ſuprà de arbitr. l. amplius non peti 15. infr. ratam rem haberi.* verbum *peti* ab homine probatum intelligitur per litis conteſtationem à lege, per ſententiam, *l. in ſeruitutem 16. §. petiiſſe, ĵ. de bonis libert.*
o Alienatio facta in fraudem legis, ipſo iure non valet: in fraudem hominis, valet. ſed per reuocationem reſcinditur. *Bart.*
p cui detur, *v. l. 2. C. ſi in fraud. patr.*
q Cur omnium? quia per primam alienationem factus eſt minor centenario, *Bart.*
r non ſimul.
ſ atque ita per partes.
t ſed prior. *Hal.* adde *l. 1. C. de inoff. donat. l. 87. §. 3. ſ. de legat. 8.*
u id eſt, Marcus Antoninus Philoſophus, & Ælius Verus, *v. partian in Aelio.*
x ad Quintilium *l. 16. §. 4. in fin. ĵ. de bon. libert.*
y Principes nonniſi peritiorum conſilio atque ſententia ius dicere oportet.
z hanc vocem *patris* expungit *Cuiac. 4. obſ. 13.*
a *v. l. 14. infrà de bonis libert.*
b de quo *v. Iul. Capitolinum.*
c Sic ſolent interdum principes conſiliarios ſuos, Amicos ſuos appellare: cúmque morem retinent Francorum reges in quorum epiſtolis ſeu reſcriptis illud paſsim legitur, *A noſtre amé & feal.*

a hinc colligit Alciatus, ibi maiorem zelum præſumi, vbi plenior eſt numerus conſultantium *1. præſumpt. 51.*
b Variare etiam Iuriſconſultus poteſt. dixi *l. 75. ĵ. de regulis iuris.*
c Imo delictum patris nocet filio, *l. quæritur 38. ĵ. de bonis libert.*
d Imo, videtur excludendus, *l. 38. ĵ. de bon. libert.*
e *l. 16. §. 4. ĵ. de bon libert.*
f *l. 2. ſup. eod.*
g *l. 9. ĵ. de obſequiis l. 5. in fi. C. de oper. libert l. 4. in fin. C. de obſeq. patrono.*
h *l. 2. C. qui petant tutores.*
i puta, operas & munus, *l. 2. Cod. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas liberti.*
k *l. 3. §. 7. ĵ. de bon. libert.*
l vt idem ius ſit in damnatis ad metallum reſtitutis, quod eſt in deportatis reſtitutis.
† adde §. 2. ĵ. eod. v. quæ ſcripſi ad *l. 32. C. de inoff.* videntur autẽ hæc verba eſſe ex Iuſtiniani conſtitutione de iure patronatus in qua hæc verba leguntur, *πάσης αἱρέσεως, καὶ πάσης ὑπερθέσεως ἀπηλλαγμένης.* Is portio debita patrono pura eſſe debet à die & conditione, *vt hic.* & ab omni onere legati & fideicommiſſi, *l. 28 ſup. de leg.* quo fit, vt patronus qui legem Papiam ſe omiſſurũ fideicommiſſario cauit non teneatur, *l. patronus 20. ĵ. de donat.* ibi dixi.
m *d. l. 3. §. 10. ĵ. de bon. libert.*
n dixi ad §. 1. *ſup. eod.*
o Ius adcreſcendi locum habet in legitima patroni, *vt hic.* ergo & in legitima filiorum.
p *l 6. §. 2. ĵ. de bonis libert.*
q *l. 39. ĵ. de bonis libert.*
r *v. l. 4. ĵ. de bon. libert.*
ſ ſeruus ſcilicet.
t Cur? quia qui patris necem inultam reliquit, indignus eſt patronatus iure: huiuſmodi filius in ius illud patroni patri ſuo non ſuccedit.
u *v l. 47. ĵ. de min. teſt.*
x Similis eſt epigraphe *in l. vltim. ſ. ad Treb.*
y *l. 41. in fin. ĵ. familia.*
z & ſic in vno capite poteſt ſententia valere, in alio non valere, *v. tamen l. 41. ſuprà familia.*

DE OBSEQVIIS *a* PARENTIBVS ET patronis *b* præſtandis.

TIT. XV.

De militibus 1. *De collibertis.* 2. *De iniuria.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Opinionum. ‖

ETiam militibus *c* pietatis *d* ratio in *e* parentes conſtare debet. quare ſi filius miles in patrem aliqua commiſit, pro modo delicti puniendus eſt *f*.
1 ¶ Et inter collibertos matrem & filium pietatis ratio ſecundum naturam ſalua eſſe debet.
2 ¶ Si filius matrem aut patrem, quos venerari *g* oportet, contumeliis adficit, vel impias *h* manus eis infert, præfectus *i* vrbis delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo eius vindicat.
3 ¶ Indignus militia iudicandus eſt, qui patrem & matrem, ‖ à ‖ quibus ſe educatum dixerit, maleficos appellauerit.

De actione de dolo, aut iniuriarum. 1. *Vnde vi.*

2. *Idem* ‖ lib. 14. Digeſtorum ‖

HOnori parentium ac patronorum tribuendum eſt, vt quamuis per procuratorem iudicium accipiant, nec actio de dolo, aut iniuriarum *k* in eos detur: licet *l* enim verbis edicti non habeantur infames ita condemnati, re tamen ipſa & opinione hominum non effugiunt infamiæ *m* notam. 1. ¶ Interdictum *n* quoque vnde vi *o* non eſt aduerſus eos reddendum.

De eo qui nummis acceptis manumiſit.

3. *Marcellus* libro ſingulari Reſponſorum.

TItius puerum emit, quem poſt multos annos veniri iuſſit, poſtea exoratus, accepto ab eo pretio, eum manumiſit. quæro, an eum filius & hæres manumiſſoris vt ingratum accuſare poſſit. reſpondit poſſe, ſi nihil aliud eſſet impedimento. nam plurium *p* intereſſe, à ſuo ſeruo quis, vel etiam ab amico eius acceptis nummis dederit libertatem, an ab eo ſeruo, qui cùm eſſet alienus, in fidem eius deuenit. etenim ille, etiam ſi non gratuitum, beneficium tamen præſtitit. iſte nihil amplius quàm operam ſuam accommodare videri poteſt.

De accuſatione liberti ingrati.

4 *Marcianus* ‖ lib 2. Publicorum iudiciorum. ‖

PEt procuratorem *q* ingratum libertum poſſe *r* ar- gui, Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

De actione calumniæ. 1. *De famoſis actionibus, quæque doli vel fraudis habent mentionem. De ſeruo corrupto.*

5. *Vlpianus* ‖ lib. 10. ad Edictum ‖

PArens, patronus, patrona, liberíve *a* aut parentes patroni, patronæve, neque ſi ob negotium faciendum vel non faciendum pecuniam accepiſſe dicerentur, in factum actione *b* tenentur. 1. ¶ Sed nec famoſæ actiones aduerſus eos dantur: nec hæ quidem quæ doli *c* vel fraudis habent mentionem.

6. *Paulus* ‖ lib. 11. ad Edictum. ‖

NEc ſerui *d* corrupti agetur.

1. *De condemnatione.* 2. *De exceptione doli vel metus. De interdicto vnde vi, vel quod vi.* 3. *De iureiurando calumniæ.* 4. *De calumnia. De cæteris partibus edicti.* 5. *De interuenientibus pro aliis.*

7. *Vlpianus* ‖ lib. 10. ad Edictum. ‖

LIcèt famoſæ non ſint. 1. ¶ Et in quantum *e* facere poſſunt, damnantur. 2. ¶ Nec exceptiones *f* doli ‖ patiuntur, ‖ vel vis *g* metúſve cauſa, vel interdictum *h* vnde vi, vel quod vi patiuntur. 3. ¶ Nec *i* deferentes iuſiurandum de calumnia iurant.
4 ¶ Nec non & ſi ventris nomine in poſſeſſionem calumniæ cauſa miſſa dicatur patrona, libertus hoc dicens non audietur, quia de calumnia patroni queri non debet. his enim perſonis etiam in cæteris partibus edicti honor habebitur. 5 ¶ Honor autem his perſonis habebitur ipſis, non *k* etiam interuentoribus eorum, &, ſi fortè ipſi pro aliis interueniant, honor habebitur.

De herede liberti.

8. *Paulus* ‖ lib. 10. ad Edictum. ‖

HEres liberti *l* omnia iura integra extranei hominis aduerſus patronum defuncti habet.

Vt honeſta & ſancta videatur perſona patris, vel patroni.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 66. ad Edictum. ‖

LIberto, & filio ſemper *m* honeſta *n* & ſancta perſona patris, ac patroni videri debet.

De operis.

10. *Tryphoninus* ‖ lib 17. Diſputationum. ‖

NVllum ius libertatis cauſa impoſitorum habet in mancipato filio, quia nihil imponi liberis ſolet. nec quiſquam dixit, iureiurando obligari filium patri manumiſſori, vt libertum patrono. nam * pietatem liberi parentibus, non *o* operas debent.

De vſu artis.

11. *Papinianus* ‖ lib. 13. Reſponſorum. ‖

LIberta ingrata non eſt, quod *p* arte ſua contra patronæ voluntatem vtitur.

a περὶ γονέων καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὑποταγῆς παρὰ τῶν τέκνων ἐπὶ τῇ ἀναγωγῇ αὐτῶν ὀφειλομένης, καὶ ὅτι ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς γονεῖς οἱ παῖδες κολάζονται. 3. *Ecl* 31.
b 6. *C.* 6. huiuſmodi obſequium τιμὴν vocat Eclogæ 49. *tit.* 2.
c militia non diſſoluit ea quæ iuris naturalis ſũt.
d quæ parentibus debetur *l.* 3. *C. de patria poteſtat.*
e huc pertinet *l.* 9. *l.* 10. *j. eo. l.* 3. *l.* 4. *C. de patria poteſtate. l.* 16. *ſ. de in ius vocando. l.* 8. *ſ. de proba l.* 35. *ſ. de ritu. l.* 5. §. 15. *ſup. de agnoſc. liber.*
f etiam à patre *l.* 3. *C. de patria poteſtat.*
g *Nou.* 22. §. 21.
h *Nou.* 115. *c.* 3. §. 1. & §. 2. *feudorum* 24 §. 2. *verſ. porro.* idem in liberto *l.* 1. *ſup. de iure patronatus l. vlt. Cod. de libert.*
i præfectus vrbi cognoſcebat de obſequio patronis debito & liberis *l.* 1. §. 10. *ſ. de offic. præfect. vrb.*
k Liberto aduerſus patronum iniuriarum actio non datur *l.* 11. §. 7. *j. de iniuriis.* nec temerè filio emancipato in patrem iniuriarum actio datur. Datur autem ſi atrox ſit iniuria: liberis in poteſtate, nullo modo *l.* 7. § 3. *j. de iniuriis.*
l aliàs *actio* iniuriarum infamat *v. l.* 7. *j. de iniuriis.*
m Bonorum venditionem debitori notam aliquam infamiæ attuliſſe, hinc colligas: v. quæ ſcripſi ad Nouellam 13.
n *l.* 7. § 2. *j. eo. l.* 1. §. 43. *j. de vi & vi.*
o Eadem ratione putant parenti ius eſſe filij verberandi, *v. l. vnicam. C. de emendat. propinquorum.* adde quæ ſcripſi ad *Nou.* 117. *c.* 14.
p *l.* 1. *C. de bon. libert.*
q *l.* 35. §. 1. *ſ. de procuratoribus* vide *Pau.* 5. *ſent.* 16. §. 11.
r Imò non poteſt quis accuſare ingratum per procuratorem: nam ingratitudine reuocatur libertus in ſeruitutem, ideóque capitalis cauſa videtur, quam per procuratorem inſtituere non poſſumus *l. edicto.* 13. §. *rei autem, ſ. de bonor. poſſ. l. penult.* §. *ad crimen. j. de publicis iudiciis.* Cauſa hæc non criminaliter ſed ciuiliter inſtituta fuit, quod excipitur in lite per procuratorem non iuſtituenda.

a *l.* 5. §. 2. *ſup. de agnoſc.*
b id eſt, narrata duntaxat facti ſpecie *l. vndecima in fi. ſup. de dolo.*
c *d. l.* 11.
d Corrupti ſerui actio famoſa *l.* 56. *ſup. pro ſocio.* quia perſonæ dolum malum notat.
e vide *l.* 16. *in fi. j. de re iudicata.*
f *l.* 4. §. 16. *j. de doli mali.*
g vide *l.* 4. *in fi. j. de doli mali.*
h *l. ſecunda, in fi. ſup. eo. l.* 1. §. 43. *j. de vi & vi.*
i hæc negatiua legi 34. §. 4. *ſ. de iureiuran.* à Cuiacio reſtituitur.
k vide *l.* 10. *in fi. ſ. de in ius vocand.*
l *l.* 4. §. 16. *j. de doli except.* an idẽ eſt in herede filij quod liberti? negat lex 5. §. 16. *ſ. de agnoſcend.*
m Cur addidit *ſemper*? etiam ſi inhoneſta ſit perſona parentis vel patroni, parens tamen filio, patronus liberto, ſemper honeſtus & ſanctus videri debet, non iiſdem oculis liberi & liberti ſuos parentes & patronos intueri debent quibus cæteros intuentur, *l. vlt* §. *vlt. Cod. qui & aduerſus quos reſtitut. Nou.* 22. & ſuperſtitis & defuncti parentis ac patroni perſona liberis & libertis habenda eſt.
n ideoque pietas, reuerentia, obſequium parenti debetur *l.* 1. *ſup. eod.* obedientia. *l.* 1. 2. *ſup. de inſtit. & iure* voluntas grata. *Cicero pro Plancio* Pietatis appellatione comprehendi poteſt, quod Pytagoras & Græci dicunt. τιμᾶν τοὺς γονεῖς, ἐν τιμαῖς ἔχειν τιμὴν νέμειν, σέβεσαι ς΄έργειν.
o *l.* 4. *ſ. ſi quis à parente.*
p Arte ſua vti inuito etiam patrono libertus poteſt: ea vtens inuito patrono, ob id non cenſetur ingratus *l.* 2. *l.* 18. *ſup tit. prox. l.* 45. *j. eit. proxim.*

LIBER TRIGESIMVSOCTAVVS.

DE *a* OPERIS LIBERTORVM.

Definitio operarum.

1. *Paulus* libro ſingulari de variis Lectionibus.

OPERÆ ſunt diurnum *b* officium *c*

Ratio edicti. 1. *De iudicio operarum.*

2. *Vlpianus* " libro trigeſimo octauo ad Edictum. "

HOc edictum Prætor *d* proponit coarctandæ perſecutionis libertatis cauſa impoſitorum. animaduertit enim " rem iſtam, "libertatis cauſa impoſitorum præſtationem vltra excreuiſſe, vt premeret *e* atque oneraret libertinas perſonas.
1 ¶ Initio igitur prætor pollicetur ſe iudicium operarum daturum in libertos & libertas *f*.

Si opera petatur ante diem peractum. 1. *Operas non diuidi.*

3. *Pomponius* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

OPéras ſtipulatus, ante peractum *a* diem *b* operam eius diei petere non poteſt. 1. Nec pars *c* operæ per horas ſolui poteſt: quia id eſt officij diurni. itaque nec ei liberto, qui ſex *d* horis duntaxat antemeridianis præſto fuiſſet, liberatio eius diei contingit.

De morte vnius ex duobus patronis. De herede extraneo.

4. *Idem* lib. 4. ad Sabinum."

ADuobus manumiſſus, vtrique operas promiſerat. altero ex his mortuo, nihil eſt, quare non filio *e* eius, quamuis ſuperſtite altero, operarum detur petitio, nec hoc quicquam commune habet cum hæreditate, aut bonorum poſſeſſione. * perinde enim operæ à libertis, ac pecunia credita, petitur. hæc ita Ariſto ſcripſit: cuius ſententiam puto veram: nam etiam præteritarum operarum actionem dari heredi extraneo ſine metu exceptionis placet. dabitur igitur & viuo altero patrono.

De poſthumis.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

SI quis operas ſit ſtipulatus ſibi liberíſque ſuis, etiam ad poſthumos peruenit ſtipulatio.

De herede.

6. *Idem* ‖ lib. 36. ad Sabinum. ‖

Fabri

a v. 6. *C.* 3. *Paul.* 2. *ſent. vlt.* Cuiac. legit, de operibus libertorum *ibid.* apud Paulum περὶ ὑπηρεσίας καὶ ἀγγαρίας. 49. *Eclog.* 3. Galli vocant *Coruées. v. Cuiac C. Ne opera à Collatoribus exig. lib.* 10. De operis *v. Zaſ.* 1. *Reſp.* 3.
b Diurnum dicitur officium, vel quia per ſingulos dies datur *l.* 20. §. 5. *j. de ſtatulib.* vel quia per diem laborandum eſt *l.* 3. *j. eo. l.* 2. *in fi. ſ. de annuis.* noctu etiam deberi poſſunt operæ. ſed Iuriſconſultus ad id quod frequentius fit, reſpexit. *v. Zaſ in ſing. reſponſ.* 3.
c at non omnes tamen officiales: ſunt enim quædam fabriles. *l.* 6. *j. eo.*
d Rutilius *l.* 1. §. 1. *j tit. prox.*
e vltra modum. *Hal.*
f hinc illud, quæ onerandæ libertatis cauſa promiſſa ſunt, exigere non poſſumus *l.* §. 5. *in fi. j. quar. rer. act.*

a adde *l.* 2. *in fi. ſup. de annuis.*
b quo indictæ fuerunt. *l.* 15. §. 1. *j. eod.*
c *l.* 15. §. 1. *j eo.*
d *v. l.* 2. *ſ. de annuis.*
e Operarum ſtipulatio tranſit ad liberos, *l.* 22. §. 1. *inf eod.*
f Nam *liberorum* appellatione continentur poſthumi. Donari liberis etiam naſcituris vt & iam natis aliquid poſſe, hinc colligunt, dixi ad *l.* 5. *C. de naturalib. liberis.*

FAbriles *a* operæ, cęteræque, quę quaſi *b* in pecuniæ præſtatione conſiſtunt, ad hæredem tranſeunt. officiales vero non tranſeunt *d*.

De iureiurando. 4. De manumiſſo ex cauſa fideicommiſſi. 5. De impubere. 6. De liberis patroni. 9. Vel patronæ.

7. *Idem* ‖ lib. 28. ad Sabinum. ‖

VT iuriſiurandi *e* obligatio contrahatur, libertum eſſe *f* oportet *g* qui iuret, & libertatis cauſa iurare.

1 ¶ Planè quæritur, ſi quis liberto ſuo legauerit, ſi filio ſuo iurauerit ſe decem operarum nomine præſtaturum, an obligetur iurando. & Celſus Iubentius obligari eum ait *h*, paruíque referre, quam ob cauſam de operis libertus iurauerit. & ego Celſo adquieſco.

2 ¶ Iurare autem debet poſt manumiſſionem *i*, vt obligetur: & ſiue ſtatim, ſiue poſt tempus iurauerit, obligatur.

3 ¶ Iurare autem debet operas, donum *k*, munus *l* ſe præſtaturum. operas qualeſcunque, quæ modo probè iure licito *m* imponuntur.

4 ¶ Reſcriptum eſt à Diuo Hadriano, & deinceps, ceſſare operarum perſecutionem aduerſus eum, qui ex *n* cauſa fideicommiſſi ad libertatem perductus eſt.

5 ¶ Dabitur & in impuberem, cùm adoleuerit, operarum actio. ſed interdum, & quamdiu impubes eſt. nam huius quoque eſt miniſterium, ſi fortè vel librarius *o*, vel nomenculator *p*, vel calculator ſit, vel hiſtrio, vel alterius voluptatis artifex.

6 ¶ Si liberi patroni ex inæqualibus partibus eſſent inſtituti, vtrum pro parte dimidia, an vero pro hereditariis habeant operarum actionem? Et puto verius liberos pro æqualibus *q* habituros actionem.

7 ¶ Parui autem refert, in poteſtate fuerint liberi, an verò emancipati.

8 ¶ Sed ſi in adoptionem datum hæredem ſcripſerit patronus, magis eſt, vt operæ ei debeantur.

9 ¶ Nec *r* patronæ liberi ſummouentur ab operarum petitione.

De petitione partis. 1. fideiuſſore.

8. *Pomponius* ‖ lib. 8. ad Sabinum. ‖

SI quando duobus patronis iurauerit libertus operas ſe daturum, Labeoni placet, & deberi & peti poſſe partem *ſ* operæ: cùm ſemper præterita *t* opera, quæ iam dari non poſſit, petatur. quod contingit, ſi vel ipſis patronis iuretur *u*, vel promittatur, vel communi eorum ſeruo, vel complures hæredes vni patrono exiſtant.

1 ¶ Pro liberto iurante fideiubere *x* quemuis poſſe placet.

De exiſtentia operarum. 1. Quibus èdi operæ poſſunt.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 34. ad Sabinum. ‖

OPeræ *y* in rerum natura non ſunt *z*.

1 ¶ Sed officiales *a* quidem futurę: nec cuiquam alij deberi poſſunt, quàm patrono, cùm proprietas earum & in edentis perſona, & in eius, cui eduntur, conſtitit *b*. fabriles autem, aliæve eius generis ſunt, vt à quocunque cuicunque ſolui poſſint. Sanè enim, ſi in artificio *c* ſint, iubente patrono & alij edi poſſunt.

De ſeruo patroni ſtipulante operas. 1. De perſona ſolutioni adiecta.

10. *Pomponius* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

SEruus patroni à liberto malè ita ſtipulatur, *Operas mihi dare ſpondes?* itaque patrono *d* dari ſtipulandum eſt.

1 ¶ Libertus operarum nomine ita iurando, *Patrono aut Lucio Titio*, ſoluere Lucio non poteſt, vt à patrono liberetur.

11. *Iulianus* ‖ lib. 12. Digeſtorum. ‖

NIhil autem intereſt *e*, extraneus ſit Lucius Titius, an filius.

12. *Pomponius* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

QVia aliæ operæ erunt, quæ Lucio Titio dantur.

¶ Sed ſi libertatis cauſa pecuniam promittat libertus egenti *f* patrono, aut Titio: omnimodo adiectio Titij valet.

De empto hac lege, vt manumittitur. 1. De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur. 2. De petitione, præteritione, ceſſione, indictione operarum. 3. De liberto vxorem habente. 4. De nuptijs libertæ.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 38. ad Edictum. ‖

SI quis hac lege emptus ſit, *vt g manumittatur*, & ex conſtitutione Diui Marci peruenerit ad libertatē, operæ ei impoſitæ nullum effectum *h* habebunt.

1 ¶ Sed nec cui bona addicta ſunt ex conſtitutione Diui Marci libertatium conſeruandarum cauſa *a*, poterit operas petere, neque ab his qui directas, neque ab his qui fideicommiſſarias acceperunt, quamuis fideicommiſſarias ‖ libertates ‖ qui acceperunt, ipſius liberti efficiantur. non enim ſic fiunt liberti, vt ſunt proprij, quos nulla neceſſitate cogente manumiſimus.

2 ¶ Iudicium de operis tunc locum habet, cùm operæ pręterierint *b*. præterire autem non poſſunt, antequam incipiant cedere. & incipiunt, poſteaquam fuerint indictæ.

3 ¶ Etiam *c* ſi vxorem habeat libertus, non prohibetur patronus operas exigere.

4 ¶ Si impubes ſit patronus, voluntate eius non videtur liberta nupta, niſi tutoris *d* auctoritas voluntati acceſſerit.

5 ¶ Rati quoque habitio patrono obeſt in nuptiis libertæ.

14. *Terentius Clemens* ‖ lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

PLanè, cùm *e* deſierit nupta eſſe, operas peti poſſe omnes ‖ fere ‖ conſentiunt.

De aduerſa valetudine liberti.

15. *Vlpianus* ‖ lib. 38. ad Edictum. ‖

LIbertus qui poſt indictionem operarum valetudine *f* impeditur, quo minus præſtet operas, non tenetur. nec enim poteſt videri per eum ſtare, quo minùs operas præſtet.

1 ¶ Neque promitti, neque ſolui, nec deberi, nec peti pro *g* parte poterit opera.

¶ Ideo Papinianus ſubiicit: Si non vna, ſed plures operę ſint, & plures heredes exiſtant patrono, qui operas ſtipulatus eſt, verum eſt obligationem operarum numero *h* diuidi. Denique Celſus lib. 12. ſcribit, ſi communis libertus patronis duobus operas mille daturum ſe iurauerit, aut communi eorum ſeruo promiſerit, quinquagenas potius deberi, quàm ſingularum operarum dimidias.

De operis, quæ tempore manumiſſionis præſtabantur, & quæ poſtea exerceri cœperunt. 1. Quales operæ præſtantur.

16. *Paulus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

EIus artificij, quod poſt manumiſſionem didicerit libertus, aperas debebit præſtare, ſi hæ ſint, quæ quandoque honeſtè *i*, & ſine periculo vitæ præſtantur: nec ſemper hæ, quæ manumiſſionis tempore præſtari debuerunt: ſed ſi turpes operas poſtea exercere cœperit, præſtare debebit eas, quas manumiſſionis tempore præſtabat.

1 ¶ Tales *k* patrono operæ dantur, quales ex ætate, dignitate, valetudine, neceſſitate, propoſito, cæteriſque eius generis, in vtraque perſona æſtimari debent.

17. *Idem* ‖ libro ſingulari de iurepatronatus. ‖

NEc audiendus eſt patronus, ſi poſcit operas, quas vel ætas recuſat, vel infirmitas corporis non patitur, vel quibus inſtitutum vel propoſitum vitæ minuitur *l*.

De alimentis liberti.

18. *Idem* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

SVo † victu *m* veſtitúque operas præſtare debere liberum, Sabinus ad Edictum prætoris vrbani lib. 5. ſcribit.

¶ Quod ſi t alere ſe non poſſit, præſtanda ei à patrono alimenta.

19. *Gaius* ‖ lib. 14. ad Edictum Prouinciale.

AVt certè ita exigendæ ſunt ab eo operæ, vt his quoque diebus, quibus aperas edat, ſatis *n* tempus ad quæſtum faciendum, vnde ali poſſit, habeat.

Vbi operæ edi debent

20. *Paulus* ‖ lib. 40. ad Edictum. ‖

QVod niſi fiat, prætorem ipſam patrono denegaturum operarum præſtationem. ídque eſt verum, quia * vnuſquiſque, quod ſpopondit, ſuo *o* impendio dare debet, quamdiu id quod debet, in rerum natura eſt.

1 ¶ Ex prouincia libertum Roma m venire debere ad reddendas operas, Proculus ait: ſed qui dies interea ceſſerint, dum Romam venit, patrono perire, dummodo patronus, tanquam vir bonus, & diligens paterfamilias Romæ moraretur, vel in prouinciam proficiſcatur. cęterùm, ſi vagari *p* per orbem terrarum velit, non eſſe iniungendam neceſſitatem liberto, vbique *q* eum ſequi.

21. *Iauolenus* ‖ lib. 6. ex Caſſio. ‖

OPeræ enim loco edi debent, vbi patronus moratur, ſumptu *r* ſcilicet & vectura patroni *ſ*.

Quando operæ edi debent. 1. De liberis patroni. 2. De tempore ad curam corporis libertis relinquendo.

22. *Gaius* ‖ lib. 14. ad Edictum Prouinciale. ‖

a quæ & artificiales *l. vlt.* ʒ. *de oper. ſeruor.* vt pictoriæ & ſimiles, quæ in artificio conſiſtunt.

a *l. 4. verſ. perinde ſup. eo.*

c puta vt decem dentur. *v. l. 48.* ʒ. *de verb. oblig quæ eſt eiuſdem libri.*

d Artificiales operæ cuiuis voluntate domini præſtari poſſunt. officiales verò ſoli domino præſtantur. *v. Zaſ. ib. n. 10. ad 20. Cuiac. 17. obſ 14.*

e *v. l. 13.* ʒ. *de acceptil.*

f *§. 2.* ʒ. *eo. l. 14. in fin. pr.* ʒ. *de liberali cauſa.*

g Imò non oportet *l. vlt.* ʒ. *de liberali cauſa.*

h *l. 24.* ʒ. *de manum. teſt.*

i libertus factus *l. 4. in pr.* ʒ. *eo.*

k inter donum & munus eſt differentia *l. 18. l. 194. l. 214.* ʒ. *de verb ſig.*

l *d l. vlt.* ʒ. *de liberali cauſa.*

m i. ita ne libertus oneretur *l. 32.* ʒ. *eod.*

n *l. 29.* ʒ. *eo.*

o *v. l. 92.* ʒ. *de reg. iur.*

p ita appellatur *in l. vlt. in fi. inf. de liberal. cauſ.* nomenclator, *Hal.* vt & Varroni 4. *de lingua*, minicula tor, ita legit Accurſius. Vt vt ſit, noměculator, coniungitur hic librario & calculatori, de quibus dixi ad *l. 15. §. 5. ſup. de excuſ. tut.* coniungitur hiſtrioni *in d. l. vlt.* Nomenclator à nomine calando quod nomina ciuium teneret, & cum opus eſſet pronunciaret, iis veteres, dum ambitioni ſeruiebant, vtebantur, *v. Cic. pro Muræn. & 4. ad Att. 6. Quintil.* 4 ὀνομακτολόγον vocat Plu. *in Catone*. Horat. 1. *Epiſt. 6.* Mercemur ſeruum qui dictet numina, ſeruum qui fodicet latus. Quin nomina ſubiiciebat eorum quos prenſare & appellare volebat dominus, & plerunque vbi deerat memoriæ domino ſuo imponebat. Seneca 1. *de benef. 3. & 3. epi.* 27. ſuperbi plerumque nomenclatores erant, vt hoſtiarij diſtantes, cubicularij ſupercilioſi *Seneca lib. in ſapientem non cadere iniuriam c. 14.*

q eodem modo ſucceditur in feudo 1. *Feu dor. 8.*

r *l. 5. l. 7. C. de obſequijs.*

ſ *l. 4.* ʒ *eo.* t *l. 13. § 2.* ʒ *eo.*

u *l. 1. C eod.* x *l. 4?.* ʒ. *eod.*

y officiales ſc. z priuſquam indicentur ſc. priuſquam dies venerit quo præſtandæ ſunt. *v. l. 1. ſup. de oper. ſeru.*

a de quibus *v. l. 33. 1 eod.* b *al.* conſiſtat. c i. ſi fabriles. d vel eius liberis, *l. 37. §. 2.* ʒ. *eod.* non ſeruis, *l. 38.* ʒ. *de ſtipul. ſeruor.* e *l. 56. §. 1.* ʒ. *de verb. obl.* f agenti *Hal.* g *l. 2. C. eod.* h *l. 30.* ʒ. *qui & à quib.*

a *v. Inſt. de eo cui libert. cauſa bona addicuntur. facit l. vltim. C. de teſtam. manum.*

b *l. 3. l. 8.* ʒ. *eod. l. 24.* ʒ. *eod.*

c Vxori patronum præferre libertus in quibuſdam debet, vel ita: ab operis præſtandis patrono libertus non liberatur etiamſi vxorem habeat.

d *l. 22. C. de adm. tut.*

e Res enim tunc redit ad non cauſam.

f *l. 23. §. 1. l. 34.* ʒ. *eod. l. 3. ſup. de Silaniano.*

g *l. 3. ſup. eod.*

h *l. 54. §. 1.* ʒ. *de verb. oblig.*

i adde *l. 7. §. 3.* ʒ. *eod.*

k i. non turpes, *vt in pr. ſup. eod.* non iniuſtæ, *l. 26. l. 38. l. 50.* ʒ. *eo*

l fingamus enim operas exigi à liberta, quę ad maximam dignitatem peruenit. vide *l. 38.* ʒ *eod.*

m Operæ artificiales præſtantur edentis ſumptu & victu, *vt hic*, officiales, patroni. *l. 25. inf. eod.*

† Imo patroni, *l. 21. l. 33.* ʒ. *pen.* ʒ. *eod.*

n *l. pen. inf. eod.*

o niſi conſuetudo loci aliter ſe habeat *Bart.*

p * Vagabundum patronum libertus ſequi non cogitur, *l. 35. §. 2. ſup. de procuratorib.* vt *l. 13. in fi. ſup. de annuis legat.* Eadem ratione vagabundum dominum vaſallus iuuare, & ei ſeruitium facere non cogitur: vagabundo creditori debitum offerre non cogitur debitor: vagabundus emphyteuta, priuatur emphyteuſi: vagabundus ſeruus, adminiſtratione ſibi conceſſa, vagabundo debitori extortas vſuras reſtituere non cogitur fœnerator: vagabundum maritum, vxor ſequi non tenetur: niſi ſcienter agyrtam, hiſtrionem & ſimilis farinæ hominem elegerit, eíque nupſerit, vt multis probat Antonius Corſetus, *ſingulari* vagabundus.

q Vbicunque *Cuiac inſt. de ſeruitutib.* vt *l. 77. ſup. de contrah. empt.*

r ſumptum hic non pro victu, ſed pro aliquo neceſſario impendio citra victum interpretatur Forcatulus c 27. *penus*. vt ſi liberto artificij architecto vel latomo patronus præſtet trabium, lapidum & ſimilium erectiones ipſo liberto interea manu pretium præſtante, niſi aliunde non habeat vnde ſe alat *l. 19. ſup. eo. l. pen. inf. eo.*

ſ Imò, ipſius liberti. *l. 18. ſup. eo.*

Cum

CVm patronus operas ſtipulatus ſit, tunc ſcilicet committitur ſtipulatio, cùm *a* popoſcerit, nec libertus præſtiterit. nec intereſt, adiecta ſint hęc verba, *cùm* b *popoſcero*, an non ſint adiecta. aliud enim eſt de operis, aliud de cæteris rebus. cùm enim operarum editio nihil aliud ſit, quàm officij præſtatio abſurdum eſt credere, alio die deberi officium, quàm quo is vellet, cui præſtandum eſt.

1 ¶ Cùm libertus promiſerit patrono operas ſe daturum, neque adiecerit, liberíſque eius conſtat, liberis *c* eius ita demum deberi, ſi patri heredes extiterint. Heredes tamen extitiſſe liberos parenti ita demum prodeſſe ad operarum petitionem Iuliano placet, ſi non *d* per alium heredes extiterunt. Itaque ſi quis, exhæredato emancipato filio, ſeruum eius heredem inſtituerit, & per eum ſeruum heres extiterit filius, repelli eum ab operarum petitione debere, perinde ac repelleretur patronus, qui operas non *e* impoſuiſſet, vel quis impoſuit, reuendidiſſet.

2 ¶ In omnibus operis præcipuè obſeruandum eſt, vt temporis *f* ſpatia, quæ ad curam corporis neceſſaria ſunt, liberto relinquantur.

Differentia harum operarum quas libertus promiſit, vt fabrilium vel pictoriarum. 1. De duobus patronis, de liberto ægrotante.

23. *Iulianus* ‖ lib. 22. Digeſtorum. ‖

HÆ operę, quas libertus promiſit *g*, multum diſtant à fabrilibus vel pictoriis operis, denique ſi libertus faber aut pictor fuerit, quamdiu *h* id artificium exercebit, has operas patrono prętare cogitur. quare ſicut fabriles operas quis poteſt ſibi aut Titio ſtipulari, ita patronus à liberto operas ſibi aut Sempronio rectè ſtipulatur. & libertus obligatione ſoluetur, ſi tales operas *i* extraneo dederit, quales patrono pręſtando liberaretur.

1 ¶ Si patroni plures conſulto in diuerſas regiones diſceſſerint, & liberto ſimul operas indixerint, poteſt dici, diem operarum cedere, ſed libertum non obligari, quia non per eum, ſed pet patronos ſtaret, quo minus operæ dentur. Sicut accidit, cùm *k* ægrotanti liberto operę indicuntur.

¶ Quod ſi diuerſarum ciuitatium patroni ſint, & in ſua quiſque moretur, conſentire debent in operis ab eo accipiendis. durum alioquin eſt, eum qui ſe liberare poteſt decem diebus operando, ſimul operis indictis, ſi in accipiendis non conſentiant, compelli ad prętandam alteri quinque operarum æſtimationem.

Quando dies operarum cedit, aut, operæ peti poſſunt.

24. *Idem* ‖ lib. 52. Digeſtorum. ‖

QVotiens certa ſpecies operarum in ſtipulationem deducitur, veluti pictoriæ, fabriles, peti quidem non poſſunt, niſi pręteritæ *l*. quia etſi non verbis, at reipſa ineſt obligationi tractus *m* temporis: ſicuti, cùm *Epheſi* dari ſtipulemur, dies continetur. Et ideo inutilis † eſt hęc ſtipulatio, *operas tuas pictorias centum hodie dare ſpondes?* Cedunt tamen operę ex die interpoſitæ ſtipulationis. ſed operę, quas patronus à liberto poſtulat, confeſtim non cedunt, quia id agi inter eos videtur, ne *n* ante cederent, quàm indictæ fuiſſent: ſcilicet, quia ex commodo patroni libertus operas edere debet. quod in fabro, vel pictore dici non conuenit.

De locatione operarum.

25. *Idem* ‖ libro 65. Digeſtorum. ‖

PAtronus qui operas liberti ſui locat, non *o* ſtatim intelligendus eſt mercedem ab eo capere. ſed hoc ex genere operarum, ex perſona patroni atque liberti colligi debet.

1 ¶ Nam ſi quis pantomimum *p*, vel archimimum libertum habeat, & eius *q* mediocris *r* patrimonij ſit, vt non aliter operis eius vti poſſit, quàm locauerit eas: exigere magis operas, quam mercedem capere exiſtimandus eſt.

2 ¶ Item plerumque medici *ſ* ſeruos eiuſdem artis libertos *t* perducunt, quorum operis perpetuo vti non aliter poſſunt, quàm vt eas locent.

¶ Ea & in cæteris artificibus dici poſſunt.

3 ¶ Sed qui operis liberti ſui vti poteſt, & locando pretium earum conſequi mallet, is exiſtimandus eſt mercedem ex operis liberti ſui capere.

4 ¶ Nonnumquam autem ipſis libertis poſtulantibus, patroni operas locant. quo facto, pretium *u* magis operarum, quam mercedem, capere exiſtimandi ſunt.

De libertis medici.

26. *Alfenus Varus* ‖ lib. 7. Digeſtorum. ‖

MEdicus libertus *x*, quod putaret, ſi liberti ſui medicinam non facerent, multò plures imperantes *y*, ſibi habiturum, poſtulabat, vt ſequerentur ſe, neque opus facerent. id ius eſt, nécne? Reſpondit, ius *z* eſſe dummodo liberales *a* operas ab eis exigeret, hoc eſt, vt adquieſcere *a* eos meridiano *b* tempore, & valetudinis, & honeſtatis ſuæ rationem habere ſineret.

1 ¶ Item rogaui, ſi eas operas liberti dare nollent, quanti oporteret æſtimari *c*: reſpondit, quantum ex illorum operis fructus, non quantum ex incommodo dando illis, ſi prohiberet eos medicinam facere, commodi patronus conſecutus eſſet.

Quibus præſtantur operæ.

27. *Iulianus* ‖ lib. 1. ex Minicio. ‖

SI libertus artem pantomimi exerceat, verum eſt, debere eum non ſolum ipſi patrono, ſed etiam amicorum ludis gratuitam operam præbere: ſicut eum quoque libertum, qui medicinam exercet, verum eſt, voluntate patroni curaturum gratis amicos eius. * neque *d* enim oportet patronum, vt operis liberti ſui vtatur, aut ludos ſemper facere, aut ægrotare.

Si liberta communis nupſerit.

28. *Paulus* ‖ libro ſingulari de Iure patronatus. ‖

SI duorum pluriúmve communis liberta, vnius patroni voluntate nupſerit, alteri patrono ius operarum manet.

De herede extraneo & filio patroni.

29. *Vlpianus* ‖ lib. 64. ad Edictum. ‖

SI operarum iudicio actum fuerit cum liberto, & patronus deceſſerit, conuenit, tranſlationem heredi extraneo non *e* eſſe dandam: filio autem, & ſi heres non extat *f*, etſi *g* lis conteſtata non fuerat; tamen omnimodo competit, niſi *h* exhæredatus ſit.

De numero operarum collato in arbitrium patroni.
1. De nuptijs libertæ.

30 *Celſus* " lib. 12. Digeſtorum."

SI libertus ita iurauerit, *dare ſe i quot k operas patronus arbitratus ſit*, non aliter ratum fore arbitrium patroni, quàm *l* ſi æquum arbitratus ſit. Et ferè ea mens eſt perſonam arbitrio ſubſtituentium, vt, quia ſperent eum rectè arbitraturum, id faciant, non quia vel immodicè *m* obligari velint.

1 ¶ In libertam, quæ voluntate patroni nupſit, præteritarum ante nuptias operarum actio datur.

De operis non impoſitis.

31. *Modeſtinus* ‖ lib. 1. Regularum. ‖

OPeris non *n* impòſitis manumiſſus, etiam ſi ex ſua voluntate aliquo *o* tempore præſtiterit, compelli ad præſtandas, quas non promiſit, non *p* poteſt.

De pecunia promiſſa libertatis onerandæ cauſa.

32. *Idem* ‖ libro 6. Pandectarum. ‖

‖ IS ‖ qui onerandæ *q* libertatis cauſa pecuniam patrono repromiſerit, non tenetur: vel patronus, ſi pecuniam *r* exegerit, bonorum poſſeſſionem contra tabulas.

De alendo liberto.

33. *Iauolenus* ‖ lib. 6 ex Caſſio. ‖

IMponi operæ ita, vt ipſe libertus ſe alat, non *ſ* poſſunt.

De diminutione, augmento, mutatione, & interitu operarum.

34. *Pomponius* " libro 22. ad Quintum Mucium. "

INterdum & diminutionem, & augmentum, & mutationem recipere obligationem operarum ſciendum eſt. Nam dum *t* languet libertus, patrono operæ, quę iam cedere cœpere, pereunt. Sed ſi liberta, quę operas promiſit, ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens ſit pręſtare patrono operas, ipſo iure hę intercident.

De liberta maiore 50. annis.

35. *Paulus* " libro 2. ad legem Iuliam & Papiam."

LIberta maior quinquaginta *u* annis operas præſtare patrono non cogitur.

De ſocietate.

36. *Vlpianus* ‖ lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam."

LAbeo ait, libertatis cauſa ſocietatem *x*, inter libertum & patronum factam, ipſo iure nihil valere, palam eſſe.

Lex Iulia de liberto liberos habente. 1. De liberis amiſſis. 3. De perſona cui promiſſum eſt. 4. De delegatione 5. De operis futuris, vel præteritis. 6. De petitione & condemnatione. 7. De poſthumis, vel iam natis. 8. De fideiuſſoribus & expromiſſoribus.

37. *Paulus* " lib. 2. ad legem Iuliam & Papiam."

† QVi *y* libertinus duos *z* pluréſve à ſe genitos natáſve in ſua poteſtate habebit, præter *a* eum, qui artem ludicram fecerit, quive operas ſuas, vt cum beſtijs pugnaret, locauerit: ne quis eorum operas doni, muneris, aliúdve quicquam libertatis cauſa patrono, patronæ, liberiſve eorum de quibus iurauerit, vel promiſerit obligatúſve erit, dare, facere, præſtare debeto. & ſi non eodem tempore duo in poteſtate habuerit, vel vnum quinquennis

a l. 14. in fin. ĩ. eo.
b Hæc verba, *Cum popoſcero* in operis faciunt conditionem, non admonitionem. vide quæ ſcripſi ad *l. 6. §. 1. ſup. de tutelis.*
c *l. 5. l. 29. ĩ. eo.* vide quę notaui ad *l. 80. in fin. ſ. de adquir. hered.*
d *l. 70. ĩ. d. ver. ſig.*
e *l. 31. ĩ. eod.*
f *v. l. 50. in fin. ĩ. eodem.*
g id eſt, operæ officiales, *v. Cuiac. 17. obſ. 14.*
h *l. 38. §. 1. infrà eodem.*
i operas patrono dederit quales extraneo præſtando liberaretur. hanc traiectionem notat Cuiacius 16. *obſer. 14.*
k *l. 15. ſup. eod.*
l *l. 13. §. 2. ſ. eod. l. 6. C. eod.*
m ſpatium, *l. 22. in fin. ſuprà eod. l. 73. inf. de verb. obligat.* aliquod momentum naturæ, *l. 173 ĩ. de verbor. ſignif.* adde *l. 2. ſ. quod cert. loc.*
† adde *l. 141. §. 4. infrà de verbor. oblig.*
n *l. 22. ſuprà eod. d. l 73. infrà de verbor. oblig.*
o interdum enim cenſetur operas exigere vt §. 1. & 2. *ĩ. eodem.* interdum mercedem vt §. 3. *inf.* interdum pretium §. 4. *inf.*
p *l. 1. C. eo. l. 4. C. de ſpectaculis.*
q is, *Hal.*
r v. quæ notaui ad *l. 15. §. 15. ſ. de excuſ. tut.*
ſ Medicinam Romæ exercebant ipſam ſerui, quam vt exercerent commodius, ad libertatem etiam à dominis perducebantur. adde *l. 26. ĩ. eod. l. 16. §. 1. infrà de aliment. l. 41. §. 6. ĩ. de fideicomm. libert.* adde quæ ſcripſi de ſeruis Medicinam exercentibus adde *l. 1. §. 1. C. de communi ſeruo manumiſſo.*
t id eſt, ad libertatem perducunt.
u *l. vlt. in fin. inf. qui & à quibus manumiſſ.*
x v. quæ ſcripſi ad *l. 25. §. 2. eodem.*
y Implorantes ſe habiturum, *Hal.* quę lectio concinnior multo atque apertior eſt, non eſt tamen neceſſaria. *Imperans* enim hoc loco idem eſt quod medicus qui remedia ægrotis præſcribit atque imperat.
z Imo, ius non eſt, *l. 2. ſuprà de iure patron.*
a liberas operas, *Haloand. l. 16. in fin. ſuprà eodem.*

a *v. l. eo. in fi. ĩ. eo*
b Meridiari, id eſt meridiano opere adquieſcere ſiue requieſcere poſſunt liberti etiamſi operas patrono ſua debeant, *vt hic.* & eodem modo qui operas ſuas alicui conduxerunt, inuito locatore meridianis horis adquieſcere, & meridiari poſſunt.
c *l. 39. in fin. ĩ. eo.*
d adde *l. 25. ſ. eod.* hinc collige, Omnes promiſſiones ad arbitrium boni viri redigendas.
e extraneo eſſe dandam, *Cuiac. 17. obſ. 14.*
f id eſt, non perſeuerauerit heres eſſe, *Cuiac. ibid.*
g dixi ad *l. vnic. §. 14. C. de rei vxor. act.*
h *v l. 22. §. 1. ſup. eodem.*
i ſe tot operas, quot patronus, *Hal.*
k Iudex ſibi quis eſſe poteſt conſenſu aduerſarij, ſeu conſentiente ita aduerſario: alias non poteſt, *1 Harm. 4. §. 2.*
l & ſic iuramentum ad arbitrium boni viri redigitur. *l. vlt. ĩ. ad municip.* quædam enim tacitè intelliguntur. v. quæ notaui ad *l. 54. §. 1. ſuprà locati.*
m immodicè obligati neminem velle præſumimus, adde *l. 5. C. de dolo.*
n *l. 22. circa fin. ſ. eod.*
o *l. 28. C. de pactis. l. 7. C. de. vſur.*
p Imo poteſt, *v. l. l. 6. ſ. de vſur.*
q *l. 1. §. 5. ĩ. quar. rer. actio.*
r *v. l. 37. ĩ de bon. libert.*
ſ Imo poſſunt, *l. 18. ĩ. eod.*
t *v. l. 15. ſ. eod.*
u Ætas excuſat libertam. ad præſcriptionem 50. annorum hic caſus pertinet: ad eam quoque refertur, quod ea quæ alea perdita ſunt poſt annum 50. repeti non poſſunt: quod annus 50. excuſet à decurionatu, *l. 13. C. de decur.* quod partus editus ex quinquagenaria ſit legitimus, *v. Cuiac. lib. de præſc. c. 32.*
x *l. 1. §. 7. ĩ quar. rer. act.*
y verba legis Iuliæ de maritandis ordinibus.
z numerus liberarum excuſat ab operis libertum, *l. 6. in fin. l. 17. C. eod.*
a ſunt enim qui ſequuntur infames, *v. l. 1. §. 4. ſ. de his qui notantur.*

Liberatis [illegible] operarum [illegible] et ideo [illegible] libe[illegible] at [illegible] [illegible] vt [illegible] contra vtilitate pupilli et ideo [illegible] habet locu[m] [illegible] filiis

quinquennem a, *liberabitur operarum obligatione.*

1 ¶ Amiſſi antea liberi ad eas operas, quę poſtea imponuntur, proſunt, vt Iulianus ait.

2 ¶ Sed & ſi vno amiſſo obliget ſe, deinde alter naſcatur, multo magis, Pomponius ait amiſſum huic iungi, vti liberetur.

3 ¶ Nihil autem intereſt, vtrum ipſi promittat patrono *b*, an eis qui in poteſtate eius ſint.

4 ¶ Sed ſi creditori ſuo libertum patronus delegauerit, non poteſt idem dici, ſolutionis.n.vicem continet hęc delegatio. Poteſt tamen dici, ſi in id quòd patrono promiſit, alij poſtea delegatus ſit, poſſe eum liberari ex hac lege *c*. Nam verum eſt, patrono eum expromiſiſſe, quamuis patrono nunc non debeat. quod ſi ab initio delegante patrono libertus promiſerit, non liberari eum.

5 ¶ Non ſolum futurarum *d*, ſed etiam *e* pręteritarum operarum liberatio fit.

6 ¶ Iulianus etiam ſi iam petitæ ſunt operæ, liberis ſublatis abſolutionem faciendam. ſed ſi iam operarum nomine condemnatus eſt, non poteſt liberari, quoniam iam pecuniam debere cœpit.

7 ¶ Poſtumus liberti heredes patris ſui non liberat, quod proficiſci liberatio à liberto debet, nec quiſquam poſt *f* mortem liberari intelligi poteſt, ex lege autem nati liberi proſunt.

8 ¶ Etiam ſi in perſona liberti collata liberatio eſt: fideiuſſores quoque liberabuntur ex ſententia legis. Quod ſi libertus expromiſſorem *g* dederit, nihil hoc caput ei proderit.

De operis quæ ſine turpitudine aut periculo præſtari non poſſunt. 1. Si libertus poſt manumiſſionem artificium didicerit, aut exercere deſierit.

38. *Calliſtratus* ‖ lib. 3. Edicti monitorij. ‖

HÆ demum impoſitæ operę intelliguntur, quę ſine turpitudine *h* pręſtari poſſunt, & ſine periculo vitę. nec enim, ſi meretrix manumiſſa fuerit, eaſdem operas patrono pręſtare debet, quamuis adhuc corpore quęſtum faciat. nec arenarius *i* manumiſſus tales operas, quia *k* iſtæ ſine periculo vitæ præſtari non poſſunt.

1 ¶ Si tamen libertus artificium exerceat *l*, eius quoque operas patrono pręſtare debebit, & ſi poſt manumiſſionem id didicerit. quod ſi artificium exercere deſierit, tales operas edere debebit, quæ non contra dignitatem eius fuerint, veluti vt *m* cum patrono moretur, peregrè proficiſcatur, negotium eius exerceat.

De pecunia promiſſa ſi operæ non dentur.

39. *Paulus* ‖ lib. 7. ad Plautium. ‖

SI ita ſtipulatio à patrono facta ſit, *Si decem dierum operas non dederit, viginti* n *nummos dare ſpondes?* videndum eſt, an nec 20. actio danda ſit, quaſi onerandæ *o* libertatis gratia promiſſi ſint: nec operarum, quæ promiſſę non ſint, an verò operę dumtaxat promiſſę fingi debeant, ne patronus omnimodo excludatur. & hoc prætor quoque ſentit, operas duntaxat promiſſas.

1 ¶ Sequens illa quęſtio eſt, an libertus impetrare debeat, ne maioris ſummę, quàm 20. condemnetur. quia videtur, quodammodo patronus tanti *p* operas æſtimaſſe, ideóque ipſe nou deberet egredi taxationem 20. ſed iniquum eſt, nec oportet liberto hoc indulgere, quia non debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tanquam de iniqua queri.

Si bona patroni venierint.

40. *Papinianus* "lib. 20. Quæſtionum."

SI bona patroni venierunt, operarum, quę poſt venditionem pręterierint, actio patrono dabitur. & ſi alere ſe poſſit *q*, ante venditionem præteritarum non dabitur, quoniam *r* exantè geſto agit.

De liberto qui operarum obligatione dimiſſus eſt.

41. *Idem* ‖ lib. 5. Reſponſorum. ‖

LIbertus, qui operarum obligatione dimiſſus *ſ* eſt, atque ita liberam *t* teſtamenti factionem adſecutus eſt, nihilominus obſequi verecundiæ *u* tenetur.

¶ Alimentorum *x* diuerſa cauſa eſt *y*, cum *z* inopia patroni per inuidiam libertum conuenit.

De manumiſſione in cauſa fideicommiſſi.

42. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

C*Erdonem* a *ſeruum meum manumitti volo, ita vt operas heredi promittat.* non cogitur manumiſſus promittere. ſed & ſi promiſerit, in eum actio non *b* debitur. nam iuri publico *c* derogare non potuit, qui fideicommiſſariam libertatem dedit.

De militia.

43. *Idem* ‖ lib. 19. Reſponſorum. ‖

OPeris obligatus militiæ *a* nomen non ſine iniuria patroni dabit *b*.

De mora.

44. *Scæuola* ‖ lib. 4. Quæſtionum. ‖

SI libertus moram *c* in operis fecerit, fideiuſſor tenetur. mora fideiuſſoris nulla eſt. ‖ at ‖ in homine debito fideiuſſor etiam ex ſua mora in obligatione retinetur.

De negotiatione.

45. *Idem* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

LIbertus *d* negotiatoris veſtiarij *e* an *f* eandem negotiationem in eadem ciuitate & eodem loco inuito patrono exercere poſſit? Reſpondit, nihil proponi, cur non poſſit, ſi nullam læſionem ex hoc ſentiet patronus.

De concubina patroni.

46. *Valens* ‖ lib. 5. Fideicommiſſorum. ‖

LIberta ſi in concubitu *g* patroni eſſet, perinde *h* ac ſi nupta eidem eſſet, operarum petitionem in eam dari non oportere, conſtat.

De manumiſſione ex cauſa fideicommiſſi.

47. *Idem* ‖ lib. 6. Fideicommiſſorum. ‖

CAmpanus *i* ſcribit, non debere prætorem pati, donum, munus, operas imponi ei qui ex fideicommiſſi cauſa manumittatur. ſed ſi *k* cum ſciret poſſe ſe id recuſare, obligari ſe paſſus ſit, non *l* inhibendam operarum petitionem, quia donaſſe *m* videtur.

De nuptijs libertæ.

48. *Hermogenianus* ‖ lib. 2. Iuris Epitomarum. ‖

SIcut patronus, ita etiam patroni filius, & nepos, & pronepos, qui libertæ nuptiis *n* conſenſit, operarum exactionem amittit *o*. nam *p* hæc, cuius matrimonio conſenſit, in *q* officio mariti eſſe debet.

1 ¶ Si autem nuptiæ, quibus patronus conſenſit, nullas habeant vires, operas exigere patronus non prohibetur.

2 ¶ Patronæ, item filię, & nepti, & pronepti patroni, quę libertæ nuptiis *r* conſentit, operarum exactio non denegatur. quia his nec ab ea, quæ nupta eſt, indecorè pręſtantur.

De liberto communi.

49. *Gaius* ‖ libro ſingulari de Caſibus. ‖

DVorum libertus poteſt aliquo caſu ſingulis diuerſas operas vno tempore in ſolidum edere, veluti ſi librarius *ſ* ſit, & alij patrono librorum ſcribendorum operas edat, alter verò peregrè cum ſuis proficiſcens operas cuſtodiæ domus ei indixerit. nihil enim vetat, dum cuſtodit domum, libros ſcribere. hoc ita Neratius libris membranarum ſcripſit.

Quales operæ edendæ. 1. De alendo eo qui operas edit, & temporis ſpatio relinquendo.

50. *Neratius* ‖ lib. 1. Reſponſorum. ‖

OPerarum editionem pendere ex *t* æſtimatione edentis. nam dignitati *u*, facultatibus, conſuetudini, artificio eius conuenientes edendas.

1 ¶ Non ſolum autem libertum, ſed etiam alium quemlibet operas edentem, alendum, aut ſatis *x* temporis ad quæſtum alimentorum relinquendum, & in omnibus tempora ad curam corporis neceſſariam relinquenda.

Quibus caſibus operæ non patrono debentur.

51. *Paulus* ‖ lib. 2. Manualium. ‖

INterdum operarum manet petitio, etiamſi ius patroni non ſit, vt euenit in fratribus eius, cui adſignatus eſt libertus, aut nepote alterius patroni, extante *y* alterius patroni filio.

DE BONIS *z* LIBERTORVM.

TIT. II.

Ratio edicti. 1. de edicto Rutilij. 2. Et poſteriorum prætorum.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 42. ad Edictum. ‖

HOC edictum à prætore propoſitum eſt honoris, quem liberti patronis habere debent, moderandi gratia. Namque (vt Seruius ſcribit) antea ſoliti fuerunt à libertis duriſſimas *a* res exigere, ſcilicet ad remunerandum tam grande *b* beneficium, quod in libertos confertur, cùm ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perducuntur.

a ¶. quæ notaui ad *l. 1. C. de infantib. expoſitis.*
b *v. l. 10. ſ. eod.*
c Iulia ſcil. *de maritand. ordinibus, l. 6. C. eodem.* cuius verba referuntur, *ſ. hoc. tit.*
d futurarum operarum liberatio eſſe poteſt.
e Præteritæ igitur operæ difficilius remittuntur quam futuræ.
f *vt l. vnic. C. vt actiones ab heredibus & in heredes. §. 35. Inſt. de inutil ib. ſtipul. l. 11. l. vlt. C. de contr. ſtipul.*
g hinc conſtat fideiuſſorem ab expromiſſore differre. Fideiuſſor, cum alio obligatur. Expromiſſor vero ſolus, quaſi reus principalis. Qui dat fideiuſſorem, non liberatur: qui dat expromiſſorem, liberatur. Expromiſſione fit nouatio, non fideiuſſione, *l. 64. §. 4. ſuprà ſoluto. l. 5. §. ſatis. j. de verb. oblig.*
h *l 16. in fin. ſup. eodem.*
i de harenario, *v. l. 4. j. de accuſ.*
k Libertus ſalutem propriam patroni ſaluti præferre poteſt, *vt hic.* Item in vaſallo, *Gloſ. quibus mod. feud. amitt. Euerard. in loco à liberto ad vaſallum 25.*
l *l. 23. ſ. eod.*
m *l. 20. ſup. eod.*
n *v l. 12. C. eod.*
n Pro operis patroni interdum certam ſummam à libertis ſtipulabantur, *vt hic. l. adigere 6. §. 1. ſ. de iure patr. l. vlt. j. qui & à quib. manum.*
o *l. 32. ſ. eod.*
p *l. 26. in fi. ſ. eo.*
q aliter ſcilicet & aliunde citra operas & operarum indictionem.
r *v. l. 4. j. de cur. bon. dando.*
ſ Egentem patronum libertus obligatione operarum ſolutus alere cogendus eſt pro modo facultatũ ſuarum, *v. Paul. 2. ſent. vlt. §. vnic.*
t Teſtamenti, id eſt, teſtandi liberam facultatem adſequitur libertus, operarũ obligatione dimiſſus ac ſolutus. Ita patrono hoc caſu bonorum poſſeſſio contra tabulas denegatur, ac ſi operas exegiſſet aut vendidiſſet.
u Verecundiæ obligatio non cenſetur liberto remiſſa, operis ei remiſſis.
x Hinc colligunt, Patrem cogi filium inopem redimere atque etiam alere, & vera pietatis officia in eum exercere, licet ei legitimam ſemel dederit, non tamen cogi filio alteram legitimam dare, *Caſtrenſ. in Authen. ſi captiui. C. de epiſcop.*
y ab obſequiis. z hic locus mihi videtur corruptus: niſi ita excipias, per inuidiam libertum conuenio, dum apud omnes conqueror me inopem à liberto vili non ali. a Cerdo qui & Lucrio, homo vilis eſt, qui illicitum quæſtus cauſa exercet: à κέρδος quod Græcis lucrum eſt.
b Imò dabitur, *l 47. in fin. j. eod.*
c adde *l. 15. ſup. ad l. Falc.*

a Miles eſſe libertus non poteſt qui operas patrono debet.
b Cur ita? colligi ex *l. 34. ſup. eod.*
c *l. 8. in fin. ſ. eo. v. l. 88. j. de verb. oblig.*
d *v. l. 2. ſup. de iure patron.*
e veſtiarius negotiator.
f adde *l. 26. ſup. eod* Libertus eiuſdem negotiationis cuius patronus, eadem non tantum in ciuitate ſed & loco eodem ſeu vico, inuito patrono eam negotiationem exercere poteſt, ſi modo nullam læſionem ex hoc patronus ſentiat.
g in concubitu, *Hal.*
h Qui libertam duxit, operas eius remittere videtur, *l. 9. C. eod.*
i fit huius l. Campani, ſcilicet mentio, in *l. iu[...] tus 34. §. 1. j. de [...] deic. lib.* Porro vide ad hanc legem Menochium *de arbitr. 1. caſ. [...] num. 56. & [...]*
k *l. 29. infra prox.*
l Imò inhibetur, cùm non ſit petitio, *l. 42. ſup. [...]*
m Donare operas videtur, qui non iure cogente præſtat, *l. 29. j. [...] donat.*
n Operas libertæ remittere videtur qui cum liberta nuptias contrahit, *l. 11. in fin. C. [...] l. 2. C. de obſequ[...]*
o Imò non videtur amittere. *arg. l. [...]*
§ *etiamſi vxorem habeat libertus [...] ſ. eodem.*
p Operarum præſtatione, liberta nupta patrono liberta, cum ei officium debet, hinc conſtet: Operas & officium diſtingui. Operę patrono, officium marito debetur.
q vxor marito officium debet.
r *l. 2. C. de obſequiis, l. 11. in fin. [...] hoc tit.*
ſ *l. 7. §. 5. ſup. eod.* adde *l. 92. j. de [...] iur.*
t *v. l. 16. in fi. ſup. eodem.*
u *l. 28. ſuprà eodem.*
x *l. 22. in fin. l. 16. ſup. eo.*
y *l. 23. in fin. j. de bon. libert.*
z 6. C. 4. Paul. 3. ſent. 2. de ſucceſſione libertorum 3. Inſtit. 8 περὶ διακατοχῆς (vel διαδοχῆς) ὧν ἔχουσι οἱ πάτρωνες τῶν ἀπελευθέρων εἰς τὴν οὐσίαν αὐτῶν, τὴν ἐγκλήσιν κινοῦντες καὶ τῆς διαθήκης αὐτῶν 49. Eclog. 4. extat apud Vlpian. tit. 47 de libert. ſucceſſion. vel bonis & tit. 29. de bon. libert. Hic igitur tractatur de bonorum poſſeſſionibus contra tabulas liberti quæ patrono præterito dantur. Datur etiam ei ab inteſtato, *Vnde legitimi. vide Cuiac. hic.* a *l. 2. ſup. de operis libert.*
b ineſtimabile, *l. 176. in fin. j. de regulis.*

1 ¶ at

1 ¶ Et quidem prætor Rutilius edixit, ſe amplius non daturum patrono quàm operarum *a* & ſocietatis *b* actionem, videlicet, ſi hoc pepigiſſet, vt niſi ei obſequium præſtaret libertus, in ſocietatem admitteretur patronus.

2 ¶ Poſteriores prætores certæ *c* partis bonorum poſſeſſionem pollicebantur. videlicet enim imago ſocietatis induxit eiuſdem partis præſtationem, vt quod viuus ſolebat ſocietatis nomine præſtare, id poſt mortem præſtaret.

De morte patroni & ſucceſſorio edicto. 1. De filio patroni emancipato qui nepotem in poteſtate aui reliquerat.

2. *Pomponius* lib. 4. ad Sabinum.

SI patronus à liberto præteritus, bonorum poſſeſſionē petere potuerit contra tabulas, & antequam peteret, deceſſerit, vel dies ei bonorum poſſeſſionis agnoſcendæ præterierit, liberi *d* eius, vel alterius patroni petere poterunt ex illa parte edicti, qua primis non petentibus, aut etiam nolentibus ad ſe pertinere, ſequentibus datur, atque ſi priores ex eo numero non eſſent.

1 ¶ Sed ſi patronus hæres inſtitutus, viuo liberto deceſsiſſet ſuperſtitibus liberis, quæſitum eſt, an illi contra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſsionem petere poſsint? Et eò decurſum eſt, vt mortis tempus quo defertur bonorum poſſeſsio, ſpectari debeat, an patronus non ſit: vt ſi ſit, ex prima parte edicti liberi eius bonorum poſſeſsionem petere non poſsint.

2 ¶ Si filius emancipatus nepotem in poteſtate aui reliquiſſet, bonorum poſſeſsionem partis dimidiæ dandam ei filio inteſtati liberti, quamuis iure ipſo legitima hæreditas ad nepotem pertineat: quia & contra tabulas eius liberti & filio potius bonorum poſſeſsio partis debitæ daretur.

De iure aureorum anulorum. 1. De natali reſtituto. 2. De impetratione liberæ teſtamenti factionis. 3. De emptio hac lege vt manumittatur. 4. De eo qui nummos accepit, vt manumitteret. Si quid requiratur vt patronus contra tabul. bonorum poſſeſſ. accipere poſsit 6. De bonis caſtrenſibus. 7. De deportatione, & reſtitutione. 8. De manumiſſo à filiofam. milite. 9. De capitali accuſatione. 10. Si patronus ſit hæres inſtitutus, vel non. 11. De inſtitutione conditionali. 15. De debita portione patrono relicta vel donata. 20. Debita portio quo tempore, & quomodo accipitur.

3. *Vlpianus* libro 41. ad Edictum.

ETiam ſi ius anulorum *e* conſecutus ſit libertus à Principe, aduerſus huius tabulas venit patronus, vt multis reſcriptis continetur. hic *f* enim viuit quaſi ingenuus, moritur quaſi libertus.

1 ¶ Planè, ſi natalibus *g* redditus ſit, ceſſat contra tabulas bonorum poſſeſsio.

2 ¶ Idem & ſi *h* à principe liberam teſtamenti factionem impetrauit.

3 ¶ Sed & ſi hac lege emit quis, *vt i manumittat*, ad hanc partem edicti pertinebit.

4 ¶ Si quis nummos *k* accepit, vt manumitteret, non habet contra tabulas bonorum poſſeſsionem.

5 ¶ Vt patronus contra tabulas bonorum poſſeſsionem accipere poſsit, oportet hereditatem aditam eſſe, aut bonorum poſſeſsionem petitam. ſufficit autem vel vnum *l* ex heredibus adiſſe hæreditatem, bonórumve poſſeſsionem petiſſe.

6 ¶ Patronus contra ea bona liberti omnino non admittitur, quæ in caſtris *m* ſunt quæſita.

7 ¶ Si deportatus patronus reſtitutus *n* ſit, liberti contra tabulas bonorum poſſeſsionem accipere poteſt.

¶ Idémque & in liberto deportato & reſtituto dicendum eſt.

8 Si quis filius familiâs ſeruum de *o* caſtrenſi peculio manumiſerit, ex conſtitutione Diui Hadriani patronus eſt, admittique poterit ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem, vt patronus.

9 ¶ Si capitis *p* libertum accuſauerit is cui adſignatus eſt, non poteſt is petere contra tabulas bonorum poſſeſsionem, fratribúſque ſuis non obſtabit. ſed hi contra tabulas bonorum poſſeſsionem petent. quemadmodum peterent ſi ex altero filio nepotes eſſent, * libertus enim qui alteri ex filiis adſignatur non deſinit alterius filij libertus eſſe. amplius dicendum eſt, etiam ſi omiſerit frater bonorum poſſeſſionem: alter frater cui *q* adſignatur, non poteſt ſuccedere, & contra tabulas bonorum poſſeſsionem petere.

10 ¶ Totiens ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas inuitatur patronus, quotiens *r* non eſt hæres ex debita portione inſtitutus.

11 ¶ Si patronus ſub conditione ſit inſtitutus eáque conditio viuo teſtatore extitit, contra tabulas bonorum poſſeſsionem accipere non poteſt.

12 ¶ Quid ergo, ſi mortis tēpore pependit, extitit tamen, antequam patrono deferatur bonorum poſſeſsio, hoc eſt ante aditam hereditatem? an inuitetur ex hac parte edicti? & magis eſt, vt aditæ hereditatis tempus ſpectetur. hoc enim iure vtimur.

13 ¶ Si tamen in præteritum collata *a* ſit conditio, vel ad præſens, non videtur ſub conditione inſtitutus, aut enim impleta eſt, & purè inſtitutus eſt: aut non eſt, & nec hæres inſtitutus eſt.

14 ¶ Si libertus patronum ſuum ita hæredem ſcripſerit, *Si filius meus me viuo morietur, patronus hæres eſto.* non malè videtur teſtatus. nam ſi deceſſerit filius, poterit hic exiſtente conditione accipere bonorum poſſeſsionem.

15 ¶ Si debita patrono portio legata ſit, & ſi ſcriptus hæres non fuerit, ſatis ei factum eſt.

16 ¶ Sed ſi & inſtitutus ſit ex parte minore, quàm ei debetur, reſidua verò pars ſuppleta eſt ei legatis ſiue fideicommiſsis: & ita ſatisfactum ei videtur.

17 ¶ Sed & mortis cauſa *b* donationibus poterit patrono debita portio ſuppleri. * nam mortis cauſa donationes vice legatorum funguntur.

18 ¶ Sed & ſi non mortis cauſa donauit libertus patrono, contemplatione tamen debitæ portionis donata ſunt, idem erit dicendum: tunc enim vel quaſi mortis cauſa imputabuntur, vel quaſi adgnita repellent patronum à contra tabulas bonorum poſſeſſione.

19 ¶ Si patrono conditionis implendæ *d* cauſa quid datum ſit, in portionem debitam imputari debet, ſi tamen de bonis ſit liberti profectum.

20 ¶ Debitam autem partem eorum quæ *e*, cùm moritur, libertus habuit, patrono damus. mortis enim tempus ſpectamus. Sed & ſi dolo malo fecit, quo minus haberet, hoc quoque voluit prætor pro eo haberi, atque ſi in bonis eſſet.

De eo qui necem domini detexit. 1. De liberto capto ab hoſtibus. 2. De deportatione vel captiuitate patroni. 3. De fideicommiſſaria hæreditate.

4. *Paulus* lib. 44. ad Edictum.

SI necem *f* domini detexerit ſeruus, prætor ſtatuere ſolet, vt liber ſit: & conſtat eum quaſi ex ſenatuſconſulto libertatem conſecutum, nullius *g* eſſe libertum.

1 ¶ Si libertus captus ab hoſtibus, ibi deceſſerit, propter legem Corneliam *h*, quæ teſtamentum ſic confirmat, atque ſi in ciuitate deceſſerit, patrono quoque bonorum poſſeſsio danda erit.

2 Si deportatus *i* patronus ſit, filio eius competit bonorum poſſeſsio in bonis liberti, nec impedimento eſt ei talis patronus, qui mortui *k* loco habetur.

¶ Et diſsimile eſt, ſi patronus apud hoſtes ſit. nam propter ſpem *l* poſtliminij obſtat liberis ſuis.

3 ¶ Si extraneus à liberto hæres inſtitutus, rogatus ſit filio hereditatem reſtituere, cùm ex ſenatuſconſulto Trebelliano reſtituta hæreditate hæredis *m* loco filius habetur, patronus ſummouendus eſt.

De patrono & liberis eius. 1. De filio patroni emancipato & nepote ex eo in poteſtate retento.

5. *Gaius* lib. 15. ad Edictum prouinciale.

LIbertinus qui patronum, patronique liberos habet, ſi patronum ex parte debita hæredem inſtituit, liberos eius in eamdem portionem ſubſtituere debet, vt licèt patronus viuo liberto mortuus fuerit, ſatisfactum videatur liberis eius.

1 ¶ Si patroni filium emancipatum, & nepotes *n* ex eo, qui in aui familia remanſit, libertus habeat, filio *o* tantum, non etiam nepoti ſatisfacere debebit libertus, nec ad rem pertinet, quod ad parentis bona pariter vocantur.

De liberis liberti. 1. Si teſtamentum in quo patroni filia ſcripta eſt, falſum dicatur, eáque iudicio pendente deceſſerit. 2. De filiis patroni. 4. De eo qui iudicium defuncti liberti agnouit.

6. *Vlpianus* libro 43. ad Edictum.

ET ſi ex modica parte inſtituti ſint liberi liberti, bonorum poſſeſsionem contra tabulas patronus petere non poteſt. nam & Marcellus libro 9. digeſtorum ſcripſit, quantulacunque ex parte heredem inſtitutum liberti filium patronum expellere *p*.

1 ¶ Cum patroni filia hæres inſtituta eſſet à liberto, falſúmque *q* teſtamentum dictum eſſet, in quo ſcripta erat, & appellatione interpoſita & pendente diem ſuum obiiſſet, hæredib. eius Diuus Marcus ſubuenit, vt id haberent, quod haberet patroni filia ſi viueret.

2 ¶ Si filius liberti hæres ab eo inſtitutus abſtinuerit *r*, quamuis nomine ſit hæres, patronus admittitur.

3 ¶ Sed & ſi per in integrum reſtitutionem is qui mixtus eſt paternæ hæreditati, vel qui adiit hæreditatem, abſtinuerit ſe, poterit quis patronum admittere.

4 ¶ Patronus, patroníque liberi, ſi ſecundum voluntatem mortui liberti hæreditatem adierint *ſ*, legatúmve aut fideicommiſſum petere maluerint, ad contra tabulas bonorum poſſeſsionem non admittuntur.

7. *Gaius* libro 15. ad Edictum Prouinciale.

NAm abſurdum *t* videtur, licere eidem partim comprobare iudicium defuncti, partim euertere.

8. *Vlpianus* libro 43. ad Edictum.

SI verò non habuit effectum petitio eius, dico non impediri, quo minus adiuuetur. Quinimo & ſi ſic adiit, quaſi ex debita portione inſtitutus, mox apparuit, eum minorem partē, quàm ſperauit accepiſſe: æquiſsimum eſt admitti eum ad ſuum auxilium. Sed & ſi teſtato conueniſſet heredem, vt ſibi legatum ſolueretur, mox pœnituiſſet *u*: puto eum poſſe adiuuari à

1 Si

a *v. l. 5. ſ. de operis libert.*
b Imò videtur nullo modo conſiſtere poſſe ſocietas inter patronum & libertum *v. l. 36. ſ. tit. prox.*
c dimidiæ. §. 3. *inſtit. de ſucceſſ. libert.* adde *l. 1. §. penult. ſ. ſi cui plus quam per l. Falc.* & ad eam dimidiam ius erat bonorum poſſeſsionis contra tabulas liberti, *Vlpian. tit. 26.* Quintilianus in declamatione cui titulus eſt, Auia teſtis. Huic, inquit, debeo, munus, operas, teſtamentum.
d *d. § 3.*
e *l. 5. in fin. j. de iure aureor.*
f Anulo donati deteriore erant conditione quàm natalibus reſtituti. Hi conditionem mutant, quippe cum eis natalibus reſtituātur; in quibus homines fuerunt nondum neque naturali, neque ciuili iure deſcripto, *v l. 2. j. de natal. reſtit.* Illi honore quidem augentur, conditionem tamen non mutant, iura tantùm & munia ingenuitatis dum viuunt, habent, *vt hic. v.* quæ ſcripſi ad *l. 2. Cod. de iur. aur. l. 23. § 2. ſ. de cond. & dem. Nou. 74.* ideo libertinis anulus dabatur, vt quaſi ingenui viuerent. ita Muſæ medico eidémque liberto Auguſtus annulum dedit. *Dion.*
g *l. 2. circa fi. j. de natalib.*
h v. quæ ſcripſi ad *l. 5. in fin. C. qui teſtam. facere.*
i *v. l. 45. ſ. de ritu.*
k *v. d. l. 45.*
l nam ante aditam hæreditatem ſic accipere debemus, antequam ſc. vel ab vno adeatur *l. 1. § 8. j. ſi is qui teſtam.*
m *l. 1. § 4. ſup. ſi quis à parēte: l. 37. C. de inoff.*
n *l. 21. in pr. ſ. de iure patr.* Quid ſi patronus in hereſim lapſus ſit? ius patronatus quod habuit, reuerſus recipiet *arg. huius legis in l. ſed ſi C. de in ius vocan. c. quia diligentia de elect.* niſi ob hæreſim ſententia iudicis ſuum ius patronatus amiſerit. ius enim ſuum ita amiſſum non recipiet, *arg. c. de illa extr. de diuort. c. vltim. de conuerſ. coniugat. Gloſſ. in c. maximū 19. q. 7.*
o *v l. 8. ſup. de iure patron. l. 45. § 3. de ritu.*
p *v. l. 29. ſup. de iure patron.*
* qui adſignatus non eſt, poteſt ſuccedere, *ita* legit Accurſius.
q
r *l. 6. in fi. j. eod. l. 21. § 2. ſ. de iure patron.*

a *v. l. 16. ſup. de iniuſto.*
b *l. 8. § 3. j. eo.*
*
c *Inſtit. de donat.*
d *l. 8. § j. eod.*
e *l. 44. § 2. j. eo.*
f *v. l. 11. C. de precib. Imper. l. 1. C. ex quib. cauſ. ſerui pro præmio, l. 23. ſup. de iure patr. l. 5. j. qui ſine manum. l. 39. ſ. ad l. Falc.*
g *v. l. 3. § 3. ſup. de legitim. tutorib.* Nullius, id eſt, Orcinus, familiæ *l. 48. j. de manumiſſ. teſt. v. Cuiac. 3. obſ. 23.* Orcus quem ademit, nullius eſt libertus niſi Orci, id eſt, Plutonis & Charontis.
h *l. 28. ſup. de vulgari.*
i adde *l. 7. ſup. de his qui ſunt ſui.*
k *l. 23. ſup. familiæ.*
l *l. 8. § 3. l. 50. j. eo.*
m *v. Nou. 1, c. 1. § 1.*
n *al.* nepotem ex eo, *vt j. eod.* nepoti numero vnitatis.
o *l. 23. in fin. j. eo. l. 3. § 4. ſup. de legitim. tutorib.*
p *v. l. 17. j. eo.*
q *l. 42. § 3. j. eod.*
r *l. 20. in fi. l. 38. in fi. j. eo. l. 21. in fi. ſ. de iure patron. l. 1. § 9. j. ad Tertull.*
ſ *l. 3. § 10. ſup. eo.*
t Abſurditas eſt pro parte comprobare teſtamentum, pro parte euertere, vt hinc conſtet indiuiduum ius eſſe teſtamenti *l. 39. in fi. ſup tit prox.*
u *l. 8. § 14. ſup. de inoff.*

a adde l.46. ʒ. de ſolut.
b l.4. in fi. ʒ. eo.
c ll.3.§.17. ſup. eo.
d Donatio non eſt ſine acceptione, v. Cuiac. 12. obſ. 28. adde quæ ſcripſi ad l.15. Cod. de ſacroſ. eccleſ.
e d.l.3.§.19. ʒ. eo.
f ad adeundam hereditatem ſc. Minoribus enim etiam ſubuenitur in lucro, l.7.§ 6. ſup. de minorib. v. l.1. & 2. C. ſi vt omiſſam hæred.
g l.14. ʒ. eo. l.33. §.1. ʒ. de fideicomm. libert.
h calumnioſè ſc.
i Imò poteſt accipere, l.38. ʒ. eo.
k ſuorum ſc. quibus ideo nocere videtur, & ſic Delictum patris filiis nocet.
l l.34. ʒ. eo.
m v.l.17. ʒ. eo. vbi dixi.
n v. quæ ſcripſi ad l.3. C. de collat. & l.6. ʒ. de iniuſto.
o v.l.11. in fi. ʒ. eo.
p l.38. ʒ. eo. Imò non habebo l.9. ʒ. eod. Hic nullam iniuriam fecit liberto: ibi verò fecit.
q l.38. in fin. ʒ. eo.
r l.10. in fin. ʒ. eo. d.l.38. verſ. fin ante emancipati. ʒ. eo.
ſ quem ſcit ſe habere l. 9. C. de teſtam. milit.
t Miles ſilentio ſeu præteritione poteſt liberos ſuos exhæredare. v. l. 9. C. de teſt. milit. Quid, ſilentio exheredare, quid eſt? ſilentio exhæredamus filium, cum liberis præteritis alios inſtituimus hæredes. Guido Papa ſingul. 345.
u Imo non nocebit l.47. in fi. ʒ. eo. v. Cuia. 14. obſ. 12.
x non notæ gratia, ſed alio conſilio adiecta l. 47. ʒ. eod. nam mul i non notæ cauſa exheredāt liberos: nec vt eis obſint, ſed vt eis conſulant l.18. ſup. de liber. adde l.16.§.1. ſup. de curatore furioſi.

y v. quæ ſcripſi ad tit. C. de pœna iudicis qui malè iudicauit.

z l.1. ʒ. de iniuſto: l.20. verſ. ſed cùm exheredatio ſup. cōtr. tabul. l.1. ʒ. quis ordo in bonor. poſſ. & l.181. ʒ. de reg. iuris & l.14 C. de fideic.
a b. vbi.
b vide Cuiac. 14. obſ. 11.
c patris ſc.

1 ¶ Si patronus legatum ſibi relictum adgnouerit, idque fuerit euictum *a*, competit ei legitimum auxilium: quia id, quod ſperauit ſe habiturum, non habet. Sed & ſi non totum euictum ſit, verùm aliquo minus habet, quàm putauit, erit ei ſubueniendum.

2 ¶ Si ſeruo vel filio ſuo aliquid relictum patronus agnouerit *b*, perinde à contra tabulas bonorum poſſeſsione repelletur, atque ſi adgnouiſſet ſibi relictum.

3 ¶ Sed & ſi mortis cauſa *c* donationem agnouerit, dicendum eſt, repelli eum à contra tabulas bonorum poſſeſsione. ſic tamen, ſi poſt mortem liberti adgnouit: cæterùm ſi ei viuus libertus donauit, ille *d* accepit, non ideirco erit repulſus à contra tabulas bonorum poſſeſsione: quia poteſt dicere, ſperaſſe, quod in teſtamento quoque gratus circa eum fieret. remittíque ei debet ab eis decedere, vel ea compenſare in portionem pro rata.

4 ¶ Quare dicitur, & ſi conditionis *e* implendæ cauſa quid fuerit datum patrono poſt mortem liberti repelli eum à contra tabulas bonorum poſſeſsione, quaſi adgnouerit iudicium.

5 ¶ Si patronus minor annis 25. liberti iudicium adgnouerit, in integrum reſtitui eum oportere *f* exiſtimamus, vt poſsit contra tabulas accipere.

De ſtatus controuerſia.

9. *Paulus* ‖ libro 42. ad Edictum. ‖

QVi in ſeruitutem *g* libertum paternum petierit *h*, nec *i* nomine liberorum *k* bonorum poſſeſsionem accipere poteſt.

De liberis plurium. 1. De liberis patroni à parente inſtitutis vel exheredatis vel præteritis.

10. *Vlpianus* ‖ libro 44. ad Edictum. ‖

SI ex patronis alicui ſatisfactum non erit, ita vt alij amplius *l* ſua portione ex bonis liberti relinquatur ei cui ſatisfactum nō erit, ita actio dabitur, vt eius portio ſuppleatur ex eo, quod extraneo hæredi, & quod patrono ſupra ſuam portionem relictum eſt. Eadem ratio & in pluribus patronis ſeruabitur.

1 ¶ Iulianus ait, eum, qui ab auo ſuo exhæredatus *m* eſt, à bonis libertorum eius ſummoueri, à patris verò ſui libertorum bonis non excludi. quòd ſi à patre ſit exheredatus, ab auo non ſit, non ſolùm à libertorum paternorum bonis, verùm etiam ab aui quoque excludi debere: quia per patrem auitos libertos conſequitur. quòd ſi pater eius ſit ab auo exhæredatus, ipſe non ſit, poſſe nepotem auitorum libertorum contra tabulas bonorum poſſeſsionem petere.

¶ Idem ait, ſi pater me exhæredauit, auus meus patrem meum, & prior auus deceſſerit, ab vtriuſque libertis me repelli. ſed *n* ſi antè *o* pater deceſsiſſet, poſtea auus, dicendum erit, nihil mihi nocere patris exhæredationem ad auitorum libertorum bona.

11. *Iulianus* ‖ lib. 26. Digeſtorum. ‖

QVòd ſi pater meus à patre ſuo ſit exhæredatus, ego neque à patre meo, neque ab auo, mortuo quidem patre, & aduerſus auitos & aduerſus paternos libertos ius habebo *p*, viuente *q* patre: quamdiu *r* in poteſtate eius ero. non petam contra tabulas auitorum libertorum bonorum poſſeſsionem, emancipatus non ſummouebor.

12. *Vlpianus* ‖ lib. 44. ad Edictum. ‖

SI patronus teſtamento iure militari facto filium *ſ* ſilentio *t* exhæredauerit, debebit *u* nocere ei exheredatio. verum eſt enim hunc exhæredatum eſſe.

¶ ¶ Si quis libertum filio ſuo adſignauerit, eúmque exheredauerit, admitti poteſt ad bonorum liberti poſſeſsionem.

2 ¶ Si quis non mala mente *x* parentis exhæredatus ſit, ſed alia ex cauſa, exhæredatio ipſi non nocet, vtputà pone furoris cauſa exhæredatum eum, vel ideò, quia impubes erat, heredémque inſtitutum, rogatum ei reſtituere hereditatem.

3 ¶ Si quis, cùm eſſet exhæredatus, pronunciatus vel perperam ſit exheredatus non eſſe, non repellitur, rebus *y* enim iudicatis ſtandum eſt.

4 ¶ Si filius patroni exheredatus, in partem obtinuerit de inofficioſo, in partem victus ſit, videamus, an noceat ei exheredatio: & nocere arbitror: quia teſtamentum valet à quo exheredatus eſt.

5 ¶ Ex teſtamento autem, ex quo neque *z* adita hereditas eſt, neque petit bonorum poſſeſsio, liberis exheredatio non nocet. abſurdum eſt enim in hoc tantùm valere teſtamentum, vt exheredatio vigeat, cùm *a* aliàs non valeat.

6 ¶ Si patroni filius priore gradu ſit heres ſcriptus, ſecundo exhæredatus, huic non nocet exhæredatio, cùm voluntate patris vel extiterit hæres, vel exiſtere potuerit. neque enim debet videri pater indignum *b* exiſtimaſſe filium bonis libertorum, quem ad hæreditatem ſuam primum vocauerit.

¶ Ac ne eum quidem exiſtimandum eſt ſummoueri à bonis liberti *c*, qui ‖ à ‖ primo gradu exhæredatus, & eidem ſubſtitutus eſt.

¶ Ergo is, qui inſtitutus ſit heres vel primo gradu, vel ſequenti, vel alioquo gradu, licèt exheres ſit eodem teſtamento: non eſt ſummouendus à liberti bonis.

7 ¶ Si patroni filius emancipatus noluerit adire hereditatem, vel qui in poteſtate eſt, retinere: nihilominùs liberti bonorum poſſeſsionem habebit *a*.

13. *Iulianus* ‖ lib. 26. Digeſtorum.*

FIlius patroni exheredatus, quamuis nepos ex eo heres ſcriptus fuerit, bonorum poſſeſsionem contra tabulas paternorum libertorum accipere non poteſt. licèt enim neceſſarius exiſtat patri ſuo, non per ſemetipſum, ſed *b* per alium, ad hæreditatem admittitur. & certè conſtat, ſi emancipatus filius exheredatus fuerit, & ſeruus eius hæres ſcriptus, & ſi iuſſerit ſeruo hereditatem adire, & ita patri ſuo heres extiterit, non habebit contra tabulas paternorum libertorum bonorum poſſeſsionem.

De capitali accuſatione, petitione in ſeruitutem, teſtimonio, aduocatione contra libertum.

14. *Vlpianus* ‖ libro 45. ad Edictum. ‖

QVi *c* cùm maior natu eſſet, quàm 25. annis, libertum capitis accuſauerit *d*, aut in ſeruitutem petierit, *e* remouetur *f* à contra tabulas bonorum poſſeſsione.

1 ¶ Si verò accuſauerit minor, dicendum eſt, hunc non excludi, ſiue ipſe, ſiue tutor eius, vel curator accuſauerit.

2 ¶ Sed ſi minor *g* quidem inſtituerit accuſationem, maior autem factus ſententiam acceperit, benignè erit dicendum, ignoſci ei debere, quia minor cœpit, neque enim imputare ei poſſumus, cur non deſeruit accuſationem, vel cur abolitionem non petierit: cùm alterum ſi feciſſet, in Turpillianum incideret, alterum non facilè impetretur. Certè, ſi abolitione publicè data *h*, repetit (iam) iam maior, dicendum eſt hunc eſſe remouendum. maior. n. factus, potuit ſine timore deſerere abolitam accuſationem.

3 ¶ Iſdemum videtur capitis *i* accuſaſſe, qui tali iudicio appetit, cuius pœna aut ſupplicium habuit, aut exilium, quod ſit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur.

4 ¶ Si tamen quis libertum eo crimine accuſauerit, cuius pœna non eſt capitis, verumtamen iudicanti placuit augere pœnā, non obeſt hoc patroni filio. neque enim imperitia, aut ſeueritas iudicantis obeſſe debet patroni filio, qui crimen leuius importauit.

5 ¶ Sed ſi non accuſauerit, ſed teſtimonium in caput liberti dixit, aut ſubiecit accuſatorem, puto, eum à contra tabulas remoueri.

6 ¶ Si libertus maieſtatis patroni filium accuſauit, & patroni filius calumniæ eum capitis puniri deſiderauit, non debet repelli hoc edicto. idem puto, & ſi ab eo petitus retorſit *k* in eum crimina: ignoſcendum *l* enim eſt ei, ſi voluit ſe vlciſci prouocatus.

7 ¶ Si patris mortem defendere neceſſe habuerit, an dicendum ſit, hic quoque ei ſuccurrendum, ſi libertum paternum propter hoc accuſauit, medicum fortè patris aut cubicularium, aut quem alium, qui circa patrem fuerat? Et puto ſuccurrendum, ſi affectione & periculo paternæ ſubſtantię ducente neceſſe habuit accuſationem vel calumnioſam inſtituere.

8 ¶ Accuſaſſe autem eum dicimus, qui crimina obiecit, & cauſam perorari *m* vſque ad ſententiam effecit *n*, cæterum, ſi antè quieuit, non accuſauit. & hoc iure vtimur. Sed ſi appellatione interpoſita deſiit, benignè dicetur, non pertuliſſe accuſationem.

¶ Si igitur, pendente appellatione deceſsit libertus, patroni filius admittetur ad bonorum poſſeſsionem: quia ſententia libertus morte ſubtractus eſt.

9 ¶ Si patroni filius aduocationem *o* accuſatori liberti præſtitit, non *p* eſt repellendus. * neque enim aduocatus accuſat *q*.

10 ¶ Si pater teſtamento cauerit *r*, *vt accuſaretur libertus, quaſi venenum ſibi paraſſet aut quid aliud in ſe admiſiſſet*, magis eſt, vt ignoſci liberis *ſ* deberet, qui non *t* ſponte accuſauerunt *u*.

11 ¶ Sed & ſi accuſauerit libertum, & probauerit crimen patroni filius, poſteáque hic libertus ſit reſtitutus, non erit repellendus. crimen enim, quod intendit, etiam perfecit *x*.

15. *Tryphoninus* ‖ libro 17. Diſputationum. ‖

IDem eſt, etſi crimen quidem, quod in liberto probatum eſt, meruerat capitis pœnam, benignius *y* autem punitus eſt libertus, veluti tantum relegatus: de calumniatore enim ſenſit prætor.

De liberis exhæredati vel eius qui in ſeruitutem libertum paternum petiit. 5. De patrono qui bonorum poſſeſsionem contra tabul accepit, à iudicio liberti repellendo. 10. De eo qui ſubſtitutus eſt patrono. 11. De filio patroni ſubſtituti, & viuo teſtatore defuncti.

16 *Vlpianus* ‖ libro 45. ad Edictum. ‖

IN ſeruitutē *z* petiſſe nō is videtur, qui ei, qui in poſſeſſ. erat ſeruitutis, petenti ſe in libertate cōtradi-

a Imò ſubmouetur à bonis liberti aui, l.47. in fi. ʒ. eod.
b adde l.42. ʒ. eo. l.6. §.5. ſup. de adq. hæred.
c patronus, verba edicti attende: quæ ex lege Papia videntur petita l.10. ʒ. de iur. patron.
d Nou. 22. c.47.
e v.l.9. ſup. eod.
f Imò non remouetur l.6. ʒ. vnde cognati.
g Ætati in delictis ignoſcitur l. 5.§.9. ʒ. de his quibus vt indign.
h v l.8. ʒ. ad Turpil.
i Capitis ſeu capitalis pœna e[...] cuius pœna mo[...] aut exilium eſt [...] 10. verſ. Labeo [...] de iur. patron. [...] pitalium 28. ʒ. [...] pœnis.
k & ſic, Liber[...] reus à patrono [...] ſtitutus, dū ſe de[...] fendit contra [...] ctum patronu[...] ius non vocat[...] ʒ. de in ius [...] quemadmodum contrario is in [...] uitutem non p[...] qui aſſerenti l[...] libertatem co[...] dicit, l.16. ʒ. [...]
l adde l.4. in [...] ſup. ad l. Aquil.
m è contrario à lite cont[...] deceſsit, id[...] cere non de[...] quia ad ſent[...] vſque non d[...] l.16.§.3. ʒ. [...] l.8 §.8. ʒ. d[...]
n Imò & is [...] accuſaſſe dic[...] qui nomen [...] detulit l.10. [...] ʒ. de iure patr.
o neceſſari[...] arg. l.37. C. de [...] lando.
p Imò eſt re[...] lendus, l. vlt. ſup. [...] inoff.
q l.5.§.13 ſup. [...] his quæ vt ind[...] ideóque mul[...] intereſt inter ad[...] cationem, & [...] defenſionem [...] 54. ſupr. de [...] vind.
r Probatio[...] duci ex literis [...] neſti viri defen[...] hinc colligunt [...] tamen l.3.§.1[...] Silaniana.
ſ teſtatoris, li[...] rum defuncti [...] ſantibus, [...] mandato ac [...] cepto.
t ſed iuſsi à p[...]
u quia non ſu[...] iudicium, ſed [...] num exequun[...] l.47.§.1. in fi. [...] & inter volu[...] riam accuſatio[...] & officij neceſ[...] tem heredis [...] tum intereſt l. [...] ſtu. C. de calum[...] torib.

x Expedit enim peccata nocentium nota eſſe l.18. ʒ. de iniuriis.
y interdum enim id accidit l.34. C. de cauſ. ex quib. infam.
z v.l.9. ʒ. eod.

xit,

xit *a*, verùm is, qui ex libertate petit in ſeruitutem.

1 ¶ Sed & ſi quis non totum ſuum, ſed pro parte, vel vſumfructum in eo ſuum dicat, vel quid aliud, quod habere non poteſt in eo, niſi ſeruus ſit, an repellatur, quaſi in ſeruitutem petierit? quod eſt verius.

2 ¶ Si petierit in ſeruitutem, & obtinuerit, mox cognita veritate paſſus ſit in libertate morari, non debet ei obeſſe, maximè ſi habuit iuſtam cauſam errandi.

3 ¶ Petiſſe *b* in ſeruitutem non videtur, qui ante litem conteſtatam deſtitit *c*. Sed & ſi poſt litem conteſtatam, dicendum eſt nec id nocere debere: quia non vſque ad ſententiam durauit.

4 ¶ Si patroni filius ſit vel exheredatus, ‖ vel ſi ‖ in ſeruitutem libertum paternum petiit, vel capitis accuſauerit libertum, non *d* nocet hoc liberis eius, qui in poteſtate non ſunt. & hoc Diui fratres Quintiliis *e* reſcripſerunt.

5 ¶ Si quis bonorum poſſeſsionem contra tabulas liberti acceperit, ab omni liberti iudicio repellitur *f*. nec tantum ſi ipſi liberto heres fuerit ſcriptus, verumetiam ſi impuberi filio ſubſtitutus. nam & Iulianus ſcripſit, ſi poſt petitam bonorum poſſeſsionem, adierit impuberis filij liberti hereditatem patronus, denegari ei debere actiones.

6 ¶ Sed & ſi quid codicillis fuerit patrono relictum, vel mortis cauſa donatum, ſimili modo horum quoque perſecutio denegabitur.

7 ¶ Nonnunquàm planè poſt petitam bonorum poſſeſsionem dabitur patrono legati perſecutio, ſi *g* nihil ad emolumentum eius peruenturum ſit, quia fortè rogatus eſt alij reſtituere.

8 ¶ Præterea non tantùm, quod ipſis nominatim datum eſt, id ſe prætor denegaturum ait, verumetiam ſi quid proponas ad ipſos per alios peruenturum, vtputà per ſubiectas perſonas, quod quidem ſunt habituri, non reſtituturi.

9 ¶ Dabimus legati petitionem patrono, ſi ſeruo patroni dederit libertatem, pretio eius patrono prælegato.

10 ¶ Ei qui ſubſtitutus erit patrono, qui contra tabulas poſſeſsionem petierit, actio eius partis, cuius patrono poſſeſsio data erit, non datur.

11 ¶ Si patronus ſit ſubſtitutus, & patronus viuo teſtatore deceſſerit, filium patroni petentem contra tabulas bonorum poſſeſsionem; non ſolius ſubſtituti partem occupare, verùm omnibus heredibus pro parte *h* aliquid auferre conſtat.

De patrono, patrona, & proximis patrono, patronæ.

17. *Idem* ‖ lib. 47. ad Edictum. ‖

LIberto ſine liberis mortuo, in primis *i* patronus & patrona bonorum poſſeſsionem accipere poſſunt, & quidem ſimul. ſed & ſi patrono & patronæ proximi ſunt aliqui, ſimul admittuntur.

De liberis patroni patronaue.

18. *Paulus* ‖ libro 43. ad Edictum. ‖

PAtronæ quidem liberi etiam vulgo *k* quæſiti accipient materni liberti bonorum poſſeſsionem, patroni autem non niſi iure quæſiti.

De patrono inſtituto.

19. *Vlpianus* ‖ libro 4. Diſputationum. ‖

SI patronus ex minore parte quàm legitima heres inſtitutus, falſum teſtamentum dixiſſet, nec obtinuiſſet: non eſt ambiguum, contra tabulas ei non deferri bonorum poſſeſsionem, eo *l* quòd facto *m* ſuo perdidit hereditatem, cùm temerè falſum *n* dixit.

¶ Quod ſi ex debita parte fuerit inſtitutus, ſiue adiit, ſiue non; à contra tabulas bonorum poſſeſsione repellitur: quaſi debitam ſibi portionem acceperit. nec poterit contra tabulas bonorum poſſeſsionem petere.

De patrono inſtituto ſub conditione iuriſiurandi. 1. De legatario rogato reſtituere patrono. 2. Si pars debita patrono relicta ſit coniunctim cum alio. 4. De eo quem libertus ſubſtituit filio ſuo emancipato. 5. De fideicommiſſo filij emancipati, ſi filius liberti patris hæreditatem omiſerit.

20. *Iulianus* ‖ libro 25. Digeſtorum. ‖

LIbertus ſub conditione iuriſiurandi, quam *o* prætor remittere *p* ſolet, patronum inſtituit hæredem. non puto dubitandum, quin à bonorum poſſeſsione ſubmoueatur: verum eſt enim, eum heredem factum.

1 ¶ Si Titio legatum fuiſſet, eiúſque fideicommiſſum, vt patrono reſtitueret, denegatur legatorum actio Titio, ſi patrono pro debita parte à ſcripto hærede fuerit ſatisfactum.

2 ¶ Libertus patronum & extraneum coniunctim ex parte dimidia hæredem ſcripſit. quadrans, ex quo inſtitutus erat patronus, totus ipſi imputari debebit, reſiduum ex debita ſibi parte omnibus hæredibus pro portione cuiuſque aufert.

3 ¶ Idem ſeruari conueniet in legato, quod patrono coniunctim & Titio datum fuerit, vt pars legati in portionem debitam patrono imputetur, ex reliqua parte tantùm Titio detrahatur, quantum ab herede pro *q* rata portione.

4 ¶ Si libertinus *r* filium emancipatum ſub conditione hæredem inſtituerit *ſ*, & deficiente conditione ſubſtitutus *t* adierit: quæro, vtrùm patrono aduerſus ſubſtitutum in partem debitam prætor, an emancipato filio in totam hæreditatem ſuccurrere debeat? Reſpondi, cùm pater filium ſub conditione primo gradu heredem inſtituit, ſi deficiente conditione, ſub qua filius hæres inſtitutus eſt, ad ſecundum gradum hæreditas pertinet, vel adhuc pendente conditione filius deceſſerit, patrono partis debitæ bonorum poſſeſsionem aduerſus ſubſtitutum competere.

f eſt enim ei ignoſcendum qui prouocatus ſe vlciſci cupit. *l.14.§.6.ſup. eod.*
b adde *l.15. inf. ratam rem haberi.*
c vide *l.14. §.8. ſup. eod.*
d Calumnia filij aduerſus libertum paternum nepoti emancipato ex eo nato nihil nocet, *l.11.in fin.ſ.eod. v. Cuiac.4 obſ.13.*
e huius reſcripti fit mentio *in l. 17. ſ. de iure patron.*
f Qui contra tabulas bonorum poſſeſsionem petit, repellitur à ſucceſſione teſtamentaria, *l.22. ſup. de vulgari.* meritò: nam qui teſtamentum arguit, ab eius beneficio remouendus eſt, *l.5.§.14.ſ. de his quę vt indign.* adde *l.3. in §. ſup. de leg. præſtand.*
g *l.8.§.8. in fin.ſ. de inoff.*
h *l.20.§.3.ſ.eo.*
i *l.3.C.de fideicom. Inſt. de ſucceſſ. li. l. 11.ſ.de iure patron. l. 3. ſup. de ſuis & legitimis Vlp.27.§.1. & tit.29. Paul.3. ſent.2.*
k Liberi vulgò quæſiti ad matris ſucceſsionem admittuntur, §. 3. *Inſt. de SC. Orphitiano.*
l facit *l.1. in fi. C. de furtu, l.14. l.16. C. de inofficioſo teſtamento.*
m *l.16. in fin.ſ. de falſis.*
n adde *l.16.§.1. ſup. eo.*
o quod Prætor *Hal.*
p *v.l.85. ſup. de condi. inſt.*
q *l.16. in fi.ſ.eo.*
r id eſt, libertus.
ſ & ſic primo gradu hæredem fecerit.
t ſecundo gradu inſtitutus.

¶ Idémque eſt, & ſi filius ‖ vel ‖ non petierit bonorum poſſeſsionem tempore excluſus, vel repudiauerit.

¶ Si verò deficiente conditione hereditas ad filium pertineat *a*, emancipatum potius tuebitur prætor aduerſus ſubſtitutum.

¶ Exiſtimo autem quotiens ſub conditione heres filius ſcribitur, aliàs neceſſariam eſſe exhæredationem à ſubſtitutis, aliàs ſuperuacuam. nam ſi id genus conditionis fuerit, quæ in *b* poteſtate filij eſſet, veluti *c cùm teſtamentum fecerit.* puto, etiam omiſſa conditione filium locum ſubſtitutis facere. ſi verò conditio non *d* fuerit in poteſtate filij, veluti, *ſi Titius conſul factus fuerit*, tunc ſubſtitutus non admittitur: niſi filius ab eo nominatim exhæredatus fuerit.

5 ¶ Si libertus filium emancipatum heredem inſtituerit, eiúſque fideicommiſerit, vt totam hereditatem Sempronio reſtitueret: & filius, cùm ſuſpectam ſibi hereditatem diceret, iuſſu prætoris adierit eam, & Sempronio reſtituerit, non inìquè patrono bonorum poſſeſsio partis debitæ dabitur, perinde ac ſi non filius, ſed is cui hereditas reſtituta eſt, liberto heres extitiſſet. Item cum filius hæreditatem liberti patris omiſerit *e*, & coheres eius totius hæreditatis onus ſuſceperit, danda erit patrono bonorum poſſeſsio. vtroque enim caſu non filio, ſed extraneo pars eripitur.

De vno ex tribus patronis ceſſante.

21. *Idem* ‖ libro 26. Digeſtorum. ‖

EX tribus patronis vno *f* ceſſante bonorum poſſeſsionem petere, duo æquas partes habebunt.

De manumiſſo à filiofam. milite.

22. *Marcianus* ‖ libro 1. Inſtitutionum. ‖

SI filiusfamiliàs miles *g* manumittat, ſecundùm Iuliani quidem ſententiam, quam libro viceſimoſeptimo Digeſtorum probat, patris libertum faciet. ſed quamdiu (inquit) viuit, prefertur filius in bona eius patri. ſed Diuus Hadrianus Flauio Apro reſcripſit, ſuum libertum eum facere, non patris.

De patrono qui ſe ‖ dedit ‖ in adoptionem 1. De filio patroni & nepotibus ex altero filio. 2. De filiis duorum patronorum.

23. *Iulianus* ‖ libro 27. Digeſtorum. ‖

SI libertus præterito patrono extraneum inſtituerit heredem, & patronus, antequam contra tabulas *h* bonorum poſſeſsionem petierit, in adoptionem *i* ſe dederit: deinde ſcriptus *k* omiſerit hereditatem *l*, patronus totorum *m* bonorum liberti poſſeſsionem vt legitimus petere poteſt.

1 ¶ Si libertus inteſtato deceſſerit, relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittentur, quamdiu filius eſſet: quia proximum *n* quemque ad hereditatem liberti vocari, manifeſtum eſt.

2 ¶ Si autem ex duobus patronis alter vnum filium, alter duos reliquiſſet, dixi viriles *o* inter eos partes fieri.

De duobus patronis.

24. *Idem* ‖ libro 65. Digeſtorum. ‖

COmmuni liberto, ſi ex duobus patronis alter iuſiurandum exegerit, ne vxorem ducat, vel viuo liberto deceſſerit *p*, is, qui extra hanc culpam fuerit, vel ſuperuixerit *q*, partis vtrique debitæ bonorum poſſeſsionem ſolus habebit.

Si debitores conueniantur ab herede liberti.

25. *Idem* ‖ libro 1. ad Vrſeium Ferocem. ‖

QVamdiu patrono bonorum poſſeſsio partis debitæ dari poteſt, exceptio *r* debitoribus datur aduerſus heredem petentem, *ſi ſ non in cauſa ſit patronus, vt bonorum poſſeſsionem pro parte debita contra tabulas petere poſſit.*

De liberto qui die cedente legati deceßit.

26. *Africanus* ‖ libro 2. *t* Quæſtionum. ‖

LIberto octoginta habenti, fundus quadraginta legatus eſt. is, die cedente *u* legati, deceſsit extraneo herede inſtituto, reſpondit, poſſe patronum partem debitam vindicare. nam videri defunctum mortis tempore ampliorem habuiſſe rem centum *x*, cùm hereditas eius propter computationem legati pluris venire poſſit. neque referre, heres inſtitutus repudiet legatum liberto relictum, nécne. nam, & ſi ‖ de ‖ lege *y* Falcidia quæratur, tale legatum, quamuis repudiatum, in quadrantem hereditatis imputatur legatariis.

De nepote patroni exheredato.

27. *Idem* ‖ libro 4. *z* Quæſtionum. ‖

VIuo filio ſi nepos *a* exheredatur, nocebit ei exheredatio ad bona libertorum auitorum.

Si in libertinum animaduerſum ſit. 1. Si libertus metu pœnæ mortem ſibi conſciuerit, aut fugerit.

28. *Florentinus* ‖ libro 10. Inſtitutionum. ‖

SI in libertinum animaduerſum erit, patronis eius ius, quod in bonis eius habituri eſſent, ſi is in quem animaduerſum eſt, ſua morte deceſsiſſet, eripiendum non eſt, ſed reliquam partem bonorum, quæ ad manumiſſorem iure ciuili non pertineat, fiſco eſſe vindicandam placet.

a quia non fuit poteſtatiua, *l.3. §. 11. ſup. contr. tab.*
b *v.l.4. ſup. de hered. Inſt.*
c Conditio, *ſi fecerit teſtamentum*, eſt poteſtatiua. nec poteſt vltimo vitę ſpiritu impleri: nec opus eſt in eius defectum adire, *Bart.*
d *l.81. ſup. de condi. & demonſt. l.4. C. de inſt. & ſubſt.*
e *l.6. §.8. ſuprà eod.*
f *l.4. inf. ſi quid in fraud. patron.*
g *v.l.8. ſup. de iur. patron.*
h liberti.
i *l.39. inf. eod.*
k heres per libertum.
l liberti.
m *al.* certæ partis bonorum, *l.10.ſ. de bon. poſſ.*
n Patroni filius patroni nepotibus obeſt, *Vlp.27. §.3. l.3.§.7. ſup. de legitimis tutor.* §. 3. *Inſt. de ſucceſſ. libert. l.51.ſ. de oper. libert.* Prior eſt filius patroni quam nepos alterius patroni. *Paul.3. ſent. 2.§.1. in fin.*
o id eſt, æquales portiones. Libertorum hæreditas in capita, non in ſtirpes diuiditur. *Paul. 3. ſent. 2.§.3. Vlp. 27.§.4.*
p deceſſerit is qui extra, &c. hanc diſiunctionem reſtituit Cuiacius 1. *obſ.14.*
q adde caſum *l. 4. ſup. de oper. liber. Paul. 3. ſent. 2. §.2.*
r præiudicialis.
ſ verba ‖ ſunt exceptionis, quibus vt & replicationibus ‖, duplicationibus ſeruiunt hi articuli. *Si non, Si nihil, At ſi, Aut ſi, ἀλλ' εἰ μὴ Aut niſi, Quod præiudicium non fiat, Quod non vi, Quod facere poſſum.* De formulis exceptionum *v. Cuiac.5. obſ.34.* & P. Pithœum. 2. *notar. Moſaic. fol. 81.*
t *v. Cuiac. 2. ad Afr.22.*
u In hæreditate legatarij computantur legata, quorum dies ceſsit viuo legatario, id eſt, quorum petitionem in ſuum heredem tranſmiſit etiamſi repudiauerit hæres, *l. 81. §. 6. ſup. de leg. 1.*
x *l.16. ſup. de iur. patron.*
y huc refer legem 3. §. pen. *ſup. ſi cui plus quam per legem Falcidiam.*

z vide in hanc legem *Cuiac. 4. ad Afric. fol.61.*
a *l.10.§.1. ſup. eo.*

SGCB2021

tem, legitimis non † defertur. ſed hoc ſic erit accipiendum, ſi a nec ſperantur eſſe. cæterùm ſi vel naſci conſanguineus, vel de captiuitate reuerti poteſt, adgnati impediuntur b.

1 ¶ Adgnati autem ſunt, cognati virilis ſexus ab eodem orti. nam poſt ſuos & conſanguineos ſtatim mihi c proximus eſt conſanguinei mei filius, & ego ei. patris quoque frater, qui patruus appellatur deincepſque cæteri, ſi qui ſunt hinc orti, in infinitum.

2 ¶ Hæc hæreditas proximo d agnato, id e eſt ei, quem nemo f antecedit, defertur, & ſi plures ſint eiuſdem gradus, omnibus g, in h capita ſc. vtpurà duos fratres habui, vel duos patruos. vnus ex his vnum filium, alius duos reliquit: hæreditas mea in tres i partes diuidetur.

3 ¶ Parui autem refert, adgnatus hic natiuitate, an k adoptione ſit quæſitus. nam qui adoptatur, iiſdem fit adgnatus, quibus pater ipſius fuit, & legitimam eorum hæreditatem habebit, vel ipſi eius.

4 ¶ Legitima hæreditas tantùm proximo l defertur. Nec intereſt, vnus ſolus ſit, an ex duobus prior pluribúſve, an duo pluréſve ab eodem gradu venientes, qui vel cæteros antecedant, vel ſoli ſiat, quia is eſt proximus m, quem nemo antecedit, & is vltimus, quem nemo ſequitur: & interdum item primus poſtremúſque, qui ſolus n occurrit.

5 ¶ Interdum vlteriorem adgnatum admittimus, vtpurà fecit quis teſtamentum, cùm haberet patruum & patrui filium. deliberante hærede ſcripto, patruus deceſſit, mox hæres inſtitutus repudiauit hæreditatem: patrui filius admittetur.

¶ Ergo & bonorum poſſeſſionem petere poteſt.

6 ¶ Proximum non eum quærimus, qui tunc fuit, cùm moreretur paterfamiliàs, ſed eum qui tunc o fuit, cùm inteſtatum deceſſiſſe certum eſt.

¶ Secundùm quæ etſi ſuus erat, qui præcedebat, vel conſanguineus, ſi nemo eorum cùm repudiatur hæreditas, viuit, proximum eum accipimus, qui tunc, cùm repudiatur hæreditas, primus eſt.

7 ¶ Vnde p belle quæri poteſt, an etiam poſt repudiationem adhuc demus ſucceſſionem. propone, hæredem ſcriptum rogatum reſtituere hæreditatem, repudiaſſe eam, cùm nihilominùs compelli potuit adire hæreditatem, & reſtituere, vt Diuus Pius reſcripſit. finge eum ſuperuixiſſe centum diebus, (verbi gratia) & interim proximum deceſſiſſe. mox & eum qui erat rogatus reſtituere? Dicendum, poſteriorem admitti cum q onere fideicommiſſi.

De bonis libertorum. De ſuis hæredibus & patrono. 1. De manumiſſione voluntaria, vel neceſſaria. 2. De ſeruo dotali manumiſſo. 3. De empto vt manumittatur. 4. De eo qui necem domini detexit. 5. Ad l. Æliam Sentiam, de iureiurando. 6. De municip. 7. De milite. 8. De principe. 9. De his qui ſunt in vtero.

3. *Idem* ‖ lib. 14. ad Sabinum. ‖

INteſtato liberto r mortuo, primùm ſuis deferri hæreditatem verum eſt, ſi hi ſ non fuerint, tunc patrono.

1 ¶ Libertum accipere debemus eum t quem quis ex ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit, ſiue ſponte, ſiue neceſſitate, quoniam rogatus fuit eum manumittere u. nam & ad huius legitimam hæreditatem admittitur.

2 ¶ Si dotalem x quis ſeruum manumiſit, ipſe patronus habetur, & ad legitimam hæreditatem admittetur.

3 ¶ Is planè, quem hac lege emi, vt manumittam, & ſi ex conſtitutione Diui Marci y peruenerit ad libertatem, tamen (vt eadem conſtitutione expreſſum eſt) meus libertus eſt, & legitima eius hæreditas mihi deferetur.

4 ¶ Qui ſi necem z domini detexit, & ex ſenatuſconſulto libertatem meruerit a, ſi quidem adſignauit prætor, cuius libertus ſit, ſine dubio eius erit, & ei legitima hæreditas deferetur. quòd ſi non addidit, efficietur quidem ciuis Romanus, ſed eius erit libertus, cuius proximè fuerit ſeruus, & ad legitimam hæreditatem ipſe admittetur: niſi ſicubi quaſi indigno deneganda fuerit hæreditas.

5 ¶ Si quis libertam ſic iureiurando b adegit, ne illicitè nubat, non debere incidere in legem Æliam Sentiam. Sed ſi intra certum tempus ne ducat, néve aliam, quàm de qua patronus conſenſerit, vel non niſi conlibertam, aut patroni cognatam: dicendum eſt, incidere eum in legem Æliam Sentiam, nec ad legitimam hæreditatem admitti.

6 ¶ Si municipes c ſeruum manumiſerint, admittentur ad legitimam hæreditatem in bonis liberti vel libertæ inteſtatorum.

7 ¶ Miles manumittendo ſeruum peculiarem a ſuum faciet libertum, & ad legitimam hæreditatem eius admittetur.

8 ¶ Principem ad bona libertorum ſuorum admitti, pluſquam manifeſtum eſt b.

9 ¶ Vtique & ex lege duodecim tabularum ad legitimam hæreditatem is qui in vtero c fuit, admittitur, ſi fuerit editus. Inde ſolet remorari inſequentes ſibi agnatos quibus præfertur, ſi fuerit editus.

¶ Inde d & partem e facit his qui pari gradu ſunt: vtpurà frater vnus eſt, & vterus, vel patrui filius vnus natus, & qui in vtero eſt.

10 ¶ Eſt autem tractatum, pro qua partem faciat, quia ex vno vtero plures f naſci poſſunt. & placuit, ſi in rerum natura certum ſit, hanc quæ ſe dicit, prægnantem non eſſe, ex aſſe iam eſſe hæredem hunc, qui iam natus eſt, quoniam & ignorans g hæres ſit. quare ſi medio h tempore deceſſerit, integram hæreditatem ad hæredem ſuum tranſmittit.

11 Poſt decem i menſes mortis natus, non admittetur ad legitimam hæreditatem.

12 ¶ De eo autem, qui centeſimo octogeſimo ſecundo die k natus eſt, Hippocrates l ſcripſit m, & Diuus Pius pontificibus reſcripſit, iuſto tempore videri natum: nec videri, in n ſeruitutem conceptum, cùm mater ipſius ante centeſimum octogeſimum ſecundum diem eſſet manumiſſa.

De capitis diminutione parentis.

4. *Pomponius* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

HI, quorum parens capite minutus eſt, legitimæ hæreditatis ius & in cæteris perſonis, & inter ſe retinent o & alij aduerſus eos.

Quo tempore ſpectatur an ſit proximus adgnatus.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 46. ad Edictum. ‖

SI quis cùm haberet fratrem & p patruum: deceſſerit teſtamento facto. deinde pendente conditione hæredum ſcriptorum, frater inteſtato deceſſerit, mox conditio defecerit, patruum poſſe vtriuſque adire legitimam hæreditatem conſtat.

De concepto poſt mortem aui.

6. *Iulianus* ‖ libro 59. Digeſtorum. ‖

TItius exheredato filio extraneum hæredem ſub conditione inſtituit. quæſitum eſt, ſi poſt mortem patris pendente conditione filius vxorem duxiſſet, & filium procreaſſet, & deceſſiſſet, deinde conditio inſtituti hæredis defeciſſet, an ad hunc poſtumum nepotem legitima hæreditas aui pertineret? Reſpondit.* Qui poſt mortem aui ſui concipitur, is neque legitimam hæreditatem eius tanquam ſuus hæres, neque bonorum poſſeſſionem tanquam cognatus accipere poteſt q, quia lex duodecim tabularum eum vocat ad hæreditatem, qui moriente eo, de cuius bonis quæritur, in rerum natura fuerit.

7. *Celſus* ‖ lib. 28. Digeſtorum. ‖

VEl ſi viuo eo conceptus eſt, quia * conceptus quodammodo r in rerum natura eſſe exiſtimatur.

De cognatis. 1. De ea quæ mortuum peperit.

8. *Iulianus* ‖ libro 59. Digeſtorum. ‖

ITem prætor edicto ſuo, proximitatis ſ nomine bonorum poſſeſſionem pollicetur his qui defuncto mortis t tempore cognati fuerint. Nam quod in conſuetudine nepotes cognati appellantur etiam eorum, poſt quorum mortem concepti ſunt, non propriè,

† Hodie defertur. ſ. 7. verſic. ſed nec. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.
a l. 2. §. 8. ſupra vnde cognati.
b §. 1. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.
c v. l. 14. C. de legit. hæred.
d §. 4. J. eo. v. l. 1. §. pen. J. vnde cogn.
e Proximus eſt, quem nemo antecedit.
f v. l. 92. J. de verb. ſignific.
g Gradu æquales ac pares, pari iure ſunt in ſuccedendo.
h In capita hereditas diſtribuitur, quoties in tot partes diuiditur quot heredes ſunt.
i & ita iure ciuili in capita diuiditur hereditas inter duorum fratrum liberos. hinc Vlpian. tit. 26. §. 4. Agnatorum hæreditates diuiduntur in capita, veluti ſi ſit frater ſolus, & alterius fratris duo pluréſve liberi. huc etiam facit lex 1. §. vlt. ſup. ſi pars her. in qua mortuo fratre agitur de hæreditate diuidenda inter filium fratris defuncti & vxores fratrum defunctorum prægnantes. & Caius 8. inſt. Omnes fratrum filij patruo ſuo ab inteſtato ſuccedunt, non in ſtirpes, ſed in capita. Id etiam ſtatuit Carolus Quintus in Comitiis Spirenſibus, anno 1529. vt refert Mynſingerus 3. obſ. 94. quem v. idem etiam probat Zaſius 1. reſp. 7. aduerſus communem opinionem ſed nemo melius ea de re quàm Hotomanus diſſeruit, quem v. 14. Illuſtr.
k Adoptiui ſunt etiam adgnati, §. 2. inſt. de legit. agn.
l Proximis defertur legitima hæreditas,
m nota, qui proximi, vltimi, primi & poſtremi dicantur.
n Solus qui eſt cognatus, idem eſt primus & poſtremus.
o l. 3. J. eo. l. 1. l. 4. in fin. ſupra vnde legit.
p v. interpretationem huius §. Apud Cuiac. 18. obſ. 12
q Hæc verba cum fideicommiſſi, delenda eſſe exiſtimat Anton. Faber 6. coniect. 14.

Ve fol. 1343.

r v. Inſtit. de ſucceſſ. libert. ſ v. l. 19. ſup. de bonis libert. t l. 8. C. de ingen. manum. u vel quia etiam emerat ea lege, l. 45. §. 1. ſup. de ritu. x l. 21. J. de manumiſſ.
y v. d. l. 45. ſup. de ritu.
z l. 2. ſup. de bon. libert.
a v. infra qui ſine manum. ad libert.
b adde l. 6. ſuprà de iure patron.
c v. l. vnic. ſuprà de libertis vniuerſ.

a v. l. 8. ſup. de ... libert.
b Idem enim ... commune cum ... teris habet, ... in ſucceſſionib... l. 7. Cod. qui ... ment.
c i. poſthumus ... 4. C. eod. §. 2. ... Inſt. de hered. ... ab inteſt. l. vlt. ... ventre in poſſ... l. 30. §. 3. J. de ... hæreditate.
d Cur inde ... ter ſiue vteru... remoratur ... quentes adgna... ita partem ... his qui in ... gradu ſunt.
e Partem ... eſt admitti ... tem. partem ... alio conſequ... alio partiri. ...
f v. l. 3. J. ... hered. l. 36. J. ... lution.
g ignorans ... heres fit.
h i. dum ... ius teſtam... exſpectatur ... dus, l. 4. in ... contra tabul.
i v. Nou. ...
k i. qui ... ſeptimi menſ... tus eſt. nam ... tentia Græc... ſingulis me... 30. dies tribu... & ita 182. ... ptimum m... attingunt. H... crates li. 1. ... mic. 3. lect. ... 270. pro ... menſib. pon... ro partus ... vos, matri ... l. 12. ſup. ... Qui ante ſep... vel octauo m... naſcuntur, ... ſunt vitales ... rei rationem ... 4. ſent. 9. §. ... Pythagorei ... ri ratio, ... admittit, ... mo pleno ... diebus) aut ... menſe partu...

turus videatur. Idem ſentit Cenſorinus *lib. de die natali.* Septimo inquit, menſe ... tus iam maturus eſt, eo quod in omnibus numeris ſeptenarius plurimùm po... addé Macrobium 1. *in ſomnium* 6. Ambroſ. 19. *ad Herontianum.* Plinium 7. ... Gel. 10 Philonem *de antiquitate Iudaic.* Tertul. c. 19. *de Anim.* Cauſam ad ... planetas & eorum naturam refert Schonerus *lib. 1 iudic.* Ait enim Saturnum ... pote antiquiorem cæteris) fœtum dirigere primo menſe, & materiam conſtri... re. Iouem, ſecundo eodémque menſe motum & rationem conferre. Martem, ter... menſe ſanguinem. Solem, quarto menſe calore ſuo membra præcipua formare ... que menſe rationalem animam inſtillari ſcribit. Venerem, quinto menſe figura... ſexum & venuſtatem: Mercurium, ſexto menſe extendere vocales arterias: Lu... ſeptimo menſe perficere conceptum propter plenitudinem & perfectionem ... planetarum concurrentem: ideóque partum fieri vitalem. A Luna, Satur... octauum menſem dirigere, qui natura ſua frigidus, partum quoque infrigid... ita partum parum vitalem facit. Nono menſe Iouem dominari fingit: ... motu (plurimum enim eo valet) puerum ex tenebris ad lucem proferri. hæ ... nugæ Aſtronomicæ: quas ideo hic inſerui, ne ſtudioſi iuris eas ignorarent: ... men ne velut folia Sybillæ vel oracula ſequantur. adde quæ ſcripſi ad l. 139. ... *pœnis. Leonem Nouell. 17. in fin. & ad lib. 12. ſupr. de ſtatu homin...* *Gel. 10.*
l Perito cuilibet in arte ſua credendum: verbi gratia, Hippocrati & medicis, *vt hic. l. 12. ſup. de ſtatu homin.* philoſophis, *l. 70. ſup. de iud.* ita citatur Demoſthenes, l. 2. Theophraſtus *l. 6 ſup. de legib.* Cicero *l. 7. §. 4. J. quib. ex cauſ. in poſſ.* Homerus *Inſtit. de empt.* ruſticorum prouerbia etiam allegantur, *l. 79. ... ſup. de leg. 3.* maiores, *l. 5. ſup. de iuriſdict.* obſtetricibus quoque creditur, ... *de inſpic. ventre.*
m lib. περὶ ἑπταμήνου.
n *l. 32. ſup. de ſtatu.*
o cur ita? collige ex *l. 8. J. de reg. iur.*
p *l. 2. §. 6. ſup. eo.*
q *l. 1. §. 8. ſup. eod. §. 7. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. l. 6. in fin. pr. ſup. de in iuſto. l. 1. §. 8. lib. 10. in fin. ſup. vnde cognati, l. vltim. in fi. ſup. de ventre in poſſeſſ.*
r *l. 7. l. 26. ſupra de ſtatu.*
ſ Proximis defuncto mortis eius tempore, prætor bonorum poſſeſſionem pollicetur.
t *l. 1. §. 8. ſupra vnde cognati.*

priè,

2 ¶ Cùm filius liberti impubes, qui ſubiectus dicitur, ex prima parte bonor. poſſeſſionem accipiat, an patronus defuncti poſſeſſionem accipere poſſit, quæſitum eſt. & ſine dubio, qui ſequentis gradus ſunt, non † admittuntur interim. * cum enim præcedit alia poſſeſſio, qui ſequitur accipere non poteſt *a*. Planè ſi contra eum, qui ſubiectus dicitur, fuerit iudicatum, data non intelligitur.

¶ Sed & in patrono, pendente controuerſia, idem erit dicendum. planè quod ad patroni quoque perſonam pertinet, differri controuerſia debebit.

3 ¶ Si falſum *b* liberti teſtamentum ab aliis in prouincia dictum, atque ita res per appellationem extracta eſſet: defuncta medio tempore patroni filia, quam libertus hæredem inſtituerat: filio mulieris ſeruauit Diuus Marcus eam partem bonorum, quam filia patroni vel iure inteſtati, ſi vixiſſet, habere potuit *c*.

De patrono ſubſtituto hæredi ex ſemiſſe.

43. *Idem* ‖ lib. 14. Quæſtionum. ‖

IVlianus putat, patronum, qui Titio pro parte dimidia hærede inſtituto ſubſtitutus, eo deliberante *d*, bonorum poſſeſſionem contra tab. accepit, ſi poſtea Titius non adierit hæreditatem, nihil ei, qui adiit hereditatem, abſtuliſſe: non magis quàm ſi ſub conditione fuiſſet inſtitutus. igitur Titio deliberante, res in incerto erit *e*, vtrúmne ſemis ex ſubſtitutione in poſſeſſionem conuertatur, an Titio adeunte ſingulis hæredibus partes debitæ auferantur.

Si à patrono ex debita portione inſtituto fideicommiſſum relinquatur purè, eíque tantundem legetur ſub conditione. 1. Si patrono inſtituto ſeruus legetur ad ſupplendam debitam portionem. 2. Quo tempore ſpectatur quantitas bonorum liberti.

44. *Paulus* ‖ lib. 5. Quæſtionum. ‖

SI patronum ex debita portione hæredem inſtituas, & purè roges fundum dare, eíque ſub conditione tantumdem leges, in conditionem fideicommiſſum redigitur. erit tamen & hîc, quod moueat: onerabitur *f* enim patronus ſatiſdatione fideicommiſſi. Sed dicendum ‖ eſt ‖ ab eo fideicommiſſario cauendum, à quo patrono legatum eſt, vt vndique patronus ſuum ius habeat imminutum.

1 ¶ Patronus heres inſtitutus, legato ei ſeruo, per quem ſuppleretur *g* debita ei portio, non petet contra tab. bonorum poſſeſſionem, quamuis ſeruus clauſis tabulis deceſſit.

2 ¶ Si ex bonis, quæ mortis *f* tempore fuerunt, debitam partem dedit libertus in hæreditate vel legato, ſeruus tamen poſt mortem liberti reuerſus *g* ab hoſtibus augeat patrimonium, non poteſt patronus propterea queri, quòd minus habeat in ſeruo, quàm haberet, ſi ex debita portione eſſet inſtitutus.

¶ Idem eſt ‖ & ‖ in alluuione, cùm ſit ſatisfactum ex his bonis, quæ mortis tempore fuerunt.

¶ Idem eſt ‖ & ‖ ſi pars legati liberto relicti ab eo, cui ſimul datum erat, vel hæreditatis, nunc illis abſtinentibus, adcreſcat.

De inſtitutione patroni & ſerui eius, vel ſerui tantum.

45. *Idem* ‖ lib. 9. Quæſtionum. ‖

SI patronus ex ſexta *h*, & ſeruus eius ex reliqua parte ſit heres inſtitutus: nec ex ſerui portione fideicommiſſum debetur. at ſi ſeruus duntaxat heres inſtitutus eſt, puto nec hic ex debita portione *i* præſtandum.

Si patronus deceptus falſum indicium teſtatoris ſecutus ſit.

46. *Idem* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

PAulus reſpondit: Patronus, qui deceptus *i* falſum iudicium teſtatoris ſecutus eſt, bonorum poſſeſſionem contra tab. teſtamenti liberti petere non prohibetur.

De nepote patroni exhæredato. 1. De ea qua ex voluntate patris accuſauit libertos. 2. De libera teſtamenti factione liberto conceſſa. 3. De nepote patroni poſt mortem aui concepto. 4. De filijs patroni militis ab eo præteritis.

47. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

PAulus reſpondit, exhæredationem nepotis, quæ non notæ *k* gratia, ſed alio conſilio adiecta eſt, nocere ei non oportere, quominus contra tabulas libertorum aui bonorum poſſeſſionem petere poſſit.

1 ¶ Quæro, an, ſi Titia patroni filia iactat *l* Titium patrem *m* ſuum, prius quam moreretur, literas ad ſe feciſſe, quib. adiiceret, per libertos ſuos maleficiis appetitum, eáſque literas ‖ ſe ‖ ſecutam, poſt mortem patris libertos accuſare, an aliquid ei prodeſſe poſſit hæc excuſatio? Paulus reſpondit, eam, quæ ex voluntate patris accuſauit, non debere repelli à bonorum poſſeſſione contra tabules: quoniam non ſuum iudicium, ſed alienum exſecuta eſt.

2 ¶ Patroni filius epiſtolam talem liberto emiſit: *Sempronius Zoilo liberto ſuo ſalutem. Ob merita tua, fidémque tuam, quam mihi ſemper exhibuiſti concedo tibi liberam* *n* *teſtamenti factionem.* quæro: an patroni filio nihil *o* relinquere debeat. Paulus reſpondit, eum libertum de quo quæritur, liberam teſtamenti factionem conſecutum non videri *p*.

3 ¶ Paulus reſpondit nepotem etiam poſt mortem aui conceptum, ſuperſtitem liberto, bonorum poſſeſſionem contra tabul. liberti auiti petere poſſe, & ad hereditatem legitimam eius admitti. reſponſum enim Iuliani tantùm ad hæreditatem legitimam, item bonorum poſſeſſionem aui petendam pertinere.

4 ¶ Paulus reſpondit: quamuis filij à patre militæ præteriti, pro exheredatis habeantur, tamen non *a* eouſque ſilentium patris eis nocere debere, vt ‖ & ‖ à bonis libertorum auitorum repelli debeant.

¶ Idem *b* reſponſum *c* eſt etiam de bonis libertorum paternorum.

De eo qui libertum effracturæ crimine accuſauit.

48. *Scæuola* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

QVæro de eo qui libertum effracturæ *d* crimine accuſauit *e*? Reſpondit, ſi eiuſmodi effracturæ crimine accuſatus ſit, ex quo, ſi probaretur, in metallum datus eſſet, denegandam bonorum poſſeſſionem.

De liberto adrogato per obreptionem.

49. *Paulus* ‖ lib. 3. Sententiarum. ‖

LIberto per *f* obreptionem *g* adrogato *h*, ius ſuum patronus non amittit *i*.

De patrono, eoque qui eſt in eius poteſtate, ex minore parte inſtituto. 4. De patrono qui hæreditatem reſtituit. 5. De filio patroni arrogato à liberto. 6. De liberatione patrono legata.

50. *Tryphoninus* ‖ lib. 17. Diſputationum. ‖

NIhil intereſt, ipſe patronus ſcriptus heres ex minore parte, adierit hereditatem, an *k* ſeruum ſuum ſcriptum iuſſerit adire hæreditatem, quam retinet. nihilo minus enim repulſus erit à contra tabulas bonorum poſſeſſione.

1 ¶ Si tamen, antequam iuberet liberti hereditatem adire ſeruum vendiderit, aut manumiſerit, & ita ipſe nouus libertus, aut emptor, heredes extiterint, verbis edicti non prohibetur patronus accipere contra tabulas bonorum poſſeſſionem.

2 ¶ Sed nunquid prætor ei denegare poſſeſſorias actiones debeat, ſi fraudem edicto eius facere voluit, vt pretio vberiore percepto, vel tacita *l* pactione etiam hæreditatis ex inſtitutione delatæ commodum, & bonorum poſſeſſionis contra tabulas haberet? faciliórque *m* ſuſpicio, per filium ſcriptum hæredem, quamuis emancipatum adeuntem, liberti hæreditatem ipſum patronum habere, cùm * omnia quæ noſtra ſunt, liberis noſtris vos *n* paremus.

3 ¶ Si tamen clauſis *o* adhuc tabulis teſtamenti liberti, cùm ignoraret iudicium eius patronus, eorum quid, quæ ſuprà ſcripta ſunt, circa inſtitutum ſubiectum iuri ſuo fecit, amota fraudis ſuſpicione, ſuo iure ‖ in ‖ bonorum poſſeſſione contra tab. vtetur.

4 ¶ Si patronus ex debita *p* portione à liberto ſcriptus, rogatúſque hereditatem reſtituere, ſuſpectam dixit, & compulſus adire, cùm retinere poſſet, reſtituerit, non poterit accipere contra tab. bonorum poſſeſſionem, & quia adgnouit iudicium liberti, & quia ſpreuit, & quaſi damnauit eam poſſeſſionem.

5 ¶ Longè diſtat ab hoc patroni filius, quem libertus adrogauit, & ex minore parte hæredem ſcripſit, cùm nemo ex familia patroni alius eſſet. quamquam enim hic ipſo iure, quippe *q* ſuus hæres deprehendatur, ſi tamen ſe non immiſcuit hæreditati ut patris, ſed *r* abſtinuit quaſi patroni, tamen filius admittendus eſt ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem.

6 ¶ Si debenti patrono certam pecuniam, liberationem libertus reliquiſſet, iſque vſus eſt, aduerſus heredem petentem debitum doli exceptione, aut acceptilatione liberatus eſt debito propter legatum: dicendum eſt, eum non poſſe accipere contra tabulas bonorum poſſeſſionem *ſ*.

Si pater accuſatoris manumiſerit libertum.

51. *Labeo* ‖ lib. 1. Pithanon à Paulo Epitomatorum. ‖

SI eundem libertum & tu capitis accuſaſti, & pater tuus manumiſit, non poterit tibi eius liberti bonorum poſſeſſio ex edicto pretoris dari. *Paulus*: Immo contrà accidet, ſi quem ſeruum accuſaueris, deinde is patris tui fuerit factus, & is poſtea eum manumiſit.

DE *t* LIBERTIS VNIVERSITATIVM *u*.

TIT. III.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 49. ad Edictum.

MVNICIPIBVS *x* plenum ius in bonis libertorum libertarum defertur, hoc eſt id *y* ius quod etiam patrono.

1 ¶ Sed an omnino petere bonorum poſſeſſionem poſſint, dubitatur: mouet enim, quòd *z* conſentire non poſſunt? Sed per alium *a* poſſunt petita bonorum poſſeſſione ipſi adquirere. ſed qua *b* ratione ſenatus cenſuit *c*, vt reſtitui eis ex Trebelliano hæreditas poſſit: qua *d* ratione alio ſenatuſconſulto, heredibus *e* eis inſtitutis à liberto, adquirere hæreditatem permiſſum eſt, ita *f* bonorum quoque poſſeſſionem petere dicendum eſt.

2 ¶ Temporáque bonorū poſſeſſionis petendæ ce-

---

† Hodie admittuntur, *vlt. C. qui admitti ad bonorum poſſeſſ.*
*
a Cur ita? collige ex lege. 23. §. 7. ℥. *de iure fiſci.*
b *l. 6. §. 1. ſup. eo.*
c *l. ſed etſi deceſſerint 5. ℥. de bonor. poſſeſſ. contra tab.*
d Si patronus, dum deliberat inſtitutus & ſubſtitutus, bonor. poſſeſſionem contra tab. liberti petit, & vterque. i. inſtitutus moritur, patronus ſuccedit ab inteſtato.
e *l. 5. §. 29. ℥. vt in poſſeſſ.*
f *l. 3. in fin. ſup. eo.*
g Serui ad hoſtib. reuerſi, poſt mortem teſtatoris augent hereditatem, *l. 43. ℥. ad leg. Falc.*
h quæ non facit tertiam patrono debitam, §. 3. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*
i Legitimam hæreditatem vindicare non prohibetur is, qui, cum ignorabat vires teſtamenti, iudicium defuncti ſecutus eſt, *l. 8 ſup. hered. de pet.*
k vide *l. 12. §. 2. ſup. eod.*
l adde *l. 9. ℥. eod.*
m *l. 14. in fi. ℥. eo.*
n i. immunem à relinquenda mihi legitima.
o patroni filio aliquid relinquendum, *l. 3 ſup. de hered. pet.* §. 3. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*
p v. quæ not. ad *l. 3. ſup. qui teſtam. l. 13. C. de teſtam.* De libera teſtamenti factione, vide *Cu* 8. *obſ.* 32.
q Pro exheredatis habentur qui præteriti ſunt à patre milite. Præteriri à patre milite, quaſi exhæredari eſt, *v. l. 9. ℥. C. de teſt. milit.*

Quaſi exhæredatio eſt, inquam, quippe præteritio quæ habetur pro exhæredatione, non propriè eſt, exhæredatio.
a Imò, eouſque *l. 12. ſup. eod. v. Cuiac. 14. obſ. 12.*
b Imò, non idem *l. 12. in fi. ſup. eod.*
c reſponſum non eſt, *v. Cuiac.* 14. *obſeru.* 5.
d de eo crimine agitur in *l. 1. C. de locat.* Effractores ſunt, qui vi fores vel parietem effringunt. de quorum pœna, *v. l. 3. §. 1. ℥. de off. præfect. vigil l. 6. §. 5. ℥ de pœnis*: vide *Cuiac.* 10. *obſ.* 27.
e *v. l. 10. ſup. de iure patronatus.*
f Qui per obreptionem adrogatur, conditionem ſuam celat: ideóque non fit ingenuus, nec patronum iure ſuo excludit, *l. 10. §. 2. ſup. de in ius voc.*
g Obreptionis animo adire quid ſit, vide *l. 29. inf. de falſis.*
h in filium.
i Libertus ita adoptatus, non fit ingenuus, manet ſemper libertus, *l. vlt. ℥. de ſtatu.*
k *v. l. 4. in fi. ℥. eo.*
l Tacita pactio hic dicitur, & *apud Plin. 5. epiſt.* vt alibi, tacita ſumma, *l. 47. §. 1. ℥. de pact.* tacitum mutuum. *Gel.* 12. tacitum fideicommiſſum, h. e. fraudulentum. Nam plerunque tacitum cum dicimus, fraudes intelligimus.
m In filio præſumitur facilior ſuſpicio, quam in alio, vide quæ notaui ad *l. 67. ſup. de ritu.*
n *l. 15. ſup. de inoff. l. 3. ℥. vnde liberi l. 7. ℥ de bonis damn. l. 13. §. 2. verſ, cum enim. C. de legit. hered.* ideóque non præſumuntur parentes ſuos liberos decipere uelle, *l. 67. §. 1. ℥. de ritu.*
o clauſis *Hal.*
p tertia, §. 3 *Inſt. de ſucceſſ. libert.*
q Sui, ipſo iure hæredes ſunt.
r Abſtinendi & ſe immiſcendi differentia.
ſ *l. 5. §. 2. ſup. de leg. præſt.*
t de libertis municipum, & aliis vniuerſitatum.
u ſenſus eſt, Bonorum poſſeſſionem municipibus, collegiis, vniuerſitatibus etiam dari contra tab. libertorum ſuorum. Quo ex loco pariter obſeruamus, collegia licita, manumittendorum ſeruorum ius habuiſſe. x *l. 3. § 6 inf. de ſuis. l. 2. ℥. de manum. quæ ſeruis.* vide quæ ſcripſi ad *l. vlt. C. de ſeruis reipub. manum.* y Priuatorum ius ad municipia facilè extenditur. z *l. 17. §. 6. ℥. de arbitris.* a *l. 2. ℥ de adq poſſ.* b Argumentum à iure fideicommiſſi petendi ad ſucceſſionem liberti petendam. adde *Vlp. 24. §. 5.* c *v. l. 26. ℥. ad Treb.* d Argumentum ab hæreditaris petitione, ad bonorum poſſeſſionis petitionem. e *l. 2. C. de hered. inſti.* f *l. 3. §. 3. ℥. de bon. poſſ.*

dere [illegible] is ex inde, ex quo decernere de peten da potuerunt. quod ‖ & ‖ Papinianus reſpondit.

DE ADSIGNANDIS *a* LIBERTIS *b*.

TIT. IV.

Tempus & verba S C. 1. De numero liberorum & libertorum. 2. De liberto qui eſt apud hoſtes. 3. Quibus modis aſsignatur. 4. Vel aſsignatio adimitur. 5. De filio exheredato. 7. Vel repudiante. 8. Si ſit ex patrono filius vnus, ex altero duo, & vni eorum libertus aſsignatus eſt.

1. *Vlpianus* lib. 4. ad Sabinum.

SENATVSCONSVSTO, quod factum eſt Claudianis temporibus, Velleo Rufo & Oſterio *c* Scapula conſulibus, de adſignandis libertis in hæc verba cauetur: *Si, qui duos, pluréſve liberos iuſtis nuptijs quæſitos in poteſtate haberet, de liberto libertáve ſua ſignificaſſet, cuius ex liberis ſuis eum libertum eamve libertam eſſe vellet: Is eáve, quandoque is qui eum eámve manumiſit, inter viuos, vel teſtamento, in ciuitate eſſe deſiſſet, ſolus d ei patronus ſoláve patrona eſſet, perinde atque ſi ab eo eáve libertatem conſecutus, conſecutáve eſt. Vtique, ſi ex liberis quis in ciuitate eſſe deſiſſet, neque ei liberi vlli eſſent, cæteris eius liberis, qui manumiſit, perinde omnia iura ſeruentur, ac ſi nihil de eo liberto, eáve liberta parens ſignificaſſet.*

1 ¶ Quamuis ſingulari ſermone ſenatuſconſultum ſcriptum eſt: tamen & plurib. liberis, & plures libertos libertáſve poſſe adſignari, certum eſt. ‖

2 ¶ Is quoque libertus, qui apud hoſtes eſt, adſignari poteſt.

3 ¶ Adſignare autem quis poteſt quibuſcunque *e* verbis, vel nutu *f* vel teſtamento *g*, vel codicillis, vel viuus.

4 ¶ Adimere *h* adſignationem etiam nuda voluntate poterit.

5 ¶ Sed & ſi exhæredato filio libertum quis adſignauerit, valet adſignatio. nec nocet ei nota *i* exheredationis, quantum ad ius patronatus.

6 ¶ Sed ſi poſt adſignationem fuerit exheredatus, non *k* ſemper exhæredatio adimet adſignationem, niſi hoc animo *l* facta ſit.

7 ¶ Sed ſi is, cui adſignatus eſt, repudiauerit, puto verius, quod & Marcellus ſcripſit, poſſe admitti fratres eius.

8 ¶ Si ſit ex patrono filius ‖ vnus, ‖ ex altero duo, & vni eorum libertus adſignatus eſt, videndum quot partes fiant hæreditatis liberti, vtrum tres, an duas habeat is, cui adſignatus eſt: id eſt, ſuam, & fratris: an verò æquales partes fiant quoniam per adſignationem *m* alius excluditur. & Iulianus libro ſeptuageſimoquinto ſcripſit magis eſſe, vt beſſem hic habeat, qui fratrem excludit: quod uerum eſt, quandiu frater eius viuat, vel admitti potuit ad legitimam hæreditatem. cæterùm ſi fuerit capite *n* minutus *o*, æquales partes habebunt.

Si is cui adſignatum eſt, decedat relicto filio, & fratre & alterius patroni filio.

2. *Pomponius* ‖ lib. 4. Senatuſconſultorum. ‖

SEd ſi is, cui adſignaſſem, deceſſiſſet relicto filio, & fratre, & alterius patroni filio, ſemiſſem habiturum eum nepotem, quem eſſet filius meus is, qui viuit, habiturus, ſi ego eum libertum non adſignaſſem.

De nepote patroni. 4. De liberis eius cui aſſignatum eſt. 7. Si duob. aſſignetur.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

IDem erit dicendum, & ſi is, qui filium & nepotem habebat, nepoti libertum adſignauerit, admittetur nepos ad legitimam hæreditatem, licèt ſit alterius patroni filius, & hoc contingit patrui *p* vita. cæterùm, ſi ille non eſſet, nihil ei prodeſſet adſignatio ad deminuendum ius alterius patroni filij.

1 ¶ Poſſe autem & nepoti *q* adſignari certum eſt, & præferri filio nepotem adſignatoris conſtat *r*.

2 ¶ Vnde quæri poterit, an, ſi filium habeat, & ex eo nepotem, poſſit, quaſi duos habeat in poteſtate, ius ſenatuſconſulti inducere? In qua ſpecie, cùm placeat, etiam ei, qui in poteſtatem recaſurus eſt, adſignari: quare non admittimus, cùm vtrumque eſſe in poteſtate negare non poſſumus?

3 ¶ An autem ad legitimam hereditatem admitti poſſit hic, qui eſt in poteſtate, tractari poterit; & cum *ſ* multi ſint caſus: quibus & libertum habere, qui in poteſtate eſt, poſſit; cur non hoc quoque admittendum ſit, vt per eum pater ad legitimę hæreditatis admittatur emolumentum? quod & Pomponio rectè videtur. habent autem libertos etiam filij familias, vt putà ſi caſtrenſem *t* ſeruum eorum quis manumiſerit.

4 ¶ Emancipatos quoque filios eius, cui adſignatus eſt libertus, habere commodum ſenatuſconſulti puto, non vt ad legitimam hæreditatem admittantur: ſed ad ea quę poſſunt. 5. ¶ Secundùm quod liberto inteſtato defuncto, quoniam ad legitimam hæreditatem admitti non poſſunt, videndum, ne admittatur filius adſignatoris in familia remanens, an non. & putem, emancipatos per prætorem præferendos.

6 ¶ Liberos autem eius, cui adſignatus eſt, accipere debemus non ſolùm filios, verùm etiam nepotes *a* & neptes, & deinceps deſcendentes.

7 ¶ Si quis duobus adſignauerit libertum, & alter in ciuitate eſſe ſine libertis deſierit, alter non.

4. *Pomponius* ‖ lib. 4. Senatuſconſultorum. ‖

VEl *b* viuus noluerit ad ſe ſe hæreditatem liberti pertinere.

5. *Vlpianus* lib. 14. ad Sabinum.

VTrum portio eius qui *c* in ciuitate eſſe deſiit, vel repudiauit, in familiam redeat, an verò ei potius adcreſcat *d*, in cuius perſona durat adſignatio? Et Iulianus libro ſeptuageſimoquinto ſcripſit, adſignationem in huius *e* ſolius perſona locum habere, & ſolum admittendum. quod eſt verum.

1 ¶ Quòd ſi non ſine liberis deceſſerit, an cum viuo admittantur? Et putat adhuc ſolum admittendum. defuncto autem eo, liberos alterius ſuccedere, non in familiam libertum redire.

2 ¶ Sed ſi ex duobus iſtis alter filios, alter nepotes reliquerit, an ſimul ad legitimam hæreditatem admittantur? Et puto, ordinem inter eos faciendum.

De ſeruo legato qui habet vim aſſignationis.

6. *Marcianus* ‖ lib. 7. Inſtitutionum. ‖

SI ſeruus liber eſſe iuſſus fuerit, & filio legatus, deinde viuus teſtator eum manumiſerit, ad filium libertus quaſi adſignatus pertinet. hoc ita eſt, ſiue expreſſum eſt, vel certè intellexit non quaſi ſeruum eum legaſſe, ſed quaſi libertum adſignaſſe.

Quibus modis aſſignatur. De iure & effectu aſſignationis.

7. *Scæuola* ‖ lib. 2. Regularum. ‖

ADſignare, & pure *f*, & ſub conditione *g*, & per epiſtolam *h*, vel teſtationem *i*, vel chirographum poſſumus, quia *k* adſignatio liberti, neque *l* quaſi legatum, neque quaſi fideicommiſſum percipitur, denique nec fideicommiſſo onerari poteſt.

An liberi manumiſſoris aſſignare poſſint.

8. *Modeſtinus* ‖ lib. 7. Differentiarum. ‖

LIberi patroni, quanquam & ipſi in pleriſque *m* cauſis manumiſſoris iure cenſentur, tamen paternum libertum liberis ſuis adſignare *n* non potuerunt, etiam ſi eis à parente fuerit adſignatus. ídque & Iulianus, & Marcellus probant.

De filio emancipato.

9. *Idem* ‖ lib. 9. Pandectarum. ‖

VTrum ei tantùm, qui in poteſtate ſit, an etiam emancipato *o* filio adſignare libertum patronus poſſit, ſi modò non pauciores quàm duos præterea in poteſtate habeat, dubitari ſolet? Et magis eſt, poſſe *p*.

De aſſignatione ſub conditione, vel in diem. 1. De duabus aſſignationibus, pura & conditionali.

10. *Terentianus Clemens* ‖ lib. 12. ad legem Iuliam, & Papiam ‖

SVb conditione *q* vel in *r* diem liberto adſignato, interim, pendente die vel conditione, omnia perinde obſeruabuntur, ac ſi adſignatus non eſſet. itaque mortuo eo interim, ad omnes liberos hæreditas, & bonorum poſſeſſio pertinebit.

1 ¶ Si vni *ſ* purè *t*, alij ſub conditione libertus adſignatus ſit, eum cui purè adſignatus ſit, pendente conditione ſolum patroni ius habere dicendum eſt.

De alimentis.

11. *Papinianus* ‖ lib. 14. Reſponſorum. ‖

ALimentorum *u* cauſa libertos filiis adtributos, filiis adſignatos non videri reſpondi. cùm ea ratione libertis *x* conſuli patronus voluerit, quo facilius voluntatis emolumentum conſequantur, ſaluo iure communi.

De duobus patronis.

12. *Pomponius* ‖ lib. 12. Epiſtolarum. ‖

SI ex duobus patronis alter eorum filio ſuo libertum adſignauerit, non obſtat, quo minus alter patronus ius ſolidum ſuum haberet.

De manumiſſione, & aſſignatione eodem teſtamento factis. 1. De poſtumis. 2. Si quis ex liberis in ciuitate eſſe deſierit. 3. De aſſignatione ex die vel in diem.

13. *Idem* ‖ lib. 4. Senatuſconſultorum. ‖

TEſtamento *y* poteſt quis & ſeruum manumittere, & eundem vt libertum adſignare.

1 ¶ De liberis *z*, qui ſunt in poteſtate, ſenatus locutus eſt. ergo de poſtumis nihil hoc ſenatuſconſulto prouiſum eſt. magis *a* tamen puto, etiam poſthumos contineri.

2 ¶ Quod inquit ſenatus *b*, *Si ex liberis quis in ciuitate eſſe deſiſſet*, eum ſignificat, qui in perpetuum in ciuitate eſſe deſierit, non etiam ſi quis ab hoſtibus captus reuerti poſſit *c*.

3 ¶ Ex die *d* quoque certa adſignari poteſt.

a de adſignatione libertorum. 3. *Inſt.* 9. περὶ προσκυρώσεως ἀπελευθέρου 49. *Eclog.* 5. quid ſit adſignare, vide *l.* 107. *ʃ. de verb. ſignif.*

b ſenſus eſt, ſi vni liberorum à parente adſignatus eſt libertus, is ſolus patronus erit cui libertus adſignatus erit: non ideo tamen in perpetuum repelluntur cæteri à bonorum poſſeſſione contra tabulas, vel vnde legitimi, *v. Cuiac. hic.*

c Aſterio. *Inſt. eod.* Hoſtorio. *Theoph. ibid.*

d *Inſtit. eod. l.* 30. *in fin. inf. qui & à quibus manumiſſi.*

e *l.* 7. *l.* 13. *inf. eo. §. vlt. Inſt. eod.*

f Nutu aſſignari libertus poteſt. Nutu pleraque ita conſiſtunt, vide. *l.* 52. *in fin inf. de obligationibus.*

g vel ab inteſtato, *§.* 3. *Inſtit. eod.* Porrò hinc colligunt, in teſtamento poſſe contractum haberi. qua de re dixi ad *l.* 21. *in fin. ſup. qui teſtamenta.*

h Ademptio fit etiam nuda voluntate, & quibuſcunque verbis: nec in ea re formalia quædam verba ſunt inuenta. *Theop. eo.*

i Exhæredatio notæ & iniuriæ ſpecies, *v. l.* 8 *ſup. de bonorum poſſeſſ. contra tabul.*

k *l.* 47. *ſup. de bon. libert.*

l Animus in exhæredatione perſpicitur. Inde fit, vt adſignatus filio libertus exhæredato poſt filio, adſignatus maneat: niſi exhæredatio animo quoque adimendæ adſignationis facta ſit.

m Vni libertum qui adſignat, alterum excludit.

n vide *Vlp.* 27. *§. vlt.*

o *l.* 23. *l.* 59. *ſup. de bonis libert.*

p *al.* in patrui via.

q Nepoti quoque libertus adſignari poteſt, *§.* 1. *Inſtit. eod.*

r vnde? Iubeat teſtator: & erit lex, *Nou.* 22.

ſ Libertum habere poteſt etiam is qui in poteſtate eſt, puta filius familias, miles caſtrenſem ſeruum eundémque à ſe manumiſſum.

t *l.* 8. *ſup. de iure patronatus.*

a Liberorum appellatione, comprehenduntur nepotes & cæteri deſcendentes.

b nec viuus hæreditatem liberti ad ſe pertinere voluerit. *Hal.* adde *l.* 94 *ſup. de acquir. hered.*

c *l.* 13. *§.* 2. *ʃ. eod.*

d Ius adcreſcendi locum obtinet etiam in adſignationibus libertorum.

e i. eius cui adſignatus eſt ſeruus.

f *l.* 10. *in f. ʃ. eod.*

g *l.* 10. *inf. eod.*

h adde *l.* 1. *§.* 3. *§.* 4. *ſup. eod.*

i putà teſtamentum, codicillos, *d. §.* 4.

k Feudum licèt etiam pro anima non poſſit relinquere vaſallus, 2. *feudorum* 9. *c.* 1. *tit.* 55. poteſt tamen feudum vni ex filiis adſignare, quia nec pro legato vel fideicommiſſo habetur adſignatio, de quo vide apud Arditonem *in vſibus feudorum. c.* 12.

l Adſignatio non quaſi legatum, non quaſi fideicommiſſum percipitur: & tamen teſtamento adſignari poteſt: hinc colligunt, Contractum etiam teſtamento adiici poſſe, vt notaui ad *l.* 21. *in fin. ſup. qui teſtamenta.*

m is cui libertus adſignatur non omnino ſimilis adſignanti. [illegible] non eodem iure cenſetur, vt hic.

n Adſignatum nobis libertum, alij adſignare non poſſumus.

o Emancipatis etiam filiis libertos adſignare poſſumus.

p imò, euanſcit [illegible] *§.* 2. *in prin.* [illegible] *eod.*

q poteſt enim in diem adſignari. *l.* 7 *§.* [illegible]

r Atqui in diem adſignari is poteſt *l. vlt in fin.* [illegible] Huius legis verba *in diem* accipe pro *ex die.*

ſ Adſignari libertus vni purè, alteri ſub conditione poteſt. Quod cum accidit, is, cui purè libertus ita ſeruus adſignatur, pendente alterius conditione ſolus patroni ius habet, *vt hic.* Igitur poſt conditionem partem tantum habiturus eſt.

t poteſt etiam ita adſignari, *l.* 7. *ſup. eodem.*

u *l.* 2 *ſup. de alimentis.* x *l.* 46. *l.* 48. *in fi. ſup. de ritu.* vide *Paul.* 3. *ſent.* 2. *§.* 2. y *l.* 1. *§.* 3. *l.* 7. *ſup. eo.* z Liberorum appellatione continentur poſthumi. a Poſthumis etiam libertum adſignare poſſumus: vt ſit ea parte eadem ratio poſtumi & iam nati. b *l.* 1. *ſup. eo.* c Is enim auget hereditatem, *l.* 43. *ʃ. ad leg. Falc. l.* 44. *§.* 2. *ʃ. de bon. libert.* adde *l.* 7. *ſup. eod.*

ſed

ſed vſque in diem certum vix *a* poteſt. nam ipſe ſenatus huic negotio finem præpoſuit.

SI QVID *b* IN FRAVDEM PATRONI factum ſit *c*.

TIT. V.

Summa. 1. De dolo. De mortis cauſa vel aliter facta donatione. de legato. 2. De eo quod donatum vel legatum eſt filio patroni. 3. De omni geſto. 4 De dolo alienantis, vel accipientis. 5. Si uni ex patronis donatum ſit. 6. De acquiſitione omiſſa. 7. De eo qui in lite vinci voluit. 8. De actione omiſſa. 9. De tranſactione. 10. De donatione. 11. De pluribus donatarijs. 12. De venditione, emptione, locatione, conductione, permutatione. 14. De provenditione, & pretij donatione. 17. De mutuatione. 18. De promiſſione. 19. De fideiuſſione; oppigneratione. 20. Mandato. 21. De parte. De his quæ diuidi non poſſunt. 22. Si ſeruo aut filiofam. datum, vel cum eis contractum ſit. 26. Qualis ſit hæc actio. De ſucceſſionibus. 27. De filio patroni. 28. De fructibus.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 44. ad Edictum. ‖

SI quid dolo malo liberti factum eſſe dicetur, (ſiue teſtamento facto, ſiue inteſtato libertus deceſſerit) quo minus ‖ quam ‖ pars *d* debita *e* bonorum, ad eorum quem perueniat, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere poſſunt, cognoſcit prætor, & operam dat, ne ea res ‖ ei ‖ fraudi ſit.

1 ¶ Si alienatio dolo malo facta ſit, non quærimus, vtrùm mortis cauſa facta ſit, an non ſit. omni. n. modo reuocatur. Si verò *f* non ſit dolo malo facta, ſed aliàs, tunc actori probandum erit, mortis cauſa factam alienationem. Si. n. proponas, mortis cauſa factam alienationem, non requirimus, vtrum dolo malo facta ſit, an non ſit. ſufficit enim docere mortis cauſa factam. nec immeritò: mortis *g* cauſa enim donationes comparantur legatis, & ſicut in legatis non quærimus dolo malo factum ſit, an non ſit: ita nec in mortis cauſa donationibus.

2 ¶ Quod autem mortis cauſa filio donatum eſt, non reuocatur *h*. nam *i* cui liberum fuit legare filio, quantum vellet, is donando non videtur fraudaſſe patronum.

3 ¶ Omne autem, quodcumque in fraudem patroni geſtum eſt, reuocatur.

4 ¶ Dolum accipere nos oportet eius qui alienauit, non eius, cui alienatum eſt. & ita euenit, vt qui fraudis vel doli conſcius non fuit, carere debeat re in fraudem patroni alienata, etſi putauit ingenuum, nec credidit libertinum.

5 ¶ Aduerſus compatronum, qui contra tab. bonorum poſſeſſ. omiſit, Fauiana non competit, ſi *k* non plus ſit in eo quod donatum eſt, quàm pars debita patrono. Quare ſi mortis cauſa ei donatum ſit, partem faciet compatrono quemadmodum legatarius patronus facit.

6 ¶ Vtrum autem ad ea ſola reuocanda Fauiana pertinet, quæ ‖ quis ‖ libertus de bonis deminuit, an etiam ad ea quæ non adquiſiit, videndum eſt? Et ait Iulianus lib. 26. Digeſtorum, ſi hæreditatem libertus non adierit fraudandi patroni cauſa, vel legatum repulerit, Fauianam ceſſare. quod mihi videtur verum, quamuis enim legatum retrò noſtrum ſit, niſi repudietur: attamen cum *l* repudiatur, retrò noſtrum non fuiſſe palam eſt.

¶ In cæteris quoque liberalitatibus, quas non admiſit is libertus, cui quis donatum voluit, idem erit probandum, Fauianam ceſſare: ſufficit enim patrono, ſi nihil de ſuo in necem eius libertus alienauit, non *m* ſi non adquiſiit.

¶ Proinde etſi, cùm ſub conditione ei legatum eſſet, id egit ne conditio exiſteret, vel ſi ſub conditione ſtipulatus fuerit, maluit deficere conditionem: dicendum eſt, Fauianam ceſſare.

7 ¶ Quid, ſi in lite vinci *n* voluit? Si quidem condemnatus eſt data opera, vel *o* in iure confeſſus: dicendum erit, Fauianam locum habere. quòd ſi noluit obtinere, cum peteret, hic videndum? Et puto, hunc diminuiſſe de patrimonio. actionem enim bonis diminuit, quemadmodum ſi paſſus eſſet actionis diem abire. 8. ¶ Sed ſi (putà) querelam *p* inofficioſi quam potuit, vel quam aliam, fortè iniuriarum *q*, vel ſimilem, inſtituere noluit, non *r* poteſt patronus ob eam rem Fauiana experiri. 9 ¶ At ſi tranſegit in fraudem patroni, poterit Patronus Fauiana vti.

10 ¶ Sed ſi libertus filiam dotauit, ‖ hoc ipſo quod dotauit, ‖ non videtur fraudare patronum: quia pietas *ſ* patris non eſt reprehendenda. 11 ¶ Si pluribus in fraudem libertus donauerit *t*, vel pluribus mortis cauſa, æqualiter patronus aduerſus omnes, in partem ſibi debitam *u*, ſiue Fauiana *u* ſiue Caluiſiana *x* experietur.

12 ¶ Si quis in fraudem patronorum rem vendiderit, vel locauerit, vel permutauerit: quale ſit arbitrium iudicis, videamus. Et in re quidem diſtracta deferri conditio debet emptori, vtrum malit rem emptam habere iuſto *y* pretio, an verò à re diſcedere pretio recepto. neque omnimodò reſcindere debemus venditionem, quaſi libertus ius vendendi non habuerit: nec fraudemus pretio emptorem, maximè cùm de dolo eius non diſputetur, ſed de dolo liberti. 13 ¶ Sed ſi emerit in fraudem patroni libertus, æquè dicendum, ſi magno emit *a*, in pretio releuandum patronum, conditione *b* non ipſi delata, an velit ab emptione diſcedere, ſed venditori, vtrum malit de pretio remittere, an potius rem, quam vendidit, recipere perſoluto pretio.

¶ Et in permutatione *c*, & in locatione *d* & conductione ſimiliter idem obſeruabimus.

14 ¶ Sed ſi rem quidem bona fide vendiderit, & ſine vlla gratia libertus, pretium autem acceptum alij donauit, videndum erit, quis Fauiana inquietetur, vtrùm qui rem emit, an verò is qui pretium dono accepit? Et Pomponius libro 83. rectè ſcripſit, emptorem non eſſe inquietandum. fraus enim patrono in pretio facta eſt. eum igitur qui *e* pretium dono accepit, Fauiana conueniendum.

15 ¶ Et aliàs videamus, ſi dicat patronus, rem quidem iuſto *f* pretio veniſſe, verumtamen hoc intereſſe ſua, non eſſe venundatam, inque hoc eſſe fraudem, quòd venierit poſſeſſio, in quam habet patronus affectionem *g* vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel cæli, vel quod illic educatus ſit, vel parentes ſepulti *i*: an debeat audiri volens reuocare? Sed nullo pacto erit audiendus. fraus enim in damno accipitur pecuniario *k*.

16 ¶ Sed ſi fortè & res viliùs diſtracta ſit, & pretium alij donatum, vterque Fauiano iudicio *l* conuenietur, & qui vili emit, & qui pecuniam accepit muneri. is tamen qui emit, ſi malit rem reſtituere, non alias reſtituet *m*, quàm ſi pretium quod numerauit, recipiat. Quid ergo, ſi delegatus emptor ſoluit ei, cui donabat, libertus, an nihilo minus recuperaret *n*. & magis eſt, vt recuperare debeat, licet pretium ad alium peruenit, qui ſoluendo non eſt. nam & ſi acceptum pretium libertus prodegiſſet, diceremus nihilo minus eum qui dedit, recipere debere, ſi velit ab emptione diſcedere.

17 ¶ Si mutuam pecuniam libertus in fraudem patroni acceperit, an Fauiana locum habeat, videamus: & quod remedium in hoc eſt accepit mutuam: ſi quod accepit, donauit, conuenit eum patronus, cui donauit libertus. ſed accepit, & prodegit: non debet perdere qui mutuum dedit: nec ei imputari cui dedit.

18 ¶ Planè ſi *o* non accepit, & ſpopondit ſtipulanti, erit *p* Fauianæ locus.

19 ¶ Si fideiuſſit apud me libertus, vel rem ſuam pro alio pignori dedit in necem patroni, an Fauiana locum habeat, videamus. & nunquid cum damno meo non debeat patrono ſubueniri. neque enim donauit aliquid mihi, ſi pro aliquo interuenit, qui non fuit ſoluendo. eóque iure vtimur. igitur creditor non poterit Fauiana conueniri. debitor poterit quidem: ſed poteſt & mandati. planè ſi deficiat mandati actio, quia *y* donationis cauſa interuenit, erit Fauianæ locus.

20 ¶ Sed & ſi *r* mandator extitit, pro aliquo libertus, idem erit probandum.

21 ¶ Quamuis autem in partem Fauiana competat, attamen in his, quæ diuidi non *ſ* poſſunt, in ſolidum competit, vtputà in ſeruitute.

22 ¶ Si ſeruo meo vel filiofam. libertus in fraudem patroni quid dederit, an aduerſus me iudicium Fauianum competat, videamus? Et *t* mihi videtur ſufficere aduerſus me, patrémque, arbitrióque iudicis contineri, tam id quod in rem verſum eſt, condemnandi, quàm id quod in peculio.

23 ¶ Sed ſi iuſſu patris contractum cum filio eſt, pater vtique tenebitur.

24 ¶ Si cum ſeruo in fraudem patroni libertus contraxerit, íſque fuerit manumiſſus *u*, an Fauiana teneatur, quæritur. Et cùm dixerimus, dolum tantùm liberti ſpectandum, non etiam eius cum quo contraxit, poteſt *x* manumiſſus iſte Fauiana non *y* teneri.

25 ¶ Item quæri poteſt, manumiſſo, vel mortuo, vel alienato ſeruo, an intra annum agendum ſit? Et ait Pomponius agendum.

---

a Imò poſſe videtur *l. 10. ſup. eod.* b putà alienatum *6. C. 5.* ſeu de lege Fauiana. *Paul. 3. ſent. 3.* ſenſus eſt, Non licere libertis familiam ſuam, hoc eſt bona ſua in fraudem patronorum minuere *49. Ecel. 6.* c à liberto teſtato ſc. id patronus actione Fabiana reuocare poterit adusque ſuam legitimam. *l. 3. §. 2. inf. eod.* inteſtato verè Caluiſiana *d. l. 3. §. 3. ĵ. eod.* v. apud Oldendorpium praxim huius fictionis *claſ. 6. act. 2.* d *l. 1. C. eod.* e tertia. *§. 3. Inſt. de ſucceſ. libert.* f adde *l. 16. §. 6. ĵ. de hered. petit.* g Mortis cauſa donationes comparantur legatis. *§. 1. Inſt. de donat.* h In eo non videtur fraudare patronum, quia patris pietas non eſt reprehendenda. *§. 10. inf. eod.* i Argumentum à legato ad donationem cauſa mortis. k adde *l. 19. in fi. ĵ. de verb. oblig.* l & ſic ex pòſt facto. m etſi non adquiſiit. *Hal.* adde *l. 6. ĵ. quæ in fraud cred.* n *l. 3. in fin. ĵ. quæ in fraud. cred.* o *l. 56. ĵ. de re iud.* p Sicut iniuriarum actio in bonis noſtris non computatur ante litem conteſtatam *l. 28. inf. de iniur.* ita nec querela inofficioſi teſtamenti *v. Cuiac. 17. obſ. 17.* q Actio de inofficioſo multa ſpecialia ab hereditatis petitione habet, quaſi vindictæ perſecutionem habet, *vt hic.* (qua de cauſa etiam accuſatio appellatur) datur in eum qui iuſto titulo poſſidet, reſciſſoria eſt. r Imò poſſe videtur. arg. *§. 7. ſ. eodem.* ſ *v. §. 2. ſ. eod.* t viuus ſc. u ob id quod mortis cauſa donatum eſt. x ob id quod inter viuos donatum eſt. *v. l. 16. §. 6. ſ. de her. pet.* y de iuſto pretio dixi ad *l. 50. inf. de furtis.*

a emptorem interdum reſtitui & iuuari beneficio legis *2. C. de reſcind. vend.* hinc colligas eodem modo cæco emptori conſulitur. *l. 11. ſup. de contrah. empt.* & minori. *l. 27. §. 1. verſic. prædio. ſup. de minoribus.* & ei cui venditor mentitus eſt. *l. 13. §. 1. ſup. de act. emp.* & marito pluris æſtimantis res dotales (in quibus videtur eſſe emptor) ſi quidem æſtimatio emptionem facit *l. 1. ſup. de æſtimatoria: l. 6. Cod. ſoluto l. 2. Cod. de oblig. l. 19. inf. de oblig. & actio.* Cuiacius tamen negat dictam legem opitulari maioribus 25. annis. *16. obſ. 18.* quo nomine reprehenditur à Roberto 2 *Animad.* 13. defenditur ab Antonio Mercatore 2. *not.* 13. Video Molinæum inter duas ſuperiores opiniones nutantem, dum ait, non videri emptoribus, ſalte m æquè, ex remedio dictæ legis 2. ſubueniendum eſſe, ſicut venditorib. §. 22. *conſue. num.* 47. b non qualitatem huius conditionis. c hinc etiam colligit Robertus 2. *animad.* 14. quod & notat Speculator *lib. 4. parte 3. de reſcind vend. n.* 13. Beneficium dictæ legis 2. *C. de reſcind. vendition.* in permutationibus & locationibus obtinere. Et hoc quoque non negat Molinæus §. 22. *conſuet* 41. negat tamen ſupletionem æſtimationis omnino in pecunia fieri, vt quæ diſconueniat, & ſit contra partium intentionem & naturam actus: ideóque non eſſe admittendam. Subtiliter Cuiac. *6. obſ.* 18 ait reſtitutionem eo caſu permitti ei qui de permutatione conqueritur, non vt emptori rei alienæ, ſed vt venditori. idem ſentit Antonius Mercator. 2. *notat.* 14. d atque ita datur reſtitutio læſis in conductione. *Idem Speculator. ibid. arg. l. 29. ſup. de auilitio.* An etiam operarum locatarum? Idem Roberto videtur 2. *animaduerſ.* 14. e atque ita pretium loco rei ſuccedit, nec conuenitur is qui iuſto pretio emit à liberto: conuenitur is, qui à liberto rei venditæ pretium ex donationis cauſa accepit. f *v. d l. 50. ĵ. de furt.* g Variis de cauſis venditio reprehenditur, puta ſi non iuſto pretio res venierit: deinde, vt iuſto pretio res ſit vendita, affectio tamen & opportunitas dicitur adempta. Priore caſu alienatio reuocatur: poſteriore, non æquè. adde *l. 36. ſup. de bon. lib.* h *l. 54. ſ. de leg. 2.* i *l. 22. C. de admin. tut.* k quod in rei locum ſucceſſit. l ſic appellatur quoque. *§. 22 ĵ. eo.* m Ea lex eſt omnium reſtitutionum, vt ſcil. quemadmodum reſtitutus in damno eſſe non cupit, ita lucrum adfectare cum aliena iniuria non debeat. *l. vn. C. de reputationib. l. 7. §. 5. in fi. l. 24. § 4. ſ. de minorib.* n recuperat. *Hal.* o *l. 3. inf. quæ in frau. cred. l. 3. C. de don. mort. cauſ.* p aduerſus ſtipulatorem. q *l. 32. ſ. de pact.* r vt idem ſit in mandatore, quod in fideiuſſore dictum eſt. ſ Seruitutes diuidi non poſſunt. *l. 25. ĵ. de aqua pluu. l. 84. ĵ. de reg. iur. l. 2. l. 4. ſ. de verb oblig.* t Fauianum iudicium datur aduerſus parentes & dominos, ſi libertus patroni quid eis dederit: ſic vt ipſi parentes & domini conueniantur de in rem verſo & de peculio, vt hic. Imò & quòd iuſſu, ſi iuſſu patris vel domini contractum fuerit *§. 23. ĵ. ead.* u Fauiana non tenetur ſeruus manumiſſus, cum quo libertus in fraudem patroni ſui contraxit. x Imò tenetur intra annū. *l. §. 5. ĵ. eo.* y Cur ita? vide leg. *1. C. an ſeruus ex ſuo facto.*

26 ¶ Hæc actio in perſonam *a* eſt, non in rem. & in heredem competit, & in cæteros ſucceſſores, & heredi, & cæteris ſucceſſoribus patroni. & *b* non eſt hæreditaria, id eſt, ex bonis liberti, ſed propria patroni.

27 ¶ Si libertus in fraudem patroni aliquid dederit. dein, defuncto patrono, viuo liberto, filius patroni acceperit bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti, an Fauiana vti poſſit, ad reuocanda ea, quę ſunt alienata? Et eſt verum, quod & Pomponius probat lib. 83. item Papinianus libro quarto ‖ decimo ‖ quęſtionum, competere ei Fauianam, ſufficere enim, quod *c* in fraudem patronatus factum ſit. magis enim fraudem *d* rei, non perſonę accipimus.

28 ¶ In hanc actionem etiam fructus *e* veniunt, qui ſunt poſt litem conteſtatam percepti.

2. *Marcianus* ‖ lib. 3. Regularum. ‖

IN Fauiana & Caluiſiana actione rectè dicetur, etiam pręteritos *f* fructus venire, quatenus prætor omnem fraudem libertorum vult reſcindere.

De patrono inſtituto ex parte debita. 1. De tempore huius actionis. 2. De patrono inſtituto ex aſſe. 3. Vel ſuccedente ab inteſtato. 4. De pluribus patronis. 5. Si patrono debita portio, aut aliquid amplius relictum ſit.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 44. ad Edictum. ‖

SI patronus heres inſtitutus ex debita parte, adierit hęreditatem, dum ignorat aliqua libertum in fraudem ſuam alienaſſe, videamus an ſuccurri ignorantię eius debeat, ne decipiatur liberti fraudibus? Et Papinianus libro 14. quęſtionum reſpondit, in eadem *g* cauſa manere ea, quę alienata ſunt. idcircóque patronum ſibi imputare debere, qui cùm poſſet bonorum poſſeſſionem accipere contra tabulas propter ea, quę alienata vel mortis cauſa donata ſunt, non fecit.

1 ¶ Hęc actio in perpetuum datur: quia *h* habet rei perſecutionem.

2 ¶ Patronum *i* ex aſſe heredem inſtitutum, volentem Fauiana actione vti, prętor admittit: quia erat iniquum, excludi eum à Fauiana, quia non ſponte adiit hęreditatem, ſed quia bonorum poſſeſſionem contra tabulas petere non potuit.

3 ¶ Si inteſtatus libertus deceſſerit, patronus adeundo hęreditatem eius, reuocat per Caluiſianam *k* actionem ea quę alienata ſunt dolo malo, quo minùs pars ex teſtamento debita bonorum liberti ad patronum liberóſve eius perueniret: idque eſt: ſiue petita ſit à patrono ab inteſtato bonorum poſſeſſio, ſiue non ſit.

4 ¶ Si plures ſint patronę & patroni, ſinguli virilem *l* tantum reuocabunt, vel Caluiſiana.

5 ¶ Si libertus inteſtatus deceſſerit, relicta patrono debita portione, aut aliquo amplius, aliquid etiam alienauerit, Papinianus lib. 14. quæſtionum ſcribit, nihil eſſe reuocandum. nam qui potuit alicui relinquere quid teſtamento, ſi debitam portionem patrono relinquat, pręterea donando, nihil videtur in fraudem facere.

De omni quodcunque dolo malo alienatum eſt. 1. De pluribus patronis, aut patronorum libertis.

4. *Idem* lib. 43. ad Edictum.

QVodcumque dolo malo liberti alienatum eſt, Fauiana actione reuocatur.

1 ¶ Et, ſi plures patroni ſint, omnes vnam partem habebunt. ſed ſi viriles *m* non petent, portio cęteris adcreſcet *n*. Quod in patronis dixi, & in libertis patroni eſt. ſed non ſimul venient, ſed patronis deſicientibus *o*.

De eo qui accepit: aut alij dari iuſſit. 1. De in litem iurando.

3. *Paulus* lib. 42. ad Edictum.

TEnetur Fauiana actione tam is, qui accepit ipſe, quàm qui iuſſit *p* alij dari id quod ipſi donabatur. 1 † In actione Fauiana, ſi res non reſtituatur, tanti damnabitur reus, quanti actor in litem iurauerit *q*.

Si filiofam. minori 25. annorum credatur.

6. *Iulianus* ‖ lib. 26. Digeſtorum. ‖

SI libertus, cum fraudare patronum vellet, filio familias *r* contra ſenatuſconſultum *ſ* pecuniam crediderit, non erit inhibenda actio Fauiana: quia libertus donaſſe *t* magis in hunc caſum intelligendus eſt in fraudem patroni, quàm contra ſenatuſconſultum credidiſſe.

7. *Scæuola* ‖ lib. 5. Quęſtionum. ‖

ERgo, ſi *u* ſenatuſconſultum locum non *x* habet *y*, ceſſat *z* Fauiana, cùm exigi poſſit.

8. *Iulianus* ‖ lib. 26. Digeſtorum. ‖

SEd ſi minori, quàm vigintiquinque annis natu filiofam. crediderit, cauſa cognita *a*, ei ſuccurri debet.

De donatione inter viuos, & legato.

9. *Idem* ‖ lib. 64. Digeſtorum. ‖

VIuus *b* libertus donare bene merentib. amicis poteſt. legare *c* verò nec bene *d* merentibus amicis poteſt, qui patroni partem minuat.

Si res alienata non extet. 10. *Afric.* ‖ li. 1. *e* Quęſtionum ‖

SIid, quod à liberto in fraude alienatũ eſt, non extet *f*, actio patroni ceſſat: quemadmodum *a* ſi pecuniam in fraudem abieciſſet, aut etiam ‖ ſi ‖ is, qui mortis cauſa à liberto accepiſſet, eam rem vendidiſſet *b* & bonę fidei emptor eam vſucepiſſet.

De conſenſu patroni.

11. *Paulus* ‖ lib. 3. ad legem Æliam Sentiam. ‖

NOn videtur patronus fraudari eo, quòd *c* conſentit. ſic & quod volente patrono libertus donauerit, non poterit Fauiana reuocari.

Si quis alij mandauit vt acciperet.

12. *Iauolenus* ‖ lib. 3. Epiſtol.

LIbertus cùm fraudandi patroni cauſa fundum Seio tradere vellet, Seius Titio mandauit *d*, vt eum accipiat, ita vt inter Seium & Titium mandatum contrahatur. quęro, poſt mortem liberti patronus vtrum cum Seio dumtaxat, qui mandauit, actionem habet, an cum Titio, qui fundum retinet, an cum quo velit, agere poſſit? Reſpondit: In eum, cui donatio quęſita eſt, ita tamen ſi ad illum res peruenerit, actio datur, cum omne negotium, quod eius voluntate geſtum ſit, in condemnationem eius conferatur. nec poteſt videri id pręſtaturus, quod alius poſſidet, cum actione *f* mandati conſequi rem poſſit. ita vt aut ipſe patrono reſtituat, aut eum, cum quo mandatum contraxit, reſtituere cogat. Quid.n. dicemus ſi is, qui in re interpoſitus eſt, nihil dolo fecit? non dubitabimus, quin omnimodo cum eo agi non poſſit. quid enim, non † poteſt videri dolo feciſſe, qui fidem ſuam amico commodauit, qua alij quam ſibi, ex liberti fraude adquiſiit.

De quarta debita ex conſtitutione diui Pij impuberi arrogato.

13. *Paulus* ‖ lib 10. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

COnſtitutione Diui Pij cauetur de impubere *g* adoptando, vt ex bonis, quę mortis tempore illius qui adoptauit, fuerunt, pars quarta *h* ad eum pertineat, qui adoptatus eſt. ſed & bona ei, quæ adquiſiit patri, reſtitui iuſſit: ſi cauſa cognita emancipatus fuerit, quartam perdit. ſi quid itaque in fraudem eius alienatum fuerit *i*, quaſi per Caluiſianam vel Fauianam actionem reuocandum eſt *k*.

SI TABVLÆ TESTAMENTI NVLLÆ *l* extabunt, vnde liberi *m*.

TIT. VI.

Continuatio. 1. Ordines ſucceſſionum ab inteſtato. 2. Quibus caſibus ſucceditur ab inteſtato 5. De liberis. 6. naturalibus vel adoptiuis. 7. De filio emancipato, & adoptato & nepote ex eo. 8. Si heres inſtitutus non habeat voluntatem. 9. De exheredatione emancipati & præteritione filij in poteſtate.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 44. ad Edictum.

POSTEAQVAM pretor locutus eſt de bonorum poſſeſſione eius qui teſtatus eſt: tranſitum fecit ad inteſtatos: eum ordinem *n* ſecutus, quem & lex duodecim tabularum ſecuta eſt. fuit enim ordinarium ante de iudiciis teſtantium, dein ſic ‖ de ‖ ſucceſſione ab inteſtato loqui.

1 ¶ Sed ſucceſſionem ab inteſtato in plures partes diuiſit. fecit enim gradus varios, primum *o* liberorum, ſecundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri & vxoris.

2 ¶ Ita autem ab inteſtato poteſt competere bonorum poſſeſſio, ſi neque ſecundum *p* tabulas neque contra tabulas bonorum poſſeſſio agnita ſit.

3 ¶ Planè ſi tempora quidem petendæ bonorum poſſeſſionis ex teſtamento largiebantur, veruntamen repudiata *q* eſt bonorum poſſeſſio, dicendum erit, ab inteſtato bonorum poſſeſſionem iam incipere. cum.n. is qui repudiauit, petere bonorum poſſeſſionem non poteſt poſt repudiationem: conſequens erit, vt ab inteſtato poſſe peti incipiat.

4 ¶ Sed & ſi ex Carboniano edicto bonorum poſſeſſio data ſit: magis eſt, vt dicere debeamus, ab inteſtato nihilominus poſſe peti. vt. n. ſuo loco oſtendimus, non impedit bonorum poſſeſſionem edictalem Carboniana bonorum poſſeſſio.

5 ¶ Rectè autem prætor à liberis *r* initium fecit ab inteſtato ſucceſſionibus, vt ſicuti contra tabulas ipſis *ſ* defert, ita & ab inteſtato ipſos vocet.

6 ¶ Liberos autem accipere debemus, quos ad contra tab. bonorum poſſ. admittendos diximus, tam naturales *t* quàm adoptiuos. ſed adoptiuos hactenus admittimus, ſi fuerint in poteſtate. cæterum, ſi ſui *u* iuris fuerint, ad bonorum poſſeſſionem non inuitantur, quia adoptionis iura diſſoluta ſunt emancipatione.

7 ¶ Si quis filium ſuum emancipatum in locum nepotis adoptauit, & emancipauit, cum haberet & nepotem ex eo. quæſitum eſt apud Marcellum, an adoptio reſciſſa impediat nepotem? Sed cum ſoleat emancipato patri iungi nepos, quis non dicat, etſi adoptatus ſit, & quaſi filius, nihilo minus filio ſuo eum non obſtare? quia quaſi filius adoptiuus eſt in poteſtate, non quaſi naturalis.

8 ¶ Si heres inſtitutus non habeat voluntatem, vel quia inciſæ *x* ſunt tabulæ, vel quia cancellatæ, vel quia

a ſi ita eſt, cur in Fauiana fraus rei magis quàm perſonæ accipitur? §. 27. *in fi.* ʃ. *eo.*
b Hæreditarium non eſt continuò quod hæredib. & in hæredem datur.
c ea quæ in fraudem patroni quoquo modo alienata ſunt, Fabiana, tam ab ipſo patrono, quàm eius liberis reuocantur. *Paul.* 3. *ſent.* 3. §. *vn.*
d §. 4. *ſup. eod.*
e *l.* 38. §. 4. *ſup. de vſur.*
f quia verbum *reſtituendi.* plenam habet ſignificationem. *d. l.* 38. §. 11.
g Imò reuocantur *argu.* §. 3. ʃ. *eo.* adde. *l.* 79. *in fi.* ʃ. *de leg.* 2.
h Rei perſecutoriæ actiones, perpetuæ ſunt.
i vide Goueanum ad *l.* 52. *ſup. ad leg. Falcid.*
k de Caluiſiana vide *l.* 2. *C. eo.* praxim vero vide apud Oldendorp. 6. *claſſ act.* 3.
l *l.* 4. *inf. eod.*
m *l.* 3. §. 4 §. *e. l.* 21. ʃ. *de bon. libert.*
n Ius adcreſcendi in actione Fauiana locum habet.
o & ſic ordine ſuo.
p *l.* 12. ʃ. *eod.*
q v. quæ notaui ad *l.* 5. *C. ad exhi.*
r adde *l.* 1. §. 4. ʃ. *e.*
ſ Macedonianum ſcilicet.
t atque ita mutuum inefficax reſoluitur in donationem, vt quod condici non poſſit vt mutuum, condicatur vt res donata.
u ergo & ſi. *Hal.*
x locum habet. *Hal.*
y non ceſſat. *Hal.*
z ad pecuniam repetendam. adde *l.* 3 ʃ. *de Senatuſc. Macedo.*
a quid enim ſi ea pecunia locupletior factus ſit?
b viuo liberto plus licet, quàm mox morituro.
c Legandi & donandi diſſimilitudo. Libertus donare poteſt amicis bene merentibus, & in fraudem patroni: legare tamen benemerentibus, non poteſt. Quid ita? partem patroni legando minueret, vt hic. Atqui donando etiam minuit? pars non debetur patrono in donatione, ſed ex teſtamento.
d ſcripſi ad *l.* 1. §. 2. ʃ. *eod.*
e v. *Cuiac.* 1. *ad Afric. fol.* 67.
f Duo hic notat genera amittendæ rei quæ in Senatuſconſulto de petitione hæreditatis his verbis notantur *deperditum deminutumue* & alibi, *caſus & vſus*, *l.* 58. §. 6. *in fi.* ʃ. *ad Trebell.*

numerantur naturales & adoptiui. *l.* 1. §. 2. ʃ. *de ſuis*, *l.* 5. *C. de leg.* ʃ. *eod.* x *l.* 21. §. 3. ʃ. *qui teſtam.* *l.* 1. §. 10. ʃ. *ſecund. tab.* *l.* 30. *C. de teſtam.*

alia

alia ratione voluntatem teſtator mutauit, voluítque inteſtato decedere, dicendum eſt, ab inteſtato rem habituros eos qui bonorum poſſeſſionem acceperunt.

9 ¶ Si emancipatus *a* filius exhęres fuerit, is autem, qui in poteſtate fuerat, præteritus: emancipatum petentem ab inteſtato bonorum poſſeſſionem *vnde liberi*, tueri debet prætor vſque ad partem dimidiam. perindeatque ſi nullas tabulas pater reliquiſſet.

De filio emancipato vel patrono, præteritis.

2. *Iulianus* ‖ lib. 27. Digeſtorum. ‖

EMancipatus præteritus, ſi *b* contra tabulas bonorum poſſeſſionem non *c* acceperit, & ſcripti heredes adierint hereditatem, ſua culpa amittit paternam hæreditatem. nam quamuis ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio petita non fuerit, non tamen eum prætor tuetur, vt bonorum poſſeſſionem accipiat vnde liberi.

¶ Nam *d* & patronum præteritum, ſi non petat contra tabulas bonorum poſſeſſionem ex illa parte edicti, vnde *e* legitimi vocantur, non ſolet tueri prętor aduerſus ſcriptos hæredes.

Quibus caſibus ſucceditur ab inteſtato.

3. *Vlpianus* ‖ libro 8. ad Sabinum. ‖

BOnorum poſſeſſio poteſt peti ab inteſtato, ſi *f* certum ſit tabulas non extare ſeptem *g* teſtium ſignis ſignatas.

De capitis deminutione.

4. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

LIberi & capite minuti per edictum prætoris ad bonorum poſſeſſionem vocantur parentium, niſi adoptiui *h* fuerint. hi enim & liberorum nomen amittunt poſt emancipationem.

¶ Sed ſi naturales emancipati *i* & adoptati *k* iterum emancipati *l* ſint, habent *m* ius naturale liberorum *n*.

De coniungendis cum emancipato liberis eius. 1. De liberis qui non ſunt in poteſtate. 2. De portione filij emancipati qui non petiit bonorum poſſeſſionem.

5. *Pomponius* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

SI quis ex his, quib. bonorum poſſeſſionem *o* prætor pollicetur, in poteſtate parentis, de cuius bonis agitur, cum is moritur, non fuerit, ei liberíſque, quos in eiuſdem familia habebit, ſi ad eos hæreditas ſuo nomine pertinebit, neque nominatim exhæredes ſcripti erunt, bonorum poſſeſſio eius partis datur, quę ad eum *p* pertineret, ſi in poteſtate permanſiſſet, ita vt ex ea parte dimidiam habeat. reliquum liberi eius, hiſque duntaxat bona ſua conferat.

1 ¶ Sed & ſi filium & nepotem ex eo pater emancipauerit, filius ſolus veniet ad bonorum poſſeſſionem, quamuis capitis deminutio per edictum nulli obſtet.

¶ Quin etiam hi quoque, qui in poteſtate nunquam fuerunt, nec ſui hæredis locum obtinuerunt, vocantur ad bonorum poſſeſſionem parentium. nam ſi filius emancipatus reliquerit in poteſtate aui nepotem, dabitur ei qui in poteſtate relictus ſit patris emancipati bonorum poſſeſſio, & ſi poſt emancipationem procreauerit *q*, ita nato dabitur aui bonorum poſſeſſio, ſcilicet non obſtante ei patre ſuo.

2 ¶ Si *r* filius emancipatus non petierit bonorum poſſeſſionem, ita integra ſunt omnia nepotibus, atque ſi filius non fuiſſet, vt quod filius habiturus eſſet petita bonorum poſſeſſione, hoc nepotibus ex eo ſolis, non etiam reliquis adcreſcat.

De bonis filij emancipati.

6. *Vlpianus* ‖ libro 39. ad Edictum. ‖

SI pater filium emancipauerit, nepotem retinuerit, deinde filius deceſſerit *ſ*, & rei æquitas & cauſa edicti, quo de bonorum poſſeſſione liberis danda cauetur, efficit vt eius ratio habeatur, & bonorum poſſeſſio inteſtatò patris detur. vt tamen bona ſorori, quæ neceſſaria hæres patri extitit, conferre cogatur auus, qui per eum bonorum poſſeſſionis emolumentum adquiſiturus eſt. niſi fortè auus iſte nullum ex his fructum adquirere vult, paratúſque *t* eſt de poteſtate nepotem dimittere, vt ad emancipatum emolumentum omne bonorum poſſeſſionis perueniat. Nec idcirco ſoror, quæ patri hæres extitit, iuſtè queri poterit, quod eo facto à collationis commodo excluditur: cùm auo quandoque inteſtato ‖ defuncto, ‖ ad bona eius ſimul cum fratre poſſit venire.

Quo tempore ſuitas ſpectatur. 1. De bonis parentum vel liberorum.

7. *Papinianus* ‖ libro 29. Quæſtionum. ‖

SCripto *u* hærede deliberante filius exhæredatus mortem obiit, atque ita *x* ſcriptus hæres omiſit *y* hæreditatem, nepos ex illo *z* filio ſuſceptus, auo ſuus hæres erit. neque pater videbitur obſtitiſſe. cuius poſt mortem legitima defertur hæreditas. Nec dici poteſt, hæredem, ‖ ſed ‖ non ſuum nepotem fore, quod proximum gradum nunquam tenuerit, cùm & ipſe fuerit in poteſtate, neque pater eum in hac ſucceſsione præuenerit, & alioquin, ſi non ſuus hæres eſt, quo iure hæres erit, qui ſine dubio non eſt agnatus? Cæterum etſi non ſit exhæredatus nepos, adiri poterit ex teſtamento hæreditas à ſcripto hærede, filio mortuo: quare qui non obſtat iure inteſtati, iure teſtati videbitur obſtitiſſe.

* 1 ¶ Non ſic *a* parentib. liberorum, vt liberis parentium debetur hæreditas: parentes *b* ad bona liberorum ratio *c* miſerationis admittit, liberos naturæ ſimul & parentium commune votum *d*.

Si quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat.

8. *Idem* ‖ lib. 6. Reſponſorum. ‖

FIlius familiàs vt proximus cognatus, patre conſentiente poſſeſſionem agnouit. quamuis per conditionem teſtamento datam, quòd in patris poteſtate manſerit, ab hæreditate ſit excluſus, tamen vtiliter poſſeſſionem adgnouiſſe videbitur, nec in edicti ſententiam incidet, quoniam poſſeſſionem ſecundùm tabulas non adgnouit, cùm inde rem *e* habere non poterit, nec in filij poteſtate conditio fuerit, nec facilè pater emancipare filium cogi poterit.

De capitis deminutione.

9. *Paulus* ‖ libro 11. Reſponſorum. ‖

SI poſteaquam filius emancipatus bonorum poſſeſſionem patris petiit, ſtatum ſuum mutauit: nihil obeſſe ei quo minus id quod adquiſiit, retineat. quod ſi prius conditionem ſuam mutauit, bonorum poſſeſſionem eum petere non poſſe.

VNDE *f* LEGITIMI. *g*

TIT. VII.

Quo tempore ſpectatur, ius legitimi hæredis.

1. *Iulianus* ‖ lib. 27. Digeſtorum ‖

HÆC verba edicti, *Tum h quem ei heredem eſſe oporteret, ſi inteſtatus mortuus eſſet* παρατατικῶς *i id eſt, largè & cum extenſione*, & cum quodam temporis ſpatio accipiùntur, ‖ non ad *k* mortis teſtatoris tempus referuntur, ‖ ſed ad id, quo bonorum poſſeſſio peteretur, *l* & ideo legitimum hæredem, ſi capite deminutus eſſet, ab hac bonorum poſſeſſione ſummoueri, palam eſt.

Si ſui repudiauerint. 1. De ſexu & ſtatu defuncti. 2. De ſexu ſucceſſoris. 3. Si ſtatus defuncti incertus ſit. 4. De his qui lege vel SC. vocantur ad hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 46. ad Edictum. ‖

SI repudiauerint ſui ab inteſtato bonorum poſſeſſionem, adhuc dicemus, obſtare *m* eos legitimis, hoc eſt his, quibus legitima potuit deferri hæreditas: idcirco, quia repudiando quaſi liberi bonorum poſſeſſionem, hanc *n* incipiunt habere quaſi legitimi.

1 Hæc autem bonorum poſſeſſio non tantum maſculorum defertur, verum etiam fœminarum, nec tantùm ingenuorum verum etiam libertinorum. communis eſt igitur pluribus. nam & fœminæ poſſunt vel conſanguineos vel adgnatos habere. item libertini poſſunt patronos, patronaſque habere.

2 ¶ Nec tantùm maſculi hanc bonorum poſſeſſionem accipere poſſunt: verumetiam fœminæ.

3 ¶ Si quis deceſſerit, de quo incertum *o* eſt, vtrum pater familias, an filius familias ſit, quia pater eius ab hoſtibus captus adhuc viuat, vel quod alia cauſa ſuſpendebat eius ſtatum, magis eſt, ne poſſit peti bonorum ‖ eius ‖ poſſeſſio: quia nondum inteſtatum eum eſſe apparet, cùm incertum ſit an teſtari poſſit. cùm igitur cœperit certi ſtatus eſſe, tunc demum petenda eſt bonorum poſſeſſio, non cùm certum eſſe cœperit, inteſtatum eſſe; ſed cùm certum eſſe cœperit, patrem familiàs eſſe.

4 ¶ Hæc autem bonorum poſſeſſio omnem vocat, qui ab inteſtato potuit eſſe hæres, ſiue lex *p* 12. tabul. eum legitimum heredem faciat, ſiue alia lex, ſenatúſve conſultum.

¶ Denique mater, quæ ex ſenatuſconſulto venit *q* Tertylliano, item qui *r* ex Orphitiano ad legitimam hæreditatem *ſ* admittuntur, hanc bonorum poſſeſſionem petere poſſunt.

3. *Paulus* ‖ lib. 43. ad Edictum. ‖

GEneraliter igitur ſciendum eſt, quotieſcunque vel lex, vel ſenatus defert hereditatem, non etiam bonorum poſſeſſionem ex hac *t* parte eam peti oportere. cùm verò etiam bonorum poſſeſſionem dari iubet, tum ex illa parte, qua ex legibus, peti debere, ſed & ex hac parte poterit.

Quo tempore ſpectatur ius legitimi hæredis.

4. *Iulianus* ‖ lib. 27. Digeſtorum. ‖

SI ex duobus fratribus alter deceſſerit teſtamento iure facto, dein deliberante hærede, alter quoque inteſtatò deceſſerit, & ſcriptus heres omiſerit hæreditatem, patruus legitimam hæreditatem habebit. nam hęc *u* bonorum poſſeſſio, *Tum quem hæredem eſſe oportet*, ad id tempus refertur, quo primum, ab inteſtato bonorum poſſeſſio peti potuiſſet.

Differentia adgnatorum & cognatorum. 1. Si ſpes ſit ſui hæredis.

5. *Modeſtinus* ‖ lib. 3. Pandectarum. ‖

INter *x* adgnatos & cognatos hoc intereſt, quòd in *y* adgnatis & cognati cõtinẽtur, in cognatis non *z* vtiq;

a *l.20. ſup. contra tabulas.*
b Præteriti emancipati bonorum poſſeſſionẽ contra tabulas accipere poſſunt. Quid ſi nõ acceperint & ſcripti heredes adierint ſua culpa amiſerint paternã hereditatẽ? An fortè bonorum poſſeſſionem *vnde liberi* petere poſſint? ne hanc quidẽ *hac lege.*
c *l.17. ſ. de inoff. l.2. inf. de except. rei iud.*
d Argumentum à patrono præterito non petente bonorum poſſeſſionẽ ex parte edicti, vnde legitimi, & ea ratione excluſi, ab omni petitione bonorum poſſeſſionis, ad filium emãcipatum præteritum, qui contra tabulas bonorũ poſſeſſionem non petiit.
e de qua titulo proximo.
f Inteſtatus dicitur qui non reliquit tabulas ſeptem teſtium ſignis ſignatas.
g *l.12. C. de teſt. l. 2. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.*
h v. tamen §. 10. *Inſtit. de hered. quæ ab inteſt.*
i à patre naturali.
k ab extraneo.
l ab eodem extraneo.
m abſque vllo impedimento vocãtur ab inteſtato, *Graci.*
n in bonis patris ſui naturalis, *l. 2. §. 6. ſ. ad Tertull.*
o contra tabulas ſeu ab inteſtato, *Graci.*
p *l. 1. §. 4. ſ. de ſuis. §. 2. verſ. ita demum. Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* vide *l. 1. ſ. de coniungend.*
q *l. 16. ſup. contra tabulas.*
r adde *l. 2. C. de poſthum. heredib. inſt.*
ſ ſubaudi, inteſtatus, relicto nepote in poteſtate aui: atque ita videbatur iure pretorio inteſtatus.
t *l. 5. ſ. de collat. bonor. l. 1. §. 12. ſup. de coniungend. cum emancip.*
u *l. 1. §. 8. ſ. de ſuis.*
x poſt mortem exhæredati.
y repudiauit.
z exhæredato.

a *l. 1. ſup. eod. & Paul. 2. Cor. 12. nu.* 14. Non debent filij parentib. theſauros congerere, ſed parentes filiis, adde *l. 15. ſup. de inoffic.*
b *§. vlt. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Nou. 118. c. 2.*
c ideoque luctuoſa ſucceſſio dicitur, *l. vlt. C. de inſtit. & ſubſt.* adde §. 2. §. 4. *Inſtit. de SC. Tert. l. 15. ſ. de inofficioſo.*
d *l. 7. inf. de bon. damnat. l. 50. §. 2. in fin ſup. de bon. libert. l. 26. ſ. ſi quis omiſſ. cauſa.*
e i. hereditatem. Res, eſt hereditas aut bona. *Ambr. 9. epiſt. ad Clementinum*: ſed ſunt hæredes ſine re, ſunt & cum re. hinc Bonorum poſſeſſionem cum re accipere, *l. 25. C. de inoff.* bonorum poſſeſſionem rémque obtinere, *l. 12. ſup. de iniuſto.* huc refer quod ait Vlpianus 28 *in fin.* Bonorum poſſeſſionem aut cum re dari aut ſine re, *v. Cuiac. Inſtit. quibus modis teſtam. inf. & 4. obſ. 24.*
f 6. *Cod.* 15. §. 45. *Eclg.* 1.
g i. agnati.
h eum quem.
i *v. l. 2. in fi. ſ. ex quib. cauſis in poſſ.*
k *l. 2. §. 6. ſ. de ſuis.*
l *l. 11. ſ. de ſuis.*
m *l. 17. §. 2. ſup. de adquir. hæred.*
n vnde legitimi.
o *l. 1. §. 1. ſ. ad Tertul.*
p *l. vn. inf. vt ex legibus.*
q id eſt, quæ ex ſenatuſconſulto Tertulliano admittitur ad petenda bona liberorum.
r liberi ſcil.
ſ matrum.
t *l. 3. C. ad SC. Orphitian. l. 4. C. de legit. hæredibus.*
u *l. 2. §. 6. ſ. de ſuis.*
x Eadem verba extant apud Paulum 4. *ſent.* 8. §. 1. adde *l. 10. §. 4. ſ. de gradib. l. 2. §. 1. ſ. de ſuis.*
y Omnis adgnatus eſt cognatus, non omnis cognatus eſt adgnatus.
z Imo continentur, vt ſpecies ſub genere, *l. 10. §. 2. ſ. de gradib. §. 1. Inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſione*: vide Ferrandum explicationum 39.

& agnati: verbi gratia, patris frater, id eſt patruus & adgnatus eſt, & cognatus: matris autem frater, id eſt auunculus *a*, cognatus eſt, adgnatus non eſt.

1 ¶ Quamdiu *b* ſpes eſt, ſuum hæredem aliquem defuncto exiſtere, tamdiu conſanguineis locus non eſt, putà ſi defuncti vxor prægnas ſit, aut defuncti filius apud hoſtes ſit.

De iure conſanguinitatis.

6. *Hermogenianus* ‖ lib. 3. Iuris Epitomarum. ‖

NAti *c* poſt mortem patris, vel poſt captiuitatem, ſiue deportationem: ſed & hi, qui tempore, quo capiebatur, vel deportabatur pater, in poteſtate fuerunt, ius inter ſe conſanguinitatis habent, etſi hæredes patri non *d* extiterint, ſicuti exhæredati.

VNDE *e* COGNATI *f*.

TIT. VIII.

Summa. 1. Cognati etymologia. 2. De ſeruili cognatione. 3. De gradu. 4. De adoptione. 5. Proximitas quomodo. 6. Et quo tempore accipitur. 8. De concepto ante vel poſt mortem eius, de cuius bonorum poſſeſsione agitur. 9. De eo qui execto vtero editus eſt. 10. De gradu. 11. De poſtliminio.

1. *Vlpianus* lib. 46. ad Edictum.

HÆc bonorum poſſeſsio nudam habet prætoris indulgentiam *g*. neque ex iure ciuili originem habet. nam eos inuitat ad bonorum poſſeſsionem, qui iure ciuili ad ſucceſsionem admitti non poſſunt, id eſt, cognatos.

1 ¶ Cognati autem appellati ſunt, quaſi *h* ex vno nati, aut (vt Labeo ait) quaſi commune naſcendi initium habuerint.

2 ¶ Pertinet autem hæc lex *i* ad cognationes non ſeruiles. nec enim facilè *k* vlla ſeruilis videtur eſſe cognatio.

3 ¶ Hæc autem bonorum poſſeſsio, quæ ex hac parte edicti datur, cognatorum gradus ſex complectitur, & ex ſeptimo *l* duas perſonas, ſobrino *m* & ſobrina natum, & natam.

4 ¶ Cognationem *n* facit etiam adoptio. etenim quib. fiet adgnatus hic, qui adoptatus eſt, iiſdem etiam cognatus fiet. nam vbicunque de cognatis agitur, ibi ſic accipiemus, vt etiam adoptione cognati facti contineantur.

¶ Euenit igitur, vt is qui in adoptionem datus eſt, tam in familia naturalis patris iura cognationis retineat, quàm in familia adoptiua nanciſcatur, ſed eorum tantum cognationem in adoptiua familia nanciſcetur, quibus fit adgnatus, in naturali autem omnium retinebit.

5 ¶ Proximus autem accipietur etiam is, qui ſolus *o* eſt: quamuis propriè proximus ex pluribus dicitur.

6 ¶ Proximum accipere nos oportet eo *p* tempore, quo bonorum poſſeſsio defertur.

7 ¶ Si quis igitur proximus cognatus, dum hæredes ſcripti deliberant, diem ſuum obierit, ſequens quaſi proximus, admittetur. hoc eſt, quicunque fuerit tum deprehenſus, proximum locum obtinens.

8 ¶ Si quis proximior *q* cognatus naſci ſperetur, in ea conditione eſt, vt dici debeat, obſtare eum ſequentibus *r*. Sed vbi *ſ* natus non eſt, admittemus eum qui poſt ventrem proximus videbatur. Sed hoc ita demum erit accipiendum, ſi hic qui in vtero eſſe dicitur, viuo eo, de cuius bonorum poſſeſsione agitur, fuit conceptus. nam *t* ſi poſt *u* mortem, neque obſtabit alij, neque ipſe admittetur: quia non fuit proximus cognatus ei quo viuo nondum animax *x* fuerit.

9 ¶ Si qua prægnas deceſſerit, & vtero exſecto *y* partus ſit editus, in ea conditione eſt partus iſte vt matris ſuæ accipere bonorum poſſeſsionem poſsit vnde proximi cognati. Sed poſt ſenatuſconſultum Orphitianum, & vnde legitimi petere poterit: quia mortis tempore in vtero fuit.

10 ¶ Gradatim *z* autem admittuntur cognati ad bonorum poſſeſsionem, vt qui ſunt primo gradu omnes *a* ſimul admittuntur.

11 ¶ Si quis apud hoſtes fuerit mortis tempore eius, de cuius bonorum poſſeſsione quæritur, dicendum eſt bonorum poſſeſsionem peti ab eo poſſe.

a v. d. l. 10.
b *l. 2. C. vnde liberi*: dixi ad *Vlp.* 26. §. 3.
c *l. 1. §. 10. in fi. ȷ. de ſuis. §. 1. in fin. Inſt. de legit. agna. ſucceſſ.*
d *l. 1. §. 9. ȷ. de ſuis.*
e 6. C. 15. & 45. *Eclog.* 2.
f id eſt, per fœminam coniuncti.
g cur ita? quia Prætor per eam admittit eos qui iure ciuili admitti non poſſunt.
h vel ex vno communiter nati, vel ab eodem orti, *l. 1. §. 1. ȷ de gradib.*
i i. hoc edictum. eodem modo lex Fabiana dicitur à Paulo 3. *ſent.* 3.
k ſit tamen, nec enim parcimus his nominibus, etiam in ſeruis, *l. 10. §. 5. ȷ. de gradibus*, §. 1. *Inſtit. de ſeruili cognat.*
l *l. 9. inf. eod.*
m §. *vlt. Inſtit. de ſucceſſ. agn.*
n *l. 23. l. 26. l. 44. ſup. de adoptionib.* Facitne nobilem adoptio, vel nobilem ex plebeio? facit, ſi gentem ſpectes: cùm & Ciceronem ſe ſociaſſe Piſonum familię, vt ſe nobilitaret, Trebellius Pollio ſcribat 19 (*Tyranno*) non ſi genus (eſt enim genus à natura, ideóque immutabile) niſi fiat adoptio ſpecialiter apud principem, id eſt, niſi id ſpecialiter agatur adoptione facta apud principem, arg. *l. 10. §. 3. ȷ. de in ius vocando* vt ita adoptans propaget eum honorem ad ſuos liberos: ita reſpondet Cuiac. *conſult.* 56. Feudi nobilis conceſsione fitne quis nobilis? fieri videtur vt qui vult conſequens velit etiam antecedens, *l. 3. ȷ. de iuriſdict.* & vt actus valeat potius quã pereat. Quid adoptione fit ne quis ex nobili ignobilis: ex patricio plebeius? Fit; mutare genus ſua ſponte licet, & ſe ſeruum etiã facere. Ea ratione, ex matrimonio patricij generis, mulier vltrò (ſi velit) in plebem tranſit, vt de Virginia ſcribit Lilius 10. niſi donata ſit à principe ornamentis coniugij nobilioris, quod veteres imperatores affinib. ſuis detuliſſe, & his maximè quæ maritos nobiles non habuerant, ne innobilitatæ manerent, Lampridius ſcribit in Heliogabalo. Principes id nonnunquam permittere demonſtrat, *l. vlt. ſup. de ſenatoribus.* Plebeia ſanè genere mariti nobilitatur ex noua conſtitutione *l. mulieres. 13. C. de dignit. v. Cuiac. conſult.* 56.
o Proximus propriè & impropriè ſumitur. Propriè, vbi plures ſunt & in his vnus eſt proximus, impropriè, quoties vnus atque idem ſolus eſt: cùm enim ſolus ſit, conſequens eſt vt ſit & proximus, *l. 9. ȷ. de rebus dubiis.*
p *l. 2. §. 9. ȷ. de ſuis.* q *l. 2. ȷ. de ſuis.* de proximiore cognato, *v. Cuia. 10. obſ.* 27.
r *l. 3. ȷ. ſi pars hæred.* ſ *l. 6. ȷ. de ſuis.* t ǂ Nepos conceptus & natus poſt mortem aui, non ſuccedit, *l. 6. §. 1. ſup. de iniuſto* duobus modis tamen reſtringe cum Decio *in rubric. C. qui admitti. v. Bar. hic.*
u *l. 1. ſup. ſecund. tab.* x animal fuerit. *Hal.* v. quæ dixi ad *l. 9. ȷ. ad l. Falc.*
y Exſecto ventre matris editus ad legitimam hæreditatem admittitur, *l. 1. §. 5. ȷ. ad Tertull.*
z Gradatim admitti, eſt gradu ſuo admitti. Hæc enim vox plures gradus indicat
a *l. 2. §. 2. §. 4. ȷ. de ſuis. §. 5. Inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.*

Ratio & ſumma edicti. De vulgo quæſitis. De prægnante manumiſſa.

2. *Gaius* ‖ lib. 16. ad Edictum Prouinciale. ‖

HAc parte proconſul *a* naturali æquitate motus, omnib. cognatis promittit bonorum poſſeſsionem, quos ſanguinis ratio vocat ad hæreditatem, licet iure ciuili deficiant.

¶ Itaque etiam vulgo *b* quæſiti liberi matris, & mater talium liberorum, item ipſi fratres inter ſe, ex parte bonorum poſſeſsionem petere poſſunt: quia ſunt inuicem ſibi cognati.

¶ Vſque adeo, vt prægnas *c* quoque manumiſſa ſi pepererit, & is qui natus eſt, matri, & mater ipſi, & inter ſe quoque, qui naſcuntur, cognati ſint.

De capitis deminutione.

3. *Iulianus* libro 27. Digeſtorum.

CApitis deminutione perimuntur cognationes, quæ per adoptionem adquiſitæ ſunt. igitur ſi poſt *d* mortem (verbi gratia) fratris adoptiui intra centeſimum *e* diem adoptiuus frater capite deminutus fuerit, bonorum poſſeſsionem accipere non poterit, quę proximitatis nomine fratri defertur *f*: prętorem enim non ſolùm mortis tempus, ſed etiam id quo bonorum poſſeſsio petitur, intueri palam eſt.

De ſpurio.

4. *Vlpianus* ‖ lib. 6. Regularum. ‖

SI ſpurius *g* inteſtato deceſſerit, iure conſanguinitatis, aut agnationis, hæreditas eius ad nullum pertinet: quia *h* conſanguinitatis, itémque adgnationis iura à patre *i* oriuntur: proximitatis autem nomine, mater eius, aut frater eadem matre natus, bonorum poſſeſsionem eius ex edicto petere poteſt.

De capitis deminutione.

5. *Pomponius* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

LEgitimis capite deminutis *k* non datur bonorum poſſeſsio iure hæredis legitimi: quia non eadem cauſa eorum eſt, quæ liberorum: ſed gradu cognatorum rurſus vocantur.

De accuſatione.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 45. ad Edictum. ‖

COgnatis accuſatio nihil † obeſt ad ſucceſsionem, ſi accuſauerint *l* cognatos ſuos.

De ſeruitute & manumiſsione.

7. *Modeſtinus* ‖ libro 6. Regularum. ‖

IS, qui aliqua ratione ſeruus factus eſt, manumiſsione *m* nulla † ratione recipit cognationem.

De vulgo quæſitis.

8. *Idem* ‖ libro 14. Reſponſorum. ‖

MOdeſtinus reſpondit, non ideo minus ad auiæ maternæ bona ab inteſtato nepotes admitti, quòd vulgò *n* quæſiti proponuntur.

De octaui gradus adgnato. 1. De filio fratris.

9. *Papinianus* ‖ lib. 6. Reſponſorum. ‖

OCtaui *o* gradus adgnato iure legitimi hæredis, etſi non extiterit hæres, poſſeſsio defertur, vt proximo autem cognato, quamuis extiterit hæres, non defertur.

1 ¶ Fratris filius pro parte hæres inſtitutus, cùm patruum ſurdum *p* eſſe contenderet, atque ideo teſtamentum facere non potuiſſe, poſſeſsionem, vt proximus cognatus accepit, ex die mortis, temporis haberi rationem placuit: quia veriſimile *q* non videbatur, tam coniunctum ſanguini, defuncti valetudinem ignoraſſe.

De ea quæ reliquit ſororem vterinam, & matrem prægnantem.

10. *Scæuola* ‖ libro 2. Reſponſorum. ‖

INteſtata reliquit ſororem Septiciam diuerſo patre natam, & prægnatem matrem ex alio marito. quæro, ſi mater hæreditatem repudiauerit, dum adhuc prægnas eſt, poſteáque enixa fuerit Semproniam, an etiam Sempronia bonorum Titię poſſeſsionem accipere poſſit? Reſpondit, ſi mater hæreditate excluſa eſt, eam quæ (vt proponeretur) poſtea nata eſt, accipere poſſe *r*.

DE SVCCESSORIO *ſ* EDICTO *t*.

TIT. IX.

Ratio edicti. 1. Qui bonorum poſſeſsionem repudiare poſſunt. 6. Effectus repudiationis. 7. De decretali bonorum poſſeſsione. 8. De morte prioris. 9. de ſpatio centum dierum. 10. Si prior ſit excluſus. 11. An quis ſibi ſuccedat. 12. De anno liberis & parentib. ad petendam bonorum poſſeſsionem conceſſo. 13. De ſubſtituto fratri impuberi. 14. De liberis & parentib.

1. *Vlpianus* ‖ libro 49. ad Edictum. ‖

SVCCESSORIVM edictum idcirco propoſitum eſt, ne *u* bona hæreditaria vacua ſine domino diutius iacerent, & creditoribus longior *x* mora fieret.

¶ Ere *y* igitur prætor putauit, præſtituere *z* tempus his, quibus bonorum poſſeſsionem detulit, & dare inter eos ſucceſsionem, vt maturius poſsint creditores ſcire. Vtrum habeant, cum quo congrediantur, an verò bona vacantia fiſco ſint delata, an potius ad poſſeſsionem bonorum procedere debeant, quaſi ſine ſucceſſore defuncto.

1 ¶ Vnus

a Cur non Prætoris ſumpta hęc lex eſt ex edicto Prouinciali.
b *l. 4. l. 8. ȷ. eo. l. 1. §. 2. l. 2. ȷ. ad Tert.*
c ancilla ſcil. *l. 2. §. 3. ȷ. ad Tert.*
d *l. 11. ȷ. de ſuis.*
e *l. 1. §. 8 in fin. tit. prox.*
f *de qua v. §. 3. Inſt. de legit. agnator. ſucceſſ.*
g vide *l. 2. ſup. eo.* §. 4. *Inſt. de ſucceſſ. cog.*
h Conſanguinitatis & proximitatis differentia hæc eſt. Conſanguinitas (vt & agnatio) à patre: proximitas etiam à matre.
i & legitimis nuptiis, *l. 4. §. 8. ȷ. de gradib.*
k §. 1. *Inſt. de ſucceſſ. cogn.*
† hodie obeſt Nou. 22. c. 47. adde *l. 14. ſup. de bon. libert.*
l criminaliter.
m *l. 1. §. 4. l. 2. §. 2. ȷ. ad Tert. l. 6. C. de ſuis.* §. 6. *Inſt. de cap. deminut.*
† hodie recipit, *Inſt. de ſeruili cogn.* quemadmodum & olim id ius recipiebant beneficio principis reſtituti. *Paul 4 ſent. 8. §. 5.*
n *l. 2. verſ. itaque etiam ȷ. eod. l. 1. §. 2. inf. ad Tertull.*
o nec tantum ſeptimi, in *l. 1. §. 3. ȷ. eod* ſeu & decimi, §. vlt. *Inſt. de ſucc. cognat.*
p vide *Cuiac.* 3. *Paul. ſent. 4. §. 4.*
q Præſumitur ſciẽtia inter ſanguine proxime coniunctos, adde *l. 7. C. de in integr. reſtit.*
r *l. vlt. ȷ. de ventre in poſſeſſ.*
ſ 6. C. 16.
t ſeu capite, *l. 1. §. 3 ſup. de iuris & facti ignorantia.*
u *in princ. verſ. adhuc autem.* §. 4. *Inſt. de bon. poſſeſſ. v. l. . ſup. de interrogat. in iure.*
x ad ſua recuperanda, *Baſil.*
y Ere dixit, vt *l. 1. ȷ. de reb. creditis.*
z *l. 69. in fin ſup. de acqu ir. hæred.*
† vide *l. vlt. inf. eodem.*

1 ¶ Vnusenim quiſque ſuam *a* bonorum poſſeſsionem repudiare poteſt, alienam *b* non poteſt.

2 ¶ Proinde procurator meus ſine mea voluntate meam bonorum poſſeſsionem repudiare non poteſt.

3 ¶ Per ſeruum delatam bonorum poſſeſsionem, dominus repudiare poteſt.

4 ¶ Tutor *c* impuberis, an repudiare poſsit bonorum poſſeſsionem videamus? Et magis eſt ne poſsit. ſed ille *d* ex auctoritate tutoris repudiare poteſt.

5 ¶ Furioſi curator nequaquam poterit repudiare: quia nec dum delata eſt,

6 ¶ Qui ſemel *e* noluit *f* bonorum poſſeſsionem petere, perdidit *g* ius eius, etſi tempora largiantur: vbi. n. noluit, iam cœpit ad alios pertinere bonorum poſſeſsio, aut fiſcum inuitare.

7 ¶ Decretalis *h* bonorum poſſeſsio an repudiari poſsit, videamus, & quidem diebus finiri poteſt, ſed repudiari eam non poſſe verius eſt, quia nondum delata eſt, niſi cùm fuerit decreta. rurſum poſteaquàm decreta eſt, ſera repudiatio eſt: quia, ſi non adquiſitum eſt repudiari non poteſt.

8 ¶ Si intra centeſimum *i* diem mortuus ſit prior, ſtatim ſequens admitti poteſt.

9 ¶ Quod dicimus intra dies centum bonorum poſſeſsionem peti poſſe, ita intelligendum eſt, vt & ipſo *k* die centeſimo bonorum poſſeſsio peti poſsit, quemadmodum intra *l* Kalendas etiam ipſæ Kalendæ ſunt. Idem eſt, & ſi in diebus centum dicatur.

10 ¶ Quibus ex edicto bonorum poſſeſsio dari poteſt, ſi quis eorum aut dari ſibi noluerit *m*, aut in diebus ſtatutis *n* non admiſerit, tunc cæteris bonorum poſſeſsio perinde competit, ac ſi prior ex eo numero non fuerit.

11 ¶ Sed videndum eſt, an inter cæteros ipſe quoque qui excluſus eſt, admittatur. vt puta filius eſt in poteſtate, delata eſt ei bonorum poſſeſsio ex prima parte, vnde liberis defertur, excluſus eſt tempore, aut repudiatione, cæteris defertur. ſed † ipſe ſuccedat ſibi ex hac ſucceſſoria parte? Et magis *o* eſt, vt ſuccedat, vt vnde legitimi poſsit petere: & poſt hos ſuo ordine ex illa parte, vnde proximi cognati vocantur. & hoc iure vtimur, vt admittatur. poterit igitur ex ſequenti parte ſuccedere ipſe ſibi.

¶ Item hoc dici poterit & in ſecundum tabulas bonorum poſſeſsione, vt ſi ſecundum tabulas non petierit bonorum poſſeſsionem is qui potuit & ab inteſtato ſuccedere, ipſe *p* ſibi ſuccedat.

12 ¶ Largius tempus parentib. liberiſque petendæ bonorum poſſeſsionis tribuitur, in honorem *q* ſanguinis videlicet. quia *r* arctandi non erant, qui penè ad propria *ſ* bona veniunt ideoque placuit, eis præſtitui annum *t* ſc. ita moderatè, vt neque ipſi vrgerentur ad bonorum poſſeſsionis petitionem, neque bona diu iacerent. Sanè nonnunquam vrgentibus creditoribus interrogandi *u* ſunt in iure, an ſibi bonorum poſſeſsionem admittant, vt ſi repudiare ſe dicant, ſciant creditores, quid ſibi agendum eſſet: ſi deliberare ſe adhuc dicant, præcipitandi non ſunt.

13 ¶ Si quis autem à patre ſuo impuberi filio ſit ſubſtitutus, non intra annum, ſed intra diem centeſimum bonorum poſſeſsionem petere poterit.

14 ¶ Non ſolùm autem, cùm ſuo *x* nomine veniunt liberi parentéſque, hoc eis tribuitur: verum etiam *y* ſi ſeruus eius, qui ex liberis parentibuſque eſt, hæres inſtitutus eſt, intra annum competit bonorum poſſeſsio: perſona enim ea eſt, quæ meruit hoc beneficium, quæ petat.

15 ¶ Sed & ſi pater, emancipati filij bonorum poſſeſsionem contra tabulas accipere velit, anni tempus ei competere conſtat.

16 ¶ Et generaliter ait Iulianus ex omnibus cauſis liberis parentibuſque *z* intra annum bonorum poſſeſsionem competere.

De reſtitutione prioris cognati aduerſus bonorum poſſeſsionem acceptam.

2. *Papinianus* ‖ lib. 6. Reſponſorum. ‖

INferioris † gradus cognatus beneficium edicti ſucceſſorij non habuit, cum prior ex propria parte poſſeſsionem accepiſſet. Nec ad rem pertinuit, quòd abſtinendi facultatem ob auxilium ætatis prior cognatus acceperat: igitur fiſco vacantia *a* bona rectè deferri placuit.

a non alienam vt *eod.* & tamen, per eruum delatam dominus repudiare poteſt, §. 3. ǰ. *eo.*
b §. 4. §. 5. ǰ. *eod.* *l.* 13. *l.* 14. ſ. *de adq. hæred. l.* 8. ſ. *de bon. poſſeſſ. l. vltim. C. de bon. quæ liber. l.* 16. ſ. *de reb. cred.*
c *l.* 8. *infra de bon. poſſeſſ.*
d *l.* 5. *C. de repudianda.*
e *l.* 13. ſ. *de acquir. hered. l.* 1. §. 2. ſ. *vnde libert.* §. 5. *verſ. ſi quis itaque inſt. de bon. poſſeſſ.*
f Repudiare hæreditatem vel bonorum poſſeſsionem videtur qui dicit, *Nolo bonorum poſſeßionem petere.*
g Pone filiam triĉenio excluſam eſſe matris hereditate teſtamentaria? Bartolus putat eandem intra alio 30. annos admitti ex edicto, *vnde liberi.* pone rurſus intra id ſpatiũ, vnde liberi non petiiſſe? idem putat eandem admitti intra alios 30. annos ad petendam bonorum poſſeſsionem *vnde cognati. adde Baldum in l. licet* §. *C. de iure deliber.*
h i. Carboniana, quę ſola decreto & cauſa cognita adquiritur: & ea quæ ad Carbonianę vicem, ventri & furioſo conceditur, opponitur ordinariæ & ſimplici edictali, quæ ſine decreto & cauſę cognitione datur. *Zoanet.* 2. *reſti.*
i *l.* 2. *C. eod. l.* 2. ſ. *ſecund. tab. l.* 18. *C. de iure delib.*
k *v. l.* 133. ǰ. *de ver. ſign.* 12. *Gell.* 13.
l 12. *Gell.* 13.
m *l.* 2. §. 20. ǰ. *ad Tertull.*
n *v. l.* 69. ſ. *de adq. hæred.*
† *al.* ſed vtrum ipſe
o Cur ita? *v. l.* 91. ǰ. *de r. g. iur.*
p *l.* 17. §. 1. ſ. *de adq. hæred.*
q Sanguini eiuſque honori aliquid meritò indulgetur.
r Quid? iudéxne poteſt minuere tempus alicui datum vel adeundę hæreditati, vel petendæ bonorum poſſeſsioni vel ad deliberandum? poteſt, eo fine vt detur curator bonis, per quem vt ſatisfiat creditoribus *argum. l.* 1. ǰ. *de curator. bonis dan.* non vt ſucceſſor excludatur. Atqui iudex ex cauſa tempus moderari, coërcere, vel minuere poſſe videtur. *l. ad peremptorium*, 60. ſ. *de indic.* Poteſt vtique ſed ex cauſa non paſsim tamen vel indefinitè, vti putat Decius *ad l.* 10. *in fi.* ſ. *de iure delib. l.* 9. *in fi. C. de iure delib.* ſicuti nec facere poteſt, vt qui hæres ſit, hæres eſſe deſinat. v. *Pyrrhum diſp.* 18.
ſ Suos Græci inde αὐτοκληρονόμους appellant: quin dicuntur heredes non fieri, ſed αὐξάνεσθαι. *v. Cu. inſt. de her. qual. &* 10. *obſ.* 16. *adde l.* 11. ſ. *de liberis.* *t* *l.* 4. *C. qui admitti ad bon.* *u* *l.* 5. ſ. *de interrog.* *x* *l.* 2. ſ. *de her. petit.* *y* *Vlp.* 28. §. 10. §. 11. §. *vlt.*
† Proximioris gradus cognatus (pone, frater) minor annis 25. bonorum poſſeſsionem agnouit vnde proximi cognati. deinde beneficio ætatis reſtitutus eſt, vt ſe abſtineret? Inferioris gradus cognatus non admittitur. Cur? quia prior & proximior cognatus illum ſemel excluſit: nec regreſſus cuiquam eſt ad ius quo ſemel excluſus eſt. Quis igitur admittetur? fiſcus *hac l. & l.* 1. ǰ. *eo.* Putatque Albericus hodie hanc legem correctam eſſe, quòd cognati hodie ab inteſtato ſuccedant *Nouell.* 118. *c.* 4. Cætera vide apud Alciatum 4. *Paradox.* 19.

DE GRADIBVS, *b* ET AFFINIBVS, & nominibus eorum.

TIT. X.

Diuiſio graduum cognationis. 2. An æquè ſuccedant, qui ſunt eiuſdem gradus. 3. De gradu primo. 4. Secundo. 5. Tertio. 6. Quarto. 7. Quinto.

1. *Gaius* ‖ lib. 8. ad Edictum Prouinciale. ‖

GRadus cognationis alij ſuperioris *c* ordinis ſunt, alij inferioris, alij ex tranſuerſo, ſiue à latere.

¶ Superioris ordinis ſunt parentes: inferioris, liberi: ex tranſuerſo ſiue à latere, fratres, & ſorores, liberique eorum.

1 ¶ Sed ſuperior quidem, & inferior cognatio à primo gradu incipit: ex tranſuerſo ſiue à latere nullus eſt primus gradus, & ideo incipit à ſecundo. Itaque in primo *d* gradu cognationis, ſuperioris quidem & inferioris ordinis cognati poſſunt concurrere: ex tranſuerſo vero numquam eo gradu quiſquam concurrere poteſt. at in ſecundo, & tertio, & deinceps in cæteris poſſunt etiam ex tranſuerſo quidam concurrere & cum ſuperioris ordinis cognatis.

2 ¶ Sed admonendi ſumus, ſi quando de hæreditate vel bonorum poſſeſsione quæramus, non ſemper eos, qui eiuſdem gradus ſint, concurrere.

3 ¶ Primo *e* gradu ſunt ſupra, pater, mater: infra, filius, filia.

4 ¶ Secundo *f* gradu ſunt ſupra, auus, auia: infra, nepos neptis: ex tranſuerſo, frater ſoror.

5 ¶ Tertio *g* gradu ſunt ſupra, proauus, proauia: infra, pronepos proneptis: ex tranſuerſo, fratris ſororiſque filius, filia, & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera.

6 ¶ Quarto *h* gradu ſunt ſupra, abauus, abauia: infra, abnepos, abneptis: ex tranſuerſo, fratris ſororiſque nepos neptis: & conuenienter patruus *i* magnus, amita magna, id eſt, aui frater, & ſoror, auunculus magnus, matertera magna, id eſt, auiæ frater, & ſoror: item fratres patrueles, ſorores patrueles, i. qui quæve ex duobus *k* fratribus progenerantur: item conſobrini *l*, conſobrinæque, id eſt, qui quæve ex duabus ſororibus naſcuntur. quaſi conſororini. item amitini *m*, amitinæ, id eſt, qui quæve ex fratre & ſorore propagantur. ſed ferè vulgus iſtos *n* omnes fratres communi appellatione conſobrinos vocat.

7 ¶ Quinto *o* gradu ſunt ſupra, atauus atauia: infra, adnepos, adneptis: ex tranſuerſo, fratris & ſororis pronepos, adneptis: ex tranſuerſo, fratris & ſororis pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, & proamita, id eſt proaui frater, & ſoror, proauunculus, & promatertera, i. proauiæ frater, & ſoror: item fratris patruelis, ſororis patruelis filius, filia: & ſimiliter conſobrini, conſobrinæ, item amitini amitinæ filius filia, propior *p* ſobrino, propior ſobrina: iſti ſunt patrui *q* magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 46. ad Edictum. ‖

HOc eſt patris eius, de cuius cognatione quæritur, conſobrinus, conſobrina, ſiue frater patruelis.

De gradu ſexto. 1. & ſeptimo. 2. De duplatione perſonarum.

3. *Gaius* ‖ lib. 8. ad Edictum Prouinciale. ‖

SExto *r* gradu ſunt ſupra, tritauus *ſ* tritauia: infra, trinepos, trineptis: ex tranſuerſo, fratris & ſororis abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, i. abaui frater, & ſoror, abauunculus, abmatertera, id eſt, abauiæ frater, & ſoror. ‖ item patrui magni, amitę magnę, auunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis. ‖ item fratris patruelis, ſororis patruelis, conſobrini, conſobrinæ, amitini, amitinę nepos, neptis, propatrui, proamitę, proaunculi, promatertæ filius, filia. item *t* qui ex fratribus pratruelibus aut conſobrinis aut amitinis vndique propagantur *u*, qui propriè ſobrini *x* vocantur.

1 ¶ In ſeptimo *y* gradu quam multæ eſſe poſsint perſonæ, ex his, quæ diximus, ſatis apparet.

2 ¶ Admonendi tamen ſumus, parentium liberorúmque perſonas ſemper duplari, auum enim & auiam, tam maternos quàm paternos intelligemus, item nepotes, nepteſque, tam ex filio quàm ex filia, quam rationem ſcilicet in omnibus deinceps gradibus ſupra infraque ſequemur.

De gradibus vltra ſeptimum. 1. Cognatorum etymologia. 2. De naturali vel ciuili cognatione. 3. De affinibus. 8. De cauſa cognationis, vel affinitatis. 9. De libertinis. 10. De capitis deminutione.

4. *Modeſtinus* ‖ libro 12. Pandectarum. ‖

NOn facilè autem, quod ad noſtrum ius attinet, cùm de naturali cognatione quæritur, ſeptimum gradum quis excedit: quatenus vltra eum ferè gradum, rerum natura cognatorum viam conſiſtere non patitur *z*.

1 ¶ Cognati

a *v. l.* 1. ſ. *eod.*
b *Pau.* 4. *ſent.* 11. de gradibus cognationum 3. *inſtit. &* περὶ βαθμῶν συγγενείας, *Ecl. tit.* 5. de conſanguinitate & affinitate 4. *Decret.* 14.
c *Inſt. eod. Nouell.* 118. *c.* 1.
d *v. l.* 10. §. 12. *infra eodem.*
e *v. d. l.* 10. §. 12. ǰ. *eodem.*
f *d. l.* 10. §. 13. *infra eodem.*
g *d. l.* 10. §. 14. ǰ. *eodem.*
h *v. d. l.* 10. §. 15.
i de quo in *l.* 10. §. 15. ǰ. *eo.*
k Patrueles fratres qui ex duobus fratribus nati 2. *Gaius* 8. §. 4.
l Conſobrini qui ex duab. ſororibus nati.
m Amitini qui ex fratre & ſorore nati.
n An amitinos tantum intelligit non etiam patrueles.
o *v. d. l.* 10. §. 16.
p Propiores ſobrinis ſunt hi qui propiore gradu ſunt quàm ſobrini: quia ſobrini ſunt conſobrini filij. *l.* 10. §. 17. ǰ. *eo.*
q *l.* 10. §. 16. *verſ.* ǰ. *eodem.*
r *l.* 10. §. 17. ǰ. *eo.*
ſ *al.* tritauus, tritauia.
t item patrui magni amitæ magnæ, auunculi magni, materterę magnæ nepos neptis qui ex fratribus, &c. *Hotoman.* 1. *obſeru.* 12. quod Cuiacio diſplicet, 14. *obſ.* 11.
u vndique propagati. *Hotom.* 1. *obſ.* 12.
x Sobrinus eſt patris mei conſobrini filius, & matris meæ conſobrinæ filius. *Feſtus.*
y *l.* 10. §. 18. ǰ. *eod.*
z ſed nec vlla eis gradibus nomina inuenta ſunt *Pau.* 4. *ſentent.* 11. §. 8.

1 ¶ Cognati ab eo dici putantur, quod *a* quaſi vna communitérve nati, vel ab eodem orti, progenitíve ſint.

2 ¶ Cognationis ſubſtantia bifariam apud Romanos intelligitur †. Nam quædam cognationes iure ciuili, quędam naturali connectentur *b*. nonnunquam vtroque iure concurrente & naturali & ciuili copulatur cognatio.

¶ Et quidem *c* naturalis cognatio per ſe ſine ciuili cognatione intelligitur, quæ per fœminam deſcendit, quæ *d* vulgo liberos peperit.

¶ Ciuilis autem per ſe, quæ etiam legitima dicitur, ſine ‖ iure ‖ naturali cognatio cõſtitit per adoptionem.

¶ Vtroque iure conſiſtit cognatio, cùm iuſtis nuptiis contractis copulatur.

¶ Sed naturalis quidem cognatio hoc ipſo nomine appellatur, ciuilis autem ‖ cognatio, ‖ licet ipſa quoque per ſe pleniſsimè hoc nomine vocetur, propriè tamen adgnatio vocatur, videlicet, quæ *e* per matres contingit.

3 ¶ Sed quoniam quędam *f* iura inter adfines quoque verſantur, non alienum eſt hoc loco de adfinibus quoque breuiter diſſerere.

¶ Adfines *g* ſunt, viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. namque coniungendę adfinitatis cauſa fit ex nuptiis *h*.

4 ¶ Nomina verò eorum hæc ſunt, ſocer, ſocrus, gener, nurus, nouerca, vitricus, priuignus *i*, priuigna.

5 ¶ Gradus autem adfinitati nulli *k* ſunt.

6 ¶ Et quidem viri pater vxoríſque, ſocer, mater autem eorum, ſocrus appellatur, cùm apud Græcos propriè viri pater ἑκυρὸς, mater vero ἑκυρὰ vocitetur, vxoris autem pater πενθερὸς, & mater πενθερὰ vocatur.

¶ Filij autem vxor, nurus, filię verò vir gener appellatur.

¶ Vxor liberis ex alia vxore natis nouerca dicitur, matris vir ex alio viro natis vitricus *l* appellatur. eorum vterque natos aliunde priuignos *m* priuignáſque vocant.

¶ Poteſt etiam ſic definiri ſocer *n*, vxoris meæ pater, ego illius ſum gener *o*. Socer *p*, magnus dicitur vxoris meæ auus, ego illius ſum progener. Et retro pater meus vxoris meæ ſocer eſt, hęc illi nurus. & auus meus ſocer magnus eſt, illa illi pronurus. Item proſocrus *q* mihi vxoris meæ auia eſt. ego illius ſum progener *r*. Et retro mater mea vxoris meæ ſocrus eſt. illa huic nurus. & auia mea, ſocrus magna eſt, & vxor mea illi pronurus eſt. ¶ Priuignus *ſ* eſt vxoris meæ filius ex alio viro natus, ego [illorum] *vitricus*. & in contrarium vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, *nouerca* *t* dicitur, liberi mei illi priuigni.

¶ Viri frater, *leuir*: is apud Græcos δαὴρ *u* appellatur, vt eſt apud Homerum *x* relatum. ſic enim Helena ad Hectorem dicit:

Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης.

id eſt,

Leuir mei canis, omnis mali cauſatricis, horridæ.

¶ Viri ſoror, *glos* *y* dicitur, apud Græcos *galos* *z*.

¶ Duorum fratrum vxores, ‖ *ianitrices* *a* ‖ dicuntur, apud Græcos, εἰνατέρες. quod vno verſu idem Homerus ſignificat.

Ἤ ἐ πῃ ἐς γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων.

id eſt,

Siue alicubi inglorium, aut in alterum ſpecioſis peplis.

7 ¶ Hos itaque inter ſe, quod adfinitatis cauſa parentium liberorúmque loco habentur, matrimonio copulari nefas *b* eſt.

8 ¶ Sciendum eſt, neque cognationem, neque adfinitatem eſſe poſſe, niſi nuptiæ *c* non interdictæ ſint, ex quibus adfinitas coniungitur.

9 ¶ Libertini libertinæque inter ſe adfines eſſe poſſunt.

10 ¶ In adoptionem datus, aut emancipatus, quaſcunque cognationes adfinitatéſque habuit, retinet: adgnationis iura perdit. ſed in eam familiam, ad quam per adoptionem venit, nemo eſt illi cognatus, præter patrem, eóſve, quibus adgnaſcitur, adfinis autem ei omnino in ea familia nemo eſt.

11 ¶ Is *d*, cui aqua & igni interdictum eſt, aut aliquo modo capite *e* diminutus eſt, ita vt libertatem & ciuitatem amitteret, & cognationes & adfinitates omnes, quas ante habuit amittit.

5. *Paulus* ‖ libro 6. ad Plautium. ‖

SI filium naturalem emancipauero *f*, & alium adoptauero, non eſſe eos fratres. ſi filio meo mortuo Titium adoptauero, videri eum defuncti fratrem fuiſſe, Arrianus ait.

De nuru. 1. De ſponſalibus.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

LAbeo ſcribit, nepotis ex filia mea nati vxorem, nurum *g* mihi eſſe.

1 ¶ Generi & nurus appellatione ſponſus *h* quoque & ſponſa continetur. item ſoceri & ſocrus appellatione, ſponſorum parentes contineri videntur *i*.

a l. 1. §. 1. *ſup. vnde cognati.*
† hodie vna, *Nou.* 118. c. 4.
b *al.* connectuntur, *al.* continentur.
c vide Rzuardum 5. *Variar.* 1.
d Vulgo quæſiti ſi ex eadem matre, inter ſe cognati ſunt natura.
e Adgnatio per mares contingit.
f *l.* 10. ʒ. *eod.*
g Dixi *ad Feſtum in Adfines.*
h & ſponſalibus, *l.* 7. *ſupr. de condic. cauſa data.*
i Affines hæ perſonæ dicuntur in *l.* 17. *C. de nuptiis.*
k Imo ſunt quidam *l.* 10. ʒ. *eod.*
l Vitricus matris meæ poſt obitum patris mei, maritus: de quo vide quædam apud Cuiac. 9. *obſerv.* 18 & *l.* 15. *C. de neg.*
m *vide Feſtum in Priuignus*, *l.* 14. *in fin.* ʒ. *de ritu.*
n ſocer, ſocrus, qui quæve generum vel nurum ſibi ſociat 9. *Iſid.* 6.
o Gener, generi augendo adſcitus, *Iſid. ibid.*
p id eſt qui generum ſibi ſociat, *v. Feſtum in magnus ſocer.*
q magna ſocrus Feſto.
r v. Feſtum.
ſ primus natus.
t Nouerca, μητρυιά, noua patris vxor, *l.* 14. §. 4. ʒ. *de ritu.* locum parentis tenet. *v. Cuiac.* 9. *obſerv.* 18. obſequium ei debetur à priuigno, *l.* 7. *C. de obſequiis*: cum ea priuignus contrahere nuptias non poteſt. *l.* 17. *C. de nupt.* à nouerca, nouercale odium, *l.* 4. *ſup. de inoff.* & ideo quidam ad *l.* 5. *ſup. vbi pupillus*, negant ei committendos eſſe pupillos: in eam actio furti inſtitui poteſt, *l.* 11. *Cod. de furt.* iniuſtæ epitheton, à poëtis nouercæ attributum eſt. de Vitrico, v. quæ notaui ad *l.* 15. *C. de negotiis.* ſcripſi ad *Feſtum in Nouerca.*
u ἀνδραδέλφως, *Ioſephus Scal. apud Feſtum.*
x *Iliad.* 3.
y vide Feſtum in Glos.
z γάλως, *Feſtus.*
a Ianitrices, αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες: αἱ σύννυμφοι: veteres gloſſæ, v. Heſychium & Gloſſas Palæmonis.
b [...]*7. C. de nupt.*
c [...]*§. 2. ʒ. eo. l. 4.* [...]*cognati.*
d [...]*l. 1. §. 2.* [...]*de cap.*
e *l.* 1. §. 10. ʒ. *eo. l.* 17. ʒ. *de ritu.* §. 2. *verſ. ſed ſi qua, inſt. de nup.* *g* *l.* 14. [...] *h* *l.* 8. ʒ. *eo.* *i* Imò non continentur, *l.* 8. ʒ. *eod. l.* 4. ʒ. *de parricidiis.*

De priuigno.

7. *Scæuola* ‖ lib. 4. Regularum. ‖

PRiuignus etiam is eſt, qui vulgo *a* conceptus ex ea natus eſt, quæ poſtea mihi nupſit. ęquè & is qui, cùm in concubinatu erat mater eius, natus ex ea eſt, eáque poſtea alij nupta ſit.

De ſponſalibus.

8. *Pomponius* ‖ lib. 1. Enchiridij. ‖

SEruius rectè dicebat, ſoceri *b* & ſocrus, & generi & nurus *c* appellationem, etiam ex ſponſalibus adquiri *d*.

Diuiſio graduum cognationis.

9. *Paulus* ‖ lib. 4. Sententiarum ‖

ΣΤέμματα *e* cognationum directo *f* limite in duas lineas *g* ſeparantur, quarum altera ſuperior *h*, altera inferior, ex ſuperiore autẽ, & ſecundo gradu tranſuerſæ *i* lineę pendent. quas omnes latiore tractatu habito in librum ſingularem contexumus.

De vſu cognitionis graduum & affinium. 1. De nomine cognationis. 2. De cognatis & adgnatis. 3. De ſuis. 4. Quid interſit inter adgnatos & cognatos. 5. De ſeruili cognatione. 6. De cognatione & adgnatione. 7. De parentibus & liberis. 8. De tranſuerſalibus. 9. De gradibus dignoſcendis. 10. Gradus vnde dicuntur. 11. De enumeratione ſingulorum graduum. 12. Primi. 13. Secundi. 14. Tertij. 15. Quarti. 16. Quinti. 17. Sexti. 18. & ſeptimi.

10. *Idem* ‖ libro ſingulari de gradibus & adfinibus, & nominibus eorum. ‖

IVriſconſultus cognatorum gradus & adfinium *k* noſſe debet: quia legibus hereditates *l* & tutelæ ad proximum quemque adgnatum redire conſueuerunt. Sed & edicto prętor proximo cuique cognato dat bonorum poſſeſsionem.

¶ Pręterea lege *m* iudiciorum publicorum contra adfines & adgnatos teſtimonium *n* inuiti dicere non cogimur.

1 ¶ Nomen cognationis à Græca voce dictum videtur. Συγγενεῖς enim illi vocant, quos nos cognatos appellamus.

2 ¶ Cognati ſunt *o*, & quos adgnatos lex duodecim tabularum appellat, ſed hi ſunt per patrem cognati ex eadem familia. Qui autem per fœminas *p* coniunguntur, cognati tantum nominantur.

3 ¶ Proximiores ex adgnatis ſui *q* dicuntur.

4 ¶ Inter agnatos igitur & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. nam *r* qui eſt adgnatus, & cognatus eſt. non vtique autem qui cognatus eſt: & adgnatus eſt: alterum enim ciuile *ſ*, alterum naturale nomen eſt.

5 ¶ Non parcimus *t* his nominibus, id eſt, cognatorum, etiam in ſeruis *u*. itaque parentes, & filios, fratréſque etiam ſeruorum dicimus. ſed ad leges, ſeruiles cognationes non pertinent.

6 ¶ Cognationis origo, & per fœminas *x* ſolas contingit. frater enim eſt, & qui ex eadem matre tantum natus eſt. nam qui *y* eundem patrem habent, licet diuerſas matres, etiam adgnati ſunt.

7 ¶ Parentes vſque ad tritauum † apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores, qui non habent ſpeciale nomen, maiores *z* ‖ appellantur. ‖

¶ Item liberi vſque ad trinepotem. vltra hos poſteriores *a* vocantur.

8 ¶ Sunt & ex lateribus cognati, vt fratres, ſororéſque, & ex his prognati: item patrui, amitæ, & auunculi, & materteræ.

9 ¶ Nam quotiens quæritur, quanto gradu quæque perſona ſit, ab eo incipiendum eſt, cuius de cognatione quærimus: & ſi ex inferioribus, aut ſuperioribus gradibus eſt, recta linea ſurſum verſum, vel deorſum tendentium, facilè inuenimus gradus, ſi per ſingulos gradus proximum quemque numeramus. nam ‖ qui ei, ‖ qui mihi proximo gradu eſt, proximus eſt, ſecundo † gradu eſt mihi. ſimiliter enim accedentibus ſingulis creſcit numerus.

¶ Idem faciendum in tranſuerſis gradibus, ſic frater ſecundo gradu eſt, quoniam patris vel matris per-

a *l.* 4. §. 2. *ſup. eo. v. l.* 13. §. 2. *infra de adulteriis.*
b Imo ſponſalibus quis ſocer non fit. *l.* 6. *in fin.* ʒ. *eod.* §. 9. *Inſt. de nuptiis.*
c Imo ſponſa filij nurus non eſt, § 9. *Inſt. de nupt.*
d *l.* 5. ʒ. *de teſtibus.*
e Stemma cognationis pictura & deſcriptio graduum & ſucceſſionum. Tertullianus c. 30. *de præſcriptionib. num* 17. Et Apellis ſtemma retractandum eſt, non tam vetus & ipſe quam Marcion inſtitutor eius. Quo loco poſt Quintinum Pamelius, ſtemma Apellis falsò accipit pro facinore Apellis inſignl. Quippe Tertullianus illo libello de præſcriptionibus, nihil aliud agit quam de origine, vetuſtate, nobilitate & genere, vt ita loquar, Hereticorum. Iactabant enim ſe hæretici, quaſi ſucceſſores Apoſtolorum eſſent. Eſt & mihi alius notandus hac parte error Alciati, qui 4. *de ver. ſig.* legendum cenſet *ſchemata*, non *ſtemmata*. Imagines autem fuiſſe, quas veteres in armariis habuerint, non autem coronas. Atqui *ſtemmata* hoc loco perinde accipi oportet vt illo Iuuenalis loco *ſatyr.* 8. *ſtemmata quid faciunt*, qui prodeſt, Pontice, longo Sanguine cenſeri, pictóſque oſtendere vultus Maiorum, &c.
f Directus limes eſt perpendicularis à ſummo ad imum: cui opponuntur, lineæ tranſuerſæ. Nam hic limes idem quod linea eſt.
g Lineæ vocabulum interdum accipi ſimpliciter, effectiuè, contentiuè, defectiuè, conditionaliter, ſucceſſiuè, ad conſeruanda fideicommiſſa notat Simonius Prætenſis 3. *interpret.* 3. *dub.* 1. *ſent.* 11. *num.* 39. & *ſeq.* *h* *l.* 1. *ſup. eod.* *i* Tranſuerſa linea ſecundo gradu incipit & oritur ex ſuperiore. in inferiori nulla eſt linea tranſuerſa. hæc etiam dicitur obliqua & lateralis. Saluianus 3. *ad Eccleſiam.* Non ſolùm, inquit, vt aiunt, ex directo, ſed etiam ex obliquo, & ex tranſuerſo venientibus res propriæ facultatis addicuntur, *v. Cuiac apud Paul.* 4. *ſent.* 11. § 1.
k atqui ſuperius dixit nullos eſſe adfinium gradus, *l.* 4. §. 5. *ſup. eod.*
l Graduum cognitio prodeſt ad hereditates, tutelas, bonorum poſſeſſiones, teſtimonia, *vt hic*: adde & ad matrimonia. *m* v. quæ ſcripſi de lege Iulia iudiciorum publicorum ad *l.* 4 *ſup. de teſt.* *n* Teſtimonium aduerſus agnatum aut affinem nemo inuitus dicere in publico iudicio cogitur. *v* *d. l.* 4.
o Imò non ſunt, *l.* 5. *ſup. vnde legitimi*: adde *Vlp.* 11. §. 4. *l.* 135. §. 2. ʒ. *de ver. ſign.*
p *l.* 7. *ſup. de legit. tutorib.* *q* Sui cur dicuntur qui proximiores ex agnatis? *v. l.* 12. ʒ *de ſuis.* *r* *l.* 5. *ſup. vnde legitimi.* *ſ* *l.* 4. §. 2. *ſuprà eod.* *t* non fit tamen frequenter, *l.* 4. *ſup. eod.* *u* *Inſt. de ſeruili cognatione.* *x* *v. l.* 1. §. 2. *ſup. vnde cognati.* *y* Etiam fœminę: Nam ſoror inter fœminas ſola agnata eſt.
† Imo in infinitum, *l.* 1. §. 2. ʒ. *de leg. præſtan.* *z* Maiores qui vltra tritauum.
a Poſteriores qui vltra trinepotem. Poſteros appellari vltra filiorum gradum Caligula dicebat, *teſte Suetonio.*
† iure ciuili: canonico verò, ſecundo gradu. ſed in ſtatutis quoties graduum fit mentio, gradus dinumerandi ſunt ex ciuili iure, non ex Canonico, *Bart. hic.*

fo

ſcna, per quos coniungitur, prior numeretur.

10 ¶ Gradus autem dicti ſunt à ſimilitudine ſcalarum *a*, locorúmve procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus.

11 ¶ Nunc ſingulos gradus numeramus.

12 ¶ Primo *b* gradu cognationis ſunt *c* ſurſum uerſum duo, pater, & mater. deorſum verſum duo, filius, & filia, qui tamen & plures eſſe poſſunt.

13 ¶ Secundo *d* gradu duodecim *e* perſonæ continentur hæ: Auus *f*, hoc eſt patris, & matris pater. item auia, ſimiliter tam paterna, quàm materna. Frater quoque per vtrumque parentem accipitur, id eſt aut per matrem tantùm, aut per patrem, aut per vtrumque, id eſt ex vtroque parente eodem. ſed hic numerum non auget, quòd nihil differt hic ab eo, qui eundem patrem habet tantùm, niſi quòd is eoſdem cognatos tam paternos, quàm maternos habet. & ideo euenire ſolet in his, qui diuerſis parentibus nati ſunt, vt qui meo fratri frater ſit, meus cognatus non ſit. pone me fratrem habere ex eodem tantùm patre, illum habere ex eadem matre, illi inter ſe fratres ſunt, mihi alter cognatus non eſt. Soror ſimiliter numeratur, vt frater: Nepos quoque dupliciter intelligitur, ex filio vel filia natus. Idem eſt & in nepte.

14 ¶ Tertio *g* gradu perſonæ continentur triginta duo *h*. Proauus, qui quadrifariter *i* intelligitur. eſt enim aut paterni, aut materni pater, item auiæ paternæ, aut auiæ maternæ pater. Proauia quoque quatuor perſonas complectitur. eſt enim aut aui paterni, aut auiæ paternæ mater. item aui materni, & ſimiliter auiæ maternæ mater.

¶ Patruus, (is autem eſt patris frater,) & ipſe dupliciter intelligendus eſt, ex patre vel matre. Auia paterna mea nupſit patri tuo, peperit te, aut auia paterna tua nupſit patri meo, peperit me: ego tibi patruus ſum, & tu mihi. Id euenit, ſi mulieres *k* altera alterius filio nupſerit. nam qui ex his maſculi nati fuerint, inuicem patrui ‖ ſunt, ‖ quæ fœminæ, inuicem amitæ. item maſculi fœminis ſimiliter patrui, fœminæ illis amitæ. Si vir & mulier, ille filiam eius duxerit, illa filio eius nupſerit, qui ex patre adoleſcentis nati erunt, ex matre puellæ natos, fratris filios, illi eos patruos, & amitas appellabunt.

¶ Auunculus eſt matris frater. eadem ſignificatione, qua in patruo diximus, contigit. ſi duo viri alter alterius filiam duxerint: qui ex his maſculi nati fuerint, inuicem auunculi: quæ fœminæ, inuicem materteræ erunt. & eadem ratione maſculi puellis auunculi, & illæ illis erunt materteræ.

¶ Amita eſt patris ſoror, ſicut ſuprà accipiendi.

¶ Matertera eſt *l* matris ſoror, ſimiliter vt ſuprà.

¶ Illud notandum eſt, non quemadmodum patris matríſque fratres & ſorores, patrui, amitæ, auunculi, materteræ dicuntur, ita fratris ſororíſque filios filias nomen ſpeciale cognationis habere: ſed ita demonſtrari, fratris ſororíſque filios filias, quod quidem & in aliis accidere, ex poſterioribus apparuit.

¶ Pronepos quoque & proneptis quadrifariter intelliguntur. aut enim ex nepote ex filio, aut ex nepote ex filia deſcendunt, aut ex nepte ex filio, aut ex nepte ex filia propagantur.

15 ¶ Quarto *m* gradu perſonæ continentur octoginta *n*. *Abauus* *o*, cuius intellectus in octo perſonas porrigitur. eſt enim proaui paterni, aut materni pater, quos ſingulos duplici modo intelligendos diximus. aut proauiæ paternæ, aut maternæ pater: quæ & ipſæ ſingulæ dupliciter accipiuntur. *Abauia* & hæc octies numeratur. eſt enim proaui paterni, aut materni, item proauiæ paternæ aut maternæ mater. *Patruus p magnus* eſt frater aui. qui auus, item frater, cùm duobus modis intelliguntur: quatuor perſonas hoc nomen amplectitur, vt ſit aui paterni, vel materni frater, qui vel eodem patre, id eſt proauo, vel tantùm matre eadem id eſt proauia natus eſt. qui autem mihi patruus magnus eſt, is patri meo vel matri meæ patruus *q* eſt. *Amita magna* *r* eſt aui ſoror. auus autem, item ſoror (vt ſuprà diximus) dupliciter intelliguntur, & ideo hic quoque quatuor perſonas intelligimus. ſimiliter quæ patris mei, vel matris meæ amita eſt, mihi erit amita magna. *Auunculus magnus* eſt auiæ frater. quatuor perſonæ huic nomini eadem ratione ſubiectæ ſunt. mihíque is eſt auunculus magnus, qui patri meo vel matri meæ auunculus eſt.

¶ Matertera magna eſt auiæ ſoror: quatuor modis & hæc ob eandem cauſam intelligitur. ea quæ patri meo, vel matri meæ matertera eſt, mihi matertera magna vocatur.

¶ Eodem gradu ſunt & illi, qui vocantur fratres patrueles, item ſorores patrueles, (amitini, amitinæ,) conſobrini, conſobrinæ. hi autem ſunt, qui ex fratribus vel ſororibus naſcuntur. quod quidam ita diſtinxerunt, vt eos quidem, qui ex fratribus nati ſunt, fratres patrueles *ſ*, item eas, quæ ex fratribus natæ ſunt ſorores patrueles, ex fratre autem & ſorore amitinos *t*, amitinas: eos verò & eas, qui quæve ex ſororibus nati natæve ſunt, conſobrinos *u* conſobrinas, quaſi conſororinos: ſed plerique *x* hos omnes conſobrinos vocant, ſicut Trebatius.

¶ Sub hac appellatione nominum perſonæ cadunt ſedecim, hæ: Patrui filius, item filia, bifariam (ſicut ſuprà) numerantur. nam patris mei frater eſſe poteſt, vel ex patre ſolo, vel etiam ex matre ſola. Amitæ filius, item filia. Auunculi filius, item filia. materteræ filius, item filia. amita, auunculo, matertera acceptis duplici intellectu ſecundum eandem rationem. Fratris ſororíſque nepos ac neptis eodem

a & ideo aſcendentes & deſcendentes appellati. Gradus cognationum vetuſtiſſimam deſcriptionem, v. apud Cuiac. 6. obſer. 40.
b l. 1. §. 13. ff. eo. §. 1. inſt. eod. Paul. 4. ſent. 11. §. 1.
c Primus gradus continet quatuor perſonas.
d l. 1. §. 1. §. 4. ff. eod. §. 2. inſt. eod. Paul. 4. ſent. 11. §. 2.
e Secundus gradus continet duodecim perſonas.
f vide Feſtum in Auus.
g l. 1. §. 5. ff. eo. §. 5. inſt. eod. Paul. 4. ſent. 11. §. 3.
h Tertio gradu continentur perſonæ triginta duæ.
i quadrifariter dixit, vt infra quadrifariam τέτραμερῶς, τέτραπλῶς & vt plurifariam in l. 5. §. 4. ff. de iure immunitatis.
k ſi mulier.
l v. Feſtum in Matertera.
m l. 1. §. 6. ff. eo. §. 4. inſt. eod. Paul. 4. ſent. 1. §. 4.
n Quarto gradu continentur perſonæ octoginta.
o v. Feſtum.
p l. 1. §. 6. ſuprà eodem.
q v. Ferrandum 2. explicationum 11.
r l. 17. §. 2. ff. de ritu. Vlp. 1. §. 6.
ſ amitini, amitæ meæ filij.
t patrueles mihi, ſunt patrui mei filij.
u Conſobrini mihi, ſunt auunculi & materteræ meæ filij, matruelis vero materteræ filius. de quo l. 1. ff. de parricidiis.
x id eſt, vulgus, l. 1. §. 6. in fin. ff. eo.

gradu ſint. Sed & frater, item ſoror, nepóſve & neptis, dupliciter accepti continebunt perſonas ſedecim, ſic: Fratris eodem patre nati nepos ex filio, nepos ex filia. Fratris eadem matre, alio patre nati nepos ex filio, nepos ex filia. Fratris eodem patre nati neptis ex filio, neptis ex filia. Fratris alio patre eadem matre nati, neptis ex filio, neptis ex filia. eadémque cauſa octo perſonæ efficient, vt aliæ octo accedant ex ſorore natorum nepotes neptéſque. & ſimiliter numerantur à nobis. Fratris autem mei nepos neptíſque me patruum magnum appellant ſororum fratrúmque meorum nepotes neptéſque, item mei inter ſe, conſobrini ſunt. Abnepos, abneptis. hi ſunt pronepotis proneptis filius filia, nepotis, neptíſve nepos neptis, filij filiæve pronepos proneptis, nepote vel ex filio nato vel ex filia, nepte vel ex filio nata vel ex filia acceptis, vt ad ſingulas perſonas gradu deſcendamus, ſic: Filius, nepos, pronepos, abnepos. Filius, nepos, pronepos, abneptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos. Filius, nepos, proneptis, abneptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos. Filius, neptis, pronepos, abneptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos. Filius, neptis, proneptis, abneptis. Similiter hæ perſonæ enumerabuntur propoſita filia, & ſic fient ſedecim.

16 ¶ Quinto *a* gradu perſonæ continentur centum octoginta quatuor *b*. Atauus ſcilicet & atauia. atauus eſt abaui vel abauiæ pater, proaui vel proauiæ auus, aui, auiæque proauus, patris vel matris abauus. huius appellatio perſonas complectitur ſedecim, enumeratione facta tam per mares, quàm per fœminas: vt ſic ad ſingulas perueniamus: Pater, auus, proauus, abauus, atauus. Pater, auus, proauus, abauia, atauus. Pater, auus, proauia, abauia, atauus. Pater, auia, proauus, abauus, atauus. Pater, auia proauus, abauia, atauus. Pater, auia, proauia, abauia, atauus. Pater, auia, proauia, abauus, atauus. ſimiliter matris perſona propoſita numeratio fiet. Atauia totidem perſonas continet eadem ratione numeratas, id eſt, ſedecim. Patruus *c* maior, eſt proaui frater patris vel matris patruus magnus, ſub hoc nomine erunt perſonæ octo, & ſic enumerabuntur: Pater, auus, proauus, abauus, frater proaui. Pater, auus, proauus, abauia, frater proaui. Pater, auia, proauus, abauus, frater proaui. Pater, auia, proauus, abauia, frater proaui.

¶ Totidem erunt, matris perſona & proauo eius propoſitis.

¶ Ideo autem fratrem *d* proaui enumerantes ante *e* abauum ponimus, quod (vt ſuprà ſignificauimus) non *f* aliter venietur ad eum, de quo quæritur, niſi per eos tranſitum erit, ex quibus naſcitur *g*.

¶ Auunculus *h* maior, is eſt proauiæ frater, patris vel matris auunculus magnus. eadem dinumeratione hic quoque octo perſonas computabimus, hoc tantùm immutato, vt is frater proauiæ ponatur. Amita *i* maior, ea eſt proaui ſoror, patris vel matris amita magna. quod ad numerum & expoſitionem perſonarum, eadem erunt, immutato hoc, vt proaui ſoror ad extremum ponatur. Matertera maior. hæc eſt ſoror proauiæ, patris vel matris matertera magna. numerus perſonarum idem eſt, vt in nouiſſimo ponatur proauiæ ſoror. Hos omnes à patruo maiore, quos retulimus, quidam appellant ita: Propatruus *k*, proauunculus, proamita, promatertera. quos tamen ego ita nomino, illi contrà fratris vel ſororis pronepotem me demonſtrant.

¶ Patrui magni filius filia. hi ſunt aui fratris filius filia, proaui aut proauiæ nepos neptis ex filio [filia,] patris vel matris conſobrinus conſobrina: octo perſonas & hic computabimus, quòd auus, & frater (vt iam dictum eſt) dupliciter accipiuntur: & ideo patrui magni filius quatuor implet, totidem filia. Amitæ magnæ filius, filia. hi ſunt aui ſororis filius filia, proaui proauiæ nepos neptis ex filia, patris vel matris conſobrinus, conſobrina, numerus perſonarum idem qui ſupra. Auunculi magni filius, filia. hi ſunt auiæ fratris filius filia, proaui aut proauiæ nepos neptis ex filio, patris vel matris conſobrinus aut conſobrina. numerus idem. Materteræ magnæ filius, filia. hi ſunt auiæ ſororis filius filia, proaui proauiæ nepos neptis ex filia, patris vel matris conſobrinus conſobrina, computatio eadem.

¶ Perſonæ, quas enumerauimus à patrui magni filio, ei, de cuius cognatione quæritur, propiùs ſobrinis vocantur. nam (vt Maſſurius ait) quem quis appellat *propiorem* *l* *ſobrino*, qui eſt patris matríſve conſobrinus aut conſobrina, ab eo conſobrini conſobrinæve filius filia nominatur.

¶ Patrui, nepos, neptis. hi ſunt aui paterni vel auiæ paternæ pronepos proneptis ex nepote. vel ex nepte filio natis, conſobrini conſobrinæ filius filia, octo perſonas continebunt, quatuor nepos, quatuor neptis: quia & patruus dupliciter accipitur, & nepos vel neptis ſub ſingulis patruorum perſonis duplicatur. Amitæ nepos, vel neptis. hi ſunt aui paterni vel auiæ paternæ pronepos proneptis ex nepote vel nepte filia natis, conſobrini conſobrinæ filius filia. numerus idem eſt. Auunculi nepos neptis. hi ſunt aui materni vel auiæ maternæ pronepos proneptis. cætera eadem quæ in patrui nepote vel nepte. (Materteræ nepos neptis. hi ſunt aut materni vel auiæ maternæ pronepos proneptis ex nepote vel nepte filia natis. perſonarum numerus idem.)

a l. 1. §. 7. ſup. eod §. 5. inſt. eo. Pau. 4. ſent. 11. §. 5.
b Quinto gradu continentur perſonæ 184. alij legunt 192.
c v. Feſtum in Maior patruus.
d id eſt, patruum maiorem.
e id eſt, prius abauum numeramus.
f hæc verba ſatis oſtendunt quemadmodum facienda ſit dinumeratio graduum, à filio ad patrem peruenitur ἀμέσως: à nepote ad auum peruenitur per patrem: ad abauum per proauum: ad patruum maiorem per abauum. Nam abaui filij ſunt meus proauus & propatruus.
g nam ſemper ſpectanda eſt perſona à qua quis generatur.
h vide Feſtum in Maior auunculus.
i v. Feſtum in Maior amita.
k In his nominibus particula, Pro, gradum adiicit, & ſic in adfinitatis linea dicitur proſocer, progener, pronurus, l. 4. §. 6. ſuprà eod.
l nullibi apertiùs exprimitur quis ſit propior ſobrino. Propior conſobrino eſt natus conſobrino, l. 2. C. vnde legitimi. l. 1. in fi. ſup eo. v. l. 2. C. com. de ſucceſſionib v. Feſtum in Propiore ſobrino.

¶ His

¶ His omnibus quos ad patrui nepotem propoſuimus, is, de cuius cognatione quæritur, propius ſobrino eſt: nam patris vel matris eorum conſobrinus eſt.

¶ Fratris pronepos, proneptis. continebunt hi perſonas ſedecim, fratre dupliciter, & pronepote & pronepte ſingulis quadrifariam (vt ſuprà demonſtrauimus) acceptis. Sororis pronepos, proneptis, ſimiliter ſedecim perſonas continent. Adnepos adneptis. hi ſunt abnepotis vel abneptis filius, filia, pronepotis, vel proneptis, nepos neptis, nepotis vel neptis pronepos proneptis, filij vel filiæ abnepos abneptis. numerabuntur ſub hac appellatione triginta duo perſonæ: quia abnepos ſedecim habet, & totidem abneptis.

17 ¶ Sexto *a* gradu continentur perſonæ quadringentæ quadraginta octo *b*, hæ: Tritauus. eſt autem tritauus patris & matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui proauiæ proauus, abaui vel abauiæ auus, ataui vel atauiæ pater. dictus quaſi tertius *c* auus. perſonas autem complectitur triginta duo. geminetur enim neceſſe eſt numerus qui in atauo fuit, immutatione per ſingulas perſonas propter atauiam facta, vt ſedecies tritauus intelligatur ataui pater, & totiens atauiæ. Tritauia ſimiliter numerata faciet perſonas triginta duo. Patruus maximus, is eſt abaui frater, ataui & atauiæ filius, patris vel matris patruus maior, perſonas continebit ſedecim, ſic: Pater, auus, proauus, abauus, atauus abaui frater. Pater, auus, proauus, abauus, atauia, frater abaui. Pater, auus, proauia, abauus, atauus, frater abaui. Pater, auus, proauia, abauus, atauia, frater abaui. Pater auia, proauus, abauus, atauus, frater abaui. Pater, auia, proauus, abauus, atauia, frater abaui. (Pater, auia, proauia, abauus, atauus, frater abaui.) Pater, auia, proauia, abauus, atauia, frater abaui.

¶ Totidem erunt matris appellatione propoſita.

¶ Auunculus maximus. is eſt abauiæ frater, patris vel matris auunculus maior. & numerus idem & perſonarum expoſitio eadem, quæ ſuprà: hoc duntaxat immutato, vt pro abaui fratre, abauiæ fratrem ponas. Amita maxima ea eſt abaui ſoror, patris vel matris amita maior. cætera, vt in patruo maximo, immutato hoc tantùm, vt, vbi eſt abaui frater, ponatur abaui ſoror. Matertera maxima. ea eſt abauiæ ſoror, patris vel matris matertera maior. cætera vt ſuprà, ad extremum dumtaxat pro abauiæ fratre propoſita abauiæ ſorore. Hos omnes, quos à patruo maximo poſuimus, quidam his nominibus deſignati: Abpatruus *d*, abauunculus *e*, abamita *f*, abmatertera *g*. itaque & nos indifferenter hos ponemus. quos ego autem appello abpatruos, abauunculos, abamitas, abmaterteras, illi me demonſtrant fratris ſororíſque abnepotem.

¶ Patrui maioris filius filia. hi ſunt proaui fratris filius filia, abaui abauiæ per proauum nepos neptis ex filio. perſonæ ſub hoc erunt ſedecim, enumeratione ſic ducta, vt in quinto gradu, cùm patruum maiorem demonſtraremus, fecimus, adiecto dumtaxat filio, filia: quia filius patrui maioris totidem neceſſe eſt perſonas complectatur, quot patruus maior, id eſt octo. totidem ex filiæ perſona computatis, is numerus efficietur, quem ſupra poſuimus. Amitæ maioris filius filia. hi ſunt proaui ſororis filius filia, abaui abauiæ per proauum nepos neptis ex filia. & hic eadem ratione perſonas dinumerabimus totidem. Auunculi maioris filius filia. hi ſunt [proaui] proauiæ fratris filius filia, abaui abauiæ per proauiam nepos neptis ex filio. eadem hic dinumeratio facienda eſt, quæ in patrui maioris filio filia. Materteræ maioris filius filia. hi ſunt proauiæ ſororis filius filia, abaui abauiæ per proauiam nepos neptis, ex filia circa numerum perſonarum & expoſitionem, vt ſuprà.

¶ Hi omnes quos propoſuimus à patrui maioris filio, auo auię [eſſe] eius, de cuius cognatione *h* quæritur, fratribus & ſororibus eorum, conſobrini conſobrinæve ſunt, at patri matríque eiuſdem, fratribúſque & ſororibus vtrius eorum propiùs ſobrinis.

¶ Patrui magni nepos vel neptis, amitæ magnæ nepos vel neptis, auunculi magni nepos vel neptis, materteræ magnæ nepos vel neptis. hæc ſingula nomina, continent perſonas ſexaginta quatuor. nam cùm patrui magni (verbi gratia) perſona quadrifariam intelligatur, nepotis bifariam, geminatur is numerus nepote duntaxat adnumerato, & quadruplatur is, qui geminatus erat. duplicatur etiam nepte computata. & tantum vnius dinumerationem proponimus exempli gratia: Pater, auus, proauus, frater aui, qui eſt patruus magnus, filius eius, nepos eiuſdem ex filio, item neptis. Pater, auus, proauia, frater aui, qui eſt patruus magnus, filius eius, nepos eius ex filio, item neptis. (Pater, auus, proauus, frater aui, qui eſt patruus magnus, filia eius, nepos eiuſdem ex filia, item neptis.) Pater, auus, proauia, frater aui, qui eſt patruus magnus, filia eius, nepos eiuſdem ex filia, item neptis. totidem & eadem ratione exponuntur matris nomine antepoſito, id eſt vt aui materni fratris nepotes, & neptes computemus. item in amita magna, id eſt aui ſororis nepotes neptéſque enumerabimus: idémque in auunculo magno, id eſt auiæ fratris. eadem ratione in materteræ magnæ, id eſt auiæ ſororis. èx quibus vniuerſus munerus completur ſexaginta quatuor.

¶ Hi omnes proaui aut proauiæ eius, de cuius cognatione quæritur, pronepotes & pronepotes, eiuſdem aui auiæve fratris ſororíſve nepotes, neptéſve & contrà, eorum eiuſdem auus auia, patruus magnus, amita magna, auunculus magnus, matertera magna. erunt autem pater materve eiuſdem fratréſque & ſorores vtrius eorum propiùs ſobrini. ipſe his ſobrinus *i* eſt, & inuicem huic illi ſobrini.

¶ Patrui pronepos, patrui proneptis continent perſonas octo. nam vtriuſque ſexus fiunt ſedecim ſic: Pater, auus, patruus, filius patrui, nepos eiuſdem ex filio, pronepos eiuſdem ex nepote filio nato. item proneptis. Pater, auia, patruus, filius patrui, nepos eiuſdem ex filio, pronepos ex nepote filio nato, item proneptis. Pater, auus, patruus, filia, patrui nepos eiuſdem ex filia, pronepos ex nepote filia nato, item proneptis. Pater, auia, patruus, filia patrui, nepos eiuſdem ex filia, pronepos ex nepote filia nato, item proneptis. Pater, auus, patruus, filius patrui, neptis eiuſdem ex filio, pronepos ex nepte filio nata, item proneptis. Pater, auia, patruus, filius patrui, neptis eiuſdem ex filio, pronepos ex nepte filio nata, item proneptis. Pater, auus, patruus, filia patrui, neptis eiuſdem ex filia, pronepos ex nepte filia nata, item proneptis. Pater, auia, patruus, filia patrui, neptis eiuſdem ex filia, pronepos ex nepte filia nata, item proneptis. Amitæ pronepos, proneptis, totidem perſonas eadem ratione & is continet: ‖tantùm‖ pro patruo amita ſumpta. ‖Item‖ Auunculi pronepos, proneptis; item pro patruo auunculo poſito. Materteræ pronepos, proneptis, & hic, vbi patruus poſitus eſt matertera enumeratâ, eundem numerum perſonarum inueniemus.

¶ Hi omnes eius, de cuius cognatione quæritur, conſobrinorum nepotes neptéſve ſunt.

¶ Fratris ſororíſque abnepos, abneptis, efficiunt perſonas ſexaginta quatuor, vt ex ſupraſcriptis apparere poteſt. Trinepos, trineptis: hi ſunt filij filiæve adnepos adneptis, nepotis neptis: abnepos, abneptis, pronepotis proneptíſve, pronepos proneptis, abnepotis abneptíſve, nepos neptíſve, adnepotis adneptis filius filia. hæ appellationes demonſtrant perſonas ſexaginta quatuor: nam triginta duo trinepos complet, totidem trineptis. ab nepote enim numerus quadruplatus in ſe efficit triginta duo: ipſo nepote duas ſignificante, pronepote quatuor, abnepote octo; adnepote ſedecim. his accedunt trinepos trineptis, vna ex adnepote "nati," altera ex adnepte, per ſingulos autem gradus ideo geminatio fit, quia maribus adiiciuntur fœminæ, ex quibus proximus quiſque progenitur *a*. & numerabuntur ſic: Filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abnepos, atnepos: trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia nepos, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, adneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, atnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia *b*, nepos, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abnepris, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis.

18 ¶ Septimo *e* gradu perſonæ continentur mille *d* vigintiquatuor, hæ: Tritaui, itémque tritauiæ pater, mater. perſonas efficiunt centum viginti octo: tritaui enim patres tot ſunt, quot ipſius tritaui item eiuſdem matres totidem: fiunt ſexaginta quatuor. idem numerus tritauiæ patris, matríſque. Ataui atauiæ frater ſoróre. hi ſunt tritaui filius filia: abaui abauiæve patruus, auunculus, amita, matertera: proaui proauiæ patruus magnus, auunculus magnus, amita magna, matertera magna: aui auiæve propatruus, proauunculus, proamita, promatertera, ‖ patris vel matris abpatruus, abauunculus, abamita, abmatertera. ‖ fiunt perſonæ ataui fratris trigintaduo. nam ſedecim, quas atauus explet, accedant totidem propter fratris duplicem perſonam, neceſſe eſt. nam ſedecim fratres ataui ex patre computentur, & ſedecim ex matre. ſimiliter ataui ſorores trigintaduo, fiunt ſexaginta quatuor. & totidem atauiæ fratris, item ſororis.

¶ Patrui maximi filius, filia. hi ſunt ataui nepos, neptis ex filio, abaui fratris filius, filia. Amitæ maximæ filius, filia. hi ſunt ataui nepos neptis ex filia abaui ſororis filius, filia. Auunculi maximi filius, filia. hi ſunt ataui nepos neptis ex filio, abauiæ fratris filius, filia. Materteræ maximæ filius, filia. hi ſunt ataui nepos, neptis ex filia, abauiæ ſororis filius, filia.

¶ Hæ omnes perſonæ, quas à patrui maximi filio enumerauimus, proaui proauiæque eius, de cuius cognatione queritur, conſobrinæ ſunt, aui, auięque eiuſdem propiùs ſobrinis. Singulę appellationes continent perſonas ſedecim, quia cum patruus maximus ſedecim efficiat, filius eius eandem habet enumerationem, totidémque filia. & fit ex omnibus his quas à patrui maximi filio comprehendimus, ductis per octo ſedecies

a l. 3. ſup. eod. §. 6. Inſtit. eod. Paul. 4. ſent. 11. §. 6.

b Sextus gradus continet perſonas 448.

c Tritauus, tertius auus.

d abaui frater, l. 4. ſup eod.

e abauiæ frater, d. l. 4.

f abaui ſoror, d. l. 4.

g abauiæ ſoror, d. l. 4.

h Ab eo ſemper eſt incipiendum. nam quoties quæritur quoto gradu quæque perſona ſit, ab ea incipiendum eſt, de cuius cognatione quærimus, §. 9. §. eod.

i Sobrini Græcis διſεξάδελφοι ἢ δεύτεροι ἐξάδελφοι: Conſobrini, ἐξάδελφοι & πρωτεξάδελφοι: Sobrinorum filij τριſεξάδελφοι, Cui. 4. ſent. Paul. 21. §. 6.

a progignitur, Haloand.

b Filia neptis pronepos, Hal.

c l. 3. §. 1. ſup. eodem.

p Septimus gradus cōtinet 1024. perſonas, atque ita reperiuntur in hoc vniuerſo ſtemmate perſonæ, 1784. Vltimi ſeptimi gradus nomina nec reperta ſunt: nec euenire poteſt, vt vita ſuccedentibus in id tempus porrigi poſſit, Paul. 4. ſent. 11. § vlt.

ſedecies, centum viginti octo. ¶ Patrui maioris nepos perſonas continet ſedecem: eſt enim abaui abauiæ pronepos, & cùm abauus octiens numeretur, nepotes bis octiens computati ſupraſcriptum numerum efficiunt. Patrui maioris neptis item. Auunculi maioris nepos neptis, eadem ratione perſonas complebunt trigintaduas. Amitæ maioris nepos neptis, eadem ratione item. Materteræ maioris nepos, neptis item. Et ſic ex omnibus colliguntur centum viginti octo. His perſonis auus auia eius, de cuius cognatione quæritur, propius ſobrinis ſunt: pater, mater, ſobrinus, ſobrina: is de cuius cognatione quæritur, ſobrino natus eſt, hic proximo nomine definitur parentis ſui ſobrinus *a*, vt Trebatius ait. Rationem quoque nominis hanc reddit, quòd vltimi *b* cognationum gradus ſobrinorum fiunt. itaque ſobrini filium rectè proximum nomen. ab eo ipſo huius ſobrini filius dicetur. & ideo eos qui ex ſobrinis nati ſunt, inter ſe proximum *c* nomen appellare. hos enim *d* nullum proprium habere nomen, quo inter ſe vocentur.

¶ Patrui magni pronepos proneptis. Auunculi magni pronepos proneptis. Amitæ magnæ pronepos proneptis. Materteræ magnæ pronepos, proneptis. Ex his omnibus centum viginti octo perſonæ efficiuntur, quæ ſingulæ appellationes ſedecim complent. nam cum (exempli gratia) patruus magnus quadrifariam intelligatur, ad ſingulorum patruorum magnorum perſonas quadruplicatus pronepos, item proneptis triginta duas perſonas reddet, tótque quater numeratæ illam, quæ propoſita eſt, ſummam efficiunt. Eorum patres matréſque ei, de cuius cognatione quæritur, ſobrini ſobrinæque ſunt. ipſe autem iiſdem ſobrino ſobrináve natus.

¶ Patrui abnepos, abneptis. Auunculi abnepos, abneptis. Amitæ abnepos, abneptis: materteræ abnepos, abneptis. hæc ſingula vocabula ſenas denas continent perſonas. verbi enim gratia, patrui abnepos ſic enumerabitur, vt bifariam patruo accepto, quater pronepos, totiens proneptis ducatur, & ſic ad eorum filios veniatur ſedecies computatos. eadem ratione ad filiam. item in cæteros. & per hoc ex omnibus efficietur numerus perſonarum centum vigintiocto. Hi ſunt ei, de cuius cognatione quæritur, conſobrinorum pronepotes, proneptéſque. Eorum, de cuius cognatione quæritur, patrui maximi, auunculi maximi, amitæ maximæ, materteræ maximæ, filius, filia. Item proaui proauiæ conſobrinus.

¶ Fratris ſororíſque adnepos, adneptis, perſonas continent centum viginti octo. Trinepotis filius, item filia. trineptis filius, item filia. hi centum viginti octo fiunt: quod, cùm trinepos trineptíſque (vt ſupra demonſtrauimus) ſexagintaquatuor impleant, filius eorum eadem enumeratione, totidémque filia computabitur.

a parenti ſuo ſobrino, *Anton. Aug.*
b ideóque qui poſt ſobrinos reperiuntur, vocantur ſobrino nati: propriis nominibus non appellatur, *v. Paul. 4. ſent. 11. §. vlt.*
c Proximum nomen ſobrino quod eſt ſobrini filius.
d Poſt ſobrinos cognati nullum proprium nomen habent, ſed circunlocutione quadam abſumpta vocantur, ſobrinorum filij, nepotes, pronepotes & deinceps.
e *6. Cod. 18. & 45. Eclog. 5. l. 9. in fin. ſ. de leg. 3.*
f Succedunt ſibi inuicem ſcilicet. Vir & vxor inuicem ſibi ſuccedunt ab inteſtato nullis relictis liberis, aut parentibus & cognatis τῷ δημοσίῳ ἀποκλειομένῳ. id eſt, fiſco excluſo, *Ecl. 45 ti. 5.* Hinc *l. vltim. C. de legit. hered.* Fiſco noſtro iura matrimonij præponimus. Olim etiam ſuccedebat viro vxor, quæ in manum viri conuenerat: ſuccedebat, inquam, vt filius. Quid, vxor defuncti, num excludit collegium decurionum in quo maritus ipſe fuit? Ait Alberic. *hic & l. 1. C. eod. l. 1. & C. de hered. decur.*
g ſic, Vbi iniuſtum eſt matrimonium, ibi nulla dotis aut donationis exactio. *§. 12. Inſtit. de nupt.*
h iniuſtum eſt matrimonium quod contractum eſt, non obſeruatis legibus.
i *l. 27. ſup. de vſu & vſuf. leg. l. 13. ſuprà de his quæ vt indign.*
k *l. 9. C. communia de ſucceßionibus.*
l Hinc colligunt, communionem & ſocietatem coniugum inter ſe huic ſucceſſioni locum dediſſe: cum diuortio facto, non ſit locus huic edicto. Decius tamen putat ſocietatem illam inter coniuges vim atque effectum conſequi, in iis tantum quæ matrimonij ipſius ſunt, puta, coniunctione & ſimilibus: at non in aliis, puta, patria poteſtate, origine, conditione, ſucceſſione, ſed hæc non obſtant. Nam in aliis rebus, quæ extra ipſum matrimonium ſunt, communio ipſa coniugum aliquid præſtat, vt in accuſatione, *l. aduerſus 4. C. de crimine expilata hered.* in donationibus. *l. 1. ſuprà de donat. inter virum, v. Pyrrhum diſput. 19.*

VNDE *e* VIR ET VXOR *f*.

TIT. XI.

De matrimonio iuſto vel iniuſto. 1. Quo tempore, an ſit vxor, ſpectatur, & de diuortio.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 47. ad Edictum. ‖

VT bonorum poſſeſſio peti poſſit, *vnde vir & vxor*, iuſtum eſſe matrimonium oportet *g*. cæterum ſi iniuſtum *h* fuerit matrimonium, nequaquam bonorum poſſeſſio peti poterit, quemadmodum nec ex teſtamento adiri hereditas, vel ſecundum tabulas peti bonorum poſſeſſio poteſt. nihil *k* enim capi propter iniuſtum matrimonium poteſt.

1 ¶ Vt autem hæc bonorum poſſeſſio locum habeat, vxorem eſſe oportet mortis tempore. ſed ſi *l* diuortium quidem ſecùtum ſit, verumtamen *m* iure durat matrimonium, hæc ſucceſſio locum non habet. hoc autem in huiuſmodi ſpeciebus procedit: Liberta ab inuito patrono diuortit? lex Iulia *n* de maritandis ordinibus retinet iſtam in matrimonio, dum eam prohiberet alij nubere inuito *o* patrono. Item Iulia de adulteriis, niſi certo *p* modo diuortium factum ſit, pro infecto habet.

DE VETERANORVM *q* ET militum ſucceſſione *r*.

m Diuortium eſſe poteſt, & tamen iure durare matrimonium.
n *l. 7. in fin. C. de operis libert.* o *l. 10. ſuprà de diuortijs.*
p certa formula. *v. l. 2. 9. ſ. de diuortijs: l. 43. ſ. de adulterijs.*
q Veterani ſunt, militia, honeſta miſſione dimiſſi.
r Quæ iura ſpecialia habet à ſucceſſione paganorum.

TIT. XII.

De pœna capitali.

1. *Macer* libro 2. de Re militari.

MIliti *a* qui capite puniri meruit, teſtamentum facere concedendum *b* Paulus & Menander ſcribunt: eiúſque bona inteſtati, ſi punitus ſit, ad cognatos eius pertinere *c*. ſi tamen ex militari *d* delicto, non ex communi punitus eſt.

De inteſtato & de bonis caſtrenſibus.

2. *Papinianus* " lib. 16. Reſponſorum. "

BOna militis inteſtati defuncti caſtrenſia fiſco non vindicantur, cùm heres legitimus ad finem quinti gradus extitit *e*, aut proximus *f* cognatus eiuſdem gradus intra tempus poſſeſſionem acceperit.

QVIBVS *g* NON COMPETIT bonorum poſſeſſio.

TIT. XIII.

Si heredis inſtituti dominus aut pater dolo fecerit ne teſtamentum mutaretur.

1. *Iulianus* ‖ lib. 28. Digeſtorum. ‖

SEruo meo herede inſtituto dolo feci, ne *i* teſtamentum mutaretur, eúmque poſtea manumiſi: quæſitum eſt, an actiones ei denegandæ eſſent. Reſpondi. Hic caſus verbis edicti non continetur. ſed æquum eſt, ſi dominus dolo fecerit, ne teſtamentum mutaretur, quo ſeruus eius heres ſcriptus erat, quamuis manumiſſus adierit hereditatem, ei denegari: cùm *k* etiam emancipato filio denegentur, ſi pater dolo fecerit, ne teſtamentum mutaretur.

VT EX LEGIBVS SENATVSVE conſultis bonorum poſſeſſio detur *f*.

TIT. XIV.

Edictum. 1. De bonorum poſſeſſione agnita ex alia parte edicti. 2. Si quis ex lege ad hereditatem vocetur.

1. *Vlpianus* " lib. 49. ad Edictum. "

PRætor ait, *Vti in me quaque lege, ſenatuſconſulto bonorum poſſeſſionem dare oportebit, ita dabo.*

1 ¶ Nunquam bonorum poſſeſſio, quæ ex alia parte edicti adgnita eſt, impedit iſtam bonorum poſſeſſionem.

2 ¶ Cùm ex lege duodecim tabularum quis habet hereditatem, hinc non petit, ſed inde, *Tum n quem heredem eſſe oportet.* quippe cùm non alias *o* hinc competat bonorum poſſeſſio, quam ſi lex ſpecialiter deferat bonorum poſſeſſionem.

QVIS ORDO *p* IN POSSESSIONIBVS ſeruetur *q*.

TIT. XV.

Ordines ab inteſtato. 1. Quibus caſibus inteſtatus quis dicatur. 2. De liberis in poteſtate vel emancipatis.

1. *Modeſtinus* " lib. 6. Pandectarum. "

INteſtati hi *r* gradus vocantur, primùm ſui *ſ* heredes, ſecundo legitimi, tertiò proximi cognati, deinde vir & vxor.

1 ¶ Siue tabulæ teſtamenti non extent, ſiue extent, ſi ſecundum eas, vel contra eas bonorum poſſeſſionem nemo *t* accepit, inteſtati detur bonorum poſſeſſio *u*.

2 ¶ Inteſtati patris liberis bonorum poſſeſſio datur, non tantum his qui in poteſtate parentis vſque in mortis tempus fuerunt, ſed emancipatis *x*.

Singulos dies bonorum poſſeſſionum admittendarum vtiles eſſe. 1. De diebus ſeſſionum. 3. Si præſes prouinciæ ſit in proxima ciuitate. 4. De ventre. 5. Scientia quomodo accipitur.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 49. ad Edictum. ‖

VTile tempus eſt bonorum poſſeſſionum admittendarum. ¶ Ita autem vtile *y* tempus eſt, vt ſinguli dies in eo vtiles ſint, ſcil. vt per ſingulos dies & *z* ſcierit, & *a* potuerit admittere. cæterùm quacunque die neſcierit, aut non potuerit, nulla dubitatio eſt, quin dies ei non cedat.

y Vtile tempus eſt, cuius ſinguli dies vtiles ſunt: quibus quis ſcierit & potuerit admittere bonorum poſſeſſionem delatam.
z his verbis dies vtiles ſignificantur. dixi ad Ciceronem 1. de Orat.
a Dies vtiles dicuntur, in quibus quis ſciuit & potuit admittere bonorum poſſeſſionem, adde *l. 23. ſ. de hered. inſt. l. 8. C. qui admitti. vide Duar. 2. diſp. 16.*

a id quaſi militi competit.
b *l. 11. ſupr. de teſt. milit.*
c quod non eſt in paganis, *ſ. tit. de bonis dam.* Quanquam quæ hic dicuntur, hodie etiam locum habent in paganis, vide ibidem quæ notaui.
d dixi ad *l. 14. C. de teſt. milit.*
e *l. 6. §. 7. verſ. quam diſtinctionem, ſ. de iniuſto.*
f id locum habet in milite damnato. In non damnato, militi ab inteſtato ſuccedunt cognati vſque ad ſeptimum gradũ: & poſt eos legio, ac vexillatio, *l. 6. ſ. de iniuſto, l. 2. C. de hered. decurionum.*
g v. in hunc locum *Cuiac. 11. obſ. 14.*
h eis qui renunciarunt, qui tempore ſunt excluſi, qui ſe indignos ea reddiderunt.
i *l. 1. §. 1. ſ. ſi quis aliquem teſtari.*
k Argumentum à manumittente ſeruum domino, ad patrem filiũ emancipantem, *v. l. 1. ſ. ſi quis à parente manumiſſ.*
l ſi ex aliis partibus non ſit bonorum poſſeſſio ſcilicet.
m *l. 3. in fin. ſup. de hered. pet. §. 3. Inſt. de bon. poſſ. l. 2. in fin. ſup. vnde legitimi.*
n *v. l. 227. infr. de verb ſign.*
o eſt igitur hæc bonorum poſſeſſio ſubſidiaria.
p Hic titulus parum differt à titulo *de ſucceſſorio edicto*, de quo ſupr.
q is vtique, vt primo ſui, deinde legitimi, tertio cognati, pòſt vir & vxor.
r *v. l. 1. ſup. vnde liberi.*
ſ Ordo inteſtatæ & poſſeſſionum hic eſt, eorum ſcilicet, qui ſunt ſui, legitimi, cognati, vir & vxor.
t *v. l. 164. ſ. de ver. ſign.*
u Quotiens nemo bonorum poſſeſſionem vel ſecundum vel contra tabulas adipiſcitur, totiens defunctus inteſtatus dicitur, *l. 9. §. 2. verſ. ſed & ſi heres. ſup. de liberis: l. 64. ſ. de ver. ſign. l. 181. ſ. de reg. iur. l. 9. C. de pet. hered. l. 1. ſ. tit. proxim.*
x *v. l. 15. C. de leg. hered. §. cum igitur & ſeq Inſt. de bon. poſſeſſ.*

¶ Fieri

¶ Fieri autem poteſt, vt qui initio ſcierit, vel potuerit bonorum poſſeſſionem admittere, hic incipiat neſcire, vel non poſſe admittere. ſcilicet, ſi cùm initio cognouiſſet eum inteſtatum deceſſiſſe, poſtea quaſi certiore nuntio allato dubitare cœperit, nunquid teſtatus deceſſerit, vel nunquid viuat, quia hic rumor poſtea perrepſerat.

¶ Idem & in contrarium accipi poteſt, vt qui ignorauit initio, poſtea ſcire incipiat.

1 ¶ Dies bonorum poſſeſſionibus vtiles eſſe palam eſt. ſed *a* non ſeſſionum *b* numerabuntur, ſi modo ea *c* ſit bonorum poſſeſſio, quæ de plano peti potuit.

¶ Quid ſi ea quæ cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderat, vel quæ decretum expoſcit? ſeſſiones erant nobis computandæ, quibus ſedit is: quibúſque per ipſum prætorem factum non eſt, quo minus daret bonorum poſſeſſionem.

2 ¶ In bonorum poſſeſſione, quæ pro tribunali datur, illud quæritur ſi ſe dedit *d* quidem prætor pro tribunali, ſed poſtulationibus non dedit: poteſt dici, tempus ad bonorum poſſeſſionem non cedere, cùm præſes aliis rebus, aut militaribus, aut cuſtodiis, aut cognitionibus fuerit occupatus.

3 ¶ Si præſes prouinciæ in proxima fuit ciuitate, accedere debet ad vtilitatem temporis ratio itineris, ſcilicet numeratione viginti *e* millium paſſuum facta: nec enim exſpectare debemus, vt præſes prouinciæ veniat ad eum, qui bonorum poſſeſſionem petiturus eſt.

4 ¶ Si venter in poſſeſſionem miſſus ſit, bonorum poſſeſſionis tempus non cedere ſequentibus *f*, nequaquam ambigendum eſt. nec tantum intra centeſimum diem, verumetiam quamdiu naſci poſſit. nam etſi natus fuerit, ante ei deferri bonorum poſſeſſionem ſciendum eſt.

5 ¶ Scientiam *g* eam obſeruandam Pomponius ait, non quæ cadit in iuris prudentes, ſed quam quis aut per ſe, aut per *h* alios adſequi potuit, ſcilicet conſulendo prudentiores, vt diligentiorem patremfamilias conſulere dignum ſit.

De ſcientia patris.

3. *Paulus* ‖ lib. 44. ad Edictum. ‖

CIrca tempora bonorum poſſeſſionis patris *i* ſcientia ignoranti filio non *k* nocet *l*.

De iure accreſcendi. De tempore quod datur filio.

4. *Iulianus* ‖ lib. 28. Digeſtorum. ‖

SI cohæredi tuo ſubſtitutus fuiſſes, & bonorum poſſeſſionem acceperis, quando cohæres tuus conſtituerit *m* nolle petere bonorum poſſeſſionem, tibi data tota intelligitur *n*, cohæres tuus amplius petendæ bonorum poſſeſſionis facultatem non habebit.

1 ¶ Filius non ſolum ſi tanquam filius *o*, ſed & ſi tanquam adgnatus, vel tanquam cognatus ad bonorum poſſeſſionem vocatur, annuum ſpatium habet, ſicuti pater filium manumiſiſſet *p*, quamuis vt manumiſſor bonorum poſſeſſionem accipiat, tamen ad bonorum poſſeſſionem accipiendam annuum ſpatium habet.

Si filiofamilias aut ſeruo bonorum poſſeſſio delata ſit.

5. *Marcellus* ‖ lib. 9. Digeſtorum. ‖

CVm filiofamilias bonorum poſſeſſio delata eſt, dies quibus certiorare *q* patrem non poteſt, vt vel iubeat adgnoſci bonorum poſſeſſionem, vel ratam habeat agnitionem bonorum poſſeſſionis, non cedunt. fingamus, ſtatim primo die, quo fuerit delata, adgnouiſſe eum bonorum poſſeſſionem: certiorare patrem, vt comprobet, non poſſe: non cedent dies centum. incipient autem cedere, cùm certior fieri potuit: præteritis *r* autem centum diebus, fruſtra ratum habebit.

1 ¶ Quæri poteſt, ſi cùm poſſet filius petere bonorum poſſeſſionem, patre ita abſente *ſ*, vt certiorare eum non poſſit, vel etiam furente, petere neglexerit, an peti amplius non poſſit. ſed vt quid noceat, non petitam bonorum poſſeſſionem, quæ, ſi petita eſſet: tamen non ante adquireretur, quàm pater comprobaſſet *t*?

2 ¶ Si ſeruus alienus heres inſtitutus veniſſet. quæritur, an poſteriori domino dies bonorum poſſeſſionis petendæ imputari oporteret: & placet, quantum priori domino ſuperfuerit, ei imputari.

a Seſſionum dies quæ vocantur, βηματικαὶ ſunt, quibus Prætor, vel Præſes ſedet pro tribunali, poſſunt non eſſe vtiles, *vt hic, & l. 5. §. ſex autem 19. ſ. vt in poſſeſſionem legatorum.* Poſſunt, inquam, non eſſe vtiles, ſi ea ſit poſſeſſio quæ de plano peti poſſit, ſecus ſi tribunal vel decretum expoſcit.
b ex hoc verbo reſtituenda eſt lectio legis 5. §. 19. *ſup. vt in poſſeſſ.*
c Bonorum poſſeſſio alia de plano peti poteſt, alia cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderat & decretum expoſcit.
d ſi ſedit, *l. 2. §. 43. ſ. ad Tert.*
e *v. l. 3. ſ. de verb. ſign.*
f *l. 1. §. 8. ſ. vnde cognati.*
g *l. 10. in fin. ſup. de bon. poſſ.*
h *l. 12. §. 5. ſ. de iuris & facti ign.*
i *l. 5. ſ eod.*
k Imò nocet, *l. 7. in fi. ſ. de bon. poſſ.* dixi ad *l. 2. C. qui admitti.*
l & merito, *v. l. 5. de iuris & facti.*
m *v. l 13. ſ. de adq. hered.*
n id eſt, adcreuiſſe intelligitur, *v. l. 3. in fin. ſupr. de bon. poſſeſſ.*
o *l. 1. §. 11. ſ. de ſucceſſ. edicto.*
p *v. l. 1. ſ. ſi à parente quis manum.*
q Iuſſus enim patris præcedere debet, *l. 25. §. 4. ſ. de adq. hered.*
r *l. 24. ſ. ratam rem haberi.*
ſ *l. 30. ſup. de adq. hered.*
t *v. l. 1. C. qui admitti ad bon. poſſ.*
u Tranſit à bonorum poſſeſſionibus ad ſucceſſiones ab inteſtato. hinc titulus Codicis, *de ſuis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato ſuccedentibus* 6. C. 54. hinc titulus generalis concipitur à Paulo his verbis, *de inteſtatorum ſucceſſione 4. ſent.* 8. & ab Vlpiano, titulus 26. & *C. Theodoſiano 5. tit. 1. de legitimis hered.* & in Baſilicis, de ſucceſſione aſcendentium, deſcendentium, & reliquorum cognatorum 45. *Ecl.* 1. & à Iuſtiniano *Inſt. & Nou.* 118. *de hered. quæ ab inteſt. deferuntur.*
x Sui ſunt, qui in poteſtate teſtatoris ſunt, *l. 1. §. 2. ſ. eod. §. 2. Inſt. de her. quæ ab inteſtato. Nou.* 118. *Vlp. ibid. §. 1.*
y 6. *C.* 57. de legitima agnatorum ſucceſſione, 3. *Inſt.* 2. Legitimi ſunt conſanguinei, agnati, cognati.

DE *u* SVIS *x*, ET LEGITIMIS *y* heredibus.

TIT. XVI.

Qui dicuntur inteſtati. 1. De ſuis heredibus. De mora facta fideicommiſſariæ libertati. 2. De ſexu. De natura & adoptione. 3. De damnato perduellionis. 4. De nepotibus neptibúſque ſuccedentibus in locum parentum ſuorum. De conſanguineis.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 12. ad Sabinum. ‖

INteſtati propriè appellantur, qui cùm *a* poſſent teſtamentum facere, teſtati non ſunt. Sed & is qui teſtamentum fecit, ſi eius hereditas adita non eſt, vel ruptum vel irritum eſt teſtamentum, inteſtatus non impropriè dicetur deceſſiſſe. Plane qui teſtari non potuit, propriè non eſt inteſtatus: puta impubes, furioſus, vel cui bonis interdictum eſt. ſed hos quoque pro *b* inteſtatis accipere debemus. Eum quoque, qui ab hoſtibus captus eſt *c*, quoniam per legem Corneliam *d* ſucceſſio his defertur, quibus deferretur, ſi in ciuitate deceſſiſſet. nam & eius hereditas fuiſſe creditur.

1 ¶ Quæri poterit, ſi ex ea quæ in fideicommiſſa libertate moram *e* paſſa eſt, conceptus & natus ſit, an ſuus patri exiſtat. & cùm placeat, eum ingenuum naſci, vt eſt à Diuis Marco & Vero, & Imperatore noſtro Antonino Auguſto reſcriptum, cur non in totum pro manumiſſa hæc habeatur, vt vxor ducta ſuum pariat? nec mirum ſit, ex *f* ſerua ingenuum naſci, cùm & ex captiua reſcriptum ſit ingenuum naſci. Quare auſim dicere, etſi pater huius pueri eiuſdem ſortis fuerit, cuius mater moram paſſa in libertate fideicommiſſa, ipſeque moram paſſus eſt, ſuum eum patri naſci exemplo captiuorum parentium, cum quibus rediit. ¶ Ergo ſiue poſtea pater eius poſt moram manumittatur, recipiet eum in poteſtate, ſiue ante deceſſerit, definiendum erit ſuum exiſtere.

2 ¶ Suos *g* heredes accipere debemus, filios, filias, ſiue naturales *h*, ſiue adoptiuos *i*.

3 ¶ Interdum etiam filius ſuus heres excluditur, fiſco prælato. ‖ vt ‖ puta ſi perduellionis *k* fuerit damnatus pater poſt *l* mortem ſuam. hoc quo? vt nec iura ſepulchrorum hic filius habeat.

4 ¶ Si filius ſuus heres eſſe deſiit *m*, in eiuſdem partem ſuccedunt omnes nepotes neptéſque ex eo nati, qui in poteſtate ſunt. quod naturali æquitate contingit. Filius autem ſuus heres eſſe deſinit, ſi capitis deminutione *n*, vel magna, vel minore, exiit de poteſtate. Quod ſi filius apud hoſtes ſit: quamdiu viuit, nepotes non ſuccedunt. proinde etſi fuerit redemptus, nondum ſuccedunt ante luitionem, ſed ſi interim deceſſerit, cùm placeat eum ſtatu *o* recepto deceſſiſſe, nepotibus obſtabit.

5 ¶ Sed ſi quis non deſiit eſſe in poteſtate, ſed nunquam cœpit, vtputà ſi filius meus, viuo patre meo, ab hoſtibus captus eſt, mox ibi, me patrefamilias facto, deceſſerit, nepotes *p* in eius locum ſuccedent.

6 ¶ Non minus autem nepotes ſuccedent in locum parentium.

7 ¶ Interdum licet parens alicuius in poteſtate eſſe non deſierit, ſed nec cœperit, tamen dicimus ſuccedentes ei liberos ſuos exiſtere. vtputa adrogaui eum, cuius filius *q* ab hoſtibus erat captus, nepos autem in ciuitate: mortuo filio adrogato, mortuo & captiuo apud hoſtes, pronepos iſte ſuus heres mihi erit.

8 ¶ Sciendum eſt autem nepotes, & deinceps, interdum etiam ſi parentes eos mortis tempore præceſſerunt, tamen poſſe ſuos heredes exiſtere, quamuis ſucceſſio in ſuis heredibus non ſit. quod ita procedit, ſi *r* paterfamilias teſtamento facto deceſſerit exhæredato *ſ* filio. mox deliberante herede inſtituto filius deceſſit, poſtea deinde repudiauit heres inſtitutus, nepos poterit ſuus heres eſſe, vt & Marcellus libro 10. ſcripſit, quoniam nec delata eſt filio hereditas.

¶ Idem erit dicendum, & ſi filius ex aſſe ſub conditione quæ fuit in arbitrio ipſius, vel nepos ſub omni *t* inſtitutus, non impleta conditione deceſſerint. nam dicendum erit, ſuos poſſe ſuccedere, ſi modo *u* mortis teſtatoris tempore, vel in rebus humanis, vel ſaltem concepti fuerint, idque & Iuliano, & Marcello placet.

9 ¶ Poſt *x* ſuos ſtatim conſanguinei vocantur.

10 ¶ Conſanguineos autem Caſſius definit eos qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. Et eſt verum, eos eſſe conſanguineos, etiam *y* ſi ſui heredes non extiterunt patri, vtputà exheredatos *z*. ſed etſi pater eorum deportatus fuerit, nihilominus eos inter ſe eſſe conſanguineos, licet patri ſui heredes non extitiſſent. Et qui nunquam in poteſtate fuerunt, erunt ſibi conſanguinei. vtputa qui poſt captiuitatem patris naſcuntur, vel qui *a* poſt mortem.

11 ¶ Non ſolum autem naturales, verumetiam adoptiui *b* quoque iura conſanguinitatis habebunt cum his qui ſunt in familia, vel in vtero, vel poſt mortem patris nati.

De adgnatis, quo caſu vocantur. 1. Qui dicantur adgnati. 2. De gradu. De diuiſione in capita. 3. De natiuitate vel adoptione. 4. De proximo vel vlteriori, & quo tempore proximitas ſpectatur.

2. *Idem* ‖ libro 13. ad Sabinum. ‖

POſt conſanguineos *c* admittuntur adgnati, ſi conſanguinei non ſunt. merito; nam ſi ſunt conſanguinei, licet non adierint hereditatem.

a *Inſt. eo. in prin. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l. 4. C. de legit. hered.*
b Differentiam obſerua inteſtati & pro inteſtato.
c *v. l. 11. ſupr. qui teſtam.*
d ea legitimæ tutelæ hereditatéſque firmantur, *Paul. 5. ſent. 4. §. 8.* adde *l. 22. ſ. de captiuis.*
e *v. l. 1. §. 3. ſ. ad Tertull.*
f Ex ſerua & captiua ingenuus naſci poteſt. adde *l. 4. l. 14. C. de fideicom. libert.*
g *§. 2. Inſt. de heredum qualitate & differentia. 2. Caius 3. §. 7.*
h *l. 1. §. 6. ſ. vnde liberi.*
i vide *l. 7. § 2. ſ. de bonis damnatorum.*
k *§. 4. Inſt. de hereditatibus quæ ab inteſt.*
l *l. vltim. ſ. ad leg. Iuliam maieſt.*
m *l. 5. ſuprà vnde liberi.*
n *v. l. 11. ſ. eod.*
o id eſt, liberatus
p id eſt, quibus mihi ex ipſo nati nepotes vel neptes, *Baſ.*
q *l. 10. C. eod. ſit. inſt. de ſeruilibus cognat.*
r *l. 7. ſuprà vnde liberi.*
ſ *§. 7. inſt. tit.*
t ſub quauis conditione.
u *l 5. ſ. eod.*
x *l. 5. C. com. de ſucceſſ. Nou. 118. cap. 3.*
y *l. 6. in fin. ſuprà vnde legitimi.*
z Exhæredati non ſunt ſui: ſui eſſe deſinunt, *l. 20. §. 1. in fin. ſ. de bon. poſſeſſ. contra tab. v. Cuia. Nou. 1.*
a *l vltim. ſ. vnde legitimi.*
b Conſanguinitatis iura adoptiui habent, vt hic: conſanguinei tamen ſunt impropriè. Porrò qui conſanguinei dicantur, ſcripſi ad *l. vltim. Cod. de imponenda lucratiua deſcriptione.*
c de quibus, *l. 1. §. 9. 10. ſ. eod.*

v. e. fol. 1341.

SGCB2021

1 ¶ Eadem ſeruantur in bonis eorum, qui metu accuſationis mortem ſibi conſciuerint, aut fugerint *a*: quæ in damnatorum bonis conſtituta ſunt.

De manumiſſione ex cauſa fideicommiſſi.

29. *Marcianus* ‖ libro 9. Inſtitutionum. ‖

QVi *b* ex *c* cauſa fideicommiſſi *d* manumittitur, eſt quidem libertus manumiſſoris, & tam cõtra tabulas, quàm ab inteſtato ad bona eius venire poteſt quaſi patronus. ſed operas ei imponere non poteſt, nec impoſitas ab eo petere *e*.

1 ¶ Sed ſi defunctus filio *f* ſuo legauit ſeruum & rogauit, vt eum manumittat, ea mente, vt plenum ius patroni habeat, defendendum eſt, poſtea eum operas iure imponere.

De petitione in ſeruitutem.

30. *Gaius* ‖ lib. 2. ad Edictum prætoris vrbani, tit. de liberali cauſa. ‖

SI quis libertum paternum in ſeruitutem ea voluntate petierit, vt cauſam euictionis *g* ſibi conſeruet, non amittt beneficium bonorum poſſeſſionis.

Si libertus patrono fundum, quem ab eo alienum emerat, legauit.

31. *Marcellus* ‖ libro 9. Digeſtorum. ‖

PAtrono libertus fundum, quem ab eo alienum emerat, legauit: & conſtituit patronus ad ſe pertinere legatum. contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere non poteſt *h*, etſi nihil profecit ei legatum *i*, quia alienam rem legauerit ei libertus: quia patronus ipſe eum liberto vendiderat.

De bis manumiſſo.

32. *Idem* ‖ libro 10. Digeſtorum. ‖

SI libertus meus in ſeruitutem redactus, poſtea ab alio *k* liberatus eſt, & eius cœperit eſſe libertus, præfertur mihi in contra tabulas bonorum poſſeſſione, qui eum manumiſit.

Si patronus non aluerit libertum.

33. *Modeſtinus* ‖ lib. ſingulari de Manumiſſionibus. ‖

SI patronus non *l* aluerit libertum, lex Ælia Sentia adimit eius *m* libertatis cauſa impoſita, tam ei, quàm ipſi, ad quem ea res pertinet. item hereditatem ipſi, & liberis eius, niſi *n* hæres inſtitutus ſit, & bonorum poſſeſſionem, præter quàm ſecundùm tabulas.

De duobus patronis altero præterito, altero ex ſemiſſe herede inſtituto.

34. *Iauolenus* ‖ libro 3. ex Caſſio.

SI libertus, cùm duos patronos haberet, alterum præteriit, alterum ex ſemiſſe fecit hæredem, & alteri extraneo ſemiſſem dereliquit, ſcriptus quidem patronus debitam ſibi partem immunem habet: de cætera *o* autem parte patroni, quæ ſupra debitum ei relicta eſt, & de ſemiſſe extraneo relicto, alteri patrono pro rata portione ſatis fieri oportet.

Si libertus à quo hærede patronus vſumfructum fundi legauerat fructuarium inſtituerit hæredem.

35. *Idem* ‖ libro 3. Epiſtolarum. ‖

A Liberto ſuo hærede Seius *p* vſumfructum fundi Mæuio legauit. ‖ is ‖ libertus *q* Mæuio *r* hærede relicto *ſ* deceſſit. quæro, cùm contra tabulas teſtamenti petierit filius Seij *t* aduerſus Mæuium *u*, vtrùm deducto vſufr. pars debita ei fundi reſtituenda ſit, an ſolida: quia eorum bonorum acceperit poſſeſſionem, quę liberti, cùm moreretur, fuerunt? Reſpondit: Vſumfructum in cauſam priſtinam reſtituendum puto. optimum itaque erit arbitrum poſtulare, vt arbitrio eius vſusfructus in integrum reſtituatur.

De liberto qui non eſt ſoluendo.

36. *Idem* ‖ libro 8. Epiſtolarum. ‖

LIbertus, qui ſoluendo non erat, præterito patrono extrarios *x* reliquit hæredes. quæro, an poſſit patronus petere contra tabulas bonorum poſſeſſionem. reſpondit: Cum à ſcriptis heredibus adita eſt hereditas, patronus contra tabulas bonorum poſſeſſionem peere poteſt: quia * ſoluendo *y* hæreditas eſt, quæ inueniat hæredem, & ſanè abſurdum eſt, ius patroni in petenda bonorum poſſeſſione contra tabulas aliorum *z* computatione, non iudicio ‖ ipſius ‖ patroni æſtimari, auferrique patrono, quod modicum vindicaturus eſt. Multi enim caſus interuenire poſſunt, quibus expediat patrono petere bonorum poſſeſſionem, quamuis *a* æris alieni magnitudo, quam libertus reliquerit, facultates patrimonij eius excedat. Veluti ſi prædia ſunt aliqua ex bonis liberti, in quibus maiorum *b* patroni ſepulchra *c* ſint, & magni æſtimat patronus, bonorum poſſeſſionis iura pro parte ea ad ſe pertinere, vel aliquod mancipium *d*, quod non pretio *e*, ſed affectu ſit æſtimandum. non ergo ideo minus habere debet ius petendæ bonorum poſſeſſionis, qui animo *a* potiùs, quàm aliorum computatione, bona liberti æſtimat: cùm eo ipſo ſufficere patrimonium videri poſſit, quod & hæredem habeat, & bonorum poſſeſſorem.

a Fugiens reus damnato comparatur, & bona eius publicantur, vt hic ſui ipſius occultator eſt. *Nouell.* 53. ſua ſententia fit ſuſpectus: *l.* 7. §. 2. *ſup. de ſuſpect.* atque ita, qui olim in exilium voluntarium ierant, poſtea aqua & igni interdicebantur. Interdictionem ſequebatur bonorum publicatio, *v. Cuia.* 7. *obſ.* 22.

b *l.* 1. *C. de bon poſſ. contra tabulas libert.*

c & ſic qui pleno iure non eſt manumittentis.

d *l.* 7. §. 4. *ſup. de oper libert.*

e excipe legem 47. *ſ. tit. prox.*

f *l.* 3. §. 1. *infr. de fideic. libert.*

g adde *l.* 12. *inf. de iniuriis.*

h quia liberti agnouit teſtamentum.

i vt in ſpeciel. 15. *ſup. de dote.*

k adde *caſum l.* 63. *in f. ſ. de re iudic. l.* 6. *ſ. de agnoſc. lib. l.* 5. *in fi. ſup. de iur. patron.*

m ei ius libertinitatis cauſa impoſitorum. *vulgat.*

n Filia quæ renunciauit hæreditati paternæ, poteſt heres à patre inſtitui: ius eſt enim patri eam renunciationem reuocare ſeu remittere. *v.* Decium *in l.* 3. *C. de collat.*

o *l.* 10. *ſup. eo.*

p patronus, ſc.

q id eſt, Seij libertus.

r vſufructuario.

ſ ita vt ad eum etiam proprietas rediret.

t præteriti à liberto patris.

u hæredem.

x i. extraneos. ſic vis dicitur extraria, *in l.* 30. *in fin. ſ. locati.*

*

y Soluendo eſt hereditas quæ heredem inuenit, *l.* 3. *ſup. ad l. Falc. v. l.* 34. *ſuprà ſoluto.*

z id quod noſtra ſingulariter intereſt, æſtimamus noſtra computatione, noſtróque non aliorum iudicio.

a *facit. l.* 54. *ſ. de legat.* 2.

b Sepulchra (in quibus maiores conditi) iure ſingulari æſtimare ſolemus, adde *l.* 35. *ſ de minor. l* 1. § 15. *ſ. ſi quid in fraud. patron l* 22. §. *Nec verò. Cod. de adminiſtr. tut.*

c *v. l.* 1. §. 15. *ſ. ſi quid. in fraud. patron.* d Quæ illa mancipia ſunt; quæ non pretio ſed affectu æſtimare ſolemus? Actores ſerui, qui ſecreta patrimonij noſtri norunt, *v. l.* 22. *C. de admin. ſt. tut. l. vlt. ſ. de offic. præſidis.* e Pretium & affectus opponuntur. *hic.* vt & animus cuiuſque & aliorum computatio, *ſ. eo.* Denique aliud eſt pretio æſtimare, aliud verò affectu pretium ponere. Res non æſtimamus proprio affectu, ſed pretio vero quod fecit vſus communis, *v. l.* 63. *ſup. ad l. Falcid.*

De his, quæ libertatis cauſa impoſita ſunt, liberto reuenditis. 1. *De liberti nece non vindicata.*

37. *Vlpianus* ‖ lib. vndecimo ad legem Iuliam & Papiam.

IVlianus ait, ſi patronus libertatis cauſa impoſita libertæ reuendiderit *b*, filium eius à bonorum poſſeſſione ſummoueri, ſcilicet quia nec contra tabulas teſtamenti liberti bonorum poſſeſſionem accipiat, quotiens pater eius donum *c*, munus, operas liberto reuendiderit.

¶ Planè ſi patroni filius libertatis cauſa impoſita reuendiderit *d*, nihilo minùs familiam bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti accipere ait: quia filius reuendendo libertatis cauſa impoſita, fratrem ſuum non ſummouet.

1 ¶ Si libertus heredem ſcripſerit, iſque priùs, quam de familia queſtionem haberet, adierit hereditatem, patronum ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem non admitti, Iulianus ait. debuit *e* enim & patronus liberti necem vindicare. quod & in patrona erit dicendum.

De nepotibus patroni ex filio exheredato. 1. *Si filius liberti omiſerit patris hereditatem.*

38. *Terentius Clemens* ‖ libro 9. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

QVæritur, an filio exheredato etiam nepotes ex eo à bonorum poſſeſſione liberti excludantur. quod vtique ſic dirimendum eſt, vt viuo filio, donec in poteſtate eius liberi manent, non admittantur ad bonorum poſſeſſionem, ne qui ſuo nomine à bonorum poſſeſſione ſummouentur, per alios *f* eam conſequantur: ſin autem emancipati *g* à patre fuerint, vel alio modo ſui iuris effecti, ſine aliquo impedimento ad bonorum poſſeſſionem admittantur.

1 ¶ Si filius liberti omiſerit *h* patris ſui hereditatem, hoc patrono proficiet.

De patroni filia in adoptionem data.

39. *Idem* ‖ lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

PAtroni filia, ſi in adoptiua *i* familia ſit, ad bona libertorum paternorum admittitur.

De filio patroni exhæredato.

40. *Idem* ‖ lib. 11. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI pater exhæredato filio ita cauit, vt ius in libertum ſaluum ei eſſet, nihil ei ad hanc rem nocet *k* exhæredatio.

De onere patrono, cui quoad debitam portionem ſatisfactum eſt, impoſito.

41. *Papinianus* ‖ libro 12. Quæſtionum. ‖

SI libertus patrono, quod ad debitam *l* portionem attinet, ſatisfaciat *m*. inuito *n* tamen aliquid *o* extorquere conetur: quid ſtatuendum eſt: quæritur. Quid enim, ſi ex parte debita inſtituto *p*, decem præterea legentur *q*, & rogetur ſeruum proprium, qui ſit decem vel minoris pretij, manumittere? *iniquum eſt, & legatum velle percipere, & libertatem ſeruo non dare. ſed parte debita accepta & legato temperare, & libertatem imponere non cogi, ne ſeruum fortè de ſe malè meritum cogatur manumittere. Quid ergo, ſi ſolo eodem hærede inſtituto, idem libertus petierit? Si ſubſtitutum habebit, æquè decreti remedium poterit procedere, vt accepta debita portione, cętera pars ad ſubſtitutum perueniat, ita vt, ſi fortè ſeruus redimi potuiſſet, præſtaretur libertas: ceſſante verò ſubſtitutione, patronum hæreditatem liberti amplectentem prætor, qui *r* de fideicommiſſo cognoſcit, libertatem ſeruo eum imponere cogat *ſ*.

De filio patroni exhæredato à patre & arrogato à fratre. Si quis alio iure veniat, quàm eo quod amiſit. 1. *Si libertus alium bonorum caſtrenſium, alium cæterorum hæredem fecerit.* 2. *Si filius liberti impubes ſubiectus dicatur.* 3. *Si patroni filia heres inſtituta, pendente accuſatione falſi teſtamenti, deceſſerit.*

42. *Idem* ‖ libro 13. Quæſtionum. ‖

FIlius, qui patri hæres extitit, fratrem exhæredatum adrogauit: atque ita herede eo relicto defunctus eſt. bonorum poſſeſſione libertum patris naturalis exhæredatus non habebit. nam * cui non *t* exheredato *u* talis adoptio noceret, nocere debet exheredatio: quoniam pœna, quę legib. aut edicto irrogaretur, adoptionis remedio non obliteraretur. *Paulus* notat *v* Ei *x*, qui alio iure venit: quàm eo, quod amiſit, non nocet id, quod perdidit, ſed prodeſt quod habet. ſic dictum eſt, patrono eodémque patronæ filio non obeſſe, quod quaſi patronus deliquit, ſi vt patronę filius venire poſſit.

1 ¶ *Papinianus*: Caſtrenſium bonorum Titium *y* libertus fecit hæredem, cæterorum alium. adita eſt à Titio hæreditas. magis nobis placebat, non dum patronum poſſeſſionem contra tabulas petere poſſe, verum illa quæſtio interuenit, an omittente eo, qui reliqua bona accepit perinde Titio adcreſcant, ac ſi partes eiuſdem hæreditatis accepiſſent. verius mihi videtur, inteſtati *z* iure deferri bona cætera. Titius igitur hæres non poterit inuitare manumiſſorem, cùm Titio nihil auferatur: nec bonis cæteris, quæ nondum ad cauſam teſtamenti pertinent.

a ſuo', ſcilicet. Affectus enim interdum habetur ratio. *l.* 54. *ſupr. mandati.*

b Si patronus reuendiderit liberto impoſitas ei operas, à petitione bonorum poſſeſſionis contra tabulas liberti repellitur. *l.* 20. *ſ. de iur. patr. l.* 22. *ſup. de ope. liber. l.* 4. *C. de oper. lib l.* 2. *Cod. de bon. poſſ. contra tabul. liberti.*

c *l* 2. *C. de bon. poſſ. contra tab. liberti. l.* 53. *inf. de verb. ſignif.*

d Reuendere dixit, vt Cicero *reuenire de Orat.* Cùm miles domum reueniſſet.

e *l.* 9. *Cod. de his quib. vt indign.*

f Imò id fieri poteſt. *l.* 14. *ſup. eod.*

g *l.* 11. *in f. ſ. eod.*

h vide *l.* 6. §. 2. *ſup. eod.*

i *l.* 22. *ſup. de iure patron.*

k *l.* 1. 2. §. 23. *ſ. eo.*

l vide *l.* 2. *ſup. de dote.*

m & ſic debitam patrono portionem ei relinquat. *l.* 21. §. 2. *ſup. de iur. patr. l.* 44. *l.* 45. *inf. eod.*

n id eſt, ab inuito.

o vlterius.

p patrono.

q per libertum.

*

r fideicommiſſarius.

ſ *al.* coget.

*

t Non exhæredato quod nocet, nocere magis debet exheredato. *adde l.* 13. *ſup. eod.*

u Sic reſtituit Cuiac. 1. *obſ.* 38. Nam cui non adrogato talis exhæredatio noceret, nocere debet exhęredato.

x Excluſus vno iure, alio admittitur, à quo excluſus non reperitur.

y commilitonem, caſtrenſium ſcilicet. *v. Cuiac.* 8. *obſ.* 32.

z *l.* 3. *ſup. de teſtam. milit.* 1. & 2. *C. de teſtam. milit.*

a ¶ Cum

piè, ſed per abuſionem vel potiùs ἀναφορικῶς *a* id eſt, *per relationem* accidit.

1 ¶ Si quis prægnatem vxorem reliquiſſet, & matrem, & ſororem, ſi viua vxore mater mortua fuiſſet, deinde vxor peperiſſet, ad ſororem ſolam legitima hereditas pertinet, quia certum eſſet, matrem eo tempore deceſsiſſe: quo legitima hæreditas, ad eam non pertinebat.

De iure accreſcendi. De ſubſtituto coheredi.

9. *Marcianus* " libro 5. Inſtitutionum. "

SI *b* ex pluribus *c* legitimis heredibus quidam omiſerint ||adire|| hæreditatem, vel morte, vel qua alia ratione impediti||fuerint,||quo minùs adeant, reliquis, qui adierint adcreſcit *d* illorum portio: & licèt deceſſerint antequàm adcreſceret, hoc ius ad heredes *e* eorum pertinet.

¶ Alia cauſa eſt inſtituti hæredis, & coheredi ſubſtituti. huic enim viuo defertur ex ſubſtitutione hæreditas, non etiam *f*, ſi deceſſerit, heredem eius ſequitur.

De patre & matre defuncti.

10. *Modeſtinus* ||libro 6. Differentiarum.||

SI ad patrem manumiſſorem filij inteſtati legitima hereditas perueniat, vel non manumiſſori bonorum poſſeſsio competat, mater *g* defuncti ſummouetur.

De capitis deminutione.

11. *Pomponius*||lib. 10. ad Quintum Mucium.||

CApitis *h* deminutione *i* pereunt † legitimæ hæreditates, quæ ex lege 12. tabularum veniunt, ſiue viuo aliquo, ſiue antequam adeatur hereditas eius, capitis minutio interceſsit, quoniam deſinit ſuus hæres, vel adgnatus rectè dici. quæ autem ex *k* legibus nouis, aut ex ſenatuſconſultis, non vtique.

De agnatione inter filium & patrem.

12. *Idem* || lib. 30. ad Quintum Mucium. ||

FIlius patri adgnatus *l* proximus eſt *m*.

De fœminis.

13. *Gaius*||lib. 10. ad legem Iuliam & Papiam.||

NVlla fœmina aut habet ſuos *n* hæredes, aut deſinere habere poteſt propter capitis deminutionem.

De ſucceßione ſui heredis.

14. *Idem* || lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam. ||

IN ſuis *o* heredibus aditio non eſt neceſſaria, quia ſtatim ipſo iure *p* heredes exiſtunt.

Si pater captus ſit ab hoſtibus.

15. *Papinianus* || libro 29. Quæſtionum.||

SI pater apud hoſtes moriatur, defunctum *q* iam in ciuitate filium, credimus patremfamiliàs deceſsiſſe, quamuis patria poteſtate, quamdiu vixerit, non fuerit in plenum liberatus. itaque hæredem habiturus *r* eſt iſte non reuerſo patre.

¶ Sed ſi poſtliminio redierit pater iam defuncto filio, quidquid medio tempore per eum quæſitum eſt, habebit, & non eſt mirum, ſi peculium quoque defuncti pridem filij defertur patri, cùm ex eo natus poteſtatis ipſius fiat per ſuſpenſi *ſ* iuris conſtitutionem.

Si pater inſtrumento dotali comprehenderit, filiam ita acceptiſſe, ne quid aliud ex hæreditate patris ſperaret.

16. *Idem* " libro 12. Reſponſorum. "

PAter inſtrumento dotali comprehendit, filiam ita dotem accepiſſe *t*, *ne u quid aliud ex hæreditate patris ſperaret*. eam ſcripturam ius ſucceſsionis non mutaſſe conſtitit.* priuatorum enim cautionem *x* legum auctoritate non cenſeri *y*.

AD SENATVSCONSVLTVM Tertullianum *z*, & Orphitianum *a*.

TIT. XVII.

¶ *De Senatuſconſulto Orphitiano. De matre ingenua, vel libertina. 1. De ea de cuius ſtatu dubitatur. 2. De vulgo quæſitis. 3. De in ſeruitute quæſito ſiue concepto. 4. De eo qui poſt mortem matris in ſeruitutem deductus eſt. 5. De ventre exſecto. 6. De eo qui operas ſuas, vt cum beſtiis pugnaret, locauit. De pœna capitali. 7. Si vnus filius ſub conditione inſtitutus ſit, & conditio defecit. 8. De capitis deminutione. 9. Si nemo liberorum velit ad ſe hæreditatem pertinere. 12. De iudicatis, tranſactis, finitis.*

1. *Vlpianus* " libro 12. ad Sabinum. "

SIVE ingenua, ſiue libertina mater eſt, admitti poſſunt liberi ad hæreditatem eius ex ſenatuſconſulto *a* Orphitiano.

1 ¶ Si ea ſit mater, de cuius *b* ſtatu dubitatur, vtrùm materfamiliàs, (vtputà quoniam pater eius ab hoſtibus captus ſit) ſi certum eſſe cœperit matremfamiliàs eſſe, liberi admittentur.

¶ Vnde tractari poteſt, an medio tempore, dum ſtatus pendet, ſuccurri eis per prætorem debeat, ne, ſi medio tempore deceſſerint, nihil *t* ad heredem tranſmittant. & magis eſt, vt ſubueniatur, vt in multis caſibus placuit.

2 ¶ Sed & vulgo *c* quæſiti admittuntur ad matris legitimam hereditatem.

3 ¶ Interdum & in ſeruitute quæſito erit concedenda hereditas legitima, veluti ſi poſt moram *d* fideicommiſſariæ libertati matris ſuæ factam natus ſit.

¶ Certè ſi poſt manumiſsionem matris fuerit natus, licèt in ſeruitute conceptus, ad legitimam eius hereditatem admittetur. Sed & ſi apud hoſtes conceptus, à captiua procreatus, cum ea rediit, ſecundùm reſcriptum Imperatoris noſtri & Diui patris eius ad Ouinium Tertyllum, poterit ex hoc ſenatuſconſulto admitti, quaſi vulgò quæſitus.

4 ¶ Filio qui mortis tempore matris ciuis Romanus fuit, ſi ante aditam hæreditatem in ſeruitutem *e* deducatur, legitima hereditas non defertur *f*, nec *g* ſi poſtea liber factus ſit, niſi fortè ſeruus pœnæ effectus, beneficio principis ſit reſtitutus.

5 ¶ Sed ſi matris exſecto *h* ventre filius editus ſit, magis dicendum eſt, hunc quoque ad legitimam hereditatem admitti. nam & inſtitutus *i* ſecundùm tabulas, & ab inteſtato vnde cognati, & multo magis vnde legitimi bonorum poſſeſsionem petere potuit. argumento *k* eſt quòd venter in poſſeſsionem ex omni parte edicti mittitur.

6 ¶ Qui operas ſuas, vt cum beſtiis pugnaret *l*, locauit, quive rei capitalis damnatus, neque reſtitutus eſt, ex ſenatuſconſulto Orphitiano ad matris hereditatem non admittebatur. ſed humana interpretatione placuit eum admitti.

¶ Idem erit dicendum, & ſi hic *m* filius in eius ſit poteſtate, qui in cauſa ſuprascripta ſit, poſſe eum ex Orphitiano admitti.

7 ¶ Sed ſi mater teſtamento facto filium heredem ſcripſerit vnum ſub conditione, cùm plures haberet, ſi conditione pendente *n* bonorum poſſeſsionem petierit, & poſtea conditio defecit, æquum eſt, cæteris etiam filiis legitimam hereditatem non auferri. quod & Papinianus libro 16. quæſtionum ſcripſit.

8 ¶ Capitis minutio ſaluo ſtatu contingens liberis nihil nocet ad legitimam hæreditatem. nam vetus ſola hæreditas, quæ lege duodecim tabularum defertur, capitis minutione perimitur: nouæ *o* vel ex lege, vel ex ſenatuſconſultis delatæ, non perimuntur capitis deminutione. Proinde ſiue quis ante delatam, ſiue (poſt) delatam, capite minuatur, ad legitimam hæreditatem admittetur, niſi magna *p* capitis deminutio interueniat, quæ vel ciuitatem adimit. vt puta ſi deportetur.

9 ¶ *Si nemo filiorum, eorum "ve" quibus q ſimul legitima hæreditas defertur, volet r ad ſe eam hæreditatem pertinere, ius antiquum eſto.* Hoc ideo dicitur, vt quamdiu vel vnus filius vult legitimam hæreditatem ad ſe pertinere, ius vetus locum non habeat. itaque ſi ex duobus alter adierit, alter repudiauerit hereditatem, ei portio adcreſcet *ſ*. & ſi fortè ſit filius, & patronus, repudiante filio, patrono defertur.

10 ¶ Si quis adita matris hæreditate, per in integrum *t* reſtitutionem fuerit abſtentus, an ius antiquum poſsit locum habere? verba admittunt, vt poſsit, *volet ad ſe* inquit *eam hæreditatem pertinere.* nam & hic non vult, etſi aliquando voluit: & dico, poſſe ius antiquum locum habere.

11 ¶ Vtrùm autem ei defertur ſucceſsio qui tunc legitimus deprehenditur: an verò ei, qui tunc fuit, cùm filio defertur? vtputà proponamus fuiſſe defunctæ conſanguineum, eiuſque filium, deliberante filio, defunctæ conſanguineum obiiſſe, mox filium repudiaſſe matris hæreditatem, an conſanguinei filius admitti poſsit? & Iulianus rectè putat circa Tertyllianum, locum eſſe ſuccedenti agnato.

12 ¶ Quod ait ſenatus, *quæ iudicata, tranſacta u, finitáve ſunt, rata maneant*, ita intelligendum eſt, vt iudicata accipere debeamus ab eo, cui *x* iudicandi ius fuit: tranſacta *y*, ſcilicet bona fide, vt valeat tranſactio: finita, vel conſenſu vel longo *z* ſilentio ſopita.

De Senatuſc. õſulto Tertylliano. De matre ingenua vel libertina. 1. De iuſtis liberis, aut vulgo quæſitis. 2. Aut libertinis effectis, 3. De ſtatu matris tempore conceptionis & partus

a De Anaphora adde quæ ſcripſi ad *l.* 2. *C. de offic. P. Prætorio.*
b *§. vlt. Inſt. de SC. Orph. Paul.* 4. *ſent.* 8. *§. vlt.*
c v. ad hanc l. Cuiac. 12. *obſ.* 11.
d Dixi ad *l.* 26. *Vlp.* 5. *l.* 6. *C. de impuberum.*
e Quia ius illud adcreſcit rei non perſonæ, v. quæ notaui ad *l.* 20. *ff. de cond. & dem.*
f v. *l.* 81. *ff. de adq. hered. l.* 8. *in fi. ff. de vulgari.* Subſtitutionis ſpem non tranſmitti hinc colligit Guido Papius, quem v. *ſingulari* 343.
g *l.* 2. *§.* 15. *infr. ad Tertull.*
h ſtatus mutatione.
i *l.* 1. *§.* 4. *ff. eo. l.* 1. *in fi. ff. vnde legitimi, l.* 3. *ſup. vnde cogn.*
† Hodie, quia exæquati ſunt cognati adgnatis, id locum non habet *Nou.* 118. *c.* 4.
k *v. l.* 1. *§.* 8. *ff. ad Tertull.*
l *v. l.* 1. *ſupra vnde liberi.*
m proximus non eſt, *Alc.* 3. *Parer.* 25. reprehenſus à Roberto, 1. *recep.* 2. Idem, quod Alciatus, ſentit Hot. 3. *obſ.* 17. quo nomine reprehenditur à Cuiacio 14. *obſ.* 11.
n *l.* 4. *§.* 2. *ff. contra tab. Nou. Leonis* 25. *& l.* 8. *C. de præſcr. long. temp.*
o *v. Cuiacium ad hunc locum ad l.* 2. *ff. de excuſat.*
p *v. Cuia. C. ad SC. Orphit.*
q *l.* 9. *circa fi. ff. de caſtr. peculio.*
r Hereditas etiam non adita ad ſuos tranſmittitur, v. *Soc. reg.* 168.
ſ *l.* 1. *§.* 1. *ff. de SC. Maced. §.* 5. *Inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt.* 10. *Vlp.* 4.
t *l.* 3. *C. de collat.* vbi dixi.
u Pactum de hereditate amittenda non valet. vide Socinum *reg.* 280. dixi ad *l.* 3. *Cod. de collationibus.*
*
x cautione, legum authoritati non noceri. *Hal. v. l.* 20. *ff. de religioſis*, adde *l.* 35. *§.* 1. *C. de inoff. l.* 3. *C. de coll.*
y i. numerari, cenſeri. Priuati, paciſcendo legem non faciunt: aut potius leges mutare non poſſunt.
z 6. *C.* 55. *Inſt.* 3. *Pau.* 4. *ſent.* 9. *Vlp* 26. *§. vlt.* eò matres liberis ſuccedunt. Factum eſt autem hoc ſenatuſconſultum à D. Pio, vt ait Zonaras, Tertullo & Sacerdote conſulibus, *v. Cuiac. Inſt eo.* Idque
a 6. *C.* 56. 3. *Inſt* 4. *Paul.* 4. *ſent.* 10. quo filij matribus ſuis ſuccedunt. Hæc duo ſenatuſconſulta neceſſaria fuerunt, quia legibus duodecim tabularum nullum ius vltrò citróque capiendæ hæreditatis erat inter matrem & liberos, & à Prætore vocabantur ad bonorum poſſeſsionem, *vnde liberi.* Hodie matres ex legibus ſuccedunt certis caſibus liberis ſuis. quod definiendum eſt ex Nouella 118. *cap.* 1. neglecto magna ex parte hoc titulo; qui eam ob cauſam non ita magno in vſu fuerit.

a *l.* 1. *C. Inſt. eo.*
b *l.* 2. *§.* 3. *ff. vnde legitimi.*
c *l.* 2. *verſ. itaque, ff. vnde cognati.*
d *l.* 2. *§.* 3. *in fi. ff. eo.* adde *l.* 1. *§.* 1. *ff. de ſuis, l.* 6. *C. ad SC. Orphit.*
e *ff.* 8. *verſ. proinde ff. eo. v. Paul.* 4. *ſent.* 8. *§.* 5.
f *v. Paul.* 4. *ſent.* 1. *§.* 1. 2. 3.
g *l.* 7. *ſupra vnde cognat.*
h *l.* 1. *§.* 9. *ff. vnde cognati.* Exſecto ventre editus, ad legitimam hereditatem admittitur. Inſtitutus, ſecundùm tabulas, ab inteſtato vnde cognati & vnde legitimi.
i Inſtituere poſſumus exſecto ventre editum.
k Argumentum à ventre ordine naturæ nato, ad ventrem matris vtero exſectum.
l *v. l.* 1 *ſup. de his qui notantur.*
m v. quæ notaui ad *l.* 1. *Cod. de bonis maternis.*
n *l.* 2. *ff. contra tabulas.*
o *l.* 11. *in fin. ff. de ſuis, §.* 2. *Inſt. de SC. Orphit.*
p *v. §.* 4. *ff. eod.*
q *v. Mantic.* 11. *de coniecturis vlt. volunt.* 11.
r *l.* 6. *§.* 1. *ſupra de bonis libert.*
ſ *v. l.* 3. *in fi. ff. de bon. poſſ.*
t Si filius adierit ex Orphitiano, & abſtinuerit per reſtitutionem, agnati matris vocantur iure antiquo, Cuiac. ad *l.* 7. *in vers. ſed quod Papinianus, ſup. de minoribus, l.* 2. *§.* 10. *ff. eo. l.* 6. *in fi. ff. de adq. hered.* Vel ſic, Qui per in integrum reſtitutionem excluditur ab hæreditate, licèt iure ciuili hæres remaneat: non tamen impedit quin alius poſsit eſſe heres ciuili iure, *v. Bart.*
u *l.* 229. *ff. de verb. ſignif.*
x *l.* 4. *§.* 6. *ff. de re iudicata.*
y *l.* 19. *C. de tranſactionib.*
z Longo ſilentio ſopiri, idem eſt quod tacitè.

partus.4. De muliere famoſa. De tabulis pupillaribus, & arrogatione impuberis. 6. De liberis. 15. Vel parentibus. 17. vel agnato : & patre naturali adoptato, & matre. 18. vel ſorore conſanguinea, & matre, & patre adoptato & emancipato. 20. De matre repudiante, vel deliberante. 23. De tutoribus vel curatoribus petendis, & adminiſtrare cogendis. 47. Si mater ſit prohibita ius ſuum vindicare.

2. *Idem* lib. 13. ad Sabinum.

Siue ingenua ſit mater, ſiue libertina *a*, habebit Tertullianum commodum 1 ¶ Filium autem vel filiam accipere debemus, ſiue iuſte ſint procreati, vel vulgo *c* quęſiti. idque in vulgò quęſitis & Iulianus libro quinquageſimonono digeſtorum ſcripſit.

2 ¶ Sed ſi filius vel filia libertini *d* ſint effecti, mater legitimam hęreditatem *e* vindicare non poterit; quoniam mater eſſe huiuſmodi *f* filiorum deſiit *g*. idque & Iulianus ſcripſit, & conſtitutum eſt ab Imperatore noſtro.

3 ¶ Sed ſi in ſeruitute concepit filium, & manumiſſa ediderit, ad legitimam eius hereditatem admittetur.

¶ Idémque & ſi ſerua pœnæ concepit, & reſtituta *h* edidit. ¶ Hoc idem, & ſi libera concepit, edidit ſerua pœnę, mox reſtituta eſt.

¶ Sed & ſi libera concepit, ‖ & ‖ in ſeruitutem redacta edidit, mox manumiſſa eſt, ad legitimam hereditatem eius admittetur. †

¶ Item ſi adhuc pręgnas manumiſſa eſt, dicendum erit, prodeſſe. ¶ Et in ſeruitute *i* editi filij ad legitimam hæreditatem mater admittetur. vt putà ſi poſt moram *k* factam in fideicommiſſa libertate peperit, vel apud hoſtes & cum eo rediit, vel ſi redempta edidit.

4 ¶ Si mulier ſit famoſa, ad legitimam hereditatem liberorum admittetur. 5 ¶ Impuberem, cui pater ſecundas tabulas fecit, tunc certum eſt inteſtatum deceſſiſſe, cùm omiſerint ſubſtituti hereditatem eius. Quare & ſi impubes *l* adrogatus ſit, dicendum eſt, matrem ad bona eius admitti, quę haberet, ſi inteſtatus deceſſiſſet.

6 ¶ Liberi defuncti, ſui quidem obſtabunt *m* matri eius, tam virilis ſexus quàm fœminini, tam naturales *n* quàm adoptiui, matrémque excludunt. bonorum poſſeſſores ‖ verò ‖ etiam non ſui, & quidem ſoli naturales. Adoptiui autem liberi poſt emancipationem ita admittuntur, ſi ex liberis naturalibus fuerint. vt putà nepos naturalis ab auo adoptatus. nam licèt ſit emancipatus, bonorum poſſeſſione accepta matri obſtabit.

7 ¶ Si verò apud hoſtes eſt filius, vel naſci ſperatur *o*, pendet ius matris, donec redierit, vel naſcatur.

8 ¶ Sed ſi ſint ſui heredes, verùm hereditas ad eos non pertineat, videamus an mater admittatur. vt putà abſtinuit ſe hereditate. Africanus & Publicius tentant dicere, in caſum *p*, quo ſe abſtinent ſui, matrem *q* venire, & tunc ei obſtent quotiens rem haberent, ne nudum nomen ſui heredis noceat matri. quæ ſententia æquior eſt.

9 ¶ Sed ſi quis deceſſiſſet relictâ filiâ, quam in adoptionem legitimè dederat, relicta & matre: Diuus Pius decreuit, ceſſare ſenatuſconſultum Tertyllianum, & ſimul eſſe admittendas ad bonorum poſſeſſionem vnde *r* proximi cognati matrem & filiam. Sed quod idem Iulianus ſcripſit, matrem ex Senatuſconſulto non poſſe admitti, ſi filia in bonorum poſſeſſione petenda ceſſauerit, verum non erit. ſuccedit enim filię: & ideò dicendum erit, matrem, donec filia bonorum poſſeſſionem petere poteſt, bonorum poſſeſſionem accipere non poſſe, quoniam ſuccedere quaſi legitima ſperaretur *ſ*.

10 Si bonorum poſſeſſione accepta, filius emancipatus abſtinuerit *t* ſe hereditate per in integrum reſtitutionem *u*, verum eſt, ſenatuſconſultum poſſe locum habere. ſed ſi fuerit rurſus immixtus, rurſus debet mater abſtinere. 11 ¶ Si quis ex liberis, dum eſt in vtero, in poſſeſſionem miſſus ſit, mox natus ſit, & ante bonorum poſſeſſionem acceptam deceſſerit, an matri noceat, videndum, quaſi bonorum poſſeſſor? Et puto non nocere, ſi non ſuus patri adgnaſcitur. Neque enim ſufficit mitti in poſſeſſionem, niſi † natus quoque acceperit bonorum poſſeſſionem. ¶ Igitur & ſi furioſo decreto petita ſit poſſeſſio, & priuſquàm ipſe mentis compos factus bonorum poſſeſſionem petierit, deceſſerit, matri non obſtabit. 12 ¶ Sed ſi quis cùm ſtatus controuerſiam pateretur, Carbonianam ſolam acceperit, an noceat matri bonorum poſſeſſio, quæſitum quidem eſt? Sed cùm hęc tempore *x* finiatur, dicendum eſt, matri poſt tempus non nocere, aut ſi impubes deceſſerit, matrem poſſe admitti. 13 ¶ Sed ſi infanti per tutorem petita ſit poſſeſſio, licet ſtatim deceſſerit, dicendum erit, matri obſtitiſſe, non enim ſimilis eſt ei, quę furioſo datur.

14 ¶ Ita demum autem mater ſenatuſconſulti beneficio excludetur, ſi filius adiit legitimam hereditatem. cęterùm, ſi omiſerit *y* legitimam hereditatem, mater ex ſenatuſconſulto Tertylliano admittetur.

¶ Sed ſi non ſit iſte filius legitimus heres, ſed ſint *z*, qui cum eo admittantur, nec in partem eorum mater ex ſenatuſconſulto erit vocanda.

15 ¶ Obligatus *a* matri pater in vtriuſque bonis, tam filij quàm filiæ, ſiue heres, ſiue bonorum poſſeſſor exiſtat. Sed neque *a* auus, neque proauus in Tertylliano matri nocent, quamuis fiduciam contraxerint.

¶ Pater autem tantum naturalis *b*, non etiam adoptiuus matri noceat. verius eſt enim, cum pater eſſe deſierit, & matre eum excludi. ſed nec ad bonorum poſſeſſionem contra tabulas eum admitti, cùm pater eſſe deſierit.

16 ¶ Vndecunque autem acceperit bonorum poſſeſſionem pater naturalis, ſiue legitimus, ſiue contra tabulas, ex quauis parte excludit matrem.

17 ¶ Si ſit agnatus defuncti, & naturalis pater ſit in adoptiua familia, ſit & mater, admittimus matrem, quoniam patrem adgnatus excluſit *c*.

18 ¶ Si ſit conſanguinea, ſoror defuncti, ſit & mater, ſit & pater adoptatus, vel emancipatus. ſi conſanguinea velit habere hereditatem, matrem ex ſenatuſconſulto vnà cum ea venire, patrem excludi placet, ſi conſanguinea repudiet, matrem ex ſenatuſconſulto propter patrem non venire: & quamuis alias non ſoleat mater exſpectare conſanguineam, velit, necne, adire hereditatem, nunc tamen expectaturam. conſanguinea enim eſt, quę patrem excludit. repudiante igitur conſanguinea, bonorum poſſeſſionem habebit mater cum patre, quaſi cognata. ſed & in hac moram patietur, nec antè accipiet bonorum poſſeſſionem, quàm pater petierit: quoniam, omittente eo, poteſt ex ſenatuſconſulto ſuccedere.

19 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi ipſa mater eadem ſit & ſoror conſanguinea, (vt putà quoniam pater matris nepotem ſuum ex filia adoptauit) ſit præterea & pater naturalis, hęc mater, ſi quidem quaſi conſanguinea veniat, excludet patrem, ſi ius conſanguineæ repudiauit, vel capitis deminutione amiſit, ex ſenatuſconſulto venire propter patrem non poteſt. repudiante verò patre, rurſum ex ſenatuſconſulto poteſt venire.

20 ¶ Si mater hereditatem filij, filiæve non adierit ex ſenatuſconſulto Tertylliano, in bonis eorum antiquum ius ſeruandum eſt: cùm enim eſſet pręlatio, matre omittente ſenatuſconſulti beneficium, ius ſuccedit vetus.

21 ¶ Sed ſi mater repudiauerit bonorum poſſeſſionem, de adeunda autem hereditate deliberat *e*, dicendum erit, adgnatum non ſuccedere, quoniam nondum verum eſt, non adiiſſe matrem 22. §. Quod autem diximus, ius antiquum ſeruari matre non adeunte, cui perſonę deferatur hereditas, videndum: vtrùm ei quę nunc proxima inuenitur cùm mater repudiat, an ei quę fuit cùm inteſtato deceſſiſſe certum eſt. vt putà fuit patruus, cùm inteſtato decederet, & patrui filius, cùm mater repudiaſſet: patruo nondum delatam hereditatem, atque ideo, defuncto eo matre deliberante, patrui filium vocari.

23 ¶ Si *f* mater non *g* petierit tutores idoneos filiis ſuis, vel prioribus excuſatis reiectíſve non confeſtim aliorum nomina ediderit, ius non habet vindicandorum ſibi bonorum inteſtatorum filiorum: & quidem, ſi non petiit, incidit [in conſtitutionem.] ait enim, *vel non petere*. ſed à quo non petere? loquitur quidem de pretore conſtitutio. ſed puto & in prouinciis locum habere, etiam ſi à magiſtratibus municipalibus non petat, quoniam & magiſtratibus municipalibus *h* dandi neceſſitas iniungitur.

24 ¶ Quid ergo, ſi petiit, ſed admonita, vel à libertis vel à cognatis? an incidat in ſenatuſconſultum? Et puto eam incidere, ſi compulſa fecit, non ſi cùm petere non cunctaretur, admonita eſt.

25 ¶ Quid ſi pater eis peti prohibuerat tutorem, quoniam per matrem *i* rem eorum adminiſtrari voluit: incidet, ſi nec petat, nec legitimè tutelam adminiſtrat.

26 ¶ Quòd ſi penitus egenis filiis non petit, ignoſcendum eſt ‖ ei. ‖

27 ¶ Sed ſi fortè abſens à libertis pręuenta eſt, vel ab aliis, dicendum eſt eam non excludi, niſi fortè, cùm fruſtraretur, id contigit.

28 ¶ Filiis autem non petendo, punitur. vtique & filiabus.

¶ Quid ſi nepotibus *k*? ſimiliter non petendo punitur. 29 ¶ Quid ſi curatores non petiit? verba reſcripti deficiunt. ſed dicendum eſt, ſi quidem impuberibus curatores non petiit, eandem eſſe rationem: ſi iam puberibus, ceſſare *l* debere.

30 ¶ Quid ſi cùm pręgnas *m* eſſet bonis non petiit curatorem: dico, in ſententiam incidere. Nam & ſi apud hoſtes habuit impuberem, idem erit dicendum.

31 ¶ Quid ſi furioſo *n* tutorem vel curatorem non petiit? magis eſt, vt incidat.

32 ¶ Non ſolùm autem, quę non petiit, coërcetur, ſed & quę defunctoriè *o* petiit, vt reſcripto declaratur, vel priuilegio munitum, vel oneratum tribus (putà) tutelis. ſed ita demum, ſi data opera hoc fecit.

33 ¶ Quid ergo, ſi tales petiit, & ſuſceperunt nihilominùs, vel detenti ſunt, excuſata erit mater.

34 ¶ Quid ſi indignos *p*, id eſt, minus habiles ad tu-

a Matres libertinæ liberis ſuis ab inteſtato ſuccedunt vt ingenuæ.
b eſt enim heres libererum ſuorum.
c *l.1.§.2.ſ.eod. l.2.ſup. vnde cognati.*
d Maxima & media capitis deminutio ſimilis eſt morti: atque ideo vt mors, ita ius ſanguinis vtraque minutio perimit. Igitur mater mea mihi mater mea eſſe deſinit, me ſeruo aut peregrino effecto.
e Filij.
f *v.l.7. ſup. vnde cognati.*
g *§.6. Inſt. de capit. diminut.*
h *l.2. ſ. vnde cog.*
† mater remanet: ad ſtatum, naſcendi tempore quem habuit, redit.
i *v.l.vlt. in fin. C. ad SC. Orphyt.*
k *l.1.§.3. ſ.eod.*
l *l.3.§.9. ſ. contra tab.*
m *§.3. Inſt. de SC. Tertul. l.11. in fi. C. de ſuis & legit.*
n *l.5. inf. eod.*
o quia eſt in vtero.
p *v.l.4. in fin. ſup. vnde liberi.*
q *§.14. inf. eod.*
r *§.13. Inſt. de hered. quæ ab inteſtato.*
ſ ſperatur, *l.8. C. eod.*
t Minor beneficio reſtitutionis in integrum abſtinere poteſt hereditate.
u *l.1.§.10.ſ.eo.*
† Atqui patris hereditas non adita, tranſmittitur, *l.8. C. de ſuis.* An hic ſuus heres non tranſmittit: vt vult *Bart.*
x anno ſc. *l.3. §. vlt. ſup. de Carboniano.*
y *§.8. ſup. eod.*
z Quinimo vnus etſi filius matrem excludit. *Cyrillus.*
a id eſt, præfertur, *l.2. C. eod. §.3. verſ. pater. inſt. eo. l.10. ſ. de ſuis.* interdum non præfertur. *Nouel. 118. c.8.*

a Differendam auo & patri obſerua. Pater matrem defuncti excludit non auus, *dict. verſ. pater.*
b vide *l.3. inf. eo.*
c excludit, *Hal.* cur ita? collige ex *l.15.§.3. inf. de diuerſ. & temporalibus.*
d *l.1.§.10. ſ. de ſucceſſor.*
e *l.17. §.1. ſ. de adquir. hered.*
f Tutores idoneos filiis ſuis petere mater cogitur: Imò & tutoribus excuſatis vel reiectis, aliorum nomina edere. Quod ſi non ediderit, ius vindicandi bona inteſtatorum filiorum non habebit. Quid: à quibus petat? à prætore in vrbe: in prouinciis à magiſtratibus municipalibus, *vt hic.* Quid ſi admonita à libertis vel cognatis tutorem petiit? ſi compulſa, hoc eſt, coacta petiit, hanc pœnam patitur: non ſi cunctata eſt tantum in petendis tutoribus, §. 24. *inf. eo.* Quid ſi vetita eſt à marito, petere? in hanc quoque pœnam incidet. §. 25. Quid ſi egenis filiis non petiit? non incidet, §. 26. *inf.* Quid ſi quia abſens, præuenta eſt ab alio? non incidet quoque, niſi cum fruſtraretur, aut animo fruſtrandi abſens fuit. §. 27. Quid ſi filiabus & nepotibus non petiit, §. 28. *inf.* aut curatores etiam puberibus, iis, non petiit? incidet quoque, §. 29. quemadmodum ſi bonis ventris aut impuberis apud hoſtes non petiit. §. 30. vel furioſo, §. 40. Quid ſi defunctoriè, priuilegio munitum petiit data opera? Idem, §. 41.
g *l.6. ſ. qui dari tutor. l.4. §.1. §.4. ſ. qui petant tutor.*
h *l.3. ſup. de tutor. & curator. dat. ab his.*
i *l.26. ſup. de teſtam. tutela.*
k Quod de matre conſtituitur, id ad auiam extenditur. vide quæ notaui ad *Nou. 94.*
l *l.6. C. qui petar. tutor.* cur ita? collige ex *l.2. §.4. ſ. qui petant tutor.*
m Mater licèt ſit grauida, non tamen excuſatur ſi non petierit tutores, *Bart.* n *l.3. ſ. de tut.* o *l.2. §.1. ſ. qui pet. tut.* p Non excuſatur mater quæ indignos tutores filiis petierit, ſunt enim varia nullum tutorem & indignum petere.

telam petierit, quoniam ſciebat prætorem eos non daturum? quid tamen, ſi dedit eos prætor, matris petitionem ſecutus? iam quidem prætoris delictum eſt. ſed & matris punimus conſilium.

35 ¶ Igitur ſi fortè excuſati ſint illi, vel improbati, debet mater alios ſine mora petere.

36 ¶ Ergo ſiue non petierit, ſiue idoneos non petierit, punietur, etiam ſi dati fuerint minùs idonei, prætore errante.

37 ¶ Idoneos autem vtrùm facultatibus, an & moribus petere debeat, dubitationis eſſe poteſt? Puto autem, facilè ei ignoſci, ſi *a* locupletes ſint hi, quo petiit.

38 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi prioribus excuſatis, reiectíſve, non confeſtim aliorum nomina ediderit, punitur.

39 ¶ Quid ergo, ſi non fuerint omnes excuſati, vel non omnes reiecti? Videndum an ei imputetur, cur in locum excuſati non petiit, & puto imputandum.

40 ¶ Quid ſi deceſſerint quidam? Puto licèt verba deficiant *b*, ſententiam *c* conſtitutionis locum habere.

41 ¶ Sed quod diximus *reiecti*: vtrum ſic accipimus, à prætore non dati, an & ſi ſuſpecti fuerint remoti, vel ob negligentiam, vel ignauiam repulſi? etiam hos quis reiectos rectè dicet.

¶ Ergo, & ſi latitent. ſed longum eſt. nam nec hoc ei imputetur, cur ſuſpectos non fecit: alioquin, ‖ & ‖ ſi latitarent, potuit edicto deſiderare, vt eos prætor adeſſe iuberet, & ſuſpectos eos remoueret, ſi deeſſent.

42 ¶ Quid ſi non compulit eos miſcere ſe tutelæ? Et cùm plenum *d* officium à matre deſideremus. & hæc ei curanda ſunt, ne in hereditate ei obſtent.

43 ¶ *Confeſtim* autem ſic erit accipiendum, vbi primum potuit, id eſt, prætoris copiam habuit huic rei ſedentis *e*: niſi fortè infirmitate impedita eſt, vel alia magna cauſa, quæ etiam mandare *f* eam ad petendos tutores impediret: ita tamen, vt nullo modo annale *g* tempus excederet. ſi enim mortalitate filij præuenta eſt, nihil matri imputetur *h*.

44 ¶ Tractari bellè poteſt, ſi pupillo amplum legatum ſub conditione ſit relictum, *ſi tutores non habuerit*, & propterea ei mater non petierit, ne conditione deficeretur *i*, an conſtitutio ceſſet. & puto ceſſare ſi damnum minus ſit cumulo legati, quod & in magiſtratibus municipalibus tractatur apud Tertyllianum *k*, & putat dandam in eos actionem, quatenus plus eſſet in damno, quàm in legato. niſi fortè quis putet, conditionem hanc, quaſi vtilitati publicæ *l* oppugnantem *m*, remittendam, vt alias pleraſque. aut verba cauillatus *n* imputauerit matri, cui curatores non petierit. finge autem plenius conditionem conſcriptam. nónne erit matri ignoſcendum? aut hoc imputatur matri, cur non deſiderauit à principe conditionem remitti? & puto, non eſſe imputandum.

45 ¶ Ego, etiam ſi mater ei, qui ſoluendo non erit, non petiit tutorem, puto ignoſcendum. conſuluit enim ei, vt minus inquietetur, quaſi indefenſus.

46 ¶ Et ſi fortè quis vxorem communis filij matrem, heredem ſcripſit, rogauítque remiſſa etiam ſatiſdatione, vt filio puberi facto reſtitueret hereditatem, nec mater ei petiit tutores: debet dici, ceſſare conſtitutionem, cùm patris *o* voluntatem ſecuta ſit, & nihil habenti filio tutores non petierit.

¶ Quòd ſi ei remiſſa ſatiſdatio non fuerit, contra erit: quoniam vel propter hoc debuit tutores habere: ſed ſi fortè impubes poſt matris ceſſationem *p* fuerit adrogatus, & impubes obierit, dicendum erit, matri aduerſus adrogatorem non competere ex ſtipulatu actionem. 47 ¶ Videndum eſt, matre *q* prohibita ius ſuum vindicare, vtrùm cæteros admittamus, atque ſi mater non eſſet, an ipſam heredem dicimus fieri, vel aliud nomen ſucceſſionis induere, ſed denegamus ei actiones. & inuenimus reſcriptum ab Imperatore noſtro Antonino Auguſto & Diuo patre eius Mammiæ Maximinæ, pridie Idus Apriles, Plautiano iterum conſule, matre remota eos admitti, qui venirent, ſi mater non fuiſſet. ergo & adgnati, cæterique ſuccedent: aut, ſi nemo ſit, bona vacabunt *r*.

De patre adoptiuo.

3. *Modeſtinus* ‖ lib. 8. Regularum. ‖

a Locuples tutor cenſetur qui æquè locuples eſt vt pupillus, *l. 2. §. 2. ſup. qui petant tutor.* Quid ſi vnus ſit, non ita tamen locuples vt pupillus? Mater plures petere debebit, qui coniuncti ſint æquè locupletes vt pupillus.
b *v. §. 29. ſ. eod.*
c Imò, contrarium omnino verum eſt. Eo enim caſu mater in verba conſtitutionis incidit, ſed ſententia excuſatur, *l. 4. §. 1. ſup. qui petant tutores.*
d Imò plenum officium à matre non requiritur, *l. 4. §. 4. ſup. qui petant tutores.*
e ſe dantis. *Hal. l. 7. §. 2. ſ. quis ordo in bon poſſ.*
f *l. 8. C. qui petant tutor.*
g Cur? hæc venia annum non excedit. *Baſil.*
h *al.* imputabitur.
i Defici conditione eſt, defectu conditionis damnum ſentire.
k De quo dixi ad *d. l. vl. C. de curatore furioſi*
l vide *l. 9. l. 15. de cond. inſtit.*
m id eſt, reluctantem.
m De cauillatione, dixi ad *l. 1. ſ. de regula Catoniana.*
o *v. §. 25. ſ. eod.*
p in petenda ſatiſdatione.
o *v. l. 1. C. de ſucceſſ. edict.* ...
r Et cadent fiſco.

PAtrem adoptiuum *a* matri non obeſſe plerique probant *b*.

De liberis natis ex diuerſis matrimonijs.

4. *Idem* ‖ lib. 9. Regularum. ‖

MAtris inteſtatæ defunctæ hereditatem ad omnes eius liberos pertinere, etiam ſi ex diuerſis *c* matrimonijs nati fuerint, iuris eſt.

De filijs in adoptiua familia relictis. 1. De nepotibus ex illis. 2. De patre & auo & matre defuncti.

5. *Paulus* ‖ libro ſingulari ad Senatuſconſultum Tertyllianum.

AEQuiſſimum *d* ‖ viſum ‖ eſt, omnes filios matri *e* præferri, etiam ſi per adoptionem *f* in familiam relicti eſſent.

1 ¶ Sed nepos ex adoptiuo filio natus ex verbis ſenatuſconſulti matri obſtabit.

2 ¶ Si ex filio nepotem *g* auus manumiſerit, íſque patre & auo & matre ſuperſtitibus deceſſerit, poteſt quæri, quis potior eſſe debeat. nam *h* ſi mater excluſerit auum manumiſſorem, qui patri anteponitur, edicto prætoris inducetur pater defuncti. quo admiſſo, deſinit ſenatuſconſulto locus eſſe, & rurſus auus vocabitur. itaque rectius eſt, auo ius ſuum conſeruare, qui & contra ſcriptos heredes bonorum poſſeſſionem accipere ſolet.

De filijs qui ſunt in aliena poteſtate. 1. Si filius qui ſe nolle adire hereditatem matris dixit, voluntatem mutet.

6. *Idem* ‖ libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Orphitianum. ‖

FIlij mater ex hoc ſenatuſconſulto *i*, etiam *k* ſi in aliena poteſtate ſit, ad hereditatem admittitur.

1 ¶ Filius, qui ſe nolle *l* adire hereditatem *m* matris dixit, an poteſt mutata voluntate adire, antequam conſanguineus vel adgnatus adierit, videndum, propter hæc verba. *ſi nemo filiorum volet hereditatem ſuſcipere*, quia extenſiua ſunt. & cùm verba extenſiua ſint, pœnitentia eius vſque ad annum admittenda *n* eſt: cùm & ipſa filij bonorum poſſeſſio annalis eſt.

De fratre vel ſorore adoptiuis.

7. *Idem* ‖ libro ſingulari ad Senatuſconſultum Tertyllianum & Orphitianum. ‖

SI quis inteſtatus deceſſerit relicta matre, & fratre conſanguineo, vel ſorore, quamuis per adrogationem quæſitis. eadem iura in perſona matris ſeruantur, quæ & naturalibus exſtantibus liberis.

Si filius defuncti emancipatus deliberet.

8. *Gaius* ‖ libro ſingulari ad Senatuſconſultum Tertyllianum. ‖

IN ſuſpenſo *o* eſt ius matris, ſi filius defuncti emancipatus deliberet de bonorum poſſeſſione petenda.

De liberis in aliena poteſtate.

9. *Idem* ‖ libro ſingulari ad Senatuſconſultum Orphitianum. ‖

SAcratiſſimi principis noſtri *p* oratione cauetur, vt matris inteſtatæ *q* hæreditas ad liberos, tametſi in aliena poteſtate erunt, pertineat.

De peculio caſtrenſi. 1. De eo, qui ſuſpendebat ius matris, ſublato.

10. *Pomponius* ‖ libro ſecundo Senatuſconſultorum.

SI filius familiàs miles non ſit teſtatus de his quæ in caſtris adquiſierit, an ea ad matrem pertineant, videndum eſt. ſed non puto *r*. magis enim iudicio militum hoc beneficium conceſſum eſt, non vt omnimodo quaſi patres familiarum in ea re ſint.

1 ¶ Quando in pendenti ſit, an quædam perſonæ poſſint obſtare matri: & caſus tulerit, vt non inducerentur, matri ius integrum erit, quod medio tempore appenderit *s*. veluti ſi filio inteſtato mortuo, poſtumus ei filius potuerit naſci, nec natus ſit, aut mortuus editus: vel ‖ quod ‖ etiam filius, qui in hoſtium poteſtate erat, poſtliminio non ſit reuerſus.

a *l. 2. §. 13. ſ. eo.*
b Cur? an ne an vincat naturam: & iniquum ſit adoptiuum parentem præferri eius matri? An pater adoptiuus, adoptiuum ſuum hic emancipauit.
c *l. 4. in fin. C. de ſecund. nup. Nou. 22. c. 29.*
d *v. Cuiac. 6. obſeru. 23.*
e igitur & multo magis patrono. *l. 1. §. 1. inf. de bonis damnat.*
f *l. 2. §. 6. ſ. eod.*
g *l. 1. §. 2. ſupra ſi quis à parente manum.*
h locus eſt περὶ οἰκείων, de quo dixi ad *l. 88. ſ. ad leg. fal.*
i *Inſtit. eod.*
k Mater, licèt in aliena poteſtate ſit ſui tamen filij eſt heres.
l vid. Manticam 12. *de coniectur. 4. num. 10.*
m vide *l. 6. C. de repudianda hered.*
n *l. 1. §. 9. ſ. eod.* Imò non eſt admittenda *l. 2. C. de iuris & facti.* filius enim qui dicit ſe nolle adire, poſtea non poteſt pœnitere & adire, *l. ſ. cut. C. de repud. hered.* An qui dicit Nolo adire, non repudiare ſed differre tantum hereditatis aditionem intelligitur. At hic eſt ſpecialis in hereditate materna vt paterna: ſic Bartolus: quem vide *hic.*
o *l. 2. §. 9. ſ. eod.*
p Hadriani, Antonini & Commodi, & ita abrogatur lex xij. Tab. de qua vide Vlpian. 26. §. 7. *Paul. 4. ſent. 8. §. 3.*
b *Inſtit. eod.*
r pertinere ſcilicet: atqui ea ſubigimus à patre occupari. vide *l. 2. ſ. de Caſtrenſ.*
ſ *v. l. 8. inf. eod.*
t apprehendenti.

LIBER

LIBER TRIGESIMVSNONVS.

DE *a* OPERIS NOVI NVNTIATIONE.

Summa. 1. De operibus futuris vel præteritis. 2. De aditione prætoris. 3. De nuntiatione ſuo vel alieno nomine. 4. De omnibus diebus. 5. De abſentibus, inuitis & ignorantibus. 6. Quis ſit poſſeſſor. 7. Si quis poſt nuntiationem ante remiſſionem ædificauerit. 8. De ignorante quod opus fiat. 9. De iuriſdictione prætoria. 10. De pacto. 11. Quid ſit opus nouum facere. 12. Quæ opera hoc edictum complectitur. 13. Si quis ædificium vetus fulciat. 15. De loco vbi opus fit. 15. Propoſitio dicendorum. 16. De finali. 17. Et efficiente cauſa nuntiationis. 18. De ædificatione in mari, vel in littore. 19. De iure ſuo conſeruando, vel damno depellendo. 20. de vſufructuario.

1. *Vlpianus* lib. 52. ad Edictum.

HOC *b* edicto *c* promittitur *d*, vt, ſiue iure *e*, ſiue iniuria *f* opus fieret, per nuntiationem inhiberetur *g*, deinde remitteretur *h* prohibitio hactenus, quatenus *i* prohibendi ius is, qui nuntiaſſet, non haberet *k*.

1 ¶ Hoc autem edictum, remediúmque operis noui nuntiationis, aduerſus futura opera inductum eſt, non aduerſus præterita *l*: hoc eſt aduerſus ea quæ nondum facta ſunt, ne fiant *m*: nam *n* ſi quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, ceſſat edictum de operis noui nuntiatione, & erit tranſeundum ad interdictum, quod vi aut clam factum erit, vt reſtituatur: quod & in loco *o* ſacro, religioſóve & quod in flumine publico, ripáve publica factum erit: nam his interdictis reſtituetur, ſi quid illicitè factum eſt.

2 ¶ Nuntiatio ex hoc edicto non habet neceſſariam prætoris aditionem *p*, poteſt enim *q* nuntiare quis, etſi eum non adierit.

3 ¶ Item nuntiationem & noſtro & alieno nomine facere poſſumus *r*.

4 ¶ Item nuntiatio omnibus diebus *ſ* fieri poteſt.

5 ¶ Et aduerſus abſentes etiam, ‖ & ‖ inuitos, & ignorantes operis noui nuntiatio procedit.

6 ¶ In operis autem noui nuntiatione poſſeſſorem *t* aduerſarium facimus *u*.

7 ¶ Sed ſi is, cui opus nouum nuntiatum eſt, ante remiſſionem *x* ædificauerit, deinde cœperit agere, ius ſibi eſſe ita ædificatum habere, prætor actionem ei negare debet, & interdictum *b* in eum de opere reſtituendo reddere.

8 ¶ Poteſt autem quis nuntiare etiam ignorans, quod *z* opus fieret.

9 ¶ Et poſt operis noui nuntiationem committunt *a* ſe litigatores prætoriæ iuriſdictioni.

10 ¶ Inde quæritur apud Celſum libro duodecimo digeſtorem: ſi poſt opus nouum nuntiatum conueniat tibi cum aduerſario, vt opus faceres, an danda ſit conuentionis exceptio? Et ait Celſus, dandam *b*. nec eſſe periculum, ne pactio priuatorum iuſſui prætoris antepoſita videatur. quid enim aliud agebat *c* prætor, quàm ‖hoc‖ ut controuerſias eorum dirimeret? à quibus, ſi ſponte *d* receſſerunt, debebit id ratum habere *e*.

11 ¶ Opus nouum facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem *f* operis mutat.

12 ¶ Hoc autem edictum non omnia opera complectitur: ſed ea ſola, quæ ſolo coniuncta ſunt *g*, quorum ędificatio *a*, vel demolitio videtur opus nouum continere. Idcirco placuit, ſi quis meſſem faciat *b*, arborem ſuccidat, vineam putet, quamquam opus faciat, tamen ad hoc edictum non pertinere, quia ad ea opera, quæ in ſolo fiunt, pertinet hoc edictum.

13 ¶ Si quis ędificium ‖vetus‖ fulciat, an opus nouum nuntiare ei poſſumus, videamus? Et magis eſt, ne poſſimus. hic enim non opus nouum facit, ſed veteri *c* ſuſtinendo remedium adhibet.

14 ¶ Siue autem intra oppida, ſiue extra oppida in villis, vel agris opus nouum fiat, nuntiatio ex hoc edicto locum habet, ſiue in priuato, ſiue in publico opus fiat.

15 ¶ Nunc videamus *d*, quibus *e* ex cauſis fiat nuntiatio, & quæ perſonæ *f* nuntieat *g*, quibúſque nuntietur, & in quibus locis *h* fiat nuntiatio, & quis effectus ſit nuntiationis.

16 ¶ Nuntiatio fit aut iuris noſtri conſeruandi cauſa, ant damni *i* depellendi, aut publici iuris tuendi gratia.

17 ¶ Nuntiamus autem, quia ius aliquod prohibendi habemus, vel vt damni infecti caueatur nobis ab eo qui fortè in publico, vel in priuato quid molitur, aut ſi quid contra leges edictáve principum, quæ ad modum *k* ædificiorum facta ſunt, fiet: vel in ſacro, vel in loco religioſo, vel in publico, ripáve fluminis, quibus ex cauſis & interdicta proponuntur.

18 ¶ Quòd ſi ‖quis‖ in mari, vel in littore ędificet, licèt in ſuo non ædificet, iure tamen gentium ſuum *l* facit. Si quis igitur velit ‖ſibi‖ ędificantem prohibere, nullo iure prohibet, neque opus nouum nuntiare, niſi *m* ex vna cauſa poteſt, ſi fortè damni infecti velit ſibi caueri.

19 ¶ Iuris noſtri conſeruandi, aut damni depellendi cauſa opus nouum nuntiare poteſt is, ad quem res pertinet.

20 ¶ Vſufructuarius *n* autem opus nouum nuntiare ſuo nomine non poteſt, ſed procuratorio *o* nomine nuntiare poterit, aut vindicare vſumfructum ab eo *p*, qui opus nouum faciat, quæ vindicatio præſtabit ei, quod eius interfuit, opus nouum factum non eſſe.

2. *Iulianus* ‖lib. 49. Digeſtorum.‖

SI autem domino prædij nuntiauerit, inutilis erit nuntiatio. neque *q* enim, ſicut aduerſus vicinum, ita aduerſus dominum agere poteſt, ius ei non eſſe inuito ſe altius ędificare. ſed, (ſi) hoc facto vſusfructus deterior fiet, petere vſumfructum debebit.

De prædio prouinciali. 1. De loco communi. 3. De ſuperficiario. 4. Si quid in publico fiat.

3. *Vlpianus* ‖lib. 52. ad Edictum.‖

IN prouinciali *r* etiam prædio ſi quid fiat, operis noui nuntiatio locum habebit *ſ*.

1 ¶ Si in loco communi quid fiat, nuntiatio locum habebit aduerſus vicinum.

¶ Planè ſi vnus noſtrum in communi loco faciat, non *t* poſſum ego ſocius opus nouum ei nuntiare. ſed eum prohibebo communi diuidundo iudicio, vel per prętorem *u*.

2 ¶ Quòd ſi ſocius meus in communi inſula opus nouum faciat, & ego propriam habeam, cui nocetur: an opus nouum nuntiare ei poſſim? Et putat Labeo non poſſe nuntiare: quia poſſum eum alia ratione prohibere ædificare, hoc eſt ‖vel‖ per prætorem, vel per arbitrum communi diuidundo. quæ ſententia vera eſt.

3 ¶ Si ego ſuperficiarius ſim, & opus nouum fiat ‖à‖ vicino, an poſſim nuntiare? mouet, quod quaſi inquilinus ſum *x*. Sed prętor mihi vtilem *y* in rem actionem dat. & ideo & ſeruitutium cauſa actio mihi dabitur, & operis noui nuntiatio debeat mihi concedi.

4 ¶ Si in publico aliquid fiat, omnes ciues opus nouum nuntiare poſſunt.

4. *Paulus* ‖lib. 48. ad Edictum.‖

NAm reipublicæ *x* intereſt, quàm plurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere.

a 8. C. 11. *Decretal.* 132. περὶ καινοτομιῶν ἤτοι καινιζέργων, &c. 13. *Eclog.* 2. *fol.* 48. vide Harmenopulum 2. *tit.* 4. longe latéque hanc materiam explicantem Nouell. 63. περὶ καινοτομιῶν quæ ad noui operis nunciationem maritimi aſpectus pertinet: facit 8. C. 12. & 15. *C. Theod.* 1. de operibus publicis. Porro nunciare nouum opus eſt, inhibere ne nouum opus ædificando fiat, aut perficiatur. Nuntiationi ſubcontraria eſt remiſſio noui operis, de qua *lib.* 43. *tit.* 25. Adiecta eſt autem cautio de damno infecto. *infr. tit. pr. adde Duaren.* 1. *diſp.* 16. Cæterum hoc remedium eſt poſſeſſionis tuendæ.

b de quo mox dicturus eſt.

c quod & interdictum dici poteſt. *Zaſ. hic num.* 10.

d permittitur: *Hal.* quæ permittuntur habent vim ſtatuti, *Zaſ. hic.*

e *l.* 20. §. 1. *inf. eod.*

f *l.* 20. §. 3. *inf. eod.* dummodo dubium ſit an aduerſarius habeat ius denunciandi, *Zaſ.*

g hæc inhibitio legitimè fieri debet. An & nuntiationis cauſa exponenda eſt poſtulante ſaltem aduerſario? negat Zaſius contra Accurſium? *hic num.* 15. Fatetur tamen cauſas inſerendas eſſe ſi executio nuntiationis fiet, *num.* 16.

h *l. vn. inf. de remiſſionibus.*

i Prohibitio facta extra cauſam cognitionis, ius meum non lædit.

k nec in eo Prætor ſibi contrarius eſt: hoc enim poſtremum facit cum cauſæ cognitione. *l* §. 13. ĵ. *eod.*

a adde *l.* 17. §. 2. ĵ. *de ſeruit. vrb.*

b fortè ante tempus, vide quæ notaui ad *l.* 48. *ſupr. de vſufr.*

c Reficienti non poteſt nunciari nouum opus, ſi in ipſa refectione veterem operis formam ſeruauerit.

d *al.* videamus.

e *v.* §. 16. *& ſeq. inf. eod.*

f vide *l.* 5. *inf. eo.*

g Methodum obſerua. Quæ perſonæ nůcient, quibus ex cauſis, aduerſus quas perſonas, quo loco & quo effectu nuncietur.

h vide *l.* 5. §. 2. ĵ.

i vide *Bartol. hic & Socin. reg.* 262.

k Contra modum ædificat, qui menſuram à lege præfinitam nō ſeruat, *vide l. vn. ſup. fin. regund. l.* 1. *l.* 8. *l.* 11. *C. de ædific. priuat.* vbi dixi de altitudine ædificiorum: vt & de craſſitudine parietum, & ad *l.* 52. §. 13. *ſup. de ſeruis vrb.*

l Venetos vrbem ſuam ideo feciſſe Baldus hinc colligit, non ob eam tamen cauſam immunes à iuriſdictione imperatoria eſſe, quòd imperatori terræ mariſque ſit dominus.

m Licèt in ripa maris ædificare liceat, non tamen id licet cum damno vicini, *l.* 50. *infra de acquir. rerum. l.* 2. §. 8. *inf. ne quid in loco publico. l. vlt. in fin. ſuprà de ſeruit. vrb.*

n vide *Zaſ.* 2. *intell.* 19.

o Vſufructuarium feudalem actus dominicos ſuo nomine non exercere, ſed nomine proprietarij; qui ſolus eſt patronus feudi, hinc colligit Molinæus §. 1. *conſ. gl.* 1. *num.* 15. 16. 17. quem vide: tractat enim ibidem quæ permiſſa ſint vſufructuario. adde Cuiacium 1. *obſeruat.* 6.

p extraneo ſcil.

q *l. vn.* §. 4. ĵ. *de remiſſ. v. Cuiac.* 1. *obſer.* 16. & 9. *obſ.* 17.

m nec enim quæ iam facta ſunt prohiberi poſſunt, cum facta infecta eſſe nequeant n Poſt factum eſt intempeſtatiua commonitio.

o *l.* 2. §. 2. ĵ. *de interdict.*

p melius eſt tamen ſi per prætorem nuntietur. *l.* 5. §. 10. ĵ. *eod.*

q hic ratio redditur per petitionem principij

r ſi modo mandatum plenum habeamus: aut, ſi de eo dubitamus, caueamus de rato.

ſ etiam feriatis, qualeſcunque illi ſint.

t id eſt, dicimus eum poſſidere, *l.* 5. §. 10. ĵ. *eod. l.* 7. §. 2. ĵ. *quod vi aut clam.*

u præterquam ſi nuntiatio fiat de ſeruitute. negat enim Zaſius ob ſeruitutem iura transferri poſſeſſionum. 1. *Reſponſ.* 8.

x id eſt antequam ei ſit remiſſa nuntiatio.

y de quo vide *l.* 20. ĵ. *eod.*

z id eſt, quale.

a id eſt, committere ſolent.

b *l.* 3. §. 3. ĵ *quod vi aut clam.*

c nota boni iudicis officium. adde *l.* 13. §. 3. *ſup. de vſufruct. & quemadmodum l.* 21. *in fi.* ſ. *de rebus creditis: l.* 13. ſ. *de iudiciis.*

d Concordia poteſt inter litigantes iniri ſine iudicis authoritate, niſi de crimine publico agatur.

e quid ſi pertinaciter filij litigant? Zaſius ait eo caſu cogi poſſe à iudice vt concordiam ineant, aut vrbe diſcedant, præſertim ſi tales ſint perſonæ quæ reipublicæ ſtatum perturbare vel labefacere poſſint *num.* 8.

f Mutatio qualitatis intrinſecæ opus nouum facit, *l.* 1. §. 3. [illegible] adde *l.* 11. §. 2. ĵ. *de verb. oblig.* [illegible]

g Opere hominis ſcilicet.

r ſtipendiario, tributario. vide *l. vn. C. de vſucap. transformanda.* ſ nam licèt tributa ſoluantur, ſunt tamen in proprietarij dominio.

t Socius ſocio poſſitne nouum opus nuntiare *v. Zaſ.* 1. *intellect.* 1.

u vide ad hunc locum *Zaſium* 1. *intellect.* 1.

x atque ita non videtur poſſe nuntiare: nec etiam id licet vſufructuario aduerſus extraneum, *l.* 1. *in fi.* ſ *eod.*

y Superficiarius, ratione vtilis dominij, poteſt proprio nomine nouum opus nuntiare.

& priuatorum abſentium, *l.* 3. §. [illegible]

De pupillo. 1. De ſeruo. 2. Vbi & quem nuntiare oportet. 5. Si plurium ſit res in qua opus fit. 6. Vel cui opus nocet. 7. Si quis prætori nuntiare velit. 8. Si quis in ædes noſtras immittat, aut in loco noſtro ædificet. 9. De cauſa nuntiationis. 10. Si quis in noſtro vel in ſuo faciat. 11. De riuis, vel cloacis purgandis, & generaliter his quorum mora periculum eſt allatura. 14. De iureiurando calumniæ. 15. De demonſtratione loci in quo nuntiatur. 16. Si in pluribus locis opus fiat. 17. De ſatiſdatione. 18. De procuratore.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 52. ad Edictum. ‖

DE pupillo quæſitum eſt? Et Iulianus libro duodecimo Digeſtorum ſcripſit, pupillo non eſſe operis noui *a* nuntiationis executionem dandam, niſi *b* ad ipſius priuatum commodum res pertineat, veluti ſi luminibus eius officiatur, aut proſpectui obſit.

¶ Non aliter autem pupilli rata habebitur nuntiatio, quàm ‖ intercedente ‖ tutore auctore.

1 ¶ Seruo *c* autem opus nouum nuntiari poteſt *d*, Ipſe verò nuntiare non poteſt, neque nuntiatio vllum effectum habet.

2 ¶ Nuntiationem autem ‖ in re ‖ præſenti faciendam, meminiſſe oportebit, id eſt eo *e* loco, vbi opus fiat, ſiue quis ædificet, ſiue inchoet ædificare.

3 ¶ Nuntiari autem non vtique domino oportet. ſufficit enim in ‖ re ‖ præſenti nuntiari ei qui in re præſenti fuerit, vſque adeo vt etiam fabris *f* vel opificibus, qui eo loci operantur, opus nouum nuntiari poſſit.

¶ Et ‖ generaliter ei nuntiari opus nouum poteſt, qui in *g* re præſenti fuit domini operisve nomine. Neque refert quis ſit iſte, vel cuius conditionis, qui in re præſenti fuit. Nam & ſi ſeruo nuntietur, vel mulieri, vel puero *h*, vel puellæ, tenet nuntiatio. ſufficit enim, in re præſenti operis noui nuntiationem factam ſic, vt domino poſſit renuntiari.

4 ¶ Si quis fortè in foro domino ‖ opus nouum nuntiat, hanc nuntiationem nullius eſſe momenti, exploratiſſimum eſt. in re enim *i* præſenti, & (penè dixerim) ipſo opere, hoc eſt in re ipſa, nuntiatio facienda eſt, quod idcirco receptum eſt, vt confeſtim per nuntiationem ab opere diſcedatur. cæterùm, ſi alibi fiat nuntiatio, illud incommodi ſequitur: quod dum venitur ad opus, ſi quid fuerit operis per ignorantiam factum, euenit, vt contra edictum prætoris ſit factum.

5 ¶ Si *k* plurium res ſit in qua opus nouum fiat, & vni nuntietur, rectè facta nuntiatio eſt, omnibúſque *l* dominis videtur denuntiatum.

¶ Sed ſi vnus ædificauerit poſt operis noui nuntiationem, alij qui non ædificauerint, non tenebuntur. neque enim debet nocere factum alterius ei *m*, qui nihil fecit.

6 ¶ Si plurium dominorum rei opus noceat: vtrum ſufficiet vnius ex ſociis nuntiatio, an verò omnes nuntiare debeant? Et eſt verius, vnius nuntiationem omnib. non ſufficere: ſed eſſe ſingulis nuntiare neceſſe. quia & fieri poteſt, vt nuntiatorum alter habeat, alter non habeat ius prohibendi.

7 ¶ Si quis ipſi prætori *n* velit opus nouum nuntiare *o*, debet, vt interim *p* teſtetur ſe non poſſe ſe nuntiare, & ſi nuntiauit poſtea & quod retro *q* ædificatum erit, deſtruendum erit, quaſi repetito *r* die nuntiatione facta.

8 ¶ Sed & ſi in ædes noſtras quis immittat, aut in loco noſtro ædificet, æquum eſt, nos operis noui nuntiatione ius noſtrum nobis conſeruare.

9 ¶ Et bellè Sextus Pedius definit, triplicem eſſe cauſam operis noui nuntiationis: aut naturalem *s*, aut publicam aut impoſititiam. *Naturalem*, cum in noſtras ædes quid immittitur, aut ædificatur in noſtro. *Publicam* cauſam, quotiens leges aut ſenatuſcon ulta, conſtitutioneſque Principum per operis noui nuntiationem tuemur *t*. *Impoſititiam*, cum quis, poſteaquam ius ſuum deminuit, alterius auxit: hoc eſt *u*, poſteaquam ſeruitutem ædibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit.

10 ¶ Meminiſſe autem oportebit, quotiens *x* quis in noſtro ædificare, vel in noſtrum immittere vel proiicere vult: melius eſſe, eum per prætorem *y*, vel per manum (id eſt *lapilli z ictum* a) prohibere, quam operis noui nuntiatione. cæterùm, operis noui nuntiatione poſſeſſorem eum faciemus *b*, cui nuntiauerimus. Aut ſi in ſuo *a* quid faciat, quod nobis noceat: tunc operis noui denunciatio erit neceſſaria. Et ſi fortè in noſtro aliquid facere quis perſeuerat: æquiſſimum erit, interdicto *b* aduerſus eum quod vi aut clam, aut vti poſſidetis vti.

11 ¶ Si quis riuos *c*, vel cloacas *d* velit reficere, vel purgare, operis noui nuntiatio meritò prohibetur *e*, cùm publicæ *f* ſalutis & ſecuritatis interſit, & cloaces *g* & riuos purgari.

12 ¶ Præterea generaliter prætor cætera quoque opera excepit, quorum mora periculum aliquod allatura eſt. nam in his quoque contemnendam putauit operis noui nunciationem. Quis enim dubitat, multò melius eſſe, omitti operis noui nuntiationem, quam impediri operis neceſſarij vrgentem extructionem. Totiens autem hæc pars locum habet, quotiens dilatio periculum *h* allatura eſt.

13 ¶ Proinde ſi quis cùm opus hoc morá periculum allaturum eſſet, nunciauerit opus nouum, vel ſi in cloacis, vel ripa reficiendis aliquid fieret: dicemus, apud iudicem quæri debere an talia opera fuerint, vt contemni nunciatio deberet. nam ſi apparuerit vel in cloaca, riuóve, cóve, cuius mora periculum allatura eſſet: dicendum eſt, non eſſe verendum, ne ‖ hæc ‖ nunciatio noceret.

14 ¶ Qui opus nouum nuntiat, iurare debet, non calumniæ cauſa opus nouum nuntiare.

¶ Hoc iuſiurandum auctore prætore defertur. idcirco non exigitur, vt iuret is ante *i*, qui iuſiurandum exigat.

15 ¶ Qui nunciat, neceſſe habeat demonſtrare, in quo loco *k* opus nouum nunciet: futuro eo, cui nuntiatum eſt, vbi poſſit ædificare, vbi interim, abſtinendum eſt.

¶ Totiens autem demonſtratio facienda eſt, quotiens in partem fit nunciatio. cæterùm, ſi in totum opus fiat, non eſt neceſſe demonſtrare, ſed hoc ipſum dicere.

16 ¶ Si in pluribus locis opus fiat, vtrum vna nuntiatio ſufficiat, an verò plures ſint neceſſariæ? Et ait Iulianus libro quadrageſimo nono digeſtorum, quia in re præſenti fit nunciatio, plures *l* nunciationes eſſe neceſſarias, & conſequenter plures remiſſiones *m*.

17 ¶ Si is, cui renunciatum erit, ex operis noui nuntiatione ſatiſdederit *n*, repromiſeritve, aut per eum non *o* ſtet, quominus boni viri *p* arbitratu ſatiſdet, repromittátve, perinde eſt, ac ſi operis noui nunciatio omiſſa *q* eſſet.

¶ Habet autem hoc remedium vtilitatem: nam remittit vexationem ad prætorem veniendi, & deſiderandi, vt remiſſa fieret nuntiatio.

18 ¶ Qui procuratorio nomine nunciauerit, ſi *r* non ſatiſdabit, *eum rem dominum ratam habiturum*, nuntiatio omnimodo remittitur, etiam ſi verus ſit procurator.

19 ¶ Qui remiſſionem *ſ* abſentis nomine *t* deſiderat, ſiue ad priuatum, ſiue ad publicum ius ea remiſſio pertinet, ſatiſdare cogitur *u*. iuſti per eum partes defenſoris *x*, ſed nec ſatiſdatio non pertinet ad ratihabitionem, ſed ad operis noui nuntiationem.

20 ¶ Si procurator autem opus nouum mihi nuntiauerit, & ſatis acceperis, deinde interdicto aduerſus eum vtar, ne vim mihi facias, quominus ædificem: ex interdicto eum oportet ædificatum ſolui ſatiſdare: quia *y* partes ſuſtinet defenſoris.

6. *Iulianus* ‖ lib. 41. Digeſtorum. ‖

ET ideo neque exceptiones *z* procuratori *æ* opponi ei debent, nec ſatiſdare cogendus eſt, ratam rem dominum habiturum.

1. *De tutore, vel curatore.*

7. *Vlpianus* ‖ libro 52. ad Edictum. ‖

ET ſi ſatiſdationem non [illegible] remittendus erit ab executione operis noui [illegible] quas domini nomine [illegible] exegerit.

1 ¶ Et ratione curatorum [illegible] nuntiant.

De [illegible] proxim [illegible]. 1. De eo quod ante nuntiationem factum [illegible]. [illegible] opus faciens [illegible] nuntiationis [illegible] 6 De [illegible]

8. *Paulus* [illegible]

NOn ſolùm [illegible] ſuperior opus [illegible]

[illegible]

a ſactum in publico, ſcil.
b v. l. 6. §. de popularibus act.
c §. 3. in fi. l. eod.
d Cur cum ad moram inducendam non ſufficiat ſeruo denuntiaſſe? l. 32. §. 1. ſup. de vſuris.
e §. 4. inf. eod.
f vide Molinæum §. 1. conſuetud. gl. 4. num. 4.
g §. 4. infr. eod.
h vel furioſo, l. 10. inf. eod. id intelligo ae nunciatione reali, non perſonali. nec enim locus minimè intelligendus eſt de ipſa denuntiatione, quæ debet idonee fieri, ſed de ipſo actu reali tantum. Hoc enim ſufficit denuntiationem & actum in ipſa re fieri, etiam ſi nemo adſit, niſi executer cum ſuis teſtibus: poſtea tamen res aduerſa to iudicanda, alias denunciat. non tenet. *Molin.* § 52. num. 55.
i § 3. ſup. eod.
k vide Zaſium 1. intellect. 5.
l Vni ædificantium quod nuntiatur, reliquis nuntiatum eſſe intelligitur.
m l. 24. inf. de reg. l. 68. §. de adquirenda hereditate.
n Aliud eſt, ſi quis perpetuo magiſtratu fungens ædificet, tunc enim poteſt ei nunciari. *Bart. Zaſ.*
o quòd eum in ius vocare non poſſit. Denunciatio, licèt actus extraiudicialis ſit, tendit tamen ad iudicium.
p debet interim teſtari ſe non poſſe nunciare & ſic, impeditus denunciare prætorem [illegible] de ſuo [illegible] debet, [illegible] protreſtatio, [illegible] ius ſuum conſeruet & nunciatio poſtea facta retrotrahatur.
q [illegible] poſt teſtationem factam.
r vide l. 1. ſup. de ſatiſdatione.
ſ ex damnato depellimus
t Communes res [illegible] licet defendere.
u Seruitutis hæc eſt [illegible] prædij [illegible] minuat, quod qui facit, nouum opus facere intelligitur. x hinc Bartolus & [illegible] collegunt. Tamen [illegible] vel pignoris [illegible] tionem aliquid [illegible] creditores libello a iud[illegible] ſibi [illegible] vt [illegible] vel ab [illegible] capiat ſuis poſtea ex [illegible] valere prohibitionem [illegible] factam [illegible] vel ventas vel [illegible] & clauſulam [illegible]
[illegible] Rauenſ. [illegible] num. 24.
[illegible] vel per prætorem, vel per lapilli iactum ſeu ictum (de quo [illegible] ſup. [illegible]) vel nudis verbis per interuentum prohib[illegible] aper actionem [illegible] confeſſoriam ac negatoriam.
z [illegible] ſolemnitas [illegible] prohibendi operis per lapilli [illegible] hodie non eſt in vſu. Fit enim non prohibitio vel per prætorem vel e aduerſario [illegible] eo cuius intereſt opus ædificari.
a Lapilli ictus [illegible] fuit veteribus prohib[illegible] aqui.
b [illegible] l. 1. [illegible] ſup. eo.

a Qui in ſuo ædificat, non poteſt prohiberi per prætorem & iactum lapilli, ſed per ſolam nuntiationé.
b Interdictum vti poſſidetis competit ad denuntiandum opus factum poſt prohibitionem.
c l. 3. §. 8. §. de riuis.
d cloacas. *Hal. l. 1. §. 13. infr. de cloacis.*
e nec eſt timenda ab eo cui nunciatur. Fruſtra timetur nunciatio priuati, vbi conſulitur publicæ vtilitati. ſic in notoriis non ſunt audiendi teſtes.
f Feriis riuos purgari & aquam ducí poſſe hinc colligunt, arg. l. 1. ſup. de feriis. Extant ſane hi ve ſus Virgilij 1. Georgic. Quippe etiam feſtis quædam exercere diebus Fas & iura ſinunt, riuos deducere, nulla Religio vetuit, ſegeti prætendere ſepem, Inſidias auibus moliri, incendere vepres, Balantumque gregem fluuio merſare ſalubri.
g Cloacas. *Hal.*
h propter periculum eminens, [illegible] a præſidio iuris communis. §. hic n. 4. in fi. & eſt à iure communi.
i antequam iuſiurandum exigatur: & ſic iuramentum calumniæ poteſt omitti, ſi neutra pars nec iudex illud præſtari petierit. *Bald.*
k l. 6. ſup. de vi & vi arm.
l Contra ſignificantem in locis pluribus requiruntur plures nunciationes *Zaſ.*
m pluralitas nunciationum requirit pluralitatem remiſſionum. *Bald.*
n Satiſdatio [illegible] nomine opus [illegible] præſtita [illegible] operis nuntiatio [illegible] que ita iudicatum refert Lucius in Curia Parthenop. anno 1439. 6. Octob. [illegible] refert [illegible] 1575. Nouemb. 26. & 5. Nouemb. [illegible] ab [illegible] Patriſ[illegible] in [illegible] dicit [illegible] de mandato petit [illegible] remiſſi [illegible]
[illegible] deſiderandas [illegible] 5. [illegible]

2 ¶ Si, cùm poſſem te iure prohibere, nuntiauero tibi opus nouum, non alias ædificandi ius habebis, quam ſi ſatiſdederis a.

3 ¶ Quòd ſi nuntiauero tibi, ne quid contra leges in loco publico facias, promittere b debebis: quoniam de eo opere, alieno iure contendo, non meo: & tanquam alieni iuris petitor, repromiſsione contentus eſſe debeo.

4 ¶ Sciendum ſit c, facta operis noui nuntiatione, cui nuntiatum eſt, abſtinere oportere, donec caueat d, vel donec remiſsio nuntiationis fiat. tunc enim, ſi ius ædificandi habet, rectè ædificabit.

5 ¶ Sed vt probari poſsit, quid poſtea ædificatum ſit, modulos e ſumere f debet is qui nuntiat. qui vt ſumantur, conferantúrque, prætor decernere ſolet.

6 ¶ Morte eius qui nuntiauit, extinguitur g nuntiatio h, ſicut alienatione, quia his modis finitur i ius prohibendi.

7 ¶ Quod ſi is, cui opus nouum nuntiatum erat, diſceſſerit, vel ædes alienauerit, non k extinguitur operis noui nuntiatio. idque ex eo apparet, quòd in ſtipulatione, quæ ex hac cauſa interponitur, etiam hæredis mentio fit.

De creditore.

9. *Gaius* ‖ ad Edictum vrbicum, titulo de operis noui nunciatione. ‖

CReditori l, cui pignoris nomine prædium tenetur, permittendum eſt, de iure (id eſt de ſeruitute) opus nouum nuntiare. nam ei vindicatio ſeruitutis datur.

Vtrum nunciatio fiat in rem an in perſonam. Quibus nunciari poteſt.

10. *Vlpianus* ‖ lib. 45. ad Sabinum. ‖

OPeris noui nunciatio in rem m fit, non in perſonam. Et ideo furioſo n, & infanti fieri poteſt. nec tutoris authoritas in ea nunciatione exigitur.

11. *Paulus* ‖ lib. 11. ad Sabinum. ‖

CVilibet enim intelligenti, veluti fabro o, nunciatum, infantem & furioſum tenet.

De cautione.

12. *Idem* ‖ lib. 13. ad Sabinum. ‖

EX operis non nunciatione ſi caueatur p, tanti q ſtipulatio r committitur ſ, quanti iudicatum ſit.

De procuratore.

13. *Iulianus* ‖ lib. 41. Digeſtorum. ‖

CVm procurator opus nouum nunciat, & ſatiſdat rem t ratam dominum habiturum, & remiſsio u in domini x perſonam confertur y.

1 ¶ Si dominus opus nouum nunciauerit † intra diem, quæ ſtipulatio ex operis noui nunciatione interpoſita comprehenſa eſſet, committitur ſtipulatio z. ſi præterita ea die dominus nunciaret, non committitur. Nam & ipſi domino, cùm ſemel nunciauerit, non a permittitur iterum nunciare, quamdiu ſtipulatio ex operis noui nunciatione teneret.

2 ¶ Si in remiſsione à patre eius, qui opus nouum nunciauerat, procurator interueniat, id agere prætorem oportet, ne falſus b procurator abſenti noceat, cùm ſit indignum, quolibet interueniente beneficium prætoris amitti.

De ſeruitute.

14. *Idem* ‖ lib. 49. Digeſtorum. ‖

QVi c viam d habet, ſi opus nouum nunciauerit aduerſus eum, qui in via ædificat, nihil agit e: ſed ſeruitutem vindicare f non prohibetur.

De officio iudicis aduerſus abſentem non defendentem, cùm de ſeruitute agit.

15. *Africanus* libro 9. Quæſtionum. ‖

SI priuſquam g ædificatum eſſet, ageretur, ius vicino non eſſe ædes altius tollere, nec res ab eo h defenderetur, partes iudicis non alias futuras fuiſſe ait, quam vt eum, cum quo ageretur, cauere iuberet, *non prius ſe ædificaturum, quam vi [illegible] egiſſet, ius ſibi eſſe altius tollere.* ¶ Idemque è contrario k ‖ ſi ‖ cùm quis agere vellet ius ſibi eſſe ‖ inuito aduerſario ‖ altius tollere, eo non defendente, ſimiliter (inquit) officio iudicis continebitur, vt cauere aduerſarium iuberet l, *nec opus nouum ſe nunciaturum, nec ædificanti vim facturum* a.

¶ Eáque ratione hactenus is qui rem non defenderet, punietur, vt de iure ſuo probare nec eſſe haberet. id enim eſſe, petitoris partes b ſuſtinere.

Si prætor iuſſerit nunciari, deinde prohibuit.

16. *Vlpianus* ‖ lib. 13. ad Edictum. ‖

SI opus nouum, prætor iuſſerit nunciari, deinde c prohibuit d, ex priore renunciatione agi non poteſt, quaſi aduerſus dictum e eius factum ſit.

De procuratore.

17. *Paulus* ‖ lib. 57. ad Edictum. ‖

SI procurator f opus nouum facientem prohibuerit, domino g competit, Quod vi aut clam interdictum.

De ædibus communibus. 1. De dominio vel poſſeſsione ſoli, in quo opus fit.

18. *Papinianus* ‖ libro 3. Quæſtionum. ‖

ÆDibus communibus, ſi ob opus nouum nunciatio vni fiat, ſi h quidem ex voluntate omnium opus fiat: omnes nunciatio tenebit. ſi verò quidam ignorent, in ſolidum obligabitur, qui contra edictum prætoris fecerit.

1 ¶ Nec ad rem pertinet, cuius ſolum ſit, in quo opus fiat: ſed quis eius ſoli poſſeſſor inueniatur, modò ſi eius nomine opus fiat.

De operis noui executione, vel denuntiatione denegata.

19. *Paulus* ‖ libro Quæſtionum. ‖

SCiendum eſt, denegata executione operis noui i, nihilominus integras legitimas k actiones manere. ſicut in his quoque cauſis manent, in quibus ab initio operis noui denunciationem prætor denegat.

Interdictum reſtitutorium. 1. Ratio interdicti. 2. De loco vacuo, vel ædificato. 3. De iure vel non iure facto. 4. De facto ante remiſsionem, vel illud quod loco remiſsionis habetur. 5. De eo qui parato ſatiſdare. 6. De tempore. De ſucceſſoribus. De eo qui fecit, vel ratam habuit. 8. De ſucceſſoribus 9. Interdictum prohibitorium. 10. Summa & ratio interdicti. 11. Si quis iure vel non iure ædificet. 12. Cui competit interdictum. 13. De cautione. 16. De tempore. De ſucceſſoribus.

20. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum.

PRætor ait: *Quem in locum nunciatum eſt, ne quid operis noui fieret, qua de re agitur: quod in eo loco, antequam nunciatio miſſa fieret, aut in ea cauſa eſſet, vt remitti deberet factum eſt, id reſtituas.*

1 ¶ Interdictum l hoc proponitur ex huiuſmodi cauſis: Edicto expreſſum eſt, ne poſt operis noui nunciationem quicquam operis fiat, antequam vel nunciatio miſſa m fiat, vel vice nunciatiationis miſſæ n ſatiſdatio de opere reſtituendo fuerit interpoſita. Qui igitur facit, etſi ius faciendi habuit, tamen contra interdictum o prætoris facere videtur: & ideo hoc deſtruere cogitur.

2 ¶ Siue autem vacuus p locus ſit, vbi nunciatum eſt, ſiue ædificatus eſt, æquè huic interdicto locus eſt.

3 ¶ Ait prætor: *Quod factum eſt, reſtituas.* quod factum eſt, iubet reſtitui, neque intereſt iure factum ſit q, an non. ſiue iure factum eſt, ſiue non iure factum eſt, interdictum locum habebit.

4 ¶ Quidquid autem ante remiſsionem fit, vel illud r quod loco remiſsionis habetur, pro eo habendum eſt, atque ſi nullo iure factum eſſet.

4 ¶ Si quis paratus fuerit ſatiſdare ſ, deinde actor ſtipulari nolit, in ea cauſa eſt, vt remitti debeat nam cùm per t actorem fiet: apparet, in cauſa eſſe vt remitti debeat.

6 ¶ Hoc interdictum perpetuò u datur.

¶ Et heredi x cæteriſque ſucceſſoribus y competit.

7 ¶ Aduerſus ipſum quoque, qui opus fecit, vel z factum ratum habuit, interdicto locus erit.

8 ¶ Planè ſi quæratur, an in hæredem a eius, qui opus fecit, interdictum hoc competat: ſciendum eſt, Labeonem exiſtimaſſe, in id quod ad eum peruenit, duntaxat dari oportere, vel ſi quid dolo malo ipſius factum ſit, quo minus perueniret. Nonnulli putant tam actionem in factum eſſe dandam, quam interdictum. quod verum eſt.

9 ¶ Deinde ait prætor: *Quem in locum nunciatum eſt, ne quid operis noui fieret: qua de re agitur, ſi de ea re ſatiſdatum eſt: quod eius cautum ſit, aut per te ſtat, quo minus ſatiſdetur: quo minus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto.*

10 ¶ Hoc interdictum prohibitorium b eſt, ne quis prohibeat facere volentem eum, qui ſatiſdedit: etenim pertinet ad decus c vrbium, ædificia non derelinqui.

11 ¶ Nec quicquam intereſt, iure d quis ædificet, an non iure ‖ ædificet, ‖ cùm ſit ſecurus is e, qui opus nouum nunciauit, poſteaquam ei cautum eſt.

a l. 5. §. 17. ſuprà eodem.
b id eſt, repromittere.
c al. eſt.
d Cautio hæc, loco remiſsionis eſt.
e §. 1. ſup. eod. l. 1. §. 4. [illegible] vſufruct. quemadm.
f vbi Robertum 2. Animaduerſ. 14. & Mercatorem 2. Notat. 14. Porro modulos ſumere non eſt ſynopſim operis facere, ſed admetiri opus quod iam ædificatum ſit.
g imò non extinguitur datur enim perpetuo, l. 20. §. 6. ſup. eod.
h [illegible] res ſit integra ſcil. Zaſ.
i Morte finitur voluntas. v. Sebaſtianum Medicem tract. de morte.
k ex hoc & ſuperiori §. collige, Noui operis nunciationem in perſona nunciátis eſſe perſonalem: in perſona eius cui nunciatum eſt, eſſe realem Zaſ.
l Habens prædium pignoratum, poteſt opus nouum nunciare, Bald. adde l. 16. ſ. de ſeruitutib. l. vn. in fin. ſ. de remiſsionibus.
m & ideo quæ ſuper eo fertur ſententia, prædio datur, l. vlt. ſ. eod.
n v. quæ notaui ad l. 5. §. 3. ſ. eod.
o l. 5. §. 3. ſ. eod.
p de opere demoliendo ſcil.
q Cautio de demoliendo cõmittitur ad intereſſe per ſententiam declarandum, Bald.
r ſolet enim interponi ſtipulatio, l. 21. ſ. eod.
ſ niſi fiat denunciatio.
t l. 5. §. 18. ſuprà eodem.
u Procurator ad aliquid conſtitutus, videtur conſtitutus ad omnia quæ dependent ab illo.
x Procuratore nuntiante remiſsio in perſonam domini confertur, Zaſ.
y confertur ſi dominus, Græci apud Cuiac. 1. obſ. vlt.
† & ei cautum fuerit de demoliendo opere, niſi intra certum diem docuerit ædificator de iure ſuo.
z ſi de nouo ædificanti nunciatur ſcilicet, atque ita facta ſemel nuntiatione & recepta ſatiſdatione de nouo opere demoliendo intra certum tempus, ante dici euentum nunciari non poteſt.
a Nunciatio non eſt geminanda.
b Falſus procurator remittere nunciationem noui operis non poteſt. Cur? falſus procurator non gerit, nec repræſentat perſonam domini l. 23. in fin. ſ. rem ratam
c vide Cuiac. in hanc legem 1. obſer. 17.
d id eſt, ſeruitutem ruſticam.
e Imò [illegible] vtiliter nunciare: nam cui ſeruitus competit, ius nunciandi habet. l. vnic. §. 3. ſ. de remiſſ.
f ſeruitutis ruſticæ ratione non nunciatur nouum opus, [illegible] agitur confeſſoria.
g vide ad hanc legem Alciatum hic, vide Zaſ. 1 intellect. 1 & Cuiac. 9. ad Afric. fol. 117.
h ædificante ſcilicet hic quæritur, quæ ſit pœna non defendentis. Ceterùm hic non defendens ſeparandus à latitante: latitantis enim pœna grauior eſt.
i Pœna non defendentis ſe poſt nunciationem eſt, vt ex reo fiat actor: & caueat non priùs ſe ædificaturum quam intra certum tempus, quod iudex præfinierit, egerit, ius ſibi eſſe, inuito [illegible] altius ædificare, interea poſſeſſor maneo.
k ſuperiore caſu, egeram ius vicino non eſſe ædes altius tollere. hic, ago ius mihi eſſe, inuito aduerſario altius tollere.
l Pœna non defendentis, hæc eſt vt ex reo fiat actor, & caueat ſe vim non facturum ædificanti: & ſic ex poſſeſſore fit non poſſeſſor, quaſi aduerſario ceſſerit poſſeſſione; & ſic intellige l. 36. ſuprà de procur. l. 45. ſ. [illegible]

a quia res ab initio præſumitur libera. an id ſit verum, vide Alciatũ 2. præſumpt. 1. facit pro negatiua, l. 8. in fin. ſuprà de probationib.
b hunc locum Contius 1. ſubceſſ. 1. refert ad §. 2. [illegible] ſi. Inſt. de actionib. vbi dicitur. [illegible] caſu eum qui poſſidet, nihilominus actoris partes ſuſtinere, vide quæ ibid. notaui.
c Iudicem poſſe reuocare interlocutorium, ſi ſit modici præiudicij hinc colligunt ſiue ſecus, reuocare nõ poſſe, niſi parte citata, Zaſ. v. l. 14. ſ. de re iudicata.
d Probationi iudicis ſtandum eſt, licet antea iudex contrarium permiſerit.
e edictum, Val.
f vel defenſor meus.
g Procurator meus nuncians, mihi adquirit interdictum, Quod vi aut clam, l. 72. ſuprà de procuratorib.
h die vt in l. 5. §. 5. ſ. eod.
i puta à Prætore, fingamus nouum opus nunciatum fuiſſe: cloacam publicam purganti: nunciantem re ipſa ædificantem velle prohibere: prætorem id nõ pati ob cauſam publicam: poterit Prætor ex poſt facto executionem denegare.
k alias ſcilicet, l. 1. in fin. l. [illegible] in fin. l. 14. in fin. ſ. eod. l. 3. §. 8. ſ. de riuis. l. vn. §. 4. ſ. de remiſſ.
l edictum hoc Cuiacius ita legit 5. obſ. 17. argumento legis §. 9. 4. l. [illegible] ſuprà eod l. pen. & vlt. ſ. eod. ſed tamen interdictum legitur §. 10. & ſeqq. ſ. eod.
m id eſt, antequam fiat remiſsio.
n remiſſæ.
o edictum, Cuiac. ibid.
p Differentia loci vacui & ædificati.
q l. 1. ſ. eod.
x id eſt, ante ſatiſdationem.
ſ re ipſa docilis ſecum fideiuſſoribus vel pignoribus oblatis, [illegible] qui verbo [illegible] offert non ſatiſfacit argum. l. 71. in fin. ſ. de procuratorib. Ideoque verbalis oblatio hic non ſufficiet, adde l. 5 Cod. de diſtract. pignor. t l. 5. §. 17. ſup. eod.
u imò, morte extinguitur, l. 8. §. 6. ſuprà eod. quia honorariæ actiones poſt annum non dantur. l. [illegible] ſ. de oblig. & act.
x §. vlt. ſ. eod.
y ſingularibus, Zaſ.
z Ratum habere factum opus, [illegible] facere, paria. a l. 22. ſ. eodem.
b Duplex hic edictum prohibitorium eſt. Primum ex parte nunciantis. Alterum de quo hic agitur, quod ædificanti, qui ſatiſdedit, competit [illegible]
c l. vlt. ſ. ne quid in loco publico. v. Ariſt. 5 Ethic. 2.
d l. 1 ſuprà eodem.
e Cautione nobis adquiritur ſecuritas. Securitas nobis [illegible] l. 21. §. 1. ſ. eodem.

12 ¶ Hoc autem interdictum competit ei, qui ſatiſdedit.

13 ¶ Adiicitur & illud, *Aut per te ſtat, quominus ſatiſdetur*: proinde ſi ſatis datum non eſt, ſed repromiſſum, interdicto huic locus non erit. neque enim permittendum fuit, in *a* publico ædificare, priùs quàm appareat, quo iure quis ædificet.

14 ¶ Et ſi ſatisdatum ſit, cautum tamen *b* non perſeueret, interdictum ceſſat.

15 ¶ Si aliquando ſtetit per nunciatorem, quo minus ſatiſdetur, nunc *c* non ſtat: interdictum ceſſat.

16 ¶ Hoc interdictum *d* etiam poſt annum, & heredi cæteriſque ſucceſſoribus competit.

Quo caſu cauetur. 1. De effectu ſatisdationis. 2. Quibus caſibus committitur 3. opus factum quomodo accipitur. 4. in quid ſtipulatio committitur. 5. De pluribus ædificantibus. 6. vel nunciantibus.

21. *Idem* ‖ lib 80. ad Edictum. ‖

STipulatio de operis noui nunciatione interponi ſolet, quotiens *e* vicinus dicit, ius ſibi eſſe, prohibere vicinum, opus nouum inuito ſe facere.

1 ¶ Si quis autem vult poſt opus nouum nunciatum impunè ædificare, offerre *f* debet ſatis nunciatori. quod ſi fecerit, vtrique conſultum eſt: tam ei qui nunciauit, quoniam cautum habet de opere reſtituendo: quam ei, cui nunciatum eſt, quia molitio eius non impeditur. antequam enim caueat, quidquid ædificauerit, interdicto *g* reſtitutorio deſtruere compellitur.

2 ¶ Habet autem iſta ſtipulatio conditionem *h*, vt ita demum committatur, ſi iudicatum fuerit, ſiue ante rem iudicatam cauſa quæ acciderit, neque res defendatur, & de dolo malo ſubiicitur clauſula.

3 ¶ Opus autem factum accipimus, non ſi vnum, vel alterum cæmentum fuit impoſitum, ſed ſi proponatur inſtar quoddam ‖ operis, ‖ & quaſi facies quędam facta operis.

4 ¶ Siue autem res iudicetur, ſiue res non defendatur, ſtipulatio in id committitur, vt res viri boni arbitratu reſtituatur.

¶ Quòd ſi ita reſtitutum non erit, quanti *i* ea res erit, tantam *k* pecuniam dabit, ſi hoc petitori placuerit.

5 ¶ Quæſitum eſt, ſi plures domini ædificent, an omnes cauere debeant. Et ait Labeo, vnum *l* cauere debere: quia reſtitutio operis fieri pro parte non poſſit.

6 ¶ Idem ait, etſi plures nuncient, curandum eſſe, vt vni caueatur, ſi inter eos conueniat. Plane ſi non conueniat, & ſingulis erit cauendum.

7 ¶ Idem dicit, adiiciendum eſſe in ſtipulatione, vt tantum preſtetur, quanti vniuſcuiuſque interſit, ſi hoc maluerint. cæterùm ſi ita fuerit (inquit) cautum, *Quanti ea res erit*: dubitabitur, vtrùm ad totius corporis æſtimationem hæc verba referuntur, an *m* verò ad quod eius intereſt, qui ſtipulatur. ego puto, & ſi ſic fuerit vni *n* cautum: *Quanti ea res erit*: defendi poſſe, ſtipulationem ſufficere, ad operis enim quantitatem ea refertur.

De herede ædificatoris.

22. *Marcellus* ‖ libro 15. Digeſtorum. ‖

CVi opus nouum nunciatum eſt, ante remiſſam nunciationem opere facto deceſsit. debet heres eius patientiam *o* deſtruendi ‖ operis aduerſario preſtare. nam & in reſtituendo *p* huiuſmodi opere eius, qui contra edictum fecit, pœna verſatur. porrò autem in *q* pœnam heres non *r* ſuccedit.

Si venditori nunciatum ſit, & emptor ædificauerit.

23. *Iauolenus* ‖ lib. 7. Epiſtolarum. ‖

SI is, cui opus nouum nunciatum erat, vendidit *ſ* prædium, emptor ædificauit: emptorem an venditorem teneri putas, quòd aduerſus edictum, factum ſit? Reſpondit: Cùm operis noui nunciatio facta eſt: ſi quid ædificatum eſt, emptor, id eſt dominus prædiorum, tenetur. quia nunciatio operis *t* non *u* perſonæ ſit: & is demum obligatus eſt, qui eum locum poſſidet *x*, in quem opus nouum nunciatum eſt.

DE DAMNO INFECTO *y*, ET DE ſuggrundis *z*, & protectionibus *a*.

TIT. II.

De magiſtratibus municipalibus.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 1. ad Edictum. ‖

CVm res *a* damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa *b* dilatio prætori videtur, ‖ ſi ‖ ex ‖ hac ‖ cauſa ſibi ‖ iuriſdictionem reſeruaret, magiſtratibus municipalibus *c* delegandum *d* hoc recte putabit *e*.

Definitio damni infecti.

2. *Gaius* ‖ lib. 28. ad Edictum Prouinciale. ‖

DAmnum infectum eſt, damnum nondum factum, quod futurum veremur.

Etymologia damni & damnationis.

3. *Paulus* ‖ libro 47. ad Edictum. ‖

DAmnum & damnatio ab ademptione, & quaſi deminutione *f* patrimonij dicta ſunt.

De die prorogando, vel renouando. 1. De miſſione in poſſeſſionem. 2. & de eo qui non admittit. 3. De officio prætoris vel præſidis, & magiſtratuum municipalium. 5. De denunciatione facienda ante miſſionem in poſſeſſionem. 7. De actione in magiſtratum, qui quid eorum, quæ ſuprà ſcripta ſunt, non curauit.

4. *Vlpianus* ‖ lib. 1. ad Edictum. ‖

DIes *g* cautioni præſtitutus ſi finietur prætoris, vel præſidis officium erit, ex cauſa *h* vel reum notare *i*, vel protelare eum. & ſi *k* hoc localem *l* exigit inquiſitionē, ad magiſtratus municipales hoc remittere.

1 ¶ Si intra diem à prætore conſtituendum non caueatur, in poſſeſsionem eius rei mittendus eſt *m*.

¶ *Eius rei* ſic accipe, ſiue tota res ſit, ſiue pars ‖ ſit ‖ rei *n*.

2 ¶ An tamen is, qui non admittit, etiam pignoribus *o* à magiſtratibus coërceatur? Non puto. ſed in factum *p* actione tenebitur. nam & ſi à prætore miſſus non admittatur, eadem actione vtendum eſt.

3 ¶ Duas ergo res magiſtratibus municipalibus *q* prætor vel præſes iniunxit † cautionem, & poſſeſsionem. cætera ſuæ iuriſdictioni reſeruauit.

4 ¶ Si fortè duretur *r* non caueri, vt poſsidere liceat, (quod cauſa cognita fieri ſolet) non duumuiros *ſ* ſed prætorem vel præſidem permiſſuros: item vt ex cauſa *t* decedatur de poſſeſsione.

5 ¶ Prætor ait: *Dum ei qui aberit prius domum denunciari u iubeam.* ¶ Abeſſe autem videtur & qui in iure non eſt *x*. quod & Pomponius probat.

¶ Verecundè autem prætorem denunciari iubere, non extrahi de domo ſua *y*.

¶ Sed *domum*, "*in quam degit.*" *denunciari*, ſic accipere debemus, vt etſi in aliena *z* domo habitet, ibi ei denuncietur. Quod ſi nec habitationem habeat, ad ipſum prædium *a* erit denunciandum, vel procuratori eius, vel certè inquilinis *b*.

6 ¶ Totiens autem prætorem exigere denunciationem intelligendum eſt, ſi *c* ſit, cui denuncietur. Cæterùm ſi non ſit, velut quod hereditaria inſula eſt,

a in eo loco ædificare. ita emendat Antonius Faber 3. Coniectur. 8. in fin. quem vide, ſunt enim hæc verba *in eo loco* edicti verba.

b Fideiuſſio quoties iuanis futura deprehenditur, toties ſarcienda eſt, niſi fideiuſſores dati ab initio fuerint inopes, & eorum inopiam aduerſarius ſciuerit, *l. 4. ſup. vt in poſſ. legat.* adde *l. 4. ꝟ. de ſtipul. prætor.*

c Aliòquin ſi nunc ſtaret, vltima mora noceret, *l. 26. ſuprà ſoluti*

d ne vis fiat, ſcilicet.

e *l. 1. §. 17. ſ. eo.*

f cur ita? *v l. 20. §. 11. ſup. eod.*

g Interdicto reſtitutorio in nouis operib. id adſequimur, vt aduerſarius deſtruere factum opus teneatur.

h tacitam. adde *l. 4. §. 8. infra tit. prox.*

i Factum quoties præciſè eſt in obligation. actoris eſt eligere, vtrū reum præciſè conueniat ad factum, an ad intereſſe præſtandum, *Bald.*

k vide *l. 72. ꝟ. de verb. oblig.*

l vnumquemque ita quidam legunt. hinc Baldus: Quot ſunt ædificantes tot debent eſſe cauentes. adde *l. 5. ſuprà eod.*

m Id quod intereſt differt à rei ipſius & corporis, de quo agitur, æſtimatione. Patet enim latius id quod intereſt, quàm ipſa æſtimatio.

n Si plures vni nuncient, tunc omnibus creditur, non vni pro omnibus: & ſufficit ſimplex ſtipulatio quia per eam intereſſe venit. *Zaſ.*

o Nunciatio noui operis tranſit in heredem, quoad patientiam, non quoad pœnam, *Bald.*

p ſumptibus heredis ſcilicet, hoc enim eſt pœnale.

q In pœnam non ſuccedit eius heres qui nunc auctor eſt.

r vide *l. 33 infr. de oblig. & act.*

ſ *l. 34. in fin. infra eodem.*

t id eſt, operis rei. u *l. 10. ſuprà eodem.* x etiam ſingularis ſucceſſor. y *Paulus 5. ſentent. 10. Harmen. 3. circa fin.* id eſt, nondum nobis facto: quod tamen timemus ne nobis accidat. ita poſſumus accipere formulam, *Quod damnum mihi ex tua domo accidere poteſt præſtare ſpondes? ſpondeo.* Vide tamen vberiorem apud Cuiacium *hic.* Eſt etiam notandum eo nomine exigi cautionem ab aduerſario: eáque non præſtita mitti actorem in poſſeſſionem bonorum eius, idque ex primo decreto. Ex ſecundo verò decreto pleniſſimè, ſi perſeuerauerit non cauere. Primo decreto reus non deiicitur: altero deiicitur.

z Grunda eſt στέγη ἢ τὸ ὑπὲρ πυλῶνα ἐξέχον. Suggrunda ſunt tabulæ circum ædes à ſummo extentæ, quæ ædes tuentur ab iniuria imbrium: atque etiam ſi largiores ſint a periculo incendiorum, Palladio & Vitruuio auctoribus, ſic dicta quòd ſuggrediantur foras. adde huic loco *l. 30. l. 47. ꝟ. eod.*

a Protecta ſunt proiecta tecta, ἐξῶστρα.

a Res hic non cautio, vt puta Accurſius: (cum ipſa cautio non deſiderat celeritatem) ſed cauſa damni infecti, *vt l. 1. ſ. de feriis.*

b ratio decidendi. nam quotiens periculum eſt in mora, licet diſcedere à regulis iuris communis: tollitur omnis mora. Quid num eam ob cauſam reo tollitur poteſtas appellandi? non tollitur; quid? à primo decreto num poterit appellare? non poterit, *Paul. & Ripenſ.*

c *l. 4. §. 3. ꝟ. eod.*

d Iuriſdictionem conceſſam à lege delegatam dici, dum tamen id exprimatur, hinc colligit Ripenſis.

e ratio dubitandi fuit, quia iubere cauere, eſt imperij, *l. 4. ſup. de iuriſdictio.* Huiuſmodi cauſæ ad magiſtratus municipales ſpectant, *l. 26. ꝟ. ad municipalem.*

f Furtum damnum non eſſe hinc colligūt, alij aliud contingenter euenire: ad eam variæ leges afferuntur. Certè furtum, iam factum, damnum infectum dici non poteſt, damnum tamē ei commoditas nam que diſponendi re noſtra nobis præripitur, quod reipſa damnum eſt. Quid? damni appellatione num continentur impenſæ, pœnæ, & lucri amiſſio: vt damno remiſſo vel debito, iſta omnia remiſſa vel debita intelligantur? Ripenſis negat contineri *hic num. 8. & ſeqq.* g qui certus hic præſtitui ſolet *v. l. 13. in fin. ꝟ. eod.* h ex cauſa vel renouare vel protelare, *Vet. & Hal.* Renouatur dies finitus; protelatur qui prolongatur vt adhuc duret. i id eſt, condemnare: niſi fortè legamus, renouare eum: nam mox ſequitur protelare. k Ratio decidendi. l Localis inquiſitio fit quoties negotium exigit ocularem inſpectionem magiſtratus, *qu'ils ſe tranſportent ſur les lieux.* m ex primo decreto. n non omnium eius bonorum, ſed eius tantum rei ex qua damnum timetur. o Pœnæ ſpecies eſt, pignoribus captis cogi à magiſtratu, adde *§. 3. Inſt. de ſatiſdation. tutorum. l. 9. in fin. ꝟ. ad l. Iul. peculatus.* p quod damnum poſtea acciderit, præſtet actori. fingamus cautionem non fuiſſe præſtitam, domum vicini ſua ruina damnum mihi dediſſe, quid iuris? negat Zaſius *hic, num. 9.* ædium dominum mihi vlla actione teneri. de quo vide *l. 6. & l. 8. ꝟ. eod.* q *l. 1. ſ. eod.* † *l. 4. in fin. ſup. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio.* Imò non iniunxit. Hæc enim ſunt imperij magis quam iuriſdictionis, *l. 4. ſup. de iuriſdict.* cuiuſmodi facere magiſtratus municipalis non poteſt *l. 26. ꝟ. ad municipalem.* ſolue: Mandare poſſum magiſtratui municipali, vt poſſeſſionem bonorum det, vt poſſidere iubeat, vt in poſſeſſionem mittat ſi damni infecti non caueatur, *vt hic. d. l. 4.* In cæteris cauſis non poſſum iubere, vt bona poſſidere iubeat, *d. l. 26.* iubere enim cauere & in poſſeſſionem mittere magis imperij eſt quam iuriſdictionis, *l. 3. ſ. de iuriſdict.* quæ magiſtratus municipalis facere non poteſt, *d. l. 26* Talium rerum cognitio mandari poteſt, non autem ius dandæ poſſeſſionis: & proinde talibus in rebus Prætor vel præſes magiſtratui municipali mandare poterit, vt cognoſcat, at non vt mittat. ſanè magiſtratibus municipalibus duæ res hic iniunctæ, cautio & poſſeſſio, *vt hic.* Quid ſi non duretur caueri? Prętoris eſt vel præſidis non duumuiri, permittere, vt poſſidere liceat, & vt ex cauſa decedatur de poſſeſſione, *§. 4. ꝟ. eod.* r id eſt, perſeueretur. ſ Duumuiri ſunt magiſtratus municipales, annui & biennales. Erant in aliis municipiis quatuor viri, *l. 1. C. de ſolut. & liberationib. debit. ciuit.* in aliis ædiles *l. 2. C. ſi ſeruus aut libert. l. 20. l. 30. §. 1. ſup. locati.* Arpinum habuit ædiles *Cic. 3. Epiſt. & 15. ad Atticum.* Lanuuium dictatores: *Cicero pro Milone.* Capua prętores: Alexandria hypomnematographos, *l. 56. C. de decurionibus*: qui abierunt duumuiratu, duumuiralitij dicuntur. vide Cuiac. ad *l. 18. C. de decurionibus.* t Iudex ex cauſa poteſt miſſum ex primo decreto ſtatim facere poſseſſorem, ita vt miſſus percipiat fructus, commoda & vtilitates, ſicut ſolet verus dominus ſoli. alias ſine magna cauſa, decretorum ordo non eſt interuertendus. Ceterùm id tantum maiori magiſtratui licet.

u Ei cuius intereſt denunciandum eſt, *l. 39. ſ. de adoptionibus.*

x quia ibi non eſt vbi petitur, *l. 199. ꝟ. de verb ſignif.* y vt inde in ius trahatur vel deducatur, *l. 18. ſ. de in ius vocando: l. 103. ꝟ de reg. iur.* niſi agatur de crimine, poteſt enim reus à iudice comprehendi, & ad alium iudicem tranſmitti, *Nou. 134. cap. 5.* z Domus hic accipitur pro habitatione, pro eo loco in quo quis habitat, *l. 1. §. 9. ſuprà de his qui deiecer.*

a putà quod non habitatur, *v. § 6. ꝟ. eo* Citandus eſt ad prędium qui habitationem non habet. b ſeruato ſuperiori ordine ſcilicet. c *l. 3. ſ.*

nec

nec *a* dum hæreditas adita, vel ſi hæres non exſtet, nec inhabitetur, ceſſat hæc pars edicti. Eſt tamen tutius, libellum *b* ad ipſas ædes proponere *c*: fieri enim poteſt, vt ita monitus, defenſor exiſtat.

7 ¶ In eum *d*, qui quid eorum, quæ ſupra ſcripta ſunt, non curauerit *e*, quanti ea res eſt cuius damni infecti nomine cautum non erit, iudicium † datur. quod non *f* ad quantitatem refertur, ſed ad id quod *g* intereſt *h*: & ad vtilitatem venit, non ad pœnam *i*.

8 ¶ Hoc autem iudicium certam conditionem habet, ſi poſtulatum eſt. cæterùm qui non poſtulauit, experiri non poteſt *k*. Poſtulare *l* autem propriè hoc dicimus, pro tribunali petere *m*, non *n* alibi.

9 ¶ Si tam vicinum *o* vrbi municipium ſit ||, vt magiſtratu ſe non interponente, potuerit prætor vel præſes adiri, poteſt dici, ceſſare *p* hanc actionem aduerſus magiſtratus, quaſi nihil interſit, cùm in tua poteſtate fuerit, à prætore vel præſide deſiderare, in poſſeſſionem mitti.

10 ¶ Hæc autem actio cùm rei habeat perſecutionem, & hæredi, & in hæredem *q*, & perpetuò dabitur.

De dominio poſt miſſionem acquirendo. 1. Si plures cauere debeant, aut caueri ſibi deſiderent. 2. De proprietario & fructuario.

5. *Paulus* || lib.1. ad Edictum. ||

PRætoris officium eſt *r*, vt miſſus *ſ* in poſſeſſionem *a* etiam eam per longi *b* temporis ſpatium in ſuum dominium *c* capere poſſit *d*.

1 ¶ Si plures ſint domini, qui cauere debent, & aliquis non caueat, in portionem eius *e* mittetur.

¶ Et contrà, ſi aliquot ſint qui caueri ſibi deſiderant *f*, & alius pretioſiores, alius viliores habeat ædes, ſiue vnius domus plures habeant diſpares partes: tamen non magnitudine *g* dominij quiſque, ſed æqualiter *h* mittentur *i* omnes in poſſeſſionem.

2 ¶ Si & dominus proprietatis, & fructuarius *k* deſideret ſibi caueri damni infecti, vterque audiendus eſt. nec enim iniuriam ſentiet promiſſor, non plus *l* cuique præſtaturus, quàm quod eius interſit.

De damno dato non interpoſita cautione.

6. *Gaius* || lib. 1. ad Edictum Prouinciale ||.

EVenit, vt nonnunquam damno dato nulla nobis competat actio, non interpoſita *m* antea cautione: velati ſi vicini ædes ruinoſæ in meas ædes ceciderint. adeò vt pleriſque placuerit, nec cogi quidem eum poſſe, vt rudera *n* tollat, ſi modò omnia quæ iacent, pro derelicto habeat.

Edictum. Interpretatio primæ partis. 1. De damno facto vel infecto. 2. Si antequam caueatur, ædes deciderunt.

7. *Vlpianus* " lib.53. ad Edictum."

PRætor ait: *Damni infecti ſuo nomine promitti* *o* *alieno ſatiſdari* *p* *iubeo ei, qui iurauerit* *q*, *non calumniæ cauſa id ſe poſtulare, eùmve, cuius nomine aget, poſtulaturum fuiſſe, in eam diem, quam cauſa cognita ſtatuero. Si controuerſia erit, dominus ſit, necne, qui cauebit; ſub † exceptione ſatiſdari iubebo, de eo opere quod in* *r* *flumine publico, ripave eius fiet, in annos decem* *ſ* *ſatiſdari iubebo. Eum cui ita non cauebitur, in poſſeſſionem eius rei cuius nomine, vt caueatur poſtulabitur ire: & cùm iuſta cauſa eſſe videbitur, etiam poſſidere iubebo. In eum, qui neque cauerit, neque in poſſeſſione eſſe, neque poſſidere paſſus erit, iudicium dabo: vt tantum* *t* *præſtet, quantum præſtare eum oporteret, ſi de ea re ex decreto meo, eiuſve, cuius de ea re iuriſdictio fuit, quæ mea eſt, cautum fuiſſet. Eius rei nomine in cuius poſſeſſionem miſero, ſi ab eo qui in poſſeſſione erit, damni infecti nomine (non) ſatiſdabitur: eum* *u* *cui non ſatiſdabitur, ſimul in poſſeſſione eſſe iubebo.*

1 ¶ Hoc edictum proſpicit damno nondum facto *x*. cùm cęterę actiones ad damna, quę contigerunt, ſarcienda pertineant, vt, in legis Aquilię actione, & aliis. de damno verò facto nihil edicto cauetur. cùm enim animalia, quæ noxam commiſerunt, non *y* vltra nos ſolent onerare, quàm vt noxæ ea dedamus: multo magis ea quæ anima carent, vltra *z* nos non deberent onerare, præſertim cùm res quidem animales *a*, quæ damnum dederint, ipſæ extent: ædes autem ſi ruina ſua damnum dederunt, deſierint extare.

2 ¶ Vnde quæritur, ſi antequam caueretur, ædes deciderunt, neque dominus rudera velit egerere *b*, eáque derelinquat, an ſit aliqua aduerſus eum actio? Et Iulianus conſultus: ſi priuſquam damni infecti ſtipulationi interponeretur, ędes vitioſę corruiſſet, quid facere deberetis, in cuius ędes rudera decidiſſent, vt damnum ſarciretur. Reſpondit, ſi dominus ædium, quę ruerunt, vellet tollere, non aliter permittendum, quàm vt *c* omnia, id eſt, & quæ inutilia eſſent, auferret: nec ſolū de futuro, ſed || & || de præterito damno cauere eū debere. quòd ſi dominus ędium quę deciderūt,

a Aduerſus defunctum quomodo agatur, *v. l.1. §.1. j. de curat. bonis dando.*

b Libellus ad ipſas ædes etiam citra contumaciam nonnunquam proponi ſolet, vt in ſubhaſtationibus immobilium, vel cum hæres beneficio inuentarij adit hereditatem: vel cum diffamatur quis à multis: tūc enim ratione incertitudinis, nulloque nominato citari debent ij quorum intereſt. Interdum vlterius progredimur, quoties voce præconis aduerſarium abſentem citamus: quod paſſim non licet, ſed certis tantum caſibus putà aduerſus criminis reos, *Nou.134. cap.5.* debitores ſolum vertere meditantes, vagabundos, carentes lare & domicilio, potentes, contumaces (quos tutò accedere nemo poſſit, & alieni territorij homines. *Guido qu.419 Iaſ.5.conſ.86.*

c fingamus reo neque habitationem, neque inquilinos, neque prædium, neque procuratorem eſſe: ſed frequenter in taberna meritoria, caupona, vel diuerſorio verſari, num eò loci citari poterit? Zaſius ait. Quid ſi is quidem hoſpicio publico frequenter vtatur, abſit tamen? programma ad Eccleſiam proponendum eſſe monet Zaſius, *n.14.* ſi debitum perſonale: nam ſi reale debitum fuerit, reuſque immobilia habebit, eius prædio denuntiari ſufficiet: eo tamen caſu prætor interdum ex officio procuratorem abſenti & non petenti vltrò conſtituet *l.9. §.5. ſ. de off. procon.* vel petente ipſo actore, *l.7. §.2. ſ. de minor.* quod vtile eſt ſcitu. Econtrario bonorum poſſeſſionem dat abſenti, ſaluo iure contradictoris, *l.3. §.7 ſup. de bon. poſſ.* adde *l.1. 2. j. de curat. bonis dando.*

d id eſt, magiſtratum. e id eſt, cautionem, exactionem, & miſſionem poſſeſſionis neglexerit, *§.3. ſup. eo.* † actio in factum *Bart.*

f Differentiam eius quod intereſt & quantitatis obſerua, vide *l.2. inſt. ſ. qui ſatiſdare.* g & ſic iudex inferior qui ſuperiora negligit iacturam paſſo in id quod verè intereſt, actione factum tenebitur.

h verè, non arbitrariè. Imò arbitrarie *l.5. §.4. j. de oblig.* *l. vlt. j. de ver. & extr. cognit.* vel hic in non faciendo. ibi vero in faciendo deliquit. vel hic ſpeciale vt in aliis multis magiſtratibus, *vt ſ. de magiſt. conueniend.*

i Non agitur ad pœnam, vbi venit intereſſe: non punitur iudex vt negligens, id quod mea intereſt damnum ab eo mihi illatum poſtulatur tantum. meum damnum ſpectatur, non eius negligentia: non iuratur in litem.

k ſciendum eſt tamen iudicem nonnunquam impertiri officium non petitum aut poſtulatum, in iis præſertim quæ ad publicum ius & crimina pertinent: ſed & in cauſis miſerabilium perſonarum, & quæ pię dicuntur, vt ſuperius dixi, §.6. poteſt enim non petentibus vltro procuratores & aduocatos dare: libellum ineptum reiicere, iuramentum calumniæ exigere, dilationem concedere, de his quæ poſt litis conteſtationem emergunt decernere: hæc enim omnia eius officio inhærent. his adde *l.1. ſ. ne iuriſdict.* eadem de re vide *hic* Ripenſem multus alios caſus enumerantem, vide *Socin. regul.200.*

l Poſtulare nemo dicitur, niſi qui poſtulat apud iudicē pro tribunali ſedentem. *l.1. §. poſtulare, ſ. de poſtulando.* Quid ſi res ſummaria ſit, hoc eſt, plenam cauſę cognitionem non exigit? Quidam putant tribunal non requiri. Bartolus in *l. à procedente 4. C. de dilat.* Alij contra exiſtimant, non poſſe poſtulari, petíve res etiam ſummario iudicio, niſi à iudice pro tribunali, ſaltem vel domi, vel in via fingere poſſumus? m Quid? num exigitur hic libellus. Speculator qualem petitionem ſufficere cenſet: etiam non ſcriptam, arg. *l.1. ſ. eod. l. ſi quis à liberis 5. §. ſi vel parens, ſ. de agnoſcend. liberis*: *l. pen. ſ. de his qui ſunt ſui.* eò magis quòd libellus non exigatur, vbi officium iudicis intercedit. Contrà libellum requiri putat Guilielmus, Cuneus, Bartolus, Angelus, Imola *hic.* Innocentius, Ioannes Andr. *in c.1. de libelli oblatione*, & ita communiter alij. Caſtrenſis libellum pręciſè requiri cenſet, niſi prorſus iudici liqueat, domum iam collabaſcere. Ripenſis communem opinionem amplectitur, non quòd dilationes concedantur iudice pro tribunali ſedente, *l. à procedente 4. C. de dilationibus*: non quod in cauſa damni infecti requiratur cauſę cognitio, *l.7. l.15. in fin. j. eod.* non quòd cautio petatur officio iudicis (id enim fallit in his cauſis in quibus celeritas ſumma exigitur) non quod in *§.6. ſ. eod.* libelli fit mentio, cum ibi nulla conuentionalis libelli fiat mentio, ſed quod libello omiſſo, baſis atque adeò fundamentum ipſum litis conteſtationis omiſſum intelligitur. n Iudex extra locum ipſum iudicij interpellatus, neglectę iuſtitię (vt loquuntur) non tenetur quod obſeruandum in clarigationibus & eiuſmodi quęſtionibus: ſunt enim paria non facere, aut minus legitime, *l quoties ſ qui ſatiſdare.* o Vicini qui dicantur arbitrio iudicis relinquitur, dicuntur vicini, qui ſe mutuò *exaudire* loquentes poſſint. adde *l.9. C. de nuptiis.* p Magiſtratu in vicino loco exiſtente iudices inferiores excuſari, ſi non officio ſuo functi fuerint in cauſis ſibi non commiſſis, hinc colligunt. q Imo mandatum in hęredem *l.35. verſ. honoraria. j. de oblig.* An in hęredem hęc datur actio quod in locum ſtipulationis omiſſę ſuccedat, vt Dynus exiſtimat? An potius hoc ſpeciale eſt, vt Bartolus notat?

r id eſt, is effectus decreti Pretoris in cauſa damni infecti adde & in noxali *l.26. in fi. ſup. de noxal.* An & in legatis? non videtur. Diſertis enim uerbis exprimitur, miſſum in poſſeſſionem ex cauſa legati non pro Domino eſſe incipere, *v. l.5. § vt in poſſeſſ. legat.* Speculator *in titulo de ſecundo decreto*, *§.4.* diſtinguit & ait, in omnibus perſonalibus actionibus hanc regulam obtinere, in realibus non æquè. Si quidem in perſonalibus peti aliquid noſtrum fieri quod antea non fuerit: in realibus, dominium quod iam noſtrum ſit peti non poſſe. inde ſequi, vt qui egerit legati nomine perſonali actione & hypothecaria, ex ſecūdo tātū decreto pro domino ſtatim poſſidere incipiat. ſin reali actione agat pro domino ſtatim poſſideat. Sed ab ea ſententia Speculator mox recedit *in §. vl.*

Hoc enim iure ſingulari receptum eſſe in damni infecti & noxali actione, vt miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto ſtatim fiat dominus. In aliis cauſis (fingamus creditori rem in ſolutum datam eſſe) acquiri tantum præſcribenti.

ſ ex ſecundo decreto.

a rei cuius poſſeſſor non erat dominus. nam ſi dominus erat, ſecundum decretū oſtendit iure dominum ſine temporis interuallo. *l.2. in fi. ſ. ſi ex noxali l.5. ſuprà communi diuidundo*: *l.26. in fin. ſup. de noxalibus*: *l.1. in fin. ſuprà de fundo dotali, l.3. §.1. ſup. de rebus eorum.* Hæc Accurſij ſententia communiter probatur. Rationis ſpeciem Baldus & Bolognius adferunt, quòd videlicet reus qui ſecundum decretum iure aliqua patitur rei dominium habere videatur pro derelicto.

b atque ita, ſecundum decretum loco tituli habetur ad præſcribendum ius dominij *Bald.*

c an perpetuū alij reo biennium, alij annum tribuunt, intra quod ſpatiū poſſit actori debitum cum expenſis ſoluere, vide *Bald.* Sic puto, in cauſa damni infecti & noxali actione, miſſum in poſſeſſionem ſtatim pro domino capere *u* aliis cauſis cauſam tantum preſcribendi adquiri: & illis caſibus debitorem intra preſcribendi tempus audiendum eſſe debitum offerentem cum expenſis, Natura enim æquum eſſe, neminem cum alterius iniuria fieri locupletiorem, *l.14. ſup. de condictione indebiti.* preſertim ſi res in quam creditor miſſus eſt, ſit adhuc integra, nec ab eo in alium diſtracta: tunc enim repellendus eſt. *l.24. §.2. ſup. de minoribus.* ſicut ſuperius oſtendi. Quid ita? miſſus in poſſeſſionem num fructus ſuos faciet? facere videtur: nam miſſus ex ſecundo decreto bona fide poſſidet: poſſidet enim authore Prætore. idcóque fructus ſuos facere, vt & quiuis bonæ fidei poſſeſſor, videtur *l.48. j. de acquir. rer.* d An etiam ſine bona fide? ſic ait Bald. arg. *l.28. ſ. de noxalib.* à qua opinione non abhorret vir doctiſſimus Cuiacius 18. *obſ.25.*

t id eſt, Miſſio fit in portionem negligentis, & non obedientis. f nec caueatur ſcilicet. g non quatenus pretioſiores ædes habet. h quia mittuntur cuſtodiæ cauſa, non dominij. i ex primo decreto ſcilicet, alias ex ſecundo decreto diſpariter miſſorum fiunt diſpares portiones. *Bald* vt in primo decreto, proportio Arithmetica: in ſecundo Geometrica attendatur, vide *l.15. §.18. j. eod.* k ſimul, ſcilicet. l id eſt reus eo caſu actoribus cauet non pro numero agentium, ſed pro re tantùm: itaque pluribus vtcumque perſonis caueat, non augetur tamen eius cautio, ne æſtimationem rei cuius nomine cautio petitur, excedat. m id eſt, non exacta à nobis cautione & ſic qui negligens fuit in exigenda cautione damni infecti id ſibi imputare meritò debebit. *Bald.* vide *l.2. Cod. de hæreditate vendita.* Ante petitam cautionem ſi domino contigit, dominus non tenetur, ſi quæ iacent rudera pro derelicto habuerit, *vt hic.* ſi modo vitio ſibi damnum non domini culpa accidit. *Bart. hic.*

n nota interdictum *de tollendis ruderibus ædium collapſarum* in ędes alienas. de quo *l.7. in fi. j. eod.* o *l 9. §.4. l.13. §.1. j eod.* p *d. §.4.*

q *l.13. §.12.13. j. eod.* † de ſatiſdationibus ſub exceptione, vide *hic Bart.*

r *l.15. l.24. l.31. j. eo. l.1. §.7. j. de ſtipul. prætor.*

ſ *l.15. §.2. j. eod.* t *l.28. j. eod.*

u ſiue vnus ſit, ſiue plures. *l.15. §.13. j. eod.*

x eſt enim hoc edictum comparatum ad futuri damni cautionem, *l.6. ſ. eo. l.14. §.2. j. tit. prox.*

y *l 7. §.6. in fi. ſ. de dolo l.1. ſ. ſi quadrupes.*

z Pro derelicto rem habere eamque derelinquere vnicuique licet damni infecti nomine *l.10. §.1. ſup. de negotiis. §.2 in fin. Inſt. de noxal.*

a Animales res ſunt quæ animam habent: veluti animalia mouentia.

b id eſt, non tantum exigere, ſed etiam exportare.

c *l.9. § 2 j eod.*

nihil facit, interdictum reddendum ei, in cuius ædes rudera *a* decidiſſent, per quod vicinus compelletur aut tollere *b*, aut totas ædes pro derelicto habere *c*.

8 *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani titulo de damn. infect.‖

QVod † fortè tunc rectè dicetur, cùm non ipſius *d* negligentia, ſed propter aliquod impedimentum *e* ſibi non proſpexit *f*.

De importatu vi fluminis. 2. De cruſta ex fundo vnius lapſa in fundum alterius, & de arboribus. 3. De rate in agrum alterius delata. 4. Si ſuperficies. 5. Vel vſusfructus alienus ſit.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 53. ad Edictum.‖

HOC *g* amplius Iulianus poſſe dici, compellendum eum, vt etiam de præterito damno caueret quod *h* enim re integra cuſtoditur, hoc non iniquè etiam poſt ruinam ædium præſtabitur. Integra autem re vnuſquiſque cogitur aut de damno infecto cauere, aut ædibus carere, quas non defendit.

¶ Denique, inquit, ſi quis propter anguſtias temporis, aut quia reipublicæ cauſa aberat, non potuerit damni infecti ſtipulari, non iniquè prætorem curaturum, vt dominus vitioſarum ædium aut damnum ſarciat, aut ædibus careat. ſententiam Iuliani vtilitas comprobat.

1 ¶ De *i* his autem, quæ vi fluminis importata ſunt, an interdictum dari poſſit, quæritur? Trebatius refert, cùm Tiberis abundaſſet, & res multas multorum in aliena ædificia detuliſſet, interdictum à prætore datum, ne *k* vis fieret dominis, quo minus ſua tollerent, auferrent *l*, ſi modo *m* damni infecti repromitterent.

2 ¶ Alfenus quoque ſcribit, ſi ex fundo tuo cruſta *n* lapſa ſit in meum fundum, eámque petas, dandum *o* in te iudicium de damno iam facto *p*, idque Labeo probat: nam arbitrio iudicis, apud quem res pro lapſæ petentur, damnum, quod ante ſenſi, non contineri. nec aliter dandam actionem, quam vt omnia *q* tollantur, quæ ſunt prolapſa.

¶ Ita demum autem cruſtam vindicari poſſe idem Alfenus ait, ſi non coaluerit, nec vnitatem *r* cum terra mea fecerit. Nec arbor poteſt vindicari à te, quæ tranſlata in agrum meum cum terra mea coaluit. Sed nec ego potero tecum agere *ius* (*mihi*) *non* *ſ* *eſſe ita cruſtam habere*, ſi iam cum terra mea coaluit: quia mea facta eſt *t*.

3 ¶ Neratius autem ſcribit, ſi ratis *u* in agrum meum vi fluminis delata ſit, non *x* aliter tibi poteſtatem tollendi faciendam, quàm ſi de præterito *y* quoque damno mihi caui ſſes.

4 ¶ Quæſitum eſt, ſi ſolum ſit alterius, ſuperficies alterius, ſuperficiarius vtrum repromittere *z* damni infecti, an ſatiſdare debeat. & Iulianus ſcribit,* quotiens ſuperficiaria inſula vitioſa eſt, dominum & de ſoli & de ædificij vitio repromittere *a* aut eum, ad quem ſuperficies pertinet, de vtroque ſatiſdare: quòd ſi vterque ceſſet, vicinum in poſſeſſionem mittendum.

5 ¶ Celſus certè ſcribit, ſi ædium tuarum vſusfructus *b* Titiæ eſt: damni infecti aut dominum repromittere, aut Titiam ſatiſdare debere. Quòd ſi in poſſeſſionem miſſus fuerit is, cui damni infecti cauendum fuit, Titiam vtifrui prohibebit.

¶ Idem ait, eum quoque fructuarium, qui non reficit *t*, à domino vti frui prohibendum: ergo & ſi de damno infecto non cauet, dominúſque compulſus eſt repromittere, prohiberi debet frui.

10. *Paulus* ‖ lib. 48. ad Edictum. ‖

QVamuis *d* alienus vſusfructus ſit, dominium promittere *e* oportere Caſſius ait. Niſi proprietarius in totum repromittat, vel fructuarius ſatiſdet, mitti oportet in poſſeſſionem eum, cui non caueatur *f*.

a nota interdictum quo agimus aduerſus vicinum, vt tollat rudera, vide *l. 6. ſup. eod.*

b è contrario, ſi ex mea domo in tuam aream rudera acciderint, competit mihi in te actio vt ea exhibeas *l. 5. §. 2. ſ. ad exhibend.*

c dic vt in *l. prox. ȷ. eod.*

† i. vt ædibus careat in cuius ædes damnum dederint.

d id eſt, damnum paſſi.

e demus eum reipublicæ cauſa abfuiſſe aut propter anguſtias temporis ſtipulari ſibi non potuiſſe, *l. 9. inf. eod.* demus nunc primum ab hoſtib. reuerſum ſarcinulas colligere, aduocatum quærere, *l. 15. in fin. l. 16. ſupra ex quibus cauſis maiores.*

f ſenſus eſt, ſi vicinus ſciens, prudens, à me cautionem damni infecti non exigit, vtcúque domus mea in eius domum deciderit, illi non teneor, *l. 6. ſup. eod.* niſi rudera nolim tollere. tunc enim vicinus coget me aut ea tollere, aut ædes pro derelicto habere, *l. 7. in fin. ſup. eod.* idem cõfirmat Nouella Leonis 95. ideóque alterutrius electionem habet reus. At ſi per Anguſtias tẽporis, aut abſens reipublicæ cauſa, vicinus non exegit à me cautionem, non tantùm rudera ex eius area cogor egerere, ſed etiam damnum ei datum præſtare. Cur ita? vide *l. 9. inf. eod.*

g id eſt, vel hæc quæ ſequitur ratio confirmat æquitatem legis 7. *in fin. legis 8. ſup. eod.*

nec enim id innuitur, ædium quæ ruinam minantur dominum ſemper ad damnum reſarciendum uicino cogi, ſemper, inquam, id eſt, ſiue ab eo cautio ſit exacta, ſiue non ſit exacta. h ſenſus eſt, quod ante damnum datum exigi poteſt, multo magis poſt damnum illatum poteſt exigi, nam ius agendi minus competit ante damnum quàm poſt damnum: & ſic à re integra ad rem deſtructam hoc argumentum ſumitur. i *l. 4. in fi. ſ. de reb. cred. §. præterea Inſt. de rer. diuiſ. l. 7. §. 2. ȷ. de adquir. rer. dom.* k *l. 39. in fi. ſ. ad leg. Aquil.* v. quæ not. ad *l. 15. ſ. ad exhiben.* l Fluminis vi quæ in fundum noſtrum importantur non ſunt noſtra, ſed priorum dominorum, niſi fundo noſtro coaluerint.

m Æquum eſt cuique permitti res ſuas ex fundo alterius tollere: ſi modo alteri caueat, ſe citra damnum eius res ſuas ſublaturum, *§. 2. ȷ. eod. l. 15. circa fi. ȷ. ad exhib.*

n de auulſa terræ cruſta, *v. Nou. Leon. 95.* o eo caſu ſcil. p i. de præterito, non de futuro. Præteritum dicitur quod illatum eſt cruſtæ caſu. Futurum, quod inferri poteſt dum cruſta legitur. q *l. 7. §. vlt. ſ. eod.*

r Coalitio namque & vnitio modus eſt transferendi dominij, *l. 26. §. 2. ȷ. de acquir. rer.* ſ Negatoriam actionem non ſolùm in ſeruitutibus locum habere, ſed etiam in iuribus aliis incorporalibus, hinc colligunt.

t An emptorem poſſum cogere, vt vinum quod emit tollat, Agam, vel effundam. *Zaſ. arg. l. 1. §. 3. ſ. de peric.* u *l. 5. §. 4. ſ. ad exhib.* x Pecus ob depaſtionem factam detineri poſſe hinc colligunt, v. tamen quæ ſcripſi ad *l. 39. §. 1. ſup. ad leg. Aquil.*

y hoc ſpeciale eſt non enim idem eſt in caſu §. 2. ſ. eo. cur tam variè? in rate non religanda præſumi poteſt negligentia domini, qui aliter nauem religare poterat. In caſu §. 2. ſ. eo. negligentia nulla fuit. z *v. l. 7. ſ. eod.*

a Dominus repromittit, ſuperficiarius ſatiſdat. b Proprietarius repromittit, fructuarius ſatiſdat. c modicam. n. ad refectionem tenetur, *l. 7. §. 2. ſ. de vſufr. & quemad.* d Damni infecti cautio locum habet etiam in his ædib. quarum vſusfructus eſt alienus. e i. repromittere de damno infecto. f *l. 9. in fi. ſ. eo.*

Sed niſi proprietario repromittendi fructuarius caueat, denegandam ei fructus petitionem Iulianus ſcribit. Sed ſi fructuarius de ſoli vitio quid præſtiterit, ius domini ad eum transferri oportet.

De pignore. de re empta à non domino.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 53. ad Edictum.‖

QVid de creditore dicemus, qui pignus accepit: vtrum repromittere *b*, qui ſuum ius tuetur, an ſatiſdare, quia *c* dominus non eſt *d*, debebit *e*? Quæ ſpecies eſt in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pignoratitio damni infecti caueri debeat. & ait Marcellus inutiliter *f* ei caueri. idémque etiam de eo cauendum, qui à non domino emit. nam nec in huius perſona committi ſtipulationem. æquiſſimum tamen puto, huic *g* proſpiciendum, id *h* eſt creditori *i*, per ſtipulationem *k*.

12. *Paulus* ‖ lib. 48. ad Edictum. ‖

HIs qui pignori rem acceperunt, potior *l* eſt is, cui damni infecti non cauetur *m*, ſi poſſidere, & per longum tempus rem capere ei permiſſum fuerit.

De eo qui dominium vel aliud ius habet. 2. Si inter ædes meas & vitioſas ſint aliæ ædes non vitioſæ. 3. De iureiurando calumniæ. Quibus cauendum eſt. 4. De eo qui deambulat, vel lauat, vel diuertit. 5. De vicinis & eorum inquilinis, & inquilinorum vxoribus, & his qui cum eis morantur. 7. De monumento 8. De ſuperficiario & fructuario. 9. De bona fidei emptore. 10. De operis noui nunciatione. De actione negatoria. De interdicto quod vi aut clam. 11. Si ab eo qui in poſſeſſionem ædium, quia ſibi non cauebatur, miſſus fuit, cautio deſideretur. 2. De iu eiurando calumniæ. 5. De die intra quem cautio locum habet.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 53. ad Edictum.‖

QVi bona fide à non domino emit, videndum eſt nunquid repromittat, non etiam ſatiſdet. quod quibuſdam videtur. habet autem rationem, vt magis repromittat, quàm ſatiſdet. ſuo enim nomine id facit *n*. 1 ¶ Siue corporis dominus, ſiue is *o*, qui ius habet, (vt purà ſeruitutem) de damno infecto caueat: puto eum repromittere debere, non *p* ſatiſdare: quia ſuo nomine id facit, non alieno.

2 ¶ Cùm inter ædes meas & tuas ſint aliæ ædes non vitioſæ, videndum eſt, vtrum tu ſolus mihi cauere debeas, an verò & is, cuius ædes vitioſæ non ſunt; an ille ſolus, ‖ an ambo: ‖ & magis eſt, vt ambo *q* cauere debeant. quia fieri poteſt, vt ædes vitioſæ in ædes non vitioſas incidentes damnum mihi dent: quamuis poſſit quis dicere, non vitio *r* incolumium ædium hoc factum, ſi aliæ in eas incidentes damni cauſam præbuerunt. ſed cùm proſpicere *ſ* ſibi potuerit, damni infecti cautionem non proſpexerit, merito conuenietur.

3 ¶ Qui damni infecti caueri ſibi poſtulat, prius de calumnia *t* iurare debet. Quiſquis igitur iurauerit de calumnia: admittitur ad ſtipulationem.

¶ Et non inquiretur, vtrum interſit eius, an non, vicinas ædes habeat, an non habeat. Totum tamen *t* hoc iuriſdictioni prætoriæ ſubiiciendum, cui cauendum ſit, cui non.

4 ¶ Cæterum neque *u* ei, qui in meo deambulet, neque ei qui in meo lauet, vel in mea taberna diuertat, caueri debet.

5 ¶ Vicinis planè, inquiliniſque *x* eorum, & inquilinorum vxoribus cauendum eſſe ait Labeo. Item his, qui cum his morentur.

6 ¶ De illo quæritur, an inquilinis ſuis *y* dominus ædium cauere poſſit. & Sabinus ait, inquilinis non eſſe cauendum. aut enim ab initio *z* vitioſas ædes conduxerunt; & habent, quod ſibi imputent, aut in vitium ædes inciderunt: & poſſunt ex conducto *a* experiri. quæ ſententia verior eſt.

7 ¶ Si quis iuxta *b* monumentum ædificauerit, vel iuxta ædificium ſuum monumentum fieri paſſus ſit, de damno infecto ei poſtea cauendum non erit: quia rem illicitam admiſit. aliàs autem, ſi monumento ædificium noceat, in quo nihil ſit, quod imputari poſſit ei ad quem ius monumenti pertinet, cauendum eſt ei, ad quem ius monumenti pertinet.

8 ¶ Superficiarium *c*, & fructuarium *d* damni infecti vtiliter ſtipulari hodie *e* conſtat *f*.

9 ¶ Sed ei, qui bona fide a non domino emit, dãni

a *l. 7. C. de vſufr.*

b vide *l. 7. ſup. eod.*

c *l. 9. §. 4. ſuprà eodem.*

d Dominus tamen pignoris videri poteſt, ſi apud eum pignus pro tanta ſumma ſit obligatum vt à debitore pignus lui non poſſit, *l. 101. ſup. de legat. 1.* antea enim diximus dominum repromittere, non ſatiſdare.

e vtique caueri debet. licet iuriſconſultus huic quæſtioni non reſpondeat, quæſtio habetur pro reſponſione. *Zaſius.*

f ſtricto iure, ſecus ex æquitate, *inf. eod.* & ſic Marcellus ſtrictum ius, Vlpianus æquitatem defendit.

g creditori, inquam. An & qui à non domino bona fide emit, licet bonæ fidei poſſeſſor cauere debet, aut ei caueri oportet? uid. *l. 13. ȷ. eod.*

h Hæc verba, id eſt, *creditori per ſtipulationem*, Antonius Faber 2. *Coniectur.* 17. putat eſſe verba interpretis, non Vlpiani.

i Creditor pignoraticius, ſeu hypothecarius cautionem damni infecti exigere poteſt.

k cur ita? quia in pignore quæritur ius reale, creditoris ius eſt manifeſtum.

l atqui miſſus ex ſecundo decreto haberi alio quam creditoris loco nõ poteſt, ſi ita eſt, qui ante eum erit creditor, potior erit, argum. *l. 11. ſup. qui potiores.*

m & in poſſeſſionem ex ſecundo decreto miſſus eſt.

n id eſt, habetur loco domini.

o Qui ius habet, puta ſeruitutis, repromittere tenetur: de damno verò ſatiſdare non tenetur, *l. 30. ȷ. eod.*

p Imò cui competit ſeruitus perſonalis (vt vſusfructus) ſatiſdare debet, *l. 10. ſ. eod.* quin & ſuperficiarius (qui ſeruitutem realem habet, *l. 3. §. 3. ſ. tit. prox.*) ſatiſdare tenetur, *l. 9. §. 4. ſ. eod.* atque ita, qualiſcunque ſeruitutis dominus ſatiſdare debet.

q vitioſa domus non vitioſæ eum in modum nocebit: cogitur enim non vitioſarum ædium dominus cauere propter ædes vitioſas vicini.

r magis enim patiuntur quàm agunt.

ſ Imputatur negligentia ei qui proſpicere potuit nec proſpexit. † *l. 7. ſ. eod.*

t Poſt iuramentum calumniæ, iudicem de veritate inquirere poſſe hinc colligitur.

u Cur ita? quia ad tempus exiguum valdè, in meo verſatur.

x *l. 18. §. 3. ȷ. eod.* y *l. 33. ȷ. eod.*

z Indignus eſt auxilio, qui ab initio fuit negligens.

a Vide *l. 27. in pr. ſ. locati.*

b *l. vlt. ſ. finium regund. l. 11. C. de ædificijs priuatis.*

c *l. 39. §. 2. ȷ. eod.*

d *l. 20. ȷ. eod. l. 7. ſ. de vſufruct.*

e Hodie; eſt ex noua iuriſprudentia.

f Cur conſtat? ſuperficiariis & fructuariis dantur vtiles actiones, ȷ. *de ſuperficiebus.*

infecti

infecti ſtipulationem non *a* competere *b* Marcellus ait *c*.

10 ¶ Si quis opus nouum *d* nuntiauerit, an nihilominus damni infecti *e* ei caueri debeat, Iulianus tractat? Et magis probat, caueri *f* oportere *g*. Nam *h* & ei qui egerit, ius aduerſario non *i* eſſe, altius tollere ædificium, caueri debere *k*.

¶ Item eum, aduerſus quem interdictum quod vi aut clam competit, cauere *l* debere *m* Iulianus ait: quia *n* non eſt cautum, neque de vitio ædium, neque de damno operis.

11 ¶ Si quis, quia ſibi non cauebatur, in poſſeſſionem ædium miſſus fuerit. deinde is cuius ædes fuerunt, cùm præterea alias ædes haberet, deſideret ab eo qui in poſſeſſionem miſſus eſt, vt ſibi damni infecti, harum ædium nomine, quarum in poſſeſſionem miſſus eſt, caueret: an ſit audiendus, videamus? Et Iulianus ſcribit: Is, qui vitioſis ædibus ceſſerit, ſi integras retinuerit, nunquid improbè ab eo, qui vitioſas ædes cœpit poſſidere, cautionem exigit: cùm ideo poſſeſſionem amiſerit quia & ipſe damni infecti ſatis non dederat. & ſanè * parum probè poſtulat ab eo caueri ſibi earum ædium nomine, quarum ipſe *o* cauere ſuperſedit. quæ ſententia vera eſt *p*.

12 ¶ Si quis ſtipulaturus iurauerit, nec fuerit ſtipulatus: an poſtea ei ſtipulari volenti iurandum ſit, videamus. & puto, iterum iurandum: quia poſſit fieri, vt aut tunc, aut modo calumnietur.

13 ¶ Si alieno *q* nomine caueri mihi damni infecti poſtulem: iurare debeo, *non calumniæ cauſa id eum, cuius nomine cautum poſtulo, fuiſſe poſtulaturum.*

14 ¶ Sed ſi eius nomine poſtulem, qui ſi ipſe poſtularet, iurare non compelleretur: (veluti patronus vel parens) dicendum eſt: locum iuriiurando non eſſe: de quo enim ille non iuraret? nec, qui vice eius poſtulat, in hac ſtipulatione debet iurare.

15 ¶ Huic ſtipulationi debet dies *r* eſſe inſertus: intra quem ſi quid damni contigerit, cautio locum habet. neque enim in infinitum *ſ* obligatus eſſe debet ſtipulatione. Ipſe igitur prætor diem dabit ſtipulationi, æſtimatione habita ex cauſa *t*, & ex qualitate eius damni, quod contingere ſperatur.

14. *Paulus* lib. 48. ad Edictum.

IN cauſæ cognitione etiam longinquitas *u* ſoli *x*, & operis magnitudo *y* ſpectanda eſt *z*.

¶ *Interpretatio ſecunda partis.* 1. *Verba edicti. De ſatiſdatione & tempore ſtipulationi præſtituto.* 3. *De vitio loci vel operis.* 4. *De tempore intra quod ſtipulatio committitur.* 5. *Interpretatio verborum, De eo opere.* 6. *De via publica.* 7. *& ceteris locis publicis.* 10. *De publica loci publici refectione.*

11 ¶ *Interpretatio tertiæ & quintæ partis. De eo in cuius poſſeſſionem mittitur.* 15. *De pluribus in poſſeſſionem mittendis.* 16. *De acquiſitione dominij.* 17. *De pluribus in poſſeſſionem miſſis.* 19. *& ſumptibus ab vno eorum factis.* 20. *An dominus decedat poſſeſſione. & de ſecundo decreto.* 24. *De iuribus debitis his, qui potuerunt ſatiſdare.* 26. *de ædib. vectigalibus.* 27. *De prædio vectigali* 28. *Si dum prætor de danda ſtipulatione deliberat, damnum contigerit.* 29. *De pupillo.* 30. *De inſula fulcienda, vel reficienda.* 31. *Si cautio offeratur miſſo in poſſeſſionem.* 33. *vel iuſſo poſſidere.* 34. *Si ædes ruerint ante miſſionem.* 35. *Si quis metu ruinæ deceſſerit poſſeſſione, vel non acceſſerit.*

36 ¶ *Interpretatio quartæ partis. De cauſa actionis in factum. Quid in eam veniat, & de tempore in quod extenditur.*

a Imo competit, *l.* 11 *ſup. eo.* An hæc Marcelli opinio reprobata? An hic locus ſtricti iuris eſt?
b Cur tam variè? Fructuarius & ſuperſiciarius cauſam habent à domino: bonæ fidei poſſeſſor, à non domino.
c ſi non competit, igitur & exceptio dominij refertur: atqui dominij exceptio referri non poteſt in iis cauſis, quæ celeritatem deſiderant, *l.* 3. *ſup. ad exhib.*
d iam factum ſc.
e id eſt, nondum facti.
f Imo non oportet: nam vno remedio aliud tolli ſolet, §. 6. *ſ. eo.* An hæc duo remedia extraordinaria ſunt: vt ne alterum altero tollatur *l. quemadmodum.* 29. *§. magiſtratus.* 7. *ſup. ad l. Aquil.* An vt ſint æquo iure ordinaria, aliud alio tamen non tollitur, cum ad res diuerſas dentur?
g Atque ita duo remedia diuerſa cócurrere poſſunt.
h Argumentum à ſimili ſumptum.
i i. qui egerit negatoria actione. Negatoriam hic ſimpliciter ſumo, vt in §. 2. *Inſtit. de actionib.*
k Interea ſcilicet dum agitur cauſa proprietatis, atque ita cautio damni infecti, & negatoria in rem, concurrunt. Negatoria ad tuendam libertatem fundi: Cautio, propter ruinam inceptam ædificij.
l Imo cauere non debet: nam vt confeſſoria, *l. loci corpus* 4. *§. in confeſſoria.* 2. *ſ. ſi ſeruitus vindicetur.* ita interdicto, id quod intereſt noſtra conſequimur? ſic ſanè: ſed confeſſoria datur ad id quod extra rem; interdictum ad id quod in re ipſa intereſt. m de damno ſcil. interea dum agitur de cauſa principali. n quaſi dicat. Vtcunque negatoria mihi competat, vel interdictum, *quod vi aut clàm*, non eſt tamen mihi de vitio operis conſultum.
o Non eſt cauendum ei qui ex contumacia cauere noluit. hæc eſt talionis pœna, *l. 6. ſup. de his quæ vt indign.* p atqui dupliciter puniri videtur contumax contra legis præcepta. Nam ob eius contumaciam adverſarius in poſſeſſionem ædium eius mittitur: ac præterea ipſi contumaci, damni infecti propter alias eius ædes non cauetur. videtur & miſſus in poſſeſſionem mihi cauere debere *l. damni* 18. *§. ſi vicinas* 12. *ſ. eod.* etiamſi contra me in poſſeſſionem miſſus ſit, *l.* 5. *§.* 1. *in fin. ſup. vt legatorum nomine caueat.* vide hic Bart. q *l.* 39. *§.* 3. *ſ. eo.* & ſic de alieno facto & alterius conſcientia iurare licet: iurare, inquam, ex credulitate, ſi vehementer id opinabimur *l.* 2. *§.* 8. *in fin. ſ. tit. prox.* An & ſine mandato eius cuius nomine agimus? id noſtra lex innuit: vt multo magis cum mandato iurari poſſe colligat: ſed hoc tamen caſu ſpeciale domini mandatum requiri docent interpretes. Vtique *l. vlt. §.* 2. *C. de iureiur. propter calum.* iubet dominum in prouincia in qua degit calumniæ iuramentum ſubire *v. Andr. Gayl.* 1. *obſ.* 83. Quid: omiſſum calumniæ iuramentum num vitiat? *v. l.* 2. *§.* 4. *C. de iureiur. propter calum.* Num conſuetudine vel ſtatuto remitti poteſt: poſſe videtur: *v. l.* 2. *C. de indicta viduitate.* An pœna iurantis de calumnia committitur ipſo iure? Minimè: requiritur n. ſententia declaratoria, nec tranſmittitur ad heredes, *v. l.* 2. *§.* 6. *C. de iureiurando propter calum.* An procurator ex officio datus cogendus eſt id iuramentum præſtare? An contumacia procuratoris non iurantis de calumnia nocet domino? *v. eundem c.* 89. An procurator fiſci de calumnia iurare debet? *v. eundem c.* 90. *v. l.* 2. *§* 2. *C. de iureiur. propter calum.* An heredi iuſiurandum calumniæ deferri poteſt? Poſſe videtur, *v. Nou.* 124. *c.* 1. An & tutori? ſic ſanè, *v. l.* 4. *ſ. de in litem iurando.* r *l.* 4. *ſ. de eod.* ſ Infinitas eſt vitanda *l.* 9 *ſ. ſolut. o. l.* 11. *§.* 18. *ſ. de leg.* 3. t Circunſtantias, huius iudicij conſiderandas eſſe nota: circunſtantias, inquam, cauſæ, qualitatis, longinquitatis, & magnitudinis operis, eſt autem cauſa hic origo rei. u longinquioris namque loci conſeruandi cura minor eſt. x loci *v. l.* 15. *§* 3. *ſ. eod.* y facilius enim ruit magnum opus. z vt eorum habita ratione longior vel breuior dies concedatur.

15. *Vlpianus* lib. 53. ad Edictum.

SI finita ſit dies ſtatuta in cautione: iterum *a* arbitratu prætoris ex integro erit cauendum.

1 ¶ Si verò ſine adiectione diei *b* ſtipulatio fuerit interpoſita: ſi quidem ex conuentione *c* quandoque fuerit commiſſa, ex ſtipulatu agitur *d*: ſi verò per errorem *e*, magis eſt illud dicendum, finito die in quem alioquin caueri ſolet *f*, deſiderandum eſſe à prætore, vt liberetur.

2 ¶ Deinde ait prętor *g*. *De eo opere h, quod in flumine publico, ripáve eius fiet, in i annos decem ſatiſdare k iubebo.* Hic exigitur ſatiſdatio, & tempus ſtipulationi præſtituit idcirco, quia in publico fit cum autem in alieno fiat, ſatiſdationem prętor iniungit *l*.

3 ¶ Notandum quod non etiam de loci vitio, ſed de operis tantum cauetur. quamuis ſi in priuato fiat & de loci, & de operis vitio caueatur. ſed cum locus publicus ſit: non erat neceſſe, ibidem opus facienti de alio vitio quàm operis, ſatiſdare damni infecti.

4 ¶ Si quid igitur damni intra decem annos acciderit, id ſtipulatione continetur.

5 ¶ Et quod ait prętor, *de eo opere*, ſic accipe, de eo damno, quod ex opere fiet.

6 ¶ Si quid in via publica fiat *m*, quia *n* in alieno fit, ſatis dandum eſt.

7 ¶ Sed prætor cauſa cognita, tempus *o* pro *p* conditione operis determinabit.

8 ¶ Siue autem quis muniat viam, ſiue quid aliud in via publica faciat, debebit cautio locum habere, ne *q* per hoc damno priuati contingantur *r*.

9 ¶ De cæteris locis publicis nihil ſpecialiter cauetur, verum ex generali *ſ* ſermone, quaſi in alieno fiat, ſatiſdari *t* debebit damni infecti.

10 ¶ Si publicus locus publicè reficiatur, rectiſſimè Labeo ſcribit, eoque iure vtimur, de damno infecto non eſſe cauendum *u*, *Si quid vitio loci, aut operis fiat.* certè legem dandam operis talem, ne *x* quid noceat vicinis, damnive detur. 11 ¶ Ex hoc edicto, ſi non caueatur, mittitur in poſſeſſionem à prætore in eam *y* partem, quæ ruinoſa eſſe videtur. 12 ¶ An verò in totas ædes miſſio locum habeat, videamus? Et extat Sabini ſententia in totas *z* ædes mittendum. alioquin ſi ex ſuperficie (inquit) damnum timeatur, non habebit res exitum. nec profuturum *a* in poſſeſſionem eius rei mitti, quam quis poſſidere non *b* poſſit, aut ei non *c* expediat. & verior eſt Sabini ſententia.

13 ¶ Sed ſi in plures partes diuiſa domus ſit, vtrum in partem, an in totam domum poſſidendam mitti quis debeat, videamus? Si tam ampla domus ſit, vt & ſpatia inter vitioſam partem intercedant, & eam quæ vitium non facit: dicendum in eam ſolam partem mitti. Si verò vnita *d* ſit contextu ædificiorum, in totam. Itaque & in ſpatioſis domibus melius dicetur, in eam *e* partem domus mittendum, quæ vitioſæ parti vnita eſt. Cæterùm ſi modica portiuncula ædiũ ampliſſimarum vitium faceret, quale erat *f* dicere, totas ædes iubendum poſſidere eum, cui damni infecti non caueretur, cùm *g* ſint ampliſſimæ?

14 ¶ Item quid dicemus, ſi inſula adiacens *h* domui vitium faciat, vtrum in inſulę poſſeſſionem, an verò in totius domus poſſeſſionem mittendum ſit? Et magis eſt, vt non in domus poſſeſſionem, ſed in inſulę mittatur.

15 ¶ Si plures ſunt, qui poſtulent vt caueatur: omnes mitti in poſſeſſionem ſolent.

¶ Idemque Labeo probat, & ſi prius quis in poſſeſſionem miſſus ſit, & alius mitti deſideret. nam non ſpectabimus ordinem *i*, ſed habebunt ambo poſſeſſionem.

¶ Quòd ſi iam prior poſſidere iuſſus ſit, & alius damni infecti caueri deſideret *k*, tunc niſi cauetur, mittetur in poſſeſſionem poſterior.

a Finita prima dilatione, alia dari poteſt e cauſa. *Bald.*
b id eſt, ſi hæc cautio *ſi quid intra tale tempus damni contigerit*, non fuerit interpoſita.
c i. cum conueniſſet expreſſe inter partes, ne dies adiiceretur ſtipulationi, & poſtea damnum metuitur.
d vt quoties damnum apparuerit caueatur.
e ſi dies fuerit omiſſa ſc. vtpote quòd credebat promiſſor ſe ſemper teneri.
f Nam in dubio recurrendum eſt ad cõſuetudinem. Conſuetudo conuentiones partium interpretatur. *l.* 31. *§.* 20. *ſ. de ædilitio.*
g *l.* 7. *in pr. ver.* 2 *ſup. eod.*
h i. de damno futuro ex eo opere *§.* 5. *ſ. eo.* vnde notant, particulam hanc *De.* rationem remotam adſignificare.
i tempus huic ſtipulationi ſubiicitur.
k hic exigitur ſatiſdatio.
l *l.* 7. *ſ. eod.* pro arbitrio ſuo, *l.* 19. *in fin. ſ. eod.* Imo non iniungit *l.* 1. *§.* 6. *ſ. de ſtipul. prætor.*
m conſenſu publico.
n *§.* 2. *in fi. ſ. eod.*
o ſatiſdandi.
p *l.* 13. *l.* 14. *ſ. eod.*
q ne hæc damno priuati contingat
r & ita qui vicinis officit tenetur cauere.
ſ Speciales vbi clauſulæ deficiunt, ad generalem recurrimus cuius vis eſt omnia complecti quæ non ſunt expreſſa in ſpecie. *l.* 53. *ſ. de verb. oblig.* Generalis enuntiatio omnes ſuas ſpecies continet *l. hæc oratio* 4. *infrà ſi ingenuus eſſe dicetur, l. in fraudem* 15. *§. vlt. ſup. de teſt. milit.*
t *v. l.* 7. *ſup. eod.*
u quia reſpublica cauere non ſolet *l.* 6. *in fi. ſup. vt legator.*
x Reipublicæ non licet aliquid in publico loco reficiendo, quod priuatis noceat, facere. y hoc vt ſit intelligendum, explicat *§.* 12. *ſ. eod.*
z Si vitium ſit in parte ſubſtantiali, (puta tecto, fundamento, ædium parietibus) tunc in totas ædes facienda eſt miſſio.
a Potentia fruſtra eſt quæ non reducitur ad actum.
b Imo ſuperficies poſſideri poteſt ſine ſolo. *l ſi duo.* 3. *§. item videamus ſ. vti poſſidetis.* naturaliter poteſt poſſideri ſine ſolo, naturaliter & ciuiliter non poteſt. Niſi dicas, iam cadentem ſuperficiem ſine ſolo poſſideri non poſſe.
c Imo expedit poſſideri naturaliter. *l.* 1. *§. deiicitur. ſ. de vi & vi armata.* non expedit, quia timetur ne decidat. alias ſuperficies poſſideri non poteſt, niſi quid ipſi domino præſtetur *l. in ſpeciali* 73. *§.* 1. *ſup. de rei vindic.*
d inſeparabiliter. Connexorum idem eſt iudicium *l. vlt. ſup. de leg.* 3.
e Vtile per inutile vitiatur, ſi ab altero ſeparari non poteſt. f *al.* erit.
g ſc. ſi fuerint. h Inſulæ domibus adiacent. *vt hic.* i. prope domus vicinæ ſunt, non tamen ſunt eis adiunctæ. Atqui dicitur inſulæ communis eſſe paries, *l.* 13. *ſup. de ſeruit. vrb.* nihil vetat inſulæ communem eſſe parietem, etiam ſi non ſit inſula vicino ædificio connexa. *v. Cuiac.* 1. *obſer.* 14. alias inſulæ legitimo ſpatio inuicem diſtant *l.* 14. *ſup. de ſeruit. urban.*
i Ordo eorum qui miſſi ſunt, non attenditur, quoad immiſſionem ex primo decreto. An attendatur ordo ſcripturæ, *v. l.* 6. *ſ. de ſolutionib.* v. Cuiacium *C. ſi in cauſa iudicati pignus captum ſit. l.* 2 0. *ſ. qui potiores.*
k immiſſo vno ex creditoribus, non cenſentur cæteri immiſſi, niſi poſtulauerint *l.* 5. *§.* 2. *ſuprà vt in poſſeſſ.* immo immiſſi cenſentur, *l.* 12. *ſ. de rebus auth.*

16 ¶ Iulianus ſcribit, eum qui in poſſeſſionem damni infecti nomine mittitur, non *a* prius incipere per longum tempus dominium capere, quàm ſecundo *b* decreto à prætore dominus conſtituatur.

17 ¶ Si ante hoc decretum alius quoque in *c* poſſeſſionem miſſus fuerit, æqualiter *d* ambo ædium fiunt domini: ſc. cùm iuſſi fuerint poſſidere.

¶ Si verò iam conſtituto domino *e* eo qui primus in poſſeſſionem miſſus eſt, Titius damni infecti ſibi caueri deſiderabit: ceſſante primo cauere, ſolus Titius erit in poſſeſſione.

18 ¶ Cùm autem plures mittuntur in poſſeſſionem, æqualiter *f* mittuntur, nõ pro rata damni, quod vnumquemque contingeret: & meritò. Nam & cùm vnus mittitur, non pro portione damni mittitur, ſed in totum. cùm igitur plures mittuntur, æqualiter omnes quaſi in totũ miſſi cõcurſu partes habebunt *g*.

19 ¶ Sed ſi quis eorum miſſus in poſſeſſionem, ſumptum fecerit, deinde iubeatur poſſidere, an ſumptum conſequi poſſit is qui fecit? & quo iudicio? Et placet, cõmuni diuidundo *h* iudicio conſequi‖eũ‖poſſe.

20 ¶ Si quis autem in poſſeſſionem miſſus, nondum poſſidere iuſſus *i* ſit: an dominus decedere poſſeſſione debeat. videamus? Et ait Labeo, non decedere *k*. ſicuti nec cum creditòres vel legatarij mittuntur, ídque eſt verius.

21 ¶ Non autem ſtatim, vbi miſit prætor in poſſeſſionem *l*, etiam poſſidere iubet *m*, ſed tunc demum, cùm iuſta cauſa videbitur. Ergo interuallum *n* aliquod debebit *o* intercedere: quod aut pro derelicto ædes longo *p* ſilentio dominus videatur habuiſſe, aut emiſſo *q* in poſſeſſionem, & aliquandiu *r* immorato nemo caueat.

22 ¶ Si fortè dominus reipublicæ cauſa abeſt, aut ex alia iuſta cauſa, aut in ea ſit ætate, cui ſubueniri ſolet probandum eſt, non debere prætorem feſtinare *ſ* ad decernendum, vt iubeat poſſidere.

¶ Sed etſi decreuerit *t*, nemo dubitat, in integrum *u* reſtitutionem indulturum.

23 ¶ Vbi autem quis poſſidere iuſſus eſt, dominus deiiciendus *x* erit poſſeſſione.

24 ¶ Si qua ſint iura debita his, qui potuerant *y* de damno infecto ſatiſdare *z*: deneganda erit eorum *a* perſecutio aduerſus eum, qui in poſſeſſionem miſſus eſt *b*. & ita Labeo probat *c*.

25 ¶ Item quæritur in pignoratio creditore *d*, an pignoris perſecutio denegetur aduerſus eum qui iuſſus ſit poſſidere? Et magis eſt, vt ſi neque debitor repromiſit, neque creditor ſatiſdedit *e*, pignoris perſecutio denegetur.

¶ Quod & in fructuario rectè Celſus ſcribit.

26 ¶ Si de vectigalib. *f* ‖ ædibus ‖ non caueatur *g*, mittendum in poſſeſſionem dicemus *a*, nec iubendum poſſidere: nec enim dominium *b* capere poſſidendo poteſt: ſed decernendum, vt eodem iure eſſet *c* quo *d* foret is, qui non cauerat: poſt quod decretum vectigali *e* actione vti poterit.

27 ¶ Sed in vectigali *f* prædio, ſi municipes † non cauerint, dicendum eſt, dominium per *g* longum tempus adquiri *h*.

28 ¶ Eleganter quæritur, ſi dum prætor de danda ſtipulatione deliberat, damnum contigerit, an ſarciri poſſit? Et miſſio quidem ceſſabit *i*. Prætor tamen decernere debet, quicquid damni contigerit, vt de eo quoque caueatur *k*. aut, ſi putat, quod vtiliter actionem *l* daturus ſit, decernat *m*.

29 ¶ Si pupillus *n* tutorem non habeat, quo auctore damni infecti promittat *o*: quaſi non defendatur, miſſio in poſſeſſionem locum habebit *p*.

30 ¶ Si quis damni infecti in poſſeſſionem miſſus ſit *q*, fulcire eum, & reficere inſulam debere, ſunt qui putent *r*: eámque culpam præſtare exemplo eius, qui pignori *ſ* accepit: ſed alio iure vtimur: cùm enim ob hoc tantum miſſus ſit, vt vice cautionis in poſſeſſione ſit, nihil ei imputari, ſi non *t* refecerit.

31 ¶ Item videamus, ſi ei cautio offeratur, poſteaquàm miſſus eſt, ‖ an ‖ non prius decedere debeat *u*, quàm *x* ſi ei caueatur *y* etiam de eo damno, quod contingit, poſteaquam miſſus eſt in poſſeſſionem? Quod quidem magis probatur *z*: repetita *a* igitur die promittendum erit. hoc amplius, de impenſis *b* quoque, ſi quas fecerit, erit ei cauendum.

32 ¶ Illud quæritur ex quo tempore damni ratio habeatur: vtrum ex quo in poſſeſſionem ventum eſt, an verò ex quo prætor decreuit, vt eatur in poſſeſſionem? Labeo, ex quo decretum eſt. Sabinus ex quo ventum eſt in poſſeſſionem. Ego puto *c*, cauſa cognita modò hanc modò illam ſententiam probandam: plerumque enim ſubuenitur etiam ei, qui miſſus in poſſeſſionem, aliqua ex cauſa aut non venit, aut tardius venit in poſſeſſionem.

33 ¶ Poſteaquam autem quis poſſidere iure dominij *d* à prætore iuſſus eſt, nequaquam *e* locus erit *f* cautionis oblationi. & ita Labeo. cæterum *g* nullus (inquit) finis rei inuenietur *h*. Et eſt hoc veriſſimum, ſepoſito eo *i*, quod quibuſdam vel ætate *k*, vel qua alia iuſta cauſa ſubuenitur.

34 ¶ Si iam ruerunt ædes, an in poſſeſſionem ruinæ *l* vel aleæ mittendus ſit nihilo minus is cui cautum non eſt, videamus? Et magis eſt, vt mitti debeat. & ita Labeo. ſed adiicit, ſi poſteaquàm decreuerit prætor, eum in poſſeſſionem mittendum, tunc ædes deciderint. & puto Labeonis ſententiam veram.

¶ Proinde & ſi refecit aliquid, erit probandum, non prius eum diſceſſurum quam ſi ei ſarciatur, & de præterito caueatur. Poteſt autem & in factum *m* actione reciperare hoc quod impendit. Sed non *n* amplius quàm quod boni viri arbitratu *o* factum ſit.

¶ Idem eſt, & ſi alius iuſſu rogatúve meo eorum quid ſine dolo malo fecerit. & eo nomine condemnatus ſim, aut dederim ſine dolo malo.

35 ¶ Si quis metu ruinæ deceſſerit poſſeſſione, ſiquidem cùm adiuuare rem non *p* poſſet, id fecit. Labeo

a hinc colligere poſſis, Secundo decreto non ſtatim dominium, ſed cauſam tãtum adquirendi dominij transferri, *arg. l. 5. ꝟ. eod.* Principium enim vſucapiendi à ſecundo decreto ſumitur: aliud eſt enim ipſum Principium vſucapiendi, & ipſa vſucapio. Nam ſi miſſus ex ſecundo decreto incipit vſucapere, nondum vſucepiſſe intelligitur. Sed res ita conſtituatur: Secundo decreto is qui miſſus eſt, ſit dominus (& ita intellige §. 17. §. 33. ꝟ. eo.) ſi aduerſarius erat dominus: ſin minus præſtatur miſſo in poſſeſſionem vſucapiendi conditio. & ita intellige hunc §. id etiã intellige, ſi reus omnino fuerit abſens per contumaciam, non per ætatem impeditus vel reipublicæ cauſa. nam vtcumque ſecundum decretum ſit interpoſitum, ei ſuccurritur §. 22. ꝟ. eod.

b Secundum decretum, quin & primum quid eſt? Primum decretum Itali *tenutam*, Galli *recedentiam* appellant, quòd per ſententiam iudicis res alicui credantur, id eſt, committantur, Hiſpani *interim*. Imbertus *poſſeſſionem fiduciariam* vocat, vtpote quam quis ſub regia fiducia & manu tenet, Rebuffus *tract. de ſent. execut. art. c. 1. gloſſ. 1.* præiudicialem poſſeſſionis ſententiam, Zaſius *hic n. 3.* primam aggrauationem iudicis contra reum contumacem definit. Ad primum decretum ita peruenitur, citatur reus & quidem peremptoriè: editur libellus iudici: Rei contumacia iudici declaratur, reus pronuntiatur contumax. Poſt ſententiam, creditor, aut is qui agit, mittitur in poſſeſſionem per iudicem vel apparitorem. *Zaſius hic num. 4. ad* 11. Ad ſecundum verò decretum: pars abſens contumaciter, citatur de nouo: vt intra tempus à iudice definitum de proprietate diſceptatura veniat. id niſi fecerit, miſſus continuò ſit dominus, ſi dominium rei contumax habuit: ſin minus, contumax vſucapiendi tantum conditionem aduerſario præſtat. Primi decreti magnus eſt vſus in beneficiariis cauſis: de quibus nunc dicere ſuperſedeo. c In poſſeſſionem mitti & iuberi poſſidere differunt *vt ex §. 20. ꝟ. eod.* illud, primi: hoc, ſecundi decreti eſt.

d An pro rata damni? An pro dominij proportione, vt Accurſius putat? An eodem tempore, vt Bartolus?

e Secundum decretum eradicare dominium ab eo quem inuenit dominum, hinc Baldus colligit. adde §. 33. ꝟ. eod.

f *l. 5. §. 1. in fin. ſup. eod. l. 40. in fin. ꝟ. eod.*

g vt in vſufructu *l. 1. §. 3. ſup de vſufruct. adcreſcendo.*

h *v. l. 4. in fin. ſup. communi diuidundo.* i ex ſecundo decreto. k ſi res ſit immobilis *l. 3. in fin. ꝟ. de adquir. poſſeſſ. v. l. 5. ꝟ. vt in poſſeſſ.* ſecus in re mobili, *vt hic. Zaſ. num. 2.* l ex primo decreto. m ex ſecundo decreto. Ex primo mittimur in poſſeſſionem: ex ſecundo iubemur poſſidere. n quodnam erat illud interuallum? An decem vel viginti annorum, vt quidam volunt? omnino arbitrio iudicis id relinquitur. Interuallum illud cauſæ cognitionem habet ſi res habetur pro derelicto, aut diu immorato in poſſeſſione non caueatur.

o Ad ſecundum decretum non eſt feſtinandum. p Longo ſilentio res habetur pro derelicto, Longum ſilentium poteſt intelligi decem vel viginti annorum. q *al.* miſſo. r Quam diuerſa eſt hæc alternatiua? Longi ſilentij tempus in ædib. pro derelicto habendis Iudex non arbitratur, ſed lex definit. quandiu verò miſſo in poſſeſſionem & in ea immorato non caueatur eique mora fiat, iudex hoc arbitratur. Longum ſilentium, longum tempus eſt: aliquandiu verò, modicum tempus. Accurſius itaque alternatiuam pro coniunctiua hic accipit malè. Longum enim & modicum differunt. Illud in miſſione aduerſus abſentem facienda ſpectatur: hoc aduerſus præſentem. *Oldradus. Bart.* ſ Secundum decretum nunquam aduerſus non latitantem feſtinandum. t in procedendo iudex feſtinare non debet, ſi tamen ad ſecundum decretum feſtinauerit, hoc decretum valebit, & quod fieri non debuit factum tenebit, niſi reſtitutio in integrum indulta fuerit, *vt hic.* u Contra ſecundum decretum datur reſtitutio ex iuſta cauſa.

x Iuſſus poſſidere ex ſecundo decreto dominum poſſeſſione expellit.

y nec ſatiſdederunt. z puta eis quibus ſeruitus in ædibus vitioſis debebatur.

a iurium ſcil. b ex ſecundo decreto ſc. Et ſic res tranſit ſine onere ad eum qui miſſus eſt ex ſecundo decreto. c idque propter contumaciam eius qui ſatiſdare potuit nec ſatiſdedit.

d id eſt, in eo qui accepta hypotheca crediderit. e Creditor non ſatiſdans damni infecti nomine pignoris perſecutionem amittit. f vide *l. 1. ꝟ. ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius.* g à conductore eiuſdem ſcil.

a atque ita rei vectigalis, exequendæ ſententiæ cauſa, poteſt actori adiudicari, ſaluo tamen iure domini. vide quæ notaui ad *l. 31. ſup. de pign.*

b id eſt, propter contumaciam conductoris fundi vectigalis: non fit miſſio in ipſam proprietatem, ſed in ius ipſum.

c iure ſit. *Hal.*

d Non poteſt trãsferri ius in alium, niſi quale eſt apud eum qui transfert *l. 32. ſup. de contrah. empt. l. 31. ſup. de pign. l. 71. in f. ſup. de leg. 1.*

e vectigalis actio.

f *v. ſup. ſi ager vectigalis.*

† fortè legendum, mancipes.

g poſt moram videlicet longo tempore contractam, *vt §. 21. Gloſſ.* Imo ſtatim adquiritur ex ſecundo decreto *l. vlt. C. de ſacroſanctis Eccleſiis.* Ibi de re quæ ipſi ciuitatis fuit agitur: hic de re quæ putabatur eſſe ciuitatis: hic poſtremo caſu vſucapiendi tantum cauſa præbetur: vt de re pupilli dicimus *l. §. ſi à pupillo. ꝟ. de emptore.*

h Municipes ob ſuam contumaciam ex ſecundo decreto dominium ſtatim rei amittunt, ſi ſint domini: ſi non ſunt domini, vſucapiendi conditionem transferunt in miſſum. Et ita habens conſcientiã rei alienæ præſcribit in hoc caſu & in noxalib. v. *l. 28. ꝟ. de noxalibus.* i damnum enim amplius non eſt infectum cum iam acciãit. k nam poſt iuſſum de cauendo, cautio pro interpoſita habetur *Ripenſ. ad l. 1. num. 5. ꝟ. eod.* nec ſubterfugia aduerſarij mei mihi debent obeſſe. *Bal.*

l Prætores poſt Pontifices actiones dictaſſe hinc colligas, *l. 2. §. 6. ꝟ. de orig. iuris.* m Actiones in factum dicuntur decerni, *vt hic.* impetrari, permitti, accommodari, conſtitui: quia ex æquitate cauſa cognita dantur. actio directa ordinaria eſt: *v.* omnino Pithæum *ad 13. notar. Moſaic. fol. 103.*

n *l. 3. in fin. l. 4. 5. ꝟ. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.* o vide *l. 7. ſup. eod.*

p Cur ita? quia agitur pro vitio rei. An poſtea reſtitui poterit? ſic videtur *§. 22. ꝟ. eod.* q ex primo decreto. r & malè. *ꝟ. eod.* ſ Qui pignori rem accepit, tenetur expenſas in eam facere, ne ruat. t Miſſus ex primo decreto, non tenetur facere ſumptus refectionis. u *l. 5. §. 1. ſup. vt in poſſeſſ. leg.*

x & ſic miſſus in poſſeſſionem habet ius retentionis. y atque ita cautio offerri poteſt poſt miſſionem ex primo decreto. z Ceſſante enim cauſa ceſſat effectus.

a Cautio poſt miſſionem ex primo decreto, repetenda, id eſt, reducenda eſt ad initium temporis, quo damni infecti caueri primum oportet. de hac dictione *v. l. 3. ſup. de fide inſtrum.* b *l. 44. §. 1. ꝟ. eod. & l. 5. ꝟ. eo.*

c Ita Iuriſconſultorum ſententiæ conciliandæ ſunt. d Miſſus ex ſecundo decreto poſſidet iure dominij. adde §. 16. *ſup. eod.*

e An in omnibus perſonis id verum eſt? excipiuntur minores, & maiores iuſta de cauſa. *ꝟ. eod.* An in omnibus cauſis? id equidem verum eſt in damno infecto & noxalibus, vt dixi ad §. 16. *ꝟ. eod.* adde *l. 3. ſup. ſi ex noxali.* An & in perſonalibus? negat Baldus. Ait. n. reum poſſe ad biennium vſque, oblato actori debito cum expenſis, rem ſuam recuperare. Quid ſi rem in ſolutum actor ceperit? videtur actor rem emiſſe: ideoque non admittitur reus pœnitens poſt huiuſmodi contractum ita perfectum. *l. 15. §. 16. ꝟ. de re iudic.*

f Imo erit. *l. 53. §. 6. ſup. de leg. 3.* g *id eſt,* alioquin.

h ratio decidendi.

i exceptio regulæ. v. quæ notaui ad Nouell. 1. c. 2. §. 1.

k §. 12. *ſup. eod.* l Lapſa domo poſt decretam miſſionem, nondum tamen executioni traditam, ſit miſſio in rudera & ipſam aream, à qua non diſceditur, niſi omni damno & expenſis refectis. m Miſſus in poſſeſſionem, non ſolum habet retentionem, ſed actionem in factum ad conſequendas *l. 9. ꝟ. de rebus author.*

n immenſæ expenſæ non repetuntur. *l. 38. ſup. de rei vindic. l. 25. ꝟ. de pignor. act.* v. quæ notaui ad *l. 79. ꝟ. de verb. ſign.*

o ad viri boni arbitrium dubiis in rebus recurri ſolet.

p Nihil culpæ ei imputatur, qui iuuare non potuit. *l. 1. §. 22. ſup. de ſilaniano.*

a admodum indefinitè: ideóque meritò ab eius ſententia receditur, ff. eod.
b & eſſe negligens.
c quia negligenti non ſuccurritur, l. 16. ſuprà ex quibus cauſ. maior.
d qui in dubio ſemper præſumitur. vt ſit ſenſus, In dubio non præſumi animum deſerendi.
e per multum tempus, v. Zaſ. hic num. 2.
f l. 4. §. 2. ff. eo. l. 4. §. 2. ff. ne vis fiat ei.
g An actionis verbo condemnatio intelligi debet: an potius eius effectus exercitium ſeu executio?
h l. 6. ſup. eo.
i Contumax vel delinquens, poteſt purgare moram, ante ruinam cauendo vel cedendo.
k De facto ſerui non admittentis miſſum, tenetur dominus noxaliter.
l Noxam committit ſeruus qui miſſum non admittit.
m procuratorem ſc. Et ſic procurator, licet ſit conſtitus in cauſa, de delicto tenetur.
n contra prohibentem. ſc.
o quemadmodum & in eo caſu, quo quis legatorum cauſa miſſus non admittitur. aliàs regulariter contra prohibentem eſt annalis, l. 1. §. vlt. ff. ne vis fiat.
p l. 24. §. 1. ff. eo.
q An datur in ſingularem ſucceſſorem? datur, l. 24. §. 1. ff. eo.
r Licèt res propter quam lis oritur, ſit alienata, propter hoc tamen non ceſſat damni infecti iudicium.
ſ Libellus ſuper damno infecto non facit rem litigioſam, cùm poſſit res alienari. res alioqui litigioſa non poteſt alienari, l. vlt. ff. de litigioſis.

ſcribit a, integrum ius eum habere, perinde ac ſi in poſſeſſione perſeueraſſet, quòd ſi cùm poſſet ſuccurrere, maluit relinquere b, amiſiſſe eum prętoris beneficium c, neque, ſi poſtea ſuccurri ſibi velit, audiendum eum. Caſſius autem ait, ſi metu ruinæ receſſerit, non hoc animo d, vt ædificia derelinqueret, reſtituendum in poſſeſſionem. Eum tamen, qui miſſus in poſſeſſionem non acceſſerit, ſi ædificia ruerint, beneficium prętoris amiſiſſe ſcribit. hoc ita accipiendum erit, ſi venire in poſſeſſionem neglexit e: non ſi, dum venit ruerunt.

36 ¶ Si quis ex hoc edicto à prætore in poſſeſſionem miſſus, non eſt admiſſus f, in factum actione vti poterit, vt tantùm præſtetur ei, quantum præſtari ei oporteret, ſi de ea re cautum fuiſſet. extenditur enim actio g in id tempus quo damnum committitur.

16. *Paulus* lib. 60. ad Edictum.

ANtequàm damnum detur, impunitum h eſt factum eius, qui neque promiſit, neque admiſit in poſſeſſionem: ſi tamen ante damnum datum vel cauit i, vel poſſeſſione ceſſit.

De eo qui eſt in aliena poteſtate. 1. De his qui pro aliis interueniunt. 3. De tempore actionis. De ſucceſſoribus. 4. De alienatione prædij.

17. *Vlpianus* lib. 53. ad Edictum.

SI quis miſſum in poſſeſſionem, cùm eſſet in aliena poteſtate k non admiſerit: plerique putant noxalem l actionem eo nomine competere.

1 ¶ Quid deinde, ſi procurator prohibuerit? vtrùm in ipſum, an in dominum dabimus? Sed verius eſt in ipſum m dandam.

2 ¶ Sed & in actore municipum, tutore n, cæteriſq; qui pro aliis interueniunt, idem erit dicendum.

3 ¶ Actio iſta quę in factum eſt o, perpetuò dabitur p, & heredi, & in heredem q cæteróſque r, itemque cæteris perſonis.

4 ¶ Iudex qui de damno infecto cognoſcit, etiam ſ alienato t prædio ab eo cum quo actum u fuerit, damnum æſtimare ſolet omne, quodcumque ante x iudicium contingit.

De eo cuius in bonis res eſt, aut cuius periculo res eſt. 1. De vſucapione. 2. De fructuario. 3. De inquilino. 4. Si quis in conducto ſolo ſuperficiem impoſuit. 5. De ædibus poſt ſtipulationem comparatis. De ædibus communibus. 6. De his quæ poſt ſtipulationem in domo haberi cœperunt. 7. De emptore & venditore. 11. De re vitiata. 12. Si inuicem deſideretur caueri. 13. De pupillo. 14. De mandato. 15. De actione in factum ex quarta parte huius edicti, & interdicto vnde vi & Publiciana actione. 16. De procuratore.

18. *Paulus* libro 48. ad Edictum.

DAmni infecti ſtipulatio competit non tantùm ei, cuius in bonis res eſt; ſed etiam cuius periculo res eſt y.

1 ¶ Sed quod opere facto conſecutus ſit dominij capione z promiſſor, non teneri eum eo nomine a Pomponius ait. quia nec loci b, nec operis vitio, ſed publico iure c id conſecutus ſit.

2 ¶ Ei, cuius vſusfructus ædium eſt, de vitio earundem ædium caueri non oportet d, etſi e alias vicinas habeat. quia reficiendi habet facultatem f. nam* qui viri boni arbitratu vti deberet g, reficiendi quoque poteſtatem conſequitur. Ergo nec proprietarius h audiri debet, ſi velit ſibi caueri à fructuario ædium nomine, quas vicinas fructuario habeat, quia habet cum fructuario actionem, vt viri boni arbitratu is fruatur.

3 ¶ Sed inquilino meo, ſi vicinas ædes habeat, cauere debebo damni infecti propter eas ædes.

4 ¶ Ei qui in conducto ſolo ſuperficiem impoſuit i: dominus ſoli, quod vitio ſoli k damnum futurum ſit, cauere non debebit: nec ſoli domino ſuperficiarius: quia inuicem l ex conducto & locato habent actiones: in quas tamen actiones vltra culpam m nihil venit. plus autem in ſtipulationem venit damni infecti, quod quidem vitium eius eſſe dicitur.

t Qua actione hic agetur, hypothecaria vel ex ſtipulatione? in quem etiam agetur? ſi hypothecaria agetur, conuenietur & qui primus poſſedit, & qui nunc poſſidet. eſt enim hæc natura hypothecariæ vt rem ſequatur. Si ex ſtipulatione agetur, idem fuerit, ſi modò aduerſus heredem primi poſſeſſoris agetur, non aduerſus eum qui ab eo comparauit. & ita videtur hunc locum interpretari Bart. *hic*. u multo magis & id quod poſt iudicium contigit, *l. ædiles* 23. §. *item ſciendum*. 8. ff. *de ædil.* x pleno iure. y ratione vtilis dominij, vel alterius ſimilis iuris, veluti vſusfructus vel ſuperficij, *l. 9. in fi. ff. eo.* ideòque is ad quem rei periculum ſpectat, poteſt iure poſtulare vt ſibi caueatur. z vſucapione, *vul.* capione. *Hal.* a Ex ſtipulatione damni infecti interpoſita, nemo tenetur de damno quod poſt præſcriptionem emerſit. Generalibus enim verbis nihil venit niſi quod ex natura contractum ſit. b Damnum quod non venit vitio ſoli, ſed extrinſecus, in hanc ſtipulationem non venit. c i. vſucapionem, *l. 1. ff. de vſucap.* & ſic lucrum quæſitum præſcriptione, dicitur publico iure quæſitum.
d ſed de vitio ſoli. *l. 20. ff. eo.*
e i. vt proprietario ædium vicinarum. f i. quia ipſe ſibi præcauere aduerſus damnum poteſt, fruſtra ab alio ſibi caueri deſiderat. g debet. *Hal.*
h Fructuario proprietarius, proprietario fructuarius ædium vicinarum nomine non cauet. i fingamus iure emphyteuſeos abs te ſolum mihi conceſſum ea lege, vt ſi in eo ædificatum eſſet, ædificium meum eſſet.
k *l. 39. §. 2. ff. eod.* l Actio locati mutua oritur inter ſuperficiarium & dominum. m leuem, *Bart.* alij latam & leuem, *l. 23. ff. de reg. iur.*

5 ¶ Si is qui vnas ędes habebat, ſtipulatus fuerit deinde vicinas comparauerit: an earum quoque nomine quas poſt interpoſitam ſtipulationem comparaſſet, promiſſorem obligaret, quæſitum eſt: Iulianus ſcribit c, videndum, ne earum dumtaxat nomine cautum habeat, de quibus inter eum & promiſſorem initio actum fuerit. Cui d conſequens videri poſſe e, vt & cùm ædium communium nomine duo ſocij ſtipulentur, de eo dumtaxat damno caueri videatur, quod in parte ædium cuique ſocio datum fuerit. ſiue ergo redemerit alteram partem quis ex his, ſiue adiudicata fuerit: non f augeri promiſſionis obligationem. Pomponius, relata Iuliani ſcriptura, dicit nõ ſe improbare.

6 ¶ Si autem g res aliquas h poſt ſtipulationem i interpoſitam k in domo habere cœperit ſtipulator, quæ ex ruina vicinarum ædium perierint, agere ex ſtipulatu poteſt, licèt tunc, cùm ſtipularetur, hæ res non fuerint.

7 ¶ Emptor prædij, ſi ante traditionem ſtipulatus ſit, cautum l habebit de eo damno quod poſt traditionem factum erit.

8 ¶ Venditorem autem ædium priùs quàm poſſeſſionem tradat m, ſtipulari oportet n: quia huius o quoque rei culpam præſtat.

9 ¶ Sed quid fiet, ſi venditor ſine culpa ſtipulari non potuerit p, & ob hoc emptor ſtipulatus fuerit? nonne damnum patitur? an hoc damnum in aliena re acciderit, reuoluitur autem ad emptorem, quia actionem ex empto non habet? Sed nihil in hac cauſa proficit ſtipulatio p, niſi in id quod poſt traditionem accidit: quia * dum venditoris cuſtodia eſt r, is ſtipulari debet, omnémque diligentiam emptori præſtare. & quod ſ alia actione t quæri poteſt, id in ſtipulationem damni infecti omnino non deducitur.

10 ¶ Sed ſi venditor interpoſuerit ſtipulationem, etiam id damnum continebit, quod poſt traditionem emptori contigerit, quod eſſe iniquiſſimum Ariſto ait: quoniam ſi emptor quoque damni infecti ſtipulatus eſſet, duobus promiſſor eiuſdem nomine obligaretur, niſi fortè id contra ſe habeat, quia in hoc fit ſtipulatio, quanti ea res erit: vt poſſit videri, nihil intereſſe iam venditoris, ſtipulatione damni infecti interpoſita.

11 ¶ Sabini ſententia vera eſt, exiſtimantis, vt, ſi dum ædificatur intra diem ſtipulationi comprehenſum ſupra parietem meum domus deciderit, eúmque vitiauerit, licèt poſt diem ſtipulationis paries decidet, poſſim agere, quia damnum iam tunc u acceperit, cùm paries vitioſus factus ſit. nec quicquam obſtare, quo minùs, etiam antequàm decidat, agi poſſit. & ſi ita x concuſſus ſit paries, vt nulla ratione recipi poſſit: ideóque deponendus eſt, non minoris litem æſtimandam, quàm ſi decidiſſet.

12 ¶ Si vicinas ædes habeamus, & inuicem deſideremus damni infecti caueri: nihil obſtabit, quominùs & ego in tuarum ædium poſſeſſionem mittar, & tu in mearum y.

13 ¶ Si pupillus z prohibuit iri in poſſeſſionem damni infecti placet, in eum non iniuſtè competere hanc in factum actionem a.

14 ¶ Si mandatu meo alius prohibuerit, in me b hæc actio competit.

15 ¶ Non ſolùm autem eum punit prætor qui in poſſeſſione eſſe c, ſed etiam eum, qui poſſidere paſſus non fuerit d. cùm alioquin, ſi is qui iuſſu prętoris cœperat poſſidere, & poſſidendo dominium capere, aut non admiſſus, aut eiectus inde fuerit, vtile interdictum e vnde vi, vel Publicianam actionem habere poteſt.

¶ Sed ſi in factum actione egerit, his actionibus experiri non poteſt, cùm prætor id agat f, ne damnum patiatur actor, non vt in lucro verſetur.

16 ¶ Si procurator g meus damni infecti ſtipulatus ſit, cauſa cognita mihi ex ea ſtipulatione actio competit.

De abſentibus. 1. De ædium vel operis vitio. De loco vbi damnum futurum eſt.

19. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de damno infecto.

EOrum qui bona fide abſunt h, in ſtipulatione damni infecti ius non corrumpitur, ſi reuerſis cauendi ex bono & æquo poteſtas datur. ſiue domini i ſint, ſiue aliquod in ea re ius habeant, qualis eſt creditor k, & fructuarius l, & ſuperficiarius m.

1 ¶ Siue ædium vitio, ſiue operis, quod vel in ædibus n, vel in loco vrbano, aut ruſtico priuato, publicóve o fiat, damni aliquid futurum ſit: curat prætor, vt timenti damnum caueatur.

De fructuario & proprietario.

20. *Gaius* lib. 19. ad Edictum Prouinciale.

INter fructuarium p & dominum proprietatis ita damni infecti cautio locum habet, ſi fructuarius

a damni infecti. ſcil.
b v. ſingulares huius loci extenſiones apud Zaſium *Reſp.* 13. vbi ſcribit, prærogatiuam paucis conceſſam iis etiam ametis locum habere: & ita omnes eſſe immunes.
c quid? non teneri ſc.
d Argumentum à ſimili.
e poſſe putamus *Hal.*
f Futuras ad res ſtipulationem dãni infecti non pertinere hinc colligitur.
g caſus à ſuperiore diuerſus in quo de rebus immobilib. agitur.
h mobiles, putà ſupellectilem.
i damni infecti ſcil.
k à domino vitioſarum ædium.
l *l. 36. ſup. de act. empt.*
m emptori.
n à vicino domum vitioſam habente.
o i damnum, quod etiam ante traditionem accedit, *l. 38. ff. eod.*
p vt quia erat abſens.
q Cur ita? quia ante traditionem res eſt venditoris, non emptoris: ita ſtipulatio facta ab emptore eo caſu ad rem alterius extendi non debet.
r i. ante traditionem.
ſ *l. 32. in fi. ff. eo.* adde, *l. 4. in fin. ſup. de vſur.*
t putà ex empto.
u Finis quoties neceſſariam conſequentiam ad principiũ habet, principium inſpicimus. *Bart.*
x Ruiſſe tunc ædificium cenſetur, quoties eſt ita cõcuſſum, vt ruere ſit neceſſe.
y hæc enim pœna eſt non cauentium, *l. vltim. ff. ne vis fiat.*
z doli capax.
a Pupillus propter dolum ita non reſtituitur.
b Per alium quẽ prohibet ipſe prohibere videtur.
c al. eſt ex primo decreto.
d ex ſecundo decreto. hinc etiam nota in poſſeſſione eſſe, facti: poſſidere vero, iuris eſſe.
e Miſſus ex ſecundo decreto tria remedia habet, interdictum vnde vi, Publicianam, & in factum actionem.
f Damno vitando magis fauet prætor, quam lucro captando. g *l. 39. §. 3. ff. eo.* h *l. 5. §. 22. ſup. eo.* i *l. 5. in fi. l. 13. §. 1. ſup. eo.* k *l. 11. ſup. eo.* l *l. 9. §. vlt. l. 13. §. 8. l. 18. § 2. ſup. eo.* m *d. l. 9. §. 4. d. l. 13. §. 8. ſup. eo.* n imò in ædificiis videtur ceſſare, *l. 1. §. 13. ff. de aqua.* o *l. 15. §. 6. ſup. eo. l. 31. ff. eo.*
p *l. 13. §. 8. ſup. eo.*

quidem

quidem de ſoli vitio l caueri ſibi deſideret, dominus vero proprietatis de operis vitio, ſi quid fructuarius ædificet. nam de ruina ædium neuter ab altero cautionem deſiderare poteſt. fructuarius ideo, quia refectio a ædium ad eius ipſius onus non b pertinet c: proprietarius ideo, quia vſitata ſtipulatio, qua de re reſtituenda fructuarius cauet, ad hunc quoque caſum porrigitur.

De filiofamil. inquilino.

21. *Paulus* ‖ lib. 8. ad Plautium. ‖

SI filiusfamilias d inquilinus ſit, videamus, an damni infecti nomine in poſſeſsionem ædium vicinarum mittendus ſit. quæritur e enim an filiusfamiliàs non videtur damnum pati, ſi res peculiares ſint & pater poſsit ſtipulari, ſi quid ei damni fiat? Et placet, vtrumque eorum in poſſeſsionem mitti, niſi ſic filius conduxerat, vt eius periculo ædes eſſent. tunc enim, quia ſolus tenetur ex locato, rectè dicetur ipſum mittendum in poſſeſsionem, niſi ei caueatur.

De proprietario & fructuario. 1. Si quis à duobus earumdem ædium nomine ſibi caueri deſideret.

22. *Idem* ‖ lib. 10. ad Plautium. ‖

SI proprietarius de damno infecto repromiſiſſet, vel fortè aliquid præſtitiſſet, aut contra fructuarius aliquid præſtitit: iniquum eſt, alterum ſine f damno vti ædibus, aut ædes habere. & ſi obtulerit proprietarius aliquid, non eſt fructuario permittendum vti, niſi contulerit. idémque fructuario præſtandum eſt, vt proprietarius cogatur ei conferre. Ergo & ſolum retinebit g fructuarius ſi ædes ceciderint, donec præſtetur ei damnum: vt, quod haberet vicinus miſſus in poſſeſsionem, id fructuarius habeat, qui damnum vicino ſarcit.

¶ Eadem erunt, & ſi minimum h damnum detur.

1 ¶ *Plautius*: Si ab eo, quem dominum eſſe negarem, vellem ſub hac exceptione, *Si dominus non eſſet*, ſatiſdari, ab eo verò, quem dominum eſſe dicerem, purè repromitti: conſtitit non debere me impetrare i, ſed debere me eligere k, à quo velim mihi caueri.

Si non in ſolidum caueatur.

23. *Vlpianus* ‖ lib. 63. ad Edictum. ‖

IN ſtipulatione damni infecti, quæ ædium nomine interponitur, niſi l in ſolidum fuerit cautum, mittetur in poſſeſsionem m.

De locis publicis vel priuatis. 1. De ſucceſſoribus vniuerſalibus vel particularibus. 2. De vitio ædium, loci operiſve. 3. De operis vitio & damno extrinſecus contingente. 6. Si alius quàm promiſſor opus fecerit. 7. De furno. 8. De eo cui nulla ope occurri poteſt. 9. De vi tempeſtatis. De vetuſtate. 11. De impulſu fluminis. 12. Quando damnum dari videatur. De puteo aperto.

24. *Item* ‖ lib. 81. ad Edictum. ‖

FLuminum publicorum communis n eſt vſus, ſicuti viarum publicarum, & littorum.

¶ In his igitur publicè licet cuilibet ædificare, & deſtruere, dum tamen hoc ſine incommodo cuiuſquam fiat. Propter quod operis dumtaxat nomine cum ſatiſdatione cauetur o de vitio loci nihil cauetur: hoc eſt operis quod quis facit. ceterum ſi ex loci vitio damnum timeatur p, minimè q dicendum eſt damni infecti ſtipulationem interponi oportere: quis enim dubitat, neminem eſſe, à quo ſtipuletur, cum nemine r nihil faciente locus ipſe publicus damnum inferat ſui natura? Ad ea igitur opera ſtipulatio pertinet, quæcumque priuatim fiant.

¶ Quid ergo, ſi publicè opus fiat? de vitio eius quid faciemus? Et planè vel princeps ſ adeundus eſt, vel, ſi in prouincia fiat, præſes prouinciæ. Sed quod dictum eſt, operis vitio, ſic accipiendum eſt etiam ſi proponas, non tantùm tempore, quo opus fit, ſed etiam ſi poſtea contingat. quid enim ſi ideo, quia malè ædificatum erat, corruit?

1 ¶ Adiicitur in hac ſtipulatione *& heredum* t nomen, vel *ſucceſſorum, eorumque ad quos ea res pertinet*: ſucceſſores autem non ſolum qui in vniuerſa u bona ſuccedunt, ſed & hi, qui x in rei tantùm dominium ſucceſſerint, his verbis continentur.

2 ¶ Sed vt ne y quid ædium, loci, operiſve vitio damnum factum ſit, ſtipulatio interponitur de eo ſine ſatiſdatione: quæ non ſolùm ad totas ædes, ſed etiam ad partem z ædium pertinet. Vitium autem ædium & loci eſſe Labeo ait: quòd accidens extrinſecus & infirmiores eas facit. denique nemo dixit, paluſtris loci, vel harenoſi nomine quaſi vitioſi, committi ſtipulationem, quia naturale vitium eſt, & ideo nec ‖ ea ‖ ſtipulatio interponitur, neque interpoſita committetur.

3 ¶ Hæc ſtipulatio vtrùm id ſolùm damnum contineat, quod iniuria fit, an verò omne damnum, quod extrinſecus a contingat? Et Labeo quidem ſcribit, de damno dato non poſſe agi, ſi quid fortè terræ motu, aut vi fluminis, aliòve quo caſu fortuito acciderit.

4 ¶ Seruius quoque putat ſi ex ædibus promiſſoris vento tegulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri, ſi ædificij vitio id acciderit, non ſi violentia ventorum, vel qua alia ratione, quæ vim haberi diuinam a. Labeo & rationem adiicit quod, ſi hoc non admittatur, iniquum erit. quod enim tam firmum ædificium eſt, vt fluminis, aut maris, aut tempeſtatis, aut ruinę, incendij, aut terræ motus vim ſuſtinere poſsit?

5 Idem Seruius putat, ſi controuerſia b aquæ inſulam ſubuerterit, deinde ſtipulatoris ædificia ceciderint, nihil eum ex ſtipulatu conſecuturum: quia id nec operis, nec loci vitio factum eſt.

¶ Si autem aqua vitiet fundamenta, & ſic ædificium ruiſſet, committi ſtipulationem ait. multùm enim intereſſe, quod erat alioquin firmum, vi fluminis lapſum ſit protinus: an vero ante ſit vitiatum, deinde ſic deciderit. & ita Labeo probat. etenim multum c intereſſe, quod ad Aquiliam pertinet, ſanum quis hominem occidat, an verò factum imbecilliorem.

6 ¶ Quamquam autem ſtipulatio committitur, cùm vitio operis damnum factum ſit, tamen ſi opus factum eſt ab eo, quem promiſſor prohibere non potuit, ſtipulatio non committetur.

¶ Planè ſi d prohibere potuit, committetur.

¶ Sed ſi quis promiſſoris nomine fecerit, vel eius pro quo promiſſum eſt, aut alius, qui prohiberi potuerit, ſtipulatio iſta committetur.

7 ¶ Præterea ſi furni e nomine damni infecti fuerit cautum: deinde furnarij f culpa damnum datum fuerit: non venire in hanc ſtipulationem pleriſque videtur.

8 ¶ Caſsius quoque ſcribit, quod contra ea damnum datum eſt, cui g nulla ope occurri poterit, ſtipulationem non tenere.

9 ¶ Item apud Viuianum relatum eſt: ſi ex agro vicini arbores vi tempeſtatis confractæ, in meum agrum deciderint, eóque facto vitibus meis, vel ſegetibus nocent, vel ædificia demoliunt h, ſtipulationem iſtam in qua hæc comprehenduntur, *Si quid arborum locive vitio acciderit*, non eſſe vtilem: quia i non arborum uitio, ſed vi ventorum damnum mihi datum eſt? Planè ſi vetuſtate k arborum hoc fiebat, poſſumus dicere, vitio arborum damnum mihi dari.

10 ¶ Idem ait, ſi damni infecti ædium mearum nomine tibi promiſero, deinde hæ ædes vi tempeſtatis in tua ędificia ceciderint eáque diruerint, nihil ex ea ſtipulatione pręſtari; quia nullum damnum vitio mearum ędium tibi contingit: niſi fortè ita l vitioſę meæ ędes fuerint, vt qualibet vel minima tempeſtate ruerint. Hęc omnia vera ſunt.

11 ¶ Sed & quod Labeo putat, verum eſt, referre m vtrum impulſu fluminis ruit ædificium, an deterius ante factum poſtea ceciderit.

12 ¶ Item uideamus, quando damnum dari videatur. ſtipulatio enim hoc continet, quod vitio ædium, loci, operis damnum fit. Vtputa in domo mea puteum aperio: quo aperto venę putei tui pręciſæ ſunt, an tenear? Ait Trebatius, non teneri me damni infecti. neque enim exiſtimari n, operis mei vitio damnum tibi dari in ea re, in qua iure o meo vſus ſum, ſi tamen tam altè fodiam in meo, vt paries tuus ſtare non poſsit, damni infecti ſtipulatio committetur.

Si luminibus officiatur.

25. *Paulus* ‖ lib. 78. ad Edictum. ‖

TRebatius ait, etiam eum accipere damnum, cuius ædium luminibus p officiatur.

De eo, qui iure quid in ſuo facit.

26. *Vlpianus* ‖ lib. 81. ad Edictum. ‖

PRoculus ait, cum quis iure q quid in ſuo faceret, quamuis promiſiſſet damni infecti vicino, non tamen eum teneri ea ſtipulatione. veluti ſi iuxta mea ædificia habeas ędificia, eáque iure r tuo altius tollas. aut ſi in vicino tuo agro cuniculo ſ vel foſſa aquam meam auoces. quamuis enim & hic aquam mihi abducas t, & illic luminibus u officias, tamen ex ea ſtipulatione actionem mihi non competere: ſcil. quia non debeat videri is damnum facere, qui x eo veluti

a magni pretij.
b hanc negationem Haloander non habet.
c Imò, magnarum expenſarum refectionem debet, *l. 7. §. 2. l. 65. ſ. de vſufr. & quemad.*
d adde *l. 11. ſ. quibus ex cauſis in poſſeſſ.*
e à Prætore, *l. 13. §. 3. ſ. eod.*
f h. e. niſi conferat, niſi contulerit. Nam & fructuarius proprietario, ſi quid damni infecti præſtiterit, cogitur conferre: vt & vice verſa proprietarius fructuario. Hæc æquitas eſt cuius hoc loco fit mentio.
g Retinere fundū ipſum fructuarius poteſt, interim dum ei conferat proprietarius partem eius, quod ipſe fructuarius damni infecti nomine aduerſario præſtitit.
h Minima interdum curantur à Iuriſconſultis.
i Petitio debet eſſe pura non conditionalis, etiam ſi officio iudicis aliquid petatur.
k *l. vlt. C. de reb. credit.*
l atqui hoc eſſe non poteſt, nec. n. in ſolidum cauere neceſſe eſt, *l. 6. §. 7. ſ. comm. diuid.*
m Cur ita, *v. l. 17. ſ. iudicat. ſolui.*
n *l. 4. in fin. ſ. de rer. diuiſ. l. 3. ſ. ne quid in loco publ.*
o *l. 5. §. 3. eo.*
p tantùm ſc.
q *d. l. 15. §. 10. ſup. eod.*
r Negationes duæ interdum negant magis, non adfirmant, *vt hic*, vt in illo loco Lucilij. Nihil neminem habere. ſic Cato, iampridem ſunt ciues quos non miſeret neminis: adde quæ ſcripſi *ad l. 82. ſ. de verb. obl. l. 237. ſ. de verb. ſign. Cuiac. 20. obſ. 26.*
ſ adde *l. 2. §. 16. ſ. ne quid in loco publ.*
t *l. 17. §. 3. ſ. eod.*
u *l. 8. §. 12. ſup. de hered. inſt.*
x *l. 14. §. 5. ver. unde quidam. ſ. quod met. cauſ.*
y ne in operis, loci, ædiumve vitio damnum, &c. *Hal.*
z extrinſecus vitium accidere dicitur, quod non eſt naturale, vt mox ex ſequentibus apparet.
a i. caſu.
b *l. 43. ſ. eo.*

a *v. l. 25. §. 6. ſ. locati.* Fortuitos caſus hoſce refert Hotom. 4. obſ. vim diuinam ſeu cœlitus immiſſam naturalem (vt terræmotus) humanam (veluti latronum) beſtialem (vt graculorum, ſturnorum) fluuiatem.
b i. impetu. Accurſius, vis fluminis, *verſ. ſimiliter, ſ. eod.*
c Imò, nihil intereſſe videtur: enim cuius ſeruus ęgrotus percuſſus periit, lege Aquilia tenetur, *l. 7. §. ad l. Aquil.*
d *v. l. 109. ſ. de reg. iur.*
e *l. 27. §. 10. ſ. ad l. Aquil.*
f Furnarius qui & fornicator, *l. 14. ſ. de inſt.* ἰπνευτὴς furnarij ἰπνοκαυστῶν ὑπηρέτης hinc furnariam exercere. Suet. in Vitellio. *v. Ioſeph. Scalig. in 4. Manilij fol. 216. in fin.*
g Caſum cui reſiſti non poteſt non præſtat, etiamſi ſimpliciter obligauerit, ni ſecus ſi ſpecialiter caſuum cauſa ſit expreſſa, *l. 4. ſ. ſuprà ſi quis cautionib.*
h al. demoliuntur.
i aliud erit, ſi arborum vitio, & ſtipulatio enim non ſolum interponitur de ædibus, ſed etiam de arboribus.
k Vetuſtas in arboribus vitium eſt.
l Vitioſæ ſunt ædes, quæ facile poſſunt labi vel cidere.
m effectus. n. tribuitur ei cauſæ, quę neceſſario agit & cui reſiſti non poteſt.
n de hac præſumptione v. Alciat. *præſumpt. 23.*
o Licet cuique in Proprio ædificare ſuam ad vtilitatem, licèt per conſequentias alteri noceatur, *v. l. 26. ſ. eod.*
p Dammum accipit is cuius lumini atque ædibus officitur. Damni ſpecies eſt luminibus vicini officere, q *l. 24. in fi. ſ. eo. l. 1. §. 21. de aqua pluuia. l. 6. §. 6. ſ. quæ in fraudem credit. l. 3. §. 2. ſ. de libero homine exhib. l. 55. l. 129. ſ. de reg. iur.* v. quæ ſcripſi *d. l. 5. §. 7. ſ. de incendio.* r *l. 8. l. 9. C. de ſeruitutib.* ſ *v. l. 6. C. de metallar.* Cuniculus, foramen ſubterraneum. *Feſt. l. 11. ſ. aqua pluuia l. 3. §. 6. ſ. de riuis.* t Aquam vicino vtilem abducere, damnum eſt *v. l. 10. C. de ſeruit. & aqua.* u *l. 9. l. 14. ſ. de ſeruitutib. vrban.* x ſententia hęc mihi perturbata videtur: hanc tamen interim ſic expediendā puto. Quod tuo iure iuxta mea ędificia tollis altiùs: quòd eodem iure tuo, in vicino tuo agro cuniculo tuo, vel foſſa aquam meam auocas, damnum mihi ex hoc edicto facere non videris, quia iure tuo facis. hoc autem edictum pertinet ad eos qui damnū iure non ſuo faciunt. at altiùs cùm id ita mihi liceret non ſuſtuli: lucrum id te facere paſſus ſum, i. beneficium id à me tu accepiſti? Nunc altius tollo: damnum non facio. quippe damnum is non facit, *qui eo te vti lucro, quo adhuc vtebaris, prohibet.* (ita hunc locum lego atque emendo) multúmque intereſt, vtrum damnum quis faciat an aliquem lucro, *quod adhuc faciebat, vti prohibeat.* (ita rurſus emendo hunc locum) &c. Eſt vero in hac ſententia τὸ *adhuc*, idem quod ante, i. ante hunc diem, inquam, quò altius tollo: multum igitur intereſt, damnum tibi faciam an lucrum, (quo me patiente vtebaris antehac) tibi interdum. Illud te inuito facere non poſſum: in hac poſſum etiam te inuito. Viderint alij oculatiores: mihi nunc ſanè non melior occurrit ad hūc locū interpretatio vel emēdatio.

lucro

lucro, quo adhuc vtebatur, prohibetur, multumque *a* intereſſe *b* vtrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, vti prohibeatur. mihi videtur vera eſſe Proculi ſententia.

De pluribus dominis.

27. *Paulus* ‖ libro 78. ad Edictum. ‖

PLures *c* earundem ædium domini, ſinguli ſtipulari debent ſine adiectione partis *d*. quia de ſuo quiſque damno ſtipulatur. quinimo pars *e* adiecta partis partem faciet. Contra ſi plures domini ſint vitioſarum ædium, pro ſua *f* quiſque parte promittere debet: ne ſinguli inſolidum obligentur.

Quid, veniat in hanc ſtipulationem.

28. *Vlpianus* ‖ libro 81. ad Edictum. ‖

IN hac ſtipulatione venit, quanti *g* ea res erit. Et ideo Caſſius ſcribit, eum qui damni infecti ſtipulatus eſt, ſi propter metum ruinæ ea ædificia, quorum nomine ſibi cauit, fulſit, impenſas eius rei ex ſtipulatu conſequi poſſe. Idemque iuris eſſe, cùm propter vitium communis parietis qui cauit ſibi damni infecti, onerum eorum releuandorum gratia, quæ in parietem incumbunt, ædificia ſua fulſit.

¶ In eadem cauſa eſt detrimentum quoque propter emigrationem *h* inquilinorum, quod ex iuſto metu factum eſt.

¶ Ariſto autem non malè adiicit, ſicuti hic exigit Caſſius, vt ‖ ſi ‖ iuſtus metus migrandi cauſam præbuerit, ita in eius perſonam, qui fulſit, eadem Caſſium dicere debuiſſe, ſi iuſto metu ruinæ fulcire coactus eſt.

29. *Gaius* ‖ lib. 28. ad Edictum Prouinciale. ‖

SEd & ſi conducere hoſpitium nemo velit propter vitium ædium, idem erit dicendum.

De ſeruitute.

30. *Vlpianus* ‖ lib. 81. ad Edictum. ‖

DAmni infecti ſtipulatio pertinet, etiam ſi quid eius operis, quod in fundo meo aquæ ducendæ cauſa, vitio damnum mihi contigerit. ſolet enim opus in alieno fieri, cùm *i* iure ſeruitutis, quam quis habet alieno agro impoſitam, opus in alieno faciat.

1 ¶ Vtrum autem de hoc opere promittere, an ſatiſdare debeat videamus *k*. Mouet, quod in alieno facit. qui *l* autem de alieno cauet, ſatisdare debet *m*: qui de ſuo repromittere.

¶ Vnde Labeo putabat, eum, qui modulorum *n* aut riui faciendi cauſa opus faceret, etiam ſatisdare debere: quia & in alieno ſolo faceret: ſed cum de opere quod faciet, exigatur ſtipulatio, conſequens erit dicere, ſufficere repromiſſionem. quodammodo enim de re ſua cauet.

2 ¶ Quod dictum eſt aquæ ducendæ cauſa, exempli *o* gratia ſcriptum eſt. cæterum ad omnia opera ſtipulatio accommodabitur.

De his qui vias publicas muniunt. Si controuerſia ſit, dominus ſit, necne, à quo cautio exigitur.

31. *Paulus* ‖ lib. 78. ad Edictum. ‖

QVi vias publicas muniunt, ſine damno *p* vicinorum id facere debent.

1 ¶ Si controuerſia ſit, dominus ſit necne, is à quo cautio exigitur, ſub exceptione ſatisdare iubetur *q*.

De ædibus communibus. 1. *Si alia actione damnum ſarciri poſſit.*

32. *Gaius* lib. 28. ad Edictum Prouinciale.

SI *r* ædibus meis proximæ ſint ædes meæ *ſ* & tuæ: quæritur, an, ſi hæ vitium mihi faciant cauere mihi debeas pro damno propriarum mearum ædium: ſcil. pro qua parte dominus exiſtes. & hoc pleriſque placet. ſed mouet me, quòd ipſe meas *t* ædes reficere poſſim, & impenſas pro ſocio, aut communi diuidundo iudicio, pro parte conſequi. nam & ſi vnas ædes communes tecum habu, eæque vitium faciant, & circa refectionem earum ceſſare videaris: noſtri præceptores negant *u*, cauere te debere, quia ipſe reficere poſſim, recepturus pro parte, quod impenderim, iudicio ſocietatis aut communi diuidundo. ideo & interpoſitam cautionem minus vtilem futuram: quia alia ratione damnum mihi poſſet ſarciri. & eſt planè noſtrorum præceptorum hæc ſententia, vt credamus, * inutilem *x* eſſe damni infecti ſtipulationem, quo caſu damnum alia *y* actione ſarciri poſſit. quod & in ſuperiore caſu intelligendum eſt.

De inquilino.

33. *Vlpianus* lib. 42. ad Sabinum.

INquilino *z* non datur damni infecti actio: quia poſſit ex conducto agere, ſi *a* dominus eum migrare prohiberet.

a non eſt eadem ratio damnum ſentire, & lucrum nõ facere. vide hic *Accurſ.*

b Differentia eſt inter damnum emergens, & lucrum ceſſans. Semper autem facilius permittitur lucri impeditio *ʃ*, quàm damni datio. *Bal.*

c *l.5.§.1.ſup.eo.*

d partis appellatione, ſignificatur dimidia, *l. 164. §.1.ʒ. de verb. ſignif.*

e Partis nomine quandoque dimidia, quandoque dimidia dimidiæ ſignificatur.

f *l.40.§.1.l.42. ʒ.eod.l.2. §.2.inf. de prætor. ſtipul.*

g *l.37.inf.eod.*

h adde *l.27.in fi. ſup.locati*, v Cuia. 8. *ad Afric. ſol. 190. in fin.*

i Seruitutem habens poteſt in fundo ſeruiente ea facere quæ ad ſeruitutem conferunt ſine præiudicio domini, *l.9.ʒ. de ſtatulib.*

k Pro opere quod iure ſeruitutis facio, caueo: non ſatiſdo, *Bald.*

l Satiſdandi & repromittendi differentia. ſatiſdamus de alieno opere: repromittimus de noſtro.

m *l.1.§.6. in fi. de ſtipul. præt.*

n Alij legunt modiolos: quorum alios erogatorios, alios acceptatorios fuiſſe notant, ex Vitruuio & Froncino, libro de aquæductibus: at hic moduli, videntur formæ aquarum aut tubuli.

o Similium idem eſt iudicium: Exempli cauſa quod dicitur, ad omne ſimile porrigitur *Bald.*

p *l. 15. §.18. l. 24. ſup. eod.*

q Timenti damnum caueri debet. *l.19. in fin. ſup. eodem.*

r An ſocius ſocio de damno cauere compellitur? vide apud Antonium Fabrum 2. *Coniectur.* 9.

ſ i. communes.

t hinc colligere poſſumus, *Meum* eſſe quod commune cum alio habeo. *v. Paulum 5. ſent. 10. §. 2.*

u Qui communes ædes habent, inter ſe non repromittunt *l.43. §. 1. inf. eod.*

x hoc eſt, non neceſſariam. *Anton. Fab. ibid.* Mouetur autem quod hic quæſtio non ſit, An ſocius ſocio de damno infecto cauere poſſit, ſed an cauere debeat. Reſpondet vero Iuriſconſultus, inutilem eſſe ſtipulationem, id eſt, caueri non debere, quia ſocio alia actione, & remedio ciuili poſſit conſultum eſſe. Fruſtra autem is qui ciuilem actionem habet, honorariam deſiderat, *l. 1. ſup. de Publ.* quod & apertius declarat *l. 39. inf. eo. vbi dixi.* y *l. 18. §. 9. in fin. ſup. eo.* z *l. 13. §. 6. ſup. eo.* a adde *l. 27. in fi. ʒ. loc.*

34. *Paulus* ‖ libro 10. ad Sabinum. ‖

VTique ſi pro præterita penſione ſatisfacere paratus fuit. alioquin iuſta retentio *a* pignoris domino fieri videretur. Sed etſi quaſi pignora *b* retinuerit, & ea interierint ruina vicinarum ædium: poteſt dici etiam pignoratitia actione locatorem teneri, ſi poterat *c* eas res in locum tutiorem *d* transferre.

De pariete communi demoliendo.

35. *Vlpianus* ‖ libro 42. ad Sabinum. ‖

IN parietis communis demolitione ea *e* quæri oportet, ſi ſatis aptus fuerit oneribus ferendis, an non fuerit aptus *f*.

36. *Paulus* ‖ lib. 10. ad Sabinum.

SEd ita idoneum eſſe plerique dixerunt, vt vtrarumque ædium onera *g*, quæ modò iure imponantur, communis paries ſuſtinere poſſit.

37. *Vlpianus* ‖ libro 42. ad Sabinum. ‖

NAm ſi non fuit, vtique demoliri eum oportuit *h*. nec debet, ſi *i* quid damni ex hac cauſa attigit, is qui demolitus eſt, teneri: niſi ſumptuosè *k*, aut parum bonus nouus paries ſit reſtitutus.

¶ Quod ſi fuerit idoneus paries, qui demolitus eſt: in actionem damni infecti venit id quanti interfuit *l* actoris, eum parietem ſtare, meritò: nam ſi non debuit demoliri, reſtituere *m* eum debet proprio ſumptu.

¶ Sed & ſi quis reditus *n* ob demolitionem amiſſus eſt, conſequenter reſtitui eum Sabinus voluit.

¶ Si fortè habitatores migrauerunt, aut non tam commodè habitare poſſunt, imputari id ædificatori poteſt.

De emptore & venditore. 1. *in cuius partis poſſeſſionem mittitur.* 2. *De æſtimatione noui parietis.*

38. *Paulus* ‖ lib. 10. ad Sabinum. ‖

EMptor ædium ante traditam ſibi poſſeſſionem ideo inutiliter ſtipulatur, quia venditor omnem diligentiam ei præſtare debet. tunc *o* certè vtiliter ſtipulatur, cùm omnis culpa à venditore aberit. veluti ſi precario emptori in his ædib. eſſe permiſit, cuſtodiamque ei aſſuturus tradidit.

1 ¶ Si agri *p* nomine non caueatur: in eam partem agri mittendum eſt, ex *q* qua periculum timeatur, eiuſque rei ratio hæc eſt: quod * in ædificiis partes quoque reliquæ à vitioſa parte traherentur: at in agris non idem eſt. ſed dicendum eſt, vt in domibus quoque maioribus interdum cauſa cognita prætor ſtatuere debeat, in cuius partis poſſeſſionem is cui non caueatur, mitti debeat.

2 ¶ Deducto *r* veteris parietis pretio, ſi quid amplius ſit, æſtimari *ſ* debet. & ſi quid ex veteri in nouum coniectum ſit, deduci ‖ ex ‖ æſtimatione oportet.

De pariete communi. 1. *Si domus in controuerſia ſit.* 2. *De ſuperficie & ſolo.* 3. *De procuratore.* 4. *De æſtimatione.*

39. *Pomponius* ‖ lib. 21. ab Sabinum. ‖

INter quos paries communis eſt *t* ædificiorum nomine, quæ quiſque propria habet, ſtipulari damni infecti ſolet. ſed *u* tunc ea cautio neceſſaria eſt, cùm aut alter *x* ſolus ædificat, & vitium ex opere futurum eſt, aut alter pretioſiora ædificia habet, & plus damni ſenſurus ſit decidente pariete. alioquin, ſi æquale *y* periculum eſt, quantum quis vicino præſtat, tantum ab eo conſequitur.

1 ¶ Si domus in controuerſia ſit, dicendum eſt, damni infecti onus poſſeſſoris *z* eſſe, cùm id, quod præſtiterit, imputare domino prædij poſſit. quod ſi non caueat, poſſeſſionem ad petitorem, qui cauere damni infecti ſibi velit, transferant. nam iniquum eſt ſtipulatorem compelli, relicto prædio, ex quo damnum vereatur, dominum quærere.

2 ¶ Damni infecti ſtipulatio latius patet. & ideo & ei qui ſuperficiariam *a* inſulam habet, vtilis eſt ea ſtipulatio ſi quod in ſuperficie damnum datum fuerit. & nihilominus & ſoli domino vtilis eſt, ſi ſolo damnum datum fuerit, vt tota ſuperficies tolleretur: fraudabitur enim dominus ſoli in penſione percipienda.

3 ¶ Alieno *b* nomine ſtipulari ita licet, vt, quod damnum domino datum ſit, comprehendatur. cauere autem debebit is, qui ſtipulabitur, dominum ratam *c* rem habiturum. exceptióque *d* procuratoria ſtipulationi inferenda erit, ſicuti in ſtipulatione legatorum. quòd ſi ei non cauebitur, mittendus eſt in poſſeſſionem procurator omnimodo, vt ei exceptio procura-

a *l.9. ſup. in quib. cauſ. pign.*

b *v. l.6. ʒ. in quib. cauſis pign.*

c ad id igitur tenetur. aliàs eſt in culpa *l.3. l.9. C. de pign. l.3. C. de peri. tutor.*

d Pignora accepta creditor tenetur in nouiſſimo loco deponere, facit *l.27. in fin. ſup. de admin. tut. l.9. C. de pign. act.*

e adde *l. 3. l.4. l. 36. l.37. l.39. l. 40. eod.*

f alias nulli vicino parietem communem demoliri permittitur, quia non ſolus dominus eſt, *l.7. ſup. de ſeruitutibus vrban.* & vicino competit actio, *Communi diuidundo*, vel interdictum *vti poſſidetis. l.12. ʒ. commun. diuid.*

g *v l. 13. l.19. ʒ. de ſeruit. vrban.*

h Paries non idoneus à vicino poteſt deiici.

i *Cicero in Topic. in loco ab efficiente.*

k Qui ſumptuoſum aut parum idoneum communem parietem ædificat, ſibi vicinum non obligat, vicino obligatur.

l *l 18. ſup. eo.*

m Qui demolitus eſt idoneũ parietem, ſuo ſumptu eum reſtituere debet.

n Ob demolitionem parietis communis interdum reditus domus amittitur.

o *l.18. §.7. ʒ. eod.*

p Agri & fundi nomine etiam cauetur. *l.24. §.9. ʒ. eod. l.19. ſup. de rei vind*

q *l.15. §.11. ʒ. eod.*

r *l.39 in fi. ʒ. eod.*

ſ adde *l 1. ſup. communi diuid.*

t *v. Paul. 5. ſent. 10. §. 1.*

u Damni infecti ſtipulatio duobus caſibus neceſſaria eſt inter ſocios; vt hic. vt hinc merito colligas, aliis caſib. neceſſariam non eſſe, vtiliter tamen interponi poſſe. *l. 32. in fi. ʒ. eo. l. damni 43. §. cum parietem inf. eod.*

x Damni infecti ſtipulatio inter ſocios neceſſaria eſt, cum vnus ex ſociis ædificat, alter non ædificat, ex eius qui ædificat opere damnum timetur. Nam ſi vterque ædificaret, neceſſariam non eſſe hanc ſtipulationem conſtaret *d. l.43. §.1. ʒ. eo.* Cur hoc caſu ſtipulatio neceſſaria eſt? quia in iudicio communi diuidundo, aut pro ſocio damnum factum ſarciri non poteſt, cum vtrumque iudicium non aliter locum habeat, quam ſi de re communi agatur, quod hic non euenit. Ponimus enim ſocij proprias ædes ex communium ruina damnum paſſas fuiſſe. Et verè ita eſt, tum demum damni infecti ſtipulationem neceſſariam eſſe, cum illius qui ſibi timet, indemnitati alia actione conſultum eſſe non poteſt, *l.32. ſup eod.* z adde *l. vlt. §.1. C. de pet. hered.*

y Paritas damni compenſatione inducitur. *l.13. §.8. l.18. §. ʒ. ſup. eo.*

a *l.13. §.13. l.18. in fi. ʒ. eo. l. pen. ſup. ſi quis cautionibus* c Per cautionem rati

b perſona legitimatur, poſt cuius ſatiſdationem nulla exceptio procuratoria opponitur *Bald.* d de qua *v. l.29. §.4. ʒ. mandat.*

toria non noceat. 4 ¶ In æſtimando nouo pariete ratio *a* haberi debet eius impenſæ, quæ modum probabilem *b* non excedet in vetere eius cultu : non qui ‖non‖adgrauet.

1. De pariete communi. 2. De pluribus actoribus. 3. vel reis. 4. De pluribus in poſſeßionem mittendis.

40. *Vlpianus*‖lib. 43. ad Edictum.‖

EX damni infecti ſtipulatione non oportet infinitam *c*, vel immoderatam æſtimationem fieri, vtputa ob tectoria, & ob picturas. licet enim in hac magna erogatio facta eſt, attamen ex damni infecti ſtipulatione moderatam æſtimationem faciendam : quia * honeſtus modus ſeruandus eſt, non immoderata *d* cuiuſque luxuria *e* ſubſequenda.

1 ¶ Quotiens communis *f* parietis vitio quid accidit, ſocius ſocio nihil præſtare debet : cùm communis rei vitio contigerit.

¶ Quòd ſi quia alter eum preſſerat. vel onerauerat, idcirco damnum contigit, conſequens eſt dicere, detrimentum hoc, quod beneficio *g* eius contingit, ipſum ſarcire debere.

¶ Quod ſi æqualiter vtriuſque oneribus preſſus decidit, rectiſſimè Sabinus ſcripſit, [parietem *h*] vtriuſque cauſam eſſe.

¶ Sed ſi alter plures, vel pretioſiores res amiſerit : melius eſt dicere, quia *i* ambo onera impoſuerunt, neutri aduerſus alterum competere actionem.

2 ¶ Quotiens ex damni infecti plures *k* agunt, quia in eadem re damnum paſſi ſunt, id eſt in ædibus, non debet vnuſquiſque eorum in ſolidum agere, ſed in partem experiri. neque enim damnum, quod *l* pluribus datum eſt, vnicuique inſolidum ‖ datum eſt. ‖ ſed in partem datum eſſe videtur, & ideo vnicuique in partem competere actionem Iulianus ſcripſit.

3 ¶ Item ſi plurium *m* ſint ædes, quæ damnoſæ imminent, vtrum aduerſus vnumquemque dominorum in ſolidum competit, an in partem? Et ſcripſit Iulianus, quod & Sabinus probat, pro dominicis partibus conueniri eos oportere.

4 ¶ Si plures domini ſint ædium, qui damni infecti ſibi proſpicere volunt, nec quiſquam eis damni infecti caueat : mittendi omnes *n* in poſſeſſionem erunt ; & quidem æqualibus *o* partibus, quamuis diuerſas portiones dominij habuerint. & ita Pomponius ſcribit.

De re communi reficienda.

41. *Pomponius*‖libro 21. ad Sabinum.‖

IN reficiendo communi pariete, ei potius facultas ædificandi prꝭſtatur, qui *p* magis idoneè reficere parietem velit.

¶ Idémque dicendum, & ſi de eodem itinere, riuóve reficiendo inter duos, vel plures quæratur.

De ſeruo communi.

42. *Iulianus* libro 58. Digeſtorum.‖

SI ſeruus communis damni infecti ſtipulatus‖fuiſſet, perinde *q* habetur ac ſi ipſi domini ſua voce pro partibus ſtipularentur.

De vento, aut alia vi extrinſecus admota. 1. De pariete communi.

43. *Alfenus Varus* ‖ libro 2. Digeſtorum. ‖

DAmni infecti quidam vicino repromiſerat *r*. ex eius ædificio tegulꝭ *ſ* vento deiectæ ceciderant in vicini tegulas, eáſque fregerant, quæſitum eſt *t*, an aliquid præſtari oportet? Reſpondit, ſi vitio ædificij, & infirmitate factum eſſet, debere præſtari : ſed ſi tanta vis venti fuiſſet, vt quamuis firma ædificia conuelleret, non debere: & quod in ſtipulatione *t* eſt, *ſiue quid ibi ruet*, non videri ſibi ruere, quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinſecus admota caderet : ſed quod ipſum per ſe concideret.

1 ¶ Cùm parietem *u* communem ædificare quis cum vicino vellet, priuſquam veterem demoliret, damni infecti vicino repromiſit *x*, adeóque reſtipulatus *y* eſt. poſteaquam paries ſublatus eſſet, habitatores ex vicinis cœnaculis emigraſſent *z*, vicinus ab eo mercedem, quam habitatores non redderent, petere vult. quæſitum eſt, an rectè petet? Reſpondit : non *a* oportuiſſe eos, cùm communem parietem ꝭdificarent, inter ſe repromittere : neque vllo modo alterum ab altero cogi potuiſſe : ſed ſi maximè repromitterent, tamen non oportuiſſe amplius, quàm partis dimidiæ, quo amplius ne extrario quidem quiſquam, cùm parietem communem ædificaret, repromittere deberet : ſed *b* quoniam iam‖in totum repromiſiſſent, omne, quod‖detrimenti ex mercede vicinus feciſſet, prꝭſtaturum *c*.

2 ¶ Idem conſulebat poſſétne, quod ob eam rem dediſſet, rurſus repetere: quoniam reſtipulatus eſſet à vicino, ſi quid ob eam rem quòd ibi ædificatum eſſet, ſibi damnum datum eſſet, id reddi: cum & ipſam hanc pecuniam quam daret propter illud opus perderet? Reſpondit, non poſſe: propterea quia non operis vitio *d* ſed ex ſtipulatione id amitteret.

Si ædes corruerunt priuſquam prætor adiretur : aut in poſſeßionem miſſus eò veniſſet. 1. De pignore.

44. *Africanus*‖lib. 9. *e* Quæſtionum. ‖

CVm poſtulaſſem, *vt mihi damni infecti promitteres*, noluiſti, & priuſquam prꝭtor adiretur *f*, ꝭdes tuæ corruerunt, & damnum mihi dederunt. potius eſſe ait, vt nihil noui prꝭtor conſtituere debeat, & mea culpa damnum ſim paſſus, qui tardius experiri cœperim. at ſi cum prꝭtor, vt *a* promitteres, decreuiſſet, & te non promittente, ire me in poſſeſſionem iuſsiſſet, & priuſquam eo veniſſem, corruerunt: perinde omnia ſeruanda eſſe exiſtimauit, atque ſi poſteaquam in poſſeſſionem veniſſem, damnum datum eſſet.

1 ¶ Damni infecti nomine in poſſeſsionem miſſus *b*, poſſidendo dominium cepit *c*. deinde creditor eas ‖ædes ‖ pignori ſibi obligatas perſequi vult. non ſine ratione dicetur, niſi impenſas *d*, quas in refectionem *e* fecerim, mihi prꝭſtare ſit paratus, inhibendam aduerſus me perſecutionem. Cur ergo non *f* emptori quoque id *g* tribuendum eſt, ſi fortè quis inſulam pignoratam emerit *h*, non rectè hæc inter ſe comparabantur, quando is, qui emit ſua voluntate negotium gerat. ideóque diligentius à venditore ſibi cauere & poſſit, & debeat. quod non æquè & de eo, cui damni infecti non promittatur, dici poteſt.

De opere deſtruendo.

45. *Scæuola* lib. 12. Quꝭſtionum.

[A Quo fundus petetur : ſi rem nolit.] †

AEdificatum habes : ago, *tibi ius non eſſe habere*. non defendis? ad me *i* † poſſeſsio transferenda *k* eſt *l*: non quidem vt protinus deſtruatur opus : (iniquum enim eſt, demolitionem protinus fieri) ſed vt id fiat, niſi *m* intra certum tempus egeris, ius tibi eſſe ꝭdificatum habere.

De domo diruta extruenda. 1. De domo ſumptu publico extructa.

46. *Paulus*‖lib. 1. Sententiarum. ‖

AD curatoris *n* reipublicꝭ officium ſpectat, vt dirutꝭ domus à dominis extruantur.

1 ¶ Domum *o* ſumptu publico exſtructam *p*, ſi dominus ad tempus pecuniam impenſam cum vſuris reſtituere noluerit *q*, iure eam reſpublica diſtrahite

De eo quod ex vnis ædibus in aliarum vſum conuerſum eſt.

47. *Neratius*‖libro 6. Membranarum.‖

QVod conclaue *r* binarum *ſ* ꝭdium dominus ex aliis ꝭdibus in aliarum vſum conuertit, non ſolum ſi contignatio, quia id ſuſtinebitur : orietur ex parte earum ꝭdium, in quarum vſum conuerſum erit, earum fiet : ſed etiam ſi tranſuerſa contignatio tota in aliarum ꝭdium parietibus ſedebit *t*.

¶ Sed & Labeo‖in‖ libris poſteriorum ſcribit: binarum ꝭdium dominum vtriſque porticum ſuperpoſuiſſe, ínque eam aditu ex alteris ꝭdibus dato, alteras ædes, ſeruitute oneris porticus ſeruandꝭ impoſita vendidiſſe: totam porticum earum *u* ꝭdium eſſe, quas retinuiſſet, cum per longitudinem vtriuſque domus extenſa eſſet tranſuerſꝭ contignationi quꝭ ab vtraque parte parietibus domus, quꝭ veniſſet, ſuſtineretur. Nec tamen conſequens eſt, vt ſuperior pars ꝭdificij, quꝭ nulli coniuncta ſit, neque aditum *x* aliunde habeat, alterius ſit, quàm cuius eſt id, cui ſuperpoſita eſt.

De demolitione domus.

48. *Marcianus*‖libro ſingulari de Delatoribus. ‖

SI *y* quis ad demoliendum negotiandi *z* cauſa vendidiſſe domum, partémve domus, fuerit conuictus, vt emptor & venditor ſinguli pretium, quo domus diſtracta eſt prꝭſtent, conſtitutum eſt.

¶ Ad opus autem publicum *a* ſi transferat marmora, vel columnas, licito iure facit.

DE *b* AQVA ET *c* AQVÆ PLVVIÆ *d* arcendæ *e*.

TIT. III.

De aqua pluuia arcenda. De cauſa & effectu actionis. Definitio aquæ pluuiæ Si aqua pluuia per ſe noceat, vel mixta cum alia. 1. De opere ex quo damnum timetur. Si naturaliter aqua noceat. 2. De palude. De eo quod aratro factum eſt. 4. De foßis. 5. De ſulcis. 6. De ſalictis. 7. De eo quod fructuum percipiendorum. 8. Vel agri colendi cauſa ſit. 9. De ſulcis. 10. Si aqua naturaliter decurrat aut opere facto. 11. Si quis aquam pluuiam in ſuo retineat: vel ſuperficientẽ ex vicini fundo in ſuum deriuet.

a addе *l. 37. l. 38. in fin. ſup. eod.*

b Quidquid eſt vltra modum, adgrauat.

c *l. 13. in fin. ſup. de ſerui. vrban.*

d adde *l. 37. l. 38. in fin. ſup. eod.*

e Luxuria, magna erogatio, *v. l. 1. l. pen. ꝟ. de ædilitio, & Ant. Auguſt. 4. Emendat* 11. adde *l. 15. ꝟ. de curatore furioſo & aliis.*

f *v. l. 39. ꝟ. eod.*

g vitio eius.

h pariatam, id eſt parem redditam.

i Maioris & facalis damni ratio non habetur, vbi culpa damnũ paſſo poteſt imputari, *Bald.*

k *l. 27. ſup. eod.*

l Impoſſibile eſt vt plures damnum capiant in ſolidum, *Bald.*

m *v. l. 5. §. 1. ꝟ. eo.*

n *l. 15. §. 15. ꝟ. eo.*

o Ex primo decreto fit miſſio in partes æquales, *d. l. 15. §. 18.* ex ſecundo decreto pro dominicis, *Bald.*

p Is qui magis idoneus eſt, præfertur in reædificatione, *vt hic.* in accuſatione *l. 16. ꝟ. de accuſ. v. Accurſ.*

q Vox ſerui, vox domini, *§. 4. in fin. Inſtit. de inutilibus ſtip.* excipe *l. 2. & l. 38. ꝟ. de ſtipul. ſeruor.*

r generaliter.

ſ *l. 24. §. 4. ſup. eo. de regulis* adde *l. 5. §. 7. ſuprà ad l. Aquil.*

t Stipulatio verbis generalibus concepta nihil præter naturam cõtractus ipſius continet, ideóque ex contractu, ſuper quo interponitur interpretanda eſt.

u *v. l. 35. l. 39. ſupra eodem.*

x adde *l. 32. ꝟ. eo.*

y Reſtipulari eſt contra ſtipulari. dixi ad Ciceronem *Oratione pro Roſcio Comœdo.*

z *l. 37. in fin. ſuprà eodem.*

a *l. 32. ſup. eod.*

b Promiſſiones ſpontaneæ ex certa ſcientia interpoſitæ, ſuum ſortiuntur effectum : & vtiles ſunt, licet inſolitæ ſint, *l. 4. in fin. ſup. ſi quis cautionib.*

c Damnum quod quis ex ſuo contractu ſentit ſibi imputare debet non alteri.

d *l. 24. in fin. l. 30. ſup. eod.*

e vide *Cuiac. 9. ad Afric. fol. 219.*

f pro tribunali. Huiuſmodi poſtulatio inſtar actionis habet, ideóque actio dicitur, *l. 33. ſup. eo. l. 3. §. 2. l. 11. §. 3. ꝟ. tit. prox.* & à Græcis ἡ ἐλπὶς ...

ουμ... γῆ.

a A Prætore im... ponuntur tria de... creta : Primum ... uendi : ſecundum ... cuſtodiæ: tertium ... poſſeſsionis.

b *ſub.* & poſſid... iuſſus : Nam ... ſequitur poſſid... do dominium ca... pi.

c *l. 15. §. 16.* ...

d *l. 15. §. 31. ſup. eodem.*

e ſecus in extr... ctionem, *l. 29. §. ... ſup. de pignorib.*

f adde *l. 29. §. ... de pignorib.*

g vt conuen... hypothecaria ... ducat impenſas.

h *ſub.* & in ... ſumptus fecerit ... *ſup. eo.* ſecus ſi no... uum ædificium, ... *20. §. 2. ſupr. de pignorib.*

† hæc verba ſ... ſuperuacua.

i *l. 18. ſup. ...nitus.*

k vide quæ nota... ad *l. 15. ꝟ. tit. ...*

l in ædificatione ... donec ille egerit ... probauerit ius ... ædificatum habere.

m Tempus ... agendi litis ... interdum ... tuere iudex ...

n Curatores ... blicæ, idem ... rator reip... dicitur, *l. ... de ſtatu, l. ... decurionib.* ... ς ἡς appella... *3. C. de mod... l. vlt. ſuprà ... adſeſſor.* ... δοκιμας ... & loca publica ... rat, *vt hic l. ... ꝟ. quod vi aut ... l. 2. l. 3. ꝟ. de ad... niſtratione* ... cauſam agit ... blicæ apud ... dem vel princ... v. Cuiac. ad ... adde *l. 7. ꝟ. ... præſid.*

o neglectam ... mino ſcil.

p Si priuatus ... mum ſuam ... ficit, poteſt ... blica ſumpt... mini eam extru...

q adde *l. 52. §. ... ſup. pro ſocio ... in quibus cauſ... l. vlt. Cod. ... dominij.*

r de conclaui ... *§. 19. verſ. 2. ſup. de inſpic. ventre.*

ſ conclaue bina... rium. *Hal.*

t id eſt, immiſ... impoſita erit. u Conclaue & porticus cedit illis ex quibus tantum habetur aditus.

x *l. 91. in fin. ſup. de legatis tertio.*

y *Syn. Baſil. 19. Tit. 1. ex lib 58. Tit. 10. cap. 70.*

z *l. 52. ſuprà de contr. empt. l. 41. præſertim. §. 1. ſuprà de legatis 1. l. 2. l. 7. Cod. ... ædific. priuat.* a *d. l. 41.*

b περὶ τῆς ὡς ἀπὸ πλησμονῆς ὑδάτων χειροτομίας 50. *Eclog. 53.*

c agris noxia, nam ſi ædificio vel oppido nocebit, alia actione vtendum e... *§. 17. ꝟ. eodem.*

d Pluuia aqua, cœleſtis & iouialis, *l. 1. ꝟ. eodem.*

e actione ſcilicet, vt eam vicinus noceat, id eſt auertat, *l. 2. §. 9. ꝟ. eodem.* Hæc autem actio ex legibus 12. tabularum originem habet : pertinet ad eam damnum etiam infectum, *l. 1.* cuius formulam vide in *l. 24. ꝟ. eod.* Huic actioni contraria eſt actio in Africa, vt Aggenus ſcribit *lib. 2.* cum enim ſit regio calidiſſima, nihil magis in querela eſt, quam ſi quis inhibuerit aquam pluuiam in agrum vicini influere. vide Cuiac. *hic.*

12. *Vel*

12. vel in ſuo fodiens, vicini fontem auertat. 13. De ſuperiore & inferiore. 14. Si ipſius loci natura nocet. 15. Si aqua naturaliter nocet, vel opere facto. De aqua pluuia vel quæ imbre creſcit. De opere agri colendi cauſa facto. 17. De agro, ædificio, oppido. 18. De loco ex quo aqua oritur. 19. Si ex ædificio vrbano vel ruſtico ei noceat. 21. De opere ex quo fit quominus aqua proſit 22. De opere ſublato. 23. De aggeribus vel foſſis. De natura & lege agrorum & vetuſtate.

Vlpianus ‖ lib. 43. ad Edictum.‖

SI *a* cui aqua pluuia damnum dabit, actione aquæ pluuiæ arcendæ auertetur aqua.

¶ Aquam *b* pluuiam dicimus, quæ de cœlo cadit, atque imbre excreſcit, ſiue per ſe hæc aqua cœleſtis noceat, vt Tubero ait, ſiue cum alia mixta *c* ‖ſit.‖

1 ¶ Hæc autem actio locum habet in damno nondum facto. opere tamen iam facto. h. e. de eo opere, ex quo damnum timetur: totiénſque locum habet, quotiens manufacto opere agro aqua nocitura eſt. id eſt, cùm quis manufecerit, quo aliter flueret, quam natura ſoleret ſi fortè immittendo eam aut maiorem fecerit, aut citatiorem *d* aut vehementiorem: aut ſi comprimendo redundare effecit. quòd ſi naturâ aqua noceret, ea actione non continentur.

2 ¶ Neratius ſcribit, Opus, quod quis fecit, vt aquam excluderet, quæ *e* exundante palude in agrum eius refluere ſolet, ſi ea palus aqua pluuia ampliatur *f*, eáque aqua repulſa eo opere agris vicini noceat, aquæ pluuiæ actione cogetur tollere.

3 ¶ De eo opere, quod agri colendi cauſa aratro factum ſit, Quintus Mucius ait, non competere hanc actionem. Trebatius autem, non *g* quod agri, ſed quod frumenti dumtaxat quærendi cauſa aratro factum ſit, ſolum excepit.

4 ¶ Sed & foſſas agrorum ſiccandorum cauſa factas, Mucius ait fundi colendi cauſa fieri *h*. non tamen ‖ oportere ‖ corriuandæ aquæ cauſa fieri. * ſic enim debere quem meliorem agrum ſuum facere, ne *i* vicini deteriorem faciat.

5 ¶ Sed & ſi quis arare & ſerere poſſit etiam ſine ſulcis aquariis *k* teneri eum, ſi quid ex his, licèt agri colendi cauſa, videatur feciſſe. quòd ſi aliter ſerere non poſſit, niſi ſulcos aquarios fecerit, non teneri. Ofilius autem ait, ſulcos agri colendi cauſa directos ita, vt in vnam pergant partem, ius eſſe facere.

6 ¶ Sed apud Seruij auctores *l* relatum eſt, ſi quis ſalicta poſuerit, & ob hoc aqua reſtagnaret *m*, aquæ pluuiæ arcendæ agi poſſe, ſi ea aqua vicino noceret.

7 ¶ Labeo etiam ſcribit ea, quæcunque frugum *n* fructuúmque recipiendorum cauſa fiunt, extra hanc eſſe cauſam, neque referre, quorum fructuum percipiendorum cauſa id opus fiat.

8 ¶ Item Sabinus, Caſſius opus manufactum in hanc actionem venire aiunt. niſi *o* ſi quid agri colendi cauſa fiat.

9 ¶ Sulcos tamen aquarios *p* qui ἕλικες *q* appellantur, ſi quis faciat, aquę pluuiæ actione eum teneri "ait".

10 ¶ Iidem aiunt, ſi aqua naturaliter *r* decurrat, aquæ pluuiæ arcendæ actionem ceſſare. quòd ſi opere facto aqua aut in ſuperiorem partem repellitur, aut in inferiorem deriuatur, aquæ pluuię arcendę actionem competere.

11 ¶ Iidem aiunt, aquam pluuiam in ſuo retinere, vel ſuperficientem *ſ* ex vicini *t* in ſuum deriuare, dum opus in alieno non fiat, omnibus ius eſſe. * prodeſſe enim ſibi vnuſquiſque dum alij non nocet, non prohibetur. nec quemquam hoc nomine teneri.

12 Denique Marcellus ſcribit, cum eo, qui in ſuo fodiens, vicini fontem *u* auertit, nihil poſſe agi: nec de dolo actionem. & ſanè non debet habere: ſi non *x* animo vicino nocendi, ſed ſuum agrum meliorem faciendi id fecit.

13 ¶ Item ſciendum eſt, hanc actionem vel ſuperiori aduerſus inferiorem competere, ne aquam, quæ natura fluat, opere facto inhibeat per ſuum agrum decurrere. & inferiori aduerſus ſuperiorem, ne aliter aquam mittat, quàm fluere natura ſolet *y*.

14 ¶ Huic illud etiam applicandum, nunquam competere hanc actionem, cùm ipſius loci natura nocet *z*: nam (vt veriùs quis dixerit) non *a* aqua ſed loci natura nocet *b*.

15 ¶ In ſumma puto, ita demum aquę pluuię arcendæ locum actionem habere, ſi aqua pluuia, vel quæ *c* pluuia creſcit, noceat, non naturaliter, ſed opere facto, niſi ſi agri colendi cauſa id factum ſit.

16 ¶ Imbre autem creſcere eam aquam, quę colorem mutat, vel increſcit.

17 ¶ Item ſciendum eſt, hanc actionem non aliàs locum habere, quàm ſi *d* aqua pluuia agro noceat.

¶ Cæterùm ſi ædificio vel oppido noceat, ceſſat *a* actio iſta: agi autem ita poterit, *ius non eſſe ſtillicidia flumina immittere.* Et ideo Labeo & Caſcellius aiunt, aquæ quidem pluuiæ arcendę actionem ſpecialem *b* eſſe: de fluminibus & ſtillicidiis, generalem: & vbique agi ea licere. Itaque aqua quæ agro nocet, per aquæ pluuiæ arcendæ actionem coërcebitur.

18 ¶ Nec illud quæramus, *c* vnde oriatur *d*. nam & ſi publico *e* oriens, vel ‖ ex loco ‖ ſacro per fundum vicini deſcendat, íſque opere facto in meum fundum, eam auertat: aquæ pluuiæ arcendæ teneri eum Labeo ait.

19 ¶ Caſſius quoque ſcribit ſi aqua ex ædificio vrbano noceat, vel agro, vel ædificio ruſtico: agendum de fluminibus & ſtillicidiis.

20 ¶ Apud Labeonem autem inuenio relatum, ſi ex agro meo aqua fluens noceat loco *f* qui eſt intra continentia, hoc eſt, ædificio *g* non poſſe me aquæ pluuię arcendę conueniri. quòd ſi ex continentibus profluens in meum agrum defluat, eíque noceat, aquæ pluuiæ arcendæ eſſe actionem.

21 ¶ Sicut autem opus factum, vt aqua pluuia mihi noceat, in hanc actionem venit, ita per contrarium quęritur, an poſſit aquę pluuię arcendæ agi, ſi vicinus opus fecerit, ne aqua, quæ alioquin decurrens agro meo proderat, huic proſit. Ofilius igitur & Labeo putant, agi non poſſe, etiamſi interſit mea ad me aquam peruenire *h* hanc enim actionem locum habere, ſi aqua pluuia noceat, non *i* ſi non proſit.

22 ¶ Sed & ſi vicinus opus tollat, & ſublato eo aqua naturaliter ad inferiorem agrum perueniens noceat, Labeo exiſtimat, aquæ pluuiæ arcendæ agi non poſſe. * ſemper enim hanc eſſe ſeruitutem inferiorum *k* prædiorum, vt natura profluentem aquam excipiant. Planè ſi propter id opus ſublatum vehementior "aqua" profluat, vel corriuetur, aquæ pluuiæ arcendæ actione agi poſſe, etiam Labeo confitetur.

23 ¶ Denique ait conditionibus agrorum quaſdam leges *l* eſſe dictas: vt quib. agris magna ſint flumina, liceat mihi ſcil. in agro tuo aggeres vel foſſas habere. ſi tamen lex non ſit agro dicta, agri naturam eſſe ſeruandam, & ſemper *m* inferiorem ſuperiori ſeruire. at hoc incommodum naturaliter pati inferiorem *n* agrum à ſuperiore, compenſaréque debere cum alio commodo. ſicut enim omnis pinguitudo terræ ad eum decurrit, ita etiam aquæ incommodum ad eum defluere: ſi tamen lex agri non inueniatur, vetuſtatem *o* vicem *p* legis tenere. ſane enim "&" in ſeruitutib. hoc idem ſequimur, vt ibi ſeruitus non inuenitur impoſita, qui diu *q* vſus eſt ſeruitute, neque vi, neque precariò, neque clam habuiſſe longa conſuetudine vel ex iure impoſitam ſeruitutem videatur. Non *r* ergo cogemus *ſ* vicinum aggeres munire, ſed nos in eius agro muniemus: eritque iſta quaſi *t* ſeruitus. in quam rem vtilem actionem habemus, vel interdictum.

De publica authoritate. De vetuſtate. 4. De foſſa purganda. De aggere vi aqua deiecto. 6. Si aqua fluens iter ſuum ſtercore obſtruxerit. 7. De agro aquarum concurſu, excauato. De foſſa iure facta, aut cuius memoria non exſtat. 8. Memoriam extare quomodo accipitur. 9. De eo qui aquam à ſe auertit. 10. De ſeruitute.

2. *Paulus* ‖ lib. 49. ad Edictum.‖

IN ſumma tria *u* ſunt, per quæ inferior locus ſuperiori ſeruit: lex *x*, natura *y* loci, vetuſtas *z*, quæ ſemper pro lege habetur, minuendarum *a* ſcilicet litium cauſa.

1 ¶ Apud Labeonem proponitur foſſa vetus eſſe agrorum ſiccandorum cauſa, nec memoriam *b* extare, quando facta eſt. hanc inferior vicinus non purgabat. ſic fiebat, vt ex reſtagnatione *c* eius aqua fundo noſtro noceret? Dicit igitur Labeo, aquæ pluuiæ arcendæ cum *d* inferiore agi poſſe: vt aut ipſe purgaret, aut te pateretur in priſtinum ſtatum eam redigere.

2 Prꝫterea ſi in confinio foſſa ſit, neque purgari vicinus patiatur eam partem *e* quę tibi accedat, poſſe te magis agere aquæ pluuiæ arcendę, Labeo ait.

3 ¶ Caſſius autem ſcribit, ſi qua opera, aquæ mittendę cauſa publica auctoritate facta ſint, in aquæ pluuię arcendę actionem non venire *f* in eadémque

a Hæc erant verba legis XII. Tabularum: Si aqua pluuia nocet, *l. 21. j. de ſtatuliberis.*
b *v. Cic. in Topicis, loco à coniugatis.*
c nihil refert, an aliquid per ſe noceat, an alij mixtum, *Bald.*
d citiorem. *Hal.* ἐὰν δὲ διὰ τὸ προαιρεθῆναι τὸ ἔργον σφοδρότερον ἀφῆται ῥεῖν *Ecl. c. 1.*
e Non licet aquã ab antiqua ſua exundatione excludere, ita vt vicino noceatur.
f creſcit, §. 15. j. eod.
g Opera manufacta, niſi agri colendi cauſa fiant, in actionem aquæ veniunt, *Eclog. c. 1. &* §. 8. §. 15. j. eo. d. l. 24. j. eod.
h fieri oportere. *Hal.*
i *l. 8. §. 5. ſ. ſi ſeruit. vind. l. 21. in pr. j. quod vi aut clam: l. 13. ſ. de ſeruit. vrb.*
k §. 9. j. eod. l. 24. §. 5. j. eo.
l *lege*, auditores, vt alibi dixi.
m *l. 2. §. 28. j. ne quid in loco publ.*
n *l. frugem 77. j. de verb. ſign.*
o §. 3. ſ. eo.
p §. 5. ſ. eo.
q qui Grecè ὑδραύλακες appellantur. *Hal. Ecl. c. 1.* vocat αὔλακας δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἐκφέρεται. Florentinam vix probare poſſim, quatenus vox ἕλικες Græcè ſcribitur, ſiquidem id verbum ea ſignificatione non reperio à Græcis vſurpari. De elicibus Columella 2. c. 8. Cauebitur (inquit) vt parentes liras, crebróſque ſulcos aquarios, quos nonnulli elices vocãt, faciamus, atque omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes deriuemus. ſic Feſtus, elices ſulci aquarij, per quos aqua collecta educitur è liris. Ideò magis amplector & probo, quod Ioſephum Scaligerum in ea ſententia fuiſſe poſtea reperi *apud Feſtum in voce* Elices, Elicatores, ὑδροχόνει *v. Alcia 2. prætermiſſor. & 1. parergon. 24. Anton. Auguſt. 4. Emend. 10.*
a κατὰ φύσιν *Ecl. c. 1.* ſ ſuperfluentem. *Hal.* t ſub fundo, Helleniſmus: vt notant Petrus Victorius & Antonius Auguſtinus 2. *emendat* 1. u *l. 21. j. eod. l. 26. ſ. de damno.* x *l. 2. §. 9. ſ. eo* y Tria ſunt per quæ fundus inferior ſuperiori ſeruit, lex, natura loci, conſuetudo, quæ pro lege ſemper accipitur, *Ecl. c. 1. in fi. l. 20. §. 2. ſ. de ſeruit. ruſt.* z tunc ſc.
a Aquæ & loci naturæ nocentis differentia.
b Natura loci inferior fundus ſeruit ſuperiori, c §. 2. ſ. eo. d Atqui differentia magna eſt, noceatur vrbano ædificio vel ruſtico, *l. ... §. vlt. ſ. tit.*

prox. Sed ibi agitur de cautione damni infecti: quæ diuerſa eſt ab hac actione.
a Imò non ceſſat *l. 19. §. vlt. ſ. de damno.*
b Cur aquæ pluuiæ actio, ſpecialis: de fluminibus, generalis eſt? Aquæ pluuiæ actio datur, *ſi agro noceatur*, h. e. prædio ruſtico: de fluminibus & ſtillicidiis datur, etiam tum cum noceatur prædio vrbano, & hoc ſenſu dicitur actione de fluminibus & ſtillicidiis vbique agi licere. Quòd ſi aqua pluuia ædificio vel oppido noceat, negatoria de ſeruitutibus actio dabitur, *vt hic.*
c *al.* quæremus.
d *al.* oritur.
e *al.* ex publico.
f quo loco? *v. l. 60. j. de verb. ſig.*
g *al.* ædificia.
h nam iure ſuo vritur, *l. 26. ſ. de damno.*
i *l. 2. §. 5. j. eo.*
k Inferiorum locorum hęc eſt natura, vt ſuperioribus ſeruiant, *l. 2. j. eo. §. 23. j. eod.*
l Quænam illæ leges? more apud veteres recepto hæ leges priuatis quidem agris dicebantur à patribus famil. qui eas conſtituebant: adſignatis verò agris vel colonicis ab his qui veteranos coloniaſque ex lege deducebant. *Hyginus 2. de limitibus, Siculus Flaccus lib. de conditionibus agror.* ſic Frontinus, limites ſecundum legem colonicam, itineri publico ſeruire debere ſcripſit. De his legibus accipi poteſt, *l. 8. j. ad l. Iul. pecu.* adde *Briſſonium 4. ſelect. 6.*
m §. 23. ſ. eo.
n inferiores agri ſuperioribus naturaliter ſeruiunt.
o Vetuſtas vicè legis obtinet. An ea cuius non extat memoria? An potius vetuſtas decem etiam annorum intelligi poteſt?

p Vetuſtas vicem legis obtinet adde *l. 2. ſ. de ſeruit. vrba. l. 1. 2. 7. C. de ſeru. & aqua.* q *Tò Diu*, quidam accipiunt pro eo tempore cuius memoria non extet: Bartolo *Tò Diu*, eſt etiam decennium, *arg. l. ſi cum fideicommiſſa 16. §. Ariſto. 3. j. qui & à quib. manumitti.* r Imò qui ſeruitutem debent, eam reficere debent, *l. eum debere 33. ſ. de ſeruit. vrb.* An id ſpecialiter eſt in ſeruitute oneris ferendi? ſ *l. 15. ſ. de ſeruit. l. 6. §. 2. ſ. ſi ſeruit. vind.*
t Quaſi ſeruitus, impropria ſeruitus non propria, ex qua non directa, ſed vtilis datur actio vel interdictum, *vt hic.* u *Eclog. c. 1. in fin.* x 1. conuentio, *l. 1. §. vlt. j. eod.* y Seruitus eſt id etiam quod natura loci fecit, vt è ſuperiore videlicet loco in inferiorem quid efflueret. z i. conſuetudo ſυνήθεια, præſcriptio, a *l. 13. §. 3. in fi. ſ. de vſufr.*
b *l. 2. 3. in fi. j. eod.* c §. 6. j. eo. l. 1. §. 6. ſ. eo.
d ſuperior aduerſus inferiorem hic agit, *vt* §. 2. j. confinis aduerſus confinem, §. 3. j. eo. inferior aduerſus ſuperiorem.
e *ſub.* maxime. nam idem dicendum eſſet, ſi totam foſſam purgare vellet, *l ſi ædes, 12. ſ. comm. diuid. l. cum duob. 52. §. item ſi 12. §. item Mela 3. ſ. pro ſocio.*
f eſt enim ſtabile quod publica authoritate fit, *Bald.*

cauſa

Fron habet actione directa ſecus vero vtile l. 22. eod.

a in pr. ſup. eo. §. 2. ⁊. eod. l. 23. in fi. ⁊. eo. l. 28. ſup. de probat.
b ſub. ſuperiorem. vt dixi §. 1. ⁊. eo.
c Paria ſunt, natura ipſa extare, & tempore cuius non extet memoria.
d Aquæ pluuiæ actione etſi nemo cogitur vicino prodeſſe, cogitur tamen non nocere.
e l. 1. §. 21. ⁊. eo.
f Rigore iuris oritur actio directa: ex æquitate contra rigorem iuris oritur vtilis *Bart.*
g de qua *v. l. 21. ⁊. de interrogat.*
h Ius ſtrictum opponitur æquitati, *vt hic.*
i. *l.* 1. §. 6. ⁊. *eod.*
k Natura agri cuiuſque ipſa à ſe mutari poteſt.
l l. in omnib. quæ manu non fiunt: qualia ſunt quæ terræ motu, vel alia tempeſtate accidunt, *vt* ⁊. *eo.* & paulo antè exemplum allatum eſt de aqua fluente iter ſuum ſtercore delato obſtruente. Huiuſmodi damna voluntate non fiunt, ſed caſu.
m ſtrictum ius ſequendo; ſed mox æquitatem ſuadente Labeone, probat.
n Naturale infortunium æquo animo ferendum eſt.
o mutatam ſoli cauſam terrę motu vel alia tempeſtate, cogitur vicinus meus inferior, pati me in priſtinam loci conditionem redigere.
p §. 1. ⁊. *eo.*
q Probaturus memoriam extare, non cogitur diem & annum dicere: ſufficit ei de auditu teſtimonium: i. dicere, *audiui rem ita extare, vt hic.* *l.* 28. ⁊. *de probat.* adde Socinum. *reg.* 407.
r Hoc loquendi genere vſus eſt Paterculus, Tomo 1. adde *l.* 28 *ſupr. de probat.* Huic autem ad liquidum opponitur ἐμπλάτες,
ſ Arcet aquam, qui curat ne influat. *v. Feſtum in Arcere.*
t Aquam arcet qui impedit ne influat, ſi modò id non fecit vt tibi noceat, ſed ne ſibi aqua noceat.

cauſa eſſe ea, quorum memoriam vetuſtas *a* expedit.

4 *b* Apud Ateium verò relatum eſt, eam foſſam, ex qua ad inferiorem fundum aqua deſcendit, cogendum eſſe vicinum *b* purgare, ſiue extet foſſæ memoria, ſiue non extet. quod & ipſe puto probandum.

5 ¶ Item Varus ait, Aggerem qui in fundo vicini erat, vis aquæ deiecit, per quod effectum eſt, vt aqua pluuia mihi noceret. Varus ait, ſi naturalis agger fuit, non poſſe me vicinum cogere aquæ pluuiæ arcendæ actione, vt eum reponat, vel reponi ſinat.

¶ Idémque *c* putat, & ſi manifeſtus fuit neque memoria eius exſtaret. quòd ſi extet, putat aquæ pluuiæ arcendæ actione eum teneri. Labeo autem, ſi manu factus ſit agger, etiam ſi memoria eius non exſtat, agi poſſe vt reponatur. *d* nam hac actione neminem cogi poſſe, vt *e* vicino proſit, ſed ne noceat, aut interpellet facientem quod iure facere poſſit.

¶ Quanquam *f* tamen deficiat aquæ pluuiæ arcendæ actio, attamen opinor *vtilem actionem* vel interdictum mihi competere aduerſus vicinum, ſi velim aggerem reſtituere in agro eius, qui factus mihi quidem prodeſſe poteſt, ipſi verò nihil nociturus eſt. hæc æquitas *g* ſuggerit. etſi iure *h* deficiamur.

6 ¶ Apud Namuſam relatum eſt, ſi aqua fluens, iter ſuum ſtercore obſtruxerit, & ex reſtagnatione *i* ſuperiori agro noceat, poſſe cum inferiore agi, *vt ſinat purgari.* hanc. n. actionem non tantùm de operib. eſſe vtilem manu factis, verum etiam in omnibus, quæ *k* non ſecundum voluntatem ſint, Labeo contra Namuſam probat. *l.* ait. n. *naturam m agri ipſam à ſe mutari poſſe.* & ideo, cùm per ſe natura agri fuerit mutata, æquo *n* animo vnum quemque ferre debere, ſiue melior, ſiue deterior eius conditio facta ſit. idcirco & ſi terræ motu, aut tempeſtatis magnitudine, ſoli cauſa mutata ſit, neminem cogi poſſe, vt ſinat in priſtinam loci conditionem redigi. ſed *o* nos etiam in hunc caſum æquitatem admiſimus.

7 ¶ Idem Labeo ait, ſi in agro tuo aquarum concurſus locum excauauit, aquæ pluuiæ arcendæ ‖ actione ‖ agi non poſſe tecum à vicinis. Planè ſi foſſam iure factam, aut cuius memoria non *p* extat, agi tecum poſſe aquæ pluuiæ arcendæ, vt reficias.

8 ¶ Idem Labeo ait, cùm quæritur an memoria exſtet facto opere, non diem *q* & conſulem, ad *r* liquidum exquirendum, ſed ſufficere ſi quis ſciat factum: hoc eſt ſi factum eſſe non ambigatur, nec vtique neceſſe eſſe, ſupereſſe qui meminerint: verum etiam ſi qui audierint eos, qui memoria tenuerint.

9 ¶ Idem Labeo ait, ſi vicinus flumen, torrentem auerterit, ne aqua ad eum perueniat, & hoc modo ſit effectum, vt vicino noceatur, agi cum eo aquæ pluuiæ arcendæ non poſſe. *aquam* enim *arcere ſ* hoc eſſe *t*, curare ne influat. quę ſententia verior eſt: ſi modò *u* non hoc animo fecit, vt tibi noceat, ſed *x* ne ſibi noceat.

10 ¶ Illud etiam verum puto, quod Ofilius ſcribit: ſi fundus tuus vicino ſeruiat, & propterea aquam recipiat, ceſſare aquæ pluuię arcendę actionem, ſic tamen, ‖ ſi ‖ non vltra modum noceat. Cui conſequens eſt, quod Labeo putat: ſi quis vicino ceſſerit, ius ei eſſe aquam immittere, aquæ pluuiæ arcendæ eum agere non poſſe.

De fullonicis. 1. De De aquis calidis. 2. De irrigatione. 3. De loco in quo opus fit. 4. De fructuario

3. *Vlpianus* ‖ lib. 53 ad Edictum. ‖

APud Trebatium *y* relatum eſt, eum in cuius fundo aqua oritur, fullonicas *z* circa fontem inſtituiſſe, & ex his aquam (vicini) in fundum vicini immittere cœpiſſe. ait ergo, non teneri eum aquæ pluuiæ arcendæ actione. ſi tamen aquam conriuat, vel ſi ſpurcam *a* quis immittat, poſſe eum impediri plerique placuit *b*.

1 ¶ Idem Trebatius putat, eum cui aquæ fluentes calidę noceant, aquę pluuię arcendę cum vicino agere poſſe, quod verum non eſt. neque enim aquæ calidæ, aquæ pluuiæ ſunt *c*.

2 ¶ Si vicinus, qui aruum *d* ſolebat certo tempore anni rigare, pratum illic fecerit, cœperitque aſſidua irrigatione vicino nocere, ait Ofilius, neque damni infecti, neque aquæ pluuiæ arcendę actione *e* eum teneri: niſi locum complanauit, † eoque facto citatior aqua ad vicinum peruenire cœpit.

3 ¶ Aquæ pluuiæ arcendæ non niſi eum teneri, qui in ſuo opus faciat, receptum eſt: eóque iure vtimur.

¶ Quare ſi quis in publico *a* opus faciat, hæc actio ceſſat. ſibique imputare debet is, qui damni infecti cautione ſibi non proſpexit. Si tamen in priuato opus factum ſit, & publicum interueniat, de toto agi poſſe aquæ pluuiæ arcendæ Labeo ait.

4 Neque fructuarius *b*, neque cum eo aquæ pluuiæ arcendæ agi poteſt *c*.

De damno operis. De ſepulchro, 1. De alienatione. 2. De domino & colono, & procuratore.

4. *Idem* ‖ libro 53. ‖

QVanquam autem cum domino operis tantùm aquę pluuię arcendę actio ſit, tamen Labeo ſcribit, ſi quis ſepulchrum ædificauerit, ex quo aqua noceat, etiam ſi operis dominus eſſe deſierit loco facto religioſo: attamen magis probandum eſt (inquit) aquæ pluuiæ arcendę eum teneri. fuit enim dominus cùm *d* opus faceret. & ſi iuſſu *e* iudicis compulſus opus reſtituerit, non eſſe ſepulchri violati actionem.

1 Iulianus quoque ſcribit, ſi poſt iudicium aquæ pluuiæ arcendę ſuſceptum fundum alienauerit is, cum quo actum eſſet de prętерito damno, & de opere reſtituendo, id ſtatuere iudicem debere, quod iudicaret, ſi nulla alienatio facta eſſet. nam & fundo alienato nihilominus iudicium manere, & damni rationem venire *f* etiam eius, quod poſt alienationem contingit.

2 ¶ Idem Iulianus ſcribit, aquæ pluuię arcendæ actionem non *g* niſi cum domino eſſe. Idcircóque ſi colonus, ignorante domino, opus fecerit, dominum fundi nihil ampliùs, quàm patientiam præſtare debere: colonum autem interdicto quod vi aut clam impenſam quoque reſtituendi operis, & damnum, ſi quod ex eo datum fuerit, præſtare cogendum. ſi tamen dominus deſideret, caueri ſibi damni infecti ab eo, ex cuius prædio nocet. æquiſſimum erit, caueri oportere.

3 ¶ Item ſi non ego, ſed procurator *h* meus tale opus fecerit, vt aqua pluuia noceat vicino: aduerſus me hactenus erit actio, quatenus aduerſus colonum *i*. ipſe autem procurator interdicto quod vi aut clam conueniri poterit, ſecundùm Iuliani ſententiam, etiam poſt opus reſtitutum.

5. *Paulus* ‖ lib. 49. ad Edictum. ‖

SI colonus *k* inſciente *l* domino, opus fecerit, ex quo aqua vicino noceat: Labeo reſpondit, colonum interdicto quod vi aut clam teneri, dominum verò fundi aquæ pluuiæ arcendæ actione. quia is ſolus reſtituere opus poteſt. ſed patientiam *m* duntaxat eum prętare debere, ſi ei damni infecti ſtipulatione caueatur, & ſi quam impenſam in reſtitutione operis fecerit, conſecuturum à colono locati actione. niſi ſi quis ideo non putet, quoniam non fuerit neceſſe, ipſum reſtituere.

¶ Sed ſi iuſſu *n* domini feciſſet, etiam interdicto dominum teneri.

Si tertius opus fecerit, vnde decurrens aqua per fundum primi noceat. 1. De fundo plurium. 2. De agro communi & proprio. 4. De alienatione fundi. 5. Vtrum hæc actio ſit in rem, an in perſonam. 6. De opere reſtituendo. De damno quod ante vel poſt litem conteſtatam contingit. 7. Si is qui conuentus eſt, fecit vel non. 8. De æſtimatione.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 53. ad Edictum. ‖

SI tertius vicinus opus fecerit, vnde decurrens aqua per *o* fundum primi uicini mei mihi noceat: Sabinus ait, poſſe me vel cum primo vel cum tertio omiſſo primo agere *p* quæ ſententia vera eſt.

1 ¶ Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat vel ſi plurium fundo noceatur placuit: eóque iure vtimur *q*, vt ſiue plurium fundus ſit, ſinguli in partem experiantur, & condemnatio in partem fiat: ſiue cum pluribus agatur, ſinguli in partem conueniantur, & in partem fiat condemnatio.

2 ¶ Inde quęritur ſi communi agro meo, & *q* proprio agro tuo aqua noceat, an agi poſſit aquæ pluuiæ arcendæ. Et putem agendum. ſic tamen, vt pars damni præſtetur.

3 ¶ Verſa quoque vice, ſi communis ager ſit, qui nocet proprio; poterit aquæ pluuiæ arcendæ agi, vt quis damnum conſequatur, ſed in partem.

4 ¶ Si quis, prius quàm aquę pluuię arcendę agat, dominium ad alium transtulerit fundi, deſinit *r* habere aquæ pluuiæ arcendę actionem: eáque ad eum *ſ* tranſibit, cuius ager eſſe cœpit. cùm enim damnum futurum contineat, ad eum qui dominus erit, incipiet actio pertinere: quamuis, cùm alterius dominium eſſet, opus à vicino factum ſit.

5 ¶ Aquę pluuię arcendę actionem: ſciendum eſt non in *t* rem, ſed perſonalem eſſe.

6 ¶ Officium autem iudicis hoc erit; vt, ſi quidem à vicino opus factum ſit, eum iubeat *u* reſtituere, damnúmque ſarcire, ſi quid poſt *x* litem conteſtatam contigit: quòd ſi ante *y* litem conteſtatam damnum contigit, tantùm opus reſtituere debebit: damnum non ſarciet.

a l. 18. ⁊. eod.
b adde l. 4. [illegible] ⁊. eod.
c directa, ſed [illegible] li, l. 22. ⁊. eo.
d v. quæ not. [illegible] l. 15. §. 1. ⁊. de [illegible]
e v. l. 13. [illegible] de iniur.
f Reſtitutio [illegible] actione vtili [illegible] ni præſtatio, [illegible] cta Bald.
g l. 3. § pen. [illegible] l. 18. ⁊. eo.
h adde l. 11. [illegible] ⁊. eod.
i Procuratoris [illegible] licto non tene[tur] dominus niſi [illegible] patientiam, [illegible] adde l. 2. ⁊. eo.
k idem dicitur [illegible] cuſtode, & [illegible] cunque pro ali[o] poſſidente.
l ignorante, l. 4 §. 2. ⁊. eo.
m Coloni [illegible] non præiudica[t] domino, niſi a[d] patientiam: quo[d] & ob ipſam patien[tiam] dominus [illegible] damnum [illegible] id à colono rep[e]tet. Bald.
n in pr. ⁊. eo. l. 1 [illegible] §. 6. ⁊. vlt. [illegible] vi aut clam.
o Paria ſunt [illegible] re, & [illegible] id eſt Tam [illegible] ſus eum qui [illegible] fecit, [illegible] eum qui [illegible] tur, actio [illegible] pluuiæ [illegible] datur. Bald.
p Inter [illegible] ctiuè & [illegible] ctio aqua [illegible] pro rata [illegible] competit. [illegible]
q meo ex pro[prio] & tuo Hal.
r Imò non [illegible] nit, l. vlt. [illegible] furtim ceſſ[a].
ſ Actio in [illegible] ſcripta tranſit [illegible] ſingularem ſuc[ceſ]ſorem, l. 16. [illegible]
t Aquæ pluuiæ [ar]cendę actio [illegible] nalis eſt in [illegible] ſcripta: ideo[que] pro damno [illegible] tranſit in ſingula[rem] ſucceſſo[rem] Bart. Quid? quæ [illegible] merè perſonalis [illegible] perſonalib. [illegible] ſcriptis diſ[illegible] guuntur? [illegible] ſcripta non [illegible] contractu vel [illegible] contractu [illegible] tunt, ſed ex [illegible] diſpoſitione [illegible] facto, delicto [illegible] terius, eius [illegible] qua de agitur, [oc]caſione. Caſtrenſ.
u Formulam ſen[tentiæ] & libelli in hac actione plu[uiæ] arcendæ [illegible] explicatam à Bar[to]lo, vide.
x Hac actione [illegible] venit damnum, [illegible] quod poſt litis có[n]teſtationé cótigit & ſic officium iu[dicis] [illegible] dicis [illegible] confirmatur [illegible] cis côteſtatione [illegible] l. 1. quis. ſi. ⁊. eod.
y adde l. 11. [illegible]

u §. 5. ⁊. eo. l. 26. ⁊. *ſoluto. l. 7. C. de precib.* adde quæ notaui ad *l.* 5. §. 1. *in fin.* ⁊. *de præſcriptis, & Cuiac. ad l.* 8. ⁊. *de pactis.*
x Poteſt quis facere quod ſibi prodeſt, etiam ſi vicino noceat incidenter. *Bald.*
y Trebatij fit mentio *in l. 2. §. 47.* ⁊. *d. origine iuris. & inſtit. de codicil. & paſſim apud Cicer.* z fullonum officinas, *l.* 13. §. 8. ⁊. *de vſufruct. & quemadmod. v. Cuiac. 23. obſ. 2.*
a vel ſi ſpurcum quid immittat, *Vulgat.* adde *l.* 1. §. 13. ⁊. *eo.*
b Cur ita? de naturali curſu tunc non agitur, ſed de immittentis vitio.
c Aqua calida non pluit de cœlo, igitur non eſt pluuia. *l.* 1. ⁊. *eo.* d Horum, *Vulgat.* e v. quæ not. ad *l.* 4. ⁊. *de damno.* † Complanare agrum ſolent, qui prata nouella formant. Cur? *v. Palladium lib.* 10.

7 ¶ Celſus

7 ¶ Celſus ſcribit : ſi quid ipſe feci, quo tibi aqua pluuia noceat, mea impenſa tollere me cogendum. ſi quid alius, qui ad me non pertinet, ſufficere vt patiar te tollere. Sed ſi ſeruus meus fecit, aut is, cui hæres ſum, hoc fecit : ſeruum quidem noxæ dedere debeo : quod autem is, cui hæres ſum, fecit, perinde *a* eſt, atque ſi ipſe feciſſem.

8 ¶ Æſtimationem autem iudex faciet ex rei veritate, hoc *b* eſt eius damni quod apparuerit datum.

De eo qui loco cedit.

7. *Paulus* ‖ libro 18. ad Edictum. ‖

IS, cum quo aquæ pluuiæ arcendæ agitur, quòd opus fecit, licèt cedere *c* loco paratus ſit, cogitur accipere iudicium: quoniam & ſuo *d* nomine conuenitur, vt opus tollat.

1 ¶ Aliud eſt in bonæ fidei emptore *e*. hic enim tantùm patientiam præſtat. igitur, ſi & fundo cedat, audiendus eſt. plus enim præſtat.

¶ *De aqua ducenda. Quorum conſenſus requiritur in iure aquæ ducendæ concedendo.*

8. *Vlpianus* ‖ lib. 53. ad Edictum. ‖

IN concedendo iure aquæ ducendæ non tantum eorum, in quorum loco aqua oritur : verùm eorum *f* etiam, ad quos eius aquæ vſus pertinet, voluntas exquiritur : id eſt, eorum quibus ſeruitus aquæ debebatur. nec immeritò. * cùm enim minuitur *g* ius eorum, conſequens fuit exquiri, an conſentiant.

¶ Et generaliter ſiue in corpore, ſiue in iure loci, vbi aqua oritur, vel in ipſa aqua habeat quis ius, voluntatem *h* eius eſſe ſpectandam placet.

9. *Paulus* ‖ lib. 49. ad Edictum. ‖

IN diem addicto *i* prædio, & emptoris & venditoris voluntas exquirenda eſt: vt, ſiue remanſerit penes emptorem, ſiue receſſerit : certum ſit, voluntate domini factam aquæ ceſſionem.

1 ¶ Ideo autem voluntas exigitur, ne dominus ignorans iniuriam accipiat. * nullam enim poteſt videri iniuriam accipere; qui *k* ſemel *l* voluit.

2 ¶ Non autem ſolius eius, ad quem ius aquæ pertinebit, voluntas exigitur in aquæ ceſſione: ſed etiam domini locorum, etſi dominus vti ea aqua non poſſit, quia *m* recidere ius ſolidum ad eum poteſt *n*.

De voluntate præcedente & ratihabitione. 2. De flumine nauigabili, aut per quod fit aliud nauigabile.

10. *Vlpianus* ‖ libro 53. ad Edictum. ‖

SI autem plures ſint eiuſdem loci domini, vnde aqua ducitur, omnium *o* voluntatem eſſe ſequendam non ambigitur *p*. iniquum enim viſum eſt, voluntatem vnius ex modica fortè portiuncula domini præiudicium ſociis facere.

1 ¶ An tamen ſubſequi voluntas poſſit, videamus? Et placet nihil intereſſe *q*, vtrum præcedat voluntas aquæ ductionem, an ſubſequatur, quia & poſteriorem voluntatem prætor *r* tueri debet.

2 ¶ Si flumen nauigabile *ſ* ſit, non oportere prætorem concedere ductionem ex eo fieri, Labeo ait, quæ flumen minus nauigabile efficiat.

¶ Idemque eſt, & ſi per hoc aliud flumen fiat nauigabile.

Si cui (iter) actus debeatur. De arcu, ponte, Specu. 1. ¶ De aqua pluuiâ arcenda. De communi fundo. 6. De opere manu facto. De vi fluminis.

11. *Paulus* ‖ lib. 49. ad Edictum. ‖

SVpra *t* iter alienum arcus *u* aquæ ducendæ cauſa non iure fiet. Nec is, cui iter, actus debetur, pontem, qua poſſit ire, agere, iure extruet.

¶ At ſi ſpecus *x*, non *y* cuniculum *z* ſub riuo aget, aqua corrumpetur, quia ſuffoſſo eo aqua manabit, & riuus ſiccatur.

1 ¶ Caſſius ait ſiue ex communi fundo, ſiue communi aqua noceat, vel vnum cum vno agere poſſe, vel vnum ſeparatim *a* cum ſingulis, vel ſeparatim ſingulos cum vno, vel ſingulos cum ſingulis. ſi vnus egerit, & reſtitutio operis, litiſque æſtimatio facta ſit, cæterorum actionem euaneſcere. item ſi cum vno actum ſit, & ſi præſtiterit, cæteros liberari, idque quod ſociorum nomine datum ſit, per arbitrum communi diuidundo recuperari *b* poſſe, & ex ſociis ‖ non ‖ vtique cum eo agendum, qui opus fecerit: nec minùs eum quoque damnum reſtituere debere, qui auctor *c* operis fuit.

2 ¶ Apud Ferocem Proculus ait, ſi cum vno dominorum actum ſit, qui opus non fecerit, debere eum opus reſtituere ſua impenſa: quia communi diuidundo actionem habet. ſed ſibi magis placere, patientiam *a* dumtaxat eum præſtare oportere: quia ſua culpa actor id patiatur, qui non agit *b* cum eo, à quo opus factum ſit. * & eſt iniquum eum, qui non fecit, id reſtituere oportere: quoniam *c* communi diuidundo agere poteſt. quid enim fiet, ſi ſocius eius ſoluendo non fuerit *d*?

3 ¶ Officium autem iudicis inter duos accepti quale futurum ſit, dubitare ſe Iulianus ait : ſi fortè vnius fundus fuerit, cui aqua noceat. ſi verò in quo opus factum, ſit plurium, & cum vno eorum agatur, vtrùm & eius damni nomine, quod poſt litem conteſtatam datum ſit, & operis non reſtituti in ſolidum condemnatio fieri debeat: quemadmodum cum ſerui communis nomine noxali *e* iudicio cum vno agitur, condemnatio in ſolidum fiet? quoniam quod præſtiterit, poteſt à ſocio recipere : an verò is, cum quo agitur, pro parte ſua & damni dati, & operis non reſtituti, nomine damnandus ſit, in actione damni infecti fiat, cùm eius prædij, ex quo damnum metuatur, plures domini ſint, & cum vno eorum agatur: licèt opus, ex quo damnum futurum *f* ſit, indiuiduum ſit, & ipſæ ædes ſolúmque earum non poteſt pro parte dumtaxat damnum dare: nihilominùs eum, cum quo agitur, pro ſua parte condemnari. magiſque exiſtimat, id ſeruandum in aquæ pluuiæ arcendæ actione, quod in actione damni infecti : quia vtrobique non de præterito *g*, ſed de futuro damno agitur.

4 ¶ Quòd ſi is fundus, cui aqua pluuia nocet, plurium ſit, agere quidem vel ſingulos poſſe: ſed damni, quod poſt litem conteſtatam datum ſit, non *h* amplius parte ſua conſecuturum. item ſi opus reſtiturum non fuerit, non amplius, quàm quod pro parte eorum interfuerit, opus reſtitui, condemnationẽ fieri oportere.

5 ¶ Si ex priuato *i* agro in agrum communem aqua immittatur, Ofilius ait ſocium cum eo agere poſſe.

6 ¶ Trebatius exiſtimat, ſi de eo opere agatur, quod manu factum ſit, omnimodo reſtituendum id eſſe ab eo, cum quo agitur. ſi verò vi fluminis ager deletus ſit, aut glarea *k* iniecta *l* aut foſſa limo repleta, tunc patientiam dumtaxat præſtandam.

De alienatione. De ſucceſſoribus.

12. *Idem* ‖ libro 16. ad Sabinum. ‖

EMptor, niſi ſimulata *m* venditio eſt, cæteríque ſucceſſores, vel reſtituere, ſi velint, opus factum, vel patientiam præſtare debent. nam actori moram ſuam nocere debere manifeſtum eſt.

¶ In eadem cauſa eſt etiam ſocius eius qui opus fecit. ſi ipſe auctor non fuit.

¶ Idémque in donato fundo, legatóve eſt.

13. *Gaius* ad Edictum Prætoris vrbani, titulo de aquæ pluuiæ arcendæ.

SEd venditor *n* aut donator interdicto quod vi aut clàm de damno & impenſis ab actore factis tenebitur.

1. De eo quod ſubſedit. De vitio. De manu facto. 2. De damno futuro vel præterito. 4. De opere poſt litem conteſtatam facto.

14. *Paulus* ‖ lib. 49. ad Edictum. ‖

ANtæus *o* ait, ſi is qui opus fecerit potentiori vendiderit prædium: quatenus *p* deſierit dominus eſſe, agendum cum eo quòd vi aut clàm. quod ſi annus præterierit, de dolo iudicium dandum *q*.

1 ¶ Cùm agitur aquæ pluuiæ arcendæ, de facto quod nocet, quæritur.

¶ Ideóque *r* ſi vitio loci pars aliqua ſoli ſubſedit, *ſ* quamuis per eam cauſam aqua pluuia inferiori noceat, nulla competit actio.

¶ Idem fortaſſe dicitur ſi in agro manu factum aliquid ſubſederit.

2 ¶ In hoc iudicium, ſicut in damni infecti, futurum damnum venit: cùm reliquis ferè omnibus iudiciis præteritum præſtetur.

3 ¶ De eo, quod antè datum eſt, quod vi aut clam agendum *t* de eo, quod poſt ſententiam iudicis futurum eſt, damni infecti cauere oportet, vel ita opus reſtituendum eſt, vt nullum periculum damni ſuperſit.

4 ¶ De eo opere, quod poſt litem conteſtatam factum eſt, nouo iudicio agendum eſt.

15. *Idem* ‖ lib. 16. ad Sabinum. ‖

SEd interdum opus, & quod poſt litem conteſtatam factum eſt, tolletur : ſi id quod anteceſſit, tolli ſine eo non poteſt.

De alienatione.

16. *Pomponius* ‖ libro 20. ad Sabinum. ‖

POſt *x* venditionem & traditionem quod nocitum ſit ei fundo, de quo ante iudicium acceptum ſit aquæ pluuiæ arcendæ nihilominùs eo iudicio venditorem poſſe conſequi : non quia venditori, ſed quòd rei damnum datum ſit idque eum emptori reſtituere debere. Sed ſi antequàm noceatur, is, cum quo actum ſit, vendat *y* ſtatim agendum cum emptore : vel intra annum cum eo qui vendiderit, ſi iudicij *z* euitandi cauſa diſceſſerit.

a Defuncti factum, factum hæredis eſſe intelligitur.
b Veritas id dicitur, quod apparet, *vt hic.*
c Cedere loco Gallis eſt, *deguerpir*. Theodulphus: Saxones allodem ſuá manibus gurpierunt, id eſt, dimiſerunt. Exſtat & *Verpiendi* verbum apud Ammonium 5. c. 42.
d Ceſſione non liberatur, qui ex ſuo facto conuenitur, *v. tamen l.* 48. *l.* 64. *ſup. de vſufr. l.* 7. *in fin. ſup. de damno.*
e qui ei qui nocuit ſuccedit.
f Quod alium tangit, eius conſenſu perfici debet, *l.* 10. *inf. eo. l. vlt. ĵ. de natal. l.* 1. *§.* 11. *ĵ. quod leg. l.* 4. *C. de ſeruit. & aqua l. vlt. in fi. C. de author. præſtanda.*
g Non licet ſeruitutem vel ius alicuius eo inuito tollere vel minuere. v. quæ ſcripſi ad *l.* 4. *inf. de aqua quotid.*
h *ſub.* ex poſt facto.
i *v. l.* 1. *ſup. de in diem addict.*
k Volenti nulla fit iniuria.
l *v. l.* 75. *ĵ. de reg. iur.*
m Spei cauſa alicui cauendum eſt. *l.* 9. *ſup. vſuf. quemadmodum caueat.*
n Inſpicitur quod euenire poteſt. hinc quærit Bald. An proceſſus factus cum inſtituto præiudicet ſubſtituto non citato? negat Bald. præiudicare.
o *v. l.* 8. *ſ. eo.*
p Imò, maioris partis conſenſus ſufficit, *l.* 19. *ĵ. ad municip.*
q Paria ſunt conſentire à principio vel poſt.
r Cur prætoris hic fit mentio? dixi *l.* 9. *in fi. ſ. eod.*
ſ *l.* 2. *inf. de fluminibus.*
t *l.* 14. *ſ. de ſeruit. ruſtic.*
u Arcus aquæ ducendæ cauſa olim fiebant. vide Plin. 2. *Epiſt.* Frontinum *de aquæ ductibus.*
x at ſi ſpecum. *Haloand.* Specus eſt locus, ex quo deſpicitur, *l.* [illegible] *§.* 3. *ĵ. de riuis.* Porrò per ſpecum ducere, eſt per opertum & occultum, κατὰ διόπτραν. Διόπτραν autem Græci etiam πλεθεῖον appellant Græci hic cuniculum interpretantur canalem opertum, *l.* 26. *ſ. de damno infecto* ſpecum, canalem apertum. parum tamen inter illa duo differre notat Cuiac. 16. *obſ.* 17 quod vt meliùs intelligatur, huius loci lectionem emendat, vt mox indicabo. y at ſi ſpecus cuniculum *Cuiac. ibid.* z De cuniculo adde *l.* 26. *ſup. de damno.*

a Intereſſe, ſeu id quod intereſt diuidi poteſt in partes. b id quod intereſt præſtitum ab vno ſociorum, recuperatur ab alio pro rata. c mandando ſcilicet vel ratum habendo, Ratum habens dicitur facti author, *Baldus*, & ſic paria ſunt, facere, & ratum habere.

a Qui ex facto conſortis cõuenitur, ad ſolam patientiam tenetur adde *l.* 4. *l.* 5. *in fin. ſ. eod.*
b qui non agat. *Hal.* Actor eſt in culpa, qui non dirigit actionẽ contra obligatum.
c ſenſus eſt: Nemo cogitur pro alio ſoluere licèt ab eo poſſit repetere, *v. l.* 171. *ĵ. de reg. iur.*
d & ſic factum conſortis conſortem non obligat.
e *l.* 5. *l.* 8. *ſup. de noxalib.*
f Futuri damni eſt hæc cautio, vt hic dixi, *l.* 14. *§.* 2. *ſ. eo.*
g *l.* 5. *§.* 3. *ſup. eod. l.* 14. *§.* 2. *ſ. eod.*
h *§.* 1. *ſ. eod. l.* 6. *ſ. eod.*
i *l.* 6. *§.* 2. *ſ. eod.*
k Glarea vias extra vrbem ſubſternebant veteres. *Liuius libro* 14. *in fin.* Cenſores vias ſternendas ſilice in vrbe : glarea extra vrbem ſubſternendas marginandáſque primi omnium locauerunt. Tibul. 1. *Elegia* 7. *in fin.* Namque opibus congeſta tuis hic glarea dura Sternitur.
l *l.* 2. *§.* 1. 5 6. *ſup. eod.*
m Succeſſor non dicitur, qui titulum ſimulatum habet, *l.* 55. *ſupra de contrahenda emptione.*
n *l.* 16 *infr. eod. l.* 3. *§.* 2. *ſup. de alienat. iudic.*
o Atteius, *Vul. Hal.*
p Quatenus, id eſt, quia. *vt l. certum* 6. *ſup. de rebus cred. l.* 49. *ĵ. de verb. obl.*
q Imò, de dolo non datur, quia alia actio competit *l.* 1. *§.* 6. *ſupr. de dolo.*
r vide *l. vlt. ſup. locat.*
ſ Subſidunt, quæ dehiſcunt, vel depreſſa ſunt. Ouidius 1. *Metamorphoſ.* Iuſſit & extendi campos, ſubſidere valles, Fronde tegi ſyluas, lapidoſos ſurgere montes. quo in loco montes ſurgere, valles ſubſidere dicuntur. Gloſſis ſubſidere, ὑποκατεστῆναι.
t *v. l.* 1. *§.* 3. *ſup. eod.*
u *l.* 23. *ſup. de iudic. l.* 11. *§.* 9. *ĵ. de except rei iud.*
x *l.* 23. *§.* 12. *ſup. de act. empt.*
y *l.* 6. *§.* 4. vide *l.* 13. *ſup. eod. l.* 6. *ſ. de alien. iudic.*
z *l.* 3. *§.* 2. *ſup. de alienat. iud.*

¶ De aqua ducenda. De non vſu. 1. De lapide. De conſuetudine. 2. ¶ De aqua hauſtu, an locus medius impediat ſeruitutem.

17. *Paulus* ‖ lib. 15. ad Plautium.

SI priùs nocturnæ *a* aquæ ſeruitus mihi ceſſa fuerit, deinde poſteà alia ceſsione diurnæ quoque ductus aquæ conceſſus mihi fuerit: & per conſtitutum tempus nocturna duntaxat aqua vſus fuerim amitto *b* ſeruitutem aquæ diurnę, quia hoc caſu plures ſunt ſeruitutes diuerſarum cauſarum.

1 ¶ ‖ Rectè ‖ placuit, non aliàs per lapidem *c* aquam duci poſſe, niſi hoc in ſeruitute conſtituenda comprehenſum ſit. non *d* enim conſuetudinis eſt, vt qui aquã habeat, per lapidem ſtatum ducat. Illa autem, quæ ferè in conſuetudine *e* eſſe ſolent, vt per fiſtulas aqua ducatur, etiam ſi nihil ſit comprehenſum in ſeruitute conſtituenda, fieri poſſunt: ita tamen, vt nullum damnum domino fundi ex his detur.

2 ¶ Via publica intercedente *f* hauſtus ſeruitutem conſtitui poſſe placuit. & eſt verum. ſed non ſolum ſi via *g* publica interueniat, ſed & ſi flumen publicum *h*, eodem caſu, quo, interueniente flumine publico, viæ, itineris, actus, ſeruitus imponi poteſt, id eſt, ‖ ſi non ſit impedimento tranſeunti magnitudo *i* fluminis.

3 ¶ ‖ Sic ‖ & ſi non proximo meo prædio ſeruitutem vicinus debeat, ſed vlteriori, agere potero ‖ ius eſſe mihi ire agere ad illum fundum ſuperiorem: quamuis ſeruitutem ipſe per fundum meum non habeam ſicut interueniente via publica vel flumine, quod vado tranſiri poteſt.

¶ Sed loco ſacro, vel religioſo, vel ſancto *k* interueniente, quo fas non ſit vti, nulla eorum ſeruitus imponi poterit.

4 ¶ Sed ſi fundus medius alterius inter me & te intercedit, hauſtus ſeruitutem fundo tuo imponere potero, ſi mihi medius *l* dominus iter ad tranſeundum ceſſerit, quemadmodum ſi ex flumine publico perenni hauſtu velim vti, cui flumini ager tuus proximus ſit, iter mihi ad flumen cedi poteſt.

De aqua pluuia arcenda. De loco publico. 1. ¶ De aqua ducenda per viam publicam.

18. *Iauolenus* ‖ lib. 10. ex Caſſio. ‖

SI in publico *m* opus factum eſt, quà *n* aqua pluuia noceret, agi non poteſt: interueniente *o* loco publico, agi poterit. cauſa eius rei hęc eſt, quòd ea actione non tenetur, niſi dominus ſolus.

1 ¶ Sine permiſſu *p* principis aqua per viam publicam duci non poteſt.

De aqua pluuia arcenda. de patientia vicini.

19. *Pomponius* ‖ lib. 14. ad Quintum Mucium. ‖

LAbeo *q* ait, ſi patiente *r* vicino opus faciam, ex quo ei aqua pluuia noceat, non teneri me actione aquæ pluuiæ arcendæ.

20. *Idem* ‖ lib. 34. ad Sabinum. ‖

SEd hoc ita ſi non per errorem *ſ*, aut imperitiam deceptus fuerit. nulla *t* enim voluntas errantis eſt.

Si venis inciſis aqua peruenire ad vicinum deſierit.

21. *Idem* ‖ lib. 32. ad Quintum Mucium. ‖

SI in meo aqua erumpat, quæ ex tuo fundo venas habeat, ſi eas venas incideris *u*, & ob id deſierit ad me aqua peruenire, tu non videris vi feciſſe, ſi nulla ſeruitus mihi eo nomine debita fuerit: nec interdicto quod vi aut clam teneris.

De vſufr. fundi legato. 1. Quomodo res ſit reſtituenda. 2. Si fructuarius opus fecerit.

22. *Idem* ‖ lib. 10. ex variis lectionibus. ‖

SI vſusfruct. fundi legatus fuerit, aquæ pluuiæ arcendæ actio hæredi & cum hærede eſt, cuius prædium fuerit. Quòd ſi ex opere incommodum aliquod patitur fructuarius, poterit quidem interdum vel interdicto experiri quod vi aut clam.

¶ Quòd ſi ei non competet, quærendum eſt, an vtilis ei quaſi *x* domino actio aquæ pluuię arcendæ dari debeat: an verò etiam contendat ius ſibi eſſe vti frui. ſed magis eſt, vtilem *y* aquæ pluuiæ arcendæ ei actionem accommodare.

1 ¶ Non aliter *z* reſtituiſſe rem videtur is qui opus fecit, quam ſi aquam coërceat.

2 ¶ Sed etſi fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat erit quidem actio legitima cum domino proprietatis: an verò etiam vtilis in fructuarium actio aquæ pluuiæ arcendæ danda ſit, quæſitum eſt: & magis eſt, vt detur.

De authoritate publica. 1. De agro vectigali. 2. De aggeribus.

23. *Paulus* ‖ lib. 16. ad Sabinum. ‖

QVod principis aut ſenatus iuſſu *a*, aut ab his qui primi agros conſtituerunt, opus factum fuerit, in hoc iudicium non venit.

a Nocturna aqua, quàm noctu tantum ducere licet: *diurna*, quam etiam interdiu aut in terdiu, tantum. *l. 10. §. 1. ǁ quemad.*
b Aquam diurnã, ſeu aquæ diurnæ ſeruitutem amittimus, aqua nocturna tantum vtentes.
c adde *l. 4. §. 5. in fi. ǁ. ſi ſeruit.*
d eadem eſt ratio in lege 24. *ſup. de vſufr.* inſueta non permiſſa.
e Conſuetudinem cuique ſequi licet: putà arbitro, in arbitrio ferendo: procuratori, in mandato abſentis expediendo, *l. 31. §. 20. ſup. de ædilitio.*
f Media via publica intercedens ſeu interueniens, ſeruitutem aquæ hauſtus non impedit, *vt hic.* ſed nec intermedium flumen publicum, ſi non ſit impedimento tranſeunti magnitudo fluminis.
g Publica via inter media, ſeu interueniens non impedit ſeruitutem hauſtus imponi.
h Flumen publicum ius viæ non impedit, *l. vlt. ǁ. de ſeruit. ruſtic.*
i *d l. vlt. in fi. ǁ. de ſeruit ruſtic.*
k Sacer, religioſus vel ſanctus locus medius impedit ſeruitutem cõſtitui, *l. 14. in fi. ǁ. de ſeruitutib.*
l *l. 7. §. 1. ſupra comm. prædior.*
m non in ſuo *l. 3. §. 3. ſup. eod.*
n quo *Hal.*
o *l. 14. §. 2. ſup. de ſeruitutib.*
p *l. 1. §. 42. ǁ. de aqua quotidiana.*
q *al.* Sabinus. & ita legit Alberic.
r & ſciente, l. *Gaius 39. ſup. de pignor. c. u qui tacet. de reg. in 6.*
ſ Qui per errorem patitur, non conſentit.
t *v. l. 57. ǁ. de oblig.*
u *l. 1. §. 12. ſup. eo. l. 24. in fine ſup. de damno.*
x Vſufructuarius eſt quaſi dominus: Domino, directa: quaſi domino, vtilis actio datur. Ideòque hæc actio aquæ pluuiæ arcendæ fructuario non datur: vt quæ ſoli domino & in dominum detur.
y non directam, *l. 3 in fin ǁ. eo.*
z Rem reſtituit, qui aquam coërcet.
a aut publica authoritate, *l. 2. §. 3. ǁ. eod.*

1 ¶ Hæc actio etiam *a* in vectigalibus *b* agris locum habet.

2 ¶ Aggeres iuxta flumina in priuato facti, in *c* arbitrium aquæ pluuiæ arcendæ veniunt, etiam ſi trans flumen noceant. ita ſi memoria *d* eorum exſtet, & ſi fieri non debuerunt.

De aratione & ſulcis. 1. De ſulcis aquariis. 2. De foſſis. 3. De lacubus.

24. *Alfenus* ‖ libro quarto Digeſtorum à Paulo Epitomatorum. ‖

VIcinus loci ſuperioris pratum ita arabat, vt per ſulcos, itémque porcas *e* aqua ad inferiorem veniret. quæſitum eſt, an per arbitrum aquæ pluuiæ arcendæ poſſit cogi, vt in alteram partem araret, ne ſulci in eius *f* agrum ſpectarent? Reſpondit non poſſe *g* eum facere, quo minus agrum vicinus, quemadmodum *h* vellet, araret.

1 ¶ Sed ſi quos ſulcos tranſuerſos aquarios *i* faceret, per quos in *k* eius agrum aqua deflueret, hoſce ‖ vt ‖ operiret, per ‖ arbitrum *l* aquæ pluuiæ arcendę poſſe cogere.

2 ¶ Sed & ſi foſſas feciſſet, ex quibus aqua pluuia poſſet nocere, arbitrum, *ſi m appareat futurum vt aqua pluuia noceret*, cogere oportere foſſas eum explere: &, niſi faceret, condemnare: tametſi *n*, antequam adiudicaret, aqua per foſſas nunquam fluxiſſet.

3 ¶ Lacus cùm aut creſcerent *o*, aut decreſcerent, nunquam neque acceſſionem, neque deceſſionem in eos vicinis facere licet.

De via.

25. *Iulianus* ‖ lib. 5. ex Minucio. ‖

IS, cuius fundo via debetur, aquæ pluuiæ arcendæ agere poteſt fundi ſui nomine: quoniam deteriore *p* via facta fundo nocetur.

¶ De aqua ducenda. De vetuſtate.

26. *Scæuola* ‖ lib. 4. Reſponſorum. ‖

SCæuola reſpondit, ſolere eos qui iuri dicundo præſunt *q*, tueri ductus *r* aquæ, quibus auctoritatem vetuſtas daret, tametſi ius *ſ* non probaretur.

DE PVBLICANIS *t*, ET VECTIGALIBUS *u*, & commiſſis *x*.

TIT. IV.

Edictum. 1. Qui ſunt publicani, & vnde nomen habent. 2. Ratio edicti 3. Collatio huius edicti, actionis vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, & furti 5 Familia quomodo accipitur. 6. De ſeruis exhibendis, & de noxæ deditione.

Vlpianus ‖ lib. 55. ad Edictum. ‖

PRÆTOR ait: *Quod publicanus eius publicani y nomine vi ademerit, quódve z familia publicanorum, ſi id reſtitutum a non erit, in duplũ aut ſi poſt annum agetur, in ſimplum iudicium dabo. item ſi damnum iniuria furtúmve factum eſſe dicetur, iudicium dabo. Si id ad quos ea res pertinebit, non exhibebitur b, in dominos ſine noxæ deditione iudicium dabo.*

1 ¶ Hic titulus ad publicanos pertinet. Publicani autem ſunt, qui publico fruuntur *c*. nam inde nomen habent, ſiue fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequantur & omnes, qui quid à fiſco conducunt, rectè appellantur publicani.

2 ¶ Dixerit aliquis: Quid vtique hoc edictum propoſitum eſt? quaſi non & alibi prætor prouiderit furtis, damnis, vi *d* raptis, ſed è re putauit, & ſpecialiter aduerſus *e* publicanos edictum proponere.

a Domini appellatione, vtilis dominus ſeu vtile dominium habens etiã continetur. vnde notant, Rem vindicantem cauſa non cadere, ſi vtile tantùm rei dominium ſuum eſſe probauerit.
b adde *l. 5. in ǁ. arbor. furt. cæſar.*
c vt aggeres tollat, vel tolli faciat.
d *l. 1. §. 3. ſupra eod.*
e Porcæ quæ intra duos ſulcos fiunt, quas ait Varro dici, quòd porrigant frumentum, *Feſtus in Porcas*, vnde Feſto, Porcæ rari ſulci qui ducuntur aquæ deriuandæ cauſa, dicti quòd porcant, vel porceant, id eſt, prohibeant aquam frumentis nocere; Nam crebriores ſulci, *limi* dicuntur. Nonio porca eſt terra inter duos ſulcos elata: quòd ea ſeges frumentũ porrigit vel ſigna ſulcorum quæ vltra ſe iaci ſemina prohibeant, *v. Nonium c. 1 in* Porcas 395. *&c. 2. in* Porca 696.
f vicini.
g adde *l. 1. §. 3. ſup. eod.*
h Agros noſtros arare quemadmodum volumus, poſſumus: neque ſulcos tranſuerſos pro directis facere cogendi ſumus etiam ſi directis factis aqua vicino poſſit nocere.
i *l. 1. §. 4. 9. ſup. eod.*
k forte *in cuius* id eſt alterius.
l *v l. 28, ſup. ǁ probat.*
m Formulam actionis aquę pluuię arcendæ obſerua.
n vt aquæ pluuiæ agi poſſit, ſufficit opus nocere poſſe, licèt nondum nocuerit. o Lacus interdum creſcunt aut decreſcunt, *l. 69. ſup. de contrah. empt. l. 12 inf. de adq. rer. dom.* p Qui deteriorem viam facit, fundo nocet. q Præeſſe iuri dicundo quid eſſet & qui illi, qui iuri dicundo præfuerint, notatum à me eſt *in l. 2. §. 6. ſup. de origine iuris.*
r & quamcumque ſeruitutem. ſ titulus ſc *l. 10. ſup. ſi ſeru. vindicet. l. 3 §. 4. ǁ. de aqua quotidiana.*
t περὶ τέλους δημοσίου, καὶ τελεστῶν καὶ τελώνων. 56. *Eclog.* 1. De fraudibus publicanorum vide Liuium 25. & Suidam. *v. Cuiac. hic.* de audacia eorumdem vide *l. 12. inf. eod.* u 4. *C.* 61. 4. *& C. Theod.* 11. Poſſis addere 10. *C.* 16. 21. 22. ad 30. Vectigal eſt portorium quod fiſco debetur, vel Reipubl. mercis nomine. onus eſt mercium, non mercatorum. Nam & non mercatores ſoluunt vectigal. Quid ſtipendium à tributo differat, *v. Cuiac. 7. obſeru. 3.* quid tributum à vectigali, vide *eundem 3. obſeruat.* 1. vide *Theophil. §. per traditionem 40. Inſtitut. de rerum diuiſ.* x Commiſſum Græci τὸ κλεπτοτελώνημα appellant hinc titulus περὶ κλεπτοτελωνήματος 36. *Eclog.* éſtque mercium caſus quæ ad publicanum profeſſæ non ſunt: vel pœna omiſſæ profeſſionis, vel periculum mercium aut rerum venalium improfeſſarum. Commiſſum dicitur, quod in legem Cæſaris committat, qui profeſſionem mercium omittit, Varro *de re ruſtica* Ad publicanum profitentur, ne legem cenſoriam omittant. vide *Cuiac C. eod.*
y quod publicanus eius publici nomine, &c. ſic enim legitur in Baſilicis ὀνόματι, τοῦ τέλους. *Cuiacius hic.* z Familiæ ſeu famuli factum domino adſcribitur ſeu imputatur, quoties famulus ipſe delinquit in eo miniſterio, officio, negotióve, cui à domino ſuo præpoſitus eſt. meritò enim qui præpoſuit ita negligentem hominem, ſibi ſuæque negligentię id imputare debet. de quo vide *Capellam Toloſanam, & ibi Aufrerium deciſion.* 195. adde *leg. licet 6. §. in factum 3. ſuprà ſi nautæ caupones: l. 1. ǁ. furti aduerſus nautas. 9. item exercitor, 3. Inſt. de obl. quæ ex quaſi delicto. l. ſi ſeruus 27. §. ſi fornicarius 9. §. Proculus 11. ſup ad l. Aquiliam.* a *§. 4. inf eo. l. 15. ǁ. eo.*
b *§. 6. inf eo.* c qui publica vectigalia conducta habent, *l. 12. in fine. inf. eod.*
d adde *l. 2. §. 20. infrà vi bonorum raptorum.*
e *l. 195. §. 2. infr. de verborum ſignificatione.*

3 ¶ Quòd

3 ¶ Quod quidem edictum in aliqua parte mitius *a* eſt: quippe cùm in duplum datur: cùm vi bonorum raptorum in quadruplum *b* ſit, & furti manifeſti æquè in quadruplum *c*.

4 ¶ Et reſtituendi facultas publicano vi abreptum datur. quòd ſi fecerit, omni onere exuitur, & pœnali actione ex hac parte edicti liberatur. Vnde quæritur, ſi quis velit cum publicano non ex hoc edicto, ſed ex generali vi bonorum raptorum, damni iniuriæ vel furti agere an poſſit. & placet poſſe. Idque Pomponius quoque ſcribit. eſt enim abſurdum meliorem eſſe publicanorum cauſam, quàm cæterorum effectam opinari.

5 ¶ Familiæ *d* nomen hic non tantùm ad ſeruos *e* publicanorum referemus, verùm & qui in numero familiarum ſunt publicani. Siue igitur liberi ſint, ſiue ſerui alieni, qui publicanis in eo vectigali miniſtrant, hoc edicto continebuntur. Proinde & ſi ſeruus publicani rapuit, non *f* tamen in ea familia conſtitutus, quæ publico vectigali miniſtrat, hoc edictum ceſſabit.

6 ¶ Quod nouiſſimè *g* prætor ait: *Si hi non exhibebuntur h, in dominos ſine noxæ deditione iudicium dabo*: hoc proprium eſt huius edicti: quòd ſi non exhibeantur ſerui, competit iudicium ſine noxæ deditione, ſiue habeant eos in poteſtate, ſiue non *i*: ſiue poſſint exhibere, ſiue non poſſint.

2. *Gaius* ‖ lib. 21. ad Edictum Prouinciale. ‖

NEc liceat *k* domino abſentem defendere.

3. Si plures ſerui furtum vel damnum admiſerint.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 55. ad Edictum.

CVm, ſi exhibuiſſent, noxali iudicio conuenirentur. Idcirco autem tam dura conditio eorum effecta eſt, quia debent *l* bonos ſeruos ad hoc miniſterium eligere.

1 ¶ Quod ait, *in dominos*, ſic accipiendum eſt, in ſocios vectigalis, licèt domini non ſint.

2 ¶ Ante *m* autem actorem dicere oportet, quem vel quos deſideret exhiberi, vt ſi non exhibeantur, hinc agatur. Sed ſi dicatur, *Exhibe n omnes vt poſſim dignoſcere quis ſit*, puto audiendum.

3 ¶ Si plures ſerui id furtum vel damnum admiſerint, hoc debet ſeruari, vt ſi tantum *o* præſtetur, quantum ſi vnus liber feciſſet, abſolutio fiat.

De hærede publicani. 1. De rebus quas in vſus aduehendas ſibi mandant præſides. 2. De conſuetudine.

4. *Paulus* ‖ lib. 52. ad Edictum. ‖

SI publicanus, qui vi ademit, deceſſerit, Labeo ait in hæredem *p* eius, quò locupletior factus ſit, dandam actionem.

1 ¶ De rebus, quas in vſus aduehendas ſibi mandant præſides, Diuus Hadrianus præſidibus ſcripſit: vt quotiens quis in vſus *q* ‖ aut ‖ eorum qui prouinciis exercitibúſve præſunt, aut procuratorum ſuorum, vſus ſui cauſa mittet, quendam empturum; ſignificet libello manu ſua ſubſcripto, eúmque ad publicanum mittat: vt ſi quid amplius quàm mandatum eſt, transferret, id munificium *r* ſit.

2 ¶ In omnibus vectigalibus fere conſuetudo *ſ* ſpectari ſolet. Idque etiam principalibus conſtitutionibus cauetur.

De re reſtituta. 1. Duplum quomodo accipitur.

5. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de publicanis.

HOc edicto efficitur, vt ante acceptum quidem iudicium reſtituta re actio euaneſcat: poſt acceptum verò iudicium nihilominus pœna duret. ſed tamen abſoluendus *t* eſt etiam, qui poſt acceptum iudicium reſtituere paratus eſt.

1 ¶ Quærentibus autem nobis, vtrum duplum totum pœna ſit, & præterea rei ſit perſecutio, an in dubio ſit: & rei perſecutio, vt pœna ſimpli ſit, magis placuit, vt res in duplo ſit *u*.

De multis publicanis.

6. *Modeſtinus* ‖ lib. 2. de pœnis ‖

SI multi publicani ſint, qui illicitè quid exegerunt, non multiplicatur dupli actio *u* ſed omnes partes *x* præſtabunt: & quod ab alio preſtari non poteſt, ab altero exigetur, ſicut Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. nam inter criminis reos & fraudis participes multum eſſe *y* conſtituerunt *z*.

De poſſeſſoribus & vectigalib. præteriti temporis. 1. De pœna commiſſi pupillo remittenda.

7. *Papirius Iuſtus* ‖ lib. 2. De conſtitutionibus. ‖

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt: in vectigalib. ipſa *a* predia *b*, non perſonas conueniri. & ideo poſſeſſores *c* etiam *d* preteriti temporis vectigal

a hoc edictum mitius eſt in quibuſdam, quàm vi bonorum raptorum.
b *Inſt. vi bonorum raptorum, in princ. 6. §. 4. Inſt. de obligat. quæ ex delicto.*
d Familiam habebant publicani in ſalinis, agris, portubus, cuſtodiis. *Cicero pro lege Manilia.*
e *l. 11. §. 2. j. eod.*
f Zaſius (opinor, vt iocos ſerio lectori reponat) hinc colligit, clericorum concubinas non eſſe fori eccleſiaſtici: cùm hic *familiæ* nomine, iuſta ac legitima familia intelligatur.
g *l. 1. in pr. & §. 3. ſup. eod.*
h *l. 3. §. 4. ſup. ad exhib.*
i Imò liberantur, ſi non habeant, *l. 13. §. 3. inf. eod.*
k nec licebit. *Haloand.* Imò licebit *l. 21. §. ſup. de noxalibus.*
l *l. 7. §. 4. ſ. nautæ, caupones.*
m Ordinem procedendi in hac actione obſerua.
n *l. 3. §. 7. ſ. ad exhibend. l. 2. C. ad exhibend.* vide quæ notaui ad *Nouell. 90. cap. 1. & Bellouiſianum 2. cap. 2. num. 20.*
o *l. 32. ſ. ad leg. Aquil.*
p vide *l. vlt. §. 13. inf. eod.*
q *l. 9. §. 7. inf. eod.* vide quæ notaui ad *leg. 29. ſ. de teſt.*
r id eſt, munerib. obnoxium, vide *l. 18. ad fin. de verb. ſignif l. 13. C. Theodoſ. de annon. & tributis. l. 9. l. 11. C. Theodoſ. de indulgent. debitoribus.*
ſ *l. 9. §. 6. inf. eod.*
t Mora per litis conteſtationem cum effectu non committitur. *Accurſ.*
u vide tamen *l. 9. §. 5. j. eod.*
x & ita fiet exactio pro parte, niſi alter non ſit ſoluendo *Bart.*
y multum intereſſe. *Hal.*
z Cur ita? Qui fraudis ſunt participes, tenentur in ſolidum ſine diſcuſſione: qui rei ſunt criminis, poſſunt iuuari beneficio diſcuſſionis.
a vide quæ ſc ſiſi ad *l. 7. Cod. de cenſibus & cenſitoribus.*
b Vectigalia res ipſę præſtant, non perſonæ, *vt hic l. 39. §. 5. ſuprà de legat. 1. l. 3. C. de annonis & tribut* ſic indictiones (quarum nomine continetur tributoria & annenaria functio) non perſonis, ſed rebus indici ſolent, *l. 3. C. de annonis & tribut.* c id eſt, emptores. *l. 36. inf. de iure fiſci.* adde *l. 14. j. eod.*
d vide quæ ſcripſi ad *l. 2. C. ſine cenſu.*

ſoluere debere, eóque exemplo *a* actionem, ſi ignorauerint, habituros *b*.

1 ¶ Item reſcripſerunt, pupilio *c* remittere ſe pœnam commiſſi ſi intra diem trigenſimum *d* vectigal intuliſſet.

De heredibus eius qui vectigal fraudauit.

8. *Papinianus* ‖ lib. 13. Reſponſorum. ‖

FRaudati vectigalis crimen *e* ad heredem *f* eius qui fraudem contraxit, commiſſi ratione tranſmittitur.

1 ¶ Sed ſi vnus ex pluribus heredib. rem munem *g* cauſa vectigalis ſubripiat, portiones cæteris non auferuntur.

De cautione à conductore vectigalium.

9. *Paulus* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

LOcatio vectigalium, quæ calor *h* licitantis *i* vltra modum ſolitæ conductionis inflauit *k*, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos, & cautionem is qui licitatione vicerit *l*, offerre paratus ſit.

1 ¶ Ad conducendum vectigal inuitus *m* nemo compellitur: & ideo impleto tempore conductionis elocanda *n* ſunt.

2 ¶ Reliquatores *o* vectigalium ad iterandam conductionem, antequam *p* ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt.

3 ¶ Debitores fiſci itémque reipublicæ, vectigalia conducere prohibentur *q*: ne ex alia cauſa eorum debita onerentur, niſi fortè tales fideiuſſores *r* obtulerint, qui debitis eorum ſatisfacere parati ſint.

4 ¶ Socij vectigalium ſi ſeparatim partes adminiſtrent, alter ab altero minus ideo in ſe portionem transferre iure deſiderat.

5 ¶ Quod illicitè *ſ* publice priuatímque exactum eſt, cum altero tanto *t* paſſis iniuriam exſoluitur per vim verò extortum cum pœna tripli reſtituitur. amplius extra ordinem *u* plectuntur. alterum enim vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ *x* diſciplinæ poſtulat.

6 ¶ Earum rerum vectigal, quarum *y* nunquam præſtitum eſt, præſtari non poteſt. Quod ſi præſtari conſuetum indulgentia publicani omiſerat, alius exercere non prohibetur.

7 ¶ Res exercitui paratas *z*, præſtationi vectigalium ſubiici non placuit.

8 ¶ Fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus immunis eſt. Mercatores autem, qui de fundis fiſcalibus mercari conſuerunt, nullam immunitatem *a* ſoluendi publici vectigalis vſurpare poſſunt.

Vectigalia neque inſtitui neque reformari poſſe ſine præcepto Principis. 1. De penſionibus non ſolutis à conductoribus.

10. *Hermogenianus* ‖ lib. 5. Epitomarum. ‖

VEctigalia ſine *b* Imperatorum præcepto neque præſidi, neque curatori *c*, neque curiæ conſtituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere, vel deminuere licet.

1 ¶ Non ſolutis vectigalium penſionibus, pellere *d* conductores, nec dum etiam tempore conductionis completo, vel ab his vſuras ex mora exigere permittitur.

Quæ hoſtibus vendi non poſſunt. 1. De agris publicis qui in perpetuum locantur. 2. De illicitè in nauem impoſitis. 3. De hærede. 4. De emptione rei, quæ commiſſo vindicata eſt. Quo caſu conductor iterum conducere cogitur.

11. *Paulus* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

COtem *e* ferro ſubigendo *f* neceſſarium, hoſtibus quoque venundari, vt ferrum *g*, & frumentum, & ſales *h*, non ſine periculo capitis licet.

1 ¶ Agri publici qui in perpetuum locantur, à curatore ſine *i* auctoritate principali reuocari non poſſunt. 2 ¶ Dominus nauis ſi illicitè aliquid in naue vel ipſe vel vectores *k* impoſuerint, nauis quoque fiſco vindicatur. Quòd ſi abſente domino id à magiſtro vel gubernatore, aut proreta, nautáve aliquo ‖ id ‖ factum ſit, ipſi quidem capite puniuntur commiſſis mercibus, nauis autem domino reſtituitur *l*. 3 ¶ Illicitarũ *m* mer-

a ex empto. Cuiac. 1. *obſ. 5.*
b rectè, nam ſcientibus non datur actio ex empto.
c *l. vlt. § 9. j. eod.*
d v. quæ notaui ad *l. 1. C. ſi propter publicas penſitationes.*
e Crimen eſt vectigal fraudare, *l. 14. j. eod.* ſciendum tamen Scholaſticis illud ænigma placere, Licet f. g. id eſt, fraudare gabellam, de quo plenius v. Socinum *reg. 164.*
f *l. 11. §. 3. l. 14. j. eod.*
g rem communem *Vulga. Hal.* τὸ κοινὸν κλεπτοτελωνήσει πρᾶγμα 56. *Ecl. 1. cap.* περὶ κλεπτοτελωνήματος Alij *rem munem*, interpretantur rem obligatam fiſco, quod Cuiacio diſplicet. Municare dixere Latini pro communicare. Feſto authore, & mentum pro commento, vide *Cuia. 9. obſ. 24. in fi.*
h quæ calore licitantis inflatur. *Hal.* Porro calorem licitantis dixit, vt alibi idem noſter Paulus calorem iracundiæ, *l. 48 j. de regul. iur.* Calor licitantis Ciceroni, 1. *ad Atticum.* 14. eſt cupiditas nimia licitantis.
i Licitantem perperam Philelphus *in Epiſtolis*, proxenetam interpretatur. Licitator Gallis, *le plus offrant.*
k *al.* inflatur, admittenda eſt, *&c. Alciat. 1. diſpunct. 12.*
l *l. 4. C. de vectigalibus & commiſſ.*
m *l. 3. §. 6. j. de iure fiſci. l. 7. l. 11. C. de locato.*
n tempore conductionis licitatores alloquendi ſunt, *Hal.* tempore conductionis ealocanda ſunt, *Vulgat.*
o licitatores, *Haloand.* Reliquator eſt qui reliqua traxit, *l. 202. §. 2. j. de ſolut.*
p *l. 4. C. de ſuſceptorib. præp. lib. 10.*
q *v. l. vn. C. ne tutor vel curator vectig.* r *l. 7. C. de locato.* ſ *l. 1. 2. C. Noua vectigalia.* t *l. 5. in fin. ſup. eod.* u exillo perpetuo, 59. *Eclog. tit. 4.* vſurarios ac fœneratores extra ordinem puniri hinc colligunt, dixi ad *l. 20. C. ex quibus cauſis infamia.* x vide *l. 95 §. 1. inf. de ſolutionibus.* y *l. 4. in fin. ſ. eod. l. 3. §. 6. inf. de iure fiſci.* z *l. 4. §. 1. ſup. eod.* a ἐνδοματικὰ indultoria 56 *Eclog. 8. c. 4. & c. 7.* b *C. Noua vectigalia inſtitui non poſſe.*
c ἢ τῷ καθολικῷ 56. *Eclog. 1. cap. 8.* id eſt, procuratori Cæſaris, de qua voce vide quæ notaui ad *l. 5. C. de iure fiſci* vbi plenius de Catholicis. vide Cuiacium.
d Gabellarum emptores ſi ſua die ſuóve termino ſoluere deſierint, ſtatim eis poteſt auferri gabella, ſi communitati viſum ita fuerit. *Caſtrenſis.*
e 56. *Eclog. 12.* περὶ κεκωλυμένων εἰδῶν. f id eſt, acuendo. Horat. funga r vice cotis, acutum Reddere quæ ferrum ualet, exors ipſa ſecandi. ferri aciem excitari cotibus dixit Plinius 18. *cap. 28.*
g Hoſtibus ferrum, frumentum, & ſalem, & cotem ferro ſubigendo vendere capitale eſt. adde *l. 1. l. 2. C. quæ res exportari.*
h adde *l. 11. C. de vectigalibus.* i vide quæ notaui ad *l. 11. ſup. de euict.* vide *l. 1. in fin. ſ. ſi ager vectigal.* k adde *tit. C. quæ res exportari.*
l ignoranti, *l. vlt. §. 11. inf. eod.* m Illicitæ merces olim quædam fuerunt, *vt hic: l. 6. §. 4. ſ. de offic. præſid. l. fin. 1. in fin. ſup. de his quibus vt indignis. l. vn. Cod. de littoribus & itinerum cuſtod. Tert. 3. aduerſ. Marcionem in princ.* Quæ fuerint illæ merces ac negotiationes illicitæ præter exempla de purpuræ ven-

cium perſecutio heredem *a* quoque adfligit.

4 ¶ Eam rem que commiſſo vindicata eſt, dominus emere non prohibetur vel per ſe, vel per alios *b*, quibus hoc mandauerit.

5 ¶ Qui maximos fructus ex redemptione vectigalium conſequuntur, ſi poſtea tanto locari non poſſunt, ipſi ea prioribus penſionibus ſuſcipere compelluntur †.

De audacia & temeritate publicanorum compeſcenda. 1. Verba edicti. 2. Familia quomodo hic accipitur. 3. Qui ſunt publicani.

12. *Vlpianus* ‖ lib. 38. ad Edictum. ‖

QVantæ *c* audaciæ *d*, quantæ temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat. idcirco prætor ad compeſcendam eorum audaciam hoc edictum *e* propoſuit.

1 ¶ *Quod familia* f *publicanorum* g *furtum feciſſe dicetur, item ſi damnum iniuria fecerit, & id, ad quos ea res pertinet, non exhibetur* h, *in dominum* 1 *ſine noxæ deditione iudicium dabo.*

2 ¶ Familiæ *k* autem appellatione hic ſeruilem familiam contineri ſciendum eſt.

¶ Sed & ſi bona fide publicano alienus ſeruus ſeruit, æquè continebitur. Fortaſſis & mala fide. plerumque enim vagi ſerui & fugitiui in huiuſmodi operis etiam à ſcientibus habentur.

¶ Ergo & ſi homo liber ſeruiat, hoc edictum locum habet.

3 ¶ Publicani *l* autem dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta.

De venditione, manumiſſione, fuga. 3. Morte ſerui. 4. De tempore huius actionis. De ſucceſſoribus.

13. *Gaius* ‖ lib. 13. ad Edictum Prouinciale. ‖

SEd & hi qui ſalinas *m*, & cretifodinas, & metalla habent, publicanorum loco ſunt.

1 ¶ Præterea & ſi quis vectigal conductum à repub. cuiuſdam municipij habet, hoc edictum locum habet.

2 ¶ Siue autem vendidit ſeruum, vel manumiſit, vel etiam fugit ſeruus, ten bi ur ſerui nomine, qui tam factioſam familiam habuit.

3 ¶ Quid tamen, ſi ſeruus deceſſerit? videndum an publicanus teneatur, quaſi facti ſui nomine: ſed puto, qui *n* facultatem non habet exhibendi, nec dolus eius interceſſit, debere eum liberari *o*.

4 ¶ Hanc actionem perpetuam dabimus, & heredi, cæteriſque ſucceſſoribus.

De dominio rei commiſſæ. De herede, & quolibet poſſeſſore.

14. *Vlpianus* ‖ libro 8. Diſputationum. ‖

COmmiſſa vectigalium nomine etiam ad *p* heredem tranſmittuntur. nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eius eſſe qui crimen *q* contraxit, dominiúmque rei vectigali adquiritur. ea propter commiſſi perſecutio, ſicut aduerſus quemlibet poſſeſſorem *r*, ſic ‖ & ‖ aduerſus heredem competit.

De cotibus ante certum diem non euehendis.

15. *Alfenus Varus* ‖ libro 7. Digeſtorum. ‖

CÆſar, cùm inſulæ Cretæ *ſ* cotorias locaret, legem ita dixerat: *Ne quis præter redemptorem poſt Idus Martias cotem ex inſula Creta fodito, néve eximito, néve auellito.* cuiuſdam nauis onuſta cotibus ante Idus Martias ex portu Cretæ profecta, vento *t* relata *u* in portum erat, deinde iterum poſt Idus Martias profecta erat. conſulebatur, num contra legem poſt Idus Martias ex inſula Creta cotes exiſſe viderentur? Reſpondit, tametſi portus ‖ quoque, ‖ qui inſulæ eſſent, omnes eius inſulæ eſſe viderentur: tamen eum qui ante Idus Martias profectus ex portu ‖ eſſet, ‖ & relatus tempeſtate in inſulam deductus eſſet, ſi inde exiſſet, non videri contra legem feciſſe. præterea, quod iam initio euectæ cotes viderentur, cùm & ex portu nauis profecta eſſet.

De ſeruo actore, vel delinquente. De rebus peculiaribus. 3. De ſeruis venalibus vel vſualibus. De nouitijs vel veteranis. 4. De ſeruis qui in fuga ſunt. 5. Si quis ſe ignoraſſe dicat. 6. De officio publicani. 7. Species pertinentes ad vectigal. 8. De aduerſa tempeſtate. 9 De minore qui in ſola profeſſione ignorauit. 10. De eo qui per errorem in cauſam commiſſi incidit. 11. De eo quod colonus vel ſerui domini illicitè in prædio fecerunt. 12. Si quis profeſſus non ſoluerit. 13. De heredibus. 14. De indebito ſoluto.

16. *Marcianus* ‖ lib. ſingulari de Delatoribus. ‖

INterdum nec vendendus *x* eſt [is] ſeruus *y* qui in commiſſum cecidit *a*, ſed pro eo æſtimatio à domino danda eſt. Diui enim Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, cum is ſeruus‖, qui actum *b* domini geſſiſſe diceretur, in commiſſum cecidiſſet, venire *c* non debuiſſe, ſed pro eo viri boni arbitratu æſtimationem oportuiſſe dari.

1 ¶ Iidem autem eadem ‖ epiſtola ‖ reſcripſerunt, ſi quis improfeſſus ſeruus fuerit, & probabitur in commiſſum cecidiſſe, & aut vxorem corrupiſſe domini dicatur, aut aliud quid grauius admiſiſſe, vt cognoſcat procurator: & ſi in his cauſis ‖ eſſe ‖ compertus ſit, æſtimetur, & ad pœnam domino tradatur.

2 ¶ Iidem Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, mancipiis commiſſis res peculiares non *d* eſſe in eadem cauſa, niſi hoc, quod proprio nomine in cauſam commiſſi incidit.

3 ¶ Quotiens qui mancipia inuecta profeſſus non fuerit, ſiue venalia, ſiue *e* vſualia *f*, pœna commiſſi eſt, ſi tamen nouicia *g* mancipia fuerint, non etiam veterana *h*. Sunt autem veterana, quæ anno continuo in vrbe ſeruierint: nouicia autem mancipia intelliguntur, quæ annum nondum ſeruierint.

4 ¶ Serui qui in fuga *i* ſunt in commiſſum non cadunt: cùm ſine voluntate domini fines egreſſi *k* ſunt: & ita principalibus conſtitutionibus cauetur: ſicut Diuus quoque Pius ſæpiſſimè reſcripſit, ne *l* (inquit) in poteſtate ſeruorum ſit, inuitis vel ignorantibus dominis fugæ ſe tradendo, poteſtati dominorum ſe ſubtrahere.

5 ¶ Licet quis ſe ignoraſſe *m* dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere, Diuus Adrianus conſtituit.

6 ¶ Diui quoque Marcus & Commodus reſcripſerunt, non imputari publicano quod non inſtruxit tranſgredientem: ſed illud cuſtodiendum, ne decipiat profiteri volentes.

7 ¶ Species pertinentes ad vectigal *n*, cinnamomum *o*, piper † longum, piper album, folium *p* pentaſpherum *q*, ‖ folium barbaricum, ‖ coſtum *r*, coſtamomum *ſ*, nardi ſtachys *t*, caſſia turiana *u*, xylocaſſia ſmyrna *x*, amomum *y*, zingiberi *z*, malabathrum *a* aroma Indicum, chalbane *b*, lazer *c*, [alchelucia,] *d* ſargogalla *e*, onyx *f* Arabicus, cardamomum *g*, xylocinnamomum *h*, opus byſſicum *i*, pelles Babylonicæ *k*, pelles Parthicæ l, ebur, ferrum *m* Indicum, carpaſum *n*, lapis vniuerſus *o*, margarita, ſardonyx *p*, ceraunium *q*, hyacinthus *r*, ſma-

ditione priuatis prohibita, v. l. 1. 2. C. *quæ res venire non poſſunt*: adde *l. 1. C. de veſtib. holoberis.* de oleo, vino, armis, *l. 1. l. 2. ſ. quæ res exportar. Nou. de Armis.* ad de *l. 11. C. de vect.* de equo, v. *l. 12. §. 1. j. de re militari.*

a *l. 8. ſup. eod. l. 14. in fin. j. eod.*

b *l. 22. §. 2. ſuprà mandati.*

† Hodie compelli non videntur: *l. 3. §. 6. j. de iure fiſci*: adde *l. 9. §. 1. ſ. eo.* excipi tamen poſſe videtur hic caſus, *v. Accurſ. l. 7. in verbo* damnaretur, *C. de locat.*

c titulo de furtis, *v. l. 191. §. 3. infr. de verb. ſignif.*

d vide Liuium 25. Publicanorum hi mores apud Suidam: πεπαῤῥησιασμένη βία, ἀνεπιτίμητος ἁρπαγὴ, ἀναίσχυντος πλεονεξία, πραγματεία λόγον μὴ ἔχουσα, ἀναιδὴς ἐμπορία, *v. Cuiac. hoc tit. in paratit.* adde *l. 1. §. 1. ſup. eod.*

e ex edicto Neronis aduerſus publicanos, primum Prætores & Præſides extra ordinem iura reddiderunt, vt Cornel. Tacitus ſcribit, deinde Prætores.

f *v. §. 1. j. eod.*

g Publicani qui, vide §. 3. *infrà eodem.*

h non exhibebitur, *Hal.* adde *l. 1. in pr. ſup. eo.*

i An & in heredem, vide *l. 13 in fin. l. 14. j. eo.*

k *l. 1. §. 5. ſ. eod.*

l *l. 1. §. 1 ſup. eod.* adde *l. 1. j. c. l. 16. j. de verb. ſignif.*

m *v. l. 11. C. de vectig.*

n adde *l. 26. §. 4. ſ. de noxal.*

o Imò non liberatur, tenetur enim ſiue habeat, ſiue non habeat, *l. 11. in fin. ſup. eod.*

p *v. l. 111. in fin. j. de reg. iur.*

q Crimen eſt vectigal fraudare, *v. l. 8 ſ. eod.*

r *l. 7. l. 11. §. 3. ſ. eodem.*

ſ De Creticis cotoriis, Plinius 18. *cap.* 28. Quædam, inquit, partes Italiæ poſt meſſem ſecant. Fuit hoc quoque maioris impendij apud priores *Creticis* tantum tranſmarinísque cotibus notis, nec niſi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato, fænifex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limæ vice imperantes ferro.

t *l. 3. §. 8. ſup. eod. Cic. de Inuent.* Caſus nautam excuſat: Inuoluntaria non puniuntur. adde *l. 16. §. 8. j. eod.* Patres eadem ratione in Synodo Ancyrana ad communionem eos admiſerunt, quorum manus ſacrificiis idolorum violenter admotæ fuerant. vide *acta Synod. Ancyranæ cap* 3. adde quæ ſcripſi ad *l. 109. j. de reg. iur.* & Ciceronem 2. *de Inuentione*: & *l. 29. §. 3. ſup. ad leg. Aquil.* Ariſtotelem 2. *Ethic.* His accedat illud Liuij *lib.* 1. Conſolatur ægram animi Lucretiam, auertendo noxam ab coacta in auctorem delicti. Mentem peccare, non corpus: & vnde conſilium abfuerit, culpam abeſſe. Vos, inquit, videritis quid illi debeatur. Ego me etſi peccato abſoluo, ſupplicio non libero.

u id eſt reiecta, *Cicero oratione pro Cæcinna.* x à quo, à fiſco. y priuati.

a ob improfeſſas merces, vel non ſolutum vectigal.

b Actor qui actum domini gerit, vt hic. adde *l. vlt. j. de off. præſid. l. 8. l. 30. l. 46. §. 1. j. de iure fiſci.*

c hinc imperitè colligit Cæpola *caut.* 15. executionem ſententiæ criminalis poſſe differri ſi condemnatus geſſerit aliena negotia, nec rationem reddiderit: id enim refutatur ex iis quæ notaui ad *l. 6. j. de pœnis.*

d *v. l. 3. ſ. de euict.*

e Venalia ab vſualibus hic diſtinguuntur, vt & Sabino 2. Iuris ciuilis apud Gellium, adde *l. nam quod §. item ſi quis 2. ſ. de penu legata.*

f vſualia ſunt quæ quis vt vendat, vel vt iis vtatur, aduehit, §. 9. *j. eo. v. l. 5. C. eod.*

g Nouicia mancipia quæ anno continuo non ſeruierunt.

h veterana mancipia quæ in vrbe non in agro continuo anno ſeruierunt, v. *l. vlt. §. … ſup. de ædil.*

i *l. 9. ſup. de ſeruis exportand. l. 1. … Cod. de ſeruis exp…*

k fines ingreſſi, *Cuiac. 14. obſer. 3.* l ſimilis eſt ratio in *l. 27. §. 1. in fin ſup. ad l. Aquil.* m adde *§. 6 v. § 10. j. eod* n ad vectigal, puta cinnamomum, &c. adde & *l. 5. C eod.* o frutex qui in Æthiopia naſcitur: cuius vis in cortice poſita eſt, *v Plin. 12. c. 20. & Dioſcorid.* rariſſimum fuiſſe ſuo tempore ſcribit Galenus, nec alibi conditum quàm in ſcriniis imperatoris. Garzias ab orto *in libello de Aromatibus*. cannellam hodie appellari ſcribit. Hebræi Kinnamon, *Exod. 30. verſ. 23. Prouerb. 7. c. 17.* † de pipere longo & albo, v. Solinum *c.* 55. p de foliorum vſu vide quæ notaui ad *l. 12. §. 1. ſ. de vſu & habit.* folium dicitur, quòd ſine vlla radice innatat: & ita in Indiæ littoribus colligitur. fertur eſſe paradiſi herba, guſtu nardum refert, 17. *Iſid.* 9. q folium gariophyllum coſtum, *vulg. alij legunt*, folium Hadroſpherum, & idem eſſe quod folium barbaricum & Malabathrum. pentaſpheron, πέντε σφαίρια ἔχοντα, id eſt quinque globulos habens. r ſiue coſtus. Coſtum eſt radix herbæ naſcentis in India, Ouidius 1. *Faſtor.* & Syria, ſed melius Arabicum. eſt enim album & lene, & ſuaue, iucundi odoris. Indicum colore nigro, & leue, vt ferula. Syriacum pondere graue, colore bucceo, odore acri, 17. *Iſid.* 9. adde *Dioſcorid.* 1. *c.* 15. 1. *Plin.* 2. & 12 *c.* 24. ſ coſtum caſtamum, *vulg.* coſtamomum: puto dici coſtum naſcens in Amomo, vel Amano monte Syriæ, in quo naſcitur etiam chalbane, vel Galbanum, 17. *Iſid.* 9. niſi legamus *cardamoma* 1. quod Amomo ſimile 12. *Plin.* 13. quod & naſturgum appellabatur, 17. *Iſid.* 9. ſed tamen cardamomi fit mentio, j. eo. t Nardus, herba eſt ſpinoſa vnde & à Græcis appellatur ναρδόσταχυς, alia Syriaca: non quòd in Syria naſcatur, ſed quòd mons, in quo inuenitur, alio latere Indiam ſpectat, alio Syriam. Eſt & Nardus Celtica, ſiue Gallica, quæ naſcitur in Lyguriæ Alpibus, *v. Iſid.* 17. *c.* 9. de nardo puro, v quæ not. ad *l* 21. *ſ. de auro*, niſi fortè legamus, Nardus ſtacte. u caſſia thymiama, *Vulg.* x id eſt, myrrha. y Amomum fruticis genus odorati in Syria naſcentis & Arabia, flore albo, v. *Dioſcor.* 14. 12. *Plin.* 12. z Zinziber, *Vulgat.* Græci ζιγγίβερι, *v. Dioſcorid.* 2. & 12. *Plin.* 7. *Strab. vlt.* a *ammoniacum*, quidam ita legunt. b χαλβάνη, galbum, non eſt vnguentum ad equos vt ſcribit Accurſius: ſed eſt genus pigmenti albi creſcentis in monte Amano Syriæ, 17. *Iſid.* 9. Ideo Lucanus 9. vocat peregrina galbana: Hebræis *chelbenata* dicitur, *Exod* 30. *verſ.* 34. *Eccleſiaſt.* 24. *verſ* 21. c Laſer, de quo fit mentio in *l.* 5. *ſ. de penu legata.* 6. *Colum.* 17. ad pondus denarij argentei vendebatur, 19. *Plin.* 3. Iſidorus 17. *c.* 9. ait naſci in monte Oſcobagi, vbi Ganges fluuius oritur. huius ſuccus primum laſi dictus, quoniam manat ad inſtar lactis, à quibuſdam vocatur opium Cyrenaicum, quoniam & apud Cyrenas naſcitur. d agallochum, *Vulg.* agallochus, *Hal.* e ſarcocolla, *Hal.* ſarcocolla eſt lachryma arboris in Perſide naſcentis thuri ſimilis, 3. *Dioſcorid.* 13. *Plin.* 11. & 24. *cap.* 14. Dicitur autem ſarcocolla, quod diſſolutam & hiantem vulnere carnem adſtringat. f ſargogolla gummi Arabicum, *Vulg.* g Cardamomum vulgus naſturgum vocat, 17. *Iſid.* 9. h xylocinnamomum carpeſium, *Vul.* xylocinnamomon eſt lignoſum cinnamomon, odore cinamo inferius, ſarmenta fert longa & robuſta, vide *Dioſ* 1. i opus byſſiū, *Hal.* k adde *l. 23. §. 3. ſ. de auro.* l fortè legendum eſt: pelles Sarmaticæ, *l.* 25. *ſ. de auro.* nihil tamen mutandum cenſeo ab his pellibus. Parthicis, Parthicarij dicti, de quibus dixi *l. 7. Cod. de excuſ. munerum.* m ebenum Indicum, *Vulg.* n carbaſum, *Hal.* malè Carpaſum, Paulus Ægineta Carpeſium vocat. planta eſt ex qua ſuccus medicamentis vtilis exprimitur, cuius meminit Galenus *lib.* 1. *de compoſit.* 6. *Dioſc.* 14. o pretioſus ſcilicet, nec enim vulgares lapides, quibus in ædificiis vtimur, videntur hoc edicto contineri. p Inter rubras geminas refert. Iſidorus 16. *c.* 8. q Lapis cryſtallinus ita dicitur, quòd alibi inueniri non dicatur, quam in loco fulminis proximo, & quod aduerſus vim fulgurū opitulari credatur: eſt verò Græcis fulmen κέραυνος, 16. *Iſid.* 13. r Hyacinthus, purpurea gēma eſt nominis ſui flore, 16. *Iſi.* 9.

ragdus,

ragdus *a*, adamas, ſaffirinus *b*, callainus *c*, beryllus *d*, cheliniæ, [hopia] *e*, Indica, vel *f* adſerta, metaxa *g*, veſtis ſerica, vel ſubſerica, vel attincta *h*, carbaſea, nema ſericum *i*, ſpadones *k*, indici leones, leænæ, ‖ pardi, ‖ leopardi, pantheræ *l*, purpura. Item [marocorum *m*] lana, fucus *n*, capilli Indici.

8 ¶ Si propter neceſſitatem *o* aduerſæ tempeſtatis expoſitum onus fuerit, non debere hoc commiſſo vindicari, Diui fratres reſcripſerunt.

9 ¶ Diuus quoque Pius reſcripſit: cum quidam intra legitimam *p* ætatem eſſe dicebatur, & vſus *q* cauſa mancipia duxiſſet, & in ſola *r* profeſſione erraſſet, ignoſcendum eſſe ei.

10 ¶ Diui quoque fratres reſcripſerunt, cùm quidam non per fraudem, ſed *s* per errorem *t* in cauſam commiſſi incidiſſet: vt duplo vectigali contenti publicani ſeruos reſtituant.

11 ¶ Magnus *u* Antoninus reſcripſit: ſi colonus, vel ſerui domini prædij ferrum *x* illicitè in prædio fecerint, ignorante domino, nulla pœna dominum teneri.

12 ¶ Si quis profeſſus *y* apud publicanum fuerit, non tamen vectigal ſoluerit *z*, hoc concedente *a* publicano, vt ſolent facere: Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, res in commiſſum non cadere. cùm enim (inquiunt) profeſſiones recitantur, commiſſum ceſſat: cùm poterit ſatisfieri fiſco ex bonis publicanorum vel fideiuſſorum.

13 ¶ Pœnæ ab heredibus peti non poſſunt, ſi non eſt quæſtio mota viuo eo qui deliquit *b*. & hoc ſicut in cæteris pœnis, ita & in vectigalibus eſt.

14 ¶ Si quid autem indebitum per errorem *c* ſoluentis, publicanus accepit, retrò eum reſtituere oportere, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

a Smaragdus viridis gemma, cui poſt magaritas & vniones primam tribuunt dignitatem. à viridi colore dictus, vt quo herbas virentes exuperet, & circa ſe aërem repercuſſum inficiat. ſculpentibus gemmas nulla gratior eſt refectio. Huius corpus extentum imagines reddit vt ſpeculũ. Quippe Nero Cæſar gladiatorum pugnas in ſmaragdo ſpectabat. huius genera duodecim, v. apud Iſidorum 16. *cap.* 7.

b ſapphyrus, *Vulg. Hal.*

c callimus, *Vulg.* Græcis καλλαϊνὸν venetum: καλλαϊνὸς Venetus.

d Beryllus Chelydoniæ, *Hal.* beryllus cylindrus, *Vulgat.*

f opera Indica, *Vulgat.* omnia Indica, *Hal.* ad Hopiam quod attinet, veneni etiam genus eſt apud Dioſcoridem 4. & 20. *Plin.* 18. & 25. *c.* 10.

f vela Sarmatica metaxa, *Hal.*

g à metaxa metaxarij, v. quæ notaui ad *l.* 10. *C. de murilegulis.*

h vela tincta, *Vulgat. Haloand.*

i id eſt, filum ſeu ſtamen, quod apud Setas conficitur. Cuius meminit Suidas *in voce* σηρικὸν νῆμα, deducit ἀπὸ τοῦ νέω, quod eſt filum è colu torqueo.

k *l.* 2. *C. de Eunuchis.*

l de Pantheris dixi ad *l.* 40. *ſup. de ædilitio edicto.*

m à pecorum lana, *Vulg.* item lama, *Haloand.*

n ſuccus, *Vulgat.* fucus, purpuriſſum o vide *l.* 15. ℑ *eodem.* p dixi ad *l.* 27. *ſuprà de negot.* q *v.* §. 3. ſ. *eodem.* r Cur in ſola profeſſione erraſſe dicitur? quia nullum vectigal iſtorum ſeruorum nomine debuit, *v d.* §. 3. Hinc colligere poſſumus, profiteri quemque cogi vel ea quæ vectigal non pendunt, *v. Cuia.* 14. *obſ.* 3. s *v. d.* §. 3. *ſup. eod.* t Aliud eſt error, aliud ignorantia. Per errorem in commiſſi cauſam incidit, qui putabat publicano iam ſatisfactum, §. 5. ſ. *eod.* Ignorare verò nemini licet quod ad ius publicum ſpectat, *v. Cuiac.* 14. *obſ.* 3. u Magnus Antoninus Caracalla Seueri Imperatoris filius. x Fabricam armorum, vel ferrariam priuato habere non licuit, *v. l. vnic. C. vt armor. vſus.* y Profeſſio mercium apud publicanum facta, excuſat mercatores à pœna commiſſi. z Vectigalis ſolutio præcisè non exigitur, ne res in commiſſum cadat: cùm ſufficere poſſit ſola profeſſio. a atque ita publicanus poteſt vectigal remittere.
b vel ſi non eſt delicto defuncti factus locupletior, *l.* 4. ſ. *eod.* c facti, non iuris, *l.* 1. ſ. *de cond. indeb.* d 8. *Cod.* 54. 2. *inſt.* 7 *C. Th.* 13. & 14. *Paul.* 5. *ſent.* 11. 3. *Harm.* 1. 3. *Decret.* 24. *v. Iul Clar.* 3. *ſent. in* §. *donatio*, inter viuos ſcil. & qui donare poſſunt, & qui non poſſunt 47. *Eclog.* 11. mortis cauſa, *v. tit. prox.* ℑ. *C. eod. Nouell.* 87. inter virum & vxorem, *v. ſup. de donation. int. vir.* & 7. *Vlp. de donat. ante nupt.* 5. *C.* 3. de inofficioſis, *v. C. de inofficioſ. donat.* & 2. *C. Theod.* 20. ſeu immenſis donationibus. vide *Nouell.* 92. de donationibus quæ ſub modo, vide *C. de donat quæ ſub modo*: de reuocandis donationibus, vide *C. de reuocan. donat.* 7. *C. Theodoſ.* 13. & 3. *Harm.* 2. 47. *Ecleg.* 2.
e Donatio Ariſtoteli 4. *Topicon*, eſt δόσις ἀναπόδοτος, id eſt, donatio ita perfecta ab aliquo, vt nullo caſu reuocetur. excipe tamen cauſas legitimas, quas retuli ad *tit. C. de reuocandis donat.* Vt perficiatur, *v. l.* 28. *C. eod.* f huiuſmodi donatio fit nullo cogente, *v. l.* 29. ℑ. *eod.* g huc pertinet *l.* 1. 3. 5. *C. de donat. quæ ſub modo vel condict. vel ex certo tempore conficiuntur* h ℑ. *de mortis cauſa.*
i *v. C. de donat. ante nupt. l.* 27. ſ. *de don. int. vir.*
k Donatio his notis cognoſcitur, ſi is qui dedit non tantum liberalitatis gratia dedit, ſed ita liberalitatis gratia dedit, vt faceret accipientis, vt nunquam ad ſe vllo facto reuerti vellet.
l Donator tamen ita donare præſumitur, vt à donatario ingrato reuocare donationem velit, *C. de reuocandis donationibus.*
m Donationem puram ſub conditione reſoluendam, non eſſe propriè donationem hinc colligunt.

DE DONATIONIBVS *d*. TIT. V.

De donatione ſimplici, & ea quæ ſub conditione contrahitur.

Iulianus ‖ libro 17. Digeſtorum. ‖

DOnationes complures ſunt. ¶ Dat aliquis ea mente, *vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti* e, & propter nullam aliam cauſam facit, quàm vt liberalitatem *f* & munificentiam exerceat. hæc propriè donatio appellatur. ¶ Dat aliquis, *vt tunc demum accipientis fiat, cùm g aliquid ſecutum fuerit.* non propriè donatio appellabitur: ſed totum ‖ hoc ‖ donatio ſub conditione eſt. ¶ Item cùm quis ea mente dat: *vt ſtatim quidem faciat accipientis, ſi tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit ad ſe reuerti*: non propriè donatio dicitur, ſed totum hoc donatio eſt, quæ ſub conditione ſoluatur, qualis eſt *mortis h cauſa* donatio.

1 ¶ Igitur cum dicimus, *inter ſponſum i & ſponſam* donationem valere, propria appellatione vtimur, & factum demonſtramus, quod ab eo proficiſcitur, qui *k* liberalitatis ‖ gratia ‖ aliquid dat, vt confeſtim faciat accipientis, nec *l* vnquam vllo facto ad ſe reuerti velit. Cùm verò dicimus, ſi hac mente donat ſponſus ſponſæ, vt nuptiis non ſecutis res auferatur, poſſe repeti: non contrarium priori dicimus, ſed concedimus inter eas perſonas fieri donationem eam quæ ſub conditione ſoluatur *m*.

Si filiusfamilias iuſſu patris. 2. aliuſue iuſſu alterius promiſerit. 5. De conditione impleta poſt furorem vel mortem donatoris. 6. De morte donatoris antequam res perferatur ad donatarium. 7. Quid interſit inter cauſam & conditionem.

2. *Idem* ‖ libro 60. Digeſtorum. ‖

SI cùm filiusfamilias pecuniam donare vellet, patris iuſſu *a* eam promiſit, valet donatio, perinde ac fideiuſſorem dediſſet.

1 ¶ Si verò pater donaturus Titio pecuniam, iuſſerit filium ſuum eam promittere: poterit dici, intereſſe, debitor filius patri ſuo fuerit, nécne. nam ſi tantundem filius patri debuit, quantum promiſit, valere donatio intelligitur: perinde ac ſi quemlibet alium debitorem pater iuſſiſſet pecuniam promittere.

2 ¶ Cùm verò ego Titio pecuniam donaturus, te *b*, qui mihi tantundem donare volebas, iuſſero Titio promittere, inter omnes perſonas donatio perfecta eſt.

3 ¶ Aliud iuris erit, ſi *c*, pecuniam, quam me tibi debere exiſtimabam, iuſſu tuo ſponderim ei cui donare volebas. exceptione enim doli mali tueri me potero: ‖ & ‖ præterea incerti condictione ſtipulatorem compellam *d*, vt mihi acceptum faciat ſtipulationem.

4 ¶ Item ſi ei *e*, quem creditorem tuum putabas, iuſſu tuo pecuniam, quam me tibi debere exiſtimabam, promiſero: petentem doli mali exceptione ſummouebo. & amplius incerti agendo cum ſtipulatore, conſequar, vt mihi acceptum faciat ſtipulationem.

5 ¶ Si pecuniam mihi Titius dederit abſque vlla ſtipulatione, ea tamen conditione, vt tunc demum mea fieret, cum Seius conſul factus eſſet, ſiue furente eo, ſiue mortuo, Seius conſulatum adeptus fuerit, mea fiet.

6 ¶ Sed ſi quis donaturus mihi pecuniam dederit alicui, vt ad me perferret, & ante *f* mortuus erit, quàm ad me perferat: non fieri pecuniam domini *g* mei conſtat.

7 ¶ Titio decem donaui ea conditione *h*, vt "inde" *Stichum ſibi emeret.* quæro, cùm homo, antequam emeretur, mortuus ſit, an aliqua actione decem recipiam. Reſpondit: Facti magis, quàm iuris quæſtio eſt *i*. nam ſi decem Titio in hoc dedi, *vt Stichum emeret*, aliter non daturus: mortuo Sticho, condictione repetam. ſi verò alias quoque donaturus Titio decem, quia interim Stichum emere propoſuerat, dixerim in hoc me dare, vt Stichum emeret *k*; cauſa magis donationis, quàm conditio dandæ pecuniæ, exiſtimari debebit, & mortuo Sticho, pecunia apud Titium remanebit.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

ET generaliter hoc in donationibus definiendum eſt, multum intereſſe, cauſa donandi fuit, an conditio: ſi cauſa fuit, ceſſare repetitionem *l*: ſi conditio, repetitioni locum fore.

De donatione per interpoſitam perſonam.

4. *Paulus* ‖ lib. 17. ad Sabinum. ‖

ETiam per interpoſitam *m* perſonam donatio conſummari poteſt.

De affectione honeſta vel non honeſta.

5. *Vlpianus* ‖ libro 32. ad Sabinum."

AFfectionis gratia neque honeſtæ *n*, neque inhoneſtæ donationes ſunt prohibitæ. Honeſtæ, erga benemerentes amicos *o*, vel neceſſarios: inhoneſtæ, circa meretrices *p*.

Si dominus rem eximi aut accipi permiſerit.

6. *Idem* " libro 42. ab Sabinum."

QVis ſaxum mihi eximere *q* de ſuo permiſit *r* donationis cauſa: ſtatim cùm lapis exemptus eſt, meus fit. neque prohibendo me euehere, efficit vt meus eſſe deſinat: quia quodammodo *ſ* traditione meus factus eſt. planè ſi mercenarius *t* meus eximit, mihi eximit. ſed ſi is qui à me emerat, ſiue mercede conduxerat, vt paterer eum ſibi iure eximere, ſi, antequam eximat, me pœnituerit, meus lapis durat. ſi poſtea, ipſius factum auocare non poſſum. quaſi *u* traditio enim facta videtur, cùm eximitur domini voluntate. ¶ Quod in ſaxo eſt, idem erit etiam, ſi in arbore cæſa vel dempta acciderit.

De filiofamilias donante.

7. *Idem* " libro 44. ad Sabinum."

FIliusfamilias donare non poteſt *x*, neque ſi liberam *y* peculij adminiſtrationem habeat. non *z* enim ad hoc ei conceditur libera peculij adminiſtratio, vt perdat *a*. 1 ¶ Quid ergo, ſi iuſta ratione motus donet? nunquid poſſit dici, locum eſſe donationi? quod magis probabitur *b*.

2 ¶ Item videamus, ſi quis filiofamilias liberam peculij adminiſtrationem conceſſerit, vt *c* nominatim *d* adiiceret, ſic "ſe" ei concedere, vt donare quoque

a *l.* 9. § 2. ℑ. *eod.*
b *l.* 33. §. 3. *inf. eodem.*
c *l.* 7. *infra de dolo except.*
d §. 4. ℑ. *eo. v. l.* 31. ſ. *de condict. indeb. l.* 5. §. 9. ſ. *de iure dot.*
e *l.* 7. *in fin.* ℑ. *de doli excep.*
f *l.* 8. *C. de oblig.*
g *l.* 41. *ſup. de reb. cred.*
h Conditio hic accipitur pro modo, *v. l.* 71. §. 1. *l.* 108. *ſup. de cond. & demonſt.*
i Defectus cauſa finalis non impulſiuæ, parat donatori condictionem ob cauſam.
k Cauſæ & conditionis differentia, *vt l.* 3. ℑ. *eod.* Porrò cauſa hic pro modo accipitur.
l Quod ex cauſa donatum eſt, non reperitur: quod conditionis implendæ cauſa datum eſt, repeti poteſt.
m adde *l.* 16. ℑ. *eo.*
n Non ſolùm honeſtis, ſed & inhoneſtis perſonis donari inter viuos poteſt: *vt hic.* ἀσέμνος δωρεὰ ἔρρωται, id eſt, inhoneſta donatio valet 47. *Eclog.* 1. *cap.* 1. Inſtituere tamen inhoneſtas perſonas, ſpretis fratribus, non poſſumus, *l.* 27. *C. de inoff. teſt.*
o Amicos appellamus, non leui notitia coniunctos, *v. l.* 223. §. 1. *infr. de verb. ſign.*
p Meretrici donari poteſt, *vt hic.* & concubinæ, *l.* 31. ℑ. *eodem.* quia datum repeti non poteſt, *l.* 4. §. 3. ſ. *de cond. ob turp. cauſ. l.* 12. §. 11. *ſup. mandati*: niſi ſi miles focariæ ſuæ dederit, *l.* 3. *C. de donat. inter virum.*
q *l.* 34. *ſup. de dolo l.* 16. ſ. *de præſcrip.*
r Promiſſio capiendi, non eſt vera ac mera donatio ideóque re integra poteſt reuocari. adde *l.* 8. *C. de oblig.*
ſ non verè.
t Mercenarius meus quod eximit mihi eximit.
u Lapidem quaſi tradit, qui patitur eum ex ſuo fundo eximi.
x vide ad hunc locum Clarũ *lib.* 4. §. *donat. qu.* 6.
y Liberam vtcunque quis adminiſtrationem habeat, donare non poteſt, *l.* 28. §. 2. ſ. *de pact. in* §. 1. ſ. *quæ res pig. l.* 3. §. 8. ſ. *de donat. inter virum* niſi iuſta de cauſa, § 1. ℑ. *eod.* z liberam peculij adminiſtrationem ſeruo filióve familias ea mente nemo concedere præſumitur, vt is peculium poſſit perdere, adde *c.* 81 *de reg. iur. in* 6.
a Donans perdere videtur. Donare eſt perdere.
b Qui iuſta ratione donat non condicit.
c *aliàs*, &c.
d Facti quæſtio eſt, quoties quæritur, Liceat nécne filiofamil. donare, *l.* 1. §. 1. *ſup. quæ res pignori.*

poſſit, an locum habeat donatio? Et non dubito, donare quoque eum poſſe. 3 ¶ Nonnunquam etiam ex *a* perſona *b* poterit hoc colligi. pone enim, filium eſſe ſenatoriæ vel cuius alterius dignitatis. quare non dicas videri patrem, niſi ei ſpecialiter donandi facultatem ademit, hoc quoque conceſſiſſe, dum liberam dat peculij adminiſtrationem.

4 ¶ Pari autem ratione, qua *c* donare filiusfamilias prohibetur, etiam mortis cauſa donare prohibebitur. quamuis enim ex patris voluntate *d* mortis quoque cauſa donare poſſit: attamen, vbi ceſſat voluntas, inhibebitur hæc quoque donatio.

5 ¶ Sed enim meminiſſe oportebit, ſi cui donare quoque permiſſum eſt, niſi *e* ſpecialiter etiam mortis cauſa donare fuerit permiſſum, non *f* poſſe mortis cauſa donare.

6 ¶ Hæc omnia locum habebunt in paganis. Cæterùm qui habent caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, in ea conditione ſunt, vt donare & mortis cauſa, & non mortis cauſa poſſint, cùm *g* teſtamenti factionem habeant.

De libertatis cauſa impoſitis.

8. *Paulus* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

QVæ liberti *h* impoſita libertatis cauſa præſtant, ea non donantur *i*. res *k* enim pro his interceſſit *l*.

De habitatione. De pacto de non petendo. 1. De fructibus. 2. De filiofamil. iuſſu patris donante. 3. De donatario capaci & incapaci

9. *Pomponius* ‖ libro 33. ad Sabinum. ‖

IN ædibus alienis habitare *m* gratis, donatio videtur. Id enim ipſum capere videtur qui habitat, quòd mercedem pro habitatione non ſoluit. Poteſt enim & citra *n* corporis donationem valere donatio. veluti ſi donationis cauſa cum debitore meo paciſcar, ne ante certum tempus ab eo petam.

1 ¶ Ex rebus donatis fructus *o* perceptus, in rationem donationis non computatur. Si verò non fundum, ſed fructus perceptionem tibi donem, fructus percepti venient in computationem donationis.

2 ¶ Quod filiusfamilias patris iuſſu *p* aut voluntate *q* donauit, perinde eſt; ac ſi pater ipſe donauerit: aut ſi mea voluntate rem meam tu nomine tuo Titio dones. 3 ¶ Donari non poteſt niſi *r* quod eius fit cui donatur.

De abſente.

10. *Vlpianus* ‖ lib. 15. de Sabinum. ‖

ABſenti *ſ* ſiue *t* mittas, qui ferat: ſiue, quod *u* ipſe habeat, ſibi habere eum iubeas, donari rectè poteſt. Sed *x* ſi neſcit rem, quæ apud ſe eſt, ſibi eſſe donatam, vel miſſam ſibi non acceperit, donatæ rei dominus non fit, etiam ſi per ſeruum eius, cui donabatur, miſſa fuerit: niſi ea mente ſeruo eius data fuerit, vt ſtatim eius fiat.

De acceſſionibus rei donatæ.

11 *Gaius* ‖ libro 3. de legatis ad Edictum prætoris vrbani. ‖

CVm de modo donationis quæritur, neque partus *y* nomine, neque fructuum, neque penſionum, neque mercedum vlla donatio facta eſſe videtur.

Quatenus donator tenetur.

12. *Vlpianus* ‖ libro 3. Diſputationum. ‖

QVi ex donatione ſe obligauit, ex reſcripto Diui Pij, in quantum *z* facere poteſt, conuenitur. ſed enim id quod creditoribus debetur *a*, erit detrahendum. hæc verò, de quibus ex eadem cauſa *b* quis obſtrictus eſt, non debebit detrahere *c*.

Si ſeruo communi vel procuratori tradatur.

13. *Idem* ‖ lib. 7. Diſputationum. ‖

QVi mihi donatum uolebat, ſeruo communi meo & Titij rem tradidit. ſeruus vel ſic *d* accepit, quaſi ſocio adquiſiturus, vel ſic, quaſi mihi & ſocio. quærebatur, quid ageretur. & placet, quamuis ſeruus hac mente acceperit, ut ſocio meo, vel mihi & ſocio adquirat, mihi *e* tamen adquiri. Nam etſi procuratori meo hoc animo rem tradiderit, vt mihi adquirat, ille quaſi ſibi adquiſiturus acceperit: nihil agit in ſua perſona, ſed mihi adquirit.

De alieno fundo exculto.

14. *Iulianus* ‖ lib. 17. Digeſtorum.

QVi alienum fundum donationis *f* cauſa excolit, nullam retentionem propter impenſas *g* faciet: quia domini res ab eo iniectas continuò efficit.

De crimine capitali.

15. *Marcianus* ‖ lib. 3. Inſtitutionum. ‖

POſt *h* contractum capitale *i* crimen *k*, donationes *l* factæ non valent *m* ex conſtitutione Diuorum Seueri & Antonini, [niſi *n*] condemnatio ſecuta ſit.

De ſcriptura, ſciant heredes mei me donaſſe.

16. *Vlpianus* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

EX hac *o* ſcriptura, *Sciant p heredes mei me veſtem vniuerſam, ac res cæteras, quaſcumque in diem mortis meæ mecum habui, illi & illi libertis meis viuum donaſſe*, dominium ad libertos benigna *q* interpretatione pertinere.

De nouatione & acceptilatione.

17. *Idem* ‖ libro 58. ad Edictum. ‖

SI in ſtipulatum iudicatum *r* nouationis *ſ* cauſa deductum ſit, & ſtipulatio, donationis cauſa, accepto lata: dicendum eſt, locum liberationem habere *t*.

De negotio mixto cum donatione. 1. De ſeruo tradito, cùm manumittatur. 3. De euictione.

18. *Idem* ‖ libro 71. ad Edictum. ‖

ARiſto ait, cùm mixtum *u* ſit negotium, cum donatione obligationem non contrahi *x* eo caſu, quo donatio eſt. & ita & Pomponius eum exiſtimare refert. 1 ¶ Denique refert Ariſtonem putare, ſi ſeruum tibi tradidero ad hoc, *vt eum poſt quinquennium manumittas*, non poſſe ante quinquennium agi: quia donatio aliqua ineſſe videtur. Aliter *y* atque (inquit) ſi ob hoc tibi tradidiſſem, *vt continuò manumittas*. hic enim nec donationi locum eſſe, & ideo eſſe obligationem. Sed ‖ & ‖ ſuperiore caſu, quid acti ſit, inſpiciendum Pomponius ait. poteſt enim quinquennium non ad hoc eſſe poſitum, vt aliquid donetur.

2 ¶ Item Ariſto ait, ſi donationis cauſa in hoc tradatur ſeruus, vt poſt quinquennium manumittatur, ſit autem alienus, poſſe dubitari *z*, an vſucapiatur: quia aliquid

z. v. quæ ſcripſi ad *l.12. §.4. ſ. de vſu.*

b vide exemplum in *l.18. in fi. ſ. de iudiciis.*

c Argumentum à donatione ſimplici ad donationem mortis cauſa.

d Donanti mortis cauſa filio patrem conſentire ſufficit: voluntas tantum requiritur nō iuſſus, vt Guido Papæ *deciſione* 213. notat.

e Vaſallum de feudo ſuo teſtari etiā pro anima non poſſe hinc Ardizo colligit, c. 124. Feudorum, quem vide.

f quidni poſſit, cum *donationis* verbum mortis cauſa donationes contineat? *l.67. in fi. ſ. de verborum ſignifi.*

g Argumentum ab vltima voluntate ad actum inter viuos.

h & captiui iis à quibus redempti ſunt, *l.34. in fin. ſ. eodem.*

i patrono à liberto.

k id eſt, libertas.

l operæ quas præſtant liberti patronis, non donantur, ſed libertatis à patrono acceptæ gratia penſantur.

m *l.27. ſ. eo.*

n Sufficit in donatione ſeruitutis pati, vt donatarius fruatur: ita res incorporales cenſentur tradi.

o *l.11. ſ. eod.*

p *l.2. ſuprà eod.*

q Ratihabitio eſt voluntas quæ ſequitur dixi ad *l.16. §.1. ſ. de pign.*

r Donatio non dicitur, niſi cū transfertur dominium actu vel habitu, *Caſtrenſ.* Nemo transfert dominiū quod non habet, *l.14. C. eod.* Res quę dominio noſtro ſubiiciuntur, atque in commercio ſunt, poſſumus donare. An donatio inter viuos omnium bonorum præſentium & futurorum, nullis ſibi reſeruatis valet? Quidam ipſo iure non valere aiunt, *Clar. 4. ſent. 19.* valere exiſtimo, *l.35. §.4. C. eod.* teſtamento tamen eam donationem reuocari totam, non tantum pro parte, vt putat Clarus ex communi opinione *4. ſent. 20. v. ſi legauero*, cum liberam teſtandi facultatem donator ſibi præripiat: quod contra bonos mores eſt, *l. vlt. C. de pact. v. Clarum 4. ſent. 19.* vbi etiam tractat de donatione bonorum præſentium tantum, bonorum ſuorum, omnium bonorum ſuorum, mobilium & immobilium, hereditatis ſuæ, præſentium & futurorum, & de donatione, in qua donator ſibi reſeruat aliquid, vel vſumfructum. Reuocatur quoque tacitè huiuſmodi donatio, ſi poſt donationem perfectam naſcuntur liberi donatori, *l.8. C. de reuoc. donat.* poteſt quoque reuocari expreſsè à liberis poſt mortem patris vel matris, *l.1. & toto tit. C. de inoff. donat.* Quid, donatio omnium bonorum, incerta facta Eccleſiæ, reciproca, num valet? prius negat, duo poſteriora ait Clarus ex communi opinione *4. ſent. 20.* ſ Donatio abſenti (etiam Eccleſiæ, quam, vt opinionem communem refert Clarus *4. ſent. 12. in fin.*) facta non valet: niſi interueniat nuncius vel epiſtola donantis, *l.4. ſ. eod. l.6. C. eod.* vide *Clar. 4. ſent. 12.* niſi denique fiat coram notario, is enim alteri rectè ſtipulari poteſt, vide *Clarum 4. ſent. 13.* vide *omnino Cuiac. 12. obſ. 28. in princ.* t vide *l.2. §.6. ſ. eod.*

u Traditio in iis rebus, quæ penes donatarium ſunt, non requiritur. nam quod ei ſemel traditum eſt, magis ei tradi non poteſt. Vel melius: Probatio traditæ vel non traditæ poſſeſſionis, non tam in iure quàm in facto conſiſtit: ideóque ſufficit ad probationem, ſi res corporaliter teneatur, *Paul. 5. ſent. 21. §. 2.*

x Donatio quæ fit abſenti, non aliter valet, quàm ſi liberalitatem agnouerit: Nec enim eſt donatio ſine acceptione: & rectè in illis locis Comici, Dos eſt X. talenta, Accipio: vetus interpres, Niſi, inquit, dixiſſet, Accipio, dos non eſſet. Datio enim acceptione confirmatur: nec poteſt id videri datum, quod non eſt acceptum. Et hodie quia exemplo emptionis, venditionis, donatio ſolo conſenſu perficitur, non re, vt olim, etiam non videtur perfecta, antequam donatarius eam ratam habuerit, excepto caſu comprehenſo in *l.15. C. de ſacroſ. Eccleſ.* fauore Eccleſiæ, adde *Cuiac. conſult. 42.* y Quid ita? An quod partus & fructus non augent donationem, *l.9. §.1. ſ. eod.* aut qui rem donauit, fructus ex ea re poſtea percipiendos non donauit. z *l.33. in fin. ſ. de iure dot. l.19. §.1. l.30. ſ. de re iudicata, l.28. ſ. de reg. iur. §.38. Inſtit. de action.*

a Is qui ex donatione conuenitur, omni ære alieno deducto, facere poſſe intelligitur, *l.51. ſ. ſoluto, l.19. in fin. ſ. de re iud.*

b donationis ſcilicet.

c Occupantis melior eſt conditio, *d.l.19.* Cum vnius rei in duos donatio confertur, potior eſt ille cui res tradita eſt: nec igitur intereſt poſterior, an prior acceperit, *Paul. 5. ſent. 11. §.4.*

d *l.37. in fin. ſ. de acquir. rer.*

e atque ita tradentis donatoris, non ſerui accipientis rem donatam, animus perſpicitus.

f is animus non ſemper præſumitur in eo qui ſciens alienum fundum excolit, vide quæ not. ad *l.38. ſ. de hered. pet.*

g quas? num ſeminis? num culturæ? num vtriuſque? Ioannes Papo culturæ expenſas ſeminis peti poſſe ait, 1. *Not. lib. tit. des donations.*

h *l.24. C. de don. inter virum & vxorem.* ſecus ante crimen in de donatione inter virum & vxorem agetur, *l.* §.7. ſ. *de don. int. vir.* item ſi in fraudem fiſci manifeſtam facta ſit donatio, vt quæ notaui ad *l.14.* 5. ſ. *qui & à quibus manum.* ſi fraude delicti admittendi donaſſe videbitur, ſi omnia bona donauerit, ſi coniunctæ perſonæ, vel ſi clam donauerit, ſi quam proximè ſequitur delictum, ſi donauerit bona ſua in euentum etiam publicationis ſeu confiſcationis bonorum ſuorum, adde *Gandinum tract. de maleficiis, rubric. de bonis malefactorum, verſ. item pœna.* i Vſuras manifeſtus vſurarius poteſtne donare mortis cauſa? non poſſe refert Clarus ex communi opinione Doctorum, *l.4. §. donatio, q.7.* k non tantum perduellionis, *l.31. in fin. ſ. eod.* l An & actus alij, purà contractus, venditionis? inf. dicemus. m factæ valent, *Vulg.* n ſi condemnatio, *Hal.* Ex tribus variis lectionibus, tres diuerſi ſenſus hinc naſcuntur: Vulgata ait, donationes factas poſt contractum crimen capitale valere, niſi condemnatio ſecuta ſit: Florentina non valere, niſi condemnatio ſit ſecuta: Haloandri, non valere ſi condemnatio ſit ſecuta. Vulgata & Haloandri verior eſt. Porrò res ita diſtinguenda eſt: Reus qui deliquit poſt contractum crimen, ante accuſationem, ignoranti vtiliter & in præiudicium fiſci titulo oneroſo, non lucratiuo, vendere poteſt. Poſt accuſationem, aut incarcerationem etiam bona ſua (victus ſcilicet ſui cauſa, vel liberationis) adminiſtrare poteſt, *l.46. §.6. ſ. de iure fiſci.* ei ſolui etiam poteſt, *l.* *§.6. l.41. ſ. de ſolut.* Num alienare vel donare? finge nullos accuſato reditus, nulla immobilia eſſe, ſed exiguam forte ſupellectilem, aut certè immobilia non ita ampla ſuppetere? Aſſentior Papani eo caſu permittendam accuſato moderatam poteſtatem alienandi: vt hoc modo ſe alat, & expenſas ad innocentiam ſuam probandam faciat. Id enim & æquius eſt & euidenter vtile, *Papo 5. Notar. §. tit. des donations.* Fingamus citra hanc cauſæ cognitionem poſt accuſationem alienaſſe: num vtilis erit alienatio? videtur vtilis: niſi condemnatio alienantis ſit ſecuta, tunc enim ſententia ad tempus delicti retrotrahetur, & alienatio reuocabitur, *l.7. in fin. ſ. de mort. cauſ.*

o Verba enunciatiua donationis in vltimis diſpoſitionibus inducunt diſpoſitionem fideicommiſſi vel legati, *Bart. hic num. 1.* p hoc teſtamento ſcilicet licet per epiſtolam de donatione à me facta eis non conſtet, *l.5. C. eod.*

q Cur benigna dicitur hic fieri interpretatio? quia confeſſio confitenti præiudicat, *l.25. in fin. ſup. de probat.* & in dubio actus ita interpretandus eſt vt valeat, *l.12. ſ. de rebus dub.* r id eſt, quod mihi debes ex cauſa iudicati. ſ Debitum ex cauſa iudicati nouari poteſt, & accepto ferri. t *l.3. C. de acceptil.*

u *l.57. in fin. ſuprà de donat. inter vir.* Porrò miſcetur donationi negotium, ſi rem tibi dono non ſimpliciter, ſed ex cauſa *l.1. in princ. verſ. Dat aliquis, ſ. eod.*

x id eſt, donatarius non obligatur donatori.

y Multum intereſt, Pamphilam tibi tradam vt poſt quinquennium manumittas, an vt continuò eundem manumittas. Priore caſu, quinquennales operas donaſſe tibi videor, non tamen te obligari (niſi aliud conuentum ſit) ne intra quinquennium eum manumittas: ſed hoc tantum velle, vt poſt quinquennium eum manumittas: nec ante agere poſſim, quia donatio aliqua, id eſt, operarum quinquennalium eſſe videtur. Poſteriore caſu nihil tibi donare videor, ſed tantum te obligare vt manumittas.

z poteſt enim res aliena donata vſucapi, *l.13. l.33. ſ. de mort. cauſ.*

aliquid donationis interueniret, & hoc genus quæſtionis in mortis cauſa donationibus verſari Pomponius ait, & magis putat:‖vt ſi ita donetur, vt poſt quinquennium manumittatur, poſſe dici, vſucapionem ſequi.

3 ¶ Labeo ait. ſi quis mihi rem alienam *a* donauerit, inque eam ſumptus magnos fecero, & ſic euincatur, nullam *b* mihi actionem contra donatorem competere. planè de dolo poſſe me aduerſus eum habere actionem ſi dolo *c* fecit.

De rep. 1. De mercede officij. 2. De volente acquirere. 3. De pecunia credita vt alij reddatur: Et de morte creditoris. De morte mandantis. 4. De promiſſione obligati naturaliter. 5. De promiſſione ob cauſam. 6. Vel ob rem.

19. *Idem* ‖ libro 76. ad Edictum ‖

HOc iure vtimur, vt in rebus *d* publicis, cùm de donatione quæritur, illud ſolum ſpectetur. vtrum ob cauſam aliquam iuſtam reipublicæ promittat quis, vel polliceatur, an non. vt ſi ob honorem *e* aliquem promittat, teneatur; ſi minus, non *f*.

1 ¶ Labeo ſcribit, extra cauſam donationum eſſe talium *g* officiorum mercedes, vtputà, *ſi h tibi adfuero i: ſi † ſatis pro te dedero: ſi qualibet in re, opera vel gratia mea vſus fueris.*

2 ¶ Non poteſt *k* liberalitas nolenti *l* adquiri.

3 ¶ Si quis dederit *m* pecuniam mutuam Titio reddendam Seio, cui donatum volebat, deinde Titius, mortuo donatore, Seio dediſſe proponatur, erit conſequens dicere pecuniam Seij fieri: ſiue mortuum ſciuit, ſiue ignorauit is qui dabat: quia pecunia fuit dantis. ſed ſi quidem ignorauit *n* mortuum, erit liberatus, ſi ſic mutuam pecuniam accepit ſoluendam Seio.

¶ Si autem mandauero tibi, vt pecuniam Titio des, cui donare volebam, & tu ignorans me mortuum, hoc feceris: habebis aduerſus heredes meos mandati actionem: ſi ſciens, non habebis.

4 ¶ Si quis ſeruo pecuniam crediderit *o*, deinde is liber factus, eam expromiſerit, non erit donatio *p*, ſed debiti ſolutio.

¶ Idem in pupillo, qui ſine tutoris auctoritate debuerit, dicendum eſt, ſi poſtea tutore auctore promittat.

5 ¶ Sed & hæ ſtipulationes, quæ ob *q* cauſam fiunt, non habent donationem.

6 ¶ Denique Pegaſus putabat ſi tibi centum ſpopondero hac conditione, *ſi iuraſſes te r nomen meum laturum*, non eſſe donationem: quia ob *ſ* rem facta eſt, res ſecuta eſt.

De parte debita patrono. 1. De lege Falcidia.

20. *Marcellus* ‖ libro 22. Digeſtorum. ‖

SI patronus ex debita parte *t* heres inſtituatur, & libertus fidei eius commiſit, vt quid daret, & hoc ſtipulanti fideicommiſſario promiſerit *u*, non erit cogendus ſoluere: ne *x* pars *y* ex legibus verecundiæ patronali debita, minuatur.

1 ¶ De illo dubitari poteſt, qui *z*, quod per Falcidiam retinere poterat voluntatem teſtatoris ſecutus ſpopondit ſe daturum. Sed magis eſt, vt non poſſit ſuę confeſſioni *a* obuiare *b*: quemadmodum enim, ſi ſoluiſſet *c*, fidem teſtatori ſuo adimpleſſe videbatur, & nulla ei repetitio conceſſa fuerat: ita & ſtipulatione *d* procedente *e* contra fidem teſtatoris, quam *f* adgnouit, venienti ei merito occurretur.

De delegatione.

21. *Celſus* ‖ libro 8. Digeſtorum. ‖

VT mihi donares, creditori meo, delegante *g* me, promiſiſti, factum valet. ille enim ſuum recepit.

2 ¶ Sed ſi debitorem meum tibi donationis ‖ immodicę cauſa promittere iuſſi, an ſummoueris donationi exceptione, nécne, tractabitur. & meus quidem debitor exceptione te agentem repellere non poteſt: quia perinde ſum, quaſi exactam à debitore meo ſummam tibi donauerim, & tu illam ei credideris. ſed ego, (ſi quidem pecuniæ à debitore meo nondum ſolutę ſint) habeo aduerſus debitorem meum reſciſſoriam in id quod ſupra legis *h* modum tibi promiſit, ita vt in *i* reliquum tantummodo tibi maneat obligatus. Sin autem pecunias à debitore meo exegiſti in hoc quod modum legis excedit, habeo contra te condictionem.

De mora & vſuris. de bona fide.

22. *Modeſtinus* ‖ libro 8. Differentiarum. ‖

a Alienum donare poſſum: ſaluo tamen iure domini.
b Inuitus donator de euictione rei donatæ promittere non cogitur, nec eo nomine, ſi promiſerit, oneratur: quia lucratiuæ rei poſſeſſor ab euictionis actione ipſa iuris ratione depellitur, *Paulus 5. ſent. 11. §. 5.* Quid ſi cauerit ſtipulanti? tenebitur, *l. 2. C. de euic.*
c ſciens, *l. 22. in fi. ȷ. de verb. oblig.*
d *l. 1. §. 1. ȷ. de pollicit. Nouell. 123. cap. 3.*
e iam delatum: ne alioquin ambitus crimen admittatur. *Caſtr.*
f *l. 1. §. 1. infr. de pollicit.*
g *l. 34. in fin. ȷ. eo.*
h Contractum innominatum poſſe concipi per *ſi*, hoc eſt, ſub conditione: regulariter per *vt*, id eſt, ſub modo, hinc colligunt.
i Donatio quæ fit ob cauſam futurā: non propriè donatio eſt, ſed eius tantum cauſæ remuneratio.
† Fideiubendi cauſa pecuniam accipere poſſumus, *l. 6. in fi. inf. mandati, l. 13. C. ad Velleian.*
k Imò poteſt, *v. l. 27. ſup. de pecun. conſtit. l. 32. inſ. de adq. rer. domin. l. 62. ȷ. de verb. oblig.*
l inuito non donatur. *l. 69. l. 156. in fi. ȷ. de reg. iur.*
m *v. l. 2. §. 6. ȝ. eo.*
n *l. 16. §. 1. ſuprà mandati, l. 77. §. 6. ſupr. de leg. 2. l. 32. in fi. ȷ. de ſolutionib.*
o Seruus naturaliter obligatur.
p quia ſoluit id quid debebat naturaliter, & ſic: Solutio naturalis debiti nō eſt donatio.
q Ob cauſam datio, non eſt donatio, *l. 34. in fi. inſ. eod.*
r *v. l. 7 in fin. l. 63. §. 10. ſup. ad Trebell.*
ſ nempe vt meum nomen ferres.
t olim dimidia, hodie tertia, *§. 3. Inſt. de ſucc. liber.*
u Per errorem non ſcienter, vt in *l. 4 in fin. ȝ. ſi quis cautionibus.*
x Patronus qui *legem Papiā ſe amiſſurum* fideicommiſſario cauit, non tenetur, *vt hic*: qua ratione defenditur, liberos qui *legem Gliciam ſe omiſſuros* cauerunt, non teneri: cùm tamen hæres extraneus qui ſe *legem Falcidiam omiſſurum* cauit, teneatur *l. vlt. C. ad legem Falcidiam.* adde quæ ſcripſi ad *Nouell. 18. cap. 3.*
y adde *l. 37. §. 2 ſup. de legat. 3.* z legendum ita eſt vel ſupplendum: vtrùm teneatur. qui. a id eſt, cautioni, ſponſioni: Græcorum imitatione qui cautionem ὁμολογίαν vocant. *l. 25. ſup. de probat.* b Confeſſioni, id eſt, ſponſioni ſuæ obuiare non licet, *l. pen. Cod. de pact.* c ſciens, *l. 9. C. ad l. Falc.* d vide *Cui. ad Nou. 1. fol. 139.*
e præcedente, *Hal.*
f *l. 46. ſup. ad legem Falc.* g *l. 1. § 11. ȷ quar. rer. actio.*
h Cinciæ ſcil. vide *Cuiac ad tit. de cond. ex lege.*
Vtile per inutile non vitiatur, *l. 14. Cod. eod. Nou. 262. c 8.*

EVm qui donationis cauſa pecuniam, vel quid aliud promiſit, de *a* mora ſolutionis, pecuniæ vſuras *b* non debere, ſummæ æquitatis eſt: maximè *c* cùm in bonæ fidei contractib. *d* donationis ſpecies *e* non deputetur.

De vſuris. 1. De mente capto.

23. *Idem* ‖ libro 15. Reſponſorum.

MOdeſtinus reſpondit, creditorem futuri temporis vſuras & remittere, & minuere pacto *f* poſſe, nec in ea donatione ex ſumma quantitatis aliquid vitij incurrere.

1 ¶ Modeſtinus reſpondit, mente captum *g* donare non poſſe.

De fideiuſſore.

24. *Iauolenus* ‖ libro 14. ex Caſſio.

FIdeiuſſori eius qui donationis cauſa pecuniam ſupra modum legis promiſit, exceptio dari debet etiam inuito *h* reo, ne ſi fortè reus ſoluendo non fuerit, pecuniam fideiuſſor amittat.

De re data, vt nomine dantis donetur.

25. *Idem* ‖ lib. 6. Epiſtolarum. ‖

SI tibi dederim rem, vt *i* Titio meo nomine donares, & tu tuo nomine eam ei dederis, an factam eius putes? Reſpondit: Si rem tibi dederim, vt Titio meo nomine donares, eámque tu tuo nomine ei dederis: quantum ad iuris ſubtilitatem, accipientis facta non eſt, & tu furti obligeris: ſed benignius *k* eſt, ſi agam contra eum qui rem accepit, exceptione doli mali me ſummoueri.

De nuda ratione.

26. *Pomponius* ‖ lib. 4. ad Quintum Mucium. ‖

NVda *l* ratio *m* non *n* facit aliquem debitorem *o*: vtputà quod donare libero homini volumus, licèt referamus in rationes noſtras, debere nos: tamen nulla donatio intellegitur.

De habitatione præceptori donata.

27. *Papinianus* ‖ libro 29. Quæſtionum. ‖

AQuilius Regulus iuuenis ad Nicoſtratum *p* rhetorem ita ſcripſit: *Quoniam q & cum patre meo ſemper fuiſti, & me eloquentia & diligentia tua meliorem reddidiſti: dono & permitto tibi habitare in illo cœnaculo, eóque vti.* defuncto Regulo, controuerſiam *r* habitationis patiebatur Nicoſtratus. & cùm de ea re mecum contuliſſet, dixi poſſe defendi, non *ſ* meram donationem eſſe, verùm *t* officium magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum. ideòque non videri donationem ſequentis *u* temporis irritam eſſe. quòd ſi expulſus Nicoſtratus veniat ad iudicem, ad *x* exemplum interdicti *y*, quod fructuario proponitur, defendendus erit, quaſi loco poſſeſſoris conſtitutus, qui vſum cœnaculi accepit.

De hæreditate.

28. *Idem* ‖ libro 3. Reſponſorum. ‖

a l. ob moram.
b *l. 3. §. 2. ȝ. eod.*
c *l. 9. §. 1. ȝ. de vſur.*
d Donationem contractum eſſe, ſed non bonæ fidei, hinc colligere poſſis. Eſt igitur ſtricti iuris, præſertim ſi ſtipulatio ei inſerta fuerit, *l. 3. §. 5. C eo.* Atqui contractus eſſe non poteſt, cùm vnus tantum obligetur. Non eſt quidem ex eorum contractuum genere, qui vltro citroque ſunt obligatorij, *l. 18. ȝ. eod.* eſt tamen conuentio, cum donatario fieri debeat traditio, *l. 9. in fin ſup. eo.* traditio autem ei non fiat, niſi eo item conſentiente, *l. 19. §. 2. ſup. eod.* & pactum fit duorum conſenſu, *l. 3. ȷ. de pollicitationib.* Quid? num nominatus aut innominatus eſt contractus donatio? nominatus: habet enim elegans nomē, eamque communē opinionem refert Clarus *4. ſent. §. donatio. quæſt. 1.* Ideóque ad inſtar cæterorum contractuum nominatorum non poteſt reuocari: vt ex communi opinione Clarus retulit, *ibidem.*
e Contractus donationis (nam hic ſpecies pro contractu accipitur) non eſt bonę fidei, ſed ſtricti iuris. Donationes priuatorum ſtrictè accipimus.
f Vſuræ pacto donari poſſunt. Hæredi non tantùm vſuræ, ſed & quiduis donari poteſt, *l. 35. §. 5. C. eo.*
g Mente captus & furioſus donare non poteſt, *vt hic* adde *l. 6 in fin. ȷ. de verb. obl.* ſeruus, *l. 28. §. 2. ſup. de pact.* filius familias, *v. l. 7. ſup. eo.* pupillus, *l. 11. inf. de adq. rer.* prodigus ſeu is cui bonis interdictum eſt, *l. 6. ȷ. de verb. obl.* An reus criminis? *v. l. 15. ſup. eo* an mulier ſine conſenſu mariti? *v. l. 6. C de reuoc. don.* h Rei cohærentes exceptiones etiam fideiuſſori competunt *v. l. 6. §. 1. inf. de except.*
i *l. 37. inf. de ſolut.* k Æquitas iuri ſtricto præfertur. l *l. 49. in fin. ſup. de peculio l. 6. §. 4. in fin. ſup. de peculio legato.* m vel traditio, *l. 31. inf. de adquir. rer. domi.*
n Imò facit, *l. 6. in fi ſup. eod.* o niſi fiat ex cauſa, *l. 6. §. 3. ſup. de edendo, l. 34 ſup. de negot. l. 1. C. de edendo.* p Nicoſtratus hic Rhetor fuit Papiniani ætate *Suidas.*
q Ex his verbis colligunt interpretes, In donatione remuneratoria, nominatim cauſas donationis eſſe exprimēdas, nec ſufficere verbis quibuſdam genericis *de bene meritorum* mentionem fieri, ne per hanc iniectionem generalis clauſulæ *de bene meritis*, inſinuationis neceſſitatem callidè quis effugiat, *v. Mynſing. 4. obſ. 75. & 88.* Quid ſi non ſint expreſſæ? valebit, ſi modò donator iuramento expreſſerit merita ſubeſſe: valebit quoque, ſi donatarius merita poſtea probarit, *v. Mynſing. 4. obſ. 75.* r Qua in re? aut quæ dubitandi cauſa hic fuit? mortuo eo qui gratuitam habitationem alicui conceſſit, dicendum videbatur hæredes eius, habitationem à defuncto conceſſam reuocare poſſe, *l. 32. ȷ. eo. v. Cuiac. 17. obſ. 33.* denique dicendum videbatur hoc genus donationis in donatoris permiſſionem ac voluntatem totum collatum fuiſſe: donatoris autem morte, voluntatem eius extinctam videri. ſ Donatio remuneratoria, vt antidotalis non eſt propriè donatio, *vt hic: l. 34. inf. eo. l. 9. l. 18. §. 1. 5. & vltim. ſup. eod. l. 17. ſup. de præſcrip. v.* Clarum ex communi opinione, *§. donat. 4 ſent. 3.* Idem ibidem refert, valere huiuſmodi donationem, & ſi de meritis donatarij non conſtet aliter quam per aſſertionem donantis (niſi donatum ſit prohibitæ perſonæ) neceſſe tamen eſſe, vt eiuſmodi donationi donatoris merita æqualia ſint. Huiuſmodi porrò æquamentum perfectis meritis attendi & determinari arbitrio iudicis, hæc ille. qua in re iudicem ſibi fauentem nanciſci donatarij intereſt. hinc etiam colligit: Inſinuationem in huiuſmodi remuneratoriis donationibus non exigi, nec huiuſmodi donationes propter ingratitudinem reuocari, v. quæ notaui ad *l. 34. §. 1. ȷ. eod.*
t ratio decidendi. atque ita lex 32. *in fin. inf. eod.* huic legi contraria, referenda eſt ad meram donationem: hæc lex, ad impropriam.
u i. donator Rhetori eidémque magiſtro ſuo, non tantùm in vita ſua habitationem donauit, ſed & poſt mortem ſuam, hoc eſt, donatoris.
x Cur dicit ad exemplum interdicti quod fructuario proponitur? Quia hic habitatio donata dicitur & relicta. Eſt autem ſimilitudo habitationis & vſusfructus relicti. Aliis tamen (vt Iacobo Aretio) placet, facultatem tantùm habitandi, non ius ipſum ipſamque ſeruitutem habitationis relictam hic fuiſſe.
y vnde vi, ſi poſſidebat & deiectus ſit, *l. 3. §. vnde vi: ȷ. de vi & vi.* ſin minus, officium iudicis competit, *l. & ideo, 12. §. vlt. ſup. de cond. furt. l. & non tantùm. 19. ſup. de pet. hered. l. vlt. §. ſed in ſecunda, C. de furtis: l. rem quā 15. inſ. de adq. poſſeſſ.*

HEreditatem pater ſibi relictam filiæ *a* ſui iuris effectæ donauit *b*, creditoribus hæreditariis filia ſatisfacere debet: vel ſi hoc minimè faciat, & creditores contra patrem veniant, cogendam eam per actionem præſcriptis *c* verbis, patrem aduerſus eos defendere.

Quid ſit donare. 1. De confeſſione. 2. De bonis viuentis

29. *Idem* ‖ lib. 21. Reſponſorum. ‖

DOnari videtur, quod nullo *d* iure cogente conceditur.

1 ¶ QVidam in iure interrogatus, *nihil e ſibi debere tutoris hæredes* reſpondit. eum actionem iure amiſiſſe reſpondi. licèt enim non tranſactionem, ſed donationis hæc verba eſſe quis accipiat, attamen eum qui in iure confeſſus eſt, ſuam confeſſionem infirmare non poſſe.

2 ¶ Donationem quidem partis bonorum proximæ cognatæ viuentis *f* nullam fuiſſe conſtabat. verùm ei, qui donauit, ac poſtea iure prætorio ſucceſſit, quoniam aduerſus bonos *g* mores & ius gentium feſtinaſſet, actiones hæreditarias in totum denegandas reſpondit *h*.

30. *Marcianus* ‖ lib. ſingulari de Delatoribus. ‖

NAm ei vt indigno *i* aufertur hæreditas.

De concubina. 1. De rebus à matre filiæ nomine viro traditis. 2. De peculio non adempto. 3. De depoſito. 4. De crimine perduellionis.

31. *Papinianus* ‖ lib. 12. Reſponſorum. ‖

DOnationes in concubinam *k* collatas, non poſſe reuocari conuenit *l*, nec ſi matrimonium inter eoſdem poſtea fuerit contractum, ad irritum recidere, quod antè iure valuit. an autem maritalis *m* honor & affectio pridem præceſſerit, perſonis *n* comparatis, vitæ coniunctione conſiderata, perpendendum eſſe reſpondi: neque enim tabulas *o* facere matrimonium.

1 ¶ Species extra dotem *p* à matre filiæ nomine viro traditas, filiæ, quæ præſens fuit, donatas, & ab ea viro traditas videri *q* reſpondi. nec matrem offenſam, repetitionem habere, vel eas rectè vindicare, quòd vir cauiſſet, extra dotem vſibus puellæ ſibi traditas, cùm ea ſignificatione non modus donationis declaretur, nec ab vſu proprietas ſeparetur, ſed peculium à dote puellæ diſtingueretur. iudicem tamen æſtimaturum, ſi mater iure contra filiam offenſa, eas reuocare velit: & verecundiæ maternæ congruam, boníque viri arbitrio competentem ferre ſententiam.

2 ¶ Pater, qui filiæ, quam habuit in poteſtate, mancipia donauit *r*, & peculium *ſ* emancipatæ non ademit *t*, ex poſt facto donationem videbatur perfeciſſe.

3 ¶ Eiuſmodi lege depoſita in æde ſacra *vt u eam ipſe ſolus qui depoſuit, tolleret aut poſt mortem domini Aelius Speratus*, non *x* videri celebratã donationem reſpondi.

4 ¶ Ratæ *y* donationes eſſe non poſſunt poſt crimen perduellionis *z* contractum: cùm hæredem *a* quoque teneat, & ſi nondum poſtulatus vita deceſſerit.

De vſu domus precario conceſſo.

32. *Scæuola* ‖ lib. 5. Reſponſorum. ‖

LVcius Titius epiſtolam talem miſit: *Ille illi ſalutem: Hoſpitio illo, quandiu volueris* b, *vtaris ſuperioribus diætis omnibus gratuito: idque te ex voluntate mea facere, hac epiſtola notum tibi facio.* quæro, an hæredes eius habitationem prohibere poſſunt? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, hæredes eius poſſe *c* mutare voluntatem.

De conſtituta pecunia. 1. De pecunia donata vt donatori credatur. 2. De muto vel ſurdo. 3. Si quis primo donaturus, ſecundo promiſerit.

33. *Hermogenianus* ‖ lib. 6. Iuris Epitomarum. ‖

QVi id quod ex cauſa donationis ſtipulanti ſpoponderat, ſolui conſtituit, actione conſtitutæ pecuniæ non in ſolidum, ſed in quantum facere poteſt, conuenitur: cauſam enim *a* & originem conſtitutæ pecuniæ, non iudicij poteſtatem præualere placuit. ſed & condemnatus ex cauſa donationis, in actione iudicati non fruſtra deſiderat, in quantum facere poteſt, conueniri.

1 ¶ Ea lege, donationis cauſa, pecunia Titio numerata, vt *b* ſtatim donatori mutuo detur, non impeditur *c* dominij tranſlatio. ac propterea, iiſdem nummis donatori creditis, nouum dominium in his quæritur.

2 ¶ Mutus & *d* ſurdus donare non prohibentur.

3 ¶ Si cùm Primus tibi donare vellet, & tu donandi Secundo voluntatem haberes, Primus Secundo ex voluntate *e* tua ſtipulanti promiſerit, perficitur donatio. & quia nihil Primus Secundo, à quo conuenitur, donauit. & quidem in ſolidum, non in id quod facere poteſt, condemnatur.

¶ Idque cuſtoditur, & ſi delegante *f* eo, qui donationem erat accepturus, creditori eius donator promiſerit. & hoc enim caſu creditor ſuum negotium gerit.

De mutuo. 1. De erepto à latrunculis vel hoſtibus.

34. *Paulus* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

SI pater emancipati filij nomine, donationis animo pecuniam fœnerauit, eámque filius ſtipulatus eſt: ipſo iure perfectam donationem ambigi non poteſt.

1 ¶ Si quis aliquem à latrunculis *g* vel hoſtibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipſo accipiat, hæc donatio irreuocabilis eſt *h*, non *i* merces eximij laboris appellanda eſt: quod contemplatione ſalutis *k* certo modo æſtimari non placuit.

De nominibus peculiaribus. 1. De pignore. 2. De mutuo.

35. *Scæuola* ‖ lib. 31. Digeſtorum. ‖

AD eum quem manumiſerat *m* epiſtolam miſit in hæc verba: *Titius Sticho liberto ſuo ſalutem. Cùm te manumiſerim, peculium quoque tuum omne, quidquid habet tam nominibus, quàm in rebus mouentib. ſiue in numerato, me tibi concedere, hac epiſtola manu mea ſcripta notum tibi facio.* eundem libertum teſtamento ex beſſe ſcripſit hæredem, Sempronium ex triente, nec peculium Sticho legauit, nec actiones præſtari iuſſit. quæſitum eſt, vtrum in aſſem Sticho actio detur eorundem nominum, quæ in peculio habuit, an vtriſque hæredib. pro portionibus hæreditariis? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, vtriſque heredibus pro hereditariis portionibus competere.

1 ¶ Lucius Titius fundum Mæuiæ donauit, & ante traditionem eundem fundum poſt dies paucos Seio pignori obligauit, & intra dies triginta Mæuiam in vacuam poſſeſſionem eiuſdem fundi induxit. quæro, an donatio perfecta ſit? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, perfectam: verùm credi orem firmam *n* pignoris obligationem habere.

2 ¶ Auia ſub nomine Labeonis nepotis ſui mutuam pecuniam dedit, & vſuras ſemper cepit: & inſtrumenta debitorum à *o* Labeone recepit *p*, quæ in hæreditate eius inuenta ſunt. quæro an donatio perfecta eſſe videatur? Reſpondit, cùm debitor Labeoni obligatus eſt, perfectam donationem eſſe.

DE MORTIS CAVSA *q* DONATIONIBUS ‖ & capionibus *r*. ‖

TIT. VI.

Quid ſit Mortis cauſa donare. 1. De donatione Telemachi.

Marcianus ‖ lib. 9. Inſtitutionum. ‖

MORTIS cauſa donatio eſt *ſ*, cùm quis habere ſe *t* vult *u*, quàm eum cui donat: magiſque eum *x* cui donat, quàm hæredem ſuum.

a His emancipatæ ſcilicet, alias non eſt donatio, *l. 25. C. de don. int. vir.*
b ea lege ſcilicet, vt creditoribus ſatisfaceret, *l. 22. C. eod.*
c vide *l. 9. l. 22. C. eod.*
d *l. 67. §. 1. ſup. de leg. 2. l. 18. in fi. ÿ. de adimendis: l. 47. ÿ. de operis libert. l. 67. in fin. infra de verb ſignif. l. 53. in fin. l. 82. ÿ. de reg. iur. l. 6. C. de reuoc. donat.*
e Qui confitetur in iure *debitorẽ ſibi non teneri*, videtur eum ex cauſa donationis liberare.
f Viuentis bona qui donat, eius hæreditate indignus eſt, *vt hic: & l. 2. ÿ. de his quæ vt indign.* valet tamen pactum eius qui exonerationem ſeu libertatem bonorum viuentis ſtipulatur, *l. 7. §. 17. ſup. de pact.* ſic rectè ſtipulamur quæſtum futuræ ſocietatis *l. 3. § de illo, ſupra pro ſocio.* ſic qui bona ſua obligat, ea quoque bona obligat, quæ ex alterius ſucceſſione habiturus eſt, *l. vlt. C. quæ res pign.* poſſumus quoque de hæreditate eius quem mortuum putamus, ſtipulari, *l. 4. C. de poſtlim.* & de eius hereditate certis legibus paciſci. *l. vlt. C. de pactis.*
g vide *l. vlt. C. de pact.* Boni mores ciuitatis: ius gentium, mores omnium gentium.
h *Hal.* reſpondi.
i *l. 2. in fin. ſup. de his quæ vt indign.*
k *l 5. ſup. eod. l. 3. §. 1. in fin. ſup. de donat. int. vir.*
l niſi à milite factæ ſint, *l. 3. C. de don. inter vir. & vxor: v. Papon. 1. Notar. lib. 5. titul.* de donation. *fol.* 362. 363.
m vide *l. 6. §. 1. ÿ. de his quæ vt indig.*
n Præſumitur matrimonium ex perſonarum comparatione, & vitæ coniunctione. o Tabulæ non faciunt matrimonium, *l. 9. l. 13. de nuptiis.* Quintilianus 5. c. 11. Nihil obſtat quominus iuſtum ſit matrimonium mente, etiam ſi tabulæ deſignatæ non fuerint. Nihil enim proderit ſignaſſe tabulas, ſi mentem matrimonij fuiſſe non conſtat. Quid? teſtium ſubſcriptio vel ſubnotatio num iudiciariis in actis exigitur? Bartolus negat exigi. vide tamen Socinum *regul.* 384.
p id eſt, paraphernales vide *l. 9. §. 3. ſup. de iure dot.*
q Vtcunque traditio donatario (putà vxori) facta non ſit, ſed eius nomine alteri (putà marito) vtilis eſt.
r inutiliter: liberis enim noſtris in poteſtate, donamus inutiliter.
ſ ex hac voce Cuiacius monet legendum *peculium*, non *pecuniam*, in *l. 7. C. ſoluto matrimonio* 37. *obſeru.* 6.
t *l. 7. C. eodem.*
u Hinc ratio dubitandi ſumitur.
x Præſumere in dubio non ſolemus donationem.
y perfecta, *Hal.*
z in aliis ſecus *l. 15. ſup. eod.*
a *l. pen. & vlt. C. ad legem Iuliam maieſt. l. 9. §. 2. C. de bonis proſcript.*
b quamdiu voluerim. ita emendat Antonius Faber 2. *Coniectur.* 19. vt donationis finem referamus in donatoris voluntatem, non in donatarij. Nam ſi in voluntatem donatarij finis donationis collatus eſſet, hæredes donatoris eam non reuocarent, quam tamen hic reuocant.
c non poſſunt, vide quæ notaui ad *l. 27. ſup. eodem.* Donator perfecta etiam donatione, mutare voluntatem in iis poteſt quæ ab eius mera voluntate dependant.

a Etiam poſt conſtitutum, & poſt rem iudicatam donationis nomine, donator conuenitur in id tantum quod facere poteſt. Cur non attenditur conſtitutum, non attenditur res iudicata, ſed attenditur ſola donatio, id eſt cauſa & origo conſtituti ac donati, *l. 41. ÿ. de re iudicata.*
b *l. 20. ſup. de rebus cred.*
c imò impeditur *l. 53. ÿ. de ſolutionibus.*
d *l.* Mutus, vel ſurdus: vel mutus & ſurdus, ex caſu, litterarum tamen ignarus, *l. 10. C. qui teſtam.*
e *l. 2. §. 2. ÿ. eod.*
f *l. 41. ÿ. de re iudicata.*
g hic locus à Triboniano videtur interpolatus, vide *Paul. 5. ſent. 11. §. 6.*
h Donatio remuneratoria, (qualis ſit ei qui latrunculis vel hoſtibus donatorem eripuit) eſt irreuocabilis: nec enim propriè eſt donatio, *v. l. 27. ÿ. eod.* Vtcunque ea nomine in iuſtitutum donatum ſit, non reuocatur et donatio, vt immodica, *Paul. 5. ſent. 11. §. 6.* quamuis iuſtum modum excedat, 17. *Eclog.* 1. *C.* 36. de quo forte dubitatum fuerat, quod veteribus certus modus, certúmque pondus donationibus fuerit iniectum, *Theod. Nou. de Theodoſiani Codic.* authoritate. cùm & alioquin diſcamus ex Iuſtiniano fuiſſe olim donationem permiſſam 200. aureor. deinde 300. deinde 500. *ſi l. ſancimus* 34. *l. pen. §. vlt. C. de donationibus.*
i ſic reſtitue ex Paulo: ſi tamen donatio, non merces eximij laboris appellanda eſt, quia contemplationem ſalutis certo modo æſtimari non placuit: *Paul. 5. ſent* 11. §. 6. ſic ferè Cicero *pro Cluentio.* ſi hæc, inquit, ſolutio legatorum, non merces abortionis appellanda eſt, *v. Cuiac. apud Paul. ibid.* k adde *l. 8. l. 19. §. 1. l. 27. ſup. eo.* l innuit apud Veteres non fuiſſe licitum donare in infinitũ ſine inſinuatione, vide *l. pen. C. eod.* m *l. 8. ſup. eod.* n Si fundus pignoratus venierit, manet cauſa pignoris, *l. 18. §. 2 ſup. de pignor.* o ad Labeonem, *vulgat.* p Qui pecuniam mortuo dat ſub alterius nomine, & vſuras, & inſtrumenta à debitoribus eiuſdem nomine accipit, donare intelligitur. q 8. C. 57. §. 1. *Inſt. de donat. Nou.* 87. *Paul. 3. ſent. 7. 47. Eclog.* 3. adde 3. *Harmenop.* 1. quid ſit mortis cauſa donatio, *v. l.* 1. ÿ. *eod.* r & capionibus *vulgat. Hal.* mortis cauſa capio, eſt adquiſitio, differt à mortis cauſa donatione. Mortis capio, eſt quidquid mortis alicuius occaſione percipitur, *l. 8. l. 12. l. 21. l. 38. ÿ. eo.*
ſ *l. 35. §. 2. ÿ. eo. §. 1. Inſt. de donat.* vide *Paul. 2. ſent.* 22 §. 1.
t confertur enim in caſum mortis teſtatoris, nec ante perfecta eſſe intelligitur, quam mors contigerit. In hac quoque in extremis & articulo mortis, conſtitutum eſſe non ſufficit, ſed vt fiat expreſſa mortis mentio, exigitur pro donatione inter viuos alioqui habetur, *l. 42. in fin. ÿ. eod.* Quid ſi in inſtrumento donationis huiuſmodi quis promiſerit ſe donationem nunquam reuocaturum? donatio inter viuos præſumitur, *l. 27. ÿ. eo.* vide *Clarum 4. ſent. 4.*
u mauult *vulgat.* vult magis, *Haloand* ſufficit velle, nec enim hæc donatio indiget inſinuatione, vt donatio inter viuos, *l. 4. C eod.*
x ſimilitudinem mortis cauſa donationis & legati obſerua. Sequentes adde: quod res donatario ipſi adquiritur, licèt non ſit tradita, *l. 1. l. 2. ſup. de Publiciana*: quòd penitenti eam reuocare liceat, *l. 30. infra eodem.* quod vt legatum lege Falcidia minuatur, *l. 27. inf. eodem*, qua de re vide *Cuiac.* 19. *obſeruat.* 28. vide

1 ¶ Sic

1 ¶ Sic *a* & apud Homerum *b* Telemachus donat Piræo.

Species mortis cauſa donationum.

2. *Vlpianus* " libro 32. ad Sabinum. "

IVlianus libro ſeptimo decimo Digeſtorum tres *c* eſſe ſpecies mortis cauſa donationum ait.

¶ Vnam, cùm quis nullo præſentis *d* periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione *e* mortalitatis donat.

¶ Aliam eſſe ſpeciem mortis cauſa donationum ait, cùm quis imminente *f* periculo commotus, ita donat, vt ſtatim fiat accipientis.

¶ Tertium genus eſſe donationis ait, ſi quis periculo motus, non ſic det, vt ſtatim faciat accipientis: ſed tunc demum, cùm mors fuerit inſecuta.

De periculo cuius cauſa donatur.

3. *Paulus* ‖ lib. 7. ad Sabinum. ‖

MOrtis cauſa donare licet, non tantum infirmæ valetudinis cauſa: ſed periculi etiam propinquæ *g* mortis, vel ab hoſte *h*, vel à prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate, aut odio, aut nauigationis ineundæ.

4. *Gaius* " libro 1. Rerum cotidianarum ſiue aureorum. "

AVt *i* per inſidioſa loca iturus.

5. *Vlpianus* " lib. 2. Inſtitutionum. "

AVt ætate feſſus *k*.

6. *Paulus* ‖ lib. 7. ad Sabinum. ‖

HÆc. n. omnia inſtans periculum demonſtrant *l*.

De pœna capitali.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 32. ad Sabinum. ‖

SI aliquis mortis cauſa donauerit, & pœna fuerit capitis affectus, remouetur donatio vt imperfecta, quamuis cæteræ donationes ſine *m* ſuſpicione pœnæ factæ valeant.

Quid ſit mortis cauſa capere. 1. *De donatione vt ſi donator conualuerit recipiat.*

8. *Idem* " libro 7. ad Sabinum. "

QVi pretio accepto hæreditatem prætermiſit, ſiue ad ſubſtitutum peruentura ſit " hereditas, ſiue " ab eo ab inteſtato ſucceſſurus, mortis cauſa capere videtur: nam quidquid propter alicuius mortem obuenit, mortis cauſa capitur *n*. quam ſententiam & Iulianus probat. & hoc iure vtimur.

¶ Nam & quod à ſtatulibero *o* conditionis implendæ cauſa capitur, vel à legatario, mortis cauſa accipitur, & quod pater dedit propter mortem filij, vel cognati, mortis cauſa capi Iulianus ſcripſit.

1 ¶ Denique & ſic *p* poſſe donari ait, vt, ſi conualuerit, recipiatur.

Qui poſſunt mortis cauſa capere.

9. *Paulus* " libro 3. ad Sabinum. "

OMnibus *q* mortis cauſa capere permittitur, qui ſcilicet & legata *r* accipere poſſunt.

De ſubſtitutione.

10. *Vlpianus* ‖ libro 42. ad Sabinum. ‖

EI cui mortis cauſa donatum eſt, poſſe ſubſtitui *ſ* conſtat in hunc modum, vt promittat alicui, ſi ipſe capere non poſſit, vel ſub alia conditione.

Si mortis cauſa filij ſui pater donet.

11. *Idem* " lib. 33. ad Sabinum. "

MOrtis cauſa filij *t* ſui pater rectè donare poterit, etiam conſtante matrimonio filij.

Si mulier pecuniam accepit vt ex ventris nomine in poſſeſsionem mitti deſideret.

12. *Idem* ‖ libro 44. ad Sabinum. ‖

SI, mulier *u* ventris nomine per calumniam, vt in poſſeſsionem mitti deſideret, pecuniam accepit, fortè dum ſubſtituto patrocinatur, vt inſtitutum *x* aliqua *y* ratione excludat, mortis cauſa eam capere, Iulianus ſæpius ſcribit *z*.

De donatione rei alienæ. 1. *Species mortis cauſa donationum.*

13. *Iulianus* " lib. 17. Digeſtorum. "

SI alienam *a* rem mortis cauſa donauero, eaque vſucapta fuerit, verus dominus eam condicere non poterit, ſed ego, ſi conualuero. 1 ‖ *Marcellus* notat: in mortis cauſa donationibus etiam facto quæſtiones ſunt.

quæ notaui *ad l. vltim. Cod. eodem.* Clarus verò ſic ait, mortis cauſa donationem, quod inchoandum, ordinationé, & dum in ipſo iure deducitur, attinet, comparari contractui. poſtquam verò in eſſe eſt deducta, effectu & efficia, id eſt poteſtate vltimam voluntatem cenſeri, niſi quòd vltima voluntas adita hereditate confirmatur: donatio verò mortis cauſa, ſola morte donatoris, etiam hereditate non adita, *l. 22. ȷ. eo. Clar. 4. ſent. 6.*

a Poëtarum authoritatem in iuris; cauſis decidendis allegari poſſe hinc colligunt, adde *l. 1. ſup. de cont. empt.*

b Donationis mortis cauſa origo, iuris gentium eſt.

c dic apertius, aut citra metum mortis præſentis, ſed ob ſolam cogitationem mortalitatis donamus, aut in ipſo periculo, idque bifariam. Nam vel ita donamus, vt ſtatim res fiat accipientis: vel tum demum cum mors noſtra ſecuta fuerit.

d i. imminentis.

e *l. 31. §. 2. verſ. rurſus circa fin. l. 35. §. 4. ȷ. eo. l. 11. §. 1. ſ. de donat. inter vir.*

f *l. 3. ȷ. eo.*

g *l. 2. ſ. eo. l. 31. §. 2. verſ. rurſus: l. 35. §. 4. ȷ. eo.* impendétis *Paul. 2. ſent 13. §. 1.* inſtantis, *l. 6. ȷ. eod.* præſentis, *d. §.*

h Cauſæ huius donationis ſunt valetudo, peregrinatio, nauigatio, bellum, *Paul. ibi & 3. ſent. 7. §. 1.* & ſimiles, *l. 4. 5. ȷ. eod.*

i *lego*: aut quod per loca inſidioſa itur.

k *lego*: aut ætate feſſi.

l quo ceſſato competit ius reuocandi, *l. 29. ȷ. eod.*

m aliud erit, ſi ſunt ſuſpecti, *l. 15. ſ. de donat.*

n *v. l. 38. ȷ. eo.*

o *l. 31. §. 2. ȷ. eo. l. 55. in fi. ſ. de cond. & demonſt.*

p *l. 13. §. 1. ȷ. eo.*

q *l. 35. l. 37. ȷ. eo.* r quinam vero legata accipere nó poſſunt? apoſtatæ, *l. 3. C. de apoſt.* collegia illicita, *l. 8. C de her inſt* damnati in metallum, *l. 3. ȷ. de his quæ pro non ſcriptis.* deportati, *l. 1. C. de hæreticis* liberi eorum qui maieſtatis ſunt damnati, *l. 5. C. ad l. Iul maieſt* mulier nubens intra annum luctus, *l. 1. C. de ſecund.* (quod iure Canonico mutatum eſt: *c. pen. & vl. de ſecund. nupt.*) nati ex inceſtuoſo concubitu. *Nou. 89. c. vl.* ſ *v. l. 9. C. de fideic.* & ita alteri, quam inſtituto, poteſt ſubſtitui, *l. 39. ſ. de her. inſt. l 41. in fi. ſ. de vulgari l. vnic. C. de caducis.*

t *l. 18. ȷ. eo. l. 26. in fi. ſup. de don. int. vir.*

u vxor defuncti. x à marito.

y vt ſic fœtus ſeu venter obiit inſtituto. *Baſ.*

z quia gratuito non accepit, *v. l. 33. infra. eo.*

a *l. 18. § 2. ſ. de don.*

b Donationis mortis cauſa condicio, pacto ſeu lege mutari poteſt. Poſſum ita mortis cauſa donare, vt omnimodo me mortuo ex ea valetudine, res tibi à me donatas mortis cauſa non reddas, *verſ. Nam etſi* quo loco, τὸ, *omnimodo*,

¶ Nam & ſic poteſt donari, *vt omnimodo ex ea valetudine donatore mortuo, res non reddatur & vt reddatur* a, *etiamſi prior ex eadem valetudine donator deceſſerit, ſi iam mutata voluntate reſtitui ſibi voluerit.*

¶ Sed " & " ſic donari poteſt, *vt non aliter reddatur, quàm ſi prior ille qui acceperit deceſſerit.*

¶ Sic quoque poteſt donari mortis cauſa, *vt nullo* b *caſu ſit eius repetitio*, id eſt *c*, nec ſi conualuerit quidem donator *d*.

De impenſis in rem donatam factis.

14. *Iulianus* ‖ libro 18. Digeſtorum. ‖

SI mortis cauſa donatus fundus eſt *e*, & in eum impenſę neceſſariæ, atque vtiles factæ ſint *f*: fundum vindicantes *g*, doli mali exceptione ſummouentur, niſi pretium earum reſtituant *h*.

De militibus. Collatio harum donationum & legatorum.

15. *Idem* " libro 27. Digeſtorum. "

MArcellus notat: Cum teſtamento relinquendi, cui velint, adepti ſint filij familias milites *i* liberam facultatem, credi poteſt ea etiam remiſſa, quæ donationes mortis cauſa fieri prohibent. *Paulus* notat: Hoc & conſtitutum eſt, & *k* ad exemplum *l* legatorum mortis cauſa donationes reuocatæ ſunt.

De reuocandis donationibus.

16. *Iulianus* ‖ lib. 29. Digeſtorum. ‖

MOrtis cauſa donatio, etiam dum pendet *m*, an conualeſcere poſſit donator, reuocari poteſt.

De creditorib. fraudatis. Collatio harum donationum & legatorum.

17. *Idem* ‖ lib. 47. Digeſtorum.

ET ſi *n* debitor conſilium creditorum fraudandorum non habuiſſet, auelli res mortis cauſa ab eo donata debet. nam cùm legata ex teſtamento eius *o*, qui ſoluendo non fuit omnimodo inutilia ſint, poſſunt videri etiam *p* donationes mortis cauſa factæ reſcindi debere: quia legatorum inſtar *q* obtinent.

Si quis mortis aliena cauſa donet. 1. *De delegatione.* 2. *De chirographis datis, vt ſi donator moriatur, donatario dentur.* 3. *De donatione rei obligatæ.*

18. *Idem* " libro 60. Digeſtorum. "

MOrtis cauſa capimus non tunc ſolùm, cùm quis ſuæ mortis cauſa nobis donat: ſed & ſi propter alterius mortem id faciat. veluti ſi quis filio *r*, vel fratre *ſ* ſuo moriente, donet Mæuio ea conditione, vt ſi conualuerit alteruter eorum, reddatur ſibi res: ſi deceſſerit, maneat apud Mæuium.

1 ¶ Si donaturus mihi mortis cauſa, debitorem tuum creditori meo delegaueris *t*, omnimodo capere videbor tantam pecuniam, quanta à creditore meo liberatus fuero. Quòd ſi ab eodem ego ſtipulatus fuero, eatenus *u* capere exiſtimandus ero, quatenus debitor ſoluendo fuerit. nam etſi conualuiſſet creditor, idemque donator, condictione, aut in factum actione, debitoris obligationem duntaxat reciperet.

2 ¶ Titia chirographa debitorum ſuorum Septicij & Mæuij donatura illis, Ageriæ dedit, & rogauit eam, *vt* x *ea ſi deceſſiſſet, illis daret* y: *ſi conualuiſſet, ſibi redderet.* morte ſecuta, Mæuia Titiæ filia hæres extitit. Ageria autem vt rogata erat, chirographa *x* Septicio & Mæuio, ſupraſcriptis dedit. quæritur, ſi Mæuia heres ſummam, quæ debebatur, ex chirographis ſupraſcriptis petat, vel ipſa *a* chirographa, an exceptione excludi poſſit. Reſpondit, Mæuiam vel pacti conuenti, vel doli *b* mali exceptione ſummoueri poſſe.

3 ¶ Qui hominem noxæ nomine, vel aliàs obligatum, mortis cauſa acceperit, tantum *b* cepiſſe intelligendus eſt, quanti *d* is homo venire potuiſſet.

¶ Idem in fundo, qui obligatus eſt, obſeruari poterit: vt pretium excutiatur.

Si filiofam. donatur, ſi donator in [illegible] ſe dederit aut rem alienauerit.

19. *Idem* " libro 80. Digeſtorum. "

SI filio familias res mortis cauſa data fuerit, & conualuiſſet donator, actionem de peculio cum patre habet.

c oniungo his verbis, res non redatur: hoc ſenſu. Poſſum res ita tibi donare mortis cauſa, vt ex ea valetudine me mortuo, omnimodo res non reddatur, *omnimodò*, i. etiam ſi reuocem res donatas. Nam per contrarium donare ita poſſum, vt ſi prior deceſſerim, rem reddas, ſi modò id reſtitui mihi velle ſignificauero. *verſ. & vt reddatur.* Poſſum quoque ita donare, vt non aliter res donata reſtituatur, quam ſi donatarius prior deceſſerit, *verſ. ſed & ſic.* Poſſum & ita donare, vt nec ſi conualuero, res donatas reddas, *verſ. ſi quoque.* At hæc quarta ſpecies primæ videtur ſimilis? non eſt. Intereſt multum an ius donationis per receptam valetudinem reuocandæ, mihi eripias, *vt hic.* An verò ita donem, vt nulla omnino voluntate res donatas reuocem, *vt ibi.*

a *l. 9. in fi. 8. eo.*

b *l 27. ȷ. eo.*

c & ideo, nec ſi. *Hal.*

d donator, reuocabitur. *Hal.* Huiuſmodi nomen donationis inter viuos ſortitur.

e & traditus.

f à donatario ſc.

g donatores ſcil. vel donatoris heredes poſt donationem reuocatam.

h Quid ſi donatarius fructus ex re donata percepit eorum ſiéne cum expenſis? Fiet compenſatio, *l. 48. l. 65. ſup. de rei vindic.*

i Donare mortis cauſa de caſtrenſi ſuo filius familias poteſt, perinde ac ſi pater familias eſſet.

k Donatio mortis cauſa per creditores reuocatur, ſi ea donatione fraudari reipſa, non tantum conſilio fuerint.

l *l. 37. ȷ. eo. §. 1. inſt. eo.* legatorú inſtar obtinet, *l. 17. in fi ȷ. eo. v. Cuiac. 10. obſ. 28. v.* quæ notaui ad *l. vlt. C. hoc tit.* m non exſpectatur ceſſatio valetudinis, *l. 19 ſ. de reb. cred.* n in fraudem vendita reuocant creditores, ſi fraus interuenit iunctim & ementis & vendentis donata inter viuos reuocant, ſi fraus donatoris interuenit, etiamſi nulla donatarij fuerit, donata vero teſtamento reuocant, ſi fraus eo ipſa interuenit, licèt teſtatoris vel legatarij nullam fraudem admiſerint. Quod obtinet in mortis cauſa donatione, quæ ſic ad exemplum legatorum reuocata dicitur.

o Legatum ex teſtamento, eius qui ſoluendo non eſt, omnimodo inutile eſt. *l. 68. ſup ad Treb. l. 12 C de teſt. milit.* p *l. 66. in fi ſup. ad l. Falc.*

q *l. 15. in fi. ſ. eo* r *l. 12. ſ. eo.* ſ *l. 3. C eo.* t *l. 31. §. 2. ſ. eo.*

u i. tantum videor accipere, quantum facere poteſt, *Baſ.* x Mandatum poſt mortem mandatoris collatum eius morte non reuocatur. y *l. 3. §. 3. ȷ. de liberatione.* z Chirographum qui mandat reddi debitori, debitorem ipſum liberaſſe intelligitur. a nam chirographo legato continetur actio, *l. 59. ſup. de leg. 3.*

b *d. §. 2. l. 28. in fi. infra eo* c Donatio rei quæ euinci poteſt, tanti æſtimetur & æſtimanda eſt quanti res conditionem eius ſciẽti, & periculum eius ſuſcipienti vendi poteſt. d *l. 1. §. 16. ſup ad Treb.*

¶ At ſi

¶ At ſi pater familias *a*, cùm mortis cauſa donationem accepiſſet in adoptionem ſe dederit, res ipſa à donatore repetitur.

¶ Nec huic ſimilis eſt is qui rem quam mortis cauſa acceperat, alij porrò dederit: nam donator huic non rem, ſed pretium *b* eius condiceret.

De legati non capaci, ſolidi ſub conditione dandi.

20. *Idem* ‖ lib. 1. ad Vrſeium Ferocem. ‖

EI *c* qui non amplius parte capere *d* poterat, legatus eſt fundus, ſi decem dediſſet hæredi: non totam ſummam "is" dare debet, vt partem fundi haberet, ſed *e* partem duntaxat pro rata, qua legatum conſequitur.

De eo qui pecuniam accepit vt adiret.

21. *Idem* libro 2. ad Vrſeium Ferocem."

EVm qui, vt *f* adiret hereditatem, pecuniam accepiſſet, plerique, in quibus Priſcus quoque, reſponderunt, mortis cauſa eum capere.

Quo tempore capacitas donatarij ſpectatur.

22. *Africanus* ‖ lib. 1. *g* Quæſtionum. ‖

IN mortis donationibus *h* non *i* tempus donationis *k*, ſed mortis intuendum eſt, an quis capere poſſit.

Si filiofam. vel ſeruo donetur.

23. *Idem* ‖ libro 2. *l* Quæſtionum. ‖

SI filio familias mortis cauſa donatum ſit ‖, & viuo donatore moriatur filius, pater viuat: quæſitum eſt quid iuris ſit *m*? Reſpondit, morte *n* filij condictionem competere, ſi modo ipſe potius filio quàm patri donaturus dederit. alioquin, ſi quaſi miniſterio eius pater vſus ſit, ipſius patris mortem ſpectandam eſſe.

¶ Idque iuris fore, & ſi de perſona ſerui *o* quæratur.

De acceptilatione.

24. *Idem* ‖ lib. 9. Quæſtionum. ‖

QVod debitori acceptum factum eſſet, mortis cauſa, ſi conualuerit donator etiam *p* tempore liberato *q* el poteſt condici. namque *r* acceptilatione interueniente abitum, ab iure priſtinę obligationis, eamque in ius condictionis transfuſam.

De teſtato, vel inteſtato. 1. De filiofam.

25. *Marcianus* " libro 9. Inſtitutionum."

TAm *ſ* is, qui teſtamentum facit *t*, quàm qui non facit, mortis cauſa donare poteſt *u*.

1 ¶ Filiusfamiliàs, qui non *x* poteſt facere teſtamentum, nec *y* voluntate patris, tamen *mortis cauſa donare patre permittente poteſt.*

De donatione reciproca & commorientibus.

26. *Idem* ‖ libro 2. Regularum. ‖

SI, qui inuicem *z* ſibi mortis cauſa donauerunt, pariter *a* deceſſerunt: neutrius heres repetet: quia neuter alteri ſuperuixit.

¶ Idem iuris eſt, ſi pariter maritus & vxor ſibi donauerunt.

Si donetur mortis cauſa, vt nullo caſu reuocetur.

27. *Idem* " libro 5. Regularum. ‖

VBi ita donatur mortis cauſa, vt nullo *b* caſu reuocetur, cauſa donandi magis *c* eſt, quàm mortis cauſa donatio. & ideo perinde *d* haberi debet, atque alia quæuis inter viuos donatio. ideoque inter viros & vxores non valet. & ideo nec *e* Falcidia locum habet, quaſi in *mortis cauſa donatione.*

De eo qui ſcripſit tabulas vel chirographum inania eſſe, nec quidquam deberi.

28. *Marcellus* " libro ſingulari Reſponſorum."

AVunculo ſuo debitori mortis cauſa donaturus, quæ debebat, ita ſcripſit, *tabulæ f vel chirographum g tot, vbicunque ſunt, inanes* h eſſe, neque eum ſoluere debere. quæro, an hæredes, ſi pecuniam ab auunculo defuncti petant, exceptione *a* doli mali tueri ſe poſſint? † Marcellus reſpondit, poſſe: nimirum *b* enim contra voluntatem defuncti hæres petit ab eo.

De reuocatione donationis. De vindicatione & condictione.

29. *Vlpianus* ‖ libro 17. ad Edictum. ‖

SI mortis cauſa res donata eſt, & conualuit qui donauit: videndum, an habeat in rem actionem. Et ſi quidem quis ſic donauit, *vt ſi mors contigiſſet, tunc haberet, cui donatum eſt*, ſine dubio donator poterit rem vindicare *c*: mortuo eo, tunc is cui donatum eſt.

¶ Si verò ſic, *vt iam nunc haberet redderet ſi conualuiſſet, vel de prælio, vel peregrè rediſſet*: poteſt defendi, in rem competere donatori. ſi quid horum contigiſſet: interim autem ei cui donatum eſt.

¶ Sed & ſi morte præuentus ſit is, cui donatum eſt, adhuc quis dabit in rem donatori *d*.

30. *Idem* ‖ libro 21. ad Edictum. ‖

QVi mortis cauſa donauit, ipſe ex pœnitentia condictionem *e* vel vtilem actionem habet.

Quid ſit mortis cauſa capere. 1. De acceptilatione. 2. Quæ mortis cauſa capi dicuntur. 3. Si quis iuſſerit debitorem ſuum alij expromittere. 4. De acceptilatione.

31. *Caius* " lib. 8. ad Edictum Prouinciale."

MOrtis cauſa capitur, cùm propter mortem alicuius capiendi occaſio obuenit, exceptis *f* his capiendi figuris *g* quæ proprio nomine appellantur. certè enim & qui hereditario, aut legati, aut fideicommiſſi iure capit, ex morte alterius nanciſcitur capiendi occaſionem. ſed quia *h* proprio nomine hæ ſpecies capiendi appellantur, ideo ab hac definitione ſeparantur *i*.

1 ¶ Iuliano placet, licèt ſoluendo *k* non ſit debitor, cui acceptum latum ſit, videri ei mortis cauſa donatū.

2 ¶ Sine donatione autem capitur, "veluti" pecunia quam ſtatuliber *l*, aut legatarius alicui conditionis implendæ gratia numerat, ſiue extraneus ſit qui accepit, ſiue hæres.

¶ Eodem numero eſt pecunia, quam quis in hoc accipit, vt vel adeat *m* hæreditatem, vel non adeat, quique in hoc accipit pecuniam, vt legatum omittat.

¶ Sed & dos quam quis in mortem mulieris à marito ſtipulatur, capitur ſanè mortis cauſa, cuius generis dotes receptitiæ *n* vocantur.

¶ Rurſus id quod mortis cauſa donatur, aut in periculum *o* mortis datur, aut cogitationem mortalitatis, quod nos quandoque morituros intellegimus *p*.

3 ¶ Si iuſſeris mortis cauſa, debitorem tuum mihi aut creditori meo expromittere *q* decem, quid iuris eſſet, quæritur, ſi iſte debitor ſoluendo non ſit? Et ait Iulianus: Si ego ſtipulatus fuerim *r*, tantam pecuniam videri me cepiſſe, in quantum debitor *ſ* ſoluendo fuiſſet. nam etſi conualuiſſet (inquit) donator, obligationem duntaxat debitoris recipere deberet. Si verò creditor meus ſtipulatus fuerit, tantam videri me pecuniam accepiſſe, in quantum à creditore meo liberatus eſſem.

4 ¶ Per accepti quoque lationem egens *t* debitor liberatus, totam eam pecuniam, qua liberatus eſt, cepiſſe videtur.

De morte.

32. *Vlpianus* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

NOn videtur perfecta donatio mortis cauſa facta, antequam *u* mors inſequatur.

De vſucapione.

33. *Paulus* " lib. 4. ad Plautium."

QVi alienam *x* rem mortis cauſa traditam vſucepit, non ab eo videretur † cepiſſe, cuius res fuiſſet: ſed ab eo qui occaſionem vſucapionis præſtitiſſet.

De ſtipulatione in annos ſingulos.

34. *Marcellus* ‖ libro 28. Digeſtorum. ‖

MOrtis cauſa donatio, etiam ‖ ſic ‖ conſtitui poteſt, vt quid ſtipuletur *y* in annos ſingulos, quoad viueret. ſcilicet vt poſt *z* mortem promiſſoris incipiat exactio.

Quibus donari poteſt. 1. Etymologia donationis. 2. Quid interſit inter ſimplicem & mortis cauſa donationem. 3. De repetitione. 4. De cauſis & ſpeciebus mortis cauſa donationum. 5. De ſocietate. 6. De acceptilatione. 7. De ſtipulatione in annos ſingulos.

35. *Paulus* " libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam."

SEnatus cenſuit placere, mortis cauſa donationes factas in eos, quos *a* lex prohibet capere, in eadem cauſa haberi, "in" qua eſſent, quæ *b* teſtamento his legata eſſent, quibus capere per legem non liceret.

¶ Ex

---

a ſui iuris.
b *l. 49. ſ. eo.*
c puta filio naturali: vel ei cui Falcidia detrahitur.
d Referenda eſt hæc lex ad ſecundam partem inſcriptionis huius tituli, hoc eſt, ad mortis capiones.
e *l. 44. in fin. ſup. de cond. & dem.*
f *l. 31. §. 2. ſ. eo.*
g *v. Cuiac. 1. ad Afric. fol. 8.*
h quoties ſc. quæritur capax ſit donatarius néene.
i Capacitas vel incapacitas donatarij mortis cauſa, inſpicitur tempore mortis, non tempore donationis, *Caſtr.*
k i. actus interpoſiti: contra quàm in legatis, in quibus teſtamenti faciendi tempus ſpectatur ex regula Catonis.
l *v. Cuiac. 2. ad Afric. fol. 21.*
m i. cuius mors inſpicitur, adde *l. vlt. ſ. eo.*
n Donatio mortis cauſa facta filio familias, ipſo ante donatorem præmortuo expirat: ſecus ſi facta ſit patri, per mediam tamen perſonam ipſius filij.
o *vt in d. l. vlt.*
p i. etiam ſi tempore liberatus ſit.
q Qui liberatus eſt acceptilatione mortis cauſa non poteſt vei præſcriptione aduerſus donatorem, qua vteretur ſi liberatus non eſſet.
r i. ſubtilitate iuris videtur in hac ſpecie debitor liberatus per acceptilationem, ex æquo tamen & bono acceptum ferenti creditori non nocet: quia videtur per eam acceptilationem obligatio debitoris transfuſa in condictionem cauſa dati, cauſa non ſecuta.
ſ Donare mortis cauſa vel facto teſtamento vel ab inteſtato poſſum? *Caſtrenſ.* eadem ratione codicilli fiunt vtrouis modo, *l. conficiuntur. 2. l. ab inteſtato. 16. ſup. de iure codicill.* t *l. 9. ſ. eo. l. 32. §. 8. in fi ſup. de donat. int. vi.* u Imo non poteſt, nam pupillus nec teſtamentum facere poteſt, nec mortis cauſa donare, *l. 1. §. 1. ſup. de tutela & rationibus.*
x *l. 6. ſupra qui teſtam.* y *v. l. vlt. C. qui teſt.* z Quæro, an donatio viciſſitudinaria ſeu reciproca ſit propriè donatio: ad hoc enim vtilis eſt illa quæſtio, vt ſciamus indigeat inſinuatione, necne? Clarus ex communi opinione negat propriè donationem eſſe, *4. ſent. 2. in fi.* Cur ita? quia propter viciſſitudinem habet onus adnexum, quia tantum quis dat, quantum habere ſperat: & ideo non poteſt propriè dici donatio. a *l. 33. §. 14. ſup. de don. int. vir.* b *l. 3 in fi. ſ. eo. l. 35. §. 4. verſ. nam & ſi. ſ. eo.* c Donatio mortis cauſa quoties clauſulam *de non reuocando* continet, non obſtante tali clauſula, permittitur reuocatio: quia talis donatio tranſit in aliā donationē, & ſortitur potius nomen donationis inter viuos *Mynſing. 7. Reſp. 69. n. 11.* Clarus *4 ſent. §. Donatio qu. 4. in fi.* Hæc enim qualitas, vt donatio qua de agitur, nullo iure poſſit reuocari, penitus à natura donationis mortis cauſa differt: adde Graſſum *§. donatio mortis cauſa qu. 1. n. 4. 5. 6.* d Pactum adiectum contra naturam contractus, ipſum contractum non vitiat, ſed eum mutat in aliud contractus genus, v. tamen *l. 12. ſ. de precario.* e *l. 42. in fi ſ. eo.* f Inſtrumenta, nudis etiam verbis cancellari poſſe hinc colligunt: veluti ſi creditor tabulas debitoris ſui iubeat vel mandet inanes eſſe: & vt pragmatici loquuntur, *caſſas* & irritas.
g ita chirographa vbicunque ſunt, inania eſſe. h Donatio in ipſis liberationibus ſiue quoties de ipſo debitore liberando agitur, ſtatim perficitur: neque in ea donatione vlla exigitur traditio. Fit & in hunc modum liberando donatio quæ nihil aliud eſt, quàm pactum de non petendo.

a *l. 18. §. 1. ſ. eo.*
† poſſit.
b Dolo facit hæres qui ab alio quid petit contra defuncti voluntatem.
c directo, ſi dominium non ſit translatum: vtiliter, ſi translatum *Accurſius*: adde *l. 38. §. 2. ſ. de vſur.*
d habet etiam condictionem, *v. l. 30. ſ. eo.*
e *l. 30. §. 2. ſ. eo. l. 9. ſ. de reb. cred. l. 76. ſup. de iure dotium: l. 12. ſup. de cond. cauſa data.*
f Definitio per contrarij remotionem.
g Figuras vocat, modos, cauſas, genera, *vt l. 1. infra de oblig.*
h Mortis capio, ſpecies eſt negotij innominata.
i Aliud eſt legatum, fideicommiſſum, mortis cauſa capio, & mortis cauſa donatio.
k *l. 22. §. 3. ſupra ad l. Falcidiam.*
l *l. 8. verſ. in quod, ſupra eo.*
m *l. 21. ſup. eo.*
n Dos receptitia dicitur, quam qui dedit vt redderetur ſtipulatus eſt. *Vlp. 6. §.* ſeruus receptitius de quo meminit Gellius 17. & Nonius Marcellus, in Receptitium, neque dotalis eſt, neque paraphernalis, quia ad virum non defertur, *v. Cuiac. ibid.*
o aut in periculum mortis, *Hal. l.* 7 *ſup. eo.*
p *al.* intelligamus.
q *l. 18. §. 1. ſupra eo.*
r à tuo debitore.
ſ tuus.
t per acceptilationem quoque egens debitor. *Hal. l.* *§. pen ſup. ad l. Falc.*
u *l. 34. in fi ſ. eod. l. 4. §. 1. ſ. de* ... *mali.*
x *l. 18. §. 2. ſup. eod. l. 44. ſup. de donat. int. vir.*
† videtur.
y Mortis cauſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, vt ait Antiſtius Labeo, quando ita fit, vt morte promiſſoris confirmetur: aut, vt quidam dixerunt, cuius ſtipulationis mors cauſa non fuit cauſa. *Feſtus.*
z *l. 32. ſupra eod.*

a quæ illæ perſonæ, dixi ad Vlpianum, *Titul. 13.*
b vide *l. 8. ſupra eodem.*

SGCB2021

¶ Ex hoc ſenatuſconſulto *a* multæ variæque quæſtiones agitantur, de quibus pauca referamus.

1 ¶ Donatio dicta eſt à dono, quaſi dono datum, rapta † à Græco. nam hi dicunt δῶρον ϗ δωρεῖσθαι, *id eſt, donum & donare.*

2 ¶ Sed mortis cauſa donatio longè differt ab illa vera *b* & abſoluta donatione, quæ ita proficiſcitur, vt nullo caſu reuocetur *c*. & *d* ibi qui donat, illum potius, quam ſe habere mauult. at is qui mortis cauſa donat, ſe cogitat: atque amore vitæ recepiſſe potius quàm dediſſe mauult. & hoc eſt, quare vulgò dicatur: Se potius *e* habere vult, quàm eum cui donat: illum deinde potius, quàm heredem ſuum.

3 ¶ Ergo qui mortis cauſa donat, qua parte ſe cogitat, negotium gerit, ſc. vt cùm conualuerit *f*, reddatur ſibi. Nec dubitauerunt Caſſiani, quin condictione repeti poſſit, quaſi re non ſecuta propter hanc rationem, quòd ea quæ dantur, aut ita dantur, vt *g* aliquid facias, aut vt ego aliquid faciam, aut vt Lucius Titius, aut vt aliquid obtingat. & in iſtis condictio ſequitur.

4 ¶ Mortis cauſa donatio fit multis *h* modis. ¶ Aliàs extra ſuſpicionem vllius periculi, à ſano & in bona valetudine poſito, ‖ & ‖ cui ex humana ſorte mortis cogitatio eſt.

¶ Aliàs ex metu mortis, aut ex præſenti *i* periculo, ‖ aut ex ‖ futuro: ſi *k* quidem terra, marique, tam in pace, quàm in bello, tam domi, quàm militiæ, multis *l* generibus mortis periculum metui poteſt.

¶ Nam & ſic poteſt donari, vt omnimodo ex ea valetudine donatore mortuo, res non reddatur: & vt reddatur, etiam ſi prior ex eadem valetudine deceſſerit, ſi tamen mutata voluntate reſtitui ſibi voluerit.

¶ Et ſic donari poteſt, vt non aliter reddatur, quàm ſi prior ille, qui accepit, deceſſerit.

¶ Sic quoque poteſt donari mortis cauſa, vt nullo *m* caſu ſit repetitio, ‖ id eſt, ‖ ne ſi conualuerit quidem donator.

5 ¶ Si quis ſocietatem *n* per donationem mortis cauſa inierit, dicendum eſt, nullam ſocietatem eſſe.

6 ¶ Si duobus debitoribus mortis cauſa donaturus creditor, vni acceptum *o* tulit, & conualuerit eligere poteſt, vtri eorum condicat.

7 ¶ Sed qui, mortis cauſa in annos ſingulos pecuniam ſtipulatus eſt, non eſt ſimilis ei, cui in annos ſingulos legatum eſt. nam, licet multa *p* eſſent legata, ſtipulatio tamen vna eſt, & conditio eius cui extra promiſſum eſt, ſemel *q* intuenda eſt.

De eo quod datur conditionis implendæ cauſa.

36. *Vlpianus* " libro 8. ad legem Iuliam & Papiam."

QVod conditionis *r* implendæ cauſa datur, licet non ex bonis mortui proficiſcitur, capere tamen ſupra modum non poterit is, cui certum modum ad capiendum lex *ſ* conceſſit. Certè *t* quod à ſtatu libero *u* conditionis implendæ cauſa datur, indubitatè modo legati *x* conceſſo imputatur. ſic tamen ſi mortis tempore in peculio id habuit. cæterùm ſi poſt mortem vel etiam ſi alius pro eo dedit, quia non fuit ex his bonis, quæ mortis tempore teſtator habuit, in eadem erunt cauſa, in qua ſunt quæ à legatariis dantur.

Collatio legati & mortis cauſa donationis. 1. De venditione rei donatæ.

37. *Idem* " lib. 15. ad legem Iuliam & Papiam."

ILlud generaliter meminiſſe oportebit: donationes mortis cauſa factas, legatis comparatas *y*. quodcunque igitur in legatis iuris eſt, id in mortis cauſa donationibus erit accipiendum *z*.

1 ¶ Iulianus ait, Si quis ſeruum mortis cauſa ſibi donatum vendiderit, & hoc viuo donatore fecerit, pretij condictionem donator habebit ſi conualuiſſet, & hoc donator elegerit. alioquin & ipſum ſeruum reſtituere compellitur.

Quid interſit inter mortis cauſa donationem & capionem.

38. *Marcellus* " libro 1. ad legem Iuliam & Papiam."

INter mortis cauſa donationem, & omnia quæ mortis cauſa quis ceperit, eſt earum rerum differentia. Nam mortis cauſa donatur, quod præſens præſenti dat. à mortis cauſa capi intelligitur, & quod *a* non cadit in ſpeciem donationis. Etenim cùm teſtamento quis ſuo Pamphilum ſeruum ſuum liberum eſſe iuſſit, ſi mihi decem dederit; nihil mihi donaſſe videbitur. & tamen, ſi accepto à ſeruo decem, mortis cauſa accepiſſe me conuenit.

¶ Idem accidit, quòd quis ſit heres inſtitutus ſi mihi decem dederit. nam accipiendo ab eo qui heres inſtitutus eſt, conditionis explendæ eius cauſa, mortis cauſa capio.

De manumiſſione ſerui donati.

39. *Paulus* " lib. 17. ad Plautium."

SI is cui mortis cauſa ſeruus donatus eſt, eum manumiſit, tenetur condictione *a* in pretium ſerui, quoniam ſcit, poſſe ſibi condici, ſi conualuerit donator.

De viro & vxore.

40. *Papinianus* ‖ libro 29. Quæſtionum. ‖

SI mortis cauſa inter virum *b*, & vxorem donatio facta ſit, morte ſecuta reducitur *c* ad id tempus donatio, quo interpoſita fuiſſet.

De eo quod ſtatuliber de peculio dat.

41. *Idem* " libro 2. Reſponſorum."

QVod ſtatuliber *d* vni ex heredibus de peculio dedit, ei, qui accepit, in Falcidiæ rationem venit, & in hereditatis *e* petitionem, item ex Trebelliano reſtituitur.

¶ Ex peculio autem videtur dari, quod ſtatuliber donatum accepit, & dedit: & quod ab alio, nomine ipſius eo præſente datur, propè eſt vt ab ipſo datum intelligatur.

De donatione proprietatis ita, vt poſt mortem donatarij ad donantem reuertatur, & poſt mortem donantis, ad liberos donatarij bona pertineant. 1. Qualis præſumitur eſſe donatio à moriente facta.

42. *Idem* " lib. 13. Reſponſorum."

SEia, cùm bonis ſuis traditionibus factis, Titio cognato donationis cauſa ceſſiſſet, vſumfructum *f* ſibi recepit: & conuenit, *vt ſi Titius ante ipſam" vita" deceſſiſſet, proprietas g ad eam rediret, ſi poſtea ſuperſtitibus liberis Titij mortua fuiſſet, tunc ad eos bona pertinerent.* Igitur ſi res ſingulas heredes Lucij Titij vindicent, doli non inutiliter opponetur exceptio. Bonæ *h* fidei autem iudicio conſtituto, quærebatur, an mulier promittere debeat, ſe bona, cùm moreretur, filiis Titij reſtituturam? incurrebat hæſitatio non extorquendæ donationis, quæ nondum in perſonam filiorum initium acceperat *i*. Sed nunquid interpoſita cautione prior donatio, quæ dominio tranſlato pridem perfecta eſt, propter legem in exordio datam retinetur, non ſecunda promittitur? verum *k* ergo certæ conditionis donatio fuit, an quæ mortis conſilium ‖ ac titulum ‖ haberet? Sed denegari non poteſt, mortis cauſa factam videri. ſequitur, vt ſoluta priore donatione, quoniam Seia Titio ſuperſtes fuit, ſequens extorqueri videatur, muliere denique ‖ poſtea ‖ diem functa, liberi Titij, ſi cautionem ex conſenſu mulieris acceperint, contributioni propter Falcidiam ex perſona ſua tenebuntur.

1 ¶. Cùm pater in extremis vitæ conſtitutus, emancipato *l* filio quædam ſine vlla *m* conditione redhibendi donaſſet, ac fratres & cohæredes eius bonis contribui donationes, Falcidiæ cauſa, vellent; ius antiquum ſeruandum eſſe reſpondi. non enim ad alia conſtitutionem pertinere, quàm quæ lege certa donarentur, & morte inſecuta quodammodo bonis auferrentur, ſpe retinendi perempta: eum autem qui abſolutè *n* donaret, non tam mortis cauſa, quàm morientem donare.

De viro & vxore.

43. *Neratius* ‖ lib. 1. Reſponſorum. ‖

F*Vlcinius* *o*: inter *p* virum & vxorem mortis cauſa donationem ita fieri, ſi donator iuſtiſſimum mortis metum habeat. *Neratius* *q*: Sufficere exiſtimationem donantis, hanc eſſe, vt moriturum ſe putet *r*, quam iuſtè néc ne ſuſceperit *ſ*, non quærendum. quod magis tuendum eſt.

Si ſeruo donatum ſit.

44. *Paulus* " lib. 1. Manualium."

SI ſeruo *t* mortis cauſa donatum ſit, videamus cuius mors inſpici debeat, vt ſit locus condictioni, domini an ipſius ſerui. ſed magis eius inſpicienda eſt, cui donatum eſſet. ſed tamen poſt mortem ante apertas tabulas teſtamenti manumiſſum hæc donatio non ſequitur.

---

a facto ad legem Iuliam & Papiam.
† tracta à Græcis.
b hinc colligere poſſumus. Donationem inter viuos veram eſſe donationem, mortis cauſa minus propriam: veram eſſe donationem, quæ reuocari non poteſt: impropriam, quæ poteſt reuocari.
c niſi ex ingratitudine, *v. C. de reuocandis donationib.*
d *al.* Nam ibi.
e *l. 1. ſ. eo.*
f *l. 30. ſ. eod.*
g *l. 5. ſ. de præſc.*
h *v. l. 2. ſuprà eodem.*
i *l. 3. ſup. eod.*
k *l. 3. §. 2. j. de incendio.*
l *v. l. 3. l. 4. l. 5. j. eodem.*
m *v. l. 27. ſuprà eodem.*
n *l. 5. in fin. ſ. pro ſocio, l. 32. §. 24. ſuprà d. don. inter vir.*
o adde *l. 24. ſuprà eodem.*
p Legata annua, plura ſunt legata, *vt hic. l. 4. l. 11. ſ. de annuis.* ſtipulatio mortis cauſa annua, eſt vna, *vt hic.*
q tempore mortis, ſcil. *l. 22. ſ. eod.*
r Quæro: an donatio conditionalis ſit propriè donatio? hæc poſt communem opinionem ait Clarus 4. *ſent.* 2. licèt enim diſpoſitio conditionem annexam habeat, illa tamen conditio non eſt qualitas quæ ſubſtantiam & proprietatem actus immutet.
ſ Non Falcidia, ſed Iulia & Papia vt inſcriptio legis oſtendit, *Cuiac. 7. obſer. 24.*
t v. Cuiacium *in hanc l. 7. obſ. 24.*
u *l. 41. j. eod. l. 43. l. 75. ſ. ad l. Falcid. l. 13. §. 6. ſ. de hered. pet.*
x legatis conceſſo, *Cuiac. inſt. de lege Falcid.* modò legi conceſſo, *Cuiac. ex Baſ. 7. obſ. 24.*
y *l. 15. in fin. l. 27. ſ. eod. v. Cuiac. 10. obſ 28.*
z Imò non eſt accipiendum: nam legatum abſenti relinqui poteſt, *l. 38. §. de mort. cauſ. don.* filiusfamiliàs teſtari nequit, & tamen donare poteſt, *l. 25. in fin. ſ. eodem.* Accuſans teſtamentum de falſo, perdit legatum: non tamen donationem cauſa mortis, *l. 5. § 17. ſup. de mort. cauſa.* mortis cauſa donatio ipſo iure interdum reuocatur, legatum non ita: mortis cauſa donatio capitur interdum ab alio quam ab herede, legatum verò donatio eſt ab herede præſtanda. Donatarius ad reddendam rationem poſſeſſionis tenetur, non legatarius, *v. Accurſ. ad l. 15. ſup. eod.*
a *l. 8. l. 12. l. 36. ſuprà eod. l. 41. j. eod.*

a *l. 29. in fin. ſup. eodem*
b *l. 1. l. 20. l. 29. ſ. de don. inter vir. Paul. 2. ſent. 23. §. vlt.*
c proprietate, *vt l. 11. ſ. de don. inter vir.* & poſſeſſione *l. 36. ſ. de don. inter vir.*
d *l. 36. ſup. eod.*
e *l. 13. §. 6. in fin. ſ. de hered. pet.*
f poteſt enim ita donatio concipi, *l. 28. C. de don.*
g *l. 2. C. de don. quæ ſub modo.*
h hinc Dorotheus notat, Doli exceptionem oppoſitam bonæ fidei iudicium ſemper facere: eo tamen nomine ab alio interprete reprehenditur, *lib. 47. Baſ.* defenditur vero à Cuiacio 3. *obſ. 17.*
i & quod nemo debeat eſſe ſollicitus de bonis viuentis, *l. 2. §. 2. ſ. de vulgari.*
k Donatio mortis cauſa dicitur ſeu cenſetur in dubio, quando facta eſt mortis mentio, *vt hic.* receditur tamen ab hac coniectura certis argumentis: vt ſi fiat mortis mentio temporis fini, hoc eſt, vt certum aliquod tempus demonſtretur à quo donatio incipiat. Idem dicendum ſi donetur Titio, eiúſque heredibus: vel ſi propter merita, vel ſi vſufructu deducto donetur. Item ſi donator promiſit donationem ratam habere: vel conſtituit purè, ſe donatoris nomine eam rem tenere ac poſſidere: vel ſi ita donauit, vt donatarius haberet & teneret: vel ſi coniuncto alicui donauit. de quo vide plenius Rolandum à Valle 2. *conſ. 61.*
l & ita extraneo. Hinc colligit Cuiacius, Extraneum heredem non detrahere Falcidiam ex donationibus inter viuos: ſuos heredes detrahere, *Nou. 92. c. 1.*
m id eſt, inter viuos. *l. 27. ſ. eod.*
n Licet quis in extremis & articulo mortis conſtitutus donet, ſi tamen non dixerit ſe mortis cauſa donare, vel mentionem mortis non fecit, in dubio præſumitur donatio eſſe inter viuos.
o dicit ſcilicet.
p *l. 9. in fin. ſ. de don. inter vir.*
q contra ſentit & opinatur.
r tunc cum donat.
ſ ſuſpicetur, Græci.
t vide *l. 23. ſuprà eodem.*

LIBER QVADRAGESIMVS.

DE MANVMISSIONIBVS a.

De eo qui attigit vltimum diem viceſimi anni.

1. *Vlpianus* ‖ libro 6. ad Sabinum. ‖

PLacuit eum b, qui calendis Ianuariis natus, poſt c ſextam noctis pridie Kalendas quaſi annum viceſimum compleuerit, poſſe manumittere †. non enim maiori viginti annis permitti manumittere: ſed minorem manumittere vetari. iam autem minor d non eſt e, qui diem ſupremum agit anni viceſimi.

De ſeruo legato.

2. *Idem* ‖ libro 17. ad Sabinum. ‖

SI heres deliberante legatario, ſeruum legatum manumiſerit, mox legatarius f repudiauerit, manumiſſum liberum fore placet.

De ſeruo pignorato.

3. *Paulus* ‖ lib. 39. ad Edictum. ‖

SEruus pignori datus, etiam ſi g debitor locuples ſit, manumitti non poteſt.

De ſeruo ſuis nummis empto.

4. *Vlpianus* " lib. 6. Diſputationum. "

IS qui ſuis h nummis emitur, epiſtola i Diuorum fratrum ad Vrbium Maximum In eam conditionem redigitur, vt libertatem adipiſcatur.

1 ¶ Et primò quidem nummis k ſuis non propriè videtur emptus dici, cùm ſuos nummos ſeruus habere l non poſſit. Verùm conniuentibus m oculis credendum eſt, ſuis nummis eum redemptum, cùm non nummis eius qui eum redemit, comparatur proinde ſiue ex peculio, quod ad venditorem pertinet, ſiue ex aduentitio lucro, ſiue etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante n eo, vel repromittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitum redemptus ſit, credendum eſt, ſuis nummis eum redemptum. ſatis eſt enim, quod is qui emptioni ſuum nomen accommodauerit, nihil de ſuo impendit.

2 ¶ Si ab ignoto emptus ſit, poſtea autem pretium o ſuum obtulerit, dicendum erit, non eſſe audiendum ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria p fieret q emptio, & r per fidem contractus inter emptorem & ſeruum agatur.

3 ¶ Siue igitur non hoc ab initio eſſet actum, vt ſuis nummis redimeretur, ſiue hoc acto, nummos ſeruus non dedit, ceſſabit libertas.

4 ¶ Vnde quæri poterit, ſi cùm hoc ab initio eſſet actum, emptor feſtinauit, & pretium numerauit ſ, an poſtea ei ſatisfacto, ſeruus conſtitutione vti poſſit? Et puto, poſſe.

5 ¶ Proinde & ſi ei nummos prorogauit t emptor, cùm ei pariauerit u, poterit ad libertatem peruenire.

6 ¶ Siue autem exprimatur in contractu (veluti in emptione) hoc, vt manumittatur, ſiue non exprimatur, verius eſt libertatem competere.

7 ¶ Ergo & ſi fortè quis ſic comparauerit ſuis nummis, ne eum manumittat; benigna eſt opinio dicentium, hunc ad libertatem peruenire, cùm & nomen emptionis imaginarius iſte emptor accommodet, & præterea nihil ei abſit.

8 ¶ Nihil autem intereſt, à quo quis ſuis nummis ematur, à fiſco, vel à ciuitate, vel à priuato cuiuſque ſit ſexus is qui emit.

¶ Sed & ſi minor ſit viginti annis qui vendiderit a, interueniet conſtitutio.

¶ Nec comparantis quidem ætas ſpectatur. nam & ſi pupillus emat, æquum eſt, eum b fidem implere, cùm ſine damno eius hoc ſit futurum.

¶ Idem & ſi ſeruus eſt.

9 ¶ In illis ſanè ſeruis non interuenit conſtitutio, qui in totum perduci ad libertatem non poſſunt, vt puta ‖ ſi ‖ exportandus c vel hac lege venierit, vel teſtamento d hanc conditionem acceperat, ne vnquam manumitteretur.

10 ¶ Suis autem nummis redemptus, etſi totum pretium non numerauerit, ex operis tamen ipſius acceſſerit aliquid, vt repleri pretium poſſit; vel ſi quid ſuo merito adquiſierit, dicendum eſt e libertatem competere.

11 ¶ Quod ſi partem ſuis nummis redimeret, cùm partem ſerui haberet, ad conſtitutionem non pertinebit, non magis quàm qui cùm proprietatem haberet, vſumfructum redemit.

12 ¶ Sed quid, cùm fructuarius eſſet, & proprietatem redemit? in ea conditione eſt, vt ad conſtitutionem pertineret.

13 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi duo ſeruum‖ redemerint, alter propriis nummis, alter ‖ nummis ‖ ſerui, dicendum erit, conſtitutionem ceſſare. niſi fortè is qui propriis nummis redemit, manumittere fuerit paratus.

14 ¶ Sed & ſi partem quis redemit, pars altera ex cauſa lucratiua acceſſerit, dicendum erit, conſtitutionem locum habere.

De eo qui rationibus redditis liber eſſe iuſſus eſt.

5. *Marcianus* f " lib. 2. Inſtitutionum. "

SI quis dicat, ſe ſuis g nummis emptum, poteſt conſiſtere cum domino ſuo, cuius in fidem confugit, & queri, quòd ab eo non manumittatur: Romæ quidem apud præfectum vrbi, in prouinciis verò apud præſides, ex ſacris conſtitutionibus Diuorum fratrum: ſub ea tamen denuntiatione, vt is ſeruus qui hoc intenderit, nec impleuerit h, in opus metalli detur. niſi fortè dominus reddi eum ſibi maluerit. vtique non maiorẽ ex ea cauſa pœnam conſtituturus.

1 ¶ Sed & ſi *rationibus redditis* liber eſſe iuſſus fuerit, arbiter i in ſeruum & dominum, id eſt heredem, datur de rationibus excutiendis.

Si dominus ſeruo à quo pecuniam pro libertate acceperat libertatem & peculium legauerit.

6. *Alfenus Varus* ‖ libro 4. Digeſtorum. ‖

SEruus peculium k ob libertatem pactus erat, & eam domino dederat, dominus, priùs quàm ‖ eum ‖ manumitteret, mortuus erat, teſtamentóque liberum eſſe iuſſerat, & ei peculium ſuum legauerat. conſulebat, quam pecuniam domino dediſſet ob libertatem, an eam ſibi heredes patroni reddere deberent, néc ne? Reſpondit, ſi eam pecuniam dominus, poſteaquam accepiſſet, in ſuæ pecuniæ rationem habuiſſet, ſtatim deſiſſe eius peculij eſſe: ſed ſi interea, dum eum manumitteret acceptam ſeruo retuliſſet, videri peculij fuiſſe, & debere heredes eam pecuniam manumiſſo reddere.

De ſeruo peculiari manumiſſo à filiofam. & peculio prælegato.

7. *Idem* " lib. 7. Digeſtorum. "

DVo filiifamilias peculiares ſeruos ſeparatim l vterque habebant. ex his alter ſeruulum ſuum peculiarem viuo m patre manumiſit. pater vtrique teſtamento peculium prælegauerat. quærebatur, ſeruus iſte vtrùm amborum, an eius à quo manumiſſus erat, libertus eſſet? Reſpondit n, ſi priùs teſtamentum pater feciſſet, quàm filius eum liberum eſſe iuſſiſſet, vnius eſſe libertum: ideo quòd eum quoque in peculio legaſſe videretur. ſed ſi poſtea teſtamentum pater feciſſet, non videri eam mentem eius fuiſſe, vt eum qui manumiſſus eſſet, legaret, eúmque ſeruum, quoniam prælegatus non eſſet, mortuo patre amborum ſeruum fuiſſe.

De ſeruo pœna. 1. De reo criminis capitalis. 2. De lege Cornelia damnato, vel damnando. 3. De manumiſſo vt crimine ſubtrahatur.

8. *Marcianus* " libro 3. Inſtitutionum. "

QVi pœnæ ſerui efficiuntur, indubitatè o manumittere p non poſſunt. quia & ipſi ſerui ſunt. 1 ¶ Sed nec q rei capitalium criminum manumittere ſeruos ſuos poſſunt, vt & ſenatus cenſuit.

2 ¶ Diuus quoque Pius Calpurnio reſcripſit, libertates ab eo, qui iam lege Cornelia damnatus eſſet, vel cùm futurum proſpiceret, vt damnaretur, ſeruis datas non competere.

3 ¶ Sed ne quidem illos ad iuſtam libertatem peruenire Diuus Hadrianus reſcripſit, qui ideo manumiſſi ſunt r, vt crimini ſubtraherentur.

De prohibito manumitti.

9. *Paulus* " libro ſingulari Regularum. "

SEruus hac lege venditus ſ, *ne manumittatur*, vel teſtamento prohibitus manumitti, vel à præfecto t, vel à præſide prohibitus ob aliquod delictum manumitti, ad libertatem perduci non poteſt.

De empto-

a Paul. 4. ſent. 12. 48. Ecl. 1. adde Vlp. 1. & 1. inſt. 6. &c. adde tit. C. com. de manumiſſ. 7. tit. 15. Synopſ. Baſ. 48. tit. 1.

b l. 5. ſuprà qui teſtam.

c id eſt, poſt inchoatum vigeſimi anni diem vltimũ: dies enim à nocte incipit, more Romano, l. 8. ſuprà de ferijs.

† poſtea licuit ei anno 17. §. vlt. I. quib. ex cauſ. man. Hodie poſſunt teſtamento manumittere anno 14. Nou. 119 cap. 2.

d l. 66. ȷ. de verb. oblig.

e Imo eſt, l. 3. §. 3. ȷ. de minorib.

f l. 31. ȷ. de teſtamento milit. l. 31. infr. de manumiſſis vindicta.

g l. 5. in fi. ȷ. qui & à quib. manum.

h l. 5. in pr. l. 19. in fin. ȷ. eod. l. 76. ſ. de iudiciis, l. 84. in fi. ſ. de heredib. inſt.

i Quæ infra paſſim vocatur conſtitutio.

k v. Senec. 11. epiſtolarum 11.

l l. 53. in pr. ſup. de iudiciis. §. 3. Inſt. per quas perſonas cuique.

m v. Senecam 7. de beneficijs. Conniuentibus oculis, eſt non inſpecta ſtricti iuris ratione, vel, vt Græci exponunt, domino veritatem ſimulante. Metaphora ducta ab his, qui quid vident, videri tamen videre nolunt, & quaſi oculos claudunt. Sic conniuentibus oculis hodie dicimus ſeruos capere legata quæ relinquit dominus, ſiue libertatem, v. l. pẽ. C. de neceſſariis. quaſi dotem dare, l. 39. ſ. de iure dotium. eadem conniuentia dicimus ſeruos facere teſtamenta, Plinius 8. Epiſt. 16. Permitto quoque ſeruis quaſi teſtamenta facere: eáque vt legitima cuſtodio. dixi ad Vlp. 5. §. 5. vide Cuiac. 2. ad Afric. fol. 19.

n l. 19. §. 6. in fin. ſup. locati.

o l. 12. in fin. C. de manumiſſ.

p de qua v. l. 16. in pr. ȷ. de reg. iur.

q al. fiat.

r Per fidem contractus, vel potius per fidem contractam inter emptorem & ſeruum agi quid eſt? nos hunc locum paulo apertius exponamus: Suis nummis ſeruus quemadmodum emptus dici poteſt? ſtricto iure non poteſt: vt qui nihil ſuum ac proprium habeat: conniuentia tamen & quaſi diſſimulatione iuris iure, vt ita loquar, vultum oculóſque ab eo negotio auertente, ſeruus ſuis nummis emptus dici poteſt. Quomodo? non ſi emptoris nummis comparatur: nihil enim de ſuo impendere debet emptor §. 1. ſup. eod. adeò, vt ſi ab ignoto emptus ſit initio, deinde ei pretium ſuum offerat, ſuis nummis ſeruus emptus non dicatur. Ab initio conniuentibus oculis domini fieri debet imaginaria hæc venditio, & per fidem contractus, inter emptorem, ſeruum (adde & dominum eundémque venditorem) hoc enim ſupplendum ad huius loci interpretationem duxi. At, quæ illa fides eſt? Primum fides in eo elucet, quod emptor, vt ante diximus, nihil de ſuo numerare debet (nam ſi id fieret, ſuis nummis fruſtra ſeruus diceretur emptus;) ſed alienis potius. Deinde fides in eo elucet, quod cum nihil ſuum habeat ſeruus, ſuis tamen nummis emptus dicitur. Vnde verò illi nummi? ſi ex peculio quod ad venditorem dominum pertinet pretium ſui numerat, vel ſi ex aduentitio aliquo lucro, ſi amici alicuius beneficio vel liberalitate, vt eo prorogante, uel repromittente, vel ſe delegante, vel in ſe recipiente debitum, redemptus ſit. His modis venditore domino neque pecuniam à ſeruo ſuo propriè, neque ab emptore recipiente, mera ac ſola fide ſeruus venditus & emptus dicitur: humano ac benigno iure. denique fidem quem vel in huiuſmodi negotio implere minor etiam 20. annis debet, § 8. ȷ. eo.

ſ è domo ſua, non reſpectans vt à ſeruo acciperet, *Scholiaſtes Græcus.*

t προχειρεῖν, *Baſil.*

u paruerit, *Hal.* & malè, Pariare eſt ita rationes reddere, vt paria ſunt expenſa acceptis.

a v. l. 11. verſ. ceterum ſi ex debito, ſ. de minorib. l. 7. §. 1. ȷ. qui & à quib. manum.

b v. quæ ſcripſi ad §. 2. ſup. eod.

c C. ſi ſeruus exportandus venierit.

d v. l. vlt. in C. qui non poſſunt ad libertatem.

e v. §. 1. in pr. ȷ. eodem.

f Marcellus Græc.

g v. l. 4. in pr. ȷ. eodem.

h l. 2. in fin. ſ. de fugitiuis. l. 38. §. 4. ȷ. de pœnis.

i in iũ datus: de quo v. quæ ſcripſi ad l. 1. §. 7. ȷ. ſi quis teſtamento libert.

k l. 8. §. 5. de peculio leg.

l atque ita ſinguli illi duo filiifamilias ſeruum proprium habebant, *Scholiaſtes Græcus.*

m & conſentiente, l. 16. ȷ. eod. l. 13. ſ. de iure patronatus.

n Imò nihil intereſſe videtur, l. 23. ſ. de peculio.

o id eſt, nullo modo.

p l. 2. ȷ. de interdict. & relegat.

q v. l. 15 in pr. ȷ. qui & à quib. manumiſſ.

r l. 22. in pr. ȷ. qui & à quib. manumiſſ.

ſ l. 9. §. vlt. ȷ. qui & à quib. manumiſſ. l. 5. C. ſi mancipium, l. 7. C. de teſt. manumiſſ.

t vrbi v. l. 1. §. 5. ſ. de offic. præfecti vrbi.

De empto hac lege vt manumittatur.

10\. *Idem* Imperalium ſententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris 6. " libro 2."

Ælianus debitor fiſcalis Euemeriam ancillam ante annos multos emerat hac lege, *vt manumitteret*, eamque manumiſerat, procurator, cùm bona debitoris non ſufficientia quæreret, etiam Euemeriæ ſtatus quæſtionem faciebat. Placuit non eſſe iuri fiſcali locum, quo omnia bona debitorum iure pignoris tenerentur, quia ea lege empta eſt: & ſi non manumitteretur, ex conſtitutione *a* Diui Marci ad libertatem perueniret.

De ſeruo legato ſub conditione.

11\. *Idem* "lib.64. ad Edictum."

Seruum, qui ſub conditione legatus *b* eſt, interim *c* hæres manumittendo liberum non facit.

De ſeruo plagiario.

12\. *Idem* ‖ lib.50. ad Edictum. ‖

Lege Fauia *d* prohibetur ſeruus, qui plagium admiſit, pro quo dominus pœnam intulit, intra *e* decem annos manumitti. in hoc tamen non teſtamenti facti tempus, ſed mortis, intuebimur.

De ſeruo furioſi.

13\. *Pomponius* " lib.1. ex Plautio."

Seruus furioſi ab *f* agnato curatore manumitti non poteſt, quia in adminiſtratione patrimonij manumiſſio non eſt.

¶ Si autem ex fideicommiſſi cauſa deberet libertatem furioſus, dubitationis *g* tollendæ cauſa ab adgnato tradendum ſeruum, vt ab eo, cui traditus eſſet, manumittatur, Octauenus ait.

Apud quem manumitti poteſt. 1. De Principe.

14\. *Paulus* " lib. 16. ad Plautium."

Apud eum cui *h* par imperium eſt, manumittere non poſſumus *i*. Sed pretor *k* apud conſulem *l* manumittere poteſt.

1 ¶ Imperator cùm ſeruum manumittit, non *m* vindictam imponit, ſed cum voluit, fit liber is qui manumittitur, ex lege Auguſti.

De manumiſſione mortis cauſa.

15\. *Marcellus* ‖ lib.23. Digeſtorum. ‖

Mortis cauſa ſeruum manumitti poſſe non eſt dubitandum. quod non ita tibi intelligendum eſt, vt ita liber eſſe iubeatur, vt ſi conualuerit dominus, non fiat liber. ſed quemadmodum ſi vindicta eum liberaret abſolutè ſc. quia moriturum ſe putet, mors eius expectabitur. ſimiliter & in hac ſpecie in extremum tempus manumiſſoris vitæ confertur libertas, durante ſcilicet propter mortis cauſæ tacitam conditionem voluntate manumiſſoris. quemadmodum cùm rem ita tradiderit, vt moriente eo fieret accipientis, quæ ita demum alienatur, ſi donator in *o* eadem permanſerit voluntate.

De filio familias minore viginti annis.

16\. *Modeſtinus* " lib.1. Regularum."

Si *p* conſentiente patre filius minor annis viginti ſeruum eius manumiſerit, patris faciet libertum, & vacat *q* cauſæ probatio ob patris conſenſum.

De peculio caſtrenſi.

17\. *Idem* " lib.6. Regularum."

Serui *r* quos filius familias in caſtris quæſiit, non in patris familias computabuntur. nec enim pater tales filij ſeruos manumittere poterit.

De venditore & promiſſore.

18\. *Gaius* " libro duodecimo ad legem Iuliam & Papiam."

Eum qui venierit venditor, & promiſſor, [&] quem promiſerit, manumittere poſſunt *ſ*.

Si quis pecuniam accepit vt manumittat.

19\. *Papinianus* ‖ lib.30. Quæſtionum. ‖

Si quis ab alio nummos acceperit, vt ſeruum ſuum manumittat, etiam ab inuito libertas extorqueri poteſt, licet plerumque pecunia eius numerata ſit, maximè ſi frater vel pater naturalis pecuniam dedit: videbitur enim ſimilis ei, qui *t* ſuis nummis redemptus eſt.

De minore viginti annis. 2. De venditione vt manumittatur, 3. Poſt certum tempus.

20\. *Idem* " lib.10. Reſponſorum."

Cauſam minor viginti annis, qui ſeruum donatum manumittendi *u* gratia accepit, ex abundanti probat, poſt Diui Marci litteras ad Aufidium Victorium: etenim ſi non manumiſerit, ad libertatem ſeruus perueniet. 1. ¶ Non idem in fideicommiſſaria libertate iuris eſt, cuius cauſam minor debet probare. nam libertas, niſi *a* ita manumiſſo non competit.

2 ¶ Puellam ea lege vendidit, *vt poſt annum ab emptore manumitteretur*: quòd ſi non manumiſiſſet, conuenit, *vti b manum iniiceret*: aut *c decem aureos emptor daret.* non ſeruata fide, nihilo minus liberam ex ſententia conſtitutionis fieri reſpondit: quoniam manus *d* iniectio plerumque auxilij ferendi cauſa interuenit †. itaque nec pecunia petetur, cùm emolumentum legis voluntatem venditoris ſecutum ſit.

3 ¶ Tempore alienationis conuenit, *vt homo libertatis cauſa traditus, poſt quintum annum impletum manumitteretur, & vt certam mercedem interea menſtruam præberet.* conditionem libertati mercedes non facere, ſed obſequio temporariæ ſeruitutis modum præſtitutum eſſe reſpondi. neque enim in omnibus libertatis cauſa traditum comparari ſtatulibero.

De ſeruo dotali.

21\. *Idem* " lib.13. Reſponſorum."

Seruum *e* dotalem *f* vir qui ſoluendo eſt conſtante matrimonio manumittere poteſt. ſi autem ſoluendo non eſt, licèt alios creditores non habeat, libertas ſerui impedietur, vt conſtante matrimonio deberi dos intelligatur.

De filio familias.

22\. *Idem* " lib.2. Definitionum."

Nepos ex filio *g* voluntate *h* aui, vt filius voluntate patris *i*, poteſt manumittere, ſed manumiſſus, patris vel aui libertus eſt.

Si quis emit vt manumitteret, pronuncietur ſeruus.

23\. *Idem* " lib.15. Reſponſorum."

Gaius Seius Pamphilam hac lege emit, *vt intra annum manumitteretur.* deinde intra annum Seius ſeruus pronunciatus eſt. quæro, an ex lege venditionis, finito anno, Pamphila libertatem conſecuta ſit? Paulus reſpondit, cum ea *k* conditione ancillam emptam, domino adquiſitam, cum qua ‖ conditione ‖ veniſſe proponeretur.

De ſententia. 1. De teſtibus.

24\. *Hermogenianus* " lib.1. Iuris Epitomarum."

Lege Iunia Patronia *l*,* ſi *m* diſſonantes pares *n* iudicum exiſtant ſententiæ, pro † libertate pronunciari iuſſum.

1 ¶ Sed & ſi teſtes non diſpari numero tam pro libertate, quam contra libertatem dixerint, pro libertate pronunciandum eſſe ſæpe conſtitutum eſt.

De infantibus.

25\. *Gaius* ‖ lib.1. de Manumiſſionibus. ‖

Iuris ratio efficit, vt infantibus *p* quoque competat *q* libertas.

De ſeruo furioſo.

26\. *Iauolenus* ‖ lib.4. ex Poſterioribus Labeonis. ‖

Seruum furioſum omni genere manumiſſum, ad libertatem perduci putat poſſe Labeo.

DE MANVMISSIS VINDICTA *r*.

TIT. II.

De prætore, eodémque tutore.

1\. *Pomponius* " lib.1. ad Sabinum."

Apud *ſ* prætorem, eundemque tutorem poſſe pupillum ipſo auctore manumittere conſtat.

De fructuario minore viginti annis.

2\. *Vlpianus* ‖ lib.18. ad Sabinum. ‖

Si minor ſit annis viginti *t* fructuarius *u*, an conſentire libertati poſſit? & puto, conſentiendo *x* poſſe ad libertatem perducere.

De ſeruo legato.

3\. *Idem* " lib.4. Diſputationum."

Si hæres ſeruum legatum manumittat, mox *y* repudiet legatarius, retro competit libertas. ¶ Idemque eſt, & ſi duobus purè ſeruus legetur, & poſt alterius manumiſſionem † alter repudiauerit: nam & hic retro libertas competit.

De morte patris, qui filio promiſerat ſeruum manumittere. 1. De errore manumittentis, & manumiſſi. 2. De minore viginti annis & ſeruo communi vel pignorato.

4\. *Iulianus* ‖ lib.42. Digeſtorum. ‖

Si pater filio permiſerit ſeruum manumittere & interim deceſſerit inteſtato, deinde filius ignorans patrem ſuum mortuum, libertatem impoſuerit, libertas ſeruo fauore libertatis contingit. cùm non appareat mutata eſſe domini voluntas.

---

a *l.2.l.3.C.ſi mancipium ita fuerit.*
b Libertas ſeruo legato data non valet, *vt hic.* adde *l.ſi locus 34.* ꝟ. *de religioſis.* quæ tamen valet data ſeruo fideicommiſſo, *l.quidam 25. §.pen.l.ſi heres inſtitutus.70.ſup. ad Treb.* Cur tam variè? Legatum magis hæredem adſtringit, quàm fideicômiſſum: maximè vbi concurrit libertatis fauor.
c *l.29.in fi.* ꝟ. *qui & à quibus.*
d De Plagiariis, quæ & lex Fauiana à Græcis hic dicitur.
e *l.27.in fi.* ꝟ. *qui & à quibus.*
f *l.vlt.ſup. de curatore furioſ. l.22.* ꝟ. *qui & à quibus l.6. C. qui manumittere non poſſ.*
g *l. 81.* ꝟ. *de reg. iur. l.56.* ꝟ. *mandati, l. 9. ſup. de diſtract. pig.*
h *l.18. in prin.* ꝟ. *de manumiſ. vind.*
i quia in collegam non eſt iuriſdictio. at Prætor collegam tutorem dare poteſt, *l.19. in fin. ſup. de tutoribus datis.* vacat iuriſdictioni, qui vacat manumiſſioni. tutoris datio non eſt iuriſdictionis, *l.6.§.2.ſup. de tutelis.* At apud collegam poteſt, cauſa probata, manumittere etiam minor? *l.vnica in fin ſup. de offic. proconſ.* ſic interpretatur Cuiac. *7. obſeru.* 17. apud collegam cauſam probamus, non ipſi apud nos manumittimus. Cauſam nos ipſi non probamus ne videamur rei noſtræ cognitores eſſe. manumittimus apud nos, quia domini ſumus, & detracto magiſtratu ſeruum ad libertatem perducere poſſumus.
k i. minor magiſtratus apud maiorem.
l apud Proconſulem. ita legit Accurſius.
m Cur non imponit? Princeps ſolutus eſt ſolennibus manumiſſionum. vide quæ ſcripſi ad *l.4 C.* ꝟ*ad l. Falcid.*
n i. ſi mors fuerit inſecuta *l.2. in fin. ſupra de mortis cauſa.*
o *v.l.3.ſup.de ſeruis export.*
p *l.22.* ꝟ. *eo. l.13.* ꝟ. *de iure patronat.*
q id eſt, non exigitur cauſæ probatio propter conſenſum patris.
r *l. 9. v. denique infra de caſtrenſ.* ἰδιοκτήτους δούλους appellat author Synopſeos Baſilicon. *hic* caſtrenſes ſeruos.
ſ *lege 3. C. de his qui à non domino.*
t vide *l. 4. in princ. ſupra eod.*
u *l. 20. in pr. l.* 16. §.1. *infra de manumiſſis vind.*

a Cur ita? lex ſemper certa eſt, facta hominum non item.
b Fortè legendum, *manum iniicere liceret.* Manus enim iniectionem ſibi excipiebant in huiuſmedi ſpeciebus venditores.
c *l.122.§.2.* ꝟ. *de verb obl.l.6. in pr. C.ſi mancip. ita venierit.*
d *v.l.9.ſup.de ſeruis exportandis.*
† i. cum ſit libera per legem.
e *l 3.§.2.* ꝟ. *de ſuis & legit.l.vlt. in fi. C. de ſeruo pign. dato manumiſſo. l. 3. C. de iure dotium.*
f *l. 1. C. de ſeruo pig. dat. manum.*
g *v.l. 6.ſup. eo.*
h *v.l.16.ſup.* vbi dixi.
i an etiam matris? *v. l. 6. §. vlt. C communia de manu.*
k *l.2.l.3.C.ſi mancip. ita venierit.*
l *al.* Petronia.
m *l.21. §. 3. ſup. de teſtib.. Nou.90. c.3.v.l.38.* ꝟ. *de re iudicata, l.3.§.1.* ꝟ. *de alienatione iudic.*
n ita ſi communẽ ſeruum vnus ex ſociis vinxit, dedititius non eſt, ſi poſt manumittatur. Nã inter pares numero ſententias clementior ſeueriori præfertur, *Paulus 4.ſent* 12.§.5. Nec eo minus is abſolutè nocens eſt, quem vnus pœnæ cauſa vinxit, alter non vinxit. & vt Paulus illo loco ait, abſolutè nocens non fuit is ſeruus.
o *v.l.20.* ꝟ. *de reg. iur.*
p. Infans etiam manumitti poteſt, adde *l. 2.C. comm. de ſucceſſ.*
q & relinqui poſſit.
r & apud concilium 7. C. 1. apud Prætorem, Conſulem. Proconſulem. *Vlp.* 1.§.3. Vindicta eſt feſtuca, cuius impoſitione (apud magiſtratũ qui legis actionem habet) ſerui ad ciuitatem Romanam perducebantur.
ſ *Vlp.* 1.§.7.
t *l. 4. in fi. eo.*
u *v.Vlp.1.§.16.& ibi Cuiac.*
x non manumittendo, *v. leg.16.* ꝟ. *de reg. iur.* adde quæ ſcripſi ad Vlp. 1. §. 19.
y *v.l.2.* ꝟ. *de manu.*
† Hodie, ſiue repudiet ſiue non repudiet legatarius ſeruo competit libertas *l. 2. C. de communi ſeruo manumiſſo.*

¶ Sin autem *a* ignorante filio vetuiſſet pater per nuntium, & antequam filius certior fieret, ſeruum manumiſiſſet, liber non fit. nam vt filio manumittente ſeruus ad libertatem perueniat, durare oportet patris voluntatem: nam ſi mutata fuerit, non erit verum volente patre filium manumiſiſſe.

1 ¶ Quotiens dominus ſeruum manumittat, quamuis *b* exiſtimet alienum eſſe eum, nihilominus verum eſt, voluntate domini ſeruum manumiſſum. & ideo liber erit. Et ex contrario, ſi ſe Stichus non putaret manumittentis eſſe, nihilominus libertatem contingere *. Plus *c* enim in re eſt, quam in exiſtimatione. & vtroque caſu verum eſt, Stichum voluntate domini manumiſſum eſſe.

¶ Idemque iuris eſt, & ſi dominus & ſeruus in eo errore eſſent, vt neque ille ſe dominum, nec hic ſe ſeruum eius putaret.

2 ¶ Minor viginti annis dominus nec communem quidem ſeruum ſine conſilio rectè manumittit. *Paulus* notat: ſed ſi *d* pignori obligatum ſibi minor viginti annis manumitti patiatur, rectè manumittitur, quia non *e* tam manumittere is, quàm non impedire manumittentem intelligitur.

De eo qui conſilium præbet.

5. *Iulianus* "eodem libro."

AN apud *f* ſe manumittere poſſit is, qui conſilium prębeat, ſępe quæſitum eſt? Ego quum meminiſſem Iauolenum præceptorem *g* meum & in Africa ‖ & in Syria ‖ ſeruos ſuos manumiſiſſe, cùm conſilium præberet, exemplum eius ſecutus, & *h* in pretura & conſulatu meo quoſdam ex ſeruis meis vindicta liberaui, & quibuſdam prætoribus conſulentibus me, idem ſuaſi.

De ſeruo communi.

6. *Idem* " lib. 2. ad Vrſeium Ferocem."

SEruus communis quin à minoribus *i* viginti annis dominis poſſit apud conſilium manumitti, quamuis vnus *k* ex ſociis cauſam adprobauerit, dubium non eſt.

Vbi manumitti poteſt.

7. *Gaius* " lib. I. Rerum Cotidianarum ſiue aureorum."

NOn eſt omnino neceſſe pro *l* tribunali manumittere: itaque plerumque in tranſitu *m* ſerui manumitti ſolent, cùm aut lauandi, aut geſtandi *n*, aut ludorum *o* gratia prodierit Pretor, aut proconſul: legatuſve *p* Cæſaris.

De præſentia lictoris.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 5. ad Edictum. ‖

EGo, cum in villa *q* cum prætore fuiſſem, paſſus ſum apud eum manumitti, & ſi *r* lictoris *ſ* præſentia non eſſet.

Quibus ex cauſis minor viginti annis manumittatur.

9. *Marcianus* " lib. 13. Inſtitutionum."

IVſta cauſa manumiſſionis eſt, ſi *t* periculo vitæ, infamiæve *u* dominum ſeruus liberauerit.

1 ¶ Sciendum eſt *x*, qualiſcunque cauſa probata ſit & recepta, libertatem tribuere oportere. nam Diuus Pius reſcripſit, cauſas probatas reuocari non oportere, "dum" ne alienum ſeruum poſſit quis manumittere. nam cauſæ probationis contradicendum: non etiam cauſa iam probata retractanda eſt.

De filio ſurdi, muti, vel furioſi.

10. *Idem* " lib. 3. Regularum."

SVrdi vel muti patris filius iuſſu *y* eius manumittere poteſt. ¶ Furioſi verò filius non poteſt manumittere.

Quibus ex cauſis minor viginti annis manumittit.

11. *Vlpianus* " lib. 6. de officio Proconſulis."

SI minor annis viginti manumittit, huiuſmodi ſolent cauſæ *z* manumiſſionis recipi, ſi *a* filius, filiave, frater, ſororve naturalis *b* ſit.

12. *Idem* " lib. 2. ad legem Æliam Sentiam."

VEl ſi ſanguine eum contingit: (habetur *c* enim ratio cognationis.)

13 *Idem* " lib. de officio Proconſulis."

SI collactaneus *d*, ſi educator *e*, ſi pædagogus ipſius, ſi nutrix *f*, vel *g* filius filia ve cuius eorum, vel alumnus, vel *h* capſarius, id eſt, qui portat libros: vel ſi in hoc manumittatur, vt procurator *i* ſit, dummodo non *k* minor annis decem & octo ſit. præterea & illud exigitur, vt non vtique vnum ſeruum habeat, qui manumittit.

¶ Item ſi *l* matrimonij cauſa virgo vel mulier manumittatur, exacto prius iureiurando, vt intra *m* ſex menſes vxorem eam duci oporteat: ita enim ſenatus cenſuit.

14. *Martianus* " lib. 4. Regularum."

ALumnos *a* magis mulieribus conueniens eſt manumittere. ſed & in viris receptum eſt, ſatiſque eſt permitti eum manumitti, in quo nutriendo propenſiorem animum fecerint.

1 ¶ Sunt qui putant etiam fœminam poſſe matrimonij cauſa manumittere, ſed ita, ſi fortè conſeruus ſuus in hoc ei legatus eſt.

2 ¶ Et ſi ſpado velit matrimonij cauſa manumittere, poteſt *b*.

¶ Non idem ‖ eſt ‖ in caſtrato.

De pluribus ſimul manumiſſis. 3. De abſente. 4. De duobus manumittentibus, matrimonij cauſa. 5. De præſide alterius prouinciæ.

15. *Paulus* " lib. 1. ad legem Æliam Sentiam."

ETiam conditionis implendæ cauſa minori viginti annis manumittere permittendum eſt; veluti ſi quis ita heres inſtitutus ſit, (ſi) ſeruum ad libertatem perduxerit.

1 ¶ Ex preterito tempore plures cauſæ eſſe poſſunt: veluti quod dominum *c* in prælio adiuuauerit, contra latrones tuitus *d* ſit, quod ægrum ſanauerit quod inſidias detexerit: & longum eſt, ſi exequi voluerimus, quia multa merita incidere poſſunt, quibus honeſtum ſit libertatem cum decreto præſtare, quas *e* æſtimare debebit is, apud quem de ea re agatur.

2 ¶ Plures vindicta pariter manumitti poſſunt. & ſufficit præſentia ſeruorum, vt vel plures manumitti poſſint.

3 ¶ Abſens quoque cauſam probare per *f* procuratorem poterit.

4 ¶ Si duo matrimonij cauſa manumittent recipi cauſa non *g* debet.

5 ¶ "Hi" qui in Italia, vel alia prouincia domicilium habent, apud *h* alterius prouinciæ præſidem conſilio adhibito manumittere poſſunt.

Quibus ex cauſis minor XX annis manumittit.

16. *Vlpianus* " lib. 2. ad legem Æliam Sentiam."

ILlud in cauſis *i* probandis meminiſſe iudices *k* oportet, vt non ex luxuria, ſed ex affectu deſcendentes cauſas probent: neque enim deliciis, ſed iuſtis affectionibus dediſſe iuſtam libertatem legem Æliam Sentiam credendum.

1 ¶ Si quis minori viginti annis hac *l* lege ſeruum dederit, aut pretio accepto, vel donationis cauſa, ‖ *vt* ‖ *eum liberum faciat*, poteſt ille cauſam *manumiſſionis illius iuſtius probare*. hoc ipſum allegans, legem datam, & perducere ad libertatem: ergo hic debet oſtendere, hoc inter ipſos actum, vt proinde vel ex lege donationis, vel ex affectione eius qui dedit, res æſtimetur.

Apud quem manumitti poteſt.

17. *Paulus* ‖ lib. 50. ad Edictum. ‖

APud *m* proconſulem, poſtquam *n* vrbem egreſſus eſt, vindicta manumittere poſſumus.

1 ¶ Sed *o* & apud legatum *p* eius *q* manumittere *r* poſſumus.

18. *Idem* ‖ lib. 16. ad Plautium."

APud *ſ* filium familias magiſtratum manumitti poteſt, etiam ſi ipſe filius familiàs manumittere non *t* poteſt.

1 ¶ Apud *u* collegam *x* ſuum prætor manumittere non poteſt.

2 ¶ Filius quoque volnntate patris apud patrem manumittere poterit.

Si prægnans matrimonij cauſa manumiſſa pariat.

19. *Celſus* ‖ lib. 29. Digeſtorum. ‖

SI minor annis apud conſilium matrimonij cauſa prægnatem manumiſerit, eaque interim pepererit, in pendenti erit, ſeruus, an liber ſit quem ea peperit.

Quibus cauſis minor viginti annis manumittit. 4. De Conſule minore viginti annis.

20. *Vlpianus* " lib. 2. de officio conſulis."

SI *y* rogatus ſit minor viginti annis manumittere per fideicommiſſum, incunctanter *z* debet ei permitti. niſi ſi proprium ſeruum rogatus fuit manumittere *a*. hic enim conferenda *b* erit quantitas emolumenti quæ ad eum peruenit ex iudicio eius, qui rogauit cum pretio eorum quos rogatus eſt manumittere.

1 ¶ Sed & ſi hac lege ei ſeruus fuerit donatus, vt manumittatur, permittendum erit manumittere, ne conſtitutio Diui Marci ſuperueniens cunctationem conſulis dirimat. 2. ¶ Matrimonij *c* cauſa manumittere ſi quis velit, & is ſit qui non indignè huiuſmodi conditionis vxorem ſortiturus ſit, ei erit concedendum.

3 ¶ Mulieri quoque volenti ſuum filium naturalem, vel quem ex ſupraſcriptis manumittere, permittendum eſſe Marcellus ſcribit.

4 ¶ Conſul *d* apud ſe poteſt *e* manumittere, etiamſi euenerit, vt *f* minor annis viginti ſit.

a l.15. §. vlt. j. qui & à quib.
b de errore v. l. 54. de manum. teſt. & l.39. in pr. j. de fideic.
c §.1. Inſt. de legatis. Imo minus, l. 15. ſup. de adq. hered.
d v. l. 1. ſup. eo.
e Manumittere & non impedire manumiſſionem diſparata ſunt, ſeu differentia, vt & aliàs vendere & venditioni conſentire, l.160. j. de reg. iur.
f l. 20. in fin. j. eo. l. 2. ſup. de offi. præſid.
g Iauolenus præceptor Iuliani, l. 2. in. fi. ff. de origine iuris.
h Iulianus prætor fuit & Conſul.
i v 48. Ecl. 2. c. 4.
k tantum ex ſociis ſcilicet.
l l. 8. j. eo §. 2. Inſt. de libertin.
m In tranſitu quæ fieri poſſint, dixi ad Nou. 90. c. 2. v. quæ notaui de proceſſu iudicum ad l. 4. C. de dilat.
n αἰώρας χάριν. v. Cuiac. 16. obſ. 8.
o v. Nou. 105. c. 1.
p i. preſes l. 17. in fi. j. eo.
q ſecreto loco dixi ad l. 7. C. de repud.
r adde l. 22. j. eo.
ſ De lictore adde l. 23. j. eo. 12. Gell. 3. Feſtũ in lictoris.
t v. l. 15. §. 1. j. eo.
u Fama & vita æquiparantur, l. 8. §. 2. ff. quod metus cauſa: v. Damhauderium in Enchirid. parium, in verbo, Infamia.
x l. 1. C. eo. §. 6. Inſt. quibus ex cauſis manum. licet.
y l. 4. ſup. eo l. 22. j. eo. l. v. §. 1. in fi. C. de communi ſeruo manumiſſ.
z l. 12. l. 13. l. 14. l. 16. l. 20 circa fi. j. eod. §. 5. inſt. quibus ex cauſ. manu. non licet.
a ſi pater. Theop. §. 5.
b v. l. 71. §. 3. ff. de leg. 1.
c Cognationis habenda eſt ratio.
d 1. Gaius 1. §. 7.
e cui opponitur alumnus, l. 14. j. e.
f l. 1. §. 7. ſup. de ſuſpect.
g Cuius enim parentes amamus, vel amauimus, eorum & liberos amare æquum eſt.
h Capſarius, qui portat libros, Sueton. in Nerone. cap. 36. Iuuenal. Satyra 10. alio ſignificatu accipitur capſarius in l. 3. j. ff. de offi. præfect. vigil. & alio in l. vlt. j. de iure immunitatis. dixi ad Feſtum in Capſa. i l. 51. ff. de procuratoribus l. 12 C. de procurat. k v. Cuiac. 2. obſ 16. §. 5. Inſt. quib. ex cauſ. manum. non licet. facit l. 1. §. 3. ff. de poſtulando. l v. l. 21. in pr. j. qui & à quib. manumit. m Minor viginti annis ancillam manumittere matrimonij cauſa poteſt, dummodo intra ſex menſes iuret ſe eam ducturum, vt hic, quod caput ad l. Æliam Sentiam pertin[...]
a Alumni ſunt [...] quos alimus [...] ve nutriuimus, [...] j. eod.
b quia ſpado con[...] trahere nupti[...] poteſt, l. 39. §. [...] ſup. de iure do[...]
c l. 9. in prin. [...]
d al. tutatus ſi[...]
e Similes ad [...] ſus ſit extenſio.
f v. quæ notaui ad l. 3. C. eo.
g Cur non debe[...] vna duobus [...] nupta eſſe non po[...] teſt, dixi ad l. 7. [...] de Iudæis.
h l. 36. ff. de [...]
i §. 4. 5. Inſt. qui[...] ex cauſ. manum. [...] licet.
k magiſtratus.
l v. l. 20. in p[...] ff. de manumiſſ[...]
m l. 2. ſup. de offi. proconſ.
n & ita in itine[...]re, eundo & re[...]deundo l. 2. ff. [...] off. proconſ. Plin. Epiſt. ad Fabiam[...] Vrbis ab egreſ[...] & ingreſſu [...]bat & deponeb[...] imperium hoc [...] poteſtatem volun[...]tariæ iuriſdictio[...]nis? ſed & [...] imperij [...] faſces videlic[...]
o Differentia [...] conſulis & [...] Cæſaris, ſeu [...]dis, ille in [...] voluntaria [...] dictionem [...] hic non [...] adde Diem [...] Petr. Burgun[...] Elect. 2.
p Imme non p[...]ſumus, l. 1. §. [...] de off. præto[...] lega.
q Alij legunt Cæ[...]ſaris (errore [...] putant ex con[...]nato, ſcilicet [...] & Caſ.) manumi[...]tere poſſumus [...] quo prouinci[...] ingreſſus eſt. [...] ita legunt, Apu[...] legatum Procon[...]ſulis apud quem [...] legis actio non [...] numittere nõ po[...]ſumus, l. 3. ff. de [...] Proconſ. legatum autem Cęſaris [...] alium eſſe à Præ[...]ſide.
r non poſſum[...] Cuiac. 1. obſ. 1. [...] & 5. obſ. 19. & [...] ceſſat αἰτημα [...] d. l. 2. verum re[...]prehenditur à Roberto 1. recept. lectionum 19.
ſ l. 1. ſup. de offic. Prætoris.
t imò poteſt, l. vn. C. de offic. Conſul.
u l. 14. in pr. ſup. de manum.
x l. vn. in fin. ſup. de offic. proconſ.
y l. 20. in pr. ſup. de manum.
z Incunctanter eſt ſine cunctatione, ſine mora, ſine dilatione.

a ſecus in aliis non minorib. l. 24. §. 12. j de fideic. libert. b facit l. 8 §. modus, 10. ff. de tranſact. c v. l. 11. ff. eo d v. l. 5. in pr. ff. eo. e ſub. poſt probatam à collega cauſam manumittendi. & ita accipienda eſt lex vn. in fi. ff. de off. Proc. f Imo minor non poteſt, l. vn. in fi. ſup. de off. Conſ.

De Præfecto

De præfecto Aegypti.

21. *Modeſtinus* " libro 1. Pandectarum. "

APud *a* præfectum Ægypti poſſum ſeruum manumittere ex conſtitutione Diui Auguſti *b*.

De filiofam. manumittente.

22. *Paulus* " lib. 12. Quæſtionum. "

PAter ex prouincia ad filium ſciens Romæ agentem epiſtolam fecit, quæ permiſit ei, *quem vellet ex ſeruis, quos in miniſterio ſecum hic habebat, vindicta liberare*. poſtquàm filius Stichum manumiſit apud prætorem, quæro an fecerit liberum. reſpondi, Quare non hoc conceſſum credamus patri, vt permittere poſſit filio, ex his quos in miniſterio haberet, manumittere? ſolam enim electionem filio conceſſit. cæterùm *c* ipſe *d* manumittit.

De ſolemnitate verborum ſilentio domini.

23. *Hermogenianus* " lib. 1. Iuris Epitomarum. ‖

MAnumiſſio per *e* lictores hodie, domino tacente, expediri ſolet & verba *f* ſolemnia, licet non dicantur, vt dicta accipiuntur *g*.

De pupillo manumittente.

24. *Paulus* " libro 1. ad Neratium. "

PVpillus, qui *h* infans *i* non eſt, apud conſilium rectè manumittit. *Paulus*, Scilicet tutore auctore. ita tamen, vt peculium *k* eum non ſequatur.

25. *Gaius* " lib. 1. de Manumiſſionibus. "

SI tutoris habendi cauſa pupillus manumittat, probationis eſſe cauſam Fuſidius ait. Nerua filius contra ſentit. quod verius eſt. namque perabſurdum eſt in eligendo *l* tutore firmum videri eſſe iudicium pupilli, cuius in omnibus rebus vt infirmum iudicium tutore auctore regitur.

DE MANVMISSIONIBVS *m*, QVÆ ſeruis ad vniuerſitatem *n* pertinentibus imponuntur.

TIT. III.

1. *Vlpianus* " lib. 5. ad Sabinum. "

DIuus Marcus omnibus *o* collegiis, quibus *p* coëundi ius eſt, manumittendi *q* poteſtatem dedit.

De hereditate libertorum.

2. *Idem* ‖ lib. 14. ad Sabinum. ‖

QVare hi *r* quoque legitimam *ſ* hereditatem liberti vindicabunt.

De peculio.

3. *Papinianus* ‖ libro 14. Reſponſorum. ‖

SEruus ciuitatis, iure manumiſſus, non *t* ademptum peculium retinet. ideóque *u* debitor ei ſoluendo liberatur.

DE MANVMISSIS TESTAMENTO *x*.

TIT. IV.

Si ſæpius libertas detur.

1. *Vlpianus* ‖ libro 4. ad Sabinum. ‖

CVM ſæpius datur ſeruo libertas, placet *y* eam fauore valere ex qua peruenit ad libertatem.

Si ſeruus ſubſtituatur, & liber eſſe iubeatur.

2. *Idem* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

SI quis ita heredem inſtituerit, *Titius heres eſto. Si Titius z heres non erit, Stichus heres eſto. Stichus liber eſto*: non eſſe Stichum liberum Ariſto ait, Titio herede exiſtente. mihi videtur poſſe dici, liberum fore, quaſi non vtique alio gradu acceperit libertatem, ſed dupliciter: quo iure vtimur.

De milite minore xx. annis.

3. *Pomponius* ‖ lib. 1. ad Sabinum. ‖

NEc militi *a* minori annis viginti permittitur, poſſe teſtamento ſuo ſeruum manumittere.

Si manumiſſo legetur.

4. *Idem* " libro 2. ad Sabinum. "

SI quis ita ſcripſerit, *Stichus liber eſto, eique* b *meus decem dato*, nulla dubitatio eſt quin debeantur, ei etiam ſi eum paterfamilias viuus manumiſerit.

1 ¶ Sed & ſi ſic: *Stichus liber eſto, ſiue ſtatim* c, *ſiue poſt tempus: eique, cùm liber erit, heres meus decem dato*: idem dicendum eſt.

a Apud quos manumitti poſſit, *v. Vlp.* 1. §. 7. adde *Cuiac. in l.* 3. *C. de canone largitionalium titulorum libro* 10.

b Præfectus Ægypti Auguſtalis, inde dictus, quod ab Auguſto inſtitutus.

c Poteſt filius tamen, *l.* 16. *infra tit. prox.*

d Dominium non transferri, niſi à domino, hinc colligitur *& v. l. certè, §. ſi procurator. ſup. de precario*, licet poſſeſſio poſſit transferri. dixi ad *l.* 33. *ℨ. de adq. poſſeſſ.*

e adde *l.* 8. *ℨ. eo.*

f Solemnia hæc verba refert Feſtus *in manumitti*. Manumitti, inquit, dicebatur ſeruus ſacrorum cauſa, cum dominus eius modo tenens caput, modo membrum aliud eiuſdem ſerui, ita dicit, *Hunc hominem liberum eſſe volo, ac pro eo auri puri, probi, profani mihi ſolui, vt prius quàm digrediar, efficiatur iuris ſui*. Ita dominus verbis & manu hominem liberum mittebat, adde Feſtum *in Puri*. vbi etiam dixi. adde *Vlp.* 19. §. 1. Briſſonium 1. *ſelectarum* 11.

g præſumitur pro decreto: Præſumitur decretum ex vera & iuſta cauſa, & ſolemniter interpoſitum. de qua præſumptione, *v. Alciat.* 3. *præſumpt.* 10.

h Infans minor annis ſeptem, *l.* 18. *C. de iur. delib.*

i v. quæ ſcripſi ad *l. vnic. C. de peculio eius qui libertatem meruit.*

k Infans apud conſilium ſeruum manumittere non poteſt niſi tutore auctore. Quin eo caſu, peculium ſerui, ſeruum manumiſſum non ſequitur, *vt hic*. quod ſingulare eſt, *l. vlt. ℨ. tit. prox.*

l atqui procuratorem eligere poteſt *l.* 13. *ſ. eo.*

m *C. de ſeruis Reipub. manumittendis* 7. *tit.* 9.

n Vniuerſitates, *vt hic*, collegia *l.* 1. *ℨ. eo*, ciuitates, ſeruos ſuos habuere, *l. vlt. ℨ. eod.*

o *l.* 1. *l.* 2. *C. de ſeru. reip. manumitt.* p Collegiis omnibus non eſt ius coëundi, *v. l.* 1. *l.* 3. *§.* 1. *ℨ. de collegiis*. q Collegia ſeruos ſuos manumittere etiam poſſunt. r *l. vn. ſup. de libert. vniuerſ.* ſ Collegia libertis ſuis legitimi heredes ſunt: legitimam hereditatem libertorum ſuorum vindicant.

t Peculium manumiſſus inter viuos, vna cum ipſa manumiſſione & libertate conſequitur. Itaque vt ne manumiſſum peculium ſequatur, peculium ei adimi oportet, *v. l.* 53. *ſupra de peculio*. u Peculium quoties ſeruus manumiſſus ſequitur, toties idem peculium ſolui à debitore poteſt.

x 7. *C.* 2. vt teſtamento liberti ſint, Lex 12. tabularum facit, quæ confirmat quod datum legatum eſt, *Vlp.* 1. §. 5.

y *l.* 45. *l.* 56. *ℨ. eod.*

z *v. l.* 14. *ℨ. eod.*

a *l.* 4. *C. de teſt. milit.*

b eique heres meus, *vulg. Hal.* c id eſt purè.

2 ¶ Illud *a* conſtabit, Si libertate data ſic fuerit legatum, *Eique ſi eum vindicta liberauero heres meus decem dato*: licet ex nimia ſubtilitate ſeparatum *b* eſt à teſtamento, attamen humanitatis *c* intuitu valebit legatum, ſi viuus eum *d* manumiſerit.

De ſcriptura nouiſſima vel leuiſſima.

5. *Idem* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

IN libertatibus *e* leuiſſima ſcriptura ſpectanda eſt; vt ſi plures ſint, quæ manumiſſo facilior *f* ſit, ea leuiſſima intelligatur. Sed in *g* fideicommiſſariis libertatibus nouiſſima ſcriptura ſpectatur.

De ſeruo cuius vſusfructus eſt alterius.

6. *Vlpianus* ‖ libro 18. ad Sabinum. ‖

SI fructuarium *h* dominus proprietatis heredem ſcripſerit, & ſeruo ſub conditione ſit libertas data, quoniam *i* interim ſit heredis, confuſione *k* facta vſusfructus, ſi extiterit conditio, perueniet *l* ad libertatem *m*.

De conditione, ſi mihi nullus filius erit cùm moriar.

7. *Idem* " libro 19. ad Sabinum. "

NEratius ſcribit, eius cui libertas ſic data eſt: *Si mihi nullus filius erit cùm moriar, Stichus liber eſto*, impediri libertatem poſtumo nato. ſed dum ſperatur naſci, vtrum in ſeruitute remanere dicimus, an verò ex poſt facto reſpondemus retro liberum fuiſſe *n*, nullo filio nato. quod magis arbitror probandum.

De conditione rationum reddendarum.

8. *Pomponius* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

SI ita ſit ſcriptum, *Stichus, ſi rationes* o *diligenter tractaſſe videbitur, liber eſto*: diligentiam deſiderandam quæ domino, non quæ ſeruo erit vtilis, coniuncta fidei bonæ, & in reliquis quoque reddendis.

De legato vt manumittatur. 1. *De prohibito manumitti.*

9. *Vlpianus* " libro 24. ad Sabinum.

SI quis ita legatus ſit, vt manumittatur, ſi manumiſſus non fuerit, liber eſſe *p* iuſſus eſt, eique legetur, & libertatem competere, & legatum deberi ſæpe reſponſum eſt.

1 ¶ Quod conſtitutum eſt, vetitum in teſtamento ad libertatem perduci, non poſſe manumitti, hoc ad eos pertinere puto, qui teſtatoris fuerunt, vel heredis. ſeruo enim alieno id irrogari non poterit.

De peculio legato & vicario manumiſſo. 1. *De libertate relicta ſeruo legato.*

10. *Paulus* " lib. 4. ad Sabinum. *

SI peculium prælegatum ‖ eſt, ‖ & vicarius liber eſſe iuſſus ſit, liberum eum eſſe conſtat.* multum *q* enim intereſt inter genus, & ſpeciem. ſpeciem enim eximi de genere placet, quod eſt in peculio legato, & vicario manumiſſo.

1 ¶ Si ſeruus legatus *r*, liber eſſe iuſſus eſt, liber eſt. ſed ſi prius liber eſſe iuſſus poſtea legatus ſit, ſi quidem euidens voluntas ſit teſtatoris, quod *ſ* ademit libertatem, cùm *t* placeat hodie *u* etiam libertatem adimi poſſe, legato eum cedere puto. quod ſi in obſcuro ſit, tunc fauorabilius *x* reſpondetur, liberum fore *y*.

1. *De libertate duobus ſimul relicta ſub conditione dandi.* 2. *Si vnus ex heredibus adierit.*

11. *Pomponius* " lib. 7. ad Sabinum. "

SI legato ſeruo & fideicommiſſa libertas relicta eſt *z*, vel heres, vel legatarius eum cogitur manumittere.

1 ¶ Si *Stichus & Pamphilus decem dederit, liberi ſunto*, poteſt *a* alter quinque dando liber eſſe, quamuis alter non dederit.

2 ¶ Cùm teſtamento ſeruus liber eſſe iuſſus eſt, vel *b* vno ex pluribus hæredibus inſtitutis adeunte hæreditatem, ſtatim liber eſt.

De conditione iuriſiurandi.

12. *Vlpianus* " libro 50. ad Edictum. "

SI quis libertatem ſub *c* iuriſiurandi conditione reliquerit, edicto prætoris locus non erit, vt iuriſiurandi conditio remittatur: & meritò. nam ſi quis remiſerit conditionem libertatis, ipſam libertatem impedit, dum competere aliter non poteſt, quàm ſi paritum fuerit conditioni.

a v. Langebekium c. 24. *Annotationum.*

b Accurſius putat hac formula receſſum eſſe à libertate vel ſeparatum legatum eſſe. Nec aliter hunc locum accipimus. Quoties teſtator ita adſcribit, *Stichus liber eſto, eique heres meus decem dato*. decem debentur, tametſi teſtator viuus eum manumiſerit: licet teſtamento manumittere eum voluiſſe videri poſſit: cùm ita adſcripſit teſtamento, Stichus liber eſto, *hac l. in pr.* Quid ſi Titius teſtamento adſcripſit Sticho, ſi eum vindicta liberauero, heres meus decem dato, *vt hic*. neque viuus eum manumiſerat (ita videtur legendum hic in fin.) quæri poſſit, quid in hac ſpecie conſtitui oportet? licet nimia ſubtilitate teſtator videatur noluiſſe Stichum manumittere teſtamēto, ſeu vindicta, humanitatis tamen intuitu valebit id legatum, ſi eum alio, quam vindicta modo manumiſerit. Atque ita priore caſu, valet legatum ſi viuus eum manumiſerit, tametſi videatur teſtamento manumittere voluiſſe: Poſteriore quoque valebit legatum ſi teſtamento manumiſerit, licet inter viuos manumittere voluiſſe videatur. Nam qui dicit, *vindicta ſe libertatem daturum*, ſubtilitate nimia ſeparat à teſtamento hanc manumiſſionem, *vt hic*.

c Humanitas hic nimiæ ſubtilitati opponitur.

d al. eum non manumiſerit.

e *v. l.* 1. *ſup. eo. & l.* 45. *ℨ. eod.*

f *l.* 35. *ℨ. de cond. & demonſt.*

g *v. l.* 90. *ſuprà de cond. & dem.*

h *l.* 2. *ℨ. de manumiſſ. vindicta.*

i ſub Conditione manumiſſus, interim dum expectatur conditio, ſeruus eſt heredis. k Confunditur vſusfructus, relicta fructuario proprietate, tranſit denique proprietas recta via in fructuarium, *vt hic*. Vt & quoties rem ſuam legat, ſecus ſi heredis, *l.* 1. *C. communia legat.*

l Cur ita? dixi ad Vlpianum 1. §. 19.

m fideicommiſſariam, *l.* 10. *in fi. C. eod.* n cum conditioni ſit ſatisfactum, *v. l.* 13. *§.* 1. *in fin. ℨ. de ſtatulib.* o *l.* 21. *in pr. ℨ. de ſtatulib.* p *l.* 19. *ℨ. eod. l.* 8. *ſup. de iur. codic. l.* 91. *§.* 2. *ſupr. de leg.* 1. *l.* 8. *C. de fideic.* * q Generis legatum à ſpecie multum differt, vt hic peculium generis nomen eſt: vicarius qui in peculio, ſpeciei. Itaque peculio legato, ſi vicarius eiuſdem peculij liber eſſe iuſſus eſt, ſpecies eximitur de genere. r *v. l.* 11. *ℨ. eod. l. vlt. ℨ. de ſtatulib. l.* 14. *ſup. de leg.* 2.

ſ *v l.* 50. *ℨ de fideic. libert.*

t Adimi libertas data hodie poteſt.

u Hodie. id eſt poſt multas veterum diſputationes: aut reiecta veterum ſubtilitate. * x Fauorabiliora ſequimur in libertatibus: vt in obſcuro pro libertate reſpondeamus.

y *v. l. vlt. in fin. ſup. de vulg.*

z directò ſcil. & ita hunc locum ſupplent Græci.

a *v. l.* 56. *circa medium, ſup. de cond. & demonſt.*

b *v. l.* 1. *§* 8. *ℨ. ſi is qui teſtamento liber.*

c *l.* 36. *in pr. ℨ. eo l.* 7. *§.* 2. *ℨ. de operis libertorum.* adde *l.* 13. *§.* 3. *ℨ. de ſtatulib.* *

1 ¶ Proinde

1 ¶ Proinde & ſi legatum quis cum libertate acceperit, non aliter legatum habebit, niſi conditioni iuriſiurandi paruerit.

2 ¶ Sed ſi purè libertatem acceperit, legatum ſub iuriſiurandi conditione, putat Iulianus lib. 31. Digeſtorum, remitti ei conditionem iuriſiurandi.

3 ¶ Idem puto dicendum, & ſi libertate † quoque iniecta conditio ſit, ſed teſtator eum viuus manumiſerit. nam & hic conditio legati remittetur *a*.

De conditione inſulæ ædificandæ, ſtatuæ ponendæ. 1. membri pingendi, nauis fabricandæ, rationum reddendarum. 3. De ancilla cum liberis manumiſſa, & obiter de ventre in poſſeſſionem mittendo.

13. *Idem* ‖ lib. 5. Diſputationum. ‖

SI ita fuerit ſeruis duobus libertas data, ſi inſulam ædificauerint, vel ſi ſtatuam poſuerint, diuidi *b* hæc conditio non poterit. ſolummodo illud habebit dubitationem, an altero faciente, ſatisfactum voluntati videatur: ideóque ad libertatem perueniat. quod magis eſt: niſi aliud expreſsit teſtator. faciendo tamen ſibi conditionem impleuit, alteri non *e*. quinimò extinguitur ei conditio. nec enim amplius parere conditioni poteſt, cùm ſemel expleta ſit.

1 ¶ Idem quæri poteſt, & ſi fabris duobus, vel pictoribus, ſi membrum *d* depinxiſſent, vel ‖ ſi ‖ fabricaſſent nauem, quid adſcriptum ſit. nam voluntatis erit quæſtio, num alteri alterius facti conditionem iunxerit. quæ res efficit, vt quoad alter ceſſat, alteri quoque, qui facere paratus eſt, conditio deficiat: quod ſi ex his, quæ ſcripſit vel dixit, oſtenditur contentus eſſe teſtator, vel alterum facere, res erit expedita, nam alter faciendo, aut & ſibi & ſocio proderit, aut ſibi tantum, prout voluiſſe teſtatorem apparuerit.

2 ¶ Hæc quęſtio & in eo tractatur, ſi quis libertatem dederit ſeruis duobus, ſi rationes reddiderint. Iulianus enim tractat *e*, ſi alter reddere ſit paratus, alter non ſit *f*, an alter ſper alterum impediatur. & rectiſſimè ait, ſi quidem *g* ſeparatim rationes geſſerunt, ſufficere ad libertatem adipiſcendam ei qui ſuas rationes reddit: ſi *h* verò ſimul, non aliàs videri alterum paruiſſe, niſi vtriuſque reliqua exſoluerit.

¶ In reliquis accipere debemus, vt & *i* ipſa volumina rationum reddantur.

3 ¶ Sed & *ſi ancilla cum* k *filiis libera eſſe* iuſſa ſit, & ſi nullos habeat, erit libera: vel ſi habeat quidem, filij autem eius ad libertatẽ pertinere non poſsint, idem erit dicendum: & ſi ipſa libera non eſſe poſsit, filij "tamen" eius peruenient ad libertatem. Nam hæc * adiectio *l cum filiis* non facit conditionem *m*, niſi *n* mihi proponas aliam ſententiam teſtatoris fuiſſe. tunc enim pro conditione erunt hæc verba accipienda. Conditionem autem non facere, argumento *o* eſt ". & " edictum Prætoris, quo ita cauetur, *Ventrem "cum" liberis in poſſeſſionem eſſe iubebo*. placet enim*, & ſi nulli liberi ſint *p*, ventrem tamen ex edicto in poſſeſsionem mittendum.

Si ſeruus purè liber ſcribatur, & heres ſub conditione.

14. *Idem* ‖ lib. 8. Diſputationum. ‖

CVm ſeruus purè liber ſcribitur, & heres *q* ſub conditione, placet deficiente conditione habere eum libertatem.

De conditione, ſi legatarius non manumiſerit.

15. *Iulianus* ‖ lib. 32. Digeſtorum. ‖

S*Tichum Sempronio do lego. Si Sempronius Stichum intra annum non manumiſerit, idem Stichus liber eſto*. quæſitum eſt, quid iuris ſit. reſpondit, hoc modo libertate data, *Si Sempronius non manumiſerit, Stichus liber eſto*, Sempronium, niſi manumiſerit, nihil iuris in Stichum habiturum, ſed liberum eum futurum.

De relicto cum quis triginta annorum erit.

16. *Idem* " libro 36. Digeſtorum. ‖

SI ita ſcriptum fuerit, *Cùm r Titius annorum triginta erit, Stichus liber eſto, eique heres meus fundum dato*, & Titius antequam ad annum 30. perueniret, deceſſerit, Sticho libertas competet; ſed legatum non debebitur. nam fauore *ſ* libertatis receptum eſt, vt mortuo Titio tempus ſupereſſe videretur, quo impleto libertas cõtingeret. circa legatum defeciſſe conditio viſa eſt.

De libertate relicta, cùm morietur. *De conditione non faciendi. 2. De verbis*, ita vt. 3. *De verbo*, poſt annos.

17. *Idem* " libro 42. Digeſtorum. "

LIbertas, quæ in *t* vltimum vitæ tempus *u* confertur, (veluti *Stichus cùm morietur, liber eſto*) nullius *x* momenti exiſtimanda eſt.

1 ¶ Hæc autem ſcriptura, *Stichus, ſi Capitolium non aſcenderit, liber eſto*, ita accipienda eſt, ſi cùm primum potuerit, Capitolium non aſcenderit. iſto enim modo perueniet Stichus ad libertatem, ſi facultate data aſcendendi Capitolium abſtinuerit.

2 ¶ Hac ſcriptura teſtamenti, *Pamphilus liber eſto. ita vt filiis meis rationem reddat*, an ſub conditione libertas data videretur, quæſitum eſt. reſpondi *y*, purè

† libertati quoque iniecta conditio ſit, ſi teſtator, &c. adde *l. 6. in fi. Cod. quibus omiſſa cauſa*.
a Cur? quia reperitur liber poſt mortem domini *Græci*.
b *§. 2. ȷ. eo. l. 6. C. de conditionib. inſertis, v. l. 12. in pr. ȷ. de cond. & dem.*
c *l. 39. §. fin. ȷ. de ſtatulib.*
d id eſt, cubiculum, *v. l. 52. §. 7. in fin. ȷ. de leg. 3.*
e *v. l. 13. §. 2. ȷ. de ſtatulib.*
f *v. l. 56. circa medium. ȷ. de cond. & demonſt.*
g *l. 2. in fin. ſup. de cond. inſtit.*
h *v. §. 1. ȷ. eod.*
i Reliquorum legato, ipſa volumina etiam debentur, quibus reliqua cõtinentur. Hoc ex Iacobo Aretio notat Bartolus tutorem libros rationum pupillo reddere teneri, *l. 8. §. 5. ſupr. de liberatione legata.*
k *Cum* particula poſita inter perſonas principaliter, *vt hic*, inter res, acceſſoriè coniungit.
*
l *l. 52. in pr. l. 121. ſupr. de leg. 1. l. 88. §. 3. ȷ. de leg. 2. l. 10. §. 31. circa fin. ȷ. de ſtatulib.*
m libertati ſcil.
n Voluntas teſtatoris conditionem facit, etiam repugnantibus verbis.
o Argumentum valet à verbis legis ad verba teſtatoris.
*
p *l. 7. in fin. ſup. de ventr. in poſ. mitt.*
q *l. 2. ſup. eo. l. 26. ȷ. eo. l. 42. circa fin. ȷ. de fideic. lib. l. 2. §. pen. ȷ. de ſtatulib. l. 4. circa fin. ȷ. de reb. authoritate iudicis.*
r *v. l. 23. §. 3. ȷ. de fideic. liberto.* Quid intereſt inter hæc verba, cum 14. annorum erit, & cùm ad 14. annos peruenerit, v. Robertum 5. *animaduerſ. 26.* & Antonium Mercatorem 3. *notat. 26. & v. l. 49. ȷ. de leg. 1.*
ſ *v. l. 122. ȷ. de reg. iur.*
t *l. vlt. in pr. ȷ. eo. l. 4. §. 1. ȷ. de ſtatulib.*
u manumittendi ſerui ſcil.
x Cur nullius momenti? Nihil conferri poteſt in id tempus quo fieri non poteſt.
y *l. 44. circa fin. ȷ. eodem.*

quidem datam libertatem & illam adiectionem, *ita vt rationes reddat*, conditionem libertati *a* non *b* iniicere: tamen, quia manifeſta voluntas teſtantis exprimeretur, cogendum *c* eum *d* ad rationes reddendas *e*.

3 ¶ *Poſt annos* Indiſtinctè liber eſſe iuſſus, poſt *f* biennium liber erit. ídque & fauor libertatis exigit, & verba patiuntur. niſi " ſi* aliud ſenſiſſe patremfamilias manifeſtiſsimis *g* rationibus, is à quo libertas relicta eſt, probauerit.

Si poſt vnius ex heredibus mortem liber eſſe iuſſus ſit. 1. De conditione, cum moriar. 2. *De verbis*, ad annum liber eſto.

18. *Idem* " lib. 2. ad Vrſeium Ferocem. "

QVi duos heredes inſtituebat, poſt alterius mortem ſeruum liberum eſſe iuſſerat. is ex cuius morte libertas pendebat, viuo teſtatore deceſſerat. Sabinus reſpondit liberum *h* futurum.

1 ¶ Hęc *i* conditio, *cùm moriar liber eſto*, vitæ tempus complectitur, & idcirco inutilis eſſe videtur. ſed melius eſt, verba benigniùs interpretari, vt poſt mortem ſuam videatur teſtator ei libertatem reliquiſſe.

2 ¶ Sed multò magis hæc, *Ad* k *annum liber eſto*: "vel" ita accipi poteſt, *Poſt annum, quàm moriar, liber eſto*. & licet *l* hoc modo accipiatur, *Poſt annum, quàm hoc teſtamentum factum erit, liber eſto*, ſi euenerit, vt intra annum teſtator decedat, inutilis non erit.

De legato relicto ei quem heres rogatus eſt manumittere.

19. *Idem* " lib. 3. ad Vrſeium Ferocem. "

QVidam heredem ſuum rogauerat, vt ſeruum *m* manumitteret: deinde, ſi heres eum non manumiſerit, liberum eſſe iuſſerat, eique legauerat. heres eum manumiſit: plerique exiſtimant, hunc ex *n* teſtamento libertatem conſequi. ſecundùm hoc legatum quoque ei debetur.

De conditione, ſi promeruerint.

20. *Africanus* ‖ libro 1. *o* Quæſtionum. ‖

SEruos legauit, & cauit ita, *Rogo ſic t p promeruerunt q, dignos eos libertate exiſtimes*. prætoris hæ partes ſunt, vt cogat libertatem præſtari: niſi ſi *r*, quid tale hi ſerui admiſerint, vt indigni ſint, quo libertatem conſequantur; non etiam vt talia officia ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debent. arbitrium tamen eius erit, qui rogatus ſit, quo tempore quemque velit manumittere; ita vt ſi viuus non manumiſiſſet, heres eius ſtatim libertatem præſtare cogatur.

De verbo immò.

21. *Idem* ‖ libro 4. *ſ* Quæſtionum. ‖

S*Tichus, immo t Pamphilus liber eſto*. Pamphilum liberum futurum reſpondit. quodammodo enim emendaſſe errorem ſuum teſtatorem. Idémque iuris fore, etiam ſi ita ſcriptum fuerit, *Stichus liber eſto. immo* u *Pamphilus liber eſto*.

De conditione rationum reddendarum.

22. *Idem* " libro 9. *x* Quæſtionum. "

QVi filium impuberem heredem inſtituit, *Stichum ratione y argenti, quod ſub cura eius eſſet, reddita liberum eſſe iuſſerat*. is ſeruus, parte argenti ſubtracta, cum tutore diuiſit *z*, atque ita tutor ei parem rationem adſcripſit *a*. conſultus, an Stichus liber eſſet? Reſpondit non eſſe liberum: Nam quod alioquin placeat, ſi ſtatuliber pecuniam dare iuſſus tutori det *b*: vel per tutorem ſtet, quo minus conditioni pareatur, peruenire eum ad libertatem: ita accipiendum, vt bona fide & citra fraudem *c* ſtatuliberi, & tutoris id fiat, ſicut & in alienationibus rerum pupillarium ſeruatur. Itaque & ſi offerente ſtatulibero pecuniam tutor in fraudem pupilli accipere nolit, non aliter libertatem contingere, quàm ſi ſeruus fraude careat: eadémque & de curatore dicenda.

1 ¶ Item quæſitum eſt, rationem argenti reddere iuſſus, in quem modum intelligendus ſit conditioni paruiſſe, id eſt, an ſi quædam vaſa *d* ſine culpa eius perierint, atque ita reliqua vaſa heredi bona fide adſignauerit, perueniat ad libertatem? Reſpondit, peruenturum. nam *e* ſufficere, ſi ex æquo & bono rationem reddat. denique quam rationem bonus paterfamilias reciperet, ea heredi reddita impletam conditionem videri.

a Imò, modus [...] conditione obſ[...] uatur, *l. 1. C. de [...] quæ ſub modo*.
b Cur non ini[...] ciunt conditio[...] Hæc verba, ita [...] modum faciunt.
c Ad modum im[...] plendum lega[...] rius cogi poteſt.
d etiam poſt ma[...] numiſſionem.
e ſuæ adminiſtrationis.
f *l. 109. ȷ. de [...] obl. l. 217. ȷ. [...] verb. ſign. c. 40. [...] regul. in 6.*
g *l. vlt. ȷ. de pro[...] bationibus*.
h & ſi viuo te[...] tore conditio [...] impleta, *l. 7. circa medium, C. de [...] & ſubſtit.*
i v. *Cuiac. 3. obſ.* [...] Momentum mortis vitæ adſcribimus, *l. 42. §. 1. ȷ. de mortis cauſa don.*
k *v. l. 32. ȷ. eod.*
l *l. 41. §. 15. in [...] ȷ. de fideic. liber.*
m *v. l. 9. ȷ. eod.*
n atque ita [...] num & liber[...] defuncti, *§. 2. [...] Inſt. de ſingulis rebus per fideic. rel.*
o v. ad hanc leg. Cuiacium, [...] *Afric. fol. [...] l. 77. §. 25. ſupr. de leg. 2.*
p eadem [...] eſt in *l. 11. [...] de leg. 3. l. 4[...] l. 46. §. 1. [...] fideic. liber.*
q *l. 51. in pr. [...]*
r Meruiſſe vide[...] quem non [...] demeruiſſe, [...] vel ita, quem [...] apparet offen[...] *Cuiac. l. 5. ȷ. eod.*
ſ v. Cuiacium [...] *ad Afr. fol. 49.*
t Epanodos, [...] correctio, Cice[...] *pro Ligario*, [...] Quintilianum [...] c. 3. Principum [...] gnitas erat pa[...] par, non par [...] taſſe eorum qui [...] quebantur. [...] in reſponſione [...] teſtium, nomi[...] mam reſponſionem nos ſequi de[...] hinc colligunt [...] quam prioris [...] dationem.
u Nihil proh[...] priore ſcriptu[...] poſteriorem corri[...] gere, *l. 47. ſupra de hered. l. 17. ſupra de adimend.*
x v. Cuiac. [...] *Afric. fol. 217.*
y Argenti curam ſeruis interdũ cõmittebant domini. Argenti, hoc eſt, nummorum & vaſorum argenteorum.

Hi, vt conſtat ex quibuſdam inſcriptionibus, dicebantur ſerui ab argento eſcario vel potorio: vt alius, ab auro: alius à veſte matutina, alius à ſtudiis, alius à commentariis. z Diuiſit, hic eſtne idem quod rationes reddidit? an idem quod colluſit? an potius idem quod partem argenti à ſe ſubtracti tutori dedit? a id eſt congruere accepta expenſis, nihil eſſe reliqui: vel ſoluiſſe reliqua ſtatuliberum, & parem vtramque rationum paginam feciſſe. quæ ſubſcriptio apocha eſt, ſiue (vt hic ſcribunt Græci) ἀπόδειξις quaſi ἀπόδεξις, id eſt cautio de ſuſcepta pecunia. *Cuiac. ib.*
b *l. 68. in pr. ȷ. de ſolutio.*
c Apocha à tutore extorta per fraudem, fraudis tutore ipſo etiam participe & conſcio non liberat, *Cuiac. ibid.*
d *l. 41. §. vlt. ȷ. de fideic. lib. l. 40. in fin. ȷ. de ſtatulib.* e Rationes reddere iuſſus

De vs

De validitate teſtamenti, & aditione hereditatis. I. De puritate, die, conditione.

23. *Marcianus* ‖ libro I. Inſtitutionum. ‖

TEſtamento manumiſſus, ita demum ſit liber. † ſi teſtamentum valeat, & ex *a* eo adita ſit hereditas: vel *b* ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hereditatem.

I ¶ Teſtamento data libertas competit, purè quidem data, ſtatim *c* quàm adita fuerit hereditas, vel ab vno ex heredibus: ſi in diem autem libertas data eſt, vel ſub conditione: tunc competit libertas, cùm *d* dies venerit, vel conditio extiterit.

Quid ſit manumittere nominatim.

24. *Gaius* ‖ libro primo Rerum cotidianarum, ſiue aureorum.

NOminatim *e* videntur liberi eſſe iuſſi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet *f* alio modo euidenter denotati eſſent, veluti *Diſpenſator meus, Cellarius g meus, Cocus meus, Pamphili ſerui mei filius.*

De aditione hereditatis.

25. *Vlpianus* ‖ libro 4. Regularum. ‖

TEſtamento liber eſſe iuſſus, tum ſit liber, cùm adita *h* fuerit hereditas qualibet ex parte: ſi modò ab eo gradu, quo liber eſſe iuſſus eſt, adita fuerit, & purè quis manumiſſus ſit.

De libertate tacitè data.

26. *Marcianus* ‖ lib. I. Regularum. ‖

DIuus Pius & Diui fratres fauorabiliter reſcripſerunt, cùm ſeruo cum libertate ſubſtituto legatum erat, ſi *i* hæres non eſſet, non adſcripta libertate, perinde haberi, atque ſi adſcripta eſſet & libertas.

Qui poſſunt neceſſarium hæredem facere.

27. *Paulus* ‖ lib. I. ad legem Æliam Sentiam. ‖

QVi potuerint apud conſilium manumittendo ad libertatem perducere, poſſunt etiam neceſſarium hæredem facere, vt hæc ipſa *k* neceſſitas *l* probabilem faciat manumiſſionem.

De conditione, ſi non vetuero vel ſi non aſcendero.

28. *Idem* libro ſingulari de Iure Codicillorum. ‖

STichus *ſi codicillis eum non vetuero liberum eſſe, liber eſto*, ſic eſt atque ſi diceret, *"Stichus" ſi in Capitolium non aſcendero m, liber eſto.* nam & hæres ſic inſtitui poteſt.

De filio præterito.

29. *Scæuola* ‖ lib. 23. Digeſtorum. ‖

VXorem prægnatem repudiauerat *n*, & aliam duxerat, prior *o* enixa filium expoſuit, hic ſublatus ab alio educatus eſt, nomine patris vocitatus. vſque ad vitæ tempus patris, tam ab eo quàm à matre, an viuorum numero eſſet *p*, ignorabatur. mortuo patre teſtamentóque eius, quo filius neque exheredatus, neque heres inſtitutus ſit, recitato, filius & à matre, & ab auia paterna adgnitus, hæreditatem patris ab inteſtato quaſi legitimus poſſidet. quæſitum eſt, hi qui teſtamento libertatem acceperunt, vtrum liberi, an ſerui ſint? Reſpondit, filium quidem nihil præiudicij paſſum fuiſſe, ſi pater eum ignorauit, & ideo cùm in poteſtate ‖ & ‖ ignorantis patris eſſet, teſtamentum non valere. ſerui autem manumiſſi ſi per quinquennium in libertate morati ſint, ſemel datam libertatem infirmari, contrarium ſtudium fauore libertatis eſt.

De ſeruis qui ſunt apud hoſtes.

30. *Vlpianus* ‖ libro 19. ad Edictum.

SI ſerui, qui *q* apud hoſtes ſunt, liberi eſſe iuſſi ſunt, ad libertatem perueniunt, quamuis *r* neque teſtamenti, neque mortis tempore teſtantis, ſed hoſtium fuerunt.

De incertitudine.

31. *Paulus* lib. 26. ad Edictum.

CVm ex pluribus eodem nomine ſeruis, vnus liber iuſſus, non *ſ* appareat qui ſit, nullus liber eſt.

De abſtentione. De manumiſſione in fraudem creditorum.

32. *Vlpianus* libro 65. ad Edictum.

SCiendum eſt, neceſſario *t* herede exiſtente, quamuis *u* ſe abſtineat, tamen libertates competere, ſi modò non in fraudem legis Æliæ Sentiæ data fuerint.

De libertate ad tempus data.

33. *Paulus* lib. 12. Quæſtionum.

LIbertas ad *x* tempus dari non *y* poteſt.

34. *Idem* ‖ libro 74. ad Edictum. ‖

IDeoque ſi ita ſcriptum ſit, *Stichus z vſque ad annos decem liber eſto*, temporis adiectio ſuperuacua *a* eſt.

Quibus libertas directa dari poteſt.

35. *Idem* ‖ lib. 30. ad Edictum.

SEruius exiſtimabat, iis poſſe ſeruis dari teſtamento directam libertatem, qui *a* vtroque *b* tempore, & quo teſtamentum ſit, & quo moritur, teſtatoris fuerunt. quæ ſententia vera eſt.

De conditione, ſi iurauerit ſe operas daturum.

36. *Idem* ‖ lib. 7. ad Plautium ‖

SEruum teſtamento ita manumiſi, *Si c iurauerit, ſe Cornelio filio meo decem operarum daturum, liber eſto.* quæritur quid iuris ſit. & ſciendum eſt: iurando ſeruum conditionem implere, ſed non teneri operarum nomine: quia niſi poſt manumiſſionem iuret, non obligatur.

Quid ſit manumittere nominatim.

37. *Idem* ‖ lib. 9. ad Plautium.

NOminatim *d* codicillis manumiſſus videtur ſeruus, cuius nomen teſtamento continetur.

De libertate data cùm per leges licebit.

38. *Idem* ‖ lib. 12. ad Plautium.

LIbertas teſtamento ſeruo ita dari poteſt, *Cùm per leges e licebit, liber eſto.*

De conditione, ſi heres alienauerit, vel ſi heredis eſſe deſierit.

39. *Idem* ‖ lib. 16. ad Plautium. ‖

STichus *ſeruus meus ſi eum heres alienauerit, liber eſto.* inutiliter libertas datur, quia in *f* id tempus confertur, quo alienus futurus ſit. nec contrarium eſt *g*, quod ſtatuliber, etiam ſi venierit, ex teſtamento libertatem conſequitur. COEppe *h* vtiliter libertas data, facto heredis non perimitur. Aut quid in legato eo modo dato dicemus? diuerſum enim nulla ratione dicetur. nam inter libertatem & legatum, quantum ad hanc cauſam, nihil diſtat. Igitur nec ſi directò datur libertas, *Si heredis mei eſſe deſierit, liber eſto.* quia nullum caſum vtilem habet.

De libertate relicta ſeruo relicto.

40. *Pomponius* ‖ lib. 5. ex Plautio. ‖

IVlianus ait, cùm idem homo & per fideicommiſſum detur *i* alicui, & liber eſſe iubeatur, heredem libertatem præſtare debere. non enim cogetur (inquit) ex cauſa fideicommiſſi æſtimationem ſufficere, cùm debitam libertatem reddiderit.

I ¶ Sed & cùm ſub conditione ſeruo libertas per fideicommiſſum detur, & ipſe præſenti die daretur, non aliter tradere eum cogetur, quàm vt caueatur, exiſtente conditione libertati eum reſtituiri. nam in omnibus ferè cauſis fideicommiſſas libertates pro directo datis habendas. Sed Ofilius aiebat, ſi adimendi legati cauſa fideicommiſſam libertatem teſtator dediſſet, ea vera eſſe. ſi verò onerari heredem à teſtatore legatarius oſtenderit, æſtimationem nihilominus legatario præſtandam.

De verbis, anno duodecimo, vel poſt annum duodecimum. I. De conditione, ſi anno, biennio, triennio, ſoluerit.
2. De verbo, intra.

41. *Idem* ‖ lib. 7. ex Plautio. ‖

SI ita fuerit libertas relicta, *Stichus ſeruus meus anno duodecimo, poſtquam ego mortuus ero, liber eſto*: veriſimile eſt *k* principio *l* duodecimi anni eum liberum eſſe. nam hoc mortuum ſenſiſſe, & in *m* hos ſermones, *duodecimo anno, & poſt n duodecim annos*, multum intereſt. & ita loqui ſolemus, *duodecimus annus eſt*, cum quantulumlibet ex duodecimo anno veniſſet, aut præteriſſet: & qui duodecimo anno liber eſſe iubetur, omnibus *o* anni diebus liber eſſe iuſſus eſt.

I ¶ Sed ſi ita ſit ſcriptum in teſtamento, *Stichus p ſeruus meus, heredi meo mille nummos anno, biennio, triennio, poſtquam ego mortuus ero, ſi ſoluerit, ſatiſue fecerit, liber eſto*, non poteſt is ſeruus, niſi triennio præterito liber eſſe, niſi præſentem eam pecuniam ſoluat, aut ſatisfaciat. compenſanda etenim eſt heredi libertatis celeritas prœmaturæ pecuniarum ſolutioni.

2 ¶ Labeo ſcribit, ſi ſic libertas relicta ſit, *Stichus intra annum, "poſt" quam mortuus ero, liber eſto*, ſtatim *q* eum liberum eſſe. nam & ſi ita ſit, *Si intra annum decimum heredi meo dederit, liber eſto*, ſtatim *r* ſoluendo eo liberum eſſe ſine mora futurum.

De verbis, illum illius libertum eſſe volo.

42. *Marcellus* lib. 16. Digeſtorum.

SI quis ita ſcripſerit, *Illum illius ſ libertum eſſe volo.* & ſeruus libertatem petere poteſt: & ille, *t* vt habeat libertum.

De teſtamento codicillis, & cauſa inteſtati.

43. *Modeſtinus* libro ſingulari de Manumiſſionibus.

LIbertates directæ & *t* teſtamento, & codicillis teſtamento confirmatis rectè dantur. fideicommiſſæ, & ab inteſtato *u*, & codicillis *x* non confirmatis relinqui poſſunt.

De modo.

44. *Idem* ‖ libro 10. Reſponſorum.

MÆuia decedens ſeruis ſuis, nomine Sacco, & Eutychiæ, & Hirene, ſub conditione *y* libertatem reliquit his verbis: *Saccus ſeruus meus & Eutychia, & Hirene ancillæ meæ, omnes ſub hac conditione liberi ſunto, vt z monu-*

Y y

† l. 11. C. eod. l. 24. §. 11. ℑ. de fideicomm. libert.
a l. 2. C. eo. l. 1. C. de fideicomm. libert.
b Teſtamento manumiſſus ſit liber non modò ſi teſtamentū valet, & ex eo adita ſit hereditas, ſed & ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hereditatem.
c *Vlp.* I. §. 22.
d Nominatus videtur qui vel ex artificio vel officio vel quolibet alio modo euidéter denotatur, *l.* 23. ℑ. *eod.*
e *l.* 37. *inf. eodem* §. 25. *verſ. libertas inſt. de leg.* vide omnino *Paul.* 4. *ſent.* 14. §. I. dixi ad Vlp. I. §. *vlt.*
f vt ſi patrem ſerui teſtator demóſtret. *Baſilica.*
g *l.* 41. §. I. *ſup. de leg.* 3. *Senec.* 22. *epiſt.* 123. Cellarij, coqui tumultuantur.
h *l.* 33. *in fin. ſup. eod l.* 67. §. *fin.* ℑ. *de legat.* 2.
i vide *l.* 14. ℑ. *eodem.*
k Cauſæ manumittendi eo capite cōtinentur, *l.* 11. *l.* 12. ℑ. *eod.* § 5. *Inſt. quibus manumitt. non licet.*
l Neceſſitas facit vt ea probabilia videantur, quę ante ἄδοξα dicebantur, adde *l.* 162. ℑ. *de reg. iur.* vide quæ notaui ad *l.* 14. *C. de ſac. Eccl. l.* I. *C de patr. qui filios diſtraxerunt, l.* 7. ℑ. *de adminiſtr tuto. l.* 5. *ſuprà de petit. heredit.* in neceſſariis, diſcedimus à communibus iuris regulis. Neceſſitas facit ex illicito licitum.
m Talis manumiſſio mortuo teſtatore vim ſuam obtinet, *arg. l.* 99. *infrà de verb. obligat.*
n maritus ſc.
o Repudiata.
p *l.* 25. *in prin. ſuprà de bon. poſſ.*
q *l.* 24. §. 2. *inf. de fideic. liber.*
r atqui vtroque tempore in poteſtate eſſe debuerūt. *l.* 35. *inf. eod.*
ſ *l.* 10. *in pr. ſup. de reb. dub.*
t putà filio, qui eſt ſuus & neceſſarius §. 2 *inſt. de her. qual.*

a Imò neutrum requiritur, *l.* 30. *in fi.* ℑ. *eod.*
b §. 2. *verſ. nec alius, Inſt. de ſingulis rebus per fideic.*
c vide *l.* 12. *in pr. ſup. eod.*
d vide *l.* 14. ℑ. *eo.* vide Paul. 4. *ſent.* 14. §. 2.
e *l.* 12. *ſup. ad manumiſſ.*
f *l.* 28. §. 2. *ſup. ex quibus cauſis maiores.*
g adde *l.* 51. ℑ. *de vſufr. & quemadm.*
quippe, *Hal.*
i id eſt, legatur, vide *l.* 14. ℑ. *de legat.* 12.
k *l.* 47. §. 3. *inf. de fideicomm.*
l ſic annus inceptus habetur pro cōpleto. adde *l.* 16. *in princ.* ℑ. *eod.* idque fauore libertatis, *vt hic.* & fauore piæ cauſæ. vide Tiraquellum 22 *priuilegio piæ cauſæ.*
m *al.* inter.
n Imò aliud videtur cum expectandæ ſint omnes partes anni, *l.* 42. ℑ. *de ver. obl.*
o id eſt, quolibet die anni duodecimi, *l.* 42. *inf. de ver. oblig.*
p vide *l.* 217. ℑ *de ver. ſign.*
q Imò nouiſſimo die anni. *l.* 49. ℑ. *de condit. & demōſtr.* licèt annua promiſſio debeatur in fine anni, id tamen libertatis piarúmque cauſarum fauore non obtinet. *Alex.*
r Aliud eſt in operis. *l.* 20. §. 5. ℑ. *de ſtatulib.*
ſ *l.* 41. *in princ.* ℑ. *de fideicomm. libert.*
t *l.* 16. *in pr. inf. de fideicomm. liber.* §. I. *Inſtit. de libertinis.*
u §. 10 *Inſtit. de fideicommiſſ.*
x *l.* 1. *C eod Paul.* 4. *ſentent.* §. 10. 2. *Gaius* 7.
y id eſt, modo.
z *vt* particula modum innuit. Manumiſſio ita facta: Saccus ſeruus liber eſto, vt quotannis lucernam accendat monumento meo, intelligitur facta ſub modo. *Corſetus ſingular.* Manumiſſio.

u *l.* 3. *C. eod.* x verbi gratia ad decem vſque annos. y Quid ſi ad tempus data fuerit? tempus adiectum velut ſuperuacuum auferemus, & ſic libertas competet, *l.* 34. *inf. eod.* z *l.* 1. §. *fi. ſup. eod. l.* 33. ℑ. *eod l.* 41. §. 15. *inf. de fideic. libert.*
a vide *l.* 15 *inf. de regulis iuris.*

mento a meo alternis menſibus lucernam b *accendant,& ſolemnia* c *mortis peragant.* quæro, cùm adſiduo monumento Mæuiæ Saccus,& Eutychia, & Hirene non adſint, an liberi eſſe poſſunt? Modeſtinus reſpondit, neque contextum *d* verborum totius ſcripturæ, neque mentem teſtatricis eam eſſe *e*, vt libertas ſub conditione *f* ſuſpenſa ſit,cùm liberos eos monumento adeſſe voluit : officio tamen iudicis eos eſſe compellendos,teſtatricis iuſſioni parere.

De pluribus conditionib.

45.*Idem* ‖ libro *g* Pandectarum.‖

QVod * vulgò dicitur *h*, ſub pluribus conditionibus data libertate *i*, leuiſſimam conditionem ſpectandam eſſe,ita verum eſt, ſi ſeparatim conditiones ſint datæ. quod ſi coniunctim datæ ſunt , niſi *k* omnibus paruerit,liber non erit.

De pœna metallorum & reſtitutione.

46.*Pomponius* ‖ lib.7. ex variis lectionibus. ‖

ARiſto Neratio Appiano reſcripſit, teſtamento liber eſſe iuſſus,*cùm annorum triginta eſſet* l, antequam ad eam ætatem perueniret,‖ſi‖in metallum damnatus ſit,ac poſtea reuocetur,ſine dubitatione cum libertate legatum ad eum pertinere:neque metallorum pœna ius eius mutari. Nec aliud, ſi heres eſſet ſub conditione inſtitutus : futurum enim eum etiam neceſſarium.

Quibus caſibus xx. aurei à manumiſſo præſtantur.

47.*Papinianus* ‖ lib 6. Quæſtionum.‖

CVm *m* ex falſis codicillis per errorem libertas, licèt non debita , præſtita tamen ab herede fuiſſet,viginti *n* ſolidos à ſingulis hominibus inferendos eſſe heredi : Princeps conſtituit.

1 ¶ Sed & ſi conditionis implendæ gratia ſeruum inſtitutus manumiſerit,ac poſtea filius de *o* inofficioſo agendo tenuerit *p*, vel teſtamentum falſum fuerit pronuntiatum , conſequens erit , idem in hac ſpecie fieri,quod in falſis codicillis conſtitutum eſt.

De ſeruo communi.

48. *Idem* ‖ libro 10. Quæſtionum. ‖

SI ſocius teſtamento libertatem ita dederit,*Pamphilus,ſi eum ſocius manumiſerit,liber eſto.* Seruius reſpondit,ſocio manumittente , communem fieri libertum familiæ *q* atque manumiſſoris. Neque enim nouum aut incognitum eſt , vario *r* iure communi mancipio libertatem obtingere.

De teſtamento militis.

49.*Idem* ‖ libro 6. Reſponſorum.‖

TEſtamento militis ita manumiſſam , *Samiam in libertate eſſe iuſsi.* directam libertatem iure *ſ* militiæ cepiſſe placuit.

De addictione bonorum libertatum conſeruandarum cauſa.

50.*Idem* ‖ lib.19. Reſponſorum.‖

QVod Diuo Marco pro libertatibus conſeruandis placuit, locum habet irrito teſtamento facto , ſi bona venum itura ſint. alioquin vacantibus fiſco vindicatis, non habere conſtitutionem *t* locum, apertè cauetur.

1 ¶ Seruos autem teſtamento manumiſſos,vt bona ſuſcipiant,iure *u* cautionem idoneam offerre, non minus quam cæteros defuncti libertos aut extrarios *x*, declarauit. Quod beneficium minoribus annis heredibus ſcriptis auxilium bonis præſtiturum more ſolito deſiderantibus non auferetur.

De merito & offenſa.

51.*Idem* ‖ lib.14. Reſponſorum.

TEſtamento centurio ſeruos ſuos venire prohibuit, ac petit *prout y quiſque meruiſſet*, eos manumitti. libertates vtiliter datas reſpondit *z*. cùm, ſi *a* nemo ſeruorum offenderit, omnes ad libertatem peruenire poſſunt. quibuſdam per offenſam excluſis , reſidui in libertatem perueniunt.

1 ¶ Cùm ita teſtamento adſcriptum eſſet : *Serui,qui ſine offenſa fuerunt,liberi ſunto :* conditionem adſcriptam videri placuit. cuius interpretationem talem faciendam,vt de his in libertate danda cogitaſſe non videatur *b*,quos pœna coërcuit,aut ab honore miniſtrandi, vel adminiſtrandæ rei negotio remouit.

De modo.

52. *Paulus* ‖ libro 12. Quæſtionum. ‖

IMperatores‖Miſſenio‖Frontoni. Teſtamento militis his verbis adſcripta libertate , *Stephanum ſeruum meũ liberum eſſe volo* vel *iubeo.* adita hereditate , libertas competit. & ideo ea,quæ poſtea adiecta ſunt,*Sic tamen vt cum herede meo ſit,quoadúſque iuuenis ſit.Quod ſi noluerit, aut contempſerit,iure ſeruitutis teneatur.* ad reuocandam libertatem,quæ competit *c*,non ſunt efficacia.

¶ Idem & in paganorum teſtamentis obſeruatur.

De rationibus dandis.

53.*Idem* ‖ lib.15. Reſponſorum.‖

LVcius Titius ſeruo libertatem dedit,*ſi rationem a actus b ſui ex fide dediſſet Gaio Seio filio ſuo.* cùm *c* annos pubertatis egreſſus fuiſſet Gaius Seius, à curatorib. eiuſdem conuentus ſeruus , etiam apud iudicem omnib. ſatisfecit:exacta cautione à curatoribus, pronuntiatum eſt,liberum eum eſſe. nunc Gaius Seius filius teſtatoris negat , curatoribus ſuis rectè pecuniam inlatam. quæro,an iure ſoluta ſit quantitas? Paulus reſpondit , curatoribus quidem adoleſcentis reliquam rationem,vt conditio teſtamento adſcripta impleatur,non iure exſolutam videri: ſed ſi *d*, præſente adoleſcente,pecunia illata eſt,vel in rationib. eius relata, impletam conditionem videri, ac ſi ipſi ſoluta fuiſſet.

De errore in ſyllaba. 1. De pacto heredum & creditorum. De manumiſſione in fraudem creditorum.

54. *Scæuola* ‖ libro 4. Reſponſorum. ‖

QVi *e* habebat ſeruum Cratiſtum,teſtamento ita cauit,*Seruus meus Cratinus liber eſto.* quæro , an ſeruus Cratiſtus ad libertatem peruenire poſſit,cùm teſtator ſeruum Cratinum non habebat, ſed hunc ſolum Cratiſtum? Reſpondit. * nihil obeſſe, quod in ſyllaba *f* erraſſet.

1 ¶ Scripti teſtamento heredes,ante aditam hereditatem pacti ſunt cum creditoribus , vt parte dimidia contenti eſſent. & ita decreto à prætore interpoſito, hereditatem adierunt. quæro,an libertates in eo teſtamento datæ *g* cõpetierunt? Reſpondit, ſi teſtator fraudandi *h* conſilium non habuiſſet, competere libertates.

Si per ſeruum non ſtet quo minus conditio impleatur.

55.*Macianus* ‖ lib.2. Fideicommiſſorum. ‖

LIbertate ſub conditione data , huc iam decurſum eſt , vt ſi *i* per ſtatuliberum non ſtet , quo minus conditioni pareat , quamuis ne per heredem quidem ſtet,tamen ad libertatem perueniat. Quod credo reſponderi oportere,& ſi per fideicommiſſum vtique hereditariis ſeruis libertas data fuerit.

1 ¶ Non abſurdè & de heredis ſeruis idem dicetur.

2 ¶ De his autem,quos redimendos habebit , non iuſtè dubitamus. ſi quidem eo caſu iniquum erit, heredem perinde compelli debere redimere eos , atque ſi conditio impleta eſſet, quod fortè dominus prohiberet conditioni parere, vt & pretium perciperet, & in conditionem non rogaret *k*.

De libertate directa & fideicommiſſaria eodem teſtamento relictis.

56.*Paulus* ‖ lib.1. Fideicommiſſorum.‖

SI quis ſeruo teſtamento dederit libertatem & directò,& per fideicommiſſum: in poteſtate ſerui eſt, vtrum *l* velit ex directo *m*, an ‖ex‖ fideicommiſſo *n* ad libertatem peruenire. & ita Marcus Imperator reſcripſit.

De manumiſſione in fraudem creditorum.

57. *Gaius* ‖ libro 3. de Manumiſſionibus. ‖

SI *o* locuples egenti heres extiterit,videamus, an ea res teſtamento datis libertatibus proficiat,vt creditores fraudari [non] videantur. & ſanè ſunt quidam, qui cùm heres locuples exiſteret , tale *p* eſſe crediderunt,quale ſi ipſe teſtator adiunctis poſtea facultatibus deceſſiſſet. ſed mihi traditum eſt, hoc iure nos vti vt ad rem non *q* pertineat,locuples,an egens heres extiterit : ſed quarum facultatium teſtator deceſſerit. Quam ſententiam Iulianus adeo ſequitur , vt exiſtimet,ne eum quidem libertatem conſecuturum,quem is qui ſoluendo non eſſet, ita *r* liberum eſſe iuſſiſſet, *Cùm æs alienum ſolutum erit, Stichus liber eſto*: ſed non hoc eſt conſequens Sabini & Caſſij ſententiæ,quam & ip*ſe* *ſ* ſequi videtur,qui exiſtimat, conſilium quemque manumittentis ſpectare debere. nam qui ſub ea conditione *t* ſeruum ſuum liberum eſſe iubet, adeò ſine fraudis conſilio liberum eſſe iubet, vt apertiſſimè *u* curare videatur, ne creditores ſui fraudarentur.

De alienatione ſerui qui liber eſſe iuſſus eſt.

58.*Macianus* ‖ lib.3. Fideicommiſſorum. ‖

VErum eſt,eum,qui liber eſſe iuſſus eſſet *x*, alienatũ à teſtatore *y*, ſi ante aditam eius hereditatem rurſus *z* hereditarius fieret, mox *a* adiretur hereditas, ad libertatem peruenire *b*.

Pediſſequis manumiſſis, quo tempore ſpectetur an ſit pediſſequa. 1. Si purè manumiſſus ex hereditate amouiſſe dicatur. 2. De verbis, niſi diligenter rationem excuſſeris, liber ne eſto.

59. *Scæuola* ‖ lib.23. Digeſtorum. ‖

TItia ſeruis quibuſdam, & ancillis nominatim directas libertates dedit, deinde ita ſcripſit : *Et pediſſequas c omnes, quarum nomina in rationibus meis ſcripta ſunt, liberas eſſe volo.* quæſitũ eſt, an Eutychia, quæ teſtamenti

a Lucernæ monumentis & ſepulcris veterum acceſſę, *l.71.§. 2. ſ. de cond.& dem.*

b Ignis in ſepulchris & monumentis veterum adhibitus.

c Sacrificia hęc pro mortis & defunctis fuere : cuiuſmodi pro mortuis extitere ſacrificia , vel apud gentiles, quæ de re ſcripſi plenius in legibus XII. tabularum.

d Mentem atque voluntatem defuncti colligimus ex contextu verbiſque ipſius teſtamenti *l. 75. in fin. ſup. de leg. 3.* ex vicinis ſcripturis *l. 21.§.1. in fin. ſ. de teſtam.* ex his quæ præcedunt,& ſequuntur. *l.13.l.50. in fi.ſup. de leg.1.* ex aliis denique teſtamenti partibus. *l.15.C.de fideicommiſſ.*

e vide *l. 17. § 2. ſup.eod.*

f Imò modus conditio eſt. *l. 1. C. de his quæ ſub modo.*

g ſub. ſecundo, vt colligi poteſt ex *l. 20.ſup.de liberis & poſthumis.*

h *l.35. ſ. de cond. & demonſtr.*

i vide *l.1.l.5. ſup eodem.*

k *l.71.§.2.ſup. de cond & demonſtr.*

l Cur hoc exprimitur? vel ideo quod quos ad ciuitatem Romanam perduci volebant, iis ita teſtamento libertatem dabant. *l.39.§.2.ſup.familiæ : l.vlt. ſ. de reb. dub. l.13. in fin. ſ. de ſtatulib.* in eo qui cenſu liberatur, nulla ætatis habita eſt ratio. vid.*Cuiac.1.ad Vlp.*

m *l.23.§.1.ſup.de iure patron.l.2.C.de fideic.lib. l. vlt.§. 2. C. de petit. hered.*

n vide quæ notaui de pretio ſeruorum ad *l.1. §.3.C. de commun. ſeruo.*

o i.euerterit teſtamentum.*Græci.*

p i.obtinuerit, vt in *l.1.C.de apparitoribus Præfect. Præt.* Plin.6, *epiſt.* ſcripturam tenuiſſe Varenũ refert Horatius 1.*Epiſt.*16. Quo cauſæ teſte tenentur.vide Cuiac. *ibid.*

q id eſt,orcinum, *v.Cuiac.3.obſ.23.*

r ex vltima voluntate , inter viuos, *Accurſ.*

ſ in pagano ſecus. *l.7.C. de teſt.milit.*

t hanc diui Marci.

u *v.l.4.§.9.ſ. de fideicomm.libert.*

y extrarij, quibus libertas non eſt relicta, *v.l 6.l.15.§. pen.C.eod.* y *l.20.in pr.ſ.eod.* z Papinianus ſcil.

a Meritus videtur qui non demeritus reperitur, *l.20.ſ.eod.* b adde *l.59.in pr. ſ.eo.* adde *l.41.ſ. de fideic.lib.* c nam ad tempus libertas dari non poteſt, *l.32.ſ.eo.*

a adde *l.8.* in *l.12.in fin.ſup.*

b Actus eſt qui quis gerit. Actores ſerui inde dicti.

c & ſic poſt pubertatem *Baſ.* ca.

d præſentia conſenſum operatur 6.§.3.ſ. *de conſ.* & factum tutoris pupillo nocet, *l.Lucius 46.§ tela 5.ſ.de admin. tutor.*

e Parallage, fit literarũ tranſmutatione, Sic pro Cratiſto, Cratinus legitur vt in *l.27. ſup. cond. & demonſt.* Demetrij nom. pro Dama ſ... tur.

*

f Error in ſyllaba non nocet. *v. l. §.1 ſ.de manum. vindict.* vt & litera, *c ex parte fide inſtrum.* accentu ſiue punctione. *v.* ... *c.ad audientiam, reſcriptis.*

g per debitorem

h *v l.23.ſ.*... *à quib.manum.*

i Conditio impedit libertatem ſi non ſtat per eum cui relicta eſt, minus impleatur.

k *al.* non eſſe ... ret.

l Eſt in electione ſerui poſt euentum conditionis, vtrum velit eſſe liber ... orcinus ac defuncti vel heredis, *v. ſup.eod.* Ita ſi ... ſubſtitutus ſit directò vulgariter, pupillariter & per fideicommiſſum, eiuſdem poteſtatis fuerit, quo ex ... velit liber fieri.

m vt ſit orcinus defuncti teſtatoris libertus, *l.4.§.* ... *ſ.tit.prox.*

n vt ſit heredis libertus.

o *v.l.5.in pr.* ... *qui & à quib. manumiſſ.*

p ratio dubitandi, *l.18.§.l.inf. ſ.qui & à quib.*

q Licet diues ſuccedat pauperi, non ideo libertates teſtamento datæ magis valent.

r *l.5.in pr.ſ.* ... *& à quib.manum.*

ſ Iulianus ſcil.

t cum æs alienum ſolutum erit ſc.

u Argumentum à contrario ſenſu, ex apertiſſima verborum ſignificatione duci hinc colligit Bartol. adde tamen *l.apud antiquos* ... *C.de furt.*

testatoris tempore in poteſtate non fuit, *l.35. ſup.eod.* y

x atqui is mortis ... ſuperſtite.

z dixi ad Vlpian.1.§.23. a *l.23.l.25.ſupra eodem.* b Legata res piæ cauſæ, ſi poſt alienationem eius redempta fuerit, debetur : atque ita hinc colligit Tiraquellus 40. *priuilegio piæ cauſæ.* c quæ dominam ſequatur. T...

facti

facti tempore inter pediſſequas libertatem acceperat, mortis autem tempore inueniatur actori *a* in contubernio *b* tradita, ex generali capite pediſſequarum libertatem conſequi poſſe? Reſpondit nihil impediri libertatem pediſſequæ, quod, mortis demum tempore pediſſequa eſſe deſiit.

1 ¶ Puram & directam domini ſui teſtamento libertatem Stichus acceperat, ‖ & ‖ ex hæreditate multa per *c* fraudem amouiſſe dicitur. quæſitum eſt, an non ante in libertatem proclamare debeat, quam ea, quæ ex hæreditate amouiſſe probari poterit, hæredibus reſtituere? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, eum de quo quæreretur, liberum eſſe. *Claudius*: Videtur abſoluiſſe & id de quo quæritur, nam hæredibus ſatis conſultum eſt edicto de furtis.

2 ¶ Lucius Titius teſtamento ſuo ita cauit, *Oneſiphore, niſi d diligenter rationem excuſſeris, liber ne eſto.* quæro an Oneſiphorus ex his verbis, libertatem ſibi vindicare poſſit? Reſpondit, verbis, quæ proponerentur, libertatem adimi *e* potius, quàm dari.

De cauſa.

60. *Idem* ‖ lib. 24. Digeſtorum. ‖

TEſtamento ita cauit: Εὔδονι βούλομαι δοθῆναι νομίσματα χίλια, ἐπεὶ ἔφθασεν γεννηθῆναι μετὰ τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ γενέσθαι ἐλευθέραν. id eſt, *Volo, vt Eudoni dentur mille ſolidi, eo quod primo ſit genitus f, poſteaquam mater eius ad libertatem peruenit.* quæro, an ſi Eudo non probet ſe poſt manumiſſionem matris ſuæ natum, poſſit his verbis teſtamenti libertatem conſequi? Reſpondit, non oportere eiuſmodi conſultationem præiudicium *g* parare.

De libertate collata in vltimum tempus vitæ. De conditione, ſi in Capitolium non aſcenderit. 1. Vel ſi Capuam ierit. 2. De prohibito manumitti ante conditionem.

61. *Pomponius* ‖ lib. 11. Epiſtolarum. ‖

SCio quoſdam efficere volentes, ne ſerui ‖ ſui ‖ vnquam ad libertatem perueniant, hactenus ſcribere ſolitos, *Stichus h, cùm morietur liber eſto.* Sed & Iulianus ait, * libertatem, quæ in vltimum vitæ *i* tempus conferatur, nullius momenti eſſe, cùm teſtator impediendæ magis, quàm dandæ libertatis gratia ita ſcripſiſſe intelligitur.

¶ Et ideo etiam ſi ita ſit ſcriptum, *Stichus, ſi in Capitolium non aſcenderit, liber eſto*, nullius momenti ‖ hoc ‖ eſſe, ſi apparet in vltimæ vitæ tempus conferri libertatem teſtatorem voluiſſe, nec Mucianæ cautioni locum eſſe.

1 ¶ Et ſi ita in teſtamento ſcriptum fuerit, *Stichus ſi Capuam ierit, liber eſto*, aliter ‖ liberum non eſſe *k* quàm ſi Capuam ierit.

2 ¶ Hoc amplius Octauenus *l* aiebat. ſi quis in teſtamento ſub qualibet conditione libertate ſeruo data ita ſcripſiſſet: *Ante conditionem m nolo eum ab hærede liberum fieri*, nihil valere hanc adiectionem.

DE FIDEICOMMISSARIIS *n* libertatibus.

TIT. V.

De heredibus præſentibus, abſentibus, & latitantibus.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 14. ad Edictum. ‖

SI quidem ex his, qui fideicommiſſam libertatem debeant *o*, præſentes ſint, alij ex iuſta cauſa abſint, alij latitent, proinde is, cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, liber erit, atque ſi ſoli qui adeſſent, & qui ex iuſta cauſa abeſſet, rogati eſſent. pars ergo latitantis his proficit.

¶ *De addictione bonorum libertatum conſeruandarum cauſa.*

2. *Idem* lib. 60. ad Edictum.

SI quis *p* inteſtatus *q* decedens, codicillis dedit libertates, neque *r* adita ſit ab inteſtato hæreditas, fauor conſtitutionis *ſ* Diui Marci debet locum habere. & hoc caſu, quæ iubet libertatem competere ſeruo *t*, & bona ei addici, ſi idoneè † creditoribus cauerit de ſolido quod cuique debetur, ſoluendo.

De actionibus in eum cui bona addicta ſunt.

3. *Idem* ‖ lib. 65. ad Edictum. ‖

IN quem etiam *u* vtiles actiones plerumque creditoribus *x* competunt.

Si certum ſit, vel incertum, an exiſtat ſucceſſor. 1. De abſtentione & reſtitutione in integrum. 3 De præſentia vel abſentia eorum qui libertatem accipiunt. 5. De die, conditione, puritate. 6. De conditione dandorum decem 7. De fideicommiſſaria libertate. 8. De cautione præſtanda, quid comprehendendum decreto. 12. Qui ad libertatem peruenerunt quorum liberti fiant. 13. Quid comprehendendum addictione. 14. De tutela. 15. De ſeruis alienis. 16. Si Legatarius rogatus ſit manumittere. 17. De fiſco. 18. De minore viginti annis. 19. De libertate relicta in fraudem creditorum. 20. De bonis à fiſco non agnitis. 21. De iure eius cui bona addicta ſunt. 22. Et de eodem conueniendo. 23. Si pluribus bona addicta ſint.

4. *Idem* ‖ lib. 60. ad Edictum. ‖

ERgo, quandiu *y* incertum ſit, vtrum exiſtat ſucceſſor, an non, ceſſabit conſtitutio: cùm certũ eſſe ceperit, tunc erit conſtitutioni *z* locus *a*.

1 ¶ Si is *a* qui in integrum reſtitui poteſt abſtinuerit ſe hæreditate, an quamdiu *b* poteſt in integrum reſtitui, exiſtimamus conſtitutionem ceſſare: quia non eſt certum ab inteſtato neminem ſucceſſorem exſtare? Eſt tamen verius, admittendam conſtitutionem.

2 ¶ Quid ergo, ſi poſt addictionem libertatium conſeruandarum cauſa factam, in integrum ſit reſtitutus? Vtique non erit dicendum, reuocari *c* libertates, quæ ſemel competierunt.

3 ¶ Illud videamus, vtrum præſentes eſſe debent, qui libertatem acceperunt, an verò non? Et * cùm inuitis illis poſſint bona propter libertatem addici *d*, vtique etiam abſentibus.

4 ¶ Quid ergo, ſi quidam præſentes ſint, quidam abſentes videamus, an etiam abſentibus competat libertas? & poteſt dici exemplo *e* aditæ hæreditatis competere libertatem etiam abſentibus.

5 ¶ Si ex die data ſit libertas, an dies expectandus ſit? & puto expectandum *f*. antè ergo non addicentur.

¶ Quid deinde, ſi ſub conditione data ſit libertas? Et ſi quidem aliquæ purè, aliquæ ſub conditione, vtique addici ſtatim poſſunt. ſi omnes ſub conditione: quid conſequens erit dicere? vtrum exſpectandum, vt conditio exiſtat, an verò ſtatim addicimus, tunc demum competitura libertate, ſi extiterit conditio? quod magis erit probandum.

¶ Addictis itaque bonis, * directæ libertates purè *g* datæ, ſtatim *h* competunt, ex *i* die, cùm dies venerit. conditionales, cùm conditio extiterit.

¶ Nec erit ab re exiſtimare, etiam pendente conditione libertatium, licèt omnes ſub conditione datæ ſint, conſtitutionem locum habere. vbi enim libertatis ſpes eſt, ibi dicendum eſt vel modica data occaſione, quod ſine damno creditorum futurum eſt, addictionem admittendam.

6 ¶ Si ſub conditione *dandorum decem* libertas data ſit, ſiue hæredi dare iuſſus ſit, qui libertatem accepit, ſiue non ſit dictum cui *k*, an dando ei cui bona addicenda ſunt, perueniat ad libertatem, quæri poteſt? Et magis eſt vt ei dare debeat, cui bona addicta ſunt: quaſi tranſlata conditio videatur. certè ſi alij quàm hæredi dare iuſſus ſit, ipſi cui iuſſus eſt dabit.

7 ¶ Si qui fideicommiſſam libertatem acceperunt, non *l* ſtatim, vbi addicta bona ſunt, liberi ſunt, ſed fideicommiſſam libertatem poſſunt conſequi, hoc eſt, manumittendi ſunt ab eo *m*, cui addicta bona ſunt.

8 ¶ Addici ita demum bona voluit *ſi n idoneè creditoribus cautum fuerit de ſolido, quod cuique debetur.* Ergo cauendum eſt idoneè. Quid eſt *idoneè o*? ſatiſdato *p* vtique, aut pignoribus datis. Sed ſi ei fides habita fuerit promittenti ſine ſatiſdatione, idoneè cautum videbitur.

9 ¶ Creditoribus caueri quemadmodum debet? vtrum ſingulis, an verò omnium nomine vni ab ipſis creato? Et oportet, officio *q* iudicis conſtitui, conuenire creditores, vnúmque *r* creare, cui caueatur omnium nomine.

10 ¶ Illud videndum, ante caueri debet creditoribus, & ſic addici bona, an verò ſub conditione hæc ſunt addicenda, ſi fuerit cautum? Et puto, ſic comprehendendum decreto, ſi omnia ex conſtitutione Diui Marci facta ſint.

11 ¶ De ſolido vtique ſic accipiemus, de ſorte, & vſuris debitis.

12 ¶ Hi, qui ad libertatem peruenerunt, quorum liberti fiant. conſtitutio oſtendit, vt qui directam libertatem *ſ*, orcini erunt liberti: niſi fortè is, qui addici ſibi bona deſiderat, ita velit addici, vt etiam hi, qui directam libertatem acceperunt, ipſius liberti fiant.

13 ¶ Qui autem volunt ipſius liberti fieri, vtrum manumittendi ſint ab eo, an vero ipſa addictione hoc comprehendendum, hac conditione ſibi addici bona, vt hi etiam, qui directam libertatem acceperunt, ipſius fiant liberti? & puto, hoc eſſe probandum, vt ipſa addictione hoc comprehendatur. idque verba quoque conſtitutionis *t* admittunt.

14 ¶ Cùm autem ſeruus libertatem nanctus eſt, vtique etiam tutelam eius habebit " is " cui bona addicta ſunt.

15 ¶ Si alienos *u* ſeruos rogauerat hæredem manumittere, vtrum dicimus conſtitutionem locum habere? an verò ceſſabit conſtitutio? Magiſque eſt, vt locus ſit conſtitutioni. addictis enim bonis redimere, & præſtare libertatem cogitur à prætore *x*.

16 Si non hæres, ſed *y* legatarius rogatus fuerit manumittere: nunquid ceſſet conſtitutio, quod legatis non debitis nec libertates poſſunt deberi, magiſque eſt, vt idem fauor ſit. omnibus enim generaliter voluit libertatem præſtare, quibus competeret, ſi hæreditas adita fuiſſet.

17 ¶ Eadem conſtitutio proſpexit, vt ſi fiſcus bona admiſerit, æquè libertates competant.

Yy ij

[Marginal notes, col. 1413]

...dentius *in Andria*, Accedo ad pediſſequas, quæ ſit rogo.
a ſeruo ſc.
b Contubernium inter ſeruos, non matrimonium eſt l. 3. 6. *de inceſtis.*
c *l. 23. in pr. infr. de fideicommiſſ. lib.*
d de vi, poteſtate & effectu huius particulæ *niſi*, vide Alciat. *parادox.* 4.
e *v. l. 40. §. 2. ſup. de condit. & demonſt. l. 4. §. 2. ĩ. de ſtatulib.*
f quid ſi non ſit primogenitus poſt libertatem matris? *dic, vt infrà eo.*
g quia falſa demonſtratio non vitiat legata, *l. 17. in pr. ſ. de cond. & demonſtr.*
h *v. l. 17. in princ. ſup. eod. & l. 4. §. 1. ĩ. de ſtatulib.*
i manumiſſi ſc.
k *l. 3. in pr. inf. de ſtatulib.*
l Sabinus, *Baſilica.*
m conditionis euentum.
n de fideicommiſſariis libertatibus, *Paul.* 4 *ſent.* 13. 7. C. 4. 48. Ec. 1. Fideicommiſſariæ libertates verbis precariis relinquuntur.
o *l. 26. in fi. l. 23. §. 3. inf. eod.*
p *§. 3. Inſt. de eo qui liberis cauſ.*
q Codicilli etiam ab inteſtato fieri poſſunt.
r Aditio hæreditatis exigitur ad ea confirmanda quæ teſtamento relicta. An & in codicillis confirmandis aditio hæreditatis ab inteſtato neceſſaria eſt? Roffredus negat: Iacobus Arctius & Bartolus aiunt.
ſ *de qua in pr. & §. 1. inſt. de eo cui libert.*
t id eſt, vni ſeruo.
† *v. l. 4. §. 8. infr. eodem.*
u *v. l. 4. §. pen. inf. eod.*
x defuncti.
y *§. 4. inſtit. de eo cui libert.*
z Diui Marci, de qua *l. 2. ſup. eod.*
a & proinde bonorum addictioni, *d. l. 2.*

[Marginal notes, col. 1414]

a *§. 5. Inſt. de eo cui libert. cauſa.*
b Euentura iure communi, non ſpeciali inſpicimus.
c *v. l. 3. C. de teſt. manumiſſ.*
*
d *l. 26. inf. de reg. iur.*
e i. vt quemadmodum adita hæreditate competunt libertates, etiam ignorantibus: ita bonis addictis.
f diem libertatis dandæ.
*
g purè, *vulg.*
h ab adita hereditate.
i Legata in diem vel ſub conditione, poſt diem & conditionem effectum adſumunt.
k eo caſu heredi dandum eſt, *l. 22. inf. de ſtatuliberis.* Conditionis implendæ facultas ad hæredem tranſit.
l *§. 1. verſ. & ſi quidem. Inſtit. de eo cui libert. cauſa.*
m *l. 50. §. 1. ſ. de manum. teſt. l. 15. §. 1. in pr. & fin. C. de teſtam. manumiſſ. §. 1. circa medium. Inſt. de eo cui lib. cauſ.*
n *v. l. 6. vlt. C. de teſt. manumiſſ.*
o Idoneè; cauet qui ſatiſdat, aut pignus dat, vel cui fides habita eſt.
p *l. 59. in fin. ſup. mandati.*
q Iudex poteſt ex officio ſuo cogere collegia & vniuerſitates, vt ſyndicum ſibi conſtituant, & per eum litigent. Iacobus Arctius, Bartolus, Alberic.
r *l. 3. §. 7. ſup. de admin. tut. l. 1. ĩ. de curat. bon. dando.*
ſ *§. 1. ver. & ſi quidem. Inſt. de eo cui lib. cauſ.* Is qui directò liber eſſe iuſſus eſt, *Orcinus* ſit libertus: is cui per fideicommiſſum data eſt libertas, non teſtatoris, ſed manumiſſoris ſit libertus. Vlpian. 2. §. 8.
t Diui Marci ſcilicet, de qua *l. 2. ſup. eod. in princ. & §. 1. Inſt. de eo cui libert.*
u poteſt enim extraneo per fideicommiſſum libertas dari *Vlp. ibid.* §. 10.
x Quid ſi dominus nolit vendere? extinguitur libertas. *Vlp. ibid.* §. 11.
y Vtriuſque ſeruo dari libertas poteſt per fideicommiſſum. *Vlp. ibid.* §. 10.

¶ Ergo ſiue iacent *a* bona fiſco *b* ſpernente, ſiue adgnouerit, conſtitutio locum habet. Cæterùm ſi alia ratione agnoſcat, apparet, ceſſare debere conſtitutionem. Quare & ſi caducis *c* legionis bona delata ſint, idem erit probandum.

18 ¶ Idem ſi *d* minor 20. annis dedit libertatem, dicemus, non competere, niſi "ſi" fideicommiſſam. hæc enim competeret, ſi modò potuit cauſam *e* probare minor 20. annis, ſi viuus manumitteret.

19 ¶ Si in fraudem creditorum *ſ* libertas data ſit ab eo, qui mortis tempore ſoluendo non eſt, an competat? & ſi quidem fiſcus bona non adgnouerit, fortè competet libertas: quia ſolidum creditoribus offertur, atqui, ſi adita hæreditas fuiſſet, non competeret. certè ſi fiſcus adgnouit hæreditatem, facilius probabitur, ceſſare libertatem, niſi "ſi" quis verba conſtitutionis ſecutus dixerit, ipſum ſibi imputare debere, qui addici ſibi hac conditione bona voluit, vt libertates competant. ſi quis autem exemplum aditæ hæreditatis fuerit ſecutus, directæ libertates non competent, ſi conſilium *g* & euentus fuerit fraudandorum creditorum, nec fideicommiſſæ præſtabuntur, ſi euentu fraudentur creditores.

20 ¶ Si bona fuerint à fiſco *h* non adgnita, eáque addicta libertatis conſeruandæ gratia, an poſſit fiſcus poſtea adgnoſcere? Et magis eſt, ne poſſit. Planè, ſi non certioratis præfectis † ærario, bona fuerunt libertatis conſeruandæ cauſa addicta, videndum eſt, an conſtitutioni locus ſit? Et ſi quidem talia fuerunt, vt agnoſci deberent, addictio ceſſat. ſi verò *i* non fuerunt, addictioni locus eſt.

21 ¶ Is autem, cui bona addicta ſunt, bonorum poſſeſſori *k* adſimilari *l* debet *m*, & ſecundum hoc & iura *n* ſepulchrorum poterit habere.

22 ¶ Item videamus, an conueniri *o* à creditoribus poſſit hæreditariis actionibus; an verò non, niſi ex cautione, quam interpoſuit? Magiſque eſt, vt non aliter conueniatur, quàm ex ea cautione, quam interpoſuit.

25 ¶ Si duobus pluribúſve addicta fuerint bona, & communem rem *p*, & communes libertos habebunt, & ſecum familiæ herciſcundæ iudicio experientur.

De hærede abſente.

IN fideicommiſſariis libertatibus, ſi abſente hærede prætor pronuntiaſſet libertatem deberi, eſt & liber, & defuncti libertus, ſi & ſeruus eius fuit, aut hæredis *q* ſi ſeruus hæredis ſit. imo & ſi ſine ſucceſſore hæres deceſſerit, conſeruandam eſſe *r* libertatem, ſenatus Hadriani temporibus cenſuit.

De pecunia legata. 1. Vt ſeruus manumittatur, & de lege Falcidia.

6. *Idem* lib. 60. ad Edictum.

DEcem legata ſunt, & rogatus eſt legatarius *Stichum emere, & manumittere.* Falcidia interuenit, & minoris *ſ* emi ſeruus non poteſt. quidam putant dodrantem accipere ‖ debere ‖ legatarium, nec emere compellendum. Iidem putant, etiam ſi ſeruum ſuum rogatus ſit manumittere, & dodrantem ex legato acceperit, non eſſe compellendum manumittere.

¶ Videamus *t*, ne vtique in hac *u* ſpecie aliud dicendum ſit. Sed in ſuperiore *x* ſunt, qui putant cogendum *y* legatarium redimere ſeruum, & ſe oneri ſubieciſſe, dum accipit vel dodrantem: ſed ſi paratus ſit retro reſtituere, quod accepit, an audiendus ſit, videndum. ſed cogendus hæres *z* tota decem præſtare, perinde *a* atque ſi adieciſſet teſtator, vt integra præſtentur.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 63. ad Edictum. ‖

SI cui legata ſint centum ita, vt ſeruum alienum redimat, & manumittat, & bonis heredis venditis, partem, non totum perſequatur, non aliàs debet conſequi legatum *b*, quàm ſi cauerit, ſe manumiſſurum. ſed hoc tunc demum, ſi largiatur portio, quam accepit, ad ſerui pretium, paratúſque ſit dominus tanti "eum" vendere. alioquin exceptione doli debebit legatarius repelli.

De legatario rogato manumittere.

8. *Pomponius* "lib. 7. ex Plautio."

EVm, cui mille nummi legati fuiſſent, ſi rogatus fuiſſet viginti *c* ſeruum *d* manumittere, non cogi fideicommiſſam libertatem præſtare *e*, ſi legatum non caperet, conſtat.

De alienatione ſerui prohibita.

9. *Marcellus* "lib. 15. Digeſtorum."

a Vacantia bona non eſſe hereditatem hinc colligit Bart. vnde ruſus notant fiſcum ad legata præſtanda teneri.
b §. 20. *inf. eo.* §. 1. *in fin. Inſt. de eo cui lib. cauſ.*
c ſi qua ducis. *Hal.* alij legunt ſi caducis legionibus. Cuiacius ad 28. *Vlp.* §. 7. legit caducariis legibus, i. Iuliis, *v. eundem in l. 3. C. de bonis vacantibus.* alij legunt, ſi ad ducis legiones, vel ad duces: vel ſi ducis legioni: vel, ſi militis legioni.
d *l. 5. C. eod. v. l. 4. C. de teſt. milit.*
e Cauſa probata manumittit minor, ſi cauſam probauerit apud conſilium. In conſilium adhibentur Romæ quinque ſenatores, & quinque equites Romani: in prouincia viginti recuperatores, ciues Romani. Vlp. 1. §. 10. *Theophil.* §. 4. *Inſtit. quib. ex cauſis manumitt.*
f Sed non licet per legem Æliam Sentiam. Vlp. 1. §. 12.
g *v. l. 23.* ꝗ. *qui & à quibus.*
h §. 17. ꝗ. *eo.*
† Præfectorum ærario munus fuit bona, quæ fiſco deferuntur, ſpernere vel agnoſcere, *l. 13. inf. de iure fiſci Vlp. 1.*
i adde *l. 1.* §. 1. ꝗ. *de iure fiſci.*
k id eſt, hæredi prætorio, quaſi hæredi.
l Bonorum poſſeſſoris & eius cui bona ſunt addicta ſimilitudo.
m non heredi.
n adde *l. 42. in fi. ſup. ad Trebel. l. 6. ſup. de relig.*
o *l. 3. ſup. eod.*
p Rei vocabulo hæreditatem defuncti intellige, dixi ad *l. 15.* ꝗ. *de legat. præſtand.*
q id eſt, alienus *l. 47.* §. 1. ꝗ. *eod.*
r & ita erit orcinus, *l. 30.* §. 10. ꝗ. *eod.*
ſ quam decem, vt ſit ſenſus: Si tanti poteſt ſeruus emi quantum legatum eſt, etiam ſi legata modum legis excedant fauore libertatis, perinde eſt ac ſi id teſtator prohibuiſſet, ne ex legato detraheretur Falcidia. v. Cuiac. ad *l. ſi minor. 35.* ꝗ. *de minor.*
t an his verbis adſirmamus. Duarenus negat. u quando ſeruum manumittere iuſſus eſt.
x quando extraneum. y *v. l. 14.* §. 13. ꝗ. *eod.* z & ſic Falcidia libertatem minuit *l. 8.* §. 9. *ſup. de inof. v. l. 33.* ꝗ. *ad leg. Falcid.*
a Falcidiam ſatis apertè vetat detrahi, qui integrum legatum præſtari iubet, *v. Cuiac. ad Nouell. 1. & l. 38.* §. *vlt.* ꝗ. *ad. l. Falcid.* Quin hoc amplius ex hac lege colligunt, Falcidiam ex piis legatis non detrahi, de quo vide quæ ſcripſi ad *l. 1.* §. 5. ꝗ. *ad l. Falcid. & Nou.* 131. c. 12. adde Tiraquel. 26. *priuilegio piæ cauſa.*
b *l. 18.* ꝗ. *eo.* c dignum ſcil. d ſuum. e *l. 33. ſup. de minorib.*

CVm fidei hæredis commiſit, *ne a ſeruus alienam ſeruitutem patiatur*: experiri poteſt confeſtim, vt fuerit alienatus *b*, petere libertatem. Sed vbi alienatio non eſt voluntaria, ſed neceſſitas alienandi *c* ex cauſa teſtatoris pendeat, propè eſt, vt nondum *d* debeat præſtari fideicommiſſum: quod poteſt videri defunctus nihil ſenſiſſe de huiuſmodi caſu alienationis.

1. Si is cui libertas debebatur veniit.

10. *Idem* " lib. 16. Digeſtorum."

QVidam in teſtamento ſcripſerat: *Illum & illum ſeruos meos e venire nolo.* ſi *f* ideo eos noluit venundari, vt ſi veneant ad libertatem perueniant, præſtanda erit libertas. nam & illi videtur libertas relicta, de quo ita ſcriptum eſt: *Nolo g alij, quàm tibi ſeruiat.* ſecundùm hæc igitur, "ſi" quoquo modo vendere tentauerit ſeruum, confeſtim peti poterit libertas. nec quominus præſtet libertatem, proderit hæredi, ſi eum redemerit, quia ſemel extitit conditio.

1 ¶ Is cui libertas debebatur, veniit. ſi vult ab hærede manumitti, non erat interueniendum ei, cùm hæres præſens erit, emptor latitauit: quoniam poterat vti ſenatuſconſulto *h*, vt quaſi teſtamento ad libertatem perueniat.

2 ¶ Is cui ex fideicommiſſo libertas debebatur, ab eo, qui ſoluendo non erat paſſus eſt ſe bonæ fidei emptori tradi: exiſtimas, in manumiſſum conſtituendam *i* actionem exemplo eius, qui liberi hominis emptorem ſimulata ſeruitute decepit. Ego quoque adducor, vt putem rectè aduerſus venditos *k* actionem competere: & magis ſimilem videri ſtatulibero, qui pridie *l* quàm ex teſtamento ad libertatem perueniret, idem fieri paſſus eſt.

De authoritate tutoris.

11. *Modeſtinus* " lib. 1. Differentiarum."

EX cauſa fideicommiſſi ſeruo libertatem dare *m* ſine tutoris auctoritate pupillus non poteſt.

De commendatione ne cui alij ſeruiant. & de publicatione bonorum. 1. De legatario rogato manumittere. 2. De hæreditate fiſco vindicata.

12. *Idem* " libro ſingulari de Manumiſſionibus."

IMperator Antoninus, cùm Firmus Titiano Tragœdos *n* tres legaſſet, & adieciſſet, *Quos tibi commendo, ne o cui alij ſeruiant,* publicatis *p* bonis Titiani, reſcripſit, debere *q* eos publicè manumitti.

1 ¶ Et legatarius *r*, non minus *ſ* quàm hæres, rogari poteſt ſeruum manumittere, & ſi *t* ante manumiſſionem deceſſerit, ſucceſſores eius debent manumittere.

2 ¶ Diuus Antoninus & Pertinax reſcripſerunt, hæreditate fiſco vindicata, quoniam tacitè quis rogatus erat ei, qui capere non poterat, reſtituere hæreditatem: & directò, & per fideicommiſſum datas libertates deberi.

De mora.

13. *Idem* " lib. 9. Regularum."

SI prægnas ancilla *u* moram non ſtudio manumiſſoris, ſed fortuitò *x* patiatur, ne manumitteretur, liberum quidem non pariet: ſed cogetur qui manumittere debuit, natum matri tradere, vt per eam perueniat ad libertatem.

De libertate in cuiuſdam ex hæredibus arbitrium collata.

14. *Idem* " lib. 10. Reſponſorum."

LVcius Titius teſtamento factò Seiam vxorem ſuam, item Titiam filiam communem æquis portionibus ſcripſit hæredes, item alio capite: *Erotem ſeruum meum qui y & Pſyllus vocatur liberum eſſe volo z, ſi a vxori meæ placeat* b: cùm itaque Seia vxor Lucij Titij abſtinuerit ab eadem hæreditate, & ex ſubſtitutione portio eius ad Titiam filiam peruenerit *c*. quæro, an Eroti, qui & Pſyllus vocatur, ex his verbis ſupraſcriptis libertas competit. Modeſtinus Eroti, quòd vxor teſtatoris hæreditate ſe abſtinuit, non obeſſe reſpondit.

¶ Item quæro, an Seia vxor, quæ ſe hæreditate abſtinuit, petenti Eroti libertatem iuſtè contradicere poſſit. Modeſtinus reſpondit, Seiæ diſſenſum nullius *d* eſſe momenti.

De iure hæredis in ſeruum manumittendum, & de eius ſerui alienatione.

15. *Idem* " lib. 3. Pandectarum."

SI quis ex cauſa fideicommiſſi manumiſſurus eſt, nullo *e* modo deteriorem eius ſerui conditionem facere poteſt. ideóque nec vendere eum interdum alij poteſt, vt ab eo, cui traditus eſt, manumittatur. & ſi tradiderit, redimere illum cogitur *f*, & manumittere. intereſt enim nonnunquam, à ſene *g* potius manumitti, quàm à iuuene.

De ſeruis proprijs vel alienis.

16. *Licinius Rufinus* " lib. 5. Regularum."

a *v. l. vlt. ... hered. inſ.*
b c... ceſſitatem à ... cto impoſit...
c *l. 21.* ... ꝗ. *eod.*
d i. vt non ... beat. hoc ... verbo, par... eum, vacat ... Virgilij loco ... phœbi non ... patiens, *v. C...* 15. *obſ.* 5.
e *l. 24.* §. 5. ꝗ. ...
f Voluntatis ... tur hic quæſt... an his verbis ... luerit ſeruo ... bertatem ... uire.
g adde *l. 1... pr.* ꝗ. *eod.*
h Rubriano ... electionem ... *v. l. 28. in pr.* ...
i in factum ... *in pr.* ꝗ. *de ... cauſa.*
k venditorem ...
l i. paulo ... *l. 7.* §. 2. *inf. d... iuriis.*
m *v. l. 20.* ... *manumiſſ.* ... *Paul.* 4. *ſent.* ... *vltimo.*
n Tragœdos ... uos interd... gabant vete...
o *l. 21. in p...* §. 7. ꝗ. *eod.*
p Alienari ... prohibita, ... poteſt pub... adde *l. ſi i... tinum* 28. §. ... *liber. l. Stati...* ꝗ. *de iure ſ...* quo vide M... Antonium ... grinum *lib. ... iure fiſci.* 1. ... 101. 102.
q vt ne ſer... fiſco contra ... tatem deſun... *Græci.*
r *l. 23.* §. 1. ...
ſ §. 2. *Inſt. ... bertatibus* ... *deic. rel.* Vlp... 26. §. 18. ... 7. §. 8.
t Decedente ... quo fideicom... libertas eſt ... hæredes eius ... præſtare ſunt ... gendi. *Paul.* 4. ... 13. §. 2.
u cui debetur ... bertas.
x Mora fortu... *v. l. 3. C. de fid... libert.*
y Nomen con... hentis, deme... ſtrationis ple... ris cauſa vari... ſubiici à nota... poſſe hinc collig... Bartol.
z Volo: hoc, in... quam, verbum *Vo... lo,* liberam volun... tatem arguit, ... *arbitrij* verbum, non liberam, ſed boni viri arbitrij. Quid verbum *placet*? mox dicetur.

a *l. 8. C. eod.* b Vox *placet*, viri boni arbitrium notat, libertatem conferri non poſſe in meram voluntatem hæredis, *l. fideicommiſſaria* 23. ꝗ. *eod.* ſed in arbitrium boni viri. v. Menoch. *lib. de arbitrarijs.*
c *v. l. 26.* § 6. ꝗ. *eod.*
d Cur ita? Qui inſtituitur hæres & ſit fideicommiſſarius, fideicommiſſarius eſſe non poteſt, niſi ſit hæres. *Bart.*
e *l. 24* §. 21. ꝗ. *eod.*
f & ita eligit, *v l. 20.* ꝗ. *eod.*
g Senem quàm iuuenem patronum habere intereſt.

Liberta

LIbertates etiam per *a* fideicommiſſum dari poſſunt, & quidem largiùs quàm directò. nam non tantum propriis, ‖ ſed *b* & ‖. alienis ſeruis per fideicommiſſum libertas dari poteſt. ita tamen vt vulgaribus *c* verbis, & quibus euidenter voluntas teſtatoris exprimi poſſit.

De verbis, cùm tibi viſum fuerit.

17. Ex libro 21. Digeſtorum Scæuolæ Claudius.

C*Vm tibi d viſum fuerit manumittere*, vtiliter datur fideicommiſſa libertas.

De conditione, ſi bene ſe rationibus geſſerit.

18. *Scæuola* ‖ lib 23. Digeſtorum.

TEſtamento ita cauit *Pamphilus*, *ſi bene ſe geſſerit rationibus meis, liber eſto.* quæſitum eſt, cùm manente eodem teſtamento poſt aliquot *e* annos deceſſerit, nec [vllæ *f*] querelæ locus de Pamphilo circa rationes patroni ſit, an ex teſtamento libertatem ſit conſecutus. reſpondit, nihil proponi, cur non ſit conſecutus.

De hærede abſente. 1. De fideicommiſſ. vxoris legataria.

19. *Idem* ‖ lib. 24. Digeſtorum ‖

HErede inſtituto marito *g*, per fideicommiſſum libertatem ſeruis dedit, in quibus & Sticho actori mariti. quæſitum eſt, cùm abſente domino iſti præſidem prouinciæ adierint, vt libertas ſibi præſtaretur, quaſi ex *h* iuſta cauſa hæres abeſſet, & præſes prouinciæ pronunciauerit libertatem *i* deberi, an agi cum Sticho poſſit, vt rationem actus à ſe adminiſtrati reddere compellatur? Reſpondit, non poſſe.

1 ¶ Vxori dotem, & alias res plures legauit, & eius fidei commiſit, *vt Aquilinum ſeruum proprium mulieris apud conſilium manumitteret.* id negat ſe facere debere, quòd ipſius proprius eſſet. quæro, an libertas ei debeatur? Reſpondit, vxorem, ſi ex teſtamento non ſolùm dotem, ſed etiam cætera legata præſtari ‖ ſibi ‖ vellet, compellendam *k* ex cauſa fideicommiſſi Aquilinum manumittere, eúmque, cùm liber erit, petiturum ea, quæ ſibi legata ſunt.

Ad SC. Trebellianum.

20. *Pomponius* ‖ lib. 7. Epiſtolarum. ‖

APud Iulianum ita ſcriptum eſt: Si heres rogatus ſeruum manumittere, ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditatem reſtituerit, cogi debebit manumittere, & ſi latitabit, vel ſi *l* iuſta ex cauſa aberit: prætor, cauſa cognita, ſecundùm ſenatuſconſulta ad eas cauſas pertinentia pronunciare debebit. ſi verò ſeruum ſuſceperit *m*, is cui hæreditas reſtituta fuerit, ipſum *n* competit *o* manumittere. & eadem in perſonam eius obſeruari conueniet, quæ circa emptores cuſtodiri ſolent. An hæc vera putes? nam ego diſcendi cupiditate, quam ſolam viuendi rationem optimam in octauum *p* & ſeptuageſimum annum ætatis duxi, memor ſum eius ſententiæ, qui dixiſſe fertur: Καὶ τὸν ἕτερον *q* πόδα ἐν τῇ σωρῷ ἔχω προσμαθεῖν τι βουλοίμην. id eſt, *Etſi r alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere?* Belliſſimè Ariſto & Octauenus *ſ* putabant, hunc ſeruum, de quo quæreretur, fideicommiſſæ hæreditatis non eſſe: quia teſtator rogando heredem, vt eum manumitteret, non videtur de eo reſtituendo ſenſiſſe. ſi tamen per errorem ab hærede datus fuerit, ea dicenda ſunt, quæ Iulianus ſcribit.

Si teſtator rogauit, ne ſeruus ſeruitutem alterius patiatur.

21. *Papinianus* ‖ lib. 19. Quæſtionum. ‖

ROgo *t*, *ne Stichus alterius u ſeruitutem experiatur* 1. intelligi *y* datam fideicommiſſam libertatem, placuit principi. " quid enim tam contrarium *z* eſt ſeruituti *a*, quàm libertas? nec tamen quaſi poſt mortem hęredis data videbitur. quòd eo pertinet, vt ſi viuus eum alienauerit, confeſtim libertas petatur: nec *b* proſit ad impediendam libertatis petitionem, ſi redemerit eum, cuius ſemel conditio extitit.

¶ Idem probandum eſt, & ſi *c* non voluntaria alienatio ab hęrede facta eſt. nec refragabitur, quòd non per ipſum alienatio facta eſt. fuit enim quaſi ſtatuliber, & quacumque ratione conditio impleta eſt.

De legatario rogato manumittere. 1. De duobus ex tribus ſeruis manumittendis. 2. De hærede abſente vel non exiſtente.

22. *Idem* ‖ lib. 22. Quæſtionum. ‖

SI legatario fundi decem pretij *d* nomine relicta ſint in hoc, (*vt ſeruum ſuum manumittat*: quam uis fundi legatum agnouerit, ſi tamen pecuniæ propter interuentum Falcidię non agnouerit, cogendus eſt & pecuniam accipere, habita legis Falcidiæ ratione, & ſeruo fideicommiſſariam libertatem pręſtare, cùm ſemel fundi legatum adgnouit.

1 ¶ A duobus heredibus, qui tres *a* ſeruos habebat, petit, *vt duos ex his quos voluiſſent manumittant.* altero hæredum latitante *b*, alter declarat, quos velit manumittere. poteſt dici, fieri liberos, vt periade libertas competat, ac ſi pręſens *c* ſolus manumittere potuiſſet.

¶ Quòd ſi ex ſeruis vnus deceſſerit, ſiue iuſta ex cauſa abſit heres, ſiue fari non poſſit, à quo pretium eſt, decernente prætore, duos qui ſuperſunt, fieri liberos conuenit.

2 ¶ Cùm is, qui fideicommiſſam libertatem pręſtare debet *d*, iuſta ex cauſa abeſt, aut latitat: aut quidam pręſentes ſunt, alij ex iuſta cauſa abſunt, nonnulli fruſtrandi gratia, fideicommiſſi copiam ſui non faciunt: aut ei, qui libertatem debuit, hæres non extitit: aut *e* ſuus hęres hereditate ſe abſtinuit, prætor pronunciare debet, *ex teſtamento Lucij Titij fideicommiſſam libertatem f competere.* idque ſenatuſconſulto demonſtratum eſt, quo ſenatuſconſulto comprehenſum eſt, ne dubium & obſcurum eſſet, cuius libertus fieret, prætorem pronunciare debere, qui ex iuſta cauſa, & qui detractandæ libertatis gratia abſit.

De compilata hæreditate. De ratione geſta. 1. De hærede hæredis, & ad SC. Trebell. 2. De caſtrenſi peculio. 3. De die. 4. De die & conditione.

23. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

FIdeicommiſſaria libertas prętextu *g* compilatę *h* hęreditatis, aut *i* rationis gęſtæ *k* non *l* differtur.

1 ¶ Fideicommiſſariam libertatem ab hærede non præſtitam cogendus *m* eſt hęredis hęres, qui reſtituit ex Trebelliano ſenatuſconſulto hęreditatem, præſtare, ſi eius perſonam *n* eligat, qui manumittendus eſt.

2 ¶ Seruum peculij caſtrenſis, quem pater fidei commiſſi verbis à *o* *legitimis " filijs " hæredibus liberari* voluit, filium militem, vel qui militauit, ſi patris hæres extitit, manumittere cogendum *p* reſpondi: quoniam proprium manumiſiſſe defunctus poſt donationem in filium collatam exiſtimauit. portionem enim à fratre domino *q* fratrem eundémque cohæredem citra damnum *r* voluntaris redimere non cogendum. nec ob eundem errorem *ſ* cętera, quę *t* pater in militiam profecturo filio donauit, fratri, qui manſit in *u* poteſtate, conferenda: cùm *x* peculium caſtrenſe filius etiam inter legitimos hęredes pręcipuum retineat.

3 ¶ Etiam fideicommiſſaria libertas à filio *y* poſt certam ętatem eius data, ſi ad eam puer non peruenit *z* ab hęrede filij pręſtituta die reddatur. quam ſententiam iure *z* ſingulari *a* receptam, ad cætera *b* fideicommiſſa relicta porrigi non placuit.

4 ¶ Seruum à filio poſt quinque annos, *ſi eo tempore mercedem diurnam* c *filio præſtitiſſet*, manumitti voluit. biennio proximo vagatus *d*, non præſtiterat. conditione defectus videbatur. ſi tamen hęres filius aut tutores eius miniſterium ſerui per biennium elegiſſet *e*: eam *f* rem ex pręterito, quod per hęredem ſtetiſſet, impedimento reſiduę conditioni non eſſe conſtitit.

Qui poſſunt fideicommiſſariam libertatem adſcribere. 1. De ſeruo principis vel municipij, vel cuiuſuis alterius. 2. De ſeruo hoſtium. 3. De homine libero. 4. De ſeruo poſthumi. 5. De ſeruo damnato in metallum. 6. Vel concepto & nato ex damnata in metallum. 7. De petitione ne poſtea ſeruiat. 8. De prohibito alienari. 9. De tutore. 10. De ſeruo pignorato. De fauore libertatis. 11. De agnatione poſthumi. 12. De legatario rogato manumittere. 13. Si quid deducto ære alieno ad heredem peruenit, vel non. 14. De legatario rogato manumittere. 15. De alienatione & vſucapione.

24. *Vlpianus* ‖ lib. 5. Fideicommiſſorum. ‖

---

de ſene vide quæ notaui ad *l. 5. inf. de iure immunita-tis.*
a *v. l. 43. ſup. de manumiſſ. teſt. §. 2. Inſtit. de ſingul. reb. fideicommiſſ. relictis.*
b f. 14. *in fin.* ſ. *de leg. 2. §. Inſt. de reb. per fideicomm.*
c vulgaria verba i. quæ vulgò accipiuntur pro precariis, quæ ſunt peto, rogo, volo. *l. 41. inf. eod.* mando, fideicommitto. *§. vlt. Inſt. de ſingul. reb. l. 2. Cod. comm. de legat.* deprecor, cupio, iniungo, deſidero. *l. 115. l. 118. ſup. de leg. 1.* iubeo. *l. 28. § pen. ſup. de libera. leg.* relinquo. *l. 78. §. 8. ſup. ad Treb.* Commendo, non eſt precarium. *l. 12. C. eod. l. 11. §. 2. ſuprà de leg. 3.* niſi teſtator probetur eo verbo fideicōmittere voluiſſe nam ex nouis conſtitutionibus omne verbum ad fideicommittendum vtile eſt. v. Cuiac. ad 4. *Paul. 1. §. 6.*
d *v. l. 46. §. 4.* ſ. *eodem.*
e poſt multos annos. *Græci.*
f i. ſi ſit ſatisfactum voluntati defuncti. *v. l. 13. §. 1. in fin.* ſ. *de ſtatulib.*
g ab vxore.
h *l. 12. §. 1. ſuprà eodem.*
i *v. 22. §. fin.* ſ. *eo.*
k quia aliquid accepit à teſtatore. *l. 23. §. 2.* ſ. *eod. l. 13. §. 4.* ſ. *de ſtatulib.* ſecus ſi nihil recepit. *v. l. 5. §. 4. ſuprà de his quæ vt indign.*
l *l. 19. l. 22. §. 1. ſup. eodem.*
m vſuceperit. *Græci apud Cuiac. 13. obſ. 16.*
n *l. 15. in fin.* ſ. *eo. l. 23. l. 24. §. 22. l. 29. in prin. l. 51. in prin.* ſ. *eod. l. 9. §. 2.* ſ. *de ſtatulib.*
o conuenit. *Hal.*
p Pomponius ad octauum & ſeptuageſimum ætatis annum peruenit.
q adde *l. 65. §. 3. ſup. de leg. 1.*
r Sic Solon apud Cic. *lib. de ſenectute*, gloriatur ſe quotidie addiſcentem ſenem fieri: & ipſe Cicero 9. *epiſt. famil. vlt.* adde Suidam *in Marcus.* Haud poſſem, inquit, viuere, niſi in literis viuerem, & tamen turpis & ridicula res eſt elementarius ſenex. *Senec. 5. Epiſt. 36.* vt & nihil turpius quam ſenex viuere incipiens. *Idem 2. Epiſt. 23. in fin.* quemadmodum & nihil turpius, quam grandis natu ſenex, qui nullum aliud habet argumentum quo ſe probet diu vixiſſe, præter ætatem. *Idem 1. de tranquillitate 3.*
ſ Sabinus. *Græci.*
t vide Cuiac ad hanc *l. 15. obſ. 5.*
u vide *l. 11. ſup. eod.*
x *l. 41. §. 1. infrà eodem.*
y his verbis, ſuperioribus ſcilicet. vt ſit ſenſus: his verbis data videtur libertas fideicommiſſaria ſub conditione, *ſi extraneo alienetur.* Nam qui alienam ſeruitutem ſeruus experiri non vult, ſanè vult vt is liber fiat. *vide Cuiac. ibid.*
z Contraria eſt ſeruituti libertas.
a *§. 1. in fine Inſt. de libertinis.*
b *l. 10. ſup. eod.*
c *l. 9. in fin. ſup. eod. l. 69. §. 1. ſup. de leg. 2. v. Cuiac. 16.*
d & ſic cum onere. *v. l. 5. §. 1. ſup. de leg. 2.*

---

a Legis Caniniæ modus hic ſeruatur à teſtatore.
b Electione duobus data, ſi vnus eorum latiter, quod eligere noluit, qui non latitabit, is ſolus eligere poterit, facit *l. 5. §. ſi plures. ſup. de exercitoria c. 19. verſ. item ſi poſt. ext. de elect.*
c i. ac ſi vnus potuiſſet duos ſeruos manumittere.
d *l. 19. in princ. ſup. eodem.*
e aut ſi ſuus.
f *v. l. 15. C. de fideicom. libert.*
g *l. 5. C. de crimine expilatæ hereditatis. v. l. 59. §. 1. ſup. de manumiſſ. teſta.* προχλήματι τῶ κλοπῆς κληρονομίας &c. 48. *Eclog.* 4. c. 23.
h *l. pen. C. de crimine expilata. l. 4. C. de teſtam. manumiſſ.*
i *v l. 12. §. 1.* ſ. *eod.*
k à ſeruo cui relicta eſt libertas.
l 37. *inf. eod.*
m *v. l. 20.* ſ. *eod.*
n *v. l. 37. in pr.* ſ. *eodem.*
o Pluribus, vniuerſitati vel capitulo ſi aliquid mandatur, & id per vnum expediri poteſt, id illi tantum videtur eſſe mandatum, tenetur ille implere. adde *cap. eam teſt. 7. extr. de reſcript.* vide tamen *l. ſi tibi homo 86. §. pen. ſup. de leg. 1.*
p *v. l. 19. §. 1. ſup. eodem.*
q Hæc vox *domino*, eſt gloſſema.
r Damnum conditionis ita dicitur in *l. Imperator 50.* ſ. *ad Trebell.*
ſ Error hic iuris nocet: eſt enim aduerſus iuri publico: at error facti non nocet. *l. 3. in fin. ſup. de ſupellectile.*
t Caſtrenſia ea ſunt, quæ pater in militiam profecturo filio donat.
u Cuiac. legit, *in paganis*: *vt in l ius noſtrum 7. inf. de regulis.* Ita enim loquuntur alij authores eſſe in puerilibus, in ſenioribus, in nouiſſimis. aliàs cum hic dicatur fratrem paganum manſiſſe in poteſtate, innueretur, alterum filium militem ſolutum fuiſſe poteſtate: quod eſt falſum. Primùm enim ſi ita foret, patri heres non eſſet, vt alter frater. cum tamen hic ambo heredes proponantur. Deinde militia patriam poteſtatem non ſoluit. *l filiusfam. 35. ſup. de ritu.*
x Caſtrenſe peculium præcipuum filius retinet inter legitimos heredes.
y *l. 41. §. 9. inf. eod. l. 16 ſup. de manum. teſtam. 19. inf de ſtatulib. l. 10. C. de fideicommiſſ. libert.*
z Iuri ſingulari opponitur ius commune. *l. 78. ſup. de cond. & demonſtr.* quæ huic legi iungenda. Eſt vero hoc ius ſingulare, benignum ius, vt *l. 15 ſup. de reb. cred.* aliud enim iure communi. Nam quoties deficit conditio legati, non debetur, argum. *l. 55. l. 56. ſup. de cond. & demonſtr.*
a Singulare ius eſt quod contra regulas iuris eſt receptum. *l. 16. ſup. de legib.*
b excipiunt nonnulli piam cauſam. vide *Tiraquell. 23. priuil. piæ cauſæ.*
c vnde? ex ſua induſtria, locatione operarum, ſuo quæſtu diurno.
d putà per orbem terrarum.
e elegiſſent.
f id eſt, quod biennio proximo ſeruus filio miniſterium præbuerit, non diurnam mercedem, miniſterium præoptante filio vel tutore quam mercedem: ex præterito tempore, hoc eſt triennio, quo ſeruus conditioni paruit non eſſe impedimento reſiduæ conditioni, id eſt, ea res non efficit, vt minus videatur ſeruus conditioni paruiſſe biennio reſiduo: quia & per ſeruum ſtetit, quo minus & eo biennio pareret conditioni.

GEneraliter * dicemus, eos poſſe fideicommiſſariam libertatem adſcribere *a*, qui fideicommiſſum pecuniarium *b* poſſunt *c* relinquere.

1 ¶ Et principis ſeruo, vel municipij, & *d* cuius alterius, fideicommiſſa libertas adſcripta valet.

2 ¶ Hoſtium ſeruo *e* ſi fideicommiſſaria libertas fuerit adſcripta, poteſt tractari an non ſit inefficax. Et fortaſſis qui dixerit, indignum eſſe, ciuem *f* Romanum fieri hoſtium ſeruum: ſed ſi in caſum relinquatur, in quem noſter eſſe incipit: quid prohibet ‖ dicere, libertatem valere? ‖

3 ¶ Si homini libero fuerit libertas per fideicommiſſum adſcripta, & is in ſeruitutem redactus proponatur, petere poteſt libertatem: ſi modò mortis *g* tempore, vel conditionis exiſtentis inueniatur ſeruus.

4 ¶ Seruo eius, qui nondum in rebus humanis eſt *h*, libertas rectè per fideicommiſſum relinquitur.

5 ¶ Si ſeruus in metallum fuerit damnatus, libertatem ſperare non poterit. Quid ergo, ſi fideicommiſſaria libertas ‖ & relicta ſit, ‖ & pœna metalli, indulgentia principis ſit liberatus? Et eſt reſcriptum ab Imperatore noſtro, hunc in dominium prioris domini non reſtitui. cuius tamen ſit, non adiicitur. certè, cùm fiſci *i* efficiatur, ſperare poteſt fideicommiſſariam libertatem.

6 ¶ Ex damnata in *k* metallum concepto & nato fideicommiſſaria libertas dari poterit. quid mirum, cùm etiam venundari eum poſſe quaſi ſeruum, Diuus Pius reſcripſit.

7 ¶ Si petitum à teſtatore fuerit, *ne l poſtea Stichus ſeruiret*, placuit, fideicommiſſariam libertatem datam uideri. nam qui hoc petit, *ne poſtea ſeruiat*, videtur petere, vt libertas ei præſtetur.

8 ¶ Sed & ſi ita ſcripſit, *Ne eum m alienes, ne eum vendas*: idem erit dicendum, ſi modo *n* hoc animo fuerit adſcriptum, quòd voluerit eum teſtator ad libertatem perduci. cæterùm ſi alia mente id ſcripſit: (vt puta quia conſilium dabat hæredi retinere talem *o* ſeruum, vel quia coërcere voluit ſeruum, & cruciare, ne meliorem dominum experiatur, vel aliqua *p* mente *q*, non tribuendæ libertatis animo) dicendum eſt, ceſſare libertatis præſtationem, & ita Celſus libro viceſimo tertio digeſtorum ſcribit. Non tantum enim verba fideicommiſſi, ſed & mens teſtatoris tribuere ſolet libertatem fideicommiſſariam. Sed cum ex præſumptione libertas præſtita eſſe videtur, hæredis eſt, contrariam voluntatem teſtatoris probare.

9 ¶ Si quis tutorem ideo ſcripſerit, quia *r* liberum putauit, certiſſimum eſt, neque libertatem peti poſſe, neque tutelam libertatis præſtationi patrocinari. & ita ‖ & ‖ Marcellus lib. xv. Digeſtorum, & Imperator noſter cum patre reſcripſit.

10 ¶ Si quis ſeruo *ſ* pignorato directam libertatem dederit, licèt videtur iure ſubtili inutiliter reliquiſſe: attamen, quaſi *t* & fideicommiſſaria libertate relicta, ſeruus petere poteſt, vt ex fideicommiſſo liber fiat. fauor enim libertatis ſuadet, vt *u* interpretemur, & ad libertatis petitionem procedere teſtamenti verba, quaſi ex fideicommiſſo fuerat ſeruus liber eſſe iuſſus. nec ‖ enim ‖ ignotum eſt, *quòd multa contra x iuris rigorem pro libertate ſint conſtituta.*

11 ¶ Ex teſtamento *y*, quod adgnatione poſtumæ ruptum eſſe ‖ conſtitit, ‖ neque † directas libertates competere, neque fideicommiſſarias deberi, ‖ ſi ‖ quas non *z* à legitimis quoque hæredibus paterfamilias reliquerit, ſatis conſtat.

12 ¶ Si quis alienum vel ſuum ſeruum rogatus ſit manumittere, & minus ſit in eo, quod accepit iudicio teſtatoris, plus ſit in pretio ſerui, an cogatur vel alienum redimere, vel ſuum manumittere, videndum eſt. & Marcellus ſcripſit, cùm ceperit *a* legatum, cogendum omnimodò ſuum manumittere. & ſanè hoc iure vtimur, vt * multùm *b* interſit, ſuum quiſque rogatus ſit manumittere, an alienum. ſi ſuum, cogetur manumittere, etiam ſi modicum accepit: quòd ſi alienum, non aliàs erit cogendus quàm ſi tanti poſſit redimere, quantum ex iudicio teſtatoris conſequutus ſit.

13 ¶ Proinde conſequenter Marcellus ait, eum quoque, qui hæres inſtitutus eſt, ſi *c* quidem aliquid ad eum deducto ære alieno peruenit, cogendum eſſe ſuum manumittere, ſi verò nihil peruenit, non eſſe cogendum.

14 ¶ Planè ſi fortè minus relictum eſt alicui, verùm creuit legatum ex aliqua cauſa, æquiſſimum erit, tanti eum cogi redimere, quantum ad eum peruenit, nec cauſari debere, quòd minus illi relictum ſit, cum creuerit eius legatum per teſtamenti occaſionem, nam etſi ex *d* mora fructus, vſuræve fideicommiſſo acceſſiſſent, dicendum eſt, libertatem præſtandam.

15 ¶ Proinde etſi ſerui pretium decreuit, dicendum eſt, redimere cogendum.

16 ¶ Quòd ſi legatum ſit imminutum, videndum, an cogatur ſeruum manumittere, qui ſperauit *e* legatum vberius conſecuturum. & putem, ſi legatum refundere ſit paratus, non eſſe cogendum: idcirco, quia alia contemplatione agnouit legatum, quod ex inopinato deminutum eſt. parato igitur ei à legato recedere, concedendum erit, niſi forte reſiduum legitum ad pretium ſufficit *a*.

17 ¶ Quid ergo, ſi plures ſeruos rogatus ſit manumittere, & ad quorundam pretium ſufficiat id quod relictum eſt, ad omnium non ſufficiat, an cogendus ſit quoſdam manumittere? & putem, debere eum cogi, vel eos, quorum pretium patitur manumittere. Quis ergo ſtatuet, qui potius manumittitur? utrúmne *b* ipſe legatarius eligat, quos manumittat. an heres ‖ eſt? ‖ Et fortaſſis quis rectè dixerit *ordinem c ſcripturæ ſequendum d*: quod ſi ordo non pareat, aut ſortiri *e* eos oportebit, ne aliquam ambitionis, vel gratiæ *f* ſuſpicionem prætor ſubeat; aut meritis cuiuſque allegatis arbitrari eos oportet.

18 ¶ Simili modo dicendum eſt, atſi redimere iuſſus ſit, libertatémque præſtare, nec pecunia, quæ legata eſt, ſufficiat ad redemptionem omnium, quibus libertas data eſt. nam & hic idem erit, quod ſuprà probauimus.

19 ¶ Si cui legatum ſit relictum, iſque ‖ rogatus ſit ſeruum proprium manumittere, & id, quod legatum eſt, præſtare: an fideicommiſſaria libertas præſtanda ſit? Quoſdam mouet, quia, ſi fuerit coactus ad libertatem præſtandam, ex neceſſitate ad fideicommiſſi quoque præſtationem erit cogendus *g*, etſi qui putant non eſſe cogendum. Non etſi mihi legatum fuiſſet relictum, & id rogatus eſſem Titio reſtituere confeſtim, & præterea fideicommiſſam libertatem ſeruo meo præſtare, ſine dubio diceremus, non eſſe me cogendum ad libertatis præſtationem: quia nihil pretij nomine videor accepiſſe. Planè ſi fortè poſt tempus fuerit rogatus reſtituere ſibi legatum relictum, dici poteſt, propter medij temporis fructum cogendum eum manumittere.

20 ¶ Si rogatus quis *alij fundum, cùm morietur, alij centum præſtare*, ‖ ſi ‖ tantum ex fructibus fundi perceperit, quantum eſt in fideicommiſſo, cogendum eum præſtare. ſic fit vt ſit in pendenti fideicommiſſum pecuniarium, & fideicommiſſæ libertatis præſtatio.

21 ¶ * Quotiens autem fideicommiſſaria libertas relinquitur efficaciter, in ea *h* cauſa eſt, vt neque alienatione, neque vſucapione extingui poſſit, ad quemcunque etiam peruenerit is ſeruus, cui fideicommiſſa libertas relicta eſt, cogi *i* ‖ eum ‖ manumittere. & ita eſt ſæpiſſime conſtitutum. Cogetur igitur is, ad quem ſeruus peruenerit, fideicommiſſam libertatem præſtare *k*, ſi hoc maluit is, qui rogatus eſt. latiùs enim acceptum eſt, vt etſi ſub conditione fuit ei libertas relicta, & pendente conditione alienatus ſit, attamen cum *l* ſua cauſa alienetur. Quòd ſi nolit ab eo manumitti, ſed potius ab *m* eo velit ad libertatem perduci, qui erat rogatus eam manumittere, audiri eum oportere, Diuus Hadrianus & Diuus Pius reſcripſerunt. Quinimò & ſi iam manumiſſus eſt, velit tamen potius *n* eius libertus fieri, qui erat rogatus eum manumittere, audiendum eum, Diuus Pius reſcripſit. Sed etſi ex perſona manumiſſoris, vel ‖ ex ‖ quacumque cauſa manumiſſus oſtendere poteſt ius ſuum ‖ lædi ‖ manumiſſione, ‖ vel etiam ‖ læſum, ſuccurri ei ex his conſtitutionibus oportet, ne contra voluntatem defuncti durior *o* eius conditio conſtituatur. Planè ſi ea ſit defuncti voluntas, vt vel à quocunque manumitti voluerit, dicendum eſt, conſtitutiones ſuprà ſcriptas ceſſare.

25. *Paulus* ‖ lib. 3. Fideicommiſſorum. ‖

SI heres, qui vendidit ſeruum *p*, ſine ſucceſſore deceſſerit, emptor autem extet, & velit ſeruus, defuncti libertus eſſe, non emptoris, non eſſe eum audiendum, Valens ſcripſit, ne emptor & pretium *q*, & libertum perdat.

De ſeruo mortalitatis neceſſitate, vel bonor. publicatione ad alium perducto. De rogato manumittere cùm moreretur. De manumiſſo ab alio, quam ab eo, qui rogatus eſt. De fauore & effectu fideicommiſſariæ libertatis. 1. *De mora.* 6. *De legato habito pro non ſcripto.* 7. *Ad SC. Rubrianum, Scopus, tempus, & verba.* 8. *Si libertas debeatur vel non.* 9. *De euocatione.* 10. *De abſentia.* 11. *Vel præſentia rogati manumittere.*

26. *Vlpianus* ‖ lib. 5. Fideicommiſſorum. ‖

CVm verò is, qui rogatus [non *r*] eſt *alienum ſeruum manumittere*, mortalitatis *ſ* neceſſitate, vel bonorum publicatione, ad alium ſeruum perduxit, magis opinor, conſtitutionibus *t* eſſe locum, ne deterior conditio fideicommiſſæ libertatis fiat. Nam & cùm quidam rogatus eſſet, *cùm moreretur, ſeruum manumittere.* iſque deceſſiſſet libertate ſeruo non data: perinde eum habendum, conſtitutum eſt, atque ſi ad libertatem ab eo perductus eſſet. poteſt enim eo teſtamento dare libertatem, vtique directam.

a & retrò cuius fidei committi poteſt ad rem aliquam præſtandam, eiuſdem etiam libertas fideicommitti poteſt. Vlpian. 2. §. 9.
b De differentia fideicommiſſariæ libertatis: & fideicommiſſi pecuniarij, vide *Cuiac.* 15. *obſeruat.* 5. *in fin.*
c id eſt qui teſtari poſſunt, *l.* 2. *ſup. de leg.* 1.
d & cuiuſuis alterius.
e *l.* 30. *in fin. ſup. de manumiſſ. teſt.*
f Rogatus ancillam manumittere, vtique rogari ſemper intelligi de iuſta & legitima libertate, id eſt, ciuitate Romana: vide *Cuiac.* 18. *obſeru.* 20.
g *v. l. vn.* §. 6. *C. de caducis.*
h & ei qui eſt in ventre. *l.* 14. *C. de fideic. lib.*
i *v. l.* 8 *in. fin. C. de ſentent. paſſis.*
k *v. l.* 4. *C. de pœnis.*
l *v. l.* 12. *in pr. ſup. eod.* adde *l.* 41. §. 1. *j. eod.*
m *l.* 10. *in princ. ſuprà eodem.*
n *l.* 17. §. 1. *j. qui & à quibus manumiſſ. l.* 20. *C. de lib. cauſa.*
o vtputa vtilem.
p vel alia.
q conſideratione, *Græci.*
r *l.* 32. *ſup. de teſt. tutela.* §. 1. *inſtit. qui teſtam. tutores dari poſſunt.*
ſ ſuo.
t *v. l.* 9. *Cod. de fideicom. lib.*
u vt ſic interpretemur verba directa quaſi ex fideicommiſſo ſit relicta libertas.
x §. *vlt. Inſt. de donat.*
y vide *l.* 23. ſ. *de manum. teſt. l.* 45. *j. eod.*
† Ab inteſtato venientes non præſtant onera ſcriptis heredibus impoſita, *vt hic* vide tamen Authentic. *ex cauſa* 6. *C. de liberis præteritis.*
z *l.* 1. *C. eod.*
a id eſt, ignorauerit.
b Idem dicendum in minore, *l.* 20. *in princ.* ſ. *de manumiſſ. vin.*
c *l.* 6. *circa fin. ſup. eod. l.* 45. §. 1. ſ. *eod. l.* 14. *C. ad l. Falc.*
d Fideicommiſſis ex mora fructus & vſuræ accedunt.
e ſperauit ſe legatum.

a ſufficit apud eum net.
b *l.* 20. ſ. de
c *Vlp.* 1. §. 14. ſ. *de vſufr.* quemadm. l. qui & à manumiſſ. l. de hered. inſ. ex ordine rę colligit luntas teſta vt prius n intelligant vocati *vt* *l. qui ſoluend.* ſ. *de heredib. l. ſiquis* *j. qui & à* *manumiſſ.* ties 34. *ſup. fructu. l.* 77. §. *à te p* *ſup. de lega heredes mei* *vlt.* ſ. *ad T.* niſi volunt toris ordini pturæ nec enim ſcripturæ re debet iuris & tis. *l. cum* §. *fidei* *ſup. de leg.* plura apud ticam 6. *num* 11.
d Imo ord pturæ nood quendus. *de ſolution*
e Sortibus dum quæ committur *vlt.* C *de legat.* §. *Inſtit. de leg.* ſortibus quellum *primogenitu* *qu.* 19. opini
f Cicero *Quintum* Conſtantia adhibenda reſiſtat non gratiæ, ſed ſpicioni.
g adde *l.* 13. ſ. *ad Trebel.*
*
h Cui fideicommiſſaria liber relicta eſt, is liberi locum tinet. *l.* 15. *l.* 51. § 3. § 1. & 2. *tit. lib.*
i *l.* 26. ſ. de
k *v. l.* 20. *ſup*
l Quæ alien tur, cum ſua tranſeunt. liber ſiue tur ab herede ſuſcipiatur ab quo, libertatis conditioné ſec trahit, *Vlp.* 2.
m vide quæ no ui 1. *feud.* 22.
n *l.* 43. *circa* *dium* ſ. *de act. emp.*
o Durior liber ſit conditio ſi du riorem habet pa tronum.
p cui relicta era libertas à defuncto.
q *l.* 44. ſ. *de act. empt.*
r deeſt hęc negatio Baſil & Græcis. ſ id eſt, aut moriens aut bonis eius publicatis ſeruum tranſtulit ad alterius dominium. t de quibus *l. generaliter*, 24. *in fin.* ſ. *eod. in princip.*

¶ Sic

¶ Sic fit, vt quotiens quis libertatem accepit fideicommiſſariam, ſi ab alio, quàm qui erat rogatus, manumittatur, auxilium conſtitutionum habeat: perindéque habeatur, atque ſi ab eo manumiſſus fuiſſet. quoniam * fideicommiſſis libertatibus fauor exhibetur, nec intercidere ſolet deſtinata *a* fideicommiſſa libertas. qui enim ea donatus eſt, in poſſeſſionem libertatis interim *b* eſſe videtur *c*.

1 ¶ Apparet igitur, ſubuentum fideicommiſſis libertatibus, vt in *d* re mora facta eſſe his videatur, & ex *e* die quidem, quo libertas peti potuit, matri traderentur manumittendi cauſa; ex die verò, quo petita eſt, ingenui naſcantur. Plerumque enim per ignauiam vel per timiditatem eorum, quibus relinquitur libertas fideicommiſſa, vel per ignorantiam *f* iuris ſui, vel per auctoritatem & dignitatem eorum, à quibus relicta eſt, vel ſerius petitur, vel in totum non petitur fideicommiſſa libertas. quæ res obeſſe libertati non debet.

¶ Quod igitur defendimus, ita determinandum eſt, vt ingenui quidem exinde naſcantur, ex quo mora libertati facta eſt; manumitti autem partū dici debeat, ex quo peti libertas potuit, quamuis non ſit petita.

¶ Certè minoribus *g* 25. annis & in hoc tribuendum eſt auxilium, vt videatur in *h* re mora eſſe. nam qua ratione decretum, & à Diuo Seuero *i* conſtitutum eſt, in re moram eſſe circa pecuniaria fideicommiſſa, quæ minoribus relicta ſunt, multò magis debet etiam in libertatibus hoc idem admitti.

2 ¶ Cùm quidam Cæcilius ancillam, quam pignori obligauerat, dimiſſo creditore, per fideicommiſſum manumitti voluiſſet, & heredibus creditorem non liberantibus, infantes *k*, qui poſtea erant editi, veniſſent à creditore: Imperator noſter cum patre reſcripſit ſecundum ea quæ Diuo Pio placuerint, ne pueri ingenuitate deſtinata fraudarentur, pretio emptori *l* reſtituto perinde eos ingenuos fore, ac ſi mater eorum ſuo tempore manumiſſa fuiſſet.

3 ¶ Idem Imperator noſter cum patre reſcripſit, ſi poſt quinquennium mortis teſtatoris tabulæ teſtamenti apertæ eſſent, vel codicilli, & partus medio tempore editus ſit, ne fortuita *m* mora ſeruitutem partui irrogauerit, matri partum tradendum, vt ab ea ad libertatem perducatur.

4 ¶ Apparet igitur ex hoc reſcripto, item eo, quod à Diuo Pio reſcriptum diximus, noluiſſe eos, moram libertati fortuitam nocere edito ex ea, cui fideicommiſſa libertas data eſt.

5 ¶ Non tamen *n* ſi à ſubſtituto impuberis fideicommiſſa libertas data ſit ancillæ, quæ viuo impubere partum ediderit, vel ſi poſt tempus, vel ſub conditione libertatem acceperit, & ante *o* diem, vel conditionem partum ediderit, ad libertatem partus perducetur. quia horum alia conditio eſt: non enim moram fortuitam *p*, ſed ex voluntate teſtantis paſſi ſunt.

6 ¶ Si *q* pro non ſcripto habitus ſit ſeruus alicui legatus, cui ſeruo per fideicommiſſum libertas adſcripta eſt, quæſtionis *r* eſt, num fideicommiſſa libertas debeat intercidere; & an ſi ſeruus petat fideicommiſſam libertatem ab eo, penes quem remanſiſſet, pro non ſcripto habito legato, quod erat relictum ei, qui eum rogatus fuerat manumittere; vel ſi ipſe ſeruus, vt ſuprà dictum eſt, fuit legatus, an libertas non debeat intercidere? Et putem, debere dici, fideicommiſſam libertatem ſaluam eſſe, licet ad eum nihil peruenerit qui eum rogatus erat manumittere. cogetur igitur libertatem præſtare is, ad quem peruenit legatum, quia libertas fideicommiſſa nullum impedimentum pati debet.

7 ¶ Subuentum libertatibus eſt ſenatuſconſulto, quod factum eſt temporibus Diui Traiani, Rubrio *ſ* Gallo & Cælio Hiſpone conſulibus *t*, in hæc verba. *Si hi u, à quibus libertatem præſtari oportet euocati à prætore, adeſſe x noluiſſent: Si cauſa y cognita prætor pronunciaſſet, libertatem his deberi eodem iure ſtatum ſeruari, ac ſi directò manumiſſi eſſent.*

8 ¶ Hoc ſenatuſconſultum ad eos pertinet, quibus ex cauſa fideicommiſſi libertas debeatur. Proinde ſi libertas non deberetur, obreptum *z* tamen prætori eſt de libertate, pronunciatúmque; ex hoc ſenatuſconſulto libertas non *a* competit. & ita Imperator noſter cum patre ſuo reſcripſit.

9 ¶ Euocari autem à prætore oportet eos, qui fideicommiſſam libertatem debent. cæterùm niſi fuerint euocati, ceſſat Rubrianum ſenatuſconſultum. Proinde denunciationibus *b*, & edictis *c*, literiſque *d* euocandi ſunt.

10 ¶ Hoc ſenatuſconſultum ad omnes pertinet latitantes *e*, quos fideicommiſſam libertatem præſtare oportet. Proinde ſiue heres rogatus, ſiue quis alius, ſenatuſconſulto locus eſt, omnes enim omnino, qui deberent fideicommiſſam libertatem præſtare, in ea cauſa ſunt, vt ad SC. pertineant.

11 ¶ Quare ſi heres quidem latitet, legatarius autem, vel fideicommiſſarius qui rogatus ſit libertatem præſtare *a*, præſens ſit, ſenatuſconſultum deficit, & nihilominus impedietur libertas. proponamus enim, legatarium nondum dominium ſerui nactum eſſe.

27. *Paulus* lib. 3. Fideicommiſſorum.

ITaque hoc caſu *b* princeps adeundus eſt, vt & in hoc caſu libertati proſpiciatur.

De abſentia emptoris, & præſentia venditoris. 1. De his qui non latitant, ſed venire contemnunt. 2. De pluribus heredibus. 3. Quorum ſit libertus. 4. S. C. Iuncianum. 5. Qui dicuntur ex iuſta cauſa abeſſe.

28. *Vlpianus* lib. 5. Fideicommiſſorum.

SI eum ſeruum, cui erat fideicommiſſa libertas relicta, diſtraxerit is, qui erat rogatus, & emptor quidem latitet, is autem, qui rogatus erat, præſens ſit, an *c* Rubriano S.C. locus ſit? Et ait Marcellus Rubrianum locum habere: quia abeſt, quem manumittere oportet.

1 ¶ Hæc autem verba, *Adeſſe noluiſſent* d, non vtique exigunt, vt latitet is, qui libertatem præſtare debebit: nam etſi non latitet, contemnat autem venire, S.C. locum habebit.

2 ¶ Idem obſeruatur, etiam ſi plures heredes conſtituti, fideicommiſſam libertatem præſtare rogati, non iuſta ex cauſa abeſſe pronunciati fuerint.

3 ¶ Eorum, qui ex iuſta cauſa abeſſent, & eorum, qui *e* præſentes fideicommiſſæ libertati moram non facient, perinde libertus erit, atque ſi ſoli rogati ad iuſtam libertatem perduxiſſent.

4 ¶ Si quis ſeruum *f* non hereditarium rogatus manumittere, latitet, factum eſt S. C. Æmilio Iunco & Iulio Seuero conſulibus, in hæc verba: *Placere ſi quis ex his qui fideicommiſſam libertatem ex quacunque cauſa debeuent ſeruo, qui mortis tempore eius, qui rogauit, non fuerit, iſq; adeſſe negabitur, prætor cognoſcat: & ſi in ea cauſa eſſe videbitur, vt ſi præſens eſſet, manumittere cogi deberet, id ita eſſe pronunciet. Cúmque ita pronunciaſſet, idem iuris erit quod eſſet ſi ita, vt ex fideicommiſſo manumitti debuiſſet, manumiſſus eſſet.*

5 ¶ Ex * iuſta cauſa abeſſe eos *g* demum dicendum eſt, qui non habent iniuſtam *h* cauſam abſentiæ: cum *i* ſufficiat, quod non in fraudem libertatis abſint, quo magis videantur ex iuſta cauſa abeſſe.

¶ Ceterum non eſt neceſſe, vt reipublicæ cauſa abſint. Proinde ſi alibi domicilium quis habeat, alibi petatur fideicommiſſaria libertas, dicendum eſt, non eſſe neceſſe euocari *k* eum, qui fideicommiſſam libertatem debere dicitur: quia etiam abſente eo, ſi conſtiterit libertatem deberi, pronunciari poteſt, iuſta de cauſa eum abeſſe, nec libertum perdit. namque eos, qui apud ſedes ſuas & domicilium ſuum ſunt, nemo dubitabit, ex iuſta cauſa abeſſe.

De alienatione.

29. *Paulus* lib. 3. Fideicommiſſorum.

SI quis, poſteaquam in ea cauſa eſſe cœperit: vt ex fideicommiſſo manumitti deberet, alienatus ſit, is *l* quidem, cuius interim ſeruus erit *m*, manumittere cogetur: ſed hic non diſtinguitur, iuſta, an non iuſtà cauſa abſit: omnimodò enim libertas *n* ei ſeruatur.

Si quaſi abſente eo, qui mortuus erat, decretum ſit interpoſitum. 1. De infante. 3. De pupillo. 4. De infante. 7. De furioſo. 8. De muto & ſurdo. 9. Si rogatus manumittere non habeat ſucceſſorem. 10. Vel habeat abſtinentem ſe. 12. Cuius ſit iſte libertus. 13. Si alter ſine ſucceſſore deceſſerit, alter ex iuſta cauſa abſit. 14. Si dubitetur an ſucceſſor extet. 15. Si heres ei cui libertatem debet, aliquid ſine libertate relinquat. 16. De ætate, conditione, mora debentium libertatem. 17. De irritis codicillis.

30. *Vlpianus* libro 5. Fideicommiſſorum.

CVm, quaſi abſente quodam, decretum fuiſſet interpoſitum, *ex iuſta cauſa eum abeſſe*, is *o* autem mortuus iam eſſet, Imperator noſter reſcripſit, in heredis perſonam transferendum *p* decretum, eóque loco ius eſſe, quaſi hunc ipſum ex eadem *q* cauſa abeſſe pronunciaſſet.

1 ¶ Si *r* infans ſit inter eos, qui manumittere debent: ſenatus cenſuit: cùm vnius ætas impedierit, vt liberi, liberæque ſint hi, quibus *ſ* libertates ex cauſa fideicommiſſi præſtari oportet.

2 ¶ Hoc idem erit dicendum, & ſi ſolus ſit heres inſtitutus, qui fari non poteſt.

3 ¶ Si verò pupillus tutorem habet, íſque nolit ad libertatem præſtandam auctor eſſe: adeò non debet impedimento eſſe neque pupillo, vt libertos non habeat: neque libertati, vt Diui fratres reſcripſerunt, ex cauſa fideicommiſſi libertatem præſtari debere ſeruo, perinde atque ſi ab ipſo pupillo *ſ*, tutore auctore, manumiſſus eſſet.

4 ¶ Quicunque igitur caſus inciderit, quo is, qui fari non poteſt, fideicommiſſæ libertati ſubiectus eſt, accommodabimus mentem ſenatuſconſulti, quæ etiam ad heredem infantem *t*, rogati trahenda eſt.

5 ¶ Adeundus eſt *u* autem etiam ex hac cauſa prætor, præſerrim cùm reſcripto Diui Pij effectum eſt, vt ſi quidam ex rogatis præſentes ſint, alij latitent, alij ex cauſa abſint: intercedente infantis perſona, non omnium libertus efficiatur, ſed tantùm infantis, & *x* eorum, qui ex iuſta cauſa abſunt, vel etiam præſentium.

& §.1 Inſtit. de eo qui libertatis cauſa.

*

a Semel data libertas adimi non ſolet. *Græci*.

b implicitus ſtatus libertatis in eo eſſe ob id dicitur, *l. vltim. ſ. ſi ex noxali.*

c Imò non videtur, quia ſtatuliber quandiu pendet conditio, ſeruus eſt heredis, *Vlp. 2. §. 2.*

d Parum diſtans, nihil diſtare videtur, *v. l. 53. ſ. eod. l. 42. ſ. de teſt. mil. l. 15. ſ. de regulis.*

e id eſt, ſine interpellatione, *l. 32. ſ. de vſuris.*

f Ignauia, timiditas, ignorantia legatarij, & auctoris hæredíſve dignitas libertati non obfuit.

g An idem in maioribus? Accurſius ait: Iacobus Aretinus negat. Mouetur autem, quod in minore duplex ſit fauor, ætatis & libertatis: in maiore fauor tantum libertatis. duæ autem rationes, vnicam vincant, & vnica ſint potiores: duo ita ſpecialia hic circa idem concurrunt.

h id eſt, ſine interpellatione, *v. l. 5. ſ. pr. de minoribus. l. 32. ſ. de vſuris.*

i & à Diocletiano & Maximiano, *l 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſaria non eſt.*

k *v. l. 53. ſ. eod.*

l *l. 1. l. 3. C. ſi vendito pign. agat.*

m de qua *v. §. 5. ſ. eod.*

n *l. 3. C. eo. v. l. 17. ſ. de ſtatulib.*

o *l. 16. ſ. de ſtatulib.*

p de qua *v. §. 3. ſ. eodem.*

q *v. l. vn. §. 3. C. de caducis.*

r *v l. 14. ſup. eo. l. 47. §. fin. ſ. eod. l. 65. in fin. ſup. de leg. 2. l. 8. ſ. eod.*

ſ Rubrij meminit lex 3. *in pr. de legitimis tutoribus.*

t anno vrbis 854. *Plin. 4. Epiſt. ad Vrſum.* Porrò hi ſuffecti Conſules fuerunt non ordinarij. dixi ad *Theoph. §. 4. Inſt. de fideic. lib.*

u heredes vel legatarij.

x Prætor cognoſcit etiam parte abſente: atque ita ante litis conteſtationem, teſtes interrogare poteſt.

y *v. l. 28. §. 3. l. 20. ſ. eod.* Cauſa cognita fit interdum quod fit vna tantùm parte præſente.

z Obreptitia non valent nec ſunt valida, *l. 5. C. de præd. & aliis rebus minor. l. ſi quis obrepſerit 29. ſ. de falſis.* a Imò competit, *§. 6. Inſt. quibus ex cauſ. manumitt.* Aliud eſt impetrare libertatem indebitam, per obreptionem, *vt hic.* aliud ex falſa ſeu non vera cauſa, id eſt non idonea, alioquin & ſufficiente, ſed leni domino eam proponente, Iudice verò qui de iure reſpondet, idque notum habet, eam adprobante, *vt in d. §. 6.*

b ſi domi ſint, *c. vlt. de eo qui mittitur in poſſ.* c ſi in vrbe ſint.

d ſi abſentes ſint. Citationes ſunt denunciationibus, edictis, literis.

e *l. 17. in princ. C. eodem.*

a *v. l. 1. in princ. ſup. eod.*

b vt & in iis quæ legibus non ſunt definita, *l. 11. C. de legib.*

c *l. 10. §. 1. ſup. eo.*

d adde *l. 30. §. 16. ſ. eod.* Latitare non continuò videtur, qui venire contemnit: tenetur is tamen æquè ac ſi latitaſſet.

e Abſens ex iuſta cauſa non perdit libertum ex ſenatuſconſulto, *v. l. 1. in pr. ſup. eod. l. 30. §. 4. l. 51. §. 4. ſ. eo. f v. l. 40. §. 1. infr. eodem.*

g ſic iniuſta ex cauſa clerici à ſua eccleſia abeſſe præſumuntur, *Innocent. cap. vlt. de eo qui mit. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruandæ.* vt & mariti ab vxoribus ſuis, *Inn. & Bart.*

h ſed & ſi non abſint, libertatem non impediunt, *l. 1. ſ. eod.* & ius libertí amittunt, *l. 1. §. vlt. ſ. de leg. tutorib.*

i *l. 1. inf. de ſtatulib.*

k id eſt, abſtrahere eum à ſuo domicilio.

l emptor, donatarius, vel ſimilis.

m *l. 20. ſ. eo.*

n Græci hic malè legunt, libertus, *Cuiac. 18. obſer. 19.* quem vide.

o Decretum interpoſitum aduerſus defunctum, tanquam aduerſus abſentem transfertur ad heredem: quod in libertate ſpeciale eſt.

p atqui non tenetur, *l. 74. §. vlt. ſup. de iudiciis.*

q iuſta ſc. vt ſ. eod.

r *l. 36. in princ. ſ. eodem.*

ſ *v. l. 11. ſ. eod.*

t infantem rogatum?

u per quem? per ſeruum, *Græci.*

x *v l. 28. §. 3. ſupr. eodem.*

6 ¶ Si plures hæredes ſunt inſtituti, & inter eos, qui fari non poteſt *a*: ſed non ipſe rogatus ſit ſeruum manumittere, non oportere intercidere libertatem ob hoc, quod cohæredibus ſuis vendere eum infans non poſſit. Et extat quidem ſenatuſconſultum Vitraſianum. Sed & Diuus Pius Caſſio Dextro reſcripſit, ita rem explicari, vt partes ſeruorum, quibus per fideicommiſſum libertas data eſt, iuſto pretio æſtimentur: atque ita ſeruus ab his, qui rogati ſunt, manumittatur. Hi autem, qui eos manumiſerunt, pretij nomine perinde *b* fratribus & cohæredibus *c* ſuis obligati erunt, atque ſi ob eam rem ex iudicati cauſa cum his agi poſſit.

7 ¶ In *d* furioſi perſona Diuus Pius reſcripſit, fideicommiſſam libertatem non *e* impediri ſub conditione ſcripti hæredis, quem compotem mentis non eſſe adfirmatur. Igitur ſi conſtiterit, ei rectè datam per fideicommiſſum libertatem, decretum interponetur, quod id ipſum complectatur.

8 ¶ Ad exemplum infantis, ergo &||in||muto *f*: &||in|| ſurdo ſubuenietur.

9 ¶ Sed & ſi quis ſine herede, vel alio ſucceſſore deceſſerit, qui fideicommiſſam libertatem præſtare debebat, adito Prætore libertatem præſtandam eſſe, cenſuit ſenatus.

10 ¶ Sed & ſi ſuus hæres *g* ſe abſtinuerit, libertati fideicommiſſæ per ſenatuſconſultum ſubuentum eſt: tametſi non eſt ſine hærede, qui ſuum hæredem habet, licèt abſtinentem ſe.

11 ¶ Idem dicendum, & ſi minor vigintiquinque annis adierit hæreditatem eius, qui libertatem fideicommiſſam debebat: & in integrum ſit reſtitutus *h* abſtinendi cauſa.

12 ¶ Quærendum eſt autem, cuius libertus||iſte||ſi, ex conſtitutione enim ſeruo libertas perinde competit, atque ſi ex teſtamento libertatem conſecutus eſſet. erit igitur libertus orcinus *i*, non eius, qui fideicommiſſam libertatem debebat.

13 ¶ Si alter ſine ſucceſſore deceſſerit, alter ex iuſta cauſa abſit: extat reſcriptum Diuorum Marci & Veri perinde dicentium eum ad libertatem peruenturum, ac ſi ab eo, qui ſine ſucceſſore deceſſit, & ab eo, qui ex iuſta cauſa abeſſet, ad libertatem, vt oportuit, perductus eſſet.

14 ¶ Eleganter quæri poteſt, cum || hæres|| ſine ſucceſſore decedit, vtrum exſpectari debet, donec certum ſit, hæredem vel bonorum poſſeſſorem non exſtaturum; an verò, etiam dum incertum eſt, forte deliberante hærede ſcripto, poſſit ad libertatem peruenire? & melius eſt exſpectari oportere, quo ad certum eſſe cœperit, ſucceſſorem non exſtaturum.

15 ¶ Imperator noſter Antoninus reſcripſit, eum cui fideicommiſſa libertas debetur *k*, ſine libertate aliquid ex teſtamento hæredis accipere poſſe.

16 ¶ Diuus etiam Marcus reſcripſit, ſi fideicommiſſas libertates neque *l* ætate, neque *m* conditione *n*, neque *o* mora non præſtantium, tardiúſve redimentium corrumpi, aut in deteriorem ſtatum perduci.

17 ¶ Quamquam ex irritis *p* codicillis *q* libertates non debeantur; attamen ſi hæres hos codicillos ratos *r* habuit, & ex his quædam præſtitit, & ſeruos, præſtandæ fideicommiſſæ libertatis gratia, in libertate morari voluit, ad iuſtam *ſ* libertatem eos perueniſſe, reſcripto Imperatoris noſtri & Diui patris eius declaratur.

De ſeruo alieno. 1. Si poſtumus ei naſcatur, qui filium rogauit manumittere. 2. De eo qui alienare prohibitus eſt. 3. De patrono qui petit bonorum poſſeſſionem contra tabulas. 4. Si dominus nolit, velitve ſeruum vendere, vt manumittatur.

31. *Paulus* || lib. 3. Fideicommiſſorum. ||

ALieno *t* ſeruo dari poteſt per fideicommiſſum libertas, ſi tamen eius ſit, cum quo teſtamenti factio eſt.

1 ¶ Cùm inteſtato *u* moriturus *x*, fidei filij commiſiſſet, *vt ſeruum manumitteret*, & poſtumus ei natus fuiſſet, Diui fratres reſcripſerunt, quia diuidi *y* non poteſt, ab *z* vtroque præſtandum.

2 ¶ Qui fideicommiſſariam libertatem debet, etiam *a* eo tempore, quo alienare prohibitus erit manumittere poterit.

3 ¶ Si patronus contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit, quia eum *b* præterierit libertus, non cogetur vendere ſeruum proprium, quem rogatus erat à liberto ſuo manumittere.

4 ¶ Si is, cuius ſeruus eſt, nolit eum vendere, vt manumitteretur *c*, nullæ *d* prætoris partes ſunt. Idem eſt, & ſi pluris *e* iuſto vendere velit. Sin autem certo quidem pretio, quod non prima facie videtur eſſe iniquum, dominus ſeruum vendere paratus eſt; is verò, qui rogatus eſt manumittere, immodicum id eſſe nititur: prætoris partes erunt interponendæ, vt iuſto pretio volenti domino dato, libertas ab emptore præſtetur. Quod ſi & dominus vendere paratus ſit, & ſeruus velit manumitti, cogendus eſt hæres redimere, & manumittere: niſi dominus velit ſeruum manumittere, vt actio ſibi pretij in hæredem detur. Idque faciendum eſt, etiam ſi hæres latitet. & ita Imperator Antoninus reſcripſit.

1. De ſeruo inuito. 2. De re aliena certo pretio redimenda, & alij præſtanda.

32. *Macianus* || lib. 5. Fideicommiſſorum. ||

SEd ſi alienare quidem ſit paratus, non ante tamen id velit facere *a*, quàm ſibi in *b* pretium ſatisfiat, non erit manumittere compellendus, ne & ſeruum manumittat, & interdum nihil, aut minus cõſequatur, ſi fortè is *c* qui rogatus eſt manumittere, ſoluendo non ſit.

1 ¶ Inuito *d* tamen ſeruo, neque alij, neque domino eam rem perſequi concedendum eſt: quia non tale ſit hoc fideicommiſſum, ex quo domino quid adquiratur: alioquin ipſi datum videretur. Quod poteſt contingere, ſi teſtator pluris *e* eum ſeruum quàm quanti eſt redimi ac manumitti voluit. nam tunc & domino erit fideicommiſſi perſecutio, cuius intereſt, præter verum pretium, id quod plus ei iuſſus eſt dare, conſequi: & ſerui, vt ad libertatem perueniat.

2 ¶ Quod eueniet, & ſi rem alienam certa *f* pecunia redimere, atque alij præſtare hæres vel legatarius intelligerentur. namque tunc, & domino rei, & cui eadem præſtare deberet, perſecutionem *g* eſſe. vtriuſque enim intereſſe, & domini, vt præter pretium accipiat *h*, quo pluris eam teſtator redimi iuſſit: & eius, cui relicta eſt, vti eam habeat.

De filio defuncti rogato ſeruum patris ſui manumittere. 1. An ſit locus SC. Rubriano, libertate data ſub conditione. 2. Si legatarius rogatus manumittere nolit accipere.

33. *Paulus* || lib. 3. Fideicommiſſorum. ||

SI filius defuncti rogatus fuerit ſeruum ſui patris manumittere, dicendum eſt, poſſe eum, etiam contra tabulas *i* habere, & operas imponere. hoc. n. potuiſſet, etiam ſi directam libertatem accepiſſet, quaſi patroni filius.

1 ¶ Erit Rubriano *k* ſenatuſconſulto locus, etiam ſi ſub conditione libertas data ſit, ſi modò per ipſum ſeruum non fiet, quo minus conditioni pareat. Nec refert in dando, an in faciendo, an in aliquo caſu conditio conſiſtat. Imò etiam amittit libertum hæres, ſi conditioni impedimentum fecerit, etſi filius defuncti ſit: quamuis *l* alio iure habiturus ſit libertum. nonnullam *m* enim & hic pœnam patitur. nam & ſi in *n* ſeruitutem petierit, aut *o* capitis accuſauerit, perdit bonorum poſſeſſionem contra tabulas.

2 ¶ Si is, cui ſeruus legatus eſt, rogatus fuerit vt eum manumitteret, & nolit eum accipere, compellendus eſt, ||aut|| actiones ſuas ei præſtare, (cui) ſeruus velit, ne intercidat libertas.

Si alij manumittendus tradatur. 1. De minore viginti annis. 2. De ſeruo legato vt manumittatur, qui niſi manumittatur, liber eſſe iuſſus eſt.

34. *Pomponius* || lib. 3. Fideicommiſſorum. ||

INuitus is, cui fideicommiſſo libertas relicta eſt, non *p* eſt tradendus alij, vt ab eo manumittatur, & fiat alterius libertus, quam qui rogatus eſt manumittere.

1 ¶ Campanus ait, ſi minor annis viginti rogauerit hæredem, vt proprium ſeruum manumittat, præſtandam ei libertatem: quia hic lex Ælia Sentia locum non habet.

2 ¶ Seruus legatus erat Calpurnio Flacco, iſque rogatus erat eum manumittere, & ſi non manumiſiſſet, idem ſeruus Titio legatus erat, & ||is æque|| rogatus erat, vt eum manumitteret, ſi non manumiſiſſetque liber eſſe iuſſus erat. Sabinus dicit; inutiliter legatum fore, & ex teſtamento eum continuò liberum futurum.

De manumittendi neceſſitate non remittenda.

35. *Macianus* " libro 15. Fideicommiſſorum. ||

GAij Caſſij non eſt recepta ſententia exiſtimantis, *x* hæredi & legatario remittendam interdum proprij ſerui manumittendi neceſſitatem, ſi vel vſus tam neceſſarius eſſet, vt eo carere non expediret, veluti diſpenſatoris, pædagogi vel *r* liberorum, vel tantum delictum eſt *ſ*, vt vltio remittenda non eſſet: viſum eſt enim ipſos in ſua poteſtate habuiſſe. nam *i* potuiſſent diſcedere à cauſa teſtamenti, qua non omiſſa, debere voluntati defuncti obſequi.

De infante, furioſo, captiuo, eo quem religio aut alia iuſta cauſa moratur, pupillo. 1. De eo qui per procuratorē defenditur. 2. De iuriſdictione non interpellanda.

36. *Idem* " lib. 16. Fideicommiſſorum. "

NEque *u* infantes *x*, neque furioſi, neque ab hoſtibus capti, neque, hi quos *y* religio, aut honeſtior cauſa *z*, vel calamitas aliqua, vel maior res familiaris, aut capitis famæve periculum, aut ſimilis cauſa moretur, Rubriano ſenatuſconſ. continentur *a*. Ac ne pupilli *b* quidē, qui tutores non habēt, aut eos habeant quos earum quę cauſa detinet. Sed nec ſi hi data opera ſui poteſtatem non faciunt, puto pupillis libertos eripi: quia & iniquum *c* eſt, facto tutoris, qui forſitan ſoluendo non ſit, pupillum damno adfici. & ſenatuſconſulto non continetur alius "quis" quàm qui ex cauſa fideicommiſſi debet præſtare libertatem. Quid ergo eſt? Daſumiano

a *l. 51. §. 10. j. eod.*
b Præſumitur lata interdum ſententia, etſi lata non ſit, lex aliquando fingit ſententiam latam eſſe vbi lata non eſt & executioni mandatur ac ſi lata eſſet. v. Bartolum in *l. ſi quis pro emptore 15. j. de vſucapionibus* vbi de fictionibus tractat.
c *v. l. 49. in fin. j. eod.*
d *l. 36. in pr. j. eod.*
e hoc ipſo ſolo quòd inſaniat: *Græci.*
f Mutus & ſurdus infanti comparantur.
g eius qui rogatus eſt manumittere.
h *v. l. 31. in princ. ſup. de minoribus.*
i Orcinus libertus, Orci libertus *l. 5. in fin. ſup. eod.* Charontis, Plutonis, Charonianus Theophilo: ea forma, qua orcini Senatores (quorum meminit Suetonius) & à Plutarcho *in M. Antonio* Charonitæ, v. Cuiac. ad *Vlp. 2. §. 8.* adde & quæ notaui ad *l. 49. j. eod.* & verò orcinum hic innuit defuncti ſeu teſtatoris libertū eſſe, non eius qui fideicommiſſam libertatem debet.
k *v. l. 4. C. de leg.*
l *l. 1. § ſup. eod.*
m *l. 2. § 6 ſup. eo.*
n neque ſtatu, *l. 36. j. eod.*
o *l. 21. § 6 ſ. eo.*
p Codicilli vt & teſtamenta, irriti vitium pati poſſunt.
q Ex codicillis irritis ne quidem libertas debetur, niſi eos hęres ratos habuerit.
r Codicillos irritos hęres ratos habere poteſt.
ſ ad ciuitatem Romanam, vide quæ notaui ad *l. 24. §. 2. ſup. eod.*
t *Vlp. 2. §. 11.*
u Ab inteſtato fideicõmittere poſſumus.
x *l. 29. circa fin. ſup. de bon. lib.*
y Libertas diuidi i. pro parte præſtari non poteſt, *vt hic.*
z & ſic libertus hoc caſu tenetur, vide *l. 11. de iure codicillorum.*
a *l. 51. §. 2. j. eod.*
b *v. l. 20. ſup. de legat. 2*
c *al.* vt manumittatur.
d Inuitus nemo res ſuas vendere, aut non iuſto pretio vendere, cogi poteſt, etiam à iudice, adde *l. Nemo. C. de Iudæis.*

a adde *l. 1. C.* ... *qui à non* ...
b verbi grati[a] ... res legatarius ... ſimilis.
c de pretio.
d atqui nulli ... uo Romanam ... tatem recuſare ... cuit. *l. vlt. ſ.* ... *verſ. licet enim* ... *de teſt. manumi[ſſ.]*
e idem & ſi ... pretio iuſſit ... vel diſtrahi ... *ſup. de leg. 1.*
f fortè ... quàm valeat.
g fideicommi[ſſi] ſcil.
h è contrario ... to pretio ... tus facere ... ſe habet ... dere, quanti ... natus eſt ... minoris, quam ... valeat *l. 49.* ... *ſup. de leg. 1.*
i liberti, *l. 1. C.* ... *bon. poſſ. contr.* ...
k de quo *l. 26.* ... *7. ſup. eod.*
l Difficilius ... amittimus ... proprio labore ... bemus, quàm ... ex alieno ... per nos habemus ... quàm aliunde ... de *l. quod Princip[i]* *56. l. ſi Auguſtu[s]* *ſup. de leg. 2.*
m i. aliquam.
n *v. l. 9. ſup.* ... *bon. libert.*
o *v. l. 10 ſup.* ... *iure patronatus* ... *14. ſup. de bon.* ...
p *l. 24. §. fi. ſup.* ... Vaſallo inuito ... minum ius ... alienare non ... hinc colligi ... curſius: item ... minum ſuos ... dicos alienare ... poſſe in duriorem dominum, ... quæ ad eam ... notaui *1. feudorum* *22.*
q *l. 37. inf. de* ... *tuliberis.*
r prædagogi ... ue liberorum ... *l. 15. §. 16. inf.* ... *iniuriis.*
ſ in dominum ...
t *v. l. 5 §. 4. inf.* ... *ſ. de his quæ vt in* ... *digṅ.*
u *v. l. 30. § 1.* ... *eo.*
x *v. l. 30. §. 6.* ... *eod.*
y *v. l. 13. in princ.* ... *inf. de vacat.* ... *nerum.* v. qu[æ] ſcripſi ad *l. 2.* ... *de iurius voc.* ... *ſac. 13. obſ. 19*
z *verſ. quid ergo* ... *j. eod. l. 51. §. 4.* ... *eod.*
a nec igitur excidunt iure patronatus.
b *v. Paul. 4. ſent. 13. §. vlt.*
c tutoris contumacia pupillo non nocet.

Daſumiano *a* ſenatuſconſulto ſubuenitur *b* his, quo cautum eſt de his,qui *c* iuſta ex cauſa abeſſent,vt nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his, qui fraude careant.

1 ¶ Si per procuratorem quis defendatur ſemper iuſta ex cauſa abeſſe *d* dicitur,nec libertas ei eripitur.

2 ¶ Nihil facit ad interpellandam *e* iuriſdictionem eius *f*,qui de fideicommiſſa libertate cognoſcit priuilegium cuiuſque vel ciuitatis, vel corporis vel officij,in quo quiſque eſt,vel conditio perſonarum.

Si ſeruus rationes adminiſtraſſe dicatur.

37.*Vlpianus* ‖ lib.6. Fideicommiſſorum.‖

SI purè data ſit fideicommiſſa libertas, & is ſeruus *g* rationes adminiſtraſſe dicatur: Diuus Marcus reſcripſit,moram *h* libertati non eſſe faciendam,ex continenti tamen *i* arbitrum dandum eſſe,qui computationem ineat.Verba reſcripti ita ſe habent. *Æquius videtur,Trophino ex cauſa fideicommiſſi præſtari libertatem,quam ſine conditione reddendarum rationum datam eſſe conſtat *neque humanum fuerit,ob rei pecuniariæ quæſtionem,libertati moram fieri,qua tamẽ repræſentata confeſtim arbiter à prætore erit dandus apud quem rationem,quam adminiſtraſſe eum apparuit, ex fide reddat.* Tantum igitur rationes reddere cogetur.

¶ Sed an & reliqua reſtituere debeat,nihil dicitur? Nec puto *k* cogendum,nam *l* de eo,quod in ſeruitute geſſit,poſt libertatem conueniri *m* non poteſt.Corpora †plane rationum, & ſi quas res vel pecunias ex his detinet,cogendus eſt per prætorem reſtituere,item de ſingulis inſtruere *n*.

De teſtamento imperfecto.

38.*Paulus* ‖ libro 3.Decretorum.‖

IN teſtamento, quod *o* perfectum non erat,alumnæ *p* ſuæ libertatem & fideicommiſſa dedit.cùm omnia vt ab inteſtato egiſſent,quæſiit Imperator *q*,an ‖vt‖ ex cauſa fideicommiſſi manumiſſa fuiſſet? Et interlocutus eſt,etiam *r* ſi nihil ab inteſtato pater petiſſet,pios tamen filios debuiſſe manumittere eam, quam pater dilexiſſet.pronuntiauit igitur, rectè, eam manumiſſam,& ideo *ſ* fideicommiſſa *t* etiam ei preſtanda *u*.

Si ſeruo alieno quaſi proprio libertas relicta ſit.1.Si teſtator dixit hæredem gratiam relaturum.

39.*Idem* ‖ libro 13. Reſponſorum.‖

PAulus reſpondit, etſi *x* alienus inueniatur ſeruus, quem vt ſuum teſtator ab vno ex heredibus voluerit manumitti, tamen cogendum eum, qui rogatus eſt,redimere eum,& manumittere. quoniam non putauit ſimilem eſſe cauſam libertatis *y*,& fideicommiſſi pecuniarij.

1 ¶ Paulus reſpondit, his verbis: Πίςευσόν δέ μοι Ζώϊλε ὅτι τὰς χάειτας σοι ἀποδώσει ὁ ὑός μȣ Μαρτίαλος, καὶ σοὶ καὶ τοῖς ὑοῖς παισὶν,i. *Crede mihi, Zoile gratias tibi referet filius meus Martialis:imo non tibi ſolum,ſed & filiis tuis.* plenam voluntatem defuncti contineri circa benefaciendũ coniunctis perſonis Zoilum:qui ſi ſerui ſint,"*nihil eſt*" *z gratum a his præſtari poſſe,quàm libertatem*. ideoque præſidem debere ſequi voluntatem defuncti.

De ſimplici donatione.1. De petitione, ne manumittatur.

40.*Idem* ‖ lib.15.Reſponſorum.‖

LVcius Titius Septiciæ filiæ ſuæ naturali Concordiam ancillam ſuam donauit.idem poſtea teſtamẽto filiæ ſuæ cum aliis quibuſdam ancillam ſupraſcriptam legauit vt manumitteretur. quæro, an Septicia filia naturalis ancillam ſupra ſcriptam manumittere cogi poſſit? Paulus reſpondit,ſi viuo patre naturali donatio ancillæ fuit,neque patris naturalis iudicium in cæteris legatis filia adgnouit *b*,non poſſe eam compelli, ancillam propriam ex cauſa fideicommiſſi manumittere.

1 ¶ Lucius Titius Stichum ſeruum Mæuio legauit, & petiit,vt neque ab eo,neque ab herede eius vnquam manumitteretur. Paulus reſpondit,teſtatorem potuiſſe poſtea hunc ſeruum ad libertatem perducere:quia non *c* ſibi legem dixiſſet,ſed legatario.

De ea quam teſtator voluit poſt certum tempus ſuam libertam eſſe.1.De conditione implenda.2. De tutoris fideicommiſſo.4. De conditione, ſi heredi placuerit.5. *De ancilla cum liberis redimendis & manumittendis.6.De arbitrio abſque neceſſitate manumittendi permiſſo.7.De rationibus dandis.8. De peculio reddendo. 10. De rationibus reddendis. De conditione cùm filius ſexdecim annos impleuerit.14. De eo quod dandum eſt hæredibus. 15. De tempore in quod libertas dilata eſt. 16. De conditione,cùm filia in familia nupſerit.De rationibus reddendis.*

a Daſumiano. *Hal. l.51. §.4. inf. eodem.*
b Pone Stichum ſeruum filio tutorem datum: eundem filium rogatum manumittere eundem Stichum. Hic quæſtio τῶν ἀπόρων, quia pupillus non poteſt Stichum ſine tutoris authoritate manumittere, *l. ex cauſa 11. ſup. eod.* Ruſum ei tutorem habenti tutor dari non poteſt, *l. Idem fiet. 26. ſup. de teſta. tutela.* Quid igitur?pupillus vice abſentis habebitur: & ex Senatuſconſulto Daſumiano perinde libertas ſeruis competet atque ex cauſa fideicommiſſi manumiſſi eſſent. vide Paulum 4. ſent. 13.§.vlt.
c *v.in princ. ſup. eod.*
d *Inſtit.de iis per quos agere.in princ. vel ſ alieno.*
e impediendam, euitandam.
f i.Prætoris liberalis vide quæ notaui ad *l.vlt.C.vbi cauſa ſtatus.*
g *l.23. in princ. ſup. eod. l.21. in princ. C. de neg. geſt.*
h Rationum reddendarum conditio non fruſtra libertati ſeruorum ſolet adiici: hac enim omiſſa,ſeruus purè, manumiſſus non cogitur reliqua omnia ſoluere vt hic. idque iuris ex regula quę vult ſeruum de eo quod in ſeruitute geſſit poſt libertatem conueniri non poſſe *l.1.J.ſi quis teſt. liber. l. vlt. C. an ſeruus ex ſuo facto. l. 1. C. de noxal. act.*
i *l.43. inf. de liberali cauſa.*
*
k Imo cogendus, *l.82.in fin, ſup. de cond.& demonſt.*
l *v.l.5 C.an ſeruus ex ſuo facto.*
m *v.l.17. ſup. de neg.geſt.*
† Libri rationum, pars ipſius rationis ſunt.
n hæredem.
o *v.l.1 C.de teſt. manum.*
p De alumno,vide quæ ſcripſi ad *l. 1. C.quæ res pig.* Ex teſtamento etiam imperfecto hæreditas alumno conſeruatur.
q Ex imperfecto teſtamento ſi quid traditum aut eo nomine tranſactum ſit,valet *v.l.2.l.23.C.de fideic.l 9.§ 5.ſup.de iuris & facti.* r etiamſi nihil ab inteſtato.
ſ vide quæ notaui ad *l.30.ſup.de probat.*
t relicta. u ex imperfecto teſtamento, v.in hunc locum Cuiac.ad *l.29.ſup.qui teſtam.* x *v.l.4.ſup.de manum.vindict.* y *§.4.Inſt.de legat.* *
z *legendum* æque.
a Libertate nihil gratius præſtari poteſt & inæſtimabile *§.vlt.Inſt.quib.ex cauſ. manumitt.* Terentius vocat,ſummum pretium.
b ſecus,ſi agnouerit,*l.6.l.13.C.eod.*
c *l.pen.ſup.de arbitris,v.l.7.§.8.ſup.de don.ſent.eo.*

41.*Scæuola* ‖ lib.4.Reſponſorum.‖

THais *ancilla mea cùm hæredi meo ſeruierit annos decem, volo a ſit mea liberta.* quæritur, cùm libertam ſuam eſſe voluerit,nec id hæres facere potuerit,nec directa purè data ſit libertas, an etiam poſt decem annos in ſeruitutem remaneret? Reſpondit,nihil proponi cur non Thaidi libertas *b* debeatur.

1 ¶ Lucius Titius ita cauit: *Mæui fili cariſſime,te rogo, vt ſi Stichus & Damas & Pamphilus te promeruerint c, ære alieno liberato d, ne e alterius quàm tuam ſeruitutem experiantur.* quæro,an ſi per heredem ſteterit, quo minus æs alienum exſolueretur ex cauſa fideicommiſſi libertatem conſequi poſſint? Reſpondit, non quidem imputandum hæredi, ſi pro commoditatibus rei ſuæ adminiſtrandæ,æs alienum tardius exſoluerit:verùm ſi manifeſtè ſtudium non ſoluentis ei rei paratum,vt libertatibus mora fieret, probaretur, repræſentandas *ſ* libertates.

2 ¶ Tutoris, quem & ipſum teſtamento liberis dederat, fideicommiſit, de manumittendis ſeruis ipſius tutoris.ſed is à tutela excuſatus fuerat.quæro,an eiſdem ſeruis libertatem præſtare deberent tutores, qui in locum excuſati dati, tutelam adminiſtrarent? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, libertates & ab hæredibus ſcriptis videri datas.

3 ¶ *Seio auri libras tres, & Stichum notarium quem peto manumittas.* Seius eodem teſtamento tutor datus, à tutela ſe *g* excuſauit. quæritur,an nihilo minus fideicommiſſa libertas debeatur? Reſpondit,nihil proponi cur non debeatur.

4 ¶ Sorore ſua hærede inſtituta,de ſeruis ita cauit: Βέλομαι καὶ παρακαλῶ γλυκυτάτη μȣ ἀδελφῇ ἐν παρακαταθήκῃ σε ἔχειν Στίχον καὶ Δάμαν τȣ̀ς πραγματευτὰς μȣ ὃς ἐγὼ ȣ̓κ ἠλευθέρωσα ἄχεις αὐτὰς ψήφους ἀποκαταςήσωσιν ἐὰν δὲ καὶ σοι ἀρέσωσιν, ἐμὴν οὖσαν σοι τὴν γνώμην μȣ. i. *Volo, & à te peto,ſoror ſuauiſſima, vt Stichum & Damam actores meos quos ego,quod rationes retulerint h,non manumiſi,tibi eſſe commendatiſſimos. Quòd ſi ipſi tibi quoque probentur, expoſui tibi meam ſententiam.* quæro ſi paratis actoribus rationes reddere, hæres libertatem non præſtet,dicendo,eos non *i* placere ſibi, an audienda eſſet?Reſpondit,‖non ſpectandum,quòd hæredibus diſpliceret. ſed id,quod *k* viro bono poſſet placere,vt libertatem conſequantur.

5 ¶ Lucia Titia hæredum fidei commiſit, *vti Pamphilam ancillam Seiæ cum filiis eius redimerent & manumitterent:* & *l* iuridicus *m*,quanti ſinguli eſſent redimendi, æſtimauit.medio tempore Pamphila,antequam pecunia ſolueretur,peperit. quæro,id quod natum eſt ex Pamphila,vtrum ad hæredes Seiæ,an ad hæredem Titiæ pertineat? Reſpondit,id quod natum eſt ex Pamphila,eius quidem eſſe,cuius ea fuerat,tunc cum pareret:verum hæredem *n*,ſi moram fideicommiſſæ libertati fecit, compellendum partum quoque ad libertatem perducere.

6 ¶ Lucius Titius ita teſtamento cauit:*Medicos tibi commendo o illum & illum in tuo iudicio erit vt habeas bonos libertos p, & medicos. quod ſi ego libertatem eis dediſſem, veritus ſum quod ſorori meæ cariſſimæ fecerunt medici ſerui eius manumiſſi ab ea,qui ſalario expleto reliquerunt eam.* quæro, an fideicommiſſa libertas ſupraſcriptis competere poteſt:Reſpondit,ſecundum ea quæ proponerentur,non neceſſitatem hæredibus impoſitam,ſed arbitrium permiſſum.

7 ¶ Titius Sticho ſeruo ſuo libertatem dedit, *ſi rationes* ‖ſic‖ *dederit.* quæro, an ratio per eum geſta ita putari *q* debeat,vt damna *r*, quæ caſu contigerunt ad onus reliquorum non pertineant? Reſpondi, in negotio quod voluntate domini adminiſtraſſe proponatur, ea damna,quæ caſu ita acciderint,vt ſeruo nihil poſſit imputari,non pertinere ad reliquorum *ſ* onus.

8 ¶ Item quęro,cùm omne peculium reddere iuſſus ſit,an ita peculium computari debeat,vt id ſolum peculij eſſe videatur,quod quaque ex cauſa domino debeat ſupereſſe?Reſpondit,in ea ſpecie, de qua quæreretur, non debere deduci ex peculio quod domino debeatur.

9 ¶ Item quæro, an ſi ex reliquis in peculium aliquid conuerterit, deduci hoc ex peculio reddendo debeat?Reſpondit ſi id,quod ex cauſa quæ proponeretur in peculium verſum eſt,reliquorum nomine deſolutum eſt,fieri ſatis conditioni,ſi id, quod reliquum eſt peculij,ſoluatur.

10 ¶ Libertatem ita teſtamento dedit,*Cupitum ſeruũ meum cùm t Marcianus filius meus ſedecim u annos impleuerit rationibus redditis x liberum eſſe volo* poſt mortem teſtatoris tutores Cupito exactionem commiſerunt, iſque nummos redactos expenſauit eiſdem tutoribus. deinde filius impubes deceſſit,cui mater hæres extitit,& tutorem tutelæ iudicio filio condemnatum habuit.Cupitus ad libertatem proclamat eo tẽpore,quo,ſi viueret Marcianus annos ſedecim ætatis habiturus eſſet,offerens rationes vnius anni in diem mortis teſtatoris *x*,quod cęteræ ſubſcriptæ fuerunt:quæſitum eſt *y*, an eas quoque rationes, quas tutores periculo ſuo egerunt, Cupitus reddere compelli debeat? ‖Reſpondit.‖

a *v.l.42. ſup. de manum. teſt.* His verbis ſ fideicommiſſa libertas cõpetit, *§. vlt. Inſt. de ſingulis rebus per fideic relict.*
b Fideicommiſſaria. nam directa ſc. competit ab adita hæreditate, *l.23 ſup.de manumiſ teſt.*
c adde *l.21.ſup. eod.*
d i. poſtquam æs alienum ſolueris & debitoribus ſatisfeceris.
e hac formula fideicommiſſa libertas videtur data, *l.24. §.7. ſup. eod.*
f facto aut voluntate hæredis non expectantis, *l. 15. C.eod*
g *v.l.28 in pr.ſ. de excuſ.tutor.*
h reddiderint.
i Placere. verbum non continet omnem poteſtatem & liberum arbitriũ, ſed id quod viro bono placeat.
*
k *d.l.46.§.3 verſ. cæterum ſ.eod.*
l Iudex æſtimare debet,quoties difficultas aliqua occurrit in pretij æſtimatione.
m iuridici voce intellige quemcunque iudicem.
n *v.l.53.§.1. ſ. eod.*
o hoc verbo cenſetur fideicommiſſaria libertas data, *l. 12. C.eod.* adde quæ notaui ad *l. 16 ſup eo.*
p Medicinam per libertos exercebant veteres, dixi ad *l.25.§.1 l.26. ſup.de operis libertorum l.1 § 5.Cod. de communi ſeruo.*
q Putari rationes dicuntur hic, vt alibi ſumptus putari,*l.31.§ 3.ſup. de negotiis,* dixi ad *Varronem 5.de lingua.*
r *l.22.§.1 ſ. de manum.teſt.*
ſ *l.22.in fin. ſup. de manum teſt.*
t *v.l.23. § pen. ſup.eod.*
u quatuordecim. Cuiacius ſcribit errorem creatum ex illis notis XVI. & XIV. *v. uiac. 2. ob. 1.* adde *§.13. inf.eod.*
x cum rationes reddiderit.
y *d.§.12.in f. ſ. eod.*

ſpondit. * eum, de quo quæritur, conditioni rationis reddendæ ita videri paruiſſe, ſi omne ex eo, quod geſſit (&) rectè deſiderari poteſt, reddiderit. nam alteram conditionem humaniore interpretatione ita accipi poſſe, vt defuncto pupillo tempus *a*, quo ſi viueret, ſedecim annos impleret, exſpectare, ſatis fuerit.

11 ¶ *Stichus & Damas ſerui mei, ſi* b *rationes reddideritis, liberi eſtote.* quæſitum eſt, an non ſolum rationes, verùm ſi qua alia conſilio *c* & fraude eorum amota ſunt, præſtari ab his debeant, vt ad libertatem perueniant? Reſpondit rationum *d* reddendarum conditione contineri omne, quod quoque genere ſerui actum fidémque reſpiceret.

12 ¶ Intra *e* certa tempora conditioni reddendarum rationum non paruerunt: poſtea parati erant: quæſitum eſt, an perueniant ad libertatem? Reſpondit, ſi per *f* ipſos ſtetiſſet, quo minus intra tempora præſcripta, conditioni parerent, non idcirco liberos fore, quòd poſtea rationes velint reddere.

13 ¶ *Ab heredibus meis peto, fideique eorum committo, cùm filius meus, ſedecim* g *annos impleuerit, Stichum rationibus redditis manumittant.* quæro, an eundem ſeruum teſtator in diem vſque pubertatis filij ſui actum *h* agere voluerit? Reſpondit, manifeſtum eſſe teſtatorem *i* huius quoque actus rationem à Sticho reddi voluiſſe.

14 ¶ *Stichus ſeruus meus iubeo vt det, præſtet filiæ & vxori meæ heredibus meis ſine vlla controuerſia tot aureos, & vt ipſum manumittant fidei eorum committo.* quæſitum eſt, cum vxor ab hæreditate abſtinuerit, vtrum duobus, an filiæ præſtare debeat? Reſpondit, filiæ, quæ heres ex aſſe extitiſſe proponeretur, pro ſolido *k* dandum.

15 ¶ Hærede filio ſuo ex aſſe inſtituto, libertatem dedit in hæc verba, *December diſpenſator meus, Seuerus vilicus & Victorina vilica Seueri contubernalis, in* l *annos octo liberi ſunto, quos in miniſterio filij mei eſſe volo. Te autem Seuere fili cariſſime, peto vti Decembrem & Seuerum commendatos habeas quibus præſentem libertatem non dedi, vt idonea miniſteria haberes, quos ſpero te & libertos idoneos habiturum* quæro, cùm eo tempore, quo Titius teſtamentum faciebat, filius natus annorum fuerat nouem, & Titius poſt biennium & ſex menſes deceſſerit, anni octo, in quos libertas erat dilata, ex teſtamenti facti tempore, an verò ex mortis numerari debeant? Reſpondit, poſſe videri, teſtatorem eos annos octo dilatæ libertatis comprehendiſſe, qui computandi ſunt à die teſtamenti *m* facti, niſi aliud voluiſſe teſtatorem probaretur.

16 ¶ *Spendophorus cùm filia mea in familia nupſerit, ſi rationes idoneè* n *filiæ meæ adminiſtratas reddiderit, liber eſto.* filia, cum adhuc impubes eſſet, viuo patre deceſſit, & ex ſubſtitutione Seius hæres extitit. quæro cum Spendophorus *o* rationes pupillæ *p* non adminiſtrauerit, & viuo patrefamilias deſierit ipſius rationes adminiſtrare, & ſi viueret, Titia annos haberet amplius duodecim, an ex teſtamento liber ſit? Reſpondit, ſi nullas rationes adminiſtraſſet, quas reddere hæredi deberet, ſecundum ea quæ proponerentur, liberum eſſe.

17 ¶ *Stichum rationibus redditis manumitti volo.* Stichus arcarius *q* probante domino nomina *r* fecit, & rationes à domino ſcriptas exhibet, nec *ſ* poſtea nomen vllum fecit. quæro, an *t* ſi qui minus ſoluendo fuerint debitores, quibus alij exactores erant applicati, nondum videatur conditioni ſatisfactum? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non pertinere ad onus reddendarum rationum, quòd ſoluendo non eſſent debitores.

Si inſtitutus & ſubſtitutus in continenti deceſſerint.

42. *Marcianus* ‖ lib. 7. Fideicommiſſorum. ‖

ANtoninus Auguſtus Pius noſter *u* quo militum ſuorum per omnia rata eſſet voluntas ſuprema, cum & inſtitutus & ſubſtitutus in continenti, priuſquam adirent hæreditatem deceſſiſſent, eos quibus ab his & libertas & hereditas à milite per fideicommiſſum data eſſet, perinde liberos & hæredes eſſe iuſſit, ac ſi vtrumque directo accepiſſent. Eorum autem, qui à pagano libertatem & hereditatem *x* per fideicommiſſum acceperant, cum æquè incontinenti & inſtitutus & ſubſtitutus deceſsiſſet, ſatis habuit libertatem confirmare.

De eo quem poſtea dominus vinxit.

43. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

FIdeicommiſſa libertas non debetur ei *y*, quem poſtea *z* vinxit *a* dominus.

De ſeruo contendente cum domino.

44. *Pomponius* ‖ lib. 7. ad Sabinum. ‖

DE libertate fideicommiſſaria præſtanda ſeruus cum domino rectè contendit.

De debitore rogato à creditore ancillam ſuam manumittere. 1. De legatario rogato manumittere. 2. De ſtatu eius cui fideicommiſſaria libertas debetur.

45. *Vlpianus* ‖ lib. 5. Diſputationum. ‖

SI debitor rogatus ſit à creditore ancillam ſuam pignoratam manumittere, defendendum eſt, * fideicommiſſariam libertatem vtiliter relictam *b* à debitore. Quid *a* enim intereſt, certa quantitas ab eo relinquatur, an fideicommiſſaria libertas? ſiue plus ſit in pretio, ſiue minus, cogitur libertatem præſtare, ſi modò ſemel adgnouit voluntatem creditoris."

¶ Adgnouiſſe autem ſic accipimus, ſi fortè, cùm conueniretur ab hærede, vſus eſt exceptione, vel aliàs voluntatem ſuam oſtendit. nam ſi conueniatur debitor ab herede creditoris, doli exceptione vti poteſt in id, quod intererit debitoris, ancillam ſuam habere.

1 ¶ In fideicommiſſaria libertate, quamuis quis *b* modicum legatum fuerit conſecutus, neceſſe habet ſeruum ſuum manumittere. pecuniarium enim fideicommiſſum ſi diuiſum *c* fuerit ſatis iniuriam facit *d* libertati, quàm fideicommiſſario. * ſatius eſt igitur, eum qui adgnouit legatum, onerari: quàm libertatem intercidere.

2 ¶ Quotiens ſeruo vel ancillæ fideicommiſſaria libertas relinquitur, in *e* ea conditione eſt, vt quoad manumittatur, ſeruilis conditionis ſit. & quidem ſi nullam moram præſtandæ libertati, qui præſtare debet, fecit, nihil de ſtatu eorum mutatur. ideoque eos *f* interim legari poſſe, ſed cum ſua cauſa conſtat.

De libertatis datione collata in arbitrium alterius.

46. *Idem* ‖ lib. 6. Diſputationum. ‖

FIdeicommiſſa libertas ita *g* poteſt dari, *Heres ſi volueris fidei tuæ committo, vt Stichum manumittas*, quamuis * nihil aliud in teſtamento poteſt valere ex *h* nutu *i* heredis.

1 ¶ Planè & ſi ita, *Si Stichus voluerit*, poteſt ei libertas adſcribi.

2 ¶ Sed & ſi ita adſcriptum ſit, *Si Seius voluerit, Stichum liberum eſſe volo*, mihi videtur poſſe dici, valere libertatem: quia conditio potius eſt. quemadmodum ſi mihi legatum eſſet, *ſi Titius Capitolium aſcenderit.*

3 ¶ Quod ſi ita ſcriptum ſit, *Si heres* k *voluerit.* non valebit. ſed ita demum, ſi totum in voluntate fecit heredis *ſi* l *ei libuerit.* Cæterum ſi arbitrium illi *m* quaſi viro bono dedit, non dubitabimus, quin libertas debeatur. Nam & eam libertatem deberi placuit: *Si tibi videbitur, peto, manumittas.* ita enim hoc accipiendum, ſi tibi quaſi viro bono videbitur. Nam & ita relictum, *Si voluntatem meam probaueris*, puto deberi. Quemadmodum, *Si* n *te meruerit* o *quaſi virum bonum.* vel, *ſi te non offenderit quaſi virum bonum*, vel *ſi comprobaueris*, vel, *ſi non reprobaueris.* vel, *ſi dignum putaueris.* Nam & cum quidam Græcus verbis ita fideicommiſſum dediſſet: Τῷ δεῖνι, ἐὰν δοκιμάσῃς, ἐλευθερίαν δοθῆναι βούλομαι, id eſt, *Illi ſi probaueris libertatem dari volo*, à Diuo Seuero reſcriptum eſt, fideicommiſſum peti poſſe.

4 ¶ Quanquam autem * in *p* heredis arbitrium conferri, an debeatur *q*, non poſſit: quando *r* tamen debeatur, conferri poteſt.

5 ¶ Quidam, cum tres ſeruos legaſſet, fidei heredis ſui commiſit, *vt ex his duos, quos vellet, manumitteret.* fideicommiſſa libertas valebit. & quos ex his vellet heres, manumittet. quare ſi eos vindicaret legatarius, quos heres vult manumittere exceptione doli repelletur.

De adgnatione poſtumi. 1. De abſentia heredis. 3. De ſeruo purè legato & ſub conditione manumiſſo. 4. De verbis, ancillas meas liberas eſſe volo.

47. *Iulianus* ‖ libro 42. Digeſtorum.

SI pater duos filios hæredes inſtituerit, & adgnatione *ſ* poſtumi ruptum teſtamentum fuerit: quamuis hereditas pro duabus partibus ad eos pertineat: tamen fideicommiſſæ libertates præſtari non debent, ſicut ne legata quidem aut fideicommiſſa præſtare coguntur.

1 ¶ Si cum *t* alienum ſeruum hæres rogatus ſit manumittere, item communem, vel eum, in quo vſusfructus alienus eſt, latitet: non iniquè ſenatuſconſulto libertatibus ſuccurretur.

2 ¶ Si Sticho libertas per fideicommiſſum data fuerit ſub conditione *ſi rationes reddidiſſet*, & is abſente herede paratus ſit reliqua ſoluere, prætoris officio continetur *u*, vt virum bonum eligat, cuius arbitrio rationes computentur, & pecuniam, quæ ex computatione colligitur, deponat: atque ita pronuntiet, libertatem ex cauſa fideicommiſſi deberi.

¶ Hæc autem fieri conueniet, ſi heres ex iuſta cauſa abierit. Nam ſi latitauit, ſatis erit, liquere prætori, per ſeruum non ſtare, quominus conditioni pareat: atque ita pronuntiare de libertate oportebit.

3 ¶ Cum ſub conditione legato ſeruo libertas datur *x*, non *y* aliter fideicommiſſario *z* tradi debet, quàm vt caueatur, *exiſtente conditione traditu iri* a *eum.*

4 ¶ Quædam cum in extrema eſſet valetudine *b*, præſentibus honeſtis viris compluribus, & matre ſua, ad quam legitima hereditas eius pertinebat, ita locuta eſt. *Ancillas meas Maniam & Seiam liberas eſſe volo*, & inteſtata deceſſit. quæro *c*, ſi mater *d* ex ſenatuſconſulto legitimã *e* hereditatẽ eius nõ vindicaſſet, & hereditas ad proximũ cognatum pertinuiſſet: an fideicommiſſa

---

a adde *l.* 10. *circa* *f.* C. eo.
b *l.* 4. *C. de teſtam. manumiſſ.*
c *l.* 40. *in prin.* ℑ. *de ſtatulib. l.* 4. *C. de teſt. manum.*
d Rationum reddendarum conditione continetur id omne quod quoquo genere, debitoris actum, fidémque reſpicit: proinde ſi quid conſilio vel fraude amouit, debitor id præſtare cogitur.
e *l.* 23. *in pr.* ℑ. *de ſtatulib.*
f *v. l.* 20. §. 3. ℑ. *de ſtatulib.*
g quindecim, *Hal.* quatuordecim, *Cuiac.* errorem calculi ex notis XVI. & XIV. vide Cuiac. 2. *obſ.* 2. adde §. 10. ℑ. *eo.*
h Actum agere filij, eſt eius res adminiſtrare.
i §. 10. ℑ. *eod.*
k i. ſolidum. Cur? propter abſtentionem matris.
l vide *l.* 33. *ſup. de manum. teſtam.*
m *l.* 18. *in fin. de manum.*
n Idoneè rationes reddere eſt fideliter reddere.
o *v. Alciat.* 8. *parerg.* 18. & 12. *c.* 5.
p *l.* 26 *in fin.* ℑ. *de ſtatulib.*
q Dixi ad *Nouell.* 147. *cap.* 2. & 1. *ad Atticum* 7.
r De nominum obligatione, ſcripſi ad *l.* 1. *ſup. de annuis legatis.* Nomina non pluriũ, ſed plures contrahere dicebantur. Sic non vnius ſed vnus nomen facere dicebatur: ibidem dixi. adde *l.* 12. §. 11. *ſup. mandati.*
ſ nec poſtea quidquam fœneratus eſt aut fœnori dedit.
t *l.* 111. *in fin. ſup. de cond. & dem.*
u Caracalla? quod tamen nonnulli ad Antoninum pium referunt, dixi *l. vlt.* ℑ. *de veteranis.*
x vide *l.* 14. *ſup. de manum. teſtam.*
y *v. l.* 51. *in fi.* ℑ. *de manum. teſt.*
z i. poſt libertatem datam.
a *v. Paul.* 4. *ſent.* 12. §. 4. 6. 7. 8. Is fiebat dedititius, *Vlpianus* 1. §. 11. *Gaius.* 1. *Titul.* 1. §. 4. Vincti ſerui, deterioris erant olim conditionis.
*
b §. 1. *Inſt. de ſingulis rebus per fideic. relict.*

a i. quid intereſt, an creditor roget ſuum debitorem alicui dare certam quantitatem, an ancillæ libertatem?
*
b *v. l.* 24. §. 15.
c ſi donatum.
d facit tam libertati, quàm
*
e *l.* 29. *inf. de ſtatulib.*
f *l.* 25. ℑ. *de ſtatulib.*
g in arbitrium heredis fideicommiſſaria libertas relinqui poteſt. adde *l.* 7. §. 1. *ſup. de rebus dubiis.*
*
h *v. l.* 43. § *pen.* ℑ. *de leg.* 1.
i id eſt, ex mero & libera voluntate, *v. l.* 24. *ſup. de leg.* 2. ſed ex eius arbitrio tanquam viri boni, *l.* 75. ℑ. *de leg.* 1.
k §. *pen. inf. eod.*
l Liberum arbitrium hac formula: *ſi volueris, ſi tibi libuerit*, committitur.
m Arbitrium viri boni & meri differunt. *l.* 41. §. 4. *ſup. eod.*
n *l.* 41. §. 1. *ſup.* *l.* 11. §. 8. *ſup. de legat.* 3.
o obſeruauerit.
*
p *v. l.* 43. § *ſup. de leg.* 1.
q libertas ſcil.
r §. 3. *ſup. eo.* *ſup. eo. l.* 11. §. *de leg.* 3. in heredis arbitrium debendi ſeu debiti ſubſtantia conferri non poteſt; tempus ſeu quo tempore debeatur, poteſt.
ſ Teſtamentum rumpitur adgnatione poſthumi non inſtituti: éxque eo rupto libertates, legata, fideicommiſſa non debentur, *vt hic l.* 14. §. 11. *ſup. eod.* vide tamen Authentic. *ex cauſa* C. *de liberis præteritis.* ſed ille loquitur in iam nato præterito: hic in poſthumo præterito in quo ius hodie antiquum obtinere putat *Albericus hic.*
t *l.* 5. *in pr. l.* 28. §. 4. *ſup. eod. l.* 51. §. 8. *inf. eod.*
u *l.* 50. *in prin.* ℑ. *de cond. & demonſt.*
x purè ab herede præſtanda.
y *l.* 40. *circa pr.* ℑ. *de manumiſſ. teſtam.*
z id eſt, legatario.
a i. traditum iri.
b Ex Tertylliano *inſt. ad Tertyll. in princ.*
c *v. l.* 26. §. 6. ℑ. *eo.*
d Mater igitur cognato defuncti in inteſtati ſucceſſione præfertur.
e Legitima hereditas, quæ ab inteſtato, *v. l. hac* §. *ab inteſtato, ſup. de hered. petit.*

libertas

libertas deberetur? Reſpondi, deberi. nam eam, quæ in extremis dixiſſet, *Ancillas meas illam & illam liberas eſſe volo*, videri ab omnibus *a*, qui legitimi heredes, aut bonorum poſſeſſores futuri eſſent, petiſſe, vt hoc fieri poſſit.

De legato vt manumittatur.

42. *Idem* ‖ libro 62. Digeſtorum.‖

CVm in teſtamento ſcriptum eſt, *Stichum Titio lege, vel heres meus dato ita, vt b eum Titius manumittat.* dixi, petenti legatario Stichum, exceptionem doli mali obſtaturam *c*: niſi cauerit ſe libertatem ſecundum voluntatem defuncti præſtaturum.

De eo qui latitat.

49. *Africanus* ‖ libro 9. *d* Quæſtionum.‖

SI is cui ſeruus legatus eſt, rogatus manumittere, latitet, orcinum *e* fieri libertum, reſpondit.

¶ Idem fore, etſi non legatarij, ſed heredis fideicommiſſum eſſet. Sed‖&‖ſi non omnium, ſed quorundam heredum fideicommiſſum ſit, æquè dicendum, orcinum *f* fieri. in eos autem, qui latitauerint, cohæredibus *g*, à quibus redimendæ partes eſſent, vtilem actionem eo nomine dari debere, vel etiam familiæ herciſcundæ iudicio rectè eos acturos.

De ſeruo legato & per fideicommiſſum manumiſſo.

50. *Marcianus* ‖ lib. 7. Inſtitutionum.‖

SI ſeruus legatus & per fideicommiſſum manumiſſus ſit: Ceruidius Scæuola conſultus putabat, nouiſſimam ſcripturam valere, ſiue libertas ſit, ſiue legatum. quia * cùm libertatem datam poſtea placeat *h* adimi, & per legatum conſtat poſſe adimi.

¶ Sed ſi in obſcuro ſit, qua mente poſt libertatem legauit eundem ſeruum *: in *i* obſcuro libertatem præualere. quæ ſententia mihi quoque verior eſſe videtur.

Qui poſſunt manumittere. 2. De pecunia legata, vt ſeruus ematur & manumittatur. 3. De ſtatu eius cui debetur fideicommiſſaria libertas. 4. De abſentia rogati manumittere. 10. De emptore. 11. De cohærede præſente, & de impubere. 12. De rogato manumittere matrimonij cauſa.

51. *Idem* " lib 9. Inſtitutionum."

NOn tantum ‖ ipſe, ‖ qui rogatus *k* eſt manumittere, ad libertatem perducere poteſt, ſed *l* & ſucceſſores eius, ſiue *m* emptione, ſiue quo alio modo ſucceſſerint. Sed etſi nemo ſucceſſor extiterit, ad fiſcum ita tranſit, vt libertas ab eo præſtetur.

1 ¶ Is autem qui rogatus eſt manumittere, etiam *n* eo tempore, quo alienare prohibetur, poteſt manumittere.

2 ¶ Si alienum ſeruum quis rogatus fuerit manumittere, cùm ei pecunia certa legata eſſet, vt emat eum, & manumittat, & dominus nolit eum vendere, legatum retinet ex voluntate defuncti.

3 ¶ Cui per fideicommiſſum libertas debetur, liberi *o* quodammodo loco eſt, & ſtatuliberi locum obtinet. vel eo magis, quòd nec *p* in alium transferendus eſt, vt aut libertas eius impediatur: aut iura patronorum grauiora experiatur.

4 ¶ Senatuſconſulto Daſumiano *q* cautum eſt, *vt ſi r ex iuſta ſ cauſa abſit t, qui fideicommiſſam libertatem debet, & hoc pronunciatum fuerit, perinde libertas competat, atque ſi, vt oportet, ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus eſſet.*

5 ¶ Abeſſe autem is intelligitur, qui à tribunali abeſt.

6 ¶ Et quia heredibus tantùm cautum erat, adiectum eſt eodem ſenatuſconſulto, vt *quicunque fideicommiſſam libertatem debeat ex quacunque cauſa pronunciatum fuerit, cum eóſve abeſſe, perinde habeatur, atque ſi, vt oportet, ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus eſſet.*

7 ¶ Sed Articuleiano *u* ſenatuſconſulto cauetur, *vt in prouincijs præſides prouinciæ cognoſcant, licet heres x non ſit eius prouinciæ.*

8 ¶ Sed ſi *y* non hereditarium ſeruum quis rogatus fuerit manumittere, ſed proprium, ex ſenatuſconſulto Iunciano poſt pronunciationem peruenit ad libertatem.

9 ¶ Siue *z* iuſta ex cauſa abeſt, ſiue latitet, ſiue præſens non vult manumittere, pro abſente eum haberi, Diuus Pius reſcripſit.

10 ¶ Emptor quoque vt manumittat, eodem ſenatuſconſulto expreſſum eſt.

11 ¶ Et præſens cohæres perinde manumittat, atque ſi traditum à cohærede accepiſſet. Quod & in impuberis perſona cohæredis *a*, qui non erat rogatus manumittere, eundem principem reſcripſiſſe, relatum eſt.

12 ¶ Sed ſi matrimonij cauſa quis manumittere rogatus eſt, non eſt cogendus eam vxorem ducere, ſed ſufficit fideicommiſſa libertas.

De ſeruis alienatis à creditore.

52. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Reſponſorum.‖

POſteaquam à creditore alienati ſunt ſerui, quibus fideicommiſſa libertas adſcripta eſt, non niſi ex iuſta cauſa aduerſus heredem ſubueniri eis poſſe.

De mora. ‖ 1. *De aditione dilata.*

53. *Marcianus* ‖ lib. 4. Regularum.‖

SI quis *b* rogatus ancillam manumittere, moram fecerit: ſi interea enixa fuerit, conſtitutum eſt, huiuſmodi partum liberum naſci, & quidem ingenuum ſed ſunt Conſtitutiones, quibus cauetur, ſtatim ex quo libertas deberi cœperit, ingenuum naſci. & hoc magis eſt ſine dubio ſequendum *, quatenus libertas non priuata, ſed publica res eſt, vt vltrò is qui eam debet, offerre debeat.

a Verba in codicillis prolata, directa videntur ad omnes ab inteſtato venientes quicunque & quocunque gradu illi ſint.
b v. l. 2. C. de his quæ ſub modo.
c l. 7. ſ. eod.
d v. Cuiac. 9. ad Afr. fol. 223.
e & directò idque ex Rubriano, vi l. 26. §. 7. ſ. eod.
f v. quæ notaui de orcino, ad l. 30. §. 12. ſuprà eod adde quòd Lucretius ianuas orci charoneas ſcrobes vocat, Areteus medicus ὀι χαρονίοισι ἀπνίξεις ὀξύτατοι λέγονται. Antigonus hiſtoricus τῶν βαράθρων καλουμένων ᾗ χαρονίων εἶναι γένος v. Cuiac. hic. alij dicunt horcinum, Vlp. 2. §. 8. παρὰ τὸ ὅρκος.
g adde l. 30. §. 5. ſ. eod.
h l. 14. ſ. de leg. 2. l. 10. ſup. de manu. teſtam.
i l. 14. in pr. ſ. de leg. 2. v. l. vlt. §. 1. ſ. de vulg.
k aut iuſſus vel oneratus ſeu grauatus, Græci,
l v. l. 20. ſ. eod.
m Succedendi verbum extenditur ad omnem ſucceſſionem, quocunque modo ea fiat. Ita vox *ſuccedendi* communis eſt.
n v. l. 31. circa pr. ſ. eod.
o Is cui per fideicommiſſum libertas data eſt, non eſt liber, ſed liberi quodam modo loco: non ſtatu liber, ſed ſtatuliberi locum obtinet.
p v. l. 24. § 22. ſ. eodem.
q Daſumaiano, Hal. l. 36. in fin. pr. ſup. eod. v. Paul. 4. ſent. 13. § vlt.
r v l. 36. in prin. ſuprà eod.
ſ adde §. 9. ſ. eo.
t v. §. 5. ſ. eo.
u Arctulianum ſenatuſconſultum appellant Græci hoc ſenatuſconſultum.
x qui libertatem præſtare debet.
y v. l. 47. §. 1. ſ. eodem.
z Abſens quis hic eſt ſiue ex iuſta cauſa abſit, ſiue latitet, ſiue præſens nolit manumittere.
a l. 30. §. 5. ſup. eodem.
b l. 26. §. 1. verſ. ex die verò. ſuprà eod. l. 3. in fin. C. eod. l. 22. ſuprà de ſtat. hom.

1 ¶ Sed ſi, nondum debita libertate, fideicommiſſa ancilla peperit, ſtudio *a* tamen heredis fuerit effectum, vt nondum libertas deberetur, vtique quòd tardiùs adiit hereditatem, vt qui nati ſint ex ancilla, ſerui eius fiant, placet manumittendos *b* ſed tradi matri oportere, vt ab ea manumittantur & liberti potiùs matris fiant. nam * quos *c* indignus eſt heres ſeruos habere, ne quidem libertos habebit.

54. *Marcianus* ‖ lib. 16. Fideicommiſſorum.‖

SI mater *d*, poſtquam filium accepiſſet, vel qui in eius locum ſucceſſit, præſtare noluit libertatem, compellendi ſunt. Ampliùs ſi mater aut nollet ſibi filium tradi, aut in rerum natura eſſe deſiſſet, non ab re eſt dicere, nihilominus ita natis ab herede libertatem præſtari.

55. *Marcianus* ‖ lib. 4. Regularum.‖

SEd etſi *e* non data opera tardiùs adierit, ſed dum de adeunda hereditate deliberat, idem dictum eſt. & ſi poſtea cognouit, ſe heredem inſtitutum, quàm ancilla peperit, placet, hoc quoque caſu ſubueniendum eſſe. hoc tamen caſu ipſe manumittere debebit, non matri tradere.

1 ¶ Sed ſi directò libertas data fuerit ancillæ & horum aliquid euenerit: quemadmodum natis ſubuenietur? nam ibi quidem petitur fideicommiſſa libertas, & * prætor paruulis ſubuenit: cùm verò directò libertas datur non petitur. ſed etiam hoc caſu puto nato ſubueniendum eſſe, vt aditus prætor in rem matri *f* decernat actionem exemplo fideicommiſſariæ libertatis. Sic denique & Marcellus lib. 16. Digeſtorum ſcripſit, & ante *g* aditam hereditatem vſucaptis, qui teſtamento manumiſſi ſunt, ſubueniendum eſſe, vt eis libertas conſeruetur, vtique per prætorem. quamuis his & imputari poſſit, quare vſucapti ſunt. in paruulis autem nulla *h* deprehenditur culpa *i*.

An conditio appoſita in primo gradu, cenſeatur repetita in ſecunda.

56. *Marcellus* ‖ libro ſingulari Reſponſorum‖

LVcius Titius teſtamento *k* ita cauit: *Si quos codicillos reliquero, valere volo. Si quis mihi ex Paula, quæ vxor mea fuit, intra decem menſes natus natáve erit, ex ſemiſſe heredes ſunto. Gaius Seius ex ſemiſſe heres eſto. Stichum & Pamphilum ſeruos meos & Erotem & Diphilum peto & fidei heredum committo, vt l cùm ad pubertatem liberi mei peruenerint manumittant*: deinde nouiſſima parte ita cauit. *Quòd ſi mihi liberi nati non erunt, aut intra pubertatem deceſſerint, tunc heredes ex paribus partibus ſunto Mucius & Manius. Legata, quæ priore m teſtamento quo filios & Seium inſtitui, reliqui, præſtari volo,*" hoc eſt" *& à ſequentibus heredibus*. deinde codicillis ita cauit: *Lucius Titius heredibus primis & ſubſtitutis ſalutem. peto, vt ea quæ teſtamento caui, legaui, & ea, quæ codicillis cauero, legauero, præſtetis.* quæro, cùm liberi Lucio Titio nati non ſint, an Sticho & Pamphilo & Eroti, & Diphilo ſeruis confeſtim fideicommiſſa libertas præſtari debeat. Marcellus reſpondit conditionem, quæ libertati eorum, de quibus quæreretur, ſi filij heredes extitiſſent, adpoſita eſſet, repetitam *n* non videri; ideóque confeſtim libertatem præſtandam eſſe ‖ & ‖ à primis & à ſubſtitutis heredibus. nam (ut ſuprà ſcriptum eſt) petiit, vt quæ teſtamento cauiſſet, præſtarentur. cauit autem de libertate eorum ſeruorum. atquin ſub conditione cauit, & ſi alterius generis conditio eſſet, expectanda eſſet. ſed non eſt veriſimile vt hoc in iſta conditione cogitauerit, cùm fidei ſubſtitutorum committeret; & admitti ad hereditatem non poſſent, ſi impleretur conditio.

DE ADEMPTIONE LIBERTATIS *o*.

TIT. VI.

Si libertas lege adimatur.

1. *Terentius Clemens* ‖ lib. 18. ad legem Iuliam & Papiam.‖

CVm libertas lege *p* adimatur *q*, aut *r* pro non data haberi *ſ* debeat *t*, aut certè perinde obſeruari, ac ſi à teſtatore adempta eſſet.

DE STATVLIBERIS *u*.

TIT. VII.

Definitio. 1. De conditione expreſſa & vi ipſa.

1. *Paulus* " libro quinto ad Sabinum."

STatuliber eſt, qui ſtatutam & deſtinatam in *x* tempus vel conditionem libertatem habet *y*.

1 ¶ Fiunt

a l. 41. §. 5. ſ. eod. l. 55. ſ. eod.
b v. l. 3. ſ. eod.
c adde l. 7. §. vlt. in prin. ſ. de interdict.
d accipit ſcillicet vt manumitteret, Accurſ.
e l. 53. §. 1. ſ. eod.
f atqui filij ſubrepti actionē mater non habet, l. 38. in prin. ſ. de furtis. licet pater habeat, l. 1. ſ. de rei vind.
g l. 9. §. vltim. ſ. de ſtatuliber.
h nihil itaque eis imputabitur quòd vſucapti ſint.
i adde l. 12. ſ. de ſicarijs. Poſthumos exheredari non poſſe, hinc colligere poſſis: cùm exhæredationis cauſæ nominatim hodie ſint inferend. Nouell. 115. c. 2. Nemo autem ſani iudicij poſſit dicere infantem poſſe ingratum à matre ſua vocari, l. 33. C. de inoff.
k id eſt, priori parte teſtamenti.
l hæc eſt conditio de qua eſt quæſtio, an à ſubſtitutis ſit repetita.
m id eſt, prima parte teſtamenti.
n Repetitum non intelligitur quod repetitum vitiaret, Bar. v. l. 113. & pen. ſ. de leg. 1. & l. 89. in pr. ſup. de cond & dem.
o Sicut libertas dari, ita & adimi tam teſtamento, quam codicillis teſtamento confirmatis poteſt: vt tamen eodem modo adimatur, quo data eſt, Vlp. l. 2. in fin. adde l. 43. ſ. ti. prox. & Titul. Inſt. de ademptione legatorum 2. Inſtit. 21.
p propter impedimentum iuris, l. 76. §. 4. ſ. eo.
q lege adimitur.
r Libertas teſtamento relicta, quæ lege adimitur, vel pro non data habetur, vel à teſtatore adempta videtur.
ſ haberi debet.
t lege: debet, debet id certè.
u Vlp. 2. ſtatuliberi, οἱ ὑπὸ αἵρεσιν ἐλευθερωθῆναι θεσπισθέντες, Ecl. og. 5. cap. 25. quid ſit ſtatuliber, v. l. 2. ſ. eod.
x id eſt, ex tempore, v. l. 17. ſ. de manum. teſt.
y id eſt, cui relicta eſt directa libertas in die vel condi-

1 ¶ Fiunt ‖ autem ‖ ſtatuliberi vel conditione expreſſa, vel vi ipſa.

¶ Conditione expreſſa quid † eſt manifeſtum eſt.

¶ Vi ipſa, cùm creditoris *a* fraudandi cauſa manumittuntur. nam dum incertum eſt, an creditor iure ſuo vtatur *b*, interim ſtatuliberi ſunt: quoniam fraus cum effectu *c* in lege Ælia Sentia accipitur.

De alienatione, vſucapione, manumiſſione. De hereditatis aditione. 1. De tabulis pupillaribus. 2. De ſeruo cum libertate inſtituto ex parte. 3. Vel ſubſtituto.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

QVi ſtatuliberi cauſam *d* adprehendit, in *e* ea conditione eſt vt ſiue tradatur, ſalua ſpe libertatis alienetur: ſiue vſucapiatur, cum ſua cauſa *f* vſucapiatur, ſiue manumittatur, non perdat ſpem orcini liberti. Sed ſtatuliberi cauſam non prius ſeruus nanciſcitur, niſi adita vel ab vno ex inſtitutis hereditate. Cæterùm ante aditionem ſiue tradetur *g*, ſiue vſucapietur, ſiue manumittetur, ſpes ſtatæ *h* libertatis intercidit.

1 ¶ Sed ſi impuberis *i* tabulis libertas ſeruo ſit adſcripta, an viuo pupillo, poſt aditionem videlicet hereditatis patris, ſtatuliber ſit? Caſſius negat. Iulianus contra exiſtimat. quæ ſententia verior † habetur.

2 ¶ Plus ſcripſit Iulianus, & ſi legatus ſit ſeruus ab herede patris, liber eſſe iuſſus in pupillaribus tabulis: præualere libertatis donationem.

3 ¶ Si primis *k* tabulis ſub conditione ſeruus cum libertate ex parte dimidia heres ſit inſtitutus, an ſtatuliberi cauſam obtineat, vt adeunte coherede cum ſua cauſa vſucapiatur: cùm à ſemetipſo acceperit libertatem, non poteſt ſtatuliberi cauſam obtinere.

¶ Planè ſi *l* conditio hereditatis deficiat, quo caſu ſecundùm Iulianum ‖ vel ‖ libertatem apiſcitur *m*, dicendum eſt, ſtatuliberi cauſam obtinere, eo quòd non à ſemetipſo, ſed à cohærede accepiſſe libertatem creditur.

4 ¶ * Quocumque gradu pupillo *n* ſeruus cum libertate ſubſtitutus ſit, neceſſarij cauſam obtinet, quæ ſententia vtilitatis *o* cauſa recepta eſt, & à nobis probatur. Celſus quoque putat lib. 15. cum libertate ſubſtitutum ſtatuliberi cauſam obtinere.

De conditione implenda. 1. De conditione dandi heredi. Si heres ſtatuliberum impediat, quo minùs impleat conditionem. 5. Si ſtatuliber minus. 6 Vel plus dederit, quam iuſſus ſit. 7. De venditione ſtatuliberi. 8. De operis. 9. De nummis ſurreptu, vel reductu ex re ſurrepta. 10. De conditione implenda. 11. De aditione dilata. 12. De conditione, cùm decem dare poterit. 13. De eo quod annua, bima, trima die dandum eſt. 15. De conditione ſi quinquennio heredi ſeruierit. 16. De conditione ſi tres pepererit. 17. De venditione ſtatuliberi iuſſi heredi ſeruire.

3. *Idem* ‖ libro 27. ad Sabinum. ‖

STatuliberos *p* conditioni *q* parere oportet, ſi *r* nemo eos impediat, & ſit conditio poſſibilis *ſ*.

1 ¶ Sed ſi in heredis perſona iuſſus ſit parere conditioni, quid dici debeat? Si quidem paruit conditioni, ſtatim liber eſt, etiam *t* inuito herede. quòd ſi *u* non patitur heres pareri, putà offert *x* decem, quæ dare iuſſus erat *a* proculdubio liber eſt, quia *y* per heredem ſtare videtur, quo minus conditionem impleat. Et parui refert, de *z* peculio ei offerat, an ab alio accepta. receptum eſt enim, vt ſeruus *a* peculiares quoque nummos dando perueniat ad libertatem, ſiue ipſe heredi, ſiue alij dare iuſſus eſt.

2 ¶ Inde quæritur, ſi fortè debeatur pecunia huic ſeruo vel ab herede, quòd in domini rationem plus erogauerat *b*, vel ab extraneo, nec velit heres debitorem conuenire, vel ſtatulibero ſoluere pecuniam: an debeat ad libertatem peruenire, quaſi moram per heredem patiatur? Et aut legatum huic ſtatulibero fuit peculium, aut non. Si legatum peculium fuit, Seruius ſcribit, moram eum libertatis paſſum ob hoc ipſum, quod ei aliquid ex ratione dominica deberetur, nec ei ab herede præſtaretur. quam ſententiam Labeo probat.

¶ Idem Seruius probat, & ſi in eo moram *c* faciat heres quod nolit exigere à debitoribus. nam peruenturum ad libertatem ait. Mihi quoque videtur verum quod Seruius ait. Cùm igitur veram putemus ſententiam Seruij videamus an etſi non fuerit prælegatum peculium ſeruo, idem debeat dici. conſtat enim ſtatuliberum de *d* peculio poſſe dare, vel ipſi heredi iuſſum, vel alij. & ſi *e* eum dare impediat, perueniet ſtatuliber ad libertatem.

tionem certam, *l.* 69. §. 2. ꝟ. *de euict.* *Vlp.* 2. §. 1. hinc conditio propoſita, *Feſtus l. vlt. ſup. de cond. & demon.* προκειμένη, *l.* 7. ꝟ. *de excuſat.* aliud eſt ſtatuliber. Statuliber eſt ex die & conditione.
† quid ſit manifeſtum, &c.
a *v. l.* 23 ℷ. *qui & à quib.*
b adſerens libertates in fraudem datas, v. ſic eas impediens *l.* 6. §. *pen.* ℷ. *qui & à quib.*
c effectu, *vulgat. Hal.*
d id eſt, qui in diem vel ſub conditione manumittitur.
e *v. l.* 24. ℷ. *quoties* ꝟ. *de manum. teſt.*
f Statuliber, ſeu alienetur ab herede, ſeu ſuſcipiatur ab aliquo, libertatis conditionem ſecum trahit, *Vlp.* 2. § 2.
g lege in præſenti, traditur, vſucapitur, manumittitur.
h ſtatutæ.
i v. § *fin.* ℷ. *eo. l.* 36. ℷ. *eod.*
† Cur? Aditione hereditatis tabulæ pupillares & omnia eis adſumpta conualeſcunt, *l.* 2. §. 1. §. 2. *ſuprà de vulgari.*
k De primis & ſecundis tabulis. dixi ad *l.* 11. ꝟ. *teſtamenta quemadm. aperiantur.*
l *v. l.* 1. ꝟ. *de manum. teſt.*
m Apiſcendi verbum frequens in his Pandectis. *Plautus in rudente,* Qui hic litẽ apiſci poſtulat peruiſio.
n §. 1. ꝟ. *eod.*
o vide quædam ad hunc locum apud *Cuiac.* 9. *obſ.* 17. *in prin.*
p *l.* 61. §. *pen. in fi.* ꝟ. *de manum. teſt.*
q Cui? ſub qua libertas eis eſt relicta.
r *v. l.* 20. §. 3. *infrà eodem.*
ſ Impoſſibili conditioni parere nemo cogitur.
t *l.* 13. *C. de teſtam. manum. l.* 7. *l.* 32. ꝟ. *de liber. cauſ.*
u dixi ad *Vlp.*
x heredi
y *v. l.* 20. ℷ. *eod.*
z Statuliberi cui data directò libertas eſt ſub conditione dãdi decem, dare ea decem poteſt, de peculio, ſi quod habuit apud teſtatorem à teſtatore conceſſum conditionis implendæ cauſa, *vt hic. & l.* 3. *ſuprà de condict. cauſa data.* Quod benigne receptum eſt, & probatum Iuriſperitis, vt ſtatuliber ex eo peculio dando, quaſi ex ſuo patrimonio, ſuáve pecunia perueniat ad libertatem, coniectura facta voluntatis domini, quaſi voluerit dominus, vt & ea decem poſſet dare ex peculio ſuo tacitè, *l.* 17. *in fin. l. in bello* 12. §. *ſi ſtatuliber.* 10. *infrà de captiuis.*
a *v. l.* 13. §. 4. *in fin.* ℷ. *eod. v. l.* 20. *in fin.* ꝟ. *famil. erciſc. l.* 3. *in fin.* ꝟ. *de cond. cauſa data.* b erogauerit, *Hal.*
c Si per heredem factum ſit, quominus ſtatuliber conditioni pareat, perinde fit liber atque ſi conditio expleta fuiſſet, *Vlp.* 2. §. 3.
d §. 1. ꝟ. *eod.* e vide *l.* 20. §. 3. ℷ. *eod.*

¶ Denique etiam remedij *a* loco hoc monſtratur domino ſtatuliberi, vt eum extraneo iuſſum dare prohibeat, ne & nummos perdat cum ſtatulibero proinde defendi poteſt, etſi non vult exigere, vel ipſe ſoluere, vt hic habeat, vnde conditioni pareat, libertatem competere. & ita Caſſius quoque ſcribit.

3 ¶ Non ſolùm autem, ſi dare iuſſum *b* ‖ dare ‖ prohibeat, ſtatuliber ad libertatem peruenit: verum etiam ſi aſcendere Capitolium *c* iuſſum, aſcendere vetet. item ſi Capuæ dare iuſſum, Capuam *d* ire prohibeat: nam, qui prohibet ſeruum proficiſci, intelligendus eſt impedire magis velle libertatem, quàm operis ſerui vti.

4 ¶ Sed & ſi iuſſum cohæredi dare, non patiatur vnus ex hæredibus dare, æquè liber erit. ſed is cui iuſſus erat dare, & liber eſſe, familiæ erciſcundæ iudicio ab eo, qui impedit, conſequetur quod ſua intererat, prohibitum ſtatuliberum non eſſe.

5 ¶ *Si decem iuſſus dare, & liber eſſe,* quinque det, (non *e*) peruenit ad libertatem, niſi *f* totum det *g*. interim igitur vindicare quinque nummos dominus eorum poteſt. ſed ſi reſiduum fuerit ſolutum, tunc etiam id alienatum, cuius ante dominium non erat tranſlatum ita pendebit præcedentis ſummæ alienatio: ſic tamen, vt non *h* retrò nummi fiant accipientis, ſed tunc, cùm reſidua ſumma fuerit ‖ ex ‖ ſoluta.

6 ¶ Si plus quàm iuſſus erat, dederit ſtatuliber: (putà decem iuſſus dare, viginti dedit) ſiue numerauit, ſiue in ſacculo *i* dedit, peruenit ad libertatem, & ſuperfluum poteſt repetere.

7 ¶ Si quis ſeruum iuſſum *decem dare & liberum eſſe,* vendiderit ſine *k* peculio, vtrùm ſtatim liber ſit, quaſi prohibitus videatur de peculio dare, hoc ipſo, quòd ſine peculio diſtractus eſt? an verò, cùm fuerit prohibitus peculium tangere? & puto, tunc demum liberum fore, cùm volens dare prohibeatur, non ſtatim, vbi venit.

8 ¶ Si quis ſeruum iuſſum *decem dare, & liberum eſſe,* operari prohibeat, vel ſi, quod ex operis ſuis meret, abſtulerit ei heres; vel ſi quod ex mercedibus ſuis coëgit, heredi dederit: an ad libertatem perueniat? & puto, ſi quidem ex operis dederit, vel *l* vndecumque dederit, ad libertatem perueturum. Quòd ſi prohibeatur operari, non *m* fore liberum: quia * operari domino debet *n*. planè ſi ei ablata fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror: quia de peculio dare prohibetur. ſanè ſi teſtator, vel ex operis vt det, iuſſit prohibitum operari, ad libertatem perueturum non dubito.

9 ¶ Sed & ſi argento *o* ſubtracto, vel rebus aliis diſtractis, nummos corraſos *p* dederit, perueniet ad libertatem: quamuis, ſi nummos ſubtractos dediſſet, ad libertatem non perueniret. nec enim videtur dediſſe, ſed *q* magis reddidiſſe. ſed nec ſi aliis ſubripuerit nummos, & heredi dederit, ad libertatem perueniet: quia auelli nummi ei qui accepit poſſunt. Planè ſi ſic conſumpti fuerint, vt nullo caſu auelli poſſint, competet libertas.

10 ¶ Non ſolùm autem ſi heres moram facit libertati, ſed & *r* ſi tutor, ‖ vel curator, ‖ vel procurator, vel *ſ* alius quiuis, in cuius perſona conditioni parendum eſt, libertatem competere dicemus: & ſanè hoc iure *t* vtimur *u* in ſtatulibero, vt ſufficiat *x*, per eum non ſtare, quominùs conditioni pareat.

11 ¶ Si quis heredi *in diebus triginta proximis morti teſtatoris dare iuſſus fuerit,* deinde heres tardiùs *y* adierit: Trebatius & Labeo, ſi ſine dolo malo tardiùs adierit *z*, dantem eum intra dies triginta aditæ hereditatis, ad libertatem peruenire. quæ ſententia vera eſt: ſed quid, ſi data opera traxit? an ob id ſtatim, (vt) adita eſt hereditas ad libertatem perueniat? quid enim ſi tunc habuit, poſt aditam habere deſiit? ſed & hic expleta videtur conditio: quoniam per eum non ſteterit, quo minùs impleatur.

12 ¶ Si quis ſic acceperit libertatem, *Cùm decem dare poteris, liber eſto:* Trebatius ait, licèt habuerit decem, vel idoneus fuerit ad adquirendum, & conſeruandum peculium, tamen non aliàs ad libertatem peruenturum niſi dederit, aut per eum non ſteterit, quo minùs det *a*. quæ ſententia vera eſt.

13 ¶ Stichus *annua, bima, trima die denos aureos heredi ſi dederit,* liber eſſe iuſſus eſt. ſi prima penſione ſtetit per heredem, quo minùs acciperet decem, expectandam eſſe trimam penſionem placet: quia & *b* tempus adiectum eſt, & adhuc ſuperſunt duæ penſiones. ſed ſi eadem decem ſola habeat, quæ obtulit ad primam penſionem: an etiam ad ſequentem quoque proſit, ſi offerat: & an & ad tertiam, ſi ſequens penſio non ſit accepta? Et puto, ſufficere hæc eadem & pœnitentiæ heredi locum non eſſe. quod & Pomponius probat.

14 ¶ Quid ſi ſeruus *qui annua, bima, trima die c iuſſus eſt dena dare,* tota ſimul offerat heredi, non exſpectata die? vel decem primo anno datis, ſecundo anno viginti obtulit? Benignius eſt, eum in libertatem peruenire, cum vtriuſque prouidentia infertur, & ſerui, quatenus maturiùs in libertatem perueniat: & heredis, quatenus dilatione interempta, illicò accipiat, quod poſt tempus conſequi poterit.

a Remedium idem quod cautio, cautela, ſeu prudens conſilium, *l.* 66. *in fin.* ꝟ. *de iure dotium.*
b *d. l.* 20. §. 3. *infrà eodem.*
c *v. l.* 4. §. 5.
d *eod.*
e *l.* 20. §. 5. ℷ. quinque det ad libertatem non peruenit, *Hal.*
f *v. l.* 6. *Cod. de diſtract. pign.*
g Imò vt totum non det peruenire ad libertatem poteſt, *l.* 4. §. 6. ℷ.
h Cur non fiant retro nummi accipientis, & exemplum ad inſtar ratihabitionis, *l.* *C. ad Senatuſconſ. Maced.*
i Rationem reddit qui reliqua tantum offert in ſacculo & folle, *l.* 82. ꝟ. *de cond. & dem.* iuſſus tamen dare viginti liberatur, moramque euitat, periculumque transfert in creditorẽ, etiam ſi pecuniam ... ferat in folle, *hic.* Diſtat igitur conditio pecuniæ dandæ à rationum reddendarum conditione. adde ... differentiam ... 5. *in fin.* ℷ. *eod.*
k quod ſemper intelligitur *l.* *de contr. empt.*
l *v. l.* 35. *in pr.* ℷ. *eod.*
m atqui per eum non ſtat, §. 10. ℷ.
*
n vt vxori, *l.* 48. *ſup. de oper. liber.*
o *l.* 17. *in fi.* ℷ.
p 48. *Ecl.* 5. *c.* 7.
q Differentia ... di, & reddendi.
r Conditio libertatis, *ſi heres* rationes reddiderit, vtilitatis cauſa pro impleta habetur, ſi per tutorem, curatorem, procuratorem, aliumue in cuius perſona parendum eſt conditioni, ſtet quominus ei pareatur.
ſ dixi ad *Vlp.* § 6.
t hoc ius commune dicitur, *l.* *re* 24. *l. cùm pupillus* 78. ꝟ. *de cond. & demonſt.*
u non paſſim tamen, *v.* §. 8. *verſ. quòd ſi prohibeatur* ꝟ. *eod.*
x *l.* 38. ℷ. *eod.*
y atque ita ſtatuliber impeditus ſit.
z à die ſcientiæ currit mora, vide *Bart. conſ.* 230.
a adde *l.* 23. *in fin.* ꝟ. *de arbitr.*
b §. 15. ℷ. *eo.* adde *l.* 28. §. 5. ℷ. *eo.*
c id eſt, trinis penſionibus.

15 ¶ Si

15 ¶ Si ita ſit libertas ſeruo data, *ſi quinquennio heredi ſeruierit*, deinde eum heres manumiſerit, ſtatim *a* liber *b* fit *c*: quaſi per eum ſit effectum, quo minus ei ſeruiat. quamuis, ſi non pateretur eum ſibi ſeruire, non ſtatim perueniret, quàm ſi quinquennium præteriſſet. ratio huius rei euidens eſt, manumiſſus enim amplius ſeruire non poteſt. At is quem quis non patitur ſibi ſeruire, poſtea pati poteſt intra quinquennij tempus. Atquin iam quinquennio ei ſeruire non poteſt: ſed vel *d* minus poteſt.

16 ¶ Item Iulianus lib. 16. Digeſtorum ſcripſit: ſi Arethuſiæ libertas ita ſit data, *ſi tres ſeruos pepererit*: & per heredem ſteterit *e* quo minus pepererit (puta quòd ei medicamentum dediſſet, ne conciperet) ſtatim liberam futuram eſſe: quid enim expectamus? Idemque ‖ & ‖ ſi egiſſet heres vt abortum faceret: quia & vno vtero potuit *f* tres edere.

17 ¶ Item ſi heredi ſeruire iuſſum ſtatuliberum heres vendidit, & tradidit, credo, ſtatim ad libertatem peruenire.

De abſentia heredis cui dare oportet. 1. De prolixitate temporis & difficultate conditionis. 2. De morte eius cui iuſſus eſt ſtatuliber anno ſeruire. 3. De decem duobus dandis 4. De conditione, ſi per triennium ſeruierit, vel operas dederit. 5. Annus quo ſtatuliber ſeruire iuſſus eſt, quomodo accipitur. 6. De ſolutione per partes. 7. De conditione, ſi Titius Capitolium aſcenderit. 8. Annus quo ſtatuliber ſeruire iuſſus eſt, quomodo accipitur.

4. *Paulus* " lib. 5. ad Sabinum."

CVm hæres reipublicæ cauſa abeſſet, & pecuniam ſtatuliber haberet, vel exſpectari eum debere, donec redeat is, cui dare debet, vel deponere in ædem pecuniam conſignatam oportet, quo ſubſecuto, ſtatim ad libertatem peruenit.

1 ¶ Non *g* eſt ſtatuliber, cui libertas in *h* tam longum tempus collata eſt, vt eo tempore, is, qui manumiſſus eſt, viuere non poſſit *i*: aut ſi tam difficilem, imò penè impoſſibilem conditionem adiecerit, vt aliunde ea libertas obtingere non poſſit, *veluti* k *ſi heredi milies* l *dediſſet: aut* m, *cùm moreretur, liberum eſſe iuſſiſſet.* ſic enim libertas inutiliter *n* datur. & ita Iulianus ſcribit. quia nec animus dandæ libertatis eſt.

2 ¶ Seruire Titio anno, & liber eſſe iuſſus, Titio mortuo non ſtatim liber fiet, ſed cùm annus tranſierit. quòd videtur non tantum ſub conditione, ſed etiam ex tempore data libertas. etenim abſurdum eſt, maturius eum liberum fieri, cùm conditionem non implet, quàm futurus foret, ſi eam expleret.

3 ¶ Si duobus *o* decem datis, liber eſſe iuſſus ſit, & vnus quinque accipere *p* noluerit, melius eſt dicere poſſe eum eadem quinque alteri offerentem ad libertatem peruenire.

4 ¶ *Stichus ſi Titio per triennium ſeruierit.* vel, *Si illi centum operas dederit, liber eſto.* conſtat hoc modo libertatem vtiliter dari poſſe, nam * & alienus ſeruus ſeruire nobis poteſt, ſicuti liber *q*, & multo magis operas dare, niſi teſtator ſeruitutis appellatione dominium magis, quam operam intellexit. ideóque, ſi prohibet heres Titio ſeruire, peruenit ad libertatem.

5 ¶ *Stichus ſi hæredi meo anno ſeruierit, liber eſto.* quærendum eſt, annus quomodo accipi debeat, an qui ex continuis diebus trecentis *r* ſexaginta quinque conſtet, an quibuslibet *ſ*? Sed ſuperius *t* magis intelligendum Pomponius ſcribit.

¶ Sed etſi quibuſdam diebus, aut valetudo, aut alia iuſta cauſa impedimento fuerit, quominus ſeruiat, & hi anno imputandi ſunt. ſeruire enim nobis intelleguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes ſeruire propter aduerſam valetudinem impediuntur.

6 ¶ Item ſi decem hæredi dare iuſſus fuerit: hæres etiam per partes accipere, fauore libertatis, cogendus *u* eſt *x*.

a l. vn. §. 2. C. de Latina libertate tollenda.
b etiamſi non ſeruierit quinquennio.
c Imo non fit: nec enim contra defuncti voluntatem libertas eſt præſtanda, l. 31. §. 1. ſ. ad Trebell.
d i. Poteſt ſaltem aliquot annis vel menſibus vel diebus ſeruire.
e §. 13. ſ. eod.
f Tres vno vtero edi poſſunt. l. 15. ſup. de ſtatu hominum. l. 3. ſupra ſi pars hæreditatis petatur. & plures l. 36. ͡. de ſolutionibus.
g vid. Antonium Fabrum 6. Conteſtur. 12.
h v. l. 17. in pr. ſup. de manum. teſt.
i adde l. 59. in fi. l. vlt. in princ. ſup. de manumiſſ. teſt.
k Hæc conditio non modo difficilis, ſed penè impoſſibilis, de qua paulò antè.
l mille. *vulg. Haloand.* & malè: nam legamus ſub hac conditione, *Si decem millia heredi dederit*, libertatem relinqui: apud Vlp. §. 2. §. 4. & facilis ea eſt conditio, *Si mille dederit. Millies* ergo legendum. eſt enim ea ſumma ditiſſimi hominis patrimonium, côtinens decies cêtena millia nummorum, vel ex Budei æſtimatione, vicies quinquies centena millia aureorum nummorum, quibus hodie vtimur. vide *Auguſt.* 2. *Emendat.* 6. *in fine* ſed ecce iuuat ex magni Iuriſconſulti obſeruationibus, 21. c. 39. Cuiacij, inquam, hoc addere. Baſilica, malè hunc locum interpretari hoc modo, *ſi heredi centum myriadas nummum dederit.* & peius Dorotheum, *ſi chiliadas.* Nam Chiliades ſunt inferiores myriadibus: & illa, *ſi centum miriadas*, non eſt adeò difficilis: quippe cum centum myriades efficiant dumtaxat decies centena millia, ſicut ducenta vicies centena millia, & trecenta in conſtitutione Græca Iuſtiniani, de confirmatione Digeſtorum: triciens centena millia, i. vt vulgo loquitur, tres milliones: & retro igitur, ducentæ duos milliones: centum verò vnum millionem. At millies efficiunt myria myriadum, ſiue decem millia myriadum: quæ vulgus his notis exprimit 100000000. & his verbis centum milliones.
m Hæc adiectio nullam libertati conditionem adiicit, ſed ipſam tantum libertatem differt in tempus poſt mortem quo viuere non poſſit. Sed cum hac lege duæ reiectiones proponantur, quarum vna ſit *ſi millies dederit.* hoc eſt non modo difficilis ſed penè impoſſibilis: altera in tam longum tempus collata, vt eo tempore manumiſſus non poſſit viuere, non abs re fuerit, ſi hic legerimus, aut M. ann. erit, id eſt mille annorum erit. Nam hac ratione vtraque formula habituri ſumus conditiones penè impoſſibiles: vnam ſi millies heredi dederit: alteram in longiſſimum tempus protractam hoc modo cum mille annorum ait.
n atqui huiuſmodi conditio pro non ſcripta habetur §. 20. *Inſt. de hered. inſtit.*
o id eſt, ſub hac conditione ſi duobus decem dederit. p vide l. 10. § 13. ͡. eod.
q nam ſeruire, eſt facti: ſeruum eſſe, iuris.
r Annus 365. diebus conſtat l. 51. §. 2. ſ. ad l. Aquil. l. 98. in prin. inf. de verb. ſign. & l. 34. v. Suet. in Iulio Cæſare, c. 40. vide Fornerium ad l. 98.
ſ an qui biſſexto, *vulg.*
t id eſt annus hic accipiendus eſt conſtans 365. diebus continuis.
u atque ita fiet liber 48. Ecleg 7. cap 5. in fin.
x Imo non eſt cogendus, argum. l. 3. §. 5. ſup. eod. l. 18. inf. eod.

7 ¶ Ita liber eſſe iuſſus, *Si Titius Capitolium* a *aſcenderit*, ſi Titius nolit aſcendere, impedietur libertas. Idemque iuris eſt in ſimilibus cauſis, & conditionibus.

8 ¶ Item Caſſius ait ei, *qui ſeruire iuſſus eſt anno* b, illud tempus, quo in fuga ſit vel in controuerſia, pro libertate non procedere *c*.

De rationibus reddendis. 1. De pecunia danda.

5. *Pomponius* ‖ lib. 8. ad Sabinum. ‖

STatuliber *rationem reddere iuſſus*, reliquum quod apparet, ſoluit, de eo *d*, quod obſcurius *e* eſt ſatiſdare paratus eſt *f*. Neratius & Ariſto rectè putant liberum fore, ne multi ad libertatem peruenire non poſſint, incerta *g* cauſa rationis, & genere negotij huiuſmodi.

1 ¶ Statuliber, qui non rationes reddere, ſed *h* pecuniam iuſſus eſt dare, numerare *i* debet, non fideiuſſorem dare.

De pœna capitali. 1. De captiuitate. 3. De emptore eove ad quem alio iure dominium ſtatuliberi tranſit. 4. De iuſſo dare filiofamilias hæredi. 5. De emptore ſtatuliberi.

6. *Vlpianus* " lib. 27. ad Sabinum. "

SI ſtatulibera ſerua pœnæ facta ſit †, & poſt damnationem ſtatutæ libertatis conditio exſtiterit: quamuis ipſi ſtatuliberæ nihil proficiat, partui tamen proficere oporteat, vt perinde liber naſcatur, atque ſi mater damnata non eſſet.

1 ¶ Quid tamen, ſi qua conceperit in ſeruitute: deinde ab hoſtibus capta peperit ibi poſt exiſtentem conditionem? an liberum pariat? Et interim quidem quin ſeruus hoſtium ſit, nequaquam dubium eſt. ſed verius eſt, poſtliminio eum liberum fieri: quia, ſi mater in ciuitate eſſet, liber naſceretur.

2 ¶ Planè ſi *k* apud hoſtes eum concepiſſet, & poſt exiſtentem conditionem edidiſſet, benignius dicetur competere ei poſtliminium, & liberum eum eſſe.

3 ¶ Statuliber parendo conditioni in perſona emptoris, peruenit ad libertatem. Et ſciendum, hoc ad ſtatuliberos omnis *l* ſexus pertinere.

¶ Non ſolum autem ſi venierit *m* hæc conditio ad *n* eum tranſit, qui emit: verum etiam ad omnes, quicunque quoquo iure dominium in ſtatulibero nacti ſunt. ſiue igitur legatus ſit tibi ab hærede ſtatuliber, ſiue adiudicatus, ſiue vſucaptus à te, ſiue traditus, vel aliquo iure tuus factus, ſine dubio dicemus, parere conditioni in perſona tua poſſe.

¶ Sed & in hæredem emptoris idem dicitur.

4 ¶ Si filius familiàs heres ſit inſtitutus, & ſtatuliber filio dare iuſſus eſt & liber eſſe: ſiue filio, ſiue patri dando peruenit ad libertatem. quia & ad patrem hereditatis emolumentum peruenit.

¶ Sed & ſi poſt mortem filij, patri dederit *o* quaſi heredis heredi, liber erit. Nam & ſi quis extraneo dare iuſſus ſit, & liber eſſe, deinde ‖ hic ‖ heredi heres extiterit, non quaſi in extranei perſona, ſed quaſi in heredis, conditioni parebit.

5 ¶ Statuliber decem dare iuſſus, & liber eſſe, ſi quinque datis diſtractus ſit, reſidua *p* quinque emptori dabit.

6 ¶ Si ſeruus tuus ſtatuliberum emerit, tibi datur, quod heredibus dare iuſſus eſt: ſed & ſi tuo ſeruo dederit, ſi modo is eum peculiari nomine emit, neque ei tu peculium ademiſti; puto liberum fore. ſcil. vt eo *q* modo tibi dediſſe intelligatur, perinde atque ſi tua voluntate cuiuis alij tuorum ſeruorum dediſſet.

7 ¶ Si quis non dare decem, ‖ liber eſſe ‖ ſed *rationibus redditis*, *r* liber eſſe iuſſus ſit, an ad emptorem hæc conditio tranſeat, videamus. Et aliàs ſciendum eſt, eas *ſ* demum conditiones ad emptorem tranſire, quæ ſunt in dando. cæterum, *t* quæ ſunt in faciendo, non tranſeunt. vtputa ſi filium eius litteras edocuerit. hæ, n. perſonis eorum *u* cohærent, quib. adſcribantur. Rationum autem reddendarum conditio, quod ad reliqua quidem attinet, in danda pecunia conſiſtit, quo autem ad ipſa volumina rationum tradenda percontandaſque & examinandas rationes, & [in] diſpungendas *x* atque excutiendas factum habet.

¶ Nunquid ergo, reliqua quidem & emptori dando perueniat ad libertatem, cætera in perſona hæredis conſiſtant? Puto igitur, & ad emptorem, reliquorum ſolutionem tranſmitti. ſic fiet, vt diuidatur conditio. & ita Pomponius libro octauo ex Sabino ſcripſit.

De alienatione vſusfructus.

7. *Paulus* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

VSusfructus *y* alienatio conditionem ſtatuliberi ſecum non *z* trahit.

De iuſſo dare non adiecto cui. 1. Si partes ſuas quiſque hæredum diuerſis ementibus vendiderit.

8. *Pomponius* ‖ lib. 8. ad Sabinum. ‖

ITa liber eſſe iuſſus, *Si decem dederit liber eſto*, heredi *a* dare debet. nam * qui non habet cui det *b*, heredi dando, ad libertatem peruenit.

& data l. 56. ͡ de verb. ſign. y Vſusfructus ſolus ſi in ſtatulibero fuerit alienatus, ad emptorem v- fructus conditio transfertur Græci. z imo trahere videtur, v. Vlp. 2. §. 3. a l. 22. ͡. eod. b d. l. 22. l. 4. §. 6. ſ. de ſi deic. liberi.

a adde l. 3. §. 3. ſ. eod.
b l. 14. §. 1. l. 39. §. 3. ͡. eo. l. 38. in fin. ͡. de liberali cauſa.
c 48. Eclog. 5. c. 5. them. 2.
d v. l. 1. §. 11. ſup. de coll. bon.
e de quo dubitatur.
f Obſcuritas rationis non impedit libertatem. ſi ſtatuliber paratus eſt pro his ſatiſdare l. 37. in fi. ͡. eo. l. 82. ſ de cond. & dem l. 1. §. 11. in fin. ſup. de collationib. l. 1. C. de procuratorib.
g inſerta cauſa ratione & genere. *Hal.*
h Rationum reddendarum & pecuniæ dandæ conditiones inter ſe differunt. *Qui pecuniam debet* numerare debet, non fideiuſſorem dare. *Qui rationes reddere*, aliquando impleſſe videtur conditionem, & fit liber, ſi de eo quod eſt in rationibus obſcurius, aut liquidum minus, paratus ſit fideiuſſorem dare, ne alioquin cohibeatur occaſio perueniendi ad libertatem incerta exiſtente cauſa rationis & genere negotij eiuſmodi, & vt Græci interpretantur, διὰ τὸ ἄδηλον τῶν οἰκείων λογισμῶν καὶ τὸ γένος τῆς διοικήσεως αὐτῶν. adde aliã differentiam ex l. 3. §. 6. ſ. eod.
i Pecuniam non dat qui eam non numerat, ſed dat fideiuſſorem.
† hodie nemo fit pœnæ ſeruus. No. 22 c. 8.
k ſi hæc apud vulg. v. l. 9. ͡. de captiuis.
l i. non ſolum ad maſculos, ſed etiam ad fœminas.
m euenerit. *Hal.*
n v. l. 8. § fi. ͡. eod.
o v. l. 34. in pr. ͡. eod.
p adde l. 32. ͡. eo.
q v l. 15. in fi. ͡. eo.
r Ablatiui abſoluti conditionem faciunt.
ſ Conditiones perſonæ cohærentes ad alium non tranſeunt. Perſonæ autem cohærent, quæ in faciendo conſiſtunt: *vt hic.*
t Conditionum dandi & faciendi differentia. illæ ad emptorem tranſeunt, non hæ.
u l. vn. §. 9. & §. 10. C. de cad. toll.
x Diſpungere, eſt conferre accepta.

1 ¶ Si

1 ¶ Si partes ſuas quiſque heredum diuerſis ementibus vendiderit: quas portiones heredibus dare ſtatuliber debuit a, eaſdem dabit emptorib. Labeo autem ait ſi nomina duntaxat hæredem in teſtamento poſita ſint, viriles b partes eis dandas: ſi verò ita, *Si hæredibus dedit*, hæreditarias.

De iure ſtatuliberi. De noxa deditione. 1. De venditione ſtatuliberi. 2. De noxa deditione. 3. De aditione hæreditatis. De vſucapione.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 28. ad Sabinum. ‖

STatuliberum medio c tempore ſeruum d hæredis eſſe, nemo eſt, qui ignorare debeat. ea propter noxæ dedi poterit: ſed deditus, ſperare adhuc libertatem poterit. nec enim deditio e ſpem illi adimit libertatis.

1 ¶ Si f ſtatuliberum non eadem conditione g hæres vendat h, cauſa eius immutabilis eſt, & luere ſe ab i eo poteſt ſimili modo, vt ab hærede. Si tamen ſuppreſſerit conditionem ſtatuliberi, & ex empto quidem tenetur: grauiores autem etiam ſtellionatus crimen important ei, qui ſciens diſſimulata k conditione ſtatutæ libertatis, ſimpliciter eum vendiderit.

2 ¶ Illud tractatum eſt an liberatio contingat ei qui noxæ dederit ſtatuliberum: & Octauenus putabat liberari. & idem dicebat, & ſi ex l ſtipulatu Stichum deberet m, eumque ſtatuliberum ſoluiſſet, nam & ſi ante ſolutionem ad libertatem perueniſſet, extingueretur obligatio tota: ea. n. in obligatione conſiſtere, quæ pecunia lui præſtarique poſſunt:* libertas autem pecunia lui non poteſt, nec reparari poteſt. quæ ſententia mihi videtur vera.

3 ¶ Statuliberi conditio ita demum immutabilis eſt, ſi adita hæreditas fuerit. ceterum ante n aditam hæreditatem in propriam vſucapitur ſeruitutem, libertatiſque ſpes infringitur, ſed adita poſtea hæreditate, ſpes libertatis fauore ſui, redintegrabitur o.

De venditione ſtatuliberi & mendacio venditoris.

10. *Paulus* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

SI decem dare iuſſum hæres p vendiderit & tradiderit, dixeritque, adſcriptum libertati, *ſi viginti dediſſet*: ex empto erit actio cum venditore, aut ſi dupla promiſſa eſt, ob euictionem duntaxat duplæ repetitio erit: ex empto ob mendacium q.

De pecunia ab hærede donata ſtatulibero.

11. *Pomponius* ‖ lib. 14. ad Sabinum. ‖

SI hæres pecuniam donaſſet ſtatulibero, vt r *ſibi eam daret & liber eſſet*: non fieri liberum Ariſto ait. ſed ſi in plenum ei donaſſet, fieri liberum.

12. *Iulianus* ‖ lib. 7. Digeſtorum. ‖

SI quis teſtamento libertatem acceperit ſub conditione *ſi rationem dederit*: debet pro s hereditaria parte heredibus reliqua ſoluere t, etiamſi nomina quorundam heredum ſint in conditione poſita.

De conditione, ſi heres teſtamento ſuo non manumiſerit. 1. De nummis peculiaribus. 2. De rationibus reddendis à duobus, 3. De iureiurando. 4. De ſeruo heredis. 5. De ademptione conditionali.

13. *Idem* ‖ libro 43. Digeſtorum. ‖

SI quis ita libertatem dediſſet, *Stichus, ſi eum heres meus teſtamento ſuo non manumiſerit, liber eſto* u, ſecundum voluntatem defuncti hoc ſignificari videtur, ſi teſtamento ſuo heres non adſcripſerit ei libertatem. quare ſi quidem heres libertatem ſeruo teſtamento ſuo dederit, defectus conditione videbitur. ſi non dederit x, impleta conditione vltimo vitæ tempore heredis ad libertatem perueniet.

1 ¶ Seruus communis liber eſſe iuſſus ita, *ſi decem dederit*, ex peculio dare poteſt, ‖ quod y ‖ quocumque modo adquiſitum habuerit. nec refert apud heredem id, an apud ſocium fuerit: & heredi z, an extraneo dare iuſſus ſit. nam per omnia cauſæ ſtatuliberi applicantur a, qui * conditionis implendæ gratia alienare b peculiares nummos poteſt.

2 ¶ Si duo ſerui *rationibus redditis* liberi eſſe iuſſi fuerint, & ſeparatim rationes geſſerint: non c dubiè ſeparatim quoque conditioni parere poterint.

¶ Sed ſi actus eorum communiter geſtus, ita immixtus fuerit, vt ſeparari d non poſſit: neceſſariò alter ceſſando alterius libertatem impediet: nec videbitur conditio in alterius perſona impleta, niſi id quod computatione rationum habita reliquum fuerit, aut vterque, aut alter totum ſoluerit.

3 ¶ Qui ita liber eſſe iuſſus eſt, *Si iurauerit ſe Capitolium aſcenſurum*: confeſtim vt iurauerit, quamuis Capitolium non aſcenderit, liber erit e.

4 ¶ Seruus heredis *rem ipſius heredis dare* iuſſus, & liber eſſe ad libertatem perueniet: quia poteſt teſtator, & ſine vlla dandi conditione, heredis a ſeruum manumitti iubere.

5 ¶ Hæc ſcriptura, *Stichus cùm erit* b *annorum triginta, liber eſto: Stichus ſi decem non dederit, liber ne eſto.* hanc vim habet: Stichus ſi decem dederit, & ad annos triginta peruenerit, liber eſto. namque * ademptio libertatis, vel legati ſub conditione facta, incipit c contrariam conditionem legato vel libertati quæ prius data erat, inieciſſe.

De mercede pro operis data à ſtatulibero qui decem dare debebat. 1. De fuga ſtatuliberi qui dare operas aut ſeruire debebat.

14. *Alfenus Varus* ‖ lib. 4. Digeſtorum. ‖

SEruus, qui teſtamento domini, cum decem heredi dediſſet, liber eſſe iuſſus erat: heredi mercedem referre pro operis ſuis ſolebat. cum ex mercede heres amplius decem recepiſſet; ſeruus liberum eſſe aiebat. de ea re conſulebatur. reſpondit, non videri liberum eſſe: non d enim pro libertate, ſed pro operis eam pecuniam dediſſe, nec magis ob eam rem liberum eſſe, quàm ſi fundum à domino conduxiſſet, & pro fructu fundi pecuniam dediſſet.

1 ¶ Seruus, *cum e heredi annorum ſeptem operas dediſſet*, liber eſſe iuſſus erat. is f ſeruus fugerat, & annum in fuga fecerat g? Cum ſeptem anni præteriſſent, reſpondit non eſſe liberum. non enim fugitiuum operas domino dediſſe. quare h niſi totidem dies, quot abfuiſſet, ſeruiſſet non fore liberum.

¶ Sed & ſi ita ſcriptum eſſet, *vt tum liber eſſet, cùm ſeptem annis ſeruiſſet*, potuiſſe liberum eſſe, ſi tempus fugæ reuerſus ſeruiſſet.

Si ſtatuliber locupletiorem fecerit hereditatem. 1. Lex venditionis de pecunia ſoluenda à ſtatulibero.

15. *Africanus* ‖ lib. 9. i Quæſtionum. ‖

MOrtuo k herede ſi ſtatuliber l locupletiorem hereditatem tanta pecunia, quantam dare ſit iuſſus fecerit. veluti creditoribus ſoluendo, cibaria familiæ dando: ſtatim eum ad libertatem eſſe venturum exiſtimauit.

1 ¶ Heres, cùm ſtatuliberum *decem dare* iuſſum venderet, conditionem pronuntiauit, & traditioni legem dixit, vt ſibi potius, quàm emptori eadem decem darentur. quærebatur, vtri eorum ſtatuliber pecuniam dando, libertatem conſequeretur. reſpondit, heredi dare debere.

¶ Sed ſi ‖ talem ‖ legem dixiſſet, *vt extraneo alicui ſtatuliber pecuniam daret*: reſpondit, & hoc caſu conuentionem valere, quia * heredi videtur ſoluere, qui m voluntate eius alij ſoluit.

De partu ſtatuliberæ.

16. *Vlpianus* ‖ libro 4. Regularum. ‖

STatulibera n quidquid peperit, hoc ſeruum heredis eſt.

De decem dandis.

17. *Neratius* ‖ libro 3. Membranarum. ‖

SI *decem heredi* dediſſet, iuſſus eſt liber eſſe. decem habet, & tantundem domino debet. dando hæc decem, non liberabitur o. nam quod ſtatulibero ex p peculio ſuo dare explendæ conditionis cauſa conceſſum eſt ita interpretari q debemus, vt non etiam ex eo dare poſſit, quod extra peculium eſt. Nec me præterit, hos nummos peculiares poſſe dici: quamuis, ſi nihil præterea ſeruus habeat, peculium nullum ſit. ſed dubitari non oportet, quin hæc mens r fuerit ‖ id ‖ conſtituentium, vt quaſi ex patrimonio ſuo dandi eo nomine ſeruo poteſtas eſſet: quia id ſ maximè ſine iniuria dominorum t concedi videbatur. quòd ſi vltra quis progredietur, non multum aberit, quin etiam eos nummos u quos domino ſubripuerit dando ſtatuliberum conditioni ſatisfacturum exiſtimet.

De decis triennio dandis.

18. *Paulus* ‖ libro ſingulari de Libertatibus dandis. ‖

SI triennio *dena dare* iuſſus, primo anno viginti obtulerit: non accipiente herede, non ſtatim liber eſt: quia etſi accepiſſet heres, nondum x liber eſſet y.

De conditione, ſi filius 14. annum compleuerit.

19 *Vlpianus* ‖ lib. 14. ad Edictum. ‖

SI ſeruus liber eſſe iuſſus ſit z. & legatum ei datum, ſi filius quartumdecimum annum compleuerit. & filius ante deceſſerit, libertas fauore competet die veniente: legati autem conditio deficit.

De peculio legato ſtatulibero. 1. De nummis peculiaribus conditionis implendæ cauſa dandis. 2. De compenſatione. 3. De morte eius cui conditionis implendæ gratia dandum erat, & de herede prohibente dare. 4. Cui dare poßit iuſſus dare heredi. 5. De operis. De ſingulis aureis ſolutis. De iuſſo ire Capuam. 6. De conditione, ſi heres non manumiſerit.

20. *Paulus* ‖ lib. 16. ad Plautium. ‖

SI peculium ſeruo legatum ſit, qui iuſſus eſt alij *dare dec. & ſic liber eſſe*; & heres eum prohibuerit a dare:

deinde

a l.8.§.3.ſup.eo. l.27. l.34. §.1.in fi. j.eod.
b Imo hereditarias, l.12.j.eo.
c id eſt, quamdiu pendet conditio, Vlp. 2. §.2.
d l.11.in prin. j. de leg. 2.
e Noxæ deditio ſpem libertatis ſtatulibero non adimit.
f l.69. §.5. j. de euict.
g ſed duriore: puta, ne hoc loco ſeruiat: aut ne vnquam manumittatur, 48. Eclog.5. c.22.
h v.l.24.§.21.j. de fideic.lib.*
i l.20.j.de fideic. lib.
k l.3. §.1. j. de ſtellionatu.
l l.50.j. de verb. oblig.
m v.l.31. & l.51. j.de verb. oblig.
n l.55.in fi. ſup. de fideic. liber l.69. §.4.j.de euict.
o v.quæ ſcripſi ad l.1. C. ſi ſeruum exportandum.
p l.42.§.fin. j.de act. empt. adde l.46. l.69. §.3. in fin. j. de euict.
q l.69.§.5. j. de euict.
r l.39.§.2. infrà eodem.
ſ Cur pro hereditaria parte cuique reliqua ſoluere debet, cum hic nomina heredum ſint apertè expreſſa & certi iuris ſit nominibus propriis expreſſis viriles præſtari, l.54. §. vlt. l.ſi heredis 48. j.de leg. 1. l.nonnunquam 24. j.ad Treb. Accurſius ſe in gyrum vertit, neque exitum habet. Dicamus: nomina quorundam heredum non ſolutioni reliquorum ſed conditioni reddendæ rationis adiecta fuiſſe: adde Langebekium cap.34.annot.
t Imo & eo caſu virilis datur, l.8. in fin.j.eo.
u adde l.20.§.fin. j.eod.
x l.3.in pr. ſup. eod. l.7.in fin.ſup. de manum. teſtam. l.18. in fin. ſup. de fideic.libert. l.4.j. qui ſint manum. ad libert.
y al. id.
z l.3.§.1. §.11. j.eodem.
a al. applicatur, legendum ita videtur: nam per omnia cauſæ ſtatuliberi applicatur, vt conditionis implendæ gratia alienare peculiares nummos poſſit. * b l.3.§.1.in fin. ſuprà eod. l.23. §.1.j.eod.
c id eſt, indubiè.
d vel diuidi, l.13.j.de manum teſt. v. l.pen. C.de cond.inſert.
e Cur ita? quia aſcenſio Capitolij in conditione non fuit, ſed iuramentum: cum primum iurauit, conditioni paruit, at non idem eſt in contrario, ſi Capitolium aſcenderit nec iurauerit, tunc enim conditio iuriſiurandi remittitur, l.12.j.de manum.teſt.

a v. l.19. ... de fideic. li...
b dixi ad ... §.12.
c Quoties ... tum ſub condi... ne adimitur, ... inde eſt ... contraria ... tione datum ... ſet, l.10. ... adimend. l. ... de reb.cred.
d Non omn... meratio ... conditionem ... l.19. ſuprà ... cred.
e Cum ... conditionem ... cit.
f v.l.1.in fi. ... Fugitiuus ... uit: fuga ... ſuæ tempus ... penſare pote... uiendo pete...
g Facere ... in fuga ... tur, vt in l. ... j.ad l. Iul. ... ter. dies in ... dia facere. ... l.2. C. de ... ποιεῖν ... δέχα ... inſcriptione ... dam memor...
F. L. Redim... lianæ mor... talibus, ... priſcis ill... que fœmin... parandæ ... xit annos ... D X L V I I. marito fec... D X X.
h l.39.§.3. ... j.eo. l.38. in ... lib. cauſ.
i vide Cuiac. ... Afr. fol.233.
k aliud ... Cuiac. ibid.
l qui verbi ... tia iuſſus eſt ... decem numm... eſſe liber.*
m l.6.§.6. ... adde l.12. ... de ſolut.
n l.26.§.5. ... fideic. libert. ... de fideic. liber.
o Imo liber ... v.l.40. §.1. ... eodem.
p Statuliberum ... ditionem ... implere pote... dando ex pec... quod habuit ... dominum, ... apud alium. ... quæ ſcripſi ... hanc legem, ... §.1.j.eod.
q interpretatio... nes legum, ſine ... iuſquam iniu... ſumendæ.
r id eſt, coniectura quædam tacita eſt eam domini voluntatem fuiſſe vt etiam ex peculio ſuo decem daret, libertatis conſequendæ cauſa.
ſ vt det ex ſuo peculio.
t id eſt, citra damnum voluntatis dominorum, l.35. j. eodem.
u l.3.§.9.ſup eod.
x Imo ſtatim liber eſt: cogitur enim heres per partes accipere, l.4.§.6. ſuprà eod.
y Cur? quia nondum conditionem impleuit.
z v.l.23.§.fin.j.de fideic.libert. adde l.16 ſup. de manumiſſ.
a cauſa dubitandi in eo conſiſtit, l.3. in prin. ſuprà eod. l. vlt. circa fin. C. de conditionib. inſer.

... q[uo]d Conditio apposita servo non fuit qualitativa sed impositione servitii continui.

deinde manumiſſus peculium petat ex cauſa legati,an per doli exceptionem eam ſummam, quam daturus eſſet, deducere heres poſſit,vt ipſi a proſit non manumiſſo,quod ea pecunia data non eſt: an verò indignus ſit heres, qui contra voluntatem defuncti fecit, eam pecuniam lucrari? Et cùm ſeruo nihil b obſit,& libertas ei competit,inuidioſum eſt heredem fraudari.

1 ¶ De illo quæritur,ſi inuito herede det,aut neſciente, an faciat nummos accipientis? Et Iulianus verè exiſtimat,ex hac cauſa conceſſam videri c ſtatuliberis alienationem nummorum etiam inuito herede,& ideo facere eos accipientis pecuniam.

2 ¶ Quod ſi *heredi dare* iuſſus eſt *decem*, & eam ſummam heres debeat ſeruo:ſi velit ſeruus eam pecuniam compenſare d, erit liber.

3 ¶ Is cui ſeruus *pecuniam dare* iuſſus eſt, vt liber eſſet e,deceſſit? Sabinus,ſi decem habuiſſet parata, liberum fore:quia f non ſtaret per eum, quo minùs daret. Iulianus autem ait:fauore libertatis, conſtituto g iure hunc ad libertatem peruenturum, etiam ſi poſtea habere cœperit decem.

¶ Adeò autem conſtituto potiùs iure,quam ex teſtamento, ad libertatem peruenit: vt ſi eidem & legatum ſit mortuo eo, cui dare iuſſus eſt, ad libertatem quidem perueniet, non autem & legatum habiturus eſt. idque & Iulianus putat, vt in hoc cæteris legatariis ſimilis ſit.

¶ Diuerſa cauſa eſt eius, quem hæres prohibet conditioni parere. hic enim ex teſtamento ad libertatem peruenit.

4 ¶ Heredi autem iuſſum dare etiam h hæredis hæredi dare poſſe Diuus Hadrianus reſcripſit.&,ſi hoc ſenſit teſtator,etiam in legatario‖idem‖dicendum eſt

5 ¶ * Quædam conditiones natura ſui nec poſſunt eodem tempore impleri, ſed neceſſariam habent temporis i diuiſionem, velut cùm *decem operarum* k iuſſus eſt dare:quia* operæ,per ſingulos l dies dantur.igitur & ſi ſingulos aureos det ſtatuliber,poteſt dici m,eum impleſſe conditionem.

¶ Alia cauſa eſt operarum, quia hæ neceſſariò ſingulæ edendæ ſunt. ſed & ſi hæres accipere noluerit, non ſtatim liber erit,ſed cùm tempus tranſierit, per quod operarum quantitas conſumatur.

¶ Idem dicendum eſt, ſi *iuſſum Capuam* n *ire, & liberum eſſe*, hæres prohibeat ire. tunc enim erit liber,cùm peruenire Capuam potuiſſet. * Ineſſe o enim videtur tempus tam operarum præſtationi,quàm itineri.

6 ¶ Si ita quis acceperit libertatem: *Stichus ſi hæres eum non manumiſerit, liber eſto.* poterit ab hærede manumitti. non p contra voluntatem teſtatoris,adimitur ei libertas q. ſed † non tam continuum tempus exigendum eſt,vt præcipitari cogatur hæres,vel ex peregrinatione celeriùs reuerti ad manumittendum, vel adminiſtrationem rerum neceſſariarum intermittere: nec rurſus tam longum,vt quamdiu viuat,protrahatur manumiſſio: ſed modicum r, quo primum poſsit ſine magno incommodo ſuo hæres manumittere. quòd ſi tempus ſ adiectum fuerit t, illud ſpectabitur.

De conditione, ſi rationes diligenter tractaſſe videbitur, de iuſſo dare,non adiecto cui. 1. de verbis, cui eorum voles rogo reſtituas.

21. *Pomponius* ‖libro 7. ex Plautio.‖

LAbeo libro poſteriorum ita refert: *Galenus diſpenſator meus, ſi rationes* u *diligenter tractaſſe videbitur, liber eſto,ſuáque omnia & centum habeto.* diligentiam x deſiderare eam debemus,quæ domino non quæ ſeruo fuerit vtilis: erit autem ei diligentiæ coniuncta fides bona, non ſolum in rationibus ordinandis, ſed etiam y in reliquo reddendo Et quod ita ſcriptum eſt, *Videbitur*: pro hoc accipi debet,videri poterit. ſic & verba legis duodecim tabularum veteres interpretati ſunt, *Si aqua pluuia nocet*, i.‖ſi‖nocere poterit. Et ſi quæreretur, cui eam diligentiam probari oporteat: hæredum z arbitratum viri boni more agentium ſequi debebimus. veluti ſi ‖is‖ qui certam pecuniam dediſſet, liber eſſe iuſſus eſt, non adſcripto eo a, cui,ſi dediſſet, eo modo poterit liber eſſe,quo poſſet,ſi ita fuiſſet ſcriptum, *Si hæredi dediſſet.*

1 ¶ Pactum eius b Clemens aiebat,ſi ita‖ſit‖fideicommiſſum relictum, *Cui eorum voles, rogo, reſtituas*, ſi nullum elegiſſet, cui reſtitueret c: omnibus deberi, Imperatorem Antoninum conſtituiſſe.

De iuſſo dare non adiecto cui, ſi quidam ex hæredibus quibus dari debet nominati ſint. 2. Si hæredibus nominatis extraneus vel extranei iungantur.

22. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Vitellium.‖

QVi *pecuniam dare* iuſſus eſt,niſi adiectum ſit,cui det d: hæredibus e dare f debet pro partibus hæreditariis,pro ea enim parte quiſque accipere debet,pro qua dominus eſt.

1 ¶ Si quidam ex hæredibus (quibus) dare debeat g, nominati ſint, dabit his pro hæreditariis h portionibus.

2 ¶ Si hæredibus nominatis etiam extraneus iunctus ſit, extraneo virilis, cæteris hæreditariæ dari debent. Et ſi non ſolùm Titium, ſed etiam

a vt eos lucretur heres potius quàm ſeruus manumiſſus.
b nullo damno ſit affectus.
c Imò, aliud eſt, l. 110. ſ. de cond. & dem.
d Compenſationem hæredi obiicere poteſt ſtatuliber.
e l. 39. §. 4. ſ. eod.
f Lex ſupplet conditionem & eam habet interdum pro impleta, l. 3. in pr. §. 2. verſ. cùm igitur. l. 4. §. 3. ſ. eo. l. 21 & l. 40. §. 7. ſ. eo. l. 41. §. 12. ſup. de ſidei. lib.
g i. ſpeciali, v l. 1. in fi. ſ. rer amot.
*
h v. l. 24. in pr. ſ. eod.
i *i. vt per tempora impleantur.
k i. decem operas.
l l. 1. ſup. de oper. lib.
m v l. 41. in fi. ſ. de manum. teſt.
n l. 3. §. 3. ſup. eo.
*
o l. 34. §. 1. ſ. eo.
p non enim contra Hal. adde l. 13 in pr. ſ. eo.
q libertas. Hal.
† Præcipitandus non eſt, qui quid etiam fauorabile facere iuſſus eſt: moderatum enim ſpatium ei concedendum eſt.
r Temperamentum ſit optimum ex duobus contrariis, l. 2. in fin. ſ. quis caution. l. 35. ſup. de negot. l. 6. ſ. de interroga. l. 5. in fin. l. 41. l. 137 in prin. & §. 2. §. 7. ſ. de ver. obl. l 13. l. 105. ſ. de ſolut l. 12. §. 2. ſ. ratam rem hab.
ſ certum.
t libertati.
u l. 8. ſ. de manumiſſ. teſt.
x l. 40. §. 4. ſ. eo.
y Redditione rationum continentur reliqua.
z v. l. 8. ſ eo.
a l. 22. in pr. ſ. eo.
b ita quoque legit Haloander dediſſet, & Pactum eius Pithæus 2. notar. fol. 82.
c v. l. 24. verſic. Idem, ſ. de leg. 2.
*
d l. 8. in pr. l. 21. ſ. eo. l. 4. §. 6. ſ. de fideic. libert.
e Heredi dare iuſſus videtur, qui teſtamẽto dare indefinitè iuſſus eſt.
f videtur obſtare lex 4. in fin. ſ. ſi vſufr. pet.
g ſtatuliber.
h non ſingulis ex æquo.

alios adieciſſet, hos virilem partem habituros, cohæredes autem hæreditarias, Iulianus ſcribit.

De dando intra quinquennium. 1. Si per hæredem ſtet quominùs rationes reddantur.

23. *Celſus* ‖libro 22. Digeſtorum.‖

SI a *intra quinquennium Stichus centum dederit, liber eſto.* nec Titio, vel hæredi, vel emptori poſt quinquennium dabit.

1 ¶ Si rationes reddidiſſet,liberum eſſe iuſſum,non patitur hæres, rebus b peculiaribus venditis, reliqua ſoluere,perinde liber eſt quaſi conditioni paruerit.

De *promiſſione.*

24. *Marcellus* ‖libro 16. Digeſtorum.‖

STichus *ſi hæredi meo decem promiſerit, vel operas daturum ſe iurauerit, liber eſto.* poteſt c expleri conditio,ſi promiſerit. nam ſpopondiſſe aliqua ſignificatione dici poteſt,etiam d ſi non ſit ſecuta obligatio.

De *venditione ſtatuliberi.*

25. *Modeſtinus* libro 9. Differentiarum.

STatuliberos e venundari f poſſe,leges duodecim tabularum putauerunt: duris g autem conditionibus in venditione minimè onerandi ſunt: veluti ne intra loca ſeruiant h, néve vnquam manumittantur.

De rationibus reddendis.

26. *Idem* ‖ libro 9. Regularum.‖

LIbertate ſeruo ſub conditione *rationis reddita* teſtamento data, hæres non ſolùm ſcriptam rationem exigit, verum etiam i quæ ſine ſcriptura ab eo adminiſtrata eſt.

1 ¶ Seruus iuſſus *reddita ratione ad libertatem peruenire*, licèt k nullam adminiſtrauerit rationem,nihilo minus erit liber.

Si is cui dare iuſſus eſt, redemerit ſtatuliberum, eumque vendiderit.

27. *Idem* lib. 1. Pandectarum.

SI is,cui dare iuſſus eſt, redemerit ſtatuliberum, eúmque rurſus alij vendiderit? nouiſſimo l emptori dabit. iam enim cùm apud eum, cui dare iuſſus eſt, dominium quoque ſerui peruenit,ſi eum alienet, conditionem quoque ab eo ad emptorem tranſire, Iuliano placuit.

De rationibus intra triginta dies à morte teſtatoris reddendis, & hereditate poſt xxx. dies adita. 1. De eo quod ſtatuliber comparauit.

28. *Iauolenus* ‖ libro 6. ex Caſſio. ‖

SI hæreditas eius, qui ſeruum intra dies triginta mortis ſuæ, *ſi rationes reddidiſſet*, liberum eſſe iuſſerat, poſt dies triginta adita eſt: iure quidem ſtricto ita manumiſſus, liber eſſe non poteſt, quoniam conditione deficitur: ſed m fauor libertatis eò rem perduxit, vt reſpondeatur, * expletam conditionem n, ſi per eum cui data eſſet, non ſtaret, quominus expleretur.

1 ¶ Statuliber antequam conditio libertatis obtigerit, ſi quid comparaſſet: peculio legato non ceſſurum, in libris Gaij & Caſſij ſcriptum eſt: niſi id legatum in tempus libertatis collatum eſſet: videamus,ne, cum* peculium & acceſſionem & deceſſionem habeat, augmentum o quoque eius peculij,ſi modò ab hærede ei ablatum non ſit, legato ceſſurum ſit. & magis hoc iure vtimur.

Collatio ſtatuliberi & ſerui. 1. De iuſſo dare hæredi & de controuerſia hæreditatis.

29. *Pomponius* ‖ lib. 18. ad Quintum Mucium.

STatuliberi p cæteris ſeruis noſtris nihilo penè differunt. Et ideò quòd q ad actiones vel ex delicto venientes, vel ex negotio geſto, contractu pertinet: eiuſdem conditionis ſunt ſtatuliberi cuius cæteri. Et ideo in publicis r quoque iudiciis eaſdem pœnas patiuntur,quas cæteri ſerui ſ.

1 ¶ Quintus Mucius ſcribit: Paterfamilias in teſtamento ſcripſerat, *Si Andronicus ſeruus meus hæredi meo dederit decem* t, *liber eſto.* deinde de his bonis cœperat controuerſia eſſe,qui ſe lege u hæredem aiebat eſſe, is eam hæreditatem ad ſe pertinere dicebat: alter, qui hæreditatem poſſidebat,aiebat teſtamento ſe hæredem eſſe: ſecundùm eum ſententia dicta erat,qui teſtamento x aiebat ſe hæredem eſſe,deinde Andronicus quærebat: ſi y ipſi viginti dediſſet,quoniam ſecundùm eum ſententia dicta eſt,futurúſne eſſet liber: an nihil videatur ſententia,qua vicit, ad eam rem valere. qua propter ſi viginti hæredi ſcripto dediſſet, & res contra poſſeſſorem iudicata eſſet: illum in ſeruitute fore? Labeo hoc quod Quintus Mucius ſcribit,ita putat verum eſſe: ſi re vera lege,ab inteſtato hæres fuit is qui vicit. nam ſi iniuria iudicis victus eſſet ſcriptus verus hæres ex teſtamento: nihilo minùs eum paruiſſe conditioni, ei dando,& liberum fore. ſed veriſſimum eſt, quod‖&‖ Ariſto Celſo reſcripſit* poſſe dari pecuniam hæredi z ab inteſtato, ſecundum quẽ ſententia dicta eſt. quoniã lex a duodecim tabularum emptionis b verbo omnem aliena

a l. 41. §. 12. ſup. de fideic. liber.
b v. l. 13. §. 4. ſupr. eodem.
c i. ſufficit ſi promittat etiamſi non conſiſtat obligatio.
d v. l. vlt. in pr. ſ. de lib. cauſa.
e Statuliberum hæres vendere poteſt ſalua libertatis cauſa, l. 35. ſ. eo. l. 45. in fin. ſ. de fideic. libert.
f legari, l. 45 in fi. ſ. de fideiuſſ. tutor. pignorari, l. 13. §. 1. ſup. de pig. cum ſua tamen cauſa, d. l. 45. vt exiſtente conditione euaneſcat pignus, d. §. 1. & ſeruum interim pariat d. l. 16. ſup. eo.
g v. l. 33. ſ. eo.
h 48. Ecl. 5. 6. 220.
i Rationum appellatione continẽtur etiam geſta & adminiſtrata ſine ſcriptura.
k l. 1. §. 16. ſ. de fideic. libert.
l v. l. 8. §. fi. ſup. eod.
m Differentia ſtricti iuris & fauoris.
n v. l. 2. §. 10 l. 20. §. 3. ſup. eod.
o v. l. 8. §. 8. ſ. de peculio leg.
p l. 45. §. fin. ſup. de fideic. libert.
q Statuliberi à ſeruis nihil penè differunt ſiue actiones ex delicto, ſiue ex negotio vel ex contractu, ſiue pœnas ſpectemus.
r Cuiacius. obſ. 17. legendum putat. Sed non in publicis: à quo diſſentit Robertus 3. Animad. 6.
ſ Aliud in priuatis iudiciis, eóque refertur, l. 14 ſ. de quæſt. l. 9. §. fin. de pœnis.
t Cuiacius 12. obſ. 7. notat hic male legi x. pro xx.
u i. legitimum & ab inteſtato, l. 1. l. 2. ſ. de her. pot.
x qui lege aiebat, &c. Cuiac. 1. obſ. 7. à quo diſſentit Robert. 1. Animad. 7. alius legit, qui ab inteſtato.
y ſi decem hæredi ſcripto dediſſet. Hal.
*
z dixi ad Vlp. 2. §. 4.
a Statuliber poteſt implere conditionem libertatis in perſona emptoris dando emptori decem, quod eſt ex XII. Tabulis vt hic. Vlp. in Fragment. in Tit. de ſtatulib.
b Emptionis verbo in lege 12. Tabularum omnis alienatio intelligitur. v. quæ not. ad l. 9. ſup. de act. empt. l. 23. §. 1. ſ. de liberali cauſa.

alienationem complexa videretur : non intereſſet, quo genere quiſque dominus eius fieret. & ideò hunc quoque ea lege contineri, ſecundùm quem ſententia dicta eſt. & liberum futurum eum, qui ei dediſſet pecuniam. hunc autem, id eſt poſſeſſorem hereditatis, cui data eſſet ſumma *a*, ſi victus eſſet hereditatis petitione, cum cęteris eam *b* quoque pecuniam victori reſtituere debere.

De conditione, ſi heres non alienauerit.

30. *Idem* ‖ libro 7. ex variis lectionibus. ‖

SI ita liber eſſe iuſſus ſit: *Stichus, ſi eum heres non alienauerit, liber eſto*: etiam ſi ſtatuliber eſt, alienari *c* tamen poterit.

De legato ſub conditione rationũ editarum. 1. De eo qui cum rationes dederit cum contubernali ſua liber eſſe iuſſus eſt.

31. *Gaius* ‖ lib. 13. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI ſeruo ſub conditione *d rationum editarum* legatum ſit, per eam conditionem eum iuſſum eſſe legatum accipere, vt pecuniam *e* reliquorum reddat, non dubitatur.

1 ¶ Et ideò ‖ cùm ‖ quęſitum eſt ‖, *f Stichus, cùm rationes dederit cum contubernali ſua liber eſto*: an, mortuo Sticho ante conditionem, contubernalis eius libera eſſe poſſit: Iulianus dixit quęſtionem eſſe in hac ſpecie, quæ & in legatis agitatur, *Illi cum illo do*, an altero deficiente alter ad legatum admittatur. quod magis ſibi placere: perinde *g* ac ſi ita ſcriptum eſſet, *Illi & illi*.

¶ Aliam etiam eſſe quæſtionem an contubernali quoque conditio iuncta ſit? Quod magis eſſe *h*. Itaque ſi *h* nulla reliqua Stichus habuerit, ſtatim eam liberam eſſe. ſi habuerit reliqua, debere eum numerare pecuniam. nec tamen liciturum ex ſuo peculio dare: quia id illis permiſſum ſit, qui principaliter pro ſua libertate pecuniam dare iubentur.

Si heredibus dare iuſſus, ab altero illorum venierit.

32. *Licinius Rufinus* ‖ lib. 1. Regularum. ‖

SI duobus heredibus inſtitutis, ſeruus liber eſſe iuſſus ſit, ſi decem heredibus dederit *i* : ab altero ex heredibus venierit, & traditus fuerit pro parte *k*, alteri ex heredibus, à quo non venierit, dando pecuniam liber erit.

De iure ſtatuliberi.

33. *Papinianus* " libro 2. Quæſtionum. "

STatuliberorum iura per heredem *l* fieri non poſſunt duriora.

An heredi heredis dari debeat. 1. De rationibus reddendis.

34. *Idem* ‖ libro 21. Quæſtionum. ‖

SEruus, ſi heredi decem dederit, liber eſſe iuſſus eſt. ſtatuliberum heres eum manumiſit, ac poſtea defunctus eſt, heredis heredi pecunia danda non eſt.* quod enim placuit *m*, heredis heredi dari oportere, tunc memineris locum habere, cùm prior heres dominus accepturus pecuniam fuit. quę cauſa facit ambulatoriam (vt ita dixerim) conditionem.* duæ ſunt enim cauſæ, per quas in primi heredis perſona conditio impletur : dominij ratio, item perſonę demonſtratio prior cauſa tranſit *n* in omnem ſucceſſorem ad quem peruenerit ſtatuliber per dominij tranſlati continuationem. ſequens perſonæ dumtaxat eius, qui demonſtratus eſt, adhæret.

1 ¶ Imperator Antonius reſcripſit, *iuſſum rationes reddere & liberum eſſe*, ſi heres cauſabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. Quod reſcriptu ita accipi debet, vt, ſi reliqua non trahat, liber ſit: quòd ſi trahat, ita demum, ſi obtulerit eam quantitatem, quę refundi debuit, ex fide veritatis: non enim libertati *o* ſufficit heredem *p* in mora fuiſſe ſi non id fiat *q* per ſtatuliberum, quod, remota mora, libertati aditum daret. Quid enim, ſi ita manumiſſum, *Dama ſi in Hiſpaniam profectus anno proximo fructus coëgerit, liber eſto*. Romæ retineat heres, neque proficiſci patiatur: nunquid dicturi ſumus, ſtatim ante fructus coactos liberum fore? nam & cum Romę ſtipulatio concipitur ita, *Centum in Hiſpania dare ſpondes*? ineſſe *r* tempus ſtipulationi, quò poſſit in Hiſpaniam peruenire. nec ante iure agi placuit.

¶ Sed ſi heres, acceptis rationibus & reliquis computatis, donare ſe eas ſtatulibero non habenti quod inferat, proſcribat, aut etiam litteris ad eum miſſis palàm faciat *ſ*: conditio libertatis impleta videbitur.

¶ Quid ergo, ſi neget, ſe reliqua *t* traxiſſe, atque ideò, quia per heredem ſteterit vt accipiat rationes liberum factum *u* : heres autem, neque ſe feciſſe moram, & reliqua debere ſtatuliberum, contendat? apud eum qui de libertate cognoſcat, an conditio ſit impleta, conſtabit. cuius officio continebitur, de mora conſiderare. nec minùs computare rationes : &, ſi reliqua trahi compererit, non eſſe liberum, pronuntiare.

¶ Sed ſi nunquam negauit reliqua debere, cùm autem conueniret heredem ‖ & ‖ rationes offerre profeſſus ‖ ſit, ‖ refuſurum q: id quid in reliquis eſſe conſti-

a v.l.13.§.6.ſ. de pet.hered.
b alias, *Ant.* vel *Am*, ἀρχαϊκῶς pro *eam*. vt *l.83.ſ. de adqu.hered. Cuiac.2.obſer.7.& ad l.31.ȷ. de vſurpat. & 3.obſ.38.*
c Imò alienari non poteſt, *l.13.Cod. de teſt.manum.*
d *v.l.82 circa pr. ſuprà de cond. & demonſt.*
e Rationes reddere iuſſus & ab his redditis legatum accipere, cum primum pecuniam reliquorũ reddiderit legatum accipere poterit, *l.89.in fin. ȷ.de verb.ſign.*
f hinc colligere poſſumus vocem, *cum*, non facere conditionem, vide *l.13.§.3. ſuprà de manum teſt.*
g dicendum eſt ſcilicet.
h Rationum reddendarum conditione libertati pręposita, purè relicta libertas videtur ſeruo, qui nulla reliqua habuit : ſi pariator non reliquator apparuerit, *l.Iulius 81. ſupra de cond.& dem. l.4.C.de manum.teſt.*
i & ab altero, *Hal.*
k & alia parte emptori. *l.6.§.3. ſ.eod.*
l *l.25.ſ.eod. l.13. C. de teſt. manum.* dixi ad Vlpianum 2.§.3.
*
m *l.6.§.4. verſ. Sed & ſi.l.20.§.4. ſup.eod.*
n *v.l.8.§.fin.ſup. eodem.*
o id eſt, ad libertatem obtinendam.
p adde *l.40.§. pen.ȷ.eod.*
q id eſt, ſi non obſeruauerimus reliqua.
r *l.20.§.pe. in fin. ſ.eod.* adde *l 137. ȷ de verb obl.*
ſ *v.l 45.ſ.de cond. & dem.*
t Reliqua ſunt quæ rationibus ſubductis debita remanent: reliquari is dicitur apud quem remanent pecunię ſubductis rationibus. Reliqua habere, idem quod reliquari.
u ſe contendit ſcilicet.

terit, & eius pecuniæ reum *x* numerare paratum idoneum obtulit, & heres in mora fuit : ſententia pro libertate dicetur.

Si venditor ſtatuliberi peculium retinuerit.

35. *Idem* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

NOn videbitur per ſtatuliberum *b* [non *c*] ſtare, quo minùs conditio libertatis exiſtat, ſi de peculio *d* quod apud *e* venditorem *f* ſeruus habuit, pecuniam conditionis offerre non poſſit: ad *g* alienum enim peculium voluntas *h* defuncti porrigi non potuit.

¶ Idem erit, & ſi cum peculio ſeruus venierit : & venditor, fide *i* rupta, peculium retinuerit. quanquam enim ex empto ſit actio, tamen *k* apud emptorem peculium ſeruus non habuit.

De ſeruo cum libertate ſubſtituto.

36. *Idem* ‖ libro 2. Definitionum. ‖

IN * tabulis *l* ſecundis filio ſeruum data libertate ſubſtitutum, iure ſtatuliberi prudentes munierunt. quod vtilitas recipit: ſcilicet vt cum ſua cauſa alienaretur, ne patris teſtamentum puer filius reſcindat.

¶ Quę iuris auctoritas, † citra dilectum *m* ordinis ad ſecundum quoque, vel tertium ſubſtitutum porrecta eſt.

De legato vt manumittatur: & niſi manumittatur liber ſit.

37. *Gaius* ‖ libro ſingulari de Caſibus. ‖

SI ita ſcriptum ſit: *Stichum Titio do, vt eum manumittat: Si non manumiſerit n liber eſto*: ſtatim Stichum liberum eſſe.

De here de impediente conditionem impleri.

38. *Paulus* ‖ lib. 1. ad Neratium. ‖

NOn omne ab heredis perſona interueniens impedimentum ſtatulibero pro *o* expleta conditione cedit: ſed *p* id dumtaxat, quod impediendę libertatis factum eſt.

De ſtatulibero legato. 1. De conditione quando ſolutum ſatisfactumve erit. 2. De pecunia quam heres ſtatulibero ad negotiandum dedit. 3. De operis annorum ſeptem ſoluendis. 4. De morte eius cui dari debebat. 5. An extraneus pro ſeruo dari poßit.

39. *Iauolenus* ‖ lib. 4. ex Poſterioribus Labeonis.

STichum Attio do lego, & ſi is ei nummos centum dederit, liber eſto. ſi ſeruus ex teſtamento nummos Attio *q* dediſſet, eos repetere heredem non poſſe, Labeo exiſtimat: quia Attius eos à † ſeruo ſuo acceperit, non ab heredis ſeruo. Eum autem ſtatuliberum eſſe, Quintus Mucius, Gallus, & ipſe Labeo putant. Seruius, Ofilius, non *r* eſſe. Superiorem *ſ* ſententiam probo. ita tamen: vt is ſeruus heredis, non legatarij ſit: vtpote cùm legatum ſtatulibertate *t* tollatur.

1 ¶ *Stichus liber eſto quando æs alienum meum ſolutum, creditoribúſve meis ſatisfactum erit* quamuis heres locuples extitiſſet *u* : tamen non prius Stichum liberum futurum, quàm creditores pecuniam aut ſatis accepiſſent, alióve quo modo ſibi cauiſſent, Labeo, Ofilius reſponderunt.

2 ¶ Si heres ſeruo pecuniam ad *x* negotiandum dediſſet: ſtatuliberum, eam ipſam numerando, liberari ex teſtamento non poſſe Labeo, Trebatius reſponderunt. quia *y* reddere *z* eam magis quàm dare videretur. ego puto, ſi peculiares nummi fuerunt, ex teſtamento eum liberum futurum.

3 ¶ *Dama ſeruus cum heredi meo annorum (ſeptem) operas ſoluerit liber eſto*. & is ſeruus intra ſeptem annos *a* in iudicio publico eſſet, & ſeptimus annus præteriiſſet: Seruius ait eum non liberari debere : Labeo etſi *b* poſtea ſoluiſſet annorum ſeptem operas, liberum futurum. quod verum eſt.

4 ¶ *Si Stichus Attia mille nummos dederit, liber eſto*. Attia viuo teſtatore *c* deceſſit. non poſſe Stichum liberum eſſe, Labeo, Ofilius reſponderunt. Trebatius, ſi ante teſtamentum factum Attia deceſſiſſet, idem ſi poſtea, eum liberum futurum. Labeonis, & Ofilij ſententia rationem quidem habet. ſed hoc iure vtimur, vt is ſeruus ex teſtamento liber ſit.

5 ¶ Si ſeruus operas extraneo dare iuſſus eſſet, nullus *d*, nomine ſerui ſuas operas dando, liberare ſeruũ poteſt *e*. quod in pecunia aliter obſeruatur. vtpote

a v.l.5.ſ.
b Cui d[...] bertas da[...] ſub conditio[...] heredi dec[...] diſſet.
c hæc p[...] *Non*, non [...] Haloan. E[...] hic rectè. [...] ſignificatur[...] tuliberum [...] ſtare [...] conditio [...] tur.
d *l.3.§.8.*
e quid ſi a[...] ſtatorem [...] habuit? *v.l.* [...] *ſupra eod.*
f Statulibert[...] res poteſt [...] etiam ſine [...] *l.25.ſ.eod.*
g Statulibe[...] ditionem [...] ex alieno [...] implere non [...] poteſt quide[...] peculio qu[...] teſtatorem [...] *l.17.ſ.* [...] *11.ȷ.de* [...] *poſtliminio* [...] ex eo quod [...] heredem [...] que vend[...] Proinde [...] ex eo pecul[...] dare non [...] heredé ſtatu[...] debitur [...] decem [...] metſi dare [...] in peculi[...] habuit ap[...] dem, poteſt [...] pecuniá [...] & eam he[...] ſtatoris da[...]
h Senten[...] recepta, [...] liber de [...] quod apud [...] rem poſſit [...] conditione[...] plere, dub[...] voluntate de[...] tacita, *l.17.* [...] *eodem.*
i Fidem [...] qui ſtatulibe[...] cum peculio [...] dit, nec p[...] tradit; fides [...] hæc rupta [...] tur per a[...] bonæ fidei [...] *de dolo.*
k Minus eſt [...] re actionem [...] rem, *v.l.* [...] *reg.iur.*
l *l.2.§.* [...] *ſup eod. v.* [...] *de her.inſt.*
† definitio
m ita legi[...] *l.3.ȷ.ad l.* [...] *ieſt.l.4.§.10.* [...] *re milit.* non [...] *ctum*, vt legit [...]
loand. & hanc lectionem Feſtus confirmat. Dilectus, inquit, militum, & is qui ſignificatur amatus à legendo dicti ſunt, & ita non temerè recedendum eſt à Pandectarum Florentinarum ſcriptura, quarum editio felix iuris ſtudioſos docuit docuítque multa, Bart. ſimiliúmque interpretum traditiones adflixit maxima ex parte, *Cuiac.6.obſ.7.* ſententia quidem huius loci talis eſt: nihil referre quo gradu ſeruus cum libertate filio impuberi ſubſtituatur primo, ſecundo vel tertio, cùm vel ſibi vel filio impuberi plures gradus ſubſtitutionis facere poſſit, *l. 36.ſup.de vulgari.*
n *l.34.§.fin.ſup.de fideic.libert.* o id eſt, facit eum impleſſe conditionem.
p *l 3.in pr.§ 8.ſup.eod.l.28.§.1.ſup de fideic.libert.* q legatarie.
† id abrogatum *in fin.ȷ.eod.* r & malè. ſ Labeonis, Mucij, Galli.
t id eſt, cum conditio extiterit, ſic enim Græci interpretantur. ne interpreteris dationem libertatis. aliud eſt ſtatulibertas, aliud datio ſtatulibertatis. v.Cuiac. 9.obſ 17. u arg. *l.14.C.de nupt.* x *l.11 ſup.eod.*
y *v.l.44.ȷ de verb ſig.* z Reddendi ac dandi differentia.
a *l.4.in fin.ſuprà eod.* b *v.l 14 circa fin ſ.eod.*
c *l.20.§ 4. in pr.ſup eod.* d *l.13 in prin.ſup.de manum.teſt.*
e Cur? quæ in faciendo conſiſtunt generaliter per alium non poſſunt fieri, *l.31.ȷ.de ſolut.*

cum

cùm extraneus, pro eo ſeruo dando pecuniam, ſeruum liberaret.

De rationibus reddendis. 1. De peculio heredi verè dando. 2. De morte eius cui dari debebat. De rationibus reddendis.

40. *Scæuola* ‖ lib. 24. Digeſtorum. ‖

STicho libertas data eſt: *Ab hæredibus meis peto, fideique eorum committo, vt rationibus redditis Stichum manumittant.* quæſitum eſt cùm ampla pecunia exacta post mortem teſtatoris ſibi commiſſa reliquetur, & quaſdam ſummas à colonis *a* exactis *b* rationibus non intulerit, hæreditatémque *c* ſpoliauerit, apertis clàm horreis, ſublatiſque ſuppellectili & veſte, & apothecis exhauſtis: an non priùs ei fideicommiſſa libertas debeatur, quàm ea, quæ mala ratione reliquatus eſt, quæ furatus eſt, repoſuerit? Reſpondit, non *d* priùs *e* ei fideicommiſſam libertatem præſtandam, quàm & reliqua, & omnia quæ per eum abeſſent, reſtituiſſet.

1 ¶ *Pamphilus liber eſto, peculio ſuo hæredibus verè dato,* quæſitum eſt, cùm plus domino debeat, quàm in peculio habeat: & omnes res, quas in peculio habebat, bona fide hæredibus dederit: an libertas ex teſtamento competat? Reſpondit, nihil proponi, cur non competeret *f*.

2 ¶ Pamphilo liberto, quem hæredem ex parte inſtituerat, Stichum ſeruum prælegauerat, & ei libertatem his verbis dederat: *Ita vt, ſi tibi ex die mortis meæ per annos continuos quinque, menſtruos ſexagenos dederit, tunc eum manumittas.* Pamphilus ante quinquennium moriens, hæredibus inſtitutis filio & vxore, de eodem Sticho ita cauit: *Stichus ſeruus, qui mihi teſtamento patroni mei certa conditione relictus eſt, iubeo dets, præſtet filio & vxori meæ ſine g vlla controuerſia, & eum tempore peracto manumittant.* quæſitum eſt, (ſi) Stichus ſexagenos nummos menſtruos non præſtiterit, an impleto quinquennio fideicommiſſa libertas ei debeatur? Reſpondit, niſi *h* præſtitiſſet fideicommiſſa libertatem non deberi.

3 ¶ Seruus teſtamento ita manumiſſus eſt: *Stichus ſeruus meus actor ſi i rationem omnem actus ſui hæredi meo reddiderit, eóque nomine ſatisfecerit, liber eſto. eique cùm liber erit, dari volo viginti & peculium ſuum.* quæſitum eſt, an ſi rationes, quas egit per multos annos, ſine *k* ſubſcriptione *l* teſtatoris heredi reddere paratus ſit, liber ex teſtamento fiat: cùm propter grauem valetudinem teſtator non potuerit rationibus ſubſcribere, teſtamento tamen ſubſcripſerit? Reſpondit: ſi ex fide *m* ratio redderetur, reliquáque inferantur, liberum fore.

4 ¶ Item quæro: an ea, quæ exacta ſunt per adiutores *n* eius, neque calendario *o* illata ſunt, aut fraudulenter acta: huic *p* adſcribi poſſint: cùm eſſet is præpoſitus? Reſpondit: ſi id eſſet *q*, quod culpæ eius deberet imputari, ſpectare ad rationis reddendæ neceſſitatem.

5 ¶ Item quæro, an eorum quoque nomine ratio haberi debeat, quòd neque a conductoribus prædiorum neque à villicis penſiones exegerit, & inſuper etiam promutuum *r* eis dederit? Reſpondit, ſupra reſponſum eſt *ſ*.

6 ¶ Item quæro, an eo nomine teneatur, quòd omnem rem ſuam, id eſt peculium, exportauerit, antequam rationes redderet? Reſpondit, nihil eam rem impedire conditionem, ſi modò ratio redderetur.

7 ¶ Titius teſtamento ſeruos actores ſingulos diuerſis perſonis legauit cum adiectione, *Si rationes hæredi reddiderint* deinde proprio capite ita ſcripſit: *Omnes actores quos legaui, vel manumiſi ro, intra quartum menſem mortis meæ rationes reddere volo: & dominis quibus à me legati ſint, reddi.* ‖ infra ‖ deinde alios actores liberos eſſe iuſſit æquè cum hac adiectione; *Si rationes hæredi reddiderint.* quæro: cùm per hæredem fiat, quo minus reddantur: vtrùm ſtatuliberi eſſe deſinant: an nihilominus, quandoque poſſint, reddita ratione & reliquis illatis, libertatem ex teſtamento conſequi? Reſpondit: * legata quidem, & libertates non aliàs competere, quàm rationes reddite eſſent, aut *t* per hæredem ſtaret, quò minùs redderentur: verum iudicaturo æſtimandum, vtrum tempus conditioni legatorum libertatúmque additum videatur: [an *u* libero tempore reddere volentibus reliqua heredibus, quatuor menſes appoſiti ſint, ſollicito teſtatore cunctationem, & moram eorum *x* proſcribente] melius autem eſt, præſumptionem pro ſtatuliberis eſſe.

8 ¶ Argentarius coactor *y*, cùm penè totam fortunam in nominibus haberet, ſeruis actoribus libertatem ita dedit: *Quiſquis mihi hæres erit ſi Dama ſeruus meus actus ſui, qui agitur nomine eius & Pamphili conſerui ſui, hæredi meo rationes reddiderit, pariaque z fecerit à die mortis meæ intra menſem ſextum a, liber eſto:* quæſitum eſt, an hæc verba, *Pariaque fecit,* ad omnia nomina pertineant, exceptis perditis *a* vt hoc ſignificent, ſi omnem pecuniam ab omnibus exegerint, & hæredi ſoluerint, vel eo nomine ſatisfecerint: & ſi in exactione nominum ceſſauerint intra ſex menſes, libertas illis non competat? Reſpondit, manifeſtam eſſe conditionem verbis teſtamenti ſuprà ſcriptis, poſitam. igitur ita demum liberos fore, ſi aut ei pareant, aut *b* per hæredem ſtet, quò minùs pareant.

De conditione, ſi ſeruierit: vel ſi triennio operas dederit.
1. De promiſſione.

41. *Labeo* ‖ libro primo Pithanon à Paulo Epitomatorum. ‖

SI quem ſeruum tuum, ad certum *c* tempus ſtatuliberum relinquere vis: nihil intereſt, vtro modo caueas: *Si ſeruierit:* an, *Si triennio operas dederit, liber eſto.*

1. *Paulus:* Si quis liber eſſe iuſſus fuerit, ſi decem heredi promiſiſſet: quamquam ea promiſſio nullam rem *d* habitura eſt, tamen promittendo liberabitur.

De legato vxori, qui cum ea nupſiſſet, liber eſſe iuſſus eſt.

42. *Idem* ‖ lib. 3. Pithanon. ‖

SI quis eundem hominem vxori ſuæ legauerit, & cùm ea nupſiſſet, liberum *e* eſſe iuſſerit, & ea ‖ ex ‖ lege *f* nupſerit, liber fiet is homo.

QVI SINE MANVMISSIONE *g* AD libertatem perueniunt.

TIT. VIII.

De vendito vt manumittatur.

1. *Paulus* ‖ libro 5. ad Plautium. ‖

SI ſeruus venditus eſt *h*, *vt intra certum tempus manumitteretur*: etiam ſi ſine hærede deceſſiſſent, & venditor & emptor, ſeruo libertas competit. & hoc Diuus Marcus reſcripſit.

¶ Sed etſi mutauerit venditor voluntatem, nihilominus libertas competit *i*.

De habito pro derelicto.

2. *Modeſtinus* ‖ libro 6. Regularum. ‖

SEruo, quem pro derelicto *k* dominus ob grauem *l* infirmitatem habuit, ex edicto *m* Diui Claudij competit libertas.

De vendito vt manumittatur.

8. *Calliſtratus* ‖ lib. 3. de Cognitionibus. ‖

EVm, qui ita veniit *n*, *vt o intra tempus manumitteretur*, cum dies præſtandæ libertatis venerit, viuente venditore, & perſeuerante in eadem voluntate, perinde *p* haberi, ac ſi ab eo, à quo debuit manumitti, manumiſſus eſſet: mortuo autem venditore, non eſſe heredum eius voluntatem explorandam, Diuus Marcus cum filio ſuo reſcripſit.

4. *Vlpianus* ‖ libro 3. ad Sabinum. ‖

EI, qui hac lege emptus ſit, *vt à viuo emptore manumittatur.* ſtatim *q* mortuo eo competit libertas.

De nece domini detecta.

5. *Marcianus* ‖ libro 5. Regularum.

QVi *r*, ob necem detectam domini præmium libertatis conſequitur, fit orcinus *ſ* libertus.

De vendito vt manumittatur. 1. De lege venditionis, ne proſtituatur.

6. *Idem* ‖ lib. ſingulari ad formulam hypothecariam. ‖

SI quis obligatum *t* ſeruum hac lege emerit, *vt manumittat*: competit libertas ex conſtitutione Diui Marci, licèt bona omnia quis obligauerit *u* quæ habet habiturúſve eſſet.

1 ¶ Tantundem dicendum eſt, & ſi lege hac emerit *x*, *ne proſtituatur*, & proſtituerit.

7. *Paulus* ‖ lib. ſing. de libertatibus dandis. ‖

IMperator noſter cum patre ſuo conſtituit in eo, qui, cùm poſſit *y* abducere proſtitutam ancillam, pecunia accepta manus iniectionem vendidit, vt libera eſſet. nihil enim intereſſe, ipſe *z* abducas, & proſtituas, an *a* patiaris proſtitutam eſſe, pretio accepto, cùm poſſis eximere.

De donato vt poſt mortem donatarij ſit liber.

8. *Papinianus* ‖ lib. 9. Reſponſorum. ‖

a domini.
b exactas.
c *v. l. 4. §. 14. ff. de fideic. libert.*
d Imò, priùs: nec enim furti cauſa libertas eſt differenda 48. *Elog.* 8.
e Cur non priùs? vel ideo, quòd ſtatuliberi delinquentes vel contrahentes, eadem quæ cæteri ſerui ſuſtinent, 48. *Eclog.* 5. c. 23.
f Imò non competet libertas, *l.* 17. *in princ. ſup. eo.*
g *v. l. vlt. §. pen. ff. de cond. indeb.*
h Conditio ab honorato eſt implenda.
i Actores ſerui ea cõditione plerumque manumitti ſolebant, ſi actus ſui omnem rationem reddidiſſent, eóque nomine ſatisfeciſſent, *vi hic. & §. 7. ff. eod.*
k Subſcriptio teſtatoris non eſt neceſſaria ſeruo eius libero eſſe iuſſo, ſi rationes reddiderit. Ita reddidiſſe rationes, ſeruus videbitur etiamſi dominus eis non ſubſcripſerit.
l Subſcribẽs actum cui ſubſcribit probare intelligitur. *l. 1. §. 8. ff. de falſis.* modò per errorem non ſubſcripſerit, *l. 8. §. 15. ff. quibus modis pignus.* modò ſubſcriptio non fiat ab eo velut teſte, non vt principali. Aliud enim eſt actum aliquem ſua ipſius cauſa confirmare, & teſtimonij tantum dicendi ferendive cauſa velut teſtem ei intereſſe, *l. 34. §. 2. ſup. de leg. 2.*
m Ex fide rationes reddendæ.
n Adiutores ſeruis actoribus erant: idem adminiſtri, *Baſil.*
o Calendarium accepti & expenſi ratio.
p actori
q & ita diligentia requiritur, *v. l. 21. in princ. ff. eod.*
r Promutuum dare, Galli *aduancer.* promutuum Græcis πρόχρεια, *l. 15. §. 6. ſup. loc.*
ſ i. culpæ imputandũ eſſe. actor igitur cùm procuratoris vice fungatur, tenetur domini hæredibus ob penſiones colonorum & inquilinorum non exactas.
t *v. l. 20. §. 3. ff. eo.*
u Incluſa ſunt gloſſema Triboniani.
x hæredum, quæ ſæpe euenit, *l. 34. §. 1. ſup. eod.*
y De coactoribus argentariis aliàs dixi. z i. ſic computauerit hinc & inde, vt nihil debeat, *l. vlt. §. penult. ſup. de cond. indeb.*
a *l. 81. in princ. ſup. de cond. & demonſt.*

a Statuliber rationes reddere iuſſus, fit liber, ſi quædã vaſa perierint ſine culpa eius, modò quæ reliqua ſuperſunt reddat, *l. 32. ſup. de manumiſſ. teſt.*
b Paria ſunt conditioni ſatisfacere, aut per aduerſariũ ea in re impediri.
c puta ſeptem annorum, *l. 1. ff. eo.*
d i. obligationem, *v. l. vlt. in princ. ff. de lib. cauſa.*
e vide *l. 10. §. 1. ff. de manum. teſt. l. 96. in fi. ff. de cond. & demonſtr.*
f Iulia Miſcella, v. in hunc locum Cuiacium *ad Nou.* 22. c. 43. vbi dixi.
g Pro præmio ſcilicet 7. C. 13. πέρι τῶν ἐλευθερουμένων ἐξ αἰτίων εὐλόγων, καὶ τῶν λαμβανόντων τὴν ἐλευθερίαν ὡς ἀντιμισθίαν καὶ ἔπαθλον. 48. *Eclog.* 2. c. 7.
h Venditus vt intra certũ tẽpus manumitteretur, mortuo venditore. ſine eius facto liber eſt: conſtitutione D. Marci, *vt hic & l. 3. ff. eo.* Imò liber eſt, etiam ſi venditor intra id tempus mutet voluntatem. *vt hic,* multò magis ſi perſeueret in eadem voluntate. ita accipio *l. 3. ff. eod.* Quid ſi venditor deceſſerit relictis hæredibus? etiamſi tempus manumittendi adiectum nondum præterierit, heredum venditoris ea parte voluntas non exploratur: vel ſine eorum facto liber eſſe poterit, *d. l. 3. in fin.* Quid ſi non venditus, ſed donatus vt intra certum tempus manumitteretur & donatarius mortuus ſit? Diui Marci conſtitutio, de qua ſupra dictum eſt, ad donatum ita ſeruum extenditur, *l. 8. inf. eod.*
i Imò, non competit: cùm liber antea non videatur quàm venditor in ea voluntate durauerit, *l. 3. ſup. de ſeruis exportand.*
k Is προϊόντος vel ἀπροϊόντος dicitur 48. *Eclog.* 2. 1.
l Harmenop. vlt. l *leg. vnic. §. 3. C. de Latina libert.* vide Nouell. 153. *in princ.* vide *l. 2. C. de bonis libert.*
m de quo vide Suidam *in Claudio: leg. vnic. §. 3. C. de Latina lib.*
n vide quæ ſcripſi ad *l. 8. ff. eo. & ad l. 1. ff. eo. vbi hanc legem expoſui.*
o *l. 8. §. fi. ff. de iure patr. l. 2. C. ſi mancip. ita venier.*
p Seruus venditus ea lege vt intra certum tempus ab emptore manumitteretur, emptore intra conſtitutum tempus non manumittente, ipſo iure liber eſt: & ipſum emptorem patronum habet. Ita patronus eſt interdum etiam, is qui non manumiſit, quod penè incredibile *l. 38. §. 1. ff. de liberali cauſa.*
q *l. 10. in princ. ff. de ſtatulib.* r *v. l. 4. ff. de bon. libert. l. 3. §. 4. ff. de ſuis.*
ſ ὀρκῖνος. 48. *Ecleg.* 2. c. 5. t per venditorem alij.
u id eſt licet generaliter ſit obligatus. vide *l. 29. ff. tit. prox. l. 3. C. de ſeru. pign. dato.* x *l. 1. in princ. C. ſi mancip. ita venierit, vt non proſtituat. l. vn. §. 10. C. de Latina libertate tollend.*
y poſſet. *Hal.* z venditor ſcil.
a *d. l. 1. verſic. quòd ſi eum patientiam, C. ſi mancip. ita venier. vt non proſtituat.*

Mancipia mater filiæ *a* donauerat, *vt filia curaret b ea poſt c mortem ſuam eſſe libera.* cùm donationis legi non eſſet obtemperatum, ex ſententia *d* conſtitutionis *e* Diui Marci, libertates obtingere, matre conſentiente, reſpondi. quòd ſi ante filiam mater vita deceſſit, omnimodò.

De vendito vt manumittatur.

9. *Paulus* ‖ libro 5. Quæſtionum. ‖

Latinus Largus vendidit ancillam ita, *vt manumitteretur*, non addito tempore quæro, quando ex conſtitutione incipit ei libertas competere, ceſſante emptore in manumittendo? Reſpondi: Inſpiciendum eſt, quid actum ſit: vtrum, cùm *f* primùm potuiſſet, vt manumitteret; an vt ‖ in ‖ poteſtate eſſet emptoris, quando vellet manumittere. Priore caſu facilè tempus deprehendi poterit. poſteriore vtique moriente *g* emptore competit libertas. Si non appareat quid conuenerit, fauor priorem inducet opinionem: id eſt, vt intra duos menſes, ſi ambo præſtò ſunt, tam ſeruus, quàm emptor eius. ſeruo enim abſente, niſi emptor intra quatuor menſes impoſuerit libertatem ex conſtitutionibus ad libertatem eripitur.

QVI, ET A QVIBVS MANVMISSI liberi non fiunt *h* ‖ & ‖ ad legem Æliam Sentiam. *i.*

TIT. IX.

De ſurdo.

1. *Vlpianus* ‖ libro 1. ad Sabinum. ‖

Celsvs libro duodecimo Digeſtorum vtilitatis *k* gratia motus *l*, ſurdum ita natum manumittere *m* poſſe ait.

De relegato.

2. *Idem* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

Seruo competere libertas non poteſt, ſi relegatus *n* moratus ſit in vrbe.

De optione legata & de legato generali.

3. *Gaius* ‖ libro ſecundo de legatis ad Edictum vrbicum *o*. ‖

Si optio hominis data ſit, vel indiſtinctè homo legatus ſit: non poteſt hæres, quoſdam ſeruos vel omnes manumittendo, aut euertere, aut minuere *p* ius electionis. nã, optione ſiue electione ſerui data, quodammodo ſinguli ſub conditione legati videntur.

De ſeruo pignorato.

4. *Vlpianus* ‖ lib. 3. Diſputationum. ‖

Seruum pignori datum manumittere *q* non poſſumus.

De hereditate non ſoluendo & herede locuplete. 1. De conditione ſi creditoribus ſolidum ſolutum fuerit. 2. De ſeruo qui in obligatione eſt, vel extra obligationem.

5. *Iulianus* ‖ lib. 64. Digeſtorum. ‖

Cvm *r* hereditas ſoluendo non eſt, quamuis heres *ſ* locuples exiſtat, libertas ex teſtamento (non) competit.

1 ¶ Si ‖ autem ‖ is, qui ſoluendo non eſt, hoc *t* modo libertatem dederit, *Si creditoribus meis ſolidum ſolutum fuerit, Stichus liber eſto*: non poteſt videri fraudandorum creditorum liberos eſſe iuſſiſſe.

2 ¶ Si Titius nihil ampliùs in bonis quàm Stichum & Pamphilum habeat, eóſque ſtipulanti Mæuio ita promiſerit, *Stichum aut Pamphilum dare ſpondes?* deinde, cùm alium creditorem non haberet, Stichum manumiſerit: libertas per legem Æliam Sentiam *u* reſcinditur quamuis enim fuit in poteſtate Titij vt Pamphilum daret: tamen, quamdiu eum non dederit, quia interim mori poſsit, non ſine fraude ſtipulatoris Stichum manumiſit. Quod ſi ſolùm Pamphilum dari promiſiſſet, non dubitarem, quin Stichus ad libertatem perueniret, quamuis ſimiliter Pamphilus mori poſsit.* multum enim intereſt contineatur ipſa ſtipulatione is, qui manumittitur, an extra obligationem ſit. Nam & qui ob aureos quinque Stichum & Pamphilum pignori dederit, cum vterque eorum quinum aureorum ſit, *x* ſeiunctim manumitti poteſt. at ſi Stichum ſolum pignori dederit, Pamphilum non videtur in fraudem creditoris manumittere.

6. *Scæuola* ‖ lib. 16. Quæſtionum.

Iulianus de eo loquitur, qui in ſubſtantia *b* nihil aliud habeat. nam ſi habeat, quare non dicetur, vnũ poſſe manumitti? quia & vno mortuo, ſoluendo eſt *c*: & vno manumiſſo, ſoluendo eſt: nec aduentitij *d* caſus computandi *e* ſint. alioqvin & qui vnum, & certum ex ſeruis ſuis promiſit, neminem manumittet.

Quo tempore conſilium fraudulentum obſeruatur. 1. De minore viginti annis.

7. *Iulianus* ‖ lib. 2. ad Vrſeium Ferocem. ‖

Si quis integris facultatibus codicillos confirmauit, deinde, cùm conſilium creditorum fraudandorum cepiſſet, libertates codicillis dederit: obtineri non poteſt, quo minùs lege libertates interpellarētur. nam conſilium teſtatoris fraudulentum non *f* eo tempore obſeruatur, quo codicilli confirmantur, ſed quod *g* libertas codicillis datur.

1 ¶ Minor annis viginti, cùm ſeruum manumittere vellet, nec iuſtam cauſam ad conſilium manumittendi haberet, tibi eum *h* vt manumitteres, dedit. negauit eum Proculus liberum eſſe: quoniam fraus *i* legi facta eſſet.

De eo qui ſub conditione debet. 1. De militari teſtamento.

8. *Africanus* ‖ lib. 3. *k* Quæſtionum.

Cvm is qui ſub *l* conditione debet, manumittat fideicommiſſi *m* cauſa, lex Ælia *n* Sentia locum habet *o*.

1 ¶ Si miles *p*, iure militari teſtamento facto, libertates dederit in fraudem creditorum, & non ſoluendo moriatur, impediuntur libertates.

De manumiſsione coacta. 1. De eo quem dominus in capitali crimine non defendit. 2. De prohibitis manumitti.

9. *Marcianus* ‖ libro 1. Inſtitutionum. ‖

Ille ſeruus liber non erit, qui *q* coëgerit, vt eum dominus manumittat, & ille perterritus ſcripſit liberum eum eſſe.

1 ¶ Item nec ille liber fieri poteſt, qui à domino *r* non eſt defenſus in capitali crimine, poſteáque abſolutus eſt.

2 ¶ Qui hac lege venierint *ſ ne manumittantur*, vel qui teſtamento prohibiti ſint manumitti, vel iuſſu præſidis prouinciæ, licèt manumittantur, tamen ad libertatem non perueniunt.

Quid ſit in fraudem creditorum manumittere.

10. *Gaius* ‖ libro primo Rerum cotidianarum ſiue aureorum. ‖

In fraudem *t* creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, ſoluendo non eſt, vel datis libertatibus deſiturus eſt ſoluendo *u* eſſe. ſæpe enim de facultatibus ſuis ampliùs quàm in his eſt ſperant homines. quod frequenter accidit his, qui tranſmarinas negotiationes, & aliis regionibus, quàm in quibus ipſi morantur, per ſeruos atque libertos exercent. quòd ſæpè adtriti iſtis negotiationibus, longo tempore id ignorant *x*, & manumittendo ſine fraudis conſilio indulgent ſeruis ſuis libertatem.

De debitore ciuitatis. 1. Vel fiſci.

11. *Marcianus* ‖ libro 13. Inſtitutionum. ‖

In fraudem *y* ciuitatium manumiſſi *z*, ad libertatem non veniunt, vt ſenatus cenſuit.

1 ¶ Sed nec in fraudem fiſci datas libertates procedere principalibus conſtitutionibus cauetur. Sed Diui fratres reſcripſerunt. Non vtique, ſi debitor fiſci manumiſerit, libertates impediuntur. ſed *a* ita, ſi cùm non erat ſoluendo, in fraudem manumiſit.

De mancipiis per manumiſſionem quæſtioni non ſubducendis.

12. *Vlpianus* ‖ libro 5. de Adulteriis. ‖

Proſpexit legiſlator, ne mancipia per manumiſſionem *b* quæſtioni ſubducantur. idcircóque prohibuit ea manumitti certúmque diem *c* præſtituit, intra quem manumittere non liceat.

1 ¶ Ipſa igitur, quæ diuertit, omnes omnimodo ſeruos ſuos manumittere vel alienare prohibetur: quia ita verba faciunt, *vt † ne eum quidem ſeruum, qui extra miniſteriũ eius mulieris fuit, vel in agro, vel in prouincia poſſit manumittere, vel alienare.* quod quidem perquàm *d* durum eſt. ſed *e* ita lex *f* ſcripta eſt.

a *l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alien.*
b curandi verbum non facit fideicommiſſum: non fidem implorat, ſed diligentiam aliquam tantum, *l. 26. §. 1. ſ. quando dies legat.*
c Fideicommiſſum non relinquitur à donatario inter viuos, *l. cum quis 37. §. pater 3. de legat.* 3. Ita hæc verba donationi conditionem ſiue modum potius imponunt, non fideicommiſſum conſtituunt.
d non ex verbis. hoc igitur initio non obtinuit, ſed inualuit, authore Papiniano qui id introduxit. Conſtat enim, Papinianum poſſediſſ palmam iuriſprudentiæ, & multa adinueniſſe noua, & miru*m* in modum amplificaſſe ius ciuile.
e Quid, quæ fuit cõſtitutio D. Marci? pertinuit ad ſeruos venditos, *l. 1. & l. 3. ſuprà eo.* Hic extenditur ad donatos: hac ſententia: In donatis ſeruis ea lege, vt manumitterentur, exigi omnimodo manumiſſionem donatoris: vt exigitur in ſeruis eadem lege venditis. Similis eſt extenſio *in l. 1. C. ſi mancipium.*
f *l. 4. C. ſi mancipium ita fuerit.*
g *l. 4. ſup. locati.*
h manumitti non poſſunt ſc. 7. C. 12. alias qui manumittere non poſſunt. 7. C. 11. *Inſt. 6.*
i lex Ælia Sentia vetat manumitti in fraudem creditorũ 7. C. 11. 38. Ec og. 3. huc refert Vlpianum 1. §. 8. 11. 15. & 16.
k Nam aliud olim fuit: quippe olim mutus, ſurdus vindicta ſeruum manumittere ideo nõ poterat (licet inter amicos vel per epiſtolam poſſet manumittere: licet quoque vt ad iuſtã libertatem peruenire poſſet, conditione venditionis excipere poterat. *Paul. 4. ſent. 12. §.* 2. adde *leg. ſeruus furioſi* 13. §. *de manumiſſ. l. diſcretis,* 10. *C qui teſtam.*) quod ſolennia verba, quæ in manumiſſione interuenire ſolent aut effari aut exaudire non poſſet ſed cum ea verborum ſolennitas omitti ſoleat *l. manum. 23. ſ. de manum. vind.* & publicæ vtilitatis ratio hoc ſuadeat, poterit & hodie vindicta manumittere ſurdum ita natum *vt hic.* l mutum ſurdum. *Haloander. vide ad hunc locum Paul. 4. ſent. 12. §. 2.*
m mò nullo modo poteſt manumittere *l. . o. C de teſtam. fac. poſſ.* n facto puta, quia iudex ita voluit: aliàs iure non ita punitur ſeruus *l. 12. §. vltimo.] de accuſationibus.* o Edictum vrbicum eſt edictum Prætoris vrbani.
p *leg. 1. ſup. de pri. leg.*
q *l. 27. §. vltim.] eod.*
r *Synopſis Baſilic. 8. titul. 3. & 7. capit. 4.*
ſ *l. 18. in princ.]. eo. leg. 57. in princ. ſ. de manum. teſt. leg. 5. C. de teſtam. manumiſſ.*
t *l. 5. circa fin. ſup. de manum. teſt.*
u *vide l. 29. in princip. 10. & inf. eodem.*

a & ita debitor locuples, *l. 3. ſ. de manumiſſ.*
b i. qui nihil aliud in bonis habet niſi ſolos ſeruos.
c Manumiſſio ſimilis eſt morti quoad ſerui dominio ſubtrahendo. *l. 1. §. 1. ſup. quando actio de peculio. l. 92.]. de ſol. l. in prin.]. de fun.*
d ἄχρι τοῖς ... συμβαίνει ... ἡμᾶς. *v. Cuiac. ad Afric. pag. 11.*
e vt nec vanus mor. *l. 13. inf. de re iudicata.*
f *l. 10. ſup. de manum. vin.*
g *al. quo.*
h *v. l. 4. ſup. de ſeru. export.*
i *v. l. 29. ſup. de legibus.*
k *v. Cuiac. in leg. 3. ad Afr.*
l *l. 27. in prin.*
m fraudandorum creditorum causa ſic enim legitur *l. 16. §. 2.]. ... ſ. de hered. inſt. l. 10. §. 1.] quæ in fraud. cred. C. ... 31.* id etiam confirmat textus Baſil. ... ἀλλ᾽ ὑπὸ ... δεῖ πρὸς ... φλῶν τῶν ... ἐλευθερ... τό κατά ... ita habet ... αἱρετικῶς ... δανειστάς ... πλεῖστ... τῶν δύναται ... θεραπ... *Cuiac. ad Afr. pag. 31.*
n *l. 27.]. eod.*
o locum non habet. *vulgat.*
p Miles in fraudem creditorum ſeruos manumittere non poteſt, *l. 15. ſup. de teſtam. militis.*
q *l. 17. in pr.]. ...* adde *l. 3. C. qui manumitti non poſſunt.*
r *l. 13. ſup. de ... hom. l. 9.]. de publicis iudiciis.*
ſ *v. l. 9. ſ. de manumiſſ.*
t *l. 16. §. 2. ... Inſt. quib. manum. non licet. in prin.*
u præualuit tamen non impedire libertatem, niſi animo fraudandi habe... rit §. 3. *vers. præualuiſſe, Inſt. quibus manum. non licet.*
x vide quæ notaui ad *l. 15. Cod. de reſc.*

y *l. 45. in princ. inf. de iure fiſci.* z debitore ciuitatis. a *l. 2. C. de ſeruo pignori.*
b *l. 8. in fine ſupra de manum. l. 3. C. de adulteriis.*
c *ſub. ſexaginta dierum, dict. l. 3.* † Id immutatum *l. 32. C. ad l. gem Iuliam de adulteriis.*
d *l. 1. §. 30. ſup. de Sillan. l. 65. §. 2. ſ. ad SC. Trebell.*
e Clementiores lege iudices eſſe non oportet, *Novell. 82 cap. 10. vide tamen Socinum reg.* 30 adde elegans exemplum ex Harmen 1. *tit. §. 29 & 30.*
f quid iuris? an ideo iudici id ſequendum, quia ſcriptum? An potius æquitas ſtricto iuri præferenda? Dic: Iudici reſcriptum, licet prædurum, ſequendum eſſe; talem duritiem à ſolo principe (id ſibi etiam vindicant hodie apud Gallos Parlamenta præ cæteris iudicibus inferioribus à quibus ad ipſam curiam appellatur) molliendam. in non ſcriptis, iudex æquitatem rigori præferre debet, nam vt ſcribit Ariſtoteles, æquitas nihil aliud eſt, quàm ſupplementum eius quod lex prætermiſit. τοῦ γεγραμμένου νόμου ἔλλειμμα. v. Cuiac. 2. Fendor. 1.

2 ¶ Sed

2 ¶ Sed etſi poſt diuortium ſeruum mulier parauit, aut alia ratione adquiſiit; æquè (quod ad verba attinet) manumittere non poterit. & ita Sextus quoque Cæcilius adnotat.

3 ¶ Pater verò, in cuius poteſtate filia fuerit, ea tantùm mancipia prohibetur manumittere alienareve, quæ in vſu filiæ fuerunt tributa.

4 ¶ Matrem quoque prohibait manumittere alienaréve ea mancipia, quæ in miniſterium filiæ conceſſerat.

5 ¶ Sed & auum & auiam prohibuit *a* manumittere, cùm horum quoque mancipia quæſtione *b* poſtulari poſſe, lex voluerit.

6 ¶ Sextus Cæcilius rectè ait, anguſtiſſimum *c* tempus legem præſtituiſſe alienandis manumittendíſve ſeruis. Finge (inquit) ream adulterij intra ſexagenſimum diem poſtulatam *d*. quæ cognitio tam facilè expediri potuit adulterij, vt intra ſexagenſimum diem finiatur? & tamen licere mulieri quamuis poſtulatæ adulterij, ſeruum ſuſpectum *e* in adulterio, vel quæſtioni neceſſarium, quod ad verba legis attinet, manumittere. Sanè in hunc caſum ſubueniendum eſt, vt deſtinati ſerui quaſi conſcij vel quaſi nocentes, non debeant *f* manumitti ante finitam cognitionem.

7 ¶ Pater mulieris, vel mater, ſi intra ſexagenſimum diem *g* decedant, ex his ſeruis, quos in miniſterium filiæ dederint, neque manumittere, neque alienare poterunt.

13. *Paulus* lib. 3. de Adulteriis.

QVòd ſi *h* intra diem ſexagenſimum manumiſerit, erit ſeruus ſtatuliber *i*.

14. *Vlpianus* ‖ lib. 4. de Adulteriis. ‖

SEd ſi maritus † intra ſexagenſimum diem deceſſerit, an manumittere, vel alienare iam poſſit ſupraſcriptas perſonas, videamus. & non puto poſſe: quamuis accuſatore mulier deficiatur marito: cùm pater accuſare *k* poſſit.

1 ¶ Et ſimpliciter quidem lex mulierem prohibuit intra ſexagenſimum diem diuortij manumittere.

2 ¶ Siue autem diuertit, ſiue repudio dimiſſa ſit, manumiſſio impedietur.

3 ¶ Sed ſi morte mariti ſolutum ſit matrimonium, vel aliqua *l* pœna eius manumiſſio non impedietur.

4 ¶ Sed etſi *bonâ in gratiâ* finierit matrimonium, dicetur, manumiſſionem vel alienationem non impediri.

5 ¶ Sed & ſi conſtante matrimonio mulier, dum *m* diuortium *o* cogitat, manumittat vel alienet, & ‖ hoc ‖ dilucidis *p* probationibus fuerit approbatum: quaſi in fraudem legis hoc factum ſit: non debet alienatio valere, vel manumiſſio.

6 ¶ Alienationem omnem *q* omnino accipere debemus.

Si pater filio permiſerit manumittere.

15. *Paulus* ‖ lib. 1. ad legem Iuliam. ‖

QVæſitum eſt, an is qui maieſtatis *r* crimine reus factus ſit, manumittere *ſ* poſſit, quoniam *t* ante damnationem dominus eſt? Et Imperator Antoninus Calphurnio Critoni reſcripſit, ex eo tempore, quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem iam de pœna ſua certus eſſe poterat, multo prius conſcientia delictorum, quàm damnatione ius datæ libertatis eum amiſiſſe.

1 ¶ Iulianus ait: ſi poſteaquàm filio permiſit pater manumittere, filius *u* ignorans patrem deceſſiſſe, manumiſit vindicta, non fieri eum liberum: ſed etſi viuit pater, & voluntas *x* mutata erit; non videri volente patre filium manumiſiſſe.

De minore xx. annis. 2. De manumiſſione in fraudem creditorum, qui dicuntur creditores. 3. De Debitore fiſci. 4. De debitore conditionali. 5. Si voluntate patris filius manumiſerit.

16. *Idem* ‖ lib. 3. ad legem Æliam Sentiam.

SI, cùm fideicommiſſa libertas debeatur, minor viginti annis ſeruum vendat, vt manumittatur, vel quia hac lege emerat: non impedietur alienatio.

1 ¶ Si partem, quam in communi ſeruo habet minor viginti annis, manumittendi cauſa tradat, nihil aget. Sed ſi, cùm ipſe cauſam probare poſſet, tradiderit: nulla fraus intellegetur.

2 ¶ Ne quis *y* creditorum fraudandorum cauſa ſeruum manumittat, hac lege cauetur. * Creditores autem appellantur, quibus *z* quacunque ex cauſa actio cum fraudatore competat.

3 ¶ Ariſto reſpondit, à debitore fiſci, qui ſoluendo non erat, manumiſſum, ita reuocari in ſeruitutem debere, ſi non diu in libertate fuiſſet, id eſt, non minus decennio *a*. planè ea quæ in fraudem fiſci in *b* ſinus eius collata ſunt, reuocanda.

4 ¶ Si ſub conditione alicui pecunia debeatur: quaſi ſtatuliber erit, à debitore manumiſſus: vt *c* pendeat libertas ex conditione.

5 ¶ Si voluntate patris filius manumiſerit, ſiue pater, ſiue filius ſciat ſoluendo patrem non eſſe: libertas impedietur *d*.

De manumiſſione coacta. 1. Si mentitus dominus ne à magiſtratibus caſtigaretur, dixit eſſe liberum. 2. De prohibitis manumitti intra certa tempora.

17. *Idem* ‖ libro ſingulari de Libertatibus. ‖

SI priuatus coactus à *a* populo *b* manumiſerit, quamuis voluntatem accommodauerit, tamen non erit liber. nam & Diuus Marcus *c* prohibuit, ex adclamatione populi manumittere.

1 ¶ Item non fit liber, ſi *d* mentitus dominus, ne à magiſtratibus *e* caſtigaretur, dixit eſſe liberum, ſi non fuit voluntas manumittendi.

2 ¶ In his quos *f* intra certa tempora non licet manumittere, ſi teſtamento acceperint libertatem, non teſtamenti facti, ſed competentis *g* libertatis tempus inſpiciendum eſt.

De hereditate aucta, vel diminuta. 1. Si ſeruus iuſſus ſit heredi dare tantum quanti eſt, & liber eſſe.

18. *Idem* ‖ lib. 16. ad Plautium. ‖

SI mortis tempore *h* ſoluendo ſit hereditas, ſi tamen (cùm) aditur, deſierit eſſe ſoluendo, libertas à teſtatore in fraudem creditorum relicta, non competet. nam ſicut *i* aucta hæreditas prodeſt libertatibus, ita nocet diminuta.

1 ¶ Si is cui libertas relicta eſt, iuſſus ſit hæredi dare tantum quanti eſt, & liber eſſe. videamus, an adhuc fraus ſit creditorum, quia heres mortis cauſa accepturus eſt, an verò, ſi alius pro eo, vel ipſe non de peculio det, nulla ſit fraus? ſed ſi hæres locuples *k* non proficit ad libertatem: nec qui dat pecuniam, prodeſſe poteſt.

Si is qui manumiſit poſtea ſeruus pronuntietur.

19. *Modeſtinus* lib. 1. Regularum.

NVlla competit libertas data ab eo *l*, qui poſtea ſeruus ipſe pronuntiatus eſt.

De ſeruo alieno manumiſſo.

20. *Idem* ‖ libro ſingulari de enucleatis caſibus. ‖

SI ſeruo *m* alieno libertas, non conſentiente domino, data eſt, valere ex auctoritate iuris non poteſt: quamuis poſtea manumiſſor domino hæres extitit. nam licet eius, iure cognationis, qui manumiſit, hæres extitit: non ideo aditione hæreditatis libertatis datio confirmatur.

De manumiſſione matrimonij cauſa.

21. *Idem* ‖ lib. 1. Pandectarum. ‖

MAtrimonij cauſa manumitti ancilla à nullo alio *n* poteſt, quàm *o* qui eam vxorem ducturus eſt. ¶ Quòd ſi alter manumiſerit matrimonij cauſa, alter eam vxorem ducat: non erit libera. Adeò vt nec, ſi intra ſex quidem menſes eam repudiatam poſtea manumiſſor vxorem duxerit, liberam eam fieri Iulianus reſponderit, quaſi de his nuptiis ſenatus ſenſerit, quæ poſt manumiſſionem, nullis allis interpoſitis, ſecutæ fuerunt.

De curatore furioſi.

22. *Pomponius* ‖ lib. 25. ad Quintum Mucium. ‖

CVrator *p* furioſi ſeruum eius manumittere non poteſt.

De ſeruo benemerito.

23. *Idem* ‖ lib. 4. ex variis lectionibus. ‖

SEmper in fraudem creditorum libertas datur ab eo, qui *q* ſciret ſe ſoluendo non eſſe: quamuis *r* bene dediſſet merenti hoc.

De pluribus manumiſſis ab eo, qui habet creditores.

24. *Terentius* ‖ Clemens lib. 9. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI quis habens creditores, plures manumiſerit, non omnium libertas impedietur: ſed qui primi *ſ* ſunt, liberi erunt, donec creditoribus ſuum ſoluatur quam rationem Iulianus ſolet dicere: velut, duobus manumiſſis, ſi vnius libertate fraudentur: non vtriuſque, ſed alterutrius impediri libertatem: & plerumque poſtea ſcripti *t*, niſi ſi quando maioris pretij ſit is, qui antè nominatus ſit: nec ſufficiat, poſteriorem retrahi in ſeruitutem: prior autem ſufficiat. nam hoc ſequenti *u* loco ſcriptum, ſolum ad libertatem peruenturum.

De prioribus & nouis creditoribus.

25. *Papinianus* ‖ lib. 5. Reſponſorum. ‖

IN fraudem creditorum teſtamento datæ libertates, prioribus creditoribus dimiſſis, propter nouos creditores irritæ *x* ſunt.

De ſeruo pignerato.

+ 26. *Scæuola* ‖ lib. 4. Reſponſorum. ‖

PIgnori obligatum ſeruum debitoris hæres manumiſit. quæſitum eſt, an liber eſſet. reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, ſi pecunia etiam nunc deberetur, non eſſe manumiſſione liberum factum. *Paulus*: Soluta *y* ergo pecunia, ex illa *z* voluntate liber fit.

a Lex Iulia de adulteriis ſcil.
b de adulteriis, *Græci*, vel legendum eſt in quæſtionem.
c duorum menſium: aut, quod eſt tantundem ſexaginta dierum, *ver. finge*, ſ. *eod.*
d *v. l. 13. inf. eod.*
e *l. vn. C. de mulieribus quæ ſe proprijs ſeruis.*
f *v. Inſt. de hered. inſt. in princ.*
g *l. vlt. circa fin. C. de adult.*
h *l. 12. §. 6. ſ. eod.*
i ſtatim liber. vulg. *Hal.* aliud eſt ſtatuliber, & ſtatim liber. Statuliberi non ſtatim liberi ſunt, ſed ex die tantum vel cõditione. *Cuiac. tit.*
† qui propter adulterium vxoris ab ea diuertit.
k *l. 14. C. qui accuſare non poſſunt.*
l *l. 1. C. de repud.*
m *Nou. 22. c. 4.*
n An alienatio facta ante delictum valet, v. quæ not. ad *l. 15. ſ. de don.*
o vel vt crimini ſubtrahatur, *l. 4. in fin. ſ. de manum.*
p Dilucidè probatur alienatio fraudulenter eſſe facta antè delictum, ſi omniũ bonorum, ſi perſonæ coniunctæ, ſi clam, ſi paulò ante delictum, ſi denique ita facta ſit rei alienatio, vt poſſeſſio remaneat penes donantem, adde *l. 15. ſuprà de donat.*
q *v. l. vlt. in pr. C. de reb. alien. non alienand.* adde *Nouel. 71.*
r perduellionis, *l. 31. in fin. ſ. de don.*
ſ *l. 8. §. 1. ſ. de manumiſſ.*
t Dominium rerum ſuarum nemo amittit ſola accuſatione criminis maieſtatis, ſed ſententia ſola, & dãnatione; ſua tamen alienare non poteſt ex quo tẽpore de crimine maieſtatis cogitauit & de ſua pœna certus eſſe potuit.
u *l. 4. circa prin. ſ. de manum. vind.*
x voluntas eius mutata. *vulgat.*
y *v. l. 10. in pr. ſup. eod.*
z *v. l. 27. § pen. ſ. eod.*
a aliàs, *dies* biennium ſignificat, *l. 50. ſup. locati.*
b v. Petrum Fabrum 1. *ſemeſtr.* 22.
c *l. in fin. ſup. de ſtatuliberis.*
d De magiſtratu æquè id exploratũ non fuit ante orationem Diui Marci. *l. 3. C. qui manumitti non poſſunt.*

a *v. l. 9. in princ. ſup. eod.*
b *v. l. 12. C. de pœnis.*
c *d. l. 3.* & Hadrianus roganti populo vt quendam ἀφ-μελ[illegible] manumitteret, per tabellam reſpondit, à ſe peti id non debere. Aliàs Suetonius *in Tiberio*, c. 47. refert Auguſtum in ſpectaculo coactum Actium Comœdum manumittere, *v. Cuiac.* 12. *obſ.* 22.
d *v. l. 24. §. 9. ſ. de fideicom. lib.*
e municipalibus quibus id licebat. municipales enim magiſtratus, ſeu duumviri, in ſeruos caſtigationem habuere *v. l. 12. ſ. de iuriſd.* & adde quæ ſcripſi ad *l. 26. ſ. ad municip.*
f *l. 12. ſup. de manumiſſ.*
g *v. l. vn. §. 6. C. de caducis.*
h *v. l. 5. in princ. ſup. eod.*
i *l. 57. §. 1. ſup. de manum. teſt.*
k *l. 5. ſ. eod. l. 39. §. 1. ſ. de ſtatulib.*
l *v. l. 1. C. ne de ſtatu defuncti.*
m *l. 4. in fin. l. 5. C. de his qui à non dominis manum. l. 2. C. de mancipijs & colon.*
n minore ſcil. *l. 3. § fin. ſ. de manumiſſ. vind. §. 5. Inſt. quibus manumitt. non licet.*
o quàm qui eam manumiſſam ducere poteſt, *Græci.*
p *v. l. 13. ſup. de manumiſſ.*
q *l. 54 in fin. ſ. de manumiſſ. l. 4. §. 19. ver. Si quis autem. ſ. de fideic. l. 15. l. 23. in fin. ſ. quæ in frau. cred. §. 3. Inſtit. ex quib. cauſ. manumit. non licet. l. 1. C. qui manum. non poſſ.*
r Fraudem feciſſe creditoribus videtur, qui non ſoluendo, ſeruum ſuum manumiſit etiamſi dignum manumiſerit, *Bal.* etiamſi benemeritum manumiſerit, *Græci.*
ſ Primi *in ordine* manumiſſi, primi liberi. *v. l. 83. §. 1. ſ. de hered. inſt.*
t *v. l. 2[illegible]. §. 17. ſ. de fideic. libert.*
u *v. l. 5[illegible]. ſup. de hered. inſt.*
x imò ratæ eſſe debent, *l. 15. ſ. quæ in fraud. cred.* ſolue hic non ſatisfit omnibus qui erant creditores tempore datæ libertatis.
y *l. 33. in fin. ſ. de pœn. l. 5. C. de ſeruo pign. data manumiſſ.*
z i. ex prima voluntate debitoris.

Vide [illegible] exercitat. [illegible] n.° 5 [illegible] l. 52 de [illegible] [illegible] pignoris

SGCB2021

De debitore in diem, vel ſub conditione: & de cauſa ex qua debet. 1. De ſeruo pignorato.

27. *Hermogenianus* ‖ lib. 1. Iuris Epitomarum. ‖

IN fraudem creditorum manumittitur, libérque eſſe prohibetur, ſiue dies ſoluendæ pecuniæ iam ceſſit, ſiue in diem, vel ſub *a* conditione *b* ſit debitum.

¶ Diuerſa cauſa eſt legati ſub conditione relicti: nam antequam conditio extiterit inter creditores legatarius iſte non habetur.

¶ Ex omni *c* autem cauſa creditoribus in hac parte lex *d* Ælia Sentia proſpexit: inter *e* quos fideicommiſſarium etiam eſſe placuit.

1 ¶ Pignori *f* datus *g* ſeruus, antequam debiti nomine fiat ſatis, ſine conſenſu creditorum manumitti non poteſt. ſed pupilli creditoris citra tutoris auctoritatem conſenſus nihil libertati prodeſt, ſicuti non prodeſt, ſi fructuarius pupillus manumiſſioni ſimiliter conſentiat.

De ſeruo heredis legato.

28. *Paulus* ‖ lib 3. Sententiarum. ‖

HÆres ſeruum proprium, quem teſtator legauerat, manumittendo nihil agit: quia ſcientiæ vel ignorantiæ *h* eius nullam placuit admitti rationem.

De ſeruo pignorato. 1. De ſeruo ſub conditione legato.

29. *Gaius* ‖ lib. 1. de Manumiſſionibus. ‖

GEneraliter *i* pignori datus ſeruus, ſine dubio pleno iure debitoris eſt, & iuſtam libertatem ab eo conſequi poteſt, ſi lex Ælia Sentia non impediat libertatem: id eſt, ſi ſoluendo ſit, nec ob id creditores videantur fraudari.

1 ¶ Sub conditione ſeruus legatus, pendente conditione pleno iure heredis eſt. ſed nullam libertatem *k* ab eo conſequi poteſt, ne legatario iniuria fieret.

De ingrati accuſatione.

30. *Vlpianus* ‖ lib. 4. ad legem Æliam Sentiam. ‖

SI quis hac lege ſeruum emerit, vt manumittat, & non manumittente eo, ſeruus ad libertatem peruenerit ex conſtitutione *l* Diui Marci, an poſſit vt ingratum accuſare, videamus? Et dici poteſt, cùm non ſit manumiſſor, hoc ius eum non habere.

1 ¶ Si filius meus ‖ ex ‖ voluntate *m* mea manumiſerit, an vt ingratum eum accuſandi ius habeam, dubitari poterit: idcirco, quia non manumiſi? Sed pro eo habendus ſum ac ſi manumiſiſſem.

2 ¶ Sed ſi caſtrenſem *n* ſeruum filius meus manumittat, dubio procul hoc ius non habebo: quia ‖ non ‖ ipſe manumiſi, ipſe planè filius accuſare poterit.

3 ¶ Tamdiu ‖ autem ‖ accuſare quis poterit, quamdiu perſeuerat patronus.

4 ¶ Quotiens autem patroni libertum volunt accuſare: vtrum omnium conſenſu, neceſſariis ſit, an verò & vnus poſſit, videamus? Et eſt verius, ſi ſaltem in vnum hoc commiſerit, eum vt ingratum accuſari: ſed omnium conſenſum neceſſarium, ſi ſint eiuſdem gradus.

5 ¶ Si pater libertum vni ex filiis adſignauerit, *o* ſolum eum accuſare poſſe, Iulianus ſcripſit. ſolum enim patronum eſſe.

De viduitate libertæ iniuncta.

31. *Terentius Clemens* ‖ lib. 5. ad Legem Iuliam & Papiam. ‖

QVæſitum eſt: ſi libertam patronus iureiurando adegiſſet *p*, ne ea liberos impuberes *q* habens nuberet: quid iuris eſſet. Iulianus dicit, non videri contra legem Æliam Sentiam feciſſe eum, qui non perpetuam viduitatem libertæ iniunxiſſet.

De mercede operarum.

32. ‖ *Idem* lib. 8. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

SI non voluntate patroni is, qui in eius poteſtate ſit, iuſiurandum adegerit, vel ſtipulatus fuerit, *ne nubat* niſi id patronus remittat: aut liberauit libertum, incidet in legem. videbitur enim id ipſum dolo malo facere.

1 ¶ Non prohibentur lege Ælia Sentia patroni à libertis *r* mercedes capere: ſed *ſ* obligare eos. itaque ſi ſponte ſua libertus mercedem patrono præſtiterit, nullum huius legis præmium conſequetur.

2 ¶ Is qui operas *t*, aut in ſingulas eas certam ſummam promiſit, ad hanc legem non pertinet: quoniam operas præſtando poteſt liberari. ¶ Idem Octauenus probat, & adiicit: Obligare ſibi libertum, vt mercedem operarum capiat, is intelligitur, qui hoc ſolum agit, vt vtique mercedem capiat etiamſi ſub titulo *u* operarum eam ſtipulatus fuerit.

DE IVRE *x* AVREORVM † anulorum *y*.

TIT. X.

De alimentis. 1. De colluſione.

1. *Papinianus* ‖ lib. 1. Reſponſorum ‖

INTER cæteros alimenta liberto *a* relicta non *b* idcirco non debentur, quia *c* ius aureorum anulorum ab *d* Imperatore libertus acceperit.

1 ¶ Diuerſum in eo probatur: qui iudicatus ingenuus, colluſione *e* per alium patronum detecta, conditioni ſuæ redditus, alimenta ſibi, quæ tertius patronus reliquerat, præberi deſiderat. hunc enim etiam *f* beneficium anulorum amittere, placuit.

2. *Idem* lib. 15. Reſponſorum.

INtra *g* quinque annos, pro ingenuitate ſententia dicta, reſciſſa fuerat. victum anulorum aureorum beneficium, quod ante ſententiam pro ingenuitate dictam acceperit, ac depoſuit, non retinuiſſe reſpondi.

De diſſenſu, vel ignorantia patroni.

3. *Marcianus* ‖ lib. 1. Inſtitutionum. ‖

DIuus Commodus & ius anulorum datum ademit illis *h*, qui inuitis *i*, aut ignorantibus patronis acceperant.

De fœminis.

4. *Vlpianus* ‖ lib. 3. ad legem Iuliam & Papiam. ‖

ETiam *k* fœminæ *l* ius annulorum aureorum impetrare poſſunt: & iura ingenuitatis impetrare, & *m* natalibus reſtitui poterunt.

De iure ingenuitatis. De hæreditate.

5. *Paulus* ‖ lib. 9. ad Legem Iuliam & Papiam. ‖

‖ IS ‖ qui ius anulorum impetrauit, vt *n* ingenuus habetur *o*, quamuis ab hæreditate eius patronus *p* non excludatur.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 3. ad Legem Iuliam & Papiam. ‖

LIbertinus ſi ius anulorum impetrauit, quamuis iura ingenuitatis ſaluo iure patroni nanctus ſit, tamen ingenuus intelligitur, & *q* hoc Diuus Hadrianus reſcripſit.

DE NATALIBVS RESTITVENDIS *r*.

TIT. XI.

De obreptione.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

A PRINCIPE natalibus ſuis reſtitutum eum qui ſe ingenuum natum Principi adfirmauit *ſ*, ſi ex ancilla natus eſt, *t* nihil videri impetraſſe.

De ingenuitate, quibus natalib. reſtituitur. De ſucceſſione. De conſenſu patroni.

2. *Marcianus* ‖ lib. 1. Inſtitutionum.

INterdum & ſerui nati ex pòſt facto iuris interuentu *u* ingenui fiunt. vt ecce ſi libertinus à *x* principe natalibus ſuis reſtitutus fuerit. Illis enim vtique natalibus reſtituitur in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipſe naſcitur, cùm ſeruus natus eſſet. Hic enim, quantum ad totum ius pertinet, perinde habetur, atque ſi ingenuus natus eſſet. Nec *y* patronus eius poteſt ad ſucceſſionem venire. Ideóque imperatores non facilè ſolent quemquam natalibus reſtituere, niſi *z* conſentiente patrono.

De ingenuitate.

3. *Sceuola* lib. 6. Reſponſorum reſpondit.

QVæris an ingenuitatis iure vtatur is quem ſanctiſſimus & nobiliſſimus Imperator natalibus ſuis reſtituit. ſed ea res nec dubitationem habet, nec vnquam habuit quin exploratum ſit, ad *a* omnem ingenuitatis ſtatum reſtitui eum qui iſto beneficio Principis vtatur.

De conſenſu filij patroni.

4. *Paulus* ‖ lib 4. Sententiarum. ‖

NEc filio patroni *b* inuito libertus natalibus ſuis reſtitui poteſt. quid enim intereſt, ipſi patrono, an filiis eius fiat iniuria?

De conſenſu patroni. De ingenuitate.

5. *Modeſtinus* ‖ lib. 7. Regularum. ‖

PAtrono *c* conſentiente debet libertus ab Imperatore natalibus reſtitui: ius enim patroni hoc impetrato amittitur.

1 ¶ Libertinus

---

a In fraudem creditoris, cui ſub conditione debetur, manumitti ſeruus non poteſt. Is cui ſub conditione debetur, etiam creditor eſt: vide *l. 54 inf. de verborum ſignif.* & obligationem tráſfert in hæredem, & mitti in poſſeſſionem ſolet, *v. Cuiac. 10. obſeru.* Ideo ante diem nonnunquam agit, ſed malè, *l. pecuniam 36. ſup. de rebus cred.*

b *l. 8 in pr.* ꝫ *eod.*

c *l. 16. §. 2* ꝫ. *eod. l. 1. in fin. C. qui manum. non poſſ.*

d *l. 8. ſup. eod.*

e Creditoris appellatione fideicommiſſarius quoque continetur: adde *l. 10.* ꝫ. *de verb. ſignif.*

f *v. l. 4. ſup. eod.*

g Creditoribus.

h *l 91. §. 2. inf. de verb. oblig.*

i Pignus pleno iure debitoris eſt, *vt hic*: non creditoris, *v. l. 6. circa pr.* ꝫ. *tit. prox.*

k *l. 11. ſup. de manumiſſ.*

l *l. 2. C. ſi mancip. ſucr. ita alie. vt manumitt.*

m *v. l. 1. in fin. C. com. de manum.*

n *v. l 8. inf. de iure patron.*

o *l. 1. in princ.* ꝫ. *de adſignand. libert.*

p Viduitas perpetua libertæ à patrono indici non poteſt, ſed temporaria tantum, *v. l. 8. §. 2. ſup. de in ius voc.*

q Iureiurando rectè adigo, ne liberta mea nubat quamdiu eius filij erunt impuberes. *Baſil.*

r *l. 25. in fin.* ꝫ. *de operis libert.*

ſ Obligatio difficilius permittitur, quam adquiſitio.

t *l. 6. §. 1. ſup. de iure patron.*

u Titulus hic color.

x *6. C. 8, Nouel. 8.* de quo v. Cuiac. 7. *obſeru. 14.*

† hodie non tantum benemeritis, ſed omnibus manumiſſis ius aureorum anulorum datum eſt. *No. 78.*

y Ius aureorum anulorum olim dabatur plerumque libertinis ditioribus. hinc Arnobius *lib. 4.* Pecunia donat anulos & priora loca in ſpectaculis. Ditioribus, inquam, i. habentibus in bonis millia quadringenta, qui cenſus erat equeſtris, Suetonius *in Iulio.* Ius anulorum cum millibus quadringentis, *v. Cu. C. eod.* Eo munere fiebant Equites aut certè quaſi Equites, *Tac. 18.* tunc etiã ferreum anulum deponebant. hinc Papinius 3. Mutauitq; genus, leuéque ignobile ferrum Exuit. paſſim ſed dabatur tempore Plinij, 33. c. 11. ſub Alexandro Seuero nunquam, *Lampridius.*

a Ius aure[orum] anulorum ſol[is] … beris conced[eba]tur, *l. 1. Cod.* … *Suet. in Vi*[tell.] *12. in fin.* … *Tuſcul. 1* … *Dion. 51.* Hi[n]… tum mutaba[nt] … *cic. 7.* vſus … eos diſtingue[bat] … plebe, eóſque … debat quaſi … tores aut eq[uites] … *33. Plin.* … alij non tam … tus quam … cauſa anulo[s] … rent. *7. Macrob.* … *Plaut. Caſſi*[n.] … *Ferrandum* … *plic. 41.*

b rationem, … *l. 33. §. 2.* … *cond. & demo*[nſt.]

c Ius aureo[rum] anulorum im[pe]trans libertus … ideo liber[tinus] … definit. Pro[inde] alimenta ſibi … liberto à patro[no] relicta, rectè … ſequetur.

d Ius aureo[rum] anulorum ab Im[pe]ratore … impetrabatur.

e vide ꝫ. de co[lluſione].

f i. non … alimenta ſibi … cta, ſed etiam … aureorum … rum amittit.

g *v. l. 2.* ꝫ. … *iuſ. deteg.*

h *l. 4* ꝫ. *tit.* … *l. vn. in prin.* … *l. Iul. Viſcell.*

i Inuito aut ig[no]rante patrono … bertus ius aure[o]rum anulorum … petrare non … *Plin. 10. epiſt.* … go te vt indulge[as] … ius Quiritũ … à te vel ēcibus … tronis peto. … *loco*: Rogo des … Quiritum liberti … quod à te pet[o] … patrono peto … *Cuiac. 7. obſ. 1*…

k At enim ius [au]reorum anulorum tribuitur, vt Equi[tes] … tes ſint, vel qu[aſi] equites. non pote[ſt] autem fœmina … ques eſſe, arg. … ꝫ. *de regul. iur.*

l Fœminæ poſ[ſunt] impetrare … anulorum, inge[nuitatis], nuitatis, nata[lium] … lium.

m τὸ &, accipi[tur] hic, pro. id eſt, ius enim ingenuitatis impetrare, & natalibus reſtitui … idem eſt.

n *l. 6.* ꝫ. *eod l. vn. C. ad l. Viſcell.*

o Imò ius anulorum non præſtat ingenuitatem, *l. 2. Cod. eod.* p *l. 3. in princ. ſuprà de bon. lib.* q certis caſibus. *vt hic. Gloſſ. not.* adde *l. 3.* ꝫ *tit. proxim.* r *l. 6. C. 8.* natalium reſtitutionem, *Nou. 78.* παλιγγενεσίας appellat. Porrò *ius Quiritum*, ciues Romanos anuli equites: natalium reſtitutio, & extraneorum & patronorum ipſorum reſpectu libertos ingenuos facit: vt obſequiis ſoluti ſint, & iudicio ingrati, *v. Cuiac. C. eod.* ſ falsò. t quia obreptum eſt principi, *l. 2. l. 5. C. ſi contra ius.* u *l. 3. l. 5.* ꝫ *eod. l. 2. C. de iur. aur. ann.* x *l. 23. §. 1. C. de nuptijs.* y *l. 3. circa princ. ſup. de bon. lib.* b Princeps poteſt legitimare ſpurios, & ius legitimandi concedere cum hac adiectione, non obſtante vel mero iure poteſtatis, vel citatis iis quorum intereſt, quorúmque de præiudicio agitur, *v. Rol. à Valle 1. conſ 6. num. 30.* licèt legitimatio quæ fit à parte cognatorum conſenſum non exigat. a *l. vlt.* ꝫ. *tit. prox.* b *v. l. 3. ſup. tit. proxim.* c *v. l. 3. in princ. ſup. de aqua.*

1 ¶ Libertinus qui natalibus reſti tutus eſt, perinde habetur, atque ſi ingenuus factus, medio tempore maculam *a* ſeruitutis non ſuſtinuiſſet.

a Seruitus maculam quandam infert, l.2.ff. Tit. prox.
b l.7.C.16. Paul. 5. ſent. 1. 4. C. Theod.8.

DE LIBERALI *b* CAVSA.

TIT. XII.

Qui & quibus ex cauſis pro alijs de libertate litigare poſſunt.

1. *Vlpianus* ‖ lib.54.ad Edictum.‖

SI quando is, qui in poſſeſſione ſeruitutis conſtitutus eſt, litigare de conditione ſua non patitur, quòd fortè ſibi ſuóque generi vellet aliquam iniuriam inferri, in hoc caſu æquum eſt, quibuſdam *c* perſonis dari licentiam pro eo litigare. Vt *d* putà parenti, qui dicat filium in ſua poteſtate eſſe. nam etiam *e* ſi nolit filius, pro eo litigabit. ſed etſi in poteſtate non ſit, parenti dabitur hoc ius: quia ſemper parentis intereſt *f* filium ſeruitutem non ſubire.

1 ¶ Verſa etiam vice dicemus, liberis *g* parentium etiam inuitorem eandem *h* facultatem dari. neque enim modica filij ignominia eſt, ſi parentem ſeruum habeat.

2 ¶ Idcirco viſum eſt, cognatis etiam *i* hoc dari debere.

2. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

QVoniam ſeruitus eorum ad dolorem noſtrum iniuriámque noſtram porrigitur.

3. *Vlpianus* ‖ lib.54 ad Edictum ‖

AMplius puto naturalibus *k* quoque hoc idem præſtandum, vt parens filium in ſeruitute quæſitum & manumiſſum poſſit *l* in libertatem vindicare.

1 ¶ Militi etiam pro neceſſariis *m* ſibi perſonis de libertate litigare permittitur.

2 ¶ Cùm verò talis nemo *n* alius eſt, qui pro eo litiget, tunc *o* neceſſarium eſt, dari facultatem etiam matri, vel filiabus, vel ſororibus eius, cæteriſque mulieribus, quæ de cognatione ſunt, vel etiam vxori *o*, adire prætorem, & hoc iudicare, vt cauſa cognita & inuito ei ſuccurratur.

3 ¶ Sed & ſi libertum meum, vel libertam *p* dicam, idem erit dicendum.

4. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

SEd tunc patrono conceditur pro libertate liberti *q* litigare, ſi eo ignorante, libertus venire ſe paſſus eſt.

5. *Vlpianus* (lib.) 54. ad Edictum.

INtereſt enim noſtra, libertos libertaſque habere.

1 ¶ Quod ſi plures ex memoratis perſonis exiſtant, qui velint pro his litigare, prætoris partes interponendæ ſunt, vt eligat *r*, quem potiſſimum in hoc eſſe exiſtimat. quod & in pluribus patronis obſeruari debet.

6. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani.

BEnigniùs autem hoc perſequendum eſt: vt, ſi furioſus *ſ*, & infans eſt, qui in ſeruitutem trahitur, non ſolum neceſſariis perſonis, ſed etiam extraneis hoc *t* permittatur.

De eo qui ſe vendi vel alia ratione in ſeruitutem deduci paſſus eſt. 2. De eo qui ſciens vel ignorans liberum emit. 4. Si quis à familia necatus eſſe dicatur. 5. De actore & reo.

7. *Vlpianus* lib.54.ad Edictum.

LIberis etiam hominibus, maximè ſi maiores viginti annis venum ſe dari paſſi ſunt, vel in ſeruitutem quaqua ratione deduci, nihil obeſt, quominus poſſint in libertatem proclamare. niſi *u* fortè ſe venundari paſſi ſunt, vt participauerint *x* pretium.

1 ¶ Si quis minor *y* viginti annis, ad partiendum pretium, venum *z* ſe dari paſſus eſt, nihil ei hoc poſt viginti annos nocebit. Sed ſi ante quidem ſe venum dedit, poſt *a* viceſimum autem annum pretium partitus eſt: poterit ei libertas denegari.

2 ¶ Si quis ſciens *b* liberum emerit, non denegatur vendito in libertatem proclamatio aduerſus eum, qui eum comparauit: cuiuſque ſit ætatis qui emptus eſt. idcirco quia non eſt venia dignus qui emit, etiam *c* ſi ſcientem prudentémque ſe liberum emerit.

¶ Sed enim ſi poſtea alius eum emerit ab hoc qui ſciuit, ignorans: deneganda eſt ei libertas.

3 ¶ Si duo *d* ſimul emerint partes, alter ſciens, alter ignorans. videndum erit: numquid is, qui ſcit, non debeat nocere ignoranti? quod quidem magis eſt.

¶ Sed enim illa erit quæſtio: partem ſolam habebit is, qui ignorauit, an totum. & quid dicemus de alia parte? an ad eum qui ſcit, pertineat? Sed ille indignus eſt quid habere, quia ſciens emerit: rurſum, qui ignorauit, non poteſt maiorem partem dominij habere, quàm emit. euenit igitur, vt ei proſit, qui eum comparauit ſciens, quod alius ignorauit.

c parenti, liberis, cognatis, ff. eod. interdum vxori & extraneis, l.3.§.2. l.6. ff.eod.
d l.27. in pr. ſup. de minorib. l.2. §. 2. ff. quando appell. lic.
e Inuito plerunque datur beneficium. dixi ad l.6. C. de captiuis.
f vide exemplum illuſtre in l. 2. §. 24. ſup. de origine iuris. id enim parentum amori datur, v.§.vlt. Inſt. de noxalib. l.1.§.2.ff. de obſequijs.
g an etiam naturalibus tantum? ſic videtur, arg. l.3. ff. eod.
h vt parentum ſuorum libertatem defendant, eóſque à ſeruitute, licet volentes arceant.
i Præter parentes & liberos.
k adde l.6. 7. & præſertim l.8. ſup. de pig. l.71.§.3.ff. de leg. 1. idque pietatis intuitu l.41. §.2. in fine. §.5.ff. de leg.3.
l v. Nouell. Leon. 100.
m v.l.9.C. de procuratorib.
n v.l.6. ff. de appellat.
o hoc ſpeciale eſt, aliàs id non permittitur, l.1.2. in fin. ff. ad Velleian.
p v.l.4. ff. eod.
q l.3. in fin. ſup. eo. l.5. ff. eod. l.19. Cod. eodem.
r adde l.7. in fin. ff. de pact. Nouell. 120. c.6.
ſ adde l.1. in fin. l.3. ſuprà de poſtulando.
t vt pro eorum libertate litigent.
u l.5.C. eod.
x vt participarent, vide l. 1. in princ. ff. quibus ad libert. l.5. Cod. de liberali cauſa.
y aliàs non, l.16. C. eod.
z Tmeſis.
a d.l.1. in fin. ff. quib. ad libert.
b v.l.33. in prin. ff. eod.
c id eſt, etiamſi eum emerit, qui ſciebat ſe liberum eſſe, Baſilica.
d l.vltim. ff. titul. proxim.

4 ¶ Sunt & aliæ *a* cauſæ ex quibus in libertatem proclamatio denegatur, veluti ſi *b* quis ex eo teſtamento liber eſſe dicatur, quod teſtamentum aperiri prætor vetat; quia teſtator à familia necatus eſſe dicatur. cùm enim in eo ſit iſte, vt ſupplicio fortè ſit adficiendus, non debet liberale iudicium ei concedi.

¶ Sed & ſi data † fuerit, quia *c* dubitatur vtrùm nocens ſit, an innocens, differtur liberale iudicium, donec conſtet de morte eius qui necatus eſt. apparebit enim, vtrùm ſupplicio adficiendus ſit, an non.

5 ¶ Si * quis ex ſeruitute in libertatem proclamat, petitoris *d* partes ſuſtinet. ſi *e* verò ex libertate in ſeruitutem petatur, is partes actoris ſuſtinet, qui ſeruum ſuum dicit.

¶ Igitur cùm de hoc incertum eſt, vt poſſit iudicium ordinem accipere, hoc ante apud eum, qui de libertate cogniturus eſt, diſceptatur, vtrùm ex libertate in ſeruitutem, aut contra agatur.

¶ Et ſi fortè apparuerit, eum qui de libertate ſua litigat, *in libertate ſine dolo malo fuiſſe*, is qui ſe dominum dicit, actoris partes ſuſtinebit, & neceſſe habebit ſeruum ſuum probare. Quod ſi pronunciatum fuerit, eo tempore quo lis præparabatur, *in libertate eum non fuiſſe, aut dolo malo f fuiſſe*: ipſe qui de ſua libertate litigat, debet ſe liberum probare.

De vſufructuario. 1. De pluribus aduerſus eum qui de libertate litigat, conſiſtentibus: & quibus ex cauſis ad eundem iudicem eatur.

8. *Idem* ‖ libro 55. ad Edictum.‖

COgnitio de liberali cauſa *g* vſufructuario *h* datur, etiam ſi dominus quoque velit (hoc eſt, qui ſe dominum dicit) mouere ſtatus controuerſiam.

1 ¶ Si plures ſibi dominium ſerui vindicant, dicentes eſſe communem: ad *i* eundem iudicem mittendi erunt. & ita ſenatus cenſuit. Cæterùm ſi vnuſquiſque *ſuum eſſe in ſolidum* k, non in partem, dicat, ceſſat ſenatuſconſultum. neque enim timor eſt, ne variè iudicetur: cùm vnuſquiſque ſolidum dominium ſibi vindicet.

2 ¶ Sed etſi alter vſumfructum totum, alter proprietatem ſerui vindicet: item ſi alter dominium, alter pignoratum ſibi dicat, idem *l* iudex erit, & parui refert, ab eodem, an ab alio ei pignori datus ſit.

9. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

SI pariter aduerſus eum, qui de libertate litigat, conſiſtant fructuarius *m* & proprietarius, fieri poteſt vt alteruter abſit. quo caſu, an præſenti ſoli permiſſurus ſit prætor aduerſus eum agere, dubitari poteſt: quia * non *n* debet alterius colluſione aut inertia alterius *o* corrumpi. ſed rectiùs dicitur, etiam alterutri eorum permittendum agere, vt alterius ius incorruptum maneat.

¶ Quòd ſi adhuc nondum finito iudicio ſuperuenerit, ad *p* eundem iudicem mittatur: niſi ſi *q* iuſtam cauſam adferat, quare ad eum mitti non debeat: fortè ſi eum iudicem inimicum ſibi eſſe adfirmet.

1 ¶ Idem *r* dicemus, & ſi duo pluréſve domini *ſ* dicantur, & quidam præſto ſint, quidam aberint.

2 ¶ Vnde in vtroque *t* caſu diſpiciamus, an ſi is qui prior egerit, victus ſit, proſit ei quod poſterior vicerit: vel contrà: id eſt, vt cùm omnino alteruter vicerit, proſit etiam alteri, ſicut prodeſt heredi liberti, quod in fraudem patroni ſerui manumiſſi ſint? Si cui placeat prodeſſe, conſequens eſt, vt cùm idem petat, exceptione rei iudicatæ obiiciatur replicatio: ſi cui verò placeat, non prodeſſe, is habebit ſequentem dubitationem: vtrùm id, in quo quis victus eſt, nullius erit, an eius eſſe debeat, cum quo actum ſit, an potius eius qui vicerit: ſcilicet vt vtilis actio detur ei qui vicerit, minimè autem prætor pati debeat, vt *u* pro parte quis ſeruus ſit.

Quid ſit ſine dolo malo in libertate eſſe.

10. *Vlpianus* ‖ lib.55.ad Edictum.‖

QVod autem diximus *x*, *in libertate fuiſſe*, ſic eſt accipiendum, non vt ſe liberum doceat is qui liberale iudicium patitur, ſed in poſſeſſione libertatis ſine dolo malo fuiſſe.

¶ Quid ſit autem ſine dolo malo fuiſſe, videamus. nam Iulianus ait, omnes qui ſe liberos putant, ſine dolo malo in libertate fuiſſe, ſi modò ſe pro liberis gerant, quamuis ſerui ſint. Varus autem ſcribit, eum qui ſe liberum ſciat, dum in fuga ſit, non videri ſine dolo malo in libertate eſſe: ſed ſimul atque deſierit quaſi fugitiuus ſe celare, & pro libero agere, tunc incipere ſine dolo malo in libertate eſſe. etenim

a præter ſuperiorem, §.2.ff.eo.
b l.1. & toto tit. ff. de Senatuſconſ.
† datam. ita legit Albericus & liberale iudicium hac voce intelligit.
c Dubitationis cauſa ſuſpenditur iudicium.
d l.5. in fin. C. eod. l.8. l.20.ff. de probationib. l.15.C. de probat.
e In libertatem proclamet quis & in ſeruitutem petatur differentia eſt. Ille petitoris: Hic rei ſuſtinet partes.
f l.12.§.2. ff.eod. l.21. in prin. C. eod. l.15.C. de probat.
g l.9. in princ. ff. eodem.
h fructuarius rectè de ſtatu agit, & ſi velit dominus.
i l.9. ff. eod. vide quæ ſcripſi ad l.5. C arbitrium tutelæ.
k v.l.9 §.1.ff.eo.
l Quæcunque pluribus vel in plures competunt, de eis plerumque omnes ad eundem iudicem eunt: vt ſi plures vendicent dominium ſerui, vel vnus dominium, alter vſumfructum, vt hic. §.1.ff.eod. & l.9.ff.eo. l.1. l.2. ſuprà de quib. reb. ad eundem iudicem eatur. vt & ſi plures tutelæ teneantur, l.5. C. arbitrium tutelæ. d. l.2. aut ſi certum peterer, plures correi. Nouell.99. Quintili. 3. Priuata iudicia ſæpè vnum iudicem habere ſolent à lege. Aliæ ſpecies erunt, etiamſi vnus à duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem cauſa peteret, aut duo ab vno, aut plures à pluribus, quod accidere in hereditariis litibus, interim ſcimus: d. l.1. quia, quamuis in multis perſonis, cauſa tamen vna eſt, niſi conditio perſonarum quæſtiones variauerit, v. Cuia. ſup. de quib. reb. ad eundem iudicem.
m vide l. 30. in pr. ff. eod.
n adde l.155. ff. de reg. iur.
o alterius Pandect. Flor. pro alterius ius, v. quæ ſcripſi ad l.6.§.2. ff. arbor. furtim cæſar. niſi legere malis, alteri ius, vt τὸ alteri generandi caſu hic accipiatur, de quo vide Briſſonium in paverg.
p l.8. §. 1. ſuprà eodem.
q Libello recuſationis cauſa inferendo, v.l.16. C. de iudiciis.
r quod diximus eſſe in fructuario & proprietario litigante.
ſ pro parte, non in ſolidum, v.l 8.§.1.ſup.eod.
t de quo initio legis dictum eſt, & §.1.
u l.29.ff.de except.rei iudic.
x l.7 in fin.ff.eod.l.12.ff.eod.

ait, cùm q ui ſcit ſe liberum, deinde pro fugitiuo agit, hoc ipſo *a* quòd in fuga ſit, pro ſeruo agere.

11. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

LIcet fugæ tempore pro libero ſe geſſerit, dicemus enim eum in eadem cauſa eſſe.

3 Ad quod tempus refertur probatio poſſeſſionis libertatis. 4. De eo cui operæ debentur. 5. De damno quod bona fide poſſidenti datum eſt.

12. *Vlpianus* lib. 55. ad Edictum.

IGitur ſciendum eſt, & liberum *b* poſſe dolo malo in libertate eſſe, & ſeruum poſſe *c* ſine dolo malo in libertate eſſe.

1 ¶ Infans *d* ſubreptus bona fide in ſeruitute fuit, cùm liber eſſet, deinde cùm de ſtatu ignarus eſſet, receſſit, & clam in libertate morari cœpit. hic non ſine dolo malo in libertate moratur.

2 ¶ Poteſt & ſeruus ſine dolo *e* malo in libertate morari *f*, vt putà teſtamento accepit libertatem, quod nullius momenti eſſe ignorat. vel vindicta ei impoſita eſt ab eo quem dominum eſſe putauit, cùm non eſſet: vel educatus eſt quaſi liber, cùm ſeruus eſſet.

3 ¶ Et generaliter dicendum eſt, * Quotiens quis iuſtis rationibus ductus, vel non *g* iuſtis, ſine calliditate tamen, putauit ſe liberum, & in libertate moratus eſt, dicendum eſt hunc in ea cauſa eſſe, vt ſine dolo malo in libertate fuerit, atque ideo poſſeſſoris commodo fruatur.

4 ¶ Probatio autem ad id tempus referetur *h*, cùm ſine dolo malo in libertate fuerit, quo primum in ius aditum eſt.

5 ¶ Si operæ alicui debeantur, is quoque liberali iudicio experiri poteſt.

6 ¶ Si quod *i* damnum mihi dederit, qui ad libertatem proclamat, illo tempore, quo bona fide mihi ſeruiebat: (veluti ſi ego bona fide dominus noxali iudicio conuentus, & condemnatus, litis æſtimationem pro eo obtuli) in id mihi *k* condemnabitur.

13. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

ILlud certum eſt, damnum hoc ſolum in hac in factum actione deduci, quod dolo, non etiam quod culpa factum ſit. Ideóque licet abſolutus hoc iudicio *l* fuerit; adhuc tamen poſtea cum eo poterit lege Aquilia agi, cùm ea lege *m* etiam culpa teneatur.

1 ¶ Item certum eſt, tam res noſtras, quàm res alienas, quæ tamen periculo noſtro ſunt, in hanc actionem deduci: veluti commodatas, & locatas.

¶ Certè depoſitæ *n* apud nos res, quia noſtro periculo non ſunt, ad hanc actionem non pertinent.

De his qui dolo paſſi ſunt ſe venundari.

14. *Vlpianus* ‖ libro 55. ad Edictum.‖

REctiſſimè prætor calliditati eorum, qui, cùm ſe liberos ſcirent, dolo malo paſſi ſunt ſe pro ſeruis venundari, occurrit. dedit enim in eos actionem *o*.

1 ¶ Quæ actio totiens locum habet, quotiens non eſt in ea cauſa is qui ſe venire paſſus eſt, vt ei ad libertatem proclamatio denegetur.

2 ¶ Dolo autem non *p* eum feciſſe accipimus, qui non vltrò inſtruxit emptorem, ſed qui decepit *q*.

15. *Paulus* ‖ lib. 51. ad Edictum.‖

ID eſt, ſiue virilis ſexus, ſiue fœminini ſit, dummodò eius ætatis ſit, vt dolum capiat.

16. *Vlpianus* ‖ lib. 55. ad Edictum.‖

IMò *r* eum qui finxit ſe ſeruum, & ſic veniit decipiendi emptoris cauſa.

1 ¶ Si *ſ* tamen vi metúque compulſus fuit hic qui diſtractus eſt, dicemus eum dolo carere.

2 ¶ Tunc habet emptor hanc actionem, cùm *t* liberum eſſe neſciret. nam ſi ſcit liberum, & ſic emit, ipſe ſe circumuenit.

3 ¶ Quare ſi filiusfamilias emit, ſi quidem ipſe ſcit, pater ignorauit, non adquiſiit patri actionem. hoc ſi peculiari nomine egerit.

¶ Cæterùm ſi patre mandante, hic quæritur an filij ſcientia noceat? Et puto adhuc nocere: quemadmodum *u* procuratoris nocet.

4 ¶ Planè ſi filius ignorauit, pater ſcit, adhuc dico repellendum patrem, etiam ſi peculiari nomine filius emit: ſi modò pater præſens fuit, potuítque filium emere prohibere.

17. *Paulus* ‖ lib. 51. ad Edictum.‖

IN ſeruo & in eo *x* qui mandato noſtro emit, tale eſt, vt ſi certum hominem mandauero emi, ſciens liberum eſſe, licet is cui mandatum eſt, ignoret, idem ſit: & non competet ei actio.

¶ Contra autem ſi ego ignoraui, procurator *y* ſcit, non eſt mihi deneganda.

18. *Vlpianus* ‖ lib. 55. ad Edictum.‖

IN tantùm ergo tenetur, quantum dedit, vel in quantum obligatus eſt: ſcilicet in duplum.

1 ¶ Sed vtrùm pretium tantùm, an etiam id quod pretio acceſſit, duplicetur, videamus? Et putem omne

a vide *l. 1. Cod. de long. temp. præſcrip. quæ pro libert.*

b *§. 1. ꝫ. eod.*

c *§. 2. ꝫ. eod.*

d Infans autem dicitur qui nondum ſeptimum ætatis annum exceſſit, *l. 18. C. de iure deliber.*

e & bona fide, *l. 2. Cod. de longi temp. præſcripi. quæ pro libert.*

f *v. l. 10. in prin. ſuprà eod.*

g vide *l. 14. C. ad l. Fab. de plagiar.*

h *l. 7. in fin. ſuprà eodem.*

i *l. 3. l. 4. ꝫ. eod.*

k *l. 13. ꝫ. eod.*

l liberali.

m *l. 44. in princ. ſup. ad l. Aquil.*

n Depoſitum periculo depoſitarij non perit.

o in factum, *v. l. 22. in princ. ꝫ. eod.* quæ eſt pœnalis prætoria ex edicto: Edictum autem huiuſmodi fuiſſe videtur. Si quis cum ſe liberum eſſe ſciret, dolo malo paſſus fuerit ſe venundari ei qui emerit, in quantum dedit vel obligatus eſt in duplum actionem dabo.

p Dolo non eum tantum feciſſe accipimus qui decepit, ſed qui non vltro inſtruxit emptorem. *puto ita legendum eſſe.*

q ſe ſeruum aſſeuerando, & ſic decipit qui quid falſi adſeuerat. fortè etiam hic decipit, qui tacet nec inſtruit. vide *l. 1. §. 1. ꝫ. de action. empt. l. 15. in fin. ſuprà de peric.*

r vide in hanc legem Cuiacium 8. *ad Afric. pag.* 200.

ſ vis & metus à dolo excuſat.

t *l. 4. l. 6. ſuprà de contrahend. empt.*

u ſcientia procuratoris, domino: filij patri nocet. *l. 17. l. 22. in fin. ꝫ. eo. l. 51. §. 1. ꝫ. de ædilit. edict.*

x In extraneo.

y adde *l. 16. in fin. ſuprà eod.*

omnino, quod propter emptionem vel dedit:

19. *Paulus* ‖ lib. 50. ad Edictum.‖

VEl permutauit, vel compenſauit eo nomine, (nam *a* & is dediſſe intelligendus eſt.)

20. *Vlpianus* ‖ lib. 55. ad Edictum.‖

VEl obligatus eſt, duplari debere.

1 ¶ Proinde ſi quid cuidam ob hanc actionem licito iure dedit, dicendum eſt in hoc edictum cadere, duplaríve *b*.

2 ¶ Obligatum, vel ipſi venditori accipere debemus, vel alij obligatum. Nam quod dedit, ſiue ipſi venditori, ſiue alij ‖ ex ‖ iuſſu eius: ſiue ipſe, ſiue alius dederit, æquè continebitur.

3 ¶ Obligatum *c* accipere debemus, ſi *d* exceptione ſe tueri non poteſt. cæterùm ſi poteſt, dicendum non eſſe obligatum.

4 ¶ Interdum euenit, vt is qui comparauit, habeat in quadruplum actionem. nam in ipſum quidem qui ſciens pro ſeruo veniit, hinc habet in duplum actionem. & præterea in venditorem, vel eum qui duplam promiſit, in duplum actio eſt.

21. *Modeſtinus* ‖ lib. 1. de pœnis.‖

VTique eius duplum, quod propter emptionem vel dedit, vel obligatus eſt. Secundum quæ id quod alter eorum ſoluerit, nihil ad exonerandum alterum pertinebit: quia *e* placuit hanc actionem pœnalem eſſe.

¶ Et ideo poſt *f* annum non datur.

¶ Nec cum ſucceſſoribus, cùm ſit pœnalis, agetur. [Cum] actionem quæ ex hoc edicto oritur, manumiſſione *g* non extingui rectiſſimè dicetur: quia * *h* verum eſt auctorem conueniri non poſſe, poſt quem ad eum qui ad libertatem proclamauit, perueniebatur.

22. *Vlpianus* ‖ lib. 55. ad Edictum.‖

NOn ſolus autem emptor, ſed & ſucceſſores eius hac *i* in factum actione agere pòterunt.

1 ¶ Emere ſic accipiemus, etiamſi per *k* alium quis emerit, vtputà procuratorem *l*.

2 ¶ Sed etſi plures emerint, omnes habebunt hanc actionem. ſic tamen, vt ſi quidem pro partibus emerint, pro parte pretij habeant actionem. enimuero ſi vnuſquiſque in ſolidum habeat actionem, nec alterius ſcientia alteri nocebit, vel ignorantia proderit.

3 ¶ Si eum liberum eſſe emptor neſciit, poſtea autem ſcire cœpit, hoc ei non nocebit: quia tunc ignorauit Sed ſi tunc ſciuit, poſtea dubitare cœpit, nihilum proderit.

4 ¶ Heredi & cæteris ſucceſſoribus ſcientia ſua nihil nocet, ignorantia nihil prodeſt.

5 ¶ Sed ſi *m* per procuratorem ſcientem quis emerit, ei nocet: ſicuti *n* tutoris quoque nocere Labeo putat.

6 ¶ Hæc actio poſt annum non datur, cùm ſit honoraria, eſt autem & pœnalis *o*.

De vſufructu liberi hominis vendito. 1. Quibus ad libertatem proclamare licet, vel non. 2. Si mater & filius de libertate litigant.

23. *Paulus* ‖ lib. 50. ad Edictum.‖

SI vſumfructum tibi vendidero liberi hominis, & ceſſero, ſeruum effici eum dicebat Quintus Mucius. ſed dominium ita demum fieri meum, ſi bona *p* fide vendidiſſem: alioquin ſine *q* domino fore.

1 ¶ In ſumma ſciendum eſt, quæ de venditis † ſeruis, quibus denegatur *r* ad libertatem proclamatio, dicta ſunt, etiam ad donatos, & in dotem datos referri poſſe: item ad eos qui pignori *ſ* ſe dari paſſi ſunt.

2 ¶ Si mater & filius de libertate litigant, aut coniungenda ſunt vtrorúmque iudicia, aut differenda eſt cauſa filij, donec de matre conſtet: ſicut Diuus quoque Hadrianus decreuit. nam cùm apud alium iudicem mater litigabat, apud alium autem filius, Auguſtus dixit ante de matre conſtare oportere, ſic deinde de filio cognoſci.

De effectu liberalis cauſæ ordinatæ, & de actionibus ei qui de ſtatu ſuo litigat, vel in eum competentibus.

24. *Idem* ‖ libro 51. ad Edictum.‖

ORdinata *t* liberali cauſa, liberi *u* loco habetur is qui de ſtatu ſuo litigat: ita vt aduerſus eum quoque, qui ſe dominum eſſe dicit, actiones ei non denegentur, quaſcunque intendere velit. quid enim ſi ‖ quæ ‖ tales ſint, vt tempore *x* aut morte intereant? quare non concedatur ei litem *y* conteſtando in tutum eas redigere?

1 ¶ Quin etiam Seruius ait, in actionibus annuis ex eo tempore annum cedere, ex quo *z* lis ordinata ſit.

2 ¶ Sed ſi cum aliis experiri velit, non eſt quærendum, an lis ordinata ſit, ne inueniatur ratio, quemadmodum ſubiecto *a* aliquo qui libertati controuerſiam moueat, interim actiones excludantur. æquè enim ex euentu iudicij liberalis, aut vtilis aut inanis *b* actio eius efficietur.

a Dediſſe intelligitur, qui permutauit vel compenſauit, *l. 2. l. 3.* … *calumniatorib.* … *ſup. de hered.* … *dit. l. 27. ꝫ. de* … *litio.* Dat qui compenſat, *l. 4. C.* … *compenſat.*

b vide *l. 18.* … *eodem.*

c Obligatus intelligitur, qui exceptione ſe tueri … poteſt. Contrà … obligatus intelligitur qui exceptione ſe tueri poteſt. hæc enim … ria, *l. item 14.* … *quod metus cauſ.* … *nihil intereſt* … *ꝫ. de regulis iur.*

d vide *l. 10. ꝫ.* … *verb. ſign.*

e *l. 11. §. 2. in* … *ꝫ. ad leg. Aquil.*

f *l. 35. ꝫ. de* …

g *v. l. 25 ſuprà* … *euictionib.*

*

h *τὸ quia* hic … cipitur pro quæ … *uis, v.* tamen … *ucan. 1. lect. 3* …

i *l. 17. in pr.* … *l. 10. in fin.* … *deicomm. libert.*

k Per alium … emit, ipſe … videtur.

l parum enim … tereſt, quis … an per alium … faciat, argum. … §. 12 ꝫ. de … *vi.*

m *v. l. 16. §.* … *in fin. ꝫ. eod.*

n v. quæ ſcripſi … *l. 2. C. qui admitt.*

o Pœnales actiones poſt annum non dantur.

p veluti eo patiente, *Baſ.*

q *l. 3. in pr. ſup. de peculio: l. 36. in* … *ꝫ. de ſtip ſeruor.* … *in pr. C. comm.* … *manumiſſion.*

r quibus non denegatur, *Cuiac.* … *ſtit. de iure perſonarum.*

† venditionis verbum extenditur ad donationem dotis & pignoris dationem, adde *l. 29.* … *ꝫ. de ſtatuliberis.*

ſ hinc collige liberos olim etiam alio quàm venditionis titulo, ſe nexuiſſe pignori, vt hic, & vſufructus, *in pr. ꝫ. eod.* facit *l. 16. C. eod.*

t de ordinatione cauſæ liberalis, v. Cuiac. 18. *obſ* 23.

u *l. 14. C. eod.*

x *l. 23. l. 24. ſuprà mandati: Paul. 2. ſent. 15 §. 1.*

y *v. l. 1. C. quando libellus principi oblatus.*

z *v. l. 1. in fin. C. de annali except.*

a *v. l. 19. §. 3. ꝫ. de neg. geſt.*

b de inani dixi ad *l. 6. ꝫ. de dolo.*

3 ¶ Sed

SGCB2021

3 ¶ Sed ſi quas actiones inferat dominus, quæritur an compellendus ſit ſuſcipere *a* iudicium. & plerique exiſtimant, ſi in perſonam agat, ſuſcipere ipſum ad *b* litis conteſtationem, ſed ſuſtinendum iudicium, donec de libertate iudicetur nec videri præiudicium libertati fieri, aut voluntate domini in libertate eum morari. nam ordinato liberali iudicio, interim pro libero habetur. & ſicut ipſe agere, ita cum ipſo quoque agi poteſt. cæterùm ex euentu aut vtile iudicium erit, aut nullum, ſi contra libertatem pronuntiatum fuerit.

4 ¶ Si is qui in libertatem proclamat, furti aut damni iniuria ab aliquo arguatur, Mela ait interim eum cauere debere iudicio ſe ſiſti:* ne melioris conditionis ſit *c*, qui dubiæ libertatis eſt, quam qui certæ. ſed ſuſtinendum iudicium, ne præiudicium libertati fiat.

¶ Æquè ſi cum poſſeſſore hominis furti agi cœperit, deinde is, cuius nomine agebatur, in libertatem proclamauerit, ſuſtinendum iudicium, vt ſi liber iudicatus ſit, in ipſum transferatur iudicium: & ſi damnatio facta ſit, iudicati actionem potius in eum dandam.

1. Si ſæpius ad libertatem proclametur. 2. De effectu libertatis cauſa ordinata, & acquiſitione per eum qui de ſuo ſtatu litigat.

25. *Gaius* ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

SI cui de libertate ſua litiganti optio legata ſit, quæcunque hereditate *d* ei relicta dicuntur, eadem *e* & de optione tractari poſſunt.

1 ¶ Interdum ex *f* integro datur ad libertatem proclamatio, veluti ei qui adfirmat ideo ſe primo iudicio victum, quòd ſtatuta *g* libertas nondum ei obtigerat, quam nunc dicit ſibi obtigiſſe.

2 ¶ Licet vulgò dicatur, *poſt ordinatum h liberale iudicium hominem, cuius de ſtatu controuerſia eſt, liberi loco eſſe*: tamen ſi ſeruus ſit, certum eſt nihilominus eum, quod ei tradatur, vel ſtipuletur, perinde domino adquirere, atque ſi non de libertate eius quærebatur. tantùm de poſſeſſione videbimus, cùm ipſum poſt litem ordinatam deſinat dominus poſſidere. Sed magis eſt vt adquirat, licet ab eo non poſſideatur. & cùm placuit per fugitiuum *i* quoque nos poſſeſſionem adquirere *k* poſſe; quid mirum etiam per hunc, de quo quæramus, adquiri?

De actione iniuriarum.

26. *Idem* lib. 20. ad Edictum Prouinciale.

QVi ex libertate in ſeruitutem petit, ſi iudicij de euictione ſeruandi cauſa, contra libertatem agit, iniuriarum *l* actione non conuenitur.

Vtrum cauſa libertatis ſit in tempus pubertatis differenda. 1. De abſentia eius qui ſtatus controuerſiam faciebat. 2. Vel patiebatur.

27. *Vlpianus* libro 2. de officio conſulis.

DIui fratres Proculo & Munatio *m* reſcripſerunt: Cùm Romulus, de cuius ſtatu quæritur, pupillaris ætatis ſit, an exigente Varia Hedone matre, & conſentiente Vario Hermete tutore, ad tempus pubertatis cauſa *n* differenda ſit, veſtræ *o* grauitatis eſt, ex fide perſonarum, quod vtile eſt pupillo conſtituere.

1 ¶ Si ea perſona deſit cognitioni, quæ alicui ſtatus controuerſiam faciebat, in eadem cauſa eſt, qui de libertate ſua litigat, qua fuit, priuſquam de libertate controuerſiam patiatur. Sanè hoc lucratur, quod is qui eam ſtatus controuerſiam faciebat, amittit ſuam *p* cauſam. Nec *q* ea res ingenuum facit eum qui non fuit. nec enim penuria *r* aduerſarij, ingenuitatem ſolet tribuere.

Rectè ſ atque *ordine* iudices, puto facturos, ſi hanc formam fuerint conſecuti; vt vbi deeſt is qui in ſeruitutem petit, electionem aduerſario deferant, vtrum malit cognitionem circumduci, an audita cauſa ſententiam proferri. & ſi cognouerint, pronuntiare debebunt, ſeruum illius non videri, neque hæc res captionem *t* vllam habet *u*: cum non ingenuus pronuncietur, ſed ſeruus non videri.

¶ Quòd ſi ex ſeruitute in ingenuitatem ſe allegat, melius fecerint, ſi cognitionem *x* circumduxerint: ne ſine aduerſario pronuncient, ingenuum videri, niſi magna cauſa ſuadeat, & euidentes probationes ſuggerant, ſecundùm libertatem pronunciandum: vt etiam reſcripto Hadriani continetur.

2 ¶ Quòd ſi is qui pro ſua libertate litigat, deſit, contradictor verò præſens ſit; melius erit inaugeri *y* cauſam eius, ſententiámque proferri. ſi enim liquebit *z*, contra libertatem dabit *a*. euenire autem poteſt, vt etiam *b* abſens vincat. nam poteſt ſententia etiam ſecundum libertatem ferri.

a Inſtantiam vel ſententiam, *Gloſſ. hic.*
b *Ad*, ponitur incluſiuè, *vt l. ſi ante 7. ſuprà ſoluto matrim. l. mariti. 29. §. quinquennium 7. ꝟ. de adulteriis.*
*
c Melioris eſſe conditionis non debet dubius quam certus, *l. 4. circa pr. ꝟ. tit prox.*
d adde *l. 10. ſuprà de leg. 1.* vide *l. 6. ſup. de adoptione.*
e Cuiacius tamen negat *ꝟ. de optione*, Electionem fuiſſe actura legitimum, vtcunque optio ſit actus legitimus.
f *l. 2. C. eod. l. 27. ꝟ. de iudiciis: l. 1. §. 4. verſ. cæteri. ꝟ. de except. rei iud.*
g de qua dixi ad *l. 2 ꝟ. ſi is qui teſtamento.*
h *l. 24. ꝟ. eod. l. 14. C. eod.*
i *v. Paul.* 4. *ſent.* 14. §. 3.
k vide *l. 12. §. 4. ꝟ. de vſufr. l. 1. §. 4. ꝟ. de adq. poſſeſſ.*
l vide *l. 12. infr. de iniuriis.*
m Conſules hi videntur fuiſſe, quod & inſcriptio huius legis ſuadet, & quod mox ſequitur, veſtræ grauitatis eſt conſtituere. Id ſi fuerit, ſuffecti fuerunt non ordinarij: nec enim nomen eorum Faſtis adnumeratur.
n *l. 3. §. 6. ſupra de Carboniano.*
o Conſules in vrbe cognoſcebant de cauſa ſtatus. vide quæ notaui ad *l. vltim. C. vbi cauſa ſtatus.*
p *l. 53. in pr. ꝟ. de re indic.*
q *l. 7. C. de ingenuis manum.*
r *d. l. 7.*
ſ Eadem formula reperitur in *l. 4. §. 4. ſup. de off. proconſ. l. 2. ſuprà ad Velleianum: apud Cic. pro Quintio, & Philipp. 5. & in Oratione Cæſaris apud Saluſtium* de verbo *Rectè* dixi plura ad *l. 11. in fi. ſuprà de duobus reis.*
t v. quæ notaui ad *l. 14. in fin. ſup. de probat.*
u reſpectu abſentium, *l. 1. ꝟ. ſi liberi. ingen.*
x id eſt, protelari, differri.
y inaudiri, ita legit Cuiac. 6. *obſeru.* 17. vel agi.
z *l. 36. ꝟ. de re indic. l. 22. C. de falſis.* hæc verba non damnantis, aut ſententiam ferentis, ſed dubitantis, *Senec. 2. contr.* Aut fer ſententiam, aut quod facilius eſt, in huiuſmodi rebus nega tibi liquere, *Idem 8. Epiſt.* adde 14 *Gell.* 2.
a id eſt, proferet ſententiam ſecundùm te: ſic Plin. 7. *Epiſt.* ſecundùm reos. Suet. *Claudio.* ſecundùm præſentes, ſecundùm te litem do, 2. *Valer. 3. Cic. pro Roſcio Comœdo:* 15. *Gell.* 10. *Senec. præfat. 7. Declamationum. Tacit.* 4. vide Briſſon. 2. *Select.* 2. vide Cuiac. 6. *obſ.* 27. b *l. 40. C. eo. l. 1. §. 2. C. de adſertione toll.*

Quid ſit voluntate domini eſſe in libertate.

28. *Pomponius* lib. 12. ad Quintum Mucium.

NOn *a* videtur domini voluntate ſeruus in libertate eſſe, quem dominus ignoraſſet ſuum eſſe. & eſt hoc verum. is enim demum voluntate domini in libertate eſt *b*, qui poſſeſſionem libertatis ex voluntate domini conſequitur.

De militia.

29. *Arrius Menander* lib. 1. de re militari.

QVi de libertate ſua litigans, nec dum ſententia data, militiæ ſe dedit, in pari cauſa cæteris *c* ſeruis habendus eſt, nec exonerat eum, quòd pro libero habeatur in quibuſdam. & licet liber apparuerit exauctoratus *d*, id eſt, militia remotus caſtris eiicietur *e*. vtique qui ex ſeruitute in libertatem petitus ſit, vel qui non ſine dolo malo in libertate moratus eſt.

¶ Qui verò per calumniam petitus in ſeruitutem eſt *f*, in militia *g* retinebitur.

1 ¶ Qui ingenuus pronunciatus eſt, ſi ſe militię dedit, intra *h* quinquennium retractata ſententia, nouo domino reddendus eſt.

De duobus ſeparatim pro parte in ſeruitutem petentibus.

30. *Iulianus* lib. 5. ex Minicio.

DVobus *i* petentibus hominem in ſeruitutem pro parte dimidia ſeparatim, ſi vno iudicio liber, altero ſeruus iudicatus eſt, commodiſſimum eſt eo vſque cogi iudices, donec conſentiant. ſi id non contingeret, Sabinum refertur exiſtimaſſe duci ſeruum debere ab eo qui viciſſet. cuius ſententiæ Caſſius quoque eſt, & ego ſum. Et ſanè ridiculum eſt, arbitrari eum pro parte dimidia duci, pro parte libertatem eius tueri *k* commodius *l* autem eſt, fauore libertatis liberum quidem eum eſſe, compelli autem pretij ſui partem viri boni arbitratu victori ſuo præſtare.

Si filius patri qui manumiſerat eius ſeruum, ſucceſſerit.

31. *Vlpianus* lib. 1. Reſponſorum.

FIlium ob hoc quòd patri *m* heres extitit, prohiberi *n* à patre ſuum ſeruum manumiſſum in ſeruitutem petere.

De bonis eorum qui ex ſeruitute aut libertinitate in ingenuitatem vindicati ſunt.

32. *Paulus* libro 6. Regularum.

DE bonis eorum qui ex ſeruitute aut libertinitate in ingenuitatem vindicati ſunt, ſenatuſconſultum factum eſt, quo cauetur, de his quidem qui ex ſeruitute defenſi eſſent, vt id duntaxat ferrent, quod in domum *o* cuiuſque intuliſſent, in eorum *p* autem bonis, qui poſt manumiſſionem repetere originem ſuam voluiſſent, hoc amplius, vt quod poſt manumiſſionem quæ adquiſiſſent non ex re manumiſſoris ſecum ferant cætera bona relinquerent illi, ex cuius familia exiſſent.

De eo qui ſe venundari paſſus eſt.

33. *Paulus* lib. ſingulari de Liberali cauſa.

QVi ſciens *q* liberum emit, quamuis & ille ſe pateretur venire: tamen non poteſt contradicere ei qui ad libertatem proclamat, ſed ſi alij eum ignoranti vendiderit, denegabitur *r* ei proclamatio.

De rationibus reddendis.

34. *Vlpianus* libro ſingulari Pandectarum.

IMperator Antoninus conſtituit, non aliàs ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, niſi *ſ* prius adminiſtrationum rationes reddiderit, quas, cùm in ſeruitute eſſet, geſſiſſet.

De ſeruis ad templi cuſtodiam deſtinatis.

35. *Papinianus* libro 9. Reſponſorum.

SEruos ad templi *t* cuſtodiam, quod ædificari Titia voluit, deſtinatos *u*, neque manumiſſos, heredis *x* eſſe conſtitit.

De ſeruo abducendo.

36. *Idem* libro 12. Reſponſorum.

DOminus, qui obtinuit *y*, ſi velit ſeruum ſuum *z* abducere *a*, litis æſtimationem pro eo ac[...]ere non cogetur.

De priuata conuentione.

37. *Calliſtratus* libro 2. [...]ſtionum.

COnuentio *b* priuata neque [...]um quemquam, neque libertum alicuius face[...]oteſt.

De venditore qui pro[...]ſſus eſt ſe manumiſſurum. 1. De venditis hac lege, vt man[...]tantur. De eo qui pretium accepit, vt ancillam manumit[...]

3[...] *Paulus* [...]eſponſorum.

PAulus reſ[...]dit: ſi (vt pro[...]nitur) poſt perfectam ſine vlla [...]onditione emptio[...]m, poſtea emptor ex voluntate [...] literas emiſit, q[...] profiteretur, *ſe poſt certum temp[...]anumiſſurum eum [...]emerat*: non *d* videri eas liter[...] conſtitution[...] Marci pertinere.

a Cur? velle factum non videtur, qui factum ignorat.
b adde *l. 38. in pr. ꝟ. de adq. poſſeſſ.*
c *l. 8. l. 10. ꝟ. de re militari.*
d Militia liberatus iudicij euitandi cauſa punitur, *l. 8. ꝟ. de re milit. l. 1. C. qui mil.*
e Caſtris eiici ſolebãt milites ignominia dimiſſi, dixi ad *l. 2. §. 2. ꝟ. de his qui notant.*
f & vicit, *Baſil.*
g miles remanet.
h *v. l. 2. ꝟ. de colluſ. deteg.*
i *v l. 9. in pr. ſup. eodem.*
k paſſiuè hoc vocabulum hic vſurpatur, vt *l. 17. ſuprà de iniuſto.*
l Cur? quia fauendum eſt libertati.
m *l. 7. C. eod.*
n Imò non prohibetur, quia parens eius ſeruo libertatem conferre non potuit. *l. 9. Cod. de manum. teſt.*
o Qui ex poſſeſſione ſeruitutis vindicauit ſe in libertatem, bona quæ in domum poſſidentis intulit, ſecum effert & exportat.
p Qui ex libertinitate vindicant ſe in ingenuitatem, ea demum bona ſecum ferunt, quæ poſt manumiſſionem de facto adquiſiuerũt, non ex re manumiſſoris.
q *l. 7. §. 2. ſup. eod. v. l. 4. ſuprà tit. proxim.*
r Imò non denegabitur: quia conuentione priuata nemo fieri ſeruus poteſt, *l. 37. ꝟ. eod.*
ſ *l. vlt. C. quibus ad lib. proclam.*
t Ad *templorum cuſtodiam* ſerui nonnunquam legati fuere.
u id eſt, votos ad cuſtodiam templi, *l. 2. in pr. ꝟ. de pollicitationib. l. 3. C. de furtis.*
x Serui legati ad templi ædificaturi cuſtodiam, interim ſunt heredis, non ipſius templi aut Dei, *vt hic.* Cur ſunt heredis? quia nec dum conſecrati ſunt, nec templo dedicati. Ideóque manumitti non poſſunt, niſi ab herede. quòd ſi conſecrati eſſent, ſerui eius Dei eſſent, cuius templum foret, vt Martiales, Latini: & in Sicilia venerij ſerui miniſtri Veneris Erycinæ apud Ciceronem *Cluentiana & de diuinat* vbi de Agonide quadam adiu[...]entia iudicis.
[...]ffici. *l. 33. ꝟ. eod.*

[...] dicata V[...]
a vtique [...]
c Immò p[...]
d nec erit [...]

1 ¶ Idem reſpondit, conſtitutionem quidem Diui Marci ad libert tem a orum mancipiorum pertinere, quæ hac lege venierint *vt poſt tempus manumitterentur*, ſed eundem fauorem libertatis conſequendæ cauſa, etiam eam mereri, pro *b* qua dominus pretium accepit, vt ancillam ſuam manumitteret: cùm idem etiam libertatem habiturus ſit.

2 ¶ Quæſitum eſt, an emptor ſeruo rectè libertatem dederit nondum pretio ſoluto.

¶ Paulus reſpondit, ſeruum, quem venditor emptori tradidit, ſi ei pro pretio *c* ſatisfactum eſt, & nondum pretio ſoluto, in bonis emptoris eſſe cœpiſſe.

3 ¶ Gaius Seius Stichum ſeruum Lucio Titio vendidit, ita vt Titius Stichum poſt triennium manumitteret, ſi continuo triennio ſeruiſſet, ſed nondum exacto tempore triennij, Stichus fugit, & poſt aliquantutum temporis defuncto Titio reuertit. quæro, an obſtet Sticho ad adſequendam *d* ex venditione libertatem, quòd ante triennium deceſſerit.

¶ Paulus reſpondit, ſecundùm ea quæ proponuntur, expleto *e* tempore, poſt quod Stichus manumitti debuit; libertatem ei competiſſe.

Si quis vltro de ingenuitate ſua probare deſideret. 1. † De calumnia mouentis controuerſiam ſtatus. 2. De tutoribus & curatoribus. 3. De viro & vxore.

39. *Idem* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

CVi neceſſitas probandi de ingenuitate ſua non incumbit, vltrò *f* ſi ipſe probare deſideret, audiendus eſt.

1 ¶ Qui de ingenuitate cognoſcunt, de calumnia *g* eius qui temerè controuerſiam mouit, ad modum exilij poſſunt ferre ſententiam.

2 ¶ Tutores vel curatores pupillorum, quorum tutelam & res adminiſtrauerint, poſtea ſtatus quæſtionem facere non poſſunt.

3 ¶ Maritus vxori eidémque libertæ ſtatus quæſtionem inferre non prohibetur.

De eo qui ſe venumdari paſſus eſt.

40. *Hermogenianus* ‖ lib. 5. Iuris Epitomarum. ‖

CVm pacto partitionis *h* pretij maior viginti annis venalem † ſe præbuit: nec poſt manumiſſionem ad libertatem proclamare poteſt.

De probatione. 1. De rebus amotis vel damno facto ab eo qui proclamat in libertatem.

41. *Paulus* ‖ lib. ſingulari de Articulis liberalis cauſæ. ‖

SI *i* in obſcuro ſit, in quo fuerit ſtatu is qui pro libertate ſua litigat, prior audiendus eſt probare volens ſeipſum in libertatis eſſe poſſeſſionem *k*.

1 ¶ Iudex autem qui de libertate cognoſcit, etiam de *l* rebus amotis, damnóve magno facto cognoſcere debet. fieri enim poteſt, vt fiducia libertatis, & ſubripere quædam, & corrumpere, atque conſumere ex bonis, quibus ſeruiebat, auſus ſit.

Si is qui perperam liber pronunciatus eſt, poſtea eius eſſe cœperit contra quem fuerat iudicatum.

42. *Labeo* libro 4. Poſteriorum.

SI ſeruus *m*, quem emeras ad libertatem proclamauit, & ab iudice perperam pro eo iudicatum eſt, & dominus eius ſerui, poſt rem contra te iudicatam, te hæredem fecit: aut aliquo nomine is tuus eſſe cœpiſſet, petere eum tuum eſſe poteris: nec tibi obſtabit rei iudicatæ præſcriptio. *Iauolenus.* Hæc vera ſunt.

De his quæ proclamans in libertatem intercepit.

43. *Pomponius* ‖ libro 3. Senatuſconſultorum. ‖

DE his qui bona eorum, quibus ſeruiebant, intercepiſſent, deinde ad libertatem proclamabant, Hadrianus Imperator reſcripſit: cuius reſcripti verba hęc ſunt: Sicut non eſt æquum fiducia libertatis, quæ ex fideicommiſſi cauſa præſtanda eſt, intercipere hæreditariam pecuniam: ita nec libertati præſtandæ moram quæ oportet. quàm primùm ergo *n* arbitrum dare del apud quem conſtaret quid ſeruari poteſt hære tequam ad ſeruum manumittendum compelleretur.

De his [illegible] ertatis cauſa imponuntur.

44 [illegible] lib. 7. Actionum.

LIcet dubitat [illegible] ntea fuit, vtrum ſeruus duntaxat, an libertus *o* iurando [illegible] bligaretur, in his quæ libertatis cauſa [illegible] amen verius eſt non aliter quàm libe [illegible]

¶ Ideo autem ſole [illegible] à [illegible] exigere, vt hi religione adſtri [illegible] potestatis eſſe cœperint, iurandi [illegible] ent: dummodò in continenti [illegible], aut iuret, aut promitteret.

1 ¶ Licet a [illegible] circa donum [illegible] is *q*, operas, etiam vxoru [illegible] nas inſerere [illegible]

2 ¶ [illegible] pubes iura [illegible] ſcilicet [illegible] qui [illegible] tio [illegible] orum [illegible] amen [illegible] 1.

a Serui venditi ea lege *vt ab emptore manumittantur*, emptore ceſſante, ipſo iure ad libertatem eripiuntur ſine manumiſſione. *vi. l. 8. ſ. qui ſine manumiſſ.* Quid? ſeruus huiuſmodi quem habiturus eſt patronum? ipſum emptorem? quod ſanè paradoxon: vt is ſcilicet ſit patronus, qui non manumiſit. Cur ſit patronus? lex facta eius repræſentat *l. vlt. C. eo.*

b *l. 4. C. ſi mancip. ita fuerit alien.*

c vide *l. 19. & 33. ſ. de contrah. empt.*

d ad conſequendam. *Hal.*

e *v. l. 14. circa fin. ſup. de ſtatulib.*

f *l. 14. in fin. ſupr. de probat.*

g *l. 31. C. eod.*

h *l. 51. §. 1. ſup. de ſtatu hom. v. l. 6. §. 5. ſ. de iniuſto rupto.* Partitionis pretij hanc puto fuiſſe rationem in venditis libertatibus, vt creditori (cui ſatisfaciendum erat à debitore) pars pretij numeraretur, pars altera maneret penes debitorem ipſum venditum, vt hoc ſaltem ſolatium in ſua ſeruitute haberet, vel tenue quiddam, velut proprium, poſſidere.

† hoc hodie, correctum *Nouella Leon.* 59.

i Liberalis cauſa ſi in obſcuro ſit, &c. *Hal.*

k poſſeſſione.

l *v. l. 12. §. fi. ſ. eo.*

m vide *l. 11. §. 4. verſ. cæterum. ſ. de except. rei iudic.*

n *l. 37. in pr. ſup. de fideic. lib.*

o *gl. 7. in pr. ſup. de oper. lib. l. 24. in fi. l. pen. in fin. ſup. de ſtatu.*

p ſine iureiurando operæ à ſeruis non exiguntur, *l. 7. ſ. de oper. lib.* non ſola promiſſione, *l. 3. C. an ſeruus ex ſuo facto.*

q *l. 7. § 3. ſup. de operis libert.*

r vtpote proximus pubertati.

ſ *l. 31. ſ. de rei vind.*

t Imò, non poſt *l. 12. §. 3. ſup. de vſufr. l. vult. ſup. de oper. ſeruor.*

u Impuberes, operas interdum dare poſſunt. Quomodo? ſi nomenclatores vel hiſtriones ſint.

x de quo v. quæ notaui ad *l. 7. §. 5. ſ. de operis.*

y hinc colligit Alciatus *2. præſumpt.* 40. Non præſumi impuberem dare poſſe operas, niſi ſit nomẽclator vel hiſtrio, infames [illegible] qui, vide [illegible] [illegible] 40.

QVIBVS AD LIBERTATEM *a*. proclamare non licet.

TIT. XIII.

De maiore. 1. Vel minore xx. annis qui ſe venundari paſſus eſt.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 2. de officio Proconſulis. ‖

MAIORES viginti annis ita demum ad libertatem proclamare non poſſunt, ſi pretium *b* ad ipſum, qui veniit, peruenerit.

¶ Ex cæteris autem cauſis, quamuis maior viginti annis ſe venundari paſſus ſit, ad libertatem ei proclamare licet.

1 ¶ Minori autem viginti annis ne quidem ex cauſa ſuprà ſcripta debet denegari libertatis *c* proclamatio: niſi maior annis viginti factus, durauit in ſeruitute. tunc *e* enim ſi pretium partitus *d* ſit, dicendum erit denegari ei debere libertatis proclamationem.

Si quis ſeruum quem per vim accepit, teſtamento liberum eſſe iuſſit.

2. *Marcellus* ‖ libro 24. Digeſtorum. ‖

SEruum quis per vim à Titio accepit, & teſtamento liberum eſſe iuſſit. quamquam ſoluendo deceſſerit, non erit ille liber, alioquin fraudabitur Titius, qui non procedente quidem libertate, cum herede eius *e* agere poteſt: at, ſi ad libertatem ſeruus peruenerit, nullam actionem habiturus eſt: quia *f* nihil videbitur hæres ex defuncti dolo conſecutus.

De his qui venire ſe patiuntur, vel ex mulieribus quæ ſe venire paſſæ ſunt, naſcuntur.

3. *Pomponius* ‖ libro 11. Epiſtolarum, & variarum lectionum. ‖

EIs qui ſe paſſi ſint *g* venire, ad libertatem proclamandi licentiam denegari. quæro, an & ad eos qui ex mulieribus quæ ſe paſſæ ſint venire, naſcuntur, iſta ſenatuſconſulta pertinent.

¶ Dubitari non poteſt, quin ei quoque quæ maior viginti annis venire ſe paſſa eſt, ad libertatem proclamandi licentia fuerit deneganda. His quoque danda non eſt, qui ex ea nati tempore ſeruitutis eius erunt.

Si ſtatuliber, aut is cui libertas fideicommiſſaria debebatur, ſe vendi paſſus eſt.

4. *Paulus* ‖ lib. 12. Quæſtionum. ‖

LIcinnius Rufinus *h* Iulio Paulo: Is cui fideicommiſſa libertas debebatur, poſt viceſimum annum venire ſe paſſus eſt. Quæro, denegandum ſit ei ad libertatem proclamare? Mouet me exemplum *i* cuiuſuis liberi hominis. nam etſi conſecutus [eſſet] libertatem, ſe vendidiſſet, denegaretur ei ad libertatem proclamare. nec debet *k* meliori loco intellegi, quòd in ſeruitute conſtitutus, paſſus eſt ſe venundari, quàm ſi eſſet libertatem conſecutus. ſed è contrario mouet me, quòd in hoc, de quo quæritur, venditio conſtitit, & eſt qui veneat. in libero autem homine neque venditio conſtitit, & nihil *l* eſt quoniam *m* veneat. peto itaque pleniſſimè inſtruas? Reſpondit.* Venditio quidem tam ſerui quàm liberi contrahi poteſt, & ſtipulatio de euictione *n* contrahitur. non enim de eo loquimur, qui ſciens *o* liberum emit. nam aduerſus hunc nec ad libertatem proclamatio denegatur. Sed is qui adhuc ſeruus eſt, etiam inuitus venire poteſt: quamuis & ipſe in eo malus ſit, quod de conditione *p* ſua diſſimulat: cùm in ſua poteſtate habeat, vt ſtatim ad libertatem perueniat. Quod *q* quidem non poteſt ei imputari, cui nondum libertas debetur. Pone ſtatuliberum paſſum ſe venumdari. nemo dicturus eſt, ſuperueniente conditione quæ non fuit in eius poteſtate, libertatis petitionem ei denegandam. Idem puto etiam ſi in ipſius poteſtate fuit conditio. ſed in propoſito magis probandum eſt, vt *r* denegetur ei libertatis petitio, qui potuit petere libertatem, & maluit *ſ* ſe venumdari, quia indignus eſt auxilio prętoris fideicommiſſarij *t*.

De duobus emptoribus hominis liberi.

5. *Idem* ‖ lib. ſingulari ad Senatuſconſultum Claudianum. ‖

SI duo *u* liberum hominem maiorem annis viginti emerimus, vnus ſciens eius conditionem, alter ignorans, an non propter eum qui ſcit, ad libertatem ei proclamare permittitur, ſed propter eum qui ignorat, ſeruus efficietur? Sed non etiam eius qui ſcit, ſed tantùm alterius.

SI *x* INGENVVS ESSE DICETVR.

TIT. XIV.

De re inter alios iudicata.

1. *Marcellus* ‖ lib. 7. Digeſtorum. ‖

SI libertus alterius alio *y* agente ingenuus pronuntiatus eſſe dicetur, ſine *z* vlla exceptione temporis, patronus eius cognitionem ſolet exercere.

De eo qui ſe venire paſſus eſt. 1. De quinquennio 2. Saturninus

2. *Saturninus* ‖ lib. 1. de officio proconſulis. ‖

QVi ſe venire paſſus eſſet maiorem, ſc. vt pretium ad ipſum perueniret, prohibendum *a* de libertate contendere Diuus Hadrianus conſtituit. ſed interdum ita contendendum permiſit, ſi pretium ‖ſuum‖ reddidiſſet.

1 ¶ Qui ſe ex libertinitate ingenuitati adſerant †, non *b* vltra † quinquennium, quam manumiſſi fuiſſent, audientur.

2 ¶ Qui poſt quinquennium reperiſſe inſtrumenta *c* ingenuitatis ſuæ adſeuerant, de ea re ipſos principes adire oportere cognituros.

Interpretatio verborum, agnitis natalib. 1. De relinquendis manumiſſori.

3. *Pomponius* ‖ lib. 5. Senatuſconſultorum. ‖

HOc ſermone *d*, *Agnitis natalibus*, de nullis aliis intellegendum eſt ſenatum ſenſiſſe, quàm ingenuis.

1 ¶ Verbo autem, *relinquerent*, etiam hoc intellegendum eſt, vt quæcunque ex re eius à quo manumiſſi erant, adquiſita habeant, reſtituant *e*.

¶ Sed id quemadmodum accipiendum ſit, videndum eſt, vtrúmne quæ ignorantibus dominis abſtuliſſent, item quod ex his adquiſitum reddere debeant, an verò etiam conceſſa & donata à manumiſſoribus amplexi ſint. quod magis eſt.

De quinquennio.

4. *Papinianus* ‖ libro 22. Quæſtionum. ‖

ORatio quæ prohibet apud conſules aut præſides prouinciarum poſt *f* quinquennium à die manumiſſionis in ingenuitatem proclamare, nullam cauſam aut perſonam excipit.

De re inter alios iudicata.

5. *Idem* " libro 10. Reſponſorum. "

PAtronum poſt quinquennium † ſententię pro ingenuitate dictæ, quo ignorante *g* res iudicata eſt, non eſſe pręſcriptione temporis ſummouendum reſpondi.

De quæſtione an ſit libertus, vel an ſit illius libertus.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 38. ad Edictum. ‖

QVotiens de hoc contenditur, an quis libertus ſit: ſiue operæ petantur, ſiue obſequium deſideretur, ſiue etiam famoſa actio intendatur, ſiue in ius vocetur, qui ſe patronum dicit, ſiue vlla cauſa interueniat, redditur *h* præiudicium *i*.

¶ Sed & quotiens quis libertinum quidem ſe confitetur, libertum autem Gaij Seij ſe negat, idem præiudicium datur *k*. Redditur autem alterutro deſiderante. Sed actoris partibus ſemper *l*, qui ſe patronum dicit, fungitur, probaréque libertum ſuum neceſſe habet, aut ſi non probet, vincitur.

NE *m* DE *n* STATV DEFVNCTORVM poſt quinquennium quæratur.

TIT. XV.

De priuatis & fiſco. 1. Si per alterius quæſtionem fiat præiudicium ei, qui ante quinquennium deceßit, ſi ingenuus pronunciatus eſſe dicetur. 4. De retractatione in deteriorem, vel meliorem conditionem.

1. *Marcianus* ‖ lib. ſingulari de Delatoribus. ‖

DE ſtatu defunctorum *o* poſt *p* quinquennium quærere non licet, neque priuatim, neque fiſci nomine. 1 ¶ Sed nec eius ſtatus retractandus eſt, qui intra quinquennium deceſſit, ſi per huius quæſtionem præiudicium futurum eſt ante quinquennium mortuo.

2 ¶ Imò nec de viui ſtatu quærendum eſt, ſi quæſtio huius præiudicium facit ei qui ante quinquennium deceſſit. & ita Diuus Hadrianus conſtituit.

3 ¶ Sed interdum & intra quinquennium non licet de ſtatu defuncti dicere. nam oratione *q* Diui Marci cauetur, vt ſi quis ingenuus pronuntiatus fuerit, liceat ingenuitatis ſententiam retractare: ſed viuo eo qui ingenuus pronuntiatus eſt, non " etiam" poſt mortem in tantum vt etiam ſi cœpta quæſtio fuit retractationis, morte eius extinguatur, vt eadem oratione cauetur.

4 ¶ Si quidem in deteriorem *r* conditionem quis ſtatum retractaret, ſecundum ea quæ dixi præſcribendum eſt. ¶ Quid ergo ſi in meliorem? veluti pro ſeruo libertus dicatur: quare non admittatur? quid enim ſi ſeruus quis dicatur, quaſi ex ancilla natus quæ ante quinquennium mortua eſt? quare non liceat probare liberam fuiſſe? hoc enim & pro mortua eſt? Et Marcellus lib. quinto de officio conſulis ſcripſit poſſe. ergo quoque in auditorio publico idem ſecutus ſum.

De filiis eius cuius memoria non fuit retractata. 1. De pupillis 2. De lite ante mortem illata.

2. *Papinianus* " lib. 14. Reſponſorum. "

NOn eſſe libertatis quęſtionem filiis inferendam, propter matris vel patris memoriam poſt *a* quinquennium à morte non retractatam conuenit.

1 ¶ Nec in ea re *b*, quæ publicam tutelam meruit: pupillis *c* agentibus reſtitutionis auxilium tribuendum eſt, quod quinque annorum tempus, cum tutores non haberent, exceſſerit.

2 ¶ Præſcriptio *d* quinque annorum, quæ ſtatum defunctorum tuetur, ſpecie litis ante mortem illatæ non fit irrita, ſi veterem cauſam, deſiſtente qui mouit, longo *e* ſilentio finitam probetur.

De retractatione in meliorem conditionem.

3. *Hermogenianus* ‖ lib 3. iuris Epitomarum. ‖

ANte quinquennium defuncto *f* ſtatus honeſtior *g* quam mortis *h* tempore fuiſſe exiſtimabatur, vindicari non prohibetur. idcirco etſi quis in ſeruitute moriatur, poſt quinquennium liber deceſſiſſe probari poteſt.

De edicto Diui Neruæ 1. De quæſtione nummaria.

4. *Calliſtratus* " lib. 1. de Iure fiſci. "

PRimus *i* omnium Diuus Nerua edicto *k* vetuit, poſt quinquennium mortis cuiuſque de ſtatu quæri.

1 ¶ Sed & Diuus Claudius Claudiano reſcripſit, ſi per quæſtionem nummariam pręiudicium ſtatui videbitur fieri, ceſſare quæſtionem.

DE COLLVSIONE *l* DETEGENDA *m*.

TIT. XVI.

Ratio & ſumma ſenatuſconſulti.

1. *Gaius* " lib. 2. ad Edictum prætoris vrbani, titulo, de liberali cauſa."

NE quorundam dominorum erga ſeruos nimia indulgentia *n* inquinaret ampliſſimum ordinem, eo quòd paterentur ſeruos ſuos in ingenuitatem proclamare, liberóſque iudicari; ſenatuſconſultum *o* factum eſt Domitiani temporibus, quo cautum eſt, *Vt ſi quis probaſſet per colluſionem quicquam factum, ſi iſte homo ſeruus ſit, fieret eius ſeruus, qui detexiſſet colluſionem.*

De quinquennio. 4. De extraneis.

2. *Vlpianus* " lib. 2. de officio Conſulis. "

COnluſionem detegere ingenuitatis poſt ſententiam *p* intra quinquennium *q* poſſe Diuus Marcus conſtituit.

1 ¶ Quinquennium autem continuum vtique accipiemus.

2 ¶ Sicubi planè ætas eius, cuius retractatur conluſio, differendam retractationem in tempus pubertatis, vel alterius rei ſuadet, quinquennium non currere dicendum eſt.

3 ¶ Quinquennium autem non ad perficiendam retractationem, ſed ad inchoandam puto præfinitum. aliter atque circa eum qui ex libertinitate ſe in ingenuitatem petit.

4 ¶ Oratione Diui Marci cauetur, vt etiam extraneis, qui pro altero poſtulandi ius haberent, liceret detegere colluſionem.

De iniuſto contradictore.

3. *Calliſtratus* " lib. 4. de Cognitionibus. "

CVm non *r* iuſto contradictore quis ingenuus *ſ* pronuntiatus eſt, perinde inefficax eſt decretum, atque ſi nulla iudicata res interueniſſet. idque principalibus conſtitutionibus cauetur.

De ſtatu eius qui per colluſionem dicitur pronuntiatus ingenuus.

4. *Vlpianus* " lib. 1. ad legem Iuliam & Papiam. "

SI libertinus per colluſionem *t* fuerit pronuntiatus ingenuus, conluſione detecta, in quibuſdam cauſis quaſi libertinus incipit eſſe. Medio tamen tempore, antequam colluſio detegatur, & poſt ſententiam de ingenuitate latam, vtique quaſi ingenuus accipitur.

De retractatione ſententiæ pro ingenuitate. 1. Si plures ad detegendum accedant.

5. *Hermogenianus* " lib. 5. Iuris Epitomarum. "

SEntentiam pro ingenuitate dictam, & colluſionis prætextu ſemel *u* retractare permittitur. 1 ¶ Si plures ad colluſionem detegendam pariter accedant; cauſa cognita, quis debeat admitti, comparatis omnium moribus, & ætatibus, & *x* cuius magis intereſt, ſtatui oportet.

a i. poſtquam pater & mater quinque annis antè deceſſerunt in libertate.
b i. libertate.
c Etiam pupillis tutores non habentibus currit hæc præſcriptio.
d *l. 1. C. eo.*
e ſcil. triennio. *Accurſ.*
f ſcribe, defuncti vel defunctorum.
g *l. 1. §. 4 ſup. eo.*
h i. quàm qui erat tempore mortis.
i Imo M. Antoninus primus fuit, *teſte Capitolino.*
k hoc edicto. *Hal.*
l *l. 7. C. 20. l. 1. in fi.]. de iure aureorum annulorum.* Colluſionem Ecloga vocat συμπαιγνίαν. Colluſio eſt quidam luſus inter duos 48. *tit.* 12. adde 5. *extrauag. 1.*
m Epitome huius tituli hæc eſt: Qui colludente domino vel patrono ingenuus pronuntiatus eſt, ſeruus aut libertus fit eius qui detexit colluſionem intra quinquennium.
n Hac de cauſa Alexander Seuerus libertinos nunquá in equeſtrem ordinem recepit, *teſte Lampridio eo.*
o Numianum ſc. vel Ninnianum de quo v. *l 2. C. eo.*
p *l. 2. ſup. de iure aureor. l. 29. in fi. ſup. de liberali.*
q continuum. §. 1. *]. eo.*
r Contradictor iuſtus in iudicio eſſe debet, vt iudicium valeat, v. *l. 1. C. de ingen. manumiſſ. l. vlt. C. de edicto D. Hadriani tollendo.*
ſ *v. l. ingenuum 25. ſupra de ſtatu l. 2. C. quando prouocare.*
t *l. 1. ſupra eo l. 1. 2. C. eo. l. 4. en fin. C. de ſeruis fugitiuis.*
u Semel retractatur colluſionis ſententia, non iterum.
x *l. 3.]. de popularibus.*

LIBER

LIBER QVADRAGESIMVS PRIMVS.

DE ADQVIRENDO *a* RERVM DOMINIO *b*.

De iure gentium & ciuili. 1. De occupatione animalium, & de editis ex illis.

1. *Gaius* lib. 2. Rerum cotidianarum ſiue aureorum.

QVARVNDAM *c* rerum dominium nanciſcimur *d* iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræquè ſeruatur. quarundam iure ciuili, id eſt, iure proprio ciuitatis noſtræ. Et quia antiquius ius gentium cum ipſo genere humano proditum eſt *e*, opus eſt vt de hoc prius referendum ſit.

3 ¶ Omnia *f* igitur animalia, quæ terra, mari, cœlo *g* capiuntur, id eſt, feræ *h*, beſtiæ, ‖ &‖ volucres, piſces, capientium fiunt.

2. *Florentinus* lib. 6. Inſtitutionum.

VEl quæ ex his apud nos ſunt *i* edita.

3. *Gaius* lib. 2. Rerum cotidianarum ſiue aureorum.

QVod enim nullius eſt, id ratione naturali occupanti conceditur. 1 ¶ Nec intereſt *k*, quod ad feras beſtias & volucres, vtrum in ſuo fundo quiſque capiat, an in alieno *l*. Planè qui in alienum fundum ingreditur, venandi aucupandive gratia *m*, poteſt *n* à domino, ſi is prouiderit, iure prohiberi, ne ingrederetur.

2 ¶ Quidquid autem eorum ceperimus, eo vſque noſtrum eſſe intellegitur *o*, donec noſtra cuſtodia coërcetur. cùm verò euaſerit cuſtodiam noſtram, & in naturalem *p* libertatem ſe receperit, noſtrum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit.

4. *Florentinus* lib. 6. Inſtitutionum.

NIſi *q* ſi manſuefacta emitti ac reuerti ſolita ſunt.

1. De vulneratione. 2. De apibus 5. De pauonibus, columbis, apibus, ceruis & cæteris animalibus manſuefactis. 6. De gallinis & anſeribus. 7. De captis ab hoſtibus, & de animalium fœtu, & de poſtliminio.

5. *Gaius* libro 2. Rerum cotidianarum ſiue aureorum.

NAturalem *r* autem libertatem recipere *ſ* intellegitur, cùm vel oculos noſtros effugerit, vel ita ſit in conſpectu noſtro; vt difficilis ſit eius perſecutio.

1 ¶ Illud quæſitum eſt, an fera beſtia quæ ita vulnerata ſit, vt capi poſſit, ſtatim noſtra eſſe intellegatur.

¶ Trebatio *t* placuit ſtatim noſtram eſſe, & eo vſque noſtram videri, donec eam perſequamur: quòd ſi deſierimus eam perſequi, deſinere noſtram eſſe, & rurſus fieri occupantis. itaque ſi per hoc tempus, quo eam perſequimur, alius eam ceperit, eo animo, vt ipſe lucrifaceret, furtum videri nobis eum commiſiſſe.

¶ Plerique non aliter putauerunt eam noſtram eſſe, quàm ſi eam ceperimus: quia multa accidere poſſunt, vt eam non capiamus. quod *u* verius eſt.

2 ¶ Apium quoque natura fera eſt. Itaque quæ in arbore noſtra conſederint, antequam à nobis alueo *x* concludantur, non magis noſtræ eſſe intelleguntur, quàm volucres quæ in noſtra *a* arbore nidum fecerint. Ideo ſi alius eas incluſerit, earum dominus erit.

3 ¶ Fauos *b* quoque ſi quos hæ fecerint, ſine *c* furto quilibet poſſidere poteſt. Sed (vt ſupra quoque diximus) qui in alienum fundum ingreditur, poteſt à domino, ſi is prouiderit, iure prohiberi ne ingrederetur.

4 ¶ Examen *d* quod ex alueo noſtro euolauerit, eo *e* vſque noſtrum eſſe intelligitur, donec in conſpectu noſtro eſt, nec difficilis eius perſecutio eſt. alioquin occupantis *f* fit.

5 ¶ Pauonum *g* & columbarum *h* fera natura eſt *i*. Nec *k* ad rem pertinet quod ex conſuetudine auolare & reuolare ſolent.

¶ Nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam.

¶ Ceruos *l* quoque ita quidam manſuetos habent, vt in ſyluas eant, & redeant: quorum & ipſorum feram eſſe naturam nemo negat. ¶ In his autem animalibus quæ conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula *m* comprobata eſt, *vt eouſque n noſtra eſſe intelleguntur, donec o reuertendi animum p habeant*. quod (ſi) *deſierint reuertendi animum habere, deſinant noſtra eſſe, & fiant occupantium.* Intelleguntur autem deſiiſſe reuertendi animum habere tunc, cùm reuertendi conſuetudinem deſeruerint.

6 ¶ Gallinarum *q* & anſerum non eſt fera natura. palam eſt enim alias *r* eſſe feras gallinas *ſ*, & alios feros anſeres *t*.

¶ Itaque ſi quolibet modo anſeres mei & gallinæ meæ turbati *u*, turbatæve adeo longius euolauerint, vt ignoremus vbi ſint: tamen nihilo minus in noſtro dominio tenentur. Qua de cauſa furti *x* nobis tenebitur, qui quid eorum lucrandi animo adprehenderit.

7 ¶ Item quæ ex *y* hoſtibus capiuntur, iure *z* gentium ſtatim *a* capientium fiunt *b*.

6. *Florentinus* ‖ lib. 6. Inſtitutionum.

ITem quæ *c* ex animalibus dominio noſtro eodem iure ſubiectis nata ſunt.

De his quæ ad flumina & maria pertinent. De alluuione. 2. De vi fluminis. 3. De inſula 5. De alueo 6. De inundatione. 7. De ſpecificatione. 8. De confuſione. 10. De his quæ ſolo cedunt. De ædificatione. 13. De plantatione, & de his quæ ſunt in confinio.

7. *Gaius* ‖ libro 2. Rerum cotidianarum ſiue aureorum.

ADeo quidem vt & liberi homines in ſeruitutem deducantur, qui tamen ſi euaſerint hoſtium poteſtatem, recipiunt priſtinam libertatem.

1 ¶ Præterea quod per alluuionem *d* agro noſtro flumen adiicit, iure gentium *e* nobis adquiritur *f*.

¶ Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligere non poſſimus quantum quoquo momento temporis adiiciatur.

2 ¶ Quòd ſi *g* vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & meo prædio attulerit, palam eſt eam tuam permanere *h*. Planè ſi longiore tempore fundo meo hæſerit, arboréſque, quas ſecum traxerit, in meum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur meo fundo adquiſita eſſe. 3 ¶ Inſula *i* quæ in mari naſcitur (quod raro accidit) occupantis fit *k*. nullius enim eſſe creditur. ¶ In flumine nata, (quod frequenter accidit) ſi quidem mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident, pro modo latitudinis cuiuſque prędij, quæ latitudo prope ripam ſit. quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident.

4 ¶ Quòd ſi vno latere perruperit flumen, & alia

a 2. Inſt lt. 1. & 2. Harm. 2. ἐν διαφόρων τρόπων ſcil. 50. Ecl. 1. quibus modis, quibus & à quibus perſonis adquiratur.

b quoad proprietatem ſcil. idque propriè. vſumfructum verò & poſſeſſionem, impropriè. Propriè enim dominium eſt proprietas: poſſeſſio verò vſus rei, Duarenus 1. *diſput.* 17. ita dominium definit. Ius de re aliqua corporali plenè ac liberè diſponendi. extra quam ſi quid lege prohibeatur. Dominium aliud directum, aliud vtile, vt ius Emphyteuticariorum vaſalli, ſuperficiarij, vnum penes alium eſſe poteſt, aliud penes alterum. Plenum dominium eſt, cum vſufructui cohæret proprietas: nudum, quod & directum dici poteſt, cum ſeparatum eſt ab vſufructu. Affinia dominij ſunt, *quaſi dominium* quod eſt penes eum qui rem à non domino bona fide accepit: *ius in re*, quod competit ei cui ius pignoris vel hypothecæ, vel ſeruitutis perſonalis vel realis (quo vocabulo etiam intellige cenſum, decimas & ius poſſidendi) debetur. Eſt & aliquod *ſpe dominium* penes liberos, qui bonorum paternorum ſpe domini ſunt. §. 2. *inſt. de her. qualit. & differ.*

c *Syn. Baſ.* 50. c. 1.

d *l. 3. in prin. infr. &* §. 11. *inſt. de rer. diuiſ.*

e vſu id exigente ſcil. ſic enim rixæ & negligentia & confuſio, quam parit communio, euitantur.

f *Syn. eod. d. c* 1.

g οὐρανῷ Theophi. §. 12. *inſt. de rer. diuiſ.* id eſt, aëre.

h Venationis, aucupij & piſcationis hinc ius, *l. 28. ⁊. ad l. Aquil. l. vn. C. de venat.*

i vide *l. 6. ⁊. eodem.*

k §. 12. *Inſt. de rer. diuiſ.*

l Venari in aliena ſylua, & alieno lacu, ſtagnóve piſcari licere, iure Romano hinc colligit Cuiac. 4. *obſ* 2. vide tamen *l. 13. in fi. ⁊. de iniuriis.* Mores tamen ius Romanum ſubegiſſe, adeo vt ne in flumine quidem publico piſcari, neque in agris liberè venari aut aucupari liceat.

m *l. 16. ſup. de ſeruit. ruſtic. l. vn. C. de Theſaur.*

n *l. 5. §. 3 ⁊. eo.*

o *l. 1. §. 10. ſup. ſi quadrupes.*

p *l. 5. in pr. ⁊. eo.*

q *l. 44. ⁊. eod.*

r *l. 3. in fi. ſup. eo. l. 44. ⁊. eodem.*

ſ § 13. *Inſt. de rerum diuiſ.*

t Trebatij ſententia, fera vulnerata fit eius qui vulnerauit: Gaij ſententia, occupantis *hac lege.* ſed aliter Fridericus diſtinguit apud Radeuicum, 1. *c.* 26. *de geſtis Friderici.* Si quis, inquit, cum canibus venatoriis ſiue Moloſſis feram inuenerit & perſecutus fuerit, vt ei potius quàm occupanti cedat: ſi cum canibus leporariis ſiue laconicis, vt occupanti cedat: ſi lancea vel gladio vulnerauerit aut occiderit, nondum ceperit, vt eius ſit, non occupantis: ſi telo, balliſta, aut arcu emiſſo occiderit, vt æquè eius ſit, non occupantis: eouſque tamen, donec eam perſequatur. quod & *lex* 6. Cod. Longobard. de venatione admittit. Ita conſtat poſteriores Iuriſconſultos & Imperatores diligentius quædam tractaſſe quàm priores: mediis ſententiis quibuſdam & nouis diſtinctionibus introductis.

u *l. 55. verſ. ſummam. ⁊. eo.* §. 14. *inſt. de rer. diuiſ.*

x σμῆνος alueos Græci vocant, & κυψέλας Theoph. *inſt. de rer. diuiſ.*

y ... dari poteſt, *l. 1. §. 10 ſupra de coniungend.* Subſidiaria, vt de dolo non poteſt, *l. 9. §. 2. ⁊. de dolo.*

y *l. 7. l. 51. ⁊. eo. l. 1. §. 5. ⁊. tit. prox.* §. 17. *inſt. de rer. diuiſ.*

z Legitima hinc ſeruitus, de qua Ariſtoteles 1. *Polit* 9.

a quod φυσικὴν κτῆσιν vocat Theophilus §. φυσικὴ *inſt. de rer. diuiſ.*

b non ſemper, *l. 21. in fi. ⁊. de captiuis.*

c §. 19. *inſt. de rer. diuiſ.*

d *l. 1. in fi. C. de alluuionibus* §. 20. *inſt. de rer. diuiſ.* Alluuio. πρόσκλυσις, i. abundatio, πρόσχωσις, i. adaggeratio, dicitur Theophilo.

e Alluuio eſt modus adquirendi iure gentium.

f *l. 12. §. 16. ⁊. eod.*

g §. 21. *inſt. de rer. diuiſ. l. 4. in fi. ſupra de reb. cred.*

h *l. 8. ⁊. de incendio.* i §. 22. *inſt. de rer. diuiſ.* adde *l. 65. ⁊. eo.*

k Nullius ita quod fuit, priuati eſſe poteſt.

a *l.* 16. ſu[p.] *ſeruit. ruſtic.* [...]
b μελιχ[...] 50. *Ecl.* 1. *c.* [...]
c *l.* 26. *in* [...] *furtis.*
d σμῆνος [...] c. 2 ἑσμὸς [...]
e *l.* 2. §. [...] *adquir. poſſeſ.*
f quo iure [...] *ſup. eo.*
g §. 15. *inſt.* [...] *diuiſ. l.* 37. [...] *furtis.*
h v. Guiben[...] 17. *Quæſtion*[...]
i Pauo [...] manſuetus [...] poteſt, *l.* 37. [...] *furtis.* Imo [...] nem agreſtem [...] deri quaſi mi[...] loco, refert [...] 3. *de re ruſtic*[...] *Curtius* 9. *Sig*[...] *an.* 1086.
k Imo perti[...] conſuetudine [...] que auolandi [...] uolandi [...] natura manſ[...]
l §. 15 *inſt. de* [...] *diuiſ.*
m *arg. l.* 4. *ſup*[...]
n Imo vlter[...] 7. *in fi. ſup.* [...]
o *l.* 8. §. 1. *ſup*[...] *erciſc.*
p λογισμ[...] quoniam [...] in brutis intel[...] re non poſ[...] animum pro[...] tendi conſuet[...] hic accipi[...] Conſuetudin[...] tem eam am[...] vt ait Theop[...] *in* §. τοὺς [...] *inſt. de rer. di*[...] vltra tres di[...] fuerint. *Theoph.* [...] & *Har.* 2. *tit.* [...]
q §. 16. *inſt.* [...] *diuiſ.* [...] ὀρνίθων [...]
r rectè ſequ[...] quædam ſunt [...] igitur & qu[...] manſuetę, § [...] *inſt. de rer. diuiſ.*
ſ ἀγριόρνιθ[...] *Theoph.*
t ἀγριοχῆν[...] *Theophil. ibid.* [...] galliorum gall[...] cęorum. vide [...] catulum 9. [...] rij, vbi notat [...] linæ appellatio[...] gallinaceos con[...] neri.
u adde caſum *l.* [...] *⁊. eod.*
x Modica eti[...] in re furtum com[...] mittitur. furtum enim crimen [...] ordinarium, §. [...] *inſt. de action.* Ordinaria autem a[...]ctio pro re modica

‖parte‖nouo riuo fluere cœperit, deinde infrà nouus iſte riuus in veterem ſe conuerterit, ager qui à *a* duobus riuis comprehenſus, in formam *b* inſulæ redactus eſt, eius eſt ſc. cuius & fuit.

5 ¶ Quòd ſi *c* toto naturali alueo relicto flumen aliàs fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt qui prope ripam prædia poſſident, pro modo ſc. latitudinis cuiuſque prædij, quæ ‖ latitudo ‖ prope ripam ſit: nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit, cuius & ipſum flumen. i. publicus iuris gentium. Quòd ſi poſt aliquod temporis ad priorem *d* alueum reuerſum fuerit ‖ & ‖ flumen, rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui prope ripam eius prædia poſſident.

¶ Cuius tamen totum agrum nouus alueus occupauerit: licèt ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen: non tamen is, cuius is ager fuerat, ſtricta ratione quicquam in eo alueo habere poteſt. quia ‖&‖ ille ager, qui fuerat, deſiit eſſe, emiſſa propria forma. & quia vicinum prædium nullum habet, non poteſt ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere, ſed *e* vix *f* eſt, vt id obtineat.

6 ¶ Aliud ſanè eſt, ſi cuius ager totus inundatus *g* fuerit, namque inundatio ſpeciem fundi non *h* mutat. & ob id, cùm receſſerit aqua, palam eſt eiuſdem eſſe, cuius & fuit.

7 ¶ Cùm quis ex aliena materia ſpeciem *i* aliquam ſuo nomine fecerit: Nerua & Proculus putant, hunc dominum eſſe qui fecerit, quia quod factum eſt, antea nullius fuerat.

¶ Sabinus ‖ & ‖ Caſſius magis naturalem rationem efficere putant, vt *k* qui materiæ dominus fuerit, idem eius quoque quod ex eadem materia factum ſit, dominus eſſet, quia ſine materia nulla ſpecies effici poſſit. veluti ſi ex auro, vel argento, vel ære, vas aliquod fecero, vel ex *l* tabulis tuis nauem, aut armarium, aut ſubſellia ‖ fecero ‖, vel ex lana tua veſtimentum, vel ex vino & melle tuo mulſum, vel ex medicamentis tuis emplaſtrum, aut collyrium *m*, vel ex vuis, aut oliuis, aut ſpicis *n* tuis uinum, vel oleum, vel frumentum.

¶ Eſt tamen etiam media ſententia rectè exiſtimantium, ſi ſpecies *o* ad materiam reuerti poſſit, verius eſſe, quod & Sabinus & Caſſius ſenſerunt. ſi *p* non poſſit reuerti, verius eſſe, quod Neruæ & Proculo placuit. vt ecce vas conflatum ad rudem maſſam auri, vel argenti, vel æris reuerti poteſt. vinum verò, vel oleum vel frumentum, ad vuas, & oliuas, & ſpicas reuerti non poteſt. ac ne mulſum quidem ad mel & vinum, vel emplaſtrum, aut collyria ad medicamenta reuerti poſſunt.

¶ Videntur tamen mihi rectè quidam dixiſſe, non debere dubitari, quin alienis ſpicis excuſſum *q* frumentum eius ſit, cuius & ſpicæ fuerunt cùm enim grana, quæ ſpicis continentur, perfectam habeant *r* ſuam ſpeciem, qui excuſſit ſpicas, non nouam ſpeciem facit, ſed eam, quæ eſt, detegit.

8 ¶ Voluntas duorum dominorum miſcentium *ſ* materias, commune *t* totum corpus efficit, ſiue eiuſdem generis ſint materiæ, veluti vina miſcuerunt, vel argentum conflauerunt; ſiue diuerſæ, veluti ſi alius vinum contulerit, alius, mel, vel alius aurum, alius argentum, quamuis & mulſi, & electri, noui corporis ſit ſpecies.

9 ¶ Sed etſi ſine voluntate dominorum caſu confuſæ *u* ſint duorum materiæ vel eiuſdem generis, vel diuerſæ: idem *x* iuris eſt.

10 ¶ Cùm in ſuo loco aliquis aliena materia ædificauerit *y*, ipſe dominus intellegitur ædificij, quia *omne z quod inædificatur ſolo cedit* a. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuit, deſiit eius dominus eſſe, ſed tantiſper neque vindicare *b* eam poteſt, neque ad exhibendum *c* de ea agere, propter legem *d* 12. tabularum, qua cauetur. *ne quis tignum alienum ædibus ſuis iunctum eximere cogatur, ſed duplum pro eo præſtet.*

¶ Appellatione *e* autem tigni omnes materiæ ſignificantur, ex quibus ædificia fiunt.

¶ Ergo, ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificium, poterit materiæ dominus nunc eam vindicare, & ad exhibendum agere.

11 ¶ Illud rectè quæritur, an ſi id ædificium vendiderit is, qui ædificauerit, & ab emptore longo tempore captum poſtea dirutum ſit, adhuc dominus materiæ vindicationem eius habeat. cauſa dubitationis eſt, an eo ipſo, quo vniuerſitas *f* ædificij longo tempore capta eſt, ſingulæ quoque res, ex quibus conſtabat, captæ eſſent. quod non placuit.

12 ¶ Ex *g* diuerſo, ſi quis in alieno ſolo ſua materia ædificauerit, illius *h* fit ædificium cuius & ſolum eſt, & ſi ſcit alienum ſolum eſſe, ſua voluntate amiſiſſe proprietatem materiæ intelligitur *i*. itaque neque *k* diruto quidem ædificio vindicatio eius materiæ competit. ¶ Certè ſi dominus ſoli petat ædificium, nec ſoluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, poterit per exceptionem doli mali repelli: vtique ſi neſcit, qui ædificauit, alienum eſſe ſolum, & tanquam in ſuo bona fide ædificauit. nam ſi ſcit, culpa ei obiici poteſt, quòd temere ædificauit in eo ſolo, quod intellegeret alienum.

13 ¶ Si *l* alienam plantam *m* in meo ſolo poſuero, mea erit. ex diuerſo, ſi meam plantam in alieno ſolo poſuero, illius erit. ſi modò vtroque caſu radices egerit. antequàm enim radices ageret, illius permanet, cuius & fuit. ¶ His conueniens eſt, quòd ſi vicini arborem *a* ita terra preſſerim, vt in meum fundum radices egerit, meam effici arborem. rationem enim non permittere, vt alterius arbor intelligatur, quàm cuius fundo radices *b* egiſſet. Et ideo propè confinium arbor poſita, ſi etiam in vicinum fundum radices egerit, communis eſt.

8. *Marcianus* " lib. 3. Inſtitutionum."

PRo regione cuiuſque prædij. 1 ¶ Sed & ſi in confinio *c* lapis naſcatur, & ſunt *d* pro indiuiſo communia prædia, tunc erit lapis pro indiuiſo communis, ſi terra exemptus ſit.

De ſatione. 1. De his quæ quaſi ſolo cedunt. De ſcriptura. 2. De pictura. 3. De traditione. 5. De quaſi traditione, & primum de venditione rei ex cauſa non transferente dominium tradita. 6. De traditione clauium. 7. De miſſilibus. 8. De his quæ in tempeſtate leuandæ nauis cauſa eijciuntur.

9. *Gaius* " lib. 2. Rerum cotidianarum ſiue aureorum."

QVa ratione autem plantæ, quæ terra coaleſcunt, ſolo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quę ſata *e* ſunt, ſolo cedere intelleguntur. ¶ Cæterum ſicut is, qui in alieno ſolo ædificauit *f*, ſi ab eo dominus ſoli petat ædificium, defendi poteſt per exceptionem doli mali: ita eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poterit, qui ‖ in ‖ alienum fundum ſua impenſa conſeuit. ¶ Literæ *g* quoque, licèt aureæ *h* ſint, perinde chartis membraniſque cedunt, † ac ſolo cedere ſolent ea quæ ædificantur, aut feruntur.

¶ Ideóque ſi in chartis membraniſve tuis carmen vel hiſtoriam, vel orationem ſcripſero, huius corporis, non ego, ſed tu dominus eſſe intellegeris. Sed ſi à me petas tuos libros, tuáſve membranas, nec impenſas ſcripturæ ſoluere velis, potero me defendere per exceptionem doli mali. vtique ſi bona fide eorum poſſeſſionem nanctus ſim.

2 ¶ Sed non, vti literæ chartis membraníſve cedunt, ita ſolent picturæ *i* tabulis cedere, ſed ex diuerſo placuit, tabulas picturæ cedere.

¶ Vtique tamen conueniens eſt, domino tabularum aduerſus eum, qui pinxerit, ſi is tabulas poſſidebat, vtilem actionem dari. qua ita efficaciter experiri poterit, ſi picturæ impenſam exſoluat. alioquin nocebit ei doli mali exceptio. vtique ſi bona fide poſſeſſor fuerit, qui ſoluerit. Aduerſus dominum verò tabularum ei qui pinxerit, rectam vindicationem competere dicimus, vt tamen pretium tabularum inferat, alioquin nocebit ei doli mali exceptio.

3 ¶ Hæ quoque res, quæ *k* traditione *l* noſtræ fiunt, iure gentium nobis adquiruntur, nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis *m* rem ſuam in alium transferre ratam haberi.

4 ¶ Nihil *n* autem intereſt, vtrùm ipſe dominus per ſe tradat alicui rem; an voluntate eius aliquis.

¶ Qua *o* ratione ſi cui libera *p* negotiorum adminiſtratio ab eo qui peregrè proficiſcitur permiſſa fuerit, & is ex negotiis *q* rem vendiderit *r*, & tradiderit, facit *ſ* eam accipientis.

5 ¶ Interdum etiam ſine traditione, nuda *t* voluntas domini ſufficit ad rem transferendam. Veluti ſi rem, quam commodaui, aut locaui tibi, aut apud te depoſui, vendidero tibi: licèt enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderim, eò tamen, quòd patior *u* eam ex cauſa emptionis apud te eſſe, tuam efficio.

6 ¶ Item ſi quis merces in horreo repoſitas ven-

a id circumluuium Gloſſis manu ſcriptis. dixi ad Feſtum.
b l. 20. §. 2. l. 56. l. 65. ff. eo. l. 1. C. de alluuionib. §. 22. in fin. Inſt. de rer. diui.
c §. 23. Inſt. de rer. diuiſ.
d l. 38. ff. eod.
e l. 30. §. 3. ff. eod.
f Imò obtinet, §. 24. inſt. de rer. diui.
g d. §. 24.
h Cur? quia hæc mutatio temporaria eſt.
i §. 25. inſt. de rer. diuiſ.
k l. 76. in fin. ff. de iudic. l. 9. §. 3. ff. ad exhib.
l l. 26. ff. eo.
m §. 25. inſt. de rer. diuiſ. l. 18 §. 10. ff. de inſtructo.
n 2. Gaius 1. §. 7.
o l. 24. ff. eo.
p l. 27. §. 1. eo.
q atqui frumentum ad ſpicas non reuertitur. §. 25. in fi. inſt. de rer. diuiſ.
r etiam antequam excutiantur.
ſ §. 18. inſt. de rer. diuiſ.
t l. 3. ſupra de rei vindic.
u §. 27. inſt. de rer. diuiſ.
x non idem iuris eſt. Hoto. 4. obſ. 22. Theophilus de rerum diuiſ.
y §. 29. inſt. de rer. diuiſ. atqui quod ædificatur non fit immobile, l. 28. ff. eod.
z licet pretioſius ſit ſolo, veluti ſi marmoreis lapidibus quis ædificet.
a l. 49. ſuprà de rei vind. l. 2. C. de ſeruitut.
b l. 23. §. 6. ſuprà de rei vind.
c l. 6. ff. ad exhibendum.
d Cuius verba v. apud Feſtum in voce, *Tignum*: de quo plenius ſcripſi ad leges duodecim Tabularum.
e l. vn. §. 1. ff. de tign. iniuncto.
f l. 30. infrà de adquir. poſſeſſ.
g §. 30. inſt. de rer. diuiſ.
h §. 10. ff. eo. l. 5. C. de rei vind. l. 2. Cod. de ſeruit. l. 37. ff. de rei vind.
i ſumptus tamen neceſſarios repetere poteſt, l. 5. in fi. de rei vindic. v. quæ notaui ad l. 38. ff. de her. pet.
k Imò, diruto ædificio vindicare poteſt §. 10. in fi. ff. eo. l. 37. ſuprà de rei vind. v. l. 2. C. de rei vindic.
l v. Magium 4. miſcell. 7.
m §. 31. inſt. de rer. diuiſ. l. 5. §. 3. ſup. de rei vind. l. 11. ... rei vind.

a vicini arbor ita terram preſſerit, aut ſcripſerit, vt apud Theophilum §. 31. ἐρπύσας ῥίζας.
b v. Frontinum de limitib. agrorum: Theophil. Schola. Epiſt. 56. αἱ σύκαι σοῦ πρὸς τὸ ἐμὸν γήδιον τὰς ῥίζας ἥπλωσαν v. Cuia. inſt. eo. v. Hot. 1. obſ. 10. & 5. obſ. 3. Res autem ita habet. Arbor in confinio poſita vtrinque radices habens, communis eſt: non in confinio poſita, & quaſdam radices in vicini agrum agens nulla parte eſt vicini, l. vlt. ff. quod vi. omnes radices agens in vicini agrum non eſt mea, ſed eius vnde originem habet, l. 6. in fin. ff. arbor. furt.
c l. 19. ff. comm. diuid. l. 83. ff. pro ſocio ἐν τοῖς ὅροις Theoph.
d & ſint pro indiuiſo, Cuiac. inſt. eo.
e §. 32. inſt. de rer. diuiſ.
f non donandi animo, ſecus ſi donandi, l. 14. ſup. de donat.
g §. 33. inſt. de rer. diuiſ. l. 3. §. 14. ff. ad exhibendum.
h i. licèt pretioſiores ſint chartis.
† Mynſingerus in §. 32. inſt. de rer. diuiſ. ait communi calculo doctorum hodie receptum eſſe, vt tabula ſcripturæ cedat.
i §. 34. de rer. diuiſ. non idem iuris eſt. Hoto. 4. obſ. 21. Non vt literæ chartis, ita tabulæ picturæ cedunt, vt hic, & d. §. 34. aliud viſum eſt Paulo in l. 23. § 3. ff. de rei vind. & Caio 2. inſt. 1.
k Traditione conſequimur rerum dominia.
l l. 20. ff. eo. §. 40. Inſt. de rer. diuiſ. l. 20. C. de pactis, l. 12. C. de rei vin.
m ... ad transferendum dominium non nuda tamen: ſed quæ facta ſit ex titulo aliquo idoneo, l. 31. ff. eo Cæterùm, traditio quid eſt? non ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα μετάθεσις. i. de manu in manum tranſlatio: quia ea definitione reciproca, non quæ ſit ex tua parte tantum, intelligi poteſt. ſic itaque Cuiacius definit: Traditio, eſt datio poſſeſſionis, l. 3. ff. de actionibus empti. l. 28. ff. de ver. obl. Cuiacius 11. obſ. 19. Theophilus §. φυσικὸς τρόπος. inſt. de rer. diuiſ. in l. 8. C. de Iudæis.
n §. 42. Inſt. de ver. diuiſ. Paria ſunt enim per ſe vel per alium factum explicare. l. 59. ſup. de procur.
o §. 43. Inſt. de rer. diuiſ.
p Procurator cum libera adminiſtratione, poteſt vendere & tradere, vt hic. exigere, permutare, ſoluere l. 58. ff. de procuratorib. Cui verò toterum, omnium, vniuerſorum bonorum adminiſtratio conceſſa eſt (i. procurator generali) alienare ſine mandato ſpeciali non poteſt, l. 63. ff. de procur. vt nec pignorare, niſi factus ſit ab eo qui ſolebat ſub pignoribus credere, l. 12. ſup de pign. nec poteſt conſentire venditioni, l. 7. §. 1. ff. quibus modis pign. non poteſt etiam tranſigere, l. 60. de procur. & ita differt procurator generalis cum libera, à procuratore generali ſine libera. Quid? is qui liberam habet, poteſt ne paciſcendo efficere ne dominus appellet? Minimè, vide Ancharanum. 3. qu. 10. num. 3.
q id eſt, quatenus negotiorum exigit adminiſtratio, eatenus rata erit hæc alienatio, ſi ad negotia ei commiſſa pertinebit.
r aliud eſt ſi donauerit: donatio mandati fines excedit. ſ Imò, non facit. nec enim poteſt ſine ſpeciali mandato vendere, l. 16. C. de procu. l. 40. ff. de procurat. ſolue, dictæ leges pertinent ad procuratorem generalem ſine libera.
t §. 44. Inſt. de rer. diuiſ.
u Patientia interdum transfertur dominium & cogitatione. Fictæ rei præſentia & traditio perficitur, cùm anteà ob aliam cauſam facta nunc ad iſtam negotium accommodatur, ac refertur, vt hic, v. Hot. 12. illuſtr.

diderit

dederit, ſimul atque claues *a* horrei tradiderit *b* emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem.

7 ¶ Hoc amplius, interdum & in incertam perſonam collocata voluntas domini, transfert rei proprietatem. vt ecce, qui miſſilia *c* iactat in vulgus ignorat enim, quid eorum quiſque excepturus ſit: & tamen, quia vult quod quiſque exceperit, eius eſſe, ſtatim eum dominum efficit.

8 ¶ Alia cauſa eſt earum rerum, quæ in tempeſtate maris, leuandæ nauis cauſa *d*, eiiciuntur. hæ enim dominorum permanent, quia non eo animo eiiciuntur, quòd quis eas habere non vult, ſed quod magis cum ipſa naue periculum maris effugiat. qua de cauſa ſi quis eas fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari nanctus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit.

Per quas perſonas nobis acquiritur. 1. De ſeruis noſtris. 3. De his in quibus vſumfructum habemus. 4. De bona fide poſſeſſis. 5. De differentia fructuarij & bonæ fidei poſſeſſoris.

10. *Idem* "lib. 2. Inſtitutionum."

ADquiruntur nobis non ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per eos *e*, quos in poteſtate habemus, *f* item per ſeruos in quibus vſumfructum habemus, item per homines liberos, & ſeruos alienos, quos bona fide poſſidemus. de quibus ſingulis diligentius diſpiciamus.

1 ¶ Igitur quod ſerui *g* noſtri ex *h* traditione nanciſcuntur, ſiue quid ſtipulentur, vel ex qualibet alia cauſa adquirunt *i*, id nobis adquiritur. ipſe enim qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuum habere poteſt.

¶ Ideóque ſi heres inſtitutus ſit niſi noſtro iuſſu *k*, hereditatem adire non poteſt. & ſi iubentibus nobis adierit, hereditas nobis adquiritur, perinde atque ſi nos ipſi heredes inſtituti eſſemus.

¶ Et his conuenienter ſcilicet legatum nobis per eundem adquiritur.

2 ¶ Non ſolum autem proprietas per eos, quos in poteſtate habemus, adquiritur nobis, ſed *l* etiam poſſeſſio. cuiuſque enim rei poſſeſſionem adepti fuerint, id nos poſſidere videmur.

¶ Vnde etiam per *m* eorum longam poſſeſſionem dominium nobis adquiritur.

3 ¶ De *n* his autem ſeruis in quibus tantum vſumfructum habemus, ita placuit. vt quidquid ex re noſtra, vel ex operis ſuis adquirant, id nobis adquiratur. ſi quid verò extra eas cauſas perſecuti *o* ſint, id ad dominum proprietatis pertinet.

¶ Itaque *p*, ſi is ſeruus heres inſtitutus ſit, legatúmve quid, aut ei donatum fuerit, non mihi, ſed domino proprietatis adquiritur.

4 ¶ Idem placet de eo *q* qui nobis bona fide poſſidetur, ſiue liber ſit, ſiue alienus ſeruus: quòd *r* enim placuit de vſufructuario, idem probatur etiam in bonæ fidei poſſeſſore.

¶ Itaque quod extra duas cauſas adquiritur, ‖ id ‖ vel ad ipſum pertinet, ſi liber eſt: vel ad dominum eius, ſi ſeruus eſt.

5 ¶ Sed bonæ *ſ* fidei poſſeſſor, cùm *t* vſuceperit ſeruum, quia eo modo dominus fit, ex omnibus cauſis per eum ſibi adquirere poteſt: vſufructuarius verò vſucapere ſeruum non poteſt: primùm, quia non poſſidet *u*, ſed habet ius vtendi fruendi: deinde, quoniam ſcit ſeruum alienum eſſe.

De pupillo.

11. *Marcianus* "libro 3. Inſtitutionum."

PVpillus *x*, quantum ad adquirendum, non indiget tutoris auctoritate. alienare verò nullam rem poteſt, niſi præſente tutore auctore, & ne quidem poſſeſſionem, quæ eſt naturalis, vt Sabinianis viſum eſt: quæ ſententia vera eſt.

De lacubus, ſtagnis. 1. De ſpecie facta ex ære vnius, & argento alterius.

12. *Calliſtratus* "lib. 2. Inſtitutionum."

LAcus *y*, & ſtagna licet interdum creſcant, interdum exareſcant *z*, ſuos tamen terminos retinent. ideóque in his ius alluuionis non adgnoſcitur.

1 ¶ Si ære meo, & argento tuo conflato, aliqua ſpecies facta ſit, non erit ea noſtra communis: quia cùm diuerſæ materiæ æs atque argentum ſit, ab artificibus ſeparari *a*, & in priſtinam materiam reduci *b* ſolet.

De procuratore. 1. De tutore.

13. *Neratius* "lib. 6. Regularum."

SI procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eíque ſit tradita meo nomine, dominium mihi, id eſt *c* proprietas adquiritur *d* etiam ignoranti.

1 ¶ Et tutor pupilli, pupillæ ſimiliter vt procurator *e*, emendo nomine pupilli, pupillæ, proprietatem illis adquirit etiam ignorantibus.

De littore & ædificio ibi poſito. 1. Deinde ſublato.

14. *Idem* "lib. 5. Membranarum."

QVod *f* in littore *g* quis ædificauerit *h*, eius erit. nam littora publica *i* non *k* ita ſunt, vt ea quæ in patrimonio *l* ſunt populi, ſed vt ea quæ primùm à natura prodita ſunt, ‖& in nullius adhuc dominium peruenerunt. nec diſſimilis *m* conditio eorum eſt, atque piſcium & ferarum, quæ ſimul atque adprehenſæ ſunt, ſine dubio eius, in cuius poteſtatem peruenerunt, dominij fiunt.

1 ¶ Illud videndum eſt ſublato ædificio, quod in littore poſitum erat, cuius conditionis is locus ſit. hoc eſt, vtrùm maneat eius, cuius fuit ædificium, an rurſus in priſtinam cauſam recidit *n*, perindéque publicus ſit, ac ſi nunquam in eo ædificatum fuiſſet. quod *o* propius eſt, vt exiſtimari debeat, ſi modo recipit priſtinam littoris ſpeciem.

De ædificio in ripa poſito.

13. *Idem* "libro 5. Regularum."

QVi autem in ripa fluminis ædificat, non ſuum facit *p*.

De agris limitatis & his qui hoſtibus deuictis ea conditione conceſſi ſunt vt in ciuitatem venirent.

16. *Florentinus* "lib. 6 Inſtitutionum."

IN agris limitatis *q* ius alluuionis locum non habere, conſtat *r*. ídque & Diuus Pius conſtituit. Et Trebatius ait, agrum qui, hoſtibus deuictis, ea conditione conceſſus ſit, vt in ciuitatem veniret, habere alluuionem, neque *ſ* eſſe limitatum: agrum autem manucaptum, limitatum fuiſſe, vt *t* ſciretur, quid cuique *u* datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico *x* relictum eſſet.

De ſeruo communi.

17. *Vlpianus* "lib. 1. ad Sabinum."

SI duo domini ſeruo communi rem tradiderint, adquirit *y* alteri *z* ab altero.

a §.45. *Inſt. de rerum diuiſ.* Nota & ſymbolo repræſentatur rei traditio. Clauium traditio imago quædam eſt rei traditionis, vt & inſtrumenti traditio, *l. 1. Cod. de donationib.* vini deguſtatio, *l. 1. l. 4. ſup. de periculo.* obſignatio arabium, *l. 14. in fi. ſup. de peculio. v. Hotom. 12. illuſt.* Hinc conſtat in transferendo dominio non ſemper corporalem præſentiam, ocularem & naturalem rei traditionẽ requiri. Nam ſiue res mobilis ſit, ſiue immobilis, ficta traditio (& tamen vtilis, nec inanis) ſufficere poteſt. Ficta eſt, quæ cogitatione, vel nota ſeu ſymbolo repræſentatur, *Hot. ibid.*

b apud horreum, *l. 4. ſ. de contrah. emptione.*

c *§. 6. inſt. de rerum diuiſ.*

d *§. 48. inſt. de rer. diuiſ. l. 7. j. pro derelicto, & ſ. ad l. Rhodiam de iactu.*

e *l. 53. l. 63. j. eo. l. 1. ſ. de his qui ſunt ſui, l. 79. ſ. de adq. hered. §. 3. inſt. per quas perſonas cuique.*

f Item per ſeruos in quibus vſumfructum habemus, *Hal.*

g *§. 3. inſt. per quas perſonas cuique.*

h *v. l. 1. C. per quas perſonas.*

i idque inter viuos.

k Cur ita? ne ſcil. inuitum dominum obliget hereditati, *l. 6. ſ. de adq. hereditate*: non igitur ſufficiet ratihabitio? multi negant: certè cur non ſufficiat minimè video. nam ratihabitione confirmari reſtitutionem hereditatis factam ſeruo conſtat, *l. 65. ſ. ad Trebell.* Præterea ſatis iubere videtur qui ratum habet. Ratihabitionis eſt ea conditio, vt retroacta mandato comparetur, *v. l. vlt. C. ad ſenat. Macedon.* Satis iubet qui mandat: neque video iubendi vocabulo ratihabitionem excludi.

l *§. 4 verſ. non ſolùm, inſt. per quas perſonas cuique, l. 24. j. de adq. poſſeſſ.*

m Dominium adquirimus, per longam poſſeſſionem etiam ſeruorum noſtrorum, vt quod longo tempore illi poſſiderint, eorum dominium per eos poſſidendum adquiramus. n *d. §. 4. in pr. Paul. 5. ſent. 7. §. 3.*

o id eſt, adſecuti.

p Legata & donationes nobis adquiruntur non ex re noſtra, operísve ſeruorum, ſed extrinſecus, id eſt caſu, mera denique alterius liberalitate.

q *d. §. 4. verſ quod enim placuit. & §. 1. inſt. per quas perſonas nobis obligatio.*

r Vſufructuarij ſerui & bona fide poſſeſſi ſimilitudo.

ſ Vſufructuarij, & bonæ fidei poſſeſſoris ſimilitudo.

t *d. §. 4. verſ. ſed bona fidei poſſeſſ.*

u hinc colligere poſſis, Aliud eſſe ius poſſeſſionis, aliud ius vtendi fruendi, *l. 52. j. de adq. poſſeſſ. l. 1. § 8. j. quod legator.* hinc etiam colligit Cuiacius 18. *obſ.* 24. Naturalem poſſeſſionem non tantum facti, ſed iuris eſſe. Nam vſufructuarius naturaliter poſſidet fundum alij, non ſibi: ius vtendi fruendi ſibi habet, non alij. Ne dicas fructuarium poſſidere naturaliter, dominum ciuiliter: quia eiuſdem rei duo in ſolidum poſſeſſores eſſe non poſſunt.

x *§. 2 inſt. quibus alienare licet vel non, v. l. 29. ſ. de author. tutor.* v. quæ notaui ad *l. 23. §. 1. ſ. de donationib.*

y *v. l. 24. j. de aqua pluuia.*

z decreſcant, *Cuiac. inſt. de rer. diuiſ. in verbo, præterea quod per alluuionem.*

l. 39. in fin. j. eod. l. 2. §. 2. l. 3. §. 1. j. ne quid in loco publ. h *diuiſ. rer.* i Publica quæ dicantur, v. apud Ariſtotelem 2. *Politic.* 2.

k Littora ſunt quidem publica, ſed non ita publica, vt quæ ſunt in patrimonio populi Romani, ſed iis magis accedunt, ſimiliáve ſunt, quæ primum à natura prodita & in nullius adhuc dominium peruenerunt.

l id eſt dominio, in bonis. Quid? littora in quibus populus Romanus imperium habet, nonne populi ſunt Romani? vtique, *l. 3. j ne quid in loco publico.* populi ſunt Romani, quod ad imperium & dominium reſpectu aliarum gentium & barbarorum: quod ad ipſos ſubditos, non ita ſunt in patrimonio populi Romani: ſubditis ac priuatis in eis ædificare iure non liceat. atque ita ſuperiores duæ leges quodammodo inter ſe contrariæ conciliari poſſunt. vt interea omittam plus priuatis licere in ipſo mari quàm in ipſis littoribus, *arg. l. 4. pr. ſup. de rer. diuiſ* vt quodammodo ſine decreto Prætoris in ipſo mari quis ædificare poſſe videatur: in littore, non poſſit. An is qui in mari ædificauit ſit immunis ab imperio eius qui eo in mari, ſuum Thalaſſiarcham perpetuo habere ſoleviderint Veneti. m Quod iuris eſt in piſcium & ferarum captiuitate, hoc idem ſeruatur in littoris occupatione. n recidat, *vulg. Hal.*

o Ædificium (quod in littore poſitum erat) dilapſum aut dirutum, quaſi iure poſtliminij reuertitur ad priſtinam cauſam: adeò vt ſi alius poſtea eo loco ædificauerit, eius fiat ædificium, *l. 6. ſup. de rer. diuiſ.*

d Curita? Qui in ripa ædificat, in alieno fundo ædificat. ſi quidem riparum proprietas, eſt eorum quorum prædiis inhærent, *l. 5. ſ. de rer. diuiſ.*

q Ager limitatus, hic & in *l. 1. §. 6. j. de fluminib. apud Feſtum & Frontinum lib. de limitib. agrorum.* à limitibus dicitur. Limites in agris limitatis ſunt, qui populo iter præbent ex lege Sempronia, Cornelia & Iulia: & ideo in modum agri non cedunt, *l. 1. §. 1. ſ. de periculo.* ex his decumani pedes 40. cardines, 20. actuarij, 12. ſubtrunciui, 8. id eſt legitimam viæ latitudinem habent, auctore Hygeno *lib. de limitibus agr. v. Cuiac. 3. obſer. 9.* r Quia agri limitati ſuos ſtatutos terminos habent, ideóque incrementum ex alluuione aut inſula non habent, *v. l. 1. §. 6. j. de fluminib.* ſ Hic eſt ager, per extremitates menſura comprehenſus qui ciuitati totus adſignatus eſt per vniuerſitatem: vt authore Iulio Frontino, in Luſitania Salmaticenſibus & in Hiſpania citeriore Palantinis, & ita in compluribus prouinciis tributarium ſolum per vniuerſitatem definitum, *v. Cu. ibid.* t Limitata cauſa limitatum effectum parit. u Prædia enim capta partim aſſignabant militibus, partim diſtrahebant. *l. 11. ſup. de euict.* x quid veteri poſſeſſori relictum eſſet. Cuiacius ita ingenioſiſſimè reſtituit, argumento veteris cuiuſdam Codicis, in quo ita ſcriptum fuit, quídve p. relictum eſſet. & quod apud Valerium Probum veteri poſſeſſori reddita, his notis ſignantur, *V. P. R.* item quod modicum quiddam veteri poſſeſſori relictum honoris cauſa conſtat, *l. 15. §. 2. ſ. de rei vind.* hinc etiam Siculus Flaccus *in lib. de condit. agrorum.* Nec tamen, inquit, omnibus perſonis victis ablati ſunt agri. nam quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem ducem mouit vt quid eis relinqueret.

y *al.* adquiritur, *l. 8. j. de acceptil.* z obſtare videtur lex 37. §. 1. j *eod.*

De ſeruo

De ſeruo hereditario.

18. *Idem* ‖ lib.4.ad Sabinum.‖

PEr hæreditarium *a* ſeruum, quod *b* eſt eiuſdem hæreditatis, hæredi adquiri non poteſt, & maximè ipſa hæreditas.

De libero homine bona fide ſeruiente.

19. *Pomponius* ‖ lib.3. ad Sabinum.‖

LIber homo qui bona fide mihi ſeruit, id quod ex operis ſuis *c*, aut ex re mea pararet, ad me pertinere ſine dubio Ariſto ait. quod verò quis ei donauerit aut ex negotio geſto adquiſierit, ad ipſum pertinere.

¶ Sed hæreditatem legatumve non adquiri mihi per eum, quia *d* neque ex re mea, neque ex operis ſuis id ſit: nec vlla eius opera eſſet in legato, in hereditate aliquatenus *e*, quia per ipſum adiretur. quod & Varium Lucullum aliquando dubitaſſe. ſed verius eſſe non adquiri, etiam ſi teſtator ad me voluiſſet pertinere. Sed licèt ei minimè adquirit, attamen ſi voluntas euidens teſtatoris appareat, reſtituendam eſſe ei hæreditatem. Sed Trebatius, ſi liber homo bona fide ſeruiens, iuſſu eius, cui ſeruiat, hæreditatem adiiſſet: hæredem ipſum fieri, nec intereſſe, quid ſenſerit, ſed quid fecerit. Labeo contra, ſi ex neceſſitate id feciſſet: quod ſi ita, vt & ipſe vellet, ipſum fieri hæredem.

De traditione. 2. De adquiſitione per liberam perſonam.

20 *Vlpianus* " lib.29.ad Sabinum."

TRaditio nihil *f* amplius transferre debet vel poteſt ad eum, qui accipit, quam eſt apud eum, qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo habuit, id tradendo *g* transfert: ſi non habuit, ad eum qui accipit, nihil *h* transfert *i*.

1 ¶ Quotiens autem dominium transfertur, ad eum qui accipit tale transfertur, quale *k* fuit apud eum qui tradit. ſi ſeruus fuit fundus, cum ſeruitutibus tranſit *l*. ſi liber, vti fuit: & ſi fortè ſeruitutes debebantur fundo, qui traditus eſt, cum iure ſeruitutum debitarum transfertur. Si quis igitur fundum dixerit *m* liberum, cùm traderet eum qui ſeruus ſit, nihil iuris ſeruituti fundi detrahit: veruntamen obligat ‖ que‖ ſe, debebitque præſtare, quod dixit.

2 ¶ Si ego & Titius rem emerimus, eaque *n* Titio & quaſi meo procuratori tradita ſit, puto mihi quoque quæſitum dominium. quia placet, per liberam perſonam omnium rerum poſſeſſionem *o* quæri poſſe, & per hanc *p* dominium.

De eo qui bona fide ſeruit. De alienante rem quam non poßidet.

21. *Pomponius* " lib.11. ad Sabinum."

SI *q* ſeruus meus tibi bona fide *r* ſeruiret, & rem emiſſet, traditaque ei eſſet. Proculus *ſ*, nec meam fieri, quia ſeruum non poſſideam, nec *t* tuam, ſi non ex re tua ſit parata. Sed ſi liber bona fide tibi ſeruiens emerit, ipſius fieri.

1 ¶ Si rem meam poſſideas, & eam velim tuam eſſe, fiet tua, quamuis *u* poſſeſſio apud me non fuerit.

De ſeruo vi, clam, vel precario poſſeſſo.

22. *Vlpianus* ‖ lib.40.ad Sabinum.‖

NEmo ſeruum vi *x* poſſidens, aut clam, aut precario, per hunc ſtipulantem, vel rem accipientem poteſt adquirere.

De eo qui bona fide ſeruit.

23. *Idem* " lib. 43. ad Sabinum".

QVi bona *y* fide alicui ſeruiat, ſiue ſeruus alienus eſt, ſiue homo liber eſt, quidquid ex re eius, cui ſeruit adquirit, ei adquirit, cui bona fide ſeruit.

¶ Sed & ſi quid ex operis ſuis adquiſierit, ſimili modo ei adquirit. nam & operæ quodammodo ex re eius, cui ſeruit, habentur, quia iure operas ei exhibere debet, cui bona fide ſeruit.

1 ¶ Tandiu autem adquirit, quamdiu bona fide ſeruit. cæterum ſi cœperit ſcire, eſſe eum alienum, vel liberum: videamus, an ei adquirit. quæſtio in eo eſt, vtrum initium ſpectamus, an ſingula momenta? & *z* magis eſt, vt ſingula momenta *a* ſpectemus *b*.

2 ¶ Generaliter dicendum eſt, quod ex re ſua, hoc eſt eius, cui bona fide quis ſeruit, ei adquirere non poteſt, ſibi eum adquiſiturum. quod autem non *c* ex re eius ſibi adquirere non poteſt, ei adquiſiturum, cui bona fide ſeruit.

3 ¶ Si quis duobus bona fide ſeruiat, vtrique adquiret, ſed ſingulis ex re ſua. Quod autem ex re alterius eſt, vtrum pro parte ei cui bona fide ſeruit, pro parte domino, ſi ſeruus ſit, aut ſi liber ſit *d*, ei ‖ cui bona fide ſeruit, ‖ an verò ei debeat adquirere totum, ex cuius re eſt, videamus? quam ſpeciem Scæuola quoque tractat libro ſecundo quæſtionum. ait enim, ſi alienus ſeruus duobus bona fide ſeruiat, & ex vnius eorum re adquirat, rationem facere, vt ei *a* duntaxat *b* in ſolidum *c* adquirat. ſed ſi adiiciat eius nomen, ex cuius re ſtipulatur, nec dubitandum eſſe ait, quin ei ſoli adquiratur. quia & ſi ex re ipſius ſtipularetur, alteri ex dominis nominatim ſtipulando ſolidū ei ſoli adquiret. Et in *d* inferioribus probat, vt quamuis non nominatim, nec iuſſu meo, ex re tamen mea ſtipulatus ſit: cùm pluribus bona fide ſeruiret, mihi adquirat. nam & illud receptum eſt, vt quotiens communis ſeruus omnibus adquirere non poteſt, ei *e* ſoli eum adquirere, cui poteſt. & hoc Iulianum quoque ſcribere ſæpe retuli. eóque iure vtimur.

De ſpecificatione.

24. *Paulus* ‖ lib.14.ad Sabinum.‖

IN omnibus, quæ ad eandem ſpeciem *f* reuerti *g* [non] poſſunt *h*, dicendum eſt, ſi materia manente ſpecies *i* dumtaxat fortè mutata ſit (veluti ſi ex meo ære ſtatuam, aut argento ſcyphum feciſſes) me eorum dominum manere.

25. *Calliſtratus* " lib.2.Inſtitutionum."

NIſi voluntate domini alterius nomine id factum ſit. propter conſenſum enim domini tota res eius fit, cuius nomine facta eſt.

1. De acceſſione. 2. De arbore aliò tranſlata. 3. De lana purpurata.

26. *Paulus* " lib.14. ad Sabinum."

SEd ſi meis *k* tabulis nauem feciſſes, tuam nauem eſſe, quia cupreſſus *l* non maneret *m*, ſicuti nec lana veſtimento facto, ſed cupreſſeum, aut laneum corpus fieret.

1 ¶ Proculus indicat, hoc iure nos vti, quod Seruio & Labeoni placuiſſet: In quibus *n* propria qualitas *o* expectaretur *p*, ſi quid additum erit, toto cedit *q*, vt ſtatuæ pes, aut manus *r*, ſcypho fundus *ſ*, aut anſa *t*, lecto fulchrum *u*, naui tabula *x*, ædificio cæmentum *y*: tota enim eius ſunt, cuius ante fuerant *z*.

2 ¶ Arbor radicitus eruta, & in alio poſita, priuſquam coaluerit, prioris domini eſt: vbi coaluit *a*, agro cedit: & ſi rurſus eruta ſit, non ad priorem dominum reuertitur. nam credibile *b* eſt, alio terræ alimento aliam factam.

3 ¶ Si meam lanam *c* feceris purpuram *d*, nihilominus meam eſſe Labeo ait, quia nihil intereſt inter purpuram, & eam lanam, quæ in lutum, aut cœnum cecidiſſet, atque ita priſtinum colorem perdidiſſet.

De acceſſione, plumbatione, ferruminatione. 1 De medicamentorum & vnguentorum confectione. 2. De ferruminatione.

27. *Pomponius* " lib.30.ad Sabinum."

QVidquid " in " facto *e* argento alieni argenti addideris, non eſſe tuum totum argentum *f*, fatendum eſt. at contra, ſi tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris *g*, alienóve argento ferruminaueris, non dubitatur ſcyphum tuum eſſe, & à te rectè vindicari.

2 ¶ Vbi ſimul plura contribuuntur, ex quibus vnum medicamentum fit, aut *h* coctis *i* odoribus vnguenta facimus, nihil hic ſuum verè dicere poteſt prior dominus. quare potiſſimum exiſtimari, cuius nomine factum ſit, eius eſſe. 2 Cùm partes duorum dominorum ferrumine cohæreant, hæ cum quærerentur vtri cedant? Caſſius ait pro portione rei æſtimandum, vel pro pretio cuiuſque partis. Sed ſi neutra alteri acceſſioni eſt, videamus ne aut vtriuſque eſſe

a l.43.ſ.ſuprà de adq.hæred.
b Hereditarius ſeruus eſt, qui eſt hereditatis defuncti, vt hic. quem defunctus in ſua hæreditate reliquit.
c v.l.23.ſ.eo.§.4.inſt.de rer.diuiſ. adde l.9.§.3.ſ.eo.
d Hereditatis aditio non conſiſtit in operis.
e In hereditatis aditione facti eſt aliquid. Eſt alias animi & conſilij plus quàm facti, v. quæ ſcripſi ad l.1.§.3.j. de adquir. poſſ. l.4.§.2.j. de vſucap.
f l.67.ſ.de contr. empt. l.3.in fi.ſup. de pig. l.54. l.120. j.de reg.iur. c.79. de reg. in 6.
g l.9.§.3.ſup.eo.
h niſi poſſeſſionem, l.18.§.1.j. de adquir. poſſeſſ.
i Directo ſc. non indirecto: tranſfert enim cauſam vſucapiendi, l.46.j.eo.l.74.in fi. ſup. de contr. empt.
k & ſi ſit in ſpe, ſpem quoque trāſmittet, l.67.ſuprà de vſufru.
l l.23.§.2.ſ.de ſeruit. ruſtic. l.67.ſ. de cont. empt. l.3.C.de ſeru. l.12. C. de diſtr. pign.
m alias, ſi non dixerit, non cogitur eum liberum præſtare, v.l.59.ſ.de contrah. empt.
n al. eaque vt Titio & meo procuratori, &c.
o l.11.in fi.ſup. eod. l.53.j.eo.l.11.§.6.ſ.de ſign. l.1.§.eo.l.2.l.9.l.1.l.4.in fi.infrà de adquir. poſſeſſ. l.1.l.8.C. de adquir. poſſeſſ. §.5. inſt. per quas perſonas cuique.
p Cur? dominium ex naturali rerum poſſeſſione cœpit, l.1.§.1.j. de adq. poſſeſſ. l.8.C.de adq. poſſeſſ.
q al. ſi cum ſeruus meus: &c.
r l.9.ſ.eod.
ſ qui diuerſæ ſectæ fuit.
t Cuius igitur? fiet domini, ſi ex eius pecunia & alterius ſeruus quid adquiſit: non fiet domini, ſi ex pecunia bonæ fidei poſſeſſoris aut ex operis ſuis quæſiuit, l.23.j.eo.
u l.9.§.5.ſ.eo. l.62.ſ.de euict.
x v.l.34.in fi.j.de ſtip.ſeruor.
y l.10.l.19.ſ.eo. l.1.§.6.j. de adq. poſſ. l.7.in pr.j.pro emp. l.20. infrà de ſtip.ſeru. l.1.C.de rei vind. inſt. per quas perſonas cuique, in pr. §.1.inſt.per quas perſon. nob.obli.
z hæc verba, *& magis eſt, vt ſingula momenta ſpectemus.* gloſſam eſſe putat Antonius Faber *illo loco.*
a Imo, ſingula momenta non ſpectamus, ſed caſum tantum euictionis, l.25.in fi. ſuprà de vſur.
b al. ſpectemus, & generaliter, &c.
c quod autem ex re eius, vulg. Hal. vt l.20.j de ſtip.ſeru. Cuiacius 4. obſ.1. & 17. obſ.11. reprehenſus à Roberto 2. recept.21. vulgatam defendit quoque Antonius Faber. 4. Coniecturarum.16.
d Liber ſit ſibi, an verò ei debeat, &c. Cuia.4.obſer.1.

a vt ei duntaxat partem adquirat, &c. Cuia.4 obſ.1.
b Imo, duobus, l.45.j.eod.
c l.19.j.de ſtipul. ſeruor.
d Scæuola variauit, v. Cuiacium 4.obſer.1. & 4. ad Africanum.
e l.25.§.3.ſup.de vſufruct.
f l.7.§.7. ſup.eo.
g ad eundem habitum quem antea habuit.
h reuerti poſſunt. Hal. & rectè.
i Qui ex metallo prorſus alieno nouam ſpeciem facit, formam nouam addit, non fit tamen rei dominus, eo caſu forma cedit materiæ. Qui ex liquidis prorſus alieni nouā ſpeciem facit, rei fit dominus, eo caſu forma vt præualens, ſubſtantiam ad ſe trahit, niſi forma rei voluntate domini inducta ſit, l.25.j.eod. Cur tam variè? Poſtremus caſus generaliter locum habet, vt ſcilicet forma dans eſſe rei eſſentiam ad ſe trahat, quia quod ita factum eſt, antea nullius erat, l.7.§.7.ſup.eod. Imo, ne erat quidem, cùm ſit noua ſpecies. Ideoque is qui fecit, dominus habendus eſt, eo magis quod cum ſpecies non poſſit ad priorem materiam reſolui, materia habeatur pro deperdita, & idcirco non poſſit vindicari. Prius vel ideo admittitur, quod ſpecies non videatur nouam formam ita ſuſcepiſſe, quin tam facilè poſſit in ſuam priſtinam & rudem materiam reſolui ac reduci: & ita locum habere poteſt quod Proculus ſenſit.
k ex meis, vulg. Hal.
l i.carina, l.61 ſup.de rei vind.
m Qui ex cupreſſo aliena nauem, ex lana aliena veſtimentum facit, nauis ac veſtimenti dominium adquirit. ergo ſi ex ligno aut marmore alieno ſtatuam quis fecerit, ſtatuæ fiet dominus qui eam fecerit.
n rebus ſc.
o indiuidua ſc. corpori quòd propriam qualitatem, proprium ac ſpeciale nomen habet. ὅλῳ σώματι
p ſpectaretur *vulgat.*
q toto cedere. *Hal.* Acceſſorium indiuiduo cedit quamdiu ei inhæret. 50. Ecl.1. c.25. l.23.§.2.§.5. ſup.de rei vind. poteſt tamen agi ad exhibendum vt ſeparetur, d.§.5. l.7.§.2.ſ.ad exhib. vind.
r vel brachium, d.§.2 l.14.ſup.de auro.
ſ d.§.2.
t adde l.21.§.4.j.de furtis. Syn.Baſ.1.c.25. ea naſus etiam dicitur, hinc naſiterna, genus vaſis aquarij quòd tres naſos, i. anſas habet: ita Vatinianis calicib. affingit naſos Martialis, 14. Epigra.96. & Iuuen. *Satyra 7.verſ.47.* Siccabis calicem naſorum quatuor, v. Ioſephum Saligerum apud Feſtum in dictione *naſiterna*. anſa ὠτίον, à Græcis dicitur, 50. Eclo.1.c.25.
u Fulchrum ſequitur lecti legatum, l.52.in fi.ſup.de leg.3.
x l.61.ſ.de rei vind.§.25.inſt.de rerum diuiſ.
y l.3.in fi l.39.ſ.de rei vind.
z i. talia acceſſoria ei cedunt cui indiuiduè adiecta ſunt.
a i.radices egit, l.7.§.13.ſ.eo. l.5.§.3.ſ.de rei vind. l.9.§.2.ſ.de damno, §.31. inſt.de rer.diuiſ.
b nota rationem decidendi.
c infectam ſc.
d infeceris purpura. *Hal.*
e Quidquid infecto argento, vulg. quidquid facto argento. *Hal.*
f ſed commune pro rata prædiorum, l.3.§.2.ſup.de rei vind.
g Plumbatura plumbo fit, confuſionem non facit. Ferruminatio confuſionem facit, v.l.23.§.5.ſ.de rei vind. Auri ferruminatio, quæ chryſocolla fit ex Cypria ærugine, vrina impuberis, & nitro.
h Vt coctis odorib. *vulg.* & mal. agitur hic de duobus de medicamento ſc. & unguento, ſic in Baſilicis ἢ ἀπὸ πολλῶν βοτανῶν ἔμπλαστρος ἢ τὰ ἀπὸ εἰδῶν μύρα. Cuiac. 13. obſ.12.
i Non eadem vis eſt odorib. niſi decoctis, Plin. 12. mixtos in corpore odores concoctos que

dicenda

dicenda ſit, ſicuti maſſa confuſa, aut eius cuius nomine ferruminata eſt. ſed Proculus & Pegaſus exiſtimant ſuam cuiuſque remanere.

De ædificato ſupra parietem vicini.

28. *Idem* " lib. 33. ad Sabinum."

SI ſupra *a* tuum parietem vicinus ædificauerit, proprium "eius" id quod ædificauerit, fieri, Labeo & Sabinus aiunt. ſed Proculus, tuum proprium, quemadmodum *b* tuum fieret, quod in ſolo *c* tuo alius ædificaſſet, quod verius eſt.

De inſula.

29. *Paulus* ‖ lib. 16. ad Sabinum.‖

INter *d* eos qui ſecundum vnam ripam prædia habent, inſula in flumine nata, non pro indiuiſo communis fit, ſed *e* regionibus quoque diuiſis: quantum enim ante cuiuſque eorum ripam eſt, ‖tantum,‖ veluti linea in directum per inſulam transducta, quiſque eorum in ea habebit certis regionibus.

1. De ripa fluminis, & arbore ibi nata & alueo. 2. De inſula & alueo. 3. De inundatione & natura fluminis. 4. De ædificatis in mari.

30. *Pomponius* ‖ lib. 44. ad Sabinum.‖

ERgo ſi inſula nata adcreuerit fundo meo *f*, & inferiorem g partem fundi vendidero, ad cuius frontem inſula non reſpicit, nihil ex ea inſula pertinebit ad emptorem, eadem ex cauſa, qua *h* nec ab initio quidem eius fieret, ſi iam tunc, cùm inſula naſceretur, eiuſdem partis dominus fuiſſet.

1 ¶ Celſus filius, ſi in ripa fluminis, quæ ſecundùm agrum meum ſit, arbor nata ſit, meam *i* eſſe ait, quia ſolum ipſum meum priuatum eſt, vſus autem eius publicus k intelligitur. & ideo, cum exſiccatus eſſet alueus, proximorum fit: quia iam populus eo non vtitur.

2 ¶ Tribus modis inſula *l* in flumine fit. vno, cùm agrum, qui aluei non fuit, amnis circumfluit: altero, cùm locum, qui aluei eſſet, ſiccum relinquit, & circumfluere cœpit. tertio, cùm paulatim colluendo locum eminentem ſupra alueum fecit, & eum alluendo auxit. Duobus poſterioribus modis priuata inſula fit eius, cuius ager proprior fuerit, cum primum extitit. nam & natura fluminis hæc eſt, vt curſu ſuo mutato, aluei cauſam mutet. nec quicquam interſit, vtrum de aluei duntaxat ſolo mutato, an de eo quod ſuperfuſum ſolo & terræ ſit, quæratur. vtrumque enim eiuſdem generis eſt. Primo autem illo modo cauſa proprietatis non mutatur.

3 ¶ Alluuio *m* agrum reſtituit eum, quem impetus fluminis totum abſtulit. Itaque ſi ager, qui inter viam publicam & flumen fuit, inundatione fluminis occupatus eſſet, (ſiue paulatim occupatus eſt, ſiue non paulatim) ſed eodem impetu receſſu fluminis reſtitutus, ad priſtinum dominum pertinet. flumina enim cenſitorum *n* vice funguntur, vt ex priuato in publicum addicant, & ex publico in priuatum. Itaque ſicuti hic fundus, cùm alueus fluminis factus eſſet, fuiſſet publicus, ita nunc priuatus eius eſſe debet, cuius antea fuit.

4 ¶ Si pilas *o* in mare iactauerim, & ſupra eas inædificauerim, continuo ædificium meum fit. item ſi inſulam in mari ædificauerim, continuo mea fit quoniam id quod nullius ſit, occupantis fit.

De nuda traditione. 1. De theſauro.

31. *Paulus* " lib. 31. ad Edictum."

NVnquam nuda *p* traditio *q* transfert dominium, ſed ita ſi vendito *r*, aut aliqua *ſ* iuſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſequeretur.

1 ¶ Thenſaurus *t* eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ *u*, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. ſic. n. fit *x* eius, qui inuenerit, quod non alterius ſit. Alioquin ſi quis aliquid vel lucri *y* cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ, condiderit ſub terra, non eſt thenſaurus, cuius etiam furtum fit.

De acquiſitione per ſeruos.

32. *Gaius* " lib. 11. ad Edictum Prouinciale."

ETiam *z* inuitis *a* nobis per ſeruos adquiritur penè ex omnibus cauſis.

De ſeruo peculij caſtrenſis. 1. De re caſtrenſi ſubtracta. 1. De ſeruo hæreditario.

33. *Vlpianus* " lib. 4. Diſputationum."

IN eo quod ſeruo caſtrenſi *b* ante aditam hæreditatem filij familias militis legatur, vel eo, quod ſtipulatur ſeruus, tractatur apud Marcellũ libro viceſimo, ex cuius perſona vel ſtipulatio vires habeat vel legatum. & puto verius, quod & Scæuolæ videtur. & ipſe Marcellus tractat, ſi quidem adeatur hæreditas, omnia vt in hereditario ſeruo: ſi adita non ſit, vt in proprio patris eſſe ſpectanda. Et ſi vſus fructus fuerit huic ſeruo relictus, modo patri videri delatum, modo heredi. nec à perſona in perſonam creditur tranſiſſe.

1 ¶ Eadem diſtinctione quis vtetur, etiam ſi res fuerit ſubtracta, aut ceſſare, aut non, furti actionem dicet, ſi ex teſtamento adierit, quoniam hereditati furtum non fit. aut ſi non adierit, patri dabitur furti actio. nam & condictio.

2 ¶ Quotiens ſeruus hereditarius ſtipulatur, vel per traditionem accipit, ex perſona defuncti vires conſumit, vt Iuliano placet. cuius & valuit ſententia, teſtantis perſonam ſpectandam eſſe, opinantis.

De hereditate.

34. *Idem* " lib. 4. de Cenſibus."

HEreditas enim non heredis perſonam, ſed *e* defuncti ſuſtinet, vt multis argumentis iuris ciuilis comprobatum eſt.

De errore tradentis.

35. *Idem* " lib. 7. Diſputationum."

SI procurator meus vel tutor pupilli, rem ſuam quaſi meam, vel pupilli, alij tradiderint, non receſſit ab eis dominium, & nulla eſt alienatio. quia nemo errans *b* rem ſuam emittit. *c*.

De conſenſu in corpore, & diſſenſu in cauſa traditionis.

36. *Iulianus* " lib. 13. Digeſtorum."

CVm in corpus quidem, quod traditur, conſentiamus, in cauſis verò diſſentiamus, non *d* animaduerto, cur inefficax ſit traditio. Veluti ſi ego credam, me ex teſtamento tibi obligatum eſſe, vt fundum tradam, tu exiſtimes, ex ſtipulatu tibi eum deberi.

¶ Nam & ſi pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratia, tu eam quaſi creditam *e* accipias: conſtat, proprietatem ad te tranſire *f*. nec impedimento eſſe, quòd circa cauſam dandi atque accipiendi diſſenſerimus.

De ſeruo pignorato. 1. De ſeruo communi. 4. De ſeruo vnius. 5. De ſeruo fructuario 6 De ſeruo communi. De procuratore.

37. *Idem* " lib. 44. Digeſtorum."

PEr ſeruum, qui pignori *g* datus eſt creditori nec poſſeſſio adquiritur: quia nec ſtipulatione nec mãdatione *h*, nec vllo alio modo per eum ſeruum quicquàm ei adquiritur, quamuis poſſeſſio *i* penes eum ſit.

1 ¶ Si vnus ex dominis, ſeruo communi pecuniam donauit, in poteſtate domini eſt, quemadmodum *k* ſeruo communi pecuniam donet. nam ſi hoc ſolum egerit, vt ea ſeparetur à ſuis rationibus, & in peculio ſerui ſit, manebit *l* eiuſdem domini proprietas. ſi verò eo modo pecuniam ſeruo communi donauerit, quo modo alienis ſeruis donare ſolemus, fiet ſociorum communis proportione, quam in ſeruo habebunt.

2 ¶ Sed. vt ſequens quæſtio locum habeat, conſtituamus ſocium ita ſeruo communi pecuniam donaſſe, vt proprietatem ſuam manere vellet, ſi ex hac pecunia ſeruus fundum comparauerit, erit is fundus communis ſociorum pro *m* portione dominij. Nam & ſi furtiuis nummis ſeruus communis fundum comparauerit, ſociorum erit pro portione dominij.

¶ Neque. n. vt fructuarius ſeruus ex re fructuarij non adquirit proprietario, ita & communis ſeruus ex re alterius domini non adquirit alteri domino. ſed quemadmodum in his, quæ aliunde adquiruntur, diuerſa conditio eſt fructuarij, & ſerui communis, (veluti cum alter fructuario non adquirat, alter dominis adquirat) ita quod ex re quidem fructuarij adquiſitum fuerit, ad eum ſolum pertinebit: quod ex re alterius domini ſeruus communis adquiſierit, ad vtrumque dominum pertinebit.

3 ¶ Sicut ſeruus communis ſtipulando nominatim *n* alteri ex dominis, ita per traditionem accipiendo, ſoli ei adquirit.

4 ¶ Quod vnius ſeruus, per traditionem accipiendo, ſe accipere dixerit domino & Titio, partem domino adquiret, in parte nihil agit.

5 ¶ Fructuarius ſeruus, ſi *o* dixerit, ſe domino proprietatis per traditionem accipere ex re fructuarij, totum domino adquiret. nam & ſic ſtipulando ex re fructuarij, domino proprietatis adquireret.

6 ¶ Si cùm mihi donare *p* velles, iuſſerim te ſeruo communi meo & Titij rem tradere, iſque hac mente acciperet, vt rem Titij faceret, nihil *q* agetur. Nam & ſi procuratori meo rem tradideris, vt meam faceret, is hac mente acceperit, vt ſuam faceret, nihil agetur.

¶ Quòd ſi ſeruus communis hac mente acceperit, vt duorum dominorum faceret, in parte alterius domini nihil agetur.

De agro & via publica à flumine ſublatu, deinde relictis.

38. *Alfenus Varus* ‖ lib. 4. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.‖

ATtius fundum habebat ſecundum *r* viam publicam. vltra viam flumen erat, & ager Lucii Titij ‖fluit‖ flumen paulatim, primũ omnium agrum, qui inter viam & flumen eſſet, ambedit *ſ*, & viam ſuſtulit, poſtea

rurſus

Lucre. vnguentum excoctum attuli. *Lucilius apud Nonium.*
a Paria ſunt ædificare in ſolo alieno & ſupra parietem alienum.
b *l. 2. C. de rei vin.* adde *l. 29. §. 1. ſup. ad l. Aquil.*
c *l. 29. ſup. de rei vin. l. 15 ſup. de vſufruct.*
d *v. Magium 4 miſcell. 2.*
e *l. 1. §. 6. ℑ. de flumin. § 22. inſt. de rer. diuiſ.* de inſula tractatum edidit Bartolus.
f qui ſua longitudine inſulam ſuperat.
g Extimam inſulæ. adde *l. 56. ℑ eo*
h adde *l. 52. in fi. ſup. de act. empt.*
i Arbores in ripa natæ eorum ſunt, qui confines agros habent. *l. 5. ſup. de rer. diuiſ. §. 4. inſt. de rer. diuiſ.*
k *d. § 4.*
l adde *l. 7. §. 4. 5. ſup. eod.*
m Decrementum aquæ qualecũque. adde *l. 30. ℑ eod.*
n Caſſiodorus 3. *variar.* Agri menſor, inquit, more vaſtiſſimi fluminis, aliis ſpatium tollit: aliis terram concedit. *v. Cuiac. inſt. de rer. diuiſ. in verbo. quod ſi vis.*
o *l. 2. §. 8. l 3. §. 1. ℑ. ne quid in loco publico.*
p Nuda non eſt, quæ fit à vero rei domino *l. 54. ℑ. de reg. iur.* eóve qui liberam tradendi poteſtatem habet, quique ſciens voluntate & animo transferendi ex iuſta cauſa rem corporalem & non prohibitam alienari tradit. Item nuda non eſt, quæ fit non ignoranti cauſam ſpecialis traditionis, *l. 18. ℑ. de reb. creditis.* Nudum quot modis, v. hic apud Albericum.
q vt nuda ratio *l. 26. ſup. de donation.*
r *l. 3. §. 10. ſup. de donation. inter vir.*
ſ Verbi gratia mutui, *l. 2. ſuprà de rebus creditis.* ſoluti, donati.
t à quibuſdam inter veteres ita hæc ſcribitur dictio: Theſaurum (inquit Donatus) ſecundum veteres Græcos ſine litera M proferebant, Iulius Firmicus addit theſaurum & theſaurus dici *v. Cuiac. 20. obſer. 26.*
u vel condita ab ignotis dominis, tempore vetuſtiori mobilia (vel monilia, vt legit Cuiacius *l. vn. C. de theſauris*) Caſſiodorus 6 theſaurum definit depoſitiuam pecuniam, quæ longa vetuſtate competentem dominum amiſit.
x *l. 67. ℑ. de rei vind. l. 15. ℑ. ad exhib.*
y Cur lucri? An quod auari pecunias ſuas ita deponunt interim, dum expectant numerorum pretia augeri?
z *l. 62. ℑ. de ver. oblig. §. 2 de rer. diuiſ.*
a Imo, inuito nihil adquiritur, *l. 19. § 2 ſuprà de donat.*
b *l. 14. ℑ. de caſtr. peculio.* Inuito beneficium non datur *l. 69. de reg. iur.*

rurſus minutatim receſſit, & alluuione *a* in antiquum locum redit. Reſpondit, cùm flumen agrum, & viam publicam ſuſtuliſſet, eum agrum eius factum eſſe, qui transfluuien fundum habuiſſet, poſtea cùm paulatim retrò rediſſet, ademiſſe ei, cuius factus eſſet & addidiſſe ei, cuius trans viam eſſet: quoniam eius fundus proximus flumini eſſet. id autem quod publicum fuiſſet, nemini acceſſiſſe, nec tamen impedimēto viam eſſe, ait, quò minùs ager, qui trans viam alluuioni relictus eſt, Attij fieret. nam ipſa quoque via fundi eſſet.

De ſeruo furtiuo bona fide empto.

39. *Iulianus* " libro 3. ex Minicio."

ETiam furtiuus ſeruus bonæ *b* fidei emptori adquirit, quod ex re eius ſtipulatur, aut per traditionem accipit.

De bonæ fidei poſſeſſore.

40. *Africanus* " libro 7. *c* Quæſtionum."

QVæſitum *d* eſt, ſi is cui liber homo bona fide ſeruiret, deceſſerit, eíque is heres extiterit, qui liberum eum eſſe ſciat, an aliquid per eum adquirat. non eſſe ait, vt hic bona fide poſſeſſor videatur, quando ſciens *e* liberum poſſidere cœperit: quia & ſi fundum ſuum quis legauerit, heres, qui eum legatum eſſe ſciat, proculdubio fructus ex eo ſuos non faciet. & multò magis ſi teſtator eum alienum bona fide emptum poſſedit. & circa ſeruorum igitur operam ac miniſterium eandem rationem ſequendam, vt ſiue proprij, ſiue alieni, vel legati, vel manumiſſi teſtamento fuerint, nihil per eos heredibus, qui modò eorum id non ignorarent, adquiratur. etenim ſimul hæc ferè cedere, vt quo caſu fructus prædiorum conſumptos *f* ſuos faciat bona fide poſſeſſor, eodem per ſeruum ex opera, & ex re ipſius ei adquiratur.

De ſtatuis in ciuitate poſitis.

41. *Vlpianus* " libro 9. ad Edictum."

STatuas in ciuitate poſitas, ciuium *g* non eſſe. idque Trebatius & Pegaſus: dare tamen operam prætorem oportere, vt quod ea mente in publico poſitum eſt, ne liceret priuato *h* auferre, nec *i* ei qui poſuerit. tuendi ergo ciues erunt & aduerſus petentem exceptione, & actione aduerſus poſſidentem iuuandi.

De ſubſtitutione.

42. *Paulus* ‖ libro 11. ad Edictum. ‖

SVbſtitutio quæ nondum competit, extra *k* bona noſtra eſt.

De ſeruo bona fide poſſeſſo. 1. De rebus incorporalibus. 2. De ſeruo fructuario.

43. *Gaius* " lib. 7. ad Edictum Prouinciale."

SEruus qui bona fide poſſidetur, id quod *l* ex re alterius eſt, poſſeſſori non adquirit.

1 ¶ Incorporales res traditionem *m* & vſucapionem non *n* recipere manifeſtum eſt.

2 ¶ Cùm ſeruus, in quo alterius vſusfructus eſt, hominem emit, & ei traditus ſit, antequam pretium ſoluat, in pendenti *o* eſt, cui proprietatem adquiſierit, & cùm ex peculio, quod ad fructuarium pertinet, ſoluerit, intelligitur fructuarij homo fuiſſe. cùm verò ex ‖ eo ‖ peculio, quod proprietarium ſequitur, ſoluerit, proprietarij ex pòſt facto fuiſſe videtur.

De ereptis à beſtiis. De naufragio.

44. *Vlpianus* ‖ libro 19. ad Edictum. ‖

POmponius tractat, Cùm paſtori meo lupi *p* porcos eriperent, hos vicinæ villæ colonus, cum robuſtis canibus & fortibus, quos pecoris ſui gratia paſcebat, conſecutus, lupis eripuit, aut canes extorſerunt: & cùm paſtor meus peteret porcos, quærebatur, vtrùm eius facti ſint porci, qui eripuit, an noſtri maneant *q*. nam genere quodam *r* venandi id erant nancti, cogitabat *ſ* tamen, quemadmodum *t* terra marique capta, cùm in ſuam naturalem laxitatem peruenerant, deſinerent eorum eſſe qui ceperunt, ita ex bonis quoque noſtris capta à beſtiis marinis & terreſtribus, deſinant noſtra eſſe, cùm effugerunt beſtiæ noſtram perſecutionem. quis denique manere noſtrum dicit quod auis transuolans ex area, aut ex agro noſtro tranſtulit, aut quod nobis eripuit? ſi igitur deſinit, ſi fuerit ore beſtiæ liberatum, occupantis erit, quemadmodum piſcis, vel aper, vel auis, qui poteſtatem noſtram euaſit, ſi ab alio capiatur, ipſius ſit. Sed putat *u* potiùs, noſtrum manere tamdiu quamdiu reciperari poſſit, licet in auibus, & piſcibus & feris verum ſit, quod ſcribit.

¶ Idem ait, etſi naufragio *x* quid amiſſum ſit, non ſtatim noſtrum eſſe deſinere. denique quadruplo *y* teneri eum, qui rapuit.

¶ Et ſanè melius eſt dicere, & quod à lupo eripitur, noſtrum manere, quamdiu *z* recipi poſſit id quod ereptum eſt. Si igitur manet, ego arbitror, etiam furti competere actionem. licet enim non animo furandi fuerit colonus perſecutus, quamuis & hoc animo potuerit eſſe, ſed etſi non hoc animo perſecutus ſit, tamen, cùm repoſcenti *a* non reddit, ſupprimere, & intercipere videtur. quare & furti, & ad exhibendum teneri eum arbitror, & vindicari exhibitos ab eo porcos poſſe.

De ſeruo communi.

45. *Gaius* " lib. 7. ad Edictum Prouinciale."

COmmunis ſeruus ſi ex re alterius dominorum adquiſierit, nihilominus *b* commune *c* id erit. ſed is ex cuius re adquiſitum fuerit, communi *d* diuidundo iudicio eam ſummam præcipere poteſt. nam fidei bonæ conuenit, vt vnuſquiſque præcipuum habeat, quod ex re eius ſeruus adquiſierit, " ſed ſi aliunde *e* ſeruus communis adquiſierit, " omnibus ſociis pro parte dominij hoc adquiritur.

De non domino præbente dominium.

46. *Vlpianus* ‖ libro 65. ad Edictum. ‖

NOn eſt nouum *f*, vt qui dominium non habeat *g*, alij dominium *h* præbeat. nam & creditor, pignus vendendo, cauſam *i* dominij *k* præſtat, quam ipſe non habuit *l*.

De ſeruo fructuario.

47. *Paulus* ‖ libro 50. ad Edictum ‖

FRuctuario *m* hereditas adquiri non poteſt, quod in operis ſerui hereditas non *n* eſt.

De bonæ fidei emptore, & fructibus, & vſucapione.

48. *Idem* " libro 7. ad Plautium."

BOnæ *o* fidei emptor non dubiè *p*, percipiendo fructus etiam ex aliena *q* re, ſuos interim *r* facit, non tantùm eos, qui diligentia & opera eius peruenerunt, ſed omnes *ſ*, quia quod ad fructus attinet loco *t* domini pene eſt.

¶ Denique etiam priuſquam percipiat *u*, ſtatim vbi à ſolo ſeparati ſunt, bonæ fidei emptoris *x* fiunt.

¶ Nec intereſt *y* ea res, quam bona fide emi, longo tempore capi poſſit, nécne, veluti ſi pupilli *z* ſit, aut vi *a* poſſeſſa, aut præſidi contra legem repetundarum donata, ab eóque abalienata ſit bonæ fidei emptori.

1 ¶ In *b* contrarium quæritur, ſi eo tempore, quo mihi res traditur, putem vendentis eſſe, deinde cognouero alienam eſſe, quia perſeuerat per longum tempus capio, an fructus meos faciam: Pomponius, verendum *c*, ne *d* non ſit bonæ fidei poſſeſſor, quamuis capiat. hoc enim ad ius, id eſt capionem, illud ad factum *e* pertinere, vt [ſi] quis bona aut mala fide poſſideat.

¶ Nec contrarium eſt *f*, quod longum tempus currit. nam è contrario is qui non poteſt capere *g* propter rei vitium, fructus ſuos facit.

2 ¶ Et ouium fœtus in fructu ſunt. & ideo *h* ad bonæ fidei emptorem pertinent, etiam ſi prægnantes venierint, vel *i* ſubreptæ ſint.

¶ Et ſanè, quin lac ſuum faciat, quamuis plenis vberibus venierint, dubitari non poteſt. Idémque in lana *k* iuris eſt.

De ſeruo fructuario. De homine libero qui bona fide ſeruit.

49. *Idem* " libro 9. ad Plautium."

QVod fructuarius ex re ſua donat *l*, ex re eius eſt. ſed ſi eo animo id fecerit, vt ad proprietaris dominum pertineat, dicendū eſt illi adquiri. ſi autem extraneus ei donet, indiſtinctè ſoli proprietario adquiritur. Eadem dicemus in homine libero, qui bona fide mihi ſeruit, vt ſi ei aliquid donauerim, meum ſit.

Et ideo

---

a id eſt, receſſu, *l. 5. §. 4. l. 30. §. 3. ſuprà eodem.*
b *l. 74. in fin. ſup. de ſtip. ſeru.*
c *v. Cuiac. 7. ad Afric. fol. 121.*
d v. quæ ſcripſi ad hanc legem *titulo C. de vſuris & fructib. legatorum.*
e Bonæ fidei poſſeſſor, fructus conſumptos ſuos facit, *l. 4. §. 19. infrà de vſurpat. §. 55. inſt. de rer. diuiſ.*
f *l. 25. ſ. de vſuris.* tunc videtur eſſe iniuſtus & malæ fidei poſſeſſor, *Aug. de fid. & oper.* vide quæ de ea re notaui ad *l. 22. C. de rei vind.*
g ſingulorum ſc. Imò nec eorum qui poſuerunt, aut heredum.
h etiam emptori bonorum debitoris, *l. 29. j. de reb. author.*
i id eſt, ne quidem ei.
k adde *l. 25. j. de verb. ſign.*
l *l. 19. ſ. eod.*
m niſi fictam ſcil. aliàs meo iure non traduntur *l. 4. §. 29. j. de vſurp.* nec poſſidentur, *l. 32. in fin. ſuprà de ſeruit. vrb.* tangi non poſſunt, *§. 2. inſtit. de reb. corporalib.* traditæ cenſentur dum alius patitur iis nos vti, *l. 11. §. 1. ſ. de publ. l. 3. ſ. de vſufr. l. 1. in fin. ſ. de ſeru. ruſt.*
n propriè ſcilicet, quaſi traditionem tamen & vſurpationem recipiunt.
o *l. 25. ſ. de vſufr.*
p *Syn. Baſil. 50. tit. 1. c. 45.*
q manent, *l. 8. in fin. ſ. familiæ.*
r id eſt, quodammodo. nota formulam loquendi. ſic genere quodam venditio inter ſeruum & dominum contrahitur, *l. 20. j. pro emptore.* genere quodam donatio, *l. 35. j. de ſtip. ſeru.* quodam genere poſſeſſio, *l. 51. in fin. j. de adquir. poſſ.* genere quodam parricidium. Scribonius Largus medicus, v. Cuiac. 4. *obſ. 8.*
ſ & malè. *j. eod.*
t *l. 3 l. 5. ſ. eod.*
u & malè, *verſ. & ſanè melius eſt, j. eodem.*
x *l. 21. §. 1. j. tit. prox.*
y *l. 1. j. de incendio.*
z *l. 8. in fin. ſuprà familiæ, 50. Eol. 2. cap. 44.*

a *l. 1. §. 5. j. de dolo mali* adde *Paul. 4. ſent. 7. § 3.*
b id eſt, nullo modo.
c dic tamen, vt *j. eodem.*
d *l. 19. l. 28. §. 1. j. de ſtip. ſeruor. l. 24. ſup. communi diuidundo.*
e *l. 63. §. 1 j. eod.*
f Imò nouum aut potius iniquum videtur, *l. 20. ſuprà eodem.*
g penitus, vt creditor: aut certè nondum, ſed ſpe tamen, *vt l. 63. ſup. de vſufr.*
h id eſt, cauſam dominij.
i id eſt, occaſionem, modum & facultatem adquirendi dominij.
k vſucapiendi, *l. 74. ſup. de contrah. emptione.*
l *§. 1. & ibi Theophilus, inſt quibus alienare licet, l. 13. C. de euictionib.*
m Seruus fructuario hereditatem non adquirit, ſed proprietario, *l. 19. ſ. eod.*
n Aditio hereditatis non eſt in opera ſeruili, *l. 45. ſup. de adq. hereditate.*
o ab initio & poſt, *l. 2. C. ſi quis ignorans.*
p id eſt, ſine dubio.
q *§. vlt. j. eo.*
r id eſt, dum poſſidet, ſcilicet ante euictionem & litis conteſtationem, *l. 2. C. de pet. hered. l. 22. C. de rei vind.*
ſ id eſt, ab alio ſato, *l. 25 §. 1. ſup. de vſuris.* An naturales? Etiam naturales, *vt hic* id tamen negat lex 45. *in fin. ſ. de vſuris.* An dicemus omnes fructus eum lucrari, hoc eſt, à ſe & ab alio ſatos? An tum demum omnes eum lucrari, ſi titulum aliquem præter bonam fidem habeat? An & eos qui excedunt operam & culturam? aut quibus manifeſtè videtur factus locupletior? hoc velle videtur lex 1. *C. de pet. hered.*
t *l. 25. §. 1. ſ. de vſuris, & Bart. in l. ſi mora 9. ſup. ſo uto.*
u perfectè ſc. perfectè colligit, qui non tantùm oliuam & vuam legit, ſed qui vinum & oleum fecit, *l. 78. ſup. de rei vind.*
x ergo ſi antequam fructus colligat, lis cum eo conteſtata fuerit, eos poſtea percipiendo, ſuos non faciet, *l. 22. C. de rei vind.* hic fructuarius decedens, fructus maturos, nondum tamen perceptos, ad heredem non tranſmittit. non idem eſt in eo cui legatus eſt fructus in annos ſingulos, *l. 7. ſ. de ann. l. 27. ſup. de vſuris*
y quod ad fructus lucrandos attinet, ſc. vel vt fructus meos faciam.
z Res pupilli vſucapi non poteſt, *l. 10 ſup. quemadm. ſeruit.* ſed quid? Græci videntur legiſſe, veluti ſi populi ὡς τοῦ δήμου ὄντα vtrumque verum eſt, de pupillaribus ſuprà oſtendi, de publicis extat lex 9. *j. de vſurp.* quam vide.
a *v. l. vltim. j. de bon. rapt.*
b hunc paragraphum explicaui in *l. 25. ſ. de vſuris.*
c Vereri ſe qui dicit, negat vel dubitat: v. quæ notaui ad *l. 45. in fin ſ. de ritu.*
d Imò eſt bonæ fidei poſſeſſor & rectè fructus percipit, quamdiu fundus non eſt euictus, *l. 25. in fin. ſ. de vſuris.* An hic Paulus dubitat, nec adfirmat? An, quod aliis placet, hic paragraphus ſtricti iuris eſt: dicta lex 25 æqui? ait enim bonam fidem habere deſinere, qui poſtea cognouit rem alienam eſſe: & tamen longo tempore licet fructus ſuos non faciat.
e id eſt vſucapio, ad ius: perceptio fructuum ad factum, id eſt naturalem æquitatem refertur. Facti verbum ita ſumitur in *l. 10. ſ. de capite minutis, l. 41. ſuprà de peculio.*
f id eſt, non ſequetur: vſucapit, ergo fructus ſuos facit: vt nec retrò: nec vſucapit: ergo fructus ſuos non facit. Cur? interdum vſucapere poſſum: nec tamen interim fructus meos facio. & contrà interdum vſucapere non poſſum, & tamen fructus meos facio. hinc collige, vt fructus meos faciam continuam bonam fidem eſſe debere: vt vſucapiam ſufficere ab initio bonam fidem habuiſſe.
g vſucapere.
h *v. l. 8. ſuprà de vſuris.*
i venierint quæ ſubreptæ, *Cuiac. 15. obſ. 20. & ad l. 4. in verbo* lana, *j. de vſurp.*
k *l. 4. § 19. j. de vſurpat.*
l ſeruo ſcil. in quo habet vſumfructum, adde *l. 37. §. 2. ſ. eo. l. 38. ſ. de vſufruct.*

Et ideo Pomponius ſcribit, quamuis donauerim ei operas ſuas, tamen quidquid ex operis ſuis adquiret, mihi adquiri.

De extructione in littore publico vel in mari.

50. *Pomponius* lib. 6. ex Plautio.

QVamuis quod in littore *a* publico, vel in mari extruxerimus, noſtrum *b* fiat, tamen decretum prætoris adhibendum eſt, vt id facere liceat. Imò etiam manu prohibendus eſt *y* ſi *c* cum incommodo cæterorum id faciat. nam, ciuilem eum actionem de faciendo nullam habere, non dubito.

De transfuga. 1. De rebus hoſtilibus.

51. *Celſus* libro 2 Digeſtorum.

TRansfugam *d*, iure belli recipimus *e*.

1 ¶ Et quæ res *f* hoſtiles apud nos ſunt, non publicæ, ſed occupantium *g* fiunt.

Quid ſit habere in bonis.

52. *Modeſtinus* lib. 7. Regularum.

REm in bonis noſtris habere *h* intelligimur, quotiens poſſidentes, exceptionem *i*, aut amittentes, ad reciperandam eam, actionem *k* habemus.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

53. *Idem* lib. 14. ad Quintum Mucium.

EA quæ ciuiliter *l* adquiruntur, per eos *m* qui in poteſtate noſtra ſunt adquirimus, veluti, ſtipulationem. quod naturaliter adquiritur, ſicuti *n* eſt poſſeſſio *o*, per quemlibet volentibus nobis poſſidere adquirimus.

54. *Idem* lib. 31. ad Quintum Mucium.

HOmo liber hereditatem nobis adquirere non poteſt. qui *p* bona fide nobis ſeruit, adquiret *q*: ſi tamen ſponte ſua, ſciens conditionem ſuam, adierit. nam ſi iuſſu noſtro adierit, neque ſibi, neque nobis adquiret, ſi non habuerit animum ſibi adquirendi. quòd ſi eam mentem habuit, ſibi adquirit.

1 ¶ Item promittendo nobis liber *r* homo qui bona fide nobis ſeruit, vt emendo, vel vendendo, vel locando, vel conducendo, obligari ipſo iure poterit.

2 ¶ Sed damnum *ſ* dando, damni iniuriæ tenebitur, vt tamen culpam in damno dando exigere debeamus grauiorem, nec tamen *t* leuem, quàm ab extraneo.

3 ¶ At ſi iuſſu *u* noſtro quid in re noſtra gerant, vel abſentibus nobis quaſi procuratores aliquid agant, danda erit in eos actio; non ſolum ſi eos emerimus, ſed etiam ſi donati fuerint nobis, aut ex dotis nomine aut ex legati, pertinere ad nos cœperunt, aut ex hereditate, idem præſtabunt: nec ſolum ſi noſtros putauerimus, ſed & ſi communes, aut fructuarios, vt tamen, quod adquiſituri non eſſent, ſi re vera communes aut vſuarij eſſent, id hodiéque non adquirant.

4 ¶ Quidquid tamen liber homo, vel alienus, quíve bona fide nobis ſeruit, non adquirit nobis, id vel ſibi *x* liber, vel alienus ſeruus domino ſuo adquiret excepto eo quod vix eſt, vt liber homo poſſidendo vſucapere poſſit *y*, quia nec *z* poſſidere intelligitur, qui ipſe poſſideretur. ſed nec per ſeruum alienum quem nos bona fide poſſidemus, dominus peculiari nomine ignorans vſucapere poterit, ſicuti nec per fugitiuum quidem, quem non poſſidet.

De apro qui in laqueum inciderat, ſoluto, vel ablato. De poculo alterius ex naue eiecto.

55. *Proculus* libro 2. Epiſtolarum.

IN laqueum *a*, quem venandi cauſa poſueras, aper incidit. cùm eò hæreret, exemptum eum abſtuli. num tibi videor tuum aprum abſtuliſſe? & ſi tuum putas fuiſſe, ſi ſolutum eum in ſyluam dimiſiſſem, eo caſu, tuus eſſe deſiſſet, an maneret? & quam actionem mecum haberes, ſi deſiſſet tuus eſſe: num in factum dari oporteret quæro? Reſpondit: Laqueum videamus, ne interſit in publico an in priuato poſuerim: & ſi in priuato poſui, vtrùm in meo, an in alieno; & ſi in alieno, vtrum permiſſu *b* eius cuius fundus erat, an non permiſſu eius poſuerim: præterea, vtrùm in eo ita hęſerit aper vt expedire ſe non poſſit ipſe, an diutius luctando, expediturus ſe fuerit. Summam tamen hanc puto eſſe, vt ſi in *c* meam poteſtatem peruenit, meus factus ſit, ſin autem aprum meum ferum in ſuam naturalem laxitatem dimiſiſſes, eo facto meus eſſe deſiſſet, & actionem mihi in factum *d* dari oportere: veluti reſponſum eſt, cùm quidam poculum *e* alterius ex naue eieciſſet.

De inſula & alueo.

56. *Idem* libro 8. Epiſtolarum.

INſula eſt enata in flumine contra frontem *a* agri mei, ita vt nihil excederet longitudo regionem prædij mei: poſtea aucta eſt paulatim, & proceſſit contra frontes & ſuperioris vicini, & inferioris. quæro, quod adcreuit, vtrùm meum ſit, quoniam meo adiunctum eſt; an eius iuris ſit, cuius eſſet, ſi initio ea nata eius longitudinis fuiſſet. Proculus reſpondit, Flumen iſtud, in quo inſulam contra frontem agri tui eam natam eſſe ſcripſiſti, ita vt non excederet longitudinem agri tui, ſi † alluuionis ius habet, & inſula initio propior fundo tuo fuit, quàm eius qui trans flumen habebat, tota tua facta eſt. & quod poſtea ei inſulæ alluuione acceſſit, id *b* tuum eſt, etiam ſi ita acceſſit, vt procederet inſula contra frontes vicinorum ſuperioris atque inferioris, vel etiam vt propior eſſet fundo eius, qui trans flumen habet.

1 ¶ Item quæro, ſi cùm propior ripæ meæ enata eſt inſula, & poſtea totum flumen fluere inter me & inſulam cœpit, relicto ſuo alueo, quo maior amnis fluerat †, numquid dubites, quin etiam, inſula mea maneat; & nihilominus eius ſoli, quod flumen reliquit, pars fiat mea. rogo, quid ſentias, ſcribas mihi. Proculus reſpondit: Si cùm propior *c* fundo tuo initio fuiſſet inſula, flumen, relicto alueo maiore, qui inter eam inſulam fuerat, & eum fundum vicini, qui trans flumen erat, fluere cœpit inter eam inſulam & fundum tuum, nihilominus inſula tua manet. ſed alueus qui fuit inter eam inſulam & fundum vicini, medius diuidi debet, ita vt pars propior inſulæ tuæ, tua: pars autem propior agro vicini, eius eſſe intelligatur. intelligo, vt & cùm ex altera parte inſulę alueus fluminis exaruerit, deſiiſſe inſulam eſſe, ſed *d* quo faciliùs res intelligeretur, agrum qui inſula fuerat inſulam appellant.

De ſeruo vxori donato.

57. *Paulus* lib. 6. ad Plautium.

PEr ſeruum donatum *e* à marito, nec ex re quidem eius, cui donatus eſt, acquiri quicquam poſſe, Iulianus ſcribit: hoc enim in eorum perſona conceſſum eſt, qui *f* bona fide ſeruiunt *g*.

De re ex mari extracta.

58. *Iauolenus* libro 11. ex Caſſio.

QVæcunque res ex mare *h* extracta *i* eſt, non ante eius incipit eſſe, qui extraxit, quàm dominus eam pro derelicto habere cœpit.

De re mandatu alterius empta.

59. *Calliſtratus* libro 2. Quæſtionum.

REs ex mandatu meo empta, non prius *k* mea fiet, quam ſi mihi tradiderit, qui emit.

De horreo mobili poſito in alterius prædio.

60. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

TItius horreum frumētarium nouum ex tabulis ligneis factum mobile *l* in Seij prędio poſuit. quæritur, vter horrei dominus ſit. reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non *m* eſſe factum Seij.

De hereditate & ſeruo hereditario.

61. *Hermogenianus* lib. 6. Iuris Epitomarum.

HEreditas in multis partibus iuris pro *n* domino habetur, adeóque hereditati quoque vt domino per ſeruum hereditarium adquiritur *o*. In his ſanè in quibus factum perſonæ operæve ſubſtantia *p* deſideratur, nihil hereditati quæri per ſeruum poteſt. ac propterea, quamuis ſeruus *q* hereditarius heres inſtitui poſſit, tamen, quia adire iubentis domini perſona deſideratur, heres exſpectandus eſt.

1 ¶ Vſusfructus qui ſine *r* perſona conſtitui non poteſt, hereditati per ſeruum non adquiritur *ſ*.

De his, quæ non ſola ſed per vniuerſitatem acquiruntur.

62. *Paulus* libro 2. Manualium.

QVædam quæ non poſſunt ſola alienari, per vniuerſitatem *t* transeunt, vt fundus dotalis, ad heredem, & res, cuius aliquis commercium non habet. nam etſi legari *u* ei non poſſit, tamen heres inſtitutus, dominus eius efficitur.

De theſauro.

63 *Tryphoninus* libro 7. Diſputationum.

SI is qui in aliena *x* poteſtate eſt, theſaurum inuenerit, in perſona eius, cui adquirit, hoc erit dicendum, vt ſi in alieno agro inuenerit, partem ei adquirat, ſi verò in parentis dominíve loco inuenerit, illius ſit; ſi autem in alieno, pars.

1 ¶ Si communis *y* ſeruus in alieno inuenerit, vtrùm pro dominij partibus, an ſemper æquis adquiret? & ſimile eſt, atque in hereditate, vel legato, vel quod ab aliis donatum ſeruo traditur: quia & Theſaurus donum fortunæ *z* creditur. ſcilicet, vt pars quæ inuentori cedit, ad ſocios, pro qua parte ſerui quiſque dominus eſt perueniat.

2 ¶ Si

---

a v. quæ notaui ad l. 14. ſ. eod.

b l. 1. §. 18. ſup. de oper. noui, l. 1. §. 8. l. 3. infr. ne quid in loco publico, l. vlt. in fi. ſup. de ſeruit. vrb.

c v. l. 2. §. 10. ſ. ne quid in loco publ.

d Transfuga qui & perfuga, qui à nobis transfugit, qui fide mutata ad hoſtem tranſit, l. 19. §. 8. ſ. de captiuis. capitis minutionē mediam patitur, l. 5. §. 1. ſ. de cap. minut. non maximam, l. 15. ſ. de aut. poſtliminiū non habet, l. 14. ſup. ex quib. cauſ. maior. l. 19. §. 4. ſ. de capt. Sed tamen Cuiac. 4. obſeru. 9. nomine transfugæ hic intelligit eum qui ab hoſtibus ad nos transfugit, vt ſit ſenſus, Non violento iure belli, transfugam hoſtiū recipere, id eſt, excipere, & apud nos retinere vt nobiſcum viuat & militet, poſſumus.

e Finge hanc legem de noſtro trāſfuga accipiendam eſſe & à noſtris captum eſſe: ſiétne capientis, an publicus? Quo tempore à nobis transfugit, licet eum interficere quaſi hoſtem: Quin & viuens ſolet comburi ſi captus ſit: fiet itaque hoc caſu publicus, vide quæ notaui ad l. 3. infra de ſicariis. Quid ſi vltro ad nos redeat, ſiétne ſeruus? v. Cuiac. 4. obſeru. 9.

f Mobiles. ſiunt enim immobilia P. Romani, l. 20. §. 1. infrà de re militari.

g l. 5. in fin. ſuprà eodem.

h Exceptione qui rē tueri aut actione perſequi poteſt, rem habere videtur. ideóque quod euincitur in bonis non eſt, l. 190. ſ. de reg. iur.

i ad eam retinendam.

k l. 49. ſ. de verb. ſign. Habetur quod peti poteſt, l. 143. ſ. de verb ſign. Rem habet, qui actionem ad eam recuperandam habet, l. 15. ſ. de reg. iur.

l v. Bartolum & Caſtrenſem in l ſolutum 11. §. per liberam, 6. ſuprà de pignoratit. act.

m l. 10. ſ. eod.

n Poſſeſſio eſt facti.

o l. 20. in fin. ſ. eod.

p Non poteſt, qui bona fide nobis ſeruit, ſibi adquirit tamen, ſi ſponte, &c. Cuiac. ita in Baſilicis legi notat 13. obſ. 12.

q l. 59. ſup. de hered. inſt.

r l. 118. ſ. de verb. obl

ſ l. 13 ſup. ad l. Aquil.

t al. tam.

u l. 20. §. 1. ſup de neg. l. 13. §. 2. commodati.

x al. ſibi ſi liber.

y v. l. 118. inf. de reg. iu.

z l. 23. ſup ex quib. cauſ. maior.

a Laqueum in meum quod incidit non eſt meum, niſi naturaliter capiatur, l 28. l. 29. ſup. ad l. Aquil.

b Venantem in alieno agro ſine conſenſu domini, nihil ſibi adquirere, hinc colligit Cuiacius 4. ob. 1. adde quæ notaui ad l. 5. §. 1. ſ eo

c ſi meum, factum eſt occupatione vel quaſi.

d viciniam rei vindicationi, l. 52. ſup. de rei vind.

e l. 14. §. 2 ſ. de præſcr.

---

a adde l. 30. ...

† Et quia ... ager limita... 16. ſ. eod.

b l. 65. §. ... Hinc colli... Ciuitati co... priuilegium ... ad villam ei... coniunctam.

† al. fluxerat

c l. 7. §. 5. ... 1. ſ. eo. §. 2... ver. diuiſ.

d Inſula ... tur quæ ... fuit inſula.

e vxori.

f l. 1. Cod. ... vind.

g hoc in ... ſciente do... nem non ... obtinere ... Bartolus : ... ignoret.

h al. mari.

i adde l. 13. ... prox. Quid ſi ... te ad littus ... lit ? v. An... eam naufrag... furtis.

k Imò priu... l. 65. ſ. eod.

l Secus, ſi ... bile, l. 1 ... act. empt.

m Mobili... in prædio ... poſita : ... ſunt ſoli.

n l. 31. in ... de heredi...

o Imò non ... ritur, l. 18 ... l. 43. ſupra ... hered.

p Subſtantia ... ræ deſideratur, quotie... ipſius inte... exigitur.

q Heredita... ſeruus etſi ... poſſit, perſon... men domini ... iubentis deſi... tur.

r l. 26. ſ. de ... ſeru.

ſ ante aditam ... reditatem ... l. 18. ſup. qui ... vſusfr.

t l. 38. §. 3. ... 93. ſup. de le... § 1. ſuprà ... dotal. Nouel. ... cap. 3.

u Sepulchrum ... legari non ... niſi cum vni... tate, l. mo... 10. Cod. de ... amplius ... colas, in rebus ... eris directum ... minium tra... vniuerſalem ... ceſſorem, in ... larem vtile.

x l. 10. ſ. ...

y l. 45. ſ. eod.

z & §. 5. in fin... melius. Dei be... ficium, vt l. ... C. de theſaur.

2 ¶ Si communis ſeruus in domini vnius fundo proprio inuenit, de parte quæ ſoli domino ſemper cedit, non eſt dubium, quin ſolius domini prædij ſit. verùm, an aliquid ex parte ferat aliter ſocius, videndum eſt. & numquid ſimile ſit, atque cùm ſtipulatur ſeruus iuſſu vnius domini, aut per traditionem aliquid accipit, vel nominatim *a* alteri? quod magis dici poterit.

3 ¶ Quod ſi ſeruus in quo vſusfructus alienus eſt, inuenerit in eius locum *b*, qui ſeruum proprium habet, an totum illius ſit, & ſi in alieno, an partem eidem adquirat, an verò fructuario? Inſpectio in illo eſt, num ex operis ſerui adquiratur. Finge, terram fodientem inueniſſe, vt hoc dicatur fructuarij eſſe, quod verò ſubito in abdito loco poſitum, nihil agens, ſed aliter ambulans inuenit, proprietatis domini ſit.

¶ Ego nec illius ad fructuarium pertinere partem arbitror. nemo enim ſeruorum opera theſaurum quærit. nec † ea propter tunc terram fodiebat, ſed alij rei operam inſumebat, & fortuna *c* aliud dedit.

¶ Itaque ſi in ipſius fructuarij agro inuenerit, ‖ puto, ‖ partem ſolam, vt agri dominum, habiturum, alteram ad eum, cuius in ſeruo proprietas eſt, pertinere.

4 ¶ Quòd ſi creditor inuenerit, in alieno videbitur inueniſſe. partem *d* itaque ſibi, partem debitori præſtabit, nec recepta pecunia reſtituet, quod iure inuentoris, non creditoris ex theſauro apud eum permanſit. Quæ cùm ita ſint, & cùm ex principis *e* auctoritate creditor, vt proprium agrum tenere cœpit iure dominij, intra conſtitutum luendi tempus *f*, pignoris cauſa vertitur: poſt tranſactum autem tempus, theſaurum in eo inuentum ante ſolutam pecuniam totum tenebit., oblato verò intra conſtitutum tempus debito, quoniam vniuerſa præſtantur, atque in ſimplici petitore reuocantur, reſtitui debebit. ſed pro parte ſola, quia dimidium inuentori ſemper placet relinqui.

De deductione in cenſum.

64. *Quintus Mucius Scæuola* libro ſingulari ὅρων.

QVæ quiſque aliena *g* in cenſum deducit *h*, nihilo magis eius fiunt *i*.

De epiſtola. 1. De inſula.

65. *Labeo* lib. 6. Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI epiſtolam tibi miſero non erit ea tua, antequam tibi reddita fuerit. *Paulus*: Imò contra *k*. nam ſi miſeris ad me tabellarium tuum, & ego reſcribendi cauſa literas tibi miſero, ſimul atque tabellario tuo *l* tradidero tuæ fient.

¶ Idem accidet in his literis, quas tuæ duntaxat rei gratia miſero. veluti ſi petieris à me, vti te alicui commendarem, & eas commendatitias *m* tibi miſero literas.

1 ¶ Si qua inſula in nomine propria tua eſt, nihil in ea publici eſt. *Paulus*: Imò in eo genere inſularum, ripæ flumini, & littora mari proxima publica *n* ſunt, non ſecus atque in continenti agro idem iuris eſt.

2 ¶ Si qua inſula in flumine publico, proxima tuo fundo nata eſt: ea tua eſt. *Paulus*: Videamus, ne hoc falſum ſit de ea inſula, quæ *o* non ipſi alueo fluminis cohæret, ſed virgultis, aut alia qualibet leui materia ita ſuſtinetur in flumine, vt ſolum eius *p* non tangat atque ipſa mouetur. hæc enim propemodum publica, atque ipſius fluminis eſt inſula.

3 ¶ *Paulus*: Si inſula in flumine nata tua fuerit, deinde inter eam inſulam & contrariam ripam alia inſula nata fuerit, menſura eo nomine erit inſtruenda à tua inſula, non ab agro tuo, propter quem ea inſula tua facta fuerit. nam quid intereſt, qualis ager ſit, cuius propter propinquitatem poſterior inſula, cuius ſit, quæratur?

4 ¶ *Labeo* ‖ libro eodem: ‖ Si id *q* quod in publico innatum aut ædificatum eſt, publicum eſt, inſula *r* quoque, quæ in flumine publico nata eſt, publica eſſe debet *ſ*.

De partu ancillæ.

66. *Venuleius* ‖ libro 6. Interdictorum. ‖

CVm prægnans mulier legata, aut *t* vſucapta, alióve quo modo alienata pariat, eius *u* fient partus, cuius eſt ea cui *x* emeretur, non cuius tunc fuiſſet, cum conciperet.

a l. 37. §. 3. *ſuprà eodem.*
b *al.* loco.
† Statutum eſto: Bannitum capiens, ſex habeat ex publico. Magiſtratus Titium bannitum quidem adprehendit, ſed furtiua ex cauſa? Bartolus negat Magiſtratui ſex deberi: quia Titium velut furem adprehendit, non velut bannitum.
c vide §. 2. *ſuprà eodem.*
d *l. vnic. C. de theſaur.* §. 39. *verſ. at ſi quis in alieno. Inſt. de rer. diuiſ.*
e *v. l. 2. l. 3. Cod. de iure dominij impetrando.*
f bieannij, olim anni, *l. vltim. C. de iure domin.*
g *l. 4. §. 4. infr. de cenſib. l. 4. l. 7. C. de don. l. 8. C. de act. empt.* Cic. *pro Flacco.* Conſtabat inter omnes ſi aliena cenſendo Decianus ſua facere poſſet, eum maxima habiturum.
h *al.* deducat.
i Imò, fieri videntur, *l. 10. ſuprà de prob.*
k Imo, non contra, *l. 59. ſup. eo.*
l *l. 6. §. 2. ſuprà de negot.*
m *v. l. vlt. C. quod cum eo. l. 12. §. 12. ſup. mandati.*
n *l. 3. inf. ne quid in loco publ. l. 96. l. 112. inf. de verb. ſign.* § 5. *Inſt. de rerum diuiſ.*
o Inſulæ quædam ipſi alueo fluminis non cohærent, ſed virgultis aut alia qualibet materia leui ita ſuſtinentur, vt ſolum eius non tangat, ſed moueatur.
p *ſub.* aluei fluminis.
q non ſi id quod in publico, *Hot. 1. obſ. vlt.* reprehenſus à Roberto *1. recept. 11.*
r in inſula quoque, *Hal.*
ſ Imò priuatorum eſt: *l. 7. §. 3. ſup. eo.*
t aut vendita alióve quo modo alienata pariet, eius fiet partus cuius eſt ea cùm eniteretur, non cuius tunc fuiſſet, cùm conciperet, *Cuiac. ad 4. Paul. ſent. 9. §. 5.* à qua lectione non abhorret Haloandri editio.
u *l. 12. Cod. de rei vindic.*
x *al.* quæ: vt ſit ſenſus: vt emptoris ancilla fuit partus tempore, ita & ancillæ partus.
y adde, & retinenda 7. *C. 32.* hinc interdicta poſſeſſionis adipiſcendæ, §. 3. retinendæ, §. 4. recuperandæ poſſeſſionis, §. 6. *Inſt. de interdict.*
z περὶ τῆς διανομῆς ϰ̀ διακατοχῆς ϰ̀ προσποιήσεως, &c. de dominio per poſſeſſionem, detentionem & adquiſitionem eorum quæ in noſtra poteſtate ſunt acquirendo, 50. *Eclog.* 2. per quas perſonas cuique acquiritur (poſſeſſio) 2. *Inſtit.* 9. Porrò hic agitur de acquirendo iure poſſeſſionum, non ſimpliciter de adquirenda poſſeſſione, quæ eſt facti.

DE ADQVIRENDA, VEL amittenda *y* poſſeſſione *z*.

TIT. II.

Etymologia. 1. Effectus. 2. Per quas perſonas acquiritur. De acquiſitione per noſmetipſos. 3. De pupillo & furioſo. 4. De donatione inter virum & vxorem. 5. De acquiſitione per alium. De his quæ ſunt in noſtra poteſtate. 6. De bona vel mala fide poſſeſſis. 7. De ſeruo communi. 8. De ſeruo fructuario. 9. De intellectu poßidendi. 10. De furioſo. 11. De impubere. 12. De ancilla. 13. De ſeruo pupilli. 14. De ſeruo, qui in fuga vel prouincia eſt. 15. De ſeruo pignerato. 16. De ſeruo hereditario, vel empto, vel donato. 17. De ſeruo prælegato. 18. De ſeruo communi. 19. De animo ſerui. 20. De procuratore, tutore, curatore. 21. De procuratore. De re præſenti. 22. De municipibus.

1. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

POſſeſſio appellata *a* eſt (vt & Labeo ait) à ſedibus *b*, quaſi *c* poſitio: quia naturaliter *d* tenetur ab eo, qui ei inſiſtit, quam Græci κατοχὴν *e* dicunt.

a ¶ Dominiúmque rerum ex *f* naturali *g* poſſeſſione cœpiſſe Nerua filius ait, eiúſque rei veſtigium remanere de his, quæ terra, mari, cœlóque capiuntur. nam hæc protinus *h* eorum fiunt, qui primi poſſeſſionem eorum adprehenderint.

¶ Item bello *i* capta *k*, & inſula *l* in mari enata, & gemmæ *m*, lapilli, margaritæ in littoribus *n* inuentæ, eius fiunt, qui primus eorum poſſeſſionem nactus eſt.

2 ¶ Adipiſcimur *o* autem poſſeſſionem per noſmetipſos *p*.

3 ¶ Furioſus *q*, & pupillus *r* ſine tutoris auctoritate non poteſt incipere poſſidere: quia affectionem tenendi non habent, licet maximè corpore ſuo rem contingant. ſicuti ſi quis dormienti *ſ* aliquid in manu ponat. Sed pupillus tutore auctore incipiet poſſidere. Ofilius quidem & Nerua filius, etiam ſine tutoris auctoritate poſſidere incipere poſſe pupillum aiunt: eam enim rem facti non *t* iuris eſſe. quæ ſententia recipi poteſt, ſi † eius *u* ætatis ſint, vt intellectum *x* capiant.

4 ¶ Si vir vxori cedat poſſeſſione *y*, donationis cauſa plerique putant poſſidere eam *z*: quoniam res facti *a* infirmari iure ciuili non poteſt. & quid attinet dicere, non poſſidere mulierem, cùm maritus, vbi noluit poſſidere, protinus amiſerit poſſeſſionem?

5 ¶ Item adquirimus poſſeſſionem per ſeruum *b*, aut filium *c*, qui in poteſtate eſt, & quidem earum rerum, quas peculiariter *d* tenent, etiam ignorantes, ſicut Sabino, & Caſſio, & Iuliano placuit: quia noſtra voluntate intelligantur poſſidere, qui eis peculium habere permiſerimus.

¶ Igitur ex cauſa *e* peculiari & infans & furioſus *f* adquirunt poſſeſſionem, & vſucapiunt: & heres, ſi hereditarius ſeruus emat.

6 ¶ Sed & per eum quem bona *g* fide poſſidemus: quamuis alienus ſit, vel liber, poſſeſſionem adquiremus.

a Etymon notat.
b à pedibus & vt Labeo ait, quaſi pedū poſit o. *Vulg.* Verùm vix eſt vt vulgatam lectionē defendere quiſquam poſſit: nec enim dicitur quis pedibus ſedere. vnde fruſtra quærunt nonnulli, cur à pedibus dicatur potiùs quam ab alia corporis parte. Inde quoque malè Accurſius negat res mobiles poſſideri. Ex Florentina lectione colligit Hotomanus, exiſtimari poſſe, adquirendæ poſſeſſionis notam ac ſymbolum fuiſſe ſedis alicuius, dicis cauſa, poſitionem. Quam opinionem videtur confirmare *l. 3. §. 5. in fin. ī. eod.*
c Alluſio vocabuli. vide Alciat. 1. *diſpunct.* 1.
d φυσικῶς, σωματικῶς.
e & νομήν. Quænam verò poſſeſſionis definitio eſt? τὸ ψυχῇ δεσπόζοντος νέμεσθαι, id eſt, cum poſſidemus animo opinionéque domini, *Theoph.* §. τὰ εἰρημένα. *Inſtit. per quas perſonas cuique.* ψυχῇ δεσπόζοντος κατοχή, 59. *Eclog.* 2. *cap.* 60. opinione domini poſſeſſio, *l. 22. §. 1. ſup. de noxali.* Naturalis verò eidem Theoph. 10. *Inſtit. de interd.* eſt σωματικοῦ πράγματος κατοχή. Sicut quaſi poſſeſſio eſt, incorporalis rei χρῆσις. vſus alibi ſic definitur, ἡ νομὴ φυσικὴ ἐστι κατοχή, ϰ̀ ἐκ ταύτης ἀρχὴν ἔλαβεν ἡ δεσπότεια, 50. *Eclog. 2. cap. 1. & cap. 60.* νομή ἐστι φυσικῶς ἡ τοῦ πράγματος κατοχή. Tertiam ſpeciem eſſe, putà naturalem & ciuilem, negat Cuiac. 9. *obſ.* 33. f *l. 20. in fin. ī. de adquir. rer.* Cauſa dominij efficiens, eſt animus vtriuſque contrahentis. Materia, res de qua fit conuentio. Forma, traditio & prehenſio vacuæ poſſeſſionis. Finis, emolumentum, quo vitæ præſidium paratur. inde bona quaſi à beando dicta, *l. 49. ī. de verb. ſign. Hotom. 11. Illuſtr.* g quæ vera tantùm eſt poſſeſſio: à Bartolo corporalis appellatur. h an intra triduum? an poſteaquam is cui res erepta eſt cœpit ad extraneos actus diuertere: animo quaſi recuperandæ ipſius rei abiecto. i Bello iuſto ac legitimè indicto capta fiunt capientis, *vt hic*, adde *l. hoſtes 24. ī. de captiuis.* k ab eo qui re ipſa tueret: & eſt miles. quid ſi Erotem ſeruum dudum Mæuij captiuum cepero? num meus fiet, an prioris domini? vtique meus. Quid Mæuij immobilia? ad eundem Mæuium redeunt, vide *l. 20. §. 1. inf. de captiuis.* Quid arma & equi eiuſdem? eidem non reſtituuntur, *l. 2. inf. de captiuis.* Cur tam variè? arma turpiter amitti præſumuntur, *l. 2. ī. de captiuis.* Immobilium autem (quæ in dominio ſunt ſubditorum) defenſionem debet princeps. Quid immobilia hoſtium? non fiunt occupantis, ſed fiſci, *l. 21. §. 1. ī. de captiuis.*
l inſula in mari nata primi fit occupantis: eáque ratione Venetos imperio ſubiici, quidam negant. Quid eremus ac deſertus locus? Quidam occupantis eſſe aiunt (cum pro derelicto habeatur, *l. 1. inf. pro derelicto*: *l. qui agros 8. C. de omni agro.*) Alij eſſe cedere putant qui territorij ſit dominus: alij iuriſdictionem ſolam territorij domino cedere exiſtimant. m Gemmas & lapillos differre hinc colligunt, vt qui gemmas ferre prohibeatur ſtatuto, lapillorum vſus ei non cenſeatur interdictus, *Ripenſ.*
n Quid ſi in montibus alióve loco promiſcuè vbi naſcuntur gemmas & lapillos quis inuenit: num dimidium inuentoris, dimidium domini loci erit? an potius nihil erit inuentoris? Putat ita Ripenſis, argum. *l. 7. §. 13 ſup. ſoluto.* Quid ſi in itinere, aut via, cum res ibi iacerent? ſuos non facit, *l. 43. §. 4. & ſeqq. ī. de furtis.*
o id eſt, nanciſcimur. p & per alios, §. 5. *inf. eod.*
q per ſe ſcil. nam curator furioſi adquirere furioſo poteſt. Ergo furioſus nunquam ſibi poſſeſſionem adquiret? Minimè. aliud ſi inumbratæ quietis erit, vide *l. 18. §. 1. inf. eod.* an patri in cuius eſt poteſtate? hoc ait, §. 5. *inf. eod. Ecl. 5. tit. 2. cap. 1.*
r *l. 32. inf. eod.* ſ Dormiens non adquirit poſſeſſionem, *vt hic.* An punitur ſi quem interficiat? *v. c. maiores de baptiſmo*: *l. 31. §. 3. inf de vſucap.* vide Tiraquell. *tract. de pœnit. cauſa* 5. t Poſſeſſio facti potius eſt quam animi: potius, inquam. nam & animi eſt, *l. 49. inf. eod.* ſic aditio animi eſt & facti *l. liber homo 19. ſup. de adquir. rer. domin.* † hodie infanti etiam tradita poſſeſſio adquiritur, *l. 3. C. eod.*
u demus ſeptennem, 50. *Eclog. 2. c. 1.* infantem: *l. 32. in fi. ī. eod.* adde *l. 4. §. 2. ī. de vſurpat.* x intellectum capiat, *Haloand.* adde §. 9. *inf. eod.*
y poſſeſſionem, *Hal. l. 46. ī. de don. inter virum.* z at non dominium conſequi, *l. 11. ſup. de donat. inter vir.*
a vt poſſeſſio. Poſſeſſio eſt facti, *vt hic. & l. 12. §. 3. inf. de captiuis.* Imò iuris, *l. 44. inf. eod. l. 3. §. 1. ſup. de bonor. poſſeſſ.* An dicemus ipſam poſſeſſionis adquiſitionem eſſe facti: adquiſitam iam poſſeſſionem eſſe iuris?
b vide *l. 49. inf. eo.* c *v. l. 4. inf. eod.* d & ita ex re patris, ex alia cauſa vſufructuario tenus ſibi adquirunt, §. 1. *Inſtit. per quas perſonas cuique.*
e & ita intellige 50. *Eclog. 2. c. 1.*
f Imò furioſus non adquirit, §. 10 *inf. eod. l. 18 §. 1. inf. eod.*
g ſecus ſi mala fide & ſcientes liberum, *l. 34. in fin. inf de ſtip. ſeruor.*

¶ Quòd ſi mala *a* fide eum poſsidemus, non puto adquiri nobis poſſeſsionem per eum. Sed nec vero domino aut ſibi adquiret, qui *b* ab alio poſsidetur.

7 ¶ Per communem, ſicut per proprium, adquirimus etiam ſinguli in ſolidum, ſi hoc agat ſeruus, vt *c* vni adquirat, ſicut in dominio adquirendo.

8 ¶ Per eum *d*, in quo vſumfructum *e* habemus, poſſidere poſſumus, ſicut ex operis ſuis adquirere nobis ſolet. nec ad rem pertinet: quòd ipſum non poſſidemus. nam nec filium.

9 ¶ Cæterùm *f* & ille, per quem volumus poſſidere, talis eſſe debet vt habeat intellectum *g* poſſidendi.

10 ¶ Et ideo ſi furioſum ſeruum miſeris vt poſſideas, nequaquā *h* videris adprehendiſſe poſſeſſionem.

11 ¶ Quòd ſi impuberem miſeris ad poſſidendum, incipies poſſidere: ſicut pupillus *i*, maxime tutore auctore, adquirit poſſeſſionem.

12 ¶ Nam per ancillam quin poſſis nanciſci poſſeſſionem, non dubitatur.

13 ¶ Pupillus per ſeruum ſiue puberem, ſiue impuberem *k* adquirit poſſeſſionem, ſi tutore *l* auctore iuſſerit eum ire in poſſeſſionem.

14 ¶ Per ſeruum, qui in fuga *m* ſit, nihil poſſe nos poſſidere, Nerua *n* filius ait. licèt reſpōdeatur, quamdiu ab alio non poſſideatur, à nobis eum poſſideri. ideóque interim etiam vſucapi. Sed vtilitatis *o* cauſa receptum eſt, vt impleatur vſucapio *p*, quamdiu nemo nanctus ſit eius poſſeſſionem.

¶ Poſſeſſionem autem per eum adquiri, ſicut per eos quos in prouincia habemus, Caſſij & Iuliani ſententia eſt.

15 ¶ Per ſeruum corporaliter *q* pignori datum, non adquirere nos *r* poſſeſſionem Iulianus ait: ad vnam enim tantùm cauſam videri *ſ* eum à debitore poſſideri: ad *t* vſucapionem, nec creditori *u*, quia nec ſtipulatione, nec vllo alio modo per eum adquirat, quamuis *x* eum poſſideat *y*.

16 ¶ Veteres putauerunt *z*, *non poſſe nos* a *per ſeruum hereditarium* b *adquirere, quod ſit* c *eiuſdem hereditatis* d. Itaque, agitatur, num hæc regula longius producenda ſit *e*, vt ſi plures ſerui legati ſint, per vnum an poſſint cæteri poſſideri. Idem tractatus eſt, ſi pariter empti, vel donati ſunt? Sed verius eſt, ex his cauſis poſſe me per vnum *f* reliquorum adquirere poſſeſſionem.

17 ¶ Si ex parte heredi inſtituto ſeruus legatus ſit: propter partem, quam ex cauſa legati habet, adquiret fundi hereditarij poſſeſſionem.

18 ¶ Idem dicendum eſt, ſi ſeruum communem iuſſero adire hereditatem, quia propter *g* partem meam adquiro.

19 ¶ Hæc quæ de ſeruis *h* diximus, ita ſe habent, ſi & ipſi velint nobis adquirere poſſeſſionem. nam ſi iubeas ſeruum tuum poſſidere, & is eo animo intret in poſſeſſionem, vt nolit tibi, ſed potius Titio adquirere, non eſt tibi adquiſita poſſeſſio *i*.

20 ¶ Per procuratorem *k*, tutorem *l*, curatorémve *m*, poſſeſſio nobis adquiritur. Cùm autem ſuo nomine nancti fuerint poſſeſſionem *a*, non cum ea mente, vt operam *b* duntaxat ſuam accommodarent, nobis non poſſunt adquirere *c*. alioquin, ſi dicamus, per eos non adquiri nobis poſſeſſionem, qui noſtro nomine accipiunt, futurum, vt neque is poſſideat, cui res tradita ſit, quia non habeat animum poſſidentis: neque is qui tradiderit, quoniam ceſſerit poſſeſſionem.

21 ¶ Si iuſſerim venditorem procuratori rem tradere *d*, cum ea in præſentia ſit, videri mihi traditam Priſcus ait. Idémque eſſe, ſi nummos debitorem iuſſerim alij dare: Non eſt. n. corpore & actu neceſſe adprehendere poſſeſſionem. ſed etiam *e* oculis *f*, & affectu. Et argumento eſſe eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moueri non poſſunt, vt columnas. nam pro traditis ‖eas‖ haberi *g*, ſi in re præſenti conſenſerint. & vina tradita videri, cum claues *h* cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint.

22 ¶ Municipes per ſe nihil poſſidere poſſunt, quia vni *i* conſentire non poſſunt *k*.

¶ Forum autem, & baſilicam *l*, híſque ſimilia non poſſident, ſed promiſcuè his vtuntur. Sed Nerua filius ait, per *m* ſeruum, quæ peculiariter adquiſierint, & poſſidere & vſucapere poſſe. ſed quidam contrà putant, quoniam ipſos ſeruos non poſſideant.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

SEd hoc iure vtimur, vt & poſſidere, & vſucapere *n* municipes poſſint. ídque eis & per ſeruum, & per liberam *o* perſonam *p* adquiratur.

De rebus corporalibus. 1. *De animo & corpore.* 2. *De parte incerta.* 3. *Quomodo acquiritur poſſeßio.* 4. *De pluribus cauſis poßidendi vel dominium habendi.* 5. *De pluribus poſſeſſoribus.* 6. *De animo & corpore.* 13. *De rebus mobilibus, & de cuſtodia.* 14. *De feris & piſcibus.* 15. *De auibus.* 16. *De columbis & apibus, & quæ ire & redire ſolent.* 17. *De loco occupato à flumine vel mari.* 18. *De contrectatione rei depoſitæ, & animo inficiandi.* 19. *Neminem ſibi ipſum cauſam poßeßionis mutare poſſe.* 20. *De re vendita depoſitario, vel commodatario.* 21. *Diuiſiones & ſpecies poſſeßionis.*

3. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

POſſideri autem poſſunt, quæ ſunt corporalia *q*.

1 ¶ Et apiſcimur *r* poſſeſſionem corpore & animo *ſ*, neque per ſe animo, aut per ſe corpore *t*.

1 ¶ Quod autem diximus, *& corpore & animo adquirere nos debere poſſeßionem*, non vtique ita accipiendum eſt, vt qui fundum *u* poſſidere velit, omnes glebas circumambulet: ſed ſufficit, quamlibet partem *x* eius fundi introire, dum mente & cogitatione ‖hac‖ ſit, vti totum fundum vſque ad terminum velit poſſidere.

a *d. l. 34. l. 23. ſup. de adquir. rer.*
b *l. 118. inf de reg. iur.* Ariſtot. 1. Politic. 7.
c *v. l. 5. ĵ. de ſtip. ſeru.*
d *l. 52. inf. eod.*
e *l. 31 ſup. de vſufr.*
f *Cuiac. 22. obſ. 23.*
g *§. 3. in fin. ſuprà eodem.*
h cur? ita eſt in ſeruo, cum parens per filium furioſum adquirat poſſeſſionem, *§. 5. ſup. eod.*
i Per impuberem & pupillum adquiritur poſſeſſio, *vt hic.* non per furioſum, *§. 10. ſup. eod. l. 32. §. 1. inf. eod.*
k Impubes poteſt dari procurator ad poſſeſſionem adquirendam, *vt hic.* An ad negotia? *v. l. 51. ſup. de procurat. l. 7. l. 8. ſup. de inſtitoria.*
l Quid ſi ſine tutore? idem hodie dicendum videtur, *l. 3. C. eod.*
m *l. 24. ſup. de lib. cauſ. l. 7. ĵ. pro emptore.*
n qui fuit ex Proculianis.
o aliud eſt ſtricto iure, *l. 15. ſuprà de public.*
p ſeruus fugitiuus vſucapitur, *l. 50. in fin. ſup. eod. l. 21. ſ. de rei vind.*
q *l. 37. ſupr. de acquir. rer. dom.*
r id eſt, creditorem & debitorem, & ita hic conſtat poſſeſſionem adquiſitam, & tamen nemini adquiſitam.
ſ & ſic debitor ſeruum à ſe verè pignoratum non poſſidet: & tamen per eum vſucapit. atque ita ex ficta poſſeſſione, & ſine vera poſſeſſione procedere poteſt interdum vſucapio. t Pignori qui ſeruum dedit, ſeruum ad vſucapionem tantum poſſidet, non ad poſſeſſionem adquirendam, *l. 16. inf. de vſucap.*
u acquiritur ſcilicet poſſeſſio per ſeruum pignori acceptum. x creditor poſſidet ſeruum. y inutiliter & ſine fructu quidem quod ad dominium adquirendum, non cogitatione domini, *l. 22. §. 1. ſup. de noxal.* niſi in caſu legis 101. *in fi. prin. ſ. de leg. 3.* nam quod per eum adquiritur, in ſortem imputatur, *l. 12. ſup. de pign.*
z & bene. a heredes. b Hereditarius dicitur nondum adita hereditate. ideoque quod tunc ſtipulatur, adquirit hereditati, *l. 61. ſup. de acquir. rer. dom.* poſt aditam hereditatem non eſt hereditarius, ſed heredis, *l. 10. §. 2. ſup. de vulgari.*
c *l. 43. ſup. de adq. hered.* d putà dominium, hereditatem, poſſeſſionem.
e ad alios caſus. f putà ex ſeruis donatis, *l. 48. inf. eod.* vel legatis, vel emptis, *ſ. eod. & §. 17.* vel communibus: *§. 18. inf. eod.* Cur potius poſſidemus per vnum eorum reliquos donatos legatos vel emptos: quam per vnum hereditarium reliquos hereditarios? Qui adquirit per ſeruum emptum, aut legatum, per ſeruum iam ſuum adquirit: qui per hereditarium, non per ſuum ſeruum, ſed defuncti adquirit. eſt enim ſeruus hereditarius, propriè ſumptus, ante aditam hereditatem ipſius hereditatis: poſt aditam, non eſt hereditarius, ſed heredis. Alioquin eſt ridicula & minime conueniens ſuperioribus caſibus ratio quam Accurſius affert, per hereditarium ſeruum alium hereditarium non poſſe nos poſſidere: quod aſinus intumeſcat, ſi per comparem ſe videat adprehendi. Eſt etiam falſa ea ratio, quam poſt Aretinum, & Iaſonem affert Zaſius *hic num.* 6. non ideò per hereditarium ſeruum, alium hereditarium poſſideri, quia quælibet res hereditaria & hereditas ſunt vna & eadem res iuris intellectu: non igitur poſſe hereditarium ſeruum alium adquirere: quia ſeipſum (quod eſt abſurdum) adquireret. de quo vide *Ferret. hic num. 9.*
g & ſic ex duabus qualitatibus concurrentibus (prohibitiua ſcil. & permiſsiua) permiſsiua præfertur. Communem ſeruum habens cum defuncto & ab eodem heres inſtitutus, poteſt per huiuſmodi ſeruum poſſeſſionem hereditatis adquirere. velut prædicti ſerui dominus, non velut heres defuncti; ſi heres hereditarium ſeruum iuberet adquirere poſſeſſionem, huiuſmodi iuſſu heres adiret hereditatem: niſi quid aliud plane ſuadeat *l. 20. in pr. & §. 1. ſup. de adquir. hered.* poſt huiuſmodi iuſſum ſeruus non eſſet hereditarius. h propriis, communibus, alienis bona fide poſſeſſis.
i Hæc omnia pene Ferretus transfert ad monachos, quem vide *hic.*
k atqui nihil poteſt ſerui voluntas in iis quæ ſunt iuris ciuilis, *l. 32. inf. de regulis iuris.* Iure autem ciuili adquiritur poſſeſſio, *§. 3. Inſtit. per quas perſonas cuique*: inuito, *§. vlt. inſtit. de vſuc.* l an Titio? vtique, ſi ratum habeat, argum. *l. 24. ſup. de negot. Accurſ.* hoc tamen negat Socinus *hic num.* 4.
m generalem (non id admittunt in cauſis beneficialibus Canoniſtæ, *Gloſſa in cap. ſi tibi, de præbend. in 6.*) adquiritur domino ſcilicet. idque ſine ceſſione, (ſi poſſeſſio fuit adquiſita actu naturali, putà traditione, non ciuili vt ſtipulatione, *l. 28. inf de verb. oblig.*) eatenus, vt ſi poſtea poſſeſſionem ſuo nomine defendere velit, à nobis expelli, denegato omni interdicto, poſſit.

a aliud eſt in dominio: quia licet procurator nolit nobis adquirere, ſed aliis, ... ciet in eo ... ipſius animus procuratoris, tradentis volentis: ideoque dolus vel malitia non nocebit, ... *ſup. de donatio*... aliud dixi in dominio quam in poſſeſſione, licet ... tradicat gloſſa ... *hic, & §. 19. de poſ*ſeſſione loquitur ... *d. l. 13. ſupra de* ... de dominio. ... aliud? an quod dominium idem numero transfertur ... eum in quem transferre volumus, ... *l. 20. ſup. ex qui*bus *cauſis maior.* poſſeſſio non itemque ... ſentiunt omnes pene poſt Cumanum. An quod poſſeſſio facile amitti poteſt, id autem quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro in alium non transfertur, vt ... Zaſius? ſic ... non omnium rationem reddi poſſe.
b animi & corporis: non autem corporis tantum, ... *§. 21. inf. eod.*
c nobis ſcil.
d hoc caſu ... corporis ... procurator ... præſtat, non ... vt in §. 20. ...
e Oculis etiam ... nudo aſpectu poſſeſſionem ab ... traditam adquirimus. f Hinc Tertull. *lib. de velandis virginib.* Nuptias ait de... ctu & animo fieri, quemadmodum & ſtuprum, v. Hotom. 12. *Illuſtr.* Oculis ... ſunt, qui edenda nimis ſollicite ſpectant, *Seneca 3. Natural.* 18. Oculis ... ſunt gladiatorum ſpectatores, *Cyprianus epiſt.* 1. g verbum, *Haberi* fictam traditionem innuit vt & ſuperius & inferius *videri.* Huiuſmodi verba fictionis notæ ſunt, *l. 12. inf. de vi & vi.* An ficta poſſeſſio hinc orietur quemadmodum ex falſo ... niſi falſum ſequi dicimus? Non orietur: falſum enim ſemper eſt falſum. Fictio ... veritatem aliquam ſecum trahit, *l. 6. §. 1. ĵ. de precario: l. vn C de rei vxor. act.* Modus adquirendi fictus eſt: res tamen ipſa eſt. h *l. 74. ſup. de contrah empt. l. 9. §. 6. ſup. de acquir. rer. §. 45. Inſt. de rer. diuiſ.* i vniuerſi, *Haloand.*
k vel dolum committere, *l. 15. §. 12. ſup. de dolo.* ſtricto iure facile: vtiliter ... *l. 2. inf eo.* Quæ difficillima, penè impoſsibilia habentur, *l. 23. §. 1. ſuprà de obl*...
l Baſilica dicitur ἀπὸ τοῦ βασιλέως. *Feſtus*, eſt autem locus amplus, vſibus publicis deſtinatus. m *l. 97. ſup. de cond. & dem. l. vn. §. 1. ſup. de liberi. vniuerſis* adde l. ... *§. 1. inf. de reg. iur.* n & etiam agere ad exhibendum, *l. 7. §. 3. ſup. ad exhib.*
o Vniuerſitatem perſonam eſſe repræſentatam, nec eſſe veram perſonam ſed fictam, hinc colligunt. p procuratorem ſcil. generalem vel ſpecialem & ſindicum: eos qui regunt vniuerſitatem, quin & ipſos ſubditos. Quid ſi vniuerſitas ad vnum ſit redacta? Is adhuc poſſidere poteſt, *v. l. 7. in fin. ſup. quod cuiuſque*: ciuiliter ſaltem: niſi dicamus cum Baldo & Zaſio *hic, num. vlt.* Eccleſia deſtructa Eccleſiæ poſſeſſionem ciuilem manere apud Chriſtum: & ita nunquam præſcribi aduerſus Eccleſiam quatumuis diſiectam. q hinc Feſtus, Non eſt poſſeſſio vera, niſi (hæc enim duo poſtrema vocabula Feſti fragmentis reſtituo) de rebus quæ tangi poſſunt. Et Theophilus νομὴ μὲν ἐστὶ σωματικοῦ πράγματος. An incorporalia poſſideri poſſunt? quaſi poſſidentur, *v. l. 4. §. 27. inf. de vſurpat.* r Apiſci vel adipiſci poſſeſſionem eſt incipere poſſidere. ſ copulatiuè ſcil. vel coniunctim *§. 3. inf. eod.*
t niſi quis cuſtodem rei adquiſitæ adpoſuerit, *l. 51. inf. eod.* niſi traditione clauium *l. 1. §. 21. ſup. eod.* niſi quis conſtituat, & dicat ſe nomine meo poſſidere, *l. 18. ĵ. eod.* item traditione inſtrumenti, *l. 1. C. de donationib.* rei donatæ retento vſufructu, *l.* ... *C. de donationib.* cum mutatur cauſa traditionis, *l. 9. in fin ſup. de reb. cred.* in ſocietate omnium bonorum, *l. 2. ſup. pro ſocio*: ſi quis adoptauerit, *l. 16. ĵ. de precario*: ſi monialis rapta ſit, *l. 54. C. de epiſcopis.* (de quo tamen dubitari poſsit?) niſi lex vel ſtatutum poſſeſſionem transferat ipſo iure, *l. 11 ſup. de liberis: l. 14. ſup. de ſuis.* vt apud Gallos, *Le mort ſaiſit le vif.* niſi incorporalia & iura adprehendantur: niſi res denique in ea ſit cauſa, vt nondum poſſideri poſsit, *l. 12. in fin. l. 13. ĵ. de reb. auth. iud.* Porrò is qui oculis poſſeſſionem adprehendit, non omnino ſine corpore adprehendit. Pars enim corporis, oculus. An per inueſtituram factam à principe ex certa ſcientia, priuilegio, aut publico iure transfertur poſſeſſio? negat Ferretus *hic, num* 15.
u vel rem mobilem, puta ligna, hominis partem, *l. 21. inf. de furtis*, decimas. Quid in hereditate quæ ius vniuerſale continet? vide *Senecam 6. de beneficiis* 5. poſſeſſionem ſingularum rerum adquirendam eſſe tradit Ferretus *num.* 31. Ideoque iuſſus in poſſeſſionem fundorum debitoris mitti, vnius fundi poſſeſſione reliquos minimè poſſidebit, *Zaſ. hic, num.* 26. adde *§. 22. inf. eod.*
x Poſſidetur totum, cum particula poſſidetur. Adprehenſione partis fundi, cenſetur poſſeſſio totius fundi (etiam eius quod per alluuionem adiicitur) adprehenſa nec opus eſt circumambulare omnes glebas. Sic adprehenſo vniuerſo ... egrali vel continente, cenſentur adprehendi omnia comprehenſa & contenta ſub ... vniuerſali.

2 ¶ Incertam *a* partem rei poſſidere *b* nemo poteſt: veluti ſi hac mente ſis, vt quidquid † Titius poſſidet, tu quoque velis poſſidere.

3 ¶ Neratius & Proculus," &" ſolo animo non poſſe nos acquirere poſſeſſionem, ſi non antecedat naturalis poſſeſſio. Ideoque ſi theſaurum in fundo meo poſitum ſciam, continuò me *c* poſſidere, ſimul atque poſſidendi affectum habuero, quia, quod deſit *d* naturali poſſeſſioni, id animus implet.

¶ Cæterùm quod Brutus & Manilius putant, eum, qui fundum longa poſſeſſione cepit, etiam theſaurum cepiſſe, quamuis neſciat in fundo eſſe, non eſt verum. is enim, qui neſcit *e*, non poſſidet theſaurum: quamuis fundum poſſideat. ſed & ſi ſciat, non capiet longa poſſeſſione: quia *f* ſcit alienum *g* eſſe.

¶ Quidam putant, Sabini ſententiam veriorem eſſe, nec aliàs eum qui ſcit, poſſidere, niſi *h* ſi loco motus *i* ſit, quia non ſit ſub cuſtodia noſtra. quibus conſentio.

4 ¶ Ex pluribus cauſis *k* poſſidere eandem rem poſſumus *l*, vt quidam putant *m*, & eum qui vſuceperit *n*, & pro emptore & pro ſuo poſſidere. ſic enim & ſi ei qui pro emptore, poſſidebat, heres ſim, eandem rem & pro emptore, & pro herede poſſideo *o*. nec enim, ſicut dominium non *p* poteſt niſi ex vna *q* cauſa contingere, ita & poſſidere ex vna dumtaxat cauſa poſſumus *r*.

5 ¶ Ex contrario plures eandem rem in ſolidum poſſidere non poſſunt *ſ*. Contra naturam COEppe *t* eſt, vt cùm ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris.

¶ Sabinus tamen ſcribit, eum qui precario dederit, & ipſum poſſidere *u*, & eum qui precario acceperit *x*.

¶ Idem Trebatius probat exiſtimans, poſſe alium iuſtè, alium iniuſtè poſſidere: duos iniuſtè, vel duos iuſtè non poſſe. quem Labeo reprehendit: quoniam in ſumma poſſeſſionis non multùm intereſt iuſtè, quis, an iniuſtè, poſſideat. quod eſt verius. non magis enim eadem *y* poſſeſſio apud *z* duos eſſe poteſt, quàm vt tu ſtare videaris in eo loco *a*, in quo ego ſto, vel in quo ego ſedeo, tu ſedere videaris.

6 ¶ In amittenda quoque poſſeſſione affectio eius qui poſſidet, intuenda eſt. Itaque ſi in fundo ſis, & tamen nolis eum poſſidere: protinus amittes poſſeſſionem.

¶ Igitur amitti & animo ſolo *b* poteſt *c*, quamuis acquiri non poteſt.

7 ¶ Sed & ſi animo ſolo poſſideas, licèt alius *d* in fundo ſit, adhuc tamen poſſides.

8 ¶ Si quis nuntiet, domum à latronibus occupatam, & dominus timore *e* conterritus, noluerit *f* accedere: amiſiſſe eum poſſeſſionem placet.

¶ Quòd ſi ſeruus vel colonus, per *g* quos corpore poſſidebam, deceſſerint," deceſſerintve," animo retinebo poſſeſſionem.

9 ¶ Et ſi alij tradiderim *h*, amitto poſſeſſionem *i*. Nam conſtat poſſidere nos, donec aut noſtra voluntate diſceſſerimus, aut vi deiecti fuerimus.

a incertũ eſt, quod neſcitur: quid quale, quantumque ſit, aut fuit, *l.74. l.75. ȷ. de verb oblig.*
b de traditione rei incertæ dicam ad *l.26. ȷ. eod.*
† hoc vtique incertum eſt, & quo ta rei, & loco. Certa res poſſidetur (cuius qualitas & locus exprimitur. adde *l.26. ȷ. eod.*
c Plato 1. *de legib.* Theſaurum inuentoris non vult fieri ſed deum conſuli.
d Propter adiunctum affectum & animum, toleratur defectus in naturali poſſeſſione.
e Theſaurus, licèt ſit in fundo reconditus, non tamen ab ignorante poſſidetur. Qui neſcit vel ignorat, non poſſidet, id eſt, non poteſt incipere poſſidere. Qui verò nõ poſſidet, non vſucapit.
f Qui ſcit alienum, non vſucapit.
g i. noſcit dominũ rei. & ſic vox *theſaurus*, hic impropriè ſumitur.
h Theſaurus cum fundo non poſſidetur, niſi loco motus ſit.
i Res non dicitur inuenta niſi adprehenſa ſit, *l.13. C. de fideiuſſorib.*
k i. titulis. vt ita loquamur compatibilibus & habilibus ad vſucapiendum.
l Imò non poſſumus, *v. l.4. Cod. de contrah. empt.*
m *l.25. §.7. ſ. familia.*
n i. inchoauerit vſucapere. o & ita ex duabus cauſis diuerſo tempore concurrentibus, & ex diuerſis perſonis, poteſt quis vti qua earum voluerit, v. Socin. *hic num.14.* p *l.14. §.2. in fin. de except. rei iud. l.159. ȷ. de reg. iur. §.5. §.6. Inſt. de legat.* q Quod noſtrum eſt, in dominio noſtro eſſe amplius non poteſt. Dominium non poteſt acquiri ex duabus cauſis: quia illud quod eſt iam perfectum, nouam formam non recipit: Nemo poteſt rei ſuæ dominium acquirere.
r Licèt in acquirendo dominio plures cauſæ concurrant, vna tamen præfertur. Adde titulum *pro emptore*, & titulum *pro ſuo*. Rectè dicuntur plures cauſæ, ſi ſpectes poſſeſſionem, vel dominium: effectu namque cenſentur vna. Poteſt tamen qui vtile dominium habet, acquirere directum ex alio. alias limitationes, v. apud Zaſ. *hic num.32. & ſeq.* ſ eodem reſpectu, *l.5. §. vlt. ſ. commodati*: *l.19. ȷ. de precario.* Imò poſſunt, *l.15. §.4. ȷ. de precario.* ſolue. lex illa ſumpta eſt ex libris Sabini cuius opinio hic reprehenditur. quinimo poſſunt, *l.3. ȷ vti poſſidetis*? ſolue, lex etiam illa ex Trebatio & Sabino ſumpta eſt, v. quæ ibi notaui. At. n. tertio dixeris poſſe, *l.15. §.18. ſ. de damn.* ſolue. Plures ibi mittuntur vt cuſtodiant non vt poſſideant: poſt ſecundum decretum, pro ſuis partibus poſſident. v. Cuiac. *9. obſ.* 32. Idem in duobus depoſitariis, commodatariis, vſufructuariis. Vaſallus ab altero vaſallo infeudatus cum alio poſſidet, diuerſo tamen reſpectu, creditor & debitor fundum pignoratum ſimul poſſident, ſecundum quid, *l.1. §.15. ſ. eod.* poſſunt quoque duo affectu vel ex apparentia poſſidere, cùm tamen vnus eorum verus ſit poſſeſſor: Sic maritus, ſecundum quid & exercitio dotem poſſidet, vxor verè proprietate. Poteſt etiam prædo poſſidere abſentis bona: ſed inefficaciter. poteſt quoque penes vnum (puta dominum) eſſe poſſeſſio directa: penes alium (vaſallum, emphyteutam) ſubalterna. An penes vſufructuarinm ſit poſſeſſio, an detentio, vide Zaſ. *hic num.28.* t quippe vulg. *Hal.* u *l.4. §.1. ȷ. de precario.* x & ita duo poſſiderent, *d. l.15. §.4. ȷ de precar.* y *c. de probat.* z adde *l.15. ſ. de ſtatu.*
a Corpus vnum vt in duobus locis, *vt hic & l.5. in fi. ſ. commodati*: ita duo corpora in vno loco eſſe non poſſunt. Corpora ſe occupare, & ſimul eſſe natura non permittit. Dimenſiones nequeunt ſe inuicem ſubire. Sic dimenſio ſuum locum occupat vt obſtaculo ſit, ne quæuis alia dimenſio & quoduis aliud corpus pariter vnáque cum ea eundem locum occupare ac replere poſſit. Penetratio dimenſionum natura eſt impoſſibilis: nam ſi duarum eſſe poteſt ſubſtantiarum penetratio, & trium, & quatuor: & infinitarum eſſe poterit. Par. n. in iis omnibus caſibus militat ratio. Quod ſi ita foret, nulla rerum corporearum inter ſe eſſet diſcriminatio, ſed ipſarum inter ſe inuicem confuſa commixtio: quam ad euitãdam natura cuiuſque rei, ſuo motu, ſatis ſuperque demonſtrat. Et hæc quidem Philoſophi veriſſimè docent. b *l.44. in fin. ȷ. eod.* cur non vtroque vt in acquirendo, vt duorum inuicem contrariorum eadem ſit ratio? c Imò non poteſt, *v. l.8. ȷ. eo.* d *l.6. in fin. l.25. in fin. ȷ. eod.* e ſole, citra periculum vitæ. nam ſi periculum vitæ timet aliud dicendum eſt: *l.4. C. eod.* f *l.7. ȷ. eod.* g Per ſerui & coloni corpus poſſidemus. h & ſi alij tradiderint. *Hal.* at ſi alij tradiderint, *Cuiac. C. hoc tit.* i naturalem & ciuilem: naturalem, quia aliis poſſidet; ciuilem, quia ciuilis naturalem non habet cui incumbat, *Socin.*

10 ¶ Si ſeruus, quem poſſidebam, pro libero ſe gerat, vt fecit Spartacus *a*, & iudicium liberale pati paratus ſit, non videbitur à domino poſſideri, cui ſe aduerſarium præparat. ſed hoc ita verum eſt, ſi *b* diu *c* in libertate moratur. alioquin ſi ex poſſeſſione ſeruitutis in libertatem reclamauerit, & liberale iudicium implorauerit, nihilo minus in poſſeſſione mea eſt *d*, & animo eum poſſideo, donec liber fuerit pronuntiatus *e*.

11 ¶ Saltus *f* hybernos *g* æſtiuóſque animo poſſidemus, quamuis certis *h* temporibus eos relinquamus.

12 ¶ Cæterùm animo noſtro, corpore *i* etiam alieno poſſidemus, ſicut diximus *k* per colonum, & ſeruum. Nec mouere nos debet, quod quaſdam res etiam ignorantes poſſidemus, id eſt, quas ſerui peculiariter parauerunt. nam videmur eas eorundem & animo *l* & corpore poſſidere.

13 ¶ Nerua filius, res mobiles *m*, exceptò *n* homine *o*, quatenus *p* ſub cuſtodia noſtra ſint, hactenus poſſideri: id eſt, quatenus, ‖ſi‖ velimus, naturalem poſſeſſionem nanciſci ‖ poſſimus. ‖ Nam pecus ſimul atque aberrauerit, aut vas ita exciderit, vt non inueniatur, protinus deſinere à nobis poſſideri, licet à nullo poſſideatur: diſſimiliter atque ſi ſub cuſtodia mea ſit, nec inueniatur: quia præſentia eius ſit, & tantùm ceſſat *q* interim diligens inquiſitio.

14 ¶ Item feras beſtias, quas viuariis *r* incluſerimus, & piſces, quos in piſcinas *ſ* coniecerimus, à nobis poſſideri *t*. Sed eos piſces, qui in ſtagno ſint, aut feras, quæ in ſyluis circumſeptis † vagantur *u*, à nobis *x* non poſſideri: quoniam relictæ ſunt in libertate naturali. alioquin, etiam ſi quis ſyluam emerit, videri eum omnes feras poſſidere. quod falſum eſt.

15 ¶ Aues autem poſſidemus, quas incluſas habemus *y*, aut ſi quæ manſuetæ factæ, cuſtodiæ noſtræ ſubiectæ ſunt.

16 ¶ Quidam rectè putant, columbas quoque, quæ ab ædificiis noſtris *z* ‖ volant ‖, item apes, quæ ex alueis *a* noſtris euolant, & ſecundùm conſuetudinem redeunt *b* à nobis poſſideri.

17 ¶ Labeo & Nerua filius reſponderunt, deſinere me poſſidere eum locum, quem flumen *c* aut mare occupauerit *d*.

18 ¶ Si rem apud te depoſitam furti faciendi cauſa contrectaueris, deſino poſſidere. ſed ſi eam loco non moueris, & inficiandi animum habeas, plerique veterum, & Sabinus & Caſſius rectè reſponderunt poſſeſſorem me manere: quia furtum ſine contrectatione *e* fieri non poteſt, nec animo furtum admittatur.

19 ¶ Illud quoque à veteribus præceptum eſt, neminem *f* ſibi ipſum cauſam poſſeſſionis mutare *g* poſſe.

20 ¶ Sed ſi is qui apud me depoſuit, vel commodauit, eam *h* rem vendiderit mihi, vel donauerit: non videbor cauſam poſſeſſionis mihi mutare, qui ne poſſidebam quidem.

21 ¶ Genera *i* poſſeſſionum tot ſunt, quot & cauſæ acquirendi eius, quod noſtrum non ſit, velut pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro noxæ dedito, pro ſuo ſicut in his, quæ terra, marique, vel ex hoſtibus capimus, vel quæ ipſi, vt in rerum natura eſſent, fecimus. Et in ſumma, magis vnum genus eſt poſſidendi *k*, ſpecies infinitæ.

a fortè is eſt qui cum Craſſo depugnauit. *v. Plutarch. in Craſſo.* v. *Liuij Epitomen* 95. 99. 97. meminit Spartaci Cicero 6. *ad Atticum* 2. & 5. *Verrina*: & *de Haruſpicum reſponſis*: Florus 3. c. 20. Velleius 2.
b Seruus pro libero ſe gerens, dominum proprietate non exuit, niſi diu moretur in libertate, vel liber eſſe iudicatus fuerit.
c An decem annis inter præſentes & viginti inter abſentes, *l.16. §.3. ſ. qui & à quibus*? an biennio, arg. *l.8. C. de omni agro deſerto* l? poſtremum ait Zaſ. *hic. num.4.*
d *l.12. §.5. ſ. de vſufruct.*
e Lata ſententia pro libertate, dominus ſtatim priuatur poſſeſſione.
f Quod hic dicitur de ſaltibus ad omnia prædia pertinet, *l.1. §.25. ȷ. de vi & vi.*
g in quibus pecora hyeme vel æſtate paſcuntur.
h Saltus hybernos & æſtiuos animo retinemus, *l.44. in fin. l.46. l.47. ȷ. eod. l.1. §.25. ȷ. de vi & vi. Paul. 5. ſent. 2. §.1. Har. 3. §.65.*
i In ſumma, poſſeſſionem acquirimus animo & corpore. Animo vtique noſtro: corpore, noſtro vel alieno, *Paul. 5. ſent. 2. §.1.*
k *§.8. ſ. eod. §.5. Inſt. de interdictis.*
l Res peculiares animo & corpore ſeruorum poſſidemus *l.44. §.1. ȷ. eo.*
m *l.47. ȷ. eod.*
n ne alioquin ſit in poteſtate ſerui, quoties & quando voluerit eum poſſideamus necne. o Mobilium rerum nomine ſeruos cõprehendi hinc collige. p *§.3. ſ. eo.* q Præſens res ſatis dicitur quam habere poſſumus, ſi eam diligenter quærimus. r *l.62. §.1. ſ. de vſufruct.* Viuaria ſunt ſepta quædam loca in quibus feræ viuæ paſcuntur. Græci παραδείσους vocant. Antiqui Romani appellabant roboraria. 2. *Gell.* 2. & leporaria *Varro 3. de re ruſtic.* 3. viuaria aprorum & ferarum ſyluestrium primus Fuluius Hirpinus inſtituit in Tarquinenſi 8. *Plin.* 52. (Huiuſmodi locum Varro 3. *de re ruſt. c.13.* θηροτροφεῖον vocat) oſtreorum, Sergius Aurata in Baiano 9. *Plin.* 54.
ſ Piſcinæ ſunt quæ in aqua dulci & ſalſa incluſos piſces habent ad villam. *Varro. 3. de re ruſt.* 3. de piſcinis vide eundem Varronem 3. *de re ruſtic. c.17.*
t Atenim non ſunt ædium, non ſunt fundi? *l.15. ſup. de act. empt.* ſolue. Plura à domino poſſidentur quàm quæ ſunt fundi † videtur legendum, *non circumſeptis.*
u hinc illud Iuuenalis *Sat.4.* Non dubitaturi fugitiuum dicere piſcem, Depaſtumque diu viuaria Cæſaris. x Imò poſſideri videntur: venditis enim ædibus piſces, qui ſunt in piſcina, venditoris ſunt *l.16. l.17. l.18. ſup. de act. empt.*
y Loca in quibus ſunt recluſæ aues; auiaria, & ornithones dicuntur. Varro 3. *de re ruſt. c. 3.* z locus in quo nutriuntur columbæ, περιστεροτροφεῖον dicitur Varroni 3. *de re ruſt.* 7.
a locus in quo apes nutriuntur, mellaria μελιτρῶνας & μελιτροφεῖας appellat Varro 3. *de re ruſt.* 16. & apiaria 2. *Gell.* 2. b *l.5. §.2 ſup. de acq. rer.*
c Inundatione diuturna perditur poſſeſſio. d diu ſc. non ad paucos dies, & ſic accipe legem 26. §.4. ȷ. *eod.* non ex conſuetudine, vt in Ægypto.
e Furtum contrectatione fit non ſolo animo, *v. l.12. ȷ. de furtis.*
f *l.5. C. eod l.33. §.1. ȷ. de vſurp. l.6. §.3. ȷ. de precario.*
g Poſſeſſionem ex iuſta in iuſtam, *l.6. ȷ eod.* ex iniuſta in iuſtam, *l.3. §.1. in. prox.* de iniuſta in iniuſtam *l.6. §.1. ȷ. eod.* de nulla in aliquam, *vt hic.* de quadam in nullam, *l.18. ȷ. eod.* de nulla in nullam, *l.10. ȷ. eod.* verti poſſe obſerua.
h *l.62. ſupra de euict.*
i i. ſpecies, *vt in fin. ȷ. eod.* tot ſunt tituli poſſidendi quot poſſidendi occaſiones προφάσεις. *Theoph. §.3. Inſt. de interd.*
k Senſus eſt: Si ſpectamus verum, directum, ac poſtremum genus poſſidendi, nihil aliud illud fuerit, quàm rei inſiſtere naturaliter, & poſſeſſionem detinere. ſin verò vtile, & ad vtilitatem ipſam genus poſſidendi accommodabimus, ciuilis naſcetur poſſeſſio, ſin autem res quas poſſidemus, aliæ deprehenduntur emptæ, aliæ donatæ, & ſic infinitæ cauſæ poſſidendi fuerint. ſin verò formam poſſidendi ſpectabimus, bona fide, vel mala, §. 22. ȷ. *eod.* poſſidebimus. Cæterùm de duplici poſſeſſione naturali & ciuili, vide Cuiacium 9. *obſeruat.* 33.

22 ¶ Vel etiam poteſt diuidi poſſeſſionis genus in duas ſpecies, vt poſſideatur aut bona fide, aut non bona fide.

23 ¶ Quod autem Quintus Mucius inter genera poſſeſſionum poſuit, ſi quando iuſſu magiſtratus rei ſeruandæ *a* cauſa, vel quia damni infecti non caueatur, ‖mitti‖ poſſidemus, ineptiſſimum eſt. nam qui creditorem rei ſeruandæ cauſa, vel quia damni infecti non caueatur, mittit in poſſeſſionem, vel ventris nomine; non poſſeſſionem, ſed cuſtodiam *b* rerum & obſeruationem concedit. & ideo cùm damni infecti non cauente vicino, in poſſeſſionem miſſi ſumus, ſi id longo tempore fiat, etiam poſſidere nobis, & per longam poſſeſſionem capere prætor, cauſa cognita, permittit.

De filiofamilias.

4. *Vlpianus* ‖lib. 67. ad Edictum.

QVidquid filius peculiari *c* nomine apprehenderit, id ſtatim *d* pater eius poſſidet, quamuis ignoret in ſua poteſtate filium. Amplius, etiam ſi filius ab alio tanquam ſeruus poſſideatur, idem erit probandum.

De occupante rem ſibi debitam.

5. *Paulus* ‖lib. 63. ad Edictum.‖

SI ex ſtipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam eum, tu autem *e* nanctus fueris poſſeſſionem: prædo es. Æque ſi vendidero, nec tradidero rem, ſi non voluntate mea nanctus ſis poſſeſſionem, non pro emptore poſſides, ſed prædo es.

De clandeſtina poſſeſſione. 1. Si quis profecti ad nundinas poſſeſſionem occupauerit.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 70. ad Edictum.‖

CLam poſſidere eum dicimus, qui furtiuè *f* ingreſſus eſt poſſeſſionem, ignorante *g* eo, quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret, timebat. Is autem, qui, cum poſſideret non clam, ſe celauit *h*: in ea cauſa eſt, vt non videatur clam poſſidere. non enim ratio obtinendæ poſſeſſionis, ſed origo nanciſcendæ exquirenda eſt. nec quemquam clam poſſidere incipere, qui ſciente aut volente eo, ad quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bonæ fidei poſſeſſionem nanciſcitur. Itaque (inquit Pomponius) clam nanciſcitur poſſeſſionem, qui futuram controuerſiam metuens ignorante eo, quem metuit, furtiuè ‖ in ‖ poſſeſſionem ingreditur.

1 ¶ Qui ad nundinas profectus neminem reliquerit, &, dum *i* ille à nundinis redit, aliquis occupauerit poſſeſſionem, videri eum k clam poſſidere, Labeo ſcribit. Retinet *l* ergo poſſeſſionem is qui ad nundinas abiit. Verùm ſi reuertentem dominum non *m* admiſerit, vi magis intelligi poſſidere, non clam.

7. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum.‖

ET ſi nolit in fundum reuerti, quod *n* vim maiorem vereatur, amiſiſſe poſſeſſionem videbitur, & ita Neratius quoque ſcribit.

De animo & corpore.

8. *Idem* "lib. 65. ad Edictum."

QVemadmodum nulla poſſeſſio acquiri niſi *o* animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque *p* in contrarium actum eſt.

De eo qui noſtro nomine eſt in poſſeſſione.

9. *Gaius* "lib. 25. ad Edictum prouinciale.

GEneraliter quiſquis omnino noſtro nomine ſit in poſſeſſionem, veluti procurator *q*, hoſpes, amicus *r*, nos poſſidere videmur.

De conductione & precario, differentia inter poßidere, & eſſe in poſſeßione.

10. *Vlpianus* "lib. 69. ad Edictum."

SI quis ante conduxit, poſtea precario rogauit, videbitur diſceſſiſſe à conductione *ſ*. Quod ſi ante rogauit, poſtea conduxit, conduxiſſe videbitur. potius enim hoc procedere videtur, quòd nouiſſimè *t* factum eſt, & hoc Pomponius ait.

1 ¶ Idem Pomponius belliſſimè tentat dicere, nunquid qui conduxerit quidem prædium, precario autem rogauit, non vt poſſideret, ſed vt in poſſeſſione eſſet, eſt autem longè diuerſum: aliud *u* eſt enim poſſidere, longè aliud in poſſeſſionem eſſe: denique rei ſeruandæ cauſa, legatorum, damni infecti, non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione cuſtodiæ *x* cauſa: quod ſi factum eſt: vtrumque procedit.

2 ¶ Si quis & conduxerit, & rogauerit precariò, vti poſſideret: ſi quidem nummo *y* vno conduxit, nulla dubitatio eſt, quin ei precarium ſolum teneat: quia conductio *z* nulla eſt, quæ eſt in vno nummo: ſin verò *a* pretio *b*, tunc diſtinguendum quid prius factum eſt.

De auctoritate prætoris.

11. *Paulus* " lib. 65. ad Edictum."

IVſtè poſſidet *a*, qui auctore prætore poſſidet.

De vſufructuario. 1. Differentiæ proprietatis, & poſſeßionis vti poßidetis. De rei vindicatione.

12. *Vlpianus* " lib. 7. ad Edictum."

NAturaliter *b* videtur *c* poſſidere is qui vſumfructum habet.

1 ¶ Nihil *d* commune *e* habet proprietas *f* cum poſſeſſione. & ideo non *g* denegatur ei interdictum vti poſſidetis, qui cœpit *h* rem vindicare. non. n. videtur poſſeſſioni renunciaſſe, qui rem vindicauit *i*.

De lapidibus in flumen demerſis. De fugitiuo. 1. De acceſſione poſſeßionis.

13. *Idem* " lib. 72. ad Edictum."

POmponius refert, cùm lapides *k* in Tiberim demerſi eſſent naufragio *l*, & poſt tempus extracti *m*, an dominium in integro fuit per id tempus, quo erant merſi? Ego dominium me retinere puto, poſſeſſionem non puto. Nec eſt ſimile fugitiuo *n*. namque fugitiuus idcirco à nobis poſſideri videtur, ne ipſe *o* nos priuet poſſeſſione. at in lapidibus diuerſum eſt.

1 ¶ Cùm quis vtitur adminiculo *p* ex perſona auctoris *q*: vti debet cum ſua cauſa, ſuiſque *r* vitiis *ſ*. Denique addimus in acceſſione de vi & clam, & precario *t* venditoris.

2 ¶ Præterea quæritur, ſi quis hominem venditori redhibuerit, an acceſſione vti poſſit ex perſona eius? & ſunt, qui putent, non poſſe: quia venditionis eſt reſolutio, redhibitio *u*. alij emptorem *x* venditoris acceſſione vſurum, & *y* venditorem *z* emptoris, quod magis probandum puto.

3 ¶ Si liber homo vel alienus ſeruus, cùm bona fide ſeruirent, comparauerint, & alij acquiſierint poſſeſſionem: neque liberum, neque ſerui dominum debere vti acceſſione.

4 ¶ Quæſitum eſt, ſi *a* heres prius non poſſederat, an teſtatoris poſſeſſio ei accedat? Et quidem in emptoribus poſſeſſio interrumpitur, ſed non *b* idem in heredibus plerique probant. quoniam plenius eſt ius ſucceſſionis, quàm emptionis. ſed ſubtilius eſt, quod in emptorem, & in heredem *c* id quoque probari.

3 ¶ Non autem ea tantùm poſſeſſio teſtatoris heredi procedit, quæ morti fuit iniuncta: verùm ea quoque, quæ vnquam *d* teſtatoris fuerit.

6 ¶ In dote quoque, ſi data res fuerit, vel ex dote recepta, acceſſio *e* dabitur *f* vel marito, vel vxori.

7 ¶ Si is qui precario conceſſit, acceſſione velit vti ex perſona eius cui conceſſit, an poſſit, quæritur. ego puto, eum qui precariò conceſſit, quamdiu manet precarium, acceſſione vti non poſſe *g*. ſi tamen receperit poſſeſſionem rupto *h* precario, dicendum eſſe *i*, accedere poſſeſſionem eius temporis, quo precario poſſidebatur.

a l. 10. §. 1. ̄j. eod. l. 12. ̄j. quib. ex cauſ. in l. 9. in fin. ̄ſ. de rei vind.
b l. 5. ̄ſ. vt in poſſ. leg. l. 1. §. 20. ̄ſ. de damno. vid. Cic. pro Quintio.
c l. 1. §. 5. ̄ſ. eod.
d vide l 9. ̄j. de reg. iur.
e l. 3. ̄j. eod. l. 7. l. 8. C. eod.
f Clam poſſidet, qui vacuam poſſeſſionem furtim re ipſa, & vt quidam noſtri loquuntur, actualiter ignorante eo cuius intereſt, ac metuẽs ſibi moueri eius controuerſiam, nulla denique ratione motus apprehẽdit.
g Clam etiam poſſidere dicitur qui citra iudicis authoritatem, vbi ea neceſſaria eſt, aut non ſeruata publica conſuetudine, poſſidet.
h l. 40. §. 2. ̄j. eod.
i l. 5. §. 6. ̄ſ. eod. l. 8. l. 25. in fin. l. 46. ̄j. eod. l. 8. l. 25. in fi. l. 46. ̄j. eod.
k occupatorem.
l vide Zaſium 2. Reſp. 38.
m l. 3. §. 14. ̄j. de vi & vi.
n l. 3. §. 8. ̄ſ.
o l. 3. §. 1. ̄ſ. eod. l. 44. ̄j. eod. l. 153. in fin. de reg. iuris. Paul. 5. ſent. 2. §. 1. §. 5. in fin. Inſtit. de interdict.
p Imo ſolo animo amitti poteſt l. 3. §. 6. ̄ſ. eod. vel animo vel corpore, l. 44. in fin. ̄j. eod. ſolue, Si poſſeſſionis amiſſionẽ inchoaueris à corpore, & corporis & animi actus requiritur: ſin ab animo incipis amiſſionem, ſolus animus ſufficiet. Ideóque prudenter addita eſt in dict. l. 153. ̄j. de reg. iur. particula ferè.
q l. 20. in fin. ̄ſ. de acq. rer.
r Colonus. l. 3. §. 12. ̄ſ. eod. inquilinus, l. 25. §. 1. ̄j. eo. aliquis denique, §. 5. Inſt. de interdict.
ſ igitur mercedem non debebit. eſt. n. precarium ſpecies liberalitatis, l. 1. ̄j. de precario.
t Non tantùm in vltimis voluntatibus, ſed in contractibus attenditur vltima voluntas.
u Aliud eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe: minus eſt hoc, quàm illud.
x Miſſus in poſſeſſionem legati aut damni infecti cauſa, non tam poſſidet quam cuſtodit.
y l. 46. ̄ſ. locati, adde l. 66. in fin. ̄ſ. de iur. dot.
z d. l. 46.
a l. 2. ̄ſ. locati: l. 14. § 1. ̄ſ. de religioſis.
b v. Cuiac. 4. obſ. 36.

a & compa[…] 137. ̄j. de regu[…] facit qui a[…] magiſtratu […] l. 3. §. 1. ̄ſ. quib[…] cauſ. l. 167. in […] de regul. iur. […] 29. in fin. ̄j. […] unctionib.
b l. 46. ̄j. eod.
c verbum […] xὴν. nec enim […] nis qui […] poſſidere, […] poſſidet. D[…] pignus po[…] videtur, & […] pere: nec […] poſſidet. […] ctuarius, qua[…] cipit rei c[…] tum, poſſidere […] tur: ſed quia […] dicta poſſeſſio […] non accommo[…] tur, quę cæter[…] ſunt in poſſ[…] ne, non verè p[…] det. quin is qui […] tinet tibi vſu[…] ctum, tradere […] tur: quia qui […] nec vſumfru[…] alij (puta do[…] non ſibi poſſide[…] Cuiac. 9. obſ. […] fin.
d Imò quædam […] bet. Eſt enim […] que ius incorp[…] le à poſſeſſione […] minium inco[…] l. 1. § 1. ̄ſ. in […] eaſdem per[…] acquiritur. […] quas perſonas […] Inſt. per qua[…] nas nob. Prop[…] à poſſeſſione […] ſeparatur, l. […] Tentari poteſt […] huius vocis […] dum eſſe […] vt hæc ſen[…] ſit: Eam conn[…]nionem inter ſe habent aliquam, quorum alterum alteri ſubſidio eſt: loco […] vindicationis, quæ datur proprietatis nomine, interdicto (quod datur ad poſſeſſionem (vti quis poteſt. Igitur proprietas & poſſeſſio nonnihil. i. aliquid commune inter ſe habent, poteſt tamen & hoc rectè colligi. Qui rem vindicat, non renunciat eius poſſeſſioni. non ſunt igitur eadem proprietas & poſſeſſio, nam ſi eſſent idem, renuncians rei vindicationi, non poſſet deinceps poſſeſſorio agere vel interdicto vti.
e Separanda eſt poſſeſſiò à proprietate, l. 52. ̄j. eod. l. 2. §. 2. ̄j. de interdict. l. 1. §. 2. ̄j. vti poßid. Stulta, inquit Seneca, mortalium auaritia proprietatem poſſeſſionemque diſcernit, v Cuiac 7. obſ. 8. f ſeu dominium. g Remedium retinendæ poſſeſſionis poteſt cumulari cum petitorio. Intentans petitorium non renunciat poſſeſſorio. h An pendente iudicio petitorio, agi poſſit poſſeſſorio? v. l. 18. ̄j. de vi & vi armat v. Hot. 29. Illuſt. quæſt.
i ſenſus huius paragraphi eſt, Si egero vindicatione, ac ſi non poſſiderem, cur non, iure meo melius cognito, licebit mihi tantiſper, dilato illo iudicio, nunc[…] taque formula, vti poſſidetis experiri? Cuiac. 7 obſ. 38. v. Socin. reg. 124. k […] idem in immobilibus? interdum, v. l. 12. in fin. ̄j. de reb. auth. l l 21. ̄j. eod. l. […] ̄ſ. tit. prox. m Res mobilis ſic amiſſa vt non facilè inueniri poſſit non dominium, ſed poſſeſſionem nobis eripit. n cuius neque dominium, neque poſſeſſionem amitto, l. 1. §. 14. ̄ſ. eo. o i. ne in eius poteſtate ſit poſitum: vt in l. 17. §. […] in fin. ſup. ad l. Aquil. p i. de iure aliquo, acceſſione. Acceſſio, eſt coniunctio temporum auctoris & ſucceſſoris ad perficiendam vſucapionem. q Auctor eſt is à quo cauſam iuſque habeo: atque ita mihi emptori auctor eſt venditor: […] donatario donator. r ſuo incommodo, l. 10. ̄j. de reg. iur. c. cum quis. de reg. iur. […] ſua conditione, l. 23. in fin. ̄j. de manum. ſ omnibus & perſonalibus & realibus, nam vitia realia rem ſequuntur, & eos qui rem contrectant: perſonalia, ad ſucceſſorem etiam deſcendunt, nec tolli poſſunt, niſi ſucceſſor per triennium præſcripſit, de quibus v. quæ notaui ad Nou. 119. c. 7 in fin. t his tribus malis […] poſſidemus, quæ Rhetores Græci ita vertunt βίᾳ ἢ λάθρᾳ ἢ ἀπάτῃ. v. Cuiac. 12. obſ. 33. u Redhibitione ſoluitur venditio. x l. 6. ̄j. de diuerſis & tempor. y Quod iuris eſt in contractu, idẽ iuris eſt in diſtractu, ergo vtrobique conſenſus partium interuenire debet. An laudimia in diſtractu debebuntur, ſi in contractu debentur? negat Molinæus 1. conſuet. 24. §. 15 & ſeqq. z l. 19. ̄j. de vſurpat.
a ſi primus heres poſſideret. Hal. b Imò idem ̄j. eod. c ſenſus eſt. Poſſeſſionem teſtatoris heredi prodeſſe, ſi medio tempore res à nullo poſſeſſa fuerit, l. 20. ̄j. de vſurpat. d quæ nunquam. Hal. Demus Titium rem teſtatori vendidiſſe, nec tradidiſſe? Huius rei poſſeſſio, licèt nũquam teſtatoris fuit, heredi tamen ſuffragatur l. 34. §. 3. ̄j. de vſurp. atque ita, heres non modò poteſt ſuæ poſſeſſioni iungere poſſeſſionem quæ fuit apud defunctum tempore mortis, ſed & quæ poſt fuit apud hereditatem vacantem. e l. 4. l. 10. §. 3. ſup. de iur. dot. f An reſtitutio dotis titulum confert? ait Iaſ. Zaſ. verò ait dotis reſtitutionem vmbram tituli magis facere, quàm titulum. g Cur ita? diuinandum lectori relinquo. nam quas hic rationes affert Zaſ. nullius ſunt momenti niſi fortè colligi poſſint ex § 12. ̄j. eod.
h Precario conſtante poſſeſſio accipientis non prodeſt, ei qui dedit, finito precario prodeſt.
i & ſic precario finito fingitur fundus tanquam fuiſſe poſſeſſus ab ipſo detentore

8 ¶ Ex facto quæritur, ſiquis manumiſſus, ex cauſa peculiari habeat rem, non conceſſo ſibi peculio, deinde dominus velit, retracta poſſeſſione, acceſſione vti, an poſſit. & placuit, non eſſe dandam hanc acceſſionem, quæ *a* clàm habita eſt prædone poſſidente.

9 ¶ Si iuſſu iudicis res mihi reſtituta ſit, acceſſionem eſſe mihi dandam *b* placuit.

10 ¶ Sed & legatario *c* dandam acceſſionem eius temporis, quo fuit apud teſtatorem, ſciendum eſt.

¶ An heredis poſſeſſio ei accedat, videamus? Et putò, ſiue purè, ſiue ſub conditione fuerit relictum, dicendum eſſe, id temporis, quo heres poſſedit ante exiſtentem conditionem vel reſtitutionem rei, legatario proficere. Teſtatoris autem ſemper proderit legatario, ſi legatum verè fuit, vel fideicommiſſum.

11 ¶ Sed & is, cui res donata eſt, acceſſione vtetur ex perſona eius, qui donauit.

12 ¶ Acceſſiones in eorum perſona locum habent, qui habent *d* propriam poſſeſſionem. cæterùm acceſſio nemini proficit, niſi ei qui ipſe poſſedit.

13 ¶ Præterea ne vitioſæ *e* quidem poſſeſſioni vlla poteſt accedere. ſed nec vitioſa ei quæ vitioſa non eſt.

14. *Paulus* ‖lib. 68. ad Edictum.‖

SI ſeruus vel filiusfamilias vendiderit, dabitur acceſſio eius, quod penes me fuit, ſcilicet ſi volente me, aut de peculio, cuius liberam peculij adminiſtrationem habuerunt, vendiderunt.

1 ¶ Tutore quoque vel curatore vendente *f*, dabitur *g* acceſſio eius temporis quo pupillus vel furioſus poſſedit.

De re ſubrepta vel vi erepta. De fugitiuo.

15. *Gaius* ‖lib. 26. ad Edictum Prouinciale.‖

REm *h* quæ nobis ſubrepta *i* eſt, perinde *k* intelligimur deſinere *l* poſſidere *m*, atque eam quæ vi nobis erepta eſt *n*. Sed ſi is *o*, qui in poteſtate noſtra eſt, ſubripuerit, quamdiu apud ipſum ſit res, tamdiu non amittimus poſſeſſionem, quia per *p* huiuſmodi perſonas adquiritur nobis poſſeſſio. Et hæc ratio eſt, quare videamur fugitiuum poſſidere, quòd is quemadmodum aliarum rerum poſſeſſionem interuertere *q* non poteſt, ita ne *r* ſuam quidem poteſt.

De donatione inter virum & vxorem.

16. *Vlpianus* lib. 73. ad Edictum.

QVod vxor viro, aut vir vxori donauit *ſ*, pro poſſeſſore poſſidetur.

De vi deiecto. 1. De animo amittendi.

17. *Idem* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

SI quis vi *t* de poſſeſſione *u* deiectus ſit, perinde *x* haberi debet, ac ſi poſſideret, cùm *y* interdicto de vi reciperandæ poſſeſſionis facultatem habeat.

1 ¶ Differentia *z* inter dominium & poſſeſſionem hæc eſt, quod dominium nihilo *a* minùs eius manet, qui dominus eſſe non vult. poſſeſſio autem recedit, vt *b* quiſque conſtituit nolle poſſidere. Si quis igitur ea mente poſſeſſionem tradidit, vt poſtea ei reſtituatur, deſinit poſſidere.

De poſſeſſione ſuo vel alieno nomine. 1. De re tradita furioſo. 2. De re empta. 3. De clandeſtina, violenta poſſeſſione.

18. *Celſus* ‖ lib. 23. Digeſtorum. ‖

QVod *c* meo nomine poſſideo, poſſum *d* alieno nomine poſſidere *e*. nec *f* enim muto mihi cauſam poſſeſſionis. ſed deſino poſſidere, & alium poſſeſſorem miniſterio *g* meo facio: nec idem eſt, poſſidere, & alieno nomine poſſidere. Nam poſſidet, cuius *h* nomine poſſidetur. Procurator alienæ poſſeſſioni præſtat miniſterium *i*.

1 ¶ Si furioſo *k*, quem ſuæ mentis eſſe exiſtimas, eo quòd fortè in conſpectu inumbratæ *l* quietis fuit conſtitutus, rem tradideris, licet ille non erit adeptus poſſeſſionem, tu poſſidere deſinis. ſufficit quippe dimittere poſſeſſionem, etiam ſi non transferas: Illud enim ridiculum eſt, dicere, quòd non aliter vult quis dimittere, quàm ſi transferat: immo vult dimittere, quia exiſtimat ſe transferre.

a §. 1. *ſup. eod.*
b ad vſucapiendum ſcil.
c *l. 14. in fin. inf. de vſurpat.*
d *l. vlt. inf. de diuerſ. & tempor.*
e §. 1. *ſup. eod.*
f rem pupilli ſcil.
g Imò non datur, *l. 7. §. 3. inf. pro emptore.*
h mobilem ſcil. *l. 5. inf. de vſurpat.*
i Surripitur nobis res clam: eripitur verò per vim.
k Paria ſunt clam vel vi rem nobis ſubtrahi.
l Furto vel rapina nobis eripitur poſſeſſio.
m An furtum & rapina ſoli poſſidenti fiat. v. Ripenſem hic.
n Quodnam verò remedium erit ad rem mobilem recuperandam? non vtique interdictum recuperandæ, niſi res mobiles immobilibus ſint coniunctæ, *l. 1. §. 6. inf. de vi & vi.* An adipiſcendi competet? vtique, ſi de re legata agetur, *l. 1. ͻ. quor. legator.* An vtrubi, & retinendæ? competet, *l. 1. ͻ. vtrubi.* An beneficium capituli Redintegrandæ? 3. *qu.* 1. Ait Innocentius *in c. ſæpè, extra de reſtit. ſpol.* & ita quoque ſentit Zaſius *hic num* 9.
o *l. 17. in fin. ͻ. de vſucap.*
p *v. l. 40. inf. eod.*
q id eſt, ſubuertere, *l. 33. §. 6. inf. de furt.*
r adde *l. 12. ſup. eo.*
ſ *l. 1. §. 4. ſup. eod. l. 1. ſuprà de donat. l. 13. §. 1. ſupr. de hered. pet.*
t vide Cuiac. 6. *obſeru.* 4.
u rei immobilis ſcilicet, quia qui ſic deiicitur, interdictum habet recuperandæ, quod pro re mobili non datur, *l. 1. §. 6. inf. de vi & vi.*
x Deiectus, pro poſſeſſore habetur.
y Qui habet actionem ad rem, intelligitur rem ipſam habere, *l. 52. ſup. de adquir.*

2 ¶ Si venditorem, quod emerim, deponere *a* in mea domo iuſſerim, poſſidere me certum eſt, quanquam id nemo dum attigerit, aut ſi vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonſtret *b*, vacuámque ſe poſſeſſionem tradere dicat: non minùs poſſidere cœpi, quàm ſi pedem finibus intuliſſem.

3 ¶ Si dum in alia parte fundi ſum, alius quis clam animo poſſeſſoris intrauerit *c*, non deſiiſſe illico poſſidere exiſtimandus, ſum, facilè expulſurus finibus, ſimul ſciero.

4 ¶ Rurſus ſi cum magna vi ingreſſus eſt exercitus eam tantummodo partem, quam intrauerit, obtinet.

De conductione rei bona fide emptæ. 1. Ne quis ſibi mutet cauſam poſſeſſionis.

19. *Marcellus* ‖libro 17. Digeſtorum. ‖

QVi bona fide alienum fundum emit, eundem à domino conduxit *d*. quæro, vtrùm deſinat poſſidere, an non? reſpondi: in *e* promptu eſt, vt poſſidere deſierit.

1 ¶ Quod ſcriptum eſt *f* apud veteres, neminem ſibi cauſam poſſeſſionis poſſe mutare, credibile eſt, de eo cogitatum, qui & corpore & animo poſſeſſioni incumbens, hoc ſolum ſtatuit, vt alia ex cauſa id poſſideret. non ſi quis dimiſſa poſſeſſione ſi prima, eiuſdem rei denuo ex alia cauſa poſſeſſionem nanciſci velit.

De re commodata.

20. *Idem* ‖ lib. 19. Digeſtorum. ‖

SI quis rem *g*, quam vtendam dederat, vendiderit, emptorique tradi iuſſerit, nec ille *h* tradiderit *i*, alias *k* videbitur poſſeſſione dominum interuertiſſe, aliàs contra *l*. Nam nec tunc quidem ſemper dominus amittit poſſeſſionem, cùm repoſcenti ei commodatum non redditur. quid enim, ſi alia quæpiam fuit iuſta *m* & rationabilis cauſa *n* non reddendi, non vtique vt poſſeſſionem eius interuerteret?

De precario. 1. De naufragio. 2. De iactu in mare. 3. De precario.

21. *Iauolenus* ‖ lib. 7. ex Caſſio. ‖

INterdum *o* eius poſſeſſionem, cuius *p* ipſi non habemus, alij tradere poſſumus: veluti cùm is qui pro herede rem poſſidebat, antequam dominus fieret, precario *q* ab herede eam rogauit.

1 ¶ Quod ex naufragio *r* expulſum eſt, vſucapi non poteſt: quoniam non eſt in derelicto, ſed *ſ* in deperdito.

2 ¶ Idem iuris eſſe exiſtimo in his rebus quæ iactæ *t* ſunt: quoniam non *u* poteſt videri id pro derelicto habitum, quod ſalutis *x* cauſa interim dimiſſum eſt.

3 ¶ Qui alienam *y* rem precariò rogauit, ſi eandem à domino conduxit *z*, poſſeſſio ad dominum reuertitur.

De poſſeſſione quæ retineri non poteſt.

22. *Idem* ‖ lib. 13. ex Caſſio. ‖

NOn *a* videtur poſſeſſionem adeptus is, qui ita nanctus eſt, vt eam retinere non poſſit.

De aditione hereditatis. 1. De captiuis. 2. De homine.

23. *Idem* ‖lib. 11. Epiſtolarum. ‖

CVm heredes inſtituti *b* ſumus, adita hereditate, omnia quidem iura *c* ad nos tranſeunt poſſeſſio *d* tamen niſi *e* naturaliter comprehenſa, ad nos non pertinet *f*.

1 ¶ In his qui in hoſtium poteſtatem peruenerunt, ‖ in ‖ retinendo iura rerum ſuarum ſingulare ius eſt: corporaliter tamen poſſeſſionem amittunt. neque enim poſſunt videri aliquid poſſidere, cum *g* ipſi ab alio poſſideantur. ſequitur ergo, vt reuerſis his noua poſſeſſione opus ſit, etiam ſi nemo medio tempore res eorum poſſederit.

1 ¶ Item quæro, ſi vinxero liberum hominem, ita vt eum poſſideam: an omnia quæ is poſſidebat, ego poſſideam per illum? Reſpondit: Si vinxeris hominem liberum, eum te poſſidere, non puto. quòd cùm ita ſe habeat, multò minùs per illum res eius à te poſſidebuntur. neque enim rerum natura

a *l. 79. ͻ. de ſolutionib.*
b Viſu ſolo & aſpectu poteſt adquiri poſſeſſio, *l. 1. §. 21. ſup. eod. l. 51. inf. eo.* adde *l. 6. ſuprà de reb. cred.*
c *l. 6. in fin. ſup. eo.*
d Conducens rem ab aliquo, eum poſſeſſorem facit, ipſe verò tantummodo rem detinet. Qui poſſidet, cogitatione dominium detinet, *l. 37. ͻ. eod.* vel ita: Conducens à domino rem per me emptam, in poſſeſſione rei eſſe deſino.
e id eſt, veriſimilius eſt: manifeſtius eſt.
f *l. 3. §. 19. ſup. eo.*
g mobilem vel immobilem, *l. 1. 2. ſup. commodati.*
h Commodatarius ſcil.
i & ſic paria ſunt, ipſi domino rem denegare, & alij denegare qui iuſſu domini petierit, *l. 12. in fin. ͻ. de vi & vi.* & ſic ſola negatio me poſſeſſione, priuare poteſt? *l. 47. inf. eo.*
k id eſt, interdum.
l & ita diſtinguendum eſt.
m Commodatarius iuſſus rem alteri dare, ſi ſine iuſta cauſa eam non dederit poſſeſſionem dominij interuertit.
n quænam illa eſt? fingamus ſumptus à commodatario factos, *d. l. 12. l. 15. in fin. ͻ. de furtis. l. 17. §. 2. §. ſupra commodati.*
o Imò nunquam, *l. 20. ſup. de adquir. rer.*
p *al.* quam.
q *l. 1. inf. de precario.*
r *l. 44. verſ. idem ait. ſup. tit. prox.*
ſ Deperditi & pro derelicto habiti differentia.
t *l. 8. ſuprà de lege Rhodia.*
u Imò poteſt, *l. 43. §. 1. inf. de furtis.*
x Salutis cauſa quod quis eiicit, pro derelicto id non habere intelligitur. adde Ariſtot. 3. *Ethic.* 3.
y Alienam rem precario habens, poſſideo: poſtea ſi eam à domino conduco, poſſidere deſino, v. quæ ſcripſi ad *l. 28. ſup. de contr. empt.*
z *l. 37. inf. eodem.*

z de differentia dominij & poſſeſſionis quædam dixi ad *l. 12. §. 1. ſuprà eodem.*
a Dominium nuda voluntate non amittitur, poſſeſſio amittitur, cur ita? Dominium ſine facto noſtro non amittitur. Traditionibus & vſucapionibus, non nudis pactis dominia transferuntur, *l. 20. C. de pactis.* Porrò, nuda voluntate dominium abiicit res, qui eam habet pro derelicto: in his quæ pro derelicto habentur, amittendæ rei argumenta certiſſima ſpectantur. b *l. 30. §. 4. l. 44. in fin. inf. eod.*
c putà res mobiles & immobiles. An & futura? non videntur. ſunt enim incerta, nondum etiam ſunt, ideóque nec poſſidentur, vide *l. 3. §. 2. ſup. eod.* Imò videntur poſſideri, *l. 1. in fin. l. 2. 3. §. 1. ſup. pro ſocio*: idque communi opinione in praxi ſeruatur. d vide quæ ſcripſi ad *l. 28. C. de donationibus.*
e id eſt, conſtituere, & ſic ex ſolo conſtituto, ſine traditione, adquiritur poſſeſſio. Qui poſſeſſionem alicuius rei habeo, conſtituere poſſum, vt eam tuo nomine poſſideam, huiuſmodi conſtituto poſſeſſorem facio: adde caſus *l. 19. l. 21. inf. eod.* vide Rolandum à Valle 1. *conſ.* 54. f Ratio dubitandi, ſumpta ex *l. 3. §. 19. ſup. eod.*
g officium iſtud eſt procuratoris, *l. 1. §. 20. ſup. eod.*
h Is propriè poſſidet, cuius nomine poſſidetur: non is qui in poſſeſſione nudum præſtat miniſterium alteri.
i *l. 13. §. 12. ſuprà de hered. pet. l. 15. ſuprà de pec. conſtituta.* vide Cuiac. 18. *obſeru.* 14.
k vide *l. 1. §. 3. ſup. eod. l. 7. §. 2. ſup. de publicanis.*
l Inumbratæ quietis eſſe dicitur is in quo quietis vmbra potius eſt, quam quies.

a Poſſideri non videtur, quod auocari poteſt, *l. 3. ſup. de act. empt.* ſed nec rem adeptus, qui eam retinere non poteſt: ſic non videtur traditum quod auferri poteſt, *l. 38. §. 3. l. 72. in fin. inf. de ſolut.* nec excluſus, qui poteſt reſtitui: *l. 5. ſup. de in integrum reſtit.* nec legatum, quod ademptum: *l. 17. Cod. de legatis.* nec receptum, quod reſtitui debet, *l. 1. C. de vendit. rerum fiſcal.* adde *l. 1. in fin. ͻ. vti poſſidetis.*
b Quid ſi ab inteſtato heredes ſumus?
c id eſt, dominia. Dominium efficacius eſt poſſeſſione. Poſſeſſio non adquiritur ſucceſſione.
d Poſſeſſionis & iuris differentia. adita hereditate omnia iura tranſeunt ad heredem: poſſeſſio non tranſit niſi naturaliter comprehenſa. Hinc notant, Feudi dominium transferri in filium vel feudi ſucceſſorem ante factam inueſtituram à domino intra diem & annum, *Laudenſis* 1. *Feudor.* 1. *num.* 20.
e *l. 30. §. 5. inf. eodem.*
f huic legis conſuetudo Galliæ, *Le mort ſaiſit le vif*, contraria eſt: quæ non tantum in ſuis heredibus locum habet, vt in *l. 30. ſup. ex quibus cauſ. maior. l. ſi. ſup. de liber.*: ſed etiam in extraneis.
g Qui poſſidetur ab alio poſſidere non poteſt, *l. 19. ͻ. ex quibus cauſa maior.*

recipit, vt per eum aliquid poſſidere poſsimus, quem ciuiliter *a* in mea poteſtate non habeo.

De poſſeßione per ſeruum.

24. *Idem* ‖ libro 14. Epiſtolarum. ‖

QVod ſeruus tuus, ignorante te, vi poſsidet *b*, id *c* tu non poſsides? quoniam is qui in tua poteſtate eſt, ignoranti tibi non corporalem poſſeſsionem, ſed iuſtam poteſt adquirere. ſicut id quod ex peculio ad eum peruenerit, poſsidet. nam tum per ſeruum dominus quoque poſsidere dicitur. ſumma ſcil. cum ratione, quia, quod ex iuſta cauſa corporaliter à ſeruo tenetur, id in peculio ſerui eſt. & peculium, quod ſeruus ciuiliter quidem poſsidere non poſſet, ſed naturaliter tenet, dominus creditur poſsidere.

¶ Quod verò ex maleficiis *d* adprehenditur, id ad domini poſſeſsionem ideo non pertinet, quia nec peculij cauſam adprehendit.

De re amiſſa. 1. De colonis, inquilinis, ſeruis. 2. De amittenda poſſeßione, quam ſolo animo habemus.

25. *Pomponius* ‖ lib. 23. ad Quintum Mucium. ‖

SI id, quod poſsidemus, ita *e* perdiderimus, vt ignoremus, vbi ſit, deſinimus poſsidere.

1 ¶ Et per colonos *f*, & inquilinos, aut ſeruos noſtros poſsidemus. Et ſi moriantur, aut furere incipiant, aut alij locent *g*, intelligimur nos retinere poſſeſsionem. Nec inter colonum, & ſeruum noſtrum, per quem poſſeſsionem retinemus, quicquam intereſt.

2 ¶ Quod *h* autem ſolo animo poſsidemus: quæritur vtrùmne vſque eò poſsidemus, donec alius corpore ingreſſus ſit, vt potior ſit illius corporalis poſſeſsio, an verò (quod quaſi magis probatur) vſque eo poſsideamus, donec reuertentes nos aliquis repellat, aut nos ita animo deſinamus poſsidere, quod ſuſpicemur *i* repelli nos poſſe ab eo, qui ingreſſus ſit in poſſeſsionem. & videtur vtilius eſſe.

De certa vel incerta parte.

26. *Idem* ‖ lib. 26. ad Quintum Mucium. ‖

LOcus certus *k* ex fundo & poſsideri, & per longam poſſeſsionem capi poteſt. & certa pars pro indiuiſo, quæ introducitur vel ex emptione, vel ex donatione *l*, vel qualibet alia ex cauſa.

¶ Incerta *m* autem pars nec *n* tradi, nec capi poteſt, veluti ſi ita tibi tradam, *Quidquid mei iuris in eo fundo eſt.* nam qui ignorat, nec tradere, nec accipere id, quod incertum eſt, poteſt.

De furore.

27. *Proculus* ‖ lib. 5. Epiſtolarum. ‖

SI is, qui animo poſſeſsionem ſaltus retineret, furere *o* cœpiſſet, non poteſt, dum fureret, eius ſaltus poſſeſsionem amittere: quia furioſus non poteſt deſinere animo poſsidere.

De conductione, emptione, ſtipulatione, precario.

28. *Tertyllianus* p ‖ lib. 1. Quæſtionum. ‖

SI aliquam rem poſsideam, & eandem poſtea conducam *q*, an amittam poſſeſsionem? Multum refert, in his quid agatur. primùm enim refert, vtrùm ſciam me poſsidere, an ignorem. & vtrùm quaſi non meam rem conducam, an quaſi meam: & ſciens meam eſſe, vtrùm quaſi proprietatis reſpectu, an poſſeſsionis tantùm. Nam & ſi rem meam tu poſsideas, & ego emam *r* à te poſſeſsionem eius rei, vel ſtipuler, vtilis erit & emptio, & ſtipulatio *ſ*. & ſequitur, vt & precarium, & conductio, (ſi) ſpecialiter poſſeſsionis ſolius conducendæ, vel precario rogandæ animus interueniat.

De pupillo.

29. *Vlpianus* ‖ lib. 30. ad Sabinum. ‖

POſſeſsionem pupillum ſine tutoris auctoritate amittere poſſe conſtat: non vt animo *t*, ſed vt corpore deſinat poſsidere. quod *u* enim eſt facti *x*, poteſt amittere. Alia † cauſa eſt, ſi fortè animo poſſeſsionem velit amittere. hoc enim non poteſt.

De toto & partibus. 1. De loco religioſo, vel ſacro. De libero homine. 2. De damno infecto. 3. De occupato à mari, vel flumine, ſi poßidens in alterius poteſtatem peruenerit. 4. De voluntate. De manumißione ſerui per quem poßidebatur. De ſpecificatione. 5. De herede eius qui pro colono poßidebat 6. De commodato vel locatione, vel depoſito per plures perſonas ambulantibus.

30. *Paulus* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

QVi vniuerſas *y* ædes poſsidet, ſingulas res, quæ in ædificio ſunt, non videtur poſſediſſe.

¶ Idem dici debet & de naue & de armario.

1 ¶ Poſſeſsionem amittimus multis modis: veluti ſi mortuum in eum locum intulimus, quem poſsidebamus. námque locum religioſum aut ſacrum non poſſumus poſsidere, etſi contemnamus religionem, & pro priuato eum teneamus, ſicuti hominem liberum.

2 ¶ Item cum prætor idcirco in poſſeſsionem rei iuſſit, quod damni infecti non promittebatur, poſſeſsionem inuitum dominum amittere Labeo ait.

3 ¶ Item, quod mari aut flumine occupatum *z* ſit, poſsidere non † deſinimus: aut ſi is, qui poſsidet, in alterius poteſtatem peruenit.

4 ¶ Item quod mobile eſt, multis modis deſinimus poſsidere. ſi aut nolimus *a*, aut ſeruum (putà) manumittamus, item ſi quod poſsidebam in aliam

a Iure ciuili quis non ſit ſeruus, hoc ſolo quod à priuato vinctus ſit. Quem liberum vinxi, eum in poteſtate mea non habeo.
b Id eſt, tenet naturaliter; nihil enim ſeruus ciuiliter poſsidet, *l. 49. inf. eod.*
c *l. 1. §. 6. ſup. eod. l. 44. ſup. de cond. & demonſt. l. 21. ſ. de adquir. rer.*
d Poſſeſsio ſerui maleficio domino non adquiritur, *l. 49. ʃ. de reg. iur.*
e *l. 44. inf. eod.*
f vide *l. 9. ſuprà eodem.*
g *l. 30. in fin. ʃ. eod.*
h *l. 44. in fin. infra eodem.*
i *v. l. 6. in fin. ſup. eodem.*
k adde *l. 3. §. 2. ſ. eodem.*
l *l. 11. C. de præſcriptione longi temporis.*
m *d. §. 2. l. 42. in fi. inf. de vſurpat.*
n ſed quaſi tradi; quia credi poteſt.
o vide *l. 1. §. 3. ſup. eod. l. 3. §. 4. inf. de vſurpat.*
p vide ad hanc legem Ripenſem.
q Reſpectu ſolius poſſeſsionis poteſt res mea à me conduci, precario rogari, emi & in ſtipulationem deduci. *Ripenſ.*
r Rei noſtræ, ab alio poſſeſſæ, poſſeſsionem emere & ſtipulari poſſumus.
ſ vide *l. 82. inf. de verb. oblig.*
t Poſſeſsionem naturalem ſine tutore pupillus amittere poteſt.
u Poſſeſsio naturalis facti eſt. Cur? an quia minimi momenti eſt, ſi cum dominio comparetur, & eo amplius reſtitui poteſt?
x vt poſſeſsio naturalis, *l. 19. ſup. ex quib. cauſ. maior.*
† Pupillus animo deſinere non poteſt: qui tamen naturalem poſſeſsionem ſicut quilibet alius amittere poteſt.
y *l. 23. inf. de vſurpat. l. 2. §. 6. inf. pro empt. l. 7. §. 11. ſup. de adquir. rer. l. 23. in fin. ſuprà de rei vind. l. 8. ʃ. quod vi aut clam.*
z ad paucos dies, non ad multum tempus: & ſic intellige, *l. 1. §. 17. ſup. eod.*
† nos, *vulg.*
a vide *l. 17. ſuprà eodem.*

ſpeciem tranſlatum eſt, veluti veſtimentum ex lana factum.

5 ¶ Quod per colonum *a* poſsideo, heres *b* meus, niſi *c* ipſe nanctus poſſeſsionem, non poterit poſsidere: retinere enim animo poſſeſsionem poſſumus, apiſci *d* non poſſumus.

¶ Sed quod pro emptore poſsideo, per colonum etiam vſucapiet *e* etiam heres meus.

6 ¶ Si ego tibi commodauero, tu Titio, qui putet tuum eſſe, nihilominus ego id poſsidebo.

¶ Et idem erit, ſi colonus meus fundum locauerit *e*, aut is, apud quem depoſueram, apud alium rurſus depoſuerit. Et id quamlibet per plurium perſonam factum obſeruandum ita erit.

De colono exeunte & redeunte.

31. *Pomponius* ‖ lib. 32. ad Sabinum. ‖

SI colonus non deſerendæ poſſeſsionis cauſa exiiſſet *f* de fundo, & eò rediiſſet, eundem locatorem poſsidere placet.

De pupillo. 1. Si conductor rem vendidit, & ab emptore conduxit. 2. De infante & pupillo.

32. *Paulus* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

QVamuis pupillus *g* ſine tutoris auctoritate non obligetur, poſſeſsionem tamen per eum retinemus.

1 ¶ Si conductor rem vendidit, & eam ab emptore conduxit *h*, & vtrique *i* mercedes præſtitit: prior locator poſſeſsionem per conductorem rectiſsimè retinet *k*.

2 ¶ Infans *l* poſsidere rectè poteſt, ſi † tutore auctore cœpit. nam iudicium infantis ſuppletur auctoritate tutoris. vtilitatis enim cauſa hoc receptum eſt. nam alioquin nullus *m* ſenſus ſit infantis accipiendi poſſeſsionem.

¶ Pupillus tamen etiam ſine tutoris auctoritate poſſeſsionem nanciſci poteſt.

¶ Item infans peculiari nomine per *n* ſeruum poſsidere poteſt.

Si venditor mandauit emptorem in vacuam poſſeßionem induci.

33. *Pomponius* ‖ lib. 32. ad Sabinum. ‖

FVndi venditor etiamſi mandauerit alicui, *vt emptorem in vacuam poſſeßionem induceret*: priuſquam id fieret, non rectè emptor per *o* ſe in poſſeſsionem veniet. ¶ Item ſi amicus venditoris, mortuo eo, priuſquam id ſciret, aut non prohibentibus *p* heredibus, id fecerit, rectè poſſeſsio tradita erit. Sed ſi *q* id fecerit, cùm ſciret dominum mortuum, aut cùm ſciret heredes id facere nolle, contrà erit.

De errore. 2. De acquiſitione per ſeruum.

34. *Vlpianus* ‖ lib. 7. Diſputationum. ‖

SI me in vacuam poſſeſsionem fundi Corneliani miſeris, ego putarem *r* me in fundum Sempronianum miſſum, & in Cornelianum iero, non adquiram poſſeſsionem, niſi fortè in nomine tantùm errauerimus, in corpore conſenſerimus.

¶ Quoniam autem in corpore conſenſerimus, an à te tamen recedet poſſeſsio, quia animo *ſ* deponere & mutare nos poſſeſsionem poſſe, & Celſus & Marcellus ſcribunt, dubitari poteſt. & ſi animo adquiri poſſeſsio poteſt, nunquid etiam adquiſita eſt? Sed non puto errantem *t* adquirere. ergo nec *u* amittet poſſeſsionem, qui quodammodo ſub conditione receſsit de poſſeſsione.

1 ¶ Sed ſi non mihi, ſed procuratori *x* meo poſſeſsionem tradas, videndum eſt, ſi ego errem, procurator meus non erret, an mihi poſſeſsio adquiratur? Et cùm placeat, ignoranti *y* adquiri, poterit & erranti: Sed ſi procurator meus erret, ego non errem, magis eſt, vt adquiram poſſeſsionem.

2 ¶ Seruus quoque meus ignoranti mihi adquiret poſſeſsionem. Nam & ſeruus alienus, (Vitellius ſcribit) ſiue à me, ſiue à nemine poſsideatur, poteſt mihi adquirere poſſeſsionem, ſi *z* nomine meo eam adipiſcatur, quod & ipſum admittendum eſt.

De exitu controuerſiæ poſſ. ßionis.

35. *Idem* ‖ lib. 5. de omnibus tribunalibus. ‖

EXitus *a* controuerſiæ poſſeſsionis hic eſt tantum, vt priùs pronunciet iudex, vter *b* poſsideat. ita enim fiet, vt is qui victus eſt de poſſeſsione, petitoris partibus fungatur, & tunc *c* de domino *d* quæratur.

De re pignorata.

36. *Iulianus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

QVi pignoris cauſa fundum creditori tradit, intel-

a *l. 40. §. 1. inf. l. 60. §. 1. ſup. locat.*
b *l. 23. ſup. eod.*
c *l. 23. ſup. eod.*
d *v. l. 23. ſup. eod.*
e *l. 25. §. 1. ſup. eod.*
f *l. vlt. C. eod.*
g *l. 1. §. 3. §. 11. ſup. eod. l. 4. §. 2. inf. de vſurpat.*
h Conducere ab emptore rem poteſt ipſe etiam venditor.
i & vero domino & emptori.
k Imò non retinet, *l. 29. ſ. quibus mod. vſusfr.* ſed ibi conductor verè rem vendidit: hic fictè.
l *l. 1. §. 3. ſup. eod.* ἐπὶ ἀετῆς, 50. Ed. 2. αὐτῆς πλῆ... πος, *Cuiac.* 4. ad *Afric.* 54.
† hodie ſine tutore poteſt, *l. 3. C. de... l. 29. Cod. de don.* Quidam tamen dicunt res iudicari in quibus adſectum habere poteſt, infantem poſsidere poſſe: cæteras non poſſe.
m Auguſtinus lib. de Ciuitate Puer... fans quamuis doctiſsimus natus, cum dominus omnium quæ iure eius ſunt nil poſsidet, mens ſopita, vide Cuiac. 4. ad Afric. 54.
n *l. 28. ʃ. de vſurp.*
o Executor in poſſeſsionem inducendi cauſa cui datus eſt, ſua authoritate poſſeſsionem adprehendere non poteſt, *l. 5. ſup. eod. l. 6. §. 2. infrà tit. ind.*
p Mandatum factum ſuper eo quod mandator tenebatur, morte eius non finitur: poteſt tamen reuocari per heredes eius, Bar.
q procurator mortuum dominum eſſe ſciens non poteſt poſſeſsionem fundi venditi tradere inuitis heredibus, niſi ex contractu domini, vt hic. niſi de dote agatur: hoc enim caſu ſpecialis rei in dotem datæ poſſeſsionem poteſt procurator etiam ſciens mortuo domino tradere, *l. ſ... ergo 9. §. 1. ſup. de iure dotium.*
r Error corporis, non nominis, poſſeſsionis adquiſitionem impedit, *l. 9. ſup. de contrah. empt. l. 2. §. 6. inf. pro emptore.*

ſ Animo poſſeſsionem amittere poſſumus. t Errans non adquirit.
u Non amittit poſſeſsionem, qui quodammodo ſub conditione de poſſeſsione receſsit.
x *l. 20. in fin. ſup. de adquirend. rerum.*
y *l. 49. in fin. inf. eod. l. 1. C. eod. l. 13. ſup. de adquir. rerum.*
z *l. 31. §. 2. inf. de vſurpat.*
a id eſt natura, conditio, ordo: ne alioquin putes cum Caſtrenſi, Exitum controuerſiæ poſſeſsionis hic eſſe effectum poſſeſsionis.
b *l. 24. ſuprà de rei vindic. l. 1. §. 3. inf. vti poßid.* quia hæc repugnant, fateri aduerſarium poſsidere, & nihilominus petere, vt ſibi poſſeſsio confirmetur, vide *Hotom. 29. Illuſtr.*
c Poſſeſſorium reſtituendæ prius decidendum, vt poſtea petitorium terminetur, *l. 1. C. vbi rem.*
d dominio, *Haloand.*

ligitur

SCCB2021

ligitur *a* poſſidere *c*. ¶ Sed etſi eundem precariò rogauerit, æquè per diutinam poſſeſſionem capiet. nam cùm poſſeſſio *c* creditoris non impediat capionem, longè minus precarij rogatio *d* impedimento eſſe [non *e*]debet *f*, cùm plus iuris in poſſeſſione habeat, qui precariò rogauerit, quàm qui omnino non poſſidet.

37. *Marcianus* ‖ libro ſingulari ad formulam hypothecariam. ‖

RES pignoris nomine data, & poſſeſſione tradita, deinde à creditore conducta *g* conuenit, vt is qui hypothecam dediſſet, pro colono in *h* agro, in ædibus autem pro inquilino ſit: per eos creditor poſſidere *i* videtur.

De eo qui abſenti ſeruo ſcribit, vt in libertate moretur. 1. De conditione. 2. De ſeruo tradito heredi debitoris.

38. *Iulianus*" lib. 44. Digeſtorum."

QVI abſenti ſeruo ſcribit *k*, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt ſtatim velit ſerui poſſeſſionem dimittere *l* ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus fuerit.

1 ¶ Si quis poſſeſſionem fundi ita tradiderit, vt ita demum cedere ea dicat: ſi ipſius fundus eſſet, non videtur poſſeſſio tradita, ſi fundus alienus ſit. Hoc amplius exiſtimandum eſt, poſſeſſionem *m* ſub conditione tradi poſſe, ſicut res *n* ſub conditione traduntur, neque aliter accipientis fiunt, quàm conditio extiterit.

2 ¶ Si is, qui Titio ſeruum vendiderit, heredi eius eum tradiderit, poterit heres rerum hereditariarum poſſeſſionem per eum apprehendere, quia non ſeruus iure hereditario, ſed actio ex empto ad eum peruenit. nam & ſi ex ſtipulatu, vel ex teſtamento ſeruus teſtatori debitus fuiſſet, & heres eum accepiſſet, non prohiberetur rerum hereditariarum poſſeſſionem per eundem acquirere.

De re ſequeſtrata.

39. *Idem*" lib. 2. ex Minicio."

INtereſſe puto: qua *o* mente apud ſequeſtrum *p* deponitur res. nam *q* ſi omittendæ *r* poſſeſſionis cauſa, & hoc apertè *ſ* fuerit approbatum, ad vſucapionem poſſeſſio eius partibus *t* non procederet. at *u* ſi cuſtodiæ cauſa deponatur, ad vſucapionem eam poſſeſſionem victori procedere, conſtat.

Si ſeruus dominum de poſſeſſione deiecerit. 1. De morte vel diſceſſu coloni. 2. De clandeſtina poſſeſſione.

40 *Africanus* ‖lib. 7. Quæſtionum.

SI de eo fundo, quem cùm poſſiderem, pignori tibi dedi, ſeruus tuus *y* te deiiciat, adhuc te poſſidere ait: quoniam nihilominus per ipſum ſeruum poſſeſſionem retineas.

1 ¶ Si fortè colonus, per *z* quem dominus poſſideret, deceſſiſſet, propter *a* vtilitatem receptum eſt, vt per colonum poſſeſſio‖&‖retineretur, & contineretur *b*. quo mortuo, non ſtatim dicendum, eam interpellari, ſed tunc demum, cùm dominus poſſeſſionem apiſci neglexerit. Aliud exiſtimandum ait, ſi colonus ſponte poſſeſſione diſceſſerit *c*. Sed hæc ita eſſe vera *d*, ſi nemo extraneus eam rem interim poſſederit, ſed ſemper in hereditate coloni manſerit.

2 ¶ Seruum tuum à Titio bona fide emi, & traditum poſſedi *e*. deinde cùm comperiſſem tuum eſſe, ne eum peteres, celare *f* cœpi: non ideo magis hoc tempore clam poſſidere videri me, ait.

¶ Nam retrò *g* quoque, ſi ſciens tuum ſeruum non à domino emerim, & tum clam eum poſſidere cœpiſſem, poſtea certiorem te fecerim, non ideo deſinere me clàm poſſidere.

3 ¶ Si ſeruum meum bonæ fidei emptori clàm abduxerim: reſpondit non videri me clam poſſidere: quia neque precarij rogatione, neque conductione ſuæ rei dominum *a* teneri: & non poſſe cauſam clandeſtinæ poſſeſſionis ab his duabus cauſis ſeparari.

De ingreſſu in fundum iure familiaritatis.

41. *Paulus* ‖ lib. 1. Inſtitutionum.‖

QVI iure familiaritatis *b* amici fundum ingreditur, non *c* videtur poſſidere: quia non *d* eo animo ingreſſus eſt, vt poſſideat, licèt corpore in fundo ſit.

De ſeruo communi. 1. De procuratore.

42. *Vlpianus* ‖ lib. 4. Regularum.‖

COmmunis ſeruus, etiam ſi ab *e* vno ex dominis omnium nomine poſſideatur *f*, ab omnibus poſſideri intelligitur.

1 ¶ Procurator, ſi quidem mandante domino rem emerit, protinus illi acquirit poſſeſſionem. quòd ſi ſua ſponte emerit, non niſi ratam *g* habuerit dominus emptionem.

Si emptor ſciat partem eſſe alienam. 1. Vel vſumfructum eſſe alienum. 2. Vel rem eſſe pignoratam.

43. *Marcianus* ‖ lib. 3. Regularum.‖

SI quis fundum emerit, cuius particulam *h* ſciebat eſſe alienam: Iulianus ait, ſi pro diuiſo ſciat alienam eſſe, poſſe eum reliquas partes longa poſſeſſione capere. ſed ſi pro indiuiſo, licèt ignoret, quis ſit locus, æquè eum capere poſſe, quod ſine vllius damno pars, quæ putatur eſſe vendentis, per longam poſſeſſionem ad emptorem tranſit.

1 ¶ Sed & Pomponius ſcripſit lib. 5. variarum lectionum: ſi ſciat vel putet alienum eſſe vſumfructum bona fide diutina poſſeſſione capere poſſe *i*.

2 ¶ Idem, inquit, & ſi emero rem, quam ſciam pignori obligatam.

De pecunia condita. 1. De acquiſitione per ſeruos. 2. De amittenda poſſeſſione, quam per noſmetipſos, vel per alios habemus.

44. *Papinianus* ‖ lib. 23. Quæſtionum.‖

PEeregrè profecturus, pecuniam in terra cuſtodiæ cauſa condiderat, cùm reuerſus locum theſauri in memoria non repeteret. an deſiſſet pecuniam poſſidere: vel ſi "poſtea" recognouiſſet locum, an confeſtim poſſidere inciperet, quæſitum eſt? Dixi, quoniam cuſtodiæ cauſa pecunia condita proponeretur, ius *k* poſſeſſionis ei, qui condidiſſet, non videri peremptum. nec *l* infirmitatem memoriæ, damnum afferre poſſeſſionis, quam alius non inuaſit. alioquin reſponſuros, per momenta ſeruorum, quos non viderimus, interire poſſeſſionem.

¶ Et nihil intereſt, pecuniam in meo, an in alieno condidiſſem, cùm ſi alius in meo condidiſſet, non aliàs poſſiderem, quàm ſi ipſius rei poſſeſſionem ſuper terram adeptus fuiſſem. itaque nec alienus locus meam propriam aufert poſſeſſionem. cùm ſupra terram, an infra terram poſſideam, nihil interſit.

1 ¶ Quæſitum eſt, cur ex peculij cauſa per ſeruum ignorantibus *m* poſſeſſio quæreretur? Dixi, vtilitatis cauſa iure ſingulari receptum, ne cogerentur domini per momenta *n*, ſpecies & cauſas peculiorum inquirere. nec tamen eò pertinere ſpeciem iſtam, vt animo videatur acquiri poſſeſſio. nam ſi non ex cauſa peculiari quæratur aliquid, ſcientiam quidem domini eſſe neceſſariam, ſed corpore ſerui quæri poſſeſſionem.

2 ¶ Quibus explicitis, cùm de amittenda poſſeſſione quæratur, multum *o* intereſſe *p* dicam, per nosmetipſos, an per alios poſſideremus. Nam *q* eius quidem, quod corpore noſtro teneremus, poſſeſſionem amitti, vel animo, vel etiam corpore, ſi *r* modò eo animo inde digreſſi fuiſſemus ne poſſideremus: eius verò, quod ſerui, vel etiam coloni corpore poſſidetur, non aliter amitti poſſeſſionem, quàm eam alius ingreſſus fuiſſet, eámque amitti *ſ* nobis quoque ignorantibus.

¶ Illa quoque poſſeſſionis amittendæ ſeparatio eſt. nam ſaltus *t* hybernos & æſtiuos, quorum poſſeſſio retinetur animo.

45. *Idem*" lib. 2. Definitionum."

LIcèt neque ſeruum, neque colonum ibi habeamus.

46. *Idem*" libro 23. Quæſtionum."

QVamuis ſaltus propoſito poſſidendi fuerit alius *u* ingreſſus, tamdiu priorem poſſidere dictum eſt, quamdiu poſſeſſionem ab alio occupatam ignoraret. Vt *x* enim eodem modo vinculum obligationum ſoluitur, quo quæri adſolet: ita non *y* debet ignoranti tolli poſſeſſio, quæ ſolo animo tenetur.

De amittenda poſſeſſione rei mobilis, vel ſe mouentis.

47. *Idem*" lib. 26. Quæſtionum."

SI rem mobilem apud te depoſitam, aut ex commodato tibi poſſidere, neque reddere conſtitueris, confeſtim amiſiſſe me poſſeſſionem vel [illegible], reſponſum eſt. cuius rei forſitan illa ratio eſt, quod rerum mobilium *z* neglecta atque omiſſa cuſtodia, quamuis eas nemo alius inuaſerit, veteris poſſeſſionis damnum afferre conſueuit. idque Nerua filius libris de vſucapionibus retulit.

a Debitor fundum pignoratum poſſidet, quoad vſucapionem, *l.1.§.15.ſ.eod.l.16. l.33.§.4.j.tit.prox.* & vitandam ſatiſdationem, *l.15.§.2.ſup. qui ſatiſdare.*
b quem ipſe creditor etiam poſſidet, *l.1.§.15.ſ.eod. l.35.in fin. ſupra de pign.*
c Etiam ſi creditor poſſideat pignus, non tamen impedit, quo minus debitor pignus vſucapere poſſit.
d ea fieri ſolet, *l.6. in fin.ſ.de precar.*
e hæc particula expungenda eſt, nec legitur quoque ab Haloandro.
f Debitor ſcilicet. Debitor vſucapere poteſt per creditorem poſſidentem vel precario ſibi concedentem.
g *l.19 l.21.in fin. ſ.eod. l.77.ſupra de contrah. empt. l.16. in fin. ſ. de peric. l.37.j.de pign.act.*
h Coloni, in agris: inquilini, in ædibus, *vt hic.*
i *l.67. ſ.de euict. l.2. C. ſi quis alteri, vel ſibi.*
k Epiſtola manumittere ſeruũ poſſumus, *§ multis 1. Inſt. de libertinis. c. vn. de natis ex libero ventre.*
l Cur ita? collige ex *l.28.ſ.de liberali.*
m *l.34. in fin. pr. ſ. eod.*
n i. dominium & proprietates, *l.3.§.7.ſ. de iur. dot.*
o Animus ſequeſtrum diſtinguit ab omiſſa poſſeſſione.
p Sequeſtrum & ſequeſter quid ſit? v. in *l. ſequeſter 110. j. de verb ſignif. l ei apud quem 5.§.1.ſ. depoſiti.*
q Sequeſtratæ rei, communi partium conſenſu poſſeſſio etiam in dubio amittitur, niſi in contrarium actum ſit: ideóque interpellatur vſucapio.
r Atqui ſemper ſequeſter poſſidet. *l.17.§.1.ſupra depoſiti.*
ſ Apertè probata res quando dicitur? hoc ipſo quod contrarium etiam non probat. t id eſt, victori, *vt j. eod* u Sequeſtrum mutuo partium conſenſu, an cuſtodiæ tantum cauſa fiat, intereſt. Priore caſu poſſeſſio amittitur, non poſteriore. Partium conſenſu facta ſequeſtratio voluntaria: quæ imminente iudice, coacta & inuita, ſeu in inuitum. Ideoque hac non amittitur poſſeſſio, *l.3 §. vlt.ſ.eod.* Prior ſemper licita eſt ac permiſſa, *l.1.ſ.depoſiti, l.ſi ſoluturus 39.j.de ſolution* Poſterior certis tantùm caſibus, *l.1.C.de prohibita ſequeſtratione.* Pone res ſequeſtratas, tempore perituras? vendi debent: vt pecunia ex his redacta in ſequeſtro eſſe intelligatur, *l.litib.20.C.de agricolis, l.is cui 5. § quæri poterit 24. ſ. vt in poſſeſſ.legat. l.vlt.j.de requir.reis.* Pone ſequeſtrum rem ſequeſtratam amiſiſſe: an in re ipſa damnum aliquod datur? an & ſequeſtri aliqua competit actio? *v.l.poſtquam, 5. §. Imperatori, 1.ſ. vt legatorum nomine.* x *v. Cuiac. 7. ad Afric. ſol.123.* y *l.15.verſ.ſed ſi is, ſ.eod.l.33.in fin. j.de vſurp.*
z *l.30.§.5.ſ.eod.l.1.C.communia de vſucap.* Colonus mihi poſſidet, non ſibi.
a *v.l.vlt.C.eod.* b continuaretur, *Hal.Cuiac.hic* c Africanus ludit his nominibus *deceſſerit*, & *diſceſſerit*, inter quæ etiam Sabiniani ſtatuebant eſſe diſcrimen, v. *Cuiac.hic.*
d hæc verba referuntur ad priorem ſpeciem *ſi colonus deceſſerit*, non ad poſteriorem, *ſi diſceſſerit, Cuiac.ibid.* e *l.44.§.2.j.de vſurpat.*
f Celare, eſt poſſe certiorem dominum facere, & non facere. qua ex re contrahitur clandeſtina poſſeſſio, non ſi non potuit facere certiorem. vetus eſt enim verbum Pythagoræ δύναμιν ἀνάγκης ἐγγυτάνειν. vide *Cuiac.hic.* adde *l.18. ſ. eodem.*
g id eſt, è conuerſo, vt *l.60. ſupra de cond. & demonſt. l.21. §.2. verſ. retro. j. de fideiuſſor.*

a dominium teneri. *Hal.* ſenſus eſt: Si rem meam precariò rogauero, rogaui quidem precariò: non tamen poſſideo precario, ſed pro meo, *l.4.§.3.j. de precario.*
b *l.2.ſ. de vſufructu.*
c atque ei interdictum competit. *l.1.§.7.j. de itinere actuque priuato.*
d ſecus ſi eo animo, *l.9.ſ.eod. l.20.ſup. quemadm. ſeruit.*
e *l.18.ſup.eod.*
f quod in dubio præſumitur, arg. *l. merito 51.ſ.pro ſoc.*
g *l.24. ſup.de neg. Paul.5. ſent.2.§.2. in fin.*
h *l.6. §.1.j. pro empt.*
i atqui non eſt iuſta poſſeſſio, vbi bona fides abeſt, *l.1. C.ſi aduerſ.credit.*
k Poſſeſſio eſt iuris, vt hic, *l.3.§.1.ſ. de bon.poſſ.* Imò eſt facti. *v.l 1.§.4. l.29.in fin. ſ.eod.*
l *v.l.7. ſ.ad Vellejanum.*
m *v.l.8. §.15.j.de vſucap.*
n adde *l.3.§.11.ſ. eod.*
o Cur multum intereſt inter poſſeſſionem quam per me retineo & per colonum? vide hic Bart.
p Poſſeſſionem aliam animo & corpore noſtro retinemus: aliam corpore alieno, animo noſtro.
q Poſſeſſionem vel animo vel corpore amittimus eius rei quam noſtro corpore tenemus. Corpore, inquam, amittimus, ſi modo eo animo inde digreſſi ſumus ne poſſideremus.
r *l.3.§.6. §.11. l.8. l.25.§.1.ſ.eod. l.4.C.eod. l.1.§.25.j. de vi & vi, §.5. verſ. qui metum, inſtit. de interdict.*
ſ Imò non amittitur nobis ignorantibus: cum hoc caſu animo noſtro per corpus alienũ poſſideamus, *l.46. in fin. j.eod.*
t *l.3.§.11.ſ.eod.*
u *v.l.6.in fi.ſ.eod.*
x Tollendæ & diſſoluendæ obligationis, quæ contrahendæ, eadem eſt ratio, *l.fere. j. de reg. iur.*
y Imò poteſt ignoranti, *l.44.in fin.ſ. eodem.*
z *l.3. §.13.ſ.eod.* aliud in immobilibus, *l.44. in fin.ſ. eod.*

¶ Idem ſcribit, aliam cauſam eſſe hominis *a* commodati omiſſa cuſtodia. nam poſſeſſionem tandiu veterem fieri *b*. quamdiu nemo alius eum poſſidere cœperit: videlicet ideo, quia poteſt homo propoſito *c* redeundi, domino poſſeſſionem ſui conſeruare, cuius corpore cæteras quoque res poſſumus poſſidere.

¶ Igitur earum quidem rerum, quæ ratione vel anima carent, confeſtim amittitur poſſeſſio: homines autem retinentur, ſi reuertendi animum haberent.

De prædiis donatis cum ſeruis.

48. *Idem* ‖ lib. 10. Reſponſorum.‖

PRædia cum ſeruis donauit *d*, eorúmque ſe tradidiſſe poſſeſſionem, literis declarauit, ſi vel vnus ex ſeruis, qui ſimul cum prædiis donatus eſt, ad eum qui donum accepit, peruenit, mox in prædia remiſſus eſt, per *e* ſeruum prædiorum poſſeſſionem quæſitam, cæterorúmque ſeruorum, conſtabit.

De ſeruo fructuario. 1. De his qui in aliena poteſtate ſunt. 2. De procuratore.

49. *Idem* ‖ lib. 2. Definitionum.

POſſeſſio quoque *f* per ſeruum, cuius *g* vſusfructus *h* meus eſt, ex re mea, vel ex operis ſerui acquiritur mihi: cùm & naturaliter *i* à fructuario teneatur, & plurimum *k* ex iure *l* poſſeſſio mutuetur.

1 ¶ Qui in aliena poteſtate ſunt, rem peculiarem tenere poſſunt: habere poſſidere non *m* poſſunt: quia poſſeſſio non tantùm corporis, ſed & iuris *n* eſt.

2 ¶ Etſi poſſeſſio per procuratorem ignoranti *o* quæritur, vſucapio verò ſcienti competit, tamen euictionis actio domino contra venditorem inuito procuratore, non datur. ſed per actionem mandati ea cedere *p* cogitur.

De filio opinato. 1. De ſeruo in fuga agente.

50. *Hermogenianus* ‖ lib. 5. Iuris Epitomarum.‖

PEr eum, quem iuſto ductus errore, filium *q* meum, & in mea poteſtate eſſe exiſtimo, neque poſſeſſio, neque dominium, nec quicquam aliud ex re mea mihi quæritur.

1 ¶ Per ſeruum in fuga *r* agentem, ſi neque ab alio poſſideatur, neque ſe liberum eſſe credat, poſſeſſio nobis acquiritur.

De rebus emptis.

51. *Iauolenus* ‖ lib. 5. ex Poſterioribus Labeonis.‖

QVarundam *ſ* rerum animo poſſeſſionem apiſci nos ait Labeo, veluti ſi aceruum lignorum emero, & eum venditor tollere me iuſſerit, ſimul atque cuſtodiam poſuiſſem, traditus mihi videtur. Idem iuris eſſe vino vendito, cùm vniuerſæ amphoræ vini ſimul eſſent.

¶ Sed videamus (inquit) ne hæc ipſa corporis traditio ſit, quia nihil *t* intereſt, vtrum mihi, an & cuilibet iuſſerim, cuſtodia tradatur. In eo puto hanc quæſtionem conſiſtere, an etiam ſi corpore aceruus, aut amphoræ apprehenſæ non ſunt, nihilominus traditæ videantur: nihil video intereſſe, vtrum ipſe aceruum, an mandato meo aliquis cuſtodiat. vtrobique animi *u* quodam *x* genere poſſeſſio erit æſtimanda.

Differentia poſſeſſionis, & vſusfructus item poſſeſſionis & proprietatis. 1. De prohibito ædificare. 2. De prohibitione ne ingrediendi vis fiat.

52. *Venuleius* ‖ lib. 1. Interdictorum.‖

PErmiſceri cauſas *y* poſſeſſionis, & vſusfructus non oportet, quemadmodum nec poſſeſſio *z*, & proprietas miſceri debent. namque impediri poſſeſſionem, ſi alius fruatur *a* neque alterius fructum computari, ſi alter poſſideat.

1 ¶ Eum qui ædificare *b* prohibeatur, poſſidere quoque prohiberi manifeſtum eſt.

2 ¶ Species inducendi in poſſeſſionem alicuius rei eſt, prohibere *c* ingredienti vim fieri. ſtatim enim cedere aduerſarium, & vacuam *d* relinquere poſſeſſionem iubet: quod multo plus eſt, quàm reſtituere.

De vitioſa poſſeſſione.

53. *Idem* ‖ lib. 5. Interdictorum.

ADuerſus extraneos *e* vitioſa poſſeſſio prodeſſe ſolet.

a adde *l.* 3. §. 13. s̄. *eod.*
b id eſt ſeruari.
c διαθέσει, ψυχῇ, λογισμῷ, 50. *Eclog.* 2. *cap.* 1. *in fin.* & προαιρέσει, vide *Cuiac. hoc tit.*
d *ſub.* aliquis, vel Titius.
e *l.* 1. §. 16. s̄ *eod.*
f Cur hanc vocem addidit? vt idem de dominio intelligamus.
g *l.* 1. § 16. s̄. *eod. l.* 10. *l.* 20. *in fin.* s̄. *de acq. rer.*
h dixi *l.* 18. s̄. *de acq. rer. dom.*
i *l.* 12. s̄. *eod.*
k Poſſeſſio quoque animi eſt, non tantum facti.
l Immò plurimum facti, *l.* 19. s̄. *ex quibus cauſ. maior.* immò facti non iuris, *l.* 1. §. 3. *l.* 29. *in fi.* s̄. *eo.*
m *l.* 44. §. 4. j̄. *de vſurpat.*
n plurimum ex iure habet, *in pr.* s̄. *eo.* vide Cuiac. multis probantem, Naturalem poſſeſſionē, non tantùm facti, ſed & iuris eſſe, 18. *obſ.* 24.
o *l.* 34. §. 1. s̄. *eod.*
p adde *l.* 27. *in fin.* s̄. *de procur.*
q Per filium putatiuum nobis non quæritur.
r *l.* 1. §. 14. s̄. *eod.*
ſ *l.* 18. §. 2. s̄. *eod.*
t Imò multum intereſt, *l.* 5. §. 14. s̄. *commodati.*
u corporis quodam genere. *Cuiac. C. eod. l.* 7.
x de hac loquendi formula ſcripſi ad *l.* 44. *in pr.* s̄. *de acq. rer.*
y id eſt, Titulos.
z vide *l.* 12. §. 1. j̄. *eod.*
a Nam vſufructuarius non poſſidet ſibi, ſed alij, *l.* 1. §. 8 s̄. *eod. l.* 5. §. 1. s̄. *ad exhibendum, l.* 6. §. 2 j̄. *de precario, l.* 11. *C. comm. de vſucap.* v. *l.* 7. §. 11. s̄. *communi diuidundo.*
b v. *l.* 3. §. 2. j̄ *vti poſſid.*
c hæc prohibitio fit à magiſtratu, *l.* 1. *in fin.* j̄. *vti poſſid.*
d Vacua eſt quam nemo detinet. dixi ad *l.* 68. *in fin.* s̄. *de contr. empt.*
e *l. vlt. Cod. de vi et vi arm.* §. 4. *verſ. commodum. Inſti. de interd.* v. quæ notaui ad *l.* 18. j̄. *de vi & vi.*
f Vſurpatio quidē v. *l.* 2. j̄. *eod.* De vſurpationibus librum ſcripſit Appius *l.* 2. s̄. *de orig. iur.*
g 2. *Inſt.* 6. *Paul.* 5. *ſent.* 2. communia de vſurpationib. 7. *C.* 30. de vſucapione transformanda 7 *C.* 31. annali collēda 7. *C.* 40. quadriēnij 7. *C.* 37. præſcriptione X. à XX. ann. 7. *C.* 33. XXX. vel XL. an. or. 7. *C.* 39.

DE VSVRPATIONIBVS *f* & vſucapionibus *g*.

TIT. III.

Ratio vſucapionis.

1. *Gaius* ‖ libro 21. ad Edictum Prouinciale.‖

BOno *a* publico *b* vſucapio introducta *c* eſt, ne *d* ſcilicet *e* quarundam rerum diu, & ferè ſemper incerta dominia eſſent: cùm ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium.

Quid ſit vſurpatio.

2. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum.‖

VSurpatio eſt vſucapionis interruptio *f*. Oratores *g* autem vſurpationem frequentem vſum vocant.

Quid ſit vſucapio.

3. *Modeſtinus* ‖ lib. 5. Pandectarum.‖

VSucapio *h* eſt *i* adiectio *k* dominij *l* per continuationem *m* poſſeſſionis temporis lege definiti.

Propoſitio dicendorum. 1. De patre vel filiofam. 2. De pupillo. 3. De furioſo. 4. De ſeruo. 5. De fructibus, & partu ancillæ. 7. De re furtiua. 22. Aut vi poſſeſſa. 29. De ſeruitute & libertate.

4. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum.‖

SEquitur de vſucapione dicere. Et hoc ordine eundum eſt, vt videamus, quis poteſt vſucapere. & quas res, & quanto tempore.

1 ¶ Vſucapere poteſt ſcilicet paterfamilias. Filius familias, & maximè miles in caſtris acquiſitum vſucapiet.

2 ¶ Pupillus *o*, ſi tutore auctore cœperit poſſidere, vſucapit. ſi non tutore auctore poſſideat, & animum poſſidendi habeat, dicemus, poſſe *p* eum vſucapere.

3 ¶ Furioſus *q*, quod ante furorem poſſidere cœpit, vſucapit. Sed hæc perſona ita demum vſucapere poteſt, ſi ex ea cauſa poſſideat, ex qua vſucapio ſequitur.

4 ¶ Seruus pro *r* herede poſſidere non poteſt. *t*

5 ¶ Fructus, & partus ancillarum, & fœtus pecorum: ſi defuncti non fuerunt *ſ*, vſucapi poſſunt.

6 ¶ Quod autem dicit lex Atinia *u*, vt res furtiua non vſucapiatur. niſi in poteſtatem eius *x*, cui ſubrepta eſt, reuertatur *y*: ſic acceptum eſt, vt in domini poteſtatem debeat reuerti. non in eius vtique, cui ſureptum eſt. Igitur creditori ſubrepta, & ei cui commodata eſt, in poteſtatem domini redire debet.

7 ¶ Labeo quoque ait, ſi res peculiaris ſerui mei ſubrepta ſit me ignorante; deinde eam nanctus ſit, videri *z* in poteſtatem meam rediſſe. Commodius dicitur, etiam ſi ſciero rediſſe, "eam" in meam poteſtatem. Nec enim ſufficit, ſi eam rem, quam perdidit, ignorante me ſeruus apprehendat, ſi modò in peculio eam eſſe volui. nam ſi nolui, tunc exigendum eſt vt ego facultatem eius nanctus ſim.

8 ¶ Ideóque "&" ſi ſeruus meus rem mihi ſubripuerit. deinde eandem loco ſuo reponat, poterit vſucapi, quaſi in poteſtatem meam redierit. vtique ſi neſcij. nam ſi *a* ſciui, exigimus, vt rediſſe ſciam in meam poteſtatem.

9 ¶ Item ſi eam rem, quam ſeruus ſubripuerit peculiari nomine teneat, non videri *b* in poteſtatem meam reuerſam, Pomponius ait: niſi ita habere cœperimus, quemadmodum habuimus, antequam ſubriperetur: aut cùm reſciſſemus, in peculio eum habere conceſſimus.

10 ¶ Item Labeo, ſi rem, quam apud te depoſueram, lucrifaciendi cauſa vendideris: deinde ex pœnitentia *c* redemeris, & eodem ſtatu habeas, ſiue ignorante me, ſiue ſciente ea geſta ſint, videri in poteſtatem meam rediſſe ſecundum Proculi ſententiam, quæ & vera eſt.

¶ Si pupilli res ſubrepta ſit, ſufficere dicendum eſt, ſi *d* tutor eius ſciat, rediſſe eam in domum pupilli. Et ſi furioſo, ſufficere, curatores ſcire.

12 ¶ Tunc in poteſtatem domini rediſſe dicendū eſt, cùm poſſeſſionem eius nanctus ſit iuſtè, vt *e* auelli non poſſit. Sed & tanquam ſuæ rei. nam ſi ignorans rem mihi ſubreptam *f* emam: non videri in poteſtatem meam reuerſam.

vſum capit. k adeptio, ita legit Vlp. *tit.* 29. §. 8. & 5. Iſid. 2.
l directi, vt vult Martinus non vtilis tantum, vt vult Accurſius. *v. Oldend.* ... *de vſuc. c.* 3. Bart. Accurſium ſequitur. Putat enim vſucapione domini... vt præſcriptione vtile dominium acquiri, *l.* 2. *C. in quib. cauſis ceſſat long. temp. præſcr.* niſi ſtatutum præſcriptione dominium acquiri velit: directum... nium ibi intelligendum erit, vt ſtatim aliquid iuri communi addidiſſe... *l.* 1. *in fin.* s̄. *ſi ager vectigalis. Bart. hic.* m *l.* 31. §. 1. j̄. *eod.*
n puta anni, vel biennij: rerum mobilium, anni; immobilium bien... *loco.* ſed vide *Tit. Inſt. de vſuc.* o *v. l.* 32. s̄. *de acq. poſſ.* ἄνηβος τελειότ... ior infante. Diſtat. n. pupillus ea parte ab infante. Nam infans acqui... non poteſt poſſeſſionem ſine tutore. *l. quamuis,* §. *infans.* s̄. *de acq. poſſ. Cuiac.* ... *Afric. fol.* 54. p *l. quamuis* 32. § *infans,* 2. s̄ *de acq. poſſ.* Atqui heredi... re ſine tutore non poteſt maior infante, *l. pupillum* 49. s̄. *de acq. her.* ... variè? An quia aditio animi potius. i. conſilij eſt quam facti, v. ſup... oporteat tutoris auctoritate: *v. Cuiac.* 4. *ad Afric.* q *l.* 44. §. 6. j̄. *eod.*
r *l.* 118. j̄. *de reg. iur.* ſ i. non ſi nati viuo teſtatore in dominio eius... rint, ſed ſi in hereditate defuncti non fuerint inuenti: hinc enim ra... dendi naſcitur. *Cuiac. hic.* t ab herede ſc. id eſt, aliter acquiri non... quàm vſucapione, *l.* 68. s̄. *de vſufr. l.* 28. *in fin.* s̄. *de vſu. Paul.* 3. *ſent.* 6. §... quo iure & heres acquirit, non pro herede, ſed pro ſuo, *l.* 2. j̄. *pro ſuo.*
u Lex Atinia, id quod ſequitur addidit legibus 12. Tabularum, *v. l.* 33...
x *l. vlt.* j̄. *eod.* §. 8. *Inſt. eod.* y *l.* 13. §. 2. j̄. *de verb. ſign.* z adde §. 10...
a *l.* 40. j̄. *eod.* b §. 7. s̄. *eod.* v. quæ notaui ad *l.* 1. §. 25. s̄. *depoſiti.*
c vide *l.* 65. j̄. *de furtis.*
d vide quæ ſcripſi ad *l.* 10. *C. de furtis.*
e *l.* 215. *in fin.* j̄. *de verb. ſign.* adde *l.* 10. §. 6. s̄. *de in rem verſo.*
f vide *l. vlt.* j̄. *vi bonor. rapt.*

13 ¶ Sed

13 ¶ Sed etſi vindicauero rem mihi ſubreptam, & litis æſtimationem *a* accepero, licèt corporaliter eius non ſim nanctus poſſeſſionem, vſucapietur *b*.

14 ¶ Idem dicendum eſt, etiam ſi voluntate mea alij tradita ſit.

15 ¶ Heres qui *c* in ius defuncti ſuccedit: licèt apud eum ignorantem *d* ancillam furtiuam eſſe, conceperit ‖ea,‖ & pepererit, non tamen vſucapiet.

16 ¶ De illo quæritur ſi ſeruus meus ancillam, quam ſubripuit, pro libertate ſua mihi dederit, an partum apud me conceptum vſucapere poſſim. Sabinus & Caſſius non putant. quia poſſeſſio, quam ſeruus vitioſè nanctus ſit, domino noceret. & hoc verum eſt *e*.

17 ¶ Sed & ſi, vt ſeruum meum manumitterem, alius mihi furtiuam ancillam dederit, eáque apud me conceperit, & pepererit, vſu me non capturum. Idémque fore ‖etiam,‖ ſi quis eam ancillam mecum permutaſſet, aut in ſolutum dediſſet: item ſi donaſſet.

18 ¶ Si antequam pariat, alienam eſſe reſcierit emptor, diximus, non poſſe eum vſucapere: quòd ſi neſcierit, poſſe. quòd ſi cum iam vſucaperet, cognouerit alienam eſſe, initium *f* vſucapionis intueri debemus, ſicut in emptis rebus placuit.

19 ¶ Lana ouium furtiuarum, ſi quidem apud furem detonſa eſt, vſucapi non *g* poteſt. ſi *b* verò apud bonæ fidei emptorem, contra. quoniam in fructu eſt. nec vſucapi debet, ſed ſtatim emptoris fit. Idem in agnis dicendum, ſi conſumpti ſint. quod verum eſt.

20 ¶ Si ex lana furtiua veſtimenta feceris, verius eſt, vt ſubſtantiam *i* ſpectemus: & ideo veſtis furtiua erit.

21 ¶ Si rem pignori *k* datam debitor ſubripuerit, & vendiderit: vſucapi eam poſſe *l* Caſſius ſcribit: quia in poteſtate domini videtur perueniſſe, qui pignori dederit: quamuis cum eo furti agi poteſt. quod puto rectius *m* dici.

22 ¶ Si tu me vi *n* expuleris de fundi poſſeſſione, nec apprehenderis poſſeſſionem, ſed Titius *o* in *p* vacuam poſſeſſionem intrauerit: poteſt longo tempore capi res. quamuis enim interdictum vnde vi locum habeat: quia verum eſt, vi me deiectum, non tamen verum eſt, & vi poſſeſſum.

23 ¶ Cæterum etiam ſi mala fide fundum me poſſidentem deieceris, & vendideris: non poterit capi. quoniam verum eſt, vi poſſeſſum eſſe, licet non *q* à domino.

24 ¶ Idem dicendum eſt *r* in eo qui eum expulit, qui pro herede poſſidebat, quamuis ſciat eſſe hereditarium.

25 ¶ (* Si *ſ* fundum alienum bona fide poſſidentem quis ſciens eſſe alienum expulerit, vſucapere non poteſt *) quoniam vi poſſidet.

26 ¶ Si dominus fundi poſſeſſorem vi deiecerit: Caſſius ait, non videri in poteſtatem eius rediſſe, quando *t* interdicto vnde vi reſtiturus ſit poſſeſſionem.

27 ¶ Si viam habeam per tuum fundum, & tu me ab ea vi expuleris, per longum tempus non vtendo amittam † viam, quia nec *u* poſſideri intelligitur ius incorporale: nec de via quis, ‖ id eſt, *x* ‖ mero iure detruditur.

28 ¶ Item ſi occupaueris vacuam poſſeſſionem, deinde venientem dominum prohibueris, non videberis vi poſſediſſe.

29 ¶ Libertatem *y* ſeruitutum *z* vſucapi poſſe, verius eſt: quia eam vſucapionem ſuſtulit lex *a* Scribonia *b*, quæ ſeruitutem conſtituebat *c*. non etiam eam, quæ libertatem præſtat ſublata ſeruitute.

¶ Itaque ſi cùm tibi ſeruitutem deberem, *ne mihi* (puta) *liceret altius ædificare*, & per ſtatutum tempus altius ædificatum habuero, ſublata *d* erit ſeruitus.

De interruptione poſſeßionis.

4. *Gaius* ‖lib. 21. ad Edictum Prouinciale.‖

NAturaliter interrumpitur poſſeſſio, cum *a* quis de poſſeſſione vi deiicitur, vel alicui res eripitur: quo caſu non aduerſus *b* eum tantum, qui eripit, interrumpitur poſſeſſio: ſed aduerſus omnes.

¶ Nec eo caſu quicquam intereſt, is qui vſurpauerit, dominus ſit, necne.

¶ Ac ne illud quidem intereſt, pro ſuo quiſque poſſideat, an ex lucratiua cauſa.

De computatione temporis.

6. *Vlpianus* ‖lib. 11. ad Edictum.

IN vſucapionibus *c* non à *d* momento ad momentum, ſed totum poſtremum diem computamus *e*.

7. *Vlpianus* ‖lib. 27. ad Sabinum.‖

IDeóque qui hora ſexta diei *f* Kalendarum Ianuariarum poſſidere cœpit, hora ſexta noctis *g* pridie *h* Kalendas Ianuarias implet vſucapionem.

De ſeruo.

8. *Paulus* ‖lib. 12. ad Edictum.‖

LAbeo *i*, Neratius reſponderunt, ea quæ ſerui peculiariter nancti ſunt, vſucapi poſſe: quia hæc etiam ignorantes *k* domini vſucapiunt. Idem Iulianus ſcribit.

1 ¶ Sed eum qui ſuo nomine nihil vſucapere poteſt; ne *l* per ſeruum quidem poſſe, Pedius ſcribit.

De rebus corporalibus. De rebus ſacris, ſanctis, publicis. De liberis hominibus.

9. *Gaius* ‖lib. 4. ad Edictum Prouinciale.‖

VSucapionem recipiunt maximè res corporales *m*, exceptis rebus ſacris *n*, ſanctis, publicis *o* populi Romani *p*, & ciuitatum, item liberis hominibus.

De bona fide. 1. De ſeruitutibus. 2. De partu animalis ſubrepti.

10. *Vlpianus* ‖lib. 16. ad Edictum.‖

SI aliena res bona fide empta ſit, quæritur, vt vſucapio currat, vtrum emptionis initium, vt bonam fidem habeat, exigimus? an traditionis. & obtinuit Sabini & Caſſij ſententia, traditionis *q* initium ſpectantium.

1 ¶ Hoc iure vtimur, vt ſeruitutes *r* per ſe nuſquam longo tempore capi poſſint, cum ædificiis poſſint.

2 ¶ Scæuola *ſ* libro 11. quæſtionum ſcribit Marcellum exiſtimaſſe: Si bos apud furem concepit, vel apud furis heredem, pariátque apud furis heredem, vſucapi ab herede diſtractum iuuencum non poſſe. ſic (inquit) quemadmodum nec ancillæ partus. Scæuola autem ſcribit, ſe putare, vſucapere poſſe † & partum *t*. nec enim eſſe *u* partum rei furtiuæ, partem. cæterùm, ſi eſſet pars, nec ſi apud bonæ fidei emptorem peperiſſet, vſucapi poterat.

De captiuo.

11. *Paulus* ‖lib. 19. ad Edictum.

NEque ſeruus, neque per ſeruum dominus, qui apud hoſtes eſt, poſſidet *x*.

De emptione ab eo quem prætor vetuit alienari.

12. *Idem* ‖lib. 21. ad Edictum.‖

SI ab eo emas, quem prætor vetuit alienare *y*, idque tu ſcias, vſucapere non potes.

De pignore. 1. De emente à furioſo. 2. De emente mandato alterius.

13. *Paulus* ‖lib. 5. ad Plautium.‖

PIgnori *z* rem acceptam, vſu non *a* capimus: quia pro alieno poſſidemus.

1 ¶ Eum qui à furioſo *b* bona fide emit, vſucapere poſſe *c* reſponſum eſt.

2 ¶ Si mandauero tibi vt fundum emas ex ea cauſa traditum tibi, diutina poſſeſſione capis: quamuis poſſis videri non pro tuo poſſidere: cùm nihil interſit, quòd mandati iudicio tenearis.

De acceßione poſſeßionis.

[Left margin notes]

l. 48. j. de furtis.
Imo non vſucapietur, *l. 10. Cod. de furtis.*
l. 9. s. de her. inſt.
24. l. 119.
l. 11. j. de diuerſ.
3. C. comm. de vſucapionib. §. vlt. Inſt. vſucap.
Imo non eſt verum, *l. 9. l. 10. j. pro emptore.*
l. 44. j. eod.
v. Cuiac. 15. *obſ.* 0. probantem, conceptus conceptos apud furem, & editos apud bonæ fidei emptorem, vſucapi poſſe.
l. 48. in fin. s. de acq. rer. l. 48. §. 5. j. de furt.
materiam, vt *l. 1. l. 9. §. 2. s. de contr. empt. l. 9. §. 3. ad exhib.*
l. 5. j. pro emptore.
Imo non poteſt, *6. Cod. de vſucap. pro emptore.*
n Rectior eſt hic Caſſij, quàm Labeonis & Proculi ſententia.
hic agitur de vi poſſeſſis & lege Plautia & Iulia.
puta bonæ fidei poſſeſſor, *l. 33. §. 2. j. eod.*
Vacua eſt autem poſſeſſio quam nemo detinet, *l. 68. in fin. s. de contr. empt. 2. §. 1. s. de act. empt.*
A non domino vi poſſidet, qui vi dominum, imo & non dominum deiicit, *l. 1. §. 30. j. de vi & vi l. 3. j. vti poßidetis.*
ſc. fundus vſucapi nõ poſſit: quoniam vi poſſidet is qui expulit.
hic ſtellulis incluſa archetypo Florentino deſunt.
quandoquidem, vt in *l. 38. §. 1. in fin. j. de ſolutionib.*
† Libertas ſeruitutis poteſt præſcribi, cum mala fide, ciuili iure, *vt hic.* Malæ fidei poſſeſſor per longum tempus poteſt præſcribere fundo immunitatem ſeruitutis: Igitur & libertatem ſibi acquirere, mihique ius ſeruitutis eripere, *vt hic.* Iure Canonico, aliud receptum, *cap. vlt. de præſcript.* de qua quæſtione dixi ad *l. 32. §. 1. s. de ſeruitutib. vrbanorum.* adde *l. 12. s. quemadmodum ſeruit. amittantur.* vide *Franciſcum Balbum tract. de præſcript. part. 4. cap. 3. quæſt. 3.*

[Right margin notes]

a *l. 15. ... de acquir. poſſ.*
b *i. pro eo, vt in l. 1. j. de iur. fiſc.* Accurſ. Cuiac. *hic & apud Vlpian. 20.* in verbo, *vt aduerſus leges*: & Gilbert Regius 2. *in antiophanon 20.* Reprehenſi à Roberto 2. *recept. 33.*
c aliud in perſonalibus actionibus, *l. 6. j. de obl. & act. &* ætate, *l. 3. §. 3. s. de minor.*
d non ab hora ad horam, ſed tantum poſtremum diem inſpicimus: non diuidimus diem momentis, ſed poſtremum tantum diem computamus: id eſt, inſpicimus.
e vt qui poſtremũ diem attigerit, eum vſuceपiſſe dicamus: ergo non ab hora in horam, ſed à die ad diem fit computatio, *l. 7. j. eod. l. 15. j. de diuerſ.*
f Hora ſexta diei meridies. ne igitur dicas, mediam noctem hic ſignificari. vt quidam luſcitioſus hic adſcripſerat: ſexta diei hora eſt meridies *l. 2. in fin. j. de annuis, l. 3. s. de oper. libert.* hinc illa indignatio operariorũ *apud Matt. 20.* aduerſus vineę dominum, quòd tantam mercedem dediſſet iis qui vndecima opus fecerant, quã tam iis qui à ſexta tertiaque hora. hi enim, poſtremi ſc. totius diei caloris pondus ſuſtinuerant: illi verò vna tantum hora in vinea fuerant. Porrò à quarta ad decimam horam oues tondebantur ſalubriter, *Varro 2. de re ruſtic. vlt.* inter horam ſecundã & decimam dicta recitabantur teſtamenta. *Paul. 4. ſent. 6. §. 2.* Hinc illud Graſſi, Quid tu. Deiotare duodecima (id eſt, iam ſenex) hora ædificare cœpiſti? cui rex. Ne tu quidem Craſſe, matutino tempore Parthos oppugnas. adde *l. 20. C. de tranſact. l. 2. j. de verb. ſign.* v *Anton. Auguſt. 4. emendat. 14.* Horæ ſingulæ quibus rebus deſtinatæ Romanis eſſent, *v. apud Martialem, 4 Epigram 8.*

[Footnotes]

u *l. 10. j. eod. l. 14. s. de ſeruitutib. l. 27. s. de ſeruit. vrbanor.* v. *l. 3. s. de acquirend. poſſeſſ.*
x i. ſcil. vt *l. 16. j. de reiudic.* alias hoc vocabulum eſt διχοαρητικὸν aut παραγγελματικόν. *Cuiac. hic.*
y *l. 6. s. de ſeruit. vrban. Paul. 1. ſent. 17. §. 1. & §. 2.*
z vrbanarum ſcil. *Cuiac. hic quem v.* adde *l. 10. s. ſi ſeruitus vindic.*
a quæ & plebiſcitum, *Cuiac.*
b Voconia, *Hal.* Porro de lege Scribonia & ſublatis ſeruitutum vſucapionibus. & cur ſeruitutes vſucapi ea non pateretur: quo iure introducta fuerit priuatum ſeruitutum vſucapio: Quemadmodum ante Scriboniam legem, iure ciuili, ſeruitutes vſucapi potuerint: Quid ſuſtulerit lex Scribonia, & vſucapio ſeruitutum honoraria quomodo ſit introducta: & vtrum in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum lex Scribonia locum habuerit: & an titulus in vſucapione ſeruitutum fuerit neceſſarius: & an bona fides etiam neceſſaria fuerit, v. apud Rauardum libro ſingulari ad legem Scriboniam.
c Lex Scribonia vetabat ſeruitutes vſucapione acquiri; amitti verò, non vetabat, *vt hic.* adde quæ notaui ad *l. 5. § pen. j. de itin. actúque priuato.*
d & ita poterit quis per vſucapionem ſe à ſeruitutis vrbanæ iugo liberare. Quid ruſtica? non vtendo amittitur. In vrbanis opus eſt facto eius qui ſeruit: in ruſticis, eius cui ſeruitur.

g à qua dies more Romano incipit, *l. 8. s. de feriis*: vel vt ait Harm. *lib. vlt. tit. de verb. ſign.* ſeptima: quod intellige de incipiente, non exacta. Porrò ſexta hora noctis mediam noctem ſignificat.
h adde *l. 5. s. qui teſtam. l. 1. s. de manumiſſ.*
i *v. Cuiac. 22. obſ. 17.*
k *l. 1. §. 11. j. pro emptore.* Paria ſunt interdum ſcire & ignorare.
l Imo, interdum poſſum per alium, quod per me non poſſum. *v. l. 3. in fin. s. quæ res pignor.*
m non incorporales, *l. 4. §. 27. eod.* An ſeruitutes? *v. Hotom. 3. obſ. 25.* adde *l. 10. §. 1. j. eod.*
n *l. 45. j. eod. §. 1. Inſt. eod. l. 6. C. de oper. publ. l. 2. C. ne rei dominic. vel templorum.*
o hinc Seneca 14. 11. *& epiſt. 89.* negant Iuriſconſulti quidquam vſucapi quod publicum eſt.
p *Cuiac. hic & 20. Vlp in fin.* hoc loco permotus, monet ibidem legendum, ſeruus publicus populi Romani.
q *l. 48. s. eod.* r v. *Cuiac. ... obſ. 34.* adde *l. 4 in fin. s. eod.*
ſ i. Q. Ceruidius. *Cuiac. hic.* † id vetat Nouella Leonis 29.
t *l. 33. j. eod.* Ea fuit etiam opinio Q. Mucij, *Cicero de finib.*
u *l. 26. j. de verb. ſign.* Imo eſt, *l. 48. §. 5. j. de furt.* ſolue, Vlpianus, hic non probat ſententiam Scæuolæ, *v Cuiac. 15. obſ. 20.* x ne quidem ſi redierit, *l. 19. s. ex quib. cauſ. maior.* y puta à prodigo, qui vt differat à furioſo. *v. Hotom. 3. obſ. 29.* z *l. 12. j. de diuerſ. l. 1. C. comm. de vſucap.*
a Imo 30. annis capimus ius luendi pignoris, Bulgarius & Accurſius, in *l. cum notiſſimi, 7. §. 1. C. de præſc. 30 annor.* imo de 20. annis quidem. Rogerius, Martinus. Hoc verius. b tempore dilucidi interualli.
c *l. 2. §. 16. j. pro emptore.*

14. *Idem* ‖ lib. 13. ad Plautium. ‖

ID tempus venditionis *a* prodeſt emptori, quo *b*, antequam venderet, poſſedit. nam ſi poſtea nanctus eſt poſſeſſionem venditor, hæc poſſeſſio emptori non proficiet.

1 ¶ In re legata, in acceſſione *c* temporis, qua teſtator poſſedit, legatarius quodammodo *d* quaſi *e* heres eſt.

De captiuo. 1. De fugitiuo. 2. De bona fide.

15. *Idem* ‖ lib. 15. ad Plautium. ‖

SI is qui pro emptore poſſidebat, ante vſucapionem ab hoſtibus captus ſit, videndum eſt, an heredi eius, procedat vſucapio. nam interrumpitur vſucapio. & ſi ipſi reuerſo non prodeſt, quemadmodum heredi eius proderit? Sed verum eſt, eum in ſua vita deſiiſſe poſſidere. ideoque nec *f* poſtliminium ei prodeſt, vt videatur vſucepiſſe. Quòd ſi ſeruus eius, qui in hoſtium poteſtate eſt, emerit: in pendenti eſſe vſucapionem, Iulianus ait. nam ſi dominus reuerſus fuerit, intelligi vſucaptum *g*. ſi ibi deceſſerit, dubitari an per legem Corneliam ad ſucceſſores eius pertineat. Marcellus, poſſe plenius fictionem legis accipi. quemadmodum enim poſtliminio reuerſus, plus iuris habere poteſt in his quæ ſerui egerunt, quàm his quæ per ſe, vel per ſeruum poſſidebat, cùm ad hoſtes peruenit: nam hereditatem in quibuſdam vice *h* perſonæ fungi receptum eſt, ideoque in ſucceſſoribus locum "non *i*" habere vſucapionem.

1 ¶ Si ſeruus quem poſſidebam fugerit *k*, ſi pro libero ſe gerat, videbitur à domino poſſideri: ſed hoc tunc intelligendum eſt, cùm ſi apprehenſus fuerit, non ſit paratus pro ſua libertate litigare. nam ſi paratus ſit litigare, non videbitur à domino poſſideri, cui ſe aduerſarium præparauit.

2 ¶ Si quis bona fide poſſidens, ante *l* vſucapionem amiſſa poſſeſſione cognouerit eſſe rem alienam. & iterum nanciſcatur poſſeſſionem, non capiet vſu: quia initium ſecundæ poſſeſſionis vitioſum eſt.

3 ¶ Si ex teſtamento, vel ex ſtipulatu res debita nobis tradatur, eius temporis exiſtimationem ‖ noſtram ‖ intuendam, quo traditur. quia conceſſum eſt ſtipulari rem, etiam quæ promiſſoris non ſit.

De pignore.

16. *Iauolenus* ‖ lib. 4. ex Plautio. ‖

SErui nomine, qui pignori datus eſt, ad *m* exhibendum cum creditore, non cum debitore agendum eſt: quia qui pignori dedit, ad *n* vſucapionem tantum *o* poſſidet. quod ad reliquas omnes cauſas pertinet: qui accepit poſſidet *p*, adeo vt adici *q* poſſit & poſſeſſio eius qui pignori dedit.

Pro adiudicato.

17. *Marcellus* ‖ lib. 17. Digeſtorum. ‖

SI per errorem de alienis fundis, quaſi de communibus, iudicio communi diuidundo accepto, ex adiudicatione *r* poſſidere cœperim; longo tempore capere poſſum *ſ*.

De fiſco & bonis vacantibus.

18. *Modeſtinus* ‖ lib. 5. Regularum. ‖

QVamuis aduerſus fiſcum *t* vſucapio non procedat: tamen *u* ex bonis vacantibus *x*, nondum tamen nuntiatis, emptor prædij ex iiſdem bonis extiterit, rectè diutina *y* poſſeſſione capiet. idque conſtitutum eſt.

De acceſſione poſſeſſionis.

19. *Iauolenus* ‖ lib. 1. Epiſtolarum. ‖

SI hominem emiſti, vt *ſi aliqua conditio extitiſſet, inemptus fieret*: & is tibi traditus eſt; & poſtea conditio emptionem reſoluit *z* tempus, quo apud emptorem fuit, accedere venditori debere exiſtimo: quoniam eo genere retroacta *a* venditio eſſet redhibitioni ſimilis, in qua non dubito tempus eius, qui redhibuerit, venditori acceſſurum, quoniam *b* ea venditio propriè dici non poteſt.

20. *Idem* " lib. 4. Epiſtolarum. "

POſſeſſio teſtatoris ita heredi procedit, ſi *c* medio tempore à nullo poſſeſſa *d* eſt.

Si poſſeſſor rem domino locauerit, aut vendiderit.

21. *Idem* ‖ lib. 6. Epiſtolarum. ‖

EI, à quo fundum pro herede diutius poſſidendo capturus eram, locaui eum, an vllius momenti eam locationem exiſtimes, quæro. quòd ſi nullius momenti exiſtimas, an durare nihilominus vſucapionem eius fundi putes. Item quæro, ſi eidem vendidero eum fundum, quid de his cauſis, de quibus ſupra quæſii, exiſtimes? Reſpondi. Si is, qui pro herede fundum poſſidebat, domino eum locauit, nullius momenti locatio eſt: quia *a* dominus ſuam rem conduxiſſet. ſequitur ergo, vt ne poſſeſſionem quidem locator retinuerit. ideoque longi temporis præſcriptio non durabit. In venditione *b* idem iuris eſt, quod in locatione, vt emptio ſuæ rei conſiſtere non poſſit.

De herede & hereditate.

22. *Idem* ‖ lib. 7. Epiſtolarum. ‖

HEres & hereditas tametſi duas appellationes recipiunt, vnius *c* perſonæ tamen vice *d* funguntur.

De toto & partibus.

23. *Idem* ‖ lib. 9. Epiſtolarum ‖

EVm, qui ædes mercatus eſt, non puto aliud, quàm ipſas *e* ædes poſſidere. nam ſi ſingulas res poſſidere intelligeretur, ipſas ædes non poſſidebit: ſeparatis enim corporibus, ex quibus ædes conſtant, vniuerſitas ædium intelligi non poterit. accedit eo, quòd ſi quis ſingulas res poſſideri dixerit, neceſſe erit, dicat, poſſeſſione ſuperficiei temporibus de mobilibus ſtatutis *f* locum eſſe, ſolum ſe capturum eſſe ampliori. quod abſurdum, & minimè iuri ciuili conueniens eſt, vt vna res diuerſis temporibus capiatur. vtputa cùm ædes ex duabus rebus *g* conſtant, ex ſolo *h*, & ſuperficie: & vniuerſitas earum poſſeſſionem *i* temporis immobilium rerum omnium mutet.

1 ¶ Si autem columna euicta fuerit: puto, te ex *k* empto cum venditore rectè acturum, & eo genere rem ſaluam habiturum.

2 ¶ Si autem demolita *l* domus eſt, ex integro res mobiles poſſidendæ ſunt, vt tempore, quod in vſucapione rerum mobilium conſtitutum eſt, vſucapiantur. & non poteſt rectè vti eo tempore, quo in ædificio fuerunt. nam quemadmodum eas ſolas & ſeparatas ab ædificio non poſſediſti, ſic nec penes *m* te ſingulæ aut ſeparatæ fuerunt ‖ & ‖ cohærentibus his in ædificio, depoſitis ædibus, quæ hoc quoque ipſum continent. neque *n* enim recipi poteſt, vt eadem res, & vt res ſoli, & tanquam mobilis, ſit poſſeſſa.

De legis prohibitione. 1. De defuncto & herede.

24. *Pomponius* ‖ lib. 24. ad Quintum Mucium. ‖

VBi *o* lex *p* inhibet vſucapionem *q*, bona fides poſſidenti nihil prodeſt.

1 ¶ Interdum etiam: ſi non fuerit inchoata vſucapio à defuncto, procedit heredi eius, veluti ſi vitium *r* quod obſtabat non ex perſona, ſed ex re, purgatum fuerit. ‖ Ex re, ‖ vtputa, ſi fiſci *ſ* res eſſe deſierit, aut furtiua, aut vi *t* poſſeſſa.

De poſſeſſione.

25. *Licinnius* ‖ *Rufinus* lib. 1. Regularum. ‖

SIne *u* poſſeſſione *x* vſucapio contingere non poteſt.

De ſuperficie.

26. *Vlpianus* ‖ lib. 29. ad Sabinum ‖

NVnquam ſuperficies *y* ſine ſolo capi longo tempore poteſt.

De titulo opinato.

27. *Idem* ‖ lib. 31. ad Sabinum. ‖

CElſus *z* lib. 34. errare † eos ait, qui exiſtimarent, cuius rei quiſque bona fide adeptus ſit poſſeſſionem, pro ſuo vſucapere eum poſſe, nihil referre, emerit necne: donatum ſit necne, ſi modò emptum, vel donatum *a* ſibi exiſtimauerit. quia neque pro legato, neque pro donato, neque pro dote vſucapio valeat, ſi nulla donatio, nulla dos, nullum legatum ſit.

¶ Idem & in litis æſtimatione placet. vt niſi verè quis litis æſtimationem ſubierit, vſucapere non poſſit.

De ſeruo furioſi vel infantis.

28. *Pomponius* ‖ lib. 17. ad Sabinum. ‖

SI ſeruo *b* furioſi vel infantis res tradita ſit *c*, vſu per eum eas perſonas capere poſſe conſtat.

De eo quod ex aſſe heres alij quaſi pro parte heredi tradidit.

29. *Idem* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

CVm ſolus heres eſſem, exiſtimarem autem, te quoque pro parte heredem eſſe, res hereditarias pro parte tibi tradidi, propius eſt, vt vſu eas capere non poſſis, quia nec pro herede vſucapi poteſt, quod ab herede poſſeſſum eſt: neque aliam vllam habes cauſam poſſidendi. ita tamen hoc verum eſt, ſi non *d* ex tranſactione id factum fuerit. Idem dicimus, ſi tu quoque exiſtimes, te heredem eſſe. nam hic quoque poſſeſſio veri heredis obſtabit tibi.

a Venditoris. *Hal.*
b *l. 15. §. 2. §. pen. ff. de diuerſ.*
c *l. 13. §. 10. ſup. de acq. poſſ.*
d Duas notas diminutionis adiici, vt oſtenderet liquido, propriè non eſſe. ſimile dicendi genus eſt in *l. 7. §. 6. ff. de pact.*
e Legatarius quaſi heres eſt: & heredis latiſſima appellatione continetur. adde *Bart. ad l. 48. §. 2. ff. de leg. 1.* vt & fideicommiſſarius, *l. 5. §. 1. ff. quod cum eo.* Bonorum poſſeſſor, *l. 1. §. 7. ff. ad Treb. l. 19. §. 2. ff. de cond. & demonſtr.*
f *v. l. 19. ff. ex quib. cauſ. maior.*
g *l. 24. §. 3. ſupr. ex quib. cauſ. maior.*
h *v. l. 31. in fin. ff. ne hered. inſt.*
i locum habere, *Cuiac. hic.*
k *v. l. 1. Cod. de longi temporis præſc. quæ pro libertate.*
l *l. 7. §. 4. ſup. pro emptore.*
m *l. 5. in fin. ſup. ad exhibend.*
n *l. 33. §. 4. ff. eo. l. 1. §. 15. ff. de acq. poſſ.*
o vel ad ſimilem caſum. nam huiuſmodi voces taxatiuæ non excludunt caſus ſimiles expreſſis, vel maiores.
p *l. 35. in fin. ſupra pign.*
q addici. *Hal.* adici, eſt adiici, ac accedere, *facit l. 14. §. 1. ff. de diuerſ. & temporalib.* ſic Baſilica προςίθεται νομὴ αὐτοῦ, *Cuiac. 11. obſer. 13.*
r Authoritas iudicis facit vt etiam in eo quod nobis traditur tanquam noſtrum, transferatur vſucapiendi conditio. *Bart.*
ſ quo titulo? ex adiudicato.
t *l. 24. in fin. ff. eo. l. 2. C. comm. de vſucap. §. 9. Inſt. eod.*
u tamen ſi bonis, *Cuiac. hic.*
x eorum ſcilicet quibus poſt mortẽ nullus ſucceſſor extitit, res fiſco defertur ex lege Iulia caducaria, *Vlp. 28. §. 1. in fin.*
y quadriennij, in cauſa bonorum vacantium: quinquennij, in cauſis commiſſi, *l. 2. C. de vectigalib.*
z *l. 13. §. 2. ſup. de acq. poſſ.*
a id eſt, reſciſſa. Quid? hoc pacto reſolutiuo num redintegratur dominium ipſo iure ſine traditione? Caſtrenſis putat redintegrari, vel, vt ille loquitur, retransferri, hoc eſt, transferri ſi venditor erat dominus. *l. 1. ſup. de donat.* Bartolus tamen id in vtramque partem diſputat.
b quanquam *Cuiac. hic*, quem vide.
c *l. 6. in fin. ff. pro emptore: l. 13. §. 4. ſup. de acq. poſſ.*
d Poſſeſſio poſſeſſa hic dicitur, Atticorum more, vt ſtipulationem ſtipulari, *l. 3. §. 1. ff. iudicatum ſolui.*

a Rei ſuæ [...] non eſt.
b & pignore [...] §. 5. ff. eod.
c i. defuncti [...] enim domi[...] citur: quin [...] hereditas ip[...] mina, *l. 31. in* [...] *de her. inſt.*
d *d. l. 31. in* [...]
e *v. l. 30.* [...] *acq. poſſ.*
f i. trienni[...] *eod. in pr.*
g i. partibu[...] totum præ[...] de ſuis parti[...] toto dixi [...] *ſup. de orig.* [...]
h Solum e[...] ædium, *l. 49.* [...] *rei vindic.*
i poſſeſſione[...] poris imm[...] rerum do[...] mutet. [...] *hic.*
k v. quæ[...] *l. 41. §. 1.* [...] *euict.*
l *l. 23. in* [...] *de rei vind.*
m i. non [...] modo p[...] à te, *l. 65.* [...] *ſign.*
n Res vna [...] mobilis & [...] bilis ſimul [...] non poteſt.
o *§. 2.* [...] *C. pro dona.*
p verbi gr[...] decim ta[...] lex Atini[...] lia, Plau[...] de vi. Sc[...] lex Iulia [...] darum, le[...] fundo do[...]
q Vſucapi[...] ſunt quæ [...] prohibita [...] Socin. re[...]
r *v. l. 11.* [...] *poſſ.*
ſ *l. 18. ſup.* [...] *C. comm.* [...]
t *v. l.* [...] *bonor. rapt.*
u *l. 44. in* [...]
x ciuili. [...]
y Superf[...] omne eſt [...] per ſolum [...] catum, ſat[...] tatum: it[...] ſuperficies [...] ſeges arui [...] *de ſeruit.* [...]
z vide re[...] huius leg[...] Franciſcu[...] vbi hoc in[...] ra notat: [...] tem titul[...] uo ſeu opi[...] tamen iu[...] ductus ſit) [...] re ſecus, ſi[...] reprobata[...] dam ſen[...] non diſting[...] ter iuſtum [...] ſtum errore[...] ſtrenſis in [...] locum acci[...] tulus puta[...] ſufficit ad [...] bendum eti[...] bona fide [...] ſubeſt iuſt[...] putandi. † id tamen receptum eſt iure Canonico, de quo vide Socin. [...] 307. & Balbum in repetitione huius legis.
a vide *l. 1. ff. pro donato.*
b *l. 1. §. 5. l. 29. l. 32. in fin. ſup. de acq. poſſ. l. 26. C. de don. l. 10. §. 2. ſup. de* [...] *ver. dom.*
c ex cauſa peculiari. *Accurſ. Cuiac. vt l. 15. §. 1. ſup. eod.*
d Tranſactionis ex cauſa iuſtam poſſeſſionis habentes cauſam, vſucapere [...] ſunt. *l. 8. C. de vſuc. pro empt.*

De rerum mixtura & triplici corporum genere.

30. *Idem* ‖libro 30. ‖ad Sabinum.

RErum mixtura facta an vſucapionem cuiuſque præcedentem *a* interrumpit, quæritur. Tria *b* autem genera ſunt corporum *c*. Vnum, quod continetur vno *d* ſpiritu *e*, & Græcè ἡνωμένον *f*, id eſt *vnitum g* vocatur, vt homo, tignum, lapis, & ſimilia *h*. Alterum, quod ex *contingentibus*, hoc eſt pluribus inter ſe cohærentibus, conſtat, quod συνημμένον *i*, id eſt *connexum* vocatur, vt ædificium, nauis, armarium. Tertium, quod *ex diſtantibus k* conſtat, vt corpora plura non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta: veluti populus *l*, legio, grex *m*. Primum genus in vſucapione quæſtionem non habet: ſecundum, & tertium habet.

1 ¶ Labeo *n* libris epiſtolarum ait, ſi is, cui ad tegularum *o* vel columnarum vſucapionem decem dies ſupereſſent *p*, in ædificium eas conieciſſet, nihilominus eum vſucapturum, ſi ædificium poſſediſſet.

¶ Quid ergo in his quæ non quidem implicantur rebus ſoli, ſed mobilia permanent, vt in annulo, gemma *q*? in quo verum eſt, & aurum, & gemmam poſsideri, & vſucapi, cùm vtrumque maneat integrum.

2 ¶ De tertio genere corporum videndum eſt. non autem grex vniuerſus ſic capiatur vſu, quomodo ſingulæ *r* res. nec ſic, quomodo cohærentes *ſ*. quid ergo? Etſi ea natura eius eſt, vt adiectionibus corporum maneat *t*, non idem tamen vniuerſi gregis vlla eſt vſucapio, ſed ſingulorum animalium ſicuti poſſeſsio, & ita vſucapio. nec ſi quid emptum *u* immixtum fuerit gregi, augendi eius gratia, idcirco poſſeſsionis cauſa mutabitur, vt ſi reliquus grex dominij mei ſit, hæc quoque ouis, ſed ſingulæ ſuam cauſam habebunt, ita vt ſi quæ furtiuæ erunt, ſint quidem ex grege, non tamen vſucapiantur.

De errore iuris. 1. Tempus continuum numerari. 2. De ſeruo qui in libertate moratur. 3. De ſeruo, filio, colono, inquilino. 4. De furore. 5. De tempore vacuo. 6. De defuncto & herede.

31. *Paulus* ‖lib. 32. ad Sabinum.‖

NVnquam in vſucapionibus, iuris *x* error poſſeſſori prodeſt. & ideo Proculus ait, ſi per errorem initio *y* venditionis tutor pupillo auctor factus ſit, vel poſt longum tempus venditionis peractum, vſucapi non poſſe: quia iuris error eſt.

1 ¶ In vſucapionibus *z* mobilium *a* continuum *b* tempus numeratur.

2 ¶ Seruus, licet in *c* libertate moretur, nihil poſſidet, nec per eum alius. atquin ſi *d* nomine alicuius, dum in libertate moratur, nanctus fuerit poſſeſsionem; adquiret ei, cuius nomine nanctus fuerit.

3 ¶ Si ſeruus meus vel filius peculiari *e*, vel etiam meo nomine quid tenet, vt ego per eum ignorans *f* poſsideam, vel etiam vſucapiam, ſi is furere cœperit, donec in eadem cauſa res fuerit, intelligendum eſt, & poſſeſsionem apud me remanere, & vſucapionem procedere. ſicuti per dormientes *g* quoque eos, idem nobis contingeret.

¶ Idémque in colono *h*, & inquilino, per quos poſſidemus, dicendum eſt.

4 ¶ Si vi, aut clam, aut precariò poſſeſsionem nanctus quis, poſtea furere *i* cœperit, & poſſeſsio, & cauſa eadem durat. de hoc quod precario furioſus habet, quemadmodum interdicto quoque vti poſsidetis furioſi nomine rectè experimur eius poſſeſsionis nomine, quam ante furorem per ſe, vel poſt furorem per alium nanctus eſt.

5 ¶ Vacuum tempus quod ante *k* aditam hereditatem, vel poſt *l* aditam interceſsit, ad vſucapionem heredi procedit.

6 ¶ Si defunctus emit, heres autem putat *m* eum ex donationis cauſa poſſediſſe, vſu eum capturum *n* Iulianus ait.

Si fur rem furtiuam à domino emerit. 1. De errore iuris. 2. De parte incerta.

32. *Pomponius* ‖lib. 32. ad Sabinum.‖

SI fur rem furtiuam à domino emerit *a*, & pro tradita habuerit, deſinet eam pro furtiua poſsidere, ‖ & incipiet *b* pro ſuo poſsidere.‖

1 ¶ Si quis id, quod poſsidet, non putat ſibi per leges licere vſucapere: dicendum eſt, etiam ſi erret, non procedere tamen eius vſucapionem: vel quia *c* non bona fide videatur poſsidere: vel quia in iure erranti non procedat vſucapio.

2 ¶ Incertam *d* partem *e* poſsidere nemo poteſt. Ideo ſi plures ſint in fundo, qui ignorent, quotam quiſque partem poſsideat, neminem eorum mera ſubtilitate *f* poſsidere Labeo ſcribit.

De partu ancillæ furtiuæ. 1. De cauſa poſſeſsionis ſibi non mutanda. 2. De vi deiecto. 3. De ceſsione poſſeſsionis. 4. De pignore, commodato, depoſito.

33. *Iulianus* ‖lib. 44. Digeſtorum.‖

NOn ſolum bonæ fidei emptores, ſed & omnes *g* qui poſsident ex ea cauſa, quam vſucapio ſequi ſolet, partem *h* ancillæ furtiuæ vſu ſuam *i* faciunt: idque ratione iuris introductum arbitror. nam ex qua cauſa quis ancillam vſucaperet, niſi lex *k* duodecim tabularum vel Attinia *l* obſtaret, ex ea cauſa neceſſe eſt partum vſucapi, ſi apud eum conceptus & editus eo tempore fuerit quo furtiuam eſſe matrem eius ignorabat.

1 ¶ Quod vulgo reſpondetur *m*, *ipſum n ſibi cauſam poſſeſsionis mutare non poſſe*, totiens verum eſt, quotiens quis ſciret, ſe bona fide non poſsidere, & lucrifaciendi cauſa inciperet poſsidere: idque per hæc probari poſſe; Si quis emerit fundum ſciens ab eo, cuius non erat *o*, poſsidebit pro poſſeſſore: ſed ſi eundem à domino emerit, incipiet pro emptore poſsidere: nec *p* videbitur ſibi ipſe cauſam poſſeſsionis mutaſſe.

¶ Idémque iuris erit, etiam ſi à non domino emerit, cùm exiſtimaret eum dominum eſſe. Item ſi à domino heres inſtitutus fuerit, vel bonorum eius poſſeſsionem acceperit, incipiet fundum pro herede poſſidere.

¶ Hoc amplius, ſi *q* iuſtam cauſam habuerit exiſtimandi, ſe heredem vel bonorum poſſeſſorem domino extitiſſe, fundum pro herede poſsidebit, nec *r* cauſam poſſeſsionis ſibi mutare videbitur.

¶ Cùm hæc igitur recipiantur in eius perſonam, qui poſſeſsionem habet: quanto magis in colono recipienda ſunt, qui nec viuo *ſ*, nec mortuo domino vllam poſſeſsionem habet. & certè ſi colonus mortuo domino emerit fundum ab eo, qui exiſtimabat ſe heredem eius vel bonorum poſſeſſorem eſſe, incipiet pro emptore poſsidere.

2 ¶ Si dominus fundi homines armatos venientes exiſtimauerit *t*, atque ita profugerit, quamuis nemo eorum fundum ingreſſus fuerit, vi deiectus videtur *u*. ſed nihilominus id prædium, etiam antequam in poteſtatem domini redeat, a bonæ fidei poſſeſſore vſucapitur: quia lex *x* Plautia & Iulia ea demum vetuit longa poſſeſsione capi, quæ vi poſſeſſa fuiſſent, non etiam ex quibus vi quis deiectus fuiſſet.

3 ¶ Si mihi Titius, à quo fundum petere *y* volebam, poſſeſsione ceſſerit, vſucapionis cauſam *z* iuſtam habebo. Sed & is, à quo ex ſtipulatu fundum petere volebam cedendo mihi poſſeſsione, ſi ſoluendi cauſa id fecerit eo ipſo efficiet, vt fundum longo tempore capiam *a*.

4 ¶ Qui pignori *b* rem dat, vſucapit, quamdiu res apud creditorem eſt: ſi creditor eius poſſeſsionem alij tradiderit, interpellabitur vſucapio; & quantum ad vſucapionem attinet, ſimilis eſt ei *c* qui quid depoſuit, vel commodauit. quos palam eſt deſinere vſucapere ſi commodata vel depoſita res alij tradita fuerit ab eo qui commodatum vel depoſitum accepit.

† Planè ſi creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit, vſucapere debitor perſeuerabit.

5 ¶ Si rem tuam, cùm bona fide poſsiderem, pignori tibi dem ignoranti tuam eſſe, deſino vſucapere: quia non intelligitur quis ſuæ *d* rei pignus contrahere. at ſi nuda conuentione pignus contractum fuerit, nihilominus vſucapiam: quia hoc quoque modo nullum pignus contractum videtur.

6 ¶ Si rem pignori datam creditoris ſeruus ſubripuerit, cùm eam creditor poſsideret; non interpellabitur vſucapio debitoris. quia ſeruus dominum poſſeſsionis

a id eſt, inchoatam, cœptam.
b Corpora alij alio modo diuidunt, vt alia ſint ἡνωμένα, alia διεστῶτα. illorum alia ſunt propriè ἡνωμένα, alia συνημμένα. Horũ quædam diſtinctis, capitibus, quædam indiſtinctis. vetus interpres Dionyſij theologi ἡνωμένα & διῃρημένα. Boëtius 1. *Arithmetic.* continua & diſiuncta: & Cuiacius 15. *obſ.* 33. Caſſiodorus *de anima* continuata diſiuncta, *v.* Forner. 2. *ſelect.* 17. ſingula cohærentia, *d. l.* 23. *§.* 5. *ſup. de rei vind. Ariſt.* 1. *Politic.* 8.
c Corpora ſunt trium generum ἡνωμένα, συνημμένα, διεστῶτα. adde *Th.* §. 18. & 19. *Inſt. de legat.* continua, vt homo: compoſita, vt nauis & domus: ex diſtantibus, vt exercitus, populus, ſenatus, Seneca 17. *Epiſt.* 103.
d ita dicitur in *l.* 25. §. 5. *ſupr. de rei vind.* & apud Senecam 17. *Ep.* 103.
e *l.* 23. §. 5. *in fin. ſup. de rei vind.* τῇ συμφυΐᾳ (& ideo id à Plutarcho συμφυὲς appellatur ἐν τοῖς γαμικοῖς παραγγέλμασι. *Cuiac. hic.* ὑπὸ μιᾶς ἕξεως, vt Conon Mathematicus apud Achillem Statium in *Aratum* ait, *vide Cuiac.* 15. *obſ.* 33.
f & Græcè φωστικὸν, aliud, quod ex pluribus inter ſe cohærentibus quod τεχνικὸν dicitur, Alciatus 2. *prætermiſſ.* ita legit.
g Cicero continuatas, cohærentéſque naturas vocat.
h putà ſtatua, *d. l.* 23. §. 5. *ſup. de rei vind.*
i adiunctum ſiue connexum, *Gell.* 16. *cap.* 8. coniunctum Vitruuio 5. *cap.* 4. compoſitum, Senecæ 17. *Epiſt.*
k ea corpora διεστῶτα dicuntur, quorum duo item genera Conon facit. vnum, eorum quæ diſtinctis ſunt capitibus, putà chorum, legionem, gregem: aliud indiſtinctis, vt populum. *l* vel vniuerſitas, *l.* 1. *ſ. quod cuiuſque.* *m* *l.* 1. *in fin. l.* 23. §. 5. *ſup. de rei vind.* §. 18. *Inſt. de leg.* *n* Antiſtius Labeo, princeps eſt Proculianæ ſectæ, Cuiac. hic legit, *Iauolenus arg. l.* 23. *ſup. eo.* *o* regularum, *Hal.* *p* adde *l.* 16. *in fin. ſup. de fundo dotali.* *q* ea vindicari non poteſt: de ea tamen agitur ad exhibendum, *l.* 6 *ſup. ad exhibendum.* *r* ἡνωμένα. *ſ* συνημμένα.
t maneat idem, non tamen, *Hal. Cuiac. hic.* *u* §. 37. *in fin. Inſt. de rer. diuiſ. l.* 78. *j. de ſol.* *x* *l.* 4. *ſup. de iuris & facti ignorant. l.* 2. §. 15. *j. pro emptore, l.* 4. *C. qui bon. cedere.*
y id eſt, non in ipſa venditione ſtatim, *Cuiac. hic.* Quo tempore ſit interponenda authoritas in negotio pupillari, *v. Cuiac.* 13. *obſ.* 13.
z Veteri iure XII. tabularum, rei mobilis vſucapio, annus erat: cuius vſucapionis veſtigium hic extat, & *in l. cùm ſponſus,* 12. §. *pen. ſup. de Public. in rem actione.*
a in vſucapionibus continuum tempus, *Cuiac. apud* 19. *Vlp.* §. 8.
b hinc, Vſucapio eſt adeptio dominij per continuationem poſſeſsionis, *Vlp. ibid.* adde *l.* 3. *ſup. eo.* *c* In libertate morari, & liberum eſſe, differunt.
d *l.* 34. *ſup. de adq. poſſ.* *e* *v. l.* 47. *in fin. inf. eod.*
f *v. l.* 1. §. 5. *ſup. de adq. poſſ.*
g *l.* 1. §. 3. *ſup. de adq. poſſ.* *h* Colonus eſt in agro, inquilinus in ædificio, *l.* 25. *ſup. de adq. poſſ.* Appian. 2. *de bello ciuil.* inquilinos τοὺς ἐν οἰκοῦντας ἐν ἀλλοτρείοις οἰκίαις, ſic etiam incola dicitur *in l.* 1. *C. de falſa moneta*, & a Græcis ad *l.* 27. §. 11. *ſ. ad l. Aquil. Cuiac. hic.* *i* *l.* 27. *ſup. de adq. poſſ.* *k* *l.* 43. §. 3. *inf. eod.*
l ante eam tamen adprehenſam. *m* *l.* 44. §. 4. *inf. eo. l.* 2. §. 2. *inf. pro emptore.*
n pro emptore, *Accurſ.* plus enim valet res quam opinio heredis.

a *l.* 6. §. 3. *in fin. j. de precario.*
b *l.* 84. *inf. de furt.*
c Malæ fidei poſſeſſor & errans in iure, non vſucapit.
d *l.* 3. §. 2. *l.* 26. *ſup. de adq. poſſ.*
e Pars pro diuiſo certa eſt, ſi demonſtrari poteſt: pro indiuiſo, incerta: quãtitas ſi ſcitur quota ſit, certa eſt: ſi neſcitur, incerta.
f ipſo iure, mero iure.
g ne dicas malæ fidei: ſed omnes qui titulum habere poſſunt vt habent bonæ fidei emptores.
h Bonæ fidei poſſeſſor partum furtiuæ ancillæ ſuum facit, *l.* 10. *in fin. ſ. eod. l.* 11. §. 4. *ſup. de publiciana: l.* 48. §. 5. *inf. de furtis: l.* 3. *Cod. de vſucap. pro emptore, v. Cuiac.* 15. *obſ.* 20.
i id eſt, vſucapiunt.
k *v.* §. 2. *Inſtit. de vſuc.*
l *l.* 4. §. 6. *ſup. eo.* 17. *Gell.* 7. *d.* §. 9. His adde librum ſingularem Adriani Pulæi ad legẽ Attiniã.
† vide Nouellam Leonis 29. adde *l.* 48. §. 5. *j. de furtis.*
m *l.* 13. §. 19. *ſup. de adq. poſſ l.* 2. §. 1. *j. pro herede, l.* 23. *in fin. C. de locato.*
n id eſt, quemcunque. An hoc locum habet etiã in Principe? habere putat Cuiac. *conſultat.* 17.
o §. 1. *Inſt. eod.*
p Imo, videbitur *l.* 2. *in fin. j. pro emptore.*
q §. 3. *verſ. pro herede: Inſt. de interdict.*
r *l.* 2. §. 1. *j. pro herede.*
ſ Colonus nec viuo nec mortuo domino, vllam poſſeſsionem habet.
t eximuerit, *Cuiac. hic. & ad l.* 9. *ſup. quod metus cauſa:* eximuerit, ſiquæ quos videbat ad ſe venientes, *l.* 3. §. 6. *j. de vi & vi.*
u atque ita non cenſetur deiectus qui viſis hominibus armatis fugit; cenſetur, qui audito eorum aduentu fugit *d. l.* 3. §. 7. *j. de vi. l.* 9. *ſup. quod metus cauſa* [illegible] magis [illegible] quam [illegible] & [illegible] 1. *Epiſt.* [illegible] 2. *Natural.* [illegible] *in fin.*
x §. 2. *Inſt. de vſuc.* Theoph. [illegible] *Cic. pro Milone* [illegible] *familiarium Epiſt.*

b *l.* 16. *ſuprà eodem.*
y id eſt, vindicare. *z* ex ceſsione. *a* pro ſo[illegible] depoſitarium: commodator: per [illegible] per conductorem, §. 6. *in fin. inf. eod.*
c Debitor, per creditorem: depoſitor [illegible] commodatarium (an idem in locatore, [illegible] appellatur, ſi huiuſmodi perſonæ alij poſsidet, & vſucapit: Vſucapio tamen [illegible] tradiderunt & tradiderunt non [illegible] rem, vt hic. & *l.* 3. §. 9. *ſup. de adq. poſſ.* [illegible] modarunt, depoſuerunt, *l.* 3. *in fin. ſup. eod.* ſi obligauerunt, pignori dederunt, co[illegible] *prox. l. vlt. C. de adq. poſſeſſ.*
d *l.* 21. *in fin. ſupr. eod.*

poſſeſsione non ſubuertit *a*. ¶ Sed etſi debitoris ſeruus ſubripuerit, quamuis creditor poſsidere deſinat, tamen debitori vſucapio durat: non ſecus, ac ſi eam creditor debitori tradidiſſet. nam quantum ad vſucapiones attinet, ſerui *b*, ſubtrahendo res, non faciunt deteriorem dominorum conditionem.

¶ Faciliùs obtinebitur, ſi precariò poſsidente debitore, ſeruus eius ſubripuerit. nam conductio idem *c* præſtat, quòd ſi apud creditorem res eſſet. poſsidet enim hoc caſu creditor.

¶ Sed‖&‖ſi vtrumque interceſſerit, & precarij rogatio, & conductio, intelligitur *d* creditor poſsidere & precarij *e* rogatio non in hoc interponitur, vt debitor poſſeſsionem habeat, ſed vt ei tenere rem liceat.

De re peculiari à ſeruo vendita.

34. *Alfenus Varus*‖lib. I. Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

SI ſeruus, inſciente † domino, rem peculiarem vendidiſſet, emptorem vſucapere poſſe.

De homine cuius vſusfructus legatus eſt ſurrepto.

35. *Iulianus* libro 3. ad Vrſeium Ferocem.

SI homo, cuius vſusfructus legatus erat, ab herede nunquam poſſeſſus, ſubreptus fuiſſet: quæſitum eſt, quia heres *f* furti actionem non *g* haberet, an vſucapi poſsit? Sabinus reſpondit, nullam eius rei vſucapionem eſſe, cuius *h* nomine furti agi poſſet. agere autem furti eum qui frui deberet poſſe *i*. Quod ſic accipiendum eſt, vt fructuarius poterit vti frui. aliter enim homo in cauſa non perduceretur. ſed ſi vtenti iam & fruenti abductus homo fuerit, non ſolùm ipſe, ſed etiam heres furti agere poterit.

De re à non domino alienata.

36. *Gaius* lib. 2. Rerum quotidianarum ſiue aureorum.

POteſt *k* pluribus modis accidere, vt quis rem alienam aliquo errore deceptus tanquam ſuam *l* vendat fortè, aut donet: & ob id à bonæ fidei poſſeſſore res vſucapi poſsit. Veluti ſi heres rem defuncto commodatam aut locatam, vel apud eum depoſitam, exiſtimans hereditariam eſſe, alienauerit.

1 ¶ Item ſi quis aliqua exiſtimatione deceptus, crediderit ad ſe hereditatem pertinere, quæ ad eum non pertineat, & rem hereditariam alienauerit: aut ſi *m* is, ad quem vſusfructus ancillæ pertinet, partum "eius" exiſtimans ſuum eſſe, quia & fœtus pecudum ad fructuarium pertinet, alienauerit.

37. *Idem* lib. 2. Inſtitutionum.

FVrtum non committit. furtum enim ſine *n* affectu furandi non committitur *o*.

1 ¶ Fundi quoque alieni poteſt aliquis ſine *p* vi nanciſci poſſeſsionem, quæ vel ex negligentia domini vacet *q*, vel quia dominus ſine ſucceſſore deceſſerit, vel longo tempore abfuerit.

38. *Idem* ‖lib. 2. Rerum quotidianarum ſiue aureorum.‖

QVam rem ipſe quidem non poteſt vſucapere, quia intelligit alienum ſe poſsidere, & ob id mala *r* fide poſsidet. ſed ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit *ſ* is vſucapere: quia neque vi poſſeſſum, neque furtiuum poſsidet: abolita eſt enim quorundam veterum ſententia, exiſtimantium etiam fundi locive furtum fieri.

De ſuperficie.

39. *Marcianus*‖lib. 3. Inſtitutionum.‖

SI ſolum vſucapi non poterit, nec *u* ſuperficies vſucapietur.

De tempore vacuo.

40. *Neratius* libro 4. Regularum.‖

COeptam vſucapionem à defuncto, poſſe & ante *x* aditam hæreditatem impleri conſtitutum eſt.

Si rem domino ſurreptam procurator eius adprehenderit.

41. *Idem* ‖lib. 7. Membranarum.‖

SI rem ſubreptam mihi procurator meus adprehendit, quamuis per *y* procuratorem poſſeſsionem apiſci nos, iam ferè conueniat: nihilo magis eam in poteſtatem meam rediſſe, vſúque capi poſſe exiſtimandum eſt: quia contra ſtatui captioſum *z* erit.

De prædio dotali ſi venditor domino ſucceſſerit.

42. *Papinianus*‖lib. 3. Quæſtionum ‖

CVm *a* vir prædiũ dotale vendidit ſcienti, vel ignoranti rem dotis eſſe, venditio non valet *b*. quam

a id eſt, interuertit, *v. l. 15. in fin. ſup. de adq. poſſ.* ſubuertere eſt fraudare, Plautus *Curculione*: vel qui ipſi verſant, vel qui alij ſubuertendos præbent.
b *v. l. 40. ſupra de adq. poſſeſſ.*
c *v. §. 4. ſup. eod.* adde *l. 37. ſuprà de pign.*
d vide omnino Tiraquellum de iure conſtituti poſſeſſorij, *parte 5. limitatione 2. l. 1. inf. de ſolut.*
e *l. 10. ſup. tit. prox.*
† id eſt, ſciente, ſic in c. 5. legis Maniliæ, Qui termini hac lege ſtatuti erunt, ne quem eorum eiicito, néve loco moueto, *inſciens*, dolo malo, & ſic articulus, *In*, erit προσθετικος, *v. Cuiac. hic 15. obſ. 18.* quo nomine à Roberto reprehenditur, *2. recept. 34. 33. & 1. anim. 18.* vide quæ notaui ad *l. 1. §. 2. inf. de migrando*, legis Maniliæ reſtitutionem, vide apud Lipſ. 1. Electorum 15.
f *l. 33. §. 1. ſupr. de adq. rer.*
g Imò habere, *l. 10. C. de furtis*: Agitur hic de legatario, ſeu herede particulari.
h Vſucapi non poteſt is, cuius nomine furti agi poteſt.
i imò is non ſemper poteſt, *l. 17. l. 53. inf. de furtis.*
k *§. 4. Inſt. eod.*
l idque ſine dolo malo, *§. 1. Inſt. eo.*
m *§. 5. Inſt. eod.*
n *v. l. 53. in fi. inf. de furtis, §. 18. Inſt. de oblig. ex delict. §. 3. & 5. Inſt. hoc tit.*
o Imò committitur, *l. 77. inf. de furtis.*
p *§. 7. Inſt. eod.*
q Præſcriptio non currit contra ciuiliter poſsidentem.
r Præſumitur malæ fidei quis eſſe, qui alienum ſciens poſſidet, niſi docuerit ſe titulum habere.
ſ Clandeſtini vi[illegible] perſonale eſt, rem[illegible]le; neque vitio[illegible]m afficit [illegible] aſſ[illegible] vt ſur [illegible] Ceſtr. Alle[illegible].
t Meſurij & [illegible] *§. 7. verſ. aboli[illegible] Inſt. eod.* 11. *Gell.* [illegible] 8. adde *l. 14. §. 12. ſup. quod met.* Veterum appellatione his in [illegible] intelliguntur Brutus, Manilius, Sabinus, Labeo, *v. Cuiac. hic.*
u Argumentum a ſolo ad ſuperf[illegible]
x *l. 31. §. 5. inf. eod. l. 6. in fin. inf.* [illegible] *l. 26. ſuprà eod.*
y *l. 1. §. 7. ſup. eodem.* [illegible] *x. l. 30. ſup. ex quib. cauſ. maior.*
z Captioſæ interpretationes i[illegible] legibus, [illegible]utis, & conſuetudinibus non admittendæ.
a Dominium ſine poſſeſsione [illegible] duobus caſibus [illegible]dquiri, quidam ex has lege colli[illegible] [illegible] 16. [illegible] *dotali.* [illegible]

defuncta *a* poſtea *b* muliere in matrimonio, confirmari *c* conuenit, ſi tota dos lucro mariti ceſsit.

¶ Idem iuris eſt, cùm is qui rem furtiuam vendidit, poſtea domino heres exſtitit *d*.

De bona vel mala fide.

43. *Idem*‖lib. 22. Quæſtionum.‖

HEres eius qui bona fide *e* rem emit, vſu non capiet ſciens alienam, ſi modò ipſi poſſeſsio tradita ſit, continuatione verò non impeditur heredis ſcientia.

1 ¶ Patrem vſu non capturum, quòd filius emit, propter ſuam vel filij ſcientiam, certum eſt *f*.

De iuſto errore. 1. De ratihabitione. 2. Quo tempore ſpectatur bona fides. 3. De tempore vacuo. 4. De errore. 5. De pignore, de vſufructu. 6. De furore. 7. De filio vel ſeruo captiui.

44. *Idem* ‖ lib. 23. Quæſtionum. ‖

IVſto errore *g* ductus Titium filium meum, & in mea poteſtate eſſe exiſtimaui, cùm adrogatio non iure interueniſſet, eum ex re mea quærere mihi non exiſtimo. non enim conſtitutum eſt in hoc quod in homine libero, qui bona fide ſeruit, placuit: ibi propter *h* aſsiduam & quotidianam cõparationem ſeruorum ita conſtitui, publicè interfuit: nam frequenter ignorantia liberos emimus. non autem tam facilis *i*, frequens, adoptio vel adrogatio filiorum eſt.

1 ¶ Conſtat, ſi rem alienam ſcienti mihi vendas, tradas autem eo tempore, quo *k* dominus ratum habet, traditionis tempus inſpiciendum, rémque meam fieri.

2 ¶ Et ſi poſſeſsionis non contractus initium *l*, quoad vſucapionem pertinet, inſpici placet: nonnunquam tamen euenit, vt non initium præſentis poſſeſsionis, ſed cauſam antiquiorem *m* traditionis, quæ bonam fidem habuit, inſpiciamus. Veluti circa partum eius mulieris, quam bona fide cœpit poſsidere. non enim ideo minùs capietur vſu puer, quod alienam matrem, priuſquam eniteretur, eſſe cognouit.

¶ Idem in ſeruo poſtliminio reuerſo dictum eſt.

3 ¶ Nondum *n* aditæ hereditatis tempus vſucapioni datum eſt, ſiue ſeruus hereditarius aliquid comparat, ſiue defunctus vſucapere cœperat. ſed hæc iure *o* ſingulari recepta ſunt.

4 ¶ Filiusfamilias emptor alienæ rei, cùm patremfamilias ſe factum ignoret, cogit rem ſibi traditam poſsidere. cur non capiat vſu, cùm bona fides initio poſſeſsionis adſit, quamuis eum ſe per errorem eſſe arbitretur, qui rem ex cauſa peculiari quæſitam *p* nec poſsidere poſsit? Idem dicendum erit & ſi ex patris hereditate ad ſe perueniſſe rem emptam non *q* leui præſumptione credat.

5 ¶ Non mutat vſucapio *r* ſuperueniens pro emptore vel pro herede quo *ſ* minùs pignoris perſecutio ſalua ſit, vt *t* enim vſusfructus vſucapi *u* non poteſt ita perſecutio pignoris, quæ nulla ſocietate dominij *x* coniungitur *y*, ſed ſola *z* conuentione conſtituitur, vſucapione rei non perimitur.

6 ¶ Eum qui poſteaquam vſucapere cœpit, in furorem *a* incidit, vtilitate ſuadente relictum *b* eſt, ne languor animi *c* damnum etiam in bonis adferat, ex omni cauſa implere *d* vſucapionem.

7 ¶ Si cùm apud hoſtes dominus aut pater agat, ſeruus aut filius emat, an & tenere incipiat? Si quidem ex cauſa peculij poſſedit, vſucapionem inchoat, nec impedimento domini captiuitatem eſſe, cuius ſcientia non eſſet in ciuitate neceſſaria. ſi verò non ex cauſa peculij compareturr, vſu non capi, nec *e* iure poſtliminij quæſitum intelligi, cùm prius eſſet, vt quod vſucaptum *f* diceretur, poſſeſſum foret. ſin autem pater ibi deceſſerit: quia tempora captiuitatis ex die, quo capitur, morti iungerentur, poteſt dici filium & poſſediſſe ſibi & vſucepiſſe intelligi.

De locis iuris gentium, vel publicis. 1. De ſeruo hereditario.

45. *Idem*‖lib. 10. Reſponſorum.‖

PRæſcriptio longæ poſſeſsionis ad obtinenda loca iuris gentium *g* publica, concedi non ſolet. quod ita procedit, ſi quis ædificio funditus diruto, quod *h* in litore poſuerat *i*, aut dereliquerat *k* ædificium *l*, alterius poſtea eodem loco extructo occupantis datam exceptionem opponat. vel ſi quis, quod in fluminis publici diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alterum eodem iure prohibeat *m*.

a *l. 17. ſup. [illegible] dotalibus.*
b Celſ[illegible] prohibit[illegible] prohibit[illegible]
c Confirmatio [illegible] ſuperu[illegible]
d *d l. 1.* [illegible] *rem exiſt[illegible]*
e ſecu[illegible] de, *l. 2. §.* [illegible] *emptore.*
f Imò, [illegible] dum, *l. 2. §.* [illegible] *pro emptore.*
g facil[illegible] *l. 11. Cod.* [illegible] *cauſa: adde de decurion.*
h An qui magiſtrat[illegible] ſunt, ra[illegible] bent? *v.* [illegible] *tom. 17.* [illegible]
i *al.* tam [illegible] tam freq[illegible]
k adde [illegible] *ſupr. de p[illegible]*
l *l. 4. §. 1[illegible]* Initium [illegible] ſpectamus [illegible] *vnic. C.* [illegible] *transform.* [illegible] ueniens [illegible] vſucapion[illegible] ceat.
m Bona [illegible] gitur non initio ad[illegible] etiam [illegible] poſſeſsion[illegible] *ſupra de v[illegible] l. vn. C. de transform.*
n *l. 31. §.* [illegible] *l. 1. §. 35. [illegible] poſſ. l. 2. §. 1[illegible] emptore.*
o Iacente [illegible] tate cœpt[illegible] functum [illegible] procedit [illegible] gulari.
p *l. 49. §.* [illegible] *adq. poſſ.*
q *v. l. 31.* [illegible] *eodem.*
r trienni[illegible] decennij, [illegible] *obl. & aſ.*
ſ *l. 1. §. 2.* [illegible]
t Vſucapt[illegible] emptore v[illegible] herede, re[illegible] pignoris iur[illegible] perſequi[illegible] Cur ita? vſu[illegible] neutra[illegible] vſuc[illegible] perimitur: [illegible] nec pignus, [illegible] vſusfructus [illegible] prietate [illegible] tur: ita pig[illegible] perſecutio, nul[illegible] cietate domi[illegible] coniungitur.
u *l. 17. §. 2. [illegible] vſufr. l. 19. ſup. [illegible] bus modis vſusf[illegible]*
x dominio, *Hal.*
y *l. 1. §. 2. ſupr[illegible] pignoribus.*
z Immo re pig[illegible] conſtituitur, *§.* [illegible]

Inſtit. quibus modis re contrahitur obligat. a *l. 4. §. 3. ſupra eodem.*
b receptum, *Hal.* quod placet Cuiacio, alij, reſcriptum, alij, reſcitum, id eſt iterum atque iterum ſancitum.
c Animi vitium eſt furor, non corporis.
d v. quæ notaui ad *l. 7. §. 2. ſuprà de Publiciana.*
e *v. l. 19. in fin. ſup. ex quib. cauſ. maior.*
f *l. 15. & 25. ſuprà eod.*
g *v. l. 9. ſup. eod.*
h *v. Capolam caut. 23. & 149.*
i depoſuerat, *Hal.* quod non placet Cuiacio *hic.*
k hoc verbum ab interprete aliquo additum notat Cuiac. *hic.*
l ædificio alterius poſtea eodem loco extructo occupanti datam, &c. *Hal.* quod probat Cuiacius, *hic.*
m Imò prohibere poteſt *l. 7. inf. de diuerſ. ſolue*: qui ſolitus eſt piſcari in aliquo diuerticulo & deſiit, prohibere non poteſt, vt *hic*: qui non deſiit, poteſt, *v. Caſ.* [illegible] *Anton. & Cuiac. his.*

2 ¶ Poſt

1 ¶ Poſt mortem domini ſeruus hereditarius peculij nomine rem cœpit tenere. vſucapionis primordium erit tempus hereditatis *a* aditæ. quemadmodum etenim vſucapietur, quod ante defunctus non poſſederat?

Pro ſoluto.

46. *Hermogenianus* ‖ lib. 5. Iuris Epitomatorum. ‖

PRo *b* ſoluto vſucapit, qui rem debiti cauſa recipit, & non tantum quod debetur, ſed & quodlibet pro debito ſolutum, hoc titulo vſucapi poteſt.

De ignorantia.

47. *Paulus* ‖ lib. 3. ad Neratium.

SI emptam rem mihi, procurator ignorante me, meo nomine apprehenderit, quamuis poſſideam ‖ eam ‖ non vſucapiam: quia vt *c* ignorantes vſuceperimus, in peculiaribus tantum rebus receptum eſt.

De titulo opinato quo tempore ſpectatur bona fides.

48. *Idem* ‖ lib. 2. Manualium. ‖

SI exiſtimans debere tibi tradam, ita demum vſucapio ſequitur, ſi & *d* tu putes debitum eſſe.

¶ Aliud, ſi putem me ex *e* cauſa venditi teneri, & ideo tradam. hic enim, niſi actio *f* præcedat, pro emptore vſucapio locum non habet.

¶ Diuerſitatis cauſa in illo eſt: quod in cæteris cauſis *g* ſolutionis tempus inſpicitur. neque intereſt cùm ſtipulor, ſciam alienum eſſe, necne. ſufficit enim me putare meum eſſe, cùm ſoluis. in *h* emptione autem & contractus tempus inſpicitur, & quod ſoluitur. nec poteſt pro emptore vſucapere, qui non emit, nec pro ſoluto, ſicut in cæteris contractibus.

De re ſubrepta.

49. *Labeo* ‖ libro 5. Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI quid eſt ſubreptum, *i* id vſucapi non poteſt, antequam in domini poteſtatem peruenerit. *Paulus*: Imo forſitan & contra. Nam ſi id quod mihi pignori dederis, ſubripueris, erit ea res furtiua facta: ſed ſimul *k* atque in meam poteſtatem venerit, vſucapi poterit.

PRO EMPTORE. *l*

TIT. IV.

De litis æſtimatione.

Gaius lib. 6. ad Edictum Prouinciale.

POſſeſſor, qui litis æſtimationem obtulit, pro emptore incipit poſſidere. *m*

De titulo opinato. De bona fide. 2. De conditione. De errore. 3. De lege commiſſoria. 4. De in diem addictione. 5. De pacto vt ſi res diſplicuerit intra diem certum, inempta ſit. 6. De traditione rei non empta pro re empta, vel unà cum re empta. 7. De depoſito. 8. De tutore. 9. Vel procuratore emente. 10. De ſeruo 15. De pupillo vendente. De errore iuris vel facti. 16. De furioſo, vendente. 17. De eo qui vſucapiebat, vendente 18. De acceſſione poſſeſsionis. 20. De litis conteſtatione. De donatione.

2. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

PRo emptore poſſidet, qui re vera emit, nec *n* ſufficit, tantum in ea opinione eſſe eum, vt putet ſe pro emptore poſſidere, ſed debet etiam ſubeſſe cauſa emptionis. Si tamen exiſtimans me debere, tibi ignoranti tradam, vſucapies

¶ Quare ergo, & ſi putem me vendidiſſe, & tradam, non capies vſu? ſcilicet, quia in cæteris contractibus *o* ſufficit traditionis tempus. ſic denique, ſi ſciens ſtipuler rem alienam, vſucapiam: ſi cum traditur mihi, exiſtimem illius eſſe. at in *p* emptione & illud tempus inſpicitur, quo contrahitur. igitur & bona fide emiſſe debet, & poſſeſſionem bona fide adeptus eſſe.

1 ¶ Separata *q* eſt cauſa poſſeſſionis, & vſucapionis *r*. nam verè dicitur quis emiſſe, ſed mala fide. quemadmodum qui ſciens *ſ* alienam rem emit, pro emptore poſſidet, licet *t* vſu non capiat.

2 ¶ Si ſub conditione emptio facta ſit, pendente *u* conditione emptor vſu non capit.

¶ Idemque eſt, & ſi putet conditionem extitiſſe, quæ nondum exſtitit, ſimilis eſt enim ei, qui putat ſe emiſſe.

¶ Contra ſi exſtitit, & ignoret, poteſt dici ſecundum Sabinum, qui potius *x* ſubſtantiam intuetur, quàm opinionem, vſucapere eum.

¶ Eſt tamen nonnulla diuerſitas: quòd ibi, cùm rem putat alienam, quæ ſit venditoris, affectionem emptoris habeat. at cùm nondum putat conditionem exſtitiſſe, quaſi nondum putat ſibi emiſſe: quod apertius quæri poteſt, ſi cùm defunctus emiſſet, heredi eius tradatur, qui *y* neſciat defunctum emiſſe, ſed ex alia cauſa ſibi tradi, an vſucapio ceſſet.

3 ¶ Sabinus, ſi ſic empta ſit, vt niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta res fieret, non vſucapturum, niſi perſoluta pecunia. ſed videamus, vtrum *a* conditio ſit hoc, an conuentio. ſi conuentio eſt, magis reſoluetur, quàm implebitur *b*.

4 ¶ Si in diem addictio facta ſit (id eſt, niſi ſi quis meliorem conditionem attulerit, perfectam eſſe emptionem) & fructus *c* emptoris effici, & vſucapionem procedere, Iulianus putabat, alij *d* & hanc ſub conditione eſſe contractam: ille non contrahi, ſed reſolui *e* dicebat. quæ ſententia vera eſt.

5 ¶ Sed & illa emptio pura eſt, vbi conuenit, vt *f* ſi diſplicuerit intra diem certum, inempta ſit.

6 ¶ Cùm Stichum emiſſem, Dama per *g* ignorantiam mihi pro eo traditus eſt. Priſcus ait, vſu me eum non capturum: quia id quod emptum non ſit, pro emptore vſucapi non poteſt.

¶ Sed ſi fundus emptus ſit, & ampliores fines poſſeſſi ſint, totum longo tempore capi: quoniam vniuerſitas *h* eius poſſideatur, non ſingulæ partes.

7 ¶ Eius bona emiſti, apud quem mancipia depoſita erant? Trebatius ait, vſu ‖ te ‖ non capturum: quia empta non ſint.

8 ¶ Tutor *i* ex pupilli auctione rem, quam eius putabat eſſe, emit? Seruius ait, poſſe eum vſucapere, in cuius opinione decurſum eſt, eo quod deterior cauſa pupilli non ſit, ſi propius habeat emptorem, & ſi minoris emerit, tutelæ iudicio tenebitur, ac ſi alij minoris addixiſſet, idque & à Diuo Traiano conſtitutum dicitur.

9 ¶ Procuratorem quoque, qui ex auctione, quam mandatu domini facit, emerit, plerique putant, vtilitatis cauſa, pro emptore vſucapturum.

¶ Idem poteſt dici, & ſi negotia domini gerens ignorantis *k*, emerit, propter eandem vtilitatem.

10 ¶ Si ſeruus tuus peculiari nomine emat rem, quam ſcit alienam, licèt tu ignores alienam eſſe, tamen vſu non capies.

11 Celſus ſcribit, ſi ſeruus meus peculiari nomine apiſcatur poſſeſſionem, id etiam ignorantem *l* me vſucapere: quod ſi non peculiari nomine, non niſi ſcientem me, & ſi vitioſè cœperit poſſidere, meam vitioſam eſſe poſſeſſionem.

12 ¶ Pomponius quoque in his, quæ nomine domini poſſideantur, domini potius quàm ſerui voluntatem ſpectandam ait. quòd ſi peculiari, tunc mentem ſerui quærendam: & ſi ſeruus mala fide poſſideat, eámque dominus nanctus ſit, vt ſuo nomine poſſideat, adempto puta peculio, dicendum eſt, vt eadem cauſa ſit poſſeſſionis & ideo vſucapio ei non magis procedat.

13 ¶ Si ſeruus bona fide emerit peculiari nomine, ego vbi primum cognoui, ſciam alienam, proceſſuram vſucapionem Celſus ait. initium *m* enim poſſeſſionis ſine vitio fuiſſe. ſed ſi eo ipſo tempore quo emit, quanquam id bona fide faciat, ego alienam rem eſſe ſciam, vſu me non capturum.

14 ¶ Etſi, quod non bona fide ſeruus meus emerit, in pactionem libertatis mihi dederit, non ideo me magis vſucapturum: durare enim primam cauſam poſſeſſionis, idem Celſus ait.

15 ¶ Si à pupillo emero ſine tutoris auctoritate, quem puberem eſſe putem, dicimus vſucapionem ſequi: vt hic *n* plus *o* ſit in re, quàm in exiſtimatione. quod ſi *p* ſcias pupillum eſſe, putes tamen pupillis licere res ſuas ſine tutoris auctoritate adminiſtrare, non capies vſu: quia iuris *q* error nulli prodeſt.

16 ¶ Si *r* à furioſo, quem *ſ* putem ſanæ mentis, emero, conſtitit *t* vſucapere vtilitatis *u* cauſa me poſſe *x*, quamuis nulla *y* eſſet emptio, & ideo neque de euictione actio naſcitur mihi, nec *z* Publiciana competit, *a*, nec acceſſio poſſeſſionis.

17 ¶ Si eam rem quam pro emptore vſucapiebas, ſcienti mihi alienam eſſe vendideris, non *b* capiam vſu.

18 ¶ Etiam heredi vlteriori defuncti poſſeſſio proderit: quamuis *c* medius heres poſſeſſionem eius nanctus non ſit.

19 ¶ Si defunctus bona fide emerit, vſucapietur res, quamuis heres ſcit alienam eſſe.

¶ Hoc & in bonorum poſſeſſione, & in fideicommiſſariis, quibus ex Trebelliano reſtituitur hereditas, cæteriſque prætoriis ſucceſſoribus obſeruatum eſt.

20 ¶ Emptori *d* tempus venditoris *e* ad vſucapionem procedit.

21 ¶ Si rem alienam emero, & cum vſucaperem, eandem rem dominus à me petierit, non interpellari vſucapionem meam litis conteſtatione. Sed ſi litis æſtimationem ſufferre maluerim: ait Iulianus cauſam poſſeſſionis

a *l.* 3. *fin. ſup. de Publician.*
b Hic & in vulgata, & Haloandri editione incipit titulus, Pro ſoluto, quod Auguſtinus improbat. 3. *emendat.* ego verò non improbo. eſt enim *pro ſoluto* titulus, *vt hic*. vide ad hunc locum Cæpolam tractatu de vſucapione *pro ſoluto*. vbi notat hunc titulum aliis eſſe generaliorem: explicat quoque huius Tituli neceſſitatē. Item, An vſucapio pro ſoluto locum habeat indiſtinctè in contractibus nominatis, excepta ſtipulatione, & quæ requirantur, vt hic Titulus competat.
c *l.* 2. §. 11. ǰ. *pro emptore.*
d *l.* 3. ǰ. *pro ſuo.*
e *l.* 2. ǰ. *tit. prox.*
f auctio, *v. Vlp.* 22. §. 16.
g *l.* 10. *ſup. eod. l.* 2. *in fin. pr.* ǰ. *pro emptore.*
h *v. l.* 1. ǰ. *pro emptore.*
i §. 2. *Inſt. eod. l.* 2. *C. de vſucap. pro donato.*
k Imo, ante: *l.* 5. ǰ. *tit. prox.* dic vt ibi notaui.
l 7. *Cod.* 26. περὶ τῆς ὡς ἐξ ἀγορασίας νομῆς (vel γενομένης) δεσπότης. 50. *Eclog.* 4.
m Æſtimatio emptionis ſpecies, *l.* 3. ǰ. *eod. l.* 46. *ſup. de rei vind. l.* 1. *ſup. de æſtimatoria.*
n *l.* 1. ǰ. *pro donato l.* 84. *ſup. tit prox.*
o *l.* 48. *ſup. tit. prox.*
p vide *l.* 48. *in fin. ſup. de vſucap.*
q Cur? poteſt quis poſſidere, non tamen vſucapere: poteſt enim accidere Vt tu rem verè cõparaueris, & tamen nõ vſucapias, quod mala fide eam tu emeri.
r hæc bonam fidē exigit: illa non exigit. Non omnis qui poſſidet etiam vſucapit: & è contra.
ſ Separatorum diuerſa ratio, *l.* 29. *ſup. de contr. empt.*
t *l.* 4. *ſup. de in diem l.* 2. *Cod. de præſcr. long.*
u *l.* 8. *verſ. quid ſi pend. conditione, ſup. tit. de peric.*
x Subſtantia potius, id eſt veritas intuenda quam opinio, *vt* §. 15. ǰ. *eo.* Imo minus intuēda, *l.* 14. *ſup. de acq. poſſeſſ.*
y *l.* 35. *circa fin. ſup. de vſurpat.*

a *l.* 1. *ſup. de lege commiſſoria.*
b hoc autem Paulus probare videtur.
c *l.* 6. *ſup. de in diem.*
d ex his eſt Vlpianus. Solet Paulus, cum Vlpianum reprehendit, Vlpiani nomen ſupprimere *l.* 40. *ſup. de rebus cred.*
e *l.* 2. *ſupra de in diem l.* 1. *ſupra de lege commiſſoria.*
f *l.* 3. *ſup. de contra. empt.*
g *l.* 34. *ſup. de acq. poſſ.*
h *l.* 30. *ſup. de acq. poſſ.*
i Emere rem pupilli ex auctione tutor poteſt, *vt hic*: eadem ratione Comes patrimonij: ſed & rerum priuatarum, vt & palatini, & patronus fiſci ex auctione fiſcali, res emere poſſunt, *l. vlt. C. de fide & iure haſtæ fiſc.* non aliter, *C. de reſcind. vend.*
k ignorans, *Cuiac. hic*: adde *l.* 19. §. 3. *ſup. de negot.*
l ignorante me: *Hal.* adde *l.* 8. *ſup. de vſucap. l.* 2. ǰ. *pro ſuo.*
m *l.* 43. *ſup. de vſucapionib.*
n ordo eſt inuerſus, vt hic plus ſit in exiſtimatione, quæ in re, *Cuiac. ibid.*
o Imo plus non eſt. §. 2. *ſup. eod.* §. 11. *Inſt. de legatis. l.* 13. *l.* 15. ſ. *de acquir. poſſeſſ.*
p *l.* 31. ſ. *de vſucap.*
q Error iuris nulli prodeſt.
r v. Antonium Fabrum 1. *Coniect.* 18.
ſ ſecus ſi ſciens, *l.* 13. §. 1. ſ. *de her. pet.*
t conſtitutum eſt. *Hal. v. l.* 13. ſ. *de vſurpat.*
u Vtilitatis publicæ cauſa quædā ſpecialiter permittuntur.
x Imo non poteſt: nam pupilli res vſucapi non poteſt. *l.* 78. *de acq. hered. l.* 10. ſ. *quemadm. ſeruit.*
y Imo valet emptio, ſiue tempus intermiſſi furoris ſpectes, ſiue ipſius furoris, valet enim tempore intermiſſi furoris, *l.* 2. *Cod. de contrahend. emption.* Nemo autem ita ſupinus eſt, vt cum verè furioſo contrahere velit.
z Hæc verba, *nec publiciana competit*, Cuiacius expungit, *hic*, quo nomine à Roberto reprehenditur, 2. *recept. lect.* 6. *&* 2. *animad.* 27. defenditur ab Antonio Mercatore 2. *not.* 27. v. eundem Cuiac. 6. *obſer.* 29. *in fin.* v. Fabrum, 1. *Coniect.* 18.
a Imo competit *l.* 7. §. 2. ſ. *de publiciana.* Competit ſtricto iure, non ex æquo: vel competit aduerſus extraneum, ſi fortè furioſus rem ſuam vendidit: non ſuam ac propriam.
b Cur ita? v. *l.* 156. §. *plerunque* ǰ. *de reg. iur.*
c *l.* 44. §. 3. ſ. *de vſurpat.*
d *l.* 14. *l.* 15. §. 2. ǰ. *de diuerſ. l.* 76. ſ. *de contrah. empt.* §. 13. *verſ. inter venditorem* ſ. *de vſucap.*
e adde *l.* 11. *C. de præſcr. long.*

poſſeſſionis mutari *a* ei qui litis æſtimationem ſuſtulerit. Idémque eſſe, ſi dominus ei qui rem emiſſet à non domino, donaſſet. Eáque ſententia vera eſt.

De litis æſtimatione.

3. *Vlpianus*‖lib. 75. ad Edictum.‖

LItis *b* æſtimatio ſimilis *c* eſt emptioni.

De emptore, qui ſciebat partem eſſe alienam.

4. *Iauolenus* ‖lib. 2. ex Plautio.

EMptor fundi partem eius alienam *d* non eſſe ignorauerat *e*. reſponſum eſt, nihil eum ex eo fundo longa poſſeſſione capturum. quod ita verum eſſe exiſtimo, ſi quæ pars aliena eſſet in eo fundo, emptor ignorauerat. Quòd ſi certum locum eſſe ſciret, reliquas partes longa poſſeſſione capi poſſe, non dubito.

1 ¶ Idem iuris eſt, ſi is qui totum fundum emebat, pro indiuiſo partem aliquam alienam eſſe ſcit. eam enim duntaxat non capiet. cæterarum partium non impedietur longa poſſeſſione capio.

De pignore ſubrepto.

5. *Modeſtinus* ‖ lib. 10. Pandectarum.‖

SI rem *f*, quam tibi pignoraui *g*, ſubripuero, eámque diſtraxero, de vſucapione dubitatum *h* eſt? Et verius *i* eſt, vtiliter *k* cedere tempora vſucapionis.

De precario. 1. De emptore qui ſciebat quaſdam ex rebus emptis eſſe alienas. 2. De tempore vacuo.

6. *Pomponius* " libro 32. ad Sabinum."

QVi, cum pro herede vel pro emptore vſucaperet, precario rogauit, vſucapere non poteſt quid porro inter eas res intereſt, cùm vtrobique deſinat ex prima cauſa poſſidere qui precario vult habere?

1 ¶ Si ex decem ſeruis, quos emerim, aliquos *l* putem alienos, & qui ſint, ſciam: reliquos *m* vſucapiam *n*. quod ſi ignorem *o*, qui ſint alieni, neminem *p* vſucapere poſſim.

2 ¶ Poſt mortem eius, qui hominem emerit, expleto tempore, quod defuiſſet ad vſucapionem, quamuis eum hominem heres poſſidere non cœpiſſet, fiet tamen eius. ſed ita hoc, ſi *q* nemo eum poſſediſſet.

De parte fundo olim empto addita. 2. De eo qui mandato ſerui emit, & manumiſſo tradidit. 3. De tutore. 4. De bona fide. 5. De prohibito deminuere. 6. De procuratore vendente. 7. De re furtiua. 8. De libero homine bona fide ſeruiente.

7. *Iulianus* ‖ lib. 44. Digeſtorum.‖

QVi fundum pro emptore poſſidebat, antequam diutinam poſſeſſionem impleret, deceſſit. ſerui, qui in poſſeſſionem relicti fuerant, diſceſſerunt relinquendæ eius gratia. quæſitum eſt, an nihilominus *r* heredi tempus longæ poſſeſſionis procedere poteſt? Reſpondit, etiam diſcedentibus *ſ* ſeruis hoc tempus heredi procedere.

1 ¶ Si fundum Cornelianum pro emptore longa poſſeſſione capiam, & partem ex vicini fundo ei adiiciam, vtrum eam quoque partem reliquo tempore pro emptore capiam, an integro ſtatuto tempore? Reſpondi, partes, quæ emptioni fundi adiiciuntur, propriam ac ſeparatam conditionem habent & ideo poſſeſſionem quoque earum ſeparatim nanciſci oportere, & longam *t* poſſeſſionem earum integro ſtatuto tempore impleri.

2 ¶ Seruus meus Titio mandauit, vt fundum ei emeret, eique manumiſſo Titius poſſeſſionem tradidit. quæſitum eſt, an longa poſſeſſione caperet? Reſpondit, ſi ſeruus meus mandauerit Titio, vt fundum emeret & manumiſſo ei Titius fundum tradiderit, cùm putaret "&" peculium ei conceſſum eſſe, vel etiam cum ignoraret peculium conceſſum non eſſe, nihilominus *u* ſeruum diutina poſſeſſione capere: quia aut ſcit ſeruus peculium ſibi conceſſum non eſſe, aut ſcire debet: & per hoc ſimilis eſt ei, qui ſe creditorem eſſe ſimulat. quòd ſi ſcierit Titius peculium manumiſſo conceſſum non eſſe, donare potius, quàm indebitum fundum ſoluere intelligendus eſt.

3 ¶ Si tutor rem pupilli ſubripuerit, & vendiderit, vſucapio non contingit *x*, prius quàm res in poteſtatem pupilli redeat: nam tutor in re pupilli tunc domini *y* loco habetur, cùm tutelam adminiſtrat, non *z* cum pupillum ſpoliat *a*.

4 ¶ Qui bona fide alienum fundum emit, & poſſeſſionem eius amiſit *b*, deinde eo tempore apprehendiſſet, quo ſcit rem alienam eſſe, non capiet longo tempore, quia initium ſecundæ poſſeſſionis vitio non carebit. nec ſimilis eſt ei, qui emptionis quidem tempore putat fundum vendentis eſſe, ſed, cùm traditur, ſcit alienum eſſe. Cùm enim ſemel amiſſa fuerit poſſeſſio, initium rurſus reciperatæ poſſeſſionis ſpectari oportet *c*. Quare ſi eo tempore redhibeatur homo, quo emptor ſcit alienum eſſe, vſucapio non contingit. quamuis antequam venderet, ſin ea cauſa fuerit, vt vſucaperet.

¶ Idem iuris eſt in eo, qui de fundo deiectus, poſſeſſionem per interdictum reciperauit, ſciens iam alienum eſſe.

5 ¶ Qui ſciens emit ab eo quem prætor vt *a* ſuſpectum *b* heredem deminuere vetuit, vſu *c* non capiet.

6 ¶ Procurator tuus ſi fundum, quem centum aureis vendere poterat, addixerit triginta aureis, in hoc ſolum, vt te damno adficeret, ignorante emptore, dubitari non oportet, quin emptor longo tempore capiat. *a* Nam & cùm ſciens quis alienum fundum vendidit ignoranti, non interpellatur longa poſſeſſio.

¶ Quod ſi emptor cum procuratore colluſit, & eum præmio corrupit, quo *d* vilius mercaretur, non intelligetur bonæ fidei emptor, nec longo tempore capiet, & ſi aduerſus petentem dominum vti cœperit exceptione *rei voluntate eius vendita*, replicationem doli vtilem futuram eſſe.

7 ¶ Furtiua res non intelligitur rediiſſe *e* in domini poteſtatem, quamuis poſſideret ‖eam‖, ſi modo ignorauerit ſubreptam ſibi eſſe. ſi igitur ſeruum, qui tibi ſubreptus erat, ignoranti tibi tuum eſſe, pignori dedero, & ſoluta pecunia, eam Titio vendidero, Titius vſucapere non poterit.

8 ¶ Liber *f* homo, qui bona fide nobis ſeruit hiſdem modis ex re noſtra acquirit nobis, quibus per ſeruum noſtrum acquirere ſolemus. quare ſicut traditione *g*, ita vſucapione rem noſtram faciemus, interueniente libera perſona, & ſi peculij nomine, quod nos ſequi debet emptio contracta fuerit, etiam ignorantes vſucapiemus.

De venditore conſumpturo pecuniam.

8. *Idem* ‖ lib. 2. ex Minicio.‖

SI quis cùm ſciret venditorem pecuniam ſtatim conſumpturum, ſeruos ab eo emiſſet, plerique reſponderunt, eum nihilominus bona fide emptorem eſſe. idque verius eſt: quomodo enim mala fide emiſſe videtur, qui à *h* domino emit? niſi fortè & is qui à luxurioſo & protinus *i* ſcorto *k* daturo pecuniam, ſeruos emit, non vſucapiet.

De partu ancillæ furtiuæ.

9. *Idem* ‖lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.‖

QVi ob *l* pactionem libertatis ancillam furtiuam à ſeruo accepit, poteſt *m* partum eius quaſi emptor vſucapere.

10. *Idem* ‖lib. 2. ad Minicium.

SEruus domino ancillam, quam ſubripuerat, pro capite ſuo dedit. ea concepit. quæſitum eſt, an dominus eum partum vſucapere poſſit? Reſpondit: Hic dominus quaſi emptor partum vſucapere poteſt. namque res ei abeſt pro hac muliere, & genere *n* quodammodo venditio inter ſeruum & dominum contracta eſt.

De errore falſæ cauſæ.

11. *Africanus* ‖lib. 7. *o* Quæſtionum.‖

QVod vulgo traditum eſt, eum *qui exiſtimet ſe quid emiſſe. nec p emerit; non poſſe pro emptore vſucapere*: hactenus verum eſſe ait, ſi *q* nullam iuſtam cauſam eius erroris emptor habeat. nam ſi fortè ſeruus vel procurator, cui emendam rem mandaſſet, perſuaſerit ei ſe emiſſe, atque ita tradiderit, magis eſſe, vt vſucapio ſequatur.

12. *Papinianus* ‖ lib. 10. Reſponſorum.‖

MIſſo *r* legatario in poſſeſſionem, res pro emptore vſucapiuntur, ſalua *ſ* prætorij pignoris cauſa.

De denuntiatione.

13. *Scæuola*‖lib. 5. Reſponſorum.‖

ALienam aream bona fide emit *t*, & ante impletam diutinam poſſeſſionem ædificare cœpit, ei denuntiante *u* domino ſoli intra tempora diutinæ poſſeſſionis perſeuerauit. quæro, vtrum interpellata ſit, an cœpta durauerit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non *x* eſſe interpellatum *y*.

De re communi.

14. *Idem* " lib. 25. Digeſtorum."

INteſtatæ ſororis hereditas obuenit duobus fratribus, quorum alter abſens erat, alter præſens. præſens etiam abſentis cauſam agebat: ex qua hereditate ſuo & fratris ſui nomine fundum in ſolidum vendidit Lucio Titio bona fide ementi. quæſitum eſt, cum ſcierit partem fundi abſentis eſſe, an totum fundum longa poſſeſſione cœperit? Reſpondit *z* ſi crediſiſſet *a* mandatu fratris veniſſe, per longum tempus cœpiſſe.

x imo eſt interpellatum, *l. vlt. C. de neg.*
y interpellatam, *Hal.*
z ex iuſta cauſa, *l. 110. ff. de verb. ſign.*
a Emptor non eſt malæ fidei poſſeſſor qui ſcit rem eſſe alienam, ſi tamen credat, venditorem mandatum habere vendendi: proinde qui rem alienam ſciens eam comparat ab eo quem putat vendendi mandatum habere, rem ipſam pro emptore poteſt præſcribere. Per contrarium qui emit ab aliquo tanquam negotiorum geſtore, vel coniuncta perſona malæ fidei poſſeſſor fuerit, ſi venditorem mandatum vendendi non habere ſciuerit.

a atqui id nemo facere poteſt. *l. 13. §. 1. ff. de vſucap.*
b De ratione litis æſtimandæ, v. Cic. *orat. pro Cluentio.*
c *l. 1. ff. eod. l. 46. ff. ff. de rei vind. l. 7. §. 1. ff. de Publiciana. l. 5. §. 1. ff. commodati, l. 22. ff. de euictionib. l. 1. ff. de æſtimat. l. 22. ff. rer. amot.*
d alienam eſſe non *Cuiacius.*
e *l. 6. ff. eod. l. 46. ff. de rei vind. l. 3. §. 3. ff. commodati* fortè legendum *non ignorauerat.*
f meam ſc.
g *l. 4. §. 21. ff. de vſurpat.*
h ob diſtinctionem: de qua dixi, *l. vlt. ff. de vſucap.*
i imo, aliud eſt *l. 6. C. eod.*
k poſt reſtitutam poſſeſſionem creditori, *l. vlt. ſup tit. prox.* vel ita aduerſus eum creditorẽ cui res pignorata non fuit ſubrepta? aduerſus eum autem cui fuit ſubrepta, non poteſt niſi ſpatio 40. an. præſcribi.
l puta ſex. *l. 4. ſup. eod. l. 43. ſup. de acq. poſſ.*
m pone quatuor.
n Cur? bona fides in aliquibus cenſetur, & in aliis mala fides.
o omnino.
p Cur? dubitatio & ignorantia in omnibus nocet etiã in ſingulis.
q *l. 29. ſup. de vſurpat.*
r i. nullo modo *vt l. 13. §. vlt. C. de iudiciis. l. 56. C. de decurionib.* vt & quo magis, pro quo minus. *l. 13. C. de iudiciis. l. 1. C. qui dare tutores.* Cuiacius reprehenſus à Roberto *2. recept. 28.*
ſ *l. 1. §. 14. ſup. de acq. poſſ.*
t *v. l. 2. §. 6. ſup. eo.*
u nihilo magis, *Hal.* Gilbert. Regius, *nihilominus* ſignificare ait idem quod *nihilo magis. 2. Enantiop. 20.* reprehenſus ob id à Robert. *2. recept. 18.* vt nihilominus, pro nullo modo, *Cuiac. hic.*
x imo, contigit, *l. 24 in fi. ſup. de acq. poſſ.*
y v. quæ notaui ad *l. 7. ſup. de in litem iurando. l. 56. §. 4. ff. de furt.*
z Spoliandi & adminiſtrandi differentia.
a Qui alium ſpoliat, non adminiſtrat, *v. l. 3. Cod. de neceſſariis.*
b *l. 15. §. 2. ſup. de vſurpationib.*
† fortè legendum, *nec diſſimilis.* arg. *l. 10. ſup. de vſucapionib.*
c excipe *l. 28. in fin. ſupra de noxalib.*

PRO

PRO a HEREDE b, VEL PRO poſſeſſore c.

TIT. V.

De bonis viui.

Pomponius libro 32. ad Sabinum.

PRo herede ex viui d bonis nihil vſucapi poteſt e, etiamſi poſſeſſor mortui rem fuiſſe exiſtimauerit.

De prætorio pignore. 1. De cauſa poſſeßionis ſibi non mutanda.

2. *Iulianus* lib. 44. Digeſtorum.

QVi legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſsionem mittitur, non f interpellat poſſeſsionem eius, qui pro herede vſucapit. cuſtodiæ enim cauſa rem tenet. quid ergo eſt? etiam impleta vſucapione g ius h pignoris retinebit, vt non prius diſcedat, quam ſi ſolutum legatum ei fuerit, aut eo nomine ſatiſdatum.

1 ¶ Quod vulgò reſpondetur, i, *cauſam* k *poſſeſſionis neminem ſibi mutare poſſe*, ſic accipiendum eſt, vt poſſeſsio non ſolum ciuilis, ſed etiam naturalis intelligatur. Et propterea reſponſum eſt, neque colonum l, neque eum apud quem res depoſita m, aut cui commodata n eſt, lucri faciendi cauſa pro herede vſucapere poſſe.

2 ¶ Filium o quoque donatam rem p à patre, pro herede negauit vſucapere Seruius, ſcilicet qui exiſtimabat q, naturalem poſſeſsionem r penes eum fuiſſe viuo patre. Cui conſequens eſt, vt filius à patre heres inſtitutus, res hereditarias à patre ſibi donatas, pro parte cohæredum vſucapere non poſſit.

De re quam putat heres eſſe hereditariam.

3. *Pomponius* lib 23. ad Quintum Mucium.

PLerique putauerunt, ſi heres ſim, & putem rem aliquam ex hereditate eſſe, quæ non ſit ſ, poſſe me vſucapere.

De teſtamenti factione.

4. *Paulus* lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam.

COnſtat eum, qui t teſtamenti factionem habet, pro herede vſucapere poſſe.

PRO DONATO u.

TIT. VI.

De errore falſæ cauſæ. 1. De patre & filio. 2. De viro & vxore.

PRo donato is vſucapit, cui donationis cauſa res tradita eſt. nec x ſufficit opinari, ſed & donatum eſſe oportet.

1 ¶ Si pater y filio quem in poteſtate habet, donet, deinde decedat, filius pro donato non capiet vſum, quoniam nulla donatio fuit.

2 ¶ Si inter z virum & vxorem donatio facta ſit, ceſſat vſucapio.

¶ Item ſi vir vxori rem donauerit, & diuortium interceſſerit, ceſſare vſucapionem Caſſius reſpõdit. quoniam non poſsit cauſam poſſeſsionis ſibi ipſa mutare. alias ait, poſt diuortium ita vſucapturam ſi eam maritus conceſſerit, quaſi nunc donaſſe intelligatur. Poſſidere a autem vxorem rem à viro donatam, Iulianus putat.

De litis conteſtatione.

2. *Marcellus* lib. 22. Digeſtorum.

SI is qui alienam rem donauerit, reuocare conſtituerit donationem: etiam ſi iudicium ediderit b, rémque cœperit vindicare, curret vſucapio.

De viro & vxore.

3. *Pomponius* lib. 24. ad Quintum Mucium.

SI vir vxori, vel vxor viro donauerit, ſi aliena c res donata fuerit, verum eſt quod Trebatius putabat, ſi pauperior is qui donaſſet, non fieret, vſucapionem poſsidenti procedere.

De patre & filia.

4. *Idem* libro 32. ad Sabinum.

SI pater filiæ donauerit, quæ in poteſtate eius erat, & eam exheredauerit, ſi id heres eius ratum d habeat, exinde ea vſucapiet donationem, qua ex die ratam heres donationem habuerit.

De manumißione.

5. *Scæuola* lib. 5. Reſponſorum.

QVi pro donato cœperat vſucapere, manumittendo e nihil egit, quia f nec dominium nanctus fuerit. quæſitum eſt, an vſucapere deſierit. reſpondi, eum de quo quæritur, omiſiſſe g videri poſſeſsionem, & ideo vſucapionem interruptam.

a v. Theophilum §. 3. *Inſtit. de interdictis.* pro herede vſucapit verus heres, ſi rem aliquam putet eſſe ex hereditate, quæ non ſit, vel ſi iuſtam cauſam habuerit ſe exiſtimandi heredem, *v. l. 3. inf.*
b 7. *C. 29. 50. Ecl. 5. v. l. 11. ſup. de hered. pet. Theophil. §. 3. Inſt. de interdictis.*
c id eſt, pro bonorum poſſeſſore, *v. l. 11. ſup. de hered. pet.*
d *l. 3. C. eod. l. 1. ſ. de hered. vend. §. vlt. Inſtit. de hered. qualit. l. 19. ſupr. de adq. hered.*
e Atqui poteſt ex legato, *l. 5. inf. pro legato.* cur tam variè? fortè quod legata viuo teſtatore præſtari poſſunt, *l. 22. ſuprà de leg. 2. l. 6. ſup. de auro. l. 11. C. de legat.* hereditas non item, *v. Cuiac. hic.*
f non interrumpit, *l. 12. ſuprà pro emptore.*
g longi temporis, *l. vlt. C. de oblig.*
h *l. 1. §. 2. ſupra de pign.*
i *l. 3 §. 39. ſupr. de adq poſſeſſ l. 33. §. 1. ſup. de vſucap.*
k Cauſa poſſeſſionis, Titulus.
l *l. 31. §. 1. in fin. ſ. de vſurpat.*
m *l. 17. §. 1. ſup. de poſiti.*
n *l. 8. l. 9. ſup. commodati.*
o *v. l. nihil. C. eod. & Socin. 154.*
p adde *Paul. 5. ſent. 11. §. 3.*
q de fictionis beneficio dixi ad *l. 8. C. de ſuis.*
r adde & quodammodo dominium, *l. 11 ſup. de liberis.*
ſ Vel iuſtam cauſam habuero exiſtimandi me heredem eſſe, *l. 11. ſupra de hered. pet. l. 33. §. 1. ſup. de vſurpat.*
t *v. l. 7. inf. pro legato.*
u 7. *C. 27. 50. Eclog. 6.*
x Error falſæ cauſæ vſucapionem non parit, *l. 27. ſ. de vſurp. l. 1. ſup. pro empt. l. 6. infrà pro derelicto: l. 23. inf. pro legat. l. 3. l. 4. C. pro herede, §. 11. Inſt. de vſurpat.*
y *Paul. 5. ſent. 11. §. 3.*
z *v. l. 3. inf. eod.*
a naturaliter, non ciuiliter, *v. l. 26. ſup. de donat. inter virum & vxorem, l. 1. §. 4. v l. 6. ſup. de adq. poſſeſſ.*
b id eſt, litem fuerit conteſtatus. Cur ita? vſucapio litis conteſtatione non interrumpitur, *l. 2. in fin pro emptore, l. 18. ſuprà de rei vindicat.*
c *l. 25. in fin. ſup. de donat. inter vir.*
d *l. 4. §. 1. inf pro ſuo.*
e *l. 4. C. de his qui à non domin.*
f Ante completam vſucapionem non eſt adquiſitum dominium vſucapienti.
g Non dominus manumittendo ſeruum, poſſeſsionem amittit: ideoque vſucapio interrumpitur.

De venditione facta donationis cauſa.

6. *Hermogenianus* lib. 2. Iuris Epitomarum.

DOnationis a cauſa facta venditione, non pro emptore, ſed pro donato res tradita vſucapitur.

PRO DERELICTO b.

TIT. VII.

De re à domino habita pro derelicto.

Vlpianus lib. 12. ad Edictum.

SI res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit c, & occupantis ſtatim ſit, quia iiſdem d modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus adquiruntur.

2. *Paulus* lib. 54. ad Edictum.

PRo derelicto rem à e domino habitam ſi ſciamus, poſſumus adquirere.

1 ¶ Sed Proculus non deſinere eam rem domini eſſe, niſi ab alio poſſeſſa fuerit. Iulianus f, deſinere quidem omittentis eſſe, non fieri autem alterius, niſi poſſeſſa fuerit. & recte.

De parte.

3. *Modeſtinus* lib. 6. Differentiarum.

AN pars pro derelicto haberi poſsit g, quæri ſolet.

¶ Et quidem ſi in re communi h ſocius partem ſuam reliquerit, eius eſſe deſinit. vt i hoc k ſit in parte, quod in toto. Atquin totius l rei dominus efficere non poteſt, vt partem retineat, partem pro derelicto habeat.

De bona fide

4. *Paulus* lib. 15. ad Sabinum.

ID quod pro derelicto habitum eſt, & haberi putamus m, vſucapere poſſumus, etiam ſi ignoramus, à quo derelictum ſit.

De emptione. 1. De re à domino habita pro derelicto.

De mißilibus.

5. *Pomponius* lib. 32. ad Sabinum.

SI id quod pro derelicto habitum n poſsidebas, ego ſciens in ea cauſa eſſe, abs te emerim, me vſucapturũ conſtat. nec obſtare, quod in bonis tuis non fuerit. Nam & ſi tibi rem ab vxore donatam ſciens emero, quia quaſi o volente & concedente domino id faceres, idem iuris eſt.

1 ¶ Id quod quis pro derelicto habuerit, continuò meum p fit: ſicuti cùm quis æs q ſparſerit, aut aues amiſerit †, quamuis incertæ perſonæ voluerit eas eſſe, tamen eius fierent, cui caſus tulerit. eáque cùm quis pro derelicto habeat, ſimul intelligitur voluiſſe alicuius fieri.

Si quis falsò exiſtimauerit rem pro derelicto habitam eſſe.

6. *Iulianus* lib. 3. ad Vrſeium Ferocem.

NEmo poteſt pro derelicto vſucapere, qui r falsò exiſtimauerit rem pro derelicto habitam eſſe.

De iactu mercium.

7. *Iulianus* lib. 2. ex Minicio.

SI quis merces ex naue ſ iactatas inueniſſet, num ideo vſucapere non poſsit, quia non viderentur derelictæ, quæritur? Sed verius eſt, eum pro derelicto vſucapere non poſſe.

De alimentis ancillæ negatis.

8. *Paulus* libro 18. Reſponſorum.

SEmpronius Thetidi t ſtatus quæſtionem facere tentabat, *quaſi* u *de ſerua ſua nata ſit*. qui iam teſtato conuentus à Procula nutrice † Thetidis in ſoluendis alimentis, reſpondit, non ſe habere, vnde alimenta eiuſdem exſoluat, ſed debere eam x patri ſuo reſtituere Lucio Titio. ídque ea illa in teſtationem redegiſſet, vt poſtea nullam quæſtionem pateretur ab eodem Sempronio. Lucius Titius, Seiæ Proculæ ſolutis alimentis, puellam vindicta manumiſit. quæro, an poſsit reſcindi libertas Thetidis y? Paulus reſpondit, quoniam dominus ancillæ, ex qua Thetis

a *l. 3. l. 8. l. 9. C. de contrahenda emptione, l. 5. in fin. ſ. pro ſocio. l. 36. l. 38. ſup. de contrahenda emptione, l. 20. §. 1. ſup. locati.* Donationis cauſa, ſeu animo & mente donandi venditio fieri cenſetur, ſi vno nummo res vendita ſit, *l. 46. ſup. locati. l. 10. in fin. ſup. de adq. poſſeſſ.* viliori pretio, *l. 17. ſup. ad Velleian.* mortis, *l. 5. §. 5. ſup. de don. inter vir. l. 8. §. 1. ſ. ad legem Iuliam Repetund.* non eſt imaginaria, in qua verum pretium fuit, *l. 16. ſ. de reg.* atque ita ſocietas, emptio, locatio non eſt, quæ fit donationis cauſa. Non eſt quoque donatio, quæ fit vili pretio inter virum & vxorem. fiunt tamen interdum venditiones vno nummo expediendarum rerum gratia, *l. 66. ſ. de iure dot. §. 6. Inſt. quib. mod. ius patriæ poteſt. Inſt. de teſtam. ord. in princ.*
b Derelictum ἐγκαταλειφθέν, 50. *Ecl. 7. Pro derelicto rem ſuam habere licet, v. quæ ſcripſi ad l. 7. §. 1. ſup. de damno.*
c *l. 5. ſ. eo. l. 38. §. 1. ſ. de noxalib. l. vlt. ſ. de euictionibus. l. 63. inf. de ſtipulat. ſeruor. l. 43 §. 5. ſ. de furtis: §. 47 Inſtit. de rerum diuiſ.*
d Cauſæ corrumpentes vnius (vt vulgò loquuntur) cauſæ ſunt conſtituentes alterius. Corruptio vnius, alterius generatio eſt: & è contra, ſic Interitus obligationis, liberationis cauſa eſt: ſic modus tollendæ patriæ poteſtatis cauſa eſt αὐτεξουσιότητος conſtituendæ, Tutelæ & Curæ.
e Pro derelicto res habita à vero domino, ſtatim deſinit eſſe ipſius etiam antequam per alium occupetur, & efficitur occupantis, ſi ſciuit eam pro derelicto habitam. ſi autem non erat eius, ſed aliena, tunc qui occupat, non ſtatim adquirit ipſius rei dominium, ſed vſucapiendi conditionem. Idem eſt in eo qui ab eo cauſam habet.
f & Sabiniani, quorum obtinuit ſententia, *l. 43. §. 35. inf. de furtis.*
g ſolo animo.
h Commune eſt propriè, quod indiuiſum: impropriè quod iam diuiſum.
i Partis ad partem eadem eſt ratio, quæ totius ad totum eſt. *l. 76. ſup. de rei vind.*
k *l. 51. in fin. ſup. de admin. tut. l. 82. in fin. ſup. de adq. hered.*
l Qui ex aſſe dominus eſt, partem pro derelicto habere non poteſt.
m alioquin mala fide nanciſcemur? *l. 6. inf. eod.*
n ab alio ſcil.
o Paria ſunt alienare & alienanti conſentire, vide Damhauderium tractatu Parium in verbis *Conſentire*.
p *v. l. 9. § 5. ſup. de adq. rer. dom. §. 46. Inſt. de rer. diuiſ. l. 8. ſup. de contr. empt.*
q *§. 46. Inſt. de rer. diuiſ. l. 8. ſ. de contr. empt. Nou. 105. c. 2. §. 1.*
† emiſerit.
r *l. 4. ſup. eod. l. 1. ſup. de donat.*
ſ *l. 8. ſup. de l. Rhodia.*
t Pro derelicto poſtea habitæ.
u Ancilla mea eſt, quæ ex ancilla mea nata eſt.
† Nutricia actione peti poſſunt, *l. 1. §. 14. inf. de extr. cognit.*
x Thetidem.
y Non poteſt reſcindi ante manumiſsionem, non erat libera: ſecus eſt in infante expoſito, hoc enim ipſo quod expoſitus eſt, fit liber, *l. 12. C. de infantibus expoſ.*

nata

vlt. pro donat. v. l. 66. de iure dot. et l. 10. de adq. poſſ.

a Pro derelicto deruum habere videtur, qui alimenta ri denegat, & alij bradi mandat.
b 44. Eclog. 25. v. lesact. Capola pro egato.
d & vſucapere.
e verè ſcilicet.
f à non domino ſcilicet.
f v. l. 27. ſuprà de vſucap.
g l. 1. ſupra pro donato.
h l. 2. l. 11. ſup. pro emptore.
i Aliena res legata alicui, poteſt per legatarium vſucapi.
k erroris vel fidei.
l l. 16. ſup. vt legat. nomine.
m aliud in titulo pro herede, l. 1. ſup. pro herede.
n non vſucapitur tamen hereditas viuentis, v. l. 1. ſup. pro herede.
o id eſt, titulo legati.
p l. 9. j. eod. l. 4. ſup. pro herede.
q pro legato.
r id eſt, ſciente & conſentiente herede, vel Prætoris authoritate.
ſ v. l. 7. ſup. eod.
t Eadem phraſi vtitur Hermogenianus in lege 32. J. de obl. & act.
u 7. C. 28. περὶ τῆς ἀπὸ προικὸς διὰ χρονίας νομῆς δεσποτείας 50. Ecl. 8. adde l. 13. S. 10. ſup. de hered. pet.
x Titulus vſucapionis, Theoph. §. 3. Inſtit. de interdictis, pariens vſucapionem.
y l. 3. ſup. de publiciana.
z maritus.
a inæſtimatam ſcilicet, aliàs, ſi æſtimatam accipit, vſucapit pro emptore, l. 20. §. 4. in fin. l. 16. ſupra de iure dot.
b contracto matrimonio, v. §. 2. §. 3. inf. eod.
c poſſunt tamen vniuerſæ in dotem dari, l. 72. ſuprà de iure dot. l. 46. C. de iure dot.
d v. Capolam in l. vn. C. pro dote.
e l. 8. ſuprà de iure dot.
f Imò non ſtatim, cùm euentus conditionis ſit expectandus, vide Capolam ibid.
g l. vnic. C. eod. & d. l. 8.
h Imò non ceſſare videtur, l. 76. ſup. de iure dot.
i §. 12. §. vlt. Inſt. de nupt.
k errans in iure.
l l. 10. §. 4. ſup. de iure dot. An idem ſi non æſtimata? Idem putat Capola illo loco.

nata eſt, Thetidem pro derelicto habuiſſe videtur *a*, potuiſſe eam à Lucio Titio ad libertatem perduci.

PRO LEGATO *b*.

TIT. VIII.

De titulo vero, vel opinato.

Vlpianus ‖ lib. 6. Diſputationum. ‖

LEgatorum nomine is videtur poſſidere *c*, cui legatum *d* eſt *e*: pro legato enim poſſeſſio & vſucapio nulli alij quàm *f* cui legatum eſt, competit.

2. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

SI poſſideam aliquam rem, quam *g* putabam mihi legatam, cùm non eſſet, pro legato non vſucapiam.

3. *Papinianus* ‖ lib. 23. Quæſtionum. ‖

NOn magis quàm ſi quis emptum exiſtimet, quod non *h* emerit.

De re aliena legata. De legato adempto in Codicillis. De nomine legatarij homonymo.

4. *Paulus* ‖ libro 55. ad Edictum. ‖

PRo legato poteſt vſucapi, ſi res aliena *i* legata ſit, aut teſtatoris quidem ſit, ſed adempta codicillis ignoratur. in horum enim perſona ſubeſt iuſta cauſa *k*, quæ ſufficit ad vſucapionem.

¶ Idem poteſt dici, & ſi in *l* nomine erit dubitatio. veluti ſi Titio legatum ſit, cùm ſint duo Titij, vt alter eorum de ſe cogitatum exiſtimauerit.

Si dominus rei legatæ viuat.

5. *Iauolenus* ‖ lib. 7. ex Caſſio ‖

EA res, quæ legati *m* nomine tradita eſt, quamuis dominus eius viuat, legatorum tamen nomine vſucapietur *n*.

6. *Pomponius* " lib. 32. ad Sabinum. "

SI is cui tradita eſt, mortui eſſe exiſtimauerit.

De teſtamenti factione.

7 *Iauolenus* ‖ libro 7. ex Caſſio. ‖

NEmo poteſt legatorum nomine *o* vſucapere, niſi *p* is cum quo teſtamenti factio eſt, quia ea *q* poſſeſſio ex iure teſtamenti proficiſcitur.

De ingreſſo in poſſeſſionem non traditam.

8. *Papinianus* ‖ lib. 23. Quæſtionum. ‖

SI non traditam poſſeſſionem ingrediatur ſine *r* vitio legatarius, legatæ rei vſucapio competit.

De legato rectè vel non iure relicto, vel adempto.

9. *Hermogenianus* ‖ lib. 5. Iuris Epitomarum. ‖

PRo legato vſucapit, cui rectè *ſ* legatum relictum eſt, ſed etſi non iure legatum relinquatur, vel legatum ademptum eſt, pro legato vſucapi poſt *t* magnas varietates obtinuit.

PRO DOTE *u*.

TIT. IX.

De tempore. 1. De rebus ſingulis vel vniuerſis in dotem datis. 2. De nuptiis.

Vlpianus ‖ libro 31. ad Sabinum. ‖

TItulus *x* eſt vſucapionis, & quidem iuſtiſsimus *y*, qui appellatur pro dote. vt qui *z* in dotem rem *a* accipiat *b*, vſucapere poſsit ſpatio ſolemni, quo ſolent qui pro emptore vſucapiũt.

1 ¶ Et nihil refert, ſingulæ res, an pariter vniuerſæ *c* in dotem darentur.

2 ¶ Et primùm de tempore videamus, quando pro dote quis vſucapere poſsit, vtrum poſt tempora nuptiarum, an verò & ante nuptias.

¶ Eſt quæſtio *d* vulgata an ſponſus poſsit (hoc eſt, qui nondum maritus eſt) rem pro dote vſucapere? & Iulianus inquit; Si ſponſa ſponſo ea mente tradiderit res, vt non ante eius fieri vellet, quàm nuptiæ ſecutæ ſint, vſus quoque capio ceſſabit, ſi tamen non *e* euidenter id actum fuerit, credendum eſſe id agi Iulianus ait, vt ſtatim *f* res eius fiant. & ſi alienæ *g* ſint, vſucapi poſsint. quæ ſententia mihi probabilis videtur. Ante nuptias autem non pro dote vſucapit, ſed pro ſuo.

3 ¶ Conſtante autem matrimonio pro dote vſucapio inter eos locum habet, inter quos eſt matrimonium. Cæterùm ſi ceſſet matrimonium, Caſsius ait, ceſſare *h* vſucapionem, quia "ei" dos nulla *i* ſit.

4 ¶ Idem ſcribit, etſi putauit *k* maritus eſſe ſibi matrimonium, cùm non eſſet, vſucapere eum non poſſe, quia nulla dos ſit. quæ ſententia habet rationem.

2. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

SI æſtimata *l* res ante nuptias tradita ſit, nec pro emptore, nec pro ſuo, ante nuptias vſucapietur.

De re communi.

3. *Scæuola* ‖ libro 25. Digeſtorum. ‖

DVæ filiæ inteſtato patri heredes extiterunt, & mancipia communia ſingulæ in dotem dederunt, & poſt aliquot *a* annos à morte patris. familiæ erciſcundæ iudicium inter eas dictatum eſt. quæſitum eſt, cùm mariti bona fide mancipia in dotem accepta vt dotalia, multis *b* annis poſſederunt, an vſucepiſſe videantur *c*, ſi qui accipiebant, dantis crediddiſſent eſſe? Reſpondit, nihil proponi, cur non vſucepiſſent.

PRO SVO *d*.

TIT. X.

De cauſis poßidendi ex quibus dominium acquiritur.

Vlpianus ‖ lib. 15. ad Edictum. ‖

PRo *e* ſuo poſſeſsio talis eſt, cùm dominium nobis adquiri putamus, & ex ea cauſa poſsidemus ex qua adquiritur, & præterea pro ſuo, vt putà *f* ex cauſa emptionis, & pro emptore, & pro ſuo poſsideo. item donata, vel legata, vel pro donato, vel pro legato: etiam pro ſuo poſsideo.

1 ¶ Sed ſi res mihi ex cauſa iuſta, putà emptionis, tradita ſit, & vſucapiam, incipio quidem & ante vſucapionem pro meo poſsidere. Sed an deſinam ex cauſa emptionis poſt vſucapionem, dubitatur? & Mauricianus dicitur exiſtimaſſe non deſinere.

De occupatione, de alluuione, de partu, de fructibus.

2. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

ESt ſpecies poſſeſsionis, quæ vocatur pro ſuo. hoc enim modo poſsidemus omnia, quæ mari, terra, cœlo capimus, aut quæ alluuione fluminum noſtra fiunt. Item quæ ex rebus alieno *g* nomine poſſeſsis nata *h* poſsidemus. veluti partum hereditariæ, aut emptæ ancillæ, pro noſtro poſsidemus. ſimiliter fructus rei emptæ, aut donatæ, aut quæ in hereditate inuenta eſt.

De falſa cauſa.

3. *Pomponius* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

HOminem, quem ex ſtipulatione te mihi debere falsò *i* exiſtimabas, tradidiſti mihi. ſi *k* ſciſſem, mihi nihil debere, vſu eum non capiam: quia ſi neſcio, verius eſt, vt vſucapiam: quia ipſa traditio ex cauſa, quam veram eſſe exiſtimo, ſufficit ad efficiendum, vt id quod mihi traditum eſt, pro meo poſsideam. & ita Neratius ſcripſit, idque verum puto.

De partu ancillæ furtiuæ. 1. De clandeſtina poſſeßione. 2. Si pater cum filiis bona partitus ſit. 3. De falſa cauſa.

4. *Paulus* " lib. 32. ad Sabinum. "

SI ancillam furtiuam *l* emiſti fide bona, & quod ex ea natum, & apud te conceptum eſt, ita poſſediſti, vt intra conſtitutũ vſucapioni † tempus cognoſceres *m* matrem eius furtiuam eſſe. Trebatius *n* omni modo *o*, quod ita poſſeſſum eſſet, vſucaptum eſſe. Ego ſic puto *p* diſtinguendum, vt ſi neſcieris intra ſtatutum tempus, cuius id mancipium eſſet, aut ſi ſcieris, neque potueris certiorem dominum facere, aut ſi potueris quoque, & feceris certiorem, vſucaperes. ſin verò, cùm ſcires, & poſſes, non feceris certiorem, contra eſſe. tum enim clàm poſſediſſe videberis. neque *q* idem & pro ſuo, & clàm poſsidere poteſt.

1 ¶ Si pater cum filiis bona quæ habebat partitus ſit, & ex ea cauſa poſt mortem patris ea teneant, quod inter eos conueniret, vt ea diuiſio *r* rata *ſ* eſſet, vſucapio his procedat pro ſuo in his *t* rebus, quæ alienæ in bonis patris inueniuntur.

2 ¶ Quod legatum non ſit, ab herede tamen perperam *u* traditum ſit, placet, à legatario vſucapi, quia pro ſuo poſſidet.

Ratio vſucapionis. 1. De errore falſæ cauſæ.

5. *Neratius* ‖ lib. 5. Membranarum. ‖

VSucapio rerum etiam ex aliis cauſis *x* conceſſa, interim propterea, quæ noſtra exiſtimantes poſſideremus, cõſtituta eſt, vt *y* aliquis litium finis eſſet *z*.

x ... donato, derelicto, legato, dote, & ſuo: ſed ex aliis quam plurimis, putà ... ceſſo, l. 33. §. 3. ſuprà de vſurpationib. ſoluto, l 48. ſup. de vſurpationibus ... æ dedito, l. 3. §. 21. ſup. de adqu. poſſeſſ. iudicato, adiudicato, l. 3. ... publiciana, l. 17. ſuprà de vſurpationib. tranſacto, l. 29. ſup. de vſucap. ... de vſucap pro emptore: fideicommiſſo, l. 13. §. 10. ſup. de adquirenda poſſeſſione. Cuiac. hic.

y Vſucapiones introductæ, vt aliquis litium eſſet finis, l. 1. ſ. de vſucap. v. Ciceronem 2. Officiorum, vbi de Arato Sicyonio: Plutarchum in Arato.

z l. 2. ſup. de aqua & aquæ pluuiæ. bono publico, l. 1. ſup. de vſurp. At iniquum eſſe res noſtras ſine facto noſtro ad alium transferri, l. 57. infra de ... obligationibus, l. 11. infra de regul. iuris. tempus non conſtituere obligationem, nec tollere, l. 44. §. 1. inf. de obligation. natura æquum eſſe neminem cum alterius iniuria fieri locupletiorem, l. 6. §. 3. ſuprà de negotiis: l. 14. l. 66. ſup. de condict. indeb. l. 17. §. 14. in fin. ſup. de inſtit. l. 25. ſuprà verum amo... ſpondeo: qui tanto tempore res ſuas non perſequitur, videtur eas alienare: ... in vſucapione præterea nudum tempus intercedit, ſed cauſa inſuper legitima cum tempore, putà negligentia domini, bonum publicum, litium fuga: ad ... Ei, qui vſucepit pro ſuo, videtur iniuria inferri: de quo vide Oldendorpium de vſucapionibus.

1 ¶ Sed

a l. 11. ſuprà pro emptore.

1 ¶ Sed a id quod quis cùm ſuum eſſe exiſtimaret, poſſederit, vſucapiet, etiam ſi falſa fuerit eius exiſtimatio, quod tamen ita interpretandum eſt, vt probabilis error poſsidentis vſucapioni non obſtet, veluti ſi ob id aliquid poſsideam, quòd ſeruum meum, aut eius, cuius in locum hæreditario iure ſucceſsi, emiſſe id falsò exiſtimem, quia in alieni a facti ignorantia tolerabilis b error eſt.

a Alieni facti tolerabilis eſt error. in facto verò proprio non excuſatur. l. 7. ſup. ad Vel. error neque præſumitur, l. ſi hæres 68. in fi. ſ. ad Treb. l. quiſquis 15. C. de reſcind. vend. l. qui ſe 96. ſup. de adq. her. v. tamen Socin. regul. 175. In alieno verò ignorantia præſumitur, & excuſat. v. tamen Soc. reg. 176. l. 9. ſup. de iuris & facti ignorantia.
b v. l. 2. l. 3 ſupra de iuris & facti ignorant.

LIBER QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

DE RE a IVDICATA b, ET DE EFFECTV c ſententiarum d, & de interlocutionibus e.

Definitio rei iudicatæ.

Modeſtinus ‖ lib. 7. Pandectarum.‖

RES f iudicata g dicitur h, quæ i finem k controuerſiarum pronuntiatione l iudicis m accipit n. quod vel o condemnatione, vel abſolutione contingit.

De tempore ſententiæ exequendæ.

2. *Vlpianus* ‖lib. 6. ad Edictum.‖

QVi pro p tribunali cognoſcit q, non ſemper tempus iudicati r ſeruat, ſed nonnunquam arctat, non nunquam prorogat ſ pro cauſæ qualitate t & quantitate, vel perſonarum obſequio u, vel x contumacia, ſed perrarò intra ſtatutum y tempus ſententiæ exequentur: veluti ſi alimenta conſtituantur, vel minori viginti quinque annis ſubuenitur.

De poteſtate condemnandi & abſoluendi.

‖ 3. *Paulus* lib. 17. ad Edictum. ‖

QVi damnare z poteſt, is a abſoluendi quoque b poteſtatem habet c.

De domino & procuratore. 1. De tutore vel curatore. 2. De municipalibus & eorum actore. 3. De ſolutione & ſatisfactione. 5. De condemnato vt intra certos dies ſoluat. 6. condemnatus quomodo accipitur. 7. Soluiſſe quomodo accipitur. 8. De iudicio noxali.

4. *Vlpianus* ‖lib. 58. ad Edictum.‖

SI d ſe non obtulit procurator, iudicati actio in eum denegabitur, & in dominum dabitur. ſi ſe obtulit, in ipſum dabitur. ¶ Obtuliſſe autem ſe liti videtur non is, qui in rem ſuam procurator datus ſit a. nam hic alia ratione recuſare iudicati actionem non poteſt, quia ‖hic‖ non in alienam, ſed in ſuam rem procurator factus eſt.

1 ¶ Tutor quoque vel curator in ea conditione ſunt, vt non videantur b videri ſe liti obtuliſſe. idcircóque debet denegari in eos iudicati actio.

2 ¶ Actor c municipum poteſt rem iudicatam recuſare: in municipes d enim iudicati actio dabitur.

3 ¶ Ait prætor, *Condemnatus vt pecuniam ſoluat.* à iudicato ergo hoc exigitur, vt pecuniam ſoluat.

¶ Quid e ergo, ſi ſoluere quidem paratus non ſit, ſatisfacere f autem paratus ſit: quid dicimus? Et ait Labeo, debuiſſe hoc quoque adiici, *Neque eo nomine ſatisfaciat.* fieri enim poſſe, vt idoneum expromiſſorem g habeat. ſed ratio h pecuniæ exigendæ hæc fuit, quod noluerit prætor obligationes ex obligationibus fieri i, idcirco ait, *vt pecunia ſoluatur.* Ex magna † tamen & idonea cauſa accedendum erit ad Labeonis ſententiam.

4 ¶ Si ex conuentione litigantium cautum ſit poſt rem iudicatam ei, cui quis condemnatus eſt, eueniet, vt hic k & retendatur, ſi modò nouatio l interceſsit m. cæterum ſi non nouandi cauſa id factum eſt, manebit ordo executionis. ¶ Sed n etſi pignora accepta ſint, vel fideiuſſores in rem iudicatam, conſequens erit dicere, non ceſſare executionem o. quippe, cùm acceſſerit p aliquid rei iudicatæ, non ſit à re iudicata receſſum. ¶ Idem obſeruandum eſt in eo, cuius procurator condemnatus eſt. 5 ¶ Si quis condemnatus ſit, *vt intra certos dies ſoluat*, vnde ei tempus iudicati actionis computamus? vtrùm ex quo ſententia prolata eſt, an verò ‖ex eo‖ ex quo dies ſtatutus præteriit? Sed ſi quidem minorem q diem ſtatuerit iudex tempore legitimo, repleatur ex lege, quod ſententiæ iudicis deeſt. Sin autem ampliorem r numerum dierum ſua definitione iudex amplexus eſt, computabitur eo & legitimum tempus, & quod ſuprà ‖id‖ iudex præſtitit ſ.

6 ¶ Condemnatum t accipere debemus eum, qui ritè u condemnatus eſt, vt ſententia valeat x. cæterùm ſi aliqua ratione ſententia nullius y momenti ſit, dicendum eſt, condemnationis verbum non tenere z.

---

a De ſententia & re iudicata 2. Extra 27. 2. in ſexto 14. 2. Clement. 9.
b 7. C. 52. 4. Cod. Theod. 14. περὶ τῶν καταδικασθέντων καὶ περὶ κεκριμένου πράγματος. 9. Ec.
c 3. de ſententia & re iudicata 2. Extra 27. adde 1. Har. 4.
e & finibus litium Paul. 5. ſent. 5. hinc illi tituli: Sententiam reſcindi non poſſe 50. de fructibus & litium expenſis 51. (adde 4. C. Theod. 16. vſuris rei iudicatæ 54. adde 4. C. Theodoſ. 57.) ſi à non competente iudicatum eſſe dicatur 48. ſi ex falſis inſtrumentis, vel teſtimoniis iudicatum ſit 58. inter alios acta, vel iudicata aliis non nocere 60. de pœna iudicis qui malè iudicauit 49. quib. res iudicata non nocet 56. comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones, auctoritatem rei iudicatæ non habere 57. ſi plures vna ſententia condemnati ſunt 55. quomodo & quando iudex ſententiam proferre debeat, præſentibus partibus, vel vna parte abſente 43. de ſententia quæ ſine certa quantitate profertur 46. de ſententiis ex breuiculo recitandis 7. C. 44. (vel, vt eſt in Codice Theodoſiano, ex periculo 4. tit. 15.) de executione rei iudicatæ 7. C. 53.
d Omnium, præſertim Prætoris 4. Cod. 42. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt 7. Codic. 47.
e iudicum. 7. Cod. 45. Porro interlocutio eſt ſententia de articulo cauſæ quodam, non de ſumma rei. vide l. 14 inf. eod. f id eſt, Cauſa.
g Res iudicata à ſententia diſtat. Sententia per modum agentis vel inſtrumenti: Res iudicata, per modum patientis ſe habet. Materia rei iudicatæ lis ipſa.
h hæc definitio effectu (ibi, finem) materia (ibi, controuerſiarum) inſtrumentali & formali (ibi, pronunciatione, & ibi condemnatione, abſolutione) & efficiente (ibi, iudicis) cauſa conſtat. i *fortè legendum*, cùm finem controuerſia pronuntiatione iudicis accipit. k In hoc differt ſententia à iuſſu vel interlocutione, de qua lex 14. ſ. eod l. 14. §. 6. ſup. de his qui notantur, & opinione. l. 6. §. 1. ſ. de interdict. & releg. l Pronuntiatio iudicis quid eſt? definitiua ſententia, l. 14. ſ. eod.
m Res iudicatæ (inquit Paulus 5. ſentent. 5, §. 1.) videntur ab his qui imperium poteſtatémque habent: vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itémque à magiſtratibus municipalibus vſque ad ſummam qua ius dicere poſſunt, itemque ab iis qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromiſſo iudex ſumptus rem iudicatam non facit: ſed ſi pœna inter eos promiſſa ſit, pœna in iudicium deducitur, & ex ſtipulatu peti poteſt. hæc ille: quibus adde l. 1. C. de recep. l. 2. ſ. de arbitr. Iudex ergo hic fuerit ordinarius, delegatus, arbiter.
n Id eſt, Res iudicata dicitur, cum cauſa per iudicem terminata eſt.
o Sententia nulla eſt quæ neque abſolutionem, neque condemnationem continet.
p l. 1. §. 8. ſ. ad Turpillianum. q Non delegatus, quia inferior non poteſt ſe iuriſdictioni ſuperioris immiſcere, ſed ordinarius. Is enim poteſt omnem dilationem legis ex iuſta cauſa mutare, non tollere, vide Zaſ. hic num. 3. 4. 5.
r Quod olim erat duorum menſium, hodie quatuor, l. 2. 3. C. de vſuris rei iudic. de quo vide Fornerium 2. Selectar. 15. ſ Hinc exceptio temporis anguſti (ad quam refer legem 1. ſuprà, ſi quis cautionibus: l. 1. ſup. de edendo) & trium denuntiationum æquitas l. 53. §. 1. ſ. eod. t l. 72. in fin. ſup. de iudiciis: l. 13. in fin. l. 14. ſup. de damno: l. 4. §. penultim. inf. de incendio.
u obedientia. x vt ſunt litigatores contumaces.
y legibus vel conſtitutionibus. z qui condemnare. vulgat.
a l. 7. ſ. de confeſ. l. 37. inf. de regulis iuris.
b Cur? an quod plus ſit damnare quàm abſoluere; an quod abſoluendi cauſa fauorabilior ſit. l. 47. inf. de obligat. c & è contra, Qui poteſt abſoluere, poteſt condemnare: ex aduerſo, qui vnum eorum non poteſt, alterum non poteſt.
d Contra procuratorem aut quemcunque legatorum adminiſtratorem, non debet executio fieri, niſi liti ſe obtulerit, vel in rem ſuam conſtitutus ſit. adde l. 25. l. 55. l. 61 ſupra, de procuratorib. vel niſi ſponte ſua poſt mandatum ſuſceptum, ſatiſdet, niſi relinquat, niſi euictionis nomine caueat, l. 69. ſup. de procuratoribus. An ob negligentiam teneatur ad expenſas litis procurator, vide Zaſ. hic num. 19.

a ſed is qui ſine mandato, pro reo comparuit, & litigat; qui mandatum quod non habet, ſe habere nihilominus adfirmat.
b In tutorem non fit executio, ſed in eius pupillum, l. 2. ſup. de adminiſtrat. tutor. l. 7 ſup. quando ex facto tutor. niſi fortè per calumniam egit, vide l. 6. Cod. de adminiſtrat. tutor.
c Cur? ex neceſsitate eo fungitur munere & officio, quod non debet ei damnoſum eſſe. l. 26. C. de adminiſt. tutor.
d Contra municipes condemnatos fit executio, non contra ſindicum.
e Ratio dubitandi ſumitur ex lege 52. inf. de ſolutionibus.
f id eſt, ſatiſdare, vel alio modo quã ſolutione, ſatisfacere.
g id eſt, fideiuſſorem propriè: aliàs expromiſſor is eſt qui pro non obligato fideiubet. l. 7. §. 8. ſup. de dolo: l. 13. ſuprà ad Vellea.
h Hinc collige. Verba Prætoris præcisè intelligenda.
i eo enim conceſſu nullus erit litium finis. † ſatisfactio iudicati nomine ſolutione deficiente, magna ex cauſa admittenda eſt: adde l. 21. ſup. de rebus creditis. k vt hic etiam recedatur Haloander. vel accedatur, ſupple ad Labeonis ſententiam.
l l. 2. C. de execut. rei iudic. l. 13. ſupra de inſtitoria actione. m Nouationis enim ea natura eſt, vt primam obligationem perimat & nouam conſtituat, l. 1. infra de nouationibus., atque ita priuilegium nouatæ obligationis non tranſit in obligationem nouatam. n Senſus eſt, Ob nouationem ceſſat executio ſententiæ: ob fideiuſſionem & pignora data, non ceſſat. o etiam perſonalem Vtcumque creditor habeat pignora, poteſt perſonali actione vti in debitorem, l. 6. ſup. de pignor. action.
p id eſt, cùm capiuntur pignora & fideiuſſores vt in toto ſit res iudicata, executionem rei iudicatæ id impedire non debet.
q Syn. Baſil. 7. titul. 17. ex l. 9. titul. 3. cap. 2. Si iudex minus tempus ſtatuit contra condemnatum, lex ſupplet iuſtum tempus; Nec obſtat lex 2. ſupra eodem. quòd ea raro locum habeat. r Cum iudex plus temporis quàm lex ſtatuit, prorogatio valet.
ſ Latior eſt poteſtas iudicis in prorogando tempore iudicati, quàm in arctando. Hoc caſu, lex ſupplet dilationem: illo, ſententia valet, ſed poteſt appellari.
t Synopſis Baſilicon 9. §. 2.
u ſeruato iuris ordine. adde l. 7. C. de ſtatu defunctorum: l. 1. in fin. ſuprà ad Tertullian. Non ſeruatur iuris ordo, ſi pars non eſt citata, ſi iudex eſt incompetens. De cauſis nullitatis vide Oldendorpium in tractatu de re iudicata cap. 1. & ſequent.
x Nullitatis exceptio executionem impedit. Contra nulliter condemnatum, non eſt recepta executio.
y Sententia quæ nulla eſt, non meretur executionem. fallit ſi nullitas in continenti probari poteſt: ſi ſententia reuocari non poteſt: ſi iudex aliter incompetens eſt, ſi nullitas fundetur in falſis probationibus habitus aduerſus iuſta ex cauſa abſentem, ſi ſententia lata ſit aduerſus contumacem etiam factum: ſi ſententia nulla ſit quod in ea forma legis, vel ſtatuti ſit omiſſa, vel quod procurator mandatum non habuerit, vel ex, inſtrumentis nullius momenti lata, vel nullitatis notoriæ eſt, vel proceſſus nullus fuit, vel iudex incompetens extitit, vel omiſſa citatio, vel litis conteſtatio, v. Socinum regul. 122. Ferrarienſem de executione ſententia 26.
z Niſi victor tres conformes ſententias habeat, appellatione non ſuſpenſas. Bartolus, Zaſius ex Clement. 1. de re iudicata. Quemadmodum autem condemnatus impediet ipſam executionem? ſi in continenti ſe cauſam nullitatis adprobaturum obtulerit, facit. l. 1. C. de execut. rei iudic.

7 ¶ Soluiſſe accipere debemus, non *a* tantùm eum, qui ſoluit, verùm omnem omnino *b*, qui ea obligatione liberatus eſt, quæ ex cauſa iudicati deſcendit.

8 ¶ Celſus ſcribit, ſi noxali condemnatus, eum ſeruum, in quo vſusfructus alienus *c* eſt noxæ dediſti, poſſe tecum adhuc agi iudicati. ſed ſi vſusfructus interierit, liberari ait.

De notione & iuriſdictione. 1. *De quantitate non expreſſa in condemnatione.*

5. *Idem* ‖ lib. 59. ad Edictum. ‖

AIt prætor, *Cuius d de ea re iuriſdictio eſt.* melius *e* ſcripſiſſet, *Cuius de ea re notio eſt.* etenim notionis *f* nomen etiam ad eos pertineret, qui iuriſdictionem non habent, ſed habent de quauis alia cauſa notionem *g*.

1 ¶ Si iudex aliquem ſic condemnet, *vt quod habet ex teſtamento vel codicillis Mænij, reſtitueret Titio*, ſic accipiendum eſt, quaſi *h* quantitatem *i* nominauit, quæ teſtamento, vel codicillis *k* relicta eſt.

¶ Sed & ſi fideicommiſſum ſine ſcriptura *l* pronunciatum, idem erit probandum.

De milite. 1. *De iudicio noxali.* 2. *De eo qui iudicati bona, authoritate ſua diſtraxit.* 3. *De tempore iudicati actionis. Quid perſequatur. De heredibus.*

6. *Idem* ‖ libro 66. ad Sabinum. ‖

MIles, qui *m* ſub armata militia *n* ſtipendia meruit condemnatus *o*, eatenus qua *p* facere poteſt, cogitur ſoluere *q*.

1 ¶ *Decem aut noxæ debere*, condemnatus *r* iudicati in in decem tenetur *ſ*. facultatem enim noxæ dedendæ ex lege accipit. at is qui ſtipulatus eſt *decem aut noxæ dedere*, non poteſt decem petere. quia in ſtipulatione ſingula per ſe veniunt, eáque ſingula ſeparatim ſtipulari poſſumus *t*. at iudicium ſolius noxæ deditionis nullum *u* eſt, ſed pecuniariam condemnationem ſequitur. & ideo iudicati *x* decem agitur. his enim ſolis condemnatur. noxæ deditio in ſolutione eſt, quæ è lege tribuitur.

2 ¶ Qui *y* iudicati *z* bona auctoritate ſua *a* diſtraxit, furti actione, & vi bonorum raptorum, ‖ei‖ tenetur *b*.

3 ¶ Iudicati actio perpetua *c* eſt *d*, & rei perſecutionem continet. Item heredi, & in heredem competit.

De tempore quod datur Iudicatis.

7. *Gaius* ‖ libro ad Edictum prætoris vrbani titulo de re iudicata. ‖

INtra dies conſtitutos *e*, quamuis iudicati *f* agi non poſſit, multis *g* tamen modis iudicatum liberari *h* poſſe *i*, hodie non dubitatur: quia conſtitutorum dierum ſpatium pro iudicato, non contra iudicatum per legem conſtitutum eſt.

De interitu rei ex ſtipulatu petita.

8. *Paulus* ‖ lib. 5. ad Plautium. ‖

SI homo ex ſtipulatu petitus, poſt *k* litem conteſtatam deceſſerit *l*, abſolutionem non *m* faciendam, & fructuum *n* rationem *o* habendam placet.

De furioſo.

9. *Pomponius* ‖ lib. 5. ex Plautio ‖

FVrioſo *p* ſententia à iudice vel ab arbitro dici non poteſt *q*.

a Hæc ratio dubitandi ſumitur ex lege 49. *ſuprà de ſolutionibus.*
b Soluiſſe dicitur condemnatus quocunque genere ſe liberet, dummodo ſe plenè perfectéque liberet.
c *l.9.§.4.ſup. de dolo.l.69.ĵ.de ſolution.*
d *Paul. 5. ſent.5. §.1.*
e Notionis verbo continetur iuriſdictio, & de quauis alia cauſa notio.
f *l.99.ĵ.de verborum ſignificat.*
g *al.* cognitionem.
h Paria ſunt, certum exprimi in ſententia, vel ſe referre ad acta certũ continentia: verbis exprimere, vel exprimere per relationem, §.32. *Inſt. de actionibus.* vide *l.59.ĵ.eo.* adde *l.6. ſupra de rebus credit.*
i certam. Imo iuratur, *l.75.§.6.ĵ.de verb.oblig.*
k facit *lex 77. ſ. de heredibus inſtituendis*: vide *l. 39. §.1.ĵ.eod. l.1. l.2. C. de ſententiis quæ ſine certa quantitate.*
l *l.22.C.de fideicommiſſ.* puta *nu*... *l.20.ſup. de legatis 3.*
m *l.18.ĵ.eod.*
n igitur hoc priuilegium ad alios non extenditur. Cur? qualitas adiecta coërcet ac reſtringit diſpoſitionem.
o in ſolidum.
p adde *l.173.ĵ. de regulis iuris.*
q Hæc igitur executio peremptoria erit, & poſt iudicium opponi poterit. Quid ſi renunciauerit huic beneficio? nihilominus iuuabitur, datum eſt enim id perſonis militum non indiuiduo, putà Titio: vide *Zaſ. hic. num.* 4.
r ex lege Aquilia. ſ id eſt, non obligatur ex cauſa iudicati niſi in decem: quia noxæ dedendi facultatem habet ex legibus. t adde, quia electio eſt debitoris, *l.10. in fin. ſup. de iure dotium.* u exceptio legis 1. §.2. *in fin. ĵ quæ ſententia ſine appellat. vide Zaſ. 1. reſponſ. 22.* x Senſus eſt, Hoc caſu decem principaliter ſunt in cauſa iudicati & ea tantum petam, licet lex tibi permittat ſeruum noxæ dedere. vide *l.20.§ 5.ſup. de hered. petit. l.1. ſup. de noxalibus.* y creditor ſcilicet.
z id eſt condemnati debitoris. a id eſt, propria: & ita ex iuſta ſententia quaſi iniuſtam facit. An iudice permittente, victori id licet? permitti videtur, *l.11. in f. C. de act. pign. l.9. C. ſoluto matrimonio.* quamquam putet Zaſius, etiam ſine iudice id fieri poſſe, ſi periculum ſit in mora & res alioquin peritura ſit, *hic num.* 4. niſi denique id victori à iudicato ſit permiſſum, *l.11. C. de action. pign.* Porro ſententia abſolutoria ſecum trahit executionem, *l.1.§.2. ſup. vt in poſſeſſ. legat.*
b Quatenus? quadrupli, *l.1. ĵ vi bonorum rapt.* amitti quoque creditum ex edicto D. Marci, *l.13. ſup. quod met. cauſa. l. vlt. ĵ. de vi priuat.* incurrit etiam in pœnam legis 7. *C. vnde vi.* c Imò, non eſt perpetua, vide *Paul. 5. ſent. 5. §. 7.* eſt enim Prætoria, nam ab edicto Prætoris proficiſcitur, ideóque eſt annalis.
d Cur? Oritur ex quaſi contractu, quia iudicio perficitur, *l.3.§.11. ĵ. de peculio.*
e Putà quatuor menſium, *l.2. l.3. C. de vſur. rei iudic.*
f Iudicati autem agitur iure actionis vel officio iudicis: hoc caſu libellus non eſt neceſſarius. g id eſt, iis omnibus quibus tolli poteſt obligatio.
h *l.137.§.2. ĵ de verb. oblig.* i Cur? omnis dilatio debiti regulariter conceditur cauſa debitoris. k *l.68. ſup. de rei vindic. l.7. C. de execut. rei iudic.*
l Sententia licet ferri non poteſt de homine mortuo, vel in mortuum, durat tamen actio, & fructuum præteritorum ratio habetur.
m vide quæ ſcripſi ad *l.1. ſup. de rei vindicat.*
n Specie perempta poſt litis conteſtationem, adhuc durat inſtantia propter fructus.
o ad quod vſque tempus? mortis.
p id eſt, ei & in eum.
q Poſſe ex eo videbatur, quod furioſus comparatur minori, *l.7.§.11.ĵ. quibus ex cauſis in poſſeſſ.* valet autem ſententia pro minore lata abſente curatore, *l.14. C. de procurat.* quod ætas non obſit minori in rebus vtiliter geſtis: quod minor contrahere poſſit vtiliter: quod furioſus adquirat ex contractu vel quaſi: *l.12. ſ. de rebus creditis.* Ratio decidendi? furioſus caret ſenſu: ideóque citari non poteſt, obligari ex conſenſu, vel contrahere.

De eo qui ſe patremfamilias finxit.

10. *Marcellus* ‖ lib. 2. Digeſtorum. ‖

QVi cùm ſe pro patrefamilias fingeret *a*, mutuam pecuniam accepit, & exhæres à patre, vel emancipatus ſit, quamuis *b* facere non poſſit, debet condemnari *c*.

De æſtimatione.

11. *Celſus* ‖ lib. 5. Digeſtorum. ‖

SI *Kalendis fieri aliquid* ſtipulatus ſum *d*, nempe *e* quandocunque poſt Kalendas accepto iudicio, tanti ‖tamen‖ æſtimanda lis eſt, quanti *f* interfuit mea, Kalendis id fieri. ex eo *g* enim tempore quicquid æſtimatur, quod nouiſsimè ſolui poterit.

De depoſito & commodato.

12. *Marcellus* ‖ lib. 4. Digeſtorum. ‖

IN depoſiti vel commodati iudicio, quamquam *h* dolo aduerſarij res *i* abſit, condemnato ſuccurri ſolet, vt ei actionibus *k* ſuis dominus cedat *l*.

De obligationibus faciendi.

13. *Celſus* ‖ libro 6. Digeſtorum. ‖

SI quis ab alio decem, ab alio ſatiſdare *m* ſtipulatus eſt, æſtimandum erit, quantum ſtipulatoris interſit ſatiſdari. idque aut tantumdem *n* erit, aut minus, aut interdum etiam nihil *o*. neque enim *p* vani *q* timoris vlla *r* æſtimatio eſt *ſ*. verum ſorte ſoluta *t*, nullum iam pretium æſtimationis eſt, aut quantum ex ſorte fuerit ſolutum, tantundem ex æſtimatione decedet.

1 ¶ Si *u* quis promiſerit *prohibere x ſe, vt aliquod damnum ſtipulator patiatur*, & *y* faciat. neque ex ea re damnum ſtipulator ‖patietur‖ & faciat, ‖ita habeatur‖ facit *z*, quod promiſit. ſi minus, quia *a* non facit, quod promiſit, in pecuniam numeratam condemnatur. ſicut euenit *b* in omnibus faciendi obligationibus.

De mutatione ſententiæ.

14. *Idem* ‖ lib. 25. Digeſtorum. ‖

QVod iuſsit *c*, vetuítve *d* prætor *e*, contrario † imperio tollere *f*, & repetere *g* licet *h*, de *i* ſententiis *k* contra *l*.

a *l.4.§.1...* *quod cum eo q...* *aliena.*
b Filiusfam... mendacij ... etiam ex mutuo ... voto conuenit... aliis ex contra... bus conuenitur ... ſolidum.
c Cur ita? ... mentitus eſt, ... *l.23. in fin. ĵ ...* *l.4. §.12. inf. de ...* *mali, l.68. in f...* *ad legem Falcid...* *l.10.§.1.ĵ. de ...* *iuſſoribus: l.1. ...* *Macedon. l.3. ...* *Senat. Macedon.*
d neque fiat...
e id eſt, & ... rit poſt Kal... litem conteſt... eſſe.
f *l.72.ĵ. de ver... rum obligat.*
g id eſt, ex Ka... dis ipſis.
h Ratio dubi... ſumpta ex ... dum contrari... 69 *ſup. de rei ... dicat.*
i Depoſita ... commodata.
k Condemnat... cet dolo mal... interuertat... ſunt cedendæ.
l Imò, cedere ...
debet: *dict. l.69.* neglectis ſolutionibus quas interpretes afferunt. refere... 69. ad ius ſtrictum: hanc legem ad æquitatem, moueor verbo *Succurrendi*, qu... riſconſultus hic vtitur prætermiſſo in *dict. l.69.* Æquitas hæc rationem hab... ſcilicet qui depoſuit teneatur ei cedere actiones, quia eſt iniquum, vt res ... depoſitario recuperet, & pretium rei ſimul accipiat, *l.22. ſ. de hered. pet.*
m Promittens ſatiſdare pro debitore tenetur eatenus in quod intereſt, qu... reus non ſoluit, *vt hic. & l.112 §.1. ĵ. de verborum obligat.*
n Quantum res valet, interdum idem eſt quod ipſum rei pretium, vt ſi nih... uit aduerſarius qui dare promiſit. dixi ad *l.1. ſup. de action. empt.* minus ... partem tantum ſoluit: nihil ſi totum ſoluit, *l.112. in fin. ĵ. de verbor. oblig.*
o adde *legem vltimam, ĵ. de ſtipulat. prætoriis.*
p id eſt, nihil eſt quod timeat ſtipulator, eum qui hic *decem* promiſit ... ſoluendo: nec ideo interim ſua intereſſe fingere debet ſatiſdari ſibi, ſed ... mum cum is non ſoluendo in totum vel partem factus fuerit. Aduentitij caſus ... ſunt computandi vel ſpectandi, *l.6. ſuprà qui & à quib. manumiſſ.* & Græci ... τοῖς ἔξωθεν συμβαίνουσιν θέμιστ προσέχειν ἡμᾶς. Nulli alioqui vel pauci ... traherent. q *l.6. ſup. quod met. cauſ. l.2. in fin. ſuprà quibus ex cauſ. maior. l.4 ... cui plus quam per leg. Falcid. l.184 ĵ de regul. iur. l.13. C. de tranſact.*
r interdum tamen vanus timor æſtimatur, *l.3.§.8. ſ. de adquir. poſſeſſ.*
ſ facienda ſcilicet ſtipulatoris fauore. t *al.* aut nullum iam.
u In obligationibus faciendi ſeu facti, poſt moram ſuccedit obligatio, in id quod intereſt. x Promiſſio *indemnitatis*, eſt promiſſio facti.
y & faciat, ne quod ex ea re damnum ſtipulator habeat, facit *& res valgata.*
z ideoque non tenebitur. a Promiſſor *indemnitatis* non faciens id quod promiſ... in quod intereſt tenetur & condemnatur, *l.72. ĵ. de verborum oblig.* quod in obliga... tionibus facti locum obtinet.
b *l 81. inf. de verborum obligat.*
c Iuſſus & ſententia iudicis differunt. Non omne quod iudex iubet ſententia eſt, *vt hic.*
d In interlocutoria, ſcilicet interloquendo quid ſit interlocutio ſuprà dixi.
e id eſt, ordinarius, idem in delegato, *c. cum ceſſante, de appellat.* & arbitro, *l.* ... *fin. ſup. de arbitr.* Non idem in arbitratore, *Zaſ. hic num.* 8. & notario, cui ſem... inſtrumentum confectum & traditum non licet corrigere, *Ripenſ. hic num.* 5... teſti, cui non licet ſuam depoſitionem mutare, *idem num.* 53. Quid ſucceſſor? ... *leg. diem 27. ſuprà de arbitris.*
† in Gallia iudex neque interlocutoriam neque definitiuam reuocare poteſt.
f Reuocare etiam in deterius. poteſt etiam reuocare partibus inuitis, & ad qua... tum vſque menſem: *Azo Accurſ. Bart. hic.* ante definitiuæ ſententiæ execu... nem: multo magis abſentibus partibus reuocare poteſt, ſi lis ipſa cauſæ cognitio... nem non exigit.
g id eſt, confirmare, interpretari.
h ad definitiuam vſque ſententiam: & ſic interlocutoria reuocari poteſt, definiti... ua non poteſt, vide *Zaſ. hic num.* 31. interdum etiam vltrò, parte non petente & abſente, ſi cauſa ſit modici præiudicij, vide *Zaſ. hic num.* 30. niſi ... iam mandata executioni ſententia interlocutoria, niſi idem iudex vltro iterum interlocutionem comprobauerit, niſi eadem interlocutio comprobata ſit per definitiuam ſententiam ſuperioris iudicis, aut principis: niſi de tollenda abolitione conceſſa agatur, *l.1. C. de abolit.* niſi interlocutoria lata ſit partium conſenſu: niſi feratur interlocutoria ſimul cum definitiua, aut vim habeat definitiuæ, niſi conſuetudo contraria ſit, niſi interloquendo iudex ſe incompetentem iudicem agnouit, vide *Zaſ. hic num* 20. *& ſequent.* Quid ſi rei totius geſtæ veram plenámque ſcientiam iudex habeat? iudex condemnatum abſoluere non poterit, Bartolus, Ripenſis *num.* 51.
i Sententiam interlocutoriam, non definitiuam, iudex reuocare poteſt. Quid ſi talis interlocutoria ſit vt non ſpectetur definitiua? vide hic Bartolum, I. Harm. ... §.16. & 17.
k Definitiuis ſcil. *l.27. ĵ. de pœn. l.15. C. de pœnis.* & ſic appellatione ſententiæ in dubio intelligitur definitiua. dixi ad Accurſ. *in l.1. §. biduum ĵ. quando appellandum.*
l Hoc locum habet etiam fructuum & expenſarum ratione, *Ripenſ. hic n.* 54. Quid ſi

Quæ

Quis ſententiam exequatur. 2. *De pignoribus capiendis & diſtrahendis.* 3. *Vel victori addicendis.* 4. *Si rerum quæ pignoris iure captæ ſunt, controuerſia fiat.* 5. *Si res ſit pignorata quæ pignore capta eſt.* 6. *Si controuerſia emptori moueatur.* 7. *Si emptor pretium non ſoluat.* 8. *De nominibus.* 11. *De pecunia quæ penes argentarium, vel alium eſt.* 12. *De pecunia depoſita, vel repoſita.*

15. *Vlpianus* ‖ lib. 3. de officio conſulis.

A Diuo Pio reſcriptum eſt, magiſtratus *a* populi Romani vt iudicum *b* à ſe *c* datorum vel arbitrorum ſententiam exequantur hi, qui eos dederunt *d*.

1 ¶ Sententiam Romæ dictaui etiam in prouinciis *e* poſſe Præſides, ſi hoc iuſſi *f* fuerint, ad finem perſequi *g*, Imperator noſter cum patre reſcripſit.

2 ¶ In venditione itaque pignorum captorum facienda, primò *h* quidem res immobiles *i* & animales pignori capi iubent, mox diſtrahi, quarum pretium ſi ſuffecerit, bene eſt; ſi non ſuffecerit, etiam ſoli pignora capi iubent, & diſtrahi. quod ſi nulla mouentia ſint, à pignoribus ſoli initium faciunt. Sic denique interloqui ſolent, *ſi mouentia non ſint, vt ſoli quoque capiantur.* nam à pignoribus ſoli initium faciendum non *k* eſt. quod ſi nec quæ ſoli ſunt, ſufficiant, vel nulla ſint ſoli pignora. tunc peruenietur etiam ad iura *l*. exequuntur itaque rem iudicatam præſides iſto modo.

3 ¶ Si pignora, quæ capta ſunt, emptorem non inueniant, reſcriptum eſt ab Imperatore noſtro & Diuo patre eius, vt addicantur *m* ipſi, cui quis condemnatus eſt. addicantur autem vtique ea *n* quantitate, quæ debetur. nam ſi creditor maluerit pignora in creditum poſſidere, iíſque eſſe contentus, reſcriptum eſt, non *o* poſſe eum, quod amplius ſibi debetur, petere. quia velut pacto tranſegiſſe *p* de credito videtur *q*, qui contentus fuit pignora poſſidere. nec poſſe eum in quantitatem certam pignora tenere, & ſuperfluum petere.

4 ¶ Si rerum, quæ pignoris iure captæ ſunt, controuerſia fiat *r*, conſtitutum eſt ab Imperatore noſtro, ipſos, qui rem iudicatam exequuntur *ſ*, cognoſcere debere de proprietate *t*, & ſi cognouerint eius fuiſſe, qui condemnatus eſt, rem iudicatam exequentur. Sed ſciendum *u* eſt, ſummatim *x* eos cognoſcere debere, nec ſententiam eorum poſſe debitori præiudicare, ſi fortè hi *y* dimittendam eam rem putauerint, quaſi eius ſit, qui controuerſiam mouit *z*, non eius, cuius nomine *a* capta eſt, nec eum, cui reſtituta eſt *b*, ſtatim habere per ſententiam debere, ſi fortè iure ordinario cœperit ab eo res peti *c*. ſic euenit, vt omnibus integris tantùm capioni *a* res iudicata proficiat *b*. Sed illud debet dici, vbi controuerſia eſt de pignore *c*, id dimitti debere, & capi aliud, ſi quod eſt ſine controuerſia *d*.

5 ¶ Quòd ſi res ſit pignerata, quæ pignori capta eſt. videndum eſt, an ſic diſtrahi poſſit, vt dimiſſo creditore, ſuperfluum in cauſam iudicati conuertatur. & quamquam non *e* cogatur creditor rem, quam pignori accepit, diſtrahere, tamen in iudicati executionem ſeruatur, vt ſi emptorem inuenerit res, quæ capta eſt, qui dimiſſo priore creditore ſuperfluum ſoluere ſit paratus, admittenda ſit huius quoque rei diſtractio. nec videtur deterior conditio creditoris fieri ſuum conſecuturi, nec priùs ius pignoris dimiſſuri, quàm ſi ei fuerit ſatiſdatum.

6 ¶ Si poſt addictum pignus aliqua controuerſia emptori moueatur, an ſit cognitio *f* eiuſdem iudicis qui ſententiam executus fuerit, videndum eſt. & cùm ſemel emptio perfecta *g* ſit, eiúſque qui comparauit periculum *h* vertatur. non puto locum eſſe cognitioni. certè, poſteaquam inductus eſt emptor in poſſeſſionem, nonne ceſſabunt partes eorundem iudicum *i*?

¶ Idémque *k* & ſi ipſi, cui quis iudicatus eſt, res fuerit addicta.

7 ¶ Sed ſi emptor cui pignora ſunt addicta exequente *l* iudice *m*, pretium non ſoluat, vtrum aduerſus emptorem porrigere *n* manus *o* debeant iidem iudices, qui ſententiam exequuntur, videndum eſt? Et non puto eos vltra procedere. Cæterùm longè res abibit *p*. quid enim dicemus? condemnabunt emptorem, & ſic exſequentur aduerſus eum ſententiam? an ſtatim pro iudicato habebunt? & quid, ſi neget *q* ſe emiſſe, aut exſoluiſſe contendat? Melius igitur erit, ſi non ſe interponat *r*. maximè cum nec habeat actionem aduerſus eum is, cui iudicatum fieri deſideratur, nec iniuria afficietur. Oportet enim res captas pignori, & diſtractas, præſenti *ſ* pecunia diſtrahi, non ſic, vt poſt tempus pecunia ſoluatur. Certè ſi ſe interponant, hactenus debebunt interuenire, vt ipſam rem addictam capiant & diſtrahant, quaſi non vinculo pignoris liberatam.

8 ¶ Sic quoque iudices exſequentur *t* iudicatum, vt nomina *u* iure pignoris capiant, ſi nihil aliud ſit, quod capi poſſit. poſſe enim nomen iure pignoris capi Imperator noſter *x* reſcripſit.

9 ¶ Sed vtrum confeſſum nomen tantum capi poſſit, an etiam ſi neget quis ſe debere, videamus? Et magis eſt, vt id *y* duntaxat capiatur, quod confitetur. cæterùm ſi negetur, æquiſſimum erit, diſcedi à nomine *z*, niſi fortè quis exemplum ſecutus corporalium pignorum, vltrà proceſſerit, dixerítque ipſos iudices debere de nomine cognoſcere, vt cognoſcunt de proprietate, ſed contrà reſcriptum eſt.

10 ¶ Item quid dicemus, vtrum ipſi iudices conuenient nomen, exigéntque id quod debetur, & in cauſam iudicati conuertent: an verò vendent nomen, vt pignora corporalia ſolent? Et neceſſe eſt, vt quod eis facilius *a* videatur ad rem exſequendam, hoc faciant.

11 ¶ Sed & ſi pecunia penes argentarios ſit, æquè capi *b* ſolet.

¶ Hoc amplius & ſi penes alium quem, deſtinata tamen ei, qui condemnatus eſt, ſolet pignoris iure capi, & conuerti in cauſam iudicati.

12 ¶ Præterea pecuniam quoque depoſitam nomine condemnati, vel in arcam recluſam ſolent capere, vt iudicato ſatisfiat.

¶ Hoc amplius & ſi pupillaris pecunia in arcam repoſita ſit ad prædiorum comparationem: & citra permiſſum prætoris ab eo, qui exſequitur iudicatum, ſolet capi, & in cauſam iudicati conuerti.

De his qui non in ſolidum conueniuntur.

16. *Idem* ‖ lib. 63. ad Edictum. ‖

SVnt † qui *c* in id, quod facere poſſunt, conueniuntur *d*: id eſt, non deducto ære alieno *e*.

¶ Et quidem ſunt hi ferè.

¶ Qui pro ſocio *f* conueniuntur: ſocium autem omnium *g* bonorum accipiendum *h* eſt.

¶ Item parens *i*.

17. *Idem* ‖ lib. 65. ad Edictum. ‖

PAtronus *k* patrona, liberíque eorum, & parentes.

¶ Item maritus *l* de dote in id quod facere poteſt conuenitur.

18. *Idem* ‖ lib. 66. ad Edictum. ‖

---

num id perpetuò verum eſt. Ripenſis poſt alios notat mulctam reuocari poſſe, non Pœnam, *n*.55. & ſententiam latam officio iudicis, nobili, *n*.56. à iudice illuſtri *n*.57 alias exceptiones vide ibidem apud eundem.

a Magiſtratibus populi. *Hal.*

b Iudicem datum ἐκβιβαςμὸν vocat author *Syn. Baſ. lib.* 25. *tit.* 8. *ex lib.* 9. *tit.* 3. *c.* 13.

c Ordinarij iudices ſententias ſuorum delegatorum & arbitrorum exequuntur.

d Non igitur delegati? id verum ciuili iure: ſecus iure canonico: quo receptum eſt, vt delegati ab ordinariis poſſint ſententias ſuas exequi, *c. cum ib Eccleſiarum, de off. ordin.* An idẽ in delegato principis? Accurſius negat, Bart. ait, quod & praxi & Canonico quoque iure receptum eſt, *cap. quærenti. c. ſignificaſti, c. ex literis de off. deleg.*

e & è contrà, & ſic extra territorium, *l.* 45. *in fi.* ꝟ. *de iud.*

f Vix toto iure manifeſtius quàm hic oſtenditur origo mandati illius quod Galli vocant *Pareatis.* Iuſſum hic interpretor (vt & *Bodinus* 3. *de Republ.* 6) eius qui & Romæ prouincialibus iudicibus imperat, id eſt, principis, arg *l.* 13. §. 3. *C. de iudiciis.* tunc enim relatio ad ſuperiorem fieri debet. aliàs enim vrbanus in prouincialem, vt par in parem non habet imperium, *l.* 12. §. 1. ꝟ. *de reb. auth. iud. l.* 30. §. 1. ꝟ. *de excuſ. tutor.* Eſt quidam alius modus præter ſuperiorem exequendæ extra territorium ſententiæ: cum ſcilicet par à pari, id eſt, Romanus à prouinciali petit vt executioni mandet ſententiam Romæ dictam. & ita reſtringendam & intelligendam puto legem 5. §. 12. ꝟ. *de reb. eor. qui ſub.* Hinc origo literarum quæ *requiſitoriæ.* dicuntur, arg. *l.* 8. *in fin. princ. C. de Epiſcop. audien.* quas Nouella 134. *cap.* 5. *verſ. ſi verò cognoſcatur,* appellat δημοσίας ἐπιςολὰς. Harum literarum in aliis rebus maximus vſus eſt, velut in euocandis teſtibus alterius prouinciæ, *l.* 3. *in fin.* ꝟ. *de teſtib.* & eorum depoſitione tranſmittenda, *l.* 7. ꝟ. *de teſt. quemadm. aper.* adde *Nouell.* 90. *cap.* 5. reis etiam euocandis, v. *l.* 7. ꝟ. *de cuſtodia* γράμματα δημοσία litteras publicas appellat *Nouell.* 17. *c.* 14.

g i. exſequi.

h nota progreſſum & ordinem iuris in venditionibus faciendis, pignorum ex cauſa iudicati captorum: Mobilia, res ſoli, iura. His coniunge, *l.* 5. 8. 9. 10. ꝟ. *de reb. eor.* & *l.* 12. *in fin.* ꝟ. *de religioſ. l.* 22. *C. de admin. tut. Nou.* 7. *cap.* 1. & 120. *c.* 67. Is ordo non ſeruatur in Gallia. adde Guid. Pap. deciſ. 281. Edictum Franciſci I. *anno* 1539. *art.* 174. Nam ab immobilibus incipere licet; excipe tamen res minorum, v. *Lucium.* 2. *Areſtorum.* 7. *arreſt.* 3.

i Lego mobiles, animales. author enim Synopſeos quatuor hic rerum genera conſtituit, κινητὰ, ἔμψυχα, ἀκίνητα, δίκαια. k *l.* 8. ꝟ. *quod cuiuſque vniuerſ.* l & nomina, v. §. 8 *in fin.* ꝟ. *eod.* m *l.* 10. *C. de diſtr. pign.* & victor in poſſeſſionem, *l.* 3. *C. de execut. rei iud.* & dominium mittatur, *l. vlt. in fin. Cod. ſi in cauſa rei iud. pignus.* & iure dominij poſſideat, *l.* 2. §. *vlt. C. de iur. dom. impet.*

n Ne cum multis interpretibus intelligas pro ea quantitate, ſeu ſumma quæ debetur: ſiue maior ſit, ſiue minor: poteſt enim pignus plus vel minus valere. Ea igitur hic quantitate, id eſt, tanta ſeu pro rata debiti: ne ſi fortè pluris aut minoris valeat, alteruter (id eſt, debitor aut creditor) afficiatur iniuria. v. *Duar. hic* & 1. *diſp.* 6. fieri tamen poſſe video vt creditor volens, vltro pignore contentus ſit, ꝟ. *eod.* aliàs ei inuito pignus fortè modici valoris non dabitur; aut pro magno debito addicetur. Et notanda eſt horum verborum differentia. Cùm addicitur pignus, pro rata debiti pignus addicitur: cum adiudicatur, non ita perpenditur menſura debiti: cùm datur in ſolutum, id non fit niſi conſenſu victoris, vide Zaſ. ad §. 6. ꝟ. *eod. n.* 6. 7. 8. adde *Alciat* 6. *Paradox.* 6.

o Beneficium legis 2. Cod. de reſcindenda venditione locum non habet quoties creditori res adiudicatur, vide Socin. *reg.* 236. & 436.

p Beneficium legis 2. Cod. de reſcindenda venditione non datur tranſigenti: facit *l.* 65. §. 1. ꝟ. *de cond. indeb.* q De hac præſumptione, v. *l. vlt. C. ad Velleian.*

r A quodam tertio: ſenſus eſt, Si à tertio aliquo controuerſia in executione iudicatæ rei incidit, iudex executionis ſummatim cognoſcere debet.

ſ i. executores. t Pignoris, cum pignus ſit debitoris, ac contradictoris.

u adde §. 8. ꝟ. *eod.* & quod ſcripſi ad *l. vlt.* §. 3. *ſup. de eo quod met. cauſ.*

x De ſummaria cognitione vide *l.* 9. *C. de iudiciis.*

y executores ſcil.

z id eſt, tertij ſe opponentis.

a àquo capta eſt.

b Ne dicas creditorem cum Accurſio: intellige contradictorem illum tertium. nam vox *Eum*, expreſſa tantum reddit, ideóque ad creditorem referri non poteſt, cuius hic non fit mentio. vide *Zaſ. intellect.* 6.

c Per debitorem, ſcilicet.

a i. ad vſucapionem.

b Si fortè debitor rem ſuam non vindicet. ſenſus eſt, Quilibet poteſt rẽ ipſam vindicare coram iudice ordinario, ſi intenderit ſe potiora iura habere eo non inſpecto, quod contradictori pignus adiudicatum fuerit, *Zaſ. hic n.* 16.

c mota à tertio. Poteſt enim tertius & quilibet intereſſe prætendens contradicere in iudicio inter duos moto, v. *Zaſ. hic n.* 14.

d vt ita ſatisfiat creditori, adde §. 8 ꝟ. *eod. l.* 2. *C. quando fiſc. vel priuat.*

e v. *l.* 6. *ſup. de pign.*

f Poſt venditum & addictum pignus ceſſat cognitio iudicis exequentis, ſi modo pretium ſit ſolutum, §. 7. ꝟ. *eod.*

g Plenitudo non eget adiectione.

h emptoris enim eſt periculum rei venditæ.

i Interrogationem non ſecuta reſponſione ſemper affirmare, hinc colligunt.

k Quod iuris eſt in quouis emptore, idem iuris eſt in eo qui emit ex adiudicatione.

l vide §. 6. *ſup. eo.* §. 8. ꝟ. *eod.*

m Re vendita per iudicem, precio nõ ſoluto, ceſſat eius cognitio & officium, niſi ea res auferatur emptori, vt præſenti pecunia diſtrahatur.

n vide Ant. Fabr. 5. *coniectur.* 16.

o i. extendere iuriſdictionem.

p in infinitum.

q Per calumniam ſcil.

r interponant. *vulg.* & malè.

ſ In ſubhaſtationibus, non habenda fides eſt de pretio: idem obſeruatur in rebus fiſci *l.* 1. ꝟ. *de iure fiſci.* & omnibus mandatum habentibus vendendi. Idem eſt quoque in executoribus teſtamentorum.

Atque ita hæc formula præconij apud Plautum in *Menechmis.* Omnia veniunt, cuique licebunt præſenti pecunia. t *d.* §. 6. 7. *ſup. eod.* u adde §. 3. *ſup. eod. l.* 5. *C. de execut. rei iud.*

x Antoninus. y confeſſum ſc. z pignori capiendo.

a Poſſum igitur vel exigere debitum, vel vendere, vel ipſis creditoribus addicere. b Galli primùm acceptant: deinde poſtulant nummos ita acceptatos ſibi tradi, & in ſolutum dari.

† Hoc in Gallia non obtinet. c de quibus §. 36. 37. 38. *Inſt. de actionib.*

d Exceptionem obſerua: Conueniendus ſum, quatenus facere poſſum de qua vide Oldendorpium *cap.* 55. *de except.*

e *l.* 49. ꝟ. *eod.*

f *l.* 22. *in fin.* ꝟ. *eod.*

g Imo idem eſt, vt non ſit omnium bonorum, *l.* 63. *ſup. pro ſocio.*

h ſocius autem omnium bonorum accipiendus eſt, *Hal.*

i *l.* 7. §. 1. *ſup. de obſequ.* §. 38. *Inſt. de act. l.* 1. §. 6. *ſup. de collat.*

k *d.* §. 38.

l *l.* 20. *l.* 21. ꝟ. *eod. l. vnic. C. de rei vxor. act.* §. 37. *Inſt. de actionib.*

ITem miles *a*, qui ſub *b* armata militia ſtipendia meruit condemnatus, catenus quatenus facere poteſt, cogitur ſoluere.

19. *Paulus* lib. 6. ad Plautium.

INter eos, quibus ex eadem cauſa debetur, occupantis *c* melior conditio eſt. nec deducitur, quod eiuſdem conditionis hominibus debetur, ſicuti fit in de peculio actione. nam & hic occupantis melior eſt cauſa.

¶ Sed etſi cum patre *d*, patronóve agetur, non eſt deducendum æs alienum: maximè quod eiuſdem conditionis perſonis debebitur, vt liberis, libertis.

1 ¶ Is, quoque qui ex cauſa donationis *e* conuenitur in quantum facere poteſt, condemnatur, & quidem is ſolus deducto *f* ære alieno. Et inter eos, quibus ex ſimili cauſa pecunia debetur, occupantis *g* potior erit cauſa. Imò nec totum, quod habet extorquendum ei puto, ſed & ipſi *h* ratio habenda eſt, ne *i* egeat.

20. *Modeſtinus* ‖ lib. 2. Differentiarum. ‖

NOn *k* tantùm dotis *l* nomine maritus, in quantum facere poſſit, condemnatur: ſed ex aliis quoque contractibus ab vxore iudicio conuentus, in quantum facere poteſt *m*, condemnandus eſt, ex Diui Pij conſtitutione.

¶ Quod & in perſſona mulieris æqua lance ſeruari æquitatis ſuggerit ratio.

21. *Paulus* ‖ lib. 6. ad Plautium. ‖

SIcut autem cum marito agitur, ita *n* & cum ſocero *o*, vt non vltra facultates damnetur.

¶ An ſi cum ſocero *p* ex promiſſione dotis agatur, in id quod facere poteſt, damnandus ſit? quòd & id æquum eſſe videtur. ſed alio iure vtimur *q*, vt & Neratius ſcribit *r*.

22. *Pomponius* ‖ lib. 11 ad Quintum Mucium. ‖

SEd hoc ita accipiendum eſt, ſi à ſocero dos ex promiſſione petatur ſoluto *ſ* matrimonio. verùm ſi manente matrimonio dos ab eo petatur, ſuccurrendum vtique eſt, vt ne maioris ſummæ condemnetur, quàm quantum facere poteſt.

1 ¶ Quod autem de ſociis *u* dictum eſt, vt & hi, in quantum facere poſſint, condemnentur: cauſa cognita ſe facturum prætor edicit.

¶ Cauſæ cognitio autem in hoc erit, vt negantis ſe ſocium eſſe, aut ex doli clauſula obligato non ſuccurratur.

23. *Paulus* lib. 6. ad Plautium.

SI cum procuratore mariti de dote actum fuerit, ſi quidem viuo marito condemnatio fiet: in quantum facere poteſt, fiet damnatio. nam & defenſor *y* mariti in id quod ille facere poteſt, damnatur; mortuo verò marito, in ſolidum.

24. *Pomponius* ‖ libro 4. ex Plautio.

ET ſi fideiuſſor acceptus ſit rei, vel actionis: non proderit ei *z*, ſi perſona, pro qua fideiuſſit, in quantum facere poteſt, condemnanda eſt.

1 ¶ Si maritus ſoluendo non fuerit, licèt ipſi marito proſit, quod facere non poſſit: (id enim perſonæ mariti præſtatur) heredi *a* eius hoc non prodeſt.

25. *Paulus* ‖ lib. 60. ad Edictum ‖

SCiendum eſt heredes *b* earum perſonarum non in id quod facere poſſunt, ſed in integrum teneri.

Si conuenerit inter litigatores quid pronuntietur.

26. *Vlpianus* ‖ lib. 77. ad Edictum. ‖

SI conuenerit inter litigatores *c* quid *d* pronuntietur: non abs re erit, iudicem huiuſmodi ſententiam proferre *e*.

De ſententia iniuſta, & appellatione non rectè facta.

27. *Modeſtinus* ‖ lib. 1. Reſponſorum.

PRæſes prouinciæ *f* vſuras vſurarum condemnauit *g* contra leges *h* & ſacras conſtitutiones. ideoque Lucius Titius contra prolatam ſententiam iniuſtam præſidis appellauit *i*. quæro, cùm non ſecundùm legem *k* hic Titius prouocaſſet, an exigi poſſit pecunia *l* ſecundùm condemnationem? Modeſtinus reſpondit, ſi ſententiæ certa quantitas continetur, nihil proponi, cur iudicati agi non poſſit *m*.

De ſententiis diuerſis.

28. *Idem* ‖ lib. 12. Reſponſorum. ‖

DVo iudices dati *a* diuerſas ſententias dederunt. Modeſtinus reſpondit, vtramque ſententiam in pendenti eſſe *b*, donec competens *c* iudex vnam earum confirmauerit.

De tempore quod datur iudicato.

29. *Idem* ‖ lib. 7. Pandectarum ‖

TEmpus quod datur iudicati *d*, etiam heredibus eius, cæteriſque, qui non locum eius ſuccedunt, tribuitur *e*, videlicet, quod ex tempore deeſt. quia cauſæ magis quàm perſonæ, beneficium præſtituitur.

De donatore.

30. *Pomponius* ‖ lib. 7. Variarum lectionum.

CVm ex cauſa donationis promiſſa pecunia eſt: ſi dubitatū ſit, an ea res eò vſque donatoris facultates exhaurire poſſit, vt vix quicquam ei in bonis relictum ſit, actio in *f* id quod facere poſſit danda eſt: ita vt *g* & ipſi donatori aliquid ſufficiens relinquatur. quod maximè inter liberos & parentes *h* obſeruandum eſt.

De tempore quod datur tam ad ſoluendum, quàm ad vendenda pignora.

31. *Calliſtratus* ‖ lib. 2. Cognitionum. ‖

DEbitoribus non tantùm petentibus dies ad ſoluendum dandi ſunt *i*, ſed & prorogandi, ſi res exigat. ſi qui tamen per contumaciam *k* magis quàm quia non poſſint explicare pecuniam, differant ſolutionem pignoribus captis compellendi ſunt ad ſatisfaciendum ex forma quam Caſſio Proconſuli Diuus Pius in hæc verba reſcripſit. His qui fatebuntur *l* debere aut ex re iudicata neceſſe habebunt reddere, tempus ad ſoluendum detur, quod ſufficere pro facultate cuiuſque videbitur, eorum qui intra diem vel ab initio datum vel ex ea cauſa poſtea prorogatum ſibi, non reddiderint, pignora capi: eáque, ſi intra duos *m* menſes non ſoluerint, vendantur. ſi quid ex pretiis ſuperſit, reddatur ei cuius pignora vendita erant.

Si iudex non exiſtimauit cauſam per conſtitutiones prolatas iuuari.

32. *Idem* ‖ lib. 3. Cognitionum. ‖

CVm prolatis *n* conſtitutionibus *o* contra eas pronuntiat iudex, eo quòd non exiſtimat *p* cauſam, de qua iudicat per eas iuuari: non videtur contra *q* conſtitutiones ſententiam dediſſe. ideóque ab eiuſmodi ſententia appellandum eſt. alioquin rei iudicatæ ſtabitur.

De falſis teſtimoniis.

33. *Idem* ‖ lib. 5. Cognitionum. ‖

DIuus Hadrianus aditus per libellum *r* à Iulio Tarentino, & iudicante *ſ* eo, falſis *t* teſtimoniis, conſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis religionem iudicis circumuentam eſſe: in integrum cauſam reſtituendam *u* in hæc verba reſcripſit: Exemplum libelli dati mihi à Iulio Tarentino mitti tibi iuſſi. Tu, ſi tibi probauerit *x*, *conſpiratione aduerſariorum & teſtibus pecunia y Corruptis oppreſſum ſe*, & rem ſeuerè vindica: & ſi qua à iudice tam malo exemplo circumſcripto iudicata ſunt in integrum reſtitue.

De eo qui victum vel ſtratum inferri iudicato non patitur.

34. *Licinius Rufinus* ‖ lib. 13. Regularum. ‖

SI *z* victum vel ſtratum inferri quis iudicato non patiatur, vtilis in eum pœnalis actio danda eſt, vel (vt quidam putant) iniuriarum cum eo agi poterit.

De retractione ſententiæ.

35. *Papirius Iuſtus* lib. 2. Conſtitutionum.

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, quamquam ſub obtentu nouorum inſtrumentorum reſtitui negotia minimè *a* oporteat, tamen in negotio publico, ex cauſa permittere ſe huiuſmodi inſtrumentis vti.

Si vni iudicum non liquet. De plurium ſententia.

36. *Paulus* ‖ lib. 17. ad Edictum. ‖

POmponius libro 37. ad Edictum ſcribit: Si vni ex pluribus iudicibus de liberali cauſa cognoſcenti, de re non liqueat, cæteri autem conſentiant: ſi is iurauerit ſibi non *b* liquere, eo quieſcente, cæteros, qui conſentiant, ſententiam proferre: quia etſi diſſentiret, plurium *c* ſententia obtineret.

Quo caſu omnes intelliguntur iudicare.

37. *Marcellus* ‖ lib. 3. Digeſtorum.

TVnc autem vniuerſi iudices intelliguntur iudicare, cùm *d* omnes adſunt.

---

a *l.6.ʒ.eod.*
b *l.6.in fin.ʒ.de caſtrenſi peculio.*
c *l.22.§.4.C.de iure delib.*
d *l.49.ʒ.eod.*
e vide *l.12.ʒ.de donationib.*
f *l.44.ʒ.ſolut.*
g *l.97.ʒ.de reg. iur.*
h *al.* ipſius.
i *l 30.ʒ.eod.*
k v. Cuiac. 24. *obſ.* 38.
l *l.17.ʒ.eod.*
m Relatiuorum idē ius eſt, adde *l.41.ʒ. de reg. iur.*
n v. Zaſ. 2. *reſponſ.* 9. *&* 1. *intellect.* 5.
o i. patri ipſius mariti, *l.15. in fin.ʒ. ſoluto.*
p id eſt patri vxoris.
q ſed alio & alio iure vtimur: ita emendat Ant. Faber. 1. *Coniect.* 14 Cuius lectionis ſenſus eſt: æquum quidem eſſe ſocerum ex promiſſione dotis ſoluto matrimonio non in ſolidum cōdemnari, ſed alio & alio iure nos vti id eſt, eum nunc in ſolidum condemnari, nunc non cōdemnari: regulariter non condemnari: ex cauſa tamen & perſona cōdemnari hoc eſt, ſi dolo dotem promiſerit, vel ſi talis perſona ſit quæ vix aliquo honore digna videatur ſecundum diſtinctionē, *l. pen. ʒ. de iur. dot.*
r Imo, contrarium iuſtius eſt, *l.17. ʒ. ſoluto.*
ſ Nam conſtante matrimonio, certo iure vtimur, ſocerum ſc. ſuprà quam facere poſſit non teneri, nec ſi dolo dotem promiſerit, aut eo honore indignus ſit, affinitatis ſc. ratione, *d. l. pen.*
t indiſtinctè non inſpecto eo an aliqua ſit cauſa propter quam ſocer in ſolidum condē nari debeat, vt in *l. frater* 38. *ʒ. de cond. indeb.* vtique eſt ſine diſtinctione, ſeu non admiſſa ea diſtinctione: An ex peculio fratris creditoris ad fratrem debitorem aliquid peruenerit
u *l.16.ʒ.eod.* x Amittit priuilegium, qui in priuilegium committit. *l.67. in fin. ʒ. pro ſocio.* y *l.63.§.1.ʒ. pro ſocio.* z *v. l.16.ʒ. de fideiuſſorib.*
a *l.25. l.41. in fin. pr. ʒ. eod. l.63.§.2.ʒ. pro ſocio.*
b extraneos ſc. (quo refer *l.12. l.13.ʒ. ſoluto.* non ſuos, *l.18.ʒ. ſoluto.*
c finge, qui in ſolidum conueniri poterant.
d pone conueniſſe vt ne inſolidum reus damnetur.
e Imo huiuſmodi arbitrium nullum eſt, *l.19.ʒ. de arbitris*. quam vide.
f in vſuras, *Hal.* g ne intelligas iudicem hac expreſsè formula vſum fuiſſe, *Condemno Titium in vſuras vſurarum* ſed his fortè verbis, *Condemno Titium in mille*, eámque ſummam vi ſua tacitéque vſuras vſurarum continuiſſe. Nam iuris error expreſſus vitiat ſententiam: tacitè intellectus non vitiat, & ſi faciat ſententiam iniuſtam, *v. l.16.ʒ. de appel. l.1.§.2.ʒ. quæ ſententia ſine appellatione.*
h *l 26 § 1.ʒ. de cond. indeb. l vlt. C. de vſur.*
i tardius fortè quàm oportuit.
k appellationem ſc.
l i. etiam vſura vſuræ.
m & ita, Sententia iniuſta, à qua ritè non eſt appellatum executionem non differt. Cur ita? quia tacitè tantummodo non directò vel palam leges impugnaverunt, ſed ius tantùm ipſius litigatoris, quia id ſibi imputare meritò poteſt, ſi non ritè appellauerit.

x & ſic talis ſeetentia mero iure non reſcinditur.
y id eſt, præciſe probare non tenemur. ſufficit ſi probentur precibus corrupt[...]
z vide quædam ad hanc legem apud Hotom. 24. *Illuſt.* 24. Forncrium, 1. *ſe-lect.* 6.
a *l.4.C.eod.*
b *l.17.in fin.ʒ.de liberali cauſa.* vide *Cuiac. 6. obſeru. 26.*
c *l.37. l.39.ʒ eod.*
d *l.36.in fin.ʒ.eod.* adde *l.10.ʒ. de inoffic.*

a δύο γνῶμ[...] ſῶν, i. duo p[...] v. Cuiac. 11 [...] vbi agit de [...] paribus, vel [...] ribus iudicum [...] tentiis.
b Imò, in pe[...] ti res non eſt [...] ʒ. eod.
c i. is qui d[...] uit.
d iudicato [...]
e quia eti[...] terdum ma[...] pus tribuitur [...] C. ſi pendent[...] lat.
f *l.12.ʒ.* [...]
g *l.19. in fi*[...] *l.49. in fin.* [...] eo. *l.62.ʒ.* [...] *l.173 ʒ. de* [...]
h *l.16. in fi*[...]
i *leg.21.§.* [...] *ſolui. l.2.C.* [...] *rei indic.* [...] *offic. ind.*
k vide etiam [...] in *l.2. C.* [...]
l *Paul.* 3. [...] §. 4.
m duos m[...] intelligas [...] faciendo, ſe[...] ribus vend[...] ſtitutos, [...] *Cod. Theod.* [...] *pign.* quæ [...] de re v. Cui[...] *obſ.* 39. add[...] 2. *ſelect.* 15 [...] genere temp[...] tuor menſi[...] tur debito[...] ſoluendum [...] num *reg.* 39[...]
n Prolatæ c[...] tutiones, [...] propoſitæ, [...] ctæ in cauſ[...]
o id eſt, legi[...] reſcriptis vel [...] tis.
p id autem [...] mat, quia [...] prolatæ ſunt [...] guæ.
q v. *l.16. ʒ. de ap-pell. l.1.§.2.* [...] *ſententia ſine appellatione.*
r Libellis ad[...] Principes etia[...] ſentes ſoliti, [...] *Sueton Auguſt.* [...] de libellis vide [...] ra ad *Tit. C. quando libellus principi* [...] *tus*, vbi dixi.
ſ *al.* indicante. [...] uerſus ſenten[...] latam ex depoſi[...] ne falſorum te[...] condemnatus re[...] tui poteſt.
t *C. ſi ex falſis in-ſtrumentis vel teſtimoniis.* Sententiis [...] ex falſis inſtrum[...] tis vel teſtibus, [...] uo iure datur re[...] tutio: de quo [...] Socinum *reg.* 36[...] 367. *&* 405.
u Reſtitutio c[...] in integrum, ἀνά-*δικία*, vide *l.1. C. ſi ex falſ. l.3.§.9. ʒ. de iure fiſci.*

De ſententiis diuerſis.

38. *Paulus* ‖ lib. 17. ad Edictum. ‖

INter *a* pares *b* numero iudices ſi diſſonæ ſententiæ *c* proferantur: in ‖ de ‖ liberalib. quidem cauſis (ſecundum quod à Diuo Pio conſtitutum eſt) pro *d* libertate ſtatutum obtinet, in aliis autem cauſis pro *e* reo. quod & in *f* iudiciis publicis obtinere oportet.

1 ¶ Si diuerſis ſummis condemnent iudices, minimam ſpectandam eſſe Iulianus ſcribit.

De abſentia, vel contraria ſententia vnius iudicis.

39. *Celſus* ‖ lib. 3. Digeſtorum. ‖

DVo *g* ex tribus iudicib. vno abſente iudicare non *h* poſſunt: quippe omnes iudicare iuſſi ſunt.

¶ Sed ſi adſit, & contrà ſentiat, ſtatur duorum *i* ſententiæ. quid enim minus verum eſt, omnes iudicaſſe?

De præmiis quæ propter ſacras coronas præſtantur.

40. *Papinianus* ‖ lib. 10. Reſponſorum. ‖

COmmodis *k* præmiorum *l*, quæ propter *m* coronas *n* ſacras *o* præſtantur, condemnato *p* placuit interdici, & eam pecuniam iure pignoris in cauſam iudicati capi *q*.

De his qui non conueniuntur in ſolidum.

41. *Paulus* ‖ lib. 14. Quæſtionum. ‖

NEſennius Apollinaris: Si te donaturum mihi delegauero creditori meo, an in ſolidum conueniendus ſis? & ſi in ſolidum conueniendus, an diuerſum putes, ſi non creditori meo, ſed ei cui donare volebā, te delegauero? & quid de eo, qui pro muliere, cui donare volebat, marito eius dotem promiſerit? Reſpondi: nulla creditor exceptione ſummoueretur, licet is, qui ei delegatus eſt, poterit vti aduerſus eum, cuius nomine promiſit. cui ſimilis eſt maritus: maximè ſi conſtante matrimonio petat. & ſicut *r* hæres donatoris in ſolidum condemnatur *ſ*, & ipſe fideiuſſor *t*, quem in donando adhibuit: ita & ei, cui non donauit, in ſolidum condemnatur.

1 ¶ Fundum quis donauit, ſi non reſtituat, vt quiuis poſſeſſor, damnandus eſt. ſi autem fundum reſtituit, fructuum nomine, ſi non eos conſumpſit, in ſolidum condemnandus eſt. potuit enim non periclitari, ſi ſtatim reſtituiſſet. ſi dolo *u* deſiit poſsidere, in litem iurabitur, & tanti ſequetur condemnatio.

2 ¶ In ſolidum condemnatus donator, actione iudicati, niſi *x* in quantum facere poteſt, non tenetur beneficio conſtitutionis.

Si ſententia mutetur vel ſuppleatur.

42. *Idem* lib. 3. Reſponſorum.

PAulus reſpondit, reſcindere quidem ſententiam *y* ſuam præcedentem prætorem non poſſe: reliqua autem *z* quæ ad conſequentiam quidem iam ſtatutorum pertinent, priori tamen ſententiæ deſunt, circa condemnandum reum, vel abſoluendum, debere *a* ſupplere, ſcilicet eodem die.

De pluribus condemnatis.

43. *Idem* ‖ lib. 16. Reſponſorum. ‖

PAulus reſpoddit, eos *b* qui vna ſententia in vnam quantitatem condemnati ſunt, pro portione virili *c* ex cauſa iudicati conueniri *d*. & ſi ex ſententia aduerſus tres dicta, Titius portionem ſibi competentem exſoluit: ex perſona cæterorum ex eadem ſententia conueniri eum non poſſe.

De abſtentione pupillæ, quæ nomine hereditario condemnata fuerat.

44. *Scæuola* ‖ lib. 5. Reſponſorum ‖

EX contractu paterno actum eſt cum pupilla tutore auctore, & condemnata eſt. poſtea tutores abſtinuerunt eam, bonis paternis: & ita bona defuncti ad ſubſtitutum, vel ad cohæredes *e* peruenerunt *f*. quæritur, an hi ex cauſa iudicati teneantur? Reſcripſit: dandam in eos actionem, niſi culpa tutorum pupilla condemnata eſt *a*.

De actis circumducendis. 1. De amplianda vel minuenda pœna damnatorum. 2. De minoribus indefenſis.

45. *Paulus* ‖ lib. 1. Sententiarum. ‖

ACta apud ſe habita *b*, ſi partes conſentiant, & iudex hoc permiſerit *c*, poteſt iubere ea *d* die circumduci, niſi vel negotium, vel lis terminata eſt *e*.

1 ¶ De amplianda vel minuenda *f* pœna *g* damnatorum poſt ſententiam dictam, ſine principali auctoritate nihil eſt ſtatuendum.

2 ¶ Contra indefenſos minores, tutorem vel curatorem *h* non habentes, nulla ſententia proferenda eſt. *i*

De actorum emendatione.

46. *Hermogenianus* ‖ libro ſecundo Iuris epitomatorum. ‖

ACtorum verba *k* emendare, tenore ſententiæ perſeuerante, non eſt prohibitum.

De præſentibus & abſentibus.

47. *Paulus* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

DE vnoquoque negotio præſentibus *l* omnibus *m*, quos cauſa contingit *n*, iudicari oportet. aliter enim iudicatum tantùm inter præſentes tenet *o*.

1 ¶ Qui apud fiſcum cauſam defendere ſæpius *p* conuenti neglexerint, rebus iudicatis ſubiiciendi ſunt. quod eo apparet, ſi ſæpè conuenti præſentiam ſuam facere noluerint.

Vt decreta latinè interponantur.

48. *Tryphoninus* ‖ lib. 2. Diſputationum. ‖

DEcreta à prætoribus latinè † interponi debent *q*.

De eo qui patri non ſucceßit. De donatore.

49 *Paulus* ‖ lib. 2. Manualium. ‖

ET exhæredatum *r*, vel eum, qui ſe paterna hereditate abſtinuit, nec ex ipſius contractu, niſi in id, quod facere poteſt, condemnandum.

¶ Quemadmodum autem facere poſſe credatur, videndum eſt: vtrùm deducto *ſ* omni ære alieno, *t* vt is, qui ex donatione conuenitur: an vt maritus, & patronus: nullo *t* deducto ære alieno? Et indubitati iuris eſt, ad ſimilitudinem viri & patroni ei detrahendum. pinguiùs *u* enim donatori ſuccurrere debemus, quàm ei, qui verum debitum perſoluere compellitur.

50. *Tryphoninus* ‖ lib. 12. Diſputationum. ‖

NE liberalitate ſua inops fieri periclitetur.

De eo qui dolo fecit vt bona eius venirent. 1. Si creditor miſſus in poſſeßionem, admiſſus non ſit: ſed quanti eius interfuerit conſecutus ſit.

51. *Paulus* ‖ lib. 2. Manualium. ‖

SI quis dolo fecerit, vt bona eius venirent, in ſolidum tenetur. 1 ¶ Si quis *x* creditorem miſſum in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa non admiſerit: ſi *y*

---

a vide Nouellam Emanuelis Conneni. cap. 6. & Senecam 3. Contron.
b v. Cuiac. 12. obſ. 16.
c opiniones.
d *l. 24. ſup. de manumiſſ.*
e dixi *ad leges XII. Tabularum.*
f *l. 33. l. 125. l. 128. l. 154. inf. de regul iuris.* Præſumitur enim in dubiis pro reo: de qua præſumptione, vide *Alcia. 3. preſ. 44.*
g *l. 18. ſup. de arbitris: l. 4. C. quando prouocare: l. 2. inf. de decret. ab ordine.*
h Cur ita? vide *l. 26. inf. de regulis iuris.* Poſſum dicere: quòd proniores ſimus ad liberandū, *l. 47. ȷ. de obligat.* Alias rationes vide apud Ariſtotelem *in problemat.* Reis dexter locus dabatur, fortè non honoris cauſa, ſed quòd eo loci cuſtodia. *Ariſt. d. l. 10.* Nam rei fugientes dicuntur in iure *l. 13. § 2. C. de iudiciis.*
i vide *l. 39. ſup. eo.*
k vide Forcatulum *Cupidine 20. num. 6.*
l Hæc commoda erant peculiaria, de quibus vide Cuiac. *ad. l. 6. ſupra de excuſat. tutor. fol.* 164.
m id eſt, quæ Hieronicis meritis ob coronas in ſacris certaminibus dantur.
n Coronæ ſacræ, quæ in ſacris certaminibus, victoribus dabantur: *l. 5. C. quæ res pignori.*
o de ſacris coronis *adde l. 5. C. quæ res pignori. l. vnicam C. de athletis*: de ſacris certaminibus *l. 4. ſup. de his qui notantur infamia.*
p athletæ, dic idem in militum, & profeſſorum, & ſacerdotum beneficiis: vaſallorum feudis & bonis alienari extra familiam prohibitis, vide *Zaſ. hic.*
q in ſubſidium ſcilicet *l. 4. C. de executione rei iudicatæ.* imò videntur capi non poſſe, cùm pignerari non poſſint: *dict. l. 5.*
r *l. 24. in fin ſup. eodem.*
ſ imò, non in ſolidum: ſed parcendum marito qui donatorem ad ſolutionem non præcipitauit, *l. 33. ſup. de iure dot. l. 12. ſup ſoluto*; vide *Cuiac. 12. obſeru. 17.*
t vide *l. 10. inf. de fideiuſſoribus.*
u *l. 5. § 3. ſup. de in litem iurando.*
x Cur ita? vide *l. 33. ſup. de donationibus.*
y definitiuam ſcilicet, *l. 14. ſup. eo. l. 1. C. ſent. reſcindi non poſſ.*
z vt taxationes expenſarum, *l. 3. C. de fructibus & litium expenſis.*
a vltro vel requiſitus.
b *l. 10. § 3. ȷ de appell. l. 1. l. 2. C. ſi plures vna ſententia.*
c Cur ita? quia natura copulatiuæ, eſt partiri in partes æquales, ſi agitur de ſententia, *vt hic.* vel de ſtipulatione, *vt l. 11. § 1. inf. de duob. reis*: vel de mandato, *l. 59. § 3. ſup. mand.* vel de legato, *l. 33. ſup. de leg. 1.* vel appellatione *l. 10. § 3. inf. de appell.*
d niſi finium regundorum agatur, tunc enim non perſonarum numerus, ſed fundorum quantitas conſideratur, *l. 4. § 5. ſupra finium regundor.* niſi de re quæ ſit indiuidua, aut de maleficio agatur, niſi partes beneficio diuiſionis renuncient.
e quid ſi neque ſubſtitutum, neque cohæredes habuit, ad quos bona peruenire potuerint? Accurſius ait ad fiſcum pertinere: quod non placet Cuiacio, 12. *obſeruat.* 20.
f Sententia poteſt executioni mandari, tam aduerſus condemnatum quàm eius ſucceſſorem.

a neci dicas eo caſu dari actionem in pupillam: dic potius in pupilli tutores dari, aut in ipſos quidem ſucceſſores: ſed ex illo capite eos reſtitui, quo pupilla fuiſſet reſtituta, ſi hæreditate pupilla non abſtinuiſſet.
b ante ſententiam definitiuam.
c ideo iudicis permiſſio requiritur, quia fortè eius intereſt acta ſeruari.
d *l. 43. in fi. ſup. eo.* & meritò. nam quæ incontinenti fiunt, videntur ab initio fuiſſe.
e Poſt ſententiam latam, nec partium nec iudicis conſenſu poſſunt acta circūduci, niſi expreſsè partes à ſententia & deciſione recedant, nam manente ſententia, intereſt, ad vitandas rixas & honorem iudicis conſeruandum, vt acta ſint ac ſeruentur integra.
f *l. 1. in fin. inf. de quæſtionibus, l. 6. § 11. ȷ. de pœnis*: *l. 1. C. ſentent. reſcindi non poſſe: l. 3. C. comminationes, epiſtolas, programmata,* ſed tamen *minuendi* verbo Zaſius 2. *intellect.* 21. intelligit dilationē pœnæ, *argument, l. 31. ȷ. de pœnis.*
g aliud eſt in mulcta, *l. 6. in fin. ſup. de offic. præſid.* Mulcta differt à pœna, de quo vide *l. 151. inf. de verb. ſignific.*
h Quid ſi procuratorem habuerint? quid ſi mulier minor annis ſine curatore, per maritum tamen egerit? in his caſibus puto valere ſententiam, ſi ſententia dicta vtilis fuerit minori *l. 14. C. de procur.*
i & ſi prolata erit, non nocebit, *l. 6. in fin. C. quomodo & quando index.* niſi, vt antea dixi ſententia vtilis fuerit minori: niſi denique maior 14 annis, ſeu pubes iurauerit ſe acta rata habiturum. quod iuramentum eum faciat maiorem, vide *auth. Sacramenta, C. ſi aduerſ. vendit.*
k quæ fortè ſunt inepta, ambigua vel ſuperuacua.
l Ea quæ altera parte abſente decernuntur, vim rerum iudicatarum non obtinent, *Paul. 5. ſent. 5. § 5.* Porro præſens citari non debet is. fit enim citatio vt abſens compareat: adde Socinum, *regul.* 185. m & vocatis, *l. 39. ſup. de adoption.* præſentibus verè vel fictè. nam per interpretationem contumax dicitur præſens.
n puta legatariis, fideicommiſſariis, *l. 14. in fin inf. de appellat.* aduocato fiſci, *l. 3. § antepenult. l. 7. inf. de iure fiſci, l. 7. C. quomodo & quando iudex*: fideiuſſoribus, & aliis, vide Oldendorpium *in tract. de re iudicata c. 1. 14. & 30.* Cum agitur de proſequenda lite aduerſus defunctum mota, citandi ſunt hæredes ad reſumendam & redintegrandam litem, vide *C. res inter alios act.* o etiam ſi de re aperta ac manifeſtaria agatur *Hyppolit. de Marſiliis. hic num.* 10. aut actu aliquo extraiudiciali: putà ab arbitratore, *num.* 33. de eo reuocando quod per ſe nullum ſit *num.* 36. 46. 47. de præiudicio minimo. 43. de iudiciis 45. etiamſi ſummus Pontifex *num. 11. & ſequent.* vel princeps *num. 16. & ſequent.* cognoſcat. Item etiam ſi ex ſtatuto arbiter ſolemnibus iuris omiſsis cognoſcere poſſit, *num.* 26. vel abſentibus partibus, *n.* 27. Quinimò etſi ſtatuto ipſo permittente creditor authoritate ſua poſſit in ipſum debitorem manum iniicere eúmque capere. *num.* 28. denique etiam ſi ſtatutum omnes exceptiones excludat. 32. aut parte abſente ferenda eſſet ſententia 34. Porro ſexaginta ad hanc regulam exceptiones vide apud eundem Hippolytum de Marſiliis *à num 67. ad* 138.
p *l. 14. in fin. inf. de appellat.*
† hodie tranſlato Byzantium imperio, etiam Græcè interponi ſiue concipi poſſunt ſententiæ: *l. 12. C. de ſentent. & interlocut.* Sed quid? Forcatulus in ſphæra ſua legali, τὸ Latinè putat hic pro ea oratione accipi, quæ à quoque facilè poſsit intelligi.
q Cautum fuerat ante tempus Ciceronis ne quis Romæ oraret Græcè *Valerius 2. titul. 1.* Idque fortè ad propagandam nominis Romani gloriam. Ideóque Tiberius cùm in Senatu *monopolij* verbo vteretur, excuſauit ſe ac ſi in leges peccaſſet: plerique tamen Græcè loqui adfectabant, qua de re grauiter Iuuenalis conqueritur *Satyr. 3.* Non poſſum ferre, Quirites, Græcam vrbem, omnia Græcè: concumbunt Græcè.
r *l. 3. § 4. verſ. proinde, de minorib. l. 2. ſupra, quod cum eo.*
ſ *l. 16. l. 19. ſup. eod. l. 53. l. 54. ſup. ſoluto: l. 63. § 3. ſup. pro ſocio.*
t *d. l. 54.* u pinguius, id eſt, plenius, latius, *l. 49. ſup. eod. l. 14. inf. de except. rei iud.* vide *l. 2. in fi. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.*
x putà is qui emit à debitore, & poſſeſſore fundi: *l. 3. § pen. ſup. de hæred. pet. l. 95. § 9. inf. de ſolut.* y Hæc verba, *ſi præſtiterit creditori*, refert Antonius Faber 4. *Coniecturarum* 19. ad eum qui creditorem miſſum in poſſeſſionem rei ſeruandæ.

cauſa non admiſit, quem nonnulli *veſtitorem*, minus Latino vocabulo appellarunt. Hic tamen apertius legi poſſe, *& præſtiterit creditori* deleta voce *veſtitoris*, vel *debitoris*, vel *emptoris* aliáve ſimili.

a debitor, *Cuiac. apud 4. Paul. ſent. 7. §. vlt. & ad l. 43. ſupra de pact. & ad l. 14. in verbis ſecundùm hæc, ſ. quod met. cauſ. & 22. obſeruat. 23. in fin.* quod Hotomano diſplicet 5. *obſeru.* 18. quidam ex veteribus legerunt, *veſtitor*, Græci *emptor*. alij *venditoris* vocabulo intelligunt emptorem nominis; alij, emptorem cui fraudator vendidit. Quo magis hunc locum ſpecto, video *venditoris* verbo poſſe intelligi creditorem in poſſeſsionem miſſum qui alteri creditori ſatisfecit: poteſt & intelligi is cui creditor rem vendidit: poteſt etiam intelligi poſſeſſor. Ab his enim vel illis pecuniam ſibi debitam creditor, receperit nihil intereſt, ſemper enim excluditur: quia ſufficit ad eum excludendum ei ſatisfactum fuiſſe.

b an debito, *Hotom. 5. obſ. 18.*

c creditorem.

d Creditor ſuum conſecutus, nihil aliud petere debet, *l. 56. ſ. de regul. iur. l. 26. ſup. de peculio: l. 3. §. 3. ſup. mandati. l. 34. ſ. de oblig. & action.* Bona quippe fides bis idem non exigit.

e *l. 1. ſup. de vitu.*

f *l. 21. in fin. ſuprà rer. amotar.*

venditor *a* præſtiterit creditori, quanti eius intereſſerit: quæſitum eſt, an debitor *b* liberetur? Et puto improbum eſſe eum *c* qui velit iterum *d* conſequi, quod accepit.

De actione rerum amotarum.

52. *Triphoninus* ‖ lib. 12. Diſputationum. ‖

SI rerum amotarum cum viro agatur, quamquam videatur ea quoque actio præcedentis ſocietatis *e* vitæ cauſam habuiſſe, in ſolidum condemnari debet: quoniam *f* ex malè contractu & delicto oritur.

De contumacia.

52. *Triphoninus* ‖ lib. 1. Iuris Epiſtolarum. ‖

COntumacia *g* eorum qui ius dicenti non obtemperant, litis *h* damno coërcetur.

1 ¶ Contumax eſt, qui tribus *i* edictis propoſitis, vel vno *k* pro tribus, quod vulgò peremptorium appellatur, literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit.

2 ¶ Pœnam contumacis non patitur, quem aduerſa valetudo *l*, vel maioris cauſæ *m* occupatio defendit.

3 ¶ Contumaces non videntur, niſi qui, cùm obedire deberent, non obſequuntur: id eſt, qui *n* ad iuriſdictionem eius, cui negant obſequi, pertinent.

54. *Paulus* ‖ lib. 1. Sententiarum. ‖

COntra *o* pupillum indefenſum *p*, eúmque, qui reipub. cauſa abeſt, vel minorem 25. annis propoſitum peremptorium nihil momenti habet.

1 ¶ Is qui ad maius auditorium vocatus eſt *q*, ſi litem inchoatam *r* deſeruit, contumax non videtur *ſ*.

De ſententia non corrigenda.

55. *Vlpianus* ‖ lib. 51. ad Sabinum. ‖

IVdex, poſteaquam ſemel ſententiam dixit, poſtea iudex eſſe deſinit. & hoc iure vtimur: vt iudex, qui ſemel vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere *t* ſententiam ſuam non *u* poſſit. ſemel enim malè ſeu benè officio functus eſt.

De quæſtione finita.

56. *Idem* ‖ lib. 19. ad Edictum. ‖

POſt rem *x* iudicatam, vel iureiurando *y* deciſam, vel confeſſionem in iure *z* factam, nihil quæritur, poſt orationem Diui Marci: quia in iure confeſſi pro *a* iudicatis habentur.

De minore 25. annis.

57. *Idem* ‖ lib. 2. Diſputationum. ‖

QVidam conſulebat *b*, an valeret ſententia à minore 25. annis iudice *c* data *d*? Et æquiſſimum eſt, tueri ſententiam ab eo dictam, niſi *e* minor decem & octo *f* annis ſit.

¶ Certè ſi magiſtratum minor gerit, dicendum eſt, iuriſdictionem eius non improbari. Et ſi fortè ex conſenſu iudex minor datus ſit ſcientibus his, qui in eum conſentiebant, rectiſſimè dicitur, valere ſententiam. proinde ſi minor prætor, ſi conſul ius dixerit, ſententiámve protulerit, valebit. princeps enim, qui ei magiſtratum dedit, omnia gerere decreuit.

De pignoribus captis. 1. Et diſtractis, cùm ſententia non præceſſiſſet.

58. *Idem* ‖ lib. 7. Diſputationum. ‖

SI, cùm *g* nulla *h* ſententia præceſsiſſet, capta ſunt & diſtracta pignora: poſſunt reuocari.

Vt condemnatio certa ſit. 3. De morte rei.

59. *Idem* ‖ lib. 4. de omnibus tribunalibus ‖

IN ſententiis *i* ſufficiet, ſi *k* expreſſerit iudex ſummam ‖ in ſententia, ‖ ſoluique iuſſerit, vel *præſtari*, vel quo alio verbo *a* hoc ſignificauerit.

1 ¶ Amplius eſt reſcriptum: etſi in ſententia non ſit ſumma adiecta: ſi *b* tamen is, qui petit *c*, ſummam expreſſerit: & iudex ait: *Solue* d *quod petitum eſt*: vel, *quantum petitum eſt*: valere ſententiam.

2 ¶ Qui ſortis *e* quidem condemnationem faciunt, de vſuris autem ita pronunciant, *Vſuræ* f *ſi quæ competunt*, ‖ vel *quæ competunt*, *vt* ‖ *præſtentur*: non *g* rectè pronunciant. debent enim de vſuris quoque cognoſcere, & certam facere condemnationem.

3 ¶ Si quis ex edicto peremptorio poſt *h* mortem ſit condemnatus, non *i* valet *k* ſententia: quia morte rei peremptorium ſoluitur, ideóque, vt ‖ in ‖ re integra, de cauſa notio præſtabitur: & quod optimum patuerit, ſtatuetur.

De morbo ſontico.

60. *Iulianus* ‖ libro 5. Digeſtorum. ‖

QVæſitum *l* eſt: cùm alter ex litigatoribus febricitans *m* diſceſsiſſet, & iudex *n* abſente eo pronuntiaſſet: an iure videretur pronunciaſſe? Reſpondit: Morbus ſonticus *o*, etiam inuitis litigatoribus, ac iudice, diem differt *p*? Sonticus autem exiſtimandus eſt, qui cuiuſque rei agendæ impedimento *q* eſt, litiganti porrò quid magis impedimento eſt, quàm motus *r* corporis contra naturam, quem febrem appellant? igitur ſi rei iudicandæ tempore alter ex litigatoribus febrem *ſ* habuit, res non videtur iudicata.

¶ Poteſt tamen dici, eſſe aliquam & febrium *t* differentiam. nam ſi quis ſanus aliàs ac robuſtus, tempore iudicandi leuiſsima *u* febre correptus fuerit: aut ſi quis tam veterem *x* quartanam habeat, vt in ea omnibus negotiis ſupereſſe ſoleat, poterit dici, morbum ſonticum non habere.

De eo cui prior reus condemnatus fuit.

61. *Idem* ‖ libro 45. Digeſtorum.

IN iudicati actione *y* non *z* prius ratio haberi debet eius, cui prior reus condemnatus fuerit *a*.

De ſententia non mutanda.

62. *Alfenus Varus* ‖ libro ſexto Digeſtorum à Paulo Epitomatorum. ‖

CVm quærebatur, iudex, ſi perperam iudicaſſet *b*, an poſſet eodem *c* die iterum iudicare *d*? Reſpondit, non *e* poſſe *f*.

An ſententia, inter alios dicta, aliis præiudicet.

63. *Macer* ‖ lib. 2. de Appellationibus. ‖

g non venientis, non reſtituentis, non reſpondentis, recedentis. h *l. 68. ſup. de rei vind. l. vnim. §. 1. de appellat.*
i *l. 73. ſup. de iudiciis.* k *l. 72. ſup. de indic. Paul. 5. ſent. 5. §. 6. l. 8. C. quomodo & quando.* l *l. 60. inf. eod.* m neceſsitatis, *l. 10. C. quomodo & quando index.*
n Contumax non cenſetur qui iudici non ſuo non obtemperat.
o adde *l. 7. in fin. ſup. de minorib.* p *l. 45. in fin. ſup. eod.* Porro, Infans citari non poteſt, ſed eius tutor. Supra infantiam & ſeptimum annum conſtitutus, poteſt, ſed cum tutore, ſi habet: ſi non habet, tutor in litem ei poſtulatur. alias, citatus ſine tutore non eſſet contumax, *v. l. vlt. C. ſi propter publicas penſitat.*
q atqui videtur vocari non poſſe, *l. 2. in fin. ſuprà de in ius vocando.*
r in minori auditorio. ſ eſt enim eo caſu gratificationi locus, *l. 3. §. 4. ſuprà de Syllaniano.* t *l. 37. ſ. de pœnis.* u imò poteſt, *l. 42. ſup. de minoribus.*
x nota hæc tria, rem iudicatam, iuſiurandum, confeſsionem.
y *l. 1. C. de reb. cred.* z *l. 1. § 7. ſup. ſi quid in fraud. patron. l. 4. C. de repudianda: v. Nouell. 90. cap. 2.* iudicati confeſsio habet obligationem & executionem paratam, *l. 17. ſup. de in ius vocando.* confeſſus eam poſtea retractare vel impugnare ob ſolennitatis omiſſæ vitium non poteſt: quin etiuſmodi confeſsio ſi authoritatem ſpectes inſtrumento notarij non cedit. adde *l. 6 §. 2. ſ. tit. prox.* ſic, Tranſactio apud acta, etiam ſine ſcriptura valet, *l. 28. C. de tranſact.* adde *l. omnium 19. C. de teſtam.*
a Confeſſi pro iudicatis habentur.
b *v. l. 9. ſ. tit. prox. v. Zaſ. 2. intell. 22.* c dato.
d Ratio decidendi ſumitur ab ipſa qualitate iudicis, & aliis legibus quibus ſua cuique magiſtratui ætas definita erat. de quo vide Cuiac. 17. *obſ.* 34.
e Minor regulariter non poteſt eſſe iudex, *l. 41. ſup. de arbitr. l. 12. ſup. de ind.*
f Ætas 18 annorum ἀκροτάτη ἥβη dicitur ab Arriano *in Indicis*, & ab aliis, prima lanugo.
g Ab executione non eſt incipiendum, *l. 1. C. de execut. rei indicatæ.*
h Duplex eſt interpretatio. Prior, Ante latam ſententiam non ſunt diſtrahenda pignora. Altera, Si nulliter eſt proceſſum, quæ inde ſequutæ ſunt venditiones, reuocari poſſunt.
i Nihil refert quibus verbis ſententia lata ſit, dum eius verba abſolutionem vel condemnationem continent.
k Iudex in ſententiis cauſam adiicere non debet. vide tamen exceptiones apud Socinum *regula* 244.

nibus, vel bene iudicatum, *l. 8. ſuprà de minorib.* b *l. 21. ſuprà de arbitr.*
c Falſum igitur eſt, quod quidam putant, in aſſertoriis actis certitudinem ſpectari, ſed in probatoriis tantùm. d de formulis ſententiarum quarundam ad *l. 1. §. 5. ſ. ad Turpill.* e Sors & vſuræ opponuntur.
f *l. 3. C. de ſententiis quæ ſine certa quantitate*: adde *l. 31. ſup. de vſuris.*
g Imò rectè: nam hodie vſuræ rei iudicatæ certæ ſunt, *l. 3. C. de vſuris rei iudic.*
h Sententia contra mortuum lata, eſt ipſo iure nulla.
i *l. 57. in fin. ſup. de iudiciis*: *l. 2. ſ. quæ ſentent. ſine appellatione.* ſi modo in aliquo actu iudiciali mors litigatoris fuerit indicata. Eò ampliùs Gaill tat 1. *pract. obſeru. 109. num. 3. 4. 5. 6. 7.* de morte litigatoris iudici conſtare, vt iudici, non vt priuato. Ad hæc, poſt publicatam ſententiam, morte litigatoris in iudicio allegata ſententiam per interlocutionem in heredes transferri. Si in conclusionem cauſæ partium altera deceſſerit, tunc implorato iudicis officio, actionem ad cauſam eo ſtatu repetendam, in quo relicta fuit, contra heredes deſtinari: iure tamen in procuratorem defuncti, ſententiam ferri poſſe, vt qui poſt litem conteſtatam litis dominus factus ſit *l. 23. C. de procuratoribus*: his modis heredum moras luſorias vitari. Cæterùm ſententiam in rem eius (qui viuere creditur) ferri poſſe, *l. 30. ſup. de fideicommiſſ. libert.*
k Imò, valere videtur, ſi quidem ferri poteſt ſententia, *l. 23. C. de procurat.*
l vide Mynſingerum 4. *obſ.* 57. m v. quæ ſcripſi ad *l. 27. ſup. de tranſactio.*
n ſciens ſcilicet, & prudens. Quid ſi ignorauit? ſententia valet: heredes defuncti poterunt ad appellandum reſtitui, *l. vlt. ſup. de in integr. l. 7. C. quomodo & quando index.* o *l. 4. §. 5. ſup. de ædilitio* quem θευλόγον νόσον Græci appellant, *Feſtus.* hinc ſontica cauſa apud Feſtum: Gloſsis ἱερὰ νόσος. p diffindit.
q *l. 50. §. 2. ſup. eod. Feſtus*: *l. 10. in fin. ſup. de excuſationibus tutor.* adde Cuiacium c. 14. *de re indicata.* r Febris, eſt motus corporis contra naturam.
ſ Qui olim febricitans, & hodie morboſus cenſetur, *v. Alciatum 2. pareg.*
t Feorum differentiæ earúmque tria genera præcipua ſunt, aut enim incendit calor in ſpiritibus, aut in humoribus putreſcentibus, aut in ſolidis humani corporis partibus. Prior febris, ἐφήμερος: Secunda, putrida: Tertia, hectica. v. Fuchſium 3. *Inſtitut* 10.
u Leuiſsima febris quæ & leuicula, *l. 1. §. 6. ſup. de ædilitio.* x vetus quartana.
y id eſt, dum ad executionem proceditur, per eam executioni mandatur ſententia, interdum etiam per nexum & nobile officium iudicis.
z Imò, prius, *l. 19. ſup. eod. l. 10. ſuprà qui potiores.* vide Fornerium 1. *ſelect.* 11. Cuiacium 9. *obſeru.* 17.
a Quorum igitur? An communiter omnium creditorum iudicati actione agentium & opponentium ſe ei qui ad executionem feſtinat, vt vult Zaſius: vt ita pro rata debiti, cuique ex bonis debitoris ſatisfiat? An occupantis agere ex cauſa iudicati, is præferatur ei cui reus prius condemnatus eſt, vt qui prior ſententiam meruit, nihil ferat? quod velle videtur Cuiac. 9. *obſeru.* 37. An potius eius qui prior eſt hypotheca, vt vult lex 2. *ſup. qui potiores*? Demus verò creditori, tempore poſteriori rem adiudicatam, num priorum creditorum etiam ratio poſtea habebitur in totum vel pro rata? Placent qui in totum volunt, ſi in immobilia agatur. mobilium alienata poſſeſsio ad poſteriores transferri potuit.
b circa rem principalem, non eius acceſſoria, *l. 43. ſup. eod.*
c Ratio decidendi ſumpta ex lege 42. *in fin. l. 45. ſup. eod.* d in eadem cauſa ſcilicet.
e Ratio decidendi ſumitur ex lege 55. *in fin. ſup. eod.*
f Imò, poſſe videtur, *l. 1. C. de ſent. l. 6. C. quomodo & quando index*: *l. 4. C. de excuſationibus.*

Sæpe

Sæpè *a* conſtitutum *b* eſt, *res inter alios iudicatas aliis c non præiudicare.*

¶ Quod tamen quandam diſtinctionem habet *d*, nam ſententia inter alios dicta aliis quibuſdam etiam ſcientibus *e* obeſt *f*: quibuſdam verò, etiam ſi contra ipſos iudicatum ſit, nihil *g* nocet *h*. Nam ſcientibus nihil præiudicat, veluti *i* ſi ex duobus heredibus debitoris alter condemnatur. nam alteri integra defenſio eſt, etiam ſi cum coherede ſuo agi ſcierit. Item *k* ſi ex duobus petitoribus *l* alter victus acquieuerit, alterius petitioni non præiudicatur. ídque ita reſcriptum eſt.

¶ Scientibus ſententia *l* quæ inter alios data eſt, obeſt, cùm quis de ea re, cuius actio vel defenſio primùm ſibi competit, ſequenti agere patiatur *m*. Veluti *n* ſi *o* creditor experiri paſſus ſit *p* debitorem de proprietate pignoris, aut *q* maritus ſocerum vel vxorem de proprietate rei in dote acceptæ, aut *r* poſſeſſor *ſ* venditorem de proprietate rei emptæ. & hæc ita ex multis conſtitutionibus intelligenda ſunt.

¶ Cur autem his quidem ſcientia nocet, ſuperioribus verò non nocet. Illa ratio eſt: quòd qui ſcit coheredem ſuum agere, prohibere eum, quo minus vti velit, propria actione vel defenſione ‖ vtatur, ‖ non poteſt: is verò, qui priorem dominum defendere cauſam patitur, ideo propter ſcientiam præſcriptione rei, quamuis inter alios iudicatæ, ſummouetur: quia ex voluntate eius de iure, quod ex perſona agentis habuit, iudicatum eſt. Nam & *t* ſi libertus meus, me interueniente, ſeruus vel libertus alterius iudicetur, mihi præiudicatur.

¶ Diuerſa cauſa eſt, ſi fundum à te Titius petierit, quem ego quoque, ſed non ex perſona Titij, ad me pertinere dico. nam quamuis contra Titium, me ſciente, iudicatum ſit, nullum tamen præiudicium patior: quia neque ex eo iure, quo Titius victus eſt, vindico: neque potui Titio intercedere, quo minus iure ſuo vtatur: ſicuti & de coherede ſupra diximus.

An vſuræ currant appellatione pendente.

64. *Scæuola* ‖ lib. 25. Digeſtorum.

Negotiorum geſtorum condemnatus appellauit, & diu negotium tractum eſt. quæſitum eſt, appellatione eius iniuſta pronunciata, an quo tardius *u* iudicatum ſit, vſuræ pecuniæ in condemnatum *x* deductæ medij temporis debeantur? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, dandam vtilem actionem.

DE CONFESSIS *y*.

TIT. II.

De effectu confeſſionis.

Paulus ‖ lib. 56. ad Edictum. ‖

Confeſſus *z* pro *a* iudicato eſt *b*, qui quodammodo ſua ſententia damnatur *c*.

De errore.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 58. ad Edictum. ‖

Non *d* fatetur, qui errat *e*, niſi ius *f* ignorauit.

De legato.

3. *Paulus* ‖ lib. 9. ad Plautium. ‖

Iulianus ait, confeſſum, *certum ſe debere legatum*, omnimodo damnandum, etiam ſi in rerum *g* natura non fuiſſet, etſi iam à natura receſſit. ita tamen, vt in æſtimationem eius damnetur: quia confeſſus, pro *h* iudicato habetur.

a non ſemper. *l. 1. ſ. de Carboniano.*
b vide *tit. C. res int. alios: l. 31. in fin. ſ. de ind. l. 16. ſ. qui potiores: l. 10. ſ. de except. l. 1. ſ. de except. rei ind. l. 14. §. 1. ſ. de appellat.*
c etiam ſcientibus.
d *l. 1. in fin. ſ. de Carboniano.*
e non obeſt. *Hal.* quod Cuiac. probat 12. *obſ.* 25.
f Huius prioris regulæ exempla quatuor hic proponuntur. Primum in verbo *velmi ſi. ſ. eod.* Secundum, in verbo, *aut maritus ſocerum.* Tertium in verbo, *aut poſſeſſor venditorem.* Quartum, in verbo *nam & ſi liber.*
g iudicatum ſit nihil nocet *Anredanus*: *Cuiac. 12. obſ. 25.*
h Huius ſecundæ regulæ duo afferuntur argumenta: vnum, in verbis, *velmi ſi ex duobus heredibus debitoris*: alterum in verſiculo *item ſi ex duobus.*
i primum exemplum ſecundæ regulæ.
k alterum exemplum ſecundæ regulæ.
l id eſt, heredibus creditoris, non creditoribus, *Accurſ. Zaſ. hic n 23.*
m *v. l. 4. C. de pignoris.*
n primum exemplum prioris regulæ.
o cōprobatur hæc lectio à Bernardo *c. pen. de ſent. & re iud.* & ita habent Baſilica, εἰ δὲ χρεώστης πρεῖων- ὠν ἐχύρασεν δικάζεται, ϰ̀ οἶδεν ὁ δανειστὴς πρόχειμα πάσχει, v. *Cuiac. 12 obſ. 25.* & adde *l. 4. §. 2. ſ. de appell.* Zaſius legit ſi creditori debitor: Pileus vetus interpres, ſi debitori creditor.
p ſciens prudens ſcilicet, aliàs ſecus, & ſic accipe legem 3. *de pignor. l. 11. in fin. l. 29. in fin. ſ. de except. rei ind.*
q ſecundum exemplum prioris regulæ. Si gener ſocerum aut emptor venditorem *ſ. eod.* de dominio rei emptæ, vel in dotem datæ, coram iudice agere permittit, ſententia contra authores lata, eis ſcientibus præiudicat. primò, quòd potior defenſio marito & emptori competat: quòd authores ab is prohiberi poterant, quòd hi voluntatem ſuam interpoſuiſſe cenſeantur, qui eos à quibus cauſam habent, de ſuis iuribus diſputare permiſerunt, v. *Zaſ. 2. intellect. 27.* adde *l. 38. in fin. ſ. de donat. inter vir.* r tertium exemplum prioris regulæ. ſ id eſt, emptor.
t Quartum exemplum prioris regulæ. cuius hic ſenſus eſt: Si libertus, interueniente patrono, alterius libertus vel ſeruus eſſe contenditur, ſententia contra libertum lata præiudicat patrono, v. *Zaſ. in hunc locum 2. intellect. 27.*
u *l. 41. ſ. de vſuris.* hinc colligit Zaſ. creditores deceptos à ſuis debitoribus intereſſe lucri ceſſantis petere poſſe.
x *al.* condemnationem.
y 7. C. 59. περὶ ὁμολογησάντων. 9. *Eclog. 4.* Confeſſos autem hic accipe in iure poſt litem conteſtatam: vt ita differat hic titulus à titulo *de interrog. lib. 11. ſ.*
z Porrò confiteri voce & literis quis poteſt: Conuinci verò non niſi ſcriptura aut teſtibus poteſt, *Paul. 5. ſent. 5. §. 3.*
a *l. 3. in fin. l. 6. in pr. & §. 2. in fin. ſ. eo. Paul. 5. ſent. 5. §. 2. l. 7. 8. 12. in fin. ſ. de interrogat. l. 1. C. hoc tit. l. 14. in fin. C. de repud.*
b niſi facta ſit coram iudice extraneo, id eſt, non ſuo. v. Socin. *reg. 62. & 66.*
c ideoque ex die confeſſionis, tempus ſolutionis præſtitutum computatur, *Paul. 5. ſent. 5. §. 2. & l. 6. in fin. ſ. eod.* d Confeſſio per errorem facta reuocari poteſt, *c. 47. de reg. in 6.* v. Socin. *reg. 64. & 65.* e v. *l. 57. ſ. de oblig.*
f Si quis peritus facti, & ſciens bona eſſe ἀφαλκιδίωτα (vt ait Theodoret.) faſſus eſt in iure ſe debere legata integra, habetur pro iudicato, v. Cuiac. *c. eod.*
g *l. 5. l. vlt. ſ. eod.*
h *l. 3. ſ. eod.*

De lege Aquilia.

4. *Idem* ‖ lib. 15. ad Plautium. ‖

Si is cum quo lege Aquilia *a* agitur, confeſſus eſt *ſeruum occidiſſe*: licèt non occiderit: ſi tamen occiſus ſit homo, ex confeſſo tenetur.

De morte ſerui, quem quis ſe debere confeſſus eſt.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 27. ad Edictum.

Qvi *Stichum debere* b ſe confeſſus eſt, ſiue mortuus iam Stichus erat, ſiue poſt litis conteſtationem deceſſerit, condemnandus eſt.

De confeſſo certum vel incertum dare. 2. De rei vindicatione & aliis actionibus. De interdictis. 3. De abſentia aduerſarij. 4. De confeſſione procuratoris, tutoris, vel curatoris. 5. Vel pupilli vel minoris. 6. De tempore quod datur iudicatis.

6. ¶ *Idem* ‖ lib. 5. de omnibus tribunalibus. ‖

Certum *c* confeſſus *d*, pro iudicato erit *e*: incertum *f* non erit.

1 Si quis incertum confiteatur, vel corpus *g* ſit confeſſus, *Stichum vel fundum dare ſe oportere*: vrgeri debet, vt certum confiteatur *h*.

¶ Item eum, qui rem confeſſus eſt, vt certam quantitatem fateatur.

2 ¶ Sed & ſi fundum vindicem meum eſſe, túque confeſſus ſis: perinde *i* habearis, atque ſi dominij mei fundum eſſe pronunciatum eſſet.

¶ Et ſi alia quacumque *k* actione ciuili, vel honoraria, vel interdicto exhibitorio, vel reſtitutorio, vel prohibitorio, dum quis conuenitur, confiteatur: dici poteſt, in his omnibus ſubſequi prætorem voluntatem orationis Diui Marci debere. & omne omnino, quod quis confeſſus eſt, pro iudicato haberi.

¶ Dabitur igitur ex his actionibus, ex quibus dies datur ad reſtituendam rem, confeſſo tempus ad reſtitutionem: &, ſi non reſtituatur, lis æſtimabitur.

3 ¶ Si quis, abſente *l* aduerſario, confeſſus ſit, videndum, numquid non debeat pro iudicato haberi, quia nec qui iurat de operis, obligatur: nec ſoleat *m* quis abſenti condemnari.

¶ Certè *n* procuratorem, tutorem, curatorémve præſentem eſſe ſufficit *o*.

4 ¶ Sed an & ipſos procuratores, vel tutores, vel curatores fateri ſufficiat, videamus? Et non puto ſufficere *p*.

5 ¶ In pupillo *q* tutoris auctoritatem exigimus.

¶ Minorem à confeſſione ſua reſtituemus *r*.

6 ¶ Confeſſi vtique poſt confeſſionem tempora *ſ* quaſi ex cauſa iudicati habebunt.

De arbitro poſt confeſſionem dato.

7. *Africanus* ‖ lib. 5. *t* Quæſtionum. ‖

Cvm fideicommiſſum peteretur, heres confeſſus *u* eſt debere *x*, arbiter *y* ad reſtituendum datus, comperit nihil deberi. quæſitum eſt, an poſſit abſoluere *z*? Reſpondi, poſſe intereſſe, qua ex cauſa nihil debeatur. Nam *a* ſi ob id, quòd nullum fideicommiſſum fuerit, non debere eum abſoluere. Si *b* verò quia teſtator fortè ſoluendo non erat, aut *c* quòd heres omne ſolutum eſſe apud prætorem dixerat, &, cùm controuerſia & computatio difficilior eſſet, arbiter datus fuerit: ſaluo *d* officio eum abſoluturum. has enim partes eius eſſe, vt, ſi in computatione nihil inueniatur, poſſit abſoluere, ſed & ex ſuperiore caſu ad prætorem remittere debeat, vt abſoluatur.

De re qua an extet incertum eſt.

8. *Paulus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

Non omnimodo confeſſus condemnari debet rei nomine, quæ an in rerum *e* natura eſſet, incertum ſit.

DE CESSIONE BONORVM *f*.

TIT. III.

De credito ob reſtitutionem ædificiorum.

Vlpianus ‖ lib. 17. ad Edictum. ‖

a *l. 15. in fin. ſ. ad l. Aquil.*
b *Paul. 2. ſent. 1. §. vlt.*
c *l. 3. ſ. eod.*
d in iure & præſenti, v. §. *eod.*
e *l. 1. ſ. eod.*
f ſi incertum. *Hal.*
g Confeſſio incerta, corpore, genere, & quantitate non valet.
h olim obligatus, præſumitur etiam hodie mihi obligatus. de quo vide Alciat. 2. *præſumpt.* 12.
i Confeſſio in realibus valet ad dominium.
k Confeſſio omnis valet, facta tamen ἐν βήματι vel vbi magiſtratus eſt competens, niſi, vt vult *Nouell.* 90. rogati interfuerint teſtes quinque.
l *Paul. 5. ſent. 5. §. 5. l. 47. ſ. de re ind. l. 7. C. quomodo & quando iudex.* vide Oldendorp. *c. 14. de re ind.* v. Socin. *reg.* 63.
m Imo, abſenti quis condemnari poteſt, *l. 13. §. 2. in fin. C. de iudiciis.*
n Præſens eſſe in iure dicitur, qui ibi procuratorem, vel curatorem, vel tutorem habet.
o *v. l. 53. in fin. ſ. de manumiſſ. teſtam.*
p Confeſſio procuratoris, tutoris, curatoris non ſufficit, *vt hic.* niſi neceſſitate eis impoſita reſpondendi, confeſſi fuerint. ſic enim intellige *l. 25. §. 1. ſ. ad l. Aquil.* niſi quis habeat mandatum confitendi, & abſentem defendens, de iudicato ſatiſdederit. Procurator alioqui qui vltrò confitetur, ei quem defendit non præiudicat, ſed ſibi, *l. 9. §. 4. ſ. de interrogat.*
q Pupillus authoritate tutoris reſpondere poteſt, *l. 1. Cod. qui legitim. perſonam ſtandi.*
r Obligatur igitur minor ſua confeſſione. atqui ſententia in minorem indefenſum lata nulla eſt, *l. 54. ſ. de re ind.* Igitur potius obligatur minor confeſſione ſua, quàm ſententia. adde *l. 11. ſ. de interrogationibus.*
ſ id eſt, quatuor menſes 9. *Eclog. 4. c. 6. Paul. 5. ſent. 5. §. 2.* t v. Cuiac. 5. *ad Afric. fol. 88.* u per errorem ſcilicet. x ſe ſcilicet fideicommiſſum.
y Arbiter ſolet dari ad exequendam reſtitutionem fideicommiſſi, *l. 109. in fin. ſ. de legat. 1. l. 22. ſ. de legat. 3.* z poſſe videtur, quia confeſſus non videtur qui errat in facto, *l. 2. ſ. eod.* adde *l. 3. ſ. de re ind.*
a Qui reſtitutioni ſeu executioni datus eſt arbiter, errantem in facto non poteſt abſoluere: ſed ad Prætorem remittere poteſt abſoluendum. b Qui computationi, & ad ineundam computationem bonorum datus eſt arbiter, vt videlicet æſtimaret, fideicommiſſum debitum ſit necne: errantem abſoluere poteſt.
c aut etiam. *Dynus.* d Saluo officio abſolui, qui in abſoluendo officium non excedit. e *l. 3. ſ. eod.* f Qui bonis cedere poſſunt 7. *C. 71.* περὶ χρεῶν ἀποκτήσεως ϰ̀ περὶ χρεωστῶν, ϰ̀ χρεωστουμένων, ϰ̀ περὶ ἐκστάσεως 7. *Eclog. ex lib. 3. tit. 5. fol. 71. & Nou. 135. ne quis bonis cedere cogatur.* De ceſſione bonorum hæc notanda. Legibus 12. Tabularum receptum fuiſſe, vt qui debitores eſſent non ſoluendo, vincirentur, in carcerem conijcerentur (quod poſtremum de Corn. Scipione Aſiatico legimus apud Valer. 4. c. 1.) verberarentur: quin & operas darent creditoribus. *Varro 6. de lingua latina.* (Qui ita ſeruiebat, Nexus dicebatur) capitis pœnas darent. Permiſſum etiam erat creditoribus ſi vellent partiri corpus addicti 20. *Gell. 1.* quam legem mos publicus repudiauit 3. *Quint. Inſt. 6.* Itaque (vt ait Tertull. in *Apologetico*) conſenſu publico ea crudelitas po-

CReditor *a*, qui ob reſtitutionem *b* ædificiorum crediderit, priuilegium *c* exigendi datur.

De his qui in locum priorum creditorum ſuccedunt.

2. *Idem* ‖ lib. 21. ad Edictum.‖

IN perſonalibus actionibus, qui poſtea quidem contraxerunt, verùm vt pecunia eorum ad priores *d* creditores perueniat, in locum eorum ſuccedunt.

De bonis nondum venditis, & de pœnitentia.

3. *Idem* ‖ lib. 58. ad Edictum.‖

IS qui bonis ceſſit, ante rerum venditionem vtique bonis ſuis non caret. quare, ſi *e* paratus fuerit *f* ſe defendere, bona eius non veneunt.

Si is qui bonis ceſſit, poſtea aliquid acquirat. De eo qui bonis ceſſit non inquietando.

4. *Idem* ‖ lib. 59. ad Edictum.‖

IS qui bonis ceſſit, ſi quid poſtea *g* acquiſierit: in quantum facere poteſt *h* conuenitur *i*.

1 ¶ Sabinus & Caſſius putabant, eum, qui bonis ceſſit *k*: ne quidem ab aliis, quibus debet, poſſe inquietari *l*.

De pœnitentia.

5. *Paulus* ‖ lib. 56. ad Edictum.‖

QVem pœnitet *m* bonis ceſſiſſe, poteſt, defendendo ſe, conſequi, ne bona eius veneant.

Si is qui bonis ceſſit poſtea aliquid acquirat.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 64. ad Edictum.‖

QVi bonis ſuis ceſſit, ſi modicum *n* aliquid poſt *o* bona ſua vendita acquiſiuit: iterum bona eius non veneunt.

¶ Vnde ergo modum hunc æſtimabimus? vtrum ex quantitate eius quod acquiſitum eſt, an verò ex qualitate? Et putem, ex quantitate *p* id æſtimandum eſſe eius, quod quæſiit, dummodò illud ſciamus, ſi quid miſericordiæ *q* cauſa ei fuerit relictum, puta menſtruum, vel annuum, alimentorum nomine, non oportere propter hoc bona eius iterato *r* venundari. nec enim fraudandus eſt alimentis quotidianis.

¶ Idem, & ſi vſusfructus ei ſit conceſſus *ſ* vel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine ſatis eſt.

7. *Modeſtinus* ‖ lib. 5. Pandectarum.‖

SI debitoris bona venierint, poſtulantibus creditoribus permittitur, rurſum *t* eiuſdem debitoris bona *u* diſtrahi, donec ſuum conſequantur: ſi tales *x* tamen facultates acquiſitæ ſunt debitori, quibus prætor moueri poſſit.

De eo qui nec debere agnouit, neque eſt condemnatus, neque in iure confeſſus.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 27.‖

QVi cedit bonis, antequam *y* debitum agnoſcat *z* condemnetur, vel in ius confiteatur: audiri ‖non‖ debet.

De ceſſione in iure, vel extra ius. De nuntio. De epiſtola.

9. *Marcianus* ‖ lib. 15. inſtitutionum.‖

BOnis cedi non tantùm in iure, ſed etiã † extra ius poteſt. Et ſufficit *a*, & per † nuntium, vel per epiſtolam, *b* id declarari.

QVIBVS † EX CAVSIS IN poſſeſſionem *c* eatur.

TIT. IV.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem mittitur.

Vlpianus ‖ lib. 12. ad Edictum.‖

TRes *d* ferè cauſæ ſunt, ex quibus in poſſeſſionem † mitti ſolet: rei *e* ſeruandæ cauſa, item legatorum *f* ſeruandorum gratia; & ventris *g* nomine. damni enim infecti nomine ſi non caueatur, non ‖in‖ vniuerſorum nomine fit miſſio, ſed rei *h* tantùm, de qua damnum tuetur *i*.

Iudicio ſiſti.

2. *Idem* ‖ lib. 5. ad Edictum.‖

PRætor ait *k*, *In bona eius, qui* l *iudicio ſiſtendi cauſa fideiuſſorem dedit: ſi neque poteſtatem ſui faciet, neque defenderetur: iri iubeo* m.

1 ¶ Poteſtatem autem ſui non facit *n*, qui id agit, ne aduerſarius eius copiam ſui habeat. Ergo latitantis bona iubet poſſideri.

2 ¶ Quid ſi non latitet, ſed abſens non defendatur? nonne videtur poteſtatem ſui non facere?

3 ¶ Defendi autem videtur, qui per abſentiam ſuam in nullo deteriorem cauſam aduerſarij faciat *o*.

4 ¶ Hæc verba, *Defenderetur*, παρατατικῶς p, id eſt, *fuſius & cum extenſione*, ſcripta ſunt, vt neque ſufficiat vnquam defendiſſe, ſi *q* non duret defenſio: neque obſit, ſi nunc offeratur.

De pupillo & furioſo.

3. *Idem* ‖ lib. 59. ad Edictum.‖

APud Iulianum quæritur, ſi communem rem cum Titio pater pupilli habuerit, & communi diuidundo iudicio pupillus non defendatur. nihilque erit, cuius nomine, propter perſonam patris, condemnatio fieri debeat: vtrum venire bona patris oporteat, an verò rei ſeruandæ cauſa poſſideantur? Et ait † ‖ Iulianus:‖ Si quidem pater aliquos fructus percepit, aut fecerit rem deteriorem, bona eius venire poſſunt. ſi verò nihil ſit propter quod patris bona veneant, pupilli *r*, poſſideri †. Marcellus autem notat: Perquam iniquum eſſe, eum qui nihil cum pupillo contraxit, expectare eius pubertatem. quæ ſententia habet rationem. ideóque cùm contractus ex *ſ* perſona patris deſcendat, dicendum erit, non eſſe expectandam pupilli pubertatem.

1 ¶ Contractum cum pupillo poteſt dici, etſi cum ſeruo *t* eius contractum ſit. competit enim aduerſus eum de peculio actio.

¶ Vnde probandum eſt, ex omnibus cauſis, ex quibus aduerſus pupillum actio datur, hoc idem ſeruandum. Et facilius erit hoc probandum in ſeruo, qui in rem *u* domini vertit, aut iuſſu eius *x*, aut ſi inſtitoria *y* cum eo agi poſſit.

2 ¶ Ego puto: Et ſi cum tutore eius contractum eſt, ex qua cauſa actio in pupillum datur: magis eſt, vt edicto locus ſit, quaſi *z* cum eo contractum ſit.

3 ¶ Si pupillus heres extiterit *a* alicui, exque ea cauſa legata debeat: videndum eſt, an huic edicto locus ſit: magiſque eſt, vt Marcellus ſcribit, etiam pupilli poſſe bona poſſideri *b*, eſſéque in arbitrio hereditariorum creditorum, quid potius eligant. etenim videtur impubes contrahere, cùm adiit *c* hereditatem.

4. *Paulus* ‖ lib. 58. ad Edictum.‖

SEd & is, qui miſcuit *d* ſe, contrahere † videtur.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 59. ad Edictum.‖

HÆc autem locum habent, quoties pupillus non defendatur à quocunque, ſiue à tutore vel curatore: ſiue habeat tutorem pupillus, ſiue non habeat. cæterùm ſi *e* exiſtat aliquis, qui defendere ſit paratus, ceſſabit rei ſeruandæ cauſa poſſeſſio.

ſtea eraſa eſt: & in pudoris notam capitis pœna conuerſa fuit, bonorum adhibita proſcriptione: ſuffundere maluit (vſus ſcilicet, vel conſuetudo P. Romani) hominis ſanguinem (id eſt, illud præualuit vt pudor debitoribus iniiceretur) quàm effundere. hæc ille. Ad eam venditionem refer legem 65. §. 1. ſ. *pro ſocio.* Anno etiã vrbis 427. lex lata, ne quis neruo, aut compedibus, ob pecuniam acceptam creditori ſeruiret. *Liuius* 8. Deinde Caio Popilio rogante, dictatore Sylla, conſtitutum fuit, vt qui bonorum copiam eiuraret (id eſt qui iuraret ſe in bonis non habere) Nexus ne eſſet. *Varro 6. de lingua Latina in pr.* vbi pleniſſimè dixi, quid eſſet Nexus & bonorum copiã eiurare: adde *Feſtum* in eiurare. quam legem pene abolitam lex Iulia reuocauit, introducto ceſſionis bonorum beneficio, *l. 1. 4. C. qui in bonis cedere.* Quoniam tamen bonorum ceſſio debitori infligebat ἀσχημονα τὸν βίον καὶ τὴν ἀσχημοσύνην. *Nou.* 135. hi qui ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καὶ ῥᾳθυμίας facti fuiſſent non ſoluendo, exempti ſunt à Iuſtiniano: ideoque ij non coguntur velut decoctores bonis cedere. Hos enim Adrianus catamidiari in amphitheatro iubebat. *Spartianus.* Eandem legem apud Bœotios fuiſſe Nicolaus auctor eſt apud Strobæum cap 42. iiſdem licèt equitibus, locus in theatro negatus erat lege Roſcia theatrali. Veriſimile eſt etiam eos virgis interdum caſtigatos, vt oſtendit Hotomanus 24 *Illuſtr.*

a hanc legem & ſequentem ſuo titulo aberrare quis non videt? vtique, ſi Pandectæ Florentinæ paterentur, ad titulum *de priuilegiis creditorum* referendæ eſſent: quod etiam Petro Pithæo placuiſſe video 2. *notar. fol. 8. in fin.*
b *l. 25. j. de reb. cred.* v. *l. 5. ſ. qui potiores l. 26. l. 34. j. de reb. auth. ind.*
c v *l. 25. ſ. de reb. cred.*
d *l. 12. §. 7. in fin. ſ. qui potiores. l. 24. in fin. j. de reb. auth. l. vlt. C. de priuil. fiſci.*
e v. *l. 5. ſ. eod.*
f *l. 7. in fin. eod. §. vlt. Inſt. de action.*
g atque ita bonorum ceſſio non tollit ciuilem obligationem.
h habet igitur exceptionem bonorum ceſſionis aduerſus omnes, de qua vide §. *vlt. Inſt. de replicationib. & Oldendorp. cap. 25. de exceptionib.* & ſic in bonorum ceſſione res inter alios acta aliis præiudicat: à nullis enim creditoribus conueniri poteſt. *Scholiaſtes, Syn. lib 7.*
i Imò non conuenitur *l. 6. §. vlt in fin. ſ de offic præſid.*
k metu quorundam creditorum.
l Cur ita? quia ceſſio eſt indiuidua. Nemo cedit bonis in partem: ideóque effectus qui in vno obtinet, ad omnes extenditur, Zaſ. *hic num.* 4. adde *Ecl. c. 3.*
m Pœnitere poteſt qui bonis ceſſit, *l. 3. ſ. eod.*
n adde *l. 7. in fin. j. eod.* μεταμελησάμενος, *Ecl c. 5.*
o nam antea, cùm vendebantur bona ex lege Iulia, debitori ne ad victum quidem & cultum quicquam relinquebatur, v. *Hotom. 24. Illuſtr.*
p Bartolus & Zaſius hoc accipit non de rei pretio, ſed prouentu, hoc ſenſu: in aliquo exigendo quatenus facere poteſt, quantitas redituum eius inſpicitur, non quantitas rerum quas habet. Bart. addit hunc caſum ſingularem eſſe ac mirabilem.
q Miſericordiæ cauſa datum, eripi niſi immiſericorditer non poteſt. adde *l. 34. ſ. de re iudic. 20 Gell* 1.
r i. rurſum *l. 7. j. eod.* ſ inter viuos. t πάλιν ἐνάγονται *Ecl. c. 8.*
u poſt ceſſionem acquiſita.
x vide *l. 4. l. 6. ſ. eod.*
y Cedi bonis non poteſt, niſi liqueat de debito.
z vel extra iudicium, vel in iure confitendo, vel ſententia.
† Hoc non ſeruatur in Gallia.
a ſola voluntate, *l. 6. C. eod.* ſtatutis tamen quibuſdam modo prorſus inhoneſto fieri ſolet: de quo vide Albericum *lib. de ſtatutis in verbo* ceſſio. Quin Accurſius hunc titulum legendum eo modo in cathedra oſtendebat teſte Dyno & Bartolo hic.

aut qui ad finem vſque litem non perducit. §. 4. j. *eod.* Porrò defendere, eſt ea facere quæ faceret principalis, ſi adeſſet, 8. *Eclo. tit.* περὶ διεκδικητῶν.
p παρατατικῶς, fuſius cum extenſione *v. l. 1. ſ. vnde legitimi, l. 14. j. de* ... *rei ind. l. 49. ſ. de re iud.* vt alibi, ἐγκλέεται, *l. 28. ſ. de probat. l. 13. j. de ſolut.* ... *§. 2. j. ratam rem haberi.* Eſtque tractatus, figura quæ non ſolùm ad præſens, ſed etiam ad futurum tempus refertur. q Durare debet defenſio, vt defenſio poſſit, adde *l. 10. §. 6. ſ. de in rem verſo.* † & malè, *verſ. Marcellus j. eod.*
r *l. 5. j. de reb. aut. ind.* † dic vt *j. eod. verſ. Marcellus autem.* ſ Contumacia patris pupillo nocet. Ex contractu patris vel maioris poteſt in pupillum eorum heredem fieri miſſio. t *l. 3. §. 2. ſ. de peculio* u tunc enim pupillus eſt locupletior *l. 5. in fin. ſ. de in rem verſo.* x Imò, tunc non tenetur, *l. 1. § 7. ſ. quod iuſſ.* y *l. 10. ſ. de inſtitor.* z Qui cum tutore contrahit cum pupillo contrahere videtur.
a *l. 11. ſ. de inſtit.* b Ita obligatur ex patientia. c Qui adit, aut qui cedit, aut cui ceditur hereditas contrahere videtur. *l. 5. §. 2. j. de obl. & act. Vlp. l. 19.* 14. §. 5. *Inſt. de obl. ex quaſi contr.* d Immiſcet ſe hereditati filius: adit hereditatem extraneus; rationem prioris ſententiæ collige ex *l. 11. ſ. de liber. & poſthum.*
† Contrahere videtur qui ſe immiſcet: adde *l. 5. §. heres j. de oblig.* §. heres ... *Inſt. obligatio. ex quaſi contractu.*
e *l. 22. ſ. de in ius voc. l. 33. §. 2. ſ. de procur. l. 4. in fin. j. tit.* ... *l. 1. §. 1. l. 6. ſ.* ... *pupill. l. 26. C. de procurat.*

1 ¶ Non

a Contumacia pupilli citati quemadmodum iudici innoteſcere debeat.
b *l.6.§.vbi pupill. l.5.§.11.* ǰ. *de rebus eor. qui ſub tutela.*
c de hac præſumptione v. Alciat. 1. *præſumpt.22.*
d vide Ciceronem *pro Quintio.*
e adde *l.1.§.7.* ǰ. *de ſuſpect.* adde Cic. *pro Quintio.*
f v *Cuiac.22.obſer. 27.*
g i. Pubertatem, *l.19.§.1 de admin. tut. l.vlt.* ǰ. *de iure deliber. l.50* ǰ. *de leg.3. Inſt.de pupill. in pr.*
h *l.51.* ǰ. *de leg.3.* id eſt matura viro, nubilis, *l.13.* ǰ. *de verb.ſign l.101.* ǰ. *de cond. & dem.Inſt.de nupt. in princ.*
i *l.62.* ǰ. *de iudiciis.*
k iudicatum ſolui.
l *v.l.1.10.§.1.* ǰ. *de reg.iur.*
m puto, dicitur hic ἐπὶ ἀμφιβόλῳ vt ſit νομίζω οὐ πέπεισμαι. non. n. hoc quaſi certus dicit, ſed quaſi exiſtimãs hunc morem iudiciorum ſine fraude contemni poſſe: & omnino mens Vlpiani hæc eſt. Hunc quidem eſſe morem vt ſi poſt dies 30. quàm bona debitoris ex edicto poſſeſſa ſint, vel poſt pubertatem, ſi pupilli bona poſſeſſa fuerint, ita tamen vt non minus 30. diebus poſſeſſa fuerint, ipſe debitor defenſionem ſui ſuſcipiat, ſatiſdet iudicatum ſolui ſtipulatione, ſed ſe putare ipſo defendente, non eſſe neceſſariam ſatiſdationem: nec malè eum qui obtulit defenſionem, nec ſatiſdederit, agere interdicto, quo iubentur creditores diſcedere de poſſeſſione, licet in ea re non obſeruent iudiciorum morem, vide Cuiacium 10. *obſeruat.* 29.

1 ¶ Non defendi pupillum conſtare debet, liquéreque prætori, vt ſic permittat bonorum poſſeſſionem.

¶ Hoc autem conſtare debet ſic *a*: Euocandi ſunt ad prætorem tutores pupilli, vt defendant. Si autem non habet tutores, requirendi cognati, vel affines *b* & ſi qui alij fortè ſunt, quos veriſimile *c* eſt defenſionem pupilli, pupillæ, non omiſſuros, vel propter neceſſitudinem *d*, vel propter charitatem *e*, vel qua alia ratione. liberti etiam, ſi qui ſunt idonei, euocandi, exquirendáque defenſio. Si autem negent *f*, ſe defendere, aut non negent, ſed taceant: tunc prætor poſſeſſionem dabit: tamdiu ſcilicet, quod non defendatur, ſi defendi cœperit pupillus, vel pupilla, deſinet poſſideri.

¶ Idem eſt & in furioſo.

2 ¶ Ait prætor: *Si is pupillus in ſuam g tutelam venerit, eave pupilla viripotens h fuerit & rectè defendetur, eos qui bona poſſident, de poſſeſſione decedere iubebo.*

3 ¶ Rectè *i* defendi quid ſit videamus: vtrum tantum copiam ſui facere, & ad ſuſcipiendum iudicium paratum eſſe; an verò & ſatiſdare *k* omnimodo. Et quidem non ſolum ipſis ſe defendere volentibus hoc edictum ſcriptum eſt, ſed in rem. & *rectè defendetur*, hoc eſt, vel à ſe, vel ab alio quocumque. ſed ſi alius defendat, erit neceſſaria *l* ſatiſdatio. ſi ipſe, non puto *m* neceſſariam ſatiſdationem. ergo oblata defenſione deiici poterit interdicto reddito.

De creditore conditionali. 1. De abſente. 2. De captiuo.

6. *Paulus* ‖ lib.54. ad Edictum.‖

IN poſſeſſionem mitti ſolet *n* creditor, & *o* ſi ſub conditione ei pecunia promiſſa ſit.

1 ¶ Cùm dicitur, *Et eius cuius bona poſſeſſa ſunt à creditoribus, veneant, præterquam pupilli & eius, qui p reipublicæ cauſa ſine dolo malo abfuit*: intelligimus, eius qui dolo malo abfuerit, poſſe venire.

2 ¶ Si ab hoſtibus quis *q* captus *r* ſit, creditores eius in poſſeſſionem mittendi ſunt. vt tamen non ſtatim bonorum venditio permittatur, ſed interim *ſ* bonis curator detur *t*.

De creditoribus non alendis. 1. ¶ De latitatione edictum. 2. De fraudatione. 3. De non latitante. 4. Quid ſit latitare. 9. De furioſo. 12. De prodig. & cæteris, qui curatorum ope iuuantur. 13. Quid ſit latitare. De fraudatione. 14. De obligatione in diem, vel conditionali, vel cui obſtat exceptio. 15. De peculio. 16. De actione in rem. 17. De abſente. 18. De petitione hereditatis.

7. *Vlpianus* [u] lib.59. ad Edictum.[u]

FVlcinius exiſtimat, creditores rei ſeruandæ cauſa miſſos in poſſeſſionem, ex his rebus ali non *u* debere.

1 ¶ Prætor ait: *Qui x fraudationis y cauſa latitauit, ſi boni viri z arbitratu non defendetur a, eius bona poſſideri vendique iubebo. b.*

2 ¶ Cùm hoc edictum locum habeat, non ſufficit latitare: ſed & neceſſe eſt *c* fraudationis *d* cauſa id fieri. neque quod fraudationis cauſa ſine latitatione fit, ſatis eſt ad poſſeſſionem & venditionem: ſed oportet fraudationis cauſa latitare. & eſt frequentiſſima hæc cauſa poſſeſſionis. nam in vſu latitantium bona poſſidentur.

3 ¶ Si quis poſſederit bona alicuius quaſi latitantis, qui non latitabat, & vendiderit: conſequens erit dicere, venditionem bonorum ſecutam, nullius momenti eſſe *e*.

4 ¶ Quid ſit autem latitare, videamus? Latitare eſt *f*, non (vt Cicero definit *g*,) turpis occultatio ſui. poteſt enim quis latitare non turpi de cauſa: veluti *h* qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones.

n Imo, mitti non poteſt, *l 14.in fin.* ǰ. *eod.*
o Conditionalis etiam creditor in poſſeſſionem mitti poteſt.
p v. *l.4.C.de reſtit.milit.*
q quis debitor.
r *l.22.in fin.l.vlt.* ǰ. *de reb.auth.*
ſ v. Socin *regula 50.*
t ne pereant *l 6.in fin ſupra de tutelis*: *v.l.3.C.de poſtliminio reuerſis.*
u Miſſus ex primo decreto in bona, non percipit fructus, *vt hic*: niſi aduerſarius ſit nimium contumax § *vlt.* ǰ. *eod.* niſi filia, neptis vidua defuncti, *l.pen.ſupra vt in poſſeſſ.leg* vel infans mittitur in poſſeſſionem ex Carboniano, *l.5.§.3.ſup. de Carboniano.*
x v Ciceronem in *oratione pro Quintio.*
y alias non eſt verè contumax §.2. ǰ. *l.19 ſupra de in ius voc.l.9.C.de bon auth. ind l.8 C.quomodo & quando iudex.*
z non iudicis: *l.18.* ǰ. *iudicatum ſolui.*
a Variis ex cauſis creditores crediti ſeruandi cauſa mittuntur in poſſeſſionem bonorum omnium debitoris, putà ſi in ius vocatus non defenditur, *vt hic: & l.2. ſupra eod.* poſtquam nullus mortuo heres extitit, *l.6.C.de bon auth.* ſi debitor exilij cauſa ſolum vertit, *l.13.* ǰ. *eod* ſi iuſſus ſatiſdare non ſatiſdat, ſed latitat *l.15.* ǰ. *de reb.auth.ind.* b aliter etiam puniri poteſt, *l vnic in fi.ſup.ſi quis ius dicenti.*
c hæc duo ſcilicet, quæ ſequuntur, latitare ſc. & fraudationis cauſa.
d Latitare non videtur, qui præſentiam ſui non facit, tyrannum, hoſtes, vel ſeditiones domeſticas metuens, §.4. ǰ *eod.*
e atqui decretum illuſorium eſſe non oportet, *l.75.ſup.de indic.*
f v. §.8. ǰ. *eod.* g *in oratione pro Quintio.*
h Tyrannum ſeu tyrannidem qui fugit, turpiter ſe non occultat. ſic exſul non eſt Ciceroni (*oratione pro domo ſua*) qui cùm de eo tribuni plebis promulgarent, eique imperium abrogarent, adeſſe propter iniquitatem Cinnani temporis noluit.

5 ¶ Sed is qui fraudationis cauſa latitat, non tamen propter *a* creditores: & ſi hæc latitatio creditores fraudet, in ea tamen erit cauſa: ne hinc poſſidere bona eius poſſint: quia non hoc animo latitet, vt fraudentur creditores. animus *b* enim latitantis quæritur, quo animo latitet: vt fraudet creditores, an alia ex cauſa.

6 ¶ Quid ergo, ſi duas cauſas latitandi habuit, vel plures, inter quas etiam fraudandi creditores? an venditio rectè procedat? & puto probandum: ſi plures cauſæ ſint latitationis, inter quas eſt & fraudationis cauſa, nocere debere, poſſéque hinc bona vendi.

7 ¶ Quid ſi aduerſus quoſdam occultare ſe conſilium non eſt, aduerſus quoſdam eſt? quid dicemus? & rectiſſimè Pomponius ſcribit, non aduerſus omnes latitationem exigendam, ſed aduerſus eum *c* quem quis decipere & fraudare latitatione deſtinat.

¶ Vtrum ergo omnes bona eius vendere poſſunt, quia latitat: hoc eſt, etiam hi aduerſus quos non latitat, quia verum eſt eum latitare: an verò is ſolus aduerſus quem latitat? Et quidem verum eſt eum latitare, & fraudationis cauſa latitare, & ſi non aduerſus me latitet.

¶ Sed illud tractandum Pomponius putat, an aduerſus me eúmque ſolum poſſe hinc venditionem impetrare aduerſus quem latitetur.

8 ¶ Latitare autem eſt cum tractu *d* aliquo latere: quemadmodum factitare, frequenter facere.

9 ¶ Adeo autem latitatio animum & affectum latitantis deſiderat, vt rectè dictum ſit, furioſum *e* hinc venditionem pati non poſſe: quia non ſe occultat, qui ſuus *f* non eſt.

10 ¶ Planè ſi non defendatur furioſus, curatorem ei dandum: aut bona eius vt poſſideantur nominatim *g* permittendum eſt. Labeo autem ſcribit, ſi non inueniatur curator, vel defenſor furioſi, ſed & ſi curator datus eum non defendat, tunc remouendum eum, & oportere prætorem dare curatorem aliquem ex creditoribus, vt non amplius, quàm neceſſe eſt, ex bonis furioſi veneat. eaque ſeruanda Labeo ait, quæ ſolent ſeruari, cùm venter in poſſeſſionem mittitur.

11 ¶ Planè interdum bona eius, cauſa cognita *h*, vendenda erunt, ſi *i* vrgeat æs alienum & dilatio damnum ſit allatura creditoribus. Ita autem vendenda, vt quod ſuperſit furioſo detur: quia hominis eius ſtatus & habitus à pupilli conditione non *k* multum abhorret. quod quidem non eſt ſine ratione.

12 ¶ Idémque *l* ‖&‖ in prodigo dicendum eſt, cæteriſque qui curatorum ope iuuantur. nec enim quiſquam propriè latitare eos dixerit.

13 ¶ Illud ſciendum eſt, poſſe quem in eadem ciuitate eſſe, & latitare, & in alia ciuitate eſſe, & non latitare. Etenim qui in alia ciuitate ſit, copiamque ſui faciat in publico, ibique pareat, an latitet videamus. & hodie hoc iure vtimur, vt ſiue quis eodem loci agat, ſiue alio, ſiue peregrè "agat," ſi tamen occurſum *m* creditoris euitet, latitare videatur. Denique eum quoque qui in foro eodem agat, ſi circa columnas *n* aut ſtationes *o* ſe occultet, videri latitare, veteres reſponderunt. Et poſſe quem aduerſus alterum latitare, aduerſus *p* alterum non. conſtat autem vt ipſe eius poſſit bona vendere, aduerſus quem latitat.

14 ¶ Si in diem vel ſub conditione debitor latitet, antequam dies vel conditio veniat, non poſſunt bona eius venire *q*: quid enim intereſt *r*, debitor quis non ſit, an nondum *ſ* conueniri poſſit. nam & non ſit debitor, idem dicemus.

¶ Idem erit dicendum, & ſi quis habeat quidem actionem, ſed talem *t*, quæ per exceptionem repellitur.

15 ¶ Si quis actione de peculio, filij vel ſerui nomine conueniri poſſit, ſi latitet, eo iure vtimur vt poſſint bona eius poſſideri & venire, tametſi *u* nihil fuerit in peculio. quia eſſe poteſt: & rei iudicatæ tempus ſpectamus, vtrum ſit, an non ſit. & quod teneat actio, etiam ſi nihil in peculio fuerit.

a id enim requiritur §.13. ǰ. *eod. l 36.* ǰ. *eod.*
b adde *l.53.* ǰ. *de furt.*
c idem eſt in viro reſpectu vxoris, *l. 18. §.1 ſupr ſoluto.* & in ſocio reſpectu ſocij §. *penult. inſt de ſocietate.*
d etiam non turpiter (vtputà, metu ſeditionis & hoſtium §.4. *ſup. eod*) vel quoquo modo vitato occurſu creditorum, §.13. ǰ *eo. l 36.* ǰ. *de reb auth.*
e *l.5.§.1.in fi.ſup. eod. l.2. §.3.ſup.de iure codicill. l.124. in fin.* ǰ. *de reg.iur.*
f Furioſus, ſuus nõ eſt, de variis cauſis furoris v. quæ notaui ad *tit.C.de curat.furioſ.*
g i. tantummodo. nam & alij etiam venditionem patiuntur, *Cuiac. 10. obſ.31.*
h Cauſa cognita Iudex, furioſi bona patitur diſtrahi, ſi æs alienum eius vrgeat: vel dilatio damnoſa.
i *l.5. §.9.* ǰ. *de reb. auth.ind.poſſid.*
k v. *Cuiac. 10. obſ. 31. in fin.*
l Prodigus, furioſus, & ſi qui curatorum ope iuuantur, æquiparantur.
m v. §.5. *ſup.eod.*
n *l. 36.* ǰ. *de rebus aut.ind.* De latitandi circa columnas & ſtationes more Diuus Ambroſius meminit *in libro de Tobia c.7.* Ille (inquit) greſſus debitoris ſingulos numerat, aucupat deflexus. Iſte continuo poſt columnas (fori ſc. Romani, quibus fuit refertum forum Romanum) caput obumbrat, vide *Cuiac. 1. obſer. 13.* de columnis in foro poſitis, hunc locum intelligit Alciat. 4. *Parer.* 27. ad quas plerumque obærati incurrere ſolerent, vnde & eiuſmodi homines obæratos *columnarios* à M. Cælio apud Ciceronem dici idem cenſet. o vel armaria, quæ Bibliopolæ vel artifices habebant in foro. Acron ad illa verba Horatij 1. *Sermon.4.* Nulla taberna meos habeat neque pila libellos §. ſed tamen Alciatus 2. parergon 17 & Cuiacius legit, *aut ſtatuas.* & ita Sidonius Apollinaris 1. *Epiſtola ad Montium.* Alij ne ſalutarent fugere poſt ſtatuas, occulti poſt columnas. Lucianus in Anar. apud Cuiacium 1. *obſeruat.13. in fine*, quod etiam defendit 2. *obſeruat.40.* adde Baſilium in Pſalm. 14. Briſſonius 2. *ſelectarum antiquitatum* 12. ſtationes legi poſſe exiſtimat, ac primum quidem propter conſenſum omnium Codicum, deinde quod in foro Romano ſtationes eſſent. Suet. *Nerone* 37. 7. *Plin.53.l.penultim. Codice de operibus publ.* Omnis conuictus, thermæ, ſtationes omne theatrum de Rutilo Iuuenalis Satyra 1. Mos autem erat (teſte Cornuto in Perſium Satyra 1.) vt tabernarij cupientes ne pueri mingerent per ſtationum ſuarum angulos, pingerent ſupra duos angues, id eſt, dracones. Ita tabernæ ſtatio adnectitur, & alioquin conſtat, Tabernas in foro fuiſſe ex 5. *Vitruuij* 1. *l.15.§.7.* ǰ. *de iniur. l.32.ſupra de contrahend.empt. Liuio.26.l 6.Quint.4.* Ibidem etiam argentariorum menſæ, 33. *Plin.4.Plauto Curculione*: adde quæ de tabernis ſcripſi *ad l.15. §.7.* ǰ *de iniuriis.*
p *§.5.ſup.eod.*
q *l.9.in fin.C.de bon.auth.ind.*
r nota regulam.
ſ *l.50.ſup.de pecul §.4.in fin.inſt.de verb.obl.*
t i. inanem *l.7.8.ſup.de dolo.l.8.§ 10.* ǰ. *ad Turpill.l.112.* ǰ. *de reg.iur.*
u Imo, ſi nihil eſt in peculio ſerui eius qui latitat, in bonorum poſſeſſionem mitti non poſſumus, *l.50.ſup.de pecul.*

16 ¶ Item

16 ¶ Item *a* videamus, ſi quis aduerſus in rem actionem latitet, an bona eius poſſideri venumque dari poſſint? Extat Neratij ſententia, exiſtimantis bona eſſe vendenda, & hoc reſcripto Hadriani continetur. quo iure vtimur.

17 ¶ Celſus autem Sexto reſpondit: ſi fundum, quem petere volo, Titius poſſideat, neque abſens defendatur, commodius ſe exiſtimare, in fundum *b* poſſeſſione mittendum, quàm bona eius poſſideri. hoc adnotandum eſt, Celſum conſultum non de latitante, ſed de abſente.

18 ¶ Idem Celſus exiſtimat, ſi is à quo hereditatem *c* petere velim, latitat, commodiſſimè fieri poſſe, vt in poſſeſſionem mittar rerum, quas pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet: ſed ſi dolo fecit quo minus poſſideret, bona eius poſſidenda & vendenda ſunt.

19 ¶ Diuus quoque Pius in perſona eius qui hereditatem poſſidens copiam ſui non faciebat, reſcripſit, in poſſeſſionem rerum hereditariarum aduerſarium inducendum. in quo reſcripto & fructum *d* percipere iuſſit eum qui per nimiam contumaciam poſſeſſoris hereditatis, vt lucro eius cedat, in poſſeſſionem inductus eſt rerum hereditariarum.

Si incertum ſit an heres ſit extaturus.

8 *Idem* lib. 60. ad Edictum.‖

SI diu *e* incertum ſit, heres extaturus, necne ſit, cauſa cognita permitti oportebit, bona rei ſeruandæ cauſa poſſideri. & ſi ita res vrgeat *f*, vel conditio *g*, bonum etiam hoc erit concedendum, vt curator conſtituatur.

Si ex heredibus vnus deliberat; alter repudiat.

9. *Paulus* " lib. 57. ad Edictum."

VNus *h* ex creditoribus.

1 ¶ Si alter ex heredibus intra tempora ſibi præſtituta *i* deliberet adire hereditatem, alter verò neget ſe aditurum, videndum eſt quid creditoribus agendum ſit? Et placet, interim eos in poſſeſſionem mittendos, cuſtodiæ cauſa, donec appareat, is qui deliberat, vtrum agnoſcat partem ſuam, an non agnoſcat.

De pupillo.

10. *Vlpianus* ‖ lib. 81. ad Edictum.‖

SI pupillus *k* præſens ſit, tutorem *l* autem non habeat, pro abſente habendus eſt.

De eo quod filiofamilias ſub conditione legatum eſt.

11. *Idem* " lib. 8. ad Plautium."

SI filiofamilias legatum vel fideicommiſſum ſub conditione relictum ſit, dicendum eſt, tam ipſum, quàm patrem *m* in poſſeſſionem mittendos eſſe: quia ambo ſpem *n* commodi habent.

Effectus miſſionis.

12. *Pomponius* " lib. 23. ad Quintum Mucium."

CVm legatorum vel fideicommiſſi ſeruandi cauſa, vel quia damni infecti nobis non caueatur, bona poſſidere prætor permittit, vel ventris nomine in poſſeſſionem nos mittit, non poſſidemus: ſed *o* magis cuſtodiam *p* rerum, & obſeruationem nobis concedit.

De remiſſo à præſide ad Imperatorem. De exule ad tempus.

13. *Papinianus* ‖ lib. 14. Reſponſorum.‖

AD cognitionem Imperatorum à præſide prouinciæ remiſſus, & ſi *q* in cæteris litibus Romæ defendere ſe non cogitur: tamen in prouincia defendendus eſt. Nam & exilio temporario puniti, ſi defenſor non exiſtat, bona veneunt.

De creditore prohibito ingredi. 1. De legato conditionali. 2. De creditore conditionali.

14. *Paulus* " lib. 2. Quæſtionum."

SI quis creditorem *r* prohibuerit bona debitoris ingredi, datur *ſ* in eum actio, quanti *t* ea res ſit *u*.

1 ¶ Sed & ſi quis legatorum ſeruandorum cauſa miſſus in poſſeſſionem, admiſſus non eſt, ſi *x* legati conditio pendeat, licèt poſſit deficere: æſtimetur tamen id quod legatum *y* eſt, quia intereſt eius cautum habere.

2 ¶ Creditor autem conditionalis *z* in poſſeſſionem non *a* mittitur: quia is mittitur *b* qui poteſt bona ex edicto vendere.

De permutatione, datione in ſolutum, litis æſtimatione, ſtipulatione, donatione.

15. *Vlpianus* " lib. 6. Fideicommiſſorum."

IS qui rem permutatam accepit, emptori ſimilis *a* eſt. Item is qui rem in ſolutum accepit, vel qui lite æſtimata retinuit, vel ex cauſa ſtipulationis, non *b* ob liberalitatem *c* eſt conſecutus *d*.

a vide interpretationem huius §. in §. ſequenti.
b in fundi poſſeſſionem *Hal.* Porrò is ſenſus eſt: in actione reali ſi reus non latitat in ſolam rem petitam fit miſſio, *vt hic*: ſi latitat, in omnia bona, §. 16. *ē. eo.*
c Quando petitur hereditas, & poſſeſſor latitat, immiſſio fit in bona hereditaria. adde *l.* 20. §. *ī. de inter.*
d Contra poſſeſſorem hereditatis fit miſſio: & ſi perſeuerat contumax eſſe, fructus etiam percipiet is qui miſſus erit. & ita reſtringe legem 5. §. 2. *ī. vt in poſſeſſ. legat.* v. Socin. *regula* 265. 266.
e *l.* 3. *ī de curat. furioſi. l.* 22. §. 1. *ī. de reb. author.* In defuncti bona fit miſſio ex primo decreto & datur bonis curator. Qui nunc citandi ſunt? proximè ſucceſſuri. Minus autem 100. diebus alicui alicui non conſtituet, vt deliberet, heres velit eſſe necne. *l.* 1. *l.* 2. *ī. de iur. delib.*
f *l.* 23. §. 2. *in fin. ī. de her. inſt.*
g fingamus enim quædam deberi ſub pœna.
h quin & alius non creditor, *l.* 2. §. 4. *de curator. bon.* *ī* v. *ī. de iure deliberandi.*
k *l.* 5. *ī. tit. prox.*
l præſentem, ſc. & auctorem, *l.* 9. §. 5. *l.* 15. *l.* 17. *ī. de auctor. tutor.*
m ex cauſa ſc. vſusfructus, quem habet in bonis aduentitiis filij, *l.* 8. §. 3. *C. de bonis quæ liberis.* §. 2. *inſtit. per quas perſonas cuique acquir.*
n Spei habenda eſt ratio, *l.* 8. §. 1. *ī. de contr. empt. l.* 7. *ī. de her. vend. l. ſpei. C. de donat.*
o Differentiam obſerua poſſeſſionis & cuſtodiæ, & ſic poſſeſſoris & cuſtodis.
p *l.* 5. *ī. vt in poſſ. leg. l.* 3. *in fin. ī. de acq. poſſ.*
q Appellans à præſide ad principem Romæ exiſtentem: non, vt Romæ, ita ſuæ prouinciæ iuriſdictionem declinare aliis in cauſis poterit.
r *ſub.* mitti iuſſum in poſſeſſionem.   ſ *l.* 1. *ī. ne vis fiat ei.*
t Id quod intereſt, æſtimatio eſt eius quod debetur. hoc ſi creditor conſequutus ſit, etiam ab extraneo liberatur debitor, *l. ſi quis,* 13. *ī. de re indicata.*
u i. quantum valet *Zaſ. arg l.* 123. *ī. de verb. ſign.*
x i. quamuis, *Alberic.*   y ac ſi eſſet purè relictus. An totum? an dubius tantum euentus æſtimabitur, aduerſus eum qui dolo fecit, totum æſtimabitur. *Bart. arg. l.* 3. §. 11. *ī. de tab. exhib.*
z *l.* 7. §. 14. *ī. eo.*
a In o mittitur: *l.* 6. *ī. eo.* de quo v. Cuiac. 10. *obſer.* 32.
b quia debitum non ſoluitur, aliud in conditionalibus legatariis, *l. vlt. ī. vt in poſſeſſionem legatorum.*

DE REBVS *e* AVCTORITATE iudicis poſſidendis, ſeu vendundis.

TIT. V.

Vbi ſit venditio bonorum.

Gaius " lib. 23. ad Edictum Prouinciale "

VEnire *f* bona ibi oportet, vbi quiſque defendi debet. " id eſt. "

2. *Paulus* " lib. 54. ad Edictum."

VBi domicilium *g* habet *h*:

3. *Gaius* " lib. 23. ad Edictum prouinciale."

AVt vbi quiſque contraxerit.

¶ Contractum autem non vtique eo loco intelligitur, quo negotium geſtum ſit, ſed *i* quo ſoluenda eſt pecunia.

De ſeruo inſtituto. 1. Si quis defunctum defendat.

4. *Paulus* " lib. 57. ad Edictum."

SI ſeruus ſub conditione heres inſtitutus ſit, aut dubium ſit an is heres liberque futurus ſit, non eſt iniquum poſtulantibus creditoribus ita *k* decerni, vt ſi ante certum tempus is heres non extiterit, proinde *l* omnia obſeruentur, ac ſi is heres ita inſtitutus non eſſet. quod plerumque accideret, ſi ſub conditione dandæ alicui pecuniæ heres inſtitutus ſit, nec dies adpoſitus ſit. Sed hoc quantum ad bona, ita obſeruandum. Cæterùm libertas ei quandoque competet, & à prætore conſeruanda eſt, etiam ſi *m* certum ſit, neque heredem, neque bonorum poſſeſſorem futurum.

1 ¶ Si quis tamen heredem ſe ſpondendo *n* vel actiones patiendo *o*, defunctum defendat, bona defuncti venire non poterunt.

De minore xxv annis.

5. *Vlpianus* " lib. 60. ad ‖ Edictum."

SI minor 25. annis, qui habet curatores, à curatoribus non defendatur, nec *p* alium defenſorem inueniat, bonorum venditionem patitur, & ſi non latitet, " licet " non fraudationis cauſa latitare videtur, qui ſui non *q* eſt idoneus defenſor.

De pupillo

6. *Paulus* " lib. 58. ad Edictum."

SI non expedierit pupillo hereditatem parentis retinere, prætor bona defuncti venire permittit, vt quod ſuperauerit *r*, pupillo reſtituatur.

1 ¶ Si pupillus antequam *ſ* abſtineret, aliquid geſſerit, ſeruandum *t* eſt. vtique ſi bona fide geſſit.

2 ¶ Quid ergo ſi quibuſdam creditoribus ſoluit *u*, deinde bona venierint? Si quæratur an repetitio ſit, ex cauſa id ſtatuendum Iulianus ait: ne alterius aut negligentia *x*, aut cupiditas, huic qui diligens fuit, noceat. Quòd ſi vtroque inſtante *y* tibi gratificatus tutor ſoluit, æquum eſſe, aut prius eandem portionem mihi quæri, aut communicandum quod accepiſti. & hoc Iulianus ait.

¶ Apparet autem loqui eum, ſi ex bonis paternis ſolutum ſit.

¶ Quid ergo ſi aliunde pupillus ſoluerit? reddi ei debebit, necne? & vtrum à creditore, an ex hereditate? Scæuola noſter ait: ſi aliquid ſit in bonis, deducendum ex hereditate ſolidum, exemplo eius qui geſſit negotia. Sed ſi nihil ſit in bonis, non eſſe iniquum aduerſus creditorem dandam repetitionem, quaſi indebiti ſoluti.

De hereditario ære alieno.

7. *Gaius* libro 11. ad Edictum Prouinciale.

HEreditarium *z* æs alienum intelligitur etiam id de quo cum defuncto agi non potuit: veluti, quod is cùm moreretur, daturum ſe promiſiſſet.

¶ Item quod is qui pro defuncto fideiuſſit, poſt mortem eius ſoluit.

De vſufructu. 1. De fructibus. De locatione, vel venditione.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 70. ad Edictum.‖

IN venditionem bonorum *a* etiam vſusfructus veniat: quia appellatione *b* domini fructuarius quoque continetur. *c*

1 ¶ Si quis fructus ex prædio debitoris capi poterit, hunc creditor, qui in poſſeſſionem prædij miſſus eſt, vendere *d* vel locare *e* debet. *f*. Sed hoc ita demum, ſi ante neque venierit, neque *g* locatus erit. nam ſi jam à debitore vel locatus erat, vel venierat, ſeruabit *h* prætor venditionem & locationem à debitore factam, & ſi minoris diſtractum eſt, vel locatum: niſi *i* ſi in fraudem creditorum hoc fiat. tunc enim prætor arbitrium dat creditoribus, vt ex integro locationem vel venditionem faciant.

a v *l.* vlt. ... permut.
b hic enim ... emptor, ... tarius, rem ... ſa lucra... bet.
c Ideoque ... dedit, ... nomine ... tur, *l.* 62. ...
d *l.* 1. *C. de* ...
e ſeu bon... 72.
f i. pati ... vendi bona.
g Ciuem ... go, allectio ... ptio, ... *v. l.* 7. *C.* ...
h Imò, vbi ... ta ſunt, *l.* ... *ī. eod.* ſolue... ctio, vbi ... tus eſt, ... vt tantum ... ſtrahantur ... domicilij ... ris peti ...
i *l.* 3. ... *act. empt.* ... *oblig.* ...
k *v. l.* ... *de her. inſt.* ... *curatore* ...
l adde *l.* ...
m *l.* 14. ... *miſſ.* ...
n Reſpon...
o *l.* 5. ...
p æqui ... defenſorem ... cogitur.
q adde ... *ī. tit. prox.*
r *l.* 45. ... *iur. fiſci.*
ſ *l.* 44. ...
t *l.* 24. ... *fraudem.*
u tutor ... ex bonis ... pupilli.
x aut ... gentia ... gratificatio ...
y alias, ...
z *l.* 40. ... *act.*
a *l.* 49. ... *ſign.*
b Fructua... mini appel... continet... in pleriſque ... fructuarius ... mino habe... *hic.* vt in ... poſſeſſion... dis, his ... minum ... non placet ... *Quintio.*
c *l.* 4. ... Imo non ... tur, *l.* 43. ... *furtis.*
d *v. l.* 5. ... *in poſſ. leg.*
e *l.* 9. §. 6. ...
f Quamuis ... ditorem ... tineat in ... miſſo: ... tamen ... gligere. *Zaſ.* ...
g Miſſus in ... ſionem, loca... debitore ... re cogitur.
h Creditor ... ſtare colono ... non cogitur ... *de locat.* ... mittitur ... ris habet ... pior.
i Locatio in ... dem creditorum ... cta reſcindi ...

2 ¶ De cæterarum quoque rerum fructibus idem erit dicendum: vt ſi qui locari poſsint locentur. putà mercedes ſeruorum, vel iumentorum, cæterorúmque quæ poſſunt locari.

3 ¶ De tempore locationis nihil prætor locutus eſt, & ideo liberum arbitrium creditoribus datum vi detur, quanto tempore locent. quemadmodum illud eſt in arbitrio eorum, vendant, vel locent: ſcilicet ſine dolo malo. ex culpa *a* autem rei non fiunt.

4 ¶ Si vnus ſit qui poſsideat bona, expeditum erit de locatione. quòd ſi non vnus, ſed plures ſint, quis eorum debeat locare, vel vendere, quæritur? Et ſi quidem conuenit inter eos, expeditiſsimum eſt: nam & omnes poſſunt locare, & vni hoc negotium dare: ſi verò non conuenit, tunc dicendum eſt, prætorem cauſa cognita eligere debere, qui locet vel vendat.

Edictum de fructibus & impenſis, & deterioratione. 1. Et eius interpretatione.

9. *Idem* ‖lib. 62. ad Edictum.‖

PRætor ait: *Si quis cùm in poſſeßione bonorum eſſet, quod eo nomine fructus ceperit, ei ad quem ea res pertinet, non reſtituat, ſiue quod impenſa nomine* b *ſine dolo malo fecerit, ei non præſtabitur. Sine dolo malo eius deterior cauſa poſſeßionis facta eſſe dicetur, de ea re iudicium in factum* c *dabo.*

1 ¶ Quod de fructibus ait, etiam de cæteris, quæcumque ex re debitoris peruenerunt, intelligendum eſt. & ſanè debuit hoc ita eſſe. quid enim ſi ex compromiſſo vel alio caſu pœnam *d* conſecutus eſt? nam eam pœnam quam conſecutus eſt, præſtare debet.

2 ¶ Quod ait *e* prætor: *Sine quod impenſæ* f "*nomine*" *ſine dolo malo fecit, ei non præſtabitur.* hoc eò ſpectat, vt ſi quid ipſe erogauit creditor, ſi modo ſine dolo malo erogauit, hoc ei præſtetur. ſufficit igitur ſine dolo erogaſſe: etiam *g* ſi nihil profuit erogatio eius rei debitori.

3 ¶ His verbis, *Ad quem ea res pertinet* h, etiam curator *i* bonis diſtrahendis datus continebitur *k*, & ipſe debitor, ſi contigerit, ne bona eius veneant. Et ipſi itaque *l* creditori aduerſus hos dabitur actio, quos enumerauimus: ſiue quid in fructibus percipiendis erogauit, ſiue in familia alenda curandáve, prædiis fulciendis vel reficiendis, vel damno infecto promittendo, vel ſeruo noxali iudicio defenſo: ſi modo *m* non magis eum expedit dedere, quam retinere. quòd ſi dedere expedit, conſequens erit repetere eum "non" debere.

4 ¶ Generaliter etiam dicendum eſt, quidquid impendit in rem, ſi modò ſine dolo malo impendit, repetere eum poſſe. nam negotiorum geſtorum agere non magis poteſt, quam ſi ſocius commune ædificium fulſit *n*: quia hic quoque creditor commune, non *o* alienum negotium geſsiſſe videtur.

5 ¶ Eſt præterea quæſitum, ſi deteriora prædia facta fuerint ſine dolo malo creditoris, vel iura eorum amiſſa, vel ædificia diruta, vel exuſta *p*: item familiæ pecorúmque acta cura non ſit, aut poſſeſsio alij tradita, ſine dolo tamen malo: an teneatur? Et apparet eum non teneri: quia dolo malo caret. eritque melior eius *q* conditio, quam in pignore creditoris, qui non tantùm dolum malum, verùm culpam quoque debet.

¶ Eadem cauſa eſt curatoris bonorum. nam & is tenetur, vt creditores.

6 ¶ In eum quoque qui neque locauit *r* fructum prædij, neque vendidit, in factum actionem dat prætor, & in hoc condemnabitur, quanto minùs propter hoc perceptum eſt: quia neque vendidit, neque locauit. ¶ Cæterùm *ſ* ſi tantum perceptum eſt, quantum perciperetur, ſi locatus vel diſtractus fructus eſſet, nihil ei imputabitur.

¶ Præſtat autem per id tantum temporis, quo in poſſeſsionem fuit vel ipſe, vel iuſſu eius alius quoad inde de poſſeſsione diſceſſum eſt. nam neque hoc imputatur creditori, cur in poſſeſſionem non venerit: neque illud, cur de poſſeſsione deceſſerit *t*: cum voluntarium & ſuum *u* potius negotium creditor gerat.

¶ Æſtimatio autem ſit, quantum intereſt eius qui experitur.

7 ¶ Hæ actiones neque temporariæ ſunt; & tam heredibus quàm in heredes dabuntur, cæteróſque ſucceſſores.

8 ¶ Si poſſeſsionis cauſa deterior facta eſſe dicetur dolo *x* eius qui in poſſeſsionem miſſus ſit, actio in eum ex dolo datur. quæ neque poſt annum, neque in heredes, cæteróſque ſucceſſores dabitur: cùm *y* ex delicto oriatur, pœnæque nomine concipiatur.

10. *Paulus* ‖lib. 59. ad Edictum.‖

NIſi quatenus ad eum peruenit.

11. *Vlpianus* ‖lib. 62. ad Edictum.‖

HEredi autem dabitur: quia & rei *z* continet perſecutionem.

An poſtulatio vnius aliis proſit. 1. De loco. 2. Si poßideri non poßit.

12. *Paulus* ‖lib. 59. ad Sabinum.‖

CVm vnus ex creditoribus poſtulat, in bona debitoris ſe mitti: quæritur vtrum ſolus is qui petit,

a *l.9.§.1.ĩ.eo. v. Molinæum 1. Conſuet. §.6.gl.7.n.12.*
b *l.15.§.34. ſup. de damno.*
c *l.14. in fi.ĩ.eo.*
d v. quæ ſcripſi ad *l.11. C. de vectigal.*
e *in pr. ſupra eo.*
f erogando, litigando, negotium gerendo. *§.4.ĩ.eod.*
g Impenſæ ſine dolo factæ, etiam ſi nõ ſint vtiles, repeti poſſunt. Fallit hoc in eo qui pignus habet ex conuentione *l.8.ſup. de pign.* vel rem pupilli, *l.6. l.37.ſup. de negotiis.* ciuitatis, *l.26.ĩ. de reb. cred.* & Eccleſiæ, *Nou.7.c.1. Nou.120. c.6.7.*
h de hac formula *v. l.18. ſup. de adop. l.53.ĩ. de obl. l.71. in fi. l.181.ĩ. de ver. ſig.*
i Res ad nos pertinent, non tantùm dominij, ſed curæ ratione.
k Creditor miſſus in poſſeſsionẽ fundi, ſoluto debito, ipſi debitori petenti vel curatori bonorum fructus ex fundo percepto, reſtituere debet.
l Correlatiuorum ex vno alterius æquitas relucet, adde *l.2. in fin. ſupra de negotiis.*
m Vtiliter curator non gerit, qui mauult damni æſtimationẽ præſtare, quã animal fortaſsis vile, quod alteri nocuit, dedere.
n qua igitur actione aget? in factum.
o Commune quod eſt, dicitur aliqua parte meum. adde *§.1. inf. eod.*
p nota caſum in quo quis non tenetur de incendio ex culpa leui dato.
q Creditor pignoratitius dolum & culpam leuem præſtat. Curator verò immiſſus in bona, de dolo & lata culpa tantum tenetur.
r *l.8.§.1.2. ſup. eo.*
ſ intereſſe vbi ceſſat, ibi non datur actio. Hæc exceptio, *Tua non intereſt*, excludit actionem, & impedit litis ingreſſum, *l.47. ſup. de neg. l.8. §.6. ſupr. mandati, l.32. ſuprà locat.*
t animo etiam, non tantùm corpore, & ſic animo retinetur etiam detentio.
u *§.4. ſup. eod.*
x Dolus delicti ſpecies eſt, *vt hic & inf. eo. c. in fin.*
y Actiones ex delictis in heredes & cæteros ſucceſſores non dantur, niſi quatenus ad eos peruenit.
z Quæ rei perſecutionem continent actiones, heredi dantur, *l.4. in fi. ſup. de damno, l.84. ſup. ad l. Falc.*

poſsidere poteſt: an cùm vnus petit, & prætor permiſit, omnibus creditoribus aditus ſit? & commodiùs dicitur, cùm prætor permiſerit, non *a* tam perſonæ ſolius petentis, quàm *b* creditoribus & in *c* rem perinde miſſum videri. quod & Labeo putat. Nec videbitur libera perſona adquirere alij. quia nec ſibi quicquam adquirit, cui prætor permittit: ſed *d* aliquid ex ordine facit, & ideo cæteris quoque prodeſt *e*.

¶ Planè ſi is poſtulauerit, qui creditor non eſt: minimè dicendum eſt, vel eum qui creditor eſt, poſsidere poſſe: quia nihil egit talis poſtulatio.

¶ Aliter atque ſi creditor, cui permiſſum eſt poſsidere, poſtea recepit debitum ſuum. cæteri enim poterunt peragere bonorum venditionem.

1 ¶ Is qui poſsidere iubetur, eo *f* loco iuſſus videtur, cuius cura ad iubentem pertinet.

2 ¶ Si propter *g* naturam *h* rei, veluti ſi prædium inundatum ſit, aut propter latronum potentiam, non poteſt poſsideri, rectè *i* dicitur non eſſe quod poſsideatur.

13. *Gaius* "lib. 23. ad Edictum Prouinciale."

QVamuis poſſeſſa non ſint bona: quia fortè nihil fuerit quod poſsideatur *k*, aut ſine controuerſia non poſsideatur: creditor qui in poſſeſsionem miſſus eſt, perinde habetur, ac ſi etiam poſſeſſa bona fuiſſent *l*.

Si actiones perituræ ſunt. 1. De eo quod reſtituendum eſt à creditore.

14. *Paulus* ‖lib. 59. ad Edictum.‖

CReditore in poſſeſsionem rerum debitoris miſſo, curator conſtitui debet, ſi *m* quædam actiones *n* perituræ ſunt *o*.

1 ¶ Datur in creditorem actio, qui in poſſeſsionem miſſus eſt, de eo quod ex bonis debitoris ad eum peruenit. ſi nondum ſit aliquid conſecutus, actiones ſuas præſtabit. datur autem in factum actio aduerſus eum. & omne *p* quod in actionem negotiorum geſtorum veniret, ſi poſſet agi, reſtituendum à creditore.

De inſtrumentorum deſcriptione, recognitione, diſpunctione.

15. *Vlpianus* ‖lib. 62. ad Edictum.‖

CVm plures creditores in poſſeſsionem rerum debitoris mittantur, nec *q* corrumpantur rationes. vni *r* hoc negotium à creditoribus eſſe dandum, quem maior pars creditorum elegerit. *ſ* ‖Ego‖ puto creditoribus inſtrumentorum etiam, ἀναγραφὴν, id eſt, *deſcriptionem*, facere *t*, non vt deſcribant ipſa *u* corpora inſtrumentorum, ſed quot ſint, de qua re ſint, ſubnotent ſibi, & quaſi inuentarium faciant. quòd etiam vniuerſorum *x* facere eis erit permittendum.

¶ Præterea nonnunquam prætor *y* cauſa cognita, etiam *z* deſcribere aliquid ex inſtrumentis creditoribus debebit permittere, ſi qua idonea cauſa interueniat.

1 ¶ Vtrùm ſemel, an etiam ſæpius recognitio, diſpunctio concedenda ſit creditoribus, videamus? Et ait Labeo, amplius quàm *a* ſemel non eſſe concedendam. ſi quis tamen (inquit) iurauerit non calumniæ cauſa ſe poſtulare, neque habere quæ diſpunxerit, iterum ei faciendam poteſtatem ait, nec amplius *b* quam bis.

Qui præferatur in emptione bonorum debitoris, eiúſque bonis emendis.

16. *Gaius* ‖lib. 24. ad Edictum Prouinciale.‖

CVm *c* bona veneunt debitoris, in comparationem extranei, & eius *d* qui creditor cognatúſve ſit, potior *e* habetur creditor cognatúſve. magis *f* tamen creditor, quam cognatus *g*, & inter creditores potior is, cui maior *h* pecunia debebitur.

De priuilegio funerariæ actionis, & dotis.

17. *Vlpianus* ‖lib. 63. ad Edictum.‖

QVæſitum eſt vtrùm ita demum priuilegium habet funeraria *i*, ſi is, cuius bona veneunt, funeratus ſit, an etiam ſi proponas alium eſſe funeratum? Et hoc iure vtimur *k*, vt quicunque ſit funeratus (id eſt ſiue is cuius de bonis agitur, ſiue quid is *l* debuit) funeraria actione cogi quod reddere eum ſi viueret,

a Quod ob rem conceditur, non dicitur ob perſonam concedi.
b Pignus prætorium in rem eſt: ex cauſa iudicati in perſonam, *l.6.§.7.ĩ. quæ in fraudem cred. l.10. C. de bon. aut. iud. l.15.§.15. ſup. de damno, l.5.§.3. ſup. vt in poſſ. leg.*
c Vno creditorum miſſo, omnes alij creditores immiſſi intelliguntur: cuius regulæ, vide octo limitationes apud Zaſ. hic.
d Qui per occaſionem alteri commodum parat, non dicitur quidquam ei adquirere.
e *l. vlt. C. eod. l.5. §.2. ſup. vt in poſſeſſ. l.15.§.15. ſuprà de damno.*
f *l.2. ſup. eo. v.* quæ notaui ad *l.15.§.1. ſup. de re iud.* Decretum de immittendo non extenditur ad bona debitoris extra territorium, nec enim iuriſdictiones ſunt turbandæ.
g Poſsideri non poſſunt, quæ non extant. Paria ſunt rem non poſſe reperiri, & non poſſe poſsideri.
h id eſt, euentum qui rei accedit.
i Imò malè: id enim poſsidemus, *l.30.§.3. ſup. de adq. poſſeſſ.*
k Impeditus immitti pro immiſſo habetur.
l Ceſſante, ideóque impedimento poteſt ea bona ingredi.
m alias curator non daretur.
n Curator bonorum actiones mouere poteſt.
o vt ea ſunt quæ in nominibus conſiſtunt.
p excepta culpa leui. quæ venit in actionem negotiorum geſtorum, *l.11. ſup. de neg.* hic non venit, *l.9. §.5. ſup. eod.*
q mittuntur, ne corrumpantur, *Hal.* adde *l. vlt. ſupr. de fide inſtru.*
r *l. 9. ſupra quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*
ſ elegerat, puto, & ἀναγραφὴν ſe facere inſtrumentorum, non vt deſcribantur, *&c. Hal.*
t *lego* permitti facere.
u tota inſtrumenta.
x id eſt, non tantùm inſtrumentorum, ſed etiam rerum.
y v. quæ notaui ad *l. pen. ſupra de interrog.*
z *l.5. ſup. familia. l.48. ſup de act. empt.*
a adde *l. vlt. §.13. in fi. C. de iur. deliber.*
b Imo ſemper *l.7. in fi. ſup. de edendo.*
c in vulgata & Haloandri lectione hic incipit titulus, *DE PRIVILEGIIS CREDITORVM* v Fabrum 3. Conicct. 15.
d In licitatione poſſunt etiam concurrere creditores, *vt hic, & l.2. C. ſi in cauſa iudicati.*
e Ius προτιμήσεως propinquis & ſociis non competit, *l. dudum, 14. C. de contr. empt.* niſi in auctione bonorum, *vt hic.* vel ex conuentione, *quidam, Romæ, 122. §. coheredes 3. inf. de verb.*
f Cognatus creditor vt extraneo, ita & cognato non creditori in bonis debitoris emendis præfertur. Eadem ratione creditoris extraneo, cognatus creditor præfertur: Et ex cognatis æquè creditoribus, is cui maior pecunia debetur, *vt hic.* adde *l.60. ſup. de pact.* de iure προτιμήσεως dixi ad Nouel. Friderici *de iure protimiſeos.*
g *v. l.14. C. de contr. empt.*
h *l.8. ſup. de pactis, l.14. ſup. depoſiti.*
i id eſt, actio ſcil. qua repetuntur fructus funeris, *l.12.§.2. l.14.§.6. ſupra de religioſis.*
k priuilegia interpretationem extenſiuam à communi vſu, conſuetudine, & praxi recipere hinc colligunt.
l putà pater pro filio, *l.21. ſup. de religioſis.* dominus pro ſeruo, *l.31.§.1. ſup. de relig.*

oporteret

oporteret) priuilegio *a* locus ſit, ¶ Paruíque referre dicamus, qua actione hic ſumptus repetatur, funeraria, an familiæ erciſcundæ *b*, an qua alia: dummodò ſumptus funeris cauſa factus ſit.

¶ Quacunque igitur actione ob funeris ſumptum vtatur, etiam funerariam ei competere.

¶ Quare ſi in ſtipulatum *c* funeris impenſa deducta eſt, dicendum eſt locum eſſe priuilegio, ſi modò quis non abiiciendi *d* priuilegij cauſa ſtipulatus eſt.

1 ¶ Si ſponſa dedit dotem, & nuptiis *e* renunciatum *f* eſt, tametſi ipſa dotem condicit, tamen æquum eſt hanc *g* ad priuilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum eſt.

¶ Idem puto dicendum, etiamſi minor duodecim annis in domum quaſi vxor deducta *h* ſit, licet nondum *i* vxor ſit.

18. *Paulus* ‖ lib. 60. ad Edictum. ‖

INtereſt *k* enim Reipublicæ & hanc ſolidum *l* conſequi, vt ætate permittente nubere poſsit.

De tutore vel curatore & de priuilegiis pupillorum, adultorum, & ſimilium ſucceſſorum aduerſus tutores, curatores & ſimiles.

19. *Vlpianus* ‖ lib. 63. ad Edictum. ‖

DAbimúſque ex his cauſis ipſi mulieri priuilegium.

1 ¶ Si *m* quis, cùm *n* tutor non eſſet, pro tutore negotia geſsit, priuilegio locum eſſe manifeſtum eſt. nec intereſt, ipſe debeat qui geſsit, ſiue heres eius, cæteríque ſucceſſores *o*. ipſe autem pupillus habet priuilegium, ſed eius ſucceſſores *p* non *q* habent.

¶ Sed æquiſsimum erit, cæteros quoque, quibus curatores quaſi debilibus *r* vel prodigis dantur.

20. *Paulus* ‖ lib. 60. ad Edictum. ‖

VEl ſurdo, muto:

21. *Gaius* " lib. 24. ad Edictum Prouinciale. "

VEl fatuo *ſ*:

De curatore bonis dato.

22. *Vlpianus* " lib. 63. ad Edictum. "

IDem priuilegium competere.

1 ¶ Sed ſi bonis *t* curator datus ſit vel abſentis, vel ab hoſtibus *u* capti, vel dum *x* deliberant ſcripti heredes de adeunda hereditate, non *y* oportebit priuilegium dari. non enim in eadem cauſa eſt *z*.

De eo qui negotium impuberis geßit.

23. *Paulus* ‖ lib. 60. ad Sabinum. ‖

SI negotium impuberis aliquis ex *a* officio amicitiæ geſſerit, debet bonis eius venditis priuilegium pupillo conſeruari. Et ita accepi.

De curatore ventri dato. 1. De credito ob reſtitutionem ædificiorum, & de priuilegio creditoris qui ad rem reſtituendam, aut redemptori domino mandante credidit. 2. De menſulariis. 3. De his quorum pecunia ad creditores priuilegiarios peruenit.

24. *Vlpianus* ‖ lib. 63. ad Edictum. ‖

SI ventri *b* curator datus ſit: nec partus editus, priuilegium ceſſabit.

1 ¶ Diuus Marcus *c* ita edixit: Creditor qui ob reſtitutionem *d* ædificiorum crediderit, in *e* pecunia quæ credita erit, priuilegium exigendi habebit: quod ad eum *f* quoque pertinet, qui redemptori domino mandante pecuniam ſubminiſtrauit.

2 ¶ In bonis menſularij *g* vendundis, poſt *h* priuilegia *i* potiorem eorum cauſam eſſe placuit, qui pecunias apud menſam, fidem publicam ſecuti depoſuerunt *k*: Sed enim qui depoſitis nummis vſuras à menſulariis acceperunt, à cæteris creditoribus non ſeparantur *l*. & meritò. aliud eſt enim credere *m*, aliud deponere.

¶ Si tamen nummi exſtent, vindicari eos poſſe puto à depoſitariis, & futurum eum *n* qui vindicat, ante priuilegia.

3 ¶ Eorum ratio prior eſt creditorum quorum pecunia ad *o* creditores priuilegiarios peruenit *p*. Perueniſſe autem quemadmodum accipimus? vtrùm ſi ſtatim profecta eſt ab inferioribus ad priuilegiarios? an verò, & ſi per debitoris perſonam? hoc eſt, ſi antè ei numerata ſit, & ſic debitoris facta, creditori priuilegiario numerata ‖ eſt? ‖ Quod quidem poteſt benignè dici: ſi modò non poſt aliquod interuallum *a* id factum ſit.

De contractu in fraudem creditorum.

25. *Idem* ‖ lib. 64. ad Edictum. ‖

AIt prætor: *Quod b poſtea contractatum erit, quam is cuius bona venierint, conſilium receperit fraudare c, ſciente eo qui contraxerit ne actio eo nomine detur.*

De credito in nauem extruendam, vel inſtruendam vel emendam.

26. *Paulus* ‖ libro 16. breuis Edicti. ‖

QVi in nauem *d* extruendam vel inſtruendam credidit, vel etiam emendam, priuilegium habet.

De eo qui fideicommiſsi ſeruandi cauſa in poſſeßionem miſſus eſt.

27. *Vlpianus* ‖ lib. 1. de officio conſulis. ‖

SI magiſtratus *e* fideicommiſsi ſeruandi cauſa in poſſeſsionem miſerint, dare arbitrum poſſunt ad *f* ea diſtrahenda, quæ morá deteriora futura ſunt, ita vt pretium ex his redactum apud fideicommiſſarium in cauſa depoſiti ſit, donec de fideicommiſſo, quod ei debetur, conſtet.

De pupillari ſubſtitutione.

28. *Iauolenus* ‖ libro 1. Epiſtolarum. ‖

PAterfamilias *g* impuberi filio, ſi ante pubertatem deceſsiſſet, ſubſtituit heredem. is filius paterna hereditate ſe abſtinuit, ideóque bona patris venierunt. poſtea filio hereditas obuenit: quâ aditâ deceſsit. quæro, cùm prætor in ipſum pupillum, quamuis poſtea hereditas obueniſſet, creditoribus tamen patris actionem non *h* daret: an in ſubſtitutum creditoribus patris danda ſit actio: cum *k* ex bonis paternis, quæ ſcil. ad creditores *l* miſſos ad bona pertinent, nihil adquirat: & cum creditores *m* nihil iuris in bonis pupilli habuerint, eorúmque nihil interfuerit, adiretur nécne pupilli hereditas, cùm ea bona admiſſa à ſubſtituto hereditate, ad creditores non pertinebant. Me illud maximè mouet *n*, quod præceptoribus tuis placet, vnum *o* eſſe teſtamentum? Reſpondit: Quod prætor filio qui à paterna hereditate ſe abſtinet, præſtat, ne bonis patris eius venditis, in eum actio detur, tametſi poſtea ei hereditas obuenit, creditoribus non reddat: idem in ſubſtituto filio herede ſeruandum non *p* eſt: quoniam filij pudori *q* parcitur, vt potiùs patris, quam eius bona veneant. itaque in idquod poſtea ei obuenit, actio creditoribus denegatur, quia id ex aduentitio adquiſitum eſt, non per patrem ad eum peruenit.

¶ At cùm ſubſtitutus filio hereditatem adiit, poſtquam *r* pupillus ſe paternæ miſcuerit hereditati, tunc hereditas & patris & filij vna eſt. & in omni ære alieno, quod aut patris aut filij fuerit, etiam inuitus heres obligatur, & quemadmodum liberum ei non eſt, poſt obligationem, vt non omnimodo, ſi non defenditur, ipſius bona veneant, ita ne ſeparare quidem æs alienum patris & filij poterit. quo caſu efficietur, vt creditoribus in eum actio dari debeat.

¶ Quod ſi ſubſtitutus heres hereditatem non adierit, creditoribus patris in id quod pupillus reliquit, actio dari non debet: quoniam neque pupilli bona venire debent propter æs alienum patris, neque in bonis patris eſt, quod pupillus acquiſiit.

De ſtatuis in publico poſitis.

29. *Paulus* " lib. 5. ad legem Iuliam & Papiam. "

FIlius *ſ* refert, ſtatuas in publico poſitas, bonis diſtractis eius, cuius in honorem poſitæ ſunt, non eſſe emptoris bonorum eius: ſed aut publicas *t*, ſi ornandi municipij cauſa poſitæ ſint: aut eius cuius in honorem poſitæ ſint. & nullo modo eas detrahi poſſe.

Si bona negentur iure veniſſe.

30. *Papirius Iuſtus* lib. 1. de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt, eos qui bona ſua negant iure veniſſe, præiudicio experiri debere, & fruſtra *u* principem deſiderare reſcindi venditionem.

Si heres ſuſpectus eſſe dicatur.

31. *Vlpianus* ‖ lib. 2. de omnibus tribunalibus. ‖

SI creditores hæredem ſuſpectum *x* putent, ſatiſdationem exigere poſſunt pro ſuo debito reddendo *y* cuius rei *z* gratia cognoſcere prætorem oportet. nec ſtatim eum ſatiſdationis neceſsitati ſubiicere debet; niſi *a* cauſa *b* cognita conſtiterit *c* proſpici debere his qui ſuſpectum eum poſtulauerunt.

1 ¶ Sed ſuſpectus heres non *d* iiſdem modis, quibus

---

a vt præponatur omnibus perſonalibus actionibus anterioribus, *l. 45. ſup. de religioſis*. An & expreſſis? an doti? ſic exiſtimo, *d. l. 43.*
b vt eo caſu qui expenſas fecit, præferatur cohæredibus.
c Stipulatio naturam contractus cui inſeritur aſſumit, *l. 45. ſup. de vſuris*.
d amittendi.
e Sponſalia extenſiuè dici nuptias hinc colligunt.
f *vt l. 10. ſuprà de ſponſalib.*
g *l. 74. ſup. de iure dot.*
h v. quæ de in domum deductione ſcripſi ad *l. 15. ſup. de cond. & dem.*
i hæc verba ne intelligas, quaſi vxor non ſit, niſi deducta: ſed ita vxorem non dici quæ 12. annis minor ſit, *l. 9. ſup. de ſponſal.* v. quæ notaui ad *l. 15. ſup. de cond. & dem.*
k *v. l. 2 ſup. de iure dot.* & ſic dos opinata priuilegium habet, *l. 6. in fin. ſup. de cond. cauſ. l. 22. ſup. ſolut.*
l ſuam dotem. ita legit Cuiac. ad *tit. C. de iure dot.* Errorem creatum putat ex literis *S. D. M.* quæ vtrumque ſignificant.
m Pupillus & cæteri quibus (non hi quorum bonis) dantur curatores, in bonis prætoris & curatoris habent perſonale præſtationis priuilegium.
n *l. vlt. ſup. de tutel. & rationib.*
o vniuerſales ſcil. *vide hic Ripenſ. num. 10.*
p *l. 41. ſup. de adm. tut.*
q Imò habent, *l. 18. in fin. l. 19. ſuprà de minor.*
r Debilium appellatione prodigos, mutos vel ſurdos non comprehendi ex hac alternatiua colligit Ripenſis *hic num. 7.*
ſ *l. 15 §. 1. ſ. de curatore furioſ.*
t *l. 8. ſup. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*
u *l. 6. in fi. ſ. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*
x Deliberantibus heredibus de adeunda hereditate, poſſunt creditores poſtulare curatorem bonis dari, quem ſolutionis gratia conueniant.
y Contra curatorem bonorum vel hereditatis iacentis nulla datur prælatio.
z Cur? datur bonis, non perſonæ. a *d. §. 1.* Pupilli, in bonis negotiorum geſtoris, habent exigendi priuilegium, *vt hic*. An & tacitæ hypothecæ? negat Accurſ.
b Venter, ius, priuilegiúmque habet in bonis curatoris ſui.
c *v. l. 1 ſup. in quib. cauſis pign.* d *l. 25. ſup. de reb. cred. l. 5. 6. ſuprà qui potiores, l. 1. ſup. de ceſſion.* e *v. l. 25. ſup. de reb. creditis.* f *d. l. 1.*
g *l. 7. §. 1 verſ quotiens, l. 8. ſup. depoſiti.* Menſarius. τραπεζίτης Gloſsis, adde Feſtum. Menſarios ab argentariis diſtinguit Sigonius 2. *de iure ciuium* 1. quod illi publicas, hi priuatas rationes conficiant. h Imò ante *l. 7. §. 2. ſup. depoſiti.*
i id eſt poſt priuilegiatos. k *v. l. 7. in fin. ſuprà depoſiti.* l niſi ſint minores *l. 44. §. 1. ſup de adm. tut.* alias, capiens, pro pecunia depoſita vſuras priuilegium prælationis amittit. m id eſt, tunc depoſitum tranſit in mutuum. ideoque receditur à depoſiti priuilegio. Proinde qui gratis crediderunt, præferendi fœneratoribus erunt, *v. Ripenſ. hic n. 8. 9.* n Dominus rei præfertur omnibus creditoribus quantumcunque priuilegiatis, & ſic rei vindicatio omnes actiones perſonales & hypothecarias ſuperat, *l. 5. §. 18. in fin. ſup. de tribus, l. 38. ſup. de peculio.*
o *l. 2. ſup. de ceſſ. bon.*
p deſtinatione creditori, ſcil. Quid ſi de pecuniæ deſtinatione non conſtet? Si ſtatim numerata fuit pecunia primo creditori, ſecundus præſumetur ea voluntate crediſſe, vt ad eum perueniſet, *inf. eod.*

a v. quæ ... *l. 1. Cod.* ... hered.
b *l. 98. §.* ... ſolution.
c Scientes ... trahunt cum ... fraudis ... conſilium ... priuilegium habent.
d *l. 34. ...* ſup. de reb. ...
e id eſt, ... docet inſcri...
f *l. 5. §. ...* quinimo, ... poſſeſſ. legat.
g vide ... Fabrum ... ctur. 2.
h Si pupi... perſtes, du... creditoribu... nis bonoru... ternorum ... tenetur, ne... pupilli he... rundem bo... ratione ... Paternis b... ſtinui quo... do? cre... eius non ... nec is qui ... pater pupi... ſubſtituit.
i *l. 4. C. de* ... tela.
k Sola bo... na reſpiciu... tores pater... ſubſtitutus ... hil hic de p... attigit, igit...
l Tertiu... cidendi.
m prima ... bitandi.
n quia ab ... & eadem ... iiſdem teſti... ſentibus ... 20. *ſup. de* ...
o ergo & ... ditas, quam ... tatus indiuid... bere debet.
p hæc negati... detur ... propter legem... *ſuprà de* ... idq; innuunt ... verba quæ ... tur, *ibi* ... *toribus* ... quod Anton. ... illo loco ... mittit.
q nam ſpecie... infamiæ, ... norum ... nem, §. 1. ... *quibus* ... licet.
r hæc verba, ... *quam pupil...* *paternæ* ... *hereditati*, ... perito ... addita ... nius Faber ... iect. 2.
ſ Fulcinius, ... Aufidius, ... Fufidius is eſt ... tè, quem ... inter aduocat... fert, & ad ... Scaurus tres libr... ſcripſit, 33. Plin. ... Cuiac. 1. *obſ.* 9. adde *l. 5. ſup. de auro.* t *l. 41. ſup. de adq. rer. l. 1. §. 1. ſ. quod vi clam. l. 29. inf. de except.*
u Fruſtra petitur ab Imperatore quod iure communi obtineri poteſt, *l. 1. §. ... in ſuis, C. de theſauris.*
x velut peregrinum vel extraneum, non idoneum denique, *l. 7. §. 5. ſ. pro empt...*
y id eſt, ſoluendo, ſolutione facienda.
z id eſt ſatiſdationis interponendæ, vel non interponendæ.
a Satiſdationis onus non euitat, qui modica immobilia poſſidet.
b *l. 24. §. 4. ſup. ſoluto.*
c *ſub.* Prætori.
d Rationem diuerſitatis, v. apud Cuiacium 18. *obſ.* 39.

ſuſpectus

SCCB2021

ſuſpectus tutor æſtimatur. ſi quidem tutorem non *a* facultates, ſed fraudulenta in rebus pupillaribus, ſe. callida conuerſatio ſuſpectum commendet: heredem verò ſolæ facultates *b*.

2 ¶ Planè in *c* recenti aditæ hereditatis audiendi erunt, qui ſuſpectum poſtulant. cæterùm ſi probentur paſſi *d* eum in hereditate morari, nec quicquam poſſint obiicere criminis, quaſi dolosè verſato eo, non debebit *e* poſt multum temporis ad hanc neceſſitatem compelli.

3 ¶ Quòd ſi quaſi ſuſpectus ſatiſdare iuſſus, decreto prætoris non obtemperauerit, tunc bona hereditatis poſſidere, venúmque dari ex edicto ſuo permittere iubebit.

4 ¶ Planè ſi doceatur nihil ex bonis *f* alienaſſe, nec ſit quod ei iuſtè præter paupertatem *g* obiiciatur *h*, contentus eſſe prætor debet, vt iubeat eum nihil minuere.

5 ¶ Quod ſi nec inopia laborantem eum creditores oſtendere poterint, iniuriarum *i* actione ei tenebuntur.

De priuilegiis creditorum.

32. *Paulus*, *k* "lib. ſingulari Regularum."

PRiuilegia *l* non *m* ex tempore *n* æſtimantur, ſed ex cauſa: & ſi eiuſdem tituli *o* fuerint, concurrunt, licet diuerſitates temporis in his fuerint.

De alendo debitore. 1. Si debitor defendatur, aut ſatiſdet.

33. *Vlpianus* ‖ lib. 3. Regularum. ‖

SI pupillus ex contractu ſuo non defendatur, ideoque bona eius creditores poſſidere cœperint, diminutio ex his bonis fieri debet, veſcendi *p* pupilli cauſa.

1 ¶ Defendere debitorem ſicut, antequam bona eius poſſiderentur, licet: ita poſt bonorum quoque poſſeſſionem eius, ſiue ipſe ſui *q*, ſiue alius defenſionem eius ſuſcipiat, debet ſatiſdare: vt ſatiſdatione interpoſita iudicium accipiatur, & à poſſeſſione diſcedatur.

De eo qui in nauem fabricandam, vel emendam, vel inſtruendam, vel quoquo modo credidit, & de eo qui nauem vendidit.

34. *Marcianus* " lib. 5. Regularum.

QVod quis nauis *r* fabricandæ, "vel emendæ, vel armandæ," vel inſtruendæ cauſa, vel quoquo modo crediderit, vel ob nauem venditam petat, habet priuilegium poſt fiſcum *ſ*.

De abſente reipub. cauſa.

35. *Idem* lib. ſingulari ad Formulam hypothecariam.

EVm qui in poſſeſſionem miſſus ſit eius qui reipublicæ cauſa abfuit, ſi apparuerit eum dolo malo reipublicæ cauſa abeſſe, iure in poſſeſſione eſſe placet *t*, donec *u* ſolidum ſoluatur.

¶ Eum autem qui rerum eius qui ſine dolo malo reipublicæ cauſa abfuit, in poſſeſſionem miſſus ſit, pignus non contrahere, & ideo diſcedere oportere de poſſeſſione.

De latitatione.

36. *Vlpianus* ‖ lib. 45. ad Sabinum. ‖

EVm qui circa columnas *x* ſe occultat, vt creditorem euitet, latitare placet. Nam & eum qui recedit, hoc eſt *y*, ſubterfugit, ne ſecum aliqua actio moueatur, latitare placet.

¶ Tam *z* & qui vrbe profugit, vtique fraudandi cauſa: nec "enim" intereſt, quod attinet ad latitandum, vtrum *a* quis profugerit, an verò Romæ agens copiam ſui non facit.

De lege Antiochena.

37. *Papinianus* ‖ lib. 10. Reſponſorum. ‖

ANthiochenſium *b* Cœlæ-Syriæ ciuitati, quod lege ſua *c* priuilegium *d* in bonis defuncti debitoris accepit, ius perſequendi pignoris durare *e* conſtitit.

De concubina & liberis naturalibus. 1. De republica.

38. *Paulus* " lib. 1. ſententiarum."

BOnis venditis excipiuntur concubina & liberi naturales *f*.

1 ¶ Reſpublica creditrix omnibus *g* chirographariis creditoribus præfertur.

De alendo debitore. 1. De captiuo.

39. *Idem* "lib. 5. Sententiarum."

PVpillus ſi non defendatur, in poſſeſſione creditoribus conſtitutis, minoribus *h* ex his *i* vſque ad pubertatem alimenta *k* præſtanda ſunt.

¶ ¶ Eius qui ab hoſtibus *l* captus eſt, bona venire non poſſunt quandiu reuertatur.

a adde *l. 8. ſ. de ſuſpectis.*
b id eſt, ſi facultatibus defectus ſit.
c in recenti aditæ hereditatis, eſt cum primum, aut quaſi eo momento, quo adita eſt hereditas.
d Qui cum inope ſciens contrahit, de ſuſpecto eo poſtea fruſtra conqueritur. dixi *ad l. 5. C. de ſponſalib.*
e *ſub.* heres.
f *ſub.* hereditariis.
g Pauperi etiam bona alterius administranda committi poſſunt.
h Quis eam probare debeat, vide Albericum *hic.*
i *l. 5. in fin. ſ. qui ſatiſdare, l. 19. ſ. de iniuriis.*
k v. ad hanc legem Ripenſem.
l perſonalia, vt mulieris in dote: cuiuſcunque in depoſito, *v. hic Albericum.*
m Imo ex tempore æſtimantur, *l. 11. ſ. tit. qui potiores.*
n non ex ſola temporis ratione.
o i. cauſæ.
p *l. vlt. ſ. eod.*
q *l. 63. ſ. de iudiciis.*
r *l. 26. ſ. eod.*
ſ Cur? Fiſci priuilegium eſt inter omnes creditores primum locum tenere. *Paul. 2. ſent.* 12. §. 10. præfertur antiquioribus etiam priuilegiatis in rei perſecutoriis, *vt hic.* In pœnalibus autem *l. 17 ſ. de iure fiſci*, & hypothecis antiquioribus non præfertur *l. 8. ſ. qui potiores.*
t Abſens dolo non auditur, ſatiſdationem, vt bona ſua recipiat, offerens.
u *l. 11. §. 1. ſ. de pignor. l. 18. ſ. familiæ.*
x *v. l. 17. §. 13. ſ. quib. ex cauſ. in poſſ.*
y hoc eſt, qui ſubterfugit. *Hal.*
z tum & qui. *Hal.*
a Euitans occurſum crediteris latitare dicitur, ſiue in eodem loco ſit, ſiue in alio.
b Antiochia Cœlæ-Syriæ priuilegium habet, vt ſi debitor eius vita deceſſerit, pignora capiat ex bonis eius debiti ſeruandi cauſa *Baſ.* licèt de pignore nihil conuenerit.
c non beneficio Imperatorio. hinc ratio dubitandi ſumitur, atque ita delenda ſunt ea quæ veteres ad hanc legem adnotarunt. Ciuitate ſcilicet impetrante ius prælationis à principe, ius pignoris priuatis tolli. His adde quæ ſcripſi ad *l. 1. §. 3. ſ. de cenſibus.*
d v. quæ ſcripſi ad *l. 2. C. de iure Reipub. & l. 4. C. de iure & fide haſtæ fiſcalis.*
e Ratio dubitandi in eo conſiſtit quod ſupra dixit, Antiochenſes non à principibus, ſed à lege ſua priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis defunctorum habuiſſe. v. *Cuiac. 10. obſer. 35.* adde *Alciat. 1. diſpunct. 11.*
f v. *l. 8. ſ. de pign.*
g etiam fiſco, v. *l. 8. qui potiores.* tempore poſteriori fiſcus alioqui nunquam eſt chirographarius, *l. 46. §. 3. ſ. de iure fiſci.*
h i. minor ei.
i bonis videlicet, *vt l. 33. ſ. eod.*
k *l. 33. ſ. eod.*
l *l. 7. ſ. quib. ex cauſ. in poſſ.*

DE *a* SEPARATIONIBVS *b*

TIT. VI.

De decreto. 1. De creditoribus hereditariis, vel heredis. 3. De re obligata. 4. De fiſco, de municip. 5. De creditoribus heredis. 6. De hereditate fideicommiſſa. 7. De pupillari ſubſtitutione. 8. De creditoribus defuncti heredis proximi, & eius qui heredi ſucceſſit. 9. De creditoribus caſtrenſibus, & paganis. 10. De his qui nomen heredis ſecuti ſunt. De commixtione bonorum hereditariorum & heredis. 13. Intra quod tempus poſtulatur ſeparatio. 14. Cuius ſit hæc notio. 15. De his qui nomen heredis ſecuti ſunt. 17. De effectu ſeparationis. 18. De herede neceſſario.

1. *Vlpianus* "lib. 64. ad Edictum."

SCiendum eſt ſeparationem ſolere impetrari decreto *c* prætoris *d*.

1 ¶ Solet autem ſeparatio permitti creditoribus ex his *e* cauſis: Vtputa debitorem quis Seium habuit: hic deceſſit: heres ei extitit Titius. hic non eſt *f* ſoluendo. patitur bonorum venditionem. creditores Seij dicunt bona Seij ſufficere ſibi, creditores Titij contentos eſſe debere bonis Titij. & ſic quaſi duorum fieri bonorum venditionem. fieri enim poteſt, vt Seius quidem ſoluendo fuerit, potueritque " ſatis " creditoribus ſuis vel ita ſemel *g*. & ſi non in aſſem, in aliquid tamen ſatisfacere: admiſſis autem commixtiſque creditoribus Titij, minus ſint conſecuturi, quia ille non eſt ſoluendo; aut minus conſequantur, quia plures ſunt. hic eſt igitur æquiſſimum, creditores Seij, deſiderantes ſeparationem, audiri, impetrareque à prætore, vt ſeparatim quantum *h* cuiuſque creditoribus præſtetur.

2 ¶ Ex contrario autem creditores Titij non impetrabunt ſeparationem. nam licet *i* alicui, adiiciendo *k* ſibi creditorem *l*, creditoris ſui facere deteriorem *m* conditionem.

¶ At qui " igitur " adiit hereditatem debitoris mei, non faciet meam deteriorem conditionem adeundo: quia licet mihi ſeparationem impetrare, ſuos verò creditores onerauit, dum adiit hereditatem, quæ ſoluendo non eſt. nec potuerunt creditores eius ſeparationem impetrare.

3 ¶ Sciendum eſt, autem, etiamſi obligata res *n* eſſe proponatur ab herede iuris pignoris vel hypothecæ, attamen ſi hereditaria fuit, iure ſeparationis hypothecario *o* creditori *p* potiorem eſſe eum qui ſeparationem impetrauit. & ita Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

4 ¶ Sed etiam aduerſus fiſcum & municipes *q* impetraretur *r* ſeparatio.

5 ¶ Quæſitum eſt, an interdum etiam heredis creditores poſſunt ſeparationem impetrare, ſi fortè ille in fraudem ipſorum adierit hereditatem? Sed nullum remedium eſt proditum. ſibi enim imputent *ſ* qui cum tali contraxerunt, niſi extra ordinem *t* putamus prætorem aduerſus calliditatem eius ſubuenire qui talem fraudem commentus eſt. quod non facilè admiſſum eſt.

6 ¶ Sed ſi quis *u* ſuſpectam hereditatem dicens, compulſus fuerit adire, & reſtituere hereditatem, deinde non ſit *x* cui reſtituat, ex quibus caſibus ſolet hoc euenire: & ipſi quidem deſideranti ſuccurri ſibi aduerſus creditores hereditarios, ſubueniemus. hoc & Diuus Pius reſcripſit, vt perinde teſtatoris bona venirent, atque ſi adita hereditas non fuiſſet.

¶ Creditoribus quoque huiuſmodi heredis deſiderantibus. hoc idem præſtandum puto, licet ipſe non deſiderauit: vt quaſi ſeparatio quædam præſtetur.

7 ¶ Item videamus, ſi quis heres parenti extiterit cùm eſſet impubes: deinde intra pubertatem deceſſerit, & ſubſtituti bona veneant, qui impuberis hereditatem adiit: an patris creditores poſſint ſeparationem impetrare? Et puto poſſe. hoc amplius puto, etiam impuberis *y* creditores poſſe ſeparationem aduerſus creditores ‖ heredis ‖ eius impetrare.

8 ¶ Secundùm hæc videamus, ſi Primus Secundum heredem ſcripſerit, Secundus Tertium, & Tertij bona veneant, qui creditores poſſint ſeparationem impetrare? Et putem, ſi quidem Primi creditores petant, vtique audiendos, & aduerſus Secundi *z*, & aduerſus Tertij creditores: ſi verò Secundi creditores petant, aduerſus Tertij vtique eos impetrare poſſe, aduerſus Primi autem non poſſe: in ſumma Primi quidem creditores aduerſus omnes impetrare poſſunt ſeparationem: Secundi creditores aduerſus Primi non poſſunt, aduerſus Tertij poſſunt.

9 ¶ Si filiifamilias bona *a* veneant qui caſtrenſe peculium habet, an ſeparatio fiat inter caſtrenſes *b* creditores cæteróſque, videamus.

¶ Simul ergo admittentur, dummodo ſi qui cum eo contraxerunt, antequam militaret, fortaſſe debeant ſeparari, quod puto probandum. ergo *c* qui ante contraxerunt, ſi bona caſtrenſia diſtrahantur, non poſſunt venire cum caſtrenſibus creditoribus.

¶ Item ſi quid in rem patris verſum eſt, fortè poterit

a Separatio Bonorum octo ex cauſis impetratur: de quibus v. hic Accurſ. impeditur autem ex ſeptem. de quibus v. Alberic. hic.
b bonorum. ſ. 7. C. 72. heredis & defuncti, quam creditores defuncti aduerſus creditores heredis poſtulant. Eſt & alia quæ cõpetit heredi. eſt & tertia, quæ patrono. eſt & quarta, de qua *lex 2. C. eod.* & quinta *in l. 3. §. 4. verſ. perinde ſ. de minorib.*
c Separatio petitur officio iudicis.
d vel præſidis, §. 14 ſ. *eod.*
e Exceptiones v. *in* §. 10. §. 11. §. 12. §. 13. *& l. 2. ſ. eo.*
f *l. 7. in fin. Cod. de bon. auth. iud.*
g i. ita tandem, ita certè. *Zaſ. 2. intell.* 23. non in ſolidum, vt ait Accurſ.
h debitum ſc. vel quantum cuique debetur, præſtetur. vel legendum eſt, vt ſeparetur quantum, &c.
i Imo non licet, *l. 74. ſ. de reg. iur.*
k *alias*, adeundo *vt ſ. eod.*
l *ſub.* nomen.
m Adiectio pluriũ creditorum parit incommodum.
n hereditaria ſc.
o cui res aliqua hereditaria obligata eſt per heredem defuncti.
p defuncti ſc.
q Etiam aduerſus municipes ſeparatio impetrari poteſt.
r *al.* impetrabitur.
ſ Qui cum alio contrahit, intelligitur eius conditionem notam habuiſſe, *v. l. 19. de reg. iur.*
t vel ex mera æquitate.
u Quamuis heres non petat ſeparationem, & nolit ſeparare bona: tamen creditores ea ſeparabunt eo inuito & prohibente.
x & ſic poteſt quis iure tertii vti, ſi tertius eo ſine vtatur.
y Impuberem contrahere debitum poſſe hinc collige. adde tamen auctore tutore, & neceſſaria ex cauſa.
z ſenſus eſt Si bona diuerſi generis concurrunt, creditores Primi, aduerſus Secundi: Secundi creditores, aduerſus Tertij creditores ſeparationẽ impetrare poſſunt, an peculiaria ſcilicet.
b vide *l. 18. in fi. ſ. de caſtrenſ.*
c Contraria ab vnius deciſione, alterius deciſio rectè ſumitur.

a actione ordinariæ, de in rem verſo.
† Exceptiones obſerua quibus bonorum ſeparatio nõ petitur.
b Creditores qui fidem heredis ſunt ſecuti, vel quia nouarunt, vel ſatis acceperunt, ſeparationem impetrare non poſſunt. Ceſſat ſeparatio ob ſtipulationẽ animo nouandi factam.
c l. 21. in fin. ʃ. quod met. cauſ.
d Ceſſat ſeparatio ob vſuras acceptas ab herede debitoris. Nouare tamen obligationẽ defuncti creditor non continuo intelligitur, qui vſuras ab eo accepit, niſi ea mente vſuras accepit vt nouaret.
† al. eum fore quẽ nouerũt. Hinc collige ſeparationem bonorum non peti ob fideiuſſorem vel pignus ab herede acceptum. adde §. 15. ʃ. eod.
e l. 10. ʃ. qui ſatiſdare, l. 26. §. 2. ʃ. mandati, l. 2. ʃ. de fideiuſſorib.
f Ceſſat ſeparatio ob immixta bona defuncti cum bonis heredis.
g Coniunctionis nimis ratione etiã immobilia quodãmodo permiſcentur.
† Ceſſat ſeparatio ob quinquennij lapſum.
h Quinquennium dicitur hic multum tempus.
i poſt quinquenniũ ſeparatio non indulgetur.
k in pr. ʃ. eod. l. 2. C. de bonis.
† Ceſſat ſeparatio ſi creditor pignus ab herede debitoris accepit. Cur? pignus ab eo accipiendo, eum ſecutus videtur.
l Qualis qualis electio nocet.
m l. vlt. ʃ. eod. & d. l. 2.
n l. 3. ʃ. eod.
o adde §. 3. inſtit. quib. mod. re.
p Errans in iure non poteſt impetrare reſtitutionem niſi iuſtiſſima cauſa ſit.
q Ceſſat ſeparatio ſi defuncti heres bona fide hereditatem eius vendidit: denique ob venditionem rerum hereditariarum factã ab herede ſine fraude.
r poſt aditionem hereditatis & ante ſeparationem bonorum petitam, l. 6. §. 1. ʃ. de reb. auth.
ſ Acceſſorio cum principali confuſo, acceſſorium extinguitur, v. l. 5. ʃ. de fideiuſſorib. Fideiuſſore ſuccedente principali, fideiuſſoria obligatio extinguitur, ſi creditori non ſit id incommodum: aliàs non extinguitur. t Quamuis dicatur obligatio fideiuſſoris extincta poſt aditionem, poteſt tamen impetrari ſeparatio.

+ v.e puga de Edit. y tit. cp. 1. n.° 32 et 34. Paulus ... heredi ... repudiare; ſed ut ... creditoribus ... aqua ... hereditatem ... extiterit

terit & creditori contradici, ne caſtrenſe peculium inquietet, cùm poſſit potius cum patre experiri a.

10 ¶ Illud † ſciendum eſt, eos demum creditores poſſe impetrare ſeparationem, qui non nouandi b animo ab herede ſtipulati ſunt. cæterùm ſi eum hoc animo ſecuti ſunt, amiſerunt ſeparationis commodum. quippe cum ſecuti ſunt nomen heredis, nec poſſunt iam ſe ab eo ſeparare, qui quodammodo eum elegerunt c.

¶ Sed & ſi vſuras ab eo ea d mente, quaſi eum eligendo, exegerunt, idem erit probandum.

11 ¶ Item quæritur, ſi ſatis acceperunt ab eo, an impetrent ſeparationem? Et non puto. hi enim ſecuti ſunt eum fortè quem mouebit †.

¶ Quid ergo ſi non ſatis idoneum acceperunt? Et ſibi imputent e cur minus idoneos fideiuſſores accipiebant.

12 ¶ Præterea ſciendum eſt, poſteaquam bona hereditaria bonis heredis mixta f ſunt, non poſſe impetrari ſeparationem. confuſis enim bonis & vnitis, ſeparatio impetrari non poterit.

¶ Quid ergo, ſi prædia extent, vel mancipia, vel pecora, vel aliud quod ſeparari poteſt? Hic vtique poterit impetrari ſeparatio: nec ferendus eſt qui cauſatur bona contributa, cum prædia contribui non poſſunt: niſi ita coniunctæ g poſſeſſiones & permixtæ propriis, vt impoſſibilem ſeparationem effecerint: quod quidem perraro contingere poteſt.

13 ¶ Quod † dicitur, poſt multum h temporis i ſeparationem impetrari non poſſe, ita erit accipiendum vt vltra quinquennium poſt aditionem numerandum ſeparatio non poſtuletur.

14 ¶ De his autem omnibus, an admittenda ſeparatio ſit, necne prætoris k erit vel præſidis notio: nullius alterius: hoc eſt, eius qui ſeparationem indulturus eſt.

15 ¶ Si quis pignus † ab herede acceperit, non eſt ei concedenda ſeparatio, quaſi eum ſecutus ſit. neque enim ferendus eſt qui qualiter qualiter l, eligentis tamen mente m, heredis perſonam ſecutus eſt.

16 ¶ Quæſitum eſt, ſi fortè ſint plures creditores, quidam ſecuti heredem, quidam non ſecuti, & hi qui heredem ſecuti non ſunt, impetrauerint ſeparationem, an eos ſecum admittant, qui ſecuti ſunt? Et putem nihil eis prodeſſe, hos enim cum creditoribus heredis numerandos.

17 ¶ Item ſciendum eſt vulgo placere, *creditores quidem heredis, ſi quid ſuperfuerit* n *ex bonis teſtatoris poſſe habere in ſuum debitum, creditores verò teſtatoris ex bonis heredis nihil.* Cuius rei ratio illa eſt: quod qui impetrauit ſeparationem, ſibi debet imputare o ſuam facilitatem, ſi cum eſſent bona idonea heredis, illi maluerint bona potius defuncti ſibi ſeparari, heredis autem creditoribus hoc imputari non poſſit.

¶ At ſi creditores defuncti deſiderent, vt etiam in bonis heredis ſubſtituantur, non ſunt audiendi: ſeparatio enim quam ipſi petierunt, eos ab iſtis bonis ſeparauit. Si tamen temerè ſeparationem petierunt creditores defuncti, impetrare veniam poſſunt, iuſtiſſima p ſcilicet ignorantiæ cauſa allegata.

18 ¶ Ita ſciendum eſt, neceſſarium heredem ſeruum cum libertate inſtitutum impetrare poſſe ſeparationem, ſcilicet vt ſi non attigerit bona patroni, in ea cauſa ſit, vt ei quidquid poſtea acquiſierit, ſeparetur, ſed & ſi quid ei à teſtatore debetur.

De venditione hereditatis, cæteriſque per heredem medio tempore geſtis.

2. *Papinianus* ‖ libro 2. Quæſtionum. ‖

AB herede vendita hereditate, ſeparatio fruſtra deſiderabitur. vtique ſi nulla q fraudis incurrat ſuſpicio. Nam quæ bona fide medio r tempore per heredem geſta ſunt, rata conſeruari ſolent.

Si debitor fideiuſſori ſucceſſerit. De effectu ſeparationis.

3. *Idem* ‖ lib. 8. Quæſtionum. ‖

DEbitor fideiuſſori heres extitit, eiúſque bona venierunt. quamuis obligatio fideiuſſionis extincta ſit, nihilominus ſeparatio impetrabitur, petente eo cui fideiuſſor fuerat obligatus: ſiue ſolus ſit hereditarius creditor, ſiue plures. neque enim ratio iuris, (quæ) cauſam fideiuſſionis propter principalem obligationem, quæ maior fuit ſ, excluſit, damno debet adficere creditorem, qui ſibi diligenter proſpexerat.

1 ¶ Quid ergo, ſi bonis fideiuſſoris ſeparatis ſolidum ex hereditate ſtipulator conſequi non poſſit? vtrum portio cum cæteris heredis creditoribus ei quærenda erit? an contentus eſſe debebit bonis quæ ſeparari maluit? ſed cum ſtipulator iſte non t adita fideiuſſoris à reo hereditate, bonis fideiuſſoris venditis, in reſiduum promiſceri debitoris creditoribus potuerit, ratio non patitur eum in propoſito ſummoueri.

2 ¶ Sed in quolibet † alio creditore, qui ſeparationem impetrauit, probari commodius eſt, vt ſi ſolidum ex hereditate ſeruari non poſſit, ita demum aliquid ex bonis heredis ferat, ſi proprij creditores heredis fuerint dimiſſi, quod ſine dubio admittendum eſt circa creditores heredis, dimiſſis hereditariis.

De creditoribus in diem vel ſub conditione. 1. De legatariis.

4. *Idem* ‖ lib. 12. Reſponſorum. ‖

CReditoribus qui ex die a, vel ſub conditione debentur, & propter hoc nondum pecuniam petere poſſunt, æquè ſeparatio dabitur, quoniam & ipſis cautione communi b conſuletur.

1 ¶ Legatarios c autem in ea tantum parte, quæ de bonis ſeruari potuit, habere d pignoris cauſam conuenit.

De effectu ſeparationis.

5. *Paulus* ‖ lib. 13. Quæſtionum ‖.

SI creditores hereditariis e ſeparationem bonorum impetrauerunt, & inueniatur non idonea hereditas, heres autem idoneus: non poterunt reuerti ad heredem, ſed eo f quod ſemel poſtulauerunt, ſtare debent. Sed ſi poſt impetratam ſeparationem aliquid heres acquiſierit, ſiquidem ex hereditate, admitti debebunt ad id quod acquiſitum eſt illis, qui ſeparationem impetrauerunt. Sed ſi illis ſatisfactum fuerit, quod ſupereſt tribuetur propriis heredis creditoribus.

¶ At ſi ex alia cauſa heres acquiſierit, non admittentur hereditarij creditores. Quòd ſi proprij ad ſolidum peruenerunt, id quod ſupererit, tribuendum hereditariis quidam putant: mihi autem id non videtur. cum enim ſeparationem petierunt, receſſerunt à perſona heredis, & bona ſecuti ſunt, & quaſi g defuncti bona vendiderunt: quæ augmenta h non poſſunt recipere.

¶ Idémque exiſtimo dicendum, etiam ſi circa ſeparationem bonorum decepti, minus conſecuti ſunt, quàm proprij heredis creditores. Proprij autem heredis creditores habent propria eius bona, & perſonam, quæ poteſt, donec viuit, acquirere i.

De creditoribus teſtatoris & legatariis. 1. De patrono.

6. *Iulianus* ‖ lib. 46. Digeſtorum. ‖

QVoties heredis bona ſoluendo non ſunt, non ſolum creditores teſtatoris, ſed etiam eos k quibus legatum fuerit l, impetrare bonorum ſeparationem æquum eſt m: ita vt cùm in creditoribus ſolidum acquiſitum fuerit, legatariis n vel ſolidum, vel portio quæratur.

1 ¶ Si liberta heres inſtituta o bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas petiiſſet eius, qui ſoluendo non erat: quæſitum eſt an bona p eius q ſeparari ab hereditariis debent? Reſpondit? Non r eſt iniquum ſuccurri patrono, ne oneraretur ſ ære alieno, quod liberta retinendo bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas contraxerit t.

De his qui iudicium dictauerunt heredi.

7. *Marcianus* ‖ lib. 2. Regularum. ‖

QVi iudicium u dictauerunt x heredi ſeparationem quaſi hereditarij poſſunt impetrare: quia ex neceſſitate hoc fecerunt.

DE CVRATORE BONIS y DANDO.

TIT. VII.

De conditione poteſtatiua. 1. Vel caſuali. 2. De ære alieno quod ex pœna creſcit.

Paulus ‖ lib. 57. ad Edictum. ‖

+ SI quis ſub conditione heres inſtitutus eſt, cogendus eſt conditioni parere, ſi poteſt z, aut ſi reſponderit ſe non aditurum, etiam ſi conditio extiterit, vendenda erunt bona defuncti.

1 ¶ Quòd ſi nihil facere poteſt, curator a bonis conſtituendus erit, aut bona vendenda.

2 ¶ Sed ſi graue æs alienum ſit, quod ex pœna creſcat, per curatorem ſoluendum æs alienum: ſicuti cùm venter b in poſſeſſione ſit, aut pupillus heres tutorem non habeat, decerni ſolet.

† Quilib[...] tor etiam [...] ris cautio[...] caueri ſibi [...] re poteſt [...] ʃ. eod.
a Credit[...] ditionale[...] cum legat[...] parationem [...] trant.
b Legatar[...] rationem [...] poſſunt, v[...] procurator[...]
c l. 6. ʃ. [...]
d l. 1. [...] de leg. §. [...] ſtra, inſt. de [...]
e i. defu[...]
f ſed ei [...]
g id eſt, [...] defuncti [...] functi [...] dicuntur [...] quia defu[...] bere bona [...] teſt.
h aduen[...] extrinſec[...] homogen[...] menta [...] putà fru[...]
i i. in v[...] eſſe poteſt [...] rendi, [...] iniuria [...] pauperem [...] dicere [...] re, cum [...] ſit vt eff[...] quando [...]
k l. 4. in [...] l. 23. in [...] fraud. [...] 4. ʃ. vlt. [...] §. SC. de [...] randi.
l ab [...] functi [...] defunctus [...] tur quaſi [...] lieno.
m v. Paul[...] §. pen. [...]
n l. 40. [...]
o ab [...] patrono.
p acquiſit[...] mortem [...] ab ipſa lib[...]
q delata [...]
r Ex cõtra[...] lo laudim[...] no ſiue d[...] deberi hinc [...] gunt. v. Fab[...] Cod. quan[...] emptione.
ſ oneret[...]
t Heres [...] contrahe[...] tur, l. 3. in [...] ex cauſ. in [...] inſt. de obl[...] quaſi contr.
u l. 1. §. [...]
x Dictan[...] cium in[...] cum lis [...] ſtata. l. [...] indic. l. 15. [...] rem hab. l. [...] mer.
y Curatorem accipe, Curatorem bonorum defuncti, ſcilicet l. 22. §. 10. ʃ. mandati, nam de curatore dato bonis furioſi, prodigi, & adoleſcentis dictum eſt ʃ. tit. de curatore furioſi. de curatore dato bonis abſentis, vel captiui, l. 15. ʃ. ex quib. cauſ. maior. l. [...] fin. ʃ. de tut. l. 3. C. de capt. bonis latitantis, l. vlt. ʃ. eod. ventri dato, ʃ. de ventre in poſſ. vel ex Carboniano, l. 1. in fin. ʃ. de mun. filiofamilias hereditatem acquirenti ſine conſenſu patris, l. vlt. §. 1. in fin. C. de bon. quæ liber. ad exhibendum [...] potum, ſimiliave, d. l. 1. in fin. dotem dandam, augendam, mutandam, l. 7. ʃ. de [...] torib. dat. Alij ſunt curatores ad lites, alij ad negotia abſentis adminiſtranda [...] etiam ad interpellendam vſucapionem, l. 1. in fin. ʃ. de munerib.
z l. 4. in fin. ʃ. de reb. auth. iud.
a Creator bonis vacantibus datur, l. 1. §. 13. ʃ. de coll. l. 8. ʃ. ex quib. cauſ. [...] eſſ. datur. l. 1. in fin. ʃ. de munerib. l. 4. §. 6. ʃ. de damn. infecto: v. Gayllum [...] ſeru. 130.
b l. 1. ʃ. de ventre in poſſeſſ.

De curatore

De curatore conſtituendo. 1. De authoritate curatoris. 2. De pluribus curatoribus. 3. De inuito. 4. De non creditore. 5. De tribus curatoribus.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 65. ad Edictum. ‖

DE curatore conſtituendo hoc iure vtimur, vt prætor adeatur, íſque curatorem curatoréſque conſtituat ex conſenſu maioris *a* partis creditorum: vel præſes prouinciæ, ſi bona diſtrahenda in prouincia ſunt.

1 ¶ Quæque per eum eóſve qui ita creatus creatíve eſſent, acta, facta, geſtáque ſunt, rata habebuntur. Biſ-que actiones *b*, & in eos vtiles competunt. Et ſi quem curatores mitterent † ad agendum vel defendendum vti ius eſſet, nec ab eo ſatis, neque de rato, neque iudicatum ſolui, nomine eius cuius bona veneant, exigetur, ſed nomine ipſius curatoris qui eum miſit.

2 ¶ Si plures autem conſtituantur curatores, Celſus ait in ſolidum eos & agere *c* & conueniri, non pro portionibus.

¶ Quòd ſi per regiones fuerint conſtituti curatores, vnus fortè rei Italicæ, alius in prouincia, puto regiones eos ſuas conſeruare *d* debere.

3 ¶ Quæritur an inuitus curator fieri poteſt? Et Caſsius ſcribit *neminem inuitum e cogendum fieri bonorum curatorem.* quod verius eſt. voluntarius itaque querendus eſt: niſi & magna neceſsitate, & imperatoris arbitrio hoc procedat, vt & inuitus crearetur.

4 ¶ Nec *f* omnimodo creditorem eſſe oportet eum qui curator conſtituitur, ſed poſſunt & non creditores.

5 ¶ Si tres curatores fuerint, & vnus ex his nihil attigerit, an in eum qui nihil tetigit, actio danda eſt? Et Caſsius exiſtimat, modum actori non debere conſtitui, poſſeque eum cum quo vult experiri. puto Caſſij ſententiam veriorem. ſpectandum enim quid redactum eſt, non quid ad curatorem vnum peruenerit. & ita vtimur: niſi inuitus factus eſt *g*. nam ſi ita eſt, dicendum, non eum conueniendum.

3. *Celſus* ‖ lib. 24. Digeſtorum. ‖

SI plures eiuſdem bonorum curatores *h* facti ſunt, in quem eorum vult actor, in ſolidum ei datur actio *i*, tanquam quiuis eorum in ſolidum aget.

De bonis diſtractis.

4. *Papirius Iuſtus* "lib. 1. de Conſtitutionibus."

IMperatores Antoninus & Verus Auguſti reſcripſerunt, bonis *k* per curatorem *l* ex ſenatuſconſulto diſtractis, nullam actionem *m* ex ante geſto fraudatori *n* competere.

Si poſt curatorem electum alius creditor extiterit.

5. *Iulianus* ‖ lib. 47. Digeſtoum. ‖

SI debitor foro ceſſerit *o*, & creditores priuato conſilio coierint, & elegerint vnum per quem bona diſtrahantur, & portio ipſius, quæ ex redacto fieret, ſolueretur, mox *p* extiterit alius qui ſe creditorem dicat: nullam quidem actionem aduerſus curatorem habebit, ſed bona debitoris vnà cum curatore vendere poterit, ita vt quæ à curatore & à creditore ex bonis contrahantur, omnibus pro portione præſtarentur.

a Nou. 120. c. 6.
b *l. 3. ȷ. eod.*
† mittent.
c contra debitores bonorum.
d poſſe tamen conueniri extra prouinciam videntur, *l. 47. in fin. ſup. de adm. tut.*
e *l. 4. Cod. de bon. auth. ind.* adde *l. 8. §. 1. ſ. de procur.*
f *l. 9. §. 1. ſ. ex quib. cauſ. in poſſ.*
g & niſi ab initio commiſsio fuit diuiſa, alias beneficium ordinis aut diſcuſsionis nō opponitur, *v. Molinæū in conſuetud. parte 1. §. 6. gl. 6. num. 36.*
h & commiſſarij, *Molin. ibid.*
i *l. 2. ſup. eo.*
k debitoris.
l *l. 5. ſup. de curat. furioſ.*
m *l. 40. ſup. de oper. libert.*
n pone exemplum in patrono ex *l. 40. ſuprà de oper. libertor.* quæ huic iungenda eſt.
o *l. 7. §. 1. verſ. quoties: ſ. depoſiti.* Foro cedit menſularius, quoties actum ſuum deſerit & tabernam. hinc Seneca 4. *de benefic.* 39. Pecuniæ malè creditæ exactio eſt, & appellare debitorem ad diem poſſum: & ſi foro ceſſerit, portionem feram, adde *l. 15. §. 7. inſ. de iniur.* Foro cedere, *faire banqueroute.*
p *l. 22. §. 10. ſup. mandati.*
q id eſt, re in principali vel fructibus *l. 38. §. 4. ſuprà de vſuris.*
r nam in fraudem patronorum alienata reuocantur actione Fabiana, *l. 1. §. 6. ſ. quid in fraud. patron.*
ſ alienata, *l. 1. C. eo.* & *§. 4.* contracta, *§. 2. inf. eod.* tradita, *§. 6. Inſtit. de action.*
t vt reuocentur, 7. *l. 75. §. 6. inſtit. de act.* reuocantur autem actione Pauliana, *l. 38. §. 4. ſup. de vſuris:* quæ & in factum actio datur, *l. 14. ȷ. eod.* cui affine eſt interdictū fraudatorium, *l. 67. §. 1. ſup. ad Treb. l. 10. inf. eo.* Praxim huius tituli, vide apud Oldendorpium 6. *claſſ.* 1. Interim obſerua hoc titulo improbari geſta à fraudatore: ſuperiori verò probari acta à curatore bonorum.

QVÆ *q* IN FRAVDEM CREDITORVM *r* facta *ſ* ſunt, vt reſtituantur *t*.

TIT. VII.

Edictum de actione Pauliana. 1. Summa ſupraſcripti edicti. 2. De quocunque fraudis cauſa ſito, vel amiſſo.

Vlpianus ‖ lib. 66. ad Edictum. ‖

AIt prætor: *Quæ fraudationis † cauſa geſta u erunt, cum eo qui fraudem non x ignorauerit, de his curatori bonorum, vel ei cui de ea re actionem dare oportebit, intra y annum, quo experiundi poteſtas fuerit, actionem dabo, idque etiam aduerſus z ipſum qui fraudem fecit ſeruabo.*

1 ¶ Neceſſariò prætor hoc edictum propoſuit: quo edicto conſuluit creditoribus *a*, reuocando *b* ea quæcunque in fraudem eorum alienata ſunt.

2 ¶ Ait ergo prætor, *Quæ fraudationis cauſa geſta erunt.* hæc verba generalia ſunt, & continent in ſe omnem *c* omnino in fraudem factam vel alienationem, vel quemcunque contractum *d*.

¶ Quodcunque *e* igitur fraudis cauſa factum eſt, videtur his verbis reuocari, qualecumque fuerit. nam latè iſta verba patent. Siue ergo rem alienauit, ſiue acceptilatione *f*, vel pacto *g*, aliquem liberauit.

† *v. §. 2. inf. eod.* u quoquo modo, *v. l. 2. l. 3. & deinceps, ȷ. eod. v. l. 6. §. 8. l. 10. inf. eod. l. 6. C. eod.*
x *v. l. 6. §. 8. l. 10. inf. eod. l. 6. C. eod.*
y *l. 10. inf. eo. l. vlt. C. eod.*
z *l. vlt. in fin. ȷ. eodem.* a Datur enim hæc actio creditoribus quibuſcunque. Porrò crediti latiſsima eſt appellatio, *l. 1. ſup. de rebus creditis.*
b is eſt effectus Paulianæ vt ſcil. reuocet alienata, perinde ac ſi nunquam fuiſſent alienata. c cum euentu, *l. 10. §. 1. inf. eo.* d qualiſcunque is fuerit, *vt l. ȷ. eod.* etiam locatio, *l. 1. §. 12. ȷ. ſi quid in fraudem patron.*
e v. quæ notaui ad tit. *ſup. eo.* adde *verſ. ſiue ergo, ȷ. eo. l. 2. 3. 4. 5. 6. ȷ. eo. l. 13. l. 4. ſup. ſi quid in fraud. patron.* f *v. l. 10. §. 4. inſ. eod.*
g *l. 17. inf. eodem.*

2. *Idem* ‖ libro 73. ad Edictum. ‖

IDem erit probandum. ¶ Et ſi pignora *a* liberet, vel quem *b* alium in fraudem creditorum præponat *c*.

3. *Idem* ‖ lib. 66. ad Edictum. ‖

VEl ei præbuit exceptionem, ſiue ſe *d* obligauit fraudandorum creditorum cauſa, ſiue numerauit *e* pecuniam, vel quodcumque aliud fecit in fraudem creditorum, palam eſt edictum locum habere.

1 ¶ Geſta fraudationis cauſa accipere debemus, non ſolùm ea quæ contrahens geſſerit aliquis, verum etiam ſi fortè datà operà ad iudicium non adfuit *f*, vel litem *g* mori patiatur, vel à debitore non petit *h* vt tempore *i* liberetur, aut vſumfructum vel ſeruitutem *k* amittit.

2 ¶ Et qui aliquid fecit, vt deſinat habere quod habet, ad hoc edictum pertinet.

4. *Paulus* ‖ libro 68. ad Edictum. ‖

IN fraudem facere videri etiam eum qui *m* non facit quod debet facere, intelligendum eſt: id eſt, ſi non vtatur ſeruitutibus *n*.

De re habita pro derelicto.

5. *Gaius* "lib. 26. ad Edictum Prouinciale."

SEd etſi rem ſuam pro derelicto *o* habuerit, vt quis eam ſuam faciat.

De lucro omiſſo. 5. De alienatione ſerui inſtituti. 6. De eo qui ſuum recipit. 8. De ſcientia vel ignorantia recipientis. 9. De conſenſu creditorum. 10. De pupillo. 11. De donatione. 12. De ſeruo. 13. De legatis. 14. De anno vtili.

6. *Vlpianus* "lib. 66. ad Edictum."

QVod *p* autem cùm poſsit aliquid quærere, non *q* id agit, vt adquirat, ad ‖ hoc ‖ edictum non *r* pertinet *ſ*. pertinet enim edictum ad deminuentes *t* patrimonium ſuum, non *u* ad eos, qui id agunt, ne locupletentur.

1 ¶ Vnde ſi quis ideo conditioni non *x* paret, ne committatur ſtipulatio, in ea conditione eſt, ne faciat huic edicto locum.

2 ¶ Proinde & qui repudiauit *y* hereditatem vel legitimam, vel teſtamentariam, non eſt in ea cauſa, vt huic edicto locum faciat: noluit enim adquirere, non *z* ſuum ‖ proprium ‖ patrimonium deminuit.

3 ¶ Simili modo dicendum eſt *a*, & ſi filium ſuum emancipauit *a*, vt ſuo arbitrio adeat hereditatem, ceſſare hoc edictum.

4 ¶ Sed & illud probandum, ſi legatum repudiauit *b*, ceſſare edictum: quod Iulianus quoque ſcribit.

5 ¶ Si ſeruum ſuum heredem inſtitutum alienauit *c*, vt iuſſu emptoris adeat *d*, ſi quidem in venditione *e* ſit, ceſſat edictum: nulla fraus eſt, ſed in hereditate *f* ſit, ceſſat edictum: quia licuit ei, etiam repudiare hereditatem. at ſi in ipſa ſerui alienatione fraus eſt, reuocabitur: quemadmodum ſi eum in fraudem manumiſiſſet.

6 ¶ Apud Labeonem ſcriptum eſt, eum qui ſuum *g* recipiat, nullam videri fraudem facere. hoc eſt, eum, qui quod ſibi debetur, receperat. eum enim, quem præſes inuitum *h* ſoluere cogat, impunè non ſoluere, iniquum eſſe. totum enim hoc edictum ad contractus pertinere, in quibus ſe prætor non interponit, vtputa *i* pignora, venditionéſque.

7 ¶ Sciendum, Iulianum ſcribere, eóque iure nos vti, vt qui debitam *k* pecuniam recepit, antequam bona debitoris poſsideantur, quamuis ſciens prudénſque ſoluendo non eſſe, recipiat, non timere hoc edictum: ſibi enim vigilauit *l*. Qui verò poſt bona poſſeſſa, debitum ſuum recepit, hunc in portionem vocandum, exæquandúmque cæteris creditoribus: neque enim debuit præripere cæteris poſt bona poſſeſſa, cùm *m* iam par *n* conditio omnium creditorum facta eſſet.

8 ¶ Hoc edictum eum coërcet, qui ſciens *o* eum in fraudem creditorum hoc facere, ſuſcepit, quod in fraudem creditorum fiebat. quare ſi quid in fraudem creditorum factum ſit, ſi *p* tamen is qui cœpit, ignorauit, ceſſare videntur *q* verba edicti.

9 ¶ Præterea illud ſciendum eſt, eum qui conſentientibus creditoribus aliquid à fraudatore vel emit, vel ſtipulatus eſt, vel quid aliud contraxit, non

a *l. 18. inf. eod.*
b Dotare filiam in fraudem creditorum neminem poſſe hinc colligitur, vide Cāpegium *tract. de dote, parte 10. qu. 11.*
c *l. 10 §. 12. l. 17. in fin. inf. eod.*
d *l. 1. §. 18. §. 19. ſ. ſi quid in fraud.*
e *d. l. 1. §. 17.*
f non adſit, *Hal.*
g *d. l. 1. §. 7.*
h non petat, *Hal.*
i Alienationis verbum etiam vſucapionem continet, *l. 44. §. 9. ſup. de cond. & dem. l. 28. inf. de verb. ſign.*
k *d. l. 1. §. 21. in f. l. 2. ȷ. eod.*
l iunge *l. 13. ȷ. eod.* vt quæ ſit eiuſdem libri.
m *l. 121. inf. de reg. iur. l. 27. §. 7. ſup. de ædilitio, l. 6. §. pen. ȷ. de re mil.*
n *l. 3. §. 1. ſ. eo. l. 28. ȷ. de ver. ſign.*
o *l. 5. ſup. pro derelicto.*
p *al.* Qui autem.
q in fraudem creditorum nihil agere videtur, qui adquirendi occaſionem amittit, *vt hic.* Quid ſi lucrum dotis adquirere negligat, v. Cagnolum ad *l. non fraudatur 134. ȷ. de reg. iur.* Decii *conſ.* 260.
r Imò videtur eodem edicto teneri, *l. 1. §. pen. ſup. ſi quis omiſſa cauſ.*
ſ *l. 28. ȷ. de verb. ſig. l. 134. ȷ. de reg. iur. l. 1. §. 6. ſup. ſi quid in fraud. patron.*
t Deminuere non licet; licet tamen non adquirere. Si ita eſt, non deminuit nec fraudat creditores, qui non adquirit: fraudat qui deminuit. Deminuendo, fraudatur creditor directè: non adquirendo, per indirectum. Minùs itaque hoc erit, quam illud.
u Differunt hæc duo, deminuere iam tibi quæſitum, & non adquirere quod adquirere poſſis.
x *v. §. 4. ȷ. eod.*
y *v. d. §. 4.*
z In deminutione, qualitas rei iam exiſtentis, non futuræ, ſpectatur.
a *v. §. 4. ȷ. eod.*

b Qui repudiat legatum, *vt hic.* hereditatem, *§. 2 ſup. eod.* qui emancipat filium, vt ſuo arbitrio adeat hereditatem, qui ſeruum heredem inſtitutum alienat, vt iuſſu emptoris adeat, *§. 5. ȷ. eod* qui conditioni non paret, ne committetur ſtipulatio. *§. 1. ſup. eod.* non fraudat creditores.
c debitor ſcil. *v. §. 4. ſup. eod.*
d & non adierit.
e pretio venditionis.
f amiſſione hereditatis. g Qui ſuum recipit, neminem fraudat, *l. 26. ſ. de damno.*
h Qui facit quod facere cogitur, fraude caret.
i *l. 10. §. 13. ȷ. eod.* k *§. 6. ſ. eod. l. 10. §. 16. ȷ. eod. l. 26. §. 2. ȷ. eod.* l Vigilanti ſuccurritur, *l. 34. in fi. ȷ. eo.* m Regula, qui prior tempore prior iure, locum non habet in pignore prætorio: nullus enim in eo prior eſt, nam vno immiſſo cæteri immiſſi intelliguntur, *vt hic. & l. cùm vnus 12. ſup. de reb. auctorit. iud. poſsid.*
n Cæteris paribus; reliquorum iura paria ſunt: *ſed v. l. 12. ſup. de reb. auctoritate iudicis poſsid.*
o *l. 1. ſup. eod.*
p Qui à creditorum fraudatore ignorans emit, aut rem ab eo titulo oneroſo habet, hoc edicto non tenetur, *l. 25. § 1. ȷ. eod.*
b Quid? num vox *videntur*, dubitationem: vox, *verba*, aliud eſſe arguit ſi legis ſententiam ſpectemus? Sic ſentio, hoc edictum ſpeciale & temporarium actionem hypothecariam perpetuam creditorum non excludere.

videri

videri in fraudem creditorum feciſſe. nemo enim videtur fraudare *a* eos qui ſciunt & conſentiunt.

10 ¶ Si quid *b* cùm pupillo geſtum ſit in fraudem creditorum: Labeo ait, omnimodo *c* reuocandum, ſi fraudati ſint creditores. quia pupilli ignorantia, quæ per ætatem contingit, non debet eſſe captioſa creditoribus, & ipſi lucroſa. eóque iure vtimur.

11 ¶ Simili modo dicimus, & ſi cui *d* donatum eſt, non eſſe quærendum, an ſciente eo cui donatum, geſtum ſit, ſed hoc tantùm *e*, an fraudentur creditores: nec videtur iniuria affici is, qui ignorauit, cùm lucrum extorqueatur, non *f* damnum inſligatur.

¶ In hos tamen qui ignorantes ab eo, qui ſoluendo non ſit, liberalitatem *g* acceperunt, hactenus actio erit danda, quatenus *h* locupletiores facti ſunt: vltrà non.

12 ¶ Simili modo quæritur, ſi ſeruus ab eo qui ſoluendo non ſit ignorante domino, ipſe ſciens, rem acceperit, an dominus teneretur? Et ait Labeo, hactenus eum teneri, vt reſtituat, quod ad ſe peruenit, aut duntaxat *i* de peculio damnetur, vel ſi quid in rem eius verſum eſt. Eadem in filiofamilias probanda ſunt.

¶ Sed ſi dominus ſcit, ſuo nomine conuenietur.

13 ¶ Item ſi neceſſarius heres legata præſtiterit, deinde eius bona venierint, Proculus ait, etiam ſi ignorauerint legatarij, tamen vtilem actionem dandam, quod nequaquam dubium eſt.

14 ¶ Huius actionis annum *k* computamus vtilem, quo experiundi *l* poteſtas fuit, ex die *m* factæ venditionis.

De venditione.

7. *Paulus* ‖ lib. 62. ad Edictum. ‖

SI debitor in fraudem creditorum minore pretio fundum ſcienti emptori vendiderit: deinde hi, quibus de reuocando eo actio datur, eum petant: quæſitum eſt, an pretium reſtituere debent; Proculus exiſtimat, omnimodo reſtituendum eſſe fundum; etiam *n* ſi pretium non ſoluatur, & reſcriptum eſt ſecundùm Proculi ſententiam.

8. *Venuleius Saturninus* ‖ lib. 6. Interdictorum. ‖

EX his colligi poteſt, ne quidem portionem emptori reddendam ex pretio. poſſe tamen dici, eam rem apud arbitrum ex cauſa animaduertendam, vt *o* ſi nummi ſoluti in bonis extent, iubeat eos reddi: quia ea ratione nemo fraudetur.

9. *Paulus* ‖ lib. 62. ad Edictum. ‖

‖IS *p*‖ qui a debitore, cuius bona poſſeſſa ſunt, ſciens rem *q* emit, iterum alij bona fide ementi vendidit. quæſitum eſt, an ſecundus emptor conueniri poteſt *r*? Sed verior eſt Sabini ſententia, bona fide emptorem non teneri: quia dolus ei *ſ* duntaxat nocere *t* debeat qui eum admiſit. quemadmodum diximus non teneri eum ſi ab ipſo debitore ignorans emerit, is autem qui dolo malo emit, bona fide autem ementi vendidit, in *u* ſolidum pretium rei, quod accepit *x*, tenebitur.

Verba prætoris. Interdictum fraudatorium. Reſiduum de actione Pauliana. 1. De euentu. 2. De ſcientia & fraude recipientis. 9. Si eius, qui fraudatori ſucceßit, bona venierint. 10. De in integrum reſtitutione. 11. Si impuberis qui patri ſucceſſerat, bona veneant. 12. De ſolutione repræſentata. 13. De pignore. 14. De dote. 15. De vſufructu. De annua ſtipulatione. 16. De eo qui pecuniam fugienti debitori abſtulit. 17. De additione bonorum libertatum conſeruandarum cauſa. 18. De anno vtili. 19. De ipſa re & acceßionibus. 23. De obligatione conditionali, vel in diem. 24. De anno elapſo. 25. De ſucceſſoribus.

10. *Vlpianus* ‖ lib. 73. ad Edictum. ‖

AIt prætor *y*: *Quæ Lucius* z *Titius* a *fraudandi cauſa, ſciente te in bonis, quibus de* [ea re b] *agitur, fecit, ea illis, ſi eo nomine quo de agitur actio* c *ei ex edicto meo competere eſſéve oportet, etſi* d *non pluſquam annus eſt, cùm de ea re, qua de agitur experiundi poteſtas eſt, reſtituas: interdum* e *cauſa cognita etſi ſcientia non ſit, in factum actionem permittam.*

1 ¶ Ita demum reuocatur, quod fraudandorum creditorum cauſa factum eſt, ſi euentum *f* fraus habuit. ſcilicet ſi hi creditores, quorum fraudandorum cauſa fecit, bona ipſius vendiderunt.

¶ Cæterum ſi illos dimiſit, quorum fraudandorum cauſa fecit, & alios *g* ſortitus eſt, ſi quidem ſimpliciter dimiſſis prioribus, quos fraudare voluit, alios poſtea ſortitus eſt, ceſſat reuocatio: ſi *a* autem horum pecunia, quos fraudare noluit, priores dimiſit, quos fraudare voluit: Marcellus dicit, reuocationi locum fore. ſecundùm hanc diſtinctionem & ab Imperatore Seuero & Antonino reſcriptum eſt: eóque iure vtimur.

2 ¶ Quod ait prætor, *Sciente*, ſic accipimus, te conſcio & fraudem participante *b*, non *c* enim, ſi ſimpliciter ſcio, illum creditores habere, hoc ſufficit ad contendendum, teneri eum in factum actione: ſed ſi particeps fraudis eſt.

3 ¶ Si quis particeps quidem fraudis non fuit, veruntamen, vendente debitore, teſtato *d* conuentus eſt à creditoribus, ne emeret, an in factum actione teneatur, ſi comparauerit? & magis eſt, vt teneri debeat. non enim caret fraude, qui conuentus teſtatò perſeuerat.

4 ¶ Aliàs *e* autem qui ſcit aliquem creditores habere, ſi cum eo contrahat ſimpliciter ſine fraudis conſcientia, non videtur hac actione teneri.

5 ¶ Ait prætor: *Sciente*, id eſt eo qui conuenietur hac actione. Quid ergo, ſi fortè tutor pupilli ſcit, ipſe pupillus ignorauit, videamus, an actioni locus ſit, vt ſcientia tutoris noceat: idem & in curatore furioſi, & adoleſcentis? Et putem, hactenus iſtis *f* nocere conſcientiam tutorum ſiue curatorum, quatenus quid ad eos peruenit.

6 ¶ Præterea ſciendum eſt poſſe quæri, quod dicitur, in fraudem creditorum alienatum reuocari poſſe, ſi iidem ſint creditores, etſi vnus *g* creditor ſit ex illis, qui fraudati ſunt, (ſiue ſolus tunc fuit, ſiue cum cæteris ſatisfactum eſt, hic ſolus remanſit) probandum eſſe, adhuc actioni fore locum.

7 ¶ Illud certè ſufficit, etſi vnum ſcit creditorem fraudari, cæteros ignorauit, fore locum actioni.

8 ¶ Quid ergo, ſi *h* ei, quem quis ſcit, ſatisfactum eſt, numquid deficiat actio: quia qui ſuperſunt, non ſunt fraudati. Et hoc puto probandum. Non tamen, ſi dicat aliquis, *Offero quod debetur ei, quem ſcio creditorem*, audiendus erit, vt actionem eludat.

9 ¶ Si fraudator heredem habuit, & heredis bona venierint, non eſt in bonis, quibus de agitur, factum, & ideo ceſſat hæc actio.

10 ¶ Si quid in fraudem creditorum fecerit filius, qui ſe potuit abſtinere, & in integrum ſit reſtitutus, quòd ſe miſcuerat, vel ſi quid fecit voluntarius etiam, vel per ætatem, vel ‖quam‖ aliam cauſam iuſtam in integrum meruit reſtitutionem, dicendum erit, vtilem actionem competere.

¶ Idem & in ſeruo neceſſario. Sanè cum illa diſtinctione hoc admittendum eſſe Labeo ſcribit: vt ſi quidem protinus bona vendiderunt creditores ‖ vel abſentibus ‖ vel aciſcentibus creditoribus ſe neceſſarius *i* miſcuit, vtriuſque fraus reuocetur, id eſt, teſtatoris, & ipſius. ſi verò paſſi ſunt neceſſarium creditores, & quaſi in creditum *k* habuerunt nomen eius, vel dulcitudine *l* vſurarum *m*, vel qua alia ratione ſecuti ‖ſunt,‖ dicendum eſt, nihil reuocari ex his quæ teſtator alienauit.

11 ¶ Si impubes patri heres extiterit, eiúſque mortui bona veneat, ſeparatione impetrata, vtriuſque fraus erit reuocanda pupilli, vel etiam tutoris, item curatoris.

12 ¶ Si cùm *n* in diem mihi deberetur, fraudator præſens *o* ſoluerit, dicendum erit, [quòd] in eo quod ſenſi commodum in repræſentatione, in factum actioni locum fore. nam prætor fraudem intelligit etiam in tempore fieri.

13 ¶ Si cui ſolutum quidem non fuerit, ſed in *p* vetus creditum pignus acceperit, hac actione tenebitur *q*, vt eſt ſæpiſſimè conſtitutum.

14 ¶ Si cum mulier fraudandorum creditorum conſilium iniſſet, marito ſuo, eidémque debitori in fraudem creditorum acceptum *r* debitum fecerit dotis conſtituendæ cauſa, locum habet hæc actio. & per hanc omnis pecunia, quam *ſ* maritus debuerat, exigitur. nec mulier de dote habet actionem. neque enim dos *t* in fraudem creditorum conſtituenda eſt. & hoc certo certius eſt & ſæpiſſimè conſtitutum. Exitus autem actionis erit vt ſtipulatio, quæ accepta facta fuerat, ex integro interponatur.

15 ¶ Per hanc actionem & vſusfructus, & huiuſmodi ſtipulatio *In annos ſingulos dena dare ſpondes*: exigi poteſt.

16 ¶ Si debitorem meum, & complurium creditorum conſecutus *u* eſſem fugientem *x*, ſecum ferentem pecuniam

a Fraus non ſit ſcienti & conſentiens.
b ex titulo lucratiuo ſcil. & ita aſſentior Azoni: mouent me etiam verba quæ leguntur *& ipſi lucroſa*: mouet me etiam, §. 11. j. *eodem*. vicinitas, in quo agitur de donatione facta, reliquis non minoribus. mouet me præterea rei iniquitas manifeſta. Cur enim dicas creditores reuocare res per minorem venditas ignoranti, non autem reuocari per maiorem ignoranti venditas.
c id eſt, in omnem partem.
d etiam minori.
e In titulo lucratiuo ignorantia non excuſat donatarium.
f Diuerſa ſunt autem lucrum ceſſare, & damno affligi.
g non meram, ſed ratione meriti: & tamen ſupra meritum.
h *l. 5. C. eod.*
i *l. 12. in fin. inf. eo.*
k *v. l. 10. §. 18. j. eodem.*
l agendi, adde *l. 2. §. dies, ſ. quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur.*
m *l. 10. §. 18. j. eod.*
n adde *l. 32. §. 4. ſ. de adm.* dic tamen, *vt l. 8. inf. eod.*
o exceptio legis ſuperioris. adde & alias duas exceptiones, ex *l. 65. ſup. de rei vind. l. 1. §. 12. ſup. ſi quid in fraud.*
p v. Boërium deciſione 182.
q aliquam aliam tamen ab eis, in quarum poſſeſſionem miſſi ſunt creditores. Nec enim puto debitorem vtiliter alienare eas res, in quarum poſſeſſionem miſſi ſũt creditores, alioquin luſoria eſſet miſſio.
r non tenetur.
ſ Edictum fraudatorium eſſe perſonale, non in rem ſcriptum, hinc Zaſius colligit.
t *v. l. 155. inf. de regulis iuris.*
u Pretium ita ſuccedit in locum rei in vniuerſalibus iudiciis: quotiens ſcil. quis doli ratione conuenitur, *vt hic.* ſecus ſi ex contractu, *l. venditor 21. ſup. de hereditate vel actione vendita: l. ſi & rem, vt ſup. de pet. hered. l. Imperator 70. ſ. de leg. 2. l. mater 3. C. de rei vind. l. ſi enim 23. ſ. ſi certum.*
x à ſecundo emptore ſcil.
y in hoc interdicto fraudatorio.
z hic agitur de interdicto fraudatorio, de quo & in *l. 67. §. 1. ſup. ad Treb.*
a debitor. b quibus de agitur, *Hal.* qua de re agitur *Petrus Faber 1. ſent. 21.*
c *al.* actionem. d Intra annum à die poſſeſſionis & venditionis bonorum datur actio Pauliana & interdictum fraudatorium ad reuocanda ea quæ in fraudem creditorum ſunt alienata, *v. §. 18. inf. eod.*
e hæc verba quæ ſequuntur, ſunt de actione Pauliana *Cuiac hic.*
Euentus colligitur ex perſona alienantis ementis, & re ipſa.
f Facultas reuocandi, iis ſolis creditoribus datur, qui creditores erant tempore alienationis factæ à debitore, non qui poſtea crediderunt, *vt hic. & l. 1. C. de iure fiſci.* id eſt priores & non poſteriores habent reuocatoriam, niſi poſteriores in locum priorum ſucceſſerint.

q Imò teneri non videtur, *l. 13. infra eodem.* vbi dixi. r *l. 1. in fin.*
ſ *l. 17. in fin. inf. eodem.*
t Dos in fraudem creditorum non eſt conſtituenda.
u v. quæ notaui ad *l. 54. C. de decurion.* Porrò, quod hic legimus originem habet ex lege 12 tabul. Si caluitur pedémve ſtruit, manumittendo iacito, *Cuiac.* ... *ſup quod* [illegible] *cauſ & 16. obſ 19.*
x alias [illegible] licet ſibi ipſi ius dicere, *l. 13. ſup. quod met. cauſ.* Quid ſi nondum ... fuga, ſed iudiciis certis colligitur eum fugere velle? Idem hoc eſt, licet ... re Anges *per Gloſſ. in l. pign. cauſ. 11. C. de pign. act. Gloſſ. in l. quid ſit fug.* ... *Idem Cuiac. 8. ſup. de ædilitio. Hyppolytus Marſilius ſingulari 43.* An & ... riata facere licet? ſic ſanè: non vt litigetur, ſed vt ducatur ad iudicem ... rum: trum reum iudicio ſiſti cauere debeat, *Bart. hic.*

pecuniam

pecuniam, & abſtuliſſem *a* ei id, quod mihi debeatur, placet Iuliani ſententia dicentis, multum intereſſe, antequam in poſſeſſionem bonorum eius creditores mittantur, hoc factum ſit, an poſteà ſi antè, ceſſare in factum actionem: ſi poſtea, huic locum fore.

17 ¶ Si ex conſtitutione Diui Marci bona ſint addicta alicui, libertatium conſeruandarum cauſa, dicendum erit, actionem ceſſare, ita enim ſuccedunt *b*, vt rata ſint, quæ paterfamilias geſſerat.

18 ¶ Annus, *c* huius in factum actionis computabitur ex die venditionis bonorum.

19 ¶ Per hanc actionem res reſtitui debet cum ſua ſcilicet cauſa.

20 ¶ Et fructus *d*, non tantùm qui percepti ſunt, verumetiam hi, qui percipi potuerunt à fraudatore, veniunt. ſed cum aliquo modo *e*, ſcilicet vt ſumptus facti deducantur. nam arbitrio iudicis non priùs cogendus eſt rem reſtituere, quam ſi impenſas neceſſarias conſequatur. idémque erit probandum, & ſi quis alius ſumptus ex voluntate fideiuſſorum creditorúmque fecerit.

21 ¶ Partum quoque in hanc actionem venire puto verius eſſe.

22 ¶ Præterea generaliter ſciendum eſt, ex hac actione reſtitutionem *f* fieri oportere in priſtinum *g* ſtatum, ſiue res fuerunt *h*, ſiue obligationes, vt perinde omnia reuocentur, ac ſi liberatio facta non eſſet: propter quod etiam medij temporis commodum, quod quis conſequeretur, liberatione non facta, præſtandum erit, dum vſuræ non præſtentur, ſi in ſtipulatum deductæ non fuerunt. aut ſi talis contractus fuit, in quo vſuræ deberi potuerunt etiam non deductæ *i*.

23 ¶ Si conditionalis fuit obligatio, cum *k* ſua conditione: ſi in diem, cum ſua die reſtauranda eſt. Si, tamen ea erat cuius dies finitur, poteſt dici reſtitutionem intra id tempus poſſe poſtulari, quod tempus ſupererat obligationi, non vtique intra annum.

24 ¶ Hæc actio poſt annum de eo quod ad eum peruenit, aduerſus quem actio mouetur, competit. iniquum enim prætor putauit, in lucro morari eum *l*, qui lucrum ſenſit ex fraude. idcirco lucrum ei extorquendum putauit. Siue igitur ipſe fraudator ſit, ad quem peruenit: ſiue alius quiuis, competit actio in id quod ad eum peruenit, dolóve malo eius factum eſt, quo minùs perueniret.

25 ¶ Hæc actio heredi cæteríſque ſucceſſoribus competit. ſed & in heredes, ſimiléſque perſonas datur.

11. *Venuleius Saturninus* lib. 6. Interdictorum.

CAſſius actionem introduxit *m* in id, quod ad heredem peruenit.

De peculio.

12. *Marcellus* lib. 18. Digeſtorum.

SI pater filiofamilias liberam *n* peculij adminiſtrationem dederit, non *o* videtur ei & hoc conceſſiſſe, vt in fraudem creditorum alienaret. talem enim alienationem non habet. at ſi hoc quoque conceſſit filio pater, vt vel in fraudem creditorum facere poſſit, videbitur *p* ipſe *q* feciſſe, & ſufficient competentes aduerſus eum actiones, etenim filij creditores, etiam patris ſunt creditores *r*, cum eius generis *ſ* videlicet habebunt actionem, vt his de peculio præſtari neceſſe ſit.

De pignore.

13. *Paulus* lib. 68. ad Edictum.

ILlud conſtat, eum qui pignus *t* tenet ſi hac actione non teneri. ſuo enim iure, & vt pignus *u* non rei ſeruandæ cauſa poſſidet.

De dominio reſtituendo. De actione cedenda.

14. *Vlpianus* lib. 6. Diſputationum.

HAc in factum *x* actione non ſolùm dominia *y* reuocantur, verumetiam actiones *z* reſtaurantur.

¶ Ea propter competit hæc actio & aduerſus eos, qui res non poſſident, *vt a reſtituant*, & aduerſus eos, quibus actio competit, *vt actione cedant*.

¶ Proinde ſi interpoſuerit *b* quis perſonam Titij, vt ei fraudator res tradat, actione mandati *c* cedere debet.

¶ Ergo & ſi fraudator pro filia ſua dotem dediſſet ſcienti *d* fraudari creditores, filia tenetur, vt cedat actione de dote aduerſus maritum.

De libertatibus.

15. *Iulianus* lib. 49. Digeſtorum.

SI quis cum haberet Titium creditorem, & *e* ſciret ſe ſoluendo non eſſe, libertates dederit teſtamento: deinde dimiſſo Titio, poſtea Sempronium creditorem habere cœperit, & eodem teſtamento manente deceſſerit, libertates datæ ratæ eſſe debent *f*, etſi hereditas ſoluendo non ſit. quia libertates vt reſcindantur, vtrumque in eorundem perſonam exigimus, & conſilium, & euentum, & ſi quidem creditor, cuius fraudandi conſilium initum erat, non fraudatur, aduerſus eum, qui fraudatur, conſilium initum non eſt. libertates itaque ratæ ſunt.

a adde, & retinuiſſem, *l. 25. j. de adulteriis.*
b *l. 1. C. eo. l. 64. inf. de reg. iur.*
c *l. 6. in fin. j. eod. l. pen. C. eod.*
d *l. 25. §. 4. inf. eod.*
e id eſt, temperamento.
f adde *l. 14. j. eod.*
g *l. 2. §. 43. infra ne quis in loco publ.*
h i. dominia & actiones, *l. 14. j. eod.*
i in ſtipulationem id fit in contractibus bonæ fidei, *l. 32. §. 2. ſup. de vſuris: l. 3. C. de vſuris.*
k *l. 43. in fin. ſup. de iure dot.*
l Nemo lucrum ex ſuo dolo facere debet.
m *Introducendi* verbo quid ſignificetur, dixi ad *l. 43. ſup. ex quibus cauſis maiores.*
n adde *l. 6. §. 3. ſupra eod.*
o Libera adminiſtratio alicui conceſſa non permittit ei fraudis & impoſturæ licentiam, *l. 46. ſupra de peculio: l. 7. ſupra de donat.* Generali conceſſione fraus ſeu fraudandi poteſtas non continetur. Nec enim intelligitur id filio conceſſum à patre, vt in fraudem creditorum alienaret.
p Ritè facit, qui per alium facit.
q Qui fraudem mandat, tenetur ac ſi ipſe fraudem feciſſet, *l. 1. §. 12. j. de vi & vi.*
r idque propter peculium.
ſ id eſt, eodem genere agent & contra patrem & contra filium.
t *l. 22. infra eod.*
u conuentionale, non prætorium.
x quæ eadem eſt cum Pauliana.
y *l. 10. §. 12. ſupra eod. l. 22. infra eod.*
z & obligationes *l. 10 §. 22. ſup. eod.*
a In his reuocatoriis actionibus agitur, vt qui res alienauerint, eas alienatas reſtituant, vel vt actionem cedant.

b Fraus fit de perſona ad perſonam.
c *l. c. 12. ſupra ſi quid in fraudem patron.*
d *l. 25. §. 1. j. eod.*
e *l. 23. ſupra, qui & à quib. manumiſſ.*

f Imò debent eſſe irritæ, *l. 25. ſupra qui & à quibus manum.* Solue, hic ſatisfactum eſt omnibus qui erant creditores tempore libertatis datæ.

16. *Paulus* lib. 5. Reſponſorum Papiniani.

NIſi priores pecunia poſteriorum dimiſſi *a* probentur.

De liberatione. 1. De alienatione omnium bonorum. 2. De dotis reſtitutione repræſentata.

17. *Iulianus* libro 49. Digeſtorum.

OMnes *b* debitores qui in fraudem creditorum liberantur, per hanc actionem reuocantur in priſtinam obligationem.

1 ¶ Lucius Titius, cùm haberet creditores, libertis ſuis iiſdémque filiis naturalibus vniuerſas *c* res ſuas tradidit? Reſpondit: Quamuis *d* non proponatur conſilium fraudandi habuiſſe, tamen qui creditores habere ſe ſcit, & vniuerſa bona ſua alienauit *e*, intelligendus *f* eſt fraudandorum creditorum conſilium habuiſſe *g*. ideóque etſi filij eius ignorauerunt, hanc mentem patris ſui fuiſſe, hac actione tenentur.

2 ¶ Si vir vxori, cùm creditores ſuos fraudare vellet, ſoluto matrimonio præſentem *h* dotem reddidiſſet, quam ſtatuto tempore reddere debuit, hac actione mulier tantùm præſtabit, quanti creditorem intererat, dotem ſuo tempore reddi, nam prætor fraudem *i* etiam in tempore fieri intelligit.

De remiſſione pignoris.

18. *Papinianus* lib. 26. Quæſtionum.

ET ſi *k* pignus *l* vir vxori, vel vxor viro remiſerit *m*, verior ſententia eſt nullam fieri donationem exiſtimantium. Quòd ſine dubio, ſi in fraudem creditorum fiat, actione vtili reuocabitur.

¶ Idémque eſt, & ſi quiuis debitorum in fraudem creditorum pignus omiſerit.

De reſtitutione fideicommiſſi.

19. *Idem* lib. 11. Reſponſorum.

PAtrem, qui non expectata morte ſua, fideicommiſſum hereditatis maternæ filio ſoluto poteſtate reſtituit, omiſſa ratione Falcidiæ, plenam *n* fidem ac debitam pietatem ſecutus exhibitionis: reſpondi, non creditores fraudaſſe.

20. *Calliſtratus* lib. 2. Quæſtionum.

DEbitorem qui ex ſenatuſconſulto Trebelliano totam hereditatem reſtituit, placet non videri in fraudem creditorum alienaſſe portionem, quam retinere potuiſſet, ſed magis fideliter *o* facere *p*.

Pactum de finibus prædij pignorati.

21. *Scæuola* lib. 1. Reſponſorum.

DEbitor *q* in fraudem creditoris, cum vicino de finibus pignori dati fundi pactus eſt. Quæſitum, an is, qui à creditore emit, de finibus *r* agere poſſit? Reſpondit ſecundùm ea quæ proponerentur, non idcircò minùs agere poſſe, quòd debitor ignorante creditore pactus eſſet.

De pignore.

22. *Idem* lib. 5. Reſponſorum.

CVm in vetus *ſ* creditum vnus creditor pignora accepiſſet, quæro an in fraudem cæterorum creditorum factum nullius momenti eſſet? Reſpondit, creditorem non idcirco prohibendum à perſecutione pignorum, quod in vetus creditum, vt obligaretur, pactus eſſet, niſi id in fraudem cæterorum creditorum factum ſit, & ea via iuris occurratur, qua creditorum fraudes reſcindi ſolent.

De pacto heredum futurorum & creditorum hereditariorum.

23. *Idem* lib. 32. Digeſtorum.

PRimo gradu ſcripti *t* heredes, cum animaduerterent, bona defuncti vix ad quartam partem æris alieni ſufficere, famæ *u* defuncti conſeruandæ gratia, ex conſenſu creditorum, authoritate præſidis prouinciæ, ſecundùm conſtitutionem, ea conditione adierunt hereditatem, vt creditoribus duntaxat *x* partem præſtarent. quæſitum eſt, an *y* manumiſſi teſtamento & libertates, & alimenta conſequi poſſint? Reſpondit, libertates quidem, ſi in fraudem creditorum datæ non eſſent, competere: legata verò, ſi ſoluendo hereditas non eſſet, non deberi.

Si vni creditorum ſolutum fuerit.

24. *Idem* libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.

PVpillus patri heres extitit, & vni creditorum ſoluit, mox abſtinuit *z* hereditate paterna. bona patris veneunt, an id, quod accepit creditor, reuocandum ſit, ne melioris conditionis ſit, quàm cæteri creditores? an diſtinguimus, per gratificationem *a* acceperit,

a *l. 10. §. 1. ſupra eod.*
b *l. 10. §. 23. ſup. eo.*
c Ex donatione omnium bonorum, præſumitur fraus: ideoque donata reuocantur. Vide hic Albericum & Cæpolam *tract. de ſimulatis contractibus.*
d Libellum etiam præſumptiuè concludere ſatis eſſe hinc colligitur: de quo vide hic Bartolum, & quæ ad eum relata additáque.
e Omnia bona ſua qui debitor vendidit, creditores ſuos fraudandi animum habuiſſe intelligitur, *vt hic.* & ita poſt Accurſium & Cynum, notat *Bart.*
f Iuris hæc eſt præſumptio: cui ſtatur, donec contrarium probetur.
g & meritò. Quibus enim ex bonis ſe ſatisfacturum creditoribus putat, qui nihil ſibi ex bonis retinuit: qui omnia donauit?
h i. ante diem, *l. 10. §. 12. ſup. eod.*
i In tempore fraus etiam committitur adde *l. 10. §. 12. ſup. eod.*
k dixi *l. 5. C. de remiſſione pignoris.*
l *l. 2. ſup. eod. l. 1. §. 2. ſup. quibus modis pignus.*
m Remiſſio pignoris non eſt donatio ſortis: *vt hic.* non eſt interceſſio, *l. 8. ſupra ad Velleianum*: differt in eo à chirographi redditione, vt quo reddito, ſortis obligatio maneat inutilis atque inefficax: reddito verò pignore, non manet inutilis obligatio ſortis *l. 2. l. 5. ſup. de pactis.* Martial. 8. epigr. 37. Quod Caietano reddis Polychrome tabellas. Millia te centum non tribuiſſe putas? *& alio loco 9. epigram.* 105. Quadringentorum reddis mihi Phœbe tabellas, *&c.* & hoc diſcrimen eſt chirographi, & pignoris redditi.
n *l. 20. inf. eod.*
o *l. 19. ſupra eod.* adde *l. 6. ſup. eo. l. 1. C. ad leg. Falcid.*
p & ita, fidei ſplendor excludit vmbram fraudis.
q Debitor non poteſt de fundo pignorato paciſci in fraudem creditoris ſui eiúſve qui ab eo emit.
r Emens à creditore fundum pignoratum, poteſt agere in id quod abeſt fundo fraude debitoris.

ſ *l. 10. §. 13. ſup. eod.* t id eſt inſtituti. u Famæ defuncti parcitur, ſi eius hereditas adeatur. nam ex contrario defunctus iniuriæ infamiæque ſpeciem ſuſtinet, ſi nullum habeat heredem. x Pactum inter creditores, & heredes factum non nocet libertatibus & legatis. y adde *l. 8. l. 10. ſup. de pact. l. 6. ſup. de rebus auth. iud.* z *l. 10. §. 10 ſup. eod.* a Quod vni creditorum per gratiam ſeu gratificationem à debitoris herede ſolutum eſt, cæteris communicandum eſt.

an non? vt ſi per gratificationem *a* tutorum, reuocetur ad eandem portionem, quam cæteri creditores fuerint laturi. ſin verò iuſtè exegerit, cæteri creditores neglexerint exactionem, interea res deterior facta ſit, vel mortalitate *b*, vel ſubductis rebus mobilibus; vel rebus ſoli ad irritum perductis, id, quod acceperit creditor, reuocari nullo pacto poteſt: quoniam alij creditores ſuæ negligentiæ expenſum ferre debeant.

¶ Quid ergo, ſi cùm in eo eſſent, vt bona debitoris mei venirent, ſoluerit mihi pecuniam; an actione reuocari ea poſſit à me? an diſtinguendum eſt, is obtulerit mihi, an ego illi extorſerim inuito? & ſi extorſerim inuito, reuocetur: ſi non extorſerim, non reuocetur? Sed vigilaui, meliorem meam conditionem feci. Ius ciuile vigilantibus *c* ſcriptum eſt. ideo " quoque " non reuocatur id quod percepi.

De acceptilatione. 1. De dote. 3. De procuratore. 4. De ipſa re & fructibus", & partu ancillæ. 7. De ipſo fraudatore conueniendo.

25. *Venuleius* " lib. 6. Interdictorum."

SI fraudator fideiuſſori ſuo ſcienti acceptum tulerit ſi‖&‖reus non ignorauerit, vterque tenebitur. ſi minùs, is qui ſcierit. Si tamen ille, cui acceptum factum eſt, ſoluendo non ſit, videndum eſt, an in reum, etiam ſi ignorauerit, actio danda ſit: quia ex donatione *d* capit. Contrà ſi reo ſciente acceptum latum ſit, fideiuſſor quoque, ſi & ipſe ſcierit, tenebitur. ſi verò ignorauerit, nunquid non æquè actio in eum dari debeat, quoniam *e* magis detrimentum non patitur, quam lucrum faciat? In duobus autem reis par vtriuſque cauſa eſt.

1 ¶ Si à ſocero fraudatore *f* ſciens gener accepit dotem, tenebitur hac actione, & ſi reſtituerit eam, deſinit dotem habere. nec quicquam emancipatæ, diuortio facto, reſtituturum Labeo ait: quia hæc actio rei reſtituendæ gratia non pœnæ nomine daretur, ideoque abſolui ſolet reus, ſi reſtituerit. Sed ſi priùs quàm creditores cum eo experirentur, reddiderit filiæ dotem: iudicio dotis nomine conuentus, nihilominus eum hac actione teneri Labeo ait, nec vllum regreſſum *g* habiturum ad mulierem. Sin verò ſine iudice, videndum, an vlla repetitio competat ei?

¶ Quòd ſi is ignorauerit, filia autem ſcierit, tenebitur filia. Si verò vterque ſcierit, vterque tenebitur. At ſi neuter ſcierit: quidam exiſtimant, nihilominus in filiam dandam actionem: quia *h* intelligitur quaſi ex donatione aliquid ad eam perueniſſe: aut certè cauere eam debere, quod conſecuta fuerit, ſe reſtituturam.

¶ In maritum autem, qui *a* ignorauerit, non dandam actionem: non magis quàm in creditorem, qui à fraudatore, quod *b* ei deberetur, acceperit, cùm is indotatam vxorem ducturus non fuerit.

2 ¶ Item ſi extraneus, filiæfamilias nomine fraudandi cauſa dotem dederit, tenebitur maritus, ſi ſcierit: æquè mulier, nec minùs & pater, ſi non ignorauerit, ita vt caueat, ſi ad ſe dos peruenerit, reſtitui eam.

3 ¶ Si procurator, ignorante domino, cùm ſciret debitorem eius fraudandi cepiſſe conſilium, iuſſit ſeruo [ab] eo accipere, hac actione ipſe tenebitur, non dominus.

4 ¶ Non ſolùm autem ipſam rem alienatam reſtitui oportet, ſed & fructus *c*, qui *d* alienationis tempore terræ cohærent, quia in bonis fraudatoris fuerunt.

¶ Item eos, qui poſt inchoatum iudicium recepti ſint.

¶ Medio *e* autem tempore perceptos in reſtitutionem non venire.

¶ Item partum ancillæ per fraudem alienatæ, medio tempore editum, in reſtitutionem non venire: quia in bonis non fuerit.

5 ¶ Proculus ait, ſi mulier poſt *f* alienationem conceperit, & antequàm ageretur pepererit, nullam eſſe dubitationem, quin partus reſtitui non debeat. ſi verò cùm alienaretur, prægnans fuerit, poſſe dici partum quoque reſtitui oportere.

6 ¶ Fructus autem fundo cohæſiſſe *g*, non ſatis intelligere ſe, Labeo, ait vtrùm duntaxat, qui maturi, an etiam, qui immaturi fuerint, prætor ſignificet? cæterùm etiam ſi de his ſenſerit, qui maturi fuerint, nihilo magis poſſeſſionem reſtitui oportere. nam cùm fundus alienaretur, quod ad eum fructúſque eius attineret, vnam quandam rem fuiſſe, id eſt, fundum, cuius omnis generis alienationem fructus ſequi. nec eum, qui hiberno habuerit fundum, centum, ſi ſub tempus meſſis, vindemiæve, fructus eius vendere poſſit decem, idcirco duas res, id eſt, fundum centum, & fructus decem, eum habere intelligendum: ſed vnam, id eſt, fundum centum, ſicut is quoque vnam rem haberet, qui ſeparatim ſolum ædium vendere poſſit.

7 ¶ Hæc *h* actio etiam in *i* ipſum fraudatorem datur, licèt Mela non putabat, in fraudatorem eam dandam, quia nulla actio in eum ex ante *k* geſto, poſt bonorum venditionem daretur. & iniquum eſſet, actionem dari in eum *l*, cui bona ablata eſſent. Si verè *m* quædam diſperdidiſſet, ſi *n* nulla reſtitutione recuperari poſſent, nihilominus actio in eum dabitur. & prætor non tantùm emolumentum actionis intueri videtur in eo, qui exutus eſt bonis, quàm pœnam.

a l. 6. §. 7. l. 10. §. 12 ſup. eod.
b His tribus diminuitur patrimonium, Mortalitate animalium, furto rerum mobilium, caſu immobilium.
c Vigilantibus ius ciuile ſcriptum eſt, l. 6. §. 7. ſup. eod. l. 16. ſup. ex quib. cauſis maior. l. 21. ſup. de peculio: l. 2. C. de annali except.
d l. 49. ſup. ſolut.
e Lucrum facere non videtur, qui fraudem vel damnum fugit.
f l. 24. ſup. eod.
g l. 98. §. 1. j. de ſolut.
h Dotis titulus mulieris intuitu, ſeu quà mulierem ipſam intuemur, lucratiuus eſt: quà maritum oneroſus. Quid ſi ſpuriam filiam dotauit pater? patris heredes mulieris marito eã dotem auferre non poterunt, quod illã dotem oneroſo titulo poſſideat: Quid ſi dos, pone diuortio vel mariti morte, ad mulierem redijt? heredes donantis ſpuriæ eius dotem illam auferre poterunt: vt quã lucratiuo titulo donationis habeat: pater autem ſpurio donare non poteſt, l. 1. C. de natur. liber. niſi Canonico iure ad alimenta vſque, c. cum haberet. extr. de eo qui duxit eam quam per adulterium polluit.

a l. 6. §. 8. ſup. eod.
b l. 6. §. 7. ſup. eod.
c l. 10. §. 19. 20. ſupr. eod. l. 38. §. 4. ſup. de vſuris.
d Fructus fundo cohærentes fundo ipſo vendito deberi hinc colligunt[ur], ſunt enim pars [fundi], adde l. tamen. ſup. de rei vind. l. [illegible] §. ſi fundus ſup. [de] act. empt.
e l. 1. §. 22. ſup. [eod.]
f adde §. 4. ſup. eodem.
g Partus ancillæ [in] fraudem cred[itorum] alienatæ concept[us] poſt alienationem matris, editus [vero] antequam eius [no]mine ageretur, [Pau]liana actione [non] reuocatur: vel [...] Fructus qui [tem]pore tantum [ven]ditionis in fra[udem] creditorum [ex]tit[erunt] fuerunt, reuoca[n]tur.
h Paulian[a].
i l. 1. ſup. [...] eod.
k ante vendi[tio]nem bonorum.
l fraudatore [bo]nis exutum.
m verò.
n Recuperet[ur], [ſi] eſt, inuenir[i non] poſſunt [...] creditorum [...] in fraudem [...] nati: in [...] potes [...] potes boni[s ...] vel ita: [...] res tuas in [...] rum tuorum [...] dem? [...] non potes [...]

LIBER QVADRAGESIMVS-TERTIVS.

DE *a* INTERDICTIS *b*, (SIVE *c* EXTRAORDINARIIS *d* actionibus, quæ pro his competunt.) †

Diuiſio prima à materia. 1. Secunda ab effectu. 2. Tertia à tempore, ad quod referuntur. 3. Vtrum interdicta ſint in rem, an in perſonam. 4. Diuiſio quarta à tempore quo competunt.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 67. ad Edictum.‖

VIdeamus, de quibus rebus interdicta competunt.

¶ Et ſciendum eſt, interdicta aut de *e* diuinis rebus, aut de humanis competere. *Diuinis*, vt de *f* locis ſacris, vel de locis religioſis.

¶ De rebus hominum interdicta redduntur, aut de his, quæ ſunt alicuius, aut de his, quæ nullius ſunt.

¶ Quæ ſunt nullius, hæc ſunt: liberæ perſonæ, de quibus exhibendis *a*, ducendis *b* interdicta competunt.

¶ Quæ ſunt alicuius, hæc ſunt aut publica, aut ſingulorum. Publica, de locis publicis *c*, de viis *d*, déque fluminibus *e* publicis. Quæ autem ſingulorum ſunt, aut ad vniuerſitatem pertinent, vt interdictum Quorum *f* bonorum, aut ad ſingulas res, vt eſt interdictum vti *g* poſſidetis, de itinere actúque *h*.

2 ¶ Interdictorum autem tres *i* ſpecies ſunt, exhibitoria, prohibitoria, reſtitutoria. ſunt tamen quædam interdicta & mixta, quæ & prohibitoria ſunt, & exhibitoria.

2 ¶ Interdictorum quædam *k* in præſens, quædam in præteritum referuntur. in præſens, vt vti poſſidetis: in præteritum, vt de itinere actúque, de aqua æſtiua.

3 ¶ Interdicta omnia, licèt in rem videantur *l* concepta, vi tamen ipſa perſonalia *m* ſunt.

4 ¶ Interdictorum quædam annalia ſunt, quædam perpetua.

Diuiſio quinta ab actore & reo. 1. Sexta. 2. Septima. 3. & octaua (quæ eſt ſubdiuiſio membri poſiti in ſexta diuiſione) à fine.

2. *Paulus* " lib. 63. ad Edictum."

INterdictorum quædam *n* duplicia *o* ſunt, quædam ſimplicia. Duplicia *p* dicuntur, *Vt vti q poſſidetis*. Sim-

a Hic titulus eſt generalis. Cuiac. ad tit. C. quorum bonorum.
b tit. 8. C. 14. Inſtit. 15. Paul. 2. ſent. 6. περὶ παραγγελιῶν 58. Eclog. 2. interdicta, dicuntur etiã edicta, l. 81. j. de verb. ſign. l. vlt. j. de precario. l. 38. §. 4. ſupra de vſuris, Cuiac. hic. decreta & actiones: Cuiac. 5. obſer. 27. Eſt autem interdictum ὁμιλία. i. effatum Prætoris indicantis de ſola poſſeſſione, vel quaſi. Huiuſmodi ὁμιλία οὐ τέμνει τὴν ὑπόθεσιν. i. non decidit cauſam proprietatis: ſed ῥυθμίζει τὸν δικαστήν, i. Informat iudicem ad quem litigatores remittuntur, quis litigantium futurus ſit actor, quis reus. non eſt effatum Prætoris iudicem inſtruentis, quemadmodum in cauſa poſſeſſionis ſit iudicandum, quod malè exiſtimat Duarenus 1. diſp. 20. Et ita intellige Theoph. Inſt. de interdict. ideóque interdictum eſt ordinario ſiue rythmus futuri de proprietate iudicij. Cuiac. C. eod. Hinc conſtat interdicta non ideò dici quod inter duos dicantur. §. 2. in fin. Inſt. eod. ſed quòd interim, dum de proprietate litigatur, reddantur, l. 3. in fin. j. de homine libero exhibendo, vt interdicta ſint interlocutiones & ſententiæ Prætoris latæ in cauſa poſſeſſionis. Hotomanus putat, Interdicta à vetando dici: verùm non omnia interdicta negatiuè ſunt concepta. Notandum eſt interim, nulla interdicta de proprietate ſola, plura de poſſeſſione ſola, quædam partim de poſſeſſione & proprietate reddi. v. Cuiacium C. eod. Formula interdicti hæc erat. † Vnde tu illum vi deiecíſti eo reſtituas: actionis hæc, ſi paret illum dare oportere. vide Cuiacium 5. obſ. 7. c Inſt. eod. in princ. d deeſt hæc vox in indice Pandectis præfixo. vide Cuiacium. 5. obſ. 17. in fin. † hodie ſcilicet. Igitur interdicta hodie ſublata ſunt? Minimè: ſed tantum vetus & curioſa verborum ſolemnitas. Nam hodie actori ſufficit antiqua & ordinaria ſolemnitate omiſſa. (ideoque extraordinariæ actiones vocantur) factum narrare ſimpliciter, & interdicti exemplo vti, l. 24. C. vnde vi. vel experiri ad inſtar interdicti, l. vlt. C. de liberis exhibendis. v. ili actione. §. vlt. Inſt. eod.
e Prima diuiſio interdictorum, ſumpta à materia, & ſubiecto, ſeu rebus de quibus interdicitur, l. 2. §. 1. j. eod. f tit. 6. j. eod.

a tit. 29. j. eod.
b tit. 30. j. eod.
c tit. 7. 8. 9. j. eod.
d tit. 10. 11. j. eod.
e tit. 12. 13. 14. 15. j. eod.
f tit. 2. j. eod.
g tit. 17. j. eod.
h priuato. tit. 19. j. eod.
i Secunda interdictorum diuiſio ſumpta à cauſa efficiente, id eſt, iuriſdictione Prætoris, vide §. 1. Inſt. de interdict.
k Tertia diuiſio interdictorum ſumpta à tempore: vide §. 4. ſup. eod.
l ſcripta ſcil.
m Quarta diuiſio interdictorũ, ſumpta ab effectu. pariunt enim actionem perſonalem, l. 16 in fin. quod vi.
n Quinta diuiſio interdictorũ, ſumpta à perſonis litigantium & earum ſtatu. §. 7. Inſt. eod.
o Interdicta *Simplicia* ea dicuntur, in quibus actor palam à reo diſtinguitur. *Duplicia*, in quibus quis actor, quis reus diſcerni ita bene aut commodè non poteſt, vt quia par hoc caſu vtriuſque litigatoris conditio eſt. §. 7. Inſt. eod. p Duplicia ſunt interdicta in quibus actor à reo non ita commodè poteſt diſcerni. q al. vtrubi. Quid? cur exempla ex his interdictis retinendæ poſſeſſionis hic ponuntur, in hac ſc. duplicium interdictorum enumeratione? Interdicta retinendæ poſſeſſionis

plicia *a* ſunt ea, veluti exhibitoria, & reſtitutoria, item prohibitoria b *de* c *arboribus cædendis, & de itinere actúque.*

1 ¶ Interdicta autem competunt vel hominum cauſa d, vel diuini iuris, aut de religione, ſicut eſt, *Ne quid in loco ſacro fiat* e vel, *Quod factum eſt, reſtituatur:* &, *De mortuo inferendo*, vel, *ſepulchro ædificando.*

¶ Hominum cauſa competunt vel ad publicam vtilitatem pertinentia; vel ſui iuris tuendi cauſa, vel officij tuendi cauſa, vel rei familiaris.

¶ Publicæ vtilitatis cauſa competit interdictum, *Vt via publica vti liceat, & flumine publico, & ne quid fiat in via publica.*

¶ Iuris ſui tuendi cauſa, *de liberis exhibendis*, item *de liberto exhibendo.*

¶ Officij cauſa, *De homine libero exhibendo.* Reliqua interdicta rei familiaris cauſa dantur.

2 ¶ Quædam interdicta rei e perſecutionem continent, veluti *de itinere actúque priuato.* nam proprietatis f cauſam continet hoc interdictum.

¶ Sed & illa interdicta, quæ de locis ſacris, & de religioſis proponuntur, veluti g proprietatis cauſam continent *h*. Item illa " de liberis exhibendis, " quæ iuris tuendi cauſa diximus competere: vt non ſit mirum *i*, quæ interdicta ad rem familiarem pertinent, proprietatis *k*, non poſſeſsionis cauſam habeant.

3 ¶ Hæc autem interdicta, quæ ad rem familiarem ſpectant, aut *l* apiſcendæ ſunt poſſeſsionis, aut reciperandæ, aut retinendæ. ¶ Apiſcendæ poſſeſsionis ſunt interdicta, quæ cõpetunt his, qui ante non ſunt nancti poſſeſsionem. ſunt autem interdicta apiſcendæ poſſeſsionis: *Quorum bonorum* m. Saluianum *n* quoque interdictum, quod eſt de pignoribus, ex hoc genere eſt, & o, *Quo itinere venditor vſus eſt, quo minus emptor vtatur, vim fieri veto.* ¶ Reciperandæ poſſeſsionis cauſa proponuntur ſub rubrica, *Vnde vi* p. aliqua enim ſub hoc titulo interdicta ſunt. ¶ Retinendæ poſſeſsionis ſunt interdicta, *Vti poſsidetis* q. Sunt r interdicta (vt diximus ſ) duplicia, tam t reciperandæ *u*, quàm apiſcendæ x poſſeſsionis.

De fructibus.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 69. ad Edictum. ‖

IN interdictis y exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita ſunt, non retrò z.

De interdictis annuis.

4. *Idem* ‖ lib. 67. ad Edictum. ‖

EX quibus cauſis annua *a* interdicta ſunt, ex his de eo, quod ad eum, cum quo agitur, peruenit, poſt *b* annum iudicium dandum, Sabinus reſpondit.

De interdictis noxalibus.

5. *Idem* ‖ lib. 13. ad Sabinum. ‖

INterdicta noxalia ea ſunt, quæ ob c delictum eorũ quos *d* in poteſtate habemus, dantur. veluti cùm vi

ſeſsionis quæ prohibitoria ſunt, magis propriè duplicia dici poſſunt, quod ſimplicia eſſe nequeant, vix ſimplicia eſſe poſſunt, natura ſua & origine duplicia. vid. Antonium Fabrum 2. *coniect.* 18.

a Simplicia interdicta, in quib. actor à reo perſpicuè ſecerni poteſt.

b huius generis eſt interdictum vti poſsidetis & vtrubi, nimirum poſſeſsionis: prohibitorium namque eſt vtrumque *l.* 1. §. 1. ĩ. *vti poßid.* Ex his intelligimus pauciſsima eſſe interdicta prohibitoria: ſimplicia verò longè plura, ac ferè omnia. An ſunt etiam quædam interdicta duplicia tam recuperandæ quàm adipiſcendæ poſſeſsionis? vtique ſunt, §. *vlt. in fin. inf. eod.*

c *v.* §. 7. *Inſt de Interdictis.*

d Sexta diuiſio interdictorum ſumpta à fine. Quicquid enim inter homines fit aut ad Deum eiúſque gloriam refertur, aut ad ipſorum hominum vtilitatem.

e Subdiuiſio primæ diuiſionis. Prima diuiſio fuit, interdicta reddi aut de rebus diuinis aut humanis. ſequitur ſubdiuiſio, interdicta quæ de rebus diuinis redduntur, veluti proprietatis cauſam continent quæ de humanis, interdum proprietatis (quale eſt interdictum de itinere actuque priuato, *vt hic*) paſsim verò poſſeſsionis cauſam continent. §. 3. ĩ *eo* f interdicta quædam proprietatis etiam cauſam continent.

g Cur ait *veluti?* non poſſum eſſe ſacelli vel ſepulchri dominus vt fundi, propter eorum locorum religionem: ſed poſſum eſſe eorum quaſi dominus, *adde l.* 43. *ſup. de religioſis.* h Cur dixi *l.* 42. *in pr. &* §. 1. ĩ. *de precur.* i propter exemplum ſuperius allatum. k interdum ſcilicet. adde *l.* 12. §. 1. ĩ. *de adq. poſſeſſ.*

l Subdiuiſionis ſuperioris partitio. Nam interdicta quæ hominibus redduntur poſſeſsionis cauſa, ad id tendunt, vt aut poſſeſsionem adipiſcantur, aut recuperent, aut amittant. m *tit.* 2. ĩ. *eo.* n *tit.* 33. ĩ. *eo.* §. 3. *Inſt. de interd.* o *tit.* 19. p *tit.* 16. q *tit.* 17. r *al.* ſunt etiam interdicta. Antonius Faber. 2. *Coniect.* 18. Eſt autem horum verborum hic ſenſus, duplicia eſſe interdicta non tantum quæ ad retinendam poſſeſsionem pertinent, ſed etiam quæ ad recuperandam aut adipiſcendam ſi modo huius generis ſint, vt in iis par vtriuſque litigatoris ſit conditio. Cuiacius, duplicia dici putat, quòd ſint adipiſcendæ & recuperandæ ſimul poſſeſsionis: quod Antonius Faber prædicto loco non probat. quod duplicia ſint, ſiue ſint adipiſcendæ tantùm, ſiue recuperandæ tantùm, ſi modò non appareat quis actor aut quis reus in his dici poſsit. ſ *in pr. ſup. eod.* t hæc verba Cuiacius 4. *obſ* 11. ait huc in locum, ex huius paragraphi principio tranſlata, quod Antonio Fabro diſciplicet *d. loco.* u vt vnde vi, & de vi armata, *l.* 3. §. *eum igitur.* ĩ. *de vi & vi armata.* poſſunt enim hæc interdicta duplicia eſſe, licet reſtitutoria ſint: vt ſi tu me ædium vel fundi poſſeſſorem, vi deieceris, ego autem ex continenti te quoque vi deiecerim *d.* § *eum.* Nam ſi tu aduerſus me interdictum impetraueris & ego aduerſus te, (quod vterque noſtrum ſe vi deiectum eſſe dicat) non poteſt apparere quis actor ſit aut reus, priuſquàm conſtet, quomodo & cui vis facta ſit.

x Tale eſt Saluianum interdictum, *l.* 1. §. 1. *inf. de Saluiano interdicto* & Quorum bonorum. Nam ſi colonus res ſuas in fundum duorum, pignoris nomine intulerit, Ita vt vtrique domino in ſolidum obligatæ eſſent, conſtat, non tantùm ipſis duobus dominis aduerſus extraneum, ſed etiam inter ipſos & Saluianum interdictum reddi poſſe. quo poſteriore caſu vtrumque actorem & reum eſſe neceſſe eſt, priuſquam ſciatur vtrius conditio melior eſſe debeat, cùm ſibi vterque idem ius adſerat & vindicet. Idémque de interdicto, *quorum bonorum* dici poteſt, ſi duobus eiuſdem hæreditatis bonorumve poſſeſsio data eſſe proponeretur, quo etiam caſu, cum ab initio dici non poſſet, quis actor aut reus eſſe debeat, duplex interdictum reddi neceſſe eſt. vide *Fabrum ibid.*

y tam recuperandæ quàm adipiſcendæ poſſeſsionis ſcilicet, non retinendæ, in quibus vt in reuocatoriis, ratio fructuum non habetur: *l.* 38. §. 4 *ſup. de vſur. l.* 1. §. 40. ĩ. *de vi & vi: l.* 8. §. 4. ĩ. *de precario.* vide Cuiac. *obſeru.* 11. *in fin.* z In interdictis non habetur ratio perceptorum fructuum ante iudicium: adde tres alias regulas. Regulariter nullum interdictum infamat, *l.* 13. ĩ. *de vi.* Nullum fit ſolemniter, §. *vlt. Inſt eod.* Nullum datur in non ſubditos, *l.* 2. *C. eod.*

a pone exemplum in interdicto quod vi, *l.* 1. § 3. *inf. quod vi.*

b *l.* 1. *inf. de vi & vi.* his adde, Annua quæ ſunt agendo principaliter, perpetua eſſe excipiendo & acceſſoriè.

c §. *vlt. Inſt. de noxal.*

d ſeruos ſcilicet.

deiecerunt, aut vi, aut clam opus fecerunt. Sed officio iudicis continetur, vt dominum ſua impenſa opus reſtituentem abſoluat, patientiam tollendo operi præſtantem *a*, noxæ dedere iubeat, & abſoluat. ſi non dedat: quantum impenſæ in tollendo opere erogatum ſit, tanti condemnet: ſi neque patientiam præſtet, neque ipſe tollat cùm poſsit, in tantum condemnet, in quantum iudex æſtimauerit, atque ſi ipſe feciſſet.

QVORVM *b* BONORVM *c*.

TIT. II.

Interdictum. 1. *De effectu, materia, nomine, fine huius interdicti.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 67. ad Edictum. ‖

AIt Prætor: *Quorum bonorum ex edicto* d *meo illi poſſeßio data eſt, quòd de his bonis pro herede* e *aut pro poſſeſſore poßides, poßideréſve ſi nihil vſucaptum* f *eſſet, quod quidem dolo* g *malo feciſti, vti deſineres poſſidere, id illi reſtituas* h.

1 ¶ Hoc interdictum reſtitutorium *i* eſt, & ad *k* vniuerſitatem bonorum, non ad ſingulas res pertinet *l*, & appellatur m, *Quorum bonorum*, & eſt apiſcendæ *n* poſſeſsionis vniuerſorum bonorum.

Qui tenentur hoc interdicto.

2. *Paulus* ‖ lib. 20. ad Edictum. ‖

INterdicto quorum bonorum debitores o hereditarij non tenentur *p*, ſed tantùm corporum q poſſeſſores.

QVOD *r* LEGATORVM.

TIT. III.

Nomen. 1. *Finis.* 2. *Cauſa, & Effectus.* 3. *De ſucceſſoribus.* 4. *De cumulatione petitionis hereditatis, & huius interdicti.* 5. *De mortis cauſa donatione.* 6. *De legato heredi.* 7. *De eo qui dolo deſiit poßidere.* 8. *De vſufructu, vſu, ſeruitute.* 9. *De miſſo in poſſeßionem legatorum ſeruandorum cauſa.* 10. *De ipſo legatario & eius ſucceſſoribus.* 11. *De voluntate eius ad quem res pertinet.* 13. *De ipſo legatario & eo qui in illius locum ſucceßit.* 14. *De voluntate eius ad quem res pertinet.* 16. *De ſatiſdatione.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 67. ad Edictum. ‖

HOc interdictum vulgò ſ *Quod legatorum* appellatur. 1 ¶ Eſt autem & ipſum apiſcendæ *t* poſſeſsionis 2 ¶ Et continet hanc cauſam, *vt quod* u *quis* † *legatorum nomine non ex voluntate* x *heredis* y *occupauit, id reſtituat heredi* z.

¶ Etenim æquiſsimum *a* prætori viſum eſt, vnumquemque non ſibi *b* ipſum ius dicere occupatis legatis, ſed ab herede petere. Redigit *c* igitur ad heredes per hoc interdictum ea quæ legatorum nomine poſsidentur, vt *d* perinde legatarij poſsint *e* eum conuenire.

3 ¶ Hoc interdictum x heredem f heredis g, bonorúmque poſſeſſoris habere propter vtilitatem huius

a lego præſtare aſt noxæ dedere.

b 8. *C.* 2. 4. *Cod. Theodoſ* 19. Vide praxim huius actionis apud Oldendorpium, *claſſe* 2. *act.* 1. Porrò hoc interdictum appellationem ſumit à primis verbis interdicti, quod proponitur, *l.* 1. ĩ. *eod.* Quemadmodum à remedio legis vltimæ, *C. de edicto D. Hadriani tollendo* differat. v. apud *Ripenſem hic.*

c Hoc interdictum eſt adipiſcendæ poſſeſsionis, eique cõpetit cui prætor dedit bonorum poſſeſsionem, (in eo differt hic titulus à *titul. ſi hæred. petit.* ſi quidem hereditatis petitio ei competit qui hereditatem iure ciuili conſecutus eſt) aduerſus eum qui eas res poſsidet pro hærede.

d An id innuit, hoc interdictum eis dari quibus bonorum poſſeſsio edictalis, non decretalis, data eſt? Ripenſis poſtremum probat *hic n.* 5. v. *Zaſ. hic.* An etiam id innuit, non dari hoc interdictum vocatis ad hæreditatem iure ciuili? vtique, ſi tamen interdictum directò accipimus non vtiliter. & ſic accipe legem 2. *C. eod.*

e hoc enim interdictum aduerſus eas perſonas datur, *l.* 1. *C. eod.*

f Res etiam immobiles vſucapiuntur, *l.* 3. *ſup. de vſurp.*

g Hoc etiam receptum eſt in aliis interdictis. *l.* 68. *in fin.* ĩ. *pro ſocio.*

h Hoc interdictum eſt reſtitutorium, §. 1. *verſ. reſtitutoria. Inſtit. de interdictis.*

i hoc ipſum fieri quemadmodum poteſt cum ſit adipiſcendæ. ĩ. *eo.* ea autem adipiſcimur quæ nunquam habuimus? Solue, verbum *reſtituendi* hic impropriè ſumitur. vide *Zaſ. hic num.* 7. k Interdictum hoc, datur vniuerſali non ſingulari ſucceſſori. nam l id eſt, hoc introductum eſt vt vniuerſitatem aliquo remedio corporaliter naſciſcamur. ſi tamen euenerit vnius tantùm rei controuerſia, cuius poſſeſsionem quis nondum ſit adeptus, ad eum pertinere hoc interdictum poterit; vide *l.* 28. 29. 30. ĩ. *de furt.* m vulgo ſcilicet, vide *l.* 1. ĩ. *tit. prox.* n §. 3. *Inſt. de interdict.* o & ſic iuris & incorporalium rerum quaſi poſſeſſores. p In eo differt à petitione hæreditatis, *l.* 14. 15. *ſupra, de hæred. pet.* differentias decem vide apud Schneideuinum in §. *ſequens diuiſio Inſt. de interdict.* q id eſt rerum corporalium. r 8. *C.* 3. ſ à primis verbis interdicti, de quo vide *l.* 1. §. 2. ĩ. *eod. &* Cuiac. *C. eod.* id enim familiare eſt Latinis. Idem eſt enim in interdicto *quorum bonorum*, de quo ſup. in interdicto, *Vti poßidetis*, & *vnde vi.* Vulgata tamen habet, *Quorum legatorum*, & in C. ita legitur. t ex parte agentis: quia poſſeſsio quam petit, nunquam eius fuit: ex parte verò poſſeſſoris reſtitutorium eſt. u id eſt fideicommiſſorum particularium & vniuerſalium, *Ripenſ. hic num.* 5. † legatarius vel fideicommiſſarius hæres. 6. & ſingularis ſucceſſor 7. x Datur hæredi & bonorum poſſeſſori aduerſus legatarium, qui præoccupauit vacuam poſſeſsionem rei legatæ, ſine voluntate hæredis, aut bonorum poſſeſſoris y & bonorum poſſeſſoris, & hæredum hæredis, cæterorumque ſucceſſorum, vide §. 3. ĩ. *eod.* z *l.* 1. *C. ne quis in ſua cauſa.* a iniquum eſt quemquam ius ſibi dicere. b aliud erit ſi voluntate defuncti: poteſt enim legatarius eo caſu anteuertere hæredem, *l.* 34. §. 1. *ſup. de legat.* 2. at non poſsidenti eripere: & ita intellige quod ſcripſi ad *l.* 55. §. *de leg.* 1. idem ſi periculum eſt in mora. *vide hic Ripenſ. num.* 7 c Rediguntur igitur ad hæredem. *Vulg.* d Licet legatarius rem legatam occupauerit, eámque hæredi reſtituerit, actio tamen eidem ſalua eſt aduerſus hæredem nomine legati. e Atqui videtur legatarius reſtituendo hæredi legatum, ius ſuum amiſiſſe. *l. non dubium* 5 *C de leg.* Imo occupando videtur penitus ius ſuum amiſiſſe, *l. extat.* 13. *ſup. quod metus cauſa: l. pen.* ĩ. *ad legem Iul. de vi publ. l. cum quærebatur.* 11. *C. vnde vi. l.* 2. ĩ. *de crimine expilatæ hæred.* Quin & hæredi fruſtra aut iniuſtè hic reſtitui legatum dicendum videtur, quum id acceptum mox legatario reſtituere debeat. *l.* 173 *in fi.* ĩ. *de reg.* c. 59. *de regulis in* 6. f Hæredi hæredis datur etiam hoc interdictum. g *ſubaudi* qui adiit hæreditatem, antequam moreretur: non eam alioqui tranſmitteret ad hæredes, niſi ſeruata diſtinctione *l. cum in antiquioribus* 19. *Cod. de iure delib.*

dicendum eſt. necnon cæteros *a* quoque ſucceſſores *b*.

4 ¶ Quia *c* autem nonnunquam incertum eſt, vtrùm quis pro legato, an pro herede, vel pro poſſeſſore poſsideat, belliſsimè *d* Arrianus ſcribit, hereditatis petitionem inſtituendam. & hoc interdictum reddendum, vt ſiue quis pro herede, vel pro poſſeſſore, ſiue pro legato poſsideat, hoc interdicto teneatur, quemadmodum ſolemus *e* facere, quotiens incertum eſt *f* quæ potius actio teneat. nam duas *g* dictamus *h*, proteſtati *i*, ex altera nos velle conſequi quod nos contingit.

5 ¶ Si *k* quis ex mortis cauſa donatione poſsideat *l*, vtique *m* ceſſabit *n* interdictum: quia portio *o* legis Falcidiæ *p* apud heredem ipſo iure remanet, etſi corporaliter *q* res in ſolidum tranſlatæ ſunt.

6 ¶ Qui verò ex cauſa præceptionis vtique tenetur hoc interdicto, ſed pro ea ſc. parte, quam iure legati habet. non etiam pro ea quam quaſi *r* heres habet.

¶ Idémque erit dicendum, & ſi alio *ſ* genere legati vni ex heredibus legatum ſit. nam & hic dicendum eſt, pro ea parte qua heres eſt, ceſſare interdictum.

7 ¶ Quod ait prætor, *Aut dolo deſiit poßidere*, ſic accipere debemus, deſiit facultatem habere reſtituendi.

8 ¶ Vnde eſt quæſitum, ſi vſusfructus, vel vſus fuerit alicui relictus, eúmque occupauerit, an hoc interdicto reſtituere ſit compellendus. mouet, quòd neque vſusfructus, neque vſus poſsidetur, ſed *t* magis tenetur: poteſt tamen defendi competere interdictum.

¶ Idem dicendum eſt & in ſeruitute relicta.

9 ¶ Quæſitum eſt, ſi quis legatorum ſeruandorum cauſa miſſus ſit in poſſeſsionem *u*, an hoc interdicto teneatur ad reſtitutionem *x*? mouet *y* illud primùm, quod non *z* poſsidet is qui miſſus eſt in poſſeſsionem legatorum cauſa, ſed potius cuſtodit: deinde quod prætorem habet huius rei auctorem *a*. Tutius tamen erit dicendum hoc interdictum competere *b*: maximè *c* ſi ſatiſdatum ſit iam legatorum nomine, nec recedat: tunc enim etiam poſsidere videtur *d*.

10 ¶ Legatorum nomine non tantùm ipſum poſsidere dicemus cui legatum eſt, verùm hæredem *e* quoque eius, cæteróſque ſucceſſores.

11 ¶ Quod ait prætor, *Voluntate* f *eius ad quem ea res pertinet*, ita erit interpretandum, vt ſi poſt aditam hæreditatem, vel bonorum poſſeſsionem adgnitam, voluntas accommodata eſt legatario, vt poſsideret, interdictum ceſſet. quòd ſi *g* ante aditam hæreditatem, bonorúmve poſſeſsionem adgnitam hoc *h* factum eſt, rectius dicetur eam voluntatem non nocere debere.

12 ¶ Si duæ res legatæ ſint, altera ex voluntate occupata, altera non ex voluntate, eueniet vt altera reuocari poſsit, altera non *i*.

¶ Idémque erit probandum & in vna re, cuius pars ex voluntate, altera pars non ex voluntate occupata eſt. nam pars ſola k per interdictum auferetur.

13 ¶ Illud tenendum, ſiue à te, ſiue ab eo in cuius locum ſucceſsiſti poſsideri aliquid cœptum eſt, interdicto huic locum fore.

¶ In locum ſucceſsiſſe accipimus, ſiue per vniuerſitatem, ſiue in rem *l* ‖his‖ ſit ſucceſſum.

14 ¶ Prodeſt *m* autem poſſediſſe, quotiens voluntate eius ad quem ea res pertinet, poſsideri cœptum eſt. Sed etſi *n* poſtea *o* voluntas acceſsit eius ad quem ea res pertinebat, tamen prodeſſe poſſeſſori debere. Vnde ſi quis cœpit quidem ex voluntate eius ad quem ea res pertinet poſsidere: poſtea verò voluntas non *p* perſeuerat, nihil noceat: quia ſemel poſsideri cœpit ex voluntate.

15 ¶ Si alter ex hæredibus, iíſve ad quos ea res pertinet, voluerit rem a legatario poſsideri, alter *q* non:

a id eſt, vlteriores heredes, fideicommiſſarios vniuerſales, *l*. 8. §. 1. *ſ. quib. mod. pign.* non tamen inſtitutos in re certa *v. l.* 13. *C. de hered. inſt.*
b *ſub.* vniuerſales.
c vide Romanum *conſ.* 245.
d hoc verbo vtitur Iuriſconſultus in *l.* 6. §. 3. *infra. quod vi.* quam vide.
e ex ſtylo Curiæ: valere hinc colligunt argumentum a communi practica.
f i. quotiens factum eſt incertum, facto rei, atque ita reſtringe regulam qua dicitur, *Libellum generalem non eſſe admittendum.* vide *hic Albericum.*
g putà: petentes rem, ſi extet; vel ſi non extet, æſtimationem.
h i. exprimimus, *l. vlt. ſup. de ſeparationibus*, hodie ſufficit apta facti narratione actionem exprimere, *l.* 1. *C. de formulis.* Dictamus, inquam, in quibus caſib. permiſſa eſt cumulatio. Eſt autem permiſſa incertitudinis cauſa, *vt hic.*
i Proteſtationis omiſsio libellum num vitiabit? Ripenſis negat *hic num.* 12.
k vide ad hunc locum Antonium Fabrum 6. *Coniect.* 2.
l *ſub.* rem ſibi traditam à donante: vel ſua authoritate.
m *al.* vtique neceſſe habebit, & ita à quibuſdam legi notat etiam Bartolus.
n Hoc interdictum contra poſſidentem ex titulo donationis cauſa mortis, non competit.
o Falcidia ex donatione cauſa mortis detrahi poteſt, *v. l.* 2. *C. de don. cauſ. mort.* p Quid? hoc interdictum locúmne habet, quando locus Falcidiæ eſt? An verò locum non habet, quando Falcidiæ locus non eſt? Alij, vt Odofredus, aiunt; alij negant. Albericus priorem ſententiam amplectitur. Putat. n. hoc interdictum locum habere, etiam ſi heres vti nolit lege Falcidia. idque duabus rationib. probat: quarum prior ſumitur à iure Falcidiæ: Altera, vt puniatur audacia legatarij, §. 2. *verſ. etenim. ſup. eo.* ideoque vt maximè ceſſet prior ratio, alteram tamen non ceſſare. Interim tamen notandum eſſe, hoc interdictum propter legis Falcidiæ deductionem proponi. q *l.* 18. *C. ad l. Falcid.*
r Hoc interdictum non datur in hæredem occupantem prælegata pro ea parte qua eſt cohæres. *v. hic Ripenſ. n.* 34. ſ Hoc interdictum competit contra legatarium quemcunque. t Poſsidere & tenere differunt. Huius rei hoc quoque argumentum eſt, quod vſusfructus & vſus non poſſideatur. ſed teneatur: Ita ſeruitutes tenentur, non poſsidentur. u quod etiam non adita hæreditate fieri poteſt *l.* 11. *in fin. ſup. vt in poſſ. legat.* x Vſufructuarius & vſuarius non tam poſſident, quam detinent, *l.* 10. *in fi. ſup. de adq. rer. dom.* adde quæ not. ad *l.* 12. *ſup. de adq. poſſ.*
y *ſub.* vt id negemus. z *v. l.* 5. *ſup. vt in poſſ. leg.*
a & ita iuſtè poſsidet, *l.* 11. *ſup. de acq. poſſ.* b *d. l.* 5. §. 27. c hæc particula caſum contrarium implicat, *Zaſ. hic, n.* 4. d & quidem mala fide, *Zaſ. hic n.* 3.
e Hoc interdictum datur in hæredes legatariorum. f adde caſum legis 8. *ſup. de aqu. & §. aqua plu.* g adde *l.* 45. §. 1. *ſup. de leg.* 7. h i. voluntas accommodata.
i Conſenſus in vno præſtitus ad aliud non extenditur. k *ſub.* quæ ſine voluntate hæredis occupata eſt. vnde notant, creditorem decem, ſi quinque tantum auferat debitori, iure ſuo non decidere niſi in quinque, vt ne pœna delictum egrediatur, *arg. l. ſancimus* 22. *C. de pœn.*
l ſingularem, & ſi hoc interdictum eſt in rem ſcriptum & ſequitur poſſeſſorem. Porrò an hoc interdictum detur ſingulari ſucceſſori & in ſingularem ſucceſſorem, *v. hic Alber.* m *ſub.* legatario, vt hoc edicto non teneatur. n i. etſi poſt occupatam poſſeſsionem. o nota interdum voluntatem poſt actum accedere. p Sufficit ſemel voluiſſe, licèt voluntas non duret. q atque ita vna & eadem res duplicis iuris cenſeri poteſt.

ei qui noluit, interdictum competet: ei qui voluit, non non competere palam eſt.

16 ¶ Quod ait prætor, *Niſi ſatiſdatum ſit.* accipere debemus, ſi perſeueret *a* ſatiſdatum, ſcilicet vt ſi non perſeueret cautum, mittatur in poſſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa.

17 ¶ Satiſdatum ſic arbitror, ſi ſic ſatiſdatum ſit, vt legatario vel ipſo iure *b* adquiſita ſit idonea cautio, vel *c* per mandati actionem adquiri poſsit: & tunc *d* interdicto locum fore.

18 ¶ Si quarundam rerum nomine ſatiſdatum ſit, quarundam non ſit ſatiſdatum, earum rerum nomine ſine impedimento agi poterit *e*, de quibus ſatiſdatum eſt, cæterarum non poterit.

2. De eo, qui non reſtituit, condemnando. 3. De cautione.

2. *Paulus* ‖lib. 63. ad Edictum.‖

DIuerſum eſt, ſi poſtea *f* pars legato adcreuerit *g*. nam hoc nomine *h* tenentur fideiuſſores in *i* totum k.

1 ¶ Quod ait prætor, *Si per bonorum poſſeſſorem non ſtat, vt ſatiſdetur*, ſic accipimus, ſi paratus ſit ſatiſdare. non *l* ergo offerre debet ſatiſdationem, ſed petenti ſatis moram non facere.

2 ¶ Ex hoc interdicto qui non reſtituit, in id quod intereſt *m* debet condemnari.

3 ¶ Si legatarius repromiſsione *n* retentus *o* fuit, dandum eſt interdictum.

¶ Idem dicendum eſt, ſi legatarius pignoribus noluit ſibi *p* caueri.

4 ¶ Si per legatarium factum ſit, quo minus ſatiſdetur, licèt cautum non ſit, tenetur interdicto.

¶ Sed ſi forte factum ſit per legatarium, quo minus ſatiſdetur, eo autem tempore quo editur interdictum, ſatis accipere paratus ſit: non competit interdictum, niſi ſatiſdatum ſit.

¶ Item ſi per bonorum poſſeſſorem ſtetit quo minus ſatiſdaret, ſed modò paratus eſt cauere, tenet interdictum *q*. Illud enim tempus inſpicitur, quo interdictum editur.

NE *r* VIS FIAT EI QVI IN poſſeſsionem miſſus erit *ſ*.

TIT. IV.

Interdictum. 1. Ratio interdicti. 2. De omnibus in poſſeßionem miſsis. 3. De eo qui ingredi prohibuit, aut ingreſſum expulit. De vi. 4. errore. 5. De eo quod intereſt. 6. De pupillo, furioſo, tutore. 7. De domino vel patre prohibentis. 8. De tempore huius actionis. Quid perſequatur. De ſucceſſoribus.

1. *Vlpianus* lib. 72. ad Edictum.

AIt Prætor: *Si quis* t *dolo malo fecerit quo minus quis permiſſu meo, eiúſve, cuius ea iuriſdictio fuit, in poſſeßionem bonorum ſit; in eum in factum iudicium quanti ea res fuit, ob quam in poſſeßione miſſus erit, dabo* u.

1 ¶ Hoc interdictum *x* ſumma prouidentia prætor propoſuit: fruſtra *y* enim in poſſeſsionem mitteret rei ſeruandæ cauſa, niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire in poſſeſsionem coërceret.

2 Eſt autem generale hoc edictum. pertinet enim ad omnes *z* qui in poſſeſsionem à prætore miſſi ſunt. conuenit *a* enim prætori, omnes quos ipſe in poſſeſsionem miſit, tueri. Sed ſiue rei ſeruandæ cauſa, ſiue legatorum, aut ventris nomine in poſſeſsionem miſsi fuerint, habent ex hoc edicto in factum actionem, ſiue doli *b*, ſiue aliter prohibuerint.

3 ¶ Hæc actio non tantum eum tenet qui prohibuit quem venire in poſſeſsionem. ſed etiam eum qui *c* poſſeſsione pulſus eſt, cùm veniſſet in poſſeſsionem. Nec exigitur vt vi fecerit qui prohibuit.

4 ¶ Si quis ideo poſſeſsione arcuerit, quia rem ſuam putabat, vel ſibi nexam, vel certè non eſſe debitoris, conſequens eſt vt hoc edicto non teneatur.

5 ¶ Hæc verba, *Quanti dei ea res erit ob quam in poſſeſsionem miſſus erit*, continent vtilitatem creditoris, vt quantum eius intereſt, poſſeſsionem habere, tantum ei qui prohibuit, condemnetur. Proinde ſi ob *e* falſum creditum, vel ob falſam petitionem miſſus eſt in poſſeſsionem, vel ſi exceptione ſummoueri potuit, nihil ei debet prodeſſe hoc edictum: quia propter nullam cauſam in poſſeſsionem miſſus eſt.

6 ¶ Hoc edicto neque pupillum, neque furioſum teneri conſtat; quia affectu *f* carent. Sed pupillum eum debemus accipere, qui doli capax non eſt. cæterùm ſi iam doli capax ſit, contra erit dicendum. Ergo etſi tutor dolo fecerit, in pupillum dabimus actionem: ſi modò ſoluendo ſit tutor. Sed & ipſum tutorem poſſe conueniri Iulianus ſcribit.

7 ¶ Si domini vel patris voluntate prohibitus quis ſit à poſſeſsione, in ipſos dabitur actio: quaſi per alios hoc fecerint. 8 ¶ Hanc actionem, excepta legatorum miſsione *g*, intra annum competere, & non poſtea ſciendum eſt, cùm ſit pœnalis. Nec in heredes ſimiléſque perſonas dabitur, niſi in id quod ad eos peruenit. Sed

nit. Sed heredi ſimilibuſque perſonis dabitur. Nam cum prohibitus quis eſt legatorum vel fideicommiſſorum cauſa poſſeſsionem apiſci, tunc actio & perpetua eſt, & in heredem dabitur: quia eſt in poteſtate ſucceſſorum euitare interdictũ ſatiſdatione *a* oblata.

De eo qui ſuo vel alieno nomine prohibitus eſt, vel prohibuit.

2. *Paulus* ‖ libro 59. ad Edictum. ‖

SVo quis an alieno nomine prohibitus ſit, nihil intereſt. hæc enim verba *quanti ea res eſt*, referenda ſunt ad perſonam domini *b*.

1 ¶ Item tam is tenetur qui ſuo nomine quàm qui alieno nomine prohibuit.

De fideicommiſſo. De bonis heredis. 2. De ventre.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

SI quis miſſus fuerit in poſſeſsionem fideicommiſſi ſeruandi cauſa, & non admittatur, poteſtate *c* eius inducendus *d* eſt in poſſeſsionem, qui eum miſit. aut ſiquis volet vti *e* interdicto, conſequens erit dicere interdictum locum habere. Sed melius erit dicere extra *f* ordinem ipſos iure ſuæ poteſtatis exequi oportere decretum ſuum, nonnunquam *g* etiam per manum militarem.

1 ¶ Conſtitutum eſt ab Antonino, vt etiam in bona heredis quis admittatur certis modis. ſi quis igitur in his bonis non admittatur, dicendum eſt actionem hanc vtilem competere. cæterùm poterit vti & extraordinaria *h* executione.

2 ¶ Prætor ventrem in poſſeſsionem mittit. & hoc interdictum prohibitorium & reſtitutorium eſt. Sed ſi mulier velit in *i* factum actione vti ad exemplum creditorum: magis quàm interdicto poſſe eam experiri ſciendum eſt.

3 ¶ Si mulier dicatur calumniæ *k* cauſa in poſſeſsionem veniſſe, quòd non ſit prægnans, vel non ex eo prægnans, vel ſi de ſtatu mulieris aliquid dicatur: ‖ex ‖ epiſtola Diui Hadriani, ad exemplum præſumptionis Carboniani *l* edicti, ventri prætor pollicetur poſſeſsionem.

De damno infecto. 4. Vel alia cauſa.

4. *Idem* ‖ lib. 69. ad Edictum. ‖

PEr interdictum etiam *m* ei ſubuenit prætor, qui damni infecti ab eo in poſſeſsionem miſſus eſt, ne ei vis fiat.

1 ¶ Pœna autem eius qui non promittit, vel ſatis non dat, hæc eſt, vt in poſſeſsionem mittatur aduerſarius. Siue ergo promittat, ſiue *n* per eum non fiat quo minùs promittat, non tenebit interdictum, repulſo per exceptionem eo qui experitur.

2 ¶ Prætor in eum qui neque cauit, neque poſſidere paſſus eſt eum qui miſſus eſt, iudicium pollicetur in tantum, quantum *o* præſtare eum oporteret, ſi de ea re cautum fuerat.

3 ¶ Sed & ex alia cauſa hoc iudicium propoſuit, ſi eo tempore, quo in poſſeſsionem mitti deſiderabat, prætoris adeundi poteſtas non fuerit. ſcilicet vt ſi, cùm poteſtas prætoris adeundi non eſſet, damnum interim datum eſt, haberet iudicium *p* qui damnum paſſus eſt. 4 ¶ Item ſubiectum, ſi ex alia cauſa in poſſeſsionem miſſus prohibitus eſſe dicetur, habere in factum actionem.

a addè *l.* 7. §. 9. *ſup. tit. prox.*
b non procuratoris, *l.* 14. *ſup. ſi quis cautionib.*
c *l.* 68. *ſup. de rei vindic.*
d Imò, manu miniſtrorum iudicis non eſt inducẽdus. *l.* 1. §. 2. *ſup. ſi ventris nom.*
e *l.* 5. §. 17. *ſup. vt in poſſeſſ. legat.*
f Extra ordinem exſequi quid ſit, v. quæ ſcripſi ad *l. vlt.* § 3. *ſup. de eo quod metus cauſa.*
g quotiens ſc. qui detinet, prohibet. & ſic reſtringe *l.* 1. §. 2 *ſi ventris nomine.*
h *l.* 68. *ſup. de rei vindicat.*
i *v. l.* 1. §. 4. *infrà. vti poßidetis.*
k *l.* 15. *l.* 16. *ſup. de his qui notant. infam. l.* 1. §. *de vent. in poſſeſſ.*
l de quo v. *ſupra de Carboniano.*
m hoc enim interdictum eſt generale, *l.* 2. §. 2. *ſupra eod.*
n Paria ſunt enim, à me ſatiſdationem promitti, & per me non fieri quo minus promittam.
o *l.* 15. §. *de damno.*
p hoc ſcilicet.
q 8. *C.* 7.
r de hac dictione *v. l.* 63. *inf. de verb. ſign.*
ſ *l.* 2. *in fi. ſup. teſtam. quemadm. aper.*
t & actione ad exhibendum eo nomine tenetur.
u interdictum de tabulis exhibendis datur aduerſus negantem, *vt hic*. actio vero ad exhibendũ aduerſus confitentem, *vt ſup. eod.*
x *d. l.* 2.
y *l.* 4. *Cod. teſtam. quemad. aper.*
z non iudicio tamen criminali & publico: vt ita hæc lex cõſtet cum *l. vlt. inf. eod.*
a adde *l.* 6 *inf. de falſis: v. Cuiac.* 3. *ad Afr. fol.* 2.
b *l.* 2. § 1. *ſup. teſtam. quemad aper.*
c *l.* 3 §. 1. *inf. eod.*

DE *q* TABVLIS EXHIBENDIS.

TIT. V.

Interdictum. De confitente vel negante. De tabulis teſtamenti, vel alterius vltimæ voluntatis. 3. De teſtamento quod valet, vel non valet. 4. De ſupremis tabulis vel prioribus. 5. De omni ſcriptura teſtamenti 6. De pluribus tabulis. 7. Si filiusfamiliàs vel ſeruus teſtatus eſſe dicatur. 9. De captiuo. 10. De viuente. 11. De teſtamento deleto.

1. *Vlpianus* ‖ lib 68. ad Edictum. ‖

PRÆTOR ait: *Quas tabulas Lucius Titius ad cauſam teſtamenti ſui pertinentes reliquiſſe dicetur, ſi hæ penes r te ſunt, aut dolo malo tuo factum eſt, vt deſinerent eſſe, ita eas illi exhibeas. Item ſi libellus, aliudve quid relictum eſſe dicetur, decreto comprehendam.*

1 ¶ Siquis fortè confiteatur *ſ* penes ſe eſſe teſtamentum, iubendus *t* eſt exhibere: & tempus ei dandum eſt, vt exhibeat, ſi non poteſt in præſentiarum exhibere. Sed *u* ſi neget ſe exhibere poſſe, vel oportere, interdictum hoc competit.

2 ¶ Hoc interdictum pertinet non tantùm ad teſtamenti tabulas, verùm ad omnia quæ *x* ad cauſam teſtamenti pertinent. vtputà & ad *y* codicillos ‖ pertinet. ‖

3 ¶ Siue autem valet teſtamentum, ſiue non (vel quòd ab initio inutiliter factum eſt, ſiue ruptum ſit, vel in quo alio vitio, ſed etiam ſi falſum eſſe dicatur *z*, vel ab eo factum qui teſtamenti factionem non habuerit) dicendum eſt interdictum *a* valere.

4 ¶ Siue ſupremæ tabulæ ſint, ſiue non ſint, ſed priores, dicendum interdictum hoc locum habere.

5 ¶ Itaque dicendum eſt, ad omnem omnino ſcripturam teſtamenti, ſiue perfectam, ſiue *b* imperfectam, interdictum hoc pertinere.

6 ¶ Proinde & ſi plures tabulæ ſint teſtamenti, quia ſæpius fecerat, dicendum eſt interdicto locum fore. eſt enim quod ad cauſam teſtamenti pertineat quidquid quoquo tempore factum, exhiberi debeat.

7 ¶ Sed etſi de ſtatu diſceptetur, ſi teſtatur filiusfamiliàs, vel ſeruus hoc feciſſe dicatur, & hoc exhibebitur.

8 ¶ Item ſi filiusfamiliàs fecerit teſtamentum, qui de caſtrenſi peculio teſtabatur, habet locum *c* interdictum.

9 ¶ Idem eſt ‖&‖ ſi is qui teſtamentum fecit, apud hoſtes deceſsit.

10 ¶ Hoc interdictum ad *a* viui *b* tabulas non pertinet: quia verba prætoris *reliquerit*, fecerunt mentionẽ.

11 ¶ Sed & ſi deletum ſine *c* dolo ſit teſtamentum.

2. *Paulus* ‖ libro 64. ad Edictum. ‖

VEl totum, vel pars eius.

De pluribus codicibus. 2. De depoſito. 3. De æditue vel tabulario cuſtodiente. 4. De ſeruo. 5. Si teſtator viuus ſuas tabulas eſſe dicat, & de cæteris qui corpora ſua eſſe dicunt inſtrumentorum. 6. De eo qui dolo fecit, quominus tabulæ penes ſe eſſent. 7. hoc interdictum eſſe exhibitorium. 8. quid ſit exhibere. 9. apud quem exhibetur, ſi teſtes admoniti non veniant. 10. De his qui quid in teſtamento adſcriptum habent. 11. quid veniat in condemnationem. 15. Si hoc iudicio ſecutus eſt æſtimationem, poſtea rem petat. 16. De anno. 17. De ſucceſſoribus.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

LOcum habet hoc interdictum.

1 ¶ Si tabulæ in pluribus *d* codicibus ſcriptæ ſint, omnes interdicto iſto continentur, quia vnum teſtamentum eſt.

2 ¶ Si tabulæ teſtamenti apud aliquem depoſitæ ſunt à Titio, hoc interdicto agendum eſt, & cum eo qui detinet, & *e* cum eo qui depoſuit.

3 ¶ Proinde & ſi cuſtodiam tabularum æditúus *f* vel tabularius ſuſcepit: dicendum eſt teneri eum interdicto.

4 ¶ Si penes ſeruum tabulæ fuerint, dominus interdicto tenebitur.

5 ¶ Si ipſe teſtator, dum viuit *g*, tabulas ſuas eſſe dicat, & exhiberi deſideret, interdictum hoc ‖locum‖ non habebit, ſed ad exhibendum erit agendum, vt exhibitas vindicet. Quod *h* in omnibus, qui corpora ſua eſſe dicunt inſtrumentorum, probandum eſt.

6 ¶ Si quis dolo malo fecerit quo minùs penes eum tabulæ eſſent, nihilominùs hoc interdicto tenebitur. Nec *i* præiudicatur aliquid legi Corneliæ teſtamentariæ, quaſi dolo malo teſtamentum ſuppreſſerit, nemo enim ideò *k* impunè retinet *l* tabulas, quòd maius *m* facinus admiſit: cùm *n* exhibitis *o* tabulis admiſſum eius magis manifeſtetur, & poſſe aliquem dolo malo facere vt in eam legem non incidat. vtputà ſi *p* neque amouerit, neque celauerit tabulas, ſed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicenti *q* exhiberet: hoc eſt, ſi non ſupprimendi animo vel conſilio fecit, ſed ne huic *r* exhiberet.

7 ¶ Hoc interdictum exhibitorium eſt.

8 ¶ Quid *ſ* ſit exhibere videamus. exhibere hoc eſt, materiæ ipſius adprehendendæ copiam facere.

9 ¶ Exhibere autem apud prætorem oportet, vt ex auctoritate eius ſignatores *t* admoniti venirent ad *u* recognoſcenda ſigna. & ſi fortè non obtemperent teſtes, Labeo ſcribit coërceri eos à prætore debere.

10 ¶ Solent autem exhiberi tabulas deſiderare omnes *x* omnino qui *y* quid in teſtamento adſcriptum habent.

11 ¶ Condemnatio autem huius iudicij, quanti interfuit, æſtimari debet.

12 ¶ Quare ſi heres ſcriptus hoc interdicto experiatur, ad hereditatem referenda eſt æſtimatio *z*.

13 ¶ Et ſi legatum ſit, tantum venit in æſtimationem, quantum ſit in legato.

14 ¶ Et ſi ſub conditione legatum ſit, quaſi conditione exiſtente, ſic æſtimandum eſt. nec compelli debebit ‖ ad cauendum, ‖ *vt ſe reſtituturum caueat: quidquid conſecutus eſt, ſi conditio defecerit*: quia pœna *a* contumaciæ præſtatur ab eo qui non exhibet.

15 ¶ Inde quæritur, ſi hinc conſecutus æſtimationem legatarius, poſtea legatum petat, an ſit audiendus? Et putem ſi heres idem præſtitit, exceptione doli repellendum: ſi alius, repelli non *b* oportere.

¶ Et ideò & ſi heres ſit qui interdicto vſus ‖eſt‖ æſtimationem conſecutus, eadem eſt diſtinctio.

16 ¶ Interdictum hoc & poſt annum competere *c* conſtat.

17 ¶ Sed & heredi, cæteriſque ſucceſſoribus competit.

De pupillo & tutore.

4. *Paulus* ‖ libro 73. ad Edictum. ‖

SI ſint tabulæ apud pupillum, & dolo tutoris *d* deſierint eſſe, in ipſum tutorem competit interdictum. æquum enim eſt ipſum ex delicto ſuo teneri, non pupillum.

De controuerſia hereditatis. De publica quæſtione.

5. *Iauolenus* ‖ lib. 13. ex Caſsio. ‖

DE tabulis proferendis interdictum cõpetere non *e* oportet, ſi hereditatis controuerſia ex his pendet, aut ſi ad publicam quæſtionem *f* pertinet. itaque

a Hoc Interdictũ ad occultas viuentis tabulas non pertinet, cum ei competat actio ad exhibendum.
b non inconcinnè illud Pauli ad Hebr. c. 9. *num.* 16. huc referri poteſt, ὅπου γὰρ διαθήκη θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου: adde *l.* 2. §. 4. *ſup. teſta. quemadm.*
c hæc negatio deeſt apud Haloand. adde *l.* 1. §. 10. *ſup. ſecund. tab.*
d *v. l.* 1. §. 5. *ſupra ſecund. tab.*
e Hoc interdicto tenentur omnes qui detinent teſtamenta.
f Æditũum templi hic accipe. Ita enim Theoph. §. *Tutores* 2. *Inſtit. de tutelis.* qui & Hierophylax in *l.* 20. *ſup. de annuis.* dixi ad Feſtũ *in Æditnis. ſacræ ædis tuitor.* Solebãt enim veteres teſtamenta templis eorumque cuſtodibus, vt & Veſtalibus commendare. *Tacit.* 1. *Annalium. Plutarch. in Cæſare* 2 *Suet. in Iulio. c.* 83. *Dion.* 48. *Herodianus lib.* 1. *vbi de templo Pacis exuſto loquitur. Tertul. libro de corona.* Hinc excubiæ in templis.
g *l.* 5. §. 14. *ſup. ad exibend.*
h vt actione ad exhibendum vtantur, non hoc interdicto.
i Interdictum de tabulis exhibendis non præiudicat actioni criminali. *l.* 9. §. 2. *in fin. ſupra de dolo.*
k Maiori pœna qui tenetur, non liberatur etiam à minore.
l id eſt, retinere poteſt.
m Contumacia pœnam auget, *l.* 4. *in fin. inf. de pœn.*
n Probationes factæ in causa ciuili, fidem faciunt in criminali.
o hoc interdicto.
p ſi tradendo alij animũ habuit ſupprimendi, tenetur hoc interdicto ciuiliter & criminaliter lege Cornelia teſtamẽtaria: ſi non habuit, tenetur ciuiliter tantùm.
q hoc eſt, hoc interdicto agenti.
r *ſub.* hoc interdicto agenti.
ſ *l.* 2. *ſup. ad exhib.*
t Signatores ſunt teſtes qui ſignare teſtamenta ſolent.
u Teſtis etiam inuitus, ſignum ſuum recognoſcere cogitur.
x *l.* 3. §. 9. *ſup. ad exhib.* y *v. l. vn. C. eod.* z æſtimatio eſt id quod intereſt.
a Pœnæ depenſæ non repetuntur, *l. pœnæ* 42. *ſup. de cond. indebiti, l.* 79. *l.* 87 *in fi inf. de furtis: l.* 1. §. *ad l. Iul. ambitus.* b *l.* 34. §. *de oblig.* c non competere. Cuiac. *in* 4. *ſent. Paul.* 7. §. 6. reprehenſus à Roberto 1. *recept.* 29. Cuiac. tamen ſuam opinionem defendit 16. *obſ.* 28.
d *l.* 11. §. 6. *inf. quod vi.*
e in his qui ſequuntur caſibus.
f falſi ſc. non ciuilem, vt in *l.* 1. §. 3. *ſup. eod.*

in *a* æde ſacra interim *b* deponendæ ſunt, aut apud virum idoneum.

NE QVID IN LOCO SACRO *c* FIAT.

TIT. VI.

Interdictum. 1. De loco ſacro, & de ſacrario. 2. De ornamento, deformitate, incommodo. 3. De his qui ædes ſacras curant.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

AIt prætor: *In loco ſacro d facere, inve eum immittere quid veto.*

1 ¶ Hoc interdictum de ſacro loco, non de ſacrario *e* competit.

2 ¶ Quod ait prætor, *ne quid in loco ſacro fiat*, non ad hoc pertinet quod ornamenti cauſa fit, ſed quod deformitatis vel incommodi.

3 ¶ Sed & cura ædium, locorúmque ſacrorum mandata eſt his qui ædes ſacras curant *f*.

De damno aut incommodo.

2. *Hermogenianus* lib. 3. Iuris Epitomarum.

IN muris, itémque portis, & aliis ſanctis *g* locis aliquid facere *h*, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur.

De habitatione.

3. *Paulus* " lib. 5. Sententiarum. "

NEque muri, neque portæ habitari *i* ſine permiſſu Principis propter fortuita incendia, poſſunt.

DE LOCIS ET ITINERIBVS PVBLICIS *k*.

TIT. VII.

Qui petere poſſunt.

1. *Pomponius* ‖ lib. 30. ad Sabinum. ‖

CVilibet *l* in publicum *m* petere permittendum eſt id quod ad vſum omnium pertineat: veluti *n* vias publicas, itinera publica: & ideò quolibet poſtulante de his interdicitur.

De monumento.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 33. Digeſtorum. ‖

NEmini licet in via publica monumentum *o* extruere.

De via vicinali. 1. Differentia viæ vicinalis & militaris.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 33. ad Sabinum.

VIæ vicinales *p* quæ *q* ex agris priuatorum collatis *r* factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero *ſ* ſunt.

1 ¶ Sed inter eas & cæteras vias militares hoc intereſt *t*: quòd viæ militares *u* exitum ad mare, aut in vrbes *x*, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: harum autem vicinalium viarum diſſimilis conditio eſt. nam pars earum in militares vias exitum habent, pars ſine *y* vllo exitu intermoriuntur.

NE QVID IN *z* LOCO *a* PVBLICO, vel itinere fiat.

TIT. VIII.

Ad primum interdictum prohibitorium de loco publico præfatio.

1. *Paulus* ‖ lib. 64. ad Edictum. ‖

IN loco publico Prætor prohibet ædificare, & interdictum *b* proponit.

Verba. 1. Hoc interdictum eſſe prohibitorium. 2. De vtilitate publica vel priuata. 3. De areis, inſulis, agris, viis, itineribus. 4. De rebus fiſcalibus. 5. De vſui publico deſtinatis. De damno priuati. 6. De velo immiſſo in Mœniano. 7. De refectione. 8. De mari. 9. De piſcatione, nauigatione, luſu, lauatione, ſpectatione. 10. De permiſſu Principis. 11. De qualicunque commodo amiſſo. 12. De proſpectu & aditu. 13. Si ædificium ei quod defluit. 14. Vel luminibus. 15. Vel alii ædificio in publico poſito obſtet. 16. De permiſſu Principis. 17. An ædificium in publico factum deponatur. 18. De cautione non fieri. 19. an ædificium in loco ſacro poſitum deponatur. 20. ad ſecundum interdictum prohibitorium. De via, itinereve publico verba. 21. De viæ ſolo. 22. De viarum diuiſione in publicas, priuatas, & vicinales. 23. De viis ruſticis, vel vrbanis. 24. De cõmeatu excepto. 25. De via coarctata. 26. De cloaca. 27. De foſſa. 28. De reſtagnatione. 29. De odore. 30. De puſtu. 31. De his quæ ſtatim nocent, vel poſtea. 32. Deterioratio quomodo accipitur. 33. De ſpecu, & ponte. 34. hoc interdictum eſſe perpetuum & populare. De condemnatione in id quod intereſt. 35. ad tertium interdictum reſtitutorium. De via publica, itinereve publico verba. 36. Collatio huius interdicti & ſuperioris. 37. De eo qui fecit vel factum habet. 38. De arbore quæ in via publica cecidit. 39. De eo cui opus vtile eſt. De his qui communiter fieri curauerint. 42. De eo qui dolo fecit quo minus poſſideret vel haberet. 43. De reſtitutione & ſumptibus reſtitutionis. 44. De tempore interdicti. De condemnatione in id quod intereſt. 45. Quartum interdictum prohibitorium de vſu viæ itineriſve publici.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

PRætor ait: *Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, Senatuſconſulto a edicto, decretóve Principum tibi conceſſum eſt, de eo quod factum erit, interdictum "non" b dabo.*

1 ¶ Hoc interdictum prohibitorium eſt.

2 ¶ Et tam publicis vtilitatibus, quàm priuatorum per hoc proſpicitur. Loca enim publica vtique priuatorum vſibus deſeruiunt, iure ſcilicet ciuitatis, non quaſi propria cuiuſque. & tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. propter quod, ſi ‖ quod ‖ fortè opus in publico fiet, quod ad priuati damnum redundet, prohibitorio *c* interdicto poteſt conueniri, propter quam rem hoc interdictum propoſitum eſt.

3 ¶ Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo definit, vt ad areas, & ad inſulas, & ad agros, & ad *d* vias publicas, itineraque publica pertineat.

4 ¶ Hoc interdictum ad ea loca quæ ſunt in fiſci patrimonio non puto pertinere. in his enim neque facere quicquam, neque prohibere priuatus poteſt. res enim fiſcales *e* quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt. igitur ſi quis in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictum locum habebit. ſed ſi fortè de his ſit controuerſia, præfecti *f* eorum *g* iudices ſunt.

5 ¶ Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico vſui deſtinata ſunt: vt ſi quid illic fiat quod priuato noceret, prætor intercederet interdicto ſuo.

6 ¶ Cùm quidam velum in Mœniano *h* immiſſum haberet, qui *i* vicini luminibus officiebat, vtile interdictum competit, *Ne quid in publico immittas, qua ex re luminibus Gaii Seii officias.*

7 ¶ Si quis quod in publico loco poſitum habuit, reficere voluit, hoc *k* interdicto locum eſſe Ariſto ait, ad prohibendum eum reficere.

8 ¶ Aduerſus eum qui molem *l* in mare proiecit, interdictum vtile competit ei cui fortè hæc res nocitura ſit. ſi autem nemo damnum ſentit, tuendus eſt is qui in littore ædificat, vel molem *m* in mare iacit.

9 ¶ Si quis in mari piſcari *n* aut nauigare *o* prohibeatur non *p* habebit interdictum *q*. quemadmodum nec is qui in campo publico ludere, vel in publico *r* balneo lauare, aut in theatro ſpectare arceatur. ſed in omnibus his caſibus *ſ* iniuriarum actione vtendum eſt.

10 ¶ Meritò ait prætor, *Qua ex re quid illi damni detur.* nam quotieſque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt *t* ſine iniuria cuiuſquam fiat: & ita ſolet *u* Princeps, quoties aliquid noui operis inſtituendum petitur, permittere.

11 ¶ Damnum autem pati videtur *x* qui commodum amittit quod ex publico conſequebatur, qualequale ſit.

12 ¶ Proinde ſi cui proſpectus, ſi cui aditus ſit deterior, aut anguſtior, interdicto opus eſt.

13 ¶ Si quid in loco publico ædificauero, vt ea quæ ex meo ad te nullo iure defluebant, deſinant fluere, interdicto me non teneri Labeo putat.

14 Planè ſi ædificium hoc effecerit vt minus luminis inſula tua habeat, interdictum hoc competit.

15 ¶ Idem ait, ſi in publico ædificem, deinde hoc ædificium ei obſtet, quod tu in publico ædificaueras, ceſſare hoc interdictum, cùm tu quoque illicite ædificaueris: niſi fortè tu iure tibi conceſſo ædificaueras.

16 ¶ Si quis à Principe ſimpliciter impetrauerit, *vt in loco publico ædifices*, non eſt credendus *y* ſic *z* ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat, neque ſic conceditur, niſi fortè quis hoc impetrauerit.

17 ¶ Si quis nemine prohibente in publico ædificauerit, non eſſe eum cogendum tollere, ne ruinis *a* vrbs deformetur: & quia prohibitorium eſt interdictum, non reſtitutorium. ſi tamen obſtet id ædificium publico vſui, vtique is qui operibus publicis procurat *b*, debebit id deponere *c*: aut ſi non obſtet, ſolarium *d* ei imponere. vectigal enim hoc ſic appellatur ſolarium *e*, ex eo quod pro ſolo pendatur.

18 ¶ Si tamen adhuc nullum opus factum fuerit, officio iudicis continetur, vti *f* caueatur *non fieri*, & ea omnia etiam in perſona heredum, cæterorúmque ſucceſſorum erunt cauenda.

19 ¶ Locorum ſacrorum diuerſa cauſa eſt. in loco enim ſacro non ſolum facere vetamur *g*, ſed & factum reſtituere iubemur. hoc propter religionem.

a De tabularum in ædes ſacras depoſitione aliàs dixi, *l. 1. §. 3. ff. eod.*
b i. e. quæſtione hereditatis vel falſi pendente.
c v. Oldendorpium 2. *Claſſ. act. 9.*
d quid locus ſacer *v. l. 6. §. 3. l. 9. §. 2. ff. de rer. diuiſ.*
e de quo v. *d. §. 2.*
f i. æditituis. *§. 2. Inſt. de tutel.*
g §. 10. *Inſt. de rer. diuiſ.* ſacris. *vulgat.* & rectè. Nec enim portæ, vt muri, ſanctæ ſunt. Plutarch. *in quæſtionibus Romanis & Romu.* dixi ad §. 10. *Inſt. de rerum diuiſ. & ad Theoph. ibid.*
h immittere, *l. 8. §. 1.* coniungere, ſuperponere, cáve reficere, *l. 9. §. 4. ff. de rer. diuiſ.*
i circa portas & muros familia publica ad res neceſſarias erat parata, *v. l. 1. ff. de off. præfect. vigil.*
k v Oldendorp. *Claſſ. 2. act. 9.*
l *l. 1. ff. de popularib. action.* Imò non cuilibet. nam non datur populo, *l. de pupillo 5. ff. de oper. noui nuntiat. l. mulieri 6. ff. de popular. act.*
m i. ad publicam vtilitatem.
n *l. 2. §. 35. ne quid in loco publ.*
o vel cloacam. *l. 2. §. 26. tit. prox.*
p via publica eſt aut vicinalis §. 5. *Inſt. de l. Aquil.* Vicinalis via. ἡ ἐπὶ κώμας ἄγουσα. vicus enim ἡ κώμη. per hanc tranſit is qui in vicum abit. Publica verò via quæ & militaris & βασιλικὴ eſt, qua omnes in diuerſa loca euntes. *Theoph. §. 5. Inſt. ad l. Aqu.* idem confirmat *lex 2. §. 22. ff. tit. prox.*
q Viæ vicinales plerumque ex agris priuatorum collatæ fiebant, aut de nouo, aut quando ex agris priuatis factarum memoria non extabat, *vt hic adde l. 2. §. 22. ff. tit. prox.*
r vide *d. §. 12.*
ſ idem igitur in iis ſeruatur quod in publicis.
t *ſub.* quod ad factum attinet, non ad ius.
u Militares viæ quæ & publicæ & Baſilicæ dicuntur. *Theoph. ibid.*
x *l. vlt. ff. de ſeruit. ruſtic.*
y Vicinales quædam viæ in militarem viam exitum habent; quædam ſine vllo exitu intermoriuntur. Genus loquendi interim [illegible] intermoriuntur.
z vide Oldendorp. *Claſſ. 2. act. 9.*
a vel via p[illegible]ublica, *l. 2. §. 20. ff. eod.*
b quod extat *l. 2. ff. eod.* adde *l. 19. in fin. ff. quod v[illegible] aut clam.*

a *l. 2. ff. de [illegible]*
b Negatio [illegible] quibuſdam [illegible] manuſcriptis [illegible] eſt.
c Pari in ca[illegible] prohibentis [illegible] ita eſt potior [illegible] *ff. comm. diuid.*
d atqui de via [illegible] blica & it[illegible] ſpecialia ſunt [illegible] terdicta, §. [illegible] 35. *ff. eod.*
e de quibus [illegible] *l. vlt. C. de qua[illegible] nii præſcriptio[illegible]*
f *v. l. 3. in fi[illegible] bis quæ in te[illegible]*
g Præfecti [illegible] Ita emendat [illegible] git Briſſonius [illegible] Præfecti ær[illegible] munus erat in [illegible] quod Procur[illegible] Cæſaris in pr[illegible] ciis, dixi ad [illegible] *de iure fiſci.*
h Mœniano [illegible] *v. l. 242. §. [illegible] verb. ſign.*
i *al.* quod [illegible]
k *al.* huic.
l & pilas, [illegible] *ff. eod. l. 30. in [illegible] de acq. rer. do[illegible]*
m Moles [illegible] lapide fiunt [illegible] *ante domum [illegible] act. empt. l. [illegible] impenſis.* Cic[illegible] *Attic.* 17. [illegible] *Controuerſ.* 4. [illegible] *Epiſt.* 14. [illegible] 22. Portim[illegible] *Atic.* Pa[illegible] *vbi de Lucu[illegible] canus: 2.* Su[illegible] *ligul. Plin.* [illegible]
n *l. 13. §.* [illegible] *iniuriis: §.* [illegible] *rer. diuiſ.*
o *ff. vt in* [illegible] *publico.*
p Imò hab[illegible] *arg. §. 11. ff. eod.*
q Iniuriarum [illegible] men agere po[illegible] *eod. & d. l. 3.*
r *d. §. vlt.*
ſ vide *§. vlt.*
t *§. 10. ff. eo. [illegible] in fin ff. de ſeru[illegible] tib. vrban. l. 16. [illegible] de ſeruit. ruſt. [illegible] in fin. ff. ſi ſeru[illegible] vindicet. l. [illegible] comm. diuid. [illegible] ff. de cond. ind[illegible] ff. de ſeruis ex[illegible] tandis: l. 6 in [illegible] de iur. dot. l. [illegible] acq. rer. dom. [illegible] ff. de reg. [illegible] inoff.*
u Præſum[illegible] Principes [illegible] cuiquam [illegible] ius ſuum: [illegible] præſumptione [illegible] Alciat. 3. [illegible]
x Damnum [illegible] tur, qui commo[illegible] amittit.
y *v. §. 10. ff. [illegible]*
z & ita in odi[illegible] ſtrictiſſimè bene[illegible] cium Principis [illegible] terpretamur: in [illegible] nerabilibus lati[illegible] mè extendimus. [illegible] *ff. de conſtit. Princip.*

a *l. vlt. ff. eod.*
b Procurator operum publicorum, id eſt, ad quem viarum curatio pertine[illegible] *Paul. 5. ſent. 6. §. 2.* qui & ob id viocurus *Varroni 4. de lingua.*
c adito vel Principe vel præſide, *l. 24. ff. de damno.*
d quod quid ſit, *v. ff. eod.*
e de ſolario dixi ad *l. 16. ff. qui potior.* adde *l. 40. §. 5. ff. de legat.* [illegible]
f *l. 21. § 3. ff. de oper. noui.*
g *l. 1. ff. ne quid in loco ſacro.*

19 ¶ Ait

20 ¶ Ait Prætor: *In via a publica itineréve publico facere, immittere quid, quo ea via, idve iter deterius ſit, fiat, veto* b.

21 ¶ Viam publicam eam dicimus, cuius etiam ſolum c publicum eſt. non d enim ſicut in priuata via. ita & in publica accipimus: viæ priuatæ ſolum alienum eſt, ius tantùm eundi "&" agendi nobis competit. viæ autem publicæ ſolum publicum eſt, relictum ad directum certis e finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi habuit, vt ea publicè iretur, commearetur.

22 ¶ Viarum quædam publicæ ſunt, quædam priuatæ, quædam vicinales.

¶ Publicas vias dicimus, quas Græci βασιλικὰς f, i. *regias*, noſtri prætorias, alij conſulares vias appellant g. Priuatæ ſunt, quas agrarias h quidam dicunt. Vicinales i ſunt viæ, quæ in vicis ſunt, vel quæ in vicos ducunt. has quoque publicas eſſe quidam dicunt. quod ita verum eſt, ſi non ex collatione k priuatorum hoc iter conſtitutum eſt. aliter atque ſi ex collatione priuatorum reficiatur. nam ſi ex collatione priuatorum reficiatur, non vtique priuata eſt. refectio l enim idcirco de communi fit, quia vſum vtilitatémque communem habet.

23 ¶ Priuatæ viæ dupliciter accipi poſſunt, vel hæ quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, vt ad agrum alterius ducant: vel hæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare liceat, in quas exitur de via conſulari: & ſic poſt illam excipit via vel iter, vel actus ad villam ducens. has ergo quæ poſt conſularem excipiunt in villas vel in alias colonias m ducentes, putem etiam ipſas publicas eſſe.

24 Hoc interdictum tantùm ad vias ruſticas pertinet, ad vrbicas verò non. harum enim cura pertinet ad magiſtratus n.

25 ¶ Si viæ publicæ exemptus commeatus ſit, vel vel via coarctata, interueniunt magiſtratus o.

26 Si quis cloacam p in viam publicam immitteret, éxque ea re minus habilis via per cloacam fiat, teneri eum Labeo ſcribit: immiſiſſe enim eum videri.

27 ¶ Proinde & ſi foſſam quis in fundo ſuo fecerit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat, hoc interdicto tenebitur: immiſſum enim habere etiam hunc videri.

28 ¶ Idem Labeo ſcribit q, ſi quis in ſuo ita ædificauerit, vt aqua in via r collecta reſtagnet ſ, non teneri eum interdicto t, quia non immittat aquam, ſed non recipit. Nerua autem melius ſcribit u vtrumque teneri.

¶ Planè ſi fundus viam publicam contingat, & ex eo aqua deriuata deteriorem viam faciat, quæ tamen aqua ex vicini fundo in tuum veniat, ſi quidem neceſſe habeas eam aquam recipere, interdictum locum habebit aduerſus vicinum tuum: ſi autem neceſſe non ſit, non teneri vicinum tuum, te tamen teneri: eum enim videri factum habere, qui vſum eius aquæ habeat. Idem Nerua ſcribit, ſi tecum interdicto agatur, nihil vltra te facere cogendum quàm vt arbitratu eius qui tecum experitur, cum vicino experiaris. cæterùm aliter obſeruantibus futurum vt tenearis, etiam ſi iam bona fide cum vicino egeris, neque per te ſtet quominus arbitratu actoris cum vicino experiaris.

29 ¶ Idem ait, ſi odore x ſolo y locus peſtilentioſus fiat, non eſſe abs z re de ea interdicto vti.

30 ¶ Hoc interdictum etiam ad ea quæ paſcuntur in via publica itineréve publico, & deteriorem faciunt viam, locum habet.

31 ¶ Deinde ait prætor a, *Quo ea via, idque iter deterius ſit, fiat.* hoc, ſiue ſtatim deterior via ſit, ſiue poſtea. ad hoc enim pertinent hæc verba, *ſit, fiat*, etenim quædam ſunt talia, vt ſtatim facto ſuo noceant. quædam talia, vt in præſentiarum b quidem nihil noceant, in futurum autem nocere debeant.

32 ¶ Deteriorem autem viam fieri ſic accipiendum eſt, ſi c vſus eius ad commeandum corrumpatur: hoc eſt, ad eundum vel agendum: vt cùm plana d fuerit, cliuoſa fiat, vel ex molli aſpera, aut anguſtior ex latiore, aut paluſtris ex ſicca.

33 ¶ Scio tractatum, an permittendum ſit ſpecus a & b pontem ‖ per viam publicam facere, & plerique probant interdicto eum teneri: non enim oportere eum deteriorem viam facere c.

34 ¶ Hoc interdictum perpetuum & populare eſt, condemnatióque ex eo facienda eſt, quanti d actoris interſit.

35 ¶ Prætor ait: *Quod in via e publica, itineréve publico factum, immiſſum habes, quo ea via idve iter deterius ſit, fiat, reſtituas* f.

36 ¶ Hoc interdictum ex eadem cauſa proficiſcitur ex qua & ſuperius. & tantum intereſt, quòd hoc reſtitutorium, illud prohibitorium eſt.

37 ¶ Hoc interdicto non is tenetur, qui in via publica aliquid fecit, ſed is qui factum habet. proinde ſi alius fecit, alius factum habet, is tenetur qui factum habet. & eſt hoc vtilius, quia is poteſt reſtituere qui factum immiſſum habet.

38 ¶ Habere eum dicimus qui vtitur, & iure poſſeſſionis fruitur, ſiue ipſe opus fecit, ſiue ex cauſa emptionis g vel conductionis, vel legato, vel hereditate, vel quo alio modo acquiſiit.

39 ¶ Vnde Ofilius putat eum qui pro derelicto h reliquit id opus quod fecit, ſi viam publicam corrupit & reliquit, non teneri hoc interdicto. non enim habet quod fecit.

¶ Sed an in eum actio debeat dari, videbimus. & puto vtile interdictum competere i: vt quod in via publica ædificauit, reſtituat.

40 ¶ Si ex fundo tuo arbor in via publica ſic ceciderit, vt itineri ſit impedimento, eámque pro derelicto habeas, non teneri Labeo ſcribit. ſi tamen (inquit) actor ſua impenſâ arborem tollere paratus fuerit, rectè tecum acturum interdicto de via publica reficienda. Sed ſi pro derelicto non habeas, rectè tecum agi hoc interdicto.

41 ¶ Idem Labeo ſcribit, ſi vicinus meus viam opere corruperit, quamuis opus quod fecit, tam mihi quam k ipſi vtile ſit, tamen ſi is vicinus fundi ſui cauſa id fecerit, me ‖ tamen ‖ non poſſe hoc interdicto conueniri: ſi autem communiter hoc opus fieri curauerimus, vtrumque noſtrûm teneri.

42 ¶ Hoc interdictum locum habet etiam aduerſus eum qui dolo l malo fecit quo minus poſſideret, vel haberet: etenim parem m eſſe conditionem oportet eius qui quid poſſideat vel habeat, atque eius cuius dolo malo factum ſit quo minus poſſideret, vel haberet. & mihi videtur vera Labeonis ſententia.

43 ¶ *Reſtituas* n inquit.

¶ Reſtituere o videtur qui in priſtinum ſtatum reducit: quod fit, ſiue qui tollit id quod factum eſt, vel reponat quod ſublatum eſt: & interdum ſuo ſumptu. nam ſi ipſe *cum quo* quis interdixit, fecerit, vel iuſſu eius alius, aut ratum habitum ſit quod fecit, ipſe ſuis ſumptibus debet reſtituere. ſi verò nihil horum interuenit, ſed habet factum, tunc dicemus, patientiam ſolam eum præſtare debere.

44 ¶ Interdictum hoc non p eſſe temporarium, ſciendum eſt. pertinet enim q ad publicam vtilitatem: condemnatióque ex eo facienda eſt, quanti actoris interſit, tolli quod factum eſt.

45 ¶ Prætor ait: *Quo r minus illi via publica, itineréve publico ire, agere liceat, vim fieri veto.*

De litoribus. 1. De mari & pilis in mare iactis.

3. *Celſus* ‖ lib. 39. Digeſtorum. ‖

LItora, in quæ populus Romanus imperium habet, populi ſ Romani eſſe t arbitror.

1 ¶ Maris communem u vſum omnibus hominibus, vt aëris, iactáſque in id pilas x, eius eſſe, qui fecerit: ſed id concedendum non eſſe, ſi deterior litoris maríſve vſus eo modo futurus ſit.

De litore.

4. *Scæuola* lib. 5. Reſponſorum reſpondit.

IN litore iure gentium ædificare licere y, niſi z vſus publicus impediret.

De riuo.

5. *Paulus* ‖ lib. 16. ad Sabinum. ‖

SI per publicum locum riuus aquæ ductus priuato nocebit a, erit actio priuato ex lege 12. Tabularum, vti noxa b domino caueatur.

De procuratore.

6. *Iulianus* ‖ lib. 43. Digeſtorum. ‖

EI, qui hoc interdicto experitur ne quid in loco publico fiat, quo damnum priuato detur: quamuis de loco publico interdicat, nihilominus procuratoris c dandi facultas eſt.

An ædificium in publico factum, deponatur.

7. *Idem* ‖ lib. 48. Digeſtorum. ‖

SIcut is, qui nullo prohibente in loco publico ædificauerat, cogendus non eſt demolire d, ne ruinis e

a hactenus de factis in loco publico; nunc de factis in via & itinere publico; patet ita longius illud interdictum, quàm hoc.
b Prohibitorium hoc interdictum obſerua. de reſtitutorio v. §. ꝫ. ꝫ. eod.
c Viæ publicæ, ſolum eſt publicum: priuatæ, priuatum, ꝫ. eod.
d Viæ priuatæ ſolum alienum eſt: publicæ publicum.
e v. l. 8. ꝫ. de ſeru. ruſtic.
f Baſilicæ & regiæ viæ. *Theoph.* §. 5. *Inſt. de leg. Aquil.* Porrò de Baſilicis ædificiis. adde quæ ſcripſi ad *l. 8. §. 2. ꝫ. de verb. obl.*
g & militares. *Theoph. ibid.*
h è quibus ex via publica diuertitur in villas, aut colonias.
i *l. 3. ꝫ. de locis & itineribus publicis.* malè apud Senec. legitur vincinalis, 5. *de benefic.* 24. *in fin.*
k *d. l. 3.* adde *l. vlt. ꝫ. de via publica: l. 3. ꝫ. de locis & itineribus publ.*
l refectio. *Hal.*
m *l. 24. §. 8. ꝫ. locati: l. 20. §. 3. ꝫ. de inſtructo*: éſtque colonia, prædium quod ſub colono poſſidetur, à cultu agri dicitur 15. *Iſid.* 2.
n de quibus dixi ad *l. 1. ꝫ. de via publica.*
o vt ſc. vicini viam præſtent, *l. 14. ꝫ. quemadmod. ſeruit.* adde 58. *Eclog. ex tit. 6. cap. 15.*
p Cloacam dictam putat Iſidor. quòd per eam colatur ager 15. *origin.*
q & malè, vt mox ſequitur.
r publica ſcil. de qua hoc titulo agitur.
ſ vt & redundet *l. 1. §. 6. ꝫ. de aqua & aqua.*
t hoc ſc. ne quid in loco publico.
u Odore ſolo fit locus peſtilentioſus. Cur? hoc interdicto non tantum is tenetur qui immittit, ſed & is qui aliud facit. *v. l. 2. ꝫ. eod.* x Intereſt certè noſtra qualem ſpiremus aerem, quales hauriamus odores. Iſtis enim vitales noſtri ſpiritus aluntur, odore ſcilicet, vel, vt ait Auicenna, aromaticitate & aere, quin ipſo concentu ſpiritus animalis nutritur. Hinc Democritus dicitur iamiam expiraturus, olfactu calentis panis vitam ſuam protraxiſſe, & plurimi in Ægypto ſeptimo menſe nati viuunt ſalubris aeris beneficio, *v. Marſil. Ficin. lib. de vita longa. c. 15. 18.* vbi inter cætera odorem vini eligendum eſſe ait. & res ita habet: craſſa alimenta nunquam ſpiritum alere, niſi in tenuiſſimos vapores vertantur. Ad hæc Graues, terrenæ, inferioréſque expirationes ad peſtilentiam præparant & excitant, *Fernel. 2. de abditis* 12. hinc conſtat ſolis ſpiritualibus & inuiſibilibus rebus hominem nutriri: adde quæ ſcripſi ad *l. 4. C. de ædilitiis action.* adde Senecam 5. *controuerſ. 5. in fin.*
y odore ſoli. *Vulgat. Hal.* Probari poteſt Florentina, arg. *l. 8. §. 5. ꝫ. ſi ſeruit.* in qua de fumo agitur. Idem dici poteſt de ſterculinio arg. *l. 17. ꝫ. ſi ſeruit. vindicet.* adde *l. 8. §. 5. ſi ſeruit. vindicet.* adde *l. 13. §. 6. ꝫ. de vſufr. 2. Harm. 4.* & generaliter hoc interdicto agi. & ſi alio quam ſoli odore locus peſtilentioſus fiat. z ab eo interdicto vti. Muret. 15. *Variarum. 9. in fin.* vbi notat, veteres adiicere ſolitos litteram d. dictionibus in vocalem deſinentibus, quoties ſequens à vocali inciperet. a adde *l. 1. ꝫ. de his qui deiecer.* b Hac formula idem Vlpianus vſus eſt, *l. 1. §. 1. ꝫ. ad exhibend.* c *l. 1. §. 15. ꝫ. de fluminib.*
d plana *vulg. Hal.* Plano opponitur cliuoſum. Cliui, loca ardua ſunt, inde cliuia auſpicia difficillima quæ fieri aliquid prohibent. *Feſtus.*

a ὀχετὸς 58. *Eclog. ex tit. 8. c. 7.* Specum ducere, eſt ſpecies ducendi per opertum, *leg. 57. ꝫ. de furtis.* parum differt à cuniculo, *v. Cuiac. 16 obſ. 17.*
b Specus à ponte videtur diſtingui: Specus enim fit ſub terra: pons ſupra terram.
c *l. vlt. ꝫ. de fluminibus.*
d Ecl. ibid.
e *l. 1. ꝫ. de locis & itineribus publicis. Paul. 5. ſent. 6. §. 2.*
f Reſtitutorium interdictum obſerua: de prohibitorio, *v. §. 20. ꝫ. eod.*
g pro emptore, & ſimilibus titulis, de quibus vide *l. 3. §. 21. ꝫ. de acq poſſeſſ. l. 5. §. 3. ꝫ. de his qui deiecer.*
h *l. 7. ꝫ. de aqua & aqua.*
i *d. §. 3.*
k adde *l. 48. ꝫ. de vſufr.*
l Dolus [illegible] tat poſſeſſionem. Qui dolo deſinit poſſidere, pro poſſeſſore damnatur, *l. 131. 150. ꝫ. de reg.*
m Paria ſunt poſſidere, haberéque, & dolo malo feciſſe ne haberes aut poſſideres. adde *l. 150. ꝫ. de reg. iur.*
n Reſtitui & rem tradi an differant, v. apud Zaſ. 2. *Reſp.* 20. adde *l. 1. ꝫ. de act. empt.*
o Plus eſt reſtituere, quàm exhibere. Qui reſtituit, poſſeſſorem facit, & fructus reddit, *l. 22. l. 73. l. vlt.* & cauſam vſucapiendi, *l. 35.* adde *l. 75. ꝫ. de verb. ſign.*
p §. 34. ꝫ. *eod. Ecl.* 58. *ex tit. 8. cap. 7.*
q Imò quia populare eſt, ideò anno finitur, *l. vlt. ꝫ. de popularib. act.*
r *l. 11. C. de ſeruitutib.*
ſ *l. 54. l. 65. ꝫ. de acquir. rer. dom.*
t ideóque gentes in illa littora deſcendentes Populus Romanus prohibere poteſt, ſuos ciues nõ poteſt, *l. 2. §. 46. ꝫ. de orig. iur.*
u *l. 24. ꝫ. de damn.*
x moles, *l. 2. §. 8. ꝫ. eo. l. 30. in fin. ꝫ. acquir. rer. dom.* hinc Virgilius 9. Æneidos *verſ. 710. & ſeq.* Qualis in Euboico Baiarum littore quondam Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante conſtructam iaciunt ponto.
y cuique *l. 50. ꝫ. de acq. rer. dom.*
z & ita reſtringe *l. 4. ꝫ. de rer. diuiſ.*
a nocere poterit.
b al. noxæ.

c *l. 42. ꝫ. de procuratoribus.*
d al. demoliri.
e *l. 2. §. 17. ꝫ. eod. l. 20. §. 10. ſupra de oper. noui.*

vrbs deformetur: ita qui aduerſus a edictum prætoris ædificauerit, tollere ædificium debet. alioquin inane & luſorium b prætoris imperium erit.

DE LOCO PVBLICO FRVENDO c.

TIT. IX.

Interdictum. 1. Ratio interdicti. 2. De conductore & eius ſocio. 3. De lege locationis.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

PRætor ait: *Quo minus loco publico, quem is, cui locandi d ius fuerit, fruendum alicui locauit, ei qui conduxit, ſociòve eius è lege locationis frui liceat, vim fieri veto.*

1 ¶ Interdictum hoc publicæ vtilitatis cauſa proponi palam eſt. tuetur. n. vectigalia publica e, dum prohibetur quis vim facere ei, qui id fruendū cōduxit.

2 ¶ Sed ſi ſimul veniant ad interdictum mouendum ipſe, qui conduxerit, & ſocius eius, magis eſt, vt ipſe conductor præferatur.

3 ¶ Ait prætor, *Quo minus è lege locationis frui liceat,* meritò ait *è lege locationis.* vltra f legem enim, vel contra legem, non debet audiri, qui frui deſiderat.

De imaginibus & ſtatuis.

2. g *Paulus* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

COncedi h ſolet i, vt imagines & ſtatuæ, quæ ornamenta reipublicæ ſunt futuræ, in publicum k ponantur.

DE VIA l PVBLICA, ET SI QVID in ea factum eſſe dicatur.

TIT. X.

De complanatione viarum. De fluminibus. De pontibus: 1. De parietibus priuatis. 2. Ne viæ perfodiantur, vel obruantur. 3. Sed reparentur. 4. Si quid ante officinas proponitur. 5. De rixis. De his, quæ in viam proiiciuntur.

Ex m libro ſingulari *Papiniani*, de n officio Ædium.

ÆDiles o ſtudeant, vt quæ ſecundùm ciuitates ſunt viæ, adæquentur, & effluxiones non noceant domibus, & pontes fiant, vbicumque oportet.

1 ¶ Studeant etiam ne eorum aut aliorū parietes, etiam domorum, quæ ad viam ducunt, ſint caduci. ſed vt oportet, emundent domini domorum, & conſtruant. Si autem non emundauerint, neque conſtruxerint, mulctent eos, quouſque firmos effecerint.

2 ¶ Curent autem, vt nullus effodiat vias, neque ſubruat, neque conſtruat in viis aliquid.

¶ Si autem ſeruus quidem fuerit, ab obuiante fuſtigetur: ſi liber, demonſtretur ædilibus: ædiles autē mulctent ſecundùm legem, & quod factum eſt diſſoluant p.

3 ¶ Conſtruat autem vias publicas vnuſquiſque ſecundùm propriam domum, & æquæductus purget, qui ſub dio ſunt: ‖ id eſt, cœlo libero, ‖ & conſtruat ita, vt non prohibeatur vehiculum tranſire.

¶ Quicunque autem mercede habitant, ſi non conſtruat dominus, ipſi conſtruentes, computent q diſpendium r in mercedem ſ.

4 ¶ Studeant t autem, vt ante officinas nihil ‖ proiectum ſit, vel propoſitum, præter quàm ſi fullo u veſtimenta ſiccet, aut faber currus exterius ponat. Ponant autem & hi, vt non prohibeant vehiculum ire.

5 ¶ Non permittant autem rixari in viis, neque ſtercora x proiicere: neque morticina y, neque pelles iacere.

a v. l. 102. j. de reg. iur.
b quod eſſe non debet, l. 75. ſup. de iudiciis. de luſoriis actibus adde quæ ſcripſi ad l. 14. inf. de appell.
c à publicano ſc. conducto.
d publicano ſc.
e quæ fauorem merentur, l. vn. §. 7. j. vt in flum. pub.
f l. 2. ſupra, ſi ager vectig.
g hanc legem fugitiuam eſſe ſcribit Pithœus 2. Notar. Moſaic. in fin. non video tamen minus idoneo loco poſitā eſſe, vt à nobis infr. dicetur.
h aliàs publicanus habiturus eſt quod conqueratur.
i à principe ſcil. eſt enim permiſſu principis opus ex edicto Claudij quod refert Dion 58. niſi quis publicū opus ædificet vel reficiat.
k in publico.
l 58. Eclog. 3.
m hanc legē emendatâ in multis Piſana tranſlatione, ſic interpretari cogor.
n ἐκ τῶν Ἀστυνομικοῦ μονοβίβλου τοῦ Παπινιανοῦ.
o οἱ ἀστυνόμοι differunt ab ἀγορανόμοις. Ab ædilibus coercebatur vendentium rabies. *Hieronymus ad Ruſticum monachum de viuendi forma.* Hinc Apuleius 1. Annonam curamus & ædilem gerimus. ἀστυνόμοι curant vt in vrbe munda ſint omnia. ideóque Vlpianus *in Orat. contra Timocratem* ἐστὶ δὲ ἀγορανόμος ἐπόπτης τῶν ὠνίων τῆς ἀγορᾶς, ἀστυνόμος δὲ ὁ ἐπὶ τοῦ εἶναι καθαρὰν τὴν πόλιν ἀσχολούμενος. vide *Cuiac ad legem 1. ſup. de excuſation. fol. 193.* etiam hi ſunt qui dicuntur magiſtratus ad quos viarum vrbicarum cura pertinet, l. 2. §. 24. *ſup. ne quid in loco publico.* & cloacarum, l. 2. in fin. j. de cloacis. Vetabant iidem animalia, quà vulgo iter fit, haberi noxia, l. 42. ſup. de ædil. edict. lectos in via publica poſitos concidere poterant, l. 12. ſup. de periculo. Paul. 5. ſent. 6. §. 2. viocuri dicebantur, d §. 2. *Varro 4. de lingua.* Hinc pertinet quod Dion. lib. 58. & Suetonius in *Veſpaſiano cap. 5.* narrant, Gaij Caligulæ iuſſu Veſpaſiano (ædilitatem gerenti) veſtem luto oppletam ac reſperſam fuiſſe, propter curam verrendarum viarum neglectam: quarum purgandarum cura ad ædiles pertinebat. Planè à P. Victore curatores duo ‖ ſingulis ‖ vrbis regionibus adſignantur, atque inter noua officia ab Auguſto excogitata, etiam viarum curationem Suetonius in eius vita c. 37. numerat. Capitolinus his curatoribus poteſtatem à M. Antonino philoſopho datam memorat, vt punirent quos viderentur, aut puniendos ad Præfectum vrbi remitterent. Antea quoque Quatuor viri, qui viarum curam gerebant in Republica cōſtituti erant, l. 2. §. 30. j. de orig. iur. Hi ſunt qui à Dione τέσσαρες τῶν ἐν ἄστει ὁδῶν ἐπιμελούμενοι, de quibus illæ antiquitatis inſcriptiones accipiendæ ſunt, quæ Vrbini & Tiburi extant, in queis IV. virorum viarum curandarum fiat mentio. Quæſtoribus viarum ſeruandarum ac muniendarum curam demandatam fuiſſe legimus quoque, *Suet. Claudio c. 24.* Auguſtum denique (vt idem Suetonius refert) ſpatium vrbis in regiones ac vicos diuiſiſſe, inſtituiſſeque vt illas annui magiſtratus ſortitò tuerentur: has, magiſtri è plebe viciniæ cuiuſque electi, quos Vicomagiſtros P. Victor vocat. vide Briſſonium 4. *ſelectarum Antiquitatum 12.* p l. 2. §. 17. ſup. ne quid in loc. publ.
q vide quæ notaui ad l. 55. §. 1. ſup. locati. r impenſam. ſ quam debent locatori. t vide 58. Eclog. ex tit. 8. c. 12. u vide quæ de fullonibus ſcripſi ad l. 2. §. de cond. ſine cauſ. x κόπρον quo vocabulo etiam intellige fimum, ſterquilinia.
y νεκρὰ, morticinia, quæ per ſe mortua, non mactata animalia. *Varro 6 de lingua.* Inde in aliquot ſacris & ſacellis ſcriptum habemus, ne quid ſcorteum adhibeatur ... morticinium ... adſit. Idem lib. ... re ruſt. 9. ... refer quod leg... περὶ πνικτ... ſuffocato. ... n. 8. & 12.) ... cinæ ouis ... tiuntur veſci ... Idem 3. de ... fin. Quid ... verùm morti... editis volucres ... piſces, quos ... mortuos eſſi... quam? Morti... autem con... erat in exangu... ciei homines ... tus in Perſa: ... Hercle, ſi ... derim tibi, ... morticine. ... vocat δημιο... δημιοτρεκ... tarchus νεκρ... Hinc cadau... facies Terenti... tini cereri... cerritos etiam ... pellant. vide ... *Scalig. in 6* ... nis *de lingua* ... *22. epiſt. 123.* ... ſpecioſior eſt ... quam morbo ... lentibus, colo... lan u di & ... albent, & in ... caro morticin...

DE VIA PVBLICA a, ET ITINERE publico reficiendo.

TIT. XI.

Interdictum. 1. De apertione, purgatione, refectione. 3. De tempore huius interdicti. Quibus & in quos competit. De condemnatione in id quod intereſt.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

PRætor b ait: *Quo minus illi viam publicam, itérve publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via idve iter deterius fiat, vim fieri veto.*

1 ¶ Viam aperire eſt, ad veterem c altitudinem latitudinémque reſtituere. Sed & purgare refectionis portio d eſt.

¶ Purgare autem propriè dicitur ad libramentum e proprium redigere, ſublato eo quod ſuper eam eſſet. Reficit f enim, & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino, qui in priſtinum ſtatum reducunt.

2 ¶ Si quis, in ſpecie refectionis g, deteriorem viam facit, impunè vim patietur. propter quod neque latiorem, neque longiorem, neque altiorem, neque humiliorem viam ſub nomine refectionis is, qui interdicit, poteſt facere: vel in viam terrenam h glaream i iniicere, aut ſternere viam lapide k, quæ terrena ſit l: vel contrà: lapide ſtratam, terrenam facere. 3 ¶ Interdictum hoc perpetuò m dabitur & omnibus, & in omnes, & habet cōdemnationem in id quod actoris intererit.

De non vſu.

2. *Iauolenus* ‖ lib. 10. ex Caſſio.

VIam publicam populus non n vtendo amittere non o poteſt.

De via in agrum vicini reiecta. 1. De exaratione.

3. *Paulus* ‖ lib. 1. Sententiarum. ‖

SI in agrum vicini viam publicam quis reiecerit, tantum in eum viæ p receptæ actio dabitur, quanti eius intereſt, cuius fundo iniuria irrogata eſt.

1 ¶ Qui viam publicam exarauerit, ad munitionem eius ſolus compellitur.

DE FLVMINIBVS q NE QVID IN flumine ‖ publico, ‖ ripáve eius fiat, quo peius nauigetur.

TIT. XII.

¶ Interdictum prohibitorium. 1. Differentia fluminis & riui. 2. De flumine perenni vel torrenti. 3. Publico vel priuato: 5. Definitio ripæ. 6. De inſula. 7. De alueo. 8. De foſſa. 9. De inundatione. 10. De eo quod amnis circumit. De flumine vel alio loco priuato. 11. De eo quod fit in aqua vel extra aquam. 12. De flumine nauigabili, vel non nauigabili 14. De deterioratione. 16. De exceptione. 17. De mari. 18. De flumine non nauigabili.

19 ¶ Interdictum reſtitutorium. 20. Collatio huius cum ſuperiore interdicto. 21. Summa. 22. De eo qui fecit, immiſit, aut factum immiſſum habet.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

AIt prætor: *Ne quid in flumine publico, ripáve eius facias, ne quid in flumine publico, néve in ripa eius immittas, quò ſtatio r itérve nauigio deterius ſit, fiat.* ſ

1 ¶ Flumen à riuo magnitudine t diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium.

2 ¶ Item fluminum quædam ſunt perennia, quædam torrentia, perenne eſt, quod ſemper fluat ἀέναος torrens, ὁ χειμάῤῥους, id eſt, *hyeme fluens* u.

2 ¶ Si tamen aliqua æſtate exaruerit, quod alioquin y perenne fluebat: non ideo minùs perenne eſt.

3 Fluminum quædam publica ſunt, quædam non.

a De via publica ... & ſi quid in ea ... ctum eſſe d... de ea ex edicto ... dilium curuli... ſingulis refici... *Hal.* Quod ext... *Eclog. 3. fol.* ... περὶ ὁδοῦ δημ... τὲ καὶ ἀγροι... καὶ ἰδιωτικ... πλατείας. hu... pertinet: ſed ... legitur 58. tit. ... 4. & 6. c. 2. in ...
b l. 2. ſup. ne ... in loco public.
c ſic qui dom... nouat, excedere ... debet τὸ ἀρχαῖ... σχῆμα. 58. Eclog. ex tit. 11. c. 10. ... terem faciem ... formam.
d Qui purgat, ... cere videtur.
e id eſt, æqua... tum, Galli Nive... lement.
f l. 3. §. 15. j. de ... nere.
g ita corrupte le... gitur. inf. eod. tit. refectio, in l. ... *ſup. ne quid in loco publico l. vn. §. 2. inf. de ripa.* refectionis. *Hal.* ... *Eclog. ex tit. 8. c. 12. in fin.* renouationis.
h Glarea terrena eſt & alia ſaxoſa. Columella 6. c. 23. Stabula ſunt optima ... & glarea ſtrata, non incommoda, etiam ſabuloſa: illa, quod imbres reſpuit ... quod celeriter ſorbeant tranſmittantque. Quæ cùm ita eſſe conſtet ex Collum... miror cur terrenam glaream à via moueri prohibent. adducor itaque, iſta non ... prohiberi materiæ quàm quantitatis & ſitus ratione. Nam & Collumella ... addit, vtraque, inquit, deuexa ſint vt humorem effundant.
i l. 11. in fin. ſup. de aqua & aquæ plu.
k l. 7. §. 17. ſup. de aqua & aquæ plu.
l Paucis ita Græci rem explicant, οὐ δὲ στρώσει λίθῳ ἢ ἀποστρώσει. Eclog. ibid.
m διηνεκές ἐστι καὶ δημόσιον, *Eclog ibid.* n etiam longiſſimo tempore.
o Eadem negatiua legitur ab Haloandro: extat etiam in Ecloga *ibid. c. 13.*
p Actio viæ receptæ.
q περὶ ποταμοῦ, καὶ τῆς ὄχθης αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς ἐν αὐτῷ φυομένης νήσου. ... *Eclog. 16.*
r Tribus conſtant flumina, alueo, aqua & ripis.
ſ vide §. 13. j. eod.
t quantitate non eſſentia.
u *Eclog. ibid.*
x ſubitis imbribus extortus, & ſiccitate exareſcens: quamuis ipſa aqua, quæ fluit ... rectè flumen dicatur, teſte Ælio Gallo *lib. 2. eorum quæ ad ius pertinent.* Vulgi conſuetudine, & perenne flumen & torrentem, flumen dici poſſe notat Feſtus, huiſque conuenit lex 2. §. 9. *ſup. de aqua & aqua p. n.* Dicitur torrens Latinis, quod eius aqua ſiccitate torreſcit. hinc Pacuuius, Flameo vapore torrens torretur. atque ita Latini ab æſtate, & tempore, quo ſiccatur. Græci ab hyeme & tempore quo ſuccreſcit nomen deriuarunt. *Iſidor. 14. orig. 12.* y id eſt aliis annis, ſeu ſæpius.

Publicum

Publicum flumen eſſe Caſſius definit, quod perenne *a* ſit *b*. hæc ſententia Caſſij, quam||&||Celſus probat, videtur eſſe probabilis.

4 ¶ Hoc interdictum ad flumina publica pertinet. ſi autem flumen priuatum ſit, ceſſabit interdictum: nihil enim differt à cæteris locis priuatis flumen priuatum.

5 ¶ Ripa *c* autem ita rectè definietur, id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Cæterùm ſi quando vel imbribus, vel mari, vel qua alia ratione ad tempus exereuit, ripas non mutat. Nemo denique dixit, Nilum *d* qui incremento ſuo *e* Ægyptum operit *f*, ripas ſuas *g* mutare, vel ampliare. Nam cùm ad perpetuam ſui menſuram redierit, ripæ aluei eius muniendæ *h* ſunt.

¶ Si tamen naturaliter creuerit, vt perpetuum *i* incrementum nanctus ſit, vel alio flumine admixto, vel qua alia ratione, dubio procul dicendum eſt, ripas quoque eum mutaſſe, quemadmodum *k* ſi alueo mutato, alia *l* cœpit currere.

6 ¶ Si inſula *m* in publico flumine fuerit nata, inque ea aliquid fiat, non videtur in publico fieri *n*. illa enim inſula aut occupantis eſt, ſi limitati *o* agri fuerunt, aut eius *p*, cuius ripam contingit. aut ſi in medio alueo nata eſt, eorum ||eſt,|| qui prope vtraſque ripas poſſident.

7 ¶ Simili modo & ſi flumen alueum ſuum reliquit *q*, & aliâ fluere cœperit, quidquid in veteri alueo factum eſt, ad hoc interdictum non pertinet. non enim in flumine publico factum erit, quod eſt vtriuſque vicini. aut, ſi limitatus eſt ager, occupantis alueus fiet, certè deſinit eſſe publicus. Ille etiam alueus quem ſibi flumen fecit, etſi priuatus antè fuit, incipit *r* tamen eſſe publicus: quia impoſſibile eſt, vt alueus fluminis publici *s*, non ſit publicus.

8 ¶ Si foſſa manu facta ſit, per quam fluit publicum flumen, nihilominus publica fit. & ideo, ſi quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur.

9 ¶ Aliter atque ſi flumen aliquam terram inundauerit, non alueum ſibi fecerit. tunc enim non fit publicum, quod aqua opertum eſt.

10 ¶ Item ſi amnis *t* aliquid circumeat, ſciendū eſt eius manere cuius fuit. ſi quid igitur illic factū eſt nō eſt factum in publico flumine. nec pertinet ad hoc interdictum ſi quid in priuato factum ſit. ne quidem ſi in priuato flumine fiat. nam quod fit in priuato flumine, perinde *u* eſt, ac ſi in alio priuato loco fiat.

11 ¶ In flumine publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat. nam ſi quid extra factum ſit, non eſt in flumine factum, & *x* quod in ripa fiat, non videtur in flumine factum.

12 ¶ Non autem omne quod in flumine publico ripáve fit, coërcet Prætor. ſed *y* ſi quid fiat, quo deterior ſtatio *z* & nauigatio fiat.

¶ Ergo hoc *a* interdictum ad ea tantum flumina ||publica||pertinet, quæ ſunt nauigabilia: ad cætera non pertinet. Sed Labeo ſcribit, non eſſe iniquum, etiam ſi quid in eo flumine, quod nauigabile non ſit, fiat vt exareſcat, vel aquæ curſus impediatur, vtile *b* interdictum competere, ne vis ei fiat, quominus id opus, quod in alueo fluminis ripáve ita factum ſit, vt iter, curſus fluminis deterior ſit, fiat, tollere, demoliri, purgare, reſtituere viri boni arbitratu poſſit.

13 ¶ Stationem *c* dicimus à ſtatuendo *d*. is igitur locus demonſtratur, vbicunque naues tuto ſtare poſſunt.

14 ¶ Ait Prætor, *itérque e nauigij f deterius g fiat*. ||hoc pro nauigatione poſitum eſt. imò nauigium ſolemus dicere etiam ipſam nauem.

¶ Iter ergo *h* nauigio poteſt & ſic accipi, iter nauis deterius fiat.

¶ Nauigij appellatione etiam rates continentur: quia plerumque & ratium vſus neceſſarius eſt. Si *i* pedeſtre iter impediatur, non ideo minus iter nauigio deterius fit.

a Perenne eſt, quod per omnes annos durat.

b hinc ſequitur, vt quia omnia penè flumina perpetuò fluant, omnia etiam ſint publica *l.4. in fin. ff. de rer.diuiſ.*

c Dic apertius, Ripa naturali curſu fluminis definitur; non qua imbribus, vel mari, vel qua alia ratione creuerit. 58. *Eclog.16.c.vn.*

d qui Homero Ægyptus, ita dictus quod ſecum trahat νέαν ἰλὺν nouam terram: *Iſidor.14. orig.21.* vel à νέω quod eſt fluo *Phauorino.* de Nilo, adde *l.2.C.de alluuionib. & C.tit.de Nili aggerib.non rumpendis.*

e quod contingit. ἐν τῷ θέρει 58.*Eclog.16.c.vnic.* ſeu vt refert Ammianus 12. cum Sol per cancrum ſydus cœpit vehi: augeſcit vero ad vſque trāſitum eius in Libram. Porro de eius incremento varia referuntur, vt & de eius origine, oſtiis, & animalibus in eo naſcentibus, de quibus vide Herodotum 2. Diodorū Siculum 1. c. 34. Ammianum 22. adde Euſebium 4. *de vita Conſtantini* 25. Rufinum 2. c. 30. Sozomenum 7 c.20 Zonaram *in Seuero,* Senecam 2. *Natur. qu. c.1. & ſequ.* 1. Tibul. *eleg.8.*

f De Nilo hoc fertur, vno & eodem defluxu rigare (ad inſtar horti, *Deuteron.11.*) & ſerere Ægyptum niſi ſi ſedecimum cubitum excedat, aut ſi parcior ſit ſolito: aliàs ſeptuageſimū augmentū reddit *Ammian.22.* Hinc νειλομέτριον τὸ τοῦ νειλομέτρον Suidas in νεῖλος.

g de eius aggeribus, *v.l.vn.Cod.de Nili aggerib. & Cod. Theod.9 tit.32.* adde *l.7. in fin. ff. de extraord.criminib.*

h *v.C.de Nili aggeribus.* i Perpetuæ dignitatis ademptione quemque ſtatum ſuum mutare hinc colligitur: qui ſtatum aliàs mutaſſe non diceretur, ſi temporalem tantum dignitatem fuiſſet adſecutus. k *ſub* mutare ripas. l id eſt per alium locum. m *l.7.§.3.l.29. ff. de acq.rer.dom.* n Quid hinc ſequitur? huic interdicto in hac ſpecie, locum non eſſe. o V. quæ notaui ad *l.16.ff.de acq.rer.dom.* p *ſub.* ſi agri non ſunt limitati. q *d.l.7.§.5.* r *l.10.ff.de rer.diuiſ.* s Alueus fluminis publici publicus eſt. t *§.22. Inſt.de rer.diuiſ.* u *§.4.ff.eod.* Statutum pœnale prohibens ne quid in flumine fiat, locum non habet ſi fiat in ripa. Ideoque factum optimum eſt, vt in ſtatuto de fluminibus, Riparum fiat mentio: alioquin fluminum appellatione ripa non continetur. y adde *l.19.C.de ſacroſ.Eccleſ.* z de qua vide *§.13.ff. eodem.*

a *ſub.* directum. Nam de vtili mox ſubiicitur, vnde notant: generales enunciationes ſubſequentibus aut ſubſequenti ratione coerceri ſeu reſtringi; *vt hic, & l. ſi is qui 29.ff.de acq.poſſ. l. ita 5.ff.de admin.tut. l.4.C.de teſtib.* b quod à directo diuerſum eſſe ante diximus. c *in pr.ff.eod.§.12.ff.eod.* adde *l.59.ff.de verb. ſign.* d ſtatio à ſtatuendo aut potius à ſtando: mox enim ſequitur *ſtare poſſint.* e v. verſiculum, iter. *ff.eod.* f vide verſ. nauigij. g *v.§.15.ff.eod.*

h Iter nauigio deterius fieri qui vetat, vetat iter naui deterius fieri: quippe nauigium, qui ita loquitur pro naui accipit.

i Hoc interdictum locum habet, ſiue iter nauigabile, ſiue iter pedeſtre fiat deterius.

k *l.2.§.32.ff. ne quid in loco publ.* Deterius iter facit qui corrumpit, qui difficilius, minus, rarius facit, aut qui in totum tollit.

15 ¶ Deterior *k* ſtatio, itémque iter nauigio fieri videtur, ſi vſus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, vel rarior, aut ſi in totum auferatur. Proinde ſiue deriuetur aqua vt exiguior facta, minus ſit nauigabilis; vel ſi dilatetur, aut *a* diffuſa, breuem *b* aquam faciat, vel contra ſic coanguſtetur, & *c* rapidius flumen faciat, vel ſi quid aliud fiat, quod nauigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorſus impediat, interdicto locus erit.

16 ¶ Labeo ſcribit, non eſſe dandam exceptionem *d* ei qui interdicto conuenitur, *aut niſi ripæ tuendæ cauſa factum ſit*: ſed ita *e* excipiendum ait, *extra quam ſi quid ita factum ſit, vti de lege f fieri licuit.*

17 ¶ Si in mari aliquid fiat, Labeo competere *g* tale interdictum: *ne quid in mari inve littore, quo portus, ſtatio, itérve nauigio deterius fiat.*

18 Sed & ſi in flumine publico non tamen nauigabili fiat *h* idem putat *i*.

19 ¶ Deinde *k* ait Prætor: *Quod in flumine publico, ripáve eius fiat, ſiue quid in id flumen, ripáve eius immiſſum habes, quo ſtatio itérve nauigio deterius ſit, fiat, reſtituas.*

20 ¶ Superius *l* interdictum prohibitorium eſt, hoc reſtitutorium, ad eandem cauſam pertinens.

21 ¶ Iubetur autem is, qui factum vel immiſſum habet, reſtituere quod habet, ſi modò id, quod habet, ſtationem vel nauigium deterius faciat.

22 ¶ Hæc verba, *Factum habes vel immiſſum m habes,* oſtendunt, non eum teneri qui fecit, vel immiſit, ſed qui factum immiſſum habet *n*. Denique Labeo ſcribit, ſi auctor *o* tuus aquam deriuauerit *p*, teneri te, & hoc interdicto *q* ſi ea *r* tu vtaris.

De aqua ex flumine publico ducenda.

2. *Pomponius* ||lib.34. ad Sabinum.||

QVo *ſ* minus ex publico flumine *t* ducatur *u* aqua, nihil impedit, niſi *x* Imperator aut Senatus vetet, ſi modo ea aqua in vſu publico non erit. ſed ſi *y* aut nauigabile eſt, aut ex *z* eo aliud nauigabile fit, non permittitur id facere.

De iure fluminum & riparum. 1. Definitio ripæ. 2. De iure locorum ſecundum ripas.

3. *Paulus* ||lib. 11. ad Sabinum.||

FLumina publica *a*, quæ fiunt, ripæque eorum publicæ ſunt.

1 ¶ Ripa ea putatur eſſe, quæ pleniſſimum flumen continet.

2 ¶ Secundum ripas fluminum loca non *b* omnia publica ſunt, cum ripæ cedant, ex quo primum à plano vergere incipit vſque ad aquam.

De ponte.

4. *Scæuola* ||lib.5. Reſponſorum.||

QVæſitum eſt, an is qui in vtraque ripa fluminis publici domus habeat, pontem *c* priuati iuris facere poteſt, reſpondit non poſſe.

a vt diffuſa. *Hal.*

b Breuis aqua, non alta. Nam diffuſa aqua fit breuior: vt coanguſtata, altior: breuior aqua lenius fluit: coanguſtata, rapidius, *vt hic.*

c vt rapidius. *Hal.* quæ lectio eſt aperta. In ſumm. hæc opera improbantur, ſupra modum deriuare, dilatare, coanguſtare. ff.

d adde *l.1.§.16. tit.prox.*

e Excipiendi forma notanda. Hinc notant, Exceptiones ineptas reiiciendas eſſe. non eſt autem inepta quæ generalis eſt, *vt hic* aliud enim eſt inepta & generalis exceptio. *v. Alberic. hic.*

f id eſt, ex lege ſeu legis permiſſione.

g Imo non competit, cum is qui in mari ædificet, ædificium ſuum faciat *l.1.§.18.ff. de oper. noui nunt.*

h *ſub.* id quo curſus aquæ impediatur.

i *ſub.* dum tamen fiat aliud nauigabile. *l.2.ff.eod.*

k Pars huius tituli ſecunda, in qua agitur de interdicto reſtitutorio.

l adde *l.2.§.35.36 ff.ne quid in loco publico.*

m *ſub.* ab alio.

n ſeu patitur. ſunt enim hæc paria, *l.28.ff.mandati.*

o i.venditor.

p id eſt, opus ad deriuandam aquā fecerit, vt ea deriuatione, vſus publici fluminis impediretur.

q teneri, ſc.

r aquæ deriuatione per opus ab auctore tuo factum.

ſ v. Ripenſem ad hanc legem.

t non nauigabili

u *ſub.* ad molam, vel irrogandum, dū ne impediatur aquæ curſus, *l.1.§. ſed Labeo. §. ſi in mari, ff. eod.*

x *l.20. in fin.ff.de aqua & aqua pluu.*

y Flumina nauigabilia, vel ex quibus alia ſunt nauigabilia, imperij, hoc eſt, Imperatoris ſeu ſummi Principis ſunt. In huiuſmodi fluminibus ſine licentia Principis vel Senatus nihil debet fieri, nec aqua inde duci *v.l.littora. 2.ff. Ne quid in loco publ. & in feudis. tit. quæ ſint regalia.* vnde rurſus colligitur, Imperatorem poſſe in huiuſmodi fluminibus vectigal imponere.

z id eſt, per immediatam eius adiunctionem.

NE QVID IN FLVMINE PVBLICO fiat, quo aliter aqua fluat, atque vti priore æſtate fluxit.

TIT. XIII.

Interdictum prohibitorium. 1. Ratio interdicti. 2. Ad quæ flumina pertinet. 3. De fluxu aquæ. De damno accolis contingente. 4. De riuo aperto, vel tecto. 5. De incili. De mutatione aluei. 6. Si quis ripa munienda. 7. Vel agri ſui tuendi cauſa faciat. 8. De fluxu aquæ. De æſtate & hyeme. 9. Quibus & in quos interdictum competit. 10 ¶ Interdictum reſtitutorium. 12. Collatio huius cum ſuperiore interdicto. 13. De eo qui dolo fecit quominus haberet.

1. *Vlpianus* || lib. 68. ad Edictum.||

AIt Prætor: *In flumine publico d, inve ripa eius facere, aut in id flumen ripámve eius immittere quo e aliter aqua fluat, quàm priore æſtate f fluxit, veto.*

1 ¶ Hoc interdicto proſpexit Prætor, ne deriuationibus nimiis *g* conceſſis, flumina excreſcant *h*, vel mutatus alueus, vicinis iniuriam afferat.

2 ¶ Pertinet autem ad flumina publica, ſiue *i* nauigabilia ſunt, ſiue non ſunt.

a *l.4.l.5.ff.de rer.diuiſ.§.2. Inſt.de rer.diuiſ.*

b Hanc negatiuam diſpungit Cuiac. 14.*obſeru.11.in fin.*

c *l.2.§.33.ff.ne quid in loco public.*

d vide §.2.ff. e vide *§.3.ff.eod.*

f vide §.8. *ff.eod.*

g *al.* nimis. h exareſcant. *Hal.* Florentina mihi placet, ſenſus eſt: Niſi interdum priuatis permittant plures deriuationes ex flumine, futurum eſt vt flumina excreſcant, & mutetur alueus cum incommodo vicinorum. id autem in fluuiis quorum alueus ripis anguſtatur expedit, *l.1.§.15.ff.tit.prox.* ſi tamen Haloandri lectionem retinueris, ſenſus fuerit, ideo prohiberi quid in flumine publico fieri ne deriuationibus nimiis conceſſis flumina exareſcant, vel mutatus alueus vicinis iniuriam afferat.

i Flumen non fit publicum ſola nauigandi vtilitate. Nam flumen publicum eſſe poteſt, & tamen non nauigabile.

SGCB2021

3 ¶ Ait prætor, *Quo aliter aqua fluat, quàm priori æſtate fluxit.* non omnis ergo, qui immiſit, vel qui fecit, tenetur, ſed qui faciendo, vel immittendo efficit, aliter quàm priore æſtate fluxit, aquam fluere.

¶ Quod autem ait, *aliter fluat*, non ad quantitatem aquæ fluentis pertinet, ſed ad modum & ad rigorem *a* curſus aquæ referendum eſt. Et generaliter dicendum eſt, ita demum interdicto quem teneri, ſi mutetur aquæ curſus per hoc quod factum eſt, dum vel depreſſior, vel arctior *b* fiat aqua, ac per hoc rapidior ſit cum incommodo accolentium. Et ſi quod aliud vitij accolæ ex facto eius qui conuenitur, ſentient, interdicto locus erit.

4 ¶ Si quis ex riuo tecto *c* per apertum ducere velit, vel contra, qui antè aperto duxit, nunc operto velit. interdicto teneri placuit, ſi modo hoc factum eius, incommodum circa, colentibus afferat.

5 ¶ Simili modo & ſi incile *d* ducat, aut alio loco fiat, aut ſi alueum fluminis mutet, hoc interdicto tenebitur.

6 ¶ Sunt qui putent, excipiendum hoc interdicto, *quod eius ripæ muniendæ cauſa non fiet*: ſc. vt ſi quid fiat, quo aliter aqua fluat, ſi tamen muniendæ ripæ cauſa fiat, interdicto locus non ſit. ſed nec hoc quibuſdam placet. neque *e* enim ripæ cum incommodo accolentium muniendæ ſunt. hoc tamen iure vtimur, vt prætor ex cauſa æſtimet, an hanc exceptionem *f* dare debeat. plerumque enim vtilitas ſuadet exceptionem iſtam dari.

7 ¶ Sed etſi alia vtilitas vertatur eius, qui quid in flumine publico fecit *g*: pone enim grande damnum flumen ei dare ſolitum, prædia eius depopulari, ſi fortè aggeres, vel quam aliam munitionem adhibuit vt agrum ſuum tueretur, eaque res curſum fluminis ad aliquid immutauit, cur ei non conſulatur? Pleroſque ſcio prorſus flumina auertiſſe, alueoſque mutaſſe, dum prædiis ſuis conſulunt. oportet enim in huiuſmodi rebus vtilitatem & tutelam facientis ſpectari, ſine *h* iniuria vtique accolarum.

8 ¶ Is autem hoc interdicto tenetur, *qui aliter fecit fluere quàm priore æſtate fluxit.* Et idcirco aiunt prætorem priorem æſtatem comprehendiſſe, quia ſemper certior *i* eſt naturalis curſus fluminis æſtate, "potius" quam hyeme. Nec ad inſtantem æſtatem, ſed ad priorem interdictum hoc refertur: quia illius æſtatis fluxus indubitatior eſt.

¶ Æſtas *k* ad æquinoctium autumnale refertur. Et ſi forte æſtate interdicetur; proxima ſuperior æſtas erit inſpicienda. ſi verò hyeme, tunc non proxima hyeme æſtas, ſed ſuperior erit inſpicienda.

9 ¶ Hoc interdictum cuiuis ex populo competit, ſed non aduerſus omnes, verùm aduerſus eum qui *l* deneget, vt aliter aqua flueret, cùm ius non haberet.

10 ¶ Hoc interdictum & in heredes *m* competit.

11 ¶ Deinde ait prætor, *Quod in flumine publico, ripave eius factum, ſiue quid in flumen ripamve eius immiſſum habes n, ſi ob id aliter aqua fluit, atque vti priore æſtate fluxit, reſtituas o.*

12 ¶ Hoc interdictum reſtitutorium proponitur. ſuperius *p* enim prohibitorium eſt, & pertinet ad ea quæ nondum facta ſunt. Si quid igitur iam factum eſt, per hoc interdictum reſtituetur. ſi quid ne fiat, proſpicitur, ſuperiore interdicto erit vtendum. & ſi quid, poſt interdictum *q* redditum fuerit factum, coërcebitur *r*.

13 ¶ In hoc interdicto *ſ* reſtitutorio non eſt iniquum (vt Labeo ait) venire etiam, quod dolo factum eſt, quo minus haberes.

VT IN FLVMINE *t* PVBLICO nauigare liceat.

TIT. XIV.

Interdictum. 1. Summa, & ratio interdicti. 2. De fluminibus, lacubus, foſſis, ſtagnis priuatis. 3. Definitio lacus. 4. Stagni. 5. Foſſæ. 6. De heredis iure. 7. De publiciano. 8. De precario ad aquam appulſu.

1. *Vlpianus* "lib. 68. ad Edictum."

PRætor ait, *Quominus illi in flumine publico nauem u, ratem agere, quove minus per ripam onerare, exonerare liceat, vim fieri veto. Item, vt per lacum x, foſſam y, ſtagnum z publicum nauigare liceat interdicam.*

1 ¶ Hoc interdicto proſpicitur, ne quis in flumine publico nauigare prohibeatur. ſicuti *a* enim ei, qui via publica vti prohibeatur, interdictum ſupra propoſitum eſt, ita hoc quoque proponendum prætor putauit.

2 ¶ Si priuata ſunt ſupraſcripta, interdictum ceſſat.

3 ¶ Lacus *b* eſt, quod perpetuam habet aquam.

4 ¶ Stagnum eſt, quod temporalem contineat aquam ibidem ſtagnantem *c*, quæ quidem aqua plerunque hyeme cogitur.

a Rigor curſus aquæ, rectus curſus aquæ. ſic ſtillicidij rigor, id eſt rectus ſtillicidij fluxus. *l. vlt. in fin. ff. de ſeruit. vrban.*
b altior. *Haloan.* Florentina tolerari poteſt. nec enim arctè aqua concludi poteſt, quin preſſior fiat, ſeu altior, & ita rapidior, adde *l. 1. §. 15. ff. tit. prox.* niſi ſi vocabulo *arctior*, intelligas augmentum aquæ: *depreſſior*, deminutionem notum eſt enim deprimere & augere eſſe contraria. Author *ad Heren. 5.* In his erat cauſa adaugenda vel deprimenda.
c adde *l. 1. §. 2. ff. de via publica.*
d Incile, foſſa ad deriuandam aquã. *Feſtus.* adde *l. 1. §. 5. de riuis.*
e Ripæ muniri nõ debent, cùm incõmodo accolentium.
f adde *l. 1. §. 26. ff. de fluminib.*
g *ſub.* vt aqua aliter fluat, quam priori æſtate fluxit.
h *§. 3. ff. eod.*
i Æſtatis tempus certius eſt quam hyemis.
k Æſtas ad æquinoctium autumnale refertur, vt hic, ſic à verno incipit, *l. 1. §. 32. ff. de aqua quotid.*
l qui adegit. *vulg. Hal.*
m Quomodo in heredes competit? Pone heredes velle perficere id quod defunctus facere inſtituerat, vel deſtinarat ad aquam auertendam.
n *v. §. 13. ff. eod.*
o *v. §. 12. ff. eod.*
p *de quo in princ. ff. eod.*
q *ſub.* Ne quid fiat in flumine.
r An hoc interdicto reſtitutorio? An potius officio iudicis?
ſ vt & in omnibus huiuſmodi cauſis.
t *v. l. 1. §. 9. ff. ne quid in loco public.*
u *l. 5. ff. de rer. diuiſ.*
x *v. §. 3. ff. eod.*
y *v. §. 5. ff. eod.*
z *v. §. 4. ff. eod.*
a Argumentum à via publica, ad nauigationẽ fluminũ.
b *l. 112. de verb. ſign.* quaſi aquæ locus, ſi credimus Iſidoro *14. origin. 19.* Lacuna, vbi aqua contineri po eſt Varro *4. de lingua.* De lacu Aſphaltite, Tiberiadis, Genazar, Lucrino & Auerno, vide Iſidorum, Lucrini, Valerij, Saluij, Statoris meminit Feſtus Lemani, *Cæſar. 1. de bell Gall.*
c Stagnat aqua quæ non decurrit. *Iſid. ibid* aliud etymon vide apud Feſtum & Varronem *4. de lingua.* vbi dixi, Stagnat Gloſſis, γέρει κα'λιμιάζει.

5 ¶ Foſſa "eſt" receptaculum aquæ, manu facta *a*.

6 ¶ Poſſunt autem etiam hæc eſſe publica.

7 ¶ Publicano planè, qui *b* lacum vel ſtagnum conduxit, ſi *c* piſcari prohibeatur, vtile *d* interdictum competere Sabinus conſentit. & ita Labeo.

¶ Ergo & ſi à *e* municipibus conductum habeat, æquiſſimum erit ob vectigalis fauorem interdicto eum tueri.

8 ¶ Si quis velit interdictum tale mouere, vt locus deprimatur pecoris appellendi gratia, non debet audiri. & ita Mela ſcribit.

¶ Idem ait tale interdictum competere: ne cui vis fiat, quo minùs pecus ad flumen publicum ripámve fluminis publici appelletur.

DE RIPA *f* MVNIENDA.

TIT. XV.

Interdictum. 1. Ratio interdicti. 2. De deterioratione nauigationis. 3. De cautione. 6. Si ripæ, lacus, foſſæ, ſtagni muniendi ſint.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 68. ad Edictum. ‖

PRætor ait, *Quo minus illi in flumine publico ripáve eius opus facere, ripæ, agrive, qui circa ripam eſt, tuendi cauſa, liceat, dum ne ob id nauigatio deterior fiat: Si tibi damni infecti in annos decem, viri boni arbitratu, vel cautum g vel ſatiſdatum h eſt, aut per illum non ſtat, quo minùs viri boni arbitratu caueatur, vel ſatiſdetur, vim fieri veto.*

1 ¶ Ripas fluminum publicorum reficere, munire vtiliſſimum eſt. Sicuti igitur de via publica reficienda interdictum propoſitum eſt *i*, ita etiam de ripa fluminis munienda proponendum fuit.

2 ¶ Meritò adiicit, *Dum ne ob id nauigatio deterior fiat.* illa enim ſola refectio *k* toleranda eſt, quæ nauigationi non eſt impedimento.

3 ¶ Is autem, qui ripam vult munire, de damno futuro debet vel cauere *l* vel ſatiſdare ſecundum qualitatem perſonæ *m*. Et hoc interdicto expreſſum eſt, vt damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caueatur vel ſatiſdetur.

4 ¶ Dabitur autem ſatis vicinis. ſed & his qui trans flumen poſſidebunt.

5 ¶ Etenim curandum fuit, vt eis ante opus factum caueretur. Nam poſt opus factum, perſequendi hoc interdicto nulla facultas ſupereſt. etiam ſi quid damni poſtea datum fuerit. ſed lege Aquilia experiendum eſt *n*.

6 ¶ Illud notandum eſt, quòd ripæ *o*, lacus, foſſæ, ſtagni muniendi nihil prætor "hic" cauit. ſed idem erit obſeruandum, quod in ripa fluminis munienda.

DE VI *p*, ET *q* DE VI ARMATA *r*.

TIT. XVI.

Interdictum. 1. Ratio & ſumma. 2. Affinia remedia. 3. De vi. De poſſeſſione. De rebus ſoli, vel aliis rebus. 6. De rebus mobilibus. 7. De naue. 8. De ligneis ædibus. 9. De poſſeſſione. 10. De donatione inter virum & vxorem. De colono. 11. De eo qui per ſe vel alium deiecit, cuiúſve familia deiecit. 20. De filiofamilias, vel mercenario deiiciente. 21. De liberali cauſa. 22. Si is per quem poſſidetur deiectus fuerit. 23. De poſſeſſione. 26. Amiſſa vel non acquiſita. 27. De vi repellenda. 28. Quis dicatur vi poſſidere. 29. De metu. 30. De eo qui vi poſſidebat deiecto. 31. De reſtitutione. 32. De rebus mobilibus reſtituendis. 35. De ædificio exuſto. 36. Si deiiciens deſiit poſſidere. 57. De loco vbi deiectus res habuit. 39. De anno. 40. De fructibus. 41. De cæteris vtilitatibus. 42. Si is qui deiecit, non poſſideat. 43. De patronis & parentibus. 44. De ſucceſſoribus. 45. Si deiectus retineat poſſeſſionem per alios. 46. Si ſerui per quos poſſidetur, aut expellantur, aut ab alio poſſideri incipiant. 47. De poſſeſſore victo. 48. De ſucceſſoribus.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 69. ad Edictum. ‖

AIt prætor: *vnde ſ tu illum vi deieciſti, aut familia t tua deiecit; de eo, quæque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, poſt u annum de eo, quod ad eum qui vi deiecit, peruenerit, iudicium x dabo.*

1 ¶ Hoc interdictum proponitur ei, qui vi deiectus eſt. etenim fuit æquiſſimum, vi deiecto ſubueniri. propter quod ad reciperandam *y* poſſeſſionem interdictum hoc proponitur.

2 ¶ Ne quid autem per vim admittatur, etiam legibus Iuliis *z* proſpicitur publicorum & priuatorum, necnon & conſtitutionibus Principum.

ſ id eſt, quo ex loco qualiſcunque ſit. *§. 4. ff. eod.*
t *Paul. 5. ſent. 5. §. 3.* u *l. 7 § 5. ff. comm. diuid. l. 2. C. vnde vi.*
x *§. 6 Inſt. de interdict.*
y hoc interdictum eſt recuperandæ poſſeſſionis, *d. §. 6. c. redintegrandæ. cap. quod ſæpe, de reſt. ſpol.*
z *d. §. 6.* id eſt, lege Iulia de vi publica & priuata: de quibus *ff. lib. 48. tit. de l. 4. C. vnde vi. l. 12. in fin. ff. quod met. cauſ. C. ad l. Iul. de vi public.*

3 ¶ Hoc.

3 ¶ Hoc interdictum non ad omnem vim pertinet, verùm ad eos *a*, qui de poſſeſsione *b* deiiciuntur.

¶ Ad ſolam autem atrocem vim pertinet hoc interdictum. Et ad eos tantùm *c* qui de ſolo deiiciuntur, vt puta de fundo, ſiue ædificio: ad alium autem non pertinet. Et ſi quis de area deiectus ſit, ſine dubio interdicto locus eſt.

4 ¶ Et generaliter ad omnes hoc pertinet interdictum, qui de re ſolo cohærenti deiiciuntur, qualis qualis enim fuerit locus, vnde quis vi deiectus eſt, interdicto locus erit.

5 ¶ Proinde etſi ſuperficiaria inſula fuerit, qua quis deiectus eſt, apparet interdicto fore locum.

6 ¶ Illud vtique in dubium non venit, interdictum hoc ad res mobiles *d* non pertinere. Nam ex cauſa furti, vel vi bonorum raptorum actio competit *e*. poteſt & ad exhibendum agi.

¶ Planè ſi quæ res ſint in fundo, vel in ædibus, vnde quis deiectus eſt, etiam earum nomine interdictum competere, non eſt ambigendum.

7 ¶ Si quis de naue vi deiectus eſt, hoc *f* interdicto locus non *g* eſt *h*, argumento eius, qui de vehiculo detractus eſt, quem nemo dixit interdicto hoc vti poſſe.

8 ¶ Planè ſi quis de ligneis ædib. *i* deiectus fuerit, nemo ambigit, interdicto locum fore, quia quale quale ſit, quod ſolo cohæreat, inde qui vi deiectus eſt habet interdictum.

9 ¶ Deiicitur is, qui poſsidet, ſiue ciuiliter *k*, ſiue naturaliter poſsideat. nam & naturalis poſſeſsio ad hoc interdictum pertinet.

10 ¶ Denique & ſi maritus vxori donauit, eáque deiecta ſit *l*, poterit interdicto vti. non tamen ſi colonus *m*.

11 ¶ Ait prætor. *Deieciſti, aut familia tua deiecit.* meritò familiæ mentio habita. nam cùm *deieciſti* verbum referatur ad perſonam eius, qui deiecit, nec pertineat ad eum, cuius familia deiecit. (nec enim ego videor deieciſſe, ſi familia mea deiecerit) conſequens fuit addere *aut familia tua deiecit.*

12 ¶ Deieciſſe autem etiam is videtur, qui mandauit *n*, vel iuſsit, vt aliquis deiiceretur. parui enim referre viſum eſt, ſuis manibus quis deiiciat, an verò per alium. Quare "&" ſi familia mea ex voluntate mea deiecerit, ego videor deieciſſe.

13 ¶ Quoties verus procurator deiecerit, cum vtrolibet eorum, id eſt, ſiue domino, ſiue procuratore, agi poſſe Sabinus ait, & alterius nomine alteri eximi, ſic tamen, ſi ab altero eorum litis æſtimatio fuerit præſtita: non *o* enim excuſatus eſt *p*, qui iuſſu alicuius deiecit, non magis quàm ſi iuſſu alicuius occidit. Cùm autem falſus eſt procurator, cum ipſo tantùm procuratore interdici debere, Sabini ſententia vera eſt.

14 ¶ Sed & ſi quod alius deiecit, ratum *q* habuero, ſunt, qui putent, ſecundum Sabinum & Caſsium, deieciſſe, interdictóque iſto teneri, & hoc verum eſt, rectius enim dicitur, in maleficio ratihabitionem *r* mandato *ſ* comparari.

15 ¶ Quod igitur additur, *aut familia t tua deiecit*, meritò ſcriptum eſt in eum caſum, in quem familia mea vi deiecit.

¶ Cæterùm, ſi iuſsit *u*, ipſe deiecit, nec grauari debet dominus, qui non iuſsit, ſi ſeruorum ſuorum factum præſtaret, "&" ſi non iuſſu eius deiecerunt, nam non grauabitur hoc nomine, quippe cùm aut peruenit ad eum aliquid, & reſtitueret: aut non peruenit, & ipſos ſeruos maleficij cauſa noxæ dedendo, indemnis erit *x*, quod *y* enim noxæ dedere compellitur, in damno debet reputare, cùm ſeruus hoc poſsit, domini deteriorem conditionem facere.

16 ¶ Familiæ *z* autem appellatio ſeruos *a* continet.

17 ¶ Sed quæritur, quem numerum ſeruorum contineat, vtrùm plurium, an verò "&" duorum, vel trium? Sed verius eſt, in hoc interdicto, etiam *b* ſi vnus *c* ſeruus vi deiecerit, familiam videri deieciſſe.

18 ¶ Familiæ appellatione & *d* eos quos *e* loco ſeruorum habemus, contineri oportere *f* dicendum eſt.

19 ¶ Si quis tamen neget, ſe ſeruum vel familiam defendere, cogendus eſt pati hoc interdictum, ad hoc ſcilicet, vt quod ad eum peruenit, reſtituat.

20 ¶ Si filiusfamilias vel mercenarius *g* vi deiecerit, vtile interdictum competit.

21 ¶ Si aduerſus eum, qui in libertatem ex ſeruitute, vel contrà petitur, poſt inchoatum liberale iudicium vtar interdicto, & liber iudicatus fuerit, & apparuerit ignorante eo à ſeruis eius vi me deiectum, in poſſeſsionem reſtituar.

22 ¶ Quod ſeruus vel procurator, vel colonus *a* tenent, dominus videtur *b* poſsidere, & ideo *c* his deiectis, ipſe deiici de poſſeſsione videtur, etiam *d* ſi ignoret eos deiectos, per quos poſsidebat.

¶ Et ſi quis igitur alius, per quem poſsidebam, deiectus fuerit, mihi competere interdictum, nemini dubium eſt.

23 ¶ Interdictum autem hoc nulli competit, niſi ei, qui tunc, cùm deiiceretur, poſsidebat, nec alius deiici viſus eſt, quàm qui poſsidet.

24 ¶ Siue autem corpore, ſiue animo poſsidens, quis deiectus eſt, palàm eſt, eum vi deiectum videri. Idcircóque ſi quis de agro ſuo, vel de domo proceſsiſſet, nemine ſuorum relicto, mox reuertens, prohibitus *e* ſit ingredi vel ipſum prædium, vel ſi quis eum in medio itinere detinuerit *f*, & ipſe poſſederit, vi deiectus videatur. ademiſti enim ei poſſeſsionem, quam animo retinebat, etſi non corpore.

25 ¶ Quòd vulgò dicitur *æſtiuorum hibernorúmque g ſaltuum non poſſeſsiones animo retinere*: id exempli cauſa didici Proculum dicere, nam ex *h* omnib. prædiis, ex quibus non hac mente recedimus, vt omiſiſſe poſſeſsionem vellemus, idem eſt.

26 ¶ Eum, qui neque animo, neque corpore poſsidebat, ingredi autem & incipere poſsidere prohibeatur: non videri deiectum, verius eſt. deiicitur enim, qui amittit poſſeſsionem, non qui non accipitur.

27 ¶ Vim vi repellere licere *i*, Caſsius ſcribit. idque ius naturâ comparatur. apparet autem (inquit) ex eo, arma armis repellere licere *k*.

28 ¶ Vi *l* poſsidere eum definiendum eſt, qui expulſo vetere poſſeſſore, adquiſitam per vim poſſeſsionem obtinet. aut qui in hoc ipſum aptatus & præparatus venit, vt contra bonos mores, auxilio ne prohiberi poſsit ingrediens in poſſeſsionem, facit. Sed qui per vim poſſeſsionem ſuam retinuerit, Labeo ait, non vi poſsidere.

29 ¶ Idem Labeo ait, eum, qui metu turbæ *m* perterritus fugerit, videri deiectum. Sed Pomponius ait, *n*, vim ſine *o* corporali vi locum non habere. Ego etiam eum, qui fugatus eſt ſuperuenientibus quibuſdam, ſi illi vi occupauerunt poſſeſsionem, videri vi deiectum.

30 ¶ Qui à me vi poſsidebat, ſi *p* ab alio *q* deiiciatur, habet interdictum.

31 ¶ Qui vi deiectus eſt, quidquid *r* damni ſenſerit ob hoc, quòd deiectus eſt, reciperare debet. priſtina enim cauſa reſtitui debet, quam habiturus erat, ſi non fuiſſet deiectus.

32 ¶ Si fundus, à quo vi expulſus ſim, mihi reſtitutus eſſet, cæteræ verò res, quæ vi ablatæ ſunt, non reſtituantur, hic dicendum eſt, interdictum nihilominùs tenere: quia verum eſt, vi deiectum.

¶ Planè ſi quis velit de poſſeſsione quidem rei ſoli per hoc interdictum experiri, de rebus verò mobilibus *ſ* ad exhibendum actione, poteſt hoc ſuo arbitrio habere. & ita Iulianus ſcribit.

¶ Idem ſcribit, & ſi quis vi bonorum raptorum de huiuſmodi rebus velit experiri.

33 ¶ Quod autem ait prætor, *Quæque ibi habuit*, ſic accipimus, vt omnes res contineantur, non ſolùm quæ propriæ ipſius fuerunt, verùm etiam ſi quæ apud eum depoſitæ, vel ei commodatę, vel pigneratę, quarúmque vſum, vel vſumfructum, vel cuſtodiam habuit, vel ſi quę ei collocatæ *t* ſunt. cùm enim dicat prętor, *habuit*, omnia hęc habendi verbo continentur.

34 ¶ Rectiſsimè autem pretor addidit. *Tunc u ibi habuit.* tunc, ſic accipimus, cùm deiiceretur. Et ideo & ſi quid poſtea deſiit illic eſſe, dicendum erit, in interdictum venire. Sic fit, vt etiam ſi homines, vel pecora demortua ſint poſt deiectionem, interdicto locus ſit.

¶ Denique ſcribit Iulianus eum qui vi deiecit ex eo prędio, in quo homines fuerant, propiùs eſſe, vt etiam ſine *x* culpa eius mortuis hominibus ęſtimationem eorum per interdictum reſtituere debeat, ſicuti fur hominis etiam *y* mortuo eo tenetur *z*.

35 ¶ Huic conſequens eſſe ait, vt villę quoque, & ædium incendio conſumptarum pretium reſtituere cogatur. vbi enim quis (inquit) deiecit, per eum ſtetiſſe *a* videtur, quo minùs reſtitueret.

36 ¶ Idcirco conſtare ait, eum qui vi deiecit, quique *b* vi ſine dolo malo deſierit poſsidere, interdicto teneri.

37 ¶ *Ibi* autem ait prætor, vt ne quis, & quæ illic non habuit, complectatur.

38 ¶ Sanè quòd ait pretor, *ibi*, quomodo accipimus? vtrum in eo loco, vnde quis vi deiectus eſt, an verò in omni poſſeſsione? Et meliùs dicetur: non ad angulum referendum, vel locum, in quo fuerit *b*, verum etiam ad omnem partem poſſeſsionis *c* qua quis caruit, cùm deiicitur.

39 ¶ Annus in hoc interdicto *d* vtilis eſt.

40 Ex die, quo quis deiectus eſt, fructuum *e* ratio habetur, quamuis in cæteris interdictis, ex quo edita ſunt, non retrò *f* computantur.

¶ Idem

a ✝ d. §. 6. *inſt. de interdict.*
b rei immobilis *v.* § 6. *ī. eod.*
c In eo titulus hic differt à titulo quod metus cauſa, ad exhibendum, de furtis, vi bonorum raptorum, § 6. *ī. eod.*
d *l. 3. §. 15. ī. eod.*
e rerum mobilium nomine.
f *al.* huic.
g Immobiliū venditione & donatione *naues* non comprehendi hinc collige. hoc enim interdicto non comprehenditur is qui de naue deiectus eſt, vt nec comprehenditur is qui ex vehiculo deiectus eſt, *vt hic.* conſtat autem hoc interdictum pertinere ad eos qui de re immobili deiiciuntur. §. 6. *ſup. eo.* adde *l. 20. §. 4. inf. quod vi aut clam. Paul. 5. ſent.* § 6. & eſt etiam de naui & carrucha ſimilis lex in legib. Longobardorū. *lib. 1. tit. 15.*
h ſed vtili actioni de reb. recuperandis *Paul. ib. §. 16.*
i ſolo cohærentibus. *v. l. 18. ī. de act. empt.*
k De vtraque poſſeſsione dixi *ſup. ad tit. de adq. poſſ.*
l Poſsidet enim *l. 1. §. 4. ſup. de adq. poſſ.*
m Imò colono deiecto competit hoc interdictum *l. 12. l. 18. inf. eo.*
n *v. l. 12. ſup. quæ in fraud. cred. l. 152. §. 12. ī de reg. iur.*
o Mandatum in flagitiis non excuſat, *l 37. ſup. ad l. Aquil. 13. in fin. ī. quod vi aut clam. l. 11. §. 3. ī. de iniuriis: l. 5. C. de accuſationib.*
p Imò excuſandus videtur, *l. 169. ī. de reg. iur. l 37. ſup. ad l. Aquil.*
q Maleficium meo nomine geſtum poteſt per me ratum haberi, ſi poteſt geri per alium alias nō, vt in adulterio. *Accurſ. Bologn.* per aliū enim adulter non fio.
r Ratihabitio etiam in delictis mandato comparatur: igitur retroagitur. v. Cuiac 17. *obſ.* 10. ſ *l. 3. §. 10. ī. eo. l. vlt. C. ad SC. Maced. l. 194. ī. de reg. iur. l. 7. in fi. C. quod cum eo.* t *Vnde vi* vtile interdictum eſt, non tantùm ſi dominus poſſeſsione eiicitur, ſed & ſi familia eius. *Paul. 5. ſent. 6. §. 2.*
u Iubens deiicere aliquem, ipſe eum deieciſſe intelligitur. Per alium & per ſe facere, paria. x Cur ita? collige ex *§. 2. Inſt. de noxalib. l. 7. §. 1. ſup. de damno.*
y Damnum eſt, noxæ dedere cogi.
z *l. 40. §. 2. & vlt. l. 196. ī. de verb. ſign.*
a Serui continentur appellatione familiæ, *vt hic.* An & mercenarij? Græci putant, & hanc legem ita accipiunt, *vt. §. 20. ī. eo.* b Familia etiam vnus ſeruus. *Cic. pro Cæcinna.* c Imò duo familiam facere poſſunt, *Paul. 5. ſent. 6. §. 3.* Imò ne quidem duo faciunt familiam. *l. 40. §. vlt. ī. de verb. ſign.* d *l. 25. §. 2. ſup. de ædilitio. l. 1. §. 5. ſup. de publicanis: l. 2. §. 14. ī. vi bonor. rapt.* e Mercenarius ſerui loco eſt, *l. 4. ſup. de vſu & habit.* Seruitutis tres ſpecies ſunt teſte Laceritio. Vna ἐν ϛέρνοις ὑποτραγίαις, vbi non poſsis viuere, vt velis. Altera ἐν κτήσει vt ſeruitus propriè ſumpta, qua quis alterius dominio ſubiicitur. Tertia ἐν ὑποταγῇ, qua ſeruiunt mercenarij, obærati, addicti, clientes, vaſalli.
f licet ſint liberi homines, non ſerui.
g Qui illi ſunt? alieni, mercenarij. *Cicero pro Cæcinna*, adde §. 20. ī. eod.

a Mercenarij inter domeſticos, *l. 11. §. 1. ī. de pœnis. Cic. pro Cæcinna.*
b *l. 1. C. de vſucap.*
c *l. 6. §. 5. C. de his qui ad Eccl.*
d *l. 44. §. vlt. ſup. de adq. poſſ.*
e *l. 3. §. 14. ī. eo.*
f *§. pen. ī. eo. Pau. 5. ſent. 6. §. 5.*
g *l. 3. §. 11. ſup. de adq. poſſ.*
h *l. 44. in fi. ſup. de adq. poſſeſſ.*
i *l. 17. ī. eod. l. 3. ī. de iuſtit. & iure, l. 4. ſup. ad l. Aquil.*
k Exceptio inculpatæ tutelæ hinc naſcitur, de qua v. Oldendor. c. 53. de except. *l. 1. C. vnde vi.*
l nota, vi poſsidere quid ſit.
m ipſo viſu, non ſolo rumore. *l. 33. §. 2. ſup. de vſucap.*
n & malè.
o *l. 3. § 7. ſup. eo. l. 9. ī quod met. cauſ.*
p Prædo ſi ab extraneo vi deiicitur, reſtituendus eſt. Cur? quia ab illo extraneo vi non poſsidet, *vt hic, & l. vlt. ī. de adq. poſſ. l. 10. C. de don. inter virum. c. 5. & 6. de reſtit. ſpoliat.*
q *v. Pau. 5. ſent. 6. §. 7.*
r *l. 6. ī. eo.*
ſ *l. 14. in fin. ī. eod.*
t locatæ ſunt. *vulgat. Hal.*
u *l. 1. inf. eod.*
x aliud ſi eius facto, *l. 10. inf. eo.*
y *l. pen. ī. eo. l. 7. §. 2. l. 8 l. 16. l. vlt. ī. de cond. furt. l. 30 ſup. de act. empt. l. 46 l. 67. in fi. ī. de furtis.*
z & ita, Raptor ſemper eſt in mora. *l. vlt. C. de condict. ob turp cauſ. l. 9. C. de furtis.*
a Qui alium deiicit, moram reſtituendi committit. *l. pen. ī. eo.* adde *l. 82. in fin. ī. de verb. obl.*
b quive dolo malo deſierit. *vulg. Hal.* ſed Florentina tamen probari poteſt. *arg. l. 5. ī. eod.*
c domus vel prædij.
d *l. 3. C. vnde vi.*
e *l. 4. C. vnde vi. l. 38. §. 4. ſup. de vſuris.*
f *l. 6. ī. eod. v. l. 2. ſup. de interdictis.*

¶ Idem eſt & in rebus mobilibus, quæ ibi erant. nam & eorum fructus computandi ſunt, ex quo quis vi deiectus eſt.

41 ¶ Non ſolùm autem fructuum ratio in hoc interdicto habetur, verùm *a* cæterarum etiam vtilitatum *b* habenda eſt. nam & Viuianus refert, in hoc interdicto omnia, quæcunque habiturus vel adſecuturus erat is, qui deiectus eſt, ſi vi deiectus non eſſet, reſtitui, aut eorum litem à iudice æſtimari *c* debere, eúmque tantum conſecuturum, quanti *d* ſua intereſſet, ſe vi deiectum non eſſe.

42 ¶ Ex interdicto *vnde vi*, etiam is qui non poſſidet, reſtituere cogetur.

43 ¶ Interdictum hoc quia atrocitatem *e* facinoris in ſe habet, quæſitum eſt, an liberto in patronum, vel liberis aduerſus parentes competit? Et verius eſt *f*, nec liberto in patronum, nec *g* in parentes liberis dandum eſſe. meliúſque *h* erit in factum actionem his competere. aliter atque ſi vi armata vſus ſit aduerſus libertum patronus, vel aduerſus liberos parens. nam hic interdictum competit.

44 ¶ Hoc interdictum & heredi *i*, & cæteris ſucceſſoribus competit.

45 ¶ Non alij autem quàm ei qui poſſidet *k*, interdictum vnde vi competere, argumentum præbet, quod apud Viuianum relatum eſt: ſi quis me vi deiecerit, meos non deiecerit, non poſſe me hoc interdicto experiri, quia per eos retineo poſſeſſionem, qui deiecti non ſunt.

46 ¶ Idem Viuianus refert, ſeruos quoſdam vi depulit, alios retinuit, & vinxit, aut etiam eis imperauit, vi te deiectum intellegi: deſiſſe enim poſſidere, cùm *l* ſerui ab alio poſſideantur. ¶ Et quod in parte ſeruorum dictum eſt, idem in omnibus dici ait, ſi fortè nemo depulſus eſſet, ſed poſſideri ab eo cœpiſſent, qui ingreſſus in poſſeſſionem eſſet.

47 ¶ Quid dicturi eſſemus, tractat, ſi aliquo poſſidente ego quoque ingreſſus ſum in poſſeſſionem, & non deiiciam poſſeſſorem, ſed vinctum *m* opus facere cogam: quatenus res (inquit) eſſet? Ego verius puto, eum quoque deiectum videri, qui illic vinctus eſt.

48 ¶ Ex cauſa huius interdicti, in hæredem *n*, & bonorum poſſeſſorem, cæteróſque ſucceſſores, in factum actio competit in id *o* quod ad eos peruenit.

8. *Paulus* ‖ lib. 65. ad Edictum. ‖

DOlóve *p* malo eorum factum eſt, quo minùs perueniret.

2. Armis deiectus quomodo accipitur. 9 De vi armata repellenda. 10. De procuratore. 11. De familia. 12. De eo qui dolo fecit, quò quis armis deiiceretur. 13. De vſufructu & vſu. 18. De herede.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 69. ad Edictum. ‖

QVod eſt *q*, & ſi *r* quis armis deiectus eſt, quia ex facinoribus defunctorum de *s* eo quod ad hæredem peruenit actio datur. ſufficit *t* enim, non in lucro verſari eum hæredem, non etiam damnum ſubire.

1 ¶ Hæc actio quæ aduerſus *u* hæredem ceteroſque ſucceſſores pertinet, perpetuò competit; quia *x* in ea rei perſecutio continetur.

2 ¶ Armis *y* deiectum quomodo accipimus; arma *z* ſunt omnia tela. hoc eſt, & fuſtes *a*, & lapides, non ſolùm gladij, haſtę, frameæ *b*, i. romphæę *c*.

3 ¶ Planè & ſi vnus vel alter fuſtem vel gladium tenuit, armis deiectus poſſeſſor videtur.

4 ¶ Plus dicitur, etſi inermes *d* venerant, ſi in ipſa concertatione, qui inermes venerant, eò proceſſerunt vt fuſtes aut lapides ſumerent, vis erit armata.

5 ¶ Qui armati venerunt, etſi armis non ſunt vſi ad deiiciendum, ſed deiecerunt, armata vis facta eſſe videtur. ſufficit *e* enim terror armorum, vt videantur armis deieciſſe.

6 ¶ Si quis autem viſis *f* armatis, qui alibi tendebant, metu hoc deterritus, profugerit, non videtur deiectus, quia non hoc animo fuerunt, qui armati erant, ſed aliò tendebant.

7 ¶ Proinde & ſi cùm armatos audiſſet *g* venire, metu deceſſerit ‖ de ‖ poſſeſſione, ſiue verum, ſiue falſum audiſſet, dicendum eſt non eſſe eum armis deiectum, niſi *h* poſſeſſio ab his fuerit occupata.

8 ¶ Si autem, cùm dominus veniret in poſſeſſionem armati eum prohibuerunt *a*, qui inuaſerant poſſeſſionem, videri eum armis deiectum. ‖

9 ¶ Eum igitur, qui cum armis venit, poſſumus *b* armis repellere. ſed hoc confeſtim *c*, non ex interuallo *d*: dummodò ſciamus non ſolùm reſiſtere permiſſum, ne deiiciatur: ſed etſi deiectus quis fuerit, eundem deiicere non ex interuallo, ſed ex continenti.

10 ¶ Cùm procurator *e* armatus venit, & ipſe dominus armis deieciſſe videtur, ſiue mandauit, ſiue (vt Iulianus ait) ratum *f* habuit.

11 ¶ Hoc & in familia dicendum eſt. nam cùm familia ſine me armata venit, ego non videor veniſſe, ſed familia: niſi iuſſi, vel ratum habui.

12 ¶ Hoc interdictum etiam aduerſus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quò quis armis deiiceretur, & poſt *g* annum reddetur in id *h* quod peruenit ad eum, qui *i* prohibuit.

13 ¶ Vnde vi interdictum neceſſarium fuiſſe fructuario apparet, ſi prohibeatur vti frui vſufructu fũdi.

14 ¶ Vti frui autem prohibuiſſe is videtur, qui vi deiecit vtentem & fruentem, aut non admiſit *k*, cùm ex fundo exiſſet non vſusfructus deſerendi cauſa.

¶ Cæterùm ſi quis ab initio *l* volentem incipere vti frui prohibuit, hoc interdictum locum non habet. quid ergo eſt? debet fructuarius vſumfructum vindicare.

15 ¶ Pertinet autem hoc interdictum ad eum qui fundo vti frui prohibitus eſt. pertinebit etiam ad eum, qui ædificiis vti frui prohibetur.

¶ Conſequenter autem dicemus, ad res mobiles *m* hoc interdictum non pertinere, ſi quis vti frui prohibitus eſt re mobili, niſi *n* ‖ ſi ‖ rei ſoli accedebant res mobiles. Si igitur ibi fuerunt, dicendum eſt, etiam ad eas referri hoc interdictum debere.

16 ¶ Item ſi non vſusfructus, ſed vſus ſit relictus, competit hoc interdictum. ex quacunque enim cauſa conſtitutus eſt vſusfructus *o* vel vſus, hoc interdictum locum habebit.

17 ¶ Qui vſusfructus nomine qualiter qualiter *p* fuit quaſi in poſſeſſione, vtetur hoc interdicto. Sed ſi quis poſteaquàm prohibitus eſt, capite minutus ſit, vel mortuus, rectè dicitur, hæredibus & ſucceſſoribus competere hoc interdictum, non vt in futurum conſtituatur vſusfructus, ſed vt præterita cauſa, & damnum præteritum ſarciatur.

18 ¶ Heres *q* quoque ſimili modo debebit in factum actionem ſuſcipere in id *r* quod ad ſe peruenit.

De municipibus.

4. *Vlpianus* lib. 10. ad Edictum.

SI vi me deiecerit quis nomine *s* municipum, in municipes *t* mihi interdictum reddendum, Pomponius ſcribit, ſi quid *u* ad eos peruenit.

De compulſo in poſſeßionem inducere.

5. *Idem* ‖ lib. 11. ad Edictum. ‖

SI rerum *x* tibi poſſeſſionem tradidero, dicit Pomponius, vnde vi interdictum ceſſare, quoniam non eſt vi deiectus, qui compulſus *y* eſt in poſſeſſionem inducere.

De condemnatione in id quod intereſt.

6. *Paulus* ‖ lib. 17. ad Edictum. ‖

IN interdicto vnde vi tanti *z* condemnatio facienda eſt, quanti interſit poſſidere. & hoc iure nos vti, Pomponius ſcribit, id eſt tanti rem videri, quanti *a* actoris interſit. quod aliàs *b* minus eſſe, aliàs plus. nam ſæpè actoris pluris intereſſe, hominem retinere, quàm *c* quanti is eſt, veluti cùm quæſtionis *d* habendæ, aut rei probandæ gratia, aut hæreditatis *e* adeundæ, interſit eius, eum poſſideri.

Si alius deiecit, alius poßidet.

7. *Idem* ‖ lib. 24. ad Edictum. ‖

CVm *f* à te vi deiectus ſim, ſi Titius eandem rem poſſidere cœperit, non poſſum cum alio, quàm *g* tecum, interdicto experiri.

De non domino.

8. *Idem* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

FVlcinius dicebat, vi poſſideri, quotiens vel non dominus *h*, cùm tamen poſſideret, vi deiectus eſt.

De hæredibus. De vſufructu.

9. *Idem* ‖ lib. 65. ad Edictum. ‖

SI plures hæredes ſunt, vnuſquiſque non ‖ in ‖ amplius quàm *i* ad eum peruenerit, tenetur. Qua de cauſa interdum in ſolidum tenebitur is, ad quem totum peruenerit, quamuis ex parte hæres ſit.

1 ¶ Deiectum ab vſufructu *k*, in eandem cauſam

a *l.6.inf. eod.*
b Interdicto vnde vi quiſque etiam lucrum conſequitur, quod facturus fuerat, ſi non ei iniuria facta fuiſſet.
c *v.l.vnic. Cod. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt.*
d *v.l.3.§.3.inf.de itin. actuque.*
e *§.3.verſ. Ad ſolam.ſup.eo.*
f *l.2.in fin.l.7.ꝭ. de obſequiis.*
g *v. l.5. C.de falſis.*
h *l.11.in fi.ſup.de dolo.*
i *§.1.verſ. Sed heredib. Inſt. de perpet.& tempor.*
k Hoc interdictũ datur poſſeſſori.
l Non poſſidet, qui ab alio poſſidet.
m *§.24.ſup.eo.* adde *Paul.5.ſent 5.§.6.*
n *l.3.in fi. inf.eod. l.2 in fi. C.vnde vi.*
o *l 9.in fi. pr.ꝭ.eod.*
p Dolus ſiquidem repræſentat poſſeſſionem, *l.131.l.150.ꝭ.de reg.iur.*
q Idem eſt. *vulg.* quod quidem eſt. *Hal.*
r v. locum elegantem apud Ciceronem 15. *Epiſt. famil.* 16.
s Turpia lucra hæredib. extorquentur, *l.5. ſup. de calumniatoribus l.16. in fin.l.19.ſup.quod metus cauſa,l.35.ꝭ. de obl.l.38.ꝭ. de reg.iur.l.vnic. C.ex delictis defuncto.*
t *l.38.inf.de regul. iur.*
u *l.1.in fi. ſup.eo.*
x optima ratio. Nam quæ rei perſecutionem continẽt actiones perpetuæ ſunt, *l.35.ꝭ.de verb. obl.* perpetuæ, inquam, non tamen excedunt trigeſimum & quadrageſimum annum *l.7.Cod.de præſcript.30.ann.*
y *v.Cicer. pro Cæcina.*
z *§.9.in fin. Inſt. de interdictis.l.4.ꝭ. de verb. ſig. v. 10. Gell.25.* De apparatu armorum v. Labeonem *in tract. de belli apparatu*, §. 5. Iſidorum 18.*c.5. & ſeq.*
a ῥόπαλον 10. *Ecl. ex lib.60.tit.17.c.7.*
b *Framea* vocabulum Germanicum. Haſtas, vel ipſorum vocabulo *frameas* gerunt, anguſto & breui ferro, Tacitus *lib.de moribus Germanorum.* eſt igitur framea, haſta anguſto & breui ferro. Eques ſcuto & framea contentus erat *Tacit.ib* Iſidorus 18.*orig.6.* ſpatam interpretatur & gladium ex vtraque parte acutum. Spatæ & ſemiſpatæ meminit Ælianus 2.*de re militar.15.& 10.Gell.25.*
c ῥομφαία *Ecl.ib.* Romphæa genus teli Thraciæ nationis. Ennius 14. *Annal.apud Gell.10.c.25.* cuius etiam meminit Liuius. Hinc 2.*Apocal. verſ.15.* hoc dicit, ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν De romphæa quædam etiam dixi ſuperius: ſeptuaginta interpretes Romphæam vſurpant in Pſalmis.
d Inermis autem non fuiſſe videtur, qui glebis, ſaxis aut fuſtibus aliquem eiecit. Imò & qui prætereuntes ramum defregerunt arboris, vt quem eò eiicerent: ac quod magis eſt, inermis nec videtur qui vim armati habet ad nocendum, etiam ſi arma non habeat, vt notat Cicero, *orat. pro Cæcinna.* Plerique enim ita robuſti à natura & corpore, vt pugnus eis ſit armorum vice. e Deieciſſe videtur, qui armis terruit. f Metus oculis concipi poteſt. g Metus auditu & opinione conceptus, vanus eſt, niſi effectus ſecutus ſit, *l.9.ſup. quod met. cau.*
h *l.1.§.29.ſup.eo Pau.5.ſent.6.§.4.*

u *l.27.ſup.de rebus cred.* x ſi iterum tibi. *Hal.* y *l.9.in fi.pr.ſup.* quod met.
z *l.1.§.31.& 41.ſup.eo.l.4.C.vnde vi.*
a Tanti res æſtimatur quanti actoris intereſt.
b *l.13.ſup.de re iudic.* c l. quam pretium rei accipere. d *l.vlt. ſup.ad exhib.*
e *l.52.§.28.ꝭ.de furtis.* f in eum qui deiecit agitur, etiam ſi non poſſideat.
g *l.15.ꝭ.eo.l.4.§.22.ſup.de vſurp.* h *l.1.§.3.ſup.eo.l.4.§.7.ſup.ſi ſerv. vind. l. vlt.ſup. de adquir.poſſ l.2.in fi.ꝭ.tit.prox.* i *l.1.in fi.ſup.eod.*
k *l.3.§.13.14.15.16.ſup.eo.l.10.inf.eod.*

prætor

prætor reſtitui iubet,id eſt,in qua futurus eſſet, ſi deiectus non eſſet. itaque ſi tempore *a* vſusfructus finitus fuerit, poſtquam deiectus eſt à domino, nihilo minus cogendus erit reſtituere, id eſt vſumfructum iterum conſtituere.

10. *Gaius* "lib. 2. ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa."

SI de fundo proprietarium, & fructuarium *b* prædo expulerit: atque ob id fructuarius conſtituto tempore non vſus, perdiderit ius ſuum, nemo dubitat, quin dominus, ſiue experiatur cum fructuario aduerſus prædonem, ſiue non experiatur, retinere debeat reuerſum ad ſe vſumfructum: & quod fructuarius perdidit, id ad damnum eius pertineat, cuius facto periit.

Si quis re poſſeſſa prohibeatur vti arbitrio ſuo.

11. *Pomponius* ‖lib. 6. ex Plautio.‖

VIm *c* facit, qui non ſinit poſſidentem *d* eo quod poſſidebit, vti arbitrio ſuo ſiue inferendo *e*, ſiue fodiendo, ſiue arando, ſiue quid ædificando *f*, ſiue quid *g* omnino faciendo, per quod liberam poſſeſſionem aduerſarij non relinquit.

Si colonus, qui emptorem non admiſit ab alio deijciatur.

12. *Marcellus* ‖lib. 19. Digeſtorum.‖

COlonus eum, cui *h* locator fundum vendiderat, cùm is in poſſeſſionem miſſus eſſet, non admiſit: deinde colonus vi ab alio *i* deiectus eſt. quærebatur, quis haberet interdictum vnde vi? Dixi nihil *k* intereſſe, colonus dominum ingredi volentem prohibuiſſet, an emptorem; cui iuſſiſſet dominus tradi poſſeſſionem non admiſit. igitur interdictum vnde vi colono competiturum *l*, ipſumque ſimili interdicto locatori *m* obſtrictum fore, quem deieciſſe tunc videretur, cùm emptori poſſeſſionem non tradidit: niſi fortè propter iuſtam & probabilem cauſam *n* id feciſſet.

De fama.

13. *Vlpianus* ‖lib. 27. ad Sabinum.‖

NEque vnde vi, neque aliud interdictum famoſum *o* eſt *p*.

De eo qui vi, clam, aut precario poſſidet. De fundo, & rebus mobilibus.

14. *Pomponius* "libro 32. ad Sabinum."

SEd ſi vi armata deiectus es, ſicut ipſum fundum recipis, etiam ſi vi, aut clam, aut precario *q* eum poſſideres, ita res quoque mobiles *r* omnimodo recipies.

Si is qui deiecit, vel vi, aut clam fecit, poſſidere deſierit.

15. *Paulus* "libro 13. ad Sabinum."

SI vi me deieceris, vel vi aut clam feceris, quamuis ſine *ſ* dolo & culpa amiſeris poſſeſſionem, tamen damnandus es, quanti mea interſit: quia in eo ipſo culpa tua præceſſit *t*, quod omnino vi deieciſti, aut vi, aut clam feciſti.

De patre deijcientis.

16. *Vlpianus* ‖lib. 29. ad Edictum.‖

IN interdicto vnde vi *u* dicendum eſt, vt eius cauſa, quod ad patrem *x* peruenit, ipſe teneatur.

De deiectione & recuperatione.

17. *Iulianus* "lib. 48. Digeſtorum."

QVi poſſeſſionem vi ereptam, vi in *y* ipſo congreſſu recuperat, in priſtinam cauſam reuerti potius, quàm vi poſſidere intelligendus eſt. ideoque ſi te vi deiecero, illico tu me, deinde ego te, vnde vi interdictum tibi vtile erit.

Si emptor colonum à quo non "fuit admiſſus, expulerit.

1. *De rei vindicatione.*

18. *Papinianus* "lib. 26. Quæſtionum."

CVm fundum qui locauerat, vendidiſſet, iuſſit emptorem in vacuam *z* poſſeſſionem ire, quem colonus intrare prohibuit. poſtea emptor vi colonum expulit: interdictis *a* vnde vi quæſitum eſt? Placebat, colonum interdicto venditori *b* teneri, quia nihil intereſſet, ipſum, an alium ex voluntate eius miſſum intrare prohibuerit. neque enim ante *c* omiſſam *d* poſſeſſionem videri, quàm ſi tradita fuiſſet emptori, quia nemo eo animo eſſet, vt poſſeſſionem amitteret propter emptorem, quam emptor adeptus non fuiſſet. emptorem quoque, qui poſtea vim adhibuit, & ipſum interdicto colono teneri. non enim ab ipſo, ſed à venditore per vim fundum eſſe poſſeſſum, cui poſſeſſio eſſet ablata.

¶ Quæſitum eſt, an emptori ſuccurri debeat, ſi voluntate venditoris colonum poſtea vi expuliſſet? Dixi non eſſe iuuandum, qui *e* mandatum illicitum *f* ſuſceperit.

1 ¶ Eum *g*, qui fundum vindicauit ab eo, cum quo interdicto vnde vi potuit experiri, pendente iudicio nihilominus interdicto rectè agere placuit.

De periculo interitus.

19. *Tryphoninus* "lib. 15. Diſputationum."

MEritò Iulianus reſpondit, ſi me de fundo vi deieceris in quo res mouentes fuerunt, cùm mihi interdicto vnde vi reſtituere debeas, non ſolum poſſeſſionem ſoli, ſed & ea, quæ ibi fuerunt, quamquam ego moram *a* fecero, quo minùs interdicto te conueniren, ſubtractis tamen mortalitate *b* ſeruis, aut pecoribus, aliiſve rebus caſu intercidentibus, tuum "tamen" onus nihilominus in eis reſtituendis eſſe, quia ex ipſo tempore delicti plus quam fruſtrator debitor conſtitutus eſt.

De conductore deiecto.

20. *Labeo* ‖lib. 3. Pithanon à Paulo epitomatorum.‖

SI *c* colonus tuus *d* vi deiectus eſt, ages vnde vi interdicto. Idem, ſi inquilinus tuus vi deiectus fuerit.

Paulus ¶ Idem dici poteſt de coloni colono, item inquilini inquilino.

a *l.1.§.34.35.in fin.* ⁊ *eod.*
b *d.§.35. Paul.3. ſent.6.§.8.*
c Si colonus tuus vel inquilinus deiecti ſint, vnde vi interdicto potes experiri.
d adde *l.8.in fin.* ⁊ *de religioſis.*
e *l.8.C.6.§.4.Inſt. de interdict.* adde 58. *Eclog.14.*
f hoc interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis.
g vti nunc eas *l.3. §.6. in fin.* ⁊ *eod. Feſtus in verbo, Poſſeſſio*, v. Cuiac. 5. *obſer.* 22.
h His modis mala fide poſſidemus.
i Cur ita? fortè quia alia remedia competunt. *l.1.§.1. 14.15.* ⁊ *de cloacis.*
k *l.3.in fin.* ⁊ *eod.*
l *§.4. verſ. ſed interdicto. Inſt. de interdictis.*
m habet, *vulg.* "habeat. *Hal*
n In hoc interdictum venit vt reus deſiſtat à turbatione præſenti & futura ⁊. *ne vis fiat ei*, eoque nomine cautio exigitur, *l.1.C. eo.* venit etiam reſtitutio damni & intereſſe. *l.3.in fin.* ⁊ *eod.*
o *§.4.* ⁊ *eod & d. verſ. ſed interdicto. Paul.5. ſent.6.§.1.*
p Separatorum ſeparata eſſe debet ratio, *l.12.§.1.* ⁊ *de acq.poſſ.*
q Poſſeſſionis à proprietate differentia.
r Quem poſſeſſorē eſſe conſtat, is rei partes obtinet.
ſ Vindicationes poſſeſſionis, interdicta vti poſſidetis & vtrubi: Cur interdicta in ipſa poſſeſſione redduntur: vt vindicationes rerum in re vel in rem actiones dicuntur, quod in re ipſa, veluti in fundo ipſo præſenti, vel in gleba quaſi in fundo potius quàm rei vel fundi cauſa moueantur.

TIT. XVII.

Interdictum. 1. Summa. 2. Et ratio interdicti. Quibus caſibus locum habet. 4. De poſſeſſione acquirenda, vel reſtituenda. Collatio huius interdicti & interdicti, vnde vi. 5. De vi, clam, precario. 6. De poſſeſſore. 7. Totius, vel partis. 8. De rebus ſoli. 9. De violenta, clandeſtina, precaria poſſeſſione.

1. *Vlpianus* "lib. 69. ad Edictum."

AIt prætor: *Vti* g *eas ædes quibus de agitur, nec* h *vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis: quominus ita poſſideatis vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum non dabo* i, *neque pluris quàm quanti* k *res erit, intra annum, quo primum experiundi poteſtas fuerit, agere permittam.*

1 ¶ Hoc interdictum de ſoli *l* poſſeſſore ſcriptum eſt, quem potiorem prætor in ſoli poſſeſſione habebat *m*, & eſt prohibitorium *n* ad retinendam *o* poſſeſſionem.

2 ¶ Huius autem interdicti proponendi cauſa hæc fuit. quòd ſeparata *p* eſſe debet poſſeſſio *q* à proprietate. fieri enim poteſt, vt alter poſſeſſor ſit, dominus non ſit: alter dominus quidem ſit, poſſeſſor verò non ſit. fieri poteſt, vt & poſſeſſor idem, & dominus ſit.

3 ¶ Inter litigatorees ergo "quoties" eſt proprietatis controuerſia, aut conuenit "inter litigatores," vter poſſeſſor ſit, vter petitor, aut non conuenit. Si conuenit *r* abſolutum eſt ille poſſeſſoris commodo, quem conuenit poſſidere, ille petitoris onere fungetur.

¶ Sed ſi inter ipſos contendatur, vter poſſideat, quia alteruter ſe magis poſſidere affirmat, tunc, ſi res ſoli ſit, in *ſ* cuius poſſeſſione contenditur, ad hoc interdictum remittentur *t*.

4 ¶ Eſt igitur hoc interdictum, quod vulgo *u vti poſſidetis* appellatur, retinendæ *x* poſſeſſionis. nam huius rei cauſa redditur, ne vis fiat ei qui poſſidet, & conſequenter proponitur poſt interdictum *vnde vi* y: illud *z* enim reſtituit vi amiſſam poſſeſſionem, hoc "interdictum" tuetur, ne amittatur poſſeſſio. denique prætor poſſidenti vim fieri vetat, & illud quidem interdictum oppugnat poſſeſſorem, hoc tuetur.

¶ Et (vt Pedius ait,) omnis de poſſeſſione *a* controuerſia aut eo pertinet, vt quod non poſſidemus nobis reſtituatur *b*, aut ad hoc, vt retinere *c* nobis liceat quod poſſidemus.

¶ Reſtitutæ *d* poſſeſſionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem *e*. Retinendæ itaque poſſeſſionis duplex via eſt, aut exceptio, aut interdi-

t vt poſtea de proprietate cognoſcatur, *l.35.* ⁊ *de acq.poſſ. l.5.§.1.* ⁊ *ad l.Iul.de vi publ. l.7.C.de ind. l.13.C.de rei vind. l.3. C.fin.regund. l.3. C.de interdict. l.14. C.de agric.*
u à primis verbis interdicti. x interdicto vti poſſidetis poſſeſſionem retinemus. *§.1.* ⁊ *eod.* y quod pertinet ad recuperandam poſſeſſionem, *l.1.§.1.* ⁊ *de vi & vi.* prius eſt autem vt recuperetur poſſeſſio, quàm vt retineri poſſit. vix eſt enim vt quidquam retineri poſſit quod apprehenſum non ſit.
z Interdicti *vti poſſidetis, & vnde vi* differentia.
a Poſſeſſionum controuerſiæ eò pertinent, vt vel poſſeſſio nobis reſtituatur, vel à nobis retineatur. Reſtituatur, amiſſa, Retineatur, non amiſſa.
b videtur Iuriſconſultus abuti vocabulo *reſtituendi*, & eo complecti, adipiſcendæ & recuperandæ poſſeſſionis interdicta, *§.6. Inſt. de interdict. l.2.§.3.* ⁊ *de interdict.* aliàs adipiſcendæ poſſeſſionis interdicta Pedius malè omitteret.
c hinc interdictum retinendæ poſſeſſionis. *§.4. Inſt. de interdict.*
d reſtituendæ & ita Bart. Alberic.
e fortè legendum, *exceptionem*, idque verba quæ ſequuntur exprimunt. Retinendæ itaque, inquit, poſſeſſionis duplex via eſt, aut exceptio, aut interdictum. Sed, tamen actionis verbo actionem in factum intelligere poſſis, de qua in *l.4. §.2. ſupra de damno. l.3.§.2. ſupra ne vis fiat ei*, vide quæ dixi ad *l.vlt. Cod. de act. empt.* aut condictionem incerti. vide Cuiacium 5. *obſeru.* 17. Dicam plenius, Retinendæ poſſeſſionis plura eſſe remedia. eſt interdictum *ne vis fiat ei, ſupra titulum* 4. (cuius affinia remedia ſunt, actio in factum, de qua hic agitur: manus militaris *dict. l.3. in princ. l.5.§.27. ſupra vt in poſſeſſ.* ſequeſtratio poſſeſſionis litigioſæ, *l.5.§.1. in fin. ſupra vt legator,*) interdictum, *vti poſſidetis*, vt hoc titulo. Interdum vtrubi ⁊. *tit.31.* de itinere actuque priuato. ⁊. *tit.19.* de aqua quotidiana & æſtiua ⁊. *tit. eodem.* de riuis ⁊ *tit.21.* de fonte. ⁊. *tit.22.* officium iudicis, cùm periculum eſt ne partes veniant ad arma, *l.13.§.3. ſupra de vſufruct.* Vide Menochium *in commentario de retinenda poſſeſſione.*

via eſt, aut exceptio, aut interdictum. exceptio datur ex multis cauſis *a* ei qui poſsidet.

5 ¶ Perpetuo autem hoc interdicto inſunt hæc *b*, *quod nec vi, nec clam, nec precario, ab illo poßidet.*

6 ¶ Interdictum autem *c* poſſeſſorem prædij *d* tuetur, quod eſt *vti poßidetis*. actio *e* enim nunquam ſ vltro *g* poſſeſſori *h* datur: quippe ſufficit ei quod poſsideat.

7 ¶ Hoc interdictum locum habet, ſiue quis totum fundum poſsidere ſe dicat, ſiue pro certa *i* parte, ſiue pro *k* indiuiſo ‖ poſsideat. ‖

8 ¶ Hoc interdictum in omnibus etiam poſſeſsionibus quæ ſunt ſoli ſine dubio locum habebit, dummodo *l* poſsideri poſsit *m*.

9 ¶ Quod ait prætor in interdicto, *nec vi, nec clam, nec precario, alter ab altero poßidetis*, hoc eo pertinet, vt ſi quis poſsidet vi, aut clam, aut precario, ſi quidem ab alio *n*, proſit ei poſſeſsio: ſi verò ab aduerſario ſuo, non debeat eum propter hoc, quòd ab eo poſsidet, vincere. has enim poſſeſsiones non debere proficere palam eſt.

2. *Paulus* ‖ lib. 65. ad Edictum. ‖

IVſta enim, an iniuſta aduerſus cæteros poſſeſsio ſit, in hoc interdicto nihil refert. qualiſcumque enim poſſeſſor, hoc ipſo, quòd poſſeſſor eſt, plus iuris habet quàm ille, qui non poſsidet.

De duobus in ſolidum poßidentibus. 1. De actore & reo. 2. De eo qui prohibetur ædificare. 3. Vel ædes reficere. 4. Vel fundum colere. 5. De proiectione ſupra ſolum. 6. Vel in ædes vicini. 7. De cœnaculo & ſuperficie. 8. De his qui in poſſeßionem mißi ſunt. 9. De tectoriis. 10. De eo qui à vi poßidente accepit. 11. In quantum ſit condemnatio.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 69. ad Edictum. ‖

SI duo poſsideant in ſolidum, videamus, quid ſit dicendum: quod qualiter procedat, tractemus. Si quis proponeret *o* poſſeſsionem iuſtam & iniuſtam? ego poſsideo ex iuſta cauſa, tu vi, aut clam *p*. ſi à *q* me poſsides, ſuperior ſum interdicto: ſi verò non à me, neuter noſtrum vincetur. nam & tu poſsides, & ego.

1 ¶ Hoc interdictum duplex *r* eſt. & hi quibus competit, & actores & rei ſunt.

2 ¶ Hoc interdictum ſufficit ei, qui ædificare *ſ* in ſuo prohibetur, etenim videris mihi poſſeſsionis controuerſiã facere, qui prohibes me vti mea poſſeſsione.

3 ¶ Cum inquilinus *t* dominum ædes reficere volentem prohiberet, æquè competere interdictum vti poſsidetis, placuit, teſtarique dominum non prohibere inquilinum, ne *u* habitaret, ſed ne poſsideret.

4 ¶ Item videamus, ſi auctor *x* vicini tui ex fundo tuo vites in ſuas arbores tranſduxit *y*, quid iuris ſit. & ait Pomponius, poſſe te ei denuntiare, "&" vites præcidere. idque & Labeo ſcribit, aut vti eum debere interdicto vti poſsidetis de eo loco, quo radices continentur vitium. nam ſi tibi vim fecerit, quo minus eas vites vel præcidas, vel tranſducas, vim tibi facere videtur, quo minus poſsideas: etenim qui colere fundum prohibetur, poſsidere prohibetur, inquit Pomponius.

5 ¶ Item videamus, ſi proiectio *z* ſupra vicini ſolum *a* non iure haberi dicatur, an interdictum vti poſsidetis ſit vtile alteri aduerſus alterum? Et eſt apud Caſsium relatum, vtrique eſſe inutile *b*, quia alter ſolum poſsidet, alter cum ædibus ſuperficiem.

6 ¶ Labeo quoque ſcribit: Ex ædibus meis in ædes tuas *c* proiectum habeo. interdicis mecum *d*, ſi eum locum poſsideamus, qui proiecto tegetur. An *e*, quo facilius poſsim retinere poſſeſsionem eius proiectionis, Interdico tecum, ſicuti *a* nunc *b* poſsidetis eas ædes, ex quibus proiectus *c* eſt?

7 ¶ Sed ſi ſupra ædes quas poſsideo, cœnaculum *d* ſit *e*, in quo alius quaſi dominus moretur, interdicto vti poſsideris, me vti poſſe Labeo ait, non eum, qui in cœnaculo moraretur. *ſemper enim ſuperficiem f ſolo cedere.*

¶ Planè ſi cœnaculum ex publico *g* aditum habeat, ait Labeo, videri non ab eo ædes poſsideri, qui κρύπτας *h* poſsideret, ſed ab eo, cuius ædes ſupra κρύπτας eſſent. verum eſt hoc in eo, qui aditum ex publico habuit.

¶ Cæterùm ſuperficiarij *i* proprio interdicto, & actionibus à prætore vtentur. dominus autem ſoli tam aduerſus alium quàm aduerſus ſuperficiarium potior erit interdicto vti poſsidetis. ſed prætor ſuperficiarium tuebitur ſecundum legem locationis. & ita Pomponius quoque probat.

8 ¶ Creditores miſſos in poſſeſsionem rei ſeruandæ cauſa, interdicto vti poſsidetis vti non poſſe. & meritò; quia non poſsident *k*. Idémque & in cæteris omnibus, qui cuſtodiæ cauſa miſsi ſunt in poſſeſsionem dicendum eſt.

9 ¶ Si vicinus meus in parte mea tectoria *l* habeat, & in parte ſua *m*, vti poſsidetis mihi efficax eſt, vt ea tollere compellatur.

10 ¶ Non videor vi poſsidere, qui *n* ab eo, quem *o* ſcirem vi in poſſeſsionem eſſe, fundum accipiam.

11 ¶ In hoc interdicto, condemnationis ſumma refertur ad rei ipſius æſtimationem. *Quanti* p *res eſt*, ſic accipimus, quanti vniuſcuiuſque intereſt, poſſeſsionem retinere. Seruij autem ſententia eſt *q* exiſtimantis, tanti poſſeſsionem æſtimandam. quanti ipſa res eſt. ſed hoc nequaquam opinandum eſt: longè enim aliud *r* eſt rei pretium, aliud poſſeſsionis *ſ*.

De fructuariis, & vſuariis.

4. *Idem* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

IN ſumma puto dicendum, & inter fructuarios hoc interdictum reddendum, etſi alter vſumfructum, alter poſſeſsionem *t*, ſibi defendat.

¶ Idem erit probandum, & ſi vſusfructus quis ſibi defendat poſſeſsionem, & ita Pomponius ſcribit.

¶ Proinde & ſi alter vſum, alter fructum ſibi tueatur. & his interdictum erit dandum.

DE *u* SVPERFICIEBVS *x*.

TIT. XVIII.

Interdictum. 1. Ratio interdicti & de actione ciuili. 2. Collatio huius interdicti & ſuperioris. 3. De actione in rem. 5. De euictione. 6. De vſufructu, vſu. 7. Traditione, legato, donatione. 8. Communi diuidundo. 9. De ſeruitutibus.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

PRætor ait: *Vti, ex lege locationis ſiue conductionis ſuperficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruemini, quo minus fruamini, vim fieri veto. Si qua alia actio de ſuperficie poſtulabitur, cauſa cognita dabo.*

1 ¶ Qui

a ſunt enim variæ exceptionum cauſæ, putà pacti, rei iudicatæ, iuriſiurandi: doli, & ſimiles.

b Nam ſi aliquo ex his modis à me poſsides, vinci debebis.

c Traiectio eſt verborum: itaque lege, interdictum autem, quod eſt *vti poßidetis*, poſſeſſorem prædij tuetur.

d Hoc interdictum pro poſſeſsione rerum corporalium, *vt hic*. & incorporalium *l. 8. §. 5. in fin. ſ. ſi ſeru. vindic.* vſusfructus & ſeruitutum perſonaliũ, *l. vlt. j. eo.* (nam in ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuam, vt eſt iter & actus, recurritur ad interdictũ, *de itinere actuque priuato*) Iuriſdictionis & huiuſmodi iurium, puta percipiendi fructus annui competit, *c. licet. 9. de probationibus.*

e Hinc collige differentiam inter actionem & interdictum.

f Imo, aliquando poſſeſſor actoris partes ſuſtinet. *§. 2. in fi. Inſt. de act. 2. ſ. de lege Rhodia. l. 9. ſup. de rei vind. l. 25. ſ. de act. empt. l. 13. §. 7. j. de iniuriis.* Dic poſsidenti negatoriam non dari. *Accurſ.* non dari poſsidenti, niſi non detineat. *Bart.* vel non dari vindicationem pro re ſeu ad rem, ſed perſonales *Bar.* veluti ex debito *Alberic.* vt & actionem in factum ex hoc interdicto *Bart.*

g i ita vt prior agat, *vt l. 10. ſup. de neg. l. 71. §. 1. ſ. commodati, l. penult. ſup. in quib. cauſ. pign.*

h Contra poſſeſſorem datur interdictum *vti poßidetis*. & tamen in hoc interdicto poſſeſſor agit: in cæteris cauſis non æque. Quæ res facit vt interdictum *vti poſsidetis*, poſsit referri ad id quod Iuſtinianus ſcribit, vno caſu eum qui poſsidet actoris partes ſuſtinere. *§. 2. in fin. Inſt. de act.* alias poſſeſſori nunquam datur actio, *vt hic.* Cur tam variè? poſſeſſori, cui ſolius proprietatis, nulla vero poſſeſsionis controuerſia mouetur, ſufficere debet, quod liberè poſsideat. At, non ſufficit poſſeſſori, cui poſſeſsionis mouetur quæſtio, quòd poſsideat: niſi & liberè pariter poſsideat. Ideoque non mirum ſi poſſeſſor eo caſu actoris partes ſuſtinet, cum deſit ei libera poſsidendi facultas. i Nam incerta pars poſsideri non poteſt, *l. 3. §. 2. l. 26 ſup. de adquir. poſſ.* k Pars certa hic opponitur parti pro indiuiſo. Eſt enim pars pro indiuiſo incerta Imo oculis aut digito pars ea demonſtrari non poteſt: fuſa eſt enim ſparſáque per id omne quod commune eſt. vide *l. 7. ſup. quibus modis vſusf. amitt. & l. 6. §. 1. ſup. comm. præd.* l iuſta exceptio de qua *v. l. 1. in fi. l. 30. §. 1. ſup. de adquir. poſſeſſ.* m poſſunt *Hal.* n *l. 2. 3. inf. eo. l. vlt. ſ. de adq. poſſ. l. 4. §. 23. ſup. de vſurp. l. 17. j. de precario, §. 4. Inſt. de interdictis.*

o Ex Trebatij ſc ſententia. cui neque Proculiani neque nos (Vlpianum intellige) aſſentimur. & ita Cuiacius conciliat hanc legem cum lege 3. §. 5. *ſup. de adquir. poſſ.* quæ negat duos in ſolidum poſsidere poſſe. p i. iniuſte: ſi quidem clam poſſeſsio iniuſta eſt. *l. 7. §. 4. ſup. comm. diuid.*

q i. poſt me. r *§ 7. verſ. duplicia. Inſt. de interdict. l. 37. inf. de obl. & act.*

ſ *§. 3. 4. j. eo. l. 11 ſup. tit. prox. l. 52. §. 2. ſup. de adq poſſ.* t *v. l. 12. in fi. ſ. tit. prox.*

u v. quæ ſcripſi ad *l. 3. C. de locato.* x actor *vul. Hal.*

y Mos enim erat apud veteres vlmis vites adiungere, Virgil. *Georgic.* maritare *Horat. 1. Epod.* 2 fœcunda vitis coniuges vlmos grauat. *Virgil in laudibus Hortuli.* adde 17. *Plin.* 23. z proiectum. *vulg. Hal.*

a non in ædes, vt eſt in §. ſeq

b An id probat Labeo? negat Cuiac. 5. *obſ.* 22. *in fi. &* 17. *obſeru.* 2. legit itaque, *vtrique vtile.* quo nomine reprehenditur à Roberto 2 *recept* 4.

c non ſimpliciter in ſolum tuum, *vt in §. 1. ſup eod.* d i. interdicto mecum agis hac formula *Si eum locum poßideas, qui proiecto tegetur.*

e id eſt, num te vtente ſuperiori interdicto, vti eo quod nunc ſequitur potero, nempe *ſicuti nunc poßidetis eas ædes ex quib proiectum eſt.*

co. Priori caſu, poſſeſſorem inferioris ædificij potiorem eſſe in *interdicto vti poſsidetis*. Altero, eum qui ſupra cryptas habitat. *Cuiac. ibid.* Addo, multum ad rem facere, an cœnaculum aditum aliunde habeat vel non: nam ſi aliunde non habet, ſuperiori cedit, & pars erit inferius. *l. penult. ſup de damno.*

h κατάγαια *Halicarn. ibid.* vel κατώγεα. *Harmen. 2. tit. 4. 58. Eclog.* ὑπόγαια legit Alciatus 2 *præte-miſſ.* inferiora ædificia. *l. 24. ſup. de* ... Nec veritas refugia, ex *l. 13. §. 7. ſup. de vſufruct. & l. 1. §. 2. ſup. de* ... ſunt enim refugia interiora domus loca, oppoſita apertis & patentibus expoſitis. κρύπται hic opponuntur cœnaculo ſuperiori, de quo quæritur *l. penult. ſup. de damno.* i Hinc conſtat, Prætorem exemplo rerum ſoli *penult. ſup eod.* de ſuperficie dediſſe interdictum *vti poßidetis*, ſecundum legem locationis, *hic: & l. 1. §. 2. inf. de ſuperficiebus. v. Cuiac. 17. obſ. 2.*

k *l. 9. ſup. de rei vind. l. 3. in fin. l. 20. § 1. ſup. de adquir. poſſ. l. 12.* ... *cauſis in poſſeſſ.* l χειρώνεια *Harmenop. 2. tit. 4 cap.* περὶ χρωσμάτων καὶ ζωγραφίας 58. *Eclog. ex tit. 17. cap. 3.* de tectoriis adde *l. 38.* ... *rei vind. l. 44 ſup. de vſufruct. l. 13. in fin. ſup. de ſeruitutibus vrban. l.* ... *in rem verſo, 7. Vitruuium 23.* m in parte mea & parte ſua, ſi vicinus vult facere, oportet vt id faciat, εἰς τὰ ἑαυτοῦ μέρη τοῦ ἐπικοίνου τοίχου ... *l. 2. tit. 4. cap.* περὶ χειρωνείων, ſeu de tectoriis alias ſi in mea parte ... rectè agam, vt ea tollat, *Eclog. ibid l. 1. 2. ſ. comm. diuid. v. Cuiac. 5. obſ.* ...

n ſi ab eo. *vulgat. Haloand.* o Cur ita? vide quę notaui ad *l. 110. j. de* ...

p *l. 1. ſup. eod.* q à qua diſcedit paulò pòſt Vlpianus.

r hinc aliud proprietas aliud poſſeſsio, *l. 1. §. 2. ſup. cod.*

ſ hoc eſt commodi poſsidendi, ſeu eius quod intereſt, *l. 1. §. 4. ſup. de* ... *que l. 1. §. 5. ſup. ne vis fiat ei.* t hinc colligunt, hoc interdictum ... ciuiliter tantum poſsidenti, ei qui turbatur, ab eo qui naturaliter tantum poſsidet. Addunt, dari poſsidenti naturaliter tantum, ciuiliter & naturaliter res corporales, & immobiles, & quaſi poſsidenti res incorporales, ... malæ fidei poſſeſsionis nota inuritur; domino perturbatione facta contrario competere aduerſus eum qui nos turbauit in qualicunque & quacunque rerum poſſeſsione (ſiue contendat ſe poſsidere ſiue non poſsidere ... enim communem opinionem doctorum eſſe Schneideuinus refert, *in §.* ... *inſt. de interd.*) & notam nobis inurentem iniuſtæ poſſeſsionis & annuos reditus ceſſantem ſoluere.

u vide Menochium 2. *de reſtituenda poſſeſsione* 4.

x De ſuperficiis index titulorum. De ſuperficiebus, i. de interdicto & actione ſuperficiaria, *l. 1. in pr. & §. 3. inf eod.* vox ſuperficies extat in *l. 42. ſup. de* ... *l. 19. ſup. de leg. 2.* Superficiariæ ędes quę, *v. l. 2. j. eo.*

1 ¶ Qui *a* ſuperficiem in alieno ſolo habet, ciuili *b* actione ſubnixus eſt. nam ſi conduxit ſuperficiem, ex conducto: ſi *c* emit, exempto agere cum domino ſoli poteſt. Etenim ſi ipſe eum prohibeat, quod intereſt agendo conſequetur. Sin autem ab alio prohibeatur, præſtare ei actiones ſuas debet dominus, & cedere. Sed longè vtile viſum eſt, (quia"&" incertum erat, an locati exiſteret, & quia melius *d* eſt poſſidere, potius quàm in perſonam experiri) hoc interdictum proponere, & quaſi in rem actionem polliceri.

2 ¶ Proponitur autem interdiſtum duplex, exemplo *e* interdicti vti poſſidetis. Tuetur itaque prætor eum, qui ſuperficiem petit, veluti vti poſſidetis interdicto, neque exigit ab eo, quam cauſam poſſidendi habeat. vnum tantum requirit, num fortè vi, clam, precario aduerſario poſſideat. Omnia quoque, quæ in vti poſſidetis interdicto ſeruantur, hic quoque ſeruabuntur.

3 ¶ Quod ait prætor, *Si actio de ſuperficie poſtulabitur, cauſa cognita dabo*, ſic intelligendum eſt, vt ſi ad tempus quis ſuperficiem conduxerit, negetur ei in rem actio. Et ſanè cauſa cognita *f* ei qui non ad *g* modicum tempus conduxit ſuperficiem, in rem actio competet.

4 ¶ Is autem in cuius ſolo ſuperficies eſt, vtique non indiget vtili actione, ſed habet in rem, qualem habet de ſolo. Planè ſi aduerſus ſuperficiarium velit vindicare, dicendum eſt, exceptione vtendum in factum data. nam cui damus actionem, eidem "&" exceptionem competere multò magis quis dixerit.

5 ¶ Si ſoli poſſeſſori ſuperficies euincatur, æquiſſimum erit, ſubuenire ei vel ex ſtipulatu de euictione, vel certè ex empto actione.

6 ¶ Quia autem etiam *h* in rem actio de ſuperficie dabitur, petitori quoque in ſuperficiem dari, & quaſi vſumfructum, ſiue vſum quendam "eius" eſſe, & conſtitui poſſe per vtiles actiones, credendum eſt.

7 ¶ Sed & tradi poſſe intelligendum eſt, vt & legari, & donari poſſit.

8 ¶ Et ſi duobus ſit communis, etiam vtile communi diuidundo iudicium dabimus.

9 ¶ Seruitutes quoque prætorio iure conſtituentur. & ipſæ ad *i* exemplum earum, quæ ipſo iure conſtitutæ ſunt, vtilibus actionibus petentur. ſed & interdictum de his vtile competet.

Definitio & ius ædium ſuperficiariarum.

2. *Gaius*"libro 25. ad Edictum Prouinciale."

SVperficiarias ædes appellamus quæ in *k* conducto *l* ſolo *m* poſitæ ſint, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum.

DE ITINERE *n*, ACTVQVE *o* priuato *p*.

TIT. XIX.

¶ *Prius interdictum de vſu itineris actúque.* 1. *Hoc interdictum eſſe prohibitorium. De ſeruitute ruſtica, vel vrbana.* 2. *iure impoſita vel non De vſu ſeruitutis.* 3. *De anni computatione.* 4. *De probatione.* 5. *Quovſque competit interdictum.* 6. *De eo qui per proximum vicini agrum iter fecit.* 7. *De vſu per alium* 9. *De reſtitutione in integrum, & repetitione diei.* 11. *De precario.* 12. *De eo qui primum rectè deinde precario vſus eſt. De eo qui prohibitus, vel alio prohibito per quem id ius pertinebat vtitur.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 43. ad Edictum. ‖

PRætor ait, *Quo itinere actúque priuato, quo de agitur, vel via hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab illo vſus es, quo minus ita vtaris vim fieri veto.*

1 ¶ Hoc interdictum prohibitorium eſt, pertinens ad tuendas ruſticas tantummodò ſeruitutes.

2 ¶ Hoc interdicto prætor non inquirit, vtrùm habuit iure ſeruitutem impoſitam, an non; ſed hoc tantùm, an itinere actúque hoc *q* anno vſus ſit non vi, non clam, non precariò. & tuetur eum, licèt eo tempore, quo interdictum redditur, vſus non ſit. Siue igitur habuit ius viæ, ſiue non habuit, in ea conditione eſt, vt ad tuitionem prætoris pertineat, ſi modò *r* anno vſus eſt *ſ* vel modico tempore, id *t* eſt, non minùs quàm triginta diebus. Neque ad præſens tempus refertur vſus, quia plerumque itineribus vel via *u* non ſemper vtimur, niſi cùm vſus exegerit. ita annui temporis ſpatio concluſit vſum.

3 ¶ Annum ex die interdicti retrorſum computare debemus.

4 ¶ Si quis hoc interdicto vtatur, ſufficit alterutrum probare, vel iter, vel actum in vſu habuiſſe.

5 ¶ Iulianus ait, quoad vſque ingreſſus eſt, eo vſque ei interdictum competere. quod verum eſt.

6 Viuianus rectè ait, eum qui propter incommoditatem riui *a*, aut propterea quia via publica interrupta erat, per proximi vicini agrum iter fecerit, quamuis id frequenter fecit, non videri omnino vſum: itaque inutile eſſe interdictum, non quaſi precario vſum, ſed quaſi nec vſum. ergo ſecundùm (hoc) nec vtro *b* vſus videtur. multò enim minùs illo vſus eſt, per quem non iit propter incommoditatem riui, aut propterea quia via prærupta erat.

¶ Idem erit dicendum, & ſi non erat via publica, ſed iter priuatum. nam & hic eadem quæſtio eſt.

7 ¶ Is cuius colonus *c*, aut hoſpes, aut quis alius *d* iter ad fundum fecit, vſus videtur itinere, vel actu, vel via, & idcirco interdictum habebit *e*. & hæc ita Pedius ſcribit, & adiicit, etiam ſi ignorauit, cuius fundus eſſet, per quem iret, retinere eum ſeruitutem.

8 ¶ Si quis autem cùm putaret fundum ad ſe pertinere, ſuo nomine iter fecerit amicus meus, vtique ſibi, non mihi interdictum acquiſiſſe intelligitur.

9 ¶ Si quis propter inundationem *f* vſus non ſit itinere actúque hoc anno, cùm ſuperiore vſus ſit, poteſt, repetita *g* die, hoc interdicto vti per in integrum reſtitutionem ex illa parte, *Si qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur*. Sed etſi per vim hoc ei contigerit, in integrum eum reſtitui oportere, Marcellus probat.

¶ Præterea & aliis caſibus interdictum repetita *h* die competit, ex quibus in integrum quis reſtitutionem impetrare ſoleat.

10 ¶ Præterea ſciendum eſt, ſi dilatione data aduerſario, futurum eſt, vt cauſa interdicti mei deterior fiat, æquiſſimum eſſe, repetita die reddi interdictum.

11 ¶ Si tibi fundum precario conceſſero, cui via debebatur, deinde tu à domino fundi precario rogaueris, vt ea via ad eum fundum vtaris: an noceat tibi exceptio. ſi aduerſus eum velis interdicere, à quo precariò viam rogaſti? Et magis eſt, vt noceat. Idque colligi poteſt ex eo, quod Iulianus ſcribit in ſpecie huiuſmodi. quærit enim: ſi ego tibi fundum precariò dedero, cui via debebatur, & tu rogaueris precariò, vt ea via vtaris, nihilominus vtile *i* interdictum mihi eſſe, quia ſicuti me precarium *k* rei meæ non tenet, ita nec per te precariò poſſidere intelligor. quoties enim colonus *l* meus, aut is, cui precario fundum dedi, via vtitur, ego ire intelligor. propter quod & rectè dico, me itinere vſum. quæ ratio (inquit) efficit, vt "&" ſi ego viam precariò rogauero, & tibi fundum precariò dedero, quamuis hac mente ieris, quaſi fundo meo deberetur, inutile eſſe interdictum, & precariò eo itinere vſus eſſe videar, non immeritò. non enim opinio tua, ſed mea quærenda eſt. tu tamen (credo) poteris interdicto vti, etſi de hoc nihil ſcribat Iulianus.

12 ¶ Si quis ſupradicto *m* tempore anni non vi, non clam, non precariò itinere vſus ſit, verùm poſtea non ſit vſus, ſed clam, precarióve: videndum eſt, an ei noceat. & magis eſt, vt nihil ei noceat, quod attinet ad interdictum.

2. *Paulus* ‖ lib. 66. ad Edictum. ‖

NEc enim corrumpi, aut mutari, quod rectè tranſactum eſt *n* ſuperueniente *o* delicto poteſt.

2. *De eo qui ab auctore noſtro vitioſè poßidet.* 3. *De eo quod intereſt. De vſu per alium. De proprietario & fructuario.* 6. *De donatione.* 7. *Mandato.* 8. *Emptione legati.* 9. *Dote.* 10. *Et cæteris cauſis.* 11. *Alterum interdictum. De itinere actúque reficiendo.* 12. *Ratio interdicti.* 13. *Collatio huius interdicti cum ſuperiore.* 14. *De iure reficiendi.* 15. *Reficere quomodo accipitur.* 16. *De ponte.*

3. *Vlpianus*"lib. 70. ad Edictum."

INde etiam illud Labeo ſcribit, ſi, cùm à me rectè via vtebaris, fundum vendidero, per quem vtebaris, deinde emptor te prohibuit; licèt clàm videaris ab eo vti, (nam qui prohibitus vtitur, clam *p* vtitur) tamen interdictum tibi competere intra *q* annum, quia hoc anno non vi, non clam, non precariò vſus es.

1 ¶ Item ſciendum eſt, non tantùm eum clàm via vti qui ipſe prohibitus vtitur, verùm eum quoque, per quem quis id ius retinebat, ſi eo prohibito, per quem retinebat, vtatur.

¶ Planè ſi ignoraui prohibitum, & perſeuero vti, nihil mihi nocere dicendum eſt.

2 ¶ Si quis ab auctore meo vi, aut clàm, aut precariò vſus eſt, rectè à me via vti prohibetur, & interdictum ei inutile eſt, quia à me videtur vi, vel clam, vel precariò poſſidere, qui ab auctore meo vitioſè poſſidet.

¶ Nam & Pedius ſcribit, ſi vi, aut clam, aut precariò ab eo ſit vſus, in cuius locum hereditate, vel emptione *r*, alióve quo iure *ſ* ſucceſſi, idem eſſe dicendum *t* cùm enim ſucceſſerit *u* "quis" in locum eorum, æquum *x* non eſt, nos noceri *x* hoc, quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſſimus.

3 ¶ In hoc interdicto examinatur, quanti eius intereſſet *y*, via non prohiberi, ſiue itinere. 4 ¶ Vti videmur ſeruitutibus etiam per ſeruos *z*, vel colonos, vel amicos, vel etiam hoſpites, & ferè per eos omnes, qui nobis retinent ſeruitutes: ſed enim per fructuarium quidem ſeruitus retinetur. per fructuarium autem interdictum hoc domino non competere Iulianus ait. 5 ¶ Idem Iulianus ſcribit, ſi meus vſuſfructus in fundo tuo, proprietas verò tua fuerit, & vterque *a* noſtrum

per

a non vt ſuo iure id faceret, *l. vlt.* ȷ. *eod.*
b neutro, *vulg. Hal.*
c §. 11. ȷ. *eod l.* 3. §. 4. ȷ. *eod. l.* 9. *ſup. de acq. poſſeſſ.*
d *d. l.* 3. §. 7. ȷ. *eod.* eaque amicus ille non poſſidet. *l.* 41. *ſup de acq. poſſ.*
f adde *l.* 3. §. 17. *l.* 30. §. 3. *ſup. de acq. poſſ.*
g *v. l.* 3. *ſup. de fide inſtrum.*
h *v. d. l.* 3.
i v. quæ ſcripſi ad *l. vlt. ſup. vti poſſidetis.*
k Precarium rei noſtræ nos non tenet. *l.* 4. §. 3. ȷ. *de precario. l.* 40. *ſupra de acq. poſſ. l.* 45. ȷ. *de reg. iur.*
l *v.* §. 7. *ſup. eod.*
m i. diebus triginta. §. 2. *ſup. eod.*
n i. completum.
o vt vtile per inutile non vitietur, *l.* 1. §. 20. ȷ. *tit. prox. l.* 1. §. 5. *in fin. C. qui teſtam. fac.*
p Imò vi vtitur. *l.* 1. ȷ. 5. ȷ. *quod vi aut clam.*
q hoc interdictum eſt annale.
r adde *l.* 76 §. 1. *de contr. empt. l.* 33. *ſupra de act. empt.*
ſ puta donatione §. 6. ȷ. *eod.*
t ſucceſſerimus, *Hal. l.* 59. 156. *l.* 167 ȷ. *de reg. iur. l.* 76. *ſup. de contr. empt. l.* 28. *C. de euict.*
u *l.* 156. §. 1. ȷ. *de reg. iur.*
x *al.* nobis. *Hal.* nocere aduerſus nos hoc, *vulg.* aduerſus nos nocere hoc.
y *al.* intereſt, *&c.* Legit Iac. Lectius *intereſſet.* Igitur id quod intereſt in interdictis conſideramus, *l.* 1. §. 41. *ſupra de vi & vi.*
z *l.* 1 §. 7. *ſup. eo. l.* 9. *ſup. de acq. poſſ.*
a Duo, in ſolidum ius corporale & incorporale poſſidere poſſunt ratione diuerſorum iurium. *Alberic.*

...l iter vel actum hoc anno in vſu habuiſſe. p & interdictis vtriuſque ...competentibus. Primum pertinet ad retinendam poſſeſſionem: alterum ...ur adire & reficere. q *l. vlt.* ȷ. *eod. l.* 1. *in fin. ſup. quemadm. ſeru.* r Si ...c anno, *vulg.* ſi modò eo anno, *Hal.* ſ & in eo differt ab vti poſſide... ...d non ad tempus præſens ſed ad præteritum refertur. t Modicum ...pro 30. diebus, *v. Nou.* 17. *c.* 6. u adde *l.* 7. *quemadm. ſeruit.*

per vicini fundum ierit, vtile interdictum de *a* itinere nos habere. & ſiue fortè ab extraneo fructuarius prohibeatur, ſiue etiam à domino: ſed & ſi dominus à fructuario, competet. nam & ſi quilibet prohibeat ire, interdictum aduerſus eum competit.

6 ¶ Hoc interdictum & ei competit, qui donationis *b* cauſa fundi vacuam *c* poſſeſſionem adeptus eſt.

7 ¶ Si quis "ex" mandatu *d* meo fundum emerit æquiſſimum eſt, mihi hoc interdictum dari, vt ille vſus eſt *e*, qui mandatu meo emit.

8 ¶ Sed & ſi quis vſumfructum emit *f*, vel vſum, vel cui legatus eſt & traditus, vti hoc interdicto poterit.

9 ¶ Hoc amplius & is, cui dotis cauſa fundus traditus eſt, experiri hoc interdicto poterit.

10 ¶ Et generaliter ex omnibus cauſis, quæ inſtar habent venditionis, vel alterius contractus, dicendum eſt, hoc interdicto locum fore.

11 ¶ Ait prætor, *Qui itinere actúque hoc anno non vi, non clam, non precario ab alio vſus es, quo minus id iter actúmque vt tibi ius eſſet reficias g, vim fieri veto. Qui hoc interdicto vti velet, is aduerſario damni infecti, quod per eius vitium datum ſit, caueat* h.

12 ¶ Vtilitas ſuaſit, hoc quoque interdictum proponere: namque conſequens erat, eum qui itinere vtitur interdictum proponere, vt refici iter poſſit. quemadmopum enim aliàs vti poteſt itinere vel actu commodè *i*, quàm ſi refecerit? corrupto enim itinere, minus commodè frui aut agi poteſt.

13 ¶ Hoc autem à ſuperiore diſtat, quod illo quidem interdicto omnes vti poſſunt, qui hoc anno vſi ſunt, hoc autem interdicto eum demum vti poſſe, qui hoc anno vſus eſt, & ius ſibi eſſe reficiendi, oporteat *k*. Ius autem eſſe videtur ei, cui *l* ſeruitus debetur.

¶ Itaque qui hoc interdicto vtitur, duas *m* res debet docere: Et hoc anno ſe vſum, & ei ſeruitutem competere. Cæterùm, ſi deſiit alterutrum, deficit interdictum. nec immeritò: qui enim vult ire agere tantiſper, quoad de ſeruitute conſtet, non *n* de iure ſuo docere. quid enim perdit, qui eum patitur hoc facere, qui hoc anno fecit? Enim verò qui vult reficere, aliquid noui *o* facit. neque debet ei in alieno permitti id moliri, niſi verè habet ſeruitutem.

14 ¶ Fieri autem poteſt *p*, vt qui ius eundi habeat & agendi, reficiendi ius non habeat, quia in ſeruitute conſtituenda cautum ſit, ne ei reficiendi ius ſit: aut ſic, vt ſi velit reficere, vſque ad certum modum reficiendi ius ſit. meritò ergo ad refectionem *q* ſe prætor retulit, *vt tibi* (inquit) *ius eſt reficias, vti ius eſt*, hoc eſt, ſicuti per ſeruitutem impoſitam licet.

15 ¶ Reficere ſic accipimus, ad priſtinam formam *r* iter & actum reducere, hoc eſt, ne quis dilatet *ſ*, aut producat, aut deprimat *t*, aut exaggeret *u*. & aliud *x* eſt enim reficere, longè aliud facere.

16 ¶ Apud Labeonem quæritur, ſi pontem *y* quis nouum velit facere viæ minuendæ cauſa, an ei permittatur. & ait, permittendum, quaſi *z* pars ſit refectionis *a* huiuſmodi munitio. Et ego puto veram Labeonis ſententiam, ſi *b* modo ſine hoc commeari non poſſit.

De apportatione eorum quæ refectioni neceſſaria ſunt.

4. *Venuleius* ‖ lib. 1. Interdictorum. ‖

VEteres nominatim adiiciebant, vt *c* ea quoque, quæ ad refectionem *d* vtilia eſſent, adportanti vis non fieret. quod *e* ſuperuacuum eſt: quoniam qui *f* adportari non patitur ea, ſine quibus refici iter non poſſit, vim facere videtur, quo minus reficiatur.

1 ¶ Si quis autem cùm poſſet compendiaria *g* adportare, quæ refectioni neceſſaria ſunt, longiori itinere velit adportare, vt deteriorem cauſam eundi faciat, impunè ei vis fiet: quia ipſe ſibi impedimento ſit, quo minùs reficiat.

2. De ſucceſſoribus. De emptore. 3. De eo qui diu vſus eſt ſeruitute, quam iure impoſitam non habet. 4. Vti caueatur de vitio operis.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 20. ad Edictum. ‖

APparet ergo eum qui non *h* patitur hæc *i* congeri, vim facere quo minùs quis perficiat.

1 ¶ Planè ſi *k* quis, cùm poſſet, alia *l* parte agri ſine incommodo domini fundi impenſam adportare, id egit, vt alia parte adportet, impunè ei vim fieri, rectè placuit.

2 ¶ Hoc interdictum non ſolùm ipſi, verum ſucceſſoribus *a* quoque eſſe dandum, non eſt ambigendum. Emptori *b* quoque dabitur, & in emptorem.

3 ¶ Si *c* quis ſeruitutem iure impoſitam non *d* habeat; habeat autem velut longæ poſſeſſionis prærogatiuam *e* ex eo, quod diu vſus eſt ſeruitute, interdicto hoc vti poteſt.

4 ¶ Qui hoc interdicto vſurus eſt, de vitio operis cauere *f* aduerſario debet.

De recta, & vitioſa poſſeſſione.

6. *Paulus* ‖ lib. 66. ad Edictum. ‖

SIcut non nocet ei, qui ſine *g* vitio vſus eſt, quòd eodem anno vitioſè vſus eſt, ita *h* emptori, heredique non nocebit, quod ipſi vitioſè vſi ſunt, ſi *i* teſtator, venditórve rectè *k* vſi ſunt *l*.

De eo qui vſus eſt non facturus ſi prohiberetur.

7. *Celſus* "libro 25. Digeſtorum."

SI per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precariò commeauit aliquis, non tamen tanquam *m* id ſuo iure faceret, ſed, ſi prohiberetur, non facturus, inutile eſt ei interdictum de itinere actúque. nam vt hoc interdictum competat, ius fundi poſſediſſe oportet.

DE *n* AQVA *o* QVOTIDIANA *p*, & æſtiua. *q*

TIT. XX.

Interdictum de aqua quotidiana. 1. Summa. 2. Quæ ſit aqua quotidiana. 3. Diſtinctio aquæ quotidianæ & æſtiuæ. 4. Quæ aquæ duci poſſunt. 7. De aqua quæ ducitur à capite, vel aliunde. 8. Quid ſit caput. 9. De iure qualitercumque conſtituto. 10. Vel opinato. 11. De irrigatione vel alio vſu aquæ. 12. Si ductus aquarum non ſit fundi. 13. De aquis frigidis vel calidis, ad irrigandum vel ad alium vſum neceſſariis. 14. In vrbe, vel extra vrbem. 15. Vt aqua eo modo ducatur quo ducta eſt hoc anno 16. De ſingulis partibus fundi, & de alio fundo empto. 17. Si aquæ, quæ hoc anno ducebantur, aliis aquis admiſceantur. 18. De pluribus pecoribus quam liceret, appulſis. 19. De bona vel mala fide. 20. De iuſta & vitioſa poſſeſſione. 21. Si aqua ſponte influxerit. 22. Si quotidie vel alternis diebus vel tertio vel quinto quoque die aqua debeatur. 23. De iure poſt prohibitionem amiſſo 24. De alienatione fundi ad quem aqua ducebatur. 25. Qui teneantur interdicto. 26. De riualibus. 27. Ne quid in fundo fiat, quo aqua ducenda deterioretur. 28. De ceſſione, ne liceat aquam quærere. 29. Interdictum de aqua æſtiua. Clauſula pertinens tam ad primum, quam ad ſecundum interdictum. 30. Interpretatio ſecundi interdicti. 37. Interpretatio dictæ clauſulæ. 38. Interdictum de aqua caſtellaria. 39. Et eius interpretatio.

1. *Vlpianus* "lib. 70. ad Edictum."

AIt prætor, *Vti hoc anno aquam qua de agitur, non vi, non clam, non precario ab illo duxiſti, quo r minus ita ducas, vim fieri veto* ſ.

1 ¶ Hoc interdictum prohibitorium & interdum reſtitutorium eſt, & pertinet ad aquam quotidianam.

2 ¶ Quotidiana autem aqua non illa eſt *t*, quæ quotidie ducitur, ſed ea qua quis quotidie poſſit vti, ſi vellet. quanquam quotidianam interdum hyeme ducere non expediat, etſi *u* poſſit duci.

3 ¶ Duo *x* autem ſunt genera aquarum, eſt quotidiana, eſt & æſtiua. Quotidiana ab æſtiua vſu differt non iure.

¶ Quotidiana "ea" eſt *y*, quæ duci aſſiduè ſolet vel æſtiuo tempore, vel hyberno *z*, etiam *a* ſi aliquando ducta non *b* eſt. ea quoque dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſſione temporis diuiſa eſt.

¶ Æſtiua *c* autem ea eſt *d*, qua æſtate ſola vti expedit, ſicuti dicimus veſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiuos, caſtra æſtiua, quibus interdum etiam hyeme, plerumque autem æſtate vtamur. ¶ Ego puto probandum, ex propoſito *e* vtentis, & ex natura locorum aquam

a Vſufructuarius interdicto *de itinere* vti poteſt, *l. 2. §. vlt. in prin. ſ. ſi ſeru. vind.*
b adde §. 2. ſ. *eod.*
c Vacua poſſeſſio quid ſit, dixi ad *l. 68. ſ. de contr. empt.*
d Mandatum habẽs ad aliquid emendum faciendũmve, ſi id emit aut emi mandat, nomine mandantis feciſſe præſumitur: *vt hic.* niſi fortè ante mãdatum repudiauit, aut ſi longo interuallo interiecto fecerit, emeritve. adde Socin. *reg.* 252.
e *l. 1. §. 7. ſ. eod.*
f §. 12. *in fin. eod. l. 35. ſ. de act. empt.*
g hic agitur de poſteriori interdicto reficiendi itineris.
h *l. 5. in fin. j. eod.*
i Re ſua quis vti commodè non poteſt, niſi eius reficiendæ poteſtatem habeat.
k reficiendi doceat *vulgat.* docet, *Hal.*
l Qui ſeruitutis commodo fruitur, eius reficiendæ onus ſuſtinet: niſi tamen illud onus à ſeruientis fundi domino ſit remiſſum, &c. §. 14. j. *eo.* adde *& l. 33. ſ. de ſeru. vrb. præd.*
m Quæ neceſſariæ ſunt interdicturo, *de itinere actuque*
n non debet de iure ſuo *vulg. Hal.*
o Qui reficit, nouum quid facit, adde *l. 1. §. 11. 12. ſ. de oper. nou.*
p exceptio §. 13. ſ. *eod.*
q Refectionem, *Hal.*
r ἀρχαῖον σχῆμα, 58. *Ecl. 11. c. 10. l. 1. §. 1. ſ. de via publica.*
ſ *l. 1. in fin. j. de riuis.*
t Imò, hæc omnia ſunt permiſſa, *l. 11. in fin. pr. ſ. comm. præd.*
u *v. l. 1 § 1. ſ. de via publ.* ſcliuoſam faciat, *l. 1. §. 32. ſ. ne quid in loco pub.* adleuet, *l. 11. ſupra comm. præd.*
x Faciendi & reficiendi differentia, *l. 1. §. 1. ſ. de via publ. & itin. publ.* cur ita? Qui reficit, nihil de nouo facit
y *d. l. 2. §. 33. 58. Ecl. 2. c. 7.*
z ratio dubitandi.
a refectionis.
b & ita reſtringe *d. §. 33. & d. c. 7.*
c *l. 5. j. eod. l. 3. in fin. j. de riuis. l. 4. §. 5. ſ. ſi ſeru. vind. l. 11. §. 1. ſ. comm. præd. l. 1. §. 8. ſ. de inortuo inſerendo.*
d refectionem.
e Superuacua nonnulla ſunt nonnunquam in edictis & ſtatutis.
f Conceſſo vno vel aliquo, ea quoque conceſſa intelliguntur, ſine quibus id fieri vel refici poteſt, adde *l. 2. ſ. de iuriſdict.*
g poſſet per compendiaria. *Hal.* adde *l. 5. §. 1. j. eod.* lego, compendiario.
h *v. l. 4 ſ. eod.*
i ſcil. ad refectionem itineris neceſſaria.
k Qui viam in alium fundum habet, per eam partem commeare atque iter inſtituere debet, quòd minùs ſeruienti fundo noceat, adeò vt ſeruientis fundi dominus propria authoritate abutentem aduerſarium prohibere poſſit, *Albericus in l. veteres, 4. ſ. eod.*
l *d. l. 4. ſ. eod.*

p Orthographia hæc peſſima eſt. Legitima eſt apud Varronem, Cato[…] rium, Quintilianum, *quotidie*, non cottidie. Quotidianum, eſt quod ſing[…] bus fit aut accidit, *l. 8. ſ. 24. ſ. de tranſact. l. 12. §. 6 ſ. quando dies legati.*
q adde, & aqua quæ ex caſtellis ducitur, *l. 1. §. 38. j. eod.* Praxim huius […] v. apud Oldendorpium *claſ. 2. act. 7.* r Eadem eſt formula *in l. 1. ſ. […] 1. j. de fonte.*
ſ & ita hoc edictum prohibitorium eſt, §. 1. j. *eod.*
t tantum ſc. Quotidianum id etiam cenſetur quod quotidianum eſſe p[…] cèt facto ipſo quotidie non fiat.
u Licita, non continuò & honeſta. Non omne quod licet honeſtum eſt, […] *l. 197. j. de reg. iur. l. 14. § 2. ſ. de ritu.* Ita quædam honeſtè accipiuntur, q[…] petuntur honeſtè, *l. 1. §. 1. j. de variis & extr. cogn. l. 4. § sed quod, ſ. de […] turp.*
x ſub de quibus hoc titulo agitur.
y dic vt in verſiculo *ego puto, j. eod.* z vti expedit & ducentis intereſt.
a Aſſiduè duci aqua dicitur, etiam ſi aliquando non ducatur. Ita aſſidu[…] etiam fuerit, quod interſtitium, ſpatium, quietem, moram ſiue pauſam […] adde *ſignificatum de præbendis.*
b quia aquam quotidianam interdum ducere hyeme non expedit.
c *l 6 j. eod.*
d Vide omnino Vlpiani ſententiam in verſ. *ego puto j. eod.*
e Propoſito vtentis æſtiua & quotidiana diſcernitur. *l. pen. j. eod.*

ſtiua

SGCB2021

æſtiuam à quotidiana diſcerni, nam *a* ſi ſit ea aqua, quæ perpetuo duci poſsit, ego tamen æſtate ſola ea vtar *b*, dicendum eſt, hanc aquam eſſe æſtiuam. Rurſum ſi ea ſit aqua, quæ non niſi æſtate duci poſsit: æſtiua dicetur. & ſi ea ſint loca, quæ natura non admittant aquam, niſi æſtate, dicendum erit, rectè æſtiuam dici.

4 ¶ Quod autem ſcriptum eſt in interdicto, *Vti hoc anno aquam duxiſti*, hoc eſt: non quotidie, ſed hoc anno, vel vna die, vel nocte. Ergo *c* quotidiana quidē aqua‖alia‖eſt, quæ quotidie duci poſsit, vel hyeme vel æſtate, etſi aliquo momento temporis ducta *d* ſit. Æſtiua ea, quæ quotidie quidem duci poſsit, vel *e* ſola æſtate, ducatur autem æſtate tantùm, non & hyeme: non quia non poſsit & hyeme, ſed quia non ſolet *f*.

5 ¶ Loquitur autem prætor in hoc interdicto de ea aqua ſola, quæ perennis eſt. nulla enim alia aqua duci poteſt, niſi quæ perennis eſt.

6 ¶ Quanquam autem ad perennes aquas dixerimus hoc interdictum pertinere: ad eas tamen perennes pertinet, quæ duci poſſunt.

¶ Cæterùm ſunt quædam, quæ, etſi perennes ſunt, duci *g* tamen non poſſunt, vtputà puteales, & quæ ita ſunt ſummerſæ, vt defluere extra terram, & vſui eſſe non poſsint. ſed huiuſmodi aquis, quæ *h* duci non poſſunt, hauſtus *i* ſeruitus imponi poteſt.

7 ¶ Hæc interdicta de aqua, item de fonte, ad eam aquam pertinere videntur, quæ à capite ducitur, non *k* aliunde. harum enim aquarum etiam ſeruitus iure ciuili conſtitui poteſt.

8 ¶ Caput aquæ *l* illud eſt, vnde aqua naſcitur, ſi ex fonte naſcatur, ipſe fons: ſi ex flumine, vel lacu, prima incilia, vel principia foſſarum, quibus aquę ex flumine vel ex lacu in primum riuum ‖ communem ‖ pelli ſolent.

¶ Planè ſi aqua, ſudoribus *m* manando, in aliquem primum locum effluere, atque ibi apparere incipit: eius hoc caput dicemus, vbi primum emergit.

9 ¶ Et qualiter ſit conſtitutum ius aquæ: dicendum eſt, hoc interdictum locum habere.

10 ¶ Sed etſi iure *n* aqua non debetur alicui, ſi tamen iure *o* ducere ſe putauit, cùm non in iure, ſed in *p* facto errauit, dicendum eſt, eóque iure vtimur vt interdicto hoc vti poſsit. ſufficit enim, ſi iure ſe ducere putauit, nec vi, nec clam, nec precariò duxit.

11 ¶ Illud quæritur, vtrum ea tantùm aqua his interdictis contineatur, quæ ad agrum irrigandum pertinet, an verò omnis *q*, etiam ea quæ ad vſum quoque & commodum noſtrum? Et hoc iure vtimur, vt hæc *r* quoque contineatur. Propter quod etiam ſi in vrbana prædia quis aquam ducere velit, hoc interdictum locum habere poteſt.

12 ¶ Præterea Labeo ſcribit, etſi quidam ductus aquarum non ſint fundi, qui à *ſ* quocunque duci poſſint, tamen ad hoc interdictum pertinere.

13 ¶ Idem Labeo ſcribit, etiam ſi prætor hoc interdicto de aquis frigidis ſentiat, tamen de calidis *t* aquis interdicta non eſſe deneganda. namque harum quoque aquarum vſum eſſe neceſſarium. nonnunquam enim refrigeratæ vſum irrigandis agris præſtant. his accedit, quod in quibuſdam locis, & cùm calidæ ſunt, irrigandis tamen agris neceſſariæ ſunt, vt Hieropoli. conſtat enim apud Hieropolitanos *u* in Aſia agrum aqua calida rigari. & quamuis ea ſit aqua, quæ ad rigandos non ſit neceſſaria, tamen nemo ambiget his interdictis locum fore.

14 ¶ Siue autem intra vrbem ſit aqua, ſiue extra vrbem, huic interdicto locus erit.

15 ¶ Illud tamen intelligendum eſt, eodem *a* modo prætorem duci aquam iuſsiſſe, quo ducta eſt hoc anno. Proinde neque amplioris modi *b*, neque alia *c* permiſiſſe poteſt videri.

¶ Quare ſi alia *d* aqua ſit, quam quis velit ducere, quàm hoc anno duxit, vel eadem *e*, per aliam tamen regionem *f* velit ducere, impunè ei vis *g* fiet.

16 ¶ Illud Labeo dicit, omnes *h* partes illius fundi, in quem loci aqua ducitur, eiuſdem *i* numero *k* eſſe.

¶ Ergo & ſi fortè actor confinem agrum emerit, & ex agro, in quem hoc anno aquam duxerit, poſtea fundi empti nomine velit aquam ducere, ita demum eum rectè hoc interdicto, vt *l* de itinere actúque vti putant, vt ſemel in ſuum ingreſſus, inde egredi, quâ velit, poſsit: niſi ei nocitum ſit, ex quo aquam ducit.

17 ¶ Item quæritur, ſi quis aquæ, quam hoc anno ducebat, aliam aquam admiſcuerit *m*, an impunè prohibeatur? Et extat Ofilij ſententia exiſtimantis, rectè *n* eum prohiberi, ſed eo *o* loci, in quo primum aquam aliam in riuum admittit, & *p*‖Ofilius‖ in tota aqua rectè eum prohiberi ait. ego Ofilio adſentio, non poſſe diuidi, quia non poteſt *q* ita in parte vis fieri, vt non in tota aqua fiat.

18 ¶ Trebatius, cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur *r*, quàm debet appelli *ſ*, poſſe *t* vniuerſum pecus impunè prohiberi, quia *u* iunctum *x* pecus ei pecori, cui adpulſus debeatur, totum corrumpat pecoris adpulſum. Marcellus autem ait, ſi quis ius habens pecoris "ad aquam" appellendi, plura pecora adpulſerit *y*, non in omnibus pecoribus eum prohibendum. quod eſt verum *z*, quia *a* pecora ſeparari poſſunt.

19 ¶ Ariſto putat, eum demum interdictum hoc habere, qui *b* ſe putat ſuo *c* iure vti, non eum, qui ſcit ſe nullum ius habere, & vtitur.

20 ¶ Idem ait, eum qui hoc anno aquam duxerit nec vi, nec clam, nec precario, & eodem anno vitioſè *d* vſus eſt, rectè tamen hoc interdicto vſurum. quod referri ad id tempus, quod ſine vitio fuerit, eſſe enim verum, hoc anno non vi, non clàm, non precariò, vſum.

21 ¶ Quęſitum eſt, ſi quis ante annum aquam duxit, deinde ſequenti tempore, hoc eſt, intra annum, aqua influxerit, ipſa *e* ſibi, me non ducente, an hoc interdicto locus ſit? Et refert Seuerus *f* Valerius, competere hoc ei interdictum, quaſi duxiſſe videatur, licèt penitus *g* proſpicientibus non videtur iſte duxiſſe.

22 ¶ Item quæſitum eſt, ſi quis dum putat, tertio quoque die *h* habere ſe ius aquæ ducendæ, duxerit vna die: an rectè, & ſine captione poſſeſſoris *i* rectè duxiſſe videatur, vt hoc interdictum habeat *k*, ait enim pretor, *Vti hoc anno aquam duxiſti*, id eſt, alternis diebus.

¶ Illud autem nihil intereſt, vtrum quinto die aqua debeatur, an alternis diebus, an quotidie ei, qui hoc interdicto vti velit. nam cum ſufficiat, vel vno die hoc anno aquam duxiſſe, nihil refert, qualem aquęductum habens duxerit: dum ſi *l* quis, cùm quinto quoque *m* die vteretur, quaſi alternis diebus ducens *n* interdixerit *o*, nihil ei prodeſſe videtur.

23 ¶ Præterea illud ſcrendum eſt, ſi cùm aquam duxiſſes, aduerſarius *p* te prohibuerit: deinde tu interim *q* ius aquæ ducendæ amiſeris, in reſtitutionem hoc venire, vt tibi prꝗſtetur per hoc interdictum, quod amiſiſti *r*. & hoc verum puto.

24 ¶ Si fundum, ad quem aquā ducebas, vendideris, & tradideris, nihilo minus interdictum tibi vtile eſt.

25 ¶ Competit hoc interdictum aduerſus eum, qui

a Naturâ, propenſio, propoſitum, vtilitas denique rei ipſius vel vtentis conſideratur ad aquæ diſtinctionem.
b Vſu ipſo propoſitum ſeu animus vtentium oſtenditur, *l. naturalem, l. 5. §. 5. ver. in his ʒ. de adq. rer. dom.*
c Cur ita? Ductæ aquæ actus non inſpicitur, ſed naturalis facultas, propoſitum, & vtilitas vtentis.
d ducta non ſit, *vulg. Hal.*
e duci poſsit vel æſtate vel hyeme. Ducitur autem ęſtate tantum non hyeme. *vulg.* duci poſſit vt tamen æſtate ducatur tantum, nō etiam hyeme: non, &c. *Hal.*
f vel fortè non expedit, *l. 6. inf. eod. l. 27. ſup. de ſeruit. vrban.*
g Putei aqua duci non poteſt, vt ex puteo aquæductus conſtituatur, natura non patitur, licèt perennem & viuam aquam habeat, quia ita ſubmerſa eſt, vt defluere extra terram, & ducendo vſui eſſe non poſsit & hoc diſtat fons à puteo. fons enim in ſummo: puteus, in imo. Plinius *in epiſtolis.* Puteos ac potius fontes habet: ſunt enim in ſummo. Ex fonte, *l. 1. ʒ. de fonte.* lacu & piſcina. *§. 8. ʒ. eo. l. 23. §. 1. ſup. de ſeruit. ruſtic.* aquæductus, & aquæ hauſtus conſtitui poteſt. Ex puteo, aquæ hauſtus, non aquæ ductus. Itaque ſi puteus ſit iugis, quia viuam, perennem, naturalem & perpetuam aquam habeat, non minus ex eo, quam ex fonte, aquæ hauſtus conceditur, non aquæductus. Igitur ex ciſterna aquæ ductus conſtitui non poterit, nec enim perpetuam cauſam habet. Idem in ſtagno, lacu & lacuna, quæ aquam viuam non habet. Seruitutum enim perpetuas cauſas eſſe oportet. *l. 28. de ſeruit. vrb.* v. Cuiac. 11. *obſ.* 3.
h Haurimus aquas ex profundo vel profundis locis: ducimus verò ex planis vel altis. i Pro tuenda quaſi ſeruitute hauſtus, locum habet interdictum de fonte. k *l. 9 ſup. de ſeru. ruſt.* l Caput aquæ eſt, vnde aqua naſcitur. m Sudorem aquileges vocant, quia guttæ quædam, vel preſſura loci eliduntur, vel æſtu euocantur, hinc tenuis vnda vix fonti ſufficit. At ex magnis cauſis magniſque conceptib. amnes exciduntur, *Seneca 3. natur. quæſt. 13.* adde *8. Vitr. c. 9. Pallad. 8.* Libet hic quædam proferre ex eodem Seneca 3. *Natural. q. 15.* Placet, inquit, natura regi terram, & quidem ad noſtrorum corporum exempla: in quib. & venæ ſunt & arteriæ illæ ſanguinis: hæ, ſpiritus receptacula. Imò, terræ quoque ſunt alia itinera per quæ aqua, & alia, per quæ ſpiritus currit. adeóque illa ad ſimilitudinem humanorum corporum Natura formauit, vt maiores quoque noſtri aquarum appellauerint venas, *& poſt*: In terra quoque ſunt humorum genera complura, quidam vt corrupti (hinc metalla & lapides) in quibuſdam humor ille liqueſcit, ſicut bitumen. Quidam ſunt neceſſarij, hinc cauſa aquarum. Sed vt in corporibus noſtris ſanguis, cum percuſſa vena eſt, manat: ita in terra ſolutis ac patefactis venis riuus aut flumen effunditur.
n id eſt, conſtitutione. o vide §. 19. *inf. eod.* p vt quia venditor dixit ſe fundum vendere cum ſeruitute aquæ. q vtique omnis, *l. 3. ʒ. eod.* ſub. quæ ad vſum commodúmque noſtrum pertinet. quia quocunque *Cuiac. 9. obſeru. 37. fol. 217.* qua ratione via, aquæductus perſonalis intelligitur, *vt in l. penult. ſup. de ſeruit. ruſtic.* Calidis etiam de aquis interdictum competit: partim quia calidæ refrigerari poſſunt: partim quia quibuſdam in locis calidis aquis agros ſolent irrigare. Strabo *lib. 13.* refert apud Hieropolitanos, aquas eſſe calidas, quæ riuis deductis, ſepes ex ſolido lapide conſtantes operentur: eandem aquæ in lapidem mutationem Laodiceæ accidere. Aquam Hieropolitanis ad tingendam lanam ita eſſe accommodam, vt è radicibus facta tinctura coccinam & purpuream [illegible]quet,

a Aquam ad eundem modum, hoc eſt ad priſtinum modum, & priſtinam quantitatem, ducere prohibitus, interdicto de aqua vti poteſt, aliàs non poteſt.
b *l. 3. §. 14. 15. ʒ. de itinere actuque.*
c *l. 9. circa fi. ſup. de ſeru.* id eſt, alia ex parte quoad fundū ſeruientem.
d Sic reſtituo: ſi aliò aquam quis velit, vel *alia aqua*, id eſt, amplior.
e eandem, *vulg. Hal.*
f hoc eſt, partem fundi. diſtinguuntur enim fundi regionibus certis.
g i. prohibitio.
h fundo debita ſeruitus omnibus partibus eius debetur, *l. 13. §. 1. l. 15. §. vlt. in princ. l. 26. ʒ. de ſeruit. ruſtic.*
i *al.* eiuſmodi, *&c.* quam vocem Albericus exponit, eiuſdem conditionis, vel eiuſdem ſeruitutis.
k i. eo iure cenſentur omnes partes æqualiter. Quid hinc ſequitur? poſſe me in quaſcunque fundi mei partes aquam ducere 58. *Eclog. 20. c. 1.* (nec enim quicquam vicini intereſt, in quā fundi mei partem aquam ducam, dum ne in aliam per eius fundum ducam, quam initio duxi) ſed & vicino ex aquæductu meo cōmodare, *l. 24. ſup. de ſeru. ruſt.* Quid ſi certæ parti fundi mei ſeruitutem aquæductus conſtituiſti? ſicuti ad aliam partē fundi mei aquā ducere non poſſum: ita nec alij concedere, *d. l. 24.*
l vti. *vulg. Haloander.*
m ita vt in fundū ſeruientem aqua vberior decurrat.

n Imò, malè *inf. eod.* ſolue. Rectè quoad prohibitionem: malè, quoad partem.
o alias, ſi quid ipſi facimus, quod nobis prodeſt, vicino non noceat, inuidioſum fuerit id prohibere.
p Sic lege, ſed Cœlius, vel Cæcilius, vel Caſſellius: *& inf. eod.* ego Cælio, &c. vt is Cœlius ſit diuerſus ab Ofilio, nec enim video vt idem Ofilius rectè contraria poſsit dicere (ſic alibi quoque legimus) Vlpianum anteponere ſententiam Cœlij, vel Cœcilij opinioni Ofilij *in l. 17. §. 1. ſup. de adit. l. 3. §. 9. ſup. de penu legat.* Sic Caſcellij opinionem anteponit Ofilio Iauolenus, *l. 100. §. 1. ſup. de leg. 3. l. 26. in fin. ſup. de inſtructo.* fuit ergo Ofilij ſententia hæc, aquam ducentem certo tantum loco prohiberi: Cœlij verò, tota aqua. q in mixtis ſcilicet, *vt hic.* in iuncta aliud, *§. 18. in fin. ʒ. eod.* r appellitur. *vulg.* adpelleretur. *Haloander.*
ſ *ſubaudi.* non pacto adiecto, tempore ſeruitutis conceſſæ. t Trebatij ſententia corrigitur. *inf. eod.* u Vnicum pecus gregem etiam integrum poteſt corrumpere, *vt hic. c. ſed illud 45. diſtinct.* x ratio dubitandi.
y appulerit *vulgat.* adpulerit. *Haloander.* z & ita Marcellus Trebatium notat.
a Ratio decidendi: Iuncta ſeparari poſſunt, *vt hic.* mixta non item. *§. 17. in fin. ſup. eod.* adde 58 *Eclog. 20. cap. 1.* b hic errat in facto: vt qui ſequitur, in iure.
c *§. 10. ſup. eod. l. vlt. ſup. quemadm ſeruit. amit. l. 1. §. 6. l. vlt. ſup. de itinere actuque.*
d *l. 1. in fin. l. 2. 3. ſup. tit. prox.* e ipſa ſibimet. *vulg.* ipſamet. *Haloander l. 12. ſup. quemadm. ſeru. amit.* Quod ſi, *ipſimet*: legas, idem fuerit: quod non interueniente facto eius qui primo duxerat, aqua ſuperuenerit & influxerit. f Seuerus hic Valerius inuerſè legitur: cum legi debeat Valerius Seuerus, *l. 30. ſup. de negotiis.* Sic Mæuius Publius, inuerſè legitur in *leg. lecta 40. ſup. de rebus creditis.* cùm legi debeat, Publius Mæuius. g *al.* penitius. h id eſt, per interuallum, *l. 3. in fin. ſup. de ſeru.* i *ſubaudi*, fundi ex quo aqua ducitur.
k certum habere & rectè aquam duxiſſe. l Vſus vnius modi trahi non poteſt ad tuendam quaſi poſſeſsionem alterius modi.
m *al.* quo quo.
n id eſt, ductus aquæ ſeruitutem habens.
o id eſt, interdicto egerit. p id eſt, dominus fundi.
q id eſt, poſt prohibitionem aduerſarij r Semel enim intereſt. Semel, inquam, id eſt, tempore prohibitionis, & ideo agitur.

a l.10.in fin.ſup.ſi ſeru. vind. l.3.C.de ſeru.
b Confeſſoria aduerſus quemlibet datur: igitur & interdictum. Argumentum ab actione ad interdictum.
c adde Paul. 5. ſent.6.§.9.al.corriuales. Riuales ſunt qui eodem riuo vtuntur.
d ſub. in ſolidum, & negante alterius eſſe.
e ſub.per quem vel ex quo ducitur aqua.
f l.15.ſup.de ſeru.
g id eſt, interdictum dabo hæredibus, & bonorum poſſeſſoribus contra hæredes & bonorum poſſeſſores.
h §.2.ſup.eod.
i Æſtas eſt tempus ab æquinoctio verno ad autumnale. ita finitur æſtas æquinoctio verno & autumnali. l.vn. §.8. verſ. æſtas ad æquinoctium, ſup. ne quid in flum.pub.
k Æquinoctia duo: vernum & autumnale. adde §.34.j.eod.
l Æquinoctium vernum quando incipiat. v. Iſid.34.
m Æquinoctiū autumnale quando incipiat. v. Iſidor. d. loco.
n Annus in æſtatem & hyemem diſtinguitur. ſic Thucydides hiſtoriæ ſuæ ſeriem diſtinguit in hæc duo, ſingulas ſc. æſtates & hyemes, Thucyd. lib. 2. & lib.5.
o Anni quatuor vices hic enumerátur, æſtas, hyems; vt hic. vernum æquinoctium & autumnale. §.34. inf. eod.
p l.2.in fin. ſup. ſi ſeru. vind.
q id eſt diuidiculo aquarum publico §.39.in fin. inf. eo. Feſt. in voce Diuidiculum. De caſtello, v. l.19. ſup de ſeruit. vrb. l.2. ſup. commun. præ. l.3. C. de aquæduct. ex eo fiſtulæ ducebantur. l.78.§. de cōt. empt. In maſculino etiam dicuntur caſtelli, l. 41.§.10. ſup. de leg. 3. cóceptacula etiam dicuntur, l.2. C. Th. de aquæduct. 15. tit. 2. plerumque erant plumbea, l.17.§.8. l.38 in fin. ſup. de action. empt.
r §.7. ſup. eod.

prohibet me aquam ducere. Et nihil a intereſt, vtrùm quis dominium fundi habeat, an non. idcircóque is tenetur interdicto. nam b etſi ſeruitus cœpit, aduerſus quemuis poſſe vindicari.

26 ¶ Si inter riuales c (id eſt, qui per eundem riuum aquam ducunt) ſit contentio de aquæ vſu, vtroque ſuum vſum eſſe contendente d: duplex interdictum vtrique competit.

27 ¶ Labeo putat, per hoc interdictum prohiberi quem, *ne quid in illo fundo* e *faciat fodiat, ferat, ſuccidat, putet, ædificet, qua ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum ſine vitio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat.* & ſimiliter de æſtiua aqua debere interdici ait.

28 ¶ Si quis hoc ceſſerit ne f liceat ſibi aquam quærere, ea ceſsio valet.

29 ¶ Deinde ait prætor: *Vti priore æſtate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clàm, nec precariò ab illo duxiſti, quo minùs ita ducas, vim fieri veto. Inter hæredes, emptores, & bonorum poſſeſſores interdicam* g.

30 ¶ Hoc interdictum de aqua æſtiua proponitur.

31 ¶ Quia autem diximus h æſtiuam aquam aliquo diſtare ab aqua quotidiana: ſciendum eſt, etiam interdictis diſtare, quod qui de aqua quotidiana interdicit, ita interdicit, *Vti hoc anno aquam duxiſti.* at qui de æſtiua ‖ ſic, ‖ *Vti priore æſtate.* nec immeritò. nam quia hyeme non vtitur, referre ſe non ad præſentem æſtatem, ſed ad priorem debuit.

32 ¶ Æſtatem i incipere ſic peritiores tradiderunt, ab æquinoctio k verno l, & finiri æquinoctio autumnali m. & ita ſenis n menſibus æſtas o, atque hyems diuiditur.

33 ¶ Priorem æſtatem ex comparatione duarum æſtatum accipi.

34 ¶ Propter hoc ſi æſtate interdicatur: nonnunquam annum & ſex menſes continere. quod ita contingit, ſi initio verni æquinoctij ducta ſit aqua, & ſequenti æſtate pridie æquinoctium autumnale interdicatur.

¶ Et proinde ſi hyeme interdicatur, etiam in biennium hæc res extendetur.

35 ¶ Si quis hyeme tantùm aquā ſolitus fuit ducere, æſtate non fuit ſolitus, vtile interdictū ei competit.

36 ¶ Qui hac æſtate duxit, non ſuperiore, vtile interdictum habet.

37 Ait prætor, *Inter hæredes & emptores, & bonorum poſſeſſores interdicam.* hæc verba non ſolùm ad æſtiuam aquam, verùm etiam ad quotidianam quoque referenda eſſe ſciendum eſt. nam ſicuti de itinere actúque & ſucceſſoribus p dantur interdicta, & emptori; ita hæc quoque danda prætor putauit.

38 ¶ Ait prætor: *Quo ex caſtello* q *illi aquam ducere ab eo cui eius rei ius fuit, permiſſum eſt: quo minùs ita, vti permiſſum eſt, ducat, vim fieri veto. Quandoque de opere faciendo interdictum erit, damni infecti caueri iubebo.*

39 ¶ Hoc interdictum neceſſariò Propoſitum eſt. nā quia ſuperiora interdicta ad eos pertinent, qui à capite r ducunt, vel impoſita ſeruitute, vel quia putant impoſitam, æquiſsimum viſum eſt, ei quoque qui ex caſtello ſ ducit, interdictum dari. id eſt, ex eo receptaculo, quod aquam publicam ſuſcipit, caſtellum accipe.

40 ¶ Si ex caſtello permiſsū eſt, dādū erit interdictū.

41 ¶ Permittitur t autem aquam ex caſtello, vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico ducere.

42 ¶ Idque à principe u conceditur. alij nulli competit ius aquæ dandæ.

43 ¶ Et datur interdum prædiis, interdum perſonis. quod prædiis datur, extincta perſona, non extinguitur x. quod datur perſonis, cum perſonis amittitur y. ideóque neque ad alium dominum prædiorum, neque ad hæredem, vel qualemcunque ſucceſſorem tranſit.

44 ¶ Planè ei, ad quem dominium tranſit, impetrabile eſt. nam ſi docuerit prædiis ſuis aquam debitam, & z ſi nomine eius fluxiſſe, à quo dominium ad ſe trāſiit, indubitatè impetrat ius aquæ ducēdæ: nec eſt hoc beneficiū a, ſed iniuria, ſi quis forte non impetrauerit.

45 Meminiſſe autem debemus, in hoc interdicto totam queſtionem finiri adſignationis b. non enim præparat hoc interdictum cauſam, vt ſuperiora interdicta, nec ad poſſeſsionem temporariam pertinet: ſed aut habet ius adſignatum ſibi, aut non habet, & c interdictum totum finitur.

De horis.

2. *Pomponius* ‖ lib. 32. ad Sabinum. ‖

SI diurnarum d aut nocturnarum e horarum f aquæductum habeam, non poſſum alia hora g ducere, quam h qua ius habeam ducendi.

ſ Caſtellum quid. l.41.§.10. ſup de leg. 1. l.19. ſup. de ſeru. vrb. v. Feſtum in Diuidiculo. t v.3. Harm.3.§.120. u l.18. in fi. ſup. de aqua & aqu. pluu. x eſt enim reale quamdiu res durat, manet; penes quemcunque res ſit, durat. y Perſonalia cum perſonis extinguuntur, l.4. in p. l. pen. ſup. de ſeru. ruſt. v. l.28. in fi. ſup. de leg.2. l.6. in fi. ſup. de ſeru. leg.1.§.1. j. de iur. immun. l.12. C. de excuſ. muner. z & nomine eius fluxiſſe, vulg. & nomine eius fluxiſſet, Hal. a Non dat beneficium qui dat neceſſariò. l.50. ſup. de ritu. l.29. ſup. de donat. b adſignationibus, Hal. c & hoc interdictum, vulg. Hal. & huius generis interdicto totum finitur, Cuiac. 5. obſ.19 in fi. d ἡμερινῶν ἢ νυκτερινῶν diurnum vel nocturnum, 58. Eclog. 20. c.3. e l.10. ſup. quemadm. ſeru. l.17. ſup. de aqua & aqua pluu. f Horæ in diurnas & nocturnas diuiduntur. g facit l.4. in fi. l.5. ſup. de ſeruit. h quam in qua vulg. Hal.

De cauſa aquæ ducendæ. 1. Ne cui noceatur. 2. De mutatione alvei. 3. De aqua quæ in riuo naſcitur. 4. De ductu ante omnem memoriam. 5. De fiſtula in riuo ponenda, vel alia re facienda. 6. De aqua ſupra aquam per pontem ducenda.

3. *Idem* ‖ libro 34. ad Sabinum. ‖

HOc iure vtimur, vt etiam non ad irrigandum a, ſed pecoris cauſa, vel amœnitatis, aqua duci poſsit.

1 ¶ Ex flumine aquam ducere plures poſſunt: ita b tamen vt vicinis c non noceant: vel ſi anguſtus amnis ſit, etiam ei qui in alia ripa ſit.

2 ¶ Si aquam ex flumine publico duxeris, & flumen receſſerit † non potes ſubſequi d flumen: quia ei loco ſeruitus impoſita non ſit. quamuis is locus meus † ſit.

¶ Sed ſi alluuione e paulatim acceſſerit fundo tuo, ſubſequi potes: quia locus totus fluminis ſeruiat ductioni.

¶ Sed ſi circunfluere cœperit mutato alueo, non potes: quia medius locus non ſeruiat, interruptáque ſit ſeruitus.

3 ¶ Aqua quæ in riuo naſcitur, tacitè lucrifit ab eo qui ducit.

4 ¶ Ductus f aquæ, cuius g origo memoriam h exceſſit, iure conſtituti loco habetur.

5 ¶ Is qui aquæ quotidianę (ius) habet, vel fiſtulam in riuo ponere, vel aliud quodlibet facere poteſt, dummodò i ne fundum domino, aut k aquagium l riualibus m deterius faciat.

6 ¶ Si aqua ducatur, ſupra eam alia aqua per pontem n, qui ſupra riuum factus ſit, iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur.

De aquæductu duobus ceſſo.

4. *Iauolenus* ‖ libro 41. Digeſtorum. ‖

LVcio Titio ex fonte meo *vt aquam duceres*, ceſsi. quęſitum eſt, an o & Mæuio cedere poſsim, vt per eundem aquęductum aquam ducat. &, ſi putaueris p poſſe cedi per eundem aquęductum duobus, quemadmodum vti debeant? Reſpondit: Sicut iter, actus, via pluribus q cedi vel ſimul vel ſeparatim poteſt, ita aquæ ducendę ius rectè cedetur. ſed ſi inter eos quibus aqua ceſſa eſt, non conuenit, quemadmodum vtantur, non erit iniquum, vtile iudicium reddi. ſicut inter r eos, ad quos vſusfructus pertinet, vtile communi diuidundo iudicium reddi, pleriſque placuit.

De aqua temporibus vel menſuris diuiſa. 1. De permutatione temporis inter duos ex eodem riuo ducentes.

5. *Idem* ‖ lib. 4. ex Minicio. ‖

CVm conſtet, non ſolùm temporibus ſ, ſed etiam menſuris t poſſe aquam diuidi, poteſt eodem tempore alius quotidianam, alius æſtiuam aquam ducere, ita vt æſtate diuidatur inter eos aqua: hyeme ſolus ducat is qui quotidianæ ius habeat.

¶ Inter duos qui eodem riuo aquam certis horis ſeparatim ducebant, conuenit, vt permutatis inter ſe temporibus aqua vterentur. quæro, cùm amplius tempore ſeruitutibus prefinito ita duxiſſent, vt neuter eorum ſuo tempore vſus eſſet, num ius vtendi amiſiſſent. negauit, amiſiſſe u.

Quæ dicatur aqua æſtiua.

6. *Neratius* ‖ lib. 3. Membranarum. ‖

DE interdicto de aqua æſtiua, item quotidiana quęrentes, primum conſtituendum exiſtimabamus, quæ x eſſet aqua æſtiua, de qua proprium interdictum ad prioris ęſtatis tempus relatum reddi ſolet. hoc eſt, ęſtiua aqua vtrúmne ex iure, æſtiuo dumtaxat tempore vtendi diceretur, an ex mente propoſitóque ducentis, quę ęſtate eam ducendi conſilium haberet, an ex natura ipſius aquę, quòd ęſtate tantum duci poteſt, an ex vtilitate locorum, in quę duceretur? Placebat igitur aquam y ob has duas res, naturam ſuam z, vtilitatemque locorum, in quę deducitur, propriè appellari. ita vt, ſiue eius natura erit, vt niſi ęſtate duci non poſsit, etiam ſi hyeme quoque deſideraretur, ſiue omni tempore anni duci eam ipſius natura permitteret, ſi vtilitas perſonis, in quam ducitur, æſtate duntaxat vſum eius exigeret, æſtiua rectè diceretur.

De cautione.

7. *Paulus* ‖ lib. 5. Sententiarum. ‖

SI de via, itinere, actu, aquęductu agatur, huiuſmodi cautio a pręſtanda eſt, quamdiu quis de iure ſuo doceat, non ſe impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter facientem. Quod ſi neget b, *ius eſſe aduerſario agendi, aqua ducenda*, cauere ſine pręiudicio amittendę ſeruitutis debebit c, donec quæſtio finietur, non ſe vſurum.

De riuo faciendo.

8. *Scæuola* ‖ lib. ſingulari ὅρων. ‖

in fin. ſup. comm. diuid. t & modò, l.4. in fi. l.5. ſup. de ſeru. diſt. l.19. C. de ſeru.
u Imò videtur amiſiſſe, l.13. C. de ſeru.
x l.1.§.2. ſup. eod.
y æſtiuam.
z Aqua æſtiua ob res duas maximè appellatur, ſcilicet ob naturam ſuam, & vtilitatem fundi dominantis.
a l.60.§.1. ſup. de vſufructu. l.15. ſup. de oper. noui.
b id eſt, negatoria agat.
c is ſc. qui ſeruitutem ſibi deberi aſſerit.

CVm per fundum iter *a* aquæ debetur, quacunque vuit *b*, in eo riuum licet faciat, dum *c* ne aquæductum interuerteret.

a l. ius aquæ ducendæ.
b generaliter, ad de *l.9.ſ.de ſeruit.*
c v. *l.3.§.1.ſ.eod.*
d vide Oldendorp. *claſſ.2. act.8.*
e v. *§.2.ſ.eod.*
f v. *§.3.ſ.eod.*
g v. *§.4.ſ.eod.*

DE RIVIS *d*.

TIT. XXI.

Interdictum. 1. Et eius vtilitas. 2. Definitio riui. 3. Et specus. Etymologia ſpecus. 4. De ſeptis. 5. De incili. 6. Quid ſit reficere. 7. Quid ſit purgare. 8. De aquæ ducendæ cauſa. 9. Et iure. 10. De refectione.

1. *Vlpianus* "lib. 70. ad Edictum."

AIt prætor: *Riuos e, ſpecus f, ſepta g reficere, purgare aquæ ducendæ cauſa, quo minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat, quàm vti priore æſtate, non vi, non clam, non precariò à te duxit, vim fieri veto.*

1 ¶ Hoc interdictum vtiliſſimum *h* eſt. nam niſi permittatur alicui reficere, alia ratione vſui incommodabitur.

2 ¶ Ait ergo Prætor, *Riuum, ſpecus.*

¶ Riuus *i* eſt locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat, cui nomen eſt ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, id eſt, *à fluendo.*

3 ¶ Specus *k* autem eſt *l* locus, ex quo deſpicitur. Inde ſpectacula ſunt dicta.

4 ¶ Septa ſunt, quæ ad incile *m* opponuntur, aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine cauſa, ſiue ea lignea ſunt, ſiue lapidea, ſiue qualibet alia materia ſint ad continendam transmittendámque aquam excogitata.

5 ¶ Incile *n* autem eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur. inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit. Sed & foſſæ & putei hoc interdicto continentur.

6 ¶ Deinde ait Prætor: *Reficere, purgare.* Reficere eſt, quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare. Verbo reficiendi *o* tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, item aduehere, adportaréque *p* ea quæ ad eandem rem opus eſſent, continentur.

7 ¶ Purgandi *q* verbum plerique quidem putant ad eum riuum pertinere, qui integer eſt, & palam eſt, & ad eum pertinere, qui refictione *r* indiget. plerunque enim, ‖vt‖ refictione, & purgatione indigent.

8 ¶ *Aquæ*, inquit, *ducendæ cauſa.* meritò hoc additur, vt ei demum permittatur & reficere, & purgare riuum, qui aquæ ducendæ cauſa id fecit.

9 ¶ Hoc interdictum competit etiam ei qui ius aquæ ducendæ non habet, ſi modò aut priore æſtate, aut eodem anno aquam duxerit, cùm ſufficiat, non vi, non clam, non precariò duxiſſe.

10 ¶ Si quis terrenum *ſ* riuum ſigninum *t*, " id *u* eſt lapideum *x* " facere velit, videri eum non *y* rectè hoc interdicto vti. non *z* enim reficit *a*, qui hoc facit. & ita Ofilio videtur.

11 ¶ Proinde etſi per alium locum velit ducere, impunè prohibetur. Sed etſi eundem riuum deprimat *b*, vel *c* attollat, aut dilatet, vel extendat, vel operiat apertum, vel contrà. Ego cæteros quidem impunè prohiberi puto. at enim eum qui operiat apertum *d*, vel contra, eum non puto prohibendum, niſi ſi quam maiorem vtilitatem ſuam aduerſarius oſtendat.

2. *Paulus* ‖ lib. 66. ad Edictum. ‖

LAbeo non poſſe ait ex aperto riuo terrenum *e* fieri: quia commodum domino ſoli auferetur appellendi pecus, vel hauriendi aquam. quod ſibi non placere, Pomponius ait: quia id domino magis ex occaſione, quàm ex iure contingeret. niſi ſi ab initio in imponenda ſeruitute id actum *f* eſſet.

3. De lacu. 4. De loco publico, vel priuato. 5. De aquis calidis. 6. De cuniculo balneario. 7. Quibus & in quos interdictum datur. 8. De operis noui nuntiatione. De actione in rem. 9. De damno infecto. 10. De exportatione, & vectura.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 70 ad Edictum. ‖

SEruius autem ſcribit, aliter duci aquam, quæ ante per ſpecus *g* ducta eſt, ſi nunc per *h* apertum ducatur. nam ſi operis aliquid faciat quis, quo magis aquam conſeruet vel contineat: non impunè prohiberi. Ego & in ſpecu contra, ſi *i* non maior vtilitas verſetur aduerſarij.

h Titulos iuris ab vtilitate commendare Iuriſconſultis frequentiſſimũ eſt, *l.1. ſ.de neg. l.1.ſ. de in integrum reſtit. l.1.ſ.de exercitoria, l.1.ſ.de tributor.* vt aliàs ab æquitate, *l.1.ſ.quod cuiuſque iur. l.1.ſ.de eo per quem, l.1.ſ.de edendo, l.1.ſ.de pact. l.1.ſ.de minor. l.1.ſ.de pecun.conſt. l.1.ſ.de inſt. l.1.ſ.quod cum eo, l.1.ſ.quod iuſſu. l.1.ſ.ſi ventris nomine:* vt à iuſtitia, *l.1.ſ.ex quib.cauſis maior.* & neceſſario vſu, *l.1.ſ.de negot. l.1.ſ.commun.diuidund. l.1.ſ.de interrog. l.1.ſ.de eo qui pro tutor* à frequentia, *l.1.ſ.de inoff. l.1. ſup.ad exhibend. l.1. ſup.de iureiur. l.1. ſup.de teſtib. l.1.ſup. de ſuſpect. l.1.ſupr. vbi pupillus:* & ſimilibus cauſis.
i Riuus quid. v. Feſtum in voce *Riuus.*
k Specus locus ex quo deſpicitur, quẽ διόπτραν vocant Græci 58. *Ecloga* 301. *cap.* 11. & πλετεῖν, vide *Cuiac.* 16. *obſeru.* 17. vel potius ſpecus hic, eſt locus ſubterraneus, in quo nihil aſpici poteſt, per quem aqua operta ducitur.
l etymo, non re. Opponitur foſſa & ſpecus apud Feſtũ in *Riui*, v. *l.3.ſ.eod.*
m de quo in §.3.ſ. *eod.*
n vide *Feſtum.*
o *l.3.§.15.ſup.de itinere actúque priuato, l.11. ſup. communia præd. l.1.§.1. ſup. de via publica.*
p *l.3. in fin.ſ.eod. l.4.in fin.ſup.de itiner. actúque.*
q *d.§.1.*
r refectione.
ſ aquam non continentem.
t Signinus riuus cæmentitius, teſtaceus, non lapideus. Signina opera fiunt ex teſtis contuſis addita calce, 35. *Plin.* 128. *Vitruu. vltim.* hinc ſignina fabrica Boetio: ſigninus alueus Caſſiodoro 5. *variarum.*
u vel, *Haloander.*
x ex ſuperioribus, quæ nunc diximus, conſtat, hanc interpretationem Triboniani eſſe, idque putat Barnab. Briſſonius, vir iuris ſcientiſſimus, & meritiſſimus in Senatu Pariſienſi Præſes.
y Imò rectè, *l.3.§.1.ſ.eod.*
z Materiæ inhabilitas effectum agentis impedit.
a vide *l.3.§.pen. ſ.de itinere actúque priuato.*
b v. quæ notaui ad *l.11. ſup. commun.præd.*
c Forma mutari poteſt, materia non poteſt.
d Poteſt quis id quod priùs κατὰ διόπτραν ducebatur, operire, 58. *Eclog.* 20. *cap.* 11.
e id eſt, ſubterraneum, v. Cuiac. 16. *obſ.* 17. *in princ.*
f id eſt pactum.
g Ducere per ſpecum, eſt ſpecies ducendi per opertum, de quo, vide Cuiac. 16. *obſeru.* 17.
h id eſt, foſſa facta, ductáve ſupra terram.
i 58. *Ecloga* 20. *cap. vlt.*

1 ¶ Seruius & Labeo ſcribunt, ſi riuum, qui ab initio terrenus *a* fuit, qui aquam non continebat, cæmentitium *b* velit facere, audiendum eſſe *c*. Sed & ſi eum riuum, qui ſtructilis *d* fuit, poſtea terrenum faciat, aut partem riui: æquè non eſſe prohibendum. Mihi videtur vrgens & neceſſaria refictio eſſe admittenda.

2 ¶ Si quis nouum *e* canalem vel fiſtulas in riuo velit collocare, cùm id nunquam habuerit, vtile ei hoc interdictum futurum Labeo ait. nos & hic opinamur vtilitatem eius qui ducit, ſine incommoditate eius, cuius ager eſt, ſpectandam.

3 ¶ Si aqua in vnum lacum conducatur, & inde per plures ductus ducatur, hoc interdictum vtile erit volenti reficere ipſum lacum.

4 ¶ Hoc interdictum ad omnes riuos pertinet, ſiue in publico, ſiue in priuato ſint conſtituti.

5 ¶ Sed etſi calidæ *f* aquæ riuus ſit, de hoc reficiendo competit interdictum.

6 ¶ Ariſto & de cuniculo *g* reſtituendo, per quem vapor trahitur in balneariis " vaporibus " *h* putat vtilem actionem competere, & erit dicendum, vtile interdictum ex hac cauſa competere.

7 ¶ Iiſdem autem perſonis, & in eaſdem interdictum hoc datur, quibus, & in quas, & de aqua interdicta redduntur, quæ ſupra ſunt enumerata.

8 ¶ Si quis riuum reficienti opus *i* nouum nuntiat, bellè dictum eſt, poſſe contemni operis noui nuntiationem. cùm *k* enim Prætor ei vim fieri vetet, abſurdum eſt, per operis noui nuntiationem eum impediri. Planè per in rem *l* actionem dicendum eſt, poſſe aduerſus eum vindicari, ius ei non eſſe, dubium non eſt.

9 ¶ De damno quoque infecto cauere eum debere, minimè dubitari oportet.

10 ¶ Si quis "eum" exportare *m*, vehere, quæ refictioni neceſſaria ſunt, prohibeat, hoc interdictum ei competere Ofilius putat, quod eſt verum.

De iure aquæ ducendæ.

4. *Venuleius* " lib. 1. Interdictorum. "

DE riuis reficiendis ita interdicetur, vt non quæratur, an aquam ducere actori liceret. non *n* enim tam neceſſariam refictionem itinerum, quàm riuorum eſſe. quando, non refectis riuis, omnis vſus aquæ auferetur, & homines ſiti *o* necarentur. & ſanè aqua peruenire, niſi refecto riuo, non poteſt. at non refecto itinere, difficultas tantùm eundi agendíque fieret, quæ temporibus æſtiuis leuior eſſet.

a ex terra, non ſubterraneus, vt *l.1. ſup. eod.*
b ſigninum, vt *l.1. §.10. ſup.eod.*
c Imo non eſt, *l.1. §.10. ſup.eod.*
d ſiue commentitius.
e aliud eſt, ſi veterem, 58. *Ecl.* 20. *cap.* 4.
f adde *l.1. ſup. de aqua quotidiana.*
g Cuniculus canalis, *l.26. ſup.de damno.* per quem vapor in balneariis trahitur, *vt hic.* & exhalat 9. *Plin.* 38.
h in balneariis vaporibus, *vulg.* in balneariis, putat. *Hal.*
i *l.5. §.1. ſup.de operis noui.*
k Nouum opus ei nuntiari non poteſt cui facienti prætor vim fieri vetat. Quid igitur? qua actione, qui opus faciet in hac ſpecie, qua actione, inquam, tenebitur? in rem actione, *vt hic.* Imò & de damno infecto cauebit, *§.9.ſ.eod.*
l *l.19.ſup.de oper. noui.*
m *l.1.§.6.ſup. eo.*
n Riui non refecti potior eſt cauſa ac ratio quàm non refecti itineris, non quòd ea quæ aqua fluminum importari vel exportari ſolent, ſint iis pretioſiora, quæ itinere pedeſtri importari poſſunt (poſſunt enim res eædem, eiuſdemve generis vtrobique importari & exportari) ſed quod itinere non refecto, iter inſtitui poteſt, etſi difficultate quadam: riuo non refecto, aqua tota elabi atque perire poteſt: atque ita homines etiam ſiti necari.

DE FONTE *p*.

TIT. XXII.

¶ *Interdictum de vſu. 1. De differentia huius interdicti & interdicti de aqua quotidiana, & æſtiua. 2. De vſu prohibito. 3. De perſonis. 4. De ciſterna, lacu, piſcina, puteo. De aqua viua vel non viua. 5. De prohibito ire ad hauſtum. 6. ¶ Interdictum de purgatione & refectione. 7. Vtilitas interdicti. 8. De purgatione & refectione. 10. De lacu, puteo piſcina. 11. De perſonis.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

AIt prætor: *Vti de eo fonte quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clam, nec precariò ab illo vſus es: quo minus ita vtaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piſcina q item interdicam* r.

1 ¶ Hoc interdictum proponitur ei qui fontana aqua vti prohibetur: ſeruitutes enim non tantum aquæ ducendæ eſſe ſolent, verùm etiam hauriendæ. & ſicut diſcretæ *ſ* ſunt ſeruitutes ductus aquæ, & hauſtus aquæ, ita *t* interdicta ſeparatim redduntur.

2 ¶ Hoc autem interdictum locum habet ſi quis vti prohibeatur aqua, hoc eſt, ſiue haurire prohibeatur, ſiue etiam pecus ad aquam appellere.

3 ¶ Et eadem ſunt hic dicenda, quæ ad perſonam *u*

o Aquæ vſus apud homines & inter animalia cæteraque alia maximus. hinc Pindarus ἄριστον μὲν ὕδωρ. & Feſtus) aliam certè etymologiam affert Iſidorus 13. *origin.* 12. & 20. *cap.* 3.) Aqua dicitur (inquit) à qua iuuamur. Hinc aqua etiam ſolet damnatis interdici: eam quoque nuptæ accipiunt, de quo vide quæ notaui ad *l.66. §.1. ſup.de don.int.vir.* Ea purgationes fiebant, vt dicemus alibi: Aquam quoque Iſidor. 13. *orig.* 12. ſcribit cæteris elementis imperare, vt quæ cælum temperet, terram fœcundet, aerem incorporet: ea piſces nutriri, fruges, arbores, & herbas: eam potum cuique animanti tribuere. Idem ſcribit Aug. lib. 5. de Geneſi ad literam. Hinc Thales dicebat aquam eſſe à qua nata ſunt omnia. Lactantius 1. *Inſtit.* 6. & Fulgent. 1. *Mytholog.* refert, Neptunum Deum maris cum tridente pingi, vt intelligamus aquam cælo, aeri ſeu nubibus & terræ mixtam eſſe. & Tertullian. *lib. de Baptiſmo*, aquam commendat vt antiquam ſubſtantiam & Dei ſedem, ſeu vectaculum, quin aquis primum præceptum fuiſſe refert, vt animas proferrent. nec inde mirum eſſe in Baptiſmo, ſi aquæ animare nouerunt. vide eundem *ibid.* de aquæ laudibus & Senecam. 3. *natural. q.* 3. *c.* 19. & *ſeq.* Varro aquæ elementum fœminæ quaſi locum referre exiſtimat: ignem verò, maſculi: & ſic illam patientis, hunc verò agentis, & ex aqua & igni generari omnia.
p aqua fontana, vt haurire ex ea liceat & pecus ad eam appellere 58. *Eclog.* 21. adde *Oldend.* 2. *claſſ.* 8. *act.* 8. Fons dicitur quod aquam fundat. *Iſid.* 14. *orig.* 2.
q ἢ τῆς πισκίνας. *Ecl. Ibid.* An & de ciſterna? §.4. ſ.
r i. interdictum proponam.
ſ Aquæductus, & aquæ hauſtus ſeruitutes diſcretæ ſunt, hoc eſt, inter ſe differentes.
t Separatorum ſeparata debet eſſe ratio & actio, *l. ſi maritus.* 10. *Cod. de don. inter vir.*
u agentem.

attinent, quæcunque in ſuperioribus interdictis diximus *a*.

4 ¶ Hoc interdictum de *b* ciſterna *c* non competit, nam ciſterna non habet perpetuam cauſam, nec viuam aquam. Ex quo apparet in his omnibus exigendum, vt viua aqua ſit. ciſternæ autem imbribus concipiuntur. Denique conſtat interdictum ceſſare, ſi lacus, piſcina, puteus *d* viuam aquam *e* non habeat.

5 ¶ Planè ſi quis ire ad hauſtum prohibeatur, æquè interdictum ſufficiet.

6 ¶ Deinde ait Prætor: *Quo minus fontem, quo de agitur, purges, reficias, vt aquam coërcere vtique ea poßit: dum ne aliter vtaris, atque vti hoc anno non vi, non clàm, non precariò ab illo vſus es, vim fieri veto.*

7 ¶ Hoc interdictum eandem habet vtilitatem *f*, quam habet interdictum de riuis reficiendis. niſi enim purgare & reficere fontem licuerit, nullus vſus eius erit.

8 ¶ Purgandus autem, & reficiendus eſt ad aquam coërcendam, vt vti quis aqua poſſit, dummodò non aliter vtatur, quàm ſicuti hoc anno vſus eſt.

9 ¶ Coërcere *g* aquam, eſt continere ſic, ne diffluat, ne dilabatur: dummodò non permittatur cui nouas venas quærere, vel aperire. hic enim innouat aliquid præter id quàm præcedenti anno vſus eſt.

10 ¶ Sed & de lacu, puteo, piſcina reficiendis, purgandis, interdictum competit.

11 ¶ Et omnibus perſonis *h* dabitur, quibus permittitur interdictum de aqua æſtiua.

DE CLOACIS. *i*

TIT. XXIII.

¶ *Interdictum prius quod eſt de cloaca priuata.* 1. ¶ *Communia vtriuſque interdicti.* 3. ¶ *Interpretatio prioris interdicti. De cloacis publicis vel priuatis.* 4. *Definitio cloacæ.* 5. *Hoc interdictum eſſe prohibitorium.* 6. *De tubo & fiſtula.* 7. *De vſu violento, clandeſtino vel precario.* 8. *De ædibus, area, agro.* 9. *De cloaca priuata & publica.* 10. *Interpretatio verbi* pertinet. 11. *De vicino proximo vel vlteriori.* 12. *De pauimentis reſcindendis.* 13. *De operis noui nuntiatione.* 14. *De damno infecto.* 15. *Alterum interdictum quod eſt de cloaca publica.* 16. *Summa.*

1. *Vlpianus* "lib. 71. ad Edictum."

PRætor ait: *Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare* k, *reficere liceat, vim fieri veto. Damni infecti quod operis vitio factum ſit, caueri iubebo.*

1 ¶ Sub hoc titulo duo interdicta Prætor ſubiecit, vnum prohibitorium, alterum reſtitutorium: & primum prohibitorium.

2 ¶ Curauit autem Prætor per hæc interdicta, vt cloacæ & purgentur *l*, & reficiantur. quorum vtrumque, & ad ſalubritatem *m* ciuitatum, & ad tutelam pertinet, nam & cælum peſtilens *n*, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum: item ſi *o* non reficiantur.

3 ¶ Hoc autem interdictum propoſitum eſt de cloacis priuatis. publicæ enim cloacæ publicam curam merentur.

4 ¶ Cloaca autem eſt locus cauus per quem colluuies *p* quædam fluat.

5 ¶ Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium eſt, quo prohibetur vicinus vim facere, quominus cloaca purgetur, & reficiatur.

6 ¶ Cloacæ appellatione & tubus *q* & fiſtula continetur.

7 ¶ Quia autem cloacarum refectio *r*, & purgatio ad publicam vtilitatem ſpectare videtur, idcirco placuit non eſſe in interdicto addendum, *Quod non vi, non clam, non precariò ab illo vſus.* vt *ſ* etiam ſi quis talem vſum habuerit, tamen non *t* prohibeatur volens cloacam reficere *u*, vel purgare.

8 ¶ Deinde ait Prætor: *Quæ ex ædibus* x *eius in tuas pertinet* y.

¶ Ædes hic accipere debes pro omni ædificio, hoc eſt, ex ædificio eius in tuum ædificium. Hoc amplius Labeo putabat, hoc interdicto locum eſſe, & ſi area ab vtralibet parte ædium ſit, & ſi fortè (inquit) cloaca ducta ſit ex vrbano ædificio in proximum agrum.

9 ¶ Idem Labeo etiam eum, qui priuatam cloacam in publicam immittere velit, tuendum, ne ei vis fiat. Sed & ſi quis velit talem cloacam facere, vt exitum habeat in publicam cloacam: non eſſe eum impediendum Pomponius ſcribit.

10 ¶ Quod ait Prætor *Pertinet*, hoc ſignificat, quòd ex ædibus eius in tuas pertinet, hoc eſt, dirigitur, extenditur, peruenit.

11 ¶ Et tam ad proximum vicinum hoc interdictum pertinet, quàm aduerſus vlteriores, per quorum ædes cloaca currit.

12 ¶ Vnde Flauius Mela ſcribit, competere hoc interdictum, vt in *z* vicini ædes veniat, & reſcindat pauimenta purgandæ cloacæ gratia: verendum *a* tamen eſſe Pomponius ſcribit, ne eo caſu damni infecti ſtipulatio committatur: ſed hæc ſtipulatio non committitur, ſi paratus ſit reſtaurare id quod ex neceſſitate reficiendæ cloacæ cauſa reſciderat.

13 ¶ Si quis purganti *b* mihi cloacam vel reficienti, opus nouum nuntiauerit, rectiſſimè dicetur, contempta nuntiatione me poſſe reficere id quod inſtitueram.

14 ¶ Sed & damni infecti cautionem *c* pollicetur, ſi quid operis vitio factum eſt, nam ſicuti reficere cloacas & purgare permittendum fuit, ita dicendum, ne damnum ædibus alienis detur.

15 ¶ Deinde ait Prætor: *Quod in cloaca publica factum, ſiue ea immiſſum habes, quo vſus eius deterior ſit, fiat, reſtituas. Item ne quid fiat, immittatúrve* d, *interdicam.*

16 ¶ Hoc interdictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid ad cloacam immittas, néve facias, quo vſus deterior ſit, néve fiat.

De cloaca reficienda vel noua facienda.

2. *Venuleius* ‖ lib. 1. Interdictorum. ‖

QVanquam de reficienda cloaca, non etiam de noua *e* facienda, hoc interdicto comprehendatur, tamen æquè interdicendum Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat: quia eadem vtilitas ſit: prætorem enim ſic interdixiſſe, ne vis fieret, quo minus cloacam in publico facere liceret. ídque Ofilio, & Trebatio placuiſſe. ipſe dicendum ait, vt ‖ ne ‖ factam cloacam purgare & reſtituere permittendum ſit per interdictum: nouam verò facere is demum concedere debeat, *f* cui viarum publicarum cura ſit.

QVOD *g* VI, AVT CLAM *h*.

TIT. XXIV.

Interdictum. 1. *Summa.* 2. *De iure faciendi.* 3. *De exceptione iuris ſui.* 4. *Ad quæ opera pertinet hoc interdictum.* 5. *Quid ſit vi facere.* 6. *De iactu lapilli.* 7. *De teſtatione & denuntiatione.* 8. *De eo qui per vim molitus eſt, ne prohiberi poßit.* 9. *Si prohibitus deſtitit, poſtea facere cœpit.* 10. *De eo qui imbecillitate impeditus, vel ne quem offenderet, ad prohibendum non venit.* 11. *Si extraneus volentem ad prohibendum venire deterruit.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

AIt Prætor: *Quòd vi aut clam factum eſt, qua de re agitur, id cùm experiendi poteſtas eſt, reſtituas* †.

1 ¶ Hoc interdictum reſtitutorium *i* eſt, & per hoc occurſum eſt calliditati eorum, qui vi *k*, aut clam quædam moliuntur. iubentur enim ea reſtituere.

2 ¶ Et parui refert, vtrum ius habuerit faciendi, an non. ſiue enim ius habuit, ſiue non, tamen tenetur interdicto, propter quod vi aut clam fecit. tueri enim ius ſuum debuit, non *l* iniuriam comminiſci.

3 ¶ Denique eſt quæſitum, an hoc interdicto vtenti exceptionem poſſit obiicere. *Quod non iure meo receperim* m, & magis eſt ne poſſit. nam aduerſus vim, vel quod clam factum eſt, nulla iuſta exceptione ſe tueri poteſt.

4 ¶ Hoc interdictum, ad ea ſola opera pertinet, quæcunque in ſolo *n* vi aut clam fiunt.

5 ¶ Quid ſit vi factum, vel clam factum, videamus. Vi *o* factum videri *p* Quintus Mucius ſcripſit, ſi *q* quis contra quàm prohiberetur fecerit. & mihi videtur plena eſſe Quinti Mucij definitio.

6 ¶ Sed & ſi quis iactu *r* vel minimi lapilli prohibitus facere, perſeuerauit facere, hunc quoque vi feciſſe videri, Pedius & Pomponius ſcribunt: eóque iure vtimur.

7 ¶ Sed & ſi contra teſtationem *ſ*, denuntiationémque fecerit, idem eſſe Caſcellius & Trebatius putant, quod verum eſt.

8 ¶ Sed & Ariſto ait, eum quoque vi facere, qui, cùm *t* ſciret ſe prohiberi per vim molitus eſt, ne prohiberi poſſit.

9 ¶ Item Labeo dicit, ſi quem facientem prohibuero, íſque deſtituerit in *u* præſentiarum *x*, rurſuſque poſtea facere cœperit, vi eum videri feciſſe niſi permiſſu meo facere cœperit, vel qua alia iuſta cauſa accedente.

10 ¶ Si quis tamen imbecillitate impeditur, vel etiam ne offenderet vel te, vel eum qui te magnifaciebat *y*, ideo non venerit ad prohibendum, non videbitur aduerſarius vi feciſſe: & ita Labeo ſcribit.

11 ¶ Idem ait, & ſi te volentem ad prohibendum venire, deterruerit aliquis, armis forte, ſine vllo dolo malo, ac propter hoc non veneris, non videri me vim feciſſe.

2. *Venuleius* ‖ lib. 2. Interdictorum. ‖

a l. 1. §. 19. ʒ. *de aqua quotidiana.*
b Interdictum de ciſterna, eſt interdictum pro aqua de ciſterna haurienda.
c Ciſterna ideo dicitur, quòd eius origo ſit cis terram. v. *Feſtum.* ex cælo veniat, non ex terra, viſceribúſve terræ.
d Putei vox antiqua Græca, *Varro* 3. *de lingua.* Æoles enim dicebant πύθιον ἢ πόταμον, *Varro* 4. *de lingua.*
e *l.* 18. ʒ. *de ſeruit. vrb.*
f Eſt enim origo eius cis terram. eâdem igitur deciſionem habere debet, *l.* 3. ʒ. *ad l. Aquil.*
g Coercere aquam eſt eam detinere ne defluat, néve dilabatur, *vt hic.* hoc eodem ſenſu *Coërcere* ſumitur apud Feſtum in *Arcere.*
h *l.* 1. §. 37. *in fin.* ʒ. *de aqua quotid.*
i περὶ ὑπονομιαίων ἤτοι χαγαλῶν, 58. *Eclog.* 22. adde Oldendorp. 2. *claſſ. act.* 8. Cloaca porrò à conluendo, dicta. Cloacare, eſt inquinare. Quis eo non rideat Ethnicos, quòd ſimulachro in cloaca reperto nomen deæ Cloacinæ impoſuerint? vide *Lact.* 1. *Inſt.* 20.
k hæc duo pertinent ad hoc interdictum.
l Cloacarum is fuit Romæ numerus, vt Plinius 26. *cap.* 12. Romam vrbem penſilem vocet, & ſubternauigatam, vide *Duar.* 1. *diſp.*
m v. quæ de aere ſcripſi ad *l.* 2. §. 29. ʒ. *ne quid in loco publ.*
n Peſtilens cælum cloacæ non purgatæ minantur.
o *l.* 5. §. 13. ʒ. *de oper. noui nuntiat.*
p vide Feſtum in *voce.* Cloaca.
q Eadem ratione riui appellatione, & ipſum riui contineri colligunt: licet appellatione fluminis non contineatur ripa, *l.* 1. §. *in publico,* ʒ. *de fluminibus.*
r *al.* refectio.
ſ Poſſeſſio etiam violenta, clandeſtina, vel precaria in hoc interdicto de cloacis prodeſt aduerſus eum à quo ita habetur: quod in aliis interdictis ſecus eſt.
t Cloacam reficere vel purgare volentem, vim pati non. [illegible]
u *l.* 3. §. 8. ʒ. *de riuis.*
x v. *verſ. ædes.* ʒ.
y v. §. 10. ʒ. *eod.*
z Initio domino eſt eius fundum ingredi, cloacæ reficiendæ cauſa, aliàs non licet, *l.* Quum. 16. ʒ.

de ſeruit. ... præd. ... l. requirunt ... ſeruis fugitiuis ... ridi. 3. ... ut. l. omnis ... 6. C. de aquæd. ... 11. l. quicunque ... ex omnibus ... decur. lib. 10.
a v. quæ ... ctione ſcripſi ... 45. in fin. ...
b v. l. 5. ... operis noui ...
c i. actione ... tione.
d Quemadmodum liceat ... eo nomine ... re, vide l. ... diſcuſſor.
e adde l. ... de riuis.
f Viocuri ... ni dicitur ... gua, l. 3. ... public.
g περὶ ... τρα ὑ ... των τι ... Eclog. ... (poſſis ... tit. 13.) ... χοιὸν, id eſt ... operis. ... nim hic ... ad eos qui ... cerunt ... poſſeſſion ... aliquod ... uum fecer ... bet itaque ... tatem hic ... cum titulo ... ris noui ... ne, diffe ... de quo ... Cuiacium.
h vide l. ... eod. id eſt ... obſcurè ... que noct. ... nim furibus ... pitia. Eu ... κλεπτ ... δ' ἐλλ ... φῶς.
† Interdictum ... vi aut clam ... tutorium eſt ... ʒ. eod.
i §. 1. verſ ... toria. Inſt. ... dictis.
k adde l. ... communi ...
l Ius ſuum ... quiſque tueri ... bet, vt ... alium non ... niſcatur.
m iure meo ... rim vulgo.
n l. 7. §. 5. ...
o Imò clam ... de itinere ...
p l. 73. §. 2. ... gulis iuris.
q Denuntiatione admonitus ... gitur, qui ... ne ſibi ... retur, vt ... idem eſt, ... que in citatis ... bus.
r l. 19. §. 1. ...
ſ deteſtationem legiſſe videtur ... iac. apud Paul. ... ſent. 6. §. 3. ... Teſtatio eſt denuntiatio coram teſti bus facta.
t l. 18. in fin. ... ʒ. eod.

u aliàs, deſtiterit.
x eadem voce vſus eſt, *l.* 1. §. 3. ʒ. *ne quid in loco publico.*
y adde *l. pen.* ʒ. *de furt.*

NE in aliena poteſtate a, conditionem meam nihil delinquentis deteriorem b facere.

De prohibitione per ſe vel per alium. 1. De vi ſemel facta. 3. De permiſſione. 5. De parato ſuſcipere iudicium. 6. Vel cauere damni infecti. 7. Quid ſit clam facere.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

PRohibere autem non vtique per ſemetipſum neceſſe eſt: ſed & ſi quis per c ſeruum ſuum, vel procuratorem d prohibuerit, rectè videtur prohibuiſſe. idem etiam ſi mercenarius e meus prohibuerit. Nec quem moueat, quòd per liberam perſonam actio adquiri non ſolet f. nam prohibitio hæc demonſtrat, vi te facere. Quid mirum, cùm etſi clàm tu me feceris, habeam actionem? ergo facto magis g tuo delinquentis, quàm alieno adquiritur mihi actio.

1 ¶ Illud ſciendum eſt, non omnibus momentis vim eſſe faciendā: ſed ſemel h inter initia facta perſeuerat.

2 ¶ Sed ſi permiſerit i, aduerſus eum qui vtatur interdicto, exceptio erit neceſſaria.

3 ¶ Non tantùm autem ſi ego permiſero: ſed & ſi procurator meus, vel tutor, qui tutelam adminiſtrat, vel curator pupilli, furioſi, ſiue adoleſcentis, dicendum erit, exceptioni locum fore.

4 ¶ Planè ſi præſes vel curator reipublicæ k permiſerit in publico facere: Nerua ſcribit, exceptionem locum non habere, quia etſi ei locorum (inquit) publicorum procuratio data eſt, conceſsio l tamen data m non eſt. Hoc ita verum eſt, ſi non lex n municipalis curatori reipublicæ o amplius concedat.

¶ Sed & ſi à principe, vel ab eo cui princeps hoc ius concedendi dederit, idem p erit probandum.

5 ¶ Si quis paratus q ſit, ſe iudicio defendere aduerſus eos, qui interdicendum putant, ne opus fiat, an videatur deſinere vi facere? & magis eſt, vt deſinat, ſi modò ſatis offerat, & defendere paratus eſt, ſi quis agat: & ita Sabinus ſcribit.

6 ¶ Sed & ſi quis damni infecti paratus r ſit cauere, cùm propter hoc tantùm eſſet prohibitus, vel quia non defendebat, vel damni infecti non repromittebat: conſequens eſt dicere, deſinere eum vi facere.

7 ¶ Clàm ſ facere videri Caſsius ſcribit eum qui celauit aduerſarium, neque ei denuntiauit, ſi modò t timuit eius controuerſiam, aut debuit timere.

8 ¶ Idem Ariſto putat, eum quoque clàm facere, qui celandi animo habet eum, quem prohibiturum ſe intellegerit u, & id exiſtimat, aut exiſtimare debet, ſe prohibitum iri.

4. *Venuleius* ‖ lib. 2. Interdictorum. ‖

SEruius, etiam eum clàm facere, qui exiſtimare debeat ſibi controuerſiam futuram: quia non opinionem cuius, & reſupinam x exiſtimationem eſſe oportear, ne melioris conditionis ſint ſtulti y, quam periti z.

De denuntiatione. 2. De perſona cuius celandæ cauſa factum eſt. 2. De denuntiatione. 8. Aduerſus quos interdicitur.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

AVt qui aliter fecit, quam denunciauit a, vel qui decepto b facit eo, ad quem pertinuit non facere, vel conſultò tum denuntiat aduerſario, cùm eum ſcit non poſſe prohibere, vel tam ſerò pronuntiat, vt abire prohibiturus, priùs quàm fiat, non poſsit: & hæc ita Labeonem probare, Ariſto ait.

1 ¶ Si quis ſe denuntiauerit opus facturum, non ſemper videtur non clàm feciſſe, ſi poſt denuntiationem fecerit. Debebit c enim (& ita Labeo) & diem & d horam e denuntiatione complecti, & vbi, & quod opus futurum ſit: neque perfuſoriè f, aut obſcure dicere, aut denuntiare, neque tam arctare aduerſarium, vt intra diem occurrere ad prohibendum non poſsit.

2 ¶ Et ſi fortè non ſit: cui denuntietur, neque dolo malo factum ſit, ne ſit: amicis g denique, aut procuratori †, aut h ad domum denuntiandum eſt.

3 ¶ Sed & Seruius rectè ait, ſufficere fœminæ viro notum i facere, opus ſe facturum. vel denique ſciente k eo facere. quanquam etiam illud ſufficiat; celandi animum non habere.

a al. ne in aliena poteſtate ſit, &c.
b l. 39. in fi. ſup. de neg. l. 26. ſup. de arbitriis: l. 5. §. 2. de oper. noui. l. 2. §. 8. verſ. idem Nerua, ſup. ne quid in loco publ. l. 74. j. de reg. iur.
c v. l. 17. inf. eod.
d l. 24. §. 2. ſup. de vſur.
e & inquilinus. v. l. 17. j. eod.
f qua de re, v. l. 15. ſup. de pecun. conſtit.
g Subſtantiam maius quiddā eſſe qualitate. hinc colligit Albericus: ſubſtantiam autem ex delicto facientis oriri: qualitatem ex facto prohibentis.
h Semel ſufficit vim factam fuiſſe, vt quis teneatur. facit l. 87. §. 1. in fi. ſup. de leg. 2.
i l. 20. §. 2. in fin. j. eo. l. 1. §. 10. ſup. de operis noui nunc.
k Quid ſi rex in regiis iuribus facere quid permiſerit? Latè diminuere ſucceſsionem ſuam nō poteſt in ſucceſſoris præiudicium, vtcunque iurauerit, c. intellecto. extra de iureiur. quod Galli diligentiſsimè obſeruant, vt apud quos dominium regis inalienabile cenſeatur.
l Curator Reipub. an obligare poteſt res ciuitatis, & mutuam pecuniam accipere? Poſſe videtur, l. 11. ſup. de pignor. adde l. 27. ſup. de reb. cred.
m Præſes & curator reipub. procurare poteſt negotia publica, non donare.
n Conſuetudo namque poteſt legi derogare, l. 6. §. 1. in fi. ſup. quod cuiuſque vniuerſit. l. 13. §. 1. ſ. commun. prædior.
o de quo adde l. 5. §. 4. j. eod. adde l. 46. ſup. de damno.
p & multò magis: maior enim eſt poteſtas principis quàm municipij alicuius, imò & populi. l. 3. ſup. de offic. præt.
q v. l. 24. ſup. de vſur. l. 15. §. 1. ſ. de vſurp. r l. 20. §. 5. l. 23. §. 1. ſup. de operis noui: l. 2. §. 1. ſup. quod leg. l. 10. j. de fideiuſſ. ſ l. 73. §. 2. j. de reg. iur.
t l. 4. inf. eod. u intellexerit. vulg. Hal. x l. 3. in fi. l. 6. l. 9. § 2. ſup. de iuris & facti ignor. y Stulti melioris conditionis eſſe non debent quam periti. Diligentia pœnam deſidiæ ſoluere non debet. l. vlt. C. depoſiti. z Idem etiam dicimus iniquum eſſe, vt leuioris ſit cōditionis qui vi rapuit, quam qui clàm Inſt. vi bon. rapt. in fi. pr.
a Denunciationi reſpondere debet actus denuntiantis, alioquin reus non tenebitur.
b ſub. in ſubſtantia operis. c Denuntiationis forma quæ eſſe debeat.
d In quibus actibus dici, & Conſulis mentio neceſſaria ſit, dicam ad l. 3. j. de accuſ.
e Horam in denuntiatione operis adiici oportet: quam tamen nihil eſt neceſſe in ipſis inſtrumentis, contractibus vel teſtamentis adiici.
f Denuntiatio obſcurè fieri non debet, quin præſumptio ſumi ſolet malæ fidei aduerſus eum qui clàm & obſcurè denunciauit, quaſi non denuntiaſſe videatur, vt l. 69. §. 5. ſup. de euict. perfunctoriè, vulg. v hic Albericum.
g l. 4. §. 5. §. 6 ſup. de damno. † Procuratori vt domino denuntiatio fieri poteſt.
h Denunciatio ad domum ſubſidiaria eſt. fieri. n. ad domum tum debet denuntiatio, quoties aduerſarius inueniri non poteſt, adde l. 4. §. toties ſup de damno.
i Vxoris nomine, marito eius denuntiari poteſt: denuncians in dolo eſſe hoc modo deſinit: factum tamen mariti, vxori non nocebit. C. ne vxor pro marito: adde l. 21. C. de procur. k Si emptori controuerſia rei emptæ moueatur ſciente venditore, emptorem nihil neceſſe eſt venditori denuntiare, vt de euictione teneri incipiat, adde l. 28. C. de euict.

4 ¶ Item ait, ſi quis in publico municipij velit facere, ſufficere ei, ſi curatori a reipublicæ denuntiet.

5 ¶ Si quis dum putat locum tuum eſſe, qui eſt meus, celandi tui, non mei cauſa fecerit, mihi interdictum competere.

6 ¶ Idem dicit, & ſi ſerui mei, vel procuratoris celandi cauſa factum ſit, mihi interdictum competere.

7 ¶ Si quis, cùm non denuntiaſſet opus ſe facturum, eíque denuntiatum eſſet, ne faceret, fecerit: vtilius puto, probandum, vi eum feciſſe.

8 ¶ Hæc verba, *Quod vi aut clam factum eſt*, ait Mucius ita eſſe, Quod tu, aut tuorum quis, aut tuo iuſſu b factum eſt.

9 ¶ Labeo autem ait, plures perſonas contineri his verbis. nam ecce primum hæredes eorum, quos enumerat Mucius, contineri putat.

10 ¶ Idem ait & aduerſus procuratorem c, tutorem, curatorem, municipiúmve d, ſyndicum alieno nomine interdici poſſe.

11 ¶ Si quid ſeruus meus fecit, non ob id mecum actio eſt: ſed (ſi) id meo nomine, aut ſub fecit. nam ſi tuum ſeruum mercenarium habuero: quicquid ab eo factum fuerit meo nomine, ob id non tecum, ſed mecum, cuius iuſſu e, aut nomine id opus à ſeruo tuo factum fuerit, agendum erit hoc interdicto.

12 ¶ Similiter quod iuſſu cuius factum erit: ob id non cum eo, ſed cuius nomine iuſſerit, hæc actio eſt. Nam ſi procurator, tutor, curator, duumuir municipij f, quod eius nomine ageret, cuius negotium procuraret, fieri iuſſerit. ob id agendum erit cum eo cuius nomine factum quid erit: non cum eo, qui ita iuſſerit.

¶ Et ſi tibi mandauero, vt opus fieri iuberes, & in ea re mihi parueris: mecum, (inquit) non g tecum erit actio.

13 ¶ Et cùm interdictum ſic h ſit ſcriptum, *Quod vi aut clàm factum eſt*: non ita i, *Quod vi aut clàm feciſti*. latiùs porrigi, quam ad has perſonas, quas ſuprà numerauimus, Labeo putat.

14 ¶ Et hoc iure vtimur: vt, ſiue ego feciſſem, ſiue fieri iuſsi k, interdicto quod vi aut clam tenear.

6. *Paulus* ‖ libro 67. ad Edictum. ‖

SI ego tibi mandauero opus nouum facere l, tu alij: non poteſt videri meo iuſſu factum. teneberis ergo tu, & ille. an & ego tenear, videamus? Et magis eſt, & me, qui initium ei præſtiterim, teneri. ſed vno ex his ſatisfaciente m, cæteri liberantur.

2. De noui operis nuntiatione. 3. De exceptione quod non tu vi aut clam feciſti. 4. Vel quod incendij defendendi cauſa factum non ſit. 5. ad quæ opera hoc interdictum pertinet. 6. De aceruo ſtercoris diſiecto. 7. De agro meliorato. 8. De foſſa. 9. Sí quis ædificium demolitus fuerit non vſque ad ſolum. 10. De tegulis. de ramis arborum.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

SI alius fecerit n me inuito, tenebor ad hoc, vt patientiam o præſtem.

1 ¶ Neratius quoque ſcribit, eum, cuius ſeruus vi aut clàm fecit, aut ſua impenſa ex interdicto opus reſtituere p debere, aut patientiam reſtituendi præſtare. & ſeruum noxæ q dedere. planè ſi mortuo alienatóve r ſeruo interdiceretur ſ, patientiam dumtaxat præſtare debere ait: ita vt & emptor eo interdicto poſsit conueniri, vt impenſam præſtet, aut noxam det: dominóque ‖ operis ‖ ſua impenſa reſtituente, aut damnato, quia non reſtitueret, emptorem liberari.

¶ Eadem & ſi contrà dominus ſerui vel opus reſtituiſſet, vel litis æſtimatione damnatus eſſet. quòd ſi tantùm noxæ dediſſet, aduerſus dominum t operis vtiliter interdici.

2 ¶ Ait Iulianus: Qui ante remiſsionem nunciationis contrà quàm prohibitus fuerit, opus fecerit, duobus interdictis tenebitur: vno, quòd ex operis noui nuntiatione competit: altero, quod vi aut clam. Remiſsione autem facta: intelligendus non erit vi aut clàm facere, ‖quamuis prohibeatur‖ licere enim debet ædificare ei u, qui ſatiſdederit, cùm poſſeſſor x hoc ipſo conſtituatur y clámque facere, nec ante remiſsionem, nec poſtea exiſtimandus eſt: cum is, qui opus nouum nuntiat, non poſsit videri celatus, & præoccupatus, antequàm controuerſiam faceret.

3 ¶ Belliſsimè z apud Iulianum quæritur, an hæc exceptio noceat in hoc interdicto, *Quod non tu vi aut clam feceris*? vt putà vtor aduerſus te interdicto quod vi aut clàm. an poſsis obiicere mihi eandem exceptionem, *Quod non tu vi aut clam feciſti*? Et ait Iulianus, æquiſſimum a eſſe hanc exceptionem dari. nam ſi tu (inquit) ædificaueris, vi aut clam, ego b idem demolitus fuero vi aut clam, & vtaris aduerſus me interdicto, hanc exceptionem profuturam. quod non aliter procedere debet, niſi ex magna & ſatis neceſſaria cauſa. alioquin hæc omnia officio c iudicis celebrari oportet.

4 ¶ Eſt & alia exceptio, de qua Celſus dubitat, an ſit obiicienda, vt putà ſi incendij d arcendi cauſa vicini e ædes intercidi, & quod vi aut clàm mecum agatur, aut damni iniuria. Gallus enim dubitat, an excipi oporteret, *Quod incendij defendendi cauſa factum non ſit*? Seruius autem ait, ſi id magiſtratus feciſſet: dandam eſſe. priuato non eſſe idem concedendum. ſi tamen quid vi aut clàm factum ſit, neque ignis vſque eò

a Syndico & procuratori vniuerſitatis, ciuitatis vel municipij denuntiari in cauſis rerum ſufficit, vt hic. vide l. 3. §. C de modo mult. adde l. 3. §. 4. ſup. eod vt & in negotiis Eccleſiæ, ſufficit denuntiationem Eccleſiæ præpoſitis & antiſtitibus fieri. An eorum contumacia nocebit Reipub. vel ciuitati? minime Gl. in l. 199. j. de R. iur.
b l. 13. § 6. j. eod.
c v. l. 3. C. de modo multar.
d al. municipiíve vel ſyndicum.
e v. d. l. 13. §. 6. j. eod.
f Duumuiri ſunt magiſtratus municipales. de duumuiris alibi dixi.
g v. l. 6 j. eod.
h in rem.
i i. non in perſonam.
k l. 13. §. 6. j. eod.
l quod alij noceret.
m l. 15. in fin. j. eod.
n ſub. opus vi, vel clam.
o l. 16. in fi. inf. eo.
p ſub. ſi iuſsit vel ratum habuit: alias ſponte reſtitueret, non inuitus.
q l. 40. in fin. ſup. de her. pet.
r l. 14 inf. eod.
ſ i. interdicto ageretur contra dominum, qui neque ſciuit: neque ratum habuit.
t i. venditorem.
u v. l. 5. §. 17. ſup. de oper. nou.
x l. 1. ſup. de oper. nou.
y ſi prius poſsidebat: vel ſi nudis verbis facta nuntiatio eſt.
z hoc verbo vtitur etiam iuriſconſultus in l. 1. § 4 ſup. quod legat. l. 1. §. 5. j. quarum rer. actio.
a Vi vti etiam ex interuallo pro ſuis rebus recuperandis permiſſum ergo fuerit: v. l. 24. inf. de captiuis.
b l. 22. § 2. j. eo.
c dixi ad l. 3. C. de pignorib.
d vel hoſtilis aduentus.
e v. l. 3. §. 7. j. de incendio.

nunciatus satisdando desinit vi possidere et efficitur iustus possessor: Pech. cp. 3 nº. 235.

SGCB2021

perueniſſet, ſimpli litem æſtimandam : ſi perueniſſet abſolui eum oportere.

¶ Idem ait eſſe, ſi damni iniuria actum foret : quoniam nullam iniuriam aut damnum dare videtur, æquè perituris ædibus. Quod ſi nullo incendio id feceris, deinde poſtea incendium ortum fuerit: non idem erit dicendum, quia non *a* ex poſtfacto, ſed ex præſenti ſtatu, damnum factum ſit, necne, æſtimari oportere Labeo ait.

5 ¶ Notauimus *b* ſuprà, quòd quamuis verba interdicti latè pateant, tamen ad ea ſola opera pertinere interdictum placere, quæcunque fiant in ſolo *c* : eum enim, qui fructum tangit, non teneri interdicto quod vi aut clam: nullum enim opus in ſolo facit. At qui arbores ſuccidit *d*, vtique tenebitur, & qui arundinem, & qui ſalictum. terræ enim, & quodammodo ſolo ipſi corrumpendo *e* manus infert.

¶ Idem & in vineis ſucciſis. Cæterùm, qui fructum aufert, furti debet conueniri. Itaque ſi quid operis in ſolo fiat, interdictum locum habet.

¶ In ſolo fieri accipimus, & ſi quid circa *f* arbores fiat, non *g* ſi quid circa fructum arborum.

6 ¶ Si quis aceruum ſtercoris *h* circa agrum pinguem diſiecerit, cum eo, quod vi aut clam factum eſt, agi poteſt. & hoc verum eſt: quia ſolo vitium adhibitum ſit.

7 ¶ Planè ſi quid agri colendi cauſa factum ſit, interdictum quod vi aut clam locum non habet, ſi melior *i* cauſa facta ſit agri: quamuis prohibitus quis, vi vel clam fecerit.

8 ¶ Præterea ſi foſſam *k* feceris in ſylua publica, & bos meus in eam inciderit, agere poſſum hoc interdicto: quia in publico factum eſt.

9 ¶ Si quis ædificium demolitus fuerit, quamuis non vſque ad ſolum, quin interdicto tendatur, dubitari deſiit.

10 ¶ Proinde & ſi tegulas *l* de ædificio ſuſtulerit, magis eſt, vt interdicto teneatur.

8. *Venuleius* ‖ lib. 2. Interdictorum. ‖

NAm origo huius rei à ſolo proficiſcitur. Cæterùm per ſe tegulæ non poſſidentur *m*, ſed cum vniuerſitate ædificij: nec ad rem pertinet, adfixæ ſunt, an tantùm poſitæ.

1. De ſerra, claui, cancello, ſpeculario. 2. De ſtatua vel alia re ædibus adfixa. 3. De aratione. De foſſa. De aceruo ſuccenſo vel diſperſo.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

NAm & ſi ramos quis de *n* arboribus abſtulerit, adhuc interdictum hoc admittimus. Hæc ita ſi de ædificio tegulas *o* ſuſtulerit. cæterùm *p* ſi non de ædificio, ſed ſeorſum poſitas, ceſſat hoc interdictum.

1 ¶ Si tamen ſerra *q*, vel clauis, vel cancellus, vel ſpecularium ſit ablatum, quod vi aut clam agi non poterit.

2 ¶ Sed ſi quis aliquid ædibus adfixum *r* euellerit *ſ*, ſtatuam fortè, vel quid aliud, quod vi aut clàm interdicto tenebitur.

3 ¶ Si quis clàm aut vi agrum inarauerit *t*, vel foſſam fecerit, hoc interdicto tenebitur, & ſi aceruum ſuccenderit, vel diſperſerit ſic, vt non ad vſum agri conuertat, interdicto locus non erit.

10. *Venuleius* ‖ lib. 2. Interdictorum. ‖

QVia aceruus ſolo non cohæret, ſed terra ſuſtinetur, ædificia autem ſolo cohærent *u*.

De effuſo in puteum vicini. 1. De ſtatua ex publico ſublata. 2. De ſepulchro. 3. De ridicis. 4. De tempore quo factum eſt. 5. De eo quod partim vi, partim clam factum eſt. 6. De eo quod iuſſu tutoris, vel curatoris factum eſt. 8. De facto ante vel poſt venditionem fundi. 14. De domino prædij, & his quorum intereſt.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

IS qui in puteum *x* vicini aliquid effuderit *y*, ‖vt‖ hoc facto aquam corrumperet, ait Labeo, interdicto quod vi aut clàm eum teneri. portio *z* enim agri videtur aqua viua *a*, quemadmodum *b* ſi quid operis in aqua feciſſet.

1 ¶ Quæſitum eſt, ſi ſtatuam in municipio ex loco publico quis ſuſtulerit vel vi, vel clàm, an hoc interdicto teneatur? Et extat Caſſij ſententia, eum, cuius ſtatua in loco publico in municipio poſita ſit, quod vi aut clàm agere poſſe : quia interfuerit eius, eam non tolli : municipes *c* ‖autem‖ etiam furti acturos : quia res eorum ſit quaſi publicata *d*: ſi tamen deciderit, ipſi eam detrahent, & hæc ſententia vera eſt.

2 ¶ Si quis de monumento *e* ſtatuam ſuſtulerit, an ei ad quem ius ſepulchri pertineret, agere permittitur? Et placet, & in his *f* interdicto locum eſſe. Et ſanè dicendum eſt, ſi qua ſepulchri ornandi cauſa adpoſita ſint, ſepulchri eſſe videri *g*.

¶ Idem eſt, & ſi oſtium auellat, vel effringat.

3 ¶ Si quis in vineas *a* meas venerit, & inde ridicas *b* abſtulerit, hoc interdicto tenebitur.

4 ¶ Quod ait prætor, *Quod vi aut clam factum eſt* : ad quod tempus referatur, videamus vtrùm ad præteritum, an ad præſens. quæ ſpecies apud Iulianum expoſita eſt: ait enim in hoc interdicto præſentis temporis ſignificationem accipi debere. ſi tamen (inquit) ex opere damnum datum fuerit, aut dominus, aut is, cuius fundo nocitum erit, ſua impenſa id ſuſtulerit, vtiliùs probari, quod Iulianus tentat, vt & damnum ſarciatur, & impendia reſtituantur *c*.

5 ¶ Interdictum complectitur id quodcunque aut vi aut clàm factum eſt.

¶ Sed interdum euenit, vt quid & *d* vi & clàm fiat partim *e*, & partim in eodem opere. vtputà, cum prohiberem, fundamenta poſuiſti: poſtea, cum conueniſſem, ne reliquum opus fieret, abſente & ignorante me, reliquum opus perfeciſti, vel contrà, fundamenta clam feciſti, deinde cætera prohibente me ædificaſti. hoc iure vtimur, vt, etſi *f* vi & clam factum ſit, interdictum hoc ſufficiat.

6 ¶ Si tutoris iuſſu aut curatoris factum *g* ſit, cùm placeat, quod Caſſius probat, ex dolo tutoris vel curatoris pupillum vel furioſum non teneri, eueniet, vt in ipſum tutorem curatorémque, aut vtilis actio competat, aut etiam vtile interdictum. Certè ad patientiam *h* tollendi operis vtique tenebuntur pupillus & furioſus, & ad noxam.

7 ¶ An ignoſcitur ſeruo, qui obtemperauit tutori aut curatori? nam ad *i* quædam, quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his qui vice *k* dominorum ſunt, obtemperauerint? quod & in hoc caſu admittendum eſt.

8 ¶ Si *l* poſteaquàm vi aut clàm factum eſt, venierit *m* fundus, an venditor nihilominùs hoc interdicto experiri poſſit, videamus. Et extat ſententia exiſtimantium nihilominus competere ei interdictum, nec finiri venditione: ſed nec ex empto actione quicquam ei præſtandum emptori ex eo opere, quod ante venditionem factum eſt: ſatis enim eſſe, quod vtique propter hoc opus viliori prædium diſtraxerit. Certè etſi non viliori vendidit, idem *n* erit probandum.

9 ¶ Planè ſi poſt venditionem fundi opus factum eſt, etſi ipſe experiatur venditor, quia nondum traditio *o* facta eſt, tamen ex empto actione emptori tenebitur. omne enim & commodum, & incommodum ad emptorem pertinere debet.

10 ¶ Si fundus in diem addictus ſit, cui competat interdictum? & ait Iulianus, interdictum quod vi aut clàm ei competere, cuius *p* interfuit, opus non fieri. fundo enim in diem addicto, & commodum & incommodum omne ad emptorem (inquit) pertinet, antequàm venditio transferatur. & ideo ſi quid tunc vi aut clam factum eſt, quamuis melior conditio allata fuerit, ipſe vtile interdictum habebit, ſed eam actionem, ſicut fructus medio tempore perceptos, venditi iudicio præſtare cogendum ait.

11 ¶ Ariſto autem ſcribit, non *q* poſſeſſori eſſe denuntiandum *r*. nam ſi quis (inquit) fundum mihi vendiderit, & necdum tradiderit *ſ*, & vicinus, cùm opus facere vellet, & ſciret me emiſſe, & in fundo morari *t*, mihi denuntiauerit, eſſe eum tutum futurum, quod ad ſuſpicionem clàm facti operis pertineret. quod ſanè verum eſt.

12 ¶ Ego ſi poſt in diem addictionem factam, fundus precariò *u* traditus ſit, putem emptorem interdictum quod vi aut clam habere.

¶ Si verò aut nondum traditio facta eſt, aut etiam facta eſt precarij rogatio: non puto dubitandum, quin venditor interdictum habeat. ei enim competere debet, etſi res ipſius periculo non ſit: nec multum facit, quòd res emptoris periculo eſt. nam *x* & ſtatim poſt venditionem contractam periculum ad emptorem ſpectat. & tamen antequam vlla traditio fiat, nemo dixit interdictum ei competere.

¶ Si tamen precariò ſit in poſſeſſionem: videamus *y*, ne, quia intereſt *z* ipſius, qualiter qualiter poſſidet, iam interdicto vti poſſit.

¶ Ergo *a* & ſi conduxit, multò magis: nam & colonum poſſe interdicto experiri, in dubium non venit.

¶ Planè ſi poſteaquàm melior conditio allata eſt, aliquid operis vi aut clàm factum ſit: nec Iulianus dubitaret, interdictum venditori competere. nam inter Caſſium & Iulianum de illo, quod medio *b* tempore accidit, quæſtio eſt, non de eo opere, quod poſtea contingit.

a Non ex poſt facto, ſed ex præſenti ſtatu damna iudicanda ſunt. ſequens caſus fortuitus, non tollit effectum præcedentis doli vel culpæ. adde *l. ſi vt certo 5. §. ſed interdū 7. l. in rebus 18. ſup. commodati, l. in ſenatuſconſultō 15. §. ſi propter. 3. inf. ad Turpillian.*
b *l. 1. §. 4. ſup. eod.*
c *d. §. 4.*
d adde *l. 19. ī. eo.*
e corrumpendo. *vulg. Hal.*
f *v. l. 9. inf. eod.*
g *vt verſ. cæterum, ſup. eod.*
h *l. 22. §. 3. inf. eo.*
i *l. 18. ī. eod.*
k *l. 9. in fi. inf. ī. eo. l. 28. 29. ī. ad l. Aquil.* adde *l. 55. ſup. de adq. rer.*
l *l. 9. inf. eod.*
m Cur ita? *v. l. 30. ſup. de adquir. poſſeſſ. l. 33. ſup. de vſurp. l. 1. in pr. ī. de tigno.*
n *l. 7. §. 5. in fin. ſup. eod.*
o *l. 7. in fi. ī. eod.*
p Tegulæ ædificio adpoſitæ adiunctæque, pars ædificij ſunt: aliàs non ſunt: niſi fortè amotæ ſint, vt reponantur, *l. fundi 17. ſup. de act. empt.*
q ſerra. [*vulg. Hal.*
r *l. 41. in fi. ſup. de leg. 1.*
ſ auulſerit. *vulg.* euulſerit. *Hal.* hinc colligere poſſumus, Pandectarum Florentinarum nō vtique perfectam ſcripturam eſſe. ſic corruptè in *l. 3 in fi. ī. eod.* vbi ſcriptum eſt, intelligerit.
t *l. 22. §. 2. ī. eod.*
u & ſoli conditionem ſequuntur, *l. 17. ſup. com. præd.*
x idem in v no, *l. 27. §. 15. in frumento per aliquem corrupto, l. 27. §. 20. ſup. ad l. Aquil.*
y vt ita aqua ſpurca fieret, *l. 3. ſup. de aqua & aquæ pluu. l. 1. §. 1. ī. de extr. crimin.*
z Aqua viua, eſt portio agri.
a Aqua viua putei, opponi videtur ciſternæ.
b in *puteum* vicini qui aliquid effundit, vel hoc pacto aquam putei corrumpat, opus in aqua feciſſe videtur: & perinde teneatur hoc interdicto, ac ſi in ipſa aqua opus feciſſet.
c *l. 41. ſup. de adq. rer. dom. v. l. 29. ī. de reb. auth. iud.*
d id eſt, publica & municipij effecta. Statuæ in locis publicis ita poſitæ, nō ipſorum priuatorū hominum ſunt, quorum eæ ſtatuæ ſunt, ſeu quibus eæ ſtatuæ poſitæ ſunt, ſed ipſius ciuitatis, vniuerſitatis ac municipij. *l. 41. ſup. de adquirend. rer. dom.*
e *l. 2. inf. de ſepulchro violato.* adde *leg. 13. §. 5. l. 15. §. 2. ī. eod.*
f id eſt, quoties ſtatuæ monumento affixæ detractæ dicentur.
g ideoque remouens, interdicto quod vi aut clàm tenebitur.

a adde *l. 7. §.* … *9. ſup. eod. l. 13.* …
b Ridicæ Varro … *de re ruſtica.* … mentum quod … mum adferri … in vineam, … quercu & iunip… & vocatur ridi… hic quidem … me mouet, vt i… *55. §. 4. in fin.* … *de leg. 3.* legam… *cas*, non, *radices.*
c iudicis arbi… *l. vlt. ſup. de* … *dict.*
d Vi aut clam … terpretari poſ… & clam. *v. l.* … *verb. ſign.*
e partim vi, p… clam. *Hal.*
f vide *l. 4. C.* … *gat.*
g *l. 4. ſup. de* … *lis. l. 198. ī. de* …
h *l. 16. in fi.* …
i *l. 2. §. 1.* … *noxal. l. 20. ī.* … *& act. l. 17. §.* … *fin. inf. de* … *15. in fi. ī. de* … *l. 157. l. 169.* … *reg. iur.*
k vt ſunt … res, tutores, *l.* … *ſup. pro empt.*
l Quoties op… ctum eſt ante … tractam vendi… nem, hoc int… ctum venditor … petit, ſiue … tio rem ipſam … didit: ſin poſt … tionem, nondu… men ſecuta … tione, datur … dem venditor… interdictum, … commodum e… ris.
m *l. 13. §.* … *de act. empt.*
n *ſub.* vt vend… habeat hoc in… dictum, nō emp… niſi in ſpecie … ſequitur.
o Traditione … agit emptor … pro opere ante … ditionem facto.
p id eſt, emptori… *eod. l. 4. §.* … *in diem addict.* … *ad hunc locū. Cuiac.* … *2. obſeru. 25.*
q id eſt, etiam … poſſidenti … ipſum in quo … ficatur, modo … eius intereſt … ita, *non poſſeſ*… eſt, cui res ve… ta eſt, necdum … men tradita.
r Cur eſt … tiandum? … denuntiat, … clam facere.
ſ *ſub.* animo … ferendæ poſſeſſio… nis.
t *ſub.* tradita preca… rio poſſeſſione.
u fundus non p… cario. *Cuiac.* … *ſeruatio. 25.* … prehenſus à *Robert. 1. recept. 35.* verum Cuiacius eum poſtea reprehendit, 16. *obſeruat. 29.*
x Emptor periculum rei venditæ ſuſtinet, ſtatim à facta emptione.
y Particula hæc *Videamus*, eſt diffidentis, & in id tamen ſe magis inclinare de… monſtrantis. ex quo apparet non tantùm poſſeſſori, ſed etiam non poſſeſſori, cuius intereſt, hoc interdictum dari. vide *Cuiac. 2. obſeru. 25.*
z non tantum precariæ poſſeſſionis, quantum antecedentis venditionis.
a Interdictum datur emptori quoties ei traditus eſt fundus precariò: multo igitur magis interdictum, ei dabitur, ſi conduxit.
b ante meliorem conditionem allatam.

13 ¶ Si

13 ¶ Si ita *a* prædium venierit, vt, *ſi b diſplicuiſſet, inemptum eſſet*: faciliùs admittimus, interdictum emptorem habere, ſi modò eſt in poſſeſſione.

¶ Et ſi reſciſſio emptionis in alterius arbitrium conferatur, idem erit probandum.

¶ Idémque & ſi ita veniſſet, vt ſi aliquid eueniſſet, inemptum eſſet prædium.

¶ Et ſi fortè commiſſoria venierit, idem dicendum eſt.

14 ¶ Idem Iulianus ſcribit, interdictum hoc non ſolùm domino prædij, ſed etiam his quorum intereſt *c*, opus factum non eſſe, competere.

De colono, fructuario, proprietario.

12. *Venuleius* ‖ lib. 2. Interdictorum. ‖

QVanquam autem colonus, & fructuarius, fructuum nomine, in hoc interdictum admittantur *d*: tamen & domino id competet, ſi quid præterea *e* eius interſit.

1. *De filiofamilias.* 3. *De ſociis.* 4. *De eo, cui conceſſum eſt, vt arbores cæderet.* 5. *De hereditate iacente.* 6. *De colono, & procuratore.*

13. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

DEnique ſi arbores in fundo, cuius vſusfructus ad Titium pertinet, ab extraneo, vel ‖à‖ proprietario ſuccisæ fuerint, Titius & lege Aquilia *f*, & interdicto quod vi aut clam *g* cum vtroque eorum rectè experietur *h*.

1 ¶ Labeo ſcribit, ſi filio *i* prohibente, opus factum ſit, & te habere interdictum, ac ſi te prohibente opus factum eſt, & *k* filium tuum nihilominus.

2 ¶ Idem ait, aduerſus filiumfamilias in re peculiari neminem clam videri feciſſe *l*. namque, ſi ſcit eum filiumfamilias eſſe, non videtur eius çelandi gratia feciſſe, quem certus eſt nullam ſecum actionem *m* habere.

3 ¶ Si ex ſociis communis fundi vnus arbores ſucciderit, ſocius cum eo hoc interdicto experiri poteſt: cùm ei *n* competat, cuius intereſt.

4 ¶ Vnde apud Seruium amplius relatum eſt: (ſi) mihi conceſſeris *o*, vt ex fundo tuo arbores cædam, deinde eas alius vi aut clam ceciderit, mihi hoc interdictum competere: quia ego ſim, cuius intereſt. quod facilius erit admittendum, ſi à te emi, vel ex aliquo contractu hoc conſecutus ſim, vt mihi cædere liceat *p*.

5 ¶ Quæſitum eſt, ſi, cùm prædium interim *q* nullius eſſet, aliquid vi aut clam factum ſit: an poſtea dominio ad aliquem deuoluto, interdicto locus ſit. vtputà hereditas iacebat *r*, poſtea adiit hereditatem Titius? an ei interdictum competat? Et eſt apud Viuianum ſæpiſſimè relatum, heredi *ſ* competere hoc interdictum eius quod ante aditam hereditatem factum ſit. Nec *t* referre Labeo ait, quòd non ſcierit *u*, qui heredes futuri eſſent. hoc enim *x* poſſe quem cauſari etiam poſt aditam hereditatem. Ne *y* illud quidem obſtare Labeo ait, quod eo *z* tempore nemo dominus fuerit. nam & ſepulchri *a* nemo dominus fuit: & tamen ſi quid in eo fiat, experiri poſſum quod vi aut clam. Accedit his, quod hereditas dominæ *b* locum obtinet *c*. & rectè dicetur, heredi quoque competere & cæteris ſucceſſoribus, ſiue antequam ſucceſſerit ſiue poſtea aliquid ſit vi aut clam admiſſum.

6 ¶ Si colonus meus opus fecerit *d*, ſiquidem me volente *e*, vel ratum habente, perinde eſt, atque ſi procurator meus feciſſet. in quo placet, ſiue ex voluntate mea fecerit, teneri me, ſiue ratum habuero, quod procurator fecit.

7 ¶ Iulianus ait: Si colonus arborem, de qua controuerſia erat, ſucciderit, vel quod aliud opus fecerit, ſi quidem iuſſu domini id factum ſit, ambo tenebuntur *f*, non vt patientiam *g* præſtent, ſed vt impenſam *h* quoque ad reſtituendum præbeant. ſi autem dominus non iuſſerit, colonus quidem tenebitur vt patientiam & impenſam præſtet. dominus verò nihil amplius quàm patientiam præſtare cogendus erit.

Si ſeruus ignorante domino fecerit.

14. *Iulianus* ‖ lib. 68. Digeſtorum. ‖

NAm & ſi ſeruus *i* meus ignorante me, opus fecerit, eúmque vendidero, vel manumiſero, mecum in hoc ſolum agi poterit, vel patiar opus tolli: cum emptore autem ſerui, vt aut noxæ dedat, aut impenſam *k*, quæ in reſtitutione facta fuerit, præſtet: ſed & cum ipſo manumiſſo rectè agi *l* poterit.

De poſſeſſore. 1. *Si conductor fecerit.* 2. *De ſepulchro.* 3. *De ſucceſſoribus.* 4. *De tempore interdicti.* 7. *De condemnatione in id quod intereſt.* 10. *De dolo.* 11. *Culpa.* 12. *Si quis alia actione conſecutus ſit quod ſua intereſt.*

15. *Vlpianus* ‖ lib. 72. ad Edictum. ‖

SEmper aduerſus poſſeſſorem operis hoc interdictum competit. idcircóque ſi quilibet *a*, inſcio, vel etiam inuito me, opus in meo fundo fecerit, interdicto locus erit *b*.

1 ¶ Is cui fundum paſtinandum *c* locaueras, lapides ſuſtulit, & in vicini proiecit prædium. ait Labeo, te vi aut clam non teneri, niſi iuſſu *d* tuo id factum ſit. ego puto conductorem teneri *e*, locatorem autem non aliàs, niſi aut patientiam præſtare poſſit, aut aliquam actionem habeat *f*, quàm præſtet. cæterùm teneri non oportere *g*.

2 ¶ Si in ſepulchro *h* alieno terra congeſta fuerit iuſſu meo, agendum eſſe quod vi aut clam mecum. Labeo ſcribit. & ſi communi conſilio plurium id factum ſit, licere, vel cum vno, vel cum ſingulis experiri. opus *i* enim quod à pluribus pro indiuiſo factum eſt, ſingulos in ſolidum obligare. Si tamen proprio quis eorum conſilio hoc fecerit, cum omnibus eſſe agendum, ſcilicet in ſolidum. Itaque alter conuentus *k* alterum non *l* liberabit. quinimò perceptio ab altero: ſuperiore *m* etenim caſu alterius conuentio alterum liberat. Præterea ſepulchri *n* quoque violati agi poteſt.

3 ¶ Hoc interdictum in heredem cæteróſque ſucceſſores *o* datur in id *p* quod ad eos peruenit: & poſt annum *q* non *r* competit.

4 ¶ Annus autem cedere incipit, ex quo id opus ‖factum‖ perfectum eſt, aut fieri deſiit, licèt perfectum non ſit. alioquin, ſi à principio operis cœpti annum quis numeret, neceſſe eſt, cum his, qui opus tardiſſimè facerent, ſæpius agi *ſ*.

5 ¶ Sed ſi is ſit locus, in quo opus factum eſt, qui facilè non adiretur: (vtputà in ſepulchro vi aut clam factum eſt, vel in abdito alio loco, ſed etſi ſub *t* terra fieret opus, vel ſub aqua, vel cloaca aliquid factum ſit) etiam poſt annum cauſa cognita competit interdictum de eo quod factum eſt. nam cauſâ cognitâ annuam exceptionem remittendam, hoc eſt, magna & iuſta cauſa ignorantiæ *u* interueniente.

6 ¶ Si quis reipublicæ cauſa abfuiſſet *x*, deinde reuerſus interdicto quod vi aut clam vti vellet, verius eſt, non *y* excludi anno eum, ſed reuerſum, annum habere. nam & ſi minor 25. annis reipublicæ cauſa abeſſe cœpiſſet, deinde maior effectus ſit, dum abeſt reipublicæ cauſa: futurum, vt, ex quo rediit, annus ei computetur, non ex quo impleuit 25. annum. & ita Diuus Pius, & deinceps omnes principes reſcripſerunt.

7 ¶ Hoc interdicto tanti *z* lis æſtimatur, quanti actoris intereſt id opus factum eſſe. Officio autem iudicis ita *a* oportere fieri reſtitutionem iudicandum eſt, vt in omni cauſa eadem conditio ſit actoris, quæ futura eſſet, ſi id opus, de quo actum eſt, neque vi, neque clam factum eſſet.

8 ¶ Ergo nonnunquam etiam dominij *b* ratio habenda eſt. vtputà ſi propter hoc opus, quod factum eſt, ſeruitutes amittantur, aut vſusfructus intereat, quod non tantùm tunc *c* eueniet, cùm quis opus ædificauerit, verùm etiam ſi diruiſſe opus proponatur, & deteriorem conditionem feciſſe, vel ſeruitutum, vel vſusfructus, vel ipſius proprietatis.

9 ¶ Sed quod interfuit, aut per iuſiurandum *d*, quod in litem actor iurauerit, aut ſi iurare non poſſit *e*, iudicis officio *f* æſtimandum eſt.

10 ¶ Eum autem qui dolo malo fecerit, quo minus poſſit reſtituere, perinde *g* habendum, ac ſi poſſet.

11 ¶ Culpam quoque in hoc interdicto venire, erit probandum: quæ tamen arbitrio iudicis æſtimanda erit.

12 ¶ Quia autem hoc interdictum id *h*, quod intereſt, continet, ſi quis alia *i* actione fuerit conſecutus id quod interfuit, opus non eſſe factum, conſequens erit dicere, ex interdicto nihil eum conſequi oportere.

De his qui non poßident. 1. *De proprietario & fructuario.* 2. *Quid reus debet.*

16. *Paulus* ‖ lib. 67. ad Edictum. ‖

COmpetit hoc interdictum etiam *k* his, qui *l* non poſſident, ſi *m* modò eorum intereſt.

1 ¶ Si quis vi aut clã arbores non frugiferas ceciderit, veluti cupreſſos *n*, domino dũtaxat cõpetit inter-

a Quatuor caſus hic enumerantur, quibus interdictum quod vi competit emptori: primus, quando venditio confertur in arbitrium emptoris, *vt hic*. ſecundus quando in arbitrium alterius, *verſ. etſi*: tertius, quando in euẽtum fortunæ, *verſ. idémque*. quartus, quoties ſub pacto legis commiſſoriæ venditur, *verſ. etſi fortè*.

b Interdictũ quod vi datur, quoties venditio purè contrahitur, & ſub conditione reſoluitur: datur, inquã, pro opere facto pẽdente conditione.

c *l. 16. ȷ. eod.*

d Imò fructuarius nõ admittitur. *arg. l. 7. §. 5. ſ. eod.* An dicemus fructuariũ admitti in id quod eius intereſt propter fructus qui ex fundo potuerunt percipi? (nam pro ipſis fructibus interdictum hoc non datur, ſed actio furti.) An potius admittitur fructuarius, ratione operis in ſolo facti.

e i. vltra id quod intereſt fructuarij vel coloni.

f *l. 27. §. 26. ſup. ad l. Aquil. l. 1. l. 7. §. 2. ȷ. arbor. furt. cæſ.*

g *l. 18. ȷ. eo. facit l. 8. §. 2. ȷ. arbor. furt. cæſ.*

h vna tamen electa, altera tolletur, *l. pen. ȷ. arbor. furt. cæſ.*

i adde *l. 17. ȷ. eod.*

k vt & tibi & filio competat interdictum.

l *ſub.* vt ipſi filio quæratur interdictum, ſed vt patri per filium.

m quam? negatoriam.

n Argumentandi formam obſerua: Competit ei cuius intereſt, ergo & ſocio adde *l. 16. ȷ. eo.*

o *facit l. 6. ſ. de donat.*

p tunc enim in tuũ ius ex cauſa oneroſa ſuccedo.

q i. eo tempore quo opus ſit.

r eo tempore quo opus factum eſt.

ſ Heredi competit interdictum ob ea quæ ante aditã hereditatem facta ſunt, *l. 13. §. 2. l. 43 in fin. ſ. ad l. Aquil.*

t prima dubitandi ratio.

u *l. 8. §. 1. ȷ. de precario.*

x ideóque hæc excuſatio non eſt admittenda. y altera dubitandi ratio.

z *l. 1. ſ. de diuiſ. rer.* a vide *l. 11. §. 2. ſup. eod.* b domini. *vulg. Haloand. l. 13. §. 2. in fin ſ. ad l. Aquil. l. 31. ſup. de her. inſt. l. 9. ſup. locati.*

c Imò non obtinet: res enim hereditariæ nullius eſſe cenſentur, *l. 1. ſup. de rer. diuiſ.* d vicinis meis noxium.

e putà iubente, *l. 5. §. 8. & §. vlt. ſup. eod. l. 15. §. 2. ȷ. eod.*

f vno tamen ſoluente alter liberatur. *l. 15. §. 2 ȷ. eod. l. 1. §. quoties ſup. de vi & vi armata.* g *l. 16. in fin. ȷ. eod.* h adde *l. 14. ȷ. eod.*

i *l. 7. §. 1. ſup. eod.* k adde *l. 13. in fin. ſup eod.*

l ad impenſas, idve quod intereſt. (Nam ad patientiam agitur contra dominum) ſi modo id domino ignorante fecit, *vt hic*. ſecus ſi domino iubente; tunc enim ei ignoſcitur, neque tenetur *l. is qui. 10. §. ſi interim. 6. ſup. eod.*

a *ſub.* etiam extraneus, ſiue poſſeſſor id fecerit, ſiue alius mandato eius: ſiue ſine mandato vi vel clam.

b vt præſtem patientiam, *l. 13. in fin. l. 14. ſup. eod. l. 16. in fin ȷ. eod.*

c fodiendum. Paſtinum fit tribus generibus, aut terra in totum foſſa, aut ſulcis, aut ſcrobibus *Pallad. 2. tit. 10.* hinc paſtina, *l. 7. in fin. ſup. ſol.* & paſtinationes *l. 79. ȷ. de verb. ſignif.*

d *l. 3. §. 8. & vlt. ſup. eod.*

e *ſub.* in ſolidum.

f *ſub.* contra colonum.

g *ſub.* præterquam in prædictis caſib.

h v. *l. 11. §. 2. ſup. eod.*

i In indiuiſo facta à pluribus ſingulos in ſolidum obligant.

k *l. 7. l. 8. ſup. de iuriſd.* Imò, liberabit, *l. 9. in fin. ſup de iuriſd.*

l Iuſſi terram in alieno ſepulchro ingeri, ſolus teneor, *vt hic*. Plures id communi conſilio eodem tempore fecimus, vnius conuentio & perceptio alterum liberabit, *verſ. etſi, verſ. ſuperiore.* proprio conſilio id plures fecimus: nec vnius conuentio, nec perceptio alios liberabit, *verſ. ſi tamen. verſ. itaque.*

m ſi communi cõſilio id factum, quoties communi conſilio delictum admiſſum eſt.

n *v. ȷ. de ſepulchro violato.*

o *ſub.* etiam ſingulares.

p & ſic non in ſolidum.

q *ſub.* vtilem.

r *l. 11. ſup. de aqua & aqua pluu.*

ſ Eſt autem abſurdum antea agi quam opus factum ſit.

t Cuſtodes nocturnos furtorum nomine (quæ abditis locis fiant) non teneri, hinc colligũt: ſed nec eadem ratione teneri decuriones eóſve magiſtratus, qui alias denuntiare intra certum tempus maleficia tenentur in ſuo territorio admiſſa, ſi ea admiſſa non denuntiauerint, quæ clam, occultiſve locis acciderint: meretur. n. excuſationem ignorantia, *l. 1. in fin. ȷ. ſi quis teſtam. liber.* u *v. l. 57. ȷ de oblig.*

x *ſub.* in cuius præiudicium opus fiebat vi vel clam. y adde *l. 11. §. 1. ſup. ſecundum tab.* z *l. 21. in fin. ȷ. eod. l. 38. §. 11. ſup. de vſur.*

a Ea eſt enim reſtitutionis natura, *l. 38. §. 4. ſup. de vſur.* b *v. l. 3. ſup. ſi vſusfr. petat.* c *l. 9. in fin. pr. ſup. quod met. cauſ.* d *l. 25. §. 10. ſup. de hered. pet. l. 68. l. 71. ſup. de rei vind. l. 1. ſup. de in lit. iur.* adde *l. 2. §. 34. in fin. ſup. ne quid in loco publ.* e aut noluit, *l. 19. §. 4. in fin. ȷ. de furtis.*

f Officium iudicis ſupplet iuramenti defectum. *l. 9. C. vnde vi.*

g *l. 131. ȷ. de reg. iur.* h *l. 16. ȷ. eod.*

i *l. 6. in fin. l. 7. §. 1. ſup. eod. l. 14. § 11. ſup. quod met cauſ.* k id eſt, non tantùm domino, ſed & colono, vel fructuario, fructuum nomine, *v. l. 12. ȷ. eod.*

l Qui illi ſunt? coloni & ſimiles. m *l. 11. in fin. l 13. §. 2. ſup. eod.* n cypreſſos. *Vulg Hal.* cypariſſos etiam protulit Virgil. 3. *Æneid.* & 2. *Georg.* Porrò cupreſſi inter infrugiferas arbores referuntur, licèt coniferæ ſint, & reſiniferæ hæc ideo olim funebris arbor habita eſt. ideo apud multas gentes in cœmeteriis ſeri. poſtea cœpta, *v. Theoph. 4. de plantis*: adde & *tit. Cod. de cupr.* Ferales appellat Hor.

dictum. Sed ſi amœnitas *a* quædam ex huiuſmodi arboribus præſtetur. poteſt dici, & fructuarij intereſſe propter voluptatem & geſtationem, & eſſe huic interdicto locum.

2 ¶ In ſumma qui vi, aut clam fecit, ſi poſſidet, patientiam *b* & impenſam tollendi operis: qui fecit, nec poſſidet, impenſam; qui poſſidet, nec fecit, patientiam tantum debet.

Per quos acquiritur interdictum.

17. *Idem* ‖ lib. 69. ad Edictum. ‖

INterdictum quod vi aut clam per quemuis *c* domino acquiritur, licèt per inquilinum.

De ſylua cæſa. 1. De eo qui magiſtratum rogauit, vt quem iudicio adeſſe iuberet.

18. *Celſus* " libro 25. Digeſtorum."

SI immaturam *d* ſyluam cæduam *e* cæcidit quis, interdicto quod vi aut clam tenetur *f*. ſi maturam ſimiliter cæduam, neque *g* damno dominus affectus eſt *h*, nihil præſtabit *i*.

1 ¶ Non abſurdè reſponſum eſt: Si magiſtratum rogaſſes, vt aduerſarium tuum adeſſe ad iudicium iuberet, ne opus nouum tibi nuntiaret, clam videris opus feciſſe, quod interim *k* feceris.

De filiofam. colono.

19. *Vlpianus* ‖ lib 57. ad Edictum. ‖

INterdictum quod vi aut clam competere filiofamilias colono arboribus ſuccenſis *l*, Sabinus ait.

De prohibitione. 1. De naue aut alia re mobili. 5. De loco priuato, publico, ſacro, religioſo.

20. *Paulus* " libro 13. ad Sabinum."

VI *m* facit tam is qui prohibitus fecit, quàm *n* is qui quo minus prohibeatur, conſecutus eſt: periculo † (putà) aduerſario denuntiante, aut ianua (putà) præcluſa.

1 ¶ Prohibitus autem intelligitur, quolibet prohibentis actu: id eſt, vel dicentis ſe prohibere, vel manum opponentis, lapillúmve *o* iactantis prohibendi gratia.

2 ¶ Tamdiu autem vi facit prohibitus, quandiu res in eodem ſtatu permanebit. nam ſi poſtea conuenerit *p* cum aduerſario, deſinit vi facere.

3 ¶ Item ſi prohibiti heres, vel is qui ab eo emerit, ignorans cauſam præcedentem, fecerit: dicendum eſſe Pomponius ait, non incidere eum in interdictum.

4 ¶ Quod in naui fit, vel in alia qualibet re vel ampliſſima, mobili *q* tamen, non continetur hoc interdicto.

5 ¶ Siue *r* in priuato, ſiue in publico opus fiat, ſiue in loco ſacro, ſiue in religioſo, interdictum competit.

Si opus quod quis iuſſus eſt reſtituere, alius ſuſtulerit. 1. Si dominus ſeruum iuſſerit facere. 2. De ſoli & cæli menſura. 3. De iure prædij amiſſo.

21. *Pomponius* ‖ lib. 29. ad Sabinum. ‖

SI opus quod quis iuſſus eſt à iudice, qui ex hoc interdicto ſumptus eſſet, reſtituere, alius quis *ſ* vi aut clam ſuſtuliſſet, nihilo *t* minus idem ille omnimodo iubetur opus reſtituere.

1 ¶ Si iuſſero ſeruum meum ‖ opus ‖ facere, cùm, quantum ad me pertinet, in clandeſtini ſuſpicionem non venirет *u*, ſeruus autem meus putauerit, ſi reſciſſet aduerſarius, prohibiturum eum, an teneat? & non puto: cùm mea perſona ſit intuenda.

2 ¶ In opere *x* nouo tam ſoli *y* quàm cæli *z* menſura facienda eſt.

3 ¶ Si quis propter opus factum ius aliquod prædij amiſit *a*, id reſtitui ex hoc interdicto debet.

De vite. 1. De aratione. 2. De tabulis fixis & refixis. 3. De ſtercore per fundum lato. 4. De ſepulchro. 5. De denuntiatione.

22. *Venuleius* ‖ lib. 2. Interdictorum.

SI vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis *b*, eáque in fundo tuo coaluerit. vtile eſt interdictum quod vi aut clam intra annum. ſed ſi *c* annus præterierit, nullam remanere actionem, radices quæ in fundo meo ſint, tuas fieri, quia *d* his acceſſiones ſint.

1 ¶ Si quis vi aut clam arauerit, puto eum teneri hoc interdicto, perinde atque ſi foſſam *e* feciſſet. non enim ex qualitate operis huic interdicto locus eſt, ſed ex opere facto quod cohæret ſolo.

a Amœnitatis etiã habetur ratio, adde *l. hoc iur. 3. ſ. de aqua quotid.* vide tamen *l. vt pomum 8. ſ. de ſeruitutib. v. d. tit. C. de expreſſis.*
b *l. 7. l. 13. in fin. l. 15. §. 1. ſ. eod.*
c adde *l. 3. l. 13. ſup. eod.*
d Immaturam ſyluam cædens interdicto quod vi aut clam tenetur.
e i. per tempora, ſeu ſtatis certiſque temporibus cædi ſolitam.
f Imò, lege Aquilia *l. 27. §. 26. ſupra ad l. Aquil.*
g *l. 7. §. 1. ſup. eod. l. 1. C. ad l. Aquil.* v. tamen *l. 22. §. 3. ſ. eod.*
h quomodo id fieri poteſt.
i Imò, furti & arborum furtim cæſarum tenetur, *d. §. 26.*
k *l. 6. l. 8. ſup.*
l ſuccisis. *Vulg. Hal.* adde *l. 7. §. 5. eod.*
m *al.* Vim facit.
n *l. 1. §. 8. 9. ſ. eod.*
† *al.* periculum. *l. 1. §. 2. ſ. de eo per quem factum.*
o *l. 1. §. 6. ſup. eod.*
p *l. 3. §. 2. ſup. eod.*
q Nauem, & ſi res ſit ampliſſima, eſſe tamen rem mobilem hinc colligere poſſis, *vt hic* ad inſtar vehiculi, *l. 1. §. 7. ſup. de vi & vi.* hoc interdictum ad res ſoli pertinet, *l. 1. §. 4. ſup. eod.* ad nauem non pertinet, *vt hic*: ad nauem refer *l. 6. in fin. ſup. de his qui effud. l. 36. ſup. de euictionibus. l. 30. ſup. de vſurp. l. 3. in fin. ſup. de vi publ.*
r 58. *Ecl.* 23. *c.* 7.
ſ *l 22. § 2. ſ. eod.* Augmenti etiam rationem haberi in executionibus ſententiarum hinc colligunt: arg. *l. quamuis 13. ſup. de rebus auctoritate iudicis poſſidẽdis. l. ſed cum patronus l. 6. §. 1. verſ. quamuis ſup. de bon. poſſ.* Eadem ratione priuilegia extendi ad ſua augmenta, *c. 10. extra de decimis.* Augmẽti & principalis eandem eſſe naturam, *l. ſed ſi manente 5. ſ. de precario.*
t Sententia licet per iniuriam dicta, executioni mandatur aduerſus eum in quem lata eſt.
u Cur ita? non credebam, neque credere debebam, me per aliquem prohibendum eſſe. x *ſub.* quod vi clamve factum eſſe dicitur in alterius præiudicium.
y i. id ſpectandum eſt, an in ſuo ſolo ædificet.
z id etiam ſpectandum eſt, an aeri & lumini meo officiat, *l. 8. §. 5. ſup. ſi ſeruit. vindicetur*: *l. 61. ſ. de reg. iur.*
a *l. 15. §. 7. ſup. eod.* b depreſſeris. *Vulg. Hal.* quam lectionem valde probo. hoc enim vocabulum ad res hortenſes accommodatum eſt. Hinc Cato *c. 32. de re ruſt. in fin.* Facito vt vites multæ aſſerantur: & ſicubi opus erit, de arbore deiiciantur, & in terram deprimantur. c Ita periculoſum eſt id permittere vicino, meæ vitis ramos in ſuum fundum ſuamve pergulam deducat: nam ſi id anni ſpatio permiſero, vitem amitto. Proinde, quoties id ita accidit, conſultius eſt eum qui id permittit, inſtrumento aliquo id teſtari, hoc eſt, ſe precario concedere, *l. ait Prætor. 2. §. vlt. ſ. de precario.* d Quid? an radix vitis cedit viti? *vt hic*: cedit ſanè: quia in hac ſpecie, vitis ipſa in fundo vicino etiam coaluit. adde *l. 3. §. 7. ſup. vti poßidetis.*
e *l. 6. in fin. ſup. eod.*

2 ¶ Si ad ianuam meam tabulas *a* fixeris, & ego eas prius, quàm tibi denuntiarem, refixero *b*: deinde inuicem interdicto quod vi aut clam exegerimus *c*. niſi remittas mihi, vt abſoluar, condemnandum te quaſi rem non reſtituas, quanti mea interſit; aut exceptionem mihi profuturam, *Si non vi, nec clam, nec precariò fecerit.*

3 ¶ Si ſtercus *d* per fundum meum tuleris, cùm id te facere vetuiſſem: quanquam † nihil damni feceris mihi, nec fundi mei faciem mutaueris: tamen teneri te quod vi aut clam Trebatius ait. Labeo contra: ne etiam is qui duntaxat iter per fundum meum fecerit, aut auem egerit *e*, venatúſve fuerit ſine vllo opere, hoc interdicto teneatur.

4 ¶ Si quis proiectum aut ſtillicidium in ſepulchrum *f* immiſerit, etiam ſi ipſum monumentum non tangeret, rectè cum eo agi, quod in ſepulchro vi aut clam factum ſit: quia ſepulchri fit non ſolùm is locus qui recipiat humationem, ſed omne *g* etiam ſupra id cælum: eóque nomine etiam ſepulchri violati *h* agi poſſe.

5 ¶ Si is, qui denuntiauerit ſe opus facturum, confeſtim *i* opus fecerit: clam feciſſe non intelligitur. nam ſi † poſt tempus, videbitur clam feciſſe.

DE REMISSIONIBVS *k*.

TIT. XXV.

Interdictum. 1. Argumentum interdicti. 2. Vbi remißio tenet, vel non. 3. Qui poſſunt nouum opus nuntiare.

Vlpianus " lib. 71. ad Edictum."

AIt Prætor: *Quod ius ſit illi* l *prohibere ne ſe inuito fiat, in eo nuntiatio teneat* m: *ceterùm nuntiationem miſſam* n *facio.*

1 ¶ Sub hoc titulo remiſſiones proponuntur.

2 ¶ Et verba Prætoris oſtendunt remiſſionem ibi demum factam, vbi nuntiatio non tenet. & nuntiationem ibi demum voluiſſe prætorem tenere, vbi ius eſt nuntianti prohibere, ne ſe inuito fiat. Ceterùm ſiue ſatiſdatio interueniat, ſiue non, remiſſio facta hoc tantùm remittit, in quo non tenuit nuntiatio. Planè ſi ſatiſdatum eſt, exinde remiſſio facta eſt, non eſt neceſſaria remiſſio.

3 ¶ Ius habet opus nouum nuntiandi, qui aut dominium, aut ſeruitutem *o* habet.

4 ¶ Item Iuliano placet, fructuario vindicandarum ſeruitutum ius eſſe *p*, ſecundum *q* quod opus nouum nuntiare poterit vicino, & remiſſio vtilis *r* erit. ipſi *ſ* autem domino prædij, ſi nuntiauerit, remiſſio inutilis erit. neque ſicut aduerſus vicinum, ita aduerſus dominum agere poteſt, ius ei non eſſe inuito ſe altius ædificare. ſed ſi hoc facto vſusfructus deterior fiat, petere *t* vſumfructum debebit. Idem Iulianus dicit de ceteris quibus aliqua ſeruitus à vicino debetur.

5 ¶ Ei quoque qui pignori *u* fundum acceperit, ſcribit Iulianus non eſſe iniquum detentionem *x* ſeruitutis dari.

DE *y* PRECARIO *z*.

TIT. XXVI.

Definitio. 1. Origo. 2. Collatio precarij & donationis. 3. Collatio precarij & commodati.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Inſtitutionum.

PRecarium eſt quod precibus *a* petenti vtendum conceditur "tamdiu *b*," quamdiu is qui conceſſit, patitur.

1 ¶ Quod genus liberalitatis *c* ex iure gentium deſcendit.

2 ¶ Et diſtat à donatione, eo, quòd qui donat, ſic dat, ne recipiat: at qui precariò concedit, ſic dat, quaſi tunc recepturus, cùm ſibi libuerit precarium ſoluere.

3 ¶ Et eſt ſimile *d* commodato. nam & qui commodat, ſic commodat vt non *e* faciat rem accipientis, ſed vt ei vti re commodata permittat.

Interdictum. 1. Reſtitutorium. 2. Ratio interdicti. De concurſu huius interdicti, & actionis præſcriptis verbis. 3. Quis videatur habere precariò.

2. *Idem* " lib. 73. ad Edictum."

AIt prætor: *Quod precariò ab illo habes* f, *aut dolo malo feciſti vt deſineres habere, qua de re agitur, id illi reſtituas.*

1 ¶ Hoc interdictum reſtitutorium *g* eſt.

2 ¶ Et naturalem habet in ſe æquitatem. namque

a quæ Nouell... cap. 15. ... cat. Solebat ... tabulæ ædibus ... xa indicari ... hypotheca: ... tabula ... à De... moſthene & Me... nandro ... Cuiac. 16. obſ. ... in fin. adde ... 2. C. vt ... ceat. adde ... ſ. de inimic.
b *l. 7. §. 3.* ... ctum in ... authoritate ... tollere: ... alieno, licet ... damnum ... iudicium ...
c egerimus ...
d adde *l. 7. ...* eod.
† v. tamen ... ſup. eod.
e i. in ... captat, ... concitari ... auem ... capere. ... men ... tris vſum ... pando ... cognitũ ... lè: refelli... illo Marti... epigram. ... ius inſcript... Accipiter, ... fuit volu... mulus ... pis: idem ... captas ... tet aues.
f *l. 11. §. ...*
g *l. 1. ...* tutib. ...
h *l. 5. ...* pulchro ...
i Clam ... qui in ... tiationis ... opus ipſum ...
† Citatus ... hora ad ... actum ... cumax, ... actus ille ... fuerit. ... poſitus ... quàm ... nullus ... de habet... factus parte ... tata. *Bald.* ... in *l.* ... *Iulianus* 16. ... damn. Idem ... ſententia ... extra horam ... dictam ... notat ... *Marſilius* ...
k Remiſſio ... litio ... operis ... tore ... hic. adde ... oper. noui ...
l *ſub.* ... ritate & ... miſſione, ... perẽſſione ...
m *ſub.* cum ... proinde & ipſa remiſſio.
n *ſub.* à iure, vel ... cto hominis.
o v. quæ not. ad ...

14. *ſup. de oper. nou.* p Imò ei non eſt ius vindicandi, *l. 1. ſup. ſi vſusfr. pet.*
q *v. l. 1. 2. ſup. de oper. nou. v. Cuiac. 1. obſ. 16. & 19. obſ. 17.* r inutilis erit. *Cuiac.* 1. *obſ.* 16. reprehenſus à Robert. 2. *recept.* 12. ſ *l. 2. ſup. de oper. noui.* t *l. 19. ſup. de ...* *oper. nou.* u *l. 16. ſup. de ſeru. l. 5. ſup. de oper. noui.* x petitionem. *Cuiac.* y de precarij & commodati differentia, *v 6. Harm. tit. de reg. iur. § 54.* *l. 1. § 1. ſup. commodati. 28. C. 9.* περὶ τῶν παρακλήσει συγκεχωρημένων ποιεῖν τι ἢ νέμεσθαι 58. *Ecl.* ... de precariis 3. *extra* 4. De precarij generibus, *v. Cuiac. 4. obſ. 7.* a *l. 1. in fin.* eodem. ideóque hoc genus precarij dicitur propriè quod Græci τὸ κατὰ παράκλησιν. b adeò vt pactum in contrarium adiectum non valeat, *v. l. 12. ...* c eſt n. donationi ſimile, *l. 14. §. 11. ſ. de furt.* d in hoc. v. quæ not. ad *l. 15. §. 1. ...* e *v. l. 8. l. 9. ſ. commodati.* f v. quæ ſcripſi ad *l. vlt. in fi. l. eo.* g *l. 14. l. 15. ...*

precarium reuocare volenti competit. Eſt enim natura æquum tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim: & vt poſſim reuocare, cum mutauero voluntatem. Itaque cùm quid precario rogatum eſt, non ſolum hoc interdicto vti poſſumus, ſed etiam præſcriptis *a* verbis actione, quæ ex bona fide *b* oritur.

3 ¶ Habere precario videtur qui poſſeſſionem vel corporis, vel iuris adeptus eſt, ex hac ſolummodo cauſa, quòd preces *c* adhibuit, & impetrauit vt ſibi poſſidere aut vti liceat.

De ſeruitutibus.

3. *Gaius* "libro 25. ad Edictum Prouinciale."

VEluti ſi me precariò rogaueris, *vt* d *per fundum meum ire, vel agere tibi liceat*: vel vt *in tectum* e *vel in aream ædium mearum ſtillicidium vel tignum in parietem immiſſum habeas.*

De rebus mobilibus. 1. De poſſeßione. 2. De eo qui rogauit, vel habet precariò. De ſeruo vel filiofam. rogante. 5. De re ſua. 4. De tempore precarij finito.

4. *Vlpianus* "lib. 71. ad Edictum."

IN rebus etiam mobilibus *f* precarij rogatio conſiſtit.

1 ¶ Meminiſſe autem nos oportet eum qui precario habet etiam poſſidere *g*.

2 ¶ Tenetur hoc interdicto non vtique ille, qui precario rogauit, ſed qui precario habet. Etenim fieri poteſt, vt quis non rogarit, ſed habeat precario *h*. Vtputa ſeruus meus rogauit, mihi acquiſiit precarium; vel quis alius, qui iuri meo ſubiectus eſt.

3 ¶ Item ſi rem meam precario rogauero, rogaui quidem precario, ſed *i* non habeo precario: idcirco quia receptum eſt, rei ſuæ *k* precarium non eſſe.

4 ¶ Item qui precario ad tempus rogauit, finito tempore etiamſi *l* ad hoc temporis non rogauit, tamen precario poſſidere videtur: intelligitur enim dominus, cum patitur eum qui precario rogauerit, poſſidere, rurſus precario concedere.

5. *Pomponius* "libro 29. ad Sabinum."

SEd ſi manente *m* adhuc precario, tu in *n* vlterius tempus rogaſti *o*, prorogatur precarium. nam *p* nec mutatur cauſa poſſeſſionis, & non conſtituitur eo modo precarium: ſed in longius tempus profertur.

¶ Si verò præterita die rogas, propius eſt vt ſoluta iam cauſa precarij, non redintegretur, ſed noua conſtituatur.

1. De procuratore. 2. De poſſeßione. 3. De vi. 4. De pignore.

6. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

CErtè ſi interim *q* dominus furere *r* cœperit, vel deceſſerit, fieri non poſſe Marcellus ait, vt precarium redintegretur *ſ*. & hoc verum eſt.

1 ¶ Si procurator *t* meus me mandante, vel ratum habente, precario rogauerit, ego precario habere proprie dicor *u*.

2 ¶ Is qui rogauit, vt precario in fundo moretur, non poſſidet, ſed poſſeſſio, apud eum qui conceſſit remanet. nam *x* fructuarius (inquit) & colonus, & inquilinus ſunt in prædio, & *x* tamen non *y* poſſident *z*.

3 ¶ Iulianus ait, eum qui vi alterum deiecit, & *a* ab eodem precario rogauit, deſinere vi poſſidere, & incipere precario: neque exiſtimare, ſibi *b* ipſum cauſam poſſeſſionis mutare: cùm voluntate eius, quem deiecit, cœperit precario poſſidere. nam ſi ab eodem emiſſet, incipere etiam pro emptore poſſe *c* dominium capere.

4 ¶ Quæſitum eſt: ſi quis *d* rem ſuam pignori mihi dederit, & precario rogauerit, an hoc interdictum locum habeat: quæſtio in eo eſt, vt precarium conſiſtere rei ſuæ *e* poſſit? Mihi videtur verius, precarium conſiſtere *f* in pignore, cum poſſeſſionis *g* rogetur, non proprietatis. & eſt hæc ſententia etiam vtiliſſima: quotidie *h* enim precario rogantur creditores ab his qui pignori dederunt. & debet conſiſtere precarium.

De interdicto vti poßidetis.

7. *Venuleius* ‖ lib. 3. Interdictorum. ‖

SEd & ſi eam rem *i*, cuius *k* poſſeſſionem per interdictum vti poſſideris retinere poſſim, quamuis futurum eſſet vt tenear de proprietate, precario tibi conceſſerim, teneberis hoc interdicto.

Si rogatu vnius conceſſum alij ſit. 1. De ſucceſſoribus. 2. De alienatione rei precario conceſſa. 3. De dolo & culpa. 4. Quid veniat in condemnationem. 7. De anno. 8. De herede.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

QVæſitum eſt: ſi Titius me rogauerit, *vt re Sempronij vtatur*, deinde ego Sempronium rogauero, *vt concederet*. & ille, dum mihi vult præſtitum conceſſerit, Titius à me habet precario, & ego cum eo agam interdicto de precario. Sempronius autem non aget cum eo: quia hæc verba *a*, *ab illo precario habes*, oſtendunt ei demum competere interdictum, à quo quis precario rogauit, non cuius res eſt.

¶ An tamen Sempronius mecum quaſi à me rogatus interdictum habeat? Et magis eſt, ne habeat: quia *b* non habeo precario, cum non mihi, ſed alij impetraui. mandati tamen actionem poteſt aduerſus me habere: quia me mandante dedit tibi. aut ſi quis dixerit, non mandatu meo, ſed magis mihi credentem hoc feciſſe, dicendum eſt, in factum dandam *c* actionem & aduerſus me.

1 ¶ Quod à Titio precario quis rogauit, id etiam ab herede *d* eius precario habere videtur, & ita & Sabinus & Celſus ſcribunt: eóque iure vtimur. Ergo & à cæteris ſucceſſoribus habere quis precario videtur. Idem & Labeo probat. & adiicit, etiam ſi ignoret *e* quis heredem: tamen videri eum ab herede precario habere.

2 ¶ Illud tamen videamus quale ſit, ſi à me precario rogaueris, & ego eam rem alienauero *f*: an precarium duret, re ad alium tranſlata? Et magis eſt, vt ſi ille non reuocet, poſſe interdicere, quaſi ab illo precario habeas, non quaſi à me. & ſi paſſus eſt, aliquo tempore à ſe precario habere, rectè interdicet, quaſi à ſe precario habeas *g*.

3 ¶ Eum quoque precario teneri voluit prætor, qui dolo fecit, vt habere deſineret.

¶ Illud adnotatur, quod culpam *h* non præſtat ‖ is qui precario rogauit: ſed ſolum dolum *i* præſtat. quanquam is qui commodatum ſuſcepit, non tantum dolum ſed etiam culpam *k* præſtat. nec immeritò dolum ſolum præſtat is qui precario rogauit: cum totum *l* hoc ex liberalitate deſcendat eius qui precario conceſſit, & ſatis ſit, ſi dolus tantum præſtetur. Culpam tamen dolo proximam contineri quis meritò dixerit *m*.

4 ¶ Ex hoc interdicto reſtitui debet in priſtinam cauſam. quod ſi non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet quanti interfuit actoris, ei rem reſtitui ex *n* eo tempore, ex quo interdictum editum *o* eſt.

¶ Ergo *p* & fructus ex die interdicti editi præſtabuntur.

5 ¶ Si ſeruitute vſus *q* non fuit is qui precario rogauit, ac per hoc amiſſa ſit, videamus an interdicto teneatur? Ego arbitror, non alias, quàm ſi dolo *r* fecerit.

6 ¶ Et generaliter erit dicendum, in reſtitutionem venire dolum & culpam latam *ſ* dumtaxat, cætera non venire.

¶ Planè poſt interdictum editum oportebit, & dolum & culpam, & omnem cauſam venire. nam vbi moram *t* quis fecit precario, omnem cauſam debebit conſtituere.

7 ¶ Interdictum hoc & poſt annum *u* competere Labeo ſcribit *x t* eóque iure vtimur. cùm enim nonnunquam in longum *y* tempus precarium concedatur, abſurdum eſt dicere, interdictum locum non habere poſt annum.

8 ¶ Hoc interdicto heres eius qui precario rogauit, tenetur *z* quemadmodum *a* ipſe *b*: vt ſiue habet, ſiue dolo fecit, quo minus haberet, vel ad ſe perueniret, teneatur: ex dolo autem defuncti hactenus quatenus *c* ad eum peruenit.

Quibus modis precarium conſtituitur.

9. *Gaius* "libro 26. ad Edictum Prouinciale."

PRecario poſſeſſio conſiſti poteſt vel *d* inter præſentes, vel inter abſentes, veluti per epiſtolam, vel per nuncium.

De partu ancillæ.

10. *Pomponius* "libro 5. ex Plautio."

QVamuis ancillam quis precario rogauerit, id actum videtur *e*, vt *f* etiam quod ex ancilla natum eſſet, in eadem cauſa haberetur.

De pignore

11. *Celſus* ‖ lib. 7. Digeſtorum. ‖

SI debitor rem pigneratam precario rogauerit *g* ſoluta pecunia *h*, precarium ſoluitur, quippe id actum eſt, vt vſque eo precarium teneret.

De pacto ne ante certum tempus petatur. 1. De heredibus.

12. *Idem* "lib. 25. Digeſtorum."

a *l. 19. in fin. ȷ. eod.*
b i. ex æquitate magis & tacito negotio, quam ex negotio geſto. *Cuiac. 4. obſ. 7.*
c *l. 1. ſ. eod.*
d v. Cuiac. 22. *obſeru. 37.*
e *l. 15. §. 2. ȷ. eod.*
f adde *l. 1. in pr. ſ. comm.*
g Poſſidet qui precario habet, *l. vlt. ȷ. eod. l. 15. §. 4. ȷ. eo. l. 3. §. 5. l. 21. ſ. de acq. poſſ.*
h *l. 6. §. 1. l. 23. ȷ. eod.*
i *l. 40. de acq. poſſ.*
k *l. 6. in fin. ȷ. eod. l. 1. §. 11. ſ. de itinere actúque priuat. l. 45. ȷ. de reg. iur.*
l id colligitur ex tacita voluntate & patientia domini, adde *l. 13. §. 11. l. 14. ſ. locati.*
m i. per tempus primæ conceſſionis precarj. Quid quæ vtilitas eſſe poteſt: precarium ſit nouũ vel antiquũ? Quæri meritò id poteſt propter præſcriptionem. Nam ab exordio precarij præſcriptio currere incipit *Alberic. hic.*
n v quæ ſcripſi ad *l. 27. §. 1. ſ. de pact.*
o *facit l. 21. §. 5. l. 25. §. 1. & 2. ſ. de arbitriis. l. 2. §. 2. ſ. de iudiciis: v. l. 113. ȷ. de verb. oblig.*
p Precarium prorogatum idem eſt cum primo: quod in conductionibus, cõpromiſſis actionibus, & iuriſdictionibus prorogatis vtiliter notari poteſt, *l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. ſ. locati: l. dies 4. ſ. de damn. infect. l. non ex omnibus 39. §. vlt. ſ. de arbitriis. l. ſicum 10. §. qui iniuriarum 2. ſ. ſi quis cautionib. l. meminiſſe 10. ſ. de officio Proconſ.*
† Differentiã precarij prorogati & renouati obſerua.
q i. per id tempus quo durat prima conceſſio.
r *v. l. 14. in fin. ſ. locati: l. 27. ſ. de acq. poſſeſſ.*
ſ i. prorogetur: vt hinc colligas, precarium finiri morte vel furore concedentis. Cur? Fictio locum non habet, vbi naturæ locus non eſt, fictio naturam imitatur.
t adde *l. 4. §. 2. ſ. eod.*
u v. quæ notaui ad *l. 1. §. 21. ſ. de acq. poſſeſſ.*
x Poſſidere & eſſe in prædio differunt.
y Imo, poſſident. *l. 7. §. 11. ſ. comm. diuid.*
z *l. 52. ſ. de acq. poſſ.*
a *l. 32. ſ. de vſurp. l. 84. ȷ. de furtis.*
b *l. 3. § 19. ſ. de acq. poſſ.*
c poſſeſſionis dominium capere. ita Cuiac. emendat 24. *obſer. 13.*
d *l. 26 ȷ. de obl. & act.*
e non poſſit. *Hal. v. leg. 4. §. 3. ſ. eod*
f *l. 35. in pr. ſ. de pign. l. 6. ſ. de peric. & comm. l. 36. in fin. ſ. de acq. poſſ. l. 16. ȷ. de oblig.*
g *l. 22. ȷ. eod.*
h Et hæc ratio eſt propter quam redditione pignoris non cenſetur debitor liberatus, *l. 3. ſ. de pactis.* & ita ſumitur argumentum à conſuetis ſiue ſolitis, *l. 9. §. 8. in fin. ſ. ſi cert. pet.* Quotidiana maximè ſpectare & ſequi debemus: adde *l. certi 9. §. ſi nummos 8. ſ. de reb. cred.*
i i. eius rei poſſeſſionem. k adde *l. vlt. ȷ. eod.*

a *l. 2. ſ. eod.*
b Precario non habet, qui non ſibi, ſed alij rogauit.
c *l. 12. in fin. ȷ. eo.*
d Precarium tranſit ad heredem, *v. hic & §. 3. ȷ.* ideoque rogantis heres ſeu vniuerſalis ſucceſſor, hoc interdicto de precario tenetur.
e *l. 13. §. 5. ſ. quod vi aut clam.*
f Precarij interdicto is etiam tenetur, in quem precarium alienatum eſt titulo etiam ſingulari.
g *l. 131. l. 150. ȷ. de reg. iur.*
h 6. *Harm. tit. de reg. iur. §. 54.*
i *l. 23. ȷ. de reg. iur.*
k *l. 5. §. 2. ſ. commodati.*
l i. conceſſio & reuocatio precarij: quod non eſt in commodati reuocatione.
m *§. 5. in fin. §. 6. ȷ.*
m Cur? culpa lata dolo comparatur. *l. 1. §. 1. ſ. ſi menſor falſum modum. l. 29. ſ. mandati.*
n *l. 3. ſ. de interdictis.*
o per libelli oblationem & conteſtationem.
p Cur? Cauſam omnem rei qui reſtituere alteri debet, eidem & fructus rei reſtituere debet.
q Seruitutem ſi dolo malo amiſit is qui precario eã rogauit, hoc interdicto tenebitur eĩ à quo ſeruitutem precario accepit.
r *v. § 3. ſ. eod.*
ſ in reſtituendo precario, de quo dixi in §. 3. ſ. eod.
t *l. 4. §. 2. ſ fin. regund. l. 31. ſ. de reb. cred.*
u *ſub.* vtilem à die conceſſionis computandum.
x *l. 2. C. eod. l. 35. ȷ. de oblig.*
y atqui precario res in longum tẽpus concedi non poteſt. *l. 12. ȷ. eod.*
z Imo hoc interdicto non tenetur, ſed interdicto quod clam, nam heres eius qui poſſeſſionem precario tenebat, clam ideo poſſidet, quòd nullæ preces eius videntur adhibitæ *Paul. 5. ſent. 6. §. 12.* adde *l. 11. ȷ. de diuerſ.*
a i. ea forma qua defunctus.
b *ſub.* qui rogauit.
c Ex contractu ex quo ius non tranſit ad heredes, heres non tenetur, niſi quantum ad eum peruenit. adde *l. 12. in fin. ȷ.*

d vide *Paul. 5. ſent 6. §. 11.*
e Imo, videtur, *l. 1. §. 5. ſ. depoſiti.* & ita legi à quibuſdam notat etiam Albericus: aientem tamen lectionem præfert: quia hac parte conſtitui nulla differentia poteſt inter precarium & commodatum.
f *l. 5. §. 9. ſ. commodati.* .. 14. §. 15. ȷ. *de furtis.*
g vide *l. 6 in fi. ſ eod.*
h non prius *l. 3. ſ. de pactis.*

Cũn

CVm precario aliquid datur, ſi conuenit, vt *a* in *Kalendas Iulias* b *precariò poßideat* : nunquid exceptione adiuuandus eſt, ne ante ei poſſeſſio auferatur *c*? Sed nulla vis eſt huius conuentionis, vt rem alienam *d* domino inuito poſſidere liceat.

1 ¶ Precario rogatio & ad heredem *e* eius qui conceſſit, tranſit. ad heredem autem eius qui precario rogauit, non tranſit, quippe ipſi dumtaxat, non *f* etiam heredi conceſſa poſſeſſio eſt.

De ſeruo & filiofamilias.

13. *Pomponius* ‖ lib. 33 ad Quintum Mucium. ‖

SI ſeruus tuus *g* tuo mandato precario rogauerit: vel ratum habueris, quod ille rogauit tuo nomine, teneberis quaſi precario habeas.

¶ Sed ſi te ignorante, ſuo *h* nomine vel ſeruus, vel filius rogauerit, non videris tu precario habere: ſed illi erit actio de peculio, vel de in rem verſo.

Ratio interdicti de ciuili actione.

14. *Paulus* ‖ lib. 13. ad Sabinum. ‖

INterdictum de precariis meritò introductum eſt, quia nulla *i* eo nomine iuris *k* ciuilis actio eſſet. magis enim ad donationes *l*, & beneficij cauſam, quàm ad negotij contracti ſpectat precarij conditio.

1. *De hoſpitibus. De habitatione gratuita.* 2. *De his quæ in iure conſiſtunt.* 3. *De cautione.* 4. *De poſſeßione.* 5. *De loco.*

15. *Pomponius* ‖ lib. 29. ad Sabinum. ‖

ET habet ſummam æquitatem, vt eatenus quiſque noſtro vtatur, quatenus *m* ei tribuere velimus.

1 ¶ Hoſpites *n*, & qui gratuitam habitationem accipiunt, non intelliguntur precario habitare.

2 ¶ Precario habere etiam ea quæ in iure conſiſtunt poſſumus, vt immiſſa *o*, vel protecta.

3 ¶ Cum quis de re ſibi reſtituenda cautum habet, precarium interdictum ei non competit *p*.

4 ¶ Eum qui precario rogauerit, vt ſibi poſſidere liceat, nanciſci poſſeſſionem *q* non eſt dubium.

¶ An is quoque poſſideat, qui rogatus ſit, dubitatum eſt? placet autem, penes vtrumque eſſe *r* eum hominem, qui precario datus eſſet: penes eum *ſ* qui rogaſſet, quia poſſederat corpore: penes dominum, quia non diſceſſerit animo poſſeſſione.

5 ¶ Quo *t* quis loco precario aut poſſideat, aut cœperit poſſidere, nihil refert, quod ad hoc interdictum pertinet.

De adoptione.

16. *Idem* ‖ lib. 32. ad Sabinum. ‖

SI adoptauero enim qui precario rogauerit, ego quoque precario poſſidebo *u*.

Vti poßidetis.

17. *Idem* ‖ lib. 23. ad Sabinum. ‖

QVi precario fundum poſſidet, is interdicto vti poſſidetis aduerſus omnes *x* præter eum quem rogauit, vti poteſt, *y*.

De poſſeßione.

18. *Iulianus* "lib. 14. Digeſtorum."

VNuſquiſque poteſt rem ſuam, quamuis *z* non poſſideat, precario dare ei qui poſſideat.

An duo in ſolidum habere poßint. 1. *De ſeruo.* 2. *De actione præſcriptis verbis.*

19. *Idem* ‖ lib. 49. Digeſtorum. ‖

DVo in ſolidum precario habere non magis poſſunt *a*, quam duo *b* in ſolidum vi poſſidere, aut clam. nam neque iuſtæ, neque iniuſtæ poſſeſſiones duæ concurrere poſſunt *c*.

1 ¶ Qui *d* ſeruum meum precario rogat, videtur à me precario habere, ſi hoc ratum habuero. & ideo precario interdicto mihi tenebitur *e*.

2 ¶ Cùm quid precario rogatum eſt, non ſolùm interdicto vti poſſumus *f*, ſed *g* & incerti condictione, "id eſt" præſcriptis *h* verbis.

De emptione & venditione.

20. *Vlpianus* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

EA quæ diſtracta ſunt, vt precario *i* penes emptorem eſſent, quoad pretium vniuerſum perſolueretur: ſi per emptorem ſtetit, quo minus perſolueretur, venditorem poſſe conſequi.

De ipſo rogante & ſuis.

21. *Venuleius* "lib. 4. Actionum."

CVm precario quis rogat vt *ipſi in eo fundo morari liceat*, ſuperuacuum eſt adiici *ipſi, ſuiſque k*: nam *l* per ipſum *a* ſuis quoque permiſſum vti videtur.

De eo qui pro poſſeſſore poßidet, vel rem alienam emit.

1. *De pupillo.*

22. *Idem* ‖ lib. 3. Interdictorum. ‖

SI is qui pro *b* poſſeſſore poſſideret, precario dominum rogauerit, vt ſibi retinere rem liceret, vel is qui alienam rem emiſſet, dominum rogauerit; apparet eos precario poſſidere, nec exiſtimandos mutare ſibi cauſam poſſeſſionis *c*, quibus à domino concedatur precario poſſidere. nam & ſi id quod poſſideas alium precario rogaueris, videri te deſinere ex prima cauſa poſſidere & incipere ex precario habere: & contra *d* ſi poſſeſſorem precario rogauerit, qui rem auocare ei poſſet, teneri eum precario, quoniam aliquid ad eum per hanc precarij rogationem peruenit, id eſt poſſeſſio *e*, quæ aliena ſit.

1 ¶ Si pupillus ſine tutoris auctoritate precario rogauerit, Labeo ait habere eum precariam poſſeſſionem. & hoc interdicto teneri, nam quo magis naturaliter *f* poſſideretur *g*, nullum locum eſſe tutoris auctoritate *h*, rectéque dici? *Quod precario habet*: quia quod poſſideat, ex ea cauſa poſſideat, ex qua rogauerit. nihilque noui *i* (per) prætorem conſtituendum. quoniam, ſiue habeat rem, officio iudicis teneretur: ſiue non habeat, non teneatur.

a v. 4. l. 5. ſ. eod.
b id eſt, in eum diē quo, more Romano migrationes ex ædibus fiebant: v. quæ notaui *ad l. 41. ſ. de contr. empt.*
c accidit enim ſæpiſſimè, vt cum domos locare non poſſumus, gratis poſtremis menſibus habitandas cōcedamus, in eam diem quo migrandum eſt. v. Ant. Auguſt. 4. *Emen.* 14. *in fin.*
d quam precario accepit
e *l. 8. §. 1. ſ. eod.*
f Cur? ne nimis extendatur concedentis beneficium: vel quia roganti amico præſumitur conceſſiſſe. heres autem accipientis, non protinus in amore defuncto reſpondeat. Amor heredis & defuncti diuerſus eſt.
g *l. 4. §. 2. ſ. eo. l. 5. §. 1. ſ. de precario.*
h *c. 10. de reg. in 6. v. l. 60. j. de reg. iur.*
i Imo aliqua *v. Paul. 5. ſent. 6. §. 10.*
k iure ciuili *vulg. Hal.* adde *l. 14. §. 11. j. de furtis.*
l *l. 1. §. 1. ſ. eo. d. l. 14. §. 11. j. de furt.*
m *l. 1. §. 2. l. 12. ſ. eod.*
n Imò & is qui conduxit, dicitur precario poſſidere, *l. 2. C. de præſcr. 30. annor.* & commodatarius. eſt enim commodatum precario affine, *l. 1. §. vlt. ſ. eod.* Hinc Saluianus *1. ad Eccleſiam.* Commodatis, inquit, à Deo facultatibus vtimur, & quaſi precarij poſſeſſores ſumus.
o *l. 3. ſ. eod.*
p ſed rei vindicatio, *l. 3. C. de pactis inter emptorem.*
q *l. 4. §. 1. ſ. eod.*
r Imò, eſſe non poteſt, *l. 19. j. eod.*
ſ *l. 8. l. 9. ſ. commod. l. 3. §. 5. ſ. de acq. poſſ.*
t 58. *Ecl.* 24. 17. *in fin.*
u v. quæ not. ad *l. 3. §. 1. ſ. de acq poſſ.*
x *l. 1. in fin. ſ. vti poßidetis.* dixi *l. 15. §. 4. ſ. eod.*
y Cur? quia eius intereſt.
z *l. 22. j. eod.*
a Imò, duo poſſūt, *l. 15. § 4. ſ. eod.*
b v. *l. 3. §. 5. ſ. de acq. poſſ.*
c Quomodo? eiuſdem iuris reſpectu.
d *d. l. 16. j. de oblig. & act.*
e *ſub.* is qui à ſeruo rogauit.
f *ſub.* pro reuocanda re precario conceſſâ.
g Precarium, ſi de eo intra certum tempus reſtituendo nihil conuenit, interdicto, quod de precario eſt, reuocare quandocumque poſſumus, *vt hic*: ſin de certo tempore eius conuenit, non interdicto, ſed incerti condictione, hoc eſt, præſcriptis verbis. *vt hic.*
h *l. 2. §. 2. in fin. ſ. eod.* Nulla eo nomine actio ciuilis conſtituta eſt, *l. 14. l. 15. §. 3. ſ. eo. l. 14. §. 11. j. de furtis.*
i Res enim ita vendi poteſt, vt apud emptorem ſit ex cauſa precarij, *vt hic*: vel conducti, *l. 16. ſup. de peric. & commod.*
k Suorum nomine domeſticos intellige. adde *l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. ſup. de vſu & habit.*
l Studioſorum priuilegia ad eorum famulos extendi hinc colligunt. facit *l. ſi quis ſacris 11. C. ac iure ſac. or. ſcrin. l. vlt. C. de priuileg. ſchol.*

DE *k* ARBORIBVS † CÆDENDIS *l*.

TIT. XXVII.

¶ *Prius interdictum de arbore ædibus impendente.* 1. *Quod eſt prohibitorium.* 2. *Vtrum tota arbor aut pars excidi poßit.* 3. *De vitibus* 4. *De domino ædium & de fructuario.* 5. *De ædibus communibus.* 6. *Interpretatio verborum*, ſi per te.

7 ¶ *Alterum interdictum de arbore in agrum impendente.* 8. *Summa & ratio interdicti.* 9. *Differentia huius interdicti, & ſuperioris.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

AIt Prætor: *Quæ arbor* † *ex ædibus tuis in ædes* m *illius impendet, ſi* † *per te ſtat quominus eam adimas, tunc quo minus illi* n *eam arborem* † *adimere ſibique habere liceat, vim fieri veto* o.

1 ¶ Hoc interdictum prohibitorium eſt.

2 ¶ Si arbor ædibus alienis impendeat *p*, vtrum totam arborem iubeat prætor adimi, an vero, id ſolum, quod ſuperexcurrit † quæritur? Et Rutilius ait, à ſtirpe *q* excidendam, idque pleriſque videtur verius. & niſi adimet dominus arborem, Labeo ait permitti ei, cui arbor officeret, vt, ſi vellet, ſucciderent eam, lignaque tolleret.

3 ¶ Arboris appellatione etiam *r* vites *ſ* continentur.

4 ¶ Non ſolum autem domino ædium, ſed etiam ei qui vſumfructum habet, competit hoc interdictum: quia & ipſius intereſt *t*, arborem iſtam non impendere.

5 ¶ Præterea probandum eſt, ſi arbor communibus ædibus impendeat, ſingulos dominos habere hoc interdictum, & quidem in ſolidum *u*: quia & ſeruitutium vindicationem ſinguli habeant.

6 ¶ Ait prætor: *Si per te ſtat quo minus eam adimas: quo minus illi eam arborem adimere liceat, vim fieri veto.* Prius itaque tibi datur adimendi facultas, ſi tu non facias, tunc vicino *x* prohibet vim fieri adimere volenti.

7 ¶ Deinde ait prætor: *Quæ arbor ex agro* y *tuo in agrum illius impendet* z, *ſi per te ſtat, quo minus pedes quindecim à terra eam altius coërceas, tunc quo minus ille ita coërcere, lignaque ſibi habere liceat, vim fieri veto.*

8 ¶ Quod ait prætor, & lex 12. Tabularum efficere voluit, *vt quindecim* a *pedes altius rami arboris circumcidantur*, & hoc idcirco effectum eſt, ne vmbra arboris vicino prædio noceret.

9 ¶ Differentia *b* duorum capitum interdicti hæc eſt: Siquidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam præcipitur. ſi verò agro impendeat, tantum vſque ad quindecim pedes à terra coërceri.

De arbore vento inclinata.

2. *Pomponius* "lib. 34. ad Sabinum."

SI arbor ex vicini fundo vento inclinata *c* in tuum fundum ſit, ex lege 12. Tabularum de adimenda ea rectè agere *d* potes, *ius ei* e *non eſſe ita arborem habere.*

ſtirpe excidere poteſt: in agris ſufficit ſublucatio, §. 7. §. 9. j. eod. v. Cuiac. ... *Paul. 5. ſent. 6. §. 13.*
r *l. 3. j. arbor. furt. cæſar.*
ſ hedera, arundo, ſalix. *v. 60. Ecl. 16. c. 2.*
t debet enim domum ſuam ſuis impenſis tegere, *l. 7. §. 2. ſ. de vſufr.*
u *l. 17. ſup. de ſeruit. l. 4. §. 3. l. 6. §. 4. ſup. ſi ſeruit. vind.*
x atque ita in reum conuertitur electio, v. *l. 1. C. de ſolut.*
y aliud ſi in ædes, *in pr. ſup. eod.* z An quia rami impendent? An quia ... inclinata? An quia vmbra eius nocet? vt §. 8. j. eod.
a 60. *Ecl.* 16. *c.* 13. b Huius capitis materiam vtilem eſſe: & ab aduocatis ... pius quæri, quàm ſit lex *frater à fratre* notat Albericus.
c 60. *Ecl.* 16. *c.* 14. adde *l. 2. §. 40. ſup. ne quid in loco publico.*
d Qua actione? negatoria: cuius formula mox traditur.
e *ſub.* domino arboris.

a Sibi habere ... qui ſtipulatur ... quoque compre... hendit: etiam ... ſtipulari ... intelligitur ... bi ſtipulatur ... *in pr. & §.* ... *de pact.* ... *de vſu & habit.* ... *vlt. j. de* ...
b adde *l.* ... *eod.*
c *ſub.* illi ...
d *l. 7. ſup.* ...
e *l. 6. in fi.* ...
f *v. l. 32. in f.* ... *de acq. poſſ.*
g Poſſidere ... *Hal.*
h auctorit... *Hal.*
i noui à ...
k περὶ ... *Ecl.* 16.
† quæ in ... *in pr. j.* vel ... *l. 1. §. 7. l.* ...
l Nota ... bula, imp... *1. in pr. j.* ... adimere ... id quod ... currit in pr. ... *§. 6. j. eod.* ... excidere ... cidere, ... *fin.* coërc... ... *§ 9. j. eo.* ...
... vel parie... ... adimere ... 60. *Ecl.* 16. ...
† tua vel ... nis §. 5. j. ... §. 3. j. eod.
m non ide... agrum, §. 7. ...
† datur ... mendi facul... j. *eod.*
n domino ... ctuario §. 4. ...
† etiam tota... *infra.*
o prohibi... itaque ... interdictum ... & *l. 2. ſup.* ... *terdictis.*
p id eſt, ... *Paul. 5. ſent.* ... & vt ... tius, i. ſi ... efficiat ... cælum ... mus, *l. 17.* ... *ſeru. vrb.* ... §. 12. ... dibus meis, ...
† id coll... arbores.
q quaſi ... tantum ... lucare id ... perexcurrit ... peſcere ... luxurias ... & adimere ...

DE a GLANDE b LEGENDA c.

TIT. XXVIII.

Interdictum. 1. De nomine glandis.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

AIT prætor: *Glandem, quæ ex illius agro in tuum cadat d, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto.*

1 Glandis nomine omnes e fructus continentur.

DE HOMINE f LIBERO exhibendo.

TIT. XXIX.

Interdictum. 1. Et eius ratio.

1. *Vlpianus* " lib. 71. ad Edictum."

AIt prætor: *Quem liberũ dolo malo retinet, exhibeas* g.

1 ¶ Hoc interdictum proponitur tuendæ libertatis cauſa: videlicet ne homines liberi retineantur à quoquam.

2. *Venuleius* ‖ lib. 4. Interdictorum. ‖

NIhil enim multum h à ſpecie ſeruientium differunt: quibus facultas non datur recedendi i.

De lege Fauia. 1. De ætate, ſexu, iure eius qui retinetur, & de plurib. retentis. 2. Si retinens habeat in poteſtate. 3. De redempto ab hoſtibus. 4. De iuſta cauſa retinendi. 5. Si volens retineatur 6. De ignorantia & certioratione. 7. Si dubitetur de ſtatu. 8. Quid ſit exhibere. 9. Quibus competit hoc interdictum. 14. De abſente. 15. De tempore interdicti.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

QVod & k lex Fauia l proſpexit, neque hoc interdictum aufert legis Fauiæ exſequutionem. nam & m hoc interdicto agi poterit, & nihilo minùs accuſatio legis Fauiæ institui: & verſa vice, qui egit Fauia, poterit nihilo minùs etiam hoc interdictum habere, præſertim cùm alius interdictum, alius Fauiæ actionem habere poſsit.

1 ¶ Hæc verba, *Quem* n *liberum*, ad omnem liberum pertinent: ſiue pubes ſit, ſiue impubes, ſiue maſculus, ſiue fœmina, ſiue vnus, ſiue plures: ſiue ſui iuris ſit, ſiue alieni. hoc enim tantùm ſpectamus, an liber ſit.

2 ¶ Is tamen, qui in poteſtate habet, hoc interdicto non tenebitur: quia dolo malo non videtur habere qui ſuo o iure vtitur.

3 ¶ Si quis eum quem ab hoſtibus redemit, retineat, in ea cauſa eſt, vt interdicto non teneatur p: non enim dolo malo facit.

¶ Planè ſi offertur pretium, interdictum locum habet. Sed & ſi eum remiſit pretio non accepto, dicendum eſt, interdicto locum fore, ſi poſteaquàm ſemel remiſit, velit retinere.

4 ¶ Si eum quis retineat filium, quem non habet in poteſtate, plerumque ſine dolo malo facere videbitur. pietas q enim genuina efficit ſine dolo malo retineri: niſi ſi euidens dolus malus intercedat. Proinde & ſi libertum ſuum, vel alumnum, † vel noxæ deditum adhuc impuberem, idem erit dicendum.

¶ Et generaliter, qui iuſtam cauſam habet hominis liberi apud ſe retinendi, nõ videtur dolo malo facere.

5 ¶ Si quis volentem r retineat, non videtur dolo malo retinere.

¶ Sed quid ſi ‖ volentem ‖ quidem retineat, non ſ tamen ſine calliditate circumuentum, vel ſeductum, vel ſollicitatum, neque bona, vel probabili ratione hoc facit? Rectè dicetur dolo malo retinere.

6 ¶ Is qui neſcit apud ſe eſſe hominem liberum, dolo malo caret. ſed vbi certioratus retinet, dolo malo non caret.

7 ¶ Planè ſi dubitat t, vtrùm liber an ſeruus ſit, vel facit ſtatus controuerſiam, recedendum erit ab hoc interdicto, & agenda cauſa libertatis. etenim rectè placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quotiens quis pro u certo liber eſt.

¶ Cæterùm, ſi quæratur de ſtatu, non oportet præiudicium fieri alienæ x cognitioni.

8 ¶ Ait prætor, *Exhibeas*. Exhibere y eſt, in publicum producere, & videndi tangendíque hominis facultatem præbere. propriè autem exhibere eſt, extra z ſecretum habere.

9 ¶ Hoc interdictum omnibus a competit. nemo b enim prohibendus eſt libertati fauere.

10 ¶ Planè ex cauſa ſuſpectæ c perſonæ remouendæ ſunt, ſi fortè talis perſona ſit, quam veriſimile eſt colludere, vel calumniari.

11 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi mulier a, vel pupillus hoc interdictum deſideret, pro cognato, vel parente, vel affine ſuo ſoliciti b, dandum eſſe eis interdictum, dicendum eſt. nam & publico c iudicio reos facere poſſunt, dum ſuas, ſuorúmque iniurias exſequuntur.

12 ¶ Si ‖ tamen ‖ plures ſunt, qui experiri volent, eligendus eſt à prætore, ad quem maximè res pertinet, vel is qui idoneior d eſt, & eſt optimum ex coniunctione, ex fide, ex dignitate actorem hoc interdicto eligendum.

13 ¶ Si tamen, poſtea quàm hoc interdicto actum eſt, alius hoc interdicto agere deſideret, palam erit poſtea alij non facilè dandum, niſi ſi de perfidia e prioris potuerit aliquid dici. Itaque cauſa cognita ampliùs quàm ſemel interdictum hoc erit mouendum. Nam nec in publicis iudiciis permittitur ampliùs agi, quàm ſemel actum eſt, quàm ſi præuaricationis f fuerit damnatus prior accuſator.

¶ Si tamen reus condemnatus malit g litis æſtimationem ſufferre, quàm hominem exhibere, non eſt iniquum, ſæpiùs in eum interdicto experiri, vel eidem ſine exceptione, vel alij.

14 ¶ Hoc interdictum & in abſentem eſſe rogandum Labeo ſcribit. ſed ſi non defendatur h, in bona eius eundum ait.

15 ¶ Hoc interdictum perpetuum eſt.

De dolo malo. 1. De bona fide. 2. De tempore. 3. De creditore & debitore.

4. *Venuleius* " lib. 4. Interdictorum. "

SI quis liberum hominem ignorantem ſuum ſtatum retineat: tamen, ſi i dolo malo retinet, cogitur exhibere.

1 ¶ Trebatius quoque ait, non k teneri eum qui liberum hominẽ pro ſeruo bona l fide emerit, & retineat.

2 ¶ Nullo m tempore dolo malo retineri homo liber debet, adeo vt quidam putauerint, nec modicum tempus ad eum exhibendum dandum n, quoniam prę teriti facti pœna præſtanda eſt.

3 ¶ Creditori non competit interdictum, vt debitor exhiberetur. nec enim debitorem latitantem exhibere quiſquam cogitur o, ſed in bona eius ex edicto prætoris p itur.

DE q LIBERIS r EXHIBENDIS ſ, item ducendis t.

TIT. XXX.

¶ *Interdictum de liberis exhibendis. 1. Cui & in quem competit. 2. De cauſa retinendi. 3. De matre. 4. De exceptione rei iudicatæ. 5. De nupta.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

AIT prætor: *Qui, quæve in poteſtate Lucij Titij eſt, ſi is, eáve apud te eſt, dolóve malo tuo factum eſt, quominus apud te eſſet, ita eum, eámve exhibeas* u.

1 ¶ Hoc interdictum proponitùr aduerſus eum quem quis exhibere x deſiderat: eum quem in poteſtate ſua eſſe dicit y. Et ex verbis apparet, ei cuius in poteſtate eſt, hoc interdictum competere.

2 ¶ In hoc interdicto prætor non admittit cauſam, cur apud eum ſit is qui exhiberi debet, quemadmodum in ſuperiore interdicto. ſed omnimodò z reſtituendum putauit, ſi in poteſtate eſt.

3 ¶ Si verò mater ſit, quæ retinet, apud a quam interdum b magis, quàm apud patrem, morari filium debere, ex iuſtiſsima ſcilicet cauſa, & Diuus Pius decreuit, & à Marco, & à Seuero reſcriptum eſt: æquè ſubueniendum ei erit per exceptionem.

4 ¶ Pari modo ſi iudicatum fuerit c non eſſe eum in poteſtate, etſi per iniuriam iudicatum ſit: agenti hoc interdicto obiicienda erit exceptio rei iudicatæ; ne de hoc quæratur, an ſit in poteſtate, ſed an ſit iudicatum d.

5 ¶ Si quis filiam ſuam e, quæ mihi nupta ſit, velit abducere, vel exhiberi ſibi deſideret: an aduerſus interdictum exceptio danda ſit, ſi fortè pater concordans matrimonium, fortè & liberis ſubnixum, velit diſſoluere? Et certo iure vtimur, ne bene concordantia f matrimonia, iure patriæ poteſtatis turbentur g. quod tamen ſic erit adhibendum, vt patri perſuadeatur, ne acerbè patriam poteſtatem exerceat.

2. *Hermogenianus* ‖ lib. 6. Iuris Epitomarum. ‖

IMmò magis de h vxore exhibenda ac ducẽda pater,

a ex vicini agro pro tà in tuum cadente. b Glans quid ſit v. in l. 1. in fi. inf. eo. c per vicinum intra tertium diem. d. l. 9. §. 1. ſup. ad exhiben. e l. 236. ǁ. de verb. ſig. 2. Ecl. 2. c. 236. f 8 C. 8. extat etiã titulus in Baſilicis περὶ ἐλευθέρων πραθέντων ἢ δουλαγωγουμένων ἢ βίᾳ κατεχομένων 28. Ecl. lib. 7. tit. 1. g Interdictum de homine libero exhibendo, exhibitorium eſt, l. 1. ſup. de interdictis. §. 1. verſ. exhibitoria. inſt. de interdictis. h differunt tamen, nec ſunt, nec fiunt ſerui, 22. Eclog. ex Baſ. tit. 20. c. 12. i parum à ſeruis differunt qui ab hoſtibus ſunt redempti, l. 2. C. de captiuis. ſeruus videtur qui recedendi facultatem non habet. Poteſt enim liber, quâ velit, commeare, l. pen. C. de bon. lib. ſpecies eſt enim libertatis, qua ipſe velis etiam fugere, l. quis ſit fugitiuus 17. §. idem rectè 10. ǁ. de ædil. edicto. Imo qui libertatẽ eundi abeundive domo & poteſtatem non habet, liber eſſe non videtur, ſed in cuſtodia eſſe, l. qui neque ſequuntur 48. ǁ. de verbor. ſignif. l. ſuccurritur 9. ſup. ex quibus cauſis maior. Nou. 6. §. ſi vero. Quid? cuſtodia qui tenetur publica, liber non fuerit? Eſt ſanè liber, vt teſtis & teſtamentum ibidem facere poſsit, l. qui in teſt. 14. ǁ. qui teſt. l. qui in carcerem 22. ſup. quod metus cauſ. k præter hoc interdictum. l de qua v. l. 6. in fin. ǁ. ad l. Fau. de plagiariis l. 5. C. ad l. Fau. de plag. m Interdictũ enim liberum exhiberi poſtulat: criminali verò iudicio ſiue Fauia lege de pœna agitur. Græci. n l. 1. ǁ. de ver. ſig. l. 3. §. 1. ſup. de neg. l. 1. §. 1. ſup. de pecun. conſtituta. o v. l. 26. ſup. de damno. p Cur ita? collige ex l. 2. C. de poſt. im l. 15. l. 21. ǁ. de captiuis: l. 20. §. 1. ǁ. qui teſt. l. 43. in fi. ǁ. de leg. 1. q præſumitur pater filium ſine dolo retinere, ob patriam pietatem, de qua præſumptione, v. Alc. 1. præſ. 11. † dixi de alumno ad l. 1. C. quæ res pign. r Volenti non fit iniuria, l. 14. § 9. ſup. de ædil. l. 9. ſup. de aqua & aquæ pluu. l. 1. §. 5. ǁ. de iniur. l. 34. C. de tranſ. ſ vide l. vn. §. 2. C. de rap. virginum. t Tria hæc notanda, ſcientia, ignorantia, dubitatio. u l. 4. §. 1. ǁ. eo. x libertatis cauſæ. Cuiac. tamen putat hic vocabulo alienæ, innui legem quæ aliena ſit vocata, de quo v. eundem Cuiac. 9. obſ. 17. y adde l. 2. ſupra ad exhib. 15. Ecl. 4. c. 2. z Exhibere, eſt extra ſecretum habere, vt hic: ergo & edere, extra ſecretum dare. a adde l. 13. ſup. ad exhib. b is eſt fauor libertatis. c l. 3. §. 12. ſup. de ſuſpectis.

a l. 2. C. eod. b ſollicitato. vulg. c l. 1. ǁ. de accuſ. d l. 2. 3. ǁ de popularibus, l. 18. ſup. de teſt. tut. e Perfidia, idonea cauſa eſt aliquid reuocandi. f l. 3. ǁ. ad Turp. l. 1. C. de aduoc. diuer. iud. l. 11. C. de accuſ. g Æſtimatione litis eiuſque præſtatione exhibendi neceſsitatem effugere poſſumus. h abſens. i dolo malo retinet, qui ſcit liberum eſſe, & qui ſine cauſa retinet. k Liberum pro ſeruo ignoranter bona fide emens, interdicto de homine libero exhibendo non tenetur. l l. 3. §. 7. ſup. eo. m etiam modico. n ſi in præſenti poteſt exhiberi. o ſub. hoc edicto neque creditor ſi quid eius priuatim tantùm intererit, experietur. ſecus ſi ob publicã cauſam? tunc enim cogitur cuis officio iudicis debitorem exhibere creditori. p l. 2. ſup. ex quib. cauſ. in poſſ. q adde & de vxore exhibenda & ducenda, l. 2. ǁ eo. r 8. C. 8. 15. Ecl. 4. ſ l. 1. l. 2. inf eo. t v. l. 3. 4. 5. ǁ. eo. u Hoc interdictum exhibitorium eſt. §. 1. verſ. exhibitoria Inſt. de interdictis. x i. ad exhibendum cogi ſeu condemnari. y ſub. is qui interdictum proponit. z i. nulla exceptione regulariter admiſſa. a v. l. vn. C. diuortio facto: adde l. 1. vbi pupillus, v. Nouel. 117. c. 7. b Ex iuſtiſsima cauſa filij, etiam maiores triennio, morantur apud matrem patre inuito, vt hic. & l. 3. §. 5. ǁ. eo. c ſub. inter agentem & eum qui filius non eſſe dicitur. d Poſt rem iudicatam, ne hoc quidem quæritur, bene vel malè ſit iudicatum, l. quod ad ſtatum, 12. ǁ. de pœnis, l. quod ſi nolit. 31. §. in factum 17. ſup. de ædilitio, l. ingenuum 25 ſup. de ſtatu. idẽ eſt in iureiurando, l. non erit 5. ſup. de iureiur. e Socer à genero ſuo petere non poteſt, vt filiam ſuam ſibi exhibeat, 15. Ecl. 4. ex lib. 31. tit. 2. c. 19. adde Paul. 5. ſen. 6. §. 15. & 16. adde & eundem Paulum 2. l. 11. §. 11. ǁ. de adul. E contrario, inuito genero meo ſocer, filiam meam detinere non poſſum, v. l. 2. ǁ. eo. f l. vlt. C. eo. l. 11. l. 14. C. de nuptiis. & ita præſtat filiam ſeparari à patre, quàm bene concordantes nuptias diſſolui. Afranius in *Diuortio apud Nonium*, indignum facinus, adoleſcenti optumas, bene conuenientes, concordes cum viro, repente viduas faciat ſpurcitia patris: ſic enim legendum puto apud Nonium: quem locum inemendatum notat Cuiac. hic. g & diſſoluantur. eſt enim ea ſeparatio dura & acerba, l. 12. §. 7 ſup. de inſtructo. h dixi ad vlt. C. eo.

etiam

etiam qui filiam in poteſtate habet, à *a* marito rectè conuenitur.

¶ *Interdictum de liberis ducendis.* 1. *Collatio huius interdicti & ſuperiorum.* 2. *Quibus ex cauſis.* 3. *Et aduerſus quos hoc interdictum competit.* 4. *De impubere.* 5. *De matre.* 6. *De fœmina, prætextato, & eo qui proximè prætextati ætatem accedit.*

3. *Vlpianus* lib. 71. ad Edictum.

DEinde *b* ait Prætor: *Si Lucius Titius in poteſtate Lucij Titij eſt: quo minùs eum Lucio Titio* c *ducere liceat, vim fieri veto.*

1 ¶ Superiora *d* interdicta exhibitoria ſunt: hoc eſt, pertinent ad exhibitionem liberorum, cæterorúmque, de quibus ſuprà diximus. hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, vt ducere quis poſsit eos, in quos *e* habet ius ductionis *f*. Itaque, prius *g* interdictum, quod eſt de liberis exhibendis, præparatorium eſt huius interdicti. quo magis enim quis duci poſsit, exhibendus fuit.

2 ¶ Ex hiſdem cauſis hoc interdictum tribuendum eſt, ex quibus cauſis de exhibendis liberis competere diximus. itaque quæcumque *h* ibi *i* diximus, eadem hic quoque dicta accipienda ſunt.

3 ¶ Hoc *k* autem interdictum competit non aduerſus ipſum filium, quem quis ducere vult: ſed vtique eſſe debet is qui eum interdicto defendat. Cæterùm *l* ceſſat interdictum, & ſuccedere *m* poterit notio *n* prætoris, vt apud eum diſceptetur, vtrùm quis in poteſtate ſit, an non "ſit,"

4 ¶ Iulianus ait: quotiens id interdictum mouetur de filio ducendo, vel cognitio *o*: & is de quo agitur, impubes eſt: aliàs differri oportere rem in tempus pubertatis, aliàs repræſentari.

¶ Idque ex perſona eorum, inter quos controuerſia erit, & ex genere cauſæ conſtituendum eſt. Nam ſi is, qui ſe patrem dicit, auctoritatis *p*, prudentiæ, fidei exploratæ eſſet: vſque in diem litis *q* impuberem apud ſe habebit. is verò, qui controuerſiam facit, humilis, calumniator, notæ nequitiæ *r*, repræſentanda *ſ* cognitio eſt.

¶ Item ſi is, qui impuberem negat in aliena poteſtate eſſe, vir omnibus modis probatus, tutor vel teſtamento vel à prætore datus, pupillum*t*, quem in diem litis apud ſe habuit, tuetur. is verò qui patrem ſe dicit, ſuſpectus ‖ eſt ‖ quaſi calumniator: differri litem non oportebit.

¶ Si verò vtraque perſona ſuſpecta eſt, aut tanquàm infirma, aut tanquàm turpis: non erit alienum (inquit) diſponi, apud quem interim *t* puer educeretur, & controuerſiam in tempus pubertatis differri: ne per colluſionem, vel imperitiam alterutrius contendentium, aut alienæ poteſtati paterfamiliàs addicatur, aut filius alienus patrisfamiliæ loco conſtituatur.

5 ¶ Etiam ſi maximè autem probet filium pater in ſua poteſtate eſſe: tamen, cauſa cognita, mater in retinendo eo potior *u* erit: idque decretis diui Pij quibuſdam continetur. obtinuit enim mater ob nequitiam patris, vt ſine *x* deminutione patriæ poteſtatis apud eam filius moretur.

6 ¶ In hoc interdicto donec res iudicetur, fœminam, prætextatum, eúmque, qui proximè prætextati *y* ætatem accedet, interim apud matremfamiliàs deponi *z* prætor iubet.

Proximè ætatem prætextati accedere eum dicimus, qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt.

¶ Cùm audis matremfamilias, accipe notæ auctoritatis fœminam *a*.

De hereditate.

4. *Africanus* ‖ lib. 4. Quæſtionum. ‖

SI *b* eum, qui ſe patremfamilias dicat, ego *c* in mea poteſtate eſſe, & iuſſu meo adiſſe hæreditatem dicam, tam de hæreditate agi oportere, quàm ad interdictum de filio ducendo iri debere ait.

Si filius ſponte apud aliquem eſt.

5. *Venuleius* ‖ lib. 4. Interdictorum. ‖

SI filius ſua ſponte *d* apud aliquem eſt, inutile hoc interdictum erit: quia filius magis apud ſe quàm apud eum eſt in quem interdicetur *e*: cùm liberam facultatem abeundi, vel remanendi haberet: niſi ſi inter duos, qui ſe patres dicerent, controuerſia eſſet, & alter ab altero exhiberi eum deſideraret.

‖ DE ‖ VTRVBI *f*.

TIT. XXXI.

Interdictum. 1. *Collatio huius interdicti, & Vtì poßidetis.*

1. *Vlpianus* ‖ libro 72. ad Edictum. ‖

PRætor ait, *Vtrubi hic homo* a, *quo de agitur, maiore* b *parte huiuſce anni fuit, quo minus is eum ducat, vim fieri veto.*

1 ¶ Hoc interdictum de poſſeſsione rerum mobilium *c* locum habet. ſed obtinuit, vim eius exæquatam *d* fuiſſe vti poſsidetis interdicto, quod de rerum ſoli competit: vt is & in hoc interdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario, dum ſuper hoc ab aduerſario inquietatur, poſſeſsionem habet.

DE MIGRANDO *e*.

TIT. XXXII.

Interdictum. 1. *De inquilino & colono.* 2. *De auxilio extraordinario. De vſu interdicti.* 3. *De habitatione gratuita.* 4. *Si penſio nondum debeatur.* 5. *De rebus quæ ſunt in bonis inquilini, vel non, pignoratis vel non.* 6. *De tempore interdicti. De ſucceſſoribus.*

1. *Vlpianus* ‖ lib. 73. ad Edictum. ‖

PRætor ait: *Si is homo, quo de agitur, non eſt ex his reb. de quibus inter te & actorem* f *conuenit* g, *vt quæ in eam habitationem qua de agitur, introducta importata, ibi nata, factáue eſſent: ea pignori tibi pro mercede eius habitationis eſſent: Siue ex his rebus eſſet ea merces tibi ſoluta, eóve nomine ſatisfactum eſt, aut per te ſtat* h, *quo minùs ſoluatur, ita quò minus ei qui eum pignoris nomine induxit inde abducere liceat, vim fieri* i *veto* k.

1 Hoc interdictum proponitur inquilino, qui ſoluta penſione vult migrare. Nam colono non *l* competit.

2 ¶ Cui *m* rei etiam extra *n* ordinem ſubueniri poteſt. ergo *o* infrequens *p* eſt hoc interdictum.

3 ¶ Si tamen gratuitam *q* quis habitationem habeat, hoc interdictum vtile ei competet.

4 ¶ Si penſio nondum debeatur, ait Labeo interdictum hoc ceſſare: niſi paratus ſit eam penſionem ſoluere.

¶ Proinde ſi ſemeſtrem ſoluit, ſexmenſtris *r* debetur, inutiliter interdicet, niſi ſoluerit & ſequentis ſexmenſtris. Ita tamen, ſi conuentio ſpecialis facta eſt in conductione domus, vt non *ſ* liceat ante finitum annum vel certum tempus migrare.

¶ Idem eſt & ſi quis in plures annos conduxerit, & nondum præterierit tempus. nam cùm in *t* vniuerſam conductionem pignora ſunt obligata, conſequens erit dicere, interdicto locũ (non) fore, niſi liberata fuerint.

5 ¶ Illud notandum eſt, prætorem hic non exegiſſe, vt in bonis fuerit conductoris, nec vt eſſet pignori res illata; ſed ſi pignoris nomine inducta ſit. Proinde etſi aliena ſint, & ſint talia, quæ pignoris nomine teneri non potuerint, pignoris tamen nomine introducta ſint, interdicto hoc *u* locus erit *x*. quod ſi nec pignoris nomine inducta ſint: nec retineri poterunt à locatore.

6 ¶ Hoc interdictum perpetuum eſt, & in ſucceſſores & ſucceſſoribus dabitur.

De rebus quæ non ſunt inquilini.

2. *Gaius* "lib. 26. ad Edictum Prouinciale.

HOc interdictum inquilino etiam de his rebus, quæ non ipſius ſunt *y*, ſed fortè commodatæ ei, vel locatæ, vel apud eum depoſitæ ſunt, vtile eſſe non dubitatur.

DE *z* SALVIANO *a* INTERDICTO *b*.

TIT. XXXIII.

De partu ancillæ vendita. De fundo communi. 2. *De re communi inducta.*

1. *Iulianus* ‖ lib. 49. Digeſtorum. ‖

---

al. 11. *Cod. de nuptiis*, *l.* 8. *ſupra de diuortiis*.

b Tranſit ad interdictum de liberis ducendis, ab interdicto de liberis exhibendis.

c *ſub.* patri.

d *v. l.* 1. *ſup. de interdictis*.

e & ita procuratori, niſi cauſa cognita, non datur, *l.* 40. *ſup. de procuratorib.*

f *al.* ditionis, *malè*, licèt ditionis voce interpretari poſsis poteſtatem in filios.

g Interdictum *de liberis exhibendis*, antecedere debet interdictum *de liberis ducẽdis*. Eſt enim actio ad exhibendũ præparatoria vindicationis, *l.* 1. *ſup. ad exhib.*

h tam ex perſona actoris quàm rei.

i *l.* 1. *ſup. eo.*

k *ſup.* de liberis exhibendis & deducendis: vt ad vtramque partem interdicti hanc vocem etiam referas.

l i. ſi ab alio non detineatur.

m Officium iudicis ſuccedit in locum deficientis defenſoris.

n *v. l. vn. in fin. C. diuortio facto.*

o i. quoties officium iudicis imploratur.

p Fides maior habetur, auctoritatis, prudentiæ & fidei exploratæ viro quàm alij, v. *l.* 3. *ſup. de teſtib.*

q *ſub.* finiendæ ac terminandæ.

r vel vitæ ſequioris, *l.* 8. § 11. *ſupra de tranſ.* huiuſmodi circumſtantiæ obſeruandæ ſunt, *Nov.* 117. *c.* 7.

ſ repræſentatur cognitio, quæ non differtur.

t Pupilli apud eos educandi ſunt, qui minùs ei ſuſpecti ſunt, hoc eſt, qui eius vitæ minus inſidiari poſſunt: quod ex affectione perſonarum & coniunctione iudex finire poterit, *l.* 1. *l.* 2. *C. vbi pupill. educari.*

u *l.* 1. § 3. *ſup. eo.*

x Proteſtatione ius noſtrum conſeruamus. Hæc verò proteſtationis ſpecies obſeruanda eſt, vt apud matrem filius alatur potiùs quàm apud patrem, ſine patriæ poteſtatis dĩminutione.

y Prætextati ætas aut proxima prætextati ætati quæ eſt? prætexta puerile pallium eſt, quo ad 16. vſque annum pueri nobiles vtebantur. vnde prætextati pueri appellati. dicta autem prætexta quòd prætexebatur ei purpura 19. *Iſido.* 24. adde Feſtum in *Prætextam* & *Bulla*. *Nonium* c. 14. De Toga dixi ad *l.* 12. *inf. de iure fiſci.* z Deponi homines obſerua.

a Eſt enim materfamiliàs, domina; vxor nomen dignitatis: concubina, voluptatis. huc refer *l.* 19. *C. de adult. l.* 41. *ſup. de ritu*, *l.* 13. § 1. *ſupra de adult.* *l.* 46. § 1. *inf. de ver. ſign. l.* 19. *ſup. de leg.* 3. v. Cuiac. 3. obſ. 18.

b v. ad hanc *l. Cuiac.* 4. *ad Afric. fol.* 60.

c pater.

d *l.* 3. § 5. *ſup. tit. prox.* e i. interdictum proponetur.

f vel vtrubi. ſic Næuius in *Tarentilla*. vtribi cœnaturi eſtis? hiccine an in triclinio? vel vtrobi; vt Cato pro Luſitanis *apud Chariſium*: v. Cuiac. 6. obſ. 22.

auo, ſeu poſt mortem patris moriente. Huic caſui opponitur diſsimili... poteſtate, de nepote nondum nato, eóque moriente viuo patre ſuo... ſimilia ſunt, Filium eſſe apud hoſtes, & eſſe in poteſtate patris: nepote... teſtate patris, & nepotem nondum natum: nepotem viuo auo, vel eo mo... Nepotem viuo patre ſuo mori. mea hæc eſt ad illum locum coniectura... que Iuriſconſultos interdum caſus ita vel conferre, vel opponere, vt... *ſup. de hæred. inſt.* planè erat ſimilis in *l.* 31. § 1. *ſup. de vulg.* non diſsimili... in *l.* 74. § 3. *ſup. de adq. hæred.* ſimilis eſt.

q adde *l.* 15. § 1. *ſup. de precario.*

r ſex menſtris, *vt hic.* ſemeſtris *ſup. eo.* ſemeſtris. *Hal.*

ſ *l.* 24. § 2. *l.* 55 *in fi. ſup. locati.*

t *l.* 13. § 11. *l.* 14. *ſup. locat.* u huic, *Hal.*

x *l.* 33. *l.* 34. *ſup. de damno.* y *l.* 11. *in fi. ſup. eo.* z 8. C. 9. § 3. *verſ. interdi...* *que. Inſt. de interd.* Olden. 1. *Claſſ. act.* 3. Neguſantius *tract. de pig. part.* 8. ...

a *v. Rolan. à Valle* 1. *conſ.* 13. hoc interdictum à Saluio Iuliano edi... compoſitore appellari putat Cuiacius *hic.* cui etiam accepto fertur edict... de coniungendis cum emancipato liberis.

b quod adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa factum eſt: eoque vtitur domin...

SI colonus ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, & eam vendiderit: quod apud emptorem ex ea natum *a* eſt, eius apprehendendi gratia vtile *b* interdictum reddi oportet.

1 ¶ Si colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, *ita vt vtrique in ſolidum obligatæ eſſent*: ſinguli aduerſus extraneum *c* Saluiano interdicto rectè experientur. inter ipſos verò ſi reddatur hoc interdictum, poſſidentis conditio melior erit. At ſi id actum fuerit, *vt pro partibus res obligaretur*: vtilis actio *d* & aduerſus extraneos, & inter ipſos dari debebit, per quam dimidias partes poſſeſſionis ſinguli apprehendent.

2 ¶ Idem ſeruari conueniet, & ſi colonus rem quam cum alio communem habebat, pignoris nomine induxerit. ſcilicet vt pro parte dimidia, pignoris perſecutio detur.

De fundo communi.

2. *Vlpianus* ‖lib.70. ad Edictum.‖

IN Saluiano *b* Interdicto, ſi in fundum communem duorum pignora *e* ſint ab aliquo inuecta, poſſeſſor *d* vincet *e*. & erit eis deſcendendum ad Seruianum *f* iudicium *g*.

res coloni, quas is pro mercedibus fundi, pignori futuras pepigit. §.3. *in fin. Inſt. de interdictis.* ſuperius verò interdictum datur ad poſſeſſionem pignorum retinendã.
a *l.29.§.1.ff. de pign.*
b non in perſonã, ſed verbis in rem ſcriptis.
c *l.10.ff.de pign.* Quæ res quemadmodum hoc fieri poſſit, cum Imperator neget, interdictum Saluianum aduerſus alios, quã conductorẽ & debitorem dari? *l.1. C.eod.Solue.* Hic de vtili, ibi de interdicto in perſonam agitur, *v. Cuiac.5. obſ.24.*
d Seruiana, ſcilicet.

a 73. v. Cuiac.5. *obſ.24.*
b quod detur creditori in rebus coloni natis in agro conducto vel nominatim obligatis pignori: imo eſt hoc interdictum de rebus cuiuſcunque debitoris pignori obligatis.
c quoties hoc actũ eſt vt vterque in ſolidum teneretur: vel quoties dubiũ eſt.
d *l.1.§.1.ff.eod.l.10.ff.de pign.*
e *ſub.* ſi inter duos dominos eiuſdem fundi locatores cõtrouerſia oritur.
f Cur? quia ceſſat dictum Saluianum.
g v. Cuiac.*ibid.*

LIBER QVADRAGESIMVS-QVARTVS.

DE *a* EXCEPTIONIBVS *b*, PRÆSCRIPTIONIBVS *c*, & præiudiciis *d*

Eum, qui excipit, agere.

Vlpianus ‖lib.4. ad Edictum.‖

AGere *e* etiam is videtur *f*, qui exceptione vtitur. nam reus in exceptione *g* actor eſt.

Definitio exceptionis.1. De replicatione. 2. De vi excludendi. 3. De triplicatione, quadruplicatione. 4. De perpetuis ſeu peremptoriis, & temporalibus, ſeu dilatoriis.

2. *Idem* ‖ lib. 74. ad Edictum.‖

EXceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio *h*, quæ [inter] opponi actioni cuiuſque rei ſolet *i* ad cludendum *k* id, quod in intentionem condemnationémve deductum eſt.

1 ¶ Replicationes nihil *l* aliud ſunt, quàm exceptiones: & à *m* parte actoris veniunt. quæ quidem ideò neceſſariæ ſunt, vt exceptiones excludant. ſemper enim replicatio idcirco *n* obiicitur, vt exceptionem oppugnet.

2 ¶ Illud tenendum eſt, omnem exceptionem vel replicationem excluſoriam eſſe. exceptio actorem *o* excludit: replicatio reum.

3 ¶ Sed & contra replicationem ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus *a*. & deinceps multiplicantur nomina: dum aut reus, aut actor obiicit.

4 ¶ Sanè ſolemus dicere, quaſdam exceptiones eſſe dilatorias *b*, quaſdam peremptorias. vtputa dilatoria eſt exceptio, quæ differt actionem, veluti procuratoria exceptio dilatoria eſt. nam qui dicit, non licere *c* procuratorio nomine agi, non prorſus litem inficiatur, ſed perſonam euitat.

3. *Gaius* ‖lib. 1. ad Edictum Prouinciale.‖

EXceptiones aut perpetuæ & peremptoriæ ſunt, aut temporales & dilatoriæ.

¶ Perpetuæ atque peremptoriæ ſunt quæ ſemper locum habent *d*, nec euitari poſſunt, qualis eſt doli mali, & rei iudicatæ. & ſi quid contra leges Senatúſve conſultum factum eſſe dicetur: item pacti conuenti perpetui, id eſt ne omnino pecunia petatur.

¶ Temporales atque dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt: qualis eſt pacti conuenti temporalis, id eſt, ne fortè intra quinquennium ageretur.

¶ Procuratoriæ *e* quoque exceptiones dilatoriæ ſunt, quæ euitari poſſunt.

De pupillo.

4. *Paulus* ‖ lib. 20. ad Edictum ‖

IN *f* pupillo, cui ſoluta eſt debita pecunia ſine tutoris auctoritate, ſi quæratur, an doli *g* exceptione ſummoueri debeat, illud tempus *h* inſpicitur *i*, an pecuniam, vel ex ea aliquid habeat, quo petit.

De pluribus exceptionibus.

5. *Idem* ‖ lib. 18. ad Edictum.‖

IS *k* qui dicit *l ſe iuraſſe*, poteſt *m* & aliis *n* exceptionibus vti cum exceptione iuriſiurandi *o*, vel aliis ſolis. pluribus *p* enim defenſionibus vti permittitur.

De herede & legatario.

6. *Idem* ‖ lib.71. ad Edictum.‖

SI rem legatam petat legatarius *q*, "vt" de dolo teſta-

a Titulus hic generalis eſt; qui ſequuntur, ſpeciales ſunt. *Cuiac. ad Nou.* 122. Porrò hic titulus oſtendit ſatis incurioſè libros Pandectarum digeſtos eſſe. Hic enim præcedit titulum *de oblig.* & ex conſequentia, prius diſcimus exceptionibus vti, quàm actionibus. Tam malè etiam titulus ad *exhibendum* ſubſequitur *de rei vindic.* cum exhibitio præcedere debeat.
b 4.*Inſt.*13.2. *Extrauag.*25. 2. *in 6.* 12. & 2. *Clem.* 10. Cæterum rectè ait *de exceptionib.* ſunt enim variæ & multiplices, proponuntur.n. vel aduerſus perſonas, vel res ipſas, vel actiones, & ipſa iudicia. infra tractatur de exceptione rei iudicatæ. *tit.*2. vſucapionis *tit.*3. doli, metus *tit.*4. & aliis mixtis. *tit.*6.5. litigij *tit.*6. addendus eſt hic titulus de exceptione rei venditæ *ex lib.*21.*tit.*3.*ff.* addendus eſt, *tit.*36.37.*libri* 8.*C.*
c *l.8.C.36.2.Extrauag.26.& 2. in ſexto* 13. Præſcriptiones num idem ſunt quod exceptiones? Cuiacius ita putat. Puto tamen *exceptionum* nomine, nominatas intelligendas eſſe: *præſcriptionis* verò verbo, exceptiones in factum, *l.14.in fin. l.23.ff.eod.* qua de re plenius aliquando ſum dicturus. & cur quæſo non ſint exceptiones nominatæ & innominatæ, vt actiones ſunt nominatæ & innominatæ, quæ in factum ideo & præſcriptis verbis actiones dicuntur? Interim probo quod extat in 51.*Eclog.*1. vbi agitur περὶ παραγραφῶν, ϗ ἀντιπαραγραφῶν i. exceptionibus & replicationibus. nam de replicationibus agitur quoque hoc titulo *l.2.§.12.& ſeq. l.22.in fin.ff.eod.* Et 4.*Inſt.*14. vbi agitur de replicationibus: quin & *ff.eod.* agitur de duplicationibus, triplicationibus, *l.1.§.3.ff.eod.* Nouellam 9. refero ad *tit.*3.*ff.eod.* adde huic titulo Oldendorp. *tract.de exceptionib. forenſibus.* & Papon.2.*Notar.lib.*9. & ex antiquis Speculatorem *in tract.de exceptionib. & replicationib.* De ſingulis generibus exceptionum dixi & dicam ſparſim. De formulis exceptionum dicam *in l.13.ff.eod.* Præſcriptio itaque eſt innominata exceptio, hinc Tertulliani liber *de præſcript. aduerſus hæreticos*, i. de exceptionibus in factum, innominatis, hinc præſcriptio peremptoria, *l.8.* præſcriptiones fori, i. exceptiones, *l.vlt.C.de exceptionib.*
d Præiudicia, ſunt ſpeciales exceptiones, quibus excluditur actio hac ratione quod futuræ grauiori actioni præiudicium fiat: quorum exempla ſunt, *l.12.14.16.18. & 22.ff.eod.*
e i. actoris partes ſuſtinere, *l.12.ff.eod.l.9.l.19.ff.de probation.*
f Imo non videtur. nam actionis verbo non continetur exceptio, *l.18.in fin.ff.de verb.ſign.* & actio dicetur ius perſequendi, non excipiendi, *l.51.ff.de oblig.* ſolui. impropriè agit qui excipit, non propriè.
g non omni, ſed affirmando aliquid, i. quando non eſt contentus ſimplici negatione facti: ſed præter factum aliquod ius allegat.
h adde *l.22.ff.eod.l.10.C.eod.*
i iure naturali & gentium. nam inde ſuam originem habet exceptio, v. Oldendorp. *c.1.de except.*
k excludendum *Vulg. Hal.*
l Replicatio, ab exceptione officio non differt. Vtriuſque enim proprium eſt excludere res in iudicium deductas ab aduerſario. Effectu tamen differt: Nam aliud excluditur exceptione, aliud replicatione. Item conſideratis perſonis à quibus obiiciuntur, & conſiderato tempore quo tolluntur, differentia eſt. Quo enim tempore tollitur actio, eodem & replicatio. vtraque certis temporibus excluditur. Nam vtraque eſt in arbitrio actoris, quando obiiciatur, vel non obiiciatur.
m *l.22.in fin l.10.C.eod.Inſt.de replicationib.*
n Replicationis naturam & ſcopum nota.
o Declinatoriam impropriè dici exceptionem hinc colligunt nonnulli: quia non reum, ſed iudicem excludit, ſed facilis eſt ſolutio. Declinatoria, directo iudicem, obliquè actoris intentionem excludit.

a rurſus quadruplicatio. *Vulg. Hal.* adde & contra quadruplicationem quintuplicatio, & ſic deinceps.
b Diuiſio exceptionum ſumpta ab effectu. Exceptionũ aliæ ſunt dilatoriæ quæ non ſemper locum habent. aliæ peremptoriæ, quibus ſemper locus eſt, *l.3.ff.eod.* Dilatoriis declinamus iudicia, i. forum ſeu iuriſdictionem (formulam v. apud Oldendorp. *c.10 de except.*) iudices (formulam v. apud Oldendorp. *c.1. de except.*) reſcriptum (de quo v. Oldend. *ibid c.9.*) & ipſum actorem. huc refer exceptiones procuratorias, de quibus *ff. eod.* ſed & eam qua negamus aduerſario tempus agendi competere, *l.3.ff. eod.* Socin. inter dilatorias refert exceptionem executionis.
c vel quia careſ mandato & falsò ſe procuratorem aſſerit, & procuratoris munere fungi non poteſt, præſertim in cauſa de qua agitur: ſi à non idoneo conſtitutus eſt: ſi carens mandato non cauit, de quibus v Oldend. *c.13. de except.*
d Huiuſmodi exceptiones totum, vel partem cauſæ perimunt.
e & ita vocantur *l.6.ff.de operis noui nuntiat.* §.11.*inſt.eod.* Porrò procuratoriæ quatuor modis dicuntur, ratione conſtituentis (vt quia procurator conſtitutus eſt à Titio ante litem conteſtatam, *l.neque* 11. *C.de procurat.*) conſtituti (vt quia miles vel mulier, *l.in except.19.§.ſed & ſi procuratoria 2.ff.de prob.l.fideiuſſ.29.§.quadam 4.ff.mandati*) accuſationis inſtitutæ (vt fit in accuſatione criminali & populari *d.§.ſed ſi l.pen.§.ad crimen 1.ff.de publ.iud.* mandati deficientis, *l.inter quos 39.§.alieno 3.ff.de damno l.& idgo 6.ff.de oper.noui nunt.*
f *l.15.l.47.ff.de ſolution.*
g qui tenetur factus locupletior. ſi quidem dolo facit qui id ab aduerſario petit, quod iam penes ſe habet.
h tempus petitionis ac litis conteſtatæ.
i i. Reus debet hanc exceptionem *ſi factus eſt locupletior*, obiicere pupillo tempore litis conteſtatæ, fieri enim poteſt, vt poſt litem conteſtatam deſinat eſſe locupletior.
k i. is qui exceptionem iuriſiurandi habet.
l actor ſc. m ſi fortè actor negat reum iuraſſe. poteſt enim fieri vt reus inſtrumenta litis omiſerit vel neglexerit, atque ita non poſſit in præſentia actorem conuincere. n *l.8.ff.eod l.45.ff.de reg.iur.*
o quam habet ex eo quod iurauit.
p puta, poteſt exceptionem pecuniæ ſolutæ obiicere.
q à me ſc. aliud eſt ſi ab herede. nec enim poſſet heres legatario obiicere dolum defuncti & teſtatoris.

toris excipitur *a*. nam ſicut heres, qui in vniuerſum *b* ius ſuccedit, ſummouetur exceptione: ita & legatarius *c* debet ſummoueri, quaſi vnius rei *d* ſucceſſor.

De perſonalibus & realibus. I. De reo & fideiuſſore.

7. *Idem* "libro 3. ad Plautium."

EXceptiones *e*, quæ perſonæ *f* cuiuſque cohærent, non tranſeunt ad alios. veluti *g* "ea" quam ſocius habet exceptionem *h*, quod facere poſſit, vel parens, patronúſve: non *i* competit fideiuſſori. ſic mariti fideiuſſor poſt *k* ſolutum matrimonium datus, in ſolidum dotis nomine condemnatur.

1 ¶ Rei *l* autem cohærentes exceptiones etiam *m* fideiuſſoribus competunt, vt rei iudicatæ, doli mali, iuriſiurandi, quod metus cauſa factum eſt. Igitur etſi reus pactus ſit in rem *n*, omnimodo competit exceptio fideiuſſori.

¶ Interceſſionis *o* quoque exceptio; Item quod libertatis onerandæ cauſa petitur *p*, etiam fideiuſſori competit. Idem dicitur, & ſi pro filiofamilias contra Senatuſconſultum *q* quis fideiuſſerit, aut pro minore 25. annis circumſcripto *r*. Quod ſi *ſ* deceptus ſit in re, tunc nec ipſe ante habet auxilium, quàm reſtitutus fuerit, nec fideiuſſori danda eſt exceptio.

De pluribus exceptionibus.

8. *Idem* "lib. 14. ad Plautium."

NEmo prohibetur pluribus *u* exceptionibus vti, quamuis diuerſæ ſunt *x*.

De confeſſione.

9. *Marcellus* ‖ lib. 3. Digeſtorum. ‖

NOn vtique *y* exiſtimatur confiteri de intentione *z* aduerſarius quo cum agitur, quia exceptione *a* vtitur.

De re iudicata.

10. *Modeſtinus* ‖ lib. 12. Reſponſorum.

MOdeſtinus reſpondit: *Res inter alios iudicata aliis non b obeſt*, nec ſi is *c*, contra quem iudicatum eſt *d*, heres extiterit ei *e*, contra quem nihil pronuntiatum eſt, hereditariam ei litem inferenti præſcribi ex ea ſententia poſſe *f*, quam proprio *g* nomine diſceptans, antequam *h* heres extiterit, excepit.

De inſtrumentis.

11. *Idem* ‖ lib. 13. Reſponſorum. ‖

QVi adgnitis inſtrumentis, quaſi *i* vera eſſent, ſoluit poſt *k* ſententiam iudicis: quæro ſi poſtea cognita rei veritate, & repertis falſis inſtrumentis accuſare velit, & probare falſa eſſe inſtrumenta, ex quibus conueniebatur, cùm inſtrumentis ſubſcripſerat *l* ex præcepto ſiue interlocutione iudicis, an præſcriptio *m* ei opponi poſſit cùm *n* "&" principalibus conſtitutionibus manifeſtè cauetur, *etſi res iudicata eſſet ex falſis inſtrumentis, ſi poſtea falſa inueniantur, nec rei iudicatæ præſcriptionem opponi*. Modeſtinus reſpondit: ob hoc quod per errorem ſolutio facta eſt, vel cautio de ſoluendo interpoſita proponitur ex his inſtrumentis, quæ nunc falſa dicuntur, præſcriptioni locum non *o* eſſe.

De actore in præiudiciis.

12. *Vlpianus* "lib. 38. ad Edictum."

GEneraliter in præiudiciis *a* is actoris partes ſuſtinet, qui habet intentionem ſecundum id quod intendit.

De petitione hereditatis & rerum ſingularum.

13. *Idem* "lib. 56. Digeſtorum."

SI poſt litem de hereditate conteſtatam *b* res ſingulæ petantur, placet non obſtare exceptionem, *Quod c præiudicium hereditati non fiat*. futuri enim iudicij, non facti *d* nomine huiuſmodi exceptiones comparatæ ſunt.

De redhibitione.

14. *Alfenus Varro* ‖ lib. 2. Digeſtorum. ‖

FIliusfamiliàs peculiarem ſeruum vendidit: pretium ſtipulatus eſt: is homo redhibitus *e* "&" poſtea mortuus eſt, & pater eius pecuniam ab emptore petebat, quam filius ſtipulatus erat. placuit æquum eſſe in *f* factum exceptionem eum obiicere, *Quod pecunia ob hominem illum expromiſſa eſt, qui redhibitus eſt*.

De iureiurando, & de dolo.

15. *Iulianus* "lib. 4. ad Vrſeium Ferocem."

ADuerſus exceptionem iuriſiurandi replicatio doli mali non debet dari: cùm Prætor id agere debet, ne de *g* iureiurando cuiuſquam quæratur.

De petitione fundi & ſeruitutis.

16. *Africanus* "lib. 9. *h* Quæſtionum."

FVndum Titianum poſſides, de cuius proprietate inter me & te controuerſia eſt. & dico præterea viam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum eſſe conſtat, deberi: ſi viam *i* petam, exceptionem, *Quod k præiudicium l prædio non fiat*, vtilem tibi fore putauit: videlicet quòd non aliter viam mihi deberi probaturus ſim, quàm prius probauerim fundum Titianum meum eſſe.

17. *Paulus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

SEd ſi ante viam *m*, deinde fundum Titianum petat: quia & *n* diuerſa corpora ſunt, & cauſæ reſtitutionum diſpares, non nocebit exceptio.

De petitione fundi vel partis, & iudicio communi diuidundo, vel petitione fructuum.

18. *Africanus* ‖ lib. 9. *o* Quæſtionum. ‖

FVndi quem tu proprium tuum eſſe dicis, partem à te peto, & volo ſimul iudicio quoque communi diuidundo agere ſub eodem iudice.

¶ Item ſi eius fundi quem tu poſſideas, & ego proprium meum eſſe dicam, fructus condicere tibi velim: quæſitum eſt, an exceptio, *Quod p præiudicium fundo partive eius non fiat*, obſtet, an deneganda ſit? & vtrobique putat interuenire prætorem debere, nec permittere petitori, priuſquam de *q* proprietate conſtet, huiuſmodi iudiciis experiri.

De reo & fideiuſſore.

19. *Marcianus* "lib. 13. Inſtitutionum."

OMnes *r* exceptiones, quæ reo competunt, fideiuſſori quoque, etiam inuito *ſ* reo competunt *t*.

De cauſis exceptionum.

20. *Paulus* "libro ſingulari de Conceptione formularum."

EXceptiones opponuntur *u*, aut quia factum ſit quod fieri oportet *x*, aut quia factum ſit quod fieri non oportuit *y*, aut quia factum non ſit, quod fieri debuerat *z*.

¶ Quia factum eſt quod fieri oportuit, datur exceptio rei venditæ *a* & traditæ, & rei iudicatæ *b*.

¶ Quia factum eſt quod fieri non oportuit, datur exceptio doli mali *c*.

¶ Quia non *d* factum eſt quod fieri debuit, vt bonorum poſſeſſionis non datæ *e*.

De controuerſia rei maioris, & rei minoris.

21. *Neratius* "lib. 4. Membranarum.

REi maioris *ſ* pecuniæ præiudicium fieri videtur, cùm ea quæſtio in iudicium deducitur, quæ vel tota, vel ex aliqua parte communis eſt quæſtioni de re maiori.

---

a per me ſcilicet. quid enim ſi teſtator rem meam ei legauit.
b v. l. 9. §. 2. ſ. de her. inſt.
c l. 4. §. 31. j. de dol. mali.
d vitioſæ ſc.
e Beneficia quædã ſunt ita perſonalia, l. 196. j. de reg.
f adde l. 13. ſ. ſoluto. aliud eſt in realibus, i. in quibus res eſt cauſa priuilegij.
g hic enumerantur quatuor perſonæ, ſocius omnium bonorum, l. 16. ſ. de re iud. parens, d. l. 16. patronus l. 17. ibid. maritus, l. 20. d. tit.
h in id quod facere poſſit. *Vulg. Hal.*
i. in id tantum cõdemnatur, quod, &c.
i l. 24. 25. ſ. de re iud. Imo competit l. 19. j. eod. l. 16. j. de fideiuſſ.
k nec enim datur conſtante matrimonio, C. de fideiuſſ. dot.
l i. quarum res ipſa cauſa eſt. adde l. 32 ſ. de rebus auth. iud.
m l. 29. ſ. de euict.
n l. 21. in fin. ſ. de pact.
o factæ à muliere ſcilicet contra SC. Velleianum, adde l. 11. C. eod. l. 16. in fin. ſ. ad Velleian.
p ipſi liberto à patrono, l. 1. § 5. j. quar. rer. act. de hac exceptione v. Cuiac. 16. obſ. 8.
q Macedonianum ſc. l. 9. § 3. ſ. de SC. Maced.
r v. tamen l. 2. C. de fideiuſſ. minorum.
ſ quod ſi deceptus non ſit. *Vulg.* quia ſi deceptus non ſit. *Hal.* Rem ita expedi: Minor facilitate ſua deceptus eſt? reſtitui poteſt: fideiuſſor tamen eius reſtitui non poterit. dolo aduerſarij deceptus eſt? reſtitui quoque fideiuſſor minoris poterit d. l. 2.
t quia non ideo ſi minor eſt, deceptus exiſtimatur, l. 9. §. 4. ſ. de iureiur.
u v. l. 15. in fin. j. eod.
x ſi tamen non incompatibiles: item, dummodo conuictus antea non fuerit in ea re mendacij. *Non.* 18. c. 8. adde 3. *Harm. tit.* 3. *cap.* περὶ μεταθέσεως χρέους & *Scholion. ibid.*
y οὐ πάντως 51. *Ecloga.* 1. *cap.* 8. §. 3. Ergo quodammodo? ſic ſentio? Poteſt enim reus ita excipere & fateri, vt ſibi prædicaturus ſit: è contrario ita reſpondere, vt fateri non videatur. Ideoque cautos & prudentes oportet eſſe reos, quoties interrogationibus aduerſarij reſponſuri ſunt: ne alioquin eorum confeſſio diuidatur. v. Cuiac. 9. *obſeru.* 36.
z ἐπιστάσει *Ecl.* 1. c. 8. §. 3. adde *c. exceptionem*, 63. *de reg. in* 6. & *cap. cum venerabilis, de exceptionib.* & *l.* 9. *C. de except.*
a c. 63. de reg. in 6. Quid? num tenebitur homicidij, qui homicidium quidem fatebitur, ſed de inculpata tutela exceperit? num erit debitor qui fatebitur mutuum: ſed ſolutionem factam excipiet? Priori caſu magna iudicis prouidentia, in expendendis diligenter circunſtantiis opus eſt. Nam ex vno latere ipſa vox, *homicidium*, per ſe delictum ſonat: & ex aduerſo, reus ea honeſtate & vita eſſe poteſt, vt omnis praua alterius iniuſtè interficiendi ceſſet in eo ſuſpicio. Profert itaque eo caſu Zaſius hanc excipiendi formulam: *Nego me homicidium commiſiſſe, ſi tamen conſtabit homicidium à me factum eſſe, dico me meam ad defenſionem feciſſe quicquid in eo negotio feci.* Adde huic loco quæ de hac quæſtione iam dixi ad *l.* 4. ſ. *ad l. Aquil.* Quod ad poſteriorem caſum attinet, Zaſius excipientem ita reum non fateri ait, ſi ſic exceperit. *Solui actori quidquid debui*: qui duabus aliàs enuntiationibus ſic vtitur: puta, *Mutuum mihi dediſti, ſed ſolui.* ſecutum non iter fore opinatur.
b l. 63. ſ. de re iudicata.
c puta Titius, rem vindicans. d & pronunciatum, rem eius non eſſe.
e puta vero rei domino. f i. exceptionem rei iudicatæ ei non poſſe obiici.
g hinc ſumitur ratio dubitandi. nec enim videtur audiendus, cum idem de re eadem aduerſus eundem ſuperatus ſit.
h ſecus eſt, poſtquam heres extitit. hinc ſumitur ratio decidendi. Peritur quidem res eadem in ſubſtantia, non tamen eadem in qualitate; antea non erat dominus, nunc vero dominium nactus eſt. i cum tamen falſa eſſet.
k l. 1. 2. 3. C. ſi ex falſis inſtrumentis.
l non manu, ſed conſenſu præſtito. Qui conſentit, ſubſcribere dicitur, l. 18. ſ. de adopt.
m rei iud. eſt, exceptio. n ratio dubitandi.
o deciſio: Iudicati executio ſolet ſuſpendi, & ſoluti dari repetitio, ſi falſis inſtrumentis circumuenta eſt religio iudicantis, *l. vlt. Cod. ſi ex falſ. inſtrument. Pauli.* 5. *ſent.* 5. §. *vlt.*

accuſare. ſic præpoſteratio non admittitur. k formula extat ſimilis j. eod.
l d. l. 18. j. eod. l. 32. §. 10. ſ. de arbitr. l. 5. in fin. ſ. de her. pet. l. 1. §. 1. ſ. fam.
m l. 16. ſ. eod.
n v. Cuiac. in hunc locum 5. obſ. 37.
o v. Cuiac. 9. ad *Afric. fol.* 225. p adde l. 16. ſ. eod.
q Prius de proprietate agendum, quàm familiæ erciſcundæ, l. 1. ſ. fam.
r Imò, non omnes l. 7. §. 1. ſ eod.
ſ l. vlt. ſ. de pactis.
t l. 11. C. eod. l. 49. j. de fideiuſſor. l. 9. §. 3. ſ. de SC. Maced.
u Exceptionum diuiſio ſumpta à materia: adde & aliam ab eadem cauſa materiali ſumptam: nempe, alias in rem, alias in perſonam, l. 7. ſ. eod. item facti, alias iuris: de qua vide l. 33. ſ. de tranſact.
x hinc exceptio rei iudicatæ, rei venditæ & traditæ, l. 1. 2. ſ. de except. rei vend.
y hinc exceptio doli.
z vt bonorum poſſeſſio negata, j. eod.
a l. 1. 2. ſ. de except. rei vend.
b j. de except. rei iud.
c ea competit creditoribus aduerſus eos qui bonorum poſſeſſionem non acceperunt, l. vlt. C. qui admitti. Eo etiam nomine interdum competunt actiones, ad edendum, exhibendum, cauendum, diuidendum, ſeparandum, ac patientiam.
d ſub. ſolenniter. v. quæ ſcripſi ad l. vlt. C. qui admitti.
e l. dolo 27. ſ. de dolo malo.
f l. 16. ſ. eod. adde l. 4. ſ. de in integ. reſtit.

Quid

Quid ſit exceptio : & de eius effectu. 1. De replicatione.

22. *Paulus* " libro ſingulari de Variis lectionibus."

EXceptio eſt conditio *a* quæ modò eximit *b* reum damnatione *c*, modò minuit *d* damnationem *e*.

1 ¶ Replicatio *f* eſt contraria exceptio, quaſi exceptionis exceptio.

De ſtatua in municipio poſita.

23. *Labeo*" lib. 6. Pithanon à Paulo Epitomatorum. "

P*Aulus*: Si quis ſtatuam *g* in municipio ea mente poſuit, vt ea municipij eſſet, & eam petere vult, excludi eum oportet præſcriptione *h* in factum data.

De iureiurando filiifam.

24. *Hermogenianus* ‖ lib. 6. Iuris Epitomarum. ‖

Filiusfamiliàs *i* exceptionem iuriſiurandi patri quærit, ſi eum dare non oportere iurauerit.

DE EXCEPTIONE REI *k* iudicatæ *l*.

TIT. II.

De re inter alios iudicata.

1. *Vlpianus* ‖ lib. 2. ad Edictum. ‖

CVm res inter *m* alios iudicatæ nullum aliis præiudicium faciant, ex eo teſtamento, vbi libertas data eſt, vel legato *n*, agi poteſt : licèt ruptum, vel irritum, aut non iuſtum dicatur teſtamentum. nec ſi *o* ſuperatus fuerit legatarius, præiudicium libertati *p* fit.

De cauſa exceptionis ſublata.

2. *Idem* ‖ lib. 13. ad Edictum. ‖

QVi *q* cum *r* herede eius egit, qui filium præterierat *ſ*, & exceptione ſummotus eſt, *Ac t ſi non in ea cauſa ſint tabulæ teſtamenti, vt contra eas bonorum poſſeſsio dari poſsit*: omittente *u* emancipato filio bonorum poſſeſſionem, non iniquè reſtituetur, vt agat cum herede. & ita Iulianus lib. 4. Digeſtorum ſcripſit.

De eadem quæſtione. De petitione hæreditatis & ſingularum rerum.

3. *Idem* ‖ lib. 15. ad Edictum. ‖

IVlianus libro tertio Digeſtorum reſpondit, exceptionem rei iudicatæ obſtare, quotiens eadem quæſtio inter *x* eaſdem perſonas reuocatur. Et ideò etſi ſingulis rebus petitis *y* hereditatem *z* petat, vel contrà *a*, exceptione ſummouebitur.

De his qui rem in iudicium deducunt.

4. *Idem* ‖ lib. 72. ad Edictum. ‖

REi iudicatæ exceptio tacitè continere videtur *b* omnes *c* perſonas, quæ rem in iudicium deducere ſolent *d*.

Si eadem res alia actione petatur.

5. *Idem* ‖ lib. 74. ad Edictum. ‖

DE eadem re agere videtur, & qui non eadem actione agat, qua ab initio agebat: ſed etiam ſi alia experiatur, de eadem tamen *e* re.

¶ Vtputà ſi quis mandati acturus, cùm ei aduerſarius iudicio ſiſtendi cauſa promiſiſſet, propter eandem *f* rem agat negotiorum geſtorum, vel condicat, de eadem re agit.

¶ Rectèque ita definietur, eum demum de *g* re *h* non agere, qui prorſus rem ipſam non perſequitur. cæterùm cùm quis actionem mutat, ‖ & ‖ experitur, dummodò de eadem re experiatur, etſi diuerſo *i* genere actionis, quam inſtituit, videtur de ea re agere.

De ratione & vſu huius exceptionis.

6. *Paulus* ‖ libro 70. ad Edictum. ‖

SIngulis controuerſiis ſingulas actiones *k*, vnumque *l* iudicati finem *m* ſufficere *n*, probabili ratione placuit : ne aliter modus litium multiplicatus *o*, ſummam atque inexplicabilem faciat difficultatem : maxime ſi diuerſa pronunciarentur. parere ergo exceptionem rei iudicatæ frequens *a* eſt.

De toto & parte. 1. De partu. 2. De cæmentis & tignis. De fructibus. 4. De eadem quæſtione. De petitione hæreditatis, & ſingularum rerum. 5. Vel debiti hæreditarij.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 75. ad Edictum. ‖

SI quis cùm totum *b* petiſſet, partem petat, exceptio rei iudicatæ nocet *c* : nam pars *d* in toto eſt *e*. eadem enim res accipitur, etſi pars petatur eius quod totum petitum eſt. Nec intereſt, vtrùm in corpore *f* hoc quæratur, an in quantitate *g*, vel in iure *h*.

¶ Proinde ſi quis fundum petierit, deinde *i* partem petat vel pro diuiſo, vel pro indiuiſo, dicendum erit exceptionem obſtare.

¶ Proinde & ſi proponas mihi certum locum me petere ex eo fundo quem peti *k*, obſtabit exceptio.

¶ Idem erit probandum & ſi duo corpora *l* fuerint petita, mox alterutrum corpus petatur. nam nocebit exceptio.

¶ Item ſi quis fundum petierit, mox *m* arbores exciſas ex eo fundo petat, aut inſulam petierit, deinde aream vel tigna, vel lapides petat *n*.

¶ Item ſi nauem petiero, poſtea ſingulas tabulas vindicem *o*.

1 ¶ Si *p* ancillam prægnatem *q* petiero, & poſt litem conteſtatam conceperit, & pepererit, mox partum eius petam: vtrùm idem petere videor, an aliud, magnæ quæſtionis eſt? Et quidem ita definiri poteſt, totiens eandem rem agi, quotiens apud iudicem poſteriorem id quæritur, quod apud priorem quæſitum eſt.

¶ In his igitur ferè omnibus exceptio nocet *r*.

2 ¶ Sed in cæmentis & tignis diuerſum eſt *ſ*. nam is qui inſulam petit, ſi cæmenta, vel tigna, vel quid aliud ſuum petat, in ea conditione eſt, vt videatur aliud *t* petere. etenim cuius inſula eſt, non vtique & cæmenta ſunt. denique ea quæ iuncta ſunt ædibus alienis, ſeparata dominus vindicare poteſt *u*.

3 ¶ De fructibus eadem *x* quæſtio eſt, & de partu: hæc *y* enim nondum erant in rebus humanis, ſed ex ea re ſunt, quæ petita eſt, magiſque eſt vt iſta exceptio non noceat.

¶ Planè *z* ſi in reſtitutionem vel fructus, vel etiam partus venerunt, æſtimatique ſunt, conſequens erit dicere exceptionem obiiciendam.

4 ¶ Et generaliter *a* (vt Iulianus definit) *exceptio rei iudicatæ obſtat. quotiens inter* b *eaſdem perſonas eadem quæſtio reuocatur, vel* c *alio genere* d *iudicij*.

¶ Et ideò ſi hereditate petita ſingulas res petat, vel ſingulis rebus petitis hereditatem petat, exceptione ſummouebitur.

5 ¶ Idem erit probandum, & ſi † quis debitum petierit à debitore hereditario, deinde hereditatem petat : vel contrà, ſi ante hereditatem petierit, & poſtea debitum petat. nam & hic obſtabit exceptio.

---

a ius, facultas, *l. 2. ſup. eo.*
b vt peremptoria, *l. 3. ſup. eo.*
c in totum.
d vt dilatoria.
e veluti ſi nondum tempus agendi ſit.
f *l. 2. §. 1. ſup. eo.* 51. *Ecl. 1. c. 3.*
g *l. 29. ſup. de rebus auth. ind.*
h Præſcriptiones, exceptiones in factum: vt dixi l. 14. *in fi. ſup. eo.*
i *l. 23. ſup. de iureiurando, l. 2. ȷ. quar. rer. actio.*
k ſiue litis, *l. 11. §. 7. inf. eo.*
l §. 5. *Inſt. de excep.* Hæc exceptio Græcis dicitur, περὶ κεκριμένων παραγραφῆς. 51. *Ecl. 2.* v. Oldendorp. *c. 37. de exceptionib.*
m *v. l. 15. ſ. qui potiores, l. 93. ſup. de re iudicata.* Acta cum vno legatario non nocent alteri, etiamſi fuerit teſtamentum pronuntiatum ruptum, irritum, vel non iuſtum.
n vel legatum. *Hal.*
o adde *l. 2. C. de fide inſtr. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. C. quib. res iudicata non nocet.*
p i. alteri legatario cui libertas erat legata. atque ita heres non poteſt allegare ius tertij.
q legatarius.
r *l. 15. ȷ. de obl.*
ſ Præteritione filij nullum ſit teſtamentum : filio tamen tacente conualeſcit. adde l. 17. ſ. *de iniuſto.*
t De formula exceptionis, v. quæ notaui. *ad l. 25. ſup. de bon.*
u *l. 17. ſup. de iniuſto: l. 2. ſup. vnde liberi.*
x *l. 7. §. 4. ȷ. de except. rei iud.*
y in iudicio aliquo, in quo tamen petitor non obtinuit.
z i. vniuerſa bona, Quia rerum ſingularum petitione remouetur, & ab earum vniuerſitate remouetur.
a *vt l. 7. in fi. ȷ. eo.*
b Eadem eſt perſona domini & procuratoris. Eadem, inquam, non rei veritate, ſed fictione. ideoque quod procuratori & ſimilibus perſonis obiici poteſt, obiici etiam poteſt ipſis dominis. nam ex quo huiuſmodi perſonæ interueniunt, cenſentur & ipſi domini interueniſſe.
c *l. 11. §. 7. inf. eo. l. 2. in fi. ſup. de adm. tut.*
d i. procuratores, tutores, curatores, actores municipum. Quid ſi coniuncta mihi perſona vel defenſori interuenit? mihi exceptionem adquireret : ſed non noceret niſi ratum habuero, *l. 3. §. 1. inf. iudicatum ſolui, l. 11. inf. eo. l. 1. inf. de litigioſis, l. 22. inf. ratam rem haberi, l. 1. C. quib. res iudicata non nocet.*
e Eadem res dicitur, licèt actio varietur, *l. 6. 7. inf. eod. l. 53. inf. de obl. l. 4. in fi. ſup. depoſiti.*
f Mandati iudicio qui in vna re victus eſt, negotiorum geſtorum eiuſdem rei nomine agere non poteſt. hæc enim ab illa dependet. Quæ autem ab alia dependet actio vel quæſtio, eadem eſt cum alia, iuris fictione. *Socin.*
g De re non agit, qui prorſus rem ipſam non perſequitur. h eadem ſcil.
i Licèt modus varietur, ſi tamen cauſa non variat, dicitur eadem quæſtio, & eadem res.
k *l. 5. ſ. eo. l. 53. ȷ. de oblig. l. 43. ȷ. de reg. iur. l. 4. §. 2. in fi ſup. de noxal. l. 9. §. 1 ſup. de tributoria: l. vlt. C. de furtis. §. 16. verſ. ſed noſtra Inſt. de obl. quæ ex delicto.*
l i. vnam ſententiam. Sententia namque nihil aliud eſt quàm iudicati finis.
m Principes ſumma nequitia vti, hinc colligunt, quotiens reſcripta concedunt ad reſuſcitandas lites iudicio iam deciſas.
n niſi errore quis deceptus ſit, *l. 4. in fi. ſup. quod cum eo.*
o in infinitum, *l. 13. in fi. ſup. de damno.*

a Argumentum à communiter accidentibus in iure frequens eſt.
b putà vniuerſam hereditatem, *l. 3. in fi. ſup. eo.* totum, inquam, corporis, vel iuris.
c Imò non nocet. *v. Dyn. ad l. 80. de reg. in 6. num. 2. 3.*
d Pars in toto eſt, *vt hic.* Atqui genus pars ſpeciei ſuæ eſſe dicitur Ariſtoteli 5. *Metaphyſ.* 25. Dicitur ſanè : vt quod ſpeciei definitionẽ ingrediatur, cùm denique non poſſit definiri ſpecies ſine ſuo genere. eo ſenſu agnatis cognati cõtineri dicuntur, *l. 5. ſup. vnde cognati.* ſi quis enim velit definire agnatum, cognationis mentionem faciat neceſſe eſt, *l. 10. §. 2. ſup. de gradib.*
e *l. 1. §. 4. in fi. ȷ. de verb. obl. l. 113. inf. de regul. iur.* & generi per ſpeciem derogatur, *v. l. 99. in fin. ſ. de leg. 3. l. 80. inf. de reg. iur.*
f Totum hoc ſubſtantiale eſt : vt & domus reſpectu ſoli & ſuperficiei Totum verò quantitatis, decem ad quinque: Totum iuris, vt id quod plus, oppoſitum minori: ſic in iure plus eſt donare quàm vendere, l. 163. ȷ. *de reg. iur.*
g ſummis, vt ſunt pecuniæ, cenſus, penſiones Nam ſententia lata in maiore ſumma, præiudicat minori.
h putà vſufructu.
i Sententia lata ſuper toto & continente præiudicat parti & contento.
k petij. *Hal.*
l putà duo ſerui, *l. 21. §. 2. ȷ. eo.*
m Denegata fundi, inſulæ, nauis petitione, denegatur etiam arborum exciſarum, areæ, tignorum, lapidum & tabularum petitio.
n non auditur, quia idem petit. Imò, auditur, quia non idem petit, ſed aliud, §. 2. ȷ. *eo.*
o non audiar, quia idem peto, *l. 27. §. 8. ſup. de pactis.* imò, non idem peto, aliud eſt enim materia, aliud nauis, *l. 18. §. 2. ſup. de pign.*
p v. ad hunc § *Zaſium.*
q quam dicebam prægnantem eſſe, cùm tamen prægnans non eſſet.
r *l. 21. §. 1. ȷ. eo.*
ſ i. exceptio non nocet, vt in caſu ſuperiore.
t *l. 27. §. 8. ſ. de pactis.* Imò idem petit *in pr. ſ. eo. verſ. item ſi quis fundum.* ſolue, hic domo deſtructa, cæmenta ſeparata, *in fin. inf. eod.* peti poſſunt. ibi de cæmentorum petitione agitur, domo non deſtructa.
u Cur non quoque ſeparatas nauis tabulas petere poſſum? quòd domus lapidib. meis extructa mea eſſe illicò deſiit, *l. 7. § 10. ſup. de adqu. rerum.* nouis autem tabulis meis confecta, mea remanſit, *l. 7. ſup. de adqu. rerum.* Diſſoluta domo dominium lapidum ad priorem dominum reuertitur, ideóque non ab iis petendis repellitur. Diſſoluta naui, nihil plus dominij ad tabularum dominum redit, quàm anteà fuit, ideóque ſi quis ſententia ſemel à dominio tabularum repulſus fuit, ad illud dominium petendum amplius reuerti non poteſt. hæc Soc. & Zaſ.
x vt ſc. exceptio noceat. Atqui infrà dicitur exceptio non nocere. Ætate Accurſij quidam negationem illam tollendam eſſe non abs re exiſtimant, hoc ſenſu: Fundum petij vacuum ſine fructibus : poſt petitionem fundum eum tu ſeuiſti : abſolutus es à mea petitione: an poſt illam ſententiam abſolutoriam poſſum nouo iudicio fructus petere? minimè: hæc iudicatæ rei exceptio mihi nocebit. videlicet ſi ex eadem cauſa petiero : nam ex alia cauſa petenti mihi non nocebit.
y lego, *hic enim nondum erat in rebus humanis.* Sit itaque ſpecies hæc: Ancillam petij non prægnantem : poſt petitionem meam facta prægnans eſt, tu à mea petitione abſolutus es. Petenti mihi poſtea partum, exceptio rei iudicatæ non nocebit? Dixeris non nocere, quia nondum in rebus humanis partus fuit cùm eius matrem petij, verùm cùm partus ſit ex ea re, quam petij, magis eſt vt hæc rei iudicatæ exceptio mihi noceat : ex eadem ſcil. cauſa partum petenti, nam ex alia cauſa petenti mihi non nocebit.
z Sicut abſoluto reo competit rei iudicatæ exceptio : ita ex condemnato, ſi ſoluerit. *Odof. edus.* Solutio condemnatione ſecuta, tantundem præſtat, quantum abſolutio. *Albericus*, adde *l. 46. ſup. de rei vind.* Denuntiatio obligationis per ius vel ſententiam extinctæ fieri non poteſt, de quo v. plura apud Socinum *regula* 88.
a *l. 4. in fi. ſup. de noxalibus.*
b *l. 3. ſup. eod. l. 22. inf. eod.*
c *l. 5. ſup. eodem.*
d alia actione.
† Debitum ab hereditario debitore petij : victus ſum : ab eo poſtea hereditatem petere volo? obſtabit mihi rei iudicatæ exceptio.

nam

nam cùm hæreditatem peto, & *a* corpora, & actiones omnes quæ in hęreditate ſunt, videntur in petitionem deduci.

De petitione partis, & iudicio diuiſorio.

8. *Iulianus* ‖ lib. 51. Digeſtorum. ‖

ITem parte *b* fundi petita familiæ erciſcundę, vel communi diuidundo agit *c*, ęquè exceptione ſummouebitur.

De cauſa exceptionis ſublata. 1. De replicatione rei ſecundùm ſe iudicatæ. 2. De auctore & emptore.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 75. ad Edictum. ‖

SI à te hæreditatem petam, cùm nihil poſsideres, deinde vbi *d* cœperis aliquid poſsidere, hæreditatem petam, an noceat exceptio iſta? Et putem, ſiue fuit iudicatum, hæreditatem meam eſſe, ſiue aduerſarius, quia nihil *e* poſsidebat, abſolutus eſt, non nocere exceptionem *f*.

1 ¶ Si quis fundum, quem putabat ſe poſsidere *g*, defenderit, mox emerit *h*, re ſecundùm petitorem iudicata an reſtituere cogatur *i*? Et ait Neratius, ſi actori iterum petenti obiiciatur exceptio rei iudicatæ, replicare eum oportere *k* de re ſecundùm *l* ſe iudicata.

2 ¶ Iulianus ſcribit exceptionem rei iudicatæ à perſona auctoris *m* ad emptorem *n* tranſire *o* ſolere, retrò autem ab emptore ad auctorem reuerti non debere.

¶ Quare ſi hæreditariam rem vendideris, ego eandem ab emptore petiero, & vicero, petenti tibi non opponam exceptionem: *At ſi ea res iudicata non ſit inter me & eum cui vendidiſti.*

10. *Iulianus* ‖ libro 51. Digeſtorum. ‖

ITem ſi victus fuero, tu aduerſus me exceptionem non habebis.

De petitione ex alia cauſa. 3. De auctore & emptore. 4. De petitione ex eadem vel ex alia cauſa. 6. De itinere & actu. 7. De his qui rem in iudicium deducunt. 8. De filio & patre. 9. De auctore & venditore. 10. De pignore.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 75. ad Edictum. ‖

SI mater filij impuberis defuncti, ex ſenatuſconſulto *p* bona vindicauerit *q* idcirco, quia putabat rupto patris eius teſtamento neminem eſſe ſubſtitutum, victaque fuerit, quia teſtamentum patris ruptum non erat, poſtea autem apertis pupillaribus tabulis apparuit non eſſe ei ſubſtitutum: ſi peteret rurſus hæreditatem, obſtaturum *r* exceptionem rei iudicatæ Neratius ait. Ego exceptionem obeſſe *ſ* ei rei iudicatæ non dubito: ſed ex cauſa ſuccurrendum erit ei, quæ vnam ‖ tantùm ‖ cauſam egit rupti teſtamenti.

1 ¶ Denique & Celſus ſcribit, ſi hominem petiero, quem ob eam rem meum eſſe exiſtimaui, quod *t* mihi traditus ab alio eſt, cùm is ex hæreditaria cauſa meus eſſet, rurſus petenti mihi obſtaturam exceptionem.

2 ¶ Si quis autem petat fundum ſuum eſſe, eo quòd Titius eum ſibi tradiderit: ſi poſtea alia ex cauſa petat, cauſa adiecta *u*, non debet ſummoueri exceptione.

3 ¶ Item Iulianus ſcribit, Cùm ego & tu hæredes Titio extitiſſemus, ſi tu partem fundi, quem totum hæreditarium dicebas, à Sempronio petieris, & victus fueris, mox eandem partem à Sempronio emero *x*, agenti tibi mecum familiæ erciſcundæ exceptio obſtabit: quia res iudicata ſit inter te & venditorem meum. nam & ſi antè eandem partem petiſſem, & agerem familiæ herciſcundæ, obſtaret exceptio, *Quòd res iudicata ſit inter me & te.*

4 ¶ Eandem cauſam facit etiam origo petitionis *y*. Cæterùm ſi fortè petiero fundum vel hominem, mox *z* alia cauſa noua *a* poſt petitionem mihi acceſſerit, quæ mihi dominium tribuat, non me repellet *b* iſta exceptio: niſi *c* fortè intermiſſum dominium ‖ in ‖ medio tempore rediit quodam poſtliminio. Quid enim ſi homo quem petieram, ab hoſtibus fuerit captus, mox poſtliminio receptus? hic exceptione ſummouebor: quia eadem res eſſe intelligitur.

¶ At ſi ex alia cauſa dominium fuerim nanctus, non nocebit exceptio. Et ideò ſi fortè ſub conditione res legata mihi fuerit, deinde medio tempore *d* adquiſito dominio petam, mox exiſtente conditione legati rurſus petam, putem exceptionem nō obſtare. alia *e* enim cauſa fuit prioris dominij, hæc noua nunc acceſsit.

5 ¶ Itaque adquiſitum quidem poſtea dominium, aliam cauſam facit: mutata autem opinio petitoris non facit. Vt puta opinabatur ex cauſa hæreditaria ſe dominium habere. mutauit opinionem, & cœpit putare ex cauſa donationis. hæc *f* res non parit petitionem nouam. nam qualecumque *a* & vndecunque dominium adquiſitum habuit, vindicatione prima in iudicium deduxit.

6 ¶ Si quis iter petierit, deinde *b* actum petat, puto fortiùs defendendum, aliud videri tunc petitum, aliud nunc: atque ideo exceptionem rei iudicatæ ceſſare *c*.

7 ¶ Hoc iure vtimur, vt ex parte actoris in exceptione rei iudicatæ hæ perſonæ *d* continerentur, quæ rem in iudicium deducunt. inter hos erunt procurator, cui mandatum eſt, tutor *e*, curator furioſi vel pupilli, actor municipum. ex perſona autem rei etiam defenſor numerabitur. quia aduerſus defenſorem qui agit, litem in iudicium deducit.

8 ¶ Si quis hominem à filiofamiliàs *f* petierit, deinde eundem à patre petat, locum habet hæc exceptio.

9 ¶ Si egero cum vicino aquæ pluuiæ arcendæ, deinde alteruter noſtrum prædium vendiderit, & emptor *g* agat, vel cum eo agatur, hæc exceptio nocet. ſed de eo opere, quod iam erat factum, cùm *h* iudicium acciperetur.

10 ¶ Item ſi rem quam à te petierat Titius pignori Seio dederit, deinde Seius pignoratitia aduerſus te vtatur, diſtinguendum erit, quando pignori dedit Titius. & ſi quidem antequàm peteret, non oportet ei nocere exceptionem. nam & ille petere debuit, & ego ſaluam habere debeo pignoratitiam actionem: ſed ſi poſteaquàm petiit, pignori dedit, magis eſt vt noceat *i* exceptio rei iudicatæ.

De identitate ſpectanda.

12. *Paulus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

CVm quæritur, hæc exceptio noceat, nécne, inſpiciendum eſt an idem *k* corpus *l* ſit.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 75. ad Edictum. ‖

QVantitas eadem, idem ius.

De vſufructu accreſcente. 2. Differentia actionum perſonalium, & realium. 3. De interdicto & rei vindicatione.

14. *Paulus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

ET an eadem cauſa petendi, & eadem *m* conditio perſonarum, quæ niſi omnia concurrūt, alia res eſt.

¶ Idem corpus in hac exceptione. non *n* vtique omni priſtina qualitate vel quantitate ſeruata, nulla adiectione diminutionéve facta: ſed pinguiùs *o* pro communi vtilitate accipitur.

1 ¶ Qui, cùm partem vſusfructus haberet, totum petit, ſi poſtea partem adcreſcentem *p* petat, non ſummouetur exceptione: quia vſusfructus non portioni, ſed homini *q* adcreſcit.

2 ¶ Actiones *r* in perſonam ab actionib. in rem hoc *ſ* differunt: quod cùm *t* eadem res ab *u* eodem mihi debeatur, ſingulas obligationes ſingulæ cauſæ *x* ſequuntur, nec vlla earum alterius petitione vitiatur at cùm in *y* rem ago non expreſſa cauſa *z*, ex qua rem meam eſſe dico, omnes cauſæ *a* vna petitione adprehenduntur *b*. neque enim ampliùs quàm *c* ſemel res mea eſſe poteſt. ſæpiùs autem deberi poteſt.

3 ¶ Si quis interdicto egerit de poſſeſſione *d*, poſtea in rem, agens non repellitur per exceptionem *e*: quoniam in interdicto poſſeſsio *f*, in actione proprietas *g* vertitur.

De pronuntiatione rem actoris eſſe: vel rem actoris non eſſe.

15. *Gaius* "lib. 30. ad Edictum Prouinciale."

SI inter me & te controuerſia de hæreditate ſit, & quaſdā res ex eadem tu poſsides, quaſdam ego, nihil vetat & me à te, & inuicem *h* te à me hæreditatem petere. quòd ſi poſt rem iudicatam à me petere cœperis, intereſt, vtrùm meam eſſe hęreditatem pronuntiatum ſit, an contrà. ſi meam *i* eſſe, nocebit tibi rei iudicatæ exceptio: quia eo ipſo *k*, quo meam eſſe pronuntiatum eſt, ex diuerſo pronuntiatum videtur *l* tuam

---

a *Hæreditatis* verbo, ſingula corpora, & actiones hęreditariæ comprehenduntur. Eſt enim nihil aliud *vniuerſale*, quàm res ſingulares ſimul collectæ.
b *l.18.§.de except.*
c ſ. qui agit.
d *l.17.l.18.l.25. inf. eod.*
e Reus abſolutus, quia non poſſidebat, poteſt conueniri, ſi poſſidet.
f & ita ceſſante cauſa abſolutionis ceſſat effectus eiuſdem. nam ceſſante cauſa, ceſſat effectus, *l.6.§.2.ſup. de iure patron.*
g nota hic agi de poſſeſſione, non de proprietate.
h & ita titulo empti poſſeſsionem nactus ſit.
i Poſſeſsionem ſc. & ita ſententia lata contra non poſsidentem velut poſsidentem, executioni mandari poterit & debebit, ſi de nouo poſsidere cœpit. Mouetur autem dubium quod reus nō paratus eſſet, de proprietate rei litigare, & his verbis accipere: *Secundum te indicatum fuit, quo tempore nec poſſedi, nec dominus fui: hodie & poſsideo & dominus ſum.*
k interim ſc. dum de proprietate cognoſcetur.
l vt interim nō proficiat res iudicata ei cōtra quē iudicatū eſt, *l.16.j.eo.*
m Auctor hic eſt venditor.
n *l.11.§.9.l.28.j.e.*
o vti ei proſit & noceat.
p Tertulliano, quo matres vocantur ad ſucceſsionem liberorum.
q & vnam tantum cauſam egit rupti teſtamenti.
r obſtaturam. *Hal.* Hinc collige ante apertas tabulas iudicium ferri poſſe ſtricto iure, ſed tamen reſcindi.
ſ atqui non obeſt tranſigenti, ſi tranſegerit ante apertas tabulas teſtamenti, *l.5. ſup. de tranſactionib.*
t de origine poſſeſsionis, *v.§.4.j.e.l.14.§.2.l.27.j.e.*
u *d.§.2.*
x *l.9.§.1 ſup. eod.*
y generalis ſc. licèt ſit varietas in qualitate cauſæ & genere petitionis. Hinc illud forenſe: In petitione & concluſione tota origo æſtimanda eſt. z *l.23. ſup. de iudic. l.25.§.1.l.42. ſupra de lib. cauſ.* a quæ primo iudicio vtiliter tractari non potuit deficiente in ea iure.
b Imò repellet, *l.9.§.1. ſupra eod.*
c Poſtliminij reuerſio nouam cauſam impedit. Cur? rem captam in ſtatum priſtinum reducit.
d i. dum conditio expectatur.
e Aliud eſt dominium de nouo adquirere, aliud ex poſtliminio recuperare.
f *§.1. ſuprà eodem.*

a i. vel ci[…] naturalem […] 11. obſ. 33.
b Aliud e[…] aliud actū […]
c Cur? qui[…] actus eſſe […] ſine itinere […] poteſt mihi […] petere iter […] petere tamen […]
d *l.4. ſup.* […]
e *l.23. j. de* […]
f Sententia […] lata prod[…]
g *l.9. in f.* […]
h *l.14. in* […] *aqua pluu.*
i *l.63 ſup.* […] *dicata.*
k *l.13.l.1*[…] *3. verſ.* […] *j. eo. l.10.* […] *cept. l.133.* […] *obl.* Acti[…] vna er p[…] ſtantiis […] neque in […] perſonas […] ciunt, […] diuerſam […] cta ſunt, […] *reg. 7.*
l corpus […] ius. Cauſ[…] conditio […]
m v. l. […]
n Corpo[…] lis, vt in […] momentis […] tur, augm[…] minuuntur […] ſtina ſem[…] tas vel […] in eis […] pinguiùs […] communi […] eadem co[…] telligunt[…] omnimodi[…] ſint, vt hic […] *76. j. de* […]
o Res pign[…] communi […] capiuntur, […] verbum […] *in l.49.* […] *dicata: v.* […] *quib. cauſ.* […]
p *l.21.§.* […] *33. ſup. de* […]
q *d.l.33.* […]
r ſenſu e[…] perſonalis […] remota, […] proxima […] nem prejudi[…] riunt. […] *Illuſt. in* […]
ſ i. in eo […] quitur […] ſit, vt hic […] etiā origi[…] realis e[…] quis habe[…] per aliu[…]

ſam: perſonalis, ex contractu & delicto vel quaſi) natura, (nam per[…] eum qui obligatus eſt; realis, in quemcunque rei poſſeſſorem) effectu, […] reali rem eſſe debitoris, in perſonali rem deberi pronuntiatur.) t i. in […] libus cauſis ſingulæ cauſæ exprimendæ. v. Bartolum *in l. ſolutum 11.§.* […] *ſupra de pign.*
u ab vno eodem. x i. ſingulę controuerſiæ diſtinguuntur ea differenti[…] tionum: vel potius, In actione perſonali oportet ſpecialem debiti cauſam […] re: puta his verbis: *Id peto quia mihi obligatus es ex contractu mutui, &c.* A[…] rem non tenetur ſpecialem cauſam deducere, puta his verbis: *Id peto, quia* […] *ex contractu mutui.* Cur tam varié? quia inquit iuriſconſultus, ſemel […] eſt, res autem mihi ſępius deberi poteſt. *inf. eod.* Pleriſque tamen conſultius […] eſſe vtrobique, tam ſc. in actionibus in rem quam in perſonam ſpecialem […] cauſam ſubiicere: tunc enim ſi quis ex vna cauſa vincetur, poterit eam ex alia […] petere. de quo v. Oldend. *in tract. act. in tertia diuiſ. n. 5.*
y Realis actio ſimpliciter proponi poteſt: perſonalis (verbi gratia hypoth[…] cauſa adiecta. z i. titulo ſpeciali. a dominij. b i. dum ſimpliciter peto rem, […] mea eſt, eadem & opera videor qualecumque dominium in iudicium deduxiſ[…] *§.5. ſup. eo.* c *l.3.§.4. ſup. de adq. poſſ. l.119 j. de reg. §.6. inſt. de lig.*
d Sententia lata in poſſeſſorio non pręiudicat petitorio.
e & è contra, *l.11. in fi. ſup. de adq. poſſ. l.18. in fi. ſup. de vi & vi.*
f Nota differentiam interdicti & actionis realis.
g i. dominium, *l. facit. l.3. in fi. ſup. vti poſſidetis.*
h *l.1.§.2. in fi. ſup. ſi pars hæreditatis.* i *l.30. verſ reſpondi inf. eod.*
k *facit l.9 ſup de except.* l Meum quod eſſe dicitur, tuum eſſe illico ne[…] quod meum non eſſe dicitur, non illicò tuum eſſe dicitur. Et ſic argu[…] contrariis affirmatiuè procedit, non negatiuè.

non eſſe. ſi verò meam non eſſe, nihil de tuo iure iudicatum intelligitur: quia poteſt nec mea hæreditas eſſe, nec tua.

16. *Iulianus* ‖ libro 51. Digeſtorum. ‖

EVidenter enim iniquiſsimum eſt, proficere rei iudicatæ exceptionem ei *a*, contra *b* quem iudicatum eſt.

De poſſeßione.

17. *Gaius* ‖ lib. 30. ad Edictum Prouinciale.

SI rem meam a te petiero, tu autem ideo fueris abſolutus, quòd probaueris *c* ſine dolo malo te deſiiſſe poſsidere, deinde poſtea cœperis *d* poſsidere, & ego à te petam, non nocebit mihi exceptio rei iudicatæ.

18. *Vlpianus* ‖ lib. 80. ad Edictum. ‖

SI quis ad exhibendum egerit, deinde abſolutus fuerit aduerſarius, quia non poſsidebat, & dominus iterum agat, nancto *e* eo poſſeſsionem, rei iudicatæ exceptio locum non habebit: quia *f* alia res eſt.

De hypothecaria actione.

19. *Marcellus* ‖ lib. 19. Digeſtorum. ‖

DVobus diuerſis temporibus eandem rem pignori dedit *g*: egit poſterior cum priore pignoratitia, & obtinuit, mox ille agere ſimili actione inſtituit: quæſitum eſt, an exceptio rei iudicatæ obſtaret? Si oppoſuerat *h* exceptionem rei ſibi antè pignoratæ, & nihil aliud nouum & validum adiecerit, ſine dubio obſtabit. eandem enim quæſtionem reuocat in iudicium.

De eo quod in prima petitione omiſſum fuit.

20. *Pomponius* ‖ lib. 16. ad Sabinum. ‖

SI ex teſtamento actum ſit cum hærede ab *i* eo qui, cùm totum argentum ei legatum erat, menſas duntaxat ſibi legatas putaret. earúmque duntaxat *k* æſtimationem in iudicio feciſſet, poſtea eundem petiturum de argento quoque legato Trebatius ait: nec obſtaturam ei exceptionem, quod *l* non ſit petitum, quod nec actor petere putaſſet, nec iudex in iudicio ſenſiſſet.

De grege. 2. De petitione duarum rerum, deinde vnius. 3. De fundo & vſufructu. 4. De fideiuſſione pro ſeruo.

21. *Idem* ‖ lib. 51. ad Sabinum. ‖

SI cùm argentum mihi teſtamento legatum eſſet, egerim cum herede, & poſteà codicillis prolatis veſtem quoque mihi legatam eſſe appareat, non eſt deducta in ſuperius iudicium veſtis cauſa: quia neque litigatores, neque iudex de alio quàm de argento actum intelligant.

1 ¶ Si petiero gregem *m*, & vel aucto, vel minuto *n* numero gregis, iterum eundem gregem petam, obſtabit mihi exceptio. Sed etſi ſpeciale corpus ex grege *o* petam, ſi adfuit in eo *p* grege, puto obſtaturam exceptionem.

2 ¶ Si Stichum & Pamphilum tuos eſſe petieris, & abſoluto *q* aduerſario Stichum tuum eſſe petas ab eodem, exceptionem obſtare tibi conſtat.

3 Si fundum meum eſſe petiero, deinde poſtea vſumfructum eiuſdem fundi petam, cui ex illa cauſa, ex qua fundus meus erat, meus ſit: exceptio mihi obſtabit: quia qui fundum habet, vſumfructum ſuum vindicare non *r* poteſt.

¶ Sed ſi vſumfructum, cùm meus eſſet, vindicaui. deinde proprietatem nanctus, iterùm de vſufructu experiar, poteſt dici alia *ſ* res eſſe: quoniam, poſtquam nanctus ſum proprietatem fundi, deſinit meus eſſe prior vſusfructus, & iure proprietatis, quaſi ex noua cauſa rurſus meus eſſe cœpit.

4 ¶ Si pro ſeruo meo fideiuſſeris, & mecum de peculio actum ſit, ſi poſtea tecum eo nomine agatur, excipiendum eſt de re iudicata.

De heredibus & defuncto.

22. *Paulus* ‖ libro 31. ad Edictum. ‖

SI cum vno herede depoſiti actum ſit, tamen & cum cæteris heredibus rectè agetur, nec exceptio rei iudicatæ eis proderit. nam etſi eadem quæſtio in omnibus iudiciis vertitur, tamen perſonarum *t* mutatio, cum quibus ſingulis ſuo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit. Et ſi actum ſit cum herede de dolo defuncti, deinde de dolo heredis ageretur, exceptio rei iudicatæ non nocebit: quia de alia re agitur.

De ſorte & vſuris.

23. *Vlpianus* ‖ lib. 3. Diſputationum. ‖

SI in iudicio actum ſit, vſuræque ſolæ petitæ ſint, non eſt verendum, ne *u* noceat rei iudicatæ exceptio circa ſortis petitionem. quia *x* enim non *y* competit, nec oppoſita nocet.

¶ Eadem erunt, & ſi quis ex bonæ fidei iudicio velit vſuras tantum perſequi *z*. nam nihilominùs futuri temporis cedunt vſuræ. quamdiu enim manet contractus bonæ *a* fidei, current vſuræ.

De replicatione rei iudicatæ aduerſus exceptionem domini.

24. *Iulianus* ‖ lib. 9. Digeſtorum. ‖

SI quis rem à non *a* domino emerit, mox petente domino abſolutus ſit, deinde poſſeſsionem amiſerit, & à domino petierit, aduerſus exceptionem, *ſi* b *non eius ſit res*, replicatione hac adiuuabitur, *at ſi res iudicata non ſit*.

De nouo iure actoris. De redhibitione, & quanto minoris. 2. De negotiorum geſtione & mandato.

25. *Idem* ‖ lib. 51. Digeſtorum. ‖

SI is, qui heres non erat, hereditatem petierit, & poſtea *c* heres factus eandem hæreditatem petet, exceptione rei iudicatæ non ſummouebitur.

1 ¶ Eſt in poteſtate emptoris, intra ſex menſes redhibitoria agere mallet, an ea quæ datur, *Quanti* d *minoris homo, cùm veniret, fuerit*. nam poſterior actio etiam redhibitionem *e* continet, ſi tale vitium in homine eſt. vt eum ob id actor empturus non fuerit. quare verè dicetur, eum qui alterutra earum egerit, ſi altera poſtea agat, rei iudicatæ exceptione ſummoueri.

2 ¶ Si te negotiis meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris *f*, deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, ſed mandauero tibi vt *g* ex integro eundem fundum peteres, exceptio rei iudicatæ non obſtabit *h*. alia enim res facta eſt, interueniente mandatu.

¶ Idem eſt ſi non in rem *i*, ſed in perſonam actum fuerit.

De iure altiùs tollendi. 1. De fundo & inſula è regione eius in flumine nata.

26. *Africanus* ‖ lib. 9. *k* Quæſtionum. ‖

EGi tecum, *ius mihi eſſe ædes meas vſque ad decem pedes altiùs tollere*, pòſt ago, *ius mihi eſſe vſque ad viginti* l *pedes altiùs tollere*. exceptio rei iudicatæ proculdubio obſtabit *m*. Sed & ſi rurſus ita agam, *ius mihi eſſe altiùs ad alios* n *decem pedes tollere*, obſtabit exceptio: cùm aliter ſuperior pars iure haberi non poſsit, quàm ſi inferior quoque iure habeatur.

1 ¶ Item ſi fundo petito, poſtea inſula, quæ è regione eius in flumine nata erit, petatur, exceptio obſtatura eſt.

De indemnitate.

27. *Neratius* ‖ lib. 7. Membranarum. ‖

CVm de hoc, an eadem *o* res eſt, quæritur, hæc ſpectanda ſunt: perſonæ *p*: id ipſum de quo *q* agitur: cauſa proxima actionis *r*. nec iam intereſt qua ratione quis eam cauſam actionis, competere ſibi exiſtimaſſet *ſ*: perinde ac ſi quis, poſteaquam contra eum iudicatum eſſet, noua *t* inſtrumenta *u* cauſæ ſuæ reperiſſet.

De auctore & ſucceſſore.

28. *Papinianus* ‖ lib. 27. Quæſtionum. ‖

EXceptio rei iudicatæ nocebit ei qui in dominium ſucceſsit *x* eius *y* qui iudicio expertus eſt *z*.

De libertate. 1. De pignore.

29. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

IVdicatæ quidem rei præſcriptio cohæredi *a* qui non litigauit obſtare non poteſt, nec in ſeruitutem videtur peti poſt rem pro libertate iudicatam, nondum ex cauſa fideicommiſsi manumiſſus, ſed prætoris oportet in ea re ſententiam ſeruari, quam pro *b* parte victi præſtare non poteſt.

¶ Nam & cùm alterum ex coheredibus inofficioſi quæſtio tenuit, aut etiam duobus ſeparatim agentibus alter obtinuit, libertates competere placuit. Ita tamen, vt officio iudicis indemnitati victoris, futuríque manumiſſoris conſulatur.

1 ¶ Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonito *c* creditore, cauſam egerit. & contrariam ſententiam acceperit, creditor in *d* locum victi ſucceſsiſſe non videbitur: cùm pignoris conuentio ſententiam præceſſerit.

De cauſa inteſtati, & ex teſtamento. 1. De actione hypothecaria.

30. *Paulus* ‖ lib. 14. Quæſtionum. ‖

EX ſextante *e* heres inſtitutus, qui inteſtato legitimus heres eſſe poteſt, cùm de iure teſtamenti faceret quæſtionem, ab vno ex inſtitutis dimidiam partem hereditatis petiit, nec obtinuit? videtur in illa petitione etiam partem ſextantis vindicaſſe. & ideò ſi cœperit ab eodem ex teſtamento eandem portionem petere, obſtabit ei exceptio rei iudicatæ.

1 ¶ Latinus *f* Largus: Cùm de hereditate inter Mæuium *g*, ad quem pertinebat, & Titium, qui controuerſiam mouerat *h*, tranſigeretur, traditio rerum hæreditariarum Mæuio hæredi à Titio facta eſt; in qua traditione etiam fundum ei ſuum proprium, quem ante multos annos auo eiuſdem Mæuij heredis obligauerat, quemque alij poſtea in obligationem deduxerat, ex cauſa pacti tradidit: his geſtis poſterior Titij creditor ius ſuum perſecutus eſt, & obtinuit. poſt hoc iudicium Mæuius heres reperit in re-

Eee

a *l. vlt. ſup. de Publiciana.*
b vide Cuiac. 6. *ad Afric. fol.* 98.
c *l. 9. ſup. eod.*
d quanto minoris. *Haloand.* adde *l. 18. ſup. de ædil.*
e *l. 43. §. 6. ſup. de ædilitio.*
f actione in rem.
g Sententia contra falſum procuratorem lata, domino geſta improbanti nõ nocet, & poteſt iterum agi. *Zaſ.*
h tibi vel mihi.
i *l. vlt. ĩ. eod.*
K vide Cuiac. 9. *ad Afric. fol.* 221.
l Minus cui licet, nõ ideo maius permittitur: cùm tamen ei cui minus negatur, & id quod maius eſt, denegandum ſit.
m atqui ei qui primum petiit iter, & victus eſt, non denegatur poſtea actus petitio, *l. 11. §. 6. ſup. eod.*
n de quibus in ſententia nihil dictum fuerat. In ea namque dictum fuerat de decem pedibus inferius: actum verò, de decem aliis ſuperius, tollendis.
o adde *l. 12. l. 13. ſup. eod.*
p *l. 21. ſup. eod.*
q an id ipſum quod antè petatur.
r id eſt, cauſa agendi ex qua actio procedit. Quò enim cauſæ proximiores cauſæ ſunt, eò magis in ſua effecta vim exerunt.
ſ *l. 11. §. 1. ſup. eod.*
t nunc primum reperta.
u Noua inſtrumẽta etiam apertiſsima poſt ſentẽtiam non audiuntur, ne ſententia reſcindatur. *v. l. 4. C. de re iudic.*
x putà emptione, *l. 9. in fi. ĩ eod.* titulo vniuerſali vel ſingulari.
y adde, *l. 3. in fin. ſup. de pignorib.*
z & ſuperatus eſt.
a Sententia contra cohæredem lata, alteri cohæredi non nocet.
b *v. l. 9. in fin. ſup. de liberali cauſa.*
c *v. l. 63. ſup. de re iudicata.*
d id eſt, obligauerat.
e vide *l. 3. ſup. de pignorib.*
f Inſtitutus in certa parte, ſi ſimpliciter hæreditatem petiit, & ſuccumbit; partem in qua fuit inſtitutus, poſtea petere non poteſt.
g vide *hic Zaſium.*
h mouebat, *Hal.*

bus *a* auitis chirographum eiuſdem Titij ante multos annos conſcriptum:per quod apparuit,eum fundum, qui in cauſam tranſactionis venerat,etiam auo ſuo *b* ab eodem Titio fuiſſe obligatum: cùm ergo cõſtet, prius auo Mæuij heredis in obligationem eundem fundum datum, de quo Mæuius ſuperatus eſt: quæro,an ius aui ſui, quod tunc, cùm de eodem fundo ageretur, ignorabat nulla exceptione oppoſita, exequi poſsit? Reſpondi, ſi de proprietate fundi litigatur, & ſecundum actorem pronuntiatum fuiſſe diceremus, petenti ei qui in priore iudicio victus eſt, obſtaturã rei iudicatæ exceptionem, quoniam de eius quoque iure quæſitum videtur,cùm actor petitionem implet. quòd ſi poſſeſſor abſolutus amiſſa poſſeſsione eundem ab eodem, qui priùs non obtinuit, peteret, non obeſſet ei exceptio: nihil enim in ſuo iudicio de iure eius ſtatutum videretur,cùm autem pignoratitia actum eſt aduerſus priorem creditorem, poteſt fieri, vt de iure poſſeſſoris non ſit quæſitum: quia *c* non, vt in proprietatis quæſtione, quod meum eſt, alterius non *d* eſt, ita in obligatione vtique conſequens eſt, vt non ſit alij obligatum, quod hic probauit ‖ ſibi ‖ teneri. & probabilius dicitur, non obſtare exceptionem: quoniam de iure poſſeſſoris quæſitum non eſt, ſed de ſola obligatione. in propoſita autem quæſtione magis me illud mouet, numquid pignoris ius extinctum ſit dominio adquiſito. neque enim poteſt pignus perſeuerare domino *e* conſtituto creditore. actio tamen pignoratitia competit verum eſt enim, & pignori datum & ſatisfactum non eſſe. quare puto non obſtare rei iudicatæ exceptionem.

De rei vindicatione & condictione.

31. *Idem* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

PAulus reſpondit,ei qui in rem egiſſet,nec tenuiſſet *f*, poſtea condicenti *g* non obſtare exceptionem rei iudicatæ.

DE DIVERSIS *h* TEMPORALIBVS *i* præſcriptionibus, & ‖ de ‖ acceſsionibus *k* poſſeſsionum.

TIT. III.

Quid ſit experiundi poteſtatem habere.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 74. ad Edictum. ‖

QVia tractatus de vtilibus *l* diebus frequens eſt, videamus quid ſit, experiundi poteſtatem habere. Et quidem in primis *m* exigendum eſt, vt ſit facultas agendi *n*, neque ſufficit reo experiundi ſecum facere poteſtatem, vel habere eum qui ſe idoneè defendat *o*, niſi actor quoque nulla idonea cauſa impediatur experiri.

¶ Proinde ſiue apud hoſtes ſit, ſiue reipublicæ cauſa abſit *p*, ſiue in vinculis ſit *q*, aut ‖ ſi ‖ tempeſtate in loco aliquo vel ‖ in ‖ regione detineatur, vt neque experiri, neque mandare *r* poſsit, experiundi poteſtatem non habet.

¶ Planè is *ſ*, qui *t* valetudine impeditur, vt *u* mandare poſsit, in ea cauſa eſt, vt experiundi habeat *x* poteſtatem. Illud vtique neminem fugit, experiundi poteſtatem non habere eum qui prætoris copiam non habuit. proinde hi dies cedunt, quibus *y* ius prætor reddit.

De die intercalari.

2. *Marcellus* ‖ lib. 6. Digeſtorum. ‖

IN tempore conſtituto *a* iudicatis *b*, an intercalaris *c* dies proficere iudicato, necne debeat, quæritur. Item de tempore quo lis perit? ſic ſine dubio exiſtimandum eſt, vt auctum litis tempus intercalari die exiſtimetur. veluti ſi de vſucapione ſit quæſtio, quæ tempore conſtituto expleri ſolet: aut de actionibus, quæ certo tempore finiuntur, vt ædilitiæ pleræque actiones: & ſi quis fundum ea lege *d* vendiderit, *vt niſi in diebus triginta pretium eſſet ſolutum, inemptus eſſet fundus.* dies intercalaris proficiet emptori. Mihi contra *e* videtur.

De prædiis & mancipiis.

3. *Modeſtinus* ‖ lib. 6. Differentiarum. ‖

LOngæ *f* poſſeſsionis præſcriptionem tam in prædiis, quàm in mancipiis *g* locum habere manifeſtum eſt *h*.

Si ſeruus hereditarius: vel captus ab hoſtibus, ſatis acceperit.

4. *Iauolenus* ‖ lib. 7. Epiſtolarum. ‖

SI *i* ſeruus hereditarius aut eius qui in hoſtium poteſtate ſit, ſatis acceperit, continuò dies ſatiſdationis cedere incipiet *k*: intueri enim debemus, an experiundi poteſtas fuerit aduerſus eum qui obligatus eſt, non *l* an is agere poterit, qui rem in obligationem deduxerit. alioquin erit iniquiſsimum, ex conditione actorum, obligationes reorum extendi, per quos nihil factum erit, quo minùs cum his agi poſsit.

De vitio auctoris. 1. Si heres debitoris pignus ab extraneo emerit.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 3. Diſputationum. ‖

AN vitium *m* auctoris *n*, vel donatoris, eiúſve qui mihi rem legauit, mihi noceat, ſi fortè auctor meus iuſtum initium poſsidendi non habuit, videndum eſt. & puto neque nocere *o*, neque prodeſſe: nam denique & vſucapere poſſum, quod auctor meus vſucapere non potuit.

1 ¶ Ex facto propoſitum eſt, quendam, cùm rem pignori dediſſet, eandem diſtraxiſſe *p*, heredémque eius redemiſſe. quæritur, an heres aduerſus pignoris perſecutionem exceptione longæ *q* poſſeſsionis vti poſsit? Dicebam hunc heredem, qui pignus ab extraneo redemit, poſſe exceptione *r* vti: quia in extranei *ſ* locum ſucceſsit, non in eius qui pignori dederat. quemadmodum ſi ante redemiſſet, ſic deinde heres extitiſſet.

De re duobus ſeparatim vendita. 1. De lege commiſſoria. De redhibitione.

6. *Africanus* ‖ lib. 9. *t* Quæſtionum. ‖

SI duobus eandem rem ſeparatim *u* vendiderim, ea *x* poſſeſsio quæ vtramque venditionem præceſſerit, ſoli priori emptori, cui *y* & tradita ſit, proficit. Denique & ſi quam rem tibi vendiderim, rurſus à te emam, & Titio vendam, & meam omnem & tuam poſſeſsionem Titio acceſſuram *z*: videlicet quod & tu mihi, & ego ei poſſeſsionem præſtare *a* debemus.

1 ¶ Vendidi tibi ſeruum, & conuenit, *v t b niſi certa die pecunia ſoluta eſſet, inemptus eſſet.* quod cùm euenerit, quæſitum eſt quid de acceſsione tui temporis putares? Reſpondit, id quod ſeruetur, cùm redhibitio ſit facta. hunc enim perinde haberi, ac ſi retrorſus homo mihi veniſſet: vt ſcilicet ſi venditor poſſeſsionem poſtea nanctus ſit: & hoc ipſum tempus, & quod venditionem præceſſerit: & amplius acceſsio hæc ei detur cum eo quod apud eum fuit, à quo homo redhibitus ſit.

De piſcatione.

7. *Marcianus* ‖ lib. 3. Inſtitutionum. ‖

SI quiſquam in fluminis publici diuerticulo *c* ſolus pluribus *d* annis piſcatus ſit *e*, alterum eodem iure vti prohibet *f*.

De tempore quo ſeruus in fuga eſt.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Regularum. ‖

---

a in bonis auitis. *Hal.*
b Suam rem nemini obligari hinc Bartolus colligit.
c Diſsimilia ſunt hæc, proprietatis quæſtio & obligationis. Quod meũ eſt, alterius non eſt. Nam quod meum eſt, mihi proprium eſt: ſi alterius eſſet, proprium deſineret. At res mihi obligata alteri obligata eſſe poteſt. Ex pluribus cauſis res nobis deberi poteſt: ex vna tantùm cauſa noſtra eſſe poteſt, *l.* 159. ‖. *de reg. iur.*
d *v. l.* 15. *ſup. eod. l.* 40. §. 2. *ſup. de procuratorib.*
e *l.* 2. *ſup. de pign. act. l.* 17. *ſup. qui potiores.*
f nec obtinuiſſet.
g *l.* 25. *in fin ſup. eo.*
h περὶ διαφόρων προσχαίρων παραγραφῶν καὶ προθέσεων κατοχῶν. Græci apud Cuiacium *in princ. lib. de diuerſ. temp. præſcr.* Ecloga ſic legit: περὶ τῶν ὡς ἀπὸ χρονίας νομῆς παραγραφομένων. 52. *Eclog.* 3.
i temporibus & exceptionibus, præſcriptionibus & interruptionibus, 7. *C.* 40. adde 2. *Inſt.* 6. *& Nou.* 9.
k Acceſsionibus opponuntur interruptiones. Acceſsionibus quæritur an tuum tempus meo accedat.
l Dies vtiles ſunt, quibus reperiundi ſui iuris poteſtas eſt, Græci vocant ὡρισμένας. adde *l.* 55. *ſup. de ædilitio. l.* 3. *in fin.* ‖. *de accuſationibus: l.* 11. §. 5. 6. *inf. de adulteriis: l.* 6. *C. ad legem Iuliam de adulteriis.* Seſsionum dies quas vocant βημαστικὸς ſunt quibus præſes vel prætor ſedet pro tribunali, qui poſſunt non eſſe vtiles, *l.* 2. *ſup. quis ordo in bonor. poſſeſſ.* Continuus annus conſtat ex diebus 365. Annus vtilis, ex diebus vtilibus. Continui ſunt aduerſi vtilibus. Vtiles in reſtitutionibus & præſcriptionibus actionum perſonalium in Italia Iuſtinianus ſuſtulit. Vtilium lubrica & difficilis eſt computatio. vide Cuiac. 2. *obſeru.* 18. Vtilis annus, lite cœpta continuus eſſe incipit calumniatori, & ei qui eſt affectus iniuria, vel ei qui appellatus eſt. *Zaſ. hic.*
m vtilia vt currant tempora, tria requiruntur, nempe vt impedimentum nullum fuerit actori, reo, iudici. *Zaſ.*
n *l.* 2. *l.* 5. ‖. *de ſtipul. ſeruorum.*
o id eſt, procuratorem. Sic actor tenetur ad interrumpendam præſcriptionem, procuratorem admittere, cùm alioquin non teneatur mittere procuratorem, *l. vlt. C. de procuratorib.*
p non tamen diu. ne alioquin creditores ſint in ſuſpenſo, argum. *l.* 3. *ſup. quib. ex cauſis in poſſeſsionem.*
q Actor vel reus vinculis detentus, non habet poteſtatem experiundi, *vt hic.* niſi ſuâ culpâ in vincula inciderit. *l.* 20. *ſup. de minoribus: l.* 26. §. 1. *ſup. ex quibus cauſ. maior.* vide quæ notaui ad *l.* 22. *ſup. quod metus cauſa.* De exceptione carceris vide Oldendorpium *cap.* 35. *de exceptionib.* r procuratorem mittere.
ſ vide Mynſinger. 4. *obſeru.* 38. t *al.* qui ea valetudine:
u Rectè hæc verba adiiciuntur. eſt enim quædam valetudo his aduerſa, vt quis mandare nullo modo poſsit, qualis eſt ſontica, quæ etiam inuitis litigantibus & iudice diem differt, *l.* 60. *ſup. de re iudic.* verùm Antonius Faber 5. *Coniecturar.* 18. particulam, *vt*, pro *ne* accipit. denique video Vlpianum hoc integro loco verba facere de eo qui experiundi poteſtatem non habeat.
x non habeat poteſtatem. & ita ſubſtitutam hic negationem legit & emendat Antonius Faber 5. *Coniecturar.* 8. y Dies vtiles nunquam continui ſunt. In diebus vtilibus nullus ſine vtilitate dies cedit vel tranſit.

e Cur? vide *l.* 39. *ſup. de pactis.* f & decem vel viginti annorum, *capion. transfor.* g ruſticis. vide *l.* 6. §. 1. *C. de ſecundis nuptiis.*
h Imò, locum non habet in mancipiis, *l.* 7. *in fin. C. de agricolis &* …
i vide Cuiacium 16. *obſeru.* 138. & Antonium Fabrum 4. *Coniect.* …
k Imò, non incipiet, *l.* 9. *ſup. ſi quis cautionib.*
l Imò id exigitur, *l.* 1. *ſup. eo. l.* 25. ‖. *de ſtipulatione ſeruorum.* vide Cu…
m aliud quàm reale, vide *l.* 3. *C. de periculo & commodo rei vendit.*
o Vitium auctoris non nocet emptori præſcribere volenti. adde *l.* … *emptore.* vide quæ ſcripſi ad *l.* 3. *C. de periculo & comm. rei vendit.*
p *l.* 12. *inf. eod.* q decem & viginti annorum cum bona fide & ti…
r adde *l.* 72. *ſup. de euictionib.*
ſ & ſic tanquam extraneus non tanquam heres. vide *l.* 6. *ſup. quod* …
t vide Cuiac. 9. *ad Afric. fol.* 226.
u id eſt, diuerſis contractibus.
x mea poſſeſsio, ἡ νομή μου, 51. *Baſil.* 3. vide Cuiac. 5. *obſeru. vlt.*
y Si duobus ſeparatim eandem rem in ſolidum vendidi, mea poſſ… emptori, cui priori res tradita eſt. Ideoque potior eſt in rei vindic… *de rei vindic.*
z acceſſuram.
a id eſt, tradere. Traditio eſt præſtatio poſſeſsionis.
b id eſt, lege commiſſoria, *l.* 2. *in fi. ſup. eod.*
c diuerticulo. *Vulg. Hul.*
d id eſt, longo tempore.
e adde, & adhuc piſcetur. v. Cuiac. ad *l.* 45. *ſup.*
f non prohibet. Balduinus *in* §. *Flumina. Inſt. de rer. diuiſ.* Iacobus Cu… 54. Conanus 3. c. 16. quo nomine omnes reprehenduntur à Roberto … obſtare videtur lex 45. *ſup. de vſuc.* Non obſtat, cùm in ea lege … poſſeſsione non fuerit. *Bart.* vide *Zaſ. Antinom.* 2. & Cuiac. ad *l.* 45. … in acceſ…

IN acceſſione temporis, & id tempus, quo in fuga ſit ſeruus, domino a eius procedere verum eſt.

De rebus mobilibus.

9. *Marcianus* lib. 5. Regularum.

REſcriptis quibuſdam Diui Magni Antonini cauetur, vt in rebus mobilibus b locus ſit præſcriptioni diutinæ c poſſeſſionis.

De bonis vacantibus.

10. *Papinianus* lib. 13. Reſponſorum.

INtra quatuor d annos vacantium e bonorum delator f facta denuntiatione deſtitit. poſt quatuor annos ſecundo g delatori venienti, prior nuntiatio, quo minus præſcriptione temporis ſummoueatur, non proderit: niſi prioris præuaricatio h detegetur. quo declarato, præſcriptio, ſed & negotij quæſtio perimetur.

1 ¶ Quadriennij tempus, quod bonis vacantibus nuntiandis præſcriptum eſt, non ex opinione hominum, ſed de ſubſtantia i vacantium bonorum dinumeratur. Quatuor autem anni poſt irritum teſtamentum factum, & inteſtati poſſeſſionem ab omnibus repudiatam, qui gradatim k petere potuerunt, vel temporis finem, quod ſingulis præſtitum eſt, computabuntur.

De vitio defuncti & ignorantia heredis.

11. *Idem* lib. 2. Definitionum.

CVm heres l in ius omne m defuncti ſuccedit, ignoratione n ſua defuncti vitia non excludit, veluti cùm ſciens alienum illum, illo o, vel precariò poſſedit. quamuis enim precarium heredem ignorantem non p teneat, nec interdicto rectè conueniatur: tamen vſucapere non poterit, quod q defunctus non potuit.

¶ Idem iuris eſt cùm de longa poſſeſſione quæritur, neque enim rectè defendetur, cùm exordium ei bonæ fidei ratio non tueatur.

De diſtractione pignoris.

12. *Paulus* lib. 16. Reſponſorum.

CReditor, qui præſcriptione longæ r poſſeſſionis à poſſeſſore pignoris ſummoueri poſſit, pignus diſtraxit. ſ Quæro, an poſſeſſori ſalua ſit exceptio aduerſus emptorem. Paulus reſpondit, etiam aduerſus emptorem eandem exceptionem competere t.

De quæſtionibus fiſci. 1. De rationibus reipublicæ.

13. *Hermogenianus* lib. 6. Iuris Epitomarum.

IN omnibus fiſci quæſtionibus, exceptis cauſis in quibus minora tempora ſeruari ſpecialiter conſtitutum eſt, viginti u annorum præſcriptio cuſtoditur.

1 ¶ Reipublicæ rationes ſubſcriptæ & expunctæ, aduerſus eum quidem, qui adminiſtrauit, vltra viginti: aduerſus heredem verò vltra decem annos retractari non poſſunt.

De acceſſionibus poſſeſſionum in genere. 1. De ſucceſſoribus & his qui ſucceſſorum loco habentur. 2. De emptore. 3. De pignore. 4. De negotio geſto. 5. De diſtractione pignoris.

14. *Scæuola* lib. ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.

DE acceſſionibus x poſſeſſionum, nihil in perpetuum, neque generaliter y definire poſſumus: conſiſtunt enim z in ſola æquitate a.

1 ¶ Planè tribuuntur his qui in locum aliorum ſuccedunt, ſiue ex contractu b, ſiue c voluntate d: heredibus e enim, & his qui ſucceſſorum f loco habentur, datur acceſſio teſtatoris.

2 ¶ Itaque ſi mihi vendideris g ſeruum, vtar, h acceſſione tua.

3 ¶ Et ſi mihi pignori dederis, & ego eandem rem alij pigneraui, meus creditor vtetur acceſſione tui temporis, tam aduerſus extraneum, quàm aduerſus teipſum, quamdiu pecuniam mihi non exſolueris. nam qui me potior eſt, cùm ego te ſuperaturus a ſim, multo magis b aduerſus te obtinere debet. ſed ſi pecuniam mihi ſolueris, hoc caſu acceſſione tua non vtetur.

4 ¶ Item ſi abſente te is qui negotia tua videbatur adminiſtrare, ſeruum mihi vendiderit, túque reuerſus ratum habueris, omnimodo acceſſione vtar.

5 ¶ Item ſi mihi pignori dederis, & conuenerit, niſi pecuniam ſoluiſſes, licere ex pacto pignus vendere, idque vendiderim, emptori acceſſio tui temporis dari debebit, licet inuito te pignora diſtracta ſint. iam enim illo in tempore, quo contrahebas, videri conceſſiſſe venditioni, ſi pecuniam non intuliſſes.

De die cœpto. 1. De auctore proximo & remoto. 2. De mandato. 3. De emptione à filiofamilias vel ſeruo. 4. Vel à tutore, vel à curatore. 5. De tempore quo venditor poſſedit, vel non. 6. Si heres vendiderit.

15. *Venuleius* lib. 5. Interdictorum.

IN vſucapione c ita ſeruatur, vt etiam ſi minimo d momento e nouiſſimi diei poſſeſſa ſit res, nihilominus repleatur vſucapio, nec totus dies exigitur f ad explendum conſtitutum tempus.

1 ¶ Acceſſio poſſeſſionis fit non ſolùm temporis, quod apud eum fuit, vnde is emit: ſed & qui ei vendidit g vnde tu emiſti. Sed ſi medius aliquis ex auctoribus non poſſederit, præcedentium auctorum poſſeſſio non proderit: quia coniuncta non eſt. ſicut nec ei qui non poſſidet, auctoris poſſeſſio accedere poteſt.

2 ¶ Item adiiciendum eſt, vnde emiſti, aut vnde is emit, cui tu emendum mandaueras, & quod apud eum qui h vendendum mandauit i. quòd ſi is quoque cui mandatum erat, alij vendendum mandauerit, non k aliter huius qui poſtea mandauerat, dandam acceſſionem Labeo ait, quàm ſi idipſum dominus ei permiſerit.

3 ¶ Sed & ſi à filio vel ſeruo rem emero, acceſſio temporis, & quo apud patrem aut dominum fuit, ita danda eſt mihi, ſi aut voluntate l patris dominíve, aut cùm adminiſtrationem peculij haberet, vendidit.

4 ¶ Item danda eſt acceſſio cùm m eo quod apud pupillum fuit, à cuius tutore cùm is tutelam eius adminiſtraret, emiſti. Idémque in eo qui à curatore pupilli, furioſive emerit, ſeruandum eſt. & ſi ventris nomine, aut eius qui rei ſeruandæ cauſa in poſſeſſione eſſet, dotis n ſuæ nomine diminutio o facta ſit. nam id quoque temporis accedit.

5 ¶ Hæ autem acceſſiones non tam latè accipiendæ ſunt quàm verba earum patent: vt etiam ſi poſt venditionem traditionémque rei traditæ apud venditorem res fuerit, proficiat id tempus emptori. ſed illud ſolùm quod ante p fuit, licèt venditionis tempore eam rem venditor non habuerat.

6 ¶ Ei cui heres rem hereditariam vendidit, & heredis tempus, & defuncti debet accedere.

Acceſſionem ſine noſtro tempore nobis non prodeſſe.

16. *Paulus* lib. 3. ad Sabinum.

ACceſſio q ſine noſtro r tempore ſ nobis prodeſſe non poteſt.

DE DOLI MALI t, ET METVS exceptione.

TIT. IV.

Propoſitio dicendorum. 1. Ratio exceptionis. 2. Vnde dignoſcatur dolus. 3. De contractibus, teſtamentis, legibus.

1. *Paulus* lib. 71. ad Edictum.

QVo lucidius intelligi u poſſit hæc exceptio, prius x de cauſa videamus, quare propoſita ſit: deinde y quemadmodum dolo fiat, per quæ intellegemus, quando obſtet exceptio: deinde aduerſus z quas perſonas locum habeat. nouiſſimè inſpiciemus intra quæ a tempora competit exceptio.

1 ¶ Ideo b autem hanc exceptionem Prætor propoſuit, ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis c contra naturalem æquitatem proſit.

2 ¶ Sed an dolo quid factum ſit, ex facto d intellegitur.

3 ¶ Et quidem dolo fit e, tam in contractibus f, quàm in teſtamentis g quàm in legibus h.

De cauſa huius exceptionis. 1. Propoſitio dicendorum. Quatenus hæc exceptio ſit in perſonam. 2. & in rem. 3. De cauſa ſtipulationis. 4. De pacto. 5. De in factum exceptionibus. 6. De vſuris in futurum acceptis. 7. De ſtatulibero.

---

a An & in dominium? ait Alberic.
b rebus ſoli. *vulg.* adde *l.3.ſ.eod.* facit *§.12. Inſt. de vſucapionib.*
c longæ, ſi de re immobili cum Accurſio hanc legem acceperis, *l.3.ſ.eod.*
d *v. l.1. C. de quadriennij præſcript.*
e Vacantia bona, quæ dominum nullum habent, *v. C. de bon. vacantib.*
f Fiſcus olim habuit ſuos *delatores*, à quibus deferebantur bona vacantia.
g Si quatuor anni tranſierint poſtquã nuntiatum eſt, poſſeſſor bonorum vacantium ipſo iure tutus eſt, etiam aduerſus ſecundùm delatorẽ, niſi prioris delatoria detegatur præuaricatio.
h facit lex vn. *C. ſi aduerſ.* adde *l. 15. ſ. de iur. fiſc.*
i Subſtantiam potius, quàm opinionem intueri oportet, *l.4. §.20. ſ. de vſurpat. l.1. §.2. ſ. pro emptore*: adde *l.33. ſ. ad l. Aquil. l.63. ſ. ad l. Falcid.* De ſubſtantia, i. poſtquam certum eſt bona eſſe vacantia.
k Sunt enim diuerſi gradus perſonarum, quæ bonorum poſſeſſionem poſſunt petere. Primus eſt. Vnde liberi, quibus annus præſtitutus eſt. Secundus, vnde agnati: Tertius, vnde cognati, quibus 60. dies dati ſunt. Quartus, vnde vir & vxor.
l Vniuerſalis ſucceſſor defuncti.
m Sunt enim heredes vniuerſi iuris ſucceſſores, *v. l.9. §.12. ſ. de her. inſt.*
n heres etiam ignorans, in vitia defuncti ſuccedit, *l.4. §.15. ſ. de vſurpat.*
o *al.* illum, illic. *v. l.8. ſ. de precario.* p facit *l.13. ſ. de vſurpat.* adde *l.1. C. de vſucap. pro herede.* v. tamen Socin. *reg.389.* q *l.3. l.5. ſ. eod.* r *l.5. in fin. ſ. eod.* ſ Cur ita? *v. l.143. ſ. de reg. iur.* t *Eclog.3. c.12.* Rem ita diſtingue: Bona fiſci incorporata 40. annis præſcribi, *l.7 C. de præſcript. 30.* (excipe caſum legis 23. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.*) non incorporata, in quibuſdam quinque, *l.2. C. de vectigalib. & commiſſ.* in quibuſdam decem, *l.18. ſ. de vſurpat.* interdum viginti, *vt hic.*
u *l.8. ſ. de admin. rer. ad ciuit.*
x Acceſſiones temporum ſunt coniunctiones temporum, quibus duo aut plures ſeparatim eandem rem poſſident, quod fit præſcriptionibus longi temporis, acquirendi cauſa.
y ius circa generalia verſatur; æquitas circa ſpecialia, *l.3. ſ. de legib.* circumſtantias enim quaſque maximè reſpicit, *l.30. ſ. depoſiti: l.11. l.16. ſ. de pœnis.*
z Æquitatem certis ac perpetuis regulis concludi, & in ſcriptum redigi non poſſe: quanquam ius aliquod de caſu ſpeciali ad æquitatem redactum poſſit ſcriptis comprehendi. v. Oldendorp. *in tractatu ſeu formula inueſtigandæ actionis*, vbi de definitione æquitatis agit. Hinc Ariſtoteles 5. *Ethicorum*, æquitatem vocat Regulam Lesbiam quæ nunc recta eſt, ſi paries ſit planus: nunc obliqua eſt, ſi ſit murus aſper.
a Æquitas ex cauſæ conſtitutione, *l.52. §.2. ſ. ad l. Aquil.* & facti circumſtantia bene perſpecta colligitur, *l.32. ſ. de vſur. l.3. §.2. ſ. de teſtib. l.1. ſ. vſufruct. quemadm. caueat.* adde *l.12. §.2. vaſam rem.* Facti quæſtio iuris deciſionem præcedit.
b id eſt, bonæ fidei poſſeſſoribus.
c hac vltima voluntate. d puta ex teſtamento: & ita voluntatis nomine intellige teſtamenta. facit *l.1. ſ. qui teſtam.*
e *§.12. Inſt. de vſucap.* f Succeſſorum autem loco habentur bonorum poſſeſſores, *§.12 Inſt. de vſucap.*
g *l.15. §.1. ſ. eod. l.2. §.20. ſ. pro emptore: l. vnic. C. de vſucap. transformanda: l.11. C. de præſcript. longi. §.13. Inſt. de vſucap.*
h Venditoris acceſſio tribuitur eius emptori.

a *l.2. §.17. ſ. ad Tertull.*
b Si ſecundus creditor ſuperat primum, & multò magis ipſe debitorem principalem. Hinc illa regula, Si vinco vincentem te, ergo fortius vinco te. excipe tamen, *l.16. ſ. qui potiores.*
c adde *l.6. ſ. de obl.*
d *l.6. ſ. de vſurpationib.*
e de momento vide Cuiacium. *c.1. de diuerſ. temporalibus.*
f Imò exigitur, *l.6. ſ. de obligation.*
g *l.14. §.1. ſ. eod.*
h cui vendendum. Cuiac. ad *l.14. ſ. de vſurpat.*
i Continuantur tẽpora inter emptorem & venditorẽ, etiam ſi per procuratores emptio vẽditioque perfecta fuerit.
k Imò aliter: & vtcunque dominus non permiſerit, *l.8. §.3. ſup. mand.*
l 14. *in fin. ſ. de vſurpat.*
m *l.34. ſ. de vſurpationib.*
n dixi ad *l.2. C. qui plures.*
o venditio.
p *l.14. ſ. de vſurpationib.*
q temporis alieni quo alius vſus eſt & poſſedit.
r *l.13. §. pen. ſ. de acq. poſſ.*
ſ *l.15. §.1. ſ. eod.*
t 51. *Eclog.4. & 5. Harm.3. §.72.* Extat titulus de dolo *lib.4. tit.3.* Extat etiam titulus de dolo & contumacia, 2. *Decretal.* 2. 15. 2. *Sext.* 6. 2. *Clement.* 4. *Extrauag.* 2. Oldendorpium. *c. 61. de exceptionib.* adde caſus hinc inde ſparſos per vniuerſum ius in *l.25. ſ. de admin. tutor.*
u tituli partes in quinque diſtributio.
x *§.1. ſ. eod.*
y *v. §.2. ſ. eod.*
z *l.2. §.1. ſ. eod.*
a *l.5. in fin. ſ. eod.*
b Ratio edicti, *l.1. ſ. de dolo.*
c quo contractus formantur, præſertim ſtipulatione ſubnixit, *l.5. C. de inutilib. ſtipulat. §.1. Inſt. de except. l.36. ſ. de verb. oblig.*
d i. qualitate facti, de legitimis doli coniecturis vide Oldendorp *cap.61. de exceptionib.* Porro dolus alius inhæret rei, (demus in venditione. Titium circumſcribi nulla fraude aduerſarij) alius perſonæ.
e dolus committitur, ſeu committi poteſt.

f putà venditione, *l.13. §.4. ſ. de act. empt.*
g *l.1.2. ſ. ſi aliquis aliquem teſtari: l.4. ſ. de inoff. l.77. §.31. in fin. ſ. de legat. 2.*
h *l.30. ſ. de legib. l. vlt. ſ. de falſis.*

2. *Vlpianus* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

PAlam eſt autem hanc exceptionem ex eadem *a* cauſa propoſitam, ex qua cauſa propoſita eſt de dolo malo actio.

1 ¶ Sequitur vt videamus in quibus cauſis locum habeat exceptio, & quibus perſonis obiiciatur.

¶ Et quidem illud annotandum eſt, quod ſpecialiter *b* exprimendum eſt de cuius dolo quis queratur: non *c* in rem, *Si in ea re dolo malo factum eſt*: ſed ſic: *Si in ea re nihil dolo malo actoris factum eſt.* docere igitur debet is qui obiicit exceptionem, dolo malo actoris factum. nec ſufficiet ei, oſtendere in re eſſe dolum. aut ſi alterius dicat dolo factum, eorum perſonas ſpecialiter debebit enumerare: dummodò hæ ſint, quarum dolus noceat.

¶ Planè ex perſona eius qui exceptionem obiicit, in rem *d* opponitur exceptio. neque enim quæritur aduerſus quem commiſſus ſit dolus, ſed an in ea re dolo malo factum ſit à parte actoris.

3 ¶ Circa primam ſpeciem, quibus ex cauſis exceptio hæc locum habeat, hæc ſunt quæ tractari poſſunt.

¶ Si quis ſine *e* cauſa ab aliquo fuerit ſtipulatus, deinde ex ea ſtipulatione experiatur, exceptio vtique doli mali ei nocebit. licet enim eo *f* tempore, quo ſtipulabatur, nihil dolo malo admiſerit *g*: tamen dicendum eſt, eum cùm litem conteſtatur, dolo facere, qui perſeueret ex ea ſtipulatione petere.

¶ Et ſi cum interponeretur, iuſtam cauſam habuit, tamen nunc nullam idoneam cauſam habere videtur.

¶ Proinde *h* & ſi crediturus pecuniam ſtipulatus eſt, nec *i* credidit, & ſi certa fuit cauſa ſtipulationis, quæ tamen aut non *k* eſt ſecuta, aut finita *l* eſt, dicendum erit nocere exceptionem.

4 ¶ Item quæritur, ſi quis purè ſtipulatus ſit certam quantitatem, quia *m* hoc actum ſit, ſed poſt ſtipulationem interpoſitam pactus ſit, ne *n* interim pecunia vſque ad certum diem petatur, an noceat exceptio doli? Et quidem ‖&‖ de pacto *o* conuento excipi poſſe, nequaquam ambigendum eſt. ſed & ſi hac quis exceptione vti velit, nihilominus poterit. dolo *p* enim facere eum qui contra pactum petat, negari non poteſt.

5 ¶ Et generaliter ſciendum eſt, *ex omnibus in factum q exceptionibus, doli oriri exceptionem*: quia * dolo facit quicunque *r* id, quod quaqua exceptione elidi poteſt, petit. nam & ſi inter *ſ* initia nihil dolo malo facit, attamen nunc petendo *t* facit doloſè: niſi ſi talis ſit ignorantia *u* in eo, vt dolo careat.

6 ¶ Non malè dictum eſt, ſi creditor vſuras in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilo minus petat, antequam id tempus prætereat cuius temporis vſuras accepit, an doli exceptione repellatur.* & poteſt dici dolo eum facere. * accipiendo enim vſuras diſtuliſſe *x* videtur petitionem in id tempus quod eſt poſt diem vſurarum præſtitarum, & tacitè *y* conueniſſe interim ſe non petiturum.

7 ¶ Item quæritur, ſi ſtatuliberum mercatus quis fuerit iuſſum decem dare cum hoc ignoraret, & duplam ſtipulatus fuerit, deinde decem acceperit? Euicto eo in libertatem, agere ex duplæ ſtipulatione poteſt. ſed niſi decem, quæ implendæ conditionis cauſa acceperit, deduxerit, exceptione ſummonendus erit: & hæc ita Iulianus quoque ſcripſit. Si tamen ex re emptoris, vel ex peculio quod ad emptorem pertinebat, pecuniam dederit ſtatuliber *z*, poteſt dici exceptionem non nocere: quia dolo non faceret.

3. *Paulus* ‖ lib. 20. ad Edictum ‖

ITem ſi *a* ob id quod antequam dominium ad me transferatur, venditor dederit decem, & agam ex empto, vt decem recipiam, ita puto competere mihi actionem, ſi paratus ſim: ex duplæ ſtipulatione eum liberare.

De eo qui dolo non mandat. 1. De promiſſione agroti. De compromiſſione. 4. De pupillo & cæteris quibus non rectè ſoluitur. 5. De emptione ſerui fugitiui. 6. De refectione & venditione nominis. 7. De re principali & pœna. 8. De pignore. 9. Si minor donauerit. 10. De petitione ex teſtamento. 11. De hereditate & legato 13. De replicatione doli. 14. De SC. Macedoniano 15. De doli clauſula. 16. De parente patronorum & heredibus. 17. De his qui ſunt alieni iuris. 18. De procuratore. 19. De mandato. 20. De delegatione. 21. De dote. 23. De tutore. 24. & protutore. 25. De curatore. 26. De minore, pupillo furioſo. 27. De dolo auctoris. 32. Si non dominus, qui rem vendidit, domino ſucceſſerit. 33. De exceptione metus.

4. *Vlpianus* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

APud *b* Celſum quæritur, ſi cùm Titio mandaſſent creditores hereditarij, vt *c adiret hereditatem*, vnus non mandaſſet decipiendi *d* eius cauſa, mandaturus alioquin, ſi non foret hic aditurus, deinde agat, an exceptione repellatur? Et ait Celſus, doli *e* eum exceptione repellendum.

1 ¶ Iulianus ſcripſit, ſi quis cùm æger *a* eſſet, centum aureos vxoris ſuæ conſobrino ſpopondiſſet, volens ſc. eam pecuniam ad mulierem peruenire: deinde conualuerit *b*, an exceptione vti poſſit, ſi conueniatur? Et refert Labeoni placuiſſe, doli mali vti eum poſſe.

2 ¶ Si in arbitrum compromiſerimus, deinde cum non ſtetiſſem *c* ob aduerſam *d* valetudinem, pœna commiſſa eſt, an vti poſſim doli exceptione? Et ait Pomponius, prodeſſe mihi doli exceptionem.

3 ¶ Item quæritur, ſi cum eo à quo tibi ſexaginta *e* deberentur, compromiſeris, deinde per imprudentiam pœnam centum *f* ſtipulatus fueris? Labeo putat conuenire officio arbitri iubere tantum tibi dari, quantum re vera debeatur *g*, & ſi non fiat, non *h* vetare ne quid amplius petatur. ſed etiam ſi id omiſſum fuerit *i*, peti poſſe quod debetur Labeo dicit: & ſi fortè *k* pœna petatur, doli mali exceptionem profuturam.

4 ¶ Si quis pupillo ſoluerit ſine tutoris auctoritate id quod debuit, éxque ea ſolutione locupletior *l* factus ſit pupillus, rectiſſimè dicitur exceptionem petentibus nocere. nam & ſi mutuam acceperit pecuniam, vel ex quo alio contractu locupletior factus ſit, dandam eſſe exceptionem *m*.

¶ Idémque & in cæteris erit dicendum, quibus non rectè ſoluitur. nam ſi facti ſint locupletiores, exceptio locum habebit.

5 ¶ Item Labeo ſcribit, ſi *n* quis fugitiuum eſſe ſciens, emerit ſeruum, & ſi ſtipulatus fuerit *fugitiuum non eſſe*, deinde agat ex ſtipulatu *o*, non eſſe eum exceptione repellendum: quoniam *p* hoc conuenit. quamuis *q* ex empto actionem non haberet. ſed ſi non *r* conueniſſet, exceptione repelletur.

6 ¶ Quòd ſi is *ſ*, cui pecunia debeatur, cum debitore *t* decidit *u*, & nomen eius vendidit Seio, cui debitor mandauerat vt nomen emeret, déque ea re emptor ſtipulatus eſt: deinde creditor eam pecuniam retinet, quàm per iudicem abſtulit; an emptor ex ſtipulatu poſſit experiri? Et Ofilius putat, ſi venditor nominis paratus non ſit reddere quantum ab emptore *x* acceperit, non nocituram *y* exceptionem doli mali. Et puto ſententiam Ofilij veram.

7 ¶ Labeo ait, ſi de homine petito ſecundùm actorem fuerit iudicatum, & iuſſu iudicis ſatiſdatum ſit, *hominem intra certum diem tradi, & ſi traditus non fuiſſet, pœnámque ſtipulatus ſit*, petitorem, qui & hominem vindicat *z*, & pœnam petit, exceptione eſſe repellendum. Iniquum enim eſſe "&" hominem poſſidere *a*, & pœnam exigere.

7 ¶ Item quæritur, ſi vniones tibi pignori dedero, & conuenerit vt ſoluta pecunia redderentur, & hi vniones culpa *b* tua *c* perierint, & pecuniam petas? Extat Neruæ & Atilicini ſententia, dicentium ita eſſe excipiendum, *Si d inter me & te non conuenit, vt ſoluta pecunia vniones mihi reddantur.* ſed eſt verius exceptionem doli *e* mali nocere debere.

9 ¶ Si minor mihi infantem donauerit, deinde eum vindicet, exceptione doli mali repellendus eſt, niſi *f* alimenta reddat, & ſi quis alius ſumptus probabilis *g* in eum factus ſit.

10 ¶ Præterea ſciendum eſt, ſi quis quid ex teſtamento contra *h* voluntatem petat, exceptione eum doli mali repelli ſolere. & ideo heres qui non habet voluntatem per exceptionem doli repellitur.

11 ¶ Si quis ex vncia hæres ſit ſcriptus, ex qua ducenta conſequi potuit: deinde propter hoc, legatum in quo centũ erãt, prætulit *i*, ne *k* moleſtiis hereditariis implicaretur, an ſi legatũ petat, exceptione doli mali

a *l.1.§.3.ff.eod.*
b *l.4.§.33.ff.eod.*
c Exceptio doli quod actorem attinet, eſt in perſonã: quia ſufficit ei dicere, *Dolo feciſti, vt hic.* quod autem excipiendum attinet, in rem eſt. Cur? licet nullum dolum commiſerit, ſufficit tamen ei dici rem quam poſſidet, doli vitio affectam eſſe *§.2.ff.eod.*
d *l.vlt. Cod.de rei vind.*
e Contra ſtipulationem ſine cauſa, datur doli exceptio. Stipulatio nulla eſt, quæ nullã cauſam continet.
f i. ſtipulationis.
g amiſerit, *Hal.*
h Cauſam non implens ſtipulationis, ex ea ſtipulatione experiri vel agere non poteſt.
i *l.3. C.de non numerata. §.2. Inſt.de exceptionib.*
k *v.ff.de cond.cauſ. dat.cauſa non ſecuta.*
l Finita cauſa dicitur, quoties res redit ad non cauſam, *l.1. l.2. ff. de cond ſine cauſa.*
m *ſub.* vt pars deberetur: vel quia dies non fuit obligationi adiecta, quoties enim dies omiſſus eſt, præſenti die debetur, *l. eum qui Kalendis. ff.de verb.oblig. l. in oblig.14. ff. de regul. iur.*
n *§.3. Inſt.de except.*
o *d.§.3. in fin.l.7. §.4.ff.de pact.*
p Dolo facit qui petit contra pactum.
q innominatis.
r *l.8. l.12. ff.eod. l.35.ff.de verb. obl.*
ſ *§.3.ff.eod.* id eſt, tempore petitionis oblatæ.
t i. petitionem cõtinuando.
u *v. l.81 in fin.ff. eod. l.177. in fin.ff. de reg.iur.*
x *l.57.ff.de pactis: l. 7. ff. de leg. commiſſoria: l.vlt.ff. de eo quod certo.*
y *d l.17.*
z ederit ſtatulibero, *Hal.*
a Euicta re venditori ante traditionem, committitur etiam ſtipulatio duplæ, *vt hic. & l.33. ff.de euict.* v. Cuiac. 25. *obſeru.* 26. Hoc tamen Bartolus negat, *arg. l. euicta 16. ff. de euict.*
b Hanc legem vnà cum quinque ſequentibus præcipuas eſſe in toto iure notat poſt Guidonem de Suzaria Albericus, *l.à Diuo Pio 15. ff. de re iud. l.is cui 5.ff.vt in poſſ.legat. l.cum pater 77. ff. de leg.2. l.properandum 13. C. de iudic. l. ſcimus 22. C de iur.delib.*
c *v.l.37.ff.mand.*
d Animus factis externis probatur. dixi *l.13.5.ff.de iure fiſci.*
e *l.vlt.ff.de nou.*

alien. non licet, & ibid. Theophilus. m Id eſt, defenſionem... *tit 10.ex lib.51.tit.4.cap.4.*
o in quo intereſt, nec enim poteſt agere ex empto, *ff.eod.*
p Scienti fugitiuum, ſi promiſero fugitiuum non eſſe, conuentionem... neor, ſecus ſi nudis tantùm verbis ac perfunctoriè ſeruum commendau... *ff.de contrahend.empt.* q Pacta incontinenti appoſita non ita ſemp... ctus informant, vt ex iis agi poſſit, *vt hic.* Colligit & ex hoc quoque... contractui bonæ fidei pactum adiici poſſe. r *l.27.C.de euict.* ... t putà Caio. u Decidere hic non eſt tranſigere, vt putat Accurſ... quantitate conuenire, ſolidaris rationibus, *arreſter un compte.* x ... tore. y Cui? ipſi emptori. z Repetita & accepta non poteſt p... *in fin.ff.de eo quod cert.loc.*
a *l.28.ff.de act.empt.*
b leui ſcilicet, cuius nomine creditor tenetur, *v.l.6.C.de pignor.* Qui... titius creditor amiſſo pignore poteſtne experiri aduerſus Tertium ... principali? poteſt. *v.l.vlt.C.de prat.pign. vide* Negufant. *part.8* ...
c Debitor creditorem (cuius culpa pignus periit) debitum pete... ptione repellit. Quid ſi pignus debiti æſtimationem exceſſit? an ad ... tem ſummam tenetur creditor? d *al* Niſi. e atque in facto poni... culpa creditoris periiſſe non dolo. f Donatarius reuocata donation... ta & neceſſarias impenſas imputare donatori poteſt. imo non imputa... ri. Hoc enim modo fieri poſſit, vt donator ſeruo & re donata careat, ... *ff.de rei vind.* Poteſt etiam fieri vt ex operis ſerui donatarius tantum ... ceperit, quantum eius nomine impendit, *l.31.l.33.ff.de rei vind.* Solet ... hac actione cauſam poſſidendi habet à donatore: in contrariis legibus ... bet g ſumptus autem probabilis is intelligitur, qui in diſciplinas ... fuerit. h *l.8.in fin.l.17.§.1.in fin eod v.l.17 C.de fideicomm.*
i *l.21.in fin 5.ſi quis omiſſa cauſa: l.17. in fin.l.87.l.89.ff de legat.1.* ... *24. obſeru. 29.*
k actus huiuſmodi, prouidentiæ tribuitur in *l. 90. ff. de legat. 1.* ... conditio quæ petenti vtilior eſt, adde ...

ſummoueatur? Et ait Iulianus non eſſe eum ſummouendum. quòd ſi à ſubſtituto pretium *a* accepit, vel quod pretij loco haberi poſſet, ne adeat hereditatem, petens legatum, dolo (inquit) facere intelligetur, ac per hoc doli exceptione repelletur.

12 ¶ Quæſitum eſt, ſi cùm fundi vſumfructum haberem, eum fundum volente *b* me vendideris, an vindicanti mihi vſumfructum exceptio ſit obiicienda? Et hoc iure vt exceptio doli noceat.

13 ¶ Marcellus ait, aduerſus doli exceptionem *c* non *d* dari replicationem doli. Labeo quoque in eadem opinione eſt: ait enim iniquum eſſe, communem malitiam petitori quidem præmio eſſe, ei verò cum quo ageretur, pœnæ *e* eſſe: cùm longè æquum ſit, ex eo quod perfidè geſtum eſt, actorem nihil conſequi.

14 ¶ Contra ſenatuſconſulti quoque Macedoniani exceptionem de dolo *f* dandam *g* replicationem, ambigendum non eſſe, eámq; nocere debere, etiam conſtitutionibus, & ſententiis *h* auctorum *i* cauetur.

15 ¶ Labeo *k*, & ſi ex ſtipulatu actio competat *l* propter *m* doli clauſulam, tamen nocere doli exceptionem ait, *Si aduerſus ea*, inquit, *factum erit*. poſſe enim petitorem, antequam ſtipulatio committatur, nihil dolo malo feciſſe, & tunc facere, cùm petat: propter quod exceptionem *n* eſſe neceſſariam.

16 ¶ Aduerſus *o* parentes patronóſque, neque doli exceptio, neque alia quidem, quæ patroni parentiſve opinionem apud bonos mores *p* ſuggillet, competere poteſt. in factum tamen erit excipiendum: vt ſi fortè pecunia non numerata dicatur, obiiciatur exceptio pecuniæ non numeratæ.

¶ Nihil autem intereſt vtrum patronus ex ſuo cõtractu, an verò ‖ ex ‖ alieno conueniatur. ſemper *q* enim reuerentia ei exhibenda eſt tam viuo, quàm defuncto. Si autem cum hærede liberti patronus agat, puto excipere debere de dolo patroni hæredem liberti. Libertum autem de dolo patroni, & ſi ab herede eius conueniatur, minimè *r* exceptionem obiecturũ. namque conuenit tam *ſ* viuo, quàm mortuo patrono à liberto *t* honorem exhiberi.

¶ In ſtipulatione planè doli clauſula non erit detrahenda: quia ex doli clauſula non de dolo actio intenditur, ſed ex ſtipulatu.

17 ¶ In hac exceptione & de dolo ſerui, vel alterius perſonæ iuri noſtro ſubiectæ excipere *u* poſſumus: & de eodem dolo quibus *x* adquiritur. Sed de ſeruorum & filiorum dolo, ſiquidem *y* ex peculiari eorum negotio actio intendatur *z* in infinitum *a*, exceptio obiicienda eſt.

¶ Si autem non *b* ex peculiari cauſa, tum de eo dumtaxat excipi oportet, quia admiſſus ſit in *c* ipſo negotio, quod geritur, non etiam ſi poſtea aliquis dolus interueniſſet. neque enim eſſe æquum, ſerui dolum amplius *d* domino nocere, quàm in quo opera eius eſſet vſus.

18 ¶ Quæſitum eſt, an de procuratoris *e* dolo qui ad agendum tantùm *f* datus eſt, excipi poſsit. Et puto rectè defendi, ſi quidem in rem *g* ſuam procurator datus ſit, etiam de præterito eius dolo (hoc eſt, ſi ante acceptum iudicium *h* dolo quid fecerit) eſſe excipiendum. Si verò non in rem ſuam *i*, dolum præſentem in exceptione conferendum. Si autem is procurator ſit, cui omnium rerum adminiſtratio conceſſa eſt, tunc de *k* omni dolo eius excipi poſſe Neratius ſcribit.

19 ¶ Mandaui Titio, *vt à te ſtipularetur*, deinde Titius Seio, & ſtipulatus à te Seius eſt & iudicium edidit. Ait Labeo; excipiendum eſſe tam de meo, quàm & Seij dolo.

20 ¶ Item quæritur, ſi debitor meus te circumueniebat, téque mihi reum dederit *m*, egóq; abs te ſtipulatus fuero, deinde petam, an doli mali exceptio obſtet? Et magis eſt, vt non tibi permittatur de dolo debitoris mei aduerſùs me excipere, cùm *n* non ego te circumuenerim. aduerſus ipſum autem debitorem meum poteris experiri.

21 ¶ Sed & ſi mulier poſt admiſſum dolum debitorem ſuum marito in dotem delegauerit, idem probandum erit, de dolo mulieris non eſſe permittendum excipere, ne *o* indotata fiat.

a Qui à ſubſtituto pretium, aut quaſi accepit hereditatem, agnouiſſe dicitur. Ideoque legata petens, exceptione doli repellitur.
b Proprietarius ſi fundum vendit volente, h.e. non ſimpliciter tacente, ſed expreſsè volente fructuario, fructuarius ius vſusfructus amitit: Et tamen creditor quo conſentiente debitor pignus vendidit, ius ſuum pignoris non amitrit, *l. 8. §. 13. 15. ſup. quib. modis pign.* c *l. 154. in fin. inf. de regul.*
d Imò datur. *§. 14. inf. eod. arg. l. 47. ſup. ſolut.* Datur quoque exceptio doli aduerſus eum qui dolum admiſit, *l. vlt §. 3. ſup. de eo per quem. l. 36. ſup. de dolo. l. 10. ſup. de compenſat.*
e vide *l. 49. inf. de re. iud.*
f in filium fam. qui ſe patremfamilias creditori forte perſuaſit, *l. 3. ſup. de Macedon.*
g *v. l. 10. ſup. de re iudic.*
h id eſt, reſponſis. hinc reſponſa prudentum dicuntur ſententiæ. *§ 8. Inſt. de iuſtitia & iure.*
i Auctores hic conciſè dicuntur prudentes iuris.
k Doli agi & excipi poteſt, propter clauſulam doli adiectam contractui.
l actio competat, propter doli clauſulam. *Vulg. Hal.*
m Propter doli clauſulam & agi & excipi de dolo poteſt.
n id eſt, vtilem. *Zaſ. hic.* Si tamen neceſſariam propriè accipimus, quæri poſsit, cur neceſſaria dicatur, vide Accurſ.
o Facti exceptio, non doli datur aduerſus perſonas quibus debetur reuerentia. *l. 11. ſup. de dolo. l. 5. 7. ſup. de obſeq. l. 2. C. qui & aduer. quos in integr.*
p *legendum eſt* fortè moratóſque. graue eſt enim cuiuſquam opinionẽ apud bonos moratoſque ſuggillare.
q *v. l. 9. ſup. de obſeq.* r Imò, obiicitur, *l. 5. ſup. contra tab.*
ſ Tam viuo quam mortuo patri patronóve honor exhibendus eſt à liberis liberiſve, *l. 9. ſup. de obſeq.* t & vaſſallo. dixi in Epitome feud. *de his quib. indignis.*
u ſi conuenti eorum cauſa fuerimus: vel exceptionem pati, ſi eorum nomine conueniemur. x domini & patris. y Nec filij, nec ſerui dolus extra peculium nocere debet patri vel domino, niſi alteruter ſciuerit & prohibere potuerit.
z aduerſus patrem vel dominum. a ſiue dolum ſeruus vel filiusfamilias admiſerit in ipſo contractu, ſiue poſt ipſum contractum. b ſed dominica vel patris.
c id eſt, exordio contractus ipſius. d *l. 7. §. 1. ſup. de damno.*
e *l. 11. inf. eod.* f Specialiter non ad negotia omnia, *vt verſ. ſi autem, inf. eod.*
g Dolus procuratoris in rem ſuam, vel ad litem (ante cœptum iudicium) vel adminiſtrantis omnes res domini, nocet domino.
h id eſt, litem conteſtatam. i *l. 5. ſ. de tributoria.* k ſed ad lites.
l Dolus ſubſtituti procuratoris nocet domino conſtituenti, adde *l. 15. §. 2. ſ. tit. 1.*
m id eſt, delegauerit.
n *l. 3. §. 5. inf. eod.*
o Adde & aliam rationem: quia maritus delegatam non habet (præſertim conſtante matrimonio) ex cauſa lucratiua, ſed oneroſa, cùm debeat ſuſtinere onera matrimonij.

22 ¶ Apud Iulianum, quæſitum eſt, ſi hæres ſoceri à quo dos peteretur, exciperet de dolo mariti, & mulieris, cui pecunia quæreretur, an obſtatura eſſet exceptio ex perſona mulieris? Et ait Iulianus, ſi maritus ex promiſsione dotis ab herede ſoceri petat & heres excipiat de dolo filiæ, cui ea pecunia adquireretur, exceptionem obſtare *a*. dos enim quam maritus ab herede ſoceri petit, intellegitur, (inquit) filiæ adquiri, cum per hoc dotem ſit habitura.

¶ Illud non explicat Iulianus, an ‖ & ‖ de dolo mariti excipi poſsi. puto autem eum hoc ſentire, vt etiam de dolo mariti noceat exceptio, licèt videatur nulla dos filiæ (vt ait) quæri.

23 ¶ Illa etiam quæſtio ventilata eſt apud plerosque, an de dolo tutois exceptio pupillo experienti nocere debeat? Et ego puto vtilius, & ſi per eas *b* perſonas pupillis fauetur *c*, tamen dicendum eſſe, ſiue quis emerit à tutore rem pupilli, ſiue contractum ſit cum eo in rem pupilli, ſiue dolo quid tutor fecerit *d*, & ex eo pupillus locupletior factus eſt, pupillo nocere *e* debere.

¶ Nec illud eſſe diſtinguendum, cautum ſit ei, an non, ſoluendo ſit, an non tutor: dummodò rem adminiſtret. vnde enim diuinat *f* is qui cum tutore contrahit? planè ſi mihi proponas colluſiſſe aliquem cum tutore, factum ſuum ei nocebit.

24 ¶ Si quis non tutor, ſed pro *g* tutore negotia gerat, an dolus ipſius noceat pupillo, videamus? Et putem non nocere. nam ſi is qui pro tutore negotia gerebat, rem vendiderit, & *h* vſu capta ſit, exceptionem non *i* nocere *k* pupillo rem ſuam perſequenti, etiam ſi ei cautum ſit: quia huic rerum pupilli adminiſtratio conceſſa non fuit.

¶ Secundùm hæc magis opinor de dolo tutoris exceptionem pupillo eſſe obiiciendam.

25 ¶ Quæ in tutore diximus, eadem in curatore quoque furioſi dicenda erunt: ſed & in prodigi, vel minoris vigintiquinque annis.

26 ¶ De dolo autem ipſius minoris vigintiquinque annis exceptio vtique locum habebit. Nam & de pupilli dolo interdum eſſe excipiendum, nequaquam ambigendum eſt, ex ea ætate quæ dolo non careat.

¶ Denique Iulianus quoque ſæpiſsimè ſcripſit, doli pupillos *l*, qui prope pubertatem ſunt, capaces eſſe. Quid enim ſi debitor ex delegatu pupilli pecuniam creditori eius ſoluit? fingendus *m* eſt (inquit) pubes eſſe, ne propter malitiæ ignorantiam bis *n* eandem pecuniam conſequatur.

¶ Idem ſeruandum in furioſo *o* ait, ſi cum exiſtimaretur compos mentis eſſe, iuſſerit debitorem creditori ſoluere, vel ſi quod exigit, domi habeat.

27 ¶ De auctoris dolo exceptio emptori *p* non *q* obiicitur.

¶ Si autem acceſsione auctoris vtitur, æquiſsimum viſum eſt, ei *r* qui ex perſona auctoris vtitur acceſsione, pati dolum auctoris. & peræquè traditur rei *ſ* quidem cohærentem exceptionem etiam emptori nocere, eam *t* autem quæ ex delicto perſonæ oriatur, nocere non oportere.

28 ¶ Si cùm legitima hæreditas Gaij Seij ad te perueniret, & ego eſſem hæres inſtitutus, perſuaſeris *u* mihi per dolum malum ne adeã hæreditatẽ, & poſtea quam ego repudiaui hæreditatem, tu eam Sempronio ceſſeris pretio acceptó, íſque à me petat hæreditatẽ, exceptionẽ doli mali eius qui ei ceſsit, nõ *x* poteſt pati.

29 ¶ Si quis autem ex cauſa legati *y* vindicet, aut is cui ex cauſa donationis res præſtita eſt, vindicet, an de dolo exceptionem patiatur ex cauſa eius in cuius locum ſucceſſerit? & magis putat Pomponius ſummouendum. & ego puto exceptione eos eſſe repellendos, cùm lucratiuam *z* cauſam ſint nacti. Aliud (autem eſt enim emere, aliud ex his cauſis ſuccedere.

30 ¶ Idem tractat Pomponius & in eum qui pignori accepit, ſi Seruiana vel hypothecaria actione experiatur. nam & hunc putat Pomponius ſummouendum: quia res ad eum qui dolo fecit, reuerſura eſt.

31 ¶ Auctoris autem dolus (ſicut diximus *a*) emptori non obiicitur. Sed hoc in emptore ſolo ſeruabimus. item in eo qui permutauerit, vel in ſolutum accepit. item in ſimilibus qui vicem emptorum continent *b*.

¶ Cæterum ſi noxæ deditus quis ſit, Pomponius putat paſſurum exceptionem, quam ille pateretur qui noxæ dedit. Proinde ex quacunque alia cauſa quæ prope lucratiuam habet adquiſitionem, quæſiſſe quis videatur, patietur exceptionem doli ex perſona eius in cuius locum ſucceſsit. Sufficit enim, ſi is qui pretium dedit, vel vice *c* pretij, cùm ſit bona fide emptor, vt non patiatur doli exceptionem ex perſona auctoris. vtique ſi ipſe dolo caret. Cæterum ſi ipſe dolo non careat, peruenietur ad doli exceptionem, & patietur de dolo ſuo exceptionem.

32 ¶ Si à Titio fundum emeris *d* qui Sempronij erat, íſque tibi traditus fuerit pretio ſoluto, deinde Titius Sempronio hæres extiterit, & eundem fundum Mæuio vendiderit, & tradiderit, Iulianus ait æquius eſſe prætorem te tueri: quia *e* & ſi ipſe Titius fundum à te peteret, exceptione in factum *f* comparata,

a cùm ea ſc. pecunia nunc primum adquiratur poſt ſolutum matrimonium. Sic Zaſius intelligit hunc §. ne alioquin diſsideat à ſuperiori.
b id eſt, tutorem, curatorem.
c i. ſi illæ perſonæ pupillis prodeſſe debeant. & in id comparatæ vt pupillis proſint.
d in re pupilli.
e v. quæ ſcripſi ad *l. 2. C. qui admitti.*
f Diuinare nemo cogitur, *l. 32. in fin. ſ. ad leg. Aqu. l. 29. §. 2. ſup. mandati.*
g Veri, non putatiui tutoris dolus nocet pupillo, *l. 15. ſup. de dolo.*
h & non vſucapta. Cuiac. ad *l. 4. §. ſi pupillo. ſ. de vſuca.* ſic Baſilica, καὶ μὴ οὐκ ἀπιτεύση. Cuiac. 15. *obſeru.* 11. Robertus 1. *Recept.* 7. eam negationem non eſſe neceſſariam ait: poſſe tamen addi fatetur.
i Imò nocebit, ſi vſucapta ſit, *l. 2. ſup. de eo qui pro tut.*
k licet emptor poterit eſſe bonæ fidei, *l. 13. in fin. ſup. de Publiciana.*
l Pupillus propè pubertatem, eſt doli capax, *l. 13. ſup. de dolo.* Qui ſint pupilli propè pubertatem, *v. l. 17. ſup. de excuſ. tut.*
m fingentis ſe, inquit, pubeſcere? ne propter, &c. *Hal.*
n Malè quis petit, quod intus iam habet.
o *l. 16. inf. eod.*
p *§. 31. ſ. eod l. 49. in fin. ſup. ſoluto.*
q dic tamen, vt ſ. *eod. §. prox.*
r Dolum auctoris patitur qui eius ex perſona acceſsione vtitur.
ſ *l. 7. §. 1. ſup. de exceptionib.*
t Exceptiones quæ ex delicto venditoris oriuntur, emptori non nocent, ſed illæ tantùm quæ rei cohærent, quæ rem ipſam adficiunt.
u *l. 6. ſup. de eo quod metus cauſ.*
x Imò poteſt. Habens enim cauſam ab authore doloſo, repellitur exceptione doli, *l. 2. ſup. eo.*
y *l. 87. ſ. de leg. 1.*
z *§. 31. inf. eod. l. 6. ſup. eod.*
a *§. 27. ſup. eo. l. 7. §. 11. ſup. de public. v. l. 3. C. de periculo & commodo.*
b obtinent. *Hal.*
c vice pretij eſt, id quod pretij loco datur: non pretium ipſum eſt quod in pecunia conſiſtit, ſed quiddam pecuniæ vice. dixi ad *l. 3. C. de periculo & commodo rei vendita.*

d vide *l. 2. ſup. de except. rei vendit.* e vide *l. 17. ſup. de euict.*
f vtili. de qua *l. 21. ſup. de præſcript.*

vel doli mali *a* ſummoueretur. *x* ſi ipſe eum poſſideret, & Publiciana peteres aduerſus excipientem, *ſi non ſuus eſſet*, replicatione vtereris, ac per hoc intelligeret eum fundum rurſum vendidiſſe, quem in bonis non haberet?

33 ¶ Metus cauſa exceptionem Caſſius non propoſuerat, contentus doli exceptione, quæ eſt generalis. Sed vtilius viſum eſt etiam de metu opponere exceptionem. etenim diſtat aliquid à doli exceptione, quòd exceptio doli perſonam *b* complectitur eius qui dolo fecit. enimuero *c* metus cauſa exceptio in rem ſcripta eſt, *Si in ea re nihil metus cauſa factum eſt*: vt non inſpiciamus, an is, qui agit, metus cauſa fecit aliquid, ſed an omnino metus cauſa factum eſt in hac re à quocunque, non tantùm ab eo qui agit. Et quamuis de dolo auctoris exceptio non obiiciatur, verumtamen hoc iure vtimur, vt de metu non tantùm ab auctore, verùm à quocunque adhibito, exceptio obiici poſſit.

34 ¶ Illud ſciendum eſt, hanc exceptionem de metu eum *d* obiicere debere qui metum non *e* à parente paſſus eſt, in cuius fuit poteſtate. Cæterùm parenti licere *f* deteriorem conditionem liberorum in rebus peculiariis facere, ſed ſi ſe abſtinuerit hæreditate paterna *g*, ſuccurrendum ei erit, vt alioquin ſuccurritur.

Si id quod quis purè debet, ei legetur ſub conditione. 1. De via legata, & de lege Falcidia. 2. De donatione. 3. De dolo diſpenſatoris. 4. De venditione & redhibitione. 5. De delegatione. 6. De tempore.

5. *Paulus* ‖ lib. 71. ad Edictum. ‖

PVrè mihi debes decem. ea tibi ſub conditione legaui. interim *h* hæres ſi petat, doli exceptione non eſt ſummouendus, cùm poſſit etiam deficere conditio. itaque legatorum ſtipulationem *i* interponere debebit. ſed ſi non caueat hæres, doli exceptione ſummouebitur. expedit enim legatario retinere ſummam, quàm mitti in poſſeſſionem rerum hæreditariarum.

1 ¶ Si cui legata ſit via *k*, & is, lege Falcidia locum habente, totam eam vindicet non *l* oblata æſtimatione quartæ *m* partis, ſummoueri eum doli exceptione Marcellus ait. quoniam ſuo commodo heres conſulit.

2 ¶ Si donaui alicui rem, nec tradidero, & ille cui donaui non tradita poſſeſſione, in eo loco ædificauerit me ſciente, & cùm ædificauerit, nanctus ſim ego poſſeſſionem, & petat à me rem donatam, & ego excipiam, *quod ſupra n legitimum modum facta o eſt*, ‖ an ‖ de dolo replicandum eſt? dolo enim feci, qui paſſus ſum eum ædificare *p*, & non reddo impenſas *q*.

3 ¶ Actoris, qui *r* exigendis pecuniis præpoſitus eſt, etiam poſterior dolus domino nocet.

4 ¶ Si ſeruus veniit ab eo cui hoc dominus permiſit, & redhibitus *ſ* ſit domino, agenti venditori *t* de pretio exceptio opponitur redhibitionis: licet etiam is qui vendidit, domino pretium ſoluerit.

¶ Etiam mercis non traditæ exceptione ſummouetur, ‖ & ‖ qui pecuniam domino iam ſoluit. & ideo is qui vendidit, agit aduerſus dominum.

¶ Eandem *u* cauſam eſſe Pedius ait eius qui negotium noſtrum gerens vendidit.

5 ¶ Si eum, qui volebat mihi donare ſupra legitimum modum, delegauero *x* creditori meo, non poterit aduerſus petentem vti exceptione: quoniam creditor ſuum petit *y* In eadem cauſa eſt maritus. nec hic enim debet exceptione ſummoueri, qui ſuo nomine agit.

¶ Nunquid ergo nec de dolo mulieris excipiendum ſit aduerſus maritum qui dotem petit, non *z* ducturus vxorem, niſi dotem accepiſſet, niſi iam diuertit? itaque *a* condictione tenetur debitor qui delegauit, vel mulier, vt vel liberet debitorem, vel ſi ſoluit, vt pecunia ei reddatur.

6 ¶ Non *b* ſicut de dolo actio certo tempore finitur ita etiam exceptio eodem tempore danda eſt. nam hęc perpetuò *c* competit, cùm actor quidem in ſua poteſtate *d* habeat, quando vtatur ſuo iure: is autem cum quo agitur, non habeat poteſtatem, quando conueniatur.

Si debitor pecuniam culpa creditoris amiſerit. De pecunia ſoluta creditori.

6. *Gaius* ‖ lib. 30. ad Edictum Prouinciale. ‖

SI opera *e* creditoris acciderit, vt debitor pecuniam, quam ſoluturus erat, perderet, exceptione doli mali creditor remouebitur.

¶ Idem eſt & ſi *f* creditori eius numeratam pecuniam ratam creditor non *g* habeat.

De promiſſione per errorem.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

IVlianus ait, ſi pecuniam *a* quam me *b* tibi debere exiſtimabam, iuſſu tuo ſpoponderim, cui donare volebas, exceptione *c* doli mali potero me tueri: & præterea *d* condictio mihi aduerſus ſtipulatorem competit, vt me liberet.

1 ¶ Idem Iulianus ait, ſi ei *e* quem creditorem ‖ tuum ‖ putabas, iuſſu tuo pecuniam quam me tibi debere exiſtimabam, promiſero, petentem doli mali exceptione ſummoueri debere: & amplius agendo cum ſtipulatore conſequar, vt mihi acceptam faciat ſtipulationem. & habet hæc ſententia Iuliani humanitatem, vt etiam aduerſus hunc vtar exceptione, & condictione, cui ſum obligatus.

De petitione eius quod reddendum eſt. 1. De herede damnato non petere.

8. *Paulus* ‖ lib. 6. ad Plautium. ‖

DOlo facit, qui petit quod *f* redditurus eſt *g*.

1 ¶ Sic ſi hæres damnatus ſit *h* non petere à debitore, poteſt *i* vti exceptione doli mali debitor, & *k* agere ex teſtamento.

De procuratore rei.

9. *Idem* ‖ lib. 32. ad Sabinum. ‖

SI procurator *l* rei pecunia *m* accepta damnari ſe paſſus ſit, & cum domino iudicati agatur, tuebitur, ſed *n* doli mali exceptione. nec hoc, quod acceperit procurator, auferri ab eo poteſt. nam turpiter *o* accepta pecunia iuſtius penes eum eſt qui deceptus ſit *p*, quàm qui decepit.

De donatione inter virum & vxorem.

10. *Martianus* ‖ lib. 3. Regularum. ‖

CVm vir aut vxor in *q* area ſibi donata aliquid ædificaſſet, pleriſque placet doli mali exceptione poſita rem ſeruari poſſe.

De procuratore. 1. De dolo puniendo cui dolus nocet.

11. *Neratius* ‖ lib. 4. Membranarum. ‖

PRocurator *r* agit, de dolo eius *ſ* excipi non debet. quia aliena lis eſt: iſque rei extraneus, neque alienus *t* dolus nocere alteri debet.

¶ Si poſt *u* litem conteſtatam dolo quid fecerit, an exceptio eo nomine in iudicium obiicienda ſit, dubitari poteſt: quia litis conteſtatione res procuratoris fit, eâmque ſuo iam quodammodo nomine exequitur. & placet de procuratoris dolo excipiendum eſſe.

¶ Idem de tutore qui pupilli nomine aget, dicendum eſt.

1 ¶ In vniuerſum autem hæc in ea re regula *x* ſequenda eſt, vt dolus *y* omnimodo puniatur, etſi non alicui, ſed ipſi qui eum admiſit, damnoſus futurus erit.

De æquitate defenſionis.

12. *Papinianus* ‖ lib. 3. Quæſtionum. ‖

QVi æquitate defenſionis infringere *z* actionem *a* poteſt, doli *b* exceptione tutus eſt.

De exheredatione, & teſtamento rupto.

13. *Paulus* ‖ lib. 14. Quæſtionum. ‖

LIberis exhæredatis *c*, qui nihil ex patris iudicio meruerunt, rupto teſtamento ius ſuum conſeruandum eſt, nec opponetur doli mali exceptio: quod non ſolùm in perſona eorum, ſed in hæredibus, in perſona liberorum quoque eorum obtinendum eſt.

De ædificatione in ſolo alieno.

14. *Idem* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

PAulus reſpondit, eum qui in alieno ſolo ædificium extruxerit, non aliàs ſumptus conſequi poſſe, quàm *d* poſſideat, & ab eo dominus ſoli rem vindicet: ſcilicet oppoſita doli mali exceptione.

De fideiuſſore & euictione.

15. *Scæuola* ‖ lib. 5. Reſponſorum. ‖

FIdeiuſſor *e* euictionis nomine condemnatus, id prędium quod euictus *f* eſt, & omnia *g* præſtare paratus eſt, quæ *h* iure empti continentur. quæro, an agentem emptorem, exceptione, ex cauſa iudicati, doli mali ſummouere poteſt? Reſpondit exceptionem quidem opponi poſſe, iudicem autem æſtimaturum vt pro damnis *i* emptori ſatisfiat.

De delegatione.

16. *Hermogenianus* ‖ lib. 6. Iuris Epitomarum. ‖

SI debitor à furioſo *k* delegatus creditori eius ſoluat, quem compotem mentis eſſe exiſtimabat, & ita cum eo agatur, exceptione doli in id quod in *l* rem furioſi proceſſit, defenditur.

De vſuris dotis. 1. De eo qui minus legauit eo quod pater legata ij debitum non ſoluerat. 2. De hæreditate vendita. 3. De tacita repetitione condictionis.

a quæ exceptioni in factū ſimilis eſt, de qua vide Oldendorp. *cap. 3. de except.*
b *l. 2. §. 2. ſup. eod.*
c Exceptio doli eſt in rem ex parte opponentis: in perſonam, ex parte eius cui opponitur, *l. 2. §. 1. eod.* Exceptio metus ex vtraque parte eſt in rem, hoc eſt opponentis, & eius cui opponitur.
d Exceptio metus non datur aduerſus parentem.
e *l. 7. ſup. de obſeq.*
f Imo, non licet, *l. 12. ȷ. de caſtrenſi.*
g *ſub.* filij: cui metus erat illatus circa rem peculiarem.
h id eſt, conditione pendente.
i de legato ſoluendo, in conditionis euentum.
k *ſub.* ab eo qui legata vltra dodrãtem reliquerit.
l *l. 80. ſup. ad leg. Falcid.*
m id eſt, non oblata quarta parte æſtimationis, totius viæ, vt *l. cum filius 76 ſup. de leg. 2.*
n *l. ſancimus 34. §. 2. l. ſi quis argentum 35. §. fin autem C. de donat.*
o impenſa ſc.
p omnimodò vel ſupra legitimū modum.
q de eo quod eſt ædificatum ſupra legitimum modū.
r Actores exigendis pecuniis præpoſiti, adde *l. 11. C. de obl.*
ſ *v. l. 14. ſup. de except.*
t eidémque procuratori.
u vt redhibita vel non tradita repellatur, petens pretium, licèt de ſuo ſoluerit domino.
x Exceptio quæ poterat obiici deleganti, obiici poteſt etiam delegato.
y Qui ſuum petit, neminem defraudat, *l. 44. ſup. de cond. indeb. l. 1. §. 10. inf. quar. rer.*
z *v. Nou. 22.*
a *l. 12. l. 13. inf. de nouation.*
b Annua ad agendum, ad excipiendum perpetua ſunt, adde *l. licet 5. C. de exceptionibus.*
c etiam intra annum. vide Papon. 1. *not. cap. 3. fol.* 614.
d *l. vnic. C. vt nemo inuitus, l. 42. ȷ. de reg. iur.*
e id eſt, culpa: quid enim ſi creditor pecuniam oblatam ſibi à debitore accipere noluit? *l. 72. inf. de ſolutionibus.*
f Soluens creditori creditoris ſui debitor liberatur, *vt hic.* An ipſo iure vel exceptionis ope? Gloſſa ea parte contrariæ adferuntur? verius eſt tamen ope exceptionis: quanquam inter illa duo parum intereſt. *l. nihil intereſt ȷ. de reg. iur. l. Fulcinius 7. § ſi in diem 14. §. ex quibus cauſ.* Quid ſi ſoluat inuito creditore? non liberatur, *vt hic. l. ſi ſeruus legatus 108. §. 1. ſup. de leg. 1.* An vt ipſe liberatur obligatione perſonali, ita & hypotheca & pignore? liberatur, *l. ſoluitur 5. l. item 6. ſ. p. in b. med. pign.*
g cùm ratam habere debeat.

οἱ νόμοι ϗ τούτων διδόασι παραγραφὰς ἀντιλαγχάνειν περὶ ὧν ... γωγεῖς. vide Cuiac. 8. *ad Afr. fol. 186. in fin.*
e à venditore datus emptori.
f quod euictum eſt. *Haloand.*
g id eſt, alia damna. *inf.*
h de quibus vide *l. 11. §. 1. ſup. de act. empt.*
i id eſt, expenſis litis.
k *l. 4. §. 26. in fin. ſup. eod.*
l ſoluit enim eius creditori.

17. *Scæuola*

17. *Scæuola* ‖lib. 27. Digeſtorum.‖

PAter *a* pro filia dotem promiſerat, & pactus *b* erat *vt ipſe aleret filiam ſuam, eiuſque omnes.* idem homo ruſticanus *c* genero ſcripſit quaſi vſuras præteritas ex dotis promiſſione. quæſitum eſt, cùm ipſe filiam ſuam exhibuerit *d*, & maritus nullam impenſam fecerit, an ex chirographo ex ſtipulatu agenti genero exceptio obſtare debeat? Reſpondit, ſi (vt proponatur) pater cùm exhiberet, per erorem promiſiſſet, locum fore doli mali exceptioni.

1 ¶ Auus nepotibus ex filia legauit ſingulis centena: & adiecit hæc verba: *Ignoſcite e: nam f potueram vobis amplius relinquere, niſi me Fronto pater veſter malè accepiſſet, cui dederam mutua quindecim, quæ ab eo recipere non potui: poſtremò hoſtes, qui mihi ferè omnem ſubſtantiam g abſtulerunt.* quæſitum eſt an ſi aui heres ab his nepotibus patris ſui heredibus petat quindecim, contra † voluntatem defuncti facere videatur, & doli mali exceptione ſummoueatur? Reſpondit, exceptionem obſtaturam.

2 ¶ Ex quadrante heres ſcriptus à coherede ex dodrante inſtituto emit portionem certa quantitate, ex qua aliquam ſummam in nominibus ex calendario vti daret, ſtipulanti ſpopondit: defuncto venditore hereditatis falſum teſtamentum Septitius accuſare cœpit, & hereditatem ab emptore petit, & ne quid ex ea minueret, impetrauit. quæſitum eſt, cognitione falſi pendente an heredes ex ſtipulatu petentes, doli exceptione ſummoueantur? Reſpondit, heredes venditoris, ſi *h* ante euentum cognitionis pergant petere, exceptione doli mali poſſe ſummoueri.

3 ¶ Marito & filio communi ex parte dimidia ſcriptis heredibus, filiam ſuam ex priore matrimonio ita heredem inſtituit: *Mæuia filia* "*mea*" *ex ſex vnciis heres mihi eſto, ſi cum coheredibus tuis parem i rationem feceris pro mea portione in diem mortis meæ eius actus qui pendet ex tutela tua quam Titius pater meus, auus tuus, adminiſtrauit.* quæſitum eſt, an, quia ſub conditione *k* inſtituta filia eſſet, ſi omitteret hereditatem vti ſaluam tutelæ actionem haberet, legata ſibi à matre data conſequi poſſit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, eam de qua quæreretur, contra voluntatem petere: & ideo exceptionem doli obſtaturam.

QVARVM RERVM ACTIO NON datur *l*.

De exceptione iuriſiurandi. 5. Quod libertatis onerandæ cauſa petitur.

Vlpianus ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

IVſiurandum vicem *m* rei iudicatæ obtinet. non immeritò: cùm ipſe quis iudicem aduerſarium ſuum de cauſa ſua fecerit, deferendo ei iuſiurandum.

1 ¶ Si pupillus *n* ſine tutoris auctoritate detulerit iuſiurandum, dicemus non obſtare exceptionem iſtam niſi tutore auctore in iudicio delatio facta ſit.

2 ¶ Si petitor fundi iuſiurandum detulerit aduerſario *o*, vt *p* ſi auctor *q* eius iuraſſet ſuum fundum ſe tradidiſſe, ab ea controuerſia diſceſſurum ſe, exceptio poſſeſſori fundi dabitur.

3 ¶ Si fideiuſſor *r* iurauit, ſi quidem de ſua perſona tantùm iurauit, quaſi ſe non eſſe obligatum, nihil reo proderit. ſi verò in rem iurauit, dabitur exceptio reo quoque.

4 Si manumiſero eum ſeruum qui negotia mea geſſerat in ſeruitute: deinde ſtipulatus *ſ* ab eo fuero, quod negotia mea geſſerit quidquid ob eam rem, ſi tunc liber fuiſſet, eum mihi dare oporteret, id dari, deinde ex ſtipulatu agam, non ſummoueri me exceptione. neque enim oneratum ſe hoc nomine poteſt queri libertus, ſi lucrum abruptum ex re patroni non faciat.

5 ¶ Quæ *t* onerandæ *u* libertatis cauſa ſtipulatus ſum, à liberto exigere non poſſum.

¶ Onerandæ autem libertatis cauſa facta belliſſimè *x* ita definiuntur, quæ ita imponuntur, vt ſi patronum libertus offenderit, petantur ab eo, ſempérque ſit metu exactionis ei ſubiectus, propter quem metum quodvis ſuſtineat patrono præcipiente.

6 ¶ In ſumma, ſi incontinenti impoſitum quid ſit liberto, quod ἐπεπρυμένον *y*, i. *imminens z* oneret eius libertatem, dicendum eſt, exceptioni locum facere.

¶ Sed ſi poſt *a* interuallum, habet quidem dubitationem, quia nemo eum cogebat hoc promittere: ſed idem erit probandum & hic: tamen cauſa cognita, ſi liquidò appareat libertum metu ſolo, vel nimia patrono *a* reuerentia ita ſe ſubieciſſe, "vt vel pœnali quadam ſtipulatione ſe ſubiiceret.

7 ¶ Si libertatis cauſa ſocietatem libertus cum patrono coierit, & patronus cum liberto pro ſocio agat, an hæc exceptio ſit neceſſaria? Et puto ipſo *b* iure tutum eſſe libertum aduerſus exactionem patroni.

8 ¶ Exceptionem onerandæ libertatis cauſa, ſicut & cæteras *c*, fideiuſſori non eſſe denegandas, ſciendum eſt, nec ei quidem qui rogatu liberti reus factus eſt. ſed nec ipſi liberto, ſiue procurator ad defendendum à *reo datus* fuerit, ſiue heres ei extiterit. cùm enim propoſitum ſit prætori in huiuſmodi obligationibus reo ſuccurrere: non ſeruaturum † propoſitum ſuum, niſi fideiuſſorem quoque, & eum qui rogatu liberti reus factus fuerit, aduerſus patronum defenderit. etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpoſitam fideiuſſoris vel rei perſonam.

9 ¶ Siue autem ipſi patrono ſit promiſſum, ſiue alij voluntate patroni: onerandæ libertatis cauſa videtur factum: & ideò hæc exceptio locum habebit.

10 ¶ Quòd ſi patronus libertum ſuum delegauerit creditori, an aduerſus creditorem, cui delegatus promiſit libertatis cauſa onerandæ, exceptione iſta vti poſſit, videamus? Et Caſſius exiſtimaſſe Vrſeium refert, creditorem quidem minimè eſſe ſummouendum exceptione, quia ſuum *d* recepit. verumtamen libertum patrono poſſe condicere, ſi non tranſigendæ controuerſiæ gratia id fecit.

11 ¶ Item ſi libertus debitorem ſuum patrono delegauerit, nulla exceptione ſummouendus eſt patronus, ſed libertus à patrono per condictionem hoc repetet.

12 ¶ Hæc exceptio non tantùm ipſi liberto, verùm ſucceſſoribus quoque liberti danda eſt. & verſa vice heredem patroni ſummouendum, ſi hæc perſequatur, ſciendum eſt.

De iureiurando. 1. Quod in alea geſtum ſit. 2. Quod libertatis onerandæ cauſa promiſſum eſt.

2. *Paulus* ‖lib. 71. ad Edictum.‖

SI filiofamilias *e* delatum ſit iuſiurandum, & iurauerit *patrem ſuum dare non oportere*, danda eſt patri exceptio.

1 ¶ Si in alea *f* rem vendam, vt ludam, & euicta re conueniar, exceptione *g* ſummouebitur emptor.

2 ¶ Si ſeruus promittat *h* domino pecuniam, *vt manumittatur*, cùm aliàs non eſſet manumiſſurus dominus, eámque liber factus ſpondeat, dicitur non obſtare exceptionem patrono, ſi eam petat. non enim onerandæ libertatis cauſa hæc pecunia promiſſa eſt. alioquin iniquum *i* eſt, dominum & ſeruo carere, & pretio eius.

¶ Toties ergo onerandæ libertatis cauſa pecunia videtur promitti, quoties ſua ſponte dominus manumiſit: & propterea velit libertum pecuniam promittere, vt non exigat eam, ſed vt libertus eum timeat, & obtemperet ei.

DE *k* LITIGIOSIS †.

TIT. VI.

De denuntiatione. 1. De lite inter alios mota.

Vlpianus ‖ lib 76. ad Edictum. ‖

LItigioſam rem non facit denunciatio *l*, quæ impediendæ venditionis cauſa fit.

1 ¶ Si inter Primum & Secundum ſit lis conteſtata, & ego à Tertio emero, qui nullam controuerſiam patiebatur, videamus, an exceptioni locus ſit? Et putem ſubueniendum mihi: quia is qui mihi vendidit, nullam litem *m* habuit: & quòd fieri poteſt, vt duo in necem *n* eius litem inter ſe iungant, qui cum ipſo litigare non poterant.

¶ Si tamen cum procuratore, tutore, curatoréve alicuius iudicium acceptum ſit, conſequens erit dicere, quaſi cum ipſo litigetur, ita eum ad exceptionem pertinere.

Si ſeruus emerit.

2. *Idem* ‖ lib. 6. Fideicommiſſorum. ‖

SI ſeruus, cùm emerit, ſcit, ignorauit autem dominus, vel contra: videndum eſt, cuius potius ſpectanda ſit ſcientia? Et magis eſt, vt ſcientia inſpicienda ſit eius qui comparauit, non eius cui acquiretur *o*. & ideò pœna *p* litigioſi competit: ſic tamen, ſi non mandatu domini emit. nam ſi mandatu, etiam ſi ſcit ſeruus, dominus autem ignorauit, ſcientia non nocet, & ita Iulianus in re litigioſa ſcribit.

De dedicatione.

3. *Gaius* ‖ lib. 6. ad legem XII. Tabularum. ‖

REm de qua controuerſia eſt, prohibemur in *q* ſacrum dedicare *r* alioquin dupli pœnam patimur. nec immeritò: ne liceat eo modo duriorem aduerſarij conditionem facere. ¶ Sed duplum vtrum fiſco, an

a addc l. 10. l. 21. ſ. de in rem verſ. vbi ſimile pactum eſt.
b i. pacto in ſe receperat.
c Ruſticanus homo, ſimplex, rerum humanarum atque adeo agendarum imperitus.
d i. aluerit, l. 42. §. 1. ſ. ſoluto.
e de aliis formulis liberationis legatæ, vide quæ notaui ad l. 31. ſ. de liberat. leg.
f Verba enunciatiua teſtamenti fidē faciunt inter heredes. Nou. 48 at non aduerſus alios, l. 28. ſ. ad Velleian. l. 39. ſ. de pignor. act. l. 6. C. de teſtament. l. 65. §. 1. ſ. de rei vi. dic.
g Subſtantia omnis verbo intelliguntur omnia bona.
† l. 4. §. 10. ſ. eod.
h adde l. 18. in fin. ſ. de periculo.
i i. compenſaueris v. l. 40. in fin. ſ. de ſtatulib. l. 5. §. 18. ſ. de iur. immunit.
k Conditio adſcripta hereditati, repetita cenſetur in legatis, Zaſius.
l non datur: & de exceptione iuriſiurandi. vulg. idque confirmat lex 1. 2. ſ. eod. & Eclog. 51. tit. 6. vbi etiam additur ἢ περὶ ἀνισχύρων ἐπερωτήσεων. i. de exceptione inutilium ſtipulationum: quod etiam confirmat lex 1. §. 4. 5. ſ. eo.
m Imò maiorem authoritatem habet, quàm res iudicata, l. 2. ſ. de iureiur. vtrumque Eclog. ἔοικε γὰρ διαλύσει καὶ μείζων ἐστὶ ψήφου, 22. Eclog. 5. c. 1.
n l. 17. §. 1. ſ. de iureiur. ἄνηβος 22. Eclog. 5. c. 29.
o poſſeſſor.
p Hæc particula, vt, ſupereſt: vel τὸ vt idem valet hic quod ea conditione, vt ſi &c.
q l. 7. ſ. de iureiur.
r l. 28. §. 2. ſ. de iureiur.
ſ l. 3. C. an ſeruus ex ſuo facto.
t v. Iaſon. 2. Conſ. 165.
u l. vlt. in fin. ſ. eod. l. 2. l. 32. ſ. de oper. libert. l. 7. in fin. ſ. de except. l. 2. C. de oper libert. v. Cuiac. 16. obſer. 8. vbi tractat de exceptione quod libertatis onerandæ cauſa factum ſit.
x hoc verbo vtitur Iuriſconſultus in l. 6. §. 3. ſ. quod vi aut clam.
y ἀπεωρούμενον, Hal. alij ἀπαιωρούμενον, i. impendens tanquam ex alio, lacunari, vt de Damocle legitur, cuius in medio apparatu regis iuſſu Dionyſij ceruicibus imminebat gladius, ſeta equina appenſus, & idem de ſaxo è tenui filo impendente Tantalo. Alij legunt, ἐπαιωρούμενον, quod ſignificat idem quod μετεωρούμενον. μετεωριζόμενον, ἐπιρτημένον, ἐπαρτώμενον, ἐπικρεμάμενον, ἐμμεμενηκόμενον. Cuiac. 16. obſer. 8.
z ſine vllo interuallo: vt diſtet hæc ſententia à ſequenti.
a Argumentum ſumptum ab interuallo temporis obſerua. nam ex breuitate temporis fraus præſumitur.

a id Zaſius extendit ad vxores, quas negat teneri, nimia mariti reuerentia ſe obligantes.
b nec enim poteſt eſſe libertatis onerandæ cauſa ſocietas inter libertum & patronum l. 36. ſ. de oper. lib. velutì ſi me patronum offenderis, tuis in bonis, ſocietatem & communionem habebo.
c rei cohærentes. l. 7. §. 1. ſ. de except.
† al. non ſeruaturus eſt.
d l. 21. ſ. de donat. l. 5. §. ſ. de dolo.
e Ex iuramento filij acquiritur patri exceptio, l. vlt. ſupr. de except.
f v. l. 1. C. de aleatoribus. l. 5. ſ. de nautico fœnore: l. 19. in fin. ſup. de probat.
g hac ſc. quod in alea geſtum ſit.
h v l. 1. § 4. ſup. eo.
i l. 5. § 3. in fin. ſup. de condict. cauſ. data: l. 11. circa fin. ſup. de act. empt.
k 8. Cod. 36. 4. Cod. Theod. περὶ τῶν litigioſῶν, No. 112. περὶ ἐπιδίκων. τουτέστιν ὧν ἡ δεσποτεία φιλονεικεῖται 27. Ecl. 1. In ſumma, titulus de litigioſis continet exceptionem rei litigioſæ. adde de litigioſis quædam ex Paulo 1. ſent. 1. §. vlt.
† Imbertus *in Enchiridio.* refert titulum de litigioſis non eſſe in vſu apud Gallos: vt apud quos quiſque rem litigioſam & controuerſam emere, & in actoris locū quiſque ſubſtitui poteſt, impetratis tamen diplomatibus regiis. adde alias exceptiones ex Socino reg. 341.
l Proteſtatio facta emptori, *ne rem emat, quòd ſit controuerſa*, idque impediendæ venditionis cauſa, non facit rem litigioſam, l. 1. C. eod.
m Exceptio litigioſi oritur lite iam conteſtata.
n vt duo inuicem, Hal.
o acquiritur, vulg. acquiratur, Hal.
p de qua v. l. vlt. C. eod.
q vel manumittere, l. 3. §. 1. ſup. de alien. iud. mut. cauſa.
r Syn. Baſ. 27. Tit. 1. c. 7. lege XII. Tabul. ſc. quæ permiſit fortè in eam mortuum inferre, v. Cuiac. 10. obſ. 26.

aduerſario præſtandum ſit, nihil expri nitur. Fortaſſis autem magis aduerſario : vt id veluti ſolatium habeat pro eo quod potentiori aduerſario traditus eſt.

a 4.C.10.
b 3. Inſt.14. περὶ ἐνοχῶν παντείων ἀπὸ συναλλάγματος ϰ̀ ἁμαρτήματος τικτομένων ϰατὰ τίνες ἐνέχονται ϰ̀ τίνες οὐϰ ἐνέχονται. i. de omnis generis obligationibus ex contractu, ex delicto natis. tum & quinam obligentur, & qui non obligentur 52. Eclog. 1. Porrò rectè addiderunt de obligationib. non de obligatione. ſunt enim variæ. eſt alia naturalis, l.10. ℑ. eod. alia ciuilis, alia mixta ex vtriſque: vtilis, directa, præiudicium l. 37. ℑ. eod. alia ciuilis, alia prætoria. Quin aliæ ſunt ex contractu, §.1. ℑ. eod. aliæ ex quaſi cõtractu: 3. Inſt. 28. aliæ ex delicto 4. Inſt. 1. aliæ ex quaſi delicto 4. Inſt. 5. aliæ re §.2.3.4.5.6. ℑ. eod. 3. Inſt. 15. verbis, §.7. ℑ. eod. l.3.§.2. ℑ. eod. 3. Inſt. tit. 16. & ℑ. tit. prox. litteris 3. Inſt. 22. aliæ conſenſu conſtant, l.2. ℑ. eod. 3. Inſt. 23 his adde titulos per quas perſonas nobis acquiritur obligatio 4. Inſt. 29. quibus modis tollitur obligatio 4. Inſt. 30. Qui titulus de obligationibus extat apud Paulum 4. ſent. 7. ad titulum de verborum obligationibus infra eſt referendus : & hæc generalis œconomia obligationum.

DE a OBLIGATIONIBVS b. & c actionibus d.

TIT. VII.

Diuiſio obligationum. 1. Subdiuiſio obligationis ex contractu. 2. De obligatione re contracta, veluti mutuo, commodato. 5. Depoſito. 6. Pignore. 7. Verborum obligatio quomodo. 8. Quo nomine. 9. Et quarum rerum. 10. Et à quibus perſonis contrahitur.

Gaius "lib. 2. Aureorum."

OBligationes e aut ex contractu f naſcuntur, aut ex maleficio g, aut proprio quodam iure h ex variis i cauſarum k figuris.

1 ¶ Obligationes ex contractu, aut re contrahuntur, aut verbis, aut conſenſu.

2 ¶ Re l contrahitur obligatio mutui datione.

¶ Mutui autem datio conſiſtit in m his rebus, quæ pondere, numero, menſuráve conſtant : veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata : quas res in hoc damus, vt fiant accipientis, poſtea alias recepturi, eiuſdem generis & qualitatis.

3 ¶ Is quoque cui rem aliquam commodamus n, re nobis obligatur, ſed is de ea ipſa re quam acceperit, reſtituenda, tenetur.

4 ¶ Et ille quidem qui mutuum accepit, ſi quolibet caſu o, quod accepit, amiſerit, nihilominus obligatus permanet.

¶ Is verò qui vtendum accepit, ſi maiore caſu p, cui humana infirmitas reſiſtere non poteſt (veluti incendio q, ruina, naufragio r) rem quam accepit, amiſerit, ſecurus eſt. aliàs tamen exactiſſimam ſ diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare compellitur. nec ſufficit ei eandem diligentiam adhibere, quam ſuis rebus adhibet, ſi alius diligentior t cuſtodire poterit. Sed & in maioribus caſibus ſi culpa eius interueniat, tenetur. veluti ſi quaſi amicos ad u cœnam inuitaturus, argentum quod in eam rem vtendum acceperit, peregrè x proficiſcens ſecum portare voluerit, & id aut naufragio, aut prædonum hoſtiúmve incurſu amiſerit.

5 ¶ Is quoque apud quem rem aliquam deponimus y: re nobis tenetur. qui & ipſe de ea re quam acceperit reſtituenda tenetur. ſed is etiam ſi negligenter rem cuſtoditam amiſerit, ſecurus eſt. quia enim non ſua gratia accipit, ſed eius à quo accipit, in eo z ſolo [a] tenetur, ſi quid dolo b perierit. negligentiæ verò nomine ideo non tenetur, quia *qui negligenti amico rem cuſtodiendam committit, de c ſe queri debet* : magnam d tamen negligentiam placuit in doli crimine cadere.

6 ¶ Creditor quoque qui pignus a accepit, re b tenetur, qui & ipſe de ea c ipſa re quam accepit reſtituenda tenetur.

7 ¶ Verbis d obligatio contrahitur ex e interrogatione & reſponſo f : cùm quid dari fierive nobis ſtipulemur.

8 ¶ Sed aut proprio nomine quiſque obligatur, aut alieno. qui autem alieno nomine g obligatur, fideiuſſor vocatur. & plerumque ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur: dum h curamus, vt quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur.

9 ¶ Si id quod dari ſtipulemur, tale ſit vt dari non poſſit i, palam eſt naturali ratione inutilem k eſſe ſtipulationem. Veluti ſi de homine libero l, vel iam mortuo m, vel ædibus deuſtis facta ſit ſtipulatio inter eos qui ignorauerint eum hominem liberum eſſe, vel mortuum eſſe, vel ædes deuſtas eſſe.

¶ Idem n iuris eſt, ſi quis locum ſacrum o aut religioſum dari ſibi ſtipulatus fuerit.

10 ¶ Nec minus inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis rem ſuam p, ignorans ſuam eſſe, ſtipulatus fuerit.

11 ¶ Item "ſub" impoſſibili q conditione factam ſtipulationem conſtat inutilem eſſe.

12 ¶ Furioſum, ſiue ſtipuletur, ſiue promittat, nihil r agere, natura manifeſtum eſt.

13 ¶ Huic proximus eſt, qui eius ætatis eſt, vt nondum intelligat quid agatur. ſed quod ad hunc, benignius acceptum eſt. nam qui loqui poteſt ſ, creditur & ſtipulari & promittere rectè poſſe.

14 ¶ Mutum t nihil pertinere ad obligationem u verborum x, natura manifeſtum eſt.

15 ¶ Sed & de ſurdo idem y dicitur. quia etiam ſi loqui poſſit, ſiue promittat, verba ſtipulantis z exaudire debet : ſiue ſtipuletur, debet exaudire verba promittentis. vnde apparet non de ea nos loqui qui tardius a exaudit, ſed qui omnino b non exaudit.

De obligationibus ex conſenſu.

2. *Idem* "lib. 3. Inſtitutionum."

COnſenſu c fiunt d obligationes in emptionibus e, venditionibus, locationibus f, conductionibus, ſocietatibus g, mandatis h.

1 ¶ Ideo i autem iſtis modis conſenſu dicimus obligationem contrahi, quia neque k verborum l, neque m ſcripturæ vlla proprietas n deſideratur, ſed ſufficit eos qui negotia gerunt, conſentire.

2 ¶ Vnde inter abſentes o quoque talia negotia contrahuntur: veluti p per epiſtolam, vel per nuntium.

3 ¶ Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex q bono & æquo præſtare oportet.

Obligationum ſubſtantia in quo conſiſtit. 1. De animo obligandi.

3. *Paulus* "lib. 2. Inſtitutionum."

OBligationum ſubſtantia r non in eo conſiſtit, vt aliquod corpus noſtrum, aut ſ ſeruitutem noſtram t faciat u, ſed vt alium nobis obſtringat ad x dandum y aliquid, vel faciendum, vel præſtandum.

1 ¶ Non ſatis autem eſt dantis eſſe nummos, & fieri accipientis, vt obligatio z naſcatur : ſed etiam hoc animo a dari & accipi vt obligatio conſtituatur.

¶ Itaque ſi quis pecuniam ſuam donandi cauſa dederit mihi, quamquam & donantis fuerit, & mea fiat: tamen non obligabor ei b. quia non hoc inter eos actum eſt.

2 ¶ Verborum quoque obligatio conſtat, ſi inter contrahentes id agatur c : nec enim ſi per iocum d puta, vel demonſtrandi intellectus cauſa e ego tibi dixero, *Spondes* ? & tu reſponderis, *Spondeo*, naſcetur obligatio.

c Rectè additur hæc particula, Et. Eſt enim aliud obligatio, aliud actio. Obligatio actionem parit, l.42.§.1.ſ.de procur. μητέρες τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαί. Theoph. inſt. de oblig. actio obligationis quaſi filia, l.10.ℑ.eod. id ab initio ita repeti poteſt. Singuli, vel multi hominum actus contractum, vel quaſi, pariunt. Contractus, obligationes l.1.l.21.l.54.ℑ.eod. obligationes, actiones. Actus hominum aut re ipſa, ſeu facto, aut verbis, aut literis, aut nudo conſenſu explicantur. Contractus propriè ſumptus, duorum: impropriè, vnius conſenſus perficitur, l.55.ℑ.eod. pluſquam impropriè, eſt diſtractus. Alius item alio eſt frequentior: vnde alius nominatus, alius innominatus: nam qui frequentiùs accidunt actus, nomen faciliùs reperiunt, quàm qui rarò. Item in aliis, qui bonæ fidei, ex æquo & bono multa veniunt, de quibus nihil dictum eſt, l.2.in fin.ℑ.eod. vt vſuræ: in aliis (ſtricti iuris) vt mutuo & ſtipulatione, nihil aliud venit, quam quod eorum natura ſtrictè exigit, l.99.ℑ.de verb.obl. Ad hæc: in contractibus ſubſtantialia ſunt, ſolemnia, naturalia, & accidentalia. Sumatur exemplum in minore vendente, ſubſtantiale venditionis erit conſenſus pretium, merx: ſolemne, authoritatis tutoris interpoſitio: naturale, vt teneatur de euictione. Accidentale erit, ſi ea lege domum vendidit, vt eam certo tempore conductam habeat. d Quid actio v.l.51.ℑ. eod. 4. inſt. 6. cæterum quod dixit de actionibus accipe hereditariis 4. C.16. perpetuis & temporalibus l.6.ℑ.eod. 4. inſt. 12. vt actiones ab herede & contra heredes incipiant 4.C.11. noxalibus 4. inſt. 8. §.9. tit. 4.3. C.41. ædilitiis 4.C.58.3.C.Theod. 4. in potentes translatis, 3. C.Theod. 13. empti, venditi, ſ.19.tit.1.4.C.49. in factum, ſ.19.tit.5.l.13.§.5.ℑ.eod. In rem ſeu vindicationibus, l.25.l.28.l.37.ℑ.eod. in perſonam d.l.25.l.28.37. ſeu condictionibus, perſecutionibus d.l.38. directis, vtilibus, præiudicio, d.l.37. Eſt & pœnalis, l.26.ℑ.eod. ciuilis, honoraria, prætoria actio, d.l.15.l.27.l.37. adde de his per quos agere poſſumus, 4. inſt. 10. adde tractatum Oldendorpij de actionibus, & hæc ſit generalis actionum œconomia. e §.2. inſt. de oblig. f Atqui contractus eſt obligatio l.19. ℑ.de verb. ſign. g l.4.l.32.ℑ.eo. h ἢ ἀπὸ ἰδικοῦ νόμου, ἐκ διαφόρων θεμάτων. Ecl. c.1.l. διαφόρων Ecl. ib. ſunt enim infinitæ huiuſmodi cauſæ, l.1.ſ.de præſcript. k Quænam ſunt illæ cauſarum figuræ ſeu θέματα? opinor contractus eſſe & maleficia quibus nullum nomen ſpeciale inditum eſt, ſ.de præſcript. vel quaſi contractus, l.5. ℑ.eod. & quaſi maleficia, l.5.§.4.5.6.ℑ.eod. & in factum l.13.ℑ.eod. quæ denique circa contractum vel delictum obligationem variis ex circumſtantiis pariunt : v.l.52.ℑ.eod. ex æquo & bono. l in pr. inſt. quib. mod. re. m v.l.2.§.1.ſ.de reb. cred. n §.2. inſt. quib. mod. re. o puta, incendio, v.l.12.C.ſi cert. pet. p i. damno fatali, l.5.§.4.ſ.commodati. q adde & bello, v.Paul.2.ſent 4.§.3 r d.§.3. ſ cuſtodiam diligentem, d.l.5.§.5. exactam diligentiam, §.2. inſtit. quib. mod. re. t debeat enim eam diligentiam præſtare, quam diligentiſſimus paterfamilias præſtat, l.18.ſ.comm. u l.18.ſ.comm. x d. §.18. & §.2. inſt. quib. mod. re. y §.3. inſt. quib. mod. re. z l.20.ſ.depoſiti. §.2.d.§.3. & quidem ſemper : adeò vt conueniri non poſſit, ne de dolo teneatur depoſitarius, l.1. §.7.ſ.depoſiti. a niſi conuenit vt in depoſito culpa præſtaretur, d.l.1.§.6. & §.35. b ante & poſt litem conteſtatam, l.1.§.20.ſ.depoſ. c §.3. inſt. quibus modis re. d de qua v.l.32.ſ.depoſ.

a §.vlt... mod. re.
b ex con... l.1.ſ.de p...
c l.vlt... luitione... inſt. qui...
d d.l.1...
e l.52... inſt. de v... princ.
f & ... Vulg. H... ſponſus... ſponſu...
5. de lin...
g i. n... qui pro... de fideiu...
h Fid... cauſa.
i natu... verb. obl...
k Imò... vtilis... homini... quo e... contra... 70. ſ... empt.
l v... verb. o...
m v.l... verb. o...
n Imò... quidem... ſacræ,... intereſ... tur, l... contrah... eſt igi... inutili...
o v.l... verb. o...
p v.l... oblig.
q v.l...
r l.5...
ſ aliu... qui fa... l.70.ℑ...
t l.1.ℑ...
u nec... nuncup... cere p... §.13.
x ſecu... gation... ſenſu p... ſ.de p...
y l.48...
z vt &... tis ve... emptor...
a id... ſtro.
b quod... tingere... vltima, l... ment.
c ſine ſol... verbis aut ſcriptura: nuda voluntate fiunt, ſuntque voluntariæ. Ariſtot... Ethicor. 4.
d l.52.§.4.ℑ.eod. inſt. de oblig. ex conſenſu. l.1.§.3.ſ.de pact.
e l.1.in fin.l.9.ſ.de contrah. empt. l.35.in fin.ℑ.de verb. oblig.
f d.l.35. & l.1.l.14.ſ.locati.
g l.4.l.19.ſ.pro ſocio. h l.1.ſ.mandat.
i Aliam rationem affert Ariſtoteles, hanc nimirum quòd earum prio... ſpontaneum. k vt in ſtipulatione. l l.4.ſ.de fid. inſtrum.
m vt in litterarum obligatione. n Proprietas verborum: hic nihil aliu... verborum ſolemnitas & ſolemnis formula. o v.l.1. in fin. ſup. de c... empt. & l.vlt. C. ſi quis alteri vel ſibi: l.4. ſup. pro ſocio. l.1.§.1. ſup. mandati.
p Abſentes gerimus his duobus per nuncium vel epiſtolam, l.1.§.1. ſup... l.4. ſup. pro ſocio. q Inſt. de oblig. ex conſenſu. in fin. r Subſtantia oblig... idem quod natura obligationis: ita à natura cuiuſque rei ſumi de... oportet. ſ Seruitutes corporibus hic opponuntur: non ſunt enim corpo... incorporale quiddam. t Obligatio dominium rei non transfert, ſed obl... tantum ad dandum vel faciendum, vel vtrumque. u i. Non obligationib... traditionibus dominia acquirantur, l.20.C.de pactis. x nota effectus obl... nis, dare, facere, præſtare. y Dare eſt tradere & dominium transferre, ... tui ſcilicet, l.2.§.2. ſup. de reb. cred.
a i. non imaginariè, l.53.ℑ.eod. b niſi naturaliter ad αὐτίδωρα, l.15... ſup. de her. pet. c id eſt, ſi contrahentes inter ſe conſentiant, l.1.§.3... ſup. de pact.
d hinc Varro lib. 5. de lingu. Non ſpondet ille ſtatim qui dixit, ſpondeo, ... candi cauſa dixit, nec agi poteſt cum eo ex ſponſo. De ioco adde l.3.§.3... iniuriis adde l.3. ſup. de ſeruo corrupto.
e id eſt Quæ cui ab aliquo exempli cauſa dicuntur, non obligant. hinc ... 5. de lingu. Quiſquis in Tragœdia dixit, Meministine te deſpondere ... tam tuam ? quod ſiue ſponte ſua dixit, cum eo agi non poteſt ex ſponſ... hic Alberic.

De obligationibus ex maleficio.

4. *Gaius* "lib. 3. rerum quotidianarum, ſiue aureorum."

EX *a* maleficio *b* naſcuntur obligationes: veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex iniuria *c*. quæ omnia vnius generis ſunt. nam, hæ re tantum conſiſtunt *d*, id eſt, ipſo maleficio, cum alioquin ex contractu obligationes non tantum re conſiſtant, ſed etiam verbis & conſenſu.

De negotiis geſtis. 1. De tutela. 2. De herede qui legatum debet. 3. De condictione indebiti. 4. Si iudex litem ſuam fecerit. 5. De deiectis vel effuſis: & poſitis vel ſuſpenſis 6. De damno aut furto, quod in naui vel caupona vel ſtabulo factum eſt.

5. *Idem* " lib. 3. Aureorum."

SI quis abſentis negotia geſſerit, ſi quidem ex mandatu, palam *e* eſt, ex contractu naſci inter eos actiones mandati *f*, quibus inuicem experiri poſſunt de eo quod alterum alteri ex bona *g* fide præſtare oportet. ſi verò ſine mandatu, placuit quidem ſanè eos inuicem obligari: eóque nomine proditæ ſunt actiones, quas appellamus *h* negotiorum geſtorum: quibus æquè inuicem experiri poſſunt de eo quod ex bona † fide alterum alteri præſtare oportet. ſed neque ex contractu, neque ex maleficio actiones naſcuntur. neque enim is qui geſſit, cum abſente creditur *i* antè contraxiſſe: neque *k* vllum maleficium eſt, ſine mandatu ſuſcipere negotiorum adminiſtrationem. longè magis is cuius negotia geſta ſunt, ignorans aut contraxiſſe, aut deliquiſſe intelligi poteſt? ſed vtilitatis *l* cauſa receptum eſt, inuicem eos obligari.

¶ Ideo autem id ita receptum eſt: quia plerumque homines eo animo peregrè proficiſcuntur, quaſi ſtatim redituri, nec ob id vlli curam negotiorum ſuorum mandant: deinde nouis cauſis interuenientibus, ex neceſſitate diutius abſunt: quorum negotia deſperire *m* iniquum erat: quæ ſanè deſperirent *n*, ſi vel is, qui obtuliſſet ſe negotiis gerendis, nullam habiturus eſſet actionem de eo quod vtiliter de ſuo impendiſſet: *o* vel is, cuius geſta eſſent, aduerſus eum qui inuaſiſſet *p* negotia eius, nullo iure agere poſſet.

1 ¶ *Tutelæ* quoque *iudicio* qui tenentur, non *q* propriè ex contractu obligari intelliguntur: nullum enim negotium inter *r* tutorem & pupillum contrahitur ſed quia ſanè non ex maleficio tenentur, quaſi ex contractu teneri videntur. Et hoc autem caſu mutuæ ſunt actiones. non tantùm enim pupillus cum tutore, ſed & contra *ſ* tutor cum pupillo habet actionem, ſi vel impenderit, aliquid in rem pupilli, pro eo fuerit obligatus *u*, aut rem ſuam creditori eius obligauerit.

2 ¶ Heres quoque qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus eſſe intelligitur, nam neque cum defuncto, neque cum herede *x* contraxiſſe quicquam legatarius intelligitur. maleficium autem nullum in ea re eſſe, plus quam manifeſtum eſt.

3 ¶ Is quoque qui non *y* debitum accepit per errorem ſoluentis, obligatur quidem quaſi ex mutui *z* datione, & eadem *a* actione *b* tenetur, qua debitores creditoribus. Sed *c* non poteſt intelligi is, qui ex ea cauſa tenetur, ex contractu obligatus eſſe *d*, qui enim ſoluit per errorem, magis diſtrahendæ obligationis *e* animo, quàm contrahendæ dare videtur.

4 ¶ Si iudex litem *f* ſuam fecerit, non propriè ex maleficio obligatus videtur. ſed quia neque ex contractu obligatus eſt, vtique peccaſſe aliquid intelligitur, licèt per imprudentiam *g*. ideo videtur quaſi ex maleficio teneri.

5 ¶ Is quoque, ex cuius cœnaculo *h* vel proprio ipſius, vel *i* conducto, vel in quo gratis *k* habitabat, deiectum effuſúmve aliquid eſt, ita vt alicui noceret, quaſi ex maleficio teneri videtur. Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur aut ſerui, aut liberi *l*.

¶ Cui ſimilis eſt is qui ea parte, qua vulgo iter fieri ſolet, id poſitum *m* aut ſuſpenſum *n* habet, quod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere.

¶ Ideo ſi filiusfamilias *o* ſeorſum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effuſúmve ſit, ſiue quid poſitum ſuſpenſúmve habuerit, cuius caſus periculoſus eſt, Iuliano placuit, in patrem neque de peculio, neque noxalem dandam eſſe actionem, ſed cum ipſo filio agendum.

6 ¶ Item exercitor nauis *p* aut cauponæ *q*, aut ſtabuli, de damno aut furto, quod *a* in naue, aut caupona, aut ſtabulo factum ſit, quaſi ex maleficio teneri videtur: ſi modo ipſius nullum eſt maleficium, ſed alicuius eorum quorum opera nauem, aut cauponam, aut ſtabulum exercet: cum enim neque ex contractu ſit aduerſus eum conſtituta hæc actio, & aliquatenus *b* culpæ reus eſt, quod opera *c* malorum hominum vteretur: ideo quaſi ex maleficio teneri videtur.

De nouiſſimo die obligationis.

6. *Paulus* "lib. 4. ad Sabinum."

IN omnibus temporalibus *d* actionibus *e*, niſi *f* nouiſſimus totus dies compleatur, non finit obligationem.

De patre & filio.

7. *Pomponius* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

ACtiones aduerſus patrem filio *g* præſtari non *h* poſſunt, dum in poteſtate eius eſt *i* filius *k*.

De conditione, ſi volam.

8. *Idem* ‖ lib. 16. ad Sabinum. ‖

SVb hac conditione, *ſi* l *volam*, nulla fit obligatio: pro non dicto *m* enim eſt, quod dare, niſi velis, cogi non poſſis. nam nec heres *n* promiſſoris eius qui nunquam dare voluerit, tenetur: quia hæc conditio in ipſum promiſſorem nunquam exſtitit.

De filiofamilias.

9. *Paulus* " lib. 9. ad Sabinum."

FIliusfamilias ſuo nomine nullam actionem habet, niſi *o* iniuriarum *p*, & quod vi, aut clam *q*, ‖ & ‖ depoſiti *r*, & commodati *ſ*, vt Iulianus putat *t*.

De naturali obligatione.

10. *Idem* ‖ lib. 47. ad Sabinum. ‖

NAturales obligationes, non eo *u* ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua earum nomine *x* competit. verum etiam eo, ſi ſoluta pecunia repeti non *y* poſſit.

Per liberam perſonam alij non acquiri.

11. *Idem* " lib. 12. ad Sabinum."

QVæcumque gerimus, cum ex noſtro *z* contractu originem trahunt, niſi ex noſtra perſona obligationis initium ſumant, inanem actum noſtrum efficiunt *a*, & ideo neque ſtipulari *b*, neque emere, vendere, contrahere, vt alter ſuo nomine rectè agat, poſſumus *c*.

De dolo defuncti.

12. *Pomponius* " lib. 29. ad Sabinum.

EX *d* depoſiti, & commodati, & mandati, & tutelæ, & negotiorum geſtorum. ob dolum malum defuncti heres † in ſolidum tenetur.

De filiisfamilias.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 7. Diſputationum.

IN factum actiones etiam *e* filiifamiliarum poſſunt exercere.

De ſeruis.

14. *Idem* "lib. 7. Diſputationum."

SErui ex delictis quidem obligantur: & ſi manumittantur, obligati remanent *f*: ex contractibus autem ciuiliter *g* quidem non obligantur. ſed naturaliter & obligantur, & obligant.

¶ Denique ſi ſeruo qui mihi mutuam pecuniam dederat, manumiſſo ſoluam *h*, liberor.

De cauſa exceptionis ſublata.

15. *Iulianus* " lib. 4. Digeſtorum."

QVi cum herede egit, exceptione *i* ſummotus eſt, *Ac ſi non in ea cauſa tabulæ teſtamenti ſint, vt contra eas emancipato bonorum poſſeßio dari poßit*: emancipato omittente bonorum poſſeſſionem, non iniquè poſtulabit creditor reſtitui *k* ſibi actionem aduerſus ſcriptum heredem. nam quamdiu bonorum poſſeſſio contra tabulas filio dari poteſt, heres quodammodo debitor non eſt.

De ſeruo hereditario.

16. *Idem* "lib. 13. Digeſtorum."

QVi à ſeruo hereditario mutuam pecuniam accepit, & fundum vel hominem pignoris cauſa ei tra-

a 2. *Gaius* 10. §. 2.
b ἐξαμαρτήματος 52. *Eclog.* 1. c. 4 ex delict. *Inſtitut. de oblig. ex delict.* ex facto, *l.* 25. §. 1. *ȷ. eo.*
c etiam verbali, licet Zaſius contradicat.
d Rei vocabulo comprehenduntur delicta. v. quæ notaui ad *l.* 1. *ȷ̄. de reb. cred.*
e fortè ex legibus 12. Tabularum. §. *ȷ̄.* & *C. mandati.*
g §. 28. *Inſt. de actionibus. arg. l.* 3. *in fin. ȷ̄. mandati.*
h *ſup.* & *C. de negotiis.* §. 1. *Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contractu.*
† §. 28. *Inſt. de actionib. l.* 18. *Cod. de negotiis, l.* 9. *ȷ̄. de neget.*
i Ne dicas ſimpliciter cum abſente contrahi non poſſe: ſed negotiorum geſtorem, minus verè ac propriè cum abſente contrahere.
k nec eſt maleficium, vltro ſe immiſcere adminiſtrationi bonorum abſentis.
l *l.* 1. *ȷ̄. de negotiis.*
m deperire, *Vulg. Hal.*
n deperirent. *Vulg. Hal.* deſererentur, §. 1. *Inſt. de obligat. ex quaſi contractu.*
o Negotiorum abſentis geſtor, expēſas repetere poteſt, *l.* 2. *ȷ̄. de negotiis.*
p poteſt fieri vt negotiorũ geſtor malo more verſatus ſit.
q §. 2. *Inſt. de oblig. ex quaſi contract.*
r id eſt, durante tutela, *l.* 4. 18. *ȷ̄. de tutela.*
ſ *ȷ̄. de contraria tutel.*
t *l.* 1. §. 4. *ȷ̄. de contraria.*
u *l. vlt. ȷ̄. de contraria.*
x Cum herede legatarius non contrahit, ſed in eum incidit, *l.* 25. §. 16. *ȷ̄. familiæ.* §. 5. *Inſt. de oblig. ex quaſi contractu.*
y §. 1. *Inſt. quibus mod. re.* §. 6. *Inſt. de obl. ex quaſi contractu.*
z id eſt obligatur quaſi ex promutuo. v. Cuiac. 8. *obſeru.* 34.
a habet itaque hoc ſimile cum mutuo.
b condictione.
c habet ergo hoc diſſimile à mutuo. d propriè ſcilicet. Ideo condictio indebiti non ex contractu datur, ſed ex æquo & bono tantum, *l.* 15. *l.* 66. *ȷ̄. de cond. indeb.*
e indebiti ſolutio animo ſoluentis inſpecto magis diſtractus eſt, non contractus.
f *v. l vlt. ȷ. de variis & extraord. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delicto.*
g v. quæ notaui *C. de pœna iud.* h §. 1. *Inſt. de oblig. ex quaſi delicto,* & *ȷ̄. de his qui deiecerunt.*
i *l.* 5. §. 1. *ȷ̄. de his qui deiecerunt.*
k *l.* 1. §. 9. *ȷ̄. de his qui deiecerunt.*
l filij vel inquilini qui habitat in noſtris ædibus.
m *l.* 5. §. 22. *ȷ̄. de his qui deiecerunt.*
n *l.* 1. § 3. *ȷ̄. de his qui deiecerunt.*
o *l.* 1. §. 7. *ȷ̄. de his qui deiecerunt.*
p §. *vlt. Inſt. de oblig quæ ex quaſi delicto. l.* 1. *ȷ̄. de exercitoria.*
q *v. ȷ̄. nautæ, caupones.*

a qualecumque ſit.
b §. *vlt. Inſt. de obl. ex quaſi delicto.*
c Qui opera malorum vtitur, licet ignorans, aliquatenus culpæ reus eſt.
d vt ſunt ædilitiæ actiones: redhibitoria, quanto minoris, & ſimiles.
e non idem in vſucapione, *l.* 6. 7. *ȷ̄. de vſurpat. l.* 15. *ȷ̄. de diuerſis & temporal. præſcript.* Cur tam variè? in vſucapionibus quod fauorabiles ſint, diẽ vltimum inchoatũ eſſe ſufficit, *d. l.* 6. *d. l.* 7. *d. l.* 15. In præſcriptionibus, quòd odioſæ ſint. *l. vlt. C. de annali*: non ſufficit vltimus dies inchoatus, niſi ad vltimum vſque perueniatur *vt hic.* Regula, quod parũ diſtat, nihil diſtare videtur, hic locum non habet.
f adde *l.* 99. *ȷ. de verb. oblig.*
g & è contra *l.* 16. *ȷ. de furt.*
h §. 16. *Inſt. de inutil. ſtipulat.* §. 12. *Inſt. de oblig. quæ ex delicto.*
i non magis quam quis ſecum litigare, *d. l* 16.
k nihil ex caſtrenſi peculio, *l.* 4. *ſup. de iud.*
l *v. l.* 17. *ȷ. de verb. obl. l.* 13. *C. de contr. empt.*
m i. promiſſo, pacto, conuento.
n adde *l.* 4. §. 2. *ȷ̄. de leg.* 1.
o Imo omnes, *l.* 39 *ȷ. eo.* Rationem huius legis ſe ignoraſſe & ignorare Bartol. ait.
p *l.* 17. §. 10. *ȷ de iniur.*
q *l.* 19. *ȷ̄. quod vi.* Imo non habet, *l.* 13. §. 1. *ȷ̄. quod vi.*
r *l.* 19. *ſup. depoſiti.*
ſ facit *l.* 3. §. 4. *ſup. commodati.*
t v. hic alios caſus apud Accurſ.
u *l* 16. §. 4. *ȷ. de fideiuſſ.*
x non competit, *Hotom.* 3. *obſ.* 2. hoc ſenſu: Naturalis obligatio ex duobus cenſetur, id eſt, dignoſcitur: primò quod actionem non pariat, ſecundo quòd ex ea ſolutum non repetitur.
y *l.* 7. §. 4. *ſup. de pactis: l.* 9. §. *pen.* §. *vlt. l.* 10. *ſup. de SC. Maced. l.* 1. §. 17. *ſup. ad l. Falcid. l.* 16. §. 4. *ȷ. de fideiuſſ.* adde *l.* 83. *ȷ. de ſolutionib.*
z Quæ ex noſtro contractu originem habent, ea alteri non proſunt, niſi illi ſimus per quos alteri acquiri obligatio poſſit. ſic itaque ſtipulari debebimus: mihi decem promittis, quæ Titio debes: at non ita: Promitto Titio decem, *Bart.*
a vt proſint alteri.
b *l.* 38. §. 17. *ȷ. de verb. oblig.*
c Imo poſſumus, *Tit. C. ſi quis ſibi vel alteri emerit.* Poſſumus enim Procuratorio nomine emere & locare, *l.* 2. §. 2. *ſup. eod.*
d *l.* 49. *ȷ. eod.* adde *Theoph.* §. 1. *Inſt. de perpetuis & temporalib.*
† *v. l.* 49. *ȷ. eod.*
e i. non eas ſolas de quibus dictum eſt in *l.* 9. *ſup. eod.* Cur in factum actionem potius, quàm nominatam filius ſuo nomine mouere poterit? In factum actiones extraordinariæ dantur à prætore ex æquitate naturali, in qua non ita patria poteſtas attenditur: *Bart.* Dic potius, nominatas actiones filiofamilias ideo denegatas, quòd ſint certæ, ideoque facilè & nominatim potuerint legibus excipi. in factum verò, incertæ, & vagæ ſunt.
f propter regulam τὰ πταίσματα τῇ κεφαλῇ ἀποδοτῶ. Caput noxa ſequitur, 52. *Ecl.* 2. c. 4 adde *l.* 4. *C. an ſeruus ex ſuo delicto.*
g *l.* 43. *in fin. ȷ. eod. l.* 22. *ȷ. de reg.* §. 6. *Inſt. de inutilib. ſtipul.*
h *l.* 32. *ȷ. de ſolutionib.*
i *l.* 9. *ſup. de except. rei iud.*
k *v. l.* 30. *ȷ. eod.*

diderat, & precario rogauit *a*, precario *b* poſſidet. nã ſeruus hereditarius ſicuti per traditionem accipiendo proprietatem *c* "hereditati" acquirit *d*: ita precario dando efficit ne res vſucapi poſſit. Nam & ſi commodauerit vel depoſuerit *e* rem peculiarem, commodati & depoſiti actionem hereditati acquiret.

¶ Hæc ita, ſi peculiare negotium contractum eſt. nam ex hac cauſa etiam poſſeſſio acquiſita *f* intelligi debet.

Si res ad creditorem peruenerit, aut is rem petierit, & de dote.

17. *Idem* "lib. 25. Digeſtorum."

OMnes debitores qui ſpeciem ex cauſa lucratiua *g* debent, liberantur, cùm *h* ea ſpecies ex cauſa lucratiua ad creditores perueniſſet.

18. *Idem* ‖ lib. 54. Digeſtorum. ‖

SI is qui Stichum dari ſtipulatus fuerat, heres extiterit ei cui ex teſtamento idem Stichus debebatur: ſi ex teſtamento *l* Stichum petierit, non conſumet ſtipulationem. & contra, ſi ex ſtipulatu Stichum petierit, actionem ex teſtamento ſaluam habebit: quia initio ita conſtiterint hæ duæ obligationes, vt altera in iudicium deducta, altera nihilominus integra remaneret.

19. *Idem* ‖ lib. 7. Digeſtorum. ‖

EX promiſſione dotis non *k* videtur lucratiua cauſa eſſe, ſed quodammodo creditor, aut emptor *l* intelligitur, qui dotem petit: porrò cum creditor, vel emptor ex lucratiua cauſa rem habere cœperit, nihilominus integras actiones retinent. ſicut ex contrario, qui non *m* ex cauſa lucratiua rem habere cœpit, eandem non prohibetur ex lucratiua cauſa petere.

An domini iuſſus ſeruum excuſet.

20. *Alfenus* "lib. 2. Digeſtorum."

SEruus non *n* in omnibus rebus ſine pœna domino *o* dicto *p* audiens eſſe ſolet. ſicuti ſi dominus hominem occidere, aut furtum alicui facere ſeruum iuſſiſſet. Quare quamuis domini iuſſu ſeruus piraticam feciſſet, iudicium in eum poſt libertatem reddi oportet. Et quodcumque vi feciſſet, quæ vis à maleficio non abeſſet, ita oportere pœnas eum pendere.

¶ Sed ſi aliqua rixa ex litibus & contentione nata eſſet, aut aliqua vis iuris retinendi cauſa facta eſſet, & ab his rebus facinus abeſſet, tum non conuenit prætorem, quod ſeruus iuſſu domini feciſſet, de ea re in liberum iudicium dare.

De loco.

21. *Iulianus* "lib. 3. ex Minicio."

COntraxiſſe vnuſquiſque in eo loco intelligitur *q*, in quo *r* vt ſolueret, ſe obligauit.

De tempore æſtimationis.

22. *Africanus* "lib. 3. *ſ* Quæſtionum."

CVm quis in diem mercem *t* ſtipulatus fideiuſſorem accepit, eius *u* temporis æſtimatio ſpectanda eſt, quo ſatis acceperit.

De mora & purgatione moræ.

23. *Idem* "libro 7. *x* Quæſtionum."

TRaiectitiæ *y* pecuniæ nomine ſi *z* ad diem ſoluta non eſſet, pœna (vti aſſolet) ob *a* operas eius qui eam pecuniam peteret, in ſtipulationem erat deducta. is qui eam pecuniam petebat, parte exacta petere deſierat: deinde interpoſito tempore interpellare inſtituerat. conſultus reſpondit, eius quoque temporis quo quo interpellatus *b* non eſſet, pœnam peti poſſe. amplius etiam ſi omnino interpellatus non eſſet, nec aliter non committi ſtipulationem, quàm ſi per debitorem non *c* ſtetiſſet, quo minus ſolueret. alioquin dicendum eſt, ſi is qui interpellare cœpiſſet, valetudine impeditus interpellare deſiſſet; pœnam non committi.

¶ De illo ſanè poteſt dubitari, ſi interpellatus ipſe moram fecerit, an quamuis pecuniam poſtea offerat, nihilominus pœna committatur? Et hoc rectius dicitur. Nam & ſi arbiter ex compromiſſo pecuniam certo die dare iuſſerit, neque per eum *d*, qui dare iuſſus ſit, ſteterit, non committi pœnam reſpondit: adeo vt & illud Seruius rectiſſimè exiſtimauerit, ſi quando dies qua pecunia daretur, ſententia arbitri comprehenſa non eſſet, modicum *e* ſpatium datum videri.

¶ Hoc idem dicendum, & cùm quid ea lege venierit, vt niſi *f* ad diem pretium ſolutum fuerit, inempta res fiat.

De furioſo.

24. *Pomponius* ‖ libro ſingulari Regularum.

SI à furioſo, cùm *g* eum compotem mentis eſſe putarem, pecuniam quaſi mutuam acceperim, eáque in rem meam verſa fuerit, condictio furioſo acquiritur. Nam ex quibus cauſis ignorantibus nobis actiones acquiruntur, ex hiſdem etiam furioſi nomine incipit agi poſſe. Veluti cum ſeruus eius ſtipulatur: cùm furtum ei fit, aut damnum ei dando, in legem Aquiliam committitur *a*: aut ſi fortè cum creditor fuerat, fraudandi eius cauſa debitor alicui rem tradiderit.

¶ Idémque erit, ſi legetur *b* ei, vel fideicommiſſum ei relinquantur *c*.

1 ¶ Item ſi is qui ſeruo alieno crediderat, furere cœperit: deinde ſeruus in rem domini id quod mutuum acceperat, verterit *d*, furioſo condictio acquiritur.

2 ¶ Item ſi alienam pecuniam credendi cauſa quis dederit *e*, deinde compos mentis eſſe deſierit, poſtea conſumpta ea furioſo *f* condictio acquiritur.

3 ¶ Et qui negotia furioſi geſſerit, negotiorum geſtorum ei obligatur *g*.

Diuiſio actionum, in reales & perſonales. 1. & in ex contractu, ex facto, in factum. 2. in ciuiles & honorarias.

25. *Vlpianus* ‖ libro ſingulari Regularum. ‖

ACtionum genera ſunt duo: in rem *h*, quæ dicitur vindicatio: & in perſonam, quæ condictio appellatur.

¶ In rem *i* actio eſt, per quam *k* rem noſtram quæ ab alio poſſidetur, petimus. & ſemper aduerſus eum eſt qui rem poſſidet.

¶ In perſonam *l* actio eſt, qua cum eo agimus qui obligatus *m* eſt nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, & ſemper aduerſus eundem *n* locum habet.

1 ¶ Actionum autem quædam ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum ſunt.

¶ Ex contractu actio eſt, quoties quis ſui *o* lucri *p* cauſa cum aliquo contrahit: veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & cæteris ſimilibus.

¶ Ex facto *q* actio eſt, quoties ex eo teneri quis incipit quod ipſe admiſit: veluti furtum vel iniuriam commiſit, vel damnum dedit.

¶ In factum actio dicitur, qualis eſt (exempli gratia) actio quæ datur patrono aduerſus libertum, à quo contra edictum prætoris in ius *r* vocatus eſt.

2 ¶ Omnes autem actiones aut ciuiles *ſ* dicuntur *t*, aut honorariæ *u*.

De actionibus pœnalibus, & de heredibus.

26. *Idem* "lib. 5. de Cenſibus."

OMnes *x* pœnales *y* actiones poſt *z* litem inchoatam & ad heredes *a* tranſeunt.

De obligatione inutili.

27. *Papinianus* "lib. 27. Quæſtionum."

OBligationes quæ *b* non propriis viribus conſiſtunt, neque *c* officio iudicis, neque *d* prætoris imperio *e*, neque legis poteſtate confirmantur.

Differentia actionis.

28. *Idem* "lib. 1. Definitionum."

ACtio in perſonam *f* infertur: petitio *g* in rem: perſecutio in rem, vel in perſonam, rei *h* perſequendæ gratia.

Si prioris obligationis in poſterioris cautione mentio non fiat.

29. *Paulus* ‖ lib. 4. Reſponſorum. ‖

LVcio *i* Titio cùm ex *k* cauſa iudicati pecunia deberetur, & eidem debitori aliam pecuniam crederet, in cautione pecuniæ creditæ non *l* adiecit ſibi *præter eam pecuniam debitam ſibi ex cauſa iudicati.* quæro an integræ ſint vtræque Lucio Titio petitiones? Paulus reſpondit, nihil proponi cur non ſint integræ.

Si ſeruus effectus libertatem poſtea conſequatur.

30. *Scæuola* "lib. 1. Reſponſorum."

SEruus effectus non *m* idcirco quòd poſtea indulgentia principali libertatem conſecutus eſt, rediiſſe *n* dicitur in obligationem creditorum.

De conditione impoßibili.

31. *Macianus* ‖ lib. 2. Fideicommiſſorum ‖

NOn ſolùm ſtipulationes *o* impoſſibili *p* conditione *q* applicatæ nullius *r* momenti ſunt, ſed etiam cæteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes, impoſſibili conditione interpoſita, æquè nullius momenti ſunt: quia in ea re, quæ ex duorum pluriúmve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectetur *ſ*, quorum procul dubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, vt nihil agi exiſtiment, appoſita ea conditione quam ſciant eſſe impoſſibilem *t*.

De concurrentibus actionibus.

32. *Hermogenianus* ‖ lib. 2. Iuris Epitomarum. ‖

a ſerui fieri ſolet, *l. 6. in fin. ſ. precar.*
b *l. 19. §. 1. ſ. de precario.*
c Hereditati iacẽti rei quoque proprietas (per obliquum tamen) acquiri poteſt: quæ directo tamen eidem acquiri non poteſt.
d *l. 31. in fin. ſ. de acquir. rer.*
e *l. 1. §. 29. ſupra depoſiti.*
f hereditati, & per eam heredi futuro.
g *l. 83. §. 6. j. de verb. oblig.*
h Lucratiuæ plures cauſæ nunquã in eandem perſonã, & de eadem re cõcurrunt. v. tamen Socin. *leg. 42. §. 6. & ibid Theoph. Inſt. de legatis.*
i i. lucratiua cauſa, *l. 19. in fin. j. eod.*
k Dos apud maritum non eſt ex cauſa lucratiua. Cur ita? collige ex lege 47. *ſ. mandati: l. 8. §. 13. ſ. quib. mod. pign.*
l *l. 2. C. eod. l. 8. §. 13. ſ. quib. mod. pig.*
m adde *l. 18. ſ. eo. l. 9. ſ. de euict. §. 6. Inſt. de legat.*
n *l. 11. §. 7. ſ. quod vi:* & ita accipe legem 11. *ſ. de his qui not. l. 37. ſ. ad l. Aquil. l. 152. 157. in fin. l. 169. j. de reg. iur.*
o *al.* domini.
p Audiens dicto eſt qui audit dominum, qui domino obtemperat.
q quia vbi non apparet quid actum ſit inter partes, loci conſuetudo attenditur. *l. 50. in fi. ſ. de leg. 1. v. l. 1. ſ. de vſuris.*
r *l. 19. §. 1. ſ. de iud. l. 22. ſ. de reb. cred. l. 3. ſ. de rebus auth.*
ſ *v. Cuiac. 3. ad Afric. fol. 29.*
t puta vinum, oleum, vel quid aliud ſimile.
u *l. 22. ſ. de rebus cred. l. vlt. in fin. ſ. de cond. tritic. l. 59. j. de verb. oblig.*
x *v. Cuiac. 7. ad Afric. fol. 128. 129.*
y διαπόντια χρήματα ſunt quæ trans mare vehuntur, non quæ in eo loco conſumuntur 7. *Eclog. ex l. 33. tit. 7. c. 1.*
z 7. *Ecl. ex lib. 52. tit. 1. c. 22.*
a *l. 4. §. 1. ſ. de nautico fœnore.*
b *Ecl. ib. l. 9. §. 1. ſ. de vſurp. l. 12. C. de contrah. empt.*
c *l. 105. in fin. j. de verb. oblig.*
d *vt in caſu legis 8. ſ. de eo commiſſor.*
e Modicum dandi ſpatium arbitri ſententiæ ineſt.
f *v. ſ. de in diem addict.*
g *l. 12. ſ. de reb. cred.*

a cum is ... Aquilia ... tur, *l. 5. ... Aquil.*
b *l. 15. §. 1. ... teſtamento ...*
c quid de ... tate? *v. ... acquir. hered.*
d *d. l. 11. ... ſ. de reb. cred.*
e *d. l. 22. ...*
f *l. 3. §. 5. ...* adde *l. 1. §. 1. ... contr. ...*
g & cum ... ſi ei aliquid ... *Vulg. Hal.*
h *l. 28. l. 37. ... l. vlt. C. de ... act. vend. ... actio. in pr.*
i ἐν πρ... 52. *Eclog. c. 2...*
k *l. 28. l. 35. ...*
l προσ... *ibid.*
m *l. 3. ſup. ...* in libel. ... perſonalis ... da eſt cauſ... nis proxim... pe obliga... dam ex ha... colligunt ... men Bart. ... enim eſſe ... lus conclu... ſumptiue ... 17. *in fin. ... fraud. cred.*
n eiuſve ...
o vel alie...
p hæc ... catorum ... ſolet, *l. 8. ... cindenda, ... 6. de benef. ...*
q ἀπὸ ... *ibid.* ex ... *Hal.* vt & ... *in princ. ... eod.*
r *l. vlt. ... vocand.*
ſ *l. 42. ... Harm. 3. 8. ... ph. Inſt. de ... temporalib.*
t *§ 7. Inſt. ...*
u *l. 35. ...*
x & ſic ...
y *l. 60. ...*
z *v. l. 58. ...*
a & in heredes ... *l. 58. ... log. 1. c. 24. ... ex delict. ... 1. in fin. Inſt. ... petuis.*
b & ſimiles ... nas. *d. l. 51.*
c *l. 29. ... reg. iur.*
d Obligation... utiles ſua ... hæc tria co... re non poſſ... pe neque ... iudicis, neque ... perium ... neque legis ... ſtas. Iudex denique, prætor, lex.
e Differentiam obſerua, officij iudicis & ... perij prætoris.
f adde 2. *ad Herennium.*
g *v. l. 35. in fin. j. eod.*
h *l. 25. ſ. eod. l. 35. ...*
i vide Cuiac. *obſer. 21. & ad Nou. 119. cap. 3.*
k Debitum ex cauſa iudicati contrahitur.
l Non renunciat debito ex cauſa iudicati, qui debitori nouam pecuniam credens, debiti prioris mentionem non facit. adde *l. 85. ſ. de legat. 2.*
m Reſtitutus libertati ſine reſtitutione bonorum vel quota, in credita priora non recidit. adde *l. 2. j. de bon. damnat. & l. ... 21. j. de verb. ſign.*
n de reſtitutione actionis *v. l. 15. ſ. eod.*
o & pœnis, ... *j. de verb. oblig.*
p Impoſſibilis conditio in omnibus contractibus vitiatur, & ſtipulationibus. *l. 1. §. 11. ſ. eod. l. 7. l. 69. j. de verb. oblig. §. 11. Inſt. de inutilib. ſtipul.* vide quæ notaui ad *l. 3. ſ. de cond. & demonſtr.*
q Impoſſibili conditioni, *Vulg. & Hal.*
r Imo alicuius, *§. 10. Inſt. de her. inſt.*
ſ ſpectat. *Vulg. Hal.*
t Impoſſibilis dicitur vel natura, vel bonis moribus, vel ratione perplexitatis, id eſt, 16. *ſ. de cond. inſt.* vel facti, quod eſt admodum difficile, *l. 4. ... ſtatulib.*

Cùm

CVm *a* ex vno delicto plures naſcuntur actiones, ſicut euenit cùm arbores furtim cæſæ dicuntur, omnibus *b* experiri permitti *c* poſt magnas *d* varietates obtinuit.

An pœna perſecutio in heredem tranſeat.

33. *Paulus* lib. 3. Decretorum.

COnſtitutionibus, quibus oſtenditur *heredes e pœna non teneri*, placuit, ſi viuus *f* conuentus fuerat, etiam pœnæ perſecutionem tranſmiſſam *g* videri, quaſi lite *h* conteſtata cum mortuo.

De concurrentibus actionibus.

34. *Idem* ‖ libro ſingulari de concurrentibus actionibus. ‖

QVi ſeruum alienum iniurioſè verberat, ex vno facto incidit & *i* Aquiliam, & *k* actionem iniuriarum. iniuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa. & ideò poſſunt vtræ *l* competere. ſed quidam altera electa, alteram conſumi *m*. alij, per legis Aquiliæ actionem iniuriarum conſumi; quoniam deſiit *n* bonum & æquum eſſe condemnari eum *o* qui æſtimationem præſtitit. ſed ſi ante iniuriarum actum eſſet, teneri eum ex lege Aquilia. ſed & hæc ſententia per prætorem inhibenda eſt: niſi in id quod amplius ex lege Aquilia competit, agatur. rationabilius itaque eſt eam admitti ſententiam, vt liceat ei quam voluerit actionem priùs exercere: quod autem ampliùs *p* in altera eſt, etiam hoc exſequi.

1 ¶ Si is cui rem commodauero, eam ſubripuerit *q*, tenebitur quidem & commodati actione & condictione. ſed altera actio alteram peremit aut ipſo iure, aut per exceptionem. quod eſt totius *r*.

2 ¶ Hinc de colono reſponſum eſt, ſi aliquid ex fundo ſubtraxerit *ſ*, teneri eum condictione & furti: quinetiam ex locato. & pœna quidem furti non confunditur: illæ autem inter ſe miſcentur.

¶ Et hoc in legis Aquiliæ actione dicitur, ſi tibi commodauero veſtimenta, & tu ea ruperis. vtræque *t* enim actiones rei perſecutionem continent. & quidem poſt *u* legis Aquiliæ actionem, vtique commodati finietur. poſt commodati, an Aquiliæ remaneat in eo quod in repetitione *x* triginta dierum amplius, eſt dubitatur. ſed verius eſt remanere *y*: quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum non *z* habet.

De actionibus honorariis. 1. De contractu magiſtratus municipalis.

35. *Idem* ‖ lib. 1. ad Edictum prætoris. ‖

IN honorariis *a* actionibus ſic eſſe definiendum Caſſius ait, vt quæ rei *b* perſecutionem habeant, hæ etiam poſt *c* annum darentur, cæteræ intra annum. Honorariæ autem, quæ poſt annum non dantur, nec in heredem dandæ ſunt, vt tamen lucrum *d* ei extorqueatur, ſicut fit in actione doli mali, & interdicto vnde vi, & ſimilibus.

¶ Illæ autem rei *e* perſecutionem continent, quibus perſequimur quod ex patrimonio nobis abeſt: vt cùm agimus cum bonorum poſſeſſore debitoris noſtri.

¶ Item *f* Publiciana *g*, quæ ad *h* exemplum vindicationis datur.

¶ Sed cùm *i* reſciſſa vſucapione redditur, anno finitur: quia contra ius ciuile datur.

1 ¶ In duumuiros & rempublicam etiam poſt annum actio datur ex contractu magiſtratuum municipalium.

De ignominia.

36. *Vlpianus* ‖ lib. 2. ad Edictum. ‖

CEſſat ignominia in condictionibus *k*, quamuis ex famoſis cauſis pendeant.

De actionis verbo. 1. De actionibus mixtis.

37. *Idem* ‖ lib. 4. ad Edictum prætoris. ‖

ACtionis verbis *l* continetur in rem, in perſonam, directa, vtilis, præiudicium *m*, ſicut ait Pomponius. ſtipulationes etiam quæ prætoriæ ſunt: quia actionum inſtar obtinent: vt damni infecti, legatorum, & ſi quæ ſimiles ſunt.

¶ Interdicta quoque actionis *n* verbo continentur *o*.

1 ¶ Mixtæ *p* ſunt actiones in quibus vterque actor eſt: vtputà finium regundorum, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, interdictum vti poſsidetis *q*, vtrubi *r*.

a vt in actione arborum furtim cæſarum, Aquilia XII. Tabularum, furti, *l. 2. ſup. quod vi. l. pen. inf. arborum furtim cæſar.* vide Forcatulum *Cupidinis Iuriſperiti n. 5.*
b non ipſo iure, ſed per exceptionem & iudicem ſuperiorem excluduntur: cùm ſingulis delictis non plures, ſed ſingulæ tantum pœnæ debeantur, *v.* Hotom. 29. *Illuſtr.*
c *v. l. 60 inf. eo.*
d ita loquitur Hermogenianus in *l. vlt. ſup. pro legato.*
e vide Titulum Codicis, *vt actiones ab heredibus & contra heredes*, & Titulum, *de hereditariis actionibus*. & titulum, *Ex delictis defunctorum*.
f defunctus cui ſucceſſum eſt.
g remiſſam non videri, *Vulg.* tranſmiſſam non videri, *Hal.*
h *v. l. 58. ĩ. eod. l. unic. C. ex delictis defunctorum.*
i & in Aquiliam, & in actionē, *Hal.*
k quemadmodum eiuſdem rei cauſæ plures eſſe poſſunt: ita eiuſdem cauſæ plures effectus, *vt hic.*
l vtræque, *Hal. l. 16. in fi. ĩ. de iniuriis.*
m & ita accipitur, vt in *l. 14. §. eum qui, ſupr. quod metus cauſa.*
n *l. 51. in fi. ſup. de re iudicata.*
o num idem in eius ſucceſſore? *v. l. 7. ĩ. de rei vind.*
p *l. 41. in fi. ĩ. eo.*
q *l. 5. §. 8. ſup. commodati.*
r lege, tutius.
ſ *l. 42. ſup. locati.*
t Aquilia & commodati.
u *l. 18. §. 1. ſup. commodati.*
x *v. l. 3. ſup. de fide inſtrumentorum.*
y non remanere. quidam ita legere tempore Accurſij. Florentinam defendit Cuiacius 3. *obſ.* 35. & Hotom. 27. *Illuſtr. in fi.*
z locum habet, Cuiacius 3. *obſ.* 25. & Hotoman. 27. *Illuſtr. in fi.* adde Robertum 1. *Animaduerſ.* 29. & Antonium Mercatorem 1. *notat.* 29.
a De honorariis actionibus, adde *l. 25. ſup. eod. l. 42. in fin. ĩ. eo.* b Honorariæ actiones rei perſecutoriæ, etiam poſt annum dantur: quæ non ſunt rei perſecutoriæ, intra annum dantur, nunquam poſt annum. Quæ poſt annum non dantur, non dantur in hæredem, niſi lucrum ſit ei extorquendum. c Quæ rei perſecutionem, continent actiones, etiam poſt annum dantur. adde *l. 3. §. 1. ſup. de vi & vi. l. 8. §. 7. ſup de precario.* adde *l. 20. §. 6 ſuprà de oper. nou.* d. *l. 38. ĩ. de reg. iur.*
e *l. 25. l. 28 ſup. eo.* f datur etiam poſt annum. g quæ eſt prætoria actio.
h *§. 4. Inſt. de actionib.* Cur? vt vindicatio datur vero rei domino, ita Publiciana penè domino, aut futuro domino. i *fortè legendum*, ſed quæ: vt de reſciſſoria loquatur, cuius fit mentio *§. 5. Inſt. de actionib.* quæ differt à ſuperiore Pauliana, de qua *§. 4. Inſt. de act.* Hæc datur aduerſùs dominum, illa non item. k adde *l. 16. ĩ. rer. amot.*
l *v l. vlt. C. de hered. vel act. vend.*
m *l. 1. § 3. ſup. de rei vind. § 13. & ibi Theoph. Inſt. de act.*
n facit *§. vlt. Inſt. de interdict.* o & exceptiones, *l. 1. ſup de except.*
p *§. 20 Inſt. de act. l. 13. ſup. de iud. l. 10. ſup. finium reg. l. 44. §. 4. ſup. familiæ,*
q *§. 4. Inſt. de interd. l. 2. ſup. de interd. l 3 §. 1. ſup. vti poſsid.*

De litteris.

38. *Paulus* ‖ libro 3. ad Edictum. ‖

NOn figura litterarum *a*, ſed oratione *b* quam exprimunt litteræ obligamur: quatenus placuit non minus valere quod ſcriptura *c*, quam quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur.

De filiofamilias.

39. *Gaius* ‖ lib. 3. ad Edictum Prouinciale. ‖

FIliusfamilias ex omnibus *d* cauſis *e* tanquam paterfamilias obligatur *f* & ob id agi cum *g* eo tanquam cum patrefamilias poteſt.

De legatis.

40. *Paulus* ‖ lib. 11. ad Edictum. ‖

HEreditariarum *h* actionum loco habentur *i* & legata *k*: quamuis *l* ab herede cœperint.

De concurrentibus actionibus.

41. *Paulus* ‖ lib. 54. ad Edictum. ‖

QVotiens lex *m* obligationem introducit, niſi ſi nominatim cauerit vt ſola ea actione vtamur, etiam veteres eo nomine actiones competere.

1 ¶ Si eodem facto duæ competant actiones, poſtea iudicis potius partes eſſe, vt quo plus *n* ſit in reliqua actione, id actor ferat, ſi tantundem, aut minus, id *o* conſequatur.

De conditione. 1. Definitio creditoris.

42. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Edictum. ‖

IS cui ſub *p* conditione legatum eſt, pendente conditione non *q* eſt creditor *r*, ſed tunc cum extiterit conditio, quamuis eum qui ſtipulatus eſt ſub conditione, placet etiam pendente conditione creditorem eſſe.

1 ¶ Creditores eos accipere debemus, qui *ſ* aliquam actionem vel ciuilem *t* habent (ſic tamen ne *u* exceptione *x* ſummoueantur) vel honorariam *y* ‖ actionem, ‖ vel *z* in factum.

De patrefamilias pubere, pupillo, ſeruo.

43. *Paulus* ‖ lib. 72. ad Edictum. ‖

OBligari poteſt paterfamilias, ſuæ poteſtatis pubes *a* compos mentis *b*.

¶ Pupillus *c* ſine tutoris auctoritate non obligatur iure ciuili.

¶ Seruus *d* autem ex contractibus non obligatur.

De accidentibus obligationum. 1. Die. 2. Conditione. 3. modo. 4. acceſsione. 5. De ſtipulatione, ſi fundum non dederit, centum dari. 6. De ſtipulatione nauem fieri, & ſi non fiat, centum dari.

44. *Idem* ‖ lib. 74. ad Edictum prætoris. ‖

OBligationum ferè *e* quatuor *f* cauſæ *g* ſunt, aut enim *h* dies in his eſt, aut conditio *i*, aut modus, aut acceſsio.

1 ¶ Circa diem duplex inſpectio eſt. nam vel *k* ex die incipit obligatio, aut confertur in diem.

¶ Ex die, veluti, *kalendis Martiis dare ſpondes?* cuius natura hæc eſt, vt *l* ante diem non exigatur.

¶ Ad diem autem, *Vſque ad Kalendas dare ſpondes?*

¶ Placet etiam ad tempus obligationem conſtitui non *m* poſſe, non magis quam legatum *n*. Nam quod alicui deberi cœpit, certis modis *o* deſinit deberi. planè poſt *p* tempus ſtipulator, vel pacti conuenti *q* vel doli mali exceptione ſummoueri poterit. Sic & in tradendo *r* ſi quis dixerit ſe ſolum *ſ* ſine ſuperficie tradere, nihil proficit quo *t* minùs & ſuperficies tranſeat, quæ natura ſolo cohæret *u*.

2 ¶ Conditio verò efficax eſt, quæ in conſtituenda *x* obligatione inſeritur, non quæ poſt perfectam eam ponitur: veluti, *Centum dare ſpondes, niſi y nauis ex Aſia venerit*: ſed hoc caſu exiſtente conditione locus erit exceptioni pacti conuenti, vel doli mali.

3 ¶ Modus *z* obligationis eſt, cum ſtipulamur decem aut hominem. nam alterius *a* ſolutio totam obligationem interimit, nec alter *b* peti poteſt *c*: vtique quamdiu vtrumque eſt *d*.

4 ¶ Acceſsio *e* verò in obligatione aut perſonæ, aut rei fit. Perſonæ, cum mihi aut Titio ſtipulor *f*. Rei *g*, cum mihi decem aut Titio hominem ſtipulor.

a Chirographum ideo qui legat, nudas tabulas chirographi ſcriptas, non legat, ſed ipſum debitum quod ſcriptis tabulis continetur, *l. 44. §. 5. l. 84. §. 7. ſup. de leg. 1 l. 59. ĩ. de leg. 3. l. 3. §. 5. ſup. de lib. legat.*
b Oratio & figura litterarum hic opponuntur. Figura literarum nihil aliud quàm literæ ipſæ: oratio, id quod literis ita perſcriptis mente elicimus.
c *l. 62. ſup. mandat.*
d Imò non in omnibus, ſed in quibuſdam, *arg. l. 9. ſup. eod.*
e quæ ex contractu vel maleficio deſcendunt.
f Imò non obligatur, *l. 43. inf eo.*
g *l. 57. ſup. de iudiciis.*
h id eſt, quibus tenetur hereditas. Quæ cœperunt à defuncto, ea tranſeunt in heredem, *C. de heredit. act.*
i adde *l. 7. ſup. de reb. author.*
k *l. 6. ſup. de ſeparationib. l. vlt. Cod. de hered. act.*
l Ratio dubitandi hinc ſumitur, Si legata ab herede præſtantur, igitur legatorum nomine non hereditas, ſed heres tenebitur: & ita legata hereditariis actionibus non adnumerantur.
m *l. vn. ſup. de cond. ex lege.*
n *l. 34. ſup. eod.*
o nihil Cuiacius 13. *obſ* 37. reprehenſus à Roberto 1. *animaduer.* 21. Cuiacij lectionem probat Hotomanus 27. *Illuſtr.* mouetur argumento legis 1. legis penultimæ, *ĩ. arbor. furtim cæſarum*; legis 1. *vi bon. rapt.* legis 1. *l. 2. ſup. de public.* & Antonius Mercator 1. *not.* 29.
p *v. l. 34. ſup. de religioſis.*
q *l. 54. l. 55. inf. de verb. ſig.*
r hinc illud, Teſtamenta legatariis penè chirographa ſũt, *l. 41. ſuprà ad l. Aquil.* adde *l. 3. ſuprà de pignor. l. 50. in fin. ſuprà de legat. 1.* ſ *l. 10. ĩ. de verb. ſig.*
t *l. 26. ſup. eo.* u *l. 55. ĩ. de ver. ſig.* x An 30. annorum? vide Scholiaſtem Harmen. 3. *Tit. 5. l. 10. l. 155. inſ. de ver. ſig.* y *l. 25. in fi. l. 35. ſup. eo.*
z *l 25. §. 1. ſup. eo.* a *l. 101. ĩ de verb. obl. l. 2. in fi. ĩ. de reg. iur.* b *l. 5. ĩ. de reg. iur.*
c *l. 189. ĩ de reg. iur.* d *l. 14 ſup. eo* e Cur dixit *ferè*? quia plures ſunt cauſæ quam quæ hic enumerantur: & vero locum & pœnam omiſit.
f 52. *Ecl. 2. c. 43.* g formæ. h *l. 6. l. 22. l. 23. ſup. eod.* i αἵρεσις, *Ecl. ibi.*
k ἢ γὰρ ἐν ἀρχῇ ἢ εἰς πέρας, *Ecl ib.* aut ab initio, aut ad finem. l quod ex aliquo die debetur, ante diem exigi non poteſt, *§. 33. verſ. tempore, Inſt. de act.*
m vide *l. 4. ſup. de ſeruitutib. l. 46 §. 1. ĩ. de verb. obl.* n Imò legatum vſusfructus ad tempus conferri poteſt, *l. 4 ſup. de vſufr. legat.* o ſolutione, nouatione, acceptilatione. Tempus vero nihil horum eſt. Tempus igitur non eſt modus tollendæ obligationis. p Quod ad certum vſque tempus debetur, finito tempore exigi non poteſt. q *l. 56. §. 4 ĩ. de verb. obl.* r 1. in tradenda ſeruitute, *l. 4. ſup. de ſeruitutib.*
ſ adde *l 26. ſup. de vſurpat. & vſur.* t id eſt, vt impoſitum ædificium ſolum ſequatur, *Ecl. ibi.* u Imò ſeparari poteſt, poteſt enim locari & vendi, *l. 1. §. 1. ſup. de ſuperficieb.* x id eſt, quum obligatio conſtituitur, *Ecl. ibi.*
y putà, intra Kalendas Martias. z τρόπος, *Ecl. ibi.* a Pars alternatiuæ ſoluta totam obligationem perimit. b nec alterum, *vulg.* nec aliter peti *Hal.*
c quia debitoris eſt electio, *l. 10. in fin. ſuprà de iur. dot.* d Poſtquam autem alterutrum periit, reus non habet electionem. eſt enim nonniſi duorum vel plurium electio. e προσθήκη, *Ecl ibi.* f hoc caſu Titio ſolui poteſt, *l. 10. ĩ. de ſolut.*
g at id fieri poſſe negat lex vltima, *§. 5. inſ. de verb. oblig.*

vbi

vbi quæritur, an ipſo iure *a* fiat liberatio homine ſoluto Titio.

5 ¶ Si ita *b* ſtipulatus ſim, *Si fundum non dederit, centum dare ſpondes?* ſola *c* centum in ſtipulatione ſunt, in exſolutione *d* fundus.

6 ¶ Sed ſi nauem fieri ſtipulatus ſum, & ſi non feceris, centum: videndum vtrum *e* duæ ſtipulationes ſint, pura & conditionalis, & exiſtens ſequentis conditio, non tollat priorem; an verò transferet in ſe, & quaſi nouatio prioris fiat. quod magis verum eſt *f*.

De manumiſsione & morte ſerui debiti.

45. *Idem* ‖ lib. 5. ad Plautium. ‖

IS qui ex ſtipulatu Stichum debeat, ſi eum ante moram manumiſerit, & is priuſquam ſuper eo promiſſor conueniretur, deceſſerit, non tenetur. non *g* enim per eum ſtetiſſe videtur, quo minùs eum præſtaret.

De furioſo & pupillo.

46. *Idem* ‖ lib. 7. ad Plautium. ‖

FVrioſus & pupillus, vbi ex re actio *h* venit, obligantur *i*, etiam ſine curatore, vel tutoris auctoritate. veluti ſi communem *k* fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero *l*, vel damnum in eo pupillus dederit. nam iudicio communi *m* diuidundo obligabuntur *n*.

Differentia obligationis & liberationis.

47. *Idem* "ex libro 14. ad Plautium."

ARrianus ait multum intereſſe, quæras, vtrùm aliquis obligetur, an aliquis liberetur. Vbi de obligando quæritur, propenſiores eſſe debere nos, ſi habeamus occaſionem, ad negandum *o*. Vbi de liberando, ex diuerſo, vt facilior ſis ad liberationem *p*.

De ſurdo.

48. *Idem* ‖ lib. 16. "ad Plautium. ‖

IN quibuſcumque negotiis ſermone opus non eſt, ſufficiente *q* conſenſu *r*, iis etiam ſurdus *ſ* interuenire poteſt: quia poteſt intelligere, & conſentire, veluti in locationibus, conductionibus, emptionibus, & cæteris.

De actionibus ex contractibus.

49. *Idem* ‖ lib. 18. ad Plautium. ‖

EX contractibus venientes actiones in hæredes 'dantur *t*, licet *u* delictum *x* quoque verſetur. veluti cùm tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quem depoſitum *y* eſt. Quo caſu etiam cùm filiusfamilias aut ſeruus quid tale commiſit, de peculio actio datur, non noxalis.

De tempore.

50. *Pomponius* lib. 7. ex Plautio.

QVod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei *z* poteſtas eſt quolibet eius anni die dandi.

Definitio actionis.

51. *Celſus* ‖ libro 3. Digeſtorum. ‖

NIhil aliud eſt actio, quam ius *a* quod *b* ſibi debeatur *c*, iudicio *d* perſequendi *e*.

Quibus modis obligamur.

52. *Modeſtinus* ‖ lib. 2. Regularum. ‖

OBligamur *f* aut re, aut verbis, aut ſimul vtroque, aut conſenſu, aut lege *g*, aut iure honorario, aut neceſsitate, aut ex peccato.

1 ¶ Re obligamur, cùm *h* res ipſa intercedit.

2 ¶ Verbis *i*, cùm præcedit interrogatio, & ſequitur congruens *k* reſponſio.

3 ¶ Re & verbis pariter *a* obligamur, cùm & res *b* interrogationi intercedit.

4 ¶ Conſentientes *c* in aliquam rem *d*, "ex" conſenſu obligari neceſſario ex voluntate noſtra videmur.

5 ¶ Lege obligamur, cùm obtemperantes *e* legibus aliquid ſecundum præceptum legis, aut contra facimus.

6 ¶ Iure honorario *f* obligamur ex his quæ edicto perpetuo *g*, vel magiſtratu *h* fieri præcipiuntur *i*, vel fieri prohibentur *k*.

7 ¶ Neceſsitate obligantur, quibus non licet aliud facere, quàm quod præceptum eſt. quod euenit in neceſſario *l* herede.

8 ¶ Ex peccato *m* obligamur, cùm *n* in facto quæſtionis ſumma conſiſtit *o*.

9 ¶ Etiam nudus *p* conſenſus ſufficit obligationi, quamuis verbis *q* hoc exprimi poſsit.

10 ¶ Sed & nutu ſolo pleraque *r* conſiſtunt.

De actionibus "concurrentibus. 1. De eo ad quem res pertinet.

53. *Idem* ‖ lib. 3. Regularum. ‖

PLura delicta in vna re plures admittunt actiones, ſed non poſſe omnibus *ſ* vti probatum eſt. nam ſi ex vna obligatione plures actiones naſcantur, vna tantummodo, non omnibus vtendum eſt.

1 ¶ Cùm generaliter adiicimus, *Siue ad quem ea res pertinebit t*, & adrogati, & eorum qui iure nobis ſuccedunt perſonas comprehendimus.

De contractu imaginario.

54. *Idem* ‖ libro 5. Regularum. ‖

COntractus imaginarij *u* etiam in emptionibus *x* iuris vinculum *y* non obtinent: cùm fides facti ſimulatur non intercedente veritate.

De affectu vtriuſque partis.

55. *Iauolenus* ‖ lib. 12. Epiſtolarum. ‖

IN omnibus rebus quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus *z* ex vtraque parte contrahentium. nam ſiue ea venditio, ſiue donatio *a* ‖ ſiue conductio, ‖ ſiue quælibet alia cauſa contrahendi fuit, niſi animus vtriuſque conſentit, perduci ad effectum "in" quod inchoatur, non poteſt.

De ſeruis.

56. *Pomponius* ‖ lib. 20. ad Quintum Mucium. ‖

QVæcumque actiones ſerui mei nomine mihi cœperunt competere vel ex duodecim tabulis, vel ex lege Aquilia, vel iniuriarum, vel furti, eædem durant, etiam *b* ſi ſeruus poſtea vel manumiſſus, vel alienatus, vel mortuus fuerit.

¶ Sed & condictio ex furtiua cauſa competit: niſi *c* ſi nanctus poſſeſsionem ſerui aut alienauero, aut manumiſero eum.

De errore.

57. *Idem* ‖ lib. 36. ad Quintum Mucium. ‖

IN omnibus *d* negotiis contrahendis, ſiue bona fide ſint, ſiue non ſint, ſi error *e* aliquis interuenit, vt aliud ſentiat, (putà) qui emit *f*, aut qui conducit *g*, aliud qui cum his contrahit, nihil valet quod acti ſit.

¶ Et idem in ſocietate quoque coëunda reſpondendum eſt, vt ſi diſſentiant, aliud alio exiſtimante, nihil valet ea ſocietas quæ in conſenſu conſiſtit.

De litis conteſtatione.

58. *Calliſtratus* ‖ lib. 1. Edicti monitorij. ‖

SCiendum eſt ex omnibus cauſis lites *h* conteſtatas & in heredem ſimiléſque perſonas tranſire.

De pupillo.

59. *Licinius Rufinus* ‖ lib. 8. Regularum. ‖

PVpillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem iure naturali obligatur *i*.

De concurrentibus actionibus.

60. *Vlpianus* ‖ lib. 17. ad Edictum. ‖

a reſponden, non ipſo iure, ſed per exceptionem, *d. l. vlt. §. 3. inf. de verb. oblig.*
b de quo vide *l. 115. §. vlt. inf. de ver. oblig.*
c quando fundum non do.
d liberor enim fundum dando.
e *l. 1. in fi. inf. de ſtipulat. ſeruor.*
f Pœnali ſtipulatione nouationem fieri hinc collige: ſed & rem & pœnam ſimul exigi nō poſſe, *d. l. 1. in fin. l. 4. §. 7. ſupr. de doli mali.* niſi nominatim cautum ſit de vtroque præſtando. *l. 115. in fi. ī. de verb. obl.* i. de pœna exigenda præter id quod etiam pactum eſt & promiſſum, idque rato manente pacto, *l. 16. ſuprà de tranſactionibus.* Porrò de hac quæſtione, An principalis obligatio pœnali ſtipulatione nouetur, vide Hotomanum 10. *Illuſtr.*
g *l. 26. §. 4. ſup. de noxalib. l. 36. in fi. ſuprà de leg. 1.* aliàs ſi naturalis interitus rei poſt moram accidit, ad eum pertinet, vide *Hotom. 28. Illuſtr.*
h adde *§. 3. Inſt. de oblig. ex quaſi contractu.*
i etiam ciuiliter.
k Pupillus ſocietate coïta ex communiter geſto tenetur, *l. 33. ſup. pro ſocio. l. 25. §. 16. ſup. familiæ, l. 15. ſup. de peculio.*
l & ſic factus fuerit "ſumptus bona fide, vel pupillus ipſe locupletior.
m *l. 29. ſup. communi diuidundo.*
n etiam curator, *l. 1. ī. de contrar. tut.*
o Procliuiores ad liberandum quam ad obligandum eſſe debemus, *l. 38. ſup. de re iudicata, l. 99. inf. de verb. oblig. l. 5. inf. de pœnis, l. 125. ī. de reg. iur. v. Harm. 1. tit. 2. in fin. 2. Feudorum 28. §. 1.*
p *l. 5. ī. de pœnis.* q *v. l. 2. ſuprà eod.* r in his etiam, *Vulg. Hal.*
ſ vt & mutus, *l. 29. ſup. de adoptionib. l. 4. §. 1. ſup de pactis, l. 124. ī. de reg. iur.*
t *l. 12. ſup. eo. §. 1. Inſt. de perpet. & temporalib. act.* u *l. 12. ſup. eo. l. 121. in fin. inf. de verb. oblig.* x Delictum hic appellat dolum. Delicti voce dolus ita comprehenditur, παρατατικῶς tamen. y *l. 7. §. 1. ſup. depoſiti.* z *v. l. 137. §. 2. ī. de ver. obl. l. 17. ſup. de reg. iur.* a δίκαιον 52. *Ecl. 1. c. 50. Theoph. Inſt. de actionib.* auctoritas, facultas, poteſtas, atque tutela δίκαιόν τι Theophilo & Harmenopulo 5. *tit. 21. v. Zaſium 2. Reſponſ. 29.* b ἐπωφειλόμενον *Theoph.* ὅπερ χεχρεώστηται. *Ecl. ibi.* ex omni ſcilicet obligatione & cauſa. c ſuúmve eſt. Hotomanus 3. *obſ. 17.* Hæc verba addenda putat, ne alioquin ſolis perſonalibus actionibus hæc definitio congruat: nam quod ſuum eſt ad perſonales obligationes non pertinet, *l. 3. ſup. eo. l. 23. ſup. de rei vind.* quod nobis debetur, noſtrum non eſt, *l. 25. ſup. eo.* Diuerſa ſunt, ſuum eſſe, & ſibi deberi, *l. 27. §. 2. l. 34. ſup. de auro.* Emplaſtro tamen illo opus non eſſe mihi videtur. Noſtrum enim eum petimus, licet non ſit debitum ex contractu vel maleficio, ex variis tamen cauſis ſigniſque debitum nobis dici poteſt, *l. 1. ſup. eo. l. 52. ī. eod.* Et verò iudex poſſeſſorem nunquam cogeret rem reſtituere, niſi eam reſtituere deberet, *l. 9. l. 68. ſup. de rei vind.* ſed ea de re nos aliquando plenius.
d ἐν δικαστηρίῳ. *Ecl. ibi. Theoph.* Hoc additum eſt, vt diſcernamus ſolennes actiones ac iudiciales ab extraiudicialibus hominum poſtulationibus, & vt ſciretur actionibus aduerſarium cogi, iudicium enim redditur in inuitum, *l. 83. §. 1. ſup. de verb. oblig.*
e τοῦ ἀπαιτεῖν, *Theoph.* τοῦ ἀπαιτῆσαι, *Eclog. ibi.* Perſequi ad extraordinariam actionem pertinet, *l. 34. l. 178. §. 2. ī. de verb. ſig.* An & excipiendi? vtique, *l. 1. ſup. de except.* adde *l. vlt. C. de hered. vel act.* f 32. *Eclog. 1. c. 51.* Dic breuius: nam Iuriſconſultus hic cauſas iuris cum cauſis facti confundit. Obligamur volentes, ſeu ex conſenſu, vel lege, vel iudice, vel ſuperiore imminente. Volentes & ex conſenſu, §. 4. (etiam nudo, §. 9.) re, §. 1. verbis, §. 2. re & verbis, §. 3. facto. §. 8. vt etiam nutu, *§. vlt. l. vero, §. 5.* iudice, §. 6. ſuperiore imminente vt teſtatore, *§. 7. ī. eo.* Conſentire nos aut ſponte, aut iudice imminente oſtendit lex 84. *in fi. ſup. de leg. 3.*
g *v. Cuiac. 27. obſ. 18.* h *l. 1. §. 2. ſup. eo.* i *d. l. 1. §. 7.* k congrua, *Vulg. Hal.* σύμφωνος, *Ecl. ibi. Theoph. Inſt. de verb. obl.* congruenter, *l. 1. §. vlt. ī. de verb. oblig.*

a id eſt, ... ctim, *v. l. 9. §. ...* *de reb. credi...*
b cum & res ... terrogatio ... dit, *Vulg. Hal.*
c *l. 2. ſup. eo.*
d ſocietatem ... bi gratia, emp... nem, conducti...
e Lege oblig... non tantùm qu... trà, ſed & qu... cundum præc... legis facit, *Ecl.* ... *vide Cuiac. 1...* 18. hinc lex ... Reipublicæ ... munis ſponſ... *in fin. ſup. de* ... quod in legum ... ſeruationem ... bet ciuium (... incolatu, & ... tè) ſpondere ... rare videa...
f ἐπιτρέπειν ... *ibi.* ius enim ... torium hon... ſolemus ap... *l. 7. ſuprà de* ... *& iure, l. 8. §.* ... *fideiuſſoribus* ... *Inſt. de iur. na...*
g καὶ τὴν ... γελίαν τι ... τορος. *Ecl. ibi.* ... lectio eſt ſiue ...
h ... τῶν. *Ecl. ibi.*
i edicto. Su... alia interdi... bus iubemur ... facere, vt *Ecl.* ... ſunt & alia ... bitoria, *l. 1. §.* ... *de interdictis.*
k interdicti...
l Neceſſarius ... neceſſario ... tur, *§. 2. Inſt.* ... *ved. qualit.*
m ex facto ...
n Hic actio ... cato eſt, qu... ex facto quis ... tur: ſic è con... *l. 25. §. 1. ſup.* ... facto actio ... ties ex eo qu... neri incipit ... ipſe admiſit, ... furtum, vel, ... Ecloga, ... ἁμαρτήματα.
o *al.* conſiſtit.
p *l. 1. ſup. de pa...* *l. 35. in fi. ...* *oblig.*
q ſolennibus ... hinc inde ...
r Non omni... verbis obligatio, *v. l. 1. §. 2. ī. de verb. obl.* quædam tamen conſiſtunt, heres ... ſtitui non poteſt, *l. 29. C. de teſtam.* vel quia natura aut ſolennitas eſt impedi... vel quia interdum qui annuit aduerſatur, *Gal. 2. de decretis Hippocratis apud* ... *num in l. 1. §. 3. inf. de verb. obl.* Quædam contra nutu conſiſtunt: veluti, ... poſſumus vt adeatur hereditas, *l. 93. §. 1. ī. de adq. hered. l. 65. §. 3. ſup. ad* ... linquimus fideicommiſſum, *v. l. 21. ſup. de leg. 3. l. 22. C. de fideic.* & legatum ... *1. c. 132.* Delegamus etiam nutu, *l. 17. ī. de nouat.* paciſcimur, iubemus, *Cuiac.* ... *§. 1. 2. ī. de ver. obl.* adde *Vlp. 25. §. 3.* ſ *l. 5. l. 6. ſup. de excep. rei iud.* adde ... *v. Hot. Illuſt. 27.* t *l. 181. ī. de verb. ſig.* u τὰ εἰκονικὰ συναλλάγματα ... *c. 53.* x *v. l. 55. ſup. de contr. empt. l. 10. C. de diſtract. pign. l. 16. ī. de reg. iur.* ... tionib. *l. 46. ſup. locati. 2. Feud. 9. §. 1.* & in nuptiis, *l. 30. ſup. de ritu.* tranſactio... *l. 21. C. de tranſact.* in pignorib. *l. 10. C. de diſtract. pign.* in donationibus, ... *de don.* y Obligatio, iuris eſt vinculum, *Inſt. de oblig.* z *l. 13. in fi. ſup. eo.* ... *in fi. ſup. de pactis.* a Donatio eſt contractus. b *l. 14. ſup. eo. l. 5. in fi. ſup. de* ... *corrup.* c *l. 10. §. 2. ſup. de condict. furt.* d bonæ fidei & ſtricti iuris. c Error con... tractus etiam ſtricti iuris vitiat, *l. 6. §. 1. ſup. de off. præſid. l. 15. ſup. de iuriſd.* ... *de in integ. reſtit. l. 2. ſup. de iudiciis. l. 11. §. 8. ſup. de interrog. l. 18. ī. de reb. cred.* ... *fi. ſup. quod falſo tut. l. 2. ſup. de aqua & aquæ pluu. l. 2. ſup. de confeſſis; l. 15. §.* ... *ſup. quod vi. l. 76. l. 92. l. 116. ī. de reg. iur. v. l. 9. C. de iur. & fact.*
f *l. 9. ſup. de contr. emp.*
g *l. 52. ſup. locati.* h Litis conteſtatio inſtitutam actionem producit atque per... petuat, *l. 26. l. 33. ſup. eo.* adde *l. 52. ſup. de rei vind. l. 9. §. 3. ſup. de iureiur.* ... *de fideiuſſ. tutor. l. 86. l. 87. l. 139. l. 164. ī. de reg. iur. §. 1. Inſt. de perpetuis,* ... *delictis* atque ita actor meliorem ſuam cauſam facit conteſtando: interdum ... deteriorem, qua de re v. omnino Hotom. 3. *obſ.* 28. vbi tractat de effectibus ... litis conteſtationis. i *l. 41. ſup. de condict. indebiti.* Imò iure naturali obliga... *l. vlt. ſup. de iureiur. l. 21. ſup. ad l. Falcid. l. 25. §. 1. ſup. quando dies* ... *1. in fin. ſup. de noxalib. l. 1. in fin. ī. de nouat. l. 44. §. 4. inf. de ſolut.* Solue... obligatur ex conſenſu naturaliter, ſi ſit infans, aut infanti proximus, *l. 111* ...

Nunquam

NVnquam *a* actiones pœnales *b* de eadem *c* pecunia concurrentes alia aliam conſumit.

De nuda ſcriptura 1. *De conſtitutione ſalarij.*

61. *Scæuola* ‖ libro 28. Digeſtorum. ‖

PRocurator *d* Seij admiſit *e* ſubſcriptionem ad argentarium *f* vaſcularium in verba infra ſcripta: Λεύκιος Καλανδιος ἐπέγνων, καθὼς προγέγραπται ἐστιν λοιπὰ παρ ἡμῖν ὀφειλόμενα τῷ δεῖνι τόσα" id eſt, "*Lucius Kalendius recognoui a, quemadmodum ſupra ſcriptum eſt reliqua* b *à nobis* c *debentur tot illi.* quæro an Gaium Seium obligare potuit? Reſpondit, Seium, ſi alioquin obligatus non eſſet, non propter quod ea ſcriptura quæ proponeretur, interpoſita ſit, obligatum eſſe.

1 ¶ Seia cum ſalarium conſtituere vellet ita epiſtolam emiſit: *Lucio Titio ſalutem: Si "in" eodem animo & eadem affectione circa me es, qui ſemper fuiſti, ex continenti acceptis literis meis diſtracta re tua, veni. hoc tibi quamdiu viuam præſtabo, annuos decem. Scio enim quia valdè me bene ames.* quæro, cùm & rem ſuam diſtraxerit Lucius Titius, & ad eam profectus ſit, & ex eo cum ea ſit, an ei ex his epiſtolis ſalarium annuum debeatur? Reſpondit, ex perſonis *d* cauſiſque eum, cuius notio ſit, æſtimaturum, an actio danda ſit.

[tamen ſi] factus ſit locupletior, *l.* 13. *l.* 14. *ſup. de cond. indeb.*

a Concurrentes de eadem pecunia pœnales actiones non ſe mutuo conſumunt, *l.* 32. *ſup. eod. l.* 2. *ȷ. de priuat. delictis. l.* 130. *ȷ. de reg. iur.* §. 1. *in fin. Inſt. ſi quadrupes. l. vnic. C. quando ciuilis actio.* b *l.* 26. *ſup. eod.*

c de eodem peccato *Hotom.* 7. *Illuſtr.*

d Hæc lex pertinet ad obligationem litterarum. Epiſtolarum autem quæ vis ſit, v. Alberic. in *l. non Epiſtolis* 13. *C. de probationib.* e *al.* miſit, vel emiſit.

f de quo vide *l.* 9. *ſup. de auro. l.* 32. *ſup. locati.*

a Recognitio rationum & earum ſolidatio per procuratorē facta nocet domino, ſi quod rationibus continetur verum ſit, non falſum.

b v. quæ ſcripſi ad *l.* 24. *ſup. depoſiti.*

c id eſt, à me & domino.

d *l.* 5. *ſup. de donat.* adde *l.* 1. §. 10. *ȷ. de extraord cognitionib. l.* 38. *ȷ. de rei vind.*

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM PARS SEPTIMA.

LIBER QVADRAGESIMVS-QVINTVS.

De *a* verborum *b* obligationibus *c*.

Prima diuiſio ſtipulationum: alia congrua, alia non congrua: vel alia vtilis, alia inutilis. De voce & auditu. De muto, ſurdo, infante & abſente 1. *De diſceſſu & reuerſione ſtipulatoris.* 2. *De reſponſione,* Quidni? *De nutu.* 3. *Si reſpondens adijciat vel detrahat aliquid obligationi.* 6. *De lingua.*

Vlpianus ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

STipulatio non poteſt confici niſi *d* vtroque loquente *e*. & ideo neque mutus *f*, neque ſurdus *g*, neque infans ſtipulationem, contrahere poſſunt: nec abſens *h* quidem, quoniam exaudire inuicem debent *i*. Si quis igitur ex his *k* vult ſtipulari, per ſeruum *l* præſentem ſtipuletur, & acquiret ei ex ſtipulatu actionem. Item ſi quis obligari velit, iubeat *m*, & erit quod iuſſu obligatus.

1 ¶ Qui præſens interrogauit *a*, ſi antequam "ſibi" reſponderetur, diſceſſit, inutilem efficit ſtipulationem. Sin verò præſens interrogauerit *b*, mox diſceſſit, & *c* reuerſo reſponſum eſt, obligat *d*. interuallum enim medium *e* non vitiauit obligationem *f*.

2 ¶ Si quis ita interroget, *dabis?* reſponderit, *quidni?* " & " is vtique in ea cauſa eſt vt obligetur *g*.

† ¶ Contra ſi ſine verbis adnuiſſet, non tantum *h* autem ciuiliter, ſed *i* nec *k* naturaliter *l* obligatur, qui ita adnuit. & ideo *m* rectè dictum eſt, non obligari pro eo, nec fideiuſſorem quidem.

3 ¶ Si quis ſimpliciter *n* interrogatus reſponderit *o*, *Si illud factum erit, dabo* p, non obligari eum conſtat. Aut ſi ita interrogatus, *Intra kalendas quintas* q? reſponderit, *dabo, Idibus*, æque non *r* obligatur. Non enim ſic reſpondit vt interrogatus eſt. Et verſa vice, ſi interrogatus ‖ fuerit ‖ ſub conditione †, reſponderit purè, dicendum erit, eum non obligari. Cùm adiicit ſ aliquid vel detrahit obligationi, ſemper probandum eſt vitiatam eſſe obligationem: niſi ſtipulatori diuerſitas reſponſionis *t* illico placuerit. tunc enim alia ſtipulatione contracta eſſe videtur.

† Pars ſexta cœpit à tractatu de bonorum poſſeſſionibus. & ſic à libro 57.

a 3. *inſt.* 16. *de verbor. obligat. Paul* 5. *ſent.* 7. de contrahenda & committēda ſtipulatione 8 c. 38. περὶ ἐπερωτήσεων καὶ ἐπερωτώντων, καὶ ἐπερωτωμένων, de ſtipulationibus, ſtipulantibus, & ſtipulato promittentibus 24. *Eclog.* 9.

b Verba de quibus hic agitur, nō ſunt inania & ſimplicia vt in pactis, *l.* 7. *in fin. Cod. commun. vtriuſque iudicij.* ſed ſolennia, quorum ſolennitas iure ciuili inducta eſt (eſt enim ſtipulatio, quod ad formam, non originem attinet, vide *l.* 1. *in fin. l.* 8. *in fin. ȷ. de acceptil.* contractus iuris ciuilis, & quidem nominatus, *l.* 1. *in fin. ȷ. de pact.* ſtricti iuris, *l.* 99. *ȷ. eod.*) firmandæ cuiuſque obligationis gratia inuentus. *Paul.* 5. *ſent.* 7. §. 1. & ne quis alteri temerè exiſtimaretur promiſiſſe, ſed conſulto conſilio, vnde ſtipulatio dicitur Stipulum enim veteres firmum dixere. *Paul. ibid. Inſt eod. Iſid.* 5. *c.* 24. Sola verba conuentiones non firmant, ſed etiam literæ, quin & arrha, vnde quidam eam dici putant παρὰ τὸ ἀρραγές, id eſt, firmo, *v. Cuiac. Inſt. eod.* Porrò quod firmatur, præſumit aliud eſſe quod firmet. firmatur verò conſenſus & cauſa contrahentium, ſolenni interrogatione & reſponſione. hinc ſtipulatio ſiue cauſa non valet. *l.* 2. §. 3. *ȷ. de doli.* atque ita ſtipulationes ſolæ non ſubſiſtunt, ſed ex aliis obligationibus pendent. Quid? ſtipulatio mutátne naturam conuentionis, puta emptionis quæ eſt bonæ fidei, vt ea ſit ſtricti iuris? Minimè. quin potius ſtipulatio regitur ex natura contractus, ſuper quo interponitur. Firmat conuentionem, ſed non abolet. Firmat: nam ſtipulatio innominato contractui coniuncta, efficit vt re integra non ſit locus pœnitentiæ, *l.* 40. *C. de tranſact. l.* 3. *C. de rer. permut.* non abolet, quia remanet conuentio. Quid? verba de quibus hic agitur, ſúntne ſymbola quibus contrahentes teſtantur ſe conuentioni ſtare? quidam exiſtimant Nam & in teſtium rogationibus aurium attrectationes (auris enim Memoriæ, vt frons Genio, digiti Mineruæ, Genua Miſericordiæ erant conſecrata) in deferendis honoribus χαρπισμοὶ, id eſt, manuum porrectiones (hinc χειροτονίαι. Quibuſdam tamen χαρπισμός manus iniectio eſt. in manumiſſionibus alapæ & circunductiones erant ſymbola. *v. Non.* 81. Cuiac. verò hæc negat quod verba non ſint ſymbola niſi ſint allegorica: alias rem, in mutuo, litteras & conſenſum in emptione fore ſymbola. adde *l.* 7 §. 2. *ſup. de pactis.*

c verbis ſc. vel ſaltem fictis & tacitis, vt in dote, *l. vnic. C de rei vxor. act.*

d Verba ſunt præſentium, non abſentium. hinc Ouid. *de Ponto.* Litera pro verbis. Nuntius eſt epiſtola viua: Epiſtola tacitus nuntius. *Epictetus.* Hinc & paſſim ex hoc titulo colligere poſſis, nouem requiri in ſtipulatione: ſermonem, *vt hic*: (eſt enim ſermo de natura & eſſentia ſtipulationis, interrogationem & reſponſionem, reſponſionem conformem & congruam interrogationi, factam incontinenti inter præſentes, inter eos qui ſe exaudire vel intelligere poſſunt, ſaltem per interpretes: conſenſum, promiſſionem, vt qui promittit dare vel facere aliquid, *l.* 2. *ȷ. eod.* poſtremo, vt de ſuo non alieno facto quis promittat.

e Qui loqui non poteſt, ſtipulari non poteſt, *l.* 77. *in fin. ȷ eod.* At is poteſt ſcribere? qui ſcribit, non dicitur propriè loqui, *l.* 75. *ȷ. de leg.* 3. & tamen qui vetitus eſt cum aliquo ſermones ſerere, ad eum ſcribere, iure non poteſt *v. Ripenſ. hic num.* 58. *Alciat hic. num.* 28. Quid: An mutus teſtis eſſe poteſt? vtique ſi literas ſciat *v. Ripenſ. num.* 37.

f omnino. §. 7. *Inſt. de inutilib. ſtipulat.* nam aliud eſt in balbo, blaſo, & ſimilibus.

g omnino. nam in ſurdaſtro aliud, *l.* 1 *in fin. ȷ. de oblig.*

h ſtipulatio inter abſentes concepta, eſt inutilis.

i *v. Paul.* 5. *ſent* 5. §. . §. 12. *Inſt. de inutil. ſtipulat. v. l.* 3. *C. de inutilib. ſtipulat.* ſtipulatio in eo differt ab aliis contractibus qui literis & ab abſentibus explicari poſſunt. k excipe tamen infantem pueritiæ non proximum, arg. §. 10. *inſt. de inutil. ſtip.* nam is velle non poteſt vt ſeruus præſens ſtipuletur, quod hic dicitur. l & meritò: ne alioquin, ſine ſuo vitio afflictis detur afflictio. poteſt itaque ſeruus defectum vocis, & auditus domini ſupplere. & ita reſtringe regulam qua dicitur, Ex perſona domini diiudicandum an ipſe ſeruus capere poſſit, *l.* 82. §. 2. *ȷ. de leg.* 1. m quouis modo, etiam per epiſtolam, nam nudus verba non requirit, *l.* 4. §. 3. *ȷ. quod iuſſu.*

a ſenſus eſt, Si præſens interrogetur, & abſenti reſpondeat, nihil agit, *Cuiac. hic.*

b Interrogauerit, & antequam reſponderetur, diſceſſit, *Vulg. Hal.*

c & mox reuerſo, *Corraſ. hic.*

d obligatur, *Vulg.*

e modicum, *Vulg.* non longum, quale eſt vnius diei (nam quod poſtera die ſit, non ſit incontinenti, *l.* 12. *ȷ. tit. prox.*) dummodo tamen intermedio tempore nullum extraneum actum fecerit, *l.* 137. *ȷ. eod.* Dico amplius longum ſit, ſi illo modico tempore ad actus extraneos, ſeu extranea negotia diuerterit. Cur autem veteres extraneo actu ſtipulationem vitiari voluerunt? ne fortè promiſſor ſe oblitum interrogationis, aut de ea non cogitaſſe cauſaretur. ideoque pactum magis quàm ſtipulationem inire voluiſſe, *l.* 7. §. 12. *in fin. ȷ. de pact. Duar.* Extranea negotia interpretor, quæ nihil commune habent cum ſtipulatione. v. quæ notaui ad *l.* 6. *ȷ. tit. prox.*

f niſi ſtipulator aliquid intermedio illo egerit, ex quo appareat eum cœptam ſtipulationem omiſiſſe, *l.* 137. *ȷ. de verb. oblig.*

g Cur ita? an quia interrogatio affirmat. adde *l.* 52. §. 5. *in fin. ȷ. de legat.* 3. vt vult Zaſius? an potius, vt vult Duarenus, quòd ſufficiat verbis æqui ollentibus aliquid facere? *l.* 136 *ȷ. eod. l.* 10. *C. eod.* §. 1. *in fin. Inſt. eod.* §. 5. *in fin. Inſt. de inutilib. ſtipulationib.* (qui textus valde ſingularis eſt) qualia ſunt, illa μάλιστα. *l.* 39. §. 1. *ȷ. de legat.* 3. ὅτι ἐν θέλεις ποιήσω *l.* 12. *C. de fideiuſſorib.* vbi etiam quidam legunt τέμν. quidni. cum etiam impertinentia verba pertinentibus addita non vitient, *l.* 65. *ȷ. eod.* An vero quod hoc verbum vi ipſa promiſſionem includat (vnde à Donato inter verba promittendi ponitur) vt vult Cuiacius: vt qui eo vſus ſit; videatur ita reſpondiſſe: Quidni dabo? Certè dabo. Terentius *in Eunucho*: patris cognatum atque æqualem Archimidem noſti? quidni *& in Heauton.* Tenes quid dicam? quidni? vt hinc colligere poſſis, Verba quidem in ſtipulatione pro forma deſiderari: ſufficere tamen ſi ex interpretatione conſenſus percipi poſſit.

h non tantum enim non ciuiliter, *Hal.* quam lectionem probat Corraſius *hic.* reprehenſus eo nomine à Roberto 1. *recept.* 33. & Duareno *hic.*

i huc facit, quod notat Muretus, *modo non.* pro *non modo, non* apud veteres legi: idque genus loquendi à Græcis ductum eſſe 10. *Variar.* 7.

k i. non modo, non ciuiliter. Ex ſtipulatione nutu facta non oritur etiam naturalis obligatio. & ſic inutilis ſtipulatio non valet vt pactum (quod iure naturali obligat) vel vt conſtitutum, *l.* 1. §. 4. *ȷ. de conſtit. pecun.* Imo valet vt pactum, *l.* 27. §. 9. *in fin. ȷ. de pactis. l.* 5 *ȷ. de reſcind. vend l.* 8. *l.* 19. *ȷ. de acceptilationib.* ſolue, iis locis agitur de acceptilatione. Liberationis enim maior eſt fauor, quàm obligationis, *Cuiacius hic.*

l Imo naturaliter obligatur qui annuit. nam nutus eſt ſignificatio voluntatis, *l.* 65. §. 3. *ȷ. ad Treb.* vide quæ notaui ad *l.* 52. *in fin. ȷ. de oblig.* quin & aliqui ſunt qui præter hominum morem caput inclinantes diſſentiunt, *Galen. lib.* 2. *Decret. Hippocratis: & Galenus apud Duar hic.* Solue, qui ſic adnuit, non obligatur naturaliter quaſi ex pacto, & conſenſu; quia non paciſcendi ſed ſtipulandi animus fuit.

m quia vt fideiuſſor obligetur, naturalis aliqua obligatio eſſe debet, *v. l.* 6. *in fin. ȷ. de fideiuſſorib.* hic autem nulla eſt.

n id eſt, purè.

o i. reſponderit ſub conditione, §. 5. *Inſt. de inutilib.*

p Cur? ſimpliciter interrogatus fuit, & tamen ſub conditione reſpondet.

q i. quintum menſem.

r cur ita? de Kalendis interrogatus fuit, & tamen de Idibus reſpondet: diuerſitas in tempore vitiat ſtipulationem.

† §. 2. *Inſt. de inutilib. ſtipul.*

ſ adiicitur aliquid, vel detraditur. *Vulg. Hal.*

t Diſparitas quæ illico placet, intelligitur ad paritatem reducta.

a & mihi placeat diuerſitas reſponſionis: eo enim caſu in minimâ ſummam valeret reſponſio ſeu obligatio.
b Imo, nec in decem quidem §. 5. Inſt. de inutilib. ſtipul. l. 52. ſ. locati. ſolue, ibi illico non placuit diuerſitas reſponſionis: hic placuit, arg. §. 3. in fin. ſ. eod. vel in d. §. 5. Inutilis dicitur ſtipulatio totius, nô partis, in toto ipſo, non in parte.
c Imo, ne in decē quidem d. §. 5. ſolue vt ſ.
d l. 9. in fin. ſ. de in litem iurando, v. l. 9 §. 3. in fin. ſ. de her. Inſt. l. 7. 6. ſ. de except. rei ind. l. 80. de reg. in 6.
e i. tu reſponderis copulatiuè. hic reſponſio petitionem excedit. ideoque in reſponſione ineſt id quod petitum eſt, vt mirum non ſit, valere huiuſmodi ſtipulationem, vt hic, l. 12. ſ. de pecun. conſt. l. 34. C. de donationib. Aliud eſt in alternatiua reſponſione, quæ dubia eſt, l. 73. §. 2. ȷ. eod. & breuiter hic ſimplici interrogationi nô obeſt coniuncta, ſed alternatiua reſponſio.
f i. reſpenſiones, Zaſ. adde l. 29. ȷ. eo.

4 ¶ Si ſtipulanti mihi *decem*, tu 20. a reſpondeas, non eſſe contractam obligationem, niſi b in decem conſtat. Ex contrario quoque ſi me 20. interrogante, tu 10. reſpondeas, obligatio niſi c in decem non erit contracta: licèt enim oporteat congruere ſummam, attamen manifeſtiſſimum eſt viginti d & decem ineſſe.

5 ¶ Sed ſi mihi *Pamphilum* ſtipulanti, tu *Pamphilum & e Stichum* ſpoponderis, Stichi adiectionem pro ſuperuacuo habendam puto. nam ſi tot ſunt ſtipulationes f, quot corpora, duæ ſunt quodammodo g ſtipulationes h, vna vtilis, alia inutilis: neque vitiatur i vtilis k per hanc inutilem.

6 ¶ Eadem l an alia lingua reſpondeatur, nihil intereſt. Proinde ſi quis Latinè interrogauerit, reſpondeatur ei Græcè, dummodo congruenter m reſpondeatur, obligatio conſtituta eſt. Idem per contrarium. ¶ Sed vtrum hoc vſque ad Græcum n ſermonem tantum protrahimus, an, verò & ad alium, Pœnum fortè, vel Aſſyrium, vel cuius alterius linguæ, dubitari poteſt? Et ſcriptura Sabini, ſed ‖&‖ verum o patitur, vt omnis p ſermo contineat verborum obligationem. ita tamen vt vterque alterius linguam intelligat ſiue per ſe q, ſiue per verum interpretem ſ.

Diuiſio ſecunda in ſtipulationes dandi & faciendi. 1. tertia in diuiduas & in indiuiduas.

2. *Vlpianus* ‖lib. 12. ad Sabinum.‖

Stipulationum quædam t in u dando, quædam in faciendo x conſiſtunt. y

1 ¶ Et harum omnium quædam z partium præſtationem recipiunt a: veluti cum *decem* dari ſtipulamur. quædam non recipiunt, vt in his quæ natura b diuiſionem non admittunt, veluti c cùm *viam, iter, actum* ſtipulamur: quædam partis quidem dationem natura recipiunt, ſed d niſi tota dantur, ſtipulationi ſatis non fit, veluti cum *hominem* generaliter e ſtipulor, aut *lancem*, aut *quodlibet vas*. Nam ſi Stichi pars ſoluta ſit, nondum in vlla f parte ſtipulationis liberatio nata eſt, ſed aut ſtatim g repeti poteſt h, aut in i pendenti k eſt, donec alius detur. ¶ Eiuſdem † conditionis eſt hæc ſtipulatio l, *Stichum aut Pamphilum dari?*

2 ¶ Ex his igitur ſtipulationibus ne heredes m quidem pro parte ſoluendo liberari poſſunt, quamdiu non eandem rem omnes dederint. non enim ex perſona heredum conditio obligationis n immutatur. ¶ Et ideo ſi diuiſionem res promiſſa non recipit o, veluti p *via*, heredes promiſſoris ſinguli in ſolidum tenentur q. Sed quo caſu vnus ex heredibus ſolidum præſtiterit r, repetitionem ſ habebit à coherede, familiæ erciſcundæ iudicio.

¶ Ex quo a quidem accidere Pomponius ait b, vt & ſtipulatoris *via* vel *itineris* heredes ſinguli in ſolidum habeant actionem. ſed quidam hoc caſu extingui ſtipulationem putant c, quia d per ſingulos acquiri ſeruitus non poteſt. ſed e non facit inutilem ſtipulationem difficultas f præſtationis.

3 ¶ Si tamen g *hominem* h ſtipulatus cum vno ex heredibus promiſſoris egero i, pars dumtaxat cæterorum k obligationi ſupererit, vt & l ſolui poteſt. ¶ Idémque eſt ſi vni ex heredibus accepto latum m ſit.

4 ¶ Idemque ‖n‖ eſt in ipſo promiſſore, & fideiuſſoribus eius, quod diximus in heredibus.

5 ¶ Item ſi in facto o ſit ſtipulatio, veluti ſi p ita ſtipulatus fuero q: *per te non* r *fieri, neque per heredem tuum quo minus mihi ire agere liceat?* & vnus ſ ex pluribus heredibus prohibuerit, tenentur quidem t "&" coheredes eius u, ſed familiæ x erciſcundæ iudicio ab eo repetent quod præſtiterint. Hoc & Iulianus & Pomponius probant.

6 ¶ Contra y autem, ſi ſtipulator deceſſerit, qui ſtipulatus erat *ſibi heredique ſuo agere licere*, & vnus ex heredibus eius prohibeatur, intereſſe dicemus, vtrum in ſolidum committatur ſtipulatio, an pro parte eius qui prohibitus eſt. nam ſi pœna z ſtipulationi adiecta ſit, in ſolidum committetur a: ſed b qui non ſunt prohibiti, doli "mali" exceptione ſummouebuntur c: ſiue d pœna nulla poſita ſit, tunc pro parte eius tantum, qui prohibitus eſt, committetur ſtipulatio.

3. *Vlpianus* lib. 49. ad Sabinum.

Idem e iuris eſt in illa ſtipulatione f, *mihi heredique meo habere licere?*

1 ¶ Sed hæc differentia g illam habet rationem, quòd vbi vnus ex heredibus prohibetur, non poteſt coheres ex ſtipulatu agere, cuius nihil intereſt, niſi h pœna ſubiecta ſit. nam i pœna ſubiecta efficit vt omnibus committatur: quia hic non quærimus cuius interſit. enimvero vbi k vnus ex heredibus prohibet, omnes tenentur heredes: intereſt enim prohibiti, à nemine prohiberi.

4. *Paulus* ‖lib. 12. ad Edictum.‖

Eadem dicemus l & *ſi dolum* m *abeſſe à te heredéque tuo* ſtipulatus ſim n, & aut promiſſor, aut ſtipulator pluribus heredibus relictis deceſſerit.

1 ¶ Cato o libro p 15. q ſcribit, *pœna certa pecunia promiſſa, ſi quid* r *aliter* factum ſit, mortuo promiſſore, ſi ex pluribus heredibus vnus contra quàm cautum ſit, fecerit, aut ab omnibus heredibus pœnam committi pro portione hereditaria, aut ab vno pro portione ſua. Ab omnibus, ſi id factum de quo cautum eſt indiuiduum ſ ſit, veluti *iter* t *fieri*: quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo factum videretur.

g hæc dictio, nota eſt im proprietatis. h i. reſponſiones Zaſ. i quoties agitur de rebus diuiduis quæ ſeparari poſſunt, non de connexis & indiuiduis, l. 7. in fin. ſ. de receptis. interdum inutile per vtile robur accipit & firmatur, l. 1. §. 1. C. de rei vxor. k c. 37. c. 73. de regulis in 6. l v. Theophilum §. 1. in fin. Inſt. de verb. oblig. m vt ſenſus ſaltem verbis congruat. v. l. 52. §. 2. ſ. de oblig. n Græcè ſtipulatio fieri poteſt. vt hic: & acceptilatio, l. 8. in fin. ȷ. de acceptil. v. quæ not. ad l. 11. ſ. de leg. 3. o i. æquitas, vtilitáſque commerciorum. p non tantum Latinus, licet ſtipulatio introducta ſit à Romanis & iure ciuili. q §. 1. verſ. verum. inſtit. eod. r ideoque ſi falſum reperitur, veritati locus ſupererit, vt eſt exemplum in Plauti Pœnulo: Et deceptus reſtituetur ex generali clauſula, ſ. ex quib. cau. ſ. maior. ſ etiam vnicum, etiam ipſum Notarium. v. Zaſ. hic. n. 6. licet aliàs vni teſti non credatur, l. 9. C. de teſtib. ſed hoc receptum eſt propter communem conſenſum partium. facit lex 14. ſ. de dote præleg. Idem eſt ſi publicè munus illud fuerit alicui impoſitum, l. vlt. C. de ponderatorib. neque placet diſtinctio quam ponit inter teſtem & interpretem Mantic. 1. de coniect. vlt. volunt. in fin. Quid enim agit hic interpres, quàm vt teſtimonium vtrique præbeat? De remuneratione interpretis v. legem vltimam ȷ. de proxenet. t v. l. 5. §. 1. ȷ. eod. Diuiſio ſtipulationum ſumpta à materia. u ita vt dominium transferatur, l. 75. in fin. ȷ. eod. aliàs qui dat, facit l. 218. ȷ. de verb. ſign. Facti vocabulo datio comprehenditur, l. 60. ȷ. de cond. & dem. x tradendo, l. 28. l. 75. §. 7. ȷ. eod. non faciendo d. l. 60. l. 75. §. 7. ȷ. eod. Non factum ſub facto continetur. Qui abſtinet, facit. y ad de, quædam in dando & faciendo coniunctim, vt reddere rationes, l. 82. ſ. de cond. & dem. & ſic Iuriſconſultus hanc tertiam ſpeciem mixtam omiſit, de qua præciſius agitur l. 13. C. eod. & ſi quodammodo ſub duabus ſimplicibus expreſſis mixti caſus intelligi videantur arg. l. 16. ſ. de liberis. z Stipulationum quædam diuiduæ, quædam indiuiduæ. In diuiduis pro parte ſolui poteſt. ȷ. eod. l. 9. §. 1. ȷ. de ſolutionib.

a vt ſtipulationes quantitatis & pecuniæ, ſpeciei ſeu corporis certi. l. 9. §. 1. ȷ. de leg. 2. l. 5. ȷ. de ſtip. ſeruor. Incerta, vt homo, eius pars ſolui poteſt. l. 9. §. 1. ȷ. de ſolutionib. de qua Macrobius 2. ſaturnal. 6. Nauem ſi diuidis, nec tu nec ſocius habebitis. qua in re Quint. Fab. Labeo aduerſus Antiochum peccauit.
b Diuiduum & indiuiduum, aliud à natura, aliud à lege, l. 26. in fin. ſ. de leg. 1. incorporalia, natura ſunt indiuidua. Diuidua ſunt à natura, vt corpora quæ facto hominis poſſunt diuidi. lege, quæ non niſi commodè diuidi poſſunt. c i. vt ſeruitutes v. l. 72. ȷ. eod. l. 17. ſ. de ſeruit. excepto vſufructu, l. 1. §. 9. ſ. ad l. Falc.
d hic magna ſuboritur in formulis confuſio. Quædam pro parte ſolui poſſunt: & tamen ſolida ſunt præſtanda. Pars eſt in petitione, ſolidum in præſtatione, l. 85. in pr. §. 4. ȷ. eod. e l. 32. in fin. ſ. de cond. indeb. non ſpecialiter, vt cum dixi Stichum, ſed incertum. f in nulla. Hal. Imo in aliqua. l. 9. ȷ. de ſolut. l. 17. ſ. de acceptil. quin videtur creditor partem recipiens ſibi præiudicare.
g hoc corrigitur ȷ. eod. h pars quæ data eſt ſc. vt indebita. i l. 26. §. 13. ſ. de cond. indeb. k conditio ſc. † l. 32. in fin. ſ. de cond. indeb. & ſic obligatio generis & alternatiua exæquantur, vt hic. interdum tamen differunt de quo vide Zaſ. 2. Reſp. vlt. l alternatiua l. 85. §. 4. ȷ. eod. m Quæ dicta ſunt ſuperiori §. de promiſſore, eadem hic dicuntur de eius ſucceſſore. n generis ſc. o l. 7. ȷ. eod. l. 37. ſ. de ſeruit. p l. 2. §. 10. ſ. fam. erciſc. q excipe §. 3. §. 4. r Conſultius faciet iudex, ſi antequam condemnet, tempus præſtituat cæteris coheredibus, intra quod ſeruitutem præſtent, l. 11. §. 23. ſ. de legat. 3.
ſ §. 5. in fin. ȷ. eod. & d. §. 10.

ſententia abſolutoria, vt vult Duarenus? Placet quod ait poſt Petrum [...] obligatione generis non contingere liberationem per ſolutionem, ſed [...] tentiam & acceptilationem, l. 45. § 4. ȷ. eod. l. 67. ȷ. de accept. idque Cuiac[...] bat: quia nec petitione inducitur inter duos reos diuiſio, l. 23. C. de fid[...]
k coheredum ſc. l vt exſolui poſſit Vulg. Hal. m l. 17. ȷ. de acceptil.
n ſenſus eſt: Vt inter heredes promiſſoris ita inter eiuſdem fideiuſſores [...] ſtipulatio diuiditur: ſi verò obligatio diuidua, iuuantur epiſtola D. Had[...] 4. inſt. de fideiuſſor. ſi indiuidua, in ſolidum tenentur. o De ſtipulation[...] ciendi tractare incipit. Facti appellatione non faciendi ſtipulatio contin[...] p l. 85. §. 3. ȷ. eod. l. 25. l. 44. §. 5. ſ. familia. q In factis perſonalibu[...] pedit ſtipulari. nam realia deſcendunt ad heredes. r ſolet hoc adiici p[...] ſtitutæ ſeruitutis conſeruatione. ſ in promiſſione facti de non præſtand[...] dimento, vno ex heredibus prohibente omnes tenentur, ſalua eis actione [...] prohibentem. t pro parte hereditaria ſc. u l. 4. §. 2. ȷ. eod. Accurſ. [...] Cuiac. Corraſ. x quia dum ab vno prohibeor, in totum prohibeor: & [...] bitio mihi indiuidua eſt, l. 3. l. 4. §. 1. ȷ. eod. y non vt vno heredum pro[...] committente in ſtipulationem defuncti, cæteri coheredes tenentur: [...] heredibus ſtipulatoris prohibito, eius coheredes agent, niſi pœna ſit ſubie[...]
z Indiuidua eſt pœnæ ſtipulatio ſeu promiſſio.
a ſtricto iure vt etiam non prohibiti pœnam poſſunt petere, v. l. 36. ȷ. eod.
b Deciſio ſumpta ex æquitate. c quia nihil eorum intereſt in effectu [...] autem alterius, i. eius qui prohibitus cui ſuum ius auferri eſt iniquum. & [...] ſtringe legem 38. §. 17. ȷ. eod. quæ ait etiam dari actionem pœnalem ei [...] hil intereſt. d ſi vero. Vulg. Hal. e Nam vno ex heredibus promiſſori[...] trouerſiam faciente omnes tenentur: vni ex heredibus ſtipulatoris contr[...] facta, is ſolus habet actionem. f Solebat huiuſmodi ſtipulatio interp[...] contractus geſti. præſertim emptionis conſeruationem; l. 77. ȷ. eod. g [...] fit mentio in l. 2. §. 5. ſ. eod. h l. 38. §. 18. ȷ. eod. i Pœnæ adiectæ d[...] obſerua. k d. §. 5. l. 4. ȷ. eod. l. 25. §. 12. ſ. familia. l Nam vno heredum [...] faciente, reliqui tenentur, eadem, inquam: neque id mutatur, l. 4. §. 1. ȷ. [...] vult Taurellus, & Duarenus: à quibus diſſenſit Cuiac. Ait enim ſtipulation[...] *lum malum abeſſe*, eſſe indiuiduam, nec committi tantum pro parte eius [...] lum commiſit. m l. 44. §. 5. ſ. familia. n hanc clauſulam ſolebant [...] re veteres in contractibus, d. § 5. l. 22. l. 119. l. 121. ȷ. eod. l. 19. ȷ. iudicatum [...] l. 69. ȷ. de verb. ſign. o Vticenſis: Bologninus: Cenſorius, Zaſ. Cenſori [...] ior, qui & Marcus Porcius. Baro. hic: & Coraſ. 4. Miſcell. vlt. de quo lex 2. [...] de orig. iur. p Nouam & probabilem explicationem huius loci v. apud [...] bechium cap. 37. Annotationum. q Plurimos enim reliquit dict. §. 38. [...] dem de iuris diſciplina egregios 18. Gell. 18. Commentariorum iuris c[...] Catone compoſitorum meminit Feſtus in dictione Mundus. Ab eo Caton[...] regula Catoniana dicitur. r Nota hoc in §. agi de his ſtipulationibus [...] fieri, amplius non agi, *per te non fieri quominus mihi ire agere liceat, te he[...] que tuum ratum habiturum*: ſed & quæri quanam earum diuiduæ, quæ in[...] duæ.
ſ in factum indiuiduum vno heredum promiſſoris committente, reliqui [...] des tenentur, & ab iis pœna debetur.
t Iter fieri, eſt factum indiuiduum.

¶ At ſi

¶ At ſi de eo cautum ſit quod diuiſionem recipiat: veluti *amplius non a agi b*, tum eum heredem qui aduerſus ea fecit, pro portione ſua ſolùm pœnam committere. differentiæ hanc eſſe rationem: quòd in priore caſu omnes commiſiſſe videntur. quòd niſi in ſolidum peccari non poterit, illam *c* ſtipulationem *per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat?*

¶ Sed *d* videamus *e*, ne non idem *f* hic *g* ſit, ſed *h* magis idem quod in illa ſtipulatione, *Titium heredemque eius ratum habiturum?* nam hac ſtipulatione & ſolus tenebitur qui non habuerit ratum, & ſolus aget à quo fuerit petitum. idque & Marcello videtur quamuis *i* ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt.

2 ¶ Si *k* is *l* qui duplam ſtipulatus eſt, deceſſerit pluribus hæredibus relictis, vnuſquiſque ob euictionem *m* ſuæ partis pro portione ſua habebit actionem. Idémque eſt in ſtipulatione quoque fructuaria *n*, & damni infecti *o* & ex operis noui nuntiatione *p*, reſtitui tamen opus ex operis noui nuntiatione pro parte non poteſt. Hæc *q* vtilitatis *r* cauſa ex parte ſtipulatorum recepta ſunt.

¶ Ipſi autem promiſſori *ſ* pro parte neque reſtitutio *t*, neque defenſio *u* contingere poteſt.

Diuiſio quarta ſtipulationum in iudiciales, prætorias, conuentionales, communes. 1. Quinta diuiſio ſtipulationum in repromiſsionem. 2. Et ſatiſdationem. 3. De ſtipulatione pœnali.

5. *Pomponius* ‖ lib. 26. ad Sabinum. ‖

STipulationum *x* aliæ *y* iudiciales ſunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, prætoriæ & iudiciales. ¶ Iudiciales *z* ſunt duntaxat, quæ à mero *a* iudicis officio *b* proficiſcuntur, veluti *de dolo* cautio *c*.

¶ Prætoriæ quæ à mero *d* prætoris officio proficiſcuntur, veluti *damni infecti*.

¶ Prætorias autem ſtipulationes ſic audiri oportet, vt in his contineantur etiam ædilitiæ *e*. nam & hæ ab iuriſdictione veniunt.

¶ Conuentionales *f* ſunt quæ ex conuentione reorum *g* fiunt, quarum totidem genera ſunt, quot (penè dixerim) rerum contrahendarum. nam & ob ipſam verborum obligationem fiunt, & pendent ex negotio contracto.

¶ Communes *h* ſunt ſtipulationes, veluti *rem ſaluam fore pupilli*. nam & prætor iubet rem ſaluam fore pupillo caueri: & interdum iudex, ſi aliter expediri hæc res non poteſt.

¶ Item duplæ ſtipulatio venit ab iudice *i*, aut ab ædilis *k* edicto. 1 ¶ Stipulatio *l* autem eſt verborum conceptio *m*, quibus is qui interrogatur, daturum *n* facturúmve ſe quod interrogatus eſt, reſponderit *o*.

2 ¶ Satis acceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem, vt adpromiſſores *p* quoque ab eo accipiantur: id eſt, qui idem promittunt. 3 ¶ Satis autem accipere dictum eſt eodem modo, quo ſatisfacere. nam quia id quo quis contentus erat, ei præſtabatur, ſatisfieri dictum eſt; & ſimiliter quia tales, quibus contentus quis futurus eſſet, ita dabantur vt verbis obligarentur, ſatis accipi dictum eſt.

4 ¶ *Si ſortem promiſeris, & ſi ea ſoluta non eſſet, pœnam:* etiam ſi vnus ex hæredib. tuis portionem ſuam ex ſorte ſoluerit, nihilominus pœnam committet, donec *q* portio coheredis ſoluatur.

¶ Idemque eſt de pœna ex compromiſſo, ſi vnus paruerit, alter non paruerit ſententiæ iudicis. ſed à coherede ei ſatisfieri debet. nec enim aliud in his ſtipulationibus ſine iniuria ſtipulatoris conſtitui poteſt.

De eo cui bonis interdictum eſt.

6. *r Vlpianus* ‖ lib. 1. ad Sabinum. ‖

a Amplius non agi, factum eſt diuiduũ: poteſt enim in partem agi.
b ſiue, quod idem eſt, amplius non peti, *l.* 23. ĩ. *ratam rem.*
c *fortè legendum*, in illam ſtipulationem.
d vide quæ ſcripſi ad Accurſium *hoc loco.*
e *Videamus* verbum eſt affirmantis. Ita ſolent plerumque Iuriſconſulti ſcribere, forſitan, plerumque videtur, videamus, vt Ariſtoteles. ἔοικεν, δοκεῖ σκεπτέον, δεῖ φαίνεται *Cuiac. hic.*
f quid in ſtipulatione, *per te non fieri.* quæ eſt indiuidua?
g i. in ſtipulatione non agi. *Zaſ. in ſuis gloßis ad hunc* §. *Cuiac. hic.*
h ſenſus eſt, Sicut in ſtipulatione, *Te heredémque tuum ratum habiturum*, is ſolus hæres promiſſoris tenetur, qui ratum non habuit: ita & in ſtipulatione, *Non amplius agi*, Vtriuſque ſtipulationis eadem conditio, idemque penè ſenſus, *l.* 23. *inf. ratam rem.* hæc tamen ſtatim committitur, atque ratum non habetur. illa, non niſi iudicio petitum ſit, vel ſolutum, vel compenſatum, *Cuiac.*
i Ratio hæc eſt dubitandi, Dominus factum à procuratore, pro parte ratum habere non poteſt. ergo factum procuratoris ei diuidere non licet. ſi ita eſt, vno heredum eius in illud factum committente, in ſolidum ſtipulatio committetur: aut ſi non in ſolidum committetur, diuidetur. Hæc eſt dubitandi cauſa, ſed facilis eſt ſolutio, Obligationem quandoque mutari ex hæredum perſona. k nota in hoc §. agi de ſtipulationibus duplæ, fructuaria, damni infecti, operis noui, quæ vtilitatis cauſa diuiduæ ſunt plerumque. l i. venditor. m *l.* 85. §. 5. ĩ. *eo. l.* 62 §. 1. *ſup. de euictionib.*
n quæ à fructuario, proprietatis domino præſtari debet, *l.* 10. 26. *ſup. de damno. l.* 1. §. 3. *ſup. vſufructuarius quemadm. caueat.*
o quam vicinus vicino præſtat, damnum ædium vicinarum metuenti, ĩ. *de damno.*
p quam ædificans nuntianti præſtat, *ſup. de operis noui.* q hanc integram ſententiam diſtinguit Antonius Faber. 3. *Coniect.* 8. r Vtilitas in eo verſatur, vt vnuſquiſque pro ſua parte conſequatur id quod intereſt. ſ i. ex parte promiſſoris nunquam diuiditur ſtipulatio in exemplis ſuperius adductis. t operis ſc. noui. u in cauſa duplæ. x Synopſis Baſilicon. 24. *Tit.* 9. *ex lib.* 44 *Tit.* 1. *c.* 5. §. 3.
y Tertia ſtipulationum diuiſio ab efficiente cauſa deducta 24. *Ecl. ex lib.* 43. *tit.* 1. *c.* 5. §. 3. *Inſt. de diuiſ. ſtipulat.* adde non abſimilem diuiſionem ex *l.* 1. ĩ. *de ſtipul. prætoriis.* z δικαστικαὶ *Ecl. ib.* a εἰσμόνως ἐκ τοῦ ὀφφικίου, *Ecl. ibi.* αἵτινες ἐκ μόνου ὀφφικίου τοῦ δικαστοῦ. Theophilus officium illud vocat poſtea κέλευσιν. Iuſtum iudicis ſc. à iudice datum, non à prætore. b Imò à iudice, *l.* 1. *de prætoriis ſtipulat.* vide ad hunc locum nouam explicationem Langebekij c. 30. *Annotationum.*
c & aliæ *v. Inſt. de diuiſ. ſtip.* vide hic *Cuiac.* d ἐκ μόνης τῆς τοῦ πραίτωρος δικαιοδοσίας. *Theoph.* vide ĩ. *de ſtipul. prætoriis.* e *l.* 28. *ſup. de ædilitio.* f συναλλακτικαί, *Ecl. ibi.* g i. vtriuſque partis. *Inſt. eo.* contrahentis. ἐκ κοινῆς συναινέσεως ἑκατέρου μέρους. *Theoph. ibi.* αἱ ἀπὸ συμφώνου. *Ecl. ibi.* h prætoriæ & iudicis ab eo dati, ſed & ædilitiæ *inf. eo.* i *l.* 14. *in fin. ſup. de noxalib. l.* 25. §. *pen. ſup. familiæ. l.* 10. *in fi. ſup. comm. diuid.* k *l.* 37. §. 1. *ſup. de ædilitio edicto* l Quinta ſtipulationum diuiſio, ſtipulationum alia nuda eſt, alia ſatiſdatio ſeu ſatis acceptio. m *l.* 3. *C. eo. Pau.* 2. *ſen.* 31. §. *vnic. l.* 1. §. 4. ĩ. *de ſtipul. ſeru. l.* 19. *C. de iure dot.* συνθήκη ῥημάτων 6. *Harmen. vlt.* 23 *Ecl. ex lib.* 43. *tit.* 1. *c.* 61. n *l.* 2. *ſup. eo.* congruè quod etiam fit imperſonaliter, dabis? dabunt *v. Alciat.* 2. *Parerg.* 18. & *C. hic.*
p id eſt, fideiuſſores de quibus *v. l.* 43. ĩ. *de ſolutionib.* q *l.* 83. §. 6. ĩ. *eo.*
r vide ad hanc legem Ripenſem.

IS *a* cui *b* bonis interdictum *c* eſt, ſtipulando ſibi adquirit. tradere verò non poteſt, † vel promittendo obligari. & ideo nec fideiuſſor pro eo interuenire poterit *d*, ſicut nec pro furioſo.

De conditione impoßibili, & neceſſaria.

7. *Idem* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

IMpoſſibilis *e* conditio, cùm in faciendum *f* concipitur, ſtipulationibus obſtat. aliter atque ſi talis conditio inſeratur ſtipulationi, *ſi in cœlum non aſcenderit.* nam vtilis & præſens eſt, & pecuniam creditam continet *g*.

De conditione in diem collata.

8. *Paulus* ‖ libro 2. ad Sabinum. ‖

IN illa ſtipulatione, *Si Kalendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes h?* Mortuo homine quæritur *i*, an ſtatim ante Kalendas agi poſſit? Sabinus, Proculus expectandum *k* diem *l* actori putant: quod eſt verius *m*. tota enim obligatio ſub conditione, & in diem collata eſt: & licèt ad *n* conditionem committi videatur, dies tamen ſupereſt *o*.

¶ Sed cum eo qui ita promiſit, *ſi intra Kalendas digito cœlum non tetigeris* †, agi protinus *p* poteſt. hæc & Marcellus probat.

De duobus ſeparatim ita ſtipulantibus ſi illi non dederis.

9. *Pomponius* ‖ lib. 2. ad Sabinum. ‖

SI Titius & Seius ſeparatim *q* ita ſtipulati eſſent, *Fundum illum r ſi illi non dederis, mihi dare ſpondes?* finem *ſ* dandi alteri fore, quoad iudicium acciperetur *t*, & ideo occupantis *u* fore actionem *x*.

De conditione, Si Titius ante Kal. in Italiam non venerit.

10. *Idem* ‖ lib. 3. ad Sabinum. ‖

HOc *y* iure vtimur, vt ex hac ſtipulatione, *Si Lucius Titius ante z Kalendas Maias in Italiam non venerit, decem dare ſpondes?* non ante *a* peti quicquam poſſit: quàm exploratum ſit ante eam diem in Italiam venire Titium non poſſe, neque veniſſe, ſiue viuo, ſiue mortuo id acciderit.

De filio captiui.

11. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Sabinum. ‖

FIlius dum *b* in ciuitate eſt, ſi ſtipuletur, patri reuerſo ab hoſtibus *c* videtur *d* adquiſiſſe.

a Puta prodigus è mulier luxurioſe viuens, *l.* 15. *ſup. de curat. furioſi* adde Zaſium 2. *Reſponſorum* 35.
b *l.* 1. *l.* 10. ĩ. *de curat. furioſ. l.* 18. ĩ. *qui teſt. l.* 5. *in fi. ſup. de adquir. hæred.* adde *l.* 53. *in fi. ſup. de adminiſtr. tutor.*
c à prætore vel lege 18. *ſup. qui teſt.*
† Nouella Leonis 49. hoc permittitur, dummodo abalienatio ſit vtilis.
d *l.* 70. §. 4. *inf. de fideiuſſ.* Imo poterit, *l.* 25. ĩ. *de fideiuſſ.*
e v. quæ not. ad *l.* 3. *ſup. de cond.* & *dem. l.* 31. ĩ. *de obl.*
f *al.* faciendo.
g ſenſus, impoſſibilis conditio in non faciendo conſiſtens, vtilis eſt: in faciendo, inutilis.
h dies hic non adiicitur quo dari debeat. quo igitur die dabitur? Kalendis ſc. quarum ſuperius facta eſt mentio. Cur? Adiecta dies conditioni poſſibili quæ ex facto promiſſoris dependet, non tertij, in promiſſione repetita intelligitur, *l.* 47. *inf. eod.*
i Quæritur quando hæc conditio exiſtere dicatur, vt ex ſtipulatione agi poſſit? An cum primum Stichus dari potuit, nec datus eſt, vt ſentit Sabinus? An poſtquam Stichus deſiit poſſe dari vt vult Pegaſus & Papinianus? id eſt, An mora debitoris, vt Sabinus: an mora rei promiſſæ ſpectatur, vt, vult Pegaſius? *v. l.* 115. *in fi.* ĩ. *eo.* k *l.* 72. §. 1. *l.* 135. ĩ. *eo.* l eſt enim pars obligationis, *l.* 1. §. 2. *in fi. ſup. de edend.* m *l.* 10. §. 1. *ſup. ſi quis cautionib.* Immò non eſt verius. interdum enim dies Kalendarum non expectatur, ſed ante agitur, *l.* 10. ĩ. *eo.* vide quæ ibi diximus. n & licet ante diem committi, &c. *Cuiac. hic*, & 1. *obſ.* 22. & 1. *obſ.* 9. *c.* 17. Duarenus id non probat, *ad conditionem*, inquam, id eſt, quantum ad conditionem attinet. Idem ſentit Robertus. 3. *Animaduerſ.* 28. Cuiacium defendit Antonius Mercator. 3. *notat* 28. o expectandus dies eſt. quaſi dicat: Cum duo, id eſt, & conditio & dies, ſint in p., omiſſione conditione commiſſa, dies tamen non eſt commiſſus: ideóque diei euentus expectandus eſt. † tetigerim. *Hal.*
p *vt in l.* 7. *ſup. eo.* q i. ſinguli & ſoli. r hic reus eligere poteſt cui det.
ſ id eſt, ceſſationem. Poteſtatem promiſſor habet dandi alterutri, donec cum eo litem alter conteſtetur. Poſt litem ab vno conteſtatam, tollitur promiſſori electio.
t id eſt, lis conteſtetur, ita ſumitur in lege 34. *ſup. de iud.* aliter quam in lege 30. *ſup. de iudiciis.* u occupat enim qui litem conteſtatur. Imò is non occupat, ſed qui prior ad ſententiam peruenit, *l.* 14. *ſup. de noxalib. l.* 10. *ſup. de pecu.* ſolue: Citatione iuriſdictionis inducitur præuentio, *l.* 3. *l.* 30. *ſup. de iudiciis.* & res litigioſa fit, *Nou.* 1. 2. *c.* 1. Prior egiſſe etiam dicitur, qui prior litem conteſtatus eſt Cuius rei effectus eſt, vt vno præueniente, alteri ſolui non poſſit, *vt hic & l.* 32. *ſup. de prec. & l.* 33. *in fi. ſup. de leg.* 1. *l.* 16. ĩ. *de duob. reis.* Reſpectu executionis is præueniſſe dicitur, qui prior ad ſententiam peruenit, *d. l.* 14. *d. l.* 10. x melíorem ſc. *l.* 19. *ſup. de re iudicata.*
y ſi kalendis Stichum non dederis, decem dare ſpondes? expectandæ ſunt kalendæ *l.* 8. *ſup. eo.* ſi ante kalendas in Italiam Titius non venerit, decem dare ſpondes? non exſpectantur kalendæ, ſed tempus quo exploratum erit ante eam diem Titium venire in Italiam non potuiſſe, *vt hic.* Inſulam fieri ſpondes intra biennium? Ante finem biennij ſtipulatio non committitur, *l.* 113. *infr. eod.* Inſulam fulciri ſpondes? non exſpectandum eſt vt inſula ruat. Inſulam fieri ſimpliciter ſpondes? non exſpectandum eſt vt tantum præterierit tempus, quantum in inſula facienda requiritur, *l.* 72. *in fi.* ĩ. *eo.* z adde & contigerit Titium ante kalendas mori: quæritur, an decem ſtatim peti poſſint, an verò exſpectandæ ſint Kalendæ?
a i. non ante moram vel mortem promiſſoris pœna peti poteſt. alterutro caſu explorato, ſtatim agi poterit. Imo non ſtatim. nam vtcumque morte præuentus promiſſor ante Kalendas in Italiam non venerit, ipſæ tamen Kalendæ erunt exſpectandæ, *l.* 8. *ſup. eo.* Dic caſus eſſe diuerſos non quia (vt communiter interpretes ſentiunt poſt Ioannem, *de quo v Ripenſem*) hic de facto Titij agitur, ibi de facto promiſſoris. nam ſi ita eſſet durior conditio promiſſoris, *in l.* 8. ĩ. *eo.* quam in hac lege foret. Ne dicas cum Zaſio conuentionem ibi eſſe, quæ & diem ſimul & conditionem habeat: Hic eſſe quæ conditionem tantùm habeat. Nam & conditio dum lex ait: *Si fuerit:* & dies, dum lex ait *ante kalendas*, adiicitur. Ne dicas cum Corraſio committi hac in lege ſtipulationem poſt Kalendas tantùm, non ſtatim à die mortis promiſſoris, nam ratio quam adfert, eſt obſcura, cùm ait hic requiri, vt promiſſor nõ tantùm potuerit venire, ſed vt non venerit. Conſtat enim eũ qui mortuus eſt ante Kalendas, Kalendis nec potuiſſe venire, nec veniſſe, & fruſtra exſpectauerit incerti, iam iam manifeſtandi euentum, mors enim quæ euenit, ſatis declarat promiſſorem nec venire potuiſſe, nec veniſſe: ſi non potuit, nec venit quidem. Placet potius interim dum aliquis occurrat qui diuinet melius, quod hic dicitur à Cuiacio viro maximos inter iuriſconſultos ter maximo, diem conditioni, non ſolutioni hic appoſitum eſſe (ad hanc enim diuinationem recurrendum eſt. nam vix eſt vt Duarenus vllam coniecturam voluntatis extrinſecæ hic oſtendere poſſit) hac ſc. mente, vt ſi quo die ante Kalendas conditio exiſteret, decem darentur *v. Cuiac.* 8. *obſ.* 9.
b *l.* 22 §. 2. *inf. de capt.*
c quid ſi reuertatur à deportatione? non idem eſt. *l. vlt. C. de ſen. paſſis.*
d i. fingitur idque propter ius poſtliminij, *l.* 16. *l.* 19. ĩ. *de capt.* Alias in ſtipulatione conſideratur tempus quo interpoſita eſt, *l.* 26. *in fi.* ĩ. *de ſtip. ſeru.*

Da

De alternatione.

12. *Pomponius* ‖ libro 5 ad Sabinum. ‖

SI ita ſtipulatus fuero, *Decem a aut quinque dari ſpondes b*? quinque debentur c. & ſi ita, *Kalendis Ianuariis vel Februariis dari ſpondes*? perinde eſt quaſi Kalendis Februariis d ſtipulatus ſim.

De verbo, ante Kalendas.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 17. ad Sabinum. ‖

QVi *ante kalendas proximas* ſtipulatur e, ſimilis f eſt ei qui Kalendis ſtipulatur g.

De inſula ædificanda.

14. *Pomponius* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

SI ita ſtipulatus eſſem abs te, *Domum ædificari* h, vel heredem i meum damnauero *inſulam ædificare* k? Celſo placet non l antè agi poſſe ex ea cauſa; quàm tempus præteriſſet, quo inſula ædificari poſſet. nec fideiuſſores dati m ante diem tenebuntur.

15. *Idem* ‖ lib. 27. ad Sabinum. ‖

ET ideo hæſitatur, ſi aliqua pars inſulæ facta ſit, deinde incendio conſumpta ſit, an n integrum o tempus computandũ ſit rurſus ad ædificandam inſulam, an verò reliquum duntaxat expectandum quod deerat? Et verius eſt vt integrum p ei detur q.

De alternatione. 1. De ſtipulatione in annos ſingulos.

16. *Pomponius* ‖ lib. 6. ad Sabinum. ‖

SI *Stichum aut Pamphilum* mihi debeas, & alter ex eis meus factus ſit ex aliqua r cauſa, reliquum f debetur t mihi à te.

1 ¶ Stipulatio huiuſmodi *In annos ſingulos*, vna u eſt, & incerta x, & perpetua y, non quemadmodum ſimile legatum z morte legatarij finiretur a.

De conditione collata in arbitrium rei.

17. *Vlpianus* ‖ lib. 28. ad Edictum. ‖

STipulatio b non c valet in rei promittendi d arbitrium e collata conditione f.

De eo qui bis idem promittit.

18. *Pomponius* ‖ lib. 10. ad Sabinum. ‖

QVi bis g idem h promittit i, id eo iure k amplius quam ſemel non tenetur l.

De pœna diuortij.

19. *Idem* ‖ lib. 14. ad Sabinum ‖

SI ſtipulatio facta fuerit, *Si culpa tua diuertium factum fuerit, dari*? nulla † ſtipulatio eſt m: quia contenti a eſſe debemus pœnis legum b comprehenſis, niſi c "ſi" & ſtipulatio tantundem habeat pœnæ, quanta d lege e ſit comprehenſa f.

De ſtipulatione quod quis debet cùm debitor eſſe deſierit.

20. *Vlpianus* ‖ lib. 34. ad Sabinum. ‖

HVíuſmodi ſtipulationes non ſunt inutiles, *Quod tibi* g *Titius debet* h *cùm* i *debitor* k *eſſe deſierit* l *dares ſpondes*? nam valet ſtipulatio, quaſi ſub quauis alia m conditione concepta.

De falſa demonſtratione.

21. *Pomponius* ‖ lib. 15. ad Sabinum. ‖

SI diuortio facto n ea quæ nihil in dote habeat *dotis nomine* o *centum dari* ſtipuletur p, vel quæ centum duntaxat habeat, *ducenta dotis nomine "dari"* ſtipuletur, Proculus ait, ſi ducenta ſtipulatur, quæ centum habeat, ſine dubio centum quidem in obligationem venire: alia autem centum actione de dote deberi. dicendum itaque eſt, etiam ſi nihil ſit in dote, centum tamen venire in ſtipulatione: ſicuti q cùm filiæ vel matri, vel ſorori, vel alij cuilibet, dotis nomine legaretur r, vtile legatum eſſet.

De errore in materia.

22. *Paulus* ‖ lib. 9. ad Sabinum. ‖

SI id quod aurum putabam, cùm ſ æs eſſet ſtipulatus de te fuero, teneberis mihi huius æris nomine t, quoniam in u corpore x conſenſerimus, ſed y ex doli mali clauſula tecum agam, ſi ſciens me fefelleris.

De periculo rei debitæ, & de mora.

23. *Pomponius* ‖ lib. 9. ad Sabinum. ‖

SI ex legati cauſa aut ex ſtipulatu hominem certum z mihi debeas, non a aliter poſt mortem eius tenearis mihi quàm b ſi per te c ſteterit, quo minùs viuo d eo eum mihi dares. quod ita ſit, ſi aut interpellatus e non dediſti, aut occidiſti f eum.

24. *Paulus* ‖ lib. 9. ad Sabinum. ‖

SEd ſi ex ſtipulatu Stichum debeat pupillus g, non videbitur per eum mora fieri, vt mortuo eo teneatur: niſi ſi tutore auctore, aut ſolus tutor interpelletur.

De eo quibus idem ſtipulatur.

25. *Pomponius* ‖ lib. 20. ad Sabinum. ‖

SI dari ſtipuler *id quod mihi iam* h *ex ſtipulatu debeatur*, cuius ſtipulationis nomine exceptione tutus ſit promiſſor, obligabitur ex poſteriore ſtipulatione: quia ſuperior, quaſi i nulla ſit exceptione obſtante.

De turpi ſtipulatione.

26. *Vlpianus* ‖ lib. 42. ad Edictum. ‖

GEneraliter nouimus turpes k ſtipulationes nullius l eſſe momenti.

De conditione in diem collata.

27. *Pomponius* ‖ lib. 22. ad Sabinum. ‖

VEluti ſi quis *homicidium* vel *ſacrilegium* m *ſe facturum promittat*. Sed & officio quoque prætoris continetur ex huiuſmodi obligationib. actionem denegari n.

a In ſummis minor debetur, *l.* 85. § 4. j. eo. eſt enim debitoris electio. vide *l.* 10. *in ſi. ſup. de iure dot.*

b & quinque ſpoponderis te daturum.

c Cur ita? *v l.* 83. §. 1. *l.* 109. j. *eo.* adde *l.* 39. §. 6. *ſup. de legat.* 1. *l.* 43. *in fi. ſup. de leg.* 2. *l.* 29. §. 1. *ſup. de legat.* 3.

d In ſtipulationibus id ſeruatur, vt quod longius eſt &, remotius, id in obligationem deductum videatur, *l.* 109 *in fi.* j. *eo.*

e ſtipulatur, *Vulg. Hal.*

f Kalendis & ante kalendas vtraque oratione idem ſignificatur, *l.* 56. § 5. j. *eo.* vt hoc anno & ante hunc annum. de quo Vide *Cuiacium hic*, & *l.* 8. *in fi. ſup. eod.* Quid intra Kalendas & poſt kalendas? num idem? vide Robert. 2. *Animad.* 29. & *vlt.* & Anton. Mercat. 3. *notat. vlt.*

g ideoque qui ante kalendas ſoluere tenebatur, creditori ſatisfecit, ſi Kalendis ipſis ſoluerit. Qui Kalendis promittit, diem Kalendarum integrum habet in ſua poteſtate vt ſoluat. Ergo & is qui ante Kalendas ſe daturum promiſit, ante Kalendas ſoluiſſe intelligendus eſt: ſi vltimo Kalendarũ momento ſoluerit, *l.* 42 *l.* 109. j. *eo.*

h nec adiecto tempore ſc. i *l.* 11. *in fi.* ſ. *de leg.* 3. k non adiecto etiam temporis ſpatio quæritur quando agi poſsit? l & meritò. nam in ſtipulationibus tempus actui explendo neceſſarium tacitè ineſt, *l.* 73. *l.* 124. *l.* 133. j. *eo.* *l.* 58. §. 1. *ſup locati.* Imò amè, *l.* 7. *in fi.* j. *eo.* ſolue, Hic Celſi Proculianiſtæ: ibi, Sabinianorum opinio refertur. Adde, ibi ſtatim permitti actionem, quia fortè magni intererat ſtipulantis domum fieri, cuius fortè materia ad ædificium comparata corrumpebatur. m in quod intereſt ſc. *arg. l.* 44. j. *de fideiuſſorib* aliàs obligationi facti fideiuſſor non accedit, *l.* 65. j. *de fideiuſſorib.* n Magiſtratum ſemeſtrem electum eſſe finge, & eum tribus menſibus iuſta de cauſa abfuiſſe: nulla tempora ei reuerſo ſuppleri negat *hic* Bartolus & poſt eum Zaſius 2. *Reſpon.* 36. o Opere in partem facto nihil cenſetus factum, niſi totum fiat, *l.* 72. j. *eod.* p Impeditis iuſta de cauſa, faciendi, operis promiſſoribus, plenum tempus ad faciendum reſtituitur: ne alioqui præſtatio operis ſit impoſsibilis *l.* 32. *ſup de iudiciis. l.* 1. *C. de temp. appell. l. vlt. C. ſi pendente appellat. mors interuen.* q Quæritur hic cuius expenſis domus reſtaurabitur? conductoris, ſi vitio operis domus decidit, domini ſeu locatoris, ſi vitio ſoli, *l.* 59. *l. vlt ſup. locati.* r putà lucratiua aut donatione. ſ reliquis, *Vulg.* id eſt is qui meus factus non erit. t *l.* 128. *in fi.* j. *eod* 72. §. 4. j. *de ſolut.* Cur debetur? qui Stichum aut Pamphilum promittit, vtrumque ſeparatim promittere intelligitur ſub ea conditione, ſi alterum non dederit, *arg. l. cum ita* 7. *ſup. de optione legat.* quæ conditio exiſtit, cum alterum ſtipulator ex aliqua cauſa conſecutus eſt. Ille enim dari amplius non poteſt. Abſolutè igitur, quaſi ſtipulationis conditione exiſtente petetur is qui præſtari poterat, *l.* 55. *ibi, quem neceſſe habeo dare, ſup ad Aquil.* de quo v. omnino plura apud Antonium Fabrum 2. *coniect.* 15. u non multiplex. licèt ſit plurium penſionum & præſtationum, *l.* 58. j. *de fideiu* In ſtipulatione, ſemel: in legato, quot annis ius capiendi inſpicitur. x quia infinitum tempus continet: & ita incertam quantitatem. y legatum verò finitur morte, *l.* 4. *ſup. de annuis.*

z legatum in annos ſingulos. nam qui in ſingulos annos legat, plura legata comprehendit *l.* 2. *l.* 4. *ſup. de annuis.*

a adde quartam differentiam, quòd hæc ſtipulatio, qua de nunc agitur, eſt pura: legatum verò primi anni purum eſt, *l.* 4. *ſup. de annuis*, reliquorum, eſt conditionale. *v. Cuiac. hic.* b vt & legatum collatum in plenum arbitrium hæredis, *l.* 43. §. 2. *ſup. de leg.* 1. & venditio, *l.* 7. *ſup. de contrah. emp* c *l.* 108. *in fi.* j. *eo.* d. *l.* 7. *l.* 8. *ſup. de obl.* d *l.* 46. *l.* 108. §. 1. j. *eo.* *l* 8. *ſup. de obl.* An etiam ſtipulandi? Imò valet, vt exiſtimat Cuiac. nam legatum valet in arbitrium legatarij collata conditione, *l.* 65. §. 1. *ſup. de leg.* 1. *l.* 69. *ſup. de cond. & dem.* e plenum: non quaſi boni viri. nam legatum conferri poteſt in voluntatem hæredis, quaſi viri boni, *l.* 75. *ſup. de leg.* 1. *l.* 31. §. 7. *ſup. de leg.* 3.

f ſubſtantia & ſtatu, *l.* 108. *inf. eod.*

g vel pluries. h corpus ſc. ſiue eandem rem: nam ſi bis eadem quantitas promittitur, voluntatis erit quæſtio, ideóque ſtipulator vtrumque deberi probare poterit, *l.* 34. §. 1. *ſup. de legat.* 1. i vel legat, *l.* 34. §. 1. *ſup. de leg.* 1. *l.* 66. *in pr. ſup. de leg.* 2. k An ciuili, vt ſentit Corraſius? An potius hæc verba innuunt, Non ideo promiſſorem pluries teneri, quòd pluries idem promiſerit, vt vult Cuiacius?

§ Cur ita? collige ex lege 66. §. 5. *in fi. ſuprà, de leg.* 2. quomodo verò? *v. l.* 25. *eo.*

† Hodie Nou. 18. Leonis permittit pœnam ſtipulari & exigi, reducto antiquo iure, *v. d. Nouellam.* m Vt libera debent eſſe matrimonia, ita & diuortia, nec futura nec contracta matrimonia pœnæ vinculo obſtringi debent, *l.* 134. *inf. eo. l.* 14. *C. de nup. l.* 2. *C. de inutilib. ſtipul.* obſtringitur, qui pœna inuitatur ad retinendum matrimonium, *l* 71. §. 2. *ſup. de cond. & dem.* Poteſt itaque diuortium amiſsione lucri impediri, non metu pœnæ retineri. de quo tamen vide quædam hic apud Zaſium *num* 4. 5. 6. 7.

a *v. l.* 9. *C. de ſpon. libert.*

b Iuliæ & Papiæ quæ diuortia puniunt amiſſione dotis, & donationis propter nuptias: aliàs in ſponſalibus neglecta legitima pœna dupli, quadrupli pœnam ſtipulari poſſumus, *l.* ... *in fin. C. de ſponſ.*

c Pœna diuortij poſt ſtipulationem impoſita, pœna diuortij legitima excedere non debet.

d pœna.

e pœna legitima id eſt, per legem poteſt addi... trimonium diſſ... uatur? An & ... negat hic ... Zaſius *hic* ... 7. putat ... obliquum ... ſe:

f adde & aliam exceptionem, ... conueniat de ... nia donata ... diuortij red... *l.* 57. *ſup. de don. inter virum.*

g Accurſius ... *hic num.* 5. & Cu... ſius referunt ... buſdam legi... *mihi.*

h Certam quantitatem hic ſtipul... audis, & ... Titium debe... 75. §. 1. *ſup. de leg.* ...

i *Quid ſi legu...* debitor eſſe ſi... do deſierit ... enim quis pro... tat pro eo qui de... bitor eſſe deſier...

k hæc ſtipulatio eſt conditionalis, ... *eod.* conſentur... in caſum quo deb... tor eſſe deſierit, ... que ita particu... *eum* facit conditionem.

l putà vel ſolutione, vel nouatione, vel delegatione, vel quia non erit ſoluendo: vt ſit ſenſus, Quantam pecuniam à tuo debitore Titio exegeris dare ſpondes?

m cuiuſcunque generis ſit. n aliud eſt conſtante matrimonio quo tempore donatio facta non conſiſtit, *l.* 1. *ſup. de donat. inter vir.* niſi morte donatoris confirmata, *l* 2. *C. de dote cauta.* o his verbis demonſtratur promiſsio, non cauſa promiſſionis, *Cuiac. hic aduerſus Duaren.*

p à marito ſciente, non errante, *l* 66. § 3. ſ. *ſolut. l.* 3. *C. de cond. indebiti.* non animo nouandi. q Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates obſerua.

r *l.* 40. §. 4. *ſup. de cond. & dem.* §. 15. *Inſt. de leg.* ſ hic erratur in materia Materia, eſt ex quo aliquid fit. t an vt æs tradat, aut id quod intereſt? Primum putat Ferrerus, alterum Cuiacius. u in indiuiduo aliquo. x licèt non in materia, *l.* 137. §. 1. j. *eo.* idem eſt in pignore. *l.* 1. *in fi. ſup de pign.* legato *l.* 4. *ſup. de cond. & demonſt.* & donatione *arg. l.* 62. *ſup. de ædilit. l.* 18. *in fi.* j. *de don.* non idem in emptione *l.* 9. *in fi l.* 14. *ſup. de contrah. emp. l.* 21. §. 2. *ſup. de act. empt.* (niſi inargentata vel argentoſa pro æreis veneant, vel niſi interſit emptoris venditionem ſeruari) & ſolutione *l.* 50. j. *de ſolut.* Cur tam variè? ne dicas in ſtipulatione id receptum eſſe: ſed quia intereſt creditoris & ſtipulatoris ſaltem æs habere in obligatione: in emptore non idem, cuius intereſt nullo modo falli. y *l.* 18 *in fi ſup. de donat.*

z *l.* 2. §. 1. *ſup. eod. l.* 3. *C. de vſur. legat.* nam incerto homine generaliter promiſſo non eſt quod pereat.

a Mora generaliter non committitur, niſi per ſtipulationem. vide tamen Socinum *regula* 269. b Ergo ante moram debitor ſpeciei interitu liberatur.

c poteſt enim per accipientem ſtare. Hinc mora dicitur ſoluendi vel recipiendi debiti fruſtratoria dilatio. d *l.* 82. *in fi.* j. *eod.* e Dolum & moram committit in ſeruo tradendo, qui eum vel interficit, vel interpellatus non tradit. Poſt moram promiſſor naturalem interitum præſtat, *l.* 82. *in fi. l.* 127. j. *eod.* *l.* 5. *ſup. de rebus creditis, l.* 108. §. 11. *ſup. de leg.* 1. An id ſemper verum? vide Hotomanum 28. *Illuſtr.* Interim tamen hoc nota, ante moram reum teneri, ſi ſeruum promiſſum occiderit, non ſi neglexerit, *l.* 91. j. *eo.* poſt moram teneri ſemper, ſi occiderit, *vt hic.* De naturali interitu teneri, ſi res ſtipulatori aut actori data apud eum non fuiſſet peritura. fingamus enim eum fuiſſe rem diſtracturum, & pretium redacturum. Idem ſeruatur in rei vindicatione in *l.* 15. *in fi. ſup. de rei vind.* in teſtamentariis cauſis *l.* 47. *in fi. de leg.* 1 adde *l.* 14. §. 11. *in fi. ſup. quod metus cauſa, l.* 14. *in fi. ſup. depoſiti.* quod in furibus & huiuſmodi perſonis locum non obtinet. f *l.* 91. j. *eo.* adde *l.* 36. ſ. *de rei vind. l.* 36. §. 2. ſ. *de hær. pet. l.* 32. *in fi.* ſ. *de vſur.* g *v. l.* 127. j. *eo.* h & ita bis ſtipuler, *v. l.* 18 *ſup. eo.* i ita etiam loquitur lex 7. §. 7. *ſup. de dolo.* k vel natura *v. l.* ... *inf. eo.* vel moribus *vt l.* 19. *ſup. eo. l.* 35. j. *eo.* *v. l.* 61. j. *eo.* l Turpes ſtipulationes inutiles, *l.* 7. §. 14. *l.* 27. §. 4. *ſup. de pactis, l.* 5. *ſup. de legi.* vide *l.* 6. *C. de pactis.* Inutiles alicuius, etſi per exceptionem elidantur *l.* 5. *C. de inutilib. ſtipulat.*

m vel lenocinium, *l.* 5. *C. de cond. ob turpem cauſ.* vel flagitium. *l.* 123. j. *eo.*

n data exceptione, *l.* 5. *C. de inut. ſtipul. l. pen. ſup. de cond ob turp. l.* 1. *C. de cond. ob* ...

1 ¶ Si ſtipulatus hoc modo fuero, *Si intra biennium Capitolium non aſcenderis, dari?* Non niſi *a* præterito biennio rectè petam.

De traditione.

28. *Paulus* ‖ lib. 10. ad Sabinum. ‖

SI *rem* b *tradi* c ſtipulamur, non intelligimur proprietatem eius dari ſtipulatori, ſed tantum tradi *d*.

De numero ſtipulationum. De nouatione. 1. De ſtipulatione rei ſuæ à fure.

29. *Vlpianus* ‖ lib. 46. ad Sabinum. ‖

SCire debemus in *e* ſtipulationibus, tot *f* eſſe ſtipulationes, quot ſummæ ſunt *g*, totque eſſe ſtipulationes, quot ſpecies ‖ ſunt. ‖ Secundùm quod euenit, vt mixta vna ſumma, vel ſpecie, quæ non fuit in præcedenti ſtipulatione, non fiat nouatio *h*, ſed efficit duas *i* eſſe ſtipulationes. Quamuis autem placuerit tot eſſe ſtipulationes quot ſummæ, tótque eſſe ſtipulationes quot res *k*: tamen ſi pecuniam quis, quæ in conſpectu eſt, ſtipulatus ſit, vel aceruum pecuniæ, non *l* tot ſint ſtipulationes, quot nummorum corpora, ſed vna ſtipulatio *m*. nam per ſingulos denarios ſingulas eſſe ſtipulationes abſurdum eſt *n*.

¶ Stipulationem quoque legatorum conſtat vnam eſſe *o*, quamuis plura corpora ſint, vel plura legata. Sed & familiæ *p*, vel omnium ſeruorum *q* ſtipulatio vna eſt. Itemque quadrigæ, aut lecticariorum *r* ſtipulatio vna eſt.

¶ At ſi quis *illud & t illud* ſtipulatus ſit, tot *u* ſtipulationes ſunt, quot corpora.

1 ¶ Si à fure *hominem* ſim ſtipulatus, quæſitum eſt, an ſtipulatio valeat? Mouet *x* quæſtionem, quod ſtipulatus hominem ‖ plerumque ‖ *meum* videor. non valet autem huiuſmodi ſtipulatio, vbi quis rem ſuam ſtipulatus eſt, & conſtat *y*, ſi quidem ita ſtipulatus ſim, *Quod ex cauſa condictionis dare facere oportet?* ſtipulationem valere *z*: ſi verò *hominem dari* ſtipulatus fuero, nullius momenti eſſe ſtipulationem *a*. quòd ſi poſtea *b* ſine mora deceſsiſſe proponatur ſeruus, non *c* teneri furem condictione Marcellus ait. quamdiu enim viuit, condici poterit. at *d* ſi deceſsiſſe proponatur, in ea conditione eſt, vt euaneſcat condictio propter ſtipulationem.

Si quis ſe ſcripſerit fideiuſsiſſe.

30. *Idem* ‖ lib. 47. ad Sabinum. ‖

SCiendum eſt generaliter, ‖ quòd ſi quis *ſe* ſcripſerit *e fideiuſsiſſe*, videri *f* omnia *g* ſolenniter *h* acta *i*.

De ſtipulatione rei ſuæ conditionali.

31. *Pomponius* ‖ libro 24 ad Sabinum. ‖

SI *rem meam* ſub conditione *k* ſtipuler, vtilis eſt ſtipulatio, ſi conditionis exiſtentis tempore mea non ſit.

De errore in nomine ſerui quem ſtipulamur.

32. *Vlpianus* ‖ lib. 47. ad Sabinum. ‖

SI in nomine ſerui quem ſtipularemur dari, erratum fuiſſet, cùm de corpore *l* conſtitiſſet, placet ſtipulationem valere.

De interitu rei.

33. *Pomponius* ‖ lib. 25. ad Sabinum. ‖

SI Stichus certo die dari promiſſus, ante *m* diem moriatur *n*, non tenetur promiſſor.

Si rei commercium ſtipulator, vel promiſſor non habeat.

34. *Vlpianus* ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

a v. l. 99. in fin. ȷ. eod.

b vel ſimpliciter, vel vacuam. hæc illa plenior eſt, in quam omnes fructus veniunt: in illam non veniunt, niſi poſt litem conteſtatam, *v. Cuiac. hic.*

c aliud eſt ſi dari ſtipuler, *l. 75. inf. eo. l. 167. ȷ. de reg. iur. l. 2. C. de cont. ſtip.*

d poſſeſſione tenus ſcilicet, non proprietate: & ita, traditio eſt datio poſſeſſionis, *v. quæ nos. ad l. 9. §. 3. ſup. de acq. rer.* meamque rem mihi tradi, non dari, ſtipulari poſſum, *l. 82. l. 87. ȷ. eo. l. 28 ſup. de acq. poſſ.* Interdum tamen *dari*, accipitur pro *tradi l. 4. ȷ. de vſur.*

e Legata, tot legata cenſentur, quot res legatæ ſunt, *l. 2. ſup. de leg. 2.* ad húc modú: Quæſtio vna non eſt dicenda, ſed plures, cum in ea de pluribus & diuerſis agitur vel quæritur, *l. 132. ȷ. eo.* niſi diſiunctim quis interroget: Tunc enim vna quæſtio dicenda eſt exemplo legatorum diſiunctim relictorum: *l. 27. ȷ. de leg. 2. l. 2. ſup. de in diem addict.*

f *l. 1. §. 5. ſup. eo. l. 75. §. 9. l. 126. §. 2. l. 134. in fi. l. 140. ȷ. eo. l. 28. ȷ. de donat.*

g ſic dicimus tot eſſe euictionum actiones, quod ſpecies *l. 72. in fi. ſup. de euict.* tot ſententias, quot capitula, *v. l. vlt. de operis libert.* Tot compromiſſa, quot res de quibus ſeparatim compromiſſum eſt *l. 21. ſup. de recept.* tot donationes, quot res *l. 34. §. 3. in fi. C. de donat.* non idem in rebus ſpeciali cauſa vnitis, *l. 5. ſup. de condit. inſtit. l. 79. ſup. de leg. 3.* & in emptione, in qua eſt vnicum pretium, non plura, *l. 44. ſup. de contr. empt. l. 17. ſup. de in diem addict. l. 34. ſup. de ædilit.*

h id eſt, abolitio prioris, *l. 28. inf. de nouat.*

i diuerſas eſſe, *Corraſius hic.*

k nominatim & diſiunctim diuerſis appellationibus expreſſa ſunt. l Imò, tot *l. 140. ȷ. eo. vide Zaſium 2. A. tin.* m quia ſub vno nomine res plures hic comprehenduntur. n id eſt, ſtipulatori admodum eſſet incommodum pro ſingulis denariis litigare. o quia legata omnia ſtipulatus ſum generaliter mihi præſtari: atqui ſtipulatio plurium pactorum non eſt vna, *l. 134. in fin ȷ. eod. v. Cuiac. hic.*

p *l. 79. ſup. de leg. 3.* q *l. 44. ſup. de cont. empt.* r *l. 34. in fi. ſup. de ædil.* ſ *l. 8. in fi. ſup. de leg. 1.* t id eſt coniunctim. u Imò, vna videtur eſſe, cùm res omnes vna coniunctione teneantur, & coniunctio vnitatem efficiat.

x Ratio dubitandi ſumpta ex *l. 82. ȷ. eod.* y Meum quod eſt, poſſum ſtipulari mihi tradi, non dari. z quia odio furis receptum eſt, vt dominus rem ſuam furi poſſit condicere, *§. 14. Inſtit. de act.* a hanc ſcilicet, *hominem meum dari. l. 82. ȷ. eo.* valet ſuperior. *quod ex cauſ. condict. &c.* b id eſt, poſt interpoſitam huiuſmodi ſtipulationem, quæ moram purgat. *l. 17. ſup de condict. furt. l. 8. ȷ. de nouat.* & furem liberauit furti actione: aliàs fur ſemper eſſet in mora, *l. 8. §. 1. in fi. ſup. de cond. furt. l. vlt. C. de cond. ob turp.* c Imò tenetur, *l. 72 §. 3. in fi. ȷ. de ſolut.* ſolue: Tenetur, quia nouam moram contraxerat. d hæc verba interpretis cuiuſdam eſſe puto, refert enim eandem ſententiam quæ ſuperius allata eſt.

e Scripta fideiuſsione, præſumitur interueniſſe ſtipulatio, ſeu interrogatio: præſumitur enim ſolennitas contractui interueniſſe, *l. 134. §. 2. ȷ. eod. §. 16. Inſtit. de inut. ſtip. §. vlt. inſt. de fideiuſſ. l. 1 C. de contr. ſtip. Paul. 5. ſent. 5. §. 2.* Præſumi ſolennitas intrinſeca & extrinſeca, an & quomodo ſoleat, vide apud Socin. *reg. 375. 376.*

f præſumi. g quæ conſueuerunt agi, interuenire, interponi, adhiberi.

h id eſt, ſtipulanti promiſiſſe: atque ita hæc lex à titulo præcedenti non fuerit aliena.

i Quid? teſtis aduerſus huiuſmodi ſcripturam num audietur? non audietur, niſi in ſpecie legis 14 *C. eod.* quam vide.

k *l. 98. ȷ. eo. l. 61. ſup. de cont. empt.* Tempus conditionis exiſtentis inſpicimus, quoties contractus valeat necne, quærimus.

l *v l. 22. ſup. eod.*

m *l. 37. ȷ. eo. l. 8. ȷ. de periculo*: ſine culpa tamen promiſſoris: *l. 107. ȷ. de ſolut.*

n adde caſum legis 91. *in fin. ȷ. de ſolut.*

MVltùm intereſt, vtrùm ego ſtipuler rem cuius commercium habere non poſſum *a*, an quis promittat. Si ſtipuler *rem cuius commercium non habeo*, b, inutilem eſſe ſtipulationem *c* placet. Si quis promittat *d*, *cuius non commercium habet*, ipſi nocere, non mihi.

De impoſsibili. 2. De congrua reſponſione.

35. *Paulus* ‖ lib. 12. ad Sabinum. ‖

SI ſtipulor, *vt id fiat, quod e natura † fieri non concedit*, non *f* magis obligatio conſiſtit, quam cum ſtipulor, *vt detur quod dari non poteſt*, niſi per quem ſtetit, quominus facere id poſsit.

1 ¶ Item quod leges *g* fieri prohibent, ſi *h* perpetuam cauſam ſeruaturum eſt, ceſſat obligatio. veluti *ſi ſororem i nupturam* ſibi aliquis ſtipuletur. Quamquam etiam ſi non ſit perpetua cauſa, vt recidit in ſorore adoptiua *k*, idem dicendum ſit: quia ſtatim contra mores fit.

2 ¶ Si in locando, conducendo, vendendo, emendo, ad *l* interrogationem quis non reſponderit, ſi tamen conſentitur *m* in id quod reſponſum *n* eſt, valet *o* quod actum eſt: quia hi contractus non tam verbis, quàm *p* conſenſu confirmantur.

De dolo.

36. *Vlpianus* ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

SI quis cùm aliter eum conueniſſet obligari, aliter per machinationem *q* obligatus eſt, erit quidem ſubtilitati *r* iuris obſtrictus, ſed *ſ* doli exceptione vti poteſt. quia enim per dolum obligatus eſt, competit ei exceptio.

¶ Idem eſt & ſi nullus dolus interceſsit *t* ſtipulantis, ſed ipſa res in ſe dolum *u* habet *x*. cùm enim quis petat ex ea ſtipulatione, hoc ipſo dolo facit quod petit *y*.

De rei interitu.

37. *Paulus* ‖ lib. 12. ad Sabinum. ‖

SI certos nummos, putà qui in *z* arca ſint, ſtipulatus ſim, & hi ſine culpa promiſſoris perierint, nihil nobis debetur.

De ſtipulatione, habere licere. De promiſsione facti alieni. 7. De ſtipulatione poſsidere licere. 8. Vel tenere licere. 9. Habere quot modis accipiatur. 10. De ſtipulatione, vti frui licere. 13. De doli clauſula. 14. De hærede. 15. De patre adoptiuo. 16. Diſcrimen diei certæ & incertæ. 17. De eo qui alij ſtipulatur. De interpretatione contra ſtipulatorem facienda. 24. De ſtipulatione, illum ſiſtas 25. De æde ſacra, vel loco religioſo ædificandis.

38. *Vlpianus* ‖ lib. 49. ad Sabinum. ‖

STipulatio iſta, *Habere a licere* b *ſpondes?* hoc continet vt liceat habere, nec per quemquam omnino fieri, quominus nobis habere liceat. quæ res facit, vt videatur reus promiſiſſe per omnes futurum vt tibi habere liceat. videtur *c* igitur alienum factum promiſiſſe. nemo *d* autem alienum factum promittendo obligatur, & ita vtimur, ſed *e* ſe obligat *f ne ipſe faciat, quominùs habere liceat.* Obligatur etiam *g*, *ne hæres ſuus*, ‖ *faciat.* ‖ vel quis cæterorum ſucceſſorum *h* efficiat, ne habere liceat.

a id accidit variis modis; vel quia res in rerum natura eſſe non poteſt, vel nunc non eſt, vtpote mortua, vel ſi vſui diuino vel populo inſeruit, *v. Corraſium hic.*

b exempla ſunt in Iudæis & Præſide. is fundi prouincialis, illi Chriſtiani mancipij commercium non habent, *l. 1. C. ne Chriſt.*

c Inutile eſt etiam legatum incapaci factum, *l. 49. §. 2. in fi. ſup. de leg. 2.* Imò non eſt inutile, *l. 114. §. 5. ſup. de leg. 3.* (ſolue. Non eſt inutile ſi legetur incapaci ex poſt facto) *l. 11. §. 16. ȷ. de leg. 3.* (ſolue. Legatam quidem ibi militiam eſſe incapaci ſeruo: ideóque non ad militiam, ſed æſtimationem recurri cuius æſtimationis non eſt incapax,) *l. 40. ſup. de leg. 1.* quam vide.

d Impoſsibilis nõ eſt ſtipulatio, ſi promiſero rem cuius commercium non habeo, alij habent, *vt hic.* vt nec impoſsibilis eſt ſi promiſerim me facturum quod *f* cere nõ poſſum, alij tamen poſſunt, *v. l. 35. ȷ. eod.*

e Impoſsibile aliud natura eſt, aliud iure vel lege: Natura Hippocentaurũ dari: iure veluti rem ſacram dare. Natura numquam mutatur: ius interdum mutatur. Nam id quod iure nunc eſt impoſsibile, poſtea fieri poteſt poſsibile, verbi gratia: res ſacra, profana poteſt fieri. Quod verò natura impoſsibile, ſemper impoſsibile eſt, nunquam poſsibile vel facile. Iure tamen hæc duo ſunt eodem, natura & lege impoſsibile, *l. 85. §. 5. ȷ. eod.* quamdiu tamen durat eadem legis prohibitio.

† *v. l. 2. §. 6. ſup. de eo quod certo*: vel lege, *l. 137. §. 6. ȷ. eod. l. 31. l. 135 l. 185. ȷ. de reg. iur. c. 6. de reg. in 6.* f Quod fieri & dari impoſsibile eſt, per rerum naturam ſtipulari non poſſumus, *l. 7. ſup. eod. §. 11. Inſtitut. de inut. l. 1. §. 9. ſup. de oblig.*

g Impoſsibile id etiam dicitur, quod lex fieri non permittit, *l. 137. §. 6 ȷ. eod. l. 7. §. 16. ſup. de pactis. l. 15. ſup. de cond inſt. l. 39. §. 8. 9. & vlt. ſup. de leg. 1.*

h id eſt, quamdiu manet eadem legis prohibitio. i id perpetuo prohibitum eſt, *vide l. 17. C. de nupt.* k *§. 2. Inſtit. de nupt. l. 17. ſup. de ritu*: *l. 9. in fi. ſup. de liberis. l. 5. ſup. de grad.* l Obligationes conſenſu fieri tacito, ex vna parte hinc colligitur, non ex vtraque, *dixi ad titulum Inſt. de oblig. ex conſenſu.* m conſentiant, *Hal.* conſentiat, *vulgat.* conſentiatur, Zoanetus 14. *reſt.* vult hoc verbum referri non ad ſtipulantem, ſed ad promiſſorem. n reſponſum non eſt. Zoanetus, *ibid*, reprehenſus à Roberto 1. *recept.* 4. intellige, reſponſum eſt ex longo interuallo, vt id negotij valeat velut contractus bonæ fidei, non vt ſtipulatio, *l. 137. ſup. eo.* o velut contractus qui conſenſu perficitur, non vt ſtipulatio quæ verborum ſolennitatem exigit.

p *v l. 2. l. 52. §. 4 ſup. de oblig.* q vel ſtipulatoris vel ſuam, idque inter initia, *l. 2. § de doli mali.* r Dolus dans cauſam contractui ſtricti iuris (aliud eſt in bonæ fidei contractibus, ipſo iure contractum non vitiat: neceſſaria namque eſt de dolo exceptio. ſ *l. 3. C. de donat ante nuptias.* t vtriuſque contrahentis. u id eſt, circumſcriptionem & læſionem euidentem, *vt in l. 2. C de reſcind.* adde *l. 5. C. de dolo.*

x fieri enim poteſt, vt neuter fraudandi animum habuerit: res tamen ipſa propter enormem læſionem dolum habeat. y id ſcilicet quod per exceptionem mox infringendum eſt, *l. 2. §. 3. §. 5. ſup. de doli mali.* z Eo caſu nummi conſiderantur, non vt pecunia numerata, ſed vt ſpecies & certum corpus, *l. 30. l. 51. l. 108 §. 10. ſup. de leg. 1. l. 30. §. 4. ſup. ad leg. Falcid. l. 1. §. 17. ſup vt legat. nom.*

a Hæc ſtipulatio in venditionibus & emptionibus eſt frequens, *l. 3. ſup. eo. l. 5. §. 4. ſup. de conſt. pecun. l. 10. §. 8. l. 12. §. 18. ſup. de act empt. l. 8. l. 21. §. 1. l. 57. ſup. de euict. l. 188. ȷ. de verb. ſign.*

b id eſt, mihi nullum à quoquam præſtari impedimentum ſpondes?

c Ratio dubitandi ſumi poteſt ex *l. 83. inf. eod. l. 65. inf. de fideiuſſ. §. 21. Inſt. de inutil. ſtipul.*

d Alienum factum promittens regulariter non tenetur. vide tamen Socinum, *reg. 326.*

e Ratio decidendi, & primus effectus ſtipulationis, *habere licere.*

f id eſt, ſpondet ſe curaturum, *l. 83. inf. eod.*

g Secundus effectus ſtipulationis, *habere licere.*

h bonorum poſſeſſores & fideicommiſſarij, *Accurſius.* hæredes, hæredes, & deinceps, *Corraſius. Cuiac. §. 2. ȷ. eod. l. 3. ſup. de hæred. pet.*

1 ¶ Sed ſi quis promittat *per alium non fieri*, præter heredem ſuum dicendum eſt inutiliter *o* cum promittere factum alienum.

2 ¶ At ſi quis velit factum alienum promittere, pœnam *b*, vel quanti ea res ſit *c*, poteſt promittere.

¶ Sed quatenus *habere licere* videbitur? Si nemo controuerſiam *d* faciat, hoc eſt, neque ipſe reus, neque hæredes eius *e*, hæredúmve ſucceſſores *f*.

3 ¶ Si quis fortè non de proprietate, ſed *g* de poſſeſſione nuda controuerſiam fecerit *h*, vel de vſufructu vel de vſu, vel de quo *i* alio iure *k* eius quod diſtractum eſt, palàm eſt committi ſtipulationem. habere enim non licet ei cui *l* aliquid minuitur ex iure quod habuit.

4 ¶ Quæſitum eſt, vtrùm *propriam* demum *rem*, an & *alienam promittere poſſit habere licere*? Et magis eſt, vt & alienam promitti poſsit. quæ res *q* ita effectum habebit, ſi propria eſſe promiſſoris cœperit *n*. quare ſi perſeuerauerit aliena, dicendum erit ſtipulationem non committi *o*. niſi pœna adiecta ſit *p*: cùm neque per eum, neque per ſucceſſorem eius quicquam factum ſit.

5 ¶ Sicut autem ex parte rei ſucceſſores eius cum ipſo tenentur: ita etiam ex parte actoris committitur ſtipulatio ipſi ſtipulatori, cæteriſque, quicunque ei ſuccedunt *q*, ſcilicet ſi rem ipſi *r* habere non licuerit. cæterùm ſi alij habere non licuit, certo certius eſt non committi ſtipulationem *ſ*. Et nihil *t* intererit, vtrum ita ſtipuler *habere licere*, an, *mihi habere licere*.

6 ¶ Hi qui ſunt in aliena poteſtate, his in quorum ſunt poteſtate, habere licere ſtipulari *u* poſſunt ea ratione, qua cætera quoque his poſſunt ſtipulari.

¶ Sed ſi ſeruus fuerit ſtipulatus *ſibi habere*, quæſitum eſt, an rectè ſtipulatus videatur? Et ait *x* Iulianus libro quinquageſimo ſecundo Digeſtorum. Si ſeruus ſtipuletur *ſibi habere licere*, aut *per ſe non fieri*, quominùs habere ſtipulatori liceat, promittat, ſtipulatio (inquit) non committitur: quamuis auferri res ei, & ipſe auferre eandem poſsit. non *y* enim factum, ſed ius in hac ſtipulatione vertitur.

¶ Cùm verò ſtipulatur *per promiſſorem non fieri, quo minùs ſibi ire agere liceat*, non ius ſtipulationis (inquit) ſed factum verſatur. Sed videtur mihi, licèt iuris *z* verba contineat hæc ſtipulatio, *habere licere*, tamen ſic eſſe accipiendam, vt in ſeruo & in filiofamiliàs videatur actum eſſe de poſſeſſione retinenda *a*, aut non auferenda, & vires habeat ſtipulatio.

7 ¶ Hæc quoque ſtipulatio, *Poßidere mihi licere ſpondes?* vtilis *b* eſt. quam ſtipulationem ſeruus an poſsit vtiliter in ſuam perſonam concipere, videamus. ſed quamuis ciuili *c* iure ſeruus non poſsideat, tamen ad poſſeſſionem naturalem *d* hoc *e* referendum eſt. & ideo dubitari non oportet, quin & ſeruus rectè ita ſtipuletur.

8 ¶ Planè ſi *tenere f ſibi licere* ſtipulatus ſit ſeruus, vtilem eſſe ſtipulationem conuenit. licèt enim poſsidere ciuiliter non poſsint, tenere tamen eos nemo dubitat.

9 ¶ *Habere* dupliciter *g* accipitur. nam & eum habere dicimus qui rei dominus eſt, & eum qui dominus quidem non eſt, ſed tenet *h*. denique habere rem apud nos depoſitam ſolemus dicere.

10 ¶ Si quis ita ſtipulatus fuerit, *vti frui* i *ſibi licere*, ad hæredem iſta ſtipulatio non *k* pertinet.

11 ¶ Sed etſi non addiderit, *ſibi*, non puto ſtipulationem de *l* vſufructu ad heredem tranſire. eóque iure vtimur.

a Debet quis ſibi ſtipulari, non alteri, & de ſe promittere, non de altero.
b adde §. 17. *ĩ. eo.*
c id eſt, veram rei æſtimationem, *l. vnica in fi. ĩ. ſi quis ius dicenti*: *l. 4. §. 11. ĩ. vi bonor. l. 179. l. 193. inf. de verb. ſignif.*
d rei aut iuris, *v. inf. eo.* poſſeſſionis *§. 3. inf. eo.*
e *l. 13. C. de cõt ſtip.*
f aliàs, ſi quæ earũ perſonarum controuerſiam mouerit, ſtipulatio committitur.
g controuerſiam facit emptori, qui rem, vel eius partem, vel poſſeſsionem, vel eius æſtimationem, vel vſũ, vel vſumfructum, vel quid tale ius aliud euincit.
h emptori.
i de aliquo alio, *vulg.*
k An vtilis dominij, pignoris, ſuperficiei, emphyteuſeos, vt vult Duarenus & Cuiacius? an ſeruitutis, vt vult Corraſius? *l. 9. ſup. de operis noui.* An ſimilis expreſſis, vt vult Fulgoſius? an diſsimilis expreſsis, vt vult Zaſius? *num.* 8.
l Rem non habet cui tota non præſtatur, cuiúſve pars diminuitur.
m id eſt, quæ ſtipulatio. ſenſus eſt, Quamuis ea ſtipulatio, *habere licere*, facta ſuper re aliena ſit inutilis, (niſi pœna ſit adiecta) ſi tamen res promiſſoris eſſe cœperit, talis ſtipulatio ex poſt facto conualeſcit.
n vt *l. 72. ſup. de rei vind. l. 4. §. 32. ĩ. de dolo*: non ſpectato contractus tempore.

o Cur ita? quia ſtipulatio, *habere licere*, continet vt nemini ius in rem promiſſam ſit, vel competat. p nam pœna ſubiecta, facti alieni promiſsionem confirmat.
q in vniuerſum: & ita in ſtipulatione *habere licere*, includuntur duntaxat iuris ſucceſſores, id eſt, vniuerſales tam ex parte ſtipulatoris, quam promiſſoris.
r poteſt legi *ipſis*: vt ad verbum, ſucceſſores, quod antecedit, referatur.
ſ directò ſcilicet, ſecus per obliquum: ideóque ſi fundus euincitur, ſecundo emptori, ſtipulatio, *habere licere*, primo emptori per obliquum committitur, *argum. l. 22. in fi. ĩ. de euictionib.* t Non vitiat ſtipulationem imperſonalitas, *Corraſius.*
u vt & paciſci, *l. 59. ſup. de pact.* x malè ſcilicet, *inf. eo. in verſ. ſed videtur.*
y Facti quæ ſunt, à ſeruo mancipióque ipſo non tranſeunt in dominum, *l. 44. ſup. de cond. & demonſt. §. 2. Inſt. de ſtipulat ſeruorum.*
z Habere ius quidem ſignificat & dominium; ſed in ſeruo & filio (qui omnia vel parentibus, vel dominis adquirunt) detentionem innuit, *§. 9. ĩ. eo.* Cur ita? diſceditur à propria ſignificatione verborum: vt ſtipulatio magis valeat quam pereat.
a *ſub.* ſibi, non domino vel patri: vt ea ratione filio vel ſeruo ſtipulationis, *ſibi habere licere*, non committatur pœna, mota controuerſia rei aduerſus dominum vel patrem. b id eſt, vtilitatem continet. c Seruus iure ciuili non poſsidet.
d Seruus iure ciuili poſsidere non poteſt: naturaliter poteſt. poteſt igitur ſeruus ſtipulari, *habere ſibi licere*, ex iure naturæ, cui non eſt mortuus, licèt iure ciuili ſit mortuus. *l. 32. inf. de reg. iur.* Ideóque vt ſuſtineatur, quocumque modo ſtipulatio decurri ad interpretationem naturalem poteſt. e i. hanc ſtipulationem ad naturalem poſſeſsionem referri oportet. f Tenere quatenus eſt facti. ſeruus poteſt, *vt hic*, ſi poſſeſsionem ſignificat, *l. 44. in fi. ſup. de vſurp.* non poteſt. *v. hic Cuiac.*
g vel potius tripliciter, rem habere proprietarij, poſſeſſores, cuſtodes dicuntur, adde *l. 32. ſup. de oblig. l. 143. l. 146. l. 188. inf. de verb. ſign.* adde *l. 15. l. 204. ĩ de reg. iur.*
h tantum, vel cuſtodit, *vt verſ. denique inf. eo.*
i hæc ſtipulatio eſt perſonalis, nec ad hæredem tranſit, licèt aliàs quiſque hæredi conſulere videatur. *l. 9. ſup. de probat. l. 56. in fi. ſup. ad l. Falc.* aliud ſi realis eſſet. *l. 8. §. 4. ſup. de pign.*
k Cur non pertinet? Pro ſe quiſque: ſibi denique quiſque in dubio ſtipulari intelligitur. vide tamen Socinum *regul.* 381. vbi notat præſumi filium ſtipulari patri, ſeruum & procuratorem domino.
l Stipulatio vſusfructus ad hæredem non tranſit: eius enim eſt natura morte ſtipulantis tolli, *l. 16. C. de vſufructu.*

12 ¶ Sed ſi quis *vti frui licere ſibi hæredique a ſuo* ſtipulatus ſit, videamus an heres ex ſtipulatu agere poſſit? Et putem poſſe, licèt diuerſi ſint fructus nam & ſi ire agere ſtipuletur ſibi hæredique ſuo licere. idem probauerimus.

13 ¶ Si quis dolum malum promiſſoris, hæredisque eius abeſſe velit, ſufficere, *Abeſſe abfuturúmque eſſe*, ſtipulari, ſi verò de plurium dolo cauere velit, neceſſarium *b* eſſe adiici, *Cui rei* c *dolus malus non abeſt, non abfuerit* d: *quanti ea res erit tantam pecuniam dari ſpondes.*

14 ¶ Suæ *e* perſonæ adiungere quis hæredis perſonam poteſt *f*.

15 ¶ Sed & adoptiui patris perſona coniungi poterit *g*.

16 ¶ Inter incertam, certámque diem diſcrimen eſſe, ex eo quoque apparet, quòd certa die promiſſum vel ſtatim *h* dari *i* poteſt *k*. totum, enim medium tempus ad ſoluendum, liberum promiſſori relinquitur. & *l* qui promiſit, *Si aliquid factum ſit, vel* m *cum aliquid factum ſit.* niſi *n* cùm *o* id factum fuerit, dederit, non videbitur feciſſe, quod promiſit.

17 ¶ *Alteri* p ſtipulari *q* nemo *r* poteſt, præterquam ſi ſeruus domino, filius patri ſtipuletur: inuentæ ſunt enim huiuſmodi obligationes ad hoc, vt vnuſquiſque ſibi adquirat, quo ſua intereſt. cæterum: vt alij *ſ* detur nihil intereſt mea.

¶ Planè ſi velim hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet: vt ſi ita factum non ſit, vt comprehenſum eſt, committatur ſtipulatio etiam ei, cuius nihil intereſt *t*. pœnam enim cùm ſtipulatur quis, non illud inſpicitur quid interſit *u*, ſed quæ ſit quantitas, quæque conditio ſtipulationis *x*.

18 ¶ In ſtipulationibus *y* cum quæritur quid actum ſit, verba contra *z* ſtipulatorem *a* interpretanda ſunt *b*.

19 ¶ Eum qui dicat, *Mihi decem* c, *& Titio decem*, eadem *d* decem, non alia decem dicere credendum eſt *e*.

20 ¶ Si ſtipuler *alij*, cùm mea intereſſet *f*, videamus an ſtipulatio committetur? Et ait Marcellus ſtipulationem valere in ſpecie huiuſmodi.

¶ Is qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſit adminiſtratione contutori ſuo *g* & ſtipulatus eſt *rem pupilli ſaluam fore*? Ait Marcellus poſſe defendi ſtipulationem valere. intereſt enim ſtipulatoris fieri quod ſtipulatus eſt. cùm obligatus futurus eſſet pupillo, ſi aliter res ceſſerit.

21 ¶ Si quis *inſulam faciendam* promiſerit, aut conduxerit, deinde ab aliquo *inſulam ſtipulatori fieri* ſtipulatus eſt: aut ſi quis, cum promiſiſſet Titio fundum Mæuium daturum, aut ſi is non dediſſet, pœnam ſe daturum ſtipulatus à Mæuio fuerat fundum Titio datu iri: item *h* ſi quis id locauerit faciendum quod ipſe conduxerit, conſtat habere eum vtilem *i* ex locato actionem.

22 ¶ Si quis ergo ſtipulatus fuerit, cùm ſua intereſſet ei dari, in ea erit cauſa, vt valeat ſtipulatio.

23 & Vnde & ſi *procuratori meo* k *dari* ſtipulatus ſum,

a ſibi hæredique ſuo frui, & ire, agere quiſque ſtipulari poteſt.
b Promiſſurus de ſuo hæredúmque dolo, promiſsionem in rem concipere vel verbis futuri temporis vti debet. *l. 79. ĩ. eod. l. 19. in ĩ. iudicatum ſolui.*
c *l. 5. l. 8. ſup. vſufr. quemad. caueat.*
d *l. 19. ĩ. iud. ſol.*
e ſtipulantis & promittentis.
f *l. 3. ſup. eod.*
g quin, vt adiecta non ſit, ſemper intelligitur, *l. 2. ĩ. ... ſup. de vſufruct. ... ſup. vſufr. quemad. cau.*
h Quod in diem debetur, ante ſolui poteſt, *v. l. 137. §. ... ĩ. eo. l. 70. ĩ. de ſol.*
i id eſt, ſolui.
k etiam inuito creditore, *l. 71. ... ſolut.* nam & eo caſu qui diem præuenit, plus ſoluere quodammodo videtur, *l. 15. ſup. ... nuis.*
l *al.* Atqui.
m Si & cum ... ctiones, conditionem facere poſſunt, *v. l. 45. §. 3. ĩ. ...*
n quia dies incertus conditionem facit, *l. 75. ſup. de cond. & demon.*
o ergo non ... vtique. Cur ... *l. 48. ſup. de cond. indebit.*
p Putà priuatus fiſco vel Reipublicæ: mater filio; conſanguineus vel agnatus, conſanguineo vel cognato; vicinus vicino; libertus patrono. *Iaſon hic.*

q Alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi ſeruus domino, filius patri: Extraneus verò non poteſt, niſi pœna adiecta, *vt hac lege.* Item niſi aliud [illegible] conſuetudine inductum: fallit etiam ſententia huius legis in dote, in feudis, [illegible] quoties ſtipulationibus iuramentum adiectum eſt, non obtinet quoque Canonico iure, vel ſi quid promiſſum loco pio fuerit, *v. Iaſon. hic.* vel ita. Alteri ſtipulari poſſumus, vbi eædem perſonæ finguntur (verbi gratia, patris & filij: domini & ſerui: eadem perſona cenſetur) vbi officij neceſsitas ſubeſt aliqua (vt & inter tutorem & pupillum: curatorem & adultum) vbi authoritas perſonæ intercedit (vt in rebellione) vel prætoria ſolemnitas (vt eſt ſtipulatio prætoria) vel rerum connexitas (vt ſi in re quæ mea ſit, ſtipulatio interponitur, de quo tamen hic dubitat Bartolus) vbi eſt præſentia perſonæ & vicinitas, vbi eſt deficientis actionis vtilitas, vbi eſt affectio perſonarum & rei æquitas, vbi eſt poſſeſsio & proprietas. vide Bartolum in *§. ſi ſtipular. 20. ĩ. eod.* r emere, vendere, contrahere, *l. 11. in fi. ſup. de oblig.* paciſci, legem dicere, *l. 73. in fi. ĩ. de reg.* promittere, *§. 1. ſup. eo.* pignoris obligationem adquirere, *l. 11. § 6. ſup. de pign.* Poſſum tamen alteri ſtipulari rem meam reſtitui *l. 26. ſup. depoſiti.* & numeratione liberationem illi adquirere *l. 9. §. 8. ſup. de reb. credit.* & poſſeſsionem & omnia quæ naturaliter adquirunt, *l. 53. ſup. de adquir. ...* *v. Cuiac. 12. obſ. 36. vbi ſcribit.* De iure veteri eſſe vt de ſe quis non de alio promittens obligetur iureiurando quoque à promiſſore exacto alteri quemque vtiliter ſtipulari. nec enim iuſiurandum violandum eſſe. ſ extraneo ſcil. qui in poteſtate noſtra non ſit, *l. 126. §. 2. ĩ. eo. l. 3. C. eod. l. 4. §. 19. Inſtit. de inutil. ſtipul.* ita filius matri, *l. 26. §. 4. ſup. de pact. dotal. l. 59. in fin. ſup. de Trebell.* & è contra ſtipulari non poteſt, *l. 4. C. de pact. conuent.* poteſt tamen aſcendens deſcendenti ſtipulari aliquid vtiliter fauore nuptiarum, *l. 45. in fi. ſup. ſoluto.* poteſt & cuiuis ſtipulari tabellio *l. 18 ſup. de adoptionibus*: *v. l. 2. inf. rem pupilli.* quo cùm hodie paſsim vtimur, [illegible] ita magnæ vtilitatis erit hic paragraphus.
t pecuniariter ſcil. aliàs hominem beneficio adfici noſtra intereſt, *l. 7. in fin. ſi ... ſeruus exportandus.* u aliàs, ſi pœnam quis non ſtipulatur, non auditur, niſi eius intereſt, *l. 29. in fi ſup. de receptis.* x interpoſitæ. y conuentionalibus, non prætoriis: iis enim prætoriis eſt interpretatio, *l 9. ĩ. de ſtip. prat.* z *l. 99. inf. eod. l. 26. ſup. de reb. dub.* a locatorem, venditorem, *l 30. ſup. de pact. l. 21. l. 33. ſup. de contr. empt.*
b niſi dubius alias & ambiguus ſermo irritus eſſet. tunc enim pro ſtipulatore eſt: intellige *l. 45. inf. eo.* & actore, *l. 83. §. 1. ĩ. eo. l. 66. ſup. de iudiciis*, facienda eſt interpretatio, *l. 12. ſup. de reb. dub.* c mihi decem & Titio, *Corraſius*: & Eraſmus in quadam epiſtola ad Dorpium: quæ lectio diſplicet Cuiacio.
d *l. 59. inf. eod.* Imò non eadem, ſed alia, *l. 79. ſup. de legat. 1.* e Aliud erit ſi quis ita ſtipuletur vel leget: Titio dena, & Sempronio dena do: *l. 79. ſup. de leg. 1.* aut in decem fideiubeo vni, in dena alteri, *l. 24. ĩ. de ſolut.* ſiquidem nomina numeralia ad perſonas diuerſas relata ſummas per ſe & æqualiter diſtribuunt. f *l. 118. inf. ... inf. eod. l. 3. C. de inutil. ſtip.* g *§. 1. Inſt. de ſatiſd. tut.*
h *l. 48. ſup. locati.*
i Id eſt, quæ datur vtilitatis nomine in id quod intereſt. Nam aliàs eſt directa, *l. 35. in fin. ſup. eod.*
k adde *l. 27. §. 1. ſup. de pact.* & è contra, *l. 79. inf. eod.*

ſtipulatio

ſtipulatio vires habebit. & ſi *creditori meo* a, quia intereſt mea, ne vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant.

24 ¶ Si quis ita ſtipulatus fuerit, *Illum ſiſti* b, nulla cauſa eſt, cur non obligatio conſtat.

25 ¶ Ædem ſacram vel locum religioſum ædificari c ſtipulari poſſumus d: alioquin e nec ex locato agere poſſumus.

Per quas perſonas nobis acquiritur.

39. *Paulus* ‖lib. 12. ad Sabinum.‖

DOminus ſeruo ſtipulando f, ſibi acquirit. ſed & pater filio g, ſecundùm quod leges permittunt.

40. *Pomponius* "lib. 27. ad Sabinum."

SI filius meus h ſeruo meo ſtipuletur, acquiritur mihi.

De tempore.

41. *Vlpianus* ‖lib. 50. ad Sabinum.‖

EVm qui *Kalendis Ianuariis* ſtipulatur‖, ſi adiiciat primis, vel proximis, nullam habere dubitationem palam eſt.

¶ Sed & ſi dicat, *ſecundis, vel tertiis*, vel *quibus aliis*, æquè dirimi quæſtionem i. Si autem non addat, quibus, k Ianuariis l, facti quæſtionem inducere, quid fortè ſenſerit, hoc eſt quid inter eos acti ſit. vtique enim hoc ſequimur, quod actum eſt, eáſque adſumemus. Si autem non appareat, dicendum eſt quod Sabinus, primas m Kalendas Ianuarias ſpectandas.

¶ Planè ſi ipſa die Kalendarum quis ſtipulationem n interponat, quid ſequemur? Et puto actum videri de ſequentibus Kalendis o.

1 ¶ Quoties autem in obligationibus dies non ponitur, præſenti p die pecunia debetur: niſi‖ſi‖ locus adiectus ſpatium temporis inducat q, quo illò poſſit perueniri.

¶ Verum dies adiectus efficit, ne præſenti die pecunia debeatur. Ex quo apparet diei adiectionem pro r reo eſſe, non pro ſtipulatore.

2 ¶ Idem ſ in *Idibus* etiam, & *Nonis* probandum eſt: & generaliter in omnibus diebus.

42. *Pomponius* "libro 27. ad Sabinum."

QVi *hoc anno* t, aut *hoc menſe dari* ſtipulatus ſit, niſi omnibus u partibus præteritis x anni, vel menſis, non rectè petet.

De ſtipulatione collata in arbitrium alterius.

43. *Vlpianus* ‖lib. 50. ad Sabinum.‖

SI quis *arbitratu* (putà) *Lucij Titij* y *reſtitui* z *ſibi* ſtipulatus eſt, deinde ipſe ſtipulator moram a fecerit, quominus arbitretur Titius, promiſſor, quaſi moram fecerit, non tenetur.

¶ Quid ergo ſi ipſe qui arbitrari debuit, moram fecerit? magis probandum eſt, à perſona non b eſſe recedendum eius, cuius arbitrium inſertum eſt.

44. *Paulus* "lib. 12. ad Sabinum."

ET ideò ſi omnino non arbitretur c, nihil valet ſtipulatio. adeò vt & ſi pœna adiecta ſit, ne ipſa quidem committatur.

Per quas perſonas nobis acquiritur, & de ſtipulatione collata in tempus mortis, vel poſt mortem.

45. *Vlpianus* ‖lib. 50. ad Sabinum.‖

QVodcunque ſtipulatur is qui in alterius poteſtate eſt d, pro e eo habetur, ac ſi ipſe f eſſet ſtipulatus.

1 ¶ Sicuti *cùm* g *morietur* h quis ſtipulari i poteſt k: Ita etiam hi qui ſubiecti ſunt alienæ poteſtati, *cùm morientur*, ſtipulari poſſunt.

2 ¶ Si quis ita ſtipulatus ſit, *Poſt mortem meam filiæ meæ dari*: vel ita, *Poſt* a *mortem filiæ meæ mihi dari*? vtiliter erit ſtipulatus, ſed primo caſu filiæ b vtilis actio competit, licèt c hæres ei non exiſtat.

3 ¶ Non ſolùm ita d ſtipulari poſſumus, *Cùm* e *morieris*, ſed etiam, *Si morieris*. nam ſicuti inter hæc nihil f intereſt. *Cùm veneris*, aut *ſi veneris*: ita nec ibi intereſt. *Si morieris*, & *cùm morieris*.

4 ¶ Filius patri dari ſtipulari videtur g, etſi hoc non adiiciat.

De ſtipulatoone, Centeſimis Kalendis dari. 1. De ſtipulatione collata in tempus mortis. 2. De ſtipulatione, cùm volueris. 3. Vel, ſi volueris.

46. *Paulus* ‖lib. 22. ad Sabinum.

CEnteſimis Kalendis h dari vtiliter ſtipulamur: quia præſens obligatio eſt, in diem autem dilata ſolutio i.

1 ¶ Id autem quod in facto eſt, in mortis tempus conferri non poteſt k: veluti, *Cùm morieris, Alexandriam venire ſpondes?*

2 ¶ Si ita ſtipulatus l fuero, *Cùm volueris*, quidam inutilem eſſe ſtipulationem aiunt: alij ita inutilem, ſi antequam m conſtituas, morieris: quod verum eſt.

3 ¶ Illam autem n ſtipulationem, *Si volueris* o *dari*? inutilem p eſſe conſtat.

De pura ſtipulatione eius quod Kalendis illis dare oportet.

47. *Vlpianus* "lib. 50. ad Sabinum."

QVi ſic ſtipulatur, *Quod te mihi illis* q *Kalendis dare oportet, id dare ſpondes* r? videtur non hodie ſ ſtipulari, ſed ſua t die u, hoc eſt Kalendis.

(TO β TOY) DE VERBORVM obligationibus.

De verbo, petiero.

48. *Vlpianus* ‖lib. 26. ad Edictum.‖

SI decem *cùm* x *petiero* dari, fuero ſtipulatus, admonitionem y magis z quandam, quò celerius reddantur, & quaſi ſine mora, quàm conditionem habet ſtipulatio. & ideò licet deceſſero prius quam petiero, non a videtur defeciſſe conditio.

De rei interitu. 1. De ſtipulatione per te non fieri. 2. Vel neque per te, neque per heredem tuum fieri. 3. De rei interitu.

49. *Paulus* ‖lib. 37. ad Edictum.‖

CVm filiusfamilias *Stichum dari* ſpoponderit, & cùm per eum ſtaret quominus daret, deceſſit Stichus: datur in patrem de peculio actio, quatenus b maneret filius ex ſtipulatu obligatus.

¶ At c ſi pater in mora fuit, non tenebitur filius, ſed vtilis actio in patrem danda eſt.

¶ Quæ omnia & in fideiuſſoris perſona dicuntur.

1 ¶ Si ſtipulatus ſim *per te non fieri*, quo minus mihi ire agere liceat, & fideiuſſorem accepero, ſi per fideiuſſorem ſteterit, neuter d tenetur: ſi per promiſſorem vterque.

2 ¶ In hac ſtipulatione, *neque per te, neque per heredem tuum fieri*: per heredem videtur fieri, quamuis abſit e, & ignoret. & ideo non facit quod fieri ex ſtipulatu oportet. Non videtur autem per pupillum ſteriſſe ex huiuſmodi ſtipulatione, ſi pupillus heres erit.

3 ¶ Si promiſſor hominis ante f diem in quem promiſerat, interpellatus ſit, & ſeruus deceſſerit, non videtur per eum ſteriſſe.

De ſtipulatione, per te non fieri. 1. De ſtipulatione empta hereditatis.

50. *Vlpianus* ‖lib. 50. ad Edictum.‖

IN illa ſtipulatione *Per te non fieri*? non hoc ſignificatur, nihil te facturum, quo minus facere poſſis, ſed curaturum g, vt facere poſſis.

1 ¶ Item ſtipulatione emptæ hereditatis, *Quanta pecunia* h *ad te peruenerit, dolóve malo tuo factum eſt, eriìve quominus perueniat*, nemo dubitabit quin teneatur qui i id egit, ne quid ad ſe perueniret.

De manumiſſione ſerui debiti.

51. *Idem* ‖lib. 51. ad Edictum.‖

a dari ſcil. b *l. 81. ȷ. eod.* c Ædem ſacram conducere poſſum ædificandam, non habitandam. *Theod. Balſamon Nomocan. tit. 2.* multo minus vt ea mihi detur ſtipulari poſſum, *l. 83. §. 5. ȷ. eod.* d Id enim fauor religionis & reipublicæ expoſcit. *de quo vide hic Corraſ.* e & ſic alteri ſtipulamur. hic enim agitur de ſtipulatione vniuerſitati acquirenda. Denique hic vertitur factum. non datio *Byz. Bart.* f id enim poteſt. *l. 28. §. 2. in fin. ȷ. de ſtipul. ſeru.* g *v. l. 2. C. de contrah. ſtip. §. 4. in fin. Inſt. de inutil. ſtip.* h vel alius ſeruus meus, *l. 1. §. 3. ſ. de ſtipul ſeru.* i id enim per ſe patet. k quibus facti, *Hal.* l proximis vel ſecundis. m i. proximas. nam aliter obſeruantibus quod initium quiſve finis ſtipulationis ſumeretur? *l. 12. ſ. de tritico.* igitur contrahentes videntur intelligere quod primũ illis occurrere poteſt. ſic fauore nuptiarum, & promiſſionis dotis, nuptiis nominatis primæ intelliguntur, *l. 68. ſ. de iur. dot. l. 26. in fin. ſ. de pact dot. l. 89. §. 1. ȷ. de verb. ſign.* in obligatione dierum biduum, *l. 217 in fin. ȷ. de ver. ſign.* annorum biennium ſpectatur, *l. 17 in fin. ſ. de manum. teſt.* ſiquidem dualis in numeris primus, occurrit, *l. 12. ſ. de teſt.* Vnitas enim non tam eſt numerus, quam numeri principium.
n hanc ſcilicet Kalendis dabis. o quia dies cautionis non computatur in termino, *l. 1. ſ. ſi quis cautionib.* p *§. 2. Inſt. eod. l. 21. ſ. quando dies leg. l. 14. ȷ. de reg. iur. Seneca 3. Controu. 5. in fin.* non tamen vt cum ſacco eadem die veniat ſtipulator, *l. 105. ȷ. de ſol.*, ſed vt decem dies ad minus relinquat debitori, *argum. l. 21. §. 1. ſ. de pecun. conſtituta.* q tacitè *v. l. 137. §. 1. ȷ. eod.* r *l. 50. ſ. de oblig. l. 17. in fin. ȷ. de reg. iur. 1. Harm. 4. §. 40.* ſ quod de Kalendis paulò ante dictum eſt. t hæc ſtipulatio eſt ambigua. ſiquidem quæri poteſt an de anno incepto, an de præterito intelligenda ſit. u *l. 49. ſ. de leg. 1.* Imò libertatem, *l. 41. ſ. de manum. teſt.* & annuum legatum, *l. 8. ſ. de annu. l. 1. C. quando dies leg.* (niſi de penſionibus & fructibus annuatim præſtandis agitur: tunc enim tempus expectandum eſt quo poterunt ea præſtari, *l. 12. §. 5. l. 26. §. 2. quando dies legat.*) initio anni heres præſtare debet x hinc illud Spurinæ ad Cæſarem: Venere vtique Idus Martiæ, ſed nondum præteriere. *Plut. Suet. Iulio.* y hæc verba in ſeruum non cadunt, *l. 68. ȷ. de verb. ſign.* z Idem in ſocietate, *l. 75. ſ. pro ſocio.* emptione *l. vlt. C. de contr* locatione, *l. 25. ſ. locati.*
a Mora arbitro iniecta facto ſtipulatoris, promiſſori non nocet. Mora arbitri, ipſum arbitrum poteſtate non priuat, *vt hic*: ſi arbiter nullo modo arbitrari velit, aut poſſit, promiſſor in pœnam non incidit, *l. 44. ȷ. eod. l. 75. ſ. pro ſocio: l. vlt. C. de contr. empt.*
b *l. 45. ſ. de recept.* vt alius arbitretur ſcilicet. id enim non habet locum, niſi arbiter iniquè iudicauerit, *l. 79. ſ. pro ſocio: l. 30. ſ. de oper. libert.* & niſi dos ſit promiſſa tunc enim detracto arbitrio dos valet, *l. 99. §. 4. ſ. de iur. dot.*
c *l. vlt. ſup. locati: l. 6. ſup. de cond. & dem.* d talis non eſt emancipatus, hinc collige, Emancipatum patri non acquirere. e *§. vlt. ȷ. eod. v. l. 39 l. 40. ſup. eod.*
f pater ſcilicet, vel dominus. g *§. 15 Inſt. de inutil. ſtip.*
h i. poſt mortem ſuam, *l. 18 §. 1 ſup. de manum. teſt. v. 6. Gell. 13.* ex hac interpretatione ſumitur ratio decidendi.
i & contrahere, *l. vnic. C. vt actiones.*
k *l. 7 ſup. de reb. auth. iud.* hodie ſc. olim non poterat, *l. vnic. C. vt act.* adde *l. 11. C. de contr. ſtip.* Ratio dubit. erat, quòd huiuſmodi ſtipulatio non entis rationem habere & in tempus prohibitum conferri videatur. hodie tamen vſumfructum poſt mortem ſtipulari non poſſumus, *l. 51. ſup. de vſufr. leg.* niſi ſibi heredique ſuo vti frui quis ſtipuletur, *l. 38. §. 12. ſup. eod.*

a *l. 23. ſup. de pact. dotalib. l. 8. Cod. de contr. ſtipul.* b etiam poſthumus *l. 5. ſup. de oper. lib.* c hinc colligit Corraſ. Patre accipiente pro ſe & filiis emphyteuſim vel feudum, filios in ius vtrumque ſuccedere, licèt patri heredes non exiſtant, cùm eis vt filiis; non vt heredibus proſpexerit. Regula iuris eſt alioqui, Patrem ſemper præſumi ſtipulatum filio vt heredi. de quo vide Alciat. 1. *praſ.* 31. d *vt §. 1. ſup. eod.* e *§. 14. Inſt. de inutilib. ſtipul.* f Dictiones *Si*, & *Cum* inducunt conditionem, *l. 48 ſup. de cond. indeb. l. 22. ſup. quando dies leg.* in quibuſdam tamẽ differunt. de quo v. *hic Corraſ.* & in *l. 46 §. 2. & vlt. ȷ. eod.* g *l. 1. ſup. eod.* h id eſt, Kalendis centeſimi menſis. i Diuerſa ſunt obligatio & ſolutio: illa præſens eſſe poteſt: & hæc tamẽ in diem reiici. ade de *l. 41. in fin. l. 42. ſup. eod. l. 9 ſup. de reb. cred. l. 44. §. 1. ſup. de obl. §. 2. Inſt. de verb. obl. l. 186. ȷ. de reg.* k ſi factum perſonæ promittenti ita cohæret vt ab eo diuelli non poſſit, vt ire, venire: aliàs ſtipulatio facti ad heredes tranſire poteſt, *C. de contrah. ſtip.* l aliud in herede grauato ſub hac conditione, *Cùm voluerit. l. 11. §. 6. ſup. de leg. 3.* m Promittens dare, *cùm voluerit*, ante quàm ipſe moriatur voluntatem ſuam declarare debet. aliàs morte finitur voluntas, *l. 4. ſup. locati.* n quæ ſequitur diuerſa eſt à ſuperiore *Cùm voluerit*, §. 2 *ſup. eod.* Imò non eſt diuerſa, *l. 45. §. 3. ſup eod. v. hic Corraſ.* é hæc verba refer ad promiſſorem & reum, non ad ſtipulatorem, *l. 112. ȷ. eod.* p *l. 17. ſup. eod. l. 8. ſup. de oblig.*
q nota commemoratione prioris obligationis facta in ſtipulatione, nouationem induci, *l. 5 ſup. de adimend. l. 8. 9. ſup. de cond. & dem.*
r Quæſtio facti hinc oritur, i. an repetita dies videatur, an verò ſtipulatio pura ſit & præſens. ſ i. non purè ſtipulatus videtur.
t Repetita dies nouatæ obligationis in nouantem præſumitur. u i diem prioris obligationis repetiiſſe. atque ita cenſetur repetita qualitas prioris obligationis, in eo quod in locum alterius ſubrogatur. x *l. 85. ſup. de cond. & dem.* y adde *l. 6. §. 1. ſup. de tut.* z & tamen conditionem continet, *in fin. ȷ. eod.* nam hoc verbum *magis*, non electiuè, ſed comparatiuè ſumitur, Corraſ. *hic.* Zaſius contrarium omnino putat, *num. 4.*
a aliter quam in caſu, *l. 46. ſup. eod.* ex qua ratio dubitandi ſumi poteſt, & *l. 48. ſup. de cond. indeb.* b i. quoniam, dixi *l. 3. ſup. de in rem verſo.* c Mora principalis fideiuſſori nocet & patri: non è contra. Filius de peculio ſuo tenetur velut principalis: pater verò velut fideiuſſor. d Promiſſor non tenetur, qui nihil fecit aduerſus id quod promiſit: nec fideiuſſor tenetur vt fideiuſſor, quia tantum fideiuſſerat, *per promiſſorem non fieri.* e Heres etiam ignorans & abſens facto defuncti mero iure non ex æquitate tenetur, *l. 42. ȷ. de reg. iur.* ideóque reſtitui poteſt, *l. 1. in fin. ſup. ex quib. cauſ.* f i. non opportunè. & ita facta non opportuno tempore interpellatio nihil operatur. g *l. 43. ȷ. eod.* h pecunia ex hereditate illa, &c. *v. Cuiac. 2. obſer.* [illegible] vbi tracta: de ſtipulationibus emptæ & venditæ hereditatis. i *l. 24. ſup. de cond. & dem.*

IS qui alienum ſeruum promiſit, perducto *a* eo ad libertatem, ex ſtipulatu actione non tenetur. ſufficit enim ſi dolo culpáve careat.

Differentia conuentionalium ſtipulationum & prætoriarum.

1. De vacua poſſeſſione tradenda.

52. *Idem* lib. 7. Diſputationum.*

IN conuentionalibus ſtipulationibus contractui formam *b* contrahentes dant. enimverò prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt de *c* mente prætoris qui eas propoſuit. Denique prætoriis ſtipulationibus nihil immutare licet, neque addere, neque detrahere.

1 ¶ Si quis *vacuam* *d* *poſſeßionem tradi* promiſerit, non *e* nudum factum hæc ſtipulatio continebit, ſed cauſam *f* bonorum.

De doli clauſula, & caſibus ſpecialiter comprehendendis.

53. *Iulianus* lib. 62. Digeſtorum.

STipulationes commodiſſimum eſt ita componere, vt quæcunque ſpecialiter *g* comprehendi poſſint, contineantur: doli autem clauſula ad ea pertineat quæ in præſentia occurrere non poſſint, & ad incertos *h* caſus pertinent.

De diuiſione ſtipulationis ſpecierum vel generum.

1. Vel operarum.

54. *Idem* lib. 3. Digeſtorum.

IN ſtipulationibus aliàs *i* ſpecies, aliàs genera deducuntur.

¶ Cùm ſpecies *k* ſtipulamur, neceſſe eſt inter dominos & inter heredes ita diuidi ſtipulationem, vt partes *l* corporum cuique dedebuntur *m*.

¶ Quoties autem genera *n* ſtipulamur, numero *o* fit inter eos diuiſio. Veluti cùm *p* Stichum & Pamphilum quis ſtipulatus, duos heredes æquis partibus reliquit. neceſſe eſt vtrique partem dimidiam *q* Stichi & Pamphili deberi. Si idem duos homines ſtipulatus fuiſſet, ſinguli homines heredibus eius deberentur.

1 ¶ Operarum ſtipulatio ſimilis *r* eſt his ſtipulationibus, in quibus genera comprehenduntur. & ideo diuiſio eius ſtipulationis non in partes operarum, ſed in numerum *ſ* cedit.

¶ Quòd ſi vnam *t* operam ſeruus communis ſtipulatus fuerit, neceſſe eſt vtrique dominorum partem operæ tantam, quantam in ſeruo habuerit, petere. ſolutio autem eius obligationis expeditiſſima eſt, ſi æſtimationem operæ malit libertus offerre, aut ſi conſentiant patroni, vt his communiter operæ edantur.

De adiecto Solutioni.

55. *Idem* libro 36. Digeſtorum.

CVm quis *ſibi aut Titio dari* ſtipulatus eſt, ſoli Titio, non *u* etiam ſucceſſoribus eius rectè ſoluitur.

1. De ſtipulatione te & Titium heredem tuum daturum. 2. De adiecto ſolutioni. 3. vel obligationi. 4. De obligatione ad diem. 5. De verbo ante Kalendas. 6. De vſufructu. 7. Si fundum ab vno ſtipulatus, deinde ab illo fundum detracto vſufructu ſtipuletur. 8. De eo qui ab vno purè, deinde ab alio ſub conditione ſtipulatus eſt.

56. *Idem* libro 25. Digeſtorum.

EVm qui ita ſtipulatur, *Mihi & x Titio decem dare ſpondes?* vero ſimilius *y* eſt, ſemper vnà *z* decem communiter ſibi & Titio ſtipulari: ſicuti qui legat Titio & Sempronio, non aliud intelligitur, quàm vnà decem communiter duobus legare.

1 ¶ *Te & Titium* a *heredem tuum* b *decem daturum ſpondes?* Titij perſona ſuperuacua comprehenſa eſt *c*. ſiue enim ſolus heres extiterit, in ſolidum tenebitur: ſiue pro parte *d* eodem *e* modo quo cæteri coheredes eius, obligabitur. & quamuis conueniſſe videatur, ne ab alio herede quàm à Titio peteretur, tamen inutile *ſ* pactum conuentum coheredibus eius erit.

a *l. 83. §. 5. j. eod. l. 35. ſ. de legat. 1. l. 92. l. 98. §. vlt. j. de fideiuſſ. l. 9. §. 2. ſ. de ſtatuliberis.*
b τύπον *l. 1. §. 6. ſ. depoſiti: l. 23. l. 34. j. de reg. iur. v. l. 43. ſ. de pact. Nou. 136. c. 1.*
c *l. 9. j. de ſtipul. prætor.*
d à nullo corpore, vel animo poſſeſſam, *l. 2. in fin. ſ. de act. empt.* etiamſi ſeruiat, *l. 66. §. 6. ſ. de leg. 2.* adde quæ ſcripſi ad *l. 68. in fin. ſ. de contrahend. empt.*
e *v. l. 4. ſ. de vſuris.*
f i. omnem vtilitatem poſſeſſionis inferentem, verbi gratia, vt poſſeſſio auocari non poſſit, *l. 20. j. de ſolut.* An & dominium, & vſucapiendi cauſam continet? Poſt Azonem Zaſius ita putat, quod Corraſius non probat.
g veluti, in mancipij emptione commodum eſt adiici, *ſanum, furtis noxiſque ſolutum, fugitiuum non eſſe: Erronẽ non eſſe: veſpellionem non eſſe, habere rectè licere*: poſtea verò generalẽ clauſulam, *dolum malum abeſſe, abfuturumque*. nam ad ea generalis clauſula non porrigetur, ſed ad caſus non expreſſos & ita incertos, qui aliquando occurrent, de quibus vide *l. 7. §. 3. ſ. de dolo: Cuiac. hic, ſed v. omnino Hotom. 3. obſer. 30.*
h *d. §. 3. l. 119. j. eod. l. 15. §. 9. ſ. de damn.*
i i. aliter.
k Species hic ſunt indiuidua vt Stichus, eas Ariſtoteles etiam vocat ἔσχατα εἴδη.
l pro indiuiſo. ideoque iuris intellectu, non facto ipſo, *l. 66. §. 2. ſ. de leg. 2. §. 5. in fin. Inſt. de off. iud.* aut numero diuidi poſſunt. m debeantur, *Hal.*
n id eſt, ſpecies (putà hominem) quas Ariſtoteles etiam vocat, τελευταῖα γένη ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις. Genus itaque hic dicitur, quod de pluribus, licet numero differentibus, enuntiatur. o *l. 117. j. eod.*
p Qui *Stichum aut Pamphilum* ſtipulatur, ſpecies ſtipulatur: qui *duos homines*, genus. Priore caſu inter coheredes ita fit diuiſio, vt ſinguli in ſingulis hominibus partem habeant: Poſteriore, partem in ſingulis hominibus non habent, ſed numero inter eos fit diuiſio.
q *l. 29. j. de ſolut.*
r Operarum & generis promiſſi ſimilitudo ſeu cognatio.
ſ *l. 15. ſ. de oper. liber.* t Atqui vna opera promitti non poſſe dicitur, *l. 15. ſ. de oper. liber.*
u Solui alteri quàm adiecto non poteſt, *l. 9. l. 81. j. de ſolut.*
x hæc particula vim orationis diſtribuit inter perſonas copulatas, *l. 11. §. 1. ſ. de duob. reis.* y ideò ſequendum, *l. 114. j. de reg. iur.* z *l. 38. §. 19. ſ. eodem. l. 109. j. eod. l. 85. ſ. de leg. 1.* Porrò hic loquendi modus Vallæ diſplicet 3. *elegant.*
a Quid ſi Titius coheredes habet? num hac ſtipulatione coheredes eius continebuntur? vnius enim heredis mentio videtur alios excludere, *l. 12. ſ. de ind.* Mox dicetur.
b quem fortè nunc tibi vnicum heredem fore putas, vt in *l. 47. in fin. ſ. de pact. l. 77. §. 29. ſ. de leg. 2.* c omnes enim debent.
d Heres in ſolidum, defunctum repræſentat in ſolidum: pro parte defunctum etiam pro parte repræſentat: pro portionibus vero coheredum, cenſetur extraneus, *l. 14. C. de rei vind.*
e Imò, non eodem, poſſum enim vni heredum tantum liberationem acquirere, licèt cæteris non acquiram. *l. 33. ſ. de pact.* ergo à contrario poſſum aliis non oneratis vnum onerare. Cur tam variè? Liberationi magis fauetur, quam obligationi, *l. 47. ſ. de oblig.*
f id eſt, eo pacto coheredes Titij non adiuuabuntur: id eſt, non agent aduerſus Titium vt ſolus ipſe det.

2 ¶ Qui *ſibi aut a filio ſuo* dari ſtipulatur, manifeſtè perſonam filij in hoc complectitur, vt ei rectè *b* ſoluatur. neque intereſt, ſibi *c* aut extraneo cuilibet, an ſibi aut filio ſuo quis ſtipuletur. quare vel manente in poteſtate, vel emancipato *d* filio rectè ſoluitur, neque *e* ad rem pertinet quòd † qui filio ſuo dari ſtipulatur, ſibi acquirit: quia coniunctâ ſua perſonâ ſtipulator efficit, vt non acquirendæ obligationis gratiâ, ſed *f* ſolutionis cauſâ perſonam filij apprehendiſſe *g* intelligatur.

3 Quòd ſi *ſoli filio ſuo*, qui in poteſtate ſua ſit, dari quis ſtipulatus ſit, non rectè filio ſoluetur: quia filij perſona obligationi magis, quam ſolutioni applicatur *h*.

4 ¶ Qui ita ſtipulatur, *Decem, quod i viuam, dari ſpondes?* confeſtim decem rectè dari petit. ſed heres eius *k* exceptione pacti conuenti ſummouendus *l* eſt. nam ſtipulatorem id egiſſe, ne heres eius peteret, palam eſt. Quemadmodum is qui *vſque* m *in Kalendas* dari ſtipulatur, poteſt quidem etiam poſt Kalendas petere, ſed exceptione pacti ſummouetur. Nam & heres eius cui ſeruitus *n* prædij ita conceſſa eſt, vt quoad viueret, ius eundi haberet, pacti conuenti exceptione *o* ſummouebitur *p*.

5 ¶ Qui ita ſtipulatur, *Ante Kalendas proximas dari ſpondes?* nihil *q* differt ab eo qui Kalendis dari ſtipulatur.

6 ¶ Qui proprietatem ſine vſufructu habet *r*, rectè vſumfructum dari ſibi ſtipulatur. id enim in obligationem deducit, quod non habet *ſ*, ſed habere poteſt.

7 ¶ Si à te ſtipulatus fuero, *fundum* t *Sempronianum*, deinde *eundem fundum detracto vſufructu* u, ab alio ſtipulor, prior ſtipulatio non nouabitur *x*: quia nec ſoluendo fundum detracto vſufructu liberaberis, ſed adhuc à te rectè fundi vſumfructum peterem. Quid ergo eſt? cùm mihi fundum dederis, is quoque liberabitur à quo detracto vſufructu, fundum ſtipulatus fueram.

8 ¶ Si hominem quem à Titio purè ſtipulatus fueram, Seius mihi ſub *y* conditione promiſerit, & is pendente conditione *z* poſt moram Titij deceſſerit, confeſtim *a* cum Titio agere potero: nec Seius exiſtente *b*, conditione obligatur. at ſi Titio acceptum feciſſem *c*, Seius exiſtente conditione obligari poteſt. Idcirco hæc tam variè *d*: quòd homine mortuo deſinit eſſe res in quam Seius obligaretur: acceptilatione interpoſita, ſupereſt homo quem Seius promiſerat *e*.

De morte eius qui ſub conditione promiſit.

57. *Idem* lib. 53. Digeſtorum.*

SI *f* quis, *ſi g Titius conſul factus erit decem dari* ſpoponderit: quamuis pendente conditione promiſſor moriatur, relinquere heredem obligatum *h*.

De eo qui vſumfructum, deinde fundum ſtipulatus eſt, vel contra: vel actum, deinde iter, vel fructum, deinde vſum.

58. *Idem* lib. 54. Digeſtorum.

QVi *vſumfructum fundi* ſtipulatur, *deinde i fundum*: ſimilis *k* eſt ei qui partem fundi ſtipulatur, deinde totum: quia fundus dari non intelligitur: ſi vſusfructus detrahatur.

¶ Et è contrario qui *fundum* ſtipulatus eſt, *deinde vſumfructum*, ſimilis eſt ei qui totum ſtipulatur deinde partem.

¶ Sed qui *actum* ſtipulatur, deinde iter *l*, poſteriore ſtipulatione nihil agit, ſicuti *qui decem, deinde quinque* ſtipulatur: nihil *m* agit. Item ſi quis *fructum*, deinde *vſum* ſtipulatus fuerit: nihil agit. Niſi *n* in omnibus nouandi animo hoc facere ſpecialiter expreſſerit, tunc enim priore obligatione expirante, ex ſecunda introducitur petitio: & tam iter, quam vſus, nec non quinque exigi poſſunt.

De tempore æſtimationis ineundæ.

59. *Idem* lib. 88. Digeſtorum.

QVoties, *in diem, vel ſub conditione oleum* quis ſtipulatur, eius *o* æſtimationem eo tempore ſpectari oportet,

a id eſt, diſiunctiuè.
b *l. 95. §. 5. l. 10… l. vlt. j. d. ſolut.*
c *l. 11. ſ. de oper. liber.*
d Imò emancipa… rectè non ſoluitu… *l. 38. j. de ſolut.* Conciliationem vtriu… que loci, vide ap… Ant. Fabr. 3. Co… iect. 20
e Ratio dubit…
† *l. 39. l. 40. i…*
f *l. 7. ſ. de pe… conſtituta.*
g adhibuiſſe…
h quia no… nec ſedet in… perſona oblig… id enim quo… quirit, pat… quirit.
i *l. 52. in fi… pactis*, id eſt… nec viuam, … *de annuis* id … nuum.
k ſtipulatori…
l Qui ſtipu… aliquid qu… *ues*, effectum … lationis ad… dem non tra… tit.
m Qui ad K… das ſtipulat… Kalendas p… poteſt, ſed exce… ne ſummoue…
n *l. 4. j. de ſo…*
o Cur ita? vide… *§. 4. ſ. de doli …*
p de qua excep… ne v. Oldend… *36. de except. …§. 1. ſ. de oblig.*
q Ante Kalen… & Kalendis ſtip… lari, eadem… *l. 13. ſ. eod.* … *132. j. de verb…*
r Proprietari… habere eiuſque… minus eſſe dic… *l. 1. §. 1. ſ. de … niano, l. 25. j. de v… ſign.* hinc ratio … bit. naſcitur, qu… nemo rem ſuam… ctè ſtipulatur, … *l. 82. j. eod.*
ſ quod ſibi de… *l. 1. l. 2. ſ. de c… triticaria.*
t in genere, id … totum, *l. 85. §. 6. j. eod.*
u & ita cum … cauſa, *l. 58. §. … eod.*
x id eſt, non tra… feretur in ſecun… hæc enim mi… quàm illa continet. & ita aliud ſtipulatur, *d. l. 58. l. 9. in fin. de nouat.* y *l. …* *de nouat.* z hæc videntur ἀσύστατα quemadmodum enim fieri poteſt vt promiſſor ſit in mora eius rei nomine quæ pendente conditione periit? nam ſi pendente conditione res peti non potuit, multo minus mora committi potuit. Solet enim dici nullam moram committi vbi nulla petitio ſit, *l. 127. j. eod. l. … verſ. ſed cùm ſortis. ſ. de reb. cred.*
a id eſt, cùm conditio extiterit, *l. 14. j. de nouat.* neque prius moram commi… *l. 22. §. 1. j. de ſolution.* Quod purè debes, promittis ſub conditione: nihil debebis, ſi pendente conditione deceſſeris, *d. l. 14. d. §. 1.* debebis, ſi poſt conditionem deceſſeris, *l. 31. j. eod.* Quod purè Titius mihi debet, ſub conditione promittis? Titius moram commiſit, pendente conditione res perit? Titius non obligatur, … Quid ita? nulla hic facta nouatio eſt. b nec Seius pendente conditione … obligatur. *Hal.* c is omnino liberatus eſt. d Si res pendente conditione … terit, conditionalis debitor liberatur: ſi poſt acceptilationem purè promiſſi factam, non liberatur. e id eſt, ſi res pendente conditione durat, manet obligatus promiſſor: ſi ante conditionis euentum periit, non tenetur.
f Conditionalis promiſſio quantitatis certæ non extinguitur morte promiſſoris antè conditionis euentum accidente.
g ſub hac ſcilicet conditione quæ ſequitur. h Spes enim ſupereſt debitum iri, *§. 4. Inſt. eod. §. 24. Inſt. de inutilib.*
i adde *l. 9. in fin. j. de nouat.*
k vſumfructum fundi partem eſſe hinc collige, *l. 76. §. 2. in fin. ſ. de legat. …*
l *d. l. 9. in fin.*
m *§. 5. Inſt. de inutil. ſtipul.* Imò aliquid agit, *l. 1. §. 4. ſ. eod.*
n hodie eſt generale, vt nulla fiat nouatio, *l. vlt. C. de nouat.*
o Qui in diem, vel ſub conditione promiſit, poſt diei & conditionis euentum …

oportet, quo dies obligationis venit a. tunc enim ab eo peti poteſt, alioquin b ‖aliàs‖ rei captio erit.

60. *Vlpianus* ‖ lib. 20. ad Edictum.‖

IDem erit, & *ſi Capuæ certum olei pondo dari* quis ſtipulatus ſit: nam eius temporis fit æſtimatio, cùm peti poteſt. peti autem poteſt, quo primum in locum c perueniri potuit.

De ſtipulatione captatoria.

61. *Iulianus* ‖ lib. 2. ad Vrſeium Ferocem.‖

STipulatio hoc d modo concepta *Si hæredem e me non feceris, tantum dare ſpondes?* inutilis eſt: quia contra bonos f mores eſt ‖hæc ſtipulatio.‖

De ſeruo.

62. *Idem* ‖ lib. 2. ex Minicio. ‖

SEruus vetante g domino *ſi pecuniam ab alio* ſtipulatus h ſit, nihilominus obligat i domino promiſſorem.

De conditione diſiunctiua.

63. *Africanus* ‖ lib. 6. Quæſtionum.‖

SI quis ita ſtipuletur, *Siue* k *nauis ex Aſia venerit ſiue Titius conſul factus fuerit*: vtra priùs conditio extitiſſet, ſtipulatio committetur, & ampliùs committi non poteſt, ſed enim cùm ex duabus diſiunctiuis conditionibus altera l defecerit, neceſſe eſt vt m ea quæ extiterit, ſtipulationem committat.

De ratione temporis ante conditionem exiſtentem præteriti habenda.

64. *Idem* ‖ lib. 7. Quæſtionum. ‖

HViuſmodi n ſtipulatio interpoſita eſt, *Si Titius conſul factus fuerit, tum* o *ex hac* p *die in annos ſingulos dena dari ſpondes?* poſt triennium conditio extitit. an huius temporis nomine agi poſſit, non immeritò dubitabitur? Reſpondit eam ſtipulationem vtilem eſſe, ita vt in ea eorum q quoque annorum, qui ante impletam conditionem interceſſerint, præſtatio in id tempus collata intelligatur, vt ſententia eius ſit talis: Tunc cùm Titius conſul factus fuerit, in annos ſingulos, etiam præteriti temporis habita ratione, dena præſtentur.

De verbis ſuperuacuis. 1. De variatione in rei aut perſonæ appellatione.

65. *Florentinus* ‖ lib. 8. Inſtitutionum.‖

QVæ extrinſecus r, & nihil ſ ad præſentem actum pertinentia adieceris ſtipulationi, pro ſuperuacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem, veluti ſi dicas, *Arma virúmque cano, ſpondeo*, nihilominus valet.

1 ¶ Sed & ſi in re quæ promittitur, aut perſonæ appellatione t varietur, non obeſſe placet. nam ſtipulanti *denarios* u, eiuſdem quantitatis aureos ſpondendo, obligaberis. & ſeruo ſtipulanti *Lucio domino ſuo*, ſi Titio, qui idem ſit, daturum te ſpondeas, obligaberis.

De manumiſſione.

66. *Paulus* ‖ lib. 3. ad legem Æliam Sentiam.‖

SI minor viginti annis à debitore ſuo ſtipuletur *ſeruum manumiſſurum*, x, non eſt executio y ſtipulationis danda z. Sed ſi ipſorum a viginti annorum b erit, non impedietur manumiſſio, quia de minore lex loquitur.

De ſtipulatione, ſalua fore. 1. Dari curari.

67. *Vlpianus* ‖ lib. 2. ad Sabinum. ‖

ILla ſtipulatio c, *Decem millia ſalua fore* d *promittis?* valet.

…bet, & inde debitæ rei æſtimatio ineunda eſt, *l. 11. in fin. ſ. de re iudicat. l. 12. in fin. ſup. ſi quis cautionib. l. 37. ſup. mandati.*

a quo dare debuit, quoque agi potuit.

b alioquin aliàs vel pactio erit. *Hotom. 16. Illuſt. circa fin. fol.* 108. vbi tractat cuius loci & temporis pretium æſtimari oporteat à iudice in æſtimatione frugis facienda.

c & ita quidem vt eius loci tantum æſtimatio fiat, quo ſolui res debuit: id eſt, ita vt qualis ſit res, in eius loci foro ſpectetur, *l. 22. ſup. de reb. credit. l. vlt. ſup. de condict. triticaria: l. 3. in fin. ſup. de act. emp.*

d Pactum de futura ſucceſſione non valet, *vt hic.* vnde notant Placentini, feudi inueſtituram non valere conceptam poſt mortem primi vaſſalli: reprehenduntur tamen à Mediolanenſibus & Cremonenſibus: ſi modo fiat inueſtitura de beneficio incertæ perſonæ in genere: ſecus ſi de certæ perſonæ beneficio inueſtitura fieret, tunc enim non valet inueſtitura, niſi ea perſona conſentiat, *l. 3. § de illo ſup. pro ſocio,* v. Laudenſem *1. feudor. 27. § ſi quis inueſtierit.*

e hæc ſtipulatio eſt contra bonos mores. nam ſucceſſiones pactis vel ſtipulationibus obſtringi non poſſunt, *l. 34. C. de tranſ. l. 4. C. de inutil. ſtipul.* Non valet conuentio de viuentis ſucceſſione, eo non conſentiente, *l. vlt. C. de pact.* nec de mutua ſucceſſione, niſi inter commilitones, *l. 19. C. de pactis. vide Cuiac. 16. obſeru. 39.* conueniri etiam non poteſt dotali inſtrumento vt vir vxori ſuccedat, *leg. 5. C. de pact. conuent.* An & hæc ſtipulatio improbatur, qua liberi ex aliqua tantum portione ſuccedunt, & rebus certis contenti ſunt, & cæteris renunciant, vt in iis non ſuccedant? *vide l. 15. C. de pactis.*

f *l. 9. in fi. ſ. eo. l. 134. ȷ. eod.* impugnat enim ius teſtandi, *vide l. 52. § 9. ſup. pro ſocio.*

g & ſic inuito *§. 3. Inſt. per quas perſon. cuique l. 32. ſup. de adq. rer.*

h igitur commodum ſtipulationis inuito domino adquiritur. *vt hic.* An proprietas? an hæreditas? an actio? an poſſeſſio? an liberatio? an libertas cuiuis inuito adquiri poteſt: *vide Cuiac. hic.* i Imò non obligat. *l. 19. §. 2. ſ. de donat. l. 69. ȷ. de reg. iur.*

k *v. Cuiac. 6. ad Afr. fol.* 108.

l *l. 129. in fin. ȷ. eod l. 78. ſup. de cond. & dem.*

m Imò vt ſtipulatio committatur, omnes partes diſiunctiuæ exiſtere debent, *l. 13. § 2. ſup. de reb. dub.*

n quodammodo præpoſtera ſcilicet. Hic enim datio prior eſſe videtur conditione.

o Formulam hanc pragmaticariam ſiue forenſem, *Ex nunc, prout tunc*, pragmatici ex hoc loco deducunt.

p intellige præſenti. quippe particula hæc rem præſentem demonſtrat, *l. 40. in fi. ſup. de reb. credit.*

q *l. 126. ȷ. eo. l. 40. in fin. ſup. de reb. cred. §. 13. §. 14. Inſtit. de inut. ſtipul.*

r περίεργον non vitiat ſtipulationem, *l. 134. §. 1. ȷ. eo. l. 56. ſup. mandati: l. 32. §. 6. ſup. de auro: l. 94. ȷ. de reg. iur. §. 5. Inſt. de inutil. ſtipul. l. 37. C. de donat. vide l. 17. C. de teſtam.* περιεργία eſt ſeu παρυπόνοια, cùm aliquid præter interrogationem reſpondetur. cui ſimilis ἀπόνοια. de qua *l. 39. in fin. ſup. de pignoratitia.*

ſ hinc ratio dubitandi ſumitur: Solet enim dici, actu impertinenti vitiari ſtipulationem, *l. 137. inf. eod.*

t *l. 156. inf. eod.*

u Denarios Romanos accipe qui ſinguli denos aſſes efficiebant.

x manumiſſum iri, *vulgat.*

y Actus qui non valet, executionem non meretur.

z quia in fraudem legis Æliæ Sentiæ alienat & manumittit minor: *vide l. 4. ſup. de ſeruis exportand.*

a ſed ſi ipſe, *vulgat.*

b id eſt, qui agit ſupremum anni viceſimi diem, *vide leg. 1. ſuprà de manumiſſion.*

c ſtipulatio *rem ſaluam fore*: *vulg.* & malè.

d hinc collige, Factum vel dationem promitti non videri contra naturam ſtipulationis, *l. 5. §. 1. ſup. eod.* hinc ſumitur ratio dubitandi.

1 ¶ Eum qui *decem dari a ſibi curari* b ſtipulatus ſit, non poſſe decem petere, quoniam poſſit promiſſor reum locupletem dando liberari, Labeo ait. idque & Celſus libro ſexto Digeſtorum refert.

De pœna, & de eo quod intereſt.

68. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Edictum.‖

SI pœnam ſtipulatus fuero, *ſi* c *mihi pecuniam non credidiſſes*, certa d eſt, & vtilis ſtipulatio. Quòd ſi ita ſtipulatus fuero, *Pecuniam* e *te mihi crediturum ſpondes?* incerta f eſt ſtipulatio: quia id venit in ſtipulationem, quod mea intereſt g.

De re impoſſibili.

69. *Vlpianus* ‖ lib. 7. ad Sabinum. ‖

SI homo mortuus ſiſti h non poteſt, nec pœna rei impoſſibilis i committetur. quemadmodum ſi quis Stichum mortuum k dare ſtipulatus, ſi datus non eſſet, pœnam ſtipuletur.

De infante.

70. *Idem* ‖ lib. 11. ad Sabinum. ‖

MVlier quæ dotem dederat populari l meo Glabrioni Iſidoro fecerat eum promittere dotem: ſi in matrimonio deceſſiſſet, infanti: & deceſſerat conſtante matrimonio. placebat ex ſtipulatu actionem non eſſe: quoniam qui fari m non poterat n, ſtipulari non poterat.

De pœnali ſtipulatione.

71. *Idem* ‖ lib. 13. ad Edictum. ‖

CVm quid *vt* o *fiat*, ſtipulemur pœnam, ſic p rectè q concipiemus, *Si ita factum non* r *erit.* Cùm quid ne fiat, ſic, *ſi aduerſus id factum ſit.*

De ſtipulationibus diuiduis, & indiuiduis. 1. De conditione, ſi ante Kal. illas opus perfectum non erit. De inſula facienda. vel facienda.

72. *Idem* ‖ lib. 20. ad Edictum. ‖

STipulationes non diuiduntur earum rerum quæ diuiſionem non ſ recipiunt: veluti t viæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarúmque u ſeruitutum x. Idem puto & ſi quis faciendum y aliquid ſtipulatus ſit: vtputa *fundum tradi*, vel *foſſam fodiri* z, vel *inſulam* a *fabricari*, vel *operas*, vel quid his ſimile. horum enim diuiſio corrumpit ſtipulationem. Celſus tamen libro trigeſimo octauo Digeſtorum refert, Tuberonem exiſtimaſſe, vbi quid fieri ſtipulemur, ſi non fuerit factum *pecuniam* b *dari oportere*: ideóque, etiam in hoc genere diuidi ſtipulationem. ſecundùm quem Celſus ait poſſe dici, iuſta c æſtimatione facti dandam eſſe petitionem.

1 ¶ Si quis ita ſtipulatus ſit, *Si ante Kalendas Martias primas opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari?* diem promiſſionis cedere, non ex quo locatum eſt opus, ſed poſt Kalendas Martias: quia nec d conueniri ante Kalendas Martias reus promittendi poterat.

2 ¶ Planè ſi *inſulam* e *fulciri* quis ſtipulatus ſit, non eſt expectandum vt inſula ruat, ſic deinde agi poſſit, nec *inſulam fieri*, vt tantum temporis prætereat, quanto inſula fabricari poſſit, ſed f vbi iam cœpit mora faciendæ inſulæ fieri, tunc agetur, diéſque obligationi cedit.

De die, vel conditione tacitis. 1. De ſeruo hæreditario eiuſve qui apud hoſtes eſt. 2. De mora purgatione.

73. *Paulus* ‖ lib. 24. ad Sabinum.‖

INterdum pura g ſtipulatio ex re h ipſa dilationem capit, veluti ſi *id quod in vtero ſit*, aut *fructus futuros* i, aut *domum ædificari* ſtipulatus ſit. tunc enim incipit actio, cum ea per k rerum naturam præſtari poteſt. Sic qui *Carthagini* l *dari* ſtipulatur, cùm Romæ ſit, tacitè m tempus complecti videtur, quo perueniri Carthaginem poteſt.

¶ Item ſi operas à liberto quis ſtipulatus ſit, non ante dies earum n cedit, quàm indictæ fuerint, nec ſint præſtitæ.

1 ¶ Si ſeruus hæreditarius o ſtipulatus ſit, nullam

a danda, *vulg.*

b *l. vlt. in fin. ſup. de reb. cred.*

c id eſt, deficiente conditione.

d *v. l. 74. ȷ. eod.*

e adde *l. 112. in fi. inf. eod.*

f Id quod intereſt, incertum eſt, *l. 81. ȷ. eod.* Pœna certa eſt, *§. vlt. Inſt. de verb. oblig.*

g Id quod intereſt, incertum eſt. ideoque eius nomine actio incerti datur. *vide leg. 118. in fin. l. 135. §. 3. in fi. ȷ. eo.*

h *l. 4. ſup. qui ſatisdare:* adde *l. 10. §. 1. ſi quis cautionib.*

i Impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. 183. ȷ. de reg. l. vltim. C. quæ ſentent. ſine appellat.*

k *l. 83. §. 7. l. 103. inf. eod. l. 31. ſup. de oblig.*

l id eſt, Tyrio. Vlpianus enim Tyrius fuit, *l. 1. ȷ. de cenſib.*

m Infans ſtipulari non poteſt, *l. 1. ſ. eo. l. 1. §. 13. ſup. de obl. & act. §. 10. Inſt. de inut.*

n notandum eſt interim hic infantem dici vſque ad annũ ſeptimum, *l. 18. C. de iure delib.* (ideóque Græci ἐπταετῆ vertũt) etiamſi eum nondum compleuerit, *l. 25. §. 7. ſup. ad leg. Aquil.* igitur intellige legem 6 *inf. rem pupilli ſaluam fore*, de infante qui exceſſit annum ſeptimum.

o *l. 134. §. 7. ȷ. eod.*

p Formam concipiendarum pœnalium ſtipulationũ, vt quid fiat, vel non fiat obſerua.

q *v. l. 137. §. 7. ȷ. eo. §. vlt. Inſt. eod.*

r In ſtipulationibus facti affirmatiuè pœna negatiuè concipienda eſt.

ſ Rerum indiuiduarum indiuidua eſt ſtipulatio. Indiuidua autem quæ ſint, conſtat ſatis ex huius legis initio.

t *l. 2. §. 1. ſup. eod.*

u *l. 17. ſup. de ſeru. l. 19. ſup. de vſufr.*

x præter vſumfructum, *d. l. 19. l. 1. §. 9. ſup. ad leg. Falc.*

Cur ita? *vide hic* Corraſium. y Facti ſtipulatio indiuidua eſt, *l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. 54. in fin. ſ. eod. l. 85. § 2. l. 139. inf. eod. l. 59. ſup. locat. l. 11. in fin. ſup. de leg. 3.* æſtimatio tamen facti, item eius quod intereſt & pœna diuidi poteſt, *ȷ. eod. l. 135. §. 3. in fi. ȷ. eo. l. 11. l. 13. in fi. ſup. de re iudicata* z fodi *vulgat.* a vide tamen, *l. 59. ſup. loc.*

b Eius quod intereſt, præſtatione debitorem (ſeu promiſſorem inuito etiam actore) liberari hinc colligitur, *vt hic.* vide tamen caſus quoſdam ſpeciales, vbi ipſummet factum promiſſum ſtipulanti præſtandum apud Socinum. *reg.* 193.

c iuxta æſtimationem, *vulg.*

d *l. 99. in fi. inf. eo.*

e *l. 38. in fi. ȷ. eo.* Inſulam fulciri ſpondes: An expectandum eſt vt inſula ruat? Inſulam fieri ſpondes: An tantum temporis expectandum, quantum requiritur in aliqua inſula fulcienda? Neutrum expectandum eſt: ſed cum primùm mora cœpit fieri, ſtipulatio committitur. Committitur autem ſi illico non fiat.

f Hæc eſt ſententia Celſi, *l. 115. ȷ. eod. de qua vide quæ not. ad l. 4. ſup. eod.*

g cui neque dies, neque conditio eſt adiecta, *l. 41. §. 1. ſup. eod. l. 21. ſup. quando dies legat. leg. 14. inf. de reg. iur.*

h *l. 24. ſup. de oper. libert.*

i futuros fructus rectè ſtipulamus, *l. 8. ſup. de contr. empt.*

k *l. 14. ſup. eod. l. 98. in fin. inf. eod. l. 15. ſup. de pign. l. 186. ȷ. de reg. iur. §. vlt. in fi. Inſt. de inut. ſtip.*

l *l. 141. inf. eod. §. 5. Inſt. eod.*

m *l. 2. §. 6. ſup. de eo quod certo.*

n *l. 24. ſup. de oper. libert.*

o *l. 16. l. 25. l. 35. inf. de Stip. ſeruor.*

vim habitura ſit *a* ſtipulatio, niſi *b* adita hæreditas ſit: quaſi conditionem habeat.

¶ Idem eſt & in ſeruo eius *c* qui apud hoſtes eſt.

2 ¶ Stichi promiſſor, poſt moram offerendo *d* purgat moram. certè ‖enim‖ doli mali exceptio nocebit ei qui pecuniam oblatam accipere noluit *e*.

De certa vel incerta ſtipulatione.

74. *Gaius* ‖ lib. 8. ad Edictum Prouinciale. ‖

STipulationum quædam certæ *f* ſunt, quædam incertæ *g*.

1 ¶ Certum *h* eſt, quod ex ipſa pronuntiatione apparet, quid, quale *i*, quantúmque ſit. vt ecce aurei decem *k*, fundus Tuſculanus, homo Stichus, tritici Africi *l* optimi modij *m* centum, vini Campani optimi amphoræ centum.

1. & 2. De generis ſtipulatione. 3. vſufructu. 4. partu Arethuſæ & fructibus, 5. his quæ in horreo. 6. debito. 7. faciendo. 8. alternatiua. 9. De ſorte & vſuris. 10. fundum Tuſculanum dari.

75. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Edictum. ‖

VBi autem non apparet, quid, quale, quantúmque eſt in ſtipulatione, incertam eſſe ſtipulationem dicendum eſt.

1 ¶ Ergo ſi quis *n fundum* ſine propria appellatione *o*, vel *hominem* generaliter ſine proprio nomine, aut *vinum p frumentúmve* ſine qualitate dari ſibi ſtipulatur, incertum deducit in obligationem *q*.

2 ¶ Vſque adeo vt ſi quis ita ſtipulatus ſit, *Tritici Africi boni modios centum: vini Campani boni amphoras centum?* incertum videatur ſtipulari: quia bono melius inueniri poteſt. quo fit, vt boni appellatio non ſit certæ rei ſignificatiua: cùm id quod bono melius ſit, ipſum quoque bonum ſit.

¶ At cùm *optimum r* quiſque ſtipulatur, id ſtipulari intellegitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. quæ res efficit, vt ea appellatio certi ſignificatiua ſit.

3 ¶ Fundi certi ſi quis vſumfructum ſtipulatus fuerit, incertum *ſ* intelligitur in obligationem deduxiſſe. hoc enim magis iure vtimur.

4 ¶ Illud dubitationem recipit: ſi quis *id quod ex Arethuſa ancilla natum erit*, aut *fructus qui in fundo Tuſculano nati erunt*, dari ſibi ſtipulatus ſit, an certum ſtipulatus videatur? Sed ipſâ naturâ manifeſtiſsimum eſt, incerti *t* eſſe hanc ſtipulationem *u*.

5 ¶ Sed qui *vinum, aut oleum, vel triticum, quod x in horreo eſt*, ſtipulatur, certum ſtipulari intellegitur.

6 ¶ Qui verò à Titio ita ſtipulatur, *Quod mihi Seius debet, dare ſpondes?* & qui ita ſtipulatur, *quod ex teſtamento mihi debes dare ſpondes?* incertum *y* in obligationem deducit, licèt Seius certum debeat, vel ex teſtamento certum debeatur: quamuis iſtę ſpecies vix ſeparari poſsint ab ea quam propoſuimus de vino, vel oleo, vel tritico quod in horreo repoſitum eſt. & adhuc occurrit, quod fideiuſſores certum videntur promittere, ſi modò & is pro quo obligentur, certum debeat: cùm alioquin ita interrogentur, *Id fide tua eſſe iubes?*

7 ¶ Qui id quod in faciendo, aut *z* non faciendo ſtipulatur, incertum ſtipulari videtur. in faciendo, veluti *foſſam fodiri, domum ædificari, vacuam a poſſeſsionem tradi b*. in non faciendo: veluti *per c te non fieri quo minus mihi per fundum tuum ire agere liceat; per te non fieri, quo minus mihi hominem Erotem habere liceat.*

8 ¶ Qui illud aut illud ſtipulatur, veluti *decem, vel hominem Stichum*, vtrùm certum, an incertum deducat in obligationem non immeritò quæritur. nam & res certæ deſignantur: & vtra earum potiùs præſtanda ſit, in incerto eſt? Sed vtcumque is ‖qui‖ ſibi electionem, conſtituit adiectis his verbis, *Vtrum ego velim*, poteſt videri certum ſtipulatus: cùm ei liceat vel hominem tantùm vel decem tantùm intendere ſibi dari oportere. qui verò ſibi electionem *d* non conſtituit, incertum ſtipulatur.

9 ¶ Qui ſortem ſtipulatur, & vſuras quaſcumque, certum *e* & *f* incertum *g* ſtipulatus videtur. & tot *h* ſtipulationes ſunt, quot res ‖ ſunt. ‖

10 ¶ Hæc ſtipulatio, *fundum Tuſculanum dari i*, oſtendit ſe certi eſſe, continétque vt dominium *k* omnimodo efficiatur *l* ſtipulatoris quoquo modo *m*.

De alternatione. 1. De eo quod dari oportet, oportebit ve.

76. *Paulus* ‖ libro 18. ad Sabinum. ‖

SI ſtipulatus fuerim illud aut illud, quod ego voluero *a* hæc electio perſonalis *a* eſt. & ideo *b* ſeruo vel filio talis electio cohæret *c*. in hæredes tamen tranſit obligatio, & ante electionem mortuo ſtipulatore.

1 ¶ Cùm ſtipulamur, quidquid *d* te dare facere oportet, id quod præſenti die duntaxat debetur, in ſtipulationem deducitur: non vt in iudiciis, etiam futurum. & ideo in ſtipulatione adiicitur verbum *oportebit e*: vel ita, *præſens, in diémve*. hoc ideo fit, quia qui ſtipulatur, quidquid te dare oportet, demonſtrat eam pecuniam quæ iam debetur. quòd ſi totam demonſtrare vult, dicit, *oportebitve*: ita, *præſens in diémve*.

De pœna.

77. *Idem* ‖ lib. 58. ad Edictum. ‖

AD diem ſub pœna pecunia promiſſa, & ante *f* diem mortuo promiſſore committetur pœna, licet non ſit hæreditas eius adita.

De filiofamil. De tempore contractus ſpectando. 1. De fructibus.

78. *Idem* ‖ lib. 62. ad Edictum. ‖

SI filiusfamiliàs ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit *g*: deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in ſtipulationibus *h* id tempus ſpectatur *i* quo *k* contrahimus.

1 ¶ Cùm fundum ſtipulatus ſum, non veniunt fructus *l* qui ſtipulationis tempore fuerint *m*.

De procuratore.

79. *Vlpianus* ‖ lib. 70. ad Edictum. ‖

SI procuratori *n* præſentis *o* fuerit cautum *p*, ex ſtipulatu actionem vtilem *q* domino competere *r* nemo ambigit.

De oratione ambigua.

80. *Idem* ‖ lib. 74. ad Edictum. ‖

QVotiens in ſtipulationibus *ſ* ambigua *t* oratio eſt, commodiſsimum eſt id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto ſit *u*.

De homine ſiſtendo.

81. *Idem* ‖ lib. 77. ad Edictum ‖

QVotiens quis *alium ſiſti x* promittit, nec *y* adiicit pœnam (vtputà vel ſeruum ſuum *z* vel hominem liberum) quæritur, an committatur ſtipulatio? Et Celſus, ait, etſi non eſt huic ſtipulationi additum, niſi *a* ſteterit *b*, pœnam dari, ‖ in‖id, quanti intereſt ſiſti contineri *c*, & verum eſt quod Celſus ait. nam qui alium ſiſti promittit, hoc *d* promittit, id ſe acturum vt ſtet.

1 ¶ Si procurator *ſiſti aliquem*, ſine pœna ſtipulatus ſit, poteſt defendi non *e* ſuam, ſed eius cuius negotium geſſit, vtilitatem in ea re deduxiſſe. ídque fortiùs dicendum *ſi quanti ea res ſit f* ſtipulatio *g* proponatur procuratoris.

---

a habitura eſt. *Hal.*
b *d. l. 16. l. 25. l. 27. in fin. l. 35. ſup. de pact.*
c *l. 18. §. 2. inf. de ſtipul ſeru.*
d & in illa oblatione perſeuerando, *l. 122. §. 5. j. eo. l. 3. in fin. ſup. de action. empt.*
e *vide l. 39. inf. de ſolut.*
f *l. 68 ſup. eod. inſt. eod. in princ.* ex his certi condictio, *l. 9. ſup. de reb. cred.*
g hinc ex ſtipulatu actio, *l. 24 ſup. de reb. cred. l. 6. C. de contr. ſtipul.*
h *v. l. 6. ſup. de reb. cred.*
i eſſentiam, qualitatem, quantitatem, hæc tria concurrere oportet, vt certum aliquid dicatur.
k Quid? eo caſu quinam debebuntur, num exiguio res? ſic videtur, *l. 75. ſup. de legat. 3.* niſi conſuetudine aliud tacitè vel expreſsè ſit receptum.
l Externorum frumentorum hi gradus fuere, Bœoticum, Siculum, Africanum, Plin. 18.
m modio Romano reſpondet Gallorum *boyſſellus. v. Bud. 5. de aſſe.*
n ſi quis fundum, *vulg. Hal.*
o *l. 106. inf. eod.*
p vel quantitate, adde *l. 69. §. 4. ſup. de iure dot. l. 71. ſup. de leg. 1.*
q vt quilibet dando liberetur, *l. 52. ſup. mandati.*
r *vide l. 18. §. 1. ſup. de ædilitio.*
ſ *l. 8. ſup. de vſuf. ear. rer. l. 1. ſup. de cond. tritic.* Imò, non incertus eſt vſusfructus, *l. 8. §. de vſufr. earum rer.*
t atqui videtur eſſe certa hæc ſtipulatio, quia ad certam perſonam, & certum fundum videtur eſſe relata, talis autem promiſsio videtur ex natura ipſius relationis certa. § 5. *ſup. eod.*
u quia incertum eſt, qui & quales ſunt futuri, *l. 28. in fin ſup. de iudiciis.*
x Relatione aliquid dicitur certum, *l. 7. §. 1. ſup. de contrah. empt.*
y Imo certum, *l. 5. in fin. inf. de re iudicata.*
z *§. vlt. Inſtit. eo.* a *v. l. 68. in fi. ſup. de contrah empt.* adde *l. 95. §. 115. j. eod.*
b Factum, antequam explicetur, nullum eſt: tota vis eius à futura perfectione pendet: datio vero ab initio dominij tranſlationem continet, ideoque certa, vide Corraſium bis.
c *v. l. 2. §. 5. ſup. eod.*
d Alternatiua eſt incerta, *l. 7. inf. de iniuriis.*
e reſpectu ſortis.
f *v. quæ not. ad l. 31. ſup. de vſur.*
g reſpectu vſurarum: *l. 31. l. 41. in fin. ſup. de vſuris: l. 3. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate.*
h id eſt, duæ: vna, ſcilicet ſortis: altera, vſurarum: neque enim hic plures enumeratæ.
i aliud in tradi *l. 25. ſup. eod.*
k *l. 25. ſup. de contr. empt. l. 45. §. 1. de leg. 1. l. 3. ſup. de vſu. l. 167. j. de reg. iur.*
l *l. 23. ſup. de ſeruit. vrb.*
m atque ita indebitè, *l. 49. ſup. de cond. indeb.*

a Electio perſona[lis], lis, ſeu perſoni co[...] hærens ex contra[...] ctu voluntario non transfunditur: ſecus ſi ex cauſa neceſſaria: vt ſi mortuo ſtipulatore ei ſuccedatur poſt huiuſ[...] modi electionem datam, aut ſi adiudicata eſt electio creditori eius, *l. 4.* [...] *ſup. de fundo dot.* [...] *vide Zaſium* [...] *ponſorum.*
b *l. 141. inf.* [...]
c quoties [...] ſtipulati fueri[tis] illud aut illud [...] volueritis.
d *l. 89. l. 125.* [...]
e *l. 8. j. de* [...] *gnif.*
f *l. 9. ſup. de* [...] *co fœnore.*
g poſtea (ſcilic[et] [...]
h id eſt, in co[ntra]ctibus conditio[...] ſtens retrot[...] ad tempus co[...] ctus. Cur in[...] eſt in legatis, [...] quibus co[nditio] exiſtens retro [...] trahitur ad mo[...] vel teſtament[...] pus, *l. 18. inf.* [...] *iur. l. 5. C.* [...] *tionibus* [...] An quia in co[ntra]ctibus factum [...] verſatur: In [...] tis non æquè, [...] Accurſ. tradit [...] *l. 18.* An quia [con]tractus duorum [con]ſenſu perfectus [...] habet maiorem [...] trotrahendi [...] legata quæ [...] voluntate perficiuntur, vt vult Bald. Cumanus & Zaſius *num.* 89. An verò [...] ſtricto iure idem hic dici poſsit quod in legatis: æquitas verò repugnet quæ [...] ſtulat omnem filij induſtriam patri deberi, quæ nulla ſit in legatis adquirend[...] vult Duar. An potius quod contractus ex re patris perfici præſumitur, quod [...] in legatis, & præſumptio ſit defunctum velle conditionis euentum expectari [...] trahentes verò ab ipſo contractus initio velle obligari, vt video Alciatum, Co[...] ſium & Cuiacium ſentire? huius præſumptionis hanc adfert Cuiacius ration[em] qui contrahit, inquit, ſuæ poſteritati vult proſpicere, *l. 9. in fin. ſuprà de probat.* [...] qui contractus conditionalis (putà ſtipulatore moriente) poſteritati non pro[...] ret, niſi ab initio vires caperet. Is autem qui legat ſolum legatarium, non eius po[...] ſteritatem ſpectat. ideoque pendente conditione mortuo legatario legatum ex[...] guetur. ſin minus, euentum conditionis expectandum eſſe apparet.
i Imò, non ſpectatur tempus contractus habiti, ſed exiſtentis conditionis po[...] emancipatum filium, *l. 132. in fin. j. eo. l. 12. § 6. ſup. mandati. l. 46. in fi. ſup.* [...] *inſt. l. 10. in fin. l. 47. in fi. j. de fideiuſſ.* perſimiliter in donatione tempus conditio[nis] ſpectatur, *l. 11. §. 2. ſup. de donat.* Cur tam variè? in his legibus adquiri incipit obli[...] gatio emancipato filio poſt euentum conditionis, non tam ex contractu ante ema[n]cipationem inito, quàm ab eodem filio poſt ipſam emancipationem perfectio [...] abſoluto. i in illis legibus adquiritur filio actio ex numeratione facta poſt ema[n]cipationem. k *l. 18. in fi. l. 144 in fi. j. de reg. iur.* l *l. 38. §. 7. ſup. de vſur.*
m Quinam illi fructus ſunt: An pendentes? hi pars fundi ſunt, *l. 44. ſup. de rei vind.* & cum fundo alienato tranſeunt, *l. vlt. §. 6. ſup. quæ in fraud. cred. l. 13.* [...] *act. empt.* Fundus eſt etiam quidquid ſolo continetur, *l. 115. j. de verb. ſign.* An [...] meſsi? at hi non ſunt fundi. nulli igitur? Imò, pendentes hic veniunt. Cur ita [...] eſt? aliud eſt in reali actione & ex empto, ſeu contractibus bonæ fidei: aliud in co[n]tractibus ſtricti iuris. In ſtipulatione quæ eſt ſtricti iuris, verba reſtrictè interpr[e]tamur, *l. 99. j. eo.* n De aduocato præſentis vide legem 1. *C. de errore aduocat.*
o non diſſentientis, *l. 68. ſup. de proc. l. 5. j. de ſtip. prætor.* Nam facta abſentis nom[ine] adquiritur ſine ceſsione, *l. 49. in fin. ſup. de adquir. poſſeſſ.* p ſtipulatione condi[ctio]nali ſcilicet. *Corraſ.* & ex re ipſius domini. *Cuiac.* adde & ſi rem ſuam donans al[...] ſeruare non poſsit, *l. 13. §. 25. ſup. de act. empt l. 18. in fi ſup. de damno.* dic idem [...] procuratore militis, *l. 26. ſup. de reb. cred.* q non directam, ſi ſtrictum ius intue[a]mur. r iis caſibus ſcilicet de quibus diximus. ſ *l. 34. j. de reg. iur.* & teſtament[...] *l. 5. ſup. de teſtam. militis.* t fortè propter ὁμονυμίαν, ἀμφιβολίαν, σωθετ[...] De [...] ambigui effectu adde legem 3. *ſup. de reb. dub. l. 125. in fi. j. de verb. ſign.* de obſcur[...] *l. 22. in fi. ſup. de fideicomm. libert. l. 9. inf. de reg.*
u Id eſt, ne pereat. adde *l. 67. j. de reg.* dummodò interpretatio nos ad flagiti[um] non deducat, *l. 12. ſup. de reb. dub.* x *l. 38. §. 4. ſup. eod.*
y *l. pen. ſup. ſi quis cautionib.*
z putà in cauſa noxali, *l. 2. §. 1. ſup. ſi ex noxali.* aliàs non ſiſtitur, *l. 13. ſup. ſi* [...] *cautionib. l. 6. C. de iudiciis.*
a Id quod intereſt, pœnæ ſubſidium eſt. b *al.* ſtiterit.
c *l. 131. inf. eod.* quod in quacunque ſtipulatione facti euenit, *l. 13. in fi. j. de re iud.* [...]
d Nota cautionis ſiſti effectum, *l. 14. in fi. ſup. ſi quis caution.*
e procurator cenſetur non ſuo, ſed procuratorio agere, nomine domini, *l. 27.* [...] *ſup. de procur.*
f his verbis continetur vera rei æſtimatio, *l. 18. ſup. de dolo.* quæ interdum [...] excedit, *l. 4. §. 4. ſup. de damno.*
g ſtipulatio opponatur procuratoris. *Vulg.* ſtipulatus proponatur procura[toris] *Corraſ.*

De re[...]

SGCB2021

De re ſtipulatoris. 1. De mora & rei interitu.

82. *Idem* ‖ lib. 78. ad Edictum.‖

NEmo *rem ſuam a* vtiliter ſtipulatur*b*, ſed pretium *c* rei ſuæ non inutiliter. ſanè *rem"meam"mihi reſtitui, d*, rectè ſtipulari videor.

1 ¶ Si poſt *e* moram promiſſoris homo deceſſerit tenetur nihilominus, perinde ac ſi homo viueret: & hic *ſ* moram *g* videtur feciſſe, qui *h* litigare maluit, quàm reſtituere.

De ſtipulatione ad alium relata. 2. De conſenſu vel diſſenſu. 3. Vt reſponſio congruat interrogationi. 5. De his quæ non ſunt in commercio. De mutatione vel extinctione rei, & eiuſdem refectione. De re futura. 6. De concurſu duarum cauſarum. 7. De homine mortuo. 8. De ancilla ſiſtenda.

83. *Paulus* ‖ lib. 72. ad Edictum.‖

INter ſtipulantem & promittentem negotium contrahitur. itaque alius *i* pro alio promittens daturum facturúmque eum, non obligatur, nam de ſe quemque promittere oportet: & qui ſpondet dolum malum abeſſe abfuturúmve eſſe, non ſimplex abnutiuum *k* ſpondet, ſed curaturum *l* ſe vt dolus malus abſit.

¶ Idémque in illis ſtipulationibus, *Habere licere*: item, *neque per te, neque per heredem tuum fieri, quo minus fiat.*

1 ¶ Si Stichum ſtipulatus de alio *m* ſentiam, tu de alio, nihil actum erit. quod & in iudiciis Ariſto exiſtimauit. ſed hic magis eſt vt is petitus videatur, de *n* quo actor ſenſit. nam ſtipulatio ex vtriuſque conſenſu valet. iudicium autem etiam in inuitum redditur, & ideo actori potius credendum eſt. alioquin ſemper negabit reus ſe conſenſiſſe.

2 ¶ Si ſtipulante me *Stichum aut Pamphilum*, tu vnum daturum te ſpoponderis, conſtat non *o* teneri te, nec ad interrogatum eſſe reſponſum.

3 ¶ Diuerſa cauſa eſt ſummarum: veluti *decem aut viginti dari ſpondes*? hic enim, etſi decem ſpoponderis, rectè *p* reſponſum eſt: quia ſemper in ſummis id quod minus *q* eſt, ſponderi videtur.

4 ¶ Item ſi ego plures res ſtipuler, *Stichum* putà & *Pamphilum*, licet vnum ſpoponderis, teneris. videris enim ad vnam ex duabus ſtipulationibus reſpondiſſe.

5 ¶ Sacram vel religioſam rem, vel vſibus publicis in perpetuum relictam, vt *forum, aut baſilicam* r, *aut hominem liberum* ſ inutiliter *t* ſtipulor quamuis ſacra, profana fieri, & vſibus publicis relicta, in priuatos vſus reuerti: & ex libero ſeruus fieri poteſt. Nam & cum quis rem profanam, aut Stichum dari promiſit, liberatur, ſi ſine facto eius res ſacra eſſe cœperit, aut Stichus ad libertatem peruenerit. Nec reuocatur in obligationem, ſi rurſus lege aliqua & res ſacra profana eſſe cœperit, & Stichus ex libero ſeruus effectus ſit: quoniam vna atque eadem cauſa *u* & liberandi & obligandi eſſet, quòd aut dari non poſſit, aut dari poſſit. Nam & ſi nauem quam ſpopondit dominus diſſoluit, & iiſdem *x* tabulis compegerit *y*, quia eadem *x* nauis eſſet, inciperet obligari. Pro quo & illud dici poſſe Pedius ſcribit: Si ſtipulatus fuero *ex fundo centum amphoras* vini, expectare *a* debeo, donec naſcatur, & ſi natum, ſine culpa promiſſoris conſumptum ſit, rurſum expectare debeam donec iterum naſcatur, & dari poſſit: & per has vices aut ceſſaturam, aut valituram ſtipulationem.

¶ Sed hæc diſſimilia *b* ſunt. adeò enim cùm liber homo promiſſus eſt, ſeruitutis tempus expectandum non eſſe, vt ne hæc quidem ſtipulatio de homine libero probanda ſit, *Illum, cùm c ſeruus eſſe cœperit, dare ſpondes*? item, *Eum locum cum ex ſacro religioſóve profanus eſſe cœperit, dari*? quia nec præſentis temporis obligationem recipere poteſt: & ea dumtaxat quæ naturâ ſui poſſibilia *d* ſunt, deducuntur in obligationem. vini autem non ſpecies, ſed genus *e* ſtipulari videmur. & tacitè in ea tempus continetur. homo liber certa ſpecie continetur. &* caſum aduerſámque fortunam ſpectari hominis liberi, neque ciuile neque naturale eſt. nam de his rebus negotium rectè geremus, quæ *g* ſubiici vſibus dominioque noſtro ſtatim poſſunt. & nauis ſi hac mente reſoluta eſt, vt in alium vſum tabulæ deſtinarentur: licèt mutato conſilio perficiatur: tamen & per-empta prior nauis, & hæc alia dicenda eſt. Sed ſi reficiendæ nauis cauſa omnes tabulæ refixæ ſint, nondum intercidiſſe nauis videtur. & compoſitis rurſus eadem *a* eſſe incipit *b*: ſicuti de ædibus *c* depoſita tigna ea mente vt reponantur, ædium ſunt. ſed ſi vſque ad aream depoſita ſit, licèt eadem materia reſtituatur, alia *d* erit.

a v. l. 29. §. 1. ſ. eod. l. 15. ſ. depoſiti. l. 1. §. 10. ſ. de obl. §. 2. Inſt. de inutil. adde ibid. Theophilum.
b niſi ſua interſit ex alia cauſa quam dominij, putà poſſeſſionis, *l. 2. ſ. de cond. triticar.* aut ſi reſtitutionem domini ſtipuler.
c Cur ita? pretium enim in rei locum ſuccedit? vtique interdum ſuccedit: ſed tamen pretiũ multùm differt à re ipſa, *v. l. 48. in fin. ſ. de furtis.*
d *l. 28. in fin. ſ. de acq. poſſ.*
e *l. 23. ſ. eo. l. 5. de reb. cred. l. 15. l. 16. in fin. ſ. de rei vind. l. 32. ſ. de vſuris.*
f vide quæ notaui ad *l. 1. §. 35. ſ. de vi & vi.*
g Moram facere intelligitur, qui maluit litigare quã reſtituere.
h *v. l. 16. ſ. de rei vindic.*
i *v. l. 38. ſ. eod.*
k ἀποφατικὸν ſiue negans, ſicut Florentinus Caper in libro de orthographia ſcripſit duplicem abnutiuam pro negatione accipi. v. Cuiac. ad *l.* 38. ſ. *eod.* Confeſſiua ſeu confeſſoria vox fit ex duplici abnutiua. ἀπωμότιχον, in gloſſis etiã dicitur abnutiuum. *v. Cuiac. 10. obſ. 26.* Porrò abnutare eſt ſæpius abnuere. *Feſt.* Martianus Capella, oratio abnutiua. Abnutio dicitur Feſto: cui opponitur adnuere.
l *l. 50. ſup. eod.*
m *d. l. 7. in fi. ſ. de dolo.*
n *v. l. 61. l. 66. ſ. de iudiciis.*
o Cum inuito agimus, cum inuito non contrahimus.
p Imò tenetur. §. 18. *verſ. ſi verò vnũ ex his Inſt. de inutilib. ſtipul.*
q *l. 12. ſ. eod.*
r *v. l. 12. ſ. eod.*
ſ *Baſilica l. 137. §. 6. j. eod. §. vltim. Inſt. de contrahend. empt.* quæ & Regia Papiniano 1. *ſyluarum*, locus iudiciorum. *Quintil.* 22. foro adiunctus vt ſæpius, *vt hic & apud Vitruuium* 15. Quatuor Romæ fuerunt 36. *Plin.* 15. Imo plures, vt ex Plinij epiſtolis, Cornelio Nepote de viris illuſtribus, Suetonio, & aliis poteſt colligi. Eadem forma Baſilicæ viæ, *l. 2. §. vias, ſ. ne quid in loco publico.* Baſilicum, pro magno, Baſilicæ, pro templis. v. quæ ſcripſi de Baſilica ad Feſtum. t *l. 103. j. eod.* u §. 2. *Inſt. de inutilib. ſtip.*
x Contrariorum vna eadémque eſt cauſa, contraria ſcilicet, & ita Ariſtoteles 1. *Rhetor.* 10. ἡ γάρ αὐτὴ δύναμις ἐναντίων ἡ ἐναντία. Obligamur, quia dare poſſumus: liberamur, quia dare non poſſumus, *v. Cuiac. hic.* y Nauis vſufructu legato, ſi ea diſſoluta ſit, vſusfructus perit: licèt iiſdem tabulis (nulla præterea adiecta) reſtituta ſit, *l. 10. §. 7. ſ. quib. mod. vſufr.* z *al.* compegerat: aliud erit, ſi non reſtaurata ſit, *l. 88. §. 2. ſ. de leg.* 3. Aliud etiam erit ſi reſtaurata fuerit, cùm antea diſſoluta fuiſſet, ea mente vt ex eius tabulis aliud quiddam fieret, *j. eod.*
a *l. 98. §. 5. j. de ſolut.* b *l. 73. ſ. eod l. 1. in fin. ſ. de cond. & demonſt.* Argumentum à ſimili euaneſcit, allata diſſimilitudine aliqua, v. Socin. *reg.* 29.
c §. 2. *in fin. ſ. de inutilib. ſtip.*
d *l. 7. ſ. eod.* §. 1. *Inſt. de inutil.*
e quod non perit.
f Mortem alterius expectare vel ſpectare neque ciuile neque naturale, *vt hic*: §. 2. ſ. *de liber. & poſthum.* vnde quidam notant ſubſtitutiones omnes odioſas eſſe, vt quæ mortis alterius captandæ occaſionem præbeant, de quo ſcripſi ad legem 41. §. 3. ſ. *de vulgari.*

¶ Hic tractatus etiam ad prætorias ſtipulationes pertinet, quibus de re reſtituenda cauetur, & an eadem res ſit, quæritur.

6 Si rem quam ex cauſa lucratiua ſtipulatus ſum, nactus fuero ex cauſa lucratiua *e*, euaneſcit ſtipulatio: ſed ſi heres extitero domino, extinguitur ſtipulatio. Si verò à me herede defunctus eam legauit, poteſt agi ex ſtipulatu.

¶ Idémque eſſe, & ſi ſub conditione legata ſit: quia & ſi ipſe debitor rem ſub conditione legatam dediſſet, non liberaretur *f*. ſed ſi conditione deficiente remanſerit, petitio infirmabitur.

7 ¶ Stichum qui deceſſit, ſi ſtipuler, ſi quidem condici etiam mortuus potuit, vt furti *g*, vtiliter *h* me ſtipulatum Sabinus ait. ſi verò ex aliis cauſis, inutiliter. quia etſi deberetur, morte promiſſor liberatur.

¶ Idem *i* ergo diceret, & ſi mora facta defunctum *k* ſtipularer.

8 ¶ Si quis *ancillam ſiſtere ſe in aliquo loco* promiſerit *l*, quæ prægnans erat, etſi ſine partu eam ſiſtat, in eadem cauſa eam ſiſtere intelligitur *m*.

De purgatione moræ.

84. *Idem* ‖ lib. 74. ad Edictum.‖

SI *inſulam fieri* n ſtipulatus ſim, & tranſierit tempus quo potueris *o* facere: quamdiu litem conteſtatus non ſim, poſſe te facientem *p* liberari *q* placet. quòd ſi iam litem conteſtatus ſim, nihil tibi prodeſſe, ſi ædifices.

De obligationibus diuiduis & indiuiduis. 7. De eo qui curauit ne conditio exiſteret.

85 *Idem"*lib. 75. ad Edictum.‖

IN executione *r* obligationis ſciendum eſt quatuor *ſ* cauſas eſſe. nam interdum eſt aliquid *t* quod à ſingulis heredibus diuiſum *u* conſequi poſſumus: aliud *x* quod totum peti neceſſe eſt, nec diuiſum præſtari poteſt. aliud *y* quod pro parte petitur, ſed ſolui niſi *z* totum non poteſt. aliud *a*, quod ſolidum petendum eſt, licet in ſolutionem *b* admittat (ſecutionem *c*.)

1 ¶ Prima *d* ſpecies pertinet ad promiſſorem pecuniæ certæ. nam & petitio & ſolutio ad portiones *e* hereditarias ſpectat.

2 ¶ Secunda *f* ad opus quod teſtator fieri iuſſerit. *g* nam ſinguli heredes in ſolidum tenentur: quia operis effectus in partes ſcindi non *h* poteſt.

3 ¶ Quòd ſi ſtipulatus fuero, *Per te, heredémve tuum non fieri quo minus eam agam, ſi aduerſus ea factum ſit, tantum dari*? & vnus ex pluribus heredibus promiſſoris me prohibeat, verior eſt ſententia exiſtimantium vnius *i* facto omnes teneri *k*. quoniam licet ab vno prohibeor, non tamen in partem prohibeor: ſed cæteri familiæ erciſcundæ iudicio ſarcient damnum.

4 ¶ Pro parte "autem" peti, ſolui autem niſi totum non poteſt: veluti cum ſtipulatus ſum hominem *l* incertum. nam petitio eius ſcinditur. ſolui verò niſi ſolidus non *m* poteſt. alioquin in diuerſis *n* hominibus rectè partes ſoluentur. quod non potuit defunctus facere, ne quod ſtipulatus ſum, conſequar.

¶ Idem iuris eſt & ſi quis decem "millia" aut hominem promiſerit.

5 ¶ In ſolidum verò agi oportet, & partis ſolutio affert liberationem cùm ex cauſa euictionis *o* intendimus. nam auctoris *p* heredes *q* in ſolidum denuntiandi ſunt. omnéſque debent ſubſiſtere, & quolibet

a De his negotiari poſſumus, quæ dominio noſtro poſſunt ſubiici.
b *d. l. 98. §. 5. j. eod. ſolutionibus.* Nauis refecta eadem ſit necne ex placitis Philoſophorum, v. Plutarch. in Theſeo. v. quæ ſcripſi ad *l. 76. ſ. de iudiciis.*
c Vtcumque ſæpius diſſoluatur & reſtauretur, *l. 76. ſ. de iudiciis.*
d Domus reſtituta eadem intelligitur, ſi ea mente fuerit depoſita vt reſtitueretur: ſin minus, eadem non eſt.
e facit *l. 10. §. 7. in fin. ſupra quib. mod. vſufr.*
f *l. 56. §. 7. ſ. eod. l. 17. ſ. de oblig. & act.* Lucratiuæ duæ cauſæ non poſſunt circa rem eandem concurrere niſi vna ſit reuocabilis. *v. l. 66. §. 1. ſ. de legat.* 2.
g niſi ex euentu. *l. 98. j. eod.*
h *v. l. 1. & tit. ſ. de condict. furtiua.* Poteſt condici res perempta poſt moram, & in ſtipulationem deduci.
i *l. 29. ſ. eod.*
k Fur & morator æquiparantur, *vide Hot. 28. Illuſtr. fol.* 187.
l *l. 103. in fin. j. eo. l. 1. §. 9. ſ. de oblig. §. 1. Inſt. de inutil. ſtip.*
m Siſtendi promiſſor hominem in eodem ſtatu & cauſa ſiſtere debet, *l. 1. ſ. de noxalib.*
n Actum enim fuit de matre tantum: aliud eſt in precario, *l. 10. ſ. de precario.*
o demonſtrato ſc. loco. aliàs hæc ſtipulatio nullius eſſet momenti, *l. 95. l. 115. j. eod. l. 2. §. 5. ſ. de eo quod certo loco.* An requiritur vt forma operis, longitudo & altitudo demonſtretur? Ripenſis poſt Ludouicum Romanum ſufficere loci demonſtrationem ait. Moue-tur, quod demonſtratio loci ſatis oſtendatur per formam operis, & certitudo per architecturæ artem. *Vitru. 1. c. 2. & 6. c. 2.* Quid? dies inſulæ faciendæ debétne adiici, vt mora committi poſſe dicatur? non eſt neceſſe, cùm dies hic à lege ſubintelligatur *l. 137. §. 3. j. eod.* p *d. §. 3.* q Facere inſulam promiſſam videtur, qui in publico apparatum ædificandi poſuit, *l. 1. §. 3. j. de pollicitationib.* qui iam inchoauit ipſum ædificium. nam qui iam perfecit, feciſſe, non facere videtur. ſic ſentio. Stipulatorem patientem promiſſorem, poſt moram ab eo commiſſam ædificare, liti renunciaſſe tacitè videri: agentem autem illicò poſt moram non audiri promiſſorem facere volentem, *vt hic*: niſi eodem momento non multo poſt ædificare paratus ſit. Eo enim caſu iudex æqui ſtudioſus modici temporis moram facilè negliget, *l. 135. §. 2. in fin. j. eod.* r à quo? à pœna in obligationem deducta. ſ i. petitione & ſolutione quam Græci vocant ἐκβιβασμόν. t Obligatio certæ quantitatis dandæ, diuidua eſt obligatione & ſolutione: faciendi penitus indiuidua eſt, *vt hic, &* §. 1. 2. 3. *j. eod.* Quid certæ ſpeci obligatio? *v. l. ſtipulatus 9. §. 1. j. de ſolut.* u diuiſim, *vulg Hal.* Hæc eſt prima ſpecies executionis. Peti pro parte, Solui pro parte. x Secunda ſpecies executionis, Peti ſolidum, Solui ſolidum. y Tertia ſpecies executionis, Peti pro parte, & Solui ſolidum. z *l. 2. §. 1. ſ. eod. l. 15. ſ. de leg.* 2. a Quarta ſpeciei executionis, Peti ſolidum, & Solui pro parte. b *al.* in ſolutione. c *al.* ſectionem. d in qua ſingulis ab heredibus diuiſim conſequi poſſumus. e ſenſus eſt, Singulos heredes promiſſoris pecuniæ certæ conueniri pro hereditaria parte, ex lege 12. Tab. *l. 35. §. 1. ſ. de her. inſt.* f in qua heredes in ſolidum tenentur. g Indiuiduum id dicimus, cuius effectus diuidi non poteſt. vnde rurſus notant factorum obligationem indiuiduam eſſe. h *l. 72. ſ. eod. l. 11. §. 24. de leg* 3. i *l. 2. §. 5. l. 4. §. 1. ſ. eod. l. 25. §. 18. ſ. familiæ.* k *l. 4. in fin. ſ. eod.* l Obligatio generis & alternatiua, qua petitionem ſeu petendi facultatem ſpectamus, diuidua eſt: qua ſolutionem, indiuidua. m *l. 9. in fin. j. de ſolut.* n *l. 34. §. 1. in fin. j. de ſolut.* o *v. l. 5. §. vlt. ſ. eod.* p i. venditoris. q Denunciatio cuilibet heredum in ſolidum fieri debet, indiuidua eſt denique.

a defugiente omnes tenebuntur. ſed vnicuique *b* pro parte hereditaria præſtatio iniungitur.

6 ¶ Item ſi ita ſtipulatio facta ſit, *Si fundus Titianus datus non c erit, centum dari?* niſi totus detur, pœna committitur centum. nec prodeſt partes fundi tradere, ceſſante vno. quemadmodum non *d* prodeſt ad pignus liberandum, partem creditori ſoluere.

7 ¶ Quicumque ſub conditione obligatus curauerit *e* ne conditio exiſteret, nihilominus obligetur.

De numero ſtipulationum.

86. *Vlpianus* ‖ lib. 79. ad Edictum.‖

QVod *f* dicitur *g*, tot ſtipulationes eſſe, quot res, ibi locum habet, vbi res exprimuntur ſtipulatione. cæterùm ſi non fuerint expreſſæ, vna eſt ſtipulatio.

De re ſtipulatoris futura.

87. *Paulus*‖lib. 75. ad Edictum.‖

NEmo *h* rem ſuam *i* futuram in *k* eum caſum, qua *l* ſua ſit, vtiliter ſtipulatur.

De mora, de fideiuſſore hominem debitum interficiente.

88. *Idem*"libro 6. ad Plautium."

MOra rei fideiuſſori quoque nocet *m*. ¶ Sed ſi fideiuſſor ſeruum obtulit *n*, & reus moram fecit, mortuo Sticho fideiuſſori ſuccurrendum eſt.

¶ Sed ſi fideiuſſor hominem occiderit *o*, reus liberatur, fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri poteſt.

De eo quod dari oportet, oportebitve.

89. *Idem*"lib. 9. ad Plautium."

SI à colono cui fundum in quinquennium locaueram, poſt tres annos ita ſtipulatus fuero, *Quicquid p te dare facere oportet?* non amplius in ſtipulationem deducitur, quàm quod iam dari oportet." in ſtipulationem enim deducitur, quod iam dari oportet.‖ſi autem adiiciatur, *oportebitve*, etiam futura *q* obligatio deducitur.

De vſuris.

90. *Pomponius*" libro 3. ex Plautio."

CVm ſtipulari ſumus *pro vſuris legitimis pœnam in ſingulos menſes ſi ſors ſoluta non ſit*, etiamſi ſortis *r* obligatio in iudicium *ſ* ſit deducta, adhuc tamen pœna creſcit: quia verum eſt ſolutam pecuniam non eſſe.

De periculo rei debitæ & mora.

91. *Paulus*‖lib. 17. ad Plautium.‖

SI *ſeruum* ſtipulatus fuero, & nulla mora intercedente ſeruus deceſſerit, ſiquidem occidat *t* eum promiſſor, expeditum *u* eſt: ſin autem negligat *x* infirmum an teneri debeat promiſſor? conſiderantibus, vtrum, quemadmodum in vindicatione *y* hominis, ſi neglectus à poſſeſſore fuerit, culpæ huius nomine tenetur poſſeſſor: ita & cùm dari promiſit. an culpa, quod ad ſtipulationem attinet, in faciendo accipienda ſit, non in non faciendo. quod magis probandum eſt: quia *z* qui dari promiſit, ad dandum, non faciendum tenetur.

1 ¶ Sed ſi ſit quidem res in rebus humanis, ſed dari non poſſit, vt fundus religioſus (putà) vel ſacer factus, vel ſeruus manumiſſus *a*, vel etiam ab hoſtibus *b* ſi capiatur, culpa in hunc modum diiudicatur: Vt ſi quidem ipſius promiſſoris res vel tempore ſtipulationis, vel poſtea fuerit, & quid eorum acciderit, nihilominus teneatur.

¶ Idémque fiat & ſi per alium, poſteaquam ab hoc alienatus ſit, id contigerit.

¶ Sin autem alienus fuit, & ab alio tale quid accidit, non tenetur, quia nihil fecit, niſi" poſtea quam moratus *e* eſt ſolutionem, aliquid huiuſmodi acciderit. quam diſtinctionem & Iulianus ſequitur.

¶ Item ſi homo qui fuit promiſſoris, ex præcedenti cauſa ablatus ei fuerit, quod ſtatuliber fuit, perinde habendus ſit, ac ſi alienum promiſiſſet, quà ſine facto ipſius deſiit eius eſſe.

2 ¶ De illo quæritur, an & is qui neſciens ſe debere, occiderit, teneatur *d*? quod Iulianus putat in eo *e* qui cùm neſciret à ſe petitum codicillis vt reſtitueret *f*, manumiſit *g*.

3 ¶ Sequitur videre de eo quod veteres cōſtituerunt quoties *h* culpa interuenit debitoris, perpetuari *i* obligationem, quemadmodum intelligendum ſit? Et quidem ſi effecerit promiſſor, quo minus ſoluere poſſit, expeditum intellectum habet conſtitutio *k*. ſi *l* verò moratus ſit tantùm, hæſitatur, an ſi poſtea in mora non fuerit, extinguatur ſuperior mora? Et Celſus adoleſcens ſcribit eum qui moram fecit in ſoluendo

a id eſt, parte aliqua deficiente. poſſit enim vnus ſolidum defendere, *l. cum ex cauſa* 119. *j. eod.*

b *ſub* heredum.

c *l.* 5. §. *vlt.* ī. *eod.*

d *l.* 9. § 3 ī. *de pignorat. l.* 19. ī. *de pignorib.*

e *v. l.* 24. ī. *de cond. & demonſt.*

f *v. l.* 29. ī. *eod.*

g *v. l.* 20. ī *eod.*

h *v. l.* 18. *l.* 25. *l.* 82. ī. *eod.*

i *v. l.* 82. *ſup. eod.*

k Paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito, & in tēpus prohibitum conferri.

l quo ſua ſit, *vulg. Hal.*

m *v. l.* 49. *ſup eod. l.* 3. §. 3. *ſupra quod quiſque. l.* 21. §. 1. *ſup. de vſur. l.* 44. *ſup. de oper. libert.* adde *Paul.* 5. *ſent.* 7. §. *vlt.*

n tunc non eſt in mora.

o *l.* 13. ī. *eod. l.* 127. *in fin.* ǰ. *eod. l.* 19. ī. *de dolo.*

p *v. l.* 76. § 1. *ſupra eod.*

q *adde l.* 23. *ſup. de ſeruit. vrban.*

r tantùm, non vſurarum.

ſ Lite conteſtata, *l.* 15. *ſup. de vſur.* nō nouatione vſuræ currunt, *l.* 18. ǰ. *de nouat.*

t *l.* 23. *in fin.* ǰ. *eod. Paul.* 5. *ſent.* 7. §. *vlt.* hominis occiſor culpam ſemper admittit.

u diſtingue ex *l.* 96. ǰ. *eod.*

x Negligens infirmum, culpam præſtat, & de ea tenetur, *l.* 226. ǰ. *de ver. ſign.* hinc oritur prima ratio dubit.

y hinc altera dubit. ratio oritur, *l.* 36. §. 1. *l.* 45. *ſup. de rei vind.* adde *l.* 31. §. 1. *ſup. de adilit. l.* 32. §. 3. *l.* 54. *in fin. ſup. de her. pet.* Sed cur non idem in promiſſore ac in poſſeſſore? In re aliena cuſtodienda, cuius vindicatio alteri competit, debemus eſſe diligentiſſimi: in ea quæ non niſi facto noſtro alteri quæri poteſt, licet nobis verſari negligenter, quaſi in re noſtra, modo abſit dolus, aut lata culpa: *v. Cuiac. hic.*

z Promiſſor eius tantùm culpæ nomine tenetur, quæ in faciendo, non quæ in negligendo conſiſtit, *l.* 21. *ſup. de hered. vel act. vend.* adde *l.* 13. §. 2. *in pr. ſupra de vſufruct.* quia qui dare promiſit, ad dandum non ad faciendum tenetur.

a *l.* 5. *ſupra eod.* b Seruo capto ab hoſtibus ſine facto promiſſoris ceſſat obligatio, & extinguitur: facto eius capto, ad pretium tenetur. c Poſt moram ſolutionis debitor tenetur de caſu. d Vtique tenetur. Atqui de repetendo quoties agitur, ignorans & neſciens non tenetur, *l.* 65. §. 8. *ſup. de cond. indeb. l.* 39. *ſup. de mort. cauſ. v. Cuiac. hic.* e Hominis occiſor culpam ſemper admittit, etiam ſi petitus ei non ſit: niſi fortaſſe iuſtam aliquam occidendi cauſam habuerit. f hereditatem ſc. in qua erit ſeruus quem manumiſit, *l.* 52. §. 2. *in fin. ſup. ad Treb.* g §. 16. *Inſt. de leg.* h Ex culpa & mora debitoris, quaſi perpetuatur obligatio. dixi *quaſi*, quia mora purgari poteſt. Occiſione perpetuatur planè; nec enim purgari poteſt.

i i. perpetuam efficit, *l.* 59. §. 5. *ſup. mandati.*

k i regula iuris antiqui, *l.* 1. ǰ. *de priuatis delictis.*

l Aliud eſt efficere quominus ſoluas, aliud eſt moram committere.

Sticho quem promiſerat, poſſe *a* emendare eam moram poſtea offerendo: eſſe enim hanc quæſtionem de bono *b* & æquo. in quo genere *plerumque ſub c auctoritate iuris ſcientiæ perniciosè* (inquit) *erratur.* Et ſanè probabilis *d* hæc ſententia eſt, quam quidem & Iulianus ſequitur. nam dum quæritur *e* de damno, & par vtriuſque cauſa ſit, quare non potentior ſit qui teneat, *e* quam qui perſequitur?

4 ¶ Nunc videamus in quibus perſonis hæc conſtitutio locum habeat. quæ inſpectio duplex eſt. vt primo quæramus quæ perſonæ *f* efficiant perpetuam obligationem, deinde quibus eam producant. Vtique autem principalis *g* debitor perpetuat obligationem.

¶ Acceſſiones *h* an perpetuent, dubium eſt. Pomponio perpetuari *i* placet. quare enim facto ſuo fideiuſſor ſuam obligationem tollat? cuius ſententia vera eſt. itaque perpetuatur obligatio tam ipſorum, quàm ſucceſſorum eorum, acceſſionibus quoque ſuis, id eſt fideiuſſoribus, perpetuant obligationem: quia in totam *k* cauſam ſpoponderunt.

5 ¶ An filiusfamilias qui iuſſu patris promiſit, occidendo ſeruum, producat patris obligationem, videndum eſt? Pomponius producere putat, ſcilicet quaſi acceſſionem *l* intelligens *eum*, qui iubeat.

6 ¶ Effectus huius conſtitutionis *m* ille eſt, vt adhuc homo peti poſſit. Sed & acceptum ei poſſe ferre creditur, & fideiuſſorem accipi eius obligationis nomine.

7 ¶ Nouari autem an poſſit hæc obligatio, dubitationis eſt: quia neque hominem qui *n* non eſt, neque pecuniam quæ non debetur, ſtipulari poſſumus? Ego *o* puto nouationem fieri poſſe, ſi *p* hoc actum inter partes ſit. quod" & " Iuliano placet.

De herede.

92. *Idem*‖lib. 18. ad Plautium.‖

SI ita ſtipuler, *Per te non fieri, quominus mihi heredique q meo vindemiam tollere liceat?* etiam heredi datur actio.

De electione.

93. *Idem*"lib. 3. ad Vitellium."

SI *r* ſic ſtipulatus fuero, *Per te non fieri quo minus hominem ex his quos habet, ſumam* ſ? electio mea erit.

De incerta ſtipulatione.

94. *Marcellus*"lib. 3. Digeſtorum."

TRiticum *t* dare oportere ſtipulatus eſt aliquis. facti *u* quæſtio eſt, non iuris. Igitur ſi de aliquo tritico cogitauerit *x*, id eſt certi generis *y*, certæ quantitatis, id habebitur pro *z* expreſſo. alioquin ſi cùm deſtinare genus & modum vellet, non fecit, nihil ſtipulatus videtur *a*. igitur ne vnum quidem modium.

De inſula facienda.

95. *Idem* "lib. 25. Digeſtorum."

QVi inſulam fieri ſtipulatur, ita demum acquirit obligationem, ſi apparet *b* quo in loco *c* fieri inſulam voluerit, ſi *d* & ibi inſulam fieri intereſt eius.

De rei interitu.

96. *Idem* ‖ lib. 12. Digeſtorum.‖

QVi *e* ſeruum mihi ex ſtipulatu debebat, ſi in facinore *f* eum deprehenderit, impunè *g* eum occidit: nec vtilis actio erit in eum conſtituenda.

De re impoßibili. 2. Si quis pro alio ſe ſoluturum ſpoponderit, 2. De conditione nuptiarum.

97. *Celſus*‖lib. 68. Digeſtorum.‖

SI ita ſtipulatus fuero, *Te ſiſti? niſi* h *ſteteris hippocētaurū* i

a Mora obligatione purgatur, *l.* 73. *in fin. ſupra. eod. l.* 126. §. 1. ǰ. *eod.*

b Æquum & bonum patitur, vt mora offerendo purgari poſſit.

c Sub auctoritate iuris plerumque perniciosè erratur.

d In dubio quæ probabiliora ſunt, ſequenda ſunt.

e Vbi agitur de damno potior eſt cauſa poſſeſſoris, quàm actoris.

f adde *l.* 24. *in fin. ſup. de vſuris.*

g Principalis debitor perpetuat ſuique heredis & fideiuſſoris obligationem, *l.* 58. *in fin.* ǰ. *de fideiuſſ.* non tamen auget, niſi fideiuſſor in omnem cauſam ſit acceptus, *l.* 8. *ſup. eod. quod certo: l.* 54. *ſup. locati.*

h i. perſonæ quæ obligationi accedunt, vt ad promiſſores, mandatores, pecuniæ conſtitutæ rei, Nouella 4. πα-ρενθήκας vocat. Valerius 7. nec acceſſio glorioſæ illius pompæ: ſed auctor ſpectatus eſt. Vulgata editio legit acceſſoriæ, & malè.

i Acceſſionis culpa ſuam ſuique heredis obligationem perpetuat, non rei principalis, Culpa acceſſionis non nocet reo.

k *l.* 54. *ſup. locati.*

l Pater cùm iubet filium promittere, filij acceſſio eſt, *l.* 49. *ſup. eod.* adde *l.* 41. *ſup. de vſur.*

m *l.* 83. §. 7. *ſup. eod.*

n *l.* 31. ǰ. *de nouat.*

o Petitio, fideiuſſio, nouatio, acceptilatio hominis mortui culpa promiſſoris valet: alioquin non valet. p *l.* 8. §. 2. ǰ. *de nou.*

q poteſt enim quis ſuæ perſonæ heredis perſonam adiungere, *l.* 38. §. 14. *ſupra de leg.* 1.

r dixi *l.* 76. *ſupra eod.*

ſ hinc ratio decidendi ſumitur. Seruius 5. Æneid. *Sumo*, inquit, verbum eſt Iuriſconſultorum, quo vtuntur quotieſcumque legatum non ab herede datur, ſed eſt in accipientis arbitrio. Eodem verbo in legatis, legatariis datur vindicatio & optio, 4. *Vlp.* §. 3.

t non expreſſa quantitate vel genere. dixi *l.* 74. *l.* 75. *ſup. eod.*

u Cur? quærendum eſt quod genus quémve modum tritici quis promiſerit.

x vt quia de tritico tractatus habitus fuerat inter contrahentes. Ex tractatu, & præfatione contractus interpretatio ſumenda *l.* 134. §. 1. ǰ. *eod.*

y i. certæ quantitatis: ea ſumitur ex genere & bonitate.

z Stipulatio tritici ſine quantitate expreſſa aut intellecta, eſt inutilis, *l.* 115. ǰ. incerta non eſt quæ non eſt expreſſa, ſi modo poſſit intelligi ex certis coniecturis, quid enim ſi frumenti tractatus ante ſtipulationem habitus ſit?

a Imò videtur, arg. *l.* 7. *ſup. de tritico.*

b id autem ex aliqua certa coniectura apparere poteſt, vt in *l.* 36. *in fin. ſup. de cond. & demonſt.* adde quæ notaui ad *l.* 74. *l.* 84. *ſup. eod.*

c *v l.* 115. ǰ. *eod.*

d Nemo ad agendum admittitur, niſi eius interſit, *l.* 97. §. 1. ǰ. *eod.*

e dixi *l.* 91. *ſup. eod.* f *l.* 24. *in fin. ſup. de pignorat. l.* 53. §. 3. *ſup. de legat.* 1. putà in ipſis rebus Venereis ἐπαυτοφόρῳ. *v. l.* 23. ǰ. *de adulter.* in adulterio vel raptu: adde ea quæ notaui ad *l.* 54. §. 1. *ſup. locati.*

g Factum legitimè pœnam non meretur, *vt hic. & l.* 4. *in fin. C. de adulter.* ſic Seneca 5. *declamat.* 3 obiici non poteſt quod lege factum eſt.

h *l.* 126. *in fin.* ǰ. *eod.* i Hippocentaurum dari, ſtipulatio inutilis eſt. §. 1. *Inſt. de inutilib. ſtipul.* & ibid. *Theoph.* Stoici eodem exemplo vſi ſunt, teſte Laertio, & Septici, teſte Empyrico. Galenus 3. *de vſu partium, & 4. de difficultate pulſuum,* inuehitur in Pindarum, vt qui finxerit, ex hominibus & Magneſiis equis Hippocentauros natos fuiſſe. Hinc Tullius 2. *de Natura*: Qui Hippocentaurum fuiſſe aut Chimeram putat? Idem *Tuſculanarum* 1. & 2. *de Diuinat.* & 1. *de Natura.* & Lucretius 5. Sed neque Centauri fuerant, neque tempore in vllo. Eſſe queant duplici natura & corpore bino, Ex alienigenis melius compacta poteſtas. Verumtamen. Plinius *lib.* 7. refert ſe ſub Claudio Hippocentaurum ex Ægypto allatum ſuis oculis vidiſſe. Quin & Claudius Cæſar in Theſſalia natum Hyp-

dari

dari? proinde *a* erit, atque te ſiſti ſolummodo ſtipulatus eſſem.

1 ¶ Poſſum vtiliter à te ita ſtipulari *Titij nomine te ſoluturum*? neque enim hoc ſimile eſt illi, *Titium daturum b*, ſed ex ea ſtipulatione, dum *c* intereſt mea, agere poſſum: & ideò ſi locuples *d* ſit Titius, nihil ex hac ſtipulatione conſequi poſſim: quid enim mea intereſt id à te fieri: quod ſi non feceris, æquè ſaluam pecuniam habiturus ſum?

2 ¶ Si *tibi nupſero e, decem dari ſpondes*? cauſa *f* cognita denegandam actionem puto, nec *g* raro probabilis cauſa eiuſmodi ſtipulationis eſt.

¶ Item ſi vir à muliere eo modo non in dotem ſtipulatus eſt.

De re ſtipulatoris. De ſeruitutibus. 1. De inſula fulcienda.

98. *Marcellus* "lib. 20. Digeſtorum."

EXiſtimo *h* poſſe *id quod meum eſt*, *ſub i conditione ſtipulari*. Item *viam* "*ſtipulari*" *ad fundum* poſſe, quanquam interim fundus non ſit meus. aut ſi hoc verum non eſt, & alienum fundum ſub conditione ſtipulatus fuero, iſque ex lucratiua cauſa meus eſſe cœperit, confeſtim perimeretur *k* ſtipulatio. & ſi fundi dominus ſub conditione viam ſtipulatus fuerit, ſtatim fundo alienato euaneſcit ſtipulatio. & maximè ſecundùm illorum opinionem, qui etiam ea quæ *l* rectè conſtiterunt, reſolui putant, cùm in eum caſum reciderunt, à quo non potuiſſent conſiſtere.

1 ¶ Ex hac *m* ſtipulatione, *Inſulam n fulciri ſpondes*? quando naſcatur actio, quæritur, & vtique non eſt expectandum vt ruat. nec enim nihil ſtipulatoris intereſt, fultam potius eſſe, quàm non eſſe, nec tamen rectè agetur, ſi nondum præterierit temporis tantùm, quo fulcire potuerit redemptor.

De interpretatione ſtipulationis. 1. De conditione intra diem implenda.

99. *Celſus* "lib. 38. Digeſtorum."

QVidquid adſtringendæ *o* obligationis eſt, id niſi palam verbis exprimitur, omiſſum intelligendum *p* eſt, ac ferè ſecundùm *q* promiſſorem interpretamur: quia ſtipulatori liberum fuit verba latè concipere. Nec rurſum promiſſor *r* ferendus eſt, ſi eius intererit, de certis potius vaſis fortè, aut hominibus actum.

1 ¶ Si ſtipulatus hoc modo fuero, *Si intra biennium Capitolium non aſcenderis, dari*? non niſi præterito *ſ* biennio rectè petam. nam etſi ambigua verba ſunt, ſic tamen exaudiuntur, ſi immutabiliter verum fuit te Capitolium non aſcendiſſe.

De conditione in præteritum, vel in præſens tempus relata.

100. *Modeſtinus* ‖lib. 1. Regularum.‖

COnditio *t* in *u* præteritum, non tantum præſens *x* tempus relata, ſtatim aut peremit *y* obligationem, aut omnino non differt *z*.

De puberibus.

101. *Idem* ‖lib. 4. de Præſcriptionibus.‖

PVberes *a* ſine *b* curatoribus ſuis *c* poſſunt *d* ex ſtipulatu obligari *e*.

De euictione & ſumptibus litis.

102. *Idem* "lib. 5. Reſponſorum.

VEnditores emptori cauerant pro euictione, *quanti eius intereſſet*, "ſed &" ſpecialiter agnituros, *ſi in lite f mota ſumptus feciſſet*, emptori ſtipulanti promiſerant: poſt mortem emptoris, vnus ex venditoribus ad iudicium vocauit *g*, pretium ſibi deberi dicens *h*, heredes *i* eius qui ſumptus in defenſione cauſæ factos, cùm probarent pretium ſolutum fuiſſe ex ſtipulatione petebant? Modeſtinus reſpondit, ſi ‖in‖ eas impenſas venditores promiſerunt, quæ ob litem de proprietate inſtitutam factæ eſſent, minimè ex ſtipulatu peti poſſe quod erogatum eſt *k*, dum alter ex venditoribus pretium, quod iam fuerat exſolutum, petit.

De homine libero, vel mortuo. De fundo hoſtium.

103. *Idem* ‖ lib. 5. Pandectarum.‖

LIber *l* homo in ſtipulatum deduci non poteſt: quia nec dari oportere intendi, nec æſtimatio eius præſtari poteſt. non magis quam ſi quis dari ſtipulatus fuerit mortuum *m* hominem aut fundum hoſtium *n*.

De ſeruo qui pactionis pro libertate reum dedit.

104. *Iauolenus* ‖lib. 11. ex Caſſio.‖

CVm ſeruus pecuniam *pro libertate* pactus eſt, & ob eam rem reum *o* dedit *p*, quamuis ſeruus ab alio *q* manumiſſus eſt, reus *r* tamen rectè obligabitur, quia non quæritur à quo manumittatur *ſ* ſed vt manumittatur.

De alternatione, & mora, & rei interitu.

105. *Idem* ‖ lib. 2. Epiſtolarum.‖

STipulatus ſum, *Damam aut Herotem ſeruum dari*. cùm Damam dares, ego quo minus acciperem, in mora fui. mortuus eſt Dama: an putes me ex ſtipulatu actionem ‖habere? Reſpondit: Secundùm Maſſurij Sabini opinionem puto te ex ſtipulatu agere non poſſe. nam is rectè exiſtimabat, ſi *t* per debitorem mora non eſſet, quo minus id quod debebat, ſolueret, continuo *u* eum debito liberari.

De fundo.

106. *Idem* ‖ lib. 6. Epiſtolarum.‖

QVi ex pluribus *x* fundis, quibus idem nomen impoſitum fuerat, vnum fundum ſine *y* vlla nota *z* demonſtrationis ſtipuletur, incertum ſtipulatur, id eſt eum fundum ſtipulatur, quem promiſſor *a* dare voluerit, tamdiu autem voluntas promiſſoris in *b* pendenti eſt, quamdiu id quod promiſſum eſt, ſoluatur.

De emancipatione.

107. *Idem* "lib. 8. Epiſtolarum."

VTrum turpem *c* talem ſtipulationem putes, an non, quæro: Pater naturalis filium, quem Titius habebat in adoptionem *d*, heredem inſtituit, *ſi patria e poteſtate liberatus eſſet*. pater *f* eum adoptiuum *g* non alias emancipari voluit, quam *h* ſi etiam dediſſet, à quo ſtipularetur *i* certam ſummam, *ſi eum manumiſiſſet*. poſt emancipationem adit heres filius. petit nunc pecuniam pater ex ſtipulatione ſuprà relata? Reſpondit: Non "puto" turpem eſſe cauſam ſtipulationis, vtpote cùm aliter filium emancipaturus non fuerit. Nec poteſt videri iniuſta cauſa ſtipulationis, ſi aliquid adoptiuus pater habere voluerit, propter quod à filio poſt emancipationem magis curaretur *k*.

De dote, de conditione pendente ex facto incertæ perſonæ. 1. De obligatione collata in arbitrium debitoris.

---

pocentaurum ſcripſit, eademque die interiiſſe. Huic non eſt abſimile quod refert Hieronymus in vita Pauli Eremitæ, Hippocentaurum & Satyrum Antonio viſum. Et ſatyros, id eſt homines ex capra & homine permixtos fuiſſe refert Plinius *ibid.* & Plutarchus *in Sylla.* Sub Conſtantino etiam Satyrum Alexandriam perductum ex Ægypto ſale cōditum, & Antiochiā allatum vt ab Imperatore videretur, memoriæ proditum eſt, v. *Alciat. 9. Pareg.* 18. *Corraſ.* 5. *Miſcell.* 2. adde de Hippocentauro illud Auguſtini *lib.* 5. *aduerſus Fauſtum Manichæum*: Chriſtianum fidelē, inquit, Hippocentaurum facitis, nec equum perfectè, nec hominem: nobis ſoli Chriſto ſeruire permittite. apud Hieronymum dicto loco Hippocentaurum hominem equo mixtum Antonius definit: addit etiam barbarum neſcio quid infrendiſſe & fregiſſe potius verba quàm loquutum ſatyrum autem ſe talem vidiſſe, refert ibid Antonius, haud grandem homun culum aduncis naribus, fronte crinibus aſperata, cuius, pars extrema corporis in caprarum pedes deſinebat: addit etiam loquutum, & eius verba refert, quæ *ibid. vide.*

a perinde erit *Vulg. Hal.* hinc collige, Inutilem adiectionem non vitiare vtilem obligationem.
b quia factum alienum promittitur, *l. 38. ſ. eod.*
c *v. l. 95. in fin. ſ. eod.*
d *l. 112. in fin. j eod.*
e *l. 33. §. 22. ſ. de donat. inter virum.*
f nam ſi ex cauſa donationis ſtipulatio ſit interpoſita, confertur in tempus matrimonij: ideóque non valet *l. 2. §. 10. l. 33. ſ. de donat. inter virum. l. 4. C. de don. ante nuptias.* ſin alia iuſta cauſa ſtipulationis interponendæ fuit, vtique rata eſſe poteſt. Pœna conſtringi non poſſunt nuptiæ, *l. 134. j. eod.* quas nihil vetat præmiis allici.
g i. & rarò, Accurſius, nunquam: Alij, nec rara.
h v. *l. 31. ſ. eod.*
i *l. 31. ſ. eod. l. 51. ſ. de contr. empt. l. 41. §. 2. ſ. de leg. 1.*
k perimetur. *Hal.*
l *l. 140. in fin. j. eod. §. 2. Inſt. de inut. ſtip.*
m dixi *l. 95. ſ. eod.*
n *v. l. 72. in pr. & fin. eod.*
o τὸ συμβαλλόμενον τῇ συστάσει τῆς ἐνοχῆς 11. *Ecl.* & 24. *ex l. 43. tit.* 1. *t.* 98. Stipulationes dictæ quod per eas firmitas obligationum conſtringitur, *Paul. 5. ſent. 7. §. 1.* hinc nonnulli colligunt? Stipulationes eſſe contractus ſtricti iuris, ideóque in ſtipulationibus obligationem & ſententiam eatenus naſci & ferri, quatenus lingua nuncupatum eſt. *vt hic.* ſecus in bonæ fidei iudiciis. Hinc Catellianus Cotta *in memor. in verbo, locaui*, ſcribit. Vineæ locatione facta colono ea lege vt dimidiam partem fructuum colligendorum domino daret, colonum teneri ad præſtandam dimidiam aliorum fructuum, quo caſu in vinea arbores plantauerit.
p *l. 126. in fin. j. eod.* adde *leg. 25. ſ. de liberat.*
q *v. l. 38. §. 18. ſ. eod. l. 26. ſ. de reb. dub. leg. 47. ſ. de obl. & act. l. 38. ſ. de pactis.*
r adde *l. 110. in fin. j. eod.*
ſ *l. 27. in fin. l. 72. §. 1. ſ. eod. l. 6. ſ. de obl. l. 101. j. de reg.* An idem in vſucapionibus? v. *l. 6. ſ. de vſurpation.*
t *l. 120. j. eod.*
u *v. l. 37. ſ. de reb. cred.*
x In futurum tempus collatæ conditiones non ſunt neceſſariæ. Quod futurum eſt, neceſſe non eſt euenire, cùm poſſit non euenire: & incertum id eſt, nec verum nec falſum. Hæc eſt ſententia Ariſtotelis, Chryſippi, & Stoïcorum omnium, quam Iuriſconſulti ſequuntur, qui ferè omnes ab Stoicis inſtituti ſunt, & ideo partus futuri ſtipulationem cenſent incertam. *l. 75. ſ eod.* adde *l. 26. ſ. de iniuſto.* A ſuperioribus diſſentit Paulus *in l. 28. in fin. ſ. de iudic.* ait enim ex ſententia Diodori, futura, antequam fiant, eſſe vera vel falſa. vide Cuiac. *hic.* ſic ſentio, Res futuras, actu nondum eſſe, futuras tamen certò extituras: alioquin futuræ non eſſent.
y perimit, *Haloand.* perimit ſi ita non ſi. Quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe.
z ſi ita ſit ſcilicet. Quod eſt, vel fuit, neceſſe eſt eſſe vel fuiſſe. Conditiones ex ſunt neceſſariæ.

a aliud in pupillo, *v. hic Cuiac. & l. 7. C. de contr. ſtip.*
b curatorem etiam habentes, *l. 3. in fin. C. de in integr. reſtit.*
c quos habent ſc.
d Imò non poſſunt: datur enim eis reſtitutio, *l. 1. in fin. j. de inutilib. ſtip. l. 3. ſ. de in integrum reſt.* An dicemus obligari, *vt hic*: ſed reſtitui: ex *d. l. 3.* An verò pupillos curatorem habentes, vendentes aut contrahentes non obligari: non habentes, obligari quidem, ſed reſtitui? An potius puberes ſine curatoribus ſuis poſſe obligari: impuberes ſine tutore non poſſe: & quidem illos rectè obligari, ſed reſtitui?
e nuptias contrahere, *l. 20. ſ. de ritu.* & ſolutum accipere, *l. 7. §. 2. ſ. de minor.* iurare, *l. 9. §. 4. ſ. de iureiur.* hereditatem reſtituere, *l. 1. §. 14. ſ. ad Trebell.* adire hereditatem, *arg. l. 17. in fin. j. de appellationibus.* at non vendere, *l. 3. C. de in integ. reſt.*
f proprietatis ſc.
g ad iudicium vocantur, heredes &c. *Vulg.*
h vtpote nondum ſolutum ab emptore.
i ſic reſtitue, heredes emptoris ſumptus in defenſione, &c.
k Ego & Titius rē tibi vendidimus: de euictione quoque tibi cauimus, & ſpecialiter, ſi in lite mota ſumptus feciſſes, eos reddi tibi promiſimus. Titius à ſuis heredibus pretium rei ſibi iam ſolutum exigere voluit, ſumptus in eo iudicio heredes tui fecerunt? Eos ſumptus tibi non debeo. Cur? ſumptus in lite de re vendita euicta factos cautum promiſiſſe videor: non autem factos in lite de pretio. Indefinita promiſſio ad rem de qua actum fuit coërcenda, non ad aliam extendenda. An eos ſumptus amittes? minimè. eos enim à Titio repetes, quòd temerè te in ius vocauerit *l. 79. ſ. de iudiciis.*
l *l. 83. §. 5. ſ. eod. l. 1. §. 9. ſ. de obl. l. 182. j. de reg. iur. §. 2. inſt. de inutil.*
m *l. 59. l. 85. §. 1. ſ. eod.*
n qui nec legari poteſt, niſi caſu aliquo emi poſſit. *l. 9. l. 104. §. 2. ſ. de leg. 1.* adde *l. vlt. ſ. de act. empt.* v. quæ ſcripſi ad *d. l. 9.*
o expromiſſorem, *l. 7. §. 8. ſ. de dolo, l. 37. in fin. ſ. de oper. libert.*
p quid ſi non dedit, ſed ſimpliciter promiſit? tenebitur actione in factum, *l. 3. ſ. an ſeruus ex ſuo facto.*
q quam à domino ſuo.
r is qui ſpopondit pecuniam pro libertate ſerui.
ſ quid ſi dominus moram in manumittendo faciat? conueniri poterit, *l. 53. ſ. de manumiſſion.*
t *l. 8. ſ. de nautico, l. 23. ſ. de oblig.*
u ἀπεντεῦθεν, ipſo iure, *Cuiac. hic.* x aliud erit ſi nullum fundum habuit, *l. 71. ſ. de leg. 1. l. 6. ſ. de auro.* y *l. 75. ſ. eod. l. 115. j. eod. l. 69. §. 4. ſ. de iure dot.*
z dixi ad *l. 6. ſ. ſi certum petatur.*
a eiuſve heres, *l. 71. ſ. de leg. 1.* Imò, legatarij eſt electio *l. 20. ſ. de leg. 1. §. 22. inſt. de leg.* Imò heredis, *d. l. 71. l. 32. §. 1. ſ. de leg. 1.* Dic, Quando promittitur vel legatur incertum ex incertis (putà ex pluribus fundis vnus) promiſſoris eſt electio, *vt hic* & heredis, *l. 71. ſ. de leg. 1.* Idem dicendum, ſi certum ex certis (putà ex pluribus Stichis vnus Stichus) *l. 32 in fin. ſ. de leg. 1.* ſin verò incertum ex certis (putà vnus ex duobus ſeruis) *d. l. 20.* vel genus legatur, electio eſt legatarij, *l. 37. ſ. de leg. 1. §. 22. inſt. de leg.* b *v. l. 138. in fin. j. eod.*
c *l. 26. ſ eod.* d *al.* adoptione.
e patris adoptiui poteſtate. f adoptiuus.
g adoptiuus, *Hal.* & rectè? *vt j. eod. in fin. ibid.* Si aliquid adoptiuus pater. Poteſt tamen ferri Florentina.
h adde *l. vlt. in fin. ſ. quarum rerum actio.*
i i. quàm ſi dediſſet reum.
k Hinc Plautus *in Sticho*, Nunquam, inquit nimis curare poſſunt parentem ſuum filiæ. *Cuiac. hic.*

108. *Idem*

108. *Idem* ‖ lib. 9. Epiſtolarum. ‖

A Titio ita ſtipulatus ſum *Si a quæ mihi nupſerit, decem dotis eius nomine dare ſpondes* ? quærebatur, an conſiſtat talis ſtipulatio b. Reſpondit : Si ſtipulanti mihi dos ita promiſſa eſt, *Quamcumque vxorem duxero, dotis eius nomine decem dare ſpondes* ? nihil in cauſa eſt, quare ea pecunia conditione expleta non debeatur. nam cùm conditio c etiam ex incertæ d perſonæ facto parere obligationem poſſit, veluti, *Si quis in Capitolium aſcenderit decem dare ſpondes* ? *Si quis à me decem petierit tot dare ſpondes*? cur non idem & in dote promiſſa reſpondeatur, ratio reddi non poteſt.

1 ¶ Nulla promiſſio poteſt conſiſtere, quæ ex voluntate e promittentis ſtatum capit.

De alternatione.

109. *Pomponius* ‖ lib. 3. ad Quintum Mucium. ‖

SI ita ſtipulatus fuero, *Decem f aut quindecim dabis* g ? decem debentur.

¶ Item ſi ita h. *Poſt annum aut biennium dabis* ? poſt biennium debentur. Quia in ſtipulationibus id ſeruatur : vt quod minus ‖ eſſet i ‖ quodque longius k eſſe videretur in obligationem deductum.

De adiecto obligationi. 1. De veſte muliebri.

110. *Idem* " lib. 4. ad Quintum Mucium."

SI *mihi & Titio, in cuius poteſtate* l *non ſim, ſtipuler decem*, non tota decem, ſed ſola quinque mihi debentur. pars enim aliena m deducitur, vt quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non n augeat meam partem.

1 ¶ Si ſtipulatus fuero de te, *Veſtem* o *tuam, quæcunque muliebris eſt dare ſpondes* ? magis ad mentem p ſtipulantis, quàm ad mentem promittentis id referri debeat: vt quid in te ſit, æſtimari debeat, non quid ſenſerit promiſſor. itaque ſi ſolitus q fuerat promiſſor muliebri quadam veſte vti, nihilominus debetur.

De ſtipulatione, per te non fieri quo minus mihi vti liceat.

111. *Idem* " lib. 5. ad Quintum Mucium."

SI ſtipulatus fuero *per r te non fieri quo minus mihi illa domo vti liceat*, an etiam ſi me non prohibeas, vxorem ſ autem meam prohiberes, vel contra t : vxore mea ſtipulata, me prohibeas, an committatur ſtipulatio? Et latius u eſt hæc verba ſic accipi. Nam & ſi ſtipulatus fuero, *per te non fieri quo minùs mihi via, itinere, actúque vti liceat* : & " ſi " non me, ſed alium x nomine meo ingredientem prohibeas, ſciendum erit committi ſtipulationem.

De electione & mutatione voluntatis. 1. De ſtipulatione, ſatiſdationis.

112. *Idem* " lib. 15. ad Quintum Mucium."

SI quis ſtipulatus ſit *Stichum aut Pamphilum, vtrum ipſe vellet* y : quem elegerit, petet, & is erit ſolus in obligatione.

¶ An autem mutare voluntatem poſſit, & ad alterius petitionem tranſire, quærentibus reſpiciendus erit ſermo ſtipulationis vtrumne talis ſit, *Quem voluere*, an, *Quem volam*. nam ſi talis fuerit, *Quem voluero* : cùm ſemel elegerit mutare voluntatem non z poterit : ſi verò tractum habeat ſermo illius, & ſit talis, *Quem volam* a, donec iudicium dictet b, mutandi poteſtatem habebit.

1 ¶ Si quis ita ſtipulatus fuerit, *Pro centum aureis ſatiſdabis* c ? & reum dederit in iſtam ſummam, Proculus ait ſemper in ſatiſdationis ſtipulatione venire quod intereſſet d ſtipulantis : vt aliàs tota ſors ineſſet, veluti ſi idoneus e promiſſor non ſit : aliàs minus, ſi in aliquid idoneus eſſet debitor : aliàs nihil, ſi tam locuples eſſet, vt noſtra non interſit ſatis ab eo accipere, niſi quod plerumque idonei non tam patrimonio quàm fide quoque æſtimarentur.

De pœna, & de prorogatione temporis. 1. De fideiuſſoribus præſtandis, & re vendita liberanda.

113. *Proculus* " lib. 2. Epiſtolarum."

CVm ſtipulatus ſim mihi Procule, *ſi opus arbitratu meo ante Kalendas Iunias effectum non ſit*, pœnam: & protuli diem : putáſne verè f me poſſe dicere arbitratu meo opus effectum non eſſe ante Kalendas Iunias, cùm ipſe arbitrio meo aliam operi laxiorem dederim? Proculus reſpondit: Non ſine cauſa diſtinguendum eſt, intereſſe vtrum per promiſſorem mora non fuiſſet, quo minus opus ante Kalendas Iunias ita, vti ſtipulatione comprehenſum erat, perficeretur, an cum iam opus effici non poſſet ante Kalendas Iunias, ſtipulator diem in Kalendas Auguſti protuliſſet. nam ſi tum diem ſtipulator protulit, cum a iam opus ante Kalendas Iunias effici non poterat : puto pœnam eſſe commiſſam, nec ad rem pertinere, quod aliquod tempus ante Kalendas Iunias fuit, quo ſtipulator non deſiderauit id ante Kalendas Iunias effici, id eſt, quod non eſt arbitratus, vt fieret, quod fieri non poterat. aut ſi hoc falſum eſt b, etiam ſi ſtipulatus pridie Kalendas Iunias mortuus eſſet. pœna commiſſa c non eſſet: quoniam mortuus arbitrari non potuiſſet, & aliquod tempus poſt mortem eius operi perficiendo ſuperfuiſſet, & propemodum, etiam ſi ante Kalendas Iunias futurum eſſe cœpit, opus ante diem effici non poſſe, pœna commiſſa eſt.

1 ¶ Cùm venderet aliquis, promiſit emptori *fideiuſſores præſtari, & rem venditam liberari*, quæ vt liberetur, nunc deſiderat emptor. in mora eſt is qui ea ſtipulatione id futurum promiſit. quæro quid d iuris ſit? Proculus reſpondit, Tanti litem æſtimari oportet, quanti actoris intereſt e.

De mora.

114. *Vlpianus* " lib. 17. ad Sabinum."

SI fundum f certo die præſtari ſtipuler, & per promiſſorem ſteterit, quo minus ea die præſtetur, conſecuturum me quanti mea interſit g moram facti h non eſſe.

De die vel loco omiſſo. De conditione negatiua.

115. *Papinianus* ‖ i libro 2. Quæſtionum. ‖

ITa k ſtipulatus ſum, *Te ſiſti " in " certo loco: ſi non* l *ſteteris 50. aureos dari ſpondes* ? ſi dies in ſtipulatione per errorem omiſſus fuerit, cùm id ageretur, vt certo die ſiſteres, imperfecta erit ſtipulatio. Non ſecus ac ſi, quod pondere m numero, menſura continetur, ſine adiectione ponderis, numeri, menſuræ ſtipulatus eſſem : vel inſulam ædificari, non demonſtrato loco n : vel fundum dari, non o adiecto nomine. Quod ſi ab initio id agebatur, vt quocumque die ſiſteres, & ſi non ſtetiſſes, pecuniam dares, quaſi quælibet ſtipulatio ſub conditione concepta, vires habebit. nec ante committetur, quàm fuerit declaratum, reum promittendi ſiſti non poſſe.

1 ¶ Sed & ſi ita ſtipulatus fuero, *Si* p *in Capitolium non* q *aſcenderis*, vel *Alexandriam* † *non ieris, centum dari ſpondes* ? non ſtatim committetur ſtipulatio, quamuis Capitolium aſcendere, vel Alexandriam peruenire potueris : ſed cum certum r eſſe cœperit te Capitolium aſcendere, vel Alexandriam ire non poſſe.

2 ¶ Item ſi quis ita ſtipuletur : *Si Pamphilum non dederis, centum dare ſpondes* ? Pegaſus reſpondit non ante committi ſtipulationem, quam deſiſſet poſſe Pamphilus dari. Sabinus autem exiſtimabat, ex ſententia contrahentium, poſtquàm homo potuit dari, confeſtim agendum : & tandiu ex ſtipulatione non poſſe agi, quamdiu per ſ promiſſorem non ſtetit, quo minus hominem daret. idque defendebat exemplo penus t legatæ. ‖ Mucius ‖ etenim heredem, ſi dare potuiſſet penum, nec dediſſet, confeſtim in pecuniam legatam teneri ſcripſit. idque vtilitatis cauſa receptum eſt ob defuncti u voluntatem, & ipſius rei naturam x.

¶ Itaque poteſt Sabini ſententia recipi, ſi ſtipulatio non à conditione cœpit: veluti *Si Pamphilum non dederis, tantum dare ſpondes* ? ſed z ſi ita concepta ſit " ſtipulatio, " *Pamphilum dare ſpondes? Si non dederis, tantum dari ſpondes* ? quod ſine dubio verum erit, cum id a actum probatur, vt ſi homo datus non fuerit, & homo & pecunia debeatur.

¶ Sed & ſi cautum ſit, *vt ſola pecunia non ſoluto homine debeatur*, idem defendendum erit : quoniam fuiſſe voluntas probatur, vt homo ſoluatur, aut pecunia petatur.

De fideiuſſione quanto minus à reo conſequi poterit.

116. *Idem* ‖ lib. 4. Quæſtionum. ‖

DEcem ſtipulatus à Titio, poſtea *quanto* b *minus* c *ab eo conſequi poſſes*, ſi à Mæuio ſtipuleris, ſine dubio Mæuius vniuerſi periculum poteſt ſubire. ſed & ſi decem petieris à Titio, Mæuius non erit ſolutus, niſi d iudicatum Titius fecerit *Paulus* notat : Non enim ſunt duo rei Mæuius & Titius eiuſdem obligationis, ſed

a hic fundatur ſponſio nexus (Galli gage appellant.) Huiuſmodi ſponſiones licitè fieri in lucta, curſu, ſaltu, & aliis quæ virtutis cauſa fiunt, refert Zaſ. *hic l. 36. ff. de aleatoribus. l. 27. in fin. ff. de præſcr.*

b conſiſtit. atque hic nulla ſubeſt cauſa promittendi, *l. 2. §. 3. ff. de doli mali*. Imo ſubeſt donandi animus ſcilicet. Falſum eſt igitur quod hic dicitur ab interpretibus, Zaſio, ſcilicet, & aliis, conditionem eſſe pro cauſa.

c i. ſtipulatio conditionalis. Idem dicendum in erogatione pietatis cauſa facienda *l. 24. C. de epiſc.* non idem in donatione, v. Zaſ. *hic.*

d Stipulatio conditionalis in incertam perſonam collata valet.

e i. ſi volam, *l. 8. ff. de oblig.* aliud eſt ſi dictum ſit, *Cum voluero. l. 46. §. 2. ſup. eodem.*

f iunge ex eodem libro *l. 43. ff. de leg. 3.*

g & reſponſum ſit, *promitto, l. 12.*

h *d. l. 12. in fin. l. 43. l. 83. §. 4. ff. eod. in fin. ſup. de leg. 2.*

i In ſummis, minor : in tempore longius tẽpus ſpectatur. *v. c. 30. de regulis in 6.*

k *l. 12. ſup. eod. l. 17. ff. de reg. iur.*

l adde *l. 38. §. 45. ſup. eod.*

m aliena in obligationem deducitur. *Vulg.* in obligatione. *Hal.*

n Ius accreſcendi locum non habet in contractibus. v. tamen Socinum *reg.* 214. Ancharanum 2. *quæſtione* 38. Socinus illo loco negat ſuperiorem ſententiam obtinere in aſſignatione libertorum. Item in donatione facta à Principe, *l. 1. Cod. ſi libertatis imperialis ſocius ſine herede deceſſerit lib. 10.* non obtinere quoque in vſufructu, *l. 1. in fin. ſup de vſufr. accreſ.* ſi interſit promiſſoris vel ſtipulatoris, *l. fundus illo 64. ſup. de contr. empt.* in donatione mortis cauſa, *l. vlt. C. de caducis tollendis*, in mortis cauſa capione, *l. mortis cauſa ſup. de donat. cauſa mortis*. Sed cur ius accreſcendi locum habet in contractibus? non alteri, ſed ſibi tantum quiſque velle ſtipulari intelligitur. in id enim ſtipulationes inuentæ, v. Ancharanum 1. *quæſt.* 38.

o *v. l. 23. ſup. de auro.*

p *l. 99. ſup. eod. l. 25. ſup. de leg. 3. l. 6. ff. de acceptil.*

q *v. l. 33. ſup. de auro.*

r Mihi domo vti licere ſtipulatus ſum ? & vxori meæ vſum ſtipulatus ſum, *vt hic.* ſ *v. l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. 8. in fin. ſup. de vſu, l. pen. ſup. de vſufructu legato: l. 21 ſup. de precario.* t Vxor ſibi vti domo licere ſtipulata eſt ? & mihi quoque vi ſtipulata intelligitur.

u πλατύτερον. Latitudo ſtricto iuri opponitur, *l. 1. 2. C. vt actiones.*

x *l. 20. ſup. quemadm. ſeruit.* y *vt l. 89. §. 9. l. 109. in fin. ſup. de leg. 1.* alias ea conditione detracta ſtipulator non eligit. Nam in diſiunctiuis electio eſt debitoris, *l. 10. in fin. ſup. de iur. dot.*

z *d. §. 9.*

a verbum, *volam*, eſt extenſiuum, ſiue paratiticum in futurum : *vt volebam*, in præteritum, adde *l. 2. in fin. ſup. quib. ex cauſis.*

b i. litem conteſtetur. c Hæc promiſſio factum continet, adde *l. 68. l. 62. ſup. eod.* d *l. 135. §. 3. in fin. ff. eod.*

e locuples, *l. 97. §. 1. ff. eod. l. 13. ſup. de re iud.*

f non videtur committi, cum mea voluntate prolata ſit dies operis faciendi, ſed tamen diſtingue *vt ff. eod.*

a Qui profert tempus debitori, cum certum eſſet opus ſuo tempore non poſſe perfici, pœnam committi non impedit, adde *leg. ... ſup. ſi quis cautionib.*

b i. ſi cum protuli diem promiſſor ſatis habuit temporis ad opus perficiendum.

c *l. 15. ff. de condi. timibus. l. 6. ſup. de cond. & dem.* adde *l. 5. ſup. de præſcr.*

d de hac clauſula dixi *l. 88. ſup. ad l. Falc.*

e *l. 135. §. 3. inſr. ff. eod.*

f dixi *l. 78. ſ. ... ſupra eodem.*

g *d. §. 3.* Idem ... pretium, & ... pluris intereſt ... ca rem, at non ... ctus. v. quæ ... ad *l. 4. ſup. de ...*

h *al.* factam.

i v. ad hanc legem Ripenſem.

k v. Alciat. *paradox.* 11. Menoch. 2. *de arbitrar. iud. ... caſu* 408.

l hic agitur de ſtipulatione ... non in faciendo concepta.

m puta frumentum, *l. 94. ſup. eod.*

n *l. 95. ſup. eod.* §. 5. *ſup. de eo quod certo loco.*

o *l. 106. ſup. eod.*

p *v.* Cuiac. ... *ſeru.* 32.

q §. 4. *inſt. ...* teſtatiua eſt ... conditio. Cur autem tam ſæpe in iure Romano huius conditionis mentio? nempe qui in Capitolium aſcendebant ſacrificaturi vel vota exſoluturi.

† fortè ad frumentum ibi coemendum.

r Idem igitur eſt ac ſi quis ſtipulatus eſſet cùm morietur ſibi dari, ... *Cuiac. ibid.*

ſ *l. 27. in fin. ſup. ...*

t *l. 1. ſup. de penu leg. l. 1. §. 8. inf. ... ad l. Falcid.*

u qui penum dari aut pecuniam ... voluit.

x quia penus dari facilè poteſt.

y adde *l. 44. §. ... ſup. de oblig.*

z *al.* ſed ſi ita.

a i. cùm adiecta erit ſtipulationi pœnalis clauſula ... rato manente ... cto, vtraque ... cebit, *l. 10. §. 1. ſup. de pactis : l. 16. ... de tranſ.* Cur ... quærunt Doctores Num in dubio pœnalis ſtipulatio præcedentem ... uet, cum nouatio nominatim fieri debeat ? & quidem non nouari tradit Zaſius 1. Reſponſ. ... quia pœnæ ſeu acceſſoria tanti momenti eſſe non debent, vt ſuum principale innouent & immutent. Idem tamen limitat regulam in ſtipulationibus ... cti.

b huius articuli Theodorus Hermopolites tres ſignificationes affert. τὸ βραδέως τὸ μὴ παντελῶς, τὸ μηδὲν ὅλως, i. ſi tardè, ſi partem, ſi nihil omnino, vide *Cuiac. hic.*

c *l. 42. ſup. de reb. cred. l. 21. ff. de ſolut. & ... l. 150. ff. de verb. ſig.*

d *l. 71. §. 1. ff. de fideiuſſor.*

Mæuius

Mæuius ſub conditione debet, ſi à Titio exigi non poterit. igitur nec Titio conuento Mæuius liberatur. qui *a* an debiturus ſit, incertum eſt. & ſoluente Titio non liberatur Mæuius, qui nec tenebatur, cùm conditio ſtipulationis deficit: nec Mæuius pendente ſtipulationis conditione rectè poteſt conueniri: à Mæuio enim ante Titium excuſſum non rectè petetur.

De electione, & diuiſione ſtipulationis.

117. *Idem* ‖ lib. 12. Quæſtionum. ‖

SI centum homines, quos ego heréſve meus elegiſſet, ſtipulatus antequam eligerem, duos heredes reliquero, numero *b* diuiditur ſtipulatio. diuerſum erit, ſi iam electis hominibus ſucceſſerint.

De eo qui bona fide ſeruit. 1. De verbo, hodie dari. 2. De alternatione & electione.

118. *Idem* ‖ lib. 27. Quæſtionum. ‖

LIber homo qui bona *c* fide ſeruit mihi, quod ſtipulanti mihi promittit, propè eſt vt omnimodo ſit vtile, quamuis ex re mea promittat. nam quid aliud dici poteſt, quo minus liber homo teneatur? nec tamen ideo, ſi ſtipulanti eidem ex eadem cauſa ſpondeam, tenebor. quemadmodum etenim habebit eius actionem aduerſus me, quod ab alio ſtipulatus quæreret mihi? hoc itaque *d* latere fructuario ſeruo, vel alieno qui bona fide ſeruit, comparabitur. ſeruus autem fructuario ſi promittat ex re ipſius, vel alienus qui bona fide ſeruit emptori nulla de peculio dabitur in dominum actio. nam in his cauſis domini eſſe intelliguntur.

1 ¶ *Decem hodie dari ſpondes?* Dixi poſſe vel *e* eo *f* die pecuniam peti: nec videri præmaturiùs agi, non finito ſtipulationis die: quod in aliis temporibus iuris eſt. nam peti non debet, quod intra tempus comprehenſum ſolui poteſt. in propoſito enim diem non differendæ actionis inſertum videri, ſed quo præſens oſtendatur eſſe reſponſum.

2 ¶ *Decem mihi aut Titio vtrum ego velim, dare ſpondes g?* Ex eo quod mihi dandum eſt, certi ſtipulatio eſt: ex eo quod illi ſoluendum *h*, incerti *i*. finge mea intereſſe, Titio *k* potius quam mihi ſolui: quoniam pœnam promiſeram, ſi Titio ſolutum non fuiſſet.

De doli clauſula.

119. *Idem* ‖ lib. 36. Quæſtionum. ‖

DOli *l* clauſula *m* quæ ſtipulationibus ſubiicitur *n*, non pertinet ad eas partes ſtipulationis, de *o* quibus nominatim cauetur.

De tacita conditione ad præſens tempus relata.

120. *Idem* ‖ lib. 37. Quæſtionum. ‖

SI ita ſtipulatus fuero, *Hanc ſummam centum aureorum dari ſpondes?* etſi *p* maximè ita exaudiatur ille ſermo, *Si modo centum aureorum eſt*, non facit conditionem ‖ hæc adiectio: quoniam ſi centum non ſint, ſtipulatio nulla *q* eſt. nec placuit inſtar habere conditionis ſermonem qui non *r* ad futurum, ſed ad præſens tempus refertur, etſi contrahentes rei veritatem ignorant.

De doli clauſula. 1. De conditione, ſi concubina conſuetudo repetatur. 2. De verbo, cùm morieris. 3. De doli clauſula, & de heredibus.

121. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

EX ea parte cautionis, *Dolúmque malum huic rei promiſſionique abeſſe abfuturúmque eſſe ſtipulatus eſt ille, ſpopondit ille*, incerti *ſ* ageretur, ſtipulationis vtiliter interponendæ gratia.

1 ¶ Mulier *t* ab eo *u* in cuius matrimonium *x* conueniebat, ſtipulata fuerat ducenta *y ſi concubina z tempore matrimonij a conſuetudinem repetiſſet* b, nihil cauſæ eſſe ‖ reſpondit ‖ cur [ex ſtipulatu] quæ ex bonis *c* moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione pecuniam adſequi non poſsit.

2 ¶ In inſulam deportato *d* reo promittendi ſtipulatio ita concepta, *cùm morieris dari?* non niſi moriente *e* eo committitur.

3 ¶ Ex facto rei promittendi, doli ſtipulatio heredem *f* eius tenet, ſicut ex cæteris aliis contractibus, veluti mandati, depoſiti.

a l. 60. §. mandati. Priuatio præſuppoſit habitum. dixi l. 43. §. 9. ſup. de ædilitio.
b l. 54. ſup. eo. l. 29. in fi. j. de ſolut.
c l. 54. ſup. de adq. rer. dom.
d ſimilis eſt dicendi forma in l. 49. in fi. inf. de fideiuſſ.
e atqui inciuilis eſt creditor, qui cum ſecco illico promiſſorem adit, l. 105. inf. de ſolut.
f eodem die, *Vulg. Hal.* Imò non eodem die. Nam qui hoc anno vel hoc menſe dare promiſit, non tenetur niſi omnibus partibus anni vel mẽſis prætcritis, §. *vlt. inſtit. de inutilib.* ſolue, verbum *hodie*, ſignificat idem quod *nunc*, nec dilationis, ſed demonſtrationis cauſa ponitur.
g quæritur, An mihi inuito poſsis ſoluere? vtique niſi aliud cautum eſt.
h Titius enim eſt adiectus ſolutionis cauſa.
i atque certa eſt quantitas, nempe decem. Ergo & certi actio competere debet, l. 75. ſup. eo.
k v. l. 24. j. de reg. iur.
l l. 22. ſup. eo. l. 121. l. 135. in fi. ſ. eo. l. 3. C. de recept. arbitr.
m generalis.
n v. l. 135. in fin. j. eodem.
o v. l. 53. ſup. eo.
p id eſt, licet ex mente contrahentium hunc ſermonem (qui ſequitur) ineſſe interpreter.
q Imò valet, l. 108. §. 10. ſup. de leg. 1.
r v. l. 100. ſup. eod. l. 37. ſup. de reb. cred. l. 80. ſup. de cond. & dem.
ſ Dolum qui promiſit abeſſe & abfuturum, ſi promiſſum non ſeruauerit, conuenietur actione incerti ad intereſſe.
t cùm nuberet ſcilicet.
u id eſt à viro.
x in cuius manum conueniebat, *Cuiac. 9. ad Vlp.* & *ſic additio Hugonis à Porta.* in cuius matrimonio conueniebat, *Vulg. Hal.*
y pœnæ nomine ſcilicet.
z tunc à ſe & propter nuptias reiectæ.
a id eſt poſt nuptias.
b fingamus itaque virum diutiùs concubina carere non potuiſſe, & concubinam reduxiſſe, an ex hac ſtipulatione cum eo agi poterit.
c ſit enim contra bonos mores, ſi quis vxori adiungat concubinam. Ex hoc loco notare poſſumus malè conſtitutionem de concubinis quæ extat *l. 1. C. de concubinis.* Conſtantino tribui, cùm eam ante Conſtantinum obtinuiſſe, hic locus indicet, & lex vltima *in fin. ſup. de diuortiis*, & *Paulus 2. ſent. 20. §. pen.*
d & ſic ciuiliter mortuo, *l. 1. §. pen. ſup. de bon. poſſ. contra tabulas.*
e naturaliter. Caſus mortis non trahitur ad caſum deportationis, *vt hic*, & *l. 77. §. 4. ſup. de leg. 2, l. 59. §. 1. ſup. de cond. & dem.* Imò trahitur, *l. 13. §. 1. ſup. de don. inter virum: l. 29. §. 5. in fi. ſup. de liberis: l. 15. ſup. quando dies leg.* quin comparatur deportatio morti *v. l. 1. §. 8. in fi. ſup. de bon. poſſ. contra tab. v. hic Cuiac.*
f *l. 49. ſuprà de obl.*

De obligatione pecuniæ debitæ.

122. *Scæuola* ‖ lib. 28. Digeſtorum. ‖

QVi *a* Romæ mutuam pecuniam *b* acceperat ſoluendam in longinqua prouincia *c* per *d* menſes tres, eámque ibi dari ſtipulanti ſpopondiſſet *e*, poſt paucos dies *f* Romæ teſtato *g* creditori dixit, *paratum ſe eſſe Romæ* h *eam numerare, detracta ea ſumma quam creditori ſuo vſurarum nomine dederat* i. quæſitum eſt, cùm integram *k* ſummam *l* qua ſtipulatione obligatus eſt, obtulerit, an eo loco *m* in quo ſoluenda promiſſa eſt, ſua die *n* integra peti poſſet? Reſpondit, poſſe ſtipulationem ſua die *o*, vbi ſoluendam ſtipulatus eſt, petere.

1 ¶ Callimachus *p* mutuam pecuniam nauticam *q* accepit à Sticho ſeruo Seij in prouincia Suria, ciuitate Beruto vſque Brenteſium *r*. idque creditum eſſe in omnes nauigij dies ducentos ſub *ſ* pignoribus & hypothecis mercibus à Beruto comparatis, & Brenteſium perferendis, & *t* quas Brenteſio empturus eſſet, & per nauem Beruto inuecturus: conuenítque inter eos vti, *cùm Callimachus Brenteſium perueniſſet, inde intra idus Septembres* u *quæ tunc proximæ futuræ eſſent aliis mercibus emptis & in nauem miſsis, ipſe in Suriam per nauigium proficiſcatur: aut ſi intra diem ſuprà ſcriptam non reparaſſet* x *merces, nec nauigaſſet de ea ciuitate, redderet vniuerſam continuo pecuniam, quaſi perfecto nauigio, & præſtaret ſumptus omnes proſequentibus* y *eam pecuniam vt in vrbem Romam eam deportarent, eáque ſic rectè* z *dari fieri fide roganti Sticho ſeruo Lucij Titij* a *promiſit Callimachus.* & cùm *b* ante idus ſuprà ſcriptas ſecundum conuentionem mercibus in nauem impoſitis, cum Herote *c* conſeruo *d* Stichi, quaſi in prouinciam Suriam peruenturus enauigauit *e*: quæſitum eſt naue ſubmerſa, cùm ſecundum cautionem Callimachus merces [debito] perferendas in nauem miſiſſet *f* eo tempore, quo iam *g* pecuniam Brenteſio reddere Romæ perferendam deberet: an *h* nihil proſit Herotis conſenſus qui cum eo miſſus erat, cuique nihil amplius de pecunia ſuprà ſcripta poſt diem conuentionis permiſſum vel mandatum erat, quam vt eam receptam Romam perferret: & nihilominus actione ex ſtipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneatur? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, teneri.

a Huius legis nouam interpretationem v. apud Antonium Fabrum *1. Coniect. 1.*
b puta trecentos aureos.
c puta Epheſi.
d poſt menſes tres. *Vulg. Hal.* & malè. Per tres menſes, id eſt, tribus penſionibus vt Græci, διὰ τριῶν μηνῶν, *l. 12. ſup. de vſuris*: adde *l. 40. §. de reb. cred.*
e *al.* ſpoponderat.
f putà cum nondum exiſteret primus menſis, nondúmque vllæ deberentur vſuræ.
g teſtato dicere, eſt teſtibus præſentibus dicere.
h Huiuſmodi oblatio debitori non prodeſt. offert enim incongruo loco & tempore.
i l. prorogauerat: licet enim vſuras dare pro mutuo, *l. 57. ſuprà de pact. l. 2. §. 6. ſup. de doli except. l. vlt. C. de vſuris.* ſiue, vt Seneca loquitur, antecesſum ἐν προχρείᾳ.
k vt nihil deſit.
l id eſt, cum integram ſummã obtulerit. hinc ſumitur decidendi ratio, cuius hic ſenſus eſt. Debitor (cui ſoluendi ius eſt trinis penſionibus: ſed tamen loco creditori vtili, putà Epheſi) ſi ante præſtitutum tempus integram ſummam creditori obtulerit alio loco quam Epheſi, creditorem cogere non poteſt vt pecuniam accipiat nam & ante ſtatutum tempus Epheſi in integram ſummam à creditore conueniri non poteſt. Hinc colligunt debitorem integram pecuniam offerendo, ſibi præiudicium attuliſſe. nam ſi nihil obtuliſſet, primo menſe vna tantum portio fortè ab eo peteretur, *l. 8. §. 3. in fin. ſup. de pign. v. Cuiac. hic.* m Epheſi. n id eſt, primo menſe.
o vt alibi ei inuito ſolui non poſsit, *l. 9. ſup. de eo quod certo: l. 16. §. 1. j. de fideiuſſ.* volenti poſsit, *l. 137 §. 2. inf. eo.* p facti narratio.
q id eſt, ea lege acceptam, vt quamdiu nauigaretur, tamdiu pecuniæ periculum ad creditorem pertineret, *l. 3. ſup. de nautico fœnore.* In eo enim differt creditum nauticum à mediterraneo. Nauticum enim eſt periculo creditoris: terreſtre, periculo debitoris. hoc ἀποκίνδυνον: illud ἐπικίνδυνον. Ea quæ non ſunt periculo creditoris, à Rhodiis vocantur ἔγγυα καὶ ἀκίνδυνα. Ex ea differentia duæ aliæ naſcuntur, vt nauticæ vſuræ etiam ex pacto, *l. 7. ſup. de nautico*: & vt infinitæ & immenſæ debeantur, *Paul. 2. ſent. 14. §. 3. in fin.* vt ita magis ferat qui maius periculum adit.
r id eſt, Brunduſium, quæ Græcis Βρεντήσιον: Feſto, Brenda.
ſ ita ſolebant credere, *l. 4. l. 6 ſup. de nautico.* t hinc innuitur fœnus ἀμφοτερόπλουν. Nam ſciendum eſt creditorem nauticum interdum periculum ſuſcipere in omne nauigationis tempus, *vt hic*: vel ad certum portum. Ideò Græcis duo pecuniarum nauticarum genera ſunt, ἑτερόπλοια, ſcilicet & ἀμφοτερόπλοια, id eſt in quibus reditus & remeatus periculum ſuſcipitur. u adiecta eſt illa conditio prouidenter vt intra Idus Septembres Brenteſio vela ſolueret euitandi periculi cauſa, quod poſt id ferè tempus à mari ſummum immineat periculum imminentibus] Vigiliis, vt notauit Alciatus 10. *Pareg.* 19. x id eſt, emiſſet, *vt l. 9. §. pen. ſup. de ſtatuliberis.* Libertas pecunia reparari non poteſt. vbi Græci *lib. 48. Baſil.* vertunt ἀγοράζεσθαι, ἀνταγοράζειν & ἀντιφορτίζεσθαι, *Horat. l. Carmin* 31. Vina, Syra, reparata merce, Cicero 3. *in Verrem*, ex agro reparare.
y Proſequi, eſt in iudicio petere. z Rectè dari hoc eſt, hac ipſa nominatim formula creditores ſibi ſtipulabantur, *vt hic.* dixi ad *l. 11. §. 2. inf. de duob. reis.*
a quem primum vocauit Seium *in pr. ſup. eo.* hic vocat Lucium Titium. Sic Philoſophi promiſcuè vtuntur his nominibus Dionis & Theonis vt probat ex Plutarcho & Tertulliano Cuiac. 2 *obſ.* 11. b ſed cum non ante, *Alciat. 9. Pareg. 10.* quod non placet Cuiacio. quo nomine reprehenditur quoque Alciatus à Roberto 6. *recept. lect. 1.* c Huiuſmodi ſeruum (quem Græci χειροκαχόλυθον vocant) creditores cum debitoribus mittere ſolebant exigendæ pecuniæ nauticæ cauſa ſua die, *l. 4. §. 1. ſup. de nautico fœnore: l. 23. in pr. ſup de oblig.*
d Conſeruus qui ſimul ſeruit: Horatius 2. ſermon. ſiue vicarius eſt, ſiue conſeruus.
e id eſt, alio profectus eſt, quam in ciuitatem *Berutum* deflexit, rectum curſum non ſeruauit, vlterius progreſſus eſt: idque eo tempore quo reddere pecuniam Romæ debuiſſet. ſic interpretatur Robertus 2. *recept. 1.*
f in naue manſiſſet, *Duar. hic.* in nauem miſiſſet, ſed eo tempore, &c. id eſt, cùm iam non longè abeſſent Idus, certúmque eſſet iam intra Idus Brunduſium appellere non poſſe, *Cuiac. hic.* & 2. *obſ.* 11. g hic articulus nota eſt tarditatis: quoniam eo tempore certum erat ante Idus nauigationem fieri non poſſe.
h Nunc tempus eſt, verus vt ſtatus cauſæ conſideretur. Is autem certus eſſe non poterit: poteſt, niſi ſi negotij & facti ſpeciem bene intellexeris de qua tamen inter maximos iuriſconſultos diſceptatur. ſit igitur hæc hypotheſis. Intra Idus Septembres proximas pecuniæ nauticæ debitor in Suriam proficiſci promiſerat: Ante Idus Septembres non eſt profectus. hic eſt ſenſus Alciati & Duareni: vel, ante Idus Septembres profectus eſt quidem quaſi in Syriam perventurus iuxta conuentionem, ſed tamen enauigauit, id eſt rectum curſum Syriæ non tenuit, alio deflexit. is eſt ſenſus Roberti: vel, ante Idus ſoluit, ſed eo tempore quo Eroti ſeruo crediteris pecuniam reddere debuit, id eſt, cùm non longe

¶ Item

¶ Item *a* quæro, ſi Callimacho poſt diem ſuprascriptam nauigante, Heros ſuprascriptus ſeruus conſenſerit, an actionem domino ſuo ſemel adquiſitam adimere potuerit? Reſpondi non potuiſſe, ſed fore exceptioni locum, ſi *b* ſeruo arbitrium datum eſſet eam pecuniam quocunque tempore in quemuis locum reddi.

2 ¶ Flauius Hermes hominem Stichum manumiſſionis cauſa donauit *c* & ita de eo ſtipulatus eſt: *Si hominem Stichum, de quo agitur, quem hac die tibi donationis cauſa, manumiſsioniſque dedi, à te herede'que tuo manumiſſus vindictáque liberatus non erit: quod dolo malo meo non fiat, pœnæ nomine quinquaginta dari ſtipulatus eſt Flauius Hermes, ſpopondit Claudius*, quæro, an Flauius Hermes Claudium de libertate Stichi conuenire *d* poteſt? Reſpondit nihil proponi, cur non poteſt.

¶ Item quæro, an, ſi Flauij Hermetis heres à Claudij herede pœnam ſupraſcriptam petere voluerit; Claudij heres libertatem Sticho præſtare poſsit vt pœna liberetur? Reſpondit poſſe.

¶ Item quæro, ſi Flauij Hermetis heres cum Claudij herede ex cauſa ſupraſcripta nolit agere, an nihilominus Sticho libertas ex conuentione, quæ fuit inter Hermetem, & Claudium, vt ſtipulatione ſupraſcripta oſtenditur, ab herede Claudij præſtari debeat? Reſpondit, debere.

3 ¶ Cohæredes, cùm prædia hereditaria diuiſerant *e* vnum prædium commune *f* reliquerunt ſub hoc pacto: *vt g ſi quis eorum partem alienare voluiſſet, eam vel h cohæredi ſuo, vel eius ſucceſſori venderet centum vigintiquinque*. quod ſi quis aliter feciſſet, pœnam centum inuicem ſtipulati ſunt. quæro, cùm cohæres mulier coheredis liberorum tutores *i* ſæpiùs *k* teſtato *l* conuenerit, & deſiderauerit vt ſecundum conuentionem aut emerent aut venderent, hique nihil tale fecerint, an, ſi mulier extero vendiderit, pœna ab ea centum exigi poſſit? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, obſtaturam doli *m* mali exceptionem.

4 ¶ Agerius *n* filiusfamilias ſeruo Publij Mæuij ſtipulanti ſpopondit, *ſe daturum quidquid patrem ſuum Publio Mæuio debere conſtitiſſet*. quæſitum eſt *o*, patre defuncto antequam *p* conſtitiſſet, quid quantúmque deberet, an ſi aduerſus heredem eius actum fuiſſet, aliúmve ſucceſſorem, & de debito conſtitiſſet, Agerius teneatur? Reſpondit, ſi *q* conditio non exſtitiſſet ſtipulationem non commiſſam.

5 ¶ Seia heres vnius tutoris, cum herede pupillæ tranſactione pacto *a* ſolo facta, maiorem partem ſoluit, reſiduam cauit. ſed illico negauit heres ſe tranſactionem ſeruare, & apud iudicem tutelæ *b* egit, & victus prouocauit *c* ad competentem iudicem *d*, & ab eo quoque ad principem idem prouocauit: & iniuſta hæc quoque prouocatio eius pronunciata eſt, quæſitum eſt, cùm per heredem pupillæ mora interceſſerit quo minùs pecunia in ſtipulationem deducta ab herede tutoris ſolueretur, nec vnquam petierit, an ei hodie debeantur vſuræ ab herede tutoris? Reſpondit, ſi Seia non *e* ceſſaſſet ex ſtipulatione pecuniam offerre, iure *f* vſuras non deberi.

6 ¶ Duo fratres hereditatem inter ſe diuiſerunt *g*, & cauerunt ſibi, *nihil h ſe contra eam diuiſionem facturos: & ſi contra quis feciſſet, pœnam alter alteri promiſit*. poſt mortem alterius qui ſuperuixit, petit ab heredibus eius hereditatem, quaſi *i* ex cauſa fideicommiſsi ſibi à patre relicti debitam. & aduerſus eum pronunciatum eſt, quaſi *k* de hoc quoque tranſactum fuiſſet *l*. quæſitum eſt, an pœna commiſſa eſſet *m*? Reſpondit, pœnam ſecundum ea quæ proponuntur, commiſſam *n*.

"(TOY TOY) DE VERBORVM obligationibus."

TIT. I.

De turpi ſtipulatione.

123. *Papinianus* " lib. primo Definitionum."

SI *o* Flagitij *p* faciendi † vel facti *q* cauſâ concepta ſit ſtipulatio *r* ab initio *ſ* non valet.

De die.

124. *Idem* " lib. 2. Definitionum."

INſulam *intra biennium illo loco t ædificari ſpondes*? ante *u* finem biennij ſtipulatio non committitur quamuis reus promittendi non ædificauerit, & tantum reſidui temporis ſit *x*, quo ædificium extrui non poſsit. neque enim ſtipulationis ſtatus, cuius dies certus in exordio fuit, ex poſtfacto mutatur.

¶ Idque & in ſtipulatione iudicio ſiſtendi cauſa facta placuit: ſcilicet vt ante diem ſtipulatio non committatur, ſi certum eſſe cœperit parere *y* ſtipulationi reſiduo tempore non poſſe.

De eo quod dari oportet, oportebit-ve.

125. *Paulus* ‖ lib. 2. Quæſtionum. ‖

CVm *z* ſtipulamur, *Quidquid te dare facere oportet*, nihil aliud in ſtipulationem deducitur, quam *a* quod præſenti die debetur. hoc enim ſolum hæc ſtipulatio demonſtrat.

De ratione temporis ante conditionem exiſtentem præteriti habenda. 1. De proprietate & vſufructu. 2. De liberto qui ſortem patrono ſuo reddi, vſuras imperſonaliter reddi ſtipulatus eſt. 3. De promiſsione impoſsibili.

126. *Idem* ‖ libro 3. Quæſtionum. ‖

SI *b* ita ſtipulatus fuero, *Si Titius Conſul factus fuerit, tunc c ex hac die in annos ſingulos dona dare ſpondes*? poſt triennium conditione exiſtente, triginta peti potuerunt *d*.

1 ¶ Titius à Mæuio fundum detracto *e* vſufructu ſtipulatus eſt, & ab eodem eiuſdem fundi vſumfructum. duæ *f* ſunt ſtipulationes, & minus eſt in eo vſufructu quem per ſe quis promiſit, quàm in eo qui proprietatem comitatur. denique ſi ille vſumfructum dederit, eúmque ſtipulator non vtendo amiſerit, tradendo poſtea fundum detracto vſufructu, liberabitur. Non idem contingit ei qui fundum pleno iure promiſit, & vſumfructum dedit: deinde amiſſo eo proprietatem ſine vſufructu tradidit, ille liberatus eſt dando vſumfructum: hic nulla parte obligationis exoneratur, niſi pleno iure fundum effece-

gè abeſset Idus, ſoluit, inquam, ſed conſenſu Erotis ſerui creditoris. Poſt Idus nauis eſt ſubmerſa, éſtne excuſandus debitor ob conſenſum Erotis? Hæc eſt Cuiacij interpretatio, & vera Deciſio eſt, Erotis conſenſum domini conditionem deteriorem facere non potuiſſe, importunæ nauigationi conſentiendo, *l. 3. C. de pactis, l. pen. ſup. depoſit l. 133. ǰ. de reg. iur.* Paria ſunt enim poſt Idus nauem ſoluere, ac tunc ſoluere, cùm intra ſtatuta tempora nauis Berutum peruenire non potuit.

a Quid iuris eſt, ſi Heros, ſeruus Titij nauigationi poſt idus (cum debitor ante Idus in Syriam proficiſci tenetur) conſentiat? domino non nocet, niſi temporis ac nauigationis præferendæ poteſtatem à domino habuit.

b ita in Baſilicis ſcriptum extat, 53. tit. 5. ὁ δοθεὶς κερμαχόλυθος τὸ δανεισαμένῳ ναυτικὸν ὄνειον οὐ δύναται παρὰ τὰ σύμφωνα σιωπῶν τῷ δανεισαμένῳ βλάπτειν τῶν ἐκνεισ͂ῶ, εἰ μὴ τοῦτο ἐπιτρέπῃ παρ᾽ αὐτοῦ, *v. Cuiac. hic.* ſit hæc autem forenſis huiuſce paragraphi explicatio: Pecuniam cum vſuris ſolue: Actio: tua pecunia caſu fortuito periit. Porrò ea tuo periculo fuit: fuit enim nautica. Exceptio: At poſt diem quo pecunia ex conuentione reddi debuit naufragio periit? Replicatio: Periit quidem, ſed ſeruus à te miſſus ad recuperandam pecuniam nauticam conſenſit vltra diem præſtitutum nauigari. Duplicatio: Quæſtio, an debitor teneatur? Deciſio ex qua ſententiam poſsis proferre: Si ſeruus prorogandi temporis poteſtatem habuit, debitor non tenetur: ſi non habuit, tenetur. c Claudio ſcil.

d atqui non neceſſe habet Claudium conuenire, cum conſtitutione D. Marci, *l. 38. ſup. de operis libertorum*, ſeruus traditus ipſo iure fiat liber. Solue: Hæc lex ad ſeruum manumiſsionis cauſa donatum: dicta lex 18. ad ſeruum manumiſsionis cauſa venditum pertinet: quamquam & hoc poſtea in donatis ſeruis receptum eſt, *l. pen. ſup. qui ſine manum. l. 1. C. ſi mancip. ita fuerit alienat. vt manum.* Sed Scæuola qui de iure, temporibus D Marci & Commodi, reſpondit, verba conſtitutionis nondum ad ſeruos donatos porrectæ ſecutus eſt. & ita ſentit Cuiacius 1. *obſ. 29.*

e diuiſiſſent, *Vulg. Hal.* Diuiſiones vt fiant, *v l. 40. §. 2. ſuprà de pactis, l. 77. §. 18. ſup. de leg. 2.* f indiuiſum ad tempus ſcil. *l. 14. §. 2. ſup. comm. diuid.*

g Ius προτιμήσεως pacto & conuentione adquiri poteſt, *vt hic.* vt & in actione proximo competit, *l. 16 ſup. de reb. auth. iud. poſsid.* h *l. 75. ſup. de contr. empt. l. 21. §. 5. ſup. de act. empt.* Num id licet? ſic ſanè. Pacto enim coërceri poteſt libertas alienandi, *l. 135. §. 3. ǰ. eo. l. 3. C. de cond. ob cauſ. dat. l. vlt. C. de reb. alien.* & locandi *l. 32. C. de locat.* ſtipulatione, non pacto, *l. 61. ſup. de pact.* De iure προτιμήσεως ſeu retractus, v. quæ notaui ad Nouellam Friderici *de iure προτιμήσεως*.

i Eandem vim habet proteſtatio facta cohæredi & cohæredis tutori.

k Denunciatio ſeu interpellatio extra iudicium facta, regulariter debitorem in mora conſtituit, *vt hic: l. ſi pœnam 24. ſup. quando dies legator.* niſi id extra iudicium petat creditor, quod ei nudo officio iudicis debeatur, *l. cum poſtulaſſem 44. ſup. de damn.* niſi ipſe creditor ante interpellationem ſeu antequam debitorem interpellaret, recipiendi debiti moram ipſe admiſerit. hoc enim caſu nudo interpellatio extra iudicium non ſufficit, ſed litis conteſtatio exigitur, *l. ſed etſi 17. de conſtituta pecunia.* Idem dicendum quoties creditor dolum aliquem admiſit in re ita præter tempus exigenda. de quo vide Socinum *regula* 191.

l *v. l. 38. ſup. de minorib.* Ne hinc colligas neceſſarium eſſe ad moram contrahendam vel efficiendam ſæpius vt interpelletur reus. Sufficit enim vna interpellatio modo fiat opportuno loco & tempore, nec remittatur vel intermittatur, *l. 32. ſup. de vſuris* Cæterùm vox *ſæpius* hoc loco innuit reum ſæpius interpellatum, & quidem ex abundanti. Quod ex abundanti fit, ex eo ius non ſumitur, vide Cuiac. 8. *ad Afric. fol.* 203.

m pactum, ne liceat alij quam cohæredi vendere, cohærede moram faciente in emendo, vendenti cohæredi fraudi eſſe non debet. n Augerius, *Vulg. v. ad hunc §. Duar. in libello cuius titulus eſt Scæuola. Tom. 1. fol. 1. fol. 1593. Hot. 1. obſ. 8.*

o nam vtcunque ſuperiora verba conditionem caſualem faciunt, nempe *ſi conſtiterit quid, quantumque debeat pater*, &c. ambigitur de eo tamen, vtrum hic ſit ſtipulationis ſenſus: Si viuo patre litem cum eo conteſtatam conſtiterit: An verò, ſi quandoque conſtiterit.

p Facti promiſsio morte ſoluitur.

q Hic quot occurrunt interpretationes? Connanus & Pacius aiunt Iuriſconſultum non reſpondere ad interrogata, ſeu hoc reſponſum οὐδὲν πρὸς ἔπος eſſe, Duarenus & Cuiacius hæc verba ad facti quæſtioné referunt ac ſi Scæuola diceret, Si id actū fuit vt conditio impleretur viuo patre, nec fuerit impleta, ſtipulatio non committitur, etiamſi poſt mortem patris impleatur. Veriſimilius eſt autem id actum fuiſſe vt promiſſor teneatur, non ſi quocunque tempore, ſed ſi viuo tantum patre, de

debito … & ita co… poſita fide… reus non … ita accipi… viuus non… *l. 16. in fi…* *inſt.* Hot… particulam … accipit pro… *in l. 28. ǰ.* … Vt ſit ſenſu… conditio non… tit viuo de… ideò ſtipula… eſt commiſſa… creditoribus… genter no… eſt, vt ſcilicet… creditores … bitore … ineant; ne … actionem … eum qui alie… mine pro… amittant.

a infra voc… factionem.

b i. præto…

c Nota … appellandi … tutelæ, id eſt, … tore, ad com… tem iudicem … eſt, Præfectum … & ab eo ad … pem, *vt in l.* … *de minorib.* prouocatio … mittitur Cod… *liceat in vtra… que cauſa te… uocare.*

d id eſt, Præ… vrbi.

e & ſi Seia … ceſſaſſet. Alci… *diſpunct.* 13… henſus à R… *2. recept. 3.*

f Oblatio ſol… ras impedit… iure? *l. 1. ſu…* *modis vſusfr…* *ſup. de peculi…* *ſup. de ſeruis…* *tand. l. 102.* … *lutio.* Molin… gat, *tractatu* … *ris, n. 196.* … *l. 19. C. de vſur…* ſignationem … & depoſiti… exigi v. *l. 1.* … *vſur. & Cui.* …

g ita ſolent … mè fratres di… tranſactionis … *l. 35. ſuprà de…* *l. 36. ſup. fam…* *l. 2. Cod. de tra…*

h Diuiſiones … factam is imp… qui ab herede… partem cum … diuiſam petit … fideicommiſſi.

i erant enim … menio paterno … uicem rogati, … prior ſine li… vita fungeretur, partem ſuam fratri ſuperſtiti reſtitueret. Quamobrem vno … mortuo ſine liberis, cùm alios heredes ſcripſiſſet, ab eis frater ſuperſtes here… tem petiit ex cauſa fideicommiſsi.

k ſententiæ rationem adſcribendam eſſe, hinc Accurſius colligit quod an… ſit, vide *l. 1. C. de appell.* l Quæri poteſt vnde hic innotuerit iudici de fidei… miſſo quoque tranſactum? Sola diuiſio per ſe non eſt idoneum argumentum … fideicommiſsi. Dicendum eſt alia argumenta iudicem mouiſſe, *v. Cuiac hic, l. 2…* *ſup. de pact.* m id eſt, an inciderit in pœnam is qui contra legem diuiſionis … de fideicommiſſo de quo tranſegerat.

n ipſo iure. imo non videtur commiſſa, *l. 35. in fin. ſup. de pact. l. 9. ǰ. de tranſ…* o dixi *l. 26. ſup. eo.* p ſi plagij, *Vulg.* adde *l. 19 l. 27 ſup. eo.* Flagitij vocem … cius ſumi poſſe ait pro ſtupro: vnde flagitare. † in quamcunque perſonam … bannitum, *v. Rip. hic num. 6. 7. 8.*

q quia daretur ex turpi cauſa: quin & ad alia flagitia poſſet eodem modo … inuitari. r & votum. ſ An ipſo iure? *v. hic Rip. num. 1.*

t *l. 115. ſup. eo.* u *v. l. 8. l. 72. §. 1. ſup. eo.* x *legendum videtur*, non ſit, &c. … euinci ex ſequentibus poteſt, ibi: etſi certum eſſet cœperit parere ſtipulationi … duo tempore non poſſe. y pareri, *Vulg. Hal.* z dixi *l. 76. §. 1. l. 89. ſup. eo.*

a *v. l. 76. §. 1. ǰ. eo. l. 23. ſup. de ſeruit. vrb.* b dixi *l. 164. ǰ. eo.* c *v. l. 64. ſup.* … d Imo non potuerunt, *l. 16. ſup. de vſuris.* e *l. 55. §. pen. l. 58. ſup. eo. l. 54.* … *vſuf.* f *l. 29. ſuprà eodem.*

rit ſtipu

rit ſtipulatoris. 2 ¶ Chryſogonus a Flauij Candidi ſeruus actor ſcripſit b coram ſubſcribente c & aſſignante d domino "meo" accepiſſe e eum à Iulio Zoſa f rem agente Iulij Quintiliani abſentis mutua denaria mille quæ dari g Quintiliano, heredive eius ad quem ea res pertinebit, Kalendis Nouembribus quæ proximæ ſunt futuræ, ſtipulatus eſt Zoſas libertus, & rem agens Quintiliani: ſpopondit Candidus dominus meus ſub die ſuprascripta ſi ſatis eo nomine factum non erit, tunc quo poſt ſoluetur, vſurarum nomine denarios octo præſtari ſtipulatus h eſt Iulius Zoſas: ſpopondit Flauius Candidus dominus meus, ſubſcripſit & dominus. Reſpondit: Per i liberam perſonam quæ neque iuri noſtro ſubiecta eſt, neque bona fide nobis ſeruit, obligationem nullam acquirere poſſumus. Planè ſi k liber homo noſtro nomine pecuniam daret vel ſuam: vel noſtram, vt nobis ſolueretur, obligatio nobis pecuniæ creditæ acquireretur. ſed quod libertus l patrono dari ſtipulatus eſt, inutile eſt: vt nec ad ſolutionem proficiat m adiectio abſentis, cui principaliter obligatio quærebatur.

¶ Supereſt n quæramus, an ex numeratione ipſe qui contraxit, pecuniam creditam petere poſſit. nam quoties pecuniam mutuam dantes, eandem ſtipulamur, non duæ obligationes naſcuntur. ſed vna o verborum. Planè ſi præcedat p numeratio, ſequatur ſtipulatio q, non eſt dicendum receſſum à naturali obligatione r. Sequens ſ ſtipulatio in qua ſine adiectione nominis vſuras ſtipulatus eſt, non eodem vitio laborat, neque enim malignè t accipiendum eſt, eidem ſtipulatum vſuras, cui & ſortem, videri. ideoque u in liberti perſona valet ſtipulatio vſurarum, & cogitur eam patrono cedere x. plerumque enim in ſtipulationibus verba ex quibus obligatio y oritur, inſpicienda ſunt z. raro a ineſſe tempus, vel b conditionem ex eo quod agi apparebit, intelligendum eſt: nunquam c perſonam, niſi expreſſa ſit.

3 ¶ Si ita ſtipulatus fuero, *te ſiſti, & niſi ſteteris d, aliquid dari*, quod promittenti impoſſibile eſt, detracta e ſecunda ſtipulatione, prior manet vtilis, & perinde erit, ac ſi te ſiſti ſtipulatus eſſem.

De pupillo. 1. De eius fideiuſſore.

127. *Scæuola* ‖ lib. 5. Quæſtionum.‖

SI pupillus f ſine tutoris auctoritate Stichum promittat, & fideiuſſorem dedit, ſeruus autem poſt moram à pupillo factam decedat, nec g fideiuſſor erit propter pupilli moram obligatus. *nulla* enim *intelligitur mora ibi fieri, vbi* h *nulla petitio* i *eſt*: eſſe autem k fideiuſſorem obligatum ad hoc. vt viuo homine conueniatur, vel ex mora ſua l poſtea.

De duobus reis ſtipulandi. De alternatione.

128. *Paulus* " lib. 10. Quæſtionum."

SI duo rei ſtipulandi ita extitiſſent, vt alter vtiliter, alter inutiliter ſtipularetur ei qui non habet promiſſorem obligatum, non a rectè ſoluitur: quia non alterius nomine ei ſoluitur, ſed ſuæ obligationis quæ nulla eſt.

¶ Eadem ratione qui *Stichum aut Pamphilum* ſtipulatur, ſi b in vnum conſtiterit obligatio, quia alter ſtipulatoris erat, etiam ſi deſierit eius eſſe, non rectè ſoluitur: quia vtraque res ad obligationem ponitur, non ad ſolutionem.

De conditione coniunctiua, vel diſiunctiua.

129. *Scæuola* * lib. 12. Quæſtionum."

SI quis ita ſtipulatus fuerit, *decem aureos das* c, *ſi nauis venit* d *& Titius Conſul factus eſt* e? non aliàs dabitur, quàm ſi vtrumque f factum ſit.

¶ Idem in contrarium, *dare ſpondes, ſi nec nauis venit, nec Titius Conſul factus ſit*, exigendum erit vt neutrum factum ſit.

¶ Huic ſimilis ſcriptura eſt, *ſi neque* g *nauis venit, neque Titius Conſul factus eſt*? At ſi ſic h, *Dabis ſi nauis venit, aut Titius Conſul factus ſit*? ſufficit vnum factum.

¶ Et contra, *Dabis ſi nauis non venit, aut Titius Conſul factus non eſt*? ſufficit vnum non factum.

Si pater filio ſtipuletur, vel contra.

130. *Paulus*" lib. 15. Quæſtionum."

QVod dicitur *patrem* i *filio vtiliter ſtipulari, quaſi ſibi ille ſtipularetur*, hoc k in his verum eſt, quæ iuris ſunt, quæque acquiri patri poſſunt. alioquin ſi factum conferatur in perſonam filij, inutilis erit ſtipulatio. veluti *vt tenere ei*, vel *ire agere liceat*.

¶ Contra autem filius, ‖etiam,‖ vt *ire patri liceat*, ſtipulando, acquiret ei, imò & quod in ſuam perſonam conferre non poteſt, hoc patri acquiret.

De ſtipulatione, neque per te, neque per heredem fieri.

1. De adiecto ſolutioni.

131. *Scæuola* ^ lib. 13. Quæſtionum."

IVlianus ſcripſit, ſi *neque per te, neque per heredem tuum Titium fieret, quominus mihi ire liceat*. ſtipuler, non ſolùm Titium teneri, ſi prohibeat, ſed etiam coheredes eius.

1 ¶ Qui fundum *ſibi* m *aut Titio dari* ſtipulatur, quamuis fundus Titio traditus ſit, nihilominus n petere fundum poteſt, vt ſibi de euictione promittatur. nam intereſt eius, quia mandati actione fundum recepturus ſit à Titio, ſed ſi donationis cauſa Titium interpoſuit, dicetur traditione protinus reum liberari.

132. *Paulus*" lib. 15. Quæſtionum."

QVidam o cùm filium alienum p ſuſciperet q tradenti promiſerat *certam pecuniæ quantitatem, ſi eum aliter quàm vt filium obſeruaſſet*. quæro, ſi poſtmodum domo eum propulerit r, vel moriens nihil ei teſtamento reliquerit ſ, an ſtipulatio committatur? & quid interſit, vtrum filius, an alumnus, vel cognatus agentis fuerit. Præterea quæro, ſi filium ſuum quis legitimè in adoptionem dederit, & ita vt ſupra ſcriptum eſt ſtipulatio interceſſerit, eúmque pater adoptiuus exheredauerit, vel emancipauerit, an ſtipulatio committatur? Reſpondi: Stipulatio vtilis eſt in vtroque caſu. igitur ſi contra conuentionem factum ſit, committetur ſtipulatio.

¶ Sed videamus prímum in eo qui legitimè adoptauit, an poſſit committi ſi eum exheredauerit, vel emancipauerit? hæc enim pater circa filium ſolet t facere u, igitur x non aliter eum, quàm vt filium obſeruauit. Ergo exheredatus de inofficioſo agat. Quid ergo dicemus, ſi & meruit exheredari? emancipatus, planè & hoc remedio y carebit z. Quare ſic debuit interponi ſtipulatio, vt ſi eum emancipaſſet, vel exheredaſſet a, certum quid promitteret. Quo tamen caſu commiſſa ſtipulatione poteſt quæri, an exheredato permittendum eſſet dicere de inofficioſo: maximè ſi patri naturali heres extitiſſet, an victo b deneganda eſt ex ſtipulatu actio. ſed ſi ei qui ſtipulatus eſt, non debuit denegari, victo filio: nec ipſi deneganda erit debitæ pecuniæ executio. In eo autem qui non adoptauit, quem intellectum habeat hæc conceptio. *Si eum aliter quàm vt filium obſeruaſſet*, non proſpicio. an & hic exigimus exheredationem vel emancipationem,

a Chryſogonus, *Vulg.Hal.*
b ſcripſi, *Hal.*
c Subſcriptio ſola aduerſus eum qui ſubſcripſit, probat, *l.1. §.3. ſ. de iur.dot.*
d id eſt, annulo obſignante. hinc Corruptus apud Perſiũ, Aſſigna, Marce tabellas, adde *l.6.C.de fideiuſſor.* hinc colligunt per ſigillum probari conſenſum adde *l.2. C. de reb. alien.*
e hinc oritur prima quæſtio, An ex numeratione pecuniæ facta à liberto, acquiratur patrono obligatio? vtique *j.eod.verſ.Planè ſi liber, & verſ. Supereſt.* Item an etiam ipſi liberto? hæc ſit ſecunda quæſtio cui reſpódetur *j. ex d. verſ. Supereſt.*
f Goza, *Vulg.* & ſic deinceps. *j eod.*
g hic libertus dari patrono ſtipulatur, Inde naſcitur tertia quæſtio, An valeat ſtipulatio ſortis cóncepta in perſonam patroni? non valet. *verſ. per liberam perſonam.*
h hic in ſtipulationem deducuntur vſuræ impersonaliter, i. nec ſtipulanti, nec eius patrono perſona expreſſa. Hinc naſcitur quarta quæſtio, qui vſuræ debeantur: *v. j. eod. in verſ. Sequens ſtipul.*
i reſponſio ad tertiam quæſtionem, *l.38. §.17. ſ. eod.* k Reſponſio ad primam quæſtionem, *v.* [...]*9.§.8.ſ.de reb.cred.* l Libertus patrono ſtipulari directè non poteſt, licèt in liberto quædam ſint reliquiæ ſeruitutis. m Cur ita? hæc fuit voluntas contrahentium, non vt abſenti patrono ſolui poſſit ſed vt ei obligatio quæratur.
n Reſponſio ad 2. quæſtionem. o verborum ſc. *l.6. in fin. l.7. j. de nouat.* hic videtur non acquiri obligatio ex numeratione ipſi ſeruo, cum alteri pecuniam [...]rit ſtipulatus: eaque dubitandi eſt ratio.
p Dic, eo caſu duas eſſe obligationes: vnam, quæ re: alteram, quæ verbis per[...]citur. q Numeratio (facta à liberto ſc.) vtilis, non vitiatur per inutilem [...]ctam patroni conſentientis nomine) proinde libertus ex tali numeratione ſi[...] & patrono acquirit obligationem. r i. ab ea quæ ex naturali actu & numeratione naſcitur. ſ Reſponſio ad quartam quæſtionem.
t Vnde hæc conſtat malignitas? Libertus hic ſtipulatur mutuam pecuniam red[...] patrono, ſtipulatur verò impersonaliter dari vſuras. Si malignè velimus interpretari, eidem vſuras intelligetur ſtipulatus & pecuniam dari. Si ita eſt, neutra ſtipulatio (vtpote in alterius perſonam concepta) valebit, actus peribit, ne ita [...], dicendum eſt libertum hoc caſu videri ſibi vſuras ſtipulatum, ne ſc. actus pe[...]eat *l.80. ſ. eod.* Maligna eſt, igitur interpretatio quæ actum vitiat, atque ita [...]ntum hic vtilitas actus valet, vt obligatio ſortis ex numeratione, vni, i. patrono, vſurarum, alteri, i. liberto, acquiri poſſit.
u i, vt malignam illam interpretationem vitemus.
x id obſeruatur in ſimilibus caſibus, in quibus receptum eſt, vt quod quis alterius nomine acquiſiuit, id ei cogatur cedere, *l.10 §.6. ſ. mand.*
y realis, non verbalis. z nam ſi hic verbis contractam obligationem inſpiciamus, patrono nulla acquiritur obligatio: ſi re contractam, acquiritur.
a nam interdum ex natura rei vel contractus intelligitur dies, vel conditio.
b ſenſus eſt, in ſtipulatione diem vel conditionem non habente rectè intelligi[...]ur dies vel conditio. Cui bono hæc dicuntur? vt intelligas in poſteriore ſtipulatione vſurarum non videri repetitam perſonam patroni quæ in priori, nempe [...]rtis nominata fuerat.
c ſenſus eſt, Perſona extranea à contrahentibus nunquam intelligitur in contractu, ideoque nec patroni perſona cenſebitur repetita in poſteriore ſtipulatione, adde *l.99. ſ. eod.* d ſtiteris, *Vulg.Hal. v.l.97. ſ. eod.*
e Vtile per inutile non vitiatur. f *l.24. ſ. eod.* g i. nec pupillus, nec eius fideiuſſor. h Ex obligatione petitio, ex petitione mora naſcitur. ideóque vbi nulla obligatio, ibi nulla petitio: vbi nulla petitio, ibi nulla mora. *l.40. ſ. de reb. cred. l.21. ſ. de vſur. l.88. j. de reg. iur.* Ex ſola naturali obligatione nulla petitio conceditur: ideoque ſuper ea ſola non poteſt mora fingi, vel iudicium ferri.
i & obligatio, hinc collige. Pupillum ſine tutoris auctoritate non obligari ciuiliter. An ſaltem naturaliter? *v.l.1. in fin. ſ. de nouationib.*
k hinc collige. Fideiuſſorem his caſibus conueniri & condemnari poſſe, quamuis pupillus conueniri non poſſit ex ſola naturali obligatione. Dices iniquum eſſe vt in plus obligetur fideiuſſor quam reus, *l.42. j. de fideiuſſorib.* Solue, in plus non obligabitur, ſed efficacius.
l *l.88. in fin. ſ. eod.*

a Adiecto ſtipulationi inutiliter non rectè ſoluitur: is enim pro non adiecto habetur, cuius perſona nec ad obligationem, nec ad ſolutionem valet. adde *l. 11. & 12. j. de ſtipul. ſeruor.*
b Si rem tuam aut meam mihi promiſeris, non valet obligatio in re mea, *l.16. l.31. ſ. eod.*
c dabis *Vulg.Hal.*
d venerit, *Vulgat. Hal.*
e factus ſit: *Hal.*
f Plures ſi conditiones coniunctim ſunt poſitæ vel affirmando, vel denegando, omnes exiſtere neceſſe eſt, *l.5. ſ. de cond. inſt. l.13. §.2. ſ. de reb. dubiis.*
g Hæc particula coniunctiua eſt non diſiunctiua hoc loco, *v. Cuiac. ad leg. 132. j. eod. aduerſ. Alciat.*
h Plures ſi conditiones diſiunctim vel affirmando vel negando poſitæ ſũt, ſufficit vnam earum exiſtere.
i *v.l.39. ſ. eod.*
k Differentiam eorum quæ iuris ſunt & facti obſerua.
l *l.4. §.1. ſ. eod.*
m *l.55. ſ. eod. l.33. j. de ſolut.*
n adde *l.27. j. de ſolut.*
o non vt adoptator.
p fortè naturalem, aut alumnum, vel cognatum dantis.
q ea lege ſc. vt haberet, cuſtodiret, tractaret non inhumane, nec crudeliter, ſed vt eum haberet in fidem & clientelam ſuam. inde clientes ſuſcepti appellantur, *auctore Seruio. 6. Æneidos.* Saluianus, *l.5. de gubernatione Dei.* Quærunt auxilia & patrocinia maiorum, nihil ſuſceptis tribuunt, ſed ſibi. *quaſtionibus mixtis.* Numquid ſi malæ vitæ ſit aduocatus contra *ſuſceptum* eius prouocabitur? hoc eſt officium aduocati vt ſecundum iuris ordinem ſuſcepti ſui cauſam peroret. Numquid poterit vita eius, ſi turpis eſt, obeſſe cauſæ ſuſceptis? *v. Cuiac. hic.* Hinc ſuſcepti, teſtes eſſe non poſſunt accuſatori. *Paul. 5. ſent. 15. §. 1. in fragmentis Collationis legum Moſaicarum tit. 9.* Eodem vocabulo vtitur etiam Iulius Seuerinus in præceptis Rhetoricis. Familiaris nomen, cuius fit mentio, in *l.6. §.5. C. de his qui ad Eccleſ. conf.* non male ad ſuſceptum refertur.
r i. abdicauerit, *l.6. C. de patria poteſtate.*
ſ i. eum præterierit.
t Non tamen præſumitur pater qui non diligit filium, *v. Alciat. 1. præſumt. 14.*
u Non tamen temere debet facere.
x ita legendum puto. Quod ſi non aliter eum, quàm vt filium obſeruanti, vt ſit ſenſus, Adoptiuo erga parentem adoptantem inofficioſi querelam merito competere: Immeritò non competere.
y i. querela inofficioſi.
z ſolent enim parentes liberos iuſte emancipare. Emancipatio non eſt actus paterno amori contrarius: adde tamen non poſſe inuitum emancipare ſine ratione, *Nou.89.c.11.*
a Qui ita ſtipulatur, *ſi me exheredas*, non hoc agit palam & principaliter vt inſtituatur heres, ſed vt ne notetur, vel ne rubore ſuffundatur. Eſt enim iniuriæ ſpecies exheredari, *l.8. ſ. de inoffic. l. multi non nota. 18. ſ. de liber. & poſt.* quæ ſtipulatio non valeret, ſi palam conciperetur, *ſi me heredem non feceris.* Pactum enim de futura ſucceſſione non valet. Porrò multa tacite fieri, ius eſt, quæ expreſſe ius non ſit facere, *l.195. j. de reg. iur.* adde Cuiac. *Nou.18.*
b i. merito exheredato.

res in extraneo *a* ineptas ? Sed ſi is qui legitimè adoptauit nihil facit contra verba ſtipulationis, cum vtitur patrio iure, in eo *b* qui hæc non fecit, dicit ſuperuacuo, dici tamen poterit commiſſam eſſe ſtipulationem.

1 ¶ Filiusſamilias *c* ita ſtipulatus eſt, *Quantam* d *pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes?* & emancipatus crediderit patri, non debebit fideiuſſor : quia nec reus ei tenetur.

De ſtipulatione, neque per te, neque per heredem tuum fieri.

133. *Scæuola* ‖ lib. 13. Quæſtionum. ‖

SI ſic ſtipulatus ſim, *neque per te, neque per heredem tuum vim fieri ſpondes?* & egi quòd mihi vim feceris ? Rectè remanere *e* factum heredis in ſtipulatione: nam & ex ipſius poſteriore vti poteſt committi ſtipulatio, non enim ad vnam vim pertinet. nam ſicut & ipſius *f* & heredis caput *g*, ita ipſius vis vel ſæpius facta complectitur, vt condemnetur, quanti intereſt, aut ſi ſic volumus factam eſſe ſtipulationem, *Neque h per te, neque per heredem tuum fieri?* vt ad vnam vim primam teneat *i* ſi vim fecerit: ampliùs ex heredis *k* committi non poterit *l*. ergo ſi "actum ſit" quaſi ex ipſius vi tota conſumpta ſit. quod non eſt verum.

De libertate matrimonij. 1. De tacita repetitione eorum de quibus in præfatione conuenit. 2. De eo qui literis cauet ſe præſtaturum. 3. De vna ſtipulatione pluribus pactis ſubiecta.

134. *Paulus* ‖ lib. 15. Reſponſorum. ‖

TItia *m* quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Gaio Seio habenti filiam : & tempore matrimonij conſenſerunt *n*, *vt filia Gaij Seij filio Titiæ deſponderetur.* & interpoſitum eſt inſtrumentum, & adiecta pœna *ſi quis eorum nuptiis impedimento fuiſſet*, poſtea Gaius Seius conſtante matrimonio diem ſuum obiit. & filia eius noluit *o* nubere. quæro, an Gaij Seij heredes teneantur ex ſtipulatione ? Reſpondit, ex ſtipulatione quæ proponeretur, cùm non ſecundùm bonos *p* mores interpoſita ſit, agenti exceptionem doli mali obſtaturam : quia inhoneſtum *q* viſum eſt, vinculo *r* pœnæ matrimonia obſtringi, ſiue futura, ſiue iam contracta.

1 ¶ Idem reſpondit, *plerumque ea quæ præfationibus* f *conueniſſe concipiuntur, etiam in ſtipulationibus repetita creduntur.* ſic *s* tamen, vt non ex ea repetitione inutilis efficiatur ſtipulatio.

2 ¶ Idem reſpondit: cùm Septicius literis ſuis præſtaturum ſe cauerit pecuniam, & vſuras eius ſemiſſes, quæ apud Sempronium depoſitæ ſint, ſi inter præſentes actum eſt, intelligendum etiam à parte Lucij Titij præceſſiſſe *u* verba ſtipulationis.

3 ¶ Idem reſpondit quoties pluribus *x* ſpecialiter *p* actis ſtipulatio vna omnibus ſubiicitur, quamuis vna interrogatio, & reſponſum vnum ſubiiciatur, tamen proinde *y* haberi, ac ſi ſingulæ ſpecies in ſtipulationem deductæ fuiſſent.

De vſuris. 1. De purgatione moræ. 3. De ſeruo ex lege dato ne quibusdam perſonis ſeruiret. 4. De doli clauſula.

135. *Scæuola* " lib. 5. Reſponſorum."

"SI" ita quis promiſerit, *Decem tibi dabo, qua* Z *die petieris, & eorum vſuras in dies a triginta* : quæro, vſuræ vtrùm ex die ſtipulationis, an ex die *b* qua petita ſors fuerit, debeantur ? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, ex die ſtipulationis deberi : niſi aliud actum manifeſtè probaretur.

1 ¶ Item quæſitum eſt quando pecuniam reddere debebo, cùm primum petierit *c* ? Reſpondit *d*, verba quæ proponerentur, ex die quo ſtipulatio facta eſſet, initium capere.

2 ¶ Seia cauit Lucio Titio, *quòd mandante eo hortos emiſſet : cum e pretium omne cum vſuris ab eo recepiſſet, ſe in eum proprietatem hortorum tranſlaturam*, deinde in continenti inter vtrumque conuenit, *vt intra Kalendas Apriles primas vniuerſam ſummam mandator numeraret, & hortos acciperet*, quæritur, cùm ante Kalendas Apriles non omne pretium cum vſuris à Lucio Titio Seiæ ſolutum ſit, interpoſito tamen modico *ſ* tempore reliquum pretium cum vſuris Seiæ Titus ſoluere paratus fuerit, neque Seia accipere voluit, & vſque in hodiernum per Titium non ſtet quominus reliquum ſolueret, an ſi nihilominus Lucius Titus, Seiæ vniuerſam pecuniam ſoluere paratus ſit, ex ſtipulatu agere poſſit ? Reſpondit poſſe, ſi non multò pòſt *a* obtuliſſet, nec mulieris quicquam propter eam moram intereſſet, quod omne ad iudicis cognitionem remittendum eſt.

3 ¶ Ea *b* lege donatum ſibi eſſe à Seia ſeruum, & traditum, *vt ne ad fratrem eius, aut filium, aut vxorem, aut ſocrum perueniret*, ſcripſit. & hæc ita ſtipulante Seia, ſpopondit Titius, qui poſt biennium heredes reliquit Seiam, & fratrem. cui ne ſeruiret, expreſſum erat : quæritur, an Seia cum fratre cohærede ex ſtipulatu agere poſſit ? Reſpondit poſſe in id *c* quod eius intereſt.

4 ¶ Filia quæ de inofficioſo agere inſtituit, & tranſegit poſtea cum heredibus ſtipulatione interpoſita, & ſubiecta doli *d* clauſula, apud præfectum *e* de falſo teſtamento egit, nec probauit : quæro, an ex doli *f* clauſula poſſit conueniri ? Reſpondi, nihil ad eam ſtipulationem id quod poſtea actum proponeretur, pertinere.

De variatione in nomine rei. 1. De ſeruitutibus.

136. *Paulus* " lib. 5. Sententiarum."

SI ſub *g* vna ſignificatione diuerſis nominibus ea res quæ in ſtipulatum deducitur, appellatur, non infirmat obligationem, ſi *h* alter altero verbo vtatur.

1 ¶ Si quis *viam ad fundum ſuum dari* ſtipulatus fuerit, poſtea fundum partémve eius ante conſtitutam ſeruitutem alienauerit, euaneſcit ſtipulatio.

De continuitate & interruptione. 1. De diſſenſu. 2. De eo quod certo loco dari debet. 3. De inſula facienda. 4. De difficultate præſtationis. 5. De eo quod eſt impoſſibile promittenti. 6. De eo quod natura vel iure impoſſibile eſt. 7. De ſtipulatione pœnali.

137. *Venuleius* lib. 1. Stipulationum.

COntinuus *k* actus ſtipulantis & promittentis eſſe debet: vt *l* tamen aliquod momentum naturæ interuenire poſſit, & communis *m* reſponderi ſtipulanti oportet. cæterùm ſi poſt interrogationem aliud acceperit *n*, nihil proderit: quamuis eadem die ſpopondiſſet *o*.

1 ¶ Si *hominem* ſtipulatus ſim, & ego de alio ſenſero, tu de alio, nihil acti erit. nam ſtipulatio ex vtriuſque conſenſu perficitur.

2 ¶ Cum ita ſtipulatus ſum, *Epheſi dari*? ineſt *p* tempus. quod autem accipi debeat, quæritur. & magis eſt vt totam eam rem ad iudicem, id eſt, *q* ad virum *r* bonum remittamus, qui æſtimet quanto tempore diligens paterfamiliàs conficere poſſit quod facturum ſe promiſerit, vt qui Epheſi daturum ſe ſpoponderit, neque duplomate *ſ*, diebus, ac noctibus, & omni tempeſtate contempta, iter continuari *t* cogatur: neque tam delicatè progredi debeat, vt reprehenſione dignus appareat. ſed habita ratione temporis, ætatis, ſexus, valetudinis: cùm id agat, vt maturè perueniat, id eſt, eodem tempore, quo plerique eiuſdem conditionis homines ſolent peruenire. eóque tranſacto, quamuis Romæ remanſerit *u*, nec poſſit Epheſi pecuniam dare, nihilominus ei rectè condicetur, vel quia per ipſum ſteterit quo minus Epheſi daret, vel quoniam per alium Epheſi poſſit dari, vel quia vbique *x* poteſt ſoluere. nam & quod in diem debetur, ante *y* ſolui poteſt, licèt peti non poteſt. quòd ſi duplomate vſus, aut felici nauigatione, maturius quàm quiſque peruenerit Epheſum, confeſtim obligatus eſt, quia in eo quod tempore atque facto finitum eſt nullus *z* eſt coniecturæ locus.

3 ¶ Item qui *inſulam fieri* ſpopondit, non vtique conquiſitis vndique fabris, & plurimis operis *a* adhibitis, feſtinare debet, nec rurſus vtroque *b*, aut altero contentus eſſe: ſed modus *c* adhibendus eſt ſecundùm rationem diligentis ædificatoris *r* & temporum, locorúmque. item ſi non inchoetur opus, id tantùm æſtimetur, quod in illo interuallo effici potuit : tranſactoque *d* tempore quo inſulam conſummare oportuerit, ſi poſtea ædificetur, liberetur reus : ſicut liberatur qui ſe daturum ſpopondit, ſi quandoque tradit.

4 ¶ Illud inſpiciendum eſt, an qui *centum dare* promiſit, confeſtim teneatur, an verò ceſſet obligatio, donec pecuniam conferre poſſit. quid ergo ſi neque domi habet, neque *e* inueniat creditorem ? Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & reſpiciunt ad facultatem *f* dandi. eſt autem facultas perſonæ *g* commodum incommodúmque, non rerum quæ promittuntur. & alioquin ſi quis Stichum dari ſpoponderit, quæremus vbi ſit Stichus : aut ſi non multum referre videatur, Epheſi daturum ſe, an quod Epheſi ſit, cùm ipſe Romæ ſit, dare ſpondeat: nam hoc quoque ad facultatem dandi pertinet: quia in pecunia & in Sticho illud commune eſt, quod promiſſor in præſentia dare non poteſt.

a *l. 8. §. 8. ſup. de bon. poſſ. contr. tab.*
b i. in ſuſceptore fruſtra exigitur vt emancipet, vel exheredet pœnæ vitandæ cauſa : nec enim eo nomine pœnam committit: ſed quod malè tractet ſuſceptum, eum abiiciendo vel omittendo.
c adde *l. 31. l. 78. ſup. eo. l. 47. in fin. J. de fideiuſſor.*
d *l. 47. in fin. J. de fideiuſſ.*
e adde *l. 22. ſup. de except. rei iud.*
f ipſius vim, *Hal.*
g & heredis capit, *Hal.*
h Hac particula factum promiſſoris & eius heredis continentur. Eſt enim hæc coniunctiua, interdum diſiunctiua, *v. Cuiac. hic aduerſ. Alciat.*
i vim primam pertineat, ſi vim fecerit amplius, &c. *Hal.*
k exheredis facto committi. *Vulg.*
l non poſſit. *Hal.* non poterit ἀσυνάπτως, quaſi ex ipſius vi, &c. Alciat. 9. *parer.* 18. ita reſtitui ex antiquo libro, quod ab eo perfidioſe factum notat Cuiac. *hic.*
m dixi *l. 97. §. 1. ſup. eod.*
n Deſponſationes à parentibus, liberorum nomine, cónuentione interdum fiebant. Deſtinabantur, vero vxores liberis teſtamento, vt & inter viuos citra conuentionem, *v. Cuiac. 16 obſer. 33.*
o Conſponſiones parentum non tenuerunt liberos nō adſtipulantes. *l. 11. ſup. de ſponſalib. l. 2. ſup. de ritu.* hinc illud Pamphili *in Andria act. 1. ſcena. 5.* Proh Deû atque hominum fidem, quid eſt, ſi non hæc contumelia eſt? vxorem decreuit ſeſe dare mihi hodie nóne oportuit præſciſſe me ante? nonne prius communicatum oportuit?
p Cur ita? *v. J. eod.*
q Imo non eſt inhoneſtum *l. 71. §. 1. ſup. de cond. & dem.* hodie videtur non inhoneſtum ex Nouell. Leonis 18.
r Matrimonia debent eſſe libera, *l. 19. ſup. eod l. 14. C. de nupt. l. 79. in fin. ſup. de condict. & demonſtr.*
f Præfationibus ſiue pactis quæ continentur (vt dies, conditio, res) ſubiectis in ſtipulationibus repetita videntur, §. 3. J. *eod. l. 4. in fin. ſup. de pact. l. 20. ſup. de ædilit.*
t *l. 126. §. 1. ſup. eod. l. 113. §. 4. ſup. de leg. 1. l. vlt. ſup. de fideic. libert.*
u *Paul. 5. ſent. 5. §. 2. in fin. §. 17. Inſt. de inutil. ſtip. §. vlt. inſt. de litter. oblig.*
x *l. 140. J. eod.*
y perinde *Vulg. Hal. v. §. 1. ſupra eod. l. 29. ſup. eod.*
z Hæc verba admonitionem habent potius quàm dilationem, *lege 48. ſupra eodem.* nec ſorti nec vſuris datur his verbis dilatio. Huiuſmodi ſtipulatio pura eſt.
a Vſuras in diebus 30. nonnunquam ſtipulari veteres conſueti, *l. 40. ſupra de rebus creditis.*
b id eſt, an ex mora.
c cum primum petierit, *Hal.*
d Reſpondit ſecundum ea quæ proponerentur. *Vulg. Hal.*
e *al.* & cum.
f *v. l. 105. de ſolutionibus.*
y *l. 38. §. 4. J. de ſolutionib. l. 12. C. de fideicom.*
z Quid ita ? Notoria non indigent probatione, *l. 1. §. 8. ſupra de ...gata.*
a plurimis operariis, *Hal. Vulg.*
b nec rurſus vno aut altero, *Vulg.* vno atque altero. *Hal.*
c *l. 58. §. 7. ſupra locati.*
d *l. 91. §. 3. ſupra eod.*
e *v. l. 9. ſupra de vſuris.*
f Tacitæ conditiones ex æquo ſubintelligendæ. hinc Seneca: Sube... exceptio, ſi potuero, ſi debebo, *4. de benefic. 39.* De tacitis conditioni... de Oldendorpium in *Topicis in loco ab authoritate ſeu præiudiciis* ... *ro* 5.
g *v. l. 125. J. de verb. ſign.*

¶ Et

¶ Et generaliter cauſa *a* difficultatis ad incommodum promiſſoris, non ad impedimentum ſtipulatoris pertinet: ne incipiat dici eum quoque dare non poſſe, qui alienum ſeruum quem dominus non vendat dare promiſerit.

5 ¶ Si ab eo ſtipulatus ſim, qui efficere non poſsit, cùm alio *b* poſsibile ſit, iure factam obligationem Sabinus ſcribit.

6 ¶ Cùm quis ſub hac conditione ſtipulatus ſit, *ſi rem ſacram aut religioſam Titius vendiderit, vel forum, aut baſilicam* c, & huiuſmodi res quæ publicis vſibus in perpetuum relictæ ſint, vbi omnino conditio iure impleri non poteſt *d*, vel id facere ei non liceat, nullius momenti fore ſtipulationem: proinde *e* ac ſi ea conditio quæ natura impoſsibilis eſt, inſerta eſſet, nec ad rem pertinet, quòd ius mutari poteſt, & id quod nunc impoſsibile eſt, poſtea f poſsibile fieri. non enim ſecundum futuri temporis ius, ſed ſecundum præſentis æſtimari debet ſtipulatio.

7 ¶ Si, *vt aliquid fiat*, ſtipulemur, & vſitatius, & elegantius eſſe Labeo ait, ſic *g* ſubiici pœnam, *Si ita factum non erit.* at cùm quid ne fiat, ſtipulemur, tunc hoc modo, *ſi aduerſus ea factum erit:* & cum alia fieri, alia non fieri, coniunctè ſtipulemur, ſic comprehendendum, *ſi non feceris, ſi quid aduerſus ea feceris.*

8 ¶ Præterea ſciendum eſt, quod dari ſtipulemur, non poſſe nos vni *h* ex heredibus adquiri, ſed neceſſe eſſe omnibus adquiri: at *i* cùm quid fieri ſtipulamur, etiam vnius perſonam rectè comprehendi.

De eo, quod certis nundinarum diebus dari debet.
1. De alternatione.

138. *Idem* lib. 4. Stipulationum.

EVm qui *certarum nundinarum diebus dari* ſtipuletur, primo die petere poſſe Sabinus ait. Proculus autem & cæteri diuerſæ ſcholæ auctores, quamdiu *k* vel exiguum tempus ex nundinarum ſpatio ſupereſſet, peti poſſe exiſtimant. ſed ego cum Proculo ſentio.

1 ¶ Cùm purè ſtipulatus ſum, *illud aut illud dari*, licebit *l* tibi, quotiens voles, mutare voluntatem in eo quod præſtaturus ſis *m*: quia diuerſa *n* cauſa eſt voluntatis expreſſæ, & eius quæ ineſt.

De duplæ ſtipulatione.

139. *Idem* lib. 6. Stipulationum.

CVm ex cauſa duplæ ſtipulationis aliquid intendimus, venditoris heredes in ſolidum omnes conueniendi ſunt, omnéſque *o* debent ſubſiſtere. & quolibet eorum defugiente, cæteris ſubſiſtere nihil prodeſt: quia in ſolidum defendenda eſt venditio, cuius *p* indiuiſa natura eſt. ſed cùm vno defugiente omnes defugiſſe videantur, ideóque omnes teneantur, vnicuique pro parte hereditaria præſtatio incumbit.

De numero ſtipulationum. 2. Si ſtipulatio ad eum caſum peruenerit, à quo incipere non poteſt.

140. *Paulus* lib. 3. ad Neratium.

PLuribus *q* rebus prępoſitis, ita ſtipulatio facta eſt, *ea omnia quæ ſupraſcripta ſunt dari?* propius eſt, vt tot *r* ſtipulationes, quot res ſunt.

1 ¶ De hac ſtipulatione, *Annua, bima, trima die id argentum quaque die dari?* apud veteres variatum fuit. *Paulus*: Sed verius & hic tres *ſ* eſſe trium ſummarum ſtipulationes.

2 ¶ Et ſi placeat extingui *t* obligationem, ſi *u* in eum caſum inciderit, à quo incipere non poteſt, non tamen hoc in omnibus verum eſt: ecce ſtipulari *Viam, iter, actum ad fundum communem* ſocius non poteſt, & tamen ſi is qui ſtipulatus fuerat, duos heredes reliquerit, non extinguitur ſtipulatio. & per partem dominorum ſeruitus adquiri non *x* poteſt: adquiſita tamen conſeruatur, & per partem domini *y* hoc euenit, ſi *z* pars prædij ſeruientis, vel cui ſeruitur, alterius domini eſſe cœperit.

De electione, de impubere. 3. De adiecto in ſtipulatione omiſſo in reſponſione. 4. De loco & die. 5. De adiecto.

141. *Gaius* lib. 2. de verborum obligationibus.

SI ſeruus aut filiusfamilias ita ſtipulatus ſit, *Illam rem aut illam, vtram ego velim?* non *a* pater, dominúſve, ſed filius, ſeruúſve deſtinare de alterutra debet *b*.

1 ¶ Extranei quoque perſona ſi comprehenſa fuerit, veluti hoc modo, *Vtram earum Titius elegerit* c, non aliter ſtipulator alterutrius petendæ facultatem habet quam ſi Titius elegerit.

2 ¶ Pupillus licet ex *d* quo fari cœperit, rectè ſtipulari poteſt, tamen ſi in parentis poteſtate eſt, ne *e* auctore quidem patre obligatur. pubes verò qui in poteſtate eſt, proinde ac ſi paterfamilias, obligari ſolet.

¶ Quod autem in pupillo dicimus, idem & in filiafamilias impubere dicendum eſt.

3 ¶ Si ita fuero ſtipulatus, *Mihi aut Titio:* & tu mihi *f* daturum *g* te ſpondeas, ſecundùm omnium opinionem ad interrogatum te reſpondere: quia conſtat mihi ſoli adquiri obligationem: Titio autem dumtaxat rectè ſoluitur.

4 ¶ Si inter eos qui Romæ ſunt, talis fiat ſtipulatio *h*, *Hodie Carthagine dare ſpondes?* Quidam putant non ſemper videri impoſsibilem cauſam ſtipulationis contineri: quia poſsit *i* contingere vt tam ſtipulator, quam promiſſor ante aliquod tempus ſuo quiſque diſpenſatori notum fecerit, in eum diem futuram ſtipulationem, ac demandaſſet promiſſor quidem ſuo diſpenſatori, vt daret: ſtipulator autem ſuo, vt acciperet. quod ſi ita factum fuerit, poterit valere ſtipulatio.

5 ¶ Cùm *mihi aut Titio* ſtipulor, dicitur aliam quidem rem in perſonam meam, aliam in Titij deſignari non *a* poſſe: veluti mihi decem, aut Titio hominem, ſi verò Titio ea res ſoluta ſit, quæ in eius perſona deſignata fuerit, licet ipſo iure non liberetur promiſſor, per exceptionem tamen defendi poſsit.

6 ¶ Tempora verò diuerſa deſignari poſſe, veluti, *mihi kalendis Ianuariis, aut Titio Kalendis Februariis?* Immò etiam citeriorem *b* diem in Titij perſonam conferri poſſe, veluti, *Mihi Kalendis Februariis, Titio Kalendis Ianuariis?* quo caſu talem eſſe ſtipulationem intelligimus, *Si Titio Kalendis Ianuariis non dederis, mihi Kalendis Februariis* c *dare ſpondes?*

7 ¶ Sed rurſus mihi quidem purè aut Titio ſub conditione ſtipulari poſſum. Contrà verò ſi mihi ſub conditione aut Titio purè, inutilis erit tota ſtipulatio, niſi in meam perſonam conditio extiterit: ſcilicet "quia" niſi quod ad me, vim acceperit obligatio, adiectio nihil poteſt valere. Hoc tamen ita demum tractari poteſt, ſi euidenter apparet purè Titij perſona adiecta. alioquin cùm ita ſtipulor, *Si nauis ex Africa venerit, mihi aut Titio dari ſpondes?* Titij quoque perſona ſub eadem conditione adiici videtur.

8 ¶ Ex hoc apparet, ſi diuerſa *d* conditio in meam perſonam, diuerſa in Titij poſita ſit, nec in meam perſonam extiterit conditio, totam *e* ſtipulationem nullius momenti futuram. extante verò mea conditione, ſi quidem Titij quoque conditio extiterit, poterit vel Titio ſolui. ſi verò in illius perſona defecerit, quaſi non adiectus habebitur.

9 ¶ Ex his omnibus apparet, licet alterius perſona non rectè adiiciatur, non ideo minus in noſtra perſona vtiliter procedere ſtipulationem.

DE DVOBVS *f* REIS CONSTITVENDIS †.

TIT. II.

Definitio.

Modeſtinus lib. 2. Regularum.

QVI ſtipulatur, reus *g* ſtipulandi *h* dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur.

De conſtitutione & diſſolutione obligationis in ſolidũ.

2. *Iauolenus* lib. 3. ex Plautio.

CVm duo eandem pecuniam aut promiſerint *i*, aut ſtipulati ſunt, ipſo iure & ſinguli *k* in ſolidum debentur *l*, & ſinguli debent †. ideóque petitione *m* acceptilatione *n* vnius tota *o* ſoluitur obligatio.

De nouatione. 1. De conſtitutione & diſſolutione obligationis in ſolidum.

7. *Vlpianus* lib. 47. ad Sabinum.

IN duobus reis promittendi fruſtra timetur nouatio *p*. nam licet ante prior reſponderit, poſterior etſi ex interuallo *q* accipiatur, conſequens eſt dicere priſtinam obligationem durare, & ſequentem accedere. & parui refert *r*, ſimul ſpondeant, an ſeparatim promittant: cum hoc actum *ſ* inter eos ſit, vt duo rei conſtituantur, neque vlla nouatio fiet *t*.

1 ¶ Vbi duo rei facti ſunt, poteſt vel ab vno *u* eorum ſolidum peti. hoc eſt enim duorum reorum, vt vnuſquiſque eorum in ſolidum ſit obligatus, poſsítque ab alterutro peti. partes *x* autem à ſingulis peti poſſe nequaquam dubium eſt: quemadmodum & à reo & fideiuſſore petere poſſumus *y*. vtique enim, cùm vna *z* ſit obligatio, vna & *a* ſumma eſt: vt ſiue vnus ſoluat omnes liberentur: ſiue ſoluatur ab altero, liberatio contingat.

Quomodo interrogandum & reſpondendum.

4. *Pomponius* lib. 24. ad Sabinum.

DVo rei promittendi, ſiue ita interrogati, *Spondetis?* reſpondeant *b*, *ſpondeo*, aut *ſpondemus*, ſiue ita interrogati *ſpondes?* reſpondiſſent *ſpondemus*, rectè obligantur.

De operis.

5. *Iulianus* libro 22. Digeſtorum.

præordinatum. præordinatio in futurum inducit præſentiam futurorum.
a *l. 34. §. 2. l. 98. §. 4. § 6. j. de ſolut.* Imò poteſt, *l. 44. §. 4. ſup. de oblig.*
b *alias*, citeriore die.
c *l. 98. §. 5. inf. de ſolutionib.*
d adde *l. 126. §. 2. ſuprà eod.*
e Viriato principali, viriatur acceſſorium: & è contra, *Bald.*
f Stipulandi & promittendi 8. *C.* 40. 3. *Inſt.* 17. περὶ ἀλληλεγγύων. *Nouell.* 99. περὶ ἐνεχομένων δύο. 52. *Ecl. ex lib.* 43. *tit.* 2. Duo rei ſunt, qui vel ſinguli debent in ſolidum, vel quibus ſingulis in ſolidum debetur.
† hic titulus mutatus eſt magna ex parte per Nouellam 99. quam vide. Ceterùm de duobus reis conſtituẽdis accipe actiuè vel paſsiue, duo rei conſtituuntur, vel debendi ita & ſtipulandi.
g Reus dicitur & ſtipulandi, & promittendi. Dicitur etiam credendi, debendi, ſatiſdandi & accipiendi.
h dicitur & reus ſtipulando & promittendo, *Feſt.*
i aut promiſerunt, *Vulg. Hal.*
k & ſingulis in ſolidum debetur, *Vulg. Hal.*
l *§. 1. inſt. eo.*
† hodie beneficium diuiſionis competit, *Nou. 99. c. 1.*
m *l. 51. in fi. ſup. de euictionib. l. 31. §. 1. j. de nouationib.*
n & acceptilatione *Vulg.* acceptilationéque, *Hal. l. 13. in fi. l. 16. inf. de acceptilationib.*
o *Eclog. ibid. c. 11.* Imò non tota ſoluitur, *arg. l. 1. §. 18. in fi. ſup. depoſiti.*
p Ex duabus principalibus obligationibus non ſequitur nouatio, *Bald.*
q Duo rei poſſunt conſtitui, etiam interueniente modico interuallo.
r Imò, multum refert, *Inſt. eod. verſ. nam ſi prius.*
ſ *l. 8. §. 2. inf. de nouationibus.*
t fiat, *Vulg. Hal.*
u id eſt poteſt creditor à quo vult petere, ſed tamen hodie beneficium diuiſionis habet *Nou 99.*
x id eſt, Creditor poteſt non tantum plures reos ſimul conuenire, ſed & quemlibet eorum pro virili. y vel in ſolidum, vel in partem hodie competit beneficium diſcuſsionis.
z facit *l 9. ſup. de pact.* Imò non vna, *l. 9. in fin. j. eod.*
a vna etiam ſumma, *Hal.*
b *Inſt. in fi. pr. eo.* id eſt, nihil intereſt in reorum conſtitutione, rei vtantur verbo ſingulari vel plurali.

Nemo

NEmo *a* eſt qui neſciat alienas *b* operas promitti poſſe, & fideiuſſorem adhiberi in ea obligatione: & ideo nihil prohibet duos reos ſtipulandi conſtitui. vel promittendi, ſicuti ſi ab eodem fabro duo rei ſtipulandi eaſdem operas ſtipulentur, & ex contrario duo fabri eiuſdem peritiæ eaſdem operas promittere intelliguntur, & duo rei promittendi fieri.

Si ex duobus interrogatis vnus reſponderit. 1. De fideiuſſore. 2. Si ex duobus interrogantibus vni reſpondeatur. 3. De temporis ſpatio, & de actu interpoſito.

6. *Idem* ‖ lib. 52. Digeſtorum. ‖

DVos reos promittendi facturus, ſi vtrumque interrogauero, ſed *c* alter dumtaxat reſponderit, verius puto eum *d* qui reſponderit, obligari. neque enim ſub conditione interrogatio in vtriuſque perſona fit, vt ita demum obligetur, ſi alter quoque reſponderit.

1 ¶ Duobus autem reis conſtitutis, quin liberum ſit ſtipulatori, vel ab vtroque *e* vel ab altero dumtaxat fideiuſſorem accipere non dubito.

2 ¶ Sed ſi à duobus reis ſtipulandi interrogatus reſpondiſſet vni *f* ſe ſpondere, ei ſoli tenetur.

3 ¶ Duo rei ſine dubio ita conſtitui poſſunt, vt ‖ & temporis ratio habeatur, ‖ intra quod vterque reſpondeat.

¶ Modicum *g* tamen interuallum temporis, item modicus actus *h*, qui modò contrarius obligationi non ſit, nihil impedit quominus duo rei ſunt. Fideiuſſor quoque interrogatus inter duorum reorum reſponſa, ſi reſponderit, poteſt videri non impedire obligationem reorum: quia nec longum ſpatium interponitur: nec is actus qui contrarius ſit obligationi *i*.

De puritate, die, conditione.

7. *Florentinus* ‖ lib. 8. Inſtitutionum. ‖

EX duobus reis promittendi alius *k* in diem, vel ſub conditione obligari poteſt. nec enim impedimento erit dies aut conditio, quominus ab eo qui purè obligatus eſt, petatur.

De eo quod actum eſt ſpectando.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Reſponſorum. ‖

HIs verbis, *ea quæ præſtari ſtipulanti tibi ſpopondimus*, intereſſe *l* quid inter contrahentes actum ſit. nam ſi duo rei facti ſint, eum qui abſens *m* fuit non teneri, præſentem autem in ſolidum eſſe obligatum: aut ſi minus, in partem *n* fore obſtrictum.

Si verbis vel alio modo contrahatur. 1. De impari obligatione. 2. De loco & tempore.

9. *Papinianus o* ‖ lib. 27. Quæſtionum. ‖

EAndem rem apud duos pariter depoſui, vtriuſque fidem in ſolidum ſecutus: vel eandem rem duobus ſimiliter commodaui: fiunt duo rei promittendi: quia non tantùm verbis ſtipulationis, ſed & cæteris contractibus, veluti emptione *p*, venditione *q*, locatione *r*, conductione, depoſito *ſ*, commodato *t*, teſtamento *u*. vtputà ſi pluribus heredibus inſtitutis teſtator dixit, *Titius & x Mænius Sempronio decem dato.*

1 ¶ Sed ſi quis in deponendo penes duos paciſcatur vt ab altero culpa quoque præſtaretur, verius eſt, non eſſe duos reos à quibus impar ſuſcepta eſt obligatio.

¶ Non idem probandum eſt, cùm duo quoque culpam promiſiſſent, ſi alteri poſtea pacto culpa remiſſa ſit: quia poſterior conuentio quæ in alterius perſona interceſsit, ſtatum & naturam obligationis quæ duos initio reos fecit, mutare non poteſt. quare ſi ſocij ſint, & communis culpa interceſsit, etiam alteri *y* pactum cum altero factum proderit.

2 ¶ Cùm duos reos promittendi facerem *z*, ex diuerſis locis Capuæ pecuniam dari ſtipulatus ſim, ex perſona cuiuſque ratio proprij temporis habebitur. nam etſi maximè parem cauſam ſuſcipiunt, nihilominus in cuiuſque perſona, propria *a* ſingulorum conſiſtit obligatio.

De compenſatione.

10. *Idem* ‖ lib. 37. Quæſtionum. ‖

SI duo rei promittendi ſocij non ſint *b*, non *c* proderit alteri quod ſtipulator alteri reo pecuniam debet.

περὶ ἀλληλεγγύων, h. e. de his qui vice mutua fideiuſſerunt. 1. Si non exprimatur, vt ſint duo rei.

11. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

REos promittendi vice *d* mutua fideiuſſores non inutiliter accipi conuenit *e*. reus itaque ſtipulandi, actionem ſuam diuidere *f* ſi velit, (neque enim diuidere cogendus eſt) poterit eundem vt principalem reum, item qui fideiuſſor pro altero extitit, in partes conuenire: non ſecus ac ſi duos promittendi reos diuiſis actionibus conueniret.

a Negationes duæ affirmant. Nemo neſcit, id eſt, omnes ſciunt.
b id eſt, alias, *vt l. 3 ſup. de rei vind. v. Cuiac. 55. obſer. 5.* alias factum alienū inutiliter promittit, *l. 65. in fin. j. de fideiuſſ.* adde *l. 54. in fi. ſuprà de verb. obl.*
c & interrogauero & alter, *Hal.*
d Ex duobus interrogatis qui reſpondet obligatus intelligitur, v. §. 3. *inf. eo.*
e *l. 40. inf. de fideiuſſor.*
f Duobus interrogantibus, ei tantum quæritur obligatio cui reſponſum eſt, *vt hic*: & è contra, *in prin. ſup. eo.*
g *l. 12. j. eo. l. 137. ſup. de ver. obl.*
h *d. l. 12. l. 1. §. 1. & d. l. 137. ſupra de ver. obl.*
i principali.
k *§. vlt. Inſt. eo.*
l Duobus in ſolidum obligatis, ſi in vnius perſona obligatio non poteſt conſiſtere, alter in ſolidum obligatur: ſin minus, in virilem.
m *§. 12. Inſtit. de verb. obl.*
n Imò in ſolidum, *l. 2. ſup. eo.*
o Iulianus, *Hal.*
p Duo rei debendi in emptione, vēditione, conductione, locatione depoſito, commodato, & teſtamento fieri poſſunt.
q *l. 47. ſup. locat.*
r *d. l. 47. & l. 13. l. 26. l. 35. l. 4. §. 9. ſup. locat.*
ſ facit *l. 1. §. 14. §. 31. l. 17. ſup. depoſiti.*
t *l. 5. in fi. l. 6. l. 7. ſup. commod.*
u *l. 17. inf. eo.*
x Titius aut Mænius, *v. l. 8. §. 1. ſup. de leg. 1. l. 16. ſup. de leg. 2. l. 25. ſup. de leg. 3. v. Cuiac. 5. obſ 35.*
y *l. 21. §. 5. l. 25. ſuprà de pact.*
z & ex diuerſis? *Vulgat.* ſi ex diuerſis locis, *Hal.*
a Imò vna eſt, non duplex, *l. 3. in fin. ſup. eo.*
b aliud erit ſi ſint ſocij, *v. l. 25. ſup de pact. l. 5. ſuprà de compenſation.*
c Non poteſt vnus ex reis debendi cōpenſare quod alteri ſtipulator debet, *vt hic*: ſi tamen vice mutua fideiuſſerint, etiamſi ſocij non ſint, rectè vnus pro qua parte tenetur, quaſi fideiuſſor cōpenſat, quod alteri debetur, *l. 5. ſup. de compenſat.* v. Cuiac. *d. loco ad Afric.*
d Duo rei eiuſdem pecuniæ, non inutiliter fideiubent vice mutua. Duo rei debendi non videntur vice mutua fideiubere, niſi id actum ſit nominatim, etiam ſi ſocij ſint. nam ea parte Ioannes vetus Gloſſator improbandus eſt, *v. Cuiac. 4. ad Africanum in explicatione §. mulier. l. 17. ſup ad Velleian.*
e alias duo rei debendi: vt & ſtipulandi, *inf. eo.* non videntur vice mutua fideiubere, niſi nominatim id actum ſit, *v. Cuiac. ad Nou. 99.*
i *l. 51. §. 1. inf. de fideiuſſorib.*

1 ¶ Cum tabulis eſſet comprehenſum, *illum a & illum centum aureos ſtipulatos*, neque adiectum, ita vt duo rei ſtipulandi eſſent, virilem *b* partem ſinguli ſtipulati videbantur.

2 ¶ Et è contrario cùm ita cautum inueniretur, *Tot aureos rectè c dari ſtipulatus eſt Iulius Carpus d, ſpopondimus ego, Antoninus, Achilleus e, & Cornelius Diuus f*, partes viriles deberi: quia non fuerat adiectum ſingulos in ſolidum ſpopondiſſe, ita vt duo rei promittendi fierent.

Si alter hodie, alter poſtera die reſponderit. 1. De pupillo vel ſeruo.

12. *Venuleius* ‖ libro 2. Stipulationum. ‖

SI ex duobus qui promiſſuri ſint, hodie *g* alter, alter poſtera *h* die reſponderit, prolatus *i*, non eſſe duos reos, ac ne obligatum quidem intelligi eum qui poſtera die reſponderat: cum actor ad alia *k* negotia diſceſſerit, vel promiſſor, licet peractis illis rebus reſponderit.

1 ¶ Si à Titio & pupillo ſine tutoris auctoritate ſtipulatus fuero eadem decem, vel "à" ſeruo: & quaſi duos reos promittendi conſtitui, obligatúmque Titium ſolum *l* Iulianus ſcribit: quanquam ſi ſeruus ſponderit. in actione de peculio eadem obſeruari debent, ac ſi liber fuiſſet.

Si reus correo ſucceſſerit.

13. *Idem* ‖ libro 3. *m* Stipulationum. ‖

SI reus promittendi altero *n* reo heres *o* extiterit, duas obligationes eum ſuſtinere dicendum eſt. nam vbi quidem altera *p* differentia obligationum eſſe poſsit, vt in fideiuſſore & reo principali, conſtitit alteram ab altera perimi: cùm verò eiuſdem duæ poteſtatis *q* ſint, non poteſt reperiri, qua altera potius quā alteram conſummari. ideóque etſi reus ſtipulandi heres extiterit, duas ſpecies obligationis eum ſuſtinere.

De ſtipulationibus prætoriis.

14. *Paulus* ‖ lib. 2. Manualium. ‖

ET ſtipulationum prætoriarum duo *r* rei fieri poſſunt.

De alternatione.

15. *Gaius* ‖ lib. 2. de Verborum obligationibus. ‖

SI id quod ego & Titius ſtipulamur, in ſingulis perſonis proprium *ſ* intelligatur, non poterimus duo rei ſtipulandi conſtitui: veluti *t* cum vſumfructum aut dotis *u* nomine dari ſtipulemur. idque & Iulianus ſcribit. Idem ait & ſi Titius & Seius decem aut Stichū qui Titij ſit *x*, ſtipulati fuerint, non videri eos duos reos ſtipulandi: cum Titio decem tantum, Seio Stichus aut decem debeantur, quæ ſententia eò pertinet, vt quamuis vel huic, vel illi decem ſoluerit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus manet *y*, ſed dicendum eſt, vt ſi decem altero ſoluerit, ab altero liberetur *z*.

De obligatione.

16. *Idem* ‖ lib. 3. de Verborum obligationibus. ‖

EX duobus reis ſtipulandi ſi ſemel vnus egerit *a*, alteri promiſſor offerendo *b* pecuniam, nihil agit.

De legato.

17. *Paulus* ‖ lib. 8. ad Plautium. ‖

SIue à certis perſonis heredum *c* nominatim legatum eſſet, ſiue ab omnibus excepto aliquo, Atilicinus, Sabinus, Caſsius pro hereditariis *d* partibus totum eos legatum debituros aiunt, quia hereditas eos obligat. idem eſt cum omnes heredes nominantur.

De facto correi.

18. *Pomponius* ‖ lib. 5. ex Plautio. ‖

EX duobus reis eiuſdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet *e*.

De capitis deminutione.

19. *Idem* ‖ lib. 37. ad Quintum Mucium. ‖

CVm duo eandem pecuniam debent, ſi vnus capitis diminutione exemptus *f* eſt obligatione, alter non liberatur. multū *g* enim intereſt *h*, vtrum res ipſa ſoluatur *i*, an perſona liberetur, cum perſona liberatur manente obligatione, alter duret obligatus: & ideo ſi

a vide qua… ad *l. 56. ſup. de…* obl.
b Copula… eſt vt res… in æquales… adde *l. 43.*… ind. adde… pſi ad *Afr*… *ſi quando*… *ſtipulata*… c hac form… dari, ver… ſim vteb… contractib… *& l. 122.*… *de ver. obl.* *certum*… c. 146. … Varro 2. … ca 2. rectè… *l. 73. j.*… rectè deſer… *§. 3. inf.*… *ſolui*: rectè… dixi ad *l.*… *verb ſign.*… re. *l. 3. ſup.*… *earum*… ire ager… *de ſeruit.*… *diorum*… ordine… *ſup. ad*… dixi ad *l.*… *verſ. rectè*… *liberalit*… promitte… *ſup. de*… procura… *l. 38. ſup.*… *edicto.*
d Carpus… *Hal.*
e Archil…
f Corne… *Hal.* Cor… uidi in p… les debe… &c. *vulg.*
g *l. 6. in j.*… *ſup. de ver*…
h Quod… ſit, non… nenti: … tas notab… poris … i probat… promitto… proloc… latus, id e… vera Hal… ctio
k Aliud… quid eſt… non perti… primum… hil habet… ne cum… agitur, add… *ſi. ſup. eo.*
k adde *l. 6.*… *eod.*
m *lib. 7.*…
n alteri…
o *l. 5. in*… *deiuſſ.*
p aliqua… *Porta.*
q Poteſt… non poteſt… alteram p… alteram… poteſt reper… re altera quam altera conſumatur, *Hal.*
r *l. 18. j. ratam rem.*
ſ In eo quod non po… vni conuenire duorum reorum, conſtitutio non procedit: cuius rei hic t… runtur exempla.
t Primum exemplum de vſufructu, facit *l. 25. § 3. ſup. de vſufr. l. 9. in fi. j.*…
u alterum exemplum de dote, facit *l. 8. inf. tit. prox.*
x tertium exemplum de re propria ſtipulantis.
y ſtricto iure.
z ex æquo & bono.
a *l. 9. ſup. de ver. obl. l. 37. l. 57. j. de ſolut.* nota effectum litis conteſtatio…
b & ſoluendo.
c *v. l. 9 ſuprà eo.*
d Imò pro virilibus, *l. 124. ſup. de leg. 1.*
e Imò non nocet, *l. 32. §. 4. ſup. de*…
f hinc Seneca *4. de beneficiis 39.* Effice vt idem ſtatus ſit cùm exigis, qui fu… promitterem.
g Differentiam obſerua inter illa duo, rem ipſam ſolui, & perſonam liberari.
h Re ſoluta omnes rei liberati cenſentur: vna tamen perſona ſoluta, alia… obligatione poteſt remanere.
i id eſt, liberetur.

aqua

aqua & igni interdictum eſt, alicuius fideiuſſor poſtea ab eo datus tenetur.

DE STIPVLATIONE a SERVORVM b.

TIT. III.

Si ſeruus ſibi, vel domino, vel imperſonaliter ſtipuletur. 1. De ſeruo alieno bona fide ſeruiente. 2. De ſeruo communi. 3. Si ſeruus ſeruo ſtipuletur. 4. De ſeruo communi. 5. De ſeruo fructuario. 6. De ſeruo communi.

1. *Iulianus* ‖ lib. 52. Digeſtorum. ‖

CVM ſeruus ſtipuletur c, nihil d intereſt, ſibi an domino, an verò ſine e alterutra earum adiectione dari ſtipuletur.

1 ¶ Si ſeruus tuus, qui mihi bona fide ſeruiebat, peculium habuerit quod ad te pertineat f, & ego ex eo pecuniam Titio credidero, nummi tui manebunt, ſtipulando autem mihi ſeruus eandem pecuniam nihil aget: vindicando ergo eam pecuniam tu conſequi poteris.

2 ¶ Si ſeruus communis, meus & tuus, ex peculio quod ad te ſolum pertinebat, mutuam pecuniam dederit, obligationem tibi acquiret, & ſi eandem mihi nominatim ſtipulatus fuerit, debitorem à te non liberabit, ſed vterque noſtrûm habebit actionem, ego ex ſtipulatu, tu, quòd pecunia tua numerata ſit. debitor tamen me doli mali exceptione ſummouere poterit.

3 ¶ Quod ſeruus meus meo g ſeruo dari ſtipulatur, id perinde haberi debet, ac ſi mihi ſtipuletur. Item quod tuo ſeruo ſtipulatur, perinde ac ſi tibi ſtipulatus eſſet: vt altera ſtipulatio obligationem pariat, altera nullius momenti ſit.

4 ¶ Communis ſeruus, duorum h ſeruorum perſonam ſuſtinet. idcirco ſi proprius meus ſeruus communi meo & tuo ſeruo ſtipulatus fuerit, idem iuris erit in hac vna conceptione verborum quod futurum eſſet, ſi ſeparatim duæ ſtipulationes conceptæ fuiſſent, altera in perſonam mei ſerui, altera in perſonam tui ſerui. neque exiſtimare debemus partem dimidiam tantùm mihi adquiri, partem nullius eſſe momenti: quia perſona ſerui communis eius conditionis eſt, vt in eo quod alter ex dominis poteſt adquirere, alter non poteſt, perinde i habeatur, ac ſi eius ſolius eſſet, qui adquirendi facultatem habeat.

5 ¶ Si fructuarius ſeruus ſtipulatus eſſet fructuario, aut proprietario, ſi quidem ex k re l fructuarij ſtipulatus eſſet, inutilis eſt ſtipulatio: quia vtrique m ex re fructuarij actionem adquirere n potuiſſet: ſed ſi aliud o ſtipulatus fuiſſet, proprietarium petere poſſe. & ſi promiſſor fructuario ſoluiſſet, liberatur.

6 ¶ Cùm ſeruus communis Titij & Mæuij ſtipulatur in hunc modum, *Decem Kalendis Titio dare ſpondes? ſi decem Kalendis Titio non dederis, tunc Mæuio viginti dare ſpondes?* duæ p ſtipulationes eſſe videntur. ſed ſi Kalendis decem data non fuerint, vterque dominus ex ſtipulatu agere poterit. ſed in ſecunda obligatione Mæuio promiſſa, Titius exceptione doli ſummouebitur.

2. *Vlpianus* ‖ lib. 4. ad Sabinum. ‖

SEruus communis ipſe q ſibi ſtipulari non poteſt, quamuis conſtaret eum ſe ſtipulari domino poſſe. non enim ſe domino adquirit, ſed de r ſe obligationem.

De ſeruo vniuerſitatis.

3. *Idem* ‖ lib. 5. ad Sabinum. ‖

SI ſeruus reipublicæ, vel municipij, vel coloniæ ſtipuletur, puto ſ valere ſtipulationem.

De ſeruo communi.

4. *Idem* ‖ lib. 21. ad Sabinum. ‖

SI ſeruus communis ſibi & vni ex dominis ſtipuletur, perinde eſt, ac ſi omnibus t dominis & vni ex his ſtipuletur: veluti Titio & Mæuio, & Titio. & probabile eſt, vt Titio dodrans, Mæuio quadrans debeatur.

5. *Idem* ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

SEruus communis ſic u omnium eſt, non quaſi ſingulorum totus, ſed pro partibus vtique indiuiſis, vt intellectu x magis partes habeant, quam corpore. Et ideo ſi quid ſtipulatur, vel quaqua alia ratione adquirit, omnibus ‖ adquirit ‖ pro parte qua dominium in eo habent. Licet y autem ei & nominatim, alicui ex dominis ſtipulari, vel traditam rem accipere, vt ei ſoli adquirat. Sed ſi non z nominatim domino ſtipuletur, ſed iuſſu vnius dominorum, hoc iure vtimur, vt ſoli ei adquirat, cuius iuſſu ſtipulatus eſt.

6. *Pomponius* ‖ lib. 26. ad Sabinum. ‖

OFilius rectè dicebat, & per traditionem accipiendo, vel deponendo, commodandóque poſſe ſoli ei adquiri qui iuſſit a: quæ ſententia & Caſſij & Sabini dicitur.

7. *Vlpianus* ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

PRoinde & ſi quatuor forte dominos habuerit, & duorum iuſſu ſtipulatus ſit, his ſolis adquiret, qui iuſſerunt: magiſque eſt, vt non æqualiter b, ſed pro portione dominica totum eis adquiratur.

¶ Idem puto, & ſi nominatim eis ſtipulatus eſſe proponatur. nam etſi omnium iuſſu ſtipulatus ſit, vel omnibus nominatim, non dubitaremus omnibus pro dominicis eum portionibus, non pro virilibus adquirere.

a §.3. Inſtit. 18. περὶ ἐπερωτήσεων δούλων. 43. Ecl. 2. & 3.
b propriorum, communium: fructuariorum, alienorum.
c ſtipulatur. *vulg. Hal.*
d vide *l.15. ſ. eo.*
e id eſt, imperſonaliter. *l.17. §.1. ſ. eo.*
f pertinebat, *vulg. Hal.*
g *§.1. Inſtit. eo. l.40. ſup. de verb. obl.*
h Duorum ſeruorum perſonam ſeruus communis ſuſtinet, vt hic. quamuis id difficile ſit: *l.9. ſup. de pact.* fit tamen, *v. l.59. in fi. ad Treb.*
i *l.12. ſ. de author. tut.*
k *l.28. ſ. eod. l.98. §.7. ſ. de ſolut.*
l vel ex operis ſuis.
m ſoli enim fructuario illo caſu adquirit.
n non potuiſſet. *vulg. Hal.*
o lege aliunde.
p *l.44. in fin. ſup. de obl. & act. l.9. ſ. de ſeruis exportand.*
q ipſe ſe ſibi. *Contius & Cuiac. Inſt. eo. in verbo*, ſed cum factus, *in fin.* adde *l.18. §.1. inf. eod.*
r ſed de ſe domino. *Hal.*
ſ etiam ſi ipſa vniuerſitas non facilè conſentiat, *l.1. in fi. ſup. de adquir. poſſ.*
t *l.1. §.31. ſup. depoſiti.*
u *l.45. ſup. de adq. rer. l.66. §.2. ſup. de leg. 2.*
x Pars pro indiuiſo, intellectu magis [illegible] eſt, quam corpore: de quo vide [illegible] quæ ſcripſi ad *l.6. §.1. ſup. commun. prædior.*
y *l.7. §.1. l.28. §.3. l.33. ſ. eod. §.2. Inſt. l.37. §.3. ſup. de adquir. rer. l.1. §.7. ſup. de adquir. poſſ. §. vlt. Inſt. per quas perſonas nobis obl. l. [illegible] C. per quas perſonas.*
z non vni nominatim, *vulg. Hal.*
a Quod ſeruus præterea iuſſu domini facit, videtur facere nomine iubentis.
b id eſt, pro virili portione. Imò æqualiter. *l.37. ſ. eo.*

1 ¶ Si ſeruus communis ab vno a ex ſociis ſtipulatus ſit, ſi quidem nominatim alteri ſocio, ei ſoli debetur. ſin autem ſine b vlla adiectione purè ſtipulatus ſit, reliquas partes is ſeruus cæteris ſociis, præter eam partem ex qua promiſſor dominus eſſet, adquiret. ſed ſi iuſſu vnius ſocij ſtipulatus eſt, idem iuris eſt quod eſſet, ſi eidem illi ſocio nominatim dari ſtipulatus eſſet.

¶ Interdum etiamſi neque iuſſu, neque nominatim alteri ex dominis ſtipularetur: ei tamen ſoli c adquirere eum Iuliano placuit, vtputà ſi quid fortè ſtipuletur, quod vtrique adquiri non d poteſt. veluti ſeruitutem e ad fundum Cornelianum ſtipulatus eſt, qui fundus Sempronij erat, alterius ex dominis, ei ſoli adquirit.

8. *Gaius* ‖ lib. ſingulari de Caſibus. ‖

ITem ſi alter ex dominis vxorem ducturus ſit, & huic ſeruo dos f promittatur.

9. *Vlpianus* ‖ lib. 48 ad Sabinum. ‖

ITem ſi † ſeruus duorum, Titij & Mæuij, hominem qui Titij erat, ſtipulatus fuerit, ei ſoli adquirit, cuius non fuit. Sed ſi ſtipulatus ſit, Stichum ſibi *& Mæuio & Titio dare ſpondes?* totum eum Mæuio adquirit. quod g enim alteri ex dominis adquirere non poteſt, id ad eum qui ad obligationem admittitur pertinet.

1 ¶ Si cùm duos dominos ſeruus haberet, ſtipulatus fuerit *illi aut* h *illi* dominis ſuis, quæſitum eſt, an conſiſtat ſtipulatio? Caſſius inutilem eſſe ſtipulationem ſcripſit. & Iulianus Caſſij ſententiam probat; eóque iure vtimur.

10. *Iulianus* ‖ lib. 52. Digeſtorum. ‖

SEd ſi ita ſtipuletur, *Titio decem aut Mæuio fundum dare ſpondes?* quia incertum eſt vtri eorum adquiſierit actionem, idcirco inutilis ſtipulatio exiſtimanda eſt.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

SEd ſi *ſibi aut Primo aut Secundo* dominis ſuis ſtipulatus ſit, & hic tantundem erat probandum, quod Iulianus, inutilem eſſe ſtipulationem.

¶ Sed vtrùm adiectio inutilis eſt, aut tota ſtipulatio vtilis non eſt? Puto adiectionem i ſolam eſſe inutilem. eo enim quòd ait *mihi*, omni k adquiſiit ex ſtipulatu actionem.

¶ An ergo in cæterorum perſona ſolutio locum habeat exemplo extraneæ perſonæ? Et puto vel ſolui eis poſſe. quemadmodum cum ego mihi aut Titio ſtipuler. Cùm l ergo cum primo aut ſecundo dominis ſtipulatio non m conſtitit, nec [aut] ſolutio eſt, illa ratio eſt: quia non inuenimus in cuius perſona ſtipulatio conſtitit, in cuius ſolutio.

12. *Paulus* o ‖ lib. 10. Quæſtionum. ‖

NAm cùm vterque n obligationis capax ſit, non inuenimus quis adiectus ſit: quia non eſt qui petere poſſit.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 48. ad Sabinum. ‖

CVm enim ſtipulatur *domino*, *aut* o *extraneo* ſeruus, vtrumque conſiſtat, & in domini perſona ſtipulatio, & in extranei ſolutio. at hic τὸ ἰσάζον †, id eſt, *æquiualens*, corrumpit ſtipulationem & ſolutionem.

De ſeruo qui eſt apud furem.

14. *Iulianus* ‖ lib. 3. ad Vrſeium Ferocem. ‖

SEruus meus, cùm apud furem eſſet, furi p dari ſtipulatus eſt. negat furi deberi Sabinus q. ‖ quia eo tempore, quo ſtipulatus eſt, ei non ſeruiret. ſed nec ego ex ea ſtipulatione agere potero. Sed ſi detracta furis perſona ſtipulatus eſt, mihi quidem adquiritur actio: ſed furi nec mandati, nec alia actio aduerſus me dari debet.

De perſona cui ſeruus ſtipulatur: & de ſtipulatione imperſonali.

15. *Florentinus* ‖ lib. 8. Inſtitutionum. ‖

SIue r mihi, ſiue ſibi, ſiue conſeruo ſuo, ſiue imperſonaliter dari ſeruus meus ſtipuletur, mihi adquiret.

De ſeruo hereditario.

16. *Paulus* ‖ lib. 4. Regularum. ‖

SEruus hereditarius ſ futuro heredi nominatim dari ſtipulatus, nihil agit: quia ſtipulationis tempore heres dominus eius non fuit.

De ſeruo communi.

17. *Pomponius* ‖ lib. 9. ad Sabinum. ‖

SI communis ſeruus, meus & tuus, viam, vel iter, vel actum ſtipuletur, ſine adiectione nominis noſtri, cum t ego ſolus fundum vicinum habeam, ſoli mihi eam adquirit, quòd & ſi tu fundum habeas, mihi quoque in ſolidum ſeruitus adquiritur.

2. De ſeruo, vel filio captis ab hoſtibus. 3. De ſeruo fructuario.

18. *Papinianus* ‖ lib. 27. Quæſtionum. ‖

SI ſeruus communis Mæuij & Caſtrenſis peculij, defuncto filiofamiliàs milite, antequam u adeat inſtitutus hereditatem, ſtipuletur, ſocio qui ſolus interim dominus inuenitur, tota ſtipulatio quæretur: quoniam partem non facit hereditas eius quæ nondum eſt, non enim ſi quis hæredem exiſtere filiofamiliàs dixerit, ſtatim & hereditatem eius iam eſſe con-

a *l.8. §.2. ſ. de cepilatiōnib.*
b id eſt, imperſonaliter, *l.1. ſup. eo.*
c Quod non poteſt adquiri plurib. vt ſingulis, quæritur illi cui poteſt adquiri. *Bald.*
d Seruus dominum repræſentat quatenus poteſt.
e adde *l.25. §.3. ſup. de vſufr. l.15. ſup. de duobus reis.*
f adde *l.15. ſup. tit. prox.*
† Pluribus meis dominis quibus æqualiter alternatiuè quæri poteſt ſtipulatus ſum? inutiliter ſtipulatus ſum: ſecus ſi mihi primo, tunc enim domini vt adiecti habētur. Idem ſi vni quæri poſſit. *Bart.*
g *l.1. §.4. l.7. in fin ſup. eod.*
h Alternatiua poſita inter perſonas capaces, ſtipulationem vitiat ſi, cui adquiratur, incertum eſt, adde *l.10. l.11. l.12. ſ. eod.* Alternatiua poſita inter perſonas reſoluitur in coniunctam, non tantùm in vltimis voluntatibus, ſed & contractibus.
i Vtile per inutile non vitiatur.
k omnibus, *vulg. Hal.*
l Cur ergo. *vulg. Hal.*
m non conſiſtat, nec ſolutio ſit? Illa ratio, &c. *vulg.*
n adde *l.128. ſup. de verb obl.*
o Alternatio & incertitudo corrumpunt ſtipulationem & ſolutionem. *Bald.*
† al. ἰσάζειν, vide *Alciat. 2. diſpunct.* 20.
p *l.34. in fi. inf. eo.*
q Sabinus: ſed ſi nec ego ex ea ſtipulatione agere potero, quia eo tempore quo ſtipulatio eſt ei, non ſeruiret. ſed ſi, &c. Bartolus ita communiter legi notat.
r *l.1. ſup. eod. §.8. Inſt. eod.*
ſ *l.18. §.2. l.28. l.35. ſ. eod. l.27. in fi. ſup de pactis. l.41. verſ. quod ſi ſtipulatus, ſup. de reb. cred. l.74. §.2. ſup. de verb. oblig.*
t id eſt, cum mihi ſoli adquiri poſſit. *l.25. §.3. ſup. de vſufruct. l.15. ſup. tit. prox.*
u Priuilegium datum alicui teſtamenti faciendi, vim non habet, niſi ex teſtamento adeatur hereditas.

ſequens erit, cùm beneficium principalium conſtitutionum *a* in eo locum habet, vt filiusfamilias *b* de peculio teſtari poſsit. quod priuilegium ceſſat *c*, priùs quàm teſtamentum aditione *d* fuerit confirmatum.

1 ¶ Si ſeruus Titij & Mæuij, partem *e* quæ Mæuij eſt, ſibi dari ſtipuletur, nulla ſtipulatio eſt: cum ſi Titio dari ſtipulatus fuiſſet, Titio adquireretur. Quòd ſi ſimpliciter concepta eſt ſtipulatio, veluti, *Partem eam quæ Mæuij eſt, dare ſpondes?* non adiecto *Mihi*, propè eſt vt, quia ſine vitio *f* concepta eſt ſtipulatio, ſequatur eius perſonam, cuius poteſt.

2 ¶ Seruus, capto *g* domino ab hoſtibus, domino dari ſtipulatus eſt. quamuis quæ ſimpliciter ſtipulatur, vel ab alio accepit, etiam ad *h* heredem captiui pertinent. aliúdque ſit iuris in perſona filij, quia nec tunc fuit in poteſtate, cùm ſtipularetur, nec poſtea deprehenditur, vt ſeruus, in hæreditatem *i*; tamen in propoſito poteſt quæri, num ex hac ſtipulatione nihil adquiſitum heredi videtur. quo modo ſi ſeruus hereditarius defuncto, aut etiam heredi *k* futuro ſtipulatus fuiſſet. ſed in hac ſpecie ſeruus filio exæquabitur. nam & ſi filius captiui patri ſuo ſtipulatus fuerit dari, res in pendenti *l* erit. & ſi pater apud hoſtes deceſſerit, nullius momenti videbitur fuiſſe ſtipulatio: quoniam alij, non ſibi ſtipulatus eſt.

3 ¶ Cùm ſeruus fructuarius *m*, operas ſuas locaſſet, & eo nomine pecuniam in annos ſingulos dari ſtipulatus eſſet, finito fructu, domino *n* reſidui temporis adquiri ſtipulationem Iulianus ſcriptum reliquit: quæ ſententia mihi videtur firmiſsima ratione ſubnixa. nam ſi in annos fortè quinque *o* locatio facta ſit, quoniam incertum eſt, fructus in quem diem duraturus ſit, ſingulorum annorum initio cuiuſque anni pecunia fructuario quæreretur. ſecundùm quæ non tranſit ad alterum ſtipulatio, ſed vnicuique tantum adquiritur, quantum ratio iuris permittit. nam & cùm idem ſeruus ita ſtipuletur, *Quantam pecuniam tibi intra illum diem dedero, tantam dari ſpondes?* in pendenti *p* eſt, quis ex ſtipulatu ſit habiturus actionem, ſi enim ex re fructuarij, vel operis ſuis pecuniam dedero *q*, fructuario: ſi verò aliunde, domino ſtipulatio quæretur.

De ſeruo alieno bona fide duobus ſeruiente.

19. *Scæuola* ‖ lib. 13. Quæſtionum. ‖

SI alienus ſeruus duobus bonæ *r* fidei ſeruiens, ex vnius eorum re adquirat, ratio facit vt ei ex cuius re adquiſiit, id totum ‖ ei ‖ adquirat: ſiue ei ſoli, ſiue quaſi duobus ſeruiat. nam & in veris *ſ* dominis quotiens vtrique adquiritur, totiens partes adquiri. cæterùm ſi alij non adquiratur, alium ſolidum habiturum. igitur eadem ratio erit & in propoſito, vt hic ſeruus alienus qui mihi & tibi bona fide ſeruit, mihi ſolidum ex re mea adquirat: quia tibi non poteſt adquiri, quia non ſit ex re tua.

De libero homine bona fide ſeruiente. 1. *De ſeruo bona fide poſſeſſo.*

20. *Paulus* ‖ lib. 15. Quæſtionum. ‖

LIber homo *t* bona fide mihi ſeruit *u*. ſtipulatur ex re mea, vel ‖ ex ‖ operis ſuis Stichum, qui ipſius eſt, magis eſt vt mihi adquirat: quia & ſi ſeruus eſſet meus, adquireret mihi. nec enim illud dici debet, quaſi ille quoque in peculio eius eſſet. ſed ſi ex re mea Stichum qui meus eſt, ſtipulatur, ſibi adquiret.

1 ¶ Apud Labeonem ita ſcriptum eſt: Filium & filiam in ſua poteſtate pater inteſtatus reliquit, filia eo animo fuit ſemper, vt exiſtimaret nihil ad ſe ex hereditate patris pertinere: deinde frater eius filiam procreauit: & eam infantem reliquit. tutores ſeruo auito eius imperauerunt vt ab eo, cui res aui hereditatis vendiderunt *x*, ſtipularetur, quanta pecunia ad eum peruenisset *y*, ex ea ſtipulatione quid pupillæ adquiſitum ſit, peto reſcribas. *Paulus*: Eſt quidem verum bona *z* fide poſſeſſum ſeruum, ex re eius cui ſeruit, ſtipulantem, poſſeſſori adquirere. ſed ſi res quæ ex hereditate aui communes fuerunt, in venditionem hereditatis venerunt, non videtur ex re pupillæ totum pretium ſtipulari: ideóque vtriſque *a* adquiri.

De ſeruo communi.

21. *Venuleius* ‖ lib. 1. Stipulationum. ‖

SI ſeruus communis ita ſtipuletur, *Kalendis Ianuariis decem Titio aut Mæuio dominis, vter eorum tunc viuet, dare ſpondes?* inutilem eſſe ſtipulationem Iulianus ſcribit: quia non poſsit in pendenti *b* eſſe ſtipulatio, nec apparere vtri eorum ſit adquiſitum.

De ſeruo fructuario, vel vſuario.

22. *Neratius* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

SEruum fructuarium ex re domini *c* inutiliter fructuario ſtipulari: domino *d*, ex re fructuarij vtiliter ſtipulari.

23. *Paulus* ‖ lib. 9. ad Plautium. ‖

EAdem de eo dicenda ſunt, cui vſus *e* legatus eſt.

24. *Neratius* ‖ lib. 2. Reſponſorum. ‖

ET ſi duorum vſusfructus ſit, quod ex operis ſuis alteri eorum ſtipulatus ſit, pro ea duntaxat parte, ex qua vſusfructus eius ſit, adquiri *a*.

De ſeruo hereditario, & de ſeruo captiui.

25. *Venuleius* ‖ lib. 12. Stipulationum. ‖

SI *b* ſeruus hereditarius *c* ſtipulatus fuerit, & fideiuſſores acceperit, poſteáque adita fuerit hereditas, dubitatur vtrùm ex die interpoſitæ ſtipulationis tempus cedat, an ex adita hereditate. item ſi ſeruus eius qui apud hoſtes ſit, fideiuſſores acceperit? Et Caſsius exiſtimat tempus ex *d* eo computandum, ex quo agi cum eis potuerit *e*: id eſt, ex quo adeatur hereditas, aut poſtliminio dominus reuertatur.

26. *Paulus* ‖ lib. 1. Manualium. ‖

VSusfructus ſine *f* perſona eſſe non *g* poteſt. & ideo *h* ſeruus hereditarius inutiliter vſumfructum ſtipulatur *i*. legari autem ei *k* poſſe vſumfructum dicitur, quia dies eius non cedit ſtatim, ſtipulatio autem pura *l* ſuſpendi non *m* poteſt.

¶ Quid ergo ſi ſub conditione ſtipuletur? nec hoc caſu valeat ſtipulatio: quia ex præſenti *n* vires accipit ſtipulatio, quamuis petitio ex ea ſuſpenſa ſit.

De ſeruo communi & de ſeruo fructuario.

27. *Idem* ‖ lib. 2. Manualium. ‖

SEruus communis, ſiue emat, ſiue ſtipuletur: quamuis pecunia ex *o* peculio detur, quod alterum ex dominis ſequitur: vtrique tamen adquirit *p*. diuerſa *q* cauſa eſt fructuarij ſerui.

De ſeruo hereditario.

28. *Gaius* ‖ lib. 3. de Verborum obligationibus. ‖

SI ex re domini domino aut fructuario ſeruus ſtipulatus fuerit, domino quidem adquiri obligationem Iulianus *r* ſcripſit. ſolui autem fructuario poſſe quaſi *ſ* quolibet adiecto.

1 ¶ Si ſeruus communis ex re vnius ſtipulatus erit, magis placuit vtrique *t* adquiri *u*: ſed eum cuius ex re facta eſt ſtipulatio, cum ſocio communi diuidundo, aut ſocietatis iudicio de parte reciperanda rectè acturum. idémque eſſe dicendum, & ſi ex operis *x* ſuis alteri ex dominis ſeruus adquirit.

2 ¶ Si ipſi domini ſinguli eadem decem ſeruo communi dari fuerint ſtipulati, & ſemel *y* reſponſum ſecutum fuerit, duo rei ſtipulandi erunt: cùm placeat dominum *z* ſeruo dari ſtipulari poſſe.

3 ¶ Sicuti vni nominatim ſtipulando *a*, ei ſoli adquirit, ita placet & ſi rem emat nomine vnius ex dominis, ei ſoli ſeruum adquirere.

¶ Item ſi credat pecuniam, vt vni ex dominis ſolueretur, vel quodlibet aliud negotium gerat, poſſe eum nominatim exprimere, vt vni ex dominis reſtituatur, aut ſoluatur.

4 ¶ Illud quæſitum eſt, an heredi futuro ſeruus hereditarius ſtipulari poſsit? Proculus negauit: quia is eo tempore extraneus *b* eſt: Caſsius reſpondit poſſe *c*: quia qui poſtea heres extiterit, videretur ex *d* mortis tempore defuncto ſucceſsiſſe, quæ ratio illo argumento commendatur, quod heredis familia ex † mortis tempore funeſta *e* facta intelligitur, licèt poſt aliquod tempus heres extiterit. manifeſtum igitur eſt ſerui ſtipulationem ei adquiri.

a adde *l. 2. §. 2. ſ. familiæ.*
b Filiusfamilias de peculio caſtrenſi teſtari poteſt.
c id eſt, pendet.
d Aditione hereditatis teſtamentum confirmatur, vide *l. 19. in fin. C. de teſtamentis.*
e Seruus ſe ſibi ſtipulari non poteſt, *l. 2. ſup. eod.*
f Pars ſtipulationis non vitioſa, valet in perſona eius cuius nomine valere poteſt.
g *v. l. 73. in fi. ſup. de verb. oblig.*
h *l. 1. l. 2. §. 1. ſup. eo. l. 22. §. 2. inf. de captiuis.*
i vt ſeruus in heredirate, *Hal.*
k *v. l. 16. ſup. eo.*
l *l. 11. in fin. j. de acceptilationib.*
m *l. 25. §. 2. ſup. de vſufr.*
n vide quæ ſcripſi ad *l. 32. § 7. ſup. de vſufr. legato.*
o & ita non in infinitum.
p *l. 25. §. 1. ſup. de vſufr.*
q dederit. *Hal.*
r bona fide. *vulg. Hal.* Quod vni bonæ fidei poſſeſſori quæri non poteſt, alteri adquiritur.
ſ Bonæ fidei poſſeſſores in fructibus & cæteris commodis adquirẽdis, pro dominis habentur: & ſic argumentum à dominis, ad bonæ fidei poſſeſſorem ſumptum obſerua.
t homo qui bona. *vulg. Hal. v. l. 23. §. 1. ſup. de adquir.*
u ſi ſtipulatur, *Hal. v. Cuiac. 17. obſ. 5.*
x vendiderat, *Hal.*
y perueniſſet ex ea ſtipulatione, quid ne pupillæ, *Hal.* ex ea ne ſtipulatio quid pupillæ, *vulg.*
z *l. 19. in fi. ſup. à eod.*
a filiæ teſtatoris & nepoti eiuſdem.
b pendenti, *Hal.*
c id eſt, proprietarij.
d *l. 39. j. eod. l. 15. §. 6. ſup. de vſufr.*
e *l. 14. ſup. de vſu. fruct.*

a adquiri[...] b vide qu[...] ad *l. 4.* [...] *uerſis &* [...] *bus praſer*[...] Antonium [...] *4. Coniect.* [...] c *l. 35. j.* [...] d *l. 1. ſup.* [...] *fis.* Imò non [...] ex eo tempo[...] agi poteſt [...] co ab ipſi[...] poſita ſtipul[...] *l. 4. ſup. de* [...] *temporalib.* [...] hic de actor[...] lic, de reis [...] tur, *v. Cuia*[...] *obſ. 38.* e potueri[...] quo adeatu[...] ueanus 1. [...] *31. Hotom.* [...] f *l. 61. in* [...] *adquir. rer.* [...] deſit perſon[...] debeatur, [...] ſiſtit. g Imò poteſt [...] in ſimili [...] ſine perſona [...] teſt. dixi ad [...] *naturalib.* [...] h Imò non [...] quia here[...] ſeruus ſtip[...] hereditati [...] intelligitur. [...] ditas autem [...] perſonæ [...] tat, dicam [...] i atqui he[...] vicem perſo[...] præſentat. [...] *de adq. rer.* [...] caſus ſpecial[...] hereditas [...] vti nec [...] poteſt, quod [...] bet in vſufr[...] *1. vſufr. quem*[...] *dum caueat.* k *v. l. 18.* [...] *bus mod. vſ*[...] *83. in fin.* [...] *leg. 1.* l Purum [...] penditur, co[...] pari non [...] duntur, vlti[...] men volunta[...] ſpendi poteſt [...] *ſup. comm. præd.*

m Imò poteſt, *l. vlt in fin. ſup. comm. præd.* n Imò, non ſemper ex præſenti [...] pendere poſsit ſtipulatio, *l. 82. verſ. vnde eleganter, ſup. ad leg. Falc.*
o ex eo peculio, *Vulg.* p ſed tamen is cuius nomine facta eſt ſtipulatio, pecu[...] ſocio recuperat iudicio communi diuidundo, vel pro ſocio, *l. 28. §. 1. inf. eod.*
q Imò, eadem: nam ſeruus ex re vnius dominorum adquirens, partim vni do[...] partim alteri adquirit, *l. 25 §. 6. ſup. de vſufr.* ſolue, hic æquum: illic ius ſtri[...] continetur. r *l. 1. §. pen. ſup. eod.* ſ *l. 98. §. 7. inf de ſolutionib.* Qui vt reus ſt[...] landi in ſtipulatione eſſe non poteſt, vt adiectus valet: ideóque ei ſolui pote[...]
t Imo vni tantum, *l. 19. ſup. eod.* u *l. 27. ſup. eo. l. 45. ſup. de adquir. rer.*
x Commune eſſe debet quod quæritur ex fructibus communibus. *Bald.*
y multo magis ſi bis. facit *l. 4. ſup. de duob. reis.*
z Dominus ſeruo dari ſtipulari poteſt, *l. 5. ſup. eo. l. 39. ſup. de verb. obl.*
a Seruus ſtipulari, emere, credere in vtilitatem vnius dominorum poteſt, *l.* [...] *3. ſup. de adq. rer.* b & nullius, *l. 3. ſup. de peculio.* c Imo non poteſt, *l. 16. l. 18.* [...] *ſup. eod.* ſolue, hic ſtipulatur ſub nomine appellatiuo: ibi ſub nomine proprio. [...] adhuc non poſſe videtur, *l. 3. § 6. ſup. de negotiis.* ſic eſt. Videtur ſc. ſi ius ſumm[...] ſpectemus: aliud eſt, ſi æquitatem.
d *l. 138. inf. de reg. iur.*
† Hereditatis aditio, ad mortis tempus retrotrahitur, *v. l. 138. l. 193. j. de reg.* [...]
e ſic Varro 4. *de lingua.* Humatus dicitur mortuus qui terra eſt obrutus, ab [...] quod cùm Romanus (ſic enim legit Scaliger) combuſtus eſt, aut in ſepulchrum [...] adiecta gleba non eſt: aut ſi os exceptum eſt mortui, ad familiam purgandam [...] nec in purgando (Feſtus & Cic. 2. *de legib.* digitum abſcindi teſtantur: ad purga[...] dam familiam certo genere februi, quod vocabant Exuerrias, Scalig. ibid.) ho[...] non eſt opertus (neque enim ante diem octauum ſepeliebatur, vt ait Seruius. [...] que intra id tempus dicebatur eſſe ſupra terram. Varro 3. *de vita populi Roma*[...] *v. Scalig. ibid.*) vt Pontifices dicunt (Pontificis enim hoc iuris erat declarare [...] ritu familia funeſta eſſe deſineret. *v. Cuiac. 16. obſ. 31.*) familia funeſta manet. [...] Varro. quibus & addi poteſt illud Ciceronis, ex 2. *de legib.* Neque neceſſe eſt, inq[...] ediſſeri à nobis quis finis ſit funeſtæ familiæ. Res igitur tota ita habeb[...] Mor[...] tuus comburebatur: locus autem in quo vrebatur, Vſtrina: Conditis cineribus [...] nus ducebatur. Ante octauum diem non ſepeliebatur: & tunc dicebatur eſſe ſup[...] terram. Eo interuallo iuſta & ſacrificia mortuo perſoluebantur, hoc enim ge[...] lium fuit pro mortuis ſacrificare. Poſt denicale ſacrum humabatur. Lo[...] mabatur, ſepulchrum & τύμβος. poſita inſcriptione ſitus, dicebatur. Hæc ſtudio[...] bonarum literarum, & grati Ioſeph. Scaligero, viro bene de literis merito d[...] beant, adde Briſſonium in formulis.

De ſeruo

De ſer͡ꝰ communi.

29. *Paulus* ‖ lib. 72. ad Edictum. ‖

SI communis ſeruus ſic *a* ſtipulatus ſit, *Decem illi domino, eadem decem alteri dare ſpondes?* dicemus duos reos eſſe ſtipulandi.

Si ſeruus extraneo ſtipuletur.

30. *Idem* ‖ lib. 1. ad Plautium. ‖

SEruus alienus *b*. alij nominatim ſtipulando, non acquirit domino.

De ſeruo fructuario, vel bona fide poſſeſſo.

31. *Idem* ‖ lib. 8. ad Plautium. ‖

SI iuſſu fructuarij, aut bonæ fidei poſſeſſoris, ſeruus ſtipuletur, ex *c* quibus cauſis non ſolet iis acquiri, domino acquirit. Non idem dicetur, ſi nomen ipſorum in ſtipulatione poſitum ſit.

Si duorum ſit vſusfructus in ſeruo.

32. *Idem* "lib. 9. ad Plautium."

SI cùm duorum vſusfructus eſſet in ſeruo, "&" is ſeruus vni nominatim ſtipulatus ſit ex ea re quæ ad vtroſque pertinet, Sabinus ait, quoniam ſoli obligatus eſſet, videndum eſſe, quemadmodum alter vſuarius *d* partem ſuam recipere poſſit, quoniam inter eos nulla *e* communio iuris eſſet, ſed verius eſt, vtile *f* communi diuidundo *g* iudicio inter eos agi poſſe.

De bona fide poſſeſſo. 1. Si duo vſumfructum habeant vel bona fide poſſideant.

33. *Idem* "lib. 14. ad Plautium."

SI liber homo vel alienus qui bona fide ſeruit, ex re *h* alterius iuſſu poſſeſſoris ſtipuletur, Iulianus ait, liberum quidem ſibi acquirere, ſeruum vero domino: quia iuſſum domino cohæreat.

1 ¶ Si duo rei ſtipulandi vſumfructum in ſeruo habeant, vel quibus bona fide ſeruiebat, & iuſſu vnius à debitore ſtipuletur, ei ſoli acquirit.

De homine libero qui ſe putat ſeruum.

34. *Iauolenus* ‖ lib. 2. ad Plautium. ‖

SI ſeruus teſtamento manumiſſus, cùm ſe liberum eſſe ignoraret, & in cauſa hereditaria maneret, pecuniam heredi ſtipulatus eſt, nihil debebitur heredibus, ſi modò ſcierint eum teſtamento manumiſſum: quia non poteſt videri iuſtam *i* ſeruitutem ſeruiſſe iis qui illum liberum eſſe non ignorabant.

¶ Diſtat iſta cauſa eius qui liber emptus bona fide ſeruit: quia in eo & ipſius & emptoris exiſtimatio conſentit. cæterùm is qui ſcit hominem liberum eſſe, quamuis ille conditionem ſuam ignoret, ne *k* poſſidere quidem eum poteſt videri.

De ſeruo hereditario.

35. *Modeſtinus* ‖ lib. 7. Regularum. ‖

SEruus hereditarius *l* & heredi *m* futuro, & hereditati *n* rectè ſtipulatur.

De habito pro derelicto.

36. *Iauolenus* "lib. 14. Epiſtolarum."

QVod ſeruus ſtipulatus eſt, quem dominus pro derelicto habebat, nullius eſt momenti: quia qui pro *a* derelicto rem habet omnimodo à ſe reiecit, nec poteſt eius operibus vti, quem eo iure ad ſe pertinere noluit. quod ſi ab alio apprehenſus eſt, ſtipulatione ei acquirere poterit. nam & hæc genere *b* quodam donatio eſt.

¶ Inter hereditarium enim ſeruum, & eum qui pro derelicto habetur, plurimùm intereſt, quoniam alter hereditatis iure retinetur: nec poteſt relictus videri, qui vniuerſo hereditatis iure continetur, alter voluntate domini derelictus, non *c* poteſt videri ad vſum eius pertinere, à quo derelictus eſt.

a i. copulatiuè, v. l. 9. in fin. ſ. eod.
b id eſt, quem alienum poſſideo.
c Quod poſſeſſoribus quæri non poteſt, acquiritur cui poteſt. Bart. adde l. 23. §. 2. ſ. de acq. rer.
d id eſt, fructuarius, vt in l. 45. §. 3 in fin. ſ. de acq. rer. quod notandum eſt vt intelligatur, non χρήσεως tantum nomen ambiguum, ſed etiam vſus, v. Cuiac. 11. obſ. 12.
e nulla diuiſio iuris vel inter eos ſeparata communio, Hotom. 4. obſ. 23.
f vtili, *Hal.*
g l. 28. §. 1. ſ. eod.
h v. l. 5. ſ. eod.
i Iuſta ſeruitus, comprobata iure, v. l. 6. ſ. de ſtatu hominum. l. 28. ſ. de noxalibus. aliàs apud Terentium in Andria act. 1. ſcen. 2. Iuſta ſeruitus eſt mitis & clemens. adde 1. Gaij. 1. §. 1. Theophil. inſt. de libert. in princ.
k l. 14. ſ. eod. l. 22. ſ. de acq. rer. l. 1. §. 6. ſ. de acq. poſſ. l. 1. ſ. de rei vindic.
l v. l. 16. l. 25. ſ. eo.
m l. 16. l. 28. §. 4. ſ. eod. etiam non expreſſo nomine.
n Hereditas enim vice domini eſt, & dominum repræſentat.

De ſeruo communi.

37. *Pomponius* "lib. 3. ad Quintum Mucium."

SI communis ſeruus ita ſtipuletur, *Lucio Titio & Gaio Seio dari ſpondes?* qui ſunt domini illius, pro virilibus *d* partibus eis ex ſtipulatione debetur. ſi verò ita, *Dominis meis dare ſpondes?* pro parte, qua domini eſſent. ſi verò ita, *Lucio Titio & Gaio Seio dominis meis dare ſpondes?* dubitaretur, verúmne *e* viriles partes, an pro dominica portione eis deberetur? Et intereſſet *f* quid cuius demonſtrandi gratia eſſet adiectum, & quæ pars eius ſtipulationis principalem *g* cauſam haberet. ſed cùm ad nomina prius decurſum eſt, rationabilius eſſe videtur pro virili parte ſtipulationem eis acquiri: quòd dominorum vocabula *h* pro demonſtratione habeantur.

De operis.

38. *Idem* ‖ lib. 5. ad Quintum Mucium. ‖

SI ſeruus meus à liberto meo *operas i ſibi dari* ſtipuletur, inutilem ſtipulationem eſſe Celſus ſcribit. aliter atque ſi non adiecto hoc verbo *Sibi*, ſtipulatus fuerit.

De ſeruo fructuario, vel bona fide ſeruiente.

39. *Idem* " lib. 22. ad Quintum Mucium. "

CVm ſeruus in quo vſumfructum habemus proprietatis, domino *k* ex re fructuarij vel ex operis eius nominatim ſtipuletur *l*, acquiritur domino proprietatis: ſed qua actione fructuarius reciperare *m* poſſit à domino proprietatis, requirendum eſt. item ſi ſeruus bona fide nobis ſeruiat, & id, quod nobis acquirere poterit, nominatim domino ſuo ſtipulatus fuerit, ei acquiret. ſed qua actione id reciperare *n* poſſimus, quæremus: Et non ſine ratione eſt, quod Gaius noſter dixit, condici id in vtroque caſu poſſe domino.

De collato in tempus alienationis, vel manumiſſionis, vel emancipationis.

40. *Idem* ‖ lib. 33. ad Quintum Mucium. ‖

QVicquid contraxit ſeruus *o*, dum nobis ſeruit, etiam ſi ſtipulationem contulit in alienationem vel manumiſſionem ſuam, tamen nobis ‖ id ‖ acquiſitum erit *p*: quia poteſtas eius *q* tunc, cùm id contraheretur, noſtra fuit.

¶ Idque eſt, ſi filiusfamilias contrahat. namque etiam quod in emancipationis ſuæ tempus contulerit, nobis debebitur, ſi tamen dolo *r* malo id fecerit.

a v. l. 1. ſ. pro derelicto. l. 38. §. 1. ſ. de noxalib.
b v. quæ notaui ad l. 44. ſ. de acq. rer.
c atque ita eſt ſine domino, v. l. 23. ſ. de liberali.
d Imò, pro dominicis, l. 7. ſ. eod.
e vtrum per viriles partes, *Hal.*
f al. intereſt.
g Principalis enim cauſa acceſſoriam regit.
h v. quæ ſcripſi ad l. 8. C. qui teſtam.
i l. 10. ſ. de oper. libert.
k v. l. 12. ſ. eod. l. 25. §. 6. ſ. de vſufr.
l ſtipulatur.
m recuperare.
n recuperare.
o l. 18. j. de reg. iur.
p Imò non erit. l. 46. in fin. ſ. de her. inſt.
q i. in eum poteſtas.
r v. quæ notaui ad l. 21. ſup. de pecul.

LIBER QVADRAGESIMVS-SEXTVS

DE *a* FIDEIVSSORIBVS *b* ET Mandatoribus *c*.

Cui obligationi fideiuſſor accedere poteſt.

Vlpianus "lib. 39. ad Sabinum."

OMni *d* obligationi fideiuſſor accedere poteſt *e*.

2. *Pomponius* "libro 22. ad Sabinum."

ET commodati, & depoſiti fideiuſſor accipi poteſt: & tenetur, etiam ſi apud ſeruum, vel pupillum depoſitum commodatúmve *f* fuerit: ſed ita demum, ſi aut dolo malo aut culpa hi fecerunt, pro quibus fideiuſſum eſt.

De eo qui ſatiſdare promiſit.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 43. ad Sabinum. ‖

QVi ſatiſdare promiſit, ita demum impleſſe ſtipulationem ſatiſdationis videtur, ſi eum dederit *a* acceſſionis loco, qui obligari poteſt *b*, & conueniri *c*. Cæterùm ſi dederit ſeruum *d* aut filiumfamilias ex quibus *e* cauſis de peculio actio non datur, vel mulierem quæ auxilio Senatuſconſulti vtitur, dicendum eſt non eſſe impletam ſatiſdationis ſtipulationem.

¶ Planè ſi non idoneum fideiuſſorem dederit, magis eſt vt ſatisfactum ſit *f* quia qui admiſit eum fideiubentem, idoneum eſſe comprobauit *g*.

De fideiuſſore fideiuſſoris. 1. De obligatione fideiuſſoris & heredis.

4. *Idem* ‖ lib. 45. ad Sabinum. ‖

POteſt accipi fideiuſſor eius actionis *h* quam habiturus ſum *i* aduerſus *k* eum pro quo fideiuſſi, vel mandati, vel negotiorum geſtorum.

1 ¶ Fideiuſſor & ipſe obligatur, & *l* heredem *m* obligatum relinquit, cùm rei locum obtineat.

a Fideiuſſores, rei ſunt acceſſorij ſeu obligati acceſſoriè. accedunt enim alienæ obligationi.
b Quid enim iuuarit eum fideiuſſorẽ dediſſe qui non poſſit obligari?
c l. 1. ſup. qui ſatiſd. Fideiuſſor locuples intelligitur, non tantùm ex facultatibus, ſed ex conueniendi facilitate, l. 1. ſup. ſi quis in ius voc. l. 2. l. 7. ſup. qui ſatiſd. 7. Eclog. 14. c. 2.

a 8. C. 41. & Nov. 4. περὶ μανδατόρων ἢ ἀντιφωνητῶν. De fideiuſſoribus dotium vide C. Theod. 3. tit. 15. de fideiuſſoribus & mandatoribus dotium 5. C. 20. de fideiuſſoribus minorum 2. Cod. 24. 7. Eclog. 6. tutorum vel curatorum 5. C. 57. & ſup. lib. 27. tit. 7. De fideiuſſoribus 3. Inſtit. 21. Exornag. 22. περὶ ἐγγυητῶν 7. Eclog. 14. de fideiuſſore & ſponſore, Paul. 1. ſent. 20. Fideiuſſor eſt qui dicit *fideiubeo*. ſponſor, qui dicit, *ſpondeo*: fideipromiſſor, qui dicit, *fidei promitto*, Cuiac. ibid. & Paul. 1. ſent. 9. §. 5. ſic Harmen. 3. tit. 6. περὶ ἐγγυητῶν καὶ ἀντιφωνητῶν. Interea tamen differunt hæ voces. Expromiſſor eſt qui principaliter ſe obligat, pro non obligato, vt ſeruo. Fideiuſſor eſt qui pro alio obligationis capace ſtipulatione ſe obſtringit. Conſtitutor, qui per nudum pactum, vide ſupra & C. de pecunia conſtit. Sponſor, qui ſponte intercedit pro alio. Mandator qui alteri mandat vt credat, vel fideiubeat.
b Quæ actiones competant aduerſus fideiuſſorem, vide apud Antonium Fabrum 12. Coniect. 12.
c d. Nov. 4 adde Eclog. περὶ μανδατόρων 26. tit. 1. adde 26. Eclog. 2. περὶ ἀντιφωνητῶν. Hos Galli vocant *Reſpondans*. Porro mandator eſt, qui vel fideiuſſorem fideiubere, vel creditorem alij credere rogat.
d etiam natura, v. l. 2. l. 8. §. 1. & ſeqq. j. eod. §. 1. Inſt. eod.
e 7. Eclog ex lib. 26. tit. 1. cap. 1.
f vide l. in fin. ſup. commodati.

d l. 20. in fin. j. eod. e Cur ita? nam ex fideiuſſione ſerui non tenetur dominus, niſi in rem domini vel peculij fideiuſſerit, 7. Eclog. ex lib. 18. tit. 5. c. 37. §. 2.
f dic tamen vt in l. 10. ſup. qui ſatiſd.
g d. l. 10. l. 1. §. 10. ſup. de ſeparat l. 5. § 3 in fin. j. iudic. ſolui.
h i. futuræ, v. l. 50. ſup. de peculio 7. Eclog. ex lib. 26. tit. 1. c. 3.
i quam habiturus ſum. Aduerſus eum pro quo fideiuſſi, vel mandati, vel negotiorum geſtorum actionem habeo. Græci ita diuidunt hanc ſententiam, vt monet Cuiac. 8. ad Afric fol. 201. idque probat lex 51. §. 1. ſup. de adil.
k d. l. 51.
l & ſuum heredem. *Vulg. Hal.*
m l. 5. j. eod. §. 2. inſt. eod. l. 24. C. eod. l. 8. C. mandati.

Si fideiuſſor reo, vel reus reo ſucceſſerit.

5. *Idem*‖lib.46. ad Sabinum.‖

GEneraliter Iulianus ait eum qui heres extitit ei pro quo interuenerat, liberari ex cauſa acceſſionis *a*, & ſolummodò *b* quaſi heredem rei teneri.

¶ Denique ſcripſit, ſi fideiuſſor heres extiterit ei pro quo fideiuſſit, quaſi reum eſſe obligatum ex cauſa fideiuſſionis liberari. Reum *c* verò reo ſuccedentem ex duabus cauſis eſſe obligatum. Nec enim poteſt reperiri, quæ obligatio quam perimat. at in fideiuſſore, & reo reperitur: quia rei obligatio plenior eſt. Nam vbi *d* aliqua differentia eſt obligationum, poteſt conſtitui alteram per alteram perimi. cùm verò duæ eiuſdem ſint poteſtatis, non poteſt reperiri cur altera potius quàm altera conſumeretur *e*.

¶ Refert autem hæc ad ſpeciem in qua vult oſtendere non eſſe nouum, vt duæ *g* obligationes in vnius perſona concurrant. eſt autem ſpecies talis: Si reus promittendi reo promittendi heres extiterit, duas obligationes ſuſtinet. ‖Item:‖

SI reus ſtipulandi, extiterit heres rei ſtipulandi, duas ſpecies obligationis ſuſtinebit. Planè ſi ex altera earum egerit, vtramque conſumet: videlicet quia natura *h* obligationum duarum quas haberet, ea eſſet, vt cùm altera earum in iudicium deduceretur, altera conſumeretur *i*.

De fideiuſſore adiecto ex internallo. 1. De puritate, die, conditione. 2. Cui obligationi fideiuſſor accedere poteſt.

6. *Idem*" lib.47. ad Sabinum."

STipulatus ſum à reo, nec accepi fideiuſſorem; poſtea *k* volo adiicere fideiuſſorem. ſi adiecero, fideiuſſor obligatur.

1 ¶ Et parui refert, vtrum purè fideiuſſorem obligem, an ex die *l*, an ſub conditione.

2 ¶ Adhiberi autem fideiuſſor tam futuræ *m* quàm præcedenti obligationi poteſt: dummodò *n* ſit aliqua vel naturalis *o* futura obligatio.

7. *Iulianus* " lib. 53. Digeſtorum."

QVòd enim ſolutum repeti non poteſt *p*, conueniens eſt huius *q* naturalis obligationis fideiuſſorem accipi poſſe.

Si fideiuſſor Græcè accipiatur. 1. Cui obligationi accedere poteſt. 2. Si poſt litem conteſtatam accipiatur. 4. Cui obligationi accedere poteſt. 7. Quatenus obligatur. 12. De fideiuſſore fideiuſſoris.

8. *Vlpianus* ‖ lib.47. ad Sabinum.‖

GRæcè *r* fideiuſſor ‖&‖ ita accipitur *ſ*, τῇ ἐμῇ πίςει κελεύω *t*, λέγω θέλω, i. *mea fide iubeo, dico, volo*: ſiue βούλομαι, i. *cum deſtinatione quadam animi volo*. ſed & ſi φημὶ, i. *affirmo*, "dixerit", pro eo erit, atque ſi dixerit, λέγω, i. *dico*.

1 ¶ Præterea ſciendum "eſt" fideiuſſorem adhiberi omni obligationi poſſe *u*, ſiue re *x*, ſiue verbis, ſiue conſenſu.

2 ¶ Pro eo etiam qui‖ iure *y* honorario obligatus eſt, poſſe fideiuſſorem accipi ſciendum eſt.

3 ¶ Et poſt *z* litem conteſtatam fideiuſſor accipi poteſt: quia & ciuilis & naturalis ſubeſt obligatio, & hoc & Iulianus admittit: eóque iure vtimur.

¶ An ergo condemnato reo exceptione vti poſſit, quæritur: nam ipſo iure non liberatur. Et ſi quidem iudicati *a* actionis acceptus non eſt, ſed *b* tantùm litis exercitationis, rectiſſimè dicetur vti cum exceptione poſſe. ſi verò acceptus fuerit etiam totius cauſæ, ceſſabit exceptio.

4 ¶ A tutore qui teſtamento datus eſt, ſi fuerit fideiuſſor *c* datus, tenetur.

5 ¶ Sed & ſi ex delicto *d* oriatur actio, magis putamus teneri fideiuſſorem.

6 ¶ Et generaliter omnium *e* obligationum fideiuſſorem accipi poſſe, nemini dubium eſt.

7 ¶ Illud commune eſt in vniuerſis qui pro aliis obligantur: quòd ſi fuerint in *f* duriorem *g* cauſam adhibiti, placuit eos omnino *h* non obligari. in leniorem *i* planè cauſam accipi poſſunt. Propter quod in *a* minorem ſummam rectè fideiuſſor accipietur.

¶ Item accepto reo purè, ipſe *b* ex die, vel ſub conditione accipi poteſt enimverò ſi reus ſub conditione ſit acceptus, fideiuſſor purè, non *c* obligabitur *d*.

8 ¶ Si quis Stichum ſtipulatus "fuerit", fideiuſſorem ita acceperit, *Stichum, aut* e *decem fide tua iubes*, non obligari fideiuſſorem Iulianus ait, quia durior eius ſit conditio. vtpote cùm futurum ſit, vt mortuo *f* Sticho teneatur *g*. Marcellus autem notat, non ideò tantùm non obligari, quia in duriorem conditionem acceptus eſt: ſed quia ‖&‖ in aliam *h* potius obligationem acceptus eſt. denique pro eo qui decem promiſerit, non poterit fideiuſſor ita accipi, vt *decem aut Stichum* promittat, quamuis eo caſu non *i* ſit eius durior conditio.

9 ¶ Idem Iulianus ait: Si is qui hominem aut decem dari ſtipulatus fuerit, fideiuſſorem ita acceperit, *Hominem aut decem, vtrum ego velim*? non obligabit eum, quia durior *k* eius conditio facta eſt.

10 ¶ Contra *l* autem ſi is qui *hominem aut decem, vtrum ipſe ſtipulator volet*, ſtipulatus eſt, rectè fideiuſſorem ita accipiet, *Decem aut hominem, vtrum tu voles*? ſit etenim (inquit) hoc modo fideiuſſoris conditio melior *m*.

11 ¶ Sed etſi reum ſic interrogauero, *Stichum, & Pamphilum* n? fideiuſſorem, *Stichum aut Pamphilum* rectè interrogem: quia leuior *o* fideiuſſoris conditio eſt.

12 ¶ Pro fideiuſſore *p* fideiuſſorem accipi, nequaquam dubium eſt.

De fideiubente pro parte.

9. *Pomponius* ‖lib.26. ad Sabinum.‖

FIdeiuſſores & in partem *q* pecuniæ & in partem rei rectè accipi poſſunt.

De beneficio diuiſionis. 2. De filio fideiubente pro patre.

10. *Vlpianus* ‖lib.7. Diſputationum.‖

SI dubitet creditor, an fideiuſſores ſoluendo ſint, & vnus ab eo electus, paratus ſit offerre *r* cautionem, vt ſuo periculo confideiuſſores *ſ* conueniantur in parte, dico audiendum *t* eum eſſe. ita tamen *u* & ſi ſatiſdationes offerat, & omnes confideiuſſores, qui idonei eſſe dicuntur, præſtò ſint. nec enim ſemper facilis eſt nominis emptio *x*, cùm numeratio totius debiti non ſit in expedito.

1 ¶ Ita demum inter fideiuſſores diuiditur actio, ſi *y* non inficientur. nam inficiantibus auxilium diuiſionis non eſt indulgendum.

FIliusfamilias pro *z* patre poterit fideiubere: nec erit ſine effectu hæc fideiuſſio. primò quidem quòd ſui iuris effectus poterit teneri in id *a* quod facere poteſt: dein, quòd & dum in poteſtate manet, condemnari poteſt. Sed an pater ex hac cauſa. *Quòd iuſſu*, teneatur, videamus. & puto ad omnes contractus *Quod iuſſu* b etiam referri. ſed ſi ignorante patre pro eo fideiuſſerit, ceſſat iſta actio: tamen quaſi in rem patris verſum ſit, poteſt agi cum patre. Planè ſi ‖ is ‖ emancipatus ſoluerit *c*, vtilis ei actio debebit competere. in poteſtate etiam manenti eadem actio competit, ſi de peculio caſtrenſi pro patre ſoluerit.

Ad SC. Macedonianum.

11. *Iulianus* "lib.14. Digeſtorum."

QVi contra SC. *d* filiofamilias crediderit, mortuo *e* eo, fideiuſſorem à patre accipere non poteſt: quia neque ciuilem *f*, neque honorariam aduerſus patrem actionem habet: nec eſt vlla † hereditas, cuius nomine fideiuſſores obligari poſſent *g*.

De peculio.

12. *Idem* ‖ lib. 43. Digeſtorum.‖

PLanè eius actionis nomine, quæ *h* de peculio aduerſus eum competit, fideiuſſor rectè accipitur.

De mandatore.

13. *Idem* " lib.14. Digeſtorum."

SI mandatu meo, Titio decem credideris, & mecum mandati egeris, non *i* liberabitur Titius, ſed ego tibi non aliter condemnari debebo, quàm *k* ſi actiones, quas aduerſus Titium habes, mihi præſtiteris. Item ſi

---

a Interceſſionis *l.* 2. *C. cod.* Fideiuſſor reo principali ſuccedens, tenetur vt heres, non vt fideiuſſor, *l.3. ff. de ſeparat. l.13. ff. de duobus reis l.93. in pr. & fin. ff. de ſolut.* & ita acceſſoria obligatio extinguitur. Cur ita? quoties duæ qualitates cōcurrunt, quæ ſimul & vna conſiſtere non poſſunt, & (vt ita loquamur) incompatibiles ſunt, attenditur potentior & plenior. Potentior eſt autem principalis quam acceſſoria. *vt hic verſ. adim. in fin. ff. eod.* aliàs etiam dicitur potentior quæ benignior, *l.21. ff. ad l. Falcid.* quæ fouetur iure communi, non ſpeciali, *v. l.7. ſup. de iniuſto*: quæ nocet magis quàm prodeſt, *l.3. in fin. ff. de Syllaniano.* naturalis, quàm accidentalis, vide *l.3. & ibid. Bart. ff. de tutelis*: magis prohibitiua quàm permiſſiua, *l.28. ff. commun. diuid. l.3. ff. de ſuſpect.* & ſpecialis quàm generalis, *v. l.49. in fi. ff. de leg.3.*

b Imò & vt heres, & vt fideiuſſor tenetur, *l.3. ff. de ſeparat.* ſolue, Obligatio fideiuſſoris eo caſu plenior fuit quàm rei.

c ſenſus eſt. Reus reo ſuccedens, tenetur duabus obligationibus, *vt hic*: fideiuſſor ſeu acceſſio ſuccedens reo principali, vna tantùm actione tenetur. Cur tam variè? Acceſſio facilè à principali tolli poteſt. Principalis æquè principalem facilè tollere non poteſt. Quid ſi fideiuſſoris obligatio ſit plenior quam principalis? *v. l.13. ff. de ſepar.*

d *l.13. ff. de duobus reis.*

e conſumatur, *Hal.*

f *l.21. §.1. ff. eod. l.16. ff. de act. empt.*

g *v. l.10. ff. de act. empt.*

h Natura obligationum hæc eſt, vt vna in iudicium deducta, altera perimatur.

i Imò, non conſumitur, *l.13. ff. de pecun. conſt. l.18. ff. de oblig.*

k Fideiuſſor obligationem ſequi poteſt, *§.3. Inſt. eod.*

l *facit. §.5. verſ. item ſi. Inſtit. eod.*

m Fideiuſſor præcedere obligationem poteſt, *l.4. ff. eod. §.3. Inſt. eod. l.50. ff. de pecul. l.35. in fin. ff. de iudiciis.*

n *§.16. ff. eod.*

o *l.8. ff. eod. §.1. Inſt. eod. l.2. §.2. in fin. ff. de verb. oblig.*

p hac nota & hoc effectu dignoſcitur naturalis obligatio, *l.10. ff. de obl.*

q huiuſmodi, *Vulg. Hal.* Naturali obligationi fideiuſſor accedere poteſt.

r *l.12. C. eod. §.7. Inſt. eod. v. l.1. ff. de leg.3. v. l.1. §. vlt. ff. de verb. obl.*

ſ ἐντέλλομαι, ἐγγυάομαι: ſed & ſi quis dixerit, γλίχομαι, θέλω, perinde erit ac ſi dixerit, ἐγγυάομαι. Hugo à Porta.

t ita legit etiam Theophilus, κελεύω ἐγὼ, *Hal.* ita quoque legitur in *§.7. Inſt. eod.*

u *l.1. ff. eod.*

x *§.1. Inſt. eod.*

y *v. l.91. §.6. ff. de verb. oblig.*

z hanc ſpeciem negat Bart. alibi reperiri, ſed malè, *v. l.56. §.2. ff. de pecun. facit l.1. ff. ſi ex noxal. lib.*

a totius cauſæ, ſi in vniuerſam cauſam fideiuſſit.

b Fideiuſſor iudicio ſiſti non tenetur poſt definitiuam ſententiam: fideiuſſor totius cauſæ tenetur.

c rem pupilli ſaluam fore ſc. *l.4. §.2. ff. rem pupilli.*

d *v. l.70. §. vlt. ff. eod.*

e *l.1. ff. eod.* Idem eſt in pignore, *l.5. ff. de pign.*

f Imò obligatur *arg l.13. §.5. ff. de pign.*

g *v. §.5. Inſt. eod. 7. Ecl. ex lib.27. tit.1. c.7. §.9.* adde exceptionem ex *l.42. ff. eod. & l.9. C. de non numer.*

h eos non omnino obligari, *Hal.* Enuntiationis vtriuſque diuerſitas eſt quædam. Qui omnino non obligatur, nullo modo obligatur: qui autem non omnino, aliquatenus obligari poteſt. Haloandri lectionem probat Mynſing. *ad §.5. Inſt. eod.* ſed tamen interpretari poſſis omnino, id eſt, in ſolidum. Cæterùm huius ſententiæ quæſtiones v. apud Socinum. *reg.146.*

i *l.9. ff. eod.*

qui fideiuſſores ſint ſoluendo. Item Epiſtolæ Diui Hadriani, quoties [...] eſt eos eſſe ſoluendo. Tertium, beneficium cedendarum, quoties [...] ſum debitum ſoluere, & iura ſibi cedi aduerſus confideiuſſores, *v. Bal.* [...]

u ita tamen vt & ſatiſdationes, *Hal.*

x Soluens pro alio, emere eius nomen videtur.

y adde *l ſi vnus. ff. pro ſocio.*

z *l.8. C. eod. l.8. C. quod cum eo.*

a in id quod fecit. Emanuel Zoares *1. obſeru.17.* motus Harmenopul[...] *tit.6.* vbi ita legitur, εἰς ὅσον ὑπεξούσιος ἐποίησεν, quo non moueri deb[...] εἰς ὅσον ἐποίησεν ὑπεξούσιος Baſilicis *7. Ecl. ex lib.26. tit.1. c.9. §.3.* [...] quàm id quod facere poteſt. vide Cuiacium *9. obſeruatione 9. 17.* [...] *pio.*

b *l.1. ff. quod iuſſu.*

c *l.78. ff. de verb. oblig.*

d Macedonianum.

e *l.18. ff. de Senatuſconſ. Macedon.*

f vbi neque ciuilis, neque honoraria eſt obligatio, ibi fideiuſſor acc[...] poteſt.

† eſt hodie quædam hereditas, vide *Nouell. 118. c.1.*

g poſſint. *Hal.*

h *l.35. ff. eod. l.3. §.9. ff. de pecul.*

i Imò liberabitur. vide *l.5. in fin. ff. eod.*

k vide *l.36. ff. eod.*

cum

cum Titio egeris, ego non *a* liberabor, ſed *b* in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio ſeruare non potueris.

Si reus ſucceſſerit fideiuſſori.

14. *Idem* ‖ lib. 47. Digeſtorum. ‖

CVm reus promittendi fideiuſſori ſuo heres *c* extitit, obligatio fideiuſſoria perimitur. quid ergo eſt? tanquàm *d* à reo debitum petatur, & ſi *e* exceptione fideiuſſori competente *f* vſus fuerit, in factum replicatio dari debebit, aut doli mali proderit.

Si reus nolit fideiuſſorem vti exceptione. 1. Si vnus ex fideiuſſoribus aliquid dederit, ne à ſe peteretur.

15. *Idem* ‖ lib. 51. Digeſtorum. ‖

SI ſtipulatus eſſes à me ſine *g* cauſa, & fideiuſſorem dediſſem, & nollem eum exceptione vti, ſed potius ſoluere, vt mecum mandati *h* iudicio ageret *i*, fideiuſſori, etiam inuito *k* me, exceptio dari debet: intereſt enim ius pecuniam retinere *l*, potiùs quàm ſolutam ſtipulatori à reo repetere.

1 ¶ Si ex duobus qui apud te fideiuſſerant in viginti, alter, ne ab eo peteres, quinque tibi dederit, vel promiſerit, nec *m* alter liberabitur: &, ſi ab altero quindecim petere inſtitueris, nulla exceptione ſummoueris, reliqua autem quinque ſi à priore fideiuſſore petere inſtitueris, doli mali exceptione ſummoueris.

De eo apud quem reus non eſt obligatus. 1. De eo quod certo loco dari debet. 3. cui obligationi fideiuſſor accedere poteſt. 4. De naturali obligatione. 5. De die & conditione. 6. De fideiuſſione, ſi reus non ſoluerit.

16. *Idem* ‖ lib. 53. Digeſtorum. ‖

FIdeiuſſor obligari non poteſt ei *n* apud quem reus promittendi obligatus non eſt. Quare ſi ſeruus communis Titij & Sempronij, nominatim Titio dari ſtipulatus fuerit, & fideiuſſorem ita interrogauerit, *Titio aut Sempronio id dare ſpondes?* Titius quidem petere à fideiuſſore poterit: Sempronij verò perſona in hoc ſolum interpoſita videbitur, vt ſolui ei ante litem conteſtatam, & ignorante vel inuito Titio poſſit.

1 ¶ Qui certo loco dari promiſit, aliquatenus duriori conditioni obligatur, quàm ſi purè interrogatus fuiſſet. nullo *o* enim loco alio, quàm in quem promiſit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt. Quare ſi reum purè interrogauero, & fideiuſſorem cum *p* adiectione loci accepero, non obligabitur fideiuſſor.

2 ¶ Sed & ſi reus Romæ conſtitutus, Capuę dari promiſerit, fideiuſſor *q* Epheſi, perinde non obligabitur fideiuſſor, ac ſi reus ſub conditione promiſiſſet, fideiuſſor autem in diem certam, vel purè ‖ promiſiſſet. ‖

3 ¶ Fideiuſſor accipi poteſt, quotiens eſt aliqua obligatio ciuilis *r*, vel naturalis, cui applicetur.

4 ¶ Naturales *ſ* obligationes non eo ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua eorum nomine competit. verumetiam cùm *t* ſoluta pecunia repeti non poteſt. Nam licèt minùs propriè debere dicantur naturales debitores per *u* abuſionem intelligi poſſunt debitores, & qui ab his pecuniam recipiunt, debitum *x* ſibi recepiſſe.

5 ¶ Stipulatione in diem concepta, fideiuſſor ſi *y* ſub conditione acceptus fuerit, ius eius in pendenti erit: vt ſi ante diem conditio impleta fuerit, non obligetur: ſi concurret *z* dies & conditio, vel etiam diem conditio ſecuta fuerit, obligetur.

6 ¶ Cùm fideiuſſor hoc modo *a* acceptus eſſet, *Si reus quadraginta*, quæ ei credidit, *non ſoluerit, fide tua eſſe iubes?* veriſimile eſt id actum, vt cùm appellatus reus non ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur *b*; ſed & ſi reus, antequam appellaretur, deceſſiſſet *c*, fideiuſſor obligatus erit: quia hoc quoque caſu verum eſſet reum non ſoluiſſe.

De actione cedenda fideiuſſori.

17. *Idem* ‖ lib. 89. Digeſtorum. ‖

FIdeiuſſoribus ſuccurri ſolet, vt ſtipulator compellatur ei qui ſolidum ſoluere paratus eſt, vendere *a* cæterorum nomina.

De delegatione.

18. *Idem* ‖ lib. 90. Digeſtorum. ‖

QVi debitorem ſuum delegat *b*, pecuniam dare intellegitur, quanta ei debetur, & ideo ſi fideiuſſor debitorem ſuum delegauerit, quamuis eum qui ſoluendo non erat, confeſtim mandati *c* agere poteſt.

De ſeruo fideiuſſore.

19. *Idem* ‖ lib. 4. ex Minicio. ‖

SEruus inſcio domino pro quodam fideiuſſerat. & eo nomine pecuniam ſoluerat. quærebatur, dominus poſſet ne ab eo cui ſoluta eſſet, repetere? Reſpondit: Intereſt *d* quo nomine fideiuſſerit. nam ſi *e* ex cauſa peculiari fideiuſſit, tunc id quod ex peculio ſoluerit, repetere dominus non poterit: quòd *f* ex dominica cauſa ſoluerit, vindicabitur. Si verò extra *g* cauſam peculij fideiuſſerit, quod ex pecunia dominica ſoluerit, æquè vindicabitur: quod ex peculio, condici poterit.

20. *Iauolenus* lib. 13. Epiſtolarum. ‖

SEd ‖ & ‖ ſi ſerui dominus pecuniam ſoluerit, repetere eam non ab eo pro quo fideiuſſit, ſed ab eo cui numerauit, poterit: cùm ſeruus fideiuſſionis nomine obligari non *h* poſſit *i*. Sequitur ergo vt ab eo pro quo fideiuſſerat, repeti non poſſet *k*: cum ipſe ære alieno obligatus ſit, nec ſolutione liberari eius pecuniæ nomine potuerit, cuius obligatio ad ſeruũ non pertinuit.

De SC. Trebelliano, De bonorum poſſeſſ. contra tab. 1. De eo qui duabus fideiuſſionibus tenetur. 2. De ſeruo manumiſſo. 3. Si reus vel fideiuſſor ſtipulatori ſucceſſerit. De poſſeſſione rerum debitoris data creditori. 4. De eo qui duabus fideiuſſionibus tenetur. 5. Si fideiuſſor ſtipulatori heres extiterit.

21. *Africanus* ‖ lib. 7. *l* Quæſtionum. ‖

HEres à debitore hereditario fideiuſſorem accepit, deinde hæreditatem ex Trebelliano reſtituit. fideiuſſoris obligationem in ſuo ſtatu manere *m* ait, idémque in hac cauſa ſeruandum, quòd ſeruaretur, cùm heres contra quem emancipatus filius bonorum poſſeſſionem accepit, fideiuſſorem accepit. Idéoque in vtraque ſpecie tranſeunt actiones.

1 ¶ Non eſt nouum *n* vt fideiuſſor duabus obligationibus eiuſdem pecuniæ nomine teneatur. nam ſi in diem acceptus, mox purè accipiatur, ex vtraque obligatur. & ſi fideiuſſor confideiuſſori heres extiterit, idem erit.

2 ¶ Seruo tuo pecuniam credidi. eum tu manumiſiſti: deinde *o* eundem fideiuſſorem accepi. ſi quidem in eam obligationem fideiubeat, quæ aduerſus te intra *p* annum ſit, obligari eum ait. ſin verò in naturalem ſuam, potius *q* vt nihil agatur: non enim intelligi poſſe, vt quis pro *r* ſe fideiubendo obligetur.

¶ Quòd ſi hic ſeruus manumiſſus *ſ* fideiuſſori ſuo heres exiſtat, durare cauſam fideiuſſionis putauit: & tamen nihilominus naturalem *t* obligationem manſuram, vt ſi obligatio ciuilis pereat, ſolutum repetere non *u* poſſit, nec his contrarium eſſe, quòd cùm reus fideiuſſori heres exiſtat, fideiuſſoria obligatio tollatur: quia tunc duplex obligatio ciuilis cum eodem eſſe non poteſt. Retro *x* quoque ſi fideiuſſor ſeruo manumiſſo heres *g* extiterit, eadem aduerſus eum obligatio manet: quamuis & naturaliter teneatur, nec pro ſe quis fideiubere poſſit.

3 ¶ Quòd ſi ſtipulator *y* reum heredem inſtituerit,

a l.71. inf. eod.
b l.68. in fin. pr. j. eod. l.27. ſup. mandati.
c l.93. in fin. inf. de ſolut.
d ſi tanquam, *Hal.*
e Reus principalis fideiuſſori ſuo ſuccedens, non poteſt aduerſus creditorem vti ea exceptione, qua fideiuſſor vti aduerſus eum potuit. Quid ſi vſus fueris? in factum aut doli mali replicatione ſummouebitur.
f non competente. Ita legit & emendat Antonius Faber 1. *Coniecturar.* 5. quem vide.
g Stipulatio ſine cauſa eſt inefficax, *l.2.§.3. ſup. de doli mali.*
h competit enim mandati iudicium fideiuſſori aduerſus reum, *l.4. ſup. eod.*
i ageretur, *vulg. Hal.*
k Fideiuſſor poteſt vti exceptione aduerſus contractũ inefficacem inuito debitore, ſeu reo principali. Itẽ reus non poteſt contractum inefficacem confirmare in præiudicium fideiuſſoris.
l *l.3. ſup. de compenſat.*
m confideiuſſori non prodeſt, *l.23. ſ. de pact.*
n huius rei exempla peti poſſunt ex *l.29.46.56.70.§.5. j. eo. l.7. ſup. de exception. l.1.§.2 in fin. ſup. de verb. obl. l.1. C. de excep. §.4. Inſtit. de replication. Nouell. 51. in princ.*
o vide *l.9. ſup. de eo quod certo loco. vide l.122. ſ. de verb. oblig.*
p quia leuior eſt eius obligatio qui purè, quàm qui certo loco dare promittit. Leuiùs autem obligari reus non poteſt, quàm fideiuſſor.
q Quò remotiori loco promittimus, eò duriùs obligamur. hinc fit vt fideiuſſor remotiori loco quàm reus obligari non poſſit.
r *l.6. in fin. ſup. eod. §.1. Inſt. eod. l.13. ſup. de condict. indeb. l.14. in fin. ſup. de pignorib. l.9. l.10. ſup. de SC. Maced. l.1. §.7. ſup. de pecunia conſtituta.*
ſ vide *l.10. ſup. de obligationib. & actionib.* Porrò hunc paragraphum Horomanus 3. *obſeruat.* 5. putat ex Gloſſa in textum irrepſiſſe, & ex *l.10 ſup. de oblig.* huc tranſlactum eſſe & *actionib.*
t vide *l.7. ſup. eo.*
u Qui natura debet, non propriè, ſed abuſiuè debitor intelligitur, *l.10. in fin. j. de verb. ſignif.* Cur propriè aut abuſiuè debitor? proprium id dici non poteſt quod effectum non habet. Naturalis obligatio iure ciuili, actionis effectum non habet. Qui iudicio conueniri poteſt, propriè debitor eſt: hinc crediti appellatio propriè non pertinet ad eam pœnam quæ peti non poteſt, ſed tantùm repeti, *l.93. in fin. inf. de ſolut.*
x Qui naturali iure debitum recipit, ſuum recepiſſe intelligitur.
y ſenſus eſt: Qui ſub incerta conditione obligatur, durius obligatur, quàm qui ſub certa. Incerta quolibet momento euenire poteſt. Certa euentus ſuo tempore tantum accidit. Ideóque reus principalis ſub certa, fideiuſſor ſub incerta conditione obligari non poteſt, ne alioquin duriùs quàm reus principalis obligetur. Et tamen eius ſtipulationis non omnino vanus & irritus eſt effectus. Nam ſi fideiuſſoris conditio ante rei conditionem euenit, non obligatur: ſi in idem tempus incidit, vel poſt euenit, obligatur.
z ſi concurrerit, *vulg. Haloander.*
a vide Scholium apud Harmenopulum 3. *tit.* 6. *l.48. ſup. de verb. oblig.*
b nam mora rei fideiuſſori nocet, *l.49.§.1. l.88. ſup. de verb. oblig.* Reus qui interpellatus non ſoluit, moram commiſit, *l.32. ſup. de vſuris.*
c ſenſus eſt, Conditio impoſita fideiuſſori, *ſi reus non ſoluerit*, ita accipitur, ſi viuus non ſoluerit. vide quæ notaui ad *l.122. §.4. in fin. ſup. de verborum obligationibus.*

a cedere. *Hal.* Creditor fideiuſſori ſoluenti cedere debet actiones quas habet in reliquos fideiuſſores Et hoc quidem eſt beneficium: quod *cedendarum actionum* interpretes vocant, quo fideiuſſor vnus ſoluens in confideiuſſores vtitur ad viriles portiones. Eſt autem huius generis, vt fideiuſſor poſſit ſolutionem denegare creditori, antequam actiones ab eo ceſſas accipiat. Poſt ſolutionem verò creditor nullam actionem habet, ideóque fideiuſſori qui ſoluerit, nihil poteſt cedi, niſi fortè ſolutionem præceſſerit pactum de cedendis actionibus. Hæc beneficia fideiuſſoribus competunt aduerſus creditorem, vt ſcilicet primò diſcutiat reum principalem (hoc beneficium *ordinis* dicitur) vt actionem ſuam æqualiter diuidat aduerſus omnes fideiuſſores (hoc beneficium *diuiſionis* ſeu *epiſtolæ Diui Hadriani* notariis notiſſimum) vt accepta pecunia ab vno fideiuſſore, cedat ei actiones aduerſus reliquos (hoc beneficium, *cedendarum actionum* vocatur.) Aduerſus reum ipſum principalem, vel mandati, vel negotiorum geſtorum actione vti poteſt, *l.4. ſup. eo. l.39. l.41 in fin. inf. eod. l.11. C. eo. l.76. inf. de ſolut.* 7. *Eclog. ex lib.26. tit. 1. cap.37.*

b Delegatio, ſolutio eſt. Soluit, qui delegat ſuum debitorem, *l.26. §.2. ſ. mandati. l.2. C. de nouat.* vide quæ notaui ad *l.8. §.2. ſup. eod.*

ad Velleian. c aduerſus reum principalem ſcilicet, *l.4. ſup. eod.*
d In ſeruo ſcilicet, non in filiofam. vide *l.3.§.9. in fin. ſup. de peculio.*
e Generali mandato non continetur poteſtas fideiubendi, niſi ipſa fideiuſſio pertineat ad res commiſſas vel mandatas.
f Quod ſi ex dominica, *Vulg. Haloand.* id eſt, ex non peculiari.
g vide quæ notaui ad *l.54 ſup. mandati.*
h *l.3. ſup. eod.*
i creditor ſcilicet. An naturaliter? negat Accurſ. negat etiam Bartol. vel ideò quod lex reſiſtat eius obligationi. Aſſentior Decio *in d. l.22.* exiſtimanti ſeruum naturaliter obligari, quia conſenſit, *l.21.§.2. j. eod. l.13. l.64. ſup. de cond. indeb. l.14 ſup. de oblig.*
k non poſſit, *Vulg. Haloand.*
l vide *Cuiac. 7. ad Afric. fol. 133. & ſeq.*
m Actiones quas heres ipſe quæſiit, non tranſeunt in fideicommiſſarium, cùm vel qui contra tabulas venit, niſi facta ceſſione. vide *l.37 l.73. ſup ad Trebell.*
n *l.10. ſup. de act. empt. l.13. ſup. de duobus reis.*
o poſtquam tu eum manumiſiſti.
p De peculio actio datur in dominum poſt manumiſſionem ſerui intra annum, vide *l.16. ſup. quando de peculio actio.*
q potius eſt vt nihil.
r ſecus pro alio. vide *l.19. ſup. ad Velleian.*
ſ manumiſſus fideiuſſorem dederit, deinde fideiuſſori ſuo. *Haloand.* vide *l.95.§.3. j. de ſolut.*
t vide quæ notaui ad *l.20. in fin. ſup. eod.*
u *l.83. j. de ſolut l.13 ſup. de cond. indeb.*
x vide *l.60. ſup. de cond. & demonſtr.*
y *l.71. in fin. pr. j. eod. l.95.§.2. j. de ſolutionib.*

a rei, hoc eſt, quod. *Hal.*
b & bona vendita.
c non manere. Ita legit & emendat Anton. Faber. 1. *Coniect.* 17. *quem vide.*
d ſeparatim ſcil.
e etiam ſeparatim.
f id eſt, vt ſtipulatoris heres, non vt fideiuſſor quondam apud eundem.
g Imò mandati aget, *l.* 11. *ſup. mandati.*
h Fideiuſſor dari poteſt pro perſona repræſentata. *vide Alberic.*
i vide *l.* 31. *ſup. de hered. inſtit.*
k Municipium, decuria, ſocietas, licèt pluribus perſonis conſtent, vnius tamen perſonæ vicem ſuſtinent.
l curia, vide *l.* 1. *C. de decur. vrb. Romæ*: dixi ad *l.* 25. §. 1. *ſup. de adquir. hered. l.* 3. §. 4. *ſup. de bon. poſſeſſ.*
m *l.* 56. §. 2. *ſup. de verb. oblig.*
n Literæ præiudicant ſcribenti.
o *l.* 12. §. 13. *ſup. mandati.* Quid de literis commendatoriis quas Credentiæ hodie vulgus appellat, dicendum? vtique familiares, etiam commendatoriæ non obligãt, *l.* 12. §. 12. *ſup. mandati*: *l. vlt. C. quod cum eo.* Si tamen quis ſcripſerit fraudulenter, idoneo homini extraneo pecuniam credi, obligatur, *l.* 7. *in fin. ſup. de dolo.* Quid ſi procuratori tuo, inſtitori & ſimilibus perſonis bene credi ſcripſeris? teneris, *l.* 5. §. 10. *ſup. de inſtitoria.* multo magis ſi eis (vt tuæ voluntatis conſciis) fidem adhiberi mandaueris.

omnimodo fideiuſſoris obligationem peremit, ſiue ciuilis, ſiue tantùm naturalis in reum fuiſſet: quoniam quidem nemo poteſt apud eundem pro ipſo obligatus eſſe. Quòd ſi idem ſtipulator fideiuſſorem heredem ſcripſerit, proculdubio ſolam fideiuſſoris obligationem perimit. Argumentum rei *a*, quòd ſi poſſeſsio rerum debitoris data *b* ſit creditori, æquè dicendum eſt fideiuſſorem manere *c* obligatum.

4 ¶ Cùm ‖ & ‖ tu & Titius eiuſdem pecuniæ rei eſſetis, eum qui pro te fideiuſsit *d*, poſſe & pro Titio fideiubere *e* reſpondit: quamuis eandem pecuniam eidem debiturus ſit, nec tamen inanem eam creditori futuram. nonnullis enim caſibus emolumentum habituram: veluti ſi ei, pro quo antè fideiuſsiſſet, heres exiſtat. tunc enim confuſa prima obligatione, poſteriorem duraturam.

5 ¶ Cùm fideiuſſor reo ſtipulandi heres extiterit, quæritur an, quaſi ipſe à ſe exegerit, habeat aduerſus reum mandati actionem? Reſpondit, cùm reus obligatus maneat, non poſſe intelligi ipſum à ſe fideiuſſorem pecuniam exegiſſe. itaque ex ſtipulatu potiùs *f* quàm mandati *g* agere debebit.

De hereditate iacente. 1. De vniuerſitate.

22. *Florentinus* ‖ lib. 8. Inſtitutionum. ‖

MOrtuo reo promittendi, & ante aditam hereditatem fideiuſſor accipi poteſt: quia hereditas perſonæ *h* vice *i* fungitur, ſicuti municipium *k*, & decuria *l*, & ſocietas.

De adiecto ſolutioni.

23. *Martianus* ‖ libro 4. Regularum. ‖

SI *mihi aut Titio decem* ſtipulatus fuerim, Titius fideiuſſorem accipere non poteſt: quia ſolutionis *m* tantùm cauſa adiectus eſt.

Si reus interceſſori heres ex parte extiterit.

24. *Marcellus* ‖ lib. ſingul. Reſponſorum. ‖

LVcius Titius, cum pro Seio fratre ſuo apud Septicium interuenire vellet, epiſtolam *n* ita emiſit, *Si petierit à te frater meus, peto des ei nummos fide & o periculo meo.* Poſt quam epiſtolam, Septicius Seio pecuniam numerauit: deinde Titius inter reliquos & Seium fratrem pro tertia parte reliquit hæredem. quæro, an quia aduerſus Seium debitorem Septicij confuſa *p* ſit actio, pro tertia parte qua Titio fratri ſuo heres extitit, cum coheredibus eius agere in ſolidum poſsit. Marcellus reſpondit, cum coherede Seij non pro maiore, quàm hereditaria parte, mandati agi poſſe.

De fideiuſſore pupilli, prodigi, furioſi.

25. *Vlpianus* ‖ lib. 11. ad Edictum.

MArcellus ſcribit, ſi quis pro pupillo ſine tutoris auctoritate obligato *q* prodigóve, vel *r* furioſo *ſ* fideiuſſerit, magis eſſe vt *t* ei non ſubueniatur *u*: quoniam *x* his mandati *y* actio non competit.

De beneficio diuiſionis.

26. *Gaius* ‖ lib. 8. ad Edictum Prouinciale.

INter fideiuſſores non ipſo iure *z* diuiditur *a* obligatio ex epiſtola D. Hadriani *b*: & ideò ſi quis eorum ante exactam *c* à ſe partem ſine *d* herede deceſſerit, vel ad inopiam peruenerit, pars eius ad *e* cæterorum onus reſpicit.

27. *Vlpianus* ‖ lib. 22. ad Edictum. ‖

p Quatenus reus debendi ſuccedit mandatori, eatenus confunditur actio mandati.
q poteſt enim iure obligari pupillus, & furioſus ex delicto, vel quaſi contractu, *l.* 46. *ſup. de oblig. & act.* eoque caſu non ſubuenitur fideiuſſori, *l.* 70. §. 4. *in fin.* ȷ. *eod.* ex ſtipulatione verò huiuſmodi perſonæ obligari non poſſunt, *l.* 6. *ſup. de verb. oblig.* & ita leges contrariæ conciliandæ ſunt. vide *Cuiac.* adde *l.* 6. *ſup. de verb. obl.*
r Priuilegia minoribus conceſſa ad prodigos & furioſos extenduntur.
ſ obligatio ſine curatoris ſui auctoritate ſcilicet.
t vt non eis ſubueniatur (per in integrum reſtitutionem ſcilicet.) quoniam his (fideiuſſoribus ſcilicet.) mandati, &c. Contius 2. *lect.* 3. Ræuardus 2. *variar.* 9. legit, vt ideò ei ſubueniatur. quo nomine à Roberto reprehenditur. 2. *recept. vlt.*
u aduerſus ſtipulatorem.
x quamuis mandati actio non competat Cuiac. ad *l.* 19. *ſup. de vſurp.* id eſt, quamuis mandati actionem is non habeat. Verus ſenſus eſt. Pro pupillo, furioſo & prodigo ſine tutore iure obligatis rectè interuenit fideiuſſor. Denique fideiuſſor tenetur, etiam ſi in pupillum, &c. mandati actionem non habeat.
y *l.* 2. *ſup. de pignoribus.*
z ſed per exceptionem *l.* 28. ȷ. *eod.* Quæ ipſo iure diuiſa ſunt, ſemper ſunt diuiſa. Quæ diuiſa ſunt ope exceptionis, ante exceptionem oppoſitam non cenſentur diuiſa.
a De beneficio cedendarum actionum dixi ad *l.* 16. *ſup. eod.* De beneficio ordinis dicam ad Nouell. 4. *cap.* 1. Hic autem agitur de beneficio diuiſionis ſeu epiſtolæ D. Hadriani. De beneficio diuiſionis agitur expreſsè in *l.* 27. §. 1. *in l.* 28. ȷ. *eo. l.* 10. *in fi. C. eo.* vtrumque notariis admodum notum eſt & familiare, dum creditorum gratia cauere vel ſtipulari ſolent, vt fideiuſſores diſertis verbis beneficio diuiſionis & epiſtolæ D. Hadriani renuncient. Beneficium diuiſionis datum fideiuſſoribus, extenſum eſt à Iuſtiniano ad correos conſtitutæ pecuniæ, *l. vlt. C. de conſtit.* & tandem ad correos ipſos debendi principales, *Nou.* 99.
b Epiſtolæ huius fit mentio in §. 4. *Inſt. eod. l. vlt. C. de conſt. pecun.* Ante Hadrianum idem quoque conſtitutum fuit à prætoribus. Inter fideiuſſores (inquit Paulus 1. *ſent.* 20. §. *vn.*) ex edicto Prætoris ſi ſoluendo ſint, licet ſinguli in ſolidum teneantur, obligatio diuiditur.
c id eſt, ante litem conteſtatam.
d Inopiæ ſpecies eſt mori ſine herede, *vt hic*: & iniuriæ, §. 1. *Inſtit. quib. ex cauſ. manumit.*
e Inopia fideiuſſoris ante beneficium diuiſionis periculum ad confideiuſſorem pertinet.

SI plures ſint fideiuſſores, vnus purè, alius in diem, vel ſub conditione acceptus *a*: ſuccurri oportet ei qui purè acceptus eſt, dum exiſtere conditio poteſt: ſcilicet vt interim in virilem conueniatur. ſed ſi cùm conditio exſtitit, non eſt ſoluendò *b* qui ſub conditione acceptus eſt, reſtituendam actionem in purè acceptum, Pomponius ſcribit.

1 ¶ Præterea ſi fideiuſſor *c* exſtiterit fideiuſſori *d*, ſiue plures, æquè *e* hic quoque pertinebit ad eandem cauſam, in quorum perſona æquè locum habebunt ea quæ ſunt à D. Hadriano conſtituta.

2 ¶ Præterea ſi quæratur an ſoluendo ſit principalis fideiuſſor, etiam *f* vires *g* ſequentis fideiuſſoris ei adgregandæ ſunt.

3 ¶ Sicut ipſi fideiuſſori, ita heredibus *h* quoque eorum ſuccurrendum Pomponius ſcribit.

4 ¶ Si fideiuſſor fuerit principalis & fideiuſſor fideiuſſoris, non poterit deſiderare fideiuſſor, vt inter ſe & eum *i* fideiuſſorem pro *k* quo fideiuſsit, diuidatur obligatio. ille enim loco *l* rei eſt: nec poteſt reus *m* deſiderare, vt inter ſe & fideiuſſorem diuidatur obligatio. Proinde ſi ex duobus fideiuſſoribus alter fideiuſſorem dederit, aduerſus eum quidem non diuiditur obligatio, pro quo interuenit: aduerſus confideiuſſorem *n*, magis eſt vt diuidatur.

28. *Paulus* ‖ lib. 25. ad Edictum. ‖

SI contendat *o* fideiuſſor cæteros ſoluendo eſſe *p*, etiam exceptionem *q* ei dandam, *Si non & illi ſoluendo ſint.*

De conditione impoſsibili.

29. *Idem* ‖ lib. 18. ad Edictum. ‖

SI ſub impoſsibili *r* conditione ſtipulatus ſim, fideiuſſor adhiberi non poteſt *ſ*.

De ignorantia rei principalis.

30. *Gaius* ‖ lib. 5. ad Edictum Prouinciale. ‖

FIdeiubere pro alio poteſt quiſque, etiam *t* ſi promiſſor ignoret *u*.

De ſolutione ante diem.

31. *Vlpianus* ‖ lib. 23. ad Edictum. ‖

SI fideiuſſor, vel quis alius pro reo ante *x* diem creditori ſoluerit, expectare *y* debebit diem quo eum ſoluere oportuit.

De exceptionibus.

32. *Idem* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

EX perſona *z* rei, & quidem inuito *a* reo, exceptio & cætera rei commoda fideiuſſori cæteriſque acceſſionibus *b* competere poteſt.

Si hominem petitum reus liberum heredémque reliquerit.

33. *Idem* ‖ lib. 77. ad Edictum. ‖

SI eum hominem, quem à Titio petieram, pro quo ſatis de lite *c* acceperam, Titius liberum heredémque reliquerit, ſi quidem re vera ipſius fuit, dicendum eſt iudicium in eum *d* transferri: & ſi non patiatur id fieri, committi ſtipulationem. ſi autem *e* mens petitoris fuit, neque iuſſu meo hereditatem adierit, fideiuſſores tenebuntur ob rem non defenſam. ſi autem adierit me iubente, ſtipulatio euaneſcit *f*. Planè ſi meus fuerit, & idcirco differam aditionem, vt cùm vicero, tunc eum iubeam adire, & interim ob rem non defenſam agere velim: non committitur ſtipulatio: quia vir bonus non *g* arbitraretur.

Quatenus interceſſores obligantur.

34. *Paulus* ‖ lib. 72. ad Edictum ‖

HI qui acceſsionis loco promittunt, in leuiorem cauſam accipi poſſunt, in deteriorem *h* non poſſunt. Ideo ſi à reo mihi ſtipulatus ſim, à fideiuſſore mihi aut Titio, meliorem *i* cauſam eſſe fideiuſſoris Iulianus putat: quia poteſt vel Titio ſoluere. Quòd ſi à reo *mihi aut Titio* ſtipulatus, à fideiuſſore mihi tantùm interrogem, in deteriorem cauſam acceptum fideiuſſorem Iulianus ait.

¶ Quid ergo ſi à reo Stichum aut Pamphilum, à fideiuſſore Stichum interrogem? vtrùm in deteriorem cauſam acceptus eſt ſublata electione, an in meliorem? quod ‖ & ‖ verum eſt: quia mortuo *k* eo liberari poteſt.

De fideiuſſore ſerui, vel domini de peculio obligati.

35. *Idem* ‖ libro 2. ad Plautium. ‖

CVm fideiubeat aliquis pro ſeruo, in ſolidũ tenetur, etiam ſi nihil in peculio ſit. planè ſi pro domino

a Quæritur ... modo inter ... conditionis ... iuſſores diuid... ſint actiones?
b vide *l.* 28. ...
c fideiuſſor ... extiterit, *vulg.* ... his duobus ... lectionibus ... naſcuntur ... nes. Prior, ... do inter fidei... res diuidendæ actiones. Alt... quomodo ... deiuſſorum ... ſuccedente, ... eum & reliqu... deiuſſores ſunt ... uidendæ acti...
d poteſt enim ... fideiuſſore fide... ſor accipi, *l.* ... *fin. ſup. eod.* ... etiam fideiuſſ... deiuſſor dari ... *ſup. eod.*
e Fideiuſſori... datum benefi... ad fideiuſſores ... iuſſorum peri...
f Quò primi ... iuſſoris fide... locupletior eſt, ... principalis ipſe ... deiuſſor locup... tior intelligi...
g Principalis ... tur ſoluendo, ... neum habea... iuſſorem.
h etiam fidei... rum heredibus.
i *l.* 49. §. 1. *inf.* ... *l.* 2. *C. de conſti.* ... eſt, vt Benefi... diuiſionis & epi... læ D. Hadriani ... tur.
k *al.* qui pro ...
l Fideiuſſor pri... cipalis, fideiu... ſuo ſubalterno ... loco eſt: con... iuſſoris fideiuſſ... non eſt.
m Fideiuſſor pri... cipalis aduerſus ... deiuſſorem ſuum ... beneficio diuiſ... nis vti non poteſt ... aduerſus fideiuſſ... rem confideiuſſ... ris, poteſt. At co... trario fideiuſſor p... teſt petere vt re... principalis prius ... diſcutiatur. *Nou.* ... *cap.* 1.
n puto legendum ... eſſe, confideiuſſor... confideiuſſorem.
o ſi velit vti bene... ficio diuiſionis ... quo dictum eſt ... *l.* 26. *inf. eod.*
p tunc tantùm ... ditur, *l.* 10. *C.* ... 4. *Inſt. eo.* Paul. ... *ſent.* 20. §. *vnic.*
q quia non ipſo iu... re diuiditur inter ... eos actio, *l.* 26. ȷ. *eo*

r Impoſsibile in principali, impoſsibile eſt in acceſſorio, *Bal.*
ſ Cur ita? collige ex *l.* 16. *ſup. eo.*
t Fideiubere etiam pro ignorante poſſumus.
u facit *l.* 3. *in fin ſup. de negot. l.* 20. *in fin ſup. mand.* x *l.* 22. *l.* 51. *ſup. mand.*
y Ante diem pro alio ſoluens non poteſt aduerſus eum agere ante diem, *Bald.*
z adde *l.* 46. ȷ. *eod. l.* 7. §. 1. *ſup. de obl.*
a *l.* 15. *ſup. eod. l. vlt. ſup. de pact. l.* 19. *ſup. de except.*
b acceſſoribus. *vulg.* † poſſunt.
c cautio de lite, eſt cautio iudicatum ſolui, vt *l.* 11. ȷ. *iudic ſolui*: *v. Cuiac.* 10. *obſ.* ...
d Inſtantia iudicij tranſit in eum qui iure ſuccedit, *Bald.*
e homo meus, i. e. petitoris, *vulg.*
f adde *l.* 2. ȷ. *iudic ſolui.*
g In formula, *iudicatum ſolui*, modò dicebatur rectè defendi, modò boni viri arbitratu, vide Cuiac 10. *obſeru.* 29 *in fin.*
h vide *l.* 8. §. 7. *ſup. eod. l.* 42. *inf. eod.*
i Nota leniorem eſſe conditionem eius qui pluribus obligatus eſt, quam qui vni. Cur ita? Vtile eſt eligere poſſe cui ſoluamus, cum ita fieri poſsit, vt inter plures mitem aliquem creditorem reperiamus.
k *l.* 8. §. 8. *ſup. eod.*

fideiubeat,

fideiubeat, cùm quo de a peculio eſt b, dumtaxat de peculio tenebitur, quod tunc erit, cùm res iudicatur.

De actione fideiuſſori cedenda.

36. *Idem*" lib.14. ad Plautium."

CVm is qui & reum & fideiuſſores habens, ab vno c ex fideiuſſoribus accepta pecunia præſtat d actiones. poterit quidem dici nullas iam eſſe: cùm e ſuum perceperit, & perceptione omnes liberati ſunt. ſed non ita eſt. non enim in ſolutum accepit, ſed quodammodo nomen debitoris vendidit f, & ideo habet actiones, quia tenetur ad idipſum, vt præſtet g actiones.

De errore.

37. *Idem*" lib.17. ad Plautium."

SI quis, poſtquam tempore h tranſacto liberatus eſt, fideiuſſorem dederit, fideiuſſor non tenetur: quoniam erroris i fideiuſſio nulla eſt.

De electione. 1. Si creditor debitori ſucceſſerit.

38. *Marcellus*" lib.20. Digeſtorum."

SI *Stichum aut Pamphilum* ſtipulatus eſſem, vtrum pro minor voluiſſet, non k poſſum fideiuſſorem ita accipere Stichum aut Pamphilum, vtrum fideiuſſor vellet: quia futurum eſſet in eius poteſtate alium l velle, quàm reus voluiſſet.

1 ¶ A Titio qui mihi ex teſtamento ſub conditione decem debuit, fideiuſſorem accepi, & ei heres extiti. deinde conditio legati extitit. quæro, an fideiuſſor mihi teneatur? Reſpondi: Si ei à quo tibi erat ſub conditione legatum, cùm ab eo fideiuſſorem accepiſſes, heres extiteris, non poteris habere fideiuſſorem obligatum: quia nec m reus eſt, pro quo debeat, ſed nec res vlla quæ poſſit deberi.

Si vnus ex fideiuſſoribus ſoluerit.

39. *Modeſtinus* ‖ lib. 2. Regularum. ‖

VT fideiuſſor aduerſus confideiuſſorem ſuum agat, danda actio non eſt: ideóque ſi ex duobus fideiuſſoribus eiuſdem quantitatis, cùm alter electus à creditore totum exſoluet, nec n ei ceſſæ ſint actiones: alter nec à creditore, nec à confideiuſſore conuenietur.

De duobus reis.

40. *Idem* ‖ lib.13. Regularum. ‖

CVm duo o rei conſtituti ſunt, ſiue p ab vtroque, ſiue ab alterutro fideiuſſor datus fuerit, in ſolidum rectè accipietur.

De fideiuſſoribus. 1. De actione curatori cedenda.

41. *Idem*" lib.13. Reſponſorum reſpondit."

SI fideiuſſores *in id q accepti ſunt quod à curatore ſeruari non poßit*, & poſt impletam legitimam r ætatem tam ab ipſo curatore, quàm ab ſ heredibus eius ſolidum ſeruari potuit: & ceſſante t eo qui pupillus fuit, ſoluendo eſſe deſierit, non u temerè x vtilem in fideiuſſores actionem competere.

1 ¶ Idem reſpondit, ſi in ſolidum condemnatus eſt vnus ex mandatoribus, cùm iudicati conueniri cœperit y, poſſe eum deſiderare vt aduerſus eos z qui idem mandauerunt, actiones ſibi mandentur.

Si reus pecuniam, fideiuſſor aliam quantitatem promittat.

42. *Iauolenus* ‖ lib. 10. Epiſtolarum. ‖

SI ita fideiuſſorem accepero, *Quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici a fide tua eſſe iubes?* non obligatur fideiuſſor: quia in aliam b rem, quam quæ credita eſt, fideiuſſor c obligari non poteſt: quia non d vt æſtimatio e rerum quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri poteſt, ita pecunia quoque merce f æſtimanda eſt.

De fideiuſſoribus diuerſarum ſtipulationum.

43. *Pomponius*" lib.7. ex variis lectionibus."

SI à Titio ſtipulatus fideiuſſorem te acceperim, deinde eandem pecuniam, ab alio ſtipulatus, alium fideiuſſorem accipiam, confideiuſſores non erunt: quia diuerſarum g ſtipulationum fideiuſſores ſunt.

De eo qui pro operis redemptore fideiuſſit.

44. *Iauolenus* ‖ lib. 11. Epiſtolarum. ‖

STipulatus es, *opus arbitratu a tuo ante certam diem fieri. quod ſi b effectum non eſſet, quanti c, vt efficiatur d opus locaſſes, tanti fideiuſſores cœpiſti* e. & quia opus effectum non erat, alij locaſti f: & cùm poſterior conductor ſatis non daret, ipſe opus feciſti. quæro, an fideiuſſor teneatur? Reſpondit: Secundùm ea verba ſtipulationis, quæ à te propoſita ſunt, fideiuſſores non tenentur: non g enim id feciſti, quod in ſtipulatione conuenerat: id eſt h, opus alij non locaſti, tametſi poſtea locaſti. ea enim locatio quam ſecutus es, perinde eſt, ac ſi interpoſita non eſſet, etſi ſtatim tu opus facere cœpiſſes.

De fideiuſſore condemnato.

45. *Scæuola* * lib. 6. Digeſtorum."

FIdeiuſſor pro i venditore fundorum duorum altero euicto conuentus ab emptore condemnatus eſt k certam quantitatem. quæſitum eſt, an cum herede venditoris ante l diem, quo iudicatum facere compelleretur, agere poſſit? Reſpondit agere quidem poſſe, ſed ex m iuſta cauſa ad officium iudicis pertinere, quo fideiuſſor aut defendatur, aut liberetur.

Si contractus principalis non valeat.

46. *Iauolenus*" lib. 10. ex Poſterioribus Labeonis."

CVm lex venditionibus n occurrere voluerit, fideiuſſor quoque liberatur o: magis quod per eiuſmodi actionem ad reum peruenitur.

De deportatione. 1. Si filiusfamilias ſtipuletur, & emancipatus credat.

47. *Papinianus* ‖ libro 9. Quæſtionum ‖

SI debitori deportatio irrogata eſt, non poſſe pro eo fideiuſſorem accipi ſcribit Iulianus: quaſi tota obligatio contra eum p extincta q ſit.

1 ¶ Si filius in cauſa peculiari ita fideiuſſorem acceperit, *Quantam r pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes?* & emancipatus credat, patri quidem, ſi non eſt reus obligatus, non tenebitur: filio verò humanitatis ſ intuitu, obnoxius eſſe debet.

De muliere. 1. De minore.

48. *Idem* ‖ lib. 10. Quæſtionum. ‖

SI Titius & Seia t pro Mæuio fideiuſſerint, ſubducta u muliere dabimus in ſolidum x aduerſus Titium actionem: cùm ſcire potuerit, aut ignorare non debueirt, mulierem y fruſtra intercedere.

1 ¶ Huic ſimilis & illa quæſtio videri poteſt z ob ætatem ſi reſtituatur in integrum vnus fideiuſſor, an alter onus obligationis integrum excipere debeat. ſed ita demum alteri totum irrogandum eſt, ſi poſtea z minor interceſſit, propter a incertum ætatis ac reſtitutionis. Quòd ſi dolo creditoris inductus ſit minor vt fideiubeat b, non c magis creditori ſuccurrendum erit aduerſus confideiuſſorem d, quàm ſi facta nouatione e circumuento minore deſideraret in veterem debitorem vtilem actionem ſibi dari.

De doli exceptione. 1. De pluribus fideiuſſoribus & pluribus heredibus fideiuſſorum, & condictione indebiti. 2. De eo quod certo loco.

---

a l.12.ff.eod.
b actio ſcilicet.
c Fideiuſſore ſoluente reus liberatur, *inſt.quib.modis tollitur obligatio.*
d i. cedit, *v.l.17.ff.eod.*
e Solutione naturali extinguitur obligatio.
f Ceſſionarius cenſetur emere, non ſimpliciter diſſoluere obligationem: nec cenſetur facta ſolutione ſimpliciter diſſoluta obligatio. ſed in ceſſionarium translata. Bald. *l.76.in fin.ff.de ſolut.l.15. in fin. ff.de in rem verſ.*
g Fideiuſſori ſoluenti, iura ceduntur contra reum principalem *l.13.ff.eod.l.27.in fi. l.28. ff.mandati, l.95.§.10 ff. de ſolut.*
h Reus principalis tempore liberatus, fideiuſſorem dat inutiliter, *vt hic* & tamen ſolus fideiuſſor tempore liberatus pro reo ſoluens, habet mandati actionem, *l.29. in fin. ff. mandati.* quin conſtituere poſſumus nos ſoluturos poſt diem obligationis, *l.18.§.1.de conſtituta:* adde *l.vlt. in fin.ff.ratam rem.*
i *v.l.57.ff.de obligat.*
k Imò poſſum: ſic enim futura eſt leuior conditio fideiuſſoris, *l.8.§.7.ff.*
l *v.l.42.ff.eod.*
m Vbi neque res debita, neque reus eſt, ibi fideiuſſor intercedit inutiliter. nam acceſſorium non poteſt eſſe ſine principali.
n Fideiuſſor in cõfideiuſſorem ſine ceſſione non agit, *v.l.17.ff.eod. l.11.C.eod.* adde *l.36.ff.eod.*
o debendi principales ſc.
p *l.6.§.1.ſupra de duobus reis.*
q Fideiuſſor in caſum inopiæ debitoris acceptus non tenetur, niſi facta excuſſione rei, & heredis eius.
r legitima ætas, quid, dixi ad *l.27.ff.de negot.*
ſ vt heres rei principalis diſcutiatur, fideiuſſor principalis rei petere poteſt. facit lex *26.ff.eod. Nou.4.c.2.*
t etiam citra denunciationem, *l.62.ff.eod.*
u Temeritate omnis actio vacare debet, *Cic.1.Offic.* Nihil eſt temeritate turpius. Idem *de natura:* Nihil à grauitate ſapientis temeritate diſiunctius, *4.Acad. l.6.ff.de diuor. l.63 ff.de reg iur.*
x Qui ſe in caſum inopiæ debitoris obligauit, temerè conuenitur, reo aut eius heredibus non diſcuſſis.
y atque ita poſt ſententiam. v Accurſ. in *l.1.C.de iuris & facti ignor.*
z Mandator in correos mandati actiones ſibi cedi poſtulare poteſt.
a Si nummos credidi, non poſſum fideiuſſorem accipere, qui pro his triticum dare ſpondeat: *Harm.3.tit.6. in fin.* Pro reo in pecunia obligato non poteſt fideiuſſor obligari in tritico. *Bald.* Hinc colligere poſſumus, Inique facere qui pecunia ruſticis credita triticum ab eis ſtipulantur.
b *l.38.ff.eod.* & duriorem, *l.8.§.7.l.34.ff.eod.* adde *l.8.ff.de eo quod certo, l.4.ff. de compenſ.*
c aliud in conſtituto, *l.1.§.5.ff.de conſt.pecun.*
d ſenſus eſt: Merces quidem pecunia numerata rectè æſtimari: pecuniam verò mercibus æſtimari nec poſſe nec debere, *Harm.ibid.*
e Æſtimatio pecuniæ certa eſt, *l.3.ff.de in litem* tritici, eſt incerta, *l.94.ff.de verb.obl.* Certæ rei principalis debitor eſſe non poteſt: Incertæ verò, fideiuſſor.
f Pecunia merces æſtimantur: at non mercibus ipſa pecunia.
g Diuerſarum ſtipulationum fideiuſſores, non ſunt confideiuſſores. Confideiuſſores ſunt, qui ad eiuſdem pecuniæ promiſſionem accedunt. Confideiuſſorem res facit, non perſona: denique confideiuſſores ſunt, qui vnius ac eiuſdem ſummæ apud eundem eodem tempore fideiuſſerunt.

---

a *l.24.ff.locati.*
b Fideiuſſor pecuniam promittere poteſt, reo principali factum promittente.
c id eſt, accepiſti fideiuſſorẽ in quod intereſt, & ſic reus hic obligatur ad factum, fideiuſſor ad intereſſe.
d vt efficeretur, *Hal.*
e accepiſti, *vulg. Hal.*
f *vt l.13.§.10.ff. locati.*
g Contractus quem quis non implet, non impleri non prodeſt. facit *l.7.C.eod.* v. omnino ad hunc locum Romanum *conſ.421. in fin.*
h illud, *id eſt*, eſt obſcurum. Quæro igitur quid his verbis Iuriſconſultus innuat? ſenſus eſt: Qui à fideiuſſore ſtipulatus eſt intereſſe quo caſu alio conductore operis faciendi vti per moram promiſſoris cogetur, intereſſe petere non poterit, ſi ſecundo conductore moram quoque faciente ipſemet opus fecit. Nam & ſi locatum hic opus eſſe conſtet ſecundo alicui conductori, quia tamen moroſo locatum eſt magis poſtea quam alteri locatum opus dicitur. Fideiuſſor autem tenebatur eo caſu quo faciendum verè opus locatum fuiſſet. ſtipulator ipſe opus faciens, alteri verè non locauit. nam inter locatorem & conductorem differentiam eſſe oportet.
i Fideiuſſor pro venditore condemnatus antequam ſoluatur, agere poteſt vt vel liberetur, vel indemnis ſeruetur.
k eſt in certam, *vulg.Hal.*
l Rerum duarum fideiuſſor ſi vna euicta eſt, eiúſque nomine condemnatus eſt, aduerſus reum principalem, eiúſve heredem agere poteſt, vel vt defendatur, (fortè in iudicio appellationis, aut potius intra quadrimeſtre tempus datum iudicatis) vel vt ſit fideiuſſor ante diem iuſta cauſa aduerſus reum agere poteſt, vt liberetur, *l.38.in fin.ff.mandat.l.10.C.mandati.*
m *v.l.38.in princ.& §.1.ff.mandat.l.10.C.mandat.*
n de donationibus, *putà* inter coniuges conſtante matrimonio, *l.1.ff.de don.inter vir.*
o Argumentum à venditione ad fideiuſſorem obſerua. Prohibitus vendere, in fraudem venditionis per fideiuſſorem obligari non poteſt.
p Cur ita? *v.l.16.ff.eod.*
q Deportatus creditoribus obligari deſinit, ideóque deportatus pro debito, deportationem antecedente, fideiuſſorem inutiliter dare intelligitur, cùm eo caſu fideiuſſor obligationi extinctæ antecedat, *l.14. in fin.ff.de nouat.*
r *l.132.in fin.ff.de verb.oblig.*
ſ *v.l.78.ff.de verb.oblig.*
t i. mulier.
u ob SC. Velleianum, *l.8.C.ad Velleian.*
x *3.Har.6.*
y mulier fruſtra pro alio intercedit, *ff.ad SC.Velleian.*
z ſi ſponte minor, &c. Connanus *lib.6. comment.iuris ciuilis*, vbi *ſponte*, opponit *dolo, de quo ff.* reprehenſus à Cuiacio 10. *obſ.* 25. & optimo iure, cum ita legatur 7. *Ecl.ex lib.16.tit.1. c.44.* ὕστερον ἢ ἀφῆλιξ προσελήφθη. ſenſus eſt, Si ſimul cum minore interceſſero, & is reſtitutus fuerit, tum demum mihi totum onus irrogandum eſt, & ſi primo loco interuenerim: niſi & dolo creditoris in fideiuſſorem minor aſſumptus eſt, 3 *Harm.6.* Dic apertius: Si antequam Caius minor fideiuberet pro Titio apud Mæuium fideiuſſero pro eodem Titio, in ſolidum Mæuio teneor: quia minorem teneri ex ea fideiuſſione iniquum eſt, cùm ætas eius fragilis & expoſita captionibus reſtitutionem mereatur. Hæc eſt ratio Iuriſc. adde & aliam inferiorem, Quia fideiuſſio mea ante minoris fideiuſſionem tenuit, vtilis fuit, ideóque eam ab inutili vitiari eſt iniquum. Quid ſi vna cum minore fideiuſſi? Cuiac. 10. *obſ.30.* putat pro parte me teneri. de quo alibi dicam plenius, eſt enim ſatis perplexa eius rei definitio.
a ætas enim fragilis minoris id meretur, *l.1.ff.de minor.*
b ſimul ſcilicet cum alio maiore 25. annis.
c Argumentum à fideiuſſione ad nouationem obſerua.
d maiorem.
e Nouatione cum minore facta, eóque circumuento, minor reſtituitur, *l.27.§.3. ff.de minor.* quod cum euenit datur creditoribus aduerſus veterem debitorem actio, *l.48.l.vlt.ff de minorib.l.vn.C.de reput.* quod iniquum non eſt. Igitur reſtituto minore aduerſus fideiuſſorem, qui eum præceſſit, fideiuſſor à creditore in ſolidum poterit conueniri. nam quæ ratio eſt actionis reſtituendæ creditori aduerſus veterem debitorem, reſtituto minore, eadem militat in actione eidem creditori reſtituenda aduerſus veterem fideiuſſorem, minore reſtituto. certum eſt enim fideiuſſorem primum loco rei haberi, *l.27.in fin.ff.eod.* Poſſis hanc legem ita accipere difficilem ac inuolutam ſit ſatis.

49 *Idem* " lib. 27. Quæſtionum."

SI teſtamento liberatum debitorem heres omiſit, fideiuſſorem *a* autem eius conueniat, proderit exceptio doli mali fideiuſſori propter improbitatem *b* heredis, quæ prodeſſe reo debuerat, ſi conueniretur.

1 ¶ Ex duobus fideiuſſoris heredibus, ſi per errorem *c* alter ſolidum exſoluat, quidam putant habere eum condictionem, & ideo manere obligatum coheredem, ceſſante quoque condictione durare obligationem coheredis probant *d*, propterea quod creditor qui dum ſe putat obligatum, partem ei qui totum dedit, exſoluerit, nullam habebit condictionem.

¶ Quòd ſi duo fideiuſſores accepti fuerint (verbi gratia) in viginti, & alter ex duobus heredibus alterius fideiuſſoris totum creditori exſoluerit, habebit quidem in decem, quæ ipſo iure non debuit, condictionem: an autem & alia quinque " millia " repetere poſſit, ſi fideiuſſor alter ſoluendo eſt, videndum eſt. ab initio enim heres *e* fideiuſſoris ſiue heredes, vt ipſe fideiuſſor, audiendi ſunt: vt ſcilicet pro parte ſinguli, fideiuſſores qui ſunt, conueniantur.

¶ Seuerior *f* & vtilior eſt in vtroque caſu illa ſententia, ſolutionem non indebitæ quantitatis non debere reuocari. quod etiam Epiſtola Diui Pij *g* ſignificatur in perſona fideiuſſoris qui totum exſoluerat.

2 ¶ Quæſitum eſt an fideiuſſor qui Capuæ pecuniam ſe daturum Romæ promiſit, ſi *h* reus promittendi Capuæ eſſet, ſtatim conueniri *i* poſſit? Dixi non *k* magis fideiuſſorem confeſtim teneri, quàm ſi ipſe Capuæ ſpopondiſſet. cùm reus adhuc Capuam peruenire non potuiſſet. nec ad rem pertinere, quod hoc *l* latere nemo dubitet, nondum fideiuſſorem teneri: quia nec ipſe reus promittendi teneretur. nam è contrario quoque, ſi quis reſponderit, quoniam debitor Capuæ ſit, fideiuſſorem confeſtim teneri, non habita ratione taciti *m* proprij temporis, euenturum, vt eo caſu fideiuſſor conueniatur, quo debitor ipſe, ſi Romæ fuiſſet, non conueniretur. itaque nobis placet fideiuſſoriam obligationem conditionem taciti *n* temporis ex vtriuſque perſona reciperare, tam rei promittendi, quàm ipſius fideiuſſoris: quoniam aliud reſpondentibus, contra iuris formam *o* in duriorem conditionem acceptus intelligetur.

Si creditor & fideiuſſor ſucceſſerint debitori.

50. *Vlpianus* " lib. 37. Quæſtionum."

DEbitori creditor pro *p* parte heres extitit, accepto coherede fideiuſſore. quod ad ipſius quidem portionem attinet, obligatio ratione confuſionis *q* intercidit, aut (quod eſt verius) ſolutionis *r* poteſtate, ſed pro parte coheredis *ſ* obligatio ſalua eſt, non fideiuſſoria, ſed hereditaria: quoniam maior tollit minorem.

De beneficio diuiſionis. 3. De pignore. 4. De beneficio diuiſionis.

51. *Idem* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

INter eos fideiuſſores actio diuidenda *t* eſt, qui ſolidum & partes viriles *u* fide ſua eſſe iuſſerunt. Diuerſum erit verbis ita conceptis, *Solidum aut partem virilem fide tua eſſe iubes?* tunc enim ab initio non niſi viriles partes ſingulos debere conueniet.

1 ¶ Fideiuſſor qui partem pecuniæ ſuo *x* nomine, vel rei promittendi ſoluit, quo minus reſidui diuiſione facta portionis iudicium accipiat, recuſare non debet: eam enim quantitatem inter eos qui ſoluendo ſunt, diuidi conuenit, quam litis *y* tempore ſinguli debent. ſed humanius *z* eſt, ſi & alter ſoluendo ſit litis conteſtationis tempore, per exceptionem ei qui ſoluit, ſuccurri.

2 ¶ Duo rei promittendi ſeparatim *a* fideiuſſores dederunt, inuitus creditor inter omnes fideiuſſores actiones diuidere non cogitur, ſed inter eos dumtaxat qui pro ſingulis interuenerunt. Planè ſi velit actionem ſuam inter omnes diuidere, non erit prohibendus *b*: non magis quàm ſi duos reos pro partibus conueniret.

3 ¶ Creditor pignus diſtrahere non *c* cogitur: ſi fideiuſſorem ſimpliciter acceptum omiſſo pignore velit conuenire.

4 ¶ Cum inter fideiuſſores actione diuiſa, quidam poſt *d* litem conteſtatam ſoluendo eſſe deſierunt, ea res ad onus eius qui ſoluendo eſt, non pertinet. nec auxilio defendetur ætatis actor. non enim deceptus videtur, iure *e* communi vſus.

5 ¶ Bonis damnati fideiuſſoris fiſco *f* vindicatis, inter fideiuſſores actio poſtea ſi diuidi cœperit, vt heredis *g*, ita fiſci rationem haberi oportet.

a Liberato principali, eius fideiuſſor conueniri non poteſt. adde *l. 19. ſ. de except.*

b Improbus eſt heres qui fideiuſſorē conuenit, reo principali iam liberato.

c In eo eſt error: quia per legem 12. Tab. obligatio erat diuiſa inter heredes æqualiter, *l. 1. C. ſi certum.*

d probatur *vulg.*

e *l. 27. §. 3. ſ. eod.*

f ſed verior. *vulg. Hal.*

g Diui Herennij *Vulg.*

h Vtcunque reus principalis ſic in loco ſolutionis fideiuſſori conceſſo, non ideo tamen ex rei præſentia fideiuſſoris mora contrahitur.

i *v. l. 43. ſ. de iudiciis.*

k Senſus eſt, Sicuti fideiuſſor qui Capuæ dare promiſit, antea ibi cōueniri non poteſt, quàm reus Capuā peruenire potuerit: ne alioquin durius obligetur quā reus: ita qui Capuæ dare promiſit, antea ibi conuenietur inutiliter quàm ipſe idē Capuam peruenire poſſit.

l *v. l. 138. ſ. de verb. oblig.*

m de quo ſ. *eod.*

n *l. 137. ſ. §. 2. de verb. oblig.*

o de qua *in l. 8. §. 7. ſ. eod.*

p *l. 15. C. de liberali cauſ. l. 7. C. de pactis.*

q Confunditur creditoris obligatio ſiue actio, quoties debitori ſuo ſuccedit, & quidem tota ſi ſolus ei ſit heres: pro parte verò, ſi coheredes alios habeat, *vt hic.* Confuſione debiti petitio ita extinguitur, *l. 5. in fin. C. de her. act.*

r Creditor debitori ſuccedens, ſibi ſoluere videtur.

ſ Creditor heres debitoris aduerſus ſuum fideiuſſorem, eiuſdem debitoris heredem, agere poteſt, non tanquam fideiuſſorem, ſed heredem. vide *l. 1. C. de her. act.*

t *l. 2. in fin. ſ. rem pupilli.*

u *l. 6. ſ. de fideiuſſ. tutor.*

x ſuæ nomine.

y litis conteſtatæ. *Vulgat.*

z Diuiſionis in beneficio, ex æquo & bono pecunia iam ſoluta ſpectatur: in tutoribus tempus depoſiti officij attenditur, *l. 3. ſ. de probat.*

a *v. l. 42. ſ. eod.* ſenſus eſt, Qui ſeparatim pro reis debendi fideiuſſerunt, ſunt quidem fideiuſſores, ſed non habent inter ſe beneficium diuiſionis & epiſtolæ D. Hadriani inuito creditore.

b *l. 11. ſ. de duob. reis.*

c *l. 2. l. 7. C. eod. l. 6. ſ. de pign. l. 56. ſ. mand.*

d Inopia confideiuſſoris poſt litem conteſtatam ſuperueniens, confideiuſſorem non grauat.

e vt *l. vlt. C. de reſtit. in integr.*

f Vt heredi fideiuſſoris competit beneficium diuiſionis, *l. 27. §. 3. ſ. eod.* ita & fiſco, cui bona fideiuſſoris acquiſita, eſt enim eo caſu ſucceſſoris loco, *l. 2. C. ad l. Iul. de vi.*

g Fiſcus ſuccedens fideiuſſori condemnato, habet beneficium diuiſionis.

De pignore. 1. De beneficio diuiſionis. 2. De fideiuſſore coloni. 3. De pluribus.

52. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

AMiſſi ruina pignoris damnum *a* tam fideiuſſoris, quàm rei promittendi periculum ſpectat. nec ad rem pertinebit, fideiuſſor ita ſit acceptus, *Quanto b minus ex pretio pignoris diſtracti ſeruari potuerit.* iſtis enim verbis etiam totum contineri conuenit.

1 ¶ Inter fideiuſſores actione diuiſa, condemnatus ſi deſierit eſſe ſoluendo, fraus vel ſegnitia *c* tutoribus qui iudicatum perſequi potuerunt, damnum dabit. quod ſi diuiſam actionem inter eos qui non erant ſoluendo, conſtabit, pupilli nomine reſtitutionis auxilium implorabitur.

2 ¶ Fideiuſſores à colonis datos, etiam *d* ob pecuniam dotis *e* prædiorum teneri conuenit: cùm ea quoque ſpecies, locationis vinculum ad ſe trahat. Nec mutat, confeſtim, an interiecto tempore fidem ſuam adſtrinxerunt.

3 ¶ Plures *f* eiuſdem pecuniæ credendæ mandatores, ſi vnus iudicio eligatur †, abſolutione quoque ſecuta non liberantur, ſed *g* omnes liberantur pecunia ſoluta.

De capituli actione.

53. *Idem* ‖ lib. 15. Reſponſorum. ‖

CApitis *i* poſtulati *k* fideiuſſores, ex contractu citra nullam præſcriptionem à *l* creditore qui reum poſtulauit *m*, rectè conueniuntur.

De pignore.

54. *Paulus* " lib. 3. Quæſtionum."

SI in pignore contrahendo deceptus *n* ſit creditor qui fideiuſſorem pro mutuo accepit, agit contraria pignoratitia actione in quam actionem veniet, quod intereſt creditoris. ſed *o* ea actio fideiuſſorem onerare non poterit: non enim pro pignore, ſed pro pecunia mutua fidem ſuam obliget *p*.

De ſtipulatione, quantam pecuniam illi quandoque credidere.

55. *Idem* " lib. 11. Quæſtionum."

SI ita ſtipulatus à Seio fuero, *Quantam pecuniam Titio quandoque q credidero, dare ſpondes?* & fideiuſſores accepero, deinde Titio ſæpius credidero: nempe Seius in omnes ſummas obligatus eſt, & per hoc fideiuſſores quoque, & *r* id quod ex bonis eius ſeruari poteſt, omnibus *ſ* æquo iure proficere debet.

De operis. 1. De patre & filio, domino & ſeruo. 2. De nummis alienis creditis. 3. De furti actione. De lege Aquilia. De actione populari.

56. *Idem* ‖ lib. 15. Quæſtionum. ‖

SI quis pro *t* eo qui libertus non eſſet, & *operas præſtaturum ſe iuraſſet u*, fideiuſſor erit, non tenebitur.

1 ¶ Item ſi filius à patre, vel ſeruus à domino ſtipuletur, nec fideiuſſor acceptus tenetur: quia non poteſt pro eodem *x*, & eidem eſſe obligatus.

¶ Ex diuerſo ergo patre à filio, vel domino à ſeruo ſtipulato, fideiuſſor acceptus tenetur.

2 ¶ Si nummos alienos, quaſi tuos, mutuos dederis ſine *y* ſtipulatione, nec fideiuſſorem teneri *z* Pomponius ait.

¶ Quid ergo ſi conſumptis *a* nummis naſcatur condictio *b*? Puto fideiuſſorem obligatum fore. in omnem enim cauſam *c* acceptus videtur, quæ ex ea numeratione naſci poteſt.

3 ¶ Pro furti *d* actione fideiuſſor accipi poteſt. Item pro eo qui in legem Aquiliam commiſit.

¶ Diuerſa cauſa eſt popularium actionum *e*.

Fideiuſſorem, antequam reus debeat, non conueniri.

57. *Scæuola* " lib. 18. Quæſtionum."

FIdeiuſſor antequam reus debeat, conueniri non poteſt *f*.

De fideiuſſore coloni. 1. Si facto rei perpetuetur obligatio.

58. *Paulus* " lib. 22. Quæſtionum."

SI à colono ſtipulatus, fideiuſſorem accepi, vna *g* ſtipulatio eſt plurium penſionum: & ideo in vniuerſis penſionibus fideiuſſor tenetur.

1 ¶ Cùm facto ſuo reus principalis obligationem perpetuat *h*, etiam fideiuſſoris durat obligatio: veluti ſi moram *i* fecit in Sticho ſoluendo, & is deceſſit.

De pignore.

59. *Idem* ‖ lib. 4. Reſponſorum ‖

PAulus reſpondit, fideiuſſorem in quem pignora à confideiuſſoribus data tranſlata ſunt, non *k* emptoris loco ſubſtitutum videri, ſed eius qui pignora accepit: & ideo rationem *l* fructuum & vſurarum haberi oportere.

a *l. 9. C.* … rat.

b *l. 17. C.* …

c *l. 2. C. arbit.* … *tela.*

d Simpliciter fideiubens videtur fideiuſſiſſe pro principali & acceſſorio.

e Dos prædiorum quid ſit, vide *l. 20. §. 1. ſ.* … *ſtructo.*

f 26. *Syn.* … 49. § 4.

† hoc hodie mutatum. v. … c. 1.

g Plus eſt ſol… cuniam à fide… re, quàm ſi i… iudice abſolu… adde *l. 23.* … *l. 28. C. eod. l.* … *ſ. de verb. oblig.*

h *l. 15. in pr.* …

i *l. 1. l. 20.* …

k accuſati…

l exceptione…

m poſtula… *Vulg.* poſtula… *Hal.*

n *l. 9. l. 36.* … *pignorat.*

o id eſt, fi… ſor ſortis … netur de fra… reo in pignor… hibita, quon… ius nomine … deiuſſit.

p obligat, *Hal.* obligauit. *V*…

q *quandoque* idem eſt quo… *docunque*, etia… pius.

r & in id. *Hal.* … de *l. 13. in fin.* … *eod.*

ſ An fideiuſſo… vt volunt La… Græci interpre… An omnibus … inis? vt vult C… 11 *obſ. 33.*

t *l. 16. ſ. eod.*

u Iuramentum … eſt modus indu… dæ obligationis … re ciuili, *vt hic* … re Canonico, ali… *cap. debitores* … *contingat, de iureiur. rand.* facit c. quin… *uis, de pactis.* … vnde notant d… nationem inter coniuges confi… te etiam matri… monio factam vale… re, ſi iurata ſit. … ad *l.* … *ſ. de don. inter vir. & vxor.*

x *l. 17. ſ. eod.*

y aliud ſi ſtipulatio interceſſit, *l. 1. C. ſi cert.*

z Cur ita? collige ex *l. 32. ſ. de ad… min. tut.*

a Conſumptione mutuum de re aliena factum conciliatur ſiue confirmatur. adde *l. 12. in fin. l. 19. ſupra de reb. cred. l. 78. ſ. de ſolut.*

b vt in *l. 13. ſ. de reb. cred.*

c *d. l. 32. in tota: l. vlt. in pr. ſup. quod legat.*

d *l. 8. §. 5. ſup. eod. l. 70. in fin. ſ. eod.*

e in quibus ſcilicet nullus cenſetur creditor ante litem conteſtatam. adde *l. 6.* … *ſ. de popular. act.*

f poteſt tamen adhiberi futuræ obligationi, *l. 6. in fin. ſup. eod.*

g Qui pro colono fideiubet, pro penſionibus vniuerſis tenetur. eſt enim vna tantum ſtipulatio, *7. Ecl. 57.* adde *l. 86. ſup. de verb. oblig.*

h Perpetuato principali, perpetuatur acceſſorium, *l. 91. §. 4. in fin. ſup. de verb. oblig.*

i *l. 24. §. 1. ſup. de ſuis.*

k Imo emptoris loco, *l. 5. in fin. ſup. de diſtract. pign.*

l Fideiuſſori pignora reddi debent, non vendi: ideóque fructus eorum ſortem minuunt, *l. 10. §. 9. ſup. mand.*

De reo liberato.

60. *Scæuola* " lib. 1. Reſponſorum."

VBicunque reus ita liberatur à creditore, vt natura debitum maneat, teneri fideiuſſorem reſpondit: cùm verò genere nouationis *a* tranſeat obligatio, fideiuſſorem aut iure, aut exceptione liberandum.

De tacita repetitione eius quod in principali contractu conuenit.

61. *Paulus* ‖ lib. 15. Reſponſorum.‖

SI (vt proponitur) cùm pecunia mutua daretur, ita conuenit, vt in Italia ſolueretur, intelligendum mandatorem quoque ſimili *h* modo contraxiſſe.

De pignore.

62. *Scæuola* ‖ lib. 5. Reſponſorum.‖

SI fideiuſſor creditori denuntiauerit *e* vt debitorem *d* ad ſoluendam pecuniam compelleret, vel pignus diſtraheret, iſque ceſſauerit *e*: an poſſit eum fideiuſſor doli mali exceptione ſummouere? Reſpondit non *f* poſſe.

63. *Idem* ‖ lib. 6. Reſponſorum.‖

INter creditricem *g* & debitorem pactum interceſſerat: vt ſi centum quæ mutua dederit, vbi primum *h* petita fuiſſent, non ſoluerentur, ornamenta pignori data, intra certum tempus liceret ei vendere: & ſi quo minoris veniſſent, quodque ſortis vel vſurarum nomine deberetur, id creditrici redderetur, & fideiuſſor acceptus eſt. quæſitum eſt, an fideiuſſor in vniuerſam ſummam obligari potuerit? Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, teneri fideiuſſorem in *i* id quod minus ex pignoribus venditis redactum eſſet.

De fideiuſſore minoris.

64. *Hermogenianus* ‖ lib. 2. Iuris Epitomarum.

FIdeiuſſor qui minori 25. annis pecuniam obtulit, & in publico loco metu in integrum reſtitutionis conſignatam *k* depoſuit, confeſtim experiri mandati poterit.

De promiſſione facti alieni.

65. *Idem* ‖ lib. 6. Iuris Epitomatorum.‖

SIcut reus principalis non aliàs quàm ſi de ſua perſona promittat, obligatur: ita fideiuſſores non aliàs tenentur, quàm ſi ſe quid daturos vel facturos promittant. nam reum principalem daturum vel facturum aliquid fruſtra promittunt: quia factum alienum *l* inutiliter *m* promittitur.

De ſeruo fideiuſſore.

66. *Paulus* " lib. 1. ad Neratium."

SI ſeruus alienus pro Titio fideiuſſit, & ſoluit, liberatur Titius, ſi dominus mandati contra eum agere inſtituit. nam qui mandati agit, ratam habere ſolutionem videtur *n*.

De fideiuſſore iniuria iudicis condemnato.

67. *Idem* " libro 3. ad Neratium."

EXceptione quæ tibi *o* prodeſſe debebat, vſus, iniuria *p* iudicis damnatus es. nihil *q* tibi præſtabitur iure mandati *r*: quia iniuriam *ſ*, quæ tibi facta eſt, penes te manere, quàm ad alium transferri, æquius eſt: "ſc. *t* ſi culpa tua iniuſtæ damnationis cauſam præbuiſti."

De fideiuſſoribus magiſtratuum. 1. De fideiuſſore publicani. 2. De tranſactione.

68. *Idem* " libro 3. Decretorum."

FIdeiuſſores *u* magiſtratuum *x* in pœnam *y* vel mulctam quam non ſpopondiſſent, non debere conueniri decreuit.

1 ¶ Pro Aurelio Romulo conductore vectigalis centum annua Petronius Thallus, & alij fideiuſſerant; bona Romuli fiſcus vt obligata *z* ſibi occupauerat *a*: & conueniebat fideiuſſores tam in ſortem, quàm in vſuras *b*, qui deprecabantur: lecta *c* ſubſcriptione fideiuſſionis, quoniam in ſola centum annua ſe obligauerant, non *d* in omnem conductionem: decreuit *e*, fideiuſſores in vſuras non *f* teneri: ſed quidquid ex bonis fuiſſet redactum *g*, prius *h* in vſuras cedere reliquum in ſortem: & ita in *a* id quod defuiſſet, fideiuſſores conueniendos, exemplo pignorum à creditore diſtractorum.

a l.64.C.eod.7.Ecleg.72.
b Ex perſona rei mandator forum ſortitur, adde *l. 3. ſup. de reb. auth. iud.*
c *7. Eclog. 59.*
d fortè non idoneum.
e *l.14. ſup. eod.*
f Cur? non poteſt creditor ad agendũ cogi, antequam velit agere. ſed tamen Bart. putat hanc legem corrigi Nou. 4. quòd hodie poſſit inſtitui actio quoties reus non eſt idoneus.
g creditorem, *Vulg. Hal.*
g Valet pactum vt poſt vnam ac ſimplicem denuntiationem creditoris, debitore non ſoluente, poſſint diſtrahi pignora, *Baldus.*
i *l.17. C. eod.*
k *l.7. §.2. ſup. de minorib. l.56. §.1. ſup. mandati.*
l factum alienum promittitur inutiliter, *l.96. §.1. ſup. de oblig.*
m Imò, vtiliter alienum factum promittitur, *l. 5. ſup. de duob. reis.*
n Qui fundat ſe in actu ratificat actũ. *Bald.* adde *l.2.]. ratam rem.*
i Mandati actione & ſic actu qui vti deſiderat, eum ratum habere intelligitur.
o fideiuſſor.
p *l.5. l.21. l.51. ſup. de euict. l.22. §.4.]. ratam rem: l. 10. in fin. C. mandati l.8. l.15. C. de euict.* adde *l 3. § 1. ſup. de pign. l.50. §.1. ſup. de legat. 1. l.27. §.1. ſup. de arbitr. l. 6. §. 2. ſup. ad Treb. l. 50. ſup. de peculio.*
q Fideiuſſor damnatus iniuria iudicis, non habet regreſſum contra reum principalem. *Bald.*
r aduerſus eum pro quo fideiuſſiſti.
ſ Æquius eſt iniuriam vni factam penes eum manere, quam in alium transferri.
t hæc verba diſpungit Cuiac. 6. ad *Afric. fol.* 30. nam iniuria iudicis ſufficit, vel culpa: nec vtriuſque concurſus exigitur.
u vide Cuiac. ad *l. vnic. C. de periculo eorum qui pro magiſtrat.*
x *l. vn. C. de periculo eorum qui pro magiſtr. l. 2. §. pen. l. 17. in fin. ſup. ad municip. l.3. in fin. ſup. de peculio.*
y Fideiuſſor acceptus in ſortem, non tenetur ad pœnam. *Bald.*
z ſub. tacitè, *l. auſertur 46. §. fiſcus 3.]. de iure fiſci, l. reſcriptum 10. ſupra de pactis.*
a Fideiuſſor non liberatur, etiam ſi creditor debitoris bona omnia occupauerit. b & *malè* quidem in vſuras. Nam fideiubens pro ſorte non cenſetur fideiuſſiſſe pro vſuris etiam in contractu bonæ fidei.
c Inſtrumenti fideiuſſorum tenor ſumma diligentia legendus eſt, vt ſciri poſſit, ad quam quiſque ſummam teneatur.
d Fideiuſſores niſi in omnem obligationem ſe adſtrinxerunt, vſurarum nomine non tenentur, *l. 10. C. eod. 7. Eclog. 14. & lib. 16. cap. 65.* adde, niſi hoc expreſſim tantum ſit, vt nomine vſurarum tenerentur, *3. Harmen. 6.* adde, *l. vlt.]. eod.* Cur ita? putat rationem hanc eſſe Baldus, quòd fideiuſſor teneatur actione ſtricti iuris. vide tamen *d. l. 10.*
e decreuit Imperator, *Vulg.*
f dixi *l. vlt.]. eod.*
g Redactum ex venditione pignorum prius in vſuras imputatur debitas; quod ſupereſt autem, in ſortem.
h Si quid debitor ſoluerit, prius in vſuras cedit, *Eclog. ibid.*

2 ¶ Non poſſunt conueniri fideiuſſores liberato reo tranſactione *b*.

De tutore dato eius filio cui ex fideiuſſoria cauſa erat obligatus.

69. *Tryphoninus* " lib. 9. Diſputationum."

TVtor datus eius filio cui ex fideiuſſoria cauſa obligatus erat, à *c* ſemetipſo exigere debet. & quamuis tempore liberatus erit. tamen tutelæ iudicio eo nomine tenebitur: item heres eius: quia cum eo ob tutelam, non ex fideiuſſione agitur. & quamuis non quaſi fideiuſſor, ſed quaſi tutor ſoluerit: etiam ſi tempore liberatus eſt, mandati actionem eum habere aduerſus reum promittendi dixi. hæret *d* .n. in vtraque cauſa adhuc illius debiti perſecutio. nam eius ſolutione liberabit reum promittendi obligatione in quam pro eo *o* fideiuſſerat, & non titulus *f* actionis, ſed debiti cauſa reſpicienda *g* eſt: licèt enim is tutor, qui fideiuſſor, apud pupillum pro *h* eo eſt obligatus, ſoluit, ſe auctore, pupillo, quia reo promittendi liberato, & ipſe tutor, idémque fideiuſſor liberabitur, quod ſua auctoritate efficere non poteſt: tamen "&" ſi non pro ſe ſoluendi animo, ſed pro Titio fecit, vt maximè eum liberet, habebit cum eo mandati actionem.

De conditione, de fundo, & eius vſufructu. 3. De fideiuſſore ſerui. 4. Vel furioſi, de maleficiis.

70. *Gaius* " lib. 1. de Verborum obligationibus."

SI à reo ſub conditionem *i* fuero ſtipulatus, potero fideiuſſorem & in hanc & in aliam *k* conditionem obligare, ſi modò eas coniungam: niſi enim vtraque extiterit, non tenebitur, cùm reus ex vna *l* conditione teneatur: quòd ſi eas diſiungam, durior fit conditio fideiuſſoris, nec *m* ob id obligatur, quippe ſiue communis vtriuſque conditio extiterit, ſiue alterutra videatur apprehendi: cùm reus non aliter teneatur, quàm ſi communis extiterit. aut igitur nullo modo tenebitur fideiuſſor: aut quod magis eſt *n*, tenebitur, ſi prius extiterit communis.

1 ¶ Sub diuerſis quoque conditionibus ſi fuerint interrogati, intereſt *o* vtra eorum *p* prior extiterit†, ſi reo iniuncta, tenebitur etiam fideiuſſor, cùm conditio eius extiterit tanquam ſi ſtatim ab initio reus purè fideiuſſor ſub conditione acceptus eſſet. ex diuerſo autem, ſi fideiuſſoris conditio prior extiterit, non tenetur. perinde ac ſi ſtatim ab initio purè acceptus eſſet, reo ſub conditione obligato.

2 ¶ Si reo in fundum obligato, fideiuſſor, *in vſumfructum* q accipiatur: quæſitum eſt vtrum obligetur fideiuſſor, quaſi in minus: an non obligetur, quaſi in aliud. nobis in eo videtur dubitatio eſſe *r*, vſusfructus pars *ſ* rei ſit *t*, an proprium quiddam. ſed cùm vſusfructus fundi ius eſt, inciuile eſt fideiuſſorem ex ſua promiſſione non teneri.

3 ¶ Adeo à *u* ſeruo poteſt fideiuſſor accipi, vt ipſe quoque dominus in id quod ſibi debetur, fideiuſſorem ab eo rectè accipiat: quem fideiuſſorem etiam ab eo ipſo ſeruo interrogari nihil impedit.

4 ¶ Si à furioſo ſtipulatus fueris, non *x* poſſe te fideiuſſorem accipere certum eſt: quia non ſolum ipſa ſtipulatio nulla interceſſiſſet, ſed ne negotium quidem vllum geſtum intelligitur. Quod ſi pro *y* furioſo iure obligato *z* fideiuſſorem accepero, tenetur fideiuſſor *a*.

5 ¶ Id quod vulgo dictum eſt, *maleficiorum* b *fideiuſſorem accipi non poſſe*, non ſic intelligi debet vt in pœna *c* furti is, cui furtum factum eſt, fideiuſſorem accipere non *d* poſſit. nam pœnas *e* ob maleficia ſolui, magna ratio ſuadet: ſed ita potius, vt qui cum alio cum quo furtum admiſit, in partem quam ex furto ſibi reſtitui deſiderat, fideiuſſorem obligare non poſſit: & qui alieno hortatu *f* ad furtum faciendum prouectus eſt, ne in furti pœna ab eo qui hortatus eſt, fideiuſſorem accipere poſſit. in quibus caſibus illa ratio impedit fideiuſſorem obligari, quia ſcilicet in nullam rationem adhibetur fideiuſſor, cùm flagitioſæ *g* rei ſocietas coïta nullam vim habeat.

De confuſione obligationis. 1. De pacto. 2. De eo qui fœneraturo mandauit pecuniam credere.

71. *Paulus* " lib. 4. *e* Quæſtionum."

GRanius *h* Antoninus pro Iulio Pollione & Iulio Ruſo pecuniam mutuam accipientibus, ita vt duo rei eiuſdem debiti fuerint *i*; apud Aurelium Palmam mandator *k* extitit. Iulij bona ad fiſcum venerunt ſimiliter *l*, & creditori fiſcus ſucceſſerat. Mandator allegabat ſe liberatum iure confuſionis: quia fiſcus tam creditori *m*, quàm debitori ſucceſſerat. Et quidem, ſi vnus debitor fuiſſet, non dubitabam, ſicut fideiuſſorem, & ita & mandatorem liberatum eſſe. quamuis enim iudicio conuento *n* principali debitore, mandator non liberetur: tamen vbi ſucceſſit creditor debitori, veluti ſolutionis iure ſublata obligatione, etiam mandator

a *l.13. l.55.]. eod. l.45. §. 11.]. de iure fiſci.*
b facit *l. 17.]. eod. l. vlt.]. de pactis.*
c A me exigere tutor debet, quod patri pupilli mei debeo, *l.5. §.4. l. 9. §.1. §.3.]. de admin. tutel. 10.]. de tutelæ & rationib.*
d inhæret, *vulg. Hal.*
e pro reo, *Vulg.*
f i. origo.
g Imo, iudicati titulus ſine cauſa obligationis non inſpicitur, *l. 3. §. 11.]. de peculio.*
h pro reo, *Vulg.*
i ſub conditione, *vulg. Hal.*
k Imo in aliam non potero, *l.38. l. 42.]. eod.*
l vna tantum. *Vulg.*
m atque ob id. *Hal.*
n ita tenebitur. *Vulg. Hal.*
o *l.16. §.5.]. eod.*
p earum. *Vulg. Hal.*
q Reo obligato ad proprietatem poteſt pro vſufructu accipi fideiuſſor.
r an vſusfructus. *Vulg.*
ſ *l.4.]. de vſufr.*
t Imo non eſt, *l.66. §6.]. de leg. 2.*
u *l.56. § 1.]. eod.*
x Imo poteſt, *l.25. ſup. eod.*
y pro reo furioſo *Vulg. Hal.*
z *l.6. in fin. ſup. de verb. oblig.* adde *l. 25. ſup. eod.*
a vide *l.25.]. eod.*
b Fideiuſſor maleficij quo ſenſu dicatur accipi poſſe, vel non poſſe, v. Marſilium in rubrica *de fideiuſſorib. n. 206. ad 213.*
c In pœna *Hal.*
d *l.8. §.5. l.56. in fin. ſup. eod.*
e *l.27. §.4. ſup. de pact. l.51. §.2. ſup. ad l. Aquil. v. l. 14. C. de pœnis.*
f adde *l.20 in fin. ſup. de his qui not. infam.*
g *l.57.]. pro ſocio & l.35. §.2. ſup. de contr. empt. l.1. §.14. ſup. de tutelæ & rationib.*
h Vranius, *Vulg. Hal.*
i debiti fierent, *Vulg.* debiti eſſent, *Hal.*
k i. fideiuſſor Conan. 6. *comment. 6. in princ.*
l imo fiſcus hic ſucceſſerat creditori, & vni ex reis debendi: qua ſucceſſione fiebat confuſio debiti.
m Confuſio bonorũ magna fit, quoties quis debitori ſimul & creditori ſuccedit.
n *l. 8. §. 3. l. 13. in fin.]. eod. l. 23. l. 28. C. eod. l. 27. in fin.]. mand. l. 116. ſup. de verb. obl. l. 18. l. 34.]. de ſolutionib.*

a Mandator pro eodem apud eundem quis eſſe non poteſt, *vt* ʒ.*eod.*
b *l.95. §.2.* ʒ.*de ſolution.*
c *l.43.* ʒ.*de ſolut.*
d *l.56.§ 1.* ʒ.*eod.*
e vno ex reis debendi confuſione obligationis liberato, alter in ſolidum obligatus manet: qui ſi pro fideiuſſore haberetur, in partem dumtaxat teneretur: itéque ſi ſocius eſſet, *vt hic.*
f *l.21.§.3.* ʒ.*eod.*
g *l.25.* ʒ.*de pact.*
h hoc pactum non eſt in rem ſeu reale, *vt in l 21. in fin.* ʒ. *de pact.*
i fœnerator creditoris, *Vulg. Hal.* ſed his lectionibus omiſſis, verius eſt hanc dubitationẽ oriri, An tenear, ſi Titio mandauero ſimpliciter vt pecuniam crederet, ſeu mutuam daret, & is fœnerauerit? Longè enim eſt aliud actio mutui & actio Kalendarij. Mutuum & fœnus ſunt diuerſa. vnde illud Comici. Si mutuum non potero, certum eſt ſumam fœnore, vide Cuiac. 11. *obſ.* 37. Malim tamen hanc vocem *fœneraturo*, accipere, pro creditore animum & affectum antea habente credendi.
k *l.13. §. 7.* ʒ.*de acceptil.*
l adde *l.40.* ʒ. *de procurator.*
m id enim poteſt *l.75.* ʒ.*de procurat.*
n & nollet. *Hal.*
o 8.C.4. περὶ μεταθέσεως ἐνοχῆς 26. *Ecl.*4. & apud Harmenopulum 3. *tit.* 5. extat caput περὶ μεταθέσεως χρέους. adde §. 3. *Inſt. quib. mod. toll. obl.* De exceptione nouationis. v. Oldend. c.46. *tract. de except.*

mandator liberatur, vel quia *non a poteſt pro eodem apud eundem quis mandator eſſe.* Sed cùm duo rei promittendi ſint, & alteri heres extitit creditor, iuſta dubitatio eſt, vtrum alter quoque liberatus eſt, ac ſi ſoluta fuiſſet pecunia, an perſona tantum exempta, confuſa obligatione. Et puto aditione *b* hereditatis, confuſione obligationis eximi perſonam. ſed & acceſſiones *c* ex eius perſona liberari propter illam rationem, quia non poſſunt pro eodem *d* apud eundem obligati eſſe: vt quemadmodum incipere aliàs non poſſunt, ita nec remaneant. igitur alterum reum eiuſdem pecuniæ non liberari: & per hoc nec fideiuſſorem, vel mandatorem eius. planè quia is mandati iudicio eligere poteſt vel creditorem, competituram ei exceptionem doli mali, ſi cœperit conueniri. cum altero autem reo vel in ſolidum, ſi non fuerit ſocietas; vel in partem, ſi ſocij *e* fuerunt, poſſe creditorem agere: quòd ſi creditor fideiuſſori heres fuerit, vel fideiuſſor *f* creditori, puto conuenire confuſione obligationis non liberari reum.

1 ¶ Si ponamus vnum *g* ex reis promittendi pactum eſſe, *ne à h ſe peteretur*, deinde mandatorem ſoluiſſe, mandati iudicio conuenire potuit etiam eum cum quo pactum eſt. non enim pactum creditoris tollit alienam actionem.

2 ¶ Placet mandatorem teneri, etiam ſi fœneraturo *i* creditori mandet pecuniam credere.

De acceptilatione.

72. *Gaius* ‖ lib. 3. de verborum obligationibus. ‖

SI fideiuſſori ſub conditione obligato *ſi nauis ex Aſia venerit*, quem ſub hoc modo accepi, *vt vſque ad tempus vitæ ſuæ duntaxat obligaretur*, pendente conditione acceptum *k* latum fuerit, & is fideiuſſor adhuc pendente conditione mortuus fuerit, confeſtim à reo petere poſſum: quia exiſtens conditio neque obligationem in perſonam iam mortui efficere, neque acceptilationem confirmare poſſit.

De cautione, rem ratam haberi.

73. *Paulus* ‖ lib. 76. ad Edictum. ‖

CVm Procurator in rem agebat, cautionem dederat *l*, *ratam rem dominum habiturum*. poſtea victo eo, dominus reuerſus, iterum *m* de eadem re agitabat: & cùm reus haberet poſſeſſionem, [&] noluit *n* eam reſtituere: & ideo magno condemnatus eſt, in amplius fideiuſſores non tenentur. hoc enim non debet imputari fideiuſſoribus, quod ille propter ſuam pœnam præſtitit.

DE *o* NOVATIONIBVS *p* ET Delegationibus *q*.

TIT. II.

Definitio atque etymologia nouationis. 1. Quæ obligatio nouari & in quam transfundi poßit.

1. *Vlpianus* " lib. 46. ad Sabinum."

NOuatio eſt prioris debiti in *r* aliam obligationem vel ciuilem vel naturalem transfuſio *ſ* atque tranſlatio: hoc eſt, cùm ex præcedenti cauſa ita noua conſtituatur *t*, vt prior perimatur *u*. Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione *x*.

1 ¶ Illud non intereſt, qualis *y præceßit* obligatio: vtrum naturalis, an ciuilis, an honoraria, & vtrum verbis, an re, an conſenſu. qualiſcunque igitur obligatio ſit, quæ præceſſit, nouari verbis poteſt: dummodò ſequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturaliter *z*: vt putà ſi *a* pupillus *b* ſine tutoris auctoritate promiſerit *c*.

De re quæ obligatione nouari poßit ſi hoc agatur, vel non vt obligatio noueiur.

2. *Idem* " lib. 48. ad Sabinum."

OMnes *a* res tranſire in nouationem poſſunt, quodcunque enim ſiue verbis contractum eſt, ſiue non verbis, nouari poteſt, & tranſire in verborum obligationem ex quacunque obligatione, dummodo ſciamus nouationem *b* ita demum fieri, ſi *c* hoc agatur *d*, vt nouetur obligatio. cæterùm, ſi non hoc agatur, duæ erunt obligationes.

De eo cui bonis interdictum eſt.

3. *Pomponius* ‖ lib. 1. ad Sabinum. ‖

CVi bonis interdictum eſt, nouare obligationem ſuam non poteſt, niſi meliorem *e* ſuam conditionem fecerit.

De vſufructu & cæteris perſonæ cohærentibus.

4. *Vlpianus* " lib. 5. ad Sabinum."

SI vſusfructus debitorem meum delegauero tibi, non nouetur *f* obligatio mea: quamuis exceptione doli, vel in factum tutus debeat eſſe aduerſus me is qui delegatus fuerit. & non ſolùm donec manet *g* eius vſusfructus cui delegaui, ſed etiam poſt interitum eius videbimus: quia etiam hoc incommodum ſentit. ſi poſt mortem meam maneat ei *h* vſusfructus, & hæc eadem dicenda ſunt in qualibet obligatione perſonæ cohærenti.

De die.

5. *Idem* ‖ lib. 34. ad Sabinum. ‖

IN diem obligatio nouari poteſt, & *i* prius quàm dies aduenerit.

¶ Et generaliter conſtat, & ſtipulatione in diem facta nouationem contingere, ſed non ſtatim ex ea ſtipulatione agi poſſe, antequam *k* dies venerit.

De promißione, quanto minus à debitore exigi poterit.
1. De mutuo & ſtipulatione.

6. *Idem* ‖ lib. 46. ad Sabinum. ‖

SI ita fuero ſtipulatus, *Quanto minus à Titio debitore exegiſſem, tantum fideiubes?* non fit nouatio: quia *l* non hoc agitur, vt nouetur.

1 ¶ Cùm pecuniam mutuam dedit quis ſine ſtipulatione, & ex continenti *m* fecit ſtipulationem, vnus contractus eſt *n*. Idem erit dicendum, & ſi ante ſtipulatio facta eſt, mox pecunia numerata ſit.

7. *Pomponius* " libro 24. ad Sabinum.

CVm enim pecunia *o* mutua data ſtipulamur, non puto *p* obligationem numeratione naſci, & deinde eam ſtipulatione nouari: quia id agitur, vt ſola ſtipulatio teneat. "&" magis implendæ ſtipulationis gratia numeratio intelligenda eſt fieri.

De purgatione moræ. 1. De legatis & fideicommißis. 1. De puritate, die, conditione. 2. Si obligatio nouans præcedat obligationem nouatam. 3. De ſtipulatione iudicatum ſolui. 4. De alternatione. 5. Si quis promittat quod alius debet, vel ſtipuletur quod alij debetur.

8. *Vlpianus* ‖ lib. 56. ad Sabinum.

SI *Stichum dari* ſtipulatus fuerim, & cùm in moram *b* promiſſor eſſet, quo minus daret, rurſus eundem ſtipulatus fuero, deſinit periculum ad promiſſorem pertinere, quaſi mora *r* purgata.

1 ¶ Legata vel fideicommiſſa ſi in ſtipulationem fuerint deducta, & hoc actum, vt nouetur, fiet nouatio: ſi quidem purè vel in diem *ſ* fuerint relicta, ſtatim ſi verò ſub conditione *t*, non ſtatim, ſed vbi conditio extiterit. Nam & aliàs *u* qui in diem ſtipulatur, ſtatim nouat, ſi hoc actum eſt: cum certum ſit diem quandoque venturum. at qui ſub conditione ſtipulatur, non ſtatim nouat, niſi conditio extiterit.

2 ¶ Si quis ita ſtipulatus à Seio ſit, *Quod à Titio ſtipulatus fuero, dare ſpondes?* an ſi poſtea à Titio ſtipulatus ſim, fiat nouatio, ſolúſque teneatur Seius? Et ait Celſus nouationem fieri: ſi modò id actum ſit, vt nouetur: id eſt vt Seius debeat quod Titius promiſit. nam eodem *x* tempore & impleri prioris ſtipulationis conditionem, & nouari ait. eóque iure vtimur.

3 ¶ Idem Celſus ait, *Iudicatum ſolui y* ſtipulatione actionem iudicati nnn nouari. meritò: quia hoc ſolum

a *l.4.* ʒ.*de tranſa[...] ctionibus.*
b Nouatio vet[...] iure fiebat, etſi [...] hil interueniebat [...] *l. obligationum* [...] *44. in fin.* ʒ.*de* [...] Nouo iure quo[...] noui aliquid in[...] ueniebat; [...] præſumebatur, [...] *hic*: nouiſſim[...] hoc ſit expre[...] *l. vlt. C. eod.* [...] nius tamen [...] *3. coniect.* 3. [...] Nouationem [...] digeſtorum qu[...] dam caſibus [...] liter fieri, q[...] id ſpecialite[...] expreſſum.
c 3. *Inſt. quib.* [...] *toll.* dummo[...] tranſactione [...] latio interu[...] 17. *Eclog.* [...] ρητῶς συμ[...] τις 3. *Harm.* [...]
d olim id [...] agi neceſſe [...] hodie, [...] ſola id expr[...] tis eſt, *l.* [...] adde *l.40.* [...] *cred.*
e Prodigus [...] terdictus bo[...] teſt in re[...] contrahere [...] que prodigi [...] dictio, no[...] ditur ad [...] digo vtiles [...] *verb. oblig.*
f non [...] *Vulg. Hal.*
g Imò, [...] nec enim [...] vſusfructus [...] neo cedi. §. [...] *vſufr.*
h maneat [...] ſusfructus. [...] *Hal.*
i etiam [...] *vulg.* καὶ πρ[...] ἡμέρας μετ[...] τοῦ 26. *Eclog.* [...] adde *l.8. §.1.* [...]
k *l.47.* ʒ. [...] *oblig.*
l *l.8. §.2.* ʒ.*eod.* [...]
m Quando ſti[...] tio numerati[...] coniungitur, [...] numeratio [...] dat, ſiue ſequa[...] vnus eſt con[...] ſtipulationis. [...] *l.7.* ʒ.*eod. l.7. §.* [...] 2. ʒ. *de pact.* [...] ʒ.*de reb. cred.* [...] *§.2.* ʒ.*de verb.* [...]
n verborum. [...]
o pecuniam [...] tuam datam, [...] *Hal.*
p Imo, putand[...] videtur, *l.6.* [...] *Macedon.*
q in mora, [...] *Hal.*
r Nouatione [...] dam tranſfu[...] tur, vt oblig[...] quædam non [...] funduntur, v[...] ra. *Bald.*
ſ *l.5.* ʒ. *cod.* [...] ʒ. *de tranſact.* [...]

p 5. *Paul ſent.* 8. Quid ſit nouatio *v. l.1.* ʒ.*eod.* Eſt autem origine iuris ciuilis & ab eo inuenta 2. *Syn. Baſil.* 1. *cap.* 14.
q Delegare quid ſit, *v. l.11.* ʒ.*eod.*
r *l. vnic. C. etiam ob chirographariam.*
ſ μεταγωγὴ 7. *Eclo.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 4. *c.* 1. μετάθεσις 3. *Harm.* 5.
t conſtituitur.
u ipſo iure *l.27. §. 2.* ʒ. *de pact.* ſic vertunt Græci ἐφ' ᾧ τὴν πρότην ἀναιρεθῆναι. *Ecl. ibid.* ἀφανίζεται ἡ προτέρα ἐνοχή. *Harm ibid.*
x Vocabulum *obligationis* à Iuriſconſulto hic additur illuſtrandæ huius etymologiæ gratia: vt in etymo teſtamenti vocabulum mentis addititium eſt παρασημασία quadam, quemadmodum etiam poſſeſſio dicitur, quaſi pedum poſitio, & interdictum, inter duos dictum. Huius rei rationem afferre ex Conano *lib 6. c.* 1. viſum eſt aduerſus Vallam & ſimiles, quia vnius, inquit, verbi imagine totius rei informatio fieri non poterat. additum alterum eſt, quod ad proprietatem eius nominis, de quo ageretur, declarandam facere videbatur. *& poſt.* nec enim cuiuſque rei in aliam formam mutatio, dicitur in iure ciuili nouatio, ſed cum prioris obligationis in aliam ſit transfuſio.
y *l. 2.* ʒ.*eod. Eclo. ibid.*
z Pupillus ex æquitate & ratione naturali obligatur, promittendo pecuniam quam mutuam accepit & in rem ſuam conuertit, & nouandi cauſa expromittendo pro eo cui eandem ſummam debet: quia & rem ſuam auxit. Ita interpretatur Cuiac. *ad l.127.* ʒ.*de verb. oblig.* adde *l.59* ʒ.*de oblig.* Alij ad pupillum pubertati proximum hanc legem referunt. leges autem 41. ʒ.*de cond. indeb. & l.59.* ʒ.*de oblig.* ad eum qui pubertati non ſit proximus.
a Imo ille naturaliter non obligatur. adde *l.41.* ʒ.*de cond. indeb. l.59. ſupra de oblig.*
b poteſt tamen aduerſus nouationem reſtitui, *v. l.48. in fin.* ʒ. *de fideiuſſ.*
c ἐπερωτῶντι. *Ecl. ib.* 1. interrogat, ſtipulatur aut paſſiuè potius interrogatur.

t Legata ſub conditione relicta nouari poſſunt, *l.4. in fin. l.14. in fin.* ʒ.*eod.*
u ſenſus eſt, Pura, & in diem: purè & in diem nouari poſſunt, niſi in euen[...] conditionis, *Bald.*
x Eodem momento obligatio incipere & deſinere poteſt, in eo ſimilis [...] quam Græci ἐφήμερον appellant, cuius flos ſtatim decidit, nec longius [...] vno aut altero die conſiſtit: cui decerptæ non longior vita quam dies. vide [...] ſcoridem & Plinium, aut potius animali quod ἐφήμερον etiam appellatur, [...] que circa Hypanim fluuium, qui in Boſphorum influit, naſcitur, quod eode[...] quo naſcitur, interit. vide *Ariſt. 5. de natura animalium.*
y Per ſtipulationes quæ iudiciorum executionem non ſpectant, non fit [...] tio. *Bald.*

agitur

agitur ea ſtipulatione, vt fideiuſſoribus *a* cautum ſit *b*, non vt ab obligatione iudicati d[i]ſcedatur.

4 ¶ *Si decem, quæ mihi Titius* "debet c, "*aut* d *decem quæ Seius debet*, à Tertio ſtipulatus fuero, putat Marcellus, neutrum liberari, ſed Tertium eligere poſſe, pro quo decem ſoluere velit.

5 ¶ Si ab alio promiſſam ſibi dotem, maritus ab vxore *e*, dotis nomine ſtipulatus ſit, non duplari dotem, ſed fieri nouationem placet, ſi hoc actum eſt. quid enim intereſt *f*, ipſa an alius quilibet promittat? quod enim ego debeo, ſi alius promittat, liberare *g* me poteſt, ſi nouationis cauſa hoc fiat. ſi autem non nouandi animo hoc interuenit, vterque quidem tenetur: ſed altero ſoluente, alter liberatur: non tamen ſi quis ſtipuletur, quod mihi debetur, aufert *h* mihi actionem, niſi ex voluntate *i* mea ſtipuletur. liberat autem me is qui quod debeo promittit, etiam ſi nolim *k*.

De actione tutelæ. 1. De conditione neceſſaria. 2. De actu, & itinere, de vſufructu, & vſu.

9. *Idem* ‖ lib. 47. ad Sabinum. ‖

SI pupillus ſine tutoris authoritate rem ſaluam fore ſtipulatus, pubes factus, ratam ſtipulationem habuerit nouandi cauſa, tollitur tutelæ actio. ſi non habuerit ratum, licet tutelæ egiſſet, habet tamen adhuc ex ſtipulatu actionem: ſed iudex tutelæ non *l* aliter condemnare debet, quam ſi ex ſtipulatione liberatio fieret.

1 ¶ Qui ſub conditione ſtipulatur, quæ omnimodò extatura *m* eſt, purè *n* videtur ſtipulari.

2 ¶ Qui *o* actum ſtipulatur, deinde *p* iter, nihil agit. Item vſumfructum ſtipulatus, ſi vſum ſtipuletur, nihil agit. Sed qui iter ſtipulatus, actum poſtea ſtipuletur, aliud magis ſtipulatur: aliud *q* eſt enim iter, aliud actus.

An is cui rectè ſoluitur nouare poßit.

10. *Paulus* ‖ lib. 11. ad Sabinum. ‖

CVi *r* rectè ſoluitur, is etiam nouare poteſt *ſ*, excepto eo, ſi mihi aut Titio ſtipulatus ſim. nam Titius *t* nouare non poteſt, licet rectè ei ſoluitur.

Quid ſit delegare. Quibus modis delegatur.

11. *Vlpianus* ‖ lib. 27. ad Edictum. ‖

DElegare *u* eſt vice ſua alium reum dare creditori, vel cui iuſſerit.

1 ¶ Fit autem delegatio vel per ſtipulationem *x*, vel per litis conteſtationem *y*.

Si exceptione tutus delegetur.

12. *Paulus* ‖ libro 31. ad Edictum. ‖

SI quis delegauerit debitorem qui *z* doli mali exceptione tueri ſe poſſe ſciebat, ſimilis videbitur *a* ei qui donat: quoniam remittere exceptionem videtur.

¶ Sed ſi per ignorantiam promiſerit creditori, nulla quidem exceptione aduerſus creditorem vti poterit: quia ille ſuum *b* recepit: ſed is qui delegauit tenetur *c* condictione vel incerti, ſi non pecunia ſoluta eſſet: vel certi, ſi ſoluta eſſet, & ideò cùm ipſe præſtiterit pecuniam, aget mandati iudicio.

De non debitore delegato.

13. *Vlpianus* ‖ lib. 38. ad Edictum. ‖

SI non debitorem quaſi debitorem delegauero creditori meo, exceptio locum non habebit, ſed condictio *d* aduerſus eum qui delegauit, competit.

De puritate & conditione.

14. *Idem* ‖ lib. 7. Diſputationum. ‖

QVotiens *e* quod purè debetur, "nouandi cauſa ſub conditione promittitur, non ſtatim fit nouatio, ſed tunc demum, cùm conditio extiterit.

¶ Et ideo *f* ſi fortè Stichus fuerit in obligatione, & pendente conditione deceſſerit *g*, nec nouatio continget: quia non ſubeſt res *h* eo tempore, quo conditio impletur. Vnde Marcellus, etſi poſt morā *i* Stichus in conditionalem obligationem deductus ſit, purgari moram, nec in ſequentem deduci obligationem putat.

1 ¶ Sed ſi, quod ſub conditione debetur, purè quis nouandi cauſa ſtipuletur, nec tunc quidem ſtatim *k* nouat, licet pura ſtipulatio aliquid egiſſe videatur: ſed tunc nouabit, cùm extiterit conditio. etenim exiſtens conditio primam ſtipulationem committit, commiſſámque in ſecunda *l* transfert. Et ideo ſi fortè perſona promiſſoris pendente conditione fuerit deportata *m*, Marcellus ſcribit, ne quidem exiſtente conditione vllam contingere nouationem *n*: quoniam nunc, cùm extiterit conditio, non eſt perſona quæ obligetur.

a datis. b victori. c adde *l.26.* ⁊*.eo.* Si à diuerſis alternatiuè debita promittuntur, non fit nouatio. & ſic alternatiua propter ſuam incertitudinem nouationem impedit. d & vide Antonium Fabrum 3. *coniect.* 3. e Dos ab extraneo, & poſtea ab vxore promiſſa non duplicatur, & vnica ſolutione tota obligatio ſoluitur, *Bald.* f *l.20.* ⁊*.eo. v. Pau.* 5. *ſent.* 8. *§. vn.* g *v. l.1. §. pen. ſup. de exercitoria.* h *l.25.* ⁊*.eo.* i *l.20. inf. eo.* k *l.23.* ⁊*. de ſolutionib.* l Solutionem recuſare debitor poteſt, niſi accipiat apocham, *vt hic.* facit *l.26. C. de liberali cauſa l.3. §. 3. C. de liberat. legata. l. vltim. C. de ſolut.* m extitura, *Vulg. Hal.* n *l.7. in fin. ſup. de verb. obl.* o *v. l.58. ſuprà de verb. obl.* p *v. l.58. ſuprà de verb. obl.* q & aliis, de quibus vide hic Accurſum. r id eſt plus: & ita quod plus eſt, aliud eſt. ſ *l.10. l.11. ſup. de pactis.* Imò non poteſt, *l.16. l.25.* ⁊*. eo. l.27. ſup. de pact.* ſolue. Nouare poteſt, qui iure ſuo ſolutum recipit: non poteſt, qui nudum miniſterium præſtat, *l.122. §.1. ſup. de verb. oblig.* Id tamen fallit in tutore & procuratore habente mandatum cum libera, *l.20. l. vlt.* ⁊ *eo v. Paul. 5. ſent. 8. §. vn. in fin.* t *ſub.* adiectis. u Delegatio, eſt mutatio creditoris, *v. Connanum* 6. 18. Immo & debitoris & creditoris, *Cuiac. hic.* ſicuti nouatio, debiti eſt mutatio. x *l.1. C. eod.* hodie etiam fit nudo cōſenſu, *l.15. in fin. ſup. de reb. cred.* y *l.3. C. eod.* facit *l.29.* ⁊*. eo. l.23.* ⁊*. de ſolutionib.* z Sciens ſe tutum exceptione, qui promittit, donare videtur, *Bald.*

De ſtipulatione pœnali.

15. *Iulianus* ‖ lib. 13. Digeſtorum. ‖

SI creditor pœnam ſtipulatus fuerat *a*, ſi ad diem pecunia ſoluta non eſſet, nouatione facta non *b* committitur ſtipulatio.

De ſeruo.

16. *Florentinus* ‖ lib. 8. Inſtitutionum. ‖

SEruus *c* nec peculiarem quidem obligationem citra voluntatem domini nouare poteſt, ſed adiicit potiùs obligationem, quam priſtinam nouat.

Quibus modis delegatur.

17. *Vlpianus* ‖ lib. 8. ad Edictum. ‖

DElegare ſcriptura, vel nutu *d*, vbi fari non poteſt, debitorem ſuum quis poteſt.

De pignoribus, hypothecis, vſuris.

18. *Paulus* ‖ libro 57. ad Edictum. ‖

NOuatione legitimè facta, liberantur hypothecæ & pignus *e*; vſuræ *f* non currunt.

Si exceptione tutus delegetur.

19. *Paulus* " lib. 69. ad Edictum.

DOli exceptio quæ poterat deleganti opponi, ceſſat *g* in perſona creditoris cui quis delegatus eſt.

¶ Idémque eſt & in cæteris ſimilibus exceptionibus: immo & in ea quæ ex ſenatuſconſulto *h* filiofamilias datur. nam aduerſus creditorem, cui delegatus eſt ab eo qui mutuam pecuniam contra ſenatuſconſultum dederat, non vtetur exceptione: quia nihil in ea promiſſione contra ſenatuſconſultum fit *i*: tantò magis, quod hic nec ſolutum repetere poteſt.

¶ Diuerſum eſt in muliere quæ contra ſenatuſconſultum promiſit: nam & in ſecunda *k* promiſſione interceſſio eſt.

¶ Idemque eſt in minore qui circumſcriptus delegatur: quia ſi nunc etiam minor eſt, rurſum circumuenitur. diuerſum *l* ſi iam exceſſit ætatem viginti quinque annorum: quamuis adhuc poſſit reſtitui aduerſus priorem creditorem.

¶ Ideò autem denegantur exceptiones aduerſus ſecundum creditorem, quia in priuatis contractibus & pactionibus non facilè ſcire petitor poteſt quid inter eum qui delegatus eſt, & debitorem actum eſt: aut etiam ſi ſciat diſſimulare debet, ne curioſus *m* videatur. & ideo meritò denegandum eſt aduerſus eum exceptionem ex perſona debitoris.

Per quas perſonas fit nouatio. 1. De pupillo & tutore. De procuratore.

20. *Paulus* ‖ lib. 72. ad Edictum. ‖

NOuare poſſumus aut ipſi, ſi ſui iuris ſumus, aut per alios qui voluntate *n* noſtra ſtipulantur *o*.

1 ¶ Pupillus *p* ſine tutoris auctoritate non poteſt nouare. tutor *q* poteſt *r*, ſi hoc pupillo expediat. item procurator omnium bonorum.

De eo cui debitor iuſſus eſt ſoluere.

21. *Pomponius* ‖ lib. 1. ex Plautio. ‖

SI debitorem meum iuſſero *ſ* tibi ſoluere, non ſtatim tu etiam ſtipulando id nouare poſſis: quamuis debitor ſoluendo tibi liberaretur.

De ratihabitione nouationis.

22. *Paulus* ‖ lib. 14. ad Plautium. ‖

SI quis abſente me à debitore meo ſtipulatus eſt nouandi animo, ego poſtea ratum *t* habuero, nouo obligationem.

An filius actionem patris nouet.

23. *Pomponius* ‖ lib. 3. ex Plautio. ‖

FIlius patris actionem ignorante *u* eo nouare non poteſt.

De ſtipulatione quæ non committitur. 1. De conditione.

24. *Idem* ‖ lib. 5. ex Plautio. ‖

NOuatio non poteſt contingere ea ſtipulatione quæ non committitur *x*.

¶ Nec huic contrarium eſt quod, ſi ſtipulatus à Titio fuero nouandi animo ſub conditione quod mihi Sempronius debet, & pendente conditione Titius deceſſerit *y*, quamuis ante aditam hereditatem conditio extiterit, nouatio fieret. hic enim morte promiſſoris non extinguitur ſtipulatio, ſed tranſit ad heredem cuius perſonam *z* interim hereditas ſuſtinet.

An is cui rectè ſoluitur nouare poßit.

25. *Celſus* ‖ lib. 1. Digeſtorum. ‖

NOn ideo *a* nouare veterem obligationem quiſquam rectè poteſt, quod interdum rectè ei ſoluitur. nam & his qui *b* in noſtra poteſtate ſunt, quod ab his creditum eſt, rectè interdum ſoluitur: cùm

a ſi fuerit, *Vulgat. Hal.* b *v. l.113. ſuprà de verb. oblig.* c *l.25.* ⁊*. eo. l.19. inf. de ſolut.* d Nutu, qui fari non poteſt, debitorem ſuum delegare, vt & ſcriptura poteſt, *v. l.52. in fi. ſup. de obl.* e niſi conueniat vt pignus reſtituatur, *l.11. §.1.* ⁊ *de pign. l. vnic. C. etiam ob chirograph.* f *l.27.* ⁊*. eo. v. quæ not. ad l.90. ſup. de verb. oblig.* g quia ſuum recepit, *l.12. ſup. eo.* h Macedoniano. i ſenatuſconſultum factum eſt. ideóque quod ſoluerit, repetere non poteſt, tanto magis fit quod, &c. *Vulg.* k *l.8. §.2. in fi. ſup. ad Vell.* l reſtringe ex *l.6. C. de interdicto matrimonio.* m Creditor paſſim & indiſtinctè curioſus eſſe non debet, quam in rem debitor pecuniam ſit verſurus. Cicero *pro Rabirio*, non debuit is qui dabat, in quo ille qui accipiebat, pecuniam conſumeret, quærere. excipe caſum *l.17. ſup. ad Velleian. & l. vlt. ſup. de exercitoria, l.3. §. ſed ſi acceperit. ſup. de in rem verſo.* ita lege Gabinia, curioſitas in creditore deſiderabatur. vetabat enim ius dici de pecunia ſub vſuris ſumpta per verſuram, id eſt, vt ex ea pecunia ſoluerentur vſuræ alij debitæ. Cur ea ratione fieri videtur vt vſuræ vſurarū vel ſolutarum debeantur alteri: quod ius non patitur, ne inopes vſuris obruantur. Verſura igitur fraus eſt: quæ ne fiat, ac proinde ne creditor ius crediti amittat, in mutuando diligens eſſe debebat. Alias in creditore curioſitatem non exigimus *hac lege & vt ex M. Tullio diximus pro Rabirio Poſthumo*, non debet is qui dat, quo ille qui accipit, conſumpturus ſit, quærere. adde *Cuiac. 4. ad Afric. in l.17. ſuprà ad Velleian.* n *l.8. in fi. ſup. eo.* o veluti per procuratorem, *Paul. 5 ſent. 8. §. vn. in fi.* p *l.9. ſup. eo. l.15.* ⁊*. de ſolut.* q *l.12. ſup. de adminiſt. tutor.* r Imò non poſſe videtur, quia tranſigere non poteſt, *l.46 in fin. ſup. de admin. tut.* ſ Habens poteſtatem ſolutionis recipiendæ, non habet poteſtatem obligationis mutandæ, *l.10. in fin. ſup. eo l.4. C. eo.* t Ratihabitione confirmatur nouatio, quæ à principio mandati defectu non tenebat, *Bald.* u *l.8. in fi. §. eo.* x id eſt, ex ſtipulatione inutili, *l.115. in fin. ſup. de reg. iur.* y Etiam hereditate iacente contingit nouatio. z *v. l.31. in fin. ſup. de hered. inſtit.* a *l.27. ſup. de pact.* Imò ideo *l.10. H. ſup. de pact.* b *l.16. ſup. eod.*

a delegatus ſcil. b *l.44. ſuprà de cond. indeb.* c *l.5. §.5. in fin.* ⁊*. de doli mali.* d *d. §.5.* e *l.30. in fin. ſup. de pactis, §.3. verſ quod ante diem. Inſt. quibus mod. toll.* f *l.72. §.1. ſup. de ſolution.* Imò ſtatim, *l 56. in fin.* ⁊*. de verb. obl.* g *l.31.* ⁊*. eo.* h Vbi res non ſubeſt, ibi reus eſſe non poteſt, *l.38. in fin. ſup. de fideiuſſ.* i *l.72. §.1.* ⁊ *de ſolutionib.* Cæterùm nota hic agi de mora facta ante ſtipulationem conditionalem, *v. Cuiac. ad l.56. §.8. ſup. de verb. obl.* k adde *l.8. §.1. ſup. eo.* l al. ſecundam. m *l.47. ſup. de fideiuſſ. v.* Rolandum à Valle 1. *conſil.* 11. *n* 4. *in fi.* dixi ad *l.3. C. de toll.* n Conditionalis obligatio non tranſit ad fiſcum deportato ſuccedentem, atqui legata conditionalia & fideicommiſſa tranſeunt in fiſcum, *l.6. §.3. ſup. ad Treb. l.48. in fin.* ⁊*. de iure fiſci.*

nemo eorum *a* per ſe nouare *b* priorem obligationem iure poſsit.

De diſiunctione.

26. *Idem* ‖ lib. 3. Digeſtorum. ‖

SI is cui decem Titius, quindecim Seius debebat *c*, ab Attio ſtipulatus eſt *quod ille, aut d quod ille debeat dari ſibi*, nouatum vtrumque non eſt: ſed in poteſtate Attij eſt pro quo velit ſoluere, & eum liberare. fingamus autem ita actum *vt alterum daret*. nam alioquin vtrumque ſtipulatus videtur; & vtrumque *e* nouatum, ſi nouandi animo hoc fiat.

De vſuris.

27. *Papinianus* ‖ lib. 3. Reſponſorum. ‖

EMptor cum delegante venditore pecuniam ita promittit, *Quidquid ex vendito dare facere oportet*, nouatione ſecuta, vſuras *f* neutri poſt inſecuti temporis debet.

De ſtipulatione fundi & ſtipulatione æſtimationis.

28. *Idem* " lib. 2. Definitionum."

FVndum Cornelianum ſtipulatus, *quanti fundus eſt*, poſtea *g* ſtipulor. ſi non *h* nouandi animo ſecunda ſtipulatio facta eſt, ceſſat nouatio. ſecunda verò ſtipulatio tenet, ex qua non fundus, ſed pecunia debetur: itaque ſi reus promittendi fundum ſoluat, ſecunda ſtipulatio iure *i* non tollitur: nec ſi litem actor ex prima conteſtetur. denique meliore vel deteriore facto ſine culpa debitoris poſtea fundo *k*, præſens æſtimatio fundo petito rectè conſideretur *l*. in altera *m* verò ea æſtimatio venit, quæ ſecundæ ſtipulationis tempore fuit.

Differentia nouationis voluntariæ & iudicij accepti.

29. *Paulus* ‖ lib. 24. Quæſtionum. ‖

ALiam cauſam eſſe nouationis voluntariæ, aliam iudicij *n* accepti, multa exempla oſtendunt.

¶ Perit priuilegium dotis, & tutelæ, ſi *o* poſt diuortium dos in *p* ſtipulationem deducatur, vel poſt *q* pubertatem tutelæ actio nouetur, ſi id ſpecialiter actum eſt, quod nemo dixit lite *r* conteſtata. neque *ſ* enim deteriorem cauſam noſtram facimus, actionem exercentes, ſed meliorem *t*: vt ſolet dici in his actionibus quæ tempore vel morte finiri poſſunt.

De pignore.

30. *Idem* ‖ lib. 5. Reſponſorum. ‖

PAulus reſpondit: ſi creditor à Sempronio nouandi animo ſtipulatus eſſet, ita vt à primo *u* obligatione in vniuerſum diſcederetur, rurſum eaſdem res à poſteriore debitore ſine conſenſu prioris obligari non poſſe.

De rei interitu. 1. *De duobus reis credendi.*

31. *Venuleius* ‖ libro 3. Stipulationum. ‖

SI rem aliquam dari ſtipulatus ſum, deinde eandem ſub conditione nouandi animo ab eodem ſtipuler, manere *x* oportet rem in rebus humanis, vt nouationi locus ſit: niſi ſi per promiſſorem ſteterit, quo minus daret. ideóque ſi hominem mihi dare te oporteat, & in mora fueris, quo minùs dares, etiam defuncto eo teneris *y* & ſi prius *z* quam decederet, cùm *a* iam mora facta ſit, eundem à te ſub conditione ſtipulatus fuero, & ſeruus poſtea deceſſerit, deinde conditio extiterit, cum iam ex ſtipulatu obligatus es mihi, nouatio quoque fiet.

1 ¶ Si duo rei ſtipulandi ſint, an alter ius nouandi habeat, quæritur: & quid iuris vnuſquiſque ſibi adquiſierit. ferè autem conuenit, & vni *b* rectè ſolui, & vnum *c* iudicium petentem, totam rem in litem *d* deducere: item vnius *e* acceptilatione perimi vtriuſque obligationem. ex quibus colligitur vnumquemque perinde ſibi adquiſiſſe, ac ſi ſolus ſtipulatus eſſet: excepto eo, quod etiam facto eius cum quo commune ius ſtipulandi *f* eſt, amittere debitorem poteſt. Secundum quæ ſi vnus ab aliquo ſtipuletur, nouatione quoque liberare eum ab altero poterit, cùm id ſpecialiter agit. Eo magis cùm eam ſtipulationem ſimilem eſſe ſolutioni *g* exiſtimemus. alioquin quid dicemus, ſi vnus delegauerit creditori ſuo communem debitorem, iſque ab eo ſtipulatus fuerit? aut mulier fundum iuſſerit doti *h* promittere viro, vel nuptura ipſi, doti eum promiſerit? nam debitor ab vtroque liberabitur.

De diſiunctione.

32. *Paulus* ‖ lib. 1. ad Neratium. ‖

TE hominem, & Seium decem mihi dare oportet. ſtipulor ab altero nouandi cauſa ita, *Quod te aut i Seium dare oportet*. vtrumque *k* nouatur. *Paulus*: Meritò: quia vtrumque in poſteriorem deducitur ſtipulationem.

De donatione.

33. *Triphoninus* ‖ lib. 7. Diſputationum. ‖

SI Titius donare mihi volens delegatus à me creditori meo ſtipulanti ſpopondit, non *a* habebit aduerſus eum illam exceptionem, vt quatenus facere poteſt, condemnetur. nam aduerſus me tali defenſione meritò vtebatur, quia donatum ab eo petebam, creditor autem debitum perſequitur.

De filio vel ſeruo. 1. *De furioſo vel prodigo.* 2. *De pluribus obligationibus ſimul nouatis.*

34. *Gaius* ‖ lib. 3. de Verborum obligationibus. ‖

DVbitari non debet, quin filius ſeruúſve, cui adminiſtratio *b* peculij permiſſa eſt, nouandi quoque peculiaria debita ius habeat *c*. vtique ſi ipſi ſtipulentur, maximè ſi etiam meliorem ſuam conditionem eo modo faciunt. Nam ſi alium iubeant ſtipulari, intereſt, vtrum donandi *d* animo alium iubeant ſtipulari, an vt ipſi filio, ſeruóve negotium gerat. quo nomine etiam mandati actio peculio adquiritur.

1 ¶ Adgnatum furioſi, aut prodigi curatorem nouandi *e* ius habere minimè dubitandum eſt, ſi hoc furioſo vel prodigo expediat.

2 ¶ In ſumma admonendi ſumus nihil vetare, vna *f* ſtipulatione plures obligationes nouari: veluti ſi ita ſtipulemur, *Quod Titium & Seium mihi dare oportet, id dari ſpondes?* licet enim ex diuerſis cauſis ſinguli fuerant obligati, vtrique tamen nouationis iure liberantur: cùm vtriuſque obligatio in vnius perſonam, à quo nunc ſtipulemur, confluat.

DE *g* SOLVTIONIBVS, ET liberationibus.

TIT. III.

Si debitor ex pluribus cauſis vnum debitum ſoluat. 1. *De liberatione vnius ex duobus fideiuſſoribus.* 2. *De ſorte & vſuris.*

Vlpianus ‖ lib. 43. ad Sabinum. ‖

QVotiens quis debitor ex pluribus cauſis vnum debitum ſoluit, eſt *h* in arbitrio ſoluentis dicere quod potiùs debitum voluerit ſolutum, & quod dixerit, id erit ſolutum. Poſſumus enim certam legem dicere ei quod ſoluimus. quotiens verò non dicimus id quod ſolutum ſit, in arbitrio eſt accipientis, cui potius debito acceptum ferat. dummodo in id conſtituat ſolutum, in quod ipſe, ſi deberet, eſſet ſoluturus, " quóque debito ſe exoneraturus eſſet, ſi deberet:" id eſt *i* in id debitum quod non eſt in controuerſia *k*, aut *l* in illud quod pro alio quis fideiuſſerat, aut cuius dies nondum venerat. æquiſſimum *m* enim viſum eſt creditorem ita agere rem debitoris, vt ſuam ageret. Permittitur ergo creditori *n* conſtituere, in quod velit ſolutum, dummodo ſic conſtituamus *o*, vt in re ſua conſtitueret, ſed conſtituere in re præſenti, hoc eſt ſtatim atque *p* ſolutum *q* eſt.

2. *Florentinus* ‖ libro 8. Inſtitutionum. ‖

DVm in re agenda hoc fiat, vt vel creditori liberum ſit non accipere, vel debitori non dare, ſi alio nomine exſolutum quis eorum velit.

3. *Vlpianus* ‖ lib. 43. ad Sabinum. ‖

CÆterùm poſtea non permittitur. Hæc res efficiet vt in duriorem *r* cauſam ſemper videatur ſibi debere accepto ferre. ita enim & in ſuo conſtitueret nomine.

1 ¶ Quòd ſi fortè à neutro dictum ſit, in his quidem nominibus quæ diem vel conditionem habuerunt, id videtur ſolutum cuius dies *ſ* venit.

4. *Pomponius* ‖ lib. 13. ad Quintum Mucium.

ET magis quod meo *t* nomine, quam quod pro alio fideiuſſorio nomine debeo. & potiùs quod cum *u* pœna, quam quod ſine pœna debetur. & potiùs quod ſatiſdato *x*, quam quod ſine ſatiſdatione debeo.

5. *Vlpianus* ‖ lib. 43. ad Sabinum. ‖

IN his verò quæ præſenti die debentur, conſtat, quotiens indiſtinctè quid ſoluitur, in grauiore *y* cauſam

a non habentium liberam peculij adminiſtrationem, *l. 34. inf. eo.*
b & donare, *l. 28. in fi. ſup. de pact.*
c *l. 8. §. 4. ſup. eo.*
d & ita emendat Antonius Faber 3. *coniect.* 3. *vt in l. 32. inf. eo.*
e *l. 32. inf. eo.*
f *l. 18. in fin. ſup. eo.* 27. *Ecl. 4. c. 25.*
g *l. 29. in pr. ſup. de verb. obl.*
h *l. 122. §. 4. ſuprà de verb. obl.*
i ciuili ſcil. *l. 95. §. 2. inf. de ſolut.*
k fundo petito præſens, &c.
l *al.* conſiderabitur.
m Aliud eſſe rem, aliud rei pretium hinc collige, *l. 42. §. 1. ſupr. de vſufr. l. 48. in fin. inf. de furt.*
n Differentiam nouationis voluntariæ & iudicialis obſerua, *l. 11. in fin. ſuprà eod.*
o hoc exemplum eſt nouationis voluntariæ.
p adde *l. 8. in fin. ſup. eo.*
q *l. 9. ſup. eo.*
r hoc exemplum eſt nouationis iudicialis, *arg. l. 11. ſup. de pign. l. 3. §. 4. ſup. de pign.* ita litis conteſtatione fit nouatio iudicialis. Cæterum an priuilegia primæ actionis repetita intelligantur in nouante ſtipulatione, vide apud *Bart. hic.*
ſ *l. 139. ꝟ. de reg. iur. l. 8. ſup. de compenſat. l. 2. Cod. de annali except.*
t fiunt enim perpetuæ, quæ temporariæ erant, *l. 9. §. 3. ſup. de iureiur. l. 8. in fin. ſuprà de fideiuſſ. tutor.*
u à prima, *Vulg. Hal.*
x *l. 14. ſuprà eo.*
y *l. 50. in fin. ſupra de verb. oblig.* Imò, eo defuncto non teneor: cum eius morte purgetur mora, *l. 14. ſup. eo. l. 72. §. 1. ꝟ. de ſolutionib.*
z *l. 91. ſup. de verb. oblig.*
a *vt in l. 72. ꝟ. de ſolutionib.*
b *l. 10. ſup. eo.*
c in iudicio petentem, *Vulg. Hal.* adde *l. 2. ſup. de duob. reis.*
d Nouatio hæc neceſſaria eſt.
e *l. 13. in fin. ꝟ. de acceptilation.*
f ſtipulandi eſt admittere debitorem, &c. *Hal.*
g Acceptilatio ſolutioni comparatur, *l. 7. §. 1. in fin. ſup. de liberat.*
h v. quæ notaui ad *l. 79. ſuprà de iure dotium.*
i & ita legit Antonius Faber 3. *Coniect.* 3. mouetur autem quod in alternatiua ſtipulatione vtraque res non contineatur, niſi hactenus vt alterutra præſtetur, non etiam vt vtraque peti poſſit.
k *l. 20. in fin. ſuprà eod.*

mutui cauſa debuiſſe: alia verò centum vel ex negotio controuerſo, nondum deciſo, vt ex cauſa fideiuſsionis, vel ex cauſa cuius dies nondum venerit [...] mus etiam centum Caio à Titio numerata: creditor eo caſu non poteſt in [...] firmas cauſas pecuniam acceptam imputare. Cur ita? quia ſi ipſemet in[...] eſſet, nollet imputari, & meritò: magis enim præſumimur debiti non con[...] ſi, principalis & puri, quam controuerſi, quam acceſſorij, *l. 79 inf. eod.* vel [...] præſentis ſoluendi cauſa ſoluiſſe, *l. 3. in fi. ꝟ. eo.* ſunt enim hæ cauſæ leuiores [...] ſumimur autem in grauiorem & nos magis onerantem cauſam velle ſolu[...]
k controuerſo, *Vulg.*
l haud in illud, quidam ita legunt reprehenſi à Cuiacio 3. *obſer.* 34.
m *v. ſup.* quod quiſque iuris. n creditori, *Vulg. Hal.*
o *al.* conſtituat.
p quin & ante: *l. 21. C. de vſur.* Hinc Cuiacius 13. *obſ.* 31. colligit, Tu[...] thoritatem poſt negotium geſtum poſſe interponi.
q *al.* eſt, debet. r *l. 5. ꝟ. eo.*
ſ dies iam venit *Vulg. Hal. l. 1. ſup. eo. l. 103. inf. eo.*
t *l. 1. ſup. eo. l. 97. inf. eo.*
u *l. 7. in fin. inf. eo.* [...] *in fin. ſup. de ventre in poſſeſſ.*
x *l. 5. inf. eo.*
y *l. 3[...] ſup. eod.*

videri ſolutum : ſi autem nulla prægrauet, (id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint) in antiquiorem *a*. grauior videtur quæ || & || ſub ſatiſdatione *b* videtur, quam ea quæ pura *c* eſt.

1 ¶ Si duos quis dederit fideiuſſores, poteſt ita ſoluere, vt vnum *d* liberet.

2 ¶ Imperator Antoninus cum Diuo patre ſuo reſcripſit, cum diſtractis pignoribus creditor pecuniam redigit *e*, ſi ſint vſuræ debitæ, & aliæ indebitæ, quod ſoluitur in vſuras, ad vtramque *f* cauſam vſurarum, tam debitarum, quàm indebitarum, pertinere. putà quædam earum ex ſtipulatione *g*, quædam ex pacto *h* naturaliter debebantur.

¶ Si verò ſumma vſurarum debitarum, & non debitarum, non eadem ſit, æqualiter *i* ad vtramque cauſam proficit quod ſolutum eſt, non pro rata, vt verba reſcripti oſtendunt.

¶ Sed ſi fortè vſuræ non ſint debitæ, & quis ſimpliciter ſoluerit, quas omnino non eras ſtipulatus *k*. Imperator Antoninus cum Diuo patre ſuo reſcripſit *l*, vt in ſortem cedant. Eidem autem reſcripto ita ſubiicitur. Quod generaliter conſtitutum eſt *m*, *prius in vſuras nummum ſolutum accepto ferendum*, ad eas vſuras videtur pertinere, quas debitor exſoluere cogitur *n*. & ſicut ex pacti conuentione datæ repeti non poſſunt, ita *o* proprio titulo non numeratæ, pro ſolutis, ex arbitrio percipientis non habebuntur.

3 ¶ Apud Marcellum lib. 20. Digeſtorum quæritur, ſi quis ita cauerit debitori, in ſortem & vſuras ſe accipere; vtrum pro rata & ſorti, & vſuris decedat, an verò prius in vſuras, & ſi quid ſupereſt, in ſortem. ſed ego non dubito quin hæc cautio in ſorte *p* & in vſuras, prius vſuras admittat, tunc deinde, ſi quid ſuperfuerit, in ſortem cedat.

6. *Paulus* || lib. 4. ad Plautium. ||

NEc enim ordo *q* ſcripturæ ſpectatur *r*, ſed potius ex *ſ* iure *t* ſumitur id quod agi videtur.

Si debitor ex pluribus cauſis vnum debitum ſoluat.

7. *Vlpianus* || lib. 43. ad Edictum. ||

SI quid ex famoſa cauſa & non famoſa debeatur, id ſolutum videtur, quod *u* ex famoſa cauſa debetur. Proinde ſi quid ex cauſa iudicati, & non iudicati debetur, id putem ſolutum, quòd ex cauſa iudicati debetur. & ita Pomponius probat. Ergo ſi ex cauſa quæ inficiatione *x* creſcit, vel pœnali debetur: dicendum eſt id ſolutum videri, quod *y* pœnæ habet liberationem.

8. *Paulus* " lib. 10. ad Sabinum."

ILlud non ineleganter ſcriptum eſſe Pomponius ait, ſi par *z* & dierum & contractuum cauſa ſit, ex omnibus ſummis pro *a* portione videri ſolutum.

De ſeruo adiecto ſolutioni. 1. De ſolutione partis.

9. *Vlpianus* || lib. 24. ad Sabinum. ||

STipulatus ſum *mihi aut Sticho ſeruo Sempronij ſolui*. Sempronio ſolui non poteſt *b*, quamuis dominus ſerui ſit.

1 ¶ Qui *decem* c debet, partem *d* ſoluendo, in parte obligationis liberatur *e*, & reliqua quinque ſola in obligatione remanent.

¶ Item qui *Stichum* debet, parte Stichi data in reliquam partem tenetur f.

¶ Qui autem *hominem* debet, partem Stichi dando, nihilominus hominem debere non *g* deſinit, denique homo adhuc ab eo peti poteſt: ſed ſi debitor reliquam partem Stichi ſoluerit, vel per actorem ſteterit *h* quominus accipiat, liberatur.

De adiecto ſolutioni.

10. *Paulus* " lib. 4. ad Sabinum."

QVod ſtipulatus ita ſum *Mihi aut Titio*? Titius nec petere, nec *i* nouare, nec acceptum facere poteſt, tantúmque ei ſolui poteſt *k*.

a l. 89. in fin. j. eod.
b l. 4. in fin. ſ. eod. & ſic grauiora l. 2. l. 5. ſ. eod. pura, d. l. 2. in fin. princ. l. 3. pœnalia, d. l. 3. ſatiſdationibus obnoxia, d. l. 3. ſ. eod. antiquiora debita, vt hic. in dubio præſumimur exonerare?
c An ſimplex, vt vult Accurſius? an ſine fideiuſſore, vt Pyrrhus?
d l. 1. ſ. eod. l. 101. §. 1. j. eod.
e redigit *Vulgat. Hal.*
f id eſt, æqualiter omnibus ſummis, l. 55. ſ. de fideiuſſ.
g Vſuræ cum debentur partim ex ſtipulatione, partim ex pacto, pretio diſtractorum pignorum in vſuraſque vſuras æqualiter imputatur, tametſi quantitatis inæqualis ſint, 7. Eclog. tit. 5. c. 1. & 23. 2. lib. 26. tit. 5. c. 3.
h Naturaliter debetur quod ex pacto debetur, v. l. 1. ſ. de pactis.
i l. 8. j. eod. Imò non æqualiter. eſt enim præſumptio quemuis eas vſuras potius ſoluere velle quæ ex ſtipulatione debentur, quã quæ ex nudo pacto, arg. l. 94. in fi. j. eod.
k quas debebas ex nudo pacto.
l ſenſus eſt, vſuras quæ veluti ex pacto peti non poterunt, ſi debitor ſimpliciter ſoluerit, nulla mentione facta quo nomine fiat ſolutio, in ſortem eas dare videtur, Eclog. ibid.
m l. 48. in fin. j. eo. l. 1. C. eod. l. 15. ſ. de pign. l. 21. C. de vſur.
n vt pote ex ſtipulatione debitas.
o Vſuræ ſicut ex pacto datæ repeti non poſſunt, ita ſi non datæ ſunt quaſi vſuræ, creditor dicere non poteſt ſe quaſi vſuras accepiſſe Eclog. ibid.
p in ſortem & in vſuras admittatur, ſed prius in vſuras, & tunc deinde, &c. *Vulg. Hal.*
q Ordo ſcripturæ non impedit cauſam iuris ac voluntatis: nec attenditur vbi mens legis certa eſt, *l. 77. §. 12. ſ. de leg. 2.* adde *l. 14. ſ. de peculio legato. l. 15. §. 15. ſ. de damno. §. 34. Inſt de legatis*: adde Bart. ad *l. Gallus. §. 1. ſ. de liberis*: ad *l. 9. §. prim. ſ. de vulgari.*
r Imo ordo ſcripturæ ſpectatur, *l. 12. §. 3. ſ. de leg. 1. l. 14. ſ. de legat. 2. l. 24. §. 17. ſ. de fideic. libert. l. 1. ſ. de poſſeſſ. her. pet. l. 1. ſ. de fideic. her. pet.*
ſ i. iuris diſpoſitione. Atque ita primò voluntas contrahentium expreſſa Secundò, iuris diſpoſitio: Tertio, ordo ſcripturæ inſpicitur, & ſic voluntas tacita.
t ex vſu & conſuetudine. u *l. 97. j. eod. l. 107. j. de reg. iur.*
x Ex ea actione quæ aduerſus confitentem in ſimplum, ex inficiatione creſcit in duplum, vt eſt Aquilia, *l. 23. in fin. ſ. ad l. Aquil.*
y *l. 14. ſ. eod. l. 97. j. eod.*
z aliàs, ſi impar, ex veteri obligatione ſolutum videtur, v. quæ notaui ad *l. 5. ſ. e.*
a ſub. dimidia: vel pro rata debiti cuiuslibet. b quia ſolui adiecto, aut mihi poteſt, *l. 55. ſ. de oblig.* c & ſic quantitatem.
d Partis ſolutio liberat à parte obligationis quantitatem continentis.
e non ſummo iure ſed ex æquitate. ita enim ſi admittitur, lites diminui certum erit, *l. 21. in fin. ſup. de reb. cred.* An id perpetuò verum ſit, vide *Hotom. 20. Illuſtr. quæſt.* f Imò, qui partem Stichi dederit, in nulla parte ſe liberat, *l. 2. §. 2. ſup. de verbor. obligationib.*
g *d. §. 2. l. 85. §. 4. ſ. de verb oblig.* h *l. 72. j. eod.*
i Adiectus ſolutionis cauſa, ius petendi, nouandi, & accepto ferendi, non habet.
k vide *l. 59. j. eod. l. 44. §. 4. ſupra de oblig. §. 4. verſ. planè inſtitut. de inutilibus ſtipul.*

11. *Pomponius* || lib. 8. ad Sabinum. ||

SI ſtipulatus fuero, *Mihi aut pupillo* dare *a*: promiſſor ſine tutoris auctoritate ſoluendo pupillo, liberabitur *b* à me.

De procuratore. De adiecto ſolutioni. 4. De falſo procuratore, & ratihabitione.

12. *Vlpianus* || lib. 30. ad Sabinum. ||

VEro *c* procuratori *d* rectè ſoluitur. Verum autem accipere debemus eum cui mandatum eſt vel ſpecialiter *e*, vel cui omnium negotiorum adminiſtratio mandata eſt.

1 ¶ Interdum tamen & non procuratori rectè ſoluitur. vtputa *f* cuius ſtipulationi nomen inſertum eſt *g*, ſi quis ſtipuletur ſibi aut Titio.

2 ¶ Sed & ſi quis mandauerit, vt Titio ſoluam, deinde vetuerit eum *h* accipere, ſi ignorans *i* prohibitum eum accipere, ſoluam, liberabor *k*: ſed ſi ſciero, non liberabor.

3 ¶ Alia cauſa eſt, ſi mihi proponas ſtipulatum aliquem ſibi aut Titio. hic enim etſi prohibeat *l* me Titio ſoluere, ſoluendo tamen liberabor: quia certam conditionem habuit ſtipulatio, quam immutare *m* non potuit ſtipulator.

4 ¶ Sed etſi non vero procuratori ſoluam, ratum *n* autem habeat dominus quod ſolutum eſt, liberatio contingit. rati enim habitio *o* mandato comparatur.

13. *Iulianus* || lib. 54. Digeſtorum ||

RAtum autem habere dominus debet, cùm primum certior factus eſt. ſed hoc ἐν πλάτει *p*, *i. cum laxamento & amplitudine*, & cùm quodam *q* ſpatio *r* temporis accipi debet. ſicut in legato cùm de *ſ* repellendo *t* quæreretur, ſpatium quoddam temporis aſſumitur, nec minimum *u*, nec maximum: & quod magis intellectu percipi, quam ex *x* locutione exprimi poſſet.

1. De tutoribus. 7. & curatoribus. 8. De pupillo.

14. *Vlpianus* " lib. 30. ad Sabinum."

QVòd ſi fortè quis ita *y* ſoluat, *vt niſi ratum habeatur, condicat*, ſi dominus ſolutionem ratam non habuerit, condictio ei qui ſoluit, competit.

1 ¶ Sunt quidam tutores qui honorarij *z* appellantur: ſunt qui rei notitiæ *a* gratia dantur: ſunt qui ad hoc dantur vt gerant *b*: & hoc vel pater *c* adiicit, vt vnus (putà) gerat: vel voluntate *d* tutorum vni committitur geſtus: vel prætor *e* ita decernit.

¶ Dico igitur, cuicunque ex tutoribus fuerat *f* ſolutum, etſi honorariis, (nam & ad hos periculum pertinet) rectè *g* ſolui: niſi interdicta eis fuerit à prætore adminiſtratio: nam ſi interdicta eſt, non rectè ſoluitur.

¶ Idem dico & ſi quis ſciens ſuſpectis poſtulatis ſoluat. nam iis interim *h* videtur interdicta adminiſtratio.

2 ¶ Quod ſi remoto ſoluit, ei " ſoluit, " qui tutor eſſe deſierat." & ideo " non liberabitur.

3 ¶ Quid ergo ſi ei ſoluit, in cuius locum curator erat conſtituendus, vt puta relegato in perpetuum *i*, vel ad tempus? Dico ſi ante ſoluit, quàm ſubſtitueretur curator, oportere liberari *k*.

4 ¶ Sed etſi abſuturo reipublicæ cauſa ſoluit, rectè ſoluit. Quinimò, & ſi abſenti, ſi modo non eſt alius in locum eius ſubſtitutus.

5 ¶ Siue autem legitimi ſunt, ſiue teſtamentarij, ſiue ex inquiſitione dati, rectè vel vni ſoluitur.

6 ¶ Ei qui notitiæ *l* gratia datus eſt, an rectè ſoluatur, videndum eſt: quia ad *m* inſtruendos contutores datur? Sed cùm tutor ſit, niſi prohibitum fuerit ei ſolui *n*, puto liberationem contingere.

7 ¶ Curatori quoque furioſi rectè ſoluitur. item curatori ſibi *o* non ſufficientis vel per *p* ætatem, vel per aliam iuſtam cauſam. ſed & pupilli *q* curatori rectè ſolui conſtat.

8 ¶ Pupillum ſine tutoris auctoritate nec *r* ſoluere poſſe palam eſt. ſed ſi dederit nummos, non *ſ* fient accipientis

a dari *Vulg.*
b erat igitur obligatus? Imo non erat, *arg. l. 68. in fin. j. eod.*
c etiam morienti. *Peleus quæſt.* 14. aliud ſi falſo. *l. 8. C. de cond. indeb. l. 16. C. de furtis.*
d *v. l. 34. j. eod.*
e Verus procurator dicitur, ſpecialis vel omnium negotiorum, *l. 17. §. 16. j. de iniuriis.*
f ei cuius. *Vulg.*
g i. Adiecto ſolui poteſt, etiamſi non ſit procurator ſpecialis, aut omnium bonorum, *l. 10. ſup. eod.*
h Titium ſcilicet.
i i. ſi priuſquam ſcirem mandatum reuocatum. Mandatarius & procurator ignorans mandatum reuocatum, iuſtè ſoluit: facit *l. 38. §. 1. j. eod. l. 17. ſup. de reb. cred. l. 12. ſup. de SC. Maced. l. 15. ſup. mandati §. 10. Inſt. de mandato.*
k Imo, ignorantia ei qui prohibitus eſt aliquid facere non prodeſt, *l. 4. ſup. de manum. vindicta.*
l poſſum enim inuito ſtipulatore, ei qui adiectus eſt ſolutionis cauſa, ſoluere, *l. 100. j. eod. §. 4. Inſtit. de inut. ſtip.*
m Libertatem ſemel reo quæſitam, creditor (eo inuito) mutare non poteſt.
n *l. 58. l. 106. in pr. j. eod.*
o Ratihabitio mãdato comparatur, *l. 6. §. 9. ſup. de negotiis. l. 56. ſup. de iudiciis, l. 1. §. 14. ſ. de vi & vi. l. 60. l. 152. §. 2. j. de reg. iur. v. l. 7. in fin. C. quod cum eo.*
p hoc quid ſit, *v. l. 28. ſup. de probat. l. 12. §. 2. j. rat. rem hab.* adde quæ ſcripſi de verbo παρακατοχῶς, *ad l. 2. ſup. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur.*
q adde *l. 137. §. 2. §. 3. ſup. de verbor. obligat.*

r *l. 137. §. 2. ſup. de verb. oblig.* ſ vel de eo præſtando, *l. 1. §. 8. ſup. ad l. Falc. l. 20. in fin. ſup. de ſtatulib.* t id eſt, repudiando.
u Quo quid magis accedit ad medium, eo melius eſt: & quo magis recedit, eò eſt peius. Ariſtot. 4. Polit. & Martialis, 1. Epigram. 58. illud quod medium eſt, atque inter vtrumque, probamus.
x quam elocutione *Vulg. Hal.* Cur ita? quid æquum ſit, aut quando mora committatur, melius intelligi poteſt, quàm ſcribi, *l. 32. ſup. de vſur. l. 7. §. 3. ſup. de curat. furioſ. & aliis. v. l. 14. ſup. de diuerſ. & tempor.*
y *l. 14. ſup. de cond. cauſa data.* adde *l. 2. ſup. de cond. indeb l. 3. C. de cond. indeb.*
z *de quib. v. l. 26. §. 1. ſup. de teſtam. tut. l. 13. §. 2. ſup. de admin. tut.*
a qui ſint, *v. §. 6. j. eod. l. 32. §. 1. ſup. de teſtam. tut. l. 1. C. de peric. tut.*
b *vt l. 3. §. 1. l. 47. ſup. de admin. tut. §. 1. Inſt. de ſatiſd. tut.*
c *d. l. 3. l. 47. & d. §. 1.* d *d. §. 1.* e *d. §. 1.* f fuerit, *Vulg. Hal.*
g Tutori qualicumque (legitimo tamen) rectè ſoluitur. niſi interdicta ſit ei adminiſtratio à tutore, vel ſuſpectus ſit, *l. 46. §. 3. ſup. de admin. tut.*
h Ei, qui ſuſpectus poſtulatus eſt, adminiſtratio interdicitur, *§. 7. Inſtit. de ſuſpect. l. 7. C. de ſuſpect.*
i *l. 29. ſup. de excuſationib. l. 9. §. 6. ſup. de tutela & rationib.*
k *l. 7. in fin. ſup. de curat. furioſ.* l *v. §. 1. ſup. eod.*
m Tutores notitiæ gratia dantur ad inſtruendos contutores.
n Imo non ſoluitur. dixi ad *l. 45. ſup. de auctoritate tutorum.*
o id eſt, eius qui rebus ſuis adminiſtrandis non ſufficit.
p *l. 4. in fin. j. rem pupilli.*
q i. ei, qui bonis pupilli datus eſt, *v. l. 1. in fin. j. rem pupilli.*
r *l. 9. §. 2. ſup. de author. tut.*
ſ *l. 29. ſup. de cond. indeb. §. vlt. in pr. & fin. inſtit. quib. alien. non lic.*

accipientis, vindicaríque poterunt. planè ſi fuerint conſumpti, liberabitur.

15. *Paulus* || lib. 6. ad Sabinum.

PVpillo *a* ſolui *b* ſine tutoris auctoritate non poteſt. Sed nec delegare *c* poteſt: quia nec alienare *d* vllam rem poteſt. ſi tamen ſoluerit ei debitor, & nummi ſalui *e* ſint *f*, petentem pupillum doli mali exceptione debitor ſummouebit.

De debito ſub conditione.

16. *Pomponius* " lib. 15. ad Sabinum."

SVb conditione debitori, ſi *g* acceptum feratur, poſtea conditione exiſtente intelligitur iam olim liberatus. Et hoc, etiam ſi ſolutio re fiat, accidere, Ariſto dicebat: ſcripſit enim, ſi quis, "qui" ſub conditione pecuniam promiſit, dedit eam ea conditione, vt ſi conditio extitiſſet, in ſolutum cederet, exiſtente conditione liberari eum. nec obſtare quòd ante *h* eius pecunia facta eſt.

Si procurator ſuo nomine ſoluerit.

17. *Idem* || lib. 19. ad Sabinum. ||

CAſſius ait, ſi cui pecuniam dedi, vt *l* eam creditori meo ſolueret, ſi ſuo *k* nomine dederit, neutrum liberari: me, quia non *l* meo nomine data ſit: illum, quia alienam *m* dederit: cæterum mandati *n* eum teneri, ſed ſi *o* creditor eos nummos ſine dolo malo conſumpſiſſet, is qui ſuo nomine eos ſoluiſſet, liberatur: ne ſi aliter obſeruaretur, creditor in lucro verſaretur.

De diſpenſatore manumiſſo, ſi quis vetet eum accipere cui ſolui iuſſerat.

18. *Vlpianus* || lib. 41. ad Sabinum. ||

SI quis ſeruo pecuniis *p* exigendis præpoſito ſoluiſſet, poſt *q* manumiſſionem *r*, ſi quidem ex contractu domini *ſ*, ſufficiet quòd ignorauerit *t* manumiſſum: Quòd ſi ex cauſa peculiari, quamuis ſciuerit manumiſſum, ſi tamen ignorauerit ademptum *u* ei peculium, liberatus erit. Vtroque autem caſu manumiſſus *x*, ſi interuertendi cauſa id fecerit, furtum domino facit. Nam & ſi debitori meo mandauero, *vt Titio pecuniam ſolueres*: deinde Titium vetuero accipere, idque ignorans debitor Titio ſimulanti *y* ſe procuratorem ſoluerit, & debitor liberabitur, & Titius furti actione tenebitur.

De ſeruo.

19. *Pomponius* || lib. 21. ad Sabinum. ||

FVgitiuus meus, cum pro libero ſe gereret, nummos mihi ſubreptos credidit tibi. obligari *z* te mihi Labeo ait. & ſi eum libertum exiſtimans ſolueris *a* ei, liberari te à me *b*. ſed ſi alij ſoluiſſes iuſſu eius, vel is *c* ratum habuiſſet, non liberari: quia priore caſu mei nummi facti eſſent, & quaſi mihi ſolutum intelligeretur. Et ideo ſeruus meus, quod peculiari nomine crediderit, exigendo liberabit debitorem: delegando autem, vel nouando *d* non idem conſequeretur.

De pignore.

20. *Idem* " lib. 22. ad Sabinum."

SI rem meam quæ pignoris *e* nomine alij eſſet obligata, debitam tibi ſoluero, non liberabor: quia *f* auocari *g* tibi res poſſit ab eo qui pignori accepiſſet.

De ſtipulatione, Quanto minus ab illo exigetur.

21. *Paulus* || lib. 10. ad Sabinum. ||

SI decem ſtipulatus à Titio, deinde ſtipuleris à Seio, *quanto* h *minus ab illo conſecutus ſit*, etſi *i* decem petieris à Titio, non tamen abſoluitur Seius. quid enim ſi condemnatus Titius nihil facere poteſt? ſed etſi *k* cum Seio prius egeris, Titius in nullam partem liberatur, incertum quippe eſt, an omnino Seius debiturus ſit. denique ſi *l* totum Titius ſoluerit, nec debitor fuiſſe videbitur Seius: quia conditio eius deficit.

De filiofamilias.

22. *Vlpianus* || lib. 45. ad Sabinum. ||

FIliusfamilias patre inuito debitorem eius liberare non *m* poteſt. acquirere enim obligationem poteſt: deminuere non poteſt.

Qui[illegible] caſibus inuitus vel ignorans liberatur.

23. *Pomponius* || lib. 24. ad Sabinum. ||

SOlutione *n*, vel iudicium pro nobis accipiendo *o*, & inuiti & ignorantes liberari *a* poſſumus *b*.

De fideiuſſore duorum.

24. *Vlpianus* || lib. 47. ad Edictum. ||

VBi fideiuſſor pro duobus dena fideiuſſit, obligatus eſt in viginti: & ſiue viginti, ſiue dena ſoluerit, vtrumque reum liberabit: ſed ſi quinque ſoluerit, videamus quem ex reis releuet *c*. in quinque: erit ille releuatus de *d* quo actum eſt: aut ſi non appareat, antiquius *e* debitum erit inſpiciendum.

¶ Idem & ſi quindecim ſint ſoluta, ſi quidem appareat quid actum ſit in decem, & aliunde quinque erunt releuata: ſi vero non apparet, ex antiquiore contractu decem, ex alio quinque erunt releuata.

De herede ex parte, totum ſoluente.

25. *Pomponius* || lib. 35. ad Sabinum. ||

EX parte *f* heres inſtitutus, ſi decem, quæ defunctus promiſerat, tota ſoluit, pro parte quidem, qua heres eſt, liberabitur: pro parte autem reliqua ea condicet. ſed ſi antequam condicat, ei accreuerit *g* reliqua pars hereditatis, etiam pro ea parte erit obligatus: & ideo condicenti indebitum doli mali exceptionem obſtare exiſtimo.

De pignore vendito.

26. *Idem* || lib. 35. ad Sabinum. ||

SI creditor fundum pigneratitium vendiderit, & quantum *h* ei debebatur, receperit, debitor liberabitur.

¶ Sed etſi acceptum *i* emptori pretium tuliſſet creditor, vel ab eo ſtipulatus eſſet, debitor nihilominus liberatur. ſed ſi ſeruus pigneratus à creditore venierit, quamdiu redhiberi poſſit, non liberabitur debitor, ſicut in quolibet pignore vendito, quamdiu res inempta fieri poſſit.

Si quid deſit iuri rei ſolutæ.

27. *Vlpianus* || lib. 28. ad Edictum. ||

ETiam circa ſtipulationem *k* & ex teſtamento *l* actionem, ſi res tradita fuerit, quæ debebatur, quamdiu aliquid iuri rei deeſt *m*, adhuc tamen ipſa res petenda eſt, vt puta poſſum fundum petere, licet mihi traditus ſit, ſi ius quoddam cautionis ſupererit *n*.

De protutore.

28. *Paulus* " lib. 38. ad Edictum."

DEbitores ſoluendo ei qui pro tutore negotia gerit liberantur, ſi *o* pecunia in rem pupilli peruenit.

De obligatione diuidua vel indiuidua.

29. *Vlpianus* || lib. 38. ad Edictum. ||

CVm Stichus & Pamphilus communi ſeruo promiſſi ſunt, non *p* alteri Stichus, alteri Pamphilus *q* ſolui [non *r*] poteſt, ſed dimidiæ *ſ* ſingulorum partes debentur.

¶ Idémque *t* eſt ſi quis aut duos Stichos, aut duos Pamphilos dari promiſit, aut communi duorum ſeruo homines decem *u* dare promiſerit. nam ambigua vox eſt *decem homines*, quemadmodum *decem denarij*. atque vtriuſque rei *x* dimidium duobus modis intelligi poteſt. Sed in nummis, & oleo, ac frumento, & ſimilibus quæ communi *y* ſpecie continentur, apparet *z* hoc actum, vt numero diuidatur obligatio: quatenus & commodius promiſſori ſtipulatoribúſque eſt.

De oblatione.

30. *Idem* || lib. 51. ad Edictum. ||

SI debitor offerret pecuniam quæ peteretur, creditor nollet *a* accipeee, prætor ei denegat actiones.

a l. 28. ſ. de pactis. Cicero in Topicis loco à differentia rer. §. 2. inſt. quib. alien.
b dari tamen rectè poteſt, d. §. vlt.
c l. 48. in fin. ſup. de pecul. l. 20 in fin. ſup. de nouation.
d l. 28. §. 2. ſup. de pactis: l. 7. ſup. de donationib. §. 2. inſtit. quib. alien. non licet.
e d. §. 2. verſ. ſin. autem alter.
f vel ſit locupletior factus: l. 4. §. 4. ſup de doli mali.
g l. 12. ſ. de accept.
h l. 137. in fin. ſup. de verb. obl.
i adde l. 25. ſup. de donat.
k l. 82. ſup. de iure dot.
l non eo nomine.
m l. 47. in fin. ſuprà mandati.
n adde l. 12. §. 10. ſup. mandati.
o l. 93. ſ. eod.
p v. l. 62. ſ. eod.
q l. 3. ſ. eo. l. 41. ſup. de reb. cred.
r hinc oritur cauſa dubit. tunc enim ſoluens debitor, videtur ei cuius mandatum tacitè reuocatum eſt, ſoluere, v. l. 41. ſup. de reb. cred.
ſ Fingamus eum kalendario domini fuiſſe præpoſitum.
t l. 11. in fin. ſupra depoſiti.
u potuit enim id iuſtè ignorare cum manumiſſus ex teſtamento peculium ſuum communiter non conſequatur, l. 53. ſup. de pecul. l. 3. ſup. de manumiſſ. quæ ſerui ad vniuerſitatem: l. vnic. C. de peculio eius qui libert. meruit.
x An non idem ſi non manumiſſus? non idem. quandiu enim ſeruus eſt in poteſtate, furtum quidem facit domino, nulla tamen aduerſus eum datur actio, v. l. 15. l. 16. ſ. de furtis.
y l. 38. §. 1. ſ. eod. l. 43. §. 1. l. 44. l. 80. §. 6. ſ. de furtis: l. 19. C. de furtis.
z Per ſeruum fugitiuum acquiritur domino obligatio & dominium.
a Solutio facta ſeruo fugitiuo ab ignorante, eum liberat.

b eo caſu mihi acquirit dominium, c l. 12. ſup. eod.
d v. l. 25. ſup. de nouationib. e l. 69. l. 98. ſ. eod.
f i. quia rem alteri obligatam ſolui, res illa auocari tibi poteſt, Nihil liberat ſoluentem, niſi quod creditori ſolutum ei auocari non poteſt.
g l. 1. C. ſi antiquior creditor.
h v. l. vlt. ſup. de reb. cred. l. 116. ſup. de verb. oblig. Hæc ſtipulatio ſubſidiaria eſt.
i i. Petitio facta reo principali in ſolidum obligato, non liberat eum qui tenetur in ſubſidium.
k Petitio facta ei qui tenetur in ſubſidium, non eum liberat qui principaliter tenetur.
l Principali ſoluente, is qui tenebatur in ſubſidium plenè liberatur.
m Pactio filij non nocet patri agere volenti, l. 3. §. 4. ſup. quod cuiuſque: l. 30. ſup. de pactis: l. 23. C. de pactis: v. l. 7. C. de reb. cred.
n l. 40. l. 23. ſ. eod. l. 39. ſup. de negotiis: l. 1. §. 24. ſup. de exercitor. Inſt. quib. mod. toll. oblig. in princ.
o facit l. 10 §. 1. ſupra de in rem verſo, l. 20. ſupra de interrogation. l. 8. in fin. l. 11. in fin. ſupra de nouat.

a ab altero [illegible] ei obligari.
b Imo, iniquum eſt facto alieno liberari, v. l. 8. in fin. ſupra de negot.
c Releuare, Gall. decharger, adde hoc verbo l. vnic. C. [illegible] collat. donation[illegible] releuat.
d adde l. 5. in [illegible] ſup. eod. l. 89. [illegible]
e d. l. 89. in [illegible]
f adde l. 18. ſup[illegible] interrogationib.
g Pars debi[illegible] accreſcens [illegible] ri, tollit a[illegible] ipſius credito[illegible]
h aliàs [illegible] ſup. de reb. cred. in fin. ſuprà [illegible] Stract. pign. [illegible] de oblig. & a[illegible]
i Sicut ven[illegible] tij acceptio [illegible] debitorem [illegible] cta: dummod[illegible] lege probat[illegible] ceptilatio, [illegible] quib. modis [illegible]
k l. 131. in [illegible] de verb. oblig.
l l. 5. ſup. de [illegible] empt. l. 27. [illegible] de legat. 2.
m Deeſt [illegible] deterior qu[illegible] portet datur [illegible] 1. ſup. comm[illegible] & ita de [illegible] conueniri [illegible] l. 5. d. l. 27.
n Demus [illegible] alienum tra[illegible] ſtatuliberum, [illegible] nōdum nox[illegible] tum, l. 72. [illegible] eod.
o Soluens [illegible] legitimo [illegible] ſtratori liber[illegible] ſi res in domin[illegible] tilitatem ſit [illegible] uerſa. adde l. 31. [illegible] fin. ſup. de[illegible] adde caſum l. [illegible] eod.
p hæc negatio [illegible] eſt in Vulgata [illegible] tione. ſed tamen [illegible] hil intereſt hic, [illegible] poſteriori loco [illegible] fra negationé [illegible] nas, dummodo non gemines.
q Pamphilus, alteri Stichus, alteri Pamphil[illegible] ſolui non poteſt. Contius ita legit.
r hæc negatio eſt hic delenda, ſi ſuperior retinetur: ſin minus, hic retinenda e[illegible] vide Robertum 1. *Animaduerſ.* 21.
ſ ſenſus eſt, ſi Stichus & Pamphilus promittuntur. communi ſeruo, inter dominos & heredes vnius domini ſpecie fit diuiſio, non numero: dimidia ſingulor[illegible] ſingulis debetur, *v. l. 54. ſup. de verb. oblig.*
t Idémque non eſt. Cuiac. ad *l. 54. ſup. de verb. oblig.* reprehenſus à Roberto [illegible] *recept. 36. & 2. Animad. 21.* defenſus ab Antonio Mercatore 2. *notat. 21.* ſenſu[illegible] eſt, Sticho & Pamphilo promiſſis, ſpecie fit diuiſio non numero: duobus Stich[illegible] & Pamphilis aut decem promiſſis, numero, non ſpecie, fit diuiſio, idque confi[illegible] mat lex 54. *lex 117. ſupra de verb. oblig.* Huius lectionis ratio pendet ex eo, quod cum duo Stichi promittuntur, promittuntur adiectione numeri, res in ambiguitatem incidat, numeróne debeant Stichi diuidi non ſpecie. Numeri diuiſio commodior eſt promiſſori & ſtipulatoribus. hanc igitur amplectemur in ambiguo. nam & eandem amplectimur cum decem aurei ſunt promiſſi. quo caſu eadem exiſtit ambiguitas. Singularia corpora nummorum, an numerus debeat diuidi, v. *Cuiac. ibid.*
u Ioannes Boſſianus vetus Interpres, vt Accurſius & Ioannes Robertus putant hic agi de promiſſione certorum hominum, legem vero 117. *ſupra de verborum obligat.* loqui de incertis. atque ita conciliant hanc legem cum *dicta lege* 117. eo ſcilicet ſenſu, Centum hominibus incertis promiſſis numero diuidi obligationem, certis centum promiſſis, ſpecie non numero diuiſionem fieri. id Cuiacio diſplicet 15. *obſeruatione* 24. mouetur, quòd hic fiat mentio decem hominum, ergo incertorum. verba igitur eam interpretationem non ferre. At fortè ſententia legis id innuitur? ne id quidem. nam in denariis, de quibus *infra eadem*, compertum eſt numero diuiſionem fieri. idem igitur ſtatui debet in hominibus: nam & hi & illi communi & promiſcua ſpecie continentur, non propria. Pares enim vſum omnes denarij, omnes ſerui præſtant in ſuo genere, vide Cuiac. *ibid. & Antonium Mercatorem. 2. notat. 31. in fin.*
x *al.* remedium.
y vide hic Albericum.
z iuris interpretatione.
a Nolenti accipere debitum quod offeratur, actio denegatur, *l. 72. ſ. eodem. q* *Eclog. 5. c. 26.*

De ope

De operis. 1. De obligatione quæ conſiſtit in non faciendo, & de fideiuſſore.

31. *Idem* ‖ lib. 7. Diſputationum. ‖

INter artifices longa *a* differentia *b* eſt & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & inſtitutionis *c*. Ideo *ſi nauem à ſe fabricandam* quis promiſerit, vel *inſulam ædificandam, foſſamve faciendam*, & hoc ſpecialiter actum eſt, *vt ſuis operis id perficiat*, fideiuſſor ipſe ædificans, vel foſſam fodiens, non conſentiente ſtipulatore, non *d* liberabit *e* reum.

¶ Quare etiam ſi illis ſtipulationibus fideiuſſor acceſſerit, *Per f te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat*, prohibens ire fideiuſſor, ſtipulationem non committit: & ſi patientiam præſtet *g*, non efficiet quo minùs committatur ſtipulatio.

De ſeruo. De morte eius qui iuſſerat alij ſolui.

32. *Iulianus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

SI ſeruus peculiari *h* nomine crediderit, eíque debitor cùm ignoraret *i* dominum mortuum eſſe, ante aditam hæreditatem ſoluerit, liberabitur.

¶ Idem iuris erit & ſi manumiſſo *k* ſeruo debitor pecuniam ſoluerit, cùm ignoraret ei peculium *l* conceſſum non eſſe.

¶ Neque intererit, viuo an mortuo domino pecunia numerata ſit. nam hoc quoque caſu debitor liberatur. Sicut is quis iuſſus eſt à creditore pecuniam Titio ſoluere, quamuis creditor mortuus fuerit, nihilo minùs rectè Titio ſoluit: ſi modò ignorauerit creditorem mortuum *m* eſſe.

De euictione: de ſtatulibero. 1. De homine vulnerato.

33. *Idem* ‖ lib. 52. Digeſtorum. ‖

QVi *ſibi aut Titio n fundum dari* ſtipulatus eſt, quamuis fundus Titio datus fuerit, tamen ſi *o* poſtea euictus eſt, habet actionem: quemadmodum ſi hominem ſtipulatus eſſet, & promiſſor ſtatuliberum *p* Titio dediſſet, íſque ad libertatem perueniſſet.

1 ¶ Qui *Stichum aut Pamphilum dari* promiſit, ſi Stichum vulnerauerat *q*, non magis eum dando liberatur, quàm ſi ſolum Stichum promiſiſſet, & à ſe vulneratum daret.

¶ Item qui *hominem dari* promiſit & vulneratum *r* à ſe offert, non liberatur. Iudicio quoque accepto, ſi hominem is cum quo agetur, vulneratum à ſe offert, condemnari debebit. Sed & ab alio vulneratum ſi det, condemnandus erit: cum poſsit alium dare.

De condictione indebiti. 1. Si homo debeatur. 2. De alternatione. 3. De ſeruo omnibus negotiis præpoſito. 4. De falſo procuratore. 5. De ſeruo fugitiuo. 6. De dote. 7. De eo qui iuſſit alij ſolui cui donare volebat. 8. Si debitor ſucceſſerit creditori. 9. De prædone. 10. De ſolutione partis. 11. De exceptione perpetua, & condictione indebiti.

34. *Idem* ‖ libro 54. Digeſtorum. ‖

QVi *hominem aut ſ decem tibi aut Titio t dari* promiſit. ſi Titio partem hominis tradiderit, mox tibi decem numerauerit, non Titio, ſed tibi partem hominis condicet *u*, quaſi indebitum tua voluntate Titio ſoluerat.

¶ Idémque iuris erit, etiam ſi mortuo Titio decem ſoluerit: vt tibi potiùs, quàm hæredi Titij partem hominis condicat.

1 ¶ Si duo rei ſtipulandi *hominem x dari* ſtipulati fuerint, & promiſſor vtrique partes diuerſorum hominum dederit *y*, dubium non eſt quin non liberetur.

¶ Sed ſi eiuſdem hominis partes vtrique dederit, liberatio contingit; quia obligatio communis efficiet, vt quod duobus ſolutum eſt, vni *z* ſolutum eſſe videatur. Nam ex contrario cùm duo fideiuſſores *hominem dari* ſpoponderint, diuerſorum quidem hominum partes dantes non liberantur: at ſi eiuſdem hominis partes dederint, liberantur.

2 ¶ Stipulatus ſum *decem mihi aut hominem a Titio dari*, ſi homo Titio datus fuiſſet, promiſſor à me liberatur: & antequam homo daretur, ego decem petere poſſum.

3 ¶ Si Titium omnibus negotiis meis præpoſuero *b*, deinde vetuero eum ignorantibus *c* debitoribus adminiſtrare negotia mea: debitores ei ſoluendo, liberabuntur. nam is qui omnibus negotiis ſuis aliquem præponit, intelligitur *d* etiam debitoribus mandare vt procuratori ſoluant.

4 ¶ Si nullo *e* mandato intercedente debitor falsò exiſtimauerit voluntate mea pecuniam ſe numerare *f*, non liberabitur, & ideò procuratori qui *g* ſe vltrò alienis negotiis offert, ſoluendo nemo liberabitur.

5 ¶ Et cùm fugitiuus *h* qui pro libero ſe gerebat rem vendidiſſet, reſponſum eſt emptores fugitiuo ſoluentes à domino liberatos non eſſe.

6 ¶ Si gener ſocero ignorante *i* filia dotem ſoluiſſet *k*, non eſt liberatus, ſed condicere ſocero poteſt, niſi ratum *l* filia habuiſſet: & propemodum ſimilis eſt gener ei qui abſentis procuratori ſolueret: quia in *a* cauſam dotis particeps *b*, & quaſi ſocia obligationis patris filia eſſet.

a Imò exigua differentia eſt, *l.13.in fi.C.de contr.ſtip.*
b *l.26.§.12. ſup. de cond.indeb.* adde *l.12.ſup.de leg.3.*
c & nationis, *l.31.§.21.ſup.de ædilit. edict.*
d adde *l.11.in fi. ſup.de leg.3. l.39. in fi.ſup.de ſtatulib.*
e nec ſe.
f *l.49.§.1. ſup.de verb.obl.*
g reus non præſtet.
h *l.35.inf.eod.*
i *l.18.ſup.eo.l.41. ſup.de reb.cred.*
k *l.14.in fi.ſup. de oblig.*
l *l.26.§.8. ſupr.de cond indeb.l.1.C.de peculio eius.*
m *l.26.§.1. ſuprà mandat.l.19. §. 3. ſup.de donation.*
n l. adiecto.
o Solutio facta adiecto, rei quæ poſtea euincitur, aut in libertatem eripitur, non liberat ſoluentem à priſtina actione, *l.46.l.98.inf.eo. l.61.ſup. de euict.l.131.§.1. ſup.de verb.obl.*
p *l.63.ſup.de cond. indeb.*
q al. vulnerauerit.
r *l.9.§.3. ſupra ad exhibend.v.l.3.§.1. ſup.commodati: l.1. §.16. ſup. depoſiti*: at occiſum, *l.23. l.91. ſuprà de verb. oblig.*
ſ In alternat. ſua ſolutio partis facta adiecto, non liberat ſoluentem
t l. adiecto.
u *l.59.in fin.j.eo.* hinc colligit Baldus, Solutas indebitè vſuras non ab inſtitore, ſed à domino repeti
x in genere.
y & malè, nec enim ita ſolui poteſt, *l.23.in fin.l.26.ſup. de cond indeb. l.2. §.1.l.15.ſup.de leg. 2.l.85.§.4.ſup. de verb.oblig.*
z Ratione communionis duo reputantur vt vnus.
a id eſt, rem aliam quam mihi. *l. vlt. §.5.j.de verb.obl.*
b *v.l.12. ſuprà eo. l.49.inf. eod.* adde *Pau.5.ſent.8.§.vn. in fin.*
c Generali procuratori ignoranti mandatum à debitore reuocatū poſſumus ſoluere.
d Præpoſitus omnibus negotiis intelligitur quoque præpoſitus ad ſolutionem acceptandam, *l.11. ſuprà de piſtis. l.7.§.1. ſup. quib.mod. pign.*
e *v.l.12.C.eo.*
f procuratori, quem ſuum eſſe putabat, ſed falsò.
g *l.58.j.eo. l.8.C. de cond. indeb.*
h *v.l.19. ſup.eo.*
i vel inuita, *l.26. ſuprà de iure dot. v.l.7. C.ſoluto.* k poſt diuortium ſcilicet,
l *l.28.l.7. C ſoluto.*
l.58.j.eo.l.14. ſuprà ad Velleian. dixi ad *Vlp.6.§.2.*

7 ¶ Si debitorem meum iuſſero *pecuniam Titio dare*, donaturus ei: quamuis Titius ea *c* mente acceperit, vt meos nummos faceret, nihilominus debitor liberabitur. Sed ſi poſtea Titius eandem pecuniam mihi dediſſet, nummi mei fient.

8 ¶ Quidam filiumfamilias à quo fideiuſſorem acceperat, heredem inſtituerat. quæſitum eſt, ſi iuſſu patris adiſſet hereditatem: an pater cum fideiuſſore agere poſſet? Dixi, quotiens reus ſatiſdandi reo ſatis accipiendi heres exiſteret, fideiuſſores ideò liberari: quia pro *d* eodem apud eundem debere non poſſent.

9 ¶ Si prædo id quod à debitoribus hereditariis exegerat, petenti hereditatem reſtituerit *e*, debitores liberabuntur.

10 ¶ *Si decem aut hominem dari* ſtipulatus fuero, & duos fideiuſſores accepero, Titium & Mæuium, & Titius quinque ſoluerit, non liberabitur prius *f* quam Mæuius quoque quinque ſoluat. quod ſi Mæuius partem *g* hominis ſoluerit, vterque obligatus remanebit.

11 ¶ Qui perpetua *h* exceptione ſe tueri poteſt, ſolutum repetit *i*: & ideo non *k* liberatur *l*. Quare ſi ex duobus reis promittendi alter pepigerit, *ne ab eo peteretur m*, quamuis ſoluerit, nihilominus alter obligatus manebit.

De ſeruo.

35. *Alfenus Varus* ‖ lib. 2. Digeſtorum à Paulo[n] Epitomatorum. ‖

QVod ſeruus ex peculio *n* ſuo credidiſſet *o*, aut depoſuiſſet *p*, id ei ſiue veniſſet, ſiue manumiſſus eſſet, rectè *q* ſolui poteſt *r*: niſi aliqua cauſa interciderit, ex qua intelligi poſsit inuito eo cuius tum is ſeruus fuiſſet, ei ſolui.

¶ Sed & ſi quis dominicam *ſ* pecuniam ab eo fœneratus eſſet, ſi permiſſu domini ſeruus negotium dominicum geſsiſſet, idem iuris eſt. videtur enim voluntate domini qui cum ſeruo negotium contraheret, & ab eo accipere, & ei ſoluere.

Si eius qui vxorem prægnantem reliquit filius totum debitum hereditarium petat.

36. *Iulianus* ‖ lib. 1. ad Vrſeium Ferocem. ‖

SI pater meus prægnate vxore relicta deceſſerit, & ex cauſa hereditaria totum hoc quod patri meo debitum fuiſſet, petiſſem, nihil me conſumpſiſſe *t* quidam exiſtimant: ſi nemo natus ſit, rectè me egiſſe. quia in rerum natura verum fuiſſet me ſolum heredem fuiſſe. *Iulianus* notat: Verius eſt me eam partem perdidiſſe *u* pro qua heres fuiſſem, antequam certum fuiſſet neminem naſci: aut quartam *x* partem, quia tres *y* naſci potuerunt: aut ſextam, quia quinque. nam & *Ariſtoteles z* ſcripſit quinque naſci poſſe: quia *a* vuluæ mulierum totidem receptacula habere poſſunt: & eſſe mulierem Romæ Alexandrinam *b* ab Ægypto, quæ quinque ſimul peperit, &

a nota regulam.
b dixi ad *l.vnic §13. C.de rei vxoriæ act.*
c Tradens alteri mandato creditoris, liberatur: licet ille eo animo quo creditor mandauit, non recipiat, *Caſtr.*
d *l.95.§.2.inf.eo.*
e *l.31.in fi.ſup.de hered. pet.*
f *l.46.in fi.j.eo.*
g *§.1.ſup.eo.*
h Quod repeti poteſt, non liberat ſoluentem, nec correum eius: nam eadem ſolutio non poteſt parere liberationem, & ſoluti repetitionem, *l.41.j.de condict.indeb.*
i adde *l.26. §.13. ſup.de cond indeb.*
k Cur? quia obligatus non fuit. Nulla eſt obligatio, quæ exceptione perpetua elidi poteſt.
l An ei condictio competit? cōpetit.
m adde *l.19.§.1. ſup de cond. indeb.*
n *l.32.ſup.eo.*
o *l.19.ſup.eo. l.8. C.eod.*
p *l.11. in fin. ſup. depoſiti.*
q *l.20. l.21. ſup. de iureiur.*
r ab ignorante: nam ignorans ſtatus mutationem, ſoluendo liberatur.
ſ *l.18.ſup.eod.*
t id eſt, nihil me amiſiſſe hac plus petitione.
u Hæc lex pertinet ad plus petitiones, de quibus dixi ad *Titul. C.de plus petition. & l.1. ſup.de interrog. act.*
x *Paul.4 ſent.vlt.* Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur propter periculum plus petendi, officio iudicis æſtimantis quarta facienda eſt, quæ remaneat apud heredem.
y *l.28.in fin.ſup.de iudiciis.* ſed & plures, *l.3.§.10.ſup.de ſuis & legit.*
z *lib.7 de hiſtor.animal.4.* quanquam de quinque receptaculis vuluarum nullam ibi mentionem facit: Quin ab ea quoque opinione abhorrere videtur *lib.4.de generat.animal.4.* ſemen, inquit, trahi à locis vteri, atque ob eam rem multa generari pro numero locorū & acetabulorū quæ vnum non ſunt, opinari nihil rationis eſt.
a Ideóque concludebat eum eſſe finem multiiugæ hominum paritionis, neque plures vnquam ſimul genitos compertum 10. *Gell.2.v. Ariſt.7.de hiſt.animal.4.* verùm Ariſtoteles in eo dupliciter fallitur. nam & plures vno partu editos ex hiſtoriis conſtat, & quinque receptacula in mulierum vuluis eſſe negantur. Quod ad primum attinet, in Ægypto ob fœcundum potum Nili vno vtero ſeptem interdum generantur, *Trogus*. Quin Plinius 7.c.11. ſcribit extare in monumentis medicorum vno abortu 12. puerperia eiecta fuiſſe. Tatianus aduerſus Græcos: Quid, inquit, ad me Periclymene, opus mulieris, quæ vno partu 30. infantes peperit? quod plerique miraculum putant, cum potius magnæ intemperantiæ fructus hic exiſtimari debeat, & illa abominatio videri: vtpote ſimilis Scrophæ Romanæ, quæ itidem propter euentum ſimilem ſacrum quendam cultum conſecuta fertur. Albertus refert mulierem quandam in Germania conſignatis conſeruatiſque iam in vtero duorum & viginti infantium corpuſculis, abortum feciſſe: aliam verò etiam ſeptuaginta. Imò, vt magis mireris, aliam etiam eieciſſe in peluim embryunculorum auricularis digiti magnitudine corpuſcula centum & quinquaginta. Cuius rei facta fides eſt, tuniculis, quibus obuoluebantur, conſciſsis. addit quoque pluribus eorum adfuiſſe dilatationis & conſtrictionis motum, & ſigna alia vitæ complura, oculis tamen imperfectioribus, manuum verò & pedum digitos fuiſſe veluti capillares. v. Cœlium Rhodig. 4. *lect.* 23. Sed iſta leuia ſunt, ſi eis comparemus prodigioſum partum Margaritæ Hollandiæ comitis, quæ ſub Henrico Imperatore vno partu trecentos & ſexaginta liberos viuos edidit: aqua etiam luſtrali poſtea expiatos, de quo *v. Guicciardinum in ſua Belgica*. Quod ad receptacula attinet, alij plura tribuunt, ſeptem ſcil. ternis dextra ſiniſtráque conſtitutis, vno in meditullio compoſito. Rhodigin. 4. *lect.* 23. Auicenna apud eundem refert tot eſſe receptacula in vulua animalium, quot proferuntur vberum papillæ, quod refelli poteſt: quia etſi tribus membranis ſinguli fœtus obligantur, vuluæ tamen nulla prorſus loculamenta ſunt, idque probari experimento poteſt. Philoſophi aliam ab Ariſtotele & Stoicis rationem attulere. nam Empedocles ad quantitatem: Aſclepiades ad excellentiam ſeminis: Eraſiſtratus ad ſuperfœtationem cauſas numeroſi partus referebant. Plutar. 5. *de placitis Philoſoph.* 10. Sed ea de re, & de multiplici partu, eiúſque cauſis, v. quæ ſcripſit Ioubertus *lib.3.c.1. Des erreurs populaires.*
b *l.3.ſup.ſi pars hered.petat. l.7.ſup.de reb.dub. Capitolinus in Antonino* Serapiam dicit *l.3.ſup.ſi pars hered. l.7. ſup. de reb.dub.* Sed & ſub D. Auguſto Imperatore ancilla Cæſaris Auguſti in Agro Laurente peperit quinque pueros, 10. *Gell.* 8. & in Peloponneſo reperta eſt mulier, quæ quinos quater peperit 7. *Plin.* 3.

a Teſtis de auditu admittitur.
b ſuo nomine duntaxat partem ſuam ſoluens, alium non liberat.
c volenti creditori.
d principali debendi.
e v. Cuiacium 7. ad Afric. fol. 139.
f Imò, etſi non maneat in eodem ſtatu rectè ſoluitur, l. 56. §. 2. ſuprà de verb. obl. vbi dixi.
g Id eſt adiecto. ſenſus eſt, Adiecto non poteſt ſolui, ſi ſtatus adiecti eſt mutatus in deterius.
h l. 95. §. 6. inf. eo.
i id eſt, deportationem, Cuiac.
k v. quæ ſcripſi ad l. 1. §. 2. ſup. de leg. 3.
l aut è contrario ſi manumiſſus ſit, Cuiac.
m hinc Seneca 4. de benef. 39. Subeſt, in quit, tacita exceptio, ſi potero, ſi debebo. Effice vt idem ſtatus ſit, cum exigis qui fuit, cum promitterem. Deſtituere leuitas non erit, ſi aliquid interuenit noui. Quid miraris, cùm conditio promittentis mutata ſit, mutatum eſſe conſilium? Eadem mihi omnia præſta, & idem ſum.
n De tacitis conditionibus v. Oldendorp. in Topic. in loco ab Authoritate ſeu præiudiciis num. 5. vbi inter cæteras, ſequentes recenſet, Si Deus voluerit, Si vixero, Si potuero, Si tempus concedetur, Si æquum fueris arbitratus, Si non fueris iniurioſus, aut damnoſus, Si rem licitam mandaueris aut pactus fueris, Si fidem ſeruaueris, Si lex aut ſuperior id probauerit, Si neceſsitas me in contrarium non coëgerit.
o v. l. 12. §. 2. ſup. eodem.
p l. 18. in fin. ſuprà eodem.
q l. 5. §. 3. ſup. de don. int. vir.
r hæc verba, poſt diuortium, delenda eſſe cenſet Antonius Faber 3. coniect. 19. eſſéque ab inepto interprete, non ab Africano.
ſ id eſt, quandoquidem, vt in l. 4. §. 26. ſup. de vſufruct.
t Inſt. quibus mod. tollitur obligatio.

tum habebat incolumes. & hoc & in Ægypto adfirmatum *q* eſt mihi.

Si fideiuſſor partem ſoluerit.

37. *Iulianus* ‖ lib. 2. ad Vrſeium Ferocem. ‖

QVotiens vnus ex fideiuſſoribus ſuam *b* partem ſoluiſſet *c*, tanquam negotium reo *d* geſsiſſet, perinde habendum eſt ac ſi reus ipſe vnius fideiuſſoris partem ſoluiſſet: ſed tamen, vt non ex ſorte decedat. ſed is fideiuſſor ſolus liberatur, cuius nomine ſolutio facta fuerit.

De adiecto ſolutioni. 1. Si quis iuſſit aliquid ſolui, deinde vetuit accipere. 2. De pluribus obligationibus vna ſolutione tollendis. 3. De obligatione hominis. 4. De fideiuſſore pro eo qui reipub. cauſa abfuit. Si fideiuſſor hominem promiſſum occiderit. 5. Si debitor ſucceſſerit fideiuſſori.

38. *Africanus* ‖ lib. 7. *e* Quæſtionum. ‖

CVm quis *ſibi aut Titio dari* ſtipulatus ſit, magis eſſe ait vtita *f* demum rectè Titio *g* ſolui dicendum ſit, ſi in eodem ſtatu *h* maneat, quo fuit cùm ſtipulatio interponeretur. cæterùm ſiue in adoptionem, ſiue in exilium *i* ierit, vel aqua *k* & igni ei interdictum, vel ſeruus factus ſit *l*, non rectè ei ſolui dicendum, tacitè *m* enim ineſſe hæc conuentio ſtipulationi videtur, ſi in eadem *n* cauſa maneat.

1 ¶ Si debitorem meum iuſſerim *Titio ſoluere*, deinde Titium vetuerim accipere, & debitor ignorans *o* ſoluerit, ita eum liberari exiſtimauit, ſi non ea mente *p* Titius nummos acceperit, vt eos lucretur: alioquin, quoniam furtum eorum ſit facturus, manſuros eos debitoris: & ideo liberationem quidem ipſo iure non poſſe contingere debitori. exceptione tamen ei ſuccurri æquum eſſe, ſi paratus ſit condictionem furtiuam, quam aduerſus Titium habet, mihi præſtare. ſicuti ſeruatur, cùm *q* maritus vxori donaturus, debitorem ſuum iubeat ſoluere. nam ibi quoque, quia nummi mulieris non fiunt, debitorem non liberari, ſed exceptione eum aduerſus maritum tuendum eſſe, ſi condictionem quam aduerſus mulierem habet, præſtet. furti tamen actionem in propoſito mihi poſt *r* diuortium competituram: quando *ſ* mea interſit interceptos nummos non eſſe.

2 ¶ De peculio cum domino actum eſt, is damnatus ſoluit, & *t* fideiuſſores pro ſeruo acceptos liberari reſpondit: eandem enim pecuniam in *u* plures cauſas ſolui poſſe, argumentum eſſe, quòd, cùm iudicatum ſolui ſatiſdatum eſt, & damnatus reo ſoluat, non ſolùm actione iudicati, ſed etiam ex ſtipulatu & ipſe & fideiuſſores liberentur.

¶ Et magis ſimile *x* eſſe, quòd cùm *y* poſſeſſor hereditatis exiſtimans ſe hæredem eſſe, ſoluerit, hæres non liberetur. tunc enim propterea id euenire, quòd ille ſuo nomine indebitam pecuniam dando, repetitionem eius haberet.

3 ¶ Qui hominem promiſit, ſi ſtatuliberum ſoluat, magis puto non *z* eſſe expectandam conditionem, ſed & creditorem agere poſſe, & illi condictionem competere *a*. quòd ſi interim conditio defecerit, liberatur, perinde atque ſi quis pendente *b* conditione ſoluit per errorem, & antequam condiceret, conditio extiterit. illud nullo modo dici conueniet, ſi mortuo Sticho conditio deficiat, liberari debitorem. quamuis, ſi viuente eo defecerit, liberaretur: quando iſto caſu nullo tempore perfectè hominem meum feceris. alioquin propè erit, vt etiam ſi eum ſeruum in quo vſusfructus alienus eſt, mihi ſolueris, iſque ‖ vſufructu ‖ manente deceſſerit, ea ſolutione liberatus videaris. quod nullo modo probandum eſt. ſicuti ſi communem ſoluiſſet, iſque deceſsiſſet.

4 ¶ Si quis pro *c* eo reuerſo fideiuſſerit, qui cùm reipublicæ cauſa abeſſet, actione qua liberatus ſit, deinde annus præterierit, an fideiuſſor liberetur? quod Iuliano non placebat: & quidem ſi cum fideiuſſore experiundi poteſtas non fuit. ſed hoc caſu in ipſum fideiuſſorem ex edicto actionem reſtitui debere. quemadmodum in eum fideiuſſorem qui *d* hominem promiſſum occidit *e*.

5 ¶ Qui pro te apud Titium fideiuſſerat, pignus in ſuam obligationem dedit, poſt idem hæredem te inſtituit: quamuis ex fideiuſſoria cauſa non tenearis, nihilominus tamen pignus obligatum manebit: at ſi idem alium fideiuſſorem dederit, atque ita hæredem te inſtituerit, rectiùs exiſtimari ait, ſublata obligatione eius *f* pro quo fideiuſſum ſit, eum quoque, qui fideiuſſerit, liberari *a*.

De periculo pecuniæ ſoluendæ.

39. *Idem* ‖ lib. 8. *b* Quæſtionum. ‖

SI ſoluturus pecuniam tibi, iuſſu tuo ſignatam *c* eam apud numularium *d*, quoad probaretur *e*, depoſuerim, tui periculi eam fore *f* Mela libro 10. ſcribit. quod verum eſt. cum *g* eo tamen, vt illud maximè ſpectetur, an per te ſteterit *h* quominus in continenti probaretur. nam tunc perinde habendum erit, ac ſi parato me ſoluere, tu ex aliqua cauſa accipere nolles. in qua ſpecie non vtique ſemper tuum periculum erit. quid enim ſi in opportuno *i* tempore vel loco obtulerim?

¶ His conſequens eſſe puto, vt etiamſi & emptor nummos, & venditor mercem, quod inuicem parum *k* fidei haberent, depoſuerint: ‖ & ‖ nummi emptoris periculo ſint, vtique ſi ipſe eum apud quem deponerentur, elegerit, & nihilominus merx quoque: quia emptio perfecta ſit.

Si quis pro alio ſoluerit.

40. *Marcianus* ‖ lib. 3. Inſtitutionum. ‖

SI pro *l* me quis ſoluerit creditori meo, licet ignorante *m* me, adquiritur mihi actio pignoratitia.

¶ Item ſi quis *n* ſoluerit legata *o*, debent diſcedere legatarij de poſſeſsione *p*, alioquin naſcitur heredi interdictum, vt eos deiicere poſsit.

De accuſationibus.

41. *Papinianus* "libro 1. de Adulteriis."

REo criminis *q* poſtulato, interim nihil prohibet rectè pecuniam à debitoribus ſolui *r*. alioquin plerique innocentium neceſſario ſumptu egebunt.

42. *Paulus* "lib. 3. de Adulteriis."

SEd nec illud prohibitum videtur, ne à *ſ* reo *t* creditori ſoluatur.

De acceſsionibus.

43. *Vlpianus* ‖ lib. 2. Regularum. ‖

IN omnibus *u* ſpeciebus liberationum etiam *x* acceſsiones *y* liberantur: putà adpromiſſores *z*, hypothecæ, pignora: præterquam quod inter creditorem & adpromiſſores confuſione facta reus non liberatur.

De pluribus effectibus vnius ſolutionis.

44. *Martianus* ‖ lib. 2. Regularum. ‖

IN numerationibus aliquando euenit *a* vt vna numeratione duæ obligationes tollantur vno momento. veluti ſi quis pignus pro debito vendiderit *b* creditori. euenit enim vt "&" ex vendito *c* tollatur obligatio *d* & debiti *e*.

¶ Item ſi pupillo qui ſine tutoris auctoritate mutuam pecuniam accepit *f*, legatum à creditore fuerit, ſub ea conditione, *ſi eam pecuniam g numerauit*, in duas cauſas videri eum numeraſſe *h*, & in debitum ſuum *i*, vt in Falcidiam heredi imputetur: & conditionis gratia, vt legatum conſequatur.

¶ Item ſi vſusfructus pecuniæ numeratæ legatus fuerit, euenit vt vna numeratione "*k* &" liberetur heres ex teſtamento, & obliget ſibi legatarium *l*.

¶ Tantundem eſt, & ſi *m* damnatus fuerit alicui vendere vel locare: nam vendendo vel locando, & liberatus ex teſtamento heres, & obligat ſibi legatarium *n*.

De dote. 1. De tutore accuſato.

45. *Vlpianus* ‖ lib. 1. Reſponſorum. ‖

CAllippo reſpondit.

QVamuis ſtipulanti vxori vir ſpoponderit, *dirempto o matrimonio prædia quæ doti erant obligata* p *in ſolutum dare*: tamen ſatis *q* eſſe offerri dotis quantitatem.

1 ¶ Idem Frontoni reſpondit, perſeueranti tutori in tutelæ adminiſtratione, licet *r* capitis reo potuiſſe id quod pupillo *ſ* bona fide debetur, exſolui.

u l. 44. inf. eod. x & magis diſsimilem eſſe, Accurſ. Cuiac. hic. y vide Romanum conſilio 428. num. 9. z Qui certò decipiendus eſt agere poteſt antequam deceptio ſuum effectum ſortiatur.
a Imò non competit, l. ſtatuliberum 9. §. pen. ſup. de ſtatulib. v. Antonium Fabrum 2. coniect. 7. vbi notat iuriſconſultos in hoc articulo diſſenſiſſe.
b v. l. 16. ſup. de condict. indeb.
c pro reo iam reuerſo, Vulg.
d v. l. 29. ſup. de verb. oblig. l. 19. ſup. de doli except.
v. l. 32. in fin. ſuprà de vſuris.
e id eſt, rei principali.

tori: nummos alienat. Reus creditori poteſt ſoluere: nam ſolutio [...] cauſa fit: cum ad eam debitor iure obſtringatur. Hinc conſtat, reo [...] alienationem neceſſariam. t criminis poſtulatio.
u Plures ſunt enim ſpecies liberationum. x Liberato principali acceſſ[...] beratur ipſo iure, l. 95. §. 4. inf. eod.
y Acceſsiones obligationis principalis, ſunt perſonæ vel res. Accedunt [...] cipali obligationi ad promiſſores, hypothecæ, & pignora.
z Adpromiſſores ſunt fideiuſſores, vt l. 64. §. 4. ſup. ſoluto. Adpromiſſ[...] proximi à fideiuſſoribus, & ob id Græci ἐγγυὰς vocant. Adpromittit [...] promittit, ſic adſtipulatur, qui pro alio ſtipulatur. Adpromiſsio [...] adſtipulatio, non ſemper, v. Cuiac. ad l. 5. § 12. ſup. de verb. oblig. dixi [...] verbo Adpromiſſor. a l. 38. §. 2 ſup. eod.
b Qui pignus pro debito ſoluit, vendit, & è contra: Qui creditori pignus [...] pro debito ſoluit, l. 4. C. de euict. c quæ debitori aduerſus creditorem [...] bat, l. 13. C. de pign. d aduerſus emptorem. e debitori qui vendidit.
f ex qua naturaliter obligatur. g quam natura debet.
h ſenſus eſt: Pupillus eo caſu ſoluendo liberat ſe debito naturali, & [...] nem legati implet: atque ita obligat ſibi heredem vt legatum præſtet.
i naturale. v. l. 59. ſup de oblig. k facta ſcilicet ad herede.
l ad reſtituendam pecuniam, l. 5. §. 1. ſup. de vſufr. earum rerum.
m heres ſcil. n ad pretium: atque ita; Vna ſolutio, vna numeratio vel [...] tio partim parit, partim tollit obligationem. o dirempto.
p Pactum de pignore in ſolutum dando, non præiudicat poſsidenti, l. 16. [...] ſupra de pignorib.
q Imo, non ſatis eſt offerri, cum ne quidem offerens audiatur, l. 34. in fin. [...] de pignorat.
r l. 41. ſup. eod.
ſ Pupillo debetur. bona fide exſolui, Pet. Fab. 1. Semeſt. 24.

De eui

De euictione. 1. Et æſtimatione rei in ſolutum datæ.

46. *Martianus* ‖ lib. 3. Regularum. ‖

SI quis aliam rem pro alia volenti ſoluerit, & euicta *a* fuerit ‖ res, ‖ manet *b* priſtina obligatio. & ſi pro parte fuerit euicta, tamen pro ſolido obligatio durat. nam non accepiſſet re *c* integra creditor. niſi pro ſolido eius fieret.

1 ¶ Sed & ſi duos fundos (verbi gratia) pro debito dederit. euicto *d* altero fundo remanet integra obligatio. tunc ergo res pro re ſoluta liberationem præſtat, quum pro ſolido facta eſt ſuſcipientis.

2 ¶ Sed & ſi quis per dolum *e* pluris æſtimatum fundum in ſolutum dederit, non liberatur: niſi *f* id quod deeſt repleatur.

De pupillo. De SC. Macedoniano.

47. *Idem* ‖ lib. 4. Regularum. ‖

IN pupillo, cui ſine tutoris auctoritate ſolutum eſt, ſi quæratur, quo tempore ſit locupletior, tempus quo *g* agitur, inſpicitur: & vt exceptio doli mali poſita ei noceat, tempus quo agitur ſpectatur.

1 ¶ Planè (vt Scæuola aiebat) etiamſi perierit res ante litem conteſtatam, interdum quaſi locupletior factus intellegitur. id eſt, ſi neceſſariam *h* ſibi rem emit, quam *i* neceſſario de ſuo erat empturus. nam *k* hoc ipſo quo non eſt pauperior factus, locupletior eſt.

¶ Sic & in filiofamilias putabat Macedonianum ceſſare, ſi in neceſſarias *l* cauſas filius mutuam pecuniam acceperit, & eam perdiderit.

De prætorio pignore.

48. *Marcellus* ‖ lib. ſingul. Reſponſorum. ‖

TItia, cùm propter dotem *m* bona mariti poſſideret *n*, omnia pro domina egit, reditus *o* exegit, & mouentia diſtraxit. quæro, an ea quæ ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus reſpondit reputationem eius quod proponeretur, non iniquam videri *p*, pro ſoluto enim magis habendum eſt quod ex ea cauſa mulier percepit: ſed ſi fortè vſurarum quoque rationem arbiter *q* dotis reciperandæ habere debuerit, ita eſt computandum: ‖ vt ‖ prout quidque ad mulierem peruenit, non ex vniuerſa ſumma decedat *r*, ſed priùs in eam quantitatem quam vſurarum nomine mulierem conſequi oportebat. quod non eſt iniquum.

Soluta pecunia quomodo accipitur, & de verbo ſatisfactionis.

49. *Marcianus* ‖ lib. ſingul. ad Hypothecariam formulam.

SOlutam pecuniam intellegimus vtique naturaliter *ſ*, ſi numerata ſit creditori.

¶ Sed & ſi *t* iuſſu eius alij ſoluitur, vel creditori eius, vel futuro debitori, vel etiam ei cui donaturus erat, abſolui debet.

¶ Ratam *u* quoque ſolutionem ſi creditor habuerit, idem erit.

¶ Tutori quoque ſi ſoluta ſit pecunia, vel curatori, vel procuratori *x*, vel cuilibet ſucceſſori, vel ſeruo actori *y*, proficiet ei ſolutio.

¶ Quòd ſi acceptum latum ſit, quòd ſtipulationis nomine *z* hypotheca erat obligata, vel ſine *a* ſtipulatione accepta ſit, ſolutionis quidem verbum non *b* proficiet *c*, ſed ſatiſdationis ſufficit *d*.

De ære ſoluto pro auro.

50. *Paulus* ‖ lib. 10. ad Sabinum. ‖

SI cùm aurum tibi promiſiſſem, ignoranti, quaſi aurum, æs ſoluerim, non *e* liberabor. ſed nec repetam hoc quaſi indebitum ſolutum quod ſciens *f* feci. petentem tamen ‖ te ‖ aurum, exceptione *g* ſummouebo *h*, ſi *i* non reddas æs quod accepiſti.

De diſpenſatore.

51. *Idem* ‖ lib. 9. ad Edictum.

DIſpenſatori *k*, qui ignorante debitore remotus *l* eſt ab actu, rectè ſoluitur. ex voluntate enim domini ei ſoluitur, quam ſi neſcit mutatam, qui ſoluit, liberatur.

De ſatisfactione.

52. *Vlpianus* ‖ lib. 14. ad Edictum. ‖

SAtisfactio *a* pro *b* ſolutione eſt *c*.

De ſoluente pro alio.

53. *Gaius* ‖ lib. 5. ad Edictum Prouinciale. ‖

SOluere *d* pro ignorante *e* & inuito cuique licet: cùm *f* ſit iure ciuili conſtitutum, licere etiam ignorantis inuitíque meliorem conditionem facere.

Verbum ſolutionis quomodo accipitur.

54. *Paulus* "lib. 56. ad Edictum."

SOlutionis verbum pertinet *g* ad *h* omnem liberationem quoquomodo factam: magíſque ad ſubſtantiam obligationis refertur, quàm ad nummorum ſolutionem.

De numerante vt recipiat.

55. *Vlpianus* ‖ lib. 61. ad Edictum. ‖

QVi ſic ſoluit vt *i* reciperet *k*, non liberatur, quemadmodum non *l* alienantur nummi qui ſic dantur vt recipiantur *m*.

De mandato.

56. *Paulus* ‖ lib. 62. ad Edictum. ‖

QVi mandat *n* ſolui, ipſe videtur ſoluere.

De re. 1. Vel perſona adiecta ſolutioni.

57. *Vlpianus* ‖ lib. 77. ad Edictum. ‖

SI quis ſtipulatus fuerit *decem in melle*, ſolui quidem ſemel poteſt, antequam ex ſtipulatu agatur: ſed ſi ſemel *o* actum ſit, & petita decem fuerint, ampliùs mel ſolui non poteſt.

1 ¶ Item *ſi mihi aut Titio* ſtipulatus fuero dari, deinde petam, ampliùs Titio ſolui non poteſt: quamuis *p* ante litem conteſtatam poſſet.

De negotiorum geſtore.

58. *Idem* ‖ lib. 80. ad Edictum. ‖

SI quis offerenti *q* ſe negotiis alienis bona fide ſoluerit, quando liberetur? Et ait Iulianus, cùm dominus ratum *r* habuerit, tunc liberari.

¶ Ait idem, antequam dominus haberet ratum, an condici ex ea cauſa poſſit: Et ait intereſſe qua mente ſolutio facta eſſet: vtrùm vt ſtatim debitor liberetur, an verò cùm dominus ratum habuiſſet. Priore *ſ* caſu confeſtim poſſe condici procuratori, & tunc demum extingui condictionem, cùm dominus ratum habuiſſet: Poſteriore tunc demum naſci condictionem, cùm dominus ratum non habuiſſet.

1 ¶ Si creditor, cuius ignorantis procuratori ſolutum eſt, adrogandum ſe dederit, ſiue ratum habuit *t* pater, "rata ſolutio eſt:" ſiue non habuit, repetere debitor *u* poteſt.

2 ¶ Et ſi duo rei ſtipulandi ſunt, quorum alterius abſentis procuratori datum *x*, antequam is ratum haberet, interim alteri *y* ſolutum eſt, in pendenti eſt poſterior ſolutio, ac prior: quippe incertum eſt, debitum, an indebitum exegerit *z*.

De adiecto ſolutioni.

59. *Paulus* ‖ lib. 2. ad Plautium. ‖

SI ita ſtipulatus ſim, *mihi aut Titio dare ſpondes?* & debitor conſtituerit ſe mihi ſoluturum: quamuis mihi competat de conſtituta actio, poteſt *a* adhuc adiecto ſoluere.

¶ Et ſi à filiofamiliàs, *mihi* b *aut Titio* ſtipulatus ſim, patrem poſſe Titio ſoluere quod in peculio eſt: ſcilicet ſi ſuo, non filij nomine ſoluere velit. Dum enim adiecto ſoluitur, mihi *c* ſolui videtur. Et ideo ſi indebitum *d* adiecto ſolutum ſit, ſtipulatori poſſe condici Iulianus putat. vt nihil interſit, iubeam "*te*" *Titio ſoluere*, an ab initio ſtipulatio ita *e* concepta ſit.

De vſucapione.

60. *Idem* ‖ lib. 4. ad Plautium. ‖

IS qui alienum hominem in ſolutum dedit, vſucapto *f* homine liberatur.

Si res ad creditorem peruenerit.

61. *Idem* ‖ lib. 5. ad Plautium. ‖

‖ IN perpetuum ‖ quotiens id quod tibi debeam, ad te peruenit *g*, & tibi nihil abſit, nec quod ſolutum eſt, repeti poſſit, competit liberatio.

De diſpenſatore. 1. Et de negotiorum geſtore.

62. *Idem* ‖ lib. 8. ad Plautium. ‖

a *v.l.33.ſup.eod.*
b vide ad hunc locum *Cuiac. 19. obſ 38.*
c rem integram creditor, &c. *Vulg.*
d *l.72.in fin. ſup. de euiction.*
e *ſub.* debitoris ipſius: ne alioquin putes dolum creditoris hic ſignificari. Nam ſi ita eſſet, hoc caſu liberari poſſet debitor, ſi vellet.
f *l.34.§.10 ſup.eo. l.7.C.de except.*
g *l.4.ſup.de except.* v. quæ notaui ad *l. 6.C.ſolut.matr.*
h *l.11.§.4 ſup.de minorib.*
i Rem neceſſariam quis emiſſe intelligitur, quam de ſuo alias erat empturus.
k Locupletior intelligitur qui non ſit pauperior, cuique nihil deperit.
l *l.6.§.14.ſup.de SC.Maced.*
m ſuam.
n ex primo decreto ſcilicet dotis ſeruandæ cauſa.
o Probatur poſſeſſio fructuum perceptione, *vt hic*: ſed & ſi rei ipſi quis inſtitit, vel eã ſaltem nota, vel ſymbolo adprehẽdit, ſi eam coluit, vel alteri locauit, per inſtrumenta locationum, per inueſtituram, ſi alius noſtro nomine poſſidere paſſus eſt, *vide Schneidewinum in § retinendæ, §.1. Inſtit.de interdict.*
p quia miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto comparatur geſtori negotiorum, *l.14.in fin. ſup.de rebus auth.* is autem fructus non lucratur.
q nota de arbitro dotis recuperandæ, *l.1. ſup.de pact. dotal.* de quo Tertullianus 2. *ad uxorem*, ſuſtinemus earum dotes quo obiectione (ſic enim puto legendum) nominis mercedem ſilentij faciam, apud arbitrum ſpeculatoremque litigaturi.
r Fructus prætorij pignoris extenuant debitum, primò acceſſorium: deinde principale adde *l.1.ſup.eo.*
ſ Naturalis ſolutio numeratione perficitur. adde *l.4.§.7.ſup.de re indic.*
t *l.56.j.eo.* Quod creditori, *l.4.l.2.C.eo.* vel eius adminiſtratori, *l.13.j.de leg.1.* vel alteri eius iuſſu & ratihabitione ſolutum eſt, debitorem ipſum liberat.
u *l.58.ſup.eod.* x *l.34.§.3.ſup.eo.*
y *l.19.C.eo.*
z id eſt, per modum ſtipulationis.
a *l.17.§.2.ſup.de pact.*
b Atqui acceptilatio nihil aliud eſt quàm ſolutio. *l.7.ſup. de liberat.legat.*
c ſenſus eſt, A contractu qui re perficitur (veluti pignoris) acceptilatione, aut nudo pacto plenè non liberamur. obligatio quidem diſſoluta eſt, ſed tamen ſemper verum eſt pignorum dationem interceſſiſſe. adde *l.17.§ 2.ſup.de pact.*
d Imò non ſufficit, *l.6.in fin. ſup. quibus mod. pignus vel hypotheca ſoluitur.* Qui liberatur per acceptilationem, non dicitur liberari per ſolutionem, ſed per ſatisfactionem. ſolutio fit nummis: ſatisfactio aliis etiam modis.
e *l.22.ſup.de verb.obl.*
f *l.21.§.1.l.23.§.1.ſup.de inoffic.*
g Præſumitur nemo donare, *l.24 §.1.ſup. de pignor.act.*
h Soluens ſcienter indebitum, æs, loco auri debiti non intelligitur donare, *vt hic.* Cur? alia coniectura coniecturam tacitæ donationis excludit.
i Vincentius Lirinenſis, *aduerſus prophanas nouationes*: Aurum accepiſti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia ſubiicias: nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas, nolo auri ſpeciem ſed naturam planè. Auri ſpeciem dixit, id quod aurum tantum videtur, nec eſt tamen aurum.
k *l.62.j.eo.v.quæ ſcripſi ad l.1.C.ſi a. uerſus fiſcum.*
l *l.63.§.1.3.ſup.à eodem.*

a l. datio fideiuſſoris vel aliorum pignorum, *v.l.53.j. de contrah. empt. l. 13.§.3.§ 4. ſup. de pignor. l.4.§.3.ſup. de re indicata.*
b *l.13.§.4.ſup.de pignor. l.6 §.1.ſup. quib.mod.pign.*
c Quid ita? ſit volenti ſatisfactio: ideoque vt ſolutione facta creditori, ita ſatisfactione liberatur debitor: ea parte comparari poteſt ſatisfactio ſolutioni. vtraque enim eundem effectum præſtat, nempe liberationem.
d *v. Romanum conſil.428. num.8.* & ſic meliorẽ ignorantis & inuiti conditionem facere poſſumus, *l.40. ſup.eod.*
e *l.23.ſup.eod.*
f Imò non eſt, inuito namque beneficium non datur, *l. 69.j.de reg.iur.*
g *ſub.* impropriè.
h *l.4.§.3 ſup.de re iudicata: l. 46. l. 176. j.de verb.ſign.*
i Quoties numerationis nullus effectus remanet penes accipientem creditorem, reus non dicitur liberatus.
k recuperet, *vulg. Hal.*
l Imo alienantur, *l.33.§.1.ſup.de nouationib.*
m eadem lege. ſecus fuerit ſi ita donati ſint vt recipiantur ex cauſa mutui, *vt l.20. in fin.ſup.de reb.credit. l.33.§.1.ſup.de donat.* Ita rem poſſum vendere ea lege vt mihi poſtea ſit conducta vel precario conceſſa.
n *l.49.ſup.eo.l.65. inf.eo.l.5 l.17.C.eo. l.180.inf.de regulis iuris: Inſtit.quibus modis tollitur obligatio?*
o *l.16. ſup.de duobus reis.*
p Litis conteſtatione ſtipulator & ſibi petendi, *ſup.eo.* & debitori, ſoluendi tollit electionem.
q *l.34.§.4.ſup.eo.*
r Ratihabitione domini conualeſcit ſolutio facta eius geſtori, *d.§.4. & l. 13. l.34.§.6.l.49. ſup.eod.l.21.ſup. de negotiis: l.14. ſup. de cond. cauſa data.*
ſ Solutum geſtori negotiorum, ei condici poteſt, ſi dominus nullo modo ratam habeat ſolutionem.
t id eſt, is qui creditorem adrogauit.
u qui ſoluit.
x id eſt, numeratum eſt.
y & ita duobus.
z Nam ſi dominus procuratoris negotium ratum non habeat, poſterior ſolutio erit inutilis, eoque nomine datum condicetur. aliàs prior erit inualida, eritque condictioni locus.
a Imò non poteſt: quia tenebitur ei qui conſtituit, *l.18.in fin.ſup. de conſt.pecun.*
b *l.16.ſup.eod.* c Adiecto qui ſoluit, principali ſoluere videtur. d Adiectus ad ſolutionem quæ iure fieri non debet, videtur adiectus ad indebitum recipiendum, *l.34.ſup. eod.*
e id eſt, mihi aut Titio.
f Præſcriptio ſucceſſoris auctori liberationem inducit, *vide l.54.ſup.de euict.*
g ex cauſa lucratiua ſcilicet. adde *l.63.§.6.ſup.de verb.oblig. l.51.j.de reg.iur. l.23 §.pen ſup.de cond. indeb.*

DIſpenſatorem *a* meum teſtamento liberum eſſe iuſsi, & peculium ei legaui. is poſt mortem meam à debitorib. *b* pecunias exegit. an heres meus retinere *c* ex peculio eius quod exegit, poſsit, quæritur? Et ſi quidem poſt aditam hereditatem exegerit pecuniam, dubitari non debet quin de peculio eo nomine retineri nihil debeat, quia *d* liber factus incipit debere, ſi liberantur ſolutione debitores. Cùm verò ante aditam hæreditatem pecuniam accepit diſpenſator, ſi quidem liberantur debitores ipſa ſolutione, non eſt dubium quin de peculio id retinendum ſit: quia incipit debere hic *e* heredi quaſi negotiorum geſtorum, vel mandati actione. Si verò non liberantur *f*, illa quæſtio eſt, cum negotium meum gerens, à debitoribus meis acceperis, deinde ego ratum non habuero, & mox *g* agere velim negotiorum geſtorum actione *h*, an vtiliter agam, ſi caueam te indemnem futurum. Quod quidem ego non puto: nam ſublata *i* eſt negotiorum geſtorum actio, eo quòd ratum non habui, & per hoc debitor mihi conſtituitur *k*.

De ſeruo fructuario.

63. *Idem* ‖ lib. 9. ad Plautium. ‖

SI debitor ſit ſerui fructuarius, poteſt is ſeruus per acceptilationem *l* liberare eum. videbitur enim ex re eius adquirere. idem in pacto *m* dicemus.

Si creditori creditoris ſoluatur.

64. *Idem* ‖ lib. 14. ad Plautium. ‖

CVm iuſſu *n* meo id quod mihi debes, ſoluis creditori meo, & tu à me, & ego à creditore meo liberor.

De dote.

65. *Pomponius* ‖ lib. 1. ex Plautio. ‖

SI filia furioſi à viro diuorterit, dictum eſt vel adgnato *o* curatore *p* voluntate filiæ, vel filiæ conſentiente *q* agnato ſolui dotem.

De pupillo.

66. *Idem* ‖ lib. 6. ex Plautio. ‖

SI *r* pupilli debitor, iubente eo ſine tutoris auctoritate pecuniam creditori eius numerauit, pupillum quidem à creditore liberat, ſed ipſe manet obligatus. ſed exceptione ſe tueri poteſt.

¶ Si autem debitor pupilli non fuerat, nec pupillo condicere poteſt, qui ſine tutoris auctoritate non obligatur: nec creditori, cum quo alterius iuſſu contraxit: ſed pupillus, in quantum *ſ* locupletior factus eſt, vtpote debito liberatus, vtili actione tenebitur.

De eadem parte ſæpius ſoluta.

67. *Marcellus* ‖ libro 13. Digeſtorum. ‖

SI quis *duos homines* promiſerit, & Stichum ſoluerit, poterit eiuſdem *t* Stichi dominium poſtea conſecutus, dando liberari.

¶ In nummis minor vel propè nulla dubitatio eſt. nam & apud Alfenum Seruius eum, qui minus à debitore ſuo accipere *u*, & liberare eum vellet, reſpondit poſſe, ſæpius aliquos nummos accipiendo ab eo, eique retrò dando, ac rurſus accipiendo, id efficere. veluti ſi centum debitorem decem *x* acceptis liberare creditor velit: vt cùm decem acceperit, eadem ei retrò reddat: mox ab eo accipiat, ac nouiſsimè retineat: etſi in dubitationem à quibuſdam hoc malè deducatur, quod non poſsit videri is qui ita accepit, vt ei à quo accepit, retrò reddat, ſoluiſſe potiùs quàm deceſsiſſe *y*.

De pupillo & furioſo.

68. *Idem* ‖ lib. 16. Digeſtorum. ‖

SEruus *decem z dare* iuſſus pupillo & liber eſſe, ſi hæres ſit pupillus, ſiue tantùm conditio in eum collata ſit, an abſente quoque tutore pupillo dando, libertatem conſequatur? moueris comparatione conditionis quæ conſiſtit in facto: veluti *ſi pupillo ſeruierit*, quæ poteſt impleri citra interuentum quoque tutoris. & quid (inquit) ſi curatorem habeat, & ſi furioſo dare iuſſus ſit? an curatori dando liberetur? & finge alicui fundum legatum, ſi dediſſet pupillo *a* furioſóve. Et ſciendum eſt in omnibus iſtis caſibus tutori *b* quidem vel curatori vtiliter dependi: ipſis autem, id eſt, furioſo vel pupillo, non *c* rectè perſolui, ne datio ex illorum imbecillitate pereat. nec enim hoc egit teſtator, vt quoquo modo eſſet datũ, expleta videretur conditio.

De noxæ deditione.

69. *Celſus* ‖ lib. 24. Digeſtorum. ‖

SI hominem in *a* quo vſusfructus alienus eſt, vel qui erat pignori *b* Titio obligatus. noxæ *c* dediſti, poterit is, cui condemnatus es, tecum agere iudicati *d*. nec exſpectabimus, vt creditor euincat, ſed ſi vſusfructus interierit, vel diſſoluta fuerit pignoris obligatio, exiſtimo proceſſuram liberationem.

De eo quod certa die promiſſum eſt.

70. *Idem* ‖ lib. 26. Digeſtorum. ‖

QVod certa *e* die promiſſum eſt, vel ſtatim *f* dari poteſt. totum enim medium tempus ad ſoluendum promiſſori liberum relinqui intelligitur.

De adiecto ſolutioni. 1. De procuratore.

71. *Idem* ‖ lib. 27. Digeſtorum. ‖

CVm decem *mihi aut Titio dari* ſtipulatus, quinque *g* accipiam *h*, reliquum promiſſor rectè Titio dabit.

1 ¶ Si fideiuſſor procuratori creditoris ſoluit, & creditor poſt *i* tempus quo liberari fideiuſſor poterit *k*, ratum habuit. tamen quia fideiuſſor, cùm *l* adhuc ex cauſa fideiuſſoris teneretur, ſoluit, nec repetere poteſt, nec minus agere aduerſus reum *m* mandati poteſt, quam ſi tum præſenti dediſſet.

2 ¶ Item ſi ignorans creditor procuratori ſuo ſolutum, ſeruo debitoris filióve acceptum *n* fecerit, poſtea autem reſcierit, & ratum *o* habuerit, confirmetur *p* ſolutio: & quod acceptum latum ſit, nullius momenti eſt, & contrà ſi ratum non habuerit, quod acceptum fecerit, confirmatur.

3 ¶ Sed ſi ignorans ſolutum, litem conteſtatus eſt: ſi pendente iudicio ratum habuit, abſolui oportet illum cum quo actum eſt: ſi ratum non habuit, condemnari *q*.

De mora. 4. Differentia inter obligationem generis, & alternatam. 5. De eo qui hominem debet.

72. *Marcellus* ‖ lib. 20. Digeſtorum. ‖

QVi decem *r* debet, ſi ea obtulerit *ſ* creditori, & ille ſine iuſta cauſa ea accipere recuſauit, deinde debitor eam ſine ſua culpa perdiderit *t*, doli mali exceptione *u* poteſt ſe tueri, quanquam aliquando interpellatus non ſoluerit. etenim non eſt æquum teneri pecunia amiſſa: quia non teneretur ſi creditor accipere voluiſſet. Quare pro ſoluto id *x* in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet eſſe.

¶ Et ſanè ſi ſeruus erat in dote, eúmque obtulit maritus, & is ſeruus deceſsit, aut nummos obtulit, eóſque non accipiente muliere perdiderit, ipſo iure deſinet teneri.

1 ¶ Cùm Stichum mihi deberes, & in ſoluendo moram feciſſes, ſub conditione eum promiſiſti. pendente ea Stichus deceſsit. videamus, an, quia nouari prior obligatio non poteſt, petitio ſerui competat ea quæ competeret, ſi non interceſsiſſet ſtipulatio? Sed in promptu *y* contradictio eſt, debitorem cum ſtipulanti creditori ſub conditione promiſit, non *z* videri in ſolutione hominis ceſſaſſe. nam verum eſt eum qui interpellatus dare noluit, offerentem *a* poſtea periculo liberari.

2 ¶ Sed quid, ſi ignorante debitore ab alio creditor eum ſtipulatus eſt? Hic quoque exiſtimandus eſt periculo debitor liberatus: quemadmodum ſi, quolibet *b* nomine eius ſeruum offerente, ſtipulator accipere noluiſſet.

3 ¶ Idem reſponſum eſt, ſi quis, cùm ſubreptus ſibi ſeruus eſſet, ſub conditione ſtipulatus fuerit, quicquid furem dare facere oportet. nam & fur condictione *c* liberatur, ſi dominus oblatum ſibi accipere noluit. Si tamen, cùm in prouincia fortè ſeruus eſſet, interceſſerit ſtipulatio: & finge, priùs quàm facultatem eius nanciſceretur fur, vel promiſſor, deceſsiſſe ſeruum, non *d* poterit rationi quàm ſuprà reddidimus, locus eſſe. non enim obtuliſſe eum propter abſentiam intelligi poteſt *e*.

4 ¶ Stichum *f* aut Pamphilum ſtipulatus ſum, cùm *g* eſſet meus Pamphilus. nec ſi meus eſſe deſierit, liberabitur promiſſor Pamphilum dando. neutrum enim videtur in Pamphilo homine conſtitiſſe, nec obligatio, nec ſolutio. Sed ei qui hominem dari ſtipulatus eſt, vnum *h* etiam ex his qui tunc ſtipulatori ſeruierant, dando promiſſor liberatur. vi *i* quidem ipſa & hic ex his dari ſtipulatus eſt, qui eius non erat. fingamus ita ſtipulatum, *Hominem ex his quos Sempronius reliquit* k, *dare ſpondes?* cum tres Sempronius reliquiſſet, eorumque aliquem ſtipu-

a *l.51.ſup.eod. v. quæ ſcripſi in l.1. in fin. C. ſi aduerſus fiſcum.* qui procurator erat generalis, quique mandati iure poſt mortem domini exegit quaſdam ſpecies vel ſummas. Cæterùm, diſpenſator eſt ſeruus *ſ* quem dominus præpoſuit Kalendario, id eſt, credendis & exigendis pecuniis. *v.l.18.ſup.eo. l.41 ſup. de reb. cred. & Cuiac. 8. ad Afric. fol. 150.*
b meis ſcil. non peculiaribus.
c quia peculium dicitur, deducto eo quod domino debetur.
d quia, *vulg. Hal.*
e hoc, *vulg. Hal.*
f qui ſciuerunt dominum mortuum.
g pœnitentia ductus ſc.
h aduerſus te.
i Ratam qui non habet negotiorum geſtionem, negotiorum geſtionis actioni renuntiare intelligitur. hinc colligit Bartolus, reprobatum ſemel, poſtea non poſſe reprobari ad actionem conſequendam: & Baldus, Actiones, quarum principium eſt deſtructum & impeditum, nunquam poſtea deduci in eſſe?
k Quis? is qui mihi debitor fuit: quia non probaui nec ratam habere volui ſolutionem debiti ab eo tibi factam.
l Seruus fructuarius liberare fructuarium dominum poteſt, *l.11. ĩ. de acceptilationib. l.24. l.25. ſupra de vſufr.*
m *l.55. ſup. de pactis.*
n *v. l.56. ſup. eo.*
o Furioſos in tutela ſuorum adgnatorum fuiſſe hinc colligas, adde *l.13. ſup. de manum.*
p curatori. *vulg. Hal.1.*
q Si qui conſentire debet, furioſus factus fuerit, conſentiendi poteſtas ad eius curatorem deuoluetur.
r Debitor pupilli, ſoluens creditori pupilli, iuſſu eius, liberatur à pupillo: ſi verò debitor pupilli non fuit qui ſoluit, pupillum ſibi obligat, vtpote facto ſuo debito liberatum.
ſ *l.10. ſup. de inſtitor. l.1. §.4. ſup. de pecul. l.5. in fi. ſup. de in rem verſo: l.1. §.15. ſup. depoſiti: l.20. §.2. in fin. ſup. de pign.*
t Eadem res ſæpius in ſolutum dari poteſt, *l.66. §.1. ſup. de leg. 2.*
u acceperit, *vulg.* acciperet. *Hal.*
x Qui non habet niſi decem, poteſt ſolutione iterata ſæpius, liberari in centum, *Bald.*
y dediſſe, *vulg. Hal.* accepiſſe, *Roſſardus*, decidiſſe, *Concius*. Vulgata eſt rectior, cuius hic ſenſus eſt: Qui quid ita accepit à debitore, vt ei retro redderet, non tam eum liberaſſe, quam ei donaſſe intelligitur. Si ita eſt, tali numeratione ſolutionem induci non dicemus. Et hæc eſt ratio dubitandi in hac lege.
z *l.34. ſup. de ſtatulib.*
a *l.95. §.17. ĩ. eod.*
b adde *l.22. ſup. de manum. teſtam.*
l.21. ſup. eod.

a *l.14.* [illegible] *de re iudic.*
b *l.20. ſup.* [illegible]
c *l.27. ſup.* [illegible] *xal.*
d Imo de [illegible] 9. §.4. ſup. [illegible] Solue: ibi [illegible] iudicati [illegible] doli, *l.1. C.* [illegible] *Accurſ.*
e *l.38. §.16.* [illegible] *de verb. obl.*
f *l.137. §.* [illegible] *de verb. obl.*
g Partis [illegible] tio non [illegible] quo minùs [illegible] adiecto ſolu[illegible] ſit.
h accipio.
i adde *l.* [illegible] *ratam rem,* [illegible] dem loqu[illegible] tranſactione[illegible] curatore ([illegible] ipſo domi[illegible] *hic.*) ei qui [illegible] re liberatu[illegible] cta.
k potuit [illegible] iuſſoris [illegible] perſona [illegible] tempus [illegible] factæ noa[illegible] bitæ.
l Vt quis [illegible] ſionis non[illegible] necur, ita[illegible] teſt ſoluer[illegible]
m Fideiuſ[illegible] uenti adue[illegible] bitorem [illegible] competit[illegible]
n Si accep[illegible] poſt ſolution[illegible] ctam ignora[illegible] terponitur [illegible] ti habitione[illegible] tionis [illegible] rati habitio[illegible] bitur, non [illegible] latio.
o Ratiha[illegible] confirma[illegible] mus ſolutio[illegible] ctam proc[illegible]
p cõfirmat[illegible] *Hal.*
q Ei qui [illegible] mouerint[illegible] Si ignora[illegible] mota ſit, [illegible] tentiam [illegible] beus [illegible] actum eſſe[illegible] præſtabit[illegible] non habu[illegible] bit; cum [illegible] aduerſariu[illegible] liberatum [illegible] vocauerit, [illegible] *de iudiciu.*
r & ſic qu[illegible] tem.
ſ opportu[illegible] loco & te[illegible] etiam nude[illegible] tra depoſi[illegible] ſeu conſig[illegible] cuius me[illegible] 19. *C. de* [illegible]
t *l.9. in fi.* [illegible] 39. *ſup.* [illegible] *doli mali.*
u Oblatio[illegible] legitimè [illegible] & hic effe[illegible]
vt offerens liberetur exceptione, *l.84. §.3. ſup. de leg.1. l.73. §. vlt. ſup. de* [illegible] quin & ipſo iure ex Sabini ſententia *ĩ. eod.* & continuo, *l.103. in fin. ſup.* [illegible] *oblig.* Plures effectus vide *apud Cuiac. 8. ad Afric. fol. 207.*
x Liberat igitur oblatio ſortis in totum vel eam partẽ, pro qua parte fact[illegible]
y in promptu, *vulg. Hal.* z *l.14. ſup. de nouationibus.* Imo videtur ceſſ[illegible] obligetur, *l.56. in fin. ĩ. de verb. obl. l.31. ſup. de nouat.*
a Offerre ſolutionem, etiamſi eam interpellati negauimus, poſſumus.
b Quilibet moram debitoris purgare poteſt. c *l.17. ſup. de cond. furt.*
d Imo poterit eſſe locus, *v. l.29. in fin. ſup. de verb. obl.*
e Imo poteſt, *l.17. ſup. de cond. furtiua.* f *v. Cuiac. ad hunc locum 14. obſ.* [illegible]
g *v. l.56. ſup. de verb. obl.* h num etiam, *Cuiac. 14. obſ. 20.* quod ab Anto[illegible] bro non probatur, *2. Coniectur. 15.*
i i. tacito intellectu, etiamſi hoc non expreſſerit, *Cuiac. ibid.*
k relinquit, *Contan.*

a v.l.63.ſ.de cond. indeb.
b liberatus, ſimiliq́ue modo ſi ſoluerit ſeruum qui noxa ſolutus non eſt, non liberabitur: itē qui hominem noxæ deditum ſoluit, non liberabitur. nam vel minus, &c. *vulg. Hal.*
c Veſpertillionem, *vulg.* eadem vox in eadem vulgata reperitur *in l. 31. ſ. de euict.* Haloander hic legit, Veſpilionem. Florentina in *l. 31. §. de euictionib.* habet Viſpillionem, *& l. 8. ſ. ad Treb.* Lex vltima *in fin. j. de iure immunitatis*, meminit pollionis, vt & vulgata & Florentina habet: vel, vt Haloander legit, pellionum: quorum vile officium videtur. itaque Viſpellio quibuſdam videtur idem ſignificare quod bis turpem & abiectum. Veſpillionem Feſtus eſſe ait eum qui funerādis corporibus officium præſtat. Fulgentius verò Veſpillonem vel Viſpilionem, baiulum interpretatur. Mnaſeas in Cecrope: Apollo è viſpillionibus ad ſepulturam elatus. Significat etiam cadauerum nudatorē. Hinc Antidamus Heracleopolites *in hiſtoria Alexandri*: Pluſquam trecentos cadauerum Veſpillones reperies crucibus affixos. Notandæ ſunt igitur variæ illæ voces, Pollio, Pellio, Viſpellio, Veſpilio, Veſpillo: vel, vt quidam legunt *apud Feſtum*, Veſpilo, Viſpillo, Veſpertillio: Gloſſis Latinis Biſpellio νεκροφόρος biſpelliones νεκροθάπται κοπιάται Gloſſis Græcis νεκροθάπτης viſpillo, libitinarius: νεκροκαύστης rogarius, buſtuarius: Catullo vſtor. Id genus hominum ſeruilis & abiectiſſimæ conditionis fuiſſe Horatius oſtendit: Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis, Conſeruus vili portanda locabat in arca. Dignoſcebantur veſpillones capite ſemiraſo. A ſemiraſo tonderetur vſtore. *Catull.* Artemidorus frontem literati & capillos ſemiraſi, & pedes annulati, id eſt, catenati & ſtigmatiæ. Tertullianus *libro de Pallio*. Veſpillo, leno, lanista tecum veſtiuntur.

latoris fuiſſe. num mortuis duobus qui alterius erant, ſupererit vlla obligatio, videamus. & magis eſt deficere ſtipulationem: niſi ante mortem duorum deſierit eſſe reliquus ſeruus ſtipulatoris.

5 ¶ Qui hominem debebat, Stichum, cui *a* libertas ex cauſa fideicommiſſi præſtanda eſt, ſoluit, non videtur liberatus *b*. nam vel minus hic ſeruum dedit, quàm ille qui ſeruum nondum noxa ſolutum.

¶ Num ergo & ſi biſpellionem *c* aut aliàs turpem dederit hominem, idem ſit? Et ſanè datum negare non poſſumus. Sed differt hæc ſpecies à prioribus. habet enim ſeruum qui ei auferri non poſſit.

6 ¶ Promiſſor ſerui *d* eum debet hominem ſoluere, quem *e*, ſi velit ſtipulator, poſſit ad libertatem perducere.

De venditione pignoris.

73. *Idem* ‖ libro 31. Digeſtorum.‖

OB triginta nummos pecuniæ creditæ fideiuſſorem in viginti dedi *f*, & pignus in decem. ex venditione ‖ autem ‖ pignoris creditor decem conſecutus eſt. vtrum ex vniuerſitate id decedit, (vt quidam putant, ſi in ſoluendis decem nihil debitor dixiſſet: an (ſicut ego puto) in totis decem fideiuſſori contingit liberatio? quia hoc dicendo potuit hoc efficere debitor, vt vbi non dixit, id potius ſoluturum exiſtimetur, quod ſatiſdatò debeatur? Magis tamen exiſtimo licuiſſe *g* creditori: in id quod ſolus debebat reus, acceptò referre.

De pœna.

74. *Modeſtinus* ‖ lib. 3. Regularum.‖

ID quod pœnæ *h* nomine à debitore exactum eſt, lucro debet *i* cedere creditoris.

De acceptilatione, & confuſione.

75. *Idem* ‖ lib. 8. Regularum.‖

SIcut acceptilatio in eum *k* diem præcedentes peremit actiones, ita & confuſio. nam ſi debitor heres creditori extiterit, confuſio *l* hereditatis peremit petitionis actionem.

De actionum ceſsione.

76. *Idem* ‖ lib. 6. Reſponſorum.‖

MOdeſtinus reſpondit, ſi poſt ſolutum ſine vllo pacto omne quod ex cauſa tutelæ debeatur, actiones poſt aliquod interuallum ceſſæ *m* ſint, nihil ei ceſſione actum, cùm *n* nulla actio ſuperfuerit. quòd ſi ante ſolutionem hoc factum eſt, vel cùm *o* conueniſſet, *vt mandarentur p actiones*, tunc ſolutio facta eſſet, mandatum ſubſecutum eſt, ſaluas eſſe mandatas actiones: cùm nouiſſimo quoque caſu pretium *q* magis mandatarum actionum ſolutum, quàm actio quæ fuit, perempta videatur.

De operis libertorum.

77 *Idem* ‖ lib. 7. Pandectarum.‖

IN liberto antiquior *r* contractus operarum eſſe non poteſt, ſine *ſ* quo libertas ei data non eſſet.

De nummis alienis ſolutis.

78. *Iauolenus* ‖ lib. 11. ex Caſſio.‖

SI alieni *t* nummi inſcio vel inuito domino ſoluti ſunt, manent eius cuius fuerunt. ſi mixti *u* eſſent, ita vt diſcerni non poſſent, eius *x* fieri qui accepit, in libris Gaij ſcriptum eſt: ita vt actio domino cum eo qui dediſſet, furti *y* competeret.

Si res debita in conſpectu creditoris ponatur.

79. *Idem* ‖ lib. 10. Epiſtolarum.‖

PEcuniam quam mihi debes, aut aliam rem ſi in conſpectu *z* meo ponere te iubeam *a*, efficitur vt & tu ſtatim libereris, & mea eſſe incipiat. nam tum quod à nullo corporaliter eius rei poſſeſſio detineretur, acquiſita mihi, & quodammodo *manu* b *longa* tradita exiſtimanda eſt.

Quibus modis ſoluitur obligatio.

80. *Pomponius* ‖ lib. 4. ad Quintum Mucium.‖

PRout *a* quidque contractum eſt, ita & ſolui debet *b*. Vt, cùm re *c* contraxerimus, re *d* ſolui debet: veluti cùm mutuum dedimus, vt retrò pecuniæ tantumdem ſolui debeat.

¶ Et cùm verbis aliquid contraximus, vel re, vel verbis obligatio ſolui debeat. verbis, veluti cum acceptum promiſſori fit: re, veluti cùm ſoluit quod promiſit.

¶ Æquè cum emptio, vel venditio, vel locatio contracta eſt, quoniam conſenſu nudo contrahi poteſt, etiam diſſenſu *f* contrario diſſolui poteſt.

De herede adiecto. 1. De pluribus heredibus depoſitoris.

81. *Idem* ‖ lib. 6. ad Quintum Mucium.‖

SI ſtipulatus ſim *mihi aut Titio dari*, ſi Titius deceſſerit, heredi *g* eius ſoluere non *h* poteris.

1 ¶ Si lancem depoſuerit apud me Titius, & pluribus heredibus relictis deceſſerit, ſi pars *i* heredum me interpellet, optimum *k* quidem eſſe, ſi prætor aditus iuſſiſſet *l* me parti heredum eam lancem tradere: quo caſu depoſiti me reliquis coheredibus non teneri: ſed etſi ſine prætore ſine dolo malo hoc fecero, liberabor, aut, quod verius eſt, non incidam in obligationem. optimum *m* autem eſt id per magiſtratum facere.

De dote.

82. *Proculus* ‖ lib. 5. Epiſtolarum.‖

SI cùm Cornelius fundum ſuum nomine Seiæ, viro Seius, doti dediſſet, nec de eo reddendo quicquam cauiſſet, fecit *n* vt inter ſe vir & Seia paciſcerentur *o*, vt diuortio facto is fundus Cornelio *p* redderetur, non puto diuortio facto virum vetante *q* Seia eum fundum Cornelio ‖ tutò ‖ redditurum eſſe: ſicuti ſi cùm pactum conuentum nullum interceſſiſſet, diuortio facto mulier iuſſit eum fundum Cornelio reddi: deinde antequam *r* redderetur, vetuiſſet, non tutò redderetur. ſed ſi antequam Seia vetaret, Cornelio eum fundum reddidiſſet, nec cauſam habuiſſet exiſtimandi id inuita Seia facturum eſſe, nec meliſſs *ſ* nec æquius eſſe exiſtimarem eum fundum Seiæ reddi.

De ſeruo manumiſſo.

83. *Pomponius* ‖ lib. 14. ex variis lectionibus.‖

SI tuo ſeruo credidero, eúmque redemero, & is manumiſſus mihi ſoluerit, non repetet *t*.

De fideiuſſoribus ſerui.

84. *Proculus* ‖ lib. 7. Epiſtolarum.‖

EGiſti de peculio *u* ſerui nomine cum *x* domino, non eſſe liberatos fideiuſſores eius reſpondit *y*: at ſi idem ſeruus ex peculio ſuo permiſſa adminiſtratione peculij nummos ſoluiſſet, liberatos eſſe fideiuſſores eius rectè legiſti.

De ſolidi ſolutione.

85. *Calliſtratus* ‖ lib. 1. Edicti monitorij.‖

SOlidum non ſoluitur non minus *z* quantitate *a*, quàm die *b*.

De procuratore.

86. *Paulus* ‖ lib. 8. ad Edictum.‖

HOc iure vtimur, vt litis *c* procuratori non *d* rectè ſoluatur. nam & abſurdum eſt, cui iudicati actio non datur, ei ante rem iudicatam ſolui poſſe. ſi tamen ad hoc datus ſit, vt & ſolui poſſit, ſoluendo eo liberabitur.

87. *Celſus* ‖ lib. 20. Digeſtorum.‖

QVodlibet debitum *e* ſolutum à procuratore meo non repeto: quoniam cùm quis procuratorem omnium rerum ſuarum conſtituit, id quoque mandare videtur *f*, vt creditoribus ſuis pecuniam ſoluat. neque poſtea expectandum *g* eſt vt ratum habeat.

a *l.35. l.100. l.153. j. de reg. iur. c.1. extra de reg. iur.*
b non poterit igitur teſtibus Probari debitum, ſi ſolutio probari niſi per inſtrumentum non poteſt. Ita ſi coram ſeptem teſtibus extanti forma teſtamentum factum eſt, coram totidem teſtibus mutandum erit. vide Decium ad *l.235. j. de regul. iur. §. vlt. Inſt. quib. mod. toll. oblig.*
c putà credendo.
d *l.49. ſ. eod. l.95. §.4. ſ. eod.*
e *§. vlt. Inſt. quibus mod. toll. oblig.*
f *l.95. j. eod. l.3.5. ſ. de reſcind. l.35. j. de reg. iur. §. vlt. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. l.2. C. quando lic. ab empt.*
g Quid? adiecto antequam moriatur potéſtne ſolui? poteſt, *l.38. ſ. eo. l.95. §.6 j. eod.*
h Actus nudi miniſterij non tranſeunt ad heredem, *l.55. ſ. de verb. obl.*
i *l.1. §.36. ſ. depoſiti.*
k Conſulere, id eſt conſilium dare interdum lex ſolet.
l *v.c.14. de regulis iuris.*
m *l.5. §.2. ſ. depoſiti l.13. C. de pignorib.*
n euenitque vt inter ſe.
o poſtea ſc.
p qui eum dederat.
q quomodo vetare poteſt, cùm eadem pacta ſit fundum extraneo reddi? Dicendum eſt hac lege in pactum degenerare in mandatum, ideóque ad inſtar mandati reuocari poſſe. hinc collige: Pactum de ſoluendo tertio adpoſitum ex interuallo, idem efficere ac præſtare quod ſimplex mandatū, *Bald.* vel ita: Pactū factum inter creditorem & debitorē vt ſoluatur debiti portio, vim habet mandati, potéſtque reuocari expreſsè vel tacitè.

d in genere.
e adde *l.46. ſ. de leg. 1.*
f Debiti eiuſdem cauſa, pro parte poteſt dari pignus, pro parte fideiuſſor.
g Pecunia redacta ex pignore vendito, in cauſam quam creditor elegit conuertitur, *v.l.101. in fin. j. eod.* h *l.22. ſ. de pignor. l.79. j. de furtis.*
i Imò, non debet lucro cedere, ſed in ſortem ei computari, *l.42. in fin. ſ. pro ſoc.*
k In acceptilatione & liberatione ſemper intelliguntur hæc verba, *vſque in præſentem diem.* l *l.95. §.2. j. eod.*
m *v.l.17. ſ. de fideiuſſ.* n *l.1. C. de contrar. iud. tut.*
o *d.l.1. l.11. C. de fideiuſſ.* p Mandare & cedere, idem.
q *l.5. §.2. in fin. ſ. quib. mod. pign. l.21. in fin. ſ. de tutel. & rationib. l.26. ſ. de fideiuſſ.* r Nulla antiquior eſt obligatio in liberto quam quæ in ipſo articulo momentóque libertatis collatæ impoſita, *l.3. C. an ſeruus ex ſuo facto.* Tunc enim incipit obligari poſſe domino. Quid ſi quid eo tempore promiſerit, & poſt libertatem pecuniam domino indiſtinctè ſoluerit? In antiquum contractum id ſoluenti imputabit dominus, hoc eſt in operarum contractum, *Alberic.*
ſ *v.l.1. C. de operis libert.* t adde *l.47. §.1. ſ. mandati.* u *v.l.30. in fin. ſ. de vſurpat.* x Immixtio habet vim conſumptionis: conſumptio, vim ſolutionis.
y quia inuito domino contrectati ſunt nummi. z *l.1. §.21. ſ. de acq. poſſ.*
a *l.39. ſ. eod. l.18. §.2. ſ. de acq. poſſ.* b i. adhibito circuitu, cui contrarium, manu breui, *l.43. §.1. ſ. de iur. dot.* i. vitato circuitu. Porrò, *longæ manus*, vocabulo intellige oculos & affectum. Is eſt aimæ & voluntatis effectus. Eſt autem id genus loquendi metaphoricon, dixi ad *§. 21. Conſtitutionis de confirmatione Digeſtorum.*

r *l. 106. j. eod.* ſ Quod æquius & melius ſpectant in iudicio rei vxoriæ: *Cicero oratione pro Roſcio: Offic. 3. & Topicis §. fuerat, Inſt. de action. Duar. adde l. pen. in fin. ſ. ſoluto.*
t Soluit enim id quod naturaliter debuit, *l.10. ſ. de oblig. l.13. ſ. de cond. indeb. l.21. §.2. verſ. quod ſi hic. ſ. de fideiuſſor. l.32. j. de reg. iur.*
u *l.38. §.2. ſ. eod.*
x Ex duobus obligatis ad idem debitum, vno conuento alter non liberatur, ſed vno ſoluente.
y reſpondeo, *Hal.* Cur ita? collige ex *l.24. in fin. ſ. de act. empt.*
z non minus die quàm quantitate Anton. Faber. 5. *Coniectur.* 18. ordinem ita inuerſum oſtendit, minùs enim dubitatur de quantitate, quàm die. Solidum non ſoluit, ſi quid quantitati deſit: aut ſi quantitas quidem ipſa ſoluitur, non tamen ad diem ſoluta ſit.
a vide *l.3 . j. de verb. ſignif.*
b Minus ſoluit, qui moram in ſoluendo committit, *l.47. ſ. de legat. 1. l.12. in fin. j. de verb. ſign.* hinc illud Theodori Hermopolitis τὸ βραδέως τὸ μὴ παντελῶς, τὸ μηδέκοτως: de quo etiam antea diximus.
c Procurator litis eſt qui datus eſt ad agendum, *l.13. ſ. de pact. l.3. C. de tranſact.*
d Cur? ſoluendum eſt domino, *l.2. ſ. de procur.*
e aliud eſt, ſi indebitum, *l.6. ſ. de cond. indeb.*
f Conſtitutus ad adminiſtrandum, ſoluere creditoribus poteſt.
g Vbi præceſſit mandatum, non requiritur ratihabitio.

De negotiis pupillæ geſtis.

88. *Scæuola* " lib. 5. Digeſtorum."

Filiæ inteſtato patri heredis negotia mater geſſit, & res vendendas per argentarios dedit. idque ipſum codice conſcriptum eſt. argentarij vniuerſum redactum venditionis ſoluerunt, & poſt ſolutionem nouem ferè annis, quicquid agendum erat, nomine pupillæ mater egit, eámque marito nuptum collocauit: & res ei tradidit. quæſitum eſt, an puella cum argentariis aliquam actionem habeat, quando non ipſa ſtipulata ſit pretium rerum quæ in venditione datæ ſunt, ſed mater? Reſpondit, ſi de eo quæreretur, an iure ea ſolutione argentarij liberati eſſent, reſponderi iure liberatos. *Claudius*: Subeſt enim illa ex iuriſdictione pendens quæſtio, an pretia rerum quæ ſciebant eſſe pupillæ, bona fide ſoluiſſe videantur matri *a* quæ ius adminiſtrationis *b* non habebat. ideóque ſi hoc ſciebant, non liberantur: ſcilicet ſi mater ſoluendo non ſit *c*.

De chirographis. 1. De procuratore exigente vltra modum. 2. Simpliciter ſolutum, in quam cauſam imputetur.

89. *Idem* ‖ lib. 29. Digeſtorum.‖

Ex pluribus *d* cauſis & chirographis creditor ita cauit: *Titius Mæuius dico me accepiſſe & habere, & accepto tuliſſe*" à" *Gaio Titio reliquum omne e, ratione poſita eius f pecuniæ quam mihi Stichus Gaij Titij ſeruus cauerat.* quæſitum eſt, an ex cæteris chirographis, quæ non Stichus cauit, ſed ipſe debitor, integra manet actio " ex reliquis chirographis per ipſum debitorem cautis? ‖ Reſpondit eam ſolam obligationem diſſolutam, ex qua ſolutum proponeretur.

1 ¶ Lucius Titius ex duobus chirographis, quibus quadringenta ei à Seio debebantur, altero centum, altero trecentum, ſcripſit Seio vt vnius *g* chirographi centum per Mæuium & Septicium ſibi mitterentur. quæro, an Seius, ſi Mæuio & Septicio ex trecentum quoque ſoluiſſe ſe dicat, liberatus ſit? Reſpondit, ſi nec mandauit vt ex trecentum ſolueretur, nec ſolutum ratum habuit, non eſſe liberatum.

2 ¶ Lucius Titius duabus ſtipulationibus, vna quindecim ſub vſuris maioribus *h*, altera viginti ſub vſuris leuioribus Seium eadem die obligauit, ita vt viginti prius ſoluerentur: id eſt, Idibus *i* Septembribus. debitor poſt diem vtriuſque ſtipulationis cedentem ſoluit viginti ſex: neque dictum eſt ab altero pro qua ſtipulatione ſolueretur. quæro, an quod ſolutum eſt eam ſtipulationem exonerauerit, cuius dies anteceſſit *k*, id eſt, vt viginti ſortis ſoluta videantur, & in vſuras eorum ſex data? Reſpondit magis id accipi ex vſu eſſe.

De in integrum reſtitutione.

90. *Idem* ‖ libro 26. Digeſtorum. ‖

Filius qui adminiſtrabat vt heres paterna bona, pecuniam ex his *l* Sempronio mutuam dedit, & eandem particulatim recepit. deinde ſe abſtinuit *m* quia minor annis erat, ab ea hereditate. quæſitum eſt, curator bonorum patris conſtitutus *n*, an aduerſus Sempronium vtilem actionem habet? Reſpondit, nihil proponi cur non is qui ſoluiſſet id quod mutuum ita acceperat, liberatus eſſet *o*.

De debitore præſente & inuito liberando.

91. *Labeo*" lib 6. Pithanon à Paulo epitomatorum."

Si debitor tuus non vult à te liberari, & præſens eſt, non poteſt inuitus à te ſolui *p*. *Paulus*: Imò debitorem tuum etiam præſentem, etiam inuitum *q* liberare ita poteris, ſupponendo *r*, à *ſ* quo debitum nouandi cauſa ſtipuleris. quod etiam ſi acceptum non feceris, tamen ſtatim, quod ad te *t* attinet res peribit. nam & petentem te doli *u* mali præſcriptio excludet.

De ſeruo debito in ſpecie.

92. *Pomponius*" lib. 9. Epiſtolarum."

Si mihi alienum ſeruum dari promiſeris, aut teſtamento dare iuſſus fueris, íſque ſeruus antequam *x* per te ſtaret quo minus dares, à domino manumiſſus ſit, hæc manumiſſio *y* morti *z* ſimilis fit: ſi autem deceſſiſſet *a*, non tenearis.

1 ¶ Sed & ſi quis ſeruum quem dari promiſit, heres à domino ſcriptus ſtatuliberum *b* dederit, liberatur *c*.

De confuſione obligationis.

93. *Scæuola* ‖ libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum. ‖

Si duo rei ſint ſtipulandi, & alter alterum heredem ſcripſit, videndum an confundatur obligatio? Placet non *d* confundi. Quo bonum eſt ‖ hoc ‖ dicere? quod ſi intendat *dari ſibi oportet*, vel ideo dari oportet ipſi, quod heres extitit, vel ideò quòd proprio nomine ei deberetur. atquin magna eſt huius rei differentia. nam ſi alter ex reis pacti conuenti temporali

a Putatiuo adminiſtratori quæ bona fide vel ignoranter ſoluta ſunt, liberant ſoluentē, ſi adminiſtrator ſit ſoluendo, *l. 53. ī. de cond. indeb.* Putatiuo adminiſtratori ſoluens ex ſuo cum illo contractu liberatur: ex contractu verò domini non liberatur.

b *l. 4. in fin. Cod. de curat. furioſ.*

c aliàs non liberatur qui ſoluit, *l. 31. §. 6. ī. de negotiis.*

d *adde l. 18. ī. de acceptilationib.*

e poſt rationem poſitam, *vulg. Hal.*

f ergo non alterius: & ſic confeſſio non probat niſi id quod in eam deductum eſt.

g Præpoſito ad vnā ſummam recipiendam, plures aut aliæ ſolui non debent. Nuncius enim mādatum exequi debet, non mutare.

h v. quæ notaui ad *l. 41. ī. de reb. cred.*

i Simplex ſolutio refertur ad cauſam vſurarū antiquiorem, licèt altera grauiores vſuras contineat.

k id eſt, vetuſtiorē *l. 5. l. 24. ī. eod. l. 97. ī. eod.* & ſic antiquior dicitur cauſa, non reſpectu tēporis contractus, ſed ſolutionis.

l paternis bonis & hereditariis.

m poteſt enim id facere, *v. C. ſi minor. ab hereditate ſe abſtineat.*

n ſolet enim conſtitui, cùm primum minor hereditate ſe abſtinuit.

o & ita ſeruatur quod pupillus, antequam abſtinuit, geſſit, *l. 6. §. 1. ī. de reb. auth. l. 22. l. 31. in fin. ī. de minorib.*

p abſolui, *vulg. Hal.*

q *l. 7. ī. de pecunia conſtituta. adde l. 53. ſup. eod.*

r *l. 8. in fin. ſup. de nouat. l. 3. § 10. ī. de acceptil.*

ſ id eſt, expromiſſorem.

t debitorem principalem.

u Qui mihi promittit pro alio, me mandante, tutus eſt contra me doli exceptione.

x *l. 51. ī. de verb. obl.*

y vt ſeruitus, *v. l. 59. in fin. ī. de cond. & demonſtr.*

z Manumiſſio morti ſimilis eſt, *l. 46. ī. de furtis*: vide quæ notaui ad *l. 6. ſup. qui & à quib.*

a *v. l. 33. ſupra de verb. oblig.*

b *l. 9. § 2. ſupra de ſtatulib.*

c Imò non liberatur, *l. 63. in fin. ſupra de cond. indeb.*

d Duæ obligationes æquè principales ſtare inuicem poſſunt ſine alterius corruptione, *l. 5. in fin. ſupra eod.*

a exceptione ſummoueri poterit, intererit: is qui heres extitit, vtrumne ſuo nomine, an hereditario experiatur: vt ita poſſis animaduertere, exceptioni locus ſit, nécne.

1 ¶ Item ſi duo rei ſint promittendi & alter alterum heredem ſcripſit *b*, confunditur obligatio.

2 ¶ Sed ‖ & ‖ ſi reus *c* heredem fideiuſſorem ſcripſerit, (non *d*) confunditur *e* obligatio: & quaſi generale quid retinendum eſt: vt vbi ei obligationi quæ ſequelæ locum obtinet, principalis accedit, confuſa ſit obligatio? quoties duæ ſint principales, altera alteri potius adiicitur ad actionem, quàm confuſionem parere *f*.

3 ¶ Quid ergo ſi fideiuſſor reum heredem ſcripſerit? confunderetur *g* obligatio ſecundùm Sabini ſententiam, licèt Proculus diſſentiat.

De nummis alienis vel communibus ſolutis. 3. De ſeruo ſoluente.

94. *Papinianus* ‖ lib. 8. Quæſtionum.‖

Si is cui nummos debitor ſoluit alienos, nummis integris *h* pergat petere quod ſibi debeatur, nec offerat quod accepit, exceptione doli ſummouebitur.

1 ¶ Sin autem communes *i* nummos credam, aut ſoluam, confeſtim pro parte mea naſcetur & actio, & liberatio, ſiue in ſingulis nummis communionem pro indiuiſo quis eſſe intelligat, ſiue in pecunia *k* non *l* corpora cogitet, ſed quantitatem *m*.

2 ¶ Sed & ſi fideiuſſor alienos nummos in cauſam fideiuſſionis dedit conſumptis *n* his, mandati agere poteſt. & ideo ſi eam pecuniam ſoluat, quam ſubripuerat, mandati aget, poſtquam furti, vel ex cauſa condictionis præſtiterit.

3 ¶ Fauius Ianuarius Papiniano ſalutem. Cùm Titius Gaio Seio deberet ex cauſa fideicommiſſi certam quantitatem, & *o* tantundem eidem ex alia cauſa quæ peti quidem non *p* poterat, ex ſolutione autem petitionem non præſtat *q*. Titij ſeruus actor abſente domino ſoluit eam ſummam quæ efficeret ad quantitatem vnius debiti, cautúmque eſt ei ſolutum ex vniuerſo *r* credito. quæro, id quod ſolutum eſt, in quam *ſ* cauſam acceptum videtur? Reſpondi: Si quidem Titio Seius ita cauiſſet, vt ſibi ſolutum ex vniuerſo credito ſignificaret, crediti appellatio ſolam fideicommiſſi *t* pecuniam demonſtrare videtur *u*, non eam *x* quæ petitionem quidem non habet, ſolutione autem facta repeti pecunia non poteſt. cùm verò ſeruus Titij actor abſente domino pecuniam ſoluerit, ne dominium quidem nummorum in eam ſpeciem obligationis quæ habuit auxilium exceptionis, tranſlatum foret, ſi ex ea cauſa ſolutio facta proponeretur: quia non *y* eſt veroſimile dominum ad eam ſpeciem ſoluendis pecuniis ſeruum præpoſuiſſe, quæ ſolui non debuerunt: non magis quàm vt nummos peculiares ex cauſa fideiuſſionis, quàm ſeruus non ex vtilitate peculij ſuſcepit, ſolueret.

De periculo rei in obligatione alternata. 2. Effectus aditionis hereditatis. 4. De naturali obligatione. 5. De adiecto. 8. Si creditor debitoris hereditatem ad ſe non pertinentem poſſideat. 9. Si quis dolo fecerit quominus poſſideret. 10. De mandatore. De tutore 12. Si emptio & venditio, cui fideiuſſor acceſſit, nudo pacto ſoluatur.

95. *Idem* ‖ lib. 28. Quæſtionum.‖

S*tichum aut Pamphilum, vtrum ego velim, dare ſpondes* *z*?

a vt ſi p... cit de non ... ante tempus

b Græci ita leg... affirmatiuè: ... confunditur, ... *Hal. Cuiac. 11* ... 34. *in fin.*

c debendi ... principalis.

d hæc negati... vulgata deeſt, ... Haloandri edi... ne eam etiam ... cit Cuiac. ibid.

e *l. 90. § 3* ... *l. 5. ſup. eod.* ... 2. *ſup. de fid*... *rib.*

f pariat, ... rere videtur.

g *l. 38. in fin.* ... *eod.* perimitur ... *ſup. de fideiuſ*... Imò durat, ... *de fideiuſſorib.*

h non conſ... *§. 2. ī. eod.*

i *l. 13. in fin.* ... *reb. cred.*

k Differentia ... poris & qua... tis, ſic teſten... n entariæ leg... magis in qua... te, quàm in co... conſiſtit, *l. 8*... *leg. 1. 2.* & ch... phum, *l. 2. ſ*... *pactis. l. 18. ſ*... *pignorat. l. 4*... *ſup. de legat.* ... *ſup. de legat.* ... *§. 1. ſup. de* ... *legat. l. 18. §.* ... *de mortis cau*...

l vide quæ ... ad *l. 46. ī. de* ... *indeb* Hinc ... Hotoman. ... Nummos ... res corporales ... incorporales ... merari. Aliud ... corpus, aliud ... titatem, ... multis con... ex *l. 19. § 1*... *fin. ī. de cond.* ... *l. 24. ſup. depoſ*... *ſup. de impen*... *§. 3. ſup. de* ... *vlt. ſup. de* ... *l. 68. ſup. ad Treb*... *l. 10. in pr. ī.* ... *ceptilationib.* De differentia ... poris & quanti... tis vide Cuiac. ... *obſ.* 19.

m *l. 1. ſupra de contrah.* id eſt poteſtatem, ἰσοδυναμίαν, pariationem, ... iure publico ei attributum: ſi quidem nummi non ex materia ſed ex inſtitu... publica lege æſtimantur, ac propterea ex ære & laminis, *Cæſar. 5.* corio, *Sen*... *de beneficiis* 14. (hinc coriacea moneta ſub Friderico II in vſu fuit. Pandul... Collenucius, Florentinus Chron an. 1240. additiones ad Chron. Abbatis Vrſp... Naucler. generat. 42.) quin ex panno & lino fit, vt apud Romanos, *Herma*... *cap. 396. Chron. vide Hotoman. 25. Illuſtr.*

n *l. 13. l. 17. l. 19. in fin. ſup. de reb cred. l. 41. ī. de iur. dot. l. 59. § 2. ī. de fideiuſſo*... *rib.* Conſumpti ſunt, qui domino perierunt, quorum nomine nulla domino ... petitio, aut perſecutio eſt. Conſumptio mala fide non conciliat mutuum: ... enim nummi pro integris habentur, *l. 11. §. vlt. ſup. de reb. cred.* bona fide ... conciliat mutuum, quod non conciliauit numeratio. Ratio? qui meam pecu... alteri numerat, mihi dominium non tollit. ideóque vindicatio nummorum ... adhuc ſupereſt: vbi verò mei nummi conſumpti ſunt, vt nuſquam appareant, ... amplius mea non eſt, ſed alterius. Quod cum euenit, ex meo ſuum ſit: ita mutuum ... conciliatur, & hæc eſt ratio propter quam creditis vel ſolutis nummis alienis ... non aliter mutui obligatio vel liberatio contingit, quàm ſi nummi conſumpti ſunt. *v.* Cuiac. 15. *obſ.* 18.

o & ita duas ſummas.

p purà ex nudo pacto. q præſtat. *Hal.*

r hinc ſumitur ratio dubitandi. Vox enim *vniuerſum*, comprehendit debitum quod ab inuito exigi potuit, & naturale, quod ab inuito non potuit.

ſ num eam quæ ab inuito debitore exigi potuit? an potius eam quæ ab inuito non potuit.

t id eſt, debiti cuius nomine competebat actio.

u propriè. vide *l. 16. § 4. ſup. de fideiuſſorib.*

x id eſt, non naturalem tantum.

y Mandatum habens ad ſoluenda debita, non videtur habere mandatum ad ſoluenda vtilia, *l. 5. §. 2. ſup. eod.*

z Alternatiua promiſſio reducitur ad ſimplicem per interitum vnius extremorum, *l. 2. § 3. ſupra de eo quod certo loco: l. 34. ſupra de contrahend. l. 18. in fin. ſupra de iure dotium.*

altero

mortuo, qui viuit ſolus petetur: niſi ‖ ſi ‖ mora facta ſit in eo mortuo quem petitor elegit. tunc enim perinde ſolus ille qui deceſſit, præbetur, ac ſi ſolus in obligationẽ deductus fuiſſet. 1 ¶ Quod ſi promiſſoris fuerit electio, defuncto altero qui ſupereſt, æquè peti poterit. Enimuero ſi facto debitoris *a* alter ſit mortuus, cùm debitoris eſſet electio, quamuis interim non alius peti poſſit quàm qui *b* ſolui etiam poteſt, neque defuncti offerri æſtimatio poteſt, ſi fortè longè fuit vilior: quoniam id pro petitore in pœnam promiſſoris conſtitutum eſt: tametſi alter ſeruus poſtea ſine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex ſtipulatu agi poterit: cùm illo in tempore quo moriebatur, non commiſerit ſtipulationem. Sanè quoniam impunita *c* non debent eſſe admiſſa, doli actio non immeritò deſiderabitur. Aliter quàm in perſona fideiuſſoris, qui promiſſum hominem interfecit *d*: quia tenetur ex ſtipulatu actione fideiuſſor, quemadmodum tenebatur, ſi *e* debitor ſine hærede deceſſiſſet.

2 ¶ Aditio hereditatis nonnunquam iure confundit *f* obligationem: veluti *g* ſi creditor debitoris, vel contra, debitor creditoris adierit hęreditatem: aliquando pro ſolutione cedit, ſi fortè creditor qui pupillo ſine tutoris auctoritate nummos crediderat, hæres ei extitit. non enim quanto locupletior pupillus factus eſt, conſequeretur *h*, ſed in ſolidum *i* creditum ſuum ex hæreditate retinet *k*: aliquando euenit vt inanis obligatio aditione hæreditatis confirmetur. nam ſi hæres qui reſtituerit ex Trebelliano hereditatem, fideicommiſſario hæres extiterit, vel mulier quæ pro Titio interceſſerat, eidem *l* heres extiterit, incipit obligatio ciuilis propter hæreditatem eius qui iure tenebatur, auxilium exceptionis amittere. etenim inconditum eſt ſubuenire ſexui mulieris quæ ſuo nomine periclitetur.

3 ¶ Quod vulgò *m* iactatur *n*, *fideiuſſorem, qui debitori heres extitit: ex cauſa fideiuſsionis liberari* o. totiens verum eſt, quotiens *p* rei plenior promittendi obligatio inuenitur: nam ſi reus *q* dumtaxat fuit obligatus, fideiuſſor liberabitur: è contrario non poteſt dici non tolli fideiuſſoris obligationem, ſi debitor propriam & perſonalem habuit defenſionem. nam ſi minori vigintiquinque annis bonæ fidei pecuniam credidit, íſque nummos acceptos perdidit, & intra tempora in integrum reſtitutionis deceſſit herede fideiuſſore, difficile *r* eſt dicere cauſam iuris honorarij quæ potuit *ſ* auxilio minori eſſe retinere fideiuſſoris obligationem quæ principalis fuit, & cui fideiuſſoris acceſſit ſine contẽplatione iuris prætorij. auxilium igitur reſtitutionis fideiuſſori qui adoleſcenti hæres extitit, intra conſtitutum tempus ſaluum erit. 4 ¶ naturalis obligatio, vt *t* pecuniæ numeratione, ita iuſto *u* pacto *x* vel iureiurando *y* ipſo *z* iure tollitur: quòd vinculum æquitatis, quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur, ideóque *a* fideiuſſor quem pupillus *b* dedit, ex iſtis cauſis liberari dicitur.

5 ¶ Quæſitum eſt, an ita ſtipulari quis poſſit, *Mihi aut filio meo* c *decem dari* d? vel ita, *Mihi aut patri* e? Sed non incommodè poteſt adhiberi diſtinctio, vt filio quidem ſtipulante patris tunc adijciatur perſona, cùm ſtipulatio ei adquiri non poſſit: è contrario autem nihil prohibeat, patre ſtipulante, filij perſonam adijci. cùm totiens quod pater filio ſtipulatur, ſibi *f* ſtipulatus intelligitur, cùm ipſe ſibi ſtipulatus non eſt: & in propoſito manifeſtum eſt, non *g* obligationis, ſed ſolutionis gratia filij perſonam adiectam.

6 ¶ Vſumfructum *mihi aut Titio* h *dari* ſtipulatus ſum? Titio capite *i* deminuto, facultas ſoluendi Titio non intercidit *k*: quia *l* & ſic ſtipulari poſſumus, *Mihi aut Titio cùm a capite minutus erit dari?*

7 Nam *b* ſi furioſi *c* vel pupilli perſona adiecta ſit, ita tutori vel curatori pecunia rectè dabitur, ſi conditionis quoque implendæ *d* cauſa rectè pecunia tutori vel curatori datur quod quidem Labeo & Pegaſus putauerunt vtilitatis cauſa recipiendum. Idque ita recipi poteſt, ſi pecunia in rem, vel pupilli, vel furioſi verſa eſt.

¶ Quomodo ſi domino iuſſus dare, ſeruo dediſſet vt domino daret. cæterùm, qui ſeruo dare iuſſus eſt, domino dando non aliter impleſſe conditionem intelligendus eſt, quàm ſi ex *e* voluntate ſerui dedit. ¶ Idem reſpondendum eſt in ſolutione, ſi ſtipulato Sempronio ſibi aut Sticho Mæuij ſeruo decem dari, debitor Mæuio domino pecuniam ſoluerit. 8 ¶ Si creditor debitoris hæreditatem ad ſe non pertinentem poſſedit, & tantum *f* ad eum peruenit, quantum ſi quilibet alius bonorum poſſeſſor ei ſolueret, liberaret hæredem, non poteſt dici fideiuſſores liberari. neque enim ipſum ſibi ſoluiſſe *g* pecuniam credendum eſt *h* à quo hereditas euincitur.

9 ¶ Dolo *i* feciſti quo minùs poſſideres quod ex hæreditate ad alienum pertinente adprehenderas? Si poſſeſſor corpus aut litis æſtimationem *k* præſtitit, ea res tibi proderit. quia nihil *l* petitoris intereſt cæterùm ſi tu *m* antè conuentus, ex præterito dolo præſtiteris, nihil ea res poſſeſſori proderit. 10 ¶ Si mãdatu meo Titio pecuniam credidiſſes, eiuſmodi contractus ſimilis eſt tutori, & debitori pupilli. & ideo mandatore conuento & damnato, quamquam pecunia ſoluta ſit, non liberari debitorem ratio ſuadet. ſed & præſtare *n* debet creditor actiones mandatori aduerſus debitorem, vt ei ſatisfiat.

¶ Et *o* hoc pertinet tutoris & pupilli debitoris nos feciſſe comparationem: nam cùm tutor pupillo tenetur ob id quod debitorem eius non conuenit, neque iudicio cum altero accepto, liberatur alter: nec ſi damnatus tutor ſoluerit, ea res proderit debitori: quin etiam dici ſolet tutelæ contraria actione agendum, vt ei pupillus aduerſus debitores actionibus cedat. 11 ¶ Si creditor *p* à debitore *q* culpa ſua *r* cauſa ceciderit *ſ*, propè eſt vt actione mandati nihil *t* à mandatore conſequi debeat: cùm ipſius vitio acciderit, ne mandatori poſſit actionibus cedere *u*. 12 ¶ Si inter emptorem & venditorem conuenerit, priùs quàm aliquid ex alterutra parte ſolueretur, *vt ab emptione* x *diſcedatur*, fideiuſſor *y* eo nomine acceptus, ſoluto contractu liberabitur *z*.

De tutore delegante. 1. *De tranſactione.* 3. *De pignoribus.* 4. *De conditione indebiti.*

96. *Idem* ‖ lib. 11. Reſponſorum. ‖

PVpilli debitor tutore delegante *a* pecuniam creditori *b* tutoris ſoluit. liberatio contingit, ſi non malo conſilio cum tutore habito hoc factum eſſe probetur. ſed & interdicto fraudatorio *c* tutoris creditor pupillo tenetur, ſi eum conſilium fraudis participaſſe conſtabit.

1 ¶ Cùm pupilla magiſtratui qui per fraudem pupillo tutorem dedit heres extitiſſet, tutores eius cum adoleſcente tranſegerunt, eam tranſactionem pupilla ratam habere noluit: nihilo *d* minùs erit tutorum pecunia liberata: nec tutores contra adoleſcentem actionem, nec vtilem habebunt, qui ſuum recuperauit. planè ſi adoleſcens pecuniam reſtituere *e* tutori pupillæ maluerit, reſciſſo quod geſtum eſt, actionem vtilem in pupillum hæredem magiſtratus accipiet.

2 ¶ Soror cui legatum ab hærede fratre debebatur, poſt motam legati quæſtionem tranſegit, vt nomine debitoris contenta [le]gatum non peteret. placuit, quamuis nulla delegatio *f* facta, neque liberatio ſecuta eſſet, tamen nominis periculum *g* ad eam *h* pertinere. Itaque ſi legatum contra placitum *i* peteret, exceptionem pacti non inutiliter oppo[n]i.

3 ¶ Cùm eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniæ cuiuſque *k* contractus creditor accepto facere debet. nec in arbitrio eius electio erit, cùm debitor pretium pignoris conſortioni *l* ſubiecerit. quod ſi temporibus

a In tempus quo Titius capite minutus erit, conferri poteſt ſolutio.
b ſed, *vt in l.* 84. §. 5. ſ. *de verb. obl. Accurſ.*
c l. 68. ſ. *eo. l.* 18. ſ. *de cond. & dem.*
d in perſona pupilli vel furioſi.
e Non intelligitur recedi à perſona, quoties ex voluntate eius aliquid fit.
f l. Integrum debitũ recepit. adde l. 21. § 3. ſ. *de fideiuſſorib.*
g & compenſaſſe, & ſic compẽſatio. nã non opponitur actio in rem, ſeu petitio hæreditatis. ſed tamen Cuiacius nota, hodie cõpenſatione fieri in iudiciis in rem: idque ipſo iure, 15. *obſ.* 12. *l. vlt. C. de compenſat.*
h Ex ea re quæ euinci poteſt, nemo poteſt ſibi ſoluere.
i l. 13. § *prn.* ſ. *de hereditatis petitione. v. l.* 51. ſ. *de re iudic.*
k quæ ſuccedit loco corporis vel rei.
l Nihil petitoris intereſt, quoties fundum aut eius æſtimationem cõſecutus eſt.
m vetus & antiquus dominus ſcilicet.
n l. 28. §. 5 *in fi.* ſ. *familiæ: l.* 36. ſ. *de fideiuſſor. Nou.* 4. *c.* 1.
o & ãd hoc, *vulg. Hal.*
p l. ſi is qui credidit alicui alterius mandato.
q debitore, petẽs, *Vulg. Hal.*
r quia malè egit.
ſ id eſt, condemnatus fuerit.
t id eſt, ſi mandatarius nõ poteſt cedere actionem mandatori vel fideiuſſori, exceptione cedendarum actionum repellitur. *Bartol.*
u Dixi ad l. 17. ſ. *de fideiuſſ.*
x l. 80. ſ. *eod.*
y Res eſt integra etiamſi fideiuſſor ſit acceptus, l. 3. *C. de reſcind. vendit.* *l.* 12. *C. de contrah. empt.*

...ſſor nõ liberabitur. *Cuiac.* 11. *obſ* 34. & 7. *ad Afr. ſol* 136. *in fi.* & Græci ita ...*iac. d. c.* 34. r Imò non eſt difficile, l. 1. *C. de fideiuſſ. tut.* ſ *l.* 7. ſ. *de min.* ...*eod.* u Id eſt, licito honeſtóque, non remoto à re priuata, humanóque ...& præterea abſoluto: ne alioquin iuſtum pactum hic intelligamus ve... Alciato: qua parte Alciatus reprehenditur a Corraſio & Oldendorpio, ...bi de parœmia agit. x Imò, naturalis obligatio quæ ex conuentione ...to non tollitur ipſo iure, ſed ope tacitæ exceptionis l. 27. §. 2. ſ. *de pact.* ...*rſ. tam rem, ſup. de iureiur.* z id eſt, Quo iure naturalis obligatio con...m tolli poteſt. a l. 13. *ſup. eod.*
...liter obligatus: qua de re pleniſſimè dixi l. 1. ſ. *de nouat. l.* 59. ſ. *de oblig.* ...in poteſtate.
...ſtipulatur filio dari ius, ſtipulatur vtiliter, l. 56. §. 2. ſ. *de verb. oblig. l.* 2. ...*h. ſtip.* Aliud eſt, ſi factum ſtipuletur, puta tenere licere, l. 150. ſ. *de verb.* ...in cuius ſum poteſtate.
...*ſup. de verb. oblig.*
...us cui non poteſt quæri obligatio, adiectus ad ſimplicem ſolutionem vi... id eſt, adiecto. i l. 38. *ſup. eod.*
...tercidit: quia capite diminutus alius homo videtur, l. 38. *ſup. eod.* ſolue, ...cto & capite minuto ſtipulationis tempore ſolui poteſt i poſt ſtipulatio... poteſt.
...eſt: Etiamſi Titius ſtipulationis tempore capite diminutus fuerit, ius ei ...on perit: quia & in eum caſum ſolutioni applicari potuit: ſi in eum caſum ...jci, potuit & in ipſo caſu, *v. Cuiac. ad l.* 55. ſ. *de verb. oblig.*

z Soluto contractu principali, acceſſiones contractus diſſolui cenſentur. a Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli, ita demum ſi fuerit facta bona fide.
b Mandato tutoris debitum pupilli ſolui poteſt, etiam creditori tutoris.
c de interdicto fraudatorio, v. l. 67. §. 1. ſ. *ad Trebell.* adde l. 6. *in fin. ſup. mandati* *l.* 19. *ſup. quæ in fraud. credic.*
d Et ita pro inuito ſoluitur, l. 23. *ſup. eod.* & tranſactio à tutore facta non poteſt reſcindi. Imò poteſt, l. 1. l. 2. *C. ſi aduerſus*, ſolue: Ibi minor capta ſiue decepta eſt, non hic. ideoque diuerſa iura admittuntur, l. 9. §. 4. *ſup. de iureiur.*
e l. 14. *C. de tranſact.* f l. 54. *in fi. l.* 56. §. 4. ſ. *de furtis.*
g l. 3 *in fin. C. de nouationib.*
h ceſſionariam ſc. i id eſt, tranſactionem.
k Pretium pignorum debet conuerti in omne debitum in quod pignora ſunt obligata.
l *Liuius* 6. Quænam iſta ſocietas, quænam conſortio. *Cic.* 3. *offic.* Diſſoluatur neceſſe eſſe omnis hæc conſortio. *Lucilius* 19. redi in conſortionem: v. Nonium in conſortium,

diſcretis ſuperfluum *a* pignorum obligari placuit, prius debitum pretio pignorum iure ſoluetur, ſecundum ſuperfluo compenſabitur. 4 ¶ Cùm inſtitutus delibera- ret *b*, ſubſtituto pecunia per errorem ſoluta eſt. ad eum hæreditate *c* poſtea deuoluta, cauſa condictionis euaneſcit. quæ ratio facit vt obligatio debiti ſoluatur.

In quam cauſam imputatur quod ſolutum eſt.

97. *Idem* ‖lib. 2. Definitionum.‖

CVm ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſoluit vtriuſque demonſtratione ceſſante, potior *d* habebitur cauſa eius pecuniæ, quæ *e* ſub infamia debetur. mox eius quæ *f* pœnam continet: tertiò, quæ ſub hypotheca vel pignore *g* contracta eſt: poſt hunc ordinem potior habebitur propria *h* quàm aliena cauſa, veluti fideiuſſoris quod veteres ideò definierunt, quòd veriſimile videretur diligentem debitorem admonitu ita negotium ſuum geſturum fuiſſe. ſi nihil eorum interueniat vetuſtior *i* contractus antè ſoluetur. Si maior pecunia numerata ſit, quàm ratio ſingulorum expoſcit, nihilominùs contractu ſoluto, qui potior erit, ſuperfluum *K* ordini ſecundo, vel in totum, vel pro parte minuendo videbitur datum.

De dote. 1. *De actione Fauiana.* 2 *De in integrum reſtitutione.* 3. *De caſtrenſi peculio.* 4. *De adiecto.* 8. *De rei interitu, vel mutatione.*

98. *Paulus* ‖lib. 15. Quæſtionum.‖

QVi res ſuas obligauit, poſtea aliquam poſſeſſionē ex his pro filia ſua dotem promittendo obligauit *l*, & ſoluit. ſi ea res *m* à creditore euicta *n* eſt, dicendum eſt maritum ex dotis promiſſione agere poſſe, ac ſi ſtatuliberum, rémve ſub *o* conditione legatam, dotis nomine pro filia pater ſoluiſſet. harum enim rerum ſolutio non poteſt niſi ex euentu liberare: ſcilicet quò caſu certum erit remanere eas.

1 ¶ Diuerſum reſpondetur in ea pecunia, ſiue re quā patronus poſt mortem liberti per Fauianam *p* aufert. hæc enim actio, cùm ſit noua *q*, partam liberationem non poteſt reuocare. 2 ¶ Huic applicatur minor *r* viginti quinque annis, qui à creditore circumſcriptus, in rem ex cauſa debiti ſolutam reſtituitur *ſ*. 3 ¶ Rem autem caſtrenſis *t* peculij ſoluentem patrem, perinde accipere debemus, ac ſi alienam dediſſet: quamuis poſſit reſidere apud eum cui ſoluta eſt, priùs mortuo inteſtato filio: ſed tunc adquiſita creditur, cùm filius deceſſerit, & vtique cuius fuerit euentus *u* declaret: ſitque & hoc ex his quæ poſt factis in præteritum quid fuerit, declarent. 4 ¶ Mihi darę *x* decem purè *y*, *aut Titio* Kalendis: vel ſub conditione, aut *mihi Kalendis Ianuarijs* *z*, *Titio Februarijs*, vtiliter ſtipulor. Quòd ſi *mihi Kalendis Februariis, Titio Kalendis Ianuariis*, poteſt dubitari? Sed rectiùs dicitur vtiliter ſtipulatum. nam cùm in diem ſit ea quoque obligatio, etiam mihi ſolui poteſt ante *a* Februarias. igitur & illi ſolui poterit.

5 ¶ Qui ſtipulatus *ſibi aut Titio*, ſi hoc dicit, ſi *b* Titio non ſolueris, dari ſibi, videtur conditionaliter ſtipulari. Et ideo etiam ſic facta ſtipulatione, *Mihi decem, aut quinque Titio dari*? quinque Titio ſolutis, liberabitur reus à ſtipulatore. Quod ita poteſt admitti, ſi hoc ipſum expreſſim agebatur, vt quaſi pœna adiecta ſit in perſona ſtipulantis, ſi Titio ſolutum non eſſet.

¶ At vbi ſimpliciter *c* *ſibi aut Titio* ſtipulatur, ſolutionis tantùm cauſâ adhibetur Titius. & ideo quinque ei ſolutis, remanebunt *d* reliqua quinque in obligatione.

¶ E contrà ſi *mihi quinque illi* *e* *decem* ſtipulatus ſim, quinque Titio ſolutis, non *f* facit conceptio ſtipulationis, vt *g* à me liberetur. porrò ſi decem ſoluerit, non quinque repeter, ſed mihi per mandati *h* actionem decem debebuntur.

6 ¶ *Mihi Romæ* *i*, *aut Epheſi Titio dari* ſtipulor, an ſoluendo Titio Epheſi à me liberetur, videamus. nam ſi diuerſa *K* facta ſunt, vt Iulianus putat, diuerſa res eſt. ſed cùm præualet cauſa dandi, liberatur *l*: liberaretur enim, & ſi mihi *Stichum*, *illi Pamphilum dari* ſtipulatus eſſem, & Titio Pamphilum ſoluiſſet. at vbi

a *l. 97. in fi. ʒ. eo.*
b de cedenda hereditate.
c Ius ſuperueniens ſolutionem recipienti, inducit liberationem quæ prius non erat inducta.
d Nota debita hoc ordine exonerari. Primo loco, debitum ſub infamia: deinde ſub pœna: tertio loco, ſub pignore debitum: inde proprium, & mox antiquius.
e *v. l. 7. in fi. ʒ. eo.*
f *v. l. 4. l. 7. in fi. ſup. eod.*
g *l. 73. ſup. eo.* vel ſatiſdato, *l. 4. in fi. l. 5. ſup. eo.*
h *l. 1. l. 4. ſup. eo.*
i *l. 5. l. 89. in fin. ſup. eod.*
k adde *l. 99. in fi. §. pen. ſup. eod.*
l *l. 20. ſup. eod.*
m id eſt, poſſeſſio rei appellatione nonnunquam poſſeſſio continetur, dixi *l. 21. ʒ. de rei vind. & ʒ. de reb. cred. in princ.*
n *l. 33. ʒ. eo. l. 13. ʒ. de iure dot.*
o *l. 83. §. 6. ſup. de verb. oblig.*
p de qua vide *ʒ. ſi quid in fraud. patron.*
q An extraordinaria vel Prætoris, vt vult Accurſius? An noua origine ipſa, vt Baldus?
r Licèt minor reſtituatur, non tamen reſtituitur actio creditori, *vt hic*: niſi minor reſtituitur aduerſus dolum creditoris, *l. 13. l. 14. ʒ. de minorib. l. 1. C. de reputationibus quæ fiunt in iudicio in integrum reſt. l. 48. ſup. de fideiuſſ. l. 21. §. 1. in fin. ſup. de Silaniano.*
ſ *vide C. ſi aduerſ. ſolutionem.*
t Pater ſoluens rem caſtrenſis peculij, videtur ſoluere rem alienam, *Bartol.*
u Fingamus filium iure ſuo non vſum, *vide leg. 44. ſup. de leg. 1.* & ita euentus declarat quæ ex euentu dependent.
x dari, *vulg. Hal.*
y *l. vlt. §. 7. ſupr. de verb. oblig.*
z *v. leg. vlt. §. 6. ſup. de verb. obl.*

a *l. 137. §. 2. ʒ. de verb. obl.* b *Si* dictio, conditionem implicat.
c vide quæ ſcripſi ad l. 45. *paragr. 11. ʒ. de iure fiſci.*
d Imò non remanebunt. Quoties enim alternatiua eſt inter ſummas diuerſas, minor ſumma eſt in obligatione, l. 83. *parag. 2. ſup. de verb. oblig.*
e Valétne huiuſmodi ſtipulatio? vtique valet, ʒ *eod.* Imò non valet, cùm in quantitatibus non poſſit pœna maior eſſe ſorte. *l. 15. in fi. C. de vſur. v. Bart. hic.*
f Imò ea verborum conceptio facit vt reus à ſtipulatione liberetur. nec enim poteſt eſſe plus in acceſſorio, quàm in principali, l. 8. § 2. *ʒ. de fideiuſſ. v. Bart. hic.*
g *l. vlt. in parag. 5. ſup. de verb. oblig.*
h *parag. 4. Inſtit. de inutil. ſtipul.*
i Alternata locorum promiſſio reo electionem tribuit: in huiuſmodi alternatiua, rei electio eſt.
k Súntne diuerſa? vtique, ſi loca ſpectemus. vnius tamen facti loco habentur, ſi dandi cauſam (quæ vna eſt) inſpiciamus.
l Reus ſcilicet ſoluendo Epheſi.

merum *a* factum ſtipulor, puta *inſulam in meo ſolo ædificari*, aut *in Titij loco*, nunquid ſi in Titij loco ædificet, non contingat liberatio. nemo enim dixit facto *b* pro facto ſoluto liberationem contingere? Sed verius eſt liberationem contingere: quia *c* non factum pro facto ſoluere videtur, ſed electio promiſſoris completur. 7 ¶ Si ſeruus fructuarius *d* ex re fructuarij domino proprietatis aut fructuario ſtipuletur, inutilis eſt ſtipulatio. at ex re proprietarij ſi ipſi domino aut fructuario ſtipuletur, rectè ſtipulatur: tantùm enim ſolutionis capax eſt fructuarius hoc caſu, non etiam obligationis‖quoque.‖

8 ¶ Aream *e* promiſi alienam: in ea dominus inſulam ædificauit: an ſtipulatio extincta ſit, quæſitum eſt? Reſpondi: Si *f* alienum *g* hominem promiſi, & is à domino manumiſſus eſt, liberor. ¶ Nec admiſſum eſt quod Celſus ait, ſi idem rurſus lege *h* aliqua ſeruus effectus ſit, peti eum poſſe * in perpetuum *i* enim ſublata obligatio reſtitui non *k* poteſt. & ſi ſeruus effectus ſit, alius *l* videtur eſſe. ¶ Nec ſimili *m* argumento vſus eſt‖vt‖ſi nauem quam tu promiſiſti, dominus diſſoluerit, deinde eiſdem tabulis compegerit, teneri *n* te. hic enim eadem nauis eſt, quam te daturum ſpopondiſti, vt videatur magis obligatio ceſſare *o*, quam *p* extincta eſſe.

rerum natura eſſe. Quis inde effectus? area ipſa peti poterit. Atqui ædi[…] ſeiungi non poteſt? areæ igitur ipſius æſtimatio ſoluetur. *verſ. Non eſt ſimi[…]* ſi hominem alienum promiſi, iſque manumiſſus ſit, promiſſione liberor[…] *ʒ. eod.* Liberor ſanè: ſed aliud planè in homine manumiſſo eſt: aliud in […] cata. In ſeruo manumiſſo, nullum ſerui veſtigium eſt: in area ædificata[…] eſt. Quid ſi ſeruus ita manumiſſus, pòſt lege aliqua ſeruus ſit effectus? N[…] cit promiſſio, *verſ. Nec admiſſum.* Atqui ſi nauem promiſi, eaque à domin[…] & poſtremò iiſdem tabulis compacta, redintegratur obligatio? redi[…] hic aliud eſt in naue reſtituta, aliud in ſeruo manumiſſo, deinde ſeru[…] ſemel manumiſſus eſt, alius ſtatim factus eſt: ea mente manumiſſus eſt […] liber eſſet, non ad tempus. Nauis diſſoluta eo animo vt in eundem vſum […] tur, quia perpetuo non fuit diſſoluta, redintegrata ſeu reſtituta, alia n[…] cenſenda: ſecus autem eſſet ſi ea mente diſſoluta, vt in alios vſus co[…] Eadem enim hoc caſu ratio eſſet nauis diſſolutæ, & hominis manumiſ[…] ea mente diſſoluuntur, vt in alium vſum conuerterentur, ea prorſus eſſ[…] quæ antè fuerunt. Interitus, vt ita dicam, aliquis perpetua deſtinatio[…] vſus, naui ita diſſolutæ, allatus eſt mente diſſoluentis. Porrò quæ perpe[…] tincta, reſtitui in antiquum ſtatum non poſſunt. Vt illic alius homo eſt […] nauis. Igitur in hac quæſtione videndum eſt, an nauis ea mente diſſolu[…] priorem vſum reſtituatur, an vt in alium. Priore caſu reſtituta nauis, no[…] tur, ſed antiqua, poſteriore, noua prorſus, non ea quæ antè fuerit. *verſ.* […] Cùm his nihil ſimile habeat area. Seruus manumiſſus, perpetua deſti[…] numittentis ſeruus eſſe deſiit: Nauis in alium vſum diſſoluta, perpetua d[…] deſtinatione, nauis antiqua eſſe deſiit. Area, in qua ædificium poſitum e[…] non deſiit. Non deſiit ſanè, quia area ipſa, pars & quidem maxima inſula[…] cij eſt. Proindæ areæ promiſſor ſi in area ædificium poſitum fuerit, tene[…] rum ſubſiſtente etiamnum area. Promiſſor ſerui manumiſſi, aut nauis d[…] mente vt in alium vſum verteretur, his mutationis accidentibus, oblig[…] deſinit. *verſ. Non eſt his ſimilis.* ¶ Quid ſi ſeruus promiſſus, ab hoſtibus […] liminio rediit? Captiuitas ius captiui hominis perpetuò non mutauit. […] minij facit vt liber eſſe poſſit: ceſſat hoc caſu magis obligatio quam e[…] Ceſſat, dum captus eſt: non eſt extincta, cùm reuerſus. Ita nihil ſimile h[…] habet cum area in qua ædificium aliquod poſitum eſt, Area in hac […] peti poteſt, quia eſt ſeruus hoſtium potitus: ſtatim peti non poteſt, quia d[…] eſt, ſeruus eſt, is eſſe deſinit, qui fuit. Hac pendente conditione, captus p[…] teſt: ſi peteretur, ante diem peteretur: magis denique cum ceſſat eius […] quàm ſit extincta, *verſ. Diuerſum.* Denique cur negemus aream in qua ædi[…] poſitum, peti poſſe: cùm lege XII. Tabularum tignum alienis ædibus iun[…] vindicari, neque ſolui poſſit, & tamen pretiū eius dari debeat? *verſ. Denique* […]
f Argumentū ab homine ſeu ſeruo alieno promiſſo, & pòſt à domino […] ad aream alienam venditam, & ædificium in ea poſt venditionem poſit[…] domino. g Alieni ſerui promiſſor, ipſo ſeruo manumiſſo à domino […] Quid ſi ſeruus ipſe lege aliqua poſtea ſeruus ſit effectus? Celſus malè cen[…] ſionis obligationem redintegratam, *l. 31. ſup. de verb. obl. l. 79. in fi. ſup.* […]
h ſeruus manumiſſus ob ingratitudinem lege reuocatur in ſeruitutem, […] *l. 4. C. de libertis & eorum liberis.* i Perpetuò extincta reſtitui non poſſunt.
k *l. 27. §. 2. ſup. de pact. l. 10. §. 9. in fi. ſup. de in rem verſo. Theoph. §. 6.* […] *act.* Eſt enim teſte Ariſtotele μεταβολὴ ab habitu ad priuationem, ſed non […] tione ad habitum, *v. Cuiac. 8. ad African. fol. 206.*
l Homo liber ſeruus factus, alius homo videtur, *v. l. 79. in fi. ſup. de leg. 3.*
m Id eſt, non idem eſt in naui, quod in domo. Nam ſi nauis à te promiſſa […] tur, (hic extinguitur obligatio) & deinde eiſdem tabulis eam compegeris, […] hic, reſuſcitatur obligatio extincta, Area promiſſa, ſi ædificium in ea p[…] teneris. Ædificij poſitione non extinguitur areæ promiſſio, debetur enim […] matio, *l. 44. parag. 4. ſup. de leg. 1.* His debuerat Iuriſconſultus addere inſula[…] ad aream redactam, & quærere, num areæ promiſſio fortè ob ædificium […] tum extincta conualeſceret? quod apertè ait l. 36. *ſup. de vſufr. l. 79. §. 2.* […] negat verò *l. 10. parag. 7. in fi. ſup. quib. mod. vſufr.* Quæri poteſt cur quod in […] *parag. vlt.* dicitur de ſeruo legato manumiſſo, & poſtea in ſeruitutem redacto […] extinctam renaſci obligationem (*d. parag. vlt.* quod tamen expreſsè negat […] *ſup. de adim*) cur id æquè locum non habeat in iis caſibus qui ſequuntur, […] quæ area facta, inſula poſtea facta eſt? in ſcypho qui maſſa, deinde ſcyphus […] *l. 36. ſup. de vſufr.* In quibus caſibus obligatio non reuiuiſcit.
n *l. 83. §. 5. ſup. de verb. obl.* Imò non teneris, nec eadem nauis eſt, *l. 10. parag.* […] *quib. mod. vſusfruct.* præſertim ſi per vices ſit refecta, l. 76. *ſup. de iudic.*
o Sic in furioſo dum interquieſcit, furorem ceſſare, non deeſſe, Seneca a[…] quod conſopitum eſt; nec extinctum eſt quod pendet. Obligatio ceſſat ad […] extinguitur in perpetuum: ceſſans poteſt expergefieri, extinctum non poteſt.
p Ceſſantis & extinctæ obligationis differentia.

¶ Homini

¶ Homini autem manumiſſo ſimile fiet, ſi *a* ea mente diſſolutam eſſe nauem poſueris, vt in alios vſus conuerterentur tabulæ, deinde mutato cõſilio eaſdem compoſitas. alia enim videbitur eſſe poſterior nauis, ſicut ille alius homo eſt. ¶ Non *b* eſt his ſimilis area, in qua ædificium poſitum eſt. non enim deſiit " in " rerum natura eſſe. immo & peti poteſt *d* area, & æſtimatio eius ſolui debebit. pars *e* enim inſulæ area *f* eſt, & quidem maxima, cui *g* etiam ſuperficies *h* cedit.

¶ Diuerſum dicemus, ſi ſeruus promiſſus, ab *i* hoſtibus captus ſit, hic interim peti non poteſt, quaſi ante diem, ſed redierit poſtliminio, rectè tunc petetur ceſſauit enim hic obligatio: area *K* autem extat, ſicut cætera, ex quibus ædificium conſtitit. Denique lex duodecim tabularũ *l tignum ædibus iunctum vindicare poſſe ſcit m*: ſed interim id ſolui prohibuit, pretiúmque eius dari voluit.

De forma nummorum ſoluendorum.

99 *Paulus* lib. 4. Reſponſorum. "reſpondit."

DEbitorem *n* non *o* eſſe cogendum in aliam *p* formam nummos accipere, ſi *q* ex ea re damnum aliquod paſſurus ſit.

De tutoribus vel curatoribus datus in pluribus locis.

100. *Idem*" lib. 10. Reſponſorum."

QVæro, an curatoribus vel tutoribus in prouincia datis Romæ pecunia ſolui poſsit, quæ in prouincia ita ab his fœnerata eſſet, vt Romæ ſolueretur: cum iidem curatores vel tutores rerum Italicarum adminiſtrationem non ſuſtinent, an ſi ſoluerit, debitor liberetur? Paulus reſpondit, ‖his‖ tutoribus vel curatoribus rectè pupillo pecuniam debitam ſolui, qui negotia eius adminiſtrant: eos autem qui prouincialium rerum curatores vel tutores ſunt Italica negotia adminiſtrare non *r* ſolere, niſi ſpecialiter tutores prouincialium rerum, vt *ſ* ſibi Romæ redderetur, promitti curauerunt.

Si vnus ex collegis plus debito intulerit. 1. *In quam cauſam imputatur ſolutum, vel redactum ex venditione pignoris.*

101. *Idem*‖ lib. 15. Reſponſorum.‖

PAulus reſpondit, non *t* ideo eos qui virilem portionem ex cauſa fideicommiſsi inferre debuerant, liberatos videri. quoniam quidam ex collegis per errorem plus *u* debito intulerunt.

1 ¶ Paulus reſpondit aliam cauſam eſſe debitoris ſoluentis, aliam creditoris pignus *x* diſtrahentis. Nam cum debitor ſoluit pecuniam, in poteſtate eius *y* eſſe commemorare, in quam cauſam ſolueret. cùm autem creditor pignus diſtraheret, licere *z* ei pretium in acceptum referre, etiam in eam quantitatem, quæ natura *a* tantùm debebatur: & ideò deducto eo debitũ peti poſſe.

De periculo pecuniæ ſoluendæ. 1. *De ſorte & vſuris.* 2. *In quam cauſam ſolutum imputatur.* 3. *De maioribus vſuris per errorem ſolutis.*

102. *Scæuola*" lib. 5. Reſponſorum."

CReditor oblatam à debitore pecuniam, " vt " alia die accepturus, diſtulit. mox pecunia, qua illa reſpub. vtebatur, quaſi *b* æroſo *c* iuſſu præſidis *d* ſublata eſt. item pupillaris *e* pecunia, vt poſſit idoneis nominibus credi, ſeruata, ita interempta eſt. quæſitum eſt cuius detrimentum eſſet? Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, nec creditoris *f*, nec *g* tutoris detrimentum eſſe. 1 ¶ Cùm de ſorte debita conſtaret, de vſura litigatum eſſet, nouiſſimè ex appellatione pronunciatum eſt, *ſolutas quidem vſuras non repeti, in futurum verò non deberi.* quæro, pecunia data vtrum vſuris cedere deberet, quod petitor defenderet. an verò ſorti proficeret? Reſpondi, ſi qui dabat, in ſortem ſe dare dixiſſet *a*, vſuris non debere proficere?

2 ¶ Valerius Lucij Titij ſeruus ſcripſit, *Accepi à Marito Marino ex ſumma maiore b tot aureos.* quæro, an hæc ſumma proximum annum ei accepto ferri debeat, cùm ſuperioris anni ſit reliquator *c*? Reſpondi videri in primam *d* quamque ſummam liberationem proficere. 3 ¶ Titius mutuam pecuniam accepit, & *quicunces* e *vſuras*, ſpopondit, eáſque paucis annis ſoluit, poſtea nullo pacto interueniente, per errorem & ignorantiam ſemiſſes *f* vſuras ſoluit. quæro an patefacto errore, id quod amplius vſurarum nomine ſolutum eſſet, quàm in ſtipulatum deductũ, ſortem minueret? Reſpondit, ſi errore plus in vſuris ſoluiſſet, quã deberet, habendam rationem in *g* ſortẽ eius quod amplius ſolutũ eſt.

In quam cauſam ſolutum imputatur.

103. *Macianus* h ‖lib. 2. Fideicommiſſorum.‖

CVm ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſoluit, Iulianus elegantiſsimè putat ex *i* ea cauſa eum ſoluiſſe videri debere, ex qua tunc *k*, cùm ſoluebat, compelli poterit ad ſolutionem.

De reſtitutione hæreditatis.

104. *Idem*‖ lib. 8. Fideicommiſſorum.‖

ANte reſtitutam hæreditatem *l* ſolutionem & liberationes factæ ab hærede ratæ habebuntur *m*.

De hærede debitoris, pro quo fideiuſſor ſoluit.

105. *Paulus*" lib. ſingulari ad legem Falcidiam."

QVod dicimus in eo hærede qui fideiuſſori teſtatoris in quod ante aditam hæreditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſoluere, cum aliquo ſcilicet temperamento *n* temporis intelligendum eſt. nec enim cum ſacco *o* adire debet.

De eo cui iure ſtipulationis, vel permiſſu creditoris ſolui poteſt.

106. *Gaius*" lib. 2. de verborum obligationibus..

ALiud eſt, iure ſtipulationis Titio ſolui poſſe, aliud poſtea permiſſu meo id contingere. Nam cui iure ſtipulationis rectè ſoluitur, ei etiam prohibente *p* me rectè ſolui poteſt. cui verò alias permiſero ſolui, ei non rectè ſoluitur, ſi priusquam ſolueretur, denuntiauerim *q* promiſſori, ne ei ſolueretur.

De verborum obligatione.

107. "*Pomponius*" lib. 2. Enchiridij."

VErborum obligatio aut naturaliter reſoluitur, aut ciuiliter. ¶ Naturaliter, veluti *r* ſolutione, aut cum *ſ* res in ſtipulationem deducta, ſine culpa promiſſoris in rebus humanis *t* eſſe deſiit. ¶ Ciuiliter *u*, velut acceptilatione *x s* vel *y* in eandem perſonam ius ſtipulantis promittentiſque deuenit.

De mandato.

108 *Paulus*" lib. 2. Manualium.

EI qui mandatu meo poſt *z* mortem meam ſtipulatus eſt *a*, rectè ſoluitur: quia talis eſt lex obligationis. Ideóque etiam inuito *b* me rectè ei ſoluitur. Ei autem cui iuſsi debitorem meum *c* poſt mortem meam ſoluere, non rectè ſoluitur: quia mandatum morte *d* diſſoluitur.

DE ACCEPTILATIONE *e*. TIT. IV.

Definitio.

1. *Modeſtinus*" lib. 2. Regularum."

ACCEPTILATIO eſt liberatio *f* per mutuam *g* interrogationem, qua *h* vtriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio.

De pupillo..

2. *Vlpianus*" lib. 24. ad Sabinum."

PVpillum per acceptilationem etiam ſine tutoris auctoritate liberari poſſe *i* placet.

a Allud ergo ſi non dixiſſet.
b Qui ex ſumma maiore pecuniam recipit, de debito iam contracto non futuro intelligit. facit lex 3. *in fin.* ſ. eo. *l.* 105. j. *eod.*
c *v. l.* 9. §. 2. *ſup. de publicanis.*
d Primam magis, quam in ſupremã cauſam, *Vulg.* Solutum in dubio cedit in cauſam antiquiorem. Liber creditoris cauſam ſoluti probat.
e Id eſt, centenis quinos.
f Id eſt, ex centenis ſenos.
g *l.* 26. *ſup. de cond. indeb. l.* 29. *verſ. ſi quis C. de vſur.*
h Terentius Clemens, *Hal.*
i Vide quæ ſcripſi ad *l. vlt.* §. 3. *ſuprà de cond. indeb.*
k *l.* 3. *in fin ſup. eo.*
l Ex fideicõmiſſo.
m Adde *l. vlt. ſup. de tranſact.* adde *l.* 70. §. 1. *ſuprà ad Trebell.*
n Cum aliquo ſpatio, *l.* 1. § 8. *ſup. ad l. Falc.* interpoſito modico tempore, *l.* 73. *l.* 135 §. 2. ſ. *de ver. oblig* adde *l.* 8. *ſup ſi quis cautionib. l.* 7. ſ. *de in integ l.* 21. *in fin. ſuprà de iud. l.* 17. *ſup de pecun. conſt.* adde §. *vlt. Inſtit. de inutil ſtip.* Illud modicum ſpacium πρὸς περίδραμεῖν, non tam humanitatis gratia quã neceſsitatis, quò rem quæ non eſt inexpedito, promiſſor quæſitũ eat & tradat, *vide Cuiac. ad l.* 118. *in fin. ſup. de ver. obl.* Cuius verò eris tẽporis illud modicum? An momẽti; an decem dierum, vt in *l.* 21. ſ. *de conſtituta pecunia*? An aliquot momentorum, vt in l. 14. j. *de reg. iur.* Arbitrio iudicis id iudicandum eſt.
o Onerosus creditor non eſt ferendus, *l.* 25. *in fin.* ſ. *de pign. l.* 33 *ſup. de vſuris.* p *l.* 12. §. 2. ſ. q Adde *l.* 82. ſ. *eo.* r *Inſtit. quib. mod. toll. obl. in princ.* ſ *v. l.* 23. *l.* 33. ſ. *de ver. obl.* t Vel perierit, *Syn. Baſ.* 24 *tit.* 9. *ex lib* 26. *tit.* 5. *c.* 102. u Acceptilatio iure ciuili inducta, v. tamen l. 8. *in fi* j. *de accept.* x *v.* j. *de acceptil.* §. 1. *Inſt quib. mod. toll. l.* 5. *in fi. C. depoſiti* y Id fit confuſione crediti & debiti. z Quod poteſt fieri. a Eſt, poſt mortem rectè ſoluitur, *Cuiac.* 1. *obſ.* 38. b Et ſic viuo me. c Meum ſoluere, poſt mortẽ meam non rectè ſoluitur, *Cuiac.* 1. *obſ.* 38. d *v. l.* 26 §. 3. ſ. *mandati.* e De acceptilationib. 8 *C.* 34. περὶ ἀθωώσεως ἤτοι ἐλευθερίας χρέους καὶ ἀποχῆς δι' ἀμοιβαίας ἐπερωτήσεως γενομένης, & c. 26. *Ecl.* 6. adde §. 1. *Inſt. quib. mod. toll. obl. Gloſſ.* ἀπολοιπογραφία. f Obligationi ſcil. ἐνοχῆς, *Ecl.* liberatio, inquam, ciuilis, iure ciuile inuenta. *l.* 107. *tit. prox* v. tamen l. 8. *in fin* j. *eo.*) denique ciuilis, vnde imaginaria ſolutio dicitur, §. 1. *Inſt. quib. mod. toll oblig.* Solutio eſt naturalis datio: acceptilatio, ciuilis, *l.* 107. ſ. *tit. prox.* Porrò differt acceptilatio ab apocha, quod illa omnimodo libera: hæc non aliter quam ſi pecunia ſoluta ſit., *Ecl. ibid.* vt acceptilatio differat ab apocha, *v. l.* 19. j. *eo.* g *Ecl. ibid. c.* 1. hæc verba referri non poſſunt ad communẽ acceptilationem, in qua vna tantum ex parte interrogatio eſt: *l.* 1. j. *eo.* ſed Aquilianam, de qua *l.* 18. § 1. *Inſt. quib. mod. toll.* perſpicuè pertinent, *Hotom.* 3. *obſ.* 18. ſed Cuiac. 5. *obſ.* 36. ait *acceptilationis* verbo plerumque & eam quæ præceſſit ſtipulationem Aquilianam adſignari vt è contrario, Spitulationis Aquilianæ verbo acceptilationem, quæ illam ſequitur, ſubintelligimus. h quia interdum vtriuſque, *Hotom.* 3. *obſ.*...
i & meritò, fit enim per acceptilationem eius conditio melior,

k Ne dicas cum Accurſio, Aeroſa, id eſt, dominabilis, ne legas etiam cum Alciato 2. *diſp.* 25. quaſi ἔρανος, nec cum Forcatulo 6. *Necyoman* 1. legas *eraſa*, quaſi hic agatur de pecunia circuncisa & non iuſti ponderis. Aeroſa pecunia eſt, ſubærata, quæ cum aurea & argentea videatur, plurimum id ſe æris habet, quæ plus æris in ſe habet, quam oportet. ſic Feſtus, æroſam Cyprum appellari, quod in ea plurimum æris naſcatur. A Græcis dicitur æroſa pecunia χαλκόκρας, *Cuiac.* 8. *ad Afric. fol.* 207. ſic Plinius, lapidis æroſi 34. c. 1 auri æroſi & argentoſi 33. c. 5. meminit. v. *Corraſium* 1. *Miſcellan.* 9.

...*Quæſtionum* ſimilis eſt error in *l.* 8 *ſupà de tutelis: Cuiac.* 57. *ad l.* 59. *de verb. obl.* & ita quoque legit Vulgata & Haloandri editio.
o Dixi de hac quæſtione, l 3. ſ. *de reb. cred.* p *v. l.* 2. §. 1. *ſuprà de reb. cred. Hot.* 15. *Illuſtr.* q Adde *l.* 16. *C. eo.* r *l.* 3. §. 1. j *iudic. ſolui.*
ſ 1 quæ ſcripſi ad *l.* 29. *C. de pact.* t Imo videntur liberati, *l.* 5. *in fin. ſuprà ſi ex naturali cauſa.* u Plura ſua portione ſoluit, non liberat correum.
x *l.* 35 *ſup. de pignorat.* y *l.* 1. ſ. *eo.* z *l.* 73. *ſup eod.*
a Ex pacto, *l.* 5. §. 2. *ſup. eo.* b Adde elegans exemplum de aſsibus librariis, ſextantariis ex Feſto *in Graue as & ſextantarij aſſes.*
d Et officio. ſic alibi, Centurio ex officio, ad annonam culleos tollit, *l. vlt. in fin. ſup. de pignor.* & ædilis lectos in via concidit, *l.* 12. *ſup. de periculo.* ſed vterque hodie: non eſt Præſidis munus, ſed Principis ipſius, monetam tollere, *arg. l.* 2. *C. de falſa moneta.*
e Tutoris periculo non eſt pecunia pupillaris, quam collocare diſtulit, cùm non inuenirentur idonea nomina. f *ſub.* qui obtulit. niſi ſciebat breui mutatum iri, *l.* 15. *in fin. ſup. de periculo & commodo rei venditæ.* niſi denique iuſſu Principis aſſes mutati, *v. Feſtum dictis locis.* g Sed minoris.

De procuratore.

3.*Paulus*"lib.4.ad Sabinum."

PEr procuratorem nec liberari, nec liberare *a* quiſquam acceptilatione ſine *b* mandato poteſt.

De conditione.

4.*Pomponius*" lib.9.ad Sabinum."

ACceptilatio ſub conditione fieri non poteſt *c*.

De die.

5.*Vlpianus*"lib. 34 ad Sabinum."

IN diem acceptilatio facta nullius eſt momenti *d*. nam ſolutionis *e* exemplo *f* acceptilatio ſolet liberare.

De pluribus ſtipulationibus.

6.*Idem*"lib.47. ad Sabinum."

PLuribus ſtipulationibus factis, ſi promiſſor ita acceptò rogaſſet, *Quod g ego tibi promiſi, habéſne acceptum?* ſi quidem apparet quid actum eſt, id ſolum per acceptilationem ſublatum eſt. ſi non apparet, omnes ſtipulationes ſolutæ ſunt. dũmodò illud ſciamus, ſi ego aliud *h* acceptò tuli, aliud tu rogaſti, nihil valere acceptilationem.

De forma acceptilationis.

7.*Idem*"lib.50. ad Sabinum."

SAnè & ſic acceptilatio fieri poteſt, *Accepta facis decem i*, ille reſpondit, *facio.*

De pacto tacito. 1. De ſeruo communi. 3. Quæ obligatio tollitur, & quomodo acceptò fertur. 4. De filiofam. & ſeruo.

8.*Idem*"lib.48. ad Sabinum."

AN *k* inutilis *l* acceptilatio *m* vtile habeat pactum, quæritur? Et niſi in hoc quoque contra *n* ſenſum eſt, habet pactum. Dicet aliquis, poteſt ergo non eſſe conſenſus. cur non poſſit? fingamus eum qui acceptò ferebat, ſcientem prudentémque nullius eſſe momẽti acceptilationem, & ſic acceptò tuliſſe, quis dubitat non eſſe pactum, cum conſenſum paciſcendi non habuerit? 1 ¶ Seruus communis ſicut vni *o* ex dominis ſtipulari poteſt, ita etiam acceptum rogare vni *p* ex dominis poteſt: cùmque in ſolidum liberat. & ita Octauenus putat. 2 ¶ Accepto liberare ſeruus communis alterum ex dominis etiam ab *q* altero domino poteſt. id enim & Labeoni placuit. denique libro Pithanon ſcripſit, ſi à Primò domino, Secundo ſocio domino ſuo ſtipulatus fuerit, poſſe Secundum accepto rogare, & per acceptilationem Primum liberare, quem ipſe obligauerat. ſic fieri, vt per vnum atque eundem ſeruum & conſtituatur, & tollatur obligatio.

3 ¶ Acceptum fieri non poteſt, niſi *a* quod verbis obligatum eſt. acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia & ipſa verbis *b* fit. neque enim poteſt *c* verbis tolli, quod non verbis contractum eſt.

4 ¶ Filiusfamiliàs, promittendo. patrem ciuiliter non obligat, ſed ſe obligat, propter quod acceptò rogare filiusfam. poteſt, vt ſe liberet. quia ipſe obligatus eſt: pater autem acceptum rogando, nihil agit: cum non ſit ipſe obligatus, ſed filius. ¶ Idem erit & in ſeruo dicendum nam & ſeruus acceptò liberari *d* poteſt & tolluntur etiam honorariæ obligationes, ſi quæ ſunt aduerſus dominum: quia hoc iure vtimur, vt iuriſgentium *e* ſit acceptilatio. Et ideo puto & Græcè *f* poſſe acceptum fieri, dummodò ſic fiat, vt Latinis verbis ſolet. Ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα? Ἔχω λαβών? id eſt, Habes acceptos tot? Habeo acceptos.

De acceptilatione ex parte.

9.*Paulus* "lib.12. ad Sabinum."

PArs *g* ſtipulationis acceptò fieri poteſt, non tantùm ſi ſic dicat, *Ex nummis decem, quos tibi promiſi, quinque habèſne acceptos?* ſed & ſi ſic, *Quod ego tibi promiſi, id pro parte dimidia habéſne acceptum?*

10. *Pomponius*" lib.26. ad Sabinum."

SEd & ſi non numerata pecunia *h*, ſed certum corpus, veluti homo in ſtipulationem deductus eſt, poteſt ex parte *i* acceptilatio fieri. ¶ Quo modo & vni *k* ex hæredibus acceptum fieri poteſt.

De ſeruo fructuario, vel vſuario. De eo qui bona fide ſeruit. 3. De cæteris qui ſunt in poteſtate. 2. De ſeruo hæreditario. 3, De ſeruo captiui.

11.*Paulus*"lib. 12. ad Sabinum.

SPecies *l* adquirendi eſt, liberare dominum obligatione, & ideo fructuarius *m* quoque ſeruus liberare, acceptum rogando, fructuarium poteſt: quia ex re eius videtur ei adquirere. ¶ Sed etſi *n* vſum tantum habemus, idem fiet. Idémque dicemus & in eo qui bona fide nobis ſeruit, & in cæteris qui noſtro iuri ſubiecti ſunt. 1 ¶ Sed & ſi ſeruo, quod ipſe mihi promiſit, acceptum fecero, inutiles mihi erunt aduerſus dominum honorariæ actiones quæ de peculio, vel in rem verſo dantur. 2 ¶ Si ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem acceptum roget, quod defunctus promiſit, verius puto contingere liberationem, vt per hoc hæreditas ipſa liberetur. 3 ¶ Sed etſi dominus apud hoſtes ſit, dicendum eſt, iure poſtliminij *o* confirmari acceptilationem. nam & ſtipulari ei qui apud hoſtes eſt, ſeruus *p* poteſt.

De die & conditione.

12.*Pomponius*"lib.26. ad Sabianum."

QVod in diem, vel ſub conditione debetur, acceptilatione tolli poteſt *q*. ſed ita in factum apparebit, ſi conditio ſtipulationis extiterit, vel dies venerit. *r*.

De iureiurando. 1. De acceptilatione ex parte. De ſeruitutibus. 4. De genere & ſpecie. 5. De doli clauſula. 6. De obligatione alternata. 7. De reo & fideiuſſore. 10. De tutore curatore, procuratore. De abſẽte. 11. De ſucceſſoribus. 12. De duobus reis ſtipulandi.

13.*Vlpianus*"lib.50 ad Sabinum."

ET per iuſiurandum *ſ* liberti interpoſitam *t* operarum obligationem *u*: per acceptilationem tolli *x* verius eſt. 1 ¶ Si id quod in ſtipulationem deductum eſt, diuiſionem non recipiat *y*, acceptilatio in partem *z* nullius erit momenti. vtputà ſi ſeruitus *a* fuit prædij ruſtici, vel vrbani. ¶ Planè ſi *vſusfructus b* ſit in ſtipulatum deductus, putà fundi Titiani, poterit pro parte acceptilatio fieri: & erit reſiduæ partis fundi vſusfructus. ¶ Si tamen *viam* quis ſtipulatus, acceptò iter vel *c* actum fecerit, acceptilatio nullius erit momenti. hoc idem eſt probandum, ſi actus acceptò fuerit latus. ſi *d* autem iter & *e* actus acceptò fuerit latus, conſequens erit dicere liberatum eum qui viam promiſit.

2 ¶ Illud certũ eſt, eum qui *fundum* ſtipulatus, vſum-

a *l.4.C.de ſolut.* b ἄνευ ἐντολῆς ἢ τῷ προτρόπως. ergo cũ mandato? negat. Hotomanus 31.*Illuſtr.fol.* 220. *arg. l.13. §. 10.l. pen.ſ.eod.* ideóque mouet hic legendum eſſe, *ſine nouatione*, id eſt, ſine interrogatione & reſponſione. Tum demũ accepto ferre poteſt procurator, cùm ex mandato nouauerit, id eſt, Procurator nouare poteſt. at non accepto ferre, niſi priùs nouauerit: ex mandato. Remedio nouationis acceptilatio rectè fit per procuratorem, aliàs actũ legitimũ non poſſumus perficere per procuratorem, *v. Cuiac.15. obſeru.* 16. inter præſẽtes perfici debet.

c eſt enim actus legitimus: actus autem legitimi neque diem, neque conditionem recipiunt *l.77. ſ. de reg. iur.* poteſt tamen debitum conditionale acceptũ ferri. atque ita acceptilatio debitũ conditionale purè poteſt tollere, *v. l.12. l.21. ſ. eod. l.77 in fi. ſ. de reg. iur.* purum, aut cõditionale, cõditionaliter tollere nõ poteſt. Quid? An etiam conditio de præſenti aut præterito acceptilationem vitiat? Faber negare videtur in *§. conditiones Inſt. d verb. oblig.* Zaſius verò ait, *in l. cum ad præſens 37 n.6. ſ. de reb cred.* excipit tamen ibidem quoſdam actus legitimos.

d Eſt enim actus legitimus, *d l.77.* Cur autem actus legitimus diem non recipit? quia aut ſtatim operatur, aut nunquam, & ſic dies obligationi præſentem interitum adfert. e *l.7. §.1. ſ. de liberatione, l.31. in fin. ſ. de nouat.* Cui accepto latum eſt, ſoluiſſe intelligitur, & ita quidem, vt exceptio pecuniæ numeratæ opponi non poſſit, *l.19. ſ. eo.* f Id eſt, ſtatim debet liberare. Ars vt imitari naturam debet: ita acceptilatio ſolutionem. g Id eſt, quodcunque facit *l.10 in fin ſ. de verb obl.* Et ſic verba generalia ad omnes obligationes referuntur, niſi de certis cogitatum eſſe appareat. Eo caſu mens liberantis, non eius cui acceptato latum eſt, ſpectatur.

h Diſparitas reſponſionis vitiat interrogationem. i Quæ ſcilicet tibi promiſi, vel debeo: aliàs nemo hic interrogatur, Centum necne fateatur accepiſſe ab interrogante. Priori caſu & διάλυσις: altero, contractus & συνάλλαγμα naſceretur, vide *Scholion. 27. Ecl.6.* k Quid fideiuſſio inutilis? pro iuſſu non habetur, *l.1. verſic. denique. ſup. quod iuſſu.* l Inutilis acceptilatio vim pacti taciti habet, *l.19. ſ. eod. l.27. §.2 ſup. de pact. l.5 ſup. de reſcind.* niſi expreſſe dictum fuerit ne haberet, inutilis eſt acceptilatio, quæ à natura ſua deficit. Deficit, cùm id quod non verbo, ſed re vel conſenſu contractum eſt? verbis acceptum fertur. Vtilis, cùm in ſua natura perſtat. ad hoc enim inuenta eſt accepilatio, vt quæ verbis contracta eſſet obligatio, verbis tolleretur. *§.3. ſ. eod.* m Quid? inutilis ſtipulatio vim ne pacti habet? non habet. nam quæ leges in contrariam partem afferuntur, loquuntur de acceptilatione, non de ſtipulatione. Hinc fit, vt cui nutu ſit reſponſum, inutiliter ſtipulatione obſtrictum aduerſarium habeat, *l.1 §.2. ſup. de verb. oblig.* Ad eundem modum inutilis ſtipulatio vim pecuniæ conſtitutæ non habet. *l.1. §.4. ſup. de pecun. conſt.* Cur potius acceptilatio inutilis, quàm ſtipulatio inutilis vim pacti habebit? hæc obligationem, illa liberationem parit: propenſiores autem ſumus ad liberandum, quàm ad obligandum. vide Cuiac. ad *l.1. §.2 ſup. de verb. oblig.* & tamen conſtat inutilem tranſactionem vim pacti non habere, *l.3. C. de repudianda.*

n Quoque conſenſum eſt: nec habet pactum, *Hal.* & ita quoque quoſdam legiſſe notat Accurſius & Bartolus. Auſim dicere lectionem Haloandri optimè verbis quæ in Florentina editione ſequuntur conuenire, hoc ſenſu Nunquam acceptilatio inutilis vim pacti habet, niſi pares id etiam quoque expreſsè voluerint: aliàs ſi creditor prudens ſciens nullius eſſe momenti acceptilationem, accepto tulit, nemo dixerit talem acceptilationem vim habere pacti. Pacti, inquã, quia conſenſum eius qui accepto tulit, nõ habet quod ex natura pacti eſt. Denique nõ continuò pactus intelligitur, qui inutiliter accepto tulit, id eſt, non continuò voluit aut conſenſit, vt acceptilatio inutilis naturam pacti indueret, qui inutiliter accepto tulit. Igitur ne id abſurdum accidat, partes expreſsè quoque inter ſe conſentire conuenit, vt quæ acceptilatio interponitur, licèt aliàs vt inutilis poſſet eludi, valeat ad inſtar pacti quod vt violẽtiſſimum contrarium oppono *l.19. ſ. eo. l.7. §.10. l.27. §.10. ſ. de pact. l.5. ſ. de reſc.* Bartolus tamen ita diſtinguit. Acceptilatio peccans in forma (veluti quia ſub conditione, in diem, vel inter abſentes eſt concepta) vim pacti non habet, peccans vero in materia, taciti pacti vim obtinet: maius eſt vitium formæ, quàm materiæ.

o *l.11. ſ. eod.* p *l.7. §.1. ſup. de ſtipul. ſeruor.*

q *l.17. ſ. de acq. rer. dom.*

ſ. de ſolut. l.47. ſ. de regul. r Senſus eſt: Vis huius acceptilationis tunc eluceſcit cùm dies venerit, vel conditio extiterit. Actus legitimam expreſſam diei, conditionisve adiectionem repudiant: tacitam admittunt. Expreſſa quædam nocent, quæ tamen non expreſſa proſunt, *l.195. ſ. de reg. iur.* ſ Iureiurando contracta obligatio acceptilatione tolli poteſt, *vt hic.* At acceptilatio eam propriè tollit, quæ verbis eſt contracta, *l.8 § 3. ſ. eo* Igitur iureiurando verbis obligatio contrahitur. Quid? verba in iuramento ſuntne neceſſaria? poteſtne aliter quàm verbis iurari? poſſe videtur alioquin mutus iurare non poſſet. de quo vide *Alciat 8. parer 2.* t *l.7. ſ. de op. lib.* u Qui iurat, obligatur. Iureiurando contrahitur obligatio, *d. l.7. §.1.*

x Iuramentum homini præſtitum, per hominem relaxari poteſt & remitti.
y Quod accidere poteſt *l.2. §.1. ſ. de verb. oblig.*
z Pars rei indiuiduæ accepto ferri non poteſt.
a Seruitutes ruſticorum prædiorum & vrbanorum ſunt indiuiduæ, *l.17. ſ. de ſeru.*
b Vſusfructus diuidi poteſt, *l.5. ſ. de vſufruct.*
c Diuiſim. d Certam variè? Qui partem rei indiuiduæ acceptam facit, rem impoſsibilem facit acceptam. tentat enim diuidere quod eſt indiuiduum. Viam mihi debes, & iter poſtea vel actum tibi accepto tuli? Inutilis acceptilatio eſt: quia via ſine itinere & actu eſſe non poteſt: hæc a via diſiungi impoſſibile eſt. ſecus ſi cùm viam tibi debenti mihi accepto tuli iter & viam, *vt hic.* e Coniunctim.

ſructum

fructum, vel *a* viam accepto facit, in ea eſſe cauſa, vt acceptilatio non valeat *b* qui enim accepto facit, vel totum vel partem eius quod ſtipulatus eſt, debet accepto facere. hæ *c* autem partes non ſunt. non magis quàm ſi quis domum ſtipulatus, accepto ferat cæmenta *d* vel feneſtras, vel parietem, vel diætam.

3 ¶ Si quis *vſumfructum* e ſtipulatus, vſum accepto tulerit *f*, ſi quidem *g* ſic tulerit acceptum, quaſi vſu *h* debito, liberatio non continget. *i* Si verò quaſi ex vſufructu *K*, cum poſsit *l* vſus *m* ſine fructu conſtitui, dicendum eſt acceptilationem valere *n*.

4 ¶ Si is qui *hominem o* ſtipulatus eſt, Stichum accepto tulerit, Iulianus lib. 54 Digeſtorum ſcripſit, accepto tulerit, Iulianum lib. 54. Digeſtorum ſcripſit, acceptilationem aliquid egiſſe, tolliſſéque *p* totam *q* obligationem. quod enim inuito ſtipulatori promiſſor ſoluere poteſt, id & acceptum latum liberationē pariet.

5 ¶ Eum qui *fundum* ſtipulatus eſt, non poſſe de dolo malo *r* clauſulam acceptū ferre conſtat *ſ* non enim partem debiti id conſtitit, & aliud eſt quod debetur, aliud quod accepto fertur. 6 ¶ *Si Stichum aut decem* ſub conditione ſtipulatus, Stichum aut *t* decem acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus deceſſerit, decem in obligationem *u* manebunt *x*, perinde ac ſi acceptilatio interpoſita non fuiſſet 7 ¶ Sed ſi fideiuſſori accepto fuerit latum, cùm reus re, non verbis fuiſſet obligatus, an reus quoque liberetur? Et hoc iure vtimur, vt licèt reus non ſit verbis obligatus, tamen acceptilatione per *y* fideiuſſorem liberetur *z* 8 ¶ Si legatorum ſub conditione relictorum *a* fideiuſſori dato *b* accepto latum ſit, *c* legata debebuntur *d*, poſtea conditione eorum exiſtente. 9 ¶ Qui ita ſtipulatur à fideiuſſore, *Quod Titio credidero* e, *fide tua eſſe iubes?* deinde antequam crederet, acceptum fecit fideiuſſori, reus non liberabitur ſed *f* quandoq; ei creditum fuerit, tenetur. nam etſi fideiuſſorem non ante liberatum eſſe credimus, quàm cùm fuerit creditum reo, non tamen reus antiquiore acceptilatione *g*, quàm obligatio eius eſt, liberari potuit. 10 ¶ Tutor, curator furioſi acceptum ferre non *h* potuit, nec procurator *k* quidem poteſt facere acceptum. ſed hi omnes debent *l* nouare: poſſunt enim & ſic accepto facere. Ne his quidem accepto fieri poteſt, ſed nouatione facta poterunt liberari per acceptilationē. Nam & in abſentium perſona hoc remedio, vti ſolemus: ſtipulamur *m* ab aliquo id nouandi cauſa, quod nobis abſens debet, & ita accepto liberamus, à quo ſtipulati ſumus. ita fiet vt abſens nouatione, præſens acceptilatione liberetur. 11 ¶ Hæres quoque & liberare, & liberari accepto poteſt, & honorarij ſucceſſores.

12 ¶ Ex pluribus reis ſtipulandi ſi vnus acceptum fecerit, liberatio contingit *n* in *o* ſolidum.

Vt acceptilatio conſentiat cum obligatione.

14. *Paulus* "lib. 12. ad Sabinum."

NIſi conſentiat *p* acceptilatio cum obligatione, & niſi verum eſt quod in acceptilatione demonſtratur, imperfecta eſt liberatio: quia verbis *q* verba ea demum reſolui poſſunt quæ inter ſe congruunt.

15. *Pomponius* "lib. 27. ad Sabinum."

SI is qui Stichum promiſit, ita interroget, *Quod Stichum promiſi, &* a *Pamphilum, habéſne acceptos?* puto rectè accepto latum, & pro ſuperuacuo *b* Pamphili mentionem factam. quemadmodum ſi is qui decem promiſit, ita interroget, *Quod tibi decem promiſi, viginti habéſne accepta?* etiam decem nomine erit liberatus.

De pluribus reis debendi. 1. De fideiuſſore iudicati.

16. *Vlpianus* "lib. 7. Diſputationum."

SI ex pluribus obligatis vni *c* accepto feratur, non ipſe ſolus *d* liberatatur, ſed & hi qui ſecum obligantur, nam cùm ex duobus pluribúſque eiuſdem obligationis participibus vni accepto fertur, cæteri quoque liberantur: non quoniam ipſis accepto latum eſt, ſed quoniam velut *e* ſoluiſſe videtur is qui acceptilatione ſolutus eſt. 1 ¶ Si *f* iudicati *g* fideiuſſor ſit datus, acceptus, eique accepto latum ſit, liberabitur & iudicatus.

De acceptilatione ex parte.

17. *Iulianus* "lib. 54. Digeſtorum."

QVi *hominem* h *aut decem* ſtipulatus eſt, ſi quinque accepto fecerit, partem *i* ſtipulationis peremit *K*, & petere quinque aut partem hominis poteſt *l*.

De pluribus obligationibus. 1. De ſtipulatione Aquiliana.

18. *Florentinus* "lib. 8. Inſtitutionum."

ET *m* vno & pluribus *n* contractibus, vel certis *o*, vel incertis, vel quibuſdam exceptis, cæteris & omnibus ex cauſis vna acceptilatio & liberatio fieri poteſt.

1 ¶ Eius rei ſtipulatio quam acceptio *p* ſequatur, à Gallo Aquilio talis *q* expoſita eſt: *Quidquid te mihi ex quacunque cauſa dare facere oportet, oportebit, præſens, in diem. ve, quarumque rerum mihi rerum actio, quæque aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſecutio eſt, eritve, quódve tu meum habes, tenes, poſſides: quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. quod Numerius Nigidius Aulo Agerio promiſit, ſpopondit id haberétne à ſe acceptum, Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit; Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.*

De obligatione re contracta. 1. Differentia acceptilationis & apochæ.

19. *Vlpianus* "lib. 2. Regularum."

SI accepto latum fuerit ei qui non verbis, ſed re obligatus eſt, non *r* liberatur quidem *ſ*, ſed *t* exceptione doli mali vel pacti *u* conuenti ſe tueri poteſt

1 ¶ Inter acceptilationem & apocham hoc *x* intereſt, quod acceptilatione omni modo liberatio contingit, licet *y* pecunia ſoluta non ſit, apocha non aliàs, quàm *z* ſi pecunia ſoluta ſit.

De ſtipulatione iudicatum ſolui.

20 *Idem* "lib. 77. ad Edictum."

SI accepto fuerit lata ob rem iudicatam *a* clauſula: Marcellus ait, cæteras partes ſtipulationis euanuiſſe; propter hoc enim tantum interponuntur, vt res iudicari poſsint.

De legato conditionali.

21. *Venuleius* "lib. 11. Stipulationum."

SI ſub conditione *b* legatum mihi datum nouandi cauſa ſtipulatus ſum, & ante exiſtentem conditionem acceptum fecero, Nerua filius ait, etiam ſi conditio extiterit, neque ex teſtamento competituram actionem, quia nouatio facta ſit, neque ex ſtipulatu quæ acceptilationi ſoluta ſit.

De ſeruo.

22. *Gaius* "lib. 3. de Verborum obligationibus."

SEruus nec *c* iuſſu domini acceptum facere poteſt.

De acceptilatione facta ex altera parte.

23. *Labeo* "libro 5. Pithanon à Paulo Epitomatorum."

SI ego tibi acceptum feci, nihilo *d* magis ego à te liberatus ſum. *Paulus*: Immò cum locatio, conductio, emptio, venditio conuentione facta eſt, & nondum

a Disiunctim huc refer quæ ſuperius notaui.
b Cur ita? v. l. 14. ſeod.
c Vſusfructus & via non ſunt partes fundi. An vſusfructus ſit pars dominij, v. *Hot.* 3. *obſ.* 22. An pars fundi? formalis vſusfructus pars fundi eſt: cauſalis non eſt: ille per acceptilationem tolli poteſt: hic non poteſt *Bart.*
d Cæmenta, feneſtræ, paries, diætæ non ſunt partes integrales domus.
e Vſumfructū qui ſtipulatur, totum quiddā ſtipulatur, quod fructū vſumque continet.
f Vſumfructū mihi debes, vſum tamen eius poſtea tibi accepto tuli? ſi vſum accepto tuli exiſtimans vſum & vſumfructū idem eſſe, inutiliter tibi acceptotuli: ſin verò vſum acceptotuli partē vſufructus, valebit acceptilatio.
g Diſtinctionem hanc obſerua.
h Senſus eſt, Legatarius vſusfructus, vſum, idem eſſe quod vſumfructum exiſtimans remittendo, ſibi non præiudicat.
i Nam totum remiſit per errorem.
k Id eſt, legatarius vſusfructus, vſum (quatenus aliud eſt iure quā fructus) hæredi eidemque debitori remittere vtiliter poteſt.
l ὑπόθεσις ſeu ὑπερβιβασμός. ſic itaque legit Cuia. 13. *obſ.* 12. cum poſsit fructus ſine vſu conſtitui, *vt l.* 14. *in fi. ſup. de vſu & habit. & l.* 5. §. 2. ſ. *vſufruct. quemadm. cau.*
m Vſus ſine fructu eſſe poteſt. Quinimo, *vt hic.* legit Cuiacius, Fructus ſine vſu eſſe poteſt *vt hic, & l.* 5 §. 2. ſ. *vſufruct. quemad. l.* 14. *in fin. ſuprà de vſu.* Ita actus ſine itinere, *l.* 101, § 1 ſ. *ſi ſeruit.*
n Vſusfructus cui legatus eſt, debitori vſum vtiliter remittit, ſi cum remitteret vſum ab vſufructu iure ſeparatum eſſe cognouit: ſin minus, & vſum cum vſufructu idem eſſe exiſtimauit (quia errat) nihil remittit. Priori caſu, fructus ſibi retinuit poteſt enim fructus eſſe ſine vſu, *d. l.* 5 §. 2. *ſup. vſuf. quemad. cau.*) vſum autem debitori conceſſit. atque ita legatarius frui vti poterit. altero vero caſu nihil debitori errando contulit. o In genere ſc. Creditor generis vnam ſpeciem acceptum ferendo totam obligationem perimit. Cur? acceptilatio eſt imaginaria ſolutio.
p Tuliſſe q; *vulg. Hal.* q Imo, non totam tulit poteſt enim alium hominem petere, *l.* 27. §. 6. ſ. *de pactis*, quin & ipſum hominem quem repudiauit: *l.* 18. ſ. *de opt.* Dic ſecus eſſe in pacto & repudiatione, quam in acceptilatione.
r Dolus futurus non poteſt accepto ferri, *l.* 27. §. 3. *l.* 1. §. 7. ſ. *depoſiti.*
ſ Cur hoc additum eſt, *v.* §. 2. *verſ qui enim accepto.* ſ. *e.*
t i. vnum eorum. u In obligatione. *Hal.* x Imo non manebunt. nam cum vna pars ſtipulationis acceptilatione ſublata ſit, altera quoque ſublata in totum intelligitur: *l.* 27. §. 6. *ſup de pact.*
y Imo per fideiuſſorem reus non liberatur: *l* 23. *ſup. de pact.*
z Exceptione acceptilationis ſc. de qua *v* O:den c 45. *de except.*
a Et ab hærede præſtandorum. b Ab eo hærede ſc. c A legatario ſc. d Ab hærede ſc. & ita hæres tenebitur, non eius fideiuſſor. Eſt igitur hic paragraphus exceptio ſuperioris. e Fideiuſsio præcedere obligationem poteſt, *l.* 38. ſ *de pecul. l.* 8. §. 1. ſ. *de nouat.* f Sed quandocunque ei *vulg:* ſed ſi *Hal.* g Acceptilatio obligationem præcedere natura eſt impoſsibile. h Non poſſunt, *vulg Hal.* i Tutor vel curator debitum pupilli vel adulti ſui, totum eiuſve partem remittere non poteſt, *l.* 22. *C. de pact.* Imo poteſt, ſi pupillus interuenit, adde *l.* 1. *C. eo.* k *l.* 3 *ſup. eo.*
l *v. l.* 3. ſ. *eo. l.* 4. *C. de noua.* m *l.* 91. ſ. *de ſolut. l.* 8. ſ. *de nouat.* n Imo non contingit liberatio. Hoc enim conceſſo correus correo nocet. quod expreſsè vetat lex 27. ſ. *de pact.* o Id. eſt, tantum aduerſus eum qui acceptotulit, ſed & aduerſus eum qui non tulit. p *l.* 7. *in fi. l.* 13. §. 2. 5. §. *in fin.* ſ. *eo.* q *l.* 8. §. 3 ſ. *eo.*

a Hic Pamphilus ſuperuacuè adiicitur ſtipulationi. Cur? Oratio copulatiua in eo quod poteſt, vtilis eſt, licèt in ſuperuacuo vim nullam habeat. *Bald.*
b Superuacua in acceptilatione nocent.
c *l.* 2. *in fin.* ſ. *de duob reis.*
d Imò, ipſe ſolus non alius, *l.* 2. §. 3. *in fi.* ſ. *de ver. obl.*
e Nam acceptilatio, ſolutioni comparatur, *l.* 5. ſ *eo. l.* 7. §. 1. ſ. *de lib.*
f v. Ræuardum 4. *Variar.* 18.
g Fideiuſſore iudicati liberato per acceptilationem liberatur & reus. adde *l.* 20. *eod.*
h i. qui genus.
i Imo in nulla parte ſtipulationis liberatio nata eſt, *l* 2. §. 1. ſ. *de ver. obl.* ſolue, vt *l.* 34. ſ. *de ſolut.*
k Differentia eſt inter ſolutionem & acceptilationē.
l Atque ita ſtipulatio generis alternatiui indiuidua eſt quomodo? ciuiliter non naturaliter.
m Et ex vno. *Hal.*
n *l.* 7. *in pr.* ſ. *eo.*
o De certis & incertis contractibus, v. Langebekiū c. 36. vbi certos & incertos cōtractus contra Accurſium & alios interpretatur non eos, in quos res certæ vel incertæ ſint deductæ, ſed nominatos, nempe quia certū ac proprium nomē contractus habeant. *l. iuris gentium* 7. *ſup de pactis.* quēadmodum per cōtrarium actio præſcriptis verbis vel in factum incertū iudicium incerti ciuilis actio vel condictio dicitur, *l. ſi conuenerit* 23. *in fin.* ſ. *comm. diuid. l. pen. ſup. depoſiti. l.* 6. *l* 16 *ſup. de præſcriptis verbis.* nempe quia incertum eſt, quo nomine contractum negotium appellandum ſit. Idem eſt in incerti condictione. p Acceptilatio, *vulg. Hal.* q §. 2. *inſt. quib. mod. tollit.*
r Acceptilatio, enim eſt inutilis, *l.* 8. §. 3. *ſup. eo.*
ſ Summo iure. Cur? quia non eodem modo liberatus eſt quo obligatus fuit.
t Exceptione doli vel pacti quædam ſeruamus quæ ſummo iure ſeruare non poſſumus, Ius ſummum negligimus plerumque, vt æquitati locum faciamus.
u Hinc collige, inutilem acceptilationem vim pacti habere, *v. l.* 8. ſ. *eo.* & ſic actus agentium quandoque non ſeruant propriam naturam, ſed in aliam transferuntur.
x Differt acceptilatio ab apocha 27. *Eclog.* 6. *c.* 1. *in fi.* De hac differentia ita ſcribit Cuiacius: Latini, inquit, inter vtramque differentiam faciunt, eo modo quo inter pignus & hypothecam: & quidam medici inter ἄνθρακα & carbunculum, *v. Cuiac.* 5. *obſ.* 36. *in fin.*
y Ideoque acceptilationi non poterit opponi exceptio pecuniæ non numeratæ: quod interpretes, vt verum admittunt, niſi qui accepto tulit creditor probauerit ſe ſpe futuræ numerationis aduerſariarum liberaſſe.
z *l.* 89. *ſup. de ſolut. l.* 13 *C. de ſolutionib.*
a Adde *l.* 16 *in fin. ſup. eo. l.* 6. ſ. *iud. ſolui.*
b *v. l.* 4. *l.* 12. ſ. *eod.*
c *l.* 27. *Ecl.* 7. *c.* 22. d i. non ideo magis.